lepinu

Digitized by Google

Digitized by Google

ISTITUTO DI FILOSOFIA
UNIVER. DI ROMA
BIBLIOTECA
Pr. 14

Digitized by Google

Digitized by Google

ISTITUTO DI
UNIVER. DI ROMA
Pr.
14
FILOSOFIA
BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google

HSE 20.165 +

Digitized by Google

CALEPINUS
SEPTEM
LINGUARUM.

Digitized by Google

SEPTEM LINGUARUM

CALEPINUS.

HOC EST

LEXICON LATINUM,

Variarum linguarum interpretatione adjecta,

IN USUM

SEMINARII PATAVINI.

Editio ſexta emendatior, & auctior.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

Digitized by Google

JACOBUS FACCIOLATUS
LECTORI.

I. *De Ambroſio Calepino, ejuſque Dictionario.*

NEmo unus poſt homines natos tam bene ſibi in poſteritatem conſuluit, quam Ambroſius Calepinus, qui tamen fortunæ, in litteris quoque ſuas partes agenti, plurimum debet. Fuit ille quidem poſterorum fama dignus; quippe Græce Latineque ſciens, & inter Eremitani Ordinis alumnos, ineunte ſæculo ſextodecimo, eruditione & doctrina facile princeps: ſed ne ipſe quidem, opinor, *Dictionario* ſuo (ſic enim appellat) tantum tribuendum putavit, ut magna illud voluntate ſtudioſi omnes amplecterentur, ornarent, augerent, illuſtrarent; quodque mirabilius eſt, hominis nomen ad rem ipſam traducerent. Vidi ego primas illas tanti operis adumbrationes, quas Ambroſius ex Varrone, Feſto, Papia, Neſtore, Perotto, Tortellio duxit, *homo* (ut verbis utar Ludovici Vives de trad. diſcipl. l. 3.) *homo*, inquam, *congerendis quidem illis idoneus, explendis vero, quæ deerant, non idoneus*: nec ſatis mirari poſſum, cur tot præſtantiſſima ingenia illis addere maluerint, quam novum moliri opus, & ſuo de nomine nuncupare. Sed hominis hoc fortunæ tribuatur. Illud vero cui tribuam, ipſos quoque ſemidoctos, &, ſi Diis placet, etiam typographos aggerere multa ſine ullo delectu auſos eſſe, ut voluminis molem augerent, & credulæ nimium juventuti fucum facerent? Ipſe quoque Paulus Manutius ante annos prope ducentos, ſua illa Additamenta cum ederet, queſtus eſt, *Calepini dictionarium iis rebus auctum fuiſſe, quibus minime oportebat*: ex quo tempore tanto magis excrevit, quanto plures typographi undique exorti excudere voluerunt, & novis ſubinde titulis populo commendare. Omnia promiſcue in illum congeſta, cujuſcunque farinæ eſſent.

II. *De hoc Volumine, & ejus titulo.*

Hæc ego cum ſæpe animo verſarem, viderem que, immane volumen ad latinitatem comparandam inſtitutum, maxima ſui parte alienis & ſupervacaneis redundare, denique ſtatui, aut alio quopiam Lexico noſtri hujus Seminarii rationibus proſpicere, aut hoc ipſum quoquo modo purgare. Primum fortaſſe facilius erat; at alterum viſum eſt tutius, & utilius. Oportet enim ſcenæ ac populo ſervire, qui pervulgato *Calepini* nomine capitur, nihilque hoc in genere præter *Calepinum* pati poteſt.

III. *De Paſſeratii Dictionario.*

Quidam mihi Paſſeratium obtrudebant; de quo nihil dicam; nimis enim multos amatores habet, ex iis præſertim, qui ſe plurimum ſapere putant. Illud tamen tacere nequeo, multa me ex multis collegiſſe, ex Paſſeratio fere nihil. Porro cum Paſſeratium dico, ex vulgi opinione loquor, cujuſcunque tandem hominis ſit Lexicon illud, quod Paſſeratii nomine circumfertur, ſuaque illa duorum voluminum ſpecie bonos emtores allicit.

IV. *De expulſis.*

Igitur Calepinum aggreſſus, ea primum extrudere conſtitui, quæ ſolidæ latinitatis ſtudium retardarent, qualia ſunt primum ridicula multa, & exſucca ety-

Digitized by Google

ma, quæ in Voſſii Etymologico poni debuerant, in Lexico Latino non item; tum Geographica, & Hiſtorica quædam vel falſa, vel inania, vel alibi conquirenda; denique barbara omnia, & iniquis tabulis in Latium aſcita. Multa tamen rerum Grammaticarum nomina, etſi nullo Latino teſte firmata, multa herbarum, lapidumque, nonnulla etiam hominum, ac locorum valde ignobilium retinui, partim explicandi gratia, partim vero tædio quodam, ut fit in rebus omnibus, urgente præſertim typographo, nec ſatis temporis ad examinandum concedente.

V. *De vocibus dubiis.*

In dubiis etiam vocibus laborandum fuit, quæ cum vidiſſem ad multa millia paulatim augeri, decreveram, quemadmodum barbara, ad calcem propellere: veruntamen poſtea novo conſilio capto, ne tot indicibus juventuti moleſtus eſſem, variantes lectiones quam breviſſime adſcripſi; ſed verba ipſa loco non movi.

VI. *De emendatis, & additis.*

Hactenus quidem facilia: illud vero immenſi laboris fuit, obſcura, & contrariis auctoritatibus implicata expedire; varias ſibique diſſidentes vocum ſignificationes ſedibus, & explicatione diſtinguere; innumeras plane, quæ deerant, adjicere, teſtium fidem explorare; ſua cuique Scriptori verba reſtituere; dicam uno verbo, Augiæ ſtabulum repurgare, & ad aliquem nitorem adducere. Itaque hoc in primis non ſignificandum modo, ſed etiam declarandum arbitror, me earum rerum, quas adjeci, non defugere auctoritatem; earum vero, quas reliqui, nullam omnino præſtare. Nunquam enim fere de re ulla dubitavi, quin experiendo falſam reperirem. Id fecit, ut cum ceteri rerum Scriptores ſub finem defatigati minus accurate properent, ego contra tanto diligentius contenderem, quanto magis a principio receſſi. Neque enim initio perſuadere mihi poteram, tam multos, tamque fœdos errores in hoc volumine latitare, quod omnium manibus tereretur.

VII. *De Adjumentis.*

Quatuor amplius annos ſaxum hoc volvi, non ſine opera ſtrenuiſſimi adoleſcentis, at certe ſine multis adjumentis, ſine quibus nihil hujuſmodi tentare oportebat; nec vero tentaſſem, ſi mihi boni Superi tantum opum, facultatumque dediſſent, quantum profecto dedere animi. Præclare tamen nobiſcum actum, quod Baſilii Fabri Theſauro non caruimus, quo uno nihil eſt in hac ſtudiorum parte perfectius. Hinc infinita prope deduximus, non tamen ſine ratione, ac delectu ſumta, quemadmodum facile quivis agnoſcet.

VIII. *De Latinis Auctoribus, & citandi ratione.*

Reliquum eſt, ut de Latinis Scriptoribus pauca dicam, quorum auctoritas quam varia & anceps eſt, tam me ab initio ſollicitum habuit. Sed id demum conſilii cepi, ut quoties optimi adeſſent, eos producerem; tum ad bonos delaberer; poſtremo ne deterioribus quidem abſtinerem, ut totam, quanta eſt, latinitatem complecterer. Ipſa enim illa, quæ uſurpare dicendo minime oportet, tamen legendo intelligere oportet. Ac Livium quidem, Ciceronem, Cæſarem, Curtium per capita cum citaremus, non ea diviſione uſi ſumus, qua nos Auctores iſtos in ſcholarum noſtrarum uſum edidimus, ſed ea, quæ ultra montes ubique tenet, & Italicas quoque bibliothecas per typos earum regionum nitidiſſimos occupare jam cœpit. Quippe nihil magis ſpectavimus, quam ut plurimos juvare poſſemus. Eorum porro teſtimonia parcius congeſſimus, ne nimia

libri

Digitized by Google

libri mole incommodi eſſemus: quare cum plura uno invenies, ſtatim reputa ſubeſſe aliquid, quod ea poſtulet. Modo verborum gradus, modo ſenſa, modo conſtructiones diſtinguunt; modo etiam ad eam copiam ſcribendi valent, cujus cauſſa *Farneſii Appendiculæ* olim ad Calepinum acceſſerant. Sed plura erunt, in quibus te inopia, quam copia offendet. Nunc habes veluti ſpecimen quoddam induſtriæ noſtræ. Si fata ſinent, curabimus, quantum in nobis erit, ne quid hoc in genere deſideres.

LATI-

Digitized by Google

LATINI SCRIPTORES

in ſuas ætates diſtributi.

ÆTAS AUREA

Incipit ab anno Urbis conditæ DXIV. Deſinit in annum Urbis conditæ DCCLVII, qui eſt a Chriſto nato XIV.

Horum non extant niſi fragmenta:

Livius Andronicus.
C. Nevius.
Statius Cecilius.
Q. Ennius.
M. Pacuvius.
L. Attius.
C. Lucilius.
Sex. Turpilius.
L. Afranius.
L. Cornelius Siſenna.
P. Nigidius Figulus.
C. Decius Laberius.
Verrius Flaccus.

M. Accius Plautus.
M. Terentius Afer.
M. Porcius Cato.
T. Lucretius Carus.
C. Valerius Catullus.
P. Syrus.
C. Julius Ceſar.
Cornelius Nepos.
M. Tullius Cicero.
Sex. Aurelius Propertius.
C. Salluſtius Criſpus.
M. Terentius Varro.
Albius Tibullus.
P. Virgilius Maro.
T. Livius.
M. Manilius.
M. Vitruvius.
P. Ovidius.
Horatius Flaccus.
Pedo Albinovanus.
Gratius Faliſcus.
T. Phedrus.
C. Cornificius, cui tribuunt libros quatuor Rhetoricorum ad Herennium.
Aulus Hirtius, vel Oppius, quorum alteruter Ceſaris Commentarios ſupplevit.
P. Cornelius Severus, ad quem referunt Carmen de Ætna.

Juriſconſulti, quorum fragmenta in Digeſtis:

Q. Mutius Scevola.
Alfenus Varus.
M. Antiſtius Labeo.
Maſurius Sabinus.

Supra ceteros eminet TERENTIUS, CATULLUS, CÆSAR, NEPOS, CICERO, VIRGILIUS, HORATIUS, OVIDIUS, T. LIVIUS, SALLUSTIUS. Sed hic quidem verborum novator eſt, ut ait Gellius lib. 1. c. 15. ideoque non omnibus ingeniis aptus.

ÆTAS

ÆTAS ARGENTEA

Incipit anno a Chriſto nato XIV. Definit in annum CXVII.

Cornelius Celſus.
P. Vellejus Paterculus.
L. Junius Columella.
Pomponius Mela.
A. Perſius Flaccus.
Q. Aſconius Pedianus.
M. Annæus Seneca.
L. Annæus Seneca.
M. Annæus Lucanus.
T. Petronius Arbiter.
C. Plinius Secundus.
C. Silius Italicus.
C. Valerius Flaccus
C. Julius Solinus.

D. Junius Juvenalis.
D. Papirius Statius.
M. Valerius Martialis.
M. Fabius Quintilianus.
Sex. Julius Frontinus.
C. Cornelius Tacitus.
C. Plinius Calus Secundus.
L. Annæus Florus.
C. Suetonius Tranquillus.

Ætatis non prorſus certæ:
Q. Curtius Rufus.
Val. Probus Grammat.
Sulpitia.
Scribonius.
L. Feneſtella annal. fragmenta.

Supra ceteros eminent CELSUS, VELLEJUS, SENECÆ, PLINII, SUETONIUS, JUVENALIS, QUINTILIANUS, FLORUS, CURTIUS.

ÆTAS

ÆTAS ÆNEA

Incipit a Chriſto nato CXVII. Definit in annum CCCC.

Juriſconſulti, quorum fragmenta in Digeſtis.

Licinius Proculus.
Neratius Priſcus.
P. Juvencius Celſus.
Priſcus Jabolenus.
Domitius Ulpianus.
Herennius Modeſtinus.
Salvius Julianus.
J. Cajus.
Calliſtratus.
Æmilius Papinianus.
Julius Paulus.
Sex. Pomponius.
Venulejus Saturninus.
Ælius Martianus.
Ælius Gallus, & alii.

Valerius Maximus.
Juſtinus.
Fl. Avianus. al. Avienus.
Terentianus Maurus.
Minucius Felix.
Soſipater Chariſius.

Ætatis non omnino certæ.

A. Gellius.
L. Apulejus.
Q. Septimius Tertullianus.
Q. Serenus Sammonicus.
Cenſorinus.
Cæcilius Cyprianus.
T. Julius Calpurnius.
M. Aurelius Nemeſianus.

Ælius Spartianus.
Julius Capitolinus.
Ælius Lampridius.
Vulcatius Gallicanus.
Trebellius Pollio.
Flavius Vopiſcus.
Cælius Aurelianus.
Flavius Eutropius.
Rhemnius Fannius.
Arnobius Afer.
L. Cælius Lactantius.
Ælius Donatus.
Commodianus.
C. Vettus Juvencus.
D. Hilarius.
Julius Firmicus.
Fab. Marius Victorinus.
Sex. Rufus, ſeu Rufus Feſtus Hiſtoricus.
Ammianus Marcellinus.
Fl. Vegetius Renatus.
Aurelius Theodorus Macrobius.
Q. Aurelius Symmachus.
Dec. Magnus Auſonius.
Sex. Aurelius Victor.
D. Ambroſius.
Aur. Prudentius Clemens.
Cl. Claudianus.
Marcellus Empiricus.
Proba Falconia.

Supra ceteros eminent JUSTINUS, TERENTIANUS, VICTOR, LACTANTIUS, CLAUDIANUS.

AUCTO

Digitized by Google

AUCTORES ÆTATIS INCERTÆ

Hic collocandi videntur; tamerſi aliquis eorum, ſi ratio ſcribendi habeatur, quocumque tandem tempore vixerit, in ſuperioribus ætatibus cum dignitate ſtare poſſit, aliquis vero etiam infra luteos detrudendus videatur.

Palladius Rutilius.
Æmilius Macer.
Meſſala Corvinus.
Vibius Sequeſter.
Jul. Exſuperantius.
Jul. Obſequens.
L. Ampelius.
Apicius Cælius.
Sex. Pompejus Feſtus.
Chalcidius.
Zeno.
Probus Auctor Notarum.
Fulgentius Planciades.
Hygini Fabula & Aſtronomicon.
C. Caſaris Germanici Aratea, quæ alii ad Auguſti, alii ad Domitiani ætatem referunt.
P. Victor de Regionibus Urbis Romæ.
Vegetius de re Veterinaria.
Auctores Priapeorum.
Auctores Catalectorum, quæ Virgilio, & Ovidio tribui ſolent.
Auctor Elegiarum, quæ Cor. Galo tribuuntur.
Auctor Orationis Salluſtii in Cicernem, & Ciceronis in Salluſtium: item illius Antequam Cicero iret in exilium.
Auctor Epiſtola ad Octavium, quæ Ciceroni tribuitur.
Auctor Panegyrici in Piſonem, qui videtur aliis Statius, aliis Lucanus.
Declamationes, quæ tribuuntur Quintiliano; item quæ Porcio Latroni; item quæ Calpurnio Flacco.
Interpres Irenæi.
Interpres Daretis Phrygii, & Dictyos Cretenſis.
Cathonis Diſticha moralia.
Scholiaſtæ veteres.
Grammatici antiqui.
Rhetores antiqui.
Medici antiqui.
Rei agrariæ Scriptores.
Catalecta Petroniana, & Errores Venerei, qui cum Petronio edi ſolent.
Pervigilium Veneris cum variis opuſculis, quæ inſcribuntur Baudii Amores.
Poematia, & Epigrammata vetera a Pithœo, & Almelovenio collecta.
Fragmenta Hiſtoricorum collecta ab Auguſtino, & Ricobono.
Monumentum Ancyranum, & inſuper Monumenta varia antiqua, a Georgio Fabricio collecta.
Faſti Conſulares.
Inſcriptiones Veteres.
Legum antiquarum fragmenta.
Notitia dignitatum utriuſque Imperii &c.

ÆTAS

ÆTAS FERREA, ET LUTEA

Incipit anno a Chriſto nato CCCC. deſinit in Sæculum IX.

Sæculi V.

Cl. Rutilius Numatianus.
Servius Honoratus.
D. Hieronymus.
D. Auguſtinus.
D. Damaſus.
Rufinus.
Sulpicius Severus.
Paulus Oroſius.
Cælius Sedulius.
Paulinus Nolanus.
Codex Theodoſianus.
Dracontius.
Salvianus.
Petrus Chryſologus.
Proſper Aquitanicus.
Martianus Capella.
Paulinus Petrocorius.
Claudianus Mamertus.
Sidonius Apollinaris.
Latinus Pacatus.
Claudius Mamertinus.
Nazarius.
Eumenius.

Sæculi VI.

D. Fulgentius.
Alcimus Avitus.
Orientius.
Ennodius.
Manl. Severinus Boëthius.
Priſcianus Grammaticus.
Nonius Marcellus.
Diomedes.
Juſtiniani Inſtitutiones.
Juſtiniani Codex.
Arator.
Jornandes.
Magnus Aurelius Caſſiodorus.
Creſconius Corippus.
Venantius Fortunatus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Turonenſis.

Sæculi VII.

Iſidorus Hiſpalenſis.
Eugenius Toletanus.
Drepanius Florus.
Marculphus.
Anonymus Ravennas.

Sæculi VIII.

Aldhelmus, ſeu Althelmus.
Beda.
Flaccus Alcuinus.
Paulus Diaconus.
Paulinus Patriarcha.

Sæculi VIIII.

Rabanus Maurus.
Freculphus.
Eginhardus.
Strabus Gallus.
Aimonius.
Theodulphus Aurelianenſis.

Digitized by Google

A

A Littera prima eſt Alphabeti in omnibus linguis. *A* in lingua Hebraica, אלף, *Aleph*; in lingua Græca *Alpha*, & in Latina lingua, ut etiam in Italica *A*. Eam ſuaviſſimam litteram ob ſonum vocat *Cic. in Orat. c. 49.* ¶ Interdum eſt littera numeralis, quæ quingenta deſignat, ut ceteræ alphabeti litteræ alios numeros, de quibus ſuis locis. Vide antiquum codicem de notis numerorum adjectum *Probo* edit. Venet. 1525. Porro eidem litteræ *A* ſi recta linea ſuperaddatur, quinque millia ſignificat. ¶ *A* puncto poſtpoſito prænomen ſignificat, ut *A. Cecina*, *Aulus Cecina*. ¶ *A* item, ſicut reliquæ litteræ, ponitur ſola pro tota dictione, cujus eſt initium, ut *A A A* Auro, Argento, Ære. ¶ Sed multa præterea ſignificare poteſt ſive ſola, ſive alia litteris adjecta invenitur, ut eſt apud *Urſatum de Notis Roman.* Illud tamen hoc loco omittendum non eſt, *A* in judiciis uſurpatum fuiſſe pro *Abſolvo*. Itaque *Pedianus in c. 27. Divin.* In cauſis majoribus, inquit, univerſi judices in ciſtam tabulas conjiciebant ſuas, eaſque inſculptas litteras habentes, *A. Abſolutionis*, *C. Condemnationis*, *N. L. Ampliationis*. Qua de re latius *Briſſonius de formul. l. 5.* Hinc dicitur *littera Salutaris Cic. c. 6. orat. pro Mil.* *C.* vero *triſtis*. In Comitiis autem legum, in quibus ſua cuique de populo tabellæ tradebantur inſculptas habentes *A*, & *U. R. A.* h. e. *Antiquo*, *reſpuo*, *abrogo*; & *U. R. Uti Rogas*, h. e. *conſentio*, *approbo*, ſignificabant.

A, Ab, Abs, præpoſitiones, quæ ſextum caſum regunt, & ſignificant Italica *da*, Græce ἀπό; differuntque inter ſe non vi, ſed modo adjiciendi. *A* enim adjicitur iis vocibus tantum, quæ incipiunt a conſonante, ut a Pompejo, a milite. *abs*, ut fere, quæ incipiunt a litteris *T*, *Q*, & *C*, ut abs te, abs quolibet, abs chorago: *Ab* plerumque iis, quæ incipiunt a vocali, aut ab *I* conſonante, aliquando tamen etiam reliquis conſonantibus additur, præſertim vero apud *Livium*, ut ab Gallis, *l. 21. c. 52.* ab re, *l. 1. c. 27.* & alibi paſſim. ¶ *A*, & *ab* cum verbis paſſivis ſignificant perſonam agentem. *Cic. Attic. 2. ep. 6.* Eratoſthenes a Serapione, & ab Hipparcho reprehenditur. ¶ Item remotionem, ſeu vacuitatem ab aliqua re. *Cic. 1. de legib. c. 4.* Vacatio a cauſis. ¶ Aliquando conjunctionem. *Lucret. l. 4. v. 1161.* Ceres eſt ipſa ab Jaccho. *h. e.* Jacchi amica. ¶ Aliquando præter, ut ab re, *fuor di propoſito*, *Suet. in Aug. c. 94.* ¶ Item per. *Plaut. Rud. 25. 21.* Ab ſe cantat, cuja ſit. *h. e.* per ſe, ſua ſponte. ¶ Cum adjunguntur verbis *ſto*, *ſum*, *facio*, & ſimilibus, idem ſignificant, ac favere, *tener le parti di qualcuno*, ut ſtare a mendacio. *Cic. l. 1. de Invent. c. 3.* Et *ibid. c. 48.* Commune eſt, quod nihilo magis ab adverſariis, quam a nobis facit. *Et l. 2. de Orat. n. 38.* Critolaus erat ab Ariſtotele. ¶ Ponuntur etiam ad ſignificandam proximitatem, & diſtantiam locorum. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 49.* Paſſus ſexcentos ab his caſtris idoneum locum delegit. ¶ Pro eo, quod dicimus, *quod pertiene ad*. *Cic. Attic. 7. ep. 15.* Sumus imparati cum a militibus, tum a pecunia. ¶ Pro circa, vel verſus. *Liv. l. 45. c. 28.* Duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima Iſthmus arctis faucibus dirimit. ¶ Interdum ſignificant locum, aut perſonam, apud quam aliquid fit. *Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 23.* Tota fere a fronte, & a ſiniſtra parte nudata ſunt caſtra. ¶ Item cauſam, per quam res efficitur. *Cic. 1. Acad. c. 7.* Ratio ſempiterna eſt: nihil enim eſt valentius, a quo intereat. ¶ Item cauſam, propter quam res eſt. *Id. ibid. l. 4. c. 33.* Mare, quia nunc a ſole collucet, albeſcit. ¶ Conjunctæ cum nomine loci, incolam ejus loci ſignificant, & pro adjectivo ponuntur. *Liv. l. 2. c. 50.* Turnus ab Aricia. *h. e.* Aricinus. *Terent. Andr. 4. 4. 15.* Unde eſt? dic clare. *My.* a vobis. *h. e.* a domo veſtra. *Plaut. Ciſt. 4. 1. 6.* Hæc ciſtella num nam hinc ab nobis domo eſt? ¶ Variis ablativis præpoſitæ, elegantes locutiones efficiunt, ut *a puero*, *ab ineunte ætate*, *ab adoleſcentia*, *a teneris unguiculis*, paſſim apud *Cic.* & alios, *da fanciullo*, *fin da i primi anni*. ¶ A principio, *ſul principio*. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 1.* Hæc a principio tibi præcipiens. ¶ *A primo*, pro primum, vel a principio. *Id. Attic. l. 11. ep. 7.* Utinam a primo ita tibi eſſet viſum. ¶ Ab unguiculo ad capillum ſummum, *Plaut. Epid. 5. 1. 17. da capo a piedi*. Eodem ſenſu dixit *Horat. l. 2. epiſt. 2. v. 4.* ad talos a vertice pulcher ad imos: Sic dicimus, ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum, *Cic. pro Roſc. Com. c. 7.* ¶ Sæpe ad tempus referuntur, & ſignificant poſt, vel incipiendo ab illo tempore. *Cic. Phil. 2. n. 41.* Ab hora tertia bibebatur, vomebatur. *fin dall' ora terza*. *Velley. l. 2. c. 104.* Protinus ab adoptione. *Cic. Verr. 6. c. 13.* Ab illo tempore. *Liv. l. 43. c. 34.* Ab his præceptis concionem dimiſit. *dopo queſti precetti*. ¶ Item ad ordinem, & ſignificant poſt. *Hirt. de B. Alex. c. 66.* Secundus a rege. *h. e.* primus poſt regem. *Cic. in Orat. c. 64.* Proximus a poſtremo. *h. e.* poſtremo vicinus. *Plin. l. 17. c. 9.* Proximum eſt caprarum ſtercus, ab hoc ovium. *h. e.* poſt hoc. ¶ Significant etiam initium. *Plin. l. 7. in proœm.* A ſuppliciis vitam auſpicatur animal ceteris imperaturum. ¶ A cura, *alla penſata*, *a bella poſta*. *Suet. in Tiber. c. 70.* Moroſitate nimia obſcurabat ſtilum, ut aliquando ex tempore, quam a cura præſtantior haberetur. ¶ His præpoſitionibus aliquando utimur, cum adjectiva circumloqui volumus. *Virg. 2. Georg. v. 243.* dulceſque a fontibus undæ. *h. e.* fontanæ undæ. *Martial. de Spectac. epigr. 18.* Tigris ab Hircano gloria rara jugo. *h. e.* tigris Hircana. ¶ Aliquando videntur abundare, ut apud *Lucret. l. 3. v. 537.* Quod lethalibus ab rebus munita tenetur. Sic apud *Vitruv. l. 5. c. 7.* a peregre. ¶ Sunt elegantes & hæ locutiones, *ab aliquo ſolvere*, *dare*, *numerare*, h. e. de alicujus pecunia. *Cic. Attic. l. 5. ep. ult.* Non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſolvere. Sic, repræſentare pecuniam ab aliquo. *Id. Attic. l. 12. ep. 25.* ſuppeditare ab aliquo. *Id. 2. Agrar. c. 13.* Sic *Suet. in Aug. c. 40.* Singula millia nummum a ſe dividebat. *h. e.* de ſua pecunia. ¶ Elephanti nuper a ſilva. *Flor. l. 4. c. 2.* h. e. recens capti. Sic a matre pulli. *Colum. l. 8. c. 5. h. e.* recenter a nido abſtracti. ¶ *A ſe aliquid facere*, h. e. per ſe, & ex ſua voluntate. *Cic. 1. de Orat. c. 24.* Non ipſe aliquid a me prompſiſſe, ſed fortuito in veſtrum ſermonem incidiſſe videar. *Id. 1. de Fin. c. 2.* Ipſum a ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur. ¶ A me ſalutem dic Ciceroni. *h. e.* meis verbis, *da mia parte*, *a mio nome*. *Id. Attic. l. 6. ep. 2.* Salvebis a meo Cicerone. ¶ Cum certis nominibus adjunguntur, munus aliquod ſignificantibus, ſignificant eum, qui præeſt illi muneri, ut *a commentariis*, *ab epiſtolis*, *a rationibus*, *a ſtudiis*, &c. *aggiunto de ſtudio*, *computiſta*, *ſecretario*, &c. *Suet. in Claud. c. 28. Cic. 8. ad Attic. ep. 5. Tacit. 15. Ann. c. 35.* &c. Sic ſervus a pedibus, *lacchè*, aut *ſtaffiere*. *Cic. 8. ad Attic. ep. 5.* Sic *a manu*, *a pugione*, *a libellis*, & hujuſmodi, quæ paſſim apud Scriptores leguntur. Uſurpantur autem fere cum genitivo. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 584. n. 2.* Alexio Cæſaris Auguſti a bibliotheca. Adde *pag. 61. n. 4. & 578. n. 1.* Reperitur tamen etiam dativus. *Vopiſc. in Carino, c. 18.* Claudius Euſthenius, qui Diocletiano ab epiſtolis fuit. *Senec. in Apocolor. in fi.* Menandro liberto tradidit, ut a cognitionibus ei eſſet. Al. hic aliter leg. ¶ Eſt elegans uſus præpoſitionum *a*, & *ab* cum particulis *uſque*, & *prope*. *Cic. in Vatin. c. 8.* Quod augures omnes uſque a Romulo decreverunt. *Plin. l. 15. c. 18.* Tam prope a muris habemus hoſtem. ¶ Reperitur etiam *ab ante*, ſequente ablativo. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 717. n. 11.* Hunc ab ante oculis parentis rapuerunt Nymphæ in gurgite. ¶ In compoſitione non cum quibuſvis litteris junguntur. Nam *A* cum *M* & *V* conſonante ſolum connectitur, ut *amoveo*, *amens*, *averto*. *Ab* cum *A*, *D*, *E*, *F*, *I*, *L*, *N*, *O*, *R*, *U*, ut *abactus*, *abduco*, *aberro*, *abfuturus*, *abjicio*, *ablacto*, *abnuo*, *aborior*, *abrogo*, *abundo*. Duo ſunt ex *ab* compoſita, quæ euphoniæ cauſa *b* mutant in *u*, *aufero*, & *aufugio*. Significant autem privationem, ut *abſimilis* non ſimilis: item ſeparationem, ut *ablacto*. ¶ *Abs* componitur cum *C*, *T*, *Q*, ut *abſcondo*, *abſtineo*, *abſque*: ſignificat autem retractionem, ut in *abſtraho*: & aliquando privationem, ut in *abſtemius*. ¶ De *abs* V. etiam infra loco ſuo.

Aaron, m. 3. [illegible], ἀαρών frater Moyſis, primus Summus Sacerdos Hebræorum. Corripiunt penultimam *Tertull. in carm. adverſ. Marcion. l. 4. c. 5.* & *Venant. Fortun. l. 3. de vita beata*. Producit autem *Prudent. in Pſychom. v. 884.*

Aba, æ, m. Ἄβα mons Armeniæ, ex quo quidam Euphratem naſci putarunt. *Plin. l. 5. c. 24.* ¶ Aba, h. e. frater, V. infra in *Abo*, *as*.

Ababus pro *Abavus* legitur in vet. Inſcript. apud *Reineſ. claſſ. 6. n. 71.*

Abactor, oris, m. 3. *Ladro di Beſtiami*, ἀπελάτης, a verbo Abigo: Eſt fur jumentorum, & pecorum, quem vulgo abigeum vocant, ſcilicet ab Abigendo. *Paulus l. 5. ſenten. c. 18.* Abactores ſunt qui unum equum, duas equas, totidemque boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint. *Apul. ſub fin. 7. Metamor.* Abactorem indubitatum, cruentumque percuſſorem criminantes.

Abactus, a, um, a Verbo Abigo, *condotto via*, Furto, aut per vim abductus. *Cic. 4. Verr. c. 7.* Greges nobiliſſimarum equarum abactos. ¶ Additur aliquando ablativus *furto*. *Plin. l. 8. c. 51.* Compertum, agnitam vocem ſuam furto abactæ. ¶ Abacta nox pro exacta. *Virg. 8. Æneid. v. 407.* Medio jam noctis abactæ curriculo. ¶ *Abacti Magiſtratu Feſto* dicuntur, qui coacti deponunt Magiſtratus imperium. ¶ Ponitur etiam *abactus* pro expulſo, exacto, *ſcacciato*. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 44.* necdum omnis abacta Pauperies epulis regum. ¶ Abactus venter apud *Paul. l. 4. ſentent. tit. 9.* eſt fetus medicamentis ejectus, *aborto*. ¶ Abactos oculos *Stat. 1. Theb. v. 104.* vocat enectos, & intus recedentes. *occhi incavati*.

Abactus, us, m. actus abigendi. *Plin. in Paneg. c. 20.* Cum abactus hoſpitum exerceret.

Abaculus, i, m. 2. Diminutivum ab Abacus. Sed abaculos *Plin. l. 36. c. 26.* calculos vitreos dici a quibuſdam indicat vario colore tinctos, qui vel luſorii erant, ut *Harduinus* exiſtimat, vel, ut alii cenſent, in ſupputationibus uſurpati. *Segni da far conti*.

Abacus, i, m. 2. ἄβαξ, a Genitivo Græco ἄβακος, menſa eſt, vel tabula, in qua aliquid deponitur, quales ſunt menſæ coquorum, in quibus receptacula eduliorum exponi ſolent, *banco*, *credenza*, *ſcacchiere*, [illegible], Germ. *ein credentztiſch*, *taffel*, Gal. *buffet*, *petite table quarrée*, Hiſp. *aparador*, *tabla*. *Cic. 6. Verr. cap. 16.* Ab hoc iſte abaci vaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit. *Juven. ſat. 3. v. 205.* Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex, ornamentum abaci. ¶ Item tabula calculatoria, in qua Arithmetici numeros ducunt ſubinde delendos, & Geometræ figuras deſignant. *Perſ. Sat. 1. v. 131.* Nec qui abaco numeros, & ſecto in pulvere metas Scit riſiſſe vafer. ¶ Veteres hujuſmodi abacum menſam Pythagoricam appellabant. *La tavoletta da ſcrivere*, *o cartella*, *abbaco*. Hinc pro ſupputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti ſolet. ¶ Eſt etiam alveolus aleatorius, *ſcacchiere*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 5.* Diem ſequentem omnes plerique abaco, & latrunculis conterunt. ¶ Eſt præterea quadrata planities in ſummis columnarum capitulis, *abbaco*, *tagliere*, *dado*. *Vitruv. l. 4. c. 1.*

Abadir, ſeu Abbadir, nomen maſcul. de quo *Priſcian. l. 5.* Abadir Deus eſt, ¶ Dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devoraſſe pro Jove, quem Græci βαίτυλον vocant.

Digitized by Google

Abæſtuo, as, n. æſtuo, ferveo. *Tertullian. in carm. de Judicio Domini cap.* 1. Quid faciat, lætis ut vitis ebæſtuet uvis.

Abagio, onis, f. *proverbio*. Vox obſoleta, idem ac adagium. *Varro l. 6. de L.L.*

Abalienatio, onis, f. *Alienazione, ſcongiungimento*, ἀπαλλοτρίωσις. *Cic. in top. c. 5. ad fin.* Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio. ¶ Abalienationis verbo contineri Uſucapionem, auctor eſt Paulus JCtus in l. *Abalienationis 28. ff. de V. S.*

Abalienatus, a, um, *ſeparato, diſgiunto, alienato*, נכרים, Germ. *entfrembde*, Gal. *aliené*, Hiſp. *enagenado*. A. *alienated*, ἀπαλλοτριωμένος, disjunctus, ſeparatus. *Cic. ad Att.* 1. Sed mirandum in modum eſt animo abalienato. *Liv. l. 25. c. 60.* Abalienati jure civium. ¶ Abalienata membra a Medicis, & a *Quintiliano l. 8. c. 3.* appellantur membra emortua, & quæ non amplius vigorem habent, quaſi ab aliorum membrorum communicatione, & a ſenſibus ſint abalienata. Adde *Scribon. Larg. compoſ.* 227. ¶ Abalienatus autem differt ab *Alienatus*. Nam *Abalienatus* dicitur, quem quis a ſe removit. *Alienatus*, qui alienus eſt factus.

Abalieno, as, are, a. *alienare, vendere*, quod meum erat, alienum facio, vendo, מכיר נכר, Germ. *entfrembden*, Gall. *aliener*, Hiſp. *enagenar*, A. *to ſell alien*, ἀπαλλοτριόω. *Cic. de Leg. Agrar. 2. c. 24.* Hujuſmodi res commiſſa nemini eſt, ut agros vectigales Pop. Romani abalienaret. ¶ Verbum autem hoc vetus eſt Civilis Juris, hoc eſt Civium R. proprium, peregrinis hominibus non commune, quo perfecta rei alicujus alienatio ſignificabatur. Vide *Ulp. l. Abalienatum 67. de V. S.* ¶ Uſurpatur etiam pro *Separare, disjungere*. *Cic. Fam. 1. epiſt. 7.* Qui nos, quos favendo in communi cauſa, retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. ¶ Regit fere ablativum cum præpoſit. *a*, vel *ab*: ſed reperitur etiam omiſſa præpoſitione. *Nepos in Ageſil. c. 6.* Abalienare homines ſuis rebus. *Cic. in fragm. pro C. Cornelio:* Abalienari poteſtate alicujus.

Abambulantes, abſcedentes, ἀναχωροῦντες. *Feſtus*.

Abamita, æ, f. *ſorella de mio arcavolo, cioè del mio terzo nonno*, ἡ ἀδελφὴ τοῦ προπάππου μεγάλη, ſoror abavi mei ex parte paterna: quæ & *amita maxima* dicitur. *Cajus Dig. l. 38. tit. 10. leg. 3. & Paul. ibid. leg. 10.*

Abantes, Ἄβαντες, populi ex Thracia oriendi, qui finibus ſuis egreſſi in agro Phocenſi oppidum condidere, quod a Ducis ſui nomine *Aban* vocavere, ipſi quoque e nomine app. Abantes vocati. Iſti poſtea in Euboeam tranſgreſſi, quæ tunc Macris dicebatur, a ſuo, relictique nomine oppidi Abantidem illam vocarunt. Hos *Herodotus l. 1.* inter Jonas commemorat. Homerus ὄπιθεν κομόωντας, *a tergo comatos* vocat, ex peculiari gentis more. Ajunt enim antiquos Curetas Chalcidem habitaſſe, cum vero bellum iis de agro Lilentino inferretur, hoſteſque ipſius anteriora coma prehenſum in terram affligerent, fronte attonſa comam in occipitio tantum aluerunt. Ideo *Curetes* e tonſura vocati ſunt, & ſtatuæ hoc habitu apud ipſos viſuntur. *Euſtath. in Homer.* ¶ Abantes populi, inquit *Pauſanias in Eliacis*, ex Euboea octo navibus ad Ceraunia delati, Thronium in regione, quam Abantidem appellarunt, conſtruxerunt, quam tandem amiſerunt, & poſtea Corcyram deducti ſunt.

Abanteus, a, um, ad Abantem Argivorum regem pertinens. *Ovid. Metam. 15. v. 184.* Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Abantiades, patronymicum maſculinum. *Ovid. 5. Met. v. 237.* Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam Ultor Abantiades. *hoc eſt* Perſeus pronepos Abantis. Fuit enim Filius Danaes filiæ Acriſii Filii Abantis.

Abantias, adis, f. Patronymicum eſt a nomine *Abas*, quo ſignificatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud Poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ex Acriſio nepte, vel pro Atalanta nepte ejuſdem ex Jaſio Argivorum Rege. ¶ Hoc nomine appellata eſt etiam Euboea, *Negroponte*. *Plin. lib. 4. c. 12.*

Abantis *Straboni*, *Abantias Plinio*, Ἀβαντὶς Stephano, & Suidæ, Inſula maris Ægæi, toti illi Græciæ litori oppoſita, quod a Sunio Atticæ promontorio, hodie *Capo delle Colonne*, ad Theſſaliam uſque extenditur: anguſtiſſimo freto, quod Euripon appellant, a Boeotia dirempta. *Macris* olim ob ſitus longitudinem dicta: poſtea ab Abantibus Thraciæ pop. qui relicta Aba, Phocenſis agri oppido, in hac inſula ſedes ſuas fixerunt, dicta eſt *Abantis*, & poſtremo *Euboea*: Hodie *Negroponte*. *Plin. l. 4. cap. 12.*

Abarceo, prohibeo. Eſt apud *Feſtum* ubi al. leg. *abarceo*.

Abarum. Vide Abbarim.

Abarimon, f. Scythiæ regio juxta Imaum montem, in qua ſylveſtres degunt homines, averſis poſt crura plantis, eximiæ velocitatis, paſſim cum feris vagantes. Hos in alio non ſpirare coelo, ideoque ad finitimos non pertrahi Reges, neque ad Alexandrum Magnum pertractos, Beton itinerum ejus menſor prodidit. *Plin. 7. 2.*

Abaris, m. Viri nomen a Perſeo occiſi. *Ovid. Met. 5.* Caucaſiumque Abarim, Sperchionidemque Lycetum. ¶ Quin & alterius viri nomen ab Euryalo interfecti. *Virg. Æn. 9.* Fadumque, Hebeſumque ſubit, Rhætumque, Abarimque. ¶ Abaris, Scytha quidam celebris Seuthæ fil. Apollinis iter ad Hyperboreos deſcripſit, & multa alia. Hic ab Apolline ſagittam accepit, quam jaculans & ipſe cum ea ferebatur, itaque populos velociſſime tranſiens per eam reſponſa dabat, unde αἰθροβάτης dictus eſt. Jamblicus Pythagoræ diſcipulum fuiſſe aſſerit; Alii Solone antiquior eſt. Scripſit oracula regionibus, quas peragravit: prædixit iis quoque terræmotus, peſtes, & ſimilia. Legatus Athenas veniens ad ſuos Hyperboreos redut, nihil comedens. Trojanorum Palladii ſimulacrum ex oſſibus Pelopis dicitur confeciſſe, ut Firmicus habet. Vide plura de eo apud *Voſſium de Poetis Græcis pag. 16. & 17. & Mauſſacum ad Harpocrationem pag.* 8.

Abaritanus, a, um, o. r. a. Abaritanam arundinem *Plin.* inter alia arundinum genera recenſet *l. 16. c. 36.* Intelligit autem eam, quæ in Africa circa oppidum Abaris naſcebatur.

Abas, m. Metaniræ fil. a Cerere in lacertam, ſeu aſcalabum, aut ſtellionem converſus, quod a matre ſuſceptam hoſpitio moleſte tuliſſet & irriſiſſet. *Ovid. Met. lib. 5. fab. 7.*

Abas, antis, m. 3. Rex duodecimus Argivorum, Lyncei ex Hypermneſtra conjuge filius (ſunt tamen qui Beli filium faciunt) vir bellicoſus, & acerrimi ingenii. Pater fuit Prœti, & Acriſii, & avus Perſei, e quo poſtea Argivorum reges *Abantiadæ* dicti ſunt. Regnavit ann. 23. Vide *Pauſan. in Phoc.* ¶ Eſt etiam Abas filius Cymei, & Hypermneſtræ, Danai filiæ, Abarum Phocenſium urbis conditor, & Vates, quo Lyſander Laced. uſus eſt. Ejus ſtatua olim Delphis ſpectabatur. *Pauſ. in Phoc.* ¶ Eſt comes Æneæ. *Virg. Æn. 1. v. 124.* Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ, & qua vectus Abas, vicit hyems. ¶ Eſt & dux Thuſcus, qui Æneæ ſuppetias tulit, a Lauſo interfectus. *Virg. Æn. 10. v. 170.* Una torvus Abas &c. ¶ Eſt & quidam Græcus cum Androgeo ea nocte, qua incendebatur Troja, inceſſus a Trojanis. Ejus clypeum Æneas in agro hoſtili Ambraciæ Epigrammate addito conſecravit. *Virg. Æn. 3. v. 286.* Ære cavo Clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus adverſis figo. ¶ Eſt & Centaurus Ixionis, & Nubis filius, venator inſignis. *Ovid. Met. 12. v. 306.*

Abatina, n. Ædificium erectum a Rhodiis ad protegendum Artemiſiæ tropæum, quod Religione impediti diruere non poterant. *Vitruvius l. 2. c. 8.*

Abatos, os. locus ultra Ægyptum, & Æthiopas juxta paludem Stygem, ab *a* privativa particula, & βαίνω, i. e. vado, ſive aſcendo, quæ loca Græci *Abata*, Latini *Invia*, ſive *Avia* vocant, Ital. *Luoghi inacceſſibili*. *Sen. nat. quæſt. l. 4. c. 2.* Exiguo ab hac ſpatio terra dividitur, ἄβατον Græci vocant, nec illam, niſi Antiſtites calcant. ¶ Abatos f. Petra Ægypti in palude Memphitica, ſic dicta, quia inacceſſa, lini, & papyri copia olim celeberrima, quibus ſunt in ſcribendo uſi. Ibi Oſiris Rex ſepultus fuerat. *Lucan. lib. 10. v. 323.* Hinc Abaton quam noſtra vocat veneranda vetuſtas.

Abavia, æ, f. *arcavola, cioè terza nonna*, ἐπιπρομάμμη, mater proavi, vel proaviæ, tam ex parte paterna, quam materna. *Cajus Dig. l. 38. tit. 10. leg. 1.*

Abavunculus, i, m. *fratello di una arcavola*, frater abaviæ ex parte materna: qui & avunculus maximus appellatur. *Cajus Dig. lib. 38 tit. 10. leg. 3.*

Abavus, i, m. *arcavolo, terzo nonno, padre del biſavolo, o della biſavola*, ἐπιπρόπαππος, pater proavi, aut proaviæ, tam ex parte materna, quam paterna, ut *Paul. Dig. lib. 38. tit. 10. leg. 10.* docet.

Abax, cis, f. 3. Idem quod Abacus, hoc eſt menſæ genus in tricliniis, ubi vaſa omnis generis exponi ſolent. *Javolen. lib. 32. Dig. leg. 38.* ubi tamen alii aliter.

Abazia, orum, inſtituta ſacra a Dionyſio Caprii filio rege Aſiæ: quorum meminit *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 23.* Dicta Abazea a taciturnitate, qua hæc ſacra celebrabantur: nempe ab a privativa, & βάζω, *loquor*. Porro apud *Cicer.* al. leg. Sabazia.

Abbas, atis, ἀρχιμανδρίτης, ab *Abba*, moderator, & rector collegii, & ſocietatis, monachorum primus, & Antiſtes. Sunt qui per unicum *b* ſcribant. *Sidon. carm. 16. v. 114.*

Abbrevio, as, a. 1. *accorciare*, Germ. *verkurtzen*, Gall. *abbreger*, Hiſp. *abbreviar lo luengo*, βραχύνω. *Veg. in prol. lib. 3. de re milit.* Quæ me per diverſos Auctores diſperſa, Imperator invicte, abbreviare juſſiſti.

Abdera, æ, f. Ἄβδηρα, Urbs eſt Thraciæ maritima non procul a Neſſi fluminis oſtio, a Teiis condita. Hinc natum proverbium Græcum, Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία, *Abdera pulcra Teiorum colonia*, quo ſignificamus, non deeſſe, quo confugiamus, ſiquis præter modum pergat eſſe moleſtus. De quo vide *Voſſium ad Melam l. 2. c. 2.* Dicta eſt ab *Abdero* Herculis delicio a Diomedis equis dilacerato, & ibi humato, in cujus honorem Hercules, poſteaquam pugnaſſet cum Diomede, *Abderam* condidit, quæ poſtea *Clazomenæ* a Clazomeniis ex Aſia venientibus, qui eam in meliorem formam redegerunt, vocata eſt. Conſecutis temporibus *Aſtrizza*, hodie *Aſperoſa* dicitur. *Solinus cap. 10.* ab *Abdera* Diomedis ſorore conditam ſcribit, ejuſque nomine donatam. Ejus meminit *Ovid. in Ibin. 467.* Aut te devoveat certis Abdera diebus. Ephoro tamen Ἄβδηρον plurali numero, ſic & *Pomp. Mela loc. cit.* Urbs, quam ſoror ejus ſuo nomine appellavit Abdera. ¶ Patria fuit Protagoræ, & Democriti. *Cic. de clar. orat. c. 8. & Mela loc. cit.*

Abderita, & Abderites, æ, m. Abderæ incola. *Cic. 3. de Or. cap. 32. & l. 1. de nat. Deor. cap. 63.* ¶ Abderitæ, arum, m. ejus urbis incolæ. *Juſtin. lib. 15. cap. 2.*

Abderitanus, a, um, adject. ad Abderitas pertinens, & ponitur pro ſtupido. *Martial. lib. 10. ep. 25.* Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderites. V. Abderita.

Abderiticus, a. r. a. ſtupidus, ab Abderitis, ut Abderitica mens. Abderitas enim ſtupori mentis obnoxios fuiſſe, *Cic.* ſcribit in *l. de nat. Deor.*

Abdicatio, onis, f. 3. *ſcacciamento, diſeredazione, rinunzia, rimozione*, Ger. *abkundigung, verwerffung*, Gall. *renonciation, deſaveu, demiſſion*, Hiſp. *echamiento, renunciacion*, ἀποκήρυξις. Fieri autem conſuevit Abdicatio a patre injuria aliqua, aut inobedientia filii læſo, quem in judicium, ut quidam putant, vocatum probata cauſa abdicabat, eumque abdicatum altera non tenebatur, imo egenum, veſtibuſque ipſis ſpoliatum dimittebat, nec defuncto patri ſuccedebat in hereditatem. Unde a *Briſſon. Abdicatio* extremum patriæ poteſtatis fulmen appellatur. Hujus vocis exemplum habemus apud *Plin. l. 7. c. 45.* Abdicatio poſthumi Agrippæ poſt adoptionem. ¶ Præterea Abdicatio opponitur Adoptioni, ſicut in ea re teſtis eſt *Plinius* loco citato, ubi de Agrippa Poſthumo loquens addit: *Abdicationi contraria eſt Dedicatio, ſive Dicatio. Dicat, qui alteri proprium aliquid facit; abdicat, qui alienat.* Ex quo etiam colligitur, quod non tantum naturales liberi, ſed adoptivi quoque abdicari poterant, ut patet etiam ex *Suet. Auguſt. cap. 65.* ¶ Transfertur etiam ad alia, ut Abdicatio magiſtratus, Dictaturæ. &c. *Liv. l. 6. c. 16.* Amotuſque poſt triumphum abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberaverat hominum. ¶ Dicitur etiam Abdicatio hereditatis in *l. 6. tit. fin. C. de repud. &c.* & idem eſt, ac repudiatio hereditatis.

Abdicativus, a, um, verbal. *negativo*, ut *Abdicativa propoſitio*, quæ eadem eſt antiquis Philoſophis, ac ea, quæ a recentibus *negativa* appellatur. *Apul. 3. dogm. Platon.*

Abdicatus, a, um, Adject. *ſcacciato, privato, diſeredato*. *Gell. l. 9. c. 6.* abdicatum interpretatur, qui a familia patris abalienatus eſt. ¶ In alia ſignificatione Abdicatus magiſtratus apud *Salluſt. in Catil. cap. 47.* ¶ *Prudentius paſſion. Cyprian. v. 52.* dixit, Antra Abdicata Soli. *h. e.* ſole carentia.

Abdico, as, are, *privare, rigettare, rimovere, cacciar di caſa, privar dell' eredità, diſeredare*, פרע כרת, Ger. *verwerffen, verſchupffen, enterben*, Gal. *rejetter, rebuter, deſavouer*, Hiſp. *echar, empuxar, desheredar*, ἀποκηρύττω, quaſi longe dico, amoveo, repudio, rejicio, depono, privo. Abdicare, inquit *Nonius*, eſt familia abjicere: itidem & *Feſtus*: quaſi non dicere, i. e. negare filium, quomodo eſt apud *Pacuvium*, *apud Non. c. 6. n. 14.* Conſanguineam eſſe abdicant. i. e. negant. Sumtum autem a Græcis videtur, qui patrem ἀποκηρύττειν, filium autem ἀποκηρυχθῆναι dicebant. Itaque *Quintilianus l. 3 c. 6.* Abdicatum interpretatur, qui a familia patris abalienatus eſt. V. *eundem l. 7. c. 4.* ¶ Abdicandi autem filii cauſſas vide apud Juriſconſultos. ¶ Idem non eſt abdicare, & exheredare. Abdicamus enim filium vivi, h. e. privamus omni jura filii: exheredamus, h. e. ſubmovemus tantum ab hereditate poſt mortem. Itaque quiſquis abdicatus eſt, idem eſt & exheredatus, non contra. *Sueton. in Auguſt.* Agrippam brevi ob ingenium ſordidum ac ferox abdicavit. *Nepos* tamen exheredatum pro Abdicato poſuit *in Themiſtocle c. 1.* ¶ Tranſlate vero Abdicare dici poteſt, ut docet *Nonius, de vocab. improp.* non ſolum de patris facto, h. e. familia abjicere, ſed etiam rem quamlibet negare. ¶ Abdicare ſe dicitur Præſes, *l. pen. de off. præſid.* qui ante diem munus ſuum depoſuit. ¶ Abdicare ſe magiſtratu, eſt ante tempus magiſtratum deponere. *Pompon. l. 2. §. 23. de Orig. Jur.* Differunt autem inter ſe Abdicare ſe magiſtratu, & deponere magiſtratum. Moris enim erat, ut quibus imperium certa de cauſſa abrogandum erat, hi dignitati, & exiſtimationi ſuæ conſulentes per ſe, & quaſi ſua ſponte magiſtratum deponerent, ſeſeque privatos redderent. Quod in P. Lentulo Prætore factum videmus, apud *Cic. 3. Catil. c. 6.* de quo Senatus cenſuit, ut cum ſe prætura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur. Sed deponere magiſtratum dicebantur, qui eum confecto tempore populo Roman. tradebant. ¶ Abdicare magiſtratum. *Sall. in Catilin. cap. 47.* Senatus decrevit, uti, abdicato magiſtratu, Lentulus, itemque ceteri in liberis cuſtodiis haberentur. ¶ Abdicare abſolute, eodem ſenſu. *Cic. de Nat. Deor. 2. cap. 4.* Augures rem ad Senatum, Senatus ut abdicarent, Conſules abdicaverunt. ¶ Abdicare ſe tutela. *Cic. ad Att. ep. 1. l. 6.* Itaque tutela me abdicare cogito. Quod *Ulpianus in Epit. Inſtit. t. 12.* interpretatur,

Eſt

Digitized by Google

Eſt dicere, ſe nolle eſſe tutorem. ¶ Abdicat ſe ſtatu ſuo homo liber, qui ſeipſum vendit. *l.* 21. *de ſtatu homin.* ¶ Sed Abdicare alicui magiſtratum, Abdicare legem eſt abrogare. *Plin.* 7. *c.* 30. ¶ Eſt & repudiare. *Apollinar.* in *Periorch. Andriæ Terent.* v. 10. Recuſat nuptias, generum abdicat, i. e. repudiat. Sic Abdicare cibum aliquem. *Plin.* 20. *c.* 3. Democritus in totum coptum abdicavit in cibis: h. e. tollendum cenſuit, ex omni proſus ciborum uſu ſuſtulit. Habet etiam *Cicer.* in hoc ſenſu 2. *de Orat.*

Abdīco, cis, הָנַּב דררישׁ, Germ. *verſſen*, Gal. *refuſer*, *rejeter*, Hiſp. *echar*, *dexar*, ἀποποιεῖσθαι, ἀπωθεῖσθαι, averſari, rejicere. Verbum hoc invenitur uſurpatum in judiciis, & in ſcientia Augurali. In judiciis abdicere vindicias, abjudicare ſignificat, ut notat *Briſſon.* in *l.* 2. §. *Et cum placuiſſet* 24. *ff. de orig. Juris*, vel decretu recuſare, ac denegare, ut notat *Hotom.* Cui ibidem opponitur *Dicere vindicias*, ſeu ut *Liv. l.* 3. *cap.* 56. loquitur, *Dare vindicias*. Cum enim olim tribus verbis in Decretis ſuis Magiſtratus uterentur, *Do*, *Dico*, *Abdico*, ſeu *Addico*, ſicubi ſecundum aliquem vindiciæ dicerentur, ab altero Abdici dicebantur. Sicut dicere, dare, decernere vindicias ſecundum aliquem, a *Pomponio l. etiate*, & *Livio* dicitur Magiſtratus, qui cuipiam litis vindiciarum victoriam decernit: ſic Abdicere vindicias ab aliquo *Pomponius* dixit pro *Abnegare*, & *Recuſare*. ¶ Ceterum huic verbo etiam in Augurali ſcientia locus erat. Abdixiſſe enim aves in Auguriis dicebantur, quæ triſtis, & ſiniſtri eventus ſignificationem aliquam dederant: ut ex contrario *Addiniſſe*, vel *Admiſiſſe*, cum lætum, & proſperum aliquid portenderant. Ex quo *Admiſſivæ aves* apud *Feſt. Cic.* 1. *de Divinat. cap.* 17. Cumque in quatuor partes vineam diviſiſſet, treſque partes aves abdixiſſent, &c. Igitur aves in Auguriis *Abdicere* regionem dicuntur, quam improbant, ac ſequi, tenerique vetant, ut notat *Hotom.* ¶ Tranſlate *Abdicere* pro Abdicare, Alienare, & recuſare uſurpatur. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 617. *de ſe*, quam ſibi ab Jove dari petit Juno: Quid faciet? crudele ſuos abdicere amores. Ubi alii legunt *Addicere*, quaſi in ſervitutem dare.

Abditamentum, i, n. 2. detractionem, ac deductionem precii ſignificat, ab *Abdere*, i. e. *Demere*. *Detrazione*, *diminuzione*, cujus contrarium eſt Additamentum. *Apul. l.* 9. *Metam.* Minoris diſtraxit abditamento precii. *i. e.* detractione, ac diminutione precii. Aliter tamen pleriſque legunt.

Abdĭte, adverb. occulte, latenter, ſecreto, *ſecretamente*, *di naſcoſto*, בסתר, Germ. *heimlich*, Gall. *en ſecret*, *en cachete*, Hiſp. *eſcondidamente*, *a eſcondidas*, *aeſcondillas*, κρύβδην, λάθρα. *Cic.* 4. *Verr. c.* 73. Abdite latere.

Abditīvus, a, um, qui latuit, qui abductus, amotuſque fuit. *Plaut. Pan. prol.* v. 65. Filius abditivus a patre. ¶ *Feſto* Abditivi abortivi ſunt.

Abdĭtus, a, um, Partic. ab *Abdo*, occultus, *occulto*, *naſcoſto*. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 2. Abditus in tectis. *Horat.* 1. *ep.* 1. v. 5. Later abditus agro. *Liv. l.* 1. *c.* 58. Culterum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit. *Cic. Tuſcul. Quaeſt.* 5. 65. Sub terram abditus. ¶ Abditus carceri pro in carcere dixit *Patercul. l. c.* ¶ Interdum etiam ſubſtantive uſurpatur. *Plin. l.* 8. *c.* 5. In abdita *ſubaudi* loca. *Horat. de Arte* v. 49. Abdita rerum. ¶ Apud *D. Auguſt.* 5. *Confeſſ. c.* 5. & in *Enchir. cap.* 56. habetur etiam abditior, & abditiſſimus.

Abdo, is, didi, itum, ere, a. 3. *naſcondere*, proprie opponitur τῷ Addere, atque excludere, abſcondere, removere, a ſe abjungere, ut *Gronovius de Seſter. l.* 4. *c.* 8. præclare id explicat, הטמין, Gall. *cacher*, *enfoncer*, *retirer*, Hiſp. *eſconder*, κρύπτω. Conſtruitur autem modo cum Accuſativo, idque dupliciter, vel cum præpoſ. *Cic. ad Att.* 9. In Ægyptum nos abdemus. *h. e.* occultandi gratia nos in Ægyptum recipiemus. Idem *Tuſcul.* 2. Audiſne hæc, Amphiarae ſub terram abdite? *Liv. ab U. C. l.* 2. Abdita intra veſtem ferro. Vel ſine præpoſ. *Cic. in Piſon.* Domum ſe abdidit. *Terent. Hecyr.* Rus abdidit ſeſe. *Tibull. l.* 1. *eleg.* 1. v. 82. Et procul ardentes hinc, precor, abde faces. ¶ Item abdere verum, i. e. veritatem occultare. *Ovid. Faſt.* 3. Abdere ſtultitiam. *Plaut. Trinum.* 1. 4. 2. Abdere tabulas. *Cic. in Piſon. c.* 57. ¶ Modo cum Ablativo, idque duobus modis; uno cum præp. *Liv. ab U. C. l.* 1. Se in ſuis quiſque tectis abdiderunt. *Id. ibid. cap.* 58. Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit. Altero ſine præp. *Virg. Georg.* 3. Hunc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis Deficit, abde domo. Ubi *Servius*, Abde domo, h. e. in domo. ¶ Dicimus etiam Abdere ſe litteris (ubi *litteris* eſt Dativ. caſus, inquit *Theſaur. L. L.*) & in litteras abdere, h. e. incumbere. *Attendere con tutto lo ſpirito, e con tutta l'applicazione agli ſtudj.* *Cic. pro Arch.* 1. 6. Si qui ita ſe litteris abdiderunt, ut nihil &c. *Id. l.* 4. *ad Att. ep.* 3. Me totum in litteras abdo. ¶ Ponitur etiam interdum cum præp. *ex Plaut. in Pſeud.* 4. 7. 5. Ex conſpectu ſui heri ſi ſe abdiderunt, luxuriantur. ¶ Abdere aliquem in Inſulam, hoc eſt, relegare, deportare. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 85. Satis viſum eſt de Viſtilia ſtatuere, eaque in Inſulam Seriphum abdita eſt. ¶ Abdor paſſiv. Condor, occultor. *Plin. l.* 8. *c.* 8. Abduntur circa Solis ortum.

Abdōmen, inis, n. *graſſa del ventre*, חלב כשר, Germ. *der unterbauch*, Gal. *le ventre*, Hiſp. *barriga*, *viente*. Eſt extrema pars ventris circa umbilicum, ita dicta, quod abdi, & tegi ſoleat, aut quod alimenta in ea abdantur, aut inteſtina ibi ſint abdita. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Ipſa autem ilia inter coxas, & pubem in imo ventre poſita ſunt, a quibus a pube abdomen ſurſum verſus ad præcordia pervenit, ab exteriori parte evidenti cute, ab interiori levi membrana incluſum, quæ omento jungitur. περιτόναιον a Græcis appellatur. *Juvenal. ſat.* 4. v. 107. Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea Abdomen pro ima ventris ſuilli parte, quæ alio nomine ſumen appellatur, ſummiſque in deliciis habebatur apud Romanos. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Porcæ ſumen optimum, ſi modo fetus non hauſerit: Antiqui abdomen vocabant. ¶ Per tranſlationem aliquando Abdomen poſitum invenitur pro gula, & ventris ingluvie, quod γαστριμαργίαν, & λαιμαργίαν Græci, Itali vero *Gola*, *Goloſità*, *Intemperanza* dicunt. *Cic. pro Sextio cap.* 51. Labelli etiam pro vino oppignerabantur, manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant. ¶ Sic latine dicas: Abdomini indulgere: Abdomini inſervire Abdomini natus, i. e. Ventri, & gulæ. *Cic. in Piſon. cap.* 17. Ille gurges, atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi, atque gloriæ. Hinc Abdominis voluptates. *Cic. in Piſon. cap.* 27.

Abdūco, is, xi, ctum, ere, a. 3. Removeo, abſtraho, averto, traduco, *togliere*, *togliere per forza*, *condur via*, *o rimuovere da qualche luogo*, הביא, Ger. *hinweg führen*, Gal. *diſtraire*, *detourner*, Hiſp. *llevar por fuerça*, ἀπάγω. Donatus ad *Terent. Adelph. act.* 3. *ſc.* 3. habet. Ducimus volentes, ſed abducimus invitos. Nihilominus dicimus abducere ſine vi, aut per vim. Sine vi *Terent.* in *Eunuch.* 3. 1. 17. Tum me convivam ſolum abducebat ſibi. *Cic.* 2. *de finibus.* Majores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator eſſet. Per vim abduci proprie mulier dicitur a marito, cum divortium fit. *Donatus* in illud *Terent. Hecyr.* 5. 1. 21. Et filiam abduxit ſuam. Abduxit, inquit, proprie: Accerſi enim dicitur *ad* maritum, abduci a marito. ¶ Dicimus etiam abducere vi, & abducere per vim. *Cic.* 5. *in Verr. c.* 34. Ad quem iſte deduxerat tertiam Iſidori Mimi filiam, vi abductam a Rhodio milite. *Liv. l.* 2. *c.* 56. Conſularibus negotio dato, ut collegam per vim, ſi aliter non poſſent, a foro abducerent. ¶ Dicimus etiam Abducere cum præp. *in*, & *ad*; ut Abducere in ſervitutem. *Ceſ. l.* 1. *B. G. c.* 11. & *Terent. Adelph.* 2. 3. *ſc.* 3. v. 4. Abducere aliquem ad nequitiam. ¶ Aliquando etiam loco Ablativi cum præp. *A*, vel *Ab* regit accuſandi caſum. *Ovid. Faſt.* 5. v. 477. Viſaque confugiens ſomnos abduxit imago. ¶ Tranſlate etiam uſurpatur. Sic latine dicas Abducere animum a cogitationibus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 17. Abducere animum a ſtudiis. *Idem l.* 4. *Ep. fam.* 4. Abducere ſe ab omni reipublicæ cura. *Idem ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 5. Abducere mentis aciem a conſuetudine oculorum. *Idem Nat. Deor. l.* 2. *c.* 17. Abduci homines ab inſtitutis ſuis. *Idem pro Cae.* 41. *Idem pro Placco* dixit, Fide abducere, ſine præpoſitione, pro revocare a fide præſtanda. ¶ Abduco *ube*, pro *Abi te*. *Diomedes*. ¶ Abducere potionem, h. e. ſumere, bibere, *Scribon. Larg. compoſ.* 122. ¶ Abducere gradum in terga, *dar'alle fuge*, *Sil. lib.* 10. v. 18. ¶ Abducere caput ab ictu, i. e. Avertere. *Virg. l.* 5. v. 428. ¶ Abduce pro Abdur dixit *Terent. in Adelph.* 3. 4. 36. Hunc abduce, vinci.

Abductio, onis, f. *il condur via*, actus abducendi. Legitur apud Interpretem *Daretis Phrygis*, c. 4. *in fi.* qui eſt dubiæ auctoritatis ſcriptor.

Abductus, a, um, participium, ſive nomen ex participio, *tolto per forza*, *condotto via*. *Plaut. Pſeud. ſc.* 1. a. 1. Abductus recta in phylacam. *Suet. Aug. c.* 69. Feminam conſularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam. *Id. in Othon. c.* 3. Abducta marito, i. e. a marito. ¶ Abductus in ſecretum. *Liv. l.* 30. *c.* 14. *ritirato in diſparte*.

Abe pro Ave legitur in vet. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 786. n. 3. Fui, abe. ¶ Multa alia hujus generis, in quibus *B* pro *V* poſitum eſt, affert *Reineſ.* V. ejus Indicem, *cap. Eor. quæ ad rem Grammat. pertinent*.

Abecedarius, ii, m. 2. tam qui docet, quam qui diſcit Alphabetum. Sed vox Hieronymi eſt, & Auguſtini *lib.* 1. *Retract. c.* 20. & *Fulgentii lib.* 3. *Mythol. cap.* 10.

Abĕdo, is, vel, es, idem quod exedo, Abſumo, ex *Tacit.* 15. *Annal. c.* 5. in Lexicis affertur. Exorta vis Locuſtarum abederat &c. Sed legendum eſt *Ambederat* cum *Lipſio*, *Gronovio*, & *Ryckio*.

Abella, ſeu potius Avella, Campaniæ opp. *Sil. Ital. lib.* 8. v. 545. Surrentum, & pauper ſulci cerealis Abella. Sed Avella vulgo perhibetur, fortaſſe ut notat Ambroſius Leo, ſic a priſcis Græcis ab ἄελλα, i. e. venti vertigine hunc tractum perflante, dicta. Unde *Avellanæ nuces*, *Macrob. Sat.* 3. 18. Nux Avellana, ſeu Præneſtina, quæ eſt eadem ex arbore, quæ corylus dicitur.

Abellinæ nuces, *nocciuole*, nuces exiguæ ſunt, vulgo *nocciole*, & *avellane*, ſic dictæ ab Abella opp. Campaniæ, ubi abundant. *Plin. l.* 15. *c.* 23.

Abellio, nois, m. 3. Eo inclinat animus (inquit *Voſſius* 5. *de Idol.*) ut Abellionem non alium, quam Solem, nec aliunde, quam a Belo dictum putem. Firmat opinionem meam, quod & Pamphilii, & Cretes ſic dixere. Heſych. Ἀβέλιον ἥλιον Κρῆτες. Idem Ἀβέλιον, ἥλιον Κρῆτες. Et fortaſſe Apolin ex Cretico Ἀβέλιον. Nam veteres Romani *Apello*, pro *Apollo*, ut pro *Homo*, *Hemo*, pro *Bonus Benus*, unde *Bene*. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 37. a. 4. 5. 6.

Abĕmo, is, ere, a. 3. Verbum obſoletum. *Plaut.* Abemito veſtem, i. e. Demito, vel aufero. *Emere* enim antiqui dicebant pro accipere. Hæc *Feſtus*.

Abĕo, is, ivi, vel ii, tum, n. 4. *partire*, *andare*, אזל הלך, Ger. *hinweg gehen*, Gal. *s'en aller*, *ſe partir*, Hiſp. *irſe*, ἀναχωρεῖν, diſcedo. *Liv. l.* 1. *c.* 16. Hæc locutus ſublimis abiit. ¶ Abi quoque dicimus quaſi hæreati, morantique. *Ter. in And.* 1. 1. 1. Vos iſthæc intro auferte, abite. ¶ Aliquando abire dicitur, quod nos paulatim deſerit, παρέρχεσθαι. *Ter. in Adel.* 4. 5. 57. Menſes abierunt decem, idest effluxerunt. ¶ Aliquando pro evaneſcere, præterire, deſinere. *Cic. pro Mur. c.* 3. Abiit illud tempus. *Idem Fam.* 9. *ep.* 20. Illa mea, quæ ſolebas antea laudare, abierunt. *Liv. l.* 3. Quia Æquos movere ſua ſponte arma poſſe, jam fides abiit. *idest* deſiit credi, & eſſe veriſimile. ¶ Interdum pro dilabi. *Cic. Attic.* 11. *ep.* 2. In quos ſumptus abeunt fructus prædiorum. ¶ Item pro deſerere. *Cic.* 3. *Verr. c.* 44. De ſuis bonis ita dat, ut ab jure non abeat, idest non diſcedat. *Liv. l.* 24. *c.* 19. Ne incepto abiretur. *idest* deſiſteretur. ¶ Interdum pro deponere, *rinunciare*. *Liv. l.* 4. Properantis abire magiſtratu. ¶ Denotat etiam motum ad locum, quod eſt ire, ut Quo abiit. *Plin. l.* 3. 34. Oppidum delevit, quod nunc in villas abiit. h. e. ex oppido factæ ſunt villæ. ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. *Liv. lib.* 2. Præceps Fabius in vulnus abiit. idest pronus cecidit in vulnus. *Idem ibid.* Ne ut ora hominum pro ludibrio abiret. *idest* ne ab hominibus irrideretur. *Ter. Adelph.* 4. 2. 25. Abi, virum te judico. Ubi, inquit *Donatus*, blandientis eſt verbum, quemadmodum ad eos dicere ſolemus, qui jam compotes ſuorum votorum ſunt facti. *Idem in Phor.* Præſens quod fuerat malum, in diem abiit. idest in aliud tempus dilatum eſt, *differirſi*. *Liv. l.* 1. Quorum vetuſtate memoria abiit, *ſcordarſi*. *Cic. ad Attic. lib.* 14. Nauſea jam plane abiit, *ceſſare*. *Plin. lib.* 3. Ut reditus agrorum, ſic pretium retro abiit, *idest* imminutum eſt, *avvilirſi*. *Plaut. in Merc.* Sol abit. *idest* decedit, *ſi fa ſera*, *tramonta il Sole*. *Luc. lib.* 3. Spes victus telluris abit. *h. e.* perit, effluit. *Terent. in Phorm.* E medio abiit, *morire*. Sic *Cic.* 1. *Tuſc.* Cato e vita abiit. *Plaut. in Mil.* Ex hoc matrimonio abierunt. *idest* matrimonium hoc reliquerunt. *Plin. lib.* 24. *c.* 9. Salicis fructus ante maturitatem in arenam abiit, *mutarſi*. ¶ Abire in malam crucem, locutio eſt imprecatoria, ab antiquis uſurpata, *andar in mal'ora*. *Ter. in And.* Abi hinc in malam crucem. ¶ Taurus abiit in ſilvam, paſtorale adagium eſt in eos, qui a ſtudiis deſciſcunt, & diverſam ſequuntur vitæ inſtitutum. ¶ *Abire viam* dictum, ſicut *ire viam*. *Plaut. Rud. c.* 3. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam. ¶ Abire fuga, i. e. fugere. *Virg.* 4. *Æneid.* v. 281. Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras. ¶ Abire ripam pro *ad ripam*, vel *in ripam* figurate. *Id.* 6. *Æn.* Ripamve injuſſus abibit. ¶ Abire e medio idem, quod *mori*. *Terent. in Phorm.* Ea mortem obiit, e medio abiit. ¶ Abire urbe, vel domo. *Plaut. Mer.* Cedo ſi hac urbe abis, pro *ab hac urbe*. ¶ Abire, vel ire in creditum, JCons. loquendi formula eſt, de qua *Hotomon. in Lexico*. Non, *inquit*, omnino idem eſt, quod credere, ſed tantum eas res credere, quæ accipientis fiunt. h. e. quæ functionem non in ſpecie ſed in genere recipiunt, veluti pecuniam, frumentum, vinum, &c. Licet aliquando non ſolum generaliter ſumatur, ſed etiam ſpecialiter pro *mutuum contrahere*, ut *lib.* 14. *tit.* 6. *L.* 3. ¶ Abire in vanum pro vo, quod *evaneſcere*, irritum fieri, *andare in dileguo*, *andare in fumo*, *ſvanire*. *Senec. ep.* 94. Alioquin abibunt in vanum monentium verba. ¶ Eleganter etiam abeundi verbo impunitatem veteres expreſſerunt. *Catul. ep.* 14. Non, non hoc tibi, Salſe, ſic abibit, *non ti paſſerà no così*. *Terent. Andr. c.* 1. *ſc.* 2. v. 4. Mirabar, hoc ſi ſic abiret. ¶ Abi etiam per contemtum dicitur. *Terent. Adelph.* 2. 2. Numquam rem facies, abi, neſcisineſcare homines. ¶ *Abi*, *abi*, cum faſtidium alicujus ſignificare volumus. *Terent. Adelph.* 4. 4. Abi, abi jam, Æſchine; ſatis diu verba dediſti nobis. ¶ Solemnis fuit apud veteres, cum aliquis obiiſſet, formula hæc: *Abiit jam, & reverti debet*. Nunquam enim ominis cauſa, & δυσφημίας vitandæ gratia obiiſſe, ſed vixiſſe mortuos dicebant. *Tertul. in l. de teſtim. animæ*. Nam ſi, *ait*, de aliquo jampridem defuncto, tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere: *Abiit jam, & reverti debet*. *Ad. de Phædr. l.* 4. *fab.* 19. ¶ *Abi quo lubet*, formula erat, qua veteres ſervos ſuos dimittere ſolebant. *Plaut. Stich.* In hunc diem nihil te moror, abi quo lubet. ¶ Parœmiæ aliquot ex hoc verbo naſcuntur,

ut *aut abi*, *aut exuere*. Quod proverb. Græcum eſt. Hic enim, auctore *Platone in Teetato*, mos fuit Lacedæmoniis, ut in publicis certaminibus nullum adoleſcentem otioſum eſſe paterentur, ſed cum eum luctari ſolerent; dicebant, ἢ ἀπιέναι, ἢ ἀποδύεσθαι. Simile huic adagio eſt, *Aut abi*, *aut bibe*. ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι. Cujus meminit *Cic. quæſt. Tuſcul. l.* 5. Monemur autem hac paræmia, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus.

Abeōna, æ, Dea ab antiquis culta, quod abeundi facultatem præſtaret. *Auguſtin. l. 4. de Civ. Dei*, *cap.* 21.

Abequĭto, as, n. 1. ἀφιππάζω, equo abeo, vel aufugio, *fuggire a cavallo*. *Liv. l.* 24. *c.* 31. Ut Prætores pavidi ab eo tumultu abequitarent Syracuſas. Al. leg. *abequitaret*.

Abercĕo, es, a. 2. prohibeo, ex *ab*, & *arceo*, ut *coerceo*. V. Abarceo.

Aberratio, onis, f. 3. Verbale, ab Aberro, ἀποπλάνησις, ἀπόταξις, *sbaglio*, *deſviamento*. Digreſſus a recta via. Per metaphoram Avocamentum ſignificat. *Scampo*. *Cic. Caſſio l.* 15. *ep.* 18. Veruntamen aliam aberrationem a moleſtiis non habemus.

Aberro, as, n. 1. *andare errando*, *vagare*, Gal. *s'egarer*, *ſe devoyer*, Hiſp. *deſviarſe*, ἀποπλανάω, erro, digredior, recedo, via deflecto. *Cic. lib.* 5. *Tuſc.* Redeat, unde aberravit, oratio. ¶ Aberrare in melius, dixit *Plin. Jun. lib.* 4. Artificem, quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. *ideſt* ab illo exemplari diſcedere, etiam ſi melius facturus ſit. ¶ Dicimus etiam aberrare a miſeria. *Cic. ad Att. l.* 12. *ep.* 45. Nullo enim alio modo e miſeria quaſi aberrare poſſum, *i. e.* a miſeria cogitationem avertere. ¶ Item aberrare a propoſito, vel aberrare propoſito, *uſcire di propoſito*. *Idem* 2. *Tuſc.* Sed te de æternitate dicentem aberrare propoſito facile patiebar. ¶ Eleganter quoque, dicimus, Aberrare a communi utilitate. *Idem pro Ligario*, Utriſque cupientibus Rempublicam ſalvam, ſed partim conſiliis, partim ſtudiis a communi utilitate aberrantibus. ¶ Aberrare conjectura, vel a conjectura, h. e. conjecture falli. *Cic. Att. lib.* 14. & 1. *de Nat. Deor.* ¶ Aberrant inter ſe orationes, hoc eſt diſcrepant. *Liv.* 8. *Bell. Maced.*

Abēſus, a, um, *mangiato*, *conſumato*, ab abedo, is. *Prudent. Cathemer.* 10. *v.* 111. ubi alii leg. *adeſus*.

Abfōre, *dovere mancare*, ἀπέσεσθαι, abfuturum eſſe. *Virg.* 8. *Æn. v.* 147. Nihil abfore credunt. ¶ Quæ duo per *b* ſcribuntur, ac ſi per geminum *ff* ſcriberentur, compoſita quis crederet cum *ad* præpoſitione, quæ contrarium ſignificat. Sic Abforem pro *Abeſſem*: Afforem pro *Adeſſem*.

Abfuturus, a, um, partic. verbi abſum. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 11. Nullam a ſe calamitatem abfuturam fuiſſe.

Abgrĕgo, gas, a. 1. *ſcielgere*, ἀποσχίζω, ab grege deduco. *Feſt.*

Abhiĕmat, abat, n. ut *hiemat*, h. e. hiems eſt. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Cum ſereno cælo fulgetræ erunt & tonitrua, abhiemabit. Ita legit *Harduin.* ex MSS. Alii & *hiemabit*.

Abhinc, dictio compoſita ſignificans antehac, ἔτι, ἀπὸ νῦν. *Gid ſono &c.* *Da qui &c.* Jungitur autem & Accuſativo, & Ablativo. *Terent. Andr.* 1. 1. Abhinc triennium. *Cic. pro Roſc. Com.* Abhinc annis quindecim. Et refertur tum ad tempus præteritum, uti jam clariſſime patet; tum etiam aliquando, ſed rarius, ad tempus futurum, ut docet Scioppius. *Pallad. lib.* 4. *tit.* 13. Septimo anno omnes dentes equi explentur: latent abhinc ætatis notæ, *da queſto tempo in poi*. ¶ Uſurpatur etiam de loco. *Lucret. l.* 3. *v.* 968. Aufer abhinc lacrymas.

Abhorrens, entis, *alieno*, *diſſimile*, *lontano*, alienus, diſſimilis. *Liv. l.* 25. *c.* 13. Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione. ¶ Cum dativo. *Idem l.* 4. *c.* 14. Huic profectioni abhorrens mos traditus ab antiquis.

Abhorreo, res, rui, n. abhorrent ſum, aſpernor, fugio, diſſentio, abſum, diſcrepo, *abhorrire*, *odiare*, ὑπὸ, Ger. *ein abſcheuv haben vom ding tragen*, Gall. *avoir en horreur*, *& dedain*, Hiſp. *aborrecer*, μισεῖν, alienum eſſe ab aliqua re. Ponitur interdum abſolute. *Cic. pro Clu. c.* 14. Omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant. ¶ Sed fere ablativo jungitur cum præp. a, vel ab. *Tac. Hecyr.* Abhorrere animum huic video a nuptiis. ¶ Legitur etiam cum ablat. ſine præp. *Cic. de Fato c.* 4. Alii talibus vitiis abhorreant. ¶ Interdum cum dativo. *Liv. l.* 4. *c.* 14. Huic tam pacatæ profectioni ab urbe Regis Etruſci abhorrere mos traditus ab antiquis. ¶ Uſurpatum eſt etiam cum accuſativo. *Suet. de Aug. c.* 83. Pumilos, atque diſtortos, ut ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat. *Liv. l.* 4. *c.* 44. Parum abhorrens famam. ¶ Sciendum tamen, cum accuſativo jungitur, in ſimili fere ſignificatione ſumi, qua *horreo*: Tum enim ſignificamus, nos rem præſentem, vel propinquam, quam audire, aut aſpicere pertimeſcimus, execrari. Cum vero ablativo, tunc procul nos eſſe ab eo, quod non placet, vel quod refugimus, demonſtramus, ut docet *Paſſeratius* ad hanc dictionem. ¶ Præterea verbum hoc aliis gaudet ſignificationibus. Significat enim etiam *differre*, *diſcrepare*, *diſſidere*: *Diſſimigliare*, *diſcordare*. *Liv.* 38. *c.* 56. Abhorrent inter ſe orationes, i. e. diſſident. *Cur.* 3. 6. Cultus, habituſque paulum a privato abhorrens. ¶ *Abhorret a fide* pro Incredibile eſt. *Liv. Dec.* 1. *l.* 9. ¶ Abhorrere etiam de homine interdum dicitur, præciſe qui minime ſit aptus ad rem, vel artem aliquam. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 20. Sic plane abhorrebit, & erit abſurdus, ut ſe contineat, aut ad aliud ſtudium transferat, admonebo.

Abhorreſco, is, n. horreſco. Legitur in quibuſdam editionib. *Lactantii de Ira Dei*, *c.* 23. neque tamen eſt *Lactantii*, ſed Interpretis cujuſdam, vertentis quoddam Apollinis oraculum, quod ibi Græco carmine a *Lactantio* affertur: ἀποφρίσσουσιν, *abhorreſcunt*.

Abhorrĭde, horride, vel aſpere. Eſt *Cariſii l.* 1. *pag.* 41. *Putſch.*

Abjecte. Adverb. *Vilmente*, *con baſſezza*. *Cic. in Tuſcul.* 2. 1. 23. Hoc in dolore maxime eſt providendum, ne quid abjecte, ne quid timide faciamus. ¶ Comparat. *Auctor Dialogi de orat. c.* 8. Quo ſordidius, & abjectius nati ſunt.

Abjectio, onis, f. 3. *Viltà*, *baſſezza*. *Cic. in Piſon. c.* 36. Debilitatio, atque abjectio animi tui. ¶ Item remotio. *Auctor ad Heren. l.* 1. *c.* 6. Abjectio, adjectio, litterarum mutatio.

Abjectus, a, um, adject. *Gettato*, *abbaſſato*, *negletto*, *disfatto*. Et tam ad res, quam ad perſonas pertinet. Ad perſonas. *Cic. ad Att.* 1. Senatum abjectum excitavi. Ad res. *Cic. pro Cluent.* Cauſſam pecuniæ publicæ contemtam, atque abjectam putare. *Idem in Bruto*. Verba non abjecta, res compoſitæ diligenter. ¶ Comparative etiam uſurpatur. *Cic. in Lælio c.* 16. Animus abjectior. Et *Val. Maxim. l.* 4. *c.* 7. *extern.* 5. Abjectiſſimum negotium. ¶ Significat etiam idem quod projectus. *Varr. lib.* 4. *de L. L.* In ſepulcrum ejus abjecta gleba non eſt. *Florus l.* 1. *c.* 1. Abjectus in profluentem. *Ovid. epiſt.* 7. *v.* 1. Abjectus in herbis olor.

Abiegineus, a, um, abiegnus. Legitur in quadam *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 607.

Abiegnus, a, um, *di abete*, quod eſt factum ex abiete, ut abiegnæ menſæ. ἐλάτινος. *Di abete*. *Colum. l.* 12. *c.* 43. Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna ſcrobe virides uvas cuſtodiunt. ¶ Dictio eſt quadriſyllaba, ſed interdum apud Poetas triſyllaba. *Prop. l.* 2. *Eleg.* 27. Induit abiegnæ cornua falſa bovis.

Abiens, euntis, partic. ἀπερχόμενος, diſcedens, *Terent. Andr.* 1. 5. 57. Obſervabam ſervulos venientes aut abeuntes. *Cic. Att.* 1. *ep.* 16. Abiens magiſtratu. *Ovid. epiſt.* 5. Abeuntia vela. *Stat.* 4. *Theb.* Abeuntibus annis.

Abies, etis, f. 3. *Abete*, ברוש, Germ. *thannenbaum*, Gall. *ſapin*, Hiſp. *abeto*, Ang. *a ſirre tree*. Arbor eſt altiſſima, rectiſſimaque, cujus pars inferior enodis *Sapinus* vocatur, ſuperior vero nodoſa, duriorque *Fuſterna*, ut *Plin.* docet *l.* 16. *c.* 39. Græce ἐλάτη. *Cic.* 3. *Tuſc. quæſt.* Abieta criſpa. ¶ Abietem pro tabellis uſurpavit *Plaut. in Perſ.* 2. 2. 66. quod non recipit ſoluta oratio, teſte *Quintil. l.* 8. *c.* 6. ¶ Abies metonymice pro re facta ex abiete. *Virg. Æn.* 8. *v.* 91. Labitur uncta vadis abies. i. e. navis abiegna. Sic. *Æn.* 11. *v.* 667. Adverſi longa transverberat abiete pectus. *h. e.* haſta abiegna.

Abietaria negotia, inquit *Feſtus*, dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.

Abietīnus, a, um, abiegnus. *Apulej. de herb. c.* 29. Abietinum vas. Al. leg. *argenteum*.

Abĭga, æ, f. 1. *iva moſcata*, alio nomine chamæpitys, vulgo *iva moſcata*, herba eſt, quæ vim partus abigendi habet, unde nomen accepit. *Plin. l.* 24. *c.* 6.

Abigeator, oris, m. 3. Idem, ac Abigens, nomen uſurpatum a *Paulo JCto ſent. l.* 5. *c.* 18. ubi tamen alii aliter legunt.

Abigeātus, us, m. 4. ἀπελασία, ipſum abactionis crimen, ſive ipſe abigendi actus. *Macer. Dig. l.* 47. *tit.* 14. *leg.* 1.

Abigĕus, i, m. 2. *rubatore di gregge*, Gall. *larron ordinaire de betail*, Hiſp. *hurtador de ganado*, ἀπελάτης, ab abigo, qui pecore de paſcuis, vel ex armentis ſubtrahit, & deprædatur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercet. *Ulpian. Dig. l.* 47. *tit.* 14. *leg.* 1.

Abĭgo, gis, egi, actum, a. 3. *mover via gregge*, הניע, Gal. *chaſſer les betes*, Hiſp. *apartar*, *ganado*, *hurtallo*, *a otrallo*, ἀπελαύνω, ex ab, & ago, proprie eſt pecus, aut greges abducere, ſive vi id fiat, ſive dolo. *Cic. in Piſon. c.* 34. Familias abripuerunt, pecus abegerunt. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 1. Greges ovium longe abiguntur ab Apulia. ¶ Significat præterea rem nobis odioſam, aut moleſtam propellere, & fugare, ἀπείργειν. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 60. Puer abige muſcas. ¶ Transfertur interdum ad res incorporeas, ut Abigere faſtidium, laſſitudinem. *Plin. l.* 12. *c.* 17. & *Plaut. Merc.* 2. 2. 3. ¶ Abigere partum eſt fetum jam conceptum expellere, *diſperdere*. *Cic. pro Cluent. c.* 11. Sibi ipſa partum medicamentis abegit. ¶ Abigere a cibo pro Prohibere. *Plaut. Curcul.* 1. 3. Si te edentem hic a cibo abigat. ¶ Abigere de, vel, ex. *Idem in Truc.* 2. 1. 41. ¶ Abigere aliquo pro Ablegare. *Teren. Adelph.* 3. 3. 47. Abigam hunc rus. ¶ Abigere adjecta præp. *ab* habet *idem Plaut. Men.* 1. 2. *v.* 18. Uxorem abegi ab janua. ¶ Cum dativo *Sil. l.* 8. *v.* 124. Quæ dum abigo menti. ¶ Cum ablat. ſine præpoſit. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 344. O vir colloquio non abigende Deum.

Abjicio, cis, jeci, jectum. a. 3. *gittar da lontano*, השליך, Ger. *hinvverffen*, *von ſich vverffen*, Gall. *jetter par dedain*, *ou ſacherie*, Hiſp. *abatir*, *echar de ſi*, ἀποβάλλω, ex ab, & jacio, eſt projicere, hoc eſt a ſe longe jacere. *Valer. Max. lib.* 1. Abjici eos in mare juſſit. *Cicer.* 1. *de Orat. cap.* 7. Se abjiceret in herbam. *Plin. lib.* 21. *cap.* 13. Abjiciunt ſe humi. ¶ Eſt etiam hoc verbum aliquando humilis, & ſupplicis. *Cic. Att. lib.* 4. *ep.* 2. Cui libenter me ad pedes abjeciſſem. ¶ Interdum eſt vileſcere. *Cicer. in Parad.* 1. *c.* 4. Sic te ipſe abjicies, atque proſternes, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquam putes intereſſe. ¶ Transfertur aliquando ad res animi, & eſt pro deponere, & expellere, & amovere, ut Abjicere curam, *laſciare il travaglio*, abjicere amorem, abjicere ſocordiam, abjicere memoriam, *ſcordarſi*, abjicere ſpem, ſive animum, quod eſt dejicere, ac deprimere, ac pæne deſperare. *Cic. Paeo*, *lib.* 9. *Fam.* Me abjeciſſe curam Reipublicæ. ¶ Abjicere auctoritatem, eſt vilem, abjectamque reddere, *ſprezzare*. *Cic. Att. lib.* 1. *ep.* 18. (*al.* 13.) Senatus auctoritatem abjecit. ¶ *Id.* 1. *de Leg. c.* 9. Animantes abjecit ad paſtum, ideſt pronos fecit. *Id. Q. Fr. l.* 3. Scaurum Pompejus abjecit. *h. e.* neglexit. ¶ Eleganter etiam dicitur, abjicere arma. *Cic. Fam. ep.* 1. Abjicere conſilium ædificandi. *Id.* 5. *ad Attic. ep.* 11. Abjicere famam ingenii. *Id.* 9. *fam. ep.* 16. ¶ Abjicere obedientiam. *Id. l.* 1. *off. c.* 29.

Abĭla, f. 1. Ἀβίλα, opp. nomen eſt ad Jordanem fluvium. ¶ Eſt & Abila, *Bellinas*. Ἄβιλα, opp. in regione Decapolitana, Diogenis Sophiſtæ patria, cujus meminit *Plin. l.* 5. *c.* 18. ¶ Item Mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani e regione Calpes Hiſpaniæ montis, Ἀβιλύξ, *Suidæ*. *Plin. in Proœm. l.* 3. Proxima autem faucibus utrinque impoſiti montes coercent clauſtra Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntque perfoſſas admiſiſſe maria antea excluſa, & rerum naturæ mutaſſe faciem. Hæc *Plin.*

Abĭtio, onis, f. *partenza*, ἀναχώρησις, ipſe abeundi actus, h. e. diſceſſus. *Terent. Heaut.* 1. 2. 16. Propterea hæc turba, atque abitio evenit. ¶ Abitionem antiqui dicebant mortem. *Feſtus*.

Abĭto, is, n. 3. *andar via*, frequentativum ab abeo. *Plaut. Rud.* 3. 4. 72. Hunc quoque aſſerva ipſum, ne quo abitat.

Abĭtus, us, m. 4. *partenza*, idem quod abitio, ἀναχώρησις. *Plaut. Amph.* 4. 3. Feram, & perferam abitum ejus animo forti. ¶ Significat etiam locum, per quem abire poſſumus. *Tacit. Ann.* 14. 37. Ceteri terga præbuere difficili effugio, quia circumjecta vehicula ſepſerant abitus.

Abjudicātus, a, um, particip. *Tolto per via di giudizio*. *Liv. l.* 4. *c.* 1. Ardeatium populum ab injuriam agri abjudicati deſiſſe.

Abjudĭco, as, are, *togliere per via di giudizio*, Germ. *mit recht abſprechen*, Gal. *oter par jugement*, Hiſp. *quitar por ſentencia*, ἀποδικάζω. Proprie ſignificat judicio auferre, & per ſententiam alteri addicere; cujus ſignificatui opponitur Adjudicare. *Cic. pro Cæc. c.* 34. Ipſe ſibi libertatem abjudicavit. *Id. in Verr.* 2. *c.* 5. Nulla res cujuſquam tam patrita, atque avita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius abjudicaretur. *Ibid.* Cognitionem veritatis ab hoc ordine abjudicari nefas eſt. ¶ Adhibetur aliquando extra forum pro Repudiare, *rifiutare*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 24. Ubi plus mali, quam boni reperio, id totum abjudico, atque rejicio. ¶ Abjudicabo me a vita, *in Aſin.* 3. 3. 37. *Plautus* ſatis dure dixit pro *vitam mihi adimam*.

Abjŭgo, as, are, *ſciorre dal giogo*, *diſgiungere*, ἀποζεύγνυμι, proprie a jugo removeo, ut abjugare bovem, h. e. disjungere; ſed per translationem eſt *ſeparare*, *alienare*, ἀποχωρίζειν. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 37. Quæ res te ab ſtabulis abjugat.

Abjunctus, a, um, *ſciolto*, *diſgiunto*, ſolutus, a jugo dimiſſus, disjunctus. *Propert. l.* 2. *eleg.* 14. *v.* 12. Aurora abjunctos ſedula lavit equos. *Arnob. l.* 3. *pag.* 105. Ab omni turpitudinis labe diſparata, atque abjuncta divinitas.

Abjungo, is, ſeparo, removeo, *disjungere*, *ſcompagnare*, *ſeparare*, פרד, Ger. *abſundern*, Gall. *desjoindre*, Hiſp. *deſunir*, ἀποζεύγνυμι, ἀποχωρίζω, *Cic. ad Attic. l.* 1. *ep.* 1. Quod ſe ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 518. It triſtis arator Mœrentem abjungens fraterna cæde juvencum.

Abjurātus, a, um. Adject. cum perjurio negatus; ut cum depoſitum abjuratum dicimus. Aliquando tamen ſimpliciter acceptum invenitur pro eo, quod eſt contra jus retentum. Sic enim interpretatur *Servius* illud *Virg. l.* 8. *Æn. v.* 263. Abſtractæque boves, abjuratæque rapinæ Cœlo oſtenduntur.

Abjūro, as, are, *negare con giuramento*, כחש בשבועה, Germ. *verſchvveren*, Gall. *renier par ſerment*, Hiſp. *negar jurando*, ἀπομνύω. Rem mihi creditam perjurio nego. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 10. Abjurant ſi quid creditum eſt. ¶ Abjurare

Digitized by Google

Jurare pecuniam in jure eſt juramento apud Prut. negare, ſe pecuniam accepiſſe. *Plaut. in Rud. prol. v.* 14. Quinque in jure abjurant pecuniam. Sic abjurare creditum, apud *Sall. in Catil. cap.* 25. & *Cic. ad Attic. l.* 1. *ep.* 8. Mihi autem abjurare certius eſt, quam dependere.

Ablaqueatio, onis, f. 3. *diſcalzamento delle viti, o degli alberi. Plin. l.* 12. *c.* 15. Myrrha gaudet raſtris, & ablaqueationibus. Eſt autem *ablaqueatio* foſſio circa radices, ut amoveantur, quæ illas illigant, aut impediunt. *Colum. l.* 4. *c.* 17.

Ablaqueo, as, are, a. *ſcalzare a zappare a piè degli alberi.* Propria eſt circum arbores terram, & radices ſuperiores recidere. Poſt putationem, *inquit Columella*, vitem ablaqueare incipito. ¶ Eſt etiam circa vitium codicem terram aperire, & veluti lacus circa ipſas effodere, ut Solis teporibus, & imbribus provocentur. Itaque verbum hoc a lacubus deductum eſt, quia cum circum arbores foditur, & terra aperitur, velut lacus efficitur, ut ait *Palladius*. ¶ Aliter Ablaqueare eſt quaſi laqueos arboribus demere, ut felicius creſcant, & uberiorem fructum ferant. Vide *Catonem c.* 5. & 27. *Columellam l.* 4. *c.* 29. *Pallad. l.* 2.

Ablatio, onis, f. *il togliere*, actus auferendi. *Tertull. lib.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 19. Comminari ablationem.

Ablativus caſus Grammaticis dicitur, qui ſextus eſt apud Latinos, & alio nomine, teſte Priſciano, *comparativus* appellatur, eo quod per eum non minus comparatio, quam ablatio ſignificetur. Servit enim comparationi, ut fortior Hectore. Ablationi vero, ut cum dicimus, aufero ab Hectore. *Diomed. l.* 1. Hunc *Varro* interdum Sextum, interdum Latinum vocat, quia Latinæ linguæ proprius eſt, cujus vis apud Græcos per Genitivum explicatur. Vide apud *Priſcian. l.* 3. *c. de caſibus*. Uſurpat hanc vocem etiam *Quintil. lib.* 1. *cap.* 5.

Ablator, oris, m. 3. qui aufert. *Sedul. lib.* 5. *de Reſurrect. hiſt.* Beati corporis ablator. *Aug. Civ. l.* 19. *c.* 13. Bonorum ablator.

Ablatus, a, um, *tolto, levato. Terent. Eunuch. prol. v.* 26. Paraſiti perſona inde ablata. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Fetus uberibus ablati.

Ablectus, a, um, ab *ab*, & *lacio*; unde ablectæ ædes. *Plaut. in Moſtell.* 3. 3. *v.* 3. quæ facile emptorem alliciant. Calepinus putat, *ablectas ædes* ſignificare ædes nitidas, & ornatas, quæ emptorem ſua elegantia facile alliciant. Græce ἀπόλεκτοι οἰκίαι. *Turnebus* legit, *abjectas ædes*; ſed hæc lectio aliis non placet. Alii retinent cum *Scaligero ad Feſtum* in V. *ablegmina*, *ablectas ædes*, h. e. minimo pretio venditas, quaſique projectas.

Ablegatio, onis, f. 3. *il mandar via*, ἀποπομπή, ἀποπομπή. *Liv. l.* 6. *cap.* 39. Id accidit ablegatione juventutis ad Veliternum bellum. *Plin. lib.* 7. *cap.* 45. Pudenda Agrippæ ablegatio.

Ablegatus, a, um, Adject. ab Ablego. *Cic. in Verr.* 4. *c.* 30. Dimiſſo, atque ablegato concilio, eum produci juſſit. *licenziato. Flor. l.* 4. *c.* 2. Ablegato equo. *laſciato andare. Juſtin. l.* 1. *c.* 3. Ablegatus in Perſas. *relegato*.

Ablegmina, orum, n. pl. Sunt partes extorum, quæ Diis porriciebantur, quæ propterea dicebantur *proſecta*, *proſecta*, tamquam ſeparata quædam a reliqua viſceratione. Id enim eſt *ablegere*, imitatione Græcorum, qui dicunt ἀπολέγειν. Ita *Scaliger* ad *Feſtum*, ubi ea vox legitur.

Ablego, as, are, eſt Amandare, Removere, dimittere, *Mandar via lontano, tor via da ſe*, שלח, Ger. *abfertigen*, Gall. *renvoyer*, Hiſp. *embiar*, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. *Cic. ad Att. lib.* 2. *ep.* 18. A C. Cæſare valde liberaliter invitor in Legationem illam, ſibi ut ſim legatus, ſed hæc a fratris adventu me ablegat. h. e. ita me hinc removet, ut fratris adventui adeſſe non poſſim. *Id. in Verr.* Poſt illos adhibuit, quos ablegarat. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Pueros venatum ablegavit. *Varro de re ruſtica l.* 2. *c.* 47. Quin & pecus e prato ablegandum, & omne jumentum, ac etiam homines, *h. e.* longe repellendum, & procul arcendum. ¶ Dicitur etiam foras ablegare. *Plaut. Milit. a.* 3. *ſc.* 2. *v.* 55.

Abligurio, is, ire, *conſumare mangiando*, אכל, Ger. *verzehren*, Gal. *conſumer en friandiſes*, Hiſp. *guſtar en goloſinas*, κατεδήδοκα. Liguriendo abſumo. *Terent. Eunuch.* 2. 2. 4. Patria abligurierat bona. ¶ In obſcenum ſenſum uſurpatur a *Suet. de illuſt. Gram. c.* 23.

Abliguritio, nis, f. 3. actus abligurienidi, *prodigalità*, *ghiottoneria*. *Capitolinus in Macrino c.* 15. Heliogabalus imperium dedecoravit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione, &c.

Abloco, as, are, *affittare*, rem alii locare. *Suet. in Vitell. c.* 7. Domum in reliquam partem anni ablocare.

Abludo, diſſimilis ſum, diſto, *Diſſomigliare*, *diſcordo*, ἀπᾴδω. Hæc a te non multum abludit imago. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 320. h. e. Hoc exemplum non multum diſſimile eſt tuis moribus.

Abluo, is, ui, utum, a. 3. eluo, purgo, *lavare*, *nettare*. רחץ, Germ. *abwaſchen*, Gall. *nettoyer*, Hiſp. *lavar*, ἀπονίπτω. *Cic. in Tuſc.* 5. *c.* 16. Ulyſſi pedes abluens. ¶ Apud Veteres, antequam ſacra fierent, manus abluebantur, præcipue ſi cæde & ſanguine eſſent pollutæ. *Seneca in Herc. Furent. a.* 4. *ſc. ult.* Quis Tanais, Taguſve Ibera turbidus gaza fluens abluere dextram poterit? Et *Virg.* 2. *Æn. v.* 719. Donec me flumine vivo abluero. ¶ Abluere perjurium, h. e. expurgare a perjurio. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 681. ¶ Abluere tenebras antiqui dicebant pro *diſcutere*, & *diſſolvere*. *Lucret. l.* 4. *v.* 378. Nigraſque ſibi abluit umbras. ¶ Abluere pro madefacere, aut rigare. *Colum. l.* 3. Terra pluviis non abluitur. ¶ Dicimus etiam ἀπολούσασθαι τὴν ἁλμυρὰν ἀκοήν. Abluit marinam auditionem fluviali ſermone, ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύζεσθαι ποταμίῳ λόγῳ. Ubi quod erat audire moleſtum, id oratione grata mitigatur, & conditur. Uſurpatur hoc adagium a *Platone in Phædro*, & ab *Athenæo dipnoſ. l.* 3. ¶ Transfertur & ad animum apud *Plinium l.* 3. *ep.* 7. Maculam veteris induſtriæ laudabili otio abluerat. ¶ Abluere ſitim eſt extinguere apud *Lucret. l.* 4. *v.* 874.

Ablutio, f. 3. *lavazione*, *lavamento*, λουτρόν. *Macrob. Sat. l.* 3. *c.* 1. Conſtat, Diis Superis ſacra facturum corporis ablutione purgari.

Ablutor, oris, m. 3. qui abluit. *Tertul. adverſ. Marcion. l.* 3. *c.* 6. *v.* 3. Ablutor carnis, domini præcurſor apertus, Ablutor Chriſti, &c.

Ablutus, a, um, partic. lotus, purgatus, *bagnato*, *lavato*, ἀπονιφθείς. *Varro de Re R.* 3. *c.* 9. Ova abluta condere. *Virg.* 9. *Æn. in fin.* Cædes abluta.

Abluvium, ii, n. 2. *diluvio*, diluvium, univerſalis inundatio, κατακλυσμός. Vox eſt obſoleta a Laberio uſurpata. V. *Gellium l.* 16. *cap.* 7. ¶ Pro alluvione. *Aggen. Urbic. de controverſ. agror. pag.* 69. *Goeſ.* Arenæ, lapides, & limus abluvio invectus remanſit.

Abmatertera, æ, *ſorella dell' arcavola, cioè della terza nonna*, abaviæ ſoror ex parte paterna, quæ & *matertera maxima* appellatur. *Cajus Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 3. & *Paul. ibid. leg.* 10.

Abmitto, is, ere, *Mandar via*, *cacciar fuori*, Germ. *hinſenden*, Gall. *Envoyer*, Hiſp. *Embiar fuera*, ἀποπέμπω. Verbum rariſſimum, idem quod mitto. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 33. Die, ob hæc dona, quæ abmiſerit &c. ubi *Camerar.* rectius legit *quæ ad me miſerit*.

Abnato, as, n. 1. *nuotare in dietro*, Ger. *von dannen ſchwimmen*, ἀπονήχομαι, aliunde natando recedo. *Stat.* 1. *Achil. v.* 383. Tunc excepta freto, longe cervina reflexa abnatat.

Abneco, as, are, *far morire*, idem, quod neco, ἀποκτείνω, ἀποκτείνω. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 98. Puerumque cito abnecaret. Ubi *Camerar.* legit, *enecaret*.

Abnegatio, onis, f. *negazione*, negatio. *Arnob. l.* 1. *pag.* 18. Cum in eadem culpa ſit & aſſertio talis rei, & abnegatio refutatoris increduli.

Tom. I.

Abnegativus, a, um, negativo. *Priſcian. l.* 15. *pag.* 1020. *Putſch.* Abnegativum adverbium eſt, ut non, haud, nequaquam, minime. *Et l.* 16. *pag.* 1031. Abnegativæ conjunctiones.

Abnegator, oris, *Tertul. de fuga in perſecut. c.* 12. Quis talem abnegatorem ſpernat?

Abnego, gas, a. 1. *negare*, *ricuſare*, *non volere*, כחש, Ger. *verlaugnen*, *abſchlagen*, Gal. *denier*, *renier*, *refuſer*, Hiſp. *negar hechando ſobre ſi maldiciones*, ἀπαρνέομαι. nego, recuſo, nolo. *Lact. lib.* 5. Qui communem omnium patrem Deum tanquam rebelles liberi abnegaſſent. *Col. l.* 10. *v.* 51. Si Juppiter abnegat imbrem. *Virg.* 2. *Æn. v.* 637. Abnegat exciſa vitam producere Troja. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Comitem abnegat.

Abnepos, otis, m. 3. *terzo nepote*, ἀπέγγονος, filius pronepotis, cui reſpondet *abavus*. quaſi ſejunctus a nepote. Eſt enim inter ipſum, & nepotem pronepos. *Sueton. in Tiber. c.* 3. Ejus abnepos patronus Senatus dictus.

Abneptis, is, f. *terza nepote*, filia proneptis, vel pronepotis. *Sueton. in Neron. c.* 35. Meſſalinam Tauri abneptem.

Abnoba, æ, m. mons Germaniæ, a cujus jugis Danubium oriri docent *Plin. lib.* 4. *cap.* 12. & *Avien. in Perieg. v.* 437.

Abnocto, as, n. 1. *dormir fuori la notte*, Germ. *drauſſen uber nacht bleiben* ἀπονυκτερεύω, foris pernocto, vel noctu abſum. *Sen. de vita beata, c.* 26. Jovem adulterum inducit, & abnoctantem.

Abnodatus, a, um, a nodis purgatus. *Colum. l.* 4. *c.* 21. Pampinus non abnodatus, neque abraſus.

Abnodo, as, are, *tagliare i nodi*, ἀπολοχμάζω, δοκοὺς ἐκκόπτω, καθαίρω τὰ ὄζα. Enodo arbores, & vites nodis repurgo. *Colum. l.* 4. *c.* 24. Diligenter amputant, & abnodant priuſquam corroboretur.

Abnormis, *ſenza regola*, ἄμετρος, ſine norma, aut lege. *Hor. l.* 2. *Serm.* 2. *v.* 3. Ruſticus, abnormis, ſapiens, craſſaque minerva.

Abnueo, es, pro *abnuo* veteres dixiſſe annotavit *Diomedes l.* 1. *tit. de dubia verborum poſitione*, & affert *Ennii* verſum 8. *Annal.* Certare abnueo, metum legionibu' labem. Et in *Telamone*. Ex eo futuram abnueant.

Abnuitio, onis, f. *negazione*, negatio. *Feſtus* in voce *Iu*. Iu non ſemper abnuitionem ſignificat.

Abnuiturus, a, um, particip. futuri ab abnuo, negaturus. *Salluſt. in fragm. l.* 1. *hiſtor.* apud *Aruſian. Meſſum*, *veterem Virgilii. Interpr.* Nihil ob tantam mercedem ſibi abnuituros.

Abnuo, is, ere, *far cenno di no col capo*, *dir di no*, *ricuſare*, מאן, Germ. *abſchlagen*, Gall. *montrer de refuſer*, Hiſp. *negardo la cabeça*, ἀνανεύω, ex *ab*, & *nuo*. Nuere enim apud Veteres ponebatur pro *velle*: unde nutus, & numen. *Cic. pro Mil. c.* 36. Fortunam, quæcunque erit tua, ducam meam. non recuſo, non abnuo. *Idem de Fin.* Ut intelligas, quid quiſque concedat, quid abnuat. *Idem de leg.* Quorum nemo unquam tam audax fuit, qui abnuerit a ſe commiſſum facinus. ¶ Interdum eſt *prohibere*, *impedire*. *Virg.* 10. *Æn.* Abnuerant bello Italiam concurrere Teucris. ¶ Abnuere aliquid alicui. *Cic. de Fato*. Nihil unquam abnuit voluntas tua ſtudio meo. *i. e. negavit*. ¶ Abnuere curam pecoris. *Colum. in proœm. lib.* 6. ¶ Abnuere imperium apud *Liv. l.* 28. *c.* 27. ¶ Abnuere alicui de re aliqua. *Salluſt. in Jugurth.* Neque Mario Senatus abnuere de ullo negotio audebat. ¶ Abnuit locus impetum, apud *Tacit. Hiſt. l.* 3. 13. Quando impetus, & ſubita belli locus abnueret. *h. e.* negaret facultatem impetum faciendi. ¶ Abnuit ſpes. i. e. *negat*. *Tiboll. l.* 4. *el.* 1. ¶ Abnuitur impers. uſurpatur a *Livio in fr. l.* 3. Nec abnuitur, ita fuiſſe.

Abnutivus, a, um, *negativo*, ἀποφατικός, abnuendi vim habens. *Paul. Digeſt. lib.* 45. *tit.* 1. *leg.* 83. Qui ſpondet, dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe, non ſimplex abnutivum ſpondet, ſed curaturum ſe, ut dolus malus abſit.

Abnuto, as, are, Frequentativum eſt, & ſignificat ſæpe abnuere, interprete *Feſto*: quod tamen velut parum uſitatum notat *Cic. de Orat.* 3. *c.* 41. his verbis: Nolo eſſe verbum anguſtius id, quod translatum ſit, quam fuiſſet illud proprium, ac ſuum. *Quidnam eſt obſecro? Quid te adiri abnutas?* Melius eſſet, vetas, prohibes, abſterres. Hæc Cicero. *Plaut. Captiv. a.* 3. *ſc.* 4. *v.* 79. Quid mi abnutas? *Ty.* Tibi ego abnuto? Et *Arnobius l.* 2. Abnutemus verum.

Abo, as, verbum eſt fratris fratrem blande compellantis: ab *aba* (quod ab ἄττα) frater. Legitur apud *Auſon. epigr.* 1. *ad patrem*. ubi V. *Scalig.*

Abolefacere, Abolere. *Tertul. apolog. c.* 35. & *de habit. mulier. c.* 3.

Aboleo, es, abolevi, abolitum, Deſtruo, tollo, deleo, השמיד, Ger. *abtilgen*, Gall. *effacer*, Hiſp. *borrar*, *raer*. Affine eſt Græco ἀπόλλυμι, perdo, ab ἀπό, & ὄλλυμι, nunc ὄλλυμι. Alii ducunt ex *ab*, & *oleo*, i. e. odorem reddo, ut Aboleo ſit *odorem perdo*; quod fit, quando res interit: *Scancellare*, *caſſare*, *annullare*, *diſtruggere*; ut igne abolere. *Tacit.* 16. *Annal. cap.* 6. Abolere teſtamentum, *Velle.* 2. 58. 2. Si conſuetudo vicerit, vetus lex ſermonis abolebitur. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. ¶ Aboleo pro *Abluo*, ſeu *lavo*. *Virg.* 4. *Georg.* Nec viſcera quiſquam aut undis abolere poteſt, aut vincere flamma. ¶ Abſoluta etiam uſurpatur pro *Aboleſcere*. *Liv. l.* 9. *cap.* 36. Cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat. Et *Gell.* 20. *c.* 1. Pœna abolevit, i. e. in deſuetudinem abiit. ¶ Abolere Magiſtratum pro *tollere*, & *abrogare*. *Liv.* 3. ¶ Aboleri pro *mori* uſurpavit *Plin. l.* 7. *in proœmio*. ¶ Præteritum *abolui*, *etum* pro *evi*, *itum* affert *Priſcian. lib.* 9.

Aboleſco, is, ere, *venire in niente*, כרת, German. *zu nichts werden*; Gall. *s' anéantir*, Hiſp. *menguarſe*, ἀφανίζομαι, ad nihilum redigor. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Vinea ſiccitatibus non aboleſcit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 232. Tantique aboleſcet gratia facti. ¶ *Aboleſcere* pro decreſcere affert *Lamb.* ex *Lucret. l.* 5. *v.* 732. ubi tamen alii aliter legunt. V. *Abniſcor*.

Abolitio, onis, *cancellamento*, ἀθέτησις. Abolitio legis. *Suet. Auguſt.* 34. Abolitio ſententiæ. *Tacit. l.* 6. *Ann. c.* 2. Sic *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Sub pacto abolitionis damnationem depoſuerat. ¶ Apud JCtos *Abolitio* eſt criminis, & accuſationis inſtitutæ extinctio, qua reorum numero reus eximitur, & accuſationis, inſcriptioniſque memoria aboletur, *l.* 34. §. 1. *D. de ritu Nupt.*

Abolitor, oris, m. 3. Qui abolet. *Tertul. l.* 2. *de cultu femin. c.* 3. Omnium rerum abolitorem.

Abolitus partic. *diſtrutto*, *cancellato*. *Plin. l.* 7. *epiſt.* 6. Abolita accuſatio. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Abolitis, & obliteratis elementis. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 49. Ædes vetuſtate, aut igni abolitas.

Abolla, æ, genus pallii duplici panno conſuti, quo in militia utebantur. Videtur autem eſſe ab ἀμβολή, pro ἀναβολή, amictus. *Varr.* apud *Non. c.* 14. *n.* 9. Toga detracta eſt, & abolla data ad turbam mihi, ſere militiæ munera belli ut præſtarem. ¶ Eo uſi ſunt etiam Philoſophi, longiore tamen, & fuſiore. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 115. Audi facinus majoris abollæ. Adde *Martial. l.* 4. *epigr.* 53.

Ab oloes pro *ab illis* uſurparunt antiqui. *Feſt.*

Abominabilis, a, *abbominevole*, στυγητός, βδελυρός. Sed vox eſt *Divi Hieronymi in Jerem. c.* 22. *v.* 30. itemque Quintiliani in Declamatione, cui Titulus, *Tribunus marianus*: quam tamen eruditi plerique Quintiliani eſſe negant.

Abominamentum, n. 2. *abbominazione*, στύγημα, βδέλυγμα. Idem, ac res abominanda. *Tertul. adv. Jud. c.* 13. Projecit homo abominamenta ſua aurea, & argentea.

Abominandus, a, um, deteſtandus, *abbominevole*, נבזה, Ger. *grewlich*, Gall. *abominable*, Hiſp. *abominado*. Paſſive uſus eſt *Liv. l.* 9. *c.* 38. Licinius terſa clade abominandam eam curiam facit.

Abominatio, onis, *abbominazione*, σιχασία, βδέλυγμα. *Lactant. l.* 5. *c.* 27. Quid equorum tum pertinax abominatio? Habet etiam *Tertull. adv. Jud. c.* 5. ¶ Abominationum autem formulæ apud veteres erant hujuſmodi. Quod abominor: Quod Dii omen avertant. Dii averruncent: Dii melius faxint: Dii immortales avertite, & deteſtamini, quæſo, hoc omen. V. *Briſſon. ad formul.*

Abominatus, a, um, partic. *chi ha abbominato*, נִגְעַל, germ. *grewlich*, Gal. *abominé*, Hiſp. *abominado*. *Liv.* 40. *cap.* 4. Abominatus mentionem facinoris. ¶ Paſſive *Horat. Epod.* 16. *v.* 8. Parentibuſque abominatus Annibal. Item *Liv.* 31. *c.* 12. Abominati ſemimares.

Abomino, as, voce activa uſus eſt *Plaut. Trinum. a.* 3. *ſc.* 2. *v.* 82. Mulctam abomina. ¶ Hinc paſſive *Verrius* apud *Priſcian. lib.* 8. Sævitia eorum abominaretur ab omnibus.

Abominor, aris, *abbominare*, *abborrire*, נִגְעַל, German. *verfluchen*, Gall. *abominer*, Hiſpan. *abominar*, σιχαίνομαι, βδελύττομαι. Idem eſt proprie, ut non ominor, aut tanquam malum omen abjicio, deteſtor, execror. Putarunt Veteres, cum aliquod triſte ſignum apparuiſſet, poſſe id facile eludi, & quod portendebatur periculum effugi, ſi vel verbis, vel aliquo facto indicarent ſe omen non accipere, ſed abominari; verbis quidem dicentes εἰς κεφαλὴν σοί, in caput tuum, ſcil. hoc omen redeat. *Virg.* 2. *Æn.* Quod Di prius omen in ipſum convertant. *Senec. Conſol. ad Marciam.* Quis non ſi admoneatur, ut de ſuis cogitet, tanquam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum, aut ipſius intempeſtivi monitoris abire illa jubeat? ¶ Facto vero ipſo inſectantes deteſtabantur id, quod ſiniſtrum aliquid portendebat. Si enim vel avis, vel aliud infauſtum animal occurriſſet, periculo ſe defunctos arbitrabantur, ſi id lapidibus petiiſſent, ut feriiſſent. Hinc illud *Plinii l.* 28. *c.* 3. Incendia inter epulas nominata, aquis ſub menſas profuſis, abominamur. ¶ Quem veterum morem latius perſequitur *Apulejus l.* 3. *Metamorph.* Sic etiam oracula, & vaticinationes eludi ſolitas legimus cum apud alios Hiſtoricos utriuſque linguæ perſæpe, tum apud *Suet. in Julio Cæſ. c.* 59. Hinc elegans illa veterum phraſis. *Quod abominor*, pro eo, quod vulgo dicimus. *Quod Deus avertat*. *Ovid. l.* 3. *de Pont. el.* 5. Si mea mors redimenda tua (quod abominor) eſſet. *Curt. l.* 6. Hoc regium inſigne aut moderate perferendum eſt, aut (quod abominor) in te ruet. Hac de re latius diſſerentem vide *Briſſonium de formulis*, & *Joannem Lomeierum de Veter. Gentil. luſtr.* ¶ Per tranſlationem ſignificat aliquid quoquo modo exſecrari. *Liv. lib.* 30. *c.* 30. Quod igitur nos maxime abominaremur. ¶ Reperitur etiam paſſiva ſignificatione. *Verrius apud Priſcian. lib.* 8. Sævitia eorum abominaretur ab omnibus.

Abominoſus, a, um, *abbominevole*. *Solin. c.* 3. Propter pares dies Februarios quaſi abominoſus Diis inferis deputatur. *Diomed. l.* 3. Sonum vocis abominoſæ audire. Apud *Solin.* alii leg. *ominoſus*.

Aborigines, um, m. ſunt conditores auctoreſque originis, γενάρχαι, & πρωτόγονοι a Græcis appellati. Ita adhibetur hæc vox a *Plin. l.* 4. *c.* 4. *ſub fin.* Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii aborigines eorum, orti ab Erythræo mari ferebantur. *Eſt qui legit* ab origine. ¶ Iidem atque indigenæ. *Servius ad Virgil. Æn.* 8. *v.* 328. Omnes terræ habitatores, aut *indigenæ*, aut *advenæ*, aut *convenæ*, aut *incolæ* ſunt. *Indigenæ* ſunt inde geniti, quos vocant Aborigines Latini, Græci αὐτόχθονας. ¶ Itaque Aborigines dicti ſunt antiquiſſimi Italiæ populi in Latio, quorum reges Saturnus & Janus. *Juſtin. l.* 43. *c.* 1. Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus. *Salluſt. in Catil. c.* 6. Cum Trojanis Aborigines, genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum, in una mœnia convenere. *Liv. l.* 1. *c.* 2. Æneas, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, ne ſub eodem jure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent, Latinos utramque gentem appellavit. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 14. Etruſci litteras ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt. ¶ *Aurel. Vict. de orig. gentis R. c.* 4. Quidam tradunt, terris diluvio coopertis, paſſim multos diverſarum regionum in montibus, ad quos confugerant, conſtitiſſe: ex quibus quoſdam ſedem quærentes pervectos in Italiam, Aborigines appellatos, Græca ſcilicet appellatione a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant. Alii volunt, eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines, poſt mutata una littera, altera dempta, Aborigines cognominatos. Hactenus *Aurel. Vict.* Hujus autem poſtremæ notationis auctor eſt etiam *Feſtus*. ¶ Græci Scriptores *Dionyſ. Halicarn. l.* 1. *Strabo l.* 5. *Stephan.* & alii ſcribunt Ἀβοριγῖνες, aut Ἀβοριγῖνοι, & Ἀβοριγῖνοι: unde colligitur, producendam eſſe penultimam: tametſi & Ἀβοριγῖνοι ſcriptum legitur.

Aborior, iris, ortus ſum, deponens, *morire*, *perire*, idem ut morior, pereo. Eſt enim contrarium verbo *orior*: præpoſitio autem *ab* hic loco privationem, aut vitium ſignificat, ut in *abſimilis*, *abrogo*, & aliis multis. *Varr. l.* 4. *L. L.* Idem hic Dieſpiter dicitur, infimus aer, qui eſt conjunctus terræ, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur. *Gell. lib.* 12. *cap.* 1. Ut fetus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. ¶ Tranſlate *Lucret. l.* 3. *v.* 155. palloremque exiſtere toto Corpore, & infringi linguam, vocemque aboriri. *h. e.* intercludi, & deficere. ¶ *Aboriri* pro fetum immaturum edere; *aborìre* legitur apud *Arnob. lib.* 3. *pag.* 123.

Aboriſcor, eris, *mancare*, *perire*, idem ut pereo. *Lucret. l.* 5. *v.* 731. Inque dies privos aboriſci quæque creata. Ita Pareus: alii *aborìri*; alii leg. *aboleſcere*.

Aborſus, a, um, Aborſus venter dicitur a *Paulo l. ſentent.* 4. *c.* 9. (ſi ſana eſt lectio) cum fetus venenis, & medicamentis ejectus eſt. Aborſus, *inquit*, vel abactus venter partum efficere non videtur.

Aborſus, us, m. *aborto*, idem fere eſt, quod abortus. Differt tamen, quia aborſus eſt in primis menſibus, cum conceptui exordium factum eſt, abortus prope tempus pariendi. Deinde abortus ducitur ab aborior, aborſus ab ordior. Hæc *Nonnus*, homo Grammaticus *cap.* 5. *n. ult.*

Abortio, onis, f. 3. *ſconciatura*, aboriendi actus, נֵפֶל Germ. *miſsgeburt*, Gall. *avortement*, Hiſp. *aborto*, ἐκτρωσμός. *Cic. pro Cluent. cap.* 12. Quæ pecunia mulieri legata erat a filio, ſi natus eſſet, eam præſentem Oppianicus non debitam mulieri ſolvit: ſi hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt. *Plaut. Truc. a.* 1. *ſc.* 1. *v.* 98. Abortioni operam dare.

Abortio, is, ire, *diſperdere*, *ſconciarſi*, immaturum fetum edo, ante tempus pario, שִׁכֵּל, Germ. *unzeitlich gebaren*, Gall. *avorter*, Hiſp. *mal parir*, ἐξαμβλόω. Tribuitur *Plinio l.* 8. *c.* 51. Propter facilitatem abortiendi. At *Harduin.* legit *aboriendi*.

Abortium, ii, n. pro Abortu, vel abortione, vox eſt *Hieronymi ep.* 26. *c.* 2. & *epiſt.* 22. *c.* 5.

Abortivus, a, um, adject. *che fa abortire*, מְשַׁכֵּל, Germ. *miſsgeburt bringer*, Gall. *qui fait avorter*, ou *avorton*, Hiſp. *que haze parir*, o *mal parido*, ἐκτρωματικός. *Plinius* ſæpe uſus eſt tam pro eo, quod vim abigendi fetum habet, ut *l.* 20. *c.* 21. Malvas cum adipe anſeris abortivas dicit: quam pro ipſo abortu, ut *l.* 18. *c.* 17. Evaneſcit quodam abortivo, i. e. Abortu. Nam & abortivi dicuntur, qui abortu nati ſunt, apud *Suet. Auguſt. c.* 35. & *Horat.* 1. *ſat.* 3. *v.* 46. Ut abortivus fuit olim Siſyphus.

Aborto, as, are, *abortire*, abortum facio. *Varro l.* 2. *de R. R. cap.* 4. Haram facere oportet ea altitudine ab terra, ne dum exilire velit (*ſus*) prægnans abortet. Uſus eſt & *Firmicus lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4.

Abortus, a, um, *nato*, ἀνάρμοστος, exortus. *Stat. l.* 8. *Thebaid. v.* 32. Nusſolitus ſentire metus expavit aborta Sidera, jucundaque offenſus luce profatur. ¶ Alii rectius legunt *oborta*.

Abortus, us, m. *aborto*, *ſconciatura*, intempeſtivus ortus, נֵפֶל, Germ. *miſsgeburt*, Gall. *avortement*, Hiſp. *aborto*, ἔκτρωμα. *Cic. ad Attic. l.* 14. *ep.* 20. Tertulliæ nollem abortum. ¶ Abortum facere pro inferre, apud *Plin. l.* 28. *c.* 7. & *l.* 21. *c.* 18. Pro pati. *Plin. jun. l.* 8. *ep.* 10. Neptem tuam abortum feciſſe. ¶ *Manilius l.* 1. *v.* 140. abortum pro occaſu Stellarum poſuit. ¶ Abortus etiam de arboribus dicitur. *Plin. l.* 12. *c.* 2. ¶ Abortum facere metaphorice habet *Plin. in præfat. hiſt. naturalis*.

Abpatruus, i, *fratello di mio terzo nonno*, frater abavi mei ex parte paterna: qui & *patruus maximus* dicitur. *Cajus Dig. l.* 38. *tit.* 10. *leg.* 3. & *Paul. ibid. lege* 10.

Abrado, dis, ſi, ſum, a. 3. *radere*, *radendo taglier via*, גָּרַד, Germ. *abſchaben*, *abkratzen*, *abſcheren*, Gal. *raſer*, *enlever en raſant*, Hiſp. *raer de alguna coſa*, ἀποξύω, aufero. *Col. de arbor. c.* 8. Arida dolabra abraditur. *Plin. l.* 6. *c.* 20. Barba abraditur. ¶ Per tranſlationem ponitur pro exprimere, ſive per vim auferre. *Cic. pro Cæc. c.* 7. Nihil ſe ab Cæcina poſſe abradere.

Abram, æ, m. 1. אַבְרָם, nomen primi Patriarchæ, & Latine pater excelſus interpretatur, quem Deus ab iis, quæ videntur, ad inviſibilia protrahens, Non vocaberis, inquit, Abram ſed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gentium patrem poſui. Genitivus *Abræ* legitur apud *Prudent. in Apotheoſ. v.* 441. & *Abrahæ* apud *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 13. Poteſt etiam *Abraham* tamquam indeclinabile uſurpari, ut docet *Chariſ. lib.* 1. *cap. de Analog.* ¶ Secundam tamen declinationem latinam Abraamus dicitur, vel Abrahamus, cum aſpiratione.

Abraſus, a, um, ἀποξυρημένος, radendo ablatus. *Cic. pro Roſcio Com. c.* 7. Supercilia penitus abraſa. *Luc. l.* 4. *v.* 515. Abraſæ fauces.

Abraxas, æ, m. Ἀβράξας, nomen ſummi & omnipotentis & conditoris Dei, fictum a Baſilide Hæretico, & ejus aſſeclis, ſub quo Nithran, h. e. ſolem colebant. Hujus nominis litteræ, ſecundum Græcam ſupputationem, conficiunt numerum CCCLXV., quo numero dies totius anni includuntur, totidemque cœli, quot Baſilides eſſe dicebat: qua de re V. *Auguſtin. de Hæreſib. ad Quodvultd.* Meminere hujus dei etiam *Tertullian. de Præſcriptionib. c.* 46. & *Hieronym. in Abd. c.* 1. & *in Amos, c.* 3.

Abrelictus, a, um, derelictus, *abbandonato*. *Tertull. adv. Jud. cap.* 1. Populus Judæorum divinitate abrelicta ſimulacris fuit deditus.

Abreptus, a, um, *tolto*, *rapito*, *tolto via per forza*, ab abripio. *Cic.* 3. *Verr. cap.* 3. E complexu parentum abreptos filios ad necem ducere. *Tacit.* 3. *hiſtor. cap.* 22. Occiſi centuriones, abrepta ſigna. *Liv. l.* 26. *c.* 39. Naves in terram remis abreptæ.

Abripio, is, ere, a. 3. *rapire*, *tirare*, *condur via per forza*, גָּזַל, Germ. *hinweg reiſſen*, Gall. *ravir*, *emporter*, Hiſp. *arrebatar*. A præpoſitione *ab* & *rapio*, ἀφαρπάζω, vi rapio, vi traho, & tum ad res, tum ad perſonas refertur. *Cic.* 1. *Offic.* Qui abripiunt ab aliis, ut aliis largiantur. *Idem* 2. *ad Quirit.* Ne patiamini, me a conjuge abreptum vitam degere in exſilio. ¶ Abripere ſe ſe, i. e. ſe ſubducere, ſe ſubtrahere. *Plaut. in milit.* 2. 2. 21. Ita abripuit repente ſe ſe ſubito. ¶ Aliquando ſignificat vehementer ad me rapio, ut *Liv. l.* 1. Tarquinius medium Servium abripit, elatumque e curia in inferiorem partem gradus dejicit. ¶ Abripere ad quæſtionem, i. e. trahere. *Cic. pro Cluent. c.* 33. ¶ Abripere in ſervitutem. *Hirt. de bello Afric. c.* 24. ¶ Abripi in cruciatum. *Terent. And.* 4. 4. ¶ Abripi a parentis ſimilitudine, h. e. patri diſſimilem eſſe, ut in illo *Cic.* 7. *Verr. c.* 13. Ut eum etiamſi natura a parentis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamen, ac diſciplina patri ſimilem eſſe cogeret.

Abrodiætus, ἁβροδίαιτος, cognomen fuit Parrhaſii pictoris nobiliſſimi, quod latine ſignificat delicatum, atque elegantem, ab ἁβρός, delicatus, & δίαιτα, vivendi ratio. *Plin. l.* 35. *c.* 10.

Abrodo, a. 3. *rodere*, שָׁחַק. Ger. *abnagen*, ἀποτρώγω, eſt rodendo abſcindo. *Plin. l.* 10. *c.* 62. Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Abrogatio, onis, Verbale ab Abrogo, actus ipſe abrogandi, *ſcancellamento*, *annullazione*, ἀκύρωσις, ἀθέτησις. *Cic. ad Attic. lib.* 3. *ep.* 23. Neque enim ulla eſt lex, quæ non ſe ſepiat difficultate abrogationis.

Abrogator, oris, qui abrogat. *Arnob. l.* 1. *p.* 30. Divini operis abrogatores.

Abrogatus, a, um, *annullato*, *caſſato*. *Cic. pro Dom. c.* 31. Imperium abrogatum. *Id. pro C. Cornel.* Abrogata lex.

Abrogo, as, are, *toglier il vigore*, *annullare*, הֵשְׁבִּית, Germ. *aufheben*, Gall. *caſſer*, Hiſp. *quitar*, ἀκυρόω, ἀθετέω, Reſcindo, diſſolvo, antiquo, infirmo, irritum facio. Proprie eſt rogatum tollo. Rogare enim legem eſt legem ferre, rogata, i. e. interrogata plebe, an velit aliquid ratum habere. Unde abrogatur Legi, cum lex prorſus tollitur: Derogatur autem Legi, cum pars detrahitur: Subrogatur Legi, cum aliquid adjicitur: Obrogatur, cum alia lex fertur priori contraria. *Auctor ad Herenn.* Illa defenſio tenuis eſt, cum oſtenditur, id factum eſſe, quod ea lex ſanxit, cui legi abrogatum, vel derogatum ſit. ¶ Unde abrogare idem fere eſt, ac antiquare. Hæc tamen differentia inter duo hæc verba intercedit, quod proprie antiquabatur lex, quæ promulgata non recipiebatur, abrogabatur vero ea, quæ poſtquam perlata erat, retractabatur. Utrumque vero conjungit *Liv. l.* 32. Plebiſcitum, quo oneratus magis, quam honoratus ſum, primus antiquo, abrogoque. ¶ Dicimus autem *abrogatur legi*, & *abrogatur lex*. *Liv. l.* 9. Ubi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat nova. Ubi tamen alii legunt, *antiquam abrogat nova*. *Cic. de Cl. orat. cap.* 62. Legem Semproniam abrogaverit. ¶ Abrogare alicui imperium, magiſtratum, poteſtatem, eſt eum publice privare imperio. *Privare pubbicamente*. *Cic.* 4. *Verr.* Si tibi magiſtratum abrogaſſet. Et *Val. Max. l.* 7. *c.* 7. Juriſdictionem abrogare. ¶ Abrogare aliquem, dictum figurate. *Plin. de Vir. illuſtrib.* 77. Privatus (Scipio) Lepidum Italia abrogavit. *hoc eſt ejecit*. ¶ Interdum eſt ſimpliciter auferre, *privare*, *togliere*. *L.* 1. *ad Herenn. cap.* 10. Quæ res fidem abrogat orationi. *Ovid.* 2. *Triſt. eleg.* 1. *v.* 278. Et nimium ſcriptis abrogat ille meis. ¶ Abrogare pœnam eſt abſolvere. *Senec. Hercul. Oet. v.* 899. Nemo nocens ſibi ipſe pœnas abrogat. Vide ibi *Gronov.* ¶ Beneficiis abrogare vires. *Plin. l.* 2. *cap.* 53. h. e. exiſtimare beneficia nullarum eſſe virium.

Abroicus. *Nonius c.* 3. *n.* 43. citat locum Plauti in *Abroico*, qui certe eſt titulus Comœdiæ Plautinæ deperditæ. Sed legendum videtur *Agroico*, hoc eſt Ἀγροίκῳ, agreſti, ruſticano.

Abroſus, a, um, *corroſo*. *Plin. l.* 37. *c.* 4. Abroſæ corporis partes. *Id. ibid. cap.* 2. Abroſus calicis margo.

Abrotonites, æ, m. 1. declin. ſed figurate neutro generi jungitur, ut *vinum abrotonites*, e Græco ἀβροτονίτης, quod itidem primæ eſt declinationis: eſtque ſubſtantivum adjectivi vim habens, & jungitur cum altero ſubſtantivo *vinum*, ex ratione, qua dicimus *urbs Athenæ*, *urbs Philippi*, *urbs Lugdunum*, &c. Sic *myrtites vinum*, *abſynthites*, *ſcyllites*, & alia quamplurima, quæ genitivum habent in *æ*, accuſativum in *en*. Quod ſi malis, hujuſmodi voces eſſe adjectiva, dicendum erit, Latinos Scriptores Latine hæc vertendo, Græcam omnino loquendi rationem, ac poſitionem ſervaſſe. Græce enim ἀβροτονίτης οἶνος dicitur, cum οἶνος ſit maſculinum. Eſt

autem

Digitized by Google

autem *abrotonites vinum*, quod herba abrotono conditum eſt. Ejus mentio fit a *Colum. l.* 12. *c.* 35.

Abrotŏnum, i, n. & Abrotonus, i, m. *abrotino*, *abrotina*, ἀβρότονον, herba odoris jucunde gravis, flore aureo, ſumma calidæ virtutis. *Lucan. l.* 9. *v.* 920. fumoque gravem ſerpentibus urunt Abrotonum. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Abrotonum odore jucunde grave &c. ¶ Legitur & *abrotanum*.

Abrumpo, is, upi, uptum, *interrompere*, *rompere*, [illegible], Gall. *rompre*, & *briſer ce qui ſe tient enſemble*, Hiſp. *deſatar*, *romper*, [illegible], incido, interrumpo, avello. *Liv. l.* 6. *Bell. Pun.* Abrumpentium vincula jumentorum. *Idem l.* 8. Cohortes a fronte urgebant, ut abrumperent cornua a cetera acie. *id eſt* interrumperent. ¶ Transfertur & ad res incorporeas, *interrompere*. *Plin. jun. in epiſt.* Abrumpere otium. *Virg.* 3. *Georg.* Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Sic Abrumpere ſermonem, abrumpere vitam, apud *eund. Virg. Æn.* 4. & 8. ¶ *Cic. Phil.* 14. *c.* 12. Hæc legio ſe prima latrocinio abrupit Antonii. *id eſt* ſubito, & cum impetu ſe ſe ab eo liberavit. ¶ Patientiam abrumpere *Tacit. l.* 12. Atqui illi quamvis ſervitio aſſueti, patientiam abrumpunt. ¶ Fidem per ſcelus abrumpere apud *eund.* 4. *hiſtor. c.* 60. h. e. violare.

Abrupte, adverb. Ut abrupte incipere, i. e. ſine exordio. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Nec abrupte, nec unde libuit, incipiendum, *ex abrupto*. *Id. l.* 4. *c.* 1. Abrupte cadere in orationem. *Juſtin. c.* 15. 4. Non abrupte agendum, *i. e.* inconſiderate. *Ammian. l.* 20. *c.* 3. Torrens abruptius inundans. *h. e.* effuſius.

Abruptio, onis, nomen a verbo deductum, *rompimento*, [illegible], ut abruptio corrigiæ. *Cic.* 2. *de Div. c.* 40. Abruptio matrimonii. *i. e.* divortium. *Id. ad Attic.* 11. *ep.* 3. ubi alii aliter leg.

Abruptum, i, n. Subſtantive in utroque numero. *Stat.* 3. *Silv.* 2. *v.* 69. imus in abruptum. Sic Cœli abrupta. *Id. Theb.* 3. *v.* 262. Charybdis ſorbet in abruptum fluctus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 422.

Abruptus, a, um, adject. Sic loca abrupta, ut rupes, ſcopuli, quæ etiam prærupta dicuntur. *Curt. l.* 7. *c.* 11. Petra abrupta. *Tertull. l.* 1. *adv. Marc. c.* 1. ¶ Comparative etiam uſurpavit inquiens; Caucaſo abruptior. *Frontin. l.* 1. *c.* 4. *Strateg.* Abruptiora tractare. & *Plin. jun. l.* 9. *ep.* 39. Ripæ abruptiſſimæ. ¶ Ad alia etiam transfertur. Hinc *Quintil. l.* 4. *c.* 2. *p.* 298. Genus orationis Salluſtii abruptum vocat. *h. e.* non cohærens, vel non ſatis plenum, ſed decurtatum. ¶ Oratio abrupta, *h. e.* quæ exordio caret. *Macrob.* 4. *Saturnal. c.* 2. Oratio pathetica neceſſe eſt initium abruptum habeat. ¶ Abruptum ingenium, i. e. præceps. *Sil. Ital. l.* 7. ¶ Lucrum abruptum quaſi præceps, & præter ſpem objectum. *Ulpian. in l.* 1. *D. quor. rer. act.*

Abs, *da*, præpoſitio ablativo ſerviens, idemque valens, quod *a*, & *ab*: neque tamen adeo frequens apud Latinos Scriptores, ſi Comicos excipias. Nam ſæpiſſime legitur apud *Plautum*. Si quando uſurpatur, præponitur dictionibus incipientibus a Q. & T. *Terent. Adelph. a.* 3. 1. Abs quivis homine. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 31. Vincar abs te. ¶ Ante C. *Plaut. perſ.* 1. 3. 79. Abs chorago ſumito. ¶ Sunt qui putant, præponi etiam verbis incipientibus ab R, & S, confirmantque exemplis a *Plauto*, *Terent. Salluſt. Cæſare*, & *Livio* petitis: ſed non videntur antiquas eorum optimas editiones conſuluiſſe, in quibus *a*, & *ab*, non *abs* legitur. Idem dicendum de loco *Gellii l.* 18. *c.* 14. ubi veteres optimi libri habent *ab re*, non *abs re*; quod etiam *Cellarius* adverterat in *Antibarb.* ¶ Docet *Cic. in Orat. c.* 47. hanc præpoſitionem (*abs* enim ibi legendum, non *ab*) ſuo tempore parum admodum in uſu fuiſſe, ſolumque in accepti tabulis manſiſſe, & ne hic quidem omnium. in reliquo ſermone mutatam eſſe in *ab*, vel *a*,

Abſcēdens, entis *che s' allontana*, *o ſi parte*, recedens, diſcedens, [illegible]. *Plin. l.* 2. *c.* 99. Luna accedens corpora implet, abſcedens inanit. ¶ Abſcedentia dicuntur a Medicis collectiones humorum, *poſteme*, [illegible], abſceſſus. *Celſ. l.* 5. *c.* 18. *n.* 18. Omnia abſcedentia digerit murex combuſtus. ¶ In pictura ſunt, quæ colorum temperamento remotiora repræſentantur, *lontananze*: ſicut *prominentia*, quæ ſpectanti propius exſtare videntur. *Vitruv. in proœm. l.* 7.

Abſcēdo, is, eſſi, eſſum, ex *ab*, & *cedo*, recedo, *partire*, *ritirarſi*, [illegible]. Et uſurpatur tam cum præpoſitione, quam ſine. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Veneris, & Mercurii Stella nunquam longius a Sole abſcedunt. ¶ Abſcedere munere, apud *Liv. lib.* 9. *c.* 13. ¶ Abſcedere etiam miles dicitur, cum retro fert pedem, & relinquit locum. Ita uſus eſt *Nepos in Iphicrate c.* 2. Et in *Epaminonda c.* 9. ¶ Abſcedere incepto, idem, ac deſiſtere. *Liv. l.* 26. *c.* 7. ¶ Ira abſcedet, habet *Terent. Hec.* 4. 3. *ſc.* 2. *v.* 14. ¶ Similiter ægritudo abſcedere dicitur apud *Plaut. Merc.* 2. 1. *ſc.* 4. *v.* 29. ¶ *Abſceſſem* contractum pro abſceſſiſſem, *Silius* dixit *l.* 8. *v.* 109. ¶ Abſceſſum Imperſonaliter, *Liv. l.* 29. *c.* 2. Nec ante abſceſſum eſt, quam &c. ¶ *Abſcedere* de pecunia dictum. *Plaut. Perſ.* 2. 6. Decem accedent minæ. D. Abſcedent enim, non accedent. *Suet. in Ner. c.* 34. Nequid abſcederet. i. e. minus eſſet. ¶ Medici etiam hoc verbo utuntur de corruptis humoribus, quando collecti in exteriores incumbunt partes, & in ulcus erumpunt. *Celſus l.* 2. *c.* 5. Omnia abſcedentia digerit murex combuſtus. *poſteme*. *Id. l.* 7. *c.* 12. Sub lingua aliquid abſcedit. ¶ Apud JCtos autem *Abſcedens uſusfructus* eſt uſusfructus ſejunctus, detractus.

Abſceſſio, onis, *allontanamento*, *partenza*, [illegible]. *Cic. de Univerſ. c.* 12. Cum ad corpora neceſſitate acceſſio fieret, tum abſceſſio.

Abſceſſus, us, idem ac abſceſſio. Ut Solis abſceſſus. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 10. ¶ Abſceſſus etiam eſt concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo ſuppuratio fit, *apoſtema*. *Celſus l.* 3. *c.* 18. *n.* 2. Si materia extrahenda eſt, ut in hydropico, in lateris dolore, in incipiente abſceſſu, &c.

Abſcīdo, dis, di, iſſum, ex *ab*, & *cædo*, *tagliare*, *tagliar via*. Significat partem de re aliqua ſeco, abſcindo, [illegible], Germ. *abhauen*, *abſchneiden*, Gal. *trancher*, *ſeparer*, *couper*, Hiſp. *cortar alguna coſa*, [illegible]. Diſtinguendum eſt ab *abſcindo* præteriti quantitate: hoc enim habet *abſcĭdi*, illud *abſcīdi*. *Ovid.* 12. *Met. v.* 362. Abſcidit jugulo pectuſque, humerumque ſiniſtrum.

Abſcindo, dis, idem quod abſcido, *tagliar via*, [illegible]. *Virg. Æn.* 3. Eſperiam Siculo latus abſcidit, arvaque, & urbes. *Plaut. in Amphitr.* Ego tibi iſtam ſcelestam, ſcelus, linguam abſcindam. ¶ Per tranſlationem apud *Liv. l.* 9. *c.* 23. Nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindamus. ¶ Jungitur & ablat. cum præpoſitione. *Cic. Verr.* 7. *c.* 1. Tunicamque ejus e pectore abſcidit. ¶ Dicitur etiam abſcindere venas, querelas, operas, & ſimilia. *Plaut. Cæſar*, *Plin. Tacit.*

Abſciſa, adv. Idem quod breviter. *Val. Max. c.* 7. *l.* 3. *n.* 6. *extern.* Si verba numeres, breviter, & abſciſa, ſi ſenſum æſtimes, copioſa, & valenter.

Abſciſio. V. Abſciſſio.

Abſciſe, adv. *Leg.* 5. §. 2. *ff. de jure immunit.* Demonſtratur varie, nec abſciſe, h. e. copioſe, non [illegible].

Abſciſſio, onis, f. *troncamento*, actus abſcindendi. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 55. Significatio, quæ plus in ſuſpicione reliquit, quam poſitum eſt in oratione, fit per ambiguum, abſciſſionem, ſimilitudinem. & *cap.* 54. Per abſciſſionem, ſi cum incipimus aliquid dicere, præcidimus. ¶ Quidam ſcribunt *abſciſio*.

Abſciſſus, a, um, Amputatus, abruptus, *troncato*, *levato via*, [illegible]. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 303. Caput abſciſſum demens cum portat Agave. *Plin. l.* 4. *c.* 1. Inſula a continenti abſciſſa. ¶ Metaphorice dicimus abſciſſam ſpem, & abſciſſam rem, h. e. deſperatam. *Cic.* & *Liv.* ¶ Abſciſſa caſtigatio pro dura, & aſpera eſt apud *Val. Max. l.* 2. *c.* 2.

Abſciſus, a, um, particip. ut abſciſius juſtitia, i. e. rigidior apud *Val. Max. l.* 6. *c.* 3. *n.* 4. Alii legunt, *Abſciſſior*. *Id. l.* 3. *c.* 8. *n.* 3. Abſciſo reſponſo, i. e. brevi. Sed *abſciſus*, & *abſciſſus* promiſcue adhibentur, nec veteres codices tam fideles ſunt, ut alterum ab altero diſtingui poſſit.

Abſcondĭte, adverb. *occultamente*, [illegible], idem eſt, quod occulte. *Cic. de Invent. c.* 2. *c.* 23. Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non ut negotialis, implicite, & abſcondite, ſed patentius, & expeditius recti, & non recti quæſtionem continet.

Abſcondĭtor, oris, qui abſcondit. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 13. Rerum humanarum abſconditores. *Tert. adv. Marc. c.* 13. Qui abſconditor non fuit.

Abſcondĭtus, a, um, particip. *naſcoſto*, *occulto*, [illegible], *Cicer. in Catilin.* 3. *c.* 1. Quis tutus eſſe poteſt in tantis, tamque abſconditis inſidiis? *Id. in Philip.* 2. *cap.* 42. Erant fortaſſe gladii, ſed abſconditi.

Abſcondo, is, di, ditum, vel abſconſum, *aſcondere*, *celare*, *naſcondere*, [illegible], Germ. *muſſer*, Gall. *cacher*, Hiſp. *eſconder*, [illegible], condo, abdo, occulto, vel celo. *Cic. pro Roſ. Amer.* Quod quo ſtudioſius ab ipſis ſupprimitur, & abſconditur, eo magis eminet, & apparet. *Colum. de arborib. c.* 7. Reliquas radices, quæ in terram abſconduntur, ſic abradat. ¶ Abſcondere in tenebris, *Cæcil.* apud *Non.* ¶ Abſcondere furto fugam, hoc eſt furtim fugere. *Virgil.* Abſcondere terre, *Plaut.* ¶ *Abſcondidi* fuit antiquum præteritum. *Sil. Ital. l.* 8. *v.* 191. Vitreiſque abſcondidit antris. V. *Priſcian.*

Abſconſe, adv. *di naſcoſto*. *Hygin. fab.* 184. Filium infantem Merope mater abſconſe ad hoſpitem in Ætoliam mandavit.

Abſconſio, onis, verbale, [illegible], Affertur a Lexicograph. quibuſdam ex *Plin. lib.* 8. *c.* 16. ſed ibi legitur *abſcondente* pro *abſconſione*.

Abſconſor, oris, verbale, [illegible]. *Jul. Firmic. l.* 3. *Matheſeos c.* 8. abſconſores auri, & divitiarum faciet.

Abſconſus, a, um, particip. ab Abſcondo, *naſcoſto*. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 18. Abſconſarum artium magiſtri. Et *ibid.* Abſconſi, & ſubdoli. Adde *Fulgent. l.* 1. *Mythol. c.* 21.

Abſegmen, inis, n. fruſtum, *reſegmen*. *Feſtus*. Penitam offam Nevius appellat abſegmen carnis cum cauda.

Abſens, entis, *aſſente*, *lontano*, ἀπών, partic. ab *abs*, & *ſum*, ut *præſens* a *præ*, & *ſum*. Sed Veteres dicebant *Præſeſſe*, *Abſeſſe*; unde participia *præſens*, & *abſens*. *Cic. Philipp.* 2. Non patiar fieri, ut abſentis ejus reus habeatur. ¶ Invenitur etiam *Abſente nobis*, *Præſente nobis* apud Comicos ſed eſt [illegible]. *Ter. Eun.* 4. 4. *ſc.* 3. Neſcio quid profecto, abſente nobis, turbatum eſt domi. ¶ Aliquando etiam per tranſlationem idem eſt, ac mortuus, [illegible], [illegible]. *Virg. Æn.* 4. Sequar atris ignibus abſens. Adde *Plaut. in prol. Caſ. v.* 20. ¶ Superlativo uſus eſt *Auguſt. l.* 4. *Confeſſ. c.* 4. Baptiſmum acceperat, mente, atque ſenſu abſentiſſimus. ¶ Apud JCtos autem abſens eſt, qui eſt extra provinciam, aut extra urbis continentia, aut non eſt in eo loco, quo petitur. Nemo autem abſens damnabatur, ſed requirendus adnotabatur, h. e. in reos referebatur.

Abſentia, æ, f. *Lontananza*, [illegible], *Cic. in Piſon. c.* 16. Jam vides & digreſſum meum, & abſentiam, &c.

Abſentivus, diutius abſens. *Petron. in Satyric. c.* 33. Ne abſentivus eſſem, omnem voluptatem mihi negavi. *Alii aliter legunt.*

Abſento, as, are, Abigo, Abſentem facio. *Claudian. de rapt. Proſerp. v.* 213. Vetitamque Dearum colloquio petris procul abſentaverit aſtris. Sed in quibuſdam codicibus *amandaverit* legitur. ¶ *Abſentans* tamen invenitur apud *Sidon.* 9. *ep.* 13. pro *Abſens*; itemque apud *Cyprian.* & alios, quæ ad Sidonium notavit Savaro. Adde Petronium, cujus illa ſunt in Satyrico. Abſentemur, & dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus. Vide de hoc loco *Borrichium Vind. p.* 3.

Abſidatus, a, um, in modum abſidis factus, ut *abſidata porticus* apud *P. Vict. de regionib. Urb. Rom. reg.* 4.

Abſilio, is, ire, *fuggire ſaltando*, ex *ab*, & *ſalio*, ſaltu alicunde recedo, [illegible]. *Stat.* 6. *Thebaid. v.* 97. Fugere feræ, nidoſque tepentes abſiliunt (metus urget) aves. *Lucret. l.* 6. *v.* 1263. aut procul abſiliebat.

Abſimilis, *diſſimile*, [illegible], diſſimilis. Frequens eſt hujus vocabuli cum negatione uſus, ut Haud abſimilis, aliquantum ſimilis. *Plin. l.* 8. *c.* 33. Roſtrum haud abſimile ſuillo. *Suet. in Oth.* Non abſimilis Tiberio Principi fuit.

Abſinthiatus, a, um, adject. abſinthio perfuſus, mixtum abſinthium habens, ut abſinthiatum poculum apud *Senec. Suaſ.* 7. ¶ Abſinthiatum, i, n. ponitur pro vino abſinthite apud *Apic. l.* 1. *c.* 3. & *Lamprid. in Heliog. c.* 21.

Abſinthites, æ, m. vinum conditum abſinthio. *Colum. l.* 12. *c.* 35. & *Plin. l.* 14. *c.* 16. V. Abrotonites.

Abſinthium, vel Abſynthium, *Aſſenzo*, vulgo *Bonmaeſtro*, ἀψίνθιον. Quidam dici volunt ἀπίνθιον, quaſi [illegible], quod ob inſignem amaritiem non facile bibatur. Alii ab [illegible], i. e. contrectare per antiphraſim, quod nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. *Stephanus* docet etiam ἀψύνθιον ſcribi, tamquam gentile ab [illegible], quæ eſt urbs Thraciæ, a qua populi cognominati, qui juxta Pontum habitant, ubi & mons ejuſdem nominis. ¶ De uſu Abſinthii vide *Plin. l.* 27. *c.* 7. ¶ Magnam vim habet in enecandis vermibus, unde & pueris dari ſolent ejus folia in ficu latentia, aut etiam ejus ſuccus in poculo melle illito ad eos fallendos. Quo referendum eſt illud *Lucretii l.* 1. *v.* 935. An veluti pueris abſinthia tetra medentes, &c. ¶ Abſinthium maſc. genere *Varro* uſurpavit in *Quinquatribus*, apud *Non. c.* 3. *n.* 4. Quid medico opus, abſinthium ut bibam grevem, & caſtoreum? ¶ Tranſlate ſignificat moleſtiam aliquam, ſed tamen ſalutarem. Hinc parum mellis, & abſinthii multum habere, *Quintil.* 3. *c.* 1. De ſuo dixit libro, i. e. minus voluptatis, ſed plus ſalubritatis in ſtudiis.

Abſis, vel Apſis, idis, f. *volta*, ἀψίς, curvatura fornicis, camera. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Cubiculum in abſida curvatum. ¶ Item ſacellum, *capella fatta a volta*. *Auguſtin. epiſt.* 203. & *Paulin. Nolan. ep.* 12. ¶ Item lanx eſcaria rotunda, & concava, *piatto tondo*, *e concavo*. *Ulpian. leg.* 20. *Dig. de aur. arg. leg.* ¶ Abſis ſtellarum eſt curvatura circuli, quam ſtella motu ſuo proprio deſcribit. *Plin. l.* 2. *c.* 15. 16. 17. ¶ Hæc vox in obliquis caſibus circumflectitur a Græcis: quare apud Latinos quoque ejus penultima producenda eſt.

Abſiſto, is, n. 3. *ſtare lontano*, *partirſi*, [illegible], Gall. *ſe retirer arriere*, *ſe tenir loin*, Hiſp. *alexarſe*, ἀφίσταμαι, diſcedo. Jungitur frequenter ablativo ſine præp. *Virg.* 6. *Æneid.* Totoque abſiſtite luco. ¶ Quandoque ſine caſu pro deſinere. *Virg.* 1. *Æn.* Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor corpora fundat humi, *fermarſi*. ¶ Quandoque ponitur pro deſiſtere, [illegible], *laſciare*. *Liv. l.* 9. *c.* 34. Continuando abſiſtis magiſtratu. *Claudian.* Abſiſte rogari, *non ti far pregare*. *Liv. l.* 26. *c.* 33. Ne ingratis abſiſtat benefacere. ¶ *Abſiſtitur*, imperſonale. *Liv. l.* 21. *c.* 6. Si non abſiſteretur bello.

Abſŏcer,

Abſŏcer, eri, m. *biſavolo di mia moglie*, uxoris meæ proavus, hoc eſt pater avi uxoris meæ. Socer enim eſt pater uxoris, proſocer avus, abſocer proavus. *Capitolin. in Gord. c.* 2. Socero, proſocero, & duobus abſoceris Conſulibus ipſe Conſul.

Abſoleſco, is, n. 3. *andar in diſuſo*, ἀπαρχαιοῦμαι, obſoleſco. *Tertull. in l. de exhortat. ad caſtit. c.* 2.

Abſolvo, is, ere, *ſpicciare*, *aſſolvere*, *liberare*, הוציא, Germ. *entledigen*, *ledig machen*, Gal. *delier*, *abſoudre*, *delivrer*, Hiſp. *deſatar lo atado*, *abſolver*, ἀπολύω. ſolvo, libero. Tum ad res, tum ad perſonas pertinet. Ad res cum pertinet, ſignificat perficere, ad exitum perducere, *finire*. *Cic. ad Q. Fratr.* Orationes efflagitatas pro Scauro, & pro Plancio abſolvi. *Id. Offic.* 3. c. 2. Nemo eſt inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolveret. ¶ Abſolvere tamen, & perficere proprie differunt inter ſe. Nam Abſolvere eſt rem ad exitum quoquo modo perducere: Perficere autem ut finem rei imponere, nihil ut deſit, quod plus eſt, ſicut perfectum plus eſt, quam abſolutum. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 36. In omni natura neceſſe eſt, abſolvi aliquid, aut perfici. *Ulp. l.* 7. *D. ad l. Juliam*, & *Papinianus l.* 129. *de V. S.* Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummavit, ut jam in uſu eſſe poſſit. ¶ Ad perſonas vero cum ſpectat, ponitur pro Liberare, vel ſolvere; in qua ſignificatione accuſativum ſolum habet; aut accuſativ. cum genit. rei criminalis; aut cum ablat., & præpoſit. *de*, vel ſine præpoſit. *Cic. ad Q. Fratr.* Sextius noſter omnibus ſententiis abſolutus eſt. *Id. ibid. l.* 2. *epiſt. ult.* Druſus erat de prævaricatione a Tribunis ærariis abſolutus. *Id. in Verr.* Non tu abſolutus es improbitatis, ſed ille damnatus eſt cædis. *Id.* 4. *Verr. c.* 8. Hunc hominem Veneri abſolvit; ſibi condemnat. *Liv. l.* 2. *c.* 8. Latæ deinde leges, quæ Conſulem regni ſuſpicione abſolverent. ¶ Apud *Solinum c.* 8. hoc verbum idem eſt, ac verbis, & teſtimoniis aliquid evincere, ac demonſtrare. Ita enim ait: Bochus abſolvit, Gallorum veterem propaginem Umbros eſſe. ¶ Abſolvere pignus apud *Paulum J. C.* 2. *Sent. c.* 5. accipitur pro eo, quod eſt pignus recipere, ſoluto debito; ſed ibi al. leg. *luere*. ¶ Abſolvere creditorem idem eſt, ac creditori ſatisfacere, eumque pecunia ſoluta dimittere. In hoc ſenſu uſus eſt *Terent. Adelph. a.* 2. *ſc.* 4. *v.* 13. Ad forum ibo, ut hunc abſolvam. i. e. pretio numerato dimittam. Et *ibidem*. Hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſolvitote. ¶ Pro dimittere, ſeu expedire. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 151. Omnino ut te abſolvam, nullam conſpicio &c. *Id. in Amph.* Quæſo, hinc me abſolvito. ¶ Similiter abſolvi anima dicitur, cum dimittitur e corpore. *Apulej. l.* 1. *de dogm. Platon.* Animam vero animantium omnium non corpoream eſſe, nec ſane perituram, cum corpore fuerit abſoluta. ¶ Etiam pro ſimplici *Solvo*. *Plaut. in Mil.* 4. 7. 17. Navim cupimus abſolvere. Al. leg. *ſolvere*. ¶ Abſolvere diem eſt vitam finire. *Avienus Perieges.* v. 345. ¶ Abſolvere ſe, i. e. mori. *Senec. de Conſol. ad Marc. c.* 20. Sed hæc phraſis non habet locum, niſi ubi agitur de reo in judiciis.

Abſolute, adv. perfecte, *perfettamente*, *compitamente*, τελείως. *Sueton. de Grammat. c.* 4. Abſolute doctus. *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip.* Ut abſolutim liqueat. *Auctor ad Herenn.* 2. *c.* 19. Abſolutiſſime utamur.

Abſolutio, onis, verbale, liberatio, perfectio, *aſſoluzione*, *perfezione*, ἀπόλυσις. *Cic. de Invent.* 2. Habitus quoniam in aliqua perfecta, & conſtanti animi, aut corporis abſolutione conſiſtit &c. *Id. de Orat.* 1. Hanc ego abſolutionem, perfectionemque in oratore deſiderans, a qua ipſe longe abſum. ¶ Abſolutio *ad crimen relata pro liberatione a crimine*. *Cic. in Catil.* Decimus annus poſt Virginum abſolutionem. *Idem pro Cluent.* Sententiis ſexdecim abſolutio fieri poterat. ¶ Significat etiam figuram oratoriam, per quam omnia, quæ incidunt in cauſſam, genera amplectimur partitione. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 22.

Abſolutorium, ii, n. 2. Remedium abſolvens, ſive liberans. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Abſolutorium ejus mali.

Abſolutorius, a, um, ut tabula abſolutoria apud *Sueton. Auguſt. c.* 33. h. e. ad abſolutionem pertinens. Et ſententia abſolutoria. *Aſconius in Orat. pro Mil. in fine*.

Abſolutus, a, um, nomen ex participio: perfectus, liberatus, *aſſolto*, *compiuto*, כל תמם, Ger. *auſſgemacht*, *vollkomen*, Gall. *abſolu*, *parfait*, Hiſp. *acabado*, ἀπολελυμένος, τέλειος, τετελεσμένος. *Cal. Cic. famil.* 8. Si nunc neque abſolutus, neque damnatus Servilius de repetundis. *Cic. in Verr.* Non tu abſolutus es improbitatis. *Cic. ad Q. Frat.* Romam cum veniſſem ad XIII. Kal. Octobr. abſolutum offendi in ædibus tuis tectum. *Id. de Orat.* 3. Verum illam, & abſolutam eloquentiam nemo conſequitur. *Plin. l.* 9. *ep.* 38. Numeris omnibus abſolutus liber. ¶ Interdum idem eſt, quod *dejectus*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 83. Hæc, quæ pulvere diſſipata multo longas porticus explicat ruinas, en quanto jacet abſoluta caſu! ¶ Abſoluta conſtitutio, ἀντίληψις, eſt, quæ in ſe continet juris, & injuriæ, ſeu recti, & non recti quæſtionem. *Cic.* 1. *de Invent.* ¶ Abſoluti creditores, quibus ſc. ſatisfactum eſt. *Plaut. Aul.* 5. 3. Jamque hos abſolutos cenſeas. ¶ Comperat. Abſolutior, ſuperl. Abſolutiſſimus. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Quo fit abſolutior, & expreſſior ſermo. *Auctor ad Herenn.* 4. *c.* 19. Exornatio abſolutiſſima. Et *Auctor Dialog. de Orat. c.* 5. Abſolutiſſimus poeta. ¶ *Abſolutum verbum* dicitur a *Priſciano l.* 8. & 18. quod per ſe profertur, & ſine caſu. ¶ Item *abſoluta* dicuntur a *Diomed. l.* 1. ea verba, quæ perfectam actionem ſignificant, ut *caleo*, *horreo*: quibus opponuntur inchoativa, *horreſco*, *caleſco*.

Abſŏnans, antis, idem quod abſonus, abhorrens. *Juſtinian. l.* 2. *Inſtitut. tit.* 25. Nec abſonans a juris ratione codicillorum uſus eſſet.

Abſŏne, adverb. idem ſonat, ac diſcrepanter. *Apulej. apolog. p.* 216. Abſone, & indocte pronunciare. *Gell.* 15. *c.* 26. Abſurde, atque abſone fingere.

Abſŏnus, a, um. Diſcrepens, & quaſi a recto ſono alienus, *diſcordante*, ἀπῳδός, ut vox abſona extra modum, atque abſurda. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 51. & *l.* 1. *c.* 25. Sunt quidam ita lingua hæſitantes, & ita voce abſoni, ut etiamſi ingeniis, atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. ¶ Per tranſlationem idem ſignificat, ac non conveniens, & repugnans. *Horat. de arte poet. v.* 112. Si dicentis erunt fortunis abſona dicta. *h. e.* non convenientia. ¶ Abſonam fidei, i. e. repugnans, a fide alienam. *Liv. l.* 1. *c.* 15. Quorum nihil abſonum fidei Divinæ originis. ¶ Item pro diſſimili. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Nec abſoni a voce motus erant.

Abſorbeo, bes, bui, uſitatius, quam abſorpſi, abſorptum, a. 3. *inghiottire*, בלע, Ger. *gar verſchlingen*, *einſchlucken*, Gal. *humer tout*, *engloutir*, Hiſp. *ſorber*, καταπίνω. ſorbendo abſumo, proprie de rebus liquidis dicitur. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Lens optima, quæ maxime aquam abſorbet. Transfertur & ad alia, ut ſi dicas, Aqua navim abſorbuit. *Luc. l.* 4. Abſorpſit penitus. ¶ Metaphorice etiam dicitur. *Cic.* 2. *de Leg.* Ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat. *Idem in Brut.* Hunc abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ.

Abſorptio, & Abſortio, onis, f. *bevanda*, *ſorbetto*, ſorbitio. *Suet. in Ner. c.* 27. Abſortio roſaria. *Alii aliter legunt*.

Abſpello, & rectius Aſpello, is, uli, ulſum, a. 3. *cacciare via*, *allontanare*, ἀπωθῶ. repello, arceo. *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 12. Longe a numine aſpellor Jovis. *Plaut. Capt.* 3. 3. 4. Aſpellere metum alicui.

Abſque, præpoſit. de qua *Priſcianus l.* 14. Idem eſt, ac *Sine*, *ſenza*, Græce χωρὶς, ἄνευ. Magis apud Comicos in uſu eſt, quam apud Oratores. *Plaut. in Menæch. a.* 5. *ſc.* 7. *v.* 33. Abſque te ſi fuiſſem, pro eo, quod vulgo dicimus; niſi tu fuiſſes. *Terent. in Hecyr. a.* 4. *ſc.* 2. *v.* 25. Quam fortunatus ceteris ſum rebus, abſque una hæc foret. h. e. niſi hæc res una abeſſet. ¶ Semel apud *Cic.* invenitur hæc præpoſitio. *L.* 1. *ep. ad Attic.* 16. Nullam epiſtolam ad te ſine abſque argumento, ac ſententia venire. ¶ Itaque ſatius eſt dicere, *ſine injuria*, quam *abſque injuria*: *Sine ulla dubitatione*, quam *abſque dubio*. ¶ Pro *Præterquam* uſurpavit *Solinus c.* 46. de Phœnice loquens. Poſtera parte purpureus, abſque cauda. *i. e.* excepta cauda.

Abſtantia, æ, *lontananza*, *diſtanza*. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Sol cum longius abſit abſtantia quadam.

Abſtemius, a, um, *chi non bee vino*, Germ. *der kein wein trinckt*, *ſich vom wein enthalt*, Gallic. *qui ne boit point de vin*, Hiſpan. *el aguado*. Vox hæc ab abſtinentia temeti derivata eſt, ut docet *Quint. l.* 1. *c.* 7. & ſignificat eum, quem Græci ἄοινον, *Apulejus* Græcum quaſi interpretatus *invinium* vocat, *l.* 11. *Meleſior.* Abſtemius igitur eſt, qui vinum non bibit, vel ex diſciplinæ quadam lege, vel quod natura, aut ex morbi vitio a vino abhorret. Nam vinum Latinis veteribus *temetum* appellabatur. Hinc *vetus Gloſſ.* Abſtemius ὁ μὴ μετέχων οἴνου. *Ovid. l.* 15. *Metamorph. v.* 323. dixit: Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis. ¶ De iis, qui diſciplinæ lege a vino ſibi temperant, *Gellius* uſus eſt *l.* 10. *c.* 22. *Plinius l.* 22. *c.* 24. dixit mulieres vini abſtemias. Ubi notandum eſt, non abſolute dixiſſe, *Abſtemias*, ſed *vini abſtemias*; quaſi *abſtemias* eſſet ſimpliciter *abſtinens*, & a quacunque re ſibi temperans, non vini tantum, ſive temeti abſtinens. Quemadmodum & *Horat.* hac voce uſus eſt illo ſenſu *l.* 1. *ep.* 12. *v.* 7. Si forte in medio poſitorum abſtemius, herbis vivis, & urtice. Apud *Auſonium in Profeſſ. de Attic. v.* 20. Eſt vini, cibique abſtemius. Ubi *Abſtemius vini*, *cibique* dicitur non certe, qui penitus abſtinet, ſed qui id parce guſtat, & ſobrie, ac temperanter in cibo, potuque ſe gerit. Et *Apulejus in Apolog.* Dicitur ante horam ſecundam diei jejunus adhuc, & abſtemius teſtimonium vendidiſſe. Ubi *Abſtemius* eſt, qui ad eam horam nihil vini biberat. ¶ Sic prandium abſtemium, in quo nihil habetur vini, *Gellius* dixit *l.* 13. *c. ult.*

Abſtentus, a, um, apud JCtos eſt qui bonis paternis, & hereditate abſtinet, & etiam pupillus, qui tutoris auctoritate ab adeunda hereditate revocatus eſt. *Scævola ff. lib.* 26. *tit.* 8. *leg. penult.* & *Ulpian. ff. l.* 36. *tit.* 4. *leg.* 1. *in fin.* ¶ *Cyprian. ep.* 38. poſuit *abſtentum* pro excommunicato. Nam is Eccleſia, & Chriſtianorum convictu abſtinet.

Abſtergeo, es, erſi, erſum, ere, *nettare*, *levar via*, Gall. *torcher*, *eſſuyer*, Hiſp. *alimpiar*, ἀποματτω, ἀπομάσσω, ἀποψήχω, ἀπορρίπτω. *Terent. Eunuch.* 4. *ſc.* 7. Qui abſtergerem vulnera. *Plaut. Aſin. a.* 4. *ſc.* 7. *v.* 52. Tu labellum abſtergeas. *Liv. l.* 1. *c.* 41. Abſtergere cruorem. ¶ Tranſlate etiam uſurpatur, ut abſtergere faſtidium. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Metum. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 16. Ægritudinem. *Id. Top. c.* 22. Moleſtias. *Id. de Sen. c.* 1. ¶ Abſtergere, ut & detergere interdum idem eſt, ac frangere. *Curt. l.* 9. *c.* 9. Colliſi inter ſe naves, abſtergerique invicem remi cœperunt.

Abſtergo, is, idem quod abſtergeo. Afferuntur pro hoc verbo duo loca. *Plin. l.* 26. *c.* 7. Abſtergunt faſtidia. ſed alii leg. *abſtergent*. Et *alterius Plinii l.* 5. *ep.* 6. Ex quo poſſis rurſus abſtergi. ſed alii leg. *adſtringi*. Habet tamen *Apulej. l.* 1. *de doctr. Plat. prope fin.* Ut abſtergat ea, quæ ſordium ſunt.

Abſterreo, es, ui, itum, ere. Eſt terrore injecto avertere, *ſpaventare*, *metter paura per diſturbare*, ἀποσοβῶ, ἀποτρέπω. Præpoſitione plerumque gaudet. *Cic.* 2. *in Verr. c.* 58. Ut videamur a pecuniis capiundis homines abſterrere. ¶ Abſterrere anſeres de frumento. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 41. ¶ Abſterrere aliquid alicui. *Lucret. l.* 4. *v.* 1036. pro auferre: ubi tamen al. leg. *abſtergere*, pro *abſterrere*. *Plin.* habet etiam ſine præpoſitione *l.* 8. *c.* 15. Ceteri metu pæne ſimili abſterrentur eadem noxa.

Abſterrĭtus, a, um, particip. ab abſterreo. *Liv. lib.* 5. *c.* 41. Solitudine abſterriti.

Abſterſus, a, um, ab abſtergo, ut abſterſa fuligo. *Cic. Philip.* 2. *c.* 36. Abſterſæ lacrymæ. *Curt.* 5. 5. Abſterſi oculi amicoſo. *Id.* 6. 9.

Abſtĭnax, acis, adject. idem quod abſtinens. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 42. Boum. Si non abſtinax fuiſſet.

Abſtĭnens, entis, eſt ſuo contentus, vel nulla libidine præceps, maxime avaritiæ, & impotente cupiditatis, *aſtinente*, *continente*, ἐγκρατής. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 1. *ep.* 1. Eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates præclarum eſt. *Id. ad Attic.* 6. Q. Voluſium hominem mirifice abſtinentem miſi in Cyprum. ¶ Comperat. habet *Auſon. in Grat. Actione*. In cibis cujus Sacerdotis abſtinentior cæremonia? Superlat. *Colum. l.* 11. *c.* 1. Somni, & vini ſit abſtinentiſſimus. *Plin. l.* 6. *ep.* 8.

Abſtĭnenter, adv. *con aſtinenza*, ἐγκρατῶς. *Cic. pro Seſt. c.* 16. Si non moderate, at certe populariter abſtinenterque. *Auguſt.* 2. *de morib. Manich. c.* 13. Abſtinentius vitam ducere.

Abſtĭnentia, æ, f. 1. *aſtinenza*, *continenza*, Ger. *enthaltung*, Gall. *abſtinence*, Hiſp. *aquel refrenamiento de lo ageno*, *abſtinencia*, ἐγκράτεια. Virtus eſt, quæ ab rebus aliis abſtinet, quas perperam appetimus. Avaritiæ modo, modo luxuriæ opponitur, & aliquando innocentia etiam dicitur: quamquam nomen hoc latius pateat. Nam qui a bonis alienis abſtinet, poteſt is ſane *Abſtinens* dici, ſed qui a vi in corpus alterius inferenda ſibi temperat, *Abſtinens* dici non poteſt, *Innocens* poteſt. Hinc *Abſtinentia cœnæ*, *vini* apud *Plin. l.* 25. *c.* 5. Abſtinentiam ſummam præſtare. *Quintil. l.* 2. *c.* 2. *Idem l. eodem c.* 17. dicit, abſtinentia mitigare febrem pro *inedia*. Ital. *dieta*. Uno verbo abſtinentia proprie dicta, ut virtus eſt, idem fere eſt, ac continentia. In hoc tamen differunt, quod abſtinentia eſt virtus, qua ab alienis abſtinemus; continentia vero in omni victu, cultuque corporis, præſertim vero in vetitis voluptatibus cohibendis ſpectatur. Itaque hæc eſt viri temperantis, illa innocentis. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fratr.* Eſſe abſtinentem, & continere omnes cupiditates præclarum eſt. *Salluſt. in Catil.* Cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat. ¶ Nihil tamen inter ſe differre viſæ ſunt. *Val. Max. in c. de Abſtinentia*, & *Continentia*.

Abſtĭneo, es, ui, ſtentum, ere, *aſtenere*, *tener lontano*, *aſtenerſi*, התנזר, Ger. *enthalten ſich maſſigen*, Gall. *s'abſtenir de quelque choſe*, Hiſpan. *abſtenerſe*, *refrenarſe*, ἀπέχομαι. eſt cohibere, vel temperare: quod non tam ſignificatione perplexum eſt, quam uſu, & conſtructione varium. Conſtruitur enim aliquando cum ſolo ablat. ſine præpoſit. Abſtinere armis. *Liv. l.* 8. Abſtinere maledicto. *Cic. Phil.* 11. Sic abſtinere culpa, comitiis, publico, aliena. ¶ Aliquando addita præpoſit. *ab*. Uxor ab hereditate abſtinuit, *In lege Thais D. de Fideicom. liber*. ¶ Sed frequentius addito accuſat. Se maledictis abſtinere. *Cic. ad Brut. ep.* 17. *Idem in Verrem*. Abſtineant in hoc judicio animos ab hoc ſcelere nefario. ¶ Uſurpatur etiam cum accuſat. rei, & ablat. cum, vel ſine præpoſit. *Liv.* 8. Ut eorum populorum finibus vim abſtinerent. *Idem*. Bellum ab innoxio populo abſtineat. ¶ Item cum ſolo accuſat. *Terent. Adelph.* 5. 2. Non manus abſtines, maſtigia? ¶ Item cum infinitu. Abſtineant mihi invidere. *Plaut. Curcul.* 1. 3. ¶ Abſtinere manus a ſe, aut ab alieno,

inter-

Digitized by Google

interdum ad necem refertur. *Cicer. 4. Tuſcul. c. 37.* Qui cum interemiſſet Clytum, vix a ſe manus abſtinuit. ¶ Adhibetur etiam abſolute. *Sueton. de clar. Grammat. c. 3.* Ut ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint, quominus ſcriberent de ea re. ¶ Cum genit. uſurpavit *Horat. lib. 3. carm.* Abſtineto irarum. ¶ Dicimus etiam abſtinere ſe re aliqua, a re aliqua, & in re aliqua. *Cic. Fam. 7.* Qui me oſtreis, & murenis facile abſtinebam. *Id. Phil. 2. c. 3.* Quod te abſtinueris a nefario ſcelere. *Idem ad Att.* Abſtinere ſe in omnibus rebus. ¶ *Plaut. Moſtell. 4. ſc. 2.* Abſtinere ſermonem de aliqua re. ¶ Abſtinere pro arcere, prohibere. *Liv. l. 8. c. 2.* Romano bello fortuna Alexandrum Magnum abſtinuit. *Id. l. 1. c. 1.* Conſtat duobus Ænea, Antenoreque omne jus belli Achivos abſtinuiſſe. *l. 5. c. 21.* Ut ab inermi abſtineatur. ¶ Idem impersonaliter uſurpavit. Paſſive *Colum. l. 8. cap. 5.* Pullorum ſi vacua non eſt ingluvies, cruditatem ſignificat, abſtinerique debent. ¶ Apud JCtos abſtinere hereditate dicitur heres ſuus, & neceſſarius, *Ver. gr.* filius, qui ipſo jure in bona paterna ſuccedit etiam ab inteſtato; repudiare vero extraneus dicitur. Item Tutores dicuntur abſtinere pupillum hereditate, cum iis auctoribus pupillus ſe abſtinet hereditate. *Pompon. Dig. lib. 29. tit. 2. leg. 11. & Papin. Dig. lib. 27. tit. 3. leg. 18.*

Abſto, as, ſtiti, ſtitum, & abſtatum; n. 1. *ſtar lontano*, ἀφίσταμαι, longe ſto. *Horat. in arte poet. v. 361.* Ut pictura poeſis erit, quæ, ſi propius ſtes, te capiet magis, & quædam, ſi longius abſtes.

Abſtollo apud *Plaut.* compoſitum, ut attollo. *Diomedes Grammat. l. 3.* Sed ibi varia lectio.

Abſtractus, a, um, *ſtaccato per forza*, ut abſtracta armenta. *Stat. Achilleid. 1. v. 153.* Cum a corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur, *Cic. de Divin. 1. c. 31.*

Abſtraho, is, xi, ctum, ere. Violenter abduco, abripio, avello, avoco, *tirare per forza, menar via*, Ger. *abziehen mit gewalt dar von ziehen*, Gal. *entrainer, tirer par force*, Hiſp. *ſacar, o tomar por fuerça*, ἀποσπάω, ἕλκω. *Terent. Andr. a. 3. ſc. 2. v. 39.* Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? Et *Adelph. a. 5. ſc. 3. v. 57.* Pſaltriam una mecum hinc abſtraham. *Liv. l. 3. c. 44.* Vi abſtrahere. ¶ Tranſlate etiam uſurpatur. *Cic. pro Archia c. 6.* Ab illis nullo me unquam tempore aut commodum abſtraxit, aut voluptas avocavit. *Id. pro Dejotaro c. 14.* Abſtrahere ſe a ſolicitudine. ¶ In ſervitutem abſtrahere. *Caſ. 7. B. G. c. 14.* ¶ Abſtrahere ad aliquid. *Cic. in Bruto c. 68.* Niſi eum cupiditas gloriæ ad bellicas laudes abſtraxiſſet. ¶ *Abſtraxe* pro *abſtraxiſſe Lucret. l. 3. v. 63.*

Abſtritus, a, um, detritus. *Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtoch. c. 13.* Viduæ ambitioſæ & curioſæ, quæ, rubore frontis abſtrito, paraſitos vincunt mimorum. *h. e.* omni verecundia abjecta.

Abſtrūdo, is, ſi, ere, ex *Abs*, & *Trudo*. Significat Abſcondo, Abdo, *aſcondere, cacciar dentro*, Germ. *verbergen, verſtoſſen*, Gall. *cacher, & ſerrer*, Hiſp. *encerrar por fuerça*, ἀποκρύπτω. Et uſurpatur cum præpoſit. & ſine præpoſit. *In Plaut. Aul. Argum. 1. v. 6. & Merc. a. 1. ſc. 2. v. 78.* & *Cicer. l. 12. ad Att. ep. 13.* Mane me in ſilvam abſtruſi denſam, & aſperam. *Id. 4. Acad. cap. 10.* Natura in profundo veritatem (ait Democritus) penitus abſtruſit. *Tac. 4. Annal. c. 69.* Latebra ſeſe abſtrudunt. ¶ Tranſlata etiam uſurpatur, ut abſtrudere triſtitiam. *Id. Annal. 3. c. 6.*

Abſtruo, is, *naſcondere*, ἀποκρύπτω. *Tertull. lib. 4. adverſ. Marcion. c. 27.* Negat lucernam abſtruendam, ſed confirmat, ſuper candelabrum ponendam.

Abſtruſe, *naſcoſtamente*. *Ammian. l. 28. c. 1.* Semet abſtruſius amandarunt.

Abſtruſio, onis, f. *naſcondimento*. *Arnob. l. 5. pag. 183.* Seminis abſtruſio.

Abſtrūſus, a, um, nomen ex participio, *naſcoſo*, ἀπόκρυφος. *Ovid. Heroid. ep. 7. v. 157.* Abſtruſa terra. *Plin. Panegyr. c. 63.* Abſtruſus, atque abditus. *Claud. 4. Conſul. Honor. v. 274.* Receſſus abſtruſi. ¶ Tranſlate etiam uſurpatur. *Plin. Panegyr. 45. 30.* Bonus unio, aut ſitu abſtruſos, atque ſepultos non niſi delationibus, & periculis in lucem, ac diem proferebant. ¶ *Abſtruſus homo*, h. e. qui ſecreta ſua magnopere celat. *Tacit. l. 1. Annal. c. 24.* Hæc audita quamquam abſtruſum, & triſtiſſima quæque occultantem Tiberium &c. *Cicer. pro domo ſua.* Excitatus aliquando Cn. Pompeji nimium diu reconditus, & penitus abſtruſus animi dolor ſubvenit ſubito Reip. ¶ Comparat. Abſtruſior. *Cic. 4. Acad. Quæſt. c. 10.* Paullo abſtruſior diſputatio.

Abſtulo, apud Diomedem legitur *ex Plauti fragmentis*, pro *Aufero*, quaſi a ſimplici *Tulo*, unde *tuli*. Dictio obſoleta.

Abſuetūdo, inis, f. 3. *diſuſo*, idem quod deſuetudo. Uſus eſt *Apulejus Apolog. p. 318. edit. Elmenhorſt.*

Abſum, Remotus ſum, disjunctus ſum, abhorreo, *eſſer lontano*, [Hebrew], Ger. *abweſend ſein*, Gall. *eſtre abſent*, Hiſp. *eſtar abſente de algun lugar*, ἀπεῖναι. Hujus verbi uſus multus, & varius eſt. Primum quidem uſurpatur abſolute. *Terent. Eun.* Domini ubi abſunt. ¶ Deinde duplicem habet diſtantiæ ſignificationem, & utraque propria eſt, non tranſlata. Prima localis eſt, cum locus a loco abeſt, ut caſtra a caſtris, urbs ab urbe, ager ab agro. *Liv. l. 30. c. 29.* Zama quinque dierum iter ab Carthagine abeſt. *Cic. ad Att. 3. ep. 16.* Abeſſe bidui a caſtris. ¶ Altera perſonalis, quæ perſona abeſt vel a perſona, vel a loco. Abſolute. *Cic. Fam. 2.* Quod abes, gratulor, quia non vides ea, quæ nos. ¶ Cum ablat. ſine præpoſit. *Cic. Famil. 4.* Itaque & domo abſum, & foro. ¶ Cum præpoſit. *Cic. Fam. 2.* Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis doleo. *Id. in Verr. Act. 6.* Abeſſe a domo paulisper maluit, quam &c. ¶ Abeſſe propius. *Cic. l. 1. ad Att. ep. 1.* Abeſſe propius a morte, *h. e.* propinquiorem eſſe morti. ¶ Abeſſe etiam interdum in plures alios loquendi modos per metaphoram diffunditur. *Cic. ad Attic. 7.* A conſilio fugiendi, ut tu cenſes, abſum. *Id. de divinat.* Hæc non abſum a conſuetudine ſomniorum. *Id. offic. 1.* Abſumus a natura ferarum. *Cic. pro Flacco*, Vis abſit, ferrum removeatur &c. *Idem Offic. 2.* Illiberalitatis, avaritiæque ſuſpicio abſit. ¶ Ponitur deinceps hoc verbum pro *deeſſe*. *Cicer. pro Sylla.* Ut mirari Torquatus deſinat, me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere. *Id. in Bruto.* Aberat tertia illa laus, qua permoveret, atque incitaret animos. ¶ Aliquando pro *carere*, vel *vacuum eſſe* ponitur. *Cic. Famil. 6.* Intelliges, ferendam eſſe fortunam, præſertim quæ abſit a culpa. *Idem* etiam dixit *Fam. l. 12. ep. 22.* Quidquid acciderit, a quo mea culpa abſit. ¶ Abeſſe pro *alienum eſſe*, Ut, abeſſe a contentione. *Cic. ad Attic. 10.* ¶ Venuſtus eſt item hujus verbi ſignificatus, cum ponitur pro *Inferiorem eſſe*. *Cic. in Brut. c. 62.* Multum ab his aberat L. Fufius. ¶ Præterea elegans illud eſt, quod dicitur: Parum abeſt, quin; vel nihil abeſt, quin. *Cic.* Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. *Id.* Parum abfuit, quin occideretur. ¶ *Tantum abeſt* impersonaliter poſitum habet vel ſimplex, *ut*, vel duplex. Simplex ſic. *Cic. ad Attic. 13.* Tantum porro aberat, ut binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt. ¶ Duplex ſic. *Cic. ad Att. 7.* Tantum abeſt, ut ille meam ſententiam moveat, ut valde ego ipſi, quod de ſententia ſua deceſſerit, pœnitendum eſſe putem. V. *Turſellini Particul.* ¶ Abſum aliquando dividitur in partes duas. *Caſ.* Erat ab oppido millia paſſuum tria. ¶ *Abſit verbo invidia*, modus loquendi apud veteres, cum id erant dicturi, quod arrogans videri poſſet. *Liv. l. 9. c. 19.* Abſit verbo invidia, & civilia bella ſileant. ¶ *Præſens abeſt*, paræmia in eum, qui cum præſens ſit, non animadvertit ea, quæ dicuntur, cogitatione alio diſtracta. *Ter. Eun. 1. 2. 112.*

Abſūmēdo, tis, f. 3. Conſumptio, a Verbo Abſumo, *Conſumamente*, ἀνάλωμα. *Plaut. Captiv. a. 4. ſc. 3. v. 4.* Quanta fumini abſumedo!

Abſūmo, is, pſi, ptum, Conſumo, extinguo, conficio, *conſumare, mettere a fine*, כלה. German. *verzehren, verthun, verbrauchen*, Gall. *conſommer, mettre a fin*, Hiſp. *gaſtar en mala parte*, ἀναλίσκω. *Cicer. pro Quint.* A me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam. *Liv. l. 30. c. 8.* Laceſſendo levibus prælius diem abſumpſit. *Aſcon. Pædian.* Adne ut in ejus impenſas opes ſuas abſumpſerit. *Terent. Heaut. a. 3. ſc. 1. v. 18.* Pitiſſando modo mihi quid vini abſumpſit? *Plin. jun. in epiſt.* Vaſtiſſimum incendium multas privatorum domos abſumpſit. *Liv. l. 30. c. 7.* Abſumi flammis. *Cic. 2. Tuſcul.* abſumi clade. *Liv. l. 21.* abſumi fama. *Terent. Phorm. a. 2. ſc. 2.* abſumi cura. Sic abſumi illuvie, morbo, veneno, peſtilentia apud alios.

Abſumptio, onis, f. 3. pro Conſumptione. *Ulpian. l. 5. §. 1. D. de uſufr. ear. rer.* &c. Res, quæ in abſumptione ſunt.

Abſumptus, a, um. *Conſumato.* Abſumptæ vires, *Virg. Æn. 7. v. 301.* Rebus maternis, atque paternis fortiter abſumptis, *Horat. 1. ep. 15. v. 26.* ¶ Abſumpti ſumus pro *periimus*, vel *actum eſt de nobis*. *Siamo ſpediti, ella è ſpedita per noi*, ἀπεσβήκαμεν. *Plaut. Moſt. ſc. 1. a. 2.* Sic *Virg. Æn. 1. v. 559.* *Abſumpta ſalus, perduta.*

Abſurde, Adverb. eſt, Ab re, inepte. *ſconciamente, goffamente, fuor di propoſito*, ἀτόπως. *Cic. Tuſcul. 2. c. 4.* Si abſurde canat is, qui ſe haberi velit muſicum, &c. *Id. de divinat.* Nihil tam abſurde dici poteſt. *Digeſt. l. 9. tit. 2. leg. 51.* Longe abſurdius conſtituere. *Auguſt. lib. 4. de Trinit. in fin.* Abſurdiſſime dicere.

Abſurditas, atis, f. *Inconvenienza*, *Claud. Mamert. de Anim. c. 11.* Hanc utramque abſurditatem ſententia ſane deſpuit.

Abſurdus, a, um, Ab re, *aſſurdo, ſconcio, fuor di propoſito, fuor di regola*, [Hebrew]. Ger. *ungeſchickt, unbequem, nicht gezimmend*, Gal. *abſurde, mal convenable*, Hiſp. *coſa digna de no ſer oyda*, ἄτοπος. Proprie ſignificat alienum ab auribus. *Cic. de Orat. l. 3. c. 11.* Vox extra modum abſona, & abſurda. *Id. pro Roſc. Com. c. 7.* Eſt hoc quidem auribus, animiſque hominum abſurdum. ¶ Sed uſitatius ad animum transfertur, poniturque pro re, quod omnium mentes aſpernantur, ac reſpuunt. *Cic. ad Att.* Tempus erat diſceſſus abſurdum. *Id. de Orat. l. 2. c. 20.* Si plane abhorrebit, & erit abſurdus, ut ſe contineat, admonebo. *Terent. Adelph. a. 3. ſc. 3. v. 21.* Ratio inepta & abſurda. Ubi *Donatus*. Ineptum eſt ſtultum tantum, Abſurdum quod & ſtultum eſt, & in ipſa ſtultitia diverſum, & quaſi repugnans ſibi. ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Cicer. lib. 1. Nat. Deor. c. 26.* Multo abſurdiora ſunt ea, quæ &c. *Id. Attic. lib. 7. ep. 13.* Abſurdiſſima mandata.

Abſynthium. V. Abſinthium.

Abſyrtides, Ἀψυρτίδες, Inſulæ in Adriatico mari. *Plin. l. 3. c. 26.* Abſyrtides a Grajis dictæ a fratre Medeæ Abſyrto ibi interfecto. ¶ Dicitur etiam Abſyrtis in ſingulari num. *Luc. l. 3. v. 190.* Colchis & Adriacas ſpumans Abſyrtis in undas. Sed ibi de fluvio quodam ſermo eſt, qui in Adriaticum mare ſe exonerat, & in Colchis naſcitur. Alii in verſu Lucani *Abſyrtos* legunt.

Abſyrtus, i, m. 2. Ἄψυρτος. Æetæ Regis Colchorum, & Hypſeæ filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem ſoror ejus Medea cum Jaſone diſcedens membratim diſcerptum circumquaque disjecit, ut ſequentem ſe patrem in colligendis membris occupatum moraretur, ut non fugientem aſſequeretur; unde locus ille dictus eſt *Tomos*, i. e. disjectio, & fluvius, juxta quem id perpetravit, *Abſyrtus* vocatus. V. *Ovid. l. 3. Triſt. eleg. 9. & Senec. Med. v. 963.* ¶ Sunt tamen, qui Abſyrtum non ex eadem matre cum Medea, ſed ex Idya Oceani filia natum tradunt. ¶ Alii non a ſorore diſcerptum volunt, ſed per Iſtrum fluv. cum fugientibus in Illyrium perveniſſe. ¶ Fuit inſuper Abſyrtus, teſte *Suida*, Nicomedienſis miles quidam, qui cum ſub Conſtantino ad Iſtrum militaret, librum utiliſſimum ſcripſit de equis medendis, & *de* cura animalium, quem in Bibliotheca Antonii Vicecom. Mediolanenſis aſſervari, refert Calepinus.

Abtorqueo, es, a. 2. ab aliquo loco torqueo, deflecto. *Accius apud Non. c. 3. n. 66.* Aptorque proram.

Abverto, idem quod Averto. *Plaut. Rud. 1. 2. 76.* Abvertere ſcapham. *Hirt. de B. Hiſp. c. 41.* Abvertere boſtem.

Abundans, antis, nomen ex participio, affluans, copioſus, largus, dapſilis, exſuperans, *Abbondante, dovizioſo, copioſo*, ἄφθονος. Et uſurpatur vel abſolute, vel cum abl. *Cic. pro Quint.* Quis tam perditus, ac profuſus nepos, non adeſa jam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sex. Nævius? *Id. pro Cornel.* Quis tam abundans copiis? ¶ Habet etiam genitivum. *Nepos in Eumen. cap. 8.* Via omnium rerum abundans. ¶ Dicitur etiam *ex abundanti* pro fruſtra & ſupervacuo, quæ locutio Papiniano familiaris, & propria. *L. 9. de ſupell. l. 20. D. de manumiſſ.* Uſus eſt etiam *Quintil. l. 4. c. 5.* ¶ Comparativum uſurpavit *Hieronym. adverſ. Jovinian. c. 4.* Abundantius triſtitia. ¶ Superlativo uſus eſt. *Cic. de Orat. l. 2. c. 14.* Timæus & rerum copia, & ſententiarum varietate abundantiſſimus. ¶ Proprie ſignificat effluentem, exundantem. *Virgil. Georg. 1. v. 115.* Amnis abundans. *Plin. l. 22. c. ult.* Menſes muliorum abundantes.

Abundanter, Adverb. eſt copioſe, vel large, *Abbondevolmente, copioſamente*, ἀφθόνως. *Cicer. de Orat. lib. 2. c. 33.* Copioſe, & abundanter loqui. *Ibid.* Qui abundanter, qui illuminate & rebus, & verbis dicunt. *Sil. lib. 5. v. 453.* Abundanter defuſo ſanguine. *Cic. Topic. c. 10.* Loci aliis diſputationibus abundantius occurrunt, aliis anguſtius. *Plin. l. 3. c. 9.* Abundantiſſime creſcere.

Abundantia, æ, f. 1. Ubertas, copia, vel affluentia, *abbondanza, copia*, Ger. *uberfluſſigkeit*, Gall. *abondance, foiſon*, Hiſp. *abundancia, copia*, ἀφθονία, περισσεία, ut abundantia rerum omnium. *Cic. de Amicit. cap. 23.* Abundantia otii. *Id. l. 7. Fam. ep. 1.* Abundantia ingenii apud eundem 1. *Academ.* ¶ Pro divitiis abſolute poſuit *Tacitus in Agricola cap. 6.* Ludos, & inania honoris modo rationis, atque abundantiæ duxit. i. e. ita probavit, quatenus de abundantia patrimonii, & ſine detrimento facultatum exhiberi poſſent. ¶ Abundantiam feminarum vocat *Plin. lib. 27. c. 12.* menſes largius fluentes. Et *Vitruv. l. 5. c. 9.* abundantiam paluſtrem vocat copiam aquæ paluſtris.

Abundatio, onis, f. 3. idem eſt, ac abundantia, ſed minus elegans. *Plin. l. 3. c. 16.* Omnia ex Philiſtinæ foſſa abundatione naſcentia.

Abunde, Adverb. eſt Affatim, copioſe, large, profuſe, fortaſſe ab Adjectiv. *abundus, abbondantemente*, ἀφθόνως. Uſurpatur vel abſolute, vel adjecta alia dictione. *Cic. 2. de Divinat. c. 1.* Erit abunde ſatisfactum. *Plinius Præfat.* Abunde pulchrum. Sic abunde magna præſidia. *Sall. Jugurth. c. 14.* Abunde potentiæ, gloriæque adipiſci. *Sueton. Cæſar. c. 86.* ¶ Abunde eſſe alicui, idem quod ſatis eſſe. *Plin. l. 4. ep. ult.* Abunde mihi eſt, ſi ſatis expreſſi, quod efflitur. *Id. l. 3. ep. 8.* Sed utrumque tam magnum eſt, ut abunde ſit alterum efficere. *Virg. 7. Æn.* Terrorum, & fraudis abunde eſt.

Abundo, as, are, *abbondare*, [Hebrew], Ger. *uberfluſſig ſein die volhaben*, Gal. *s'epandre par deſſus, eſtre plein juſques a deborder, abonder*, Hiſp. *abundar, y ſer copioſo*, ὑπερβλύω. Affluo, redundo, circumfluo, magnam copiam habeo. Ex *Ab*, & *Undo*, ut quidam ajunt. Eſt enim *Abundare* dictum ab amnibus,

muibus, qui quo magis augentur imbribus, eo majoribus undis eriguntur. *Plin. l.* 18. *c.* 22. Abundat ſons in amnem partem. ¶ Abſolute uſurpatur a *Cic.* pro divitem eſſe. *lib.* 1. *Attic. ep.* 2. Caietam, ſi quando abundare cœpero, ornabo. ¶ Ceterum conſtruitur cum ablat. *Cic. de Senect.* Villa abundat porco, agno, hœdo. ¶ Sic abundare otio, ingenio, pecunia, copia frumenti, virtutibus, vitiis, &c. ¶ Abundare in aliqua re. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 6. Theophraſtus abundavit in eo genere rerum. ¶ Cum genit. habet *Lucil. ex Non. c.* 9. *n.* 6. Quarum rerum abundemus. ¶ Cum accuſat. *Neratius in l. ſi fundum D. mandati*. Ut non abundet mandati quantitatem, i. e. non excedat. ¶ Hoc mihi abundat, dixit *Auguſt. l.* 6. *Confeſſ.* ¶ *Donat.* Inter Abundare, & Redundare hæc eſt differentia: quod abundat, eſt copioſum & cumulatum; redundat vero, quod ſupervacaneum eſt. Hoc tamen diſcrimen non eſt perpetuum. Nam *Aſcon. in Cic.* 3. *Verr. c.* 44. abundare pro redundare poſuit.

Abundus, a, um, idem ac abundans, Adject. quo uſus eſt *Gellius l.* 1. *c.* 2. Lavacris nitidis, & abundis. Et *Accius apud Non. c.* 4. *v.* 192. Nec vi tanta quiſquam eſt, neque tam abundis fortunis ferox. Sed hic varia lectio eſt. V. *Gayetam ad Terent. Adelph. a.* 4. *ſc.* 3.

Abvŏlo, as, n. 1. ἀποπετάομαι, volando diſcedo. *Cic.* 2. *de Fin.* Fluit itaque voluptas, & prima quæque abvolat. Alii legunt, *Avolat*. *Maximian. Gall. Eleg.* 1. *v.* 249. Ipſa etiam cunctis requies gratiſſima ſomnus Abvolat, & ſera vix mihi nocte venit.

Abuſio, onis, f. *abuſione, abuſo*, κατάχρησις, figura eſt eadem quæ catachreſis. *Cic. in Orat. c.* 27. Abuſio, quam κατάχρησιν vocant. Sic *parricida* pro *homicida Quint. l.* 3. *c.* 3. dicit per abuſionem poni. *Impropriamente*. ¶ Pro malo uſu uſurpat *Salvian. l.* 8. *poſt princ.* Nam quod quidam afferunt ex *Cicer.* 11. *ad Attic. ep.* 22. *vini abuſio*, neque ibi, neque alibi apud *Cicer.* invenimus.

Abuſive, Adverb. cum Abuſione. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Abuſive aliqua re uti. ¶ *Ab Ammiano lib.* 24. *c.* 4. ponitur pro perfunctorie.

Abuſivus, a um, adject. *abuſivo, e abuſato*. *Auctor Paneg. ad Conſtant. Auguſt. c.* 4. Nomen abuſiva appellatione mutilatum.

Abuſque, & Ab uſque, *fino da*, uſque ab, præpoſitio poetica, ablativo ſerviens. *Virg.* 7. *Æn. v.* 288. Siculo proſpexit abuſque Pachino. *Apulej. in Apolog.* Abuſque Œenſium finibus.

Abūſus, us, m. *conſumamento*, abſumptio, quæ utendo fit, ἀπόχρησις. *Cicer. in Top. c.* 3. Uſus, non abuſus legatus eſt. *Ulpian. Dig. lib.* 7. *tit.* 5. *leg.* 5. Res, quæ ſunt in abuſu.

Abūſus, a, um, partic. paſſ. pro Conſumptus, apud *Plaut. Aſin. c.* 3. 4. Ubi illa quæ dedi ante? C. Abuſa ſunt.

Abūtor, eris, uſus ſum, *abuſarſi*, καταχράομαι, Germ. *verbrauchen*, Gall. *abuſer, faire abus*, Hiſp. *uſar mal de alguna coſa*. Utimur, *inquit Donatus*, cum honore, abutimur cum injuria. Vel: Utimur his rebus, quæ nobis utentibus permanent, ut domus, prædia, &c. Abutimur his, quæ nobis utentibus pereunt, ut vinum, frumentum, &c. Ablativum poſt ſe poſtulat: ſed apud antiquos Comicos accuſativ. habuit. V. *Pareum in Lex. Critico*. *Cic. pro Mil.* Quanquam in hac cauſſa, Judices, T. Annii Tribunatu, rebus omnibus pro ſalute Reip. geſtis, ad hujus criminis defenſionem non abutemur. Hic *Abuti*, ut notat *Doletus*, vel alieno tempore uti ſignificat, vel magnopere uti, quaſi diceret: non magnopere hujus cauſſæ fiduciam in rebus geſtis Milonis ponam. ¶ Abuti otio, & litteris. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 3. ¶ Abuti regno, & licentia ad omnia. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 23. ¶ *Suet. in Galba c.* 94. habet *abutendus*. His adeo ſe abutendum permiſit, ut vix ſibi ipſi conſtaret. ¶ Adhibetur etiam aliquando in bonam partem. *Cic.* 2. *de natu. Deor. c.* 60. Nos ſanitate earum ad utilitatem noſtram abutimur. *Nazar. in Panegyr. Conſtantini c.* 30. O ſi mihi nunc facultas daretur ſermonis pro rerum dignitate figurandi! Adhiberem omnes floſculos, & abuterer exquiſito quodam lepore, & venuſtate dicendi. *Symmachus* 3. *epi.* 46. Ergo indulgentius abutere magnificentia. ¶ Significat etiam conſumere, abſumere, *conſumare*. *Cic.* 3. *Verr. cap.* 9. Niſi omni tempore, quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero. *h. e.* niſi omne tempus dicendo abſumpſero. *Cato R. R. cap.* 76. Linito uſque adeo, donec omne caſeum cum melle abuſus fueris. ¶ Paſſive uſurpavit *Varro apud Priſcian. l.* 8. Aliud exemplum V. etiam in *Abuſus*, a, um.

Abydēnus, a, um, *di Abido*, ad Abydum oppidum pertinens. *Ovid. in Ibin, v.* 690. Omnis Abydena ſit tibi pejor aqua.

Abidocōme, ἀβυδοκόμαι, dicuntur ſycophantæ a nomine Abydos, & a verbo κομᾷν, quod eſt, efferri, & parum modeſte ſe gerere. Hoc enim nomine male audiebant Abydeni, quod inſignes artifices eſſent calumniarum, eoque ſibi nomine placerent.

Abydus, p. p. f. 2. ἄβυδος, urbs E. Aſiæ a Mileſiis condita, Gyge Lydorum Rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit, cui Seſtos in Europa opponitur, intercedente anguſto mari, a caſu virginis Helleſponto nuncupato. Id, cum Aſiam ab Europa dividat, Xerxes Perſarum Rex ponte conjunxit. Abydus Aſiæ non longe ab oſtiis Simoentis amnis abeſt, inter Lampſacum, & Dardanum, a Lampſaco in Auſtrum, & ab Ilio in Boream ex. M. P. diſtans. Ibi arx firmiſſima contra Seſtum, cui *Dardanello* nomen eſt. Abydus vero *Avo*, & *Adeo* nominatur. ¶ Abydus item urbs eſt Ægypti, quæ *Abutich* appellatur, a Ptolemaide urbe in Auſtrum ad 22. M. P. recedens. ¶ Ne temere Abydum, h. e. naviges, μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον; proverbium Græcum quo quis admonetur, ne temere eo ſe conjiciat, unde non ſine periculo exeat, præcipue vero in aulam Principis, quod ea res non omnibus feliciter cedat, ſed æque ac Abydus, periculorum plena ſit. V. *Eraſmi* & aliorum Adagia.

Abyla, p. p. f. 1. ἀβίλη, mons excelſus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hiſpania eſt, oppoſitus, quos ambos Herculis columnas dicunt *Euſtath. Steph. Byzant. Dionyſ. Afer*. Et notandum, Alyban dici a Græcis, non Abylan, forte per Metatheſin. ¶ Eſt & oppidum Syriæ. *Plin. l.* 3. *c.* 1.

Abyſſus, f. 2. *abiſſo*, תהום, Ger. *ein groſſe tieffe des waſſers, ein abgrund*, Gall. *abîme*, Hiſp. *abiſmo*, ἄβυσσος. Aqua vergens in immenſam profunditatem. Omnis, inquit *Auguſt.* aqua, omnis humida natura, atque ſubſtantia circumquaque diffuſa per maria, & flumina, & antra, & occulta, ſimul uno nomine abyſſus vocatur. ¶ Erat præterea Abyſſus Sacellum Perſephones, in quo magna vis auri multis ſæculis erat congeſta: Unde & nomen accepit ab infinita auri copia. Vide *Suidam*. ¶ Ab Eccleſiaſticis Scriptoribus interdum ponitur pro loco Inferorum. *Prudent. in Hamartig. v.* 835. Merſandam penitus puteo ferventis abyſſi.

A ANTE C.

Ac, *e*, *&*, conjunctio copulativa eſt, καὶ, Et, atque. ut doctus ac juſtus es. Collocata poſt *alius*, *aliud*, *aliter*, *ſecus*, *contra*, *contrarium*, & poſt nomen, aut adverbium comparativum, idem fere efficit quod *quam*, ἤ. *Terent. in Phorm.* 4. 4. Aliud mihi reſpondes, ac rogo. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 13. Aliter ſcribo ac ſentio. *Idem in Orat.* Ut contra, ac dicat, accipi velis. ¶ Poſita poſt *ſimiliter*, *æque*, *par*, *pariter*, *juxta*, ſignificat *ut*. *Cic.* 3. *de Nat. Deor.* Similiter facis, ac ſi me roges. *Idem poſt redit.* 10 *Sen.* Reliquis officiis juxta, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit. ¶ In principio ſententiarum connectendi vim habet. *Cic.* 1. *de Orat. in proœm.* Ac primo quidem totius rationis ignari. Non tamen frequenter adhibetur ſequente vocali, aut duabus conſonantibus *c*, & *q*. ¶ Ponitur etiam *ac*, & *ac ſi* poſt *perinde*, *ſimiliter*, *aliter*, & ſignificat, *ita ut*, *Non altrimenti che*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Ut perinde ac de hominum vita eſt merita, laudetur. ¶ Aliquando, teſte Donato, ſignificat, *contra quam*. *Terent. And.* 5. 1. Neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere. ¶ *Ac* pro duabus his particulis, *idque*, vel *& quidem*. *Teren. Eunuch.* 5. 2. Cognoſcit us? C. Ac memoriter. *Idem Heauton.* 4. 5. Faciam tibi boni aliquid, ac lubens. ¶ In principiis ſemper ponitur ſequente conſonante. Ante vocalem ſemel legitur apud *Sueton. in Tiber. c.* 12. Ac in ſemet &c. Alii tamen reponunt *at*.

Acacia ſpina eſt, quæ in Ægypto naſcitur, arboris in modum fruticoſa, flore candido, & ſemine lupino ſimili. Item ſuccus ex ſpina illa expreſſus, *Acacia*, ἀκακία. Eſt & alterum acaciæ genus in Cappadocia Pontoque proveniens, longe tamen minus & tenerius, & foliis rutæ ſimile. Vid. *Dioſc. l.* 1. *c.* 115. meminit & *Plin. l.* 24. *c.* 12. Denique *Acacia*, ſi vim nominis ſpectes, eſt innocentia, ſimplicitas, animus ab omni terrore liber, in quo Democritus ſummum bonum conſtituebat. Sed vox græca eſt ab α privat. & κακὸς, malus. *Cic.* 1. *Fin.*

Academia, f. 1. *Accademia*, ἀκαδημία, *Suida*, ἀκαδήμεια, & ἑκαδήμεια, *Stephano*. Locus nemoroſus, ab Athenis mille paſſus diſtans, ab Academo heroe. Vide *Laert. in Platon.* Duci poteſt etymol. ab ἄκος, medela, & δῆμος, populus, quod ibi ſit officina ſanandi animos. Vel ab ἑκὰς, & δῆμος, ſeorſim a populo. Ibi commoratus eſt Plato, & Philoſophiam magna diſcipulorum frequentia profeſſus eſt. Unde & ejus ſectatores Academici vocati ſunt, ſicut a Stoa Stoici. Antea per E ſcribebatur, *Ecademia*. ¶ Erat autem Academia gymnaſium inferius, cum ſuperiori gymnaſio nomen eſſet Lyceum, quæ & inferior ambulatio, & ſuperior dicebantur. Lyceum vero nomen fuit Scholæ Ariſtotelicæ. Academia dici poteſt quælibet litterarum ſchola inſignior, atque celebrior. Per metonym. Academia ponitur pro philoſophia academica, & ſecta philoſophorum. *Cic. de Orat. lib.* 1. *c.* 18. ¶ Hujus nominis Academia pen. producitur a *Cic.* Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo. Sic & in alio verſu Laureæ Tullii, Atque Academiæ celebratam nomine villam. Verum alii eam corripiunt, ut *Claudianus*; in Latium ſpretis Academia migrat Athenis. *Sidonius*, Obruet & quanquam totis Academia ſectis. ¶ Academia etiam dictus eſt locus, ubi villa erat Cicer. apud Avernum lacum, a Puteolis ſup. e. M. P. diſtans, haud procul a Baiis. *Ciceronianus* adhuc lacus dicitur, Aqua vero, ſeu Fontes Ciceronis, *Bagni di Tritoli*.

Academĭcus, a, um, ἀκαδημαϊκός, ad Academiam pertinens, ut ſecta Academica, hoc eſt eorum qui Academicos ſectantur. Academici autem fuere certa philoſophantium familia, & duplicis quidem generis, veteres, & novi. Veterum princeps fuit Plato, recentiorum Arceſilas, ut *Cic.* docet in *Academ. quæſt.* Novaſſe autem videbatur Arceſilas inſtitutum, quod nihil comprehendi, & doceri de quaquam re poſſe, incertaque eſſe omnia pronuntiaret. Id faciendum putavit, quod Socratem quoque, & Platonem in utramque partem diſputaſſe, & nihil affirmaſſe animadverterat. Quam ob cauſam Cicero nihil putat inter veterem & novam ſectam intereſſe. Alii tamen plura afferunt Academiæ genera. *Diogenes* enim *Laert.* veterem, mediam & novam facit, hujuſque auctorem Carneadem, mediæ Arceſilam, veteris Platonem, ut dictum eſt. Vide *Plutarch. in Lucull.*

Acalanthis, thidis, f. 3. avis eſt, quam alii acanthidem, alii carduelem vocant. *Virg.* 3. *Georg.* Reſonant acalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teſte *Pierio*, non *acanthida*.

Acanthice, es, f. 1. lacryma helxines herbæ. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Helxines hujus vertex ſummus lacrymam continet jucundi ſaporis, acanthicem maſtichen appellatam.

Acanthinus, a, um, quod eſt acanthi, aut acantho ſimile. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Spectatur foliis acanthinis.

Acanthion, n. 2. ſive acanthium, thii, ſpinæ genus. *Plin. lib.* 24. *c.* 12. Spinæ albæ ſimilis eſt ſpina illa, quam Græci acanthion vocant.

Acanthis, thidis, f. 3. Ger. *ein diſtelvogel*, ἀκανθὶς, avis ſtridula, quæ & carduelis, *Gardellino*. Ea ſpinis, & carduis paſcitur. Nam ἄκανθα, ſpina, ἀκανθεὼν, ſpinetum. *Virg. lib.* 3. *Georg.* Reſonant & acanthida dumi. Qui locus *Virg.* in antiquis libris, teſte Pierio, legitur, Reſonant acalanthida dumi, a nominativo *acalanthis*, *thidis*. ¶ Hæc & anthylis vinatur, quæ lino intexit nidum. Alii argathylin vocant, de qua *Plin. l.* 10. *c.* 74. Argathylis in ſpinis vivit. ¶ Acanthis eſt etiam genus herbæ, quæ latine ſenecio dicitur. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Acanthis græce, latine ſpina alba.

Acanthus, i, m. 2. Germ. *weiſſ baerenklaw*, ἄκανθος. Puer regius in florem ſui nominis converſus, cujus folia occaſionem præbuerunt ornamentis pulcherrimis ſculpturæ. *Plin. l.* 22. *c.* 22. docet, acanthum eſſe herbam topiariam, lato longoque folio margines crepidinum veſtientem. Apud *Dioſcor.* duplex eſt, hortenſis, & ſylveſtris: hortenſis a Romanis *Pæderota* dicitur. de ſylveſtri *Virg.* 2. *Georg. v.* 119. Semper frondentis acanthi. ¶ *Servius in Pollione* dixit, eſſe arborem ſemper florentem, quaſi ſpinis plenam. ¶ Aliqui putant, acanthum dici etiam limbum aut faſciam veſti prætentam, adducuntque locum *Virg. Æn.* 1. *v.* 649. Et circumtextum croceo velamen acantho. Sed hic apertius de herba topiaria intelligitur.

Accanto, & Adcanto, as, a. 1. juxta, vel ſimul canto. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 4. *v.* 55. Maroneique ſedens in margine templi Sumo animum, & magni tumulis accanto magiſtri.

Acapna, n. 2. Ger. *duerr und trucken holtz, das nicht raucht und dampfft*, ἄκαπνα, ligna, de quibus eſt titulus apud Martialem in Xeniis. Ea videntur eſſe, quæ Ulpiano dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant. Nam ἄκαπνον, ſine fumo interpretatur. ¶ Eſt & mellis genus, quod acapnon *Plin.* appellat *l.* 11. *c.* 16. quia citra fumum eximitur. Acapna thyſie, ſacrificia abſque fumo, dicitur de nimium tenui convivio, & in quo nihil cocti opſonii apponitur.

Acarnan, anis, ἀκαρνὰν, qui ex Acarnania eſt, *Virg.* 5. *Æn. v.* 298. quorum alter Acarnan, alter ab Arcadia &c.

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Ætolia dividit. In hac eſt oppid. Leucas. Ibi gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiique pretii. Hinc proverb. Græcum manavit. Equi Acarnanici, ἀκαρνανικοὶ ἵπποι. Dicitur de re quavis eximia. ¶ Eſt & regio quædam parva in Ægypto, dicta Acarnania, ut ſcribit *Serv. lib.* 5. *Æn.* ¶ Et civitas non procul a Syracuſis (ut inquit *Cic. in Verr.*) in qua Olympii Jovis antiquiſſimum fanum fuit.

Acarnanicus, qui eſt ex Acarnania. *Liv.* 26. *c.* 25.

Acaron, ſive accaron, f. 3. civitas Palæſtinæ, quæ Cæſarea vocatur. Et arboris genus. *Plin. l.* 15. *c.* 7. Longe diverſa a Cæſarea Palæſtinæ hæc urbs eſt. Nam urbs erat Philiſtinorum, Geth, Azoto, & Jamniæ proxima, a Cæſarea ſupra 50. M. P. in auſtrum diſtans. Nomen antiquum adhuc retinet.

Acaſtus, ἄκαστος, Magneſiæ rex. Uxorem duxit Creteidem, ſive Atalantum, quæ cum Peleum deperiret, ab eoque ſperneretur, ultro illum apud maritum de ſtupro accuſavit. Acaſtus igitur Peleum venationis prætextu in ſaltum adductum

Digitized by Google

ductum feris lacerandum objecit: ſed ille Chironis, ſive Mercurii ope liberatus Acaſtum cum uxore interfecit. ¶ Item Acaſtus fuit Peliæ Theſſalorum Regis fil. venator ſagittis clarus. *Ovid. 8. Metam. & l. 11.* ¶ Item Acaſtus Laodamiæ pater. *epiſt. 13.*

Acatalecticus, ἀκατάληκτος, verſus, cui nulla ſyllaba deeſt: contra catalecticus, cui una deeſt ſyllaba. V. Grammatic. *Diomed. l. 3. & Priſcian. in initio partit. verſuum Virgilii.*

Acatalepton, ἀκατάληπτον, quod comprehendi non poteſt. Sic interpretatur *Cic. l. 4. Acad. quæſt.* Latine uſurpat *Tertull. adverſ. Valentin. c. 35.*

Acatium, n. 2. ἀκάτιον, genus navigii actuarii. *Plin. l. 9. c. 30. & Gell. l. 10. c. 25.* ¶ Sed *Pollux* ſcribit, velum in navi maximum eſſe, ſicut minimum dolonem, tertium, quod retrorſum panditur, epidromum. V. *Bayſium de re navali.*

Acatus, idem quod Acatium. *Tertul. l. 5. cont. Marcion. c. 1.* Si nunquam furtivas merces in acatis tuas recepiſti.

Acauſtus, ἄκαυστος, ignem non ſentiens. *Plin. l. 37. 8. 7.*

Acca Laurentia, f. 1. Fauſtuli uxor, quæ Romulum, & Remum lactavit, & aluit, Lupa dicta, quod nobile ſcortum fuerit. Tales enim nuncupantur lupæ, ob avaritiam, cujus cauſa pudicitiam proſtituerunt, & cellæ earum lupanaria. ¶ In hujus Accæ honorem Romani teſtamento ejus locupletati Laurentalia celebrarunt. V. *Scalig. ad Varr. de L. L.* Eadem etiam Accalia dicta ſunt *a Varr. l. 5. L. L.*

Accanto, as, are, juxta canto, una canto, accino, προσᾴδω. *Stat. 4. Syl. 4. v. 53.* Sumo animum, & magni tumulis accanto magiſtri.

Accedo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *accoſtarſi*, נגשׁ, קרב, Ger. *herzu geben*, *ſich herzu machen*, Gal. *s'aprocher*, *ſe tenir preſt*, *s'adjoindre*, Hiſp. *allegarſe alugar*, *e a ercanſa*, προσέρχομαι, ex *ad*, & *cedo*, adeo, venio, appello, appropinquo, addor, ſeu adjungor. *Ter. in Adel.* Accedam ad fores. *Virg. l. 1. Æn.* Penituſque ſonantes acceſtis ſcopulos. pro *acceſſiſtis*, per ſyncopen. ¶ Dicitur autem *accedere ad*, *accedere in*. ¶ Accedere, quandoque eſt aſſentiri, *conſentire*. *Quintil. l. 9. cap. 4.* Accedam in pleriſque Ciceroni. ¶ Quandoque adjungi, *aggiugnerſi*, ut Hoc calamitatibus meis, vel ad calamitates meas malum acceſſit. *Liv. l. 26. c. 50.* Hæc tibi a me dotalia dona accedent. *Cic. pro Roſc. Am.* Eo acceſſit ſtudium doctrinæ. ¶ Accedere etiam ſimilitudinem ſignificat, *ſomigliarſi*. *Cic. pro C. Rabirio.* Quorum poteſtor ad Deorum immortalium numen accedit. Sic *Accedere alicui*, id eſt ſimilem eſſe. *Cicer. & Quintil.* Et cum ſolo accuſativo, *Plin. lib. 16. cap. 40.* Cytiſus proxime accedere ebenum videtur. ¶ Acceditur impersonale, apud *Cicer. pro Cæc. cap. 8.* Ad eas cum accederetur. ¶ Apud *Tacit. l. 5.* Minutius, & Servæus damnati indicibus acceſſere; hoc eſt, bona illorum indicibus ceſſere præmii loco. ¶ Accedere rei judicatæ aliquid dicitur, cum cautio a reo datur actori quæ executionem non tollit. *Ulp. l. 4. D. de re judicata.* ¶ *Accedere alicui* pro favere. *Terent. in prol. Phorm.* Voluntas veſtra ſi ad Poetam acceſſerit. ¶ Uſurpatur & abſolute in initiis. *Cic. ſæpiſſ.* Accedit ut, accedit quod. *Id. pro Roſc. Am. c. 1.* Accedit alia cauſſa, quod & ſic ſervit connexioni. ¶ *Accedere febris* dicitur, cum per intervalla intenditur, decedere vero, cum deficit. *Celſ.*

Acceleratio, onis, f. 3. feſtinatio, properatio, *Affrettamento*. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 13.* Continuatio eſt orationis enuntiandæ acceleratio clamoſa.

Accelero, as, are, *andar in fretta*, *affrettare*, מהר, Ger. *eylen*, *ſchnellgeben*, Gall. *avancer*, *haſter*, *ſe haſter*, Hiſp. *appreſſurarſe*, *darſe priſſa*, ἐγκονέω, propero, feſtino. Accipitur & activè. Accelerare iter apud *Caſ. l. 2. B. Civ.* Accelerare mortem. *Plin. l. 16. c. 36.* ¶ Et ſine caſu per ellipſim. *Cic. in Catil. 2. c. 4.* Si accelerare volent, ad veſperam conſequentur.

Accendium, ii, n. 2. Incendium, *incendio*, *Solin. c. 7.* (al. 11.) Si adeſt Deus, ab ipſo Numine fit accendium.

Accendo, dis, di, ſum, a. 3. *accendere*, בער, Ger. *anzunden*, Gal. *allumer*, *enflammer*, Hiſp. *encender*, ἅπτω, ex *ad*, & *cando*, a in e mutato, licet non ſit in uſu, non a *candeo* (ut quidam putaverunt) quod eſt neutrum, *accendo* vero activum. Eſt autem accendere, ignem excitare. *Cic. de Univ. cap. 9.* Deus ipſe Solem, quaſi lumen accendit. ¶ Per tranſlationem eſt inſtigare, & animare, *inſtigare*. *Virg.* Martemque accendere cantu. Sic accendere ad aliquam rem, vel in aliquam rem. *Sil. l. 4. v. 169.* In prælia mentes accendit. ¶ *Accendere pretium* pro augere dixit *Plin. lib. 18. cap. 25.* Nubilo occaſu pluvioſam hiemem denunciat, ſtatimque augent lacernarum pretia, ſereno aſperam, & reliquarum veſtium accendunt. Accendōnes, id eſt inſtigatores. *Salmaſ. in Tertull. de c. ult.* ex vet. libr. reſtituit, pro quo vulgo erat *cordones*. It autem laniſtas ibi intelligit, qui gladiatores ad pugnam excitant.

Accenſeo, es, ui, ſum, ere, annumero. *Sen. epiſt. 91.* Eadem hæc ætas Lycurgum ſacro illi numero ſapientum accenſuiſſet. *Non. Marcel. in Accenſi pag. 520.* Accenſi, qui his (*Decurionibus*) accenſebantur, id eſt attribuebantur.

Accenſi, us, a. שׁוטרים, Ger. *ein ſloskuechte*, *adder weibel*. Ut *Marcellus* ſcribit, genus militiæ erat adminiſtrantibus procinctum, dicti, quod ad neceſſarias res ſæpius accirentur, velut accerſiti. *Feſtus* vero ſic. Accenſi dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſubrogabantur, & ad cenſum adjiciebantur. *Idem alibi:* Adſcriptitii veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur, quos ſupernumerarios vocant. Hos & accenſos dicebant. Sed *Varro* rectius, qui docet, Accenſos miniſtratores fuiſſe Magiſtratuum, ab acciendo dictos, ideſt vocando. Nam Accenſus inſtar præconis acciebat juſſu Conſulis Quirites ad concionem. *Plin. lib. 7.* Adjectus eſt & meridies, Accenſo Conſulum id pronuntiante. ¶ Erant ſinguli Præſidibus Provinciarum Accenſi. Quod munus nemini, niſi libertis deferebatur, ut ſcripſit *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* *Aſconius* autem ſic habet: Accenſus eſt nomen ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius.

Accenſor, oris, m. qui accendit, auget, & promovet. *Valer. Max. l. 5. c. 7. n. 1.* Nec accenſor glorioſa illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt. Alii leg. *acceſſor*.

Accenſus, i, Miniſter publicus, ex quo genere Lictores, & Viatores fuerunt. alii ab *acciendo*, alii ab *accenſendo* deducunt. Vide in *Accenſi*. De his conſulate *Lipſ. El. l. 1. c. 23. Roſin. Antiq. Rom. l. 7. c. 48. Accenſus*, & *præco* in hoc conveniunt, quod ambo Conſulis, vel alterius Magiſtratus miniſtri erant; ſed ille, ut ad concionem, hic, ut ad Comitia pop. vocaret. *Alex. ab Alex. gen. dier. l. 2. c. 27.*

Accenſus, a, um, ab accendo, *acceſo*, *infiammato*. ut tædis accenſis. *Lucret.* Accenſi rogi. *Virg.* ¶ Tranſlate ſumitur pro incitato, ut accenſus furiis. *Virg.* ¶ Accenſus ira, & in iram. *Plin. l. 17. c. 4.* Sic accenſus odio, ira, amore, &c. ¶ Accenſus abſolute pro irato. *Virg. 5. Æn.* Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.

Accenſus, e, um, ab accenſeo, adſcriptus. *Lactant. l. 5. c. 2. ſect. 13.* Religionis, cui fuerat accenſus, proditor factus eſt.

Accentiuncula, læ, f. 1. *Gell. l. 13. c. 6.* Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

Accentor, oris, m. qui ad alium, ſeu cum alio canit: qui & concentor dicitur. *Iſidor. l. 6. Orig. c. 12.*

Accentus, m. 4. *accento*, טעם, Germ. *der thon der ſilben in einem iedem worte*, Gall. *accent*, *elevation*, *ou abbaiſſement de voix en prononchant*, Hiſp. *El accento de cada palabra*. Dicitur quaſi *adcantus*, hoc eſt juxta cantum, quia ad cantilenam vocis nos cognoſcere facit ſyllabas. Græci προσῳδίαν dicunt, quod προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. A Latinis etiam tonus, & tenor vocatur, quia ibi ſonus creſcit, & deſinit. Definitur a quibuſdam, quod ſit anima verborum, ab aliis, quod ſit vox ſyllabæ. Hos veteres nunc moderamenta, nunc accentiunculas, nunc voculationes appellant. Sunt autem tres accentus, acutus, gravis, & circumflexus. Acutus dictus eſt, quod acuat, & erigat ſyllabam: gravis, quod deprimat; eſt enim contrarius acuto. circumflexus eſt, qui ex acuto, & gravi conſtat. Incipiens enim ab acuto deſinit in gravem. *Priſcianus, Quint. Diomedes.* ¶ *Ammianus* magis proprie hac voce uſus eſt, *l. 6. c. 12.* ſecundum Valeſium, aut *c. 19. edit. Gruter.* Aberratorum accentu ſigno dato. Al. tamen leg. occentu. *Solin. c. 5. ad fin.* Tibiæ, quæ in accentus exeunt acutiſſimos. ¶ Hyemis accentum, pro rigore, ſeu augmento, habet *Sidon. l. 4. ep. 6.*

Accepſo, dixerunt Veteres pro *acceperim*, vel ut alii volunt, pro *accepto*. *Non. s. 2. ex Pacuvii Teucro.* Priuſquam accepſo, quod peto.

Acceptabilis, *e*, o. 3. *Lactant. epitom. c. 2.* Acceptabilis victima.

Acceptæ, arum, f. 1. vocantur apud Rei Agrar. Scriptores, portiones agrorum viritim aſſignatæ, aut quæ ſortito obtigerunt. *Sicul. Flacc. de condit. Agror.* Manipulus ſingulas acceptas accipiet.

Acceptator, oris, m. 3. qui acceptat. *Tertull. de Pœnit. c. 2.* Deus cum auctor, & defenſor (*bonorum*) ſit, neceſſe eſt proinde & acceptator: Si acceptator, etiam remunerator.

Acceptilatio, onis, f. 3. ἀποχή, nomen ex *accipio*, & ſupino *latum* compoſitum, eſt ipſa relatio in acceptum. Apud JCtos eſt ficta quædam, & imaginaria ſolutio, & liberatio, ut docet Modeſtinus, *Dig. l. 46. tit. 4. leg. 1.* quæ fit per interrogationem, & reſponſionem, qua utriſque contingit ab eodem nexu abſolutio. Dicenti enim, Quidquid tibi per ſtipulationem promiſi, vel ex ſtipulatu debeo, habeſne acceptum? tu reſpondes, Habeo, acceptumque fero, quaſi dicas, Perinde habeo, ac ſi accepiſſem abs te per veram ſolutionem. Italice dicitur *quitanza*, *ceſſione*.

Acceptio, onis, f. 3. verbal. ab accipio, actus ipſe accipiendi. *Accettazione*, *ricevimento*. *Cic. Top. 8.* Neque deditionem, neque donationem ſine acceptatione intelligi poſſe. ¶ Apud veteres Philoſophos eſt propoſitio, quæ conceditur a reſpondente ex quæſtione propoſita. Vid. *Apulei. l. 3. doctr. Plat.* ¶ Acceptio vocis eſt interpretatio ex mente ejus, qui excipit. *Siculus Flacc. ex edit. Gruter. p. 18.* Acceptiones in centuriis explicandæ ſunt.

Acceptito, a. 1. idem quod accepto. *Plaut.* apud *Non. c. 2. n. 508.* qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

Accepto, as, are, ὑποδέχομαι, frequentat. ab accipio, *accettare*, *ricevere ſpeſſo*. *Plaut. Pſeud. 9.* Mihi hercle vero, qui res, rationeſque heri curo, argentum accepto, expenſo. *Id. ib. c. 2.* ¶ Item pro ſimplici accipio, ut acceptare jugum. *Sil. Ital. l. 7. n. 41.*

Acceptor, oris, m. 3. qui accipit, *accettatore*, λήπτης, *Plaut. in Trin. 4.* Qui illorum verbis falſis acceptor fui. *ideſt*, approbator.

Acceptorius, a, um, ut acceptorius modulus, qui opponitur *erogatorio*, apud *Frontin. de Aquæduct. l. 1.* *Acceptorium* enim vocat, qui puteo immerſus aquam haurit, *erogatorium* vero, qui in altum elatus refundit.

Acceptrica, æ, f. 1. quæ accipit. *Plaut. Truc. 2. 7. 18.* Nuſquam apparet, neque datori, neque acceptricæ. Al. leg. *acceptrici*. V. *Taubman.*

Acceptrix, femin. ab acceptor. *Plaut. in Truc. 2. 7. 18.* V. *Acceptrica.*

Acceptum, i, n. 2. ſubſtant. abſolute dicitur quidquid ab aliis accepimus ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quovis modo. Itaque in rationibus alterum caput acceptorum eſt, alterum *expenſorum*, ut in mercatorum libris. Cicero *tabulas* dicit *accepti*, & *tabulas expenſi*. *Plaut in Trucul.* Hic ratio accepti ſcribitur. ¶ Hinc *acceptum referre*, eſt ſcribere in tabulis, vel fateri ſe accepiſſe. Dicimus etiam *acceptum ferre* in ead. ſignificatione, ſed rarius. *L. ult. D. quæ in fraud. cred.* Si fraudator fidejuſſori ſuo ſeiens acceptum tulerit. Sed & *in acceptum ferre & referre* dicimus. *Cic. in Ver. de Præt. Urb.* Opus in acceptum retulit. *Æmil. Macer. l. 7. D. ad l. Jul. repetund.* Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciundum. ubi *acceptum* accipitur pro tabula accepti, niſi in *acceptum*, id eſt *pro accepto* dixit. V. Acceptus, a, um. ¶ Apud eoſd. JCtos dicitur etiam *accepto ferre*, ἀποδεῖναι, & ſignificat acceptum habere, quod nobis ex ſtipulatione promiſſum eſt, ſive ut vulgo loquimur, *habere pro recepto*, etiamſi nulla ſolutio facta ſit. Sic *accepto ferre*, *accepto facere*, & *acceptum facere*, item *habere acceptum* pro *acceptum referre*. ¶ *Accepto ferre rationibus aliquid*, eſt referre in tabulas rationum aliquid acceptum, *mettere nel libro delli ricevute*. ut *l. 91. §. 4. D. de leg. 3.* ¶ *Accepto*, vel *acceptum rogare* dicitur qui ſtipulatur, an id quod promiſit creditor acceptum habeat. Contra vero *accepto liberare* dicitur creditor, cum debitori ſtipulanti reſpondet, ſe acceptum habere. *Hotom. in Lex.*

Acceptus, a, um, nomen ex particip. ab accipio, *accetto*, *caro*, *aggradevole*, Ger. *angenehm*, jucundus, gratus, χάριεις. *Cæſar. l. 1. B. G.* Maxime plebi acceptus erat. *Tacit. l. 3.* Acceptum in vulgus, h. e. gratum vulgo. Superlativum habet *Plaut. Captiv. 15.* Acceptiſſimus apud te ſervus. & *Cic. antequam erat in exil.* Comparativo uſus eſt *Liv. l. 3. U. C. Cic. Somn. Scip.* ¶ *Acceptum referre aliquid alicui*, eſt profiteri ſe aliquid accepiſſe, *riconoſcere da qualcheduno*, *attribuire a qualcheduno*, & tam in bonam, quam in malam partem uſurpatur. *Cic. pro Dejot.* Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. *Idem Philip. 2.* Omnia (*mala*) quæ vidimus, uni accepto referemus Antonio, h. e. omnium malorum auctorem Antonium exiſtimabimus. V. Acceptum, i. ¶ *Acceptum habere*, eſt approbare, & pro grato habere. *Cic. 5. Tuſc.*

Accerſio. V. Arceſſo.

Accerſitor, oris. V. Arceſſitor.

Accerſitus, a, um. V. Arceſſitus.

Accerſitus, us, *domanda*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Cum ad eum ipſius rogatu accerſituque veniſſem. Melius leg. *arceſſitu*. V. arceſſo.

Accerſo. V. Arceſſo.

Acceſſibilis, le, ad quem accedi poteſt. Gloſſ. ἐμβατός. *Tertull. adverſ. Praxeam, c. 13.* Per acceſſibilem lucem.

Acceſſibilitas, atis, f. 4. facilitas accedendi. *Tertull. loc. cit.* Adſcriberemus mortalitatem, acceſſibilitatem.

Acceſſio, onis, f. 3. verbal. actus accedendi, *acceſſo*, *accoſtamento*. *Cicer. de Univ. c. 11.* Cum ad corpora acceſſio fieret, tum abſceſſio. ¶ Sæpe incrementum ſignificat. *Cic. Verr. 3. c. 49.* Acceſſio nummorum. Et *l. 2. Fam. ep. 1.* Acceſſio dignitatis. Sic acceſſio morbi apud *Suet. Veſp. c. 23.* vulgo Paroxyſmus: cui opponitur Remiſſio.

Acceſſito, as, n. 1. frequentativum ab accedo. *Cato in originib.* apud *Gell. l. 18. c. 12.* Eodem convenæ plures ex agro acceſſitavere.

Acceſſor, oris, m. 3. qui accedit. *Valer. Max. lib. 5. cap. 7. 1.* Non acceſſor pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt. Alii malunt *Accenſor*.

Acceſſorius, a, um, qui accedit. Vox eſt JCtis familiaris, ut Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. V. *Inſtit. de rer. diviſ. §. ſi tamen.*

Acceſſus,

Acceſſus, us, m. 4. idem quod acceſſio. *Cic. 3. de Orat. c. 45.* Luna acceſſu, & receſſu ſuo lumen Solis accipit. ¶ Dare, vel negare acceſſum, eſt admittere, vel non admittere aliquem. *Ovid. de Pon. 2. 2. 41. & Herod. 20. v. 64.* ¶ Acceſſus etiam dicuntur loca, quibus flumina & regiones tranſiri, aut adiri poſſunt. *Sueton. Virg. Plin.*

Accianus, a, um, ad Accium Poetam pertinens, ut Acciani verſus. *Cicer. Fam. 9. ep. 16.*

Accidens, *accidente*, *circoſtanza*, מקרה, Germ. *ein ungefehrer*, *zufall*, [illegible], quod adeſt, & abeſt præter ſubjecti corruptionem, quod *Cicer.* conjunctum, vel adjunctum vocat. Vox eſt Dialecticis uſitata. *Quint. l. 5. c. 10.* Cauſa, tempus, locus, & cetera ſunt rerum accidentia. Quamquam hic *Quintil.* ea vocat accidentia, quæ alii circumſtantias. ¶ Accidentia item vocantur caſus hominum. *Auct. declam. 5. cui titulus* Æger redemptus, *inter eas, quæ Quintiliano tribuuntur*. Non molliri proſperis facile, non accidentibus frangi.

Accidentia, æ, f. 1. id quod accidit, *avvenimento*, *ſorte*, *caſo*, [illegible]. *Plin. l. 32. cap. 2.* Eſſe vero illam naturæ accidentiam, appoſito occurrit exemplo.

Accīdo, cis, idere, a. 3. *tagliare*, *ſcemare*, *ſcavare*, *aſſottigliare*, [illegible], amputo, excido, circumcido, ex *ad* & *cædo*. *Cæſ. l. 6. B. G. c. 27.* Accidere arbores. ¶ Translate *Liv. l. 8. c. 29.* Accidit uno prælio res Veſtinorum.

Accĭdo, dis, n. 3. *cadere a qualche luogo*, Gall. *cheoir ſur*, *ou près quelque choſe*, Hiſp. *caer*, *acontecer alguna coſa*, [illegible], ex *ad*, & *cado*, quaſi juxta cado. Tela (*e loco ſuperiore*) miſſa gravius accidunt. *Cæſ. l. 3. B. G. c. 14.* ¶ JCti uſurpant accidere pro mori, *morire*, ut Si quid filio meo acciderit. Sed & *Sueton. in Aug.* Juliam, filiam, neptemque, ſi quid his accidiſſet, vetuit ſepulchro ſuo inferri. ¶ In tertia perſona ſignificat evenire tam bonum, quam malum, *accadere*, *ſuccedere*. *Ter. in And.* Aliquid accideris boni. ¶ Cum infinito *Cic. Fam. 6. ep. 21.* Nec enim acciderat mihi opus eſſe. ¶ Accidit abſolute, ſequente particula, ut, *avvenire*, *che*. *Cicer. 3. Verr.* Accidit, ut illo itinere veniret Lampſacum. ¶ Accidere præterea eſt geſtum corporis oſtendere. Hinc *accidere ad genua*, *ad pedes*, vel *genibus alicujus*, id eſt ſupplicem fieri alicui. *Liv. l. 44. c. 31.* Genibus Prætoris accidens. *Cic. ad Attic. l. 1. ep. 9.* Ad pedes omnium accidente Clodio. ¶ *Accidere auribus*, *aures*, vel *ad aures*, h. e. pervenire. *Liv. l. 8. c. 28.* Quod ubi ad aures accidit Regis. *Plaut. Stich. 1. 2. 31.* Mihi paternæ vocis ſonus aures accidit. *Plin. in Paneg. c. 92.* Major auribus noſtris accidat clamor. ¶ *Quos accidam*, id eſt ad quorum pedes accidam. *Salluſt. in Jug. c. 16.* ubi alii leg. *accedam*.

Accieo, es, ivi, itum, a. 2. *chiamare*, קרא, Ger. *herzu beruffen*, voco. *Plaut. in Mil.* Ego illum huc acciebo. Alii aliter leg.

Accinctus, a, um, *apparecchiato*, *chi è in pronto*, [illegible], ab accingo, expeditus, promptus ad partes obeundas. *Plin. paneg. Trajan.* Ad hæc comitatus accinctus, & parens. ¶ Comparativo uſus eſt *Auſon. in gratiar. act.* Cujus habitus familiaris condecentior, aut militaris accinctior? *h. e.* moderatior, parcior.

Accingo, is, ere, a. 3. *apparecchiare*, *ordinare*, *mettere all' ordine*, חגר, Ger. *ſich bereiten*, *zurüſten*, Gall. *trouſſer*, *s'apprêter*, *& preparer à quelque choſe*, Hiſp. *ponerſe en orden*, *y aparejarſe a hazer alguna coſa*, [illegible], inſtruo, armo. Dicimus autem *accingere ſe alicui rei*, & *ad aliquam rem*. Illi ſe prædæ accingunt. *Virgil. Æn. 1. v. 210.* id eſt ſtudioſe parant ſe ad prædam. Et *Æn. 2. v. 235.* Accingunt omnes operi, *ſubaudi* ſe ſe. *Liv. l. 8. Bel. Pun.* Quin igitur ad hæc accingeris? ¶ Accingi magicas artes, omiſſa præpoſit. *ad*, habet *Virg. 4. Æn.* ¶ Et cum præpoſit. *in*, *Liv. l. 1. c. 12.* In hoc diſcrimen, ſi juvat, accingere. ¶ *Accinge*, pro accingere, *Pompon. ex Non.* Dum ego revortor, age ante accinge ad malas. ¶ Accingi pro armari, inſtrui, ut accingi armis, enſe, ferro, &c. *Virg. 2. Æn.* &c. ¶ Accingi abſolute eſt ad bella parari, ac inſtrui. *Tacit. 4. hiſt. c. 68.* Simul Domitianus Mutianuſque accingebantur, diſpari animo &c. ¶ Animos accingere futuris, *h. e.* præparare ad futura. *Valer. Flacc. Argonaut. 4.* ¶ Accingor cum infinito. *Virgil. 3. Georg.* Accingar dicere pugnas Cæſaris. *hoc eſt* aggrediar.

Accino, is, a. accanto, [illegible]. Verbum perrari uſus. Uſurpavit *Diomed. Grammat. l. 2. c. de accentibus*.

Accio, is, ivi, vel ii, itum, ire, a. 4. *chiamare*, קרא, Ger. *zuyt ihm*, *beruffen*, *beſchicken*, [illegible], ex *ad*, & *cio*, advoco. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 12.* Aruſpices acciendos ex Hetruria putaremus. *Plaut. Mil. 3. 3.* Accita mortem. ¶ Translate *Cic. 5. Fin.* Qui ſe fatentur virtutis cauſa, niſi ea voluptatem acciret, ne manu quidem verſuros fuiſſe.

Accipenſer. V. Acipenſer.

Accipio, is, epi, eptum, a. 3. recipio, tracto, interpretor, intelligo, mutuor, *pigliare*, *ricevere*, [illegible], Ger. *annehmen*, *nehmen*, Gall. *recevoir*, *prendre*, Hiſp. *tomar lo que ſe da*, [illegible], capio, recipio. Multi, & varii uſus eſt hoc verbum. Interdum eſt audire, *udire*. *Cic. in Cat.* Accipite veterem orationem Architæ. ¶ Interdum ſentire, *ſentire*. *Ter. in Heaut.* Aliter de amore tuo, atque eſt, accipio. ¶ Interdum cognoſcere, *intendere*, ut Accepi, te in patriam reverſurum. Accepi ea tuis litteris &c. *Cic. & al.* ¶ Interdum concipere. *Virg. l. 9. Æn.* Ventoſis follibus auras accipiunt. ¶ Interdum tractare, *trattare*, tam in malum, quam in bonum. *Ter. in Adel.* Indignis ſum acceptus modis. Sic magnifice accipere, hilariter, &c. apud *Plaut. & Cic.* ſæpe. ¶ Accipere omen, pro eo, quod vulgus dicit, recipere ad monſtram. *Liv. 2. B. Pun.* Si ſuum nomen Dictator acciperet. ¶ Accipere ætatem dixit *Plin. l. 14. c. 7.* Cujus dulci admiſto, reliquorum duritia ſuavitatem accipiat ſimul, & ætatem. ¶ Late patet hoc verbum. Dicimus enim, Accipere conditionem, colorem, fœdera, fidem, libertatem, &c. ¶ Accipio item eſt diſputantium verbum, cum concedunt aliquid, quod alter ponit: *approvare*, *concedere*. *Gell. l. 18. c. 1.* Hoc ubi accepit Stoicus. & *infra*: Hoc ubi accepit Peripateticus. Sic *Terent. Heauton.* Nihil ſatis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum, h. e. admittere, & approbare hoc metu plenum conſilium. Sic accipere legem populus dicitur, quam jubet & probat. ¶ Sumitur & pro conſequi, *conſeguire*, ut accipere pacem, provinciam, &c. *Juſtin. l. 5. c. 4.* Pacem petierunt, quam ne acciperent, opera eorum effectum eſt. ¶ Accipere animum quietum in aliquem. *Virg. 1. Æneid.* In primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. ¶ Accipere cœlum, pro felicem eſſe. *Ovid. Met. ad fi.* Quin ſi modo poſſe videre fata ſemel dederint, cœlum accepiſſe videbor. ¶ Accipio pro ſuſcipio, *intraprendere*. *Terent. Hecyr.* Mea cauſa cauſam hanc accipite. *Plaut. Moſtel. 16.* Accipiam hanc ad me litem. Accipere, pro aperiri, *ſentire*, *provare*. *Cic. l. 3. ad Q. Fr.* Magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem. Sic accipere gaudium, dolorem, &c. ¶ Accipere aliquid in majus, h. e. amplificare fama ſupra quam par ſit. *Liv. 9. B. Pun.* Omnia in majus metu augente accipiebant. ¶ Accipere in amicitiam, h. e. admittere, *Cic. ad Att. l. 2.* in ſocietatem regni, *Liv. 4. U. C.* in numerum, *idem 10. U. C.* in civitatem, *Cic. 1. Offic. & Liv. ab Urb.* ¶ Accipere memoriam de aliquo. *Cic. de Amic.* Loquimur de iis amicis, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. *h. e.* de quibus aliquam fieri mentionem audivimus.

Accipĭter, is, m. 3. *Sparviero*, נץ, Ger. *weyhe*, *habbich*, *ſperber*, [illegible]. Nomen eſt commune omnibus avibus rapacibus, ut Æſaloni, Buteoni, Falconibus, &c. ſic dictum ab accipiendis male avibus. *Terent. Phor. 2. 2.* Non rete accipitri tenditur, neque milvio. ¶ Tantæ eſt velocitatis hoc avium genus, ut inde natum ſit proverb. *Accipitre ocyor*. quo venuſte utemur, ſi ad famam, vel nuncium, vel aliud quippiam detorqueatur. ¶ Translate ſumitur pro avido, vel rapaci. *Plaut. Perſ. 3. ſc. 3.* Accipiter pecuniarum. ¶ Reperitur etiam in genere feminino. *Lucr. l. 4. v. 1003.* Accipitres ſomno in leni ſi prælia pugnaſque Edere ſunt perſectantes viſæque volantes.

Accipĭtro, as, a. 1. [illegible], idem ac lacero, ſed obſoletum, quo uſus Nævius apud *Gell. l. 19. c. 7.*

Acciſſo, ſas, are, n. 1. Veteres dixerunt pro ineptire, *impazzire*, [illegible], ſtulte facio. Derivatum ab Acco muliere fatua, quam vide ſuo loco. *Cic.* uſus eſt græco verbo, pro inepte diſſimulare, *Attic. 2.* Certi ſumus periſſe omnia: quid enim [illegible]? ¶ Hinc acciſmus, [illegible], ſtulta, & inepta recuſatio. Solebat enim ea femina, quæ maxime cuperet, detrectare. *Vid. Eraſm. Chil. Cent. 2. Hadr. Jun. adag. 585. Cæl. Rhod. l. 17. c. 2.*

Accīſus, a, um, o. 1. 2. [illegible], cæſus. *Tacit. de moribus Germ.* Accīſis crinibus nudatam expellit domo. ¶ Sumitur & pro extenuato, afflicto, imminuto. *Virg. 7. Æneid.* Accīſis coget dapibus conſumere menſas. *Liv. l. 5. c. 10.* Quamquam acciſas res eorum ſatis conſtabit. Sic *acciſæ opes* apud *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 113.*

Accītio, onis, f. *chiamata*, actus acciendi. *Arnob. lib. 4. pag. 134.* Magi in ſuis accitionibus memorant. *h. e.* in ſuis Deorum evocationibus.

Accītus, a, um, *chiamato*, evocatus, acceritus, ab accio. *Curt. l. 4. c. 5.* Claſſis ex Græcia accita. *Velle. 2. 69.* Accito Milone.

Accītus, us, m. 4. ſubſtant. *chiamata*. *Virg. 1. Æn. v. 677.* Accitu chari genitoris. *Cic. in Ver. 4.* Accitu Prætoris evocari.

Accius, m. 2. [illegible], Poeta tragœdiarum ſcriptor inſignis. Natus traditur parentibus libertinis, Marcio, & Serano Conſulibus. Ejus tragœdiæ fuerunt clariſſimæ, gravitate ſententiarum, verborum pondere, & auctoritate perſonarum. Teſtis *Qu. l. 10. c. 1.* Eum tamen, ut duriuſculum notat *Cic. ad Att.* Sed & Licinius ferreum ſcriptorem appellabat, quod, dum tragœdias ex Sophocle verteret in Latinum, duriorem ſe præſtiterit; id quod *Quintil.* pro ſuo candore in tempora illa rejicit. ¶ Fuit & Accius pictor inſignis. Item alter hiſtoricus, de quo *Cic. l. 3. de Leg.* Item augur nobilis dilacta cote apud *Liv. & Cic. 1. de Divin.* Ab Accio fit Accianus. *Cicer. Fam. 9. 16.* Acciani verſus.

Acclamatio, onis, f. *grido*, *gridata*, [illegible], clamor. *Colum. l. 7. c. 3.* In cogendis recipiendiſque ovibus acclamatione ac baculo minetur. ¶ Item vox & clamor multitudinis aſſentientis, probantis, laudantis, *acclamazione*, *applauſo*, *vivo*. *Curt. lib. 9. cap. 4.* Lætus his acclamationibus. *Suet. in Oth. c. 6.* Inter fauſtas acclamationes. ¶ Item adverſantis, exſibilantis, maledicentis, *fiſchiata*, *grido*. *Cic. 2. de Orat. c. 83.* Vitanda eſt acclamatio adverſa populi. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 3.* Non modo ut acclamatione, ſed convicio, & maledictis impediretur. ¶ Epiphonema rhetoricum. *Quint. l. 8. c. 5.* Eſt epiphonema rei narratæ, vel probatæ ſumma acclamatio. Sed vis hujus ſignificationis eſt in epith. Summa.

Acclamĭto, as, are, frequentat. ab acclamo. *Plaut. Amph. 3. 2. v. 3.* Ea quæ ſunt facta infecta eſſe acclamitat. *Sed editiones mire hic variant.*

Acclāmo, as, are, n. 1. *acclamare*, *gridare*, *applaudire*, קרא, צעק, Germ. *zuſchreyen mit erhebter ſtimm*, Gall. *s'écrier en la faveur*, *ou defaveur de quelqu'un*, *luy favoriſer*, *ou contredire par cry*, Hiſp. *dar vozes*, *y gritos*, *llamar dando vozes*, [illegible]. *Cic. pro Cæc.* Populus acclamavit ita eſſe. ¶ Acclamare dicitur populus agenti aut concionanti, cum probat id quod agitur. *Suet.* narrat Jul. Cæſarem in triumphis acclamari ſibi juſſiſſe, *Veni*, *vidi*, *vici*. Acclamandi autem mos in Theatris natus, inde ad forum, & tandem in ipſam curiam translatus eſt. V. *Plin. lib. 2. epiſt. 14. & l. 4. epiſt. 9.* ¶ De ritu acclamandi vide *Lipſ. l. 2. Elect. c. 9.* ¶ Acclamare etiam uſurpatur in malam partem pro obſtrepere cum indignatione, *reclamare*. *Paterculus 2. 4. 4.* Cum omnis concio acclamaſſet. *id eſt* reclamaſſet: ut ex contextu liquet.

Acclīnātus, a, um, o. 1. 2. inclinatus, nomen ex particip. [illegible]. *Ovid. Metam. 10.* Acclinataque colla mollibus in plumis, tanquam ſenſura reponit. *Petron. in Satyr. c. 104.* Unus ex vectoribus acclinatus lateri navis exonerabat ſtomachum.

Acclīnis, ne, o. 3. adject. inclinans, propendens. *Ammian. l. 29. c. 26.* Municipium monti acclive. *Virg. Æn. 10. v. 834.* Corpuſque levabat Arboris acclinis trunco. ¶ Metaphorice propenſus. *Horat. l. 2. ſat. 2.* Acclinis falſis animus. Alii leg. *acclivis*.

Acclīno, as, are, a. 1. *inclinare*, [illegible], ad aliquid flecto, inclino. *Ovid. 5. Metam. v. 72.* Seque acclinavit ad illum. ¶ Translata ſumitur pro aſſentiri. *Liv. l. 4. c. 48.* Haud gravate acclinaturos ſe ad cauſam Senatus.

Acclīvis, o. 3. *erto*, Gal. *élevé en montant*, *aigu par haut*, Hiſp. *coſa eveſta arriba*, [illegible], quod eſt leviter erectum, & acuminatum. Et proprie de aſcenſu dicitur, quaſi in clivum acuminatum. *Cicer. Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Ea viæ pars valde acclivis eſt. *Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 29.* Leniter acclivis aditus. *di dolce ſalita*.

Acclīvĭtas, atis, f. 3. *montata*, *l'erta*, [illegible]. *Cæſ. B. G. lib. 2.* Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur. *Colum. l. 2. c. 4.* Hac ratione difficultas acclivitatis infringitur.

Acclīvus, a, um, o. 1. 2. idem quod acclivis. *Liv. l. 8.* Placide acclivi colles. *Ovid. 5. Faſt.* Leniter acclivo conſtituere jugo.

Acco, hujus accus, f. 4. [illegible] nomen mulieris proprium, quæ ejus deliriî fuiſſe proditur, ut cum ſe contemplaretur in ſpeculo, imaginem ſuam perinde, ac mulierem alteram alloqueretur, annueret, ſubmurmuraret, arrideret, interdum comminaretur, promitteret, ſubblandiretur, & quidquid confabulantes ſolent, numeris omnibus impleret. Scribunt alii, etiam clavos nonnunquam ſpongia, veluti malleo, impingere conatam. *Cæl. l. 9. antiq. lect. 37.* Nunc, qui ſtultius, aut ineptius aliquid agunt, acciſſare dicuntur, & Acco nomine compellantur. Acciſmus etiam dicitur recuſatio cum ſpe tamen accipiendi. ¶ Acco & Alphito junguntur a Plutarcho, tanquam duæ mulieres, quarum formidine ſolebant pueros compeſcere.

Accŏla, æ, m. 1. *vicino*, *abitante*, שכן, גר, דיר, Ger. *nachbar*, Gal. *voiſin*, [illegible]. Vicinus, prope habitans. Incola eſt, qui in loco, accola, qui ad locum habitat. *Liv. l. 1.* Paſtor accola ejus loci. *Cic. 6. Verr. cap. 50.* Accolæ, atque antiſtites Cereris.

Accŏlens, entis, particip. ab accolo, qui accolit, [illegible]. *Plin. l. 36. c. 12.* Ante has eſt ſphinx vel magis narranda, qua ſilveſtria ſunt accolentium.

Accŏlo, lis, a. 3. *abitar vicino*, שכן, Ger. *bey wohnen*, *nach wohnen*, Gal. *demeurer auprès*, *eſtre voiſin*, Hiſp. *morar cerca de alguno lugar*, [illegible], ex *ad*, & *colo*, juxta colo, & de aquis, montibuſque dicitur. *Liv. l. 4.* Qui Hetruſcum mare, quique Tiberim accolunt. *Plin. l. 4.* Perſæ rubrum mare ſemper accoluere. ¶ *Accolitur*, paſſivum. *Plin. lib. 3. c. 1.*

Accommodate, adv. *accomente*, *a propoſito*, [illegible], apte, appoſite. *Cic. 1. de Orat. cap. 33.* Primum Oratoris officium eſſe dicere ad perſuadendum

accom-

Digitized by Google

accommodate. ¶ Comp. accommodatius, ſup. accommodatiſſime. *Cic.* 5. *Fam. c.* 9. Sic affectum, ut optime affici poſſit, ad naturamque accommodatiſſime. *Id.* 10 *Orat.* c. 33. Ad popularem intelligentiam accommodatius.

Accommodatio, onis, f. 3. verbale, ipſa actus accommodandi, *adattazione*, [illegible]. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 7. Elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inventionem accommodatio. ¶ Translate. *Id.* 5. *Verr.* c. 81. Ex liberalitate, atque accommodatione Magiſtratuum. *h. e.* indulgentia, facilitate.

Accommodatus, a, um, o. c. a. aptus, idoneus, *atto*, *aggiuſtato*. [illegible], ut accommodatus ad conſolandum. *Cic. Fam.* 5. 16. ¶ Comparat. apud *eund. pro Cluent.* c. 1. Accommodatius concionibus. Superlativ. *Plin.* 13. 5. Ægyptus accommodatiſſima unguentis. ¶ Accommodatus, pro propenſo. *Cic. Verr.* 3. Ad ſummum Græcorum otium potius, quam ad vim aut tumultum accommodati. Et *Verr.* 5. Accommodatus ad flagitia. *Celſus l.* 5. *c.* 29. *n.* 22. Accommodata adverſus morſus emplaſtra. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Accommodatus in aliquam rem.

Accommode, adv. affertur in Lexicis quibuſd. ex *Quintil. l.* 4. *cap.* 1. Cui accommodiſſime junget initium ſequentium poterit. ſed libri meliores hab. *commodiſſime*.

Accommodo, as, a. c. commodo, apto, refero, & ad tempus rego, adhibeo, apte colloco, *acconciare*, *adattare*, [illegible], Germ. *zu fugen*, Gal. *accommoder*, *approper*, Hiſp. *acomodar*, *ajuntar*, [illegible]. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 61. Coronam ſibi ad caput accommodanti. *Id. l.* 1. *Off.* Qui ſe ad magnas res gerendas accommodavere. ¶ Dicitur etiam, accommodare ſe ducem & aſſertorem alicui. *Suet. in Galba c.* 9. & apud *eund.* in *Tiber.* c. 48. accommodare ſe alicui. *h. c.* ſequi ejus partes. ¶ Aliquando eſt pro Commodo. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 2. Peto, ut ei de habitatione accommodes. ¶ Apud JCtos accommodare eſt benigne, & ex æquo & bono contra ſummi juris regulas concedere. *leg. Pilio. D. de rit. nuptiar.* ¶ Item interponere, ut accommodare auctoritatem, *Ulpian. Dig. l.* 26. *tit.* 8. *leg.* 1. & accommodare fidem, *Cajus ibid. l.* 34. *tit.* 9. *leg.* 10.

Accommodus, a, um, o. 1. c. *atto*, *buono*, idem, quod accommodatus, aptus, idoneus. *Virg.* 11. *ÆEn. v.* 522. Vallis accommoda fraudi.

Accongero, is, eſſi, eſtum, a. 3. idem quod congero. *Plaut. Truc.* 2. 2. 17. Nam ego huic dona accongeſſi.

Accorporo, as, are, a. 1. adjungo, admiſceo. *Ammian. lib.* 26. *cap.* 13. Ut damnatorum petita bonis ſuis accorporarent. Adde *Solin. c.* 37.

Accredo, dis, a. 3. *credere*, [illegible], Ger. *zuſammen ſtimmen*, *eines ſinns*, *oder einer meynung ſeyn*, *verwilligen*, ex ad, & credo, ad id, quod creditur, accedo, aſſentior. *Nepos in Datam. c.* 3. *Plaut. Aſin.* 5. 3. 37. & *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 25.

Accreduo, duis, o. 3. *conſentire*, idem, quod accredo. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 4. Quidquam accreduas.

Accrementum, i, n. 2. verbale ab accreſco, incrementum, *accreſcimento*, [illegible]. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Mollique, ac fertili accremento. Sed Harduinus ex MSS. rectius legit *nutrimento*.

Accreſco, is, evi, n. 3. *creſcere*, *aumentarſi*, [illegible], Germ. *wachſen*, Gall. *croiſtre*, *accroiſtre*, Hiſp. *acrecentarſe*, *aumentarſe*, [illegible], ex ad, & creſco, augeor. *Cic.* 2. *de Invent.* Flumen ſubito accrevit. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Vana fides accreſcit. ¶ Item pro adjungi. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 8. Veteribus negotiis nova accreſcunt. ¶ *Jus accreſcendi* apud JCtos eſt, quo hereditatis, vel rei legatæ pars deficiente aliquo coheredum, alteri attribuitur. *Ulpian. Dig. l.* 37. *tit.* 1. *leg.* 3.

Accretio, onis, fem. 3. *accreſcimento*; verbal. ab accreſco, incrementum, ipſe actus accreſcendi *Cicer.* 1. *Tuſc. c.* 27. Accretio Lunæ, ac diminutio.

Accretus, a, um, adject. *creſciuto*. *Sever. in ÆEtna v.* 435. Et lapis accretus regerendis ignibus aptus. ¶ Scribitur & *adcretus*.

Accubatio, onis, f. 3. verbale, actus ipſa accubandi, *il ſedere a tavola*, [illegible]. *Cic. de Senect.* Accubatio epularis amicorum. Al. leg. *accubitio*. *Spart. in Vero c.* 5. Accubationes ac menſas de roſis, ac liliis fecit. *Cicer. de Offic. l.* 1. Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio.

Accubitalia, um, n. 3. lecti ſtrati, in quibus accumbebant, [illegible], vel ſtragula, quibus hujuſmodi lectuli ſolent operiri. Vid. *Cal. l.* 26. c. 29. & *l.* 27. *c.* 25. *Trebell. Poll. Claud. c.* 14. Accubitalium Cypriorum paria duo.

Accobitio. V. accubatio.

Accubito, as, n. 1. frequentat. ab accubo. *Sedul. in princip. operis*: Dignatus noſtris accubitare toris.

Accubitorius, a, um, o. 1. 2. ut accubitoria veſtimenta. *Petron. Satyr. pag.* 76.

Accubitum, i, o. 2. *ſeggia da ſtare a tavola*, [illegible], Ger. *ein geneſtelen*, *oder lotterbeth auff dem man am tag ſchlafft*, [illegible], ſedes cœnatoria triclinio ſimilis, quæ poſtquam tricliniares lecti in deſuetudinem abierunt, ad accumbendum menſæ adhibita eſt. *Lamprid. in Heliogab.* c. 19. & *in Alex. Sev. c.* 34.

Accubitus, tus, m. 4. *lo ſtar in giù*, *il giacere*, [illegible], ipſe accubandi actus. *Stat. l.* 1. *Achill. v.* 109. & *Plin. l.* 8. *c.* 2. Plenis hominum tricliniis accubitu iere per lectos. ¶ Accubitus primus ſignificat primo quidem actionem primo accumbentis, deinde locum primi accubitus.

Accubo, n. 1. accumbo, cubo, diſcumbo, *ſtar appreſſo*, Gal. *giſer aupres*, *eſtre couché aupres*, Hiſp. *aſſentarſe cerca alguno*, [illegible], juxta cubo. *Virg.* 6. *ÆEn.* Furiarum maxima juxta accubat: *Plaut. in Aſ.* Accubat mecum. ¶ Et pro adjacere, *eſſer vicino*. *Suet. in Cæſ.* Theatrum Tarpejo monti accubans.

Accubuo, adverb. ut *aſſiduo*, ſignif. accumbendo. *Plaut. Truc.* 2. 4. 68. Immo hercle vero accubuo mavelim.

Accudo, is, a. 3. *battor denari*. *Plaut. Merc. a.* 2. *ſc.* 3. *v.* 96. Tres minas accudere etiam poſſum.

Accumbo, is, o. 3. *giacere appreſſo*, [illegible], Ger. *darbey ſitzen*, juxta cubo. *Plaut. in Moſt.* Cave, ne prius in via accumbas. ¶ Eſt & accumbere, [illegible], in convivio eſſe. Cubabant enim antiqui veſcentes. *Cic. l.* 9. *Fam.* Accubueram hora nona. *Id. pro Mur. c.* 35. Accumbere in robore. *Virg.* 1. *ÆEn. v.* 79. Epulis accumbere divum. ¶ *Accumbere aliquem*, pro *apud aliquem*, quod aliqui in verb. *Accubo* notare ſolent. *Plaut. Menaech.* 5. 2. *v.* 61. Scortum accubui. & *a.* 5. *v.* 80. Potavi, atque accubui ſcortum. ¶ Sic *accumbere menſam*, *Acc.* apud *Non. c.* 4. *n.* 487.

Accumulate, adverb. *accumulatamente*, *abbondantemente*, [illegible]. *Apul. l.* 100. *A. A.* Omnia prolixe, accumulateque pollicetur. *Auct. ad Herenn. l.* 1. Hac accumulatiſſime tuæ largiamur voluntati.

Accumulatio, onis, f. 3. [illegible], verbale a *Plin. l.* 17. *c.* 26. recenſetur inter arborum morbidarum remedia; quod fit cum terra circa eas aggeratur, et tectiores ſint radices: Italice *rincalzamento*: cui contrar. eſt *ablaqueatio*.

Accumulator, oris, m. 3. qui accumulat. *Tacit. Annal.* 3. *c.* 30. Opum accumulator.

Accumulo, las, a. 1. *ammaſſare*, Gall. *ammaſſer*, *accumuler*, *entaſſer*, Hiſp. *amontonar*, [illegible], amplifico, & quaſi ad tumulum addo. *Cic. in Rul.* 2. *c.* 22. Auget, addit, accumulat. Conſtruitur autem fere cum accuſ. & ablat. ¶ Accumulare vitem, arborem, aut aliquid ſimile, eſt circum

arbores aggerare terram, *rincalzare*, cui contr. eſt ablaqueare. *Plin. c.* 10. *c.* 19. *l.* 18. *c.* 24. & *l.* 19. *c.* 5.

Accurate, adverb. diligenter, ſtudioſe, *diligentemente*, *ſquiſitamente*, [illegible]. *Cic. ad Brut.* Litteris tam accurate ſcriptis. *Id. l.* 1. *de Fin.* Accuratius explicari. *Id. Fam. l.* 5. *ep.* 17. Accuratiſſime tutari.

Accuratio, onis, f. 3. verbal. cura, diligentia, actus ipſe accurandi, *diligenza*, [illegible]. *Cic. de cl. Orat.* c. 67. Inveniendis componendiſque rebus mira accuratio.

Accuratus, a, um, o. c. a. cura magna factus, exquiſitus, meditatus, *fatto con diligenza*, [illegible]. *Cic. Fam. l.* 13. *ep.* 17. Accurata commendatio. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 3. Accuratiſſima diligentia. *Liv. l.* 5. *c.* 37. Accuratior delectus. ¶ Abſolute *Plaut. Bacch.* 3. 6. 61. *Id.* Ille quod in ſe fuit, accuratum habuit. h. e. curavit. *Id. Mil.* 3. *c.* 200. Accurato opus eſt. *ci vuol diligenza*.

Accuro, ras, a. 1. *diligentemente operare*, *far con accuratezza*, [illegible], Ger. *fleiſſig verſorgen*, *in acht haben*, Gal. *ſoigneuſement faire quelque choſe*, Hiſp. *cuidar*, *ponercuidado*, [illegible], diligenter curo. *Plin. in Epid.* Accurentur hoſpites. *Cic. de Inv.* Melius accurantur. ¶ Accurare penſum, proverbialis ſermo. *Plaut. in Bacch.* Ego penſum meum lepide accurabo. *hoc eſt*, curabo, ut efficiam, quod mihi mandatum eſt. ¶ Accurare prandium alicui. *Plaut. Menaech.* 5. h. e. præparare.

Accurro, is, accurri, rere, n. 3. ad aliquid curro, ex ad, & curro, *accorrere*, [illegible], *Cic.* 1. *de Divin.* Ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul atque velimus, accurrant. ¶ *Accurritur* imperſonale. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 21. Accurritur ab univerſis. ¶ In præterito habet accurri, & accucurri. *Cic. Off.* 3. *c.* 31. Accurriſſe Romam dicitur. *Petron. Sat. circa init.* Paulo ante in conductum accucurrit.

Accurſus, us, m. 4. *concorſo*. *Tac. l.* 1. *Annal.* Accurſu multitudinis protectus.

Accuſabilis, & le, o. 3. *riprenſibile*, *biaſimevole*, quod accuſatione dignum eſt. *Cic.* 4. *Tuſ. c.* 35. Quorum accuſabilis eſt turpitudo.

Accuſatio, onis, f. 3. *accuſazione*, *accuſa*, [illegible]. *Cic. de cl. Orat.* Accuſationem factitavit. ¶ Inter accuſationem, & maledictionem hoc intereſt, quod accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet, maledicto autem nihil habet propoſiti præter contumeliam. Ita *Cic. pro Cæl. c.* 3.

Accuſativus, a, um, o. 1. 2. [illegible], per quod quis accuſatur. Hinc accuſativus caſus dictus eſt, [illegible], quia per hunc vel accuſamus, vel laudare videmur, unde & Laudativus dicitur. *Quintilian. l.* 7. *c.* 9. Accuſativi geminatione facta Amphibolia ſolvitur ablativo.

Accuſator, oris, m. 3. qui accuſat, *accuſatore*, [illegible]. *Cic. pro Roſc. Am.* Accuſatores multos eſſe in civitate, utile eſt.

Accuſatorie, adv. *accuſatoriamente*, [illegible]. *Cic.* 3. *Verr.* Non agam tecum accuſatorie.

Accuſatorius, o. 1. 2. *pertinente ad accuſa*, [illegible], quod ad accuſationem pertinet. *Cic. pro Clu. c.* 4. Accuſatorio animo.

Accuſatrix, icis, f. 3. ab accuſator, *accuſatrice*, [illegible]. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 10. Tu mihi accuſatrix ades.

Accuſatus, a, um, o. 1. 2. particip. incuſatus, reprehenſus, in judicium vocatus. *Nepos* 4. 2. 6. Accuſatus capitis. *Id.* 6. 3. 4. Accuſatus criminę.

Accuſito, as, avi, atum, a. 1. frequent. ab accuſo. *Plaut. Moſt.* 5. 2. 23. Nihil eris, quod Deorum ullum accuſites.

Accuſo, as, a. 1. *accuſare*, Gal. *accuſer*, *reprendre*, Hiſp. *acuſar delante al que puede punir*, [illegible], frequentativum ab accudo, ut docet *Priſcianus*, ex *ad*, & *cuſo*, quod a *cudo* deducitur, ex quo compoſita Incuſo, Excuſo, & Recuſo. Quanquam non deſint, qui dicant, Accuſo ex *ad*, & *cauſa*, ſeu *cauſor*, compoſi. Accuſare, *ait Valla*, eſt apud judicem, vel alium, & aliquando apud illum, quem accuſes, oſtendere, aliquem peccaſſe. Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum, vel coram illo, ſceleris, aut de ſcelere. Id obſervatum fere comperi, ut quod peccati nomen exprimit, genitivo, quod minus, ablativo poneretur, ut, Te accuſavi homicidii, & alio ſcelere. Exempla patent apud *Cic.* & alios. Incuſare, eſt alterius mores reprehendere, & plerumque cum querela, quod ab illo injuria ſis affectus. Qui dixerunt Incuſare de majoribus dici, Accuſare de paribus, vel minoribus errant. *Cæſ. in* 1. *Com.* Vehementer Centuriones incuſavit. *Dion.* Incuſante *Cicerone* Catilina convictus. *Tacit.* Intemperiem cœli incuſantes. ¶ Dicitur etiam accuſare pro ſimpliciter reprehendere, objurgare privatim. *Terent. Heaut.* 1. 1. *v.* 49. Quotidie accuſabam: Hem? Tibi ne hæc diutius licere ſperas facere me vivo patre? Sic, accuſare inertiam alicujus, vel inertiæ aliquem, aut de inertia. ¶ Accuſare tabulas. *Quintil. l.* 5. *c.* 5. h. e. falſas eſſe oſtendere.

Acdeſtis, is, m. Jovis filius ex petra, quam ille, caſu effuſo ſemine, polluerat. *Arnob. l.* 5. *pag.* 158.

Acdeſtius, a, um, ad Acdeſtim pertinens. *Arnob. l.* 5. *pag.* 163. & 165.

Acentēta, quæ & acentra, gemmæ leves, & quæ mucrones non habent, quaſi ſine punctis, & centris. *Plin. l.* 37. *c.* 2. *de cryſtallis*.

Aceo, es, acui, n. 2. *eſſer acetoſo*, [illegible], Ger. *ſawer*, *oder zu eſſig*, *werden*, [illegible]. *Cato de re ruſt.* Vinum, quod neque aceat, neque muceat.

Acephalus, a, um, *ſenza capo*, [illegible], ſine capite. Acephali dicti ſunt quidam Hæretici, qui unam in Chriſto naturam agnoſcebant. Ita autem appellati ſunt, quia, ut ſcribit *Iſidor. l.* 8. *Orig. c.* 6. quis eorum fuerit auctor, & caput, ignoratur.

Acer, eris, neutr. gen. *Acero*. *Plin. l.* 16. *c.* 15. Acer operum elegantia, ac ſubtilitate cedro ſecundum. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 11. At nuper vile fuiſti acer.

Acer, hæc acris, hoc acre, o. 3. *agro*, *bruſco*, [illegible], Ger. *ſawerbitter*, Gall. *aigre*, Hiſp. *agro fuerte*, a quo acrior, & acerrimus, propriè ad vinum, acetum, & hujuſmodi pertinet. *Col. l.* 5. Acri aceto. Et *acres cibi* dicuntur, qui acrimoniam habent, & quaſi mordaces ſunt, ut ſinapi, allium, cepe. *Plin. lib.* 11. *cap.* 35. Omnia in cibis acria. ¶ Transfertur ad alia, & modo pro forti ponitur, *forte*. *Virg. Æn.* 9. Acrem Turnum. ¶ Modo pro veloci, *veloce*. *Idem l.* 4. Acri gaudet equo. ¶ Modo pro acuto, *acuto*. *Cic.* Acri ingenio. ¶ Modo pro vehementi, *acuto*. *Idem in Hort.* Theopompo acrius. Modo pro diligente, *diligente*. *Virg.* 1. *Georg.* Jam tum acer curas venientem extendit in annum. ¶ Modo pro ſevero, *ſevero*. *Cic.* 1. *Offic.* Acres animadverſores vitiorum. ¶ Modo pro aſpero, *crudele*. *Idem in Lælio*, Acerrimus inimicus. ¶ *Acre* pro *acriter* adverbii modo poſitum. *Salluſt.* 4. *hiſt. apud Non. c.* 2. *n.* 492. Omnes ut in ſecunda re, pariter acre invadunt. *Apul. l.* 10. *Metam.* Acre comminari. *Perſ. Sat.* 4. *v.* 34. & acre deſpuat in mores. ¶ Reperitur & *acra* in ablativo tanquam a recto *acras*. *Pallad. in Aug. tit.* 5. Si ex nimis acra dulcem fieri velis. Sic *acre piper* dixit *Plin. Valer. l.* 2. *c.* 45. ¶ Superlativum *acriſſimus* pro *acerrimus* legitur *leg.* 4. *Cod. de inceſt. & inutil. nupt.* ¶ Reperitur etiam *acris* in maſculino. *Enn.* apud *Priſcian. lib.* 5. Somnus acris. ¶ Et *acer* in feminino. *Id. ibid.* Acer hiems.

Aceratus, a, um, o. 1. 2. ut aceratum lutum, quod eſt cum paleis mixtum. *Feſt.*

Acerbatus, a, um, acerbus factus. *Tertul. in Apol. cap. ult.*

Acerbe, adv. *acerbamente*, [illegible], immature, amare. ¶ Translate ſumitur pro dure, ſevere, aſpere, crudeliter. *Cicer.* 2. *Off.* Ea bella minus

Digitized by Google

acerbe gerenda ſunt. *Id. 1. Tuſc.* Atqui ob hoc acerbius exigit natum quod dederat. *Liv. cap. 2.* Ut quiſque acerbiſſime crudeliſſimeque dixit, &c.

Acerbitas, atis, f. 3. *acerbità*, ὠμότης, πικρία, aſperitas illa in fructibus immaturis, quæ terreſtri quadam ſubſtantia linguam contrahit, exſiccat atque exaſperat. *Cic. pro Planc.* Fructus non lenes, & uberes, ſed magna acerbitate permiſtos tuliſſem. ¶ Tranſlate ſumitur pro quacunque aſperitate, pro duritie. *Cic. 4. Fin.* Hæc acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit. ¶ Item pro ſeveritate. *Cic. 1. Off.* Atque etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet objurgatio, &c. ¶ Item pro immanitate, crudelitate, feritate, barbarie. *Cic. de Am.* Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. ¶ Item pro triſtitia, ægritudine, dolore, cruciatu, moleſtia. *Cic. in Catil.* Ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatuſque perferrem. ¶ Item pro calamitate, ærumna, infortunio, periculo, adverſitate, rebus adverſis. *Cicer. pro Planc.* Nunc timen, ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. ¶ Acerbitas etiam vocatur vitium, quod illi virtuti opponitur, quam *Ariſt.* φιλίαν dixit, qua præditos Latini comes, jucundos, ſuaves dicunt. *Cicer. Qu. Fr. l. 1. ep. 1.* Si implacabiles iracundiæ ſunt, ſumma acerbitas eſt, ſin autem exorabiles, ſumma lenitas.

Acerbitūdo, inis, f. 3. idem, ac acerbitas. *Gell. l. 13. c. 3.* Sicut autem nihil quicquam intereſt, ſuavitudo dicas, an ſuavitas, ſanctitudo, an ſanctitas, acerbitudo, an acerbitas, &c.

Acerbo, as, a. 1. *inacerbire*, πικραίνω, acerbum reddo. ¶ Tranſlate ſumitur pro exaſperare, exaggerare, amplificare, facere atrocius. *Virg. 11. Æn.* Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit, artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat. *Claudian. l. 1. in Rufin.* Et exiguum ſtimulando vulnus acerbat.

Acerbum, i, ſubſt. n. 2. acerbitas. *Cic. ante exil.* Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempublicam tutabitur. *Ovid. l. 5. Triſt. el. 2.* Detrahat ut multum, multum reſtabit acerbi.

Acerbus, a, um, n. 1. a. *acerbo, immaturo*, πικρός, τρυφνός, quod guſtu aſperum eſt, quod ſapore vehementer aſtringente præditum eſt, linguamque guſtatu contrahit, & exſiccat, ut poſt Platonem in Timæo docuit *Galenus l. 1. de facult. ſimpl. medic. c. 37.* Et proprie de fructibus immaturis dicitur. Differt ab auſtero, ut majus a minore. Nam quæ vehementer aſtringunt, acerba dicuntur, quæ mediocriter, auſtera. Et quæ acerba ſunt, ita guſtatu miſere fauces afficiunt, ut iterum guſtare nolimus. *Plin. l. 15. c. 27.* Interim quæ ſunt communia & pomis, omnibuſque ſuccis, ſaporum genera tredecim reperiuntur, dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus, &c. ¶ Transfertur etiam ad alia. *Lucr. l. 2. v. 471.* Neptuni corpus acerbum. *Ideſt*, aqua maris aſpera, & amara. ¶ Tranſlate quoque ſumitur pro omni eo, quod ante tempus contingit, ut Acerbus interitus, pro morte immatura, ideoque graviore, atque amariore. *Cic. 4. Tuſc.* Angor eſt ægritudo premens, luctus, ægritudo ex ejus, qui charus fuerit, interitu acerbo. ¶ Item pro intempeſtivo, importuno. *Hor. in Arte, ad finem*, Indoctum, doctumque fugat recitator acerbus. ¶ Item pro imperfecto. *Cic. de Prov. Conſ.* Impolitæ vero res, & acerbæ ſi erunt relictæ, &c. ¶ Item pro triſti, moleſto, duro, *Plaut. Pæn.* Acerba Amatio eſt. *Hoc eſt*, dura, & toleratu difficilis. *Cic. 2. de Or.* Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere poſſe. ¶ Item pro miſero, calamitoſo, funeſto, luctuoſo, indigno. *Virg. 5. Æn.* At pater Æneas caſu concuſſus acerbo. ¶ Item pro ſevero, tetrico, aſpero, horrido, cui opponitur lenis, ſive manſuetus. *Cic. 2. de Or.* Eaque omnia, quæ proborum, demiſſorum, non acrium, non pertinacium, non litigioſorum, non acerborum ſunt, valde benevolentiam conciliant. ¶ Item pro crudeli, inimico, immani. *Virg. 5. Æn.* Et ſævum animis Entellum haud paſſus acerbat. ¶ Item pro infenſo, inimico. *Cic. l. 1. Fam. ep. 4.* Eo die acerbum habuimus Curionem. ¶ Poſt acerba prudentior, adagium in eum, qui ſuo malo redditus eſt cautior. ¶ Poetæ uſurpant acerba in num. pl. & in genere neutro pro adverbio acerbe. *Lucr. l. 5. v. 34.* Aſper, acerba tuens immani corpore ſerpens. *h. e.* torve. *Ovid. ep. 8.* Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba gementem condidit. ¶ Comp. acerbior, ſup. acerbiſſimus. *Cic. pro Quinct.* Acerbum eſt ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo. *Id. Att. l. 10.* Ut illi egenti, ac perdito multitudini in odium acerbiſſimum venerit.

Acernus, a, um, o. 1. a. quod ex acere confectum eſt, σφενδάμνινος. *Virg. 2. Æn. v. 112.* Præcipue cum jam hic trabibus contextus acernis ſtaret equus.

Acerōſus, a, um, aceribus, hoc eſt paleis plenus, ut Aceroſum far, *Lucil.* apud *Non. cap. 3. n. 97.*

Acerra, æ, f. 1. λιβανωτρὶς θυμιατήριον, ara, in qua ante mortuum odores incendebantur, vel, ut alii malunt, arcula, in qua thus reponitur, quam vulgus naviculam a figura vocat. *Feſt.* ¶ *Acron in Horatium* thuribulum vocat. *Virg. 5. Æn.* Et plena ſupplex veneratus acerra.

Acerræ, *Acerra*, urbs eſt Campaniæ, quam Clanius amnis præterfluit. *Virg. 2. Georg.* Vacuis Clanius non æquus Acerris.

Acerrānus, a, um, ad Acerram oppidum pertinens. *Liv. l. 23. c. 17.*

Acerſecŏmes, idem quod intonſus, ſive capillatus, ab α privat. & κείρω, tondeo: Apollinis epitheton. *Juvenal.* uſurpat pro catamito *ſat. 8. v. 128.* Si nemo tribunal vendit acerſecomes.

Acervālis, & le, o. 3. quod ad acervum ſpectat, quod congregat, vel congregatur in acervum, ut *Argumentatio acervalis*, qua multa ſimul argumenta acervantur, quæ Græce *ſorites* dicitur, qua Chryſippus utebatur. *Cic. 2. de Divin. c. 4.* Aut quemadmodum ſoriti reſpondeas? quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acervalem appellare. Sed nihil opus. Ut enim ipſa Philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt.

Acervātim, adv. *in cumulo*, σωρηδὸν, ἀθρόον, per acervos, conjunctim. *Hirt. de B. Alex. c. 31.* Pleriquе acervatim ſe de vallo præcipitaverunt. *Col. lib. 9. c. 13.* Sub favis acervatim enectæ reperiuntur. ¶ Uſurpatur & tranſlate, ut *Acervatim dicere*, id eſt, omnia ſimul, ſummatim, promiſcue, & nullo ſervato ordine. *Cic. pro Cluent. c. 10.* Acervatim jam reliqua, Judices, dicam.

Acervatio, onis, f. 3. *ammaſſamento*, σώρευσις, actus acervandi, congregatio, accumulatio. *Plin. l. 11. c. 53.* Homini cibus utiliſſimus, ſimplex, acervatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernicioſiora. ¶ Acervatio item genus eſt Figuræ Rhetoricæ, qua multa ſimul recenſentur, quæ etiam frequentatio appellatur. V. frequentatio. ¶ Item genus argumentationis, quod Græce ſorites dicitur. V. ſorites.

Acervatus, a, um, adject. *ammaſſato*. *Liv. l. 3. c. 34.* Immenſus aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulus.

Acervo, as, a. 1. *ammaſſare, accumulare*, σωρεύω, in acervum congero, accumulo. *Plin. l. 26. c. 4.* Plura undique acervabimus. ¶ Tranſlate *Quintil. l. 9. c. 3.* Acervare verba, & ſenſus.

Acervus, i, m. 2. *mucchio, mucchio, maſſa*, σωρὸς, ὄγκος, θημών, cumulus. Acervus, minutarum proprie rerum congeries eſt, ut frumenti, & leguminis, & ſalis. Differt a ſtrue, ſtrage, ſarcina. Nam ſtrues eſt præcipue lignorum; ſtrages cadaverum interfectorum uno in loco jacentium, ſive hominum, ſive beſtiorum: ſarcina utenſilium. *Virg. 1. Georg.* Populatque ingentem farris acervum curculio. *Cic. 5. Tuſc.* Videamus, ne, ut acervus ex ſui generis granis, ſic beata vita ex ſui ſimilibus partibus effici debeat. *Id. in Rull. 2. c. 22.* Vix jam videtur locus eſſe, qui tantos acervos pecuniæ capiat. *Id. in Phil.* Tanti acervi nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ. *Id. in Catil. 3. c. 10.* Acervis corporum redundavit. ¶ Bos apud acervum, prov. de ſplendide, ampliterque viventibus, vel, ut ait *Suidas*, de iis, qui in media rerum copia conſtituti, non ſinuntur bonis præſentibus frui. ¶ Tranſlate dicitur de rerum affluentia, ut Acervus bonorum, cum opes non pondere, neque numero, ſed acervatim congeſtas, & ipſo cumulo infuſas intelligimus. ¶ Transfertur etiam ad res incorporeas. *Cic. pro Sylla c. 27.* Quantos acervos facinorum reperietis? ¶ Item per tranſlationem ita ſorites vocatur, quia pronuntiata multa accumulat. *Perſ. ſat. 6. in fi.* Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi.

Aceſco, is, ſine præt. & ſup. n. 3. *inacetire, agrirſi, inagrire*, ὀξίνομαι ὀξύζω, acidus fio. *Hor. in Epiſt. 2. l. 1. v. 54.* Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. *Col. l. 12. c. 26.* In quo agro vinum aceſcere ſolet.

Aceſis, ἄκεσις, genus eſt chryſocollæ. *Plin. l. 33. c. 5.*

Aceſta, urbs Siciliæ, ab Aceſte Rege dicta. *Virg. Æn. 1. v. 718.* Urbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam. ¶ Poſtea *Segeſta* dicta eſt. In hac partem ſuorum reliquit Æneas, Italiam petens.

Aceſtes, aceſtæ, filius fuit Crimiſi fluminis Siciliæ, & Egeſtæ mulieris Trojanæ. Vid. *Serv. in illud Æn. 1. v. 554.* Trojanoque a ſanguine clarus Aceſtes. ¶ Item *Aceſines* flu. eſt Indiæ, navigabilis, juxta quem Alexander Bucephalam urbem condidit.

Aceſtæus, a, um, ad Aceſtam urbem pertinens. *Plin. l. 3. c. 8.*

Acetabŭlum, i, n. 2. ὀξύβαφον, ἐμβάφιον, vas acetarium. *Iſid. & Apic. l. 8. c. 7.* ¶ Per tranſlationem ita appellatur menſuræ genus, quod heminæ quartam partem continet, id eſt, drachmas quindecim, Græcis κοτύλη. *Plin. l. 21. c. ult.* Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, id eſt, drachmas quindecim. *Id. l. 18. c. 7.* Coriandri ſelibra, ſuluſque acetabulo. *Celſ. l. 5. c. 24.* Inſtillaturque ſubinde quam optimi mellis acetabulum. ¶ Item hoc nomen a vaſculo acetario tranſlatum fuit ad ſignificandum ſinum, ſeu cavum, in quo caput femoris volvitur, quod Græci κοτύλη, & κοτυληδὼν dicitur. Nempe quia id hoc figuram habet oxybaphi, quippe eſt forma orbiculari, cava, & ſine marginis latitudine, ut Marcellus ad Dioſcoridem annotavit. *Plin. l. 28. c. 11.* Item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Simili tranſlatione acetabula dicuntur cavitates in brachiis polyporum, cancrorumque, ſimiliumque animantium. *Plin. l. 9. c. 29. de polypis.* Cetero per brachia velut acetabulis diſperſis eo hauſtu quodam modo, cui adhæreſcunt, tenent ſupini, ut avelli non queant. ¶ Acetabula ſunt etiam præſtigiatorum vaſcula, ſive caliculi, quibus aſtantium oculos præſtringunt. *Sen. l. 6. ep.* Iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula, & calculi, in quibus me fallacia ipſa delectat. ¶ Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα, quod folia habeat concava, & quodammodo in acetabuli formam tornata. Alio nomine umbilicus Veneris dicitur. ¶ Denique acetabulum dici poteſt de rebus omnibus, quæ ſimilitudinem quandam vaſculi acetarii referant. *Quintil. l. 8. c. 6. de Catachreſi*, Mille ſunt hæc: & acetabula quicquid habet, & pyxides cujuſcunque materiæ ſint, & parricida, matris quoque, aut fratris interfector. ¶ Legitur & Acetabula, æ, f. gen. apud *Varronem l. 3. R. R. c. 5.* ubi V. Scaligerum.

Acetare dicebant Vet. quod nunc dicimus agitare. *Feſtus.* ¶ Neutra ſignificatione eſt aceſcere apud *Apul. de herb. cap. 3.*

Acetaria, orum, *inſalata*, ὀξύβαφα, ſunt herbæ, quæ crudæ eduntur conditæ aceto, ſale, oleo. *Plin. l. 20. c. 20. de portulaca:* Stomachum in acetariis ſumpta corroborat. ¶ Priſci etiam hortos ipſos *acetaria* vocabant, inquit *Herm. Barbarus* ad *Plin. l. 19. c. 4.* ſed ibi Plinius videtur loqui de hortenſibus, non hortis. Sunt qui putent *acetaria* dici etiam carnes minutatim in aceto conciſas, ſed non probant.

Acetum, i, n. 2. *aceto*, ὄξος οἰνάριον, vinum acidum. *Cic. in Hort.* apud *Non. c. 4. n. 17.* Quod alterius ingenium ſic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius ſic acre, ut mel Hymettium dicimus. ¶ Tranſlate ſumitur pro mordacitate. *Hor. l. 1. Serm. ſat. 7. v. 32.* At Græcus poſtquam eſt Italo perfuſus aceto. *Id eſt*, Itala mordacitate comprehenſus eſt. ¶ Item pro acrimonia, indignatione. *Plaut. Bacch. 3. 3.* Nunc experiar, ſit ne acetum tibi peracre in pectore. *Eraſmus* aſtutiam intelligit. ¶ *Tacitus 5. hiſt. c. 6.* cum de bitumine Judææ tradit, acetum videtur appellaſſe liquorem, qui jam concrevit in cruſtam; quod in aceto fieri ſolet.

Acētum mel, ἄκαπνον μέλι. portio melis purior, quæ ſine expreſſione ulla, ſua ſponte defluit. *Plin. l. 11. c. 15.* ubi quidam aliter legunt.

Achæa, Sarmatiæ Aſiat. vicus, ad Pontum Eux. *Ptol.* ¶ Achæa Ceres cognominata eſt, Suida teſte, a luctu & anxietate, id eſt ἄχος quem habuit ob Proſerpinæ filiæ raptum. ¶ Achæa Pallas dicta eſt, cujus templum, referente *Ariſt. l. de mirabil.* apud Daunios Apuliæ pop. fuit: in quo antiquitus fuiſſe tradit cum alia, tum ſecures, & enſes, ceteraque Diomedis, & ejus ſociorum arma.

Achæi, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia, de quibus *Ovid. de Pont. l. 4. el. 10.* Nec potes infeſtis conferre charybdia Achæis. ¶ Item Achæi Theſſaliæ populi. *Steph.* V. Achivus. ¶ Item Laconiæ incolæ. V. Achæus.

Achaīas, iadis, quæ ex Achaja eſt. *Ovid. epiſt. 3.* Inter Achaiadas longe pulcherrima matres. Sunt qui legunt *Achaiadas*.

Achæmĕnes, primus Rex Perſarum Cyri avus, a quo multi inſequentium regum nomen ſumpſere. *Horat. Carm. l. 2. Od. 12.* Num tu quæ tenuit dives Achæmenes &c.

Achæmenia, pars Perſidis, ab Achæmene Ægei Filio, unde Achæmenius, a, um, adject. *Horat. Epod. 13.* Nunc & Achæmenio perfundi nardo juvet. ¶ Item Achæmenii, & Achæmenidæ dicti ſunt Perſæ ab Achæmene primo eorum rege. *Luc. l. 2.* Achæmeniis decurrant Medica Suſis.

Achaja, quæ & Hellas, & Græcia, hodie *Livadia*, & *Romelia*, regio eſt Europæ inter Theſſaliam ad Septentr. Epirum ad Occid. Peloponneſum ad Auſtrum, terminata a Meridie Sinu Corinthiaco Occid. ver. ab Ortu Sinu Saronico, Iſthmo intercedente. Urbes Achajæ ſunt, Naupactum caput Ætoliæ, Delphi Phocidis, Thebæ Bœotiæ, Athenæ Atticæ, Megara, Tanagra, Coronea, Lilæa, Lebadea. ¶ Eſt & Achaja regio Peloponneſi, hodie Ducatus Clarentiæ, inter Corinthum, & Patras, ſinui Corinthiaco expoſitas, in qua urbes præcipuæ Corinthus, Sicyon, Patræ.

Achaicus, achivus, achæus. *Virg. 2. Æn. v. 462.* Et Danaum ſolitæ naves, & Achaica caſtra.

Achāis, idis, adject. fœm. *Greca*, Achæa. *Ovid. 5. Metam.* Per tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes.

Acharnæ, urbs eſt Græciæ in Attica regione, ubi primum Dionyſia celebrata ſunt. *Stat. 12. Theb. v. 623.*

Acharnanus, a, um, ad Acharnas pertinens. *Nepos in Themiſt. c. 2.*

Acharnæ, piſcis marinus. *Plin. l. 32. c. ult.*

Achātes, m. 3. *Agata*, שבו, ἀχάτης, ideſt a cura, quæ Regum ſemper comes

Digitized by Google

mes eſt, quo nomine dictus Æneæ comes, & lapis quidam pretioſus in Sicilia, apud Achatem fluvium primum repertus *Plin. l. 37. c. 10.* Achates in magno fuit auctoritate, tempeſtates avertere, & flumina ſiſtere dicitur. ¶ In hoc lapide habuit Pyrrhus Epirotarum Rex Muſas novem naturales, & Apollinem cum lyra. *Plin. l. 37. c. 1.*

Acheloïdes, ſunt Sirenes Acheloi filiæ. *Ovid. 5. Met. v. 552.* Vobis, Acheloides, unde pluma, pedeſque ovium, cum virginis ora geratis? *Idem* & Acheloiadas, eaſdem dixit *lib. 14. Met. v. 87.*

Achelöius, adject. poſſeſſiv. *Ovid. epiſt. 15.* Acheloia cornua fregit. *Virgil. 1. Georg.* Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis, *ideſt* aquam miſcuit vino.

Achelöus, m. 2. *Aſpropotamo*, ἀχελῷος, eſt fluvius Acharnanum, a Pindo oriens, Ætoliam ab Acharnania dividens, in Jonium mare ſe ſe exonerans contra Echinadas inſulas, inter Halyziam opp. & Evenum fluv. a quo 12. M. P. abeſt in Occid. Alter etiam eſt in Theſſalia, Lamiam urbem alluens. ¶ Veteres aquam omnem Acheloon nuncupavere, quod Achelous primus poſt Diluvium erupiſſe terra fertur, ſive quod Achelous in Græcia, ubi tot ingenia floruerunt, omnium fluviorum celeberrimus fuit. *Macrob. 5. Saturn. cap. 18.* ¶ Eſt & Achelous f. Peloponneſi, Dimam urbem præterfluens. Hic Thoas a celeritate apud Poetas nominatus. ¶ Denique hoc nomine fuit Thoas Rex Ætoliæ, qui vel nomen dedit, vel accepit ab Acheloo fl. Acharnaniæ, qui ab *Ovid. 9. Met.* confunditur cum fluvio, fingitur pugnare cum Hercule pro Dejanira, quo in certamine ſe varias in formas transmutat, poſtremo in taurum, unde cornu Copiæ, in tandem vincitur.

Achĕron, *Campanano*, *o Savuto*, Fl. Brutiorum, in Calabria Cit. fluens juxta Pandoſiam Urbem exciſam, & deſinens in ſinum Terinæum. ¶ Acheron item, *Velichi*, ſeu *Verlichi*, ſeu *Panar*, Fl. eſt Epiri, qui oritur ex Acheruſia palude, & in ſinum Ambracium decurrit. ¶ Item Fluvius hujus nominis eſt in Bithynia, teſte *Apollonio*, & Hacin, qui ab iiſdem, & a *Plinio* Sonautes dicitur, & exit in Auxinum mare ad Heracleam urbem. Ex horum fluminum ſimilitudine fingitur a Poetis flumen, ſeu palus apud Inferos. Dicitur Acheron, quaſi ἄχεα ῥέων, ideſt doloris fluxus. ¶ Accipitur & pro ipſis inferis. *Virg. 7. ÆEn. v. 312.* Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.

Acheronteus, a, um, adject. ad Acheronta pertinens. *Claudian. l. 2. de rapt. Proſerp. v. 351.* Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes Lacte novo manaſſe ferunt.

Acherontia, urbs parva Apuliæ in monte ſita: quam ob cauſam eam nidum appellavit *Horat. Carm. l. 2. od. 3.* Quicumque celſæ nidum Acherontiæ.

Acheronticus, a, um, ad Acherontem pertinens. *Plaut. Bacch. 2. 2.* Regiones colere mavellem Acheronticas.

Acherontīni, pop. ſunt in agro Brutio, juxta Acherontem fl. *Plin. l. 3. cap. 5.*

Achĕruns, ntis, in gen. fœmin. pro Acheron. *Plaut. Captiv. 5. 4. 1.* Nulla adæque eſt Acheruns, atque ubi ego fui. *h. eſt*, Multa ſunt cruciamenta apud inferos, ſed nullus Acheron poteſt inveniri adeo ærumnoſus, ut ſunt illæ lapicidinæ, ubi ego fui, &c. Al. tamen leg. Nullus adæque eſt Acherunte. ¶ *Acheruns ulmorum* apud *Plaut. Amph. 4. 2. 10.* eſt vorago, & diſſipatio virgarum, ut Acheruns ſive Acheron fl. infernus eſt vorago animarum. Ex ulmis autem virgæ fiebant ad ſervos cædendos. Unde alibi idem Plautus verberonem ſervum appellat *ulmitribam*. ¶ *Acherunti* adverbialiter ponitur pro in Acherunte, hoc eſt apud Inferos. *Plaut. Merc. 3. 4. 31.*

Acheruntĭcus, a, um, ad Acheruntem pertinens. *Plaut. Bacc. 2. 2. 21.* Acherunticæ regiones. ¶ Homo *Acherunticus* dicitur ab *eod. Mil. 3. 1. 33.* qui valde ſenex eſt, & morti proximus.

Acheruntius, a, um, Acheronticus. *Vetus Poeta*, apud *Cic. 1. Tuſcul. c. 21.* Acheruntia templa, *h. e.* Inferorum loca.

Acheruſia, f. 1. *Lago della Colluccia*, Ἀχερουσία λίμνη, palus eſt Campaniæ inter Miſenum, & Cumas, ad 1. M. P. *Dionyſius in 2. Biblioth. hiſt.* tradit, paludem eſſe Acheruſiam, in quam immittantur cadavera in ulteriorem ripam deferenda, inde natam fabellam de Charonte, ab eo animas nave vehi trans Stygem. ¶ Item Acheruſia palus Epiri eſt, in Theſprotia, ab Ambracia 36. M. P. quæ ad Chimerium port. & opp. exit in mare, ex qua Acheron F. emittitur. ¶ Item Acheruſia ſpecus eſt Bithyniæ, apud Heracleam Ponti, unde Cerberum extractum fabulantur.

Acherŭſis, idis, vel idos, ἀχερουσίς, idem quod Acheruſia, hoc eſt ſpecus Bithyniæ. *Val. Flac. l. 5. Argon. v. 73.*

Acheruſius, a, um, qui ad Acherontem ſpectat. *Lucret. l. 3. v. 25.* Nuſquam apparent Acheruſia templa, *i. e.* infernæ regiones. ¶ Acheruſia vita *Lucretio l. 3. v. 1037.* eſt vita anxia, ſollicita, ærumnoſa.

Achetæ, f. 1. ἀχέται, cicadæ ſunt argutæ, & canoræ, a verbo ἠχέω, quod eſt ſono, & crepito. *Plin. l. 11. c. 26.*

Achillas, ἀχιλλᾶς, ſervi Ægyptii nomen eſt, cujus manu interfectus fuit Pompejus. *Luc. l. 8. Plutarch.*

Achillēïs, opus eſt Statii Papinii, quo Achillis pueritiam deſcripſit. Eſt etiam hoc nomine quædam ſpecies hordei. V. *Ruellium*.

Achilleon, ἀχίλλειον, opp. Troadis, juxta tumulum Achillis, a Mitylenæis conditum, ubi claſſis ejus ſteterat. *Plin. l. 5. c. 32.*

Achilleos, ἀχίλλειος, myriophyllum, herba. Sic appellata eſt, quod eam Achilles inveniſſe traditur, & adhibuiſſe in curando ulcere Telephi. *Plin. l. 25. c. 5.*

Achilleides, achilleidæ, m. ἀχιλλείδης, patronymic. Achillis fil. *Ovid. epiſt. 8.* Pyrrhus Achilleides animoſus imagine Patris. Legitur & *Achillides*.

Achilles, ἀχιλλεύς, heros Græcus, filius Pelei, & Thetidis. *Ovid. 12. Met.* Hinc dicitur Pelides. Chironi Centauro nutriendus datus eſt. Inter filias Lycomedis Regis Sciri, a matre, ne ad bellum Trojanum ire cogeretur, ex quo ſciebat non reverſurum, ſub habitu muliebri abſconditus, ex Deidamia generavit Pyrrhum. Ab Ulyſſe habitu mercatoris detectus ad bellum Trojanum ductus eſt. Fuit fortiſſimus totius Græci exercitus. Occidit Hectorem fortiſſimum Trojanorum, ejuſque cadaver ter circum mœnia Ilii traxit bigis alligatum. Patroclum enim ulciſci voluit, ſibi amiciſſimum, qui indutus armis Achillis ab Hectore interfectus fuerat. Vulneravit Regem Myſiæ Telephum, ejuſdemque haſtæ rubigine ſanavit. Diſſenſit ab Agamemnone odio implacabili, quod ſibi Briſeidem puellam eripuiſſet. Captus eſt amore Polyxenæ, tempore induciarum. Invitatus per fraudem ſpecie nuptiarum a Deiphobo in templum Apollinis Thymbræi, a Paride poſt ſimulachrum latitante, ſagittis Herculis, quæ a Philocteta acceptæ fuerant, in calcaneo transfixus, ubi mortalis erat, interfectus eſt. Sepultus eſt ad Sigæum promontorium. De armis Achillis ingens diſſenſio nata eſt inter Ulyſſem, qui ſolus auſus eſt ea petere, & Ajacem fil. Telamonis. Arma Ulyſſi data fuerunt. Ajax ex indignatione incidit in furorem, & enſi incumbens, ſibi ipſe mortem conſcivit. *Ovid. in fine 12. Met. & initio lib. 13.* ¶ Poetæ metri cauſa ſæpe hoc nomen Græca declinatione uſurpant. Itaque legitur in genitivo *Achillei* pro *Achillis*; quod & *Achilli* ſcribitur. Item in accuſativo *Achillea* pro *Achillem*, in vocativo *Achille* pro *Achilles*, in ablativo *Achilli* pro *Achille* a Græco dativo Dorico τῷ Ἀχιλλῆ.

Achillium, ἀχίλλειον, genus ſpongiarum tenue, denſumque, ex quo penicilli fiunt. *Plin. l. 9. c. 45.*

Tom. I.

Achillēus, a, um, adject. poſſeſſiv. *Virg. ÆEn. 3. v. 326.* Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum.

Achillēus curſus, ἀχίλλειος δρόμος, Peninſula eſt non procul a Boryſthene, ab exercitatione Achillis nomen habens. *Plin. l. 4. c. 12.*

Achillis, idos, ἀχιλλίς, inſula in ponto Euxino ad Boryſthenem. *Plin. l. 4. c. 12.* V. ſupra Achillea.

Achīvus, a, um, dicitur proprie, qui eſt ex Achaja. V. Achæus. Sæpe tamen accipitur pro quovis Græco. *Virg. ÆEn. 2.* Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi. ¶ *Achivum* pro *Achivorum* legitur apud *Virg. 11. ÆEn. v. 266.*

Achne, auctore *Plinio l. 5. c. 31.* inſula eſt Rhodiorum, in mari Carpathio, quæ deinde Caſus dicta eſt.

Achor, ἀχώρ, Deus habitus eſt apud Cyrenaicos, cui ſacra faciebant, quoties muſcarum multitudo peſtilentiam invehebat. V. *Plin. l. 10. c. 28.*

Achōres, um, m. plur. *tigna*, *lattime*, ulcera capitis, tenui humore manantia, & pueros præſertim infeſtantia.

Achradina, Stephano pars eſt urbis Syracuſanæ, cum reliquis urbis partibus ponte conjuncta. *Cic. in Ver. act. 6. Liv. 25. c. 24.*

Achras, adis, f. 3. *albero di pero ſelvaggio*, ἀχράς, pyrus ſilveſtris. *Colum. l. 7. c. 9. & lib. 10. v. 14.*

Achrēſtus, ἄχρηστος, inutilis, ineptus, nullius momenti. *inutile*, *da nulla*. Voce hac græca uſus eſt *Auſon. ſect. 1. in Epigram. de duob. fratrib.*

Acia, æ, f. *accia*, *agata*, *filo*, μίτος, filum in acu ad ſuendum. *Celſ. lib. 5. cap. 26. n. 23.* Sutura ex acia molli, non nimis torta. ¶ Quidam putarunt, *aciam* ſignificare etiam cuſpidem acus fibularis: Sed id probandum adhuc eſt.

Aciætis, f. 3. ſecuris ærea, qua in ſacrificiis Sacerdotes utebantur. *Feſt.*

Acicŭla, æ, f. *ſpilla*, *ſpilletto*, περόνη, ab acu, acus parva, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. *l. 1. Cod. Theod. de repud.*

Acidalia, Veneris epithetum, vel quia injicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt, vel a fonte Acidalio, qui eſt Orchomeni urbe Bœotiæ, in quo Gratiæ, quæ Veneri ſunt ſacratæ, ſe lavant. *Virgil. 1. ÆEneid. v. 728.*

Acidalius, a, um, ad Venerem pertinens. quæ *Acidalia* dicitur. *Martial. l. 6. epigr. 13.* Acidalius nodus. *h. e.* baltheus ſeu cingulum Veneris. *Id. lib. 9. epigr. 14.* Pingere arundine Acidalia. *h. e.* Cnidia, calamus aptiſſima. Cnidus autem eſt Veneri ſacra.

Acidĭtas, atis, *acidezza*, ſapor acidus. *Marcell. Empir. cap. 20.*

Acidŭlus, a, um, diminut. ab Acidus, ſubacidus. *Plin. l. 15. c. 15.* Pyra acidula ſapore. ¶ Item Acidulus nomen eſt fontis in agro Venafrano, ita dictus, quod aquas haberet acidulas. *Plin. l. 31. c. 2.*

Acidus, da, um, *acido*, *agrito*, *forte*, חמוץ, Ger. *ſcharpff ſavur*, Gal. *aigre*, Hiſp. *agrio*, ὀξύς, ὀξώδης, acidi ſaporem habens. *Col. l. 6.* Si acidum, hoc modo emendabitur. *Petron. fragm. Tragur.* Acidior ſonus. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 49.* Acetum aciditiſſimum. ¶ Acida lingua, h. e. mordax, apud *Senec. Controv. 34.* ¶ Acidus pro moleſto. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 64.*

Acies, ei, f. 5. *filo tagliente*, *punta*, *taglio*, חוד, פה, Ger. *die ſchneiden*, *oder ſcherpffe*, Gall. *la pointe*, *le tranchant*, ἀκή, ἀκμή, primum eſt ea pars in ferro, quæ ob acumen ſecat. Derivari videtur a voce græca allata, ἀκίς, potius quam ab ἀκμή, ut ait Feſtus. *Cic. Verrin. ult. c. 43.* Quod aciem ſuarum ſecurium vidiſſet. ¶ Deinde ſignificat oculorum acumen, ſeu facultatem bene videndi. *Cic. Somn. Scip.* Radiis ſolis acies noſtra ſenſuſque vincitur. *Id. de Nat. Deor. l. 2. c. 57.* Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupula vocatur. ¶ Ponitur & pro ipſo oculo. *Lactant. de opif. Dei c. 10.* Naſus utramque aciem ſimul & diſcernit & munit. ¶ Tertio idem eſt ac exercitus inſtructus, vel ordo exercitus. *Plaut. Mil. 1. 1.* Splendor clypei oculorum perſtringit aciem in acie hoſtibus. Hinc illa ſunt, continere, inſtruere, dirigere, componere, perturbare aciem, &c. ¶ Aciem pro ipſo prælio dixit *Liv. l. 33. c. 11.* Cum ſex conſularibus exercitibus acie conflixiſſe. ¶ Tranſlate ſumitur pro ingenii perſpicacitate *Cic.* ſæpe, acies ingenii, acies mentis, acies animi. ¶ Acies orationis. *Plaut. Epid. 4. 1. 20.* Orationis aciem contra conferam, h. e. accuratiſſimam, acutiſſimamque orationem. Sic acies auctoritatis, id eſt vis auctoritatis. In acie novaculæ, proverb. ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, in ſummo diſcrimine. ¶ Aciem trahere dicuntur cotes, ideſt exacuere. *Plin. l. 36. c. 15.* Repertæ ſunt & in Italia aciem trahentes (cotes) acerrimo effectu. ¶ *Acii*, & *acie* pro *aciei* genitivi ſunt antiqui, & obſoleti. *Cn. Matius* apud *Gell. l. 9. c. 14.* & *Salluſt.* apud *Priſcian. l. 7. ſub fin.*

Acilia gens plebeja fuit a Trojanis oriunda: ex qua fuit M. Acilius Glabrio, cui, devicto Antiocho, ſtatua in foro poſita eſt aureis bracteis incruſtata. Fuit & alter M. Acilius, apud quem Verrem accuſavit *Cicero*. Ejus pater Aciliæ legis auctor fuit: quæ fuit de repetundis, ut hujuſmodi cauſæ una actione abſolverentur.

Acinăces, is, m. 3. ἀκινάκης, gladius Perſarum. ſive Medorum. Acinaces, inquit Pollux, gladiolus quidam Perſicus eſt, qui femori ſuſpendebatur. *Horat. carm. l. 1. od. 27.* Vino, & lucernis Medus acinaces immane quantum diſcrepat! Adde *Curt. l. 3. c. 3.*

Acinacĕus, a, um, adject. ab acino derivatum. *Ulp. l. 9. D. de tritico, vino, &c.* Acinaceum plane vino continebitur. Alii leg. *Acinaticium*. Eſt autem vinum acinis mixtum, vel ex aqua & acinis factum, de quo *Plin. 14. 9.* vel ſimpliciter vinum dulce, ut quidam putant.

Acinarius, a, um, adject. ad acinos pertinens, ut acinaria vaſa apud *Varr. lib. 1. R. R. cap. 22.* h. e. in quibus uvarum acini ponuntur.

Acinaticius. V. Acinaceus.

Acinōſus, a, um, adject. qui multos habet acinos, ut uva acinoſa. *Plin. l. 12. c. 13.* ¶ Superlativo *acinoſiſſimus* uſus eſt idem *Plin. l. 14. c. 3.*

Acĭnus, i, & acinum, i, apud *Nonium*; quin & acina, æ apud *Catul. epigr. 26.* ut cum *Gellio l. 7. c. 2.* Scaliger, Grævius, & Silvius ediderunt, חרצן, Ger. *Kernlein in dem traubea*, ῥάξ, *acino*, *grano*. Fructus eſt generatim, qui ſub tenui cute liquorem continet, conſtans folliculo, ſucco, carne, & granis ſive vinaceis. *Laurent. Vall. l. 4. c. 38.* Acinos inter, & baccas hoc intereſſe putat, quod acini inter fructus minutiores arborum, fruticumve denſius naſcantur, baccæ diſperſius, & rarius. *Plin.* enim *l. 15. c. 24.* non uvis modo, ſed ſambuci etiam, & hederæ acinos tribuit, nec non grana punici mali ita appellat. *Id. l. 7. c. 7.* Anacreon acino uvæ paſſæ ſtrangulatus periit. ¶ Acinus item genus eſt herbæ. *Plin. l. 21. c. 27.*

Acipēnſer, vel accipenſis, ſeu aquipenſer, m. 3. ἔλλοψ, piſcis, de quo *Plin. l. 9. c. 17.* qui apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus eſt: Unus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat. *Martial. l. 13. ep. 91.* Ad Palatinas acipenſera mittite menſas. Doctiores ibi legere malunt *acipenſem*: nec enim ſolent Latini, quæ vocabula ipſi a Græcis non acceperint, terminatione græca in accuſat. ſingularibus uſurpare. Tanto autem in honore habitum fuiſſe ſcribit *Macrob. l. 2. ſatur. c. 12.* ut a coronatis miniſtris in convivia inferri ſoleret. Afferuntur de eo *Cic.* verba: Vide quid agas, acipenſer iſte paucorum hominum eſt: quæ quidem *Macrob.* ex Dial. de Fato excerpta eſſe teſtatur.

Acis, m. 3. ἄκις, nunc *Freddo*, ob ejus frigiditatem, Fl. Siciliæ, in valle Nemorenſi. Procedit ex Ætna, & haud procul ab Aceſine Fl. medio itinere inter Cataniam, & Taurominium, in mare Jonium influit. Ex ejus

ripis fertur Polyphemus ſaxum in Ulyſſem jeciſſe. ¶ Eſt etiam Acis inſula, una ex Cycladibus. *Plin. l. 4. c. 12.* ¶ Acis etiam adoleſcentis Siculi nomen fuit, qui cum Galateam nympham adamaret, a Polyphemo rivali ſuo eſt acciſus, & deinde in fontem ſui nominis mutatus. *Ovid.* 13. *Metam.*

Aciſcŭlus, parva aſcia, quaſi *aſciculus*. Eſt in nummo Gentis Valeriæ apud Phil. a Turre de inſcript. M. Aquilii c. 2.

Aclaſſis, tunica ab humeris non conſuta. *Feſtus.*

Aclides, tela antiqua, ideſt clavæ quædam breves eminentibus hinc, & hinc acuminibus quibuſdam, quæ ita in hoſtem jaciebantur religatæ loro, vel lino, ut peractis vulneribus poſſent redire. *Virg. 7. Æn.* Teretes ſunt aclides illis tela. ¶ In ſingulari numero uſurpatur a *Val. Flacc. l. 6.* & *Sil. l. 3.*

Acmonides, æ, unus ex Vulcani miniſtris, ἀπὸ τ ἄκμονος, ab incude. *Ovid. 4. Faſt. v.* 288. ubi fingere ferrum Brontes, & Steropes, Acmonideſque ſolent.

Acna, vel Acnua, æ, f. menſura agrorum continens pedes centum viginti. *Varr. l. 1. R. R. c. 10.* & *Colum. l. 5. c. 1.*

Acœnonĕtus, ἀκοινόνητος, vox eſt a Græco ἄκοινος, derivata. *Juvenal. ſat. 7. v.* 218. Diſcipuli cuſtos præmordet Acœnonetus. Deſignat Poeta eo nomine pædagogum hominem privatæ tantum ſuæ utilitati ſtudentem, & ob id mercedis, quæ magiſtro tota debetur, partem ſibi per ſummam fraudem retinentem: ab α privativa, & κοινὸς, communis. Ita quidam Interpretes. Alii legunt *acœnetus ipſe* eadem plane ſententia. Sunt etiam qui putant, tacite deſignari ea voce *Anicetum* Neronis pædagogum, infamem & ſceleſtiſſimum: de quo *Sueton. in Ner. c. 35.* & *Tacit. Ann. 14. c. 3. 7. 8.* & 62.

Acolythus, & Acoluthus, i, m. ἀκόλουθος, comes, ſequax, pediſſequus, ab ἀκολουθεῖν, ſequor. Nomen eſt ſacri Ordinis in Eccleſia. *Aug. ep.* 104.

Aconiti, ſine pulvere, & ſudore, hoc eſt citra negotium & laborem, ἀκονιτί. Sumptum ab Athletis, qui pulverem inſpergebant corporibus, ut ſe mutuo facilius comprehendere poſſent. Vox græca eſt, quam tamen *Plinius* latinis litteris ſcripſit *lib. 35. c. 11.* Dioxippum, qui citra pulveris tactum vicit, quod aconiti dicunt. *Vinſe ſenza fatica.*

Aconitum, n. 2. ראש, ἀκόνιτον, herba, quæ ex Cerberi ſpuma conſperſa venenum maxime dirum contraxit, quo tempore eum Hercules ab Inferis traxit. *Ovid. 7. Metam.* Alii ex Promethei ſanguine in monte Caucaſo vinctii natum eſſe fabulantur. *Auſon. in Monoſyll.* Dictum aconitum ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt, a cote, ſeu caute. Quæ, quia naſcuntur dura vivacia caute, mortales aconita vocant. Sunt, qui ab Acone portu derivent Heracleæ, Lyco fluminI uppoſito. Alii, quod juxta nullus pulvis interveniat. Nam κόνις græce pulvis, ἀκονιτὸν ſine pulvere dicitur. *Plin. l. 27.* ſcribit, aconitum dictum, quod in nudis cautibus, quas aconas vocant, naſcatur, vel quoniam ἀκονίζομαι, id eſt accelero, quia mortem accelerat.

Acontiæ, arum, m. *ſtella forta de comete*, Ger. *ein comet wie ein pfeil*, ἀκοντίαι, ſunt ſtellæ crinitæ, ἀπὸ τ ἀκοντίου, hoc eſt, a jaculo, quia jaculi modo vibrantur ocyſſimo volatu. *Plin. l. 2. c.* 25.

Acontias, æ, m. ſerpentis genus, magnitudine duorum cubitorum, figura autem craſſa in tenuem abeunte. Sic dictum, quod jaculi modo in homines proſiliat. Vocatur & Cenchrias, & Cenchris. *Luc. l. 9.*

Acontius, ἀκόντιος, Ceus fuit, ex Cea Ægei maris inſula, cujus ad Cydippem, & Cydippes ad eum epiſtolas habet *Ovid. in Heroid.* ¶ Item Acontius Magneſiæ, vel Bœotiæ mons. *Plin. l. 4. c. 7.*

Acŏpa, orum, n. 2. ἄκοπα, medicamenta, quæ adhibentur laſſis, impoſito ex re vocabulo: ſcil. ab α privat. & κόπος, labor. *Plin. l. 29. c. 3.* Omnia, quæ acopis curantur.

Acŏpis, f. 3. ἄκοπις, gemma nitro ſimilis, pumicoſa, aureis guttis ſtellata, laſſitudinem ſolvens. *Plin. l. 37. c.* 10.

Acŏpus, f. 2. herba eſt, quæ & anagyros, ἀνάγυρος, cujus ſemen commanducatum vomitiones facit. *Plin. l. 27. c. 4.* ¶ Unde proverb. Græcum, ἀνάγυρον κινεῖς, hoc eſt, anagyrum moves, quoties loquimur de re, unde nobis ignominia excitari poſſit.

Acor, m. 3. *acutà*, *aſprezza*, Gal. *ſeure*, ὀξύτης, ſaporis, vel odoris acuitas, ſive aſperitas, ut vini, mali Punici, &c. *Col. l. 3. c. ult.* & *Plin. l. 18. c.* 11.

Acorna, f. 1. genus cardui. *Plin. l. 21. c.* 16. Acorna tantum colore rufo.

Acoſmos, inornatus, incomptus, ἄκοσμος, Græca vox, qua uſus eſt *Lucret. l. 4. v.* 1153.

Acquieſco, is, evi, n. 3. *riposarſi*, *acquietarſi*, רגע, נוח, Germ. *auffhoren, ſich zu ruhe geben*, Gal. *ſe repoſer, tomber d'acord*, Hiſp. *deſcanſar*, *a darſe por contentado*, ἀναπαύομαι, accumbo, vel ſimpliciter quieſco. *Cic. Attic. l. 13. epiſt.* 34. Lanuvii tres horas acquieveram. ¶ Interdum eſt dolorem, aut aliam animi moleſtiam remiſi. *Cic. de Fin.* Nunquam ſinit eam reſpirare, nunquam acquieſcere. ¶ Significat etiam in re aliqua, aut in aliquo homine, cum quadam animi voluptate, quieteque conſiſtere. *Cic. Sulp.* His vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus. ¶ Dicimus quoque acquieſcere alicui rei, pro in aliqua re. *Seneca epiſt.* 25. Ut meliora tibi proponas, & acquieſcas rei blandæ. ¶ Interdum ſignificat contentum eſſe, & nihil amplius quærere. *Cic. de Amic. c. 27.* Viciſſim autem ſenes in Adoleſcentum caritate acquieſcunt. ¶ Item oblectari. *Cic. Att. l. 9. ep.* 10. Tecum ut quaſi loquerer, in quo uno acquieſco, ſcribere inſtitui. ¶ Item paulum conſiſtere. *Plaut. Aſin. 2. 2.* 60. Unumquidque rogita, ut acquieſcam: non vides, me ex curſura anhalitum ducere? ¶ Κατ' εὐφημισμὸν, acquieſcere pro mori dixit *Nepos* in vita Annibalis *c. 13. n.* 1. Sic vir fortiſſimus annis acquievit ſeptuageſimo. Sic etiam in Lapid. antiquis in eod. ſenſu invenitur uſurpatum, ut refert *Sponius Miſc. erud. antiq.* Apud alterioris ævi Scriptores acquieſcere, conſentire eſt, vel aſſentire. *Hieron. l. 2. cont. Jovin.*

Acquīro, is, ivi, itum, a. 3. *acquiſtare*, קנה, רכש, Germ. *angen*, *uberkommen*, Gal. *aquerir*, Hiſp. *alcançar*, προσκτάομαι, περιποιοῦμαι, quærendo adipiſcor, ab ad, & quæro. *Cic. de Am.* Acquirendi ſunt, quos diligamus. ¶ De malis etiam rebus dicitur. *Plaut. Milit. ſc. 3. a.* 2. Quis eſt, qui inimicitias ſibi magis acquirat, quam tu? ¶ Acquiri pro augeri, vel conciliari. *Plin. l. 15. c.* 17. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Acquiſitio, onis, verbal. ab acquiro. *Front. de Aquæduct. l.* 1. Adjuvatus fons ex compluribus aliis acquiſitionibus. Adde *Juſtinian. Inſtit. l. 3. t. 11. §.* 3. & *Tertull. in Exhor. ad Caſtit. c.* 12.

Acra, neut. plur. cacumina, τὰ ἄκρα. *Apulej. de Mundo*. ¶ *Acra* fœm. ſing. ἡ ἄκρα, eandem habet ſignificationem. Hinc *Acra Japygia* promontorium Salentinum. *Plin. l. 3. c.* 11. ¶ Acræ, arum, urbs Siciliæ. *Sil. l. 14. v.* 206.

Acragantinus, a, um, ad Acragantem pertinens. *Lucret. l. 1. v.* 716. ubi al. leg. *Agrigentinus*.

Acrăgas, nobilis artificis nomen apud *Plin. l. 33. c.* 12. ¶ Eſt item Acragas mons Siciliæ, non procul a Pachyno promont. cum oppido ejuſdem nominis, quod Agrigentum alias dicitur. *Plin. l. 3. c. 8. Virg. Æn. 3. v.* 703. Arduus inde Acragas oſtentat maxime longe mœnia. ¶ Item Acragas fluvius dictum montem & oppidum præterfluit.

Acratophŏrum, ri, n. 2. *bottiglia*, מים, Germ. *waſſerkrug*, urceolus. *Cic. 3. de Fin. c. 4.* Ephippiis, & acratophoris.

Acrēdo, inis, *agreſtezza*, idem quod acritas, ſed rari uſus. *Pallad. menſe Januar. c. 16. de jugland.* Nuces ſervantur cæpis mixtæ, quibus hanc viciſſitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant.

Acredŭla, f. 1. *uſignuolo*, Ger. *ein nachtigal*, φιλομήλη, putatur luſcinia avis, ſive, ut aliis placet, avis illa, quam vulgo ravarinum vocamus. *Cic. de Div. l. 1. c.* 8. Et matutinis acredula vocibus inſtat. *Ov. in Progn.* Et matutinos exercet acredula cantus. ¶ Aliqui pro ranæ ſpecie accipiunt. Videtur enim *Cic. l. c.* Acredulam eam dicere, quam Aratus ὀλολυγών. Ranas vero ololygonas appellari auctor eſt *Plin. l. 11. c.* 37. Accedit & *Iſidori* auctoritas *l. 12. c.* 6.

Acreſco, is, n. 3. *inacetire*, acrem, acidumque ſaporem ſumere. De vino uſurpat *Veget. l. 4. Mulomed. c.* 8.

Acricŭlus, a, um, diminut. ab Acris, apud *Cic. 3. Tuſc. c.* 17. qui *acriculum Zenonem* dixit: ut feliciter Turneb. & Gruterus depravatum locum reſtituerunt.

Acrifolium, lotos, alyſſa, alyſſum, arbuſcula eſt, quæ a *Macrobio 2. Saturn. c.* 16. inter arbores infelices numeratur.

Acrimonia, f. 1. *acrimonia*, *agreſtezza*, מרירות, Gal. *apreté*, *force*, *& pointe comme d'oignon*, *& choſes ſemblables*, Hiſp. *agror*, *agudeza*, *fortaleza*, δριμύτης, vis eſt in rebus, quæ guſtantur, aut ſenſu aliquo percipiuntur, acrior, mordax, & ingrata. *Cat. de re ruſt. c.* 157. Si ulcus acrimoniam ejus ferre non poterit. ¶ Translate ponitur pro vehementia, σφοδρότης. *Auct. ad Her. l. 4. c.* 37. Hæc exornatio tum multum venuſtatis habet, tum gravitatis, & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro ſeveritate. *Id. l. 3. c.* 15. Convenit igitur in vultu pudorem, & acrimoniam eſſe.

Acria. V. Acer.

Acriſionēis, idis, f. Danae Acriſii Argivorum regis filia. *Virg. 7. Æn. v.* 409. ubi *Servius* docet *Acriſioneis* non cum *colonis*, ſed cum *Danae* convenire.

Acriſionēus, adject. ἀκρισιώνειος, ad Acriſium pertinens. *Ovid. 5. Metam. v.* 238. Acriſioneas Prœtus poſſederat arces.

Acriſioniădes, dæ, ἀκρισιωνιάδης, patronym. pro Perſeo Acriſii nepote. *Ovid. 5. Met. v.* 69. Vertit in hunc harpen madefactam cæde Meduſæ Acriſioniades.

Acriſius, m. 2. ἀκρίσιος, Abantis Argivorum Regis filius, & pater Danaes. Hic, cum apud Argos annis 31. regnaſſet a Perſeo nepote ſuo, licet, non ſponte, occiſus eſt. ¶ Acriſius alter pater fuit Laertæ patris Ulyſſis, Jovis filius, apud *Ovid. Met. 13. v.* 144. Nam mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi, Jupiter huic. ſed libri meliores habent, *Arceſius*.

Acrĭtas, atis, idem quod acritudo. *Gell. l. 13. c.* 2. Nihil quicquam intereſt, ſuavitudo dicas, an ſuavitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an quod Accius ſcripſit in Neoptolemo, acritas. ¶ Translate ponitur pro vehementia. *Accius* apud *Non. c. 8. n.* 80. Vis veritatis, atque acritas.

Acrĭter, adverb. ab acer, vehementer, *con veemenza*, σφοδρῶς. *Liv. in proœm. operis*. Ad illa pro ſe quiſque acriter intendat animum. *Horat. 1. ſat.* 2. Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget. *Cic. Famil. 10. ep.* 28. Acerrime agere aliquid.

Acritūdo, inis, vis admordendi, diſſolvendique, qualis in aceto eſt. *Vitruv. l. 2. c. 9. de cupreſſu & pino*. Liquor, qui ineſt, habet amarum ſaporem, qui propter acritudinem non patitur cariem penetrare. ¶ Translate *Gell. l. 10. c.* 27. Par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudoque R. populi, & Pœni.

Acroāma, atis, n. *coſa piacevole da udirſi*, ἀκρόαμα, quidquid auditu jucundum eſt. ab ἀκροάω, audio. Apud Latinos ſignificat muſicam tibicinum ſymphoniam, quæ olim in agendis fabulis adhibebatur. Hinc in Gloſſis Iſidori legitur: *Acroama*, *auditio lyrarum*, *& tibiarum*. *Sueton. in Veſpaſ. c. 19. Plin. l. 6. epiſt.* 31. ¶ Dicitur etiam de ipſo tibicine aut ſymphoniaco. *Sueton. in Aug. c.* 74. Aut acroamata, aut hiſtriones, aut ludios interponebat. ¶ Ponitur etiam pro jucunda rei alicujus narratione, aut feſtiva recitatione: quales potiſſimum fiebant inter cœnandum. *Cic. pro Arch. c.* 9. Themiſtoclem dixiſſe ajunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama libentiſſime audiret, ejus, a quo ſua virtus libentiſſime prædicaretur. ¶ Item pro feſtivo narratore, aut recitatore. *Cic. Verr. 6. c.* 22. ubi *Manut.* tibicinem intelligit: ſed cum *Cic. feſtivum acroama* appellet, aptius de recitatore exponi videtur. ¶ *Prudent. Periſteph. 3. v.* 323. *acroma* dixit pro *acroama* metri cauſa. Sed non eſt imitandus.

Acroamaticus, a, um, adject. ἀκροαματικὸς, auſcultatorius. *Gell. l. 20. c.* 4. docet Ariſtotelem commentationes ſuas diviſiſſe in *Acroamaticas*, & *exotericas*.

Acroāſis, is, f. ἀκρόασις, eruditus ſermo, ſeu diſputatio, quæ a magiſtro alicujus artis coram multis audientibus habetur. Latine *auditio* appellata. *Vitruv. l. 10. c. ult.* Acroaſiam facere. *Senec. l. 4. excerpt. controverſ. in præfat.* Acroaſes ſuas populo committere. *h. e.* ſuas declamationes. ¶ Item ipſe locus, ubi acroaſis habetur. *Cic. Att. l. 15. ep.* 17.

Acrobaticus, a, um, adject. ad aſcendendum aptus, ſcanſorius, ἀπὸ τ βατεῖν εἰς ἄκρα, ut acrobaticæ machinæ, *Vitruv. l. 10. c.* 1.

Acroceraunia juga, ſeu Acroceraunii montes, M. excelſi inter Armeniam, & Iberiam, ſic dicti, quaſi montes ignitas habentes a fulminibus ſummitates, quod fulminibus ſæpe infeſtentur. Nam κεραυνὸς, fulmen eſt, ἄκρος altus. ¶ Hoc nomine etiam appellantur montes altiſſimi prope Acroceraunium prom. inter Albaniam, & Epirum, qui Epirum a Macedonia ſeparant, diſtant ab Aulone 12. M. P. in Bor. a Buthroto urbe Epiri 92. in meridiem a Japygio prom. Italiæ 700. ſtadia in ortum, & vulgo dicuntur Montes Diaboli, & *Monti della Chimera*, a Chimera urbe illis inſidente.

Acrochordŏnes, f. 3. *porri che naſcono per le mani*, יבלת, Germ. *wartz*, Gal. *verrue*, *cor*, Hiſp. *berruga*, ἀκροχορδόνες, verrucæ ſunt, fabæ amplitudine, quæ pueros maxime infeſtant, dictæ, quoniam in imo anguſtæ ita ſunt, ut pendere videantur. *Celſ. l. 5. c. 28. n.* 14. Acrochordon ſi exciſa eſt, nullam radiculam relinquit.

Acrocorinthus, m. 2. ἀκροκόρινθος, mons, & arx Corintho urbi imminens, non ſecus ac Ithoma Meſſenæ imminebat, in Peloponneſo, inter duo maria, Ægæum, & Jonium, ſtadiorum trium, & dimidiati. Sub ejus igitur radice, in plano, Corinthus inſtar menſæ jacet. Vertex Acrocorinthi Veneri ſacram habuit ædiculam, infra verticem Pirene fons effluebat. Hæ duæ arces, Acrocorinthus, & Ithoma Bovis cornua appellatæ ſunt, hoc eſt Peloponneſi. Hinc quidam Philippo Macedoni ſuadebat, ut Bovem cornibus teneret, occupatis nimirum his duabus arcibus.

Acrocorium, ἀκροκόριον, bulbi ſpecies eſt. *Plin. l. 19. c.* 5.

Acrolĭthus, a, um, ὁ ἀκρόλιθος, in ſummitate lapidis politus: item lapidem in ſummitate habens: item generatim lapideus, *Trebell. Poll. in 30. Tyrannis, c.* 32. Statua acrolitha.

Acronyctæ ſtellæ, h. e. veſpertinæ, quæ ſcilicet ſub noctem oriuntur. *Firmic. l. 2. Aſtron. c.* 8.

Acropodium, ii, n. ἀκροπόδιον, baſis ſtatuæ, *piedeſtallo*, *Hygin. fab.* 88.

Acroſtichis, idis, f. 3. ἀκροστιχὶς, dicitur, cum primis aliquot verſuum literis nomen alicujus, vel alia quævis dictio, aut oratio exprimitur, ut argumenta quædam ſunt comœdiarum Plauti. Videtur ejus meminiſſe & *Cic. l. 2. de Divin. cap.* 54. ¶ Appellatur hoc nomine & illud carminis genus,

Digitized by Google

nus, cujus ſtrophæ per literas initiales repræſentant alphabetum.

Acroteria, orum, n. 2. ἀκρωτήρια, pinnacula in ſummitate ædificiorum prominentia. ¶ Item in corpore humano extremitates acroteria dicuntur, qualia ſunt in manibus, & pedibus illæ partes digitorum, quæ ſub unguibus. ¶ *Vitruv. l. 3. ad fin.* latinitate donavit ita appellans ornamenta poſita in ſummitatibus columnarum. ¶ Idem *l. 5. c. 12.* promontoria ita appellat. Portus, inquit, naturaliter ſi ſint poſiti, habeantque acroteria, ſive promontoria procurrentia, &c.

Acrothymium, ii, n. ἀκροθύμιον, genus porri in cute, ſubduri, peraſperi, & colore thymi. *Celſ. l. 5. c. 28. n. 14.*

Acta, æ, f. 1. *lido*, [illegible], Germ. *das ufer*, *geſtad der meers*, ſubſtantivum nomen, & Græcum, ultima depreſſo accentu, litus, ſeu amœnus in litore ſeceſſus. Nam ἀκτή, litus dicitur, ἀκταῖος litoralis. *Virg. l. 5.* in ſola ſecretæ Troades acta Anchiſen flebant. *Cic. Verr. 7. c. 25.* In acta cum mulierculis jacebat ebrius. Adde *cap. 31.*

Acta, orum, n. *azioni*, *fatti*, τὰ πραχθέντα, res geſtæ, actiones, actus. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 2. v. 97.* Si tamen acta deos numquam mortalia fallunt. *Stat. 2. Thebaid. v. 706.* Ingentia acta recenſens. ¶ Sæpiſſime dicuntur de rebus publice geſtis a Senatu, a Magiſtratibus, ab Imperatoribus, & ſignificant leges, decreta, & ea omnia, quæ reipublicæ cauſa fiunt, πεπραγμένα. *Cic. pro Dom. c. 31.* Ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohoneſtes. *Id. Phil. 1. c. 7.* Acta Cæſaris. V. ibi reliqua. *Sueton. in Claud. c. 11.* Caii acta omnia reſcidit. *Id. in Tiber. c. 67.* Jurare in acta alicujus. ¶ In ſingulari numero. *Cic. Phil. 1. c. 7.* Quid eſt, quod tam proprie dici poſſit actum ejus, qui in republica cum imperio verſatus ſit, quam lex? *Acta forenſia* ſunt cauſæ, & lites. *Auct. Paneg. ad Piſon. v. 34.* Armorumque datus præcede forenſibus actis. *Scævola Dig. l. 26. tit. 8. leg. 21.* Facere acta apud Procuratorem Cæſaris. ¶ *Acta publica*, & *acta* abſolute ſunt etiam commentarii, in quibus acta populi, Senatus, &c. perſcribebantur, *atti pubblici*, ὑπομνήματα. *Sueton. Plin. Tacit.* ¶ Differunt ab Annalibus, & Faſtis, quia in Annalibus res tantum maximæ & illuſtres memoriæ mandantur, in *actis* vero res minoris momenti, ut *Tacit. Ann. 13. c. 31.* docet. In Faſtis vero continentur ea, quæ ad ſummos magiſtratus pertinent, bella, victoriæ, triumphi: præterea faſti nefaſtique dies, ſacra, ludi, &c. quorum nihil tale in Actis habebatur. ¶ Præterea *acta* ſunt tabulæ, in quibus acta forenſia perſcribuntur, *atti*, *protocollo*, *proceſſo*. *Paul. Dig. l. 42. tit. 1. leg. 45. & 46.* & alibi. ¶ *Ab actis* dicitur is, qui actorum publicorum conficiendorum curam habet, *attuario*. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 389. n. 6.*

Actæa, f. 1. nympha, ab acte, ideſt, litore maris dicta. ¶ Item genus herbæ apud *Plin. l. 27. c. 7.*

Actæon, nis, Ἀκταίων, filius Ariſtei, nobilis venator, qui, cum imprudens Dianam nudam ſe cum Nymphis in ſylva lavantem vidiſſet, ab ea in cervum mutatus eſt, & a ſuis canibus laceratus interiit. *Ovid. 3. Met.*

Actæus, a, um, *Ateneſe*, ἀκταῖος, dicitur pro Athenienſi. Nam Attica regio apud priſcos dicta eſt non ſolum Actis, idos, ab Actide Cranai Regis filia, ut inquit Euſtathius, ſed etiam Acte, ut *Plin. l. 4. c. 7. & Gell. l. 14. c. 6.* teſtantur, vel ab Actæone, ſive Actæo Rege indigena, vel quia litoralis fere tota eſt, exili, & anguſto quodam velut margine. *Ovid. 2. Met.*

Acte, es, regio eſt Attica, ſic dicta, quia litoralis ſit. ἀκτή enim græce litus ſignificat. V. *Actæus*. ¶ Eſt etiam planta, quam nonnulli ebulum eſſe putant. *Plin. l. 26. c. 11.*

Actia, orum, Ἄκτια, ludi quinquennales, Apollini dicati, ſic dicti, quod in Actio Epiri promont. celebrarentur. Vetuſtiſſimi erant, ſed eos Auguſtus inſtauravit poſt Actiacam victoriam. Quinquennales fuerunt, teſte *Sueton. in Aug.*

Actiacus, a, um, adject. ἀκτιακός, ad Actium pertinens. *Vellej. Paterc. l. 2. c. 86.* Bellum Actiacum. *Ovid. Sapph.* Actiacas undas.

Actias, adis, patronym. fœmin. ἀκτιάς, ideſt Athenienſis. *Virg. Georg. 4. v. 463.* Actias Orithya.

Actinoſus, a, um, *pieno di raggi*, ἀκτινώδης, ab ἀκτίς, radius ſolis. *Ambroſ. in Pſalm. 41.*

Actio, nis, f. 3. *azione*, *opera*, [illegible], Germ. *handlung*, Gall. *action*, Hiſp. *acion*, *obra*, nomen verbale ab ago, generaliter capitur pro omni operatione, atque actu. *Cicer. 1. Offic.* Virtutis laus omnis in actione conſiſtit. ¶ Quandoque vero ſignificat pronuntiationem, *pronunzia*. *Cic. in Or.* Eſt actio quaſi corporis quædam eloquentia, cum conſtet e voce, atque motu. ¶ Quandoque pro accuſatione, ſive petitione accipitur, quemadmodum actor pro accuſatore, ut Ciceronis Actiones in Verrem. ¶ Quandoque dicitur defenſio, ἀπολογία, ſive oratio pro cauſæ defenſione, aut alicujus rei, de qua agitur. *Cic. Q. Valeria*, Actionem meam Cæſar comprobavit. ¶ Dicimus etiam gratiarum actionem, pro beneficii accepti verborum grata redditione. *Cic. Planco*, Gratiarum actionem a te non deſiderabam. ¶ Eſt etiam actio jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur. *Lib. 1. ad Herenn.* Et a cauſa cadit is qui agit, niſi habeat actionem. Sic actio injuriarum, & actio furti JCtorum ſunt. Actionem alicui intendere, *mover lite*. *Cicer. pro Mil.* Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. Sic, dare actionem. V. Judicium. ¶ Actio vitæ, pro vivendi ratione, ſeu modo. *Cic. 3. Offic.* Ad eas res parandas, tuendaſque, quibus actio vitæ continetur.

Actioſus, a, um, adject. *attivo*. *Plaut.* apud *Varr. l. 6. L. L. pag. 83.* Actioſæ mulieres. Al. aliter leg.

Actito, as, a. 1. frequentativum, non ab ago, ſed ab acto, ſicut ſcriptito a ſcripto, lectito a lecto, & proprie dicitur de cauſis ἀγωνίζομαι. *Cic. de cl. Or. c. 70.* M. Potidius multas privatas cauſas actitavit.

Active, *attivamente*, ἐνεργητικῶς, activorum more. *Priſcian. lib. 8. cap. de Communibus*.

Actium, *Capo Pigala*, Ἄκτιον, prom. cum urbe Epiri, ad os ſinus Ambracii, contra Nicopolim urbem proximam vix M. P. diſtantem, a Buthroto, & Corcyra 30. in Mer. Leucadem verſus 30. Olim clarum fuit templo Apollinis. Hic Auguſtus devicit navali prælio Antonium, & Cleopatram, & procul M. P. urbem condidit, quam Nicopolim a Victoria nominavit.

Actiuncula, æ, f. 1. diminut. ab actio. *Plin. epiſt. 13. lib. 9.* Retracto etiam actiunculas quaſdam.

Actius, Ἄκτιος, idem quod Actiacus, ut Actia bella. *Virg. 8. Æn. v. 675.* & Actius Apollo. Actia litora. *Idem Æn. 3.*

Actius Navius, augur fuit, qui novacula cotem praeſcidit, ſpectante Tarquinio Priſco Rege. Inde factum eſt, ut a Rege, & a Populo ſemper in rebus dubiis conſuleretur.

Actius. V. Accius.

Activus, a, um, *che opera*, ἐνεργητικός, qui agit. Denominativum eſt a nomine actus, fictum a Grammaticis. Hinc Activa ſignificatio, & verbum Activum, quod, teſte *Priſciano lib. 8.* ſemper actum ſignificat, & facit ex ſe paſſivum. ¶ Activa Philoſophia apud *Senec. epiſt. 95.* Sic *Quintil. l. 2. c. 5.* activum opponit ſpectativo, ſive theoretico.

Actor, ris, m. 3. *operatore*, *facitore*, Gal. *acteur*, Hiſp. *actor*, qui aliquid agit. *Cic. pro Sext.* Et auctor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item

is, qui in judicio cauſam agit. *Cic. de Cl. Orat.* Et actori ſummo cauſarum, & magiſtro. ¶ Fere tamen ſumitur pro accuſatore. ¶ Actor etiam dicitur hiſtrio, qui fabulam agit. *Cic. ad Q. Fr.* Poetæ boni, & actores induſtrii in extremo actu ſolent eſſe diligentiſſimi. ¶ Item actor dicitur villicus, qui noſtras res curat, quem factorem ſolemus appellare. *Col. l. 1. c. 7.* Ita fit, ut & actor, & familia peccet. ¶ Actor publicus dicitur a Tacito pro ſervo publico, *l. 2. Ann. c. 30.* Mancipari, inquit, ſingulos actori publico jubet. Item a *Plin. epiſt. 19. l. 3.* ¶ *Pigene. de ſervis* Actorem a Villico ſeparat.

Actor, comes Herculis in expeditione contra Amazones. In eo bello vulneratus cum retro domum abire vellet, in itinere mortuus eſt.

Actorides, Patroclus nepos Actoris. Is enim ex Ægina, quam ei Jupiter a ſe vitiatam uxorem dederat, Menœtium genuit, Menœtius autem relicta Ægina Opuntem in Locros ſe contulit, & ibi Patroclum genuit. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 9. v. 29.*

Actrix, icis, f. 3. quæ agit, actionem inſtituit, *attrice*. *Lege 41. Cod. de liberali cauſa*. Jubemus, omnes epiſtolas actricis inanes, ac vacuas eſſe.

Actualis, activus. *Macrob. Som. Scip. l. 2. c. 17.* Actualium vigor virtutum.

Actuariolum, i, dimin. parva navis actuaria. *Cic. Att. l. 10. ep. 11.* Quid duro tempore anni actuariolo fore cenſes?

Actuarius, ii, m. *notajo*, [illegible], Germ. *auffzeichner*, *offenbarſchreiber*, Gal. *notaire*, Hiſp. *notario*, γραφεύς, ſcriba publicus, a conficiendis actis ſic appellatus, qui & Cenſualis dictus. V. *Lipſ. ad 5. Annal. Tacit. Suet. in Cæſ. c. 55.* Quam (orationem) exiſtimat magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam. ¶ Utebantur enim Actuarii compendio quorundam punctorum, & minutarum figurarum, quibus recitantis, aut legentis verba miro celeritate excipiebant. ¶ Actuarii etiam dicti, qui in agendis rebus, & adminiſtrandis negotiis occupantur, πρακτικοί. *Gloſſ. Vet. Obſerv. Perrar.* putat Sext. Aurelium Victorem in Gallieno hanc vocem accepiſſe pro dardanariis, qui in exercitu mercaturam annonæ faciunt, Ital. *vivandieri*, *incettatori*. Et in eundem ſenſum trahit locum ex *Æl. Spartiano*, *Tyrann. 5.*

Actuarius, a, um, agilis, ſive qui agi, & impelli facile poteſt, *leggiero*, *agile*. Actuaria navigia, quæ ſc. remis aguntur. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 27.* ¶ Abſolute actuarias, pro actuariis navibus dixit *Cic. ad Att. 5. ep. 9.* Actuariis minutis Patras accedere. ¶ *Actuarius* limes eſt, qui primus actus eſt, ab eo quintus quiſque, quem ſi numeres cum primo, erit ſextus, quoniam quinque centuriæ ſex limites claudunt. Actuarii autem extra maximos D. & K latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, ſicut per viam publicam debetur. Ita enim cautum eſt lege Sempronia, & Cornelia, & Julia. Quidam ex his latiores ſunt XII. pedibus, ut hi, qui ſunt per viam publicam militarem acti. Habent enim latitudinem viæ publicæ. Hæc tradita ſunt ab *Hygino in lib. de limitibus conſtituendis*. pag. 151. Goeſii.

Actum eſt, *è ſpedito*, *ſpacciato*, *finito*, πέπρακται, ſemper in malam partem accipitur, ut Actum eſt de Rep. id eſt, extincta, deſperata eſt. *Ter. in Andr. 3. 1. v. 7.* Actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat. Sic *Id. Heaut. 3. 3. v. 3.* Acta res eſt, perii. *Donat. in loc. Andriæ* monet, hoc ſecundum jus civile dictum eſſe, quo cavetur, ne quis rem actam apud Judicem repetat.

Actuoſe, adverb. πρακτικῶς. *Cic. 3. de Orat. c. 26.* Quam leniter, quam remiſſe, quam non actuoſe, *h. e.*, quam ſine vehementiori corporis motu, ac geſtu.

Actuoſus, a, um, adject. *attivo*, *artuoſo*, πρακτικός, qui in actione, & labore verſatur, cui opponitur otioſus, deſes. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 40.* Virtus actuoſa eſt, Deus autem veſter nihil agens. *Senec. de tranq. c. 3.* Vita actuoſa. ¶ *Actuoſi* dicuntur etiam hiſtriones, qui actibus, hoc eſt geſticulationibus dant operam, dum fabulas agunt. *Feſt.*

Actus, a, um, n. 1. 2. *finita*, *condotta a fine*, πεπραγμένος, completus. *Virg. l. 5.* His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ. ¶ Ponitur etiam pro Appulſus. *Virg. 2. Æn.* Seu tempeſtatibus acti. ¶ Pro infixus. *Virg. l. 9.* Viribus enſis adactus tranſadigit coſtas. ¶ Pro admotus. *Virg. l. 11.* Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. ¶ Pro coactus, & territus, ut Prodigiis acti cæleſtibus oſſa piabunt. *Virg.* ¶ *Actum agere*, proverbio dicitur pro Nihil agere. *Ter.* Actum agam. Quod enim, inquit *Donatus*, in jure ſemel judicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi non poteſt. ¶ Actus, tranſactus. *Cic. 5. Tuſc.* Eſt autem unus dies bene, & ex præceptis tuis actus. Sic acta vita. *Cic. pro Cluent.* ¶ Actus, agitatus, vexatus. *Virg. Æn. 7.* Quibus actus uterque Europæ, atque Aſiæ fatis concurrerit Orbis. ¶ Actum habere idem eſt, ac ratum habere. *Cic. Tuſc. 3. c. 21.*

Actus, us, m. *atto*, *azione*, πρᾶξις, id quod agitur. *Cic. 2. de leg. c. 11.* Non ſolum in rectis, ſed etiam in pravis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo. *Quintil. l. 11. c. 1.* In ceteris actibus vitæ &c. *Sen. ep. 8.* in actu mori. *morir operando*. ¶ Item impulſio, motus. *Lucret. l. 3. v. 471.* Galeas, & ſcuta virorum, Pilaque contorſit violento ſpiritus actu. ¶ Item ſemita inter agros poſita, qua armenta gregeſque, & vehicula aguntur; & differt ab itinere, quod iter eſt, quo quis pedes, vel eques commeare poteſt. Ita definit *Modeſtin. leg. 12. dig. de ſervit. præd. ruſt.* V. Via. Atque hæc intelligenda ſunt de viis, & ſemitis, quæ inter agros diverſorum dominorum ducuntur, nam in aliis locis hæ deſcriptiones, & differentiæ locum non habent. *Cic. pro Cæc. c. 26.* Aquæductus, hauſtus, iter, actus. *Feſtus* ſcribit actum eſſe iter inter vicinos quatuor pedes latum. ¶ Præterea actus dicitur certum agri ſpatium ſeu modus: eſtque duplex, minor, qui continet 120. pedes in longitudine, & 4. in latitudine; major, qui quaquaverſus 120. pedes habet, teſte *Varr. l. 1. R. R. c. 10.* Atque ita dictus eſt, quia in eo boves aguntur, cum aratur, uno impetu juſto, ut ait *Plin. l. 18. c. 3.* ¶ Sæpe actus ſumitur pro adminiſtratione, ſeu diſpenſatione, πραγματεία, *maneggio*, *amminiſtrazione*. *Vopiſc. in Caro c. 6.* Felix eſſet noſtra reſpub. ſi qualis eſt Carus, plures haberem in actibus collocatos. *Martian. leg. interdum, Dig. de publicanis.* Actum gerere. *h. e.* diſpenſatorem gerere, *aver' il maneggio*. Adde *Scævol. l. 40. dig. de ſtatu liber.* ¶ *Actus rerum* ſunt res gerendæ præſertim in rebus forenſibus. *Sueton. in Claud. c. 15.* Cum decurias actu rerum expungeret. *h. e.* a numero judicum rejiceret. *Id. in Ner. c. 17.* Cautum, ut rerum actu ab ærario cauſæ ad forum transferrentur. *h. e.* tempore judiciorum exercendorum. ¶ Præterea actus dicuntur geſtus, & motus corporis hiſtrionum, & ſaltatorum: ex quo ipſi *actuoſi* appellantur. ¶ Partes quoque Comœdiæ, & Tragœdiæ actus dicuntur. *Cic. de Senect. c. 2. & Feſt.*

Actutum, *di ſubito*, *incontinente*, [illegible], Ger. *iebling*, *alsbald*, Gall. *tout*, *ſoudain*, Hiſ. *preſto*, *luego*, αὐτίκα, adver. temporis, ab actu, ideſt celeritate derivatum. Significat enim confeſtim, ſine dilatione. *Ter. in Phor.* Aggredere actutum.

Acuarius, ii, m. qui acus facit, βελονοποιός. Quidam putant eſſe ſartorem qui lacera veſtimenta reſarcit, vel etiam nova conficit. *Inſcript.* apud *Fabrett. pag. 308.* Syntropho Attiani acuario.

Acula, parva acus, apud Cledon. vet. Grammaticum *pag. 1896. Putſch.*

Aculeatus, a, um, adject. ex aculeo, *acuto*, *aguzzo*, quod acumine pungit. *Plin. l. 10. c. 30.* Putant ex ſpinis aculeatis. ¶ Tranſlate etiam uſur-

 patur

Digitized by Google

ponitur pro mordaci. *Cic. Attic. l. 13. epiſt.* 18. Literæ aculeatæ.

Aculeŏlus, diminut. ab aculeus. *Martial. l. 8. epigr.* 71.

Aculĕus, i, m. 2. *pungolo*, דרבן. Gall. *pointe, ou aiguillon*, Hiſp. *el aguijon*, κέντρον, ſtimulus, vel ſpiculum, & proprie veſparum, apium, & ſimilium. *Colum. l.* 1. Infeſtis aculeis armata. *Cic. de Fin. l.* 5. Veſpas aculeis uti videmus. ¶ Item in herinaceis, & id genus animalibus, quæ ſpinis pungunt. *Plin. l. 8. c.* 35. Hiſtrici longiores aculei. ¶ Denique in herbis, & ſeminibus, quidquid attactu horridum eſt. *Id. l. 20. c.* 23. ¶ De ferramentis etiam intelligi poteſt. *Liv.* 38. *c.* 21. Aculeus ſagittæ. ¶ Eleganter ſumitur per tranſlationem. Sic, aculei contumeliarum, orationis &c. apud *Cic.*

Acūmen, n. 3. *acutezza*, חדוד, Gal. *pointe*, Hiſp. *agudeza*, ὀξύτης, ſubtilitas alicujus rei. *Lucret. l. 6. v.* 1191. Compreſſæ nares, niſi primoris acumen Tenue. ¶ *Auſpicium ex acuminibus* fuit militare, cujus mentionem facit *Cic.* 2. *de Divin. c.* 36. & 2. *de nat. Deor. c.* 3. & videtur fuiſſe illud, quod captabatur ex acuminibus pilorum, haſtarum, aliorumque telorum, ſi ſplendide emicarent, ſi non retuſa, non hebetia, ſi horrorem quendam videntibus incuterent. Ita *Turneb. l.* 23. *c.* 12. cui adſtipulatur *Dionyſ. Halicarn. l.* 5. Et alii pleriſque aſſentiuntur. ¶ Frequenter *acumen* invenitur poſitum pro ſolertia, aſtutia, ſeu calliditate: quemadmodum *Horat. l.* 1. *ep.* 17. dixit: Meretricis acumina. ¶ Uſurpatur & a *Cic.* de ſubtilibus Dialecticorum quæſtionibus, *l.* 2. *de Orat. c.* 38. Acuminibus ſuis ſe compungunt Dialectici. ¶ Item de tenuitate, & exiguitate ſtyli, ſeu de ſtylo infimo. *Cic. in Orat. c.* 6. Eſt quidam interjectus, medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum. *h. e.* tenuitate eorum, qui utuntur ſtylo ſimplici. Loquitur enim hoc loco *Cic.* de ſtylo mediocri, qui medius eſt inter infimum, & ſublimem. Ergo *acumen* hoc loco ſignificat tenue, exile, atque infimum dicendi genus, de quo *Id. Cic.* ſupra dixerat: & contra tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.

Acumĭnātus, a, um, *aguzzo*, quod acumen habet. *Plin. l. 18. c.* 35. Acuminatum cornu Lunæ.

Acumĭno, nas, a. 1. *aguzzare*, שנן, ὀξύνω, acutum facio. *Lact. de opificio, cap.* 7. Contextum ſpinæ a ſummo capite deductum acuminavit in caudam.

Acŭo, is, cui, cutum, *dare il filo, affilare, aguzzare*, שנן, Ger. *ſcherpffen*, Gall. *aiguiſer, affiler*, Hiſp. *agucar, aguzar*, ἀκονάω, ὀξύνω, proprie de falce, cultro, & hujuſmodi, quæ acui poſſunt, cui contrarium eſt obtundo, vel hebeto. *Cic.* 5. *Tuſc.* Serra acuitur. Sis acuere falcem *Colum. l.* 3. ferrum *Horat.* 1. *Od.* 11. mucronem *Virg.* 1. *Georg.* ¶ Per tranſlationem ſignificat incitare. *Cic.* 3. *Offic.* Duæ res illum acuebant, otium, & ſolitudo. ¶ Item irritare. *Virg.* 3. *Æn.* Primos acuiſſe furores. ¶ Item pro excitare. *Cic. in Brut.* acuere ingenium. *Id. in Orat.* acuere juventutem ad dicendum. ¶ Apud Grammaticos *acuere ſyllabam* eſt ei acutum accentum appingere. *Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Acupedĭus, a. 1. 2. ὀξύπους, cui præcipuum eſt in currendo pedum acumen. *Feſt.*

Acus, ci, m. 2. *Aguglia*, genus piſcis. Dicitur etiam acicula, & belone, & piſcis aculeatus. *Plin. l. 9. c.* 15. & *l. 32. c.* 11.

Acus, eris, n. gen. *pula*, purgamentum tritici, græce ἀποβλυσμα, ἄχυρον. *Varro de re ruſt. l.* 4. Acus ſubſternendum gallinis parturientibus. *Id. l.* 1. *c.* 52. ¶ Eſt etiam generis ſemin. *Colum. l. 2. c.* 10. Duriſſimæ quidem acus reſectæ, ſuparataque erunt. Niſi forte hoc ſit ab *acus, acus*, ut putat Paſſeratius.

Acus, us, f. 4. *ago*, מחט, ἀκίς, βελόνη, inſtrumentum eſt, quo veſtes ſarciuntur, item quo mulieres capillos diſcernunt. *Mart.* Obliqua producit acu. ¶ Paleæ etiam frumenti acus dicuntur a ſimilitudine acus, qua ſuimus. *Colum. l.* 2. Duriſſimæ acus reſectæ. ¶ Rem acu tangere, apud *Plaut. Rudent.* 5. 2. rem divinare eſt. ¶ Acum invenire, de accurata inveſtigatione dicitur apud *eund. Menæch.* 2. 1. ¶ Acu pingere. *Virg.* 9. *Æn.* & *Ovid. Metam.* 6. Acus in fibula ſit quod Itali dicunt *ardiglione*, ea nempe pars tenuis, & acuta, qua pars fibulæ in alteram infigitur. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14.

Acūte, adverb. *acutamente, ingegnoſamente*. Quod quamvis primo de aciu ferri dicatur, ſæpius tamen ad animum refertur, & ſignificat ſubtiliter, ingenioſe. *Cic. pro Cæl.* Si mihi acute, arguteque reſponderis. Acutius tractare. *Id. l. 2. de invent.* acutiſſime cogitare. *Id. Offic.* 1. ¶ Interdum de voce dicitur, ut Vox acute ſonans, apud *eund. in Somn. Scip.* ¶ Nonnunquam & de viſu: pro quo etiam dicitur, Acutum. *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. Tam cernis acutum.

Acutŭle, adverb. ab acutulus. *Auguſtin. Confeſ. l. 3. cap.* 7. Quaſi acutule movebar.

Acutŭlus, a, um, diminut. ab acutus. Tranſlate *Cicer.* 3. *Nat. Deor. c.* 7. Breves, & acutulas concluſiones.

Acūtus, a, um, o. 1. 5. *acuto, aguzzo*, שנון, Ger. *ſpitzig, ſcharpff*, Gal. *aiguë*, Hiſp. *agudo, aguzado*, ὀξύς, proprie de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene ſecat; cui hebes, vel obtuſum opponitur. *Plaut. in Mil. 2. v.* 5. Acutum culter probe. ¶ Item acutum eſt, quod in mucronem, ſive acumen deſinit, ut acutus palus, acutus angulus, acutum roſtrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro ſubtili, vel acri, ut acutum ingenium, acutus ſophiſta, acuta vox, item acuti oculi. *id eſt* clare cernentes. ¶ Acutus morbus dicitur, qui ſubitus ingruit, & vel brevi tollitur, aut ipſum tollit. *Celſ. in præfat.* ¶ Acutus etiam dicitur Sol, cum maximos calores diffundit. *Horat. l.* 1. *Epiſt.* 12. Cum ſemel accepit Solem furibundus acutum. *Idem l.* 2. *Od.* 9. acutum gelu dixit, quod *Virgil.* penetrabile. Et *l.* 2. *Od.* 19. aures acutas, id eſt, ad audiendum arrectas. ¶ Acutum pro acute adverb. *Id. lib.* 1. *Sat.* 3. Cernere acutum. *Id. ibid. ſat.* 8. Reſonare acutum.

Acylos, i, f. ἄκυλος, *ghianda del leccio*, ἄκυλος, glans, ſeu fructus ilicis: ita vocatus ab *Homero Odyſſ.* 2. *v.* 242. & eo nomine a glande diſtinctus. Ita refert *Plin. l. 16. c.* 6.

Acyrologia, impropria dictio, quam ἄκυρον appellat *Quintilianus l. 8. c.* 2. alii ἀκυρολογίαν. Acyrologia per ſe quidem vitium eſt, ſed figuræ rationem induit apud *Virgil. Ecl.* 7. vir gregis ipſe caper, *Æneid.* 4. tantum ſperare dolorem, pro *timere*, & alibi. Eadem ferme eſt, atque Abuſio, quam Græci dicunt κατάχρησιν. *Ser. ad Virg. Æn.* 4. *v.* 419.

Acys, V. Acis.

A ANTE D.

Ad, *A*, אל, πρὸς, παρά, præpoſitio eſt accuſativo caſui ſerviens, cujus proprie eſt uſus, cum motus ad locum ſignificatur, & maxime proximitatem ſignificat. Frequenter denotat motum ad rem, ut Ivit ad Rhenum, non autem in Rhenum. Hoc enim differt ab In, quod Ad ſignificat acceſſum ad terminum, In ingreſſum in terminum. Perſpicuum ex eo eſt, quod olim ad Urbem accedere dicebantur, qui triumphum ſibi decerni vellent, urbem non ingredientes, ne id jus amitterent. ¶ Elegans etiam eſt uſus hujus præpoſitionis pro apud, vel prope, vel juxta. *Cic.* Fuit ad me ſane diu. *id eſt* apud me. ¶ Interdum ponitur pro In. *Plaut. Amph. 1. 3. v.* 6. Summus imperator ad exercitum. *Cæſ.* 5. *B. G.* Totam hyemem ad exercitum manere decrevit. ¶ Pro circa. *Cic. Attic.* Ad quæ tempora tu expectem, fac me certiorem. ¶ Pro circiter. *Ter. Heaut.* Talenta ad quindecim coegi. ¶ Pro verſus, ut Ad Orientem, ad Meridiem, manus, vel oculos ad Cœlum tendere. ¶ Pro præ. *Ter. in Eun.* 2. 3. 69. Eſt ne, ut fertur, forma? P. Sane. Ch. At nihil ad noſtram hanc. ¶ Pro poſt. *Cic. Attic.* 12. *ep.* 46. Utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro propter. *Liv. lib.* 1. Cum boves quædam ad deſiderium relictarum mugiſſent. ¶ Pro præp. *pro*. *Cicer.* 5. *Verr.* Qui ad ſtatuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro ante, ut Ad limina expectare, ad pedes ſtare, vel ad Judicem. Pro præter. *Ter. in And.* Ad hæc mala hoc mihi accedit. Sic ad hæc, ad hoc. *Cic. pro Flac.* Ad hæc, prædia incenſa dedicaviſti, *hoc eſt*, præter hæc, præterea. *Flor. lib.* 2. *c.* 8. Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis aciem utrinque valluerat. ¶ Pro ſecundum, ſcilicet ſignificans ſimilitudinem, ut ad arbitrium, ad nutum alterius. *Cic. de Amic.* Ad iſtam faciem virum quæro. ¶ Pro quantum attinet. *Cic.* 3. *Verr.* Vidi forum adornatum, ad ſpeciem magnifico ornatu, ad ſenſum, cogitationemque acerbo. ¶ Pro uſque ad, vel uſque in. *Cic. in Catil.* In urbe ad hanc diem remanſiſſet. *Id. ad Attic.* Ad multam noctem contenderunt. ¶ Aliquando ſignificat contrarietatem, ut ad illum mihi pugna eſt, ſcil. contra illum. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 443. Clypeoſque ad tela ſiniſtris protecti objiciunt. *id eſt*, contra tela, ut expon. *Serv.* ¶ Aliquando rei uſum. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Hoc ad albicandam cutem utuntur. ¶ Aliquando cauſam, ut Ad quid hoc feciſti? ¶ Aliquando perfectionem. *Liv. l. 5. dec.* 3. Ad cinerem ambuſtus. *id eſt*, ita ambuſtus, ut in cinerem redigeretur. ¶ Aliquando officium, ut cuſtos ad limina, & ſervus ad manus, qui & a manu, & amanuenſis dicitur. *Cic.* Ad cyathos ſtare dicuntur. ¶ Jungitur & cum gerundiis in dum. *Ter.* Nec ſatis ad objurgandum cauſæ. ¶ Sunt aliæ quoque hujus præpoſitionis locutiones, ut Ad pedes deſilire, pro de equo deſcendere. ¶ Ad dextram, ad ſiniſtram id eſt ad manum dexteram, &c. *Ter.* Ad ſiniſtram hac recta platea. ¶ Ad extremum, ad poſtremum, ad ultimum, accipiuntur pro denique, poſtremo, tandem, & aliquando ſunt ordinis, vel temporis, aliquando nullius ſunt ordinis. ¶ *Ad ſummam* eſt, in ſumma, vel denique. *Cic. Att.* 10. Jurabant ad ſummam. ¶ Ad ſummum vero ad numerum, vel ad tempus refertur. *Cic.* Scies fortaſſe cras, ad ſummum perendie. ¶ *Ad verbum* idem eſt, quod de verbo ad verbum. *Cic.* Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas. ¶ *Ad unum* idem eſt, quod nullo excepto. *Liv.* Ad unum omnes occidit. ¶ Pro circiter, adverbialiter poſitum. *Cæſ. B. G. l.* 2. *c.* 33. Occiſis ad hominum millibus quatuor. *Liv. l. 35. c.* 20. Ad mille quingenti ad Conſules transfugerunt. ¶ Dicimus etiam, Ad lyram canere, Ad lucernam ſtudere. ¶ Ad nuntium, eſt audito nuntio. *Cic.* Ad eum nuntium commoti ſunt omnes. Simile eſt illud *Ovidii*, Mortua, crede mihi, tamen ad tua verba revixi. ¶ *Ad diem*, eſt die præfinito. *Cic. pro Cæcina*, Ad diem veni in caſtellum. ¶ Aliquando figurate uſurpatur cum genitivo, ut Senatus ad Apollinis habitus, *id eſt* ad templum Apollinis. *Cic. Philip.* 1. Pecunia utinam ad Opis maneret. *h. e.* in æde Opis. ¶ Conjungitur ſæpe cum uſque. *Sall. in Jug.* Uſque ad noſtram memoriam laboravare. ¶ Ceterum notandum eſt, cum Ad in compoſitione jungitur dictionibus incipientibus a literis c f g l n p s ſ t, mutari d in literam ſequentem, ut accurro, affero, aggrego, alligo, annumero, appono, arrogo, aſſilio, attribuo. Excipitur *agnoſco*, in quo d abjicitur, aut in g mutatur, ſicut in agnatus, euphoniæ cauſa, ſimiliter *adſum*, ubi d remanet. Sed ſi componatur cum a b d s h i o u, ſemper d integra manet, ut adamo, adbibo, adbrevio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, advoco. Si denique jungatur cum q, mutatur d in c, ut acquiro. *Anquiro* autem ab *am* fit, quod ſignificat circum.

Adactĭo, onis, f. 3. *l'indurre, lo ſforzare*, actus adigendi. *Liv. l.* 22. *c.* 38. Adactio jurisjurandi.

Adactus, us, m. 4. idem quod adactio. *Lucret. l. 3. v.* 1539. Exibant dentis adactus. *h. e.* morſus dentis evitabant.

Adactus, a, um, particip. ab adigo, vi impulſus, *ſpinto*, ἐπαχθείς, ἐναχθείς. *Plin. l. 16. c.* 40. Et ne iis quidem adactus avelli clavus queat. ¶ Idem quod infixus. *Virg. Aen.* 9. Sed viribus enſis adactus Transadigit coſtas. *Id.* 10. *Aen.* Vulnus alte adactum. *id eſt* profunde impreſſum. ¶ Item coactus. *Tacit. annal.* 14. *c.* 24. Carne pecudum propulſare famem adacti. ¶ Item ſubactus. *Stat.* 1. *Theb. v.* 19. Biſque jugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum. ¶ *Adactum tempus* apud *Lucret. l. 5. v.* 1224. eſt tempus quod advenit, ſeu vicinum eſt.

Adad, ſive Adadus, Aſſyriorum ſummus Deus, cui etiam Deam Atargatim uxorem aſſignabant: Per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes. Ex his enim duobus potiſſimum cuncta credebant procreari. *Macrob. l. 1. Saturn. c.* 23. *Plin. l. 37. c.* 11. ¶ Vox *Adad* Aſſyriorum lingua unum ſignificat.

Adæquatĭo, onis, f. 3. actus ipſe adæquandi. *Tertull. ad Nation. l. 1. c.* 1. Deficit adæquatio comparationis iſtius. Adde *c.* 1. *l. eod. c.* 15.

Adæque, adv. *parimente, egualmente*, Gall. *pareillement*, Hiſp. *ygual, y ſemejantemente*, ἐπίσης, peræque, pariter. *Plaut. in Caſ.* 3. 5. 43. Neque eſt quiſquam amator adæque miſer.

Adæquo, as, a. 1. *agguagliare*, השוה, Gall. *égaler, faire égal*, Hiſp. *ygualar*, ἰσάζω, æquo, hoc eſt complano. *Liv. l. 1. c.* 29. Omnia tecta adæquat ſolo. ¶ Significat etiam parem, vel ſimilem facere. *Cic. pro Cor.* Qui cum familiariſſimis ejus eſt adæquatus. *Id. de Univerſit.* Ut Deorum vitam poſſint adæquare. *h. e.* ad Deorum immortalitatem pervenire. ¶ Adæquare cum virtute fortunam, *h. e.* æque eſſe fortunatum, ac virtute præditum. *Cic. pro Arch.* ¶ Adæquare aliquem ſibi. *Tacit. l.* 12. *Annal. cap.* 60.

Adærătĭo, onis, f. 3. apud JCtos eſt æſtimatio rei alicujus ad æris pretium. *Leg. ult. Cod. de militari veſt.* & *Cod. Theodoſ. leg.* 30. *de erog. mil. annon.*

Adæro, as, are, ab æs, ἐξαργυρίζομαι, primo ſignificat per æra, & calculos ſummam colligere. *Frontin. in Fragm. Agrar. apud Rigalt.* Subjectas deinde extremitatum partes ad rectum angulum, noſtra poſtulatione, podiſmis ſuis adæramus. Ita hunc locum reſtituit *Salmaſ. in Exercit. Plin.* Ubi *podiſmis adærare* nihil aliud eſt, quam agri modum ſive ad menſuram pedum exigere, ſeu quot ager pedes faciat, computare. *Podiſmus* enim eſt pedalis menſura, quam alii *Pedaturam* vocant. ¶ Deinde ſignificat rem ære taxare, ſive æſtimare, *ſtimar a contanti*: hoc enim verbum ab ære deducitur. Ad æs revocare, Aggenus dixit apud *Rigal. p.* 70. Ita ſæpe invenitur in JCtorum lib. ¶ Denique eſt in rationes referre. V. *Æra*. Ita adæratum ſalarium dixit *Eumenius pro reſtaur. Schol. c.* 11. ubi emendat *Stat. 5. de emend. p.* 430. Alii leg. *adoratum*. ¶ Adærata prædia dicuntur, ex quibus æs certum præſtatur. *L. 1. Cod. de collat. donat.*

Adæſtŭo, as, are, *ondeggiare*, ὑπερκυμαίνω, ultra æſtuo, exundo. *Stat.* 5. *Thebaid. v.* 517. Squamiſque incitus adæſtuat amnis.

Adaggĕro, as, are, quaſi aggerem facio, cumulo. *Cato de R. R. c.* 94. Terram adaggerato bene. *Plin. l. 13. c.* 11. Ægyptus adaggerata Nilo. *Colu. l. 5. c.* 11. Terram circa arborem adaggerare.

Adagĭa, ad agendum apta. *Feſt.*

Adagio,

Digitized by Google

Adagĭo, onis, f. 3. idem ac adagium, ſed obſoletum. *Varro l. 6. L. L. & Auſon. in præfat. Technopægn.*

Adagium, ii, n. 2. *proverbio*, משל, Gall. *un proverbe*, Hiſp. *el refran*, παροιμία, proverbium. *Gell. in præfat.* Vetus adagium eſt.

Adagnitĭo, onis, agnitio, *cognizione*. *Tertullian. 4. adv. Marcion. cap. 28.* Revelatam, & adagnitio Dei.

Adalligatus, a, um, particip. ab adalligo. *Plin. l. 24. c. 19.* Herba adalligata lævo brachio. Et *l. 27. c. 10.*

Adalligo, as, are, ad aliquid ligo, *legare*, ut Adalligare aliquid alicui rei. *Plin. l. 20. c. 21.*

Adam, indeclin. & Adamus, i, m. 2. Ἀδάμ, primus Pater generis humani. Dictus eſt Adam, quaſi ruber, quoniam ex terra rubra effectus eſt. ¶ Prima hujus vocis ſyllaba communis eſt quantitatis. Producitur a *Prudent. in Apotheoſi, v. 1078.* & alibi. Corripitur ab *Auſon. Idyll. 1. v. 14.* ¶ Secunda quoque in *Adamus* fere longa eſt: corripitur tamen a *Tertull. in carm. de Geneſi, c. 2.*

Adamantĕus, a, um, o. t. 2. *di diamante*, adamantinus. *Ovid. 7. Meta. v. 104.* Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adamantĭnus, a, um, *adamantino, di diamante*, Gal. *fait de diamant*, Hiſp. *diamantino*, ἀδαμάντινος, quod eſt ex adamante. *Propert. l. 3. el. 11. v. 9.* Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros.

Adamantis, tidis, f. 3. herba magica. *Plin. l. 24. c. 7.*

Adămas, tis, m. 3. *diamante*, שמיר, ἀδάμας, lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab α privativa particula, & δαμάζω, domo, quod durisſimus credatur, & nulla vi domabilis. Quod falſum eſſe ſæpius compertum eſt. Nulla autem re facilius, quam hircorum calido ſanguine diſſolvitur. Sunt autem adamantum genera quatuor, Indicus, Arabicus, Macedonicus, Cyprius. Qui in India naſcitur, æque magnus eſt, ac nucleus avellanæ, cui ſimilis eſt Arabicus, ſed aliquanto minor. Qui in Macedonia, in Philippico arvo inventus eſt olim, cucumeris ſemini par eſt magnitudine. Cyprius colorem æreum repræſentat, & in medicamine plurimum valet. Eſt etiam adamas cognomine Siderites, quod ferrei ſit ſplendoris, cæteris adamantum generibus ponderoſior, ſed diſſimili natura, utpote qui frangatur facilius, & adamante aliquo perforetur, nempe Cyprio. ¶ Volunt quidam in adamante Indico, qui omnium pretioſiſſimus eſt, tantam ineſſe vim, ut juxta magnetem poſitus, ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena præterea, lymphationes, metuſque vanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Eſt & Adamas nomen Fluvii Indici, in quo lapis adamas reperitur. *Plin. l. 37. c. 5.*

Adamātor, oris, qui amat. *Tertull. de Hab. mul. c. 2.* Nihil ad caſtitatem adamatores potuerunt præſtare.

Adambŭlo, as, are, ambulo ad aliquem locum. *Plaut. Bacch. 4. 5.* Adambulabo ad oſtium. *Apuleius lib. 11. p. 261. edit. Elmenh.* Vidi aſinum adambulantem cuidam ſeni debili.

Adămo, mas, a. 1. *amare molto*, אהב, Gall. *aimer fort, aimer ardemment*, Hiſp. *amar como enamorado*, ἐρωτικῶς, amatorie amo. *Quint. Declamat. 28. c. 20.* Matres liberos ſuos tanquam adamaverint, amant. ¶ Interdum adamare eſt honeſte, & valde amare, & de quacunque re dicitur. *Cic. 3. de Orat.* Antiſthenes patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamarat. ¶ Eſt Plus, quam amare. *Senec. epiſt. 71.* Si virtutem adamaveris: amare enim parum eſt.

Adamplĭo, as, are, idem quod amplio, ſeu auctius amplio. *Vetus Inſcript. apud Grut. p. 128. n. 5.* Ædiculam vetuſtate corruptam adampliavit.

Adaperĭo, ie, ire, idem quod aperio, vel patefacio. *Plin. l. 2. c. 47.* Nubes diſcuſſæ adaperuere cœlum. *Senec. Epiſt. 55.* Adaperire caput.

Adapertĭlis, e, qui eſt apertu facilis, εὐάνοικτος. *Ovid. Triſt. l. 3. El. 11.* Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri.

Adapertĭo, onis. *Auguſt. QQ. 83. q. 61.* Legis adapertione, & diſputatione.

Adapertus, a, um, idem quod *apertus*. *Ovid. Amor. l. 1. El. 5.* Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ. *Liv. l. 25. c. 30.* Adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores. *Stat. l. 1. Theb. v. 396.* Adaperta fides, *h. e.* manifeſta.

Adăquo, as, a. 1. *adacquare*, השקה, Gallic. *abbreuver, ou arrouſer d'eau*, Hiſp. *regar*, ποτίζω, ex *ad*, & *aquo*, aqua reficio, irrigo. *Suet. in Calig.* Ubi adaquare ſolebat jumentum. *Plin. l. 17. c. 10.* Denis diebus adaquari. ¶ Adaquari apud *Hirt. l. 8. B. Gal. c. 41.* idem aſt quod aquari. Nec ſine periculo, inquit, poſſent adaquari oppidani.

Adarca, ſive adarce, ἀδάρκη, ſpuma arundinis, & ſalſilago quædam medicinæ utilis, naſcens a cortice arundinis paluſtris. *Plin. lib. 17.* ¶ Alii inter ſpecies ſinapis et herbam numerant, ex *Plin. l. 20. c. 22.*

Adarĕo, es, ui, n. 2. *ſeccarſi*, יבש, Gall. *devenir ſec*, Hiſp. *ſeccarſe*, idem quod arere, ſive exareſcere. *Cato de re ruſt. c. 98.* Ubi ea adaruerit.

Adăro, as, idem quod aro. *Plin. in Præfat. l. 13. nat. hiſt. ex perſona Pomonæ loquens.* Ex me parata omnia nec curvo adaranda aratro, nec cura laboranda. Alii aliter leg.

Adaſia, ovis recentis partus, ſed major natu. *Feſtus, Iſid.*

Adauctĭo, as, are, frequentat. ab adaugeo. *Acc. apud Non. c. 2. n. 52.* Patriam noſtram quondam adauctavit pater.

Adauctor, oris, qui adauget. *Tertull. de teſtimonio animæ c. 2.* Anima datorem ſuum novit, & tandem poſtremo adauctorem.

Adauctus, us, ui, verbale, incrementum, ἐπαύξησις. *Lucret. l. 2. v. 1120.* Nam quæcumque vides hilari grandeſcere adauctu.

Adaugĕo, es, xi, ctum, *accreſcere, aumentare*, רבה, Gall. *augmenter, accroître*, Hiſp. *acrentar*, ἐπαύξω, αὐξάνω, idem quod augeo. *Cic. pro Roſc. Amer.* Hæc maleficia aliis nefariis cumulant, atque adaugent. Adde *Terent. Heaut. 3. 1.*

Adaugēſco, is, eſcere, ἐπαυξάνομαι, adaugeor, creſco. *Cic. 2. Nat. Deor.* Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſis. *Lucret. l. 2. v. 296.* Nam neque adaugeſcit quidquam, nec deperit inde.

Adaxint, pro adegerim. *Feſt. Pomp.* ¶ Vel pro adigant. *Non. c. 2. n. 53.* Hinc *Plaut. Aulul. 1. 1. 11.* Utinam me dii adaxint ad ſuſpendium.

Adbĭbo, is, a. 3. idem, quod ſimplex bibo. *Ter. in Heaut.* Ubi adbibit plus paulo. ¶ Interdum eſt multum bibere. *Plaut. in Sticho.* Quando adbibero, alludiabo. ¶ Accipitur & pro imbibere. *Hor. 1. epiſt.* Adbibe puro pectore verba puer.

Adbĭto, vel adbeto, is, n. 3. ex ad, & beto, idem quod eo, is. *Plaut. Capt. 3. 4.* Si adbites propius, os denaſabit tibi mordicus.

Adblatĕro, as, idem fere quod blatero. *Apul. l. 9.* Has & ſimilas affanias fruſtra adblaterantee. Verum quidam aliter legunt.

Adcĭdo, pro accido, eſt *Ennii* apud *Varr. l. 6. L. L.* Cæſa adcidiſſet abiegna ad terram trabes.

Adclāro, vel Acclāro, as, a. 1. declaro, oſtendo. *Liv. l. 1. c. 18. referens verba veteris augurii.* Jupiter Pater, ſi eſt fas, Numam regem Romæ eſſe, uti tua ſigna adclaraſſis inter eos fines, quos feci. *h. e.* adclaraveris, vel adclares.

Adcognoſco, is, a. 3. prope cognoſco. *Petron. in ſatyr.* Riſit Trimalchio, &, adcognoſco, inquit, Cappadocem.

Adcorpŏro, as, are, adjungo, admiſceo. *Solin. c. 50.* Carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni, ægre ſeparetur. V. Accorporo.

Adcrēdo, is, ere, idem quod credo. *Horat. l. 1. epiſt. 15.* Tibi nos adcredere par eſt. *Plaut. Aſin. 5. 2.* Nec quidquam mihi poſthac adcredas. *Lucret. l. 3. v. 870.*

Adcrēſco, is, evi, etum, addor, adjungor. *Horat. de Arte poet.* Unde etiam trimetris adcreſcere juſſit nomen iambis.

Addax, m. 3. στρεψίκερως, nomen belluæ Africanæ, contortis cornibus. *Plin. l. 11. c. 37.*

Addĕcet, ebat, imp. 2. ἐμπρέπει, idem quod decet, *Plaut. Amph.* Ejus ſtudio ſervire addecet.

Addensĕo, es, ui, a. 2. *inſpeſſare, fare ſpeſſo, folto*: Gall. *épaiſſir*, Hiſp. *ſpeſſar*, ex ad, & denſeo, denſum facio, conſtipo. *Virg. 10. Æn.* Extremi addenſent acies. Verbum rariſſimum.

Addenſo, as, a. 1. *condenſare*, עבה חבר, idem, quod addenſeo. *Plin. l. 10. c. 21.* Aquam radice ea addita addenſari ſub dio, atque lacteſcere.

Addīco, cis, ixi, ictum, a. 3. *dare, donare, vendere, all' incanto*, מכר, Gall. *s'adonner, vendre par enchere, ou à l'encan*, Hiſp. *vender, almonedear, darſe en almoneda*, ἀποκηρύττω, ἐπιψηφίζω, ſignificat auctionem facere, hoc eſt, bona ſua proſcribere, & licitantibus tradere, & rem venalem ei, qui plus cæteris obtulerit, adjudicare. *Suet. in Cæſ.* Ampliſſima prædia addixit. ¶ Ex addicere, καταδικάζειν, Prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, ut in eum & vitæ, & necis haberet poteſtatem, cum ſolvendo non eſſet. Unde Addicti, καταδεδικασμένοι, ut eſt apud *Vallam l. 5.* Eſt enim unum ex tribus verbis Prætoriis, quæ ſunt hæc, *Do, Dico, Addico.* ¶ Ab hac forenſi ſignificatione refertur etiam ad alia. In diſciplina augurali aves dicuntur addicere, quando ratum faciunt auſpicium. *Liv. l. 27. c. 16.* Fabio auſpicanti aves non addixere. ¶ Addicere opus aliquod eſt locare faciendum. *Cic. 3. Verr.* Addicitur id opus ſeſtertiis 560. millibus. ¶ Addicere etiam ſententiam uſurpatur pro vendere. *Cic. Phil. 2.* Cum te Senatus de vendita, atque addicta ſententia movere non potuit. ¶ Addicere ſupplicio, morti, &c. elegans eſt pro damnare, deſtinare. ¶ Item addicere ſe cupiditatibus, intemperantiæ, &c. pro ſe dare, vel dedere. ¶ Addicere aliquem ad juſjurandum, eſt cogere, inducere. *Salluſt. in Catil.* Quum ad juſjurandum ſceleris ſui conſcios addiceret. Sed fortaſſe legendum, *adigeret*. ¶ Addicere litem, in 12. tab. eſt ſecundum aliquem judicare. *Gell. l. 17. c. 2.* Poſt meridiem præſenti litem addicito. ¶ Addicere rationibus, pro convincere, probare. *Cic. Par. 4.* Ego vero te non ſtultum, ut ſæpe, non improbum, ut ſemper, ſed dementem, & inſanum rationibus addicam neceſſariis. Qui tamen locus non caret varia lectione.

Addicte, adverb. ab addictus. Et compar. addictius. Affertur a Lexicographis quibuſdam locus *Taciti de Germ. c. 43.* ubi inquit: Paulo jam addictius regnantur, quam cæteræ Germanorum gentes. ſed meliores libri habent, *adductius*, quod vide.

Addictĭo, onis, f. 3. verb. ab addico. *Cic. 2. Verr. c. 4.* Bonorum, poſſeſſionumque addictio.

Addictus, a, um, nomen ex particip. *Horat. Epod. 17.* Feris alitibus, atque canibus addictus. h. e. expoſitus, objectus. *Cic. pro Cæl.* Addictum, deditum, obſtrictum vobis, ac liberis veſtris habebitis. *Horat. 1. epiſt.* Nullius addictus jurare in verba Magiſtri. *h. e.* coactus. ¶ Addictus uxori, hoc eſt uxorius, apud *Suet. in Claud. c. 29.* ¶ Addicti etiam fuerunt, quos lex ſervire creditoribus, donec ſolverent, jubebat. *Quintil. l. 7. c. 4. Gell. l. 20. c. 1.* ¶ Addictus denique nomen eſt Plautinæ comœdiæ deperditæ, ab eo in piſtrino ſcriptæ. *Varro apud Gell. l. 3. c. 3.*

Addiſco, ſcis, a. 3. *imparar bene*, למד, Gall. *apprendre*, Hiſp. *aprender bien*, προσμανθάνω, ad ea, quæ didiceram, addo. *Cic. 1. Off.* Avemus aliquid addiſcere. ¶ Item pro ſimpliciter diſco. *Id. 3. de Orat.* Atque velocius puer addidicerat.

Additamĕntum, ti, n. 2. *aggiunta*, מרבה, Gall. *ſurcroit*, Hiſp. *anadidura*, acceſſio. *Cic. pro Sex.* Intercellit Ligus ille, neſcio quis, additamentum inimicorum meorum.

Additĭtius, a, um. *Celſus Lege 98. ff. de verb. ſignif.* Cato putat, menſem intercalarem addititium eſſe.

Additĭo, onis, verbale, acceſſio, adjunctio. *Quintil. l. 9. c. 3.* Figurarum additio, atque abjectio.

Additus, a, um, o. t. 2. *aggiunto*, Gal. *ajoint*, Hiſp. *anadido*, προστεθειμένος, adjunctus. *Horat. carm. 2. ode 9.* Flumen gentibus additum victis. ¶ Quandoque ſumitur pro inimico. *Virg. Æn. 6.* Nec Teucris addita Juno uſquam aberit, ut Servius expon. Vide *Macrob. l. 6. ſaturn. c. 4.* ¶ *Addito tempore*, quod vulgo dicitur, ſucceſſu temporis. *Tacit. Ann. 12. 6. 4.* ¶ Addita ætate, id eſt aucta, adulta. *Plin. l. 11. c. 48.*

Addīvino, as, n. 1. *indovinare*, קסם, Gall. *deviner*, Hiſp. *adevinar*. *Plin. l. 35. c. 10.* Ex facie hominum addivinantem.

Addo, as, ad data, addo, προσδίδωμι, idem quod do, vel addo. *Plaut. in Truc. a. 5. v. 19.* Tuo arbitratu, quod jubebis, addabitur. Alii leg. *id dabitur*.

Addo, is, a. 3. *aggiungere*, הוסיף, Gall. *ajouter*, Hiſp. *anadir*, adjungo, προστίθημι, ex ad, & do, das. *Cic. Ap. Pulch.* Additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium, quam quicquam eſſe detractum. ¶ Addere animum eſt augere, *accreſcere*. *Plaut. Amph. 1. 1.* Noſtris animus additur. ¶ Eleganter inſervit connexioni. *Liv. l. 7.* Adde huc populationes agrorum, prædas hominum, &c. Sic, Adde quod. *Ovid. 2. de Ponto el. 9. v. 48.* ¶ Ponitur pro indere. *Virg. Æn. 9.* Dii ne hunc ardorem mentibus addunt? ¶ Item pro dare. *Plaut. Milit. 9.* Cui me cuſtodem addis herus meus? *Virg. Æn. 9.* Tum comitem Aſcanio Pater addidit. ¶ Addere ſe exemplis melioribus, h. e. exempla meliora ſequi. *Claudian. 4. Paneg. 12.* ¶ Addere pro prodeſſe. *Salluſt. Jugurt.* Quorum majores Punico, atque aliis bellis multum Reip. addiderant. ¶ Hoc verbum fere conſtruitur cum accuſat. & dat. ſed pro dativo habet ſæpe alterum accuſat. cum præpoſ. in, vel ad. *N. pos in Catone c. 2.* Multas res novas in edictum addidit. *Cic. 1. Off.* Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? ¶ Poſt accuſ. habet ablat. cum præpoſit. in, apud *Plin. l. 13. c. 3.* Addere in poto unguentum.

Addocĕo, as, a. 2. *inſegnare*, למד, Gall. *enſeigner*, Hiſp. *enſenar*, προσδιδάσκω. *Hor. L. 1. ep. 5. v. 18.* Sollicitis animis onus eximit, addocet artes. Al. tamen leg. *ac docet*.

Addormĭſco, n. 3. ישן, Gall. *s'endormir*, Hiſp. *adormecerſe*, ἐπικοιμάομαι, contrarium eſt ejus, quod eſt expergiſcor. *Sueton. in Claud. c. 8.* Quoties poſt cibum addormiſceret. Alii legunt, *obdormiſceret*.

Addubitatĭo, onis, verbal. idem ac dubitatio. *Nizolius* producit exempl. ex *Cic. 3. Offic. c. 4.* Quid eſt, quod nonnunquam addubitationem afferre ſoleat? Atque ita nonnulli libri; ſed caſtigatiores habent, *dubitationem*.

Addubitātus, a, um, dubitatus, dubius. *Cic. 3. Offic. c. 4.* Si plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali.

Addubĭto, as, a. 1. *dubitare*, ספק הלך, אני, Gall. *douter*, Hiſp. *dudar, ſer algo dudoſo*, ἀμφισβητέω, idem quod dubito. *Cic. in Orat. c. 40.* Ut addubitet, quid potius, aut quomodo dicat. *Id. 3. Offic. c. 4.* Addubitare in aliqua re. *Liv. l. 8. c. 10.* Addubitare, an, &c. *Id. l. 2. c. 4.* Addubitare de aliqua re.

Addūco, is, xi, ctum, a. 3. *condurre*. הביא, Gall. *amener*, Hiſp. *llevar*,

Digitized by Google

ſuist, προσάγω, ad aliquem, ſeu ad aliquid duco. *Cic. pro Quint. c. 6.* Ex Gallia pueros venales iſti adducebat. *Id. Attic.* 8. 11. Gentes armatas in Italiam adducere. *Nepos in Epamin. c. 3.* Adducere aliquem ad aliquem. ¶ Specialiter ponitur pro conciliare alicui ſcortum. *Nepos, Tibull. Ovid.* ¶ Eſt etiam afferre, *apportare*. *Horat. l. 4. od. 12.* Adducere ſitim. *Plin. l. 30. c. 15.* Adducere tædium vini. ¶ Significat præterea ad ſe trahere, tendere, *tirare*. *Liv. l. 9. c. 10.* Adducere lorum. *Virg. Æn. 5. v. 507.* Adducere arcum. *Id. 1. Georg. v. 483.* Satis miſeros adduxerat artus. *h. e.* contraxerat, & macie confecerat. ¶ Item redigere, *ridurre*. *Cic. pro Quint. c. 5.* Adducere aliquem in ſummas anguſtias. *Nepos in Eumen. c. 10.* Adducere ad deſperationem. ¶ Item conjicere, ducere. *Cic. 3. Offic. cap.* 20. Adducere aliquem in invidiam falſo crimine. *Terent. Heaut.* 5. 2. 42. Adducere aliquem ad miſericordiam, *muovere a compaſſione*. *Cic. Verr. 5. c. 61.* Adduci in ſermonem, *far parlare di ſe*. ¶ Item movere, impellere, inducere, *indurre*. *Cic. de prov. Conſul. c. 26.* Adducit ad ſuſpicandum. *Id. Fam. 2. ep. 10.* Non poſſum adduci, ut, &c. *Id. Fam. 13. ep. 54.* Adduci commendatione. ¶ Item afferre, allegare, *addurre*. *Modeſtin. Dig. 27. 1. 16.* Poteſt quis illam rationem adducere. ¶ *Adduce* pro *adduc* in imperativo eſt *Terentii*, & *Plauti*. ¶ *Adduxti* pro *adduxiſti* itidem *Terentius* eſt.

Adducte, adverb. comparat. adductius. *Tacit. de Germ. c. 43.* Adductius regnare. *hoc eſt* ſeverius, & ſtrictius. *Auſon. in gratiar. act.* Nemo adductius jacula contorſit.

Adductor, oris, m. qui ad aliquem ducit. *Vetus Epigramma Petronii Afranii*. Oracule conſueta lenandi callidus arte, Corpus adductor conjugis eſſe ſuæ. *h. e.* ejus libidinum auctor, ejus pudicitiæ proſtrator.

Adductus, a, um, particip. *condotto*. *Salluſt. in Catil. c. 49.* Adductus ad Senatum. *Curt. l. 8. c. 6.* Adductus in regiam. *Id. ibid. c. 10.* Adductæ moles. *h. e.* advectæ, admotæ. ¶ Item tractus, *tirato*. *Ovid. 8. Metam. v. 776.* Adducta funibus arbor corruit. ¶ Tranſlate *Salluſt. in Jug. c. 91.* Adductus in ſpem. *Cic. de clar. Orat. c. 18.* Signa Myronis ſatis ad veritatem adducta. *h. e.* eo perducta ſubtili artificio, ut veritatem ſatis exprimant. ¶ Item redactus, *ridotto*. *Cic. de Amic. c. 5.* Adductus in anguſtum. ¶ Item impulſus, inductus, *indotto*, *ſpinto*. *Cic. in Partit. c. 14.* Præmio, gratia adductus. ¶ Eſt etiam adjectivum, & idem eſt ac extenſus, *teſo*, *tirato*. *Cic. 2. Tuſcul. c. 24. de tormentis bellicis*. Ea graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta, atque adducta vehementius. *Virg. Æn. 5. v. 507.* Adductus arcus. ¶ Item contractus. *Capitolin. in Vero, c. 10.* Frons in ſupercilia adductior. *Suet. in Tiber. c. 68.* Adductus vultus. ¶ Tranſlate ſeverus, rigidus, *ſevero*, *ſoſtenuto*. *Tacit. Ann. 14. c. 4.* Modo familiaritate juvenili Nero, & rurſus adductus, quaſi ſeria conſociaret. ¶ Item contractus, *ſtretto*, *riſtretto*. *Tacit. Ann. 10. c. 7.* Adductum, & quaſi virile ſervitium. Al. leg. *addictum*. *Plin. lib. 1. ep. 16.* In concionibus eadem, quæ in orationibus, vis eſt, preſſior tamen, & circumſcriptum, & adductior.

Addux, it, pro addideris, it, dixere Veteres, teſte *Feſto*.

Adduplico, *a. 1.* *addoppiare*, כפל, Gall. *redoubler*, Hiſp. *doblar*, idem, quod duplico. *Plaut. in Pæn.* Adduplicabit omne furtum.

Admovĕo, a. 2. *porre appreſſo, appreſſare*, קֵרַב, Gall. *approcher*, Hiſp. *allegar*, προσάγω, juxta moveo, appono. *Virg. 3. Ecl.* Necdum illis labra admovi. ¶ Abſolute pro admovere exercitum, ſeu copias videtur eſſe apud *Tacit. lib. de morib. Germ.* Non Samnis, non Pœni, ne Parthi quidem ſæpius admovere. Sic legit Rhenanus. Al. Admonuere. ¶ Dicimus autem admovere ad aliquam rem aliquid, & alicui rei, ut paſſim exempla occurrunt. ¶ Significat etiam adhibere. *Cic. pro Sext. c. 5.* Admovere ſtimulos alicui. *Id. 4. Tuſcul. c. 38.* Admovere curationem ad aliquem.

Admugĭo, a. 4. ἐπιμυκάομαι, proprie de duobus dicitur, cum aliorum mugitibus reſpondent. *Ovid. 1. de art. am. v. 279.* Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.

Admulcĕo, es, *accarezzare*, idem quod mulceo. *Pallad. in Mart. tit. 12. de bubus domandis*. Sed a fronte accedens bubulcus admulceat.

Admurmuratĭo, onis, f. 3. ἐπιθορυβεῖν, approbatio, applauſus, cum ſcil. populum murmure quodam applaudit concionanti, &c. *applauſo*. *Cic. pro Lege Manil.* Veſtra admurmuratio facit, ut agnoſcere videamini, qui hæc fecerint. Adde *ad Q. Fratr. l. 2. epiſt. 1.*

Admurmŭro, a. 1. ἐπιθορυβέω, ſubmiſſo quodam murmure applaudere dicenti, & quaſi ejus dictum approbare, ut fieri ſolet a corona populi in concionibus, & in foro judiciali. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Admurmurante Senatu. ¶ Significat & murmurare obſtrepere, murmure refragari, & indignationem oſtendere. *Cic. 7. Verr.* Quam valde univerſi admurmuraverint, quam palam contradixerint.

Admutĭlo, as, avi, are, a. 1. idem quod mutilo, ſc. plagis afficio, & dilacero. *Plaut. Perſ.* Me uſque admutilaſti ad cutem. ¶ Tranſlate *Idem Capt. 2. 2. v. 19.* Si frugi eſt, uſque admutilabit probe. *De tonſore emungente ſenem*.

Adnaſcor, d. 3. προσφύομαι, proprie dicitur, quod naſcitur in re aliqua præter id, quod ei naturale, & proprium fuerat. *Plin. l. 26. c. 44.* *Gell. l. 9. c. 10.* V. Agnaſcor.

Adnăto, as, a. 1. *nuotare a qualche luogo*, ad aliquem locum nato, προσνήχομαι. *Plin. l. 8. c. 25.* Uni ei inſulæ crocodili non adnatant.

Adnavĭgo, vel Annavigo, προσπλέω, a. 1. ad locum aliquem navigo. *Plin. l. 35. c. 10.* Rhodum cum Apelles adnavigaſſet.

Adnĕpos, otis, m. *quarto nipote*, ἀπέγγονος, quartus nepos, abnepotis, vel abnepotis filius, & refertur ad atavum. *Cajus Dig. 38. 10. 1.* & *inſcript. apud Fabret. cap. 10. n. 88.* ¶ Scribitur & *atnepos*. ¶ Fœmininum eſt *adneptis* apud *Cajum ibid.*

Adnicto, as, n. 1. *cennare, far cenno con gli occhi*, ὀφθαλμίζω, ἐποφθαλμιάω, ... , ſæpe, & leviter oculis annuo. *Feſt.* Adnictat ſæpe, & leviter oculis annuit. *Nævius ibid.* Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

Adnitor. V. Annitor.

Adno, as, are, a. 1. שׂחה, Germ. *hertzu ſchwimmen*, eſt natando aliquo pervenire. *Virg. 6. Æn.* Paulatim adnabam terræ.

Adnŏto. V. Annoto.

Adnōtus, a, um, o. 1. 2. valde notus. *Suet. de illuſtrib. Grammat. c. 1.* Quos docuiſſe, adnotum eſt.

Adnubĭlo, as, are, a. 1. προσσυννεφέω, nubila immitto, *annuvolare*. *Stat. Silv. lib. 5. carm. 1. v. 149.* Velis adnubilat aura ſecundis. *Ammian. lib. 27. cap. 14.* Virtutem ejus adnubilabant actibus pravis.

Adnūto, vel Annūto, as, n. 1. frequent. ab annuo. *Plaut. Merc. 2. 3. 100.* Mihi etiam nunc adnutat. *Apul. l. 10. A. A. ſub fin.* Adnutante capite cœpit incedere.

Adnutrĭo, is, a. 4. *nutrire*, יָנַק, idem quod nutrio. *Plin. l. 17. c. 23.*

Adobrŭo, is, a. 3. *ſotterrare*, קָבַר, Ger. *uberſallen oder bedecken*, Gal. *couvrir de terre, enterrer*, Hiſp. *enterrar*, terra multa ſepelio, ex ad, & obruo. *Col. l. 2. c. 11.* Jaciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

Adoleſfactus, a, um, *abbruciato*, incenſus, ut arbores adoleſfactæ, in *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 121.*

Adolĕo, es, ui, & evi, ultum, a. 2. proprie eſt augere, *accreſcere*. *Virg. Ecl. 8.* Verbenaſque adole pingues. Ubi *Serv.* Adole, id eſt incende. Sed κατ' εὐφημισμὸν dicitur. Nam adole, eſt, auge. ¶ Igitur ſignificat etiam cremare, incendere, *abbruciare*, θυμιάω. *Id. Æn. 1. v. 705.* Flammis adolere Penates. Ubi idem *Serv.* Adolere eſt colere: ſed Adolere proprie ſignificat augere. In ſacris adolere per bonum omen dicitur: nam in aris non adolentur aliqua, ſed cremantur. Hactenus *Serv.* Eſt autem adolere (ut ſcribit *Nonius*) verbum proprie ſacra reddentium, quod ſignificat votis, aut ſupplicationibus numen auctius facere, & quaſi odorem diis præbere. Quoniam vero ſacrificium igne fieri conſuevit, adolere pro urere, ſeu igni imponere capitur. ¶ Adolere pro olere. *Plaut. Caſin. 2. 3. 19.* Unde hic amabo unguenta adolent. Al. leg. *abolent*, alii *olent*.

Adoleſcens, entis, adject. *creſcente*, creſcens. *Tertull. ad Nation. l. 1.* Adeo quotidie adoleſcentem numerum Chriſtianorum ingemitis. *Ammian. l. 22. c. 18.* Boryſthenes concurſu multorum omnium adoleſcens. ¶ Hinc comparativ. adoleſcentior. *Cic. Fam. l. 9. ep. 8.* Noſti in illius adoleſcentioris Academiæ. *h. e.* impudentiam novorum Academicorum.

Adoleſcens, entis, 3. ſubſtant. *giovine, giovinetto*, ἔφηβος, νεανίας, juvenis. Eſt autem maſcul. & fœm. gen. *Cic. Offic. 1. c. 34.* Eſt Adoleſcentis majores natu vereri. ¶ Adoleſcentes a Veteribus ab anno XV. uſque ad XXX. & amplius appellatos, auctor eſt *Cenſorinus de die natal. c. 14.* Hinc *Livius* Tarquinios adoleſcentes appellat, qui jam mariti erant: Sic *Cæſar lib. 2. B. C. c. 38.* Curionem Tribunum pl. *Liv. l. 30. c. 30.* Scipionem annum jam XXIX. excedentem. Ac vel annis XXX. majores eſſe adoleſcentes, oſtendit *Manutius ad Cic. l. 2. Fam. ep. 1.* ¶ *Plinius* vult adoleſcentem dici ab anno XII. qui finis eſt pueritiæ, uſque ad ann. XXI. quamdiu ſc. creſcit,

Digitized by Google

ſcit, & primam lanuginem producere incipit. *Pattus in Lex. crit.* animadvertit, viros quoque appellari *adoleſcentes* à majoribus natu ex *Terent. Phorm.* 2. 3. 14. & ex *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 22. & 4. 7. 58.

Adoleſcentia, æ, f. 1. prima ætas hominis poſt pueritiam. V. in Adoleſcens, בחורים, Ger. *jugent*, Gall. *adoleſcence*, Hiſp. *mocedad*, Ital. *adoleſcenza*, *giovinezza*. *Cic. de ſenect.* Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quam pueritiæ adoleſcentia obrepit? *Idem in Top.* Adoleſcentia flos ætatis.

Adoleſcentior, aris, d. 1. obſoletum verb. pro nondum ſatis habere modeſtiæ. *Varro in Non. c.* 2. *n.* 55. Id quidem ut facias cenſeo, nam tu quoque adhuc adoleſcentiaris.

Adoleſcentŭla, æ, f. 1. *giovinetta*. *Terent. Andr.* 1. 1. Forte unam aſpicio adoleſcentulam.

Adoleſcentŭlus, i, m. 2. diminut. ab adoleſcens, *giovinetto*, μειράκιον. *Cic. pro Domo ſua*. Imberbis adoleſcentulus. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. Medea fecit ex ſene adoleſcentulum.

Adoleſcenturio, uris, ire, n. 4. adoleſcentum more facio, ſive in adoleſcentiam redeo, *far da giovine*, μειρακιεύομαι. *Laber. apud Non. cap.* 2. *n.* 46. Incipiunt adoleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere.

Adoleſco, is, lui, & levi, adultum, n. 3. *creſcere*, גדל, Gall. *croiſtre*, Hiſp. *crecer en edad*, αὐξάνομαι, ab adoleo, ſignificat ætate augeri, & non ſolum de hominibus, ſed de brutis quoque, & ſtirpibus dicitur. *Plaut. Caſin. prol.* 47. Ad aliquam ætatem adoleſcere. *Velle.* 2. 30. 6. Adolevit in tantum numerus. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 73. Vix credibile memoratu, quantum ſuperbiæ, ſocordiæque adoleverit Vitellio. ¶ Interdum eſt in ſacrificiis incendi, vel augeri, ut de *adoleo* dictum eſt. *Virg.* 4. *Georg.* Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.

Adonēus, a, um, o. 1. 2. ad Adonidem ſpectans. *Auſon. in monoſyl. c. de cibis*. Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus ſus. ¶ *Adoneus* etiam Arabum genti dictus eſt Bacchus, qui nunc Adonis.

Adonĕus, i, m. idem ac Adonis. *Plaut. Men.* 1. 2. 35. & *Apul. l.* 2. *Met.*

Adonia, orum, n. 2. ἀδώνια, feſta Adonidi dicata. *Ammian. l.* 22. *Hiſt. cap.* 9. (*al.* 24.)

Adōnis, dis, m. 3. *Adone*, אדון, filius Cynaræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ, quem Venus in deliciis habuit formoſitate præcellentem. Hic apri dente ſub inguine percuſſus, interfectuſque, a Venere in florem Adonium creditur converſus. *Ovid.* 10. *Metam.* ¶ Adon Græce ſuavitas dicitur. Et quia myrrha odore ſuavis eſt, Adonidem dicitur genuiſſe. Ideo autem a Venere amatum dicunt, quod hoc genus pigmenti ſit valde fervidum. ¶ *Macrobius lib.* 1. *Saturn. cap.* 21. accepit Adonidem pro Sole. ¶ Mercopolus ἄδωνιν nomen ab ἄδω, quod eſt cano, derivatum putat. ¶ Eſt item piſcis hoc nomine. *Plin. l.* 9. *c.* 19.

Adonium, ἀδώνιον, herbæ ſpecies, quam quidam ex Adonidis ſanguine ortam tradunt: quidam eandem eſſe, ac Anemonem. ¶ Sumitur etiam pro Adonidis ſimulacro, & pro luctu ſacro, quo Adonidis mortem plangere mulieres ſolebant. ¶ Eſt etiam genus carminis conſtans dactylo, & ſpondeo, ut *Terruit orbem*, *Viſere montes*. Eo utebantur in feſtis Adonidis. *Serv. de metr.* apud *Putſch. pag.* 1820.

Adopertus, a, um, *coperto*, opertus. *Liv. lib.* 1. *c.* 26. Capite adoperto. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 145. Adopertus cucullo.

Adopīnor, aris; dep. 1. idem quod opinor, *penſare*. *Lucret. l.* 4. *v.* 814. Deinde adopinamur de ſignis maxima parvis.

Adoptabilis, e, adject. *In Cod. Juſtin. lib.* 11. *tit.* 11. *leg.* 1. Quod in cultu, ornatuque noſtro ſacrum, & adoptabile eſt, id facere privata temeritas non præſumat. *h. e.* aſſumi, ſeu adhiberi poteſt.

Adoptatio, onis, f. 3. actus adoptandi, vel idem, quod adoptio, *adottazione*, apud *Gell. l.* 5. *c.* 19. Sic & apud *Plin. Paneg. c.* 5. Quem pax, & adoptatio, & tandem exorata terris numina dediſſent.

Adoptatitius, o. 1. 2. *figliuolo adottivo*, Gall. *adoptif*, Hiſp. *el hyo del adoptando*, θετός, υἱοποιητός, qui in adoptionem venit. *Plaut. in Pæn.* 5. 2. 100. ¶ Item ex adoptato filio natus. *Feſtus*. ¶ Talem *adoptaticium* vocant *Iſid. gloſſæ*.

Adoptator, oris, m. 3. qui adoptat, *adottatore*. *Gell. l.* 5. *c.* 19. Pater adoptator.

Adoptātus, a, um, o. 1. 2. nomen ex partic. *adottato*, qui in adoptionem venit. *Velle.* 2. 104. Adoptatus Agrippa. ¶ Translate *Colum. lib.* 10. *v.* 38. Mitis adoptatis curvetur frugibus arbor. *de frutti d' incalmo*. ¶ Item exoptatus, *bramato*. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 21. Quorum mihi fuit adventus adoptatiſſimus. Ita meliores omnes libri, præſertim Palatini codd.

Adoptio, onis, f. 3. verbale per ſyncop. factum ab adoptatio, υἱοθεσία, *adottazione*, aſſumptio alieni filii in ſuam familiam, atque adeo in locum filii. *Cic. pro Domo ſua*. Adoptio ſancta eſt, quæ beneficia naturæ, & juris imitatur. ¶ De jure adoptionis conſulantur *Juriſconſulti*, & *Gell. l.* 5. *c.* 19. & *Manut. de legib. Rom.* ¶ Translate *Plin. l.* 16. *in prooem.* de inſitione dixit. Pomiferæ arbores, ſive illæ ultro, ſive ab homine didicere blandos ſapores adoptione, & connubio.

Adoptivus, a, um, o. 1. 2. υἱόθετος, qui ex adoptato natus eſt, aut etiam qui in adoptionem venit, ut filius adoptivus. *Gell. l.* 5. *c.* 19. ¶ *Cic. pro Domo ſua*. Neque amiſſis ſacris paternis, in hæc adoptiva veniſti. *hoc eſt* in ſacra adoptatoris tui.

Adŏpto, as, a. 1. *adottare*, לקח לו לבן, Ger. *an Kindsſtatt auffnemmen*, Gal. *adopter*, Hiſp. *adoptar*, υἱοθετεῖν, eſt in filii locum aſciſcere. *Nepos in Attic. c.* 5. Teſtamento aliquem adoptare. *Plaut. Pæn. prol. v.* 76. Adoptare ſibi aliquem pro filio. ¶ Interdum eſt generaliter eligere. *Cicer. in Verr.* Quem ſibi illi defenſorem ſui juris adoptavit. ¶ Adoptare ſe alicui, eſt ſe adjungere, *accompagnarſi*. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Qui ſe Cæſaris libertis adoptaſſet. ¶ Adoptare ſibi nomen, eſt alienum nomen aſſumere. *Martial. l.* 1. Sic adoptare herbam aliquam, de ſuo nomine eam vocare. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Invenit & Lyſimachus herbam lyſimachiam, quæ ab eo nomen retinet. Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in quibus Artemiſia uxor Mauſoli, adoptata herba. ¶ *Ovid.* venuſte hoc verbum ad inſitionem tranſtulit, *de remed. amor. l.* 1. Fac, ramum ramus adoptet.

Ador, indeclinab. vel ador, ŏris, farris genus, *edor* quondam appellatum ab edendo, teſte *Feſto*, vel quod uratur, ut fiat toſtum, unde in ſacrificiis mola ſalſa efficitur. Genitivus extat apud *Auſon. monoſyl. c. de cibis*. Mox ador, atque adoris de polline pultificum far. *Gannius* vero Poeta vetus genitivum modo corripuit, modo produxit. Unde *Scalig.* exiſtimat, veteres in neutro, *ador*, *adŏris*, & in maſcul. *adōris* dixiſſe, ut *decus*, *ŏris*, & *decor*, *decōris*.

Adorabilis, le, o. 3. adoratione dignus, *adorabile*. *Apul. l.* 11. *Metam.* Adorabile beneficium.

Adoratio, onis, f. 3. actio adorandi, *adorazione*, προσκύνησις. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus. *Apul. l.* 11. *A. A.* Venerem religioſis adorationibus venerabantur.

Adorator, oris, m. 3. verbal. qui adorat, *adoratore*. *Tertull. de Spectac. c.* 8. Si Serapeum ſacrificator, & adorator intravero.

Adorātus, a, um, *adorato*, *pregato*, προσκυνηθείς. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 449. Venit adoratus caduciſer. *h. e.* rogatus. *Lucan. lib.* 6. *v.* 245. Magnus adorato ſubmittat Cæſare ſigna.

Adorĕa, æ, f. 1. *l' entrata, che ſi ricava dalle campagne*. Veteres dixerunt adoream, omnem ex agris proventum. Unde poſtquam præmium militibus, parta victoria, frumentum fuit, *adorea* pro laude, & gloria accipi cœpta eſt, *gloria*, *lode*, *o premio della vittoria*. *Horat. l.* 4. *carm. od.* 4. Ille dies, qui primus alma riſit adorea. ubi *adorea alma* dicitur laus altrix virtutis. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Gloriam denique ipſam, a farris honore, adoream appellarunt. *Plaut. Amph.* 1. 1. *v.* 38. Præda, atque agro, adoreaque populares ſuos affecit. ¶ Putant aliqui laudem bellicam ideo adoream dici, quod victores a victis adorarentur.

Adoreum, i, n. 2. idem quod *ador*, frumenti *ſc.* genus, quo populus R. trecentis ab U. C. annis victitavit. Unde etiam Imperatores, re bene geſta, hoc frumenti genere a populo ſolebant donari. *Plin. l.* 18. *c.* 8.

Adorĕus, a, um, o. 1. 2. adject. ab adoreum, vel ador: ut far adoreum, vel ſemen adoreum, quod idem eſt ac ador. *Varro R. R. l.* 1. *Colum. l.* 2. *c.* 6. ¶ Adorea liba, e farre facta, quibus in ſacrificiis utebantur. *Virg. Æn.* 7. *v.* 109.

Adordior. V. *Adorſus*.

Adorio, activ. 4. pro adorior. *Nev. lib.* 3. *belli Pun.* apud *Priſcian. lib.* 8. Hercule proficiſcente tunc ipſos adoriant.

Adorior, iris, vel oreris, adortus ſum, d. 4. *aſſaltare*, עלה, Ger. *anfallen*, *ſchnell angreiffen*, *oder anfharen*, Gal. *aſſaillir*, Hiſp. *arremeter*, ἐπιτίθεσθαι, eſt repente, & ex inſidiis aliquem invadere, aggredi, ab eo, quod corpora aggredientium exurgant ſubito, atque increſcant. Atque hoc modo maxime ad rem bellicam pertinet. *Liv. l.* 1. Ne civitatem vis aliqua externa adoriretur. ¶ Differunt tamen, inquit *Donatus*, adorior, & aggredior, quia aggredimur de longinquo, adorimur de propinquo. ¶ Dicimus etiam adoriri aliquem extra inſidias. *Terent. Adelph.* 3. 3. *v.* 50. Adorter jurgio fratrem apud forum, de pſaltria hac. ¶ Denique adoriri ſignificat, facere aliquid, conari, dare operam, aggredi. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 51. Ne convellere adoriamur ea, quæ non poſſunt commoveri. ¶ Pro ſimpliciter incipere, *cominciare*. *Cic. Attic. lib.* 16. *ep.* 2. Ἐπιμελῶς, ſi Brunduſium ſalvi, adoriemur, *h. e.* ſcribere incipiemus. ¶ *Adoriri aliquem* interdum eſt alloquendi cauſa ad eum accedere. *Terent. Heaut.* 4. 5. 9. Ceſſo hunc adoriri? ¶ Particip. *adortus* V. infra ſuo loco.

Adornāte, adv. idem quod ornate, *ornatamente*. *Suet. de Rhet. cap.* 6. Declamabat ſplendide, atque adornate.

Adornatus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. inſtructus, paratus, *fornito*, *preparato*. *Tacit. An.* 1. 52. 2. Equos venatui adornatos ſiſtere. *Velle.* 2. 2. Tantis adornatus virtutibus.

Adorno, as, are, a. 1. *ornare*, idem quod orno, ſed venuſtius, ut adornare aliquem inſigni veſte. *Liv. l.* 1. *c.* 20. ¶ Interdum eſt præparare. *Terent. Eun.* 3. 5. Continuo hæ adornant, ut lavet. *Plaut. Epid.* 5. 2. 25. Tragulam in te injicere adornat. Sic adornare bellum. *Liv. l.* 10. *c.* 38. Adornare naves. *Cæſ. B. G. l.* 1. *c.* 26.

Adōro, as, avi, atum, are, a. 1. *adorare*, סגד, השתחוה, Ger. *anbetten*, Gal. *adorer*, Hiſpan. *adorar*, προσκυνεῖν, ex *ad*, & *ore* factum. Hic enim habitus adorantium erat, ut dextram ad os referrent, & totum corpus circumagerent, ut docet *Plin. l.* 28. *c.* 2. Priſcianus ab *ador* derivat. Valla ab *oro*. Sed primum etym. rectius. ¶ Apud antiquos ſignificabat agere. Unde & Legati adoratores dicti, quod res populi agerent. *Feſtus*. ¶ Significat autem primo venerari, quod fiebat, ut dictum eſt, dextera ori admota, addito oſculo, corpuſque circumagendo. Idque non tantum apud Deos, ſed apud alios etiam fiebat, quos honoratos vellent. *Vetus Epigram. de Pantomimo*. Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat. *Suet. Ner. c.* 12. Citharam a judicibus delatam adoravit. ¶ Atque hæc adorandi actio mutis quoque animalibus tribuitur. *Plin. l.* 8. *cap.* 1. Elephanti regem adorant, genua ſubmittunt. ¶ Interdum adorare eſt compellere, alloqui, & ſalutare. Sic apud *Apul. l.* 2. & 3. *Metam.* Adorare populum, eſt ad populum verba facere. *Stat. præfat. l.* 3. *Silv.* Quem ſtatim ut videram, his verſibus adoravi. ¶ Adorare pro ſimpliciter orare dixit *Propert. l.* 1. *eleg.* 4. Maneat ſic ſemper, adoro. Et *Virg. Æn.* 10. Volens vos Turnus adoro. Et *Levius l.* 6. *c.* 15. Pacem Deum adorare. ¶ Adorare purpuram Principis, eſt illam manu reverenter tangere. *l.* 1. *C. ſi quis ſervum*. Et *l.* 7. *C. qui milit. poſſ.*

Adorſus, a, um, *chi ha principiato*, particip. ab *ordior*, & *ad* præpoſit. *Gell. l.* 9. *c.* 2. Qui tyrannum interficere adorſi erant. *Apulej. in Florid.* 9. Id quod facere adorſus ſum.

Adortus, a, um, *chi ha aſſaltato*, particip. verbi adorior. *Nepos in Lyſandr. c.* 3. Dodonam adortus eſt. ¶ Paſſive *aſſaltato*. *Aurelius* apud *Priſcian. l.* 8. Ab his Galli adortos ex inſidiis, plurimos necatos.

Adoſcŭlor, aris, idem quod oſculor. *Dictys Cretenſ. lib.* 2. Manus adoſculari, & contingere genua.

Adpatŭlus, a, um, patulus. *Varr. lib.* 6. *L. L.* *Omnia adpatula*. Sunt qui hunc locum corruptum putant.

Adpectoratus, a, um, pectori admotus. *Solin. c.* 26.

Adplōro, V. Apploro.

Adplumbātus, vel applumbatus, a, um, o. 1. 2. plumbo conglutinatus, *impiombato*. *Ulpian. Dig.* 19. 1. 17. Epiſtomia fiſtulis adplumbata. *Scribon. Larg. compoſ.* 271. Vaſe operto, & adplumbato.

Adplŭo. V. Appluo.

Adpoſco, vel apposco, is, adpopoſci (retinet enim geminationem) a. 3. idem quod poſco. *Horat.* 2. *epiſt. v.* 100. Si plus adpoſcere viſus. *Terent. Heaut.* 4. 7. *v.* 10. Talenta dotis appoſcent duo.

Adpoſtŭlo, as, idem quod poſtulo. *Tertull. de monogam. c.* 10.

Adprĕcor, aris, atus ſum, ari, dep. 1. idem quod precor. *Hor.* 4. *od.* 15. Rite Deos prius adprecati.

Adprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. imprimo, premo. *Plin. l.* 20. *c.* 15. Penicillis fervens adprimitur faſciis. ¶ Particip. *appreſſus*. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 21. Scutum pectori appreſſum.

Adprimus, V. Apprimus.

Adpromitto. V. Appromitto.

Adpugno, as, a. 1. contra pugno, ſeu oppugno. *Tacit.* 2. *An. c.* 81. Piſo claſſem adpugnare fruſtra tentavit. Adde *Ann.* 4. *c.* 81. & 15. *c.* 13.

Adpulſus, us, m. V. Appulſus.

Adquo, *ſino a quanto*, *ſino a qual ſegno*, quoad, quantum. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 23. Ut ſcire poſſis, adquo te expediat loqui. *Id. ibid.* Iratus eſſem, adquo liceret.

Adrādo, is, ſi, ere, a. 3. ἀποξύω, idem quod rado, vel abrado, *radere via*. *Columel. de arborib. cap.* 8. Ne medullam lædas, adradito. Et *l.* 5. *R. R. c.* 11. Qua adraſeris.

Adramyttēnus, a, um, ad Adramyttium pertinens. *Cic. pro Flac. c.* 13.

Adramyttium, & Adramytteos, *Landramiti*, urbs E. marit. Troadis, ad M. Idæ radices, inter Antandrum, ad Bor. 31. M. P. & Elæam urb. Æolidis in Auſtrum 5n. a Pergamo 52.

Adrapĭdus, a, um, o. 1. 2. *Gell. l.* 12. *c.* 5. Videmus hominem febri ſimul adrepida (h. e. celerrimo pulſu, & vires rapiente) affligari. Al. leg. *rapida*.

Adraſtius, a, um, o. 1. 2. adject. ab Adraſtea. *Ammian.* 14. 58. Adraſteo pallore perfuſus. *h. e.* ita perterritus, ut quaſi a Nemeſi agitari videatur.

Adra-

Digitized by Google

Adraſia, æ, fœm. 1. [illegible], regio non longe a Troade, quæ eſt Myſia, ab Adraſto Rege dicta, qui primus Nemeſi, ideſt fortunæ templum ædificavit, Adraſtiamque vocavit. Ibi etiam eodem nomine civitas fuit, qua diruta, lapides tranſvecti ſunt, & ibi ara ædificata, Hermocreontis opus magnitudine, & pulchritudine memorabile.

Adraſtia, vel Adraſtea, ſeu Nemeſis, fingitur Neceſſitatis, ac Jovis filia, ſcelerum ultrix, cujus vindicta nullo modo poſſit vitari. Ejus ſedem Ægyptii Theologi ſupra Lunam conſtituerunt, ut inde velut Regina, & arbitra hæc inferiora deſpectaret. *Virg. in Ciri, v. 239.* Ut ſcelere in tanto, quod nec finit Adraſtia, Lædere utrumque uno ſtudeas errore parentem. *Apulei. de Mundo.* Adraſtea, eademque ineffugibilis, &c.

Adraſtis, idis, f. Adraſti filia. *Stat. 12. Theb. v. 678.*

Adraſtus, i, m. 2. [illegible], nomen Regis Argivorum, qui fuit filius Thalaonis, & Eurymones. Hic, cum duas haberet filias, Argiam, & Deiphilen, in ſomnis viſus eſt alteram leoni, alteram apro uxorem dare. Quare cum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos veniſſent, illa apri, hic leonis pelle tectus, inſomnii ſui memor, utrumque ſibi generum adſcivit, Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum utroque genero Thebas profectus, ut Polynicem ab Eteocle fratre excluſum in Regnum reduceret, magno accepto detrimento, in patriam reverſus eſt.

Adraſus, a, um, o. 1. 2. idem quod abraſus, vel raſus. *Horat. l. 1. ep. 7. v. 50.* Adraſum quendam vacua tonſoris in umbra.

Adremigo, as, avi, atum, n. 1. remigare ad aliquem locum. *Florus l. 3. c. 7.* Cretes portubus ſuis adremigarunt. *Adde l. 2. c. 8.*

Adrēpo, pis, n. 3. *accoſtarſi pian piano a qualche coſa, inſinuarſi*, [illegible], Ger. *herzu Kriechen*, Gall. *ramper, marcher en rampant, s'approcher à petit pas*, Hiſp. *gatear, andar a gatas, allegarſe de eſpacio*, [illegible], ad aliquid repo. *Plin. l. 35. c. 10.* Ad matris mammam adrepens infans. ¶ Per metaphoram, pro paulatim accedere. *Cic. in Verr.* Quibus rebus ad iſtius amicitiam adrepſerat.

Adreptans, antis, adrepens, accedens. *Plin. l. 35. c. 10. a med.* Pinxit nobiles Bacchas, adreptantibus Satyris.

Adria, vel Hadria, æ, f. 1. *Atri*, Col. & urbs E. Piceni, in Aprutio, patria Hadriani Imp. ¶ Fuit item Adria, vel Atria, *Adri, Adria*, urbs E. Venetiæ, in ora, a Ravenna 30. M. P. Venetias verſus totidem, ex qua mare ſuperum Atriaticum, poſtea Adriaticum dictum eſt. ¶ Sumitur & *Adria* pro ipſo Adriatico ſinu, & tunc maſculini generis eſt, quem improbum, & inquietum appellat *Horat. 3. carm. 3. & 9.*

Adriăcus, a, um, o. 1. 2. idem quod Adriaticus. *Propert. lib. 3. el. 20.* Adriaci vehor æquoris hoſpes.

Adrianālis, le, o. 3. adject. ad Adrianum pertinens. Legitur in *Vet. Inſcrips. apud Fabret. pag. 454.*

Adrianus, a, um, o. 1. 2. idem quod Adriaticus, ab Adria. *Cic. in Piſ. c. 38.* Ultima Adriani maris oras petivit.

Adriatĭcus, a, um, o. 1. 2. adject. ab Adria, unde Adriaticum mare, quod & Atriaticum, & Hadriaticum, & Adriacum, & Adrianum dicitur. Idem appellatur etiam mare Superum. Ital. *Golfo di Venezia*. Eſt autem ſinus ille maris mediterranei, qui inter Lacinium extremum Italiæ, & Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpit. Dictum eſt Adriaticum ab Adria urbe Venetiæ, dictum eſt mare Superum, ſive quod Italiam ab Oriente alluat, ſive quod ex Urbe eo tendentibus Apenninus ſuperandus ſit. Perfundit Illyricum, Iſtriam, Venetiam, Galliam Togatam, Picenum, Aprutium, Apuliam, & Salentinos. *Plin. l. 3. c. 5.* Sinus maris Adriatici.

Adrōgo. V. Arrogo.

Adrūmo, as, n. 1. *far romore*, rumorem facio, ſive commurmuro, a rumine parte gutturis. *Feſtus.*

Adrŭo, is, a. 3. Adruere terram, eſt eam verſando aliquo impellere, & adaggerare. *Varr. l. 1. R. R. c. 35.* Terra adruenda pulvinos facere. Al. aliter leg.

Adſcalpo, is, a. 3. idem quod ſcalpo. *Apul. lib. 6. Metam.* Adſcalpens aurem dexteram.

Adſciſco, vel Aſciſco, is, ivi, itum, ere, a. 3. aſſumo, adjungo, accerſo, appeto, *aggiungere, prendere*, [illegible], Ger. *aufnemmen, an ſich nemmen, zu ſich beruffen*, Gall. *prendre, ou appliquer a ſoy, s'attribuer, uſurper, & prendre pour ſoy*, Hiſp. *llamar, traer, attribuir*, [illegible], ut adſciſcere ſibi ſocios. *Caeſ. 1. B. G. c. 5. Cic. pro Arch.* Adſciſci in numerum civium. *Liv. l. 33. c. 21.* Adſciſcere ſibi nomen regium. *Cic. 2. Catil. c. 4.* Adſciſcere aliquem ad fœdus. *Sueton. in Claud. c. 39.* Adſciſcere aliquem in nomen familiæ.

Adſcitus, a, um, o. 1. 2. accerſitus, receptus, contrarius nativo. *Cic. Verr. 4. c. 51.* Sacra ab exteris nationibus adſcita. *Corn. Nepos de Attico c. 3. n. 2.* Amitti civitatem Romanam, alia adſcita: i. e. acquiſita. *Idem ib. c. 4. n. 1.* Lepor ſermonis in eo nativus, non adſcitus. ¶ In alio *Cic. 5. de Fin. c. 7.* Alii cenſent primum voluptatis adſcitum doloris vacuitatem, & primum declinatum dolorem: *aſcitus* videtur eſſe ſubſtantivum, quod ſignificet appetitionem, acceſſitum.

Adſcribo. V. Aſcribo.

Adſellāre, alvum exonerare. *Veget. de re veterin. l. 1. c. 12.* Deinde ſale, & melle mixtis, in anum infunde, ut adſellandi augeat voluntatem.

Adſeneſco, is, n. 3. ſenex fio. *Tertull. in exhort. ad caſtit. cap. ult.*

Adſĕro, & Aſſero, is, ſevi, ſitum, a. 3. idem quod ſero, vel juxta ſero. *Varr. lib. 1. R. R. cap. 22.* Neque propter cupreſſos adſerunt vites. *Adde Caton. R. R. cap. 34.* ¶ Alia ſignificatione V. *Aſſero*.

Adſiſtrix, cis, f. 3. ab adſeſſor. *Afranius Fratris, & Nonius.*

Adſibilo, as, avi, atum, a. 1. idem quod ſibilo. *Auſon. Moſell. v. 258.* Aura crepat, motoque adſibilat aere ventus. *Adde Stat. 7. Theb. v. 578.*

Adſignifĭco, as, a. 1. *ſignificare*, [illegible], Ger. *bedeuten, anzeichen*, Gal. *ſignifier*, Hiſp. *ſignificar*, idem, quod ſuum ſimplex. *Var. 2. de re ruſt. 11. & apud Gell. l. 10. c. 1.*

Adſipĕre, & præſipere, [illegible], & [illegible], dicebant antiqui a *ſapiendo*: ſicut nos quoque dicimus ab æquo iniquum, a quærendo inquirere. Hæc *Feſtus*.

Adſitus, a, um, *piantato vicino*, juxta ſatus. *Varr. l. 1. R. R. c. 16.* Vitis adſita ad olus. ¶ Item juxta poſitus. *Auſon. in Moſell. v. 335.* Atria viridantibus adſita pratis.

Adsŏno, & Aſſono, as, ui, o. 1. *riſonare*, ad ſonum alicujus reſpondeo. *Ovid. Met. 3. v. 507.* plangentibus adſonat Echo. ¶ Cum accuſativo *Apul. l. 11. Met.* Ut canoræ aviculæ concentus ſuaves adſonarent.

Adſpuo, is, adſpui, utum, uere, a. 3. *ſputare contra, o addoſſo ad alcuno*, [illegible]. *Plin. l. 28. c. 4.* Si dormiens ſpectetur infans, a nutrice terna adſpui.

Adſtipŭlor. V. Aſtipulor.

Adſtitŭo, is, a. 3. *porre appreſſo, appreſſare*, [illegible], juxta ſtatuo. *Auctor. ad Heren. l. 3. c. 25.* Faciemus reum, ad lectum ejus adſtituemus. *Adde Plaut. Cap. 4. 2. 66.*

Adſtrangulātus, a, um, o. 1. 2. *ſtrangolato*. *Minuc. Felix in Octav. c. 30.* Pilos adſtrangulatos elidere.

Adſtringo, V. Aſtringo.

Adſtruo, V. Aſtruo.

Adſuctus, a, um, *ſucchiato*. *Lucret. l. 4. v. 1187.* Et tenet adſuctis humectans oſcula labris.

Adſudaſſit, vel aſſudaſſit, pro adſudaverit, *Plaut. Caſin. 2. 6. 9.* Stimulus ego ſum tibi, eo quod cerculum adſudaſſit jam ex metu.

Adſum, ades, adſui, adeſſe, *eſſer preſente*, Ger. *gegenwertig ſeyn*, Gall. *être prez, être preſent*, Hiſp. *eſtar cerca, o preſente*, [illegible], præſens ſum, vel prope ſum. Nam adeſſe etiam dicitur, quod paulo poſt futurum eſt, aut quod adventat. Unde dicimus, adeſt Scipio, cum jam in itinere eſt, vel non longe abeſt. *Cic. 3. Off.* Bellua ad id ſolum, quod adeſt, ſe accommodat. ¶ Conſtruitur etiam cum dat. vel abl. mediante in. *Cic. in Phil.* Omnibus his pugnis Dolabella adfuit, *trovarſi*. *Idem pro Planc.* In illa concione non adfuerunt. ¶ Quandoque adeſſe eſt favere, vel præſidio eſſe, *ſoccorrere, ajutare*, cui contrarium eſt deeſſe. Adeſſe amicis. *Cic. de ſenect. Liv. l. 1. belli Pun.* Pueri, feminæque adſunt. Sic *adeſſe cauſæ* dicuntur advocati, & amici. ¶ Quandoque accedere, *accoſtarſi, venire*. *Virg. Ecl. 9.* Huc ades, o Galatea. ¶ Interdum eſt ſubſiſtere, ſive manere, *reſtare, fermarſi*. *Plaut. in Aul.* Iſtic adeſto. ¶ Interdum habere, *Velles. 2. 61. 1.* Nullis aderat vis ad reſiſtendum. ¶ Pro expertis. *Terent. Adelph. 1. 1.* Jam nunc times, quaſi nunquam adfueris? ¶ Pro ineſſe. *Plaut. Amph. 2.* Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. ¶ Dicitur etiam, adeſſe apud aliquem. *Plaut. Amph.* Apud te adſum Soſia. ¶ Adeſſe animo, vel animis eſt favere. *Cic. pro Syll.* & adeſſe animo, pro forti animo eſſe. *Id. in ſomn. Scip. c. 1.* Ades, inquit, animo, & omitte timorem. ¶ Et pro intentum eſſe alicui rei. *Id. Philip. 8.* ¶ In adſum ſervatur d triplici ratione, differentiæ cauſa ab abſum, euphoniæ cauſa, quod plenius ſonet adſum, quam aſſum, poſtremo, quod ipſa verbi declinatio d reperit, tanquam in ſuum naturale principium revertens. Veteres tamen *Aſſum* dicebant, ut patet ex *Plaut. Pan. 1. 2. 67.* Unde *Aſſas* dicebant nutrices, quod adſiat iis, quos nutriunt, nec ab eis vel exiguo tempore divellantur. ¶ *Adſiem, es*, &c. pro *adſim, is, it*, frequens eſt apud Comicos. ¶ *Adforem, es*, pro *adeſſem, es*, &c. *Virg. 1. Æn. 576.* ¶ *Adfore* pro adfuturum eſſe, *Cic. Fam. 9. ep. ult.*

Adsŭo, & Aſſuo, is, a. 3. ad aliquam rem ſuo, conſuo. *Horat. de ar. poet. v. 15.* unus & alter aſſuitur pannus.

Adſuſpirans, antis, ſuſpirans. *Apulej. l. 4. Metam.* Fletibus ejus adſuſpirans anus.

Adtermino, as, are, a. 1. terminis circumſcribere, definire. *Arnob. l. 3. p. 107.* Deos ſilo adterminatis humano.

Adtabernalis, m. 3. *taverniere*, [illegible], habitator continuæ tabernæ, quod genus domicilii antiquiſſimum Romanis fuiſſe, teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Unde etiam tecta caſtrenſia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tantum dicuntur. Hæc *Feſtus*.

Aduatici, populi Belgii, quorum urbs Duacum, *Douay*, Academia Flandrorum, inter Atrebates 7. leuc. & Tornacum 8. a Cameraco 5. in Boream, Inſulam verſus, ad Scarpam Fl. Sed alii Duacum urbs eſt Caturigorum, Aduatici vero in Brabantia locantur, in Comitatu Namurcenſi, cujus caput Namurcum, vel Boſcum Ducis, *Boſleduc*, apud Moſam Fl. ubi recipit Sabim, in Hollandiæ, & Geldriæ confinio, ab Antuerpia 12. leuc. in Ortum.

Advectĭo, onis, f. 3. *condotta, il condurre, a portare*, [illegible], actus advehendi. *Plin. 9. c. 54.* Famem longæ advectionis a Brunduſio compeſcere in Lucrino.

Advectitius, a, um, o. 1. 2. aliunde advectus, *condotto, o portato d'altronde*. *Salluſt. B. Jugurth. c. 44.* Vinum advectitium.

Advecto, as, are, a. 1. [illegible], frequent. ab adveho. *Tacit. Ann. 6. 13.* Rei frumentariæ copiam advectare.

Advector, oris, m. 3. qui advectat, vel advehit. *Apulej. in Florid. n. 21.* Advectorem ſibimet equum deligunt.

Advectus, us, ui, m. 4. idem quod advectio. *Tacit. 4. hiſt. c. 84.* Hæc de origine, & advectu Deæ celeberrima.

Advĕctus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. *condotto, apportato d'altronde*. *Virg. Æn. 5.* Claſſis advecta. *Cic. 2. Phil. c. 31.* Ciſio celeriter ad urbem advectus. *Id. 2. de Divin. c. 40.* Cariæ Cauno advectæ.

Adveho, is, xi, ctum, ere, a. 3. *condurre, portare da uno a un altro luogo*, [illegible], Ger. *herzufuren*, [illegible], adduco, affero. Dicimus autem advehere, vel advehi navi, vehiculo, equo, & alio quovis modo. Et tam de perſonis, quam de rebus. *Cic. 3. Offic.* Magnum frumenti numerum Rhodum advehere. *Liv. l. 4. B. P.* Impoſitoque, quem ſecum adveheret, milite. *Sulpic. ad Cicer. Fam. 4. ep. 12.* Piræeum navi advectus. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Tacit. 2. Annal. c. 45.* Arminius equo colluſtrans cuncta, ut quoque advectus erat, recuperatam libertatem oſtentabat. ¶ *Advexe* pro *advexiſſe* eſt apud *Plaut. Men. 2. 2. 61.*

Advelitatĭo, onis, f. 3. jactatio quædam verborum, figurate ab haſtis velitantibus. *Feſtus.* V. Velitor, & Velitatio.

Advēlo, as, [illegible], idem, quod velo. *Virg. 5. Æn. v. 246.* Advelat tempora lauro.

Advĕna, æ, communis gen. *foraſtiere*, [illegible], Ger. *ein frembder, auſſlander*, Gal. *eſtranger*, Hiſp. *eſtrangero*, [illegible], qui non eſt civis, aut inquilinus, ſed externus. Et proprie, qui ex uno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt, advenæ dicuntur: convenæ, qui ex pluribus locis. *Ter. in Heaut.* Eſt a Corintho hic advena anus paupercula. Sic exercitus advena, apud *Virg. Æn. 7. v. 38.* & mancipium advena *Priſcian. l. 6. 1.* ¶ Advenas æſtatis dixit *Plin. l. 10. c. 23.* ciconias, & grues.

Advenĕror, aris, d. 1. *riverire*, [illegible], Ger. *in ehren halten*, [illegible], veneror. *Var. de R. R. l. 1. c. 1.* Adveneror Minervam, & Venerem.

Advenĭo, is, eni, entum, n. 4. *arrivare*, [illegible], Ger. *herzu kommen*, Gal. *venir, arriver*, Hiſp. *venir, llegar*, [illegible], ad locum aliquem venio. *Ter. in Eun.* Si forte huc advenerit. ¶ Interdum ſignificat accidere. *Cic. Phil. 11.* Eſt enim ſapientis, quid homini accidere poſſit, præmeditari, ferendum modice, ſi advenerit, eſſe. ¶ Advenerunt litteræ, pro allatæ ſunt. *Suet. Veſp. n. 7.* ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Virg. Æn. 1. v. 388.* Tyriam qui adveneris urbem.

Adventitius, a, um, o. 1. 2. *venuto d'altronde, avventiccio*, Ger. *frembdling, der anderſwo herkommer*, Gal. *forain*, Hiſp. *advenedizo*, [illegible], quidquid quacumque occaſione, vel ratione aliunde nobis accedit. Hinc adventitia bona, [illegible], quæ non ex recta ſucceſſione, puta patris, aut avi, ſed ex legatis, aut aliter caſu aliquo nobis obveniunt. *Cic. 3. Ver.* In re adventitia, neque hereditaria tam diligens eſſet. ¶ *Adventitia cœna* eſt, quæ peregre advenientibus ſtatuitur apparabatur. *Sueton. in Vitell. c. 13.* ¶ Adventitio opponitur innatum, & inſitum. *Cic. Top.* Innata, atque inſita aſſumpta, & adventitia.

Advento, tas, n. 1. *approſſimarſi, avvicinarſi*, [illegible], Ger. *herzukommen*, [illegible], appropinquo. *Cic. Cat.* Nondum erat auditum, te ad Italiam adventare. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Tacit. 6. Ann. c. 44.* Propinquus Seleuciæ adventabat.

Adventor, oris, m. 3. verbale ab advento, quilibet homo externus, id eſt qui nobis non ſit domeſticus, vel etiam hoſpes, ſeu conviva adveniens. *Plaut.* 2.7. v. 54. Si æquum facias, adventores meos non incuſes. Adde *ibid.* 1. 2. v. 2. & *Aſin.* 2. 2. v. 92. & *Apulej. l.* 10. *Metam.*

Adventorius, a, um, o. t. a. quod advenienti cuipiam offertur. Unde adventoria epiſtola, apud *Mart. in præfat. l.* 12., quæ adventanti amico mittitur obviam.

Adventus, a, um, o. 1. 2. particip. ab advenio. Loca adducta a *Palmerio tom.* 4. *Pacis Grit. p.* 652. examinat *Voſſius de analog. p.* 203. Prior locus eſt *Terent. And.* 5. 2. v. 1. Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi. Sed *Voſſius* legit, ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. Alter *Comici* locus eſt *Phorm.* 1. 3. v. 2. Ubi in mentem ejus adventi venit, *id eſt* patris, qui advenit. Sed *Voſſius* ait, adventi eſſe genit. ſubſtantivi adventus 2. declinat. pro quarta. Tertius locus eſt *Salluſt. B. Jugurth. c.* 91. Multo ante lucem adventum. Sed *Voſſius* reperit, multa ante lucis adventus.

Adventus, tus, m. 4. *venuta*, ביאה, *παρουσία*, verbale ab advenio, & proprie expectatorum, neceſſariorumque dicitur. *Ter. in Eun.* Salutant, adventum gratulantur. *Cic. in Piſon. c.* 22. Quid dicam adventus meos. ¶ *Adventus*, i, m. 2. V. voce præcedenti.

Adverbĕro, ras, a. 1. *battere grandemente*, *μαστιγόω*, vehementer verbero. *Stat.* 9. *Theb. v.* 686. Adverberat unguibus armos.

Adverbialĭter, per adverbium. *Diomed. Grammat. l.* c. *Priſcian. l.* 16. & *Aruntius Celſ.* apud *Chariſ. l.* 2.

Adverbĭum, ii, n. 2. *avverbio*, *ἐπίῤῥημα*, quaſi juxta verbum dicitur, quia in oratione prope verbum ponitur. Nec enim poteſt verbi vis ſignificantius ſonare, niſi jungatur adverbium, ut, Bene, vel male dicit, Feliciter navigat. Unde *Donatus* adverbium ſcripſit eſſe partem orationis, quæ adjecta verbo ſignificationem ejus explanet, atque impleat. Uſurpat hanc vocem *Gell. l.* 3. *cap. ult.*

Adverĕor, eris, idem quod vereor, vel magnopere vereor. *Attius* apud *Non. c.* 4. *n.* 121.

Adverſarĭa, orum, n. pl. 2. *giornale*, *libro de' ricordi*, Ger. *manual*, *o der handbuch*, Gall. *papier*, *journal*, *minute*, Hiſp. *el borrador*, *e libro de memoria*, *ἐφημερίδες*, diaria, ideſt tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perſcribebantur, ne memoria rerum excideret, ut ex iis poſtea tabulæ juſtæ, & æternæ fierent. Exactores enim rationum tabulas codicem appellabant. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 2. Si eandem vim habent adverſaria, quam tabulæ, quid attinet codicem inſtituere? ¶ Dicta ſunt autem adverſaria, quod cum Veteres ex altera tantum libri ſcribente parte, in his etiam a tergo ſcribebant; unde & opiſthographa, *ὀπισθόγραφα* dicta ſunt ab ὄπισθεν, & γράφω.

Adverſarĭa, æ, f. 1. V. Adverſarius, ii.

Adverſarĭus, a, um, o. 1. 2. *nemico*, *contrario*, *ἐναντίος*, commodis noſtris obſiſtens, adverſus. *Cic. pro Cæc. c.* 2. Vis ea, quæ juri maxime ſunt adverſaria. *Nepos in Phoc.* cap. 3. Adverſaria factio.

Adverſarĭus, ii, m. 2. *avverſario*, שׂטן, Ger. *ein widerſacher*, *widerwertig*, *ἀνταγωνιστής*, ab adverſor pro repugno, cum gen. vel ſine caſu. Nam adverſarii dicuntur ſibi invicem repugnantes, & proprie ſunt ii, qui adverſum nos litigant in judicio, quos alias partem adverſam vocant. *Ter. in Phor.* Cauſam tradere adverſariis. *Cic. pro Mil. c.* 13. Tribuni plebis illius adverſarii, defenſores mei. ¶ *Adverſaria* etiam genere feminino dici poteſt mulier, quæ adverſus nos judicio contendit. ¶ Et extra perſonam. *Cic. Fam.* 2. *ad Curionem*, Eſt tibi gravis adverſaria parata, incredibilis quædam expectatio.

Adverſatĭo, onis, f. actus adverſandi, *oppoſizione*. *Tertull. adverſ. Gnoſtic. c.* 5. Adverſatio idololatriæ.

Adverſatīvus, a, um, adject. *Conjunctiones adverſativæ* ſunt, quæ contrarium aliquid ſignificant, ut *tamen*, *quamvis*, &c. *Priſcian. ſub init. l.* 16.

Adverſātor, oris, m. 3. qui adverſatur. *Apul. de Deo Socrat.* Quem adverſatorem malis in omni vita ciebo?

Adverſatrix, icis, f. 3. ab adverſator. *Terent. Heaut.* 3. 3. v. 4. Quin tu mihi adverſatrix fueris, mulier? Adde *Plaut. Moſtell.* 1. 3. v. 100.

Adverſe, adverb. contrarie, apud *Gell. l.* 3. *c.* 16. Adverſe dicere.

Adverſĭo, onis, f. 3. verbale, unde in adverſions emere, locare, &c. apud JCtos. Sed legendum *Averſio* cum Budæo, & aliis: quam vocem V. loco ſuo. ¶ *Adverſio animi*, pro *animadverſio* legitur a quibuſdam apud *Cic. pro Arch. c.* 7.

Adverſĭtas, atis, f. 3. *inimicizia*, איבה, Ger. *widerwertikeit*, *ἐναντιότης*, ab adverſus, ſa, ſum, contrarietas, & repugnantia. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Magnam adverſitatem oleo merſis (ſcorpionibus) & ſtellionibus putant eſſe.

Adverſitōres, m. 3. *ſervi*, *che vanno ad incontrare il padrone*, ab adverſum, id eſt, obviam eundo, ſervi ſunt, qui domino advenienti obviam procedunt. *Ter. in Adelph.* Neque ſervulorum quiſquam advorſum ierat. Ubi ait *Donat.* proprie locutum Ter. eſſe, dicendo advorſum, nam inde *adverſitores* dici. Adde *Plaut. Moſtell.* 4. 1. 2.

Advērſo, as, o. 1. antique dictum, pro adverſor. *Plaut. in Rud.* 2. 2. Animo adverſavi ſedulo, ne herum unquam præteritem.

Advērſor, d. 1. *opporſi*, *contraſtare*, שׂטן, איב, Germ. *widerſtreben*, *widerſtreben*, *ἐναντιόομαι*, contrarius ſum. Et conſtruitur cum dativo. *Ter. in Hec.* Neque tuæ libidini adverſabor. ¶ Cum accuſat. eſt hic apud *Tacit. l.* 1. *hiſt. c.* 1. & 38. Sua facinora adverſari Deos, lamentabatur. Sed utrobique Pichena, *averſari* ſubſtituit. ¶ Conſtruitur & abſolute. *Terent. Phorm.* 5. 1. v. 25. Cœpi adverſari primo. ¶ Adverſans particip. *Cic.* 2. *de Orat.* Etiam adverſantem, & repugnantem capere poteſt.

Advērſus, a, um, o. 1. 2. *contrario*, *ripugnante*, צר, קם. Ger. *widrig*, *ſtraitig*, *widerwertig*, Gal. *contraire*, *oppoſite*, Hiſp. *contrario*, *ἐναντίος*, contrarius, repugnans, adverſans, invitus. *Ter. in And.* 1. c. 37. Adverſus nemini. ¶ Adverſum, abſoluta, pro re adverſa, & improſpera, *diſgrazia*. *Ter. in Heaut.* Si quid adverſi evenerit. ¶ Ponitur aliquando pro quacunque re, quæ ab anteriori parte apparet, ut Adverſa vulnera, quæ e fronte accepimus. *Cic.* 2. *de Div.* Adverſam conſcendit ripam. ¶ Et in hac ſignificatione contrarium habet Averſus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 63. Et adverſus, & averſus impudicus es. ¶ Item adverſus, cui opponitur ſecundus, ut navigare adverſo flumine, *Virg. Georg.* 1. v. 201. *contra aqua*. ¶ Fere conſtruitur cum dat. Sed *Tacit. l.* 3. *Ann. cap.* 24. cum genit. Veneno eum a Lepida petitum illuſtrium domuum adverſa. Al. aliter leg. ¶ Comparat. eſt apud *Plin. l.* 32. *c.* 4. Superlat. apud *Cæſ. B. G. l.* 3. *c.* 107. ¶ *Lectus adverſus* quid ſit, V. Lectus.

Advērſus, & **Advērſum**, *contra*, *contro*, נגד, Gall. *contre*, Hiſp. *contra*, *κατά*, *πρός*, præpoſitio, contra, ut adverſus hoſtes bellum geritur. *Antonius Ciceroni in epiſt. ad Att. l.* 14. Non contendam ego adverſum te. ¶ Aliquando ſignificat erga, *verſo*, in meliorem partem. *Cic.* 1. *Offic.* Adhibenda quædam reverentia adverſus homines. ¶ Aliquando ante. *Gell. l.* 9. *c.* 12. Qui quotidie unguentatum adverſum ſpeculum ornetur. ¶ Item ſecundum. *Ulpian. Inſtit. tit.* 58. Bonorum poſſeſſio datur aut contra tabulas, aut adverſus tabulas. ¶ Item coram. *Terent. And.* 1. 3. v. 30. Peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa adverſus hunc loqui. *Plaut. Bacchid.* 4. 4. v. 47. Si audias, quæ dixit me adverſum, tibi. ¶ Eſt etiam pro obviam. *Plaut. Amph.* Ire adverſum alicui. *Id. Menæc.* Quis hic eſt, qui adverſum mihi ſit? ¶ *Exadverſum*, & *exadverſe*, ſignificat *a dirimpetto*, e regione, ex oppoſito, *ἀντικρύ*. *Ter. Phorm.* Ex adverſum ei loco tonſtrina erat. *Plin. l.* 4. *c.* 13. Exadverſo intrantibus geminæ cernebantur. *Cic.* 1. *de divin. c.* 43. Ara exadverſus eum locum conſecrata eſt. ¶ In adverſum, h. e. in adverſa parte. *Colum. l.* 4. *c.* 25. Cum in adverſum deſecare quid debet, cultro utitur, *troncare di taglio*.

Advērto, tis, a. 3. *volgere ad alcuna parte*, פנה, הפך, הכין, החשב, Ger. *hinzu keren*, Gal. *ſe tourner vers quelque choſe*, Hiſp. *bolverſe hazia otra coſa*, *ἐπιστρέφω*, ad aliquem locum verto. *Ter. Eun.* 2. 3. 50. Illa ſeſe huc adverterat in hanc noſtram plateam. Sic *Ovid.* advertere curſum aliquo. *Virg. Æn.* 6. 36. Advertere terræ proras. Et *Æn.* 3. 37. notæ advertuntur arenæ. ¶ Advertere oculos, aures, animum, &c. *Liv.* 4. 45. Adverterent animos, ne quid, &c. *Virg.* 8. 440. Huc advertite mentem. ¶ Advertere animo, advertere animum, & advertere abſoluta idem aſt aliquando, ac animadvertere, *oſſervare*. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Scientiam ad noſtros perveniſſe animo adverto. *Ter. Phorm.* 5. 8. Id non velle animum adverteram. *Id. Heaut.* 3. 3. 9. Advertunt graviter, quæ non cenſeas. *Cic. ad Att. l.* 2. De librariis diligenter adverte. ¶ Pro afficere, & ad ſe convertere. *Plin. l.* 1. *ep.* 10. Multæ in Euphrate mediocriter quoque doctus advertunt, & afficiunt. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 48. Advertit ea res Veſpaſiani animum. ¶ Pro punire. *Tacit. Annal.* 2. 1. 32. In P. Marcium Conſules more priſco advertere. ¶ Ponitur imperſ. *Cic. ad Lent.* Advertebatur, Pompeji familiares aſſentire Vulcatio.

Adveſperaſcit, imperſ. *ſi fa ſera*, הערב, ערב, Ger. *es wirdabend werden*. Gal. *il vient ſur le ſoir*, Hiſp. *hazerſe tarde*, *e anochecer*, *ἑσπέρα γίνεται*, veſpertinum tempus adventat. *Cic. Verr.* 6. *c.* 63. Cum jam adveſperaſceret, diſceſſimus. *Plin. l.* 7. *c.* 52. Cum adveſperaviſſet.

Advigĭlo, as, n. 1. *vegghiare*, *attendere a qualche coſa*, שקד, Ger. *fliſſig wachen*, *wachber*, *und mit fleiſſ etwas thun*, Gall. *veiller à quelque choſe*, *en avoir ſoin*, Hiſp. *velar*, *cuydar de*, *tener cuydado con alguna coſa*, *ἀγρυπνέω*, diligenter vigilo, & tranſlate pro alicui rei operam dare. *Ter. in And.* Si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias. ¶ Conſtruitur cum dativo, vel cum accuſ. addita præpoſ. *ad*. *Cic. de leg.* 2. *c.* 12. Advigilare ad cuſtodiam ignis. *Man. l.* 1. *v.* 81. Advigilare ſibi. ¶ Quod vero inquit Statius c. *Theb. v.* 147. *advigilare ſomno regis*, eſt vigilare apud regem, cum dormit.

Advīvo, is, at, ctum, idem quod vivo. Vetus inſcriptio apud *Gruter. p.* 1123. *n.* 8. Adviventе eo. Et *p.* 1145. *n.* 8. Adde *Scævol. l.* 28. *ff. de liberat. leg. Donec adviver.* Exemplum Plinii, quod affertur a Calepino, non caret controverſia.

Adulabĭlis, le, cum adulatione factus. *Ammian. l.* 14. *c.* 11. (*al.* 36.) Adulabilis ſermo. *Et l.* 31. *c.* 12. (*al.* 33.) Adulabilis ſententia. ¶ Item qui adulatione moveri poteſt. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 666. Huic eſt animus propitiabilis, ita, & adulabilis. Al. aliter leg.

Adulatĭo, onis, f. 3. aſſentatio, *adulazione*, *κολακεία*. *Cic. de Amic. c.* 25. In amicitiis nullam peſtem eſſe majorem, quam adulationem, blanditias, aſſentationem. ¶ Item blandimentum canum. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Canum tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio. V. Adulor.

Adulātor, oris, m. 3. qui aſſentatur, ſeu adulat, *adulatore*. *Ad Herenn.* 4. c. 21. Nolo eſſe laudator, ne videar adulator.

Adulatorĭe, adverb. *adulatoriamente*. *Auguſt. epiſt.* 148. Si perfunctorie, atque adulatorie res agatur.

Adulatorĭus, a, um, o. 1. 2. adject. ad adulationem pertinens, *adulatorio*, *κολακικός*. *Tacit. Annal.* 6. *c.* 32. Exemplar apud poſteros dedecoris adulatorii habetur.

Adulātrix, icis, femin. 3. ab adulator, *adulatrice*, *κολακίς*. *Trebell. Pollio in Claudio c.* 3. Adulatrices exteræ gentes. *Tertull. de anima c.* 51. Non reliquiæ animæ adulatrix, ſed &c.

Adulātus, a, um, particip. *adulato*, paſſiva ſignificatione. *C. Memius* apud *Priſcian. l.* 8. Adulatique erant ab amicis, & edhortati.

Adūlor, aris, d. 1. *adulare*, *luſingare*, החניף, Ger. *ſchemeichelen*, *liebkoſen*, Gal. *flater*, Hiſp. *liſongear*, *κολακεύω*, eſt aſſentari, hoc eſt blandiri voce, vel geſtu, omniaque ad voluntatem alicujus & loqui, & agere, non ad veritatem. *Valla l.* 3. *c.* 69. Adulari eſt inſervire, & admiti, ut favorem mereamur, quoquo modo, vel voce, vel geſtu. Tractum eſt *παρὰ τὸ δοῦλος*, quod eſt ſervus. Et ſane adulari ſervile eſt, non liberale, & ingenuum. Sed *Feſtus* ab alludendo deductum putat, paucis litteris tranſpoſitis. *Nonius c.* 1. *n.* 57. adulari proprie canum eſſe interpretatur, ſed ad homines quoque conſuetudine traductum fuiſſe. Dicuntur enim canes adulari, cum corporis geſticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. *Lucret. l.* 5. *v.* 1072. *Gell. lib.* 9. *c.* 13. *Ovid.* 14. *Met. v.* 263. ¶ Regit tum accuſativum, tum dativum. *Cic. in Piſon. in fi.* Adulans omnes. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 19. Adulari Neronem. *Liv. l.* 23. *c.* 4. Adulari plebem. *Nepos in Attic. c.* 8. Adulari Antonio. ¶ Dicitur etiam Adulo active, pro Adulor. *Lucret.* Longa alio pacto gannire vocis adulans. ¶ Hinc Adulor paſſivum. *Cic.* 1. *Offic. c.* 26. Cavendum eſt, ne adulari nos ſinamus. ¶ Uſurpatum etiam legitur pro lambere, ebibere. *Cic.* 3. *Tuſc. Ex Attii Prometheo*, Pennata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

Adūlter, ri, m. 2. *μοιχός*, adultera, f. 1. *μοιχαλίς*, *adultero*, *a adultera*, נאף, Ger. *chebrecher*, *oder chebrecherin*, Gal. *homme*, *ou femme adultere*, Hiſp. *adultero*, *e adultera*, ex ad, & alter, ſeu altera, quod ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferat. *Ovid.* 1. *Ep.* Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. *Tacit. Ann.* 3. 24. In nepte Auguſti adulter. *Horat. l.* 3. *od.* 3. Lacæna adultera. ¶ Per catachreſin dicitur etiam de animalibus ratione carentibus. *Claud. Paneg. de Mal. Theod. Conſ. v.* 302. Cum forte leænæ nobiliorem uterum viridis corrupit adulter. Et *Plin. l.* 8. *c.* 16. ¶ Adulteros crines dixit *Horat. l.* 1. *od.* 15. hoc eſt crines Paridis adulteri. Ubi hanc vocem adjective uſurpat, quemadmodum & *Plin. l.* 33. *c.* 7. dixit minium adulterum, *h. e.* adulteratum. ¶ *Adulter monetæ*, *falſificatore*. In *Cod.* 1. 7. 3. & 9. 24. 2.

Adulteratĭo, onis, f. 3. Legitur in lemmatis Plinianis, quæ poſt præfat. loco *l.* 1. habentur ad *l.* 10. *n.* 10. In odoribus, aut condimentis dicuntur adulterationes. *Id. l.* 21. *c.* 6. Adulteratio croci.

Adulterātor, oris, m. 3. qui adulterat, verbale. *Leg.* 16. *ff. de pœnis*, Adulterator monetæ.

Adulterātus, a, um, o. 1. 2. *falſificato*, *ἀθετηθείς*, quod alienæ rei commixtione corruptum eſt, ut Adulteratum gummi. *Plin. l.* 9. *c.* 3. ¶ Adulterata mulier, ideſt adulterio corrupta. *Suet. Cæſ. c.* 48.

Adulterīnus, a, um, o. 1. 2. *baſtardo*, *falſificato*, כזוב, Germ. *baſthart*, *bankart*, Gall. *adulterin*, Hiſp. *adulterino*, *μοιχικός*, *κίβδηλος*, quaſi ex altero procreatus, nothus, vel non ſimplex. *Plin. l.* 10. *c.* 3. *de aquila pulle*. Præcipitat e nido, velut adulterinum, & degenerem. ¶ Per metaphoram adulterina ſigna dicuntur, quæ ſunt alienis anulis facta. *Cic. pro Cluen. cap.* 14. Teſtamentum ſignis adulterinis obſignavit. Sic nummus adulterinus, adulterinæ literæ, & adulterinæ claves, quæ pro veris ſubſtituuntur. *Cic. Salluſt.* &c.

Adul-

Adulteritas, atis, f. 3. & adulterio, onis, nimis licenter dicta a *Laberio*, notant *Nonius*, & *Gell. l.* 16. *c.* 7.

Adulterium, ii, n. 2. *adulterio*, ניאוף, Germ. *ehbruch*, μοιχεία, quod proprie cum nupta committitur, ut *Val.* ſcribit *l.* 6. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Non commiſi adulterium. Adde *Cic.* 2. *de Orat.* ¶ Transfertur aliquando ad alia, ut Adulteria naturæ, pro operibus non vere naturalibus, Adulteria mercis, pro fraude, Adulteria arborum, pro inſitionibus, apud *Plin. l.* 17. *c.* 1. *l.* 19. *c.* 3. & *l.* 9. *c.* 40.

Adultĕro, as, n. 1. *commettere adulterio*, נאף, Germ. *ehbrechen*, μοιχεύω, adulterium committo. *Gell. l.* 10. *c.* 23. & *Sueton.* & *Juſtin.* ¶ Et Adulteror, deponens. *Cic.* 1. *Offic.* Fraudare, adulterari turpe eſt. Al. aliter leg. ¶ Invenitur etiam Adultero, paſſive. *Hor. ep.* 15. Adulteretur & columba milvio. ¶ Eſt etiam arte aliqua quippiam pro vero aſſimilare, atque ita rem ſynceram corrumpere. *Plin. l.* 12. *cap.* 7. Piper longum faciliime adulteratur Alexandrino ſinapi. Inde etiam adulterare judicium, adulterare tabulas, &c. apud *Cic. de Amic. c.* 25. & *pro Cacin. c.* 26.

Adultus, a, um, n. 1. 2. *creſciuto*, ἀνδρωθείς, qui crevit ad juſtam ſtaturæ ſuæ altitudinem. Unde juvenes dicuntur adulti, qui in flore ætatis ſunt poſiti. *Cic. de Clar. Orat.* Eam tenemus, ut adultam virginem, caſte. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. *Cic. de Clar. Orat.* Non naſcentibus Athenis, ſed adultis. Sic Ver adultum, & æſtas adulta. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 23. Et de nocte, apud eundem *hiſt.* 3. *c.* 23. ¶ Adultus pro aucto. *Vellej.* 2. 110. 2. Adulta viribus Dalmatia. ¶ Comparat. adultiores pulli, *Plin. l.* 10. *c.* 33. ¶ Adultus item particip. pro crematus. *Antias in* 74. Eo omnes hoſtiæ, & vituli conjecti, & ita omnia adulta ſunt. *Ex Priſcian. l.* 9. Sed facile fuit *adultos* pro *aduſto* ſcribere.

Adumbratim, adver. ſubobſcure, non aperte. *Lucret. l.* 4. *v.* 363. Sed quaſi adumbratim paullum ſimulata videntur.

Adumbratio, onis, f. 3. *abbozzatura*, ὑποτύπωσις, eſt rudis rei deſcriptio, ſive repræſentatio. *Cic. in Orat. c.* 29. Si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. V. adumbro.

Adumbratus, a, um, n. 1. 2. nomen ex particip. ſubobſcurus, non manifeſtus, *abbozzato*. *Cic. pro Cœl.* Non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. ¶ Item pro ficto, aut ſimulato. *Id. pro Sylla*: Informat ad hunc adumbratum judicium. Et adumbrata lætitia, *Tacit. Annal.* 4. *c.* 31.

Adumbro, as, avi, atum, a. 1. *adombrare*, *e far' ombra*, הצל, Germ. *ſchattiren*, *machen*, *entwerffen*, ὑποτυπόω, σκιαγραφέω. Primum ſignificat umbram inducere. *Colum. l.* 5. *c.* 5. Palmeis ſegetibus vineas adumbrabat. ¶ Deinde eſt verbum pictorum, & ſignificat quadantenus aliquid exprimere, non primis tantum lineis, ut vulgo interpretantur, delineare. Eſt enim adumbrare Latinis, quod Græcis σκιαγραφεῖν, & Adumbratio, σκιαγραφία, ſcilicet lineatio, quæ addit umbras, & oculis non modo lineas exhibet, ſed explicatiores etiam rerum ſpecies ſubjicit. Primum enim pictores lineamenta ducunt futuræ imaginis (quod Ichnographia dicitur) deinde inducunt colores, quibus addunt umbras, & ſic paullo expreſſiorem ſpeciem exhibent, non tamen perfectam. Hæc igitur adumbratio eſt, cui poſtea accedit manus ultima, cum omnia ad exactam elegantiam expoliuntur. Et propterea *Ariſt.* 3. *Rhet. c.* 12. genus dicendi deliberativum σκιαγραφίᾳ comparat, & illi ideæ, quæ in demonſtrativo genere adhibetur, opponit. Hoc enim omnium accuratiſſimum, illius vero minus exquiſite laboratum eſſe debet. *Quintil. l.* 7. *c.* 10. Quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? *Cic. in Orat. c.* 14. Eloquentiæ ſpeciem, & formam adumbrare. ¶ Adumbrare ſignificat etiam imitari, ſed dicendo, vel deſcribendo. *Cic. in Orat.* Idipſum ſumus in eorum ſermone adumbrare conati. Et 2. *de Orat.* Veteres caſus, fictoſque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo.

Adunatio, onis, f. 3. *unione*, *adunamento*, ἕνωσις. Vox eſt *Cyprian. ep.* 57. & 60. *vel in edit. Oxon. epiſt.* 60. & 62. *Diomed. Grammat. l.* 1. & *Caſſiod. l.* 4. *ep.* 33. & 36.

Adunatus, a, um, n. 1. 2. unitus, conjunctus, *adunato*, *congregato*. Sæpe uſus eſt *Juſtin.* ut 7. 2. 12. Adunatæ gentes variorum populorum. Et 15. 4. 22. Adunatis omnium ſociorum copiis. Item 24. 1. 5. Adunato exercitu. Adde *Pallad. l.* 4. *tit.* 10. & *Lactant. de Opific. Dei c.* 17. Addit *Non. c.* 4. *n.* 30. etiam locum *Cic.* 3. *Offic. c.* 8. Turpitudinem videas adunatam ei rei. Sed editi libri habent *adjunctam*.

Aduncitas, atis, f. 3. *curvità*, γρυπότης, incurvitas. *Cic. de Nat. l.* 2. *c.* 47. Roſtrorum aduncitate.

Aduncus, a, um, *adunco*, *piegato*, עקום, Ger. *krumb*, *gekrumbt*, καμπύλος, curvus, tortuoſus, ex ad, & uncus. *Cic. pro Cluen. c.* 48. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuoſa.

Adūno, as, avi, atum, are, a. 1. *adunare*, *congregare*, יחד, Ger. *verſammlen*, *zuſammen bringen*, Gall. *unir*, *aſſembler*, Hiſp. *ayuntar*, ἑνόω, congrego. *Juſtin.* 2. 12. 18. Cum adunata omnium ſociorum claſſis eſſet. Et *Pallad.* 3. *tit.* 19. Membra diviſa adunare.

Advocamentum, i, n. 2. συνηγορία, advocatio. *Plin. l.* 5. *ep.* 8. Veniam Advocamenti peto. Sed meliores libri habent *advocandi*. V. Advoco.

Advocatio, onis, f. 3. *avvocazione*, συνηγορία, patrocinium, advocati officium. *Cic. Fam. l.* 7. *ep.* 10. In re militari multo es cautior, quam in advocationibus. *Plin. l.* 1. *ep.* 22. Multum advocatione, plures conſilio juvat. ¶ *Liv. lib.* 3. *cap.* 47. poſuit pro advocatorum comitatu: Virginius, inquit, filiam ſuam cum ingenti advocatione in forum deduxit. ¶ *Cic.* conſultationem etiam advocationem appellat. *Verr.* 1. *c.* 49. Maximarum rerum frequentiſſimæ advocationes fiunt. ¶ Pro mora & ſpatio poſuit *Seneca*, ut dare, petere advocationem: ſumptum ſc. a judiciis, nam qui ad reſpondendum parum inſtructi ſunt, advocationem, hoc eſt ſpatium deliberandi, advocandique amicos petere ſolent. Vide *Lipſ. in Senec. de Conſolat. ad Marc. c.* 10.

Advocator, oris, m. 3. idem quod advocatus, *Avvocatto*. *Tertull.* 4. *cont. Marc. c.* 15. Deus divitum aſpernator, mendicorum advocator.

Advocatus, a, um, *chiamato*. *Curt.* 4. 11. Advocato conſilio. *Catull. carm.* 40. *ad Ravidum*. Deus advocatus. *Liv. l.* 8. *c.* 33. Dii haud fruſtra advocati.

Advocatus, i, m. 2. *avvocato*, Gal. *advocat*, Hiſp. *abogado*, συνήγορος, dicitur, qui alteri adeſt in cauſa. *Pl. in Caſ.* Dum adſto advocatus cognato meo. ¶ Inter advocatum, & patronum hoc intereſſe *Valla* exiſtimat, quod advocatus nomen ſit generalius, quam patronus, ut non tantum ſignificet eum, qui alterius cauſam agit (quem proprie patronum dicimus) verum etiam quicunque adeſt alteri in cauſa officii gratia, advocatus appelletur, etiamſi nihil dicat, neque agat, ſed tantum paratus ſit defendere: patronus proprie ſit, qui agit cauſam, ſed accuſati, non accuſantis. ¶ *Quintilianus* tamen Advocatum pro patrono etiam vel cauſidico poſuit, *l.* 12. *c.* 1. Adde huic *Aſconium in Divin. c.* 4. & *Plin. l.* 5. *ep.* 4.

Advocito, as, a. 1. frequent. ſæpe advoco. *Feſtus*.

Advŏco, as, a. 1. *chiamare a ſe*, קרא, Ger. *herzuruffen*, *zuſich ruffen*, προσκαλέομαι. ad me voco, pro conſilii, auxiliive cauſa amicos accerſere ponitur. *Ter. in Phor.* Amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient. Adde *Cic. pro Sylla c.* 29. ¶ Significat etiam cauſſas in foro agere, *far l' avvocato*. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 8. Ideoque interim veniam (ne a forenſibus verbis recedam) advocandi peto. *Senec. de brevit. vitæ c.* 2. Hic advocat, hic adeſt, ille periclitatur, ille defendit, hic judicat. ¶ *Tacit. l.* 17. In Senatus populique R. obliterata jam nomina, ſacramenta advocabant. *h. e.* juramenta deferebant.

Advolatus, tus, m. 4. *volo*, actus advolandi. *Cic.* 2. *Tuſc.* Triſti advolatu aduncis lacerant unguibus.

Advolitans, antis, *ſvolazzante*. *Plin. l.* 11. *c.* 19. Papilio luminibus accenſis advolitans.

Advŏlo, las, n. 1. *volare*, עוף, Ger. *fliegen*, προσίπταμαι, juxta vel ad aliquem locum volare, & conſtruitur cum accuſativo, præpoſito Ad, vel In, aliquando cum dativo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Advolant ad eas oves, quæ, &c. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Advolant palumbes in agrum. *Id. ibid. c.* 40. Caprimulgi caprarum uberibus advolant. ¶ Translate *Plin. l.* 9. *c.* 8. Advolant in auxilium alicujus. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Cicer. Attic.* 1. 14. Cato Roſtra advolat.

Advŏlvo, is, a. 3. προσκυλίω, quaſi volvendo adduco. *Virg.* 3. *Georg. v.* 378. Totas advolvere focis ulmos, ignique dedere. *Plin.* 11. 37. Advolvere aliquem ad ignem. ¶ *Advolvi pedibus alicujus*, eſt procumbere ad pedes. *Liv. l.* 28. *c.* 34. & *Curt. l.* 3. *c.* 12. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 13. Cum Tiberii genua advolveretur.

Advolūtus, a, um, n. 1. 2. nomen ex particip. *Advolutus pedibus alicujus*, qui ſupplex flexis genibus ante aliquem procidit. *Liv. l.* 28. *c.* 34. & *Curt.* 8. 1. 84.

Advŏrſus, aris, d. 2. *opporſi*, ἀντιτίθεμαι, pro adverſor, & advorſorem, pro adverſarium veteres dixerunt, teſte *Feſto*. Sic advorſum, & advorto, pro adverſum, & adverto.

Adurgĕo, es, urſi, a. 2. דחק, Ger. *trucken*, *zwingen*, ἐπείγω, ἐπιπιέζω, propius, ſeu vehementer urgeo. *Celſ. l.* 7. *c.* 1. In locum priorem quotidie digito adurgendus eſt. *Horat.* 1. *od.* 37. Remis adurgens.

Adūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *bruciare*, יקד, Ger. *beſengen*, Gal. *bruler*, Hiſp. *verbrennen*, *quemar*, συγκαίω, idem eſt, quod ſimplex uro. *Cic.* 2. *Offic.* Candenti carbone ſibi adurebat capillum. ¶ Frigus etiam, & ventus nimius adurere dicuntur, quia adeo exſiccant, adſtringunt, ac indurant, ut urere videantur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 93. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ¶ Dicitur etiam de intertrigine, qua corporis aliqua pars atteritur, & eroditur. *Plin. l.* 28. *c.* 5. Feminas atteri, aduſtaque equitatu, notum eſt. Sic *Celſ. l.* 6. *c.* 8. Medicamenta adurentia. *corroſivo*.

Adūſque, *fin' a*, עד, Ger. *bis das*, Gall. *juſques a*, Hiſp. *haſta a*, μέχρι. idem eſt, uſque ad. *Gell. l.* 15. *c.* 2. Aduſque ludibria ebrioſus. Adde *Virg.* 11. *Æn.* & *Ovid. Faſt.* 3.

Aduſtio, onis, f. 3. *abbruciamento*, כויה, Ger. *beſengung*, *verbrennung*, ἐπίκαυσις. *Plin. l.* 14. *c.* 20. Picis aduſtio. *Id. l.* 20. *c.* 7. Aduſtiones ſanat lactuca. *le ſcottature*.

Adūſtus, a, um, n. 1. 2. combuſtus, uſtus, *abbruciato*. *Sidon. carm.* 5. *v.* 528. Quondam mihi corpus aduſtum frigoris igne perit. *Liv. l.* 27. *c.* 47. Color aduſtior. *Celſ. l.* 5. *c.* 27. Aduſtorum curatio, *delle ſcottature*.

Adynamum, n. 2. ἀδύναμον, vini factitii genus, quod fiebat ex muſto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ menſura exareſceret. Vide *Plin. l.* 14. *c.* 16. Dictum adynamum, ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας, propterea, quod eſſet imbecille, & ſine viribus. Ideoque ægris dabatur, quibus vini noxam timebant.

Adytum, i, n. 2. ἄδυτον, locus eſt ſecretior templi, ad quem nulli eſt aditus, niſi Sacerdoti, ab ἀ privativa, & δύω, ingredior, quaſi inacceſſibile. *Virg.* 2. *Æn.* Iſque adytis hæc triſtia dicta reportat. *Cæſ. l.* 3. *de B. G. c.* 125. In remotis atque occultis templi, quo, præter Sacerdotes, adire fas non eſt, quæ Græci adyta appellant &c. ¶ Tranſlata. *Lucret. l.* 1. *v.* 737. Ex adyto tanquam cordis reſponſa dedere. *h. e.* ex intimo animi receſſu. ¶ Reperitur etiam *adytus*, i, m. *Accius* apud *Non. c.* 8. *n.* 35.

A ANTE E.

Æa, f. 1. *Satabella*, Αἶα, peninſula Colchidis cum urbe cognomine, circa oſtia Phaſidis Fl. quam Hippos, & Cyanos Fl. e diverſis locis in Phaſim influentes efficiunt. Fabulantur poetæ, Æam nomen accepiſſe a puella ejuſdem nominis, quæ cum Phaſidis amnis vim effugere non poſſet, miſericordia Deorum in peninſulam eſt converſa, quam etiam nunc, ut veterem illum amnem adhuc poſſis agnoſcere, magna ſui parte ambit, & quaſi amplectitur. *Val. Flac. in Argon. lib.* 1. *v.* 742. *Argon. l.* 5. *v.* 426.

Ææa, f. 1. Αἰαίη. inſula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia diſrumpta, hodie continens, ita tamen, ut paludibus circumquaqua cincta inſulæ ſpeciem præſeferat. In hac *Hom.* Circes ſedem collocavit, *l.* 10. *Odyſ.* Hujus meminit *Virg. l.* 3. *Æn.* Infernique lacus, Ææaque inſula Circes. Latini locum hunc a Circes domicilio Circejos appellant, ibidemque antiqui Latii terminum conſtituunt. Vide *Plin. l.* 2. *c.* 85. & *l.* 3. *c.* 5.

Ææus, a, um, n. 1. 2. Αἰαῖος, quod eſt ex Æa urbe Colchidis. *Virg.* 3. *Æn.* Infernique lacus, Ææaque inſula Circes. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 15. *v.* 10. Ææa artes. *h. e.* magicæ, quales Circe tractabat. Sic *Id.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 5. Ææa carmina. *h. e.* magica, incantamenta. ¶ Quidam putant Circem dictam *Ææam* non ab urbe, ſed ex eo, quod homines ab ea in feras converſi ſæpe αἲ αἴ, h. e. væ, vel hei, querentes vociferarentur. ¶ *Ææa puella* apud *Propert. l.* 3. *eleg.* 12. *v.* 31. eſt Calypſo, quæ in Ææa inſula habitavit.

Æacides, m. 1. Αἰακίδης, Achilles, nepos Æaci. *Virg.* 1. *Æn.* ¶ Item Pyrrhus, filius Achillis, pronepos Æaci. *Virg.* 3. *Æn.* ¶ Item Pyrrhus Epirotarum Rex, ab Æaco trahens originem. *Virg.* 6. *Æn.*

Æacideïus, a, um, adject. ſex ſyllabarum. *Ovid.* 7. *Met. v.* 472. Oenopium Minos petit Æacideia regna.

Æacidinus, a, um, n. 1. adject. patronym. ab Æaco. *Plaut. Aſin.* 2. 3. 25. Æacidinis minis animiſque expletus incedit. Dictum eſt autem quaſi proverbialiter: Æacum enim *Homerus* ubique ſtomachabundum, & minitabundum facit.

Æăcus, ci, m. 2. Αἰακός, Jovis filius ex Europa, ſive ex Ægina filia Aſopi. Regnaſſe dicitur apud Oenopiam, ſive Oenonam, quam ex nomine matris Æginam nominavit. Hunc tantæ juſtitiæ fuiſſe dicunt, ut apud Inferos animarum creditus fuerit a Plutone delectus judex cum Minoe, & Rhadamantho. & peccantium peccata diſcutere, & pro meritis pœnas inferre.

Æas, antis, m. 3. Αἴας, Aous, *Vajuſſa*, Fl. Epiri, qui ex Pindo, vel ex Candaviæ montibus in Macedonia oritur, & in mare Jonium inter Dyrrhachium, & Apolloniam Taulantiorum urbem illabitur. *Ovid.* 1. *Met. Luc. l.* 6. *v.* 361.

Æcaſtor, V. Ecaſtor.

Ædĕpol, *certamente*, *per mia fe*, νὴ τὸν Θεόν, νὴ τὸν Πολυδεύκη, adv. jurandi, quod eſt, quaſi per ædem Pollucis. Item Pol, & Perpol, quæ idem ſignificant. Perpol, quam pauci, o *Ter. in And.* per tmeſim dictum videtur, pro, Pol, per quam pauci. ¶ Erat autem ædepol, teſte *Gell. l.* 11. *c.* 6. juramentum tam viris, quam mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam jurabant, neque viri per Caſtorem. ¶ Scribitur etiam *Edepol*.

Ædes, & Ædis, hujus Ædis, f. *il Tempio*, *la Chieſa*, היכל, Ger. *Tempel*, Gal. *Temple*, Hiſp. *Templo*, ναός, σηκός, tam in ſing. quam in plur. num. pro templo, ſed fere ſemper cum adjectione, ut Ædes ſacra,

vel ædes ſacræ, ædes Jovis, ædes Deorum, ædes Pacis, & hujuſmodi. *Cicer.* In ædem Telluris convocati ſumus. ¶ Aliquando in ſing. num. pro ſepulchro ponitur. *Ovid. in Ep. Did.* Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus. ¶ Pro cubiculo. *Curt. l. 8.* Proximi foribus ædis, in qua Rex acquieſcebat. ¶ Pro cœnaculo. *Curt.* Ad fores ædis ejus, in qua Rex veſcebatur. ¶ Sed tamen pro ædificio profano frequentius plurali numero uſurpatur, cujus rei paſſim occurrunt exempla. ¶ *Ædes* in nominativo ſingulari. *Par. de vita pop. Rom. l. 1.* Hæc ædis, quæ nunc eſt, multis annis poſt facta ſit, &c. ¶ In ablativo ſingulari pro domo privata. *Gell. lib. 4. cap. 14.* Eum ſibi fas non fuiſſe recipere æde ſua. Adde *Plaut. Aſin. 1. 3. 67.* ¶ Et pro æde ſacra. *Horat. l. 1. ſat. 10. v. 38.* hæc ego ludo, Quæ nec in æde ſonent. *h. e.* in æde Apollinis. Adde *l. 2. ep. 2. v. 94.* ¶ Ædes venales inſcribere litteris eſt, ſchedula expoſita ædes venales indicare: qua ſchedula & pretium ipſum ſignificabatur, quo inſcriberentur. *Plaut. Trinumm. 1. 2. v. 131.* & *Terent. Heaut. 1. 1. v. 92.* Inſcripſi illico ædes mercede. ¶ Apum alveos *Virg.* ædes appellavit, *Georg. 4.* Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes.

Ædicŭla, f. 1. *picciola caſa, e cappella nelle Chieſe*, לִשְׁכָּה, Ger. *hauslein, capell*, Gall. *petite maiſon, chapelle*, Hiſp. *caſa pequena*, ναΐδιον, parva domus. ¶ Aliquando pro cellula in ædibus. *Pla. in Epid.* In ædiculam ſeorſum. ¶ Aliquando pro ſacello, quod eſt ædis ſacræ appendix. *Liv. l. 35. c. 9.* Ædiculam Victoriæ virginis dedicavit. ¶ Aliquando pro loculamento ſimulacri. *Pl. 36. 5.* Ædicula ejus tota aperitur, ut conſpici poſſit effigies Deæ.

Ædĭfacio, is, 2. 3. fabbricare, ædifico. *Labeo Digeſt. lib. 19. tit. 2. leg. 60.* Mandavi tibi, ut excuteres, quanti villam ædifacere velles. Ita *Torrentin.* Alii *ædificare*.

Ædĭfex, icis, idem quod ædificator. *Tertull. de Idololatr. c. 12.*

Ædĭficātio, onis, f. 3. ædificandi actus, *fabbrica*, בִּנְיָן, Germ. *ein baw*, Gal. *baſtiment*, Hiſp. *obra de edificar*, οἰκοδομία. *Cic. in Piſon. cap. 21.* Immenſa, & intolerabilis ædificatio.

Ædĭficatiuncŭla, æ, f. 1. parva ædificatio. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.*

Ædĭficātor, oris, qui ædificat, *muratore, fabbricatore*, בּוֹנֶה, οἰκοδόμος. *Cic. de univerſ. c. 2.* Neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædificatore præſtantius. ¶ Aliquando ponitur pro eo, qui nimia quadam ædificandi libidine laborat, *Nepos in Attic. c. 13. Colum. l. 1. c. 4.* & *Juvenal. ſat. 14. v. 86.*

Ædĭficatōrius, a, um. Tranſlate *Tertullian. de carne Chr. c. 17.* Verbum ædificatorium mortis. *h. e.* quod mortis cauſa fuit. Adde *de Anim. c. 47.*

Ædĭficātus, a, um, *fabbricato*, ᾠκοδομηθείς. *Cic. 3. Offic. c. 13.* Villa bona, beneque ædificata. *Id. Verr. 7. c. 17.* Ædificata navis.

Ædĭficĭum, ii, n. 2. *edifizio, fabbrica*, בִּנְיָן, Ger. *ein gebew*, Gall. *edifice*, Hiſpan. *edificio*, οἰκοδόμημα, ædis conſtructio, & ponitur pro omni ſtructura. Nomine autem ædificii non ſolum ſuperficiem deſignari, ſed & ſolum ipſum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt, putat Ulpianus. *Cæſar B. G. lib. 3. in fi.* Omnibus vicis, ædificiiſque incenſis. *Cicer. pro Mil.* Extruere ædificium.

Ædĭfĭco, as, 2. 1. *fabbricare*, בָּנָה, Ger. *bawen*, Gal. *edifier, baſtir*, Hiſp. *edificar*, οἰκοδομέω, proprie ædem facio. Sed tamen ad omne conſtructionis genus, etiam ad naves, pertinet. *Cic. pro L. Man.* Cum maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes. Unde videtur magis ſumi pro conſtruo, præſertim cum ei *domus* additur, quia aliter fruſtra *domum* jungeremus. *Cic. 1. de nat. Deor.* Conſtrui a Deo, atque ædificari mundum facit. ¶ Tranſlate *Id. Fam. 3. epiſt. 2.* Ædificare rempublicam. *h. e.* conſtituere.

Ædīlātus, us, idem ac Ædilitas. *Feſtus in voce Ædilis.*

Ædīles, ium, m. 3. ἀγορανόμοι, dicti ſunt ab eo, quod ædes ſacras, & privatas procurarent, teſte *Varro l. 4. de Lingu. Lat.* ¶ Primo ex plebe duo creati ſunt Ædiles, deinde procedente tempore duo ex patritiis adjuncti ſunt, qui a *ſella* eburnea, quod eis datum eſt, Curules dicti ſunt. ¶ Officium Ædilium erat, ludos publicos exhibere, & ſacras, privataſque ædes procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ, & aquæductus, & quæque publica ædificia munda, & integra eſſent, loca in theatro aſſignare. Si quiſpiam ſervum, aut jumentum morboſum, vitioſumque pro integro, ſanoque vendidiſſet, edicto Ædilium emptori ſuccurrebatur. Idque Edictum Ædilitium dicebatur, ſive Edictiones Ædilitiæ. ¶ Erant & alii Ædiles, qui frumento præerant, a Cæſare primum creati, & a Cerere Cereales nominati, ut ſcribit Pomp. His etiam ponderum, ne qua fraus fieret, & menſurarum commiſſa erat. *Cic. 3. de Leg.*

Ædīlĭtas, tis, f. 3. ἀγορανομία, dignitas, ſeu Magiſtratus Ædilium. *Plaut. Stich. 2. 2. 29.* Ædilitatem gerit ſine populi ſuffragio. Adde *Suet. Claud. cap. 38.*

Ædīlĭtius, a, um, ἀγορανομικός, ad Ædiles pertinens. *Cic. Offic. 2. c. 16.* Functus eſt ædilitio maximo munere. ¶ Item pro eo, qui Ædilitatem geſſerit. *Id. in Vatin. c. 7.* Quem ædilitium vides. ¶ Item pro eo, qui ætate eſt ædilitia. *Id. in Piſon. c. 36.* Quæſtor ædilitius rejectus.

Ædĭtĭmor, ſive Ædituor, aris, ναοφυλακέω, ædem tueor, ſeu cuſtodio. *Pompon.* apud *Gell. l. 12. c. 10.* Qui poſtquam tibi appareo, atque æditumor in templo tuo.

Ædĭtĭmus, mi, m. 2. *Sacreſtano, guardiano di Chieſa*, שׁוֹמֵר הֵיכָל, Germ. *Kirchenhuter*, Gall. *Sacriſtain, garde du temple, marguillier*, Hiſp. *el Sacriſtan guarda del temple*, νεωκόρος, qui ædes ſervat, quaſi ædis intimus, pro quo nunc æditumus uſurpatur. *Gell. lib. 12. cap. 10. Varr. R. R. lib. 1. cap. 2.*

Ædĭtua, æ, f. mulier templi cuſtos. *Inſcript.* apud *Fabrett. c. 10. n. 433.* & *Tertull. de cultu fem. c. 1.*

Ædĭtuālis, le, ad Æditumm pertinens. *Tertull. de Pudic. cap. 16.* Æditualis lex.

Ædĭtuo, as, vel is, n. 1. vel 3. ædem tueor. *Inſcript. Reineſ. p. 388.* Æditueit annos XIII. *Lucret. l. 6. v. 1273.* Hoſpitibus loca, quæ complerant æditumentes. *h. e.* Æditui.

Ædĭtuus, ui, m. *difenſor del tempio ſacro*, νεωκόρος. idem, quod ædituimus, ſacræ ædis tutor, ab ædibus ſacris, quas tuetur. *Lucr. l. 6.* pro æditituis dixit æditumentes, *v. 1273. Varro apud Gell. l. 12. c. 10.* Æditimi vocabulum magis probat, quam Æditui, quod vult eſſe recentius. Æditimus tamen paſſim invenitur in *Inſcriptionib.* & in *Sueton. Auguſt. c. 5.* ¶ *Horat. l. 2. epiſt. 1. v. 229.* Quales Æditimos habeat belli ſpectata domique virtus. per *Æditimos* intelligit Poetas, qui res præclare ab aliis geſtas carmine celebrare ſolent.

Aēdon, ἀηδών, & in genit. pen. brevi, ἀηδόνος, uxor Zethi Regis, fratris Amphionis, quæ Itylum filium per errorem nocte interfecit, putans eum ex Amanea, ſeu Amandea Amphionis eſſe filium (invidebat enim uxori Amphionis, quod illi eſſent ſex filii maſculi) cæterum vero cognoſcens optavit mori, ſed miſeratione Deorum in carduelem verſa; Itylum deflere dicitur. Aliqui Philomelam eſſe dicunt, ſeu luſciniam, dictamque eſſe ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, ideſt a perpetuo canendo, quod etiam tunc canat, cum reliquæ volucres ſilent. ¶ Eſt autem vox triſyllaba. *Senec. in Agamemno. v. 670.* Ramo cantat triſtis aedon. ¶ Eſt & Ædon diſyllab. mons Thraciæ. Alii ſcribunt Edon in hac ſignificatione ſine diphthongo, ut & ejus derivata *Edonis*, & *Edonias*.

Ædōnis, idis, f. 3. mulier Thracia. *Ovid. Met. 11.* Protinus in ſylvas matres Ædonidas omnes.

Ædōnius, a, um, ad ædonem pertinens. *Lucan. panegyr. ad Piſon. v. 257.* Sic & ædonia ſuperantur voce cicadæ. ¶ Item Ædonius, Thracius ab ædone monte. *Senec. Hercul. Oeta. 3.* In Ædonias tollite ſylvas.

Ædui, orum, m. 2. Hedui, pop. Gal. Celt. inter Ligerim, & Ararim, quorum tractus hodie *l'Autunois* dicitur, continebatque alias majorem partem Duc. Burgundiæ, ubi tractus Auguſtodunenſis, Carolenſis, Alexienſis, & Cabillonenſis. Sed hodie multo minor eſt.

Æduĭcus, a, um, o. 1. 2. adject. ad Æduos pertinens, ut Æduicus pater, *Auſon. Parent. 2. v. 2.*

Æētes, vel Æeta, m. 1. αἰήτης, Rex fuit Colchorum, filius Solis ex Perſa Oceani filia. Liberos habuit Medeam, Abſyrtum, & Calciopen. Ad hunc Phryxus Athamantis filius pervenit, & aureum vellus detulit, quod cum vigilantiſſime ſervaret, ejus cauſa bellum geſſit cum Argonautis. Tandem a Jaſone Medeæ filiæ proditione & vellere ſpoliatus, & Regno pulſus eſt. Sed tamen jam ſenex ab eodem in Regnum reſtitutus dicitur. ¶ Interdum hæc dictio contrahitur in duas ſyllabas per Synæreſim.

Æētæus, a, um, adject. gentile ab Æeta. *Catull. de Nupt. Pelei, & Thet. v. 3.* Phaſidos ad fluctus, & fines Æetæos.

Æētias, adis, f. 3. Medea Æetæ filia. *Ovid. Metam. 7. v. 9.* Concipit interea validos Æetias ignes.

Æētis, idos, f. 3. idem quod Æetias. *Valer. Flacc. l. 6. v. 133.* Suſcitat adfixam mœſtis Æetida curis.

Æētius, a, um, idem quod Æetæus. *Valer. Flacc. lib. 8. v. 379.* Illinc Æetius heros obſidet &c.

Ægæon, ōnis, m. 3. αἰγαίων, Gigantis nomen, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuiſſe fabulantur. *Virg. Æneid. 10. v. 565.* Ægæon qualis, centum cui brachia. *Claudian. lib. 3. de rapt. Proſ. v. 345.* Hæc centum gemini ſtrictos Ægæonis enſes &c. ¶ Ponitur & pro Ægæo mari. *Stat. l. 5. Theb. v. 288.* Dis pelagi, ventiſque, & Cycladas Ægæoni amplexo. ¶ Habet hoc loco penult. longam, ut & apud *Ovid. 2. Met. v. 9.*

Ægæum Mare, n. 2. *l'Arcipelago*, ampliſſimus eſt Maris Mediterranei ſinus, a parte Orientali Iſthmi Corinthiaci, ut Pl. placet, aut certe a Sunio Atticæ promontorio, ut tradit Ptol. ad ipſum uſque Helleſpontum extenſus, alia aliis in locis nomina ſortitus a regionibus, quas alluit. ¶ De ratione nominis varia traduntur a Scriptoribus. Nonnulli, in quibus eſt *Suidas*, ad Ægeum Theſei patrem referunt, quem in hoc mare ſeſe præcipitem dediſſe ferunt, cum navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod ſibi cum nauclero amiſſi filii ſignum convenerat) redeuntem videret. Alii ſic dictum volunt, quod Ægea Amazonum Regina in eo perierit. *Strabo* ab Ægis oppido in Eubœa, vel ab Æga promontorio Æolidis. *Plinius l. 4.* derivat a ſcopulo inter Tenedum, & Chium, quem nautæ αἶγα appellant, quoniam procul viſentibus capræ ſimilis cernitur.

Ægæus, a, um, ad Ægæum mare pertinens. *Stat. 6. Theb.* Ægæa ſtagna. *Horat. l. 3. od. 29.* Ægæi tumultus. ¶ Scribitur etiam *Ægeus*.

Ægates, (non Ægades) inſulæ maris Siculi ad Lilybæum promont. *Silius l. 1. v. 60.* Inſuper ævi flore virens, avet Ægates abolere, Parentum &c. Adde *Cornel. Nep. in Hamilcare c. 1.*

Æger, ra, rum, o. 1. 2. *infermo, debole*, חוֹלֶה, Germ. *kranck, bekummert, ſchwach*, Gall. *faché, ennuyé, malade*, Hiſpan. *enfermizo, congoxado*, νοσῶν, male valens, morbo correptus. *Cic. l. 1. de Divin. c. 25.* Ita graviter ægrum fuiſſe, ut omnes medici diffiderent. *Id. 1. Catil. c. ult.* Æger morbo gravi. ¶ Servus ab ægris, *infermiere*. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 9. n. 91.* ¶ Tranſlate *Cicer. 3. Verr. c. 2.* Maxima ægra, & prope depoſita Reipublicæ pars. *Liv. l. 30. cap. 11.* Æger amore. *Salluſt. in Jug. c. 31.* Animus æger avaritia. ¶ Sæpe ponitur pro triſti, ſollicito, mœrente. *Plaut. Epid. 1. 2. 26.* Æger ab animo. *Virg. 1. Æn. v. 168.* Ægri mortales. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ mœrorem inducunt. *Plaut. Amph. 3. 2. 19.* Nunquam quidquam meo animo fuit ægrius. *Id. ibid. 2. 2. 11.* Plus ægri ex abitu viri, quam ex adventu voluptatis cepi. ¶ Eleganter habet poſt ſe genitivum. *Liv. l. 30. c. 15.* Æger animi juvenis. *Salluſt. in fragm. lib. 4. hiſtor.* Æger conſilii. *h. e.* inops, dubius. *Sil. l. 3. v. 72.* Æger timoris. *h. e.* timore ſollicitus. *Flor. l. 3. c. 17.* Æger rerum temere motarum. ¶ *Ægris oculis* aliquid aſpicere eſt invide aſpicere, *di mal' occhio*. *Tacit. 2. hiſtor. c. 20.*

Ægeria, αἰγερία, f. 1. nympha fuit, quæ colebatur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, & colloquium ſe habere ſimulavit ſuper cultu religionum, quo armorum, & prædæ ſtudio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abſtraheret. *Liv. l. 1. c. 19.*

Ægēſta, urbs Siciliæ, quæ & Segeſta dicitur, & a Græcis ſine diphthongo ſcribitur, ἔγεστα. In hoc oppido fuit Æmilius Cenſorinus crudeliſſimus Tyrannus, de quo *Plutarch. in Parallel. ſub fin.*

Ægeſtāni, vel Segeſtani, Pop. Siciliæ, ab Ægeſto Trojano nominati, quorum urbs Ægeſta, non procul a Lilybæo Prom. *Plin. l. 3. c. 8.*

Ægeus, per duas ſyllabas, αἰγεύς, filius Pandionis fuit, & Rex Athenarum, qui ex Æthra Pithæi Trœzeniorum Regis filia Theſeum ſuſcepit, ex Medea autem ab Jaſone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Juſtino. Hoc jam ad ſenium vergente, Minos Cretenſium Rex Athenienſibus ob Androgei filii necem bellum intulit, victiſque duriſſimas pacis conditiones imperavit, ut ſeptem quotannis juvenes Athenienſes ſibi in Cretam mitterent, Minotauro monſtro objiciendos. Quibus legibus cum triennio paruiſſent, evenit, ut quarto anno ſors inter omnes ex æquo ducta Theſeum proderet. Ægeus filium interiiſſe ratus, doloris impatientia ſeſe in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienſes, Theſei opera graviſſima ſervitute liberati, divinos honores inſtituerunt, Deum marinum, & adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipſum nonnulli ſentiunt ab eo Ægæum eſſe appellatum.

Ægiăla, f. 1. αἰγιάλη, ſive Ægialēa, αἰγιάλεια, uxor fuit Diomedis, quam Venus a viro ejus in bello Trojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recuſarit, acceptaque a Dauno agri portione, urbem condiderit in parte Italiæ, quæ Magna Græcia dicitur, quam a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit, quæ deinde dicta eſt Argyripa, & poſtrema Arpi. *Stat. l. 3. ſilv. 5. v. 48.* Queſta eſt Ægiale, queſta eſt Melibœa relinqui.

Ægiăleus, m. 2. αἰγιαλεύς. filius Æetæ fuit, & frater Medeæ, a qua diſcerptus eſt, ut pater membrorum diſperſorum collectione ab ea perſequenda retardaretur. Alio nomine dictus eſt Abſyrtus. ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei Regis Argivorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Jovis filium ex Niobe Phoronei filia eſſe tradunt) poſtquam Argis regnaſſet, in Ægyptum tranſiens, Achaiæ regnum reliquit. ¶ Alii Ægialeum Inachi filium ex Melia Oceanitide faciunt, & ab eo Aegialeam dictam, quæ poſtea Peloponneſos a Pelope vocata eſt.

Ægīdes, æ, Theſeus Ægei filius. *Ovid. epiſt. 4. v. 59.* Perfidus Ægides ducentia fila ſecutus.

Ægĭlops, m. 3. *ſquala*, Germ. *wilde habern*, Gallic. *coquiole, orge batard*, Hiſp. *rovada, moneſtas*, αἰγίλωψ, herba eſt hordeum enecans, quæ etiam dicitur feſtuca, & avena. *Plin. l. 18. c. 17.* ¶ Præterea ægilops

eſt

Digitized by Google

eſt abſceſſus inter nares, & angulum majorem oculorum, per quem pituita aſſidua diſtillat, & ſi negligatur, ad oſſa uſque dehiſcit in fiſtulam. Dictus eſt ægilops, quaſi oculus caprinus, quod capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ ſint. Huic malo medetur ægilops herba, de qua modo diximus, ex quo & ipſa nomen accepit. *Plin. l.* 21. *c.* 19.

Ægĭna, f. 1. αἴγινα, fuit Aſopi Bœotiæ Regis filia, & mater Æaci, a qua urbs, & inſ. Peloponneſo adjacens, vulgo *Engia*, contra Africam, Ægina vocata eſt, cum antea Oenone diceretur, ut apud *Strabonem*, & *Plin.* & *Stephanum* legitur, aut certe Oenopia, ut placet *Ovid. lib.* 8. *Metam.* ¶ Inſula item eſt in Sinu Saronico inter Epidaurum Peloponneſi, & Pyræum port. Atticæ, ad 48. M. P. a Megaris 120. ſtad. in Mer.

Æginēnſis, Æginæ inſulæ incola. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 2. *n.* 8. *extern.*

Æginēta, idem. *Cic.* 3. *Offic. c.* 11. Athenienſes ſciverunt, ut Æginetis pollices præciderentur. ¶ Inter Medicos celebris eſt Paulus Ægineta.

Ægineticus, idem, ut æs Ægineticum, *Plin. l.* 34. *c.* 2.

Æginium, n. 2. αἰγίνιον. opp. Theſſaliæ, prope Acheloum Fl. vel Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. *Plin. l.* 34. *c.* 10.

Ægiŏchus, epitheton eſt Jovis: vel ab ἔχω, tenere, & αἰγίδος, ægide, quod ægide utatur: vel ab αἰγὸς, capra, & ὀχῆς, ideſt alimonia, quod a capra fuerit nutritus. Sed vox Græca eſt, nec temere Latinis miſcenda.

Ægipānus, m. 3. αἰγιπᾶνες, quos nonnulli Semicapros vocant, monſtra ſunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. *Plin. l.* 6. *c.* 30. ¶ Veteres hujuſmodi monſtra pro ſemideis, ſive agreſtibus Diis coluerunt. Faunos etiam, ac Satyros montium Deos eſſe dicebant, Panas agrorum, Sylvanos ſylvarum.

Ægis, f. 3. αἰγίς, munimentum pectoris æneum, a Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Si in pectore Numinis ſit, Ægis, ſi in corpore hominis, ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus, Lorica dicitur. *Virg.* 8. *Æn.* Ægidaque horriferam, turbatæ Palladis arma. Hæc fere *Servius*. ¶ Ægis apud Græcos varia ſignificat, pelliceum tegmen, quod geſtant Afri, præterea maris intumeſcentis undas, ac ventorum procellas, ac turbines. ¶ Alii malunt eſſe quid a coronis contextum, aut rite ex coronamentis contextum. ¶ Nec deſunt, qui putent, ſignificare ſacerdotem, quæ Athenis ſolita ſit ferre ſacram Ægidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxiſſent uxores. Unde factum proverbium, Ægis venit, quod *Suid.* indicat dici ſolitum de iis, qui petulanter, & impudenter agerent. ¶ Eſt præterea Ægis ſcutum Jovis, & Palladis, in cujus medio erat Meduſæ Gorgonis caput, ſerpentibus vice crinium terribile, quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides. *Ovid.* 4. *Met.* ¶ Eſt etiam ægis lignum denſum, medullæ ſimile, in larice ſemina naſcens mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli, immortalis quædam materia, nulliſque rimis, aut fiſuris obnoxia. *Plin. l.* 16. *c.* 39.

Ægisŏnus, a, um, o. 1. 2. ægide ſonans, ut Ægiſonum pectus Palladis apud *Val. Flacc. l.* 3. *Argonaut. v.* 88.

Ægiſthus, m. 2. αἴγισθος, Thyeſtis filius, ex Pelopeja ejuſdem filia. Hunc infantulum mater cauſa tegendi ſceleris perdendum ſervis expoſuit in ſylvis. Sed a paſtore inventus, ejuſque beneficio nutritus eſt. Inde αἴγισθος dictus fuit, quod nutritus eſſet a capris. Provectior ætate, Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & ejuſdem filium Agamemnonem inter epulas, vel, ut alii volunt, in primo agreſſu, adjuvante uxore Clytemneſtra, qua etiam turpiſſime uſus erat, obtruncavit. Poſtremo ab Oreſte Agamemnonis filio patris mortem ulciſcente e medio eſt ſublatus. ¶ Ægiſthus alius fuit, Beli Priſci F. & Danai frater. V. Ægyptus.

Ægithus, αἴγιθος, aviculæ nomen eſt, irreconciliabiles cum aſino ſimultates exercens, quod nidus ejus, quem fera in carduis ſtruit, ab aſino diſſipetur, quo etiam rugientis abortit ova, & pulli metu excutiuntur. Contra ægithus, quoniam alia parte nocere non poteſt, aſini ulcera erodit. *Plin. l.* 10. *c.* 74.

Æglē, nympha, filia Jovis ex Neæra. *Virg. Ecl.* 6. ¶ Fuit etiam una Heſperidum. *Serv. ad Æn.* 4. *v.* 484.

Eglōga, V. Ecloga.

Ægocĕras, herba eſt, quam nos fœnum Græcum appellamus. *Plin. lib.* 24. *cap. ult.*

Ægocĕros, αἰγόκερως, Capricornus vulgo dicitur, ex caprarum ſylveſtrium genere in Alpibus miræ pernicitatis. ¶ Eſt & ſignum cæleſte. *Lucan. l.* 9. *v.* 537. Humidus ægoceros, nec plus Leo tollitur urna.

Ægon, nomen Paſtoris apud *Virg. Ecl.* 3. capale ſignificat. Hoc nomine etiam Promontorium Lemni dictum eſt. ¶ Ægon etiam a Poetis pro Ægeo mari uſurpatur. *Stat. Thebaid.* 5. *v.* 55. Pator & innumeris, quas ſpumifer aſſilit Ægon, ideſt circumfluit. Adde *Val. Flac. Arg. l.* 1. ¶ Ægon etiam dictus eſt collis Romæ, qui poſtea Quirinalis eſt appellatus, auctore *Feſto*.

Ægonenſis, porta Romæ, eadem quæ Quirinalis. *Feſtus*, ubi alii leg. *Agonenſis*.

Ægonychon, herba eſt. *Plin. l.* 27. *c.* 11. eadem quæ Lithoſpermon, Officinis *Milium Solis* dicitur.

Ægophthălmus, gemma, quæ caprini oculi ſpeciem præ ſe fert. *Plin. lib.* 37. *c.* 11.

Ægos, Flumen, vel amnis, vel urbs, in Thraciæ Cherſoneſo juxta Helleſpontum, αἰγὸς ποταμοὶ Græcis. *Steph.* Αἰγὸς ποταμοὶ πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. Et ita Græci plerumque numero multitudinis uſurpant; at Latini in ſingulari Ægos flumen appellant. *Plin. l.* 2. *c.* 58. & *l.* 4. *c.* 10. *Mela*, *Nepos*, & alii. ¶ Cæterum Ægos non nominativi, ſed genitivi caſus eſſe, Græci authores ſatis indicant. V. *Plin. loc. cit. Plut.* & *Nepos. in Lyſandro*.

Ægre, adv. *moleſtamente*, *mal volentieri*, בְּכֹבֶד, Ger. *Kummerlich*, *ſchwerlich*, moleſte, dolenter, iniquo animo. *Ter. in Andr.* Redeo inde iratus, atque ægra ferens. ¶ Item ægre, χαλεπῶς, *difficilmente*, difficulter. *Virg.* 3. *Georg.* Ægre raſtris terras rimantur. ¶ Neque ſolum cum verbo Ferre, ſed cum aliis etiam verbis jungitur, ut Careo ægre, ſuſtineo ægre. *Cic. Att.* Ab haſta ea ægre me tenui. ¶ Ægre eſt mihi, frequens eſt apud *Plaut.* pro dolet mihi, aut male me habeo, ut in *Caſ.* Quid tibi ægre eſt? ¶ Ægre facere alicui, eſt aliquem ægritudine, vel moleſtia afficere, *affliggere*. *Terent. in Eun.* 4. 1. Voluit facere contra huic ægre. ¶ Hinc ægrius, & ægerrime pro difficilius, & difficillime. *Cicer.* 1. *Tuſc.* 4. *c.* 37. Vitia ægrius depelluntur. *Caſ.* 1. *B. G.* Ægerrime confecerant, ut flumen tranſirent.

Ægrĕo, es, ui, o. *eſſer' ammalato*, æger ſum, ἀσθενῶ. *Lucret. lib.* 3. *v.* 837. Membris cum corporis ægret. Alii aliter leg.

Ægrēſco, is, eſcere, n. 3. *infermarſi*, *attriſtarſi*, ἀσθενῶ. *Lucret. lib.* 5. *v.* 350. Morbis ægreſcimus iiſdem. *Virg. Æn.* 12. *v.* 46. Ægreſcitque medendo. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 12. ¶ Ægreſcere rebus lætis alterius eſt apud *Stat.* 2. *Theb. v.* 16. h. e. invidere, triſtari.

Ægrimonia, æ, f. 1. *infermità*, *malattia*, λύπη, idem quod ægritudo, ab æger, ut ab acer, acrimonia. *Cic. ad Att.* 12. 38. Si novæ ægrimoniæ locus eſſet. ¶ Uſus eſt etiam *Horat. Epod.* 13. *v.* 26. & 17. *v.* 73. Utroque autem loco ægritudinem animi ſignificat.

Ægritūdo, inis, f. 3. *dolore d'animo*, *malinconia*, *affanno*, דְּאָגָה, Germ. *kranckheit*, *bekummernus unluſt*, λύπη, eſt mala animi, aut corporis affectio, quanquam frequentius ad animum refertur. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ægritudo eſt animi adverſante ratione contractio. *Ter. in Phor.* 5. 1. Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors confecuta eſt. ¶ Pro corporis morbo uſus eſt & *Curt. l.* 3. *c.* 5. Animum ægritudo corporis urgebat. Adde *Plin. Tacit. Colomell.* & *Flor.* ¶ In plurali numero legitur apud *Cicer.* 4. *Tuſcul. c.* 13. & *l.* 3. *c.* 19.

Ægror, oris, m. 3. pro ægritudine, *Lucretii* eſt *l.* 6. *v.* 1130. Peſtilitas etiam pecubus balantibus ægror. Adde *v.* 1257.

Ægrotatio, nis, f. 3. verbale, *infermità*, חֳלִי, Germ. *kranckheit*, νόσημα, proprie in corpore nominatur, ſicut ægritudo eſt animi adverſante ratione contractio. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 10. Ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nomen habet. ¶ Dicitur etiam de animo. *Id. ibid. c.* 4. Nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem, & morbum. ¶ *Plin. l.* 17. *c.* 24. de morbis arborum uſurpavit.

Ægrŏto, as, n. 1. *infermare*, חָלָה, Ger. *kranck und ſchwach ſein*, νοσέω, ægro corpore ſum, morbo afficior. *Cic. pro Cluent. c.* 62. Satis vehementer, diuque ægrotavit. ¶ Dicitur etiam de animo. *Cic.* 4. *Tuſc. c. penult.* Res, ex qua animus ægrotat. ¶ Eleganti tranſlatione uſus eſt *Lucret. l.* 4. *v.* 1121. Languent officia, atque ægrotat fama vacillans. ¶ De fructibus etiam dixit *Plin. l.* 17. *c.* 24. Ægrotant etiam poma ipſa per ſe ſine arbore.

Ægrōtus a, um, o. 1. 2. *infermo*, *ammalato*, חוֹלֶה, Germ. *kranck*, νοσερός, ab æger. *Cic. ad Attic. l.* 9. *ep.* 10. Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. Quod etiam proverbium quoddam eſt, quo admonemur, ne afflictiſſimis quidem rebus abjiciendam ſpem eſſe. ¶ Differt ægrotus ab æger quod æger de corpore, & de animo dicitur, ægrotus de corpore tantum. ¶ Reſpublica ægrota. *Cic. Divin. in Verr. c. ult.* id eſt, afflicta, laborans.

Ægyptiace, adverb. *all' Egiziana*. *Trebell. Poll. in xxx. Tyrann. c.* 30. *de Zenobia*. Loquebatur Ægyptiace ad perfectum modum.

Ægyptiăcus, a, um, o. 1. 2. idem quod Ægyptius. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Ad mare noſtrum, lituſque Ægyptiacum. *Gell. l.* 10. *c.* 10. Ægyptiaci libri.

Ægyptilla, æ, f. gemma nigri & cærulei coloris, ſic dicta, quod frequens in Ægypto reperitur. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *Iſidor. l.* 16. *Orig. c.* 11.

Ægypĭni, Æthiopes ſunt apud *Feſtum*.

Ægyptius, a, um, o. 1. 2. adject. qui ex Ægypto eſt. *Egiziano*. *Plin. l.* 5. *in princip.* Ægyptia ficus. *Cic. in Piſon. c.* 21. Ægyptius rex. ¶ Interdum ſumitur pro nigro, ſeu fuſco. *Vid. Scalig. ad Feſt.* Inde intelligendum illud *Suet. in Calig. cap.* 57. Parabatur & in nocte ſpectaculum, quo argumenta inferorum per Ægyptios, & Æthiopes explicarentur.

Ægyptus, ti, f. 2. *l'Egitto*, αἴγυπτος, eſt regio ampliſſima Africæ, vel Aſiæ, ut quidam volunt. Olim dicta fuit Aeria, poſtea Ægyptus ab Ægypto Danai fratre. ¶ Extenditur a Septentrione in Meridiem, a Mari Mediter. uſque ad Syenem. A Septent. habet Mare Mediter. ſeu Ægyptium, a Merid. Æthiopiam, ab Ort. deſerta Arabiæ, ab Occaſ. Libyam. Eam Nilus interfluit, cujus oſtio Canopico ab Africa, Peluſiaco ab Aſia ſecernitur. Figuræ eſt triangularis, quam efficit Nilus, ita ſe dividens, ut Δ literam facere videatur. ¶ In hac regione nunquam viſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcundatur. *Plin. l.* 5. *c.* 9.

Ægyptus, filius Ægyſthi (qui ex Belo Priſco, vel ex Neptuno, & Libya, ortus eſt) & Anchinoes Nelei filiæ, frater Danai. V. Belides.

Ælana, Læana, Lena, *Eutor*, urbs Arabiæ Petrææ in conſ. Fel. ad intimum fere ſin. Arabici receſſum, qui ibi Ælaniticus Sinus, Elaniticus, Aleniticus, Leniticus, Leaniticus nominatur, a Sina M. 10. M. P. ab Heropoli ad 150.

Ælia, αἰολία, regio in Aſia, inter Myſiam, & Joniam. ¶ Eſt & orbs Calabriæ. ¶ Ælia Capitolina urbs eſt Hieroſolyma, dicta ab Ælio Adriano, quia a Tito Imper. everſa, ab Adriano reſtaurata fuit. ¶ Item Ælia familia Romana. ¶ Ælia lex de Comitiis lata eſt a Q. Ælio Conſule, ut quoties cum populo ageretur, augures de cælo ſervarent. *Cic. pro Sext. cap.* 15.

Ælianus, a, um, ad Ælium (nomen Romanum) pertinens, ut Æliane oratiunculæ, apud *Cic. de clar. orat. c.* 56. h. e. a quodam L. Ælio conſcriptæ.

Aēllo ἀελλώ, trium ſyllab. una Harpyarum. *Ovid.* 13. *Metam. verſ.* 583. ¶ Nomen etiam eſt unus ex canibus Actæonis. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 219. Et curſu fortis Aello.

Ælūrus, i, m. 2. *gatto*, αἴλουρος, fellis. *Gell. l.* 20. *c.* 7. Ælurorum oculi ad vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Æmathia, V. Emathia.

Æmidus, idem quod tumidus, apud Veteres, teſte *Feſto*.

Æmilia, f. 1. *Romagna*, regio eſt Italiæ, a via Æmilia nomen habens, ab Arimino Placentiam uſque protenſa. Dicitur etiam Romandiola, & Flaminia. Sed latius patet. Nam præter Romandiolam, partem etiam Longobardiæ Ciſpadanæ complectitur. Flaminia vero nomen potius eſt Romandiolæ. Urbes Æmiliæ ſunt, Ariminum, Bononia, Cervia, Ceſena, Comaclum, Faventia, Ferraria, Forum Cornelii, vel *Imola*, Forum Livii, Forum Populi, Julia, Mutina, *Parma*, Placentia, Petra Honorii, Ravenna, Regium, Sarſina.

Æmiliæ via ab Æmilio Coſ. ſtrata eſt. Tres viæ Æmiliæ ſunt, una ab Arimino Placentiam uſque, immo uſque Dertonam, altera ab Arimino Aquilejam uſque, tertia a Piſis per Hetruriam Dertonam uſque orb. Liguriæ.

Æmilia gens, ſeu familia, & gens Romæ honeſtiſſima, a qua Scipio Africanus minor Pauli Æmilii F. per adoptionem inſertus familiæ Scipionum, Æmilianus appellatus eſt. Dicitur appellata eſſe a Mamerco Pythagoræ Philoſophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuit Æmylos. Nam αἱμύλιος Græci ſermonis lepiditatem vocant. ¶ Æmilia Tribus Romana ruſtica, ſic appellata eſt ab Æmilia gente.

Æmiliānus, nomen fuit Africani minoris Pauli Æmilii filii, cum ex Æmilia gente in Scipionum familiam eſſet adoptatus. Poſtea alii plerique ejuſdem familiæ ſic appellati ſunt. *Juven. ſat.* 8. Et ſtantes in curribus Æmilianos. *Sueton. Claud. c.* 18. Æmiliana ædificia.

Æmilius, a, um, adject. *Propert. l.* 3. *eleg.* 3. Regiaque Æmilia vecta tropæa rate. id eſt Pauli Æmilii, qui de Perſeo triumphavit.

Æmilius Macer, Poeta Veronenſis fuit, teſte *Serv. ad Eclogam Virgil.* 5. & *ad* 1. *Æneid.* Scripſitque de volucribus, ſerpentibus, & virtutibus herbarum, ſub Auguſto: cujus meminit *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 10. Sed ejus carmina ætatem non tulerunt. Alterius enim, & multo poſterioris ſunt quæ hodie ſub hujus nomine circumferuntur.

Æmon, V. Hæmon.

Æmonia, αἱμονία, regio Macedoniæ, quæ primum Pyrrhæa dicta eſt a Pyrrha Deucalionis uxore, deinde Æmonia ab Æmo monte, vel ab Æmone Deucalionis filio, tandem Theſſalia. A nonnullis ſcribitur *Hæmonia* cum aſpiratione. ¶ Eſt item Æmonia urbs Iſtriæ exciſa ad Nauportum 8. ex cujus ruinis civitas nova in ora inde ad 3. M. P. condita eſt. ¶ Æmonia etiam, vel Æmona, vel Hæmonia eſt Col. Japidiæ, in Norici, & Pannoniæ Super. conf. M. P. a Labaco Metrop. Carnolæ. *Plin. lib.* 3. *cap.* 24.

Æmŏnis, idis, gentile fœminin. quæ eſt ex Æmonia, ſeu Theſſalia. *Ovid. in epiſt. Laodam. ad Proteſil.* Æmonis Æmonio juncta puella viro.

Æmonius, a, um, o. 1. 2. adject. qui eſt ex Æmonia. *Ovid. de remed. Amor.*

mor. v. 249. Terra Æmonia. Et *Juvenis Æmonius* pro Jaſone, *l. 7. Metam.* v. 132. Æmoniæ artes, h. e. magicæ, *lib. 2. de arte amandi*, v. 99. Theſſaliæ enim magicis artibus infamis fuit. *Æmonia cuſpis* apud *Propert. l. 2. el. 1.* eſt haſta Achillis Theſſali, qui *Æmonius heros* dicitur ab *Ovid. 2. Amor. el. 9.* ¶ *Æmonia puppis* eſt navis Argo apud *Ovid. 1. de ar. am.* v. 6. quia facta eſt in Theſſalia ab Jaſone, qui dicitur Æmonius juvenis ab *eod. l. 7. Metam.* 132.

Æmulamentum, ti, n. æmulatio. *Tertull. in carm. contra Marcion. cap. 1.* Quæ propter merito nos æmulamenta locuti. *Media ſyllaba* male corripitur.

Æmulanter, adverb. *con emulazione, o invidia*. *Tertull. cont. Hæret. c. 40.* Tum æmulanter affectavit (Diabolus) exprimere in negotiis idololatriæ.

Æmulatio, onis, f. 3. *emulazione, il contraffare, l' imitare altri in qualche opera invidioſamente*, קנאה, Ger. *nachfolgung, eifer, neid, vergunſt*, Gal. *envie d' enſuivre quelqu' un, jalouſie*, Hiſp. *remedamiento, en bien, e en mal embidia*, ζῆλος, imitatio. Ut autem *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* ſcribit, dupliciter dicitur, ut in laude, & in vitio nomen hoc ſit, ſicut æmulor. Nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur, & eſt æmulatio, ægritudo, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat. *Petron. in Sat. c. 99.* Neque enim in amantium poteſtate eſſe furioſam æmulationem. Et hæc a Græcis dicitur ζηλοτυπία, *geloſia*.

Æmulator, oris, m. 3. *emulatore*, ζηλωτὴς idem quod æmulus. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Catoni, & ejus æmulatori Servilius attribuas. ¶ Et dicitur tam ad laudem, quam ad vitium, ſed ad laudem frequentius, ut in loco Cic. cit. & ſignificat imitandi ſtudioſum.

Æmulatus, us, ui, m. 4. idem quod æmulatio. *Tacit. Annal. 13. c. 46.* Otho, ne in Urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur. *Id. hiſt. l. 3. c. 66.* extincto æmulatu.

Æmulo, as, a. 1. idem quod æmulor. *Apulej. lib. 1. Metam.* Si patris tui virtutes æmulaveris.

Aemulor, aris, d. 1. *imitare a concorrenza*, קנא, ?, Germ. *nachtun, nachfolgen*, Gall. *imiter, avoir de l' emulation, faire a l' envy*, Hiſp. *imitar, competir*, ζηλόω, ab æmulus, cum accuſativo in bonam partem accipitur, pro imitari, & quaſi aſſequi, cum dativo in malam partem, pro invidere. *Cic. pro Plac.* Omnes ejus urbis inſtituta laudare facilius poſſumus, quam æmulari. *Id. 4. Tuſc.* Quod his æmulentur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus. *Plaut. in Mil. 3. c. 26.* Aemulari quia non licet, invidet. ¶ Aemulari cum aliquo eſt apud *Liv. l. 28. c. 43.* Tanquam mihi ab iſto quoque periculum ſit, ne mecum æmuletur. ¶ Interdum ſignificat contendere cum laude. *Quintil. lib. 1. cap. 3.* Sunt enim nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus, cum, poſitis invicem quæſtiunculis, æmulantur. ¶ Significat etiam ſequi. *Tac. hiſt. lib. 3. c. 81.* Studium Philoſophiæ, & placita Stoicorum æmulatus. ¶ Differt æmulari ab imitari: nam qui imitatur, ſatis habet, ſi aliqua ex parte ſimilis ei eſſe poſſit, cujus exemplum ſequitur: at qui æmulatur, ſtudet etiam æquare, & ſuperare, majoremque gloriam, ſi poſſit, adipiſci. Et quia ad hoc ſtudium ſæpe livor, & invidia accedit, ideo æmulari accipitur frequenter pro contendere, aut invidere. *Cic. 4. Tuſcul. c. 26.* Vitioſa illa æmulatione, quæ rivalitati ſimilis eſt, æmulari quid habet utilitatis? ¶ Tribuitur aliquando rebus inanimis. *Plin. l. 14. c. 1.* Baſilicæ uvæ Albanum vinum æmulantur.

Aemulus, i, m. 2. ſubſtant. & in femin. æmula, æ, imitator, ſtudioſus, *emulatore, emulo*, מקנא, Germ. *nachfolger*, Gal. *emulateur, emule*, Hiſpan. *embidioſo, competidor*, ζηλωτὴς. Derivat Voſſ. a græco ἁμιλλάω, quod eſt contendere, certare; nam & ἀνθάμιλλος eſt æmulus. *Cic. pro Marcello.* Illo æmulo, ac imitatore ſtudiorum meorum. *Vellej. Paterc. l. 2. in princ.* Sublata imperii æmula. *h. e.* Carthagine. ¶ Proprie eſt adjectivum, & in bonam, & in malam partem uſurpatur cum dativo, & genit. vel etiam cum accuſ. addita præpoſit. in. *Tacit. Annal. l. 13. c. 3.* Dictator Cæſar ſummis Oratoribus æmulus. *Id. Annal. 16. c. 22.* Aemulus Brutorum Thraſea. ¶ Aemulum eſſe in aliquem dixit *Apulej. lib. 1. Metam. poſt init.* in convivas æmulus. *h. e.* qui avidius vorat, & timet, ne illi plus edant. ¶ Pro obtrectatore, & invido. *Virg. Æn. 6. de Miſeno.* Aemulus exceptum inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat unda. Sic *æmulam ſenectutem*, h. e. invidam, ſeu adverſam virtuti apud eund. *Æn. 5. v. 415.* *Servio interpr.* ¶ Non raro pro rivali ponitur. *Cic. lib. 6. Att. ep. 3.* Licet eum ſolus ames; me æmulum non habebis. ¶ Et quoniam qui æmulantur, pares, vel majores eſſe volunt, ideo res rei æmula dicitur, quæ ſimilis eſt ei, & comparanda. *Martial. l. 4. epigr. 41.* Pæſtanis rubeant æmula labra roſis. *Plin. l. 15. c. 18.* Ficus quædam pyris magnitudine æmulæ. ¶ Ejuſdem Muſæ æmulus, proverbii vice uſurpatur a *Gell. in præfat.* de eo, qui ejuſdem diſciplinæ ſtudioſus eſt.

Aemus. V. Hæmus.

Aenaria, Inarime, Pithecuſa, *Iſchia*, Inſula cum Urbe cognomine E. in Campania, in ſinu Neapolitano. Dicta eſt a ſtatione navium Aeneæ.

Aenea, æ, f. 1. Αἰνεία, urbs Thraciæ, in regione Creſſea. *Liv. lib. 3.* Condita creditur ab Aenea Trojano. *Steph.* Incolæ dicuntur Aeneades, & Aeneatæ. Hinc poſſeſſ. Aeneaticus, a, um. ¶ Fuit etiam hoc nomine opp. in Latio conditum a Romulo Aeneæ filio, quod poſtea Janiculum dictum eſt, quia per ipſum Populus Romanus tranſire cœperat in agrum Etruſcum.

Aeneadæ, Trojani ab Aenea. *Virg. Æn. 3. v. 18.* Aeneadaſque meo nomen de nomine fingo.

Aeneades, æ, aut Aenides, vocalib. a, & e in i longum conflatis, Julus, vel Aſcanius Aeneæ filius. *Virg. Æn. 9. v. 653.* Sit ſatis, Aenide, telis impune Numanum.

Aeneas, æ, m. 1. Αἰνείας, Veneris, & Anchiſæ filius, Virgilii carmine notiſſimus, dictus Aeneas, ut quidam putant, ab αἰνεῖν, quod eſt laudo. Nam laus a Græcis αἶνος dicitur. De hujus genealogia vide *Ovid. l. 4. Faſt. v. 31.* Dardanon Electra, &c. ¶ Ex incendio Trojæ navigavit in Italiam; ibique Romanæ reipublicæ fundamenta jecit: quod tota Aeneide ſua narrat *Virgilius*. Ejus naves a Turno incenſæ in Nymphas mutatæ ſunt. *Virg. 9. Æneid. Ovid. 14. Met.* ¶ Deus indiges factus eſt. *Ovid. ibid.*

Aeneatores, m. 3. *trombetti*, חצוצרים, Ger. *trometter*, σαλπιγκταὶ, tubicines, ab ænea tuba. *Ammian. l. 19. & 24. Suet. in Cæſ. c. 32.*

Aeneidomaſtix, Αἰνειδομάστιξ, liber a Carbilio Pictore in Virgilium editus, in quo ejus vitia, furtaque annotavit, ut ſibi quidem perſuaſerat ſtultiſſimus nebulo. Quanquam non deſunt, qui eum librum a Mecœnate ſuppoſitum aſſerant.

Aeneis, idos, vel idis, Virgilii de Aenea opus. *Ovid. l. 2. Triſt. v. 533.* Et tamen ille tuæ felix Aeneidos auctor. *Stat. in fi. Theb.* Vive, precor, nec tu divinam Aeneida tenta.

Aeneius, a, um, u. 1. 2. quatuor ſyllabar. ad Aeneam ſpectans. *Ovid. 1. Amor. eleg. 15.* Tityrus, & ſegetes, Aeneiaque arma legentur.

Aeneolus, dimin. ab æneus, ſeu ahenus. In *Tragur. Fragment. Petron. c. 73. edition. Burm.*

Aeneſi, dicti ſunt comites Aeneæ. *Feſtus.*

Aeneus, a, um, adject. ab æs, idem quod æreus, *di bronzo*, נחשת, Germ. *ertzin, kupferig*, Gal. *fait de cuivre, ou qui eſt d' airain*, Hiſp. *coſa de alambre, o cobre*, χάλκεος, vaſa ænea. *Colum. l. 12. cap. 20.* Candelabra ænea. *Cicer. 6. Verr.* ¶ Voſſio videtur factum per ſyncop. ab æruneus. ¶ Dirreſi ex æneus videtur eſſe *aeneus*, ut, murus aeneus eſto. *Horat. l. 1. epiſt. 1. v. 60.* pro quo vulgo ſcribitur, *ahenus*. ¶ Aeneum pro firmo, perpetuo accipiunt Poetæ, quod, ut ait *Porphyr.* nulla rubigine conſumitur. V. *Ahenus.*

Aenigma, tis, n. 3. *enigma, allegoria oſcura*, חידה, Germ. *raetzlein, dunkele*, Gal. *enigme, & ſentence obſcure, & couverte*, Hiſp. *ſentencia obſcura, enigma*, αἴνιγμα, obſcura allegoria, vel quæſtio obſcura, quæ difficile intelligitur, niſi aperiatur, ab αἰνίττομαι, obſcure loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum eſt. Hujuſmodi eſt illud *lib. Judicum*, De comedente exivit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. *Gel. l. 12. c. 6.* Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex noſtris veteribus Scirpos, vel Scirpos appellarunt. ¶ Hinc quævis obſcurius dicta, vel ſcripta ænigmata appellantur. *Cic. Attic. l. 7. ep. 13.* Aenigma Oppiorum de Velia non intelleat. *Juv. Sat. 8. v. 50.* Ut legum ænigmata ſolvat. ¶ Apud *Prudent.* non ſemel invenitur pro imagine, & figura, ut *hymno in. Cathemerin. Enigmate:* requiret ſua munera victor, & auctor, Propriaque ænigmata vultus.

Aenigmatiſta, vel Aenigmatiſtes, æ, m. αἰνιγματιστὴς, qui ænigmata proponit, ſeu obſcure loquitur. *Sidon. l. 8. ep. ult.*

Aenobarbus, V. Ahenobarbus.

Aenon, fabulam quidam interpretantur, ſed cum quadam differentia, de qua vide Interpretes *Ariſtoph.* Alii Apologum ſignificare tradunt, alii proverbium, alii ænigma. *Quintil. l. 5. cap. 11.* Aenon Græci vocant, noſtrorum quidam non ſatis recepto in uſum nomine Apologationem.

Aenos, Aenus, Aeneum, Poltiobria, Græcis Ἔνο, & Ἔνιο, Turcis *Tgnos*, urbs E. Thraciæ, in ora maris Aegæi, inter oſtia Hebri ad Occ. & Melanen ſinum Cherſoneſi ad Or. ad 15. M. P. ab Aenea condita creditur. *Virg. 3. Æn.* Ibi Polydorus ſepultus eſt.

Aeolium, n. 2. diminut. ab Aeno, vas ex ære parvum. *Feſtus.*

Aenum, V. Ahenum.

Aeolia, *Iſole di Lipari*, regio eſt Siciliæ, ex ſeptem conſtans Inſulis, quarum nomina hæc ſunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphuſa, ſive Ericula, Phœniſuſa, & Evonymos, nunc *Lipari, Volcano, Strombuli, Salino, Panari, Alicur, Felicur*, & *Uſtica*. ¶ Regio hæc dicta Aeolia eſt ab Aeolo Jovis filio, qui Iliacis temporibus in ea regnavit. Dicta etiam eſt Lipara a Liparo Auſonis Regis filio, qui eam ante Aeolum rexit. ¶ Inſulæ vero ſimul ſumptæ dicuntur a Latinis Aeoliæ, Liparææ, Vulcaniæ, a Græcis Helphæſtiades, ab Italis *Merlores*, & *Iſole di Lipari*. ¶ Aeolia item regio eſt Aſiæ. V. Aeolis.

Aeolicus, a, um, o. 1. 2. ex Aeolia, idem quod Aeolius. ¶ Aeolica Dialectus, quæ Joniæ proxima eſt. Gens Aeolica. *Plin. l. 6. c. 2.*

Aeolides, æ, m. Aeoli filius, aut nepos. *Ovid. 13. Met. v. 26.* ubi de Siſypho Aeoli filio loquitur: & *7. Met. v. 672.* ubi de Cephalo Aeoli nepote: & *Virg. 6. Æn. v. 529.* ubi Ulyſſem intelligit creditum Aeoli filium ex furtivo concubitu Anticliæ Laertæ uxoris.

Aeolipylæ æreæ dicuntur a *Vitruv. l. 1. c. 6.* Vaſa rotunda ex ære ad cognoſcendam ventorum rationem facta. Eæ habent foramen anguſtiſſimum, quo aqua implentur: collocanturque ad ignem, ex quo ut caluere, vehementem flatum emittunt. Alii eas vocant *ollas anemoticas*.

Aeolis, idis, f. 3. Αἰολίς, vel Aeolia, æ, antea Myſia, *Sarcum*, reg. Aſiæ proprie dictæ, mari Aegæo expoſita, inter Troadem ad Arctum, & Joniam ad Merid. a Troade diviſa Lecto Promon. a Jonia Hermo fl. Dicta eſt ab Aeolibus Græciæ populis qui ibi in ea urbes ædificarunt. *Herod. l. 1. Plin. l. 5. c. 30.* Populi igitur regionis Aeoles dicuntur, de quibus ſupra dictum eſt. Urbes ſunt Elæa, Myrina, Cume, Phocæa. Flumina Hermus, & Pactolus, ex Lydia fluentes. ¶ Aeolis etiam eſt patronym. femin. id eſt Aeoli filia. *Ovid. Met. 11.* Aeolis interea tantorum ignara malorum.

Aeolius, a, um, o. 1. 2. poſſeſſiv. ab Aeolibus, ut mare Aeolium, antea Myſium, quod Aſiatico litori adjacet. ¶ Aeolia puella, ideſt Sappho, apud *Horat. Carm. 4. od. 9. & od. 3.* Aeolio carmine nobilem. *h. e.* lyrico, quod Alcæus poeta, quem Horatius imitatus eſt, Aeolica Dialecto ſit uſus.

Aeolus, m. 2. *Eolo*, Αἴολος, Jovis filius ex Aceſta, ſive Segeſta filia Hippotæ Trojani, a quo Hippotades dicitur. *Ovid. 11. Met.* Hic in hoſpites benignus fuiſſe, ac Liparam, & Aeolias ab eo nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in his Strongylen, ex cujus fumo, quinam flatus futuri eſſent in triduum, prædicebat. Unde ventorum rex putatus eſt. ¶ Fuit præterea Aeolus Hellenis filius, nepos Deucalionis, a quo ventorum rationem primo inventam tradidit *Plin. l. 7. c. 4.* ¶ Fuit & alius Tuſcorum Rex, Αἴολος, latine varius, ſive doloſus dicitur.

Aeon, onis, ævum. *Tertull. de Præſcriptionib. adverſ. hæret. c. 33.*

Aepytius, a, um, o. 1. 2. adject. *Æpytios agros* dixit *Stat. Theb. 4. v. 296.* h. e. ad eam Arcadiæ partem pertinentes, quæ *Epytia* dicta eſt. Alii ſcribunt Ephitii.

Aequabilis, le. *uguale*, ἴσος, ὁμαλὸς, ut æquabile orationis genus, ideſt ubique ſui ſimile. *Cic. Offic. 1. c. 1.* ¶ Nonnunquam idem eſt quod æqualis. ut æquabilis prædæ portio. *Id. 2. Offic. c. 11.* Adde *Plaut. Capt. 2. 2. v. 52.* ¶ Aequabilem eſſe in aliquem, eſt æquum, & moderatum eſſe. *Tacit. 6. Annal. c. 32.*

Aequabilitas, tis, f. 3. *ugualità*, ישר, מישור, Ger. *gleichheit, vergleichung*, ἰσονομία, ὁμαλότης, idem fere, quod æqualitas, hoc eſt certus quidam rerum modus, & conſtantia, vel ſibi conſtans, & nulla parte in vitium inclinans ratio, ut Aequabilitas vitæ, in qua nulla eſt perturbatio, neque varietas, aut diſcrepantia. *Cicer. 1. Offic. c. 25.* In juris æquabilitate exercenda.

Aequabiliter, *ugualmente*, adver. ὁμαλῶς, æqualiter. *Cic. 2. de natur. Deor.* Tectus toto corpore æquabiliter fuſus eſt. ¶ Comparativum eſt apud *Salluſt. Catil. c. 2.* Aequabilius, & conſtantius ſeſe res humanæ haberent.

Aequævus, a, um, o. 2. 2. *della medeſima età*, בן גיל, Ger. *gleiches alters*, Gal. *de meſme age*, Hiſp. *de ygual edad*, ὁμῆλιξ, æqualis, ejuſdem ætatis, ab æqualitate ævi. *Virg. 2. Æn. v. 561.* Ut Regem æquævum crudeli vulnere. ¶ Nomen eſt propriæ Poeticum. Nam Aequalis Oratorium eſt. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Plin. l. 16. c. 44.* Locos æquæva Urbi.

Aequalis, e, n. 3. *uguale*, שוה, שוית, Germ. *gleich*, ἴσος, par, ſimilis. *Cic. 3. de Orat. c. 18.* Virtutes ſunt inter ſe æquales, & pares. *Id. in Orat. c. 56.* Partem pedis æqualem eſſe alteri parti. *Id. ibid. c. 64.* Creticus æqualis pæon. *Ovid. 1. Met. v. 34.* Aequalis ab omni parte. *Liv. l. 24. cap. 46.* Strepitus lentior, & æqualior auribus incideus. ¶ Sæpe uſurpatur de tempore, & ſignificat eum, qui ejuſdem eſt ætatis, aut temporis, *coetaneo, contemporaneo*; uſurpatur autem vel abſolute, vel cum genitivo, aut dativo. *Terent. Andr. 2. 6. 22.* Quem vocabo ad cœnam meorum æqualium? *Cic. de clar. Orat. c. 69.* In memoriam notam, & æqualem incurro. *memoria de' miei tempi*. *Id. ibid. c. 18.* Livius Ennio æqualis fuit. *Id. de Aruſp. reſp. c. 17.* Sacrificium vetuſtum, quod a regibus æquale huic Urbi accepimus. *Id. 1. de Divin.* Philiſtus æqualis illorum temporum. ¶ Superlat. *Æqualiſſimus* habet *Tertull. de anim. c. 17.* Aequaliſſima porticus.

Aequalitas, atis, f. 3. *uguaglianza*, יושר, מישור, Germ. *gleichheit*, ἰσότης, ſimilitudo, paritas. *Plin. l. 30. c. 31.* Carnes, quæ excreſcunt, ad æqualitatem redigit. *Cic. Partit. c. 6.* Similitudo, æqualitaſque verborum.

Aequa-

Aequaliter, adv. *ugualmente*, כשוה, Germ. *gleich*, ὁμαλῶς, ſimiliter, pariter. *Cic. 4. Acad.* Aequaliter omnibus abrogatur fides. *Tacit. Annal. 15. c. 21.* Aequalius, atque conſtantius provincias regere. *h. e.* æquabilius.

Aequamentum, i, n. *Varr.* apud *Non. cap. 1. n. 28.* Amuſſis eſt æquamentum lævigatum, &c. *h. e.* inſtrumentum ad æquandum aptum.

Aequanimus, a, um, o. 1.2. *temperato*, Ger. *duldmutig*, Gal. *qui prend bien les choſes, qui ſurviennent ſans ſe faſcher, & ennuyer*, Hiſp. *paciente, y ſuffrido*, ἀόργητος, qui eſt æqui animi, ideſt, qui nec proſperis extollitur, nec adverſis frangitur. *Auſon. in ſept. Sapient. v. 3.* Aequanimus fiam, te judice. *Id. Idyll. 3. v. 9.* Nulla res fuit parva unquam æquanimis.

Aequanimitas, atis, f. 3. *temperanza d'animo*, ענוה, Ger. *ſanfftmutigkeit*, Gal. *moderation*, Hiſp. *moderacion*, ἀοργησία, favor, & propitius animus. *Terent. in Adelph. prolog.* Bonitaſque veſtra adjutans, atque æquanimitas.

Aequanimiter, adv. *temperatamente*, ἀοργήτως, moderate, æquo animo. ¶ Apud poſterioris ætatis Scriptores frequens eſt. *Sulpit. Sever. Dial. 1. c. 4.* Vinſtio c. 21. Hæc tua verba æquanimiter acceperint. *Macrob. Saturn. 2. c. 4.* Auguſtus æquanimiter alique etiam jocis mordaciora pertulit. Adde *Ammian. 19. c. 21.*

Æquatio, onis, f. 3. *uguaglianza*, ἰσότης, ὁμαλότης. *Cicer. Offic. 2.* Æquatio bonorum. *Liv. l. 34. c. 31.* Æquatio fortunæ, & dignitatis. *Cic. 2. Offic. c. 21.* Aequatio bonorum.

Aequator, oris, m. 3. ἰσημερινός, (vox Aſtronomica, nec extra neceſſitatem adhibenda) circulus in Cœlo ſphæram dividens in duas partes æquales, parem utrinque verſus polos mundi diſtantiam relinquens, in quem cum Sol inciderit (quod bis contingit in anno, ſemel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies ſuos æquales nocti toto orbe terrarum. Æquinoctialis etiam vocatur. ¶ Eſt etiam *æquator* qui æquat. *Inſcript.* apud *Grut. pag. 583. n. 8.* Æquator monetæ.

Æquatus, a, um, *uguagliato, appianato*, æqualis factus. *Virg. Æn. 7. v. 698.* Ibant æquati numero. *h. e.* in pares ordines acierum digeſti. *Cic. Verr. 6. c. 48.* Æquata agri planities. *Sueton. in Calig. c. 37.* Campi montibus aggere æquati. *Virg. Æn. 4. v. 581.* æquatis aciem procedere velis. *h. e.* æqualiter extenſis, & proſpero vento inflatis.

Æque, *giuſtamente*, יושר, בצדק, Ger. *billichlich*, Gal. *juſtement, egalement*, Hiſp. *ygualmente, juſtamente*, δικαίως, adv. juſte. *Sen. in Med.* Etiamſi æque ſtatuerit. ¶ Sæpe eſt æqualiter. *Cic. 2. Offic.* Benevolentia civium non æque omnes egent. ¶ Interdum ſignificat tam, vel tantum, vel ſimiliter, ὁμοίως. & conſtruitur cum variis particulis. Sic æque ac. *Cic. Famil. 2. 2.* Mihi carus æque ſis, ac filius patri. ¶ Æque atque. *Terent. Phorm. 4. 5.* Tu mihi fidelis es, æque atque egomet ſum mihi. ¶ Æque ac ſi. *Cic. Fam. 13. 44.* Egnatii rem ut tueare, æque a te peto, ac ſi mea negotia eſſent. ¶ Æque &. *Cic. 3. de Orat. c. 50.* Verſus æque prima, & media, & extrema pars attenditur. ¶ Æque ut. *Cic. Philipp. 12. c. 12.* Poſſumus ne igitur in Antonii latrocinio æque eſſe, ut hi? ¶ Æque cum. *Teren. Phorm. 5. 9.* Novi æque omnia tecum. ¶ Æque quam. *Liv. l. 28. c. 26.* Nihil æque eos terruit, quam præter ſpem robur, & color Imperatoris. ¶ Æque aliquando redundat. *Plaut. Capt. 3. 5.* Nec quidquam eſt mihi nunc, æque melius cui velim. ¶ Aliquando deeſt, ſed ſubaudiendum eſt. *Plaut. Menæc. 5. 6.* Sem heri diligenter tuetur, quam ſi ipſe adſit. ¶ Aliquando geminatur. *Tac. vit. Agr. c. 15.* Æque diſcordiam præpoſitorum, æque concordiam ſubjectis exitioſam. *Adæque* & *Peræque* V. locis ſuis.

Æqui, Æquicolæ, Æquiculi, Æquiculani, pop. Italiæ, Latinis, & Volſcis finitimi, a Q. Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti, quorum urbes fuere Alba, Tibur, Præneſte, Carſeoli, cum aliis. *Plin. l. 3. c. 12.* ¶ In ſing. numero *Ovid. 3. Faſt. v. 83.* Quotum Laurentes, his quintum Æquiculus aſper.

Æqui Bonique facio, a. 3. *pigliare in buona parte*, εὐγνωμονῶ τινί, in bonam partem accipio. *Terent. Heaut. 4. 5. 40.* Equidem iſthuc, Chreme, æqui bonique facio. ¶ Significat etiam, æquo animo patior, nihil laboro, non curo. *Liv. l. 34. c. 21.* Cæterum ſi vos nec cura civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne ſerpat latius contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus. *noi ci contentiamo: non ci penſiam più.* ¶ Cicero ad *Attic. l. 7. epiſt. 7.* Æqui boni facit, ſine copula dixit. ¶ Æqui bonique dicere, *parlar a dovere, a ragione*. *Ter. Phorm. 4. 3. 32.* Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris, ut eſt ille bonus vir, tria non commutabitis verba inter vos.

Æquicus, a, um, qui Æquorum eſt, ut bellum Æquicum. *Liv. l. 10. c. 1.*

Æquidialis, ἰσημερινός, adject. *Feſt. Pomp.* Æquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus Æquinoctiale.

Æquidici verſus, explicantur a *Diomede Grammat. l. 3.*

Æquidiſtans, æqualiter diſtans. *Martian. Capell. l. 8.*

Æquiformis, ut æquiformis verſus apud *Diomed. Grammat. l. 3.*

Æquilanium, ſeu Æquilavium. *Feſtus* exponit a lavatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, cum dimidium decedit ſordibus.

Æquilanx, ancis, adject. æquas habens lances. *Fulgent. in Contin. Virg.*

Æquilatatio, onis, f. 3. *larghezza uguale*, ex æquo, & latum, quaſi æqualium linearum ſecundum latitudinem productio. *Vitruv. l. 9. c. 8.* Diducto circino ad lineam, planitiæ æquilatatio ſignetur.

Æquilateralis, le, æqualia habens latera. *Cenſorin. de die nat. cap. 8.*

Æquilaterus, a, um, æquilateralis. *Martian. Capell. lib. 6.*

Æquilatus, eris, n. *equilatero*, ἰσόπλευρον. *Auſon. in Gripho, v. 50.* Per trinas ſpecies trigonorum regula currit, Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

Æquilibratus, a, um, *contrappeſato, equilibrato*, *Tertull. cont. Hermog. c. 41.* Æquilibrato impetu ferebatur.

Æquilibris, e, proprie ſignificare videtur, quod ad libram æqueli conſtat pondere, ut ſi dicas, Hi nummi ſunt æquilibres. ¶ Transfertur & ad aliam æqualitatem. *Vitruv. l. 5. c. 10.* Seſquipedales margines ſtruantur æquilibres ei planitiæ. *h. e.* omnino æquales, vel æqualiter librati.

Æquilibritas, atis, æquabilitas, æqualitas. *Cic. lib. 1. de nat. Deor. cap. 39.* Confugis ad æquilibritatem. Sic enim ἰσονομίαν, ſi placet, appellemus.

Æquilibrium, ii, *contrappeſo giuſto*, פלס. Ger. *ſo das waag inſtehe, gleich iſt*, ἰσορροπία, æquatio libræ, vel exacta æqualitas. *Vet. Gloſ.* Æquilibrium, ἰσοσταθμία. *Senec. l. 3. quæſt. nat. c. 25.* Tigna ad medium ſubmerſa ad æquilibrium aquæ. ¶ Translate *Gell. l. 20. c. 1.* Efficere rumpendi pariter membri æquilibrium.

Æquimanus, i, qui ambidexter a nonnullis dicitur, nempe qui utraque manu æque utitur. *Auſon. Technopægnio.* Quis mirmylloni contenditur? æquimanus Thrax, *mancino, mamitro*.

Æquimelium, n. 2. locus Romæ, ubi domus Sp. Melii ſolo æquata fuit. *Tit. Liv. l. 4. c. 16. Cic. pro domo ſua, c. 38.*

Æquimentum, V. Equimentum.

Æquinoctialis, n. 3. *equinoziale*, Ger. *das zu der tage, und nachts gleiche geboreb*, quod ad æquinoctium ſpectat. *Plin. l. 2. c. 72. & Senec. l. 3. Quæſt. Nat. c. 8.* ¶ Æquinoctialis circulus eſt Æquator, mundum in æquales partes dividens. *Varr. l. 8. L. L.*

Æquinoctium, n. 2. *equinozio*, שוה ימים, Ger. *gleich tag, und nacht*, ἰσημερία, ex æqualitate noctium, tempus illud, quo dies, & noctes horarum ſpatio æquales ſunt. *Cic. ad Att.* Æquinoctium nos moratur. ¶ Duo ſunt autem æquinoctia, Vernale ſcilicet, & Autumnale. Vernale fit quarto idus Martias, vel circa octavum Cal. Apr. & in octava parte Arietis conficitur, Autumnale 18. Cal. Oct. ante Vergiliarum occaſum diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantum partes dividebant, in æſtivum, & hiemale ſolſtitium. *Liv. 31. 47. Plin. 2. 97.*

Æquipar, æquiparis, æqualis, ut compar. *Auſon. in Monoſyl.* Biſſenas partes quæ continet æquipares? *As*. Adde *Apul. in Flor. n. 3.* & *Sidon. lib. 8. epiſt. 6.*

Æquiparabilis, & le, o. 3. *comparabile*, ממשל, Germ. *gleichlich*, quod æquari cum aliquo poteſt. *Plaut. Curcul. 1. 3. v. 12.* Quid videbis Dis magis æquiparabile? *Prudent. Hamart. v. 79.* Non conferre Deo velut æquiparabile quidquam, Auſim.

Æquiparantia, æ, f. æquiparatio. *Tertull. adverſ. Valentinian. c. 16.*

Æquiparatio, f. 3. *uguaglianza*, ערך, Ger. *vergleichung*, ἰσότης. *Gell. l. 5. c. 5.* Rex de numero exercitus ſui, & de æquiparatione æſtimanda quæſierat.

Æquiparo, vel Æquipero, as, are, *uguagliare*, שוה, ערך, Ger. *vergleichen*, ἰσόω, æquo, vel æque parem facio. *Virg. Ecl. 5. v. 48.* Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce Magiſtrum. *Vet. Gloſ.* Æquiperas, ἐξισοῖς. ¶ Pro comparo, confero, *paragonare*. *Liv. l. 5. c. 23. de Camilli triumpho.* Jovis Soliſque æquis æquiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant. *Plaut. Milit. 1. 1. v. 11.* Neque æquiparare virtutes ſuas ad tuas.

Æquipes, edis, ἰσόπους, ἰσοσκελής. *Apulej. l. 1. de dogm. Platon.* & *Diomed. Gram. l. 3.*

Æquipollens, entis, æque pollens. Vox eſt Dialecticorum. *Apulej. de ſyllogiſmo categorico.*

Æquipondium, o. 2. *contrappeſo*, פלס, Ger. *gleich gewichte*, ἀντίρροπον, ἰσόρροπον, ex adject. æquum, & pondus, eſt pondus, illud, quod ſtateræ ſcapo appenditur ad cognoſcenda rerum momenta. *Vitruv. l. 10. c. 8.*

Æquitas, f. 3. *uguaglianza*, מישור, יושר, צדק, Ger. *billichkeit*, Gal. *egalité, equité*, Hiſp. *equidad ygualdad*, ὁμαλότης, æqualitas, *Senec. l. 3. Nat. Quæſt. c. 10.* Ne portionum æquitate turbata, mundus præponderet. *Sueton. in Aug. c. 79.* Æquitas membrorum. *proporzione, ſimmetria*. ¶ Sæpius tranſlate ſumitur pro æqualitate inter homines, quæ ad juſtitiam pertinet, *equità, diſcretezza*. Differt tamen a juſtitia proprie dicta, quod hæc ſecundum jura, & leges ſemper judicat, *æquitas* remittit aliquid, & leges benigne interpretatur. *Cic. 1. de Orat. c. 56.* Pro æquitate contra jus dicere. *Id. pro Cæcin. c. 13.* Æquitate uti. ¶ Interdum tamen ponitur pro ipſa juſtitia. *Cic. 2. Offic. c. 22.* Quam autem habet æquitatem, ut agrum qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat? ¶ Sæpe etiam ſumitur pro animi moderatione, qua quis libenter ſe æquat aliis, nec ſupra ſe effert, *moderazione*. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 22.* Ut animi æquitate plebem contineant, cum ſuas quiſque opes cum potentiſſimis æquari videant. ¶ Item pro ea moderatione, qua quis mediocria concupiſcit, fortunæ qualicumque libenter acquieſcit, & æquo fert animo quidquid accidit adverſi. *Nepos in Thraſyb. c. ult.* Ex iſtis nolo amplius quam centum jugera, quæ & meam animi æquitatem, & veſtram voluntatem indicent.

Æquiter, *egualmente*, æque. *Liv.* vel *Læv.* apud *Non. c. 11. n. 26.* Prædam æquiter partito. Adde *Plaut. in fragment. apud Priſcian. l. 15.*

Æquivaleo, es, n. 2. *poter parimente*, שוה, ערך, Germ. *gleich vermogen, gleich gelten*, Gal. *valoir autant, equipoller*, Hiſp. *equivaler*, ἰσοδυναμέω, quaſi æque poſſum. *Auctor carminis de Philomela, quod Ovidio tribuitur, v. 6.* Nulla poteſt modulis æquivalere tuis.

Æquivocum, o. 2. *equivoco*, ὁμώνυμον, a *Martiano* vocatur *Plurivocum*, quando pluribus rebus eadem eſt appellatio, ut Aries. Nam & machinamentum, quo muri expugnantur, ſidus in cœlo, & animal in terris aries vocatur. Eſt autem vox a Logicis inducta, ſed non ſatis fortaſſe confirmata.

Æquo, as, a. 1. *ſpianare*, שוה, ישר, Ger. *eben machen*, Gal. *applanir, egaler*, Hiſp. *ygualar, allanar*, ὁμαλίζω, æquum, ſive æqualem facio, planum. *Cic. 6. Verr.* Quo in ſummo eſt æquata agri planities. Sic æquare aream apud *Virg. 1. Georg. v. 178.* ¶ Per tranſlationem ſignificat æqualiter dividere. *Virg. 1. Æn.* Operumque laborem partibus æquabat juſtis. ¶ Aliquando continuare. *Idem 2. Æn.* Felix ſi protinus illum æquaſſet nocti ludum. ¶ Accipitur etiam frequenter pro eo, quod dicimus æqualem, vel parem alicui facere, vel etiam quempiam alicui in re aliqua, *uguagliare*, atque ita interdum conſtruitur cum præpoſitione cum, interdum cum dativo, interdum abſolute. *Cic. de Leg. c. 10.* Quo tenuiores cum principibus ſe æquari putarint. *Idem 3. Offic.* Qui ſe jam illis fere æquarint. ¶ Item pro æqualem eſſe. *Curt. l. 4. c. 2.* Opus nondum aquæ faſtigium æquabat. *Id. l. 3. c. 13.* Argenti facti pondus quingenta millia talentorum æquabat. ¶ Æquare vela, eſt ſiniſtrum & dextrum velum æqualiter tendere. *Virg. Æn. 4. v. 587.* Vidit & æquatis claſſem procedere velis, *id eſt* proſpero curſu. ¶ Æquare ſolo urbes, domos, turres, eſt ad ſuperficiem uſque diruere. *Liv. l. 24. c. 47.* Solo æquata omnia inter Salinas, & portam Carmentalem. *Id. l. 6.* dixit, æquare ſolo Dictaturam. *h. e.* abrogare. *Vellej. Patrc. l. 2. c. 4.* Scipio Numantiam exciſam æquavit ſolo. ¶ Æquare frontes verbum eſt militare, apud *Tibull. panegyr. Meſſala v. 10.* Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo. Pro quo *Liv. l. 36. c. 44.* dixit, æqua fronte ad pugnam accedere. ¶ Æquare aliquem alicui re, eſt in re ea ſe illi parem facere. *Liv. l. 1.* Quin ea arte æquaſſet ſuperiores Reges. ¶ Significat & comparare. *Id. l. 31. c. 7.* Ne æquaveritis Annibali Philippum &c.

Æquor, ris, n. 3. *mare, pianura*, מישור, Germ. *das meer*, Gal. *la plaine de la mer, ou de la campagne*, Hiſp. *llanura, del mar, a del campo*, πεδίον, πέλαγος, mare dicitur ab æquare, pro planum facere, quod æquam ſuperficiem habeat, ſive planum ſit, nullis jam a tempeſtate fluctuantibus procellis. *Virg. 7. Æn.* Quæ me æquora poſſunt accipere? ¶ Neque ſolum de mari dicitur, ſed etiam in terris, de campo plano, *campo piano, pianura*. *Cic. 1. de Div.* In camporum patentium æquoribus habitantes. ¶ Quandoque pro aere, *aria*. *Virg. 5. Æn.* Aſpice bis ſenos volitantes æquore cygnos.

Æquoreus, a, um, quod ad æquor pertinet, vel marinus. *Virgil. 3. Georg. v. 243.* genus æquoreum. *id eſt* piſces. *Ovid. Met. 8. v. 606.* Æquoreæ Nereo genitore puellæ. *id eſt* Nereides nymphæ.

Æquum, i. neut. ſubſtant. æquitas, *giuſtizia, equità*. *Virg. Æn. 2. v. 427.* Et ſervantiſſimus æqui. *Horat. 1. ſatyr. 3. v. 98.* Juſti prope mater, & æqui. Æquum campi, pro ſuperficie plana. *Liv. l. 3. c. 38.* Haud dubius, facilem in æquo campi victoriam fore.

Æquus, a, um, adject. *uguale, piano, giuſto*, ישר, Ger. *eben, gleich*, Gal. *plaine, egal, raiſonnable, equitable*, Hiſp. *ygual, a juſto, o llano*, ἴσος, ὁμαλός, in quo nihil eminet, nihil eſt inæquale. Venit ab ἴσος, ἴσα, in *æ*, ſive *æ* more Dorum converſo, ut pro ἴσος αἶσος. Differt a plano, quod æquum ſine planitie eſſe poteſt, planum vero ſemper in planitie dicitur, unde & planities ipſa eſt nominata. *Cic. pro Cæc. c. 17.* Sed ne æ-

quo

Digitized by Google

quo quidem, & plano loco. ¶ Aliquando uſurpatur pro æquali, ſive æque magno. *Virg. 2. Æn.* Sequiturque patrem non paſſibus æquis. ¶ Per tranſlationem ponitur pro integro, & juſtitiæ dedito, quaſi qui nullum in partem ſe inclinet. *Cic. 6. in Verr.* Prætor æquus, & ſapiens. ¶ Aliquando pro favente, vel ſuffragante, *amorevole*, & hoc interdum cum dativo. *Cic. ad Att.* Eos ipſos, contra quos ſtatuas, æquos placabileſque dimittas. *Id. 5. Fam. ep. 5.* Tu quoque æquum te judicem dolori meo præbeas. *Hor. l. 2. ſat. 1.* Æquus virtute. *Cic. Verr. 5.* Vide, quam me ſis uſus æquo. ¶ *Æquus animus* eſt, qui ſibi ſemper conſtat, & qui quidquid accidit, in bonam partem accipit, & leniter fert. *Plaut. Rud. 2. 3. v. 71.* Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum. *Cic. de ſen. c. 13.* Æquiſſimo animo mori. *Virg. 4. Æn. v. 372.* Æquis oculis aſpicere, *di buon occhio*. *Cic. Att. 7. 8.* Eſſe animo æquo, *laſciarſela paſſare*. ¶ Sic æquum dicere, æquum facere, æquum poſtulare apud *Terent. dire, fare, domandare coſa ragionevoli*. ¶ Æqui, & iniqui, ſunt amici & inimici. *Salluſt. ad Caſ. de Rep. ordin.* Atque hæc ita ſe ſe habere, tametſi omnes æqui & iniqui memorent, tamen &c. ¶ Æquum & bonum paſſim conjunguntur cum, vel ſine copula. *Plaut. Menach. 4. 2. verſ. 10.* Qui neque æquum bonum unquam colant. *Terent. Heaut. 4. 1. verſ. 27.* Qui neque jus, neque æquum atque bonum ſcient. Hæc autem loquendi formula a JCtis eſt profecta. Nam illi *Æquum bonum* appellant, quando non ſtricto jure, ſed ex naturali æquitate negotium aliquod deciditur. Hinc ex æquo & bono ſtatuere, arbitrari, cenſere, &c. Æquum & bonum impetrare idest rem ſuam recipere, jus ſuum obtinere. ¶ Æqui bonique facere V. ſupra poſt *Æqui*, *Æquicola*. ¶ Æquus ad res quoque inanimatas aliquando refertur, ut æquæ conditio, lex, poſtulatio. *Plaut. Amph. 1. 1.* Æquis conditionibus bellum componere. ¶ Æquum eſt, pro par eſt, decet, juſtum eſt. *Terent. Eunuch. 2. 3.* An potius hæc pati æquum eſt &c. ¶ *Æquius melius*, formula eſt in judiciis bonæ fidei obſervari ſolita. *Cic. 3. Off. c. 15.* Hæc verba maxime excellunt in arbitrio rei uxoriæ, melius æquius. Et *Topic. c. 17.* In arbitrio rei uxoriæ eſt quid melius æquius. *Hoc eſt* in judicio dotis non tantum ſpectatur, quid æquum bonum ſit, verum etiam quid æquius melius.

Aer, is. 3. *aere*, *aria*, אויר, Germ. *die lufft*, Gal. *l'air*, Hiſp. *ayre*, ἀήρ, ab ἄημι, ſpiro, vel ab ἀεὶ ῥεῖν, quod ſemper fluit, ut aliqui ex Platone tradunt: proprie dicitur elementum in medio ſpatio inter ætherem, & terram, quod inane etiam vocatur. *Luc. l. 1.* Aer, & longi volvent Titana labores. ¶ Accipitur etiam pro aeris conſtitutione, aut qualitate, ut purus & tenuis aer, apud *Cic. de Nat. Deor. l. 2. c. 16.* Et *Ovid. de arte am. l. 2. v. 318.* Aera non certo corpore languor habet. ¶ Item pro nebula. *Valer. Flac. l. 5. v. 399.* Famula duce protinus urget aere ſeptus iter. *Virg. Æn. 1. 1. 411.* & *Hor. l. 1. od. 7.* paulo clarius eum epitheto uſi ſunt. Ille obſcuro gradientes aere ſepſit. *hic*, Denſo paventem ſuſtulit aere. ¶ *Id. Virg. Georg. 1. v. 123.* Aere arboris, vel pro cacumine, vel pro aere ipſum cacumen ambiente poſuit. ¶ Aer etiam dicitur tuborum cavitas, qua fiſtulæ aere trahunt. *Senec. Q. Natur. l. 3. c. 24.* Facere ſolemus dracones, milliaria, & complures formas, in quibus aere tenui fiſtulas ſtruimus. Al. rectius leg. *ære*. ¶ *In aere piſcari*, eſt ſtulta conari, & præpoſtera, aut aliquid fruſtra moliri. *Plaut. Aſin. 1. 1. v. 86.* ¶ Aeres in plurali dixit *Vitruv. l. 1. c. 1.* Aeres locorum, qui ſunt ſalutares, aut peſtilentes. ¶ Feminino genere hanc vocem extulit *Enn.* apud *Gell. l. 13. c. 20.* ¶ Inſolens eſt *aera* in accuſativo plur. neutro gen. *Virg. in Culice v. 164. de angue*: Obvia vibranti carpens gravis aera lingua. *Voſſ. de Grammat. l. 3. c. 26.* ita ordinat: *gravis carpens aera lingua vibranti obvia*.

Æra, æ, femin. ſing. Nam poſteriores Latini æras appellarunt, quæ *Cic.* & *Lucil.* æra dixerant. Alii ab æra deducunt: alii ab eo, quod ex iſtis notis A. Er. A. idest *Annus erat Auguſti*, male interpunctis, eræ nomen conflatum ſit. V. *Voſſ. Etymol.* Eſt autem Æra numeri nota, computus, [illegible]. Æra enim veteres Romani vocabant in rationum libris, qui vulgo articuli dicuntur, Ital. *capi di partite*. *Cic. in Hortenſia*: Quid tu, inquam, ſoles cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare? *Rufus Feſt. in Breviar.* Qui ingentes ſummas æris brevioribus exprimunt. V. *Æs*, in fine. ¶ Accipitur etiam pro epocha ſeu inſigni annorum initio apud Chronologos, ut Æra Alexandri, Diocletiani, &c. Quæ quidem aſt vel Chriſtiana, vel Judaica, vel Ethnica, vel Muhammedica. Celebris apud nos eſt Chriſtiana, quæ, & vulgaris, & Dionyſiana dicitur, quod a Dionyſio Exiguo inſtituta ſit. Ducitur autem a Chriſti Domini Nativitate. ¶ Legitur & Era, ſine diphthongo, ut placet *Scaligero*, & in monumentis aliquibus invenitur. ¶ Eſt & *Æra* herba quædam valde inimica ſegetibus, quam alio nomine Lolium appellant. *Plin. l. 18. c. 17.*

Æramentum, ti, n. 2. *coſa fatta di rame*, Ger. *erinwerk*, *das auſſ ertz gemacht iſt*, *ertzin geſchirr*, Gal. *ouvrage de cuivre*, *ou d'airain*, Hiſp. *obra de alambre*, χάλκωμα, opus ex ære confectum. *Plin. l. 15. c. 8.* Decocta amurca ungi æramenta contra rubiginem. ¶ In ſingulari numero *æramentum* pro æreis vaſis legitur apud *Paul. JCtum lib. 3. ſentent. tit. 6.*

Æraria, æ, locus, ubi lavatur æs. *Varro de L. L. l. 7.* Ubi lavetur æs, ærarias, non ærilavias nominari. ¶ Pro fornace, ubi æs coquitur. *Plin. 34. 13.*

Ærarium, rii, n. 2. *dove ſi ripone il teſoro*, Ger. *ſchatz kammen*, Gal. *l'epargne*, *le treſor public*, Hiſp. *el teſoro publico*, ταμεῖον, æris repoſitorium, hoc eſt nummorum, ſimiliumque rerum pretioſarum, atque opum, quæ utilitatem reip. allaturæ erant, ſic dictum, quod æra in illud principaliter inferebantur. *Liv. l. 27. c. 10.* Aurum, quod in ſanctiore ærario ſervabatur, promi placuit. ¶ Sumitur interdum pro ipſa pecunia publica. *Cic. de Aruſp. reſponſ.* Domum ex ærario ædificandam putaret. *Id. Tuſc. 3.* C. Gracchus cum effudiſſet ærarium &c. ¶ Differt a fiſco, quod Ærarium ſit Civitatis, vel Reipublicæ, Fiſcus Principis. ¶ Ærarium fuiſſe in Saturni templo, ſatis ex *Feſto*, *Plutarchoque in Probl.* conſtat. Porro tria fuerunt Romæ Æraria. Primum illud fuit, quo effracto, cum per annos multos, ut *Appianus*, & *Lucanus* perhibent, clauſum fuiſſet, C. Cæſar pecuniam univerſam belli civilis initio ſumpſit. Atque in hoc tradit Appianus conditum fuiſſe aurum, quod in uſum Gallici belli erogandum aſſervaretur. Quod videtur eſſe jam inde ab eo tempore inſtitutum, cum urbem Romam Galli captam incenderunt. Tunc enim, ut aurum illud reponeretur, belli Gallici metu decretum eſt. Atque eo congeſtum eſt etiam, quicquid poſtea ex victoriis, ut ab Africanis ducibus ex ſecundo, & tertio Punico bello, a prioris fratre L. Scipione ex Aſia, a Mummio, & Paulo ex Corintho, & Macedonia, a Lucullo, & Pompejo ex Tigrane, & Mithridate partum fuerat. *Lucan. l. 3.* Tum conditus imo Eruitur templo, multis intactus ab annis, Romani cenſus populi, quem Punica bella, Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi. ¶ Alterum fuit ærarium ex auro viceſimario, quod in ſanctiore ærario ſervatum ad ultimos caſus, *Liv. l. 27.* prodidit; collectum autem ex eorum, qui manumitterentur, viceſima, idem *l. 7. c. 16.* narrat. Tertium ex annuis vectigalium pecunia conſtabat, ex quo quicquid belli neceſſitas, aut quotidianus Reip. uſus requireret, decernente Senatu, ut ait *Polybius*, vel etiam, quod poſtremis temporibus P. Clodius Tribunus pleb. contra leges inſtituit, popu-

lo jubente, ſumebatur. Atque hoc tertium ærarium aſſiduis, tum ordinariis, tum extraordinariis impenſis exhauſtum, & ad ſummas anguſtias redactum, in Agraria 11. & in oratione de provinciis Conſularibus, & contra Verrem Cicero, Pædianus in commentario Cornelianæ, Marcellinus lib. 16. ſignificant. ¶ Priora duo perquam raro aperiri, ideoque ſanctiora vocari ſolita, *Cic. Caſ. & Livius* demonſtrant. ¶ Cum igitur æraria tria memorantur, diſtinguuntur pecuniæ potius, quam loca, cum uno Saturni templo publicæ pecuniæ omnes aſſervarentur. Sed in eo templo tres fuiſſe cellas, in quibus theſauri publici reponerentur, licet exiſtimare, ut pecuniæ publicæ tria genera fuerunt (pecuniam voco, ſive aurum, argentumque percuſſum eſſet, ſive factum, ut vaſa, & ſimilia, ſive infectum) unum ex auro illo propter belli Gallici timorem depoſito, & ex præda bellica, alterum ex auro viceſimario, tertium ex annuis vectigalibus. *Manut. in commentar. ad Cic. ad Att. l. 7. ep. 15.*

Ærarius, ii, m. ſubſtant. qui ærea opera facit. *Plin. l. 16. c. 6.* Ærariorum tantum officinis compendio. ¶ Ærarii Romæ dicebantur, qui nullum aliud habebant in curia, & tribu ſua jus, quam ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderent, [illegible]. Nam neque ſuffragium ferre in Urbe poterant, nec ſatis ſtipendia facere, ut *Aſcon. Pedian.* docet, videnturque iidem atque Capite cenſi. *Liv. l. 24. c. 18.* Tribuque moti ærarii omnes facti. ¶ Sic inter ærarios referre, *Cic. pro Cluent.* ¶ Ex ærariis eximere, eſt recipere aliquem in Civitatis locum, quo exciderat. *Cic. 2. de Orat. c. 66.* ¶ Jus autem hos in ærarios referendi ad Cenſores pertinebat.

Ærarius, a, um, *fatto di rame*, quod ad æs, ſive ærarium ſpectat, vel quod ex ære eſt. Gal. *qui eſt d'airain*, *ou de cuivre*, Hiſp. *de cobre*, *o de alambre*, χάλκεος. *Plin. l. 33. c. 5.* Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. Sic ærarius faber, æraria officina &c. ¶ Præfecti ærarii Romæ erant, quos noſtri dicunt *Generales financiarum*, qui etiam Quæſtores dici poſſunt; Italic. *Teſorieri*, *Camerlenghi*. Tribuni vero ærarii, [illegible], quos Receptores generales appellant. His autem, ut ait *Varro de L. L. l. 4.* tributa erat pecunia, quam militibus redderent. ¶ Ærarii milites, [illegible], dicti ſunt ab ære, quod ſtipendium facerent. Æs enim ſtipem dicebant. *Varro l. 4. de L. L. prope fin.*

Æratus, a. 1. 2. *di rame*, Ger. *verkupffert*, *mit kupffer uberzogen*, Gal. *encroute d'airain*, Hiſp. *cubierto de cobre*, quod æreum eſt, vel ære tectum. *Plin. l. 34. c. 3.* Quod ærata oſtia haberet. *Horat. l. 2. od. 16.* Ærata navis. *h. e.* æreo roſtro munita, vel ære proram obductam habens. *Propert. l. 4. el. 1. v. 76.* Ærata pila, *h. e.* ærea ſphæra. ¶ Ponitur aliquando ad ſignificandas res ex ferro aut chalybe. Prius enim fuit mortalibus æris, quam ferri cognitus uſus, ut ait *Lucret. l. 5. v. 1285.* Hinc a Poetis *ærata* ſæpe dicuntur arma, & ferramenta ad cædendum. *Virg. 11. Æn. v. 636.* Ærata ſecuris. *Tibull. l. 1. el. 11.* Tela ærata. ¶ *Ærata acies* ſunt armis inſtructæ. *Virg. 9. Æn. v. 462.* ¶ Æratus homo, ære alieno obſtrictus, *indebitato*, qui uſitatius dicitur obæratus. *Cic. ad Att. l. 1. ep. 16.* Tribuni non tam ærarii, ut appellantur, quam ærati. Ubi tamen quidam nummatos interpretantur. *Plaut.* etiam *in Moſtell.* pro pecunioſo poſuit, *ricco di denari*, Ferocem facis, quia te æratus amat. *Al. leg.* quia te herus tam amat.

Ærclavina, locus, ubi æs lavatur. *Varr. l. 7. L. L.*

Ærcus, a. 1. 2. *coſa fatta di bronzo*, Ger. *ertzyn*, Gal. *d'airain*, Hiſp. *de cobre*, χάλκεος, quod eſt ex ære factum. *Virg. 1. Æn.* Ærea cui gradibus ſurgebant limina. ¶ Ærea ætas dicitur tertia illa ætas, quæ argenteæ ſucceſſit, quam *Ovid. Met. 1.* ahenam vocat. ¶ Ferrum etiam æreum dici, vel ſolus *Virgilius* argumento eſt *Æn. 7. v. 743.* Æreus enſis. Niſi forte interpretari velimus, enſem validum, & optimæ temperationis, quemadmodum *Æn. 5. v. 198.* Tremit ictibus ærea puppis. Ubi Servius, *fortis*, interpretatur, quia prora, non puppis ærea eſt. ¶ Dicitur etiam *æreus*, qui æris colorem habet. *Plin. l. 8. c. 52.* Pilus aprorum æreo ſimilis agreſtibus, cæteris niger.

Aereus, & rectius Aerius, a, um, quadriſyllab. ἀέριος, *di aria*. Proprie ſignificat quod in aere ſit, vel vivit. *Cic. Top. c. 30.* Aerii volatus avium atque cantus. Sic Aerium mel, apud *Virg. 4. Georg. initio*. Nempe apes mel non faciunt, ſed eumtrahunt ex rore matutino, qui ex aere defluit. ¶ Ponitur interdum pro excelſo, ut Aeriæ Alpes, *Virg. Georg. 3. v. 474.* Aeria ulmus, *Eclog. 1. v. 59.* At aerias palumbes *Id. Eclog. 3.* pro vagis dixit, ut *Scaliger* interpretatur ad *lib. 1. Ariſt. hiſt. Animal.* ¶ Spes aeria apud *Arnob. l. 2.* eſt vana, incerta, ut exponit *Meurſius Exercit. Crit. part. 2. l. 1. c. 5.*

Ærides, [illegible], gemmæ ſunt e Beryllorum genere. *Plin. l. 37. c. 5.*

Ærifer, adject. qui æs fert, χαλκοφόρος, *Ovid. Faſt. 3. v. 740.* Æriferæ comitum concrepuere manus, *idest* crepitacula ærea ferentes.

Ærifice. *Varro apud Non. c. 4. n. 130.* ſi lectio proba eſt. Nihil ſunt Muſæ pollicis veſtræ, quas ærifice duxti. Quem locum varie tentarunt viri docti. Placet *Baſil. Fabro* conjectura *Jani Rutgerſii l. 1. Var. lect. c. 2.* legentis: Nihil ſunt Muſæ pollicis veſtri, quas certifice duxti. Alii aliter.

Ærificium, n. 2. [illegible], quod ex ære factum eſt. *Var.* apud *Non. c. 1. n. 10.* ſed incerta eſt lectio.

Ærifodinæ, æris fodinæ, *Varro l. 4. de L. L.*

Ærinus, ſive æraneus, idem, quod loliaceus, ab æra. *Plin. lib. 22. c. 25.* Ærina farina.

Æripes, edis, quadriſyll. ſed per ſynæreſim in tres ſyllabas contract. quaſi æreos pedes habens, ponitur pro celeri, & expedito. *Virg. 6. Æn. v. 802.* Æripedem cervam. Alii tamen χαλκόποδα interpretantur, idest pedes habentem ſolidos, & indefatigabiles, quaſi componatur non ab aer, ſed ab æs. Ita *Homer. Il. Θ. v. 41.* & *Ν. v. 23.* χαλκόποδ' ἵππω. ¶ *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 32.* Narrat & æripedes Martis araſſe boves. *Heinſius* tamen hic, & *epiſt. 12. v. 93.* legit *ærípedes*.

Ærisonus, a, um, æris dens ſonum, [illegible]. *Sil. l. 2. v. 93.* Ærisona antra, in quibus *ſcil.* Curetes æra pulſabant.

Ærius. V. Æreus.

Ærizuſa, iaſpidis ſpecies eſt, aerei coloris. *Plin. l. ult. c. 8.*

Ærumna, ... Æro, onis, is. 3. *ceſtone*, *corba*, vaſis ſpartei genus, ferendo aliquid idoneum, [illegible], dictus ab αἴρω, tollere, ferre. *Vitruv. l. 5. c. 12.* Æronibus ex ulva paluſtri factis. *Plin. l. 36. c. 14.* Id conſecutus eſt æronibus arena plenis. V. etiam *Donatum* ad *Terent. Phorm. 1. 2.* & *Voſſ. Etymol.* Al. legunt *Hero*.

Æro, as, are, χαλκόω, ære orno, vel tego. *Priſcian. l. 8.* A metallorum quoque nominibus ſolent verba naſci, ut ab auro, auro, as, ab ære, æro, as. Hinc *Æratus*.

Æroides, æ, f. 1. [illegible], beryllus colorem habens aeri ſimilem. *Plin. l. 37. c. 5.*

Aerope, Atrei uxor, ex qua Thyeſtes duos filios ſuſcepit, [illegible], & quadriſyllabum eſt. *Ovid. l. 2. Triſt.* Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet. ¶ Fuit & altera Cephei filia, quæ a Marte compreſſa ex partu periit. *Pauſan.*

Ærosus, a. 1. 2. χαλκώδης, ex quo æs fit, vel id habens, vel ære abundans. Hinc *Ærosa* ab antiquis Cyprus inſula dicebatur, quod in ea plurimum

rimum æris naſcitur, vel quod primo ibi æs inventum ſit. *Feſtus*. Ærofus lapis. *Plin. l.* 34. *c.* 1. id eſt lapis, ex quo æs fit. ¶ Ærofum ferrum, & fragile. *Ibid. c.* 14.

Æruca, æ, f. 1. *verderame*, ærugo, quæ ex laminis æreis ſupra acetum ſuſpenſis fit. *Vitruv. l.* 7. *c.* 12. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem, quæ æruca appellatur. ¶ Eſt etiam herbæ ſalacis genus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 75.

Æruginōſus, a. 1. 2. *pieno di ruggine*, Ger. *roſtig*, Gall. *plein de rouil*, *rouville*, Hiſp. *coſa mohoſa*, ἰώδης, quod eſt ærugine plenum. *Senec. lib. de brevit. vit. c.* 10. Majorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

Ærūgo, æruginis, f. 3. *ruggine*, ירקון, Ger. *roſt*, Gal. *rouille*, *ou rouillure*, Hiſp. *el moho*, æris rubigo, & proprie in ære, vel argento, cum virideſcit. ἰὸς χαλκοῦ, rubigo vero in ferro, & ſegetibus, ἰὸς, ἐρυσίβη. *Plin. l.* 34. *c.* 4. Æra deterſa celerius rubiginem trahunt, quam neglecta, niſi oleo perunguntur. ¶ Æruginis in medicina magnus uſus eſt, cujus vis eſt collyriis oculorum aptiſſima. *Plin.* 34. 11. ¶ Transfertur ad ſegetum rubiginem, ut ſit apud *Theoph. l.* 4. *de Cauſis plantarum*. Eſt autem ærugo incidentis ſegetibus humoris putrefactio, quo vitio ſpicæ marcidæ fiunt, & in pulverem fœtidum convertuntur. ¶ Figurate pro invidia, & maledicentia ſumitur. *Martial. lib.* 10. *ep.* 10. Nimiaque ærugine captus allatras nomen quod tibi cumque datum. ¶ Item pro avaritia. *Horat. in arte poet. v.* 33. Animos ærugo, & cura peculi cum ſemel imbuerit. Sic *Apuleyus A. A. l.* 1. *ſub fin.* Æruginis intentum, pro avaro dixit.

Ærumna, f. 1. *gran fatica*, *ſtento*, תוח, יִצְבוֹן, Ger. *trubſahl*, *beſchwerd*, Gall. *faſcherie*, *malheur*, *peine*, *travail*, Hiſp. *trabajo*, *deſaſtre*, ἀπὸ τοῦ αἴρω, levo, tollo. Nam proprie ærumnæ dicuntur furcillæ, quibus viatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre conſueverunt, quæ a Mario earum inventore muli Mariani poſtea vocatæ ſunt. Hinc factum eſt, ut labores oneroſi ærumnæ dicantur. *Cic. l.* 2. *de Fin. c. ult.* Labores non fugiendos ærumnas nominarunt. Unde labores Herculis ærumnæ ſunt appellati. *Idem l.* 4. *Tuſc. c.* 8. Ærumna eſt ægritudo laborioſa. ¶ Invenitur & *erumna* ſine diphtongo, & prima brevi. *Paulin. l.* 2. *de vita Martini*: Triſtem miſeratus erumnam. Et *l.* 1. linguæ partes proclamat erumna. & alibi. Adde *Fortunat. lib.* 1. *de vita Martini c.* 20. ſed non ſunt imitandi. ¶ Apud *Arnob. l.* 7. ærumnæ, vel œrumnæ ſunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos & referre natura eſt ruminatoribus ſaeculis, *il principio del gorgozzule*. Al. leg. *rumæ*.

Ærumnabĭlis, le, adject. ærumnis plenus. *Lucret. l.* 6. *v.* 1228. Miſerandum, & magnopere ærumnabile. Et *Apul.* 8. ærumnabilis vita.

Ærumnālis, e. 3. *pien di fatica*, ἐπίπονος, ut labor ærumnalis. *Apul. l.* 2. *de Aſin.* ubi alii leg. *ærumnabilis*.

Ærumnōſus, a, um, idem quod Ærumnabilis. *Plaut. Epid.* 4. 1. *v.* 32. Ærumnoſam, & miſeriarum compotem mulierem. *Cic. Tuſcul.* 3. *c.* 28. ex Euripide vertit, ærumnoſo navigaſſem ſalo. Et *pro Cluent.* Ærumnoſiſſimus, dixit. Et *lib.* 3. *Attic. ep.* 23. Terentiam unam omnium ærumnoſiſſimam.

Ærumnŭla, æ, f. 1. diminut. parva ærumna, h. e. furcilla, ut in *Ærumna* dictum eſt. *Plaut. in fragmen. apud Feſt.*

Ærufsator, oris, m. 3. *birbante*. Proprie de præſtigiarum artificibus dicebatur. Ii enim experimenta facturi artificii ſui, cum contraxiſſent cœtum, ordinem obambulare ſolebant, & lucar, ſive mercedem exigere. Hodie id genus hominum ad fores ædium, ubi ludicra ſunt aditum, conſtituunt certos homines, qui neminem ſpectatum intromittant, niſi exalutis nummis. Itaque a colligendis æribus æruſcatores dicebantur. ¶ *Gell. l.* 14. *c.* 1. Æruſcatus interpretatur, qui cibum quæſtumque ex mendaciis captant. Vide etiam *l.* 9. *c.* 2. ¶ In veteribus Gloſſis legitur etiam Æſculatus.

Ærūſco, as, are, *buſcar danari*, Germ. *Gelt mit betrug bin*, *und wider uberkommen*, Gall. *quester*, *mendier avec menſonge*, *& tromperie*, Hiſp. *buſcar dineros por todas partes*, ἀγυρτεύω, χαλκαγυρτέω, verbum vetus, ſignificat æs, id eſt pecuniam quibuſcumque artibus aucupari, petere, aut colligere. *Senec. de Clement. l.* 2. *c.* 6. Vultum quidem non dejiciet, nec animum, ob æruſcantis civis, aut pannoſi aridam faciem, & innixam baculo ſenectutem. Adde *Gell. l.* 9. *c.* 2.

Æ ANTE S.

Æs, æris, n. 3. *rame*, נחשת, Ger. *ertz*, Gal. *airain*, *cuivre*, Hiſp. *cobre*, χαλκός, proprie eſt ſpecies metalli colore rubro. Deductum alii putant ab auri ſimilitudine; alii a græco αἶα terra, Varro ab aſſe, Voſſius ab αἴω, unde antiquus rectus *aes*, & per ſyncop. *æs*. Æs Cyprium *Plin. l.* 33. *c.* 5. Æs fuſum in panibus, ſc. maſſæ æreæ. V. Panis. Leges in æs incidere, *Cic. Philip.* 3. ſcil. ob perpetuitatem. Æs circumforaneum. *Cic. ad Att. l.* 2. *ep.* 1. hoc eſt vulgare. ¶ Æs Corinthium mixtura quædam fuit æris, argenti, & auri, ut eſt apud *Martium* 3. *Var. lect. c.* 5. Sed vide *Bochardum Hieroz. lib.* 1. *c.* 16. ubi contendit, æs Corinthium non eſſe mixturam variorum metallorum, ſed æs quoddam Corinthiorum proprium, quo uſi ſunt multo ante ejus excidium. ¶ Figurate Æs, præſertim apud Poetas, multa ſignificat, quæ ex ære fiunt, ut arma, *Virg. Æn.* 2. *v.* 734. Tubam, *Æn.* 6. Ære ciere viros. Galeam, *Ovid. Metam. l.* 8. *v.* 32. Cum vero faciem dempto nudaverat ære. Statuam, *Virg.* 6. *Æn.* Excudent alii ſpirantia mollius æra. ¶ Item pecuniam, cujus antiquiſſimum genus ex ære fuit. *Terent. Phorm.* 3. 2. Ancillam ære emptam ſuo. ¶ Hinc æs alienum, id eſt pecunia aliis debita, debitum, χρέος, paſſim apud probatos Scriptores. Sic æra alieno demergi apud *Liv. l.* 2. *c.* 15. quod *Cicero* dixit opprimi, obrui, premi. ¶ Æs alienum meum, æs alienum tuum, vetus, novum apud *Cic.* frequenter legitur. Sic apud eundem æs alienum contrahere, facere, habere, ex ære alieno laborare, quibus contraria ſunt æs alienum diſſolvere, ære alieno exire, levare ſe ære alieno, ære alieno liberari. Idem *Cic.* dixit, ſuſcipere æs alienum alicujus, *farſi debitore per alcuno*, *pigliar a pagare per lui*. Item in ære alieno nullo eſſe, & in ſummis eſſe, *non aver alcuno debito*, *ed averne moltiſſimi*. ¶ Adhibetur metaphor. pro quovis debito. *Cic. Top. c.* 1. admonitus hujus æris alieni. *h. e.* quod promiſeram Topica ſcribere. ¶ Æs grave, cui opponitur æs ſignatum. Initio enim non numerari pecunia, ſed pendi conſuevit. *Liv. l.* 4. *c.* 60. Indicibus dena millia æris gravis, quæ tum divitiæ habebantur, data. *Senec. conſol. ad Helv. c.* 12. a Senatu tutore ſuo dotem æs grave acceperunt. ¶ Adhibetur etiam *æs* abſolute ſine epitheto pro aſſe. *Var. de L. L. l.* 8. Pro aſſibus nonnunquam æs dicebant Antiqui, a quo dicimus, mille æris legaſſe. ¶ Accipitur & pro pecunia, quæ ex quæſtu, vel artificio redit. *Horat. ad Piſones*, *v.* 345. Hic meret æra liber Soſiis. ¶ Sic ſtipendium, ſeu merces *æs* dicitur. *Liv. l.* 5. *c.* 4. Annua æra habes, annuam operam eds. Ita apud eundem, Æra procedere alicui, *corre le paghe ad alcuno*. ¶ Hinc ære dirutus miles, cui ſtipendium ademptum eſt ignominiæ cauſa: quod eleganter ad jocum tranſtulit *Cic. Verr.* 7. *c.* 13. Aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuiſſet, ære tamen dirutus eſt. ¶ Æris alicujus eſſe, ideſt alicujus pretii, apud *Gell. l.* 18. *c.* 5. ¶ In ære meo, h. e. inter meos, ſive meus, ut res, & pecunia mea. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 62. & *l.* 15. *ep.* 14. ¶ Æra etiam dicebantur nummi, quibus calculones ad ſubducendas rationes utebantur: unde & ſingula rationum capita Æra neut. gen. appellantur. *Cic. apud Non. c.* 3. *n.* 18. Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare? *ciaſcuna partita*. ¶ *Quid deſlent æra lapenis*, proverbium eſt apud *Horat. l.* 1. *ep.* 7. de rerum diverſarum diſcrimine. ¶ *Æra*, *æ*, vide loco ſuo. ¶ In dativo plurali *æribus* legitur apud *Lucret. l.* 1. & *ærum* in genitivo *in Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 565. *n.* 6.

Æſăcus, ci, Αἴσακος, Fl. Troadis, ad M. Idam. ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Priami ex nympha Alyxothoe, ſeu Alexithoe, qui cum Heſperies amore captus, eam per avia fugientem inſequeretur, evenit, ut ſerpens a puella calcatus ejus pedem mordicus apprehenderet, quo ex vulnere cum illa interiiſſet, Æſacus doloris impatientia ſe ſe in mare præcipitavit, quem Tethys miſerata in mergum avem convertit. *Ovid.* 11. *Met. in fine*.

Æſălon, m. 3. αἰσάλων, genus parvæ cujuſdam avis, quæ corvis eſt inimica, eorumque ova frangit. *Plin.* 10. 74.

Æſapius, a, um, adject. *Valer. Flacc. Argon.* 3. Ampycides petit adverſis Æſapia ſylvis Flumina. V. Æſapus. ¶ Legitur & *Æſepius* eodem ſenſu.

Æſăpus, Æſepus, *Spiga*, Fl. Myſiæ, ex Ida M. profluens, ac in Helleſpontum influens, apud Cyzicum urb. *Plin.* 5. 32.

Æſar, ăris, m. Æſarus, *Eſaro*, Fl. Calab. ul. apud Siberenam, & Crotonem. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 22. ¶ Hæc vox Etruſcorum lingua Dei cujuſdam nomen eſt. *Sueton. in Aug. c.* 97.

Æſarĕus, a, um, ad Æſarem fluvium pertinens. *Ovid.* 15. *Met. v.* 54.

Æſchĭnes, m. 3. Αἰσχίνης, Athenienſis Orator, Iſocratis diſcipulus, Demoſthenis æmulus, cujus orationes tres extant, & aliquot epiſtolæ. Æſchines multi narrantur a Diogene Laertio, primus Philoſophus Socratis diſcipulus, ſecundus, qui artem oratoriam ſcripſit, tertius hic Orator, quartus Arcadia profectus, quintus Mitylenæus, quem flagellum Oratorum vocabant, ſextus Neapolitanus Philoſophus Academicus, ſeptimus Mileſius ſcriptor, octavus ſtatuarius.

Æſchrologia, æ, f. αἰσχρολογία, Græca vox, qua ſignificatur turpis ſermo vel ex prava verborum compoſitione ortus, ut *cum nobis*, vel ex verbo ambiguæ ſignificationis, ut *patrare*. *Diomed. l.* 2.

Æſchylēus, a, um, ad Æſchylum pertinens. *Propert. l.* 2. *el. ult. v.* 41. Deſine & Æſchyleo componere verba cothurno.

Æſchylus, m. 2. Αἰσχύλος, nomen poetæ tragici. Hic cum eſſet calvus, & in aprico forte quieſceret, teſtudo ab aquila in altum delata cum decidiſſet, caput ejus confregit, interemitque. *Plin. l.* 10. *c.* 3. & *Valer. Max. l.* 9. *c.* 12. *extern. n.* 2.

Æſchynomĕne, herba eſt. *Plin. l.* 24. *c.* 17. ita dicta, quod appropinquanta manu folia contrahat, veluti pudore refugiens alienos tactus.

Æſculānus, & Argentinus Dii habiti ſunt æris, & argenti, ideſt hominum ditandorum poteſtatem habentes. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. Dei c.* 21.

Æſculapius, m. 2. Ἀσκληπιός, Græce Aſclepius, nomen eſt Apollinis filii ex Coronide, e cujus imperfectæ ſecto utero prodiit, medicinam artem vel laude, vel opere amplificavit, ob eamque rem in Deorum numerum receptus fertur, cujus duo filii Podalyrius, & Machaon, bello Trojano Agamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus attulere, ut narrat *Celſ. in præf. l.* 1. ¶ *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 22. tres enumerat Æſculapios. V. ¶ Habitus eſt ægrorum Deus, eorumque votis, & precibus fatigabatur: cui capram immolabant, & gallinas, & gallum gallinaceum. *Ser.* 2. *Georg. v.* 380.

Æſculātus. V. Æruſcator.

Æſculētum, i, locus æſculis conſitus, πλατυφυλλών. *Horat. carm.* 1. *od.* 22. Daunia in latis alit æſculetis.

Æſculĕus, a, um, πλατυφύλλινος, qui eſt ex Æſculo. *Ovid. Metam.* 1. *v.* 449. Æſculeæ capiebat frontis honorem, id eſt coronæ.

Æſculīnus, a, um, idem ac Æſculeus, ut Æſculini aſſes, apud *Vitruv. l.* 7. *c.* 1.

Æſcŭlus, *iſchio*, πλατύφυλλος, arbor glandifera, cujus fructu in priſca ætate homines veſcebantur. Unde quidam ſine diphthongo ſcribunt, ab eſca nomen trahentes. Et rectius: quamquam Servius diphthongum uſu tuetur, ad illud *Virg. Georg.* 2. *v.* 290. Æſculus in primis &c.

Æſepius. V. Æſapius.

Æſernia, Eſernia, *Sergna*, & *Iſergna*, Col. & urb. E. Samnii, ad Vulturnum fl.

Æſernīnus, a, um, adject. gentile, ab Eſernia. *Plin. l.* 3. *c.* 12. Quamquam ibi leg. ſine diphthongo. ¶ Fuit & gladiator quidam Æſerninus dictus, qui cum Pacidiano altero non minoris famæ gladiatore congreſſus proverbio locum fecit: *Æſerninus cum Pacidiano*, quo uti ſolemus cum duos in eodem genere artifices optimos comparamus. *Cic. de opt. gen. Orat.* V. Eraſmi adag. a quo etiam ſine diphth. ſcribitur.

Æſis, Αἶσις, fl. Piceni, qui inter Anconam, & Senogalliam in mare Adriaticum influit. Olim Italiam a Gallia dividebat. *Plin.* 3. 14. ¶ Æſis item, ſive Æſium. *Jeſi*, Col. & urbs E. eſt ejuſdem Provinciæ ad Æſim fl.

Æſon, Cretei filius, frater Peliæ Regis Theſſaliæ, & pater Jaſonis. Ex ſene in juvenem a Medea converſus eſt. *Ovid.* 7. *Metam.*

Æſonĭdes, æ, Jaſon Æſonis fil. *Ovid. Met.* 7. *v.* 60.

Æſonius, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Æſone. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 134. Auſus es Æſonia dicere cede domo, & *Met.* 7. *v.* 156. Æſonius Heros.

Æſopicus, Æſopeus, Æſopius, Αἰσώπειος, ad Æſopum ſpectans. Æſopei logi apud *Senec. de Conſol. ad Polyb. c.* 27. *Auſonius ep.* 16. Æſopiam trimetriam, *Phædrus proœm. l.* 5. & *Priſcian. in prim. l. de præexercitam. Rhetor.* Æſopias fabulas dixerunt. ¶ Quando penultima in his corripitur, tum alteram elementum græcæ diphthongi abjicitur. *Phædr. l.* 5. quoniam caperis fabulis, Quas Æſopeas (al. Æſopias) non Æſopi nomine. *h. e.* ad imitationem Æſopi confictas, non ab ipſo inventas. *Auſon. ep.* 16. Æſopiam trimetriam.

Æſōpus, m. 2. Αἴσωπος, Philoſophus, Phryx genere, conditione ſervus, tempore Crœſi Lydorum Regis, cui fabulas ſuas dicavit. ¶ Item alius Æſopus anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus, qui ſcripſit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut refert *Suidas*. ¶ Præterea Æſopus tragœdus amicitia junctus Ciceroni, qui in maximas opes ex hiſtrionica pervenit, & filium reliquit adeo divitem, ſimul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis adponeret. Sæpe cum Cicerone ad videndum in Curia pronuntiantem Hortenſium proficiſcebatur. *Fam.* 7. *ep.* 1. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 10. & *l.* 9. *c.* 1.

Æſquiliæ, V. Exquiliæ.

Æſtas, f. 3. *eſtate*, קיץ, Ger. *der ſommer*, Gall. *l'eté*, Hiſp. *eſtio*, θέρος, anni pars, quæ incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali, conſtatque ſenis menſibus. Nam totus olim annus in æſtatem tantum, & hyemem dividebatur, ut conſtat etiam ex *Ulpiano Dig.* 43. 19.

v. ad fin. Poſtea tamen anno in quatuor partes diviſo, cœpit æſtatis nomine vocari trimeſtre illud ab ingreſſu Solis in Cancrum uſque ad æquinoctium autumnale, quod fit Sole ingrediente Libram. Ita enim diſtinguuntur quatuor anni partes, ut Sole ingrediente Arietem incipiat ver, in Cancro æſtas, in Libra autumnus, in Capricorno hyemis principium ſumat. *Var. 3. de ling. Lat.* Ab æſtu æſtas, hinc æſtivum, niſi forte a Græco αἴθεσθαι. ¶ Dicimus autem Æſtatem ineunte, nova, adulta, præcipite. *Salluſtius citatus a Servio ad Virg. Georg. l. 1. v. 43. Cic. 4. ad Attic. ep. 2. Tacit. Annal. 1. c. 23.* ¶ Per metalepſim ponitur pro anno. *Velle. l. 2. c. 47.* Novem æſtatibus vix ullus juſtus triumphus emeritus, *In nove campagne*. Adde *Tacit. 6. Ann. c. 39.* ¶ Item Pro aere ſereno. *Virg. 4. Georg. v. 59.* Nare per æſtatem liquidam.

Æſtifer, a, um, o. 1. 2. quod æſtum, id eſt, calorem affert. *Virg. 2. Georg.* Hoc ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arva. ¶ *Æſtifer* etiam dicitur, quod æſtum patitur. *Luc. l. 1. 206.* Squalentibus herbis æſtiferæ Libyes.

Æſtimabilis, e, *ſtimabile*, quod æſtimari poteſt, יקר, Germ. *achtbarlich*, Gal. *eſtimable, digne d'etre priſé*, Hiſp. *eſtimable, uoſa de precio*, τίμιος. *Cic. 3. Fin. c. 6.* Æſtimabile eſſe dicitur id, quod aliquod pondus habent dignum æſtimatione, contraque inæſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium.

Æſtimatio, i. 3. *ſtima*, ערך, Ger. *ſchatzung, achtung*, Gall. *eſtime, eſtimation*, Hiſp. *eſtima, eſtimacion*, τίμησις, actus æſtimandi, judicium de pretio ſeu valore alicujus rei. *Cic. 4. Verr. 1. 153.* In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ cenſori permittitur. *Id. Verr. 3. c. 91.* Æſtimatio frumenti. *Id. Parad. 6. ad fin.* æſtimatio cenſus, *eſtimo*. *Ulpian. Dig. 1. 8. 9.* Æſtimationem non recipit res ſacra. *Paul. Dig. 17. 2. 17.* Venire in æſtimationem. *Julian. Dig. 45. 1. 54.* Offerre æſtimationem operæ. *h. e.* pretium ejus operæ, quanti ſcilicet æſtimata fuit. Itaque hoc loco *æſtimatio* pro re æſtimata, ſeu pro ejus valore ponitur: cujus rei alia exempla mox dabimus. *Caſ. l. 1. B. C. 1. ult.* Æſtimationem æquam facere. *Cic. Att. l. 12. ep. 25.* Mihi & res, & conditio placet, ſed ita, ut numerato malim, quam æſtimatione, *piuttoſto a contanti, che a permuta*. Loquitur hoc loco de emendis cujuſdam Silii hortis, aitque, ſe eos emere malle pecunia numerata, quam aliam poſſeſſionem dando, æſtimatam tanti, quanti valeret ipſi horti. *Id. Fam. 5. ep. 20. ad fin.* Nolles a me hoc tempore æſtimationem accipere, nam numeratum, ſi coperem, non erat. *h. e.* nolles a me exigere, ut in ſolutionem debiti mei poſſeſſionem aliquam tibi cederem æſtimatam quanti eſſet pecunia a te mihi mutuo data. Hoc etiam loco *æſtimatio* pro re æſtimata ponitur. ¶ Narrat *Sueton. in Caſ. c. 42.* Jul. Cæſarem, exacto Civili bello, decreviſſe ut veteres debitores creditoribus ſatisfacerent, datis in ſolutionem poſſeſſionibus ex æſtimatione, quas fuiſſent ante civile bellum, deducto etiam ab ſumma æris alieni quidquid uſuræ nomine a debitore numeratum fuiſſet: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Hus legitur etiam apud ipſum *Caſ. l. 3. B. C. c. 1.* De hac æſtimatione intelligendus eſt *Cic. Fam. 13. ep. 8. & Fam. 9. ep. 16. & 18.* quo poſtremo loco *æſtimationem accipere* eſt jacturam facere rei familiaris, quia præter uſurarum deductionem, ex etiam capite credita deperibant, quod agri, qui ante civile bellum ſummo in pretio fuerant, eo confecto valde jacebant, vaſtationibus militum, & fuga colonorum ſine cultura relicti. ¶ Ponitur etiam *æſtimatio* pro ipſo rei pretio, *prezzo, valore*. *Catull. carm. 12. ad Aſin.* mihi linteum remitte, Quod non me movet æſtimationem, Verum eſt μνημόσυνον mei ſodalis. ¶ Tranſlate ſignificat nonnunquam judicium de natura, aut dignitate alicujus rei. *Cic. 3. de Fin. c. 6.* Dignum æſtimatione, quam ille ἀξίαν vocat. *Cur. l. 3. c. 6.* Secreta æſtimatione penſare aliquid. *Tacit. 1. hiſtor. c. 14.* Æſtimatione recta ſeverus: deterius æſtimantibus triſtior habebatur. *Velle. l. 2. c. 127.* Semper infra aliorum æſtimationes ſe metient. *h. e.* infra hominum de ſe judicia. ¶ Pro exiſtimatione, & fama legitur a quibuſdam apud *Sueton. in Aug. c. 3.* ſed incerta ibi eſt lectio.

Æſtimator, m. 3. *pregiatore, ſtimatore*, מעריך, Germ. *ſchetzer*, Gal. *eſtimateur, priſeur*, Hiſp. *eſtimador, apreciador*, qui æſtimat, & conſiderat. *Cic. 3. de Fin.* Te aptiſſimum habeo meorum ſtudiorum æſtimatorem, & judicem. *Id. in Piſ. c. 35.* Unus tu dominus, unus æſtimator, unus venditor.

Æſtimatorius, a, um, vox eſt JCtorum, ut æſtimatoria actio, quæ ſc. de æſtimato proponitur, quoties de nomine contractus alicujus ambigitur. *Ulp. l. 1. D. de æſtimat. action.*

Æſtimatus, us, m. æſtimatio. *Plin. l. 11. c. 15.* In æſtimatu eſt mel e thymo, *è in grande ſtima*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16. poſt med.* Æſtimatu ætatis.

Æſtimatus, a, um, *ſtimato, valutato*, ἀποτιμηθείς. *Plin. l. 33. c. ult.* Æſtimatum aſſibus quinis. *Nepos in Milt. 1. 1.* Litem æſtimatam ſolvere, *pagar la condanna*. ¶ Item perpenſus, judicatus. *Tacit. 6. Ann. c. 10.* Lectum, æſtimatumque carmen.

Æſtimia, æ, æſtimatio. *Feſtus*.

Æſtimium, ii, idem ac æſtimatio, *ſtima*. *Aggen. de limit.* Poſſeſſiones pro æſtimio ubertatis anguſtiores ſunt aſſignatæ. *Feſtus*: Æſtimium, æſtimatio.

Æſtimo, o, 1. *ſtimare, taſſare*, ערך, השב, Germ. *ſchatzen, achten*, Gall. *priſer, eſtimer*, Hiſp. *eſtimar, apreciar*, τιμάω, ſignificat conſiderare, ſicut exiſtimo judicare, ut *Valla* vult *l. 5. c. 20.* Hinc ponitur pro appretio, taxo, *prezzare*. Habet autem accuſativum cum genitivo horum nominum tanti, quanti, quantivis, tantivis, tantidem, quanticumque, magni, parvi, pluris, minoris, maximi, plurimi, nihili, & ſi quæ hujuſmodi reperiuntur. *Cic. de Fin.* Magni æſtimabat pecuniam. ¶ Si tamen hæc nomina adjective accipiantur, hoc eſt, ſi habeant aliud ſubſtantivum adjunctum, debent poni in ablativo. Non enim recte dixeris, Non æſtimo hoc parvi pretii, ſed parvo pretio. Quanquam etiam ſine ſubſtantivis inveniuntur in ablativo poſita. *Cic. 3. Verr.* Tu iſta permagno æſtimas. ¶ Cum aliter ablativum petit. *Id. 4. Verr.* Hæc pecunia æſtimari non queunt. ¶ Interdum cum accuſativo ſolum, quale eſt illud *Cic. in Verr.* Æſtimate harum rerum omnium pretia. ¶ Interdum habet accuſativum cum ablativo, & præpoſitione *Ex*, & tunc ſignificat perpendere, metiri. *Cic. pro Roſc.* Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. ¶ Æſtimare aliquem, eſt judicium de aliquo facere. *Curt. l. 10. 1. 5.* Juſte æſtimantibus Regem liquet, bona naturæ ejus fuiſſe, &c. ¶ Interdum eſt perpendere, conſiderare. *Plin. l. 10. ep. 78.* Æſtimabo, an debeat cognoſcere. ¶ Æſtimare de aliquo, eſt apud *Cic. l. 1. de leg.* Omnes adhuc Scriptores, niſi qui forte nondum viderunt, de quibus æſtimare non poſſumus, facile ſuperavit. ¶ Apud *Quintil.* pœnam ſuam ſummis honoribus æſtimare, eſt pœnam inter ſummos honores referre, reputare. ¶ Lis æſtimata (*Aſcon. in 2. Verr.*) hæc eſt pecunia, de qua lis fuit, in ſummam redacta. Igitur *æſtimare litem* dicitur præſertim in judicio peculatus, & repetundarum, cum damnato reo, rationes ineuntur pecuniarum, furtorum, &c. Sic æſtimare litem alicui, apud *Cic. pro Cluent. c. 41.* ¶ Aliquando æſtimare litem, eſt decernere mulctam. *Nepos in Miltiade c. 7.* Capitis abſolutus, pecunia mulctatus eſt, eaque lis quinquaginta talentis æſtimata eſt. *Caſ. l. 5. B. G. c. 1.* Arbitros inter civitates dat, qui litem æſtiment, pœnamque conſtituant. ¶ Litem capitis æſtimare, apud *Cic. pro Clu. c. 41.* hoc eſt, ut explicat *Manutius*, quæ capitis lis eſt, ad pecuniæ ſolutionem redigere.

Æſtiva, orum, o. 2. *luoghi da ſtate*, מקום לקיץ, בית הקיץ, Ger. *ſommer lager, ſommer haur*, Gal. *quartiers d'eté, lieux pour y paſſer l'eté*, Hiſp. *campos de eſtio, lugares para tener eſtio en ellos*, τὰ θερινά, pluraliter dicuntur loca umbroſa, nemoroſa, in quibus per æſtatem vitatur Solis ardor. *Cic. Q. Fr. 3. 1.* Æſtivus locus. *Stat.* Et umbroſi patuere æſtiva Lycæi. ¶ Quandoque ponitur pro gregibus in æſtivis commorantibus, vel contra pro ipſis locis, in quibus æſtate ſunt armenta, & greges. *Virg. l. 3. Georg.* Nec ſingula morbi corpora corripiunt, ſed tota æſtiva repente. ¶ Aliquando pro ipſo æſtatis tempore. *Paterc. l. 2. c. 105.* Sic æſtiva agere. *Curt. l. 5. c. 8.* ¶ Æſtiva quoque caſtra dicuntur, in quibus æſtate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem tranſigunt, *quartieri da ſtate*. *Cic. Ep. l. 2.* Mihi erat in animo, cum primum æſtiva attigiſſem, decedere ex S. C. ¶ Quandoque vocantur æſtiva fruges, quæ æſtate feruntur. *Plin. l. 18. c. 7.* Æſtiva, quæ ante Vergiliarum ortum ferentur.

Æſtivalis, le, adject. idem quod æſtivus. *Hygin. Aſtr. 3. c. 24.* Virgo dextra manu circulum æſtivalem tangit. *h. e.* Tropicum Cancri.

Æſtive, adverb. *Plaut. Menæch. 2. 1. v. 29.* Æſtive admodum viaticati ſumus: id eſt tenuiter, admodum parce, joculari tranſlatione ab iis, qui per æſtatem leviter, & expedite ornantur.

Æſtivo, as, n. 1. *ombreggiar per fuggir il caldo*, קיץ, Germ. *das ſommerlager haben, an einem orth den ſommer verſchlieſſen*, Gall. *paſſer l'eté*, Hiſp. *tener el eſtio en algun lugar*, τὸ θέρος διάγειν, propter æſtum evitandum alicubi commorari, quemadmodum hiberno, hiemem aliquo in loco tranſigere. *Varr. 2. de re ruſt. c. 2.* Hi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus æſtivabant. Adde *Plin. lib. 10. cap. 5. & Sueton. in Galb. c. 4.*

Æſtivus, a. 1. 2. *eſtivo*, Ger. *ſommerlich*, Gall. *d'eté, appartenant a l'eté*, Hiſp. *coſa de eſtio*, θερινός, quod eſt æſtatis, licet ab æſtus, non ab æſtas formatum ſit, ut æſtivi menſes, æſtivi dies, æſtivæ aves. *Cic. ad Q. Fr.* Unde æſtivus dies. ¶ Uſurpatur etiam pro æſtati idoneo. *Liv. l. 22. c. 14.* Per æſtivos ſaltus devioſque colles exercitum duximus. ¶ Æſtivæ fruges dicuntur milium, panicum, & cætera hujus generis, quæ ante Vergiliarum exortum ſeruntur, quemadmodum hibernæ circa Vergiliarum occaſum ſatæ per hiemem terra nutriuntur. Vide *Plin. l. 18. c. 7.* ¶ Caſtra æſtiva apud *Tacit. ann. 1. c. 16.* V. Æſtiva.

Æſtuabundus, a, um, æſtuoſus, *Pallad. l. 11. c. 17.* Mundo linteo tegas, per quod facile confectio æſtuabunda ſuſpiret.

Æſtuans, antis, *caldo, fervente, bogliente*. *Colum. l. 11. c. 2.* Sol æſtuans. *Curt. lib. 8. cap. 9.* Fretum æſtuans. *Pallad. l. 11. tit. 14.* Vina æſtuantia. ¶ Tranſlate agitatus, perturbatus, *turbato, agitato, anſioſo*. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 1.* Exanguis, atque æſtuans ſe e curia repente proripuit. *Salluſt. in Jug. c. 98.* Animo æſtuans.

Æſtuarium, ii, locus, per quem vapores exhalant, quod & vaporarium dici poteſt, *Vitruv. l. 8. c. 7. ubi de puteorum foſſionibus*. ¶ Æſtuaria porro dicuntur loca marinis aquis referta ex inundationibus, per quæ mare æſtuans viciſſim accedit, vel recedit, *ſtagno, laguna*. *Caſ. B. G. l. 2. c. 28.* Quos in æſtuaria, ac paludes collectos dicebamus. *Plin. l. 5. c. 1.* Effunditur huc æſtuarium e mari, flexuoſo meatu.

Æſtuatio, onis, verbal. actus æſtuandi. *Plin. l. 18. c. 1.* Relictis æſtuationi ſuæ iſtis hominum turbis. *h. e.* furori, perturbationi. Tres MSS. libri habent, *cauſtioni*, *Harduino* teſte.

Æſtuo, as, o. 1. *bollire, aver caldo*, חם, נכמר, Germ. *hitzig ſeyn, groſſe hitz haben*, Gall. *avoir, ou ſentir grande chaleur, bruler de chaleur, bouillir*, Hiſp. *hervir de calor*, καυσόομαι, ferveo, flagro. *Cic. 1. Acad.* Ille cum æſtuaret, umbram ſequutus eſt. *Lucanus l. 1. v. 16.* Dies æſtuat, *fa caldo*. ¶ Per metaphoram ponitur etiam pro angi, & dubitatione torqueri, *dubitare*. *Cic. 4. Ver.* Æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in utramque partem. ¶ Aliquando æſtuare eſt fluctuare, agitari, κυμαίνεσθαι, *ondeggiare*. *Virg. 6. Æn.* Vaſtaque voragine gurges æſtuat. ¶ Dicimus etiam æſtuare deſiderio, invidia, amore, &c. pro flagrare. *Cic.* & alii. ¶ Et æſtuare abſolute pro vehementer cupere. *Claudian. de III. Conſul. Honor. v. 81.* Stabulis minari æſtuat. Et *lib. 1. in Eutrop. v. 191.* Sed pejus in aurum æſtuat.

Æſtuoſe, adverb. æſtuando. *Plaut. Bacch. 3. 3. 67.* Acerrime, atque æſtuoſe abſorbet.

Æſtuoſus, o. 1. 2. *pieno di caldo*, חם, Germ. *hitzig, voll hitz*, Gall. *plein de grande chaleur, fort chaleureux*, Hiſp. *coſa caloroſa*, καυματώδης, quod eſt calore plenum. *Cic. Attic. l. 5. ep. 13.* Iter conficiebam æſtuoſa, & pulverulenta via. Sic æſtuoſiſſimi dies circa Canis ortum. *Plin. l. 34. c. 18.* Et *Horat. Epod. 3.* Munus inarſit æſtuoſius. *h. eſt*, veſtis Dejaniræ ardentius uſſit Herculis humeros. Alii tamen *æſtuoſius* pro adverbio ſumunt. ¶ Item agitatus, fervens, procelloſus. *Horat. l. 2. od. 7.* Freta æſtuoſa. *Id. l. 1. od. 22.* Æſtuoſæ Syrtes.

Æſtus, us. 4. *caldo grande*, חום, Germ. *groſſe waerme, hitz*, Gall. *ardeur, ou grande chaleur*, Hiſp. *la ſieſta, o grande calor*, καῦμα, [illegible], calor nimius, & fervor, flagrantia Solis. *Virg. 3. Georg.* Æſtibus in mediis umbroſam exquirere Vallem. ¶ Aliquando pro motu, & agitatione fluctuum, *moto*. *Cic. 3. de Orat. cap. 39.* Sævi exiſtunt turbines, fervet æſtu pelagus. *Id. 2. de Nat. Deor. c. 53.* Æſtus maritimi multum accedentes, & recedentes, *il fluſſo, e riſluſſo*. ¶ Ab utroque ſignificato per metaphoram ponitur pro variis animi ægritudinum generibus, cupiditate, amore, libidine, &c. *Cic. 3. de Orat.* Repente te quaſi quidam æſtus ingenii tui procul a terra abripuit; *l'ardore dello ſpirito*. *Virg. Æn. l. 4.* Fluctuare æſtu irarum. *Id. l. 7.* Æſtu curarum. *Cic. de cl. orat.* Ne æſtus conſuetudinis nos abſorbeant. *Ibid.* Æſtus gloriæ. ¶ Æſtus ulceris apud *Cic. 2. Tuſc. l'infiammazione della piaga*. ¶ Incenſus æſtus avertere. *Virg. 3. Georg.* hoc eſt febrim: quo ſenſu adhibetur etiam a *Cic. 1. Catil. c. 13.* ¶ Pro dubitatione, & turbatione animi. *Plin. l. 3. ep. 94.* Explica æſtum meum. *Cic. divin. in Verr.* Qui tibi æſtus, qui error, quæ tenebræ! ¶ Dici forte poſſit æſtus ab αἰθὴρ, quod verbale ſit ab αἶθος, præterito verbi αἴθω, accendo.

Æ ANTE T.

Ætas, *età, etade*, דור, Ger. *alter*, Gal. *age*, Hiſp. *edad*, ab αἰὼν Græco nomine deductum. Ab hoc enim ævum, ævitas, & per ſyncopen ætas, ἡλικία. Generaleque nomen eſt ad infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, juventutem, & ſenectutem pertinens. *Varro* quinque gradus facit. In primo uſque ad annum xv. pueros dictos vult, quod ſint puri, ideſt impuberes: in ſecundo ad annum xxx. adoleſcentes ab adoleſcendo nominatos: in tertio uſque ad annum xl. juvenes appellatus, eo quod remp. in re militari juvare poſſent: in quarto autem gradu uſque ad lx. annum ſeniores nuncupatus, quod tunc corpus ſeneſcere incipiat: inde uſque ad finem vitæ uniuſcujuſque quintum gradum factum, in quo qui eſſent, ſenes appellatos, quod ea ætate corpus jam ſenio laboraret. Horum tamen ſinguli trifariam dividuntur, ut prima pars viridis ſit, deinde adulta,

poſtea

Digitized by Google

poſtea praeceps. Unde *Virg.* Viridiſque juventa. Alii aliter dividunt ætates. ¶ Dicitur etiam, ætas aurea, argentea, ærea, ferrea, lutea, de univerſa Mundi duratione, de Imperio Romano, ac de Latinis Scriptoribus paſſim. ¶ Interdum ætas accipitur pro anno, *anno*. *Virg.* 2. *Georg.* v. 190. Ubi quarta acceſſerit ætas. ¶ Interdum pro xxx. annorum ſpatio. *Cic.* Tertiam jam ætatem hominum vivebat. Sic *Plutarchus* Ætatem oſtendit eſſe ſpatium xxx. annorum, ſecundum Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. *Ovid.* 12. *Metam.* Annos bis centum vixi, nunc tertia vivitur ætas. ¶ Ponitur & pro quovis tempore humanæ vitæ. *Virg. Ecl.* 9. v. 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *Stat. Theb.* 3. v. 562. Quid craſtina volveret ætas, ſcire nefas homini. ¶ Ponitur & pro ipſis hominibus ea ætate natis. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Quid nos dura refugimus ætas? ¶ Ætas mala dicta eſt ſenectus. *Plaut.* Senectute onuſtum gero corpus, vires reliquerunt: ut ætas mala eſt, mors mala eſt. ¶ Ergo e contrario bona ætas juventus appellatur, [illegible]. *Cic.* Quod ſi ipſis voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primum parvulis fruitur rebus. ¶ Ætas media vocatur illa, quæ eſt inter juventam, & ſenectam, *età virile*, quam Avicenna vocet ætatem pulchritudinis, [illegible], quæ fere eſt a trigeſimo uſque ad quadrageſimum annum. Eadem dicitur ætas conſtans. *Cic. pro Planc. & de ſenect.* ¶ Ætas vini dicitur tempus illud, quo vinum potui aptiſſimum eſt. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Falernum nec in novitate, nec in nimia vetuſtate corpori ſalubre eſt: media ejus ætas a quintodecimo anno incipit. ¶ Ætatem, *lungamente*, adv. ſignificat diu. *Ter. Eun.* 4. 5. 8. Jamdudum ætatem. *è un ſecolo*.

Ætatula, f. 1. *età tenera*, Germ. *klein alter, oder gering alter*, Gall. *bas age*, Hiſp. *edad pequena*, [illegible], dimin. ætas modica, & tenerior puerorum ætas. *Cic. de Fin.* In primis puerorum ætatulis. *Plaut. in Pſeud.* 1. 2. 40. pro ipſa ætate poſuit, blandimenti cauſa. In munditiis, inquit, mollitiis, deliciiſque ætatulam agitis. *h. e.* tempus ætatis jucundiſſimum.

Æternabilis, æternus, ſed vox eſt exigui uſus. *In Cod. Theodoſ. leg.* 3. *de collat. donat. poſſeſſ.* Excepta æternabili urbe. *Accius* apud *Non. c.* 7. *n.* 64. Æternabilem divitiam partiſſent.

Æternalis, idem quod æternus. *Tertull. adverſ. Judaeos c.* 6. Lex æternalis. *Venant. Fortun. l.* 10. *carm.* 10. Æternalis ſalus. *Inſcript.* apud *Grut. p.* 732. *n.* 3. Somno æternali ſacrum. *h. e.* morti.

Æternitas, *eternità*, [illegible], [illegible], perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate menſurari, nullo temporis ſpatio deſignari poteſt, cum omne contineat ævum, & contineatur a nullo. *Plin. l.* 13. *c.* 5. Materiæ vero ipſi æternitas. *Cic.* 1. *de Divin.* 1. 14. Ab omni æternitate repetitum. ¶ Fuit etiam Æternitas Dea a Veteribus culta, cujus imaginem, & ſedem *Claudianus* deſcripſit *l.* 2. *de laudib. Stilicon.* a *verſu* 424.

Æterno, as, are, æternum & immortale facere, *eternare*, *perpetuare*, [illegible]. *Horat. l.* 4. *od.* 14. Tuas, Auguſte, virtutes æternet. *Varr.* apud *Non.* 2. 57. litteris ac laudibus æternare.

Æterno, adv. *eternamente*. *Plin. l.* 2. *c.* 107. Viret æterno hunc fontem igneum contegens fraxinus. Sed uſitatius eſt

Æternum, perpetuo, vel ſemper, *eternamente*, *ſempre*, [illegible]. *Virg.* 6. *Æneid.* Sedet, æternumque ſedebit infelix Theſeus.

Æternus, a, um, *eterno*, [illegible], per ſyncop. pro æviternus: perpetuus, fine carens. *Liv. l.* 28. *c.* 28. Urbs condita in æternum. Et *Ovid.* 3. *de Arte*, v. 83. Ilias opus æternum. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod diutiſſime durat, & difficulter deſtrui ac ſolvi poteſt. *Phaedr. lib.* 2. *ad fin.* Servumque collocarunt æterna in baſi. Sic *Plin. l.* 14. *s.* 1. *de vem.* Nec eſt ligno ulli æternior natura. Ubi notandum comparat. haud paſſim obvium. ¶ Item pro continuo, ſeu magno. *Flor. l.* 4. *c.* 12. Certa mox fides, & æterna pax. ¶ Item pro eo, quod tamdiu durat, quamdiu vita noſtra. *Terent. Eun.* 5. 2. v. 30. Spero æternam inter nos gratiam fore. ¶ Differunt æternus, & ſempiternus: quod ſempiternum dicimus Deum, qui ſemper fuit, eritque, æternos vero homines, qui principium quidem habuerunt, at animo immortales ſunt. Quamquam ſæpe iſta confunduntur.

Æther, eris, m. 3. *sfera del fuoco*, [illegible], Ger. *der himmel, oder das element des feuers*, Gal. *l'air ſupreme, ou l'element du feu*, Hiſp. *cielo del fuego*, [illegible], ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. *Ariſt.* vero *de Mundo*, hoc nomine ſignificari, ait, cœli, ſyderumque ſubſtantiam, hoc eſt totam ſiderum, & cœli, & ſtellarum compaginem, non quod ignita flagret, [illegible], ſed quod ſemper motu ſuo circunductilis currat, & curſibus rapidiſſimis rotetur, [illegible]. Sumitur itaque pro Cœlo. Hinc & pro Deo. *Claudian. Paneg. de* 6. *Conſul. Honor.* v. 332. Providus Æther Noluit humano titulos auferre labori. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 13. Æthera eſſe eum, quem homines Jovem appellarunt. ¶ Item pro aere, paſſim apud *Virg.* & alios Poet. ¶ Item pro lumine. *Valer. Flacc. Arg.* 3. ſimul Æthere plena coruſco. ¶ Invenitur etiam *Æthra* fœmin. 1. contractum ex Æthera. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Summa pars cœli, quæ dicitur æthra. Sed alii leg. *Æther*. *Virg. Æn.* 12. v. 247. Rubra fulvus Jovis ales in æthra. *Sil. Ital. lib.* 4. v. 203. Liquida æthra. ¶ Æthera in plur. num. & neutro gen. uſurpatum eſt a *Mario Victore Maſſilienſi*, & a *Beda* apud *Voſſ. l.* 3. *de Grammat. c.* 39. Neuter eſt imitandus.

Æthereus, & ætherius, a, um, [illegible], ad ætherem ſpectans. *Cic.* 2. *Divin.* & *Ovid. de Arte am. l.* 3. v. 549. Sedibus æthereis ſpiritus ille venit. ¶ Terra ætheria eſt Luna apud *Macrob. l.* 1. *c.* 11. *in Somn. Scip.*, ex opinione Veterum, qui putabant eam quoque incoli, ut Terram.

Æthiopia, f. *Etiopia*, [illegible], ab Æthiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, ut ait *Plin. l.* 6. *c.* 36. vel a Græco [illegible], cremo, & [illegible], aſpectus, facies. Nam Solis vicinitate ejus regionis incolæ torrentur: Eſt enim ibi jugis æſtus. Regio eſt Africæ, cis, & ultra æquatorem. Quicquid ejus fertile eſt, ſub meridiano cardine eſt. Circa vero Occiduum montuoſa eſt, arenoſa in medio. Ad Orientalem plagam deſerta. Ejus ſitus ab Occaſu ad Atlantem montem, ab Oriente uſque in Ægypti fines porrigitur, a Meridie Oceano, a Septentrione Nilo flumine clauditur.

Æthiopicus, adject. ad Æthiopiam pertinens, ut Æthiopicus Oceanus. *Plin. l.* 6. *c.* 30. Æthiopicæ naves. *Id. l.* 5. *c.* 9.

Æthiopis, idis, f. 3. [illegible], herba eſt lactucæ folio, in Æthiopia naſcens, vel in Meroe Nili Inſula, a qua etiam Merois dicitur, cujus tactu (ſi Magorum vanitati credimus) clauſa omnia aperiuntur, amneſque etiam, & lacus exareſcunt. *Plin. l.* 26. *c.* 4. & *l.* 27. *c.* 4.

Æthiops, m. 3. [illegible], Vulcani filius fuit, qui Æthiopiam a ſe denominavit, ut placet *Plin. l.* 6. *s.* 30. ¶ Et *Æthiops* eſt, qui ex Æthiopia eſt, qui etiam *Æthiopicus*, & *Æthiopus* dicitur, ſecundum *Servium*. ¶ Sunt, qui Æthiopes dictos putent a Chus filio Cham. Chus enim Hebraice lingua Æthiops interpretatur. ¶ Hi quondam ab Indo flumine conſurgentes juxta Ægyptum inter Nilum, & Oceanum in meridie ſub ipſa Solis avitate inſederunt. Tres eorum ſunt populi, Heſperi, Garamantes, & Indi. Heſperi ſunt Occidentes, Garamantes Tripolitani, Indi Orientes. V. *Ovid.* 2. *Met.* ¶ Hinc *Æthiopiſſa*, mulier ex Æthiopia. Legitur apud *Hieronymum epiſt.* 22. ad Euſtoch.

Æthon, m. 3. [illegible], equus Phœbi dictus eſt. Fuere autem (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis, Phlegon ſcilicet, Pyroeis, Eous, & Æthon, quibus ſignificantur quatuor diei horæ. Eous interpretatur ſplendens, Phlegon inflammatus, Pyroeis ardens, Æthon ardens, & ſplendidus. *Ovid.* 2. *Met.* v. 153.

Æthra. V. in Æther.

Æthra, filia Oceani, & Tethyos, uxor Atlantis filii Japeti, mater Hyadum, & Pleiadum. *Ovid.* 5. *Faſt.* ¶ Hoc etiam nomine fuit mater Pithei Regis, item filia ejuſdem, uxor Ægei, & mater Theſei.

Ætia, orum, n. [illegible], liber Callimachi Poetæ de cauſis ſacrorum, inſtar Faſtorum Ovidii. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 4. Sed non vis, Mamurra, tuos cognoſcere mores, Nec te ſcire: legas [illegible] Callimachi.

Ætiologia, [illegible], cauſæ redditio. *Senec. epiſt.* 95. *prope fin.* His adjicit cauſarum inquiſitionem, quam cur ætiologiam dicere non audeamus, cum Grammatici cuſtodes Latini ſermonis ſuo jure ita appelleat, non video.

Ætites, m. 1. [illegible], lapis eſt colore ſubruſo, quem ſi concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in utero gerit, intus audis ſonantem. Inveniuntur bini in aquilarum nidis, feruntque aquilæ ſine iis ova parere non poſſe. Quam ob cauſam nomen illi impoſitum creditur. Quatuor autem ſunt ætitæ ſpecies, quas enumerat *Plin. lib.* 36. *cap.* 21. ¶ Item ætitas gemma eſt, quæ aquilæ colorem habet caudæ candicantis. Sunt, qui gagatem vocent. Eſtque ad multa utilis. Unde eam Zoroaſtres Magus omnibus prætulit.

Ætna, f. 1. [illegible], prius Ineſia, *Mongibello*, mons Siciliæ, qui ſulphure abundans, ventis ſubterraneis flantibus, ignem perpetuum emittit. ¶ Diverſus eſt ab Ænna urbe. Mons enim adjacet litori Catanenſi. Ænna in medio inſulæ eſt conſtituta. Præclaro carmine deſcriptum invenies apud *Corn. Severum*.

Ætnenſes, m. 3. pop. Siciliæ ad Ætnam montem. *Plin. l.* 3. *s.* 8.

Ætnæus, a, um, ad Ætnam pertinens. Ætnæi Fratres, Cyclopes. *Virg. Æn.* 3. Ætnæum fulmen. *Ovid. de Arte l.* 3. v. 490.

Ætolia, [illegible], *Artinea*, & *Lepanto*, regio Achaiæ, in Epiri conf. ad Occ. inter Locros ad Or. a quibus Eveno Fl. ſeparatur, & Acarnaniam ad Occ. Acheloo Fl. dividente. Dicta eſt ab Ætolo filio Martis, vel Endymionis, cum antea Hyantis diceretur. Populi Ætoli dicuntur. Urbes Ætoliæ ſunt Naupactum, Calydon, Chalcis, & Olenus.

Ætolicus, & Ætolius, Ætolus, a, um, adject. ad Ætoliam pertinens. Bellum Ætolicum, apud *Liv.* & Ætolius heros, pro Diomede Tydei Ætoliæ Regis filio, apud *Ovid.* 14. *Met.* v. 461. ¶ Ætoli dicti ſunt populi Ætoliæ, apud *Liv.* & *Plin.* paſſim.

Ætolus, m. 2. [illegible], ut ſcribit *Plin. l.* 7. *c.* 56. Martis fuit filius. Homeri autem enarrator de Ætolo ſic tradit: Ætolus, inquit, filius Endymionis fuit, qui cæde per imprudentiam in patris perpetrata, fugit in eam regionem, quæ poſtea ab ipſo Ætolia dicta eſt, ibique genuit filium Pleuronem, a quo urbs Ætolia dicta: hujus autem duo filii fuerunt, Cures, & Calydon, e quibus rurſus aliis urbibus nomina data ſunt.

Ævitas, f. 3. *età*, [illegible], Germ. *hoben alter*, Gall. *age avancé*, *vieilleſſe*, Hiſp. *edad guſtada*, *vejez de muchos anos*, antiqui pro ætas, vel annoſitas dixerunt. *Gell. l.* 20. *s.* 11. Si morbos, ævitaſque vitium eſcit. *Cic. l.* 3. *de leg. s.* 3. Ævitatem annali lege ſervanto.

Æviternus, a, um, adject. idem quod æternus. *Varro apud Priſcian. ad fin. l.* 8. Per æviternam hominum domum tellurem propero gradum.

Ævum, i, n. 2. *tempo lungo*, *età lunga*, *perpetuità*, [illegible], Germ. *lange zeit*, *ewigkeit*, Gall. *age*, *ſiecle*, Hiſp. *edad*, *o ſiglo*, a Græco [illegible], V litera interjecta, ſignificat temporis perpetuitatem, tempus immenſum ſine origine, ſine fine, quod eodem modo ſemper fuit, & ſemper futurum eſt, ut de eo *Cenſorin.* ſcribit *in lib. de die natal. cap.* 16. Hoc ſenſu *Varr. lib.* 5. *L. L.* ſcribit, ævum dictum eſſe ab *ætate omnium annorum*. *Lucret. l.* 1. v. 634. Innumerabilibus plagis vexata per ævum. ¶ Ex Philoſophorum tamen loquendi conſuetudine differt ævum ab æternitate, ut æternitas duratio ſit principii, & finis expers: ævum careat fine, non perinde principio. Sed omiſſis Philoſophis, ævum accipitur pro quocumque tempore, vel ætate, ac ſpatio vivendi. *Horat.* 2. *ſermon. ſat.* 6. v. 79. Vive memor quam ſis ævi brevis. Et *lib.* 1. *epiſt. ult.* Forte meum ſi quis te percontabitur ævum. ideſt ætatis annos. ¶ Ævi nomine appellatur & gradus ætatis humanæ. Sic primum ævum adoleſcentia eſt. *Val. Flacc. l.* 7. v. 338. ¶ Item longiſſima hominis ætas, quæ ferme annis centum definitur, & Seculum dicitur. Ita acceptum videtur uſurpaſſe *Ovid.* 1. *de Ponto Eleg.* 3. Nulli datus omnibus ævis Tam procul a patria eſt, horridiorque locus. ¶ *In ævum* idem eſt ac in omne ævum. *Horat. l.* 4. *od.* 14. Æternare virtutes in ævum. ¶ Reperitur etiam *Ævus*, *i*, m. apud *Lucret. l.* 3. v. 605. & *Plaut. Poen.* 5. 4. 14.

A ANTE F.

Afer, ri, ſubſt. qui Africam incolit, *Africano*. *Virg. Æn.* 8. v. 724. Afri diſcincti. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Dirus per urbes Afer ut Italas equitavit. *h. e.* Annibal.

Afer, afra, um, adject. *Africano*, qui eſt ex Africa, ut Afra avis, ideſt Numidica. *Horat. Epod.* 2. v. 53. Non Afra avis deſcendat in ventrem meum. V. Africanus.

Affabilis, *o.* 3. *affabile*, *piacevole*, [illegible], [illegible], [illegible], ex ad, & fabilis, in ſermone jucundus, & gratus, vel comis, lenis, facilis. *Ter. in Adel.* 3. 6. 8. Meditor eſſe affabilis. *Cic.* 1. *Offic. c.* 31. Eſſe affabilem omnibus in omni ſermone. *Senec. ep.* 79. Alius erit affabilior.

Affabilitas, f. 3. *piacevolezza*, [illegible], [illegible]. *Cic.* 2. *Off. cap.* 14. Quantopere conciliet animos comitas, affabilitaſque ſermonis.

Affabiliter, adv. comiter, *piacevolmente*. *Macrob. Satur.* 7. *c.* 2. Comiter, affabiliterque ſuſceptus. *Spartian. Caracal. cap.* 3. Affabiliter loqui. ¶ *Gell. l.* 13. *c.* 3. Affabiliſſime dicere.

Affaber, & Adfaber, bra, um, eſt fabrefactus, *fatto con artifizio*. *Symmach. l.* 3. *ep.* 17. & *Feſtus*.

Affabre, *con maeſtria*, *artifizioſamente*, [illegible], Ger. *meiſterlich*, *kunſtlich*, Gall. *artificieuſement*, *avec un bel artifice*, Hiſp. *artificioſamente*, *lindamente*, [illegible], adverb. artificioſe, ſcite, ſicut *infabre*, ſine artificio. *Cic.* 2. *Verr. c.* 5. Paulo magis affabre, atque antiquo artificio.

Affamen, inis, n. 3. idem quod Affatus. *Apul. Met.* 11. Blando mulcentes affamine.

Affaniæ, arum, *ciancie*, *bugie*, res futiles, & nugatoriæ. *Apul. l.* 9. Has, & alias ſimiles affanias fruſtra blaterantes. Et *l.* 10. Neſcio quas affanias effutire. ¶ Sunt qui deducunt a fando, ſed *Voſſ. in Etymol.* quemadmodum Apinas, & Tricas a duobus ignobilibus Apuliæ oppidis: ita Affanias ab Aphanis oppido Sicil. originem trahere exiſtimat. *Vide Plin. l.* 3. *c.* 11.

Affaris, atur, d. 1. *parlare*. Affor enim inuſitatum eſt. *Cic. de Sen.* Licet verbis iiſdem mihi affari te. *Id. de clar. Orat. s.* 75. Affari aliquem nomine. *chiamar per nome*. ¶ Affari deos eſt iis gratias agere, vel eos invocare, teſte *Servio*. *Virg.* 3. *Æn.* v. 492. & *Ovid.* 6. *Faſt.* v. 303.

Affatim, *abbondevolmente*, [illegible], Germ. *uberaus*, *viel*, *uberfluſſig*, Gall. *largement*, *a foiſon*, *en abondance*, Hiſp. *abondoſamente*, *con abondancia*, [illegible], adv. abunde, large, ex ad, & fatim, quod idem apud Vett. ſignificabat. *Cic. l.* 2. *ad Att. ep.* 16. Puto me Dicæarcho affatim ſatisfeciſſe. *Plaut. Mil.*

Digitized by Google

Mil. 4. 1. 33. Tibi divitiarum affatim eſt. *Id. Bacch.* 3. 3. 93. Affatim eſt, Mneſiloche.

Affatus, a, um, partic. allocutus. *Virg.* 4. *Æn.* Barcem autricem affata Sichæi. ¶ Paſſive *Apulej. l.* 11. Affatis ſingulis. *h. e.* narratis.

Affatus, us, ui, alloquium, *colloquio*, *diſcorſo*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 284. Quo nunc Reginam ambire furentem Audeat affatu? ¶ Significat etiam mandatum, præſertim poſterioris ævi Scriptoribus. *Caſſiod. lib.* 2. *ep.* 29. Præſentibus te affatibus admonemus. Et *leg.* 3. *C. de Epiſcop. audient.* Nemo deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ perennitatis expectet.

Affectatio, onis, κακοζηλία, æmulatio, ſed infelix, *affettazione*. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Nihil odioſius affectatione. ¶ Affectatio verborum. *Suet. Grammat. c.* 10. ¶ In bonam partem uſus eſt *Senec. ep.* 89. Philoſophiam definiens, *ſapientiæ amorem, & affectationem*. ¶ *Tertull. de Baptiſ. c.* 5. pluraliter uſus eſt: Credunt rebus Dei quarum affectationibus apud æmulum Dei credunt.

Affectato, adverb. *affettatamente*, nimio affectu, ſtudio, aut cura. *Lamprid. in Heliogab. c.* 17. Illud nomen affectato retinuerat, dum vult videri filius Antonini.

Affectator, oris, m. 3. ζηλωτής, qui æmulatur. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Nimius riſus affectator. *Id. l.* 6. *c.* 2. Affectatores libertatis. ¶ In bonam partem *Eutrop. l.* 10. *c.* 7. Affectator juſti amoris.

Affectatrix, icis, femin. ab affectator. *Tertull. adverſ. Marc. c.* 7. Sapientiam humanam affectatricem, & interpolatricem veritatis.

Affectatus, a, um, o. r. 2. *affettato*, nimio ſtudio quæſitus. *Plin. Jun. in Paneg.* Affectata aliis caſtitas. *Suet. in Cæſ. c.* 79. Infamiam affectati regii nominis diſcutere. *Quintil. l.* 12. *cap. penult.* Dandum putant nonnihil eſſe temporibus atque auribus, nitidius aliquid, atque affectatius poſtulantibus, *h. e.* majore cura elaboratum. ¶ In bonam etiam partem aliquando ſumitur. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 2. *v.* 98. Nec tantum pietas, ſed protinus ardua virtus Affectata tibi. *h. e.* ſtudioſiſſime appetita.

Affecte, adv. cum affectu. *Tertull. de Anima c.* 45. Affecte, & anxie, & paſſibiliter.

Affectio, onis, verbale, *affezione*. idem quod affectus. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 25. affectionem eſſe, ait, animi, aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutationem, ut eſt lætitia, cupiditas, morbus, &c. Et *Gell. l.* 1. *c. ult.* τὰ πάθη, affectiones reddit. ¶ Significat interdum ſtatum, conſtitutionem. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 47. Fac, in puero referre, ex qua affectione cæli primum ſpiritum duxerit. *ideſt* qua cæli conſtellatione, ut ajunt. ¶ Item amorem. *Gell. l.* 10. *c.* 18. Virum amaſſe fertur ultra affectionis humanæ fidem. *Vet. Inſcript. apud Grut. p.* 453. *n.* 4. Ob affectionem, & pietatem in ſe eximiam.

Affectioſus, a, um, *affettuoſo*, amoris, & affectus plenus. *Tertull. de Anima, c.* 19. Infantia naturaliter affectioſa.

Affecto, as, avi, are, *affettare*, *cercare con affettò*, ζηλόω, μεταδιώκω, cupide, & anxie appeto. Affectare, inquit *Feſtus*, eſt pronum animum ad faciendum habere. ¶ Affectare Regnum. *Liv. l.* 1. *c.* 46. At *affectare civitates* dixit *Salluſt. Bell. Jugur. n.* 110. *ed. Plantiniana*, & *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 66. pro ſollicitare, ſive in ſuas traducere partes ſtudere. ¶ Affectare iter, eſt moliri apud *Teren. Phor.* 5. 8. *v.* 71. Gladiatorio animo ad me affectant viam. Adde *Cic. pro Roſcio*, & *Virg. Geor.* 4. *ſub fin.* ¶ *Affectare diligentiam* eſt omnem diligentiam collocare. *Plin.* 17. 1. Sic affectare munditiam omni diligentia, *Nepos in Attic. c.* 13. ¶ Aliquando eſt afficere. *Plaut. Bacchid.* 6. Tua flagitia, aut damna, quoris patrem, me, teque, amicoſque omnes affectas tuos. ¶ Affectari morbo, ideſt corripi, apud *Liv. l.* 29. *c.* 10. Sed al. leg. *afflictari*. ¶ Affectare ad aliquid, pro aſpirare. *Firmic. in præf. l.* 3. Ad quod Romanum non affectaſſet imperium. ¶ Apud *Virg. Æn.* 3. *v.* 670. dexteram affectare, eſt cupide intendere, ut exponit *Serv.* ¶ Cum infinito eſt apud *Sil. l.* 4. Decus affectat decerpere pugnæ. ¶ Pro conſulto aliquid facere, eſt apud *Ulp. in l. Quod ait lex. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Invenitur & *affector* deponens, ſed obſoletum. *Varro* apud *Diomed. lib.* 1. Affectatus eſt regnum.

Affectuoſe, adv. cum affectu. *Caſſiod. l.* 3. *ep.* 4. Dicam libere, dicam affectuoſe quod ſentio. *Sid. l.* 4. *ep.* 11. Fratrum affectuoſiſſime obſervans.

Affectuoſus, a, um, adject. amoris & affectus plenus, *affettuoſo*. *Macrob. Saturn. l.* 2. *cap.* 11. piam affectuoſamque rem feciſſe. *Caſſiod. l.* 5. *ep.* 2. Affectuoſa ſalutatio. *Tertull. l.* 5. *contr. Marc.* 14. Amore fraternitatis invicem affectuoſi. φιλόστοργοι.

Affectus, us, ui, *affetto*, *affezione*, *paſſione*, idem quod affectio. *Gell. l.* 1. *c. ult.* Affectus, & affectiones Latini Philoſophi, Græci τὰ πάθη, dixere. *Senec. ep.* 75. affectus ſunt motus animi improbabiles, ſubiti, & concitati, qui frequentes, neglectique fecere morbum. *h. e.* habitum vitioſum. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 16. Qualis cujuſque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem. ¶ Interdum accipitur pro deſiderio. *Juvenal Sat.* 12. *v.* 10. Si res ampla domi, ſimiliſque affectibus eſſet. ¶ Pro morbo. *Celſ. lib.* 3. *cap.* 18. Superſunt alii affectus, qui febri ſuperveniunt. ¶ Aliquando pro illis, quos omni affectu proſequimur, ut liberi, propinqui. *Apul. de dogm. Platon. l.* 2. Orbatus affectibus ſuis orbe educitur. *Capitolin. in Maximin. c.* 23. Militum affectus in Albano monte erant. *h. e.* παῖδες, καὶ γυναῖκες, ut *Herodian. l.* 8. *c.* 5. dixit. Sic *Suet. in Auguſt. c.* 17. neceſſitudines pro neceſſariis poſuit.

Affectus, a, um, *affannato*, *afflitto*, [Hebrew], *Ger. ſchwach, nicht ſtarck*, *Gal. en mauvaiſe diſpoſition, languiſſant*, *Hiſp. flaco*, [Greek], cum abſolute ponitur, ſumitur pro languente. *Liv. l.* 5. Vires corporis affectæ. ¶ Affecta ædificia, & cetera hujuſmodi dicuntur, quæ prope ſunt confecta, ſed non ad finem deducta. *Cic. de Prov. Conſ.* Bellum affectum videmus, &, vere ut dicam, pæne confectum. Sic affecta hyems, quæ ad finem properat. *Sil. Ital. l.* 15. *v.* 502. Vide *Gell. l.* 15. *cap.* 5. ¶ Affectus alicui, pro erga illum, apud *Suet. Tiber. c.* 52. ¶ Affectus, pro diſpoſitus, conſtitutus, animatus, *diſpoſto*. *Cic.* 2. *Divin.* Etſi ad rem pertinet, quomodo cælo affecto, compoſitiſque ſideribus animal oriatur. *Id. de Amic.* Eodem modo erga amicum affecti ſumus. ¶ Pro commoto. *Id. de Orat.* Si pro dolore tuo affectum vides. ¶ Iterdum pro affini. *Id. in Top.* Ducuntur argumenta ex iis locis, qui quodammodo affecti ſunt ad id, de quo quæritur. ¶ Affecta femina, ait *Feſtus*, vel in bonam partem dicatur, velut honorata, vel in malam, ad extremum adducta. ¶ Superlat. eſt apud *Velley. Paterc. l.* 2. *c.* 84. Affectiſſimos inopia remiges.

Affero, fers, attuli, allatum, *arrecare*, *portare*, [Hebrew], *Germ. herzubringen*, *Gal. apporter*, *Hiſp. traer*, προσφέρω, ex ad, & fero, ſignificat apporto. *Ter. in Eun.* Hic magnam partem ad te tulit. ¶ Atque hujus ſignificationis infinitus fere eſt uſus. Inter cetera ſignificat, quod vulgo dici ſolet, allegare, & adducere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 89. An ætatem adferet? *ideſt* in cauſam vel excuſationem adducet. ¶ Item addere, augere. *Cic. Att. l.* 16. Magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me. ¶ Aliquando nuntiare. *Cic. Att. l.* 8. Complures attulerunt, Cæſarem iter habere Capuam. Sic, *allatum eſt*, abſolute, pro nuntiatum eſt. & *affertur*, *Liv. lib.* 4. *U. C.* Volſcos exiſſe prædatum, affertur. ¶ Afferre alicui manus, eſt vim alicui inferre, *sforzare*. *Cic.* 1. *Off.* Is manus videtur afferre ſocio. ¶ Sibi manus afferre, eſt ſeipſum interficere. *Cic. ad Octav.* Ego ipſe Senatum ſibi manus afferre cogi. ¶ *Afferre ſe*, poetica phraſis eſt pro venire, accedere. *Virg. Æn.* 8. Fatis huc te poſcentibus affers. ¶ Interdum eſt conferre. *Cic.* 2. *Fin. c.* 27. Diuturnitatem temporis ad beate vivendum aliquid afferre.

Afficio, is, eci, ectum, a. 3. *toccar*, *far impreſſione*, *commuovere*, [Hebrew], *Ger. ein anfechtung machen, bewegen*, *Gall. emouvoir, diſpoſer*, *Hiſp. afficionar*, διατίθημι, ex *ad* & *facio*, ſignificat affectionem quandam, ſive diſpoſitionem induco, & tam ad animum, quam ad corpus, ſive in bonum, ſive in malum pertinet, conſtruiturque cum accuſativo, & ablativo. *Cic. ad Anton. poſt ep.* 13. *l.* 14. *ad Att.* Litteræ tuæ ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere a te. *Id. Fam.* 5. *ep.* 12. Affici a gratia, aut a voluptate. *laſciarſi vincere*, *ſmuovere*. *Id.* 1. *de Orat. c.* 19. Ut eorum, qui audirent, ita afficerentur animi, ut eos affici vellet Orator. *concepiſſero quegli affetto, che l' oratore bramaſſe*. Alii legunt. *Ut ii, qui audirent, ita afficerentur animis*, &c. quod diverſam quidem habet phraſim, ſignificationem vero eandem. *Suet. in Tiber. c.* 52. Alterius filii vivus infenſus, &c. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus eſt. *h. e.* ejus mortem doluit. *Plin. l.* 3. *ep.* 1. *ad fin.* Sunt in uſu & Corinthia, quibus delectatur, nec afficitur. *ma non vi ſ' appaſſiona*. ¶ Cum refertur ad corpus, ſignificat debilitare, affligere. *Liv. l.* 28. *cap.* 15. Æſtas, labor, fames, ſitiſque corpora afficiunt. [Greek]. *Celſ. lib.* 4. *c.* 7. Pulmo totus afficitur. *Scribon. Larg. compoſ.* 186. Stomacho, & veſica affici. Sic *Nepos in Annibal. c.* 4. Affici morbo. *ammalarſi*. *Capitolin. in M. Ant. Philoſ.* Afficere corpus. *renderlo infermiccio*. ¶ Sumitus etiam pro tractare, ſive bene, ſive male. *Papinian. Dig. l.* 37. *tit.* 12. *leg. ult.* Filius, quem pater male contra pietatem afficiebat. ¶ Item pro quaſi ad exitum perducere, *ridurre preſſo al fin*. *Cic. de prov. conſul. c.* 8. Bellum affectum videmus, & vere ut dicam, pæne confectum. ¶ Præterea ſæpiſſime ponitur pro dare, addere, augere, ornare. varie autem Italica vertitur pro varia ſignificatione nominum, quibus adjungitur. *Cic. Agrar.* 1. *c.* 4. Afficere beneficio. *beneficare*. *Id. pro Mil. c.* 29. Afficere aliquem præmio. *premiare*. *Id. ib. c.* 28. Afficere lætitia. *rallegrare*. *Id. ad Brut. ep.* 16. Afficere voluptate. *dar piacere*. *Id. ib.* Afficere ſupplicio. *punire*. *Id. Att. l.* 15. *ep.* 1. Afficere moleſtia. *dar travaglio*. *Terent. Phor.* 5. 1. 3. Afficere injuria. *ingiuriare*. Sic afficere honore, laude, muneribus, dolore, morte, ſtipendio, verberibus, & ſexcenta hujuſmodi apud *Cic. Plaut. Juſt. Suet.* &c. ¶ Afficere nomine, *nominare*, *dar nome*, apud *Cic. in Top. c. pen.* & *pro Dejot. c.* 5.

Affictitius, a, um, [Hebrew], *Gall. ajouté*, *Hiſp. anadido*, quod rei alicui affingitur, ſive additus. *Varr. l.* 3. *de re ruſt. c.* 12. Affictitius ad villam qui ſolet eſſe. *che ſuol eſſer una giunta della caſa di villa*.

Affictus, a, um, [Greek], additus, appoſitus. *Cicer.* 2. *de Orat. cap.* 80. Proœmium affictum aliquod.

Affigo, gis, a. 3. *attaccare*, [Hebrew], *Germ. anheffen*, *Gall. ficher, attacher*, *Hiſp. hincar*, ad aliquid figo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Minerva, cui talaria affigunt. *Liv. l.* 28. *c.* 27. Cruci aliquem affigere. ¶ Per tranſlationem de incorporeis dicitur. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Hunc affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat, *ideſt* impreſſiſſe. Et *Affigi animis ea dicuntur*, quæ tenaciter inhærent. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Affigere litteras pueris. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. dixit pro inculcare. ¶ Affigere crimen alicui, id eſt affingere, attribuere. *Arnob. circa princ. lib.* 6. Confitemur crimen nobis maximum impietatis affigere.

Affiguro, as, are, figuro. *Gell. l.* 4. *c.* 9. (Voces) Diſciplinoſus, victorioſus Cato ita affiguravit. Al. leg. *figuravit*, al. *affiguravit*.

Affingo, is, finxi, ctum, *aggiungere*, *attribuire*, fingendo aliquid addere, cujus contrarium eſt detrahere. *Cæſ. in princ. l.* 1. Addere, & affingere rumoribus. *Cic. pro Leg. Manil.* Ut neque vera laus ei detracta, neque falſa afficta eſſe videatur. ¶ Item pro attribuere. *Cic. in Or.* Quam probam orationem affingit improbo, ſtultove ſapientis. ¶ Item imitari, aſſimilare. *Id.* 2. *in Or.* Deſcribuntur mores hominum, & ita affinguntur, ut quales ſunt, intelligantur.

Affinis, e, o. 3. *vicino*, *congiunto*, [Hebrew], *Ger. nachbar, nahefreunde*, *Gal. voiſin, prochain*, *Hiſp. vezino*, [Greek], adject. Dicitur ab ad, & finis: unde & proprie de agris dicitur, nam fines agrorum ſunt *Leg. eos termines, ff. Fin. reg.* ¶ Transfertur deinde ad homines, qui inter ſe conjunctionem, & propinquitatem contraxerunt per nuptias. *Modeſtin. leg. Non facile, ff. de Grad. & Affin.* Affines, inquit, ſunt viri, & uxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, *parenti*, *congiunti*. Quia porro Affines ſunt, cum duæ cognationes per nuptias junguntur, ideo Affines interdum Conjuncti, & ipſa Affinitas Conjunctio dicitur. Affinium autem nomina ſunt Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Noverca, Privignus, Privigna, de quibus vide ſuis locis. *Ter. Heaut.* 5. 1. *v.* 63. Imo & gener, & affines placent. *ſc.* parentes ſponſi. ¶ Transfertur Affinis etiam ad alia, ut Affinis culpæ, Affinis facinoris, *conſcio*, *partecipe*, *vicino*. *Cic. pro Roſc.* & *Cat. l.* 4. ¶ Qua ratione cum dativo conſtruitur, vel cum genit. *Ter. Heaut.* 1. 1. *v.* 39. Earum affines rerum eſſe. *Cic. pro Cluent. c.* 45. Affines turpitudini.

Affinitas, tis, f. 3. *parentela*, [Hebrew], *Ger. ſchwagerſchafft*, *Gal. affinité*, eſt hominum affinium inter ipſos conjunctio. *Cic.* 4. *Ver.* Cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat. Affinitates jungere, apud *Liv. l.* 5. *c.* 1. Affinitate ſe devincire cum aliquo, apud *Cic. de clar. Or. c.* 26. Affinitatem contrahere, *Velley.* 2. 44. ¶ Interdum ponitur pro ipſis Affinibus. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 75. Patriam deſeras, cognatos, affinitatem, amicos. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque vicinitate, & ſimilitudine. *Gell.* 4. 13. Affinitas tanta eſt corporibus hominum, mentibuſque. *Id.* 1. 18. Affinitas litterarum.

Affirmanter, adv. *con affermazione*, *affermatamente*, quod vulgo affirmative dicunt. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Potuiſſet prædici affirmanter.

Affirmate, [Greek], idem quod affirmanter. *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. Quod affirmate, quaſi Deo teſte, promiſeris. *Gell. l.* 10. *c.* 11. Plerique hoc affirmatiſſime ſcripſerunt.

Affirmatio, f. 3. *affermazione*, [Hebrew], *Ger. beſtetigung, verjehung*, [Greek], enuntiatio alicujus de aliquo. *Cic.* 3. *Off.* Eſt enim juſjurandum affirmatio religioſa. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Conſtantiſſima annalium affirmatione. *Curt.* 6. 11. Multa affirmatione abnuere. *negare coſtantemente*.

Affirmativus, a, um, ad affirmandum inſerviens. *Diomed. Grammatic. l.* 2. *cap. de affirmat. ſpecie*.

Affirmator, oris, verbal. qui affirmat. *Tertull. adverſ. Marc. l.* 4. *c.* 7. Romulus aſcenſus ſui ad Cœlum habuit Proculum affirmatorem. Et *de Anim. c.* 46. ¶ In jure *affirmatores* ſunt, qui cum idoneos tutores affirmaverint, vicem fidejuſſorum obtinent. *Ulpian. l.* 4. *de Fidejuſſor.*

Affirmatus, a, um, *confermato*, firmatus, confirmatus. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 37. Propoſitionis approbatio, per quam id, quod breviter expoſitum eſt, rationibus affirmatum probabilius fit. ¶ Apud *Apulej. l.* 7. *Metam. corium affirmatum cineris inſperſu* eſt cinere firmatum contra putredinem.

Affirmo, as, a. 1. *affermare*, [Hebrew], *Germ. vergewiſſen*, *Gal. aſſeurer*, *Hiſp. afirmar*, propterea juxta firmo, [Greek], quamvis pro *aſſevero* ponatur, [Greek]. *Cic.* 4. *Acad.* Quid dubitamus igitur affirmare? *Liv.* 1. 13. Affirmare pro certo. ¶ Sumitur & pro confirmare. *Liv. l.* 26. *c.* 43. Hæc

Digitized by Google

83. Hæc affirmarunt auctoritate ſua. *l.* 32. *c.* 35. Eam opinionem ipſe affirmavit petendo. Sic affirmare ſe animo, apud *Catull. carm.* 76. *ad ſeipſ.* hoc eſt confirmare ſe. ¶ Populi Roman. virtutem armis affirmavit, apud *Tacit.* 4. *hiſt.* 73. hoc eſt confirmavit famam virtutis a Populo Rom. jam partam.

Affixus, a, um, o. r. a. *attaccato*, *affiſſo*. *Cic. in Tuſc.* 5. *c.* 3. Prometheus affixus Caucaſo. *Virg. Æn.* 10. *v.* 161. Affixus lateri. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 2. Jubes illum mihi eſſe affixum tanquam magiſtro. Et 7. *Verrin.* Affixum, atque infixum in animo, & ſenſu. ¶ *Affixum*, vel *affixa* in plural. apud JCtus dicuntur ad familiam, & domum pertinentia, ut, domum inſtructam legare cum omnibus affixis. *Paul. ff. l.* 33. *tit.* 7. *leg.* 18. & 21. ¶ Comparat. *affixius* dixit *Porcius Latro declam. in Catil.*

Afflator, oris, qui afflat. *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 32. Qui ſuper aquas ferebatur, librator, afflator, & animator.

Afflatus, us, m. 4. verbale, *fiato*, *vento*, נשמה, *ἐμπνοια*, actus afflandi. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Perdices concipiunt ſupervolantium afflatu. ¶ Sumitur & pro inſtinctu, &, ut ita dicam, inſpiratione, *iſpirazione*. *Cic. de Nat. Deor. l.* 2. *c. penult.* Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit. Et *l.* 1. *c.* 18. Oracula inſtinctu divino, afflatuque funduntur. ¶ A *Varrone l.* 3. *R. R. c.* 2. ſumitur pro aſpiratione, ſive pro littera H.

Afflatus, a, um, adject. inſpiratus, *iſpirato*. *Virg. Æn.* 6. *v.* 50. *de Sibylla*. Afflata Numine Dei. ¶ Item tactus, læſus, *tocco*. *Liv. l.* 30. *c.* 6. Saucii, afflatique incendio effugerunt. *Ovid.* 3. *de Ponto*, *el.* 6. Fulminis afflati telis. *Id.* 3. *Met. v.* 49. Afflatus tabe veneni.

Afflecto, is, a. 3. ad aliquid flecto, converto. *Avien. in Arat. v.* 734. huic rutilos ſi ſol afflexerit axes.

Affleo, es, evi, etum, n. 2. *piangere*, בכה, Ger. *mit einem weinen*, Gal. *pleurer*, Hiſp. *plorar*, *ἐπικλαίω*, idem quod fleo, vel ſimul fleo. *Plaut. in Perſ.* 1. 3. 72. Ut affleat, cum ea memoret.

Afflexus, a, um, *piegato*, flexus, inclinatus. *Caſ. German. in Arat. de Caſſiopea*. Qua latus afflexum ſinioſi reſpicit anguis.

Afflictatrix, icis, idem quod afflictatio. Hanc vocem Fr. Guyetus Comment. in *Ter. And.* 1. 5. *p.* 16. reſtituit veteris poetæ ſeptenario apud *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 13. ubi in omnibus libris eſt *afflictatio*, vel *afflictio*.

Afflictatio, onis, ægritudo cum vexatione corporis, *afflezione*, *travaglio*. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 7. Solicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio, & ſi quæ ſunt de genere eodem.

Afflictator, qui affligit. *Tertull. l.* 5. *adv. Marc. c.* 16. Juſtum eſt, afflictatoribus noſtris rependi afflictationem.

Afflictio, onis, verbal. ab affligo, [illegible], *afflezione*, *moleſtia*, יגון, Germ. *trübſal*, *bekümmernus*, ægritudo cum vexatione corporis. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 13. Ægritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. *Senec. de Conſ. ad Helv. c.* 16. Afflictionis irritæ vexatio.

Afflicto, as, avi, atum, *agitare*, *maltrattare*, *ſpingere*, *far urtare qua*, *e là*, agito, vexo, huc illuc impello, frequentativum ab *affligo*, & ejus augens ſignificationem, [illegible]. *Caſ.* 4. *B. G.* 29. Naves, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempeſtas afflictabat. *Id. ibid.* 3. 12. Naves in vadis afflictantur. ¶ Tranſlate eſt deprimere, vexare. *Tacit. hiſtor.* 3. 19. Anceps prælii fortuna equites, equoſque afflictaverat. *Id.* 6. *Annal.* 35. Afflictare hoſtes vulneribus. *Cic. Catil.* 1. *c. ult.* Afflictari morbo. ¶ *Afflictare ſe* eſt angi, cruciari, *affliggerſi*, *accorarſi*. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 27. & 32.

Afflictor, oris, qui affligit, [illegible]. *Cic. in Piſon. c.* 27. Senatus odit te afflictorem, & perditorem non modo dignitatis, & auctoritatis, ſed etiam ordinis, ac nominis ſui. *atterratore*, *abbattitore*.

Afflictus, us, ſubſtant. afflictio, alliſio. *Nizol. Steph.* & alii afferunt ex 2. *Tuſcul. c.* 8. ea verba: Effeminata virtus afflictu occidit. Sed Gruter. & Lamb. legunt afflicta. *Apulej. de Mundo*. Nubes afflictu ignem dant.

Afflictus, a, um, nomen ex particip. proſtratus, jacens, rebus adverſis oppreſſus, *afflitto*, *travagliato*, [illegible], [illegible]. *Cic. pro Leg. Man.* Afflictum erigere, perditumque recreare. *Id. Fam.* 6. *ep.* 1. Afflictiore conditione eſſe. ¶ Pro perdito, *Macrob.* 6. *Sat. c.* 7. Nemo tam afflictis eſt moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam, quod laudari queat. Al. leg. *efflictis*. ¶ Item alliſus. *Cic. pro Rabir. perduell. c.* 9. Navis afflicta ad ſcopulos. *Flor. l.* 4. *c.* 12. Infantes ipſos afflictos humo in ora militum adverſo miſere. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Arbor afflicta, *atterrato*. ¶ *Suet. in Vitell. c.* 3. Lamentari aliquem pro afflicto, *piangerlo come perduto*.

Affligo, gis, xi, ctum, a. 3. *affliggere*, *atterrare*, הכה, Ger. *anfechten*, *zerſchlagen*, Gal. *abbatre*, *affliger*, *accabler*, Hiſp. *derribar*, *affligir*, [illegible], [illegible], ex ad, & fligo, antiquo verbo, proſterno, & in terram extendo. *Caſ.* Neque ſi quo caſu afflictæ fuerint, erigere ſeſe, atque elevare poſſunt. *Plaut. Perſ.* 5. 2. *v.* 15. Affligam te ad terram, ſcelus. *Ovid.* 12. *Met. v.* 139. Affligere aliquem terræ. ¶ Tranſlate ponitur pro perturbare, vexare, *travagliare*. *Cic. pro Roſc.* Mors Scævolæ afflixit cives omnes. ¶ Affligere monumentum, ſtatuam, & ſimilia apud *Cic.* hoc eſt evertere. Et tranſlate. *Liv. l.* 28. *c.* 39. Affligere aliquem bello. ¶ Pro elevare, deprimere. *Cic. de clar. Orat. c.* 12. Oratoris eſt proprium rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus affligere.

Afflo, as, a. 1. *ſpirare*, נשב, נפח, Ger. *anblaſen*, *anhauchen*, *ἐμπνέω*, ad aliquid ſpiro, vel flatu contingo. *Liv.* Afflabat vis frigoris acrior. *Colum. l.* 8. *c.* 5. Cavendum ne pulli a ſerpentibus afflentur. *Flor. l.* 3. *c.* 5. Afflat urbem terror Regius. *h. e.* tam prope eſt, ut quaſi ſpiritu contingat. ¶ Per tranſlationem *Virg. Æn.* 1. lætos oculis afflarat honores. *h. e.* quaſi afflando dederat. ¶ Afflare alicui, pro favere. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. Felix, cui placidus leniter afflat amor. *Cic.* 3. *Ver. c.* 13. Sperat, ſibi auram poſſe aliquam afflari in hoc crimine, voluntatis, aſſenſioniſque, &c. ¶ Significat & quod vulgo dicunt inſpirare. *Cic. pro Arch.* Quaſi divino quodam ſpiritu afflari.

Affluens, entis, nomen ex partic. abundans, dives, copioſus, *abbondante*, *ricco*, *copioſo*, *περισσεύων*. Proprie de aqua dicitur, & cæteris fluidis. *Cic. pro Sext.* Conſul unguentis affluens. Sed ut plurimum per tranſlationem. *Cic. Offic.* 1. *c.* 43. Omnium rerum copia affluentes. *Id. in Verr.* Homo affluens omni lepore, & venuſtate. Et *pro Arch.* Urbs eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudiis affluens. Et in comparat. *Id. de Amic.* Ditior, & affluentior amicitia. ¶ Superlat. eſt apud *Auguſt. Confeſſ. l.* 2. *c.* 6. & *Ambroſ. ſer.* 81.

Affluenter, *copioſamente*, בכבד באור, Ger. *überflüſſiglich*, [illegible], copioſe. *Apulej. l.* 4. *Met.* Vinum affluenter immiſſum. *Solin. c.* 14. *de Macedonia*. Affluenter ſucceſſus ejus ampliandis opibus proficiebant. Et in Comparat. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 6. Affluentius voluptates haurire.

Affluentia, *abbondanza*, שפע, Germ. *überflüſſigkeit*, *ἀφθονία*, abundantia. *Plin. l.* 26. *c.* 10. Affluentia geniture. ¶ Tranſlate *Cic. de Leg. Agrar.* Ex hac copia, atque rerum omnium affluentia.

Affluo, is, uxi, ere, vel Adfluo, נהר, הריק, שטף, Germ. *herzuflieſſen*, *überflüſſig ſein*, ex ad, & fluo, [illegible], [illegible], fluo, diffluo, vel abundo, *ſcorrere*, *abbondare*. *Plin. l.* 2. *c.* 97. Æſtus maris bis inter duos exortus lunæ affluunt, biſque remeant. ¶ Addi poteſt præpoſitio. *Cicer. Fin.* 1. *cap.* 11. Voluptas ad ſenſum cum voluptate affluit, *ideſt* accedit, allabitur. ¶ Etiam cum dat. *Ovid. de Rem. Am. l.* 1. *v.* 148. Affluit incautis inſidioſus amor. ¶ De rumore etiam dixit *Cic. ad Q. Fr. ep.* 3. Nihil ex iſtis locis non modo litterarum, ſed ne rumoris quidem affluxit. ¶ De hominum concurſu. *Virg.* 2. *Æn. ſub fin.* Ingentem comitum affluxiſſe novorum Invenio admirans numerum. ¶ Pro abundare, ut affluere divitiis. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. Fac, ut frumento affluam. *Lucr.* 6. 12. Affluere divitiis, honore, & laude.

Affodio, is, di, ſſum, a. 3. fodiendo adjungo, *cavar vicino*, *zappando aggiungere*, חפר, חרר, Germ. *graben*, *ausholen*. *Plin. l.* 2. *c.* 68. Furto vicinis ceſpitem noſtro ſolo adfodimus.

Affor. V. Affaris.

Affore, [illegible], affuturum eſſe. *Cic. ad Pap.* Non mehercule ſuſpicatus ſum, illa affore. Eſt autem defectivum, ut ipſum *fore*.

Afformido, a. 1. *temere*, פחד, חרד, Germ. *groſſe forcht haben*, *ſich übel förchten*, [illegible], valde timeo. *Plaut. Bacch.* 4. 10. Magiſque afformido, ne is pereat.

Affrango, is, egi, actum, a. 3. idem quod frango. *Stat. l.* 5. *Silv.* 1. *v.* 36. Hyemes affrangere buſtis.

Affricatus, a, um, particip. ab *Affrico*, pro *affrictus*. *Apul. l.* 3. *Metam.* Pyxides pluſculas depromit, de quis egeſta unguedine, diuque palmulis ſuis affricata, &c.

Affrico, as, ui, ctum, a. 1. frico, vel juxta frico, *fregare a qualche coſa*, [illegible], ut, arbori ſeſe affricare, apud *Colum. l.* 7. *c.* 7. Anguis herbas ſeſe affricans oculos inungit, ac refovet. *Plin. l.* 8. *c.* 27. Maculam, ſcabiem alicui affricare. *Senec. epiſt.* 7.

Affrictus, us, m. verbal. *fregamento con qualche coſa*, [illegible]. *Senec. Quæſt. Nat.* 5. *c.* 14. *de ſpiritu ſubterraneo per loca ſulphuroſa ſe torquente:* Accendat flammam ipſo affrictu, neceſſe eſt. Al. leg. *obſtrictu*. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Spuma aquæ marinæ affrictu verrucas tollit.

Affringo, vel Adfringo, is, egi, actum, a. 3. *rompere*, *frangere*. *Stat. Theb.* 10. *v.* 47. Duris affringunt poſtibus ungues. Alii leg. *affrangunt*.

Affrio, as, a. 1. פרק, Ger. *etwas zerreiben*, *ἐντρίβω*, ex *ad*, & *frio*, tero, comminuo. Friare autem de rebus iis dicitur, quæ facile, & nullo tritu comminuuntur, & in pulverem rediguntur, ut reſina inter digitos. *Varr.* 1. *de re ruſt.* Alius aliud affriat, aut aſpergit.

Affulgeo, es, n. 2. *riſplendere*, *ἐπιλάμπω*, Germ. *anſcheinen*, *anleuchten*. *Sil. l.* 9. *v.* 467. Nitenti affulſit vultu ridens Venus. ¶ Metaphorice de iis dicitur, quæ nos erigunt, atque excitant. *Liv. l.* 27. *c.* 28. Spes affulſit. Et *lib.* 30. *cap.* 30. Lux civitati affulſiſſe viſa eſt. *Flor. l.* 4. *c.* 9. Affulſit occaſio.

Affundo, is, udi, uſum, a. 3. *verſare*, *ſpargere*, *infondere*, *gettare*, שפך, Ger. *zugieſſen*, *zuſchutten*, *προσχέω*, aſpergo. *Plin. l.* 16. *c.* 14. Vinumque illi affundere. ¶ Affundi fluvii dicuntur iis locis, quæ alluunt. *Id. l.* 5. *c.* 1. Affunditur huic urbi æſtuarium e mari. ¶ Tranſlate *Tacit. in Agric. c.* 35. Ut equorum tria millia cornibus affunderentur, *ſi ſtendeſſero*. *Id. Ann.* 6. *c.* 28. Affundere alicui vim vitalem.

Affuſio, onis, verbal. infuſio, vel aſperſio. *Pallad. Febr. c.* 28. Antidoti affuſione radices infundunt.

Affuſus, a, um, *verſato*, *ſparſo e infuſo*. *Plin. l.* 12. *c.* 21. Affuſa eis paulatim aqua calida. ¶ Eleganter de fluviis dicitur Urbes affluentibus. *Id. l.* 5. *c.* 19. Mæander plurimis affuſus oppidis. ¶ *Ovid. Met.* 8. *v.* 539. Affuſæque jacent tumulo. *h. e.* proſtratæ ad tumulum.

Afrania, Licinii Buccionis Senatoris cujuſdam uxor, quæ muliebris verecundiæ oblita, ſuas per ſe cauſas agebat, & importunis clamoribus Judicibus obſtrepebat. Hinc factum eſt, ut mulieres perfrictæ frontis, & matronalis pudoris oblitæ, Afraniæ per contumeliam dicerentur. *Valer. Max.* 8. 3. 2.

Afranius, Poeta Latinus fuit, togatarum fabularum ſcriptor, cujus comœdiæ, alioqui feſtivæ, & elegantes, minus gratæ fuerunt, quod fœdis puerorum amoribus eſſent conſpurcatæ. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. ¶ Adjective *Afrania fabula*, h. e. ab Afranio conſcripta. *Cic. pro Cal. c.* 30.

Africa, [illegible], [illegible], f. 1. una ex quatuor orbis terræ partibus. Nomen habuit ab Afro uno ex poſteris Abrahæ, qui dicitur duxiſſe adverſus Libyam exercitum, & ibi devictis hoſtibus conſediſſe. Alii volunt appellatam eſſe ab α particula privativa, & a nomine φρίκη, horror, quod ſit ſine horrore frigoris, magnis enim caloribus abundat. ¶ Clauditur a Septent. Mari Mediter. ſeu Lybico, ſeu Africo, ab Ortu Ægypto, & ſinu Arabico, ab Occaſu Oceano Atlantico, a Meridie Oceano Auſtrali. Olim in ſex provincias diviſa fuit, Ægyptum, Marmaricam, Africam proprie dictam, Mauritaniam, Libyam interiorem, Æthiopiam, & Agiſymbam ultra Æquatorem. Sunt, qui Africam dividant in majorem, & minorem, ſeu Zeugitanam ſeu Africam proprie dictam. Major eſt, quæ a Meridie incipit, & uſque ad Occaſum protenditur. Minor ab Occaſu habet Mauritaniam, vel Numidiam, ab Ort. Cyrenaicam, a Sept. Mare Mediterraneum, ſeu Africum. Hæc una cum Mauritania nunc *Barbaria* nominatur. Urbes illius olim claræ fuere Carthago, Utica, Thabraca, Hadrumetum, Leptis magna, & intus Cirta, Sicca Venerio, Thyſdrus, Bulla Regia, Urbina. Nunc clarent Tunes, Utica, Hippon Regius, Tripolis. ¶ In Africa plurima monſtra gignuntur, quod propter aquarum penuriam feræ omnis generis ad idem flumen congregantur, ibique permiſcentur. Hinc adagium apud *Plin. l.* 8. *c.* 16. *Quid novi fert Africa?* quod convenit hominibus lubrica fide, ſemperque avidis rerum novandarum.

Africanus, a, um, o. r. a. [illegible], quod ad Africam ſpectat. *Cic. pro Dejot.* Mittebat, qui rumores Africanos exciperent. ¶ *Africanus* per antonomaſ. dictus eſt Scipio major, & minor, quod prior Annibalem vicerit, alter Carthaginem deleverit. ¶ Gallina Africana, ſive Numidica, Indica vulgo dicitur, de qua *Varro R. R. l.* 3. *c.* 9. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Adde *Colum. l.* 8. *c.* 2. ¶ *Africanæ* abſolute dicuntur pantheræ, & pardi, quorum in Africa maxima copia eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 17. *Liv. l.* 44. *c.* 18. & *Sueton. in Calig. c.* 18.

Africia, genus quoddam liborum, quo Veteres in ſacrificiis utebantur. *Arnob. l.* 7. Sed quid omnino illud fuerit, adhuc incompertum eſt.

Africus, a, um, *Africano*, [illegible], Africanus. *Enn.* apud *Cicer.* 3. *de Nat. Deor. c.* 42. Africa terra. *Sil. l.* 17. *v.* 11. Africa bella. ¶ *Africus ventus*, qui ſæpius *Africus* abſolute dicitur, eſt is, qui Italice *Affrico*, & *Ponente Garbino*, & nautis Ultramontanis *Sud-Oueſt*, Græcis λίψ appellatur, ſpirans ab Africa inter Auſtrum, Zephyrum, ab Occaſu brumalis; contrarius Aquiloni flatu, ſed ſitu oppoſitus Vulturno in Orientem, & Coro in Septentriones. *Senec. l.* 5. *quæſt. nat. c.* 16. *Plin.* 2. 47. &c. ¶ Adjective Africæ procellæ, *Horat. l.* 3. *od.* 29. h. e. quas Africus ventus movet.

A ANTE G.

Agallochum, n. 2. *legno aloe*, אהלים, Gall. *aloe*, ἀγάλλοχον, lignum aloes arb. maculis quibuſdam diſtinctum, odore jucundiſſimo, guſtu ſubamaro, oris graveolentiæ maxime conducens.

Agamemnon, m. 3. Ἀγαμέμνων, Atrei, & Aeropes filius, frater Menelai, Rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum adverſus Trojanos ſuſceperunt, omnium conſenſu univerſi exercitus dux eſt

declaratus. Quo in bello decimo demum anno victoria potitus, ubi primum in Græciam rediit, a Clytemneſtra uxore, adjuvante Ægiſtho (qui cum illa abſente viro adulterii conſuetudinem habuerat) eſt interfectus, relicto filio Oreſte, qui poſtea indignam patris necem ulciſcens, matrem una cum adultero interemit. *Sen. in Agamemnone, & Eurip. in Oreſte.* ¶ Dicitur etiam *Agamemno* in recto caſu ſingulari. *Stat. 1. Achil. v. 553.*

Agamemnonides, æ, *maſc.* filius, vel nepos Agamemnonis. *Serv. ad Æn. 4. v. 471.*

Agamus, i, ἄγαμος, m. qui nunquam uxorem duxit. *Hieronym. adverſ. Jovin. 1. 8.*

Agamemnonius, a, um, *adject.* poſſeſſiv. *Virg. 6. Æn. v. 838.* Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas, & *l. 3. v. 54.* Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus.

Aganippe, pes, f. 3. ἀγανίππη, fons Bœotiæ a Cadmo monſtratus, Muſis ſacer, quem Poetæ fabulantur factum eſſe Pegaſi equi alati ungulis. *Claud. paneg. Mall. Theodor. v. 272.* Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe largius. *Virg. Ecl. 10. v. 11.* Nam neque Parnaſſi vobis juga, nam neque Pindi Ulla moram fecere, neque Aonia Aganippe.

Aganippeus, a, um, *adject. Propert. l. 2. El. 3.* Pars Aganippeæ ludere docta lyræ.

Aganippis, idos, patronym. *Ovid. Faſt. 5. v. 7.* Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes. Ubi *Hippocrene Aganippis* cognominatur, non quod non differant, ſed quia vicini ſunt, & ejuſdem naturæ, uterque enim inſpirationem facit litterarum, ut *Solin. c. 7.* ſcribit.

Agaricum, *agarico*, Ger. *dannenſchwam*, ἀγαρικόν, fungus eſt in arboribus naſcens, & colore candido, medicinæ vim habens. Naſcitur circa Boſphorum, & in Galliæ Ciſalpina. *Plin. l. 25. c. 9.*

Agaſo, onis, m. 3. *aſinajo, mulattiere*, נוהג הסוס או החמור, Germ. *ein eſeltreiber, eſeltreiber*, Gall. *muletier, palafrenier*, Hiſp. *harriero*, ὀνηλάτης, equorum, vel aſinorum ductor. *Liv. l. 43. c. 5.* Duo equi phalerati cum agaſonibus. Adde *Apulej. l. 6. & 7. Met.*

Agathodæmon, is, m. 3. ἀγαθοδαίμων, bonus genius. *Lamprid. in Heliogab. c. 28.* Dracunculos Ægyptii agathodæmonas vocant. Ubi notat *Caſaubon.* Phœnices divini aliquid ſerpentibus attribuiſſe.

Agathyrſi, m. 2. Ἀγάθυρσοι, populi Scythis vicini, qui, ut inquit Hier. multum habent auri ſine avaritia, ſine invidia. Hos *Plin. l. 4. c. 12.* ſcribit habere capillos cæruleos. Poetæ pictos vocant, quoniam verſicoloribus veſtibus induantur. Dicti ſunt Agathyrſi ab Agathyrſo Herculis filio. *Virg. Æn. 4. v. 146.* Creteſque, Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi. *Mela l. 2. c. 1.* eos ſic deſcribit. Agathyrſi ora artuſque pingunt, ut quiſque majoribus præſtat, ita magis, minuſve: cæterum iiſdem omnes notis, & ſic ut ablui nequeant.

Agave, filia Cadmi, & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem verſa Pentheum filium ſuis manibus dilaniavit. *Ovid. Met. 3.* ¶ Agave præterea fuit Statii poetæ tragœdia, in qua de Agave & Pentheo meminit. *Juven. ſat. 7.* Intactam Paridi niſi vendat Agaven.

Age, *orsù, orvia*, הבה, Germ. *wolan*, Gall. *or ſus, ca, courage*, Hiſp. *ea pues*, ἄγε, φέρε, *adv.* adhortantis, & ſingularem, & pluralem numerum deſiderat, *agite*, plural. *agedum*, utrumque. *Cic. pro Syll. c. 26.* Agedum, conferte cum illius vita &c. *Id. pro leg. Man.* Age vero, cæteris in rebus conſiderate. Et cum prima perſona plur. num. *Id. pro Roſc. Amer.* Age nunc Roſcii factum conſideremus. *Liv. l. 1.* Agitedum, ite mecum. ¶ Age interdum eſt corripientis. *Ter. in Adel.* Age, ſcis quid loquar? ¶ Interdum pro dic, *dimmi*. *Ter. Adel.* Age, novi tuum animum. Ubi Donatus: Age, nunc verbum eſt ſignificans, Dic, quia jam prope eſt, ut conſentiat perſuadenti. ¶ Interdum conſentientis, *baſta*. *Ter. in Adel.* Age age, traducatur Bacchis. ¶ Interdum excitandi, & plerunque poſt Nunc apud Poetas ponitur. *Virg. Georg. 4.* Nunc age, naturas apibus, quas Juppiter ipſe addidit, expediam. ¶ Tranſitionibus etiam inſervit, & variis particulis jungitur, ut vero, jam, nunc, porro, ſane, dum, & de quibus exempla paſſim occurrunt. ¶ Age ſane, affirmandi vim habet. *Liv. l. 1. c. 57.* Incaluerant vino, age ſane, omnes citatis equis advolant Romam. ¶ Agite, fere ſecundis Imperativi perſonis additur. *Liv. l. 7. c. 34.* Agitedum ite mecum. *Virg. Æneid. 1. v. 627.* Quare agite, o juvenes, tectis ſuccedite noſtris. ¶ Ageſis, V. ſuo loco.

Agea, f. 1. [illegible], via in navi dicta, quod in ea maxime quæque res agi ſoleant. *Enn.* apud *Iſid. 19. Orig. c. 2.* Multa foro ponens, ageaque longa repletur.

Ageladas, æ, ſtatuarius, olymp. 78. apud *Plin. l. 34. c. 8.* de quo & *Colum. l. 10. de cultu hort. v. 29.* Nec Polycleteа, Nec Phragmonis, aut Ageladæ Arte laboretur.

Agelaſtos, ab ἀ, & γελάω, mœſtus, & ſine riſu. Hoc nomine dictus eſt Craſſus avus Craſſi a Parthis interempti, quem tradunt ſemel tantum in vita ſua riſiſſe, quod factum eſt, cum vidiſſet aſinum carduos comedentem, dixiſſetque ob id, ſimilem habent labra lactucam. Factum hoc, dictumque feſtiviſſimum riſus ſubſecutus eſt. *Cic. 5. de Fin.*

Agellulus, diminut. ab agellus. Habent hanc vocem *Catull. carmine 20.* (in *Catal. Virg.*) quod incipit *Hortorum Deus*, & *Symmach. l. 2. ep. 30.* & *Arnob. l. 2. p. 12.*

Agellus, m. 2. *campicello, campetto*, γήδιον, dimin. ſignificat parvum agrum. *Ter. in Adel. 5. 8.* Agelli eſt hic ſub urbe paullum.

Agema, atos, n. 3. *ſquadra*, מחנה, Ger. *hauffen, flugel*, ἄγημα, agmen. *Arrianus* ſcribit, alam equitum fuiſſe, quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de peditibus dici agema, idem teſtatur. *Liv. l. 42. c. 51.* Delecta & viribus, & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata. hanc ipſi legionem vocabant. Numerus militum incertus erat. ¶ *Liv. l. 37. c. 40.* millenarium ferme fuiſſe, ait. *Diodor. Sicul. l. 19. c. 27. & 28.* CL. & CCC. militum ponit.

Agenor, m. 3. ἀγήνωρ, nomen Regis Phœnicum, & Beli filii. Hic genuit Taygetam, & Europam filias, filios vero Cilicem, Cadmum, & Phœnicem. Ex ejus nepotibus fuit Dido, quæ Carthaginem condidit. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Trojani.

Agenoreus, a, um, *adject.* ab Agenore. *Sil. Ital. lib. 1. v. 15.* Agenoreæ arces. *h. e.* Carthago. Et *lib. 17. v. 58.* Litora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ.

Agenoria, Dea induſtriæ, ſic appellata, quod ad agendum excitet. Vocatur & *Agenina*, fanumque habet in Aventino. *Auguſt. lib. 4. de Civ. Dei, c. 16.*

Agenoridæ, Phœnices, ſeu Carthaginienſes, ſic dicti a nomine Regis ſui Agenoris.

Agenorides, æ, Ἀγηνορίδης, Cadmus Agenoris fil. *Ovid. Metam. 3. v. 7.* Profugus patriamque iramque parentis Vitat Agenorides.

Agentes in rebus, quorum in Codice ſæpius, & alibi mentio fit, officii erat genus ſub Imperatoribus, qui mittebantur per provincias, ut curſui publico, & vehiculariæ rei, importandiſque frumentis præeſſent, rimatique ſecreta domorum, omnia ad Principes, quæ reperiſſent, referrent. frumentarii antea dicti, item Curioſi. *Auguſt. 8. Confeſſ. cap. 6.* Erat autem ex eis, quos dicunt Agentes in rebus. ¶ Agentes etiam dicti ſunt Agrimenſores. *Hyg. apud Rigalt. p. 188. de conſtituendis limitibus.* Plurimum agentibus præſtat acta limitis perpetua rectura. *V. Curioſus.*

Ager, gri, m. 2. *campo, poſſeſſione*, שדה, Ger. *feld*, Gal. *champ*, Hiſp. *campo*, ab ago, is, quod in eo aliquid agatur, vel (ut *Donatus* inquit) quod in eo multa ſint agenda. *Quinctil.* autem *lib. 1.* ſcribit, Græcum eſſe. Nam ἀγρὸς Latine rus dici poteſt. ¶ Significat autem quandoque circumjectum territorium alicujus urbis, ſeu provinciam, χώρα, *territorio*. *Sal. in Cat.* Reliquos Catilina per montes aſperos in agrum Piſtorienſem abducit. ¶ Unde dicimus, ager Campanus, ager Patavinus. Et includit in ſe nemora, ſaltus, paſcua, lacus, flumina, & omnia, quæ in territorio illo ſunt. Et in ea ſignificatione vix unquam reperitur pluraliter. ¶ Quandoque ſignificat partem quandam ipſius territorii urbis, quæ privatim ab aliquo poſſidetur, & eſſe videtur rus, in quo & domus, & omnia, quæ in agro ſunt, generaliter continentur, ideſt, quæ pro captu ipſius partis eſſe poſſunt, *villa, podere, poſſeſſione*. Unde *Ter. in Eun.* Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. *Et ſequitur.* Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. ¶ His verbis innuitur, ſub agri nomine & domum, & omnia alia, quæ in agro continentur, comprehendi, idemque eſſe agrum, rus, & poſſeſſionem. Sed tamen nec rus, nec ager villa eſt, ſed villa in rure, five agro dicitur eſſe. ¶ Quandoque ſignificat locum in rure, quem colimus, ſive arando, ſive conſerendo, & ſingularem, pluralemque numerum habet. *Col. lib. 1.* Nam ubi ſedulo colitur ager, compendium affert. *Liv. lib. 4.* Peſtilentem annum inopia frugum, neglectu cultu agrorum, excepit. ¶ Ager colonus. *Cicer. de leg. Agrar.* Cognoſcerent, qui ager colonus eſſet. Videtur eam agri partem ſignificare, quæ propria ad arandum accommodata eſt, & alio nomine arvum dicitur. ¶ *Agrum imbecilliorem eſſe oportet*, ſubaudi, quam agricolam, proverbium fuit apud Afros celebre, teſte *Colum. l. 1. c. 3.* Quod *Virg. Georg.* ſic extulit. Laudato ingentia rura, exiguum colito. Certum enim eſt, plus redditurum anguſtum agrum, qui diligenter colatur, quam amplum, qui negligentius. Conveniet proverbium in eos, qui ſtudent imperium amplificare, cum hoc ipſum, quod habent, adminiſtrare non poſſint, vel in eos, qui munus ſuſcipiunt, cui ſint ſatendo ſuum impares.

Ageraton, ἀγήρατον, herba eſt ferulacea ad duorum palmorum altitudinem excreſcens, ſimilis origano, florem ferens bullis aureis non abſimilem, ita dicta, quod non facile marceſcat. Vide *Plin. l. 24. c. 4.*

Agerona, V. Agenoria.

Ageſilaus, m. 2. Ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui poſt mortem Agidis fratris ſui Rex conſtitutus, Tiſſaphernem in Aſia, qui principatum tenebat inter Perſas, vicit, & Athenienſes, & Bœotios apud Coroneam urbem Peloponneſi. Brevi ſtatura corporis, & altero pede claudus fuit, ſed rara virtute præditus. Vitam ejus vide apud Plutarch. ¶ *Ageſilaus* etiam dictus eſt Pluto. *Lactant. lib. 1. cap. 11.* Regnum Orbis ita partiti ſunt, ut Orientis Imperium Jovi cederet, Plutoni, cui nomen Ageſilao fuit, pars Occidentis. ¶ Sic autem cognominatus eſt Pluto, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς λαούς. Aliqui tamen pro Ageſilao leg. Agelaſto. Sed nihil in Lactantio immutandum cenſet *Iſæus in not. ad eund.* & *Cal. Rhodig. lib. 10. lect. Antiq. c. 18.*

Ageſis, *orsù*, adverb. excitandi, ex particula *ſis*, pro ſi vis, quæ verbis imperativi modi apud veteres addebatur. *Lucret. lib. 1.* Nunc ageſis, quoniam docui, &c. Adde *Cic. in Partit.* ¶ Interdum disjungitur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 16.* Age nunc, refer animum ſis ad veritatem.

Aggemo, V. Adgemo.

Agger, ris, m. 3. *argine*, סוללה, Germ. *aufſchutte, deich, wuher, damm*, χῶμα, per duplex g, ſignificat proprie lapidum, aut terræ coacervationem, ut eſt tumulus ad arcis cujuſpiam expugnationem: improprie dicitur cujuslibet rei coacervatio, unde foſſæ, aut valles impleri poſſunt. Quin *Servius* & muros, & munimenta aggerem dici voluit. *Virg. 10. Æn.* Quin intrant portas, atque ipſis prælia miſcent aggeribus murorum. ¶ Dicitur etiam agger media viæ eminentia ex aggeratis lapidibus ſtrata. *Idem Æn. 5. v. 273.* Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens. Onomaſticum vetus *Petri Daniel*, apud *Turneb. l. 28. Adverſ. c. 5.* Agger, ſtrata via publice. *V. eund. Turneb. l. 21. c. 6.* ¶ Eſt etiam agger, ipſa materia, ex qua agger extruitur, puta glebæ, ceſpites, quia & ligna, & ſtipites: unde & cremari poterat. *Cæſ. B. G. l. 8. c. 20.* Qui paullo longius aggeris petendi cauſa proceſſerant. Et *l. 7. c. 58.* Cratibus, ac aggere paludem explere. ¶ Poetice interdum ponitur pro monte. *Virg. 6. Æn. v. 831.* Alpini aggeres. *h. e.* Alpes. *Sen. in Herc. Oet. v. 168.* Theſſalici aggeres. *h. e.* Pelion, Oſſa, & Olympus. ¶ *Stat. 2. Silv. 1. v. 176.* aggerem Milvium dixit, pontem intelligens.

Aggeratim, adverb. quaſi cum aggeratione, acervatim. *Apulej. lib. 4. A. p. 146.* Eſtur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.

Aggeratio, onis, verbal. actus aggerandi, vel agger. *Vitruv. l. 10. c. ult.* Naves ſuper aggerationem, quæ fuerat ſub aqua, ſederunt. Et *Juſtin. l. 2. c. 1. n. 20.* Quæ aggerationibus regum, ſive Nili trahentis limum, recentiſſima videatur. Ubi al. leg. *exaggerationibus.*

Aggeratus, a, um, ex aggere factus, aggerando terram factus. *Tacit. Ann. 1. c. 63.* Trames inter paludes aggeratus.

Aggero, as, a. 1. *accumulare*, צבר, גדל, Germ. *zuſamen, hauffen*, Gall. *amonceler*, Hiſp. *amontonar*, ἐπισωρεύω, ab agger, ſignificat accumulo. Unde arbores aggerare, vel aggerare circa arbores terram eſt, cum poſt hyemem, æſtate jam inſtante, terram circumfundimus, & veluti circummunimus, ne calore nimio radices exareſcant, *rincalzare*, *Col. l. 11. c. 2.* Omnes arbores frugiferæ circumfoſſæ aggerari debent. ¶ Per metaphoram aggerare pro augere, & aggravare ponitur. *Virg. 11. Æn.* His onerat dictis, atque aggerat iras.

Aggero, is, eſſi, eſtum, erere, ex ad, & gero, cumulo, gerendo adjungo, juxta gero, *porre a canto, aggiungere portando*, הגיש, Ger. *neben ſetzen, herzutragen*, Gall. *amaſſer*, Hiſp. *anadir*, ἐπιφορέω, προστίθημι. *Virg. Æn. 3. v. 63.* Ingens aggeritur tumulo tellus. ¶ Interdum eſt ſimpliciter addere. *Plaut. Rud. 2. 5. 27.* Siquidem mihi ultro his aggerunda eſt aqua. Et in *Caſina.* Te aggerunda aqua curvum faciam probe. In utroque autem reſpexit ad multam afferendæ aquæ copiam, & quaſi cumulum. ¶ Aggerere falſa apud *Tacit.* hoc eſt falſa falſis cumulare.

Aggeſtio, onis, aggeratio, *mucchio di terra*, a d'altro. *Pallad. lib. 12. c. 15.* Aggeſtione tectæ trabes.

Aggeſtus, i, m. vel Aggeſtum, ti, n. ſubſtructio militaris ex aggere facta. *Ammian. l. 19. c. 8.* (*al.* 16.) Ex aggeſtis erectis interiſecus. Adde *l. 20. c. 11.* (*al.* 31.)

Aggeſtus, us, ui, idem quod aggeſtio. *Tacit. Annal. 1. cap. 35.* Lignorum aggeſtus. Et *hiſt. 3. c. 60.* Locus ipſe caſtrorum placebat, late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu, *h. e.* coactione, collectione (militum.)

Aggeſtus, a, um, nomen ex particip. ab aggero, accumulatus, acervatus. *Martial. l. 8. ep. 57.* Aggeſta contumulavit humo.

Agglomero, a. 1. *aggiugnere*, גלגל, Ger. *auffwinden, herzufugen*, συναγείρω, a glomero, quod a glomus, ſeu glomer deducitur. *Virg. 2. Æn.* Et lateri agglomerant noſtro. *h. e.* adjungunt quaſi globum facturi. *Idem Æn. 12.* Denſi cuneis ſe quiſque coactis Agglomerant. *h. e.* denſantur ut cuneatim dimicent. *Serv.*

Agglutino, *congiungere*, דבק, Germ. *anleymen*, προσκολλάω, ad aliquid glutino, copulo. *Plaut. in Aul.* Mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglu-

glu-

Digitized by Google

glutinant. Cic. l. 16. Attic. ep. 6. Novum proœmium exaravi; tibi miſi: tu illud deſecabis, hoc agglutinabis. ¶ Sed haćtenus tranſlate. Proprie autem eſt glutine conjungere, ut chartam, & alia ejuſmodi. Quin & pro ferruminare uſus eſt Plin. l. 33. c. 5. Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro. Et c l. 36.

Aggravâtus, a, um, aggravato, gravis factus. Suet. Aug. cap. 98. Aggravata valetudine ſuccubuit.

Aggraveſco, is, ere, gravis fio, aggravor, divenir grave, o moleſto. Terent. 3. 2. v. 2. Ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat. Cicer. 3. Tuſc. c. 31. Aggraveſcens vulnus.

Aggrâvo, 2. 1. aggravare, הכביד, Ger. beſchweren, ἐπιβαρέω, valde onero, vel valde gravis ſum, & moleſtus, affligo. Plin. l. 12. c. 17. Odor aggravans capita, ſed citra dolorem. Aggravare ictus, ideſt graviores facere, apud eund. l. 18. c. 4. Aggravare reum argumentis, Quintil. l. 5. c. 7.

Aggredior, eris, eſſus ſum, d. 3. aſſalire, בא, נגש, Germ. zu einem gehen, item einen angreiffen, anfallen, Gall. aſſaillir, Hiſp. acometer, ἐπιέναι, προσέρχομαι, ex ad, & gradior, proprie eſt aliquem adire. Plaut. Curcul. 2. 3. v. 59. Forte aſpicio militem: hominem aggredior. Sic Aggredi aliquem de re aliqua, apud eund. Merc. 2. 3. v. 50. Sic Oræ, qua aggreditur mare, apud eund. Menaech. 2. 1. v. 12. ¶ Aggredi aliquid, & ad aliquid eſt incipere, tentare, conari, principiare, intraprendere, ἐγχειρεῖν. Cic. Offic. 1. c. 21. In omnibus negotiis, priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Et de Cl. Orat. c. 37. Aggredi ad dicendum. Et ad Q. Fr. l. 2. ep. 15. Aggredi ad hiſtoriam. Et ſine præpoſit. Hirt. B. Alex. cap. 5. Opus magnum & difficile aggredi. ¶ Et cum infinito. Cic. Offic. 2. c. 1. De quibus dicere aggrediar. ¶ Significat ſæpe, ex inſidiis, & per vim aliquem adoriri, aſſalire, ἐπιτίθεσθαι, ἐπιβάλλεσθαι. Salluſt. in Catil. c. 63. Ex lateribus ceteros aggreditur. ¶ Paſſive adhibitum inquit Priſcianus l. 8. a Cicer. ad Nep. Ut a te fictis aggrederer donis.

Aggrêgo, as, a. 1. congregare, קבץ, אסף, Germ. zuſamen, ſetzen, verſamlen, συναγελάζω, congregare, & quaſi in unum locum gregem contrahere. Cic. in Catil. 1. cap. penult. Si eodem ceteros naufragos aggregaverit. ¶ Tranſlata pro adjungere. Cæſar 6. B. Gall. Qui ſe ad eorum amicitiam aggregaverant. Sic aggregare in numerum. Cic. pro Muræna. Aggregare filium eodem crimine ad Patris interitum. Id. in Vatin. c. 10.

Aggreſſio, f. 3. aſſalto, נגש, Germ. anfall, angriff, ἐγχείρησις, verbale. Cic. in Orat. c. 15. Cum animos prima aggreſſione occupaverit.

Aggreſſor, oris, aggreſſore, aſſalitore, qui adoritur. Juvencus in Matth. c. 12. v. 20. Ni prius aggreſſor cuſtodum brachia nobis vinciat. Ulp. l. 1. ff. de S. C. Silan. Veluti ſi quis exclamavit, aut terruit aggreſſores.

Aggreſſûra, æ, f. 1. invaſio ex inſidiis, qualis latronum, aut conſpiratorum, aſſalto a tradimento, ἐγχείρησις. Ulpian. l. 3. ff. de Senatuſconſ. Silan. Si cum omnes domini aggreſſuram paterentur, unus ſervus opem tulit, &c. Idem l. 10. t. 2. l. 4. Si quid ſacrilegio quæſitum erit, aut latrocinio, aut aggreſſura. Per aſſaſſinio.

Aggreſſus, us, ui, ſubſtant. idem quod aggreſſio, actus incipiendi rem aliquam. Firmic. l. 2. c. 10. Jupiter inconſultum ſignificat rerum aggreſſum, atque difficilem operum exitum. ¶ Item invaſio. Ulpian. Dig. 36. 1. 57. Si naufragio, vel aggreſſu perierit.

Aggreſſus, a, um, particip. verbi aggredior. Virg. 2. Æn. v. 165. Palladium evellere aggreſſi. Juſtin. l. 2. c. 8. Inopinantem aggreſſus delevit. ¶ Paſſiva ſignificatione. Juſtin. lib. 7. c. 6. Facillimis quibuſque aggreſſis, aſſaliti, tentati.

Aggrêtus, partic. pro aggreſſus. Enn. Aggretus fari.

Agîlis, le, adject. ab ago, qui, vel quod facile agitur, ſeu movetur, agile, leggiero, מהיר, קל, חריש, Germ. ſchnell, hurtig, klug, ἀγήρως, γοργός. Senec. Med. v. 787. Video Triviæ currus agiles. Sic dextram agilem, curſus agiles dixit Stat. 5. Syl. 1. 10. & 4. 3. 38. Agilis claſſis apud Liv. l. 30. cap. 10. ¶ De homine quando dicitur, acrem, celerem notat, & promptum ad agendum, deſtro, agile, pronto, facile, & qui corpore eſt expedito, ἐλαφρός. Horat. l. 1. ep. 19. v. 80. Oderunt agilem gnavumque remiſſi. Senec. de Tranquill. animi, cap. 2. Natura humanus animus agilis eſt. h. e. agendi cupidus.

Agilîtas, f. 3. deſtrezza, זריזות, Germ. behendigkeit, Gal. agilité, Hiſp. ligereza, ἐλαφρότης, mobilitas, dexteritas, corporis celeritas. Colum. l. 1. Ejuſdem agilitatis homo frugi melius, quam nequam faciet. ¶ Agilitas naturæ, ſc. cum faciles motus capit, apud Cic. Att. lib. 1. epiſt. 17. agilitas navium, apud Liv. l. 26. c. 51.

Agilîter, deſtramente, בזריזות, Germ. fertiglich, behendiglich, agilius, agillime, ideſt, cum agilitate. Ammian. l. 14. c. 8. Agiliter prætermiſſo Calycadni fluminis ponte. Colum. l. 2. c. 2. Ut totum ſpatium bos agilius enitatur.

Agîna, æ, foramen in ſuperiori libra, in quo vertitur æquilibrium, ſeu trutina, forame, in cui ſta il perno della bilancia, ab agendo dicta. Tertull. adv. Hermog. cap. 41. In neutram partem pronus, & præceps, mediæ, quod aiunt, aginæ æquilibrato impetu ferebatur.

Aginâtor, qui parvo lucro movetur, nomen ab agina tractum, quæ minimo pondere huc, atque illuc impellitur. Feſtus in voce Agina.

Agipêdes, referente Feſt. Pomp. in dictione Pedarius, a Lucilio dicti ſunt Senatores, qui in Senatu quidem ſedebant, verum ſententiam non rogabantur, ſed in aliorum ſententiam pedibus ibant.

Agis, vel Agides, Ἆγις, Lacedæmoniorum Rex, qui cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit. A ſuis tandem civibus in carcere necatus eſt, quod Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plutarch. & Cic. 2. Offic.

Agitâbilis, le, adject. qui facile agi poteſt, agilis, agitabile. Ovid. 1. Metam. v. 75. agitabilis aer.

Agitatio, onis, movimento, agitazione, κίνησις, ἀνακίνησις, actus agitandi, motus, commotio. Cic. 2. de Div. c. 62. Numquam animus agitatione, & motu vacuus eſſe poteſt. Idem pro Mur. c. 17. Agitationes fluctuum. Id. de Sen. c. 7. Agitatio ſtudiorum, eſercizio. Senec. ep. 109. Agitatio virtutum.

Agitâtor, m. 3. chi mena cavalli, o aſini, מנהיג, Germ. ein roſſtreiber, treiber, ἀγωγεύς, qui eſt equorum, curruumve rector, agaſo. Virg. 1. Georg. v. 273. tardi agitator aſelli. ¶ Et pro auriga Circenſi apud Suet. in Calig. c. 55. ¶ Translate apud Cic. 4. Acad. c. 29. Ego, ut agitator callidus, priuſquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo.

Agitâtrix, icis, fœmin. ab agitator. Apulej. de Dogm. Platon. l. 1. p. 6. Anima agitatrix aliorum, quæ natura ſua immota ſunt, atque pigra. Arnob. l. 4. p. 141. Silvarum agitatrix Diana.

Agitâtus, us, ui, ſubſtant. idem quod agitatio, moto. Macrob. Comment. l. 2. c. 14. Imo per diverſa, ſi ſpontaneo ferrentur agitatu.

Agitâtus, a, um, agitato, ſprotoquato, travagliato, ſtimolato, vexatus, jactatus, & accipitur frequenter in malam, aliquando etiam in bonam partem, modo ſine, modo cum caſu, tum proprie, tum metaphorice. Salluſt. in Jug. c. 8. Arena agitata vento. Virg. 3. Æn. v. 331. ſcelerum furiis agitatus Oreſtes. Cic. pro Quint. c. 2. Æquitas multis injuriis jactata, atque agitata. Id. 1. Offic. c. 24. Rebus agitatis, eſſendo le coſe in turbolenza. Id. in Somn. Scip. ſub fin. Sunt autem optimæ curæ de ſalute patriæ, quibus agitatus, & exercitus animus, &c. Quintil. l. 11. in fi. Actio paulo agitatior, azione, o geſto alquanto impetuoſo. ¶ Eſt etiam incitatus, inſtigatus. Flor. l. 1. c. 26. Gens ſacratis legibus agitata in exitium urbis. ¶ Item trattato, maneggiato. Cic. pro Cluent. c. 1. Res agitata in concionibus. Velles. l. 1. c. 16. Res ſæpe agitata animo meo.

Agîto, as, a. c. agitare, fare ſpeſſo, הניע, הניד, Germ. bewegen, πράττω, crebro facio, factito. Salluſt. in Jugur. Varie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus, atque gaudia agitabantur. ¶ Eſt item ſtimulare, compellere, ἐλαύνειν, ſtimolare, quo pacto agi ſolent equi, cum eos calcaribus urgemus. Plaut. Agitabo quadrupedem calcari. Sic agitare triremem, h. e. remis impellere, Nepos in Dion. c. 9. ¶ Item obſervare, celebrare. Virg. l. 2. Georg. Ipſe dies agitat feſtos. ¶ Item perturbare, moleſtare, noiare. Cic. de Leg. Furiæ agitant, inſectanturque improbos. ¶ Item inſectari, perſeguitare. Cic. l. 3. Offic. Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Virg. Georg. 3. Agitare gravi nidore chelydros. ¶ Item agere, ducere, facere, Salluſt. in proœm. Bel. Cat. Tum vita hominum agitabatur ſine cupiditate. Sic agitare ævum. Virg. ¶ Item cruciare, affliggere. Salluſt. in Catil. Agitabatur magis, magiſque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum. ¶ Item adminiſtrare, governare. Id. ibid. In pace vero beneficiis magis, quam metu imperium agitabant. ¶ Item ſæpe conſiderare, cogitare, recogitare, conſiderare. Id. ibid. Sed ea, quæ mente agitari, omnes jam antea audiſtis. Ter. in Phor. Id agitans mecum ſedulo, inveni remedium huic rei. Salluſt. de Rep. ord. or. 2. Mihi multa cum animo agitanti, &c. ¶ Item ſollicitare. Salluſt. in Catil. Minari interdum ferro, poſtremo ferocius agitare, &c. ¶ Item præ ſe ferre, oſtendere, dimoſtrare. Id. ibid. Veluti ſervitute erepta, gaudium, & lætitiam agitabat. ¶ Item tractare. Cic. pro Cluent. Res agitata in concionibus. ¶ Item moliri. Virg. 2. Æn. Vos agitate fugam. ¶ Jungitur interdum cum infinito. Valer. Flacc. l. 2. Ut cunctas agitent expellere Lemno. Virg. 9. Æneid. v. 187. Mens agitat mihi invadere, &c. Ubi conſtructio dativi caſus eſt animadvertenda.

Aglaia, Ἀγλαΐα, una ex Gratiis, ſeu Charitibus. Latine interpretatur lætitia. Alio nomine Paſythea vocata eſt. Virgil. in Catalect.

Aglaôpe, Ἀγλαώπη, una Sirenum, quaſi ſplendida aſpectu. V. Siren.

Aglaophôtis, Ἀγλαοφῶτις, herba eſt jucundiſſimi coloris, qua magi utuntur ad evocandos dæmones. Hanc tradunt noctu lucere, & carpentium manus effugere, dum ſubinde locum mutat. Plin. l. 24. c. 17.

Aglaſpis, nomen legionis militum cetratorum, apud Perſas. Liv. l. 44. c. 41.

Aglauros, filia Cecropis, ſeu Erichthei Regis Athenarum, a Mercurio in ſaxum mutata. Ov. l. 2. Metam. fab. penult.

Agmen, inis, n. 3. moltitudine, ſquadra, ordinanza, מחנה, Germ. ſchaar, menge, flugel, τάγμα. Serv. in Æn. 1. v. 186. Proprie dicitur ordinata multitudo ambulantis exercitus. Eſt enim quaſi agimen, ab ago. Quare de ſtante exercitu proprie uſurpari non poteſt. Cæſ. l. 1. B. C. c. 24. Aliæ cohortes in agmen Cæſaris, aliæ in equites incidunt. Ex quo loco colligitur, agminis vocem de peditibus maxime dici. Virg. Æn. 9. v. 47. Tardum præceſſerat agmen, ubi Serv. Tardum agmen dixit peditum, qui equitum comparatione tardi ſunt. ¶ Sed & ipſe actus, ſeu ductus exercitus aliquando agmen dicatur, marchia. Salluſt. Jug. c. 14. Ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet. ¶ Primum agmen, & noviſſimum agmen, apud Cæſ. La Vanguardia, e la Retroguardia. ¶ Agmen gravius, apud Tacit. hoc eſt, ſarcinæ, & impedimenta exercitus. ¶ Transfertur a militia ad multa alia, ut agmen aquarum. Virg. Georg. 1. v. 322. Et aligerum. Æn. 12. Et mulierum. Liv. l. 2. c. 40. h. e. multitudo. ¶ Ut autem motum, ſeu inceſſum ſignificat, ita ad decurſum, actumque fluminis transfertur. Virg. Æn. 2. v. 782. Leni fluit agmine Tibris. ¶ Item ad ſerpentum volumina. Idem Georg. 3. v. 423. Extremæque agmina caudæ ſolvuntur. ¶ Agmen orationis apud Gell. l. 1. c. 4. eſt orationis ductus, l'andamento. Agmen occupationum, lunga ſerie d'occupazioni, Plin. l. 2. ep. 18.

Agminâlis, le, adject. ad agmen pertinens, ταγματικός, ut agminales equi, qui agmen ſequuntur. Leg. 18. ff. de mun. & hon. & l. 6. Cod. Theodoſ. de Curſ. publ.

Agminâtim, adv. quaſi agmine facto, a truppa. Solin. c. 38. de Elephantis; oberrant agminatim. Apulej. l. 4. Mileſ. poculis agminatim ingeſtis.

Agna, æ, agnella, agna. Ovid. Triſt. l. 1. el. 1. v. 77. Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi.

Agna, gnæ, f. 1. menſuræ genus in agrorum dimenſione. Colum. l. 5. c. 26. ubi alii leg. acnua.

Agnalia, um, feſti dies Romæ, iidem qui Agonalia. Ovid. 1. Faſt. v. 323.

Agnaſcor, d. 3. naſcere, נולד, Ger. oabe, berbey, wachſen, ἐπιγίγνομαι, ex ad, & naſcor. Apud JCtos eſt naſci poſt teſtamentum factum. Cicer. 1. de Orat. Agnaſcendo rumpi teſtamentum. ¶ Scribitur & Adnaſcor.

Agnati, m. a. parenti, קרובים, Germ. blutsfreund, συγγενεῖς, dicuntur, qui per virilis ſexus perſonas cognatione conjuncti ſunt, quaſi a patre cogniti (inquit Cajus JCtus) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepoſve ex eo. ¶ Inter agnatos, & cognatos, συγγενεῖς, hoc intereſt, quod in cognatis continentur agnati, in agnatis non utique cognati, ut puta frater patris, ideſt patruus, eſt agnatus & cognatus, matris vero frater, ideſt avunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas vero & agnationem, & cognationem complectitur. ¶ Proverbium eſt de furioſo, apud Varr. R. R. 1. cap. 7. Ad agnatos, & gentiles eſt deducendus. Furioſi enim lege XII. Tab. in poteſtate agnatorum erant. ¶ Tacit. de Germania cap. 19. Agnatos pro liberis dixit. V. ibi Lipſ. & Colerum. ¶ Etiam de mutis animalibus agnati dicuntur. Ulpian. l. Vetus, ff. de uſufruct.

Agnatio, onis, verbal. parentela, προσφυσις, agnatorum conſanguinitas. Cic. l. 1. de leg. c. 7. Homines Deorum agnatione, & gente tenentur.

Agnatitius, a, um, ad agnatos pertinens, ut agnatitium jus, lib. 6. Cod. Juſtin. tit. 5. leg. 15.

Agnâtus, a, um, adjectiv. quidquid ultra naturæ debitum natum eſt; ut Membra agnata, quæ ſuperflua ſunt, ſeu quæ abundant. Plin. l. 11. c. 52. Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus. ¶ Agnati V. ſup.

Agnellus, i, m. a. ἀρνίσκος, parvus agnus. Plaut. Aſin. 3. 3. 77. Agnellum, hœdillum me tuum dic eſſe.

Agnicûlus, diminut. ab agnus, agnelletto. Arnob. l. 7. p. 219. Centum cædat boves, totidemque cum agniculis ſuis matres.

Agnînus, a, um, adject. quod ad agnum pertinet, ut agnina caro. Coagulum agninum. Plin. l. 30. c. 13. ¶ Apud Plaut. in Pſeud. 1. 3. v. 85. Agninis lactibus canem alligare. id eſt, inteſtinis. ¶ Agnina abſolute, ideſt agnina caro. Horat. Tabulas cænabat omaſi, vilis & agninæ.

Agnitio, f. 3. verbale, riconoſcimento, cognizione, הכרה, Ger. erkandnus, ἐπίγνωσις. Cic. de Nat. Quæſtio ad agnitionem animi pulcherrima. ¶ Volunt aliqui differre a cognitione, ſicut a cognoſco, agnoſco. V. Agnoſco.

Agnitionâlis, le, adject. ad agnitionem pertinens. Tertull. adv. Valent. c. 27. Subſtantivalis, non agnitionalis forma.

Agnitus, a, um, nomen ex particip. ab agnoſco, riconoſciuto. Valer. Flacc. 4. v. 437. Expectata manus, noſtriſque, ait, agnita votis. Pompon. Dig. 40. 14. 3. Agniti natales, riconoſciuti per legittimi.

Agnômen, a. 3. ſoprannome, שם כנוי, Ger. zunam, der nam vom geſchlecht,

 ovvero-

ἐπωνυμία, nomen, quod eſt extrinſecus aliqua ratione, vel caſu quæſitum, & ad ultimum adjicitur, ut Africanus: aliquando cognomen, & cognomentum dicitur. *Cic. 2. de Invent. c. 9.* Nomen cum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet. Quod ſi quis de hoc Ciceronis loco dubitat, habet *Ovidius de Ponto l. 3. el. 2.* Adjectique probant genitiva agnomina Cottæ. ¶ Scribitur & adnomen. *Capitolin. in Vero, c. 3.* Nec aliud ei honorificentiæ adnomen inditum eſt, quam quod &c.

Agnomentum, i, n. 2. idem quod agnomen. *Apulej. Apolog. p. 310.* Agnomenta ei duo indita.

Agnominatio, onis, f. 3. *παρονομασία*, figura, quæ ſimilitudine litterarum deflectit vocem in contrarium, ut illud *Terent. And. 1. 3. v. 13.* Inceptio eſt amentium, non amantium. Et *Cic. in Verr.* Sicilia te non prætorem, ſed prædonem habuit. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 21.* Hæ ſunt agnominationes, quæ in litteratura brevi commutatione, aut productione, aut aliquo hujuſmodi genere verſantur. Adde *Quintil. lib. 9. cap. 3.* ¶ Legitur & *annominatio*.

Agnoſcibilis, le, adject. qui agnoſci poteſt. *Tertull. de Reſurr. Carn. c. 55.* Lineamenta Petro agnoſcibilia ſervaverat.

Agnoſco, is, ovi, agnitum, *riconoſcere*, *conoſcere di nuovo*, הִכִּיר, יָדַע, Ger. *erkennen*, *ἀναγινώσκω*, ex ad, & noſco, euphoniæ cauſa d in g mutato, Recognoſco, & proprie de iis quæ antea vidimus, & novimus. *Virgil. Æn. 5.* Agnoſcitque ſuos, lætuſque ad mœnia ducit. ¶ Differt a cognoſco, quod proprie dicitur de rebus ante non cognitis. *Id. Ecl. 4.* Incipe, parve puer, riſu cognoſcere matrem. ¶ Interdum tamen unum pro altero ponitur. *Terent. Eun. 5. 2. v. 7.* Ita miſerrimus fui fugitando, ne quis me cognoſceret. Ubi Donat. *ἀνυπαλλαγὴν* notat, & pro *agnoſceret*, *cognoſceret* dixiſſe. Sed *ead. fab. 5. 3. v. 12.* Cognitionem pro agnitione dixit. ¶ Ponitur etiam pro *approbare*, admittere. *Cic. pro Mil. c. 14.* Cum totius Italiæ concurſus facti illius gloriam libens agnoſceret. *Paul. Dig. 5. 2. 23.* Agnoſcere voluntatem alicujus. ¶ *Agnoſcere filium* eſt eum tamquam ſuum, & legitimum cognoſcere. *Suet. in Aug. cap. 65.* Ex nepte Julia poſt damnationem editum infantem agnoſci, alique vetuit. ¶ *Agnoſcere bonorum poſſeſſionem* apud JCtos eſt eam ut ad ſe pertinentem cognoſcere, & ſibi adſciſcere, *chiamarſi l'eredità*. *Cajus Dig. 26. 8. 11.* ¶ Agnoſcere crimen eſt fateri. *Tacit. Ann. 6. c. 8.*

Agnus, m. 2. *agno*, *agnello*, כֶּבֶשׂ, Ger. *lamb*, *ἀρνός*, fœtus eſt ovis, qui annum nondum egreſſus eſt. *Cic. de Senect.* Villa abundat porco, hædo, agno. *Agnum lupo eripere velle*, proverb. eſt apud *Plaut. in Pœn. 3. 5. v. 37.* de conatu irrito. ¶ Eſt etiam *agnus* arbuſcula quædam, qua viæ omnes ornabantur Athenis in feſto Palladis: quam Latini a vinciendi uſu viticem appellant. ¶ *Agnus fœmina* pro agna, eſt apud *Gell. l. 4. c. 3.* ¶ Ducitur autem agnus e græco *ἁγνός*, (unde & hagnus a quibuſdam ſcriptum eſt: ſed uſus aſpirationem ſuſtulit) quod ſit hoſtia pura, & immolationi apta.

Ago, is, egi, actum, a. 3. *fare*, *trattare*, *operare*, עָשָׂה פָּעַל, Germ. *thun*, *machen*, *verrichten*, Gal. *faire*, Hiſp. *hazer*, *ἄγω*, multa ſignificat. Nam primo proprie eſt, ante ſe pellere, impellere, & de pecoribus armentiſque dicitur. *Virg. Ecl. 1.* Capellas Protinus æger ago. ¶ Deinde pertinet ad omnes actus humanos. Nam qui ſedet, qui ſtat, qui cogitat, qui jacet, qui moritur, aliquid agere dicitur. Quin ipſum vivere, eſt agere: unde dicimus, Vitam agere, ætatem, ævum &c. & agere, abſoluta. *Tacit. Ann. 3.* Apud illos homines, qui tunc agebant. ¶ Itaque ſignificat facere, operari, *πράττειν*, *ἀγωνίζεσθαι*. *Plaut. in Amph.* Dum hæc aguntur. ¶ Quandoque impellere, *ſpingere*. *Lact. lib. 6.* Homines in omnia facinora præcipites agant. ¶ Quandoque dicere, *dire*. *Id. ib.* Eſt ne hic ipſius, de quo agebam? ¶ Quandoque cogitare, *conſiderare*. *Virgil. Ecl. 9.* Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſa voluto. ¶ Quandoque repræſentare, unde *actores* in ſcena dicuntur. *Cicer. pro Roſc. Com.* Ballionem illum cum agit, agit Chæream. ¶ Quandoque emittere. *Plin. l. 16. c. 31.* Robora ſuas radices in profundum agunt. ¶ *Agi, & ferri* pro diripi adhibetur in re militari. *Liv. lib. 48.* Tum demum fracta pertinacia eſt, cum ferri, agique res ſuas viderunt. ¶ Quandoque ire, incedere, *andare*, *βαίνειν*. *Pompon. Mela*, Nudi agunt, antequam puberes ſint. ¶ Quandoque fungi officio. *Val. Max.* An ſcires Conſul agere. Sed hoc in ſenſu uſurpatur frequentius cum accuſativo, ſubintellecto pronomine *me*, *ſe*, &c. quod etiam exprimi poteſt. *Horat.* Lætum agit convivam. ¶ Quandoque extendere, porrigere, *eſtendere*, ut, Vera gloria radices agit. ¶ Quandoque ſurſum ducere ab imo pectore, unde & pro mori uſurpatum eſt, addendo, animam. *Sen. epiſt. 26.* Cum animam ages. ¶ Quandoque applicare, ſeu admovere. *Cæſ. B. Gall. 3.* Quibus fortiter reſiſtentibus, vineas, turreſque egit. ¶ Quandoque agitare, *travagliare*. *Virg. 6. Æneid.* Prodigiis acti cœleſtibus oſſa piabunt. ¶ Item *agere*, & *ferre*, eſt locutio tracta a Græcis, prodiripere, & populari, *ἄγειν*, *καὶ φέρειν*, *mandare a ferro*, *e fuoco*. *Liv. l. 38. c. 15.* ¶ Item ſuccedere, ſive in bona conditione eſſe, aut mala. *Val.* Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, &c. ¶ Frequentius in hoc ſenſu uſurpatur imperſonaliter, ut Bene, melius, optime tecum agitur, Male mecum actum eſt, &c. *Cic. de Amic.* Cum illo quis neſcit actum eſſe præclare, mecum incommodius? ¶ Actum agere, eſt, nihil agere. *Ter. in Phor.* Actum, ajunt, ne agas. Forma loquendi eſt a more judiciorum tracta. Quod enim jure ſemel judicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi non poteſt. ¶ Interdum ponitur pro vertere, *volgere*. *Virg.* Ipſe ter adducta circum caput egit habena. ¶ Pro urgere, perſequi, *cacciare*, *perſeguitare*. *Id.* Paſtor agens teliſ. ¶ Pro vehere, ducere, *menare*. *Varr.* Pactolus aureas undas agens. Sic agere currus, agere navim, &c. ¶ Pro foras pellere, fugare, *cacciare*, ut *Virg.* Membris agit atra venena. ¶ Agere etiam ad lites, & judicia refertur, ut agere furti, actionem furti intendere, *accuſare*. *Cic. pro Quint.* Ex ſponſo egit. ¶ Agere reum, eſt accuſare. Peragere reum, eſt condemnare. *Vellej. 2. 45.* ¶ Agitur res noſtra, vel de re noſtra agitur, eſt, ad nos pertinet, vel res noſtra in diſcrimen adducitur. *Cic. pro Sex. Roſc.* Tua res magna agitur. *Id. de Amic.* In quibus eorum de capite agatur, aut fama. ¶ Agere cum populo, erat vocare populum ad conſilium, vel comitia, vel rogare populum, ut ſuffragiis ſuis aliquid juberet, aut vetaret. Agere ad populum, erat loqui ad populum. ¶ Agere forum eſt jura reddere, & cauſas audire. *Cic. Fam. ep. 6. l. 3.* ¶ Agere viam eſt viam ſibi aperire per loca invia, *farſi la via*. *Virg. 3. Æn.* Alpheum fama eſt huc Elidis amnem occultas egiſſe vias. ¶ Habet etiam hoc verbum maximum uſum in ſacris. Agere enim dicebantur qui mactabant victimas, ſeu jugulabant. Miniſtri enim ſeu Popæ non niſi juſſi feriebant hoſtiam. Itaque cum accincti quærerent, utrum agere deberent, hoc eſt munere ſuo fungi, dicebant, *Agon'*? ex quo Agonalia dicta. *Ovid. 1. Faſt. v. 317.* Qui (Miniſter) calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros, ſemper, Agatne, rogat, nec niſi juſſus agit. ¶ Eſt etiam agere, Profiteri, ut agere Medicum, Patronum, Judicem. Sic agere amicum, dixit *Tacit. hiſt. 1. c. 30.* ¶ *Id ago ut*, elegans eſt formula, qua ſtudium, conatus, conſilium ſignificatur, *procurare con ogni ſtudio*, *tentare di* &c. *Cic. 4. Catil. c. 6.* Id egerunt, ut gentem Allobrogum in veſtigiis hujus urbis collocarent. ¶ Item exigere, *pretendere*. *Terent. Adelph.* Non neceſſe habeo omnia pro meo jure agere. ¶ Item gubernare, regere. *Virg. Æn. 1.* Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur. ¶ Agere cum aliquo, eſt alloqui, tractare, vel ſuadere, *Cic. de Amic.* Cum ſæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid ſcriberem. Sic agere cauſas &c. *trattar cauſe*. *Id.* ¶ Regit etiam ablat. cum propoſit. de, ut agere de pace, agere de bello, *trattar di pace*, &c. *Cicer. Fam. 2. ep. 15.* Non potuit accuratius agi, quam actum eſt a te cum Curione de ſupplicatione. ¶ Agere ſe, eſt aliquo concedere, *portarſi in qualche luogo*. *Plaut. Moſt. 1. 4. v. 28.* Unde agis te? *Terent. And. 4. 2. v. 25.* Quo hinc te agis? Sic *Virg. Æn. 8. v. 465.* Æneas ſe matutinus agebat, h. e. mane incedebat egrediens. ¶ Interdum agere, eſt morari, manere, *trattenerſi*, *fermarſi*, *abitare*. *Virg. 3. Æn. v. 51.* Getulis agerem ſi Syrtibus exul. Sic peregre agere, Ruri &c. ¶ Definere inter homines agere, id eſt mori. *Tacit.* ¶ Agere etiam eſt Oratoris recitantis, pronuntiantis, repræſentantis; unde actio oratoria, *recitare*, *pronunziare*. *Cic. de op. gen. Orat.* Deformitate agendi multi infantes putati ſunt. ¶ Actum eſt, Agentes V. ſuis locis. ¶ *Aliud agere*, vel *alias res agere* eſt id, de quo agitur, diſſimulare. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 22.* & pro *Cluent. c. 64.* ¶ *Age ſi quid agis*, formula eſt, qua utimur, cum monemus aliquem, ut ad rem, quam agit, animum advertat, & ſedulo attenteque agat. *Plaut. Stich. 16. 3. 35.* ¶ *Hoc age* ſimilem habet ſententiam, *attendi*, *guarda qui*. *Sueton. in Calig. c. 58.* & *Terent. Eun. c. 2. 50.*

Agogæ, arum, *ἀγωγαὶ*, vel *ἀγωγοὶ*, foſſæ ſunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur. *Plin. l. 33. c. 4.*

Agolum, *ἀγέλαιον*, paſtoralis baculus, quo pecudes aguntur, ab ago dictum. *Feſtus*.

Agon, onis, m. 3. *agone*, Ger. *kampff ubung zum ſtreit*, Gal. *tout exercice de membres*, *comme luictes*, & *autres*, *ἀγών*, Græcis idem eſt, quod certamen. *Tertull. adv. Gnoſtic. c. 6.* Agonas iſtos contentioſa ſolemnia, & ſuperſtitioſa certamina. ¶ Appellantur hoc nomine apud Græcos Pythia, & Olympia certamina: apud Rom. Capitolinum Albanumque certamen, quæ Domitian. inſtituit. *Sueton. in ejus vita*, *cap. 4.* Talia erant quoque agones muſici, de quibus *idem in Ner. c. 21. & ſeq.* ¶ *Nunc Agon eſt*: proverb. græcum de neceſſitate ingruente. *Sueton. Ner. c. 45.* ¶ *Agon* etiam dictus eſt Romæ Circus Flaminius.

Agonalia, orum, vel ium, *ἀγώνια*, feſta erant apud Romanos quotannis celebrari ſolita in honorem Jani, vel certe Agonii Dei, qui rebus agendis præeſſe putabatur. Hoc die rex ſacrorum arietem immolabat. *Var. lib. 5. L. L.* Vid. *Feſt.* & *Ovid. 1. Faſt.* De etymologia nominis hujus alii alia. Vid. ſup. in *Ago*, verſus fin.

Agonalis, le, ut agonalis dies, id eſt Agonium. *Feſtus*, & *Ovid. 1. Faſt. v. 318.*

Agonenſis porta, *Porta Salaria*, una fuit ex portis Romæ, quæ & Collina, & Quirinalis dicitur. *Feſt.* in *Agonium*.

Agonia, orum, feriæ erant Romæ menſe Januario celebrari ſolitæ, poſtea Agonalia appellatæ. *Ovid. Faſt. 1.* & *l. 5. ſub fin.* ¶ Agonias item antiqui victimas appellabant, ab agendo, *Feſto* referente.

Agoniſticus, a, um, ad agona, ideſt certamen pertinens. *Tert. de cor. mil. c. 13.* Nunquid & Agoniſticæ cauſæ diſputabuntur, quas &c.

Agonium, ii, dies, quo rex ſacrificulus hoſtiam immolabat. *Feſtus*.

Agonius Deus præſidens rebus agendis, in cujus honorem Agonalia celebrata. *Feſtus*.

Agonotheta, ſive Agonothetes, æ, m. 1. מְנַצֵּחַ, Ger. *belohner*, *ſpielſrichter*, *ἀγωνοθέτης*, munerarius, quaſi agonis præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit, qualis Achilles apud *Homerum* in funere Patrocli, & Æneas apud *Virg. 5. Æn.* *Spartianus in Adrian. c. 13.* Pro agonotheta reſedit. Adde *Tertul. de fuga in perſec. c. 1.* ¶ Differt ab Athlothete, ut ait *Suidas*, quod ille in Scenicis & muſicis tantum, hic ſit in gymnicis. *Petrus Faber l. 1. Agonſtic. c. 18.* hanc differentiam non agnoſcit.

Agonus, Romæ dictus eſt mons Quirinalis. *Feſt.*

Agoranomus, *ἀγορανόμος*, idem eſt, ut ædilis. Dictus eſt a foro rerum venalium, cui regulam præſcribit, ab *ἀγορά*, forum, & *νόμος*, lex. *Plaut. Curcul. 2. 3. v. 5.* Nec quiſquam ſit tam opulentus, qui mihi obſiſtat in via, nec agoranomus, nec demarchus, nec comarchus.

Agragantinus, a, um, Agrigentinus. *Plin. l. 35. c. 15.* Agragantinus fons.

Agragas, vel Acragas, m. 1. *ἀκράγας*, Fl. hodie *Drago*, mons, & opp. Siciliæ, quod & Agrigentum dicitur, *Girgenti*.

Agrammatos, i, *ἀγράμματος*, rudis, illitteratus. *Vitruv. l. 1. c. 1.* Non enim debet, nec poteſt eſſe Architectus grammaticus, uti fuit Ariſtarchus, ſed non agrammatos.

Agrarius, a, um, *appartenente a campi*, *ἀγροικός*, quod ad agros pertinet. *Liv. l. 2.* Tum primum lex agraria promulgata eſt. ¶ Agrarius, rii, ſubſt. legis agrariæ ſuffragator, aut qui agros poſſidet. *Cic. 7. Phil.* Num ſolicitabit rurſus agrarios?

Agreſtis, e, ruſticus, ſeu qui ad agros pertinet, *agreſte*, *ruſtico*, *villereccio*, *ἄγριος*. *Virg. Ecl. 1.* Calamo permiſit agreſti. Poma agreſtia. *Æn. 7. v. 111.* ¶ Tranſlate pro inhumano, & aſpero. *Cic. pro Arch.* Animus agreſtis ac durus. ¶ Comparat. *Cic. 5. Tuſc. c. 27.* Quæ barbaria India vaſtior, nec agreſtior.

Agreſtis, is, ſubſt. *ruſtico*, *villano*, *contadino*, homo ruſticus. *Virg. Æn. 9. v. 11.* Collectos armat agreſtes. *Cic. pro Mur.* Non eſt hæc oratio habenda in aliquo conventu agreſtium.

Agreſtius, adverb. comparat. *Spartian. in Adrian. c. 3.* Orationem agreſtius pronunciare, *alquanto rozzamente*.

Agricola, m. 1. *lavoratore della villa*, עֹבֵד אֲדָמָה אִכָּר, *γεωργὸς*, ex ager, & colo, cultor agri. *Cic. 1. Tuſc.* Arbores ſerit diligens agricola. ¶ Eſt autem nomen generale. Nam agricolarum alii aratores ſunt, alii vinitores, nonnulli arboratores, multi etiam paſtores. ¶ Nec ſolum ruſtici, & agreſtes dicuntur agricolæ, ſed multi etiam oppidani. *Cato de re ruſt. c. 1.* Bonus agricola, bonuſque colonus. Ita ſc. laudabant antiqui virum bonum. Priſci autem Romani etiam nobiliſſimi agricolæ fuerunt. ¶ *Agricolum* pro agricolarum habet *Lucret. 4. 587.*

Agricolaris, e, adject. *da agricoltore*, ad agricolas ſpectans. *Pallad. de inſitionib. in princip.* ſtis ſeptem parvos, opus agricolare, libellos.

Agricolatio, onis, f. 3. *agricoltura*, agriculture. *Col. l. 1. c. 9.* Agricolatio frugalitatem requirit. ¶ Etiam *Cic. de Senect. c. 16.* hæc vox tribuitur. Sed Gruterus leg. *agricultione*, Grævius *agri cultione*.

Agricolor, aris, deponens, agrum colo, *coltivar la campagna*. *Salvian. a. cont. Avarit. p. 33.* Qui agricolantur, id ſibi fructuoſum eſſe exiſtimant. *Capitolin. in Albino*, *c. 17.* Agricolandi peritiſſimus.

Agricultio, onis, f. agricolatio. *Cic. Verr. 3. c. penult.* ubi alii *leg.* diviſim *agri cultio*.

Agricultor, m. 3. *agricoltore*, אִכָּר, idem quod agricola. *Liv. 6. Bel. Pun.* Servos agricultores Remp. abduxiſſe. Sed fortaſſis legendum ſeparatim, *Agri cultores*.

Agricultura, ræ, f. 1. *agricoltura*, *γεωργία*, cultus agrorum. *Cicer. 1. Offic. c. 42.* Nihil agricultura melius, nihil homine libero dignius. Sed veræ duæ voces ſunt; unde etiam tranſponi poſſunt, & numero mutari. *Cic. de Senect.*

neſt. c. 18. Hominum univerſo generi cultura agrorum eſt ſalutaris. ¶ Frequenti tamen uſu factum eſt, ut ſæpius conjungerentur, & tanquam vox una efferretur.

Agrigentinus, a, um, adject. poſſeſſ. ut Agrigentina civitas. *Val. Max. l. 4. c. 8.* & *Lucret. lib. 1. verſ. 717.* Quorum Agrigentinus cum primis Empedocles eſt.

Agrigentum, Agragas, Agrigenta, *Gergenti*, urbs E. Siciliæ, in ora Auſtrali ad Oſtia Agragantis Fl. quondam maxima urbium Siculorum, a Panormo 85. M. P. in Euronotum, a Lilybæo 60. in Or. Pachynum verſus, ab Ænna tantidem in Africum. Populi Agrigentini. Ab hac urbe Empedocles Philoſophus, & Phalaris Tyrannorum ſæviſſimus originem duxerunt. *Plin. l. 3. c. 8.*

Agrimenſor, oris, m. *agrimenſore*, qui agros metitur, decempedator. *Ammian. l. 19. c. 11. (al. 24.)* & *Caſſiodor. l. 3. ep. 52.*

Agrimenſūra, æ, f. *agrimenſura*, ars metiendi agros. *Innocent. de caſ. litter. pag. 223. Goeſii.*

Agrimonia, æ, f. *agrimonia*, herba caule lignoſo, nigricante, hirſuto, foliis quinquepartitis, nigris plumoſis. *Celſ. 5. c. 27. 10. Plin. 25. 6.*

Agriŏdos, i, nomen canis venatici apud *Ovid. 3. Met. v. 224.* ab ἄγριος, ferus, & ὀδούς, dent.

Agriophagi, populi Æthiopum, fera carne viventes. *Plin. 6. 30.*

Agriophyllum, herba, aliter peucedanum, & fœniculum porcinum. *Apul. de herb. c. 5.*

Agripĕtæ, m. 1. qui petunt ex agrorum diviſione portionem, quæ viritim dabatur. *Cic. ad Attic. l. 15. epiſt. ult.* Agripetas ejectos a Buthrotiis.

Agrippa Sylvius, fil. Tiberini 11. Rex Latinorum. Regnavit ann. 40. & Romulum fil. Regni heredem reliquit. ¶ Hoc etiam nomine fuit Menenius ille Romanus, cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphavit, & populum, qui a Patribus ſeceſſerat, in gratiam revocavit, narrato apologo de membris adverſus ventrem conſpirantibus. Hic tam pauper deceſſit, ut collatis in ſingula capita ſextantibus, publico ſumptu elatus ſit. ¶ Nomen item fuit Herodis, filii Ariſtobuli, Judæorum Regis, qui regnavit annis ſeptem, anno primo C. Cæſaris. ¶ Alius quoque fuit Herodes Agrippa II. Rex item Judæorum. ¶ Alius Agrippa, cognomento Piſtor.

Agrippæ, m. 1. *quelli, che naſcono con li piedi innanzi*, quaſi ægrippæ, ab ægro partu dicuntur, quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur. *Gell. l. 16. c. 16.*

Agrippina, f. 1. Ἀγριππῖνα, M. Agrippæ filia, neptis Auguſti, & uxor Germanici. ¶ Alia fuit Agrippina, Germanici, & Agrippinæ ſuperioris filia, uxor Cn. Domitii Ænobarbi, mater Neronis Imp.

Agrippina Colonia, vel Agrippinenſis Colonia, *Cologna*, Germ. *Coln*, Gall. *Cologne*, urbs eſt Ger. Inf. præclariſſima, metrop. Ubiorum, A. libera, Acad. & Emp. ad Rhenum, inter Treviros, & Monaſterium urbem Vveſtphaliæ, 16. leuc. a Francofurto 21. in Bor. cujus Archiepiſcopus Elector eſt Imp. Nomen accepit ab Agrippina Neronis matre, quæ ibi nata eſt, eoque veteranorum coloniam deduci imperavit, ut patriam ſplendidiorem redderet, ſociiſque etiam nationibus potentiam ſuam oſtentaret.

Agrius, fil. Parthaonis, filii Martis, pater Therſitis. ¶ Item fil. Ulyſſis ex Circe, frater Latini. *Ovid. in epiſt. Deianira ad Herc.* Heu devota domus, ſolio ſedet Agrius alto. Antea legebatur, *acrior*.

Agrōſus, a, um, adject. Legitur apud *Varr. l. 4. L. L. pag. 4.* ita tamen ut nulla inde ejus ſignificatio, aut uſus elici queat. *Voſſ.* exponit *dives agri*.

Agrypnie, æ, f. inſomnia, vigilia, ἀγρυπνία. *Martian. Capell. l. 2. p. 37.*

Agumentum, i, inquit *Varro de L. L. l. 4.* quod ex immolata hoſtia defectum in jecore imponendo, agendi cauſa.

Agyieus, ἀγυιεύς, vox trium ſyllabar. Apollinis epithet. quaſi viis urbanis præpoſitus. Agyiæ enim, ἀγυιαί, apud Athenienſes vici dicuntur. *Horat. 4. carm. od. 6.* Dauniæ defende decus camenæ, levis Agyieu. ¶ Erat item eo nomine columna faſtigiata, & in acutum deſinens, prope januas erecta, Apollini ſacra. Nam veteris moris fuit Apollinem in viciis publicis, & ante januas colere. *Macrob. Saturn. l. 1. c. 9. Cal. l. 6. c. 18.* ¶ Porro *Agyieu* vocativus eſt Græcæ poſitionis Ἀγυιεῦ.

Agylle, f. 1. Ἄγυλλα, urbs Tuſciæ, alias Cere vocata, & Agyllina, a nomine conditoris, quem *Virg. l. 8.* ex Lydia veniſſe oſtendit, nunc *Cerveteri*, apud Alſium orbem excifam, juxta oram maris Tyrrheni, inter Urbem Romam 25. M. P. & Centum Cellas 15.

Agyllĕus Herculeus, h. e. Herculis filius. *Stat. Theb. 10.* Inſuper Herculeum ſibi jungit Agyllea vetes.

Agylleus, vox trium ſyllabar. luctator Cleonæus, ſtructuræ prægrandis, nec minor Hercule, palæſtræ tamen a Tydeo victus. *Stat. Theb. 6.* Levat ardua contra membra, Cleonææ ſtirpis jactator Agylleus.

Agyllīnus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Agylla. *Virg. Æneid. 8. v. 478.* Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto Urbis Agyllinæ ſedes.

Agyrium, Agurium, Argyrium, Argyra, Agyra, Agyrina, *S. Filippo d' Argirone*, urbs Siciliæ, ab Ænna 12. M. P. Ætnam verſus, a Centuripis 10. ab Aſſoro 6. in Bor.

A ANTE H.

Ah, (pro qua libri MSS. A exhibent) per Apocopen ab Ahe, teſte *Priſciano*. Interjectio eſt, variis affectibus exprimendis ſerviens, *Ah*, *Deh*, *Aimè*, αἶ αἶ. ¶ Interdum dolentis. *Virg. Ecl. 1.* Ah, ſilice in nuda connixa reliquit. ¶ Indignantis, reprehendentis, & increpantis. *Ter. And. 3. 1. 10.* Ah vix tandem ſenſi ſtolidus. *Et 1. 5. 17.* Ah tantamne rem negligere? Et *Eun. 2. 1. 3.* Ah rogitare? quaſi difficile ſiet. ¶ Ah, optantis. *Plaut. Aſin. 3. 3. 2.* Ah quanto amplius valerem, ſi &c. Quamvis hic alii leg. *Aliquanto*, pro *ah quanto*. ¶ Servit & ſuſpirationi. *Plaut. Mil. 4. 8. 48.* Ah, ah cum venit in mentem. ¶ Et placationi. *Terent. And. 5. 2. 27.* Ah ne ſævi tantopere. ¶ Et contradictioni. *Ter. Hecyr. 5. 1. 17.* Meum receptas filium ad te Pamphilum? B. Ah. ¶ Et admirationi, ut Ah, quid ais? ¶ Apud *Plaut. in Curcul. 1. c. 39.* Ah. P. Quid eſt? Ecquid lubet? A. lubet. *ah* videtur eſſe gaudentis. ¶ Ah ah, irridentis etiam eſt. *Diomed. lib. 1.* ¶ Invenitur & Aha. *Plaut. Bacch. 4. 5. 10.* Aha, Bellerophontem jam tuus me fecit filius. ¶ Et cum abnegatione. *Id. ibid. 5. 1. v. 54.* Manum da, & ſequere. P. Aha, minime.

Ahāle, m. 1. cognomen ejus Servilii, qui Sp. Melium novis rebus ſtudentem occidit.

Ahenĕus, a, um, idem quod Ahenus, ſcil. æreus, vel æneus, ab æs. *Horat. Carm. l. c. ep. 1.* Ahenea ſigna. ¶ Tranſlate ponitur pro forti, firmo, indiſſolubili. *Id. l. 3. od. 9.* Diductoſque jugo cogit aheneo. *Id. l. 1. epiſt. 1. v. 60.* Hic murus aheneus eſto, &c. ¶ Scribitur & *Æneus*, quod vide.

Ahenipes, edis, duras ungulas habens, & quaſi æreas. *Ovid. epiſt. 6. v. 32.* Ahenipedes boves. Et *Epiſt. 12. v. 93.* Ahenipedes Tauri. Alii utrobique, *æripedes*, legunt. V. *Heinſ.* ad utrumque loc.

Ahenobarbus, vel Æneobarbus, vel Ænobarbus, dictus eſt Cn. Domitius, ob æneı coloris barba: a quo poſtea cognomen Domitiorum fuit. Vid. *Suet. in Ner. c. 1.*

Ahēnum, i, n. 2. סיר נחשת, Germ. *keſſel*, χαλκεῖον, caldarium, *caldajo*, *caldarone*, *pajuola*. Vas eſt, in quo aqua ad potandum, vel lavandum calefit. Pulmentaria enim, & carnes in cacabis coquebantur. *Virg. 1. Æn. v. 217.* litore ahena locant alii. Vide ibi *Serv.* ¶ Interdum ſumitur pro vaſe ampliſſimo, in quo purpura inficitur. *Ovid. 3. Faſt.* Hanc cole, velleribus quiſquis ahena paras. Hinc multa habet epitheta ex iis locis, in quibus claruit uſus purpuræ, ut Agenoreum, Amyclæum, Aſſyrium, &c. ¶ Aliquando dicitur de vaſe ad cibos coquendos apto. *Ovid. 6. Metam. v. 645.* & *Juvenal. ſat. 15. v. 81.* ¶ Scribitur & *aenum*.

Tom. I.

Ahēnus, a, um, adject. ab æs, æris, *de bronzo*, poetica pro æreus, vel æneus, χάλκεος. *Virg. Æn. 1. verſ. 453.* Fores ahenæ. ¶ Metaphorice *Stat. Theb. 3. v. 380.* Scopulus, & ahena precando flectere corda paro, *id eſt* exoratu difficilia. ¶ Ahena lux, eſt armorum ſplendor. *Virg. Æn. 2.*

Ahu, vel aheu, vel ahahe וָה, interjectio, index animi perturbati. *Ter. Eun.* Ahu, tace obſecro.

A ANTE I.

Ai, diphthongus, antiquis pro æ poſita, quam, teſte *Martiano l. 3.* ſexcentis in locis uſurpavit Lucretius diſtractam, ut terrai pro terræ. ¶ Eſt etiam Græca interjectio ai ai, αἶ αἶ, dolentis, & lamentantis. His litteris inſcriptus fuit flos, ex ſanguine Hyacinthi pueri diſco occiſi natus, quibus dolor amantis Phœbi declarabatur. *Ovid. Metam. 10. v. 215.* Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & ai ai Flos habet inſcriptum, funeſtaque littera ducta.

Ajens V. in Ajo.

Aia' V. Ajo.

Ajax, m. 3. Αἴας, duorum fortiſſimorum Græcorum nomen fuit, quorum alter a patre Telamone Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu, alter ab Oilei patris ſui nomine Oileus dictus eſt. Ajax Telamonius contendit cum Ulyſſe de armis Achillis, & illis armis Ulyſſi aſſignatis, ob indignationem in furorem verſus ſuo ſe enſe interfecit. *Ovid. 12. & 13. Met.* ¶ Ejus cruor in florem hyacinthum mutatus fingitur. *Ovid. 13. Met.*

Ajo, is, it, *parlare*, *dire*, φημί, dico, loquor. Eſt autem verbum defectivum, cujus uſitatiora tempora, & perſonæ ſubjectis exemplis hic referuntur. Uſurpatur vel abſolute, vel cum aliquo caſu communi, vel cum infinito. *Plaut. Capt. 1. 1. 3.* Scio, abſurde dictum hoc, deriſores dicere: at ego ajo recte. *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 67.* Non ſum mœchus, ais. *Terent. Andr. 2. 1. 21.* Hodie uxorem ducis? *Ps.* ajunt. *coſì vien detto*. *Plaut. Men. 3. 3. 9.* Te ſurripuiſſe, ajebas. *Id. Capt. 3. 5. 18.* Ita voſmet ajebatis. *Salluſt. in Catil. 1. 49.* Tarquinium a Cicerone immiſſum ajebant. *Cic. 3. Verr. c. 18.* Debere eum ajebat, &c. ¶ *Ajunt*, ut *ajunt*, *quomodo ajunt*, adhibentur, cum proverbium aliquod refertur, *come ſi ſuol dire*, *come dice il proverbio*. *Ter. Andr. 4. 6. 10.* Ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet. *Cic. 2. de Orat. cap. 57.* Docebo ſus, ut ajunt, oratorem eum, qui &c. *Id. in Piſon. cap. 28.* Claudus, quomodo ajunt, pilam &c. ¶ *Ait* pro edicit, ut *ait lex*, *ait Prætor*, ſæpiſſime legitur in Digeſtis. ¶ Sæpe ponitur pro affirmare, *dir di sì*, *affermare*. *Cic. 3. Offic. c. 23.* Diogenes ait, Antipater negat. *Id. 2. de Fin. cap. 22.* Quaſi ego curem, quid ille ajat, aut neget. *Plaut. Rud. c. 4. 24.* Vel tu mihi ajas, vel neges. *Apulej. in Apolog.* Ajunt, deos abnuere. ¶ *Ain'* dicitur pro *ais ne*? *Plaut. Amph. 2. 2. 167.* Ain', hero nos adveniſſe huc? *Al.* ajo. *dico di sì*. ¶ *Ain' tu*, *ain' tandem*, *ain' vero*, formulæ ſunt percontantis cum admiratione. *Cic. Attic. 12. 6.* Ain' tu? verum hoc fuit? ſine me? *dì tu il vero*? Cum plurali numero *Liv. l. 10. c. 25.* Ain tandem? inquit, caſtra vallata non habetis? *Plaut. Amph. 1. 1. 188.* Ain' vero? *So.* ajo enimvero. ¶ Participium *Ajens*, *entis*. *Apulej. l. 6. Met.* Sic ajens vaſculum tradit. ¶ Pro affirmans. *Cic. in Top. c. 11.* Negantia contraria ajentibus. ¶ Sunt præterea hujus verbi aliæ quædam perſonæ, ac tempora minus uſitata. Nam *ajerunt* dixit *Tertull. de fuga in perſecut. c. 8.* Infinitum *ajere* pro affirmare legitur apud *Auguſtin. 9. de Trinit. 1. 10.* Imperativum *ai* uſurpavit *Nævius* apud *Priſcian. l. 10.* Præterea *aibant* pro *ajebant* dixit *Accius ibid.* Ad hæc præteritum *ai*, *iſti*, ut affert *Probus Grammat. cap. de Cathol. verb.* & *aiſtis* ſecundam pluralem præſentis *Alcuin. 1. de nom. verb.* ſed neuter exempla affert Latini Scriptoris. Quamquam *aiſti* legitur apud *Auguſt. epiſt. 54. a med.* Præterea *ait* tertia perſona præteriti, *diſſe*, probari poſſe videtur ex illo *Ovid. Heroid. ep. 11. v. 49.* Nec tenui vocem, quid, ait, tua crimina prodis? Oraque clamantis conſcia preſſit anus. Et *Virg. Æn. 2. v. 153.* Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.... Teſtor numen, ait, &c. Adde alia hujuſmodi quamplurima, in quibus *ait*, cum alio verbo præteriti temporis jungitur: neque tamen inde neceſſario concluditur, eſſe præteritum. ¶ Olim *ajo*, *ajis*, *ajit* ſcribebant: atque ita factitatum ab ipſo Cicerone, teſtatur *Quintil. lib. 1. cap. 4. (al. 5.)* ſed tum conſuetudo, tum Poetarum licentia (ut prima ſyllaba corripi poſſet) alterum i extrivit.

Ajus Deus, m. 2. a Rom. dictus eſt ab eo, quod ajebat. Nam olim Romæ audita vox eſt ſilentio noctis, clarior humana voce, quæ jubebat Magiſtratibus nuntiari, Gallos adventare, ut providerent, ne Roma ab iis caperetur. Ex eo dictus eſt *Ajus*, ideſt loquens. *Cic. lib. 2. de Div. c. 30.* ¶ A *Livio l. 5. c. 3.* dicitur *Ajus Locutius*, ubi quidam male leg. *Allocutius*.

Aizŏon, ἀείζωον, lat. ſempervivum, herba eſt folio carnoſo, lævi, oblongo, ſemper virenti. V. *Plin. l. 25. c. 13.*

A ANTE L.

Al. *Auſon. in Technopægn. Grammaticomaſtix*. Dic, quid ſignificent catalecta Maronis? in his al Celtarum poſuit. ſequitur non lucidius tau, Et quod germano mixtum male letiferum min. *Scalig.* in *commen. ad Catal. Virg.* ita explicat, ut *al* ſignificet allium, *min* miniam, *tau* taurum.

Ala, f. 1. *ala* כנף, Ger. *flugel*, πτερόν, ab axilla per contractionem (veteres enim *axilla* dicebant) pars illa in avibus, quæ volant. *Cic. in Orat.* ¶ Per ſimilitudinem dicitur etiam de loco illo concavo ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Immo dicitur etiam de quadrupedibus. *Plin. l. 11. de eleph.* ¶ Præterea ala dicta eſt equitum turmæ, quod pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra, ſiniſtraque, tanquam alæ in avium corporibus, locantur. Græci ἴλας vocant. *Cic. Offic. 2.* Quum te Pompejus alæ alteri præfeciſſet. ¶ Invenitur aliquando uſurpatum de pedeſtribus copiis. ¶ Scribebatur etiam *hala* cum aſpiratione, ut teſtatur *Salmaſ. ad Capitolin. in Pertin. c. 1.* ¶ Alæ pro velocitate, *Virg. Æn. 3.* Et ventis, & fulminis ocyor alis. Sic velorum alæ, *ibid.* ¶ In ædificiis *alæ* dicuntur ſtructuræ ad latera ædium. *Vitruv. 4. 7. & 6. 4.*

Alabanda, æ, & Alabanda, orum, *Eblebanda*, Ἀλάβανδα, urbs Cariæ opulentiſſima. atque ea de cauſa *Juvenalis ſat. 3. v. 70.* inter urbes barbariei deliciis & luxu perditas eam recenſet. Dicta eſt ab Alabando conditore, Caris filio, quem etiam pro Deo habuerunt. *Cic. 3. de nat. Deor.*

Alabandĭcus, & Alabandĭcus, a, um, adject. poſſeſſ. ut Alabandicus carbuncu-

buncolus, *Plin. l.* 37. *c.* 7. qui Alabandis petitus. At Alabandiaca roſa, *Id. l.* 21. *c.* 4. ¶ Invenitur & Alabandenſis, Alabandeus, apud *Cic. l.* 1. & 2. *de Orat.* & *Fam.* 13. *ep.* 37.

Alabarches, lat. ſalis præfectus. Et fuit apud Ægyptios honoris appellatio. V. Arabarches.

Alabaſtrites, m. 1. ἀλαβαστρίτης, marmoris genus, candidi coloris, quod etiam onychites vel onyx dicitur, quia humani unguis candorem refert. Sic dictus, quod ex eo maxime alabaſtra fierent.

Alabaſtrum, n. 2. *alabaſtro*, Ger. *alabaſterſtein*, ἀλάβαστρον, vaſis genus erat ex alabaſtrite lapide torno excavatum, ad conſervanda unguenta maxime idoneum. *Mart.* Quot Coſmi redolent alabaſtra, focique Deorum. ¶ Dicitur etiam in maſc. g. alabaſter, ἀλάβαστρος, *Cic. l.* 2. *Acad.* apud *Non. c.* 15. *n.* 17. Alabaſter plenus unguenti. ¶ Ducitur ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχειν λαβάς, ut *Suid.* innuit, quod ſc. ſine anſa ſit, vel a gerendo & ſuſtinendo: quod enim communiter ἀλάβαστρον, Attici ἀλάβαστον dicunt. ¶ Alabaſtrorum figura ad inſtar pyrorum fuit, *h. e.* ex pleniore orbe in acumen deſinens: Materia non una. Fere enim ex alabaſtrita, ſed interdum vitrum ex auro fiebant. *Plin.* 9. 35.

Alabaſtrus, m. 2. ἀλάβαστρος, Fl. Æolidis, qui ex Ida M. profluens per Troadem reg. decurrit. *Plin. l.* 5. *c.* 30. ¶ Alabaſtrus etiam dicitur calyx roſæ, antequam ſit expanſa, *Idem li.* 21. *c.* 4. an quod alabaſtri figuram referat.

Alabes, ētis, piſcis Nili. *Strab. l.* 17. ¶ *Plin.* alabetam dixit *l.* 5. *c.* 9. ¶ Hic fortaſſe Muſtela eſt, vel Lampreta.

Alăcer, cris, & cre, n. 3. vel hic, & hæc alacris, & hoc alacre, *vivo*, *attivo*, *pronto*, *allegro*, זריז, Germ. *mutig*, *friſch*, Gall. *gay*, *alaigre*, εὔθυμος, qui viget ſenſibus univerſis, quod eſt indicium recti animi, atque ſublimis, cui contrarium eſt lacer, ideſt, qui eſt amputatis in corpore membris, & in quo animus non ſyncerus ſenſibus ſuis adeſt. Hinc intelligitur, aliud eſſe Alacrem, aliud Lætum. ¶ Sunt, qui *Alacrem*, feſtinantem, & properum dici putant, quaſi alis acrem. ¶ Donatus ſcribit Alacrem pro ἄλυπον, ideſt non triſtem dici, littera l pro d poſita, in illud *Ter. Eun.* 2. 3. 12. Quid tu es triſtis? quidve alacris? ¶ Alacer, ut & acer, tantum in maſculino dicimus; alacris in utroque. ¶ Comparat. alacrior ad tutandam Remp. *Cic. Somn. Scip. c.* 3. ¶ *Alacres enſes*, h. e. prompti ad cædendum. *Claudian.* 2. *in Eutrop. v.* 280.

Alacritas, *vigore*, *gagliardezza*, גילה גיל, Ger. *freud*, *hurtigkeit*, προθυμία, vigor, & animi erectio, necnon lætitia geſtiens, quæ, ſecundum *Donatum*, propria eſt mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam, & media eſt inter lætitiam, atque triſtitiam. ¶ Interdum dicitur voluntaria celeritas, ſeu promptitudo, vel ardor, προθυμία. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 7. Mira ſum alacritate ad litigandum. *Idem* 4. *Tuſc. c.* 16. alacritatem, geſtientem lætitiam interpretatur. ¶ Itaque hominis lætitia propria, quippe quæ opinione conſtet: alacritas autem communis omnium animalium. ¶ In plural. num. dixit *Gell. l.* 19. *c.* 12. Senſus motuſque animi innexi implicatique vigoribus quibuſdam mentium, & alacritatibus.

Alacrĭter, *gagliardamente*, בגילה, Ger. *hurtiglich*, *dapfferlich*, *freudig*, προθύμως. *Pl. l.* 20. *c.* 12. Secuta ætas alacriter defendit. Sed optimi libri habent, acriter. At *Amm. Marcell. l.* 14. *c.* 8. In certamen alacriter conſurgere. *Juſtin. l.* 1. *c.* 6. Repetitis alacrius certaminis.

Alæſa, Ἄλαισα, Straboni, ac Ptolemæo: Alleſa, Ἄλεσα, Antonino ac Diodoro: urbs eſt Siciliæ celebris. Ciceroni porro dicta *Haleſa*, unde oppidanos *Plinius* vocat *Haleſinos*. Memoratur & Aleſini, vel Haleſini agri fons intumeſcens, & quaſi exultabundus ad cantus, apud *Solin.* & *Priſcian.*

Alalcomĕnæ, ſive Alalcomenion, Ἀλαλκομεναί, ſive Ἀλαλκομένιον, oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Minervæ templum ibidem conſecravit, quam a ſuo nomine Alalcomeniam appellavit, cujus meminit *Homer.* 4. *Iliad.*

Alania, f. 1. regio eſt Scythiæ Europææ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit. Hæc *Lithuania* hodie, ingens Provincia inter Polonos, & Moſchos, a nonnullis eſſe putatur. ¶ Populi Alani dicuntur, Roxolanis finitimi. *Plin. lib.* 4. *cap.* 12. *Ammianus* ſcribit, Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. *Jul. Capit.* Alanos in parte Daciæ collocat: *Ptol.* vero in ea Scythiæ parte, quæ eſt intra Imaum. *Mart.* 7. 30. Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. Europæos hic deſignat.

Alānus, m. 2. Fl. vel M. Scythiæ, intra Imaum M. ¶ Alanus item, *Alon*, & eſt Coronbiæ. ¶ Alani pop. ubi, V. Alania.

Alăpa, æ, f. 1. *guanciata*, *moſtaccione*, Ger. ein *backenſtreich*, Gall. un *ſouf-flet*, Hiſp. *boſetada*, ῥάπισμα, idem, quod colaphus, ſed alapa Latinum eſt, colaphus Græcum. *Juv. ſat.* 8. *v.* 192. *Mart. l.* 5. *ep.* 62. Sic *Phædr. l.* 5. *fab.* 3. Ducere alapam alicui.

Alaputhus, herba eſt dejiciendæ alvi vim habens, unde & nomen invenit. Græci enim ἀλάπαξις purgationes vocant.

Alarĭcus, nomen Gothorum regis, qui Romam obſedit, deſtruxitque. Fuit alter Alaricus Gothorum rex quartus, qui etiam Romam cepit, ſed poſtmodum per fraudem in die Paſchæ occiſi ſunt Gothi. *Claudian. de bello Get. v.* 546. Rumpe omnes, Alarice, moras: hoc impiger anno, Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.

Alāris, alare, o. 3. & alarius, a, um, n. 1. 2. ab ala, ut equites alarii, & cohortes alariæ, quæ ſc. in alis exercitus ſunt. *Liv. l.* 10. Cohortibus alaribus. *Id.* Præerat alariis equitibus. *Cæſ.* 2. *Bell. Civil.* Cohortes triginta alariorum. ¶ Alarii equites fere erant ex auxiliis. Romani enim legionarii dicebantur. *Liv. l.* 40. *c.* 40.

Alaſtor, unus ex equis Plutonis. *Claud. in fin. l.* 1. *de rapt. Proſ.*

Alaternus, i, f. 2. arbor, ſive frutex nullum ſemen, aut fructum ferens, foliis inter ilicem, & olivam. *Plin. l.* 16. *c.* 26. *Col. l.* 7. *c.* 6.

Alatrium, Aletrium, Alatrum, *Alatri*, Urbs E. Latii in Hernicis, a Verolo 5. M. P. ab Anagnis 7. Ferentino propior, a Præneſte 15. totidem a Sora Anagniam verſus. Populi Alatrinates.

Alātus, o. 1. 2. *alato*, πτερωτός, quod habet alas. *Virg.* 4. *Æn.* alatis tetigit magalia plantis. ¶ Ponitur & pro veloci. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 413. alati equi.

Alauda, f. 1. *alodola*, κορυδαλός, Germ. *ein lerch*, avis, quæ olim galerita vocabatur, quæ apicem habet, hoc eſt plumam alatam in capite ad ſimilitudinem galeri, ſive galeæ. *Varro* appellat galeritum, *l.* 4. *L. L. Plin. l.* 11. *c.* 37. ſcribit, alaudam aciculam appellatam quondam galeritam Gallico vocabulo etiam legioni nomen dediſſe. Hinc Cæſar, cum ex Gallis legionem conſcriberet, Alaudam appellavit. *Cic. ad Attic. l.* 16. *ep.* 8.

Alazon, ontis, *millantatore*. *Plaut. Mil.* 2. 1. 8.

Alazonia, vox græca eſt, ἀλαζονεία, ſuperbiam, ſeu arrogantiam ſignificat. Ἀλαζονεύεσθαι enim eſt, ſuperbire, vel ſibi plus æquo tribuere. *Ulpian.*

Alba, f. 1. Ἄλβα, urbs fuit in Latio, ab Aſcanio condita, ſub monte, qui ab ea Albanus appellatus eſt, 16. M. P. a Roma. Vulgatior fama eſt, ab omine porcæ ibidem inventæ Albam eſſe dictam. Longa vero dicta eſt, quod in longitudinem ædificata eſſet. Populi Albani vocabantur. Nunc in ruinis jacet. Illam circumſtant caſtra Albanum, Savellum, & Gandulphi. Ex ruderibus Albanum urbs E. crevit, vulgo *Albano*.

Albania, Ἀλβανία, *Zuiria* magna ex parte, & *Chepercie* ad Occ. & *Zierachaa* ad Arct. regio in Oriente, a colore populi vocata, quod albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens per oram Oceani ſeptentrionalis uſque ad Mæotidas paludes per deſerta extenditur. Nomadico generi proxima eſt inter Hiberiam, & mare Caſpium, ab Ortu Solis mari conjuncta, ab Occaſu Hiberiæ finitima: Boreale latus munitur Caucaſeis montibus, Auſtrale Armeniam contingit. In ea Albana Civitas, & Albanus Fl. Apud hanc habentur canes ferociſſimi, qui tauros, & leones occidunt. Strabo ſex, & viginti linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidem aliquando Reges. Fuere & ſub Imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Trajanus Imp. his Regem dedit. Nunc ſub Magan Cane degere creduntur. ¶ Albania item, *Albania*, Regio Græciæ eſt, quæ olim Epirus, & pars Occidentalis Macedoniæ. Ab Albania Orientis dicta eſt. Colonia enim illorum populorum in Græciam migraſſe fertur. ¶ Denique hoc nomine pars Scotiæ meditter. appellata eſt.

Albānus, a, um, adject. poſſeſſ. qui eſt ab Alba (longa) ut, Albana pax, Albanus exercitus, *Liv. l.* 1. *c.* 27. ¶ Item Albani ſubſtant. populi ejuſdem Albæ incolæ, ut, multitudo Albanorum. *Idem l.* 1. *c.* 6.

Albarium, n. 2. *il bianco da imbiancare le caſe*, סיד, Ger. *weiſſa*, κονίαμα, dicitur, quod illinitur tectoriis, cum paries pingendus non eſt, quod fit ex calce. *Plin. l.* 33. *c.* 16. Itaque, Albarii operis nitore decorare, apud *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. eſt dealbare. ¶ Albarium opus quomodo fiat, docent *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. *Pallad. l.* 1. *c.* 14. & *Plin. l.* 36. *c.* 23.

Albarius, ii, ſubſtant. qui albarium facit. *Leg.* 2. *Cod. Theodoſ. de excuſ. artif.* Architecti, laquearii, albarii, tignarii. ¶ Eſt etiam albarius, a, um, adject. *Plin. l.* 36. *c.* 23. Conſtat in albario opere, ut macerata calx hæreat.

Albatus, a, um, *veſtita di bianco*, לבוש לבן, חורל בוש, Germ. *weiſſ gekleidet*, ab albus, ut Albatus homo, ideſt veſtibus albis ornatus, cui contrarium eſt, atratus. Antiqui autem feſtos dies albati fere agebant *Cic. in Vat. c.* 13. Cum ipſe epuli dominus albatus eſſet.

Albēdo, inis, λευκότης, *biancheʒʒa*, candor, albitudo. Apud veteres latinos Scriptores non reperitur. *Sever. Sulpic. l.* 1. *hiſt. ſac. c.* 16. *de Manna*: Glaciali albedine erat. Habet & Onomaſt. Vet.

Albegmina, V. Ablegmina. ita enim legendum.

Albenſes, ium, populi Albæ incolæ. *Plin.* 17. 4. & *Feſt. in voce Albeſia*.

Albĕo, es, n. 2. *eſſer bianco*, הלבין, Germ. *weiſſ ſeyn*, λευκαίνομαι, albus ſum. *Virg. l.* 12. *Æn.* Oſſibus albent. *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 68. Albente cœlo, *i. e.* prima luce.

Albeſco, n. 3. *farſi bianco*, הלבין, Ger. *weiſſ werden*, albus fio. *Cic.* 4. *Acad. c.* 33. Mare albeſcit. *Virg.* 4. *Æn.*

Albeſia, ium, n. 2. ſcuta, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. Hæc & decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, ut decumani fluctus, qui cæteris longe majores creduntur. *Feſtus*.

Albicaſco, is, o. albeſcere incipio, ab albico, ut a labo, labaſco, λευκαίνω, *Cn. Matius* apud *Gell. l.* 15. *c.* 25. Jamjam albicaſcit Phœbus. Sed al. leg. *Albicaſſit*; & hoc fuerit futurum ſubjunctivi, ut *levaſſo*, pro *levavero*.

Albiceratæ ficus, f. 4. quæ albo colore, & ceræ ſimili ſunt, pediculo minimo, latiſſimæ. *Plin. l.* 13. *c.* 18.

Albĭco, as, o. 1. *biancheggiare*, הוּר, Ger. *weiſſ ſein*, ὑπόλευκος εἰμί, albeſco aliquantulum albus ſum. *Plin. l.* 22. Mutat colorem, & ex nigra albicare incipit. *Horat. Carm.* 1. 4. Prata canis albicant pruinis. ¶ *Albicatur*, pro albeſcit, deponentis forma *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 58.

Albicŏlor, oris, qui albo eſt colore. *Corippus lib.* 1. *verſ.* 429. Albicolor campus.

Albicŏmus, a, um, comas albas habens. *Venant. Fortun. l.* 4. *de vita Martini*, *v.* 2. Albicomi flores.

Albidŭlus, a, um, diminut. ab albidus, *biancbetto*. *Pallad. l.* 3. *t.* 13. *De liquamine ex pyris*: Liquorem dimittunt ſaporis jucundi, ſed coloris albiduli.

Albĭdus, o. 1. 2. *alquanto bianco*, חִיוּר, Ger. *weiſſlecht*, ὑπόλευκος, aliquantum albus. Albida ſpuma, apud *Ovid.* 3. *Met. v.* 74. ¶ *Plin. l.* 8. *epiſt.* 20. Color cæruleo albidior. *Celſ. l.* 5. *cap.* 26. *num.* 20. Albidiſſimum pus.

Albineus, a, um, *bianchiccio*, albidus. *Pallad. in Mart. tit.* 13. Colores equi badius, aureus, albineus, &c.

Albinus, nomen Imperatoris Romani, ita dicti, quod exceptus ſit utero candidiſſimus, cum cæteri infantes ſoleant rubere. ¶ Fuit etiam cognomen gentis Poſthumiæ. ¶ Item albinus, i, ſubſt. idem eſt, quod, albarius, dealbator. Conſtantinus Imp. *leg.* 1. *C. de excuſat. artif.* Albini, quos κονιατάς Græci appellant.

Albion, onis, *l' Inghilterra*, quæ & Britannia, Inſula maxima Europæ in Oceano, Galliæ, & Germaniæ adjacens, a Gallia 30. M. P. inter Cantium prom. ad Or. & Balerium prom. ad Occ. ad 400. M. P. lata, longa vero inter Auſtrum, & Septentriones ſupra 800. Dividitur in duo Regna, in Britanniam primam, ſeu Angliam, & Britanniam ſecundam, ſeu Scotiam. *Plin. l.* 4. *c.* 16. ¶ Fuit etiam Albion nomen filii Neptuni, qui contra Herculem pugnavit. *Mela l.* 2. *c.* 5.

Albis, *Elba*, Fl. Germaniæ. Oritur in finibus Sileſiæ, in monte, qui Gigantum juga vocatur, *das Riſengebirge*. Suſcepit Mulaam ſi. deinde Egram, poſtea Salam, ac Ortellam. In Meridiem primum, deinde in Occ. poſtea in Sept. per Bohemiam, Miſniam, & Saxoniam fluens, Dreſda, Torga, Viteberga, Magdeburgo, Luneburgo, urbibus irrigatis, inter Ducatus Bremenſem, & Holſatiæ, infra Hamburgum, & Glueſtadium, Oceano Germanico miſcetur. Hunc Romani voluerunt eſſe terminum ſui Imperii.

Albitĭes, ei, f. albitudo. *Apulej. de herb. c.* 20.

Albitūdo, inis, *biancheʒʒa*, λευκότης. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 32. Ad iſthanc capitis albitudinem. *id eſt*, canum capillum.

Albius Tibullus, Poeta elegiographus, Horatio, & Ovidio familiaris. *Hor. l.* 1. *ep.* Albi noſtrorum ſermonum candide judex.

Albo, as, *imbiancare*, albam facio. *Priſcian. de ſitu Orbis*, *v.* 432. Hoc fuſcat niveas, hoc albat gurgite nigras.

Albogalērus, m. 2. pileum capitis, quo Flamines Diales utebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba Jovi cæſa. *Feſtus*.

Albor, oris, m. 3. *albore*, *biancheʒʒa*, לבן, Ger. *weiſſe*, Gall. *blancheur*, Hiſp. *blancura*, λευκότης, ab albeo, ſicut candor a candeo. *Scrib. Larg. compoſ.* 24. Diluitur fere ovi albore. Adde *Pallad. in Octobr. titul.* 14. ¶ Quidam Lexicographi afferunt etiam locum *Varronis*, quem nos invenire non potuimus.

Albūcus, ci, m. 2. ἀσφόδελος, herba eſt, ſcapum habens cubitalem, radicem ſimilem multis napis ſimul coacervatis. Alio nomine aſphodelos, ſive haſtula regia vocatur. *Plin.* 21. 17.

Albuēlis, f. 3. uvæ genus. *Plin. l.* 14. *c.* 2.

Albūgo, f. 3. *macchia bianca nell' occhio*, חבלל, macula in oculo, λεύκωμα. *Plin.*

Digitized by Google

Plin. l. 24. *c.* 5. Oculorum albugines cedri ſucco inungere. ¶ Eſt etiam genus furfuris, ſeu porriginis inter capillos. *Id. l.* 26. *cap. ult.* Callithrix albugines in capite tollit.

Albŭla, Θύμβρις, Fl. Hetruriæ, Romam interluens, ab albo colore aquæ, quæ poſtea Tyberis a Tyberino Sylvio Albanorum Rege ibi extincto dictus eſt. ¶ Albula item, vel Albulæ, plur. *Bagni de Tivoli*, ſunt aquæ ſalutares apud Tibur urbem, quæ in Anienem Fl. excipiuntur. *Martial. lib.* 1. *epigr.* 13.

Albŭlus, a, um, dim. ab albus, *bianchetto*, albidus. *Catull. epigr.* 30. Ut albulus columbus, aut Dioneus.

Album, i, n. 2. ſubſtantivum, *una tavola ingeſſata*, לוח, Ger. *ein gevveiſte tafel*, dicitur, quod Græci vocant λεύκωμα, tabula gypſata, in qua Judices notari, Prætorumque jura ſcribi ſolebant. Si quis vero album hoc Prætoris, & Judicum vel fœdaſſet, vel vitiaſſet, vel quocunque ſcripturæ genere turbaviſſet, ſeu corrupiſſet, capitaliter, non expectato ordine ſententiarum, puniebatur; quia Prætoris majeſtas contempta videbatur. *Paul. ſentent. l.* 1. *tit.* 14. Si familia alicujus album corruperit, non ſimiliter hic edicitur, ut in furto. *Senec. lib.* 3. *de Benef.* Judex ex turba ſelectorum, quem cenſus in album, & equeſtris hæreditas miſit. Hoc & *pyctacium* dicitur, ut in Alexandro Cæſare Lampridius, vulgo *Matris* appellata. ¶ Similiter ea tabula dicitur Album, in qua ſingulorum annorum acta litteris mandabantur a Pontifice maximo, proponebaturque domi ejus, ut poteſtas eſſet populo cognoſcendi. Hæque nunc Annales maximi nominantur. *Cic. lib.* 2. *de Orat.* ¶ Eſt & Album decurionum, & citharœdorum. Nam in Digeſtis titulus eſt, De albo ſcribendo, ubi docet Ulpianus, quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat. ¶ Fuit & album Senatorum, civium, judicum. Hinc apud Senec. mittere in album judicum, & apud alios albo eradere, albo adſcribi, in album referre, &c. ¶ Album, pro albore dixit *Virg. Ecl.* 2. *v.* 41. Sparſis nunc pedibus albo.

Album, ἄκρον, Prom. Africæ 15. M. P. freto a Mellaria Hiſpaniæ vico diremptum. *Plin. in Proœm. l.* 3. ¶ Item Prom. aſſ in Phœnicia, *Capo Scandalio*, inter Tyrum, & Ptolemaidem, apud Ecdippam urbem. *Plin. l.* 5. *c.* 19.

Albūmen, n. 3. *chiaro dell' ovo*, חור, Ger. *das in ey*, *eyerclar*, Gall. *blanc d'oeuf*, *glaire d'oeuf*, Hiſp. *blanco del huevo*, *e clara del huevo*, λεύκωμα, quod eſt in ovo album. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Ovi albumen.

Albūna, f. 1. Deæ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur Λευκοθέα, Leucothea. Creditur fuiſſe Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, una cum Melicerta filio ſe in mare præcipitavit. ¶ Alii Sibyllam Tiburtinam fuiſſe exiſtimant, quæ ob admirabilem ſapientiam a vicinis populis Dea credita eſt. *Lactant. l.* 1. *c.* 1.

Albunĕa, *Albuna*, f. 1. fons, & nemus juxta Anienem, ſive ab albore aquæ ſulphureæ, ſive quod Albuna Latine ſit, quæ Græce Λευκοθέα dicitur. *Virg. l.* 6. Lucoſque ſub alta conſulit Albunea. ¶ Fons hic cum Albuneo fluviolo non longe a Tibure conſpicitur.

Alburnum, n. 2. *parte tenera nel legno dell' arbore*, חלב העץ, Germen. *das burtz*, *oder gummi*, Gall. *la ſeve d'un arbre*, Hiſp. *albura de la madera*, πίων ὕλης, adeps arboris. *Plin. l.* 16. *c.* 38. Humor & cortici arborum eſt, qui ſanguis eorum intelligi debet. Eſt enim in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, ſanguis, caro, nervi, venæ, oſſa, medulla. Pro cute cortex, humor ſanguis, proximi pleriſque adipes. Hi vocantur a colore alburnum.

Alburnus, *Alburno*, *Montagna di Sicignano*, *M. della Petina*, Mons Lucaniæ, in Lucanorum, & Picentium conf. apud Silarum fluv. & Auletam opp. unde Tanager fl. profluit, a Salerno 30. M. P. Dictus eſt a candore verticis. ¶ Eſt & Alburnus nomen piſcis. *Auſon. in Moſel. v.* 126. ¶ Apud *Tertul. Apol. c.* 5. Alburnus dicitur Alburni Montis Deus.

Albus, a, um, o. 1. 2. *bianco*, חור לבן, Germ. *weiß*, Gall. *blanc*, Hiſp. *blanco*, λευκός, nomen coloris notiſſimi, quod a candido ita differt, ut album pallori conjunctum ſit, quale eſt plumbum, candidum vero ſplendori, quale eſt in nive, atque illud natura, hoc cura fiat. *Feſtus* vult album a Græco ἄλφος eſſe appellatum. Sabini *alpum* dicunt. Unde credi poteſt, Alpium nomen a candore nivium eſſe derivatum. ¶ Albo opponitur atrum, candido nigrum. *Virgil. Georg.* 3. *v.* 81. Honeſti Spadices, glaucique, color deterrimus albis. Vide *Servium* ibi. ¶ Pro pallido. *Sulpitia in Sat. in Domit.* Sed tergo prolapſus, & ingluvie albus. ¶ Et pro cineritio. *Perſ. Sat.* 1. 59. Auriculas (Aſini) imitata eſt mobilis albas. ¶ Pro felici, & læto, ut atrum pro triſti. *Sil. l.* 15. *v.* 53. Sed current albuſque dies, horæque ſerenæ. Sic dies albo notanda lapillo apud *Horat.* hoc eſt fauſta. Album calculum alicui rei adjicere apud *Plin.* hoc eſt rem probare. ¶ Pro lucido, & candenti. *Martial. l.* 10. *epigr.* 62. Albæ leone flammeo calent luces. ¶ Albas, abſolute, pro omnibus, *Lamprid. Venant.* & alii mediæ latinitatis Scriptores dixerunt. *Lamprid. Elagab. c.* 22. & ibi *Salmaſ.* ¶ Albus, an ater ſis, neſcis. Proverbium eſt de vehementer ignoto. *Cic. Philip.* 2. *c.* 16. Sic *alba avis*, de re valde inuſitata. *Idem Fam.* 7. *ep.* 28. ¶ *Albæ ſententiæ* ſunt ſplendidæ, apertæ, perſpicuæ. *Senec. in præfat. lib.* 3. *controverſ.* ¶ *Albus ventus* dicitur, qui nubila fugat. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Albus Notus. ¶ Gradus hujus adjectivi ſunt *Albior*, *albiſſimus*, & ita formantur a *Varrone l.* 6. *L. L.* ſed fortaſſe aliorum ſcriptorum exemplis carent.

Alcæus, m. 2. Poeta Lyricus Mitylenæus, magnificus, brevis, diligens, & plurimum Homero ſimilis. ¶ Fuit etiam hoc nomine avus Herculis, qui inde *Alcides*.

Alcaĭcum, i, n. 2. carmen, ἀλκαϊκὸν μέτρον, quod poſt duos dactylos trochaicam habet ſyzygiam, quale eſt illud apud *Horatium*, Heſperiæ mala luctuoſæ. Nomen accepit ab Alcæo inventore.

Alcathŏus, ſive Alcothous, Pelopis filius, qui cædis Chryſippi fratris ſuſpectus Megaram venit, occiſoque leone Cithæroneo, qui Euippum, Megarei Regis filium necaverat, a Rege aſcitus eſt gener, & Regni ſucceſſor. Hinc Megara urbs Alcathoi appellata eſt. ¶ Alcathous alius fuit Trojanus, qui Hippodamiam Anchiſæ filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Trojam ab Idomeneo Cretenſi occiſus eſt.

Alce, ἄλκη, nomen canis, apud Xenoph. ¶ Item meretricis, apud *Gell. l.* 4. *c.* 11. ¶ Item urbis Hiſpaniæ apud *Liv.* ¶ Eſt item alce animal jumento fere ſimile, niſi proceritas aurium, & cervicis diſtinguat. *Plin. l.* 3. *c.* 15. Vide Alces.

Alcea, f. 1. ἀλκέα, herba eſt ſylveſtrium malvarum generi aſſignata, folia habent ſimilia verbenacæ. *Plin. l.* 27. *c.* 4.

Alcēdo, inis, vel alcyone, es, ἀλκυών ὁ, vel ἀλκυονὶς, ἴδος, Germ. *eyſſvogel*, avis maritima, paulo major paſſere, pennis purpureis, candidis admixtis, collo gracili, & procero, roſtro ſubviridi, longo, & tenui. Dicta eſt alcedo, quaſi algedo, quod frigidis temporibus mediæ fere hyemis, in litore maris, in arena pariat. Alcyone vero ab ἅλς, mare, appellata eſt. Quare per aſpirationem ſcribendum videtur Halcyone. Sed Euſtathius contra etymi rationem ἀλκυόνος tenui ſpiritu notandum tradit, adjecto etiam generali canone, quo negat, vocabulum ullum eſſe aſpirandum, quod initium ſumat ab αλ, ſubſequente κ. Statim ac alcedo ova poſuit, mare, ſi antea procelloſum fuerit, miteſcit, & tranquilliſſime quieſcit 14. dies, donec pullos nido eduxerit. Hos 14. dies nautæ præſumptæ ſerenitatis obſervant, quos & Alcyonios, vel Alcyonidas dies appellant, quibus nullos motus procelloſæ tempeſtatis horreſcant. *Plaut. Pan.* 1. 2. 142. Hinc Poetæ anſam fabulandi arripuerunt, Alcyonem filiam Æoli fuiſſe, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore ova parit, & fœtus educat, ventos incluſos ſervat. Vide infra Alcyone.

Alcedonia, n. 2. ἀλκυονίδες, dies ſunt hiberni fere 14. quibus alcedo ova parit in litore maris, & fœtus educat, quo tempore ſumma ventorum eſt tranquillitas. *Plaut. Caſin. prolog.* Tranquillum eſt, Alcedonia ſunt circa forum.

Alces, is, ſeu alces, æ, ſive alce, es, ἄλκη, *la gran beſtia*, animal in Gallia Tranſalpina, item in Sarmatia Europæa, cujus unguis ſiniſtri pedis poſterioris a morbo comitiali tuetur. Figura, colore, magnitudine jumenti, ideſt mulæ ſimilitudinem prætendit, ſed proceritate aurium, & cervicis diſtinguitur, & labium ſuperius adeo protenſum habet, ut niſi retrograde incedens, herbas in terra carpere non poſſit. Sed aliqui dicunt, media inter camelum, & cervum ſimilitudine eſſe, ex his mares in ſuperciliis habere cornua. Eſt animal inventu rarum. Olfactu enim e longinquo venatorem ſentiens, ſtatim in ſpecus, & latibula ſe condit. *Caſ. lib.* 6. *Jul. Capit. Plin. l.* 8. *c.* 15. ¶ Eſt & Alces Bithyniæ fluv. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Alceſte, us, ſive Alceſtis, idis, ἄλκηστις, fuit Peliai filia, Admeti Pheræorum Regis conjux, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recuſaverit. Cum enim Rex ægrotaret, Oraculo nunciatum eſt ei, poſſe eum adhuc vivere, ſi foret aliquis ex affinitate vel amicitia, qui pro eo ſponte mortem ſubiret. Cæteris id abnuentibus, ſola uxor promiſit. Plura apud *Eurip. in Alceſte.*

Alceus, dictio diſſyllaba, ἀλκεύς, Pater Amphitryonis, & avus Herculis, a quo & Alcides, ἀλκείδης, appellatur. *Serv. ad Æn.* 6. *verſ.* 392.

Alchymia, ſeu Alchimia, ἀλχυμεία, eſt ars, quæ in metallis operatur, & ignobilia in argentum, aurumque commutare conatur. Quare Græci eam τὴν τοῦ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ κατασκευήν, definierunt, & ἱερὰν τέχνην appellarunt. Atque huc referunt fabulam de aureo vellere ab Argonautis petito, ut ſcil. vellus illud nihil aliud eſſet, quam pellis quædam, in qua ratio omnis hujus ſcientiæ eſſet conſcripta. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 15. ¶ Ad Etymologiam quod attinet, Vetuſtiores omnes χημείαν, vel χημευτικὴν, infimæ Græciæ auctores ἀρχημείαν pro ἀλχημείαν nominant. Ac illud, Al, proculdubio articulus Arabum eſt, quo ea Gens pleraque Græca interpolavit, ut notat *Scalig. in Culicem Virg. p.* 43. χημεία autem, ſive χυμεία potius a χύμα, pro χεῦμα, fuſio, quia metalla fundit, duci videtur. Sed de Etymo hoc plana dubio V. plura apud *Voſſ.*

Alcibiades, m. 3. ἀλκιβιάδης, vir Athenienſis, filius Cliniæ, ex genere Euryſacis filii Jovis, ſummis naturæ, & fortunæ muneribus ornatus, Athenienſium longe princeps genere, divitiis, pulchritudine, magnitudine ingenii, atque animi. Habuit tutorem Periclem, Pædagogum Zophyrum. & vulgo corruptus in omnia vitia cœpit, atque in omnem turpitudinem deſcendere, ac præſertim inſano faſtu, atque ſuperbia efferri. Sed diſcendi ſtudio, & ſapientiæ amore accenſus, extemplo cunctis amatoribus, adulatoribuſque repulſis, ad Socraticam diſciplinam animum vertit. Nunquam recedebat a latere Philoſophi ſapientiſſimi. A Socrate plurimum, atque adeo flagrantiſſime amabatur, a quo ad bonam diſciplinam traductus eſt. Fuit ſummus Imperator, &c. Reliqua vide apud *Plutarch. Corn. Nep.* & *Juſtin. l.* 4. & 5.

Alcibiadēus, a, um, ad Alcibiadem pertinens. *Arnob. l.* 6. *v.* 198. Hermæ Alcibiadei.

Alcidămas, luctator inſignis. *Stat.* 10. *Theb.* ¶ Alcidamas Eleates, Philoſophus, diſcipulus Gorgiæ Leontini, qui ſcripſit de Muſica, & de Rhetorica. *Suid. Quintil. l.* 3. *c.* 1. *Laert. in Protag.*

Alcidămus, Rhetor antiquus, in primis nobilis, qui mortis laudationem ſcripſit. *Cic.* 2. *Tuſc.*

Alcīdes, hujus dæ, m. 1. ἀλκείδης, Hercules Græca ſignificatione a virtute appellatus. Nam ἀλκὴ, virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel verius Alcides, ut *Herod.* ait, nomen eſt patron. ab Alceo avo paterno Andromedæ, & Perſei, & Amphitryonis patre. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 61. Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.

Alcimĕdon, ontis, m. 3. ſculptor nobilis. *Virg.* 3. *Ecl. v.* 37.

Alcinous, vel Alcinus, ἀλκίνοος, Nauſithoi filius, Rex Phæacum in Corcyræ inſula juſtiſſimus, cujus ædes fuerunt magnificentiſſime extructæ, & viridaria bifera erant. Hinc Alcinoi horti in proverbium tranſierunt, de loco divitiarum, ſeu delitiarum pleno, & per metaphor. de libris plenis eruditione. *Virg. Georg.* 2. *v.* 87. ¶ Fuit etiam Alcinous Philoſophus Platonicus, qui decretorum Platonis epitomem compoſuit. Verum hujus libri auctorem legitimum eſſe Arium Didymum, docet *Theoph. Rainaud. Theol. nat. diſt.* 1. *n.* 42. *p.* 61.

Alcithŏe, Thebana mulier, quæ, cum Bacchum, ejuſque Orgia contemneret, ceteriſque mulieribus ſacra celebrantibus, cum ſororibus, & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in veſpertilionem cum ſociis mutata eſt, telæ autem in vitem, & hederam. *Ovid.* 4. *Metam.*

Alcmæon, ἀλκμαίων, Amphiarei vatis, & Eriphyles filius fuit, qui matrem in ultionem patris, quem illa dolo occiderat, interemit. ¶ Alcmæon etiam Philoſophus Crotoniates fuit, Pythagoræ auditor, qui primus de naturæ ratione ſcripſit lingua Dorica, & morbo pediculari periit.

Alcmæonius, a, um, adject. Alcmæoniæ furiæ. *Propert. l.* 3. *eleg.* 5. quia Alcmæon matricida furiis agitatus dicitur.

Alcmēna, f. 1. ἀλκμήνη, filia Electryonis, uxor Amphitrionis Thebani, quæ Jovi Herculem peperit. Dicta eſt ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, ideſt a robore, quoniam hæc mulier multum prætulerit animi, & conſtantiæ ad viros proxime accedens. ¶ Aliquando poſt c, ponitur u, Alcumena, prout verſus exigit. *Plaut. in Amphitr. paſſim.*

Alcomĕnæ, ἀλκομεναί, Ithacæ inſulæ civitas eſt, a quo Ulyſſes Alcomeneus, ἀλκομενεύς, a Poetis appellatur. *Steph.*

Alcon, ſagittarius Cretenſis, qui, cum ejus filium draco invaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, ut ea in ſerpentis deficeret vulnere, nec tranſiret in filium. ¶ Fuit item Alcon Erichthei Athenienſium Regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit.

Alcyŏne, f. 1. vel Halcyone, ἀλκυόνη, quam & Alcedinem vocari ſupra diximus, Æoli Regis ventorum filia fuiſſe creditur, & uxor Ceycis, quæ deſiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare ſe dejecit, verſaque eſt, ut Poetæ fabulantur, in avem ſui nominis. *Ovid.* 11. *Met.* ¶ Altera fuit Alcyone Eveni fluminis filia, uxor Idæi, ante Marpeſſa appellata, quam Apollo cum rapuiſſet, non dubitavit maritus ſumpto arcu, & ſagittis uxorem vi ab eo repetere. Quod cum fruſtra conatus eſſet, parentes filiæ caſum lugentes, commutato nomine Alcyonem eam appellarunt, quod fatum ſuperiori Alcyone non diſſimile ſortita videretur. *Hom.* 9. *Iliad.*

Alcyonium, ii, n. 2. medicamenti genus apud *Plin. l.* 32. *c.* 8.

Alcyonĭus, a, um, adject. pacatus, feriatus, tranquillus, ut Alcyonii dies. *Colum. l.* 11. *c.* 2. V. Alcedo.

Alĕa, f. 1. *giuoco di ſorte*, *come dadi*, *a carte*, Germ. *bretſpiel*, *Kartenſpiel*, Gal. *tout jeu de hazard*, Hiſp. *qualquier juego de fortuna*, *como dados*, κυβεία, κύβος, ludus tabulæ, ſeu ludus teſſerarum, & generatim o-

mnis

mnis ludus in varietate fortunæ conſiſtens, ſeu qui caſu potius, quam arte gubernatur. Nomen accepit ab inventore, qui Aleas fuit, miles quidam, in ocio Trojano. *Hor.* Quem damnoſe Venus, quem præceps alea nudat. ¶ Per translationem pro fortuna, & pro periculo, periculique dubitatione ſumitur. Hinc ille dicitur Aleam jacere, *ῥίπτειν κύβον*, qui ſe periculo, fortunæque committit. *Liv.* In dubiam imperii, ſervitiique aleam imus. *Sueton.* Omnem eleam jacere, *arriſchiar tutte.* ¶ Plinius Præfet. Oper. ſcripſit, Ciceronem extra omnem ingenii aleam poſitum, ideſt extra dubitationem, utrum aliquis ei videatur præferendus. ¶ Aleam emere, hoc eſt res incertas. *Pompon. in leg. Nec emptio, ff. de contrahen. empt. & vendit.* ¶ *Jacta eſt alea*, proverb. cum res fortunæ arbitrio omnino commiſſa eſt. *Sueton. in Caſ. c. 32.*

Alĕa, æ, f. prima & ſecunda breri eſt epithetum Minervæ, quæ in Arcadia templum habuit ab Aleo Arcadiæ rege extructum. *Stat. 4. Theb. v. 288.* templumque Aleæ nemorale Minervæ.

Alearis, e, ad aleam pertinens.

Aleātor, m. 3. *giuocatore, biſcazziere*, Ger. *ein brettſpieler*, Gal. *iouur*, κυβευτής, qui ſæpe alea ludit. *Cic. in Catil. 2. c. 10.*

Aleatorium, n. 2. *luoge del giuoco, ridotto*, Germ. *ein worffſpiel*, Gal. *berland*, Hiſp. *lugar de juego*, κυβευτήριον, apud *Sidonium* pro ludo aleæ, ait enim, Atque illic aleatorium laſſis conſumpto ſphæriſterio faciat, *l. 2. epiſt. 2.*

Aleatorius, a, um, adject. ad aleam, vel aleatorem pertinens, ut Forum aleatorium, apud *Sueton. Auguſt. 71.* Damna aleatoria. *Cic. Philip. 2. c. 27.*

Alĕbas, vel Alevas, æ, ἀλεύας, Lariſſæorum in Theſſalia crudeliſſimus tyrannus, ab ipſis tandem ſatellitibus interfectus, quos ad corporis cuſtodiam adhibebat. *Ovid. in Ibin. v. 322.* Quoſque putas fidos, ut Lariſſæus Alebas.

Alebria, veteres uſurpabant pro bene alentia. *Feſtus.*

Alec, ĕcis (in libris vetuſtiſſimis Allec, nec unquam per aſpirationem niſi apud *Feſtum*) non certi cujuſpiam piſcis nomen, ſed genus potius, ſub quo minimi quique, & viliſſimi piſciculi continentur. Qui aſpirationem appingunt, ducunt ab ἅλς, vel ἁλιεύς, qui marinus piſcis eſt. *Colum. l. 8. c. ult.* ¶ Eſt & liquaminis genus, ſed craſſius, quod ex inteſtinis piſcium conficiebatur, *ſalamoia*, effertur que fœminino, & neut. genere. *Plin. l. 9. c. 17.* Multorum alecem excogitare promiavit. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 73.* Ego fæcem primus & alec, Primus & inveni piper album.

Alecto, us, ἀληκτώ, una ex furiis infernalibus, & latine, non ceſſans, interpretatur, ab α privativa, & λήγω, deſino, quia cupiditas nunquam ſatiatur, vel quod a ſuppliciis ſumendis de improbis nunquam ceſſet. A *Virg.* vocatur atra, ſata nocte, Cocytia, ſæva, luctifica, &c.

Alectoria, gemma, quæ in ventriculo galli invenitur. Gallus enim Græce ἀλέκτωρ dicitur. Hoc gemmarum genere Milo Crotonienſis invictus in certaminibus viſus eſt. *Plin. l. 37. c. 10.*

Alectorolŏphos, i, *creſta di gallo*, ἀλεκτορόλοφος, herba eſt tuſſientibus utilis, foliis galli gallinacei criſtæ ſimilis, caulem tenuem, ſemenque nigrum in ſiliquis habens. *Plin. l. 27. c. 5.*

Alecŭla, vel Allecula, diminutivum ab alec, hoc eſt parvus piſciculus aleci faciendo aptus. *Colum. l. 6. c. 8. & l. 8. ſub fin.*

Aleius Campus, m. 2. locus eſt Lyciæ, in quo cecidit Bellerophon, cum a Pegaſo ab œſtro agitato excuteretur, ſic dictus, quod in eo errarit erraſſet Bellerophon, donec periret.

Alemanni, ſeu potius Alamani, Alamanni, *Alemani*, Germ. *die Teutſchen*, ἀλαμανοί, populi Germaniæ, Galliæ Belgicæ, & Rhætiæ proximi, qui Sueviam incoluerunt. Sed nunc omnes Germani Alemanni etiam dicuntur. Rheno fluvio a Gallis, Alpibus ab Italia diſcreti ſunt. Ita dicti ſunt patrio vocabulo, quaſi prorſus viri. Cum enim Germani illi Septentrionales, præſertim Tranſalpini, mutare ſedes cogitarent, mitere priores Germanos, qui trajecto Rheno, quo ſe totos viros fore oſtenderent, ſibi hoc nominis, quaſi *Gar ein man*, impoſuiſſent, & ipſi ſe, quod fortiſſimi bellatores, & viri omnes eſſe & vellent, & deberent, Alemannos, quaſi *All manner* appellavere. Quod autem a Germanis vere diverſi ſint, illud argumento eſt, quod Alemannis victis Antonius Caracella *Alemannicus* appellatus eſt, cum jam tum ſe *Germanicum* diceret.

Alemannia, æ, *Alemagna*, Alamannorum Regio, præſertim quæ Rhætiam, Helvetiam, & Sueviam complectitur. *Claudian. in 4. Conſul. Honor. v. 214.*

Alemannicus, a, um, ut tentoria Alemannica. *Amm. Marcell. l. 27. c. 3.*

Alemŏna, æ, f. vel Alimona, Dea Romanorum, alendis in utero fœtibus præſes.

Alĕo, onis, *giuocatore*, κυβευτής, idem quod aleator. *Nævius apud Feſtum*, Audax ganeo, lurco, aleo.

Aleria, f. 1. *Aleria*, Col. a Sylla Dictatore deducta, & Urbs E. Corſicæ, mar. in Or. apud oſtia Rhodani Fl. nunc exciſa. *Plin. l. 3. c. 6.*

Ales, hujus alitis, *uccello*, *augello*, עוף, Ger. *ein groſſ vogel*, Gal. *oiſeau grand, comme grue, oye, grue, & autres*, Hiſp. *ave, o otra coſa, que buela como ſaeta*, οἰωνός, ὄρνις, quælibet avis, quæ alas, & pennas habet, ſicut *volucris* omne volatile, & tam maſc. quam fem. gen. profertur. *Virg.* Namque volans fulvus Jovis ales in æthra. *Mart.* Alitis eximiæ cauda ſuperbe fuit. ¶ In genitivo plurali *alitum*, & *alituum* per epentheſin, ſecundum Priſcian. *Virg. l. Æn. 8. v. 27.* Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat. *Martial. l. 13. epigr. 61.* Inter ſapores fertur alitum primus. ¶ Apud Augures *alites* vocabantur aves majores, quæ ſcil. volatu; *oſcines* vero minores, quæ voce omen præbebant. *Plin. l. 10. c. 19. Cic. 2. de Nat. Deor. 64.*

Ales, itis, o. 3. adjectivum omnis generis, ponitur a Poetis pro veloci, *veloce*, Ger. *ſchnell, geſchwind*, Gal. *leger, viſte*, Hiſp. *ligero*, ταχύς, *Silius*, Alite vectus equo. *Virg. 8. Æn.* Alitis Auſtri. ¶ Ponitur & pro alato, hoc eſt, alas habente, *alato*. Sic Deus ales, pro Mercurio. *Ovid. Metam. 2. v. 714.* Alas currus, *Senec. in Med. ſub fin.*

Aleſa. V. Haleſe.

Aleſco, is, n. 3. *creſcere*, גדל, Ger. *wachſen, zunemmen*, αὐξάνω, antiq. verb. ab alo, is, idem quod creſco. *Varro l. 1. c. 44. de re ruſt.* Quæ nata ſunt, in fundo aleſcunt. *Et l. 2. c. 4.* Aleſcendo roborari.

Alĕthes, m. 1. ἀληθής, viri Trojani nomen. *Virg. l. 11. Æn.* Et qua grandævus Alethes. Latina ſonet voracem.

Aletium, n. 2. *Lecce*, ἀλήτιον, Urbs E. Provinciæ Hydruntinæ, primaria Regionis, ac totius Regni poſt Neapolim clariſſima, 7. M. P. ab ora Maris Adriatici, inter Brundiſium ad Occ. & Hydruntum ad Or. 24. e Tarento 50. Populi Aletini. *Plin. l. 3. c. 11.*

Aletrinātes, & Aletrini, Italiæ pop. in Campania. *Plin. l. 3. c. 5. & 11.*

Aletrinenſis, e, ad Aletrium pertinens. *Cic. pro Balb. cap. 22.* Aletrinenſis fœderatus.

Aletrium. Vide Alatrium.

Aletūdo, f. 3. *graſſezza, corpulenza*, apud *Feſtum*, verbale, ab alendo, corporis pinguedinem ſignificat. Obſoletum eſt.

Alĕus, a, um, idem quod *Alius*, cum pro Elio ſumitur, hoc eſt ad Elidem Achaiæ urbem pertinens. *Plaut. Capt. prol. v. 31.* Eques Aleus.

Alex, ecis. V. Halec.

Alex, vel Halex, *Aleſſo*, ſeu *Alece*. Fl. Locrorum, ſeu Calabriæ Ult. qui Brutios a magna Græcia ſeparat, & agrum Locrenſem a Rhegino, & in mare Jonium ſe exonerat, inter prom. Herculis, & Leucopetram.

Alexander, ἀλέξανδρος, filius Philippi Regis Macedoniæ, & Olympiadis filiæ Neoptolemi Regis Moloſſorum. Plures habuit præceptores, inter quos Ariſtotelem, ex cujus diſciplina decem ferme annis informatus eſt. Mortuo patre annos natus viginti Regni adminiſtrationem ſuſcepit. Græcia univerſa ſibi parere coacta, bellum intulit Dario Regi Perſarum, eumque devicit cum multis aliis Regibus: Aſiam, & totum Orientem ſubegit, aliquam etiam Indiæ partem. Sed ultra Liberi Patris terminos progredi auſus non eſt, frequenti præſertim ſeditione militum. Plures urbes variis in locis condidit, quas e ſuo nomine appellavit. Cum ex India in Macedoniam reverteretur, ab Antipatro Macedoniæ Præfecto veneno aquæ Stygiæ ſublatus eſt, Babylone, in convivio, apud Theſſalum Medicum, anno ætatis 32. Regni 12. Alexandri res geſtæ a multis ſcriptæ ſunt, præcipue a Plutarcho, & a Q. Curtio. De eo etiam mentio facta eſt in Sacris Libris, lib. 1. Machab.

Alexandria, & Alexandrēa, ἀλεξάνδρεια, cognomento Magna, fem. 1. Italis *Aleſſandria*, Turcis *Scanderia*, Urbs Ægypti, in ma, ab oſtio Canopico 12. M. P. in Occ. a Syene ultima in Auſtrum urbe Ægypti 600. in Boream, a Peluſio 200. in Occ. Cyrenem verſus 705. ab Hieroſolymis 400. Condita eſt ab Alexandro Magno Olympiade 112. ante Salvatoris adventum anno 320. intra ſpatium 17. dierum, cum ſex millibus murorum paſſibus, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosa, anguloſo dextra, lævaque procurſu. Sed poſtea amplificatam Dinocrates Architectus dicitur metatus eſſe mirabili ingenio 15. M. P. latitate. ¶ Hoc nomine multæ aliæ urbes numerantur. Secunda igitur eſt Albaniæ, incolis *Derbent*, Turcis *Demircapi*, 3. Arachoſiæ, *Cabul*, vel *Candahar*, 4. Ariæ, *Heri*, ſeu *Burgia*, 5. Carmaniæ, *Serene*, 6. Ciliciæ, ſeu Syriæ, Italis *Aleſſandretta*, Turcis *Scanderone*, 7. Margianæ, *Indion*, 8. Troadis, *S. Maria*, Turcis *Caraſia*, 9. Volhiniæ, *Alexandria*, 10. Liguriæ, quæ dicitur Alexandria Statiellorum, *Aleſſandria della Paglia*, in Ducatu Mediolanenſi, a Mediolano 52. M. P. in Auſtrolibycum, media fere inter Genuam ad Or. & Auguſtam Taurinorum ad Occ. ideſt ad 40. M. P. Hæc olim Cæſarea dicta eſt. Poſtea Mediolanenſes amplificatam Alexandriam appellavere in honorem Alexandri III. Pontificis Maximi, qui eam Epiſcopali dignitate ornavit.

Alexandrinus, a, um, *Aleſſandrino*, adject. quidquid ad Alexandriam pertinet, ut Alexandrinæ naves apud *Suet. Aug. c. 98.* ex quibus collecta claſſis ſupportando frumento maxima (quamquam & aliis mercibus) in Italiam ab Auguſto inſtituta fuit. ¶ Alexandrina vitæ atque licentia, apud *Cæſ. l. 3. B. C. c. 110.* quod Alexandrini populi voluptatibus, & deliciis maxime diffluerent. ¶ Alexandrinus, i, eſt etiam ſubſt. *nato d'Aleſſandria.*

Alexipharmăcum, i, n. *contraveleno*, ἀλεξιφάρμακον, antidotus, remedium contra venena, ἀντίδοτον, *contraveleno*. *Plin. l. 21. c. 20.* Convenit medicamento, quod alexipharmacum vocant.

Alexis, Aſinii Pollionis puer, quem Virgilius ejus amore captus a Pollione dono accepit. In hujus gratiam Virgilius ſcripſit ſecundam eclogam.

Alga, *aliga*, סוף, Germ. *kraut, welches im meer wachſt*, φῦκος, θαλάσσιον βρύον, herba, quæ naſcitur in aquis marinis, dicta ab algore aquæ, ſive quod pedes alliget, quæ craſſa eſt, foliis ex parte ſupernatantibus. *Virg. lib. 7.* Laterique illiſa refunditur alga. ¶ Ponitur ſæpe pro re vili. *Virg. Ecl. 7. v. 42.* projecta vilior alga.

Algenſis, ſe, adject. quod in alga naſcitur, vel nutritur, *algoſo*. *Plin. l. 9. c. 37.* Purpurarum genera plura, pabulo & ſolo diſcreta. Lutenſe putri limo, & algenſe enutritum alga, viliſſimum utrumque.

Algĕo, es, alſi, ſine ſup. *patir freddo*, קרר, צנה, Germ. *frieren*, Gal. *avoir grand froid, geler de froid*, Hiſp. *enfriarſe*, ῥιγῶν, a Græco ἀλγέω, doleo, patior frigus, frigidus ſum, cui æſtuo opponitur. *Cic. 2. Tuſc.* Erudiunt juventutem venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. ¶ Translate algere eſt, negligi. *Juven. ſat. 1. v. 74.* Probitas laudatur, & alget. ideſt negligitur, non expetitur.

Algeſco, is, ĕre, algere incipio, algeo. *Prudent. Apotheoſ. v. 142.* (Deus) rabiem flammarum algeſcere cogit.

Algidenſis, e, 3. adject. ut raphanus Algidenſis, qui circa Algidum montem naſcebatur, longus, & tranſlucidus. *Plin. l. 19. c. 15.*

Algĭdum, *Rocca del Papa*, opp. Latii in alto monte, Tuſculo finitimum, a Roma 12. M. P. Dictum eſt ex aeris algore. Similiter ipſe mons Algidus, & ſylva monti ſubjacens, in cujus ingreſſu Regillus lacus eſt, Algida dicitur, *Selva dell' Aglio*. Hinc terra Algida. *Ovid. 5. Faſt.*

Algidus, a, um, o. 1. 2. *freddo*, קר, Ger. *erkalt*, ψυχρός, κρυερός, frigidus. *Catul. in Carm. de Aty, 63.* Algida Idæ nive amicta loca colam.

Algificus, a, um, adject. ψυχροποιός, frigus inducens, *freddo, che fa freddo*. *Gell. l. 19. c. 4.* Quod timor ſit omnibus algificus.

Algor, m. 3. *fredda*, צנה קר, Germ. *kalte, froſt*, Gal. *froidure grande, grande froid*, Hiſp. *frio o freſcor*, ῥῖγος, κρύος, ab algeo, idem quod frigus, & propria frigus vehementius. *Salluſt. in Cat.* Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris. Et *Plin. l. 15. c. 4.* Oleo corpus contra algores munire.

Algōſus, a, um, alga abundans, ut locus algoſus. *Plin. l. 32. c. 9.* Vivuntque in algoſis myaces, ubi ſubaudias, *locis*.

Algus, i, vel algus, us, m. idem quod algor. *Lucr. lib. 3. v. 733.* Sollicite evolitant morbis, algoque, fameque. *Plaut. in Rud. 2. 7. v. 24.* Vel ſudo, vel peri algu, vel etiam ægrota.

Alia, *per altra ſtrada*, vel adverbium eſt, vel potius ablativus femininus adjectivi *alius* adverbii modo poſitus, & ſignificat *alia via*. *Plin. lib. 2. c. 12.* Cum alia muniretus, alia irrepſiſſet. *Liv. l. 44. c. 41.* Equites ſine duce relicti, alii alia in civitates ſuas dilapſi ſunt. *chi per una ſtrada, chi per un' altra.*

Alias, adverb. *altre volte*, פעם אחר, Ger. *ein andermahl, biſſweilen*, Gal. *une autre fois*, Hiſp. *en otro tiempo, o en otro lugar*, ἄλλοτε, alia vice, alio tempore, & tam præterito, quam futuro, & ſæpe etiam indefinite. *Cic. 4. Acad. c. 3.* Quibus de rebus & alias ſæpe nobis multa quæſita ſunt. *Id. Divin. l. 2. c. 2.* Sed hæc alias pluribus, nunc ad inſtitutam diſputationem revertamur. *Idem de Orat. l. 3. c. 7.* Itaque & illi alias aliud de iiſdem rebus ſentiunt. ¶ Significat etiam alioqui, *per altro*. *Plin. 2. c. 103.* In Sylaro folia lapideſcunt, alias ſalubri potu ejus aquæ. ¶ Sumitur item pro aliter, *altrimenti*. *Curt. l. 8. c. 3.* Debilitatum vulnere ſe cuiſſe non alias, quam ſimulatione mortis tutatum. ¶ Item, interdum, *alle volte*, quando geminatur. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 59.* Vagabatur (Indutiomarus) alias ut ſitum caſtrorum cognoſceret, alias colloquendi aut territandi cauſa. ¶ Poteſt etiam ſæpius repeti. *Plin. l. 7. c. 55. Cic. de Invent. l. 1. c. 52.* ¶ Et ſine geminatione cum Interdum. *Id. 3. de Orat.* Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.

Alĭbi, *altrove*, במקום אחר, Germ. *anderſtwo*, Gall. *ailleurs, autre part*, Hiſp. *en otro lugar*, ἀλλαχοῦ, alio loco. *Ter. Hecyr. 3. 1. 14.* Habebam alibi animum amori deditum. ¶ Conſtruitur cum *Quam*, & æquivalentibus. *Suet. Aug. cap. 23.* Duas omnino clades, nec alibi, quam in Germania

Digitized by Google

mania accepit. ¶ Significat etiam in alia re. *Liv.* 30. 33. Nec ſpem ſalutis alibi, quam in pace eſſe.

Alibĭlis, & le, o. 3. *θρεπτικόν*, quod facultatem habet alendi. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 11. Eſt enim lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, maxime alibile. ¶ Item quod ali poteſt. *Id.* 3. *R. R. c.* 9. *de pullis gallinarum*. Ita alibiliores fiunt.

Alica, æ, (rectius quam *halica*, cum ſit vox Latina) Duplex eſt, alia nativa, alia factitia. Nativa genus eſt frumenti, Græce *χόνδρος*, & videtur eſſe illud, quod Itali vocant *ſpelta*. Eſt enim zeæ ſpecies, ſpicas proferens duplici granorum ordine. *Plin. l.* 18. *c.* 7. *& l.* 22. *c.* 25. Eam *Cato c.* 76. *R. R.* alicam primam vocat. ¶ Factitia eſt ſorbitio, vel puls ex nativa confecta, tuſis ejus granis, & creta, vel gypſo, vel lacte ad candorem ei conciliandum: cum vero ea uti opus erat, diluebatur diligenter, & mulſo, vel alio condimento imbuebatur, habebaturque in deliciis. *Martial. l.* 13. *ep.* 6. & alibi.

Alicŭbi, *in qualche luogo*, *in alcun luogo*, Germ. *an einem orth*, Gall. *en quelque lieu*, *en quelque part*, Hiſp. *en algun lugar*, *ἐνιαχοῦ*, in aliquo loco, uſpiam, uſquam. *Cic. pro Planc. c.* 29. Omnino mallem hic alicubi in Cruſtumino, aut in Capenati (agro) paraviſſes. *Terent. Adelph.* 3. 3. 7. Utinam hic prope adeſſet alicubi.

Alicŭlæ, recenſentur ab *Ulp. D. de auro & argento*, *leg.* 24. inter veſtes puériles. *Hotoman.* legit, *Allicula*, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honeſtæ apud Romanos erant, *κατὰ τὸν ἄλλικα*.

Alicunde, *da qualche luogo*, Ger. *von einem orth*, Gal. *de quelque lieu*, *de quelque part*, Hiſp. *de algun otro lugar*, *ποθὲν*, ex aliquo loco. *Ter. in Andr.* 2. 4. 3. Venit meditatus alicunde. ¶ Interdum non ad locum, ſed ad rem, aut hominem refertur. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 44. Alicunde exorabimus. *id eſt* ab aliquo homine.

Alid. V. Alis.

Alienatio, onis, verbal. ab alieno, *alienazione*, *ſeparazione*, נכר, נכר, Germ. *entfrembdung*, *entvvendung*, *ἀλλοτρίωσις*. Frequens eſt vox apud JCtos pro Abalienatione, & venditione. ¶ *Alienatio ſacrorum* apud *Cicer. in Orat. c.* 42. eſt translatio ſacrorum ab una in aliam familiam per fictam quandam emptionem, & venditionem. ¶ Alio ſenſu eſt disjunctio, ac ſeparatio unius rei ab alia. *Cic. de Am. c.* 21. Statim alienatio disjunctioque facienda eſt. *id eſt* amicitia diſſolvenda. Et *Caſ.* 2. *B. C.* Alienatio exercitus. *h. e.* fuga, aut diſſolutio. ¶ Alienatio mentis eſt commotio vehemens, & perturbatio rationis, ut homo non ſit ſui compos. *Plin. l.* 21. *c.* 21. ¶ Et dicitur etiam alienatio abſolute a *Plinio l.* 4. *c.* 2. Luna aliis decerpit alienationis incommoda.

Alienātor, oris, m. qui rem aliquam in alterius dominium transfert. *Lib.* 1. *Cod. Juſtin. tit.* 8. *leg.* 9.

Alienātus, a, um, partic. aut nomen ex particip. *alienato*, *ſeparato*, *ἀλλοτριωθείς*. *Cic. de Amic.* Alienatus eſt a Collega noſtro Metello. ¶ Sic alienatus mente, ſenſibus: & alienata mens, apud *Liv.* & *Plin.* V. Alienatio. ¶ Inter alienatus, & abalienatus, Feſtus diſtinguit, ut alienatus ſit, qui alienus eſt factus: abalienatus, quem quis a ſe removit. ¶ A Medicis *alienata membra* dicuntur, quæ ex vulnere, ictu, aut morbo intermortua ſenſum amiſerunt. *Celſ.* 5. 26. 23.

Alienigĕna, *foreſtiero*, נכר, Germ. *ein frembder*, *auſſlander*, Gall. *estranger*, Hiſp. *estrangero*, *ἀλλόφυλος*, communis generis, vel ſecundum Probum omnis generis, ſumitur in eodem ſignificatu, quo alienigenus, & componitur a genus, ut Grajugena, Trojugena. *Cic.* 4. *Catil. c.* 10. Hoſtes alienigenæ. *Liv. l.* 26. *c.* 13. Cum hoſtis alienigena in Italia eſſet. ¶ Significat etiam ex diverſis rebus genitum. *Lucret. lib.* 1. *v.* 859. venas, & ſanguen, & oſſa, & nervos alienigenis ex partibus eſſe.

Alienigĕnus, a, um, o. 1. 2. *foreſtiero*, ſignificat, quod eſt externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitum. *Val. lib.* 1. *c.* 5. Adjici noſtris duo ejuſdem generis alienigena exempla poſſunt.

Aliēno, as, avi, atum, *far diverſo*, *far' altro*, נכר הזר, Ger. *entfrembden*, *abſondern*, Gall. *aliener*, Hiſp. *enagenar*, *ἀλλοτριόω*, alienum, vel alium facio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 143. Certe tu me alienabis nunquam, quin noſter ſiem. ¶ *Alienare mentem alicujus* eſt ita immutare, ut ſui compos homo non ſit, *far delirare*, *far' uſcir di ſe*: Et *alienari mente*, *eſſer fuori di ſe*, *delirare*. *Senec. lib.* 2. *quæſt. natur. cap.* 53. *Plin. lib.* 28. *c.* 8. ¶ Sæpius ſumitur pro in alterius dominium transferre, vendere, *alienare*, *vendere*. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 13. Alienare vectigalia. *Ulpian. Dig.* 4. 7. 4. Alienare aliquid alicui. ¶ Uſurpatur etiam pro ſeparare, removere, *ſeparare*, *allontanare*. *Terent. Heaut.* 5. 2. 25. Ita nos alienavit. ¶ A Medicis *alienari* dicuntur membra, quæ corrumpuntur, & emoriuntur. *Celſ. lib.* 7. *c.* 16. Inteſtina momento alienantur, externo & inſueto ſpiritu circumdata. ¶ Translate eſt disjungere ab amore, favore, amicitia, *far nemico*, *diſguſtare*. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 14. *ad fin.* Alienare a ſe omnes bonos. *Id. Fam.* 3. *ep.* 6. Alienare a ſe voluntatem alicujus. *Velle. lib.* 2. *c.* 112. Animum alicujus ſibi alienare. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 59. Ne ſupplicio ejus ferox gens alienaretur. *non ſi ribellaſſe*.

Aliēnum, i, ſubſtant. neut. res aliena, *la roba d' altri*. *Salluſt. Catil.* Alieni appetens, ſui profuſus.

Aliēnus, a, um, adject. ab alius, *alieno*, *d' altrui*, זר, נכרי, Germ. *frembder*, Gal. *aliene*, *qui eſt a autrui*, Hiſp. *ageno*, *enagenado*, *ἀλλότριος*, qui alterius eſt, ſive qui ad alium pertinet. *Cic.* 1. *Offic. c.* 9. Difficilis eſt cura rerum alienarum. ¶ Conſtruitur fere cum ablat. & præpoſit. vel cum ſolo ablat. ſæpe cum dativo; interdum etiam cum genitivo, more Græcorum. *Lucret. l.* 6. *v.* 1063. Hæc ita ſunt aliarum rerum aliena. Sic dicitur *alienus dignitate*, *dignitati*, *dignitatis*, *a dignitate*. ¶ Interdum opponitur domeſtico, & familiari, aut etiam propinquo. *Cic. de Amic.* Cives potiores ſunt, quam peregrini, propinqui, quam alieni. *Plaut. Stich.* 3. 2. 31. Apud me cœnant alieni novem. ¶ Interdum idem eſt ac abhorrens. *Cic.* 4. *Verr.* Homo alienus a litteris. *Id. Fam. l.* 2. *epiſt.* 17. Alienior eſt a me. Ubi nota Comparat. ut & Superlat. *alieniſſimus* apud *Nepot. in Themiſtocle*, *c.* 4. ¶ Item non conſcius. *Sall. in Catil.* 41. Foro propinqua erat, neque aliena conſilii. ¶ Medici *aliena* vocant membra corrupta, & intermortua. *Scribon. Larg. compoſ.* 201. Idem emplaſtrum, ſi os ſcabrum, aut putre vetuſtate vitii factum eſt, expurgat, & educit quantum ejus alienum eſt.

Aliſæ. V. Alliſæ.

Alĭfer, *alato*, *πτερωτός*, alatus. *Ovid. Faſt.* 4. 562. Aliſero tollitur axe Ceres. Al. leg. *aligero*.

Alĭger, *alato*, כנף, Germ. *geflügelt*, Gall. *qui a aile*, Hiſp. *qui tiene alas para volar*, *πτερωτός*, alatus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 663. Aligerum affatur Amorem.

Alii, populi ſunt Elienſes, vel Elei, quos geſſiſſe bellum cum Ætolis, ex Polybio cognoſcimus. *Plaut. Capt. prol. v.* 27. Cœpit captivos commercarier hic Alius.

Alimentarius, o. 1. 2. *coſa*, *che appartiene a nutrire*, Gall. *appartenant a la nourriture*, Hiſp. *coſa pertenecienta a mantenimiento*, *τροφικός*, quod ad alimentum pertinet, ut Lex alimentaria, qua filii parentes alere tenebantur. *Cal. inep. ad Cicer. l.* 8. *Fam. ep.* 6. ¶ Alimentarii in Jure dicuntur, quibus legata alimenta ſunt. *Leg.* 8. *§.* 9. & 24. *D. de Tranſactionib. Capitolin. in Pio*, *cap.* 8. Puellæ alimentariæ.

Alimentum, n. 2. *nutrimento*, זן, מזון, Germ. *ſpeiſſ*, *nahrung*, Gal. *nourriture*, *aliment*, Hiſp. *el mantenimiento*, *τροφή*, id, quo vita ſuſtentatur. *Cic. de univ.* Nec vero deſiderabat mundus alimenta corporis. ¶ Generatim quidquid alit, alimentum dicitur. *Ovid.* 14. *Metam. verſ.* 532. alimentaque cetera flammæ. ¶ Sic alimenta vitiorum, translate apud *eund. ib. lib.* 2. *v.* 769. ¶ Apud JCtos inter alimenta, & cibaria hoc intereſt, quod illorum nomine ea omnia continentur, ſine quibus ali corpus non poteſt: horum vero, tantum quæ ad cibum pertinent.

Alimŏdi, aliuſmodi. *Feſtus*.

Alimonia, æ, nutrimentum, alimentum, *alimento*, *nutrimento*. *Plaut. Perſ.* 1. 2. 1. Quæſtus alimoniæ. *Macrob. ſat.* 7. *c.* 4. Alimonia ventris diſperſa per univerſus membrorum artus. ¶ Plurali numero uſus eſt *Apul. in princip. l.* 2. *Met.* Non modo ſanguinis, verum etiam alimoniarum ſocia.

Alimonium, ii, n. 2. idem ac alimonia. *Varr. l.* 1. *de R. R. c.* 8. Quod in parto, & alimonio vinum, non ut in calice quærit aquam, ſed Solem. Adde *l.* 3. *c.* 16.

Alĭmos, & alimon, neut. gen. herba quæ guſtantes eſurire non patitur. *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Alio, *altrove*, in alia loca. *Cic. ad Att.* 9. 17. Arpinum ne eundum ſit, an quo alio. *Suet. in Auguſt. c.* 98. Non alio datam ſummam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium abſumpturos. *id eſt* non in aliam rem. *Liv. l.* 7. *c.* 18. Plebem nuſquam alio natam, quam ad ſerviendum. *h. e.* non alio fine.

Aliŏquin, & alioqui, aliter, cæteroquin, *del reſto*, *per altro*, Gal. *autrement*, Hiſp. *en otra manera*, *ἄλλως*, *εἰ δὲ μή*, ſignificat aliter, ſeu alio modo, vel quod ſi non, vel præter hoc. *Cic. de Leg.* 2. 25. Minima olim fuit iſtius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla majorum. *Liv. l.* 30. *c.* 29. Tumulum commodum alioqui, niſi quod longinquæ aquationis erat, cepit. ¶ Quod vero vulgo dicitur, *alioqui* ante conſonas, & *alioquin* ante vocales poni, non eſt perpetuum. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Alioquin potens. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 11. Alioqui in ſummo diſcrimine. ¶ Significat etiam aliqua alia re, aut modo. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 3. Si quis dignus erat deſcribi, quod malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus, multa cum libertate, notabant. ¶ Singularis eſt hujus particulæ uſus in allato *Curtii* loco. V. vocem *Potens*.

Aliorſum, *verſo altrove*, Ger. *anderſtvohin*, *gudem andern orth*, Gall. *vers autre lieu*, *cote*, *part*, Hiſp. *hazia otro lugar*, *ἀλλοσε*, verſus alium locum, ut Aliorſum ire, apud *Plaut. Trucul.* 2. 4. 49. ¶ Item aliter, *altrimenti*. *Ter. in Eun.* Neve aliorſum, atque ego feci, acceperit.

Aliovorſus, & Aliovorſum, idem quod Aliorſum. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 8. Atque ego iſthuc aliovorſum dixeram. *con altra intenzione*.

Alĭpes, ĕdis, velox, quaſi alas in pedibus habens. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 100. Alipedisque Dei. *id eſt* Mercurii. Et *Virg. Æn.* 12. *v.* 484. Alipedes equi.

Aliphanus, & Alliphānus, a, um, ad Aliphas pertinens. *Cicer.* 2. *Agrar. c.* 25.

Aliphe, Allipha, Alliphe, Alliſa, Alliſum, *Aliſe*, Urbs E. Samnii, a Vulturno amne 5. M. P. a Calatia 12. a Capua 16. per montes, a Venafro 15. a Caſſino 35.

Alipĭlus, li, m. 2. alarum pilos in balneis vellens. *Cal. l.* 6. *c.* 46. *Senec. epiſt.* 56.

Aliptes, æ, m. 1. græca vox, *ἀλείπτης*, ab *ἀλείφω*, ungo. Aliptæ autem vocabantur, qui palæſtritas certaturos ungebant. ¶ Erant & Aliptæ inter ſervos balnearios, de quibus V. *Pignor.* Virium & boni coloris cauſa hos adhibitus, ſignificat *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. Sed vellem, non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſent.

Alĭqua, *per qualche luogo*, Gal. *par quelque part*, *par quelque lieu*, *par quelque voye*, Hiſp. *por algun lugar*, *πῇ*, per aliquem locum. *Liv. l.* 26. *c.* 27. Si qui evaſiſſent aliqua. ¶ Item, aliqua ratione, *in qualche maniera*. *Virg. Eclog.* 3. Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes. ubi *via*, aut *ratione*, ſubintelligere licet.

Aliquammulti, aliquot. *Cic.* 6. *Ver. c.* 25. Sunt veſtrum aliquammulti qui L. Piſonem agnoverint.

Aliquammultum, adv. aliquantum. *Apulej. in Apolog.* Aliquammultum remotus.

Aliquammultus, a, um, aliquantum multus. *Apul. lib.* 1. *A. A.* Poſt aliquammultum temporis. Et *Apologia*, *p.* 320. Aliquammultis diebus.

Aliquamplūres, aliquanto plures. *Tertull. Apolog. c.* 12. Qui Senecam aliquampluribus, & amarioribus de veſtra ſuperſtitione perorantem reprehendiſtis.

Aliquandiu, *alquanto tempo*, Germ. *etvvan einzeitlang*, Gall. *quelque temps*, Hiſpan. *algun tiempo*, *ἐπὶ χρόνον*, adverb. temporis, aliquo tempore, non autem longo admodum. *Cic. pro Cluent. c.* 9. Aliquandiu incolumis fuit.

Aliquando, alias, nonnunquam, interdum, quodam tempore, aliquo tempore, *alcuna volta*, *tal' ora*, פעמים, Germ. *biſſvveilen*, *offtmal*, Gall. *quelque fois*, *aucune fois entre autres*, Hiſp. *en algun tiempo*, *ποτέ*, adverb. temporis, ſervitque tum præterito, tum futuro. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 8. Me aliquando immutarunt tibi. *Id. l.* 1. *de Orat.* Non deſpero fore aliquem aliquando, qui &c. ¶ Pro Tandem, *finalmente*. *Id. pro Cluent. c.* 19. Collegi me aliquando. ¶ Atque ita ſæpe cum tandem componitur. *Id. Catil.* 2. Tandem aliquando L. Catilinam ex urbe ejecimus.

Aliquantillus, a, um, dimin. ab aliquantus, *pochettino*. *Plaut. Capt.* 1. 2. 34. Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

Aliquantiſper, (pro iſta voce nitidius uſurpat Cic. pauliſper, parumper) *alquanto tempo*, כמעט, Ger. *ein vvenig*, Gal. *pour quelque peu de temps*, Hiſp. *por algun tiempo*, *ἐπὶ χρόνον*, *δι' ὀλίγου χρόνου*, adv. ad temporis brevitatem refertur, ut ait *Valla*, idemque ſignificat, quod aliquandiu. *Ter. in Heaut.* 3. 3. 11. Concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper.

Aliquanto, adverb. nonnihil, *alquanto*. *Cic.* 6. *Verr. c.* 34. Amplius aliquanto, quam ferre poſſent. Sic aliquanto ante, aliquanto poſt. *Id. Offic.* 1. *c.* 23. & *pro Cæcin. c.* 4.

Aliquantŭlum, more adverbii, *un pochettino*, paululum. *Cic. in Orat. c.* 40. Ut a propoſito declines aliquantulum. Adde *Ter. And.* 2. 6. 16.

Aliquantŭlo, adv. idem quod aliquantulum. *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 34. Aliquantulo triſtior.

Aliquantŭlus, a, um, diminut. ab aliquantus, *pochetto*, paululus, זעיר, Germ. *gober ein klein vvenig*, Gall. *bien peu*, Hiſp. *poquillo*. *Hirt. de B. Afric. c.* 21. Aliquantulum frumenti numerum congeſſerat. ¶ Neutrum ſubſtantive uſurpatur. *Liv. l.* 21. *c.* 12. Arietibus aliquantulum muri diſcuſſit.

Aliquantum, *alquanto*, כמעט, Germ. *etvvas ein vvenig*, Gall. *un peu*, *quelque peu*, Hiſp. *algun tanto tal*, *ἐπὶ πόσον*, modo nomen eſt. *Cic. pro Cluen.* Aliquantum agri in medio relictum eſt. ¶ Modo eſt adverb. & ſignificat, paulum, nonnihil, leviter, pauliſper, neſcio quid, aliqua

Digitized by Google

liqua ex parte. *Id. 5. Fam. ep.* 12. Cogitatio aliquantum labefactata, & convulſa.

Aliquantus, a, um, idem quod nonnullus, *alquanto*. *Salluſt. in Jug. c.* 103. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior. ¶ Plerumque neutro gen. uſurpatur, more ſubſtant. *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 7. Aliquantum laedis. Et *ad Attic. l.* 7. *ep.* 13. Aliquantum animi. ¶ Aliquanti, plural. pro aliquot. *Pallad. l.* 1. *c.* 19. Aliquantis diebus. *Eutrop. l.* 4. *c.* 11. *n.* 6. Aliquanta oppida.

Aliquatĕnus, *ſin ad alcuna parte*, Ger. *etlicher maſſen*, *biſſ ſo weit*, μέχρι τινὸς, ſignificat uſque ad aliquam partem, ſive ex aliqua parte, aut aliqua ratione. *Petron. in Satyr. c.* 102. Apertis aliquatenus labris. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Caulibus aliquatenus rubentibus. Adde *l.* 21. *c.* 7. & *Senec. epiſt.* 216. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Philiſtus, ut multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior.

Aliqui, in recto caſu ſingulari, pro aliquis, ut *ſi qui* pro *ſi quis* habent *Plaut. Stich.* 1. 2. 9. *Cic. Fam. l.* 7. *ep.* 5. & *Offic.* 1. *c.* 32. *Gell. l.* 11. *c.* 3. *l.* 15. *c.* 2. & alibi. Item *Liv.* Quibus omnibus in locis vulg. leg. *aliquis*. Ita *Pavius in Lex.*

Aliqui, pro aliqua re, *con qualche coſa*. *Plaut. Aulul. prol.* 24. Aut thure, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat. Et *Trucul.* 5. 1. 30. Gaudere aliqui me volo.

Aliquis, qua, quod, quidam, quiſpiam, aliquiſpiam, ullus, nonnullus, unus aliquis, non nemo, aliquot, parum, paucus, quis, *alcuno*, *qualcuno*, אִישׁ, Germ. *einer*, *eine*, Gall. *quelqu' un*, Hiſp. *alguno*, τὶς, quaſi alius quis, ſignificat perſonam incertam, & habet vim pluralem, quamvis ſingulariter dicatur. Non enim eſt aliquis niſi de multis. Unde & apud veteres vario genere, numeroque proferebatur. *Ter. Adelph.* 4. 4. 24. Aperite aliquis actutum oſtium. *Cicer. pro Marcell. c.* 6. Si te aliqui timuerunt. ¶ *Aliquis* etiam, ut Græcis τὶς, capitur pro homine non obſcuro, & nonnullius pretii. *Cic. Att. Fac*, ut me velis eſſe aliquem, quoniam qui fui, & qui eſſe potui, jam eſſe non poſſum, *ideſt*, valis eſſe me non prorſus obſcurum, & abjectum. *Juven. ſat.* 1. *v.* 73. in eodem ſenſu: Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, ſi vis eſſe aliquis. Ubi al. leg. *aliquid*, quod habet & *Cic. Divin. in Verr. c.* 15. in eodem ſenſu. ¶ *Eſt aliquid*, formula dicendi, cum aliquid non plane contemnendum ſignificamus. *Id. ibid.* Eſt tamen hoc aliquid, etiamſi non eſt ſatis. *Ovid. Faſt.* 6. *v.* 27. Eſt aliquid, nupſiſſe Jovi. ¶ *Fiet aliquid* eſt dictum non deſperantis de rei exitu, licet difficilia videantur, *qualche coſa ſarà*. *Terent. Andr.* 2. 1. 13. Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies: interea fiet aliquid. ¶ *Aliquid dicere* perhibentur, qui non abſurda penitus in medium proferunt. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 11. Hic ab artificio ſuo non receſſit, & tamen dixit aliquid. ¶ *Aliquid*, pro aliud quid, dixit *Tacit. Ann.* 1. *c.* 4. Ne iis quidem annis aliquid, quam iram meditatum. ¶ Apud *Plaut. Menaech.* 5. 5. 47. Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies. *ideſt*, circiter viginti. Al. leg. *aliquot*. Sic *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 2. Ante aſſe oportet braſſicam edundam, & poſt aliquis folia quieques. Al. leg. *olia*. ¶ Aliquid, adverb. *Cic. pro Dejot. cap.* 13. Ne illum tibi ſuccenſere aliquid ſuſpicere. *Ter. And.* 2. 6. 16. Subtriſtis viſus eſt aliquid, *alquanto*. Vulg. leg. *aliquantum multum*, vel *aliquantulum*.

Aliquiſpiam, aliquepiam, aliquodpiam, idem quod quiſpiam, *alcuno*, *qualche*. *Cic. pro Sext.* Atque ille ſi aliquapiam vi expelleretur. Adde 3. *Tuſc. c.* 9.

Aliquiſquam, aliquequam, aliquodquam, idem quod aliquiſpiam. *Liv. l.* 41. *c.* 6. *in fi.* Alicuiquam in ſervitutem dari.

Aliquo, *in qualche luogo*, Germ. *etwan in ein orth*, Gal. *en quelque lieu*, Hiſp. *en algun lugar*, ποῖ, ad aliquem locum. *Ter. Adelph.* 3. 3. 32. Aliquo profugiet militatum.

Aliquot, *alquanti*, Germ. *etliche*, Gal. *quelque uns*, Hiſp. *algunos*, πολὺς, numero omnium plurali, teſte Donato, ſed indeclinabiliter, & ſignificat idem, quod nec multi, nec pauci. *Ter. in Andr.* 3. 3. 2. Aliquot me adiere.

Aliquotfariam. *Var. de R. R. l.* 1. *c.* 2. In eo agro aliquotfariam in ſingula jugera dena culea vini fiant. Vox obſoleta.

Aliquotiens, ſeu aliquoties, *alcune volte*, פְּעָמִים, Germ. *ein mohl*, Gall. *quelque fois*, Hiſp. *algunas vezes*, ἐνίοτε, ἐνίοτε, aliquot vicibus, aliquando. *Cic.* 4. *Ver.* Aliquoties literas de iſtius injuriis miſerat. Adde *pro Quint. c.* 1.

Aliquorſum, verſus aliquem locum, *verſo a qualche luogo*. *Plaut. Caſin.* 2. 4. 18. Iſtam jam aliquorſum tragulam decidero, h. e. vulnere latius inciſo evellam.

Alis, pro alius, & alid, pro aliud, dixere Veteres. Uſus eſt & *Catul. el.* 66. *de coma Berenices*, *v.* 27. Anne bonum oblita es facinus, quod regium adepte es Conjugium? quod non fortior auſit alis? Et *Lucret. l.* 1. *ſub fin.* Namque alid ex alio clareſcet, &c. Adde *l.* 3. *v.* 989. *Alis*, *alis*, idem, quod Elis, idis, quod eſt Achajæ oppidum. *Plaut. Capt. prol. v.* 9. Eumque hinc profugiens vendidit in Alide. Ita leg. *Turneb. Tauban. Operar.* & alii.

Aliſma, atis, herba, alias fiſtula paſtoria, vel plantago aquatica. *Plin.* 25. 10.

Aliter, ſecus, alio pacto, alio modo, non eodem modo, non perinde, *altrimente*, Gal. *autrement*, Hiſp. *en otra manera*, ἄλλως, adverb. ab *alis*, hujus *alis*, pro *alius*, ſicut declinabant antiqui, ſignificat alio, vel contrario modo. *Cic.* 7. *Ver.* Aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti. ¶ Conjungitur eleganter cum particulis, quam, atque, ac. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 11. Si aliter ſcribo ac ſentio. ¶ Eſt etiam alioqui, cæterum, *del reſto*. *Salluſt. Catil. c.* 30. Aliter ſine populi juſſu nulli earum rerum Conſuli jus eſt.

Alitura, æ, *nutrizione*, τρέψις, nutricatio. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Alituram feram, & ſævam criminatus eſt.

Alitus, us, idem quod alitura, ſed rariſſimum. *Donat. in Vita Virg.* Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat.

Alitus, a, um, *nutrito*, nutritus, particip. verbi *alo*, *is*. *Cato l.* 8. *c.* 10. & *Val. Max. l.* 7. *c.* 2. *n.* 8. *cetera*.

Alibi, *in altro luogo*, Ger. *an einem andern ort*, *anderſwo*, Gal. *ailleurs*, *en autre part*, & *lieu*, Hiſp. *en otro lugar*, ἄλλῃ πῇ, compoſitum ex alius, & ubi, idem ſignificans, quod alibi. *Varr. l.* 1. *c. R. R. c.* 44. Ut ex eodem ſemine alibi cum decimo redeat, alibi cum quintodecimo. *Plin. l.* 10. *c.* 30. Nec uſquam alibi candidæ naſcuntur.

Aliunde, *da altro luogo*, ἀλλαχόθεν, ex alio loco. *Cic. pro Lig. c.* 1. Cum id neque per te ſcires, neque aliunde ſcire potuiſſes. Adde de *Orat. l.* 2. *c.* 10. *In Orat. c.* 24. & *Fam. lib.* 5. *epiſt.* 13.

Alius, alia, aliud, *altro*, אַחֵר, Ger. *ander*, Gal. *autre*, Hiſp. *otro*, ἄλλος, genit. *alius*, dat. *alii*, idem quod diverſus. Olim faciebat genitivum, & dativum, ſicut cætere adjectiva primæ, & ſecundæ declinationis. *Cic. de Orat. Div.* Quibus boſtiis erat in cibus, ut alii generis baſtiis veſcerentur. *Alii generis*, inquit, pro alius. ¶ Alius, de multis dicitur, *alter*, de duobus tantum. *Ter. And.* 4. 4. Fallacia alia aliam trudit. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 95. Succeſſare magis alii homines, quam alii mores. ¶ Conſtruitur cum quam, ut, atque. *Caſ. B. C. l.* 3. *c.* 51. Aliæ ſunt Legati partes, atque Imperatoris. ¶ Item cum Niſi, a, præter. *Cic. de Or. l.* 2. Rogavit, numquid aliud ferret, præter arcam. *Id. Fam. l.* 2. *ep.* 2. Non quidquam aliud a libertate. *Id. pro Sext. Roſc. c.* 52. Nihil aliud agi, niſi ut proſcriptorum liberi tollantur. ¶ Geminatum per copulam varietatem notat. *Cic. in Or. c.* 22. Eadem res ſæpe aut probatur, aut rejicitur, alio atque alio elata verbo. ¶ Sæpe eſt pro diverſo, ac diſſimili. *Ter. And.* 1. 2. 18. Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. ¶ Eleganter jungitur *longe*. *Salluſt. Catil.* 52. Longe alia mihi mens eſt. ¶ Alium facere, eſt animum alicujus immutare, aliud perſuadere. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 123. Verbis paucis quam cito alium feciſti me; alius ad te veneram. ¶ Sic hiſtriones alii fieri dicebantur, cum mutabant perſonas. *Id. Pænul. prolog. in fin.* Valete, adeſte; ibo, alius nunc fieri volo. ¶ Alias res agere, apud *Ter. Eun.* 2. 3. 56. eſt nugari. ¶ *Alius* elegantes ablat. jungitur. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. Neve putes alium ſapiente bonoque beatum. ideſt alium præter ſapientem, &c. ¶ Alius, pro alter, ſive ſecundus. *Cic.* 6. *Verr.* Tam te has phaleras a Philarcho abſtuliſſe, quam alias ab Ariſto, tertias a Cratippo.

Alius, a, um, adject. pro Elius, h. e. qui eſt ex Elide Achajæ oppido, quod & *Alis* dicitur. *Plaut. Capt. prol. v.* 24. Poſtquam belligerant Ætoli cum Aliis. Sic *v.* 27. & 59. & alibi.

Aliuſmŏdi, *d' altra maniera*, duo genitivi coaleſcentes in unam vocem, & quaſi in adjectivum indeclinabile. *Cic. Invent. l.* 1. *c.* 6. Res aliuſmodi eſt, ac putatur.

Aliūta, *altramente*, veteres pro aliter dicebant. Hinc eſt illud in legibus Numæ, Si quis aliuta faxit, ipſius Jovis ſacer eſto. *Feſtus*.

Allābor, eris, apſus ſum, d. 3. accedo, adhæreo, *correre vicino*, juxta fluo, vel navigo, προσρέω. *Virg.* 6. *Æn.* Euboicis Cumarum allabitur oris. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Id.* 9. *Æn. v.* 474. fama ruit, matriſque allabitur aures.

Allabōro, & adlaboro, as, a. c. *affaticarſi grandemente*, יָגַע, חָרַשׁ, יָגַע, Ger. *ſich ſehr bemühen*, Gal. *labourer fort*, *s' efforcer*, *mettre grande peine*, Hiſp. *trabajarſe con anſia*, ἐπιπονέω, eſt alicui rei per laborem aliquid adjicere. *Hor.* 1. *Car.* Simplici myrto nihil allabores.

Allævo, as, a. 1. *far piano*, בָּרַם, בָּרַק, Ger. *gleich*, *oder eben machen*, *ebenen*, ἐπιλεαίνω, idem eſt quod lævo, hoc eſt, planum facio. *Col. l.* 4. *c.* 25. Ea plaga uno veſtigio allævatur.

Allalia, f. 1. Ἀλλαλία, Corſicæ opp. Phocenſium opus, teſte Herodoto. Gentile eſt Allalilæus. *Steph.*

Allambo, & adlambo, is, ambi, a. 3. לָקַק, לָחַךְ, Ger. *lecken*, *ſauffe*, *antibren*, ἐπιλιχμάζω, idem quod lambo, & per metaphoram leviter attingo. *Auſon. Moſell. v.* 360. Feſtinant famuli quamprimum adlambere lymphis. Et *Prudent. Hamartig. v.* 135. Allambunt ora ceraſtæ.

Allanta, es, f. 1. vel Allans, antis, Allantium, ii, Allantæum, i, duorum oppidorum nomen eſt, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Populi Allatenſes. Hinc gent. Allantius, Allanteus. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Allapſus, a, um, nomen ex particip. delapſus, juxta lapſus. *Virg. Æn.* 12. *v.* 319. alis allapſa ſagitta. Et de ſerpentibus, *Liv. l.* 25. *c.* 16. Angues duo ex occulto allapſi. ¶ Allapſus genibus, pro proſtratus, provolutus ad genua, *Senec. Hippolyt. v.* 667.

Allapſus, us, ui, m. ſubſtant. actus allabendi. *Horat. Epod.* 1. *v.* 20. Avis ſerpentium allapſus timet.

Allaſontes calices apud *Vopiſc. in Saturn. c.* 8. ita dicuntur, quia varia picti ſunt, & pro diverſa lucis natura colorem mutant: ab ἀλλάσσω. *Apul. l.* 2. *Met.* hos calices appellat cryſtallum impactum.

Allātro, & adlatro, as, a. 1. נָבַח, Ger. *anbellen*, Gal. *abbayer*, Hiſp. *ladrar*, ἐπιϋλακτέω, contra aliquem latro. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. cap.* 49. In Capitolium euntí numquam canes allatreverunt. ¶ Tranſlate allatrare aliquem, eſt, per invidiam criminari, *calunniare per invidia*. *Liv. l.* 38. *c.* 54. Cato allatrare Africani magnitudinem ſolitus erat. ¶ *Plin. l.* 4. *c.* 5. Peloponneſi oram tot maria allatrant, h. e. cum murmure alluunt.

Allatus, a, um, nomen ex partic. ab affero, *portato*. προσενεχθείς. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 62. Quæcumque ferventi allata popina.

Allaudo, as, are, a. 1. *lodare*. poeticum verbum, pro laudo, ἐπαινέω. *Plaut. in Merc. prol. v.* 85. Ingenium allaudat meum.

Allectatio, onis, alliciendi actus, *fallenza*, *carezze*. *Quintil. lib.* 1. *c.* 10. Nutricum allectatio, *ideſt* cantio, quæ ſoporem vagientibus conciliant.

Allectio, vel adlectio, onis, verbal. ab allego, is, adjunctio, electio, *aggiunta*, *elezione*. *Tertull. adv. Marci. c.* 43. Cum ſollicita, & allectio exploratá. *Capitol. in Pertin. c.* 6. Allectionibus innumeris Prætorios miſcere.

Allecto, as, a. 1. *allettare per luſinghe*, freq. ab allicio, eſt per blanditias attraho, ἐπάγω. *Col. l.* 8. *c.* 3. Sibiloque allectari, quo libentius bibant. *Cic. de Senect. c.* 16. Non modo non retardat, verum etiam invitet, atque allectat.

Allector, oris, m. 3. *allettatore*, מְפַתֶּה, qui allicit. *Col. l.* 8. *c.* 10. Quaſi allectores ſunt captivorum (*Turdi*) ¶ Eſt etiam verbale ab *allego*, *as*. Allectores dicti ſunt, qui ſuſcipienda tributia fiſcalibus a Romanis Imperatoribus in provincias allegabantur. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 471. *n.* 9. L. Tauricio Allectori Galliæ. *Ibid. pag.* 375. *n.* 1. L. Bæſio Allectori Galliarum, ob Allecturam fideliter adminiſtratam, &c.

Allectūra, æ, f. munus Allectoris. V. vocem præcedentem.

Allectus, vel adlectus, a, um, *aggiunto*, ab allego, is. Allecti ſcenæ, erant adjuncti Comœdorum numero. *Vet. Inſcrip.* L. Arnero Adlecto. ¶ Allecti in Senatum dicebantur ii, qui ad augendum Senatorum numerum ex equeſtri ordine aſſumebantur, qui etiam Conſcripti dicti ſunt. *Suet. Auguſt. c.* 2. Ea gens allecta in Senatum, mox a Serv. Tullo in patricias gentes traducta. *Id. in Ner. c.* 1. Allecti inter Patricios.

Allectus, a, um, ab allicio, *allettato*, ut allectus conſuetudine peccandi, apud *Quintil. l.* 7. *c.* 3.

Allegatio, onis, f. 3. *il mandare*, שְׁלִיחוּת, Germ. *botſchafft*, παραγγελία, legatio privata, qua aliquis mittitur ad aliquem. *Cic.* 3. *Ver. c.* 16. Quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnavit? *id eſt*, amicorum interceſſionibus, & velut legationibus. ¶ Sumitur & pro excuſatione quaſi in. quippiam dicendo, atque allegando. *Marcian. D. l.* 21. *tit.* 2. *leg.* 63. Falſis allegationibus ſe a tutela excuſare. ¶ Item pro citatione. *D. de minoribus*, *leg.* 17.

Allegātus, us, ui, allegatio. *Plaut. Trinum.* 5. 2. 18. Allegatu meo venit, *mandato da me*.

Allēgo, as, a. 1. lego, mitto, *allegare*, *mandare ad alcun luogo*, שָׁלַח, Ger. *abfertigen*, *oder ſchicken*, Gal. *envoyer en quelque lieu*, Hiſp. *embiar perſona o algun lugar*, ἀποστέλλω, eſt mittere ad aliquem locum, vel hominem, ſed privatum, nam publice, *legare*, dicimus. *Plaut. in Caſ.* Ea me allegavit, qui iſtam accerſeram. *Cic. pro Roſc.* Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne ad Syllam adirent. ¶ Uſurpatur etiam pro cauſari, proferre, adducere, citare, ἐπάγω, προφέρω, παράγω. *Plin. in præf. hiſt. nat.* Allegare exemplum. ¶ Item pro ſignificare, nunciare. *Plin. Paneg. Trajan. c.* 70. Hoc Senatui allegandum putavit. ¶ Item pro aſſerere, apud JCtos, ut allegere ſe ex ſervitute. *Ulp. Dig.* 40. 12. 27.

Allĕgo, gis, a. 3. *aggiugnere*, בָּחַר, בָּרַר, Ger. *bey zu nemmen*, *in ein geſellſchafft auffnemmen*, λέγομαι, quaſi juxta lego, adſcribo, annoto. *Liv. l.*

10. *c.*

Digitized by Google

10. c. 6. Quia de plebe allegebantur. *Suet. Caſ. c.* 41. Senatum ſupplevit, Patricios allegit. *h. e.* legit quos patricios faceret.

Allegoria, f. 1. ἀλληγορία, cum acc. in pen. Lat. Inverſio, Tropus eſt ex pluribus Metaphoris, quo aliud verbis, aliud ſenſu oſtenditur. *Virg.* 3. *Ecl.* Clauſite jam rivos pueri, ſat prata biberunt. id eſt, Deſinite jam plura canere, quia ſatis audivimus. Uſus eſt hac voce *Arnob. lib.* 5. *p.* 186. Allegoriarum explanationes. Nam quod ex *Cic.* affertur, *Att. l.* 2. *ep.* 2. *allegoriis obſcurabo*, in melioribus libr. græce, ἀλληγορίαις, ſcriptum eſt.

Allegorice, adv. per allegoriam. *allegoricamente. Tertul. adv. Marc. l.* 3. *c.* 5. Duo argumenta allegorica cucurriſſe. *Arnob. l.* 5. *p.* 183. Allegorice ſcripta.

Allegoricus, a, um, *allegorico*, ἀλληγορικός, quod per allegoriam ſignificatur. *Arnob. l.* 5. *p.* 183. Lex allegorica tenebroſis ambagibus implicata.

Allegorizo, as, n. 1. allegoriis utor. *Tertull. de reſurrect. carn. c.* 27. & *Hieronym. epiſt.* 61. *ad Pammach. cap.* 3.

Allelu-jah, הללו יה, Hallelu-jah, duæ dictiones ſunt, quibus ſignificatur, Laudate Dominum. *Allelu* enim, ut *Auguſtinus* ait, imperativi modi eſt, & ſignificat *Laudate*, *Jah* vero, ut inquit *D. Hier.* apud Hebræos unum eſt de decem Dei nominibus. *Prud. Cathemer.* 4. 72.

Allevamentum, n. 2. *ajuto*, *alleggiamento*. *Cic. pro Syll. c.* 23. In adverſis ſine ullo remedio, atque allevamento permanere.

Allevatio, f. 3. *alleggiamento*, כאפר, Ger. *leichterung*, Gal. *allegeance*, *allegement*, Hiſp. *a quello obra de aliviar*, *ſolleuar*, ἀνακούφισις, verbale, doloris mitigatio. *Cic. Fam.* 5. Nullam allevationem quiſpiam ſperare debeat. ¶ Item *levatio*. *Id.* 1. *de Fin. c.* 12. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis eſſe ſolet, ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio conſoletur.

Allevātor, oris, qui allevat. *Tertull. adv. Marc. l.* 4. *c.* 36. Deſtructor ſuperborum, allevator humilium.

Allĕvo, as, a. 1. *levare in alto*, *alzare*, הרים, נשא, Ger. *erleichtern*, *lindern*, *in die höhe heben*, Gal. *elever*, *alleger*, Hiſp. *aliviar*, *ſolleuar*, ἀναίρω, ſublevo, in altum tollo, vel de imo, & ubi quid jacet, vel projectum eſt, ſurſum levo. *Quint.* 11. 3. Quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus allevarentur. ¶ Eſt etiam levius reddere. *Cic. pro Sex. Roſc.* Hoc onus, ſi vos aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero. ¶ Tranſlate eſt lenire, mitigare, recreare, ſublevare. *Quint. declam.* 1. Non petit, ut afflictum allevetis. *Cic. de Clar. Or.* Quod aliqua ex parte ſollicitudines allevaret meas. ¶ *Plaut. l.* 4. *t.* 2. tranſlate allevari dicuntur qui ſuperbiunt, & efferuntur. ¶ Allevare ſe, apud *Plaut. Perſ.* 2. 5. 3. eſt, habere bonum animum. Ubi tamen al. leg. *alluat*, id eſt ſolvat, liberet.

Allex, icis, allector, qui allicit, *allettatore*. Allex viri, apud *Plaut. Pæn.* 5. 5. 31. eſt qui ſibi virum quærit.

Allia, m. 1. *Caminate*, & *Rio de Moſſa*, fl. Sabinorum, qui a Cruſtuminis montibus in Tiberim apud Eretum opp. fluit. Abeſt a Rom. 16. M. P. Ibi Romani magna ſtrage a Senonibus cæſi ſunt. Hinc dies *Allienſis*, id eſt, infauſtus.

Alliatum, *agliata*, ſκοροδωτόν, ab allio admixto, pulmentarii, & intinctus genus eſt. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 45. Sine, me alliato fungi fortunas meas. Alii legunt *allioſum*, id eſt ex allio comeſo olentem. Gloſſæ Petronianæ ad vocem Scordalus: ſcordalus, homo alliatus, &c. a σκόροδον, allium, quo frequenter nautæ utebantur.

Allicefactus, a, um, allectus, *allettato*. *Suet. Vitell. c.* 14. Omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos occidit.

Allicio, cis, exi, ectum, allecta, invito, capio, capto, prolecto, traho, duco, attraho, induco, excito, titillo, illicio, *allettare*, *adeſcare*, *luſingare*, *invitare con luſinghe*, פתה, Ger. *zuhin reitzen*, *zuhin locken*, *zuhin bringen*, Gal. *attraire*, *allecher*, *affriander*, Hiſp. *atraer con algo*, ἐπάγω, ἀναγωγός, ex ad, & lacio, eſt blanditiis attrahere, ſive potius invitare. *Cic. pro Planc.* Allicere voluntates alienas, retinere partas. *Ovid.* 6. *Faſt.* v. 681. Alliciunt ſomnos tempus, motuſque, merumque.

Allīdo, dis, a. 3. *percuotere inſieme*, נגף, Ger. *auff ſtoſſen*, Gal. *heurter contre*, *froiſſer en heurtant*, Hiſp. *herir una coſa a otra*, προσαράσσω, ἐναράσσω, ad aliquid impingere, ex ad & lædo, ut allidere caput oſtio, vel ad oſtium. *Catull. epigr.* 65. *v.* 67. Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant. *Caſ.* 3. *B. C. c.* 27. Allidere aliquid ad ſcopulos. *Lucret. l.* 4. *v.* 296. Allidere aliquid alicui rei. ¶ *Allido*, tranſlate eſt damno affici. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. In quibus, me perlubente, Servius alliſus eſt. Et *Colum. l.* 1. *c.* 3. Si fundus prævaleat, allidi dominum. *h. e.* jacturam facere.

Allienſis, ſe, adjectiv. ab Allia, Italiæ fluv. ut Allienſis pugna, apud *Cic. ad Att. l.* 9. *epiſt.* 5. Allienſis dies, ex clade funeſtus, & damnatus apud Romanos. *Liv. l.* 6. *c.* 1. ¶ Ad alios etiam dies lugubres & infauſtos transfertur. *Cenotaph. C. Cæſaris Piſan. v.* 26. Diem eum, quo die C. Cæſar obiit, qui dies eſt A. D. VIII. Kal. apr. pro allienſi lugubrem memoriæ prodi.

Alliſa, vel Alliphæ, vel Aliſa, æ, f. 1. urbs prope Vulturni ripam, juxta Æſerniam, *Aliſe*. *Liv. l.* 8. *Silius l.* 8.

Alliſanus, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Alliſa, ut Alliſanus ager, *Silio l.* 12. ¶ *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 39. Invertunt Alliſanis vinaria tota. *h. e.* Alliſanis poculis, ager enim Alliſanus optimum vinum producit.

Alligatio, onis, verbal. actus alligandi, πρόσδεσις, *legamento*. *Colum. l.* 9. *c.* 2. Arbuſtorum alligatio.

Alligātor, oris, *legatore*, qui alligat, προσδέτης. *Colum. l.* 4. *c.* 13. Sequitur alligatoris cura, cujus officium eſt, ut rectam vitem producat in jugum.

Alligatura, æ, *legatura*, σύνδεσις, alligatio. *Colum. c.* 8. *de Arborib.* Infra inſitionem, & alligaturam leviter vitem vulnerato.

Alligātus, a, um, nomen ex particip. *legato*, *unito*. *Cic.* 2. *Att. ep.* 18. Cum videas Civitatis voluntatem ſolutam, virtutem alligatam. Et *pro Cluent. c.* 64. Alligatus nuptiis. ¶ Alligati, abſolute, viliores ſervi dicebantur. *Colum. l.* 1. *c. ult.* Vinea plurimum per alligatos excoli. Iidem dicebantur etiam *deligati*.

Alligo, as, a. 1. devincio, aſtringo, *legare a qualche coſa*, Ger. *anbinden*, Gall. *allier*, *lier*, Hiſp. *atar alguna coſa a otra*, ἀναρτάω, ad aliquid ligo, ut Alligare vitem palis, vel ad palos. *Colum. l.* 1. Arbuſtivam vitem, antequam putes, alligare diligenter oportet. ¶ Sæpe accipitur pro ſimplici ligo, ut Alligare vulnus. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 17. ¶ Per tranſlationem eſt obſtringere, obnoxium facere. *Cic. pro Rab.* Lex omnes mortales alligat. ¶ Similiter quis dicatur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poteſt: exemp. grat. adoleſcens alligatus ad amicam, qui vix ab ea diſcedit. ¶ Alligari in aliqua re, plus eſt aliquanto, quam impediri. *Cic. ad Att. l.* 8. *ep. ult.* Cedendum celeriter eſt, ne forte qua in re impediar, atque alliger. ¶ *Ter. Eun.* 4. 7. 30. Hic furti ſe alligat. *h. e.* reum facit.

Allino, vel adlino, is, levi, itum, a. 3. *ongere*, משח, טוח, Germ. *ſchmieren*, *anſalben*, Gal. *oindre frotter en oignant*, Hiſp. *untar una coſa a otra*, ἐγχρίω, inungere, & ungendo rem alicui inducere, ex ad, & lino. *Plin.* Sunt, qui leporino coagulo dentem alliniant. Adde *Horat. de ar. poet. v.* 445. ¶ Tranſlate, allinere alteri vitia ſua dixit *Sen. epiſt.* 7. *h. e.* vitiis ſuis alterum inficere. *Cic. Verr.* 2. *c.* 6. Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes videbantur his ſententiis allini poſſe.

Alliſio, onis, verbal. ab allido, actus allidendi. *Trebell. Poll. in tyranno Mario, c.* 8. Multa duorum digitorum alliſione contrivit.

Alliſus, a, um, *ammaccato*. *Caſ. B. C. l.* 3. *c.* 2. Pars ad ſcopulos alliſa interficitur.

Allium, ii, *aglio*, שום, Ger. *Knobloch*, σκόροδον, genus oleris, quo veſcimur, graviſſimi odoris. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Allium ad multa medicamina prodeſſe creditur. *Virg. Ecl.* 2. Allia, ſerpyllumque herbas contundit olentes. ¶ *Allia ne comedas, & fabas*: proverb. id eſt, a militia, & foro abſtine. ¶ Allium olet; in ruſticum dicitur, cui theriaca allium eſt. *Taubm. in Plaut. p.* 517. ¶ Allii caput ex ſuperſtitione credebant Veteres ad multarum noxarum depulſionem valere. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 188. ¶ Allium cum ſale obſignare, proverbio dicitur de præparcis & tenacibus. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 15.

Allobrŏges, & Allobryges, or. 3. nunc Sabaudienſes, *Savoiardi*, Ger. *die Saphoyer*, Ἀλλόβριγες, pop. Gall. Narbon. inter Iſaram fl. Alpes Grajas, Lacum Lemanum, & Rhodanum fl. quorum caput eſt Vienna, & Regia Sabaudia. Differunt a Delphinatibus, quia Vienna tantum, & Gratianopolis ex urbibus in Delphinatus Allobrogibus numerantur. ¶ *Horat.* ſingulari numero extulit, *Epod.* 16. Noviſque rebus infidelis Allobrox. ¶ Hinc

Allobrogĭcus, a, um, n. 1. 2. quod ad Allobroges ſpectat. *Plin. l.* 14. *c.* 2. de vini generibus, Eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis.

Allocutio, onis, ab alloquor, alloquium, παραμυθία, προσφώνησις. *Plin. l.* 2. *ep. ult.* Mutat perſonam, vertit allocutionem. ¶ Sæpius conſolationem ſignificat, quemadmodum & alloquium: ita enim & Græci παραμυθίας voce utuntur. *Senec. conſolat. ad Helv. c.* 1. Noris verbis, nec ex vulgari allocutione ſumptis opus erat homini ad conſolandos ſuos.

Allodium, res libera, & propria alicujus, item hæreditas, quam vendere, & donare poſſum. ¶ Barbarum vocabulum eſt, a Gothis introductum.

Allophylus, ἀλλόφυλος, alienigena. *Prudentius* latine græcam vocem aliquoties ſcripſit, ut *Hamartig. v.* 500. & in *Diptych. de Samſone*. Utrobique penult. corripuit contra naturam græcæ vocis, quod etiam a *Paulino* factum in *Natali* 8. *v.* 71.

Alloquium, ii, n. 2. *parlamento con un altro*, πρόσφθεγμα. *Liv.* 1. *ab urb. c.* 34. Blando alloquio, & comitate invitare. ¶ Sumitur & pro conſolatione, ut allocutio. *Horat. Epod.* 13. Omne malum vino cantuque levato Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquiis.

Allŏquor, eris, *parlare*, דבר, Ger. *anreden*, *anſprechen*, Gal. *parler a quelqu'un*, Hiſp. *hablar a alguno*, προσλαλέω. *Plaut. Amph.* 1. 1. 232. Alloqui te perparce liceat, obſecro. ¶ Sumitur interdum pro conſolari. *Varro l.* 5. *c.* 7. *L. L.* Allocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum conſolandi cauſa.

Allubentia, æ, vel adlubentia, *prontezza*, *il far volentieri*, προθυμία. *Apul. l.* 1. *A. A. prior.* Jam allubentia proclivis eſt ſermonis, & joci. *Al. alter leg.*

Allubeſco, is, eſcĕre, ſive adlubeſco, *piacere*, רצה, Ger. *gehorchen*, *gerathen*, Gal. *etre agreable*, Hiſp. *hazer de gana*, lubens facio, obedio, faveo, conſentio, *far volentieri*, ἀρέσκω, προθύμως ἔχω. *Plaut. Mil.* 4. 2. 13. Nitida fœmina jam mihi adlubeſcit.

Allucĕo, ſive adluceo, es, xi, ere, ἐπιλάμπω. *Suet. in Vitell.* Flagrante triclinio ex conceptu camini &c. inquit: Bono animo eſtote, nobis alluxit. *Sen. ep.* 92. Niſi aliquis igniculus alluxerit. ¶ Tranſlate *Auguſtin. Conf. l.* 11. *c.* 23. Allucente miſericordia tua Domine.

Allucinatio, Allucinor, V. Alucinor.

Allucita. V. Alucita.

Alludio, as, avi, idem quod alludo, blandior. *Plaut. Stich.* 2. 3. (*al.* 2. 2.) 58. quando adbibero, alludiabo. Et *Pan.* 5. 4. 64. Tu alludiato.

Allūdo, is, ſi, ſum, n. 3. *alludere*, *far feſta*, שחק, Ger. *ſchertzen*, *ſchertzen*, Gal. *jouer*, *faire alluſion*, Hiſp. *burlar mirando a otra coſa*, προσπαίζω, quaſi ad aliquem ludo, & ludendo alicui blandior, ut pueri, & canes faciunt. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Delphinus alludens natantibus. *Terent. Eun.* 3. 1. 34. Alludere ad aliquem. ¶ Eſt item alludere, ut ſcribit *Val. lib.* 4. cum aliud dicimus, & ad aliud ſententiam latenter referimus. *Virg.* 7. *Æn. v.* 116. Nec plura alludens. Adde *Suet. in Caſ. c.* 22. ¶ Eſt etiam alludere, favere. *Sen.* Cum tibi alludit hujus vitæ proſperitas. ¶ Alludere Philoſophiæ, apud *eund. ep.* 73. eſt, quaſi per ludum tractare Philoſophiam. ¶ *Alludere aliquem pro ad aliquem*, omiſſa præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Nemeſian. Ecl.* 4. *v.* 50. nec eſt animus ſolitos alludere fontes. *h. e.* ludere apud ſolitos fontes.

Alluo, is, a. 3. *bagnare*, *ſcorrere vicino*, נזל, Ger. *anflieſſen*, *ſtruber flieſſen*, Gal. *couler auprès*, *arrouſer*, Hiſp. *lavar con agua*, προσκλύζω, juxta fluo, allabor, ex *ad*, & antiquo verbo *luo*, quod eſt ejuſdem ſignificationis, ac lavo. De aquis proprie dicitur. Mœnia enim, & flumina alluere dicuntur loca, ad quæ feruntur, quæve præterfluunt. *Cic.* 7. *Verr. c.* 37. Non alluuntur a mari mœnia extrema. ¶ Tranſlate *Id. pro Flac. c.* 26. Urbs Barbariæ fluctibus alluitur.

Allus, vel Hallus, i, m. *il dito groſſo del piede*, pollex pedis ſcandens ſuper proximum digitum: ab ἅλλεσθαι, ſalire, quod velut inſiluiſſe in alium videatur. *Feſtus*.

Alluſio, onis, f. *ſcherzo*, *giuoco*, luſus cum aliquo. *Arnob. l.* 7. Si manu viperam mulceas, nihil prodeſt illa alluſio.

Alluvies, f. 5. & Alluvio, onis, *inondazione*, שטף, Ger. *uberlauffung*, *waſſer flut*, *guſſabach*, Gal. *cours d'eau*, *debordement d'eau*, Hiſp. *avenida de agua*, ἐπίκλυσις, immoderata aquarum violentia, vel pluvialium, vel fluvialium, quæ agros inundat, & ſæpe confundit, deripit, deſtruit. *Colum. l.* 3. *c.* 11. Valles, quæ fluminum alluvie, & inundationibus concreverint. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 38. Jura alluvionum, & colluvionum. ¶ Quandoque accipi videtur pro ipſo loco, quem flumen alluvione fecerit, vel quem flumen alluit. *Liv. l.* 1. *c.* 4. In proxima alluvie pueros exponunt. ¶ Cum pars alicujus agri impetu, & alluvione fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in poſſeſſionem ejus, cujus eſt ager. Unde *Lucanus*: Illos terra fugit dominos, his jura colonis accedunt, donante Pado.

Alluvius ager a veteribus dicebatur, quem paulatim flu. in agrum reddit. Ex *Vetere Grammatico pag.* 293. *Goeſii*.

Almities, almarum rerum habitus. *Feſtus*: h. e. decor, decora forma. εὐπρέπεια.

Almo, onis, m. 3. *Dorbia*, & *il Rio d'Appio*, flu. agri Romani, prope portam Capenam, ex via Appia in Tiberim labens, in quo Sacerdotes Cybeles Deæ ſimulacrum, & cultros ſanguinolentos, & ſua vulnera ſolebant abluere. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 337. ¶ Almo etiam Deus illius fluminis, pater Laræ Nymphæ, ex qua Mercurius Lares genuit. Fabulam narrat *Ovid. Faſt.* 2. *v.* 599.

Almon, Ἄλμων, ſeu Elmon, opp. Theſſaliæ. *Plin. l.* 4. *c.* 8. ¶ Eſt item nomen Paſtoris. *Virg.* 7. *Æn.*

Almus, a, um, ſanctus, auguſtus, *almo*, *ſanto*, *nutritore*, מזין, Ger. *das ernehret*, *heilig*, Gal. *qui nourrit copieuſement*, Hiſp. *lo que mantiene*, θρέψιμος, quod alit, ab alendo. *Col. l.* 3. *c.* 21. Quibus alma tellus annua vice, &c. Sic alma Ceres, alma Venus. ¶ Accipitur item pro ſancto. *Cic. Offic.* O fides alma. ¶ Pro tranquillo, claro, illuſtri, ut Lux alma. *Virg. Æn.* 5. Si nona diem mortalibus Almum Aurora extulerit.

Almĭtis,

Alnĕus, a, um, adject. *di ontano*, ex alno qui eſt. *Vitruv. l. 5. c. ult.* Locus palis alneis configatur.

Alnus, i. 2. κλήθρα, αἴγειρος, *alno*, *ontano*, arbor aquoſis locis gaudens, ex qua primum factæ ſunt lyntres, dicta, quod amne alatur. Naſcitur enim juxta fluvios. ¶ Apta eſt navigiis, quod aquis obruta diu non corrumpitur. *Luc. l. 3. v. 445.* Et fluctibus aptior alnus. Hinc pro navi quandoque poni ſolet. *Virg. 1. Georg.* Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas. ¶ Poetæ fabulentur ſorores Phaethontis in has arbores mutatas fuiſſe. *Ovid. 2. Met. Virg. Ecl. 6.*

Alo, alis, alui, alitum, vel altum, a. 3. *nutrire*, זון, Ger. *ernehren*, *erhalten*, Gal. *nourir*, Hiſp. *criar mantener*, τρέφω, educo, nutrio, alimentis ſuſtento. *Cic. 1. de nat. Deor.* Omnia, quæ aluntur, & creſcunt. ¶ Transfertur & ad res incorporeas, pro augere, & majus facere, *accreſcere*, ut Honor alit artes. *Cic. Catil. 5. c. penult.* Spem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt. ¶ Sic alere morbum, vulnus, vitium, audaciam, ſpem, gloriam, paſſim apud *Cic.* & alios. ¶ Alere pro augere, *Horat. l. 4. od. 2.* Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas. ¶ Duo habet participia, *altus* & *alitus*. *Cic. de Cl. Or. c. 10.* Urbs, in qua nata, & *alta* eſt eloquentia. *Liv. l. 30. c. 28.* Annibale alitu, atque educato inter arma.

Aloë, aloes, f. *aloè*, אהלות, Ger. *aloe*, Gal. *herbe tres amere, de laquelle le jus s'appelle aloé*, Hiſp. *hierva baboſa*, ἀλόη, herba amariſſimi ſucci, ſed odoris ſuaviſſimi, foliis pinguibus, & craſſis, & in modicam latitudinem ſe fundentibus, iiſque ſtriatis, & in ſpinulas retuſas deſinentibus. Gignitur in India, & in Arabia. Vulgo ſempervivum marinum vocatur. Reſiſtit vermibus, & putredini, & viſui utilis eſt. ¶ Ad rem ingratam, & moleſtam transfertur. *Juven. Sat. 6. v. 180. de forma ſuperba.* Plus aloes, quam mellis habet.

Aloeus, m. 2. ἀλωεὺς, triſyllabum, nomen gigantis Titanis, & Terræ filii, cujus filii dicuntur Martem vulneraſſe. *Lucan. l. 6. v. 410.* Impius hinc prolem Superis immiſit Aloeus.

Alogia, ἀλογία, Græcis ea pars animi eſt, quæ rationis eſt expers. ¶ In Latium traduxit *Seneca in ludo de morte Cæſaris*, & *alogias* pro ſtultiloquiis, ſeu ineptiis poſuit: Citius, inquit, mihi verum, ne tibi alogias excutiam. *Auguſt. epiſt. 86. ad Caſulanum.* Quid eſt alogia, niſi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur?

Alŏgus, a, um, ratione carens, ἄλογος, *Auguſtin. epiſt. 86.* & *Martian. Capell. l. 6. & 9.*

Aloidæ, arum, patron. ab *Aloeus*, ideſt Otus, & Ephialtes Aloei filii. *Virg. Æn. 6. v. 582.* Hic & Aloidas geminos, immania vidi corpora.

Alopecias, m. a. piſcis marini genus, apud *Plin. l. 32. c. 11.*

Alopecia, f. 1. *pelaja*, *tigna*, ἀλωπεκία, morbus in capite humano, & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluvie capillorum, dicta eſt a vulpe, quam Græci vocant ἀλώπεκα, quod ea crebro id genus morbi patiatur. Uſurpatur plerumque in plur. num. *Plin. l. 20. c. 5. & 22. & l. 22. c. 25.* &c. ¶ In ſingulari numero habetur apud *Theodor. Priſcian. l. 1. c. 6.*

Alopecias, adis, f. genus piſcis marini apud *Plin. l. 32. c. ult.* quem *l. 9. c. 43.* Vulpem marinam vocat. Ἀλώπηξ enim Græce vulpem ſignificat.

Alopeciōſus, a, um, capillorum profluvio laborans. Legitur in *lemmate c. 6. l. 1. Theod. Priſciani.*

Alopecūrus, ἀλωπέκουρος, f. 2. *coda di volpe*, herba ſpicam habens mollem, & lanuginem denſam, non diſſimilis vulpium caudis, unde & nomen habet. *Plin. l. 21. c. 17.*

Aloſæ, f. 1. Ger. *meyfiſe*, *belſt*, Gal. *alaſes*, Hiſp. *ſavalas*, τρίσσαι, piſces, iidem, ac clupeæ, vel triſſæ. *Auſon. Moſella, v. 127.*

Alpes, ium, f. *Alpi*, Ger. *Alpengeburg*, ἄλπεις, montes excelſi, qui Italiam ſeparant a Gallia, & Germania, dicti a candore nivium, quia perpetuis fere nivibus albeſcunt, lingua Sabinorum, qui alpum dixere, quod poſteri Latini album. ¶ *Celſi* ſententia in longitudinem centum millia paſſuum patent a ſupero mari ad inferum, ut *Livius* ſcribit, *tria* millia ſtadiorum. ¶ Multiplices Alpes ſunt, & varia pro locorum diverſitate ſortiuntur nomina, Maritimæ, ſeu Litoreæ, Cottiæ, Grajæ, Pœninæ, Summæ, Lepontiæ, Rhæticæ, Tridentinæ, vel Noricæ, Juliæ, vel Carnicæ. V. infra *Alpis*.

Alpha, ἄλφα, nomen primæ Græcorum litteræ. Unde pro principe accipitur. *Martial. l. 5. epigr. 27.* Codrus alpha penulatorum. *hoc eſt*, primum tenens locum inter pauperes.

Alphabētum, i, *alfabeta*. Legitur hæc vox in titulo *c. 10. l. 37. hiſt. natur. Plin.* & apud *Tertull. adverſ. hæret. c. 50.*

Alpheias, iădis, f. 3. ἀλφειάς, dicta eſt Arethuſa, ab Alpheo fluvio. *Ovid. Metam. l. 5.* Tum caput Eleis Alpheias extulit undis. V. Arethuſa.

Alpheſibœa, æ, mulier Phegei filia. *Propert. l. 1. Eleg. 17.* Alpheſibœa ſuos ulta eſt pro conjuge fratres. Ad quem locum addit *Muretus*, hoc nomine appellatas fuiſſe omnes elegantioris formæ puellas, quaſi quæ reperirent procos, qui ipſis boves darent dotis nomine. Ἀλφεῖν enim eſt reperire, & βοῦς bos.

Alphēus, m. 2. per tres ſyllabas, vel Alpheius, *Orfea*, *Carbon*, *Darbon*, ἀλφειός, fl. Peloponneſi, qui ex Stymphalo monte per Arcadiam, & Elidem regiones in ſinum Chelonitem ad Occi. apud Triphyliam urbem influit, ac Olympiam alluit, ab ejus oſtio 80. ſtadia diſtantem. Dictus eſt ab ἄλφος, quæ eſt ſpecies vitiliginis albæ, quia ejus aqua maculas ejuſmodi tollere creditur. *Strab. l. 8.* & *Pauſ. l. 5.* poetarum fabulam ſecuti tradunt, Alpheum occultis meatibus ſubter mare labi, & Arethuſæ fonti apud Syracuſas urbem Siciliæ miſceri. V. Arethuſa. ¶ Alphei aqua Jovi gratiſſima exiſtimata eſt; Qua de cauſa Jovis Olympii ſtatua ea aſpergebatur, & ſacrificiorum cineres abluebantur. Unde ſacer Alpheus dicitur a *Seneca in Medea, v. 121.*

Alphēus, a, um, adject. *Virg. Æn. 10. v. 179.* Alpheæ ab origine Piſæ.

Alphito, V. in Acco.

Alphius, vel Alfius, fœneratoris nomen, apud *Horat. Epod. 2.* Hujus dicitur illa eſſe ſententia, vel optima nomina non appellando fieri mala. *Colum. l. 1. R. R. c. 7.*

Alphos, m. 2. ſpecies vitiliginis. *Celſ. l. 5. c. ult.* Vitiliginis tres ſpecies ſunt: ἄλφος vocatur, ubi color albus eſt, fere ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. *Et paulo poſt.* Eos, quos Alphos vocari dixi, &c.

Alpĭcus, a, um, qui Alpes colit, ſeu habitat. *Nepos in Annibale c. 3.* Alpicos conantes prohibere tranſitum concidit. Al. leg. *Alpinos*. *Vet. Inſcript.* apud *Spon. Miſcell. p. 84.* Per montes Alpicos.

Alpīnus, a, um, adject. poſſeſſ. ad Alpes pertinens, *Alpino*. Alpinæ gentes, apud *Liv. l. 21. c. 43.* Alpina juga apud *Claudian. IV. Conſ. Honor. v. 105.*

Alpīnus, malus quidam Poeta fuit, qui Memnonis Auroræ filii bella ſcripſit. De eo *Horat.* Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona.

Alpis, is, in ſingulari, pro Alpes in plurali invenitur apud Poetas. *Ovid. l. 3. de arte am. v. 140. Lucan. l. 1. v. 688.* & *l. 3. v. 299. Juven. Sat. 10. v. 152. Sidon. Carm. 16. v. 95.* Præruptis porrectæ in rupibus Alpis. ¶ Idem *Sidon.* uſurpavit etiam pro quovis monte excelſo *Carm. 2. v. 510. de Atho*, quem Xerxes perfodit: Turgida ſylvoſam currebant vela per Alpem. Sic *Carm. 9. v. 44. de eod.* ¶ *Prudent. in Paſſione Laurentii v. 438.* etiam Pyrenæos Alpes vocavit.

Alſienſis, e, ad Alſium oppidum pertinens, ut Alſienſis ager, apud *Cic. pro Mil. c. 20.*

Alſietinus, a, um, adject. *Alſietinus lacus*, *nunc lago di Martignano*, eſt in Etruria, ex quo concipiebatur ductus aquæ Alſietinæ, de qua *Frontin. de Aquæd. artic. 11. & 71.* ¶ Hæc aqua dicta eſt Auguſta, quia ab Auguſto perducta fuit. *Frontin. cit. artic. 11.* V. doctas, & laborioſas adnotationes *Jo. Poleni ad cit. artic. 71.*

Alſine, nes, f. 1. ἀλσίνη, herba, quam muris auriculam Itali, Galli *mouron* vocant, quod hortorum muris delectetur. *Plin. l. 26. c. 4.*

Alſiōſus, a, 1. 2. *freddoloſo*, ῥιγώσης, qui eſt naturæ frigoris, quique a frigore læditur. *Plin. l. 21. c. 10.* Abrotonum, & adonium alſioſa admodum ſunt. Sic alſioſum pecus *Varro* dixit *l. 2. R. R. c. 3.*

Alſium, *Cere*, vel *Cere* (aliis *S. Severa*) opp. & Col. Etruriæ, apud oram lit. a Roma 25. M. P. in Occ. Centumcellas verſus.

Alſius, a, um, Alſienſis, ideſt, qui eſt ab Alſio opp. *Rutil. Itinerar. v. 223.* Alſia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

Alſius, a, um, idem quod alſioſus; & ſicut ab ebrius fit ebrioſus, ita ab alſius, alſioſus. *Lucret. l. 5. v. 1014.* Igni enim curavit ut alſia corpora frigus, &c.

Alſus, a, um, frigidus, *freddo*, *freſco*. Comparativo aliquoties uſus eſt *Cic.* ut *ad Att. l. 4. ep. 8.* de Antio oppido, Nihil quietius, nihil alſius, nihil amœnius. Et *ad Fr. l. 3. ep. 1.* Apodyterio nihil alſius, nihil muſcoſius. ¶ Poſitivum *alſus* non eſt in uſu.

Altanus, m. 2. *vento da terra*, Ger. *ein wind auſs dem erdtrieber*, genus venti, ſive flatus e terra conſurgentis. *Plin. l. 2. c. 43.* Videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, e terra conſurgere.

Altare, is, *altare*, n. 3. מזבח, Ger. *ein altar*, βωμός, ara. in qua ſacrificatur: ab altitudine ſic dictum eſt. Altaria enim Superis tantum Diis ponebantur. aræ Superis juxta, & Inferis. Et Superis quidem a terra elevata erigebantur; Terreſtribus humi, Inferis terra effoſſa aræ conficiebantur. Quare per catachreſim uſurpavit *Virg. Ecl. 8.* Molli cinge hæc altaria vitta. Nam ſacra magica deſcribit, quæ Inferis Diis, non Superis fiebant. *Cic. de Aruſ. c. 3.* Ab altaribus religioſiſſimis fugatus. ¶ Aliquando altare eſt quod aræ imponitur, h. e. pars aræ ſumma, in qua exta cremantur. *Solin. c. 9. edit. Salmaſ.* Ara eſt in cacumine, Jovi dicata, cujus altaribus ſi qua de extis inferuntur, &c. Sic *Prudent. in Romano, v. 49.* Altaris aram funditus peſſundare, ubi *Iſo.* Aram planiciem interpretatur. *Vet. Gloſſ.* altare, ὑπόβωμον. Itaque altare auguſtius quiddam & ſanctius, quam ara, eſt. ¶ Sæpe hæc vox ponitur in plurali numero, licet de uno tantum altari ſermo ſit. *Cic. Catil. 1. c. 9. Liv. l. 21. c. 1.* &c. ¶ *Prudentius* & *Altar* pro *Altare* poſuit *Hymn. 9.* (vel 3.) *de S. Eulalia. v. 211.* Sic venerarier oſſa libet, Oſſibus altar & impoſitum. ¶ *Altarium*, pro *altare* habet *Sever. Sulpit. l. 1. hiſt. ſacr. c. 19.* & *Hieronym. epiſt. 83. ad Ocean. ſub fin.*

Altātus, a, um, adject. *alzato*. *Sidon. l. 1. ep. 1.* Per lineas Sol *alcatus* extremas. Vox tamen eſt *Sidonio* relinquenda.

Alte, *altamente*, *profondamente*, גבה, Ger. *hoch*, *in der hohe*, Gal. *hautement*, *en haut*, Hiſp. *alto*, ὑψοῦ, βαθέως, excelſe, ſublimiter. *Virg. 6. Æn.* Ergo alte veſtiga oculis. *Cic. pro Cluent.* Prœmium alte petere. ¶ Sæpe profunde ſignificat. *Liv. l. 1.* Ferrum haud alte in corpus deſcendit. *Cic. de Orat.* Alte cadere non poteſt, id eſt ex alto. ¶ Alte cinctus, apud *Horat. l. 1. Sat. 8.* h. e. ſtrenuus, fortis, minime mollis. ¶ Comparat. altius. *Virg. Georg. 4. v. 285.* Altius omnem expediam, prima repetens ab origine famam. ¶ Superlat. Altiſſime. *Plin. l. 8. ep. 4.* Ingenium altiſſime aſſurgit.

Altea, Oenei Regis Ætoliæ uxor, mater Tydei. *Serv. 6. Æn.*

Altegradius, vel Altegradus, qui alte graditur. *Tertull. de veland. Virgin. ſub fin.*

Altellus, cognomen Romuli, vel quod in terra altus eſſet a lupa, vel quod rebus geſtis excelſus, & glorioſus eſſet, vel quod a Tatio Sabinorum Rege in colloquium poſtulatus alternis vicibus adierit, ac locutus fuerit. Sicut autem fit per diminutionem a Macer, macellus, Vaſer, vaſellus, ita ab alter, vel alterus, altellus. *Feſtus.*

Alter, ra, rum, o. 2. 1. genit. alterius, *l'altro*, *l'uno di due*, אחר, Ger. *der andere*, Gal. *l'autre*, *le ſecond*, Hiſp. *otro di dos*, *ſecundo en orden*, Græce ἕτερος, dicitur de uno ex duobus, ſicut *alius* de pluribus; ut Annibal in tranſitu Alpium amiſit alterum oculum. Sive de una duarum partium. *Cic.* Duplices ſimilitudines eſſe debent, unæ rerum, alteræ verborum. ¶ Item ponitur pro ſecundo e duobus, pluribuſve, ut Altero menſe eaptivavit uxorem, & Hic eſt alter annus belli Punici, ideſt, ſecundus a belli Punici origine. ¶ Interdum etiam tertium ſignificat. *Ter. in Andr. 1. 1. 50.* Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens, unus, & item alter. Tres enim amatores erant. *Donat.* ¶ Aliquando pro adverſo, & non bono, ut in Auguriis Altera appellatur avis, quæ utique proſpera non eſt. *Feſtus.* ¶ Alter ego, pro homine mihi chariſſimo. *Cic. Attic.* Me ipſum accuſo, deinde te quaſi me *alterum*. ¶ Quando alter geminatur, prius idem eſt ac primus, poſterius, ſecundus. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, alterum facio libenter. ¶ Et cum hoc modo bis ponitur, ſi ad duo præcedentia refertur, ſic accipi plerumque debet, ut, ſervato ordine, prius priori, poſterius reſpondeat poſteriori. Nec tamen ordo ſemper ſervatur. *Cic. pro Quin.* Quæ res in Civitate duæ plurimum poſſunt, eæ contra nos ambæ faciunt, ſumma gratia, & eloquentia, quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram (*gratiam*) metuo. ¶ Alter junctus cum numeralibus iis, quæ Ordinalia appellantur, pro, primus, accipitur. *Cic. pro Mil. c. 35.* Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii, &, ut opinor, altera, *h. e.* centeſima prima. *Virg. Ecl. 8.* Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus, ideſt, duodecimus. Ubi tamen multi contendunt, tertiumdecimum annum intelligendum eſſe. ¶ Aliquando tamen de pluribus uſurpatur, & pro *alius* ponitur. *Plaut. Truc. 1. 2. 58.* Qui alterum incuſet probri, eum ipſum ſe intueri oportet. Sic *Hor. 4. Carm. od. 10.* Quoties te ſpeculo videris alteram. *ideſt* aliam, diſſimilem. ¶ Alterum tantum, pro tantundem, *altrettanto*. *Liv. l. 8. Dec. 1.* Alterum tantum ex Latino delectu adducebatur. Dicitur &, tantum alterum. *Id. l. 5.* Numero tantum alterum adjecit. Dicitur & Nemo alter, apud *Plaut. Epid. 1. 1. 24.* & Alter nullus. *Bacch. 2. 3.* ¶ Alter, ambove apud *Cic. Phil. 7.* Ut Conſul alter ambove ad bellum proficiſcerentur. ¶ Olim per primam, & ſecundam nominum inflexionem declinabatur. Unde apud *Plaut. Rud. 3. 4. 44.* Hunc alteræ patria quæ ſit, profecto neſcio.

Alter, tĕris, ſive altere, teris, vel melius halter, teris, m. 3. *palla di piombo*, *piombarola*, ἁλτῆρες, ſignificat maſſam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnaſiis utebantur. *Martial. l. 14. epigr. 44.* Quid pereunt ſtulte fortes altere lacerti? Dictus eſt *alter* ab ἅλλεσθαι, quod eſt ſalio. Nam circumducebant alteres, dum ſaltando ſe exercerent. ¶ Hodie tali quadem libratione per plumbum utuntur funambuli.

Alteras, antiqui dicebant pro alias. *Feſt.*

Altercabilis, le, qui per altercationem fit. *Arnob. l. 5. pag. 156.* Altercabilem ſermonem conſerere.

Alte.

Digitized by Google

Alteratio, onis, *mutazione*, *alterazione*. Vox barbara eſt, & Philoſophis relinquenda. Nam quod aſſertur ex *Quintil. l.* 10. c. 1. his verbis: Lectio non cruda, ſed multa alteratione molliſsa: legendum profecto eſt, *iteratione*. V. Altero.

Altercatio, onis, verbal. contentio, diſceptatio, *διάλεκτος*, *altercazione*, *contesa di parole*, qualis erat inter actorem, & reum, ubi non perpetua oratione, ſed interciſis jurgiis ſeſe mutuo petebant. *Cic. de Orat.* Nulla eſt altercatio clamoribus unquam habita majoribus. *Liv. l.* 35. s. 17. E diſceptatione altercationem fecerant. ¶ Significat etiam verborum contentionem extra judicia. *Cic. l.* 1. *nat. Deor. c. d. in fin.* Oriri altercationem cum aliquo de aliqua re.

Altercator, oris, qui altercatione utitur. *Quintil. l.* 6. s. 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat.

Alterco, as, & uſitatius Altercor, *aris*, *altercare*, *contendere*, eſt pertinaciter aliquid contra aliquem defendere, contendere, jurgium cum aliquo habere, נצה, ריב, Ger. *hadern*, *zancken*, *balgen*, Gal. *batre l'un contre l'autre*, Hiſp. *contender en diſputacion*, *ἀνταγωνίζομαι*. *Teren. And.* 4. 1. Scio, cum patre altercaſti dudum. *Liv. l.* 3. c. 68. Altercantur inter ſe mulierum rito.

Altercum, ſive altercagenum, *ὑοσκύαμος*, herba eadem, ac faba porcina. *Scribon. Larg. compoſ.* 181. & *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Alternatim, *a vicenda*, *ſcambievolmente*, חליפות, Ger. *eins umbs ander*, Gal. *l'un apres l'autre*, *par fois*, Hiſp. *a las vezes uno*, *a las vezes otro*, *ἀμοιβαίως*, adv. per vices. *Claud. Quadrigar.* apud *Non. c.* 2. *n.* 64. Gaudium, atque ægritudinem alternatim ſequi.

Alternatio, onis, *vicenda*. *Feſt. Pomp.* habet, exponitque, per vices ſucceſſionem. *Apul. in Triſmegiſto*, *p.* 95. Ordo & tempus innovationem omnium rerum per alternationem faciunt.

Alternatus, a, um, alterno ordine diſpoſitus. *Senec. ep.* 44. Ex ſplendidis ſordidiſque alternata. Adde *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Alterne, idem, quod alternatim. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Alterne mobilia. Adde *Senec. l.* 7. *quæſt. natur. c.* 12.

Alternis, V. to Alternus.

Alterno, as, a. 1. *alternare*, *ſcambiare*, חלף, Ger. *eins umb das ander machen*, *abwechſeln*, Gall. *faire maintenant l'un l'autre*, *changer par fois*, Hiſp. *docir*, *a ora a vezes*, *ἀμείβω*, viciſſim alterum duorum ponere. *Col. l.* 3. a. 6. Dabimus operam, ut pari ordine vernaculas, & atinias alternemus. *Virg.* 4. *Æn. v.* 287. Hæc alternanti potius ſententia viſa eſt. h. eſt, alia, atque alia apud animum tractanti. *Ovid. Heroid. ep.* 6. *v.* 38. Alternant ſpeſque, timorque fidem, hoc eſt, modo ſperat, modo timet. ¶ *Plin. l.* 2d. *c.* 6. Arborum fertilitas omnium fere alternat. *h. e.* altero quoque anno fructus parit. ¶ Paſſive *Id. l.* 18. s. 23. Terra nimis pinguis alternari poteſt. *h. e.* altero quoque anno ejus cultura intermitti poteſt.

Alternus, a, um, adject. *vicendevole*, חליף, Ger. *einer umb den andern*, a nomine alter, quod fit alternis vicibus. *Cic. de Orat.* Pedes aut Heroos, aut Choreos, aut alternos eſſe oportet. ¶ *Alternis*, ablat. abſolute, & quaſi adverbialiter poſitum ſignificat, viciſſim, *a vicenda*, *or l'uno*, *or l'altro*. *Virg. Ecl.* 3. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. Et *Georg.* 1. *v.* 79. Alternis facilis labor. *h. e.* agris intermiſſis. Et *ibid. v.* 71. Alternis ceſſare novales. *h. e.* altero quoque anno. ¶ Dicitur, & *alternis vicibus*, vel *alterna vice*. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 33. *Senec. Hyppolyt. v.* 1028. ¶ Alternas ripas, pro ambas, dixit *Papin. Stat.* 1. *Sil.* 3. *v.* 24.

Altĕro, as, *alterare*, *mutare*. Verbum minus latinum. Aſſertur ex *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 373. Ille fuſo faciem tranſformis, & alterat arte. Sed *Heinſ.* cum melioribus libris legit: *transformis adulterat arte*. In Gloſſis tamen, ſeu Onomaſtico veteri eſt *Altero*, *ἑτεροῶ*.

Alterplex, *doppio*, a veteribus pro duplici poſitum invenitur. *Feſt.*

Alterram, *a l'una*, *a l'altra*, pro *alterutram* veteres poſuerunt. *Feſt.*

Alterŭter, genit. alterutrius, & alterius utrius, *a l'uno*, *a l'altro di due*, אחד מן, Ger. *ætwedere einer auff den zweyen*, Gal. *l'un des deux*, *qui qu'il ſoit*, Hiſp. *el uno*, *el uno de dos*, *ἑκάτερος*, alter ex duobus. *Cic. Divin. in Verr. c.* 18. Video neceſſe eſſe alterutrum. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 1. Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet. Al. leg. alterius utrius. ¶ Reperitur etiam pro *uterque*. *Colum. l.* 12. *c.* 1. Cum victus & cultus humanus domi & ſub tecto accurandus eſſet, neceſſarium fuit alterutrum, foris & ſub dio eſſe, qui labore & induſtria compararet, intus qui tectis reconderet, atque cuſtodiret.

Alteruterque, idem quod uterque. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Nec ollas res in cibis aviditatem inceſtat, inhibetque eadem; in cauſa alterutraque modus eſt. Ubi quidam legunt, *alterutrinque*.

Alterutrinque, V. Alteruterque.

Althæa, f. 1. *malvaviſchio*, Ger. *eibiſch*, *ἀλθαία*, alterum ex malvarum generibus, ſylveſtris ſcilicet, cui grande folium, & radices candidæ. *Virg.* hibiſcum, vulgus ſeplaſiariorum biſmalvam vocat. Dicitur *ἀλθαία*, ab *ἀλθαίνειν*, ideſt mederi, quaſi medica. *Plin.* 22. 21.

Althæa, filia Theſtii, uxor Oenei Calydoniæ Regis, mater Meleagri. *Ovid.* 8. *Met. v.* 447. V. Meleager.

Alticinctus, a, um, alte cinctas veſtes habens: & dicitur de homine negotioſo. Tales enim alte cingunt veſtimenta, ut in opere ſint expeditiores. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. Ex alticinctis unus atrienſibus.

Altĭcŏmus, a, um, altam habens comas. *Tertull. de judicio Dom.* s. 8. Nec ſic alticoma eſt umbra criſpata cupreſſus.

Altiliarius, ii, qui altiles aves nutrit, & ſaginat, qui & *fartor* dicitur. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 11. *n.* 33. Priſcus aviarius altiliarius.

Altilis, & in plur. altilia, *tutte le coſe*, *che s' ingraſſano*, מרבק, Germ. *was maſtet*, Gall. *ce qu'on engraiſſe*, *nourry pour engraiſſer*, Hiſp. *coſa por engordar*, *σιτευτά*, quicquid domi, vel in villis, vel in vivariis ſaginatur, ſive ſit avis, ſive quadrupes, ſive piſcis, ab alendo, quaſi *alibilis*, ut altiles gallinæ. *Juvenal. Sat.* 5. *v.* 115. Anſeribus par altilis. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 35. Satur altilium. ¶ Uſurpatur ſæpe pro pingui, *graſſo*. *Auctor Priapeorum*, *carm.* 32. Collatas ſibi quæ, ſuiſqua membris Formicas facit altiles videri. Hinc *Plaut.* apud *Non. c.* 2. *n.* 30. dotem altilem, h. e. opulentam, dixit.

Altiloquium, ii, n. *parlare ſublime*. In *lib. de progen. Aug. Meſſalæ Corvino nomine circumfertur*. Cum te ſæpe altiloquio tuo differentem dubitare animadvertiſſem.

Altīnas, atis, adject. omn. gen. *di Altino*, ad Altinum pertinens. *Colum. l.* 7. s. e. Altinates oves. ¶ *Altinates*, *ium*, Altini incolæ. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 2.

Altinum, n. 2. *Altino*, *Ἄλτινον*, urbs olim E. & florentiſſima apud Silis fluvium, in litore Venetiarum, a Tarviſio 8. M. P. ab Aquileja 60. Nujus urbis lana fuit in pretio. *Mart. l.* 14. Nobilis Altinum tertia laudat ovis. Ab Hunnis everſa eſt, eique Turcellum ſucceſſit in Epiſcopatu. *Martial. l.* 14. *epig.* 155.

Altīnus, a, um, ad Altinum pertinens. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Altinæ vaccæ.

Altiſŏnus, a, um, o. 1. e. נביה צעק, Ger. *das hoch laut*, *ὑψήχης*, quod ex alto ſonat. Poeticum eſt. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 19. Septum altiſono carmine templum. *Juvenal.* 11. 179. *Maro altiſonus*.

Altiſpex, icis, qui alte ſuſpicit. *Attius* apud *Non. c.* 4. *n.* 330.

Altithrŏnus, a, um, in alto ſedens throno. *Juvenc. in præf.* & *Venant. Fortun. l.* 1. *de vita S. Martini*, *v.* 1.

Altitŏnans, a. 3. *altitonante*, רועם במרום, Germ. *der in der hohe donnert*, *ὑψιβρεμέτης*, qui ex alto tonat. *In carm. de ſuo conſul. l.* 1. *de Divin.* s. 12. Nam Pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.

Altitŏnus, a, um, idem quod altitonans. *Varr.* apud *Prob. ad Eclog.* 6. *Virg.* Mundus, quem quinque altitonæ flammeæ zonæ cingunt.

Altitūdo, inis, f. 3. excelſitas, vel celſitas, profunditas, ſublimitas, *altitudine*, *altezza*, גובה מרום, Ger. *hohe*, *tieffe*, Gal. *hauteſſe*, *hauteur*, Hiſp. *altura*, *hondura*, *ὕψος*, denom. ab altus, proprie eſt rei alicujus ſublimitas, ut altitudo turris. ¶ Dicitur etiam altitudo fluminis, vel maris, quæ eſt profunditas. *Cic.* 7. *Verr.* Totum opus eſt in ſaxo in mirendam altitudinem depreſſo. ¶ Metaphorice *altitudo animi* apud *Cic. Fam.* 4. *epiſt.* 13. & *de Partit. c.* 22. idem fere eſt, quod animi magnitudo. ¶ *Altitudo ingenii* apud *Salluſt. in Jug.* eſt ingenium reconditum, ut profundum, & ſenſa ſua facile continens, nec, niſi opus ſit, aliis aperiens. Verba ſunt s. 100. Ad ſimulanda negotia altitudo ingenii incredibilis.

Altivŏlans, a. 3. *altivolante*, Ger. *das hoch flieget*, *ὑψιπέτης*, qui altum volat. *Enn.* apud *Cic.* 1. *de Div. c.* 48. Servat genus altivolantum, ideſt avium.

Altivŏlus, a, um, idem. *Plin. l.* 10. *c.* 19. Sunt omnes altivolæ.

Altiuſcŭla, adverb. *alquanto alto*. *Apul. l.* 2. *poſt princ.* Altiuſcule ſuccinctulus.

Altiuſcŭlus, diminut. ab altus: ſignificat, paulo altius. *Suet. Auguſt. c.* 73. Altiuſcula calceamenta.

Altor, oris, m. 3. *balio*, האומן, Ger. *ein ernehrer*, Gal. *nourriſſeur*, Hiſp. *criador*, *o mantenedor*, *τροφεύς*, qui alit, ſive educat. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 34. Omnium rerum altor eſt mundus.

Altrinſĕcus, *altronde*, מבית ומחוץ, Ger. *von der andern ſeiten*, *ἑτέρωθεν*, adverb. ab alter, ſignificat ab altera parte. *Plaut. Pſeud.* 3. *c.* 73. Si noſtrum ſornet, tu teneto altrinſecus. ¶ Videtur etiam ſignificare ex utraque parte. *Lactant. de Opif. Dei c.* 8. Aurium duplicitas incredibile eſt, quantam pulchritudinem præ ſe ferat, quod tum pars utraque ſimilitudine ornata eſt, tum ut venientes altrinſecus voces facilius colligantur.

Altrix, icis, f. 3. *balia*, *nutrice*, מינקת, Ger. *ſeugamme*, *ἡ τροφός*, quæ alit. *Cic. pro Planc. c.* 26. Eorum eadem terra parens, altrix patria dicitur.

Altroverſum, *verſo altrove*, Ger. *gegen der ander ſeiten*, *ἑτέρωσε*, adv. antiq. ex alter, & verſus, in, vel verſus alteram partem. *Plaut. in Caſ.* 3. a. 25. Altroverſum cum eam mecum rationem puto.

Altum, i, ſubſt. profundior maris pars, *l'alto mare*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 34. In altum vela dabant læti. *Cic.* 4. *Fin.* s. 23. Emergere ex alto. ¶ Item pro Cælo, *Virg. l.* 1. Maja genitum demittit ab alto.

Altus, us, alitura, alimentum. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 20. Terræ, vel rerum naturæ altu nutritur univerſitas.

Altus, a. 1. 2. ſublimis, excelſus, præcelſus, erectus, in altum editus, excitatus humo, *alto*, *profondo*, רם מליץ גבוה, Ger. *hoch*, *oder tieff*, Gal. *haut*, Hiſp. *alto*, *a hondo como el cielo*, *el mar*, *ὑψηλός*. ¶ Ponitur item pro adject. profundus, ut Mare altum, puteus altus, &c. ¶ Per tranſlationem vero uſurpatur pro magno, ut Sis Pater ille Deum faciat, ſic altus Apollo. ¶ Pro excellenti, glorioſo. *Virg.* Te ſine nil altum mens inchoat. ¶ Pro obſcuro, A recondito. *Virg.* Quid me alta ſilentia cogis rumpere? ¶ Comparat. altior, Superlat. altiſſimus. *Cic. pro Cluent. c.* 55. & *Curt. l.* 7. *c.* 4.

Altus, & alitus, particip. ab alo, V. in *alo*.

Alucinatio, Allucinatio, vel Hallucinatio, onis, f. *sbaglio*, *errore*, error, oſcitantia, & quædam veluti diſſolutio animi non advertentis, aut advertere nolentis, *Senec. de vita beata*, *c.* 26. Sic veſtras alucinationes fero, quemadmodum Juppiter ineptias poetarum.

Alucinator, Allucinator, vel Hallucinator, oris, qui alucinatur. *Feſt.* ſeu potius *Paul. Diac.* ejus epitomator, *in voce Elucus*.

Alucinor, Allucinor, Halucinor, vel Hallucinor, aris, atus ſum, dep. 1. *sbagliare*, *fallare*, *ingannarſi*. Variæ ſunt Eruditorum ſententiæ de propria hujus verbi notione, ut ſcribendi ratione: de quibus V. *Voſſ. in Etymol.* Placet *Manutio*, & *Dauſq.* ſcribi ſine aſpiratione, & unico *l*, & ſignificare incerta mente ferri circa rem aliquam, & in ea intelligenda non conſiſtere (ut etiam *Non. c.* 2. *n.* 406. exponit) & ita falli, decipi, errare. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. Sed quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, epiſtolæ noſtræ debent interdum alucinari. *h. e.* inquit *Manut.* certa re non propoſita loqui, huc illuc errantium more ferri. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 26. Quæ Epicurus oſcitans alucinatus eſt. ¶ Activa ſignificatione pro decipere, fallere, *Apulej. in Florid. n.* 18. Mimus alucinatur, comœdus ſermocinatur, tragœdus vociferatur.

Alucitæ, verbum *Petronii in fragment.* ubi ait: Centum me vernales alucitæ moleſtabant. *Fulgent. expoſ. ſerm. ant.* interpretatur *κώνωπας*, ideſt culices: indeque verbum *alucinari* deducit. Alii exponunt ſomniatores: alii alia. Scribitur & *Allucita*.

Alveare, aris, n. 3. *vaſo*, *dove le api nidificano*, *alvego*, *dove cali vaſi ſi tengono*. *Colum. l.* 9. s. 11. Cum vetus alveare numero apum deſtituitur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 34. Alvearia vimine texta.

Alvearium, ii, idem quod Alveare. *Varro R. R. l.* 3. *c.* 16. Dic cujuſmodi facere oporteat alvearium.

Alveātus, a, um, *ſcavato*, in modum alvei excavatus. *Cat. R. R. c.* 43. Sulcos, ſi locus aquoſus erit, alveatos eſſe oportet.

Alveolātus, a, um, *ſcavato*, *concavo*, *σκαφοειδής*, in modum alveoli cavatus. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. *de ſtylobata*. Alveolatus oculo videbitur.

Alveŏlus, i, diminut. ab alveus, *vaſetto*, *σκαφίον*, *κυψέλη*. *Col. l.* 8. *c.* 5. Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat. ¶ Dicitur etiam alveolus fluminis. *Curt. l.* 6. *c.* 4. ¶ Item tabula, vel vaſculum aleatorium, & tunc eſt neut. gen. auctore *Feſto*. *Cic. de Fin. l.* 5. *c.* 20. Aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.

Alvĕus, m. 2. *foſſa*, *canale*, נהר אפיק, Ger. *ein waſſer rohr*, *waſſerkennel*, Gal. *canal*, *auge*, Hiſp. *la madre*, *o valle del rio*, proprie dicitur foſſa, per quam fluvius defluit. *Virg.* 7. *Æn. v.* 33. Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alveo. ¶ Ad ejus ſimilitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur, Græce *ἐμβάτη*. *Cic. pro Cæl. c.* 28. Alveuſne ille, an equus Trojanus fuerit. ¶ Item tabula luſoria ad aleam, & latrunculorum ludum accommodata alveus dicitur, Græce *ἄβαξ*. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Tranſtulit alveum cum teſſeris luſorium. ¶ Sed & locus, in quo apes mellificant, alveus dicitur *κύτταρος*, o mellis alimonia, ut *Varro* exiſtimat. *Plin. l.* 11. Alveos ex cornu ſpectatos eſſe. ¶ In hac ſignificatione etiam alvus dicitur. *Var. de R. R.* Si ex alvo minus frequenter exeunt. ¶ Aliquando pro navi, ſive pro ipſius navigii receptaculo, *nave*. *Propert.* Portabat ſanctos alveus ille viros. *Liv. l.* 21. Alveos informes repente faciebant, *ideſt*, naviculas. ¶ Declinatur & hoc alveum. *Feſtus*: Nonſibulum alveum eſt, ad navis ſimilitudinem factum.

Alvini, *ventraioli*, dicti ſunt lienterici, quod alvo langueſcunt. *Plin. lib.* 21. s. 27. Vinea Punica alvinis impoſita multum prodeſſe dicitur.

Alum, *σύμφυτον πετραῖον*, allii ſpecies, quod in petris præcipue naſcitur, ſimile cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus, aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, ſurculoſum, odoratum, guſtu dulce, radice longa, & rutila. *Plin. l.* 27. *c.* 6. *Ruellius* bugulam vulgo credit vocari.

Alūmen, n. 3. *alume*, נתר, Ger. *alaun*, *alat*, Gal. *alun*, Hiſp. *a lumbre*, ſalſugo terræ ad cryſtalli colorem accedens: dictum eſt a lumine, quod lumen coloribus tingendis præſtet. Græci στυπτηρίαν vocaverunt, ἀπὸ τοῦ στύφειν, quod eſt adſtringere. Efficitur hyeme ex aqua, & limo, & æſtivis Solibus maturatur. Multa hujus numerantur genera, liquidum, ſciſſile, rupeum, plumeum, rotundum. *Plin, l.* 35. *c.* 15.

Aluminarius, ii, artifex, qui circa alumen laborat, vel aluminis negotiator. *Inſcript.* apud *Gruter. p.* 642. *n.* 9. C. Terentius C. L. Anteros aluminarius.

Aluminātus, & aluminoſus, a, um, o. t. e. Ger. *das von alaun iſt*, *oder mit alaun vermiſcht*, στυπτηριωτός. ut *Aqua aluminata*, quæ tranſit per venas aluminis, apud *Plin. l.* 31. *c.* 6.

Aluminōſus, a, um, *aluminato*, ut aluminoſi fontes, *Vitruv. l.* 8. *c.* 3.

Alumna. V. in Alumnus.

Alumnatus, a, um, *allevato*, *educato*, alitus, educatus. *Martian. Capell. ſub init. l.* 9. In penetralibus ſanctioribus alumnatæ. *Apulej. l.* 6. *Metam.* Adoleſcens meis manibus alumnatus. ¶ Deponentis forma pro eo, qui educavit, *Apulej. l.* 8. *Metam.* Canes, quos ad tutelæ præſidia curioſe fuerant alumnati.

Alŭmnus, m. e. *allievo*, θρέμμα, qui ab aliquo alitur, ſive victu, ſive moribus, ſive doctrina. *Cic. Dolabellæ*, Te juvenem Conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. ¶ Sumitur etiam active pro educatore. *Plin. l.* 3. dixit de Italia, Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deum electa. *Curt. l.* 7. Oro, quæſoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonemque veſtrum, ne dicam Regem, deſeratis. *Cic. Philipp.* 7. Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus. ¶ Exemplum femin. *Alumna* habet *Cic. de cl. Or. c.* 12. Eloquentia bene conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam. Adde *Plaut. Pœn.* 5. 3. 4.

Alūta, f. 1. *pelle mollicine*, *o delicata*, κάσσυμα, pellis mollior, ad calceos, & cetera opera facienda concinnata. *Cæſ.* 3. *B. G.* Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶ Sumitur etiam quandoque pro ſacco, ſeu marſupio, *ſacco*. *Juven. ſat.* 14. *v.* 281. Ut tenſo folle reverti Inde domum poſſis, tumidaque ſuperbus aluta. *Id.* etiam *ſat.* 7. *v.* 192. Alutam poſuit pro calceo ex aluta facto. ¶ Aluta in plural. *Plin. l.* 34. *c.* 16. de metallis, & fodinis uſurpat, vel ſecundum alios *alutia*, vulg. ante legebatur *aluta*. Verba *Plin.* ſunt: Invenitur plumbum & in aurariis metallis, quæ aluta vocant.

Alutatio, Segullum eſt terræ genus in ſummo ſolo, ex quo metallarii cognoſcunt ſubeſſe venam auri. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Alutatio eſt, ſi & auro ea tellus ſubeſt. Al. leg. *Alutium*, alii *alutatium*.

Alvus, i, f. 2. venter, uterus, inteſtina, *ventre*, בטן, Ger. *der bauch*, Gall. *le ventre*, Hiſp. *vientre*, κοιλία, pars corporis ſubjecta ſtomacho, dicta ab abluendo, quod ex ſordes effluant, ſive eluantur. *Plin. l.* 20. *c.* 2. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt alvum. ¶ Quandoque capitur pro ventre, qui apparet. *Col. l.* 8. Niſi obeſam ingluvie, atque diſtentam in pabulis alvum demerſerit, & refrigeraverit. ¶ Ponunt alii hanc differentiam, ut alvus ſit venter feminæ ab alendo dicta, venter vero, qui videtur. ¶ Olim erat tam maſc. quam fem. hodie tantum feminini generis. Accius in Annal. teſte Nonio, Alvus quam frigidiſſimus. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 34. In ſuum alvum congerunt, ſic enim legendum. *Virg.* 2. *Æn.* In latus, inque feri curvam compagibus alvum. ¶ Interdum ſumitur pro vaſe cavato, ubi aliquid reponitur. ¶ Item vas, ubi apes mellificant, & alveus, & alvus dicitur. *Varro l.* 3. *R. R. c.* 16. *Plin. l.* 21. *c.* 12. & 14. *Celſus l.* 2. *c.* 6. alvum poſuit pro excrementis, quæ per alvum emittuntur. ¶ Pro utero, *Plaut. Stich.* 2. 1. 5. Nam me illa in alvo menſes geſtavit decem.

Alyattes, & Halyattes, is, & ei, m. Lydorum Rex, Crœſi pater, cujus memoriæ extructum eſt monumentum apud Sardos, maxima impenſæ parte ab ancillis in hoc opus collata, quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt.

Alyattĭcus, a, um. *Horatius* tamen ſubſtantive poſuit pro Alyatte ipſo, vel Crœſo ejus filio, *Carm. l.* 3. *od.* 16. Quam ſi Mygdoniis regnum Alyattici campis continuem. Poſſit tamen aliquis legere *Alyattei*, ut Ulyſſei, Achillei.

Alyſſon, n. 2. ἄλυσσον, frutex ex caule tantum, & foliis minoribus a rubia diſtans, ut tradit *Plin. l.* 24. *c.* 11. Nomen habet ab eo, quod ſolo conſpectu rubiem curare credatur. Quidam eſſe putant, quam hodie rubiam minorem vocamus, alii malunt, quæ cannabis agreſtis dicitur.

A ANTE M.

Am, præpoſitio Græca, quæ niſi apud vetuſtiſſimos extra compoſitionem non reperitur, ſignificatque circum. Forte eſt ex græco ἀμφὶ contract. Quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ cauſa, ut Ambages, ambio, ambeſus, ambigo, amburbium, ambarvale, ambuſtus. ſi vero cum c, h, ſ, q, mutatur m in n, ut Anciſus, anhelo, anfractus, anquiro: cum p, remanet integra, ut Amputo. ¶ In illo *Lucretii l.* 3. *v.* 445. *Corpore qui noſtro rarus magis am cohibeſſit*, qui hanc lectionem retinent, am interpretantur *aam*. Sed V. Incohibeſco.

Ama. V. Hama.

Amabĭlis, le, o. 2. *amabile*, *degno d' eſſer amato*, ידיד, Ger. *lieblich*, *das wirdig iſt lieb zu haben*, Gal. *digne d' etre aymé*, *aymable*, Hiſp. *digno de ſer amado*, ἐράσμιος, quod eſt dignum amari, dulce, ſuave. *Cic. ad Att. lib.* 5. *ep.* 19. Filiolam tuam amo, & amabilem eſſe certo ſcio. ¶ Comparat. eſt amabilior, ſuperlat. Amabiliſſimus, *Cic. Fam. lib.* 7. *ep.* 20. & *de Amic. c.* 14.

Amabilĭtas, f. 3. *amorevolezza*, ידידות, Ger. *holdſaligkeit*, Gal. *amiablete*, Hiſp. *amiſtad*, φιλότης, morum comitas, formæve venuſtas, ad amorem alliciens, *Plaut.* in *Stich.* 5. 4. *v. ult.* Si amabilitas tibi noſtra placet. ¶ *Id. in Pœn.* 5. 4. 1. pro amore poſuit: Qui amabilitati animum adjiceret.

Amabilĭter, *amorevolmente*, Ger. *holdſaliglich*, ἀγαπητῶς, humaniter, ſuaviter, animo amico. *Antonius Cic. l.* 14. *ep.* 13. *ad Att.* Si humaniter, & ſapienter, & amabiliter in me cogitare vis. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 148. Luſit amabiliter. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 675. Spectet amabilius.

Amabo, *di grazia*, נא, Ger. *ei lieber*, πρὸς θεοῦ, ſi me amas, interjectio blandientis, Comicis valde familiaris. *Plaut.* Noli, amabo, verberare lapidem. Quidam exponunt, Gratum erit. *Gell. lib.* 11. Amabo mi fili quieſcas. ¶ Sæpe etiam habet adjunctum accuſativum. *Cic. ad Att.* Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum.

Amalthea, f. 1. ἀμάλθεια, nomen nutricis Jovis, quæ cum ſorore ſua Meliſſa Jovem puerum caprino lacte, ac melle paviſſe fertur. Vel ipſa capra Olenia, quæ Jovem lacte ſuo nutriit. *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 113. Oleniæ ſidus pluviale capellæ. Eam enim, ob beneficium, Juppiter in Cœlum ſuſtulit, & ſidus fecit, cujus ortu & occaſu maximæ fiunt pluviæ. Dextrum ejus cornu idem Juppiter Nymphis nutricibus dedit, addito promiſſo, ſe, quidquid optaſſent, ex eo largiter ſuppeditaturum. Hinc Amaltheæ cornu, κέρας ἀμαλθείας, hoc eſt copiæ cornu, de locuplete abundantia dicitur: Quo nomine quidam libros ſuos, in quibus multa pollicebantur, inſcripſere. ¶ Amalthea item, & Amaltheum fuit Bibliotheca Attici & Ciceronis. de Attici Amalthea meminit *Cic. l.* 1. *ad Att. ep.* 13. De ſua vero *l.* 2. *ep.* 1.

Amandatio, onis, f. 3. *ſeparazione*, *relegazione*, ἀποπομπή, relegatio, rejectio. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 15. Hæc vita ruſticana relegatio, atque amandatio appellabitur?

Amandātus, a, um, *rilegato*, *allontanato*, relegatus, vejectus. *Cic. pro Dom. c.* 25. Me expulſo, Catone amandato. *Id. poſt redit. ad Quir. c.* 4. Infra mortuos amandatos.

Amando, a. 1. ablego, relego, removeo, dimitto, alio mando, *mandare altrove*, שלח, Germ. *ander, wohin ſenden*, *hinweg ſchicken*, Gall. *envoyer hors de chez ſoy*, Hiſp. *embiar de ſi*, ἀποπέμπω, alio aliquem mittere, ut a nobis amoveamus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 15. Amandaverat hunc ſic, ut eſſet in agro. *Id. Att.* 7. *ep.* 13. Amandare aliquem in Græciam. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Natura res ſimiles procul amandavit a ſenſibus.

Amandus, a, um, *amabile*, amabilis, jucundus. *Horat. l.* 4. *od.* 11. condiſce modos, amanda voce quos reddas.

Amanienſes, incolæ Amani montis, Syriam a Cilicia dividentis. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 10. Vexavi Amanienſes, hoſtes ſempiternos.

Amans, tis, nomen ex partic. *chi ama*, ut, Homines amantes tui. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 6. & *Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Si quem cognoviſti amantiorem tui. *Id. Fam.* 16. *ep.* 2. Ad nos amantiſſimos tui veni. *Id. Fam.* 5. *ep.* 15. Leniſſimis, & amantiſſimis verbis uti. ¶ Interdum eſt ſubſtantivum, *amante*, *innamorato*. *Ovid. Amor.* 1. *El.* 9. Militat omnis amans. *Ter. Andr.* 3. 3. 23. Amantium iræ amoris integratio eſt.

Amanter, adv. peramanter, ſtudioſe, *amorevolmente*, φιλικῶς. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 4. Velim amanter hoc diligenterque conficias. ¶ Comparat. amantius, Superl. amantiſſime, apud *eund. l.* 3. *Fam. ep.* 6. & *de Amic. c.* 1.

Amanuenſes, m. 3. *ſervi*, *che ſi adoperano a ſcrivere*, סופרים, Ger. *diener ſo man zum ſchreiben braucht*, *ſubſtituten*, Gall. *ceux*, *qui ſervent a eſcrire*, *ſecretaires*, Hiſp. *los que eſcriven lo que otro dize*, ὑπογραφεῖς, ſunt ſervi qui etiam *a manu* dicuntur, quorum opera, & manu in ſcribendo perinde, ac ſcribarum utimur. *Suet. in Ner. c.* 44. Ne diſpenſatoribus quidem, aut amanuenſibus exceptis. Adde *in Tito, c.* 3.

Amānus, i, m. 2. *Monte Nero*, *Arouna*, *M. di Scanderona*, mons Syriæ, qui illam a Cilicia diſcludit, maxime in longitudinem patens, ut qui a mari Cilicio uſque ad Euphratem fl. protenditur. Ibi portæ, per quas in dictas provincias trajectus eſt, quæ Amanicæ, & Ciliciæ appellantur a veteribus, apud Iſſum, Alexandriam, & Myriandrum. *Lucan. l.* 3. Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani.

Amaracĭnus, a, um, ἀμαράκινος, ut amaracinum oleum, ſeu unguentum, quod fit ex amaraco ad calefaciendos, emolliendoſque nervos, ut *Plin.* ſcribit *l.* 21. *c.* 22. *Lucr. l.* 6. *v.* 973. Poſteſque ſuperbos ungit amaracino. ¶ Hujus unguenti nobiliſſimus odor locum fecit proverbio, Nihil cum amaracino ſui: quod *Aul. Gel.* extremo lucubrationum ſuarum capite eleganter torquet in quoſdam ingenio pinguiore homines, & a Muſarum ſacris alienos, qui elegantiores litteras, quas non aſſequuntur, miro ſupercilio contemnunt.

Amarăcus, Cynaræ Regis Cypri puer, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, fregit alabaſtrum, &, cum nimio dolore contabuiſſet, verſus eſt in ſampſuchum, quæ ex ejus nomine amaracus appellari cœpta eſt. *Plin. l.* 21. *c.* 22. Sampſuchum, ſive amaracum in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum ſcorpionibus adverſatur ex aceto, & ſale illitum. Herbam hanc vulgo majoranam vocamus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 697. Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum, &c.

Amarantus, i, m. e. ἀμάραντος, herba ſpicam verius habens, quam florem, eamque purpuream, ab immortalitate nomen trahens (unde Immortales Amaranti) quod nunquam marceſcit. Fit enim ab α privativa particula, & μαραίνομαι, ſicceſco, tabeſco. *Plin. l.* 21. *c.* 8. Amaranto non dubie vincimur.

Amāre, adv. *amaramente*, πικρῶς, inſuaviter, aſpere. *Cajus in l. Si quis, D. de adil. Ædilit.* Ne omnino ab eo exigatur, ſed cum quodam temperamento. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 6. Amarius aliquem reprehendere. *Sueton. in Tiber. c.* 54. Amariſſime congeſtis probris.

Amareſco, n. 3. *divenir amaro*, πικραίνομαι, amarus fio. *Pallad. Januar. c.* 15. Amygdalæ, ſi rodatur, amareſcit.

Amarice, Gal. *bruyere*, frutex ille exiguus eſſe creditur, qui erice, & tamarice, & myrice vocatur.

Amaritas, atis, amaritudo, *amarezza*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Succi amaritate. Al. aliter leg. Gloſſæ Philoxeni: Amaritas, πικρία γλῶσσα.

Amarities, ei, f. *amarezza*, amaritudo. *Catull. carm.* 68. *ad Manl. v.* 19. Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

Amaritūdo, amarities, amaror, *amaritudine*, πικρότης, מרור, *amarezza*, Hiſp. *amargura*, inſuavitas, & aſperitas ciborum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Tantam habent amaritudinem, ut a canibus non attingantur. ¶ Per tranſlationem accipitur pro conviciandi acerbitate, ac petulantia. Sic, carminum amaritudinem, dixit *Plin. l.* 36. *c.* 5. Et, Jamborum amaritudinem, *Auctor Dialog. de cauſis corrup. eloquentiæ, c.* 10.

Amāro, as, amarum facio, *amareggiare*, πικραίνω. *Rufus Feſtus Avienus epiſt. ad Flavian. Myrmecium, apud Pithœum l.* 4. *Collect. Epigram. & Poem. vet.* Penitus fellitus amarans ora ſapor nil dulce meo ſinit eſſe palato. Sed vox eſt non adhibenda.

Amāror, oris, m. *amarezza*, amaritudo. *Lucret. l.* 4. *v.* 224. Amaror abſinthii.

Amarulĕntus, a. t. t. e. *amaro*, מרירי, Ger. *heſſtig*, *bitter*, πικρός, valde amarus, ut Succus amarulentus. ¶ Per metaphoram pro animi dolore in invidiam, ac malevolentiam exacerbato, *invidioſo*, *maligno*. *Gell. l.* 3. *c.* 17. Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 7. Erat amarulenta dicacitate.

Amārus, a, um, adject. *amaro*, *faſtidioſo*, מר, Ger. *amer*, πικρός, δριμύς, quod dulci contrarium eſt, item ſalſum. *Virg. Ecl.* 10. Doris amara ſuam non intermiſceat undam. *Id. Georg.* 2. *v.* 238. Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara. ¶ Interdum pro triſti, duro, & ingrato ſumitur. Amara Ponti pericula. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 2. *v.* 69. Hoſtem amarum dixit *Virg. Æn.* 10. *v.* 900. qui defatigat ſemper, ac premit. Amariſſimæ leges, id eſt neceſſitate contra voluntatem inductæ, apud *Val. Max. l.* 7. *c.* 6. ¶ Item pro moroſo, *faſtidioſo*. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 24. Amariorem me ſenectus facit: ſtomachor omnia. ¶ *Senecæ* amari ſunt, qui ocenſium, & diuturnius iraſcuntur, *l.* 1. *de Ira, c.* 4. ¶ *Amarum* adverbialiter pro *amare*. *Apulej. l.* 6. Amarum ſubridens.

Amaruſie, f. 1. ἀμαρυσία, Dianæ cognomen, ut Pauſaniæ videtur, ab Amarynthο Eubœæ vico, ubi ſumma cum veneratione colebatur.

Amaryllis, idis, ἀμαρυλλίς, Lat. Amor, nomen propr. ruſticæ, de qua *Virg. in Eclog.* ¶ *Politian. l.* 1. *ep.* 2. auctor eſt, Romam triplici nomine inſignitam fuiſſe, vulgato Romam, arcano Amaryllida, rituali, ne ſacro Anthuſam, ſive Florentiam.

Amaſco, as, are, amare cupio. Ab amo, inquit *Diomedes*, Veteres inchoativo modo dixerunt, *amaſco*: unde & amaſcos amatores dicebant, ut *Plaut. Trucul.* 3. 1, 13. Mundulos amaſcos. Al. tamen rectius legunt *amaſios*.

Amaſ-

Digitized by Google

Amaſcus. V. Amaſco.

Amaſea, *Amaſia*, Turc. *Amaſan*, urbs A. Cappadociæ in Ponto, caput Regionis, & Satrapæ Turcarum ſedes, ad Irim fl. inter Byzantium ad Occ. 500. M. P. & Trapezuntem in Or. ad 300.

Amaſenus, *Toppia*, vel *Fiume dell' Abbazia*, fl. Volſcorum in Latio, qui ex agro Privernate in Pontinam paludem, & mare Tyrrhenum haud procul a Terracina, & Circæis deſcendit. ¶ Alter item in Latio eſt, qui ex finibus Aletrinorum in Lirim fl. labitur per agrum Fruſinatem, & Verulanum. ¶ Amaſenus quoque, vel Amenanus, *Judicello*, fl. eſt Siciliæ, qui Catanam urbem interluit, & modo fluit, modo areſcit. *Ovid.* 15. *Met.*

Amaſio, onis, idem quod Amaſius, eſt apud *Apul. Mileſ.* 7. *p.* 197. & *Prudent. in Romano*, v. 180.

Amaſiuncſilus, & Amaſiuncula, diminut. ab Amaſius, & Amaſia, apud *Petron. fragment. Tragur. c.* 45. & 75. *edition. Burm.*

Amaſius, m. 2. *innamorato*, עגיב, Ger. *ein buhler*, Gall. *amoureux*, Hiſp. *enamorado*, ἐρώμενος, vel ἐρωμένη, qui, vel quæ amat, vel amatur. *Gell. l.* 19. *c.* 9. Noſtros Poetas amaſios, ac Venereos fuiſſe. Adde *Plaut. Caſ.* 3. 3.

Amaſſo, pro amavero, ſcripſit *Laberius*, & *Plaut. in Mil.*

Amaſtriacus, a, um, ad Amaſtram pertinens. Eſt autem Amaſtra antiquum Siciliæ oppidum. *Sil. l.* 14. *v.* 267. Hinc *Ovid. in Ibin. v.* 309. Aut ut Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris, &c. *h. e.* Siculis.

Amaſtris, Amaſtrum, *Famaſtro*, Ἄμαστρις, Urbs Paphlagoniæ Metr. in ora maris Euxini, media fere inter Tejum, & Cytorum, Cromnæ propior, ab Heraclea Ponti ad 68. M. P. in Ort. Dicta eſt ab amaſtri filia Oxyathræ fratris Darii, vel ab Amaſtri Amazone. Crevit ex quatuor urbibus proximis, Seſamo, Cytoro, Cromna, & Tejo. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Bithyniæ.

Amāta, f. 1. a Pontifice appellabatur virgo Veſtalis, cum ad miniſterium Veſtæ capiebatur, quod prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quod veluti bello capta, a parente, vel ab eo, in cujus poteſtate erat, manu a Pontifice Maximo apprehenſa abducebatur. *Gell. l.* 1. *c.* 12. ¶ Fuit etiam Amata uxor Latini Regis, apud *Virg.*

Amăthus, untis, *Limiſſo*, Urb. E. Cypri, olim Veneri ſacra, marit. in ora Auſtr. ex qua Cyprus Amathuſia dicta eſt, a Papho 30. M. P. in Ort. inter Curium, & Citium, a Famaguſta 100. 10 Occ. in medio Salinæ. Hac tempeſtate pene jacet.

Amathus, thi, m. 2. Pamiſus, Pamiſſus, Panyſus, Mamaus, Arcadicus, *Stromio*, *Tiſeo*, *Spirnazza*, Ἄμαθος, fl. Meſſeniæ, in Peloponneſo, qui Pylon Neſtoris urbem præterlabitur, unde Pylos Amathoeſſa videtur appellata.

Amathuſia, Cyprus. V. *Amathus*, *untis*. Amathuſia etiam abſolute dicitur Venus, ab *Ovid. l.* 3. *Amor.* & *Catull. epigr.* 61. & 51.

Amathuſiacus, a, um, adject. ab Amathus, untis. *Ovid.* 10. *Met. v.* 227. Lactantes vitulos, Amathuſiacaſve bidentes. Vel ex MSS. lege *Amathuſiadas*, a ſingulari *Amathuſias*, *iados*.

Amathuſii, Cyprii ſunt, ab Amathunte urbe. *Strab. l.* 8.

Amatio, *innamoramento*, חשק, amor venereus. *Plaut. in Pan.* 5. 2. 136. Acerba amatio eſt. *Idem in Merc.* 4. 4. 53. Cum tua hac amica, cumque amationibus.

Amātor, oris, cultor, obſervator, amicus, *amatore*, מאהב, Ger. *ein liebhaber*, Gal. *amoureux*, Hiſp. *amador*, ἐραστής, & in bonam, & in malam partem accipitur. *Cic. de Univ.* Qui ſapientiæ amatorem ſe profitetur. *Ter. in Eun.* Amatores audieram eſſe mulierum eos maximos. ¶ Amator, & amans differunt, quod amator natura proclivis eſt ad amandum: amans ex cauſa amat: deinde amator fingere poteſt, in amante nihil eſt ſimulati.

Amatorcŭlus, m. 2. *innamoratello*, ἐραστύλλιον, dimin. ab amator. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 27. Vix amatorculos invenimus.

Amatorie, amatorum more, *da amante*, Germ. *liebhabender*, *weiſſe nach*, Gal. *amoureuſement*, *en amoureux*, Hiſp. *amoroſamente*, *y amigablemente*, ἐρωτικῶς, adv. ad ſimilitudinem amantis. *Cic. Phil.* 2. *cap.* 31. Amatorie ſcripta epiſtola. *Plaut. Merc.* 3. 3. 20. Amatorie loqui.

Amatorium, n. 2. φίλτρον, genus veneni amorem inducentis, quod vulgo philtrum appellant. *Senec. epiſt.* 9. Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine: ſi vis amari, ama. Adde *Plin.* 20. 5. & 28. 8.

Amatorius, a, um, o. 1. 2. *d'amore*, *amoroſo*, ἐρωτικός, quod ad amorem pertinet, vel allicit. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 33. Anacreontis poeſis amatoria tota eſt. *Sueton. in Calig. c.* 50. Amatorium poculum.

Amatrix, icis, fem. quæ amat. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 8. Diacula amatrix. Et *Pœn.* 5. 5. 25. Adire ad amatricem. ¶ Adjective *Martial. l.* 7. *epigr.* 14. Amatrices aquæ.

Amātus, a, um, *amato*, dilectus. *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 47. Frangere enitar modo multum amati cornua Tauri. *Id. Epod.* 17. *v.* 20. Amata nautis multum, & inſtitoribus.

Amazŏnes, f. 3. Ἀμαζόνες, feminæ bellicoſiſſimæ, quæ Sarmatiam ad Tanaim fl. primum incoluerunt, deinde in Cappadocia ad Thermodoontem conſederunt. Dictæ ſunt Amazones, quaſi ſine mamma ab α part. priv. & μαζὸς, mamma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuiſſent, ſervare feminas, earumque infantium mammas dextras inurere, ne impedimento eſſent ad pugnam conferendam, & ne ſagittarum jactus impediretur. Vel dictæ ſunt ab α, & μᾶζα, ideſt, puls, ſeu panis, quaſi ſine pane, eo quod non pane veſcerentur, ſed carnibus. Alii ab ἅμα, & ζῆν, cum aſpiratione in principio, tanquam in commune viventes, dictas putant. *Steph.* dictas putant a nympha Amazonide filia Samornæ. Alii ab Amazone puella Dianæ Sacerdote, & Regina Epheſi Amazones volunt appellatas. ¶ Ab his Epheſus urbs Aſiæ condita eſt. Origo, regnum, & res geſtæ Amazonum a *Juſtino l.* 1. diſertiſſime deſcripta ſunt. ¶ Fuere & in Libya Amazones. Unde *Silius Ital. l.* 2. Haſpiten Hiarbæ filiam Amazonica pelta inſignem facit. ¶ *Amazon*, in ſingulari, apud *Virg. Æn.* 11. *v.* 648. medias inter cædes exultat Amazon.

Amazonĭcus, a, um, idem quod Amazonius. *Suet. in Ner. c.* 44. Securibus, peltiſque Amazonicis inſtruendis.

Amazonĭdes, idem quod Amazones, derivativum nomen pro primitivo. *Virg. Æn.* 1. *v.* 490. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens.

Amazonius, m. 2. mons Cappadociæ, præter cujus radices labitur Thermodoon fluv. *Plin. l.* 6. *c.* 3.

Amazonius, a, um, adject. poſſeſſ. ad Amazones pertinens. Amazonia ſecuris, apud *Horat. l.* 4. *od.* 4. hoc enim tali genere Amazones uſæ. Genus Amazonium apud *Sen. Hippol. v.* 232. ¶ Vir Amazonius apud *Ovid. Heroid. epiſt.* 4. *v.* 2. eſt Hippolytus filius Hippolytes Amazonis.

Ambactus, i, Gallica lingua, inquit Feſtus, apud Ennium ſervus denotatur: atque Germanis etiam in uſu fuiſſe hoc vocabulum, teſtatur *Cluver. l.* 1. *German. antiq. c.* 8. Vet. Gloſſator, Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. Recte autem μισθωτοὺς, ideſt mercenarios dixit: Fuerunt enim Ambacti conditionis liberæ, & Clientes magis, quam ſervi, ut idem *Cluver. ibid. c.* 41. docet. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 14. Equitum (*Gallia*) ut quiſque genere, copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circa ſe ambactos, clienteſque habet. Quare *Joſeph Scalig. ad Feſt.* alios cenſet Ambactos apud *Cæſ.* qui non erant ſervi, alium Ambactum *Ennii*, qui ſervum ſignificet: illud Gallicum eſſe vocabulum, hoc plane latinum ab ambigendo derivatum, quod mercedis gratia hac illac circum ageretur.

Ambadĕdo, is, a. 3. ab *am*, *ad*, & *edo* compoſitum, ſignificat proprie circum edere, deinde abſumere, vorare. *Plaut. Merc.* 2. 1. 15. Dicit, capram ſuæ uxoris dotem ambadediſſe. *Et mox:* Ut una illaec capra uxoris ſimiæ dotem ambadederit.

Ambages, gum, gibus, & *ambage* in ablat. ſing. proprie & primario ſignificat viarum circuitus, *giravolta*, περίοδος, πλάνη, ab am, circum, & ago, pro quo apud *Cic.* eſt anfractus. Huic contrar. eſt recta via, apud *Terent. Heaut.* 4. 3. 08. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 160. Ducit in errorem variarum ambage viarum. ¶ Tranſlate notat verborum circuitum, *giro di parole*, περιηγορία, ſeu captioſam perplexitatem: pro quo *Cic.* habet circuitum verborum, vel circuitionem. *Liv. l.* 9. *c.* 11. Ambages fallendæ fidei quærere. *Virg.* 2. *Georg. v.* 45. Non hic te carmine longo, atque per ambages, & longa exorſa tenebo. *Ovid.* 7. *Met. v.* 760. *de Sphynge.* Immemur ambagum vates obſcura ſuarum. *Plin.* 10. 49. Immenſa vitæ ambage circa auguria. *h. e.* perplexitate.

Ambagio, onis, idem quod ambages. *Varro l.* 6. *de L. L. pag.* 77.

Ambagiōſus, o. 1. 2. עקלקלי, Ger. *das vol umbſchweifig iſt*, πολύπλοκος, quod abundat ambagibus. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Ambagioſa conjectatione nitentes.

Ambarvalis hoſtia, ab ambiendis arvis dicta, victimæ genus quotannis pro frugibus ſacrificari ſolitum. Hujuſmodi enim hoſtiis, antequam cæderentur, arva ſolebant luſtrari. *Virg.* 1. *Georg. v.* 345. Terque novas circum felix eat hoſtia fruges. *Feſtus* tamen ab ambo videtur deducere, dicens, Ambarvales hoſtiæ appellantur, quæ pro arvis a duobus fratribus ſacrificabantur. ¶ Huic autem ſacrificio præfecti erant Sacerdotes numero duodecim a Romulo primum inſtituti, quos Fratres Arvales vocabant.

Ambaxioqui, circameuntes catervatim. *Feſt.* ¶ Scaliger legit: *Ambaxi*, *qui circumeunt*, & *catervatim*.

Ambĕdo, dis, di, ſum, a. 3. *mangiare attorno*, *in ogni parte*, אכל בסביב, Germ. *umbeſſen*, *rings*, *umbnagen*, Gall. *manger*, & *ronger tout autour*, Hiſp. *comer en derredor*, περιτρώγω, circumedo, ex am, & edo. *Plaut. in Merc.* 2. 1. 15. & 17. Suæ uxoris dotem ambediſſe. *Tacit. Ann.* 15. *cap.* 5. Vis locuſtarum ambederat quidquid herbidum, aut frondoſum.

Ambegni, m. 2. a veteribus bos, & vervex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in ſacrificium ducebantur. *Feſt. Var. l.* 6. *de L. L.* habet Ambiegni. Ambiegna bos, inquit, eſt, circum quam aliæ hoſtiæ conſtituuntur.

Ambens, pro *ambedens*, conſumens. *Lucret. l.* 5. *v.* 397. Ignis enim ſuperavit, & ambens multa perurſit.

Ambeſtrix, icis, fem. quæ ambedit. *Ammian. Marcell.* 29. *c.* 3. (*al.* 19.) Cum duas haberet urſas ſævas hominum ambeſtrices.

Ambēſus, a, um, *corroſo*, *mangiato da ogni parte*, נאכל בסביב, German. *umbgeſſen*, *umbnagt*, περιτετρωγμένος, circumquaque eſus. *Virg.* 3. *Æn.* Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. *Id.* 5. *Æneid. v.* 752. Robora ambeſa flammis. *abbruſtolite*.

Ambidentes, f. 3. oves dictæ a veteribus, quod in utraque mandibula habeant dentes. *Feſt.*

Ambientec, *con iſtanza*, *o broglio*, cum ambitione, cupide. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Ambienter expetere.

Ambifariam, adverb. dupliciter, *in due parti*, *o maniere*. *Apul. Apol. p.* 276. Ambifariam diſſolvere. Et 3. *Florid. p.* 360. Anceps argumentum ambifariam propoſuit.

Ambifarius, a, um, duplex, *doppio*, *di due parti*. *Arnob. l.* 5. *p.* 181. Ambifariæ fabulæ. Et *p.* 182. Ambifaria obtentione velatus. *Arnob.* his locis non tam duplicem, quam ambiguum ſignificare voluit.

Ambiformiter, adv. *Arnob. l.* 5. *p.* 183. Ambiformiter dictum. *hoc eſt*, duplici ſenſu, ambigue.

Ambīga, æ, f. vox Græca, ἄμβιξ, *vaſo*, qua ſignificatur vaſculum pyramidis figura in acutum tendens, e teſta, vel vitro, ut docet *Cæl. Aurel. l.* 4. *Tard. c.* 7. Meminit etiam *Apic. l.* 6. *c.* 7.

Ambĭgo, gis, a. 3. circumdo, dubito, contendo, diſcepto, *circondare*, *girare*, *dubitare*, הלך סביב, περιάγω, ex am, & ago, proprie ſignificat circumagere, circumdare, ambire. *Tacit. l.* 5. Deviis plerumque itineribus ambigens patriam, & declinans. Unde ambactus, & ambages. ¶ Item ambigere eſt dubitare, *dubitare*, Germ. *zweifflen*, *in zweiffel ſtehn*, Gall. *eſtre en doute*, *douter*, Hiſp. *dudar*, ἀμφιβάλλω. *Cic. in Orat.* Cum de vero ambigetur. ¶ Item diſcordem eſſe, litigare, *litigare*, ἀμφισβητεῖν, *Ter. in Heaut.* 3. 1. 93. Simo, & Crito ambigunt de finibus. ¶ Ambigitur imperſonale. *Cic.* 3. *Ver.* Si de hereditate ambigitur. ¶ Apud *eund.* 3. *de Orat.* Omnis res habet naturam ambigendi. Hic *ambigendi* gerund. paſſivum eſſe videtur: non enim res ambigit, ſed ambigitur. ¶ Paſſive cum nominativo patiente, ut vocant Grammatici, *Cic.* 1. *de Orat. c.* 57. In eo jure, quod ambigitur inter peritiſſimos. *Id. ib. l.* 2. *c.* 26. In iis cauſis, quæ propter ſcriptum ambiguntur.

Ambigue, *dubbioſamente*, Ger. *zweiffelhafft*, ἀμφιβόλως, dubie. *Cic.* 4. *Acad.* Quid ambigue dictum ſit. *Tacit. hiſt. c.* 35. Ambigue agere. *h. e.* dubia fide. *Id.* 4. *hiſt. c.* 66. Ambigue pugnare. *h. e.* dubia fortuna.

Ambiguĭtas, f. 3. *ambiguità*, *dubbioſità*, מבוכה, Ger. *zweifflung*, ἀμφιβολία, amphibologia, anceps, dubia, incerta, multiplex verborum poteſtas, ſeu cum de re aliqua ambigitur. *Cic. de Inv.* 1. 40. Ambiguitate nominis videntur errare. *Ambiguitas nominis* eſt, quod æquivocationem vocamus. ¶ Ambiguitates, in plurali dixit *Seneca epiſt.* 108.

Ambĭgŭus, a. 1. 2. anceps, dubius, incertus, multiplex, *dubbioſo*, הלך נבוך, Ger. *zweiffelhafftig*, ἀμφίβολος, *Cic. de Orat.* Verba ambigua diſtinguere. *Virg. Æn.* 1. *v.* 661. Domus ambigua. *h. e.* in qua habitant homines dubiæ fidei. *Horat. l.* 2. *od.* 5. Puer vultu ambiguo. *h. e.* qui etiam puella videri poſſit. ¶ Reperitur interdum cum genitivo, quemadmodum & dubius. *Tac. l.* 1. 40. Ambiguus pudoris, ac metus. ¶ Sæpe ut dubium, ita *ambiguum* ſubſtantivum eſt, gen. n. *Auth. ad Her. lib.* 2. Ex ambiguo controverſia naſcitur, &c. Sic eſſe in ambiguo, *eſſer in dubbio*. *Tacit.*

Ambio, bis, bivi, vel bii, bitum, a. 4. circumeo, prenſo, *girare*, סבב, הקיף, Ger. *umbgehn*, *umbgeben*, Gal. *environner*, Hiſp. *rodear*, *y cercar*, ἀμφιέπω, περιβάλλω, ex am, & eo, is, per mutationem e in i, & b interpoſita, ſignificat proprie undique cingo, cireo, concludo. *Virg.* 6. *Æneid.* Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. ¶ Quoniam vero Romani, dum honores, & magiſtratus quærerent, ſingulos circuire ſolebant, prenſare dextras, rogareque ut ſe ſuffragiis adjuvarent, factum eſt, ut ambire capiatur pro honores quærere, σπουδαρχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι. *Cicer.* 11. *Phil.* Quod ſi comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. ¶ Interdum eſt blandiri, interpellare, προσαγγέλλειν, circumvenire. *Virg.* 4. *Æn.* Quo nunc Reginam ambire furentem audeat affatu? ¶ Interdum ambire, eſt niti, contendere, vel deſiderare, petere, *chiedere*, *bramare*. *Sueton. Cæſ. c.* 18. Ambienti, ut legibus ſolveretur. Adde *in Auguſt. c.* 31. ¶ Apud *Ovid. Met.* 5. *v.* 361. legitur *ambibat*, pro ambiebat,

biebat, quod eſt apud *Curt. l. 4. c. 2.* ¶ Apud *Stat. ambiſſet*, pro ambiiſſet, *l. 1. Silv. 2. v. 252.*

Ambitio, onis, f. 3. ambitus, ſtudium, cupiditaſque honorum, conciliatio gratiæ, & amicorum, *circondamento*, *ambizione*, בצע מאוה, Ger. *ehrgeitzigkeit*, Gal. *environnement*, *ambition*, *appetit d'honneur*, περίοδος, circuitio. *Solin. cap. 35.* Alveos circumdant ambitione tergorum bubalorum. ¶ Eſt etiam affectatio honorum, & dignitatis, ut de ambio dictum eſt. *Cic. 1. Offic. c. 25.* Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio. Et in plurali apud *eund. Tuſc. 2. c. 26.* Quid de noſtris ambitionibus dicam? Ubi adverte, in bonam partem uſurpari, quemadmodum & *pro Sull. c. 4.* ¶ Item gratiæ ſtudium & affectatio. *Tacit. 1. Hiſt. cap. 1.* Sed ambitionem Scriptoris averſatis, quippe adulatione fœdum crimen ſervitutis ineſt. ¶ Item pro magno, & affectato ſtudio, non ſecus atque ambitus. *Nepos in Dione, cap. 2.* Magna eum (Platonem) ambitione Syracuſas perduxit. *Juſtin. l. 1. c. 3.* Cum admitti magna ambitione ægre obtinuiſſet.

Ambitioſe, adverb. *ambizioſamente*, φιλοτίμως, cum ambitione. *Cic. ad Atti. l. 15. ep. 1.* Ambitioſe corrigere orationem, *idest*, ad gratiam captandam parcius corrigere, ut *Manut.* interpretatur. ¶ Ambitioſius facere. *h. e.* abjectius, ad populi gratiam captandam. *Id. Fam. 3. ep. 7.* Ambitioſiſſime provinciam petere. *Quintil. l. 6. c. 3.* Ambitioſe ferre caſum aliquem, *Tacit. in Agric. in fi.* h. e. affectata conſtantia ad captandam opinionem virtutis.

Ambitioſus, a, um, adiect. *ambizioſo*, נכסף לב גאוה, Ger. *ehrgeitzig*, *der nach ehren ſtelt*, φιλότιμος. Proprie ſignificat, qui ambit, atque amplectitur. *Horat. l. 1. od. 36.* Laſcivis hederis ambitioſior. *Solin. c. 17.* Magnis, & ambitioſis oppidis, *id eſt*, quæ magno ambitu ſunt. ¶ Translate, qui ambitione laborat. *Cic. Attic. l. 1. ep. 18.* Amicitia ambitioſa. *Suet. Domitiano, c. 8.* Ambitioſæ ſententiæ. *hoc eſt*, ad captandam gratiam latæ. ¶ Item qui multa & magno ſtudio petit. *Cicer. Famil. 13. ep. 1.* Homo minime ambitioſus, minime in rogando moleſtus. ¶ Item indulgens, fautor, *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 2.* De hoc genere toto, ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere, pauca cognoſce. *Ovid. de Ponto l. 3.* Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis. ¶ Denique ambitioſus dicitur & qui ambit, & qui ambitur. *Ovid. 5. Faſt.* Turbaque cœleſtes ambitioſa ſumus. *Quintil. l. 2. c. 14.* Ambitioſi pauperis ſupellex.

Ambitor, oris, verbale, qui ambit. *Paul. ep. 13.* Æternæ laudis ambitor. *Lamprid. in Alex. c. 28.* Patronis auctoribus damnatus ambitor eſt.

Ambitus, us, m. 4. converſio, circuitus, orbis, *giro*, German. *umbgang*, *umbkreiß*, Gal. *au cercle*, *circuit*, *au tour*, Hiſp. *rodeo*, περίοδος, proprie circuitum ſignificat. *Cicer. de Univer.* Cum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerint. ¶ Hinc *ambitus ædium* dicebatur locus inter ædificia relictus pedum duorum, & dimidiati, ut eſſet facultas circumeundi. *Cic. in Top.* Q. Scævola id eſſe ſolum ambitus ædium dixit, quantum communis parietes tegendi cauſa tectum projiceretur. ¶ Item circulus, orbis, *circonferenza*. *Plin. 26. 6.* Folia ambitu ſerrato. ¶ Et quoniam qui honores petebant, ſi virtute, aut meritis diffiderent, Tribus circuire ſolebant, eaſque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum eſt, ut ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati, quod ſeveriſſimis apud Romanos legibus coercebatur, *favore*, *broglio*, σχῆμα ἐκκλησίας, δεκασμός. *Cic. 2. de Orat.* Raro illud datur, ut poſſis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione ſejungere. ¶ Capitur interdum pro ſpecie quadam favoris, & captatione miſericordiæ, cum habitu, vultu, geſtu, & oratione præſentium commiſerationem aucupamur. *Quint.* Si juvenis innocentiſſimus uti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis. ¶ Eſt item ambitus prolixior verborum circuitus, *giro di parole*, περίοδος, cum ſententia certa quadam deſcriptione definitur: & conſtat ex membris, quæ cola dicuntur, & inciſis, quæ commata. *Cic. de Clar. Orat.* Comprehenſio, & ambitus ille verborum, ſi ſic periodon appellare placet. ¶ Denique ambitus eſt quævis contentio, & quodvis nimium in aliqua re ſtudium. *Senec. Med. verſ. 399.* Segnis hic abit dies Tanto petitus ambitu, tanto datus. Et funeris ambitum dixit *Prudent. hymn. ad exſeq. Flor. l. 3. c. 16.* Gemmeis & argenteis armis uſque ad ambitum ornatum.

Ambitus, a, um, o. 1. 2. περιελθὼν, circumdatus, partic. ab ambior. *Ovid. 1. Met.* Juſſit & ambitæ circumdare litora terræ. *Cic. pro Planc. c. 4.* Cedit precibus, facit eos, a quibus eſt maxime ambitus.

Ambivium, ii, n. *bivio*, bivium. *Varr.* apud *Non. c. 6. n. 15.*

Ambo, onis, m. apud Eccleſiaſticos infimæ ætatis Scriptores eſt ſuggeſtus, ſeu pulpitum, in quo ſtant concionaturi. Legitur etiam apud *Var. 4. L. L. pag. 19.* Sed alio ſenſu, & dubia item lectione.

Ambo, æ, ambo, *amendue*, nomen eſt pluralis num. tantum, שניהם, Ger. *alle beyde*, Gall. *tous deux enſemble*, Hiſp. *ambos a dos*, *entrambos*, ἄμφω. *Ter. Heaut. 1. 1. 67.* Ambo accuſandi eſtis. ¶ Dicitur de duobus tantum, ut, Plato & Ariſtoteles ambo philoſophi. Vel cum hac dictione, Duo, ut Vidi duos homines ambos mihi amicos. Vel de iis quæ duo tantummodo ſunt, ut Perdidi ambos oculos, ambas manus. ¶ Differt ab uterque: ut ambo fecerunt domum, ſc. operis conjunctis in unius domus ædificationem. Sed, uterque fecit domum, ſignificat, a duobus duas domos factas. ¶ Accuſat. maſcul. ambo pro ambos, ut Duo, pro Duos, eſt apud *Cic. 5. Fam. ep. 8.* Quos quidem ego ambo unice diligo. Sic *l. 7. ep. 13.* V. Duo.

Ambracia, f. 1. *l'Arta*, *Ambrachia*, Ἀμβρακία, urbs Ep. Epiri. Prius dicta eſt Epomia, & Paralia, deinde Ambracia ab Ambrace Rege Theſproti fil. denique ab Auguſto Nicopolis, a victoria de Antonio, & Cleopatra. Fuit Regia Pyrrhi. Jacet ad ſinum Ambracium ex ea denominatum, a Nicopoli, & Actio urbibus 25. M. P. ut Ort. Sedes eſt Præfecti Turcarum.

Ambraciates, & Ambracienſis, qui eſt ex Ambracia, ut *Ambracienſes vinum*, *græce ſucum*. (V. Abrotonites) *Plin. l. 14. c. 7.* Legatos Ambracienſes introduxit. *Liv. l. 38. c. 43.*

Ambracius, a, um, idem. *Stat. l. 2. Silv. 2. 8.* Pulvis, ad Ambracias converſa gymnade frondes.

Ambrices, f. 3. tegulæ, quæ tranſverſæ aſſeribus, & tegulis interponuntur, ut inquit *Feſtus*, ubi per aſſeres cantherios etiam intelligimus. Imbrices vero ſunt tegulæ, quibus incurvis domus tegitur.

Ambrones, m. 3. gentes quædam Gallicæ, quæ ſubita inundatione maris cum ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperunt. Has cum Cimbris Teutonicíſque Marius delevit. Hinc tractum eſt, ut turpis vitæ homines *Ambrones* dicantur. *Feſtus.*

Ambroſia, f. 1. *ambroſia*, ἀμβροσία, Latine immortalitas dicitur, ab α privativa, & βροτὸς, mortalis, vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales. Sed μ interponitur ad euphoniam. Fabulæ ferunt, ambroſiam eſſe Deorum cibum, nectarque potionem. *Cic. l. 1. Tuſc. c. 26.* Non enim ambroſia Deos, aut nectare lætari arbitror. ¶ Dioſcorides ambroſiam ſcribit vocari Romanis capitum ſylvaticum, aliis botryn, aliis apium ruſticum. *Plin. l. 27. c. 4.* herbam eſſe ſcribit, odore non inſuavi, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Etiam ambroſia alendus, proverb. a *Cicerone* dictum *l. 2. de Orat. c. 57.* De eo, qui vel immortalitate dignus, vel Diis ipſis æquandus eſſe videatur.

Ambroſiacus, a, um, ex Ambroſia, ut Ambroſiaca vitis, apud *Plin. lib. 14. cap. 3.* una ex iis, quæ inſignes uva ſunt: & fortaſſe ita dicta eſt a dulcedine.

Ambroſianus, a, um, ad Ambroſium pertinens (quod eſt nomen viri proprium, ut Ambroſiana baſilica.) *Auguſtin. l. 9. Confeſſ. c. 7.*

Ambroſius, a, um, o. 1. 2. pro divino, odorifero, fragranti, *divino*, *odorifero*. *Virg. 1. Æn.* Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem ſpiravere. *h. e.* ambroſia oblitæ, unguento Deorum. nam non cibum tantum, ſed & unguentum Deorum Ambroſiam dici, *Serv.* notat ad *Æn. 12. v. 419.*

Ambryſus, f. 2. Ἄμβρυσος, nomen duarum urbium, quarum unam Strab. locat in Phocide, alteram in Bœotia. ¶ Eſt & hoc nomine fluvius Magneſiæ, juxta quem Apollinem Admeti Regis pecus paviſſe Poetæ fabulantur. Alii ſcribunt, Amphryſus. Vide infra.

Ambubaiæ, arum, ἀμβουβαῖαι, mulieres Syriæ, quæ Romæ in Circo, & aliis locis ad laſciviam factis habitabant, & tum corpora proſtituendo, tum organa quædam pulſando, quæ ſecum ex patria attulerant, victitabant. Dictæ ab ambub, Syra voce, quæ αὐλὸν ſignificat: unde Ambubaia, αὐλητρὶς, ut docet *Scal.* Alii malunt dictas ab am, circum, & Baiis, quod circum Baias, loca deliciis apta verſarentur, quæ tandem Romam uſque pervenerint. *Horat. l. 1. ſat. 2. Suet. in Ner. c. 27.*

Ambubeja, f. 1. *cicorea*, *radicchio*, κιχώριον, herba eſt, quam alii ambugiam, alii intubum agreſtem, & notiore nomine cichoreum appellant. *Celſ. l. 2. c. 30.*

Ambulacrum, *loggia*, *cortile*, *paſſeggio*, Gall. *promenoir*, *galerie*, *lieu a ſe promener*, Hiſp. *paſſeo*, *paſſeadero*, περίπατος, eſt locus ad ambulandum, ubi commode ambulari poteſt animi cauſa. *Plaut. Moſtell. 3. 2. 68.* Ædificare balneas, ambulacrum, & porticum.

Ambulatilis, mobilis. *Vitruv. l. 10. c. 13.* Modioli fundulis ambulatilibus.

Ambulatio, f. 3. *paſſeggiamento*, הליכה, Ger. *ſpatzierung*, Gal. *promenade*, Hiſp. *paſſeo*, πορεία, actus ambulandi. *Cic. de Fin. 5. 1.* Conſtituimus, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Eſt & locus ad ambulandum, & idem, quod ambulacrum. *Vitr. l. 5. c. 9.* Circa theatra ſunt porticus, & ambulationes. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1.* Ambulatio, & aviarium.

Ambulatiuncula, f. 1. *paſſeggio*, Ger. *eingagla*. *Cic. Fam. 2. ep. 12.* Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno ſermone noſtro. ¶ Et pro loco ambulationis. *Id. lib. 13. ad Att. ep. 29.* Tecta ambulatiuncula addenda eſt.

Ambulator, m. 3. *camminatore*, הולך, Ger. *wandeler*, *ſpatzierer*, Gal. *promeneur*, Hiſp. *paſſeador*, περιπατητικός, qui huc, & illuc ambulat. *Col. l. 1. c. 8.* Villicus, ut ait Cato, ambulator eſſe non debet. *hoc eſt*, otioſus eſſe, & huc, illuc vagari. ¶ Hinc Ambulatoris nomen ad circulatores, & circumforaneos transfertur. *Martial. l. 1. epigr. 42.* Tranſtiberinus ambulator, qui pallentia ſulphurata fractis Permutat vitreis.

Ambulatorius, a, um, *camminante*, *andante*, Ger. *das geht*, *ſpatziert*, *oder bewegt wirt*, περιπατητικός, qui ambulat, aut movetur. ut Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur ad urbes oppugnandas, ut ſcribit *Vitru. l. 10. c. 19.* ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Plin. l. 21. c. 14.* Operculum (alvearis) a tergo eſſe ambulatorium. *hoc eſt* mobile. ¶ A JCtis ſumitur pro mutabili, & inconſtanti. *Ulpian. Dig. 24. 1. 32.* Ambulatoria voluntas.

Ambulatri, m. 2. Pop. Aquitaniæ, prope Vaſates. *Plin. l. 3. c. 19.*

Ambulatrix, icis, quæ ambulat. *Cato de officio villicæ, c. 143.* Ad cænam ne quo eat, neve ambulatrix ſiet. *vagabonda.*

Ambulo, las, n. 1. *andare*, *camminare*, *paſſeggiare*, הלך, Ger. *verandeuen*, *gehn*, *ſpatzieren*, Gall. *aller*, *cheminer*, *ſe promener*, Hiſp. *andar paſſearſe*, βαδίζω, eo, incedo, gradior, *Plin. l. 10. c. 65.* Mures Ægyptii bipedes ambulant. ¶ Aliquando eſt animi cauſa ſe exercere, & plerumque de otioſis dicitur, περιπατεῖν. *Cic. Acad. 4. c. 16.* Ambulare in Sole. ¶ Transfertur etiam ad alia, *Cic. 2. de Fin.* Ambulare maria. *Cato de re ruſt.* Ambulant naves, *Plin. l. 10. c. 18.* Ambulant aves. *Ter. Phor. 5. 7. 43.* In jus ambula. *h. e.* adi ad Judicem. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Plin. l. 23. c. 1.* Si ſtatim bina ſtadia ambulentur. ¶ Et imperſonaliter. *Gell. l. 0. c. 2.* Sedeatur, ambuletur.

Amburbiales hoſtiæ dicebantur, quæ circa terminos Urbis ducebantur. *Feſtus.*

Amburbium, ii, n. 2. *proceſſione*, ſacrificii genus erat, quo civitas luſtrabatur, ita dictum, quod victima, antequam immolaretur, urbem ambibat, unde & ipſæ victimæ amburbiales dictæ ſunt, auctore *Feſto*, eadem forma, qua hoſtiæ ambarvales, quæ circum arva ducebantur, antequam cæderentur, ut fruges felicius provenirent. *Vopiſc. in Aureliano, c. 20.* Luſtrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promiſſa. ¶ Deſcribitur hoc ſacrum a *Lucan. 1. 593.*

Amburo, is, uſſi, uſtum, a. 3. *bruciare d'ogni parte*, חרך, Germ. *rings umb anbrennen*, Gal. *bruler tout a l'entour*, Hiſp. *quemar al derredor*, *alrededor*, περικαίω, circumuro. *Plaut. Epid. 5. 2. 9.* Quaqua tangit, omne amburit. Et amburi fulmine. *Plin. l. 3. epiſt. 11.*

Ambuſtio, onis, f. 3. *ſcottatura*, כויה, Ger. *ein brand*, περίκαυσις. *Plin. l. 23. c. 4.* Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambuſtionibus.

Ambuſtulatus, a, um, quaſi ambuſtus, *abbruſtolato*, *ſcottato*. *Plaut. Rud. 3. 4. 65.* Te ambuſtulatum objiciam magnis avibus pabulum.

Ambuſtus, a. 1. 2. *bruciato*, חרוך, Germ. *umbgebrennt*, περικεκαυμένος, circumuſtus. *Cicer. pro domo ſua*, Ambuſtas fortunarum mearum reliquias: metaphorice dixit. *Id. in Verr. 2.* Ambuſtus incendio ſociorum. Metaphorica etiam *Liv. Decad. 3. l. 2. c. 21.* Qui (L. Æmilius Paulus) cum M. Livio conſul fuerat, & damnatione collegæ, & ſua prope ambuſtus evaſerat. ¶ Proprie *Horat. l. 4. od. 11.* phaethon ambuſtus. A medicis *ambuſtum* dicitur membrum quod nimio calore, aut frigore læſum eſt, *ſcottatura*. *Plin. l. 21. c. 4.* Galliæ nucleus ſedat ambuſta. *leva il bruciore*. *Id. l. 35. c. 15.* Ambuſtis prodeſt alumen.

Amecum, & amecam, *amico*, e *amica*, pro amico, & amica antiqui dicebant. *Laberius*, In lacu Averno mulierem fuiſſe amecabundam ſcripſit, hoc eſt, amantem. *Feſt.* in voce *Amicitia*.

Amella, f. 1. herba, quæ naſcitur juxta Mellam Galliæ fluvium, a quo nomen accepit. Amellus flos ejus. Vide *Servium* in illud *Virg. 4. Georg. v. 271.* Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello fecere agricolæ.

Amellus. V. Amella.

Amen, vox Hebraica ſignificans vere, certe, vel fiat. Primam ſyllabam habet natura longam. Quare *Paulin. Nolan.* & *Venant. Fortun.* qui corripuere, non ſunt temere imitandi.

Amenanus, i, fluv. Siciliæ, Ætnæ proximus, per Catanam fluens. *Ovid. Met. 15. v. 279.* Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas. Ubi vulg. *Amaſenus* legitur: cum tamen hoc nomine nullus ſit fluvius in Sicilia.

Amens, tis, o. 3. *furioſo*, *pazzo*, משגע, Ger. *unſinnig*, *tobend*, Gall. *inſenſé*, *hors du ſens*, *forcené*, Hiſp. *ſin ſeſo*, *loco*, ἄφρων, qui a mente ſua diſceſſit, vel de ſtatu mentis dejectus eſt, hoc eſt, qui ſine conſilio, animoque eſt, quo ſapimus. *Cic. 2. de Fin.* An me tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? ¶ Quidam amentem a demente ita diſtin-

diſtinguunt, ut demens ſit, qui non cogitet, quid agat aut loquatur, amens, qui prorſus inſanit. ¶ Amens etiam dicitur, conſternatus, ſtupefactus, *attonito, ſtupefatto*. *Virg. Æn. 4. v. 279.* Æneas aſpectu obmutuit amens. ¶ Cum genit. *Virg. 4. Æn. v. 203.* Amens animi.

Amentatio, onis, f. actus jaculandi. Deinde ipſum jaculum, ſive telum. *Tertull. l. 1. ad Nation. cap. 10.* Quo machæris veſtris amentationibuſque cadatis.

Amentatus, a, um, nomen ex particip. amentis vel loris ligatus; ut amentatæ ſoleæ, quibus utuntur mulieres. Amentatum jaculum, *Cicer. de clar. Orat.* Amentatæ haſtæ, *Id. l. 1. de Orat. c. 57.* ubi allegorice loquitur.

Amentia, *pazzia*, [illegible], Germ. *unſinnigkeit*, *ἄνοια*, inſania, dementia. *Cic. 3. Tuſc. c. 5.* Animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. ¶ Sumitur & pro turbatione mentis conſternatæ. *V. Ovid. 5. Metam. v. 509.*

Amento, as, are, ut amentare jaculum, ideſt amento ligare, & jactui parare. *Lucan. l. 6. v. 221.* Cum jaculum parva Libye amentavit habena, Se rotat in vulnus. *Sil. l. 14. v. 423.* ad *ventum accommodare*. Paſtoſque bitumine torque Amentante Nato Pœnorum apluſtribus ignem.

Amentum, i, loramentum eſt, quo telum regitur, & emittitur. *Liv. l. 37. c. 41.* Humor jaculorum amenta emollierat. *Sil. l. 9. v. 509.* Amentis contorta haſtilia. ¶ Item lorum, quo ſoleæ reſtringuntur. *Feſt.* Amenta ſunt, quibus vinciuntur jacula, ut mitti poſſint, ſive ſolearum lora: ex Græco *ἅμματα*, vel quia aptantes ea ad mentum trahunt. *Plin. lib. 34. c. 6. ad fin.* Statua ſedens, ſoleiſque ſine amento inſignis.

Ameria, *Amelia*, *Ἀμερία*, urbs Umbriæ ante Perſicum bellum annis nongentis ſeptuaginta quatuor condita (uti ex Catone *Plin. 3. 14.* narrat) Ocriculo vicina, a Narnia 6. M. P. in Ortum, unde vites Amerinæ, & ſalix Amerina laudantur.

America, *America*, quarta orbis terræ pars, inſula Oceani maxima, & immenſa, eadem, quæ Atlantis Platonis, detecta a Criſtophoro Columbo Genuenſi an. 1492. & poſtea nominata ab Americo Veſpuccio Florentino Coſmographo, an. 1497. Sita eſt ad Occidentem. Dicitur aliter Novus Orbis, ob magnitudinem, quæ veteri ferme par eſt, & perſæpe, ſed improprie, India Occidentalis, quod eodem fere tempore detecta ſit ad Occ. quo India ad Or. magna parte reperta eſt. ¶ Clauditur ab Occ. mari Auſtrino, ſeu Pacifico, ab Or. mari Boreali, & Æthiopico, a Mer. freto Magellanico, & freto Mareo. Porrigitur a Septentrione in Meridiem. ¶ Hinc in duas ingentes peninſulas dividitur, Septentrionalem, & Meridionalem, quæ tenui iſthmo 17. leuc. disjunguntur, & inter Panaman & Nomen Dei urbes ponte connectuntur.

Amerimnon, n. 2. herba, quæ alio nomine aizoon majus appellatur. *Plin. l. 25. c. 13.*

Amerion, f. 1. ſpecies eſt ſalicis arboris, quæ & Sabina appellatur: aptiſſima ad vites alligandas. *Colum. 4. 30.* & *Plin. l. 24. c. 9.* ¶ Item Amerina, genus pyrorum. *Stat. l. 1. Sil. ult. v. 18.* Et maſſis Amerina non peruſtis. *Plin. 15. c. 15.* Inter ſerotiſſima pyrorum genera enumerat.

Amerinus, a, um, qui eſt ex Ameria. *Virg. 1. Georg. v. 265.* Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

Ames, itis, m. 3. Amites furculæ ſunt, quibus in venatione retia ſuſpenduntur. *Feſt.* Perticam, ſeu furcam aucupalem interpretatur, *ἱξόφορος κάλαμος, πάλιξ*. *Horat. Epod. 2.* Aut amite levi rara tendit retia turdis. ¶ Amites baſternarum apud *Pallad. in Jun. tit. 2.* Sunt vectes longi, quibus baſterna, hoc eſt lectica jumento imponitur. ¶ Quanta prima ſit, dubitatur. Pleriſque tamen doctioribus placet, brevem eſſe.

Amethyſtinatus, amethyſtinis veſtibus indutus, apud *Mart. lib. 2. epigr. 57.* Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Amethyſtinus, a, um, ex amethyſto, aut amethyſti colorem referens, ut veſtimenta, quæ ideo etiam abſolute *Amethyſtina*, dicuntur. *Juvenal. ſat. 7. v. 135.* Purpura vendit Cauſidicum, vendunt Amethyſtina. Hic enim color in maximo pretio, quia mixtus ex purpura. *Plin. l. 9. c. 41.* & *l. 21. c. 8.* Italis hic color dicitur *violetto chiaro*.

Amethyſtizontes, carbunculi, quorum externus igniculus in Amethyſti violam exit. *Plin. l. 37. c. 7.*

Amethyſtus, f. 2. *ἀμέθυστος*, gemma purpurea eſt, in qua fulgor purpuræ eſt, non prorſus igneus, ſed in vini colorem deſinens, & violæ ſimilis. Dicta eſt quaſi minime ebria, ab *α* priv. part. & a verbo *μεθύσκομαι*, inebrior. Ratio nominis eſt, quod, cum uſque ad vini colorem accedat, prius tamen, quam id deguſtet, in violam deſinit, ſive quod ebrietati reſiſtit. *Plin. 37. 9.* *Ovid. 3. de ar. am. v. 181.* Purpureæ amethyſti. *Plin. loc. cit.* Amethyſti Indicæ. ¶ Amethyſtus etiam genus uvæ eſt, quæ ſobria eſt, & temulentiam ſola non facit. *Plin. l. 14. c. 2.*

Amfractum, apud *Varr. l. 6. de L. L.* eſt ab origine duplici flexum: dictum ab ambitu, & frango.

Amia, f. 1. piſcis eſt pelamidi ſimilis, cujus incrementum ſingulis diebus intelligitur. *Plin. l. 9. c. 15.*

Amiantus, m. 2. *allume di piuma*, *ἀμίαντος*, lapis eſt friabilis in modum lanæ, alumini ſciſſili adeo ſimilis, ut pro eo a ſeplaſiariis ſupponatur. Vulgus Gallorum vocat alumen plumeum falſo exiſtimans, ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non conſumitur. Texitur quoque inter veſtes, & mappas, quæ ſordidatæ igni purgantur. *Plin. 36. 19.*

Amica, æ, f. 1. *amica*, [illegible], Ger. *ein bul*, Gal. *amie*, *amoureuſe*, Hiſp. *amiga*, *ἐρωμένη*, quam quis amat inhoneſte. *Ter. in And. 1. 3. 10.* Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt.

Amicabilis, le, *conveniente all' amico*, Germ. *das ein freund ſchafft gebort*, *φίλος*. *Plaut. Mil. 4. 4. 8.* Operam da amicabilem. *h. e.* quam dare debet amicus. Sed al. leg. *adjuxtabilem*. *Sidon. l. 1. epiſt. 3.* Scamnis amicabilibus deputati. Al. leg. *Amicalibus*. Neutrum ergo ſatis certum exemplum. Utuntur tamen hac voce JCti. *Leg. ult. §. ult. C. de legit. hered.* Per amicabilem tranſactionem.

Amicalis, le, idem quod amicabilis. *Ulp. leg. 10. D. Mandati vel cont. §. Si quis ea.* Qui affectionem amicalem promiſit. Adde *Sidon. lib. 1. ep. 3.* ubi alii leg. *amicabilis*.

Amicarius, apud *Diomed. l. 1. p. 313.* Eſt qui amicam præbet. Sed vox eſt huic Grammatico relinquenda.

Amice, adv. benevole, *amichevolmente*, [illegible], Ger. *freundtlich*, Gall. *en amy*, *amiablement*, Hiſp. *amigablement*, *φιλικῶς*, cum amore, & benevolentia. *Cic. de Amic. c. 2.* Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amice. ¶ Jungitur & cum Dativo. *Cic. 1. Offic. c. 26.* Vivere ſimpliciter, fideliter, vitæque hominum amice. ¶ Superlat. *amiciſſime*, eſt apud eund. *Div. in Verr. c. 9.*

Amicimen, inis, idem quod amictus, apud *Apul. 11. Met.* Mulieres candido ſplendentes amicimine.

Amicinum, n. 2. *pedicino dell' otre*, utris pediculus, ex quo vinum diffunditur. *Feſtus*.

Amicio, cis, icui, & ixi, ictum, *veſtire*, [illegible], Ger. *kleinden*, Gal. *vetir*, Hiſp. *veſtir*, *ἀμφιέννυμι*, veſtio, operio: eſt ab am, circum, & jacio. *Hor. l. 2. ep. 1. in fi.* Quicquid chartis amicitur ineptis. ¶ Veteres in fut. *amicibo* dicebant, *Plaut. Perſ. 2. 5. 6.* Subnixus alis me inferam, atque amicibor glorioſe. ¶ Duo habet præterita hoc verbum, *icui*, & *ixi*: & poſterius eſſe magis uſitatum, notant Grammatici. *Brutus* apud *Diomed. lib. 1.* Qui te toga prætexta amicuit. *Varro ibid.* Celerius matar amixit. ¶ Tertium quoque afferri ſolet, *amicivi*: ſed caret adhuc exemplis.

Amiciter, *amichevolmente*, adver. pro amice. *Plaut. Perſ. 2. 3. 3.* Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt.

Amicitia, tiæ, f. 1. benevolentia, conjunctio, familiaritas, neceſſitudo, *amicizia*, *amiſtà*, [illegible], Germ. *freundtſchafft*, Gall. *amitié*, Hiſp. *amiſtad*, *φιλία*, ab amicus, eſt ſtudiorum omnium, voluntatumque conſenſus. *Cicer. in Lælio, c. 6.* Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium divinarum, humanarumque rerum cum benevolentia, & charitate ſumma conſenſio. Amicitia propria inter pares eſt: *Plin.* tamen *l. 1. ep. 27.* Amicitia Principis, dixit, ideſt benevolentia. ¶ Par amicitiæ, apud *Cic. pro Dom.* hoc eſt duo amici. ¶ Pyladea amicitia, apud eund. *de Fin.* hoc eſt perfecta, qualis fuit Pyladi cum Oreſte. ¶ Jungere amicitiam cum aliquo, adjungere aliquem ad amicitiam, Accipere, recipere, adſcribere aliquem in amicitiam, ad amicitiam alicujus accedere, ſe conferre, ſe adjungere, ſe applicare: Avertere ſe, removere ſe ab alicujus amicitia, amicitias dimittere, deſerere, diſcindere, divellere, diſrumpere, diſſociare, diſſolvere, diffluere, paſſim occurrunt apud *Cic. Cæſ.* &c. ¶ Amicitia, cum ad plantas, ac ſimilia transfertur, *συμπάθεια* eſt. *Plin. l. 19. cap. 8. de ruta:* Amicitia eſt ei cum fico in tantum, ut nuſquam lætior proveniat, quam ſub hac arbore. ¶ Amicitiæ in plurali quoque, ut *Cic. in Lel. cap. 13.* Fugiendas eſſe nimias amicitias. ¶ Hoc etiam nomine appellata fuit Dea quædam. *Lil. Gyrald. de Diis Gent.* ſyntagm. 1. ¶ *Amicitai* in genit. pro *amicitiæ* dixit *Lucret. l. 3. v. 83.*

Amicities, ei, antiq. vox pro amicitia, apud *Lucret.* legitur *l. 5. v. 1018.*

Amico, as, a. 1. *fare amico*, [illegible], Ger. *freundtſchafft machen*, Gall. *faire amy*. Hiſp. *hazer amigo*, *φιλοποιέω*, concilio, placo, amicum facio, propitium reddo. *Stat. 3. Theb. v. 470.* Solita prece numen amicat.

Amicoſus, a, um, qui multas amicas habet. Affert *Diomed. l. 1. p. 313.* Sed nullo confirmat exemplo Latini Scriptoris.

Amictorium, *ἀμικτόριον*, veſtimentum puellare candidum, & ſubtiliſſimum ex lino. Hoc nomine inſcribitur Diſtichon apud *Martial. l. 14. ep. 149.*

Amictus, a, um, *veſtito*, [illegible], Ger. *bekleidet*, *angethon*, Gal. *vetu*, *couvert*, Hiſp. *veſtido*, *ἀμφιεσμένος*, particip. veſtitus, indutus. *Cic. 2. Phil. c. 34.* Amictus toga purpurea. ¶ Differunt *amictus*, & *indutus*, quod illud dicitur proprie de veſtibus exterioribus, & laxioribus, quæ hominem tegunt magis, quam veſtiunt: hoc de interioribus, & magis adhærentibus. *Cic. 3. de Orat. c. 32.* Pallium, quo amictus, ſoccos, quibus indutus eſſet, &c.

Amictus, us, m. 4. *ſopraveſta*, Ger. *Kleidung*, *ἐπίβλημα*, veſtis, quæ ſuperponitur aliis veſtibus, quaſi pallium. *Tibull. 1. 9. 13.* Fruſtra jam veſtes, fruſtra mutantur amictus. ¶ *Amictui* eſſe eſt ad veſtiendum aptum eſſe. *Cic. 5. Tuſcul. 5. c. 32.* Mihi amictui eſt ſcythicum tegmen. ¶ Ponitur & pro quolibet velamento. *Virg. 3. Æn. v. 545.* Velare capita amictu Phrygio. *Sil. l. 12. v. 613.* terras cæco nox condit amictu. ¶ De cælo, quod undique terram tegit, uſurpavit *Lucret. l. 6. v. 1131.* Cœli mutemus amictum.

Amicula, f. 1. *amichetta*, German. *ein bule*, *τὸ ἐρώμενον*, dim. ab amica. *Plin. 3. ep. 9.* Miſerat epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Adde *Cic. de Orat. 2. 59.*

Amiculatus, a, um, amiculo indutus, veſtitus. *Solin. c. 65.* (*al. 50.*) de India: Pars nudi, pars obſcena tantum amiculati.

Amiculum, n. 2. palliolum, veſtis, [illegible], Germ. *ein kleid das man uber andere anlegt*, *ἀμφίεσμα*, genus veſtimenti, auctore *Feſto*, a circumjectu dictum. *Cic. 2. de Div.* Viſus eſt in ſomnis amicæ eſſe amictus amiculo.

Amiculus, *amichetto*, dim. ab amicus. *Hor. in Epiſt. 17. l. 1.* Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus. ¶ Hæc diminutiva plena blanditiarum, & amoribus accommodata ſunt.

Amicus, i, ſubſt. m. 2. benevolus, neceſſarius, benevolentia conjunctus, cupidus, ſtudioſus, *amico*, [illegible], Ger. *ein freund*, Gal. *amy*, Hiſp. *amigo*, *φίλος*, ab amando dicitur, & honeſta in re eſt. Eſt enim, qui honeſte amat, & indiſſolubili familiaritatis jure conjunctus eſt. *Paulus Juriſconſ.* Amicos appellare debemus non levi notitia conjunctos, ſed quibus fuerint jura cum patrefamilias honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. *Cic. 5. Ver.* Alba tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, verum etiam amator. *Donat.* Amicus animi eſt, amator corporis, amator ad tempus, amicus in perpetuum. ¶ Amicum ſibi eſſe, eſt bene curare cutem ſuam, non defraudare Genium. *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 20.* Vix credere poſſis, Quam ſibi non ſit amicus. ¶ Amici Principum dicebantur eorum conſiliarii, ac familiares. Hi & Comites dicti, a comitando. quod cum facerent, præcedere ſolebant. nam ſervi & minus honorata miniſteria ſequebantur: unde & Pediſſequi dicti. Illi autem Anteambulones, & Antepodes dicebantur. ¶ Sic & ipſi Patroni, & quibus præſtantur obſequia, Amici dicuntur. Ita *Horatius* appellat Mecænatem patronum ſuum, *Epod. 1.* Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. Et *Carm. l. 2. od. 18.* Nec potentem amicum Largiora flagito. Sic *Juven. ſat. 4. v. 57.* Magnos amicos dixit. ¶ Amicum pro amicorum dixit *Plaut. Merc. 2. 3. 51.*

Amicus, ca, cum, o. v. 2. adject. *amico*, *caro*, *φίλος*, benevolus, amicitia conjunctus. *Cæſ. 2. B. C.* Quas Cæſar eſſe amicas civitates arbitrabatur. ¶ Si jungitur cum re inanimata, ſignificat utile, ſive gratum, ut Amicus pratis humor, amica frugibus æſtas, amicum plantis ſidus. *Hor. lib. 2. od. 17.* Nec Diis amicum, nec mihi te prius obire. ¶ Hinc fit comp. *Amicior*, & ſuperlat. *amiciſſimus*. *Cic. Att.* Mihi nemo amicior, nec jucundior Attico. Et *l. 3. Fam. ep. 9.* Succeſſor conjunctiſſimus, & amiciſſimus. ¶ Legitur etiam *amicitior* pro *amicior*. *Cic. Fam. 3. ep. 2.* Nequa tibi amicitior quiſquam poſſet ſuccedere. Ita leg. pleriqne ex MSS. *Apulej. in Apolog.* Amicitiorem eſſe mediocritati. Adde *Symmach. l. 4. ep. 7.*

Amilcar, is, m. 3. *Ἀμίλκας*, Carthaginenſium dux, Annibalis pater, qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶ Plures item alii hoc nomine fuerunt, ut ille Alexandri Magni tempore, qui cum cives ſui creſcentes Alexandri vires extimeſcerent, exulem ſe fingens, ad ejus caſtra transfugit, receptus in militiam, & conſiliis adhibitus ſuis omnia civibus in tabellis ligneis cera ſuperinducta perſcribebat.

Amminæum, ſive Ammineum, opp. Campaniæ prope Falernum M. unde vites Amminæ, & vinum Amminæum.

Amminæus, vel Ammineus, a, um, adject. Ab Amminæo, ſive Aminea. *Virg. 2. Georg. v. 97.* Sunt & Amineæ vites firmiſſima vina. *Al. leg.* Sunt etiam Ammineæ vites, &c. Vide ibi *Serv. & Pier.*

Amiſſibilis, le, *che ſi può perdere*, qui amitti poteſt. *Auguſtin. lib. 5. de Trinit. cap. 4.* & *lib. 15. c. 13.*

Amiſſio, onis, f. *perdita*, actus amittendi, *ἀποβολή*, *Cicer. Fam. 4. ep. 3.* Omnium rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi. *Idem in Piſ. c. 37.* Amiſſio oppidorum. *Et cap. 18. in fin.* Amiſſio dignitatis.

Amiſſis, pro amiſeris, apud *Plaut. Amph. 2. 2. 117.*

Amiſſus, a, um, dimiſſus, perditus, *perduto*. *Virg. Æn.* 2. v. 148. Amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos. ¶ Abſolute, Amiſſa recuperare, *Nepos* 13. 3. 2.

Amiſſus, us, m, idem quod amiſſio, *perdita*. *Nepos* 7. 6. 2. Siciliæ amiſſum culpæ ſuæ tribuebant.

Amita, f. 1. *zia*, Germ. *des vatters ſchweſter*, Gal. *tante du coté du pere*, Hiſp. *tia*, πατραδέλφη, patris mei ſoror, ſic dicta, quia ſimiliter a me tertia ſit, atque avia videri poſſit, vel quia a patre meo amata eſt. Nam plus ſorores a patribus, quam fratres diligi ſolent propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ ideo minus diſſenſionis habent, quod minus æmulationis. *Cic. pro Cluent. cap.* 10. Cluentia, quæ amita hujus Aviti fuit. ¶ *Amita magna* eſt avi mei ſoror. *Paul.* Dig. 38. 10. 10. ¶ *Amita major* eſt ſoror proavi mei. *Paul. ibid.* ¶ *Amita maxima*, quæ & *abamita* dicitur, eſt ſoror abavi. *Idem ibid.*

Amiterninus, a, um, ad Amiternum pertinens, ut Amiternina arva, *Colum. lib.* 10. v. 422.

Amiternum, n. 2. *S. Vittorino*, urbs exciſa, olim Veſtinorum in Aprutio ad Aternum amnem, ab Aquila 5. M. P. in Bor. Fuit patria Cr. Salluſtii. *Plin.* 18. 13. & 19. 5.

Amiternus, a, um, ad Amiternum pertinens, ut Amiterna cohors, *Virg.* 7. *Æn.* v. 710.

Amithaon, pater Melampi vatis. *Stat. Theb.* 3. Juxtaque Amithaona cretus, Jam ſenior. Hinc

Amithaonius, a, um. *Tib.* 4. *eleg.* 1. Queis Amithaonius nequeat certare Melampus.

Amitini, & Amitinæ auctore *Nonio* dicuntur ii, quorum alter ex fratre, alter ex ſorore genitur, *figliuoli di fratello, e ſorella*, *cugini germani*, τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς ἀνεψιοί. Duorum autem fratrum filii, patrueles, duarum ſororum, conſobrini appellantur. *Dig.* 38. 10. 1.

Amitto, is, iſi, iſſum, ere, *mandar via*, *perdere*, אבד, Ger. *verlieren*, Gal. *perdre*, Hiſp. *perder*, ἀποπέμπω, ἀποβάλλω, primo ſignificat, amandare, dimittere, ſeu abire permittere. *Plaut. Capt.* 2. 2. 82. Et te, & hunc amittam hinc. Ita Terentius multis in locis. Donatus: Quod nos dicimus dimittere, veteres dicebant amittere. ¶ Deinde ſignificat perdere, jacturam facere. *Cic. ad Attic. l.* 15. *ep.* 11. Neceſſe eſt ſervire tempori, & non eſt amittendum, cum ſit datum. ¶ De morte etiam eleganter dicitur, & non ſolum vitam amittere, animam, &c. ſed etiam amittere patrem, liberos, &c. *Suet. Tib. c.* 7. Druſum fratrem in Germania amiſit. ¶ Amittere de manibus aliquem, vel e manibus, *laſciarſi fuggir dalle mani*. *Cic. pro Cal. & Liv. l.* 29. *c.* 32. Sic amittere e conſpectu, *perdere di viſta*. *Ter. Eun.* 2. 3. ¶ Et omiſſa præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo, *Plaut. Mil.* 2. 5. 47. Amittere prædam manibus. ¶ *Amittere alicui noxam* eſt ignoſcere. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 181. Tibi hanc amittam noxam unam. *et la laſcierò paſſare*. ¶ *Amiſſis* pro amiſeris, *Plaut. Bacch.* 5. 2. 70. Et *omiſti* pro amiſiſti, *Ter. Eun.* 2. 2. 10.

Ammi, Ammios, ἄμμι, herbæ genus, quam cuminum Æthiopicum vocant. *Plin. l.* 20. c. ult.

Ammianus Marcellinus, hiſtoricus latinus, qui hiſtoriam ſcripſit a principatu Nervæ uſque ad Valentis interitum libris 31. ex quibus 18. poſteriores adhuc ſuperſunt.

Ammitto pro admitto legitur in pleriſque Codicib. *Valer. Flacci* 2. 399. & 6. 303.

Ammochryſus, ἀμμόχρυσος, gemmæ nomen. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo, velut auro arenis miſto.

Ammodites, m. 1. ἀμμοδύτης, ſerpens eſt viperæ ſimilis, arenoſi coloris, unde nomen accepiſſe videtur. A nonnullis cenchriar dicitur, quod caudam habeat duram inſtar milii. *Lucan. l.* 9. v. 715.

Ammon, onis, ἄμμων, ſive Hammon, Juppiter vocatus eſt, qui in deſertis Libyæ ſub Arietis forma colebatur, ab arena, quæ a Græcis ἄμμος, vel ἄμμος dicitur, quod ejus templum in arenis ſitum eſſet. Nam cum Liber pater per deſertum Libyæ exercitum duceret, univerſa jam Aſia devicta, & ſiti admodum laboraret, imploraſſe a patre auxilium dicitur, quo facto apparuit ei extemplo aries, quem dum fugientem perſequitur, pervenit illo duce ad fontem amœniſſimum. Deſiderio potius, exiſtimans, arietem illum fuiſſe Jovem, ei templum miræ magnitudinis in arena conſtituit, & Deum vocavit Ammonem, hoc eſt, Jovem arenarium. ¶ Nonnulli dicunt, Ammonem Jovem eſſe dictum ex nomine Ammonis paſtoris, qui primus illic templum extruxit. Hujus meminere Suidas, & Ariſtophanes. ¶ Fortaſſe hæc ratio appellationis melior eſt, quod lingua Ægyptia Ammon Juppiter dicitur. Fortaſſe etiam hic Cham eſt filius Noe, quem corrupto nomine poſteri Ammonem vocitare cœperint. ¶ Locus nunc *Canzaron di Mahoma* dicitur, in Libya inſ. in confinio Cyrenaicæ reg. apud Garamantes, a Cyrene 400. M. P. in Auſtr.

Ammonēo pro admoneo legitur in multis codicib. *Phædri l.* 1. *Fab.* 26. *l.* 3. *fab.* 10. *Valer. Flacci* 3. 147. & 5. 12. & *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip.* 1. & 5.

Ammonia, f. 1. ἀμμωνία, regio mediterr. Libyæ, in qua Juppiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος a Græcis dicitur. Ammonia etiam cognominata eſt Juno, culta ab Eleis. *Pauſan. in Eliac. pag.* 163.

Ammoniacum, V. Hammoniacum.

Ammoniăcus ſal, ἀμμωνιακός, terræ ſalſugo in Libyæ arenis creſcente Luna efferveſcens, alumini ſciſſili non diſſimilis, glabris oblongis, veniſque in longitudinem rectis. Vide *Plin. l.* 31. c. 7. *Dioſcor. l.* 5. *Ovid. de medicamine faciei*, v. 94. Cumque Ammoniaco maſcula tura ſale.

Ammonias, adis, f. navis, quæ populorum munera & victimæ ad Ammonis templum ex tranſmarinis regionibus tranſvehebantur. *Plin. l.* 35. *c.* 10.

Ammonii, populi Libyæ, colentes Jovem Ammonem, ἀμμώνιοι.

Ammonitrum, ἀμμόνιτρον, maſſa eſt conſtans ex arena molis trita, & tertia parte nitri, ex qua recocta fit nitrum purum, & candidum. *Plin. l.* 36. *c.* 26.

Ammothea, Nympha, ἀπὸ τῆς ἄμμου, καὶ θέειν, quaſi per arenam currens.

Amnanſis, ad amnem ſitus, παραποτάμιος. *Feſtus:* Amnenſes dictæ urbes ad amnem ſitæ.

Amneſtia, ἀμνηστία, Græca vox, rerum præteritarum oblivionem ſignificans, qua voce uſus creditur *Cic.* in quadam Oratione ad Senatum habita in æde Telluris, de pace cum Antonio facienda, quæ hodie non extat. Ita enim *Philip.* 1. *cap.* 1. de ea oratione loquens, ait: In quo templo jeci fundamenta pacis: Græcum etiam verbum uſurpavi, quo tum in ſedandis diſcordiis uſa erat illa Civitas (*Athenæ*) atque omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui. Diſſentit tamen ab hac opinione *Muretus l.* 2. *Var. lect. c.* 15. V. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 1.

Amnicŏla, æ, παραποτάμιος, ad flumen habitans, *che abita appreſſo al fiume*. *Ovid.* 10. *Met.* v. 96. Amnicolæque ſimul ſalices.

Amnicŭlus, i, diminut. ab Amnis, *picciol fiume*, *fiumicello*. *Liv. l.* 36. *c.* 22. Ab altero amniculo App. Claudium oppoſuit.

Amnĭcus, a, um, n. 2. *di fiume*, Ger. *das der fluſſ*, *oder bach iſt*, ποτάμιος, fluvialis, ut Stirps amnica, apud *Apul. Plin. l.* 3. *c.* 25. Inſula amnicarum maxima.

Amnigĕna, vel Amnigĕnus, a, um, in amne genitus. *Auſon. Moſella*, v. 116. Amnigenas inter piſces. Al. leg. *amnigenas*.

Amnis, m. 3. *fiume*, יאור נהר, Germ. *ein fluſſ*, *ein bach*, Gal. *fleuve*, *riviere*, Hiſp. *el rio*, ποταμός, fluvius, ab am, idest, circum, & nare, fluere, quoniam flexuoſo meatu labitur. Vel dicitur ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideoque cornuta pinguntur. Nec deſunt, qui a Græco ἀμνίον, deduci malint, quod etiam *Suidas* fluvium interpretatur. *Virg.* 1. *Georg.* Atque alius latum funda jam verberat amnem. ¶ Ponitur & pro torrente, *torrente*. *Virg.* 4. *Æn.* Ruunt de montibus amnes. ¶ In ſexto caſu facit etiam amni, pro amne. *Liv. l.* 21. *c.* 5. Vorticoſo amni delati in hoſtes. Et *c.* 27. *ejuſd. lib.* Trajecto amni. ¶ Olim fuit etiam femin. gen. *Plaut. Merc.* 5. 2. 18. Neque mihi ulla obſiſtet amnis. Adde *Var. l.* 3. *R. R. c.* 5. & *Accium* apud *Non. c.* 3. *n.* 11.

Amo, a. 1. diligo, ſtudio proſequor, benevolentia complector, *amare*, אהב, רחם, Ger. *liebhaben*, *lieben*, Gal. *aimer*, Hiſp. *amar*, φιλέω, charum habere, bonum alicui velle. *Cic. Att.* Amat nos, charoſque habet. ¶ Amare majoris vis eſt, quam diligere. *Cic. ad filium*, Ut ſcires, eum non a me diligi ſolum, verum etiam amari. *diligere* enim eſt amare cum delectu, ideoque rationis potius, quam appetitus. *Terentius* tamen contrarium poſuiſſe videtur, Quo plus quenquam amem, aut plus diligam. ¶ Quod ſi amo abſolute ponatur, capitur pro amore captus ſum, *eſſer innamorato*. *Ter. Andr.* 1. 5. 14. Meum gnatum rumor eſt amare. ¶ Amare nimis pro indulgere. *Cic. Att. l.* 6. Nimis in iſto Bruto amaſti. ¶ Amare ſe ipſum, eſt, ſe mirari, ſibi placere. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. ¶ Si me amas, Ita me Dii ament, Sic me Deus amet, obteſtantis, & affirmantis formulæ ſunt. ¶ Dicimus ſæpe, amare, pro ſolere. *Hor. l.* 2. *od.* 3. Pinus ingens, albaque populus Umbram hoſpitalem conſociare amant. Et *l.* 3. *od.* 16. Aurum perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo. ¶ Interdum pro amantes, & ſtudioſe petere. *Plaut. Men.* 2. 3. 71. Scin' quid te amabo, ut facias? Sic *ibid.* 3. 3. 1. *Ter. Eun.* 3. 3. *in fin.* Amabo te, ut illuc tranſeas. ¶ Dicimus etiam, amo te, cum gratias agere volumus, & obſtrictum beneficio animum ſignificare. *Ter. Eun.* 1. 2. 106. Scilicet faciundum eſt, quod vis. Th. Merito amo te: bene facis. ¶ Habet hoc verbum varios caſus præter accuſat. *Ter. Eun.* Ecquid nos amas de fidicina iſthac? *Plaut. Pœn.* Hic amat a Lenone. *Cic. Att.* Si quidquam me amas, &c. ¶ Amabo, Amans V. ſuis locis.

Amŏdo, *da ora innanzi*, *per l' avvenire*, מעתה, ἀπὸ τοῦ νῦν, poſthac, ſive ab hoc tempore. *Hieron. l.* 1. *adverſ. Jovinian. c.* 3. *ex Iſaia c.* 38. Amodo filios faciar.

Amœbæum, ἀμοιβαῖον, io pen. cum æ, & in antep. cum œ diphthon. genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero verſuum, & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut majus, aut contrarium aliquid dicat, ut eſt apud *Virg. in Bucol. Ecl.* 3. Ab Jove principium Muſæ, Jovis omnia plena: ille colit terras, &c. Nomen deductum eſt ab ἀμείβω, alterno, vices reddo, ſuccedo, permuto, &c. ¶ Amœbeus, & Antamœbeus pedes ſunt pentaſyllabi. Prioris exemplum eſt, *incredibiles*, poſterioris, *manifeſtarer*. *Diomed. l.* 3. *c. de pedib.*

Amœne, adv. *diletteſolamente*, cujus Comparat. eſt apud *Gell. lib.* 14. *c.* 5. Superlat. apud *Plin. l.* 4. *ep.* 23. Habitare amœniſſime. Poſitivum apud *Plaut. Mil.* 2. 5. 2.

Amœnĭtas, f. 3. ſuavitas locorum, *amenità*, *diletto*, נעים, Germ. *luſtigkeit*, ἐπαφρότης, jucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 1. Amœnitatem, & ſalubritatem hanc ſequor. *Id.* 2. *de nat. Deor.* 39. Amœnitates littorum. *Plin. in Præfat.* Studiorum amœnitates quærimus. *h. e.* enim ſtudiis conſectamur, quæ delectant, & jucunde ſunt. ¶ Pro munditie, & elegantia uſus eſt *Plaut. Men.* 2. 3. 6. Sternite lectulos, incendite odores. Munditia illecebra animo amantium. Amanti amœnitas malo, nobis lucro eſt.

Amœnĭter, pro amœne. *Gell. lib.* 20. *c.* 8. Hilare, atque amœniter agitare vindemiam.

Amœno, as, exhilaro, amœnum facio, *rallegrare*, *far ameno*, εὐφραίνω. *Caſſiod. l.* 2. *epiſt.* 40. *de Muſica*. Felices animas ſeptem chordarum pulſibus amœnabat. *Salvian. l.* 7. *pag.* 249. Regio amœnata lucis, atque irrigata fontibus. Adde *Sidon. l.* 1. *ep.* 9. Tetrica ſunt amœnanda jocularibus.

Amœnus, a, um, *ameno*, נעים, Ger. *luſtig*, *lieblich*, Gal. *plaiſant*, *agreable*, Hiſp. *ameno*, τερπνός, ἡδύς, aſpectu jucundus, non tamen artificio, ſed natura ipſa. *Feſtus* ab amo deducit, cum ait, *loca amœna*, *quod ad amandum alliciant*. ¶ Dicitur amœnus præcipue de locis, ut Amœnum rus, amœnus fons. *Cic. Attic. l.* 16. *epiſt.* 3. Prædiola noſtra ſatis amœna. *Juſtin.* 38. 7. Cœlum amœnius. *Tacit. hiſt.* 3. 30. Amœniſſima ædificia. ¶ Amœna in plurali ſubſtant. ponuntur pro locis ipſis amœnis. *Tacit. Ann.* 3. *cap.* 7. Per amœna Aſiæ, atque Achaiæ. ¶ Apud *Gel. l.* 9. *c.* 8. Puer Delphino amœnus. *ideſt* charus, dilectus.

Amolior, iris, d. 4. *rimuovere*, דחה, הסיר, Germ. *dannen thun mit arbeit*, Gall. *chaſſer*, & *oter de quelque lieu avec grande peine*, Hiſp. *apartar*, *arredrar*, ἀπωθέω, ex a, & molior, quod eſt a mole, ſignificat amovere, & proprie de iis dicitur, quæ cum magna difficultate ſubmoventur. *Plin. l.* 12. *c.* 10. Amoliuntur omnia e medio. ¶ *Terent.* per tranſlationem *in And.* 4. 2. 24. pro recedo poſuit, *partirſi*. Hinc vos amolimini. ¶ Accipitur & pro refellere. *Quintil. l.* 3. c. 13. Ad amolienda ſingula. ¶ Item arcere, depellere. *Plin. l.* 32. *c.* 2. Amoliri pericula. *Petron. in Satyr. c.* 97. Amoliri invidiam. ¶ Paſſiva ſignificatione. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 24. Jube, hæc hinc omnia amoliri. Hinc particip. *amolitus* paſſiva item ſignificatione. *Apulej. de deo Socrat.* Omnibus exuviis amolitis equum contemplari. *h. e.* detractis.

Amolitio, f. 3. *Gel. lib.* 12. *c.* 1. Ubi infantis facta ex oculis amolitio eſt. De infante loquitur, qui a matre removetur, ut alieno lacte alatur. *allontanamento*.

Amōmis, f. 3. herba amomo ſimilis, venoſior tamen, & durior, minuſque odorata. *Plin.* 12. 13.

Amōmum, n. 2. ἄμωμον, arbor forma e vite labruſca, frutice venoſo, palmi altitudine, herbæ foliis ſimilis bryoniæ. Triplex eſt, Armenicum, Medicum, & Ponticum. ¶ *Amoma* in plur. pro unguentis quibuslibet. *Perſ. Sat.* 3. v. 104. Tandemque beatulus alto Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis. ¶ Inde Recentiores *Amomum* vocaverunt illud omne, quo defunctorum corpora medicabantur & condiebantur. Quod vulg. detruncato vocabulo *Momiam*, ſeu *Mumiam* vocant.

Amor, ris, m. 3. charitas, benevolentia, gratia, ſtudium, pietas, deliciæ, *amore*, אהבה, Ger. *liebe*, Gal. *amour*, Hiſp. *amor*, ἔρως, ardor benevolentiæ, vel cupiditatis. Definitus a *D. Auguſtino* animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſiderio quærit, & appetit ad fruendum, & fruitur eo, cum adepta eſt, & cum quadam ſuavitate interiori amplectitur, & conſervat. ¶ Amor plus eſt, quam benevolentia, licet plerunque pro eodem accipiatur: Ex amore enim naſcitur benevolentia. *Cic. de Amic. c.* 8. Amor, ex quo amicitia nominata eſt, princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. ¶ Differt item amor a charitate, quod amor ſit genus, charitas ſpecies, ille ad omnes pertineat animantes, hæc ad homines tantum. ¶ Amor ſingulari numero plerunque bone-

ſtus

Digitized by Google

ſus eſt, ut amor fraternus, amor patris in filium. *Cicero*. Incenſus ſum amore virtutum tuarum. ¶ Poteſt tamen & in Veneream partem accipi, & tunc, ſecundum *Auguſtinum*, cupiditas, aut libido vocatur, *deſiderio*. *Virgil.* Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres, in furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem. ¶ *Amores* vero in plurali plerunque laſcivi ſunt. *Cic. pro Cæl.* Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens. ¶ Nonnunquam tamen etiam de honeſta voluptate dicuntur. *Cic.* 1. *Offic. cap.* 5. Formam, & tanquam faciem honeſti vides, quæ, ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. ¶ Metonymice amor, vel amores dicuntur ii, quos impenſe amamus. Sic Titus Veſpaſianus dictus fuit amor, ac deliciæ generis humani. *Suet. in ejus vita, c.* 1. Sic *Plaut. Pœn.* 1. 1. 79. Hem, amores tuos ſi vis ſpectare. ¶ Amor pro cupidine Veneris filio. *Propert. l.* 2. *eleg.* 12. Quicunque ille fuit primus, qui pinxit amorem. ¶ Amos pro amor, eſt apud *Plaut. Curcul.* 1. 2. 2. ſed ibi blæſa anus loquitur.

Amorabundus. Laberius mulierem amantem *amorabundam* dixit, apud *Gel. l.* 11. *c.* 15. Vox eſt inuſitata.

Amorifer, amorem concilians. *Venant. Fortunat. Epithalam. Sigeberti regis, lib.* 6. *carm.* 2. Torſit amoriferas arcu ſtridente ſagittas Forte Cupido volans.

Amorificus, a, um, amorifer. *Apulej. de herb. c.* 123.

Amotio, f. 3. *rimovimento*. *Cic. de Fin. l.* 1. *c.* 11. In omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.

Amôtus, a, um, nomen ex particip. ab amoveo, remotus, ſublatus, *colto via, levato*. *Horat.* 1. *Sat.* 1. *v.* 27. Amoto quæramus ſeria ludo. ¶ Item ſublatus furto, *rubato*. *Id. l.* 1. *od.* 10. Boves per dolum amotas. Idque verecunde, ne Mercurium, de quo loquitur, furti reum agere videretur. Sic apud JCtos, *res amotæ*, ut *Ulpianus in Leg. rei pro ſin. lib.* 17. *Pandect.* & alii.

Amovĕo, es, ovi, otum, a. 2. arceo, removeo, prohibeo, *rimuovere*, הסיר, Ger. *hinweg thun*, *von dannen treiben*, Gal. *oter*, Hiſp. *apartar*, ἀπομακρύνω, de loco moveo, expello. *Cic. pro Rabir. perduell. c.* 4. Amovere virgas a corpore civium. *Suet. in Calig. c.* 34. Amovere ſcripta Virgilii ex omnibus bibliothecis. *Plaut. Truc.* 1. 1. 64. Amovere aliquem loco. ¶ *Amovere ſe* eſt recedere. *Terent. Phorm.* 3. 3. 34. Te hinc amove. ¶ Amovere aliquem pro relegare. *Tacit.* 4. *Ann.* 31. Amovere aliquem in inſulam. *Id. ibid. c.* 21. Amovere aliquem Cretam. ¶ Ponitur etiam pro furari, cum de domeſticorum furtis ſermo eſt, lenitate vocabuli turpitudinem facti mitigante. *Paul. Dig.* 25. 2. 3. & *Ulpian.* 29. 2. 70.

Ampedices, dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc Appendices vocamus. *Feſtus*.

Ampelitis, terra tenax ad ſimilit. bituminis. *Plin. l.* 35. *c.* 16.

Ampelodeſmos, V. Ampelos.

Ampeloleuce, ἄμπελος λευκή, vitis alba, uva Taminia. *Plin. l.* 33. *c.* 1.

Ampeloproſos, V. in Ampelos.

Ampelos, ἄμπελος, Græcis ſignificat vitem. ¶ Ampelos Leuce, ἄμπελος λευκή, vitis alba, bryonia, pſilothrum, herba vel a qualitate coloris, vel quod ejus radix contrita, & corpori infricata teneriorem, & candidiorem cutem reddat. Nam & ſuccus baccarum ejus lac reddit uberibus ſiccis. ¶ Ampelodeſmus, ἀμπελόδεσμος, herba, qua Siculi vites ligant. *Plin. l.* 37. *c.* 63. ¶ Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, vitis nigra, quam alii bryoniam, alii chironiam, alii gynecanthem, aut apronium vocant. ¶ Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία, labruſca, ſeu vitis agreſtis. *Plin. l.* 23. *c.* 1. ¶ Ampeloproſon, ἀμπελόπρασον, vulgo porrum vinearium, herba naſcens in vineis, foliis porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. *Plin. l.* 24. *c.* 5.

Amphiaraêus, a, um, ad Amphiaraum pertinens, Ἀμφιαράειος. *Propert. l.* 2. *el. ult. v.* 39. Amphiaraeæ nil profuit fata quadrigæ.

Amphiaraides, dicitur Alcmæon Amphiarai filius. *Ovid. Faſt.* 2. *v.* 43. Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Amphiaraus, m. 2. ἀμφιάραος, Argivus, Oeclei, aut, ut alii malunt, Lini, & Hypermneſtræ filius, vates, & augur fuit futurorum peritiſſimus, qui cum prævideret, fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitavit. Tandem tamen ab uxore proditus, invitus a Polynice ad bellum eſt pertractus, ubi cum fortiter pugnaret, una cum curru terræ hiatu abſorptus eſt. Propter auguralem ſcientiam in tanto honore eſt habitus, ut Græcis Deus haberetur, & ab ejus ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur, ut *Cic.* 1. *de Divin. c.* 40. teſtatur *Ovid.* 3. *de Ponto, eleg.* 1. *v.* 52. Notus humo merſis Amphiaraus equis. V. *Stat. ſub ſin. l.* 7. *Theb.* Ubi ejus in Inferos caſum deſcribit.

Amphibalus, ſive Amphibalum, genus veſtis pallio ſimilis, quo exterius amiciebantur. *Sever. Sulpic. Dial.* 2. *de virtut. B. Martini c.* 1.

Amphibia, orum, ἀμφίβια, animalia tam in terris, quam in aquis viventia, quæ a *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Beſtiæ ancipites vocantur. Dicuntur amphibia, quaſi duplicis vitæ, ab ἀμφὶ duo, & βίος, vita, quod in ambobus elementis vitam degunt. *Varr.* 3. *R. R. c.* 10. & *l.* 4. *de L. L. c.* 13. & *Colum. l.* 8. *c.* 13. ſed Græce.

Amphibologia, f. 1. & rectius *amphibolia*, vel *amphibolon*, ambiguitas, ἀμφιβολογία, dubium dictum, ſermo dubiam ſententiam indicans, figura, quæ fit vitio compoſitionis, cum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modo fit per duos accuſativos ejuſdem generis in Infinitivo, ut Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe. Modo per verbum commune, ut cum dicimus, Cato injuſte criminatur. Incertum eſt enim, an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. Modo per particip. ut Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem. Modo per homonyma, ut ſi quis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladii, vel exercitus. Poteſt etiam fieri aliis modis. Recentiores Critici malunt dici amphibolia, quemadmodum Græce eſt ἀμφιβολία. Videtur etiam amphibologia ſignificare potius ſermonem de amphibolia. Vide *Voſſ. de vit. ſerm. l.* 1. *c.* 11. Certe *amphibolia* uſus eſt *Cicer.* 2. *de Divin. c.* 56. & *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c.* 11. Amphibologiam uſurpat *Iſidor. lib.* 1. *Orig. c.* 33.

Amphibŏlos, a, um, *ambiguo*, ambiguus, dubius. *Martian. Capell. lib.* 5. *pag.* 149. Nomen amphibolum facit quæſtionem.

Amphibrăchis, yos, m. 2. ἀμφίβραχυς, pes ex prima, & ultima brevibus media producta, ut timere; ſic dictus, quod in utraque parte brevem habeat, ab ἀμφὶ, utrinque, & βραχὺς, brevis. *Quint. lib.* 9. *cap.* 4. Longa inter breves amphibrachys: duabus longis brevem ſequentibus, bacchius. ¶ Legitur etiam *amphibrachus*, *i*, poſitione Latina.

Amphibrevis, pes idem qui amphibrachys, ſed vox ipſa hybrida eſt, ex Græco ἀμφὶ, & Latino *brevis* conflata. *Diomed.* eam uſurpat *lib.* 3. *pag.* 475. *Putſch.*

Amphictiŏnes, ἀμφικτύονες, publicum Græciæ concilium, inſtitutum ab Amphictyone Heleni filio, conſtans ex ſeptem Græciæ civitatibus. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 23.

Amphictionicus, a, um, ut leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam invitabantur.

Amphigenia, f. 1. opp. Peloponneſi in Meſſenia. *Stat.* 4. *Theb. v.* 178.

Amphimacrus, m. 2. ἀμφίμακρος, pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima, & ultima longis, media correpta, ut *pallidi*, ſic dictus, quod utraque parte longam habet ſyllabam. Ἀμφὶ enim utrinque ſonat, & μακρὸς, longum. *Quintil. l.* 9. *c.* 4.

Amphimalia, *Suda*, & *S. Nicola*, opp. Cretæ in ora Bor. verſ. Occ. ubi Sinus Amphimalus, *Golfo de Suda*, inter Rhetymnam urb. ad Ort. & Drepanum prom. ad Occ.

Amphimalla, orum, n. ἀμφίμαλλα, tunicæ ex utraque parte pilos habentes; dictæ ab ἀμφὶ circum, & μαλλὸς, vellus. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Gauſapa patris mei memoria cœpere, amphimalla noſtra.

Amphimedon, unus ex Centauris. *Ovid.* 5. *Met.*

Amphinŏme, ἀμφινόμη, Nympha, a circumpaſcendo, quod fieri in aqua videmus.

Amphīon, ŏnis, m. 3. ἀμφίων, Jovis, & Antiopes, vel ſecundum aliquos Mercurii filius, a quo accepta lyra adeo ſuaviter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Quod ideo fictum, quia eloquii ſuavitate homines rudes, & incultis moribus ad obſequii civilis pellexit diſciplinam. Ferunt hunc Muſicam inveniſſe.

Amphionĭus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Amphion. *Propert. l.* 1. *el.* 9. Amphionia lyra.

Amphipŏlis, f. 3. ἀμφίπολις, poſtea Chriſtipolis, *Criſtipoli*, Turc. *Emboli*, urbs Macedoniæ in Thraciæ conf. juxta Philippos, & Apolloniam ad 30. M. P. a Theſſalonica 60. Serris proxima, & Sinui Strimonico. Dicta eſt Amphipolis, quod illam Strimon fl. circumfluit, & ambit: nempe ab ἀμφὶ, circum. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Amphipolitanus, a, um, ad Amphipolim pertinens. *Juſtin. in fine lib.* 14. Amphipolitana arx.

Amphiproſtylos, ædes, quæ columnas in anteriore, & poſteriore parte habet. Græca hac voce utitur *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Amphisbæna, f. 1. ἀμφίσβαινα, ſerpens eſt in Libyæ deſertis duo habens capita, unde & circularis tractibus creditur incedere. *Luc. lib.* 9. 719. Et gravis in geminum ſurgens caput Amphisbæna.

Amphiſſa, f. 1. ἄμφισσα, Amphyſſa, *Lombras*, *Anfiſſa*, opp. Phocidis in finibus Locrorum Ozolorum, juxta oram ſin. Criſſæi, ad fl. cognominem, a Delphis 60. ſtad. in Merid. Dicta eſt ab Amphiſſa Macarii, & Apollinis filia, vel quod undique montibus cingitur. Hinc Amphiſſæi, qui Delphicum templum diripuerunt. ¶ Amphiſſia, & Amphiſa, *la Rocella*, oppidum Magnæ Græciæ, in ora Calabriæ Ulter. inter Locros, & Caulonam 8. M. P. apud oſt. Sagræ fl. Hinc,

Amphiſſius, a, um, ad Amphiſſam pertinens. *Ovid.* 15. *Met. v.* 703. Amphiſſia ſaxa.

Amphitane, ἀμφιτάνη, gemma colore aureo. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Amphithalămus, m. 2. cubilis genus, contra thalamum poſitus, *anticamera*. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Dextra, & ſiniſtra cubicula ſunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur. Legitur & antithalamus. ¶ Apud nos *le anticamere* junctæ ſunt thalamis, ſeu Cubiculis, in quibus verſamur: ac apud Græcos ſeparatæ erant anguſto tranſitu; & in iis morabantur ancillæ, ut præſto eſſent ad imperium. Vide *interpretes ad loc. cit. Vitruvii*.

Amphităpa, æ. f. vel amphitapum, *ſchiavina*, ἀμφίταπος, veſtis genus utrinque villos habens, idem fere, quod amphimallum, *Varro*, *Lucil. Ulp. l. veſtis de auro*, *& arg. leg.* *Non. c.* 14. *n.* 24. *ex Varrone* affert: dormire ſuper amphitapa bene molli. ¶ Aliis amphitapa eſt tunica utrinque villos habens. ¶ Item tapetes hirſuti, & villoſi.

Amphitheatralis, le, adject. ad amphitheatrum pertinens. Amphitheatrales magiſtri. *Martial. l.* 11. *epigr.* 70. Amphitheatrale ſpectaculum, *Plin. l.* 21. *c.* 24.

Amphitheatrĭcus, a, um, amphitheatralis. *Symmach. lib.* 4. *ep.* 8. Amphitheatricum ſpectaculum. ¶ *Amphitheatrica* fuit genus chartæ, de qua *Plin. l.* 13. *c.* 12.

Amphitheātrum, *anfiteatro*, ἀμφιθέατρον. Locus erat ſpectaculis gladiatorum, & venatorum deſignatus. Is cum non ſemicirculari figura, ſicut theatra, ſed orbiculari ovi inſtar extructus eſſet, Amphitheatri nomen accepit, quod veluti ex duobus Theatris conſtaret. *Iſid. Or. l.* 18. *c.* 52. *Martial. de Spectac. epigr.* 1. Omnis Cæſareo cedat labor Amphitheatro. Adde *Plin. l.* 5. *epiſt.* 9. ¶ In Theatro ludi ſcenici, in Amphitheatro gladiatorii fiebant, ac Circenſes. Itaque illud Veneri, hoc Marti ſacrum fuit.

Amphithetum, n. 2. ἀμφίθετον, ingens poculum, quo uti ſolebant, cum ſtrenue potare volebant. Hinc prov. Ex amphitheto bibiſti, idest, ad ebrietatem uſque. Dictum eſt, quod utravis ex parte ſtare poſſet. Si enim aperiretur, in duo æqualia pocula dividebatur.

Amphitoe, f. 1. nympha, ab ἀμφὶ, circum, & θέω, curro.

Amphitrite, tes, f. 1. ἀμφιτρίτη, Oceani, & Doridos filia, uxor Neptuni. Per metonymiam ponitur pro mari. Dicta eſt ab ἀμφὶ, & τρίζω, ſtrido, vel τείρω, vel τρίβω, tero, quod mare terram circumterat, vel τρέω, timeo, quod terreat navigantes, vel τρέχω, curro, vel a τρίττα, quia triplices aquæ, dulces, ſalſæ, mixtæ. *Ovid. Met.* 1. *v.* 13. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphitryo, m. 3. ἀμφιτρύων, princeps Thebanus, Alcei filius, & Alcmenæ Herculis matris conjux. *Plaut.* tamen Amphitruo ſcribit, quia vetuſtiſſimi Romani peregrinas litteras non admittebant. unde & *Phruges* dicebant, quod nos *Phryges*, & *Sullam*, quem nos *Syllam*.

Amphitryonĭades a Poetis Hercules dictus Amphitryonis filius. *Catul. carm.* 59. Audet falſiparens Amphitryoniades. *Falſiparens* propter fabulam Jovis Amphitryonem ſimulantis. *Virg. Æn.* 8. Amphitryoniades armenta, abitumque parabat. Al. leg. *Amphitryoniades*.

Amphora, f. 1. *anfora*, כד, Germ. *ein krug*, ἀμφορεύς, vaſis vinarii genus duas anſas habentis, ſic dictum, quod ex utroque latere captum feratur. ¶ Sumitur etiam pro menſura continente congios octo, ideſt ſextarios 48. (ſextarius autem eſt unc. 20.) ex quibus aliæ ſunt majores, ut Italicæ, quas & ceramia, & metretas, & Lat. quadrantalia vocant, aliæ minores duplo, ut Antiochicæ. *Cic. pro Pont.* Quaternos denarios in ſingulas vini amphoras, &c. Adde *Od.* 21. *l.* 3. *Horat. Cic.* 4. *Verr.* Amphoras mellis. ¶ Fictiles fere fuerunt amphoræ. *Horat. de Art. v.* 21. Amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? ¶ In genitivo plurali plerumque habet *amphorum* pro *amphorarum*, ſi juncta ſit cum adjectivis numeralibus.

Amphoralis, le, ut *vas amphorale*, quod amphoram capit, apud *Plin. lib.* 37. *cap.* 2.

Amphorarius, a, um, ut *vinum amphorarium*, quod in amphoras diffuſum e dolio. *Leg. ult. ff. de tritic. vino, oleoque leg.*

Amphryſiăcus, a, um, adject. ab Amphryſo. *Stat. Silv. l.* 1. 4. *v.* 105. Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi.

Amphryſius, a, um, idem quod Amphryſiacus. *Virg. Æn.* 6. *v.* 398. Breviter fata eſt Amphryſia Vates.

Amphryſus, m. 2. & Amphryſſus, ἄμφρυσος, ἄμφρυσσος, fl. Theſſaliæ qui Halum opp. exc. alluebat, & juxta Othryi M. radices decurrit in Sperchium, apud Thebas Theſſalias. Hic Apollinem Admeti Regis armenta paviſſe fabulantur. ¶ Eſt item fl. Phrygiæ, qui feminas ſterilitatem affert.

Ample,

Ample, magnifice, honorifice, honeſte, *amplamente*, בגדול, Germ. *herlich*, *groſslich*. πλατέως, λίαν, ἰσχυρῶς, ἀφθόνως, adv. copioſe, magnifice. *Cic.* 6. *Verr.* Exornat ample, magnificeque. ¶ Hinc ſuperlat. *ampliſſime*. *Cic.* 5. *Verr.* Honores ampliſſime, & magnificentiſſime geſſit. *h. e.* cum ſumma amplitudine, & dignitate. ¶ Comparat. Amplius V. infra ſuo loco.

Amplecto, pro amplector, uſus eſt *Plaut. Rud.* 3. 5. 36. Amplectitote crura fuſtibus. Hinc paſſive *Lucill.* apud *Priſcian. lib.* 8. Ego non ſinam me amplecti.

Amplector, eris, amplexus ſum, amplexu circumplico, complector, amplexor, comprehendo, circumnecto, circumplico, *abbracciare*, חבק, Germ. *umbfahen*, *umbfaſſen*, *umbreiffen*, Gall. *embraſſer*, Hiſpan. *abraçar*, περιβάλλω, idem eſt, quod circumnectere. *Plaut.* in *Ciſt.* Amor ei amplexa eſt genua. ¶ Ponitur & pro amare, *amare*. Eos enim amplecti ſolemus, quos vehementer amamus. *Cic.* 5. *Fam.* Amplector talem animam. Sic amplecti amore apud *Cic.* & *Salluſt.* Amiciſſime amplecti apud *Cicer.* ¶ Item pro ſequi. *Cic. de Orat.* Jus civile tam vehementer amplexus es. ¶ Item pro continere, ut ſi dicas, hæc una virtus ceteras amplectitur. ¶ Item pro comprehendere. *Cic. pro Reſc. Com.* Quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi &c. ¶ Item pro intelligere. *Cic.* 4. *Verr.* Ut totum genus amplectamini judiciorum, cognoſcite prius &c. ¶ Item demereri, proſequi. *Cic. Fam.* 5. *epiſt.* 8. Ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe.

Amplexo, pro amplexor. *Accius* apud *Nonium c.* 7. *n.* 14. Poſtremo amplexa, fructum, quem dii dant, cape.

Amplexor, aris, frequentat. idem fere quod amplector, *abbracciare*, ut amplexari aliquem, apud *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. Et amplexari otium. *Id. pro Sext.*

Amplexus, a, um, particip. ab amplector, *chi ha abbracciato*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 490. Amplexæque tenent poſtes, atque oſcula figunt. *Martial. l.* 9. *epigr.* 62. Ædibus in mediis totos amplexa penates Stat platanus. *Perſ. ſat.* 5. *n.* 182. Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni. ¶ Paſſive *Petron.* apud *Priſcian. l.* 8. Animam noſtram amplexam in corpore.

Amplexus, us, m. 4. amplectendi actus, *abbracciamento*, περιπλοκή, *Cicer.* 1. *de Div. c.* 36. Serpentis amplexus circumplicatus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 687. Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet.

Ampliatio, onis, verbal. ab amplio, *ampliazione*, *dilazione*. Apud Philoſophos eſt tanquam extenſio termini, cui opponitur reſtrictio. ¶ Eſt etiam verbum forenſe, de quo *Aſconius l.* 1. *in Verr. Sigon. de Judiciis l.* 2. *c.* 22. *Paul. Man. Roſin.* & alii. In iis cauſis adhibebatur, cum Judices ſignificabant, rem ſibi non liquere, ideoque ſecundam actionem inſtituendam eſſe. Dicebatur autem ampliatio, quia Prætor de conſilii ſententia pronuntiabat, *cauſam amplius cognoſcendam eſſe*. ¶ Differt a Comperendinatione, quia comperendinatio facta eſt etiam ſi judices non judicaſſent; ampliatio vero ex incerta Judicum ſententia oriebatur. Ex cauſa comperendinationis bis tantum cauſa dicebatur: ex cauſa ampliationis ſæpius dici poterat. In Comperendinatione poterat eſſe ampliatio; in ampliatione nequaquam comperendinatio. Qui putant, in comperendinatione defenſorem primum dixiſſe, in ampliatione primum accuſatorem, magnum ſane inter utramque diſcrimen efferunt, ſed falſum; utrobique enim idem ordo ſervatus eſt, ut egregie probat *M. Anton. Perratius l.* 1. *ep.* 9. contra *Aſcon.* & cet. omnes, qui *Aſconium* ſecuti ſunt.

Ampliatus, a, um, *ampliato*, *allargato*, *accreſciuto*, amplior, ſeu major factus. *Celſ.* 7. 5. 2. Ampliatum vulnus. *Hirt. de B. Hiſp. cap. ult.* Ampliatus honor. ¶ Dicitur etiam de eo, cujus judicium dilatum eſt. *Liv. l.* 43. *c.* 2. Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus.

Amplificatio, onis, *accreſcimento*, *aumento*, αὔξησις, acceſſio, cumulus. *Cic.* 1. *Offic.* Nec vero amplificatio rei familiaris nemini nocens vituperanda eſt. Et *l.* 2. propter amplificationem honoris, & gloriæ. ¶ Apud Rhetores figura eſt, qua argumenta tum verbis, tum rebus dilatantur. Vide *Quintil. l.* 8. *cap.* 4. *Cic. in Partit.* Amplificatio eſt gravior quædam argumentatio, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem. ¶ Apud Rhetoricæ artis Scriptores uſurpatur etiam pro ea Perorationis parte, in qua affectus moventur. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c. penult.*

Amplificator, m. 3. verbale, qui rem aliquam, aut perſonam ampliorem reddit. *Cic.* 5. *Tuſc.* Rerum etiam ipſarum amplificator fuit. Et *Fam.* 2. *ep.* 9. Amplificator dignitatis.

Amplificatrix, icis, *accreſcitrice*, quæ amplificat. *Pacat. in paneg. Theodoſ. c.* 8. Quos plurima laude donavit amplificatrix veri vetuſtas.

Amplificatus, a, um, *ampliato*, *accreſciuto*, auctus. *Cic.* 3. *Catil. c.* 1. Urbs amplificata. *Id. pro Leg. Manil. c.* 16. Auctoritas amplificata. *Id.* 3. *de Legib. c.* 14. Pauci honore, & gloria amplificati.

Amplifice, adverb. *amplamente*, ample. *Catul. carm.* 63. *v.* 265. Talibus amplifice veſtis decorata figuris. At Grævius legit, *amplifica*.

Amplifico, as, a. 1. *amplificare*, הגדיל, חזר גדר, Germ. *groſs machen*, *erweiteren*, αὐξάνω, eſt augere. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Eamque facultatem diſſerendi amplificavit. *Idem pro Domo*, A populo ſemper ſum defenſus, amplificatus, atque ornatus. ¶ Amplificare dicendo eſt exaggerare. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 51. V. Amplificatio.

Amplificus, a, um, amplus. V. *Amplifice*.

Amplio, as, avi, atum, are, augeo, amplifico, *ampliare*, *accreſcere*, *dilatare*, הרחיב הגדיל, Germ. *weiteren*, *groſs machen*, Gall. *amplier*, *augmenter*, Hiſp. *enſanchar*, *a eſtender*, πλατύνω, Rem ampliare, *Hor. l.* 1. *ſat.* 4. *n.* 32. Ampliare ſervitia. *id eſt* numerum ſervorum augere. *Tacit. l.* 2. *hiſt. c.* 78. Ampliare plagam. *id eſt* ampliorem facere. *Celſ. l.* 7. *c.* 5. *num.* 1. Ampliare Imperium, *Sueton. Aug. cap.* 18. & *Caſ. cap.* 44. ¶ Eſt etiam verbum judiciorum, & idem valet, ac, amplius pronunciare, *h. e.* differre, rejicere in aliud tempus, cujus rei ſignum dabant Judices per litteras N. L. id eſt non liquet. Sic ampliare hominem, eſt ejus damnationem differre. *Liv. l.* 43. *c.* 2. Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus. V. *Ampliatio*.

Ampliter, adverb. ample, *ampiamente*, *liberalmente*. *Plaut. Merc. prol. v.* 98. Acceptus hilare, atque ampliter. Et *Ciſtell.* 2. 3. 54. Ampliter occupatus. *hoc eſt* maxime.

Amplitudo, dinis, f. 3. gloria, dignitas, ſplendor, pondus, auctoritas, gravitas, claritas, claritudo, præſtantia, majeſtas, *ampiezza*, הדר, Ger. *groſſe herrligkeit groſſmachtigkeit*, πλάτος, ἀξιωματικότης, ut *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 55. ſcribit, eſt potentiæ, aut majeſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. *Idem ad Lent.* Omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus geſtis tuis, atque in tua gravitate poſitam exiſtimare. ¶ Amplitudo orationis apud *Gell.* 7. 14. eſt copioſum, ac magnificum dicendi genus. ¶ Eſt etiam amplitudo ſpatii, ſeu locorum. *Plin. l.* 6. *c.* 16. Amplitudo urbis. Et *lib.* 12. Platanos non potuiſſe in amplitudinem creſcere. *Cic.* 6. *Verr.* dixit ſimulacrum modica amplitudine.

Amplivagus, a, um, qui in amplum vagatur. *Auctor ad Herenn.* 3. 19. Amplivagas imagines reddunt. Alii aliter leg.

Amplius, pluſquam, præterea, ſupra, magis, inſuper, *più*, יותר, עוד, Ger. *mehr*, *weiter*, Gal. *plus*, *d'avantage*, Hiſp. *mas*, πλεῖον, adverb. ſignificat plus, & ſubintellecta conjunctione *Quam*, regit varios caſus ſecundum verbi ſequentis exigentiam. *Caſ.* 1. *Com.* Amplius octingentæ a littore diſceſſerant. *Id.* 4. *B. G.* Cum ipſi non amplius quingentos equites haberent. *Id.* Amplius horas quatuor pugnaverunt. *Cic.* Amplius ſunt ſex menſes. ¶ Ponitur etiam pro præterea, *dopoi*, ſine caſu. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quid amplius ad ejus laudem minuendam facere potuiſſet? ¶ Eleganter & cum *Quam* jungitur. *Cic. Verr.* 4. *c.* 31. Quibus ne rejiciundi quidem amplius, quam trium judicum præclaræ leges Corneliæ faciant poteſtatem. ¶ Habet vim ſubſt. *Plaut. Capt.* 2. 5. *n.* 4. Amplius liberorum. ¶ Eſt etiam formula Judiciorum. Cum enim Judicibus non liquebat, iterumque cauſa erat cognoſcenda, *Amplius*, pronuntiabant, ſignificantes de re ea eſſe iterum deliberandum. *Cic.* 3. *Verr.* 9. V. *Ampliatio*, & *Amplio*. ¶ *Hoc amplius*, hoc inſuper. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 12. Beſtiis ſenſum, & motum dedit, homini hoc amplius, quod addidit rationem. *queſto di più che* &c. ¶ Nihil amplius, *niente di più*. *Cic.* 7. *Verr.* 49. Sthenius ſa ſe ipſum abs te repetit, nihil amplius. ¶ Regit etiam ablativum. *Cic.* 4. *Acad. c.* 26. Solem amplius duodeviginti partibus confirmant majorem eſſe, quam terram. *Salluſt. in Jug. c.* 57. Morari amplius opinione. ¶ *Amplius* abſoluta pro inſuper, præterea. *Terent. Heaut.* 1. 2. 11. Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum eſſet hodie, amplius. *h. e.* Menedemum quoque præter alios invitatum.

Ampliuſcule, adv. *Sidon. Apoll. l.* 8. *epiſt.* 16. Si aliquid inſuper ampliuſcula ſcribi depopoſciſſet.

Ampliuſculus, diminut. paulo amplior. *Apul. Apol. p.* 322. Ampliuſcula fortuna devolutus.

Amplo, as, a. 1. quod amplifico, *Pacuv. apud Non. c.* 10. *n.* 14. Qui cauſam humilem dictis amplant. *obſoletum*.

Amplus, a. 1. 2. *ampio*, *ſpazioſo*, רב, רחב, Germ. *weit*, *breit*, Gal. *ample*, *ſpacieux*, Hiſp. *ancho*, πλατύς, dicitur magnum, ſpatioſum, quod late patet, & per multa diffunditur, quod in cumulum ſui, & magnitudinem creſcit, quaſi plus magnum omni ex parte. *Caſ.* 4. *B. G.* Quorum fuit civitas ampla, & florens. ¶ Per tranſlationem ſignificat, quod multa dignitate præditum eſt, *onoratiſſimo*, *Cic. pro Sex. Roſcio*, Is mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit. Sic *ampliſſimus ordo*, ideſt Senatorius, apud *Cic. pro Mil.* & *ampliſſimo genere* natus, h. e. nobiliſſimo, apud *Caſ.* 4. *B. Gall. c.* 12. ¶ Item copioſus. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 12. Pecunia illi ampliora opus erat. Sic *Amplos* pro divitibus poſuit *Horat. l.* 1. *epiſt.* 3. parvi properamus & ampli. ¶ *Amplus orator* dicitur a *Cic. in Orat. c.* 9. qui oratione utitur fuſa, copioſa, & magnifica. ¶ *Ampliores* pro *plures* bis uſurpatum eſt a *Cajo JCto Dig.* 3*n. leg.* 64.

Amptruo, vel Amtruo, as, antiquum, & obſoletum verbum ſignificat moveri, aut circum moveri, ab *am*, circum, & *truo* moveo. *Lucil.* apud *Feſt.* Præſul ut amptruat, inde & volgu' redamptruat olli. Sed variæ ſunt hujus loci lectiones.

Ampulla, f. 1. *ampolla*, צלחית, Germ. *ein oelguter von glas*, Gal. *fiole*, *bouteille*, Hiſp. *ambolla*, *a redoma de vidrio*, λήκυθος, gem. ll. vaſis genus ex vitro, aut alia materia, turgidum veluti inflato ventre, & anguſto ore, quo oleum veteres in balneis ſervabant, item quo in menſa ad aquam, ad potionem, & alios uſus utebantur. ¶ Item vas vinarium ex corio. V. Ampullarius. *Cic. lib.* 4. *de Fin.* Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla accedat. ¶ *Hor.* dixit per tranſlationem, *de ar. poet. v.* 97. Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba. *quod eſt*, verba turgentia, & ſuffiata abjicit.

Ampullaceus, a. 1. 2. quod ex ampulla eſt, ut ampullacea pyra, quæ ab ampullæ forma nomen habent. *Plin. l.* 15. *c.* 15. ¶ *Ampullaceum corium* faciendis ampullis aptum, *Colum.* 8. 2. *ſub fin.*

Ampullarius, ii, ampullarum artifex, ſeu qui ampullas corio tegit. *Plaut. Rud.* 3. 4. 50. Quivis dicat ampullarius, Optimum eſſe operi faciundo corium &c.

Ampullarius, a, um, a. 1. 2. quod ad ampullas pertinet. *Plaut. Stich.* 1. 3. 75. (al. 2. 1. 75.) Ampullarias cavillationes. *h. e.* quæ jactantur in balneis inter ungendum. Al. leg. *crapularias*.

Ampullor, aris, ampullis verborum utor, magnifice loquor. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 3. *v.* 14. An Tragica deſævit, & ampullatur in arte.

Amputatio, tiis, f. 3. *troncamento*. *Cic. de Sen. c.* 15. Sarmentorum amputatio. ¶ Ponitur & pro ipſa materie amputata. *Plin. l.* 12. *c.* 25. *de arbore balſami*. Et ſarmenta quoque in merce ſunt: ſeſtertiis ſeptingentis amputatio ipſa, ſurculuſque venit. ¶ *Amputatio vocis* eſt vocis amiſſio, φωνῆς ἀποκοπή. *Cal. Aurel. Tard.* 2, 6.

Amputatorius, a, um, amputandi, & dividendi vim habens. *Theodor. Priſcian. de diata*, *c.* 12.

Amputatus, a, um, nomen ex particip. *tagliato*, *troncato*, *tronco*, ἀποκεκομμένος. *Cic. in Orat. c.* 51. Infracta, & amputata loquuntur. *Id. Fin.* 1. *cap.* 13. Amputata circumciſaque inanitate omni, & errore.

Amputo, as, a. 1. circumcido, reſeco, rancio, refello, *tagliare*, Germ. *abhauwen*, *beſchneiden*, Gall. *ronger*, *couper a l'entour*, Hiſp. *cortar en derredor*, ἀποτέμνω, circumputo, abſcindo, ſeu aufero. *Cic.* 5. *de Fin.* Quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat. *Idem ib. l.* 3. *c.* 6. Amputare ramos miſeriarum.

Ampycides, patron. ideſt Mopſus Ampyci filius. *Ovid. Met.* 12. 455. Cecidiſſe futura Ampycidem Mopſum.

Ampycus, i, Mopſi auguris pater, Titanoris filius. *Ovidio* Ampyx dicitur. *l.* 12. *Met.* Ampyca quid referam?

Amſanctus, vel Anſenctus, *la val di Fricenti*, locus in Italia in Hirpinis, aut in Lucanis, aut in Sabinis noxius, & lethalis ob aquas putridas, & fœtentes, quod ſulphureæ ſint, & undique ſilvis, anguſtiiſque claudantur, adeo ut ſine periculo adiri non poſſit ob fœtorem & horrorem loci. Inde ei nomen factum. Amſanctus enim, ut ait Servius, dicitur quaſi ab omni parte ſanctus, *Cic.* in Hirpinis ponit *l.* 1. *de Div. c.* 36. Alii in Lucania. ¶ Hic fabulantur Poetæ, ad Inferos aditum eſſe. *Virg. Æn.* 7. *v.* 563.

Amtermini, qui circa terminum provinciæ manent. *Feſtus*.

Amuletum, i, n. 2. medicamentum eſt, quod de collo ſuſpenditur, aut alia quacumque ratione adhibetur, ad amoliendum faſcinum præcipue & morbos: ab amoliendo dictum: unde quidam *Amoletum* ſcribunt, φυλακτήριον, ἀλεξιφάρμακον, *breve*, *amuleto*. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Cyclamini radicem amuletum vocat. Et *l.* 37. *c.* 3. Infantibus ſuccinum alligari amuleti ratione poteſt. ¶ Hujuſmodi amuleta veterum, et Hæreticorum imprimis, ex antiquis ſigillis ac gemmis exhibuit *Pignorius* in Characteribus Ægyptiis.

Amulius, ii, m. Ἀμούλιος, Procæ filius, & Numitoris frater, qui Regnum fratri abſtulit, atque omnem ejus ſtirpem virilem necavit, fratris quoque filiæ Rheæ Sylviæ per ſpeciem honoris, cum Veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus ademit. Sed cum ea furtim a Marte compreſſa Romulum & Remum genuiſſet, ab his regno pulſus, & vita ſpoliatus eſt. *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 67. Romuleoque cadit trajectus Amulius enſe.

Amur-

Digitized by Google

Amurca, f. 1. *feccia dell' oglio*, מַמְרִים, Germ. *oelruſen, oder heſen*, Gal. *la lie d' huile*, Hiſp. *alpechin de azeyte*, ἀμόργη, ſordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ ſequuntur, faces vocantur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 194. Nigra perfundere amurca. ¶ Contra culices, & limaces vim habet maximam. *Plin. l.* 15. *c.* 8. ¶ *Servius ad loc. Virg. cit.* docet hanc vocem per c quidem ſcribi, ſed per g pronunciari, ut *Cajus*, *Cneus*.

Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. *Cato de R. R. c.* 10. Dolia, queis vinacea condat decem, amurcaria decem.

Amuſia, ἀμουσία, ruditas, canendi imperitia. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 54. & 247. Præſepibus ſe retineat forenſibus, Quibus ſuam delectet ipſe amuſiam.

Amuſſis, is, f. *livello*, *traguardo*, κανών, κροκωτόγονον, regula lignea, vel ferrea perfectæ rectitudinis, qua utuntur fabri ad coæquanda opera, & ad planam æqualitatem dirigenda. Ita definiunt *Feſtus*, & *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 18. ¶ Si huic rectæ regulæ addatur altera, ita ut rectum angulum efficiat, aſt *norma*, quam Itali *ſquadra* vocant. Aliam tamen huic voci ſignificationem alii tribuunt, quod nempe ſit funiculus ille, quem fabri materiarii rubrica illinunt, cum opus probant. Alii intelligunt perpendiculum, quo erectæ rectitudines exiguntur. Sed prior notio magis propria videtur. *Auſon. Idyll.* 16. *v.* 10. nil ut deliret amuſſis. ¶ *Ad amuſſim* eſt exacte, perfecte. *Gell. l.* 20. *c.* 1. Talionem ad amuſſim æquiparare. *Id. l.* 1. *c.* 4. Judicium factum ad amuſſim. Al. hic leg. *examuſſim*, quod idem ſonat. ¶ *Numerus ad amuſſim*, dicitur a *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. *ad fin.* qui tantus omnino eſt, quantus dicitur: ut ſi dicas: *numerus centenarius ad amuſſim*, Italice vertes *cento in punto*. ¶ Scribitur & *adamuſſim*.

Amuſſitatus, a, um, ad amuſſim exactus, & tranſlate perfectus. *Plaut. Mil.* 3. 1. 38. Amuſſitata indoles.

Amuſſium, ii, n. idem quod *amuſſis*, vel opus ipſum ad amuſſim exactum. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Marmoreum amuſſium.

Amūſos, ex græco ἄμουσος, ideſt, alienus a Muſis, indoctus, rudis, *ignorante*, *rozzo*. *Vitruv.* latinum fecit, & pro imperito muſicæ dicit *l.* 5. *cap.* 1. Nec muſicus, ut Ariſtoxenus, ſed non amuſos. Et *Symmach. l.* 1. *epiſt.* 14. Amuſos tibi videbar, qui dijudicare non poſſem.

Amyclæ, *Vordonia*, pluraliter, urbs Laconiæ, Tyndari Regia, in qua nati ſunt Caſtor, & Pollux. ¶ Urbs etiam fuit Auruncorum in Italia, in ora maritima, ab Amyclæis Laconiæ condita, inter Tarracinam, & Cajetam, apud Fundos, ubi adhuc ſpecus Amyclæus, *Sperlunga*, ex quo mare Amyclæum, *mare di Sperlunga*. Hujus cives a muribus, vel a ſerpentibus, deleti ſunt, ut narrat *Plin. l.* 3. *c.* 5. quod, cum Pythagoricam ſectam ſequerentur, abſtinebant cæde animalium. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Sed veriſimilius eſt, Amyclas ab hoſtibus captas, & everſas fuiſſe ex ſilentii obſervantia. Nam ſæpius falſo hoſtium adventu nuntiato, ne civitas inani terrore quateretur, cautum lege eſt, nequis amplius hoſtium adventum nuntiaret. Cum igitur aliquando hoſtes re vera adventaſſent, nemine nuntiare audente, urbs capta eſt, cives ad unum interfecti fuere. Hinc adag. a *Lucilio* uſurpatum (apud *Serv. ad* 10. *Æn. v.* 564.) Mihi neceſſe eſt loqui, nam ſcio Amyclas tacendo periſſe. *Virg.* 10. *Æn. v.* 563. *Plin. l.* 8. *c.* 29.

Amyclæus, a, um, ad Amyclas ſpectans, ἀμυκλαῖος. Eſt & epith. Apollinis, ob fanum ei dicatum Amyclis, in Laconia. *Strab. l.* 8. ¶ Hinc ipſæ Amyclæ Apollineæ vocantur a *Stat. Theb.* 4. *v.* 223. Et Amyclæi fratres ab eod. *lib.* 7. *v.* 413. dicuntur Caſtor & Pollux hujus oppidi alumni. ¶ Amyclæum canem laudat *Virg. Georg.* 3. *v.* 345. quia Laconia catulos præſtantes gignit. ¶ *Amyclæi olores* dicuntur a *Stat. l.* 1. *ſilv.* 2. *v.* 142. alludendo ad eum olorem, ſub cujus ſpecie Juppiter Ledam compreſſerat. *Amyclæam plumam* dixit *Martial. l.* 14. *epigr.* 161. cycneam intelligens.

Amyclānus ſinus, prope Amyclas Auruncorum, ubi præſtantiſſima vina Cæcuba proveniebant. *Plin.* 14. 6.

Amyclīdes, æ, m. Hiacynthus filius Amyclæ. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 162. Te quoque, Amyclide, poſuiſſet in æthere Phœbus, &c.

Amyctĭcus, a, um, lacerandi, ſeu vellicandi vim habens, ab ἀμύσσω, vellico, lacero. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 6.

Amycus, m. 2. ἄμυκος, Neptuni, & Melies nymphæ filius, Bebryciorum Rex, qui advenas in Bebrycium nemus ad ceſtuum certamen provocabat, & inſidiis circumventos ibidem interficiebat. Cum itaque Argonautæ in Bebrycium veniſſent, Pollux a Rege ad certamen provocatus eſt, ſed in certamine inſidias ſentiens, convocatis ſociis, Amycum interfecit. *Valer. Flacc. l.* 4. *Argon. v.* 148. & *ſeq.*

Amydon, onis, f. 3. ἀμυδών, Pæoniæ civitas, quæ Trojanis auxilia miſit, teſte *Homero* 2. *Iliad. Juven. Sat.* 3. Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta.

Amygdăla, læ, f. 1. *mandorla*, שְׁקֵדִים, Germ. *mandelnuſſ*, Gall. *amende*, Hiſp. *almendra*, ἀμυγδάλη, nux Græca, quæ & Thaſia dicitur. *Plin.* 16. 26. ¶ Amygdalum etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, *Januar. tit.* 15. Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta. *Plin. l.* 16. *c.* 25. Floret prima omnium amygdala menſe Januario.

Amygdalacĕus, a, um, amygdalam referens. *Plin. l.* 26. *c.* 11. Amygdalaceo folio, flore roſaceo.

Amygdalĕus, a, um, amygdalinus. *Pallad. l. ult. de piſtaciis*. Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos.

Amygdalĭnus, a, um, ex amygdalis factus, ut amygdalinum oleum. *Plin. l.* 26. *c.* 4. *Serenus Sammonic. carm.* 26. Fertur, amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

Amygdalĭtes, æ, herba eſt inter Tithymalorum genera. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Amygdălus, f. 2. *mandorlo*, שָׁקֵד, Germ. *ein mandelbaum*, ἀμυγδαλῆ, arbor amygdala ferens. *Col. l.* 3. Amygdalus ſi parum ferax erit.

Amygdalum. V. Amygdala.

Amylatus, a, um, amylo mixtus. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 2. 13. & *Apic. l.* 2. *c.* 2.

Amylo, as, a, amylo miſceo. *Apic. l.* 7. *c.* 5. & 6.

Amylum, ἄμυλον, vulgo amydum, genus placentæ ex triticeo lacte expreſſo, cum triticum aliquos dies in aqua maceratum eſt, ab α priv. & μύλος, mola, quaſi factum ſine mola. *Cato de re ruſt. c.* 87.

Amymōne, fil. Danai, quæ dum ſe in ſylvis jaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto vim ei voluit inferre. Imploravit virgo Neptuni auxilium. Sed id ab eo paſſa eſt, quod a Satyro formidarat. Prægnans facta Nauplium peperit. *Propert. l.* 2. *El.* 26. Teſtis Amymone laticus cum ferres in arvis, Compreſſa.

Amyntas, æ, m. 1. ἀμύντας, Pater Philippi Macedonum Regis. *Curt. l.* 1. ¶ Item nomen paſtoris. *Virg.* 3. *Ecl.* At mihi ſe ſe offert ultro meus ignis Amyntas.

Amyntiădes, æ, m. Philippus Rex Macedonum Amyntæ filius. *Ovid. in Ibin.*, *v.* 295.

Amyntor, ŏris, pater Phœnicis, apud *Homer. Iliad.* 9. Hinc *Ovid. Met.* 8. *v.* 307. Et cretus Amyntore Phœnix. Et *Epiſt.* 9. *Heroid. v.* 27. Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati. ¶ Item Dolopum rector, apud eund. *Met.* 12. *v.* 364.

Amyntorĭdes, æ, m. Phœnix Amyntoris filius, Achillis præceptor, qui ex nimio fletu oculus amiſit. *Ovid. in Ibin.*, *v.* 259.

Amyſtis, f. 3. ἄμυστις, genus poculi, vel ſtrenuæ potationis apud Thraces, quo uno ductu totam potionem hauriebant, ab adv. ἀμυστί, tapino, quod ſit ab α priv. & a μύω, claudo, quoniam ſine reſpiratione, & labiorum contractione biberent. *Hor.* 1. *Car. od.* 36. Baſſum Threicia vincat amyſtide. Hinc ἀμυστίζειν, ingurgitare, bibere affatim, & ſine reſpiratione. ¶ Aliqui amyſtius gemmam volunt eſſe, quæ nunc amethyſtus dicitur.

Amythāon, ŏnis, Crethei filius, Æſonis frater, Melampi pater, qui Pyli habitavit. *Stat. Theb. l.* 3. *v.* 452. Juxtaque Amythaone cretus Jam ſenior, ſed mente virens, Phœboque Melampus.

Amythaonia, æ, f. 1. ἀμυθαονία, Elidis pars, ita dicta ab Amythaone Crethei filio. *Steph.*

Amythaonius, a, um. *Virg. Georg.* 3. *ad fin.* Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus.

A ANTE N.

An, adverb. eſt alias interrogandi, *forſe*, alias dubitandi, *ſe*, ἢ μή. *Ter. Eun.* 4. 5. 7. An abiis jam a milite? *Ovid. Heroid.* 17. *v.* 166. An neſcis longas regibus eſſe manus? *Nepos in princip. Timoleontis*. Huic uni contigit, neſcio an olli, ut &c. ¶ Interdum uſurpatur, præcedente utrum. *Cic. in Piſ. c.* 10. In quo (convivio) nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an vomuerit, an effuderit. ¶ Interdum *ne* prepoſita pro utrum. *Cic. in Orat. cap.* 61. Quæſitum eſt, in tum ne orationis circuitu, an in principiis ſolum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus ſit. ¶ Quandoque utraque particula *ne*, aut *utrum* omittitur. *Cic. Verr.* 4. *c.* 77. Reſpondeat, quis ſit iſte Vertutius, mercator, an orator, an pecuarius? ¶ Videtur *an* aliquando uſurpari pro *an non*. *Cicer. Fam.* 9. *ep.* 15. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum. ¶ *An* pro *Utrum*, primo loco poſitum, *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Videndum, an adſtrictum corpus ſit, an profluat. *Plin. l.* 15. *c.* 1. Diſtat, an maturitas olivarum in torcularibus fiat, an in ramis. Habet etiam *Quintilianus*. ¶ *An* pro ſive. *Tacit. An.* 2. 22. Cæſar de ſe nihil addidit, metu invidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe. Ubi tamen ſubticeri videtur per Ellipſin, *neſcio utrum*. ¶ *Anne* idem eſt quod *an*. *Terent. Andr.* 5. 2. 10. Anne eſt intus Pamphilus? *Cic. in Orat. c.* 61. Quærendum, utrum una ſpecies ſit, anne plures. ¶ *Annon* eſt interrogantis, & arguentis. *Teren. Andr.* 3. 5. 15. Annon hoc dixi eſſe futurum? *non l' ho gia detto?* ¶ Ponitur & pro *necne*. *Terent.* 1. 2. 97. Pater ejus rediit, an non?

Anabaptiſmus, i, m. iteratus baptiſmus. *Auguſtin. enarrat. in Pſ.* 38.

Anabaſis, herba, quæ Latine equiſetum dicitur, Recentiores Caudam equinam vocant. *Plin. l.* 26. *c.* 13.

Anabaſtus, i, m. *ſtaffetta*, ἀναβάτης, velox nuncius, qui equo, curruve conſcenſo celeriter aliquid alio perfert. *Hieronym. l.* 3. *adverſ. Ruffin. c.* 1. *ad fin.*

Anabăthrum, i, n. *ſcaletta*, ſcalæ, ſeu gradus, per quos in theatris ad ſubſellia ſcanditur, ab ἀναβαίνω aſcendo: vel gradus ipſi, in quibus ſedebant ſpectatori. Nam theatrorum ſedilia ita erant compoſita, ut gradatim, & ſcalarum more aſſurgerent. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 45. Nemo dabit regum, quanti ſubſellia conſtant, & quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Anabolicæ ſpecies, hoc eſt ad veſtiendum pertinentes, ut ſunt lanæ, ſerica, bombycina, &c. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 45.

Anabolium, ii, n. pallium. *Inſcript.* apud *Grut. pag.* 70. *n.* 8.

Anacephalæōſis, is, f. *ricapitolazione*, ἀνακεφαλαίωσις, brevis repetitio eorum, quæ in oratione ſparſim, & fuſe dicta ſunt, ab ἀνά, rurſum, & κεφαλή, caput. Vulgus vocat recapitulationem. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. vocat partem perorationis. Eſt autem Græca vox, & Græca uſurpanda.

Anacharſis, m. 3. ἀνάχαρσις, Philoſophus ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ. Venit in Græciam ætate ſeptem Sapient. Hic leges aranearum telis quam ſimillimas eſſe dicebat, quod muſcas quidem, & cætera ejus generis infirmiora animalcula irretirent, a fortioribus autem perrumperentur. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, famem pro pulmento habebat. Interrogatus, quo pacto abſtemius fieret, reſpondit, ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat. Ejus imaginibus inſcriptum eſt, lingua, ventre, pudendis abſtinendum eſſe. Interemptus eſt a fratre ſuo Scytharum Rege.

Anachites, æ, m. 2. ἀναχίτης, gemma omnium pretioſiſſima, quam notiore vocabulo adamantem vocamus, dicta, quod vanos metus, animique lymphationes credatur abigere, & adverſus venena habere vim antidoti. *Plin.* 37. 4.

Anachorēſis, is, vel eos, f. *ritiro*, *ſolitudine*, ἀναχώρησις, receſſus ſolitudo. *Sidon. in com. poſt epiſt.* 9. *l.* 7.

Anachorēta, vel Anachorīta, æ, m. 1. ἀναχωρητής, ἀναχωρίτης, qui in ſolitudinem ſecedit, ab ἀναχωρέω, ſecedo. *Sulpic. Sever. Dial.* 1. *de virtute Monach. Oriental. c.* 18. Laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum ſemper excipiam. *Cap.* autem 9. hanc inter Anachoretas, & Eremitas differentiam ſtatuit, quod Eremitæ in ſolitudinibus certe tabernacula habebant, & caſas, quibus Anachoretæ omnino carebant, ſoli per deſerta habitantes.

Anaclinterium, ii, *capezzale*, ἀνακλιντήριον. Legitur apud *Spartianum in Ælio Vero cap.* 5. hæc vox latina facta. Lectum, inquit, eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat. Ubi *Caſaubonus*: Lectorum quatuor ſunt ἐνήλατα. ad caput unum, alterum ad pedes: ad ſpondas interiorem, & exteriorem. Illud, cui incumbit caput, Græci, ἀνακλιντήριον, vel ἀνάκλιντρον nominant, Romani fulcrum, vel interdum pluteum.

Anacollēma, atis, neut. cataplaſma conglutinans. *Veget. de re Veter.* 2. 17.

Anacolūthon, ἀνακόλουθον, quaſi inconſequens, figura eſt, vel vitium orationis, cum non redditur, quod ſuperioribus reſpondeat: ut ſi in oratione ponatur μέν, & non ſequatur δέ: ita ſi ponatur tot, quot non præcedente, aut tantum ſine quantum. *Virg. Æn.* 2. *v.* 331. Millia quot magnis unquam venere Mycenis. Et *Æn.* 3. 541. Sed tamen idem olim curru ſuccedere ſueti. In his enim *Tot*, & *Quanquam* non præmittuntur. *Plaut. Rud.* 5. 2. 5. Ergo dare ai negatis quicquam. ¶ Dicitur & anacoluthia, ἀνακολουθία, latine inconſequentia.

Anacrĕon, m. 3. ἀνακρέων, Poeta Lyricus, a quo metra Anacreontica dicta ſunt, ortus ex Teo urbe Joniæ. Amavit puerum nomine Batyllum forma ſpectabilem. Periit acino uvæ paſſæ ſtrangulatus.

Anacreontĭus, Anacreonticus, Anacreontius, ut Anacreonticum carmen, Anacreontium colon, apud *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *Diomed. l.* 3.

Anactorie, æ, f. 1. Anactorium, *Vonizza*, opp. Epiri apud ſinum Ambracium, ab Actio ſtad. 40. introrſum recedens, a Leucade 30. M. P. Pop. Anactorii. Gent. Anactorius, a, um, *Plin. l.* 4. *c.* 1. ¶ Item urbs Joniæ, in Aſia minore, quæ poſtea Miletus appellata eſt. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Anactorion, ἀνακτόριον, herba eſt, quæ notiore nomine ξίφιον Græcis, Latinis gladiolus appellatur. *Apulej. de herb. c.* 78.

Anactorius, a, um, ad Anactorium oppidum pertinens, ut Anactoria arx, *Sil. l. 15. v. 299.*

Anadēma, n. 3. ἀνάδημα, corona, aut ſimile capitis ornamentum. *Luc. l. 9. v. 1110.* Et bene parta Patrum fiunt anademata mitræ. *Paulus leg. 26. D. de auro, & argent.* docet, mitras, & anademata, quamvis corpus tegent, tamen ornamentorum, non veſtis eſſe. Loquitur ibi de ornamentis muliebribus.

Anadiplōſis, f. 3. ἀναδίπλωσις, reduplicatio, conduplicatio, cum ultima prioris verſus dictio in principio ſequentis repetitur: ut illud *Virg. Æn.* 10. v. 18. Sequitur pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens &c. *Marcian. Capell. l. 5.*

Anadyomĕne, f. 1. ἀναδυομένη, emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum eſt, quod Venerem habebat a mari emergentem. *Plin.* 35. 10.

Anagallis, fem. 3. ἀναγαλλίς, herba, quam morgelinam, vel gallinæ morſum vulgo vocant. Duæ ejus a Pl. traduntur ſpecies, floris colore diſtinctæ. Mas florem habet Phœniceum, femina cæruleum. *Plin.* 25. 13.

Anaglypha, n. 2. *coſe di baſſo rilievo*, ἀνάγλυφα, dicuntur vaſa, aliave opera aſpera cælaturis inæqualibus, & eminentibus, ab ἀνά, ſuper, & γλύφω, ſculpo. *Plin. l. 33. c. 11.* Nunc anaglypha, in aſperitatemque exciſa circa linearum picturas quærimus. Dicuntur &

Anaglypta, eodem ſenſu, & origine. *Martial. l. 4. epigr.* 39. Nec menſis anaglypta de paternis. Et in *cit. loco Plin.* Harduin. legit *anaglypta* pro *anaglypha*.

Anaglyptes, m. 1. ἀναγλύπτης, ſculptor, quem Anaglypharium vocat vetus *Scholiaſt. Juvenal. ad ſat. 9. v. 143.*

Anaglyptice, ἀναγλυπτική cælandi ars, ſive ſculpendi imagines, quæ eminent. Huic opponitur Diaglyphice, cum imagines ſuperficie operis ſunt depreſſiores, excavatæ, ut annuli, & ſigilla, quibus litteræ obſignantur. Utraque vox Græca eſt a γλύφω ſculpo.

Anaglypticus, a, um, *lavorato a baſſo rilievo*, cælatus, *Sidon. epiſt. 13. l. 9.* Gerulis caput plicantes Anaglyptico metallo epulas ſuperbiores humeris ferunt onuſtis. Per *anaglypticum metallum* patinas ſignis eminentes intelligit.

Anagnia, f. 1. *Anagni*, urb. E. Latii in monte, caput Hernicorum, a Roma 37. M. P. Ferentinum verſus 5. Sorano vero 16. a Præneſte 14. *Virg. Æn. 7. v. 683.*

Anagninus, a, um, ad Anagniam pertinens, ut Anagnini municipes, *Cic. pro Dom. c. 30.*

Anagnoſtes, æ, m. *lettore*, ἀναγνώστης. Veteres, qui copioſi eſſent, & paulo elegantiorem vivendi rationem inſtituiſſent, inter alia miniſteria habebant pueros, qui cœnantibus legerent. Hos anagnoſtas græco vocabulo dicebant, quos Lectores *Sueton. Aug. c. 78.* appellavit. *Nepos* 25. 13. 3. In familia erant pueri litteratiſſimi, anagnoſtæ optimi. Utitur & *Cic. Attic. l. 1. ep. 12. & Fam. 5. ep. 9.*

Anagramma, atis, ἀνάγραμμα, & Anagrammatiſmus, i, ἀναγραμματισμός, tranſmutatio, vel tranſpoſitio litterarum, ut Laudator, adulator. Galenus, angelus. Cæterum anagrammatum inventio (ut inquit *Morhofius in Polyhiſt. litter. l. 7. c. 1. n. 6.*) neſcio quid plebeji & jejuni habet, nec ſane decet multum elegantes Poetas, qui ad antiquitatis genium ſcribere contendunt.

Anagyris, f. 3. ἀνάγυρις, herba eſt graviſs. odoris, quæ ob id a ruſticis lignum putidum vocatur. Hujus inſita, virgaſque ſi quis decerpſerit, fœdiſſimo odore manus imbuit, quo nonniſi frequenti lotione poteſt liberari. Hinc factus eſt locus proverbio, ut qui ſibi obfutura commoveat, ἀνάγυριν κινεῖν, hoc eſt, anagyrim movere dicatur. *Plin.* 27. 4.

Analecta, orum, n. 2. *rimaſugli della tavola*, פרורים, פת, Ger. *diſchbrocken*, *ſchutte*, *oder was ab dem tiſch falt*, Gal. *ce qui reſte ſur la table*, *reliquats*, Hiſp. *lo que ſobra de la meſa*, ἀνάλεκτα, purgamenta cœnarum, & quiſquiliæ ciborum, quæ ſub menſam cadunt, ab ἀναλέγω, colligo. *Martial. l. 14. epigr. 82.* In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe: ſed pretium ſcopis nunc analecta dabunt. Poſteriorem verſum *Voſſ.* & alii ita legunt: Otia ſed ſcopis nunc analecta dabit: Ita ut analecta ſit maſculinum pro Analectes. Vide *Alex. ab Alex. Gen. dier. l. 4. c. 11.* ¶ *Id. Poeta l. 7. epigr.* 19. habet: Colligere longa turpe nec putat dextra Analecta, quidquid & canes reliquerunt. Ex quo colligi poteſt eſſe Analecta plurali numero. Quamquam & hoc loco eum Scriverio Voſſius τὸν ἀναλέκτην maluit, quam τὰ ἀνάλεκτα agnoſcere. ¶ Tranſlate hinc, & inde excerpta, & in unum conſarcinata librum, *Analecta* quidam dicunt, quæ *Collectanea* ab aliis appellantur.

Analectes, & Analecta, æ, m. ἀναλέκτης, Servus qui reliquias colligit. Tranſlate *Seneca epiſt. 27.* Suaſit, ut Grammaticos haberet analectas: h. e. qui verba excidentia Calviſio, de quo ibi eſt ſermo, ſuggererent, ipſumque abſurda proferentem adjuvarent. ¶ Videtur etiam dici poſſe Analectes, qui multa legit, & memoria eſt firmiſſima. Sed verba non ſunt Latio inferenda ſine latini ſcriptoris auctoritate.

Analectides, ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus a xylino lino, vel quavis materia puellæ tanquam pulvinulis conſtipant ſcapulas prominentes, ut videri pleniores poſſint. *Ovid. 3. de arte v. 273.* Conveniunt tenues ſcapulis analectides altis. Ubi *Heinſius* legit *Analeptrides*. Eum conſule.

Analemma, atis, ἀνάλημμα, inſtrumentum eſt ad ſolis umbras in plano horologii variandas, terminandaſque, ſolarium Horologiorum deſcribendorum gratia. Uſurpat, & fuſius explicat *Vitruv. l. 9. c. 4.*

Analogia, f. 1. *proprietà*, *convenienza*, *ſimilitudine*, משקל, Germ. *gleichformigkeit*, *anlikeit*, Gal. *proportion*, *convenance*, Hiſp. *propriedad*, *conveniencia*, ἀναλογία, proprietas, proportio, convenientia, ſimilitudo. *Quintil. l. 1. c. 6.* Ejus (Analogiæ) vis eſt, ut id, quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet. *Vitruv. l. 3. c. 1.* analogiam proportionem vertit, ſecutus *Cic. l. de Univerſ. c. 4.* cujus hæc ſunt verba: Quæ Græce analogia, latine comparatio proportiove dici poteſt. *V. Gell. c. 25. l. 2.*

Analogĭcus, a, um, adjectiv. ut analogici libri, qui ſc. de analogia ſunt, apud *Gell. l. 14. c. 16.*

Analŏgus, a, um, *che ha proporzione*, analogiam habens, ἀνάλογος. *Varr. l. 9. L. L. pag. 150.* Dicitur utrumque ſeparatim analogon, ſimul collata quatuor, analoga.

Analphabētus, ἀναλφάβητος, qui ne elementarias quidem litteras novit. Fulgentius Abecedarium vocat, lib. Mythol. 3.

Ananceum, poculum magnum, ut putat *Turneb. l. 1. c. 22.* quod in potandi certamine bibere neceſſe erat, quaſi ἀναγκαῖον. *Varr.* apud *Non. cap. 15. n. ult.* Ad Sybariticam prædam, in qua ſunt tripodes, crateræ, ananceum &c. *Plaut. Rud. 2. 3. 33.* Credo hercle, ananceo datum quod biberet. Quo in loco vide interpretationem *Taubmanni*.

Ananchĭtis, idis, gemma, qua dæmones evocantur. *Plin. l. 37. c. 11.*

Anantapodŏton, ἀνανταπόδοτον, ſchema, cum oratio aliquo membro, aut verbo, quod ſubaudiri oporteat, deſtituitur. Vox Græca, & Græce ſcribenda.

Anapæſticus, a, um, adjectiv. ut Anapæſticum carmen, quod Anapæſtis conſtat. *Cic. in Orat. c. 56.* Elegit triginta fortaſſe verſus, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapæſticos. Al. leg. *anapæſta*.

Anapæſtum, i, ἀνάπαιστον, verſus conſtans pedibus anapæſtis. Eſt autem adjectiva vox, & *carmen* ſubintelligitur. *Gell. in præfat. ad fin.* Mutuabor ex Ariſtophanis choro anapæſta pauca.

Anapæſtus, i, m. ἀνάπαιστος, pes Poeticus conſtans duabus ſyllabis brevibus, & tertia longa, ut *ſapiens*: ideo ἀντιδάκτυλος vocari ſolet, quia eſt dactylo contrarius. Eſt autem vox adjectiva, quæ tamen ſæpe abſolute ponitur, & *pes* ſubintelligitur. *Cic. 2. Tuſcul. c. 16. & 3. de Orat. c. 47.* ¶ Ponitur etiam pro ipſo verſu, qui anapæſtis conſtet. *Cic. in Orat. c. 56.* Ita factus eſt Anapæſtus is, qui Ariſtophaneus nominatur.

Anapavomĕnos, fons in Dodona, Jovi ſacer, ita dictus ab ἀναπαύεσθαι, eo quod ſub meridiem quotidie deſinat fluere. *Plin. l. 2. c. 103.* ¶ Ita etiam appellata eſt tabula Protogenis, in qua fecerat Satyrum tibiis canentem, & columnæ innixum, veluti otioſum, & ceſſantem. *Id. lib. 35. c. 10.*

Anaphe, *Namfio*, Inſ. maris Cretici, una Sporadum, Theræ proxima, a Delo 100. M. P. in Mer. a Theraſia in Cæc. circuitu 30. dicta ab Argonautis, quia tempeſtate laborantibus, & intermeſtri Luna, ex inſperato apparuit. *Plin. l. 2. c. 87.*

Anaphonēſis, is, f. exercitatio vocis ad eam tuendam. *Cæl. Aurelian. Tard. 1. 1. & 5.*

Anaphŏra, æ, ἀναφορά, emerſio, in altum ſubvectio, ab ἀναφέρω, ſuſtollo, ſublevo. Ab Aſtronomis *anaphoræ* dicuntur aſcenſiones ſignorum ab oriente, circumactu quotidiano mundi. *Plin. l. 7. c. 49. Jul. Firmic. l. 3. Matheſ. cap. 3.* ¶ Eſt etiam *anaphora*, Latina appellatione *repetitio*, ſchema ſermonis, quo eadem dictio in principio verſuum aut commatum repetitur, ut in illo *Virg. 1. Æn. v. 665.* Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus, Nate patris ſummi, &c. & *Cic. Verr. 4. c. 10.* Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe jubebat, Verres cognoſcebat, Verres judicabat.

Anaphŏra, f. 1. ἀναφορά, ſeu epanaphora, ἐπαναφορά, Figura, Latinis Relatio, ſitque cum unum ad aliud refertur. Vox eſt Pediani.

Anaphorici dicuntur, ægre pituitam craſſiorem rejectantes e pectore. *Firmic. l. 3. c. 13. n. 1.*

Anaphyſēma, atis, n. ἀναφύσημα, ſpiritus, efflatus, evaporatio de profundo, vel hiatibus terræ ad ſuperna aeris evadens. *Apul. de Mundo.*

Anāpis, Catanenſis, Amphinomi frater. *Claudian. Idyll. 7. de piis Fratrib. v. 41.* Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi. Apud *Solin. Anapius*, apud *Valer. Max. Anapus* legitur. Fuerunt hi fratres duo, quorum alter patrem, alter matrem ex Ætnæ incendiis, mirabili conſtantia per medium ignem vadentes, & ſuis humeris aſportantes, feliciter eripuerunt. *Solin. c. 5. Cornel. Sever. in Ætna ſub fin. & Claudian. in epigr. de piis fratrib.*

Anaplerotica medicamenta, quæ carnem inducunt, & vulnus implent. *Veget. c. 26. de re Veterin.*

Anaporica horologia, quaſi retrogradientia, deſcribuntur a *Vitruv. de archit. l. 6. c. 9.*

Anāpus, i, m. 2. *Anapo*, ἄναπος, fl. Siciliæ, qui oritur apud Buſſemem caſtrum, decurrit per agrum Syracuſanum, & mari excipitur a Syracuſis mille paſſibus. *Ovid. 4. Faſt. v. 469.* Prætereit & Cyanen, & fontes lenis Anapi. ¶ Anapus alter, fl. Epiri, qui juxta Stratum urb. fluit, ab ea 10. ſtad. teſte Thucydide.

Anarrhinum, ἀντίρρινον, herba anagallidi ſimilis, radice nulla, aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante, unde & nomen habet. *Pl. l. 25. c. 10. & Ruellius l. 3. c. 131.*

Anas, atis, f. 3. *anitra*, Ger. *ein ent*, Gal. *cane*, *ou canart*, Hiſp. *anade*, νῆττα, avis ex genere amphibiorum, dicta ab aſſiduitate natandi. *Cic. 2. Nat. Deor. c. 38.* Anatum ova. *Martial. l. 13. epig.* 52. Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum, Et cervice ſapit, cætera redde coquo. ¶ Anas item morbus eſt, quo vetulæ laborant. *Feſtus.*

Anas, vel Ana, *La Guadiana*, & circa ortum *Roydera* Fl. Hiſp. Tarr. qui Luſitaniam a Bætica magna ex parte diſterminat. Medio quaſi curſu ſui ſpatio abſorbetur, & poſt ſex Leucas ſub terris actus rurſus emergit. Unde cum toto illo ſpatio lætiſſima ſint paſcua, inter mirabilia Hiſpaniæ cenſetur, pontem ibi eſſe, ſuper quo decem millia ovium paſcantur. *V. Plin. l. 3. c. 1. & 6. l. 4. c. 22. & l. 8. c. 8.*

Anaſſum, i, n. *Piave*, flumen Venetiæ, quod ex Alpibus Carnicis per Bellunum Urbem deſcendit, aliiſque fluviis acceptis per Marchiam Tarviſinam fluens, inter Silim, & Liquentiam, prope Equilium urbem exciſam in Adriaticum influit. *Plin. l. 3. c. 18.* Anaſſum, in quod Varamus defluit. In antiquis editionib. 1470. & 1472. habetur *Anaſſum*, *quo* Varamus defluit. In alia anni 1470. legitur *Anavum*. Ceterum ne de genere ambigas, *Anaſſum* ibi eſt rectus caſus. ¶ *Anonym. Ravennas*, & *Venant. Fortun. l. 1. ep. 1.* appellant *Plavem*.

Anaſtăſis, is, f. *riſurrezione*, ἀνάστασις, reſurrectio. Uſurpatur a *Lactantio c. 23. l. 7.*

Anaſtrŏphe, ἀναστροφή, inverſio, Fig. qua duo verba præpoſtero ordine ponuntur, ut Italiam contra, pro contra Italiam.

Anatarius, adject. *quello, che è dell' anitra*, Ger. *das zu der enten gehort*, quod ex anate eſt, ut Anatariæ plumæ, ſive quod ad anates pertinet, ut Anataria aquila, quæ anates venatur. *Plin. l. 10. c. 3.*

Anathēma, atis, ἀνάθημα, Diis dicatum donum. Quamquam hæc vox non de omni re Diis conſecrata Græcis uſurpatur, ſed de illis tantum, quæ ſuſpendi aut collocari in excelſo, & in conſpectu ſtatui poterant, ut templo ornamento eſſent. Unde & Heſych. ἀνάθημα, κόσμημα, interpretatur. *Prudent. Pſychom. v. 540.* Inſigne legens anathema favillis.

Anathĕma, atis, ἀνάθεμα, execratio, deteſtatio, maledictio, diris devotio. Apud Eccleſiaſticos Scriptores in uſu eſt, & ſignificat excluſionem ab Eccleſia, *ſcomunica*. Hinc anathematis vinculo ferire, apud *Auguſt. epiſt. 75. a princ.* Et Anathematis vinculo innodare. ¶ Item apud hos anathema accipitur pro ipſo homine maledicto, aut ab Eccleſia ejecto. ¶ Inde etiam SS. Patres formant verbum

Anathematizo, as, ἀναθεματίζω, deteſtor, ab Eccleſia excludo, ſeparo, *ſcomunicare*. *Hieron. epiſt. 75. adv. Vigilant.* Si hæc quotidie non anathematizarem, id eſt deteſtarer. *Auguſt. ep. 75.* Tota domus anathematizata eſt. *Salmaſ. in Tert. de Pall. p. 255.* teſtatur, in priſcis libris etiam anathemare, & anathematus reperiri, pro anathematizare.

Anathymiăſis, is, f. ἀναθυμίασις, vapor, exhalatio, halitus, & præſertim is, qui in ſtomacho, aut ventre ex cibis gignitur. *Petron. in fragm. Tragur. c. 47. edition. Burm.*

Anaticŭla, f. 1. νηττάριον, parva anas, aut avis aquatica quæcumque anate minor, apud *Plaut. & Cic. 3. de Fin.* Serpere anguiculos, avolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves.

Anatilia, æ, f. 1. Fanum S. Ægydii, *S. Gilles*, op. Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione, inter Arelatem, & Nemauſum, ad 4. l. diſſitum; ubi S. Ægidius vitam ſolitariam egit. *Plin.* 3. 4.

Anatīnus, na, num, n. 1. 2. νηττεῖος, ab anas, tis: *Plaut. in Rudente, 2. 6. 49.* Utinam fortuna anatina nunc uterer uti eum exiviſſem ex aqua, arerem tamen. Eſt qui leg. *anthracina*, ab ἄνθραξ carbo. Carbones enim madefacti cito areſcunt. ¶ *Anatina* abſolute, caro anatis. *Petron. in fragm. Tragur. c. 53. Burm.*

Anatociſmus, ἀνατοκισμός, eſt uſuræ anniverſaria renovatio, ut uſura uſurarum

rum debeantur; quod lege vetitum eſt. *Rinnovamento d' uſure, quando l' uſura entra in capitale, e fa uſura. Cic. Attic. lib. 5. ep. ult.* Qui centeſimis cum anatociſmo contentus non eſſet.

Anatomicus, adject. ſed ſæpe ſubauditur Medicos, ut ſubſtantivi naturam induat. *Macrob. Saturn. l. 7. cap.* 13. Libria Anatomicorum conſultis. Et *Ammian. l.* 18. *c.* 26. Diſcillarum pecudum exta timari cum Anatomicis. ¶ Fit hoc adject. ab *Anatome*, græca voce, quæ ſectionem ſignificat, a *τέμνω* ſeco, ſignatque præcipue eam medicinæ partem, quæ in ſecandis humani corporis partibus verſatur.

Anaurus, *Fiume Demetriade*, Fl. Theſſaliæ, qui ex Pelio M. in ſinum Pagaſicum effunditur apud Demetriadem, ſic dictus, quod non auram, neque nebulam patiatur. *Lucan. l. 6. v.* 370.

Anauſis, apud Flaccum in Argon. procus eſt Medeæ, Alanorum, & Heniochorum Rex, poſtea a Styro rivali interfectus.

Anax, proprium viri nomen, qui Cœli, ac terræ fil. unde Milletus dicta eſt Anactoria. *Cal. l. 3. c.* 1.

Anaxagŏras, æ, m. 1. Ἀναξαγόρας, Clazomenius Philoſophus in phyſicis præcellens. Hic non modo generis gloria, & divitiis, verum animi quoque magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totum patrimonium ſuis ſponte reliquit. Et cum ab eis negligentiæ inſimularetur, Quid ergo, inquit, nonne vos iſta curatis? Mox abſcedens ad ſpeculandam rerum naturam ſe contulit, ſtudio doctrinarum flagrans, res & privatæ, & publicæ omnino negligens, & incurioſus, adeo ut andam ipſum ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura eſt? dixerit, Mihi vero patriæ cura, & quidem ſumma eſt, digitum in cœlum intendens. Hic, cum poſt diutinam peregrinationem in patriam reveniſſet, poſſeſſionesque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſalvus, niſi iſtæ periſſent. Vide plura apud *Laertium*.

Anaxarchus, m. 2. Ἀνάξαρχος, Philoſophus Abderita, ſectator Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri Tyrannum, a quo comprehenſus, conjectuſque in pilam ſaxeam, ibique ferreis malleis contuſus, adeo toleranter pertulit aſperrimos illius cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit, *Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Ad ultimum amputationem linguæ minitante Tyranno, propriis dentibus abſciſſam linguam in os ejus conſpuiſſe dicitur. Vide *Laertium*.

Anaxarĕte puella Cypria Salaminia Regali ſtirpe, mira pulchritudine. Hanc Iphis infimæ ſortis inſane amabat. Sed ab illa ſemper ſpretus ad ejus fores ſe ſuſpendit. Puella in lapidem viſo cadavere verſa eſt. *Ovid.* 14. *Met. v.* 699.

Anaſum. V. Anaſſum.

Ancæſa, & Amcæſa, n. 2. *vaſi intagliati*, dicta ſunt ab antiquis vaſa quæ cælata vocamus, quod circum cædendo talia fiant. *Feſtus*.

Ancæus, i, m. Neptuni, & Aſtypalææ Phœnicis filius, Samiorum Rex, agriculturæ ſtudioſiſſimus, cui a ſervo prædictum eſt, cum ſervus nimio labore premeret, nullum illum ejus vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis poſt annis coacta ejus vineæ vindemia juſſit ſibi ex lacu vinum hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Sed calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vaſtare. Abjecto itaque poculo, cum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Hinc adag. Inter calicem, ſupremaque labra multa cadunt. *Ovid. in Ibin.* hunc Lycurgi filium facit.

Ancŭla, æ, f. *piegatura interiore del ginocchio*, poples. *Cæl. Aur. Tard.* 5. 1.

Ancarius, ſive Ancharius, aſinum videtur ſignificare *Lucil. apud Non. in Quiritare.* Ejus verba ſunt: Hæc, inquam, rudet e roſtris, atque ejulitavit, Concurſans velut ancarius, clareque quiritans. V. *Anchialus*.

Anceps, ipitis, incertus, dubius, ambiguus, *dubbio, dubbioſo*, ſפק, Ger. *zuweifelhaffig*, Gal. *douteux, incertain*, Hiſp. *dudoſo*, ἀμφίβολος, ἀμφίβοος. Anceps, ſignificare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat, ut ſecuris, bipennis. Sed magis a capiendo, quod ex utraque parte æque capiatur, appellatum eſt. Hæc *Feſtus*. Atque in hoc ſenſu hab. *Prud. hym. ante ſomn. v.* 85. Hujus manum potentem Gladius perverrat anceps. ¶ Deinde ſumitur uſitatiori notione pro dubio, ſive ambiguo, ut dictum eſt: ut cauſa anceps, *Cic. 2. de Or.* Anceps fortuna belli. *Idem pro Marcell.* Mars anceps, *Liv. l.* 21. *c.* 1. Certamen anceps. *ibid. c.* 2e. ¶ Ancipites beſtiæ, *Cic. 1. de Nat. Deor. c.* 37. Sunt, quæ Græcis ἀμφίβια, quæ in terra juxta, & aquis degunt. ¶ Vox anceps, i. e. periculoſa, *Tac. hiſt.* 1. *c.* 5. ¶ Pro biceps, eſt apud *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 95. Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Janus. ¶ Ancipitia vocabula, apud *Gell. l.* 12. *c.* 9. Sunt quæ duplicem ſenſum habere poſſunt. Et Jus anceps, apud *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 34. ideſt controverſum, vel obſcurum. ¶ Anceps eſt, *non ſi ſa di certo. Horat. l.* 2. *ſat.* 1. 34. Lucanus, an Appulus, anceps. ¶ Legitur & *ancipes* in recto ſingulari. *Plaut. Rud.* 4. 4. 114.

Anchăces, m. 3. nomen ducis in exercitu Perſæ contra Æetem Colchorum Regem fratrem Perſæ. *Val.* 6. *Arg.* Doctus & Anchaces patulo vaga vincula gyro Spargere.

Anchiale, es, f. 1. orbs Ciliciæ, condita a Sardanapalo eodem die, & anno, quo Tarſus. *Strab. l.* 14. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, ſed ab Anchiale Japeti filia conditam vult, Cydni matre, a quo nomen vicino flumini.

Anchialus, i, fœm. 2. Anchialus, *Anchiala, Achela*, Turc. *Kenkis* urbs A. Thraciæ, apud oram maris Euxini, a Develto 24. M. P. in Bor. Meſembriam verſus. *Ovid. l.* 1. *Triſt.* Thynniacos ſinus, & ab his per Apollinis urbem Alta ſub Anchiali mœnia ſindat iter. ¶ Item urbs Ciliciæ, quam ferunt a Sardanapalo conditam.

Anchiălus, putatur eſſe nomen divinum, apud Judæos, ex Chai, & Alah, h. e. per Deum viventem, vel ex Ha Chai Alam, i. e. per eum qui vivit in æternum. Aſſerturque *Epigr.* 94. *l.* 11. *Martialis*, his verbis: Ecce negas, juraſque mihi per templa Tonantis. Non credo, jura, verpe, per Anchialum. ¶ *Iſaac. Voſſ. ad Melam l.* 1. *c.* 8. negat hanc vocem Hebraicam eſſe, cujus linguæ imperitiſſimus fuit Martialis, & pro Anchialum, legit Ancharium, id eſt aſinum. Male enim audiebant Judæi, *Petronio teſte in fragment.* quod porcinum Numen, & cilli auriculas adorarent. In vetuſtiſſimo Cod. *Anchalium*, legitur, ex quo unius litteræ mutatione *Voſſ.* legit *Ancharium*. V. Ancharius.

Anchiſæus, adject. poſſeſſ. ab Anchiſe. *Virg. Æn.* 5. *v.* 761. Tumuloque Sacerdos, Et lucus late ſacer additur Anchiſeo. ¶ Scribitur & *Anchiſſus*.

Anchiſes, m. 1. Ἀγχίσης, Capyos filius, ante bellum Trojanum nemorum latebras, & ſolitudines colligiſſe fertur, gregibus, & armentis intentus, quibus cum vacaret, a Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, unde natus eſt Æneas, apud Simoenta Trojæ fluvium, ut ſcribit *Servius v.* 621. & ipſemet *Virg. ibid.* Porro cum ſe Veneris concubitu uſum fuiſſe jactaſſet, ab eadem oculis eſt privatus. Propterea dicunt, eum Trojanorum conſiliis non interfuiſſe. Ardente Troja, cum nulla ſalutis ſpes appareret, ſenio confectum Æneas humeris impoſuit, ſecumque Drepanum uſque Siciliæ urbem vexit, ubi fatis conceſſit, ut eſt apud *Virg.* 3. *Æn. in fine.* Alii tamen volunt, in Italiam perveniſſe, ut notat *Serv. ad Æn.* 1. *v.* 271. & alibi. ¶ In accuſativo habet *Anchiſem*, & ſæpe *Anchiſen*, Græco more. *Virgil.* 3. *Æn. v.* 82. Veterem Anchiſen agnoſcit amicum. τὸν Ἀγχίσην. ¶ In vocativo, & ablativo habet etiam *Anchiſa* pro *Anchiſe* ὦ Ἀγχίση, nam Græcum η tum in a, tum in e vertitur. *Virgil.* 3. *Æneid. verſ.* 473. Conjugio, Anchiſa, Veneris dignate ſuperbo. *Id.* 5. *Æn. v.* 144. Tum ſares Anchiſa, &c. ¶ Olim dictum eſt *Anchiſa* etiam in recto caſu, ut notat *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al.* 9.)

Anchiſiădes, æ, patronym. ideſt Æneas Anchiſæ fil. *Virg. Æn.* 6. *v.* 348. Dux Anchiſiada, nec me Deus æquore merſit.

Anchiſites, æ, m. ventus ab Anchiſia Epiri urbe ſpirans. *Cic. Attic. lib.* 7. *ep.* 1. Flavit ab Epiro leniſſimus Anchiſites. Ita leg. *Turneb. l.* 20. *adverſ. c.* 16. Alii aliter.

Anchŏra, vel ancora, f. 1. *ancora*, עוגן, Germ. *ein anker, der groſſ eiſſen hacken dem mann dem meer die ſchiff helt*, Gal. *ancre, ou croc de fer, de quoy on retient les navires*, Hiſp. *ancla del navio, ancora*, ἄγκυρα, ferreum inſtrumentum, quo naves retinentur. Græce dicitur ἄγκυρα, ab ἀγκύλος, aduncus, & δέω, ſluo, quia unco morſo alligat naves. Latina vox anchora a Græca ducta eſt, κ tenui verſa in aſpiratam χ, & υ in o. *Cic.* 7. *Verr.* Præcidi anchoras imperavit. ¶ Anchoras tollere, eſt inſtar proverbii, pro diſceſſum moliri, vel rem inſtitutam relinquere. *Varr. de R. R. c.* 17. *l.* 3. ¶ Anchoras præcidere, anchoras ſolvere eſt apud *Cic.* Anchoras jacere apud *Cæſ.* ¶ Metaphorice ſumitur pro refugio, præſidio, munimento. Ita Hecuba apud Eurip. filium ſuum vocat ſuæ domus anchoram. Ita ſæpe *Plin.* & *Ovid. Triſt.* 5. *eleg.* 2. *v.* 41.

Anchorago, inis, vel Ancorago, nomen piſcis apud *Caſſiod. lib.* 12. *epiſt.* 4. ita dictum, quod os inſtar Anchoræ habeat incurvatum. Creditur idem ac Salmo, *Voſſio 4. de orig. Idolol. c.* 29. & alia. Vide Salmo.

Anchorale, is, funis cui anchora alligatur. *Liv. lib.* 22. *c.* 19. Anchoralia inciderunt. Et *l.* 37. *c.* 30. Anchorale tractum. Adde *Plin. l.* 16. *c.* 8.

Anchorarius, a, um, ad anchoram ſpectans, ut Anchorarii funes, apud *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 9. ¶ Additur a Lexicogr. & Anchorarius, ii, ſubſtant. qui Anchoræ curam habet, & affertur locus *Cæſ. lib.* 2. *de B. C.* quem conſule.

Anchūrus, Midæ Regis filius, qui terra ingenti hiatu diviſa circa Celænas, cum Midæ reſponſum eſſet, futurum, ut terra coiret, ſi res in hiatum pretioſiſſimas dejeciſſet, nihil hominis anima pretioſius exiſtimans, conſcenſo equo, ſe in ſpecum præcipitavit. Non multo poſt terra in priſtinam coivit figuram. *Plut. in Parall.*

Anchūſa, æ, f. 1. *ancuſa*, ἄγχουσα, herba eſt, lactucæ foliis, cujus radix digitali craſſitudine ſcinditur papyri modo, manus inficit ſanguineo colore, lanas pretioſis coloribus præparat, variis ægritudinibus prodeſt, imprimiſque lepræ, & lentigini, ſi ea liniatur.

Ancile, per l ſimplex, n. 3. מגן, ἀγκύλιον, ſcutum breve erat, non rotundum, ſed ita ex utraque latere reciſum, ut nullus angulus videri poſſet, & ſummum, infimumque ejus latus medio pateret. Dictum eſt ab am, & cæſum, quaſi anciſum, vel ab ἀγκών, quod eſt cubitus, vel ab ἄκος, remedium, quoniam peſtilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilii tempeſtate de cœlo deceidiſſe, imaque editam vocem, omnium potentiſſimam fore civitatem, quandiu id ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis undecim alia opera Mamurii fabri ærarii præſtantiſſimi, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. *Ovid.* 3. *Faſt. Liv. l.* 1. *Dion. l.* 2. ¶ Hæc ancilia in æde Martis aſſervabantur, & annis ſingulis circumferebantur per Urbem menſe Martio per Sacerdotes, aliosque primores, dieque trigeſimo demum recondebantur: quod antequam fieret, nihil publice agi oportebat. *Suet. Oth. c.* 8. ¶ *Hor.* 3. *Carm. od.* 5. Anciliorum nominis, & togæ oblitus. pro *anciliorum*.

Ancilla, læ, f. 1. pediſſequa, famula, *fante, ſerva*, שפחה, אמה, Ger. *ein dienſtmagt*, Gal. *chambriere, ſervante*, Hiſpan. *ſierva, eſclava, o moca de ſervicio*, δμωή, mulier ſerva. Nomen deductum putavit *Feſtus* ab Ancu Martio, quod is in bello magnum feminarum numerum ceperit, ſive quod antiqui anculare dicebant miniſtrare. Ex quo Dii quoque, ac Deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Anculæ. *Ter. Andr.* 3. 2. 3. Ab Andria eſt ancilla hæc. *Cic. pro Mil. cap.* 30. Cum muliebri, & delicato ancillarum, puerorumque comitatu. *Salluſt. in Jug. cap.* 12. In tugurio mulieris ancillæ. ¶ Metaphorice *Plin. l.* 2. *c.* 63. Terra uſus mortalium ſemper ancilla.

Ancillariŏlus, ancillæ addictus, qui ancillam amat. *Martial. l.* 12. *epigr.* 58. Ancillariolum tua te vocat uxor. *Senec. de Benef. l.* 1. *c.* 9. Si quis ſe nulla amica facit inſignem, nec alienæ uxori æmulum præſtat; hunc matronæ humilem, & ſordidæ libidinis, & ancillariolum vocant.

Ancillaris, re, adject. ad ancillas ſpectans, δουλικός, δουλικά, δουλοπρεπής, illiberalis, ad ſerviendum idoneus, ſervilis. Sic Ancillaris adulatio, *Ammiano* dicitur *lib.* 26. *c.* 17. cum de Procopio Tyranno narrat. *Cic. Tuſc.* 5. 20. Ancillari ſordidoque artificio.

Ancillor, aris, *ſervire*, עבד, Ger. *ein dienſtmagt, ſeyn, dienen*, Gal. *s' aſſujettir a quelqu' un, comme ſervant*, Hiſp. *ſervir como eſclavo, amoca, bu...*, miniſtro, vel dedico me ad ſerviendum, more ancillarum, quæ ſuis miniſtrant, ac ſerviunt heris. *Titin.* apud *Non. c.* 2. *n.* 26. Dotibus deleniti (viri) etiam uxoribus ancillantur. ¶ Item alicui ſe addicere, & cum ambitione quadam merendæ gratiæ ſervire præter dignitatem, ut ancillæ ſc. & adulatores ſolent. *Porcius Latr. invect. in Salluſt. ſub perſona Ciceronis.* Non mi privatim ancillatus ſum, neque me addixi.

Ancillŭla, æ, f. *fanticella*, θεραπαινίδιον, dimin. ab ancilla. *Cic.* 1. *de Orat.* Juris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adjunxiſti. *Ter. Eun.* 1. 2. 85. Dixit cupere te ex Æthiopia ancillulam.

Ancipes, itis, idem quod Anceps, eſt apud *Plaut. Rud.* 4. 4. 124.

Ancīſus, & Amciſus, a, um, *tagliato*, acciſus, ab am, & *cæſus*. *Lucr. l.* 3. *v.* 660. Omnia jam ſeorſum cernes anciſa recenti Vulnere tortari.

Ancla, idem quod antlia. *Salmaſ.* affert in Bonoſ. Vopiſci ex veteri epigr. & *Hauſtrum* interpretatur, ideſt cadum rotæ aquariæ, vel ipſam rotam.

Anclo, as, ſive antlo, ex græco ἀντλῶ idem quod haurio. *Liv. Andron.* apud *Feſt.* Florem anclabant Liberi ex carcheſiis. *Idem apud Priſcian. l.* 6. Vinum quoque, quod libabatur anclabatur.

Ancon, onis, f. *Vitruv. l.* 3. *c. ult.* Pars eſt normæ, quæ inſtar litteræ L ex duabus regulis quaſi brachiis jungitur. a græco ἀγκών, cubitus. ¶ Hinc Sinum Tarbellicum a curvitate Ancona dixit *Lucan. lib.* 1. 421. Quem litore curvo Molliter admiſſum claudit Tarbellicus Ancon. Alii tamen leg. *amnor.* ¶ Sunt & Ancones ferramenta, ex quibus retia ſuſpenduntur. *Gratius Cynegetico, v.* 87. Lineaque ex tritis lucent anconibus arma. *Ad. ...ſ linea* retia ſunt. ¶ Item menſulæ quædam voluntarum inſtar leniter infractæ ad ſpeciem literæ S ante oſtium, Græcis προθυρίδες dictæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. ¶ Anco *Martiali* eſt concha Neptuni, *l. Spectac. epigr.* 26. Fuſcina dente minax, nexu fluit anco recurvo. Vulg. legitur *anchora curvo*. V. ibi *Rader.*

Ancon, ōnis, & Ancona, æ, f. *Ancona*, ἀγκών, Urbs Epiſcop. & Emp. Piceni primaria, quod iada nominatum eſt, in ora apud Cumerum Promont. media inter Piſaurum ad Occ. & Firmum ad Or. ad 40. M. P. ab orbe Roma ad 130. in Bor. Condita dicitur a Syracuſanis Dionyſii tyrannidem fugientibus. Portum habet amplum, quem Trajanus inſigni opera extruxit. Nomen accepit a ſitu, quia cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo ſinuoſum appellant ἀγκῶνα. ¶ Fuit

item

item Ancon apud Carthaginenſes obſcurum domicilium, in quod detrudebantur, quibus iratior erat Tyrannus.

Anconitanus, a, um, ad Anconam pertinens, ut *Colonia Anconitanorum*, in *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 465. 6.

Ancora, V. Anchora.

Ancili, & Anculæ Dii, Deæque ancillarum. *Feſtus.*

Anculentæ dicuntur fœminæ tempore menſtrui. *Feſt.*

Ancus, i, m. ἄγκυλος, ἀγκών, qui ita curvum habet brachii cubitum, ut illud exporrigere non poſſit. *Feſtus.* Hinc factum eſt nomen Anco Martio, qui quartus fuit Romanorum rex Numæ Pompilii nepos ex filia. *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 816.

Ancyra, ἄγκυρα, *Anguri*, & *Angora*, Turc. *Enguri*, Urbs Galatiæ primaria, Sedes Præfecti, inter Peſſinuntem ad Occ. & Nyſam ad Or. 100. M. P. a Cæſarea 200. in Occ. Nicæam verſus totidem, a Claudiopoli 134. Dicta eſt ab anchoris navium captarum a Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti Rex ſuppetias Gallogræcis miſerat. Nam ἄγκυρα Græce anchoram ſignificat. *Plin. l.* 6. *c. ult.*

Ancyrānus, a, um, adject. ut Ancyrani triomphi, apud *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 416. *Ancyranum monumentum* ſunt tabulæ lapideæ inventæ in ſuburbio Ancyræ Galatiæ, quæ continebant indicem rerum ab Auguſto geſtarum: videntur autem exaratæ paulo poſt ejus mortem. Mutilæ tamen ad nos pervenerunt. præterea in multis peccant contra Latinitatem, ut & *Caſaubon.* adnotavit, ut a Græco homine, & Latinæ linguæ imperito exaratæ fuiſſe merito videantur.

Andabătæ, m. 1. *combattenti alla cieca*, ἀνδαβάται, gladiatores erant, qui oculis clauſis digladiabantur. Sed *Eraſmus* dubitat, fuerint ne populi clauſis oculis ſoliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clauſis oculis tenderent in adverſarium, an potius luſus genus, ut propemodum ex *Seneca* licet conjicere. Hinc prover. *Andabatarum more pugnare*, id eſt in tenebris, & temere, nullaque arte jaculari. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 10. Quem antea ne Andabata quidem defraudare poteramus. *h. e.* avertere a ſpectandis Andabatis pugnantibus. Al. aliter leg.

Andegavi, & Andes, pop. Galliæ Celt. ſeu Lugd. inter Turones 26. leuc. & Nannetes ad Occ. 16. quorum regio Andegavia, nunc *l'Anjou*, ab Italis *Angio* dicitur, tit. Ducatus inſignis, terminata a Sept. Cenomanenſi Prov. ab Occ. Britannia, a Mer. Pictavienſi Provinc. ab Or. Turonico agro. Urbs vero primaria olim dicta eſt Juliomagus, deinde Andes, Andegavis, Andegavum, *Angers*, ad Meduanam flu. 2. leuc. a Ligeri fl. 9. a Salmurio in Occ. tot. a Flexia.

Andes. V. Andegavi. ¶ Andes item, *Petula*, vicus agri Mantuani, patria Virgilii, qui propterea *Andinus Poeta* cognominatur, 3. M. P. a Mantua. *Donatus in ejus vita.*

Andīnus, a, um, adject. ab Andes Virgilii patria. *Silius l.* 8. *v.* 594. Mantus Muſarum domus, atque ad ſidera cantu Evecta Andino. *h. e.* Virgiliano.

Andrius, a, um, ab Andro inſula qui eſt, ut apud *Ter. Andria*, ſc. mulier, quæ nomen fabulæ dedit. Et *And.* 5. 4. 3. Crito Andrius.

Androdămas, m. 3. ἀνδροδάμας, lapis eſt ex genere hæmatitarum, colore nigritiæ, pondere, ac duritie inſignis, qui attritus coti ſuccum reddit ſanguineum. Vide *Plin. l.* 36. *c.* 10. ¶ Præterea gemma eſt, alio nomine argyrodamas, & pyrites, argenti nitore, ut adamas, ita vocata ἀπὸ τοῦ ἄνδρας δαμάζειν, ideſt, a domandis viris, quod impetus hominum, & iracundiam domet. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Androdas, vel melius Andrœclas, annus ſexageſimus tertius vitæ humanæ ab Ægyptiis dictus eſt, quem alii Climactericum vocant, ut *Julius Firmic.* auctor eſt, *l.* 4. *Matheſ. c.* 24. Ducitur ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, & κλάω, frango, quod ea ætate hominum vires frangantur.

Androgeonēus, a, um, ab Androgeo. *Catull. Argonaut. verſ.* 77. Androgeoneæ pœnas exolvere cædis.

Androgeus, i, m. & Græca poſitione Androgeos, o, m. ἀνδρόγεως, fil. Minois, qui ab Athenienſibus, & Megarenſibus per invidiam occiſus eſt, quod palæſtra cæteros ſuperaret. Minos ſuſcepto adverſus hoſtes bello, primo Megarenſes ſubegit, deinde Athenienſes, eoſque adſtrinxit ſibi ſingulis annis adoleſcentes nobiles mittere, qui Minotauro devorandi in Androgei memoriam objicerentur. *Virg. Æn.* 2. *v.* 370. Apud eundem *l.* 6. *v.* 20. In foribus lethum Androgeo: ubi *Androgeo* genit. caſus eſt græca terminatione: At latina habetur *lib. eod. v.* 392. Androgei galeam, &c. ¶ Androgeona accuſat. eſt apud *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 63. Reſtituit patriis Androgeona focis.

Androgynus, m. 2. *ermafrodito*, ἀνδρόγυνος, qui utrumque habet ſexum maris, & feminæ, ab ἀνὴρ, vir, & γυνή, mulier. *Cic.* 1. *de Div.* ¶ Hinc populi quidam Africæ Androgyni dicti ſunt, qui utriuſque naturæ ſunt participes, dexteram mammam virilem habent, lævam muliebrem, & inter ſe vicibus coeunt. *Plin. l.* 7. *c.* 3.

Andromăche, es, f. ἀνδρομάχη, Ætonis Regis Thebarum, quæ in Cilicia ſunt, filia, & Hectoris Trojani uxor, & mater Aſtyanactis, quæ a virili pugna nomen ſortita eſt. Fuit enim virili animo ſepta, & quædam veluti virago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Moloſſum filium ſuſcepit, poſtea Heleno vati Priami filio eam uxorem tradidit, Regnique portionem eidem aſſignavit. *Virg.* 3. *Æn.*

Andromĕde, es, & Andromeda, æ, f. 1. ἀνδρομέδη, Cephei, & Caſſiopes filia. Ob matris ſuperbiam, quæ ſe Nereides forma antecellere gloriabatur, a Nymphis ſcopulo fuit alligata, & ceto devoranda expoſita, ſed a Perſeo illac opportune iter faciente, occiſo monſtro, & liberata, & in uxorem ducta eſt. Poſtremo Minervæ beneficio inter aſtra collocata dicitur, propter Perſei merita, & ornata tribus, & viginti ſideribus. Oritur in parte piſcium duodecima. *Ovid.* 4. *Metam.*

Andron, m. 3. *corridor*, ἀνδρών, ſpatium inter duos parietes, in quod pluvia deſcendit. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 17. ¶ Quidam acceperunt pro loco in domo anguſtiore, in quo viri plurimum verſantur, ut γυναικῶν, in quo mulieres. *Feſt. Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Solebant enim viri publico ſerto in conviviis maxime a mulieribus ſejungi, ne hi illorum more accumberent. Dicebatur igitur hujuſmodi locus *Andron*, vel Andria, vel Andronitis, quod in eo viri ſine interpellationibus mulierum verſarentur. *Vitruv. ib.* ¶ Sunt etiam *andrones* loca anguſta in ædibus, per quæ ab uno in aliud cubiculum itur, *corridor.* *Vitruv. loc. cit.*

Andronitis, V. Andron.

Andronium, n. 2. medicamentum eſt uvæ, quæ in fine faucium naſci ſolet, curandæ utile. Ejus confectionem vide apud *Celſum l.* 6. *c.* 14.

Andros, ſeu Andrus, *Andro*, *Ertene*, Inſ. maris Ægei, una Cycladum, cum urbe E. a Gereſto prom. Eubœæ 10. M. P. 10 Or. a Delo 20. a Cea 35. 10 Bor. Appellata etiam eſt Antandros, Cauros, Laſia, Nonagria, Hydruſſa, Epagris. Patet circ. 93. M. P. ¶ Eſt item Andros, Hedros, *Berdſey*, Britan. *Enlly*, Inſ. maris Hibernici, inter Vualliam, & Hiberniam, adjacens Com. *Arvoniæ.*

Androſæmon, ἀνδρόσαιμον, herba eſt ſimilis hyperico, cauliculis tamen gracilibus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus ſuccum emittit ſanguini ſimilem, unde nomen habet, αἷμα enim ſanguinem ſignificat. Vide *Plin. l.* 26. *c.* 5.

Androſăces, ἀνδρόσακες, herba eſt in maritimis Syriæ locis copioſiſſime proveniens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis ſemen. *Plin. l.* 27. *c.* 4.

Andruare, ideſt, recurrere, a Græco ἀναδραμεῖν, *Feſt.*

Anellus, V. Annellus.

Anemo, onis, m. 3. *l' Amone*, flu. Æmiliæ, qui ex Appenino M. influit inter Ravennam, & Argentam per Faventiam, quam interluit, in Padum. *Plin.* 3. 15.

Anemone, f. 1. ἀνεμώνη, herba florem habens ejuſdem nominis ſtatim evaneſcentem, quem Poetæ fabulantur ortum eſſe ex ſanguine Adonidis ab apro interempti. *Plin.* 21. 23.

Anennoētos, ἀνεννόητος, hoc eſt incomprehenſibilis, vel cujus non eſt memoria, atque adeo æternus: unus eſt ex æonibus Valentini, apud *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 35.

Anĕo, es, anare, vetulam fieri, vetulæ mores imitari. Philoxeni Gloſſ. γραῒ, anet. Et Flavius Caper *l. de Orthogr. poſt princ.* Sordet, acet, anet, floret.

Aneſco, is, idem quod aneo. *Id. Caper.* Inceptiva ſunt, aceſcit, aneſcit, floreſcit.

Anethum, n. 2. ἄνηθον, genus herbæ boni odoris. Ructus movet, tormina ſedat, & ſingultus cohibet. *Plin. l.* 20. *c.* 18. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 48.

Aneticus, a, um, ἀνετικός, remittens, ſeu remiſſionem habens, ut Aneticis temporibus curationes diſponere, h. e. tempore, quo vis morbi remittit, *Theod. Priſcian. l.* 3. *c.* 3.

Anfractus, m. 4. *via torta*, תלתלים, Ger. *krumb umb umbgang der wegen*, Gall. *un detour en rond*, *un detour de rue*, Hiſp. *rodeo de camino aspero*, περίοδοι, obliquus viarum flexus in ſe recurrentes, ab am, & frango, quod recta via crebris mæandris undequaque ſit interrupta. *Cæſar l.* 7. *B. Gall. c.* 46. Si nullus anfractus intercederet, MCC. paſſibus aberat. ¶ Transfertur & ad alia, accipiturque pro quovis circuitu, *giro*, *circuito*. *Cic. de part. Or.* Oratio circumſcripta longo anfractu. Et anfractus judiciorum, *Id. pro Cluent.* ¶ Legitur & anfractum neu. gen. apud vetuſtiſſimos, *Accius in Euryſace*, citante *Nonio c.* 3. *n.* 16. Alta patris terrarum anfracta reviſam.

Angaria, f. 1. *angaria*, *gravezza*, עול, Ger. *ein genötigter dienſt*, *zwang*, Gall. *charge*, *contrainte*, Hiſp. *duana*, *a ſervidumbre*, ἀγγαρεία, dictio, Perſica, ut inquit *Suidas*, proprie ſervitus coacta. Inde ἀγγαρεύω, cogo. *Budæus* ſic habet, Apud Perſas erat ἀγγαρήϊον ἱππικὸν, curſus perniciſſimus equitum, ut ſcribit *Herod. in* 8. Unde nomen angariæ, & perangariæ in libris juris lectitatum manavit. Eſt enim nomen Perſicum. ¶ Angari vero, ἄγγαροι, teſte *Suida*, nuntii erant Regii apud Perſas; quod nomen poſtea latius uſurpari cœpit pro quibuſvis, qui ſervorum, aut jumentorum onera bajularent. *Cod. l.* 18. *c.* 8. Noſtrates *Poſtas*, quaſi poſitos, collocatoſque certis in locis, & ſemper in procinctu excubantes, appellant. Uſus eſt hac voce Nigidius Ciceronis æqualis, apud *Gell. lib.* 19. *cap. ult.*

Angărio, as, are, ἀγγαρεύω, adigere ad aliquid faciendum, & maxime ad curſum. Uſus eo verbo *Ulp. l.* 4. *de Veteranis*, ubi angariari naves dicuntur. V. *Angaria.*

Angelĭcus, a, um, *angelico*, adject. ut Angelicæ excubiæ. *Paulin. ep.* 28. *num.* 5. *Prudent. Tetraſt.* 11. *de Manna.* Panibus angelicis albent tentoria Patrum.

Angellus, i, diminut. ab angulus. *Lucret. l.* 2. *v.* 428. Sed magis angellis proſtantibus. Al. leg. *angululis.*

Angĕlus, m. 2. ἄγγελος, latine nuntius. Nam officii nomen eſt, non naturæ. Uſus eſt *Senec. epiſt.* 10. Ego angelus Epicuri. Si tamen ſana eſt ſcriptura. V. *Lapſum.* ¶ Cæterum ſæpe invenies apud Eccleſiaſticos Scriptores, cum ſignificare volunt cœleſtes illos Spiritus, qui ſupremo Dei numini aſſiſtunt.

Angerona, f. 1. *la Dea del piacere*, Ger. *die Gottin des wollust*, ἀγγερώνη, voluptatis Dea, quæ & Volupia dicebatur, cui ſacra a Romanis inſtituta ſunt, cum angina Civitas vexaretur. Ab angore tollendo dicta eſt. Ejus feſta *Angeronalia* ſunt vocitata, teſte *Varr. l.* 5. *L. L.* & *Feſto.* Hinc Pontifices in Sacello Volupiæ ſacrum faciebant.

Angina, f. 1. *ſquinanzia*, Germ. *geſchwulſt an der Kel*, *braun*, Gall. *eſquinance*, Hiſp. *eſquinancia*, συνάγχη, genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur, ac ſtrangulantur. Dicta *angina* eſt, quod angat guttur. Imperitum vulgus Medicorum ſquinantiam vocat, cum Hippocrates, & Galenus συνάγχην appellitarint. Dicitur etiam tonſilla. Sed *Plinius* tonſillas ſejungit ab angina. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 13. Sues moriuntur angina his acerrima.

Angiportus, ui, m. & angiportum, i, n. *via ſenza capo*, *angiporto*, מבוי, Ger. *ein eng gäſslen das nit durchgängig iſt*, Gal. *une ruelle*, *ou qui eſt ſans iſſue*, Hiſp. *calle angoſta*, *o ſin ſalida*, στενωπός, via eſt exitum non habens, vel vicus anguſtus, & flexuoſus in modum anguis, quaſi anguſtus ad portum aditus, ab angendo, & portu. *Ulpian. Dig. l. ult. tit. penult. leg.* 59. Angiportum a portu dictum eſt, portus vero concluſus, & munitus locus eſt, quemadmodum & ſtatio, ab importandis, exportandiſque mercibus nomen habens. Alii a Græco ἀγχί, quod ſignificat prope, deductum volunt, qui non longius extenditur. *Cic.* 1. *de Div. c.* 32. Ex hørreis direptum, effuſumque frumentum vias omnes, angiportuſque conſtraverat. *Id.* 4. *Verr.* Ut omnibus in angiportis prædonis improbiſſimi ſtatuæ ponantur. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 6. In id angiportum me devorti juſſerat.

Angitia, ſive Anguitia, f. 1. Æetæ filia, & ſoror Medeæ, & Circes, quæ Marſis remedia contra venena oſtendit, & iſto nomine pro Dea eſt a Marſis, & Marrubiis culta, unde Sylva Angitia, *Selva d' Albi*, in finibus Marſorum, inter Albam, & lacum Fucinum. *Sil. l.* 8. *v.* 500. & *Virg.* 7. *Æn. v.* 759.

Angli. V. Anglia.

Anglia, f. 1. *Inghilterra*, Ger. *Engelland*, Gal. *Angleterre*, Hiſp. *Inglaterra*, Βρεττανία, Inſ. in Oceano, Albionis inſulæ, ſeu Britanniæ pars major, ad Auſtrum, quæ undique a circumfuſo mari complexa eſt, nuſquam juncta continenti, ſed omni ex parte ab orbe noſtro diviſa. Hanc primum Troes incoluerunt, qui Troja diſjecta fugerunt exciſam patriam, Palladiſque oraculo claſſe in hanc inſulam migraverunt, atque gigantes tunc inſulam tenentes multis victos præliis expugnaverunt. Poſtmodum illam longo temporum tractu Saxones, qui ſunt illuſtres Alemanniæ populi, ductu Angelæ Reginæ oppreſſere, quæ agros, & opes inter Legatos Saxonum diviſit, atque, ut linguæ pariter, & gentis memoria in devicta Inſula ſempiterna foret, Angliam a ſe vocavit. Sed plerique dicunt, Angliam dictam eſſe, veluti noſtri orbis angulum. Sita eſt ex adverſo Galliæ, Germaniæ, atque etiam Hiſpaniæ, licet longiore intervallo. *Agrippa* longitudinem ejus prodidit eſſe 800. M. P. latitudinem vero 300. M. Populi hujus Inſulæ dicuntur Angli, Anglici, & Anglicani, quæ ſunt Geographis uſitatæ voces. Anglorum Germaniæ populorum meminit *Tacit. in Germ. c.* 40.

Ango, gis, anxi, ſine ſup. *ſtringere*, *affannare*, צרר, Ger. *trucken*, *rechtgen*, Gal. *estrangler*, *tourmenter*, *angoiſſer*, Hiſp. *angoſtiar*, *o congoxar*, ἄγχω, conſtringere, cruciare, ſuffocare, premere, ſollicitare, vexare. *Co-*

Digitized by Google

bem. l. 11. *c.* 3. *a med.* Stirpes præfractæ angunt oculos ſpongiarum, & quaſi excæcant, nec patiuntur aſparagum emittere. *Virg. Georg.* 3. *v.* 497. At faucibus angit obeſis. *i. e.* ſuffocat. ¶ Et ad animum, & ad corpus, & ad utrumque promiſcue pertinet. Ad animum. *Cic. ep. Fam. l.* 16. Audio te anima angi. Ad corpus. *Col. l.* 8. Robuſtus angit imbecillum. Ad utrumque promiſcue. *Gel.* Dum angerentur Romani. ¶ Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω, quod eſt ſuffoco, ſtrangulo: a quo ſynanche morbus faucium acutus, ut dictum eſt in dictione Angina.

Angor, oris, m. 3. *affanno, doglia*, דאגה, Ger. *angſtaſt, bekummernuſſ*, Gal. *angoiſſe*, Hiſp. *anguſtia, anſia, a congoxa*, ἀγωνία, ταλαιπωρία, vel animi cruciatus. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. Angor eſt ægritudo premens. *Id. de Am. c.* 13. Capere angorem pro amico. *Id.* 2. *Off. c.* 1. Dedere ſe angoribus.

Anguefio, is, *n.* anguis fio, anguem imitor. *Tertull. de Pall. c.* 3. Cervus ſerpente paſtus, veneno angueſcit in juventutem. Al. leg. *langueſcit*.

Angueus, a, um, adject. ab anguis, idem quod Anguineus, ſed rari uſus. *Solin. c.* 24. (*al.* 37.) *de Libya:* Flexuoſo meatu æſtuarium e mari fertur, adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum, ut viſentibus procul lapſus angueos fracta vertigine mentiantur.

Anguicŏmus, a, um, angues crinium loco habens. *Ovid. Met.* 4. *v.* 698. Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator.

Anguicŭlus, i, m. 2. *ſerpentello*, Ger. *ein kleine ſchlang*, ὀφίδιον, dimin. ab anguis. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 15. Serpere anguiculos.

Anguifer, m. 2. ſignum cœleſte, quod a Græcis dicitur ὀφιοῦχος, ideſt, Anguitenens. *Col. l.* 11. *R. R. c.* 2. Anguifer, cum mane occidit, tempeſtatem ſignificat.

Anguifer, a, um, adject. anguem ferens. *Propert. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 8. Gorgon anguifera. *Prudent. Hamartig. v.* 131. Anguiferum caput.

Anguigĕna, æ, angue natus, *nato da ſerpente*. *Ovid. Met.* 3. *v.* 531. Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras Attonuit mentes? *anguigenas* vocat Thebanos, quos fabulantur Poetæ ortos ex dentibus anguis a Cadmo occiſi.

Anguilla, æ, f. 1. *anguilla*, Gal. *anguilles*, Hiſp. *anguillas*, ἔγχελυς, ſic dicta ab anguis forma, ut *Varro* putat. *Juven. ſat.* 5. *v.* 103. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ. ¶ Gignitur ex limo, algarumque putredine, nullo coitu, nulla fetura, ait *Ariſtot.* & *Plin. l.* 9. *c.* 51. ¶ *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 57. Proverbio dixit: Anguilla eſt, elabitur. ſic dicimus, Anguillam cauda tenere, de iis, qui lubrica ſunt fide.

Anguimănus, Elephas dicitur, propter proboſcidis (quæ ejus manus dicitur) agilitatem in quamvis partem, anguium inſtar. *Lucret. l.* 2. *v.* 536. In genere anguimanos elephantos. Adde *l.* 5. *v.* 1302.

Anguinĕus, a, um, adject. quod anguium eſt, aut quod ex anguibus conſtat, ὀφιώδης, ut Anguineæ comæ Meduſæ apud *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 7. ¶ Item quod ad anguis ſimilitudinem accedit, ut Anguineus cucumer, hoc eſt oblongus, & ad anguis ſimilitudinem contortus, apud *Colum. l.* 2. *c.* 9. Item quod erraticum eſt, apud *Plin. l.* 20. *c.* 2.

Anguinus, a, um, idem, ut Anguina vernatio, pro pelle, quam verno tempore angues exuunt. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Anguina cervix, *Cic.* 2. *Divin. c.* 64.

Anguipĕdes, a Poetis dicti ſunt gigantes, *giganti*, quaſi loripedes, quod pedes tortuoſos habuiſſe finguntur, ſicut angues ſe tortuoſos faciunt, *Ovid.* 1. *Met. v.* 184. Anguipedum captivo brachia cœlo. *Macrob. Saturn. c.* 20.

Anguis, *ſerpente, biſcia*, נחש, Ger. *ein ſchlang*, Gal. *ſerpent, couleuvre*, Hiſp. *culebra, a ſerpiente*, ὄφις, tam fem. quam maſc. gen. ſed frequentius maſc. ſerpentis genus ſatis notum, & proprie illud (ſi *Servio* credimus) quod in aquis degit. Frequentiſſime tamen etiam de terreſtribus dictum invenitur. *Virg.* 3. *Ecl.* Frigidus latet anguis in herba. *Tacit.* 11. *Ann. c.* 11. Unum anguem in cubiculo viſum narrare ſolitus eſt. ¶ Apud *Plaut. Merc.* 4. 4. 51. Odiſſe æque atque angues: Et Vitare cane pejus & angue, apud *Horat. l.* 1. *ep.* 17. Et, anguem in ſinu fovere: proverbia ſunt. Atque hoc poſtremum de eo dicitur, qui eum alit, & fovet, a quo certa pernicies ſibi imminet.

Anguitĕnens, idem quod Anguifer, ſidus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. Anguitenens Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graji.

Anguitia. V. Angitia.

Angulāris, e, *angolare*, adject. qui habet angulos: ut lapis angularis, i. e. quadratus, apud *Cat. R. R. c.* 14.

Angularius, a, um, idem quod angularis. *Leg.* 69. *ff. de contrah. empt.* Emit lacum angularium. *Al. aliter leg.* Vet. Gloſſ. γωνιαῖος, angulatus.

Angulatim, κατὰ γωνίας, adverb. per angulos. *Apul. l.* 9. *Met. p.* 237. Angulatim cuncta ſedulo perluſtrari jubens. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Paucis angulatim fringultientibus.

Angulātus, a, um, angulos habens. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 24. *de atomis Democriti:* Corpuſcula quædam lævia, alia aſpera, rotunda alia, partim angulata.

Angulōſus, a, um, angulatus, plures habens angulos, γωνιώδης. *Plin. l.* 37. *c.* 12. Figura angulofa.

Angulŭlus, i, diminut. ab angulus. *Lucret. l.* 2. Sed magis angulolis paulum proſtrentibus, &c.

Angŭlus, m. 2. *angolo, cantone, canto*, פנה זוית, Ger. *ein eck, winckel*, Gal. *angle, coin*, Hiſp. *rincon*, γωνία, Geometris dicitur id, quod conſtat ex duabus lineis in idem punctum deſinentibus, quod ibi anguſtus ſit locus. Hinc in ædificiis anguli dicuntur, ubi duo parietes coeunt. Item in agris, & regionibus, ubi duo latera conveniunt, atque in acutum deſinunt, angulus appellatur. *Cæſ.* 5. *B. G.* Hujus lateris alter angulus. ¶ Et quoniam anguli in ædificiis reliquis partibus fere ſunt obſcuriores, & ſecretiores, factum eſt ut angulus accipiatur pro loco quovis ſecreto, & abdito, *luogo ſecreto*. *Cic. in Catil.* Nemo ulla in angulo tutus Italiæ fuit. *Florus l.* 3. *c.* 10. Bruttium agrum in extremo Italiæ poſitum, Bruttium angulum appellat.

Anguſtātus, a, um, *riſtretto, ſtretto*, coarctatus, anguſtus. *Cic. in ſomn. Scip. c.* 6. Terra anguſtata verticibus, lateribus latior. *Al. leg.* anguſta. *Plin. l.* 17. *c.* 8. Putei ore anguſtati.

Anguſte, arcte, ſtricte, exigue, exiliter, tenuiter, preſſe, jejune, *ſtrettamente*. *Cic. de Or. cap.* 33. Preſſe, & anguſte definire. ¶ Comparat. eſt apud *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 59. Superlat. apud *Cic.* 2. *Nat. Deor. c.* 7.

Anguſtia, æ, f. 1. *luogo ſtretto, ſtrettezza*, מצר צרה, Ger. *enge eines orts*, Gal. *detroit*, Hiſp. *angoſtura, eſtrechura*, στενοχωρία, ſtrictitudo, tenuitas, locus anguſtus, quem difficile eſt tranſire, cujuſmodi ſunt montium fauces. *Cæſ.* 3. *B. G.* Anguſtiæ viarum. ¶ Transfertur & ad alias res, ut Anguſtia orationis, ætatis, rei familiaris, pectoris, animi, rerum, &c. *Cic.* Neminem, qui ei in tot rerum anguſtiis ſubveniret, habebat. ¶ In Anguſtias adduci. *Cic. pro Quint.* *eſſer ridotto alle ſtrette*. ¶ Anguſtiæ temporis, *ſcarſezza di tempo*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 1.

Anguſticlavius, ii, qui equeſtris eſt dignitatis, ut Laticlavius, qui Senatorii eſt ordinis. *Suet. Oth. c.* 10. Anguſticlavius tribunus.

Anguſtĭtas, atis, vetus nomen pro anguſtia. *Accius* apud *Non.* 2. 38. Sed anguſtitatem incluſam, ne ſatis ſqualidam.

Anguſto, as, a. 1. ſtringo, coarcto, contraho, *ſtringere*, הציר הצר, Germ. *eng machen*, Gal. *etrecir*, Hiſp. *angoſtar*, στενοχωρεῖν. *Lucan. l.* 5. *v.* 232. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. ¶ Hinc anguſtans, anguſtatus, anguſtandus, partic. *Catul.* Cujus iter denſis anguſtans corporum acervis. *Cic. in Somn. Scip.* Omnis terra anguſtata verticibus, lateribus latior. *Sen. de tranquil. vitæ*, Anguſtanda patrimonia ſunt.

Anguſtus, a, um, o. 1. 2. *ſtretto*, צר, קצר, Ger. *eng*, στενός, arctus, brevis, ſtrictus, ab angulus, eo quod anguli ſemper coarctentur. *Cic.* 1. *de Pro*, Anguſtiſſimæ fauces. Et *Fam.* 3. *ep.* 8. Liberalitas anguſtior. ¶ Sumitur interdum pro paupere: ut *l. penult. ff. de uſu, & habitat.* Legatarius anguſtus. ¶ *Eſſe in anguſto* idem eſt, ac eſſe in periculo, ſeu in anguſtiis: ductum ab exercitu, qui tunc maxime periclitatur, cum in anguſta loca redigitur. Hinc in anguſtum venire, adducere, &c. ¶ Anguſtus pro abjecto, vili, *umile, abbietto*, *Cic.* 1. *Offic. c.* 20. Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parvi, quam amare divitias.

Anhēlans, antis, nomen ex partic. qui difficulter reſpirat, *anelante*. *Ad Heren. c.* 33. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus. *Virg. Æn.* 5. *v.* 254. Acer anhelanti ſimilis.

Anhelanter, adverb. cum anhelitu. *Ammian. l.* 16. *c.* 15. (*al.* 10.) Alium anhelanter avido flatu ventorum lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis. Al. legunt *Anhelante*.

Anhelatio, onis, f. 3. *difficoltà di reſpirare*, נשמה, Germ. *das keichen*, Gal. *difficulté d'haleine*, Hiſp. *acezo*, πνευμάτωσις, ſpirandi difficultas. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *ad fin.* Hoc genus vini utile inflationibus, tuſſi, anhelationibus.

Anhelātor, m. 3. *che non può facilmente riavere il fiato*, ניפח, Germ. *keicher, der ubel athem ſchœffen kan*, ἀσθματικός, qui eſt ſuſpirioſus, quod vitium conſiſtit in ſpirandi difficultate. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Anhelatoribus laſer cum porro ex aceto datur.

Anhelātus, a, um, efflatus, expiratus: ἐκπνευσθείς: ut, Verba inflata, & anhelata gravius, apud *Cic.* 3. *de Orat. c.* 11. quod vitium linguæ & oris eſt. *Ovid. Heroid.* 12. *v.* 15. Iſſet anhelatos non præmedicatus in ignes.

Anhelĭtus, us, ui, m. 4. *anelito*, ipſe ſpiritus difficulter actus, רוח, נשמה, Germ. *der athem*, ἆσθμα. *Ovid.* 1. *de arte v.* 521. Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris. Et *Plin. l.* 9. *c.* 7. de Balænis: Anhelitum reddere, ac per vices recipere. ¶ Anhelitus terrarum, apud *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 50. eſt vapor *ventoſus* e terra erumpens. ¶ Item anhelitus vini apud eundem poſt *red. in Sen. c.* 7.

Anhēlo, as, a. 1. ſpiro, reſpiro, *ſpirare, anſare*, נשם, Germ. *blaſen, athemen*, Gal. *haleiner*, Hiſp. *acezar*, ἀσθμαίνω, ex an, & halo, in in e mutata, ſignificat ægre halo, cum ex curſu, aut alio quovis labore vehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur, ac reſpiratur. *Col. l.* 1. *c.* 3. Sudare, atque anhelare deſierunt. ¶ Per tranſlationem eſt ardenter cupere. *Cic. in Catil.* 2. 1. Furentem audacia, ſcelus anhelantem. Et *ad Heren. l.* 4. *c.* 55. Anhelare ex infimo pectore crudelitatem. ¶ Significat etiam ſpirando emittere. *Lucan. l.* 6. *v.* 92. Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant.

Anhēlus, a. 1. 2. *anſante, anelante*, נשם, Germ. *der ſchwerlich athemet, keicher*, ἀσθματικός, πνευματώδης, ægro anhelitum ducens. *Virg.* 2. *Georg.* Senibus medicantur anhelis, *ideſt*, ſuſpirioſis. Et *Georg.* 1. *v.* 250. Et ubi ſævus equis oriens afflavit anhelis. ¶ Dicitur etiam de iis, quæ anhelare faciunt. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 347. Curſus anhelus. *Id.* 1. *de Pont. eleg. ult. v.* 5. Anhelæ febres. *Virg.* 3. *Georg. v.* 497. Tuſſis anhela.

Aniatrologētus, & Aniatrologetus, non uſquequaque Medicinæ peritus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1.

Anicella, æ, f. *vecchiettea*, parva anicula. *Varr. l.* 8. *L. L.*

Anicētum, n. 2. ἀνίκητον, aneſhum, aniſum, & in genere omne id, quod orexim, ſeu appetentiam excitat. *Plin. l.* 20. *c.* 17. *Ruel. l.* 3. *c.* 43. Ceterum Græci ἀνίκητον, invictum, ſeu invincibilem dicunt.

Anicīana, inter pyrorum genera reponuntur. *Colum. l.* 5. *c.* 10. *Cato c.* 7.

Anicŭla, f. 1. *vecchiarella*, Germ. *klein altes weiblein*, γραΐδιον, dimin. ab anu, vetula. *Cic. pro Flacc.* Aniculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe. Et ſæpe apud *Terent.* ¶ Anicla per ſyncop. *Prudent. Periſteph.* 12. 149.

Aniculāris, & re, o. 3. *da vecchia*, γραώδης, idem quod anilis. *Auguſtin. enarrat. in Pſalm.* 38. Anicularia tibi videntur hæc verba.

Anien, enis, *Teverone*, Ἀνίων, fluv. Sabinorum in agro Tiburtino, qui oritur ex Trebanis, ſeu Trebulanis montibus, ex alto ſcopulo magna mole præcipitans, & in Tiberim a Roma 3. M. P. prolabitur. Nomen ei inditum creditur Anius Rex Hetruſcorum, qui Cathegum inſequens ſuæ filiæ raptorem, cum aſſequi non poſſet, in hoc flumen inſiliit. *Stat. Silv. lib.* 1. *v.* 25. Quas præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat. *Ovid. Met.* 14. *v.* 334.

Aniēnicŏla, ad Anienem habitans. *Sil. l.* 4. *v.* 225. Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.

Aniensis, nomen ruſticæ Tribus R. Erat in Sabinis, ſic dicta ab Aniene fluvio. Facta eſt A. U. 454.

Aniēnus, a, um, adject. ut Aniena fluenta, *Virg.* 4. *Georg. v.* 369. Anienam lympham, *Propert. l.* 3. *el.* 16.

Aniēnus, i, ſubſtant. Deus Anienis fluminis, ut Tiberis Tiberinus. *Silv.* 1. 3. 70. Illis ipſe antris Anienus fonte relicto. Et *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 86. Acceſſit ripæ laus, Aniene, tuæ.

Anigrus, Auiger, m. 2. Ἄνιγρος, fl. Peloponneſi in Elide, vel potius Ætoliæ, in Evenum fl. labens, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt ſua vulnera. Unde cum antea haberet aquas puriſſimas, Centaurorum ſanguine ſordidæ redditæ ſunt, & impuræ. *Ovid. Met. l. ult.*

Anilis, & le, o. 1. 2. *da vecchia*, γραώδης, quod eſt anus, vel quod ad anum pertinet. *Virg.* 4. *Æn.* Studio properabat anili.

Anilitas, atis, f. 3. *vecchiezza*, זקנה, Germ. *das grauw oder wuiſſ alter der weiberen*, Gal. *vieilleſſe de femmes*, Hiſp. *vejez de la vieja*, γῆρας, ſenectus. *Catul. carm.* 62. *v.* 61. Tremulum movens cana tempus anilitas.

Aniliter, *da vecchia*, γραωδῶς, adv. *Cic.* 3. *de Nat. Deor. c.* 39. Neque id dicitis ſuperſtitioſe, atque aniliter.

Anima, æ, f. 1. ψυχή, ἄνεμος, ab animus, ut a Dominus domina (quamquam contra velit *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 8.) *anima, fiato, ſpirito*, primario ſignificat, halitum, ſpiritum, flatum. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 44. An fœtet anima uxoris? *Cic. in Verr.* 3. *c.* 58. Ne animum quidem eum integrum, ſed ne animam quidem puram conſervare potuiſſe. ¶ Interdum pro aere. *Virg. Ecl.* 6. Semina terrarum, animæque, mariſque fuiſſent. Sic *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 11. ¶ Et pro vento. *Horat. l.* 4. *od.* 12. Impellunt animæ linteа Thraciæ. ¶ Item pro ea vi ac facultate, qua ſentit corpus ac vivit, quæ nobis cum brutis communis eſt, quo ſenſu contra diſtinguitur ab animo. *Juven. ſat.* 15. *v.* 149. Principio indulſit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoque. *Senec. ep.* 58. Animantia quemadmodum divido? ut dicam, quædam animum habent, quædam tantum animam. Ita quoque diſtinguunt *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 14. & *Lucret. l.* 3. ¶ Accipitur & pro ſubſtantia incorporea, a corpore ſeparabili. *Ovid. Metam.* 15. *v.* 158. Morte carent animæ. ¶ Sæpe pro vita ſumitur. Hinc animam amittere, projicere, relinquere, anima privare, apud *Virg. Plaut.* & *Ter.* & alios. ¶ Animam debere, apud *Ter. Phor.* 4. 3. 56. de eo, qui immodico ære alieno tenеatur, ut plus quam omnes facultа-

cultates debeat. ¶ Anima etiam dicitur nobiliſſima cujuſque rei pars. Sic anima avari eſt pecunia. Et Animam putei, pro ipſa aqua putei, dixit *Plaut. Amph.* 2. 2. 39. ¶ Dativus, & Ablativus plural. *Animabus* non videtur eſſe Ciceronianus. Ita enim *Cic. Fam. l.* 14. *ep.* 14. Tullius Terentiæ, & pater Tulliolæ, duabus animis ſuis. Idem obſerva in *Aſina*, *a*, & ſimilibus, ubi epithetum, aut ipſa conſtructio genus patefacit. ¶ Animai pro animæ, *Lucret.* 3. 500.

Animabilis, le, o. 3. *animato*, adject. quod animam, & ſpiritum habet. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* c. 36. Hac animabili, ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer.

Animadverſio, f. 3. conſideratio, attentio, notatio, *conſiderazione*, Germ. *wahrnemmung*, Gal. *conſideration*, Hiſp. *conſideracion*, ἐπίστασις, ἐπιλογισμός. *Cic. de Or. c.* 55. Notatio naturæ, atque animadverſio peperit artem. ¶ Interdum eſt reprehenſio. *Cic. in Or. c.* 57. Nec enim effugere poſſemus animadverſionem. ¶ Sæpe punitionem ſignificat, κόλασις, *pena*, *punizione*, *gaſtigo*. *Cic.* 1. *Off.* Omnis animadverſio, & caſtigatio contumelia vacare debet. *Id. pro Cluent.* c. 46. Animadverſio vitiorum. *Id. Phil.* 1. c. 2. Animadverſio in aliquem.

Animadverſo, as, pro animadverto, apud *Plaut. Rud.* 2. 2. 1. Sicut enim dicimus Verto, & verſo: ſic & in hoc compoſito.

Animadverſor, m. 3. qui conſiderat. Item κολαστής, punitor. *Cic.* 1. *Off.* c. 41. Si acres, ac diligentes eſſe volumus animadverſores vitiorum.

Animadverſus, us, m. animadverſio, caſtigatio. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 25. In animadverſibus aſper in quibuſdam fuit.

Animadverſus, a, um, *oſſervato*, *conſiderato*, ἐπιτετηρημένος, perſpectus, cognitus, intellectus. *Caſ. in Comm.* Hac re animadverſa, Cæſar jubet ſigna converti. ¶ Sumitur etiam pro punito. *Suet. in Ner.* c. 16. Multa ſub eo & animadverſa ſevere, & coercita. *Paul. l. ult. ff. de cadav. punitorum*, Corpora animadverſorum quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt. *Ideſt*, ſupplicio affectorum.

Animadverto, is, a. 3. noto, animum adverto, attendo, deprehendo, ſentio, intelligo, cogito, conſidero, *oſſervare*, *conſiderare*, *guardare*, *vedere*, הבין הקשיב ראה, Germ. *wahrnemmen*, *fleiſſig*, *merken*, Gal. *adviſer*, *garder*, *appercevoir*, Hiſp. *mirar*, *y eſtar attento hazia alguno*, προσέχειν τὸν νοῦν, eſt animum in aliquid vertere, ſeu ſenſus in illud, quod fit, intendere, cogitare, intueri, conſiderare. *Cic.* 1. *Catil.* 8. Ecquid animadvertis horum ſilentium? ¶ Aliquando eſt punire, iram exercere, &c. *punire*, *caſtigare*, פקד, Germ. *ſtraffen*, κολάζω, & regit acc. cum *in*. *Cic. Verr.* 4. 23. Inſtitueras in eos animadvertere. ¶ Paſſive uſurpatur ſine hujuſmodi acc. *Cic. pro Roſc. Amer.* 40. Ea graviter animadvertenda peccata, quæ difficillime præcaventur. *Ter. Andr.* 1. 5. 129. Ea primum ab illo eſt animadvertenda injuria. ¶ Vel acc. mutatur in abl. cum *in*, ut Hæc ſcelera etiam in pueris animadvertenda ſunt. Differunt tamen animadverto, & punio; quod punire eſt quumcumque, ſive jure, ſive injuria; animadvertere eſt ejus, qui in alterum habet poteſtatem. ¶ In Officio lictoris hoc proprium verbum erat, cum obvios ad honorem Conſuli, vel majori magiſtratui exhibendum admonebat. *Liv. l.* 24. c. 44. Conſul animadvertere proximum lictorem juſſit, & is inclamavit &c. *Suet. in Caſ. c.* 80. Quum lictor animadverti ex more juſſiſſet.

Animal, alis, n. 3. animans, *animale*, חיה, Germ. *ein thier*, Gall. *un animal*, Hiſp. *animal*, ζῶον, ſubſtantia animata ſenſibilis. dicitur de omni vivente. *Cic. l.* 24. *de Leg.* c. 7. Animal providum & ſagax, homo. ¶ Interdum de belluis tantummodo. *Varr. l.* 6. *L. L.* Multa ab animalium vocibus tranſlata in homines. ¶ Interdum contumelioſe de homine indocto, & qui nulla moveatur ratione, quomodo & bellua, & pecus. *Cic. in Piſ. c.* 9. Quem in hoc animali invenire non poſſum. Adde 3. *Verr.*

Animalis, le, adject. *vitale*, Gal. *vivant*, *& ſentant*, *ayant ame*, Hiſp. *coſa de vida*, ἔμψυχος, quod eſt ex animali, ſive quod habet in ſe animam. Hinc animales Deos veteres dixere, qui de animalibus eſſent facti, ut Penates. *Serv. ad* 3. *Æn.* 168. ¶ Et animalis hoſtia dicebatur, quæ ob eam ſolum cauſam mactabatur, ut ejus anima Deo alicui offerretur. Duo enim, ut inquit *Macrobius* 3. *Saturn.* 5. erant hoſtiarum genera, unum, in quo voluntas Dei per exta diſquirebatur, alterum, in quo ſola anima Deo ſacrabatur, quas Aruſpices animales hoſtias idcirco appellabant. ¶ Animalis item eſt ſpirabilis, vel aereus. *Cic.* 1. *Tuſc.* c. 17. Sive illi ſint animales, ſive ignei.

Animans, antis, *animale*, Ger. *ein thier*, ζῶον, ſubſt. animal, o. g. m. f. n. *Cic.* de *Univ.* A quo animante omnes reliquos contineri vellet animantes. *Id. de Nat. Deor.* Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis veſtitæ. *Id. de Univ.* Quæ ſunt animantia, eaque divina. ¶ *Animans* latius patet, quam *Animal*. Nam dicitur etiam de herbis, & arboribus, & omnibus, quæ alentem animam, ſeu vegetativam habent. *Sen. ep.* 58. Sunt quædam, quæ animam habent, nec ſunt animalia. ¶ Animans, adject. idem eſt, quod habens animam. *Auct. ad Her. l.* 4. Res omnes animantes, & inanimantes. ¶ Eſt & animans partic. a verbo animo. *Plin. l.* 11. c. 23. Terræ halitus animans florem.

Animatio, onis, actus animandi, *animazione*, ἐμψύχωσις. *Cic. de Univ.* c. 10. Divinæ animationis ſpeciem faciebat ex igne.

Animator, oris, qui vitam dat, *Tertull. cont. Hermog.* c. 32. Spiritus afflator, & animator univerſitatis. *Prudent. in Roman*, v. 788. Novit animator ſolus & factor rei.

Animatrix, icis, fem. quæ animat, ſeu quæ dat animos. *Tertull. adverſ. Gnoſt.* c. 12. Fugatricem timoris, animatricem confeſſionis.

Animatus, us, ui, m. 4. idem quod animatio. *Plin. l.* 21. c. 3. Animatu carere.

Animatus, a, um, *animato*, מנפש, Ger. *geſinnet*, ἔμψυχος, ab animo, qui habet animam. *Cic. in Top.* c. 18. Animata inanimatis anteponantur. ¶ Sæpe Animatus idem eſt, ac animo, ſeu voluntate affectus, e. g. paratus, iratus, &c. *diſpoſto*, διακείμενος. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 28. Si eſſem aliter animatus, nunquam, quod facerem, negarem. ¶ Cum infinito *Plaut. Trucul. in fi.* Si quid animatus es facere, fac jam. ¶ Ponitur etiam pro animoſo, *coraggioſo*, *animoſo*. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 18. Milites armati, atque animati probe. ¶ Urbanum ambiguum eſt in illo *Varron.* apud *Non. c.* 3. n. 67. Avi, & atavi noſtri, cum allium ac cæpa eorum verba olerent, tamen optime animati erant. *Varro* ludit in eo, quod *animatus* refertur etiam ad animam, quæ oris halitum ſignificat.

Animitus, adverb. Onomaſt. vetus, *animitus*, ψυχόθεν. Affert *Non. Marcell. c.* 2. 608. Pro Animitus, apud Cic. eſt ex animo, impenſe, ſincere.

Animo, as, a. 1. animatum facio, anima dono, animum tribuo, *introdur l'anima*, *far vivo*, ψυχόω, eſt animam inducere, & vivificare, *Cic. de Div.* Quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget. ¶ Sæpe eſt animum incitare, fortem reddere, *inanimire*, *incoraggire*, *incitare*, חזק, Ger. *ſtarken*, Gall. *encourager*, Hiſp. *dar coraçon*, ὑποθυμίζω, ἐμβάλλω. Animare ad crimina, *Claud. l.* 3. *de Rapt. Proſ.* v. 386. Animare aliquem cibo, & potu, *Hygin. Fab.* 106.

Animoſe, adv. intrepide, fortiter, ſtrenue, *coraggioſamente*, θυμοειδῶς, magno animo. *Cic.* 4. *Phil.* Nec ſolum id animoſe, & fortiter. Comparat. eſt apud *Senec. de benef.* 6. 37. Superlat. animoſiſſime pro nimis cupide, *Suetonius* eſt in *Caſ.* 1. 47. Gemmas, inquit, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe. Al. explicant, munifice, nulla impenſarum habita ratione.

Animoſitas, f. 3. *ardire*, *coraggio*, גבורה, Ger. *herzhafftigkeit*, θυμός, audacia. ¶ Sumitur item ſecundum Speuſippum pro impetu violento, ideſt, irrationalis partis animæ, abſque ratione, & ordine mentis, qui ſedem in corde habet. τὸ θυμικὸν Græci vocant. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip.* c. 6. *Ammianus l.* 16. 1. 30. Abjecta reſiſtendi animoſitate. *Id. Macrob. l.* 2. *Somn. Scip.* c. 12. pluraliter *animoſitates* dixit.

Animoſus, a. 1. 2. plenus animi, plenus roboris, non timidus, *valoroſo*, *coraggioſo*, בלבב, Ger. *herzhafft*, Gal. *courageux*, Hiſp. *de grande animo*, θυμοειδής, habens in ſe vehementiam animi, ſive qui eſt elati ſpiritus. *Cic. de Senect.* c. 20. Ex quo fit, ut animoſior etiam ſenectus ſit, quam adoleſcentia. ¶ Item iracundus, ſeu proclivis ad iram. Hinc ea pars animæ, in qua iræ ſedes eſt, animoſa vocatur, θυμική. ¶ Item magnificus, & munificus, ut docet *Salmaſ. ad Capitolin. Marc.* 17. *Prudent. Pſychom.* v. 874. Margaritum animoſa fides mercata pararat. V. *Animoſe* in fi. ¶ Ponitur etiam pro ſpirante, perflante, *ventoſo*, *ſoffiante*. *Virg.* 2. *Georg.* v. 441. Animoſi Euri. *Ovid.* 1. *Amor.* 6. 51. Animoſus ventus. ¶ Item pro animato. *Propert.* 3. 7. 9. Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.

Animula, f. 1. *animetta*, dim. ab anima. *Sulp. ad Cic. l.* 4. *ep.* 5. In unius mulierculæ animula ſi jactura facta eſt.

Animulus, m. 2. dim. *Plaut. in Caſ.* 1. 1. 46. Mi animule, mea vita. Adde *Men.* 2. 3. 11.

Animus, i, m. 2. *anime*, *anima*, נפש, Ger. *gemüth*, Gal. *ame*, Hiſp. *anima*, idem propria quod anima, h. e. totum illud in homine, quod corpus non eſt. V. *Anima*, ubi plura hic omittenda. Accipitur itaque pro diverſis partibus animæ, ſeu facultatibus: Ac primo mentem ſignificat, λογισμόν, quæ divinæ naturæ imaginem repræſentamus, *ragione*, *intelletto*, *mente*. Quo pertinent ea omnia, quæ in voce *Anima* attulimus differentia animi & animæ, *Cic. de Amic.* Si in hoc erro, quod animos immortales credam, libenter erro. ¶ Hinc ſæpe ſumitur pro cogitationibus: Item pro voluntate. *Plaut. Prol. Amph.* v. 58. Teneo, quid animi veſtri ſuper hac re ſiet. ¶ Item conſilium, propoſitum, inſtitutum. Animo iſto eſſe, *Nepos*, 18. c. 4. Sic animum inducere, & in animum inducere, eſt ſibi perſuadere. *Ter. Hecyr.* 2. 3. *princ.* Ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas. ¶ *Meo quidem animo*, h. e. mea ſententia, *a mio parere*. *Cic. pro Sext.* c. 22. ¶ Secundo ponitur pro memoria, *Virg. Ecl.* 9. Omnia fert ætas, animum quoque. Hinc, ex animo delere, ejicere, cui contrar. eſt, eſſe in animo. *Ter. Andr.* 1. 5. 49. ¶ Tertio animus eſt pars illa animæ, quæ impetus habet, & motus, itaque opus habet, ut regatur a ratione, *affetto*, *paſſione*, τὸ παθητικόν. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. Ita furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret, imperat. *Plaut. Trin.* 2. 2. 49. Tu ſi animum viciſti, potius quam animus te, eſt quod gaudeas. ¶ Animi cauſa, *per divertimento*, animi recreandi cauſa, per jocum, per voluptatem. *Cic. pro Roſc. Amer.* 1. 46. Animi, & aurium cauſa. ¶ Animam explere, *ſoddisfarſi*. *Ter. And.* 1. 2. 15. ¶ Ex animo facere, ideſt non coacte: æquo animo ferre, id eſt patienter. ¶ Animi in plur. *coraggio*, *audacia*, *ardire*, *arroganza*: Sic cadere animis, *perderſi d'animo*: animos tollere, ſumere, dare, *farſi coraggio*, *e dar'animo*. Dicitur tamen etiam, animum ſumere, abjicere, &c. eodem ſenſu: & tam in bonam, quam in malam partem, paſſim apud opt. Scriptores. *Cic. Attic. l.* 6. Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor &c. ¶ Quarto animus idem eſt, ac anima, ſeu vita, *vita*, ψυχή. *Virg. Æn.* 10. v. 486. Una eademque via ſanguis, animuſque ſequuntur. Hinc illa, animo linqui, *venir meno*, animum recipere, animum abeſſe, &c. apud Plaut. & Ter. & alios. ¶ Ad beſtias quoque transfertur. *Cic. Tuſc.* 1. c. 33. Quarum animi ſunt rationis expertes. ¶ Animus & mens ſæpe conjunguntur, non tantum pro ratione, verum etiam pro voluntate. *Virg. Æn.* 1. v. 304. Accipit in Teucros animum mentemque benignam. ¶ Anime mi, blandientia formula eſt in alloquendo, apud *Plaut. & Terent.*

Anio, idem quod Anien, fluvius in Tiburtino agro. Ἀνίων. V. Anien. *Horat.* 1. *Od.* 7. Et præceps Anio, & Tiburti lucus. *Propert. l.* 3. *el.* 21. Hic Anio Tiburne fluis.

Aniſocycla, orum, n. 2. ἀνισόκυκλα, circuli inæquales continuati, quos vulgo Itali *vide* vocant. *Vitruv. l.* 10. 1. 1.

Aniſum, n. 2. ἄνισον, herba eſt, caulem, folia, & flores habens fæniculo ſimilia. *Plin. l.* 20. c. 17. Aniſum fœtorem tollit manducatum, mox vino collutum vultum juniorem præſtat.

Aniſus, Onaſus, *Ens*, Fl. Auſtriæ, ad Aniſum urb. a Lentio 5. l. qui apud Laureacum in Danubium excipitur.

Anius, Apollinis fil. pater Andri, Rex in Delo. *Virg.* 3. *Æn.* v. 80.

Anna, Ἄννα, f. 1. Beli filia, ſoror Didonis, quæ, poſtquam mortuam ſororem vidit, & Carthaginem ab Jarba Getulorum Rege occupatam, relicta ſede patria, ad Battum Regem, qui Melitæ inſulæ imperabat, deinde ad Æneam in Italia regnantem acceſſit, ab eoque benigne excepta eſt. Mox ob Laviniæ odia, in ſomnis ut cederet monita, in Numicium fluv. ſe præcipitem dedit. Inde Anna Perenna dicta a Romanis, & pro Dea culta. V. *Ovid. Faſt.* 3. v. 546. & *Sil. l.* 8. v. 50.

Annales, lium, m. 3. memoria publica, monumenta, vetuſtatis monumenta, *annali*, דברי הימים, Ger. *jarbbucher*, *chronicken*, Gal. *annales*, *croniques*, Hiſp. *cronica*, ὑπομνήματα, ἐνιαύσια, tabulæ ſeu libri, in quibus ſingulis annis, & ſingulis diebus, res memorabiles & bellicæ, & urbanæ breviter ordine menſium, ac dierum ſcribantur. Differunt ab hiſtoria, quia hæc menſes, & dies omittit, deinde prolixe res narrat, afferendo cauſas, deſcribendo loca, interponendo conciones, &c. tertio narrat res ab ætate noſtra remotas. A Diariis vero, ſeu Actis diurnis ἐφημερίδες differunt, quia in Diariis res etiam humiles, vileſque, neque per annos, ſed per dies ſingulos geſtæ ſcribuntur. ¶ Apud Romanos Annales a Pontifice Maximo ſcribebantur, & domi proponebantur, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. Hinc Annales Maximi dicebantur. Atque hæc fuit Hiſtoria ab initio rerum Romanarum uſque ad P. Mutium Scævolam P. M. poſt quem uberiore ſtylo Hiſtoria ſcribi cœpta eſt a M. Catone, Fabio Pictore, Antiſtio Piſone, Cœlio Antipatro, & aliis. *Cic. de Orat.* ¶ Annales iidem erant, ac Faſti. Dicti faſti ſunt a diebus faſtis, qui nefaſtis candidiores erant. Denominatio enim a re potiore facienda eſt. ¶ Eſt autem hæc vox adject. non ſubſtant. & ſubaudiendum eſt, libri. *Gell. l.* 2. c. 2. Verba Quadrigarii ex Annali ejus ſexto deſcripta. *Nepos Annibale*, c. 13. Propter eos annalem ſextum adjecit. Et in plurali, *Cic. pro Dom.* c. 32. Annales & monumenta vetuſtatis.

Annalis, e. 3. *annale*, *annuale*, Ger. *das zu dem jahr gehort*, Gall. *annuel*, Hiſp. *anal*, ἐνιαύσιος, quod ad annos pertinet, ut Tempus annale, quod eſt unius anni, lex annalis, quæ præſcribebat legitimam ad petendum magiſtratum ætatem, *Cic. Phil.* 5. c. 17. ¶ Annalia, erant vota ſolemnia, ut Decennalia, Vicennalia. *Inſcript. apud Grut. p.* 116. n. 2. Auguſtorum annalia Feliciter. ¶ Annalis *bonorum* poſſeſſio apud *Paul. Dig.* 38. 17.

6. eſt

Digitized by Google

ſ. eſt quæ annum durat.

Annarius, a, um, idem quod Annalis. *Feſtus*: Annaria lex dicebatur ab antiquis, qua finiuntur anni Magiſtratus capiendi.

Annaſcor. V. Adnaſcor, & Agnaſcor.

Annavigo, V. Adnavigo.

Annecto, is, exui, exum, a. 3. *attaccare, o legare a qualche coſa*, Ger. *anbinden, anknupffen*, προσάπτω, ad aliquid necto, agglutino, alligo. *Cic. 2. Nat. Deor. c. 54.* Ad linguam ſtomachus annectitur. *Plin. l. 4. c. 1.* Inſulam continenti annectere.

Annellus, i, vel Anellus, *annelletto*, δακτυλίδιον, diminut. ab Annulus. *Horat. ſer. 2. ſat. 7. v. 9.* Cum tribus annellis. Ubi Lambinus: Conſuetudinem ſecuti, Annellum, ſcribimus. Nam ſi libros veteres ſequi velimus, Anulus, & Anellus, ſcribi debet &c. ¶ Affertur ab aliquib. etiam locus *Ciceronis*, 5. *Pis. c. 1.* Sed etiam in poculis, & in annellis habent. Verum al. leg. in *Anulis*.

Annexio, onis, f. *conneſſione*, connexio. *Pallad. in Mart. tit. 10. ſub fin.* Germinantes oculos aliqua inter ſe annexione conglutina.

Annexus, us, ui, m. 4. *attaccamento, congiungimento d'una coſa all'altra*, ἐπιπλοκή. *Tacit. 3. hiſt. c. 34.* Cremona annexu connubiiſque gentium adolevit.

Annexus, a, um, alligatus, *anneſſo, unito*. *Cic. 2. de Invent. cap. 51.* Scapham annexam funiculus trahit. *Id. ibid. 1. 18.* Exordium annexum orationi.

Anniădæ, arum, qui ſunt ex Annia familia Romana illuſtri. *Claudian. in Conſul. Prob. & Olyb. v. 8.* nec te latuere potentes Anniadæ.

Annibal. V. Hannibal.

Annicĕris, idis, Ἀννίκερις, Philoſophus Cyrenaicus, qui Platonem, cum Æginæ venderetur, redemit. *Laert. in vita Platon.* ¶ Hinc *Annicerii*, Philoſophi, de quibus *Cic. 3. Offic. c. 33.*

Annicŭlus, a. 1. 2. *d'un anno*, בן שנה, Ger. *iahrigh, das eins iahrs alt iſt*, quod eſt unius anni, ut Anniculæ vites. *Plin. l. 13.* Plantaria inſtituunt, anniculaſque transferunt. *Var. l. 2. R. R. c. 5. de Tauris*: Unus ſit anniculus, alter bimus.

Annĭfer, a, um, per totum annum ferens. *Plin. l. 16. c. 29.* Citreæ, & juniperus, & ilex anniferæ habentur, noviſque fructus in his cum annotino pendet.

Annihĭlo, as, a. 1. *ridurre in niente*, ἐξαλείφω, in nihilum redigo. Verbum eſt cadentis Latinitatis; legiturque apud *Hieronym. epiſt. 135. ad Sun. & Fretell.* Sed eſt nihilominus inter barbara reponendum. ¶ Idem eſto judicium de *Annullo, as*, quod ejuſdem eſt ſignificationis, atque uſus: & legitur apud *eund. ibidem*.

Annīſus, us, m. *appoggio, ajuto*, actus annitendi. *Symmach. l. 5. ep. 74.* Ut probabiles voluntates alieno etiam adjuventur anniſu.

Annītor, vel Adnitor, eris, iſus, & ixus ſum, d. 3. *sforzarſi*, Ger. *ſich unterſtehen*, Gal. *s'efforcer*, Hiſp. *esforzarſe*, προσαγωνίζομαι, conor, incumbo ad aliquid agendum. *Liv. l. 8. c. 16.* Omni ope anniſi ſunt, ut &c. *Salluſt. in Jug. cap. 47.* Adniti ſummo ſtudio ad aliquid agendum. ¶ Cum infinito *Tacit. 4. hiſtor. c. 8.* Annitens retinere amorem. ¶ Cum accuſativo communi *Plin. l. 6. ep. 18.* Quod ego, quam plurimis occupationibus diſtentus, adnitor. ¶ Adniti de aliqua re. *Cic. Attic. 6. 8.* Ego, niſi Bibulus adniteretur de triumpho, æquo animo eſſem. ¶ Interdum eſt initi, *appoggiarſi*. *Cic. in Lel.* Natura ſemper ad aliquid tanquam adminiculum annititur. ¶ Anniſus, & annixus, *Liv. l. 5. c. 25.* Interficere interceſſores legis anniſi ſunt. *Idem l. 8. c. 16.* Summa ope annixi ſunt. Unde *anniſurus*, apud *eundem* 2. 39.

Anniverſarius, a. 1. 2. ἐπέτειος, quod ſingulis annis ſtatuto tempore revertitur. *Cic. Ver. 6.* Mercurius ſacris anniverſariis colebatur. ¶ Anniverſarii hoſtes, apud *Flor. l. 1. c. 12.* qui ſingulis annis eruptionem faciunt, & infeſtant.

Anno, as, are, annum agere, tranſigere. *Macrob. Sat. l. 1. c. 12.* Ad Annam Perennam ſacrificatum itur, ut annare perennareque liceat.

Anno, adverb. ſignificat, anno præterito, vel ante annum, *l'anno paſſato, e avanti queſt'anno*, cui reſpondet *horno*. *Plaut. Truc. 2. 4. 38.* Quaſi uxorem me habebat anno, dum hic fuit. Et *Amph. Prol. v. 91.* Hiſtriones anno cum in proſcenio Jovem invocarunt. Ubi al. leg. Hannio. Vide *Taubman.*

Anno, nom. prop. V. Hanno.

Annominatio. V. Agnominatio.

Annona, æ, f. 1. *vivanda, e vettovaglia di un anno, di ogni coſa*, שבר, Ger. *iahrliche frucht*, Gal. *proviſion de vivres pour un an*, Hiſ. *pan, trigo, cevada, y cada coſa para vivir un' ano, vitualla*, σῖτος, σιτηρέσιον, ab anno, vel ab alo, quaſi alimonia, res frumentaria, & quidquid ad annuum victum reponitur. *Cic. 2. de Div.* Annonam in macello cariorem fore. ¶ Sumitur etiam pro mercede, vel ſtipendio annuo, vel menſtruo. *Veget. de re mil.* Duplas conſequebatur annonas. ¶ Item pro ipſa æſtimatione, ſeu pretio communi rerum ad victum pertinentium, *il prezzo de' viveri*. Hinc Annona carior, vilior, laxior &c. Annonam incendere, levare, &c. ¶ Annonæ in plurali de panibus, apud JCtos, & Hiſtoricos Auguſtorum, paſſim dici, notat *Salmaſius*. ¶ Annonam macelli dixit *Sueton. Tiber. c. 34.* pro omni ea, quod in macello venit.

Annonarius, a. 1. 2. *coſa, che appartiene alla vettovaglia*, σιτηρέσιος, quod ad annonam pertinet, ut Lex annonaria, quæ a Clodio lata eſt. *Aſconius in orat. in Piſon. c. 4.* ¶ *Vegetius* annonarias expenſas vocat eas frugum, pabulique ſpecies, quas provinciales militibus expendunt. *L. 3. c. 3.* ¶ *Annonaria functio* eſt munus conferendi res ad annonam neceſſarias, *l. 11. Cod. Theodoſ. tit. 28. leg. 4.* ¶ Annonaria cauſa. ¶ *Hermogenian. Dig. 49. 14. 46.*

Annonianus, a, um, adject. ad annonam pertinens, ut annoniana lex, apud *Aſcon. Pedian. in Piſon. 1. 4.* ubi al. aliter leg.

Annōſus, a. 1. 2. *vecchio, carico d'anni*, ישן, Ger. *alt, betagt*, πολυετής, quod ſit vetuſtum, quaſi multorum annorum. *Horat. l. 3. od. 17.* Annoſa cornix. ¶ *Martial. l. 6.* Annoſum Falernum. ¶ Comparat. habet *Auguſtin. l. 1. Conf. c. 7.* Superlat. *Ambroſ. l. 2. de Vocat. Gent. c. 8.*

Annotamentum, i, idem quod annotatio. *Gell. l. 1. c. 7.* Veterum allocutionum copiam his annotamentis inſperſimus.

Annotatio, onis, *annotazione*. *Gell. in Præfat.* Facta in commentariis eadem diſparilitas, quæ fuit in annotationibus priſtinis.

Annotatiuncŭla, diminut. brevis annotatio. *Gell. l. 17. c. ult.* Finem proponere annotatiunculis.

Annotātor, oris, qui annotat. Pro obſervatore maligno, & inſidioſo poſuit *Plin. Paneg. c. 49.* Non ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna ſpectator, annotatorque convivis tuis imminens.

Annotatus, us, m, ſubſt. 4. idem quod annotatio. *Val. Max. l. 9. c. 12. n. 1.* Mortes dignæ annotatu.

Annotatus, a, um, nomen ex particip. *Plin. l. 2. c. 25.* Spatium ſeptem dierum annotatum.

Annotĭnus, a. 1. 2. *d'un anno*, בן שנה, Ger. *iahrig*, ἐνιαύσιος, unius anni, ab annus. *Col. l. 4. c. 24.* Ungues annotinos reſecato. ¶ Annotinus ſignificat etiam, quod ad annonam pertinet, σιταρχικός, ut Naves annotinæ, quibus annona comportatur. *Cæſ. B. G. l. 5. c. 8.* Ita explicant Rhellicanus, Glarean., & Goduin. quos ridet Dionyſ. Voſſius. Et ſane Græcus Cæſaris interpres vertit annotinas naves τὰς τοῦ προτέρου ἔτους, anni ſc. præteriti.

Tom. I.

Annŏto, as, are, notam ad aliquid adjicere, notare, obſervare, *notare*, ἐπισημαίνω. *Plin. l. 3. epiſt. 5.* Legere, annotare, excerpere aliquid ex libro. *Gell. l. 19. c. 1.* Hæc annotanda eſſe exiſtimavimus. ¶ Eſt etiam inſcribere, titulum præſcribere. *Lactant. l. 5. c. 3.* Auſus eſt libros ſuos nefarios, ac Dei hoſtes, φιλαλήθεις annotare. ¶ Item memoriæ cauſa in commentarium referre. *Colum. l. 12. c. 3.* Atque annotaret, quid, & quantum, & cui dediſſet. ¶ Annotari pro nobilitari, celebrari, *Plin. l. 3. c. 5.* Hæc litora præter cetera in toto mari conchylio, & piſce nobili adnotantur. ¶ Annotare etiam dicitur Prætor, aut Judex, qui aliquem abſentem delatum inter reos ſcribit: quo facto edicit, ut requiratur, judicioque ſiſtatur, ne abſens & indicta cauſa damnetur. *Dig. 48. 17. 1. & 49. 16. 4.* ¶ Similiter *annotare* dicitur cum jam peractum reum refert inter eos, qui deportandi, aut ſupremo ſupplicio afficiendi ſunt. *Sueton. in Calig. c. 27.* Ex noxiis laniandos annotavit. *Ulpian. Dig. lib. 35. leg. 1.* Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotavit.

Annuālis, le, ad annum pertinens, annalis. *Arnob. l. 1. pag. 22.* ubi alii aliter leg. ¶ Item anniculus, *di un anno*. *Paul. l. 3. ſenten. tit. 7.* Annuales oves.

Annuātim, adverb. ſingulis annis. Barbara vox eſt. Nam apud *Plin. l. 15. c. 17.* legitur *annua* pro *annuatim*. quem locum afferens *Valla l. 6. Elegant. c. 60.* ipſa quoque ſuſpectum habuit.

Annullo, as. V. in *Annihilo*.

Annulus. V. Anulus.

Annumeratio, onis, f. *numerazione*, numeratio. *Modeſtin. Dig. 27. 1. 13.* Annumeratio dierum.

Annumerātus, a, um, *annoverato*, in aliquem numerum adſcriptus. *Cic. l. 2. de Invent. c. 45.* Si dicemus infirmum aliquid annumeratum.

Annumĕro, vel Adnumĕro, as, are, idem quod numero, *numerare, contare*, προσαριθμέω. *Plaut. Mercat. Prol. 88.* Mihi argentum ipſa annumerat ſua manu. ¶ Item in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero, *annoverare tra qualche coſa*. *Cic. l. 2. de Divin. c. 1.* His libris annumerandi ſunt ſex illi de Republica. *Id. pro Roſc. Am. c. 32.* In grege aliquorum annumerari.

Annuntiatio, onis, verbal. nuntium, *annunziazione, nuova*, προαγγελία. *Cic. de Fato, c. 15.* Hæc annuntiatio vera eſſe non poteſt. Alii rectius leg. *enuntiatio*: & ita ſane legendum eſt.

Annuntiator, oris, qui annuntiat, *annunziatore*. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion.* Chriſtus deſcenſu de cœlo ſui non invenerit annuntiatorem. *Auguſt. tom. 10. ſerm. 14. de SS.* Paulus annuntiator factus eſt Chriſti.

Annuntio, vel Adnuntio, as, are, *annunziare, portar la nuova*, הגיד, Ger. *verkunden*, προαγγέλλω, idem fere quod nuntio, *Plin. l. 7. c. 52.* E longinquo multa annuntiare. *Id. ib.* Annuntiavere propere, exanimatum illum. ¶ *Annuntiare ſalutem alicui* eſt ſalutem mittere, jubere aliquem ſalvere, *portar' un ſaluto*. *Cic. Attic. l. 15. ep. 1.* ubi tamen alii aliter legunt. ¶ *Annuntiare* pro narrare uſurpavit non ſemel *Apulej. lib. 8. Metam.*

Annŭo, is, ui, utum, ere, vel Adnuo, nutu aſſentior, affirmo, approbo, *acconſentire, approvare con cenno del capo*, προσνεύω, neutrum plerumque verbum eſt, cum dativo. *Plin. l. 1. epiſt. 22.* Supereſt, ut promiſſis Deus adnuat. ¶ Interdum uſurpatur abſolute. *Virg. Æn. 10.* Annuit, & nutu totum tremefecit Olympum. ¶ Interdum etiam active. *Valer. Flacc. Argon. 1. v. 40.* Hanc mihi militiam annue. ¶ Cum infinito *Liv. l. 28. c. 17.* Amicitiam ſe Romanorum accipere annuit.

Annus, i, m. 2. *anno*, שנה, Ger. *ein iahr*, Gal. *an annee*, Hiſp. *ano*, ἐνιαυτός, ἔτος, tempus quo Sol per Zodiacum curſum ſuum conficit, ſcilicet ſpatium 12. menſium, ſeu 365. dierum, 6. horarum, minus 12. minutis. Dicitur ab innovatione, ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι· vel quod in ſe per ſua veſtigia volvitur, ut ait *Virg.* Anus enim, vel annus eſt circulus teſte *Varr. l. 5. L. L. n. 2.* ¶ Annus Solaris eſt 12. menſium, ut dictum eſt: annus Lunaris 30. dierum, quo ſpatio Luna Zodiacum percurrit. Annus Saturni eſt ſpatium triginta annorum: Magnus 12554. annorum. *Cic. 2. & 5. de Nat. Deor.* ¶ Romulus annum a Martio inchoavit, Numa a Januario, additis duobus menſibus. *Ovid. 1. Faſt.* ¶ Annus intercalaris Biſſextus, ſeu Biſſextilis conſtat 366. diebus, vocaturque Biſſextus, quia bis dicitur 6. Cal. ſc. 24. & 25. Febr. *Plin. l. 2. c. 47.* ¶ Annus Julianus dictus eſt a Jul. Cæſare, qui annum a Romulo & Numa concinnatum caſtigavit. Annus Gregorianus eſt a Gregor. XIII. appellatus, qui 1582. annum Julianum correxit. ¶ Dividitur præterea in Civilem, Naturalem, Aſtronomicum, &c. Sed de his omnibus V. Mathematicos, & Chronologos. ¶ Dicimus Anno ineunte, & exeunte, *al principio, o al fine dell' anno*. ¶ Natus eſt annos decem &c. *Cic. de Clar. Or. c. 64.* In qua dicendi formula ſubintelligitur præpoſit. *ante*. ¶ Annus vertens dicitur annus Solaris comparatione anni magni. *Cenſorin. de die Nat. c. 18. & 19.* ¶ Anno vertente, idem eſt, ac anno integro, ſeu poſt annum integrum. *Nepos in Ageſilao*, & *Cic. pro Quinct. c. 12.* ¶ In hunc annum, pro hoc anno. *Cic. pro Sext. c. 8.* Habebit Senatus in hunc annum, quem ſequatur. ¶ In annum, *per un anno*. *Liv. 37. 2.* ¶ Annum, *un anno intero*. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 32.* ¶ Ad annum, poſt annum. *Cic. Att. 5. 2.* ¶ Interdum *annus*, præſertim apud Poetas, pro anni parte ſumitur: partes autem anni quatuor ſunt, Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems, *Formoſiſſimus annus*, pro Vere, *Virg. Ecl. 3.* Annus hybernus, pro hyeme, *Horat. Epod. 2.* ¶ Item pro anni proventu, ſive annona, *Luc. l. 3. v. 450.* Curvoque ſoli ceſſantis aratro Agricolæ raptis annum flevere juvencis. Adde *Tacit. Germ. c. 14.* & *Sil. 3. Silv. 2. 22.* ¶ Annum exuere dicitur ſerpens cum pellem deponit. *Tibullus l. 1. El. 4.* ¶ Anno adverb. V. ſuo loco.

Annutrio. V. Adnutrio.

Annuum, & Annua, ſubſtantive ſumuntur pro iis rebus, quæ alimentorum cauſa ſingulis annis præſtantur. *Suet. Tib. c. 50.* Juliam peculio conceſſo a patre, præbitiſque annuis fraudavit. *Id. Veſpaſ. c. 18.* Rhetoribus annua centena conſtituit.

Annŭus, a, um, a. 1. 2. *d'un anno*, Germ. *das ein iahr lang wweth*, ἐνιαύσιος, ἐπέτειος, quod unius anni ſpatio continetur. *Cic. Caſſ. l. 15.* Hanc provinciam Senatus, & populus annuam eſſe voluit. Sic annuus curſus, annuum tempus. ¶ Annuus quoque dicitur, qui fit ſingulis annis, anniverſarius. *Virg. 1. Georg. v. 338.* Atque annua magnæ ſacra refer Cereri. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 30.* Annuæ varietates frigorum, & calorum.

Anodyna, medicamenta ſunt, quæ ſomno conciliato dolorem levant. *Marcel. Empir. c. 25.*

Anomalia, f. 1. ἀνωμαλία, inæqualitas, aſperitas, & anomalus, a, um, ἀνώμαλος, inæqualis, aſper, varius, ab α priv. & ὁμαλός, planus, levis. ¶ Transfertur etiam ad nomina, & verba. Anomalia igitur apud Grammaticos eſt inæqualitas declinationum, vel conjugationum,

quæ conſuetudinem ſequitur, & anomala nomina, aut verba dicuntur, quæ aliqua ratione a recta norma quinque declinationum, vel quatuor conjugationum aberrant. Analogia contraria eſt. *Gell. l. 2. c. 25. Varr. lib. 9. L. L.*

Anomălus, a, um, anomaliam habens. *Diomed. l. 1.* & *Priſcian. l. 8.*

Anōnis, quæ & ononis, f. 3. *bonagra*, Ger. *ochſenbrech*, *hauhechel*, *ſtalkraut*, ἄνωνις, herba eſt ex genere aculeatarum, quam recentiores herbarii reſtim bovis appellant. *Plin.* 27. 4.

Anonium, *Annone*, opp. Inſubriæ citer. ad Tanarum fl. ab Alexandria 10. M. P. in Occ.

Anonymus, a, um, o. 1. 2. obſcurus, ſine nomine. Ita appellata eſt quædam herba, quæ *non inveniendo nomen invenit*, ut ait *Plin. l. 27. c. 4.*

Anormis, V. Abnormis.

Anotericus, a, um, ἀνωτερικός, h. e. ſuperior, ab ἄνω, ſupra *Medicamenta anoterica*, quæ ſtomacho, & ſuperiori ventri medendo inſerviunt. *Cœl. Aurelian. Tard. l. 4. c. 3.*

Anquīna, f. 1. funis navis, quo ad malum antenna conſtringitur, ut interpretatur *Iſidor. de Originib. l. 19. c. 4.* Vetus Poeta *Helvius Cinna*, apud *Iſid. l. c.* Atque anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.

Anquīro, is, iſivi, itum, a. 3. *cercare*, *procacciare*, ἀναζητεῖν, quæro, inquiro; vel diligenter circumquaque inquiro, ut habet *Feſt.* ab am circum, & quæro. *Cic. 1. Offic. c. 4.* Ut quæcunque ad vivendum ſint neceſſaria, anquirat, & paret. *Id. de Amic. c. 23.* Tamen is pati non poſſit, ut non anquirat aliquem, apud quem, &c. Adde *ibid. c. ult.* & *Senec. in Hippol. in fi.* ¶ Urbane eſt cogitando, vel diſputando inveſtigare. *Cic. 1. Offic. c. 3.* Aut anquirunt, aut conſultant, conducat, necne &c. Adde *de Fato c. 9.* & *Lucret. l. 4. v. 1182.* ¶ Sæpe etiam eſt verbum judiciorum, & ſignificat inquirere ad examen aliquod cognoſcendum, *inquiſire*, *proceſſare criminalmente*. *Liv. lib. 6. c. 20.* Anquirere de perduellione. *Tacit. Ann. 3. 12.* Anquirere de morte alicujus. *Liv. l. 8. c. 33.* Anquirere capite de aliquo ob rem bello male geſtam. *proceſſare alcuno*, *caſtigarlo nella vita*. *Id. l. 2. c. 52.* & *l. 26. c. 3.* Anquirere capitis. ¶ In omnibus hiſce exemplis ſunt, qui aliter legunt: ſed jamdiu eſt, cum Critici fere omnes querantur, hoc verbum paſſim a ſciolis, & librariis indoctis corruptum eſſe, & in *acquiro*, aut *inquiro* perperam mutatum.

Anquiſīte, *diligentemente*, diligenter, accurate. *Gell. l. 1. c. 3.* Anquiſite ſatis, ſatiſque ſolicite aliquid quærere. Et *l. 4. c. 51.* Sed qui diligentius, anquiſitiuſque carmina Empedoclis arbitrati ſunt. Ita vett. Codd.

Anquiſītio, onis, f. inveſtigatio, inquiſitio. *Varr. ſub fin. l. 5. L. L.* Commentarius anquiſitionis. *h. e.* libellus, in quo perſcripta ſunt ea, quæ ferantur a Judice, cum de aliquo anquirit.

Anſa, ſæ, f. 1. *manico d'ogni vaſe*, יד, Ger. *handhabe*, Gal. *anſe*, *manche*, Hiſp. *aſidero*, *aſa*, vaſis auris utrinque prominens, quæ manu capi, & teneri ſolet. *Virg. in Sileno*, Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. ¶ Anſa quoque manubrium dicitur, vel quidquid omnino e toto corpore exit. *Vitr. l. 10. c. 8.* Anſa gubernaculi. ¶ Unde ponitur quandoque pro fibula, ſeu ſtaula, quæ calceis inſuitur, *fibbia*, πόρπη. *Tibul. l. 1. eleg. 6.* Anſaque compreſſos alligat arcta pedes. ¶ In catenis quoque anſæ vocantur anuli, *anello de catena*, ex quorum connexione tota conſtat catena. ¶ Per tranſlationem ponitur pro occaſione, *occaſione*. *Cic. de amic.* Quo plures det ſibi anſas ad reprehendendum. Sic anſam præbere, quærere, arripere, optare, &c. paſſim apud Latinos Scriptores.

Anſātus, adject., o. 1. 2. quod anſam habet, ut Vas anſatum. *Plaut. in Perſa 2. 5. 7.* Quis hic anſatus ambulat? *anſatum* hominem joco dixit, qui incedit utroque brachio anſarum in modum ad latera applicato. ¶ Anſatæ abſolute ſunt jaculamenta cum anſa, *h. e.* amento. *Enn. apud Non. c. 18. n. penult.* quas *Id.* apud *Macrob. 6. Saturn. c. 1.* *anſata tela* dixit.

Anſer, is, m. 3. *oca*, *papero*, Germ. *ganſe*, Gal. *oye*, Hiſp. *anſar*, χήν, avis eſt nota. Hæc nocturnas excubias celebrat. Vigilias enim ſuas clangore teſtatur. *Virg. ecl. 9.* Argutos inter ſtrepere anſer olores. ¶ Anſeres olim publice in Capitolio alebantur, quod cuſtodibus omnibus ſopitis Romanos ad defenſionem arcis excitaviſſent, & arcem ſuis veluti excubiis a Gallorum vi ſervaſſent. ¶ Anſerum autem alii domeſtici, alii agreſtes. *Plin. l. 10. c. 22.*

Anſerarium, ii, n. locus, in quo aluntur anſeres. Legitur hæc vox *in titulo c. 14. lib. 8. Columellæ*.

Anſercŭlus, m. 2. χηνάριον, parvus anſer. *Colum. l. 8. c. 14.*

Anſerīnus, a. 1. 2. χήνειος, quod eſt anſeris. *Plin. l. 22. c. 6.* Anſerino adipe curantur.

Anſŭla, f. 1. *anello della catena*, קרסים, Ger. *die rin an einer ketten*, βρόχος, diminut. ab anſa, quo uſus eſt *Auguſtinus l. 8. Conf.* pro anulo, quo ſiunt catenæ, licet per tranſlationem. Quibus, inquit, quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, unde catenam appellant, tenebat me obſtrictum dura ſervitute. ¶ Pro parva anſa, *picciol manico*. *Apul. lib. 11. Metam.* Cymbium aureum, cujus anſulæ, &c. ¶ In calceamentis quoque anſulæ vocantur fibulæ, *fibbie*, quibus ligantur. *Valer. l. 8. c. 13.* Moneri ſe a ſutore de crepida, & anſulis paſſus eſt.

Antachates, æ, m. ἀνταχάτης, gemma, quæ pro achate eſt, maleribus grata, quod cum uritur, myrrham redolet. *Plin. l. 37. c. 10.*

Antæ, arum, f. 1. n. plur. *le bande delle porte*, παραστάδες, poſtes, ſive pilæ lapideæ, quæ in lateribus oſtiorum ſunt, quod ante ſtent. *Vitruv. l. 3. c. 1.* Sed *Feſto* ſunt latera oſtiorum, *Nonio c. 1. n. 124.* quadræ columnæ, ideſt, plinthides quadratæ columnarum, quæ ad latera oſtiorum ponuntur, *pilaſtri*. Sed non quæcumque columnæ quadratæ *antæ* ſunt, ſed eæ tantum, quæ in frontibus ædium ſunt ad latera oſtiorum, ut dictum eſt. ¶ Hinc *in antis eſſe* dicitur ædes, quæ hujuſmodi columnas habet. *Vitruv. loc. cit.* ¶ *Projicere antas*, quod legitur in quodam veteri monum. apud *Gruter. pag. 207.* eſt antas ita conſtruere, ut extra parietem multum emineant.

Antæus, m. 2. Ἀνταῖος, gigantis Libyci nomen, Neptuni ex terra filii, magno, ac prævero corpore, quippe qui in 40. cubitos excreverit. Hinc cum Hercule congreſſus, quoties membra labore defeſſa eſſent, tactu terræ recreabatur. Qua re animadverſa Hercules alte ſublatum terræ contactu prohibuit, pectori ſuo arctius aſtrictum enecavit. Scribit *Plut.* Sertorium Romanorum ducem apud Tyngenam opp. effoſſo ſepulcro Antæi cadaver inveniſſe. Fabulæ interpretatio eſt, Antæum Regem Mauritaniæ fuiſſe, qui in Regno ſuo multis victus certaminibus exercitum ſemper potentiorem efficiebat, ſed extra Regnum eductus in Libyam, tunc demum ſuperatus, profligatuſque eſt. *Euſeb. lib. de temp.* ſcribit, Antæum palæſtricæ artis fuiſſe doctiſſimum, & quorumcumque certaminum, & ob id fictum, quod fuerit filius Terræ, & ab ea viribus reſtauraretur.

Antagoniſta, æ, m. *avverſario*, *antagoniſta*, adverſarius. *Hieronym. in vita Hilarion. ad fin.*

Antamœbæus. V. Amœbæus.

Antanaclăſis, ἀντανάκλασις, ex adverſo refractio, Fig. cum id, quod ab altero dictum eſt, non ea mente, qua dictum eſt, intelligitur: ſed in aliam, aut contrariam accipitur. *Quint. l. 9. c. 3. Heren. l. 4. c. 14.*

Antandros, f. 2. Edonis, *S. Dimitri*, Ἄντανδρος, urbs E. marit. Myſiæ, ſeu Phrygiæ min. ſub A. Epheſino, media inter Troadem, & Adramyttium 30. M. P. Eam Leleges habitavere finitimi Cilicibus. *Virg. 3. Æn. ſub init.* ¶ Item Inſula Maris Ægæi. V. Andros.

Antapocha, V. Apocha.

Antapodŏſis, f. 3. ἀνταπόδοσις, retributio, item Fig. cum media primis, & ultimis reſpondent. V. *Quint. l. 8. c. 3.* Alii def. cum ea commemorantur, quæ non ſunt ante prædicta.

Antarctĭcus, ἀνταρκτικός, eſt polus auſtralis, ſeu Meridionalis Arctico oppoſitus, qui terræ objectu a nobis cernitur. *Apul. de Mundo, poſt princip.*

Antarii funes dicuntur, qui per trochleæ orbiculus trajiciuntur ad onus aliquod extollendum, ἀπὸ τοῦ ἀνταίρειν, extollere. *Vitruv. l. 10. c. 3.*

Antarium bellum Veteres appellabant, auctore *Feſto*, quod ante Urbem geritur, & quaſi ante erat.

Ante, præpoſit. accuſativo ſerviens, *prima*, *innanzi*, πρό, πρόσθε, ἔμπροσθεν, accomodatur ad locum. *Cic. pro Mil. c. 10.* Clodius ante fundum Miloni inſidias collocavit. ¶ Ad perſonam. *Id. 6. Verr. c. 3.* Ante hoſce Deos erant tabulæ. ¶ Ad tempus. *Sulpic. Ciceroni Fam. l. 4. ep. 12.* Paulo ante lucem. ¶ Hinc illa: mortuus eſt ante iſtum Prætorem. Omnes ante eum Philoſophi, &c. ¶ Uſurpatur pro *præ* in comparationibus. *Liv. l. 1. c. 14.* Romulus longe ante alios accepiſſimus. ¶ Dicimus ante diem tertium Calendas, & ſimilia; idemque eſt ac ſi dicatur, *tertio calendas*. *Cic. Att. l. 2. ep. fi.* Quam epiſtolam ante diem XVI. Calendas Majas dediſti. quo in loco vide *Manut.* ¶ Invenitur *inante*, & *exante*, modo in unam vocem conjuncta, modo ſeparata, quæ conjunguntur cum verbis motum ſignificantibus. *Cic. Attic. l. 1.* Comitia Bibulus in ante diem XV. Cal. Novembr. diſtulit. *Id. ibid. l. 3. ep. 17.* De Q. Fratre nobis nuntii triſtes, nec varii venerunt exante diem Nonas Jun. ¶ Cum nullum caſum regit, adverbium eſt. *Cic. 2. Fin.* Qui aſoti eſſe velint, Philoſophi ante fiant. *Liv. l. 40. c. 40.* Prætor biduo ante venerat. ¶ Cum dicimus paucis ante diebus, annis, &c. ſextus ille caſus eſt ablat. temporis, nec pendet ab *ante*. Fere autem hæc particula interponitur, vel poſtponitur. *Livius* eam præpoſuit *l. 40. c. 52.* Æmilius templa ante annis octo voverat.

Antea, antehac, ante hoc tempus, ſuperioribus diebus, vel temporibus, *avanti*, *nel tempo paſſato*, קדם, Ger. *zuvor*, Gal. *au paravant*, Hiſp. *antes*, πρὸ τοῦ, adverb. idem ſignif. quod ante, & componitur ex ante, & ea, quamvis tantum tempus denotet. *Horat. ep. 11.* Nihil me, ſicut antea, juvat ſcribere. *Cic. Attic. l. 15. epiſt. 13.* ¶ Conjungitur cum quam. *Cic. Fam. 3. ep. 6.* Antea quam tibi ſucceſſum eſſet.

Anteactus, a. 1. 2. ſuperior, *fatto innanzi*, *paſſato*, קדמוני, Ger. *zuvor volbracht*, Gal. *fait devant*, Hiſp. *coſa hecha delante*, partic. ex ante, & actus, præteritum ſignificat. *Cic. pro Marcel.* Fructum anteactæ vitæ hodierno die maximum capit. Poteſt etiam ſeparari.

Anteăgo, ante ago. *Sil. l. 4. v. 30.* Anteagitur conjux. Niſi forte melius ſejungitur.

Anteambŭlo, onis, aſſi qui honoris cauſa aliquem præcedens comitatur. Nam qui obſequia præſtabant Domino, vel amici erant, ſive comites, vel ſervi. Amici igitur, & comites præcedebant, ſervi ſequebantur. Vide *Suet. in Veſpaſ. c. 2.* & *Sen. epiſt. 13. Martial. l. 2. epigr. 18.* Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo Regis.

Antecānis, m. 3. Προκύων, ſignum eſt ex tribus ſtellis in lacteo circulo defixum, pedibus æquinoctialem circulum tangens, inter Geminos, & Cancrum in Occaſum: Sic dictum, quia ante Canem majorem oritur. *Colum. l. 11. c. 2.* & *Cic. in Arat.*

Antecantamentum, i, cantio ſolemnioribus præmiſſa, *preludio*. *Apul. l. 11. Met.* Inter majorum antecantamenta votorum. Alii legunt, *antecantamina*.

Antecăpio, is, a. 3. *preoccupare*, *anticipare*, קדם, Germ. *vorhinnehmen*, Gal. *prevenir*, Hiſp. *prevenir*, προλαμβάνω, anticipo, prævenio, ante occupo. *Tac. l. 10.* Pontem Moſæ anteceperat. *Salluſtius Catil. c. 55.* Conſul optimum factu ratus noctem, quæ inſtabat, antecapere, ne quid in eo ſpatio novaretur.

Antecēdens, entis, præcurrens, præpoſitus, antepoſitus. *Horat. l. 3. Od. 2. v. 31.* Raro antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo.

Antecēdo, is, eſſi, eſſum, n. 3. anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteverto, præcedo, *andare innanzi*, קדם, דרכה, Germ. *vorangehen*, Gall. *aller devant*, *preceder*, Hiſp. *ir*, *eſtar delante*, προηγοῦμαι. *D. Brut. Cic.* Biduo me Antonius anteceſſit. ¶ Paſſive *Auſon. in gratiar. act.* Animi noſtri celeritas beneficiis præeuntibus anteceditur. ¶ Eſt item excellere. *Cic. pro Arch.* Celeriter omnibus antecedere ingenii gloria. *Nepos in Thraſyb. c. ult.* Antecedere aliquem honore. *Id. in Alcib. c. ult.* Antecedere aliquem in aliqua re.

Antecellens, entis, qui antecellit. *Cic. pro Mur. c. 17.* Q. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

Antecello, is, n. 3. excello, præſto, anteſto, *avanzare*, *vincere*, נצח, Ger. *fürtreffen*, *übertreffen*, Gal. *etre plus avancé*, Hiſp. *ſobrepujar a otro adelantar*, ὑπερέχω, præcello. Servit Dativ. & Accuſat. *Cic. pro Corn.* Eloquentia cæteros antecellis. *Id. pro Arch. c. 3.* Antecellere omnibus ingenii gloria. *Id. 1. de Invent. c. 4.* Antecellere alicui in re aliqua. *Tacit. 2. hiſtor. c. 3.* Antecellere aliquem honore. ¶ Paſſive *Auct. ad Herenn. 2. 30.* Qui omnibus his rebus antecelluntur. ¶ Præteritum *antecellui*, quod huic verbo tribui ſolet, nullo adhuc, quod ſciam, confirmatur Latini Scriptoris exemplo.

Anteceptus, a, um, ante captus præoccupatus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 16.* appellat πρόληψιν, Epicurus anteceptam animo rei quandam informationem. Ita meliores libri habent. ¶ Quod autem affertur ex *Liv. l. 5. c. 38.* Non loco caſtris antecepto; malunt alii dividere *ante capto*.

Anteceſſio, f. 3. præcurſio, progreſſio, progreſſus, πρόοδος. *Cic. 1. Off. c. 4.* Progreſſus, & quaſi anteceſſiones. *Id. in Top. c. 13.* Cum tripartito diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionem, repugnantiam. *h. e.* in locum ab antecedentibus.

Anteceſſīvus, a, um, qui antecedit, πρόιων. *Tertull. de virgin. veland. c. 4.*

Anteceſſor, m. 3. *quel*, *che corre innanzi*, נגיד, Ger. *vorgenger*, *vorleuffer*, Gal. *avant coureur*, Hiſp. *anteceſſor*, πρόδρομος, qui antecedit. In militia anteceſſores dicuntur, qui antecedunt agmen explorandi gratia, *forieri*. *Suet. in Vitell. c. 17.* Irruperant jam agminis anteceſſores, ac nemine obvio rimabantur, ut fit, ſingula. ¶ Anteceſſores etiam olim dicti, qui jura, ac leges profitebantur, ac publice docebant: ex eo quod antecederent, ac deducerent diſcipulos in penetralia artis. *L. 2. §. 11. C. de vet. Jur. enucl.* Sic anteceſſor dicitur Spiritus Sanctus a *Tertulliano de Virg. vel. c. 1.* quia Chriſtianorum Magiſter. ¶ Dicitur etiam *anteceſſor*, qui in aliquo munere jam fuit, cui oppoſitus ſucceſſor. *Paul. Dig. 3. t. 55.* & *Ulpian. ibid. 27. 9. 9.*

Anteceſſus, a, um, præteritus, anteactus, qui præceſſit. *Petron. c. 17.* Ubi anteceſſa latrocinia didiciſtis. Alii aliter leg. ¶ Abſolute *in anteceſſum dare*, *ſolvere*, *accipere*, &c. eſt dare, aut accipere aliquid ante tempus conſtitutum, antequam dies cedat, hoc eſt adveniat dandi, aut accipiendi, *anticipatamente*, *innanzi tratto*. Hæc autem loquendi formula ſumpta eſt ab argentariis, & mercatoribus, Græce εἰς προχρείαν. *Senec. l. 4. de benef. c. 32.* & *epiſt. 7.* & *98.* ¶ Urbane *Flor. l. 4. c. 12.* Adeo certa victoriæ ſpe, ut prædam in anteceſſum pactione dividerent. *h. e.* antequam victoriam obtinuiſſent. Adde *l. 3. c. 21.*

An-

Digitized by Google

Antecœnium, ii, n. prima cœnæ fercula, *merenda*, Ger. *das abendeſſen*, Gal. *le gouter*, Hiſp. *merienda*, *προδόρπιον*. *Apulej. l. 2. Met.* Gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecurro, is, ere, *προτρέχειν*, *precorrere*. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Stella Solem antecurrens.

Antecurſor, m. 3. רָצִים, *πρόδρομος*, qui præcurrit, ab ante, & curſor. *Caſ. 1. B. C.* Cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo. Eſt hic eodem ſenſu, quo anteceſſor, *i foriero*. *Tertull. de Monog. c. 8.* Joannes antecurſor.

Antecurſorius, a, um. *Apulej. l. 9. Metam.* Antecurſorie potio. *h. e.* quæ principio cœnæ ſumitur, & cœnam præcedit. Al. leg. *occurſoria*, alii *ancurſoria*.

Antedico, is, xi, ctum, idem quod prædico, *predire*. *Cic. 1. Philip. c. 10.* Augurum eſt antedicere ea, quæ vitari poſſunt. ¶ Rectius diviſim ſcribitur *ante dico*.

Antedictus, a, um, *detto avanti*, prædictus. *Scribon. Larg. compoſ.* 163. Propter antedictam cauſam. ¶ Rectius ſcribitur diviſim *ante dictus*.

Anteeo, is, ivi, itum, n. 4. antecedo, præeo, præcedo, *andare innanzi*, קָדַם, פָּנָה, Ger. *vorgehn*, *voranbingehn*, Gal. *aller devant*, Hiſp. *ir de lante*, *προέρχομαι*, *ὑπερέχω*, antevado, cum dat. vel accuſ. *Cic. 2. Offic.* Barbarum diſtricto gladio jubebat anteire. ¶ Item excello. *Cic. 2. Offic.* Cæteros virtute anteeunt. *Nepos Chabria*, 4. c. Sed omnes, qui in Magiſtratu erant, auctoritate anteibat. *Gell. l. 19. c. 9.* Anteire aliquem in aliqua re.

Anteféro, ers, tuli, latum, *anteporre*, Ger. *vorſetzen*, Gal. *preferer*, Hiſp. *anteponer*, *προτιμάω*, antepono. *Cic. Cat.* Quum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem. ¶ Antelatus, partic. *Cic. de prov. Conſ. c. 11.* Quum ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus.

Antefixus, a, um, præfixus. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Antefixa latitudo foraminis. *Liv. l. 26. c. 23.* Ad victorias, quæ in antefixis erant, hæſit. *Antefixa* autem, ut ait *Feſt. Pomp.* ſunt, quæ ex opere figulino tectis affiguntur ſub ſtillicidio.

Antegenitalis, adject. *Plin. l. 7. c. 55.* Antegenitali experimento. *h. e.* ſumpto ab iis, quæ antequam gigneremur, facta ſunt.

Antegredior, d. 3. progredior, antecedo, anteverto, *andare innanzi*, קָדַם, Germ. *vorgehen*, Gal. *preceller*, Hiſp. *anteceder*, *προλαμβάνω*, antevado. *Cic. de Nat. Deor. l. 2. c. 20.* Cum antegreditur Solem.

Antehabeo, a. 2. *anteporre*, הִקְדִּים, Ger. *hocher alten*, Gal. *preferer*, Hiſp. *anteponer*, *προτιμάω*, præfero. *Tacit. hiſt. 4. c. 11.* Ne divulgata veris antehabeant.

Antehac, *nel tempo paſſato*, קֹדֶם, Ger. *zuvor*, Gal. *cy devant*, Hiſp. *antes*, *πρὸ τοῦ*, hactenus, uſque modo, ante hoc tempus. *Terent. in Andr. 1. 2. 16.* Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. ¶ Significat etiam ante illud tempus. *Salluſt. in Catil. c. 26.* Sæpe antehac fidem prodiderat. *Tacit. 3. Ann. c. 25.* Ut antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur.

Antelius, & Anthelius, ii, m. *ἀντήλιος*, & *ἀνθήλιος*. *Antelii* erant dii, qui ante domorum januas collocabantur, & oſtiorum præſides habebantur: *ἀντὶ ἡλίου*, hoc eſt ſub ſole poſiti. *Tertull. de Idolol. c. 15. & de cor. mil. c. 13. in fi.*

Antelogium, ii, proœmium; vox ibrida, hoc eſt partim latina, partim Græca. *Plaut. Men. prol. v. 13.* Huic argumento antelogium hoc fuit.

Anteloquium, ii, n. exordium, proloquium. *Macrob. Saturn. l. 7. c. 4.* Omnes prætextato anteloquium detulerunt. *h. e.* primum locum loquendi. *Symmach. l. 1. epiſt. 71.* Quorſum hoc ſpectet anteloquium, breviter explicabo.

Antelucânus, a, um, o. t. e. *innanzi dì*, Ger. *das frug, vor tag iſt*, Gal. *qui eſt, ou eſt fait devant le jour*, Hiſp. *antes de la luz del dia*, *ὀρθρινός*, *λυκαυγές*, quod eſt ante lucem. *Cic. ad Caton. l. 15.* Ex antelucano tempore uſque ad horam diei decimam. ¶ Hinc antelucanæ cœnæ. *Id. Catil. c. 10.* ¶ Antelucani venti, *ἀμφιλύκιοι ἄνεμοι*, ſunt, qui diluculo flant, verno præſertim tempore, Sole autem invaleſcente, cadunt. *Plin. 18. 6. Vitruv. 1. 6.*

Antelucio, & antelucŭlo, *avanti giorno*, לִפְנֵי הַשַּׁחַר, Ger. *vor tag*, Gall. *devant jour*, Hiſp. *antes del dia*, *λυκαυγῶς*, adv. ante lucem. *Apul. l. 1. Mileſ. p. 107.* Antelucio fugiamus iſthinc quam pote longiſſime. *Id. ibid. p. 108.* Anteluculo furtim evadere, & viam, licet trepido veſtigio, capeſſere.

Anteludia, orum, præludia illa, quæ pompam ſacrificalem præcedebant apud *Apul. l. 11. Met. poſt princ.* Ecce pompæ magnæ paulatim præcedunt anteludia.

Antemeridiâlis, le, apud *Martian. Capell. l. 6.* idem quod

Antemeridiânus, a. 1. 2. *avanti mezzo dì*, Ger. *vor mittag*, Gal. *de devant midy*, Hiſp. *coſa antes del medio dia*, *προμεσημβρινός*, quod eſt, vel fit ante meridiem. *Cic. Att. l. 13. epiſt. 23.* Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi.

Antemitto, is, præmitto, *mandar' innanzi*. *Solin. cap. 38. de elephantis:* Flumen tranſituri minimos antemittunt. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 51.* Antemiſſis equitibus. ¶ Poteſt etiam diviſim ſcribi *ante mitto*.

Antemnæ, f. 1. *Ἄντεμναι*; urbs Sabinorum, exc. a Roma 4. ſtad. quaſi ante amnem dicta, quod eam amnis præterflueret. *Virg. Æneid. 7. v. 631.* ¶ Hinc *Antemnas*, *atis*, apud *Liv. l. 1. c. 9. & 10.*

Antemurale, ie, n. *antemurale*, propugnaculum muri exterius. *Hieronym. in hom. 2. Origen. quam ipſe Latinam fecit.*

Antemurânus, a, um, adject. ante murum qui eſt. *Ammian. l. 21. c. 20.* Antemuranum vallum.

Antenna, f. 1. *antenna*, Ger. *die ſegelſtang*, Gall. *antene*, Hiſp. *antena*, *κεραία*, e circumtenendo, lignum tranſverſum in navi ad malum, cui velum alligatur. *Virg. 3. Æn. v. 549.* Cornua velatarum obvertimus antennarum. Ubi *cornua* extremitates dixit antennarum.

Antênor, m. 3. *Ἀντήνωρ*, Rex Thraciæ. Habuit filios, Helicaonium, Polydamantem, &c. ex quibus Helicaonius uxorem duxit Laodiceam, Polydamas Lycaſtem, ambas Priami filias, ſed Laodiceam ex Hecuba, Lycaſtem ex concubina. Cum filiis in auxilium Trojanorum venit. Sed exiſtimatus eſt urbem prodidiſſe. Nam præterquam quod Græcorum legatos hoſpitio ſuſcipiebat, & Helenæ reſtitutionem frequenter ſuadebat, Ulyſſem ſimulato habitu intra mœnia vidit, nec indicavit. Eo die, quo Ilium captum eſt, cum multitudine Henetorum, qui expulſi propter ſeditionem ex Paphlagonia, amiſſo Rege Philemone ad Trojam, ſedes, & ducem quærebant, diſceſſit ex Troade, venit in Italiam, ad ultimum ſinum maris Adriatici, ibique expulſis Euganeis, qui inter Mare, & Alpes habitabant, urbem condidit. Locus ille, in quem ex navibus egreſſus eſt, Troja dictus eſt, urbs primo Antenorea, deinde Patavium. *Virg. Æn. 1. v. 242.* Exinde etiam regio inter Adduam, & Timavum flu. Venetia ab Henetis cœpit vocari, poſtea Marchia Tarviſina.

Antenoreus, a, um, adject. poſſeſſ. *Martial. l. 1. epigr. 77.* Flacce Antenorei ſpes & alumne Laris.

Antenoridæ, arum, Antenoris filii. *Virg. 6. Æn. v. 484.*

Anteoccupatio, onis, f. 3. *πρόληψις*, actus anteoccupandi. ¶ Eſt etiam genus Figuræ Rhetoricæ, idem ac occupatio. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Et in hilaritatem impulſio, anteoccupatio.

Anteoccŭpo, a. 1. *prevenire*, *occupare*. *Cic. in Orat. c. 40.* Ut anteoccupet, quod putat opponi.

Tom. I.

Antepagmentum, i, n. vocabulum eſt architectorum, quod Italice deſcribitur a Daniele Barbaro; *tutta la caſſa, e telaro della porta: o tutta la compoſizione delle cose col sopraliminare*. *Vitruv. l. 4. c. 6.* ¶ Ceterum antepagmenta locum habent etiam in projecturis mutulorum ſub ſtillicidio, & fortaſſe etiam in aliis ædium partibus, ubi aliquid adpangitur, & ad ornamentum, vel munimentum adfigitur. *Cato R. R. c. 14. Vitruv. l. 6. c. 7.* ¶ Legitur & *antipagmentum*.

Anteparta, antea parta, & acquiſita. *Nav.* apud *Chariſ. lib. 2. & Plaut. Trin. 3. 2. 16.* ¶ Scribitur & *ante parta* diviſim.

Antepaſſiônes, primi motus cupiditatis, qui vel nobis invitis inſurgunt, animumque perturbant. *Hieronym. epiſt. 9. ad Salvin. poſt med.*

Antepêdes, pedes priores in quadrupedibus. *Cic. in Arat. v. 434.* At caput, & totum ſeſe Centaurus opacis eripit e tenebris linquens veſtigia parva Antepedum.

Antependŭlus, a, um, pendens ante, ut crines antependuli, apud *Apul. l. 2. Mileſ. pag. 125.*

Antepenultĭmus, a, um, *antepenultimo*, tertius ante ultimum. Legitur apud *Martian. Capell. l. 3. pag. 60. & Diomed. l. 2. pag. 425. Putſch.*

Antepilâni, m. 2. in Romana militia ſecundæ aciei milites erant, ſcutati omnes, robuſtiorisque ætatis, dicti, quod ante Pilanos, hoc eſt, ante Triarios, qui pilis pugnabant, prælium capeſſerent. Iidem Principes dicti ſunt, quod fere ex optimatibus eſſent, & armis maxime inſignes. In acie enim primi ante hoſtem erant Haſtati, ſecundi Antepilani, ſeu Principes, tertii Triarii, ſeu Pilani. *Liv. l. 8. c. 8. & 9.*

Antepollĕo, es, n. 2. ſupra aliquem pollen. *Apulej. l. 1. Metam.* Quæ civitas cunctæ Theſſaliæ antepollet. *Id. ibid. l. 7.* Toto vertice cunctos antepollebat.

Antepôno, is, a. 3. præpono, præfero, antefero, primas omnium alicui do, *preporre*, *anteporre*, הִקְדִּים, Germ. *vorſetzen*, Gall. *preferer*, *mettre devant*, Hiſp. *anteponer*, *poner delante*, *προτίθημι*, *προτιμάω*. *Cic. in Lal.* Ut amicitiam rebus omnibus anteponatis. ¶ Significat etiam, ante aliquem ponere. *Plaut. Men. 2. 2. 2.* Bonum anteponam prandium pranſoribus.

Antepoſĭtus, a, um, *poſto innanzi*. *Plaut. Rud. 2. 6. 24.* Cœna antepoſita Thyeſtæ, & Tereo. ¶ Item præpoſitus, *preferito*. *Tacit. Ann. 12. c. ult.* Antepoſitus filio privignus.

Antepôtens, tis, adject. antepollens. *Plaut. Trinum. 5. 2. 2.* Hic homo eſt omnium hominum præcipuis voluptatibus, gaudiiſque antepotens. *h. e.* abundans. Sic *Propert.* dixit, pietate potens, pro valde pio. Al. tamen leg. *anteponendus*.

Antequam, *prima che*, *avanti che*, קֹדֶם, בְּטֶרֶם, Ger. *ehe dann*, Gall. *devant que*, Hiſp. *antes que*, *πρὶν ἢ*, *πρὸ τοῦ ἤ*, priuſquam: adv. temporis, quod fere jungitur indicativo. *Cic. pro Mur.* Antequam pro Muræna dicere inſtituo. ¶ Aliquando cum ſubjunctivo. *Id. Phil. 1. c. 1.* Antequam de Rep. dicam. ¶ *Id. pro Quint. c. 17.* cum infinito uſurpavit. Dici, inquit, vix poteſt, quam multa ſint, quæ reſpondentis ante fieri oporteret, quam ad hanc rationem extremam neceſſariam devenire. Sed noli temere imitari. ¶ Solet etiam, pluribus verbis interjectis, dividi, ut patet in allato exemplo.

Anteridee, plur. *contrafforti*, *speroni*, *barbacani*, *ἀντηρίδες*, ſunt columnæ, vel lapides eminentiores, qui interponuntur ad ſuſtinendam ſtructuram, ut *Salmaſ.* definit ad *Solin. p. 856. Vitruv. l. 6. c. 11.* In frontibus anterides, ſive eriſmæ ſint.

Anterĭor, qui ante eſt, vel præcedit. *Caſ. B. C. l. 3. c. 63.* Navibus circumvecti milites in anteriorem vallum tela jaciebant. Al. leg. *interiorem*. *Sulpit. l. 1. inſt. ſacr. c. 52.* Vaſa omnia anteriorum regum cremavit.

Anterius, adv. *prima*, prius, priore loco, *πρότερον*, *ἔμπροσθεν*. *Sidon. l. 2. ep. 9.* Prima, & grata contentio, quænam potiſſimum anterius edulibus noſtras culina fumaret.

Antĕros, totis, m. 3. *ἀντέρως*, Veneris, & Martis filius, idem, ac Cupido tertius. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.*

Anterôtes, *ἀντέρωτες*, gemma ex generibus amethyſti. *Plin. l. 37. c. 9.*

Antes, ium, m. ſunt areolæ hortorum, quæ quadratam lineam, ſeu figuram referunt. *Colum. l. 10. v. 376.* Humidaque andrachne ſitientes protegit antes. *Nonius* hinc recte ſcribit *c. 1. n. 124.* *antes* eſſe quadraturas, unde & antas dictas eſſe quadras columnas. Ob ſimilitudinem autem omnes arvorum, & vinearum ordines ad lineam ducti *antes* dicuntur. *Virg. 2. Georg. v. 417.* Jam canit extremos effœtus vinitor antes. ¶ Translate uſurpatur a *Catone* apud *Serv. ad l. c. Virg.* Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas. *h. e.* pedites quadrato agmine ducat, cujus agminis latera equites tegant, veluti duæ lineæ, ſeu alæ. ¶ Advertendum autem, a quibuſdam *antes* cum *antæ* confundi, ut ab *Iſid. 15. Orig. 7. & a Serv. loc. cit.*

Anteſcholânus, i, *ſotto maeſtro*, qui poſt magiſtrum primus eſt in ſchola. *Petron. in Satyr. c. 81.*

Anteſignânus, m. 2. *guardia della bandiera*, דַּגָּל, Ger. *der vorden fenlin*, *oder panier ſtehe und ſtreit*, Gall. *qui marche en bataille devant le porteenſeigne*, *ou le guidon*, Hiſp. *alferez*, *προμαχος*, ante ſignum, ſeu vexillum in acie conſtitutus, vexillorum defenſor. Nam ſignum pro vexillo militari ponitur. *Cic. Philip. 2. c. 29.* Fuerat in acie Pharſalica anteſignanus. *Caſ. B. C. l. 1. c. 41.* Unius legionis anteſignanos præcurrere jubet.

Anteſto, (ſeu antiſto, ut Vett. ſcribebant) as, ſteti, atum, antecello, præſto, *ſtare innanzi*, *eſſere ſuperiore*, *προΐσταμαι*. *Lucret. lib. 5. v. 22.* Herculis antiſtare autem ſi facta putabis. *Nepos Ariſtid. in princ.* Cognitum fuit quanto antiſtaret eloquentia innocentiæ. *Gell. 9. 13.* Virtute cæteris anteſtare.

Anteſtor, ris, d. 1. teſte *Budæo*, vetus eſt Juriſconſultorum verbum ſignificans accipere in teſtem. Apud veteres enim, qui adverſarium, qui vades dare nollet, in jus pertrahere volebat, prius aliquem de præſentibus anteſtabatur, hoc eſt, atteſtabatur, vel teſtem capiebat, ejus attingens auriculam, & ſic interrogans, *Licet te anteſtari?* illo autem reſpondente, *Licet*, tum injecta manu adverſarium in judicium rapiebat. Solos autem liberos anteſtari fas erat, ſervi teſtes eſſe non poterant. Quare autem anteſtantes teſtium aures apprehendamus, docet *Plin. l. 11. c. 45.* Eſt (inquit) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes anteſtamur. *Horat. l. 1. ſat. 9. v. 76.* Et *Cic. pro Mil. c. 25.* Te, magne, tamen anteſtaretur. *i. e.* teſtem citaret. ¶ Paſſiva ſignificatione, *Liv.* apud *Priſcian. l. 8.* Impubes libripens eſſe non poteſt, neque anteſtari: *προσκαλεῖσθαι μαρτυρόμενος*, ut idem *Priſcian.* exponit.

Antevenio, n. 4. *venire innanzi*, קָדַם, Germ. *fürkommen*, Gall. *anticiper*, *venir devant*, Hiſp. *venir delante*, *προφθάνω*, prævenio, cum acc. vel dat. *Salluſt. in Jug.* Exercitum Metelli antevenit. *Plaut. in Trin.* Tempori huic hodie anteveni. ¶ Item excellere. *Plaut. Caſ. 2. 3.* Omnibus rebus ego amorem credo antevenire.

Anteventŭlus. Anteventuli ſunt mulierum capilli in fronte demiſſi, quod ante faciem ſiti ſint. *Apul. Florid. l. 2. p. 342.* Crines ejus anteventuli, & propenduli.

Anteverſio, onis, verbal. antevertendi ſeu præveniendi actus. *Ammian. l. 21. c. 5.* Expertus, quid in rebus tumultuoſis anteverſio valeat, & prægreſſus.

Anteverto, is, præverto, antecedo, *prevenire*, קדם, φθάνω, prævenio, anticipo. *Caſ. B. G. 7. c. 7.* Qua re nuntiata, Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit. *Tacit. Ann. 13. 30. 3.* Damnationem veneno antevertere. *Plaut. Bacch. 3. 5.* Rebus aliis antevertam, quæ mandas mihi. Al. leg. *antevortar*.

Antevidĕo, es, 2. 1. *antivedere*, prævideo. *Valer. Flacc. l. 6. v. 582.* nunc quo ſe taperet, nunc quo diverſus abiret, Antevidens. ¶ Poteſt etiam diviſim ſcribi *ante video*.

Antevŏlo, as, 1. *volare avanti*, προΐπταμαι. *Virg. 9. Æn. v. 47.* Turnus ut antevolans tardum præceſſerat agmen.

Antevorta, Divinitatis comes apud Rom. quæ præerat futuris, ſicut Poſtvorta præteritis. Ita *Octav. Ferrarius*. Sed *Carolus Stephanus* Poſtvortam futurorum, Antevortam præteritorum Deam putat. *Macrob. Saturn. l. 1. c. 7.*

Anteurbanus, a, 1. 2. προάστειος, orbi propinquus. *Poſt.*

Anthalium, n. 2. ἀνθάλιον, malum rotundum magnitudine meſpili, in Ægypto. *Plin. l. 21. c. 15.*

Anthēdon, f. 3. ἀνθηδών, meſpili genus, pomum ferens minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſervatur. *Pl. l. 15. c. 20.*

Anthēdon, onis, f. 3. Maxima, *Lariſſa*, al. *Daron*, Ἀνθηδών, urbs Palæſtinæ E. ſub P. Hieroſolymitano, maritima, inter Aſcalonem, & Gazæorum portum, 8. M. P. utrinque. ¶ Anthedon altera, oppid. Bœotiæ, medit. inter Thebas 60. ſtad. & Chalcidem 70. Hodie teſte Ortelio dicitur *Talandi*. Sed *Talandi* Atalanta potius eſſe videtur, opp. in ora. *Ovid. 13. Met.* Nuper in Euboica verſus Anthedone membris Glaucus adeſt.

Anthedonĭus, a, um, ad Anthedonem oppidum pertinens. *Stat. 9. Theb. v. 291.*

Anthēmis, Imbraſus, Parthenia, Samothrace, Inſ. maris medit. Thraciæ adjacens.

Anthēmis, f. 3. *camomilla*, ἀνθεμίς, alii leucanthemis, leucanthemum, melanthemon, chamomilla, herba fœniculi folio. *Plin. 22. c. 21.*

Anthēræ compoſitiones dicuntur a medicis, quæ vel floridum colorem habent, vel certorum florum admixtione fiunt: ab ἄνθος, flos. *Plin. l. 24. c. 9.*

Antheus, m. 2. Antenoris fil. quem Paris amavit, & imprudens interfecit. ¶ Item unus ex Æneæ ſociis. *Virg. Æn. 1. v. 510.*

Anthias, æ, piſcis nomen apud *Plin. l. 9. c. 59.*

Anthinum mel, vocatur, quod vere factum eſt: quoniam ex floribus, qui a Græcis ἄνθη, dicuntur, favi conſtruuntur. *Plin. l. 11. c. 14.*

Anthologica, orum, libri de floribus tractantes. *Plin. l. 21. c. 3.*

Anthracinus color, idem qui ater. Anthracinæ veſtes. *Varr. apud Non. c. 16. n. ult.*

Anthracites, æ, m. 1. ἀνθρακίτης, gemma, in qua velut ſcintillæ ignis diſcurrere videntur. *Plin. l. 37. c. 7.*

Anthrax, acis, m. 3. *carbone*, ἄνθραξ, carbo. ¶ Hinc Anthrax, vel anthracites, *carbonchio*, ἄνθραξ, ἀνθρακίτης, carbunculus, gemmæ genus fulgidæ, & lucentis, inſtar ignitis carbonis, in qua veluti ſcintillæ ignis diſcurrere videntur. ¶ Item carbunculus, abſceſſus ex atra bili, rubore ſublivido, vel genus ulceris cum inflammatione. *Æmil. Macer de herb. c. de Sabina.* ¶ *Vitruvio l. 7. c. 8.* Anthrax eſt etiam minii gleba.

Anthriſcum, n. 2. ἀνθρίσκον, herba ſcandici ſimilis, tenuioribus, & odoratioribus foliis. Fatigato Venere corpori ſuccurrit. Vide *Plin. l. 21. c. 15.*

Anthropographus, m. 2. ἀνθρωπογράφος, dictus Dionyſius, quod nihil aliud, quam homines pinxerit. *Plin. l. 35. c. 10.*

Anthropophăgi, ἀνθρωποφάγοι, qui humana carne veſcuntur, ut populi Americæ, Æthiopiæ, &c. *Plin. l. 14. c. 12. & l. 7. c. 2.*

Anthus, m. 2. avis, quæ equorum hinnitum imitatus. *Plin. l. 14. c. 42.*

Anthyllion, ἀνθύλλιον, herba lenti ſimillima, quæ in vino pota veſicam vitiis liberat, & ſanguinem ſiſtit. *Plin. l. 26. c. 8.*

Anthyllis, f. 3. ἀνθυλλίς, herba eſt chamædryos ſimilitudine, flore purpureo, gravi odore, radice intubi. *Plin. l. 26. c. 8.*

Anthypophŏre, ἀνθυποφορά, figura ſentent. objectio, cum tacite occurrimus rationi: prolepſis. Ut illud *Virg. Æn. 4. v. 603.* Verum anceps belli fuerat fortuna. fuiſſet. *Senec. l. 1. controv. 7.*

Antiæ, capilli anteriores, demiſſi in frontem, quod ante faciem ſiti ſint. *Feſtus. Apul. in Florid. l. 1. p. 342. de Apolline:* Jam primum crines ejus præmulſis antiis, & promulſis capronæis &c.

Antiānus, a, um, ad Antium pertinens. *Cic. apud Non. c. 4. n. 130.* Hercules Antianus.

Antias, atis, qui eſt ex Antio Latii oppido. *Liv. l. 8. c. 14.* Interdictumque mare Antiati populo. *Id. l. 6. c. 9.* Rem Antiatem diuturniorem manere.

Antiatæ, vel Antiates, populi Antii incolæ. *Liv. lib. 6. c. 33. & l. 8. c. 12. & 14.*

Antiatīnes, a, um, ad Antium pertinens, ut Antiatinæ ſortes, apud *Sueton. in Calig. c. 57.* h. e. quæ ducebantur in templo Apollinis, qui Antii colebatur.

Antibacchius, m. 2. ἀντιβάκχειος, pes bacchio contrarius, ex duabus longis, & ultima brevi, ut *Audiſſe*. *Donatus pag. 1739. Putſch.*

Antiboræum horologium, apud *Vitruv. l. 9. c. 9.* videtur dici illud, quod deſcriptum in plano Æquatoris Boream reſpicit.

Antica, æ, f. dicta eſt pars prior in templo augurali. *h. e.* cœli ſpatio ab Auguribus deſcripto, ſicut poſterior dicebatur Poſtica. *Varr. l. 6. de L. L. poſt princ. Serv. in Virg. Ecl. 9. v. 15. & Feſt.* in Poſticum. V. Anticus.

Anticategoria, ἀντικατηγορία, Latine poteſt dici recriminatio, ſive mutua accuſatio, & eſt genus controverſiæ judicialis. *Quint. l. 3. c. 10.* Græce: at Latine *Auguſtin. l. 3.* contra *Creſcon. Grammat. c. 66. & 74.*

Anticatōnes, m. 3. ἀντικάτωνες, duo libri, quos Cæſar contra Catonem Ciceronis ſcripſit. *Juven. ſat. 6. v. 337.* duo Cæſaris anticatones.

Antichthon, ἀντίχθων, orbis terræ toti globo noſtro oppoſitus in cœlo. Figmentum fuit Pythagoreorum, qui cum ob perfectionem denarii numeri decem orbes hujus univerſi crederent numerari oportere, neque tamen plus quam novem invenirent, decimum ob ingenio finxerunt ἀντίχθονα, h. e. terræ noſtræ oppoſitum. *Cal. Rhod. l. 22. c. 14.* putat eos per Antichthonem intellexiſſe lunarem ſphæram.

Antichthŏnes, ἀντίχθονες, iidem qui Antipodes: ut Hiſpani, & Indi. Sed notandum ex Iſaac Voſſ. ad Melam *l. 1. c. 1.* Antichthones a Veteribus accipi præ iis omnibus, qui oppoſitam terram Auſtralem inhabitare credebantur, etiamſi in ſuperiore noſtro hemiſphærio degerent. Ita ſemper ab Antipodibus diſtinguuntur. *Plin. l. 6. c. 22.* Taprobanem alterum orbem terrarum diu eſſe exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione. Adde *Melam l. 1. c. 1.*

Anticipatio, f. 3. πρόληψις, verb. ab anticipo. *Cic. 1. de Nat. Deor. cap. 16.* Quæ eſt gens, quæ non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum? *i. e.* ut ipſe explicat, anteceptam animo informationem, ſive prænotionem. ¶ *Arnob. l. 1. p. 107.* In pedum officiis numerat ſuggerere anticipationem itionum. *h. e.* primos motus, quos animal ambulaturum facit. ¶ Eſt etiam figura Rhet. eadem ac Prolepſis.

Anticipator, oris, qui anticipat. Habetur hæc vox in quadam Oratione ad Deum, quæ eſt in Ephemeride Auſonii; ab aliis Paulino Nolano tributa. Ipſe Dei Verbum, Verbum Deus, anticipator Mundi, quem facturus erat. *h. e.* qui ante erat, & capiebat Mundum quam faceret.

Anticipo, as, 2. 1. antecoccupo, anteverto, *pigliar tempo*, *anticipare*, קדם, Ger. *vorkommen*, Gal. *anticiper*, Hiſp. *anticipar*, προκαταλαμβάνω, anteccapio, prævenio. *Cic. Att. l. 8. ep. 14.* Anticipes ejus rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis. *Stat. Theb. 6. 442.* Anticipare viam.

Anticlea, f. 1. Ἀντίκλεια, uxor Laertæ, quæ a Siſypho latrone Æoli filio capta, & conſtuprata eſt, ex quo Ulyſſem peperit. Aliqui dicunt, id ei accidiſſe, cum duceretur ad Laertæ nuptias, alii, cum Laertæ jam nupſiſſet, & ad Oraculum pergeret conſultum. *Ovid. 13. Met.*

Anticus, a, um, ab ante deriv. *Feſtus:* Quæ ante nos ſunt, antica; quæ poſt nos ſunt, poſtica dicuntur. Anticum etiam Vett. pro Janua poſuerunt.

Anticyra, f. 1. Anticyrrha, Anticyræ, arum, Capariſſus, *Suola*, Ἀντίκυρα, urbs Phocidis lit. ante Cyrrham, inter Criſſam ad Occ. & Siphas opp. Bœotiæ ad Or. iſthmum Corinthiacum verſus, a Delphis 10. M. P. ¶ Eſt item inſ. ſinus Maliaci, contra Oetam M. in qua helleborus contra amentiam naſcitur. ¶ Hinc navigare Anticyram eos jubet *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 166.* qui parum ſanæ mentis ſunt. Adde v. 83. & *de Arte*, v. 300.

Antidĕo, is, pro Anteĕo, habet *Plaut. Perſ. 5. 2. 2.* & *Ciſtell. 2. 1. 3.*

Antidhac, pro Antehac eſt apud *Plaut. Amph. 2. 2. 69. Pſeud. 1. 1. 14.* & *c. c. 26.* & aliis in locis. Conſona enim illa interpoſita hiatum tollit.

Antidōra, orum, in plur. *remunerazione*, *guiderdone*, שלום, Ger. *gegengeſchenck*, Gal. *remuneration*, Hiſp. *remuneracion*, ἀντίδωρα, remunerationes, aut quæ a nobis pro acceptis muneribus redduntur. *Ulp. tit. de pet. hær.*

Antidōtum, n. 2. *rimedio contra il veleno*, כופר, Ger. *artzeny wider das gifft*, Gal. *antidote*, *contre poiſon*, Hiſp. *antidoto*, ἀντίδοτον, remedium, ſive medicamentum, quod contra venena datur, ex ἀντί, contra, & δίδωμι, do. *Quint. l. 7. c. 2.* Datum ei venenum dixit, ſed ſe antidotum daturum. ¶ Dicitur & antidotus gen. fem. *Gell. l. 14.* Antidotus celebratiſſima, quæ Mithridatios vocatur.

Antienſis, e, ad Antium pertinens, ut *Antienſe* templum, *Valer. M. 1. 8. 2.*

Antigerio, *ſubito*, veteres pro valde, & pro ſtatim utebantur, quaſi antequam res gereretur. *Feſtus*. Damnat hanc vocem Quintil. *lib. 1. c. 6. & l. 8. c. 3.* tanquam obſoletam.

Antigŏne, f. 1. Ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum Regis filia, quæ patri cæco a Creonte in exilium acto ſe viæ ducem præbuit, ob quam pietatem poſtea a Tyranno jugulata eſt. ¶ Fuit etiam hoc nomine filia Laomedontis, vel Priami, quæ, cum eam formæ ſuæ fiducia omnis arrogantem reddidiſſet, a Junone in ciconiam mutata eſt, *Ovid. 6. Met.*

Antigŏnus, Ἀντίγονος, Macedo, ut quidam dicunt, frater Alexandri M. qui primus poſt Alexandrum in Aſia 18. an. regnavit. ¶ Fuerunt alii Antigoni, inter quos Antigonus hoc nomine tertius, Macedoniæ rex, ſecundi nepos, qui tutor Philippi fuit ejus, quem Romani debellaverunt. Hunc Servatorem Græci, & Benefactorem vocabant.

Antigraphei, antigraphari, ἀντιγραφεῖς, qui de archetypo tranſcribunt. Hos *Cic. in Rull.* cuſtodes appellat. *Ulpian. l. 3. de adm. tut.*

Antilegomĕna, ἀντιλεγόμενα, contradictiones. *Plin. lib. 20. c. 8.* Petronius Diodotus, qui antilegomena ſcripſit. Al. leg. *antholegomena*.

Antilibanus, m. 2. *Abelinas*, Ἀντιλίβανος, Mons Syriæ, vel Phœniciæ, oppoſitus Libano M. valle longa interjecta. *Cic. Attic. 2. 16.*

Antilŏchus, Ἀντίλοχος, Neſtoris fil. major natu, occiſus in bello Trojano ab Hectore, vel a Memnone. *Juven. Sat. 10. v. 252.*

Antimăchus, Poeta Clarius, vel Colophonius. Aggreſſus belli Thebani hiſtoriam, vigeſimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas uſque produceret. Cum convocatis auditoribus legeret eis magnum illud volumen ſuum, & eum legentem omnes præter Platonem reliquiſſent, *Legam*, inquit, *nihilominus. Plato enim mihi unus inſtar eſt omnium. Cic. in Brut.* ¶ Fuit item Antimachus Trojanus, qui donis Paridis corruptus impedimento fuit, quo minus Helena redderetur, & pro concione Trojanos hortatus eſt, ne Menelaum, dum legatus ad eos in orbem veniſſet cum Ulyſſe, redire ad ſuos ſinerent, ſed in urbe aſſervarent, & trucidarent. *Homer. Iliad. 11.*

Antimetabŏle, f. 1. ἀντιμεταβολή, ex adverſo mutatio, commutatio, Figura qua verba contraria ratione repetuntur, ut, Non, ut edam, vivo, ſed, ut vivam, edo. *Iſid. l. 2. c. 21.*

Antinomia, f. 1. ἀντινομία, legum contrarietas, & pugna. *Quintil. l. 7. c. 8. (al. 8.) & cap. ult.*

Antinŏus Bithynicus, admirandæ pulchritudinis adoleſcens. Tanta, tamen eleganti fuit forma, ut Adrianus Imper. a quo adamabatur, templum ei apud Mantineam conſtitueris. Inter ſidera tranſlatus fingitur.

Antiochenſis, ſe, & Antiochēnus, a, um, adject. gentilia. *Tac. hiſt. 2. c. 82.* Apud Antiochenſes aurum, argentumque ſignatur. *Gell. l. 7. c. 19.* Antiochena pecunia.

Antiochia, cogn. Magna, Theopolis, Rebbata, *Antachia*, Ἀντιόχεια, urbs Reg. nunc Patr. Syriæ, condita ab Antiocho patre Seleuci. ¶ Antiochia, Niſibis, Mygdonia, *Abeſin*, *Niſibin*, *Sibia*. urbs A. Meſopotamiæ, condita a Seleuco fil. Antiochi. ¶ Antiochia, *Antiochia*, *Verſangela*, urbs Piſidiæ A. ¶ Antiochia ad Taurum, *Antiochetta*, urbs E. Ciliciæ. ¶ Antiochia, Alexandria, Seleucia, *Indion*, urbs Margianæ. ¶ Antiochia Mæandri, *Tachiali*, urbs Epiſc. Cariæ. ¶ Antiochia ad Taurum, urbs E. Comagenes. ¶ Aliæ ſeptem præterea memorantur, quæ non extant.

Antiŏchus, m. 2. Ἀντίοχος, nomen ſecundi Regis Syriæ, Seleuci filii, hujus nominis primi, qui Soter cognominatus eſt, & regnavit ann. 20. Ab hoc Reges ſequentes & ipſi Antiochi dicti ſunt. Secundus igitur fuit Antiochus Achim hujus fil. qui cum 30. ann. regnaſſet, veneno extinctus eſt ob uxore Laodicea. Tertius Antiochus Galericus. Antiochus quartus cognom. Magnus, regnavit ann. 36. Dictus eſt etiam Hierax, quod accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio ſuperavit. Quintus Antiochus dictus eſt Epiphanes, ideſt nobilis, ſive illuſtris. Hic Hieroſolymam deſtruxit, & multa mala intulit Judæis. Regnavit ann. 11. Sextus Antiochus Syriæ, & Aſiæ Rex dictus eſt Eupator. ¶ Fuit & alius Antiochus, Aſcalonita, Philoſophus, Cicer. Brutique præceptor.

Antiŏpa, f. 1. Ἀντιόπη, Nictei filia, & uxor Lyci Thebanorum Regis. Hanc cum Juppiter in Satyrum mutatus compreſſiſſet, Lycus repudiavit, uxoremque Dircem ſuperinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verum inſtante partus tempore, illa ruptis vinculis in Cithæronem montem ſe recepit, ubi Amphionem, & Zethum peperit, qui a paſtoribus inventi, & educati maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Qua de re eſt Pacuvii Tragœdia. *Perſ. Sat. 1. v. 77.* Sunt, quos Pacuvius, & verrucoſa moretur Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Antios, excruciatos. *Feſtus*. Contendit *Scalig.* legendum *anctos*, tanquam particip. paſſivum ab *ango*.

Antipagmenta, V. Antepagmenta.

Antiparaſtăſis, figura eſt frequens Demoſtheni, & Cicer. habens confeſſionem quandam conjunctam cum majore inficiatione.

Antipăter, Sidonius, ſeu ex Tyro Phœniciæ, Philoſophus Stoicus, qui poſt Panætium de Officiis ſcripſit. Innumerabiles pene verſus ex tempore faciebat. Sappho decimam inter Muſas nobili epigrammate cooptavit. Eodem

Digitized by Google

dem die, quo natus eſt, omnibus annis febri laboravit, & tandem extinctus eſt. Antipater alius, filius Jolæ, a Paliura urbe Macedoniæ, diſcipulus Ariſtotelis, miles Philippi, inter duces Alexandri, ejus ſucceſſor ac Regno Macedoniæ. Alexandrum per fil. Caſſandrum, & Jullam veneno ſuſtulit. ¶ Item Antipater, Aſcalonita, pater Herodis R. ¶ Fuere & alii hujus nominis.

Antipates, ἀντιπατής, gemmæ nigræ ſpecies. *Plin. l. 37. c. 10.*

Antipathia, ἀντιπάθεια, naturalis rerum differentia, ſive repugnantia, quæ eſt inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter ſe diſſident. Huic opponitur ſympathia, quæ mutua quandam rerum inter ſe cognationem ſignificat. *Plin. l. 20. c. 4. & l. 24. c. 9.*

Antiphătes, Rex Læſtrygonum, fil. Melampodis, ſeu Lami, qui Formias condidit. ¶ Antiphates alius, nothus Sarpedonis, qui Æneam in Italiam ſecutus a Turno occiſus eſt. *Virg. Æn. 9.*

Antipherna, ἀντίφερνα, juncto ex ἀντὶ, & φερνὴ nomine, dicuntur apud Juriſconſultos ea, quæ maritus conſtante matrimonio uxori ſuæ quaſi remunerandæ dotis cauſa largitur. *In Cod. Juſtin. l. 5. tit. 3. leg. ult.*

Atiphraſis, f. 3. *parlare inverſo al contrario*, ἀντίφρασις, ſermo per contrarium intelligendus, ut *Parcæ*, quia nemini parcant. Græca vox eſt, & Græce ſcribenda.

Antipŏdes, m. 3. ἀντίποδες, qui contra nos poſiti ſunt contrariis veſtigiis. Declinatur Antipus, Antipodis, vel Antipodos. *Cic. l. 4. Acad. Quæſt. c. 39.* Nonne etiam dicitis eſſe e regione, a contraria parte terræ, qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? ¶ Feſtive *Seneca*, & lepide luxurioſos homines, qui noctu potant, interdiu dormiunt, Antipodas vocat, *epiſt. 122.*

Antipŏlis, f. 3. *Antibo*, Urbs in Gallia Narbon. cum portu, a Nicæa 3. leuc. in Occ. a Vincio 2. in Mer. a Foro Julii 7. in Circ. ¶ Item urbs Aſiæ.

Antipolitānus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Antipoli. *Martial. l. 4. epigr. 89.* Antipolitani ne quæ de ſanguine thynni. Adde *l. 13. epigr. 103.*

Antipophŏra, ἀντιποφορά, contraria ſubjectio, Figura cum tacitæ objectioni reſpondetur, ab ὑποφέρω, ſubjicio, offero. *Senec. l. 1. controv. 7.* Hic phyſicum introduxit, deinde antipophoras ſumpſit.

Antiptōſis, f. 3. Fig. cum caſus pro caſu ponitur, ab ἀντὶ, pro, & πτῶσις, caſus, ut *Plaut. Aulul. prol.* Jam multos annos eſt cum poſſideo, &c. *Serv. ad 10. Æn. v. 653.*

Antiquaria, æ, f. 1. &

Antiquarius, ii, m. *antiquario*, φιλάρχαιος, qui eſt antiquitatis ſtudioſus, maxime in verbis, & ſermone. *Dial. de Orat. c. 21.* Nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus eſt. *Juvenal. Sat. 6. v. 453.* Ignotoſque mihi tenet antiquaria verſus. ¶ Item librarius, qui codices vetuſtos deſcribit. *Sidon. Apoll. l. 9. ep. ult.* Licet antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina, & calamo durior gutta. *Hieron.* etiam adjective uſus eſt *epiſt. 6. ad Florent.* Alumnos, qui antiquariæ arti ſerviunt. Loquitur autem de codicibus bibliothecæ deſcribendis.

Antiquatio, f. 3. abolitio. *In Cod. Theodoſ. 6. 55. 4.* Pœnarum antiquatio.

Antique, *anticamente*, קדמ, Ger. *alſfrenmeliſch*, Gall. *anciennement*, Hiſp. *antiguamente*, παλαιῶς, adverb. ad morem antiquorum. *Horat. 2. ep. 1. v. 66.* Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure dicere. *Solin. c. 11.* Titanas in ea antiquiſſime regnaſſe.

Antiquitas, *antichità*, קדם, Ger. *das alter*, Gal. *antiquité*, Hiſp. *antiguedad*, ἀρχαιότης, pro vetuſtate. *Cic. 1. Fin.* Ab ultima antiquitate repetitis. ¶ Pro ipſis antiquis. *Plin. l. 12. c. 19.* Fabuloſa narravit antiquitas. ¶ Pro charitate, ſeu præcipuo amore. *Salluſt.* Tantum antiquitatis, curæque majoribus pro Italica gente fuit. ¶ Item pro morum ſanctitate, ſinceritate. *Cic. pro Planc.* Hæc enim plena ſunt officii, plena obſervantiæ, plena antiquitatis.

Antiquĭtus, ἀρχαίως, olim, tempore antiquorum, *Cæſ. l. 6. B. G.* Summa auctoritas antiquitus erat in Heduis.

Antiquo, as, a. 1. *annullare*, בטל, Ger. *abthun*, Gal. *rejetter*, Hiſp. *deſaprovar*, παλαιόω, evacuo, aboleo, abrogo, irritum facere, in morem priſtinum reducere, ut nihil innovetur. *Cic. 3. de Leg. c. 17.* Legem antiquaſti ſine tabella. ¶ Antiquare, & abrogare inter ſe differunt. *Antiquatur* lex, cum populus eam perferri non patitur, ſuffragiis improbans, *abrogatur* vetus lex, quam ſcilicet antea latam populus ſuffragiis tollit.

Antiquus, a, um, priſcus, vetus, *antico*, קדמון, Ger. *alt*, Gal. *ancien*, Hiſp. *antiguo*, ἀρχαῖος, idem, quod vetus, ab ante, & ævum, ut *Varroni* placet. *Virg. 2. Georg.* Antiquaſque domus avium. ¶ Sed differunt. Nam antiquum dicitur, quod eſt prioribus ſeculis factum, vetus, quod non eſt recens. ¶ Quoniam vero quæ antiquiora ſunt, fere meliora eſſe conſueverunt, ut mores, vinum, & ſimilia factum eſt, ut antiquum pro bono, & charo uſurpetur, *buono, caro*. *Cic. Attic. l. 1.* Nihil mihi antiquius noſtra amicitia eſt, *h. e.* charius, venerabilius, ſanctius, & vulgatiſſima phraſis eſt. ¶ Sumitur etiam antiquus pro rudi, ſimplici, ſine fallacia, candido, probo. *Terent. And. 4. 6. 23.* Optime hoſpes pol Crito, antiquum obtines. Sic *Cic. l. 9. ad Att. ep. 15.* Vide, quam ſim antiquorum hominum: te hanc rem gravius putavi laturum. ¶ Item pro magno natu, ſene; præcipue apud Recentiores Scriptores latinos. *Ulpian. l. 1. ff. de alb. ſcrib.* Inter Duumvirales antiquiſſimus quiſquis prior. Antiquior pro priore, nobiliore. *Gell. 5. 13.* Antiquiorem locum hoſpiti tribuit, quam clienti.

Antirrhinum, V. Anarrhinum.

Antiſcii, orum, m. ἀντίσκιοι, qui circa Æquinoctialem circulum habitant, quorum umbræ meridianæ, cum ſol nobis eſt altiſſimus, noſtris contrariæ ſunt. *Ammian. Marcellin. l. 22. c. 15. (al. 39.)*

Antiſcorodon, n. 2. ἀντισκόροδον, herba eſt ex generibus allii, quæ & Ulpicum, & allium Cyprium appellatur. *Plin. l. 19. c. 6.*

Antiſophiſtes, æ, apud *Suet. Tiber. c. 11. & de Illuſtr. Gram. c. 9.* Sunt autem Antiſophiſtæ, qui contraria invicem aſſerunt.

Antiſpaſtus, pes conſtans prima brevi, ſecunda & tertia longa, & quarta brevi, ut *Alexander*. *Diomed. l. 3.*

Antiſtatus, us, ui, m. 4. excellentia, præeminenza. *Tertul. adverſ. Valent. c. 13.* Angelorum comparatitius antiſtatus.

Antiſtes, itis, m. 3. *preſidente*, שגן, Ger. *oberſter*, Gal. *prelat, preſident*, Hiſp. *prelado, preſidente*, προστάτης, ex ante, & ſto, tam fem. quam maſc. gen. a verbo antiquo, antiſto, pro anteſto, i. excello. Erant hoc nomine primarii templorum ſingulorum Sacerdotes, qui ſacris præerant, deque futuris reſponſa dabant. *Cic. Verr. 4. c. 45.* Cereris ſacerdotes, atque illius fani antiſtites. *Val. Max. l. 1. c. 1. n. 1.* Ne perita deeſſet antiſtes. Dicitur etiam de eo, qui in alia quapiam re præeſt. *Colum. l. 3. c. ult.* Antiſtes vindemiatorum. *Tertull. in Apolog. c. 1.* Antiſtites imperii Romani. ¶ Per translationem dicitur, qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet, *eccellente*. Unde Servius Sulp. *Quin.* teſte *l. 11. c. 1.* Juris antiſtes appellatus eſt. Sic *Cic. 2. de Orat. c. 46.* Artis dicendi antiſtes. *Plin. l. 7. c. 30.* Plato ſapientiæ antiſtes.

Antiſthĕnes, m. 3. Ἀντισθένης, Phil. Socratic. acutus magis, quam eruditus, præceptor Diogenis. Hic, cum glorioſe docuiſſet Rhetoricam, audito Socrate, dixiſſe fertur ad diſcipulos, *Abite, & magiſtrum quærite, ego enim jam reperi*, ſtatimque venditis, quæ habebat, & publice diſtributis nihil ſibi, præter palliolum, reſervavit. Patientiam, & duritiam in Socratico ſermone adamavit. *Cic. 3. de Or.*

Antiſtita, æ, f. *ſacerdoteſſa*, mulier, quæ ſacris præeſt. *Cic. Verr. 4. c. 45.* Illius fani antiſtitæ, probatæ mulieres. Al. leg. *antiſtites*. *Ovid. 13. Metam. v. 410.* Antiſtita Phœbi. *Plaut. Rud. 3. 2. 10.* Antiſtita Veneria.

Antiſtitium, προστασία, excellentia, dignitas antiſtitis. *Martian. Capella l. 5.* Venerabili antiſtitio præminere.

Antiſtitor, *preſidente*, שומר, Ger. *vorſteher*, ἐπιστάτης, præfectus, quaſi anteſtator. *Col. l. 4.* Antiſtitores, qui obſervent, quique præcipiant, ne acerbæ uvæ demetantur. Al. legunt Antiſtites.

Antiſto. V. Anteſto.

Antiſtœchon, vel antiſtichon, ἀντίστοιχον, figura dictionis, qua littera pro littera ponitur, ut Olli pro Illi, Upilio pro Opilio. *Ser. 1. Æn. v. 423.*

Antiſtrĕphon, eſt converſio quædam ejuſdem propoſitionis, quam eidem apud *Gell. l. 9. cap. ult.*

Antiſtrŏphe, ἀντιστροφή, Lyricis poetis eſt ſaltationis genus, quo modo in dexteram, modo in ſiniſtram chorus agerent, ac revocarent. Eſt etiam figura quædam: apud Grammaticos quidem inverſio litterarum, ut Roma, amor. apud Rhetores vero repetitionis ſpecies, cum in eandem partem orationis ſæpius deſinitur: ut *Cic. pro Font.* Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus ampliſſimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. Huic contraria eſt *Epanaphora*.

Antithalamus. V. Amphithalamus.

Antithĕi, orum, m. 2. ἀντίθεοι, ab *Arnobio l. 4. & Lactant. l. 2. c. 9.* appellantur Dei mali a Magis conſiti. Cæterum communiter credebantur ſpiritus quidam eſſe, qui ſeſe apud homines inſinuantes mendaciis, ac ſimulationibus eos aluderent, ſeque Deos fingerent.

Antithĕtas, ſive

Antithĕton, figura eſt, qua contrariis contraria opponuntur. Ut *Ovid. Met. 1. v. 19.* Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. *Quintilianus l. 9. c. 3.* Contrapoſitum vertit, & fuſe explicat. *Perſ. Sat. 1. v. 85.* crimina raſis Librat in antithetis.

Antium, *Anzo*, urbs olim & Col. Latii marit. Volſcorum caput, a Roma 3. M. P. Circeios verſus 36. in Or. ab Oſtia 22. in Eur. a Velitris 14. in Mer. ubi Templum Fortunæ celeberrimum. Hæc urbs Antium dicta eſt, quod ante alias urbes in ipſo litore ſita eſſet. Populi Antiates. Jacet in ruinis. Succeſſit Neptunum opp. *Nettuno*. *Horat. l. 1. Carm. 36.*

Antlia, æ, machina quædam ad hauriendam aquam accommodata. *iſtrumento con che ſi cava l'acqua*, ἀντλία. *Martial. l. 9. epigr. 19.* Curva laboratas antlia tollit aquas. ¶ Apud *Sueton. in Tiber. c. 51.* in Antliam condemnari, eſt ad exhauriendam ſentinam, vel aliam aquam damnari. V. *Lipſ. 2. Elect. c. 13.*

Antlo. V. Anclo.

Antœci, m. 2. ἄντοικοι, pop. trans æquinoct. circulum, tot graduum latitudine ab eodem Auſtrum verſus diſtantes, quot nos verſus Septentrionem, ita dicti, quod zonam nobis non contrariam, ut antipodes, ſed diverſam incolant.

Antonia Familia, nobiliſſima Fam. Romæ, & vetuſtiſſima, quæ ab Antone Herculis F. originem traxiſſe fertur.

Antoniānus, a, um, adject. *Cic. Fam. l. 12. ep. 25.* Antoniano latrocinio liberata Reſp. ideſt Antonii.

Antoniaſter, diminut. ex Antonio, ut docet *Priſcian. l. 3. Cicerone*.

Antoniniānus, a, um, adject. ab Antonino: ut Antoninianæ thermæ. *Eutrop. in Caracal.* Sic Antoniniani ſodales, apud *Capitol. in Marco, c. 13.*

Antoninus, m. 2. cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Ælio Hadriano ſucceſſit anno Chriſti 139. al. 140. Cum filium non haberet, M. Antoninum Philoſophum adoptavit, eumque moriens imperii ſucceſſorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui poſt Severum Romanum tenuit Imperium, anno 214. al. 213. ¶ Alius præterea cognomine Heliogabalus, qui Opilio Macrino ſucceſſit anno 222. al. 223.

M. Antonius, Orator clariſſimus, avus Triumviri. *Cic. in Brut.* Duos filios habuit, C. & M. ex quibus C. fuit Conſul cum Cicerone. ¶ Interfectus eſt a Marianis cum multis aliis præſtantiſſimis civibus, quorum capita in roſtris pependere. *Cic. 3. de Orat.* ¶ M. Antonius Triumvir, M. F. nepos Oratoris, concionem habens adverſus interfectores Cæſaris, in qua ſanguinolentam veſtem oſtendit, effecit, ut ob metum ab urbe profugerent. Mutinam Bruti provinciam invaſit, ideo a Senatu hoſtis judicatus eſt, ſuperatuſque ab Hircio, & Panſa Coſſ. & Octaviano puero, Triumviratus fœdere inter eum, Lepidum, & Octavianum inito, Fulvia repudiata, Octaviam ſororem Auguſti duxit, M. T. C. occidit, Brutum, & Caſſium in Macedonia apud Philippos ſuperavit, cum inter ſe orbem terræ diviſiſſent, ut Antonio Oriens, Lepido Africa, Octaviano Occidens obtingeret, Antigonum Judæorum R. ſecuri percuſſit, ad bellum Parthicum Ventidium legatum miſit, qui interfecto Pacoro R. F. triumphavit, Phraatem Medorum Regem vicit, & ad Araxem uſque perſecutus eſt, Armeniæ Regem in triumphum Alexandriam duxit, captus amore Cleopatræ Octaviam repudiavit, ad Actium navali prælio ab Auguſto ſuperatus eſt, Alexandriæ obſeſſus gladio ſponte occubuit an. æt. 56.

Antonomaſia, f. 2. ἀντονομασία, Tropus, quo aliquid pro nomine ponitur, ut Filius Virginis pro Chriſto. *Quintil. 8. c. 6. & 9. 1.*

Antræ, arum, f. 1. convalles, vel arborum intervalla. *Feſt.*

Antroāre, gratias referre. *Feſt.*

Antrum, n. 2. *antro, ſpelonca*, מערה, Ger. *ein hole*, Gall. *caverne*, Hiſp. *cueva*, ἄντρον, ſpecus, vel caverna: vox Poetis, quam aliis, uſitatior. *Virg. 6. Æn.* Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

Anūbis, is, & idis, m. 3. *cane*, Ger. *ein Gott der Ægyptiern, ſo ſie in eines hund, geſtalt verehreten*, ἀνοῦβις, lingua Ægyptiaca dicitur canis, ſub cujus forma colebatur Mercurius. *Diodorus* ſcribit, Anubim filium fuiſſe Oſiridis, qui canem geſtabat, tanquam armorum inſignia. Ex quo Ægyptii canem venerantur, & Anubim Deum canino capite effingunt. *Ovid. 2. Amor. el. 13.* ¶ In accuſ. habet etiam *Anubin*. *Plin. 33. 9.*

Anularis, vel Annularis, e, adject. ab annulo. *Anularis color* dicitur a *Plin. l. 35. c. 7. in fi.* qui fit ex creta admixtis vitrei vulgi anulis. Hinc intelligitur, quid ſit anularia creta, cujus meminit *Vitruv. l. 7. c. ult.*

Anularius, m. 2. *orefice, che fa anelli*, δακτυλιοποιός, artifex, qui anulos facit. *Cic. 4. Acad. c. 26.* Anularia creta. *Vitruv. l. 7. in fi.* V. Anularis.

Anulatus, a, um, δακτυλιωτός, anulo ornatus. *Plaut. Pœn. 5. 2. 21.* Cum anulatis auribus. ¶ Item compede vinctus. *Apul. l. 9. Metam.* Frontes literati, & capillum ſemiraſi, & pedes anulati.

Anulus, m. 2. *anello*, טבעת, Ger. *ring*, Gal. *anneau*, Hiſp. *anillo*, digitorum ornamentum, quaſi anus, a circuitu, vel rotunditate, Græce δακτύλιος, a δάκτυλος, digitus. ¶ Mos fuit veterum gerere anulum in digito ſiniſtræ manus, qui eſt minimo proximus. *Gell. lib. 10. cap. 10.* ¶ Scribitur & Annulus: ſed conſule dicta in *Anellus*. *Ovid. l. 1. de arte am. v. 473.* Ferreus aſſiduo conſumitur anulus uſu. ¶ Anulus aureus erat inſigne Senatorum & equitum R. ferreo cæteri utebantur. In militia vero etiam quilibet Tribunus jus anuli aurei habuit. Sub Imperatoribus tamen ingenuus quiſque aureo uſus eſt: quin & ipſi libertini interdum hoc idem jus impetrarunt. Fuſe de univerſo anulorum apud Romanos uſu agit

Ca-

Digitized by Google

Camillus Sylveſtr. in notis ad Sat. 10. *Juvenal.* ¶ Anuli etiam ſunt criſpati in orbem crines, & ſpiratim torti. *Martial. l.* 2. *epigr.* 66. Unus de toto peccaverat orbe comarum Anulus, incerta non bene fixus acu. ¶ Sumitur & Anulus pro vinculis, ſeu compedibus. *Id. l.* 11. *ep.* 38. Anulus iſte tuis fuerat modo crinibus aptus. ¶ Item pro quovis circulo. *Plin. l.* 13. *c.* 9. Anuli velares. *h. e.* circuli, quibus aulæa, & vela ſuſpenduntur.

Anus, us, *vecchia*, זקנה, Ger. *ein alte*, *weib*, *ein vettel*, Gal. *vieille*, Hiſp. *vieja*, γραῦς, gen. fem. & prima cor. vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata: nam Vet. ſcribebant anus pro annus, vel ab ἀ, & νοῦς, ſenſus, intellectus, quod jam mente careat. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 21. Quæ eſt anus tam delira, quæ timeat iſta? ¶ Per catachreſim quandam, chartam anum dixit *Catull. epigr.* 69. & amphoram anum *Martial. l.* 6. *epigr.* 27. ¶ Dicitur etiam *anus*, *uis*, *ui*. *Terent. Heaut.* 2. 3. 46. Ejus anuis cauſa. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 16. Vindemia hæc huic anui non ſatis eſt ſoli.

Anus, i, m. 2. podex, *culo*, אחור, Ger. *arſs*, Gal. *derriere*, Hiſp. *ſalvonor*, πρωκτός, pars poſterior verenda. *Cic. Pato l.* 9. *Fam. ep.* 22. Anum appellas alio nomine, cur non ſuo potius?

Anxie, adverb. *anſioſamente*, בדאגה, Ger. *ſorgfeltiglich*, Gall. *avec chagrin*, & *ennuy*, Hiſp. *congoxoſamente*, φροντιστικῶς, ſolicite, curioſe. *Plin. l.* 11. *c.* 52. Ne in ſe quiſque & auguria anxie quærat. *Salluſt. Jugur. c.* 82. Neque tam anxie laturum fuiſſe, ſi &c.

Anxiĕtas, tis, f. 3. *affanno*, *ſollecitudine*, חרדה, דאגה, Ger. *angſtfeltigheit*, *ſorgfeltigheit*, ἀδημονία, nimia ſolicitudo. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Quem eventi anxietate diximus mortuum. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 12. In aliis anxietas.

Anxietudo. V. Anxitudo.

Anxĭfer, a, um, o. 1. 2. *che porta affanno*, ἀλγηρὸς, angorem, anxietatemque ferens. *Cic. in proœm de ſuo Conſul. l.* 1. *de Divin. c.* 13. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Anxio, as, are, anxietatem, ſeu ſolicitudinem afferre, *dar faſtidio*, *o travagliare*. *Apul.* 4. *Met. p.* 155. *ed. Elmenh.* Triſtitia animi, languore corporis, damniſque cæteris anxiatum iri prædicent.

Anxitūdo, inis, f. *affanno*. *Cic. de Rep. l.* 2. *apud Non.* 2. 32. Anxitudo prona ad luctum. ¶ Dicitur & *Anxietudo*. *Paulin. Nol. ep.* 14. *ed. Pariſ. ad Delphin.* Ut graviſſimæ anxietudinis pœnam lucraremur.

Anxius, a. 1. 2. *ſollecito*, דואג, Ger. *ſorgfeltig*, Gal. *ennuyé*, Hiſp. *congoxoſo*, περιαλγής, ſolicitus, mœſtus, ab ἄγχω. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 17. Anxio & ſolicito animo eſſe. Et *de Senect. c.* 18. Sunt moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes.

Anxur, tam maſc. quam neut. gen. *Terracina*, urb. E. Latii, in Campania Romana, ad radices montis, in ora maris Tyrrheni, apud oſt. Ufentis Fl. a Roma 60. M. P. inter Circejus ad Occ. & Fundus ad Or. 10. e conf. R. Nusp 2. a Cajeta 15. in Occ. Dicta eſt Anxur, quia ibi colebatur *Juppiter Anxurus*, ideſt, imberbis, ab ἄνευ, ſine, & ξυρὸν, novacula, quod propter juventutem barbam nunquam raſiſſet: vel *Anxurus*, id eſt qui barbam habeat, ſed tonſore non utatur. ¶ Monet *Scalig. ad Feſt.* & *Cerda ad* 3. *Æn. v.* 799. ſcribendum eſſe *Axur*, & *Axurus*: nam Græce Ἄξυρον dici.

Anxūrus. V. Anxur.

A ANTE O.

Aon, ŏnis, m. 3. Ἄων, fil. Oncheſti Apuli ex Parichbia conjuge, qui factione ſuorum ex Apulia pulſus, Eubœam navigio venit, & inde ſe in Bœotiam detulit, ubi populis montes habitantibus imperavit, eoſque Aones una cum montibus de ſuo nomine appellavit, a quibus Neptuni filius habitus eſt. Filium Dymantem reliquit, qui ei in Regno ſucceſſit.

Aŏnes, Ἄονες, Bœotiæ populi, & montes. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 65. Aonas in montes ut duxerit una ſororum. *h. eſt*, una ex Muſis duxerit ad fontem Aganippen, Muſis ſacrum, qui in Bœotiæ montibus eſt.

Aonia, Ἀονία, pars Bœotiæ montuoſa, in qua ſunt Aones montes dicti ab Aonibus Populis antiquis Bœotiæ: Eſt etiam ibi Aganippe fons Muſis dicatus, qui & fons Aonius dicitur. ¶ Sumitur etiam pro tota Bœotia, ut ait *Serv. in Ecl.* 10. *Virg. v.* 12. & *Gell.* 14. 6.

Aŏnis, idos, patronym. femin. *Aonides* dictæ Muſæ frequentiſſime a Poetis. *Juven. ſat.* 7. *v.* 58. Cupidus ſilvarum, aptuſque bibendis fontibus Aonidum.

Aonius, a, um, adject. *Virg.* 3. *Georg. v.* 11. Aonio rediens deducam vertice Muſas. Et *Ovid.* 3. *Met. v.* 339. Aonias urbes. *i. e.* Bœotias dixit.

Aoratus, ἀόρατος, h. e. inviſibilis, unus eſt ex ſomnibus Valentum, apud *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 35.

Aornus, vel Aornus, f. 2. ἄορνος πέτρα, petra apud Indos præceps, & invia, ita dicta ob admirandam altitudinem, quaſi ipſis etiam avibus inacceſſa. Scribit *Plut.* Alexandrum, cum intellexiſſet hanc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe, Nunc locus iſte facillimus eſt captu. V. *Curt. l.* 8. *c.* 11. ¶ Eſt & Aornos locus in Epiro ita dictus a peſtifera exhalatione, teſte *Plin. in Proœm. l.* 5. ¶ Hus etiam nomine dictus lacus inter Puteolos, & Bajas, qui poſtea Avernus eſt appellatus.

A ANTE P.

Apăge, ἄπαγε, & apage te, *va via*, *leva via*, *oh via*, לך כוח, Germ. *troll dich hinweg*, Gal. *ote toy d'icy*, Hiſp. *quitate de ay*, remove vel remove te, verb. def. Imper. modi, quod accuſat. poſcit. ab ἀπάγω, abduco, abigo, removeo. *Vat. ad Cic. l.* 5. *ep.* 10. Apage te cum noſtro Sex. Servilio. *Plaut. Amph.* 2. 1. 31. Apage te a me. *Idem Mercat.* 2. 33. Apage iſtiuſmodi ſalutem, quæ cum cruciatu advenit. ¶ *Apage ſis*. *Terent. Eun* 4. 6. 18. Apage ſis: egon' formidoloſus? *Plaut. Pœn.* 1. 2. 15. Apage ſis. negotii quantum in muliere una eſt! *longi*, *longi*.

Apagĕſis, adv. familiariter corripientis, quod ſignificat, aufer, ſi vis, vel abſolute, abi, ſi vis. *Apul.* Apageſis jam cruentus Deos. *Plaut. in Pœn.* Apageſis, negotii in muliere quantum una eſt!

Apăla, vel Hapăla ova, ideſt recentia, *ova freſche*, ἁπαλὸς enim mollem, ſeu tenerum ſignificat. Marcellus Empiricus: Statim dare debes lentem, & betam coctam, vel alicam, vel ova apala, &c. Adde *Apic. l.* 7. *c. ult.* & *Cal. Aurelian. Tard.* 2. 7.

Apălar, vel apelare, idem fere quod cochlear. Iſid. apelare, cochlear *Auſon. epiſt.* 21. *ad Paulin.* Jam petinas implebo meas, ut parcior ille Majorum menſis apelaria ſuccus inundet. *Scalig.* & *Salm.* contracte legunt *Aplaria*. ¶ Dicitur ab ovis apalis; hoc enim inſtrumento, quemadmodum cochleari, veteres utebantur ad extrahenda ova. ¶ Scribitur & hapalar, a Græco ἁπαλός. V. *Cochlear*.

Apelæſtri, ἀπάλαιστροι, dicti ſunt, qui palæſtram, i. e. decentiam illam, qua ſtatus, motus, fluxuſque corporis, ac omnes omnino habitus venuſtatem quandam, leporemque præſeferunt, non didicerunt. *Cic. in Orat.* Quales eorum motus, quos Apalæſtros Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris ſententias. Vero tamen ſimile eſt Ciceronem græce ἀπαλαίστρους, ſcripſiſſe. Nam ipſa vox per ſe græca eſt. Adde *Quintil. l.* 9. *c.* 4.

Apamīa, & Apamīa, f. 1. Ἀπάμεια, *Hameut*, *Hama*, Urbs A. Syriæ, ad Orontem fl. inter Antiochiam, & Hemeſam ad 65. M. P. e Lariſſa 25. Condita eſt a Seleuco Nicanore, & dicta de nomine Apamæ ſororis, vel uxoris ejus. ¶ Aliæ ſunt Apameæ, quas vide in Lexic. Geogr.

Apamenſis, e, adject. &

Apamēnus, a, um, adject. ab Apamea, ut Apamenum vinum. *Plin. l.* 14. *c.* 7. Et Avienus Periegeta *v.* 1093. de Oronta, Praſtringitque undis Apamenæ ubera glebæ. ¶ Apamenſis, legitur apud *Cicer. ad Attic. l.* 5. *ep. ult.*

Aparctias, æ, m. *Tramontana*, ἀπαρκτίας, ventus ab Arcto flans, hoc eſt a Septentrione. *Plin. l.* 2. *c.* 47.

Apăthes, ἀπαθεῖς, ſine perturbationibus animi, qualem Stoici Sapientem eſſe volebant. *Plin. l.* 7. *c.* 19.

Apathīa, ἀπάθεια, affectuum vacuitas. Uſus eſt *Gell. l.* 19. *c.* 12. Illi apathiæ ſectatores, qui &c. *Cicero* apathias ſedationes, videtur vertiſſe 5. *Tuſc. c.* 15. vel indolentias, quod fere idem eſt *Gellio l.* 12. *c.* 5.

Apator, qui eſt ſine Patre. *Tertull.*

Ape, apud antiquos dicebatur pro prohibe. *Feſtus*. ¶ Gloſſ. vet. vertis etiam ape, παρά, i. e. apud.

Apeliōtes, æ, m. *vento di Levante*, ἀπηλιώτης, ventus ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subſolanum vocant. *Gell. l.* 2. *c.* 22. *Catull. carm.* 26. *v.* 3. Ne ſævi Boreæ, ut Apeliotæ.

Apella, m. 1. *circonciſo*, מול, ἀπερίτμητος, ſine pelle, quo nomine vocati ſunt Judæi circumciſi. *Hor. l.* 1. *Ser. Sat.* 5. *v.* 100. Credat Judæus apella, Sed alii rectius putant, Apellam eſſe nomen proprium, quo notus Horatii tempore Judæus quidam Romæ fuerit.

Apelles, is, m. 3. Ἀπελλῆς, nomen Pictoris eximii, patria Coi, qui omnes prius genitos futuroſque poſtea artificio ſuperavit, & picturæ plura ſolus prope contulit, quam cæteri omnes. Fertur, Alexandrum Macedonem a nullo pingi voluiſſe, quam ab Apelle. V. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Hinc adject.

Apellēus, a, um, ad Apellem pertinens. *Stat. l.* 5. *Syl.* 1. Apelleo vultus ſignata colore.

Apellinem pro Apollinem dicebant Antiqui. *Feſt.*

Apenninicŏla, æ, com. 1. Apennini incola. *Virg. Æn.* 11. *v.* 700. Apenninicolæ bellator filius Auni.

Apennigĕna, æ, com. 1. qui apud Apenninum genitus eſt, & inhabitat. Et *Ovid. Met.* 12. *v.* 432. Apenninigenæ quæ proxima Tiberidis alveo.

Apenninus, m. 2. *l'Apennino*, Ἀπέννινον ὄρος, per duplex nn, vel Apœninus cum œ diphth. (ut ſcribit *Servius*) quaſi Alpes Pœni, quod eas Annibal primus ſuperavit. Mons Italiæ, qui illam mediam in longum dividit. Incipit ab Alpibus maritimis, ſeu a Genua, & uſque ad extremos Salentinos, & Brutios extenditur, continuo jugo, niſi qua tranſitum præbet. Apud Hirpinos in duo cornua dividitur, quorum alterum deſinit ad Acram Japygiam in Salentinis, alterum in Brutiis ad Leucopetram promont. Varia pro locorum diverſitate nomina ſortitur. *Ovid. Met. v.* 226. Nubifer Apenninus.

Aper, apri, m. 2. *porco ſelvatico*, *cinghiale*, חזיר מיער, Ger. *wild ſchwein*, Gal. *ſanglier*, Hiſp. *javali*, porcus ſylveſter, a græco, κάπρος, remota prima littera. *Varr. de L. L. l.* 4. Apri ab eo, quod in locis aſperis verſantur, niſi a Græcis deductum malis, qui hos κάπρους vocant. ¶ Fuit in deliciis ciborum apud Romanos. *Juven. Sat.* 1. *v.* 141. Quanta eſt gula, quæ ſibi totus Ponit apros, animal propter convivia natum! ¶ *Uno ſaltu duos apros capere*, proverb. *pigliar due colombi ad una fava*. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 42. h. e. una fallacia duos decipere. ¶ Eſt etiam genus piſcis. *Plin. l.* 11. *c.* 41. ¶ Fuit etiam nom. prop. ut M. Aper, &c.

Aperio, is, erui, ertum, a. 4. patefacio, vel declaro, illuſtro, indico, demonſtro, explico, expono, pando, nudo, detego, diſſero aperte, facile reddo, palam facio, *aprire*, פתח, Ger. *auffthun*, Gal. *ouvrir*, Hiſp. *abrir*, ἀνοίγω, ex ad, & perio, ut inquit *Priſc.* quia partu aperiuntur in lucem edita, quæ latebant in uteri tenebris. *Ter. Adel.* 2. 1. 13. Aperire fores. ¶ Per tranſlationem eſt detegere, nudare. *Cic.* 1. *Offic.* 35. Ut partes corporis quædam aperiantur. *Id.* 2. *Phil.* 31. Aperire caput. ¶ *Aperire ſe* eſt ſe manifeſtare, *comparire*, *farſi vedere*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 20. Stella matutinis, temporibus ſe aperit. ¶ Dicuntur etiam *aperire ſe*, quæ a longe venientibus paulatim conſpiciuntur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 275. Et formidatus nautis aperitur Apollo. ¶ Urbane, & tranſlate *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 3. Aperire fontes philoſophiæ. *Id. Verr.* 7. *c.* 71. Aperire locum ſuſpicioni. *Liv. l.* 9. *c.* 27. Aperire alicui occaſionem. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 18. Aperire ſententiam ſuam. *Ter. Andr.* 4. 1. 8. Aperire ſe, *ſcoprire la ſua natura*, *farſi conoſcere*. ¶ *Aperis* pro *aperus* quidam legunt apud *Cic. Attic.* 7. 3. ſed dubia eſt lectio. ¶ *Aperibo* in futuro pro *aperiam* antique dixit *Plaut. Truculent.* 4. 2. 50. ¶ Particip. futuri *aperturus*. *Liv.* 38. 55. Et ſe aperturum ærarium, dixiſſe, qui, ut clauderetur, effeciſſet.

Aperta, Apollo vocabatur, quia patente cortina reſpondebat. *Feſt.*

Aperte, adverb. clare, manifeſte, plane, non obſcure, recte, non diſſimulanter, *apertamente*, Gal. *ouvertement*, *clairement*, Hiſp. *claramente*, φανερῶς. *Cic. Brut.* Quæ verba aperte indicant, &c. *Id. pro Q. Roſc.* Planius, & apertius dicam. *Id. Attic.* 14. 13. Lætitiam apertiſſime tulimus omnes. *Plin. in Paneg. c.* 62. Aperte favere alicui.

Apertibĭlis, le, aperiendi vim habens. *Cal. Aurelian. Acut.* 3. 3. & 4.

Apertio, onis, verb. f. 3. *apertura*, פתחון. *Var.* 1. *de re ruſt. c.* 36. Recenti apertione.

Aperto, as, are, frequentat. ab Aperio. *Plaut. Menæch.* 5. 5. 12. Quæſo cur apertas brachium?

Apertūra, æ, *apertura*, idem quod apertio. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Ornamenta forium aperturas habent in exteriores partes. ¶ Apertura tabularum, apud JCtos. *Ulpian. ff. l.* 28. *tit.* 5. *l.* 3. *aprimento del teſtamento*. ¶ Item foramen. *Vitruv.* 10. 9. Relictis aperturis ad aquam intus concipiendam.

Apertum, i, neutra vox adject. quæ induit naturam ſubſt. *luogo aperto*. *Liv. l.* 1. *c.* 33. Caſtra in aperto poſita. *Salluſt. Jug. c.* 5. Pauca ſupra repetam, quo omnia illuſtria magis, & in aperto ſint. ¶ Apud *Tacit.* *in aperto eſſe* dicitur, quod facile eſt, ut *l.* 3. *hiſtor. c.* 56. Cum ſeſſos hieme atque inopia hoſtes aggredi, in aperto foret. Sic alibi.

Apertus, a, um, nomen ex partic. ἀνεῳγμένος, φανερός, manifeſtus, patens, ante oculos poſitus, *aperto*, *chiaro*, *manifeſto*, ut apertus campus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 280. Homo apertus, apud *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. ideſt ſimplex, non ſimulator. *Id. pro Cluen. c.* 17. Quis apertior in judicium adductus eſt? *h. e.* reus manifeſtior. Et *Verr.* 6. *c.* 22. Nihil tam clauſum, neque tam reconditum, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumque eſſet. ¶ Item expoſitus. *Liv. l.* 32. *c.* 21. Peloponneſus nulli apertior, quam navali bello. ¶ *Apertum cœlum* apud *Virg.* 1. *Æn. v.* 161. eſt ſerenum? ¶ Tranſlate *Cic.* 1. *de Invent. c.* 20. Aperta narratio. *Gell. l.* 6. *c.* 4. Apertis verbis dicere aliquid. *Virg.* 11. *Æn. v.* 360. Aperta pericula.

Apes, vel apis, f. 3. *ape*, דבורה, Germ. *imb*, *biene*, Gal. *abeille*, *mouche a miel*, Hiſp. *abexa*, *a abeja*, μέλισσα, & μέλιττα, animal, quod mel efficit. Sunt qui putent gigni apes ex boum fimo, ſicut crabrones ex equorum, fuci ex mulorum, veſpæ ex aſinorum excrementis. *Ovid.* 15. *Met.*

Digitized by Google

& 1. *Faſt.* & *Virg.* 4. *Georg.* ¶ Rectus caſus ſingularis *apis* uſitatior eſt, quam *apes*. ¶ In genitivo plurali habet *apum*, & *apium*. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 383. habet *apium*. at *apum* legitur apud *Cic. de Aruſp. reſp.* c. 12. *Colum. l.* 9. *c.* 2. &c.

Apex, icis, m. 3. cujuſque rei ſummitas ſeu eminentia, *ſommità*, *cima*, ἄκρον, ἀκμή. De ſummo vertice in homine *Virgil.* 2. *Æn.* v. 682. Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli Fundere lumen apex. ¶ Apices avium, id eſt criſtæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Apex montis, *Sil. l.* 12. v. 709. Et apicem ſenectutis dixit *Cic. de Senect. cap.* 17. metaphorice auctoritatem, quæ præcipuum ſenectutis, & ſummum ornamentum eſt. ¶ Apices litterarum *Quintil. l.* 1. *c.* 7. ſunt accentuum, & ſyllabarum notæ, quæ ſuperponguntur. Hinc apices aliquando ipſæ litteræ dicuntur. *Prudent. hym. in honor. Eulal.* v. 136. Quam juvat hos apices legere. ¶ Apices etiam dicuntur imperatorum litteræ, *Sidon. Apoll.* 1. 5. Utpote ſacris apicibus avito. ¶ Etiam pro quavis epiſtola. *Id. l.* 6. *epiſt.* 8. Apicum oblator, *h. e.* qui litteras affert.

Apexăbo, onis, m. 3. *boldone*, *ſanguinaccio*, inteſtinum ſanguine plenum admiſto pingui, ſic dictum, quod in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habeat. *Varr. l.* 4. *de L. L. pag.* 28. *Arnob. l.* 7.

Aphaca, æ, ſive aphace, es, f. 2. ἀφάκη, herba eſt in arvis naſcens, paulo altior lente foliis admodum tenuibus, terna, aut quaterna ſemina nigra in ſiliquis ferens. Hanc *Plin. l.* 27. *c.* 5. *Ruel.* eandem eſſe putat eum ea, quam vulgus viciam agreſtem appellat.

Aphæa, æ, nomen Dianæ, ſub quo apud Æginetas culta fuit. *Auctor Ciri*, v. 303. *ad Dianam*. Et nomen Aphææ Virginis aſſignant. Sic reſtituit hanc vocem *Scalig.* perperam in libris depravatam.

Aphærĕſis, f. 3. ἀφαίρεσις, abſciſſio, Fig. quæ a principio dictionis litteram, vel ſyllabam aufert, ut Pone metum, pro depone, ex ἀφαιρέω, aufero. *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 546.

Aphanna, obſcurum Siciliæ oppidum, χωρίον ἄσημον. Unde proverb. vel in Aphannas, ἢ εἰς Ἀφάννας, de obſcuris, & remotis uſurpatur, auct. *Steph. Byzant.* V. Affaniæ.

Aphareius, a, um, ad aphareum pertinens. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 304. ubi quidam leg. *Ephyreius*.

Aphĕſas, antos, & Apheſantus, i, m. mons Peloponneſi in Argiæ regione, quo ſe primum demiſit Perſeus Pegaſo vectus, cum ad extinguendam Gorgonem ferretur. *Stat.* 3. *Theb.* v. 460. & *Plin.* 4. 5.

Aphareus, m. 2. Ἀφαρεύς, per tres ſyllabas, pater Lyncei.

Aphidnæ, arum, Athenienſium vicus, ab Aphidna Theſei ſocio ſic appellatus. *Senec. Hippol.* v. 29. Parvas alius Calcet Aphidnas.

Aphractum, *n.* 2. vel aphractus, m. 2. *burchio*, *barcha*, ἄφρακτον, navigium apertum, & intectum. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 8. & *l.* 5. *ep.* 13.

Aphrica, V. Africa.

Aphrodiſia, ἀφροδίσια, feſta Veneris, vel voluptates Venereæ. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 63. & 1. 2. 45. & alibi.

Aphrodiſia, f. 1. ἀφροδισία, ***, *Afrodiſie*, Inſ. in Mari Perſico, ubi Perſis a Carmania disjungitur, dicta, quod in ea Venus coleretur. ¶ Item urbs E. Cariæ ab Antiochia Meandri 20. M. P. in Eur. a Laodicea 30. in Mer. ¶ Aphrodiſia Templum Veneris, *S. Teodoro*, opp. Ciliciæ marit. inter Celenderim, & Sarpedonem prom. a Seleucia 12. M. P. in Afr. ab Arſinoe 18. in Or.

Aphrodiſium, duplex urbs Africæ, in Barbaria, una *Afrira*, inc. *Machadis*, in ora R. Tunetani inter Neapolim, & Hadrumetum 80. leuc. in Or. altera *Mabra*, in ora litorali apud Hipponem Regium, in Occ. ¶ Aphrodiſium item, *Achaton*, oppid. Cypri in ora ad Or. & Bor. a Salamina 24. M. P. in Bor. inter Carpaſium, & Ceraunium. ¶ Item Aphrodiſium, Templum Veneris, Venus Pyrenæa, *Capo de Creuz*, prom. & opp. in ora Hiſp. citer. in conf. Gall. Narbon. ſeu Catalauniæ, prope montes Antipyrenæos, a Narbone 16. leu. in Mer. a Rhodis 3. in Or. a Caucoliberi 6. in Eur. a Gerunda 10. in Cpc. a Pyrene adverſo prom. ad Occ. 68. in Or. Differt a Portu Veneris, *Port Vendres*, qui inde 5. leu. abeſt in Circ. & 3. ab Helena in Or. in Ruſcinonenſi Com. ¶ Denique fuit hoc nomine in Latio templum Veneris prope Antium. *Plin.* 3. 5.

Aphrodiſius, a, um, adject. ut juramentum aphrodiſium, pro vano, & nullius momenti. Aphrodiſia opera, id eſt laſciva, & amatoria. V. *Taubm.* ad *Plaut. Pœn. a.* 1. *ſc.* 2. & *Scip. Gentil. ad Apol. Apul.*

Aphronitrum, *ſchiuma del ſalnitro*, Germ. *ſchaum des ſalniters*, Gal. *écume de ſalpêtre*, Hiſp. *alatron*, ἀφρόνιτρον, ſpuma nitri. *Martial. l.* 14. *epigr.* 58. *Plin. l.* 24. *c.* 9.

Aphthæ, ἄφθαι, exulcerationes in ſummo ore, infantibus peculiares, provenientes vitio lactis, quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate provectiori. *Celſus l.* 6. *c.* 11. Græce uſurpat: at Latine *Marcel. Empir. c.* 11.

Aphthonius, Sophiſta, qui ſcripſit Progymnaſmata, hoc eſt, præexercitationes in Rhetorica.

Aphya, vel apua, piſcis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. *Plin.* 31. 8. ¶ Unde proverb. Aphya ad ignem, in ea, quæ celeriter intereunt, aut conſumuntur.

Aphythacoras, arboris genus electro fluens, non procul ab hortis Heſperidum, vel juxta Hypobarum Indiæ flu. *Plin. l.* 37. *c.* 2.

Aphyte, es, Ἀφύτη, ſive Aphytis opp. Thraciæ, non procul a Pellene, Apollinis oraculo inſigne, ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. ¶ Incolæ Aphytei. *Steph.*

Apiacĕus, a, um ex apio confectus, ut Apiacia corona, *Hygin. fab.* 74.

Apiacus, a, um, idem quod Apianus, ab Apio, ut braſſica apiaca, apud *Plin. l.* 19. *c.* 8. (ubi alii leg. *Apianus*) & *Cato*, c. 157.

Apiānus, *a.* 1. 2. *moſcatello*, μελιτίζων, apibus placens, aut conveniens. Hinc *apiana uva*, quæ nunc vulgo muſcatellæ dicuntur, quia eas muſcæ inſectantur *Plin. l.* 14. *c.* 2. & 9. *Colum. l.* 12. *c.* 34. ¶ Alii hoc adject. ab apio deducunt: ut *uva apiana* ſit, quæ eſt apio ſimilis, &c.

Apiarium, *n.* 2. *luogo dove ſtanno l'api*, Germ. *immenbanck*, μελιττών, locus ubi apes conſident, ſeu ubi alvei apium tenentur, quod mellarium, ſive alvearium nominatur. *Colum. l.* 9. *c.* 3. & 5. ¶ *Gell. l.* 2. *c.* 20. docet, hanc vocem non multum antiquam eſſe: Veteres autem *mellarium* dixiſſe.

Apiarius, m. 2. μελιτταργός, qui curat, ſive poſſidet apes. *Plin. l.* 21. *cap.* 10.

Apiarĭus, a, um, ad apium pertinens, ut *apiaria corona*, *Hygin. fab.* 74.

Apiaſtra, vel apiaſter, ſc. 1. μελισσοφάγος, avis dicitur, quæ apes comedit, alio nomine Merops, de qua ſuo loco. *Serv. ad Æn.* 4. v. 14.

Apiaſtrum, n. 2. *meliſſa*, μελισσόφυλλον, herba eſt, qua apes mirum in modum delectantur, unde & meliſſophyllon, & per ſyncopem meliphyllon appellatur, hoc eſt, apum folium. *Varr* 3. *de R. R. c.* 16.

Apiātus, a, um, *a.* 1. 2. quod apum impreſſam habet ſimilitudinem, ab apibus, ſicut vermiculatus a vermibus, ut Apiata menſa. *Plin. l.* 13 *c.* 15. ¶ Alii apiatus ab apio derivant; & ſic apiata menſa erit, quæ apii ſemen, & grana denſe congeſta in ligni venis referre videntur.

Apicæ oves, *pecore*, *che non anno molta lana*, ψιλὰ πρόβατα, dictæ ſunt, quæ non amplo corpore ſunt, nec multam lanam habent, & ventrem glabrum. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Quibus ovibus venter nudus, apicas vocabant, damnabantque. Adde *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 2.

Apicatus, a, um, apice, i. e. pileo tectus. *Ovid.* 3. *Faſt.* v. 396. Hic etiam conjux apicati ſancta Dialis.

Apicianus, a, um, adject. ab Apicio, ut apiciana condimenta, *Tertull. de An. c.* 33. & apiciana coctura, *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Apicius, ii, quo nomine tres Romæ fuere gulæ ſtudio noti, quorum primus circa tempora Cæſaris natus eſt, alter ſub Tiberio; tertius ſub Trajano fuit. Sed ſecundi maxime gula celebrata eſt, quem omnium nepotum altiſſimum gurgitem *Plin. l.* 10. *c.* 48. vocat. Hic ille eſt, qui cum HS. millies (duos milliones, & dimidium) in culinam congeſſiſſet, neque plus HS. centies (250000. Coronati) de patrimonio ſibiupereſſe intelligeret, veneno vitam finivit, metuens, ne ſibi eſuriendum deinceps eſſet. Extat de re culinaria liber ipſius nomine, ſed qui vel alterius Apicii eſt, vel adhenis acceſſionibus interpolatus,

Apicius, a, um, ad apicium pertinens, ut apiciæ uvæ, *Cato R. R. c.* 24.

Apicŭla, f. 1. *ape piccola*, μελίσσιον, dimin. parva apis. *Plin. l.* 7. *c.* 21. Quam apicula pennis abſconderet. Adde *Plaut. in Curc.* 1. 1. 10.

Apicŭlum, *n.* 2. ***, diminut. parvus apex. *Feſtus*. Apiculum filum eſt, quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apidanus, *m.* 2. *Pidanemo*, *Epidano*, fl. Theſſaliæ, qui ex Bormio M. Gomphos, & Pharſalum præterfluens, in Peneum ſupra Lariſſam labitur, acceptis Enipeo, Melace, & Phœnice. *Ovid.* 7. *Metam. verſ.* 228.

Apina, & Trica, f. 1. duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes evertit, tanta ignominia, ut in proverbii ludibrium tranſierint. Quoties enim rem nullius pretii oſtendere volumus, Apinas, & Tricas nominamus. *Plin. l.* 3. *c.* 11. & *Martial.* 14. 1.

Apinarii, ab Apinis, γελωτοποιοί: Scurræ mimarii, qui divitum menſas ſectabantur. *Treb. Poll. in Gallienis*, *c.* 8. quamquam alii, *Apenarii* malint.

Apinocalus, i, *poco pratico*, ***, *ignorante*, ἀπειρόκαλος. Vox Græca, quæ in quibuſdam *Gellii* codicib. *l.* 11. *c.* 7. Græcis litteris ſcribitur, in quibuſdam vero Latinis.

Apis. V. Apes.

Apis, apis, vel apidis, idem qui Serapis, & Oſyris. *Luc. l.* 9. v. 160. Et ſacer in Magni cineres mactabitur Apis. Bos erat, corpore niger, candida fronte, in tergo albis notis inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demerſum Ægyptii, indicto juſtitio, veſte ſciſſe, & laceratis crinibus defunctum plangebant, invento vero alio mirifice lætabantur. Reſponſa autem dare non, ut reliqua oracula, ſolitus eſt, ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet a conſulentibus, ſecundos eventus, atque omnia proſpera decernebat, ſi vero abnuerct, omnia ſiniſtra portendebat. Ideo cum a Germanico Cæſ. pabulum oblatum renuiſſet, funeſtum omen, & indubiam necem, quæ paulo poſt ſecuta eſt, pronuntiavit.

Apiſcor, eris, *acquiſtare*, קנה, Ger. *uberkommen*, Gall. *recouvrer*, Hiſp. *alcançar*, τυγχάνω, cujus præteritum volunt eſſe *aptus ſum*, idem eſt, quod acquiro. *Lucr. l.* 2. v. 448. Nec ratione animi, quam quivis poſſit apiſci. Habet & *Cat. carm. de Nupt. Pelei*, & *Thetid.* v. 145. Animus prægeſtit apiſci. Et *Tacit. Ann.* 4. *c.* 1. Et *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. & *Sulpicius Cicer. Fam. l.* 4. *ep.* 5. ut aſſerunt *Gruter.* & *Grav.* Quamquam *Manut.* ad hunc poſtremum loc. ait, omnes veteres ſuos libros, *adipiſci*, exhibere. ¶ Nunc uſitatius eſt *adipiſcor*.

Apitius. V. Apicius.

Apium, ii, *n.* 2. *apio*, Gal. *perſil*, Hiſp. *perexil*, σέλινον, herba folia habens petroſelino ſimilia, ſed majora, ex quibus fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemæorum ſacris certaminibus. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Quidam hoc nomen ab apice deducunt, quia antiqui apicem capitis apio coronabant. Alii dictum volunt, quod apes vehementer illius flores decerpant. ¶ Hujus herbæ multa ſunt genera. Quod enim ſponte in humidis locis naſcitur, ἐλεοσέλινον, apium paluſtre dicitur, & uno folio eſt, nec hirſuto. Quod in ſiccis, ἱπποσέλινον, quod eo equi libenter veſcantur, ſimile heloſelino, ſed pluribus foliis. Idem πετροσέλινον dicitur, Lat. apium ſaxatile, quod in petris naſcitur, & oluſatrum, vel olyſatrum, quod folia habet ſubnigra, & petroſelinum Macedonicum, quod in Macedonia optimum eſt. Tertium denique eſt ὀρεοσέλινον, apium montanum, apium agreſte, quod in montibus naſcitur, cicutæ foliis, radice tenui. *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Aplănes, ἀπλανής, non vagus. *Macrob. l.* 1. *de Somn. Scip. c.* 9.

Apluda. V. Appluda.

Apluſtre, & apluſtrum, & in plural. Apluſtria, & apluſtra, navium ornamenta. Quæ quia erant amplius, quam eſſent neceſſaria uſo, etiam *ampluſtria* dicebantur. Hæc *Feſtus*. Rectius fortaſſe duci poſſit a græco ἄφλαστον. Erant autem apluſtra tabula affixa ad ſummitatem puppis ornamenti cauſa, interdum in ſcuti, aut clypei modum, de cujus apice pennæ ut criſtæ eminebant. ¶ *Vet. Scholiaſt. ad Juven. ſat.* 10. v. 136. Tabulatum exponit, ad decorandam ſuperficiem navis appoſitum. ¶ Prima hujus vocis modo producitur, modo corripitur. *Juven. loc. cit.* producit: Et curtum temone jugum, victæque triremis apluſtre. Adde *Sil. lib.* 10. v. 325. At corripit *Cic. in Arat.* Navibus abſumtis fluitantia quærere apluſtra. Sic *Rutil. Itinerar. l.* 1. v. 513.

Aplyſiæ, ἀπλυσίαι, peſſimum ſpongiarum genus, quæ elui non poſſunt. Cum enim vivæ, atque illotæ ſunt, nigricanti ſunt colore. *Plin. l.* 9. *c.* 35.

Apo, is, apere, antiq. verb. alligo, vinculo necto. *Feſt.* in voce *Apex*.

Apocalypſis, f. *revelazione*, ἀποκάλυψις, manifeſtatio myſteriorum alicui facta. *Tertull.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 5. Apocalypſin Joannis Marcion reſpuit.

Apocarterĕſis, ἀποκαρτέρησις eſt electio mortis per inediam, & famem. *Tertull. Apolog. c.* 46. Lycurgus apocarterеſin optavit. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Luxurioſus ἀποκαρτερεῖν, ſimulaſſe dicitur.

Apocataſtăſis, is, f. ἀποκατάστασις, hoc eſt reſtitutio in priſtinum ſtatum ſeu formam. Dicitur ab Aſtronomis de curſu ſolis, & reliquorum planetarum, cum poſt præfinitum tempus ſub idem ſignum redeunt. *Apulei. in Aſclep. pag.* 84. *edition. Elmenhorſt.*

Apocataſticus, a, um, *Apocataſticus Mars*, eſt cum in eundem locum eſt reſtitutus. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11.

Apŏcha, æ, *quietanza*, *ricevuta*, Germ. *quittung*, ſchedula eſt, qua fatemur, nobis de pecunia eſſe ſatisfactum. ¶ *Antapocha* vero eſt, quam debitor dat creditori. In *Cod. Juſtin.* 4. 21. 18. ¶ Acceptilationis nomen generalius eſt, quam apochæ. Illa enim quamlibet liberationem continet, etiamſi nulla præceſſerit numeratio, *apocha* ſolum dicitur, cum pecunia ſoluta eſt. *Ulpian. de acceptil. l. ſi acceptilatum*, & *l.* 18. *Cod. de fide inſtrument.*

Apochāre, verbum ab Apocha factum, quod idem videtur eſſe, ac apocham conficere. *Cod. Theodoſ. l.* 1. & 2. *de Tribut.* Apochandi licentia; & apochandi præſumptio.

Apoclēti, ἀπόκλητοι, Senatores, ſanctiuſque Concilium, quod ex delectis conſtat viris, qui & Decuriones dicuntur. *Liv. l.* 6. V. Apolectus.

Apocolocyntōſis, ἀποκολοκύντωσις, ab ἀπό, & κολοκύνθη cucurbita, titulus eſt libelli feſtiviſſimi, quem Seneca compoſuit de morte Claudii. Eſt autem, quemadmodum *apotheoſis*, relatio inter Deos, ſic *apocolocyntoſis*, quaſi

quaſi relatio inter cucurbitas, quam vocem commentus eſt *Seneca*, ut fatuum Claudii ingenium, & cucurbitæ ſimile notaret.

Apocŏpe, ἀποκοπή, amputatio, ex ἀπό, ab, & κόπτω, amputo, figura, cum ultima littera, vel ſyllaba tollitur, ut *peculi*, pro *peculii*.

Apocŏpus, ἀπόκοπος, exectus, ſpado, mutilus. *Jul. Firmic. l. 3. c.* 14. n. 8. Ineſſicaces, & apocopos reddent, & qui nihil agere poſſint.

Apocriſarius, & Apocriſiarius, medii ævi verbum, quo Pontificis, aut Epiſcopi legatus, ſeu miniſter ſignificatur. *Conſtit. Novell.* 123. *c.* 25. Reverendiſſimi Apocriſarii cujuſcumque Eccleſiæ, &c. ¶ Aliter, & quidem in cauſa militari hoc verbum adhibetur. *Novell.* 25. *c.* 1.

Apocrŏtus, ἀπόκροτος, durus, aſper, rigidus. *Firmicus l.* 7. Naſcentur ſervi miſeri, apocroti, oligochronii, & infelices.

Apocryphus, a, um, *apocrifo*, *non autentico*, ἀπόκρυφος, ab ἀποκρύπτω, occulo, abſcondo. *Apocryphi libri*, *apocrypha opera* dicuntur a ſcriptoribus Eccleſiaſticis ea, quæ divina carent auctoritate, ideoque publice in Eccleſia legi prohibentur, non quidem ſemper, ut erroribus plena, & damnata, ſed ut humana ſolum auctoritate fulta: & propterea canonicis, & ἐνδιαθήκοις opponuntur. Qua de re plura *Juſtus Fontaninus lib.* 1. *de antiquitatib. Hortæ*, c. 3. Hac voce præter *Hieronym. Auguſt.* & *Iſid.* uſus eſt etiam *Tertull. de anim. c.* 2. & *de reſur. carn. c.* 63.

Apocynon, ἀπόκυνον, oſſiculum in ranæ ſiniſtro latere, quod ſi in aquam dejectum fuerit, ſtatim fervere ferunt, amorem item, & jurgia concitare, ſi in potionem addatur, &c. Sic dictum eſt, quoniam canum impetus eo inhibentur. *Plin. l.* 32. *c.* 5.

Apŏdes, ἄποδες, alio nomine cypſelli, aves ex genere hirundinum, ita dictæ, quod careant uſu pedum. Volant plurimum, quies eis niſi in nido nulla: aut pendent, aut jacent. Nidificant in ſcopulis, atque iis editioribus domibus. *Plin. l.* 10. *c.* 39.

Apodictĭcus, a, um, *dimoſtrativo*, evidentem probationem habens, ἀποδεικτικός. *Gell. l.* 17. *c.* 5. Uſum eſſe argumento M. Tullium non probo, neque apodictico, ſed, &c.

Apodioxis, ἀποδίωξις, Rejectio eſt, cum eludimus ab adverſario propoſita, hac, vel ſimili formula: Quid attinet de his rebus dicere, cum ad cauſam nihil faciant?

Apodixis, f. ἀπόδειξις, evidens probatio, & demonſtratio. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. ¶ Latine ſcripſit *Petron. Satyric. p.* 182. Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde: quod alii explicant, rumiſſionem ſenilis ætatis, ſeu liberationem: alii apocham: alii libellum, quo quis ſe oſtendit defunctum eſſe. Reddere apodixim defunctoriam, inquit *Gronovius*, eſt leve ſpecimen exhibere.

Apodŏſis, f. 3. ἀπόδοσις, redditio, ſecunda pars periodi: item figura, qua ſingulis præcedentibus verbis ſingula ſequentia reſpondent: item altera exordii pars.

Apodyterium, n. 2. ἀποδυτήριον, ſpoliatorium, locus, in quo balnearum ingreſſuri veſtes deponebant, quas capſarii ſervabant, Nam ἀποδύειν eſt exuere. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1. *Plin. l.* 5. *ep.* 6.

Apogæus, a terra veniens, ἀπόγειος, *Plin. l.* 2. *c.* 43. Venti cum e mari redeunt, Tropæi vocantur, ſi pergunt, Apogæi. ¶ Aſtronomis Apogeum eſt locus planetæ altiſſimus, & e terra quam maxime diſtans.

Apogrăphum, i, quod ad exemplar emungitur, *copia*, ἀπόγραφον. *Plin. l.* 35. *c.* 11.

Apolactĭʒo, a. 1. *aſſaltare con calci*. ἀπολακτίζω, calcibus invado, per translationem parvifacio, contemno. *Plaut. in Epid.* 5. 2. 13. Apolactiʒo inimicos omnes.

Apolectus, i, ἀπόλεκτος, delectus, ſelectus. *Liv. l.* 36. *c.* 28. In concilio delectorum, quos Apolectus vocant. Gronov. habet *Apolecos*. ¶ Eſt & nomen piſcis. *Plin. l.* 9. *c.* 15. & *l.* 32. *c.* 11.

Apŏlis, idis, qui caret civitate, ut exul, deportatus, damnatus in metalla. *Marcian. l. quidam, de pœnis*.

Apollinares, m. 3. ἀπολλινάρια, ludi, qui in honorem Apollinis fiebant.

Apollinaris, e, ad Apollinem pertinens. *Horat. l.* 4. *od.* 2. Laurea donandus Apollinari. *Cic. Phil.* 10. *c.* 3. Apollinares ludos facere. ¶ *Apollinares* ludi fiebant a Romanis in honorem Apollinis. Hi Ludi, cum Annibal eſſet in Italia ex Martii clari vatis carmine primum inſtituti. Cujus in libris hæc inventa *Livius* recitat *l.* 25. 12. eademque fere & *Macrob. l.* *Sat.* 1. Hoſtes Romani ſi expellere vultis, Apollini vovendos cenſeo Ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferrent pro ſe, ſuiſque. Iis ludis faciendis præerit Prætor is, qui jus populo, plebique dabit ſummum. X. viri Græco ritu faciant. Hoc invento carmine, cenſuerunt Patres, Apollini Ludos vovendos, faciendoſque, voveri autem, & fieri a Prætore Urb. quod is eſſe videretur, qui jus populo, plebique ſummum daret, cum facti eſſent, duodecim millia æris Prætori ad rem divinam, & duas hoſtias majores dandas, & ut X. viri ſacra ritu Græco facerent, hiſque hoſtiis, Apollini bove aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ bove femina aurata. Ludos Prætor cum facturus eſſet, edixit, ut populus per eos Ludos ſtipes Apollini, quantam commodum eſſet, conferret. Populus eos coronatus ſpectavit, matronæ ſupplicavere, vulgoque apertis januis in propatulo epulati ſunt, celeberque dies omni cæremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calphurnio Prætore, decrevit Senatus, ut ii Ludi in perpetuum voverentur, triennio poſt, ut in perpetuum in ſtatum diem voverentur. P. Varus, ut diximus, Prætor Urb. a Senatu juſſus legem tulit, & ex ea lege primus ipſe vovit, fecitque ante diem 3. Non. Quin. Eumque diem ſolemnem deinde ſervatum eſſe *Livius* tradit. Ego tamen, inquit *Manut. de legib. Rom.* M. Brutus, qui Cæſarem interfecit, Prætoris Urb. abſentis nomine, neque uno die tantum, neque 11. Nonas Quint. factos invenio, ſed cum nonis Quint. eſſent commiſſi, uſque ad 111. Idus datos fuiſſe. Quod ex duobus locis epiſt. ad Att. lib. 16. colligitur. Atque hoc ipſum, de pluribus Ludorum Apollinarium diebus, confirmat ſatis plane, ut videtur, *Liv. lib.* 37. his verbis: Ludis Apollinaribus ad v. Idus Quint. cælo ſereno interdiu obſcurata lux eſt.

Apollinaris, & Apollinarius, ſunt etiam nomina virorum propria. Unde C. Sulpitius Apollinaris Præceptor fuit Pertinacis Imperatoris. Et Sidonius Apollinaris ſcript. Ineunte Seculi V.

Apollinĕus, a, um, o. 1. 2. φοίβειος, ut Apollinea ars pro arte medica, vel pro arte vaticinandi. *Ovid. in Ibin*, *v.* 264. Apollinea clarus in arte fenex. Tireſiam intelligit.

Apollo, inis, m. 3. *Apolline*, Ἀπόλλων, fil. Jovis tertii, & Latonæ, frater Dianæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sed e Græcis idem, atque Sol, exiſtimatur. ¶ Quatuor facultates habuit. Muſicam, ſeu poeſim, vaticinium, medicinam, peritiam ſagittandi. *Plato in Cratylo*. ¶ Dictus eſt quaſi ἀπολύων, & ἀπολούων, propter medicinam, ideſt, abluens a malis, ſolvenſque. ¶ Aliis etiam nominibus appellatur. ¶ Phœbus dicitur a φοῖβος, quia ſol eſt purus, caſtus, ſplendidus. Item dicitur Liber, quod libere vagetur per aerem. Item Nomius, a νέμω, paſco, quod Admeti Regis pavit armenta, vel quod Sol paſcit omnia, vel quod Apollo Nomion dedit leges Arcadibus, a νόμος, lex. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Porphyrius ait, eundem eſſe Solem apud Superos, Liberum Patrem in terris, Apollinem apud inferos. Unde etiam tria inſignia circa ejus ſimulacrum videmus, lyram, quæ nobis cæleſtis harmoniæ imaginem monſtrat, Grypnum, quod terrenum Numen oſtendit, ſagittas, quibus Deus infernus, & noxius indicatur. ¶ A gentibus Deus habitus, & cultus eſt, ei magnificentiſſimis templis extructis. Hinc ex varietate locorum varia accepit cognomina, ut Apollo Delphicus, Apollo Thymbræus, &c. Ubique oracula reddebat. Sed omnium oraculum Apollinis Delphici celeberrimum fuit, quem omnes gentes ex omnibus mundi partibus conſulebant. *Cic.* 1. *de Div.* Delphis templum Apollinis ædificatum eſt ab Agamede, & Trophonio, qui mercedem petentes, quod eſſet optimum homini, tertio die mortui ſunt reperti. *Plato in Axiocho*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Apollinis tripodem vas aureum fuiſſe conſtat trium pedum a Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum uxorem duceret. Sacerdotium Apollinis Delphici a virginibus exercebatur. *Cic.* 1. *de Div.* ¶ Filium genuit Æſculapium. Ipſe imberbis, pater barbatus fingitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.*

Apollodorēus, a, um, ad Apollodorum pertinens. *Apollodorei* dicti ſunt diſcipuli cujuſdam Apollodori rhetoris, cujus ſæpe meminit *Quintilian.* ut *l.* 3. *c.* 1. & alibi.

Apollonia, f. 1. *Pirgo*, Ἀπολλωνία, urbs Macedoniæ in R. Albaniæ marit. ad Occ. inter Dyrrhachium 34. M. P. in Auſtr. & Aulonem 25. a littore 7. a Scampe 35. in Occ. juxta quam Æas Fl. 10. ſtad. decurrit. Fuit Colonia Corinthiorum. Hic Octavianus literis operam dabat, cum Cæſar Romæ interfectus eſt. Populi *Apolloniatæ*. ¶ Aliæ ſunt Apolloniæ, quas vide in Lex. Geogr.

Apolloniātæ, m. 1. Ἀπολλωνιᾶται, pop. Apolloniæ. *Plin.* 3. 23.

Apolloniatĭcus, a, um, ad Apolloniam urbem pertinens, ut Apolloniaticum bitumen, *Plin.* 35. 15.

Apollonidenſes, ium, incolæ Apollonideæ urbis Lydiæ. *Cic. pro Flacc. c.* 29. ¶ Iidem dicuntur *Apollonidienſes* a *Plin. l.* 5. *c.* 3.

Apollonienſis, ſe, adject. ab Apollonia. *Cic.* 5. *Verr. c.* 34.

Apologatio, onis, idem quod Apologus, ſed vox eſt minus uſitata Latinis hominibus, ut *Quintil.* notat *l.* 5. *c.* 11.

Apologetĭcus, a, um, ad apologium pertinens, excuſatorius, defenſorius. *Tertull.* Librum ſuum, quo Chriſtianorum cauſam tuetur, Apologeticum inſcripſit. Eſt etiam *Hieronymi* Apologeticum ad Domnionem.

Apolŏgo, as, are, rejicio, contemno, repudio: ex græco ἀπολέγω: uſus eſt *Senec. ep.* 47. Ipſe illum invicem apologavit. V. ibi *Lipſ.*

Apolŏgus, m. 2. *favola*, [Hebr.], Germ. *fabel*, Gal. *apologue*, Hiſp. *apologo*, ἀπόλογος, fabula, in qua bruta animalia loqui introducuntur. *Cic.* 2. *de Oratore*. Ad hoc genus adſcribamus etiam narrationes apologorum. Vide *Quintil. l.* 5. *c.* 11. & *Gell. l.* 2. *c.* 29.

Aponinus, a, um, adject. ab Aponus: ut Aponinæ ſortes (ut leg. *Caſaub.* & *Grut.* in *Vopiſci Firmo c.* 3.) Aponus enim non ſolum ſalubris, ſed & fatidicus habitus eſt. V. *Suet. Tiber. c.* 14.

Apōno, is, a. 3. idem quod depono, ex *ab*, & *pono*. Legitur a quibuſdam Criticis apud *Plaut.* variis in locis, & *Terent.* ſed aliique alii aliter.

Apōnus, m. 2. *Abano*, Ἄπονος, vicus cum fonte, & balneis, in agro Patavino, a Patavio 5. M. P. Euganeos colles verſus. Dictus eſt, non tam quod morbis medeatur, quam quod ſine dolore remedium afferat. *Claudian. Martial. Lucan.* & alii. ¶ Adjective *Martial. l.* 1. *ep.* 62. Cenſetur Apona Livio ſuo tellus.

Apophăſis, ἀπόφασις, negatio, abnuentia, depulſio; Figura Rhetorica eſt. ¶ Apophaſis etiam dicitur catalogus, & index bonorum, qualis fere fieri ſolet a morte alicujus, ab ἀποφαίνω, in lucem profero. Juriſperiti ſuo quodam more dicunt *inventarium*.

Apophorēta, orum, n. 2. *moneta*, [Hebr.], Ger. *geſchenk*, Gal. *etrenes*, Hiſp. *eſtrenas*, ἀποφόρητα, munera, quæ dari ſolebant Saturnalibus, ab ἀποφορά, tributum. *Sueton. in Dom. c.* 19. Dabat ſicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per calendas Martias feminis. ¶ Munuſcula quoque, quæ a cœna convivis dabantur domum auferenda, etiam apophoreta dicebantur, ab ἀποφέρω, aſporto. *Martialis* hoc titulo inſcripſit librum ſuum decimum quartum. ¶ Apophoreta quoque dicta fuiſſe, quæ Ludorum, aut Spectaculorum editores in fine mittebant amicis, docet *Lipſ.* 1. *Saturnal.* 16.

Apophthegma, tis, n. 3. [Hebr.], Germ. *furtzer*, *und ſcharffer ſpruch*, Gall. *apophtegme*, Hiſp. *apophtegma*, ἀπόφθεγμα, brevis, & acuta ſententia, ſive acutum dictum, ſive reſponſio, non cujuſlibet, ſed illuſtrium tantum virorum. Latine dicterium dicitur. *Cicer.* 1. *Off.* Quæ vocant ἀποφθέγματα.

Apophyge, es, ἀποφυγή, pars in columna, quæ ſummam, imamque ſcapi partem revincit, in modum anuli elaborata. *Vitruv. lib.* 4. *cap.* 7. Sed V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Dicitur & apotheſis, ἀπόθεσις. *Vitruv. lib.* 4. *c.* 1. V. *Bald. loc. cit.*

Apoplanĕſis, ἀποπλάνησις, i. e. aberratio, quæ eſt hujuſmodi ratio, qua differendo, obſcurando, tergiverſando Judicum in errorem trahimus. quod Cicero facit in cauſa Cluentii, qui reus erat veneficii. *Turneb. ad Quintil. l.* 2. *c.* 17.

Apoplectĭcus eſt, quem dicimus attonitum, cujus videlicet & corpus, & mens ſtupet ictu fulminis, aut morbo. *Celſ. l.* 6. *c.* 26. Græce ſcribit, ac Latine *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 5. & *Jul. Firmic.* 3. 5. 8.

Apoplectus, idem quod apoplecticus. *Cæl. Aurelian. l.* 3. *Acut. c.* 5.

Apoplexia, f. 1. ſive apoplexis, f. 3. *gocciola*, Ger. *derſchlag*, *oder tropff*, Gal. *apoplexie*, Hiſp. *apoplexia*, ἀποπληξία, ſubita percuſſio, qua totum corpus, & mens ſtupet, ideſt, ſenſu, & motu privatur, quæ fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ab ἀποπλήσσω, percutio, terreo. *Celſ. lib.* 6. *cap.* 26. Id. *Celſ. lib.* 3. *cap.* 26. & 27. græce ἀποπληξίαν appellat. *Capitolin. in Lucio Vero*, *c.* 9. Morbo, quem apoplexin vocant, correptus Lucius.

Apor, pro apud, antiquis. *Feſt.*

Aporiatio, onis, f. dubitatio, hæſitantia, perplexitas. *Tertull. adverſ. hæretic. c.* 49.

Apoſiopēſis, f. 3. ἀποσιώπησις, reticentia, interruptio, Figura Rhetorica indignantibus familiaris, qua aliquid tacetur, quod obſcurum eſt, & interdum longo ſermone explicandum. *Virg.* 1. *Æn.* Quos ego. ideſt, puniam, aut quid ſimile. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. & 3.

Apoſphragiſma, atis, ἀποσφράγισμα. *Plin. l.* 10. *epiſt.* 16. Signata eſt annulo meo, cujus eſt apoſphragiſma, quadriga. Signum inſculptum interpretatur ibi Bucolnerus.

Apoſtaſia, æ, f. *apoſtaſia*, ἀποστασία, defectio a vera religione. *Salvian. de gubern. l.* 6. *ante med.*

Apoſtăta, æ, m. *apoſtata*, *diſertore*, [Hebr.], Ger. *abgefallener*, Gal. *apoſtat*, Hiſp. *apoſtata*, ἀποστάτης, deſertor, qui duce ſuo deſerto ad hoſtes transfugit, ut a Chriſtianis ad Ethnicos, vel Judæos. *Tertull. l.* 5. *cont. Marcion. c.* 11. Apoſtata Marcion. *Sedul. l.* 5. *de Juda proditore*: Tunc vir apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

Apoſtatice, *da apoſtata*, apoſtatarum more. *l.* 1. *Cod. Juſtin. tit.* 1. *in epiſt. ad Joann. Papam.*

Apoſtaticus, a, um, ad apoſtaſiam, ſeu defectionem pertinens, vel apoſtaſiæ reus. *Sedul. Juan. c.* 20. *v.* 1. Formidine rurſus Plebis apoſtaticæ, Dominum quæ caſta negaſſet.

Apoſt-

Digitized by Google

Apoſtēma, tis, n. *poſtema*, מוּגְלָה, Germ. *geſchwer*, Gal. *apoſteme*, Hiſp. *apoſtema*, ἀπόστημα, vomica, abſceſſus, ſuppuratio, eſt concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ab ἀφίστημι, abſcedo. Tria horum ſunt genera. Nam ſi quiddam melli ſimile contineant, meliceridès appellantur, ſi pingue quippiam in morem ſevi, ſteatomata, quod ſi pultis ſimilitudinem referat, quod in iis continetur, atheromata dicuntur. *Plin. l. 20. c. 3. & l. 25. c. ult.*

Apoſtolātus, us, ui, apoſtoli officium, ſeu dignitas, *apoſtolato*. *Tertull. adverſ. Marcion. l. 1. c. 2.* Petrum, cæteroſque columnas Apoſtolatus. *Sidon. l. 7. epiſt. 4.* Apoſtolatus veſtri patrocinio.

Apoſtolicus, a, um, ad Apoſtolum ſpectans, *apoſtolico*. *Tertul. l. de præſcr. adverſ. hæreſ. c. 32.* Apoſtolicam Eccleſiam, & Apoſtolicam doctrinam dixit. Apoſtolici etiam dicti ſunt quidam hæretici, de quibus *Auguſtin. c. 40. de hæreſib.*

Apoſtŏlus, m. 2. *Apoſtolo*, Ἀπόστολος Latine miſſus, ſive nuntius, ab ἀποστέλλω, mitto. κατ' ἐξοχὴν ita vocamus illos duodecim, qui Evangelium per univerſum Orbem a Chriſto D. miſſi promulgaverunt. ¶ Athenis quoque Apoſtoli magiſtratus quidam erant, quorum officium erat recte, atque ordine curare, atque inſtruere claſſem. ¶ *Apoſtoli* dicuntur JCtis, quos dimiſſorias litteras alias vocant, quæ ab eo, a quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, teſtandæ appellationis cauſa dantur. *Leg. Dimiſſoriæ, Dig. de verb. ſignif. & lib. 1. de libell. dimiſſ.*

Apoſtrŏphe, es, & Apoſtropha, æ, f. ἀποστροφή, Lat. averſio, converſio, Fig. Rhet. qua ſermo a judice, vel auditore alio convertitur, ab ἀποστρέφω, averto, refero. *Cicer. pro Mil.* Vos enim jam Albani tumuli, atque luci. *Quintil. l. 4. c. 1. Aſcon. in Verr. 3. c. 9.*

Apotamia, f. *ſalvaroba*, cella penaria. *Cæl. Aurelian. Acut. 3. 21.*

Apotelēſma, atis, n. ἀποτέλεσμα, hoc eſt, effectio. ab Aſtrologis ita appellatur effectus ſtellarum, hoc eſt quidquid ex Aſtrorum conventu, mutuoque reſpectu in natali cujuſque efficitur, boni, vel mali. *Jul. Firm. l. 8. c. 5. n. 18.*

Apothēca, æ, f. *guardaroba*, *ſalvaroba*, ἀποθήκη, cella, in qua aliquid ſervandum reponitur, ut ſunt horreum, cella vinaria, carnarium, & alia hujuſmodi, in ædibus, in quibus cujuſcumque generis fruges reponuntur: ab ἀποτίθημι, repono. *Cic. in Vatin. c. 5.* Cum omnium domos, & apothecas furaciſſime ſcrutarere. ¶ *Ulpiano Dig. 33. 7. 12.* apotheca librorum eſt quod nos dicimus *magazzino*. ¶ Speciatim dicitur de cella, in qua vina ſervantur. Differt tamen a cella vinaria, quia hæc conſtituitur in ima ædium parte, in qua fit vinum, & in doliis, dolus, culleariis, aliiſque vaſis majoribus ſervatur ad uſum familiæ: at apotheca erat apud Veteres in editiore ædium parte, quemadmodum & horrea; & in ea recondebantur amphoræ, & cadi, cæteraque minora vaſa ſervandis, etiam in multos annos, vinis accommodata. *Arnob. l. 7. p. 236.* Vinum omne, quod in cellis, atque apothecis eſt conditum. *Colum. lib. 1. cap. 6.* Apothecæ recte ſuperponentur his locis &c. *Cicer. Philip. 2. c. 27.* Apothecæ totæ nequiſſimis hominibus condonabantur. ¶ Apud JCtos accipitur pro quodam obligationis genere. V. hypotheca.

Apotheōſis, is, f. 3. *canonizzazione*, ἀποθέωσις, conſecratio, & relatio hominis demortui in Deos. *Tertull. in Apol. c. 34.* ¶ Hoc nomine inſcriptum eſt *Prudentii* carmen, in quo agit de Divinitate, de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis, deque aliis ad illud pertinentibus.

Apoſtrŏphus, m. 2. ἀπόστροφος, eſt ſemicirculus averſus ſupra literam poſitus, quo ſignificamus, vocalem, vel conſonantem s, vel vocalem, ſimul & conſonantem s rejectam eſſe ut *Men'? pro me ne? magi'*, pro *magis*, *audin'*, pro *audiſne? Diomed. l. 2. Priſcian. de accentib.*

Apothēſis. V. Apophyge.

Apoxyomĕnos, ἀποξυόμενος, deſtringens, abſtergens. Signum fuit, Lyſippi opus, de quo *Plin. l. 34. c. 8.*

Apozēma, atis, n. *decotto*, ἀπόζεμα, decoctum, hoc eſt aqua, in qua aliquid decoctum ſit. *Æmil. Macer l. 1. c. 13.*

Appango, & Adpango, is, ad aliquid pango, affigo, infigo. *Feſt.* ſeu potius *Paul. Diacon. ejus epitomator, in voce* Antipagmenta.

Apparāte, *con apparecchio*, Germ. *mit ruſtung*, Gall. *avec appareil*, Hiſp. *con aparejo*, ἀσώτως, adv. cum apparatu, magnifice. *Cic. l. 13. Att.* Opipare ſane, & apparate. *Plin. l. 1. ep. 15.* Apparatius cœnare.

Apparatio, onis, f. 3. apparatus magnificentia, *apparecchio*, παρασκευασμα, apparatus, *Cic. de Inv. l. 1. c. 18.* Suſpicio quædam apparationis. *Id. 2. Offic. c. 16.* Magnificentia, & apparatio popularium munerum.

Apparātor, oris, m. 3. qui apparat, præſertim ludos. *Liv. l. 44. c. 9.* Ab apparatoribus ludi. *Al. leg.* apparitoribus: alii aliter.

Apparatorium, ii, *Inſcript. vetus apud Reineſ. p. 818.* Hoc apparatorium pertinet ad monumentum Q. Aquili &c. *Fabrettus Inſcript. p. 232.* aſſerit, apparatorium ædificium aliquod ſepulcro annexum fuiſſe ad luſtrationem ſepulcri, & cœnas ſociales paratum, &c.

Apparātus, a, um, adornatus, paratus; *apparecchiato*, ut apparata verba, *Auct. ad Heren. l. 1. c. 7.* Domus inſtructior, & apparatior. *Cic. 1. de Invent. c. 34.* Spectaculum apparatiſſimum. *Id. Phil. 1. c. ult.*

Apparātus, us, m. 3. *apparecchio*, הַכָּנָה, Ger. *ruſtung*, Gal. *apparat*, Hiſp. *aparejo*, παρασκευή, apparatio, præparatio cum magnificentia. *Cicer. 3. Philip.* Quid prandiorum apparatus proferam? *Nepos in Pauſan. c. 3.* Apparatu regio uti, *farſi un trattamento da Re*. ¶ Tranſlate *Cicer. 1. de orat. cap. 53.* Dicere cauſam nullo apparatu, pure, & dilucide.

Apparentia, æ, *apparenza*, *apparizione*. *Tert. l. 1. adv. Marcion.* Ab apparentia Chriſti uſque ad audaciam Marcionis. *Firmic. l. 5. c. 8.* Homines bonæ apparentiæ, & qui ornatis veſtibus delectantur.

Apparĕo, es, rui, ritum, n. 2. videor, compareo, adſum, præſto ſum, exto, exiſto, conſto, eluceo, emineo, ſpeciem præfero, in conſpectum venio, vel prodeo, *apparire*, נִרְאָה, Ger. *erſcheinen*, Gal. *apparoitre*, Hiſp. *aparecer*, φαίνομαι, ſignificat videor. *Cic. Att. l. 12. ep. 31.* Apparebat enim, has litteras non eſſe ipſius. *Virg. 1. Georg.* Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. ¶ Eſt etiam de improviſo ſe oſtendere, *comparire*. *Galba ad Cicer.* Cum equites Antonii apparuiſſent. ¶ Item obedire, & præſto eſſe ad obſequium. *ubbidire*, *Virg. lib. 12.* Hæ Jovis ad ſolium, ſævique ad limina Regis apparent. *Valer. Max. 2. 2. 4.* Lictori, ut ſibi appareret, imperavit. Adde *Nep. Eum. cap. 13.* ¶ Item comparere. *Plin. in epiſt.* Non ipſe, non quiſquam ex ſervis ejus apparuit.

Apparēſco, is, eſcere, idem quod appareo, verbum ſemibarbarum. *Ennod. l. 7. c. 10.* Appareſcere in foribus.

Apparitio, f. 3. ὑπηρεσία. Sumitur pro præſtatione officii, ſeu præſentia miniſtri, ad obſequendum. *Cic.* In longa apparitione ſingularem, & incredibilem fidem. *l. 13. Famil. ep. 54.* ¶ Sumitur etiam pro ipſis apparitoribus, aut ſervis. *Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 2. leg. ult.* Apparitione Præſidis interveniente.

Apparitōres, m. 3. *apparitori*, *sbirri*. מְשָׁרְתִים, Ger. *rathsknecht*, Gal. *ſergent*, Hiſp. *alguazil*, ὑπηρέται, ſervi, dicti, quod appareant, & præſto ſint ad obſequium, qui & ſtatores dicuntur, ut ſunt, qui magiſtratus circumſtant parati ad obſequendum. *Cic. 5. Verr.* & alibi. Dabantur enim comites Magiſtratibus, & ſalarium e Repub. licet parvum accipiebant. Quandoque tabellariorum officio fungebantur. ¶ Iidem & Officiales dicti, de quorum variis generibus V. *Codic. l. 12. tit. 53. & ſeqq.*

Apparitūra, fæm. 1. παράστασις, miniſterium apparendi magiſtratibus. *Suet. de illuſtr. Grammat. c. 9.* Apparituram Magiſtratibus facere.

Apparo, as, a. 1. *apparecchiare*, הֵכִין, הֵכָן, Ger. *zuriſten*, Gall. *appreter*, Hiſp. *aparejar*, παρασκευάζω, aptare ad dignitatem quandam, & pompam, ſeu cum magnificentia. *Cic. Verr. 6. c. 20.* Ornare, & apparare convivium. ¶ Interdum eſt ſimpliciter præparare, *Cic. Phil. 3. in fin.* Facultas apparabitis, quæ neceſſitas poſtulat. ¶ Cum infinito. *Plaut. Aſin. 2. 4. 28.* Definire apparas. *Suet. in Aug. c. 47.* Trajicere apparans. ¶ Apparare ſe, *metterſi all' ordine*. *Terent. Eun. 3. 5. 33.* Dum apparatur, virgo in conclavi ſedet. ¶ Urbane *Auct. ad Heren. l. 1. c. 3.* Apparare animum auditoris ad audiendum.

Appellatio, onis, *appellagione*, *nome*, προσαγόρευσις, προσφώνησις, nominatio, vocabulum, nomen. *Plin. l. 9. c. 23.* Omnem qui ſe patris appellatione ſalutarent. *Suet. in Cæſ. c. 77.* Nihil eſſe Rempublicam: (Cæſar pronunciavit) appellationem modo ſine corpore, & ſpecie. ¶ Eſt etiam pronunciatio, *pronunzia*. *Cic. de cl. Orat. c. 74.* Lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat. ¶ Item provocatio ad judicem alium, præcipue apud JCtos, *appellazione*. *Suet. Ner. c. 17.* Ut omnes appellationes a judicibus ad Senatum fierent.

Appellatīvus, a, um, ut appellativum nomen, quod multorum commune eſt, ut homo, animal. *Priſcian. l. 2. Chariſ. lib. 2.*

Appellātor, oris, m. 3. qui appellavit, id eſt, qui ab aliquo judice ad alium provocavit. *Cic. 6. Verr. c. 65.* Manus ab illo appellatore abſtinerentur.

Appellatōrius, a, um, *appellatorio*, ad appellationem pertinens, ut libelli appellatorii, *L. 1. D. de Appellation.* Et appellatoria tempora, *l. 5. D. de Appellation. recip.*

Appellĭto, a. 1. freq. ab appello, as. *Apul. Apol.* Hoccine eſt, quod appellitabatis dæmonium? Et *Feſt. Pomp.* Appellitaviſſe, appellaſſe. ¶ Particip. appellitatus. *Tacit. 4. Ann. cap. 65.* Montem eum Cœlium appellitatum.

Appello, as, a. 1. nomino, nuncupo, uſurpo, dico, perhibeo, voco, invoco, alloquor, compello, *nominare*, *appellare*, קָרָא, Ger. *nennen*, Gal. *apeller*, Hiſp. *llamar*, ὀνομάζω, ſign. nominare. *Cic. 3. Off.* Qui primus Africanus appellatus ſit. ¶ Item eſt comiter, ſeu familiariter nomine vocare, vel alloqui, *chiamare*, *parlare*. *Cic. pro Cluent.* Appellat hilari vultu hominem. Et appellare aliquem literis. *Id. l. 15. Fam. ep. 20.* Hinc appellare, teſte *Ulpian. de injur.* eſt blanda oratione alicujus pudicitiam attentare. *Senec. l. 2. controv. 13.* ¶ Item auxilii, vel teſtimonii gratia quempiam implorare. *Cic. pro Sext. Roſc.* Te nunc P. Scip. appello. ¶ Appellare debitorem, eſt rem nobis debitam a debitore exigere. *Cic. Attic. l. 1. ep. 8.* Me ut ſponſorem appellat: *i. e.* monet, ut ſolvam. *Colum. l. 1. c. 7.* Vel optima nomina non appellando fieri mala. ¶ Interdum eſt poſt ſententiam tanquam iniquam ad ſuperiorem judicem provocare. *Ulp.* Qui appellat, majorem judicem debet appellare. Dicimuſque, Appello Principem, & ad Principem. *Cic. 7. Verr. 65.* Appellare prætorem. ¶ Hoc verbum ita conſtruitur ab *Aſconio ad Piſonianam orat.* ut ſignificet filiam alicui in matrimonium offerre. Is prætor, inquit, cum Romam veniſſet cum filia, adoleſcentem nobilem Cæſonium auſus eſt appellare, filiam collocavit.

Appello, lis, uli, ulſum, a. 3. applico, admoveo, accedo, *arrivare*, *giungere* קָרַב, בּוֹא, Germ. *herzu*, *kommen*, *lenden*, Gall. *aborder*, *arriver*, Hiſp. *aportar*, προσορμίζω, ſignif. adducere, compellere. *Cic. 7. Verr.* Cum Perſæ mille numero navium claſſem Delum appuliſſent. ¶ Legitur & *appellere* abſolute, pro accedere, *venire*, *accoſtarſi*. *Attius* apud *Cic. 1. Divin. 22.* Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. ¶ Paſſive *Cic. Ver. 7. c. 25.* Appellitur navis Syracuſas. *Id. ib. c. 28.* Alios ex Hiſpania fugientes ad Siciliam appulſos eſſe. ¶ *Appellere animum*, eſt dirigere, intendere ad aliquid agendum, *applicare*. *Ter. Prol. Andr.* Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit.

Appendĕo, es, a. 2. idem quod appendo. *Apic. l. 8. c. 7.*

Appendicium, ii, n. appendix, additamentum. *Hieronym. epiſt. 10. ad Furiam.*

Appendicŭla, f. 1. parva appendix. *Cic. pro Rab. Poſt. c. 4.* Appendicula cauſæ judicatæ.

Appendix, icis, f. 3. *appendice*, Ger. *anhang*, Gal. *appentis*, Hiſp. *añadidura*, προσθήκη, quod alii adjunctum eſt, quaſi ex alio pendeat. *Cic. in Hor.* Appendicem animi eſſe corpus. *Liv. l. 21. c. 15.* Carpetanorum cum appendicibus Leſcadum centum millia fuere. ¶ Eſt & appendix genus ſpinæ, dictum, quod baccas Puniceas habet a ſe pendentes, quæ & ipſæ appendices nominantur. *Plin. l. 24. c. 13.*

Appendo, is, di, ſum, a. 3. *ſoſpendere*, *attaccare*, תָּלָה, Ger. *anhangen*, Gal. *pendre*, Hiſp. *colgar*, ἀνακρεμάννυμι, ſuſpendo, quaſi ad aliquid pendo. *Plin.* Atque uvas jam maturas ad Solem appendere. *Locum hunc, qui a Lexicographis omnibus affertur, nondum invenire potuimus.* ¶ Eſt etiam ad ſtateram, lanceinque ponderare, *peſare*, σταθμίζω. *Cic. 2. Phil. 38.* Ut jam appendatur pecunia, non numeretur.

Appenſus, a, um, particip. ſignificat ſuſpenſum, ſi ferenda eſt quorundam lectio ad *Cic. 3. Tuſc. c. 21.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina appenſum demitti juſſit. ¶ Item numeratus. *Liv. l. 5. c. 48.* Nondum omni auro appenſo. V. Aptus.

Appĕtens, entis, nomen ex particip. cupidus, *deſideroſo*, ὀρεγόμενος. *Cic. pro Leg. Manil. cap. 3.* Appetens gloriæ. *Tacit. hiſt. 4. 6. 1.* Appetentior famæ. *Cic. Tuſc. 2. c. 25.* Sumus natura ſtudioſiſſimi, appetentiſſimique honeſtatis. ¶ Item adventans, ut Lux appetens, *Tacit. Annal. 4. 51. 4.*

Appetenter, adv. *con deſiderio*. *Apul. Met. l. 7.* Appetenter ſumere. Adde *Cic. 1. Offic. c. 10.* ubi tamen alii aliter legunt.

Appetentia, f. 1. *appetito*, תְּשׁוּקָה, Germ. *begierlichkeit*, Gall. *appetit*, Hiſp. *apetito*, ὁρμή, cupiditas, motus animi ad aliquid. *Cic. 4. Tuſc.* Ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, libido effrænatam appetentiam.

Appetibĭlis, le, adject. qui optari poteſt, expetibilis, *deſiderabile*, ἐπιθυμητόν. *Apul. lib. 2. de Dog. Plat.* Solicitudinem, & laborem appetibiles docebat eſſe. *Macrob. Saturn. lib. 1. c. 1.* Venuſtate appetibilis.

Appetiſſo, is, idem quod appeto. *Accius* apud *Non. c. 4. n. 8.*

Appetitio, onis, f. 3. *appetito*, *deſiderio*, ὄρεξις, cupiditas. *Cicer. 1. Offic.* Adjuncta eſt appetitio quædam principatus. ¶ Sumitur etiam pro facultate appetendi. *Cicer. 3. Fin.* Appetitio animi, quæ ὁρμή Græce vocatur, non ad quovis genus vitæ, ſed ad quandam formam vivendi videtur data.

Appetītor, oris qui appetit. *Lamprid. in Alexand. Sev. c. 40.* Boni lintaminis appetitor fuit. *Ammian. lib. 25. cap. 5.* Laudum intemperans appetitor.

Appetītus, m. 4. *appetito*, ὁρμή, facultas partis inferioris animi, qua cupimus

mus ea, quæ ſunt naturæ accommodata, fugimus, quæ ſunt contra naturam. *Cicer. 1. Off. c. 28.* Duplex eſt enim vis animorum, atque naturæ, una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græce, quæ hominem huc, atque illuc rapit, altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendumve ſit. *Id. ibid.* Efficiendum ut appetitus rationi obediant.

Appetitus, a, um, *deſiderato*, particip. ab appeto. *Pallad. in Mart. tit. 15.* Fletibus avidus appetitur. *Cic. in Piſon. c. 28.* Non fugit ejus amicitiam, præſertim cum eſſet appetitus. ¶ Item invaſus, petitor, *aſſalito*. *Cic. pro Quint. c. 31.* Ignominiis omnibus appetitus.

Appĕto, is, ii, & ivi, itum, a. 3. cupio, opto, peropto, deſidero, expeto, aveo, *appetire*, *deſiderare*, שוקק, Ger. *begeren*, Gal. *convoiter*, Hiſp. *codiciar*, ὀρέγομαι, avide cupio, & tam in bonum, quam in malum, ſicuti expeto, capitur, niſi quod in expeto major vis eſt propter ex, quæ maximam in ſe vim continet. *Cic. 4. Tuſc.* Ut bona natura appetimus, ſic & a malis natura declinamus. *Mart. 9. 27.* Appetitur poſito vilis oliva lupo. ¶ Appetere dextram oſculis, *Plin. l. 11. c. 45.* h. e. oſculari. ¶ Appetere mammas, *Cic. 2. de divin.* hoc eſt conari arripere. ¶ Interdum pro aggredi, invadere, *aſſaltare*. *Cic. pro Sex. Roſc.* Filii vita inſidiis appetita. *Liv. l. 7.* Os, oculoſque hoſtis roſtro, & unguibus appetit. ¶ Eſt etiam verbum neutr. & ſignificat inſtare, appropinquare, *avvicinarſi*, ut Dies appetit, nox, veſpera, &c. conſtruitur cum dat. *Plaut. Aulul. 3. 1.* Propinqua partitudo cui appetit.

Appĕto, onis, idem ac appetitor. *Label. apud Non. c. 2. n. 43.* Alienum appetonibus viæ perditæ diverticula ſequi.

Appia via, f. 1. ὁδὸς Ἀππία, via ſaxo quadrato ſtrata, Roma per portam Capenam Capuam, vel, ut alii volunt, Brunduſium uſque ducens, ab Appio Claudio Cæco ſtrata. ¶ Dicitur & *Appia* abſolute. *Horat. l. 1. ſerm. 5. v. 6.* Minor eſt gravis Appia tardis.

Appiades. V. Appias.

Appiana poma, n. 2. Ἀππιανὰ μῆλα, ab Appia ex Claudia gente cognominata. Odor his maximus eſt fere cotoneorum, magnitudo non multo inferior. *Plin. l. 15. c. 14.*

Appiānum, ni, n. 2. coloris genus apud *Plin. l. 35. c. 7.*

Appias, adis, patronym. variis applicari poteſt. *Ovid. 1. de Arte am. v. 83.* Appias expreſſis aera pulſat aquis. ubi Appia aqua intelligitur. *Idem de Rem. am. v. 660.* Non illas lites Appias ipſa probat. *i. e.* Venus, cujus templum in foro C. Cæſaris fuit, prope aquam Appiam: vel propter meretriculas Veneri ſacras, in Appia Via ante portam habitantes. *Id. 3. de Arte am. v. 452.* Has Venus e templis multo radiantibus auro Lenta vides lites, Appiadeſque Deæ: ubi *Cal. Rhodig. l. 12. Antiq. lect. c. 1.* per Appiadas Deas Pacem, Pallada, Concordiam, Venerem, Veſtam intelligit. Sed *Heinſ.* legit *Appiadeſque tuæ*, h. e. meretriculæ.

Appĭĕtas, atis, nomen fictum a *Cic. l. 3. Fam. epiſt. 7.* quo ſuperbiam Appii Claudii notat.

Appingo, is, nxi, ctum, idem quod pingo, vel juxta pingo. *Horat. de art. poet. v. 30.* Delphinum ſylvis appingit, fluctibus aprum. ¶ Tranſlate *Cic. l. 2. Attic. ep. 8.* Superiorem epiſtolam reſtitue nobis, & appinge aliquid novi. i. e. adſcribe. ¶ In poſteriori hac notione poteſt commode derivari a *pango*; qua ratione eſt *appingo*, *is*, *pegi*, *pactum*.

Appius Claudius cæcus, in veteri Rom. hiſtoria nobilis, diſturbata maxima cum Pyrrho pace, de quo *Ovid. 6. Faſt. v. 203.* ¶ Fuerunt & alii hoc prænomine in Gente Claudia, de quibus *Sueton. in Tiber. princip. 4. capitibus.* ¶ Appii os habere. i. e. impudentem eſſe, *Cic. Fam. 5. ep. 10.* Sed incertum de quo Appio loquatur.

Applaudo, is, uſi, uſum, n. 3. *applaudere*, כפים, Germ. *frolocken*, Gal *applaudir*, Hiſp. *hazer applauſo*, ἐπικροτέω, alliſo. *Apul. 6. l. Mileſ.* Incuſſit eam poſteriorum pedum calcibus protinus applaudo terræ. Al. leg. *Applodo*. ¶ Aliquando applaudere, eſt manuum, vel pedum plauſu favorem oſtendere. *Cic. pro Sext. c. 54.* Quibus viris, aut cui generi civium maxime applaudatur.

Applauſor, oris, m. 3. qui applaudit. *Plin. in Pan. c. 46.* Populus ille aliquando ſcenici Imperatoris ſpectator, & applauſor.

Applauſus, a, um, o. 1. 2. partic. ἐπικροτούμενος. *Ovid. 4. Metam. v. 352.* Ille cavis velox applauſo corpore palmis Deſilit in latices. h. e. percuſſo leviter. *Sil. l. 16. v. 356. de Camphaſo equo.* Camphaſus ipſe aſper, nec qui cervice amaret Applauſæ blandos ſonitus.

Applauſus, us, m. 4. ἐπικρότησις. *Cic. 2. de Div. c. 50.* Magno applauſu loquitur aſſentiente populo &c. Al. leg. *plauſu*.

Applicatio, f. 3. actus ipſe applicandi, *applicazione*. *Cic. in Lel. c. 8.* A natura videtur orta amicitia applicatione animi cum quodam ſenſu amandi. *Id. l. 1. de Orat. c. 39.* Jus applicationis narrat illud, quod ab Athenienſibus ortum erat, apud quos peregrini ſe alicui opulento civi in clientelam dabant: qui ſi inteſtati eſſent mortui, eorum bona patronus jure applicationis obtinebat.

Applicātus, & Applicitus, a, um, nomen ex particip. *applicato*, *avvicinato*. *Caſ. l. 3. B. C. c. 101.* Applicatæ ad terram naves. *Cic. Famil. 4. ep. 13.* Applicatus ad ſe diligendum. *Plin. l. 2. ep. 17. §. 23.* Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum. ¶ Applicatiore nexu inhærere, h. e. applicatiore, *Apul. l. 10. Metam.* Hoc autem comparativum ab inuſitato *applex*, *icis* naſcitur.

Applĭco, as, a. 1. avi, atum, & applicui, applicitum, *accoſtare*, *attaccare*, חבר, Germ. *hinzulegen*, Gall. *appliquer*, Hiſp. *aplicar*, προσπελάζω, adjungo, annecto, confero, ſocio, & conſtruitur cum dativo, vel accuſativo cum ad. *Virg. 1. Æn.* Quæ vis immanibus applicat oris? *Subaudi ſe*. *Cic. Ap. Pul.* Omnes vires civitatis ſe ad Pompeji ductum applicaverunt. *Id. in Brut.* Me ad Milonem applicavi. *Id. pro Cluent.* Applicare ſe ad alicujus familiaritatem. *Ovid. 4. Faſt.* Applicare oſcula feretro. *Liv. l. 37. c. 12.* Applicare claſſem in locum aliquem. *Caſ. l. 6. B. G. c. 27.* Applicare ſe ad arborem, *appoggiarſi*. *Cic. 3. Tuſc.* Quo accedam, quo applicem? *Pomp. l. ſi id, D. fam. erciſc.* Servum rei communi applicare. h. e. præficere. *Cic. 1. Offic. c. 32.* Alii ſe ad philoſophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant. *Horat. l. 3. od. 11.* Applicare aures alicui, *dar' orecchio*.

Applōdo, is, oſi, oſum, *applaudere*, ἐπικροτεῖν, idem quod applaudo. Veteres enim *plodo* dicebant, quod nos plaudo. Applodere fulgetris, apud *Plin.* eſt favere, teſtarique honorem illo motu. V. Applaudo. ¶ Applodere aliquem terræ eſt ad terram dare. *Apulej. l. 6. & 9. Metam.*

Applōro. n. 1. προσκλαίειν, apud aliquem ploro, vel una cum aliquo ploro. *Hor. Epod. 11. v. 17.* Querebar applorans tibi.

Applōſus, a, um, applauſus, alliſus. *Spartian. in Anton. Geta, c. 3.* Allatum ovum applofum ad terram fregit. Sic & *Lamprid. Heliogab. c. 6.*

Applūda, f. 1. *pula*, *ſemola*, ἄχυρον, furfur, ab applodendo, quod propter tenuitatem, quia minutiſſima eſt, ſpiritu dejicitur. *Gell. 11. 7.* ¶ *Plin. l. 8. c. 10.* docet, appludam vocari purgamenta millii, & panici, & ſizaniæ, cum in frumento palea dicatur. ¶ *Nonius & Gell. l. 11. c. 7.* Auctores ſunt, Frumenti furfures a ruſticis veteribus appludam fuiſſe appellatos. *Nævius* apud *Feſt.* Non hercle appluda eſt hodie, quam tu nequior.

Applumbo. V. Adplumbo.

Applŭo, is, ere, idem quod pluo, *piovere*. *Plin. lib. 9. c. 16.* Ubicumque piſces in eadem aqua aſſidui, niſi appluat, examinantur. Al. leg. *affluat*.

Appōno, is, ſui, ſitum, a. 3. pono, antepono, affingo, adſcribo, addo, adjungo, admoveo, adduco, *mettere appreſſo*, προστίθημι, eſt ad aliquid ponere, ſeu adjungere. *Cic. in Piſon. c. 30.* Notam apponebat ad malum verbum. *Petron. in Satyr. c. 135.* Apponere cucumam foco. *Horat. lib. 1. od. 9.* Apponere alicui annos. h. e. addere. *Id. l. 1. od. 9.* Apponere aliquid lucro. *tenere per guadagnato*. *Plin. l. 8. c. 51.* Solidum aprum in epulis apponere. *metter' in tavola*. Sic *Cic. Verr. 6. c. 22.* Cœnam illi dabat: appoſuit patellam, &c. ¶ Apponere alicui pædagogum, cuſtodem, &c. eſt dare. *Cic. c. 16. Div. Verr. & Suet. in Claud. c. 2.* ¶ *Terent. Andr. 2. 1. 3.* Poſtulare, id gratiæ apponi ſibi. *pretendere*, *che ſe gliene ſappia buon grado: che ſegli reſti obbligato*. ¶ Aliquando eſt deponere. *Plaut. Pœn. 4. 2. 35.* At onus urget. Mi. Sc. At tu appone, & reſpice ad me. Adde *Ter. Heaut. 2. 1. 36.* Ita enim in pleriſque MSS. legitur. Atque in hoc ſenſu aliqui ſcribunt *Apono*, unico p. V. *Parum Lex. crit.* ¶ *Appoſivi* pro *appoſui* legitur apud *Plaut. Mil. 3. 3. 30.*

Apporrectus, a, um, *diſteſo*, porrectus apud aliquem. *Ovid. Met. 2. v. 563.* Infantemque vident, apporrectumque draconem.

Apportatio, onis, actus apportandi. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Cujus materiei ſi eſſet facultas apportationibus ad urbem, maximæ haberentur in ædificiis utilitates, *ſe ſi poteſſe condurre in Città*.

Apporto, a. 1. *portare*, *condurre*, Ger. *herzutragen*, φορέω, affero, adveho. *Cic. 1. Offic. c. 42.* Mercatura multa undique apportans. *Id. 3. Verr. c. 56.* Lapis apportandus fuit. ¶ Item pro nuntiare. *Ter. Andr. 5. 2. 17.* Quidnam apportas?

Apposco. V. Adpoſco.

Appoſite, adverb. *acconciamente*, כהוגן, Germ. *fuglich*, Gall. *proprement*, Hiſp. *lindamente*, ἐπιτηδείως, apte, accommodate. *Cic. de Invent. l. 1. c. 5.* Dicere appoſite ad perſuaſionem.

Appoſitio, onis, f. 3. adjunctio. *Cic. in Parad. 1. c. 3.* Hæc ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur. Al. aliter leg. ¶ Eſt & Appoſitio figura Syntaxeos, quæ & Epexegeſis dicitur. V.

Appoſitum, i, n. V. Appoſitus, a, um.

Appoſitus, us, ui, m. 4. idem quod Appoſitio. *Plin. l. 23. cap. ult.* Prodeſt appoſitu, tactu, illitu. *& l. 24. c. 5.* Appoſitu, vel ſuffitu.

Appoſitus, a, um, o. 1. 2. *poſto appreſſo*, *atto*, *accommodato*, שמור, Ger. *richtig*, Gall. *appoſé*, Hiſpan. *apueſto*, ἐπιτήδειος, quod ad aliquid, vel juxta poſitum eſt. *Cicer. de Invent.* Gladium prope appoſitum e vagina eduxit. ¶ Aliquando ſumitur pro conveniens, *convenevole*, *acconcio*. *Id. ibid.* Si quid ad id appoſitum ſit, quod nos interpretamur. Et *6. Verr. c. 57.* Operarius appoſitior ad deferenda, quam ad auferenda ſigna. *Varr. l. 2. R. R. c. 10.* Non omnis apta natio ad pecuariam. Galli appoſitiſſimi, maxime ad jumenta. ¶ Appoſitus eſt etiam adjacens. *confinante*, *vicino*. *Tacit. Annal. 2. c. 7.* Appoſitum Lupiæ caſtellum. Et *Curt. l. 4. c. 1.* Appoſita urbi regio. ¶ Appoſitum, i, ſubſtant. pro Repoſito. *Senec. lib. 4. de Benef.* Ut multa etiam ex appoſito, & acquiſito perdenda ſint. ¶ Eſt etiam appoſitum idem quod epithetum, *apoſto*, *aggiunto*. *Quintil. l. 8. c. 2. & 6.*

Appōtus, a, um, *quello che ha bevuto molto*, סובא, Ger. *ſauffer*, Gall. *qui a bien bu*, Hiſpan. *el que bevio mucho*, ἀκρατοπότης, qui multum potavit. *Plaut. in Am. 1. 1. 126.* Credo quidem dormire ſolem, atque appotum probe. Adde *Curcul. 2. 3. 75. & Rud. 2. 7. 8.*

Apprĕcor. V. Adprecor.

Apprehendo, is, endi, enſum, a. 3. & in carmine *apprendo*, arripio, appeto, *prendere*, *ſtringere*, אחז החזיק, λαμβάνω, capio, attrecto, ad me traho. *Cic. de Nat. Deor. 2. 47.* Vites claviculis adminicula quaſi manibus apprehendunt. *Plaut. Amph. 5. 1. v. 65.* Altera alterum apprehendit manu perniciter. *Plin. 10. 74.* Apprehendere aliquid morſu. ¶ Apprehendere hominem eſt ei capere, captivum facere, apud *Gell. l. 5. c. 14.* ¶ Eſt etiam occupare. *Caſ. l. 3. B. C. c. ult.* Militibus expoſitis Pharum apprehendit, atque ibi præſidium poſuit. ¶ Poetæ contrahere amant. *Sil. l. 16. v. 373.* Niſuſque apprendere primos.

Apprehenſibilis, le, adject. *Tertull. adverſ. Valent. c. 11.* Filium conſtituunt apprehenſibilem Patris.

Apprehenſio, onis, actus apprehendendi. *Macr. 3. Saturn. cap. 2. in illud Virg. 12. Æn. v. 201. Tango aras, medios ignes, &c.* Eandem vim nominis ex apprehenſione ſignificat. ¶ Pro intellectione non ſemel uſurpatur a *Cal. Aurel. Acut. 1. 8. Tard. 5. 4. &c.*

Apprehenſo, & Apprenſo, as, frequentativum ab apprendo. *Gratius in Cyneg. v. 239.* Mandit humum, celſaſque apprehenſat naribus auras.

Apprehenſus, & contracte Apprenſus, a, um, *preſo*, *afferrato*. *Sueton. in Claud. c. 15.* Pede apprehenſo detinere aliquem. *Stat. 3. Silv. 4. verſ. 43.* Apprenſa traxiſſet fortius urna.

Appretio, as, a. pretio æſtimo. *Tertull. de reſurr. carn. c. 9.* Cujus paſſionet ſibi appretiat.

Apprima, adverb. inprimis, apprime. *Virg. 2. Georg. v. 134.* Flos apprima tenax. Al. leg. *Apprime*, ut corripuerit ultimam, quam ſimiliter *Lucret. & Horat.* in *Superus* corripuerunt.

Apprime, in primis, egregie, valde, *ſopra ogni altra coſa*, *più che altro*, ἐν τοῖς πρώτοις, adv. ab apprimus, quod eſt longe primus, ſignif. valde. *Ter. in Andr. 1. 1. 34.* Id arbitror apprime in vita eſſe utile. *Cic. 3. Fin. c. 9.* Apprime rectiſſime dicitur. Gruter. legit, *adprimo*. *Varr. R. R. 3. 2.* Apprime doctus.

Apprimo, is, a. 3. *premere*, προσπιέζω, ex ad, & premo, ſign. adſtringere. *Plin. l. 24. c. 9.* Ut tunica corpori apprimeretur.

Apprimus, o. 1. 2. πρῶτος, longe primus. *L. Liv. in Odyſ.* Vir ſummus, apprimus Patroclus. Ex *Gell. l. 7. c. 7.*

Approbatio, f. 3. δοκιμασία, *approvazione*. *Cic. 2. Tuſc. c. 1.* Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio. ¶ Sumitur & pro inclinatione animi, & voluntate. *Cic. Acad. 4. 17.* Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii. ¶ Eſt etiam pars argumentationis, per quam id, quod expoſitum eſt, rationibus firmatur, *prova*. *Cic. 1. de Invent. c. 36.* Hæc propoſitio indiget approbatione.

Approbātor, m. 3. qui aliquid approbat, *approvatore*, δοκιμαστής. *Cic. Att. l. 16. ep. 7.* Quamvis non fueris ſuaſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.

Approbātus, a, um, probatus, *approvato*, δοκιμασθείς. *Quintil. l. 1. c. 17.* Approbatus ab omnibus. *Cic. 3. Fin. c. 8.* Omnium aſſenſu approbatum.

Approbe, vel Adprobe, valde probe. *Plaut. Trinum. 4. 2. 115.* Noſſe aliquem approbe. Adde *Gell. l. 7. c. 7.*

Approbo, a. 1. comprobo, laudo, confirmo, *laudare*, *approvare*, בחר, Ger. *approbiren*, Gall. *approuver*, Hiſp. *aprovar*, δοκιμάζω, idem quod probo, vel etiam vehementer probo. *Cic. in Piſon. c. 3.* Una voce, & conſenſu approbare. Et *Fam. 1. ep. 9.* Diis hominibuſque approbantibus. ¶ Significat etiam demonſtrare, verum aliquid eſſe, oſtendere, *provare*. *Suet. in Aug. c. 12.* Quo magis pœnitentiam prioris ſectæ approbaret, i. e. evinceret ac declararet, non fictam, ſed veram pœnitentiam eſſe. *Tacit. Agric.*

Agric. c. 42. Operam ſuam in opprobanda excuſatione offerre. *h. e.* veram & juſtam eſſe oſtendendo. ¶ Cum infinito *Sueton. in Aug. c.* 17. Quo magis degeneraſſe eum a civili more, approbaret.

Approbro, as, exprobro, objicio, *rinfacciare*, *Apul. Apolog.* Approbrare crimen alicui. Al. aliter leg.

Approbus, a. s. 2. *molto buono*, *ὑπέρδικμος*, valde probus. *Cacil.* apud *Gel. l.* 7. *c.* 7. Nicrocles adoleſcens approbus.

Appromiſſor, oris, qui promittit. *Ulpian. leg. in omnib. D. de ſolutionib.* Appromiſſorem vocat fidejuſſorem.

Appromitto, is, iſi, ſſum, pro altero promitto; quod alter promiſit, iterum promitto, vel valde promitto. Reperitur hoc decompoſitum aliquoties uſurpatum a *Cic. l.* 5. *ad Attic. ep.* 1. & pro *Roſc. Amer. c.* 9.

Appronare ſe in genua, *inginocchiarſi*, גרע, Ger. *niderknyen*, *γονυπετέω*, pro ingeniculari, ſeu in genua inclinari, ex ad, & pronus. *Apul. lib.* 1. *Moleſ.* In genua appronat ſe avidius affectans portionem.

Approperatus, a, um, properatus, *affrettato*. *Liv. l.* 27. *c.* 26. Approperato opere.

Appropero, as, n. 1. *affrettarſi*, מהר, Germ. *eylen*, Gall. *ſe hater*, Hiſpan. *apreſſurarſe*, *σπεύδω*, idem, quod propero, vel valde propero, accelero. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 12. *in fi.* Adduc, ſi me amas, fratrem; ſed approperate. *Id. pro Mil. c.* 17. Approperare ad cogitatum facinus. ¶ Cum infinito *Ovid.* 15. *Metam. v.* 583. Portaſque intrare patentes approperate. ¶ Cum accuſativo *Tacit. Ann.* 16. *c.* 14. Approperare mortem. *Liv. l.* 4. *c.* 9. Cæptumque opus adeo approperatum eſt, ut, &c.

Appropinquatio, f. 3. *avvicinamento*, *προσπέλασις*. *Cic. de Sen. c.* 9. Appropinquatio mortis.

Appropinquo, as, n. 1. accedo, advento, proxime accedo, *accoſtarſi*, *avvicinarſi*, קרב, Germ. *herzunahen*, Gall. *s'approcher*, Hiſp. *acercarſe*, *ἐγγίζω*, propinquum fieri, aut loco, aut tempore. *Cic. ad Q. Fr.* 3. 8. Ejus rei maturitas nequedum venit, & tamen jam appropinquat. *Id.* 4. *de Fin. c.* 23. Appropinquare ad aliquem locum. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 44. Appropinquare alicui rei. *Hirt. de B. Hiſpan. c.* 32. Appropinquare in locum aliquem.

Appulejus. V. Apulejus.

Appulus. V. Apulus.

Appulſus, us, ui, acceſſus, qui fit navigio, *l'approdare*, *ſbarco*. *Liv. l.* 27. *c.* 30. Claſſem a litoris appulſu arcere. ¶ Translate *Cic.* 2. *Nat. Deor. n.* 58. Omnes nimios caloris & frigoris appulſus ſentire, *l'accoſtamento*.

Appulſus, a, um. *Cicer. Verr.* 5. *cap.* 33. Appulſa claſſis, *flotta che ha preſo porto*. *Caſ. l.* 3. *B. G. c.* 3. Magno numero navium appulſo.

Aprarius, a, um, adject. ab aper. *Paul. D. l.* 33. *tit.* 7. *leg.* 22. Retia apraria, & cætera venationis inſtrumenta.

Apricatio, onis, *ἡλίωσις*, in loco aprico conſeſſio. *Cic. l.* 7. *ad Att. ep.* 11. Unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, quam omnia iſtiuſmodi regna.

Apricitas, atis, hybernus ſolis tepor in locis apricis. *Juſtinus l.* 36. *cap.* 3. Non minor loci ejus apricitatis, quam ubertatis admiratio eſt: quippe cum toto orbe regionis ejus ardentiſſimus ſol ſit, ibi tepidi aeris naturalis quædam ac perpetua apricitas eſt. ¶ Apud *Colum. l.* 7. *c.* 4. Eſt ſerenitas, & calor.

Aprico, as, are, active pro fovere, refocillare, dixit *Paulin. Jamb. ad Cyther. v.* 391. Martinianum ſuſcipit fraternitas, Tectoque apricat, & cibo. *Pallad.* etiam active *lib.* 1. *tit.* 38. Ventus frigidioribus aliqut paries reſiſtat, qui locum poſſit defenſis ſedibus apricare. *h. e.* apricum reddere, id eſt tepidum & apricationi aptum.

Apricor, aris, d. 1. *ſtare al Sole*, שמש, Ger. *an der Sonne ſtehen*, Gall. *ſe chauffer*, *ſe tenir au Soleil*, Hiſp. *abrigarſe*, *ἐνηλιάζομαι*, *εὐειλέομαι*, eſt in aprico loco eſſe, hoc eſt, in loco ſoli expoſito verſari. *Varr.* apud *Non.* 2. *n.* 65. Hieme in Sole apricari. *Colum. l.* 8. *c.* 4. Habere clauſam (gallinam) oportet amplum veſtibulum, quo prodeat, & ubi apricetur. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 32. Alexander obſecerat Diogeni apricanti.

Apriculus, piſcis genus dentibus acutiſſimis, ac validiſſimis, *κάπρισκος*, diverſus ab eo, quem Aprum dicunt. *Apul. in Apolog.* Tam ridiculum argumentum, quam ſi dicas venandis apri piſcem apriculum &c.

Apricus, a, um, o. 1. 2. *eſpoſto al Sole*, *aprico*, חמה, Ger. *ſonnechen*, Gal. *ce qui eſt a l'abry*, Hiſp. *abrigado*, *προσήλιος*, Soli expoſitus, vel qui Sole gaudet, quaſi ſine frigore, ab α priv. & *φρίκη*, frigus, horror, φ aſpirata in ſuam tenuem π converſa. *Virg.* 2. *Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. ¶ Senes aprici vocantur a *Perſ. ſat.* 5. *verſ.* 79. Quod apricari amant, calore nativo deficiente. ¶ Apricior, comp. & apriciſſimus, ſuperlat. *Col. l.* 11. *cap.* 3. Nonnulli hanc locis aprici orib us deponunt. *Id. lib.* 9. *cap.* 14. Apriciſſimo die purgatis domiciliis. *h. e.* ſereniſſimo.

Aprilis, m. 3. *Aprile*, ניסן, Ger. *der monat April*, Gall. *le mois d'Avril*, Hiſp. *el mes d'Abril*, *Ἀπρίλιος*, *Ἀπρίλλιος*, menſis anni. Dictus eſt, quaſi *Aperilis*, quod terram aperiat. Nam verna temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dictus eſt, quaſi Aprilis, ab *ἀφρός*, ſpuma, quod Venus, cui hic menſis ſacer eſt, ex ſpuma maris fingitur nata. V. *Ovid.* 4. *Faſt.* ¶ Accipitur & adjective, ut Nonis Aprilibus. *Cic. ad Lent. Fam.* 1. 9. Nonis Aprilibus mihi eſt Senatus aſſenſus.

Aprineus, a, um, idem quod Aprinus, ut Aprinea pellis. *Hygin. fab.* 69.

Aprinus, a, um, adject. ab aper. *Lucil.* apud *Chariſ. l.* 1. *p.* 63. Viſcus aprinum. *Martian. Capell. l.* 2. *ſub fin.* Nunc criſtæ cum aprinis dentibus videbantur.

Apronia, f. 1. genus vitis nigræ, quam ampelomelænam, bryoniam, chironiam, cynochantem vocant. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Aproniânus, a, um, ad Apronium pertinens, ut Aproniânum Senatuſconſultum, apud JCtos, & Aproniana ceraſa apud *Plin.* 15. 25.

Apronius, ii, m. nomen proprium Romanum. *Cic.* & *Tacit.*

Aprugineus, a, um, idem quod Aprugnus, *di cinghiale*, ut *aprugineï dentes*, apud *Solin. c.* 32. (al. 45.)

Aprugnus, a, um, idem quod aprinus, ut aprugna caro, ſumina aprugna, *Lamprid. in Elagab.* & Aprugnum callum, apud *Plaut.* non ſemel. V. Callum.

Aprutium, *Abruzzo*, Prov. in Regno Neapolitano, ubi olim Prætutini, Veſtini, Marrucini, Frentani, Caraceni, Peligni, Marſi. Terminos habet ab Occ. Campaniam Romanam, & Terram Laboris, ab Or. mare Adriaticum, a Sept. Marchiam Anconitanam, & Umbriam, a Mer. Comitatum Moliſinum. Ab aliis ſic termini aſſignantur. Ab Occ. habet Picenum Truento fl. ſeparante, ab Or. Apuliam Dauniam Phiterno amne, ſeu Frentone dividente, a Sept. mare Adriaticum, a Mer. Sabinos, & Samnites Apennino M. interjecto. ¶ Duplex eſt, citerius, & ulterius. Ulterioris caput eſt Aquila, citerioris Aternum.

Apſis, V. Abſis.

Aptatus, a, um, *aggiuſtato*, *allettato*, accommodatus, appoſitus, convenienter adjectus, a *τμῆσις*. *Plin.* 28. 13. Sanguis hircinus cibo aptatus. *Quintil. in fi. l.* 10. Aptatus ad præſens tempus. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 40. Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixeras.

Apte, adverb. *acconciamente*, *ἁρμοδίως*, appoſite, accommodate, congruenter. *Cic. de Fin.* 3. 14. Ad pedem apte convenire. *Martial. l.* 13. *epigr.* 26. Aptius hæc puero, quam tibi, dona dabis. *Cic. in Orat. c.* 44. Aptiſſime cohæreant extrema cum primis. ¶ Proprie ſignificat conjuncte, connexe, arcte. *Cic. de Univ. c.* 5. Mundi corpus ita apte cohæret, ut diſſolvi nullo modo queat. *Idem in Hortenſ.* apud *Non. c.* 4. *n.* 3. Altera eſt nexa cum ſuperiore, apteque pendens.

Apto, as, a. 1. *adattare*, *accomodare*, *ſtar bene*, הכין, Germ. *ordnen*, Gall. *accommoder*, Hiſp. *atavìar*, *προσάπτω*, convenienter aliquid rei alicui jungo, ſeu accommodo. Conſtruitur cum dativo, vel accuſativo mediante ad. *Cic. in Phil.* Cujus fortunæ ſtudia tantæ laudi, & gratulationi tuæ ſe non aptarint? *Id.* 3. *de Orat.* Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat. ¶ Eſt etiam parare. *Horat. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 120. Metuenſque futuri In pace, ut ſapiens, aptarit idonea bello.

Aptus, a, um, particip. ab apiſcor, idem quod adeptus. *Plaut. Capt.* 4. 1. 8. Hæreditatem ſum aptus refertiſſimam. *Gell. Epitaph. Plauti* affert *l.* 1. *c.* 24. his verbis: Poſtquam eſt mortem aptus Plautus, Comœdia luget. Quamquam alii aliter leg. ¶ Eſt etiam ab antiquo apo, quod ſignificas colligare, vincire, & ſignificat primo colligatus, connexus. *Cic. Partit. Orat. ſub fin.* Inter ſe pleraque connexa, & apta. Et 5. *Tuſc. c.* 21. Fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum dimitti juſſit. Hæc videtur optima lectio, quanquam imperitiores libri habeant *appenſum*. ¶ Translate aptus eſt idem ac conveniens, habilis, idoneus, accommodatus, *atto*, *abile*, *convenienté*, *acconcio*, *ἐπιτήδειος*. Et conſtruitur cum dat. vel cum præpoſit. ad, & accus. *Cic. de cl. Orat. c.* 62. Aptior auribus imperitorum. *l.* 1. *de Orat. c.* 54. Calcei apti ad pedem. *Caſ. l.* 2. *B. C. cap.* 37. Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima. ¶ Accipitur & ſine caſu. *Horat. l.* 1. *Od.* 12. *v.* 43. Et avitus apto cum Lare fundus. *Catul. Carm.* 28. *v.* 2. Aptis ſarcinulis, & expeditis.

Apua, *Pontremoli*, opp. Liguriæ, in conf. Tuſciæ, a font. Macræ 5. M. P. ab Apennino M. 4. intra Montes Apuanos, a Luna 25. in Bor. a Bardo tot. a Bruneto 15. in Or. æſt. Populi *Apuani*. *Liv.* 40. 41.

Apua, piſcis genus. V. Aphye.

Apuani, Apuæ populi, i. e. Ligures. *Liv. l.* 40. *c.* 41.

Apud, *appreſſo*, אצל, Germ. *bei*, Gal. *auprez*, *chez*, Hiſpan. *cerca*, *παρὰ*, *πρὸς*, prope, juxta, præp. quæ accuſ. regit. Quandoque locum denotat, ut Apud Mantuam hæc ſcripſi: quandoque perſonam, ut apud Regem: quandoque loci, & perſonæ conjunctionem, ut Cœnavi apud Pompejum. ¶ Sed cum ad perſonam refertur, plerumque familiaritatem ſignificat, non dominium, ut Fui apud te, ideſt, tecum, vel domi tuæ. ¶ Apud aliquando ponitur pro in. *Teren. in Andr.* De Davo modo apud forum audivi. *Eutr. l.* 7. *c.* 13. ¶ Apud ſe dicitur eſſe, qui domi ſuæ eſt, vel qui omiſſis negotiis ſe in receſſum recepit. *Cic.* 1. *de Or.* Scaurus, quem ruri apud ſe eſſe audio. ¶ Item apud ſe eſt, qui ſui compos eſt. *Terent. And.* 5. 4. 35. Quid audio? vix apud me ſum. ¶ Dicimus etiam: apud animum cogitare, ſtatuere, &c. *Salluſt.* Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo. ¶ Apud aliquando poſtponitur ſuo caſui. *Tacit. l.* 4. *c.* 5. *n.* 1. Miſenum apud, & Ravennam.

Apulejus, ſeu Appulejus, nom. prop. Multi fuere hoc nomine; inter quos Lucius Apulejus Medaurenſis, qui ſcriptis libris inclaruit temporibus Antoninorum. ¶ Alter fuit Apulejus Celſus celebris Medicus, Tiberii ævo. ¶ Adjectiva Apuleja lex, *Cic.* 2. *de Orat. c.* 25. & 49.

Apulia, f. 1. *Puglia*, *Ἀπουλία*, Italiæ regio inter Apenninum M. ad Mer. & Mare Adriaticum ad Bor. in Regno Neapolitano. Duæ ſunt, quæ Aufido fl. dividuntur, una Daunia, *Puglia piana*, & *Capitanata*, in qua Garganus M. & Sipontum Metr. quæ Occidentalis eſt, & Tipherno, ſeu Phiterno flu. ſejungitur a Frentanis in Occ. altera Peucetia, *Terra di Bari*, & *Puglia*, in qua Barium Metrop. quæ in Ortum vergit, ibique deſinit, ubi Salentini, ideſt Meſſapia, ſeu Japygia, & Calabria Borealis, *Terra d'Otranto*, ſubſequuntur. ¶ Prima ſyllaba in Apulia modo brevis, modo longa eſt. *Horat. car.* 3. *od.* 4. Nutricis extra limen Apuliæ. ubi *Bentles* lectionem ſollicitat *Martial. in Apophor. epigr.* 155. Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis. Secunda vero ſemper producitur. Apuliæ deſcription. Vid. apud *Plin. l.* 3. *c.* 11.

Apulus, & Appulus, a, um, adject. ab Apulia. Primam ſemper producit, ſecundam corripit *Lucan. l.* 5. *v.* 380. Apulus Adriacas exit Garganus in undas.

Apus, V. Apodes.

Apyrinus, a, um, o. 1. 2. *ἀπύρηνος*, carens nucleo, ab α priv. & *πυρήν*, nucleus. Hinc apyrinum malum, genus mali Punici dulciſſimi, cui nucleus lignoſus non ineſt. *Colum. l. de arbor. c.* 23. *Plin. l.* 13. *c.* 19. *Martial. l.* 13. *epigr.* 42. Non tibi de Lybicis tuberes, & apyrina ramis. ¶ Scribitur & *Apyrenus*. nam Græca eſt *ἀπύρηνος*, & *ἀπύρηνον*.

Apyron, ſulphuris præſtantioris genus *Plinio l.* 35. *c.* 15. *Celſus quoque l.* 5. *c.* 18. *n.* 13. de hoc meminit.

Apyrotus, *ἀπύρωτος*, ſeu apyraſta, ſeu pyropus, carbunculus, gemma, cui ignis non nocet. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

A ANTE Q.

Aqua, f. 1. *acqua*, מים, Germ. *waſſer*, Gall. *eau*, Hiſpan. *agua*, *ὕδωρ*, humor gelidus, unum ex quatuor elementis. Componi videtur ex a, & qua, quaſi a qua vivamus, ut ait *Feſtus*. Unde aqua, & igni damnatis interdici ſolebat. Sunt, qui aquam, quaſi *æquam*, hoc eſt, æqualem dictam volunt, ablato e, quod aqua, niſi ventis agitetur, nihil ſit æqualius. ¶ Aquam a pumice poſtulare, proverbio dixit *Plaut. Perſ.* 1. 1. 42. h. e. fruſtra petere vel ab egente, vel ab avaro. ¶ Aqua perire ſummum & ultimum exitium exiſtimatum veteribus, quippe quod non tantum vitam adimere, ſed animam ipſam extinguere credebatur. V. *Serv. ad v.* 98. *Æn.* 1. ¶ Aquam perdere apud *Quintil. l.* 11. *c.* 3. eſt tempus inutiliter terere: ſumptum a clepſydris, quæ a Judicibus Oratori dabantur, in quibus incluſa aqua paulatim defluens tempus ad dicendum definiebat. Ex quo fortaſſe & illud proverbium eſt: *aqua hæret*: quod adhibetur ubi difficilis rei probatio, aut explicatio eſt. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 7. In hac cauſa mihi aqua hæret. V. *Eraſm. Adag.* ¶ Aquam, & terram poſcere, *γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν*, apud Græcos idem eſt ac bellum alicui inferre. Hinc *Liv. l.* 35. *c.* 17. Perſæ aquam, terramque a Lacedæmoniis petierunt. ¶ Aquam aſpergere proverb. dicitur is, qui dicto quopiam metum alicui ademerit. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 15. Aſperſiſti aquam, jam redit animus. ¶ Aquæ, in plurali aliquando thermas ſignificant, ut Aquæ Sextiæ, apud *Vellej. l.* 1. *c.* 14. Aquæ Sinueſſanæ, apud *Tacit. l.* 1. *hiſtor. c.* 72. ¶ Multa ſunt oppida in terrarum orbe, quæ quia prope celebriores aquarum fontes, aut thermas condita ſunt, ab iis nomen accepere, ut Aquæ Sextiæ, quæ nunc *Aix*, Aquæ Auguſtæ, quæ *Bayona*, Aquæ Taurinæ, quæ *Acquapendente*, & alia multa, de quibus V. Geographos. ¶ *Aquai* pro *aquæ* genitivus eſt Poeticus. *Lucret. lib.* 1. *v.* 283. & *Cic. in Prognoſt. l.* 1. *de Divin. c.* 9.

Aquæductio, onis, aquæ deductio, aquæductus. Hab. *leg.* 10. *ff. de aqu. pluv. arc.* quamquam diviſe ſcribitur in melioribus lib.

Aquæductus, m. 4. ductus aquæ, tubus, curiculus, *acquidotto*, תעלה, Ger. *waſſer*, *graben*, Gal. *aqueduc*, *conduit*, Hiſp. *aguaducho*, *ὑδραγωγεῖον*, ab

aqua ducendo, eſt aquarum deductio, hoc eſt, cum aliunde aqua derivatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus alio inducatur, ſive ad bibendum, ſive ad irrigandum. *Ulpian. de ſerv. ruſt. prædior.* Servitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ, iter, actus, via, aquæductus. ¶ Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per ſubterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Utriuſque generis etiam hodie Romæ non pauca veſtigia extant. *Frontin.* librum ſcripſit *de aquæduct.* cujus lectionem innumeris inquinatam erroribus, ac prope depoſitam ſumma diligentia recenſuit, ac reſtituit Joannes Polenus in Patavino Lyceo Mathematicus profeſſor, & laborioſis adnotationibus illuſtratam edidit Patavii typis Seminarii.

Aquæmanalis. V. Manalis.

Aquagium, *n.* 2. ὑδραγωγία, aquæductus, quaſi aquæ agium. *Poſt. Pompon. leg.* 3. §. *ult. ff. de aqu. quotid.* Aquagium rivalibus deterius faciat.

Aqualiculus, maſc. 2. ſumitur pro inferiore ventris parte, in quam ſordes fluunt. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 57. Cum tibi, Calve, pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. *Senec.* etiam *epiſt.* 90. & *Marcell. Empir.* ſtomachis ventriculum, aqualiculum dixere.

Aqualicus, m. 2. alveus, quo ſordes defluunt. ¶ Item genus quoddam lati inteſtini, ex quo farcimina fieri ſolent. *Apicius.* Reple aqualicum ſic, ut laxamentum habeat, ne diſſiliat in coctura.

Aquālis, maſc. 3. *urna*, כד, Ger. *ein grab*, ὑδρία, genus vaſis, quo aqua manibus datur. *Plaut. in Curc.* 2. 2. *ſc.* 3. *v.* 33. Date iſti aqualim cum aqua.

Aquālis, le, adject. ad aquam pertinens, ut *aqualis nubes*, *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 231.

Aquanus, a, um, *di acqua*, aqueus. *Tertull. de carne Chriſti, cap.* 9.

Aquariŏlus, m. 2. *ruffianello*, ὑδραγωγός, mulierum impudicarum aſſecla. *Feſtus.* Talem deſignat *Lamprid. in Commod. c.* 2. Aquam geſſit, ut lenonum miniſter. ¶ Aquarioli lenonum etiam vice fungebantur, & conditiones meretricibus conciliabant, παροδιάκονοι. *Tert. Apol. c.* 43. Lenones, perductores, aquarioli. Qua ratione & *Apul. Apol. p.* 323. videtur vocare Rufinum uxoris ſuæ aquariolum.

Aquarium, ii, n. 2. & aquariolum, ὑδροδοχεῖον, locus in culina, in quem ſordida aqua jactatur. ¶ Dicitur & Aquarium locus, quo pecudes ad potum aguntur. *Cato de R. R. c.* 1.

Aquarius, ii, m. 2. *Aquario*, Ger. *wasserman*, ὑδροχόος, undecimum ſignum Zodiaci, poſt Capricornum, quod oritur 15. Kal. Februar. & conſtat ex 42. ſideribus. *Ovid.* 2. *Faſt.* Hunc Ganymedem eſſe Poetæ fabulati ſunt. V. Ganymedes. ¶ Item aquarius apud JCtos, dicitus aquarum cuſtos, ὑδροφύλαξ. *Lipſ. ad Tacit. An.* 15. ¶ Eſt etiam aquarius, qui aquam importat domum. *Juven. Sat.* 6. *verſ.* 331. Veniet conductus aquarius. ¶ Item Aquilex, ſeu architectus aquarum, & aquæductuum. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 6. Niſi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem. Erat enim Cælius Ædilis, cui cum opificibus ſemper eſt negotium. ¶ Item Aquariolus, h. e. qui meretricibus aquam miniſtrabat, παροδιάκονος, ut in Gloſſ. Vet. ¶ Aquarii etiam dicti ſunt quidam hæretici, qui ſolam aquam in Miſſæ ſacrificio offerebant. *Epiphan. Hæreſ.* 46.

Aquarius, a, um, o. s. 2. ὑδατικός, quod ad aquam pertinet. *Plin. l.* 34. Cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant. ¶ Aquarius ſulcus, αὖλαξ ὑδατικός, eſt, qui aquam educit. *Colum. lib.* 2. *c.* 8. Crebroſque ſulcos aquarios. Græci ἄλακας vocant.

Aquate, dilute. *Plin. Valer.* 1. 10. *Cal. Aurelian. Tard.* 1. 4.

Aquaticus, o. 1. 2. *acquatico*, ἔνυδρος, quod in aqua degit. *Plin. l.* 8. *c.* 27. Aquaticæ aves. *Id. l.* 16. *c.* 37. Aquaticæ arbores. ¶ Item aquoſus, humidus, *acquoſo*. *Id. l.* 18. *c.* 11. Aquaticæ panic. *h. e.* qui multa aqua ſubigitur. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 853. Aquaticus Auſter.

Aquatilis, u. 3. aquarum incola, in aquis degens, vivens, ὑδατικός. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites in utraque ſede viventes.

Aquatio, f. 3. ὑδρεία, actus aquandi, ideſt, aquam ad caſtra afferendi. *Cæſ.* 4. *B. G. c.* 11. Se non longius aquationis cauſa proceſſurum.

Aquator, m. 3. ὑδροφόρος, qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu, facit. *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 73. Aquatores ab equitatu premi noſtri.

Aquatus, a, um, *acquoſo*, *fluido*, aquam referens, fluidus. *Senec.* 1. *quæſt. natur. c.* 3. An purpura craſſior medicamentum, an aquatius traxerit. *Pallad. l.* 4. *tit.* 1. Non aquatus, ſed ſpiſſior humor. *Plin.* 28. 3. Omne lac vernum aquatius æſtivo. *Scribon. Larg. compoſ.* 26. Collyrium aquatiſſimum. ¶ Item aqua mixtus, *adacquato*. *Auguſt.* 6. *Confeſſ. c.* 2. Vinum aquatiſſimum.

Aquifolia, f. 1. & Aquifolius, ἀγρίαγρος, ſpecies ilicis meſpilum foliis referens, unde & meſpilus ſylveſtris a nonnullis appellatur. Græci vocant ſmilacem. *Plin. l.* 24. *c.* 13. & *l.* 16. *c.* 15. & 23.

Aquifolius, a, um, adject. qui eſt ex aquifolio. *Cato R. R. c.* 31. Vectes iligneos, aquifolios, ulmeos facito, uti ſient parati. Adde *Plin. l.* 16. *c.* 43.

Aquifŭga, æ, qui aquas fugit ex morbo, qui *hydrophobia* dicitur. *Cal. Aurel. Acut.* 3. 15.

Aquigĕnus, a, um, in aquis natus. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 18. Inter aquigena, & terrigena animalia.

Aquila, f. 1. ales nuncius Jovis, pennata Jovis ſatelles, *aquila*, נשר, Ger. *ein adler*, Gall. *aigle*, Hiſp. *aguila*, ἀετός, ab aquæ colore, (V. Aquilus) ſive ab acute videndo, regina avium, quam Poetæ Jovis alitem, ejuſdemque armigeram appellant, & fulmina ei ſubminiſtrare fabulantur. Cui fabulæ occaſionem dedit aquilæ natura, quia ſola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem fixis, & immotis oculis poteſt aſpicere. In ſenectute pennis gravata, oculis caligans, ter ſe in fontem mergit, & ſic ad juventutem redit, ut narrat *Arator l.* 2. *in Act. Apoſtol. v.* 329. ¶ Aquila quoque dicitur aſtrum ex novem ſtellis, cujus ala dextera circulum æquinoctialem attingit, ſiniſtra autem non longe a capite Ophiuchi videtur figurata. Roſtrum ejus a reliquo corpore dividit circulus a Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite ſtellam unam, in utraque ala unam, & unam in cauda. ¶ Eſt etiam aquila piſcis ex genere planorum, & Græci ἀετὸν appellant. *Plin. l.* 9. *c.* 24. ¶ Ad aeraſculinum genus ſi via traducere, dic *Aquilam marem*. ¶ Item ſigni militaris nomen apud Rom. quod alitem hanc repræſentabat, ex argento factum, & perticæ infixum, & a ſingulis Legionibus portabatur. *Lucan. l.* 1. *v.* 6. V. *Salmaſ. ad Vopiſc. in Aurel. c.* 31. ¶ Aquilæ in ædificiis ſunt ſummæ partes, quæ faſtigium conſtituunt: quod aquilarum alas referunt. *Tacit. hiſt.* 3. *c.* 71. Inde lapſus ignis in porticus appoſitas ædibus: mox ſuſtinentes faſtigium aquilæ vetere ligno traxere flammam, aluerantque. ¶ Aquilæ *Senectus* proverbio dicitur de iis, qui in ſenectute magis bibaces ſunt, quam edaces: dicitur enim Aquila, cum ad ſenectutem pervenerit, quia ſuperius roſtrum adeo creſcit, ut aduncitas aperiri non queat, aliquamdiu ſolo prædæ ſanguine nutriri. *Terent. Heaut.* 3. 2. 10. ¶ Alio ſenſu dicitur de iis, qui etiam in ſenectute actuoſi ſunt, & reipublicæ proſunt: quo ſenſu dicitur etiam *equi ſenectus*. Ambo enim hæc animalia etiam in ſenectute generoſitatem retinent. Utrumque conjunxit *Auſon. in Profeſſion.* 4. *v. ult.*

Aquilĕgus, a, um, aquam colligens, ut *rota aquilega* apud *Tert. de anim. c.* 33. ¶ Aquilegus abſolute eſt idem qui *aquilex*. *Caſſiod. l.* 3. *Variar. ep. ult.* ubi tamen alii aliter legunt.

Aquileja, f. 1. *Aquileia*, a legendis aquis, Germ. *Aglon*, & *Aglar*, Ἀκυληΐα, Col. Rom. Urbs Patriar. Carnorum Metrop. in decima Reg. Italiæ, quæ alluitur Timavo flu. ad Turri, & Alſæ flu. confluentiam, media inter Palmam, & Gradum, inter Concordiam ad Occ. & Tergeſtum in Or. 3. M. P. ab Utino 20. ubi Patriarcha reſidet, a Venetiis 60. ab ora lit. Maris Adriatici 9. in Bor. Fuit primaria, Roma excepta, totius Italiæ. Ab Attila exciſa eſt anno 452. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpe ſcripſit, & Rufinus Græce, Latineque eruditus, qui Joſephum convertit in Latinum.

Aquilejenſis, ſe, adject. *Plin. l.* 2. *c.* 103. In Aquilejenſi campo Timavus.

Aquilentus, a, um, aquoſus, aquaticus. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 318. *de Luna.* Tum contremula, aquilenta, apud alta litora orirε, ac reluces nobilia omnibus. *h. e.* pluviam indicens vel marino humore conſperſa.

Aquilex, Aquilĕgis, ab aquis legendis, i. e. inquirendis dictus, eſt architectus fontium, & aquæductuum. *Plin. l.* 10. *c.* 6. de Becho, ideſt tuſſilagine: Ejus duo genera. ſilveſtri ubi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum aquileges. Adde *Plin.* alterum *l.* 10. *epiſt.* 46.

Aquilianus, a, um, ab Aquilio, ut Aquiliana ſtipulatio, apud Juriſconſult. *Dig. c.* 13. 2.

Aquilices in Vet. Gloſſ. dicuntur οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐγγαζόμενοι, ποταμῖται, ὑδροφάνται, ut ſint idem ac Aquileges, ſc. ab eliciendis aquis. *Dig. l.* 50. *tit.* 6. *leg. ult.* ¶ Item qui aquilicia ſacrificia curabant.

Aquilicium, *Feſto* eſt, cum aqua pluvialis quibuſdam remediis elicitur: quod in magnis ſiccitatibus aliquando tactum creditur. Vel ſacrificium pro impetrandis imbribus. *Tertul. Apolog. c.* 40. Aquilicia Jovi immolatis, &c.

Aquilĭfer, m. 2. ἀετοφόρος, ſignifer in Romana militia, ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in ſecundo Conſulatu ſuo propriε dicavit. Aquila enim fuit tanquam princeps totius legionis ſignum. *Cæſ.* 3. *B. C. c.* 64. Gravi vulnere affectus aquilifer. ¶ Habuerunt Romani alia ſigna, lupos, minotauros, equos, apros, dracones, quæ ſingulos ordines antecebant. Poſtea tamen, repulſis ceteris, unam ſervaverunt aquilam.

Aquilinus, a, um, *aquilino*, n. 1. 2. quod ad aquilam pertinet, aut quod eſt aquilæ ſimile. *Plaut. in Pſeud.* 3. 2. 63. Niſi ſis milvinis, & aquilinis unguibus. *ideſt*, manibus rapacibus. ¶ Aquilinus naſus, i. e. aduncus. Aquilinus aſpectus, ideſt acutus viſus. *Apul. l.* 2. *Met.*

Aquilius, Aquilia, gentis Romanæ nomen, quam *Car. Patin. de Famil. Rom. p.* 36. recenſet.

Aquilo, *m.* 3. *Aquilone*, *Borea*, *Greco Tramontana*, צפון, Ger. *Biſwind*, *Nord*, *oſtwind*, Gal. *Biſe*, Hiſp. *Reganon*, Βορέας, ventus Septentrionalis, frigidus, & ſiccus, ita dictus a vehementiſſimo enlatu inſtar aquilæ. Flat inter Septemtrionem, & Ortum ſolſtitialem, a regione Cauri. *Plin. l.* 2. *c.* 47. ¶ Aquilo etiam dicitur tempus illud anni, quo crebrior flat. *Virg.* 4. *Æn. v.* 310. Properas mediis Aquilonibus ire per altum.

Aquilonalis, le, Borealis. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 19. Regio aquilonalis. Alii aliter legunt.

Aquilonaris, e, idem quod Aquilonalis, *Vitruv. l.* 9. *c.* 6. Piſcis aquilonaris, *ſc.* Sidus.

Aquilonia, Urbs olim E. Hirpinorum, *in* Samnio, in Regno Neapolitano, inter Beneventum, & Luceriam.

Aquilonigĕna, æ, poetica Septemtrionalium populorum cognominatio. *Auſon. in Moſel. v.* 407. Aut Italum populos, Aquilonigenaſque Britannos.

Aquilonius, a, um, *Aquilonare*, ubi Aquilo flat, Aquilonaris. *Plin. lib.* 18. *c.* 13. Omnes herbæ vehementiores effectu, viribuſque ſunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis. Et *l.* 18. *c.* 26.

Aquilus, a, um, *foſco*, *bruno*, ὑδατώδης χρῶμα, color fuſcus, & ſubniger, ab aqua. Nam cum antiqui duos omnino naturales colores noſcerent, album ſcilicet, & nigrum, tertium inter utrumque medium ab aqua, cujus incertus eſt color, aquilum dixere. *Plaut. in Pæn.* 5. 2. 130. Statura haud magna, colore aquilo. *Suet. in Aug. c.* 79. Colorem inter aquilum, candidumque. Quem quidem *Caſaubon.* eum putat, qui eſt in iis, quos Solis ardor torruit. ¶ Hinc Aquili, Dii quidam dicti, quaſi nigri, de quibus *Arnob. l.* 3.

Aquiminarium, ii, n. genus vaſis aquarii quod inter eſcaria, & ea, quæ ad menſam pertinent, contineri, docent *Ulpian. Dig. lib.* 34. *tit.* 2. *leg.* 19. *a med.* & *Pompon. ibid. leg.* 20. Videtur autem eſſe vas lavandis manibus aptum, quod ideo inter eſcaria enumeratur, quia ante, & poſt menſam aqua manibus datur. Quidam cenſent ſcribendum eſſe *aquimanarium*. Apud *Paul. receptar. ſentent. l.* 3. *tit.* 7. legitur *aquimanile* pro quo Cujacius cum aliis mallet *aquæ manale*. Sed *aquimanarium* habetur in editione Digeſtorum *Haloandri*, & *Taurellini* tum locis allatis, tum *l.* 33. *tit. ult. leg.* 3.

Aquinas, atis, gentile, qui eſt ab Aquino. *Tacit. hiſt. l.* 1. *c.* 88. Dolabella in coloniam Aquinatem repoſitus. *Sil. l.* 12. *v.* 328. Mox & vicinus Aquinas.

Aquinum, n. 2. *Aquino*, Ἀκύινον, Col. & Urbs E. exc. Latii, apud fines Samnitium, R. Neap. in provin. Terræ Laboris, a conſ. ditionis Pontificiæ, & ab Caſinum 3. M. P. patria D. Thomæ Theologorum Principis, qui inde Doctor Aquinas dicitur.

Aquipenſer. V. Acipenſer.

Aquitania, Aremorica, *Guienne*, & *Gaſcogne*, Ἀκυιτανία, una ex quatuor Galliæ partibus, dicta ab obliquis aquis Ligeris. ¶ Olim complectebatur totam illam regionem, quæ a Ligeri flu. ad Pyrenæos, & Oceanum extenditur. Nunc a Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab Occ. Hiſpaniam, a Septent. Lugdunenſem Provinciam, a Merid. Narbonenſem.

Aquitanicus, & Aquitanus, a, um, gentil. ab Aquitania. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 7. Hunc fore, Aquitanas poſſet qui vincere gentes. *Plin. l.* 6. *c.* 29. Sinus Aquitanicus. *Tibul. lib.* 2. *eleg.* 1. *v.* 33. Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis.

Aquivergium, ii, locus in quem aqua ex editiore parte defluit. Vox eſt M. Baronis inter Scriptores rei Agrar. Goeſii *pag.* 244. ſed non temere adhibenda.

Aquo, as, avi, atum, a. 1. & aquor, aris, atus ſum, d. 1. *far acqua*, שאב, Ger. *waſſer*, *ſchepffen*, ὑδρεύω, verbum caſtrenſe, aquam haurio, vel ſeco ad uſum exercitus, vel alterius rei. *Curt.* Cum miles aquatum profectus eſſet. *Virg.* 4. *Georg. v.* 193. Sub mœnibus Urbis aquantur.

Aquōſus, a. 1. 2. *acquoſo*, Ger. *gewäſſert*, *das vil waſſer hatt*, ὑδατώδης, quod copiam aquæ habet. *Col. l.* 4. *de ficis*, Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoces ſerito. Aquoſior ager. *Plin. l.* 18. *c.* 17. & Aquoſiſſimus locus, *Cato R. R. c.* 34.

Aquŭla, f. 1. ὑδάτιον, dim. ab aqua, *acquetta*. *Cic. de Orat. l.* 1. *c.* 7. Ipſa aquula, quæ deſcribitur.

A ANTE R.

Ar, pro Ad, vetus eſt: unde *Arceſſo* pro Adceſſo. *Priſcian. lib.* 1. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 17. Ar me advenias. Al. aliter leg.

Ara,

Digitized by Google

Ara, f. 1. *Altare*, מזבח, Ger. *ein Altar*, Gal. *Autel*, Hiſp. *Ara*, *o Altar*, βωμός, altare. Dicta eſt, quaſi anſa, ut *Varroni* placet, a tripodibus quod ſacrificantes anſas tenerent, aut potius quia precantes manibus aras apprehenderent. Hinc *Virg.* 4. *Æn.* Talibus orantem dictis, araſque tenentem. Primo ergo anſæ dictæ, deinde commutatione litterarum aræ. Sunt, qui aras ab ardendo derivent, quod in his victimæ adolerentur. ¶ Jurantes etiam olim aras tangebant. Unde celebratur nobilis illa Periclis ſententia. *Ad aras uſque me amicum eſſe oportet*, qua ſignificatur, neminem amici cauſa, aut pejerare, aut quippiam inhoneſtum facere oportere. ¶ *Ad aram confugere*, proverbium eſt, cum extremum refugium intelligi volumus, inde ſumptum, quod veteres ad aras Deorum ſolerent confugere, unde nefas erat quempiam abſtrahere. Hinc ara ſæpe ſumitur pro perfugio. *Ovid. l.* 5. *Triſt. eleg.* 8. Quæ patuit, dextræ firma ſit ara meæ. Ceterum, ut ab aris avelli poſſent, qui eo confugerant, ignis admovebatur: ſic enim eos non ab hominibus, ſed a Deo divelli exiſtimabant. V. *Interpr. Plautinos ad Moſtell.* 5. 1. 64. ¶ Quid inter aram, & altare diſſerat, V. Altare. ¶ Pro aris, & focis pugnare, *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c. ult.* h. e. pro religione, & patria, &c. ¶ Ara apud *Aratum* eſt etiam ſignum cœleſte, ſub aculeo Scorpii prope Auſtrum. ¶ Aræ denique ſunt omnes crepidines, ac eminentiæ, ut ſaxa in mari. *Virg. Æn.* 1. v. 109. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras, &c.

Arabarches, æ, m. ἀραβάρχης, (ut oſtendit Alciatus *l.* 1. Prætermiſſorum) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Hujus officium Arabarchia vocabatur. Hinc *Juven. Sat.* 1. v. 130. Neſcio quis Ægyptius, aut Arabarches. *Cic.* etiam *l.* 2. *Attic. ep.* 17. Antonium *Arabarchen* appellat, quaſi Ægyptium publicanum. Extorquebat enim ingentia vectigalia, quæ poſtea prodigebat, ait *Plutarch.* Alii ea voce non Antonium, ſed Pompejum notari volunt, qui Arabiam devicerat. Alii ſcribunt *Halabarches*, ut ſignificet ſalis Præfectum, ἁλαβάρχης. *Cujacius* utrobique tam apud Ciceronem, quam Juvenalem legit *Alabarches*: quæ quidem lectio placet quamplurimis. Ἀλάβα enim ſcriptura, vel atramentum eſt. Vectigalium autem ratio latina etiam *Scriptura* dicitur: quare Alabarches Vectigalium præfectum ſignificat, ſeu, quod idem eſt, magiſtrum ſcripturæ. ¶ Arabarchen alii putant a Juvenale dictum per contemptum, quaſi Arabum Principem, h. e. latronum.

Arabarchia, æ, f. dignitas, & officium Arabarchæ. *In Cod. Juſt.* 4. 61. 9.

Arabia, f. 1. *Arabia*, Ἀραβία, quam *Solinus* ſacram interpretatur, pars Aſiæ, ab Arabe filio Apollinis ex Babylone. Terminos habet, a Septent. Syriam, & Euphratem flu. ab Or. Sin. Perſicum, ab Occ. Sin. Arabicum, a Merid. Mare Arabicum, ſeu partem Oceani Indici. ¶ Triplex eſt. Prima eſt Petræa, Nabathæa, *Barrabb*, & *Bengaucal*. Secunda eſt Deſerta, Scenetis, Ptol. ἀπὸ τῆς σκηνῆς, quod eaus vaga, & ſine ædificiis in tentoriis habitet. Tertia eſt Felix, quæ & Panchaja, *Hyaman*, *Aimen*, *Gemen*, *Giamen*, Sar. *Mamotin*, inter Petræam, & Deſertam, & ſin. Perſicum ad Sept. & ſin. Arabicum ad Auſtr. inter Occ. & Or. longiſſime excurrens, mari Rubro Indiam verſus definita, in qua Sabæi populi, multaque Regna continentur, & avis Phœnix reperitur, & thus, & ſardonyx gemma naſcitur. *Plin.* 5. 11. *Solin. c.* 33. (*al.* 46.) *Pomp. Mela* 1. 10.

Arabice, adverb. Arabice olere, ideſt odores Arabicos. *Feſt.* Affert *Diomed. Gram. l.* 1. *fragment. ex Plauto*, quod ita habet: Facite oleant ædes Arabice. *Solin. c.* 33. (*al.* 46.) Arabice ſacri vocantur h. e. Arabum lingua.

Arabicus, ex Arabia. *Plaut. Mil.* 2. 5. 2. Ut Arabico fumificem odore: Arabia enim optimarum odorum feraciſſima.

Arabicus Sinus, *Golfo d'Arabia*, *Mare Roſſo*, *Mar della Mecca*, inc. *Bahar*, *Corſum*, & *Calzar*, mare inter Æthiopiam Super. Ægyptum, & Arabiam, long. 350. leuc. Hiſp. lat. max. 50. *Plin. c.* 67.

Arabilis, le, n. 3. *arativo*, quod arari poteſt. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Campus ambilis.

Arabiſſa, æ, f. mulier ex Arabia. *Hieronym. in Chronic. Euſebii*.

Arabius, a, um, Arabicus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 6. Arabius, murrhinuſque omnis odor complebat.

Arabs, vel Arabus fil. Apollinis ex Babylone, qui Medicinam ad Arabes detulit, unde appellati Arabes ſunt. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Arabs, is, o. g. Ἄραψ, ex Arabia. *Virg. Æn.* 8. v. 706. Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi. *Id.* 2. *Georg.* v. 115. Eoaſque domos Arabum.

Arabus, i, Arabs. *Virg.* 7. *Æn.* v. 605. Bellum Hircaniſve, Arabiſve parant. *Lucil.* apud *Chariſ. l.* 1. Arabus artemo.

Arachne, es. f. ἀράχνη, nomen puellæ Lidiæ, quæ, cum de laniſicio auſa fuiſſet cum Pallade certare, a victrice Dea percuſſa radio in araneam eſt commutata. *Ovid.* 6. *Metam. init.* Sed *Plin.* 7. 56. ſcribit, Arachnem linum, & retia, filium ejus Cloſterem fuſos inveniſſe. *Suidas* ſcribit, ἀράχνην, filum eſſe, & licium tenuiſſimum, & ἀράχνην, fem. gen. telam, ſeu texturam, maſc. vero gen. puſillum animal, dictum, quod rara, molliaque habeat veſtigia.

Aracynthus, m. 2. Ἀράκυνθος, Mons Ætoliæ, ſive Acarnaniæ. ¶ Alter in confin. Bœotiæ, & Atticæ, a quo Minerva Aracynthia, ubi Dirce fons. *Virg. Ecl.* 2. v. 24. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Ubi adverte, a in *Actæo* non elidi, nec verſum eſſe ſpondaicum.

Aræoſtylos, i, genus ædificii, in quo raræ admodum columnæ ſunt, & ſine ordine collocatæ. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2. & 3.

Aranēa, f. 1. *tela de' ragni*, *ragnatelo*, קורי עכביש, Germ. *ſpinnweb*, Gal. *toile d'aragnee*, Hiſp. *telaraña*, ἀράχνια, tela ſeu rete araneorum. *Ovid.* 4. *Metam.* Nec ſummo, quæ pendet, aranea tigno. Adde *Lucret.* 4. v. 728. ¶ Reperitur quandoque aranea pro ipſo animali, *ragno*. *Virg.* 4. *Georg.* v. 247. Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.

Araneāre, unde particip. Araneantes fauces, apud *Apul. l.* 4. *Metam.* ideſt in quas cibus jamdudum non intraverat, atque ob id quaſi incipientes obduci aranearum telis.

Araneŏla, læ, f. 1. diminut. *Cic. de nat. Deor.* 2. 48. Ut in araneolis aliæ quaſi rete texunt. *piccioli ragni*.

Araneŏlus, m. 2. ἀραχνίον, diminut. ab araneus. *Virg. initio Culic.* Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum.

Araneōſus, a, um, araneo ſimilis, ut caulis araneoſus, apud *Plin. l.* 21. *c.* 15. Sic illa araneoſa, *l.* 11. *c.* 19. & *c.* 21. cera araneoſa.

Araneum, i, n. 2. tela aranearum, *tela di ragno*. *Phædrus lib.* 2. *Fab.* 9. Tollere hæc aranea quantum eſt laboris? ¶ Item vitium peculiare oliveis, & vitibus, cum telæ veluti involvunt fructum, & abſumunt. *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Araneus, nei, m. 2. *ragno*, *aragno*, שממית, Germ. *ſpinn*, Gal. *aragnee*, Hiſ. *araña*, ἀράχνη, animal ex genere inſectorum. *Plaut. in Aſin.* Deinde opere araneorum. ¶ Varia genera ſunt araneorum, omniaque græco vocabulo, ſed apud Latinos uſurpato, *phalangia* dicuntur. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Adjective *Id. l.* 18. *c.* 17. Phalangion beſtiolæ aranei generis. ¶ Eſt etiam piſcis quidam hoc nomine mari peculiaris, noxium in dorſo ſpinam ferens. *Plin. l.* 9. *c.* 48. & *l.* 32. *c.* 11. ¶ Araneus mus, μυγαλῆ, animal ex genere muſtelarum, morſu venenato. *Plin. l.* 8. *c.* 58.

Arar, vel Araris, Saucona, *la Saone*, flu. Gall. Celt. qui Sequanos ab Æduis ſeparat. Oritur ex Vogeſo M. in confin. Lotharingiæ, & in Rhodanum ſe exonerat juxta, & infra Lugdunum.

Araricus, a, um, ad Ararim pertinens. *Gruter. Inſcript. p.* 375. *c.* 3. L. Beſio patrono nautarum Araricor, & Rhodanicor.

Arāter, eris, pro Aratrum dicebant Antiqui. *Hygin. de limit. conſtit.* Menſura territorii uſque fieri debet ſecundum legem D. Auguſti: Qua Fax, & arater ierit. Sic alibi.

Arateus, a, um, poſſeſſiv. ab Arato. *Cinna apud Iſid. l.* 6. *c.* 12. Arateis multum invigilata lucernis. *Cic.* 2. *de divin. c.* 5. Noſtra quædam Aratea memoriter a te pronunciata ſunt. h. e. Arati phœnomena a *Cicerone* in Latinum converſa carmine heroico.

Aratio, nis, f. 3. *aratione*, *aratura*, חריש, Ger. *ackerung*, Gal *labourage*, Hiſp. *aradura*, ἄροσις, ipſe arandi actus. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Aratione per tranſverſum iterata, occatio ſequitur. ¶ Nonnunquam ſumitur pro ipſo arvo, ſeu agro culto, *campagna*. Nam, ut recte inquit *Valla*, nomina, quæ poſitionem habent in se, latius ſignificare ſolent, nec actionem modo, ſed rem etiam, & corpus ſignificant. *Plin. l.* 27. *c.* 8. *de callæ herba*: Naſcitur in arationibus. ¶ Arationes etiam dicebantur agri publici pop. R. qui aratoribus colendi dabantur, impoſitis decumis. *Turneb. ad Varr. l.* 1. *Adverſ. c.* 6. *Cic. in Verrinis*. *Plaut. Truc.* 1. 2. 47.

Aratiuncŭla, æ, diminut. parvus ager arabilis. *Plaut. Truc.* 1. 2. 46. Volo habere aratiunculam.

Arator, m. 3. *aratore*, חורש, Ger. *ackermann*, Gal. *laboureur*, Hiſp. *arador*, *gañan*, ἀροτήρ, qui arat, & ſumitur tam pro bove, quam pro homine bovem ducente. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Arator, niſi incurvus, prævaricatur. ¶ Aratores ſæpe dicebantur non tam illi, qui arabant ſuum rus, quam opulenti homines, & fere equeſtris ordinis, qui maximas arationes habebant, publico, & decumano agro conducto. De his intellige *Suet. Aug. c.* 42. Ut non minorem aratorum, & negotiantium, quam populi rationem duceret. *Cic. in Verr.* hoc genus hominum optimum, ac honeſtiſſimum appellat.

Arator, Poeta Chriſtianus fuit, Romanus Subdiaconus, qui Acta Apoſtolorum hexametro carmine conſcripſit. Floruit circa finem Sæculi VI.

Aratorius, a, um, ad arationem pertinens. *Paul. l.* 3. *recept. ſentent. tit.* 7. Boves aratorii.

Aratro, trar, ſive *arare*, a. 1. *rovesciare*, Ger. *widerumberen*, ἐπαροτριάω, quaſi arando itero, aſt ſegetem jam natas rurſus arando proſcindere, quod impinguandi cauſa fit. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Quod nunc vocant artare, ideſt, aratrare, ut credo, tunc dictum.

Aratrum, tri, n. 2. *aratro*, Ger. *pflug*, Gal. *charrue*, Hiſp. *arado*, ἄροτρον, ab aro, inſtrumentum, quo aratur. *Virg.* 7. *Æn.* Et terram centum vertebat aratris. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 18. Ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent.

Aratus, a, um, *arato*, nom. ex particip. ut terra arata, agri arati, apud *Ovid.* 7. *Metam.* v. 120.

Aratus, Poeta Cilix, Aſtronomiæ peritiſſimus, cujus phœnomena extant Græce, quæ *Cicero* Latine vertit. ¶ Penultimam corripuit *Sidon. carm.* 23. v. 112. Diverſas Arato vias cucurrit.

Arauſienſis, e, adject. ab Arauſione. *Spon. Miſc. erud. antiq. p.* 156. *ex vet. lapide*. Geminia Titulla Arauſienſis. Et *pag.* 98. Vir Arauſienſis.

Arauſio, *Oranges*. Col. Secundanorum, nunc Urbs, E. ſub A. Arelat. Acad. Princ. Gall. Narb. in Provincia, ab Avenione 4. leuc. a Rhodano 1. ad riv. *Eigue*. *Plin.* 3. 4.

Araxes, m. 3. *Arais*, *Aclar*, *Cujac*, Perſis *Araſſ*, Turc. *Areſque*, flu. Armeniæ majoris, qui illam a Media Atropatia ſeparat, oritur 6. M. P. ab Euphrate, Artaxatam rigat, in Mare Caſpium ſe exonerat, inter oſtia Cyri, & Cambiſis flu. ¶ Araxes alter, Sevorat, aliis, flu. Meſopotamiæ, qui in Euphratem ſe exonerat 80. M. P. infra Thapſacum. *Mela* 3. 5. *Plin.* 6. 9.

Araxeus, adject. ab Araxe. *Avienus Periegeſi*, v. 30. *de Tanai*: Sciſſus Araxeo prius æquore, jam ſuus unda Effluit in Scythiam. Sed aliud flumen, vel mare hyperboreum ſignificari videtur.

Araxum, i, n. 2. *Capo di Chiarenza*, prom. ſcopuloſum Elidis, in ora occ. Peloponneſi, inter Dymam, & Cyllenem, non procul a Patris, a Dyma 60. ſtad. in Occ. *Plin. l.* 4. *c.* 5. & 12.

Arbēla, ἡ Ἄρβηλα, αἱ Ἄρβηλαι, urbs Siciliæ, cujus cives tamen ſtupidi fuerunt, ut illis facile imponeretur. Unde proverb. Quid non ſies Arbelas profectus? V. *Eraſm. Chiliad.* ¶ *Arbela*, orum. gen. plura. τὰ Ἄρβηλα, Urbs quondam Aſſyriæ, nobilis clade Darii Perſarum Regis ab Alexandro devicti. *Curt. l.* 4. *c.* 9. & *l.* 5. *c.* 1. Quæ prælio apud Arbela conjuncta ſunt, ordiar dicere.

Arbi, m. 2. Ἄρβιες, pop. Indiæ finitimi, non procul ab Arianis, & Gedroſiis, dicti ab Arbi vicino fluvio. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Arbille, ervina, ideſt pinguedo corporis. *Feſtus*.

Arbina. V. Arvina.

Arbĭter, tri, m. 2. judex, diſceptator, teſtis, præſens, domeſticus, *giudice*, *arbitro*, בורר, Ger. *ſchiedſman*, Gal. *arbitre*, Hiſp. *arbitro*, διαιτητής, judex, non a lege datus, ſed ab iis, qui litigant, electus, qui totius rei habet poteſtatem, dictus ab arbitrando, ideſt, exiſtimando. Ejus enim officium eſt judicare, non ad ſummum juris rigorem, ſed prout ipſe æquum eſſe exiſtimat. Judex vero ex officio dictus eſt. *Ter. in Heaut.* 3. 1. 92. Me cepere arbitrum. ¶ Aliquando arbiter dicitur ſpeculator. *Cic. Verr.* 7. Locus amœnus, & ab arbitris remotus. *Plaut. Mil.* 2. 2. 3. Mihi quidem jam arbitri vicini ſunt, meæ quid fiat domi. ¶ Hinc dicimus, facere aliquid ſine arbitris, h. e. nemine vidente, vel audiente. *Plaut. Ciſtel. Lev. l.* 1. ¶ Arbiter etiam dicitur Princeps, ſeu Rex. Sic Deus Arbiter Orbis dicitur. *Seneca Herc. Fur.* v. 582. *de Plutone*: Tandem noctis ait, vincimur, arbiter. *Horatius* etiam Notum ventum Adriæ arbitrum, quaſi dominum illius maris vocat, *lib.* 1. *od.* 3. ¶ *Id. l.* 1. *epiſt.* 11. v. 26. *locum maris arbitrum* dixit, qui mare proſpectat.

Arbĭtra, æ, f. 1. *Horat. Epod.* 5. 49. O rebus meis non infideles arbitræ, Nox & Diana. h. e. teſtes, conſciæ.

Arbitralis, le, adject. idem quod arbitrarius. *Macrob. Saturn. l.* 7. *c.* 1. Arbitrali judicatione aliquid componere.

Arbitrario, adver. pro arbitrio, pro voluntate, *ad arbitrio*, ἐθελοντί. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 42. Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario. h. e. ſine dubio, ſine controverſia, *ſenza dubbio*.

Arbitrarius, a, um, a. 1. 2. *arbitrario*, רשות, Ger. *willkürlich*, τὸ ἐφ' ἡμῖν, dicitur, quod alicujus arbitrio eſt relictum, ab arbitrorum more, qui totius controverſiæ ſuo arbitrio finiendæ poteſtatem habent. Hinc *arbitraria pœna*, quæ non lege ſtatuta eſt, ſed judicis arbitrio relicta. *Plaut. Amph.* 1. 1. 216. Hoc quidem profecto certum eſt, non arbitrarium. h. e. dubium: quamdiu enim res apud arbitrum geritur, dubium eſt, quo caſura ſit.

Arbitratio, onis, f. *Gell. l.* 13. *c.* 20. hanc vocem ponit tanquam uſitatam. Inquit enim. *Hic allegatus, & hic arbitratus pro allegatione, proque arbitratione dicuntur*. Nos nullum aliud adhuc exemplum vidimus.

Arbitrātor, oris, m. arbiter, dominus, moderator. *Inſcript. optima nota apud Gruter. p.* 1018. *n.* 7. Mars arbitrator caſtrorum.

Arbitratrix, icis, f. *Tertull. contra Marcio. l.* 2. *c.* 12. Juſtitia in domino inventa eſt arbitratrix operum ejus. h. e. moderatrix.

Arbitrātus, tus, m. 4. opinio, judicium, ſententia, voluntas, arbitrium,

Digitized by Google

parere, giudizio, volontà, ... Ger. gutdunken, Gal. avis, Hiſp. parecer, γνώμη. Cic. in Lel. Cujus diſputationis ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. Id. Fam. l. 6. ep. 1. Quæro cauſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo, a mio modo. Plaut. Aſin. 4. 1. 21. Tuus arbitratus ſit, comburito, ſi velis.

Arbitrium, ii, n. 2. arbitratus, voluntas, libido, ſentenza arbitraria, Ger. meinung, Gal. arbitre, Hiſp. arbitrio, alvedrio, γνώμη, ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur. Inde arbitria facere. i. e. judicare, ſententiam pronuntiare. Horat. lib. 4. od. 7. Quum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos Fecerit arbitria. ¶ Accipitur frequenter pro cujuſvis voluntate, grado, voluntà. Sic, ad arbitrium alicujus vivere. Cic. pro Mur. c. 9. Et agere arbitrium. i. e. ſtatuere pro arbitrio, apud Liv. Dec. 5. l. 4. Cic. pro Roſc. Amer. c. 45. Nutu, atque arbitrio Dei omnia reguntur. ¶ Item ſignificat imperium. Suet. in Cæſ. c. 7. Arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes. ¶ Item electionem. Nep. in Conon. 4. 1. Id arbitrium negavit Conon ſui eſſe conſilii. ¶ Item libertatem, epitheto addito. Liv. l. 32. c. 37. Quintio liberum arbitrium pacis, ac belli permiſſum. Sic alibi ſæpe. ¶ Item teſtimonium, quemadmodum arbiter pro teſte ponitur. Juvenc. in Æthn. v. 195. Arcent aditu, divinaque rerum cura ſine arbitrio eſt. ¶ Arbitrium pro ſocio, formula Juris eſt, quæ idem ſignificat, ac judicium, ſeu actio ſocietatis. Cic. pro Quint. c. 3. Quaſi ii qui bona fide ſocietatem gererent, Arbitrium pro ſocio, condemnari ſolerent: hoc eſt judicio ſocietatis: quaſi diceret ſecundum arbitrium. Tametſi hoc loco alii legant arbitrii, alii arbitrio, alii ad arbitrium. ¶ Arbitrium denique eſt pecunia vectigalis, quam publicani ſolvunt Reip. ob jus monopolii, ſeu ut ſoli ipſi vendant. Cic. poſt redit. in Sen. c. 7. Nondum palam factum eſt conceſſiſſe ſtomp., cum tibi arbitria funeris ſolvebantur. Ital. l'appalto. Sic apud Liv. l. 6. c. 9. Salis vendendi arbitrium.

Arbitro, as, pro arbitror, ſed minus uſitatum. Plaut. Stic. 1. 2. 87. Probiores, credo, arbitrabunt, ſi probis narraveris. Id. Pſeud. 4. 2. 57. Te arbitrarem dignum, miſiſſem tibi. Nepos in Alcib. 1. 9. Non ſatis tuta ea loca arbitrans. Apulej. l. 4. Metam. Domus atrique fortunas arbitraturus.

Arbitror, traris, d. 1. puto, judico, autumo, cenſeo, giudicare, penſare, ſtimare, ..., Ger. meinen, Gal. penſer, eſtimer, Hiſp. juzgar, ἡγοῦμαι, exiſtimo. Cic. 6. Ver. Partes, quas alienas eſſe, arbitrabar. ¶ Interdum accipitur pro ſpeculari, & inquirere, ſeu auſcultare, penſare, inveſtigare, cercare. Plaut. in Aul. 4. 1. in fin. Hinc potero, quid agant, arbitrarier. Gell. l. 4. c. 11. Arbitrari carmina alicujus. h. e. examinare. ¶ Apud Juriſconſ. arbitrari pro judicare ponitur, & ſententiam dicere, ſentenziare, ... Ulp. de recep. arb. Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur, pœna committetur. ¶ Fidem arbitrari alicui, idem, habere, dicit Plaut. Bacchid. 3. 6. 14. & Apul. Apol. p. 487. ¶ Particip. arbitratus paſſive poſuit Gell. l. 1. c. 13. Anceps quæſtio, & in utramque partem a prudentibus arbitrata eſt. h. e. judicata. ¶ Ipſum quoque verbum paſſive uſurpatum legitur. Cæl. apud Priſcian. l. 8. Ex ſtipitis eorum, qui veri arbitrantur. h. e. exiſtimantur. Ulpian. Dig. 11. 7. 12. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. h. e. æſtimantur. ¶ In illo Plaut. Epid. 2. 2. 82. Contanuo arbitretur uxar tuo gnato. arbitretur eſt quæratur, proſpiciatur, vel eligatur, & detur: ducta loquendi ratione a judicibus, qui arbitrando aliquid alicui adjudicant.

Arbor, oris, f. 3. albero, ..., Germ. ein baum, Gal. arbre, Hiſp. arbol, δένδρον, & δένδρεον, a robore, ſignif. plantas majores, ut vitem, quercum, &c. Dicitur & arbos, in nom. Hinc Feſt. Arboſem pro arbore antiqui dicebant, ſi roboſem pro robore. ¶ Uſurpatur continuate cum ſuis ſpeciebus, ut Arbor ficus, arborem ficulno, &c. Sed reperitur etiam cum gen. Cic. pro Flacc. cap. 17. Qui arborem fici nunquam vidiſſet. ¶ Dicitur etiam de malo navis, apud JCtos. Paul. l. 2. ſent. 7. §. 3. Nave vel arbore vi tempeſtatis amiſſa. Virg. Æn. 5. v. 504. Arborem mali, dixit. Ab eod. Æn. 10. v. 207. pro remo ponitur: centena arbore: i. e. centum remis. ¶ Item de trabe illa prœli, quæ deprimitur premendi cauſa. Plin. l. 18. c. 31. ¶ Item de quacunque lignea materia. Plin. lib. 12. cap. 1. Arbore ſulcamus maria. arbore exædificamus tecta, &c. ¶ Arbor, m. 3. piſcis eſt in Oceano Gaditano tam vaſtus diſpanſus ramis, ut fretum nunquam ingreſſus credatur. Plin. l. 9. c. 4.

Arborarius, a. 1. 2. quod ad arbores pertinet, ut Picus arborarius, qui in arboribus ædificat. Plin. l. 30. c. 16. Proventus arborarius. Solin. c. 11. Arborarias falces, Varr. R. R. 1. 22.

Arborator, m. 3. potatore d' alberi, Ger. baumbauwer, Gal. emondeur d' arbres, Hiſp. podador de los arboles, δενδροτόμος, qui arbores putat, qui & frondator dicitur. Plin. l. 18. c. 33. Frondem medio die arborator ne cædito. Adde Colum. l. 11. c. 1.

Arborea, Uſellis, Oriſtagni, Urbs A. Sardiniæ, in ora Occ. a litore 6. M. P. inter Salarim, & Calarim 60. ad Mer. a Boſa 30. in Auſtr.

Arboreſco, o. 3. farſi albero, δενδρόομαι, arbor fio, in arborem creſco. Plin. l. 19. c. 4. In Arabia malvas ſeptimo menſe arboreſcere.

Arboretum, i, idem quod arbuſtum. Uſus eſt in Cl. Quadrigar. apud Gell. l. 17. c. 2. qui addit: Arboreta ignobilius verbum eſt, arbuſta celebratius. V. Arbuſtum.

Arboreus, a. 1. 2. δένδρεος, quod eſt arboris. Virg. l. 1. Georg. v. 55. Arborei fœtus alibi. Ovid. Met. 10. v. 129. Arborea umbra. Virg. 1. Æn. v. 194. Cervi cornibus arboreis.

Arborius, a, um, idem quod arboreus. Cato, c. 11. Falx arboria. i. e. cædendis arboribus apta. Al. leg. arborea.

Arbos. V. Arbor.

Arbuſcula, f. 1. arboſcello, ..., Ger. ein baumlein, Gal. arbriſſeau, Hiſp. arbolillos, arbolillos, δενδρίον, dim. ab arbor. Var. l. 3. In eo arbuſculas eſſe oportet, quæ ferant glandem. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græce ... dicitur, in qua verſantur rotarum axes concluſi laminis ferreis. Vitruv. l. 10. c. 20. ¶ Arbuſcula præterea nomen eſt mulieris cujuſdam mimæ. Horat. 1. ſerm. ſat. ult. v. 77. ¶ Arbuſcula cervina ob ſimilitudinem dicitur a Plin. l. 11. c. 37. apex capitis pavonum.

Arbuſta, o. 2. luogho, dove ſono molti alberi, ..., Ger. baumgarten, baumgeſtein, Gall. bocage, Hiſp. arboledas, δενδρῶνες, loca conſita arboribus vitiferis, hoc eſt, ulmis, populis, vel ſimilibus, in quibus vitem extendi ſolent, vel ipſæ etiam arbores vitibus maritatæ, atque vitiferæ, quæ in ordinem digeruntur. Col. l. 3. Qui vineam, vel arbuſtum conſtituere volet. ¶ Ruſus arbuſtum locus eſt, in quo arbores ſunt ad fructum conſitæ, ficetum ſalictum, vel falcarium, in quo ſunt falces. Hoc & arboretum aliqui vocant. Gell. l. 17. c. 2. Convalles, & arboreta magna erant. ¶ Tranſlate expreſſa arbuſto convicia dixit Horat. l. 1. ſat. 7. v. 28. h. e. ex pectore expreſſa feraci maledictorum. Ducitur enim tranſlatio a vindemiatoribus, & frondatoribus, qui dum frondationi, aut vindemiæ ſunt intenti, in prætereuntes viatores, veluti decuſſa ex arbore, congerere convicia ſolent, & ab iis vicißim dicta lacerari.

Arbuſtivus, a. 1. 2. δενδρίτης, adject. ut Arbuſtivæ vites, quæ arboribus applicantur, & in ſublime procedunt. Colum. de arborib. c. 4. & 16. & l. 3. c. 13. ¶ Arbuſtivus locus eſt arboribus conſitus. Colum. 3. 13. Ex loco ſive arbuſtivo, ſive ſilveſtri, &c.

Arbuſto, ſtas, a. 1. piantare alberi per ſoſtegno delle viti, ..., Ger. bäum pflantzen, Gal. planter des arbres, Hiſp. plantar arboles, δενδροφυτέω, agrum arboribus conſero ad maritandas vites. Plin. l. 17. c. 23. Populo, tilia, acere, orno, carpino arbuſtant agros.

Arbuſtum. V. Arbuſta.

Arbuſtus, a, um, adject. quaſi arbuſtis plenus, ſeu conſitus. Plin. l. 20. c. 29. Larium lacum appellat, amœnum arbuſto agro. Ex comparat. apud Tertull. l. 2. cont. Marc. ubi ait, Deum res ſuas arbuſtiores in primordiis procuraſſe. i. e. quaſi magis luxuriantes, ac feraciores.

Arbuteus, a, um, ex arbuto factus. Virg. Georg. 1. v. 166. Arbuteæ crates. Ovid. 13. Metam. Arbutei fœtus. i. e. arbuta.

Arbutum, i, n. corbezzola, fructus arbuti, qui & unedo dicitus, κόμαρον. Virg. 1. Georg. v. 148. cum jam glandes, atque arbuta ſacræ Deficerent ſilvæ. ¶ Sumitur & pro ipſa arbore. Id. 3. Georg. v. 300. Jubeo frondentia capris Arbuta ſufficere.

Arbutus, f. 2. corbezzolo, κόμαρος, arbor folio citro ſimilis, ſed raris frondibus, & non deciduis, cujus fructus arbutum, & unedo vocatur. Hæc arbor in Arabia excreſcit in altitudinem 50. cubitorum, Plin. auctore l. 13. c. 24. Virg. 2. Georg. v. 69. Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.

Arca, cæ, f. 1. arca, caſſa, ſcrigno, ..., Ger. kaſten, biſſe, Gal. coffre, arche, Hiſp. arca, caxa, κιβωτός, ſcrinium, capſa, armarium, ab arcendo, ut Varro ait, quod ab ea clauſa arceantur fures. ¶ Sumitur pro loculo, ſeu ſarcophago, caſſa da morto. Plin. l. 13. c. 13. Cn. Terentium Scribam repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa ſitus fuiſſet. ¶ Eſt & Arca veſtiaria, in qua veſtes reponuntur. Cato, c. 11. ¶ Frequentiſſime pro receptaculo nummorum, ſeu pro ipſis divitiis accipitur. Juven. ſat. 11. inter arcam & ſacculum diſtinguit, ut illa ſit locupletum, hic pauperum: Ignoras, quantum ferrata diſtet ab arca ſacculus. ¶ Hinc arca ſæpe idem eſt, ac Fiſcus, caſſa pubblica. Sic theatralis arca, & Quæſtoria, & Pontificalis, apud Vett. invenitur. ¶ Accipitur & pro pecunia præſenti; unde ſolvere ex arca, pagar a contanti: cui opponitur ſolvere e menſa pagar per giro. ¶ In libris Juris Civilis invenitur arca frumentaria, & olearia, & apud Symmach. l. 10. ep. 42. & 47. arca vinaria: in qua ſcilic. reponuntur pecuniæ vectigales ex frumento, oleo, aut vino. ¶ Arcæ etiam dicuntur loci quidam in carceribus ſecretiores, & obſcuriores. Cic. pro Mil. c. 22. Subito arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur a cæteris, & in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis colloqui poſſit. ¶ Agrimenſoribus arcæ ſunt limites quidam in modum arcæ conſtructi. Frontin. de Coloniis: Adrianus ager finitus per rationem arcarum, riparum, &c. ¶ Arcas appellat Vitruv. l. 6. c. 3. tabulationes intra aquam, ſc. ab arcendis aquis. Alii Aquaria ſepta vocant. ¶ Denique in tectis ædium, arca eſt univerſa diſpoſitio trabium, quæ tectum ſuſtinent. Vitruv. l. 6. c. 3. & 4.

Arcades. V. Arcas.

Arcadia, f. 1. Arcadia, inc. ſimul cum Laconia, Tzaconia, ..., reg. in meditullio Peloponneſi, pars Achajæ, a mari undique remota, habens a Sept. Achajam propriam, a Mer. Meſſeniam, ab Or. Argiam, & Laconiam, ab Occ. Elidem. Dicta eſt ab Arcade Jovis F. ex Caliſto Lycaonis filia, qui Pelaſgos in deditionem redegit. Dicta etiam eſt Lycaonia, a Lycaone Rege patre Caliſtus, item Gigantida, item Parrhaſia, a Parrhaſia ejus urbe, & regione, item Pelaſgia, a Pelaſgo Rege, ſapiente viro, qui cultioris vitæ populis illis auctor fuit, & victum ex ſtirpibus herbarum, arborumque frondibus tranſtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. ¶ Tota montoſa eſt. ¶ Habet hæc regio aſinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Habet & lapidem ἄσβεστον, hoc eſt, inextinguibilem. ¶ Arcadia quoque urbs eſt Peloponneſi, in ora occ. Meſſeniæ, inter Haliartum, & Methonem.

Arcadicus, & Arcadius, a, um, gentile ab Arcadia. Liv. l. 1. c. 5. A Pallanteo, urbe Arcadia, Palatium appellatum. Et Senec. Herc. Fur. v. 229. Arcadia nemora. ¶ Arcadicus juvenis eſt bardus, ſtupidus, alludendo ad Aſinos, qui maximi in Arcadia ſunt. Juvenal. ſat. 7. v. 160.

Arcadius, m. 2. Ἀρκάδιος, Theodoſii filius, Romanorum Imperator cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de ſyntaxi conſcripſit, Suid.

Arcane, & arcano, adv. ſecretamente. Cæſ. 1. Bel. Civ. c. 19. Ipſe arcano cum paucis familiaribus colloquitus. Colum. l. 3. c. 2. Quid arcanius judicem &c.

Arcanum, n. 2. ſecreta, ..., Ger. geheim, Gal. ſecret, Hiſp. ſecreto, ἀπόῤῥητον, ſecretum, occultum, ab arca, in qua quæ clauſa ſunt, ſecreta manent, vel ab arce, quæ tutiſſima pars urbis eſt. Virg. 1. Æn. Fatorum arcana movebo. Curt. l. 4. c. 6. n. 5. More Perſarum arcana Regum mira celantium fide.

Arcanum, Arce, villa olim Cicer. nunc oppidum Latii, inter Arpinum, 4. M. P. & Aquinum 7. in colle, apud Melphem fl. prætereſſ. Cic. Att. 10. 2. & Q. Fr. 3. 1.

Arcanus, a. 1. 2. occulto, ſecreto, ..., Ger. verborgen, Gal. ſecret, ἀπόῤῥητος, ut Arcanus homo, qui quæ audit, tacet, & continet optime. Plaut. Trinum. 2. 2. 155. Dixiſti arcano ſatis. ¶ Dicitus etiam de rebus ipſis, quæ occultæ ſunt. Virg. 4. Æn. Arcanos etiam tibi credere ſenſus. ¶ Subſtantive Tacit. 6. Ann. c. 59. Arcana dominationis Virg. 7. Æn. v. 123. Arcana fatorum.

Arcarius, a, um, ad arcam pertinens. Arcarii enim dicuntur, qui accepta & expenſa arcarum tractant, Miniſtri alla Caſſa. Lamprid. in Alex. Severo c. 43. Arcarios inſtituit, qui de arca fiſci ederent munera. Sic Arcarii Pontificales, apud Symmach. l. 1. ep. 62. ¶ In familia etiam Arcarii dicuntur ſervi, qui domini pecuniam adminiſtrant. Scævol. l. 41. Dig. de fideicom. Libert. Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit, &c.

Arcas, cadis, m. 3. Ἀρκάς, nomen Jovis filii ex Caliſto, a quo Arcades originem ducunt. ¶ Item Mercurius, qui in Cyllene Arcadiæ monte natus eſt. Martial. l. 9. ep. 35. & Lucan. l. 9. v. 661. ¶ Eſt & gentile ab Arcadia. Ovid. 5. Faſt. Arcade Evandri nomen tibi ſæpe refertur. ¶ Arcades autem vetuſtate gentis adeo gloriari ſoliti ſunt, ut ante Solem & Lunam natos ſe dicerent. Ovid. Faſt. 2. v. 289. Cujus fabulæ cauſam affert Cenſorin. de die Natali, c. 19. his verbis: Arcades trimeſtrem annum primo habuiſſe dicuntur, & ob id Proſelenæ appellati; non, ut quidam putant, quod ante nati ſint, quam Lunæ aſtrum, ſed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad Lunæ curſum conſtitueretur. ¶ Dicti ſunt etiam βαλανηφάγοι, i. e. glande veſcentes, quia primo glandiferas arbores coluerunt. Plin. l. 16. ¶ Laudantur etiam a Muſices ſtudio. Inde illud Virg. Ecl. 10. Soli cantare periti Arcades. De antiqu. Arcadibus conſule Leon. Adamum.

Arcatura. V. Arcella.

Arcatus. V. Arquatus.

Arcella, & Arcatura, apud Grammaticos ſcriptores accipiuntur pro arcis, quæ ſcilicet agrorum limites ſunt. Arcaturam habet & Caſſiodor. l. 3. Variar. c. 52. Sed ambæ voces ſunt minus latinæ. ¶ Arcella item tanquam genus vitis, affertur a quibuſdam ex Columella, l. 3. c. 22. Sed lectio

ctio valde dubia eſt. V. ſeq. vocem. ¶ *Arcellis* pro parva arca legitur apud *Feſt.* in voce *Arca*.

Arcellata vitis, apud *Colum. l.* 3. *c.* 2. legitur a quibuſdam, hoc eſt in arcellæ modum diſpoſita. Nam *arcella* putant diminutivum ab *arcera*.) ſed aliis aliter legunt.

Arcellŭla, læ, diminut. ab arcella. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Arcĕo, es, cui, a. 2. *ſcacciare*, *allontanare*, כלא, Ger. *entweichen*, Gall. *chaſſer*, *empecher*, Hiſp. *arredrar*, *echar coſtreñir*, εἴργω, eſt procul pulſare, vel fugare, ſive de longe vetare, ne accedant, qui veniunt, vel obſiſtere, ne adverſarios nocere prope queat, ut arcere muſcas, arcere hoſtes. Hinc arx dicta eſt, quod procul a ſe hoſtes removeat. Supino caret. *Arcitum* enim inuſitatum eſt, licet in compoſitis in uſu ſit *coercitum*, *exercitum*, &c. Regit ablat. cum præp. *a*, vel *ab*, & ſine præp. *Cic. in Catil.* 1. *c. ult.* Hunc a mœnibus urbis arcebis. *Liv. l.* 1. Sed etiam foro arcebat. ¶ Uſurpatur etiam ſine ablat. *Id. ibid.* Ad arcendam vim advenarum armati concurrunt. ¶ Item cum infinito. *Silius l.* 13. *v.* 341. Solses infervescere fronti Arcet. ¶ Interdum eſt prohibere. *Cic. in Parad.* Quæ vis eſt, quæ magis arceat homines ab improbitate? ¶ Interdum ſtringere. *Virg.* 2. *Æn.* Teneras arcebant vincula palmas. ¶ Interdum continere. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 54. Alvus arcet, & continet quod recipit. *Id. in ſomn. Scip. c.* 4. Orbis cœleſtis extimus qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus, arcens, & continens ceteros. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Flumina arcere, dirigere, avertere. *h. e.* ripis continere. Hinc *coercere* ſignificat continere, & *arcus in ædificiis dicitur*, quod ipſe ſe contineat.

Arcĕra, f. 1. *lettiga*, Ger. *ein ſenffte*, φορεῖον, ab arca deducitur, (*Varr. L. L. l.* 4.) & ſignificat plauſtrum tectum undique ex tabulis, quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, ut inquit *Afranius*, quo vehiculi genere ſenes, & ægroti cubantes vectabantur. *Gell. l.* 20. *c.* 1. *Varro l.* 4. *L. L.* ¶ Ante lecticas in uſu fuit, & his inventis poſtea deſiit.

Arcerania. V. Atterania.

Arceſius, fil. Jovis, pater Laertæ. *Ovid.* 13. *Met. v.* 144.

Arceſſītor, oris, qui arceſſit, ſeu vocat. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Nemo arceſſitor ex proximo. ¶ Item qui accuſat. *Ammian. l.* 29. *c.* 10. (*al. c.* 1.) Verba placentia arceſſitori loqui.

Arceſſītus, us, m. *chiamata*. *Ammian.* 31. 10. Arceſſitu Valentis. *Plaut. Stich.* 2. 2. 3. Tuo arceſſitu venio huc. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 6. Cum ad eum ipſius rogatu, arceſſituque veniſſem. ¶ Extra ablativum caſum exempla nondum vidimus.

Arceſſītus, a, um, nomen ex particip. ab arceſſo, vocatus, *chiamato*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 261. Quo rediturus erat non arceſſitus. *Juſtin. l.* 11. *c.* 14. Arceſſitis mox auxiliis. ¶ Eſt etiam arceſſitus idem quod externus, aliunde petitus. *Cic.* 2. *de Or. c.* 63. Cavendum, ne arceſſitum dictum putetur.

Arceſſo, is, ivi, itum, eſſere, *chiamare*, *andar' a chiamare*, μεταπέμπω, προσκαλέω, primo ſignificat vocare, & tam de perſonis, quam de rebus dicitur. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 18. Cum ab aratro arceſſebantur Conſules. *Id. pro Dom. c.* 3. Cum me arceſſerent in Senatum, non venirem. *Id. Top. c.* 9. Cum a genere ducetur argumentum, non erit neceſſe id uſque a capite arceſſere: h. e. repetere a principio. ¶ Deinde, & quidem ſæpe, accuſare ſignificat: *accuſare*, *chiamar' in giudizio*: quæ notio a priore manat. nam qui accuſat, in judicium vocat. Conſtruitur autem ad normam verborum accuſandi. *Cic. pro Dejot. c.* 11. Capitis arceſſere. Et 2. *Offic. c.* 14. Nequem unquam innocentem judicio capitis arceſſas. ¶ Sunt qui prohibendi ſignificationem adjiciunt, quaſi ab *arceo* ſit frequentativum: ſed perperam, non enim ab *Arceo* eſt, ſed ab antiquo *ar* pro *ad*, & *cio*, vel *cieo*; ut ſit idem quod *accio*, vel *accieo*. *Priſcian. l.* 1. *Velius Longus Vet. Grammat. de orthograph.* &c. Quare male ſcribitur *Accerſo*, pro *arceſſo*. Multis argumentis (inquit *Voſſ. in Etymol.* 1. 40.) evincere poſſumus, *accerſo* per c. non eſſe latinum, ſed poſterioribus ſæculis corruptum ex *arceſſo*. ¶ Præteritum, ſupinum, & aliquando etiam infinitum mutuatur ab inuſitato *arceſſio*. *Cic. ad Attic. l.* 16. *epiſt.* 11. Ego autem ejus librum arceſſivi. *Cæſ. l.* 5. *B. G. cap.* 11. Alios arceſſiri jubet. pro qua voce *Cicero* habet *arceſſi*, *l.* 15. *ad Att. ep.* 13.

Archaĭcus, a, um, *ſemplice*, *ſchietto*, *fatto all' antica*, ἀρχαϊκός, quidquid ad antiquorum ſimplicitatem factum eſt. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. Si potes archaicis conviva recumbere lectis: *h. e.* humili brevique forma. Al. leg. *archiacis*, ideſt ab Archia artifice ſic vocatis.

Archaiſmus, os. 2. ἀρχαϊσμός, antiquitas, Fig. qua more veterum loquimur, vel ſcribimus. *Ter. Eun.* 4. 3. 7. Neſcio quid abſente nobis turbatum eſt domi.

Archeōta, æ, m. *archiviſta*, archivii curam gerens. *Arcad. Dig. l.* 50. *tit.* 4. *leg. ult.* ¶ Legitur & Archiota.

Archetypus, i, m. 2. vel archetypum, n. 2. ἀρχέτυπον, prima forma, ſecundum quam expediuntur ſimulacra, *archetipo*, *originale*. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 10. Ut pictores pulchram, abſolutamque faciem raro exprimunt, ſic ego ab hoc archetypo labor, ac decido. ¶ Adjective. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 7. Archetypos Cleanthas, *ritratti originali di Cleante*. ¶ Nugas archetypas dixit *Martialis l.* 7. *ep.* 10. libellos ſuos manu ſua emendatus: & *l.* 12. *ep.* 70. *archetypos amicos*, pro veris, & germanis, metaphorice.

Archezoſtis, al. vitis alba, gen. vitis ſylveſtris, ſativæ ſimilis foliis, ſarmentis, pampinis. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Archiāter, vel Archiatrus, i, m. 2. *protomedico*, ἀρχιατρός, proprie dicitur, qui Principis medendi cura fungitur, apud JCtos *in Cod. Tit. de Com. & Archiat.* & *Hieronymum Mercurial. l.* 4. *Var. lect. c.* 1. ¶ Alii Archiatros dici volunt, non quaſi Principis Medicos, ſed quaſi principes in arte Medica, ab ἀρχὸς, princeps, & ἰατρὸς, medicus.

Archiatrīa, æ, f. dignitas, & munus archiatri. *Julian. Imp. l.* 13. *Cod. Theodoſ. tit.* 3. *l.* 8.

Archidiacŏnus, i, *arcidiacono*, ἀρχιδιάκονος, princeps inter Diaconos. *Hieronym. ep.* 61. *ad Pammach. c.* 4. & *Sidon. l.* 4. *ep.* 25. ¶ In recto caſu *Archidiaconon* dixit *Venant. Fortun. l.* 3. *de vita S. Martini*, *v.* 38. non imitandus.

Archigallus, i, Sacerdos, qui præerat ſacris Magnæ Matris Cybeles, quem pinxit Parrhaſius, apud *Plin. l.* 35. *c.* 10. quemque videt *Tertull. Apologet. c.* 25. & *Firmic. l.* 3. *c.* 6.

Archigĕnes, ἀρχιγένης, princeps generationis. ¶ Sumitur etiam pro iis, qui ſe præ omnibus ſui generis ſapientes oſtentant. ¶ Fuit item hoc nomine Medicus Trajani tempore. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 235.

Archigĕron, ontis, præfectus, & quaſi princeps ſeniorum. *leg.* 1. *Cod. Theodoſ. de Alexan. pleb. primat.* Archigerontes, & dimetæ deligantur.

Archilochius, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Archilocho, ut carmen, metrum Archilochium, *Diomed. Gram. l.* 3. ¶ Item contumelioſus, conviciis plenus, quo modo *Cic. l.* 2. *ep.* 21. *ad Att.* Archilochia in Cæſarem edicta Bibuli vocat.

Archilŏchus, os. 2. Ἀρχίλοχος, poeta Lacedæmonius, carminis jambici inventor, quod ab eo Archilochium vocatur, qui Lycambem, quod filiam ſibi promiſſam alteri locaviſſet, ad ſuſpendium dicitur adegiſſe. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Vixit regnante Romulo. *Cic.* 1. *Tuſc.* ¶ Alius fuit Archilochus Neſtoris fil. qui patrem in expeditione Trojana ſecutus a Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus, qui Arciam urbem condidit.

Archimagīrus, *maeſtro de' cuochi*, ἀρχιμάγειρος, princeps, & magiſter coquorum, vel qui coquinæ præeſt. Nam μάγειρος coquus eſt. *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 109. Poſcerunt pariter librarius, archimagiri. Adde *Sidon. Apoll. l.* 2. *ep.* 9.

Archimandrītæ, arum, m. *Abbati*, *Priori*, *Guardiani*, ἀρχιμανδρῖται, Ger. *ein Abt*, *ei Prelat*, Abbates, Præpoſiti Monachorum. Priſci enim Monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, in mandris, ideſt, in ſpeluncis, & cavis montium habitabant. *Sidon. Apol. l.* 8. *ep.* 14. Conſequi affectans Palæſtinos archimandritas. Adde *l.* 8. *C. de ſum. Trin.* & *Alcim. Avit. ep.* 2.

Archimēdes, m. 3. Ἀρχιμήδης, vir Syracuſanus, admirando, ac prope divino ingenio, quo nemo unquam præſtantior fuit in Geometria, in Arithmetica, in Aſtronomia, in machinali arte, in omnibus Mathematicis diſciplinis. *Cic. pro Cluen.* & 2. *Acad.* Quaſi terreſtris Deus conſtruxit ſphæram vitream, in qua ſidera, ut in Cœlo, movebantur. *Cic.* 1. *Tuſ.* & 2. *de nat. Deor.* Decem annis Syracuſas ſuis machinis ab hoſtibus defendit. Sed tandem urbs capta eſt. Marcellus interdixerat, ne unus Archimedes interficeretur. A milite tamen ignaro, quis eſſet, interfectus eſt, cum in pulvere quædam deſcribens attentius urbem eſſe captam non ſentiret. *Cic.* 5. *Fin.* Vixit poſt Dionyſium. *Id.* 5. *Tuſc.* Ejus ſepulcrum a Cicerone Siciliæ Prætore repertum eſt. *Id. ibid.*

Archimedēus, a, um, ad Archimedem pertinens. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 192.

Archimīmus, *principe de' buffoni*, ἀρχίμιμος, princeps mimorum. Habetur apud *Suet. in Veſp. c.* 19. *Auguſtin. l.* 6. *de C. D. c.* 10.

Archipīrāta, m. 1. princeps piratarum, *capitano di corſari*, Ger. *ein oberſter der meerauber*, Gal. *le capitaine de corſaires*, & *armateur de mer*, Hiſp. *capitano de coſarios*, ἀρχιπειρατής, prædonum dux. *Cic.* 2. *de Offic.* Ille, qui archipirata dicitur.

Archipreſbyter, ĕri, m. *arciprete*, ἀρχιπρεσβύτερος, primus inter preſbyteros. *Hieron. ep.* 4. ad Ruſticum, circa med.

Archiſynagōgus, i, m. *Archiſinagogo*, ἀρχισυνάγωγος, Synagogæ præfectus. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 28. *in fi.*

Archĭtas, vel potius Archytas, Ἀρχύτας, Tarentinus, Æſtiæi, vel Mneſagoræ fil. Philoſophus Pythagoricus, præſtantiſſimus et Mathematicis. Cubum excogitavit, columbam ligneam effecit, quæ vivæ volatum imitabatur, platagen invenit, hoc eſt, crepitaculum puerorum. Et Plato ſuos quoſdam commentarios nondum abſolutos credidit. *Pocin. arg. in ep.* 12. Fuit magiſter Philolai. *Cic.* 3. *de Orat.* Fuit doctus, & plane ſapiens. *Cic.* 5. *Tuſc.* ¶ In recto caſu *Archyta* dixit *Sidon.* & penult. corripuit *carm.* 2. *v.* 176.

Architecta, æ, fœmin. ab architectus, *Plin. l.* 10. *c.* 71. Præcipua naturæ architectæ vis. Ita Harduin. ex MSS.

Architectio, onis, architectura. In Plinii loco modo cit. alii legunt: In quo præcipua naturæ architectio. Al. leg. *architectatio*.

Architecton, ŏnis, idem quod architectus. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 73. Sibi laudaſſe haſce ait architectonem neſcio quem, eſſe ædificatas has ſane bene. Adde *Solin. c.* 23.

Architectonĭce, ἀρχιτεκτονική, ars ædificandi. *Quintil. l.* 2. *c. ult.* Aliæ quoque artes habent multiplicem materiam, velut architectonice. ¶ Architectonice ab Ariſtotele vocatur Philoſophia, quæ omnes artes tanquam ſatellites complectitur.

Architectŏnĭcus, a, um, ad architectonem ſpectans, ut rationes architectonicæ, *Vitruv. l.* 9. *c.* 4.

Architector, aris, d. 1. *fabbricare*, בנה, Ger. *bauwen*, Gal. *batir*, Hiſp. *edificar*, ἀρχιτεκτονέω, conſtruo, fabricor. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 19. Cogitatio quamvis regionem poteſt amplecti, & in ea fabricari, & architectari. ¶ Paſſive *Nepos* apud *Priſcian. l.* 8. Ædes Martis architectata ab Hermodoro. ¶ Tranſlate ponitur pro comminiſci, præſcribere, *formare*, *produrre*. *Cic.* 2. *de Fin.* An quod ita ſapientia callida eſt, ut optime poſſit architectari voluptates? *h. e.* comminiſci, parare.

Architectorĭcus, a, um, Architectonicus. *Sidon. Apoll. l.* 8. *ep.* 4. Domicilium parietibus attollitur, ad convenientiam ſcilicet architectoricam fabre locatis.

Architectūra, æ, apud *Cic.* 1. *Offic.* 42. *architettura*, ἀρχιτεκτονική. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. eam definit ſcientiam pluribus diſciplinis, & variis eruditionibus ornatam, cujus judicio probantur omnia, quæ a cæteris artibus perficiuntur opera, ex fabrica, & ratiocinatione natam. *Lib.* autem 1. *c.* 3. ejus tres partes enumerat, Ædificationem, Gnomonicam, & Machinationem.

Architectus, i, *architetto*, *proto*, *ingegnere*, דרדבינים, Ger. *bauwmeiſter*, Gall. *architecte*, Hiſp. *architecto*, ἀρχιτέκτων, ex ἀρχὴ, princeps, & τέκτων, faber, principalis faber fabricandi artem habens, vel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & fabricanda præſcribit. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 14. Philo architectus Atheníenſibus armamentarium fecit. ¶ Tranſlate pro auctore ſumitur, & elegantem uſum habet in iis præſertim, qui nectendis dolis, parandis ſceleribus, ſtruendis fallaciis excellunt. *Cic. pro Cluent. c.* 22. Princeps & architectus ſceleris. ¶ Accipitur & in bonam partem, ut architectus benefactorum, apud *Plaut. prol. Amph.* Architectus beatæ vitæ. *Cic.* 1. *Fin. c.* 10.

Architriclīnus, m. 2. בלצר, Germ. *hoffmeiſter*, Gal. *maitre d' hotel*, Hiſp. *maeſtro ſala*, ἀρχιτρίκλινος, qui præeſt triclinio, ideſt, qui curat, ut recte omnia diſpoſita ſint, & variorum eduliorum fercula ordine, & tempore convivis exhibeantur.

Archīum, & altero *i* inſerto, Archīvum, ἀρχεῖον, magiſtratuum ædes ſignificat, & regiam, & palatium, & judiciale forum apud Græcos. *Pauſan. in Lacon.* ¶ Hinc factum eſt, ut ſumatur pro chartophylacio, ſeu Tabulario publico, quia plerumque archiva chartophylaciis vicina ſunt, *archivio*, *cancelleria*. *Ulpian. l.* 9. §. 6. *Dig. de pœnis*: Ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 7. Cenſum Auguſti Romana archiva cuſtodiunt. ¶ Pro templo, vel potius pro Adyto templi, ubi congregabantur Magiſtratus Sacerdotum, uſurpavit *Pomponius Mela l.* 3. *c.* 8. de Phœnice loquens, ſi ſequamur emendationem Iſaaci Voſſii. Nam ibi pro *Archio* al. leg. *Nardo*.

Archon, tis, m. 3. ἄρχων, ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginienſes, Romæ Dictator. Fuerunt, teſte Suida, Archontes novem, quorum ſex Theſmothetæ, hoc eſt legiſlatores, dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus Princeps Collegii, & Præfectus, qui per excellentiam Archon, & Hegemon, & Prytanis, vocabatur, quod Prytanibus præerat. Ut enim Romæ Prætor Judicibus præerat, atque ideo Judex quæſtionis, & Quæſitor dictus eſt, ita hic ſummus Archon Athenis, quod Prytanibus Judicibus præerat, Prytanis etiam dicebatur. Prytanes 50. viri erant, qui deni ſingulis menſibus in orbem vices mutantes judicabant. *Cic. de Fato c.* 9. *Vellej. l.* 1. *c.* 2. & 8.

Archytas. V. Architas.

Arcifinālis, le, idem quod arcifinius. V. infr. *Siculus Flacc. de condit. agror. p.* 3. Occupatorii dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant.

Arcifinius ager dictus eſt, qui certis linearum menſuris non continetur, ſed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum. Unde & in his agris nihil ſubſecivorum intervenit. Sic in l. varior. auctor. de limitib. ¶ Siculus autem Flaccus, Occupatorii, inquit, dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant, ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. Bellis enim geſtis, victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerant, publica, atque univerſaliter territorium dixerunt, intra quos fines jus dicendi eſſet, deinde, ut quiſque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. ¶ Et apud Frontinum hæc legimus. Ager arcifinius, ſicut ait Varro, ob arcendis hoſtibus eſt appellatus, qui poſtea interventu litium per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. In his agris nullum jus ſubſecivorum intervenit. Arcifinales agri, & arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non poſſunt. *F. M.*

Arcio, is, ivi, itum, n. 4. *chiamare, far venire*, accio, arceſſo. *Cic. Attic.* 5. 1. Tu invita mulieres: ego arcivero pueros. *Al. leg.* accivero.

Arcipŏtens, entis, *valente in tirar d' arco*, qui arcu poteſt, ſagittandi peritus. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 17. Arcipotens adverte, precor, cuns denique Apollo. ¶ In quodam antiquo epigrammate legitur *arcupotens*.

Arcerma, f. 1. *carretta*, ἁμαξίς, genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet. *Feſtus*. Al. leg. *arcuma*.

Arcitĕnens, adject. τοξοφόρος, Apollinis epitheton, ab arce Acropoli, ubi colebatur, vel ab arcu tenendo, quod ſemper cum arcu, & pharetra pingeretur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 75. ¶ Scribitur & Arquitenens. *Arnob. l.* 1. *p.* 20. Arquitenentes Diana & Apollo. ¶ Eſt etiam ſignum cœleſte, i. e. Sagittarius. *Cic. in Arat. v.* 181. Suebunt veſtigia magni Arcitenentis &c.

Arcivus, a, um, ut *arcivus avis* apud *Feſt.* ut *Scalig.* leg. V. Arcula.

Arctatio, onis, arctandi actus. *Diomed. Grammat. l.* 2. Cum quadam arctatione ſermonis. ¶ Apud *Varr. l.* 4. *L. L. p.* 2. *arctatio ſyllabarum* eſt, cum duæ ſyllabæ in unam coaleſcunt, ut *murus* pro mœrus.

Arctātus, & artatus, a, um, nomen ex particip. anguſtus, exiguus, *anguſto, riſtretto*. *Velle. l.* 1. *c.* 16. Artati temporis ſpatium. Et *l.* 2. *c.* 10. Ut clariſſima, ita numero artata felicitas. *Martial. l.* 12. *epigr.* 5. Arctatus labor. *h. e.* brevior factus.

Arcte, *ſtrettamente*, ſtricte. *Cic. Parad.* 1. Illud arcte tenent, accurateque defendunt. *Id. de Fato, c.* 9. Arctius adſtringi. Et *Plin. l.* 6. *ep.* 8. Arctiſſime diligere.

Arctĭcus, a. 1. 2. *Settentrionale*, ἀρκτικός, Septentrionalis, ut Polus Arcticus, cui oppoſitus eſt Antarcticus, hoc eſt, Meridionalis. *Hygin. Poet. Aſtron. l.* 1. *c.* 6. Circulus Arcticus appellatur, quod &c.

Arcto, as, a. 1. *ſtringere, ſerrare*, freq. ab arctum inuſit. ſup. verbi arceo, idem, quod conſtringo. *Col. l.* 12. *c.* 43. Tranſverſas perticas arctare. ¶ Eſt item anguſtias facere. *Plin. l.* 3. *c.* 6. Anguſtias eas arctantibus inſulis parvis. ¶ Tranſlate *Ulpian. Dig.* 42. 1. 2. Arctare, aut prorogare tempus. *Id. Dig.* 38. 9. 1. Arctare aliquem. *h. e.* breve tempus ei præſtituere. *Id. Dig.* 1. 21. 2. Arctare ſe, *ridurſi a ſtrettezza di tempo*. ¶ Scribitur & *Arto*.

Arctophylax, ăcis, m. 3. ἀρκτοφύλαξ, alio nomine Bootes, ſignum juxta majorem Urſam, quod ex viginti, & tribus ſideribus conſtat. Hic Arcas eſt Caliſtus Urſæ majoris fil. qui puer 15. ann. cum in venatione in matrem incidiſſet, jam jam occiſurus, ipſo momento a Jove una cum matre in Cœlum tranſlatus fuiſſe fingitur. *Ovid.* 2. *Met.* Dicitur Arctophylax, ideſt, cuſtos Urſarum. Nam in Cœlo ita ſitus eſt, ut non ſolum majoris, ſed etiam minoris Urſæ curam gerere videatur. Dicitur quoque Bootes, ſeu Vociferans, quia & in Cœlo magna voce videtur vociferari, & in Urſam ferri. Denique dicitur Ductor boum. Nam ut ex figura Urſa major etiam Plauſtrum majus, & Urſa minor etiam Plauſtrum minus dicitur, ita Arctophylaci etiam bubulci nomen impoſitum eſt, quia eſt inſtar bubulci, qui currum ſequitur. *Cic. in Arat. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod temone quaſi junctam præ ſe quatit Arcton.

Arctos, vel Arctus, i, f. 2. ἄρκτος, urſa, vel urſa. Accipitur pro duobus ſignis cœleſtibus Borealibus, quæ dicuntur Arcti, vel Urſæ, item Septentriones, item Currus, vel Plauſtra. Dicuntur Urſæ, quia Caliſto in urſam mutata eſſe fingitur. Dicuntur Septentriones, quia ita hæ ſtellæ ſitæ ſunt, ut ternæ quæque proximæ inter ſe trigonum, ſeu triangulum efficiant, vel a bobus junctis. Triones enim, ut ſcribit Varro, ruſticorum vocabulo boves vocabantur, quaſi terriones, hoc eſt, idonei arandæ terræ, & colendæ. Dicuntur Currus, vel Plauſtra, ἅμαξαι, quia plauſtris ſimilia videntur. Nam ex ſeptem ſtellis quæ pariles uno in loco ſunt, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinque plauſtri figuram deſignant. ¶ Arcti, ut dixi, duæ ſunt, quæ Septentrionali polo innixæ vehuntur, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraque reſupinata alterius contegat caput, ſed caput ejus, quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat. Una dicitur Urſa major, Plauſtrum, vel Currus major, Septentrio major, Helice. Hæc Caliſto fuiſſe fertur Lycaonis Arcadiæ Regis filia, quæ ſtudio venationis ſe Dianæ adjunxit, a qua mirifice amabatur, ſed quodam die ſola in ſylvis deprehenſa a Jove compreſſa eſt, quod factum, cum aliquandiu celaſſet, tandem juſſa cum cæteris virginibus lavari, tumore uteri crimine detecto, a Diana e choro expulſa eſt. Peperit in ſylvis filium, qui Arcas eſt appellatus. Statim a partu a Junone in urſam mutata eſt. Cum 15. annos vitam ferinam vixiſſet, quodam die in filium incidit, quo arcum intendente, a Jove, & urſa, & filius inter ſidera tranſlati ſunt. *Ovid.* 2. *Met.* Conſtat ex ſeptem, & viginti ſtellis. Hanc Græciæ populi in navigando obſervant. Altera dicitur Urſa minor, Plauſtrum, vel Currus minor, Septentrio minor, Cynoſura, ideſt canis cauda. Hæc fuit Cynoſura una ex illis Nymphis, quæ in Creta in monte Ida lacte captam Jovem aluerunt. Hoc merito & ipſa, & ſorores in Cœlum tranſlatæ ſunt, prope Polum Borealem. Septem ſtellas habet currus imagine. Hanc Sidonii in navigando aſpiciunt. *Ovid.* 3. *Faſt.* & 4. *Triſt. el.* 3. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 41. Circum polum arcti duæ feruntur, nunquam occidentes. ¶ Geminas arctos, pro duabus noctibus poſuit *Prop. l.* 2. *eleg.* 22. Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos. ¶ Pro populis ſeptentrionalibus, *Claud.* 6. *Conſ. Honor. v.* 336. Atque indignantem in jura redegerat Arctos.

Arctōus, a, um, arcticus, ſeptentrionalis, ut Arctous orbis, *Lucan. l.* 1. *v.* 53. Arctoæ provinciæ, *Ammian. l.* 17. *c.* 12. Arctoum frigus, *Lucan. l.* 10. *v.* 250.

Arctūrus, m. 2. ἀρκτοῦρος, ſtella in ſigno Bootæ, & inter ejus crura poſita. Oritur a canicula fere poſt diem quinquageſimum. *Plin. l.* 11. *c.* 16. Ab Arcturi exortu ad Æquinoctium vernum. ¶ Cauſa procellarum, & ſævæ tempeſtatis creditur. *Horat. l.* 3. *od.* 1. *v.* 27. Sævus Arcturi cadentis impetus. ¶ In fabulis eſt, Arcturum fuiſſe Icarium patrem Erigones, qui cum a quibuſdam paſtoribus, quod eos multo vino inebriaverat, fuiſſet fuſtibus occiſus, in Cœlum tranſlatus ſit. Ita *Hygin. fab.* 130. ¶ Sæpe autem non tam pro ſtella in ſigno Bootæ, quam pro toto ipſo Boota ponitur a Poetis. Unde nomen traxit. Eſt enim ab ἄρκτος, urſa, & οὖρος, cuſtos. ¶ Pro ipſo Autumni tempore *Virg.* 1. *Georg. v.* 67. Sub ipſum Arcturum.

Arctus, vel artus, a, um, aſtrictus, *ſtretto*, στενός, anguſtus, ſtrictus, ab arceo, ideſt, conſtringo. *Cic.* 3. *Ver. c.* 5. Arctioribus laqueis tenebitur. *Id. Offic.* 3. *c.* 6. Arctiſſimum vinculum ſocietatis. ¶ Arctæ res, i. e. anguſtæ, miſeræ, in magnum diſcrimen adductæ. *Tacit. hiſt.* 3. *c.* 69. Et niſi ſubveniretur, res arctas nunciaret. ¶ Arctum animum pro dejecto, & trepido, *Horat. l.* 4. *ſat.* 6. *v.* 82. ¶ Arcta annona, *careſtia*, *Sueton. in Tiber. c.* 8. ¶ Arctus ſomnus, *profondo*. *Cic. in Somn. Scip. c.* 1. ¶ Colligere volumina in arctum, *ridur in compendio*. *Plin.* 8. 16.

Arcuārius, a, um, ad arcus pertinens. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 11. Fabricæ ſcutariæ, loricariæ, arcuariæ. ¶ *Arcuarius*, *ii*, qui arcus facit. *Dig. l.* 50. *tit.* 6. *leg.* 6. Tubarii, cornicarii, arcuarii.

Arcuatĭlis, le, idem quod arcuatus, *piegato a modo d' arco, archeggiato*. *Sidon. l.* 2. *epig.* 2. Triclinium arcuatili camino, &c.

Arcuātim, adv. in modum arcus, *a volta*. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Multis pedibus arcuatim repens. de *Millepeda* loquitur.

Arcuatĭo, onis, curvatio in modum arcus. *Jul. Frontin. l.* 1. *de Aquaduct. Rom.* Sicubi vallium conditio exigit, ſubſtructionibus, arcuationibuſque veteres (ductus) exiguntur: *con fabbriche in arco*.

Arcuātus, a. 1. 2. partic. curvatus in modum arcus. *Liv.* 1. *c.* 21. Curru arcuato vehi juſſit. ¶ Dicitur & arcuatus, *oppilato*, *itterico*, correptus morbo regio, de quo vide arquatus.

Arcuballiſta, æ, f. genus quoddam minoris balliſtæ, habentis incluſum arcum ligneum ad jacienda miſſilia. Erant enim balliſtæ, quæ non arcuato ligno, ſed nervo, aut fune extento jaciebant. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 15. *& lib.* 4. *c.* 22.

Arcuballiſtarius, ii, m. qui arcuballiſta miſſilia jacit. *Veget. lib.* 4. *de re milit. c.* 21.

Arcŭla, f. 1. *caſſetta*, κιβώτιον, dim. pro ſcriniolo. *Cic.* 2. *Off. c.* 7. Perſcrutarentur arculas muliebres. ¶ In auſpiciis quoque *arcula* dicebatur, teſte *Feſto*, avis, qua aliquid fieri vetabatur, ab arcendo nomen habens, quod conſulentem a re aliqua aggredienda arceret, hoc eſt prohiberet. Al. leg. *arciva*.

Arculārius, ii, qui arculas facit, & vendit, apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 45.

Arculata, orum, n. 2. circuli, qui ex farina in ſacrificia fiebant. *Feſt.*

Arculum, i, n. virga ex malo Punico incurvata, quæ fit quaſi corona, & ima ſummaque inter ſe alligatur vinculo laneo albo. quam in certis ſacrificiis regina (*h. e. regis ſacrificuli uxor*) in capite habebat: Flaminica autem Dialis in omni ſacrificatione uti debebat. Hæc *Servius ad l.* 4. *Æneid. v.* 137. ¶ Hoc idem *Feſtus inarculum* vocat.

Arculus, teſte *Feſto*, dictus eſt Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item *arculus*, ut idem *Feſtus* teſtatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodius vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienſes, poſtea ad alias quoque nationes tranſlatus, ut virgines nubiles Dianæ ſacra capita gererent in caniſtris, circulis quibuſdam ſuppoſitis, ut firmius inhærerent. Hinc a caniſtris *Caniſforæ* dictæ ſunt.

Arcuma. V. Arcerma.

Arcŭo, as, a. 1. *piegar in modo d' arco*, כפף, Ger. *Biegen, als bogen krümmen*, Gal. *faire en arc*, Hiſp. *encorvar*, κυρτόω, in modum arcus curvare. *Plin. l.* 29. *c. ult.* Illam, quæ non arcuatur, ſepæ Græci vocant, alii ſcolopendram.

Arcus, m. 4. *arco*, קשת, Germ. ein *bogen*, τόξον, inſtrumentum, e quo ſagittæ emittuntur, ab arcendo, quaſi *arcitus*, contracte, quod eminus arceat hoſtem, non comminus propellat, quemadmodum enſis, aut haſta. *Cic. de Sen.* Animum, tanquam arcum intentum habebat. ¶ Eſt præterea arcus curvatura in ædificiis, quæ alio nomine fornix appellatur, ita dictus ab arcendo, hoc eſt, continendo, quod ſe ipſe contineat, a [illegible], *volta*, *arco*. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 11. Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam. ¶ Arcus item, ſive, ut *Nonio* placet, arquus, *arco celeſte*, Ἶρις, accipitur pro arcu cœleſti, quem pluvio tempore variis coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus. *Hor. in art. v.* 18. Cum flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus. In hac autem ſignificatione etiam per ſecundam declinationem inflexum legimus. *Cic. de nat. Deor.* 3. 20. Cur arci ſpecies non in Deorum numero reponitur? Al. leg. *arqui*. *Ennius* item gen. fem. protulit. Inter ſigna pluviæ refertur a *Virg.* 1. *Georg. v.* 380. Et bibit ingens arcus. V. Bibo. Hinc *Plaut. Curcul.* 1. 2. 41. de muliere bibaciſſima: Ecce autem bibit arcus, pluet, credo, hercle hodie. ¶ Arcus etiam dicitur de curvamine ſerpentum alte incedentium. *Ovid. Metam.* 3. *v.* 42. Immenſos ſaltu ſinuatur in arcus. ¶ Arcus etiam dicuntur propagines vitium, & aliarum arborum in terram deflexæ. *Virg.* 2. *Georg. v.* 26. *Plin. l.* 17. *c.* 13. ¶ Hoc nomen, cujuſcunque ſit ſignificationis, etiam per q ab antiquis ſcribebatur *arquus*. Unde Arquites, τοξόται, arcu prœliantes, qui & Sagittarii dicuntur, & Arquatus, cui color, & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Sed *Nonius* dicit, arcum fornicem appellari, arquum nonniſi qui in Cœlo apparet. *Voſſ. Etymol.* hoc diſcrimen non agnoſcit. ¶ In dativo plurali facit *arcubus*. nam *arcibus* eſt ab *arx*, *arcis*, ut *Priſcian.* docet *l.* 8. *ſub fin.*

Ardĕa, f. 1. ἐρωδιός, *Aghirone*, avis quædam, quaſi ardua, quoniam volando alta petit, *Virg.* 1. *Georg.* 1. *v.* 364. ¶ Varia ejus genera, pulla, alba, ſtellaris, paluſtris. ¶ Hanc avem *Ovidius* fabulatus natam eſſe ex cineribus Ardeæ urbis, 14. *Met.* 2. *v.* 573.

Ardĕa, f. 1. *Ardea*, Ἀρδέα, Urbs Latii, Rutulorum Metrop. Turni Regia, condita a Danae Perſei matre, vel a Danao Pilumni filio, dicta a fervore regionis, vel quaſi ardua, ob difficilem aſcenſum, vel quaſi ardua, ideſt magna, & nobilis, vel denique ab augurio Ardeæ avis. Erat ab urbe Roma 20. M. P. a litore 9. inter Oſtiam, & Antium. poſt Turni mortem ab Ænea incenſa eſt. *Ovidius* fabulatur, in avem ſui nominis commutatam eſſe. 14. *Metam. v.* 573.

Ardĕas, atis, & plur. Ardeates, adject. gentile. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 18. In agro Ardeati. *Liv. l.* 5. *c.* 44. Ardeates veteres amici. ¶ Dicitur & *Ardeatis*, *te*. *Cato* apud *Priſcian. l.* 4.

Ardeatinus, a, um, Ardeas, *Sen. epiſt.* 105. Bonam valetudinem in Ardeatino tueretur. *ſc.* agro.

Ardelio, onis, m. 3. *inquieto*, *che vorrebbe fare ogni coſa*, *affannone*, Gal. *qui ſe veut meler de toutes choſes*, πολυπράγμων, homo inquietus, huc, atque illuc ſemper volitans, omnibus negotiis ſe immiſcens. *Mart. ad Aſtal. l.* 2. *epigr.* 7. Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio. Dictus eſt ardelio ab ardea, quod ejus avis inſtar huc illuc volitet. Eleganter deſcribitur a *Phædro l.* 2. *fab.* 5.

Ardens, entis, nomen ex particip. *ardente*, *caldo*, *focoſo*. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Ardentiſſimæ horæ diei. Et *l.* 20. *c.* 20. Ardens febris. ¶ Tranſlate ponitur pro ſollicito, ſtrenuo, & feſtinanti, *valoroſo*, *ſollecito*. *Virg.* 1. *Æn.* Inſtant ardentes Tyrii. ¶ Item pro ſplendido, fulgido. *riſplendente*. *Pl. l.* 21. *c.* 4. Ardentiſſimus color. ¶ Item pro vehementi, ut ardens oratio. *veemente*. *Cic. in Orat. c.* 38. Et, ardentiore ſtudio petere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 19.

Ardenter, adverb. *caldamente*, *con ardore*, *e veemenza*, ut ardenter cupere, *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 17. & Ardentius ſitire, *Tuſc.* 5. *c.* 6. ardentiſſime diligere. *Plin. l.* 6. *ep.* 4.

Digitized by Google

Ardeo, es, arſi, arſum, flagro, conflagro, deflagro, *ardere*, בער, דלק, Ger. *brennen*, Gal. *ardre*, *bruler*, Hiſp. *arder*, καίομαι, cremor, flagro. Virg. 5. Æn. Liquidis in nubibus arſit arundo. ¶ Per tranſlationem eſt furere, vel perturbatione aliqua agitari vehementer. Virg. 10. Æn. Latumque per agmen ardens milites agit ferro. Hinc illa: Ardere avaritia, cupiditate, dolore, iracundia, invidia, flagitio, ſcelere, &c. ¶ Præcipue vero ponitur pro ardenter amare, *eſſer innamorato*, ſive alicujus rei ſtudio, ſeu cupiditate teneri. Atque in hoc ſenſu modo cum accuſat. modo cum ablat. conſtruitur. Virg. 2. Ecl. Formoſum Corydon ardebat Alexim. Hor. Epod. 14. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teium. Cic. Nimio videndi te deſiderio ardebam. Et cum infinitivo. Ovid. Met. 5. 166. ruere ardet utroque. ¶ Interdum pro feſtinare, *ſollecitare*. V. in Ardens. ¶ Interdum pro fulgorem emittere, *riſplendere*. Virg. 4. Æn. Tyrioque ardebat murice læna. Id. 11. Æn. v. 602. campi ardent armis.

Ardeola, læ, diminut. ardea, *aghirone*. Plin. lib. 10. c. 60. ubi tria ardeolarum genera refert.

Ardeſco, o. 3. *divenır ardente*, יקד, יצת, Ger. *brennent werden*, φλέγομαι, ardens fio, iterum atque iterum ardeo. Lucret. 6. 174. omnia motu percalefacta vides ardeſcere. ¶ Tranſlate Virg. 1. Æn. v. 717. Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo. Ovid. 5. Metam. v. 41. Ardeſcere in iras. Tacit. An. 16. cap. 29. Voce, vultu, oculis, ardeſcere. ¶ Pro augeri, intendi, Virg. 11. Æn. v. 607. fremituſque ardeſcit equorum. Tacit. Ann. 13. c. 17. Quæſtus magis ardeſcebant. ¶ Dicitur gladii mucro ardeſcere, cum ejus acies vehementer acuitur, ut candendo pene adurat. Tac. 15. Ann. c. 54. Lucan. l. 7. v. 139.

Ardifer, a, um, ardorem ferens, inflammans. Var. apud Non. c. 4. n. 17. Ardifera lampas.

Ardor, oris, m. 3. incendium, flagrans æſtus, *ardore*, דלקת, Ger. *brunſt*, Gal. *ardeur*, Hiſp. *ardor*, καῦμα, vehementia, calor, & incendium. Cic. 4. Acad. c. 37. Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagraret. ¶ Metaphorice ponitur pro impetu, ſeu vehementia, ut ardor animi, amoris, cupiditatum, &c. apud Cic. ſæpe. ¶ Pro fulgore, & ſplendore. Cic. in carm. de ſuo Conſul. l. 1. de Divin. c. 11. Ardor ſtellarum. Id. pro Balb. c. 21. Ardor oculorum. *occhi sfavillanti*.

Arduitas, tatis, f. 3. *altezza*, *falita difficile*, *arduità*, מגבה, קשי, Ger. *hohe*, altitudo. Var. l. 1. de R. R. c. 10. Montium arduitas, atque aſperitas.

Ardum, *arido*, veteres pro aridum dicebant. Lucil. apud Non. c. 2. n. 48.

Arduus, a, um, o. 1. 2. altus, aſper, *arduo*, *alto*, *difficile*, *malagevole*, קשה, גבוה, Ger. *hoch*, *ſchwer*, Gal. *haut*, *mal-aiſé*, Hiſp. *alto*, *difficultoſo*, ὄρθιος, ἀνάντης, proprie locus aſcenſu acclivi, & aſpero. Cic. in Ver. 6. 23. Oppidum difficili aſcenſu, atque arduo. ¶ Per metaphoram accipitur pro difficili, & moleſto, & incommodo, δυσχερής, χαλεπός. Salluſt. in Catil. Arduum videtur res geſtas ſcribere. ¶ Arduæ res, pro adverſis, apud Horat. l. 2. Carm. od. 3. Æquam memento rebus in arduis ſervare mentem. ¶ Vocibus arduior, & arduiſſimus, uſus eſt Cato apud Priſcian. l. 3. poſt princ. ¶ Ponitur etiam arduus ſimpliciter pro erecto, & alto. Horat. l. 1. ſat. 2. v. 88. Ardua equi cervix. Ovid. 1. amor. 14. v. 12. Ardua cedrus. Virg. 9. Æn. v. 53. de Turno, & campo ſe ſe arduus infert.

Area, f. 1. *aia*, *piazza*, גרן, Ger. *platz*, *ſchewer*, Gall. *baſſecour*, *aire*, Hiſp. *era*, *patio*, ἅλως, ἡ ἅλως, proprie dicitur locus in urbe purus ſine ædificio, quem Græci πλάτειαν dicunt, accommodatus foro extruendo. Dicta eſt area, quod ardore Solis ſit facta arida. Quidam ab ara deducunt, quod ſicut ara pura eſt, ita areæ in urbe, ſive vico loca pura ſunt, id eſt ſine ædificio: vel quod ſicut ara flammis, ita area Solis ardore torretur. Suet. in Cæſ. Forum de manubiis inchoavit, cujus area ſuper ſeſtertium millies conſtitit. Sed Valla dicit, aream eſſe quamcunque planitiem, ſi vero planities ſit ſpatioſa, campi nomen accipere. Cicer. in Parad. Areas quaſdam magni æſtimant, quod ei generi quaſi nocere nihil poteſt. ¶ Item area dicitur ſolum terreum, ſeu planities glabra, ubi frumenta areſcunt, teruntur. Virg. l. 1. Georg. Area cum primum ingenti eſt æquanda cylindro. ¶ Item area, & per diminutionem areola, eſt terra probe ſubacta atque ſata, ſeu ſerenda, qualia ſunt in hortis quadrata quædam, & bene ſubacta, & coæquata ſpatia, in quæ mox ſemina jaciuntur. Col. l. 11. c. 3. Areæ ſic informandæ ſunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perveniant. ¶ In prædiis urbanis area dicitur etiam locus, in quem ſtillicidium cadit. Cajus leg. Urbanor. Prædior. 2. ff. de ſervit. Urban. Præd. ¶ Apud Geometras area ſumitur pro ſpatio vacuo in aliqua figura, ut in triangulo, vel quadrangulo. ¶ Denique area morbus eſt capitis cum capillorum profluvio, ita dictus, quod areas quaſdam, hoc eſt, loca capillis nuda in capite efficiat. Ejus duæ ſunt ſpecies, prior alopecia, quæ ſit in capillis, & barba, altera ophiaſis a ſerpentis ſimilitudine, quæ incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedens. Celſ. l. 6. c. 4.

Areator, m. 3. ἀλωητής, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. Colum. l. 2. c. 21. ſed rectius leges arator.

Arecteus, vel Arectæus, vel Arachtæus, a, um, adject. Arectæi campi apud Tibull. l. 4. carm. 1. v. 142. Sunt campi circa Babylonem, ubi fuit oppidum Arech, ſeu Arach.

Arefacio, a. 3. *ſeccare*, יבש, Ger. *trucknen*, *dorren*, Gall. *ſecher*, Hiſp. *ſecar*, ξηραίνω, aridum facio. Cato de R. R. c. 69. Amurcam arefacito. Adde Macrob. Satur. 5. c. 19. ¶ Lucret. verbum diviſit, & tranſpoſuit hoc pacto l. 6. v. 962. Principio terram Sol excoquit, & facit are. ¶ In loco Catonis allato alii leg. *arfacito*.

Arefactus, a, um, exſiccatus, *raſciutto*, *ſecco*. Plin. l. 13. c. 22. Arefactus caulis. Id. 34. 14. Mora in ſole arefacta.

Arelatenſis, e, ad Arelatem pertinens, ut Arelatenſis ager. Plin. l. 10. c. 42.

Arelas, atis, & Arelate, *Arles*, Ἀρελάτη, Urbs A. Galliæ Narbon. dicta Colonia Sextanorum, quoniam ex ſexta Legione coloni eo deducti ſunt, primaria Provinciæ ad Rhodanum flu. a Nemauſo 5. leuc. in Or. ab Aquis Sextiis 12. & tot. a Maſſilia in Occ. ab Avenione 7. in Auſtr. Auſon. de clar. Urbib. n. 8. Pande, duplex Arelate, tuos blanda hoſpita portus. Id. ep. 24. v. 81. Utque duplex Arelas, &c.

Aremorica, Armorica, *la Bretagne*, Aquitania, vel pars Aquitaniæ, diviſa a Celtis Garumna fl. Cæſ. l. 5. c. 53.

Arena, f. 1. *arena*, *ſabbione*, חול, Ger. *ſand*, Gal. *ſable*, Hiſp. *arena*, ἄμμος, tenuiſſimus pulvis, ab ariditate, quia caret omni humore, & ſicca, unde & plurimum aquæ bibit. Nec quemquam movere debet, quod arena habeat primam brevem, areo longam, cum derivativa non ſemper primitivorum naturam ſervent. Itaque ſine aſpiratione ſcribi debet. Sed aliqui per aſpirationem ſcribunt, voluntque dici ab hærendo, quod ſibi invicem propter unctuoſitatem cohæreat, vel quod cum calce parietibus inhæreat. Ejus vero tres ſunt ſpecies, foſſilis, fluvialis, & marina, inter quas craſſior ſabulum nuncupatur. Horat. l. 1. Od. 28. Numero carens arena. ¶ Quandoque ponitur pro litore, ſeu portu. Virg. 1. Æn. v. 176. Egreſſi optata potiuntur Troes arena. Adde 6. Æn. v. 316. ¶ Quandoque pro loco, in quo pugnabant gladiatores. Suet. in Aug. Parthorum obſides per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Hinc arenarii dicti gladiatores, qui in arena depugnabant. ¶ Per tranſlationem arenam dicimus pro foro, *palagio della ragione*, quia illic ſic depugnant actores cauſarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Sen. Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum arenam. Hinc Plin. lib. 6. ep. 12. Arenam ſuam appellat Centumviros, quoniam in judicio centumvirali certabat frequenter telis oratoriis. ¶ Item pro quocunque alio loco, in quo pugnatur. Flor. lib. 4. cap. 2. Prima civilis belli arena, Italia fuit. ¶ In plurali numero hanc vocem uſurpari negavit Cæſar de Analog. apud Gell. l. 19. c. 8. Nihilominus legitur apud Virgil. 3. Georg. v. 350. 2. Georg. v. 106. & 232. Horat. l. 3. od. 4. Ovid. ſæpe, Valer. Flacc. non ſemel, Suet. in Aug. c. 80. Plin. Petron. in fragm. & alios.

Arenaceus, a. 1. 2. ἀμμώδης, quod ex arena eſt. Plin. l. 17. c. 7. Eſt argillacea, tophacea, arenacea.

Arenariæ, arum, f. 1. fodinæ, in quibus arena foditur. Cic. pro Cluent. c. 13. In arenarias quaſdam perductus occiditur. ¶ Dicitur etiam arenaria, neut. plur. Vitruv. 2. 4. Non erunt arenaria unde fodiatur.

Arenarius, a. 1. 2. adject. ἀμμώδης, quod ad arenam pertinet, ut Juppiter Arenarius, quem Græci Ammonem dicunt, ab ἄμμος. ¶ Arenaria fera, h. e. theatralis, quæ erat in publicis ludis interficienda. Ammian. Marcell. l. 29. c. 7.

Arenarius, ii, ſubſtant. qui in arena, ſeu amphitheatro pugnat. Leg. 21. §. 2. ff. de Teſtib. & l. 38. de oper. Libert. Tertull. de Spect. c. 22. Scenicos, xyſticos, arenarios conjungit. ¶ Item qui pueros elementa numerorum docet, *maeſtro di conti*: minor tamen, quam Arithmeticus: ſic dictus, quod numeros in abaco pulvere, ſive arena ſcriberet, ut facile mutari poſſent. Tertull. de Pall. ſub fin. Primus informator literarum, & primus modulator vocis, & primus numerorum arenarius. V. ibi Salmaſ.

Arenatio, onis, f. 3. actus inducendi parietibus arenatum, *l' intonacare le pareti*. ¶ Significat etiam ipſum arenatum. Vitruv. l. 7. c. 3. a med.

Arenatum, i, n. 2. *miſtura di calcina, e di ſabbia per intonacare i muri, o far pavimenti*. Vitruv. l. 7. c. 4. Plin. l. 36. c. 23.

Arenifodinæ, eadem ac arenariæ. Leg. 13. §. 5. ff. Ulpian.

Arenivagus, a, um, adject. qui per arenam vagatur. Lucan. lib. 9. v. 941. Vidit arenivagum ſurgens, fugienſque Catonem.

Arenoſus, a. 1. 2. *arenoſo*, Ger. *vol ſand*, *ſandechtig*, ψαμμώδης, quod arena abundat. Virg. 4. Æn. Litus arenoſum Libyæ. ¶ Comparat. & ſuperlat. eſt apud Plin. l. 33. c. 6. & l. 27. c. 4.

Arens, entis, *arido*, *ſecco*, *ſenz' acqua*, aridus, humore carens. Virgil. 1. Georg. 109. Arva arentia. Id. 3. Æn. 35. Arens rivus. Id. 12. Æn. v. 522. Silva arens. Ovid. Heroid. ep. 4. in fi. Arens ſitis. Horat. Epod. 14. Arente fauce trahere pocula. ¶ Sil. lib. 10. v. 511. Arentique cruore ſqualebat barba. Virg. eodem ſenſu dixit concretos ſanguine crines, Æneid. 2. verſ. 277.

Arenula, æ, *renella*, f. 1. dimin. ab arena, ψαμμάθιον, arena tenuiſſima. Plin. l. 30. c. 3. Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum.

Areo, res, rui, o. 2. *eſſer arido*, *e ſecco*, יבש, Germ. *dürr ſeijn*, Gal. *ſe ſecher*, Hiſp. *ſecarſe*, αὐαίνω, aridus ſum, ab era, in qua quondam Diis immolabantur, torreri ſolebant, vel per contrarium ſenſum ab ἄρδω, irrigo, quod aridum minime ſit irrigatum. Plaut. in Rud. 2. 6. 50. Ut cum exſiſſum ex aqua, arerem tamen. Senec. 3. de benef. c. 8. Arere ſiti.

Areola, æ, f. *aietta*, *ajuola*, parva area. Plin. l. 5. ep. 6. Buxus cingit areolam. ¶ Pro ſpatio quadrato in hortis. Colum. l. 11. c. 2. Semina in areolas differere.

Areopagita, vel Areopagites, æ, judex in Areopago. Cic. 1. Offic. c. 22. Solon primum conſtituit Areopagitas. ¶ Horum incorrupta ſeveritas in proverbium abiit. Cic. ad Attic. l. 1. ep. 14. Romæ res ſic ſe habent: Senatus Ἄρειος πάγος. Nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.

Areopagiticus, a, um, ad Areopagitas pertinens. Sidon. Apollin. l. 9. ep. 9. Gymnaſia Areopagitica.

Areopagus, m. 2. (penultima dubiæ quantitatis) vicus Athenarum, ubi templum Martis erat, in quo judicia exercebantur. Sed ſere accipitur pro ipſo templo, & loco judicii. Dictus eſt ab Ἄρης, Mars, & πάγος, vicus, quaſi vicus Martis, quia in eo vico Marti templum conſtitutum fuerat. Sed aliqui dicunt, Martem, cum Halirrhotium Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ ſuæ intulerat, occidiſſet, a Neptuno homicidii reum factum eſſe, cauſaque a duodecim Diis in illo vico cognita ſex ſententiis fuiſſe abſolutum, hoc fuiſſe Athenis primum capitis judicium, exinde locum illum Areopagum cœpiſſe appellari. ¶ Hoc judicium a Solone inſtitutum eſt. Cic. 1. Offic. De his vide copioſius apud Alex. ab Alex. l. 3. c. 5. & l. 4. c. 31. & l. 6. c. 21. apud Cœl. Rhodig. antiq. lect. l. 7. c. 19. Budæum in Pandect. & Eraſm. in Chiliad. ¶ Hujus vocis penultima dubia eſt. Qui a latina voce pagus deducunt, producendam putant. Eſt enim pagus e Græco πηγή Dorice παγά, ut Feſt. & Servius docent. Qui vero interpretantur ſaxum, ſeu rupem, aut collem Martis, quia curia Athenienſium, quæ erat Areopagus, in edito ſaxo ſita erat, corripiunt. Nam prima in πάγος (quod ſaxum ſeu collem ſignificat,) corripitur in illo Homeri Odyſſ. ε. Ἀλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες, πάγοι τε.

Arepennis, is, m. alio nomine Candetum, apud Gallos menſura eſt dimidii jugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. Col. l. 5. c. 1. Quod aratores candetum nominant, ſemijugerum quoque arepennem vocant.

Ares, is, m. Marte, Ἄρης, Mars. Plaut. Trucul. 2. 7. 54. Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares. Alii aliter leg. ¶ Eſt etiam idem ac aries priſcis Latinis, teſte Var. l. 4. de L. L.

Areſco, is, arui, ſine ſup. n. 3. *ſeccarſi*, יבש, Ger. *dürr*, *und trucken werden*, Gal. *devenir ſec*, Hiſp. *hazerſe ſeco*, ξηραίνομαι, aridus fio. Cic. in Partit. c. 17. Cito areſcit lacryma, præſertim in alienis malis. Plaut. Rud. 2. 7. 16. Da mihi veſtimenti aliquid aridi, dum mea areſcunt, *s' aſciugano*.

Aretalogus, i, m. 2. *ciarlatore*, *ciarlatano*, בדאי, ברבר, Ger. *ſchwetzig*, Gal. *farceur*, Hiſp. *charlatan*, ἀρεταλόγος. Juvenal. Sat. 15. v. 15. Riſum fortaſſe quibuſdam moverat, ut mendax aretalogus. Suet. in Aug. c. 74. Aut acroamata, & hiſtriones interponebat, ac frequentius Aretalogos. Ad quem locum Caſaubonus, Aretalogos cenſet appellatos miſeros Philoſophos, mera hominum mendicabula, ſectæ fere Cynicæ, aut Stoicæ, qui cum ſcholam, & ſectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, & Romulidas ſaturos variis de virtute, & vitiis diſputationibus oblectabant. Turneb. lib. 11. Adverſ. cap. 11. Aretalogum putat non tam ab ἀρετή, virtus, quam ab ἀρεστός, gratus, ac placens derivari, quod Aretalogi grata, ac jucunda auditoribus loquantur. Alii Aretalogos ajunt eſſe circulatores quoſdam, qui in compitis mira de ſuis pharmacis pollicentur: vel fabuloſorum voluminum Scriptores, ut Amadiſii & ſimilium. Alii inter Mimorum ſpecies annumerant. Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. c. 42.

Arethuſa, f. 1. Ἀρέθουσα, fl. Siciliæ, apud Syracuſas. Poetæ fabulantur, Arethuſam virginem fuiſſe venatricem, Dianæ comitem, amatam ab Alpheo fl. Elidis, cum Alphei vim poſt longum curſum effugere non poſſet, Dianæ miſeratione in fontem verſam fuiſſe, ac ne amatoris aquis pollueretur, per ſubterraneos cuniculos in Ortygiam fugiſſe Siciliæ Inſulam apud Syracuſas, ibique uberrimo aquarum gurgite emergere, unde Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, Alpheum fuiſſe inſecutum occultis ſubter mare meatibus, & apud Syracuſas in Arethuſam fluere. Ovid. 5. Met. Vera explica-

tio

tio eſt, apud Piſas in Elide ingentem fontem eſſe, qui in duos alveos Alpheum, & Arethuſam dividitur. ¶ Plures alii fontes hoc nomine numerantur, in Smyrna, in Chalcide, in Ithaca, in Eubœa, in Bœotia. Hinc epitheton eſſe putatur cujuſcunque fontis, ab irrigando. ¶ Arethuſa item eſt lacus Armeniæ majoris. ¶ Item urbs E. Syriæ, *Pernacuſa*, ſub A. Apameno. ¶ Item urbs Macedoniæ. *Rendina*.

Arethuſæus, a, um, adject. ad Arethuſam pertinens, ut Arethuſæi latices, apud *Claud. l. 2. de Rapt. Proſerp. v. 60.*

Arethŭſis, idis, adject. femin. ab *Arethuſa*, ut Syracuſæ Arethuſides, *Ovid. 4. Faſt. v. 873.*

Arethuſius, a, um, ad Arethuſam pertinens, ut Arethuſia proles, *h. e.* Syracuſani, *Silius* 14. 357.

Aretinus, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Aretio, ut Aretina vaſa. *Mart. l. 14. epigr. 98.*

Aretium, ii, n. 2. Arretium, *Arezo*, urbs Hetruriæ, ab Areta Jani filio condita, una ex primis 12. Thuſcorum Coloniis, in monte, & territorio Florentino, ſub magno Duce Hetruriæ, inter Florentiam, & Peruſiam 40. M. P. al. a Peruſia 33. M. P. in Occ. æſtivum, a Sena 28. in Or.

Arĕus, a, um, adject. *Areum judicium* apud *Tacit. Ann. 2. c. 55.* eſt judicium Areopagi, qui locus a Marte cognominatus eſt. *Ἄρειος* autem *Martium* ſignificat.

Arferia, f. 1. a fero, aqua, quæ Inferis libabatur, ſeu vas vini, quod ſacris adhibebatur. *Feſtus*.

Argei, orum, m. 2. loca quædam Romæ appellabantur, quod in iis ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri, qui cum Hercule Argivo Romam venerant, & in Saturnia ſubſederant. *Poſt. Liv. l. 1. c. 21.*

Argĕma, atis, n. 3. ἄργεμα, morbus oculorum, al. λεύκωμα, albugo, cum albidum quoddam ulcus oculi infeſtat circulum, quem Irim Græci dicunt. *Plin. l. 20. c. 5. & 19. & l. 28. c. 11.*

Argĕmon, n. 3. herba apud *Plin. l. 24. c. 19.* quæ lappa canaria dicitur.

Argemōne, f. 1. ἀργεμώνη, herba ſilveſtri papaveri omnino ſimilis, ita dicta ob effectu, quod oculorum albugines, quæ argemata appellantur, ſanet. *Plin. l. 26. 9.*

Argennon, argentum percandidum. *Feſtus*.

Argenon, genus jaſpidis apud *Plin. l. 37. c. 9.*

Argentaria, æ, f. 1. ſubſtant. ſubaudi menſa, ſive taberna, ubi æra uſuraria ſolebant perſcribi, *banco, a bottega del banchiere*: τραπεζιτῶν ἐργαστήριον, vel officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur, *zecca*. *Plaut. Epid. 2. 2. 15.* Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias. Sic Argentarias novas dixit *Liv. l. 26. c. 27.* Ad diſtinctionem veterum, quas in foro Tarquinius Priſcus extruxerat. ¶ Item officium argentarii: hinc argentariam facere, vel exercere. *Ulpian. l. 6. ff. de eden.* Et *Cic. 3. Offic.* ¶ Prope argentarias auctiones fieri ſolitæ. *Cic. pro Cæc. Quintil. l. 11.* ¶ Eſt etiam idem quod argentifodina, *miniera d' argento*. *Liv. l. 34. c. 21.* Vectigalia magna inſtituit ex ferrariis, argentariiſque.

Argentarium, ii, n. *luogo dove ſi ripone l' argentaria*, locus, in quo argentea vaſa reponuntur. *Ulpian. Dig. 34. 2. 20.* Quod non in argentario paterfamilias ponere ſolebat.

Argentarius, rii, m. 2. ſubſt. *caſſiero, banchiere*, Ger. *wechsler*, Gal. *banquer, changeur*, Hiſp. *cambiador, abanquero*, τραπεζίτης, trapezita, nummularius, menſarius, qui argentariam exercet, hoc eſt apud quem pecuniam deponimus, qui tempore, locove alio nobis reddat. *Plaut. in Curc.* Trapezitam, & argentarium pro eodem accipit. Sed Juriſ. *ff. de eden.* dicit, argentarios majores menſarios eſſe, qui multorum pecunias acceptas cuſtodiunt, cum opus fuerit, reddituri, & quorum officium, atque miniſterium publicam habet cauſam, hique rationes conficiunt. Habent præterea alia munera, quod nempe fidejubent, teſtes ſunt in contractibus, qui apud illos fiunt: eorumque tabulas aſſervant, auctionibus præſunt, accepto tamen lucello, quod eis ex lege præſtituitur. ¶ Argentarii etiam dicuntur, qui vendendis auri, argentique ſpeciebus, nummis veteribus, vaſis cælatis, gemmiſque operam dabant, *orefici*. *Suet. in Ner. c. 5.* Argentarios pretiis rerum coemptarum fraudare.

Argentarius, a, um, *di argento*, adject. qui aut argenti, vel ad argentum pertinet, ἀργύρεος. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 103.* Auxilium argentarium. *Javolen. Dig. lib. 34. tit. 2. leg. penult.* Argentarius faber. *orefice*. *Liv. l. 26. c. 11.* Taberna argentaria. *bottega di banchiere*.

Argentātus, *coperto d' argento*, ἀργυρωτός, argento tectus. *Liv. l. 9. c. 40.* Argentati milites. *h. e.* ſcutis argento cælatis inſtructi. Argentata querimonia, *Plaut. Pſeud. 1. 3. 78.* quæ argentum una affert ſecum.

Argenteŏlus, a, um, adject. diminut. ab argenteus, ut argenteola fitilicula, *Plaut. Rud. 4. 4. 125.*

Argentĕum flumen, nom. prop. eſt fluvii cujuſdam in Gallia, de quo *Lepidus ad Cic. Fam. l. 10. ep. 34.*

Argentĕus, a, um, n. 1. 2. *d' argento*, Ger. *ſilbern*, ἀργύρεος, quod eſt ex argento, ut Argentea ſphæra, Argentea ætas. *Ovid. 1. Met.* Argentea amica, quæ argento vendita ſit. *Plaut. in Pſeud.* ¶ Item albus, ut argentei crines. *Plin. l. 2. c. 25.* Et fons nitidis argenteus undis. *Ovid. 3. Met. v. 407.* ¶ *Argenteus nummus*, primo valuit decem aſſes, qui fere reſpondent viginti ſolidis Venetis, deinde ad ſexdecim aſcendit, poſtremo ad duodecim redactus eſt. *Plin. 33. 3.*

Argentiexterebronides, apud *Plaut. Perſ. 4. 6. 21.* ſignificat eum, qui fraude, & fallaciis argentum ab aliquo exterebrat, h. e. elicit, extorquet, *cavadenari*.

Argentifex, icis, qui argentum elaborat. *Varr. l. 7. L. L.*

Argentifodina, f. 1. *miniera d' argento*, Ger. *ein ſilbergrub*, Gall. *mine d' argent*, Hiſp. *minero deplata*, ἀργυρωρυχεῖον, ubi foditur argentum. *Plin. l. 33. c. 6.* Odor ex argentifodinis inimicus eſt omnibus animalibus, ſed maxime canibus.

Argentina, vel Argentoratum, Ἀργεντόρατον, *Strasbourg*, *Argentina*, urbs E. libera, ſub A. Moguntino, caput Alſatiæ, ad Rhenum, inter Baſil. 14. leuc. ad Auſt. & Spiram 16. ad Sep.

Argentoratenſis, e, adject. gentile, ab Argentorato, ſeu Argentina. *Ammian. l. 17. in princ.* poſt Argentoratenſem pugnam.

Argentorātum, i, n. 2. idem quod Argentina. dicta ab argento, & cenſu ibi a Romanis collecto. *Ammian. l. 15. c. 27.* eſt femin. gen. Inquit enim, Argentoratus barbaricis cladibus nota.

Argentōſus, a. 1. 2. *che tiene d' argento*, ἀργυρομιγής, cui immixtum eſt argentum. *Plin. lib. 33. cap. 5.* Ita ferruminatur aurum, quod argentoſum vocant.

Argentum, n. 2. *argento*, כסף, Germ. *ſilber*, Gall. *argent*, Hiſp. *la plata*, ἄργυρος. metallum poſt aurum pretioſiſſimum, quod gignitur ex argento vivo, & ſulphure albo. ¶ Aliquando ponitur pro ſupellectili argentea, ut pro ſcyphis, cochlearibus, &c. *Cicer.* Cum eſſet argentum expoſitum in ædibus. ¶ Sæpiſſime pro pecunia, *Plaut.* Emunt argento ſenes. ¶ Argentum *factum* eſt, quod in vaſa, &c. elaboratum eſt: *ſignatum* eſt pecunia, in qua ſignum Reip. vel Magiſtr. vel Princ. impreſſum eſt: *infectum*, quod in maſſis eſt, quod & *grave* dicitur. ¶ Argentum *puſtulatum*, ſeu *puſulatum*, etiam ipſum infectum eſt, ſed puriſſimum. Argentum enim dum coquitur, in puſulas, ſive puſtulas aſſurgere ſolet. *Turneb. l. 24. cap. 2.* ¶ Argentum ſumitur etiam pro vaſis argenteis. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 29.* & *Cic. 6. Verr.* Argentum eluere. ¶ Argentum Romæ primo ſignatum eſt anno Urbis 585. Q. Fabio Conſ. quinque annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ, & quadrigæ fuerunt. Inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati ſunt. *Plin. 33. 3.* ¶ Argentum accepi, imperium vendidi, *Plaut.* proverbii quadam ſpecie *in Aſinaria* dixit, Quia qui accipit munera, libertatem, & arbitrium vendit.

Argentum vivum, n. 2. *argento vivo*, Ger. *quekſilber*, Gall. *vif argent*, Hiſp. *azogue*, ὑδράργυρος, genus metalli liquidi, argenteum colore, fluida vero conſiſtentia aquam referens, unde & nomen accepit. Hujus duæ ſunt ſpecies, nativum, ſive foſſitium, & factitium, quod ex minio excoquitur. ¶ *Plin.* hydrargyron ab argento vivo diſtinguit; quod foſſile eſt, & nativum, argentum vivum, quod ex minio purgatur, hydrargyron appellat, *l. 33. c. 3.*

Argeſtes, is, m. *Ponente maeſtro*, ἀργέστης, ventus flans ab Occaſu æſtivo, qui a Latinis Corus, & Caurus dicitur. *Plin. l. 2. c. 47.*

Argēus, a, um, idem quod Argivus. *Horat. l. 4. carm. 6.* Tibur Argeo poſitum Colono.

Argi. V. Argos.

Argia, f. 1. Ἀργεία, Adraſti Regis Argivorum filia, Polynicis uxor, mater Therſandri, quæ Argis Thebas profecta eſt, ut virum a Creonte occiſum ſepeliret, quam ob rem una cum Antigone Polynicis ſorore a Tyranno interfici juſſa eſt. *Boccat. l. 2.* Converſa in fontem fingitur.

Argiletanus, a, um, ad Argiletum ſpectans, ut argiletanæ tabernæ, apud *Martial. l. 1. epig. 3.* Nam prope Argiletum tabernæ opificum erant, & in primis bibliopolarum.

Argiletum, n. 2. locus erat Romæ juxta Palatium, ab Argolo, ſive Argo Argivorum duce, qui ab Evandro hoſpitio exceptus, cum os affectati Regni ſuſpicionem veniſſet, ab Arcadibus inſciis Evandro eſt occiſus, cui Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. ¶ Alii Argiletum dictum putant, quaſi *argilletum*, ab argilla, h. e. creta, cujus ibi in loco magna erat copia. *Varr. l. 4. de L. L.* ¶ Alii a morte Argi dictum putant, & Argilethum ſcribunt. V. *Virg. Æn. 8. v. 345.* & *Serv. ibi*.

Argilla, f. 1. *creta, terra*, פחר, Ger. *toepffererde*, Gal. *argille*, Hiſp. *barro*, ἄργιλλος, terra cretoſa, & tenax, qua figuli utuntur ad vaſa facienda. *Cic. in Piſ. c. 25.* Quid ceſſat hic homullus ex argilla, & luto fictus Epicureus? ¶ Sunt, qui unico l ſcribant, quod etiam convenire videtur cum Græca origine. Contra tamen uſus obtinuit.

Argillacĕus, a. 1. 2. *di creta*, Ger. *von lett*, ἀργιλλώδης, quod ex argilla eſt, aut quod tenax eſt in modum argillæ. *Plin. l. 17. c. 7.* Eſt enim alba terra, argillacea, &c.

Argillōſus, a. 1. 2. *abbondante di creta*, ἀργιλλώδης, abundans argilla. *Col.* Olea collibus ſiccis, & argilloſis gaudet. *Plin. l. 31. c. 3.*

Argiphontes, is, m. Ἀργειφόντης, *h. e.* occiſor Argi: a φένω occido: eſt cognomen Mercurii, qui juſſu Jovis Argum occidit. *Arnob. l. 6. pag. 209.*

Argīvus, a, um, adject. Argolicus, Græcus. *Virg. Æn. 2. v. 254.* Argiva phalanx.

Argo, f. 3. Ἀργώ, prima navis fuiſſe creditur, qua Jaſon una cum flore juventutis Græcæ in Colchidem navigavit, velluſque aureum a Medea adjutus in Græciam reportavit. Volunt autem, hanc navem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo *Flaccus*, Ad charum Tritonia devolat Argum, moliri hanc puppim jubet, & demittere ferro robora. *Diod.* a velocitate dictam putat, quod ἀργὸς ſignificet velocem, celerem. Sed nobis ἀργὸς otioſus eſt, & piger, quaſi ἀεργός, ab α priv. & ἔργον, opus. Alii ab Argivis, qui in ea vecti fuerunt, malunt appellatam. *Cic. l. 1. Tuſc. Quæſt.* ¶ In Cœlum tranſlata fingitur, & ornata ſtellis 45. Oritur pridie Idus Martii.

Argolĭcus, a. 1. 2. Argivus, Ἀργολικός. *Virg. 2. Æn. v. 118.* Animaque litandum Argolica.

Argŏlis, idis, fœm. 3. Argiva, Ἀργολίς. *Ovid. 9. Metam.* Argolis Alcmene. ¶ Argolis etiam dicitur regio Argivorum, in qua erant Argi, & Mycenæ. *Pompon. Mela, l. 2. c. 3.* & *Plin. in princip. l. 4.*

Argonautæ, Ἀργοναῦται, heroes illi, qui cum Jaſone in Colchos profecti ſunt numero amplius quinquaginta, ex quibus præcipui fuere Caſtor, & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer, ſic cognominati e navi, qua navigaverunt. *Cic. 4. Tuſc. 1. de Orat.* De his *Orpheus l. 1.* & *Apollon. in catal. Heroum*, & *Flac. in Argonaut.* V. Phryxus. ¶ Argonautæ apud *Mart. epigr. 67. l. 3.* ſunt pigri, & lenti nautæ. Nam re vera ἀργὸς otioſus eſt, & piger.

Argonautica, neutrum plurale, titulus eſt poematis *Valerii Flacci*, in quo res ab Argonautis geſtas deſcribit.

Argos, eos, Ἄργος, n. 3. & in plur. num. Argi, orum, 2. m. *Argo*, clariſſima urbs Peloponneſi, in Achaja, caput Argiæ, olim Ep. ſub A. Corinthio, nunc A. non procul a Mycenis, dicta ab Argo Rege. Dicta eſt Argos Hippium, ab ἵππος, equus, quia ibi generoſi equi, multique gignuntur. Dicta etiam eſt Dipſion, a δίψος, ſitis, propter aquæ penuriam, quæ fit, ut plures eodem utantur puteo, quod genus eſt apud illos arctiſſimæ ſocietatis. Aliquando dicta eſt Phoronicum, teſte *Steph.* a Phoroneo primo Rege. Hinc Argivi Græci dicti ſunt; & Argolicus ſinus, & Argolici duces, & Argolica regio. ¶ Eſt item Argos cognomine Pelaſgicum, a Pelaſgis, *Armiro*, opp. Theſſaliæ, in ora ſinus Pagaſæi, Lariſſæ prox. ¶ Aliud eſt cognomine Amphilochium, *Anfiloca*, in Epiro, inter Ambraciam, & Caſſopen, in finibus Acarnanum, quod Alcmæon, ejuſque liberi condidere, ut inquit *Strab. l. 7.* ¶ Ipſa etiam Peloponneſus Argos, & Argos Achaicum, & ipſa Theſſalia Argos Pelaſgicum appellata eſt. *Strab. l. 9. Plin. l. 4. cap. 7.* ¶ Imo omnis ora littoralis Græciæ dicebatur Argos ab Argia matre Pelaſgi, quæ in ea dominata eſt. ¶ Fuit & Argos Apuliæ oppidum a Diomede conditum, & primum a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam, & poſtremo Arpos vocitarunt. ¶ Fuit item hoc nomine canis Ulyſſis, item equus Agenoris, a quo Argos Jaſonie urbs nomen habuit.

Argōus, a, um, a. 1. 2. Ἀργῷος, ad Argo navem pertinens. *Hor. in Epod. 16. v. 57.* Non huc Argoo contendit remige pinus. *Valer. Flacc. l. 5. v. 436.* Argoa ſecuris. *h. e.* qua uſus eſt Argus ad Argo navem fabricandam. *Propert. l. 3. eleg. 22.* Argoa columba. *h. e.* qua duce Argonautæ navem inter Symplegadas direxere.

Argumentalis, le, adject. ut argumentalis oratio, quæ ſcil. aliquid probat. *Aſcon. Pedian. in Divin. Cic. in Verr. c. 1.*

Argumentatio, onis, f. 3. ratio, argumentum, rei propoſitæ per argumenta probatio, *prova della propoſizione*, הוכחה, German. *bewaiſung*, Gallic. *argumentation*, Hiſp. *argumentacion*, ἐπιχείρημα, συλλογισμός, eſt explicatio, & dilatatio argumenti, ſive ejus, quod ad faciendam fidem inventum eſt, artificioſa expoſitio. *Cic. 1. de Inv.* qui hoc nomine etiam argumentum complectitur. ¶ Quadruplex eſt, Syllogiſmus, ſeu Ratiocinatio, Enthymema, Inductio, Exemplum: deinde Ratiocinatio complectitur alias etiam ſpecies, ut Epicherema, Soritem, Dilemma. Sed *Cicer.* dividit argumentationem in duas partes, Inductionem, & Ratiocinationem. *1. de Inv.* ¶ Olim fiebat interrogando. *Cic. 2. Leg.*

Argu-

Digitized by Google

Argumentātor, oris, qui argumentis utitur. *Tertull. de anim. c. 38.*

Argumentātrix, icis, f. quæ utitur argumentis. *Tertull. de ſpectac. c. 2.*

Argumentātus, a, um, particip. ab argumentor. *Cicer. de clar. Orat. c. 80.* Cum eſſem argumentatus, quantum res ferebat. ¶ Paſſive *provato con argomenti*. *Aufuſtius vetus ſcriptor apud Priſcian. l. 8.* Omnia argumentata nomina. πιστωθέντα.

Argumentor, aris, d. 1. argumentis oſtendo, vel probo, argumentis, vel conjecturis proſequor, *provare*, הוכיח, Ger. *beweiſen*, Gal. *argumenter*, Hiſp. *argomentar*, ἐπιχειρέω, rationibus nitor ad aliquid probandum. *Cic. 1. de Fin.* Argumentandum, & accurate diſſerendum putant.

Argumentōſus, ſa, ſum, n. 1. a. *argomentoſo*, *ingegnoſo*, German. *das viel bewberung hate*, *kunſtreich*, ἐπιχειρηματικός, quod eſt factum magno argumento, hoc eſt artificio. *Quint. l. 5. c. 9.* Paulo numeroſius opus dicitur argumentoſum, id eſt, nimia argumentorum mole refertum. Adde *Sidon. l. 9. ep. 9.*

Argumentum, n. 2. *argomento*, *prova*, הוכחה, Germ. *beweiſſ*, Gall. *argument*, Hiſp. *argumento*, ἐπιχείρημα, eſt ratio vel certa, vel probabilis, quæ res aliqua dubia oſtenditur, & confirmatur. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 4.* Multis, & gravibus argumentis Deum eſſe docens. ¶ Sumitur interdum etiam pro materia, quæ in aliquo opere tractatur, quam Græci ὑπόθεσιν vocant, *ſoggetto*, *ſomma*. *Cicer.* Quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt. Sic dicimus, Argumentum comœdiæ, quod Græci periocham vocant, id eſt, ſummam totius comœdiæ paucis verſibus expreſſam. ¶ Interdum pro conjectura, *indizio*, *ſegno*. *Id. in Cat.* Certiſſima argumenta, atque indicia ſceleris. Hinc argumento eſſe, *ſervir di prova*. *Cic. Phil. 2. 16.* ¶ Item pro judicio, ſeu ſententia. *Cic. l. 2. Off.* Tabulæ novæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum? ¶ Argumentum pro monito, ſeu documento citat ex *Ennio Gellius l. 20. c. 29.*

Argŭo, guis, gui, gutum, a. 3. accuſo, incuſo, convinco, *far conoſcere*, *riprendere*, *accuſare*, Gal. *reprendre*, *convaincre*, Hiſp. *redarguir*, *y reprender*, ἐλέγχω, proprie eſt oſtendere, vel acute oſtendere. *Virg. 4. Æn.* Degeneres animos timor arguit. ¶ Sæpe eſt accuſare, vel reprehendere, vel cum ſolo acc. vel etiam cum gen. criminis certi, aut cum abl. incerti. *Cic. pro Cæc.* Non modo Æbutium, ſed etiam ſe ipſum arguit. *Liv. l. 1.* arguere regem culpæ. *Cic. Verr. 7. c. 18.* Te hoc crimine arguo. *Cicer. pro Roſc. Am. c. 29.* de quibus quoniam verbo arguit. *Id. de Inv. l. 2. c. 11.* de crimine arguere. ¶ Aliquando jungitur cum accuſativo rei. *Velle. 2. 68. 4.* Arguunt in eo regni voluntatem. ¶ Et cum infinito. *Liv. l. 30. c. 23.* M. Valerius Lævinus, ſpeculatores, non legatos veniſſe arguebat. ¶ Apud *Suet. in Calig. c. 38.* Arguebat perperam editi cenſus &c. id eſt puniebat. V. Interpr. *Argutum iri*, explicat *Feſtus*, in diſcrimen vocari. ¶ Participium *arguiturus Salluſtius* uſurpavit *in fragm.* apud *Priſcian. l. 10.*

Argutātio, f. 3. *ſtrepito*, רעש, Ger. *geſchwetz*, Gal. *bruit*, Hiſp. *eſtalido*, ψόφησις, ſtrepitus. *Catull. epiſt. 6. v. 11.* Tremulique quaſſa lecti argutatio, inambulatioque, *id eſt* crepitantis lectuli quaſi garrulitas.

Argutātor, oris, m. 3. *ſofiſta*, *acuto*, מחכם, Ger. *geſchwetzig*, *ſophiſt*, Gal. *ſophiſte*, Hiſp. *ſofiſta*, σοφιστής, ſophiſta argutulus, vel argumentator. *Gell. l. 17. c. 3.* Proceſſiſſet argutatori iſti fortaſſe reprehenſio.

Argūte, adv. ſubtiliter, acute, *acutamente*, *con arguzia*. *Cic. pro Cæl. c. 8.* Acute, arguteque reſpondere. Et *l. 2. de Orat. c. 4.* De rebus difficillimis argutiſſime diſputare.

Argutiæ, arum, f. 1. acumen, elegantia, urbanitas, jocus, *arguzie*, *ſottigliezze*, חכמה, Ger. *ſpitz findigkeit*, σοφίσματα, acute, & malitioſe dicta, vel facta. *Cic. de Amic. c. 13.* Nihil eſt, quod illi non aſſequantur ſuis argutiis. ¶ In ſingulari numero *Gell. 3. 1.* Importuna atque audax argutia. ¶ Dicitur etiam de garrulitate ſoni. *Plin. l. 10. c. 29. de luſcinia:* Tantæ, tamque artifices argutiæ. ¶ Item de ingenioſis inventis in artefactis: ut de picturis *Plin. 35. 10. ad fin.* Plurima præterea tales argutiæ faceciſſimi ſalis, *ingegnoſe*, *e bizzarre invenzioni*. *Id. ibid.* Parrhaſius primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, &c. *h. e.* vim, leporem, gratiam. *La galanteria del ſembiante*, inquit Carolus Dati *in vitis Pictor. de Parrhaſio.* ¶ Argutiæ digitorum ſunt celeres digitorum motus adhibiti in geſticulando ad verba magis exprimenda. *Cic. in Or. c. 18.*

Argutiŏla, læ, f. 1. σοφισμάτιον, dimin. *Gell. l. 2. c. 7.* Argutiola frivola, atque inanis eſt.

Arguto. V. in voce ſequenti.

Argūtor, aris, dep. 1. *parlottare*, *cicalare*, *romper il capo con ciarle*, loquacem eſſe, loquendo obſtrepere, & obtundere. *Plaut. in Frivol.* apud *Non. 2. 340.* Superaboque omnes argutando præficas. *Nov.* apud *Non. 4. 34.* Alii cum tacent, totum diem argutatur quaſi cicada. ¶ Dicitur etiam *arguto*, *as*. *Propert. 1. 6. 7.* Illa mihi totis argutat noctibus ignes. *h. e.* obſtrepis objicienda ſuos amores. ¶ Significat etiam argutias loqui, *dire acutezze*. *Plaut. Amph. 1. 1. 192.* *Me.* Ego tibi iſtam comprimam linguam. *So.* Haud potes: bene, pudiceque aſſervatur. *Me.* Pergin' argutarier? ¶ Item ſubſilire, pedes celeriter movendo. Nam *argutus* etiam celerem ſignificat, *Titinn. in Fullonia*, apud *Non. c. 4. n. 34.* Ubi tu ſolitus argutarier pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lavas.

Argutŭlus, m. 2. σοφιστής, ἐγχειρηματικός, dimin. *Cic. l. 13. ep. 18. ad Attic.* Argutuli libri. *h. e.* ſubtiliores, & de rebus abſtruſioribus agentes. Intelligit enim ſuos libros Academicorum.

Argūtus, a, um, o. 1. 2. *taſſato*, *espreſſo*, *accuſato*, ἐλεγχθείς, partic. ab arguor, accuſatus. *Plaut. in Pſeud.* Argutus malorum facinorum. ¶ Quandoque nomen eſt, idem ſignificans, quod qui argutias habet, callet, ſubtilis, acutus, feſtivus, urbanus, concinnus, elegans, *ingegnoſo*, *acuto*, חכם, Germ. *beſcheiden*, *ſpitzfundig*, *oder liſtig*, Gal. *ſubtil*, *ingenieux*, Hiſp. *agudo*, *o ingenioſo*, ὀξύς. *Plin. in ep.* Vitaſſem jamdudum, ne viderer argutior. *Cic. Attic. l. 6. ep. 5.* Literas argutiſſimas. ¶ Interdum pro canoro, reſonantique ponitur, λιγυρός, *riſonante*, ut arguta hirundo, & arguti homines, qui multum, & celeriter loquuntur. *Virg. Eclog. 9.* Argutos inter ſtrepere anſer olores. *Virg. 1. Georg. v. 143.* Argutæ laminæ ſerræ. ¶ Sumitur etiam pro concinno, & eleganti, & συμμέτρῳ τινί habente. Hinc *Virg. Georg. 3. v. 8.* inter præclari equi dotes enumerat argutum caput. ¶ Item pro celeri. Hinc *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens verba non exprimens, *h. e.* minus actuoſa, & mobilis. ¶ Item pro ſignificanti, vel ad ſignificandum aptiſſimo. *Cic. 2. Divin. c. 12.* Arguta exta. *Id. Att. 6. 5.* Argutiſſimas litteras alicui mittere. ¶ Item pro acuto, acri, penetranti. *Plin. 15. 3.* Argutus odor. *Pall. 3. 25.* Argutus ſapor, *piccante*.

Argus, m. 2. Ἄργος, nomen proprium Regis Argivorum, filii Apis, cujus nomine Argivi appellati ſunt. Hoc regnante cœpit uti frugibus Græcia, & habere ſegetes in agricultura, delatis aliunde ſeminibus. Poſt obitum Deus haberi cœpit, templo, & ſacrificiis honoratus eſt. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem tranſvectus eſt. ¶ Fuit & alius Argus, πανόπτης a Græcis cognominatus, quod totus oculis conſtaret, quem poetæ fabulantur a Junone conſtitutum fuiſſe cuſtodem ſuis Inachi filiæ in bovis ſpeciem converſæ. Hunc poſtea Mercurius Jovis juſſu interfecit, unde Ἀργειφόντης, cognominatus eſt. *Cic. 3. de nat. Deor. Ovid. 1. Met.* Juno autem oculos ejus avis ſuæ, hoc eſt, pavonis caudæ inſeruit. *Ovid. ibid.* Hinc Argum fallere proverbio dicimus de vehementer aſtuto. Myſtice autem Argus eſt cœlum ſtellarum luce diſtinctum, quibus ineſſe quædam ſpecies cœleſtium videtur oculorum. In terra eſt, quam Ægyptii bovis imagine in hieroglyphicis litteris exprimebant. Hanc Argus, hoc eſt, cœlum ſtellatum nocturno tempore deſuper videtur obſervare. Mercurius Sol eſt, qui Argum tunc dicitur occidere, cum luminis ſui magnitudine ſtellas omnium obſcuret, earumque conſpectum mortalibus eripit. V. *Macrob. Saturn. l. 1. c. 19.* ¶ Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta eſt, qua Jaſon in Colchidem vectus eſt.

Argyranche, es, f. ἀργυράγχη, quaſi dicas *argentangina*, hoc eſt angina ab argento inducta. ab ἄργυρον, argentum, & ἄγχω, ſtrangulo. Legitur apud *Gell. l. 11. c. 9.*

Argyraſpĭdes, m. 2. *quelli*, *che portano gli ſcudi di argento*, ἀργυράσπιδες, qui argentea ſcuta ferunt, ut Alexandri Magni milites. *Curt. l. 4. c. 13. & l. 8. c. 4. & Liv. l. 37. c. 40.*

Argyrĭpa, æ, f. 1. oppid. Apuliæ Dauniæ, alio nomine Arpi. *Virg. 11. Æn. v. 243.* Ille urbem Argyripam patriæ cognomine Gentis condebat.

Argyrītis, f. 3. *ſchiuma d'argento*, ἀργυρῖτις, ſpuma argenti. *Plin. l. 33. c. 6.* Ejus tria ſunt genera, chryſitis, vel aurea, argyritis, vel argentea, molybditis, vel plumbea.

Argyrodămas, ἀργυροδάμας, lapillus argenti nitorem habens, al. androdamas, qui impetus hominum, & iracundias domat. *Plin. l. 37. c. 10.*

Ariadna, æ, & Ariadne, es, f. 1. Ἀριάδνη, filia Minois Regis Cretæ ex Paſiphae uxore. Theſei amore capta, qui ab Athenienſibus ex fœdere cum Minoe in Cretam Minotauro devorandus miſſus fuerat, ei arma, & filum dedit, ut labyrinthi vias ſignaret, & monſtro interfecto incolumis evaderet. Victor Theſeus cum Ariadna in patriam reverſus eſt. Sed beneficii immemor abductam in Chium, ſeu Naxon Inſulam ibi Ariadnam deſeruit. A Baccho in uxorem ducta eſt. Interea Bacchus in Indiæ expeditionem proficiſcitur. Indis victis inter cæteras captivas duxit in Græciam Regis filiam præſtantiſſima forma. Ariadne igitur etiam a Baccho relicta eſt. Cum in litore fleret, Bacchus eam in cœlum tranſtulit, & coronam quandam, quam Venus Ariadnæ fuerat largita, novem gemmis ornatam aſtris intulit, gemmaſque in novem ſtellas transformavit. Atque hæc eſt Corona Septentrionalis, vel Gnoſſia. *Ovid. 3. Faſt. & 8. Metam.*

Ariadnæus, a, um, adject. poſſeſſiv. *Ovid. l. 3. Faſt. v. 345.* ex Ariadnæo fidere noſſe potes.

Arianis, idis, f. 3. ἀριανίς, herba ignei coloris, cujus tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Naſcitur apud Arianos Scythicam gentem. *Plin. l. 24. c. 17.*

Aricia, f. 1. *l'Aricia*, Col. olim, & urbs Latii, nunc oppid. & Duc. Campaniæ Romanæ, a Roma 16. M. P. a Velitris 4. Condita dicitur ab Hippolyto Theſei F. & a nomine conjugis appellata. Gignit porros miræ magnitudinis. ¶ Juxta hanc urbem Sylva Aricina fuit, in qua Ægeria Nympha, item Lacus Aricinus, qui & Lacus Triviæ, & Speculum Dianæ, *Lago di Nemi*. *Silius 4. 369.* immitem appellat, quia olim ibi Dianæ Tauricæ humana victima cædebatur.

Aricīnus, a, um, adject. ab Aricia, ut Vallis Aricina, *Ovid. Met. 15. v. 488.* Arvum Aricinum, *Horat. l. 2. ep. 2. v. 167.* V. Aricia.

Aride, adv. *Varr.* apud *Non. c. 4. n. 27.* Amor ardifera lampade aride agit amantes æſtuantes. *h. e.* urit, cruciat.

Aridĭtas, f. 3. quæ & aritudo dicitur, *aridità*, *ſiccità*, ציה, Ger. *dürre*, Gal. *ſecheresse*, Hiſp. *ſecura*, ξηρότης, ſiccitas. *Plin. l. 11. c. 33.* Omnem humorem abſorbens ariditatem ampliat. ¶ Pluraliter *Arnob. l. 2. p. 69.* Imbres ariditatibus temperamenta laturi.

Aridŭlus, a, um, diminut. ab aridus. *Catul. de nupt. Pel. & Thetid. v. 316.* Laneaque aridulis hærebant morſa labellis.

Aridum, i, n. ſubſtant. pro ſicca terra ponitur. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 26.* Noſtri ſimul arido conſtiterunt. Et *c. 29.* Naves, quas in aridum ſubduxerat, *navi tirate in ſecco*.

Arĭdus, a, um, *arido*, *ſecco*, יבש, Ger. *dürr*, *verdorrt*, Gal. *aride*, Hiſp. *enxuto*, ξηρός, ſiccus, exſiccatus, humorem non habens. Aridus fons, aridus viator. *Virg. 4. Georg. v. 98.* ¶ Tranſlate ſumitur pro exili, vili, tenui. Ariditſimi libri, *Cic. de Orat. c. 19.* Sic arida oratio, id eſt jejuna. ¶ Aridus victus, id eſt tenuis. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 27.* Atque *Id. pro Quint. c. 30.* Vitam ſemper horridam atque aridam oppoſuis profuſis ſumptibus. ¶ Aridi etiam dicuntur homines, qui male habiti, enectique ſunt, *magri*, *ſmunti*. *Plaut. Aulul. 2. 4.* Pumex non ita æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex. ¶ Item qui ſordido cultu, vel præpterea utuntur, ſive ob inopiam, ſive ob avaritiam: quo ſenſu accipiendum illud *Terent. Heaut. 3. 3.* Habet patrem quendam avidum, miſerum, atque aridum. ¶ Aridum ſonum *Lucret. l. 6. v. 118.* ſonitui tribuit, quem acutum, atque horrificum Nonius interpretatus. Sic *Virg. Georg. l. 1. v. 357.* ſtrepitum defractarum arborum aridum fragorem dixit. ¶ Aridum argentum, pro puro, & lucido. *Plaut. Rud. 3. 4. 12.* Alii (quod fere eodem recidit) exponunt bene excoctum, & ſonans.

Arima, pomi nomen, quo ſapientes Indorum vivunt. *Plin. l. 12. c. 6.*

Ăries, ietis, m. 3. *montone*, איל, Ger. *ein widder*, Gal. *belier*, Hiſp. *carnero deſudo*, κριός, mas ovium, & dux gregis, qui integer eſt, & ſervatur ad generandam ſobolem. Vervex vero, cui inverſi, vel adempti ſunt teſticuli. ¶ Dictus eſt ab ἄρης, Mars, quaſi Martialis. Nam etiam Mathematici dicunt, Arietem, & Scorpionem domum Martis eſſe. Vel dictus eſt ab ara, quod aris impoſi ad ſacrificia ſoleret. *Virg. Ecl. 3.* Aries nunc vellera ſiccat. ¶ Fuit item ferrum in teſtudine, machina bellica, ſic dictum, quod inſtar arietini capitis fieri ſoleret, quod haberet duriſſimam frontem, quæ ſubrueret muros, vel quod more arietum retrocederet, ut vehementius feriret. *Virg. 2. Æn.* Labat ariete crebro Janua. Adde *Veget. l. 4. c. 14.* V. Teſtudo. ¶ Aries etiam marinus piſcis, ſive marina bellua eſt. *Plin. l. 9. c. 44.* ¶ Albo ariete aliena occupare bona. h. e. honeſto prætextu aliena bona occupare ſub ſpecie æquitatis: proverb. eſt *Plauti Perſ. 2. 2. 52.* ubi al. leg. *rete*. Eſt etiam ſignum conſtans tredecim ſideribus, primum Zodiaci. *Vitruv. l. 9. c. 5.* cum Sol arietis ſignum init. Vide fabulam in voce *Phryxus*.

Arietarius, a. 1. a. κριοειδής, quod ad arietem pertinet, ſeu quod arietis habet ſimilitudinem. *Vitr. l. 10. c. 19.* Arietaria machina.

Arietatio, onis, actus arietandi, *rezzo*, *urto*, concuſſio. *Sen. l. 5. Quæſt. Nat. c. 13.* Nonnumquam calor, quem modo Sol fecit, modo ipſa arietatio magnorum inter ſe corporum conglobationem nubis rupit.

Arietātus, a, um, ariete percuſſus, *urtato*, *ſpinto*. *Senec. ep. 54.* Arietata inter ſe arma. Et *3. de Ira, c. 4.* Arietatos inter ſe dentes.

Arietīnus, a. 1. 2. ὁ τοῦ κριοῦ, quod eſt ex ariete. *Plin. l. 30. c. 10.* Arietinos teſticulos.

Arieto, tas, a. 1. *percuotere*, *cozzare*, נגח, כתוש, Ger. *ſtoſſen*, *abwerffen*, Gal. *heurter*, *battre*, *jetter par terre*, Hiſp. *derribar*, *topetar*, κορύπτω, percutio, dejicio, a militari ariete. *Curt. l. 9. c. 7.* Quem Dioxippus arietavit

vit in terram. ¶ *Ariſtare in re* aliqua eſt incidere, incurrere. *Senec. de vita beata*, c. 8.

Ariſlator, V. Arriſlator.

Arimaſpi, m. 2. ἀριμασποί, pop. Sarmatiæ Europeæ, in Moſcovia, ubi nunc Ingria, & Duc. Novogradenſis, & Pleſcovienſis. Unicum in media fronte oculum habere crediti ſunt, & cum gryphis auri cuſtodibus continue præliari. *Plin. l.* 7. c. 2.

Ariminenſis, ſe, ad Ariminum pertinens. *Horat. Epod.* 5. v. 42.

Ariminum, n. 2. *Rimini*. ἀρίμινον, urbs Æmiliæ, ſeu Romandiolæ, in ore Maris Adriatici, ad oſtia Arimini fl. inter Bononiam, & Anconam in Or. 70. M. P. a Piſauro 20. in Occ. æſtiv. a Ravenna 35. in Or. hyber. ab Urbino 30. in Bor. Hic Flaminia via ab Urbe Roma perducta terminatur, & Æmilia incipit Placentiam uſque protracta. Conditum eſt anno ante Chriſtum 270. P. Sempronio, & Appio Claudio Coſſ. ætate Ptolemæi Lagi F. deinde ampliatum ab Auguſto, & ornatum ponte lapideo miræ ſtructuræ, denique a Liburnis dirutum, a Diocletiano repoſitum eſt, qui arcum triumphalem in eo extruxit.

Arinca, f. 1. ἄλυρα, Gallicum vocabulum, quo teſte *Plin. l.* 18. *c.* 8. ſignificatur frumenti genus, quod Græci olyram, Latini ſiliginem vocant. V. *Ruel. l.* 2. *c.* 21.

Ariobarzanes, m. 3. Rex Cappadocum fuit, amicus, ſociuſque populi Romani. *Cic. pro Leg. Manil.* & *in Epiſt. ad Att.* ſæpe meminit. ¶ Quater regno expulſus eſt, & toties eſt reſtitutus. Hinc *Horat. l.* 1. *epiſt.* 6. v. 39. Æris eget Cappadocum Rex.

Ariolor, V. Hariolor.

Arion, m. 3. ἀρίων, citharœdus nobilis, & Poeta Lyricus ex Methymna Lesbi civitate, qui primus Dithyrambos creditur inveniſſe. Venit in Magnam Græciam, & Tarenti diu habitavit, ubi, & in aliis urbibus, arte ſua ingentem pecuniæ vim cumulavit. Cum in patriam rediret, nautæ de Arione interficiendo deliberarunt, ut illius opibus potirentur. Arion nonnihil ſpatii ab iis ſibi concedi poſtulavit, quo veluti cygnus moriturus ſuas ſibi exequias caneret. Quod cum impetraſſet, ſtans celſis in puppi, carmen Orthium Diis marinis cecinit, eoque peracto, ſe in mare præcipitem dedit. Statim delphinus accurrit, & exceptum dorſo Arionem vexit ad Tænarum Laconiæ promontorium, unde Citharœdus ſe ſe ad Periandrum Corinthiorum Tyrannum contulit. Periander immiſſis navigiis cum militibus nautas comprehendit, qui rem, uti geſta erat, confeſſi, graviſſimo ſupplicio ſunt affecti. Hoc merito delphinum Jupiter aſtris recepit, & ſtellas novem juſſit habere. *Ovid.* 2. *Faſt. Cic.* 2. *Tuſc. in fin. Herod. l.* 1. & *Plut. in Sympoſ.* ¶ Eſt etiam Arion nomen equi, quem primum omnium Neptunus, percuſſa terra tridenti, produxiſſe fertur. *Claud. Paneg. de* 4. *Conſ. Honor.* v. 553. Si dominus legeretur equis, tua poſceret ultro Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion.

Arionius, adject. poſſeſſiv. ab Arione. *Ovid. de Arte am. l.* 3. v. 326. Poſcit Arioniæ fabula nota lyræ.

Ariſta, f. 1. *ſpica*, שבולה, Ger. *ſpiez ander aehr*, Gal. *arête*, Hiſp. *raſpa*, ἀθήρ, ab ariditate dicitur, quod ſit omnino arida. Sunt enim ariſtæ extremæ ſpicæ partes, quæ primæ areſcunt, quæ veluti tela, ſive ſpinæ, ſive aculei, frumentum ab avium minorum morſu tuentur. *Cic. de Senect.* c. 15. Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra avium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. ¶ Quandoque accipitur pro ipſo frumento, *frumento*. *Virg.* 1. *Georg.* Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta. ¶ Ponitur pro ipſa æſtate, vel anno, *eſtate*, *anno*, per metalepſim. *Idem* 1. *Eclog.* Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

Ariſtæus, m. 2. ἀρισταῖος, fil. Apollinis et Cyrenes. *Cic.* 3. *de Nat. Deor. Juſtin. l.* 13. *in fin.* V. Cyrene. In Arcadia late regnavit. Primus & apum, & mellis uſum, & lactis coagulum hominibus tradidit, primus ſolſtitialis ſideris ortum invenit. *Juſtin. ibid.* Item fuit inventor olivæ. *Cic. ibid.* Primus quoque apum ex bubulis viſceribus reparandarum rationem traditur inveniſſe. *Virg.* 4. *Georg. in fin. Ovid.* 1. *Faſt.* rem totam narrant. ¶ Ex Autonoe Cadmi filia Actæonem genuit. Fertur relictis Thebis in Chium inſulam ſe contuliſſe, deinde cum Dædalo in Sardiniam, ubi Caraliam condidit.

Ariſtarchēus, a, um, ad Ariſtarchum pertinens, & dicitur de iis, qui Ariſtarchi more aliorum ſcripta, & dicta carpunt. *Varr. l.* 7. *L. L. pag.* 106.

Ariſtarchus, m. 2. ἀρίσταρχος, nomen Grammatici, qui tantum ſibi in Homeri poemate permiſit, ut verſus, quos vellet, velut ſuppoſititios parter, ab Homeri familia ſubmoveret. Hinc etiam hodie Ariſtarchos vocamus aliorum ſcriptorum cenſores, & criticos ſeveros. ¶ Alius fuit Tegeates, Poeta tragicus. *Horat.* Fuit item alius Mathematicus.

Ariſtīdes, m. 3. ἀριστείδης, Athenienſis, cognomento δίκαιος, ideſt juſtus, filius fuit Lyſimachi filii Ariſtidis. *Plato in Theage, in Menone, in Lachete*. Proficiebat ex conſuetudine cum Socrate, poſtquam a Socrate diſceſſit, ſapientiam oblitus eſt. *Plato in Theage,* & *in Theæteto*. Juſtiſſimus, ideſt optimus habitus eſt. *Plato in Menone,* & *in Gorgia*. *Cic.* 3. *Offi.* Dux belli detexit Pauſaniæ collegæ conſilia proditionis cum Xerxe. *Juſtin. l.* 2. A Themiſtocle etiam in adminiſtranda Republica diſſenſit, cum eſſet diverſis moribus. Aliquando ob eam cauſam expulſus eſt, quod præter modum juſtus eſſet. *Cic.* 5. *Tuſc.* Eo mortuo, in ædibus ejus nihil præter veru ferreum inventum eſt. Civitas tamen beneficiorum ejus non immemor filiabus egregiam ex publico dotem dedit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam ex Adrianis Myſiæ, ſive Bithyniæ urbe ortus, qui, cum Smyrnæ profiteretur, advenienti forte M. Antonio Principi unus omnium non proceſſit obviam, eoque modo in cognitionem, & amicitiam venit Imperatoris. ¶ Ariſtides item Thebanus Pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & ſenſus expreſſit omnes, quos Græci vocant ἤθη, durior aliquantulum in coloribus. Hujus pictura illa præcipue laudatur, Infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis. ſentire mater, & timere videtur, ne emortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander tranſtulit Pellam. *Plin. l.* 35. c. 10.

Ariſtifer, ra, ariſtas ferens. *Prudent.* περὶ στεφ. *hymno* 3. v. 52. Ager dives ariſtiferæ ſegetis.

Ariſtippēus, a, um, adject. poſſeſſiv. *Cic. de Fin. l.* 2. *c.* 6. Illud Ariſtippeum.

Ariſtippus, m. 2. ἀρίστιππος, Philoſophus ex Cyrene urbe Libyæ in Africa, vel ex Lariſſa, ut *Plato* inquit *in Menone*. Poſuit ſummum bonum in voluptate, quæ ſenſum movet. *Cic.* 2. *Acad.* 2. *de Fin.* 3. *de Orat.* Fuit princeps, & author Cyrenaicorum, & Anniceriorum. *Cic.* 3. *Offic.* 2. *Acad.* 3. *de Or.* Primus Socraticorum mercede philoſophatus eſt. Egit ſæpe contra inſtituta civilia. *Cic.* 1. *Offic.* ¶ Fuit & alter Ariſtippus hujus nepos ex filia, Matrodidactus dictus, quaſi a matre doctus. Hic in navigio a tempeſtate deprehenſus timuit, & expalluit, & interrogatus a quodam, quare Philoſophus timeret, cum ipſe contra nihil timeret, feſtive reſpondit, non eandem ſibi, & illi cauſam eſſe, quoniam is non eſſet magnopere ſollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis, ipſe pro Ariſtippi anima timeret. *Gell. l.* 19. c. 1.

Ariſto, onis, m. 3. ἀρίστων, Philoſophus, Chius patria. *Cic.* 2. *Acad.* 5. *Tuſc.* 3. *de nat. Deor.* Fuit diſcipulus Lyſiæ. *Idem* 3. *Fin.* Item Zenonis. *Id.* 2. *Acad.* 5. *Tuſc.* 2. *de nat. Deor.* Cognominatus eſt Scepticus, ideſt quaſi- tor, conſiderator, a σκέπτομαι, circumſpicio, ſpeculor, delibero. Nihil enim ſciri putabat poſſe, ſed de omnibus dubitabat, & inquirebat. *Id.* 2. *Acad.* Neque formam Dei intelligi poſſe cenſebat, neque in Diis ſenſum eſſe dicebat, dubitabatque, omnino Deus animans, necne eſſet. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Nihil bonum dixit eſſe, ut Stoici, niſi quod rectum, & honeſtum eſſet. *Id. de Philoſ.* 3. *Fin.* 1. *de Leg.* Præterea rerum differentiam ſuſtulit, ex. gr. dicebat, nihil intereſſe inter optime valere, & graviſſime ægrotare. Idcirco tanquam naturam ipſam excludens ab omnibus rejectus fuit. *Id.* 1. *Offic.* 2. 3. 4. 5. *Fin.* 1. *de Leg.*

Ariſtocratia, f. 1. ἀριστοκρατία, optimatum Principatus, ab ἄριστος, optimus, & κράτος, Imperium. Hujuſmodi eſt Veneta Reſp.

Ariſtolochia, f. 1. ἀριστολοχία, herba. Duplex eſt, longa, & rotunda. Valet ad morſus ſerpentium. *Cic.* 1. & 2. *de Divin.* Aurium ſordes emundat, & auditum juvat. *Plin. l.* 25. c. 8.

Ariſtonēus, a, um, ad Ariſtonem Philoſophum pertinens. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 15. Ariſtonea vitta.

Ariſtophănes, m. 3. ἀριστοφάνης, facetiſſimus Poeta Comicus, ex Lindo Rhodi oppido, lege vero Athenienſis, patre Phillo, al. Philippo. *Cic.* 2. *de Leg.* Atticæ linguæ ſplendore adeo excelluit, ut Dionyſio roganti aliquem ejus ſermonis eruditum, hunc miſerint. Docuit Fabulas 54. Fuit inventor verſus tetrametri, & octometri. Deos novos, & peregrinos e civitate ejecit. *Cic.* 2. *de Leg.* Fuit maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberrimus, ac mordaciſſimus. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & inſectatur in Nubibus. Filios habuit Ararotem, Philippum, Philetærum, Comicos omnes. ¶ Ariſtophanes alter Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, diſcipulus Callimachi, Zenodoti, & Dionyſii. *Cic.* 3. *de Orat.* 5. *Fin.*

Ariſtophanēus, a, um, adject. poſſeſſiv. ut Ariſtophaneus anapæſtus, *Cic. in Orat.* c. 56.

Ariſtophŏrum, n. 2. ἀριστοφόρον, diſcus, vas, quo prandium defertur, ab ἄριστον, prandium, & φέρω, porto. *Feſtus*.

Ariſtor, Crotopi fil. pater Argi centoculi, qui ab eo *Ariſtorides* vocatur. *Ovid. Met.* 1. v. 624.

Ariſtotĕles, m. 3. Ἀριστοτέλης, Philoſophus e Stagiris urbe Macedoniæ, unde Stagirites dictus eſt, fil. Nicomachi medici ex Phæſtiade. Fuit parvus, gibboſus, deformis, balbutiens. Sed excelluit ingenii magnitudine. *Cic.* 1. & 2. *Acad.* 1. *Tuſc.* 1. & 2. *de Div.* 2. *de Orat.* Septendecim annos natus Athenas profectus eſt, ubi viginti annis Platonis ſe auditorem præbuit. *Id.* 1. *Acad.* 1. *de nat. Deor.* Deinde a Philippo in Macedoniam evocatus decem annis Alexandrum inſtituit, cui quam fuerit carus, vel illud unum abunde magno eſt argumento, quod Stagiram patriam ejus, quam diruerat, in gratiam ejus inſtauraverit. *Id.* 3. *de Orat.* Alexandro deinde in Aſiam profecto Athenas rediit, & in Lyceo 13. annis Philoſophiam profeſſus eſt. Fuit inſtitutor Peripateticorum. Docebat enim deambulando, quod Græci περιπατεῖν dicunt. *Id.* 1. *Acad.* 5. *Fin.* 3. *de Orat.* Fuit maximus Philoſophus. *Id.* 2. *Acad.* 5. *Fin.* 1. *Tuſc.* Motus Iſocratis gloria cœpit eloquentiam tractare, & Philoſophiam cum Eloquentia conjungere. *Id.* 3. *de Orat.* 1. *Tuſc.* Fuit author diſſerendi de omnibus rebus in utramque partem. Multa ſcripſit, in quibus non dubitavit aliquando a Platone Magiſtro ſuo diſſentire. Denique accuſatus, quod de Diis non recte ſentiret, cedens invidiæ abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ tranſegit. Alii alias mortis ejus cauſas narrant. Exceſſit ætatis anno 63. ſub idem fere tempus, quo & Demoſthenes. Ariſtotelis diſcipuli numerantur Ariſtoxenus, Theodectes, Theophraſtus. *Cic. in Orat.* Reliquit fil. Nicomachum. Libri de moribus, dubitatur, fuerint ne Ariſtotelis, an Nicomachi filii. *Id.* 5. *Fin.*

Ariſtotelicus, a, um, adject. vulgatiſſimum. cujus loco Ciceroni placet *Ariſtoteleus*.

Ariſtotelius, a, um, vis Ariſtotelia. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 19. Ariſtotelia pigmenta *l.* 2. *ep.* 1. *ad Attic* Commentarii Ariſtotelii, *lib.* 3. *Fin. c.* 3. Ita meliores libri. Al. leg. *Ariſtotelicus*.

Ariſtoxĕnus, Tarentinus Philoſophus, Medicus, Muſicus, diſcipulus Lampri, Zenophili, Ariſtotelis, cui morienti convicium dixit, quod ſibi Theophraſtum in ſcholæ ſucceſſione præponeret. Excelluit in Muſicis. *Cic.* 5. *Fin.* 1. *Tuſc.* 3. *de Orat.* Poſuit animum in harmonia corporis. *Id.* 1. *Tuſc.* Animam eſſe ſuſtulit. *Id. ibid.*

Ariſtus, i, Salaminius, ſcripſit res geſtas Alexandri. ¶ Alius Aſcalonitæ frater, is eſt, quem *Voſſ. l.* 1. *hiſt. Græc. c.* 10. Ciceronis æqualem, & Bruti Magiſtrum vocat.

Arithmetica, æ, & Arithmetice, es, f. 1. *aritmetica*, ἀριθμητική, numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris, & ſupputandi ratione, ab ἀριθμός numerus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Per arithmeticam ſumptus ædificiorum conſummantur. *Senec. epiſt.* 88. Numerare nos docet Arithmetica. ¶ Hæc inter diſciplinas Mathematicas prima eſſe dicitur, quoniam nulla indiget diſciplina: Muſica autem, & Geometria, & Aſtronomia, denique omnes artes illius auxilio egent. *Plato in Epinomide*. Duplex eſt, practica, & ſpeculativa, *Id. in Philebo*, & *in Critia*. Antiquiſſima eſt. *Cic.* 5. *Tuſc.* ¶ Dicimus etiam Arithmetica, orum. *Cic. Att.* 14. 10. In arithmeticis ſatis exercitatus. ¶ Poſterioribus ſeculis Arithmeticæ vocabulum ad Aſtrologiam genethliacem tractum, obſervat *Savaro ad Sidon. l.* 8. *ep.* 12. ¶ Adjective *Vitruv.* 10. 16. Arithmeticæ rationes.

Arithmus, i, m. ἀριθμός, numerus. *Tert. l.* 4. *adv. Marc.* c. 23. & 28. vocat *Arithmos* eos ſacræ Scripturæ libros, qui *Numeri* inſcribuntur.

Aritūdo, f. 3. *aridità*, *ſiccità*, ξηρασία, pro ariditate. *Var.* apud *Non.* 2. 23. Frigus calore, atque humore aritudinem miſcet. *Plaut. Rud.* 2. 6. 40.

Arius, ſive Arēus (græce Ἄρειος, non ἄρειος) Alexandrinus Philoſophus fuit, valde carus Auguſto. *Suet. Aug.* c. 84. *Senec.* c. 4. *Conſol. ad Marc.* ¶ Areus Rhetor *Quintiliano* memoratur *l.* 2. c. 15. Et *l.* 3. *c.* 1. ¶ Arius hæreſiarcha notiſſimus, ſeculo Chriſtiano 4. Hic Filium Creaturam, & Spiritum S. creaturæ creaturam eſſe affirmabat, teſte *Auguſt.* c. 49. *de hæreſ.* ¶ Vulg. perperam ſcribitur *Arrius*; nam græce eſt ἄρειος: nec tamen novus eſt error. Arator poeta in *Act. Apoſt.* 2. 5. fuſa ruit Arrius alvo.

Ariuſia. V. Arvifia.

Arma, orum, n. 2. *arme*, *e armi*, כלים, Germ. *waaffen*, *gewer*, *und harniſch*, Gal. *armes*, Hiſp. *las armas*, ὅπλα, ab armis dicuntur, ideſt humeris, a quibus dependent, ut inquit *Feſt.* ut ſcutum, gladius, tela, & alia, quibus præliantur. *Servius* docet, arma eſſe, quæ armos tegunt. Itaque hoc nomine proprie non continentur tela, haſtæ, & ſimilia, ſed clypei, loricæ, ocreæ, galeæ. Unde *Albinov. eleg.* 1. *v.* 135. Periit arma inter, & enſes. Apud *Ciceronem* vero 3. *de orat.* & *Salluſtium* ſæpe *tela*, & *arma*. Sed plerumque hac voce omne genus armorum continetur. *Cic. pro Cæc.* Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. Ital. *arme da difeſa, e da offeſa*. *Id. pro Lig.* In armis eſſe. *Vell. l.* 2. *c.* 87. Ferre arma adverſus aliquem. ¶ *Ad arma* vox eſt invicem adhortantium ad arma capienda. *Un allarme*. *Liv. l.* 3. *c.* 15. Alternæ voces, ad arma. Hinc conclamare ad arma. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 69. & *Liv. l.* 6. *c.* 28. ¶ Armis ludere dicebantur, qui ſe armis exercerent. *Vulc. Gallic. de Avidio Caſſ.* c. 6. ¶ Quandoque arma capiuntur pro bello, ſicut toga pro pace. *Cic. Offic.* 1. Cedant arma togæ. ¶ Prudes quoque & conſilia arma dicuntur. *Virg.* 2. *Æn.* 598. Et quærere conſcius arma. ¶ Videatur etiam capi pro inſigni-

Digitized by Google

ſignibus. *Virg. Æn.* 1. *n.* 257. Armaque fixit Troja. Conſueverant enim antiqui ſuſpendere arma in poſtibus. ¶ Perdere arma pro honeſtatis rationem deſerere apud *Horat. l.* 1. *ep.* 16. quia arma projicere vel amittere flagitioſum militibus erat. ¶ Arma item dicuntur omnium artium inſtrumenta. Hinc ruſticorum arma raſtra, ligones, &c. *Virg.* 1. *Georg.* 1. *v.* 160. Arma Cerealia, ideſt ad conficiendum panem. *Id.* 1. *Æn.* 177. Arma ſenectutis, artes exercitationeſque virtutum. *Cic. de ſenect.* c. 3. ſic arma coquinaria inſtrumenta culinæ, & ſimilia. ¶ Etiam vires leonis arma dicuntur. *Virg. Æn.* 10. *n.* 6. Tunc movet arma leo.

Armamaxa, vel harmamaxe, æ, lecticæ genus apud Perſas mulis jungi ſolitum. V. *Athen.* 5. 29. & *Curt.* 3. 3. 23.

Armamenta, n. 2. *munizione d' armi, e coſe ſimili*, זיון, Ger. *allerlei, eiſzeug*, Gal. *utenſiles, & inſtrumens ſervants a quelque choſe ce que ſoit*, Hiſp. *ayuntamiento de armas*, ἐργαλεῖα, ὅπλα, armorum congregatio, ideſt, inſtrumentorum in omni arte, ut ſunt funes, & vela in nautica, raſtra, ligones, &c. in agricultura. *Col. l.* 4. Navigia inſtruuntur armamentis, miniſtriſque. Et armamenta vinearum. *Plin. l.* 17. *n.* 21.

Armamentarium, rii, n. 2. *luogo da riper l' armi, arſenale*, Germ. *ein zeughauſ*, Gal. *arſenal*, Hiſp. *arſenal, almazen*, ὁπλοθήκη, repoſitorium armorum, & fere navilium, quale fuit illud, quod Athenis Philon ædificavit, mille capax navium: quale item ampliſſimum illud, quod hodie Venetiis cernitur. *Liv. de bell. Mac.* Conflagravit armamentarium cum ingenti apparatu machinarum, & tormentorum. Adde *Cic. pro Rab. perduell. c.* 7.

Armariŏlum, i, diminut. ab armarium, *ſcrigno, gabinetto, ſtudiolo*. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 35. Armariola Græca. & *Sidon. l.* 8. *ep. ult.* Per armariola, & zothecculas noſtras.

Armarium, rii, n. 2. *armario*, ארון, Germ. *kalter*, Gal. *armoire*, Hiſp. *armario*, ἄβαξ, locus, ubi cibaria, libri, & ſimilia reconduntur. *Plaut. in Cap.* 4. 4. 10. Recluſitque armarium.

Armatūra, f. 1. *armatura*, זיון, Ger. *riſtung*, Gal. *armure*, Hiſp. *armadura*, ὁπλισμός, habitum armorum, vel ipſa arma ſignificat. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Habet cohortes noſtra armatura triginta. *ideſt*, ſimilibus, quibus nos, armatas armis. *Id. Philipp.* 10. c. 6. Noſtræ ſunt legiones, noſtra levis armatura, *hoc eſt*, milites leviter armati. Sic etiam dicitur armatura duplex, armatura ſimplex, ſc. milites, qui ſingulas, vel binas annonas conſequuntur, ut ait *Veget. l.* 2. *c.* 7. ¶ Eſt etiam armatura militaris exercitii genus, de quo *Veget. l.* 1. *c.* 13.

Armātus, us, m. *armatura*, idem quod armatura. *Liv. l.* 37. *c.* 40. Eodem armatu Cares, & Cilices mille, & quingenti. Et *ibid. c.* 41. Toto fere gravi armatu.

Armatus, a, um, armis munitus, inſtructus, *armato*, nom. ex particip. ὡπλισμένος. *Cic. pro Cæcin. c.* 21. Armatos, ſi latine loqui volumus, quos appellare vere poſſumus? opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatique ſunt. ¶ Et metaphorice *Id. pro Dom. c.* 55. Erat incredibili armatus audacia. ¶ Hinc armati ſæpe pro ipſis militibus ponuntur. *Nepos* 10. 9. 2. Navem triremem armatis ornat. Superlat. uſus eſt *Sen.* 5. *de Benef. c.* 4. Tam par tibi ſum, quam nudus armatiſſimis nudi, aut leviter armati. ¶ Armata Venus a Lacedemoniis æde, & ſimulacro culta. V. *Lactant. l.* 1. *c.* 20. *Div. Inſtit.* & *Auſon. epigr.* 42. ¶ Armatæ preces ſunt Principum, qui precibus minas miſcent. V. *Cic. ad Att. l.* 9. *ep.* 13. ¶ Armata dicebatur Virgo ſacrificans, cui lacinia togæ in humerum erat rejecta. *Feſtus*.

Armenia, f. 1. *Armenia*, ארמניה, Ἀρμενία, regio Aſiæ inter Taurum, & Caucaſum montes ſita, & a Cappadocia ad Caſpium mare uſque protenſa. Appellata eſt ab Armeo, ſeu Armenio Theſſalo Jaſonis comite, ut inquit Strabo, vel ab Armeno quodam Rhodio, ut ex Antipatri ſententia tradit Steph. ¶ Ea (ut *Plin. l.* 6. author ait) duplex eſt, major ſcil. & minor. Major, *Turcomania*, & *Curdiſtan*, fere tota ſub dominio Turcarum, eſt ultra Euphratem. A Septent. habet Moſchicos montes, & Cyrum fl. a Merid. Taurum M. ab Occ. Euphratem fl. ab Or. partem Hyrcani maris, & Caſpium M. Minor, *Anadulo*, tota paret Turcis, & eſt inter Cappadociam ad Occ. & Sept. Euphratem flu. ad Or. Syria, & Ciliciam ad Auſtr.

Armeniăcum malum, *armelino*, μῆλον ἀρμενιακόν, pomum, quod ex Armenia advectum eſt, medium inter Perſica, & pruna. Oſſibus enim ad prunum, carne ad Perſicum accedit, quo minor eſt, & citius maureſcit. Hujus generis mala Dioſcorides ait alio nomine præcocia vocari. Sed *Gal. lib.* 2. *de alim. facult. lib.* 7. *ſimpl.* mala Armeniaca diſcernit a præcocibus, hæcque illis multo præſtantiora eſſe teſtatur. *Colum.* 5. 10. & 11. c.

Armeniăcus, & armenius, a, um, gentil. adject. *Virg. Ecl.* 5. Armenias curru ſubjungere tigres. *Vet. Inſcript. apud Grut. p.* 253. *n.* 2. Aurelio Vero Aug. Armeniaco. ¶ Armeniaca mala, quæ & præcocia dicuntur, *moliaca*. V. Armeniacum.

Armenii, orum, Armeniæ populi. *Martial. l.* 5. *epigr.* 59. Nunquid apud Parthos, Armenioſque lates?

Armenium, ii, n. genus eſt pigmenti cœrulei, quod ex quodam lapide fit ex Armenia advecto. *Plin.* 35. 6. *Varr. R. R.* 3. 2. ¶ Item idem quod malum Armeniacum. *Col. l.* 10. *v.* 404. Armeniiſque, & cereolis, pruniſque Damaſci &c.

Armentālis, le, n. 3. ἀγελαῖος, quod eſt ex armento. *Virg.* 11. *Æn. v.* 571. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino nutribat.

Armentarius, rii, m. 2. *cuſtode dell' armento*, בקר, Ger. *viehehirt*, Gal. *gardeur de betail*, Hiſp. *guarda de ganado, mayor*, ἀγελάρχης, armentis cuſtos. *Lucr. l.* 7. Paſtor, & armentarius omnis. *Virg. Georg.* 3. *v.* 344. Armentarius Afer. ¶ Armentarius etiam fuit cognomen Maximiani Galerii Imp. R. quia paſtor armentorum fuerat. *Epit. Aurel. Vict. c.* 37.

Armentīnus. V. Armentivus.

Armentitius, a, um, idem quod armentalis. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 10. armentitii greges, & *c.* 5. armentitium pecus.

Armentīvus, a, um, armentitius. *Plin. l.* 28. 1. 19. De armentivis loquor. Ubi *Harduinum* conſulas, qui vulgatam lectionem, *armentinis*, ut ineptam repudiat.

Armentōſus, a. 1. 2. armentis abundans, ἀγελαῖος. *Gell. l.* 11. *c.* 1. Italia tunc eſſet armentoſiſſima.

Armentum, n. 2. majorum beſtiarum grex, *armento*, בקר, Ger. *groſſ viech*, Gal. *troupeau de gros betail*, Hiſp. *ganado mayor*, ἀγέλη, inquit *Feſt.* id genus pecoris dicitur, quod eſt idoneum ad opus armorum, ut ſunt equi, & boves. Nam equis in bellum curritur, clypei vero boum coriis armantur. *Varro* autem boves armenta vocari voluit, quaſi *aramenta*, tertia litera ſublata, quod eorum præcipue opera in arandis agris utamur. Unde *Col. l.* 7. Jumenta, & armenta nomen a re traxere, quod noſtrum laborem vel onera ſubvectando, vel arando juvarent. Proprie itaque armenta boves dicuntur, & equi, quamvis etiam alia majora animalia eo nomine dici poſſint, licet ſint ad arandum, aut ad geſtanda arma inutilia. Nam cervi, qui ad hoc non ſunt idonei, inter armenta computantur a *Virg. Æn. l.* 1. *v.* 185. ¶ Differt a Grege, qui proprie eſt ovium. *Virg.* 3. *Georg. v.* 286. V. Grex. ¶ In ſingulari numero. *Plin.* 8. 42. *de equis*. Amiſſa parente in grege Armenti. ¶ Obſervat *Nonius c.* 3. *n.* 3. a veteribus in fœmin. gen. Armentas uſurpari. Et Feſtus, invenies, inquit, fœminine *armentas* apud Ennium poſitum.

Armidoctor, oris, idem qui Campidoctor, qui ſc. tirones milites armaturam docet, ὁπλοδιδάσκαλος. Uſi ſunt *Veget. l.* 1. *c.* 13. & *Lamprid. in Alex. c.* 53. Al. leg. armiductor, & Campiductor. Et *Veget.* ipſe tradit doctorem ἀρχιμάχων doctorem dici. V. *Salmaſ. ad Lamprid. l. c.*

Armifactor, oris, qui arma facit. Legitur hæc vox in *Novella* 5. *c.* 1.

Armĭfer, a, um, o. 1. 2. *armigero*, ὁπλοφόρος, arma ferens. *Sil. l.* 4. *v.* 45. armiferi gens ſacra Quirini.

Armĭger, armigeri, m. 2. qui arma domini ſui gerit, *armigero, ſcudiero*, נושא כלים, Ger. *wuaffentrager*, Gal. *ecuyer*, Hiſp. *eſcudero*, ὑπασπιστής, ὁπλίτης, qui lanceam, ſcutum, galeamque ferens armatum equitem in prælio ſequitur, quod officium olim etiam a ſummis viris præſtabatur. Nam Patroclus armiger Achillis fuit, Athates Æneæ. *Cic. pro Dom. ſua, c.* 5. Sergius armiger Catilinæ, ſtipator corporis. ¶ Sumitur & adjective. *Id. l.* 7. *epiſt.* 33. *Fam.* ex veteri poeta: armigerum corpus. *Sil. l.* 7. *v.* 87. armiger Deus. *h. e.* Mars.

Armilauſa, æ, veſtis genus rubei coloris, forte ſagum militare. *Iſid. Orig. l.* 19. *c.* 22. Armilauſa vulgo vocata, quod ante, atque retro diviſa, & aperta eſt, in armis tantum clauſa, quaſi Armiclauſa. *Paul. Nolan. epiſt.* 22. *poſt init.* ſibi illi habeant armilauſam ſuam, & ſuas caligas &c. Meminit & *Juvenalis Scholiaſt. ad Sat.* 5. *v.* 143.

Armĭle. V. Armillum.

Armillæ, f. 1. *braccali, braccialetti, ſmaniglie*, צמיד, Germ. *armbende*, Gall. *braſſelets*, Hiſp. *manillas*, ornamenta in circulorum modum, quæ aurea, vel argentea viri militares ab Imperatoribus donata in ſiniſtris brachiis gerere conſueverunt. Dicuntur armillæ ab armis, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Unde etiam arma ab his dependentia ſunt vocata. *Liv. l.* 10. *c.* 44. Armillis, aureiſque coronis donavit. ¶ Eſt etiam quandoque collare. V. in armillatus.

Armillātus, a, um, adject. ψελλιοφόρος, qui armillas habet. *Sueton. Calig. c.* 52. Manuleatus, & armillatus in publicum procedit. ¶ *Propert. l.* 4. *el.* 8. Armillatos canes dixit, ideſt collaribus revinctos.

Armillum, & armila, urceoli vinarii genus, ut *Nonius* 15. 55. ex Varr. interpretatur, ſic dictum, quod armo, *i. e.* humero deportetur, ut ait Feſt. *Apul.* 6. *Metam.* Ad armile redit. Et *lib.* 9. Ad armillum revertit. Ad priorem locum *Julianus Flor. d. p.* 192. Ad armile redit, *i. e.* ad ingenium, ad notas artes. Prover. eſt ab anuum bibacitate tractum, quæ, ſicunde vini odor naribus allatus eſt, eo ſtatim currunt. Uſurpatum eſt etiam a *Lucil.* apud *Non. n.* 45.

Armilustrium, n. 2. vel armiluſtrum, ὁπλοκαθάρσιον, feſtum apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubis. Ita *Feſtus*. Erat igitur quædam luſtratio, ſeu expiatio armis facta. In vet. Gloſſa: Armiluſtrium, ὁπλοκαθάρσιον. Fortaſſe etiam erat luſtratio armorum a Duce facta ſtato die, de qua *Vulcat. Gallican. de Avid. Caſſio c.* 6.

Armĭpŏtens, o. 3. *potente nelle armi, armigero*, κρατερὸς ἐν πολέμοις, armis valens. Unde & Pallas, ſive Bellona armipotens dicitur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 425. Divæ armipotentis ad aram procumbit.

Armipotentia, æ, *valor nell' armi*. *Ammian. l.* 18. *c.* 5. (*al.* 10.) Armipotentia fretus.

Armisŏnus, o. 1. 2. quod armis ſtrepit. *Virg.* 3. *Æn. v.* 544. Numina ſancta precamur Palladis armiſonæ.

Armo, as, a. 1. munio, orno, confirmo, inſtruo, *armare*, זיין, Germ. *bewaffen*, Gall. *armer, equiper*, Hiſp. *armar*, ὁπλίζω, armis induo, ſeu munio. *Planc. ad Cic.* Manus, quas juſtius in Lepidi perniciem armaſſet. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 88. Armari milites Cæſar jubet. ¶ Sæpe eſt animare, & ſtimulare. *Vellej.* 2. 49. 3. Pompejum Senatus auctoritas, Cæſarem militum armavit fiducia. ¶ Significat etiam inſtruere, munire. *Virg.* 10. *Æn. v.* 140. Armare ſagittas veneno. *Id.* 4. *Æn. v.* 299. armare claſſem. *h. e.* armamentis inſtruere ad navigandum. *Martial. l.* 14. *epigr.* 9. Armare thecam calamis. *Cic. pro Cluent. c.* 67. armare accuſatorem omnibus rebus. *Id. pro Mil.* armare temeritatem alicujus auctoritate publica. *Id.* 1. *de Invent. c.* 1. armare ſe eloquentia.

Armoge, es, commiſſura, & tranſitus colorum. *Plin. l.* 35. *c.* 5.

Armoracea, f. 1. *ramolaccio*, ἀρμορακία, raphanus agreſtis, vel ſylveſtris, quem Pontici armon vocant, alii leucem. *Plin. l.* 19. *c.* 5.

Armoricæ Civitates, Armoricus, Hermionia, Britannia minor, *la Bretagne*, & ejus pars, *Lorduro*, regio Galliæ Celticæ extrema, ad Oceanum in Occ. & Bor. extenſa. Pop. Britones.

Armus, m. 2. *omero, ſpalla*, כתף, Ger. *ein ſchulteren, ein ſpallen*, Gall. *l' epaule, ou l' extremité d' icelle*, Hiſp. *eſpalda*, ὦμος, humerus. *Virg.* 3. *Georg.* Dextro jactata recumbit in armo. ¶ Differt tamen armus ab humero. Nam humeri propria eorum ſunt, qui recti in cœlum ſpectant, unde homini ſoli humeros eſſe dicimus. *Virg.* 1. *Æn.* Os, humeroſque Deo ſimilis. Armi vero ſunt brutorum, quamvis & de hominibus quandoque dicantur. *Hor. Sat.* 4. *lib.* 2. *v.* 44. Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos. ¶ Hanc vocem Voſſius in etymol. *Armillæ*, ab ἁρμός, derivat, quod compagem ſignificat, aut commiſſuram: Atque hinc patere, ait, ne humeros quidem propria dici armos, ſed humerorum cum brachiis commiſſuram.

Arna, oppidum excidium Umbriæ. *Sil. Ital. l.* 8. *v.* 457. ¶ Item urbs Phthiotidis.

Arna, *Feſt.* eſt agna, ex Græco ἀρήν, ἀρνός, agnus.

Arnăcis, idis, f. ἀρνακίς, genus veſtis puellaris, fortaſſe ex pellibus agninis, nam ἀρήν, ἀρνός agnus eſt. *Varr. apud Non. c.* 14. *n. ult.*

Arnates, m. 3. pop. Umbriæ. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Arnienſis, vel Arnenſis, Tribus ruſtica apud Romanos, omnium ultima, utpote quæ longiſſime omnium Roma diſtabat: erat enim in Hetruria, conſtituta anno U. C. 369. quemadmodum Suburana erat omnium prima. Dicta eſt ab Arno fluvio. *Cic. in Agrar.* 2. 29. A Suburana ad Arnienſem nomina veſtra proponat.

Arnobius, i, Afer, inſignis Rhetor, *Philoſophus*, & Scriptor Seculi tertii Chriſtiani, cujus extant lib. 8. adverſus Gentes. Fuit præceptor Lactantii.

Arnus, *l' Arno*, fl. Tuſciæ, qui oritur ex Apennino M. in conf. Romandiolæ, a font. Tiberis 15. M. P. in Occ. Florentiam, ac Piſas interluit, & in mare Tyrrhenum cadit ab oſt. Auſeris 6. M. P. in Mer. a Liburno 15. in Bor.

Aro, as, a. 1. aratro proſcindo, *arare*, חרש, Germ. *ackern*, Gall. *labourer*, Hiſp. *arar*, ἀρόω, proprie ſignificat terram jam proſciſſam rurſus vomere everto. *Plin.* In arando magnopere ſervandum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primum? agrum bene colere. Quid ſecundum? bene arare. Quid tertium? ſtercorare. ¶ Per tranſlationem ponitur pro coire. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 24. Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit. *ideſt*, alienas mulieres ſubagitat, uxorem ſuam deſerit. ¶ Transfertur etiam ad navigationem. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 12. *v.* 36. arare aquas. Sic *Virg. l.* 3. *Æn. v.* 495. ¶ Et ad rugas ſeniles *Ovid. de Arte l.* 2. *v.* 118. Jam veniunt rugæ, quæ tibi corpus arent. *h. e.* tanquam ſulcis notent, & deforment. ¶ Item de lucro, quod ex agricolatione habemus, uſurpatur. *Cic.* 5. *Verr. c.* 47. Fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugere ararent, *h. e.* perciperent. ¶ Arare litus, proverb. eſt, idem ſignificans, quod inanem laborem ſumere. *Ovid. Epiſt. Heroid.* 5. *v.* 116.

Arō-

Digitized by Google

Aroma, atis, n. 3. ἄρωμα, ſed raro in ſingulari numero apud Latinos. *Prudent. in paſſ. Agnetis*, v. 72. Tinctus aromate. ¶ Uſitatius plurale, aromata, *droghe*, *ſpezierie*, quarundem erbarum fructus, odoris, & ſaporis gratiſſimi, quibus utimur vel ad fovendum ventriculum, vel ad appetentiam provocandam, ut ſunt zinziber, piper, ſaccharum, & ſimilia, quæ vulg. *ſpecies* vocant. *Colum. l.* 12. *c.* 20. Aromata contuſa, & cribrata paulatim inſperges.

Aromaticus, a, um, ad aromata pertinens, *aromatico*, ut ſapor, odor, calamus aromaticus. *Spart. in Adriano*, *c.* 19. In honorem ſocrus ſuæ aromatica populo donavit. Supple, munera. *Sedul. in hiſt. Reſurrect. Matth.* 28. Cum munere matres mellis aromatici.

Aromatites, m. 1. ἀρωματίτης, gemma, quæ in Arabia, & in Ægypto gignitur, dicta, quod myrrhæ odorem habeat. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Eſt item aromatites, vinum aromatibus conditum. *Plin. l.* 14. *c.* 15. 16. & 17. V. Abrotonites.

Arpi, m. pl. Argos, Hippium, Argyrippa, urbs ext. Apuliæ Dauniæ, condita a Diomede, inter Luceriam, & Sipontum 18. M. P. a Foſſa opp. 6.

Arpinas, atis, ab Arpino qui eſt. *Cic. de Leg. Agrar.* 3. *c.* 2. Meus paternus, avituſque fundus Arpinas. Et *l.* 1. *Attic. ep.* 16. Arpinates aquæ.

Arpinum, n. 2. *Arpino*, opp. Latii, in Samnii confin. hodie caſtrum Terræ Laboris in Regno Neapolitano, a Sora 4. M. P. in Auſtr. a Monte Caſſino 9. in Bor. a Liri flu. 2. ab Aquino 11. in colle excelſo, apud Fibrenum flu. patria M. T. Cic. C. Marii, Plinii, Plauti, &c.

Arpinus, a, um, ad Arpinum pertinens. *Martial. l.* 10. *epigr.* 19. Arpinæ chartæ. *h. e.* ſcripta Ciceronis, qui Arpinas fuit. ¶ Item ad Arpos pertinens, Apuliæ oppidum. *Liv. l.* 24. *c.* 45.

Arquatus, a, um, n. s. 2. *coſa torta*, *che ha figura d' arco*, Ger. *gebogen*, *gekrumet*, Gal. *courbe en forme d' arc*, *vouté*, Hiſp. *arcado*, *corcobado*, ab arcus, dicitur, quicquid arcus figuram ullo modo imitatur. *Ovid.* 11. *Met.* v. 590. Dixit, & arquato cœlum curvamine ſignans. Al. leg. *arcato*, & *arcuato*. Hinc illa opera, quibus aqua duci ſolet, *arquata* dicuntur, quod multis arcubus æqualiter diſtantibus fulciantur. ¶ Dicuntur etiam *arquati*, quos Græci ἰκτερικὰς vocant, quod virentibus oculis arqui cœleſtis colorem imitentur, *iterici*. Hic morbus a Varrone Morbus Regius dicitur. Unde arquatum pecus, quod morbo icterico, ideſt Regio laborat. *Col. l.* 7. c. 5. Humana urina remedio eſt etiam pecori arquato. Adde *Corn. Celſ. l.* 3. *c.* 24.

Arquitenens. V. Arcitenens.

Arquites, m. 3. *ſagittari*, *arcieri*, τοξόται, dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc ſagittarios vocant. *Feſtus*.

Arquus, i, idem quod arcus, Veterum ſcriptione. *Lucret.* 6. 525. Tum color in nigris exſtit nubibus arqui. *h. e.* iridis. *Non. cap.* 5. *n.* 14. hoc ſtatuit diſcrimen, ut *arcus* dicatur fornix ſuſpenſus, *arquus* qui in cœlo apparet.

Arralis, le, qui ſub arra, ſeu arrha fit. *Diocles. l.* 3. *Cod. de action. empt. & vend.* Ex arrali pacto.

Arrectarius, n. 1. 2. *diritto*, adject. a particip. arrectus, quod eſt arrectum, ut Aſſis arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus eſt, ſicut tranſverſarius, qui in tranſverſum ponitur. *Vitruv. l.* 2. c. 8. Rimas in iis facinnt arrectariorum, & tranſverſariorum diſpoſitione.

Arrectus, a, um, erectus, rectus, extenſus, elatus, *dirizzato*, ὀρθούμενος, ἐπαιρόμενος, *Virg. Æn.* 1. v. 152. Arrectis auribus adſtant. Et *Æn.* 4. v. 280. Arrectæque horrore comæ. *Liv. l.* 21. *c.* 3. Ut pleraque Alpium ab Italia ſicut breviora, ita arrectiora, *più erte*. ¶ Item excitatus, *incitato*. *Salluſt. B. Jug. c.* 86. Plebis animos arrectos videt. *Virg. Æn.* 5. v. 138. Laudum arrecta cupido. ¶ Item intentus. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 11. Arrecta civitas omnis, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo, &c. h. e. intenta, admirans, &c.

Arrepo, V. Adrepo.

Arrepto, *as*, idem quod repto, vel Adrepo. *Plin. lib.* 35. *c.* 10. Item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

Arreptus, a, um, *preſo*, *colto*, nomen ex particip. ab arripio, ſtatim captus, apprehenſus. *Liv. l.* 3. *c.* 48. Arrepto cultro. *Horat. l.* 1. *Sat.* 9. v. 4. Arrepta manu. Et arreptum tempus. *Virg. Æn.* 11. v. 459.

Arrha, vel arra, rhæ, f. 1. & arrabo, vel arrhabo, onis, *arra*, *caparra*, ערבון, Ger. *gottspfenning*, Gal. *arrhe*, Hiſp. *ſenal*, ἀῤῥαβὼν, id, quod dari ſolet ad confirmationem contractus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior. *Ter. Heaut.* 3. 3. 42. Ea relicta huic arrhaboni eſt. Adde *Plaut. Mil.* 4. 1. 11. ¶ Claudius Annalium ſcriptor arrhabonem pro obſidibus poſuit: apud *Gell. l.* 17. *c.* 2. qui hanc vocem monet inter ſordida verba haberi cœptam.

Arrhabo, V. Arrha.

Arrhenicum, i, n. *arſenico*, ἀῤῥενικὸν, & ἀρσενικὸν, arſenicum. *Plin. aſſ.* 15.

Arrhetos, ἄῤῥητος, hoc eſt qui dici non poteſt: unus eſt ex æonibus Valentini Hæretici. *Tertull. adverſ. Valentinian.* c. 35.

Arrideo, es, iſi, iſum, n. 2. ſubrideo, *rider di coſa*, *che piaccia*, פרק, Ger. *anlachen*, Gal. *ſourire*, *rire a quelqu' un*, Hiſp. *ſonreirſe*, προσγελάω, ridendo applaudo, vel riſu lætitiam oſtendo. *Cic. de ſen. Scip.* Hic leniter arridens Scipio. *Terent. Adelph.* 5. 4. 10. Arridere omnibus. ¶ Accipitur & pro placeo, *piacere*. *Idem Attic. l.* 13. *epiſt.* 21. Inhibere illud ſuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet.

Arrigo, is, exi, ectum, a. 3. *dirizzare*, ex ad, & rego, ſign. erigere, elevare, ut arrigere aures, &c. *Virg.* 10. Comaſque arrexit. *Plaut. Rud.* 5. 2. 6. Suo mihi ſermone arrexit aures. *ideſt* fecit ut arrigerem. ¶ Dicitur etiam metaphor. alicujus animum arrigere, ideſt excitare. *Sall. Jug. c.* 8. Eos non paullum Marius oratione ſua arrexerat. *Virg. Æn.* 12. 251. Arrexere animos Itali.

Arrilator, *Feſto* eſt is, qui emptureiens data arrha ſibi poſtulat credi. V. *Scal. ad Feſt.* ubi hanc ſcripturam laudat præ vulgata *arrulator*, vel orilator. Vide & *Gell. l.* 16. *c.* 7.

Arripio, is, arripui, arreptum, a. 3. corripio, apprehendo, accipio, capio, attraho, per vim adduco, *torre*, *rapire*, *prendere*, *cogliere*, חכך ברף, Ger. *ergreiffen*, Gal. *emporter*, *enlever de force*, Hiſp. *arrebatar*, προσαρπάζω. *Cic.* 2. *de Orat.* Si quemcumque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo. *Idem* 1. *de nat. Deor.* Quærit, unde animum arripuerimus. ¶ Dicimus etiam arripere tempus, cauſam, occaſionem, *ſervirſi dell' occaſione*. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. & *pro Cluent. c.* 33. ¶ Avide arripere, celeriter arripere litteras, *Cic. pro Roſ. Com. c.* 11. & alibi. ¶ Arripi, pro accuſari. *Suet. in Vitell. c.* 2. Inter Sejani conſcios arreptus. *Id. in Caſ. c.* 23. Aliquot criminibus arreptus eſt. *Cic. pro Mil. c.* 22. arripi in quæſtionem. Sic apud eund. arripi in carcerem. Al. leg. *abripi*. ¶ Arripere maledictum ex trivio, *Cic. pro Mur. c.* 6. hoc eſt uti plebeio maledicto. ¶ Dolor aliquem arripuit. *Cic. de fin. c.* 29. ¶ Cognomen ſibi arripere ex aliorum imaginibus. *Cic. pro Seſt.* 32. ¶ Arripere terram velis, *prender terra*. *Virg.* 3. *Æn.* v. 477. Ecce tibi Auſoniæ tellus, hanc arripe velis.

Arriſio, onis, riſus, applauſus, *Auct. ad Herenn. cap.* 6. Interpellatio, aut arriſio.

Arriſor, ris, m. 3. qui alicui ſubridet, adulator. *Sen. ep.* 27. Stultorum divitum arroſor, & quod ſequitur, arriſor.

Arrius. V. Arius.

Arrodo, a. 3. idem, quod rodo, vel circumrodo, *rodere intorno*. Metaphorice *Cic. pro Sext.* c. 33. Arrodere Remp. Adde *Sidon. l.* 7. *ep.* 6.

Arrogans, n. 3. ἀλαζὼν, *arrogante*, qui ſibi temere, atque inſolenter tribuit, quæ in ſe non ſunt. *Caſ.* 3. *bel. Civ.* Ne arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. *Macrob. Satur. l.* 3. *c.* 11. Arrogantiſſimum proverbium. *Quintil.* 12. 3. Pigritia arrogantior.

Arroganter, ſuperbe, contumaciter, *arrogantemente*, Ger. *vermeſſentlich*, Gall. *arrogamment*, Hiſp. *arrogantemente*, ἀλαζονικῶς, adv. ſuperbe. *Cic.* 2. *de Or.* Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter dictum eſſe aliquid videatur. *Id. pro Mur.* c. 37. Nihil dicam arrogantius. *Oroſ. l.* 7. *c.* 25. A quo arrogantiſſime exceptus eſt.

Arrogantia, f. 1. ſuperbia, inſolentia, intolerantia, faſtidium, *arroganza*, גאוה, Ger. *vermeſſenheit*, Gal. *arrogance*, Hiſp. *arrogancia*, ἀλαζονεία, vitium, quo quis bona, quæ ei non ſunt, ſibi aſſumit. Differt a ſuperbia, quia ſuperbus turgeſcit iis bonis, quæ re vera habet, arrogans temere, & impudenter bona ſibi vendicat, quæ non habet. Sed tamen promiſcue ſuperbia, & arrogantia uſurpantur. *Cic. in Orat. c.* 38. Ne in veritate crimen arrogantiæ extimeſcerem.

Arrogatio, f. 3. *adozione*. Eſt actus legitimus, per quem aliquis in filium aſciſcitur. Dicta eſt, quod per populi rogationem fieret, vel quod tum aſciſcens, tum aſciſcendus de conſenſu interrogarentur. Differt ab adoptione, quod arrogatio puberum eſt, adoptio impuberum. *Gell. l.* 5. *c.* 19.

Arrogator, oris, *adottatore*, qui arrogat, hoc eſt ſibi aliquem in filium arrogatione aſſumit. *Cajus Dig.* 1. 7. 2. & *Ulpian.* 1. 7. 19. & 22.

Arrogatus, a, um, *adottato*, arrogatione in alienam familiam aſſumptus. *Aur. Vict. de Caſarib.* c. 13. & *Marcell. Dig.* 1. 7. 18.

Arrogo, as, a. 1. ſumo, aſſumo, aſciſco, vendico, *attribuirſi troppo*, *vantarſi*, נשא יהיר, Ger. *ihm ſelbs zumeſſen*, *ihm ſelbs zuſchreiben*, Gal. *s' attribuer*, Hiſp. *attribuirſe*, ἀλαζονεύομαι, a præp. a, & rogo, proprie videtur ſignificare εἰσποιεῖσθαι, in filium, ac familiarem aſciſcere. *Gell. l.* 5. *c.* 19. Arrogantur ii, qui in alienam ſe ſe poteſtatem tradunt. Unde *arrogatio*. ¶ Arrogare Dictatorem conſuli, *Liv. l.* 7. *c.* 25. ideſt adjungere. ¶ Eſt etiam ſibi aſſumere, cui opponitur *derogo*, *Cic. pro Sex. Roſc. Amer.* 32. Non tantum mihi derogo, tametſi nihil arrogo. *Id. de cl. orat. c.* 85. arrogare ſibi ſapientiam. ¶ Interdum ſignificat petere, rogare. *Plaut. Rud.* 5. 2. 45. Vnous hoc volo arroget te. ¶ Arrogare *aliquid alicui rei* eſt tribuere, vel afferre, & in bonam quoque partem accipitur. *Horat. l.* 4. *od.* 14. Fortuna laudem, & optatum peractis imperiis decus arrogavit. *Id. de art. poet. v.* 122. Jura neget ſibi nata: nihil non arroget, armis. *h. e.* omnia in armorum vi poſita eſſe putet.

Arroſor, oris, m. 3. qui arrodit. *Senec. epiſt.* 27. Stultorum divitum arroſor. *h. e.* qui divitum bona abligurit.

Arroſus, a, um, adject. *corroſo*. *Plin. l.* 10. *c.* 62. Semina arroſa condunt formicæ.

Arrugia, *foſſa*, *d' onde ſi cava l' oro*, Ger. *goldegub*, χρυσωρυχεῖα, cuniculus ſubterraneus, ex quo effoditur aurum. V. *Plin. l.* 33. c. 4.

Arrulator. V. Arrilator.

Ars, tis, f. 3. artificium, ratio faciendi, facultas, ſtudium, diſciplina, *arte*, מלאכה, Germ. *ein kunſt*, Gall. *art*, Hiſp. *arte*, τέχνη. *Auct. ad Herenn. l.* 1. c. 2. *Artem* præceptionem dicit, quæ dat certam viam, rationemque faciendi. ¶ Artes etiam dicuntur virtutes, & vitia. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 30. Nemo unquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit. Et *Annal.* 14. *c.* 57. Tigellinus malas artes, quibus ſolis pollebat, gnariores ratus &c. ¶ Item ſtudium, induſtria, ſed cum prudentia agendi. *Ter. Andr.* 1. 1. 4. Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? V. ibi *Donat.* ¶ Item dolus, aſtutia, & in bonam, & in malam partem. *Virg. Æn.* 2. v. 152. Dolis inſtructus, & arte Pelaſga. *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 88. Intelligebantur artes; ſed pars obſequii erat, ne deprehenderentur. *Ovid.* 15. *Met.* Nam te non alius belli tenet aptius artes. ¶ Artes quandoque ſumuntur pro iis libellis, qui præcepta artium continent. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Hæc, opinor, originem ab Iſocrate duxit: ſi tamen revera ars, quæ circumfertur, ejus eſt. Sic *Cic.* Artes Oratorias dixit *Top.* c. 8. ¶ Quandoque & pro ipſis operibus arte factis. *Horat. l.* 4. *od.* 8. Divite me ſcilicet artium, Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas. ¶ Pro Muſis, quæ ſunt artium liberalium præſides, *Phæd. in prol. l.* 3. v. 18. Tonanti ſancta Mnemoſyne Jovi Fecunda novies artium peperit chorum. ¶ Multæ ſunt artium diviſiones, ſed illa celebrior, qua in liberales, & mechanicas, ſeu ſerviles dividuntur. Liberales ſunt, quæ ſola animi ſeu ingenii vi exercentur, ut ſcientiæ, & facultates: ſerviles eas dicimus, quas corporis viribus adhibitis factitamus, ut fabriles, militaris, nautica &c.

Arſaces, is, m. 3. Ἀρσάκης, nomen proprium Parthorum Regis, cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæſitum, conſtitutumque ab eo Regnum, ut omnes deinde Reges ſuos Arſaces appellaverint, quemadmodum Ægyptii Reges ſuos vocaverunt Ptolemæos, quia & Parthi ipſi ab eo Arſacidæ dicti ſunt. *Juſtin.* 41. 5.

Arſacidæ, arum, m. Arſacis Parthorum regis ſucceſſores, ſeu poſteri. *Tacit.* 2. *hiſtor. c.* 40.

Arſacius, a, um, adject. ab Arſace ductum, & ponitur pro Perſico, *Perſiano*. *Martial. l.* 9. *epigr.* 35. Scis quid in Arſacia Pacorum deliberat aula.

Arſe, verſe, Tuſcorum lingua ſignificat *averte ignem*. *Feſtus*.

Arſenicum, ci, n. 2. *arſenico*, Ger. *arſenick*, Gal. *arſenic*, Hiſp. *arſenico*, ἀρσενικὸν, ſuccus eſt mineralis, pinguis, inflammabilis, compoſitus ex pinguedine ſulphurea, hydrargyro, & ſpiritu ſalis candido. Duplex eſt, candidum, propr. arſenicum, & flavum, quod auripigmentum dicitur. *Plin. in fi. libri* 34.

Arſenogonon, n. 2. ἀρσενόγονον, herba, ſub ſatyrii nomine comprehenſa, ferens ſemen teſtibus ſimile, dicta, quod vino, in quo macerata eſt, apoto, mares generari credantur, ut thelygono feminæ. *Plin. l.* 26. *c. ult.* Uvas habet fructibus oleæ ſimiles, ſed aliquanto pallidiores, ſemen vero ad ſimilitudinem papaveris album.

Arſineum, ornamentum capitis muliebris. *Feſt.*

Arſinoe, f. 1. Ἀρσινόη, filia Ptolemæi Lagi filii, qui Ægyptum poſt Alexandrum tenuit, & uxor Lyſimachi Regis Macedoniæ, forma præſtantiſſima, a cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus frater urbem condidit in Cyrenaica regione, quæ Teucheria quoque dicta eſt, *Toochara*, inter Berenicem ad Occ. 47. & Ptolemaidem in Ort. 45. M. P. V. Coronis.

Arſis, f. 3. ἄρσις, Latine dicitur elevatio vocis, ſicut θέσις poſitio eſt, ut in voce *arma*, *ar* elevatio eſt, *ma* poſitio *Diomedes Grammatic. l.* 3.

Artacia, æ, fons apud Læſtrygonas, de quo *Tibul. ad Meſſal. l.* 4. *v.* 6. Nobilis Artaciæ gelidus quem irrigat unda.

Artatus, bonis artibus inſtructus. *Feſt.* V. Artitus.

Arte. V. Arcte.

Artaxata, orum, n. pl. *Tauris*, *Teſlis*, *Acoiſora*. Urbs Armeniæ majoris, ad Araxem fl. in Georgiæ Regno, a Gaza 350. M. P. a Niſibi 500. in Bor. a mari Caſpio 120. in Occid. ¶ Item urbs Cappadociæ, inter Cæſaream 24. M. P. & Comanam 42. *Juv. ſat.* 2. *v. ult.* Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Arte-

Artemiſia, f. 1. *ἀρτεμισία*, Mauſoli Cariæ Regis uxor, inſignis pudicitiæ, quæ virum ultra humanæ affectionis fines amaſſe perhibetur. Nam & mortui cineres vino commiſto abibit, & memoriæ ejus ſplendidiſſimam erexit ſepulchrum. Hinc magnifica omnia monumenta Mauſolea appellantur. *Cic. 3. Tuſc. Plin. in Conv. Plat.*

Artemiſia, herba inſignis, quæ ab Artemiſia Mauſoli uxore nomen ſibi aſcivit, cum antea Parthenis diceretur. Deſcribitur *a Plin. l. 25. c. 7.*

Artemiſius, ii. 2. *ἀρτεμίσιος*, apud Macedonas menſis Majus dicitur. ¶ Eſt item nomen montis Arcadiæ. *Plin. l. 4. c. 6.*

Artĕmon, onis, m. 3. *artemone*, *ἀρτέμων*, quid ſit, inter eruditos non ſatis convenit. *Bayſius* credit, eſſe velum maximum in navi, eo argumento fretus, quod etiam hodie Veneti maximum navis velum ita vocant: Alciatus, eſſe velum additiium, quod ſcilicet majori velo additur, & aſſuitur, dirigendæ navis cauſa. Nam Græci *ἀρτᾶν*, dicunt aſſuere, vel appendere, & *ἄρτημα*, appendicem. *lege 242. Dig. de Verb. ſign.* Malum navis eſſe pertem, artemonem non item, *Labeo* ait. ¶ Alii volunt, eſſe navis antennam, ex qua velum ſuſpenditur. *Vitr. l. 10. c. 5.* docet, artemonem eſſe, quam noſtri trochleam, Græci *ἐπάγοντα* vocant. Hac autem in navibus funes ductarii trahuntur, & armamenta explicantur, ut merito additamentum magis, quam pars navis eſſe videatur. Ait idem Scriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naves eſſe accommodatas, fierique his trochleis navium ſubductiones.

Arteria, f. 1. *arteria*, *la canna della gola*, *ſtrozza*, פרקים, Germ. *ein pulſader*, Gal. *artere*, Hiſp. *arteria*, *ἀρτηρία*, Latine vena vitalis, ſeu ſemita, in qua aë vitalis ſpiritus miſtus cum ſanguine, quæ motu, atque pulſu febris indicium eſt. Dicta eſt ab *ἀὴρ*, aer, & *τηρεῖν*, ſervo, quod aer, ideſt, ſpiritus in ea ſervetur. Ab antiquis pulſus vocabatur. ¶ Arteriæ poſitæ ſubter venas ſunt, præterquam in dorſo, in quo magna arteria, quæ trachea dicitur, eſt poſita ſuper venam. ¶ Non deſinunt micare, propter calorem. *Cic. 2. de nat. Deor.* ¶ Aſpera arteria eſt fiſtula ab ore ad pulmonem, per quam ſpiritus, ſive aer attrahitur, & emittitur, & vox formatur. Apud *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* ¶ *Lucretius* neut. gen. uſus, aſperiora arteria vocavit, *l. 4. v. 532.* Quemadmodum & Latini aulæum dixerunt quod Græci *αὐλαίαν*. ¶ Cum de aſpera arteria ſermo eſt, fere *arterias* num. plur. dicunt Auctores. Revera enim duæ ſunt arteriæ aſperæ, altera, qua eſculenta immittuntur, altera, qua ſpiritus ducitur. *Ad Heren. l. 3. c. 12.* Læduntur arteriæ, ſi antequam leni voce permulſæ ſunt, acri clamore compleantur. *Suet. in Ner. c. 25.* Neque quidquam ſerio, jocove egit, niſi adſtante Phonaſco, qui moneret, parceret arteriis.

Arteriăce, es, medicamentum quoddam ex capitibus papaveris, quod & diacodion appellatus. *Plin. l. 20. c. 19.* Eſt autem contra arteriarum morbos. *Scribon. Larg. 75.* ¶ Aliud eſt arteriaces genus ex pomorum ſuccis, cujus confectionem docet *Plin. lib. 23. c. 7.*

Arteriăcus, a, um, ad arterias pertinens, ut Arteriaca medicamenta. *Cal. Aurel. Tard. 2. 6.*

Artoſia, *Artois*, Prov. & Com. Galliæ Belgicæ, inter Picardiam, & Flandriam: Caput Atrebatum.

Arthriſis, idem quod Arthritis: *Prudent. Romani paſſion. v. 495.* Nodoſa torquet quos podagra, & arthriſis.

Arthritĭcus, m. 2. *gottoſo*, *ἀρθριτικός*, qui laborat arthritide, hoc eſt morbo articulari, ab *ἄρθρον*, articulus. *Cic. Pato, l. 8. epiſt. 23. Pam.* Coquum etiam te arthriticum habere.

Arthrītis, idis, *ἀρθρῖτις*, morbus articularis, ſc. tumus articuli cum dolore, *gotta artetica*. Dolorem articulorum vocat *Cic. l. 1. Attic. ep. 5. Vitruv. l. 1. c. 6.* Gravitudo, arthritis, tuſſis, &c.

Articulamentum, i, n. 2. articulus, articulatio, membrorum junctura. *Scribonius Larg. Compoſ. 74. & 82. 103.*

Articulāris, e, & articularius, a, um, adject. ad articulos pertinens, ut morbus articularis, h. e. arthritis, *podagra*, *gotta*. *Plin. l. 20. c. 17. ſub fin.* & Morbus articularius, apud *eund. l. 23. proœm. & l. 32. cap. 4.*

Articulārius, rii, m. 2. ſubſt. *ἀρθριτικός*, qui articulari morbo laborat. *Plaut. in ſuppoſitis ad Mercat. v. 17.* Nec podagricus, nec articularius eſt.

Articulāte, cum primis, adv. clare, aperte. *Cic. Att. 6. 5.* Puellæ ſalutem articulate dices. ¶ Articulate pronuntiare, eſt, diſtincte, quibuſdam veluti articulis. *Gell. l. 5. c. 9.* Articulate loqui.

Articulātim, ſeparatim, ſeorſim, *ἀνὰ ἄρθρον*, per articulus. *Plaut. in Epid. 3. 4. 50.* Ille homo te articulatim concidit. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 26.* Puerum obtruncat, membraque articulatim dividit. ¶ Eſt etiam idem quod articulata, i. e. clare, diſtincte. *Id. Cic. 1. de leg. c. 13.* Articulatim & diſtincte dicere.

Articulātio, onis, in arboribus eſt, cum veluti per articulos, ſeu nodos creſcunt. *Plin. l. 16. c. 25.* Tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio. Sic *l. 17. c. 11.* ¶ Eſt etiam arborum morbus, qui tribus de cauſis accidere ſolet: una, vi tempeſtatum germinibus ablatis: altera, in ſupinum exciſis: tertia, culturæ imperitia læſis. Omnes enim earum injuriæ in articulis ſentiuntur. *Plin. 17. 24.*

Articulātus, a, um, *articolato*, quaſi articulis diſtinctus: ut articulata vox differt a ſono. *Solin. c. 65.* Articulata verba.

Articŭlo, as, avi, are, *articolare*, articulis veluti diſtinguo. *Lucret. 4. 548.* voces articulat verborum dædala lingua. *Apul. in Florid. 2.* Eo facilius verba hominis articulantur potentiore plectro, & palato. *Arnob. l. 3. p. 101.* Multijuga lingua ſonos articulet.

Articulōſus, a. c. 2 *nodoſo*, Ger. *ſehr knodicht*, Gal. *noueux*, Hiſp. *nudoſo*, *ἀρθρώδης*, plenus articulis. *Quint. l. 4. c. 5.* Evitanda concisa nimium, & velus articuloſa partitio, quæ *ſcil.* orationem nimium multis diſtinctionibus afficit. *Plin. 24. 16.* Radix articuloſo.

Artĭcŭlus, m. 2. nodus, juncturæ nodus, *nodo*, *giuntura*, Germ. *glied*, Gal. *article*, Hiſp. *articulo*, *ἄρθρον*, dim. ab artus, & ponitur pro junctura, ſive nodo, vel parte membri. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 67.* Cervix articulorum nodis jungitur. *Cic. Acc. 1. 5.* Dolores articulorum, *dolori artetici*. ¶ Sed & in vite nodi dicuntur articuli. *Cic. in Cat.* Tamquam ad articulus ſarmentorum. ¶ Articuli etiam in montibus dicuntur, *colli*. *Plin. in calce oper.* Aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ſoli fertilitate, pabuli ubertate. Ubi *montium articulos* videtur accepiſſe pro colliculis, & clivis molliter ſurgentibus. ¶ Interdum pro digito, *dito*. *Ov. l. 2. de Pont.* Quid ſit utile ſolicitis ſupputat articulis. ¶ Interdum pro momento, ſive puncto, ideſt temporis particula, & pro tempeſtiva rerum faciendarum hora. *Ter. in Adelph. 2. 2. 20.* Vide, ut in ipſo articulo oppreſſit eam. *Cic. pro Quint. c. 5.* In ipſo articulo temporis adſtringeret. ¶ *Curt. l. 3. c. 5.* In quo me articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis, *in quale ſtretto punto di coſe*. *Plaut. Men. 1. 2. 31.* Commoditatis omnes articulos ſcio. ¶ Item apud Grammaticos articulus eſt pron. *Hic*, *hæc*, *hoc*, quod in declinandis nominibus diſcernendi generis cauſa præponitur. ¶ Et apud Rhetores articulus membrum eſt, ſeu inciſum periodi, item Fig. el. Diſſolutio, qua plura diſſolute demptis conjunctionibus dicuntur, ut Ejus virtuti, fidei, felicitati commendata eſt: Sed *Auctor. ad Her. l. 4.* duas conſtituit Figuras, unam pro ſingulis membris, quam Diſſolutionem, alteram pro ſingulis verbis, quam Articulum nominat. ¶ Articuli etiam certas particulas, ſeu poſitiones notant. *l. 142. Dig. de Verb. ſignif.* Non poſſunt omnes articuli ſingillatim legibus comprehendi. *Arnob. l. 7. p. 243.* Ventum eſt ad ipſum articulum cauſæ. *h. e.* ad id, in quo cauſa vertitur.

Artĭfex, ficis, m. & f. 3. opifex, ſciens, & peritus, *artefice*, אמן, Germ. *handwerkſmann*, Gal. *artiſan*, Hiſp. *artiſta*, *official*, *τεχνίτης*, qui artem aliquam exercet, dictus, quod arte quippiam faciat. *Feſtus* hanc affert etymologiam, Artifices dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exerceant, ſive quod apte opera inter ſe imbeant, qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt. *Cic. Fam. l. 7. ep. 1.* Egregius artifex præclaris operibus ſuis lætatur. Et in *Orat. c. 48.* Conſuetudo artifex ſuavitatis. ¶ Sæpe ſumitur pro auctore. *autore*. *Cic. de Univerſ. c. 2.* Deum artificem mundi appellat. *Senec. Agam. v. 983.* Sceleris infandi artifex. ¶ Aliquando idem aſt ac ſciens, peritus. *Cic. 4. Acad.* Qui diſtinguas artificem ab inſcio? *Sueton. in Calig. c. 32.* Miles decollandi artifex. *Propert. 2. 1. 60.* Artifex morbi. *h. e.* medicus. ¶ *Virg. Æn. 2. v. 125.* Artificem abſolute poſuit pro homine vafro, & dolorum architecto. ¶ Adjective interdum uſurpatur pro arte laborato. *Perſ. ſat. 5. v. 40.* Artificem vultum. *Macrob. 1. ſat. cap. 13.* Artificem nodum. *Quintil. lib. 9. cap. 4.* Artifices motus, dixit.

Artificiālis, le, artefactus, ſeu ad artem pertinens, *artificiale*, *ἔντεχνος*. *Quintil. l. 6. c. 4.* Artificialis ratio.

Artificiālĭter, adverb. artificioſe, *artifizioſamente*, *τεχνικῶς*. *Quintil. l. 2. c. 17.* Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artificiōſe, *artifizioſamente*, *τεχνικῶς*, adv. *Cic. 1. de Orat.* Qui illa artificioſe digeſta generatim componerent. *Id. 2. de Nat. Deor. c. 22.* Artificioſius aliquid efficere. *Auct. ad Herenn. 4. 4.* Artificioſiſſime facere aliquid.

Artificiōſus, a. 1. 2. habens artem, vim artificii, *artifizioſo*, Ger. *kunſtreich*, Gal. *artificieux*, Hiſp. *artificioſo*, *ἔντεχνος*, plenus artificio. *Cic. 2. de Fin.* De re obſcura, ut Phyſici, aut artificioſa, ut Mathematici. ¶ Sumitur etiam active, pro eo, qui aliquid arte facit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 22.* Zeno naturam ita definit, ut eam dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendum.

Artificium, n. 2. ars, opificis induſtria, opus, actio, præſtantia, opera, *artifizio*, *arte*, כשרון, Germ. *handtwerck*, Gal. *artefice*, Hiſp. *arte*, *artefitio*, *τέχνη*, ars, & ſcientia. *Cic. pro Clu.* Medici nihil præter artificium præſtare debent. ¶ Et pro aſtuto invento in bonam partem, *Cic. Fam. l. 9. epiſt. 16.* Non jam ſatis eſt conſilio pugnare artificium quoddam excogitandum eſt. *Caeſ. l. 7. B. G.* Neque acie viciſſe Romanos, ſed artificio quodam, & ſcientia oppugnationis. ¶ Artificia etiam ſumuntur pro ipſis artibus, *arti*, *meſtieri*, ut Artificium ſutoris, *meſtiere del Calzolajo*. *Cic. 1. Offic.* Jam de artificiis & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, hæc fere accepimus. ¶ Artificium item ſumitur pro fraude, dolo, *inganno*, *aſtuzia*, *Caeſ. ad Oppium poſt epiſt. Cic. 8. l. 9. ad Att.* Quorum artificio effectum eſt, ut reſp. in hunc ſtatum perveniret.

Artio, is, ivi, ire, dixere Vet. pro arcto, as, auctore *Nonio* 10. 20. ¶ Artum apud *Catonem*, aſt, inſerere, immittere. Inquit enim *R. R. 40.* Surculum aridum, quem artiveras, eximito. en artito ſurculum, quem inſerere voles.

Artitus, a, um, bonis artubus inſtructus, ut *Feſtus* explicat. *Plaut. Aſin. 3. 1. 19.* Ubi ſæpe cauſas dixeris, pendens adverſus octo artitos, audaces viros.

Arto V. Arcto.

Artocopus V. Artopta.

Artocrĕas, atis, n. 3. *vivanda di pane, e di carne*, *ἀρτόκρεας*, cibi genus ex pane, & carne minutim conciſa confectum. Vide lib. Apitii. *Perſ. ſat. 6.* Oleum, artocreaſque popello largior. *Vet. Gloſſæ Steph.* Viſcerationem interpretantur.

Artolagănus, ni, m. 2. *ἀρτολάγανος*, panis genus deliciſſimi, quod cum puſillo vino, lacte, oleo, & pipere coquebatur. *Cic. Pat. l. 9. ep. 20.* Dediſcendæ ſunt tibi ſportellæ, & artolagani tui. *Athen. l. 3. c. 29.* ſcribit in artolagano poni parum vini cum pipere, & lacte, & oleo, ſeu adipe modico.

Artopta, æ, f. *ſorta di vaſe da cuocer pane*, *ἀρτόπτης*, vas quoddam, in quo panis coquitur, nec quivis panis, ſed lautior, & delicatus: Græca vox ab *ἄρτος*, panis, & *ὀπτάω*, coquo, aſſo. *Plaut. Aulul. 2. 9. 4.* Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. *Plin. l. 18. c. 11.* Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aulularia ſcripſit: magna ob id concertatione eruditorum, an is verſus Poetæ ſit illius. Quidam hoc *Plinii* loco *artopram* perperam interpretantur de muliere panifica. *Juvenal. Sat. 5. v. 72.* dextram cohibere memento: Salva ſit artoptæ reverentia. *h. e.* verere artoptam in domini delitam, velut in uſum ſacrorum comparatam, neque audeas tangere panem in ea coctum. Ubi præſertim Græcam appellationem *Juvenalis* irridet more ſuo. Hic interpretes fere omnes *artoptam* dicunt panis diſpenſatorem & cuſtodem, quaſi ſit *ἀρτόπτης* maſc. gen. ab *ἄρτος* & *ὀπτάω*, videor. Sed neque Satyrica urbanitas, neque conſequentium verborum contextus patiuntur, ut a prima hujus vocis ſignificatione recedamus. ¶ *Hevernius* panem aſſum intelligit: quam explicationem ſumpſit, a *Ferrar. Elect. 2. 10.* Verum panis ejuſmodi non *artopta*, ſed artopticius dicitur, h. e. in artopta aſſatus: qua de re conſulendi Græci Scriptores *Pollux l. 10. c. 25. & Athenæus l. 3. c. 28.* ¶ Neque eſt prætermittendum, in vet. edit. A. 1473. legi *artoropi* ab *ἄρτος*, panis, & *πόνος*, labor, id eſt panis elaborati, vel ipſius piſtoris, qui panem hunc delicatum elaboravit.

Artopticius panis, qui torretur in artopta, ſicut *furnaceus*, qui in furno. *Plin. 18. c. 11.*

Artotrŏgus, *ἀρτοτρώγης*, panem manducans, nomen eſt paraſiti apud *Plaut. Mil. 1. 1. 9.*

Artotyritæ, m. 1. *ἀρτοτυρῖται*, populi ſic dicti ab oblatione, quod panem, & caſeum offerrent, ab *ἄρτος*, panis, & *τυρός*, caſeum. *Auguſtin. de Hæreſib. n. 28.*

Artro, as, avi, atum, a. 1. ſignificat aratus in agro ſegetes rurſus arando proſcindere. *Plin. l. 18. c. 20.*

Artuātim, adverb. per artus, *a membro a membro*. *Firmic. l. 7. c. 1.* Artuatim conciſus.

Artuātus, a, um, in articulos reſolutus, vel per artus conciſus, laniatus. *Jul. Firm. l. 6. c. 30.* Artuatis viſceris partibus. ¶ Eſt nomen ex participio a verbo artuo, as, quod ſignificat per artus divido. *Jul. Firmic. 6. 31.* Sic artuatis viſceris partibus.

Artus, artuum, artubus, m. 4. plur. num. tantum, *nodi*, Germ. *glieder*, Gal. *noeuds*, Hiſp. *nudos*, *ἄρθρα*, nodi in corpore animantis, ſeu partes corporis inter juncturas, et duorum oſſium coeuntibus extremitatibus reſultantes, dicti ab arctando, quin olligant membra membris, vel quod inter ſe arctentur. Feſtus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Digitorum contractio facilis propter molles commiſſuras, & artus. *Plin. l. 31. c. 6.* Luxata corpora in artus redeunt. *Virg. l. 5.* Et magni membrorum artus. ¶ Quidam diſtinguunt artus a membris, quod artus dicuntur oſſa cum nervis, & venis, membra autem vocamus carnem artus tegentem. Unde mem-

brana, ſuperior membris pars, hoc eſt, pellis. Sed ſæpe confunduntur. ¶ Sæpe vero artus ponuntur pro membris. *Virg.* 2. *Æn.* v. 353. ſuper ſeſſos complectitur artus. *Scribon. Larg. compoſ.* 104. Artus conſtringere. *h. e.* membra comprimendo perfricare, *far le freghe*. ¶ In ſingulari numero *Lucan.* 6. 754. tunc omnis palpitat artus. ¶ Translate *artus* dicuntur de arboribus. *Plin.* 14. 1. Stat per ſe vitis ſine ullo pedamento artus ſuos in ſe colligens. *Phædr. in append. fab.* 4. tribuit *artus* nodis, & laqueis retis. ¶ Olim dictum eſt etiam *artua*, *uum*, n. *Plaut. Men.* 5. 2. 102. Ut ego hujus membra, atque oſſa, atque artua comminuam illo ſcipione.

Artus, a, um, V. Arctus.

Arvāles Fratres, m. 3. Sacerdotes duodecim, quos Romulus inſtituit, ſeque inter illos fratrem appellavit, quorum officium erat Cereri, & Baccho pro frugum, & vini ubertate hoſtias mactare, quæ Ambarvales dicebantur. Ei ſacerdotio Acca Laurentia Romuli nutrix tribuit infulas albas, & ſpiceam coronam pro inſigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Hic honor non niſi vita finiebatur, exuleſque, & captivos comitabatur, *Maſſur. Sabin.* apud *Gell. l.* 6. *c.* 7. *Plin. l.* 18. *c.* 2.

Arvectus, advectus. *Cato R. R. c.* 135.

Arvĕho, is, idem quod adveho. *Cato R. R. c.* 138. Boves arvehant ligna fabalis, frumentum. *Id. ib. c.* 135. Trapetum ubi arvectum erit &c. *ar* Veteribus pro *ad* dictum eſt.

Arverni, Ἀρούερνοι, pop. Galliæ Aquitanicæ, ad Elaverim, inter Lemovices, Bojos, Ruthenos, & Gabalos. Horum regio dicitur Alvernia, *Auvergne*, Metropolis Arverniæ, Arverna, Arvernum, Claromons, *Clermont.* ¶ Arverni a Trojanis oriundi fraternitatis nomen cum populo Rom. uſurpare voluerunt. *Luc. l.* 1. *v.* 427.

Arviga, aries; & Arviges hoſtiæ, quæ cornua habebant, & quarum exta in olla, non in veru coquebantur. Ita *Var. de L. L. l.* 4. V. Haruga.

Arvignus, a, um, adject. arietinus. *Var. l.* 4. *L. L. pag.* 24.

Arvina, f. 1. *graſſo, lardo*, חלב, Ger. *ſchmaber, ſpeck*, Gal. *graiſſe*, Hiſp. *graſſa que eſta pueſta ſobre la carne*, πιμελή, durum pingue inter cutem. *Virg. l.* 7. *Æn. v.* 627. Lucida ſpicula tergent arvina pingui.

Arviſia vina, *Virg. Ecl.* 3. *verſ.* 30. ubi rectius leg. *Ariuſia*, ſc. ab Ariuſio Chii inſula, ubi id vinum proveniebat, omnium optimum inter Græcanica. *Athen.* quoque *l.* 1. Ἀριούσιον vocat.

Arŭla, læ, f. *picciola ara*, parva ara. *Cic.* 6. *Ver. c.* 3. Ante hoſce deos erant arulæ, quæ &c.

Aruncus, m. 2. *barbetta della capra*, Ger. *geiſsbart*, Gal. *barbe de chevre*, Hiſp. *la barba de las cabras, o cabrones*, ἠρύγγιον, villus a caprarum mento dependens. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Villus, quem aruncum vocant.

Arundĭfer, adject. ferens arundines. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 637. Tybris arundiferum medio caput extulit alveo.

Arundinacĕus, a. 1. 2. *coſa, che ha forma di canna*, καλαμοειδής, ſimilis arundini. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Frumentis folium arundinaceum.

Arundinētum, n. 2. *luogo, dove ſono molte canne*, Ger. *rohrbuſch*, Gall. *lieu planté de roſeaux*, Hiſp. *canal*, καλαμών, locus, ubi arundines conſitæ ſunt. *Plin. l.* 10. *c.* 32. In arundinetis canunt. Adde *Suet. Ner. c.* 48. & *Cat. R. R. c.* 6.

Arundĭnĕus, a. 1. 2. καλάμινος, quod eſt ex arundine. *Plin. lib.* 10. *c.* 29. Fronde arundinea, *Virg.* 4. *Georg. v.* 265. Arundinei canales.

Arundinōſus, a. 1. 2. adject. καλαμώδης, abundans arundinibus. *Catul. carm.* 36. *v.* 13. Cnidumque arundinoſam colis.

Arundo, f. 3. *canna*, קנה, Ger. *rohr*, Gal. *canne, roſeau*, Hiſp. *cana*, κάλαμος. aquaticus frutex. *Liv. l.* 7. *Bel. Pun.* Alia arundine texta, ſtramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant ſagittæ, quandoque arundo ponitur pro ſagitta, *freccia*. *Virg. l.* 7. *Æn. v.* 499. Parque ſua venit arundo. ¶ Eſt etiam arundo, a qua hamus pendet, quo piſces capiuntur. *Tibull. l.* 2. *eleg. ult.* Hac capiat arundine piſces. ¶ Item bacillum viſco illitum, quo capiuntur aves. Hinc proverb. Arundo alas verberat; de eo, qui aliqua arte ſe captum ſentit. *Plaut. Bacchid.* 1. 1. 17. ¶ Item fiſtula ex arundine. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 8. Silveſtrem tenui meditabor arundine Muſam. ¶ Item calamus ſcriptoris. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 11. Inque manus chartæ, nodoſaque venit arundo. ¶ Scribitur & *harundo* cum aſpiratione.

Arundulatio, onis, f. 3. ſuppoſitio arundinum ad ramos arborum fulciendos, *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 8. ¶ Scribitur & *harundulatio*.

Aruns, m. 3. vates Tuſcus, divinandi ſcientia inſignis. *Luc. l.* 1. ¶ Eſt item nomen viri, qui Camillam occidit. *Virg. l.* 11. *Æn.* ¶ Fuit etiam Tarquinii Superbi filius natu maximus, qui Junium Brutum in pugna interemit, & ab illo viciſſim haſta trajectus eſt. *Liv. l.* 1.

Aruntius, Auguſti tempore ſcripſit de bello Punico, ſtylo Salluſtiano. De eo *Senec. epiſt.* 114. & *Tac. Ann.* 1. *c.* 8. & 6. *c.* 7. &c. ¶ Aruntius Stella celebris poeta, inter alia Domitiani victoriam de Sarmatis carmine celebravit.

Arupenum, Arupinum, *Auſperg*, opp. Japodum, in conf. Iſtriæ, & Illyrici, finitim. Labaco Metrop. Carniolæ. ¶ Eſt & opp. Iſtriæ, *Rovigno*, inter Parentium ad Occ. 15. M. P. & Polam 12. ad Or.

Arupinus, a, um, ad Arupinum pertinens. *Tibull.* 4. 1. 110.

Aruſpex, V. Haruſpex.

Arvum, i, ab arando, ager qui aratus, non ſatus eſt, ut *Varr.* ait *l.* 1. *R. R. c.* 29. שדה, Ger. *acker*, Gal. *camp*, Hiſp. *campo*, ἄρουρα, ab arando. Dumoſa arva, apud *Luc. l.* 6. *v.* 13. *Virg.* 2. *Georg. v.* 262. Optima putri arva ſolo. ¶ Revera adjectivum eſt, ut Nonius exemplis probat, & *arvus ager*, legitur apud *Plaut. Trucul.* 1. 2. 47. *Varronem*, & *Iſid. l.* 15. *Orig. c.* 13. ¶ Translate *Lucret. l.* 4. *v.* 1104. Arva muliebria pro muliebri natura poſuit. Et *Virg.* genitale arvum, *Georg.* 3. *v.* 136. ¶ Dicitur etiam de regione, *paeſe*. *Ovid.* 4. *de Ponto el.* 7. *v.* 3. Aſpicis en, Præſes, quali jaceamus in arvo. ¶ Arva *Neptunia* eſt mare. *Virg.* 8. *Æn. v.* 695. ¶ Olim, *arva*, *arum*, f. uſurpatum fuit. *Pacuv.* apud *Non.* 3. 15. Poſtquam calamitas plures annos arvas calvitur.

Arx, arcis, f. 3. *rocca*, מצודה, Germ. *eine feſtung*, Gall. *forteresse*, Hiſp. *fortaleza*, ἀκρόπολις, ἄκρα, ab arceo, vel ab ἄκρος, proprie ſignificat locum excelſum. Unde ſæpe montibus tribuitur. *Virg. l.* 1. *Geor. v.* 240. Riphæas arces: & *l.* 2. *v.* 534. *de Urbe Roma*. Septemque una ſibi muro circumdedit arces: h. e. colles. ¶ Atque hinc quidquid in quaque re ſummum eſt, arcem dicimus: Sic, capitis arcem pro vertice, *Claudian. Paneg. de* 4. *Conſul. Honor. verſ.* 235. Arcem mentis, *Stat. Silv.* 2. *v.* 131. Arcem veri, *Petron.* Arcem eloquentiæ, *Quint.* Arcem Muſicæ, *Priſc. in præfat.* ¶ Quia vero caſtella, & munimenta arcendis hoſtibus, tutelæ cauſa in arcibus collocari ſolent, ideo ipſa ſtructura arx appellata, *Rocca*, *Caſtello*, *Fortezza*, ἀκρόπολις. Sic Arx Tarpeja, pro Capitolio. *Aſcon. in Divinat. Cic.* & *Virg. Æn.* 8. *v.* 652. & *Nep.* etiam 20. 3. 3. ¶ Translate id omne, quo maxime nitimur, arx appellatur. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Non potui magis in arcem illius cauſæ invadere. Et *Divin. in Ver. c.* 3. legem repetundarum, arcem Sociorum vocat. Sic ab *eod. Catil.* 4. Roma dicitur Arx omnium provinciarum. ¶ Arcem ex cloaca facere, veteri proverbio dicuntur, qui hominem nihili magnificis in cœlum laudibus extollunt, *Cic. pro Cn. Plancio*.

Arytæna, vas ab hauriendo ſic dictum. *Feſtus*

A ANTE S.

As, aſſis, m. 3. *aſſa*, ἀσσάριον, ab *æs* ductum, nummi ænei genus, qui libralis initio fuit, æs grave ſæpe ab Auctoribus appellatus. Poſtea cum populus R. ære alieno premeretur, ex ſingulis aſſibus ſextantarii, i. e. ſelibres, deinde unciales, & demum lege Papiria ſemiunciales facti, ut docet *Plin. l.* 33. *cap.* 3. Hujuſmodi igitur nummi in ſtipem dari ſolebant. *Suet. Aug. c.* 91. Cavam manum aſſes porrigentibus præbens. ¶ Valebat autem as duos ſolidos Venetos. ¶ Aſſis æſtimare, id eſt, parvi facere, *Catull. ep.* 5. ¶ Accipitur etiam *as* pro quacumque re integra, ſed præſertim pro hæreditate: Sic hæres ex aſſe eſt is, ad quem tota hæreditas tranſit, ἐξ ὅλου κλήρου. *Mart. lib.* 9. *ep.* 10. Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit. Dicimus etiam ex aſſe ſatisfacere, & ex aſſe poſſidere: Et *Sidon.* proverbio dixit: ex aſſe hiſtoriam texere, ex aſſe cognoſcere, ad aſſem diſſerere, h. e. ſolide, plene. ¶ Aſſis diviſionem, & partes perſequitur *Ulpian. l.* 50. *de hæredib. inſtituend.* §. 2. Hæreditas, inquit, plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ aſſis appellatione continentur: habent autem hæ partes propria nomina, ut ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Quæ omnia vide ſuis locis. ¶ Aſſis, & partium ejus vocabula tribuuntur etiam omnibus rebus menſurandis, & numerandis, ut triens, quadrans, quincunx accipiuntur pro calicibus, ſeu menſura poculorum. *Propert.* Cum fuerit multis exacta trientibus hora. *Mart.* Te conviva leget mixto quincunce.

Aſa antiqua pro ara. In *fragm. antiqua legis* apud *Gell.* 4. 3.

Aſa fœtida, σίλφιον, vel aſa putida, herba, al. laſer.

Aſaroticus, a, um, ad aſarota pertinens, teſſellatus. *Sidon. c.* 23. *de Narbone*: Aureaſque portas exornas aſaroticis lapillis.

Aſarōtum, n. 2. *pavimento ſcaccato*, ἀσάρωτον, pavimentum picturæ arte elaboratum, a Græcis inventum, ſic dictum, quod verri non debeat, ab α priv. & σαίρω, verro, purgo ſcopis. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀσάρωτα vocantur, a pavimento everri, dum ſubtegulanea pavimenta in uſu erant: poſtea aſarotis inventis ceſſavit uſus ſcoparum, manibuſque colligi purgamenta cœperunt, pavimenta vero ſpongiis mundari. ¶ Xenodorus primus clarus in faciendis *aſarotis*, quæ miro artificio parvulis teſtulis in varios colores tinctis, & imagines pictis ſtravit. *Stat. l.* 1. *Silv.* 3. Gaudet humus, ſuperatque novis aſarota figuris.

Aſarum, n. 2. ἄσαρον, *taſſa* *Plin. l.* 12. *c.* 13. herba, al. baccar, folia habens ſimilia hederæ, rotundiora tamen, & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, ſemen acinoſum, ſaporis calidi, & vinoſi.

Aſbeſtinum, n. 2. *lino, che non ſ' abbrucia*, ἀσβέστινον, genus lini, quod igne non abſumitur. Vivum id vocant. *Plin. l.* 19. *c.* 1.

Aſbeſtos, m. 2. ἄσβεστος, inextinguibilis, lapis ferrei coloris in montibus Arcadiæ, qui ſic ardet, ut non poſſit extingui. *Pl. l.* 37. *c.* 10.

Aſbŏlus, canis Actæonis, ab ἄσβολος, fuligo, a colore pilorum. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 218. & villis Aſbolus atris.

Aſca, f. 1. urbs Siciliæ, condita ab Elymo. *Serv. in* 5. *Æn.*

Aſcalabōtes, m. 3. ἀσκαλαβώτης, animal ex genere ſtellionum. *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Aſcalăphus, fil. Acherontis, & Orphnes Avernalis Nymphæ. Hic vidit Proſerpinam, quæ a Plutone rapta fuerat, ſeptem grana mali Punici ex arbore decerpti in horto comedentem. Cum Ceres filiæ ſuæ reditum a Jove ea lege impetraſſet, ſi nihil apud Inferos guſtaſſet cibi, Aſcalaphus eam prodidit. Indignata Proſerpina, ſibi Aſcalaphi indicio negatum reditum, convertit eum in bubonem avem funeſtam, & triſtium ſemper rerum nuntiam. *Ovid.* 5. *Met.*

Aſcălon, Aſcalo, *Scalona*, Urbs Palæſtinæ marit. E. ſub Pat. Hieroſol. una ex quinque primis Philiſtinorum urbibus, inter Azotum ad Sept. & Anthedonem ad Auſtr.

Aſcalonia, & aſcalonium, *ſcalogno*, Ger. *eſchlaut*, Gal. *echalote*, Hiſp. *eſcalona*, ἀσκαλώνιον, κρόμμυον, cæpæ genus, quod in Aſcalonis agro plurimum naſcatur. *Plin. l.* 19. *c.* 16.

Aſcalonius, a, um, qui eſt ab Aſcalone. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Aſcalonia cæpa.

Aſcania palus, vel Aſcanius lacus, *Lago di Nicea*, Turc. *Iſnich*, & *Aſſu*, pal. Myſiæ, ſeu Bithyniæ, apud Nicæam urb. inter eam, & Daſcylium, in quam, & ex qua Aſcanius fl. ingreditur, & egreditur.

Aſcanius, ii, qui & Ilus, Julus dictus, Ἀσκάνιος, Æneæ ex Creuſa Priami Regis filia natu maximus, qui, incenſa Troja, una cum Patre in Italiam venit, & poſt ejus mortem Lavinii regnavit annos octo & triginta. Albam longam condidit, eoque Regni ſedem tranſtulit. Alii narrant Aſcanium hunc non Creuſæ, ſed Laviniæ filium fuiſſe, V. *Dionyſ. l.* 1. &c. *Virg. Æn.* 1. *v.* 267. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Julo Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno. ¶ Adjective Aſcania terra, apud *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Aſcaules, m. utricularius, h. e. qui utrem, cui tibia innexa ſit, inflat, & ſonat, ἀσκαύλης. *Mart. l.* 10. *ep.* 3. Et concupiſcat aſſe Canus aſcaules.

Aſcendo, & adſcendo, is, ndi, nſum, n. 3. ſcando, *aſcendere*, *ſalire*, *montare*, עלה, Ger. *auf ſteigen hinaufgehen*, Gal. *monter*, Hiſp. *ſubir arriba*, ἀναβαίνω, ex ad, & ſcando, ſignificat ſurſum, ſive ad aliquid ſcandere. *Ter. in Adel.* 4. 5. 69. Navem aſcendit. ¶ Aſcendere equum, & in equum, *Cic. de Senect. c.* 10. *Liv. l.* 23. *c.* 14. ¶ Aſcendere in concionem, eſt in eum locum ſcandere, unde oratio ſolet haberi ad populum. *Cic. Att.* Ille in concionem aſcendit. *l.* 4. *ep.* 2. ¶ Aſcendere ad honores, *Cic. de clar. Orat. c.* 68.

Aſcenſibĭlis, le, qui aſcendi poteſt, *Cal. Aurel. Tard.* 3. *c.* 1. Aſcenſibili itinera gradiantur.

Aſcenſio, & Adſcenſio, onis, f. 3. verbale, aſcendendi actus, *aſceſa*, *ſalita*, ἀνάβασις. *Cic. de clar. Orat. c.* 36. Quorum (oratorum) quæ fuerit aſcenſio, & quam in omnibus rebus difficilis perfectio, ex eo quod dicam exiſtimari poteſt. Al. leg. *aſſenſio*. ¶ Aſcenſionem facere pro aſcendere. *Plaut. Rud.* 3. 1. 7. Ad hirundininum nidum viſa eſt ſimia aſcenſionem ut faceret, admolirier.

Aſcenſor, oris, m. *ſalitore*, ἀναβάτης, qui aſcendit. *Hieron. in fin. l.* 1. *Ruffin.* Aſcenſor montis Dominici.

Aſcenſus, m. 4. *aſceſa*, ἀνάβασις, pro aſcendendi actu. *Cic. pro Domo*, Ab ejus templi aditu, atque aſcenſu repuliſti. *Liv.* 23. 36. Hoſti aditum aſcenſumque difficilem præbere.

Aſcenſus, a, um, *ſalito*, partic. ab Aſcendo, *Prop.* 4. 3. 63. Ne, precor, aſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

Aſcia, æ, f. 1. dolabra, *aſcia*, [illegible], Ger. *beyl*, *hobel*, Gal. *hache*, Hiſp. *azuela*, σκέπαρνον, fabri lignarii inſtrumentum, quo fabricæ materiæ dolantur. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Citiſſime aſcias retundit. ¶ Item fabri murarii inſtrumentum, quo calx maceratur, *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. Sumatur aſcia, & quemadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſciatur. Si ad aſciam offenderint calculi, non erit temperata, &c. ¶ *Sub aſcia dedicare*, formula eſt, quæ in Veteribus ſepulcris ſæpe invenitur: ſignificat autem recens ſepulcrum uſui dicare, hoc eſt cadaver inferre, dum

adhuc

Digitized by Google

adhuc ſub aſcia eſt opus. Vid. *Marcorbium in titul. Camp. Amphith. c. 3. p.* 90. Niſi forte ſepulchrum ſub aſcia eſt ſepulcrum aſciatum. V. Salmaſium ad Trebell. in trig. Tyrann. cap. 30.

Aſcia loca (ἄσκια) dicuntur, in quibus meridie nullæ ſunt ſolis umbræ, *Plin. l. 2. c. 73.*

Aſcio, as, are, *aſciare*, *polire*, *purgare*, aſcia cædo, vel dolo, aut purgo. *Vitruv. l. 7. c. 2.* aſcia materiam dolare, dixi. & calcem in lacu maceratam aſciare, h. e. calculis & ſcabritie purgare. Adde *Pallad. l. 1. tit.* 14. V. Aſcia.

Aſciſco. V. Adcio, vel Adſciſco.

Aſcitæ, m. 1. ἀσκῖται, Arabes dicti ſunt, ab utribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant, quod bubulos utres binos ſternentes piraticam exercent. *Plin. l.* 6. c. 29.

Aſcites, ἀσκίτης, hydropis ſpecies, in qua plus ſeſe humoris promit, ſpiritus autem minus, cui opponitur tympanites, in qua plus ſpiritus, quam aquæ. *Cal. Aurel. Tard. 3. 8. Plin. Valer. 3. 10.*

Aſcius, ii, ἄσκιος, ſine umbra, ab α privat. & σκιὰ umbra. ¶ Aſcii dicuntur Zonæ Torridæ incolæ, quando Sol ipſis verticalis eſt: tunc enim corpore nullas umbras faciunt. Sic Aſcia loca *Plin. l. 2. c. 73.* dixit, quæ umbra carent.

Aſclepia, orum, vox Græca eſt, & ſignificat feſta in honorem Æſculapii, qui Ἀσκληπιὸς dicitur. *Pollux l. 1. c. 1. n. 30.* ¶ Sunt etiam agones quidam in *Inſcript. Smetii p.* 304. & 415.

Aſclepiades, m. 3. ἀσκληπιάδης, nomen Hiſtorici Cyprii, eo tempore, quo Pygmalion regnabat in Oriente. ¶ Alter fuit Philoſophus cæcus, quem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut puero uno eſſet comitatior. ¶ Fuit & alius Aſclepiades Pruſienſis medicus, qui cæteros Medicos Eloquentia vicit, amicus Lucii Craſſi. *Cic. 1. de Orat.* Hic lapſu ſcalarum interiit. ¶ Fuit & alius Aſclepiades, Poeta, a quo carmen Aſclepiadeum dictum eſt.

Aſclepiadeum carmen, quod & choriambicum dicitur: cujus exempla multa in *Horatio*, ut illud. Mecœnas atavis edite regibus.

Aſclepias, adis, f. 3. ἀσκληπιάς, herba ramos oblongos, & hederæ folia habens, dicta ab Aſclepio inventore. *Dioſc. l. 3. & Plin. l. 26. c. 5.*

Aſconius Pedianus, m. 2. Grammaticus, & Hiſtoricus ſub Nerone, vel ut alii volunt, ſub ipſo Auguſto, clariſſimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios. Vixit annos 85. ſed 12. in cæcitate. *Euſeb.* V. *Scalig. Animadverſ. in Euſeb.*

Aſcopera, æ, f. *valigia*, *facchetta*, *borſa di cuoio*, ἀσκοπήρα, ſaccolus pellicens, ab ἀσκὸς, & πήρα. *Sueton. in Neron. c.* 45. Collo aſcopera deligata.

Aſcra, Ἄσκρα, vicus Bœotiæ, in aſpero, & ſterili loco, in dextra parte Heliconis, a Theſpia 4. ſtad. patria Heſiodi. *Ovid. 4. de Ponto, eleg. 14. v. 31.*

Aſcræus, a, um, adject. ab Aſcra. ut Aſcræus Senex pro Heſiodo: & Aſcræum carmen, *Virg. 2. Georg. v. 176.*

Aſcribo, & adſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. adjungo, *aſſigno*, *aſcriſco*, *ſottoſcrivere*, *attribuire*, כתב על, Germ. *hinzuſchreiben*, Gall. *adjouter a ce qui eſt écrit*, *attribuer*, Hiſp. *eſcrivir matriculando*, *attribuir*, *y eſcrivir perſona para alguna coſa*, προσγράφω, ex ad, & ſcribo, ſignificat ſubſcribo, hoc eſt, ad ſcriptum aliquod nomen, vel ſententiam meam ſubjungo. *Cic. 1. de Leg.* Aſcribito me fratris ſententiæ. *Id. ad Att.* Salutem utrique aſcribito. ¶ Significat & aſciſco. *Cic. pro Arch. c. 4.* Aſcribi ſe in eam civitatem voluit. *id eſt*, civis fieri, & aliis civibus adjungi. Dicimus autem aſcribere civitati, in civitatem, vel in civitate. *Id. ibid.* ¶ Item eſt aribuere, adjungere, vel aſſignare, cum dat. vel acc. cum prep. in, vel ad. *Cic. Dolab.* Socium me aſcribat tuis laudibus. *Idem Offic. l. 3.* Se in amicitiam tertium aſcriberent. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 5.* Nunc ad tuum numerum aſcribito. ¶ Et in malam partem, pro imputare, *imputare*. *Cic.* Neque mihi negligentiam, velim, aſcribas. ¶ Et in bonam partem, *Id. 3. de nat. c. 37.* Bonos exitus aſcribere, & attribuere diis immortalibus.

Aſcripti dicebantur, ab aſcribo, qui in Colonias nomina dediſſent, ut cæteris Coloniis adderentur. *Feſt. & Liv. l. 8. c. 14.* ¶ Item Aſcripti, milites, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur, *Feſtus*. *Reclute*.

Aſcriptio, onis, adjectio in ſcriptura, *giunta*, *aggiunta*, προσγραφή. *Cic. pro Cæcin. c. 33.* Declarat illa aſcriptio, eſſe aliquid, &c. Dixerat autem antea, aſcripſiſſe Syllam in eandem legem: Si quid jus non eſſet, rogari, &c.

Aſcriptitius, a, um, *aggiunto*, *arrolato*, נכתב, *Ger. ein geſchriben angenomen*, Gal. *enregiſtré*, *écrit*, *comme un officier nouvellement créé*, *& adjouté au nombre ancien*, Hiſp. *perſona eſcrita para alguna coſa*, παρέγγραπτος, qui ad aliquam rem aſcriptus eſt, ut Dii aſcriptitii, qui Diis majorum gentium opponuntur: item cives aſcriptitii, qui natis civibus adjuncti ſe jam in alterius imperium dediderunt. *Cic. de Nat. D. l. 3. c. 15.*

Aſcriptivus, a, um, idem quod aſcriptitius, ut aſcriptivi milites, qui extra numerum ſcribebantur, ut ſuccederent iis, qui periiſſent. *Varr. l. 6. c. 3. de L. L. Plaut. Menaech. 1. 3.* Extra numerum es mihi. *Pe.* Idem iſtuc aliis aſcriptivis ad legionem fieri ſolet.

Aſcriptor, oris, m. 3. προσγραφεύς, qui adſcribit, ſubſcriptor. Et translate qui aliquid approbat, favetque. *Cic. pro Domo, c. 19.* Ille novitius Ligur, venalis aſcriptor, & ſubſcriptor tuus. *Id. poſt red. in Sen. c. 10.* Is fuit non modo ſalutis defenſor, verum etiam aſcriptor dignitatis meæ.

Aſcriptus, a, um, *aſcritto*, ſcribendo additus, allectus, παρέγγραπτος. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 3.* Antiquior dies in literis aſcripta. Et *pro Arch. c. 4.* Civitatibus aſcripti. V. Aſcripti.

Aſculanenſis, ſe, & Aſculanus, a, um, adject. ab Aſculo. *Paterculus l. 2. c.* 13. Malum ab Aſculanis ortum. Et *c.* 16. Multum Minatii Magii, atavi mei, Aſculanenſis tribuendum eſt memoriæ.

Aſculum Picenum, *Aſcoli*, urbs E. Piceni, ad Truentum fl. in con. Aprutii. *Plin. 3. 13.* ¶ Aſculum Satrianum, vel Apulum, *Aſcoli de Satriano*, urbs E. Apuliæ Dauniæ ſub. A. Beneventano, in Capitanata. ¶ *Silius* metri cauſa *Aſclum* dixit *l. 8. v.* 440.

Aſcyron, ἄσκυρον, herba hyperico ſimilis, comas habens, quæ manibus tritæ ſucco ſanguineo manant. *Plin. l. 27. c. 4.*

Aſdrubal, m. 3. ἀσδρούβας, gener Amilcaris patris Annibalis, qui poſt ejus mortem ſeptem annos imperium tenuit, demum a ſervo barbaro, cujus dominum occiderat, interfectus eſt. ¶ Alii plures hoc nomine fuerunt, quos vide apud *Liv. Dec.* 3.

Aſella, f. 1. *aſinella*, ὀνίσκη, dim. ab aſina, ut aſellus ab aſinus. *Ovid. 3. de art. v.* 290. Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola.

Aſellio Sempronius, hiſtoricus, ac Tribun. mil. ſub Scipione Æmil. *Gell. l. 2. c. 13. & l. 13. c. 3.*

Aſellulus, i, diminut. ab Aſellus. *Arnob. l. 3. p. 109.* Si aſelluli, canes, porci humanum aliquid ſaperent.

Aſellus, m. 2. *aſinello*, Ger. *eſelein*, Gal. *anon*, Hiſp. *aſnillo*, ὀνάριον, dimin. ab aſinus. *Virg. 1. Georg. v.* 273. Agitator Aſelli. ¶ Aſellus etiam eſt nomen piſcis, quod ſit colore cinericio, ſicut aſinus. Vulgus merluſium vocat. *Plin. l. 9. c. 17.* ¶ Eſt & nomen duarum ſtellarum in ſigno Cancri. *Plin. l. 18. c. 35.* Jupiter enim bello adverſus Gigantes edixit, ut omnes Dii ſibi opem ferrent. Adfuerunt Satyri quoque, & Sylvani Aſini inſidentes, qui, cum in conſpectu hoſtium eſſent, conſternati ſunt, eoque pertrepuere tumultu, ut Gigantes metu perterriti diffugerent. Aſini ergo princeps cauſa victoriæ Diis fuerunt. Hoc merito a Jove inter ſidera collocati ſunt. Exiguum inter has duas ſtellas ſpatium nubeculæ occupat, quam Præſepe dicunt.

Aſemæ tunicæ, ἄσημοι χιτῶνες. ſunt tunicæ ſimplices, nullamque intextam purpuram, nullum clavum aſſutum habentes. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 33. *in fi.*

Aſia, f. 1. *Aſia*, Ἀσία, una ex tribus orbis terræ partibus, ut antiquis cognitus fuit, quæ reliquas ſimul acceptas magnitudine ſuperat. ¶ Dicta eſt ab Aſia Nympha, Oceani, & Tethyos filia, Japeti conjuge, ex qua Prometheum ortum ferunt, ſive, ut quidam volunt, ab Aſio Manei Lydi filio. ¶ In Orientem maxime extenſa eſt. ¶ Ab Europa Tanai fl. mari Euxino, & Ægæo ſeparatur ad Occ. ab Africa ſinu Arabico. ¶ Perfunditur ab Or. Oceano Eoo, a Mer. Indico, a Sept. Scythico, ſeu Tartarico, ab Occ. habet ſin. Arabicum, ſeu mare Rubrum, Iſthmum inter Arabicum ſinum, & mare internum, atque inde maria Phœnicium, & Ægæum, Propontidem, Pontum Euxinum, Mæotidem paludem, & fluvios Tanaim, Rham, & Obium. ¶ Eſt etiam nomen Nymphæ, & primam ſyllabam producit. *Virg. 4. Georg. v.* 343. Atque Ephyre, atque Opis, & Aſia Deiopea. Quem verſum ita ſcande, docente *Pierio*: *Atqu' Eph-y-re at-qu' Opis, et-Aſia-Deiopea.* ¶ De Aſia palude V. Aſius.

Aſiacus, a, um, adject. ad Aſiam pertinens, *Aſiatico*. *Ovid. Met. 10. v.* 388. Ecquid ubi aſiacas caſuras aſpicit arces. Al. leg. *Ecquid ubi jamjam caſuras aſpicis arces?* Et probant *Giſan. & Farnab.* ne verſus claudicet, quod prima in Aſiacus brevis ſit. At idem Poeta primam in *Aſide* producit. V. infra in Aſis.

Aſiane, adver. Aſiano more, *all' Aſiatica*. *Quintil. l. 12. c.* 10. Rhodii neque Attice preſſi, neque Aſiane ſunt abundantes.

Aſianus, a, um, idem quod Aſiaticus. *Liv. l. 31. c. 2.* Curæ Aſianam rem Senatui fore. *Quintil. in præf. l. 8.* Aſianos vocat, qui genus dicendi Aſiaticum ſequuntur, de quo mox.

Aſiaticus, a, um, *Aſiatico*, gentile, vel poſſeſſ. ab Aſia. & uſitatiſſimum aliorum. Hinc Aſiatici Oratores, qui redundanti orationis genere utebantur. ¶ *Stylus Aſiaticus* eſt genus dicendi uberrimum, & copioſiſſimum, quod undequaque redundat copia ſententiarum, & verborum. Duplex eſt, unus redundat copia ſententiarum concinnarum, & venuſtarum, alter magis copia verborum, quam ſententiarum. *Cic. 1. de Orat. de opt. gen. Orat. & in Bruto.* ¶ Fuit item cognomen L. Scipionis fr. P. Africani ſup. qui Africani legati ope Aſiam ſubegit, & de Antiocho triumphavit. *Cic. pro Mur.*

Aſilus, m. 2. *taſano*, Germ. *ein breme*, Gall. *taon*, Hiſp. *moſcarda*, οἶστρος, muſcæ genus gregibus maxime infeſtum, unde etiam a Græcis *œſtrus* appellatur. Hoc inſecto Juno pellicem Jovis Io mutatam in juvencam adegit ad inſaniam. *Virg. Georg. 3. v.* 147. Cui nomen aſilo Romanum eſt, œſtrum Graii vertere vocantes. Naſcitur e latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluviis ſupernatant, unde circa aquas magna aſilorum copia eſt.

Aſina, Corneliorum cognomen, a Cn. Cornelio Scipione, aſinam pecunia onuſtam loco ſponſorum producente, ad poſteros propagatum. *Macrob. 1. ſat. c. 6.*

Aſina, æ, femin. ab Aſinus, *aſina*, ὄνισκη. *Varr. l. 2. R. R. c. 8.* Ex equo & aſina fit hinnus. *Plin. l. 11. c. 40.* In Dat. plur. non *Aſinabus*, ut Grammatici volunt, ſed *Aſinis* dixit. Aſinis, inquit, a fœtu dolent mammæ. Ideo a ſexto menſe arcent partus.

Aſinalis, e, idem quod aſinarius. *Apul. l. 4. Met.* Aſinali verecundia ductus.

Aſinarius, a. 1. 2. ὀνικός, adject. quod ad aſinos pertinet, ut *Aſinaria* Plauti comœdia, in qua memoratur pecunia ex Aſinorum venditione collecta. ¶ Aſinaria mola, quam ſc. aſinus trudit. *Cato de R. R. c. 10.*

Aſinarius, rii, m. 2. *aſinajo*, Ger. *ein eſelhirt*, *ein eſeltreiber*, ὀνηλάτης, qui aſinos paſcit, vel cuſtodit. *Cato de re ruſt. c. 10. & Suet. Aug. c.* 96. ¶ Chriſtiani per convicium olim a Paganis dicti *Aſinarii*, quod Aſini caput colere crederentur: qua de re *Tertull. Apologet. c. 16. & l. 1. ad Nation. c. 11. &* 14. *Minucius Felix in Octavio, p.* 66.

Aſinianus, a, um, ad Aſinium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani Civis. *Cic. pro Cluent. c.* 13.

Aſininus, a, um, adject. poſſeſſ. *aſinino*, ὄνειος, ὀνικός. *Varr. de R. R. l. 2. c.* 8. Aſininus pullus, & *Plin. l. 11. c. 41.* Aſininum lac, quod ad cutis candorem conferre videtur.

Aſinus, m. 2. *aſino*, חמור, Ger. *ein eſel*, Gal. *ane*, Hiſp. *aſno*, ὄνος, animal notum. *M. Var. de re ruſt. l. 2. c. 8.* Ex equa, & aſino fit mulus, ex equo, & aſina hinnus. ¶ Aſini in Achaja optimi Arcadici, in Italia Reatini. *Plin. l. 8. c. 43.* ¶ *Ab aſino lanam*, ἐκ ὄνου ποκας ζητεῖς, vetus proverbium, de iis, qui ſtulte quærunt ea, quæ nuſquam ſunt. ¶ Aſinus ad lyram, proverb. in ſtupidos, & imperitos. *Hieronym. ep. 102. ad Marcell.* ¶ Aſinus machinarius apud JCtos *l. 12. §. 10. D. de inſtruct. & inſtrum. leg.* dicitur qui molam rotat. Unde Aſini dicti, qui ad truſatiles molas hoc Aſinorum officio fungebantur. *Taubman. ad Plaut. p. 1.*

Aſio, onis, ἆσις, nocturnum genus maximum, quibus pluma aurium aſinarum modo eminet. *Plin. l. 10. c. 23. & l. 29. c. 6.*

Aſis, idis, *Aſiana*, ἀσίς, gent. fem. ab Aſia. *Ovid. Met. 5. v.* 648. Jam ſuper Europen ſublimis & Aſida terram. & *l. 9. v.* 447. Ægæus metiris aquas, & in Aſide terra Mœnia conſtituis.

Aſiſium. V. Æſiſium.

Aſius, a, um, adject. ut Aſia palus in Mæonia, ad Cayſtrum flu. de qua *Virg. Æn. 7. v.* 701. Sonat amnis, & Aſia longe Pulſa palus. Et *1. Georg. v.* 383. Et quæ Aſia circum dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. ¶ Ejus accolæ Aſii dicti. ¶ Aſia myrtus, apud *Catull. Epitalam. Jul. v.* 22. quam *Turneb. l. 28. c.* 22. interpretatur de ea, quæ ad Aſiam paludem nata eſt.

Aſomatus, a, um, *incorporeo*, ἀσώματος, incorporeus. *Martian. Capell. initio libri* 3.

Aſopiades, m. 3. ἀσωπιάδης, Æacus, nepos Aſopi, pater Æginæ. *Ovid. Met. 7. v.* 484. Huic Aſopiades, petis irrita, dixit.

Aſopis, idis, Ægina, filia Aſopi, ſeu filia Æaci, proneptis Aſopi. *Ovid. Met. 6. 113.* ¶ Item Evadne Nympha, altera ejuſdem Aſopi filia, quam Nilus fluvius adamaſſe fertur. *Ovid. 3. Amor. el. 6. verſ.* 41. ¶ Adjective *Aſopide ripa*, hoc eſt ripa Aſopi fluvii, dixit *Stat. 4. Teb. v.* 370.

Aſopus, Ἀσωπὸς, *Aſopo*, Fl. Bœotiæ, item Theſſaliæ, item Macedoniæ, item Achajæ, item Lydiæ. ¶ De Aſopo fl. Achajæ fabulantur, eum Oceani, & Terræ fil. fuiſſe, liberos habuiſſe Hypſeum, & Æginam, licet alii filiam Æaci nepotis Aſopi faciant, Æginam a Jove vitiatam fuiſſe, Aſopum adeo ægre tuliſſe, ut furore commotus undis in ſidera bellum moverit, Jovem iratum fulmine illum interfeciſſe. ¶ Aſopus item, *Eſape*, eſt opp. Peloponneſi in ora Laconiæ, apud Onugnatum prom. inter Biandinam, & Boam urb.

Aſotiæ, æ, ἀσωτία, incontinentia, luxus, prodigalitas, *luſſo*, *incontinenza*. *Gell. l. 10. c. 17.* Eſt enim perſona divitis avari, & parci, ſumptum plurimum, aſotiamque adoleſcentis viri deplorantis. Al. leg. ἀσωτίαν. Adde *l. 19. c. 9.*

Aſotus, m. 2. prodigus, effuſus, laſcivus, *laſcivo*, *prodigo*, ἄσωτος. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aſotos ex Ariſtippi, acerbos ex Zenonis ſchola exire. *V. l. 2. de Fin. c. 7.*

Aſpalăthus, m. 2. ἀσπάλαθος, ſpina candida, teſte *Plin. l. 12. c. 24.* magnitudine arboris modicæ, flore roſe, cujus radix unguentis expetitur. Putatur eſſe, quod hodie lignum Rhodium appellant. *Ruel. l. 1. c. 38.*

Aſparăgus, gi, m. 2. *ſparagio*, Ger. *ſpargen*, Gal. *aſperges*, Hiſp. *eſparagos*, ἀσπάραγος, herbæ genus eſt, fœniculi, folio, bacciſque, cum maturuerint, rubris, ita dictum, quod ex aſperis virgultis legatur, vel lingua Chaldæorum, qui *aſparagos* appellant herbam, quæ creſcit in virgulta, & in caulem. Hujus duo ſunt genera, hortenſe, & ſylveſtre. *Juvenal. ſat. 11. v. 69.* Montani Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo. ¶ *Citius quam aſparagi coquuntur.* proverb. de re quæ celeriter fit, ſæpe uſurpatum ab Auguſto. *Suet. c. 87.* ¶ Aſparagi etiam in genere dicuntur prima germina vel ſtirpes fruticum, & herbarum. *Plin. l. 23. c. 1.*

Aſpargo, inis, vitium ex pluvia, undave contractum. *Calliſtrat. in l. 4. D. ad leg. Rhod. de jact.* Si vicenum merces duorum fuerunt, & alterius aſpargine decem eſſe cœperunt.

Aſpectabĭlis, le, o. 3. *riguardevole*, περίβλεπτος, dignum, quod aſpiciatur. *Cic. de Univ. c. 4.* Deus animal unum *aſpectabile* effecit. ¶ Interdum id, quod videri poteſt, *viſibile*. *Id. ibid.* Corporeum, & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt. *Apul. Apol. p. 282.* Nihil eſt aſpectabilius homini nato, quam forma ſua.

Aſpectĭo, onis, f. actio aſpiciendi *Feſt. in voce ſpectio*. Spectus in auguralibus ponitur pro aſpectione.

Aſpecto, as, a. 1. intueor, aſpicio, *guardar fiſſo*, ἐφοράω, ſæpe, ut fixe aliquem intueor. Frequentativum eſt ab aſpicio. *Ter. Eun. 3. 5. 11.* Quid me aſpectas? quid taces? *Tacit. An. l. 1. c. 4.* Juſſa principis aſpectare, *aver riguardo, aver la mira as comandi del Principe*. ¶ Aſpectari pro ſuſcipi, *Lucret. l. 3. v. 75.* Illum eſſe potentem, Illum aſpectari &c.

Aſpectus, ctus, m. 4. præſentia, conſpectus, *aſpetto*, *veduta*, מראה, Ger. *anſchauwen*, ὄψις, *Virg. 6. Æn. v. 456.* Teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Ubi monet *Gell. l. 4. c. 16.* *Aſpectu* poſitum eſſe pro *aſpectui*. Sic dicimus, in aſpectum proferre, adducere, ſub aſpectum cadere, &c. *in viſta*. ¶ Significat etiam actum aſpiciendi, *viſta*, *occhiata*, πρόσοψις, *Cic. Attic. l. 7. ep. 3.* E litteris tuis primo aſpectu hanc voluptatem cepi. *Id. 6. Verr.* Tantus eſt gemitus factus aſpectu ſtatuæ & commemoratione, ut &c. Sic aſpectum convertere, referre, &c. ¶ *Aſpecti* in genit. dixit *Accius in Aſtyanacte apud Non. 8. 15.* Nam mihi miſeritudine commovet animum excelſa aſpecti dignitas, h. e. perſonæ.

Aſpello, is, uli, ulſum, arceo, removeo, repello, *allontanare*, *cacciar via*. ἀπωθῶ, *Plaut. Capt. 3. 3. 4.* Neque adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat metum. *Cic. Tuſcul. l. 2. c. 10. ex vet. Poeta.* Sed longe a læto aſpellor numine Jovis.

Aſpendius, m. 2. ἀσπένδιος, citharœdus inſignis, qui tam leviter ſiniſtra manu citharæ ſuæ cordas movebat, ut ſonus ad ipſum tantum citharœdum, aut certe ad proxime aſtantes perveniret. Hinc qui *intus canunt*, ideſt, omnia privato metiuntur emolumento, ſeu qui non ulterius rei, quam privati ſui compendii rationem habent, a Græcis Aſpendii Citharistæ dicuntur. *Cic. 3. Verr. Aſcon. in eam orat. c. 20.*

Aſper, ra, rum, o. 1. 2. ſcaber, durus, habens aliquid aſperitatis, *aſpro*, *rigido*, *auſtero*, קשה, שעיר, Ger. *rauch*, *ſcharff*, Gall. *apre*, & *rude*, Hiſp. *aſpero*, τραχύς, quod viſu, vel guſtu, vel tactu, ulove ſenſu inſuave eſt, cui *levis* contrarium eſt. Videtur deductum a Græco ἄσπορος. Hinc Medici vocant aſperam arteriam, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum ſemicirculorum aſperitatem. *Cic. 10 part. Orat. c. 10.* In locis autem & ille naturalis, leves, an aſperi, ſalubres, an peſtilentes. ¶ Aſpera etiam vaſa cælata dicuntur. *Virg. 5. Æn.* Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis pocula. *h. e.* inſculpta, anaglypha. ¶ Aſper nummus bene percuſſus, & alte expreſſas notas habens, quales ſunt recenter cuſi, & manibus uſque hominum non detriti, *moneta cuſpa*. *Senec. ep. 19.* ¶ Tranſlate aſperum dicitur quidquid parum voluptatis, leporis, & gratiæ habet: & quidquid grave moleſtumque eſt. Sic aſper victus, *Plaut. Capt. 1. 2. 85.* Vita aſperior, *Curt. l. 7. c. 1.* ¶ Aſpera & rudia, de ſcriptis impolitis, & incultis, *Vellej. l. 1. c. 17.* ¶ Aſpera loca, quæ ſc. difficulter adeuntur, *Caſ. B. C. l. 3. c. 42.* ¶ Leo aſper, h. e. crudelis, *Horat. l. 3. od. 2.* ¶ Aſperi homines, dicuntur immites, duri, intractabiles. *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 181.* Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. *Cic. pro Planc. c. 16.* aſper natura, & omnibus iniquus. *Horat. epod. 6. v. 11.* In malos aſperrimus parata tollo cornua. ¶ At aſpere Diana, apud *Senec. Med. v. 87.* & aſpera Camilla, *Virg. Æn. 11. v. 664.* ideſt minime molles, fortes, & genus vitæ aſperum conſectantes. ¶ Aſpera cœna dicitur a *Plaut. Capt. 3. 1. 37.* quæ ex iis cibis paratur, qui a terra naſcuntur, quam idem alibi terreſtrem vocat, *Capt. 1. 2. 86.* ¶ *Guſtus aſper* eſt qui terreum ſaporem reddit, *aſpro*, *lazzo*, *Terent. Heaut. 3. 1. 60.* Aſperum hoc (*vinum*) eſt: aliud lenius ſodes vide. *Plin. l. 20. c. 9.* Acetum quam aſperrimum. ¶ Ponitur etiam pro acuto. *taglien-te*, *Lucan. 7. 139.* Aſper mucro.

Aſperātus, a, um, ut Alopeciæ aſperatæ, *Plin. l. 19. c. 6.* h. e. puſtulis, & ſcabie deformatæ. ¶ Tranſlate *inaſprito*. *Tacit. 3. hiſt. 82.* Aſperatus prælio miles.

Aſpere, ſine ſpera, h. e. ſine ſpe. V. Speres.

Aſpere, dure, ſevere, rigide, acerbe, *aſpramente*, Germ. *rauchlich*, Gall. *aprement*, Hiſp. *aſperamente*, τραχέως, χαλεπῶς, adv. *Cic. de Amic.* Alterum libere facere, non aſpere. Comparativ. *Aſperius*, ejuſdem eſt *Cic. l. 9. Attic. epiſt. 15.* Superlat. *aſperrime*, *Seneca de Ira l. 3. c. 3. 7.* & *Vellej. l. 2. c. 7. n. 4.*

Aſpergo, inis, f. *ſpruzzo*, ῥαντισμός aſperſio, madefactio, actus ipſe aſpergendi, item liquor, quo res aſpergitur. *Virg. 3. Æn. v. 534.* Salſa ſpumant aſpergine cautes. ¶ Aſpergines parietum, *Plin. l. 22. c. 21.* ſunt guttæ illæ, quæ ex humiditate parietibus decidunt. ¶ Tranſlate *Prudent. Apotheoſ. v. 641.* Omni culparum aſpergine liber.

Aſpergo, & adſpergo, gis, ſi, ſum, reſpergo, *ſpargere*, *ſpruzzare*, נזה, Ger. *anſprützen*, *beſprengen*, Gal. *arroſer*, *aſperſer*, Hiſp. *derramar*, *e rociar*, ἐπιρραίνω, quaſi ad aliquid ſpargo, vel aliquantulum madefacio. Regit autem vel accuſativum ſolum. *Plaut. Truc. 2. 4. 15.* Aſperſiſti aquam, jam rediit animus. ¶ Vel accuſativum cum dativo. *Virg. 3. Georg.* Pecorique aſpergere vires. ¶ Vel ablat. ſine præp. vel cum præp. *e*, vel *ex*. *Cic. pro Planc. c. 12.* Huic tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis? *Cic. 6. Fam.* eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leviter aſperſus. *Id. pro Cæcin. c. 6.* Facit hæredem ex deunce Cæcinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, Æbutio ſextulam aſpergit. *Id. 3. de nat. Deor. c. 36.* aſpergere aram ſanguine. *Id. ad Q. Fratr. 1. c.* Epiſtola hac mihi aſperſit moleſtiæ. *Id. in orat. 26.* Sales orationi aſpergere. *Id. 2. Fam. ep. 15.* Hæc aſperſi, ut ſcires &c. *Id. pro Mur.* Comitatem gravitati aſpergere. *h. e.* miſcere. ¶ *Aſpergere* pro dicaciter notare. *Horat. 1. ſat. 4. 87.* E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos.

Aſperĭtas, tis, f. 3. *aſprezza*, קשי, Germ. *rauchheit*, Gall. *apreté*, *rudeſſe*, Hiſp. *aſpereza*, τραχύτης, τραχυσμός, inæqualitas, qualitas contraria lævitati. *Cic. de Nat.* Saxorum aſperitates, impendentium montium altitudines. ¶ Hinc aſperitas animæ pro difficultate reſpirandi. *Plin. l. 22. c. 24.* Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur. ¶ Item acritudo, ut aſperitas aceti, *Plin. l. 9. c. 35.* aſperitas pomi, *Id. 12. 10.* ¶ Item difficultas, ut Aſperitas locorum, apud *Curt.* & *Liv.* ¶ Metaphorice accipitur pro nimia gravitate, ſeu ſeveritate, cui opponitur ἐπιείκεια, facilitas, benignitas. *Nepos in Attic. c. 5.* Habebat avunculum Q. Cæcilium difficillima natura, cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut &c. *Horat. l. 1. epiſt. 18. v. 18.* aſperitatem opponit placendi ſtudio, ſeu aſſentationi.

Aſperĭter, adver. aſpere. *Nævius* apud *Non. 11. 32.* Ubi tu nequaquam cubares aſperiter.

Aſperitūdo, inis, *aſprezza*, aſperitas, *Tert. de Pœnit. c. penult.* Aſperitudo facci, & horror cineris. ¶ Tranſlate *Apulej. l. 1. Metam.* Aſperitudinem fabularum lepida jucunditas lævigabit.

Aſpernabĭlis, o. 3. *degno d'eſſere ſprezzato*, καταφρόνητος, dignus, ut aſpernetur, vel rejiciatur. *Gell. l. 11. c. 3.* Hominibus non bene eruditis aſpernabiles. Comparat. eſt apud *Auguſt. l. 2. de mor. Manich. c. 8.*

Aſpernamentum, i, n. 2. idem quod aſpernatio. *Tertull. l. 4. adverſ. Marc. c. 14.* Qui aſpernamento habetur a nationibus. Adde *l. de Pudicitia*, *c. 8.*

Aſpernanter, adverb. contemptim, *con diſprezzo*. *Sidon. l. 7. epiſt. 8.* Aſpernanter audire. & *epiſt. 1.* Aſpernanter reſalutari.

Aſpernatĭo, f. 3. contemptus, rejectio, *diſpregiamento*, בזיון, Ger. *verachtung*, καταφρόνησις. *Cic. 4. Tuſc. 1. 14.* Ex aſpernatione rationis eveniunt.

Aſpernātor, oris, qui rejicit, aut contemnit. *Tert. adverſ. Marcion. l. 4. c. 15.* Divitum aſpernator, mediocrum advocator.

Aſpernātus, a, um, qui rejecit, aut contempſit. *Cic. pro Cluent. c. 68.* Aſpernatus furorem, & crudelitatem alicujus. ¶ Paſſive rejectus, contemptus. *Arnob. l. 5. pag. 175.* Aſpernatam ſumit atque ebibit potionem.

Aſpernor, aris, com. 1. reſpuo, recuſo, rejicio, abhorreo, *ſprezzare*, *rifiutare*, מאס, Ger. *verachten*, *verwerffen*, ἀπαξιῶ, aſperno, eſt recuſare, averſari, faſtidire. *Terent. in Phorm. 2. 3. 24.* Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. ¶ *Cic. 3. Offic.* Non recipit iſtam conjunctionem honeſtas: aſpernatur, repellit. Et *pro Cluent. c. 68.* Cujus ego furorem & crudelitatem Deos immortales a ſuis aris & templis aſpernatos eſſe, confido. *h. e.* repuliſſe. *Id. 1. de Fin. c. 10.* Animal appetit voluptatem, aſpernatur dolorem. ¶ Reperitur etiam paſſiva ſignificatione. *Cic. in frag. apud Priſc. l. 8.* Qui habet, ultro appetitur: qui eſt pauper, aſpernatur. *Hirt. de B. Afric. cap. 93.* regem a ſuis deſertum ab omnibus aſpernari. ¶ Particip. *aſpernandus*. *Cic. 13. Fam. ep. 6.* Non nimis concupiſcendus honor, ſed minime aſpernandus.

Aſpĕro, as, a. 1. *inaſprare*, *inaſprire*, τραχύνω, aſperum facio. *Celum. l. 8. c. 3.* Aſſerculi formatis gradibus aſperantur, ne ſint advolantibus (gallinis) lubrici. *Virg. Æn. 3. v. 285.* Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas. ¶ Metaphorice eſt animum alicujus ad iram, ſeu odium excitare, ſtimulare, *eſacerbare*, *inaſprire*. *Tac. Annal. 2. 29.* Ita moderans, ne lenire, neve aſperare crimine videretur. *h. e.* aſperiora ſeu graviora facere. *Id. 1. hiſtor. c. 28.* Aſperare iram victoris. *Quint. 9. 4.* Aſperare compoſitionem orationis. ¶ Significat etiam acuere, *aguzzare*, ut aſperare pugionem ſaxo. *Tacit. Ann. 15. 54.* ¶ *Aſperare* ignem eſt vehementiorem facere. *Valer. Flac. 5. 368.* Sirius aſperat ignes.

Aſperſĭo, onis, f. 3. *ſpargimento*, *ſpruzzo*, זריקה, Ger. *beſprengung*, Gall. *aſperſion*, *arroſement*, Hiſp. *rociadura*, ῥαντισμός. *Cic. 2. de Leg. c. 10.* Aſperſione aquæ tollitur. Adde *Macrob. l. 3. ſat. c. 1.*

Aſperſōres aquæ qui ſint in *l. athletas. ff. de iis qui not. infam.* conjectura quadam putat *Accurſ.* eos eſſe, qui in ſtadio poſiti, quo celerius equi in equeſtri certamine refocillati currerent, eos frigida aqua ſuffundebant, & aſpergebant.

Aſperſus, ſus, m. 4. *ſpargimento*, *ſpruzzo*, *Plin. l. 11. c. 53.* Inſecta olei aſperſu necantur.

Aſperſus, a, um, nom. ex particip. *ſpruzzato*, ῥανθείς, ut Aſperſus imbre lutoque, *Horat. l. 1. epiſt. 11. v. 12.* Aſperſæ lacrymæ. *Prop. l. 1. el. 12. v. 18.* *Juvenal. ſat. 5. v. 104.* Aſperſus maculis. ¶ Tranſlate *Cicer. pro Cal. c. 10.* Aſperſus ſuſpicione, aut infamia.

Aſperugo, inis, Capparo aſperioribus foliis. *Plin. l. 26. c. 10.*

Aſphaltis, & Aſphaltites, *Mare morto*, ἀσφαλτίτης, lacus Palæſtinæ in Judæa, in quem Jordanis fl. Arnon, Vibon, & Zered torrentes fluunt, cinctus altiſſimis montibus, long. 100. M. P. ſeu 20. l. latus 25. M. P. ſeu 5. l. ab Hieruſalem 35. M. P. in Or. Dictus eſt Aſphaltites a bitumine, quod gignit. Nam ἄσφαλτος, bitumen ſignificat. Dictus eſt Mare mortuum, quia nullum corpus demerſum ſuſtinet, ſed rejicit.

Aſphodĕlus, li, m. 2. ἀσφόδελος, herba, alio nomine anthericon. Ejus duæ ſunt ſpecies, ſexu diſcretæ. Marem albucum nominant, fœminam haſtulam Regiam, quod, dum floret, Regii ſceptri effigiem referat. *Plin. l. 30. c. 17.* & *Ruel. l. 2. c. 99.* ¶ Hac herba, ut Poetæ fabulantur, campi Elyſii conſiti ſunt, eaque Manes victitare dicuntur.

Aſpicĭo, & adſpicio, is, exi, ectum, a. 3. conſpicio, tueor, intueor, contueor, in aliquem oculos conjicio, obtutum in aliqua re figo, *vedere*, *guardare*, ראה, Ger. *anſehen*, Gal. *voir*, Hiſp. *veer*, ἐμβλέπω, ex *ad*, & *ſpecio*, vel *ſpicio* antiquo verbo, teſte *Varrone*. *Ter. in And.* Inter mulieres unam aſpicio adoleſcentulam. *Cic. pro Sext. Roſc. c. 22.* Hanc ſuaviſſimam lucem aſpicere. & *de Haruſp. reſp.* Ad C. Lentulum Conſulem aſpexit. *Plaut. Capt. 3. 4. 38.* Aſpice ad me. ¶ Significat etiam ſuſpicere, venerari, admirari. *Nepos in Chabria*, *c. 4. n. 1.* Auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant, aſpiciebant. ¶ Item conſiderare; *Senec. Med. ver. 82.* Cedent Æſonio duci, Si forma velit aſpici, Proles fulminis improbi. ¶ *Nepos in Epamin. c. 8. n. 3.* Coegit (Thebanos) apud Leuctra ſuperare Lacedæmonios, quos ante ſe imperatorem nemo Bœotiorum auſus aſpicere in acie. Ubi hoc verbum timorem ſignificat. ¶ *Aſpexit* pro *aſpexerit* habes apud *Plaut. Aſin. 4. 1. 25.*

Aſpilātes, ἀσπιλάτης, gemma ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in avium quarundam nido inveniri, eamque ex cameli pilo ſpleneticis alligatam malo illorum mederi. ¶ Eſt & altera ejuſdem nomine argentei coloris lymphaticis utilis. Utriuſque meminit *Plin. l. 37. c. 10.*

Aſpirāmen, inis, n. *Valer. Flac. l. 6. v. 465.* Da, precor, artificis blanda aſpiramine formæ, *aria di bellezza*, *brio*.

Aſpiratĭo, f. 3. exhalatio, *lo ſpirare*, נשימה, Ger. *anblaſung*, Gal. *aſpiration*, *ſoufflement*, Hiſp. *aſpiracion*, ἐπίπνοια, actus aſpirandi, ideſt inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 33.* Animantes aſpiratione aeris ſuſtinentur. ¶ Sumitur item pro influentia. *Cic. l. 1. de Div.* Ejus aſpiratio gravis, & peſtilens. de ſtella loquitur. ¶ Eſt item δασεῖα, ſpiritus aſper, quo literas quaſdam vegetiore ſono efferimus. *Cic. in Or. c. 48.* Majores nuſquam niſi in vocali aſpiratione utebantur.

Aſpiro, & adſpiro, as, n. 1. afflo, nitor, cogito, *ſpirare*, *favorire*, נשב, נפח, Ger. *anblaſen*, Gal. *ſouffler*, *aſpirer*, Hiſp. *dar aliento*, *aſpirar*, ἐπιπνέω, ex *ad* & *ſpiro*, & proprie ſignificat afflare. *Virg. 7. Æn. v. 8.* Aſpirant auræ in noctem. *Celſ. l. 2. c. 17.* Curioſe veſtimentis involvendus

Digitized by Google

dus eſt, ne ad eum frigus aſpiret. ¶ Paſſive *Solin.* c. 22. Inſula aſpicatur freto Gallico. ¶ Per metaphoram ponitur interdum pro auxilium præbere, favere, *ajutare*, *favorire*, cum dativo. *Virg.* 2. *Æn.* v. 385. Aſpirat primo fortuna labori. Tractum eſt a navigantibus, quibus ſpirantes auræ favent. ¶ Interdum pro incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, conari aliquid adipiſci, vel juxta accedere, & prope tangere, *cercare*, *giugnere*, *arrivare*, *uguagliare*, cum acc. & præp. ad, ut Aſpirare ad Conſulatum. Uſurpatur autem fere cum negatione, aut interrogatione, & ſignificat conatum quemdam, & cupiditatem tendentis ad rem aliquam. *Cic. in Bruto*, c. 21. Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt: ideſt æquare Africanum. *Id. Tuſc.* 5. c. 9. Omnes aditus tuos interclusi, ut ad me aſpirare non poſſes. hoc eſt, pervenire. *Id. Verr.* 4. Quando iſte aſpirabit in Curiam? *Id. Verr.* 3. c. 54. Quid enim quiſquam ad meam pecuniam, me invito, aſpirat? *Id. in Divin. Verr.* c. 5. *in fin.* Quiſquam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam accedere, aut aſpirare audeat? Ubi *Aſcon.* accedere eſt proximum fieri: aſpirare, in eam partem qua quid quæſitum eſt, vultum, & oculos, ac ſpiritum oris advertere. ¶ Apud Grammaticos ſignificat ſyllabam vehementiore ſono pronuntiare: item aſpero ſpiritu notare. *Nigid.* apud *Gell. l.* 13. c. 6. Ruſticus fit ſermo, ſi aſpiras perperam. *Quintil. l.* 1. c. 5. (*al.* 9.) Diu ſervatum, ne conſonantibus aſpiraretur, ut in *Graccis*, aut *triumpis*.

Aſpis, idis, f. 3. *aſpe*, *aſpido*, פתן, Ger. *attern*, Gal. *aſpic*, Hiſp. *aſpid*, ἀσπὶς, ſerpens parvus, tardi viſus, tam præſens habens venenum, ut nullum ſit mortis remedium, niſi ut partes læſæ confeſtim amputentur. *Cic. pro Rabir. Poſth.* c. 9. Aſpide ad corpus admota vita eſt privatus. ¶ Huic animali tantus eſt amoris affectus, ut vix unquam ſine compare vagetur. *Plin. l.* 8. c. 28. ¶ Aſpis, ſi credimus *Lucano l.* 9. in ſola Africa naſcitur, ſed & in noſtram urbem avaritia invexit. ¶ Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſparaſque effectus, ad nocendum, ut *Solinus* ſcribit *cap.* 27. Unde ſomniculoſa aſpis quæ ſomnum lethiferum percuſſis immittit.

Aſplēnum, ni, n. 2. *ſcolopendria*, ἄσπληνον, herba, dicta, quod lienem imminuat. *Plin. l.* 27. c. 5.

Aſportatio, onis, f. 3. aſportandi actus, *il portar via*, ἐξαγωγή. *Cicer.* 6. *Verr.* c. 49. Eorum demolitio, atque aſportatio difficilis videbatur.

Aſporto, a. 1. *portar da un luogo in un altro*, ἐκφέρω, hinc alio portare. *Cic. in Parad.* 1. c. 2. Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent. ¶ Eſt etiam auferre, *togliere*, *o portar via*. *Cicer. in Div. Verr.* c. 9. Non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur, ſed aſportare velle ex Sicilia litteras ſuſpicantur.

Aſprātus, a, um, aſperatus, aſper, ut lima aſprata. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 8. & *Carm.* 2. v. 418. Hic domus Auroræ rutilo cruſtante metallo Baccarum præfert læves aſprata lapillos.

Aſprēdo, dinis, f. 3. *aſprezza*, idem, quod aſperitas. *Celſ. l.* 5. c. 28. n. 2. Aſpredine quadam. Al. leg. *aſpritudine*.

Aſprētum, ti, n. 2. *luogo aſpro*, *diſaſtroſo*, τραχὺ, locus aſper, & abruptus. *Liv. l.* 9. c. 24. Saxa temere jacentia, ut fit in aſpretis.

Aſpritūdo, inis, f. 3. *aſprezza*. *Celſ. l.* 6. c. 6. n. 26. Ex aſpritudine lippitudo fit. *Scribon. Largus Compoſ.* 35. Caliginem, & aſpritudinem oculorum, dixit.

Aſſe, }
Aſſæ, } V. Aſſus.

Aſſamenta, torum, n. 2. *tavole da ſegare*, tabulæ ſectiles, quæ & aſſes, ſive potius aſſeres dicuntur, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta tegularum vice aliquando tegi ſolent. *Plin. l.* 16. c. 40. Aſſamentiſque portarum utiliſſima. Sed *Harduinus* ad hunc loc. notavit, omnes lib. MSS. *craſſamentis* exhibere.

Aſſaracus, m. 2. Troia fil. ex Acalide Eumedis filia, qui uxorem habuit Clytodoram Laomedontis filiam, & genuit Capyn, ex quo, & Nympha Naide natus eſt Anchiſes pater Æneæ ex Venere. *Dionyſ. l.* 1. ¶ *Gens Aſſaraci* eſt Romanus populus ab Ænea deſcendens. *Virg. Æn.* 9. v. 641.

Aſſaratum, n. 2. auctore *Feſto*, potionis genus erat ex vino, & ſanguine temperatum. Latini enim priſci ſanguinem *aſſir* vocabant: quaſi *aſſiratum*.

Aſſarius, a, um, aſſus, aſſatus, *arroſtito*. *Cato de R. R.* c. 132. Daps Jovi aſſaria pecunia, urna vini Junoni caſtæ.

Aſſarius, ii, m. apud antiquos idem quod as, ut docent *Varr. lib.* 7. *L. L.* & *Chariſ. l.* 1. Ex Varrone autem colligitur, in uſu fuiſſe, ut in genitivo plurali *aſſarium* diceretur pro *aſſariorum*, ut *eraus publicus mille aſſarium*.

Aſſatūra, æ, *arroſto*, caro aſſa, ὄπτημα. *Vopiſc. in Aureliano*, c. *ult.* Convivium de aſſaturis maxime fuit.

Aſſĕcla, m. 1. *ſeguitatore*, Germ. *nachfolger*, Gal. *ſuivant*, Hiſp. *ſeguidor*, ἀκόλουθος, ab aſſequendo, ſignificat eum, qui alicujus commodi ſpe alterum ſequitur, ejuſque omnibus imperiis præſto eſt. *Auct. declam. triumpiſ. in Sal.* Omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum pellex. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 5. Qui potentiſſimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem hujus aſſeclæ? ¶ Aſſecla diſtinguitur a ſodali, & comite, quod ſodalis dicitur adoleſcentiæ, comes is, qui una iter facit, aſſecla, qui ſequitur potentiorem, ita ut comes comiti ſecuritatem, ſodalis amico amicitiam, aſſecla vero officii jus præſtet ſuperiori. *Cor. Fronto*.

Aſſectatio, onis, f. 3. *accompagnamento*, *corteggio*, συμπαράδοσις. *Cic. pro Mur. cap.* 34. Hanc in noſtris petitionibus operam, atque aſſectationem. ¶ *Plin. l.* 2. c. 2. Latet pleroſque, magna cœli aſſectatione compertum a principibus doctrinæ viris: h. e. obſervatione.

Aſſectātor, oris, m. 3. ἀκόλουθος, qui aſſidue comitatum præſtat. *Cicer.* 7. *Ver.* Vetus quidam aſſectator ex numero amicorum. ¶ Item imitator, ut aſſectator eloquentiæ alicujus, *Plin. l.* 29. c. 1. *Gell. l.* 5. c. 10. Cum diutule auditor aſſectatorque Protagoræ fuiſſet.

Aſſector, aris, d. 1. frequent. *ſeguire*, *ſeguitare*, הרדיף, Ger. *einem nachfolgen*, Gal. *ſuivre*, Hiſp. *ſeguir*, συμπαρακολουθέω, comitatum præſto, ſeu alterum honoris gratia aſſidue comitor. *Cicer. de Or.* Eumque major natu, & Conſularis Serg. Galba aſſectaretur. *Sueton. Caſ.* c. 19. Pompejum aſſectatus eſt. *i. e.* Pompejo ſe adjunxit. ¶ Paſſiva ſignificatione *Enn.* apud *Priſc. l.* 8. Aſſectari ſe omnes cupiunt. ἀκολουθεῖσθαι. ¶ Hinc particip. paſſivum *aſſectatus*, ut *aſſectata femina* apud *Feſtum* h. a. vel honorata, vel ad extremum periculum adducta: quam utramque explicationem *Feſtus* ponit.

Aſſenſio, onis, f. 3. conſenſus, approbatio, *aſſenſo*. *Cic.* 4. *Acad.* c. 22. Neque peccara quenquam niſi aſſenſiuna. *Id. ib.* c. 84. Crebræ aſſenſiones.

Aſſenſor, m. 3. *chi conſente*, Gall. *qui conſent*, Hiſp. *el que conſiente*, σύμψηφος, qui alicui aſſentitur. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 22. Ta in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem.

Aſſenſus, us, m. 4. aſſenſio, approbatio, *conſentimento*, רצון, Germ. *verwilligung*, συγκατάθεσις. *Cic. l.* 2. *de nat. D.* c. 2. Aſſenſu omnium aliquid dicere. *Id.* 4. *Acad.* 29. Cohibere aſſenſum.

Aſſentatio, f. 3. adulatio, blanditiæ, *adulazione*, κολακεία, θωπεία, actus aſſentandi. *Cic. de Amic.* Semper auget aſſentatio id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. ¶ Sumitur & pro aſſenſione, *conſenſo*. *Petron. ſat.* c. 17. Tacentibus nobis, & ad neutram partem aſ-

ſentationem flectentibus. Alii leg. *aſſenſionem*. *Vell. l.* 2. c. 128. Ut pene aſſentatione ſua, quibus vellet, principatus conciliaret. *h. e.* commendatione, & auctoritate ſua.

Aſſentatiuncŭla, f. 1. dim. *Cic. ad Lucejum*, *Fam.* 5. 12. Vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

Aſſentātor, m. 3. ad voluntatem dicens, qui aſſentatur, *adulatore*, κόλαξ. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. Non tu is es, qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrere. ¶ Item qui aſſentitur, & permittit. *Tert. adverſ. Hermog.* c. 10. Non auctor, ſed aſſentator mali invenitur Deus.

Aſſentatorie, adverb. *adulatoriamente*, κολακευτικῶς, *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. Dubitare te non aſſentatorie, ſed fraterne veto.

Aſſentatrix, fem. ab aſſentator, *adulatrice*. *Plaut. Moſt.* 1. 3. v. 100. Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum adverſatrix erat.

Aſſentio, is, ſi, enſum, ire, & uſitatius

Aſſentior, tiris, enſus ſum, depon. *aſſentire*, *acconſentire*, *approvare*, συγκατατίθεμαι, συναινέω, conſentio, in eadem ſententia ſum. *Cic.* 1. *Off.* c. 6. Ne incognita pro cognitis habeamus, hiſque temere aſſentiamur. Ita *Gruter. Græv.* & alii leg. *Curt. l.* 4. c. 13. Omnes ferme Parmenioni aſſentiebant. *Cic. l.* 1. *de Orat.* c. 49. Senatus tibi magnis de rebus eſt aſſenſus. Et *l.* 3. *cap.* 48. Ego illud aſſentior Theophraſto. *Plaut. Amph.* 2. 2. 192. Qui illud, quod ego dicam, aſſentiant.

Aſſentor, aris, d. 1. adulor, blandior, *adulare*, החליק, Ger. *ſchmeichlen*, Gal. *flater*, Hiſp. *halagar*, *liſongear*, κολακεύω, inſidioſe, & conciliandæ alterius utilitatis gratia effuſius, & plerumque falſo quempiam laudare. Proprie enim aſſentiamur voce, adulamur geſtu, blandimur tactu. Ponitur autem aliquando abſolute. *Cic.* Ne aſſentari viderem. Aliquando cum dativo. *Id. in Bruto.* Ne me tibi aſſentari putes. Aliquando cum acc. communi. *Terent. in Eun.* 2. 2. 20. Imperavi egomet mihi omnia aſſentari. ¶ Aliquando eſt aſſentiri. *Vellej. l.* 2. *cap.* 48. Pompejus iis, qui a Cæſare dimittendos exercitus contendebant, aſſentabatur, iis qui ab ipſo, adverſabatur.

Aſſĕquor, eris, utus ſum, d. 3. conſequor, nanciſcor, *giungere*, השיג, הדביק, Germ. *einem nachfolgen*, *erreichen*, *erlangen*, Gall. *ſuivre*, & *atteindre*, *parvenir juſque à quelque choſe*, Hiſp. *conſeguir*, *y alcançar*, ἐπιτυγχάνω, καταλαμβάνω, eſt juxta ſequi, vel ad eum, quem ſequimur, pervenire. *Cic. Att. l.* 3. *epiſt.* 5. Si es Romæ, jam me aſſequi non potes, ſin es in via, cum me fueris aſſecutus, coram agemus. ¶ Per tranſlationem accipitur pro æquare, *agguagliare*. *Cic. de Leg.* Quem imitaris, nunquam aſſequere. *Idem Lent.* Nullam partem tuorum erga me meritorum videas aſſequutus. ¶ Quandoque eſt acquirere, obtinere, *acquiſtare*. *Id. poſt redit.* Veſtros honores, quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti. ¶ Interdum intelligere, *capire*, *intendere*. *Cic. de Invent. lib.* 2. c. 47. Cogitationem alterius aſſequi. Et *Verr.* 5. c. 86. Aſſequi conjectura. ¶ Paſſiva ſignificatione. *Id.* 4. *Verr.* c. 73. Ut nihil horum inveſtigari, nihil aſſequi potuerit.

Aſſer, eris, m. 3. *tavola da ſegare*, לוחות, Germ. *brettern*, Gall. *membrure*, Hiſp. *tablas*, σανίς, tabula ſectilis, dicta ab aſſidendo, quod admoveatur, hæreatque parietibus, trabibuſque. *Feſtus*. *Plaut. Aulul.* 2. 6. 8. Ligna apud nos nulla ſunt. Co. Sunt aſſeres? Sta. Sunt pol. ¶ Aſſeres proprie ſunt trabeculæ illæ, quibus tegulæ in tectis imponuntur: quod illa *Vitruvii* verba docent *lib.* 4. *cap.* 2. Deinde inſuper ſub tegulas aſſeres ita prominentes, uti parietes eorum projecturis tegantur. ¶ Hinc aſſeres de ſudibus, & contis etiam dicuntur. *Liv. l.* 32. c. 10. & alibi. Sic aſſeres lecticariorum, *Suet. in Calig.* c. 58. ſc. ligna illa, quibus lecticarii utuntur. V. Aſſis.

Aſſerculus, *travicello*, dim. eſt ab aſſer, ris. *Col. l.* 12. 2. 30. Aſſerculos inter ſe diſtantes ſemipedalibus ſpatiis. ¶ Dicitur etiam *aſſerculum*, *i*, n. *Cato R. R.* c. 12. Aſſercula quinque.

Aſsĕro, vel adſero, ris, aſſevi, aſſitum, a. 3. *ſeminar appreſſo*, juxta ſemino, vel juxta planto. *Cato de R. R.* Vites ſatis multæ aſſerantur. *Var. l.* 1. *R. R.* c. 26. Neque vites propter cupreſſos aſſerunt, quod hæc inter ſe inimica. *Id. ib. cap.* 16. Vitit aſſita (vel *adſita*) ad olim. *Cat. Epithal. Manl.* v. 106. Velut aſſitas vitis implicat arbores.

Aſsĕro, & Adſero, is, erui, ertum, a. 3. vindico, affirmo, *affermare*, *approvare*, קים, הקים, Germ. *beſtetigen*, *vor gewiſs ſagen*, Gall. *aſſeurer*, *affermer*, Hiſp. *afirmar*, διαβεβαιόομαι. *Tac. Ann.* 16. c. 2. Per quos noſceret, an vera adſererentur. *Juſtin. l.* 28. c. 1. Mittit, qui Senatui aſſereret, puerum illum ex Ariarathe genitum. *Quintil. declam.* 7. c. 6. Non vacat aſſerere quæ finxerit, cum vix prodeſt & verum fateri. *M. Senec. in excerpt. controv.* 7. 1. Aſſerens, minus verendam eſſe, &c. ¶ Magis propria, & elegantiori notione ſignificat vindicare. Unde aſſerere libertatem Reip. *Quint. l.* 6. c. 5. Sic *aſſerere in libertatem*. Nam qui aliquem in libertatem vindicabat, eum ad ſe trahebat, manuque capiti ejus impoſita dicebat: Hunc ego hominem jure Quiritum ajo liberum eſſe oportere. ¶ Aſſerere in ſervitutem, eſt in ſervitutem conjicere. *Liv. lib.* 3. c. 44. ¶ *Aſſerere ſe*, abſolute, eſt ſe liberare. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 11. *verſ.* 3. Scilicet aſſerui jam me, fugique catenas. Huic affinis eſt uſus apud *Mart. l.* 14. *epigr.* 142. Hoc focale tuas aſſerat auriculas, *h. e.* defendat. ¶ Aſſerere manu idem eſt, ac in libertatem vindicare. *Terent. Adelph.* 2. 1. 40. Ego liberali illam aſſero cauſſa manu: *hoc eſt* manu aſſero. ¶ Aſſerere manum, eſt admovere, quod ea, quæ in terram dimittuntur, ſeri dicuntur, &c. *Feſtus*. ¶ Eſt etiam aſſumere, arrogare ſibi, *pretendere*. *Quint. l.* 12. *cap.* 1. Aſſerere ſibi nomen Sapientis. Sic aſſerere ſibi partem hæreditatis. *Ulpian. l.* 1. *ff. ſi pars hered. petat.* ¶ Item eximere, liberare; ut aſſerere ſe e mortalitate. *Plin. lib.* 1. *epiſt.* 10. ¶ Item aſcribere, ut aſſerere aliquem cœlo, *Ovid.* 1. *Met.* ¶ Apud *Plin. l.* 1. *ep.* 3. Aſſerere ſe ſtudiis, eſt ſe tradere.

Aſſertio, onis, *affermazione*, διαβεβαίωσις, actus aſſerendi. *Cicer.* 1. *Acad. Quæſt.* c. 12. Neque aſſertione approbare. Sed al. leg. *aſſenſione*. *Arnob. l.* 1. *pag.* 18. Aſſertio talis rei, & abnegatio. ¶ Eſt etiam vindicatio, qua ſc. in libertatem aſſerimur. *Quint. l.* 3. c. 6. (*al.* 8.) Sit ne liber, qui in aſſertione eſt. Adde *l.* 5. c. 2.

Aſſertor, m. 3. βεβαιωτής, qui aliquem in ſervitutem, aut etiam in libertatem vindicat, vindex. *Liv. l.* 3. c. 44. Aſſertorem vocat eum, qui Virginii filiam, quaſi ſervam ſuam, ficta cauſa repetebat. *Senec. epiſt.* 13. Catoni gladium aſſertorem libertatis extorque. Adde *Sueton. Caſ.* c. 80.

Aſſertorius, a, um, ut lis aſſertoria, in *Cod. de aſſertione tollenda*, *ſub init.* h. e. in qua agitur de libertate alicujus.

Aſſertum, i, n. *aſſerzione*, affirmatio. *Martian. Capell. l.* 6. Terram in medio mundi ſtare, multiplicibus monſtratur aſſertis.

Aſſervātus, a, um, *conſervato*, *guardato*, φυλαχθείς, ſervatus, cuſtoditus. *Cic. pro Arch.* c. 5. Appii tabulæ negligentius aſſervatæ. *Plin. l.* 9. c. 25. Piſcis in ſale aſſervatus.

Aſſervio, vel Adſervio, n. 4. *ſervire*, ὑπηρετέω, inſervio. *Cic. Tuſc.* 2. 24. Contentioni vocis aſſerviunt.

Aſſervo, vel Adſervo, as, a. 1. *conſervare*, *cuſtodire*, שמר, Germ. *behalten*, *bewaren*, Gal. *garder*, Hiſp. *guardar*, ſervo, cuſtodio. *Cic.* 5. *Verr.* c. 22. Imperat, hominem ut aſſervarent. ¶ Significat etiam obſervare, o-

culis aliquem cuſtodire. *Terent. Heaut.* 3. 3. 32. Atqui nunc here, hic tibi aſſervandus eſt, *dei avergli gli occhi addoſſo*. *Liv. l.* 8. *c.* 20. Aſſervare aliquem in carcerem.

Aſſeſſio, onis, verbale ab aſſideo, *aſſiſtenza*. *Cic. Fam. l.* 11. *epiſt.* 27. Quæ tua fuerit aſſeſſio, oratio, confirmatio animi mei.

Aſſeſſor, m. 3. *aſſeſſore*, Gal. *aſſeſſeur*, Hiſp. *aſſeſſor*, πάρεδρος, ab aſſideo, qui aſſidet Prætidi, & conſilium det in cauſarum cognitionibus, edictis, poſtulationibus, libellis, epiſtolis. *Cic.* 1. *de Div.* Lacedæmonii Regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt. Adde *Suet. in Galba* c. 19.

Aſſeſſorius, a, um, ad Aſſeſſorem pertinens. *Ulp. ff. l.* 47. *tit.* 10. *l.* 5. §. 8. Sabinus in aſſeſſorio. *h. e.* in libro de officio aſſeſſoris.

Aſſeſſūra, æ, officium aſſeſſoris. *Ulpian. Dig.* 50. 14. 3.

Aſſeſſus, a, um, particip. ab aſſideo. *Sil. l.* 12. *v.* 455. Aſſeſſos Capuæ muros. *h. e.* obſidione cinctos. Al. leg. *obſeſſos*.

Aſſeſtrix, icis, f. *levatrice*, obſtetrix, quæ puerperæ aſſidet, & aſſiſtit. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 39.

Aſſeveranter, *βεβαίως*, affirmate. *Cic. Att. lib.* 13. *epiſt.* 19. Locutum ſecum eſſe Q. Cic. valde aſſeveranter. *Id.* 4. *Acad. cap.* 19. Multo aſſeverantius in Syria.

Aſſeveräte, adverb. affirmate. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Tragœdias Poetarum nobilium ſcite, atque aſſeverate actitavit. *con molta gravia, e franchezza*.

Aſſeveratio, f. 3. *affermazione*, Ger. *ein beſtetigung*, Gall. *aſſeurance*, Hiſp. *affirmacion*, βεβαίωσις, affirmatio. *Quintil. l.* 4. *cap.* 2. Cum quorundam probatio ſola ſit in aſſeveratione, & perſeverantia. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 23. Omni tibi aſſeveratione affirmo.

Aſſevēro, as, a. 1. *affermare*, הקים הודיע, Ger. *beſtetigen*, *etwas gewiſs*, *und beſtendigklich ſagen*, Gal. *affermer*, *aſſeurer*, Hiſp. *afirmar porfiando*, διισχυρίζομαι, ἐπιβεβαιόω, eſt quaſi *aſſero verum*, & ponitur pro conſtanter affirmare. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 11. Nemo ille de eo poteſt aſſeverare ſine certa aliqua ejus rei nota. ¶ Aſſeveror paſſivum imperſ. *Cicer.* 4. *Verr. c.* 10. Utrum aſſeveratur in hoc, an tentatur?

Aſſiccatus, vel Adſiccatus, a, um, *ſecco*, *ſeccato*. *Colum. l.* 1. *de R. R. c.* 6. Plurimum refert, non adſiccato ſucco fimum vires continere.

Aſſiccesco, is, n. 3. *ſeccarſi*, ἀποξηραίνομαι, ſiccum fieri. *Col. lib.* 12. *cap.* 9. Dum aſſiccescant caules.

Aſſicco, vel Adſicco, as, a. 1. *ſeccare*, הוביש הוריב, Germ. *trucknen*, ξηραίνω, diligenter ſiccare. *Col. l.* 12. *c.* 15. Tum rurſum in Sole aſſiccavit.

Aſſicilus, i, Aſſercalus, parvus aſſis. Citat Calep. locum *Col. l.* 6. *cap.* 19. Sed al. leg. *axiculos*, quod fere idem eſt.

Aſſidelæ menſæ, ad quas ſedentes Flamines ſacra faciebant. *Feſtus*.

Aſſideo, es, edi, eſſum, aſſiſto, prope ſedeo, *ſedere appreſſo*, ישב אצל, Ger. *bey ſitzen*, Gal. *s'aſſeoir prez de quelqu'un*, Hiſp. *aſſentarſe cerca de alguno*, παρακάθημαι. *Cic. Acad.* 1. *c.* 4. Simul aſſideamus, ſi videtur. *Salluſt. in Jug. cap.* 1. Hiempſal dextra Adherbalem aſſedit. *Plaut. Rud.* 2. 6. 48. Aſſidere apud carbones. *Id. Bacc.* 3. 3. 28. Aſſidere in ſella. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 18. Aſſidere ſuper aſpidem. ¶ Significat etiam præſto eſſe, ut de iis, qui ægrotis inſerviunt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 80. Aut alius caſus lecto te affixit, habes, qui aſſideat, &c. ¶ Aſſidere etiam dicuntur Aſſeſſores, qui a Prætoribus, vel aliis in conſilium adhibentur. *Suet. Tib.* c. 33. Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium, aſſidebatque mixtim. Hinc *Aſſeſſor*. V. ¶ Eſt etiam verbum militare, pro obſidere. *Virg. in Cir.* Noſtris qui mœnibus aſſidet urbis. *Plin. Paneg. cap.* 12. An audeant, qui ſciant te aſſediſſe ferociſſimis populis? ¶ *Id. ib. c.* 81. Aſſidere gubernaculis. Et *lib.* 3. *epiſt.* 5. Aſſidere litteris, *h. e.* aſſiduum eſſe. ¶ Apud *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 13. Parcus ob heredis curam, nimiumque ſeverus, Aſſidet inſano. *i. e.* proximus eſt.

Aſſīdo, is, n. 3. conſido, conſedeo, ſedeo, *porſi a ſedere*, ישב, Ger. *bey ſitzen*, Gal. *s'aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, παρακαθίζομαι, idem pene, quod *aſſideo*, ſed cum motu quodam, ut ſit quaſi ad aſſidendum me demitto. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 20. In aram hanc aſſidam ſacram. Caret proprio præterito, & ſupino, capit autem præteritum a verbo *aſſideo* propter ſignificationis affinitatem, & temporum ſimilitudinem, quæ vix alia ratione dignoſcas.

Aſſidŭe, adverb. *aſſiduamente*, ἐνδελεχῶς. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 13. Perfugium mihi literæ, quibus aſſidue utor. *Idem de clar. Orat.* c. 91. Aſſiduiſſime mecum fuit Dionyſius.

Aſſiduĭtas, f. 3. perſeverantia, opera quotidiana, diligentia, *diligenza*, *aſſiduità*, ἐνδελέχεια. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi. *Id. de petit. Conſul. ſub init.* Aſſiduitatem, & frequentiam conjungit, tanquam ſynonyma. Atque apud *Suet. in Aug.* c. 43. Aſſiduitas ſpectaculorum, eadem pro frequentia accipienda eſt.

Aſſidŭo, idem quod aſſidue, *aſſiduamente*. *Plaut. Mil.* 1. 1. 50. Aſſiduo edes. Item frequenter, teſte *Varr. l.* 5. *de L. L.*

Aſſidŭus, a, um, o. 1. 2. quotidianus, frequens, continuus, diligens, *aſſiduo*, *continuo*, *frequente*, תמיד, Germ. *ſtet*, Gall. *aſſidu*, Hiſp. *aſſiduo*, ἐνδελεχής, ab aſſideo, quod in ea re, quam quis frequens agit, conſediſſe videatur. *Tibull. l.* 1. *el.* 1. *v.* 6. Dum meus aſſiduo luceat igne focus. *Cic. pro Sex. Roſc. cap.* 7. Cum hic filius aſſiduus in prædiis eſſet. *Id. pro Cul. cap.* 4. Caſſius fuit aſſiduus meus. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 22. Aſſiduam operam dare foro. *Ovid.* 15. *Met. v.* 178. Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu. ¶ Habet & ſuos gradus. *Suet. in Aug.* c. 71. Vaſa aurea aſſiduiſſimi uſus conflavit omnia. *Varr. l.* 2. *R. R.* c. 9. *de canibus:* Ita enim aſſiduiores ſunt, quod cum altero idem fit acrior. ¶ Alia eſt etiam hujus nominis origo, quæ ab aſſe deducitur. *Cic. in Top. cap.* 2. Cum lex Ælia Sentia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim eſt aſſiduus, ut ait *Ælius*, appellatus ab ære dando. Hinc & *Plaut. Amph.* 1. 1. 14. aſſiduum pro divite poſuit. Et apud *Feſtum* aſſidui dicebantur milites, qui ſuo ſumptu militabant. ¶ *Soſipater Chariſ. lib.* 1. aliam hujus ſignificationis rationem affert. Inquit enim, cum a Servio Tullio populus in quinque claſſes eſſet diviſus, ut tributum, prout quiſque poſſideret, inferret, ditiores, qui aſſes dabant, *Aſſiduos* dictos: & quoniam ſoli in negotiis publicis frequentes adeſſent, hinc eos, qui frequenter adſunt, aſſiduos appellatos. V. etiam *Gell. l.* 16. *c.* 10.

Aſſignatio, onis, fem. 3. *aſſegnazione*, προσαπόδοσις, attributio. *Cicer. lib.* 13. *Famil. epiſt.* 9. Cum Cæſar Syllanas venditiones, & aſſignationes ratas eſſe velit.

Aſſignātor, oris, qui aſſignat, *diſtributore*, *aſſegnatore*. *Ulpian. lib.* 4. *ff. de aſſign. libert.* Præferri filio nepotem aſſignatoris.

Aſſignatus, a, um, nomen ex particip. *aſſegnato*, *attribuito*. *Cic. Somn. Scip. c.* 3. Munus aſſignatum a Deo defugere. *Id. in Piſon. c.* 36. Per ſervulum ordines aſſignati.

Aſſigno, as, a. 1. tribuo, attribuo, adſcribo, *aſſegnare*, *conſegnare*, נתן, ייחד, Germ. *zugeben*, *zuordnen*, Gall. *aſſigner*, *bailler par aſſignation*, Hiſp. *aſſignar*, *o conſtituir*, προσνέμω, attribuo. *Cic. pro Domo*, c. 44. Inferiorem ædium partem aſſignavit genti ſuæ Clodius. ¶ Interdum idem, quod tribuere, imputare, *incolpare*. *Auct. ad Her. l.* 2. Si tardius, occupationibus aſſignare debebis. *Cic. Verr.* 7. 50. Aſſignare culpam fortunæ. ¶ Eſt autem proprius hujus verbi uſus, cum de agris ſermo eſt, qui hoſtibus adempti dividuntur in populum. Atque, ut *Siculus Flaccus* ait, *de condit. agror.* apud *Rigalt. p.* 51. aliud eſt dividere, aliud aſſignare. Dividuntur enim agri limitibus conſtitutis per centurias, aſſignantur viritim nominibus. ¶ Ponitur etiam pro obſignare, *ſigillare*. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 81. Aſſigna, Marce, tabellas.

Aſſilio, vel adſilio, is, n. 4. aſſilui, aſſilivi, aſſultum, aggredior, *ſaltare a qualche coſa*, דלג, רקד, Germ. *herzuſpringen*, Gall. *aſſaillir*, Hiſpan. *ſaltar*, *acometer*, ἐπιπηδάω, ſaltu ad rem aliquam me confero. *Cic. de Orat. c.* 53. Nec aſſiliendum eſt ſtatim ad illud genus. ¶ Accipitur etiam pro invadere, aggredi, *dare aſſalto*. *Ovid. l.* 11. *Met.* Cum ſæpe aſſiluit defenſæ mœnibus urbis. ¶ Etiam aſſilire dicitur de animalibus maribus, cum feminis coeunt. *Col. l.* 7. Ea marem concivit aſſilientem.

Aſſimilanter, cum ſimilitudine, per ſimilitudinem. *Nigid.* apud *Non. c.* 1. *n.* 190. Sunt etiam aſſimilanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bovatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Aſſimilatio, onis, verbal. *ſomiglianza*, ſimilitudo, ὁμοίωσις. *Plin. l.* 11. *c.* 49. prodigioſa aſſimilatio.

Aſſimilātus, a, um, *fatto ſimile*, ſimilis factus, ὁμοιωθείς. *Cic.* 4. *Verr.* 2. *penult.* Litteræ, lituræque omnes aſſimilatæ, expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur.

Aſſimĭlis, le, c. 3. ex ad, & ſimilis, *ſimile*, ἐμφερής, prorſus ſimilis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Aſſimilis ſpongiis mollitudo. *Ovid.* 1. *Triſt.* 5. 27. Aſſimilemque ſui fecit.

Aſſimilĭter, *ſimilmente*, ὁμοίως, ſimiliter. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 27. Aſſimiliter hodie mihi obtigit.

Aſſimilo, as, a. 1. ſimilem facio, confero, comparo, *aſſomigliare*, *paragonare*, דמה, Germ. *vergleichen*, Gall. *comparer*, *paragonner*, *rendre ſemblable*, Hiſp. *aſſemejar*, ὁμοιόω. *Ovid.* 1. *de Triſt. el.* 5. *v.* 28. Grandia ſi parvis aſſimilare velis. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 28. In conferenda, aſſimilandaque natura. *Tacit. de Germ. c.* 9. Aſſimilare Deos in ſpeciem humani oris.

Aſſimulāte, adv. *con ſimulazione*. *Plaut. Ciſtell.* 1. 1. 98. Aſſimulate amare oportet.

Aſſimulatio, onis, ὑποκρίσις. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 37. inter figuras enumerat, ut ſit licentiæ ſpecies quædam. Aſſimulatio, inquit, ſua ſponte ad animum auditoris ſe accommodat. Videtur autem eſſe adulatoria quædam, & callida ſimulatio. Vide, ne cum multis Lexicogr. cum *Aſſimilatione* confundas.

Aſſimulātus, a, um, ſimulatus, fictus, *ſimulato*, *finto*. *Cic. pro Cal. c.* 6. Specie virtutis aſſimulatæ. Et *pro Cluent.* c. 13. Familiaritas aſſimulata.

Aſſimŭlo, vel adſimulo, as, a. 1. *ſimulare*, *fingere*, חנף, Germ. *gleiſſnen*, Gall. *ſimuler*, *feindre*, Hiſp. *fingir*, *ſimular*, ὑποκρίνω, fingo aliquid eſſe, quod re vera non eſt. *Ter. And.* 1. 1. 141. Has bene ut adſimulet nuptias. *Ovid.* 14. *Met. v.* 556. Aſſimulavit anum. *h. e.* ſimulavit ſe eſſe anum. *Ter. Andr.* 4. 3. 20. Venire me, aſſimulabo. *Id. Phorm.* 1. 2. 78. Aſſimulare ſe amicum alicujus.

Aſſipondium, o. 2. λίτρα, libræ pondus. *Varr. de L. L. l.* 4. *n.* 36. Quod unum pondo aſſipondium dicebatur, idem, quod as erat libræ pondus.

Aſſiratum. V. Aſſaratum.

Aſſis, is, f. 3. *tavola*, *aſſi*, לוח, קרש, Germ. *ein dielen*, *taſel*, *brett*, Gal. *un ais*, Hiſp. *tabla*, *o ripia*, σανίς, tabula ſectilis, idem fere quod aſſer. *Colum. l.* 6. *c.* 19. Roboreis aſſibus ſolum compingere. Ubi al. leg. *axibus*; quod idem eſt. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Quernis aſſibus contabulare pavimenta. ¶ Differunt tamen *aſſer*, & *aſſis*: nam *aſſis* tabulam ſolum ſignificat: *aſſer* etiam tignum, trabeculam. V.

Aſſiſium, V. Æſiſium.

Aſſiſto, vel adſiſto, is, n. 3. aſſideo, ſto, adſto, *ſtare*, *eſſer preſente*, התיצב, Germ. *beiwohen*, Gall. *aſſiſter*, Hiſp. *aſſiſtir*, παρίσταμαι, præſentem me exhibeo. *Teren. in Adel.* 2. 1. 15. Hic propter hunc aſſiſte. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 23. Aſſiſtite omnes contra me, & advertite animum. *Cic.* 3. *Verr. c.* 26. Aſſiſtere ad fores. *Id.* 2. *de Legib. c.* 4. Ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret. *Virg.* 12. *Æn. v.* 492. Quem Turnus ſuper aſſiſtens. ¶ Cum accuſativo, ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo, *Stat. Theb.* 3. *v.* 296. & media quamvis in cæde frementes Hos aſſiſtere equos. ¶ Pro ſtare ſimpliciter. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 16. Ita nutte talum, ut rectus aſſiſtat. ¶ Aliquando eſt patrocinari, *eſſer avvocato*. *Plin. l.* 7. *epiſt.* 6. Aſſiſtebam Vareno jam tantum ut amicus, & tacere decreveram. Et *lib.* 10. *epiſt.* 85. Archippus, cui Eumolpus, ſicut Pruſæ, aſſiſtebat, dicit, ſe libellum daturum. ¶ Elegantius, *adeſſe alicui*, dicimus. ¶ Præteritum eſt *aſtiti*, commune cum verbo aſto.

Aſsĭtus, a, um, *ſituato*, *poſto*. *Apul. ſub init. Floridor.* Neque longule diſſita, neque proxime aſſita poſſumus cernere. ¶ Scribitur & *Adſitus*.

Aſſius, a, um, o. 1. 2. ἄσσιος, adject. ab Aſſo, Troadis urbe, ut Aſſius lapis, qui ad Aſſium exciditur. Ex hoc lapide ſarcophagi fieri ſolent, in quibus condita cadavera intra diem quadrageſimum cum oſſibus, ſolis dentibus exceptis, conſumuntur. *Plin. l.* 35. *c.* 17.

Aſſo, as, a. 1. *intavolare*, קרה, Germ. *braſen*, Gall. *plancher*, *ou paver d'ais*, Hiſp. *entablar*, *aſſar*, tabulis ſterno, vel operio, a quo coaſſo, pro contabulo, *Vitr. l.* 7. *cap.* 1. Cum aſſatum fuerit, ſuper altera coaſſatio ſternatur. Al. aliter legunt. ¶ Aſſare etiam utimur pro cibum ad ignem torrere, *ſeccare*, *arroſtire*, pro quo *Plin.* inaſſare dixit. *Apulej. l.* 2. *Mil.* Super iſtum ignem porrectus aſſare.

Aſsocio, as, a. 1. *accompagnare*, חבר, Ger. *zugeſellen*, Gal. *aſſocier*, Hiſp. *accompañar*, ſocium ſe adjungere. *Stat.* 1. *Theb.* 451. Juntaque Amithaonè cretus aſſociat paſſus. ¶ Eſt etiam adaptare, & conjungere, *congiungere*. *Claudian. de Bello Gild. v.* 481. Cornua ſummis aſſociant malis.

Aſsocius, a, um, ſocius, ſimilis. *Caſſiod. l.* 3. *epiſt.* 47. *de Salamandra*: Animal aſſocium lumbricis.

Aſsŏlet, *ſi ſuole*, יקרא, Ger. *man iſt gewohnt*, εἴωθε, ſolet. Adhibetur in 3. tantum perſonis, ex *ad*, & *ſolet*, pro fieri ſolet. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Senatus, ad quos aſſolaret, referendum cenſuit. *Gruter.* & alii leg. quos adſoleret. *Id.* 2. *Phil.* 33. Ut aſſolet. *Ter. in And.* 3. 2. Quæ aſſolent, quæque oportet ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.

Aſsŏno, ſive adſono, as, n. 1. *rimbombare*, רנה, Ger. *widerſchallen*, Gal. *reſonner*, *retentir*, Hiſp. *retumbar*, *reſonar*, ἐπηχέω, ſimul ſono, vel ſonitum reflecto, ſono reſpondeo. *Ovid.* 3. *Met. v.* 507. Plangentibus aſſonat Echo.

Aſſudaſco, ſudo, vel valde ſudo, *Plaut. Caſ.* 2. 6. 9. Corculum aſſudaſcit ex metu. Alii aliter legunt.

Aſſudeſco, is, n. 3. ſudus ſio, *diſeccarſi*. *Varr. l.* 4. *L. L.* Ab igne aſſudeſcunt.

Aſſuefacio, is, eci, actum, a. 3. uſu doceo, in conſuetudinem induco, *aſſuefare*, *avvezzare*, ἐθίζω, ex *ad*, & duobus verbis *ſueo*, & *facio*. *Cicer. Fam.* 4. *epiſt.* 13. Orbus iis rebus, quibus & natura me, & voluntas, & conſuetudo aſſuefecerat. *Id. de provinc. conſul.* c. 13. Nationes imperio Populi R. parere aſſuefecit.

Aſſuefactus, & adſuefactus, a, um, *avvezzato*, *aſſuefatto*, *uſo*, ἐθισθείς. *Cic.* 2. *Cor. c.* 5. Scelerum exercitatione aſſuefactus. Et *in Bruto c.* 59. puro ſermone aſſuefacta domus. *Caeſ. lib.* 6. *B. Gall. c.* 24. Paulatim aſſuefacti ſuperari.

Aſſueſco, is, evi, etum, n. 3. ex *ad*, & *ſueſco*, *avvezzarſi*, למד, Germ. *gewohnen*, Gall. *s'accouſtumer*, Hiſp. *acoſtumbrarſe*, ἐθίζομαι, eſt uſu diſcere. Conſtruitur interdum cum infin. *Cic.* 5. *Fin. c.* 2. Ut fremitum aſſueſco-

Digitized by Google

ſueſceret voce vincere. ¶ Interdum abſolute, & cum dat. *Cic. Fam. 9. epiſt. 22.* Ego ſervo, & ſervabo (ſic enim adſuevi) Platonis verecundiam. *Suet. in Aug. c. 38.* Aſſueſcere Reipublicæ. ¶ Dicitur etiam aſſueſcere, qui libidinis cum aliquo conſuetudinem habet. *Curt. l. 6. c. 5.* Bagoas ſingulari ſpecie ſpado, cui & Darius fuerat aſſuetus, & mox Alexander aſſuevit. ¶ Active etiam invenitur uſurpatum, & inter activa refert *Sanct. in Minerva. Virg. Æn. 6. v. 832.* Ne pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella: *id eſt*, multum bellando bellorum conſuetudinem ne contrahite: vel per hypallagen, pro ne aſſueſcite animos tantis bellis: id eſt, aſſuefacite. Et paſſive impersonaliter. *Liv. l. 2. c. 1.* Caritas ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur. ¶ Hinc aſſueſcendus. *Velle. l. 2. c. 79.* Militi, ac remigi navalibus aſſueſcendo (id eſt, *aſſuefaciendo*) certaminibus præfectus eſt M. Agrippa.

Aſſuetūdo, dinis, f. 3. *uſanza, conſuetudine*, דֶּרֶךְ, Germ. *gewonheit*, Gal. *accoutumance*, Hiſp. *coſtumbre*, συνήθεια, conſuetudo. *Liv. l. 25. cap. 26.* Aſſuetudine mali efferaverant animos. ¶ Pro turpi conſuetudine. *Tacit. Ann. 13. 46.*

Aſſuētus, a. 2. c. ſuetus, aſſuefactus, *aſſuefatto*, συνήθης, לִמּוּד, German. *gewont oder gewehnt*, εὐτραπελος, uſitatus, ab aſſueſco. Jungitur non ſolum dativo, ſed etiam ablativo. *Cic. 3. de Orat. cap. 15.* Homines labore aſſiduo, & quotidiano aſſueti. *Liv. lib. 21. cap. 18.* Aſſuetior montibus. ¶ Interdum cum genit. *Id. l. 38. cap. 17.* Romanis Gallici tumultus aſſuetis. ¶ Et cum Infinito. *Horat. 2. Sat. 2. v. 11.* Aſſuetus græcari. ¶ Ponitur etiam pro ſolito, *conſueto, ſolito*. *Ovid. de Ponto 1. 5. 36.* Tempus & aſſueta ponere in arte juvat. *Id. Heroid. ep. 6. v. 72.* Longius aſſueto.

Aſſŭla, æ, f. 1. Aſſulæ partes ſunt materiæ aſcia abraſæ, aut ſecuri truncatæ, *ſcheggie*, σχίδια. *Plaut. Merc. 1. 2. 20.* At etiam ceſſo foribus hiſce facere aſſulas. *Plin. l. 29. c. 2.* Aſſulis tedæ ſubjectis. ¶ Aſſulæ etiam dicuntur fragmenta marmorea, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt. *Vitruv. l. 7. c. 6.*

Aſſulatim, minutatim, *a ſcheggie*. *Plaut. Cap. 4. 2. 53.* Pultando vel aſſulatim foribus exitium afferre. Et *Menæch. 5. 2. 106.* Dedolare aſſulatim viſcera alicujus.

Aſſulōſe, *in iſcheggie*, aſſulatim. *Plin. l. 12. c. 22.* Aſſuloſe frangitur.

Aſſultim, adv. ſaliendo, *a ſalti*. *Plin. lib. 11. c. 24.* Phalangia aſſultim ingrediuntur.

Aſſulto, as, n. 1. *ſaltellare*, ἀναπηδάω, freq. ab aſſilio, ſæpe ſaltare. Regit dat. & accuſ. *Sil. l. 7. v. 401.* Vallo aſſultare. *Stat. Theb. 11. v. 244.* Portarumque moras aſſultat. *Tacit. Ann. 1. 51.* Aſſultare latera, & frontem exercitus.

Aſſultus, us, m. 4. *ſaltellamento*, Gal. *aſſaut*, Hiſp. *aſſalto*, verbale ab aſſilio, actus aſſiliendi. *Virg. 5. Æn. v. 442.* Variis aſſultibus irritus urget.

Aſſum, aſſis, & aſſiet, pro aſſis, & ſimilia tempora pro *adſum*, *adſis*, invenies apud *Plaut.* & alios Vett.

Aſſumo, is, mpſi, mptum, a. 3. accipio, *prendere*, *aſſumere*, Gall. *prendre, s'attribuer*, Hiſp. *tomar a ſu cargo*, προσλαμβάνω. *Celſ. l. 1. cap. 3.* Aſſumere cibum bis die. *Cic. 1. de Orat. cap. 30.* Aſſumere ſibi artem aliquam. *Id. pro Mur. c. 14.* Aſſumere ſibi laudem ex re aliqua. *Liv. l. 2. c. 22.* Aſſumere aliquem in ſocietatem. ¶ In argumentationibus *aſſumi* dicitur id, quod in Scholis *medius terminus* dici ſolet. *Cicer. 2. de Divin. c. 52.* Aſſumit autem Cratippus hoc modo, ſunt autem innumerabiles, &c. ¶ Item ſibi tribuere, arrogare, *attribuire*. *Idem 1. Offic. c. 5.* Si id mihi aſſumo, videor id meo jure quodammodo vendicare.

Aſſumptĭo, nis, f. 3. קַבָּלָה, Ger. *annemmung*, Gal. *priſe*, Hiſp. *tomamiento*, πρόσληψις, acceptio. *Cic. 3. de Fin. c. 5.* Quia ſit in his aliquid dignum aſſumptione. ¶ Hoc nomine item appellatur ſecunda pars ſyllogiſmi, quam vulgo Minorem vocat. *Cic. 1. de Invent. c. 37. Quintil. l. 5. c. ult.*

Aſſumptīvus, a, um, qui aſſumitur, προσληπτικός. ¶ Conſtitutio judicialis aſſumptiva eſt ea probationum pars, in qua ratio externa ad defenſionem recte facti, vel ad accuſationem male facti aſſumenda eſt, ut An Milo recte Clodium occidit, qui vitæ ſuæ inſidiatus eſt. *Cicer. 2. de Invent. c. 11.*

Aſſumptus, ta, um, *aſſunto, preſo*, ut aſſumpta lyra. *Ovid. de arte am. l. 3. v. 142. Cic. 3. de nat. Deor. c. 36.* Tum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur.

Aſſŭo, vel adſuo, is, *cucire una coſa ad un' altra*, προσράπτω. *Horat. de Arte poet. v. 16.* Unus, & alter aſſuitur pannus.

Aſſūra, æ, cura, diligentia in nutriendo: ab Aſſa, ſc. nutrice. *Varr. l. 3. R. R. 2. 9. V. Turneb. l. 24. c. 22.*

Aſſurgo, gis, exi, ectum, n. 3. *alzarſi, levarſi*, Ger. *aufſtehen*, Gal. *ſe lever*, Hiſp. *levantarſe*, ἀνίσταμαι, idem quod ſurgo. *Liv. l. 3. c. 24.* Aſſurgere ex morbo. ¶ Interdum creſcere, *innalzarſi, creſcere*. *Plin. l. 24. c. 4.* In arborem ſalicis modo aſſurgit. *Virg. 4. Æn. v. 86.* Non ſurgunt aſſurgunt turres. ¶ Sæpe eſt in alterius honorem, aut officii, aut benevolentiæ cauſa ſurgere, *levarſi in piè*. *Cic. in Piſon. cap. 12.* An quiſquam in Curiam venienti aſſurrexit?

Aſſus, a, um, *arroſto, arroſtito*, צָלִי, Ger. *gebraten*, Gal. *roty*, Hiſp. *aſſado*, ὀπτός, a verbo aſſo, quod igni aſſueverit, vel, in igne ſudaverit, ſeu pinguedinem ob calorem diſtillaverit, ut *Varro 4. de L. L.* docet, vel a nomine *aſſus*, ſolus, ut *Nonius* mavult, quia ſine condimento alieni ſaporis editur, ut *vinum merum* dicitur, ideſt, ſolum, quod nihil aquæ habet admixtum. Hinc aſſa, orum, gen. neut. & num. pl. aſſæ carnes, vel quod ſolo igne ſine aliquo liquore coctæ ſunt, vel quia ſine pigmento ſaporis alieni in menſam inferuntur. ¶ Aſſus, a, um, etiam pro ſolo, ſeu mero dicitur: ut aſſa voce canere, ideſt ſola voce, nullis adhibitis muſicis inſtrumentis: Et aſſæ tibiæ dicuntur, quibus canitur ſine chori voce. *Nonius ex Cat. & Varr.* ¶ Aſſi lapides dicuntur ſicci, id eſt qui nulla calce conglutinantur, ſed alius ſuper alium poſitus eſt, ut in maceriis. ¶ Aſſas nutrices idem appellari cenſet *Non. cap. 2. n. 980.* quod adſint, vel aſſint iis, quos nutriant, & ne momento quidem ab iis divellantur. ¶ Aſſa, orum, in balneis loca ſunt, quæ a *Seneca* ſudaria appellantur, ſic dicta, quod tantum ibi ſudent, non etiam lavent. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1.* In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi.

Aſſyria, Adiabene, vulgo *Soreh*, *Adringa*, *Azimia*, *Moſul*, *Arzerum*, & aliis pluribus nominibus, אַשּׁוּר, Ἀσσυρία, regio majoris Aſiæ, dicta ab Aſſur filio Sem, Meſopotamiæ contigua, ab ea Tigri fl. diviſa, in Ortum recedens, Mediam, & Suſianam verſus. Eſt trans Tigrim. Habet ab Occ. Meſopotamiam, ab Ort. Mediam, a Sept. Armeniam, a Mer. Suſianam. ¶ Differt a Syria, Ital. *Soria*, Turc. *Surſtam*, quia Syria eſt cis Tigrim, & Meſopotamiam.

Aſſyrius, a, um, qui eſt ex Aſſyria. *Lucan. lib. 4. v. 678.* Aſſyrii ſcrutator pallidus euri.

Aſt, ma, ἀτάρ, conjunctio, ſed, at. *Virg. 1. Æn.* Aſt ego, quæ Divum incedo Regina. ¶ Utuntur maxime Poetæ, quamquam habet & *Cic. l. 6. Attic. ep. 5.* Hoc tu indaga, ut ſoles, aſt hoc magis. Et *Liv. l. 10. c. 19.* Aſt ego templum tibi voveo.

Aſtacēnus, a, um, ad Aſtacum Bithyniæ oppidum pertinens. ut *Aſtacenus ſinus*, nunc *Golfo di Comidia*. *Plin. l. 5. c. 32.*

Aſtacĭdes, æ, Aſtaci filius, & eſt quidam Menalippus, qui cum Tydeum in bello Thebano lethali vulnere percuſſiſſet, ab eo moribundo capite truncatus, & dentibus corroſus fuit. *Ovid. in Ibin, v. 515. V. Stat. ſub fin. l. 8. Thebaidos.*

Aſtăcus, i, *gambero marino*, ἄσταχος, cancer marinus. *Plin. l. 9. c. 31.*

Aſtăphis, idis, f. 3. *uva paſſa*, Ger. *gedorte trauben*, Gall. *raiſin de paſſe*, Hiſp. *paſſas, o uvas paſſas*, ἀσταφίς, a nobis uva paſſa vocatur. *Plin. l. 30. c. 9.* Uva paſſa, quam aſtaphida vocant.

Aſtăphis agria, ſive ſtaphis agria, *ſtafuſaria*, ἀσταφὶς ἀγρία, herba cauliculis nigris, rectis, foliis labruſcæ. Hæc a Romanis recte *Dioſc.* pedicularis herba dicebatur, eo quod nucleos haberet phthiriaſi curanda utiles.

Aſtarte, f. 1. ἀστάρτη, Syriorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim, aut Derceto nominatam volunt. *Cic. 3. de nat. Deor.* vult, fuiſſe Venerem quartam, quæ Adonidi nupſit. Hanc ſacræ Literæ Aſtartem Sidoniorum Deam vocant. V. Atargatis.

Aſtātor, ſeu Adſtator, oris, qui aſtat, ſeu præeſt. *In Inſcript. Fabret. p. 164. & 283.* Deo ſancto numini Deo magno Libero Patri, & Adſtatori.

Aſteiſmus, mi, ἀστεϊσμός, latine urbanitas, eſt tropus multiplex, numeroſæque virtutis. Nam *aſteiſmus* putatur, quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta ſatis urbanitate exponitur, ob ἄστυ, urbs, vel ἀστεῖος, urbanus. Ut illud *Virg. ecl. 3. v. 90.* Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi. ¶ Græca vox, & Græce ſcribenda.

After Atticus, ἀστὴρ ἀττικός, herba, quæ, quod præſens eſt inguinum remedium, a Romanis bubonium dicitur, vulgo inguinalis. *Plin. l. 27. c. 5.*

Aſterĭa, vel Aſterie, æ, f. 1. ἀστερία, ſoror Latonæ. ¶ Item nomen Deli, & Rhodi inſularum. *Plin. l. 4. c. 12. & l. 5. c. 31.* ¶ Significat & gemmam, quæ incluſam quandam lucem pupillæ modo continet, & appoſita Soli radios regerit candicantes. *Plin. l. 37. c. 9.*

Aſteriāce, es, f. refertur a *Celſo l. 5. c. 14.* inter medicamenta, quæ carnem nutriunt, & vulnus implent.

Aſterĭas, ἀστερίας, avis ex genere ardeolarum, a fulgore aſtrorum. *Plin. l. 10. c. 60.*

Aſterĭcum, n. 2. *parietaria*, ἀστερικόν, herba ocymi folio, quæ & helxine dicitur, & urceolaris herba, quod vitreis urceolis detergendis in primis ſit idonea. ¶ Item parietaria, vel muralis, quod naſcitur in tegulis, & parietibus. *Plin. l. 22. c. 17.*

Aſtĕrĭon, n. 2. ἀστέριον, Civitas Theſſaliæ, dicta, quod in alto ſita monte velut aſtrum quoddam procul aſpicientibus fulgere videatur, ut tradit *Stephan.* qui eam ſua ætate Piteſiam vocatam aſſerit. ¶ Eſt & altera urbs ejus nominis in Syria. ¶ Eſt & flu. Achajæ, in Nemeo ſylva leniter fluens. ¶ Item mons Peloponneſi ad ſinum Argolicum, de quo *Plin. l. 4.* ¶ Aſterion item Cometæ filius, qui Jaſonem Colchos navigantem ſecutus eſt, ut habet *Apollonius*. *Val. l. 1. Argon. v. 355.* ¶ Aſterion, rii, n. 2. ἀστέριον, ſpecies eſt aranei, cujus morſu genua labefactantur. *Plin. l. 29. c. 4.* ¶ Eſt item herba apud *Pauſan.* in agro Argivo naſcens ad ripam fl. ejuſdem nominis, cujus folia Junoni ſacra accolæ in coronas nectebant.

Aſterno, vel adſterno, is, aſtravi, aſtratum, a. 3. *diſtendere*, רִפֵּד, הִרְבִּיץ, הִשְׁכִּיב, *bereitſtrewen*, προσκατακλίνω, προσκατατίθημι, juxta ſterno. *Ovid. 2. Met. v. 343.* Aſternuntur que ſepulchro.

Aſthmatĭcus, a, um, adject. *chi patiſce l' aſma*, qui reſpirandi facultate laborat. *Plin. l. 20. c. 21. & l. 26. c. 7.*

Aſtipulatĭo, onis, f. 3. *conformità di ſentimento*, συγκατάθεσις, aſſenſus, affirmatio. *Plin. l. 29. c. 1.* Qua de re extat etiam Annæi Senecæ aſtipulatio.

Aſtipulator, oris, m. 3. *chi ſi accorda, o concorre in opinione con altrui*, συγκατατιθέμενος, qui aſſentitur. *Cic. 4. Acad. c. 21.* Stoicorum aſtipulator Antiochus. ¶ Eſt etiam, qui actori, aut reo vadimonii facti, vel alterius cujuſpiam forenſis actionis teſtis aſſedit, & ſimul cum eo adpromittit. *Cic. pro Quint. c. 18. & in Piſon. c. 9.*

Aſtipulātus, us, m. 4. *conſentimento*, affirmatio, aſſenſus. *Plin. l. 7. c. 47.* Jovis Deorum ſummi aſtipulatu.

Aſtipŭlor, & adſtipulor, d. 1. *conſentire*, יָאוֹת, רָצָה, Germ. *verwilligen*, Gal. *conſentir*, Hiſp. *conſentir*, προστίθεμαι, aſſentior. *Liv. 39. 5.* Aſtipulari irato Conſuli.

Aſtitŭo, & adſtituo, is, titui, ſtitutum, a. 3. *collocare, porre*, הֶעֱמִיד, Ger. *neben ſetzen, neben etwas ſtellen*, παρίστημι, ex ad, & ſtatuo, ſignif. juxta ſtatuo. *Ad Her. l. 3. c. 20.* Reum ad lectum ejus aſtituimus. ¶ Eſt item ſuo loco collocare. *Plaut. in Capt. 4. 2. 66.* Juben' aſtitui aulas, patinas elui?

Aſto, as, aſtiti, n. 1. *eſſer preſente, ſtar fermo in piedi*, עָמַד, Ger. *beyſtehen*, Gal. *aſſiſter*, Hiſp. *aſſiſtir*, παρίσταμαι, præſens, aut firmus, ſeu erectus ſto. Ponitur interdum abſolute. *Plaut. in Cap.* Vix aſto præ formidine. *Id. in Ciſt.* Adoleſcens aſtat, atque audit. ¶ Interdum cum dativo. *Id. in Caſ. 3. 3. 4.* Dum aſto advocatus cuidam cognato meo. ¶ Interdum cum præpoſit. in. *Id. in Caſ. 5. c. 41.* Continuo in genua aſtanti. ¶ Et cum ad. *Cic. pro Arch. c. 10.* Cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet. ¶ Aliquando ſimpliciter ſto, *ſtare*. *Virgil.* Arrectiſque auribus aſtant. Sic *Plaut.* pluribus in locis. ¶ *Aſtans* idem quod ſtans. *Plin. 34. 8.* Statua aſtans. ¶ Pro erecto, aut hirto. *Virg. 3. Georg. v. 545.* Attoniti ſquamis aſtantibus hydri.

Aſtomachētus, qui ſtomachi vitio non laborat. *Inſcript.* apud *Gruter. 750. 14.* (Vox barbara)

Aſtŏmi, m. 2. ἄστομοι, Indiæ populi, ſine ore, anhelitu tantum viventes, & odore, ab *a* privativo, & στόμα, ος, oris. *Plin. l. 7. c. 2.*

Aſtrăba, æ, f. ἀστράβη, clitellæ, quæ aſinis, & mulis imponuntur ad vehenda onera. Titulus eſt unius ex *Plauti* Comœdiis deperditis, Latine Clitellaria.

Aſtræa, f. 1. *Giuſtizia*, Ἀστραία, Aſtræi, & Auroræ, ſive, ut alii malunt, Jovis, & Themidos filia, juſtitiæ antiſtita, quam poetæ fabulantur aureo illo ſæculo a cœlo in terram migraſſe, & tandem mortalium ſceleribus offenſam cœlum repetiviſſe. *Ovid. 1. Met. v. 149.* Ultima Cœleſtum terras Aſtræa reliquit. V. Libra.

Aſtræus, i, m. Ἀστραῖος, unus ex Titanibus, qui cum Aurora concubuit, & ex ea ventos genuit, qui *Aſtræi fratres* ab *Ovid. Met. 14. v. 545.* vocantur. Hi autem ſunt Zephyrus, Boreas, Notus, & Favonius. ¶ *Cæſar German. in Arat. v. 104.* Aſtræum dicit omnium Aſtrorum patrem. ¶ Quidam ſcribunt *Aſtreus*, & diſſyllabum putant. ſed obſtat Græca dictio, quæ Ἀστραῖος dicitur ab *Heſiod. Apollod. Arato*, & aliis.

Aſtragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes. Nomen eſt ſigni a Polycleto facti, quo repræſentabantur pueri talis ludentes. *Plin. 34. 9.*

Aſtragălus, i, m. & Aſtragalum, i, n. ἀστράγαλος, Græce ſignificat oſſiculum in imo crure ſitum, qui Latine *talus* dicitur: item talum inferiorum. A ſimilitudine ejus oſſiculi aſtragalus dicitur membrum architecturæ in baſibus columnarum, in ſuperciliis, in coronis, & alibi, Italice *tondino, fuſaiuolo, uovolo*. *Vitruv. l. 3. c. 3.* maſculino, *l. 4. c. 6.* neutro genere uſurpat. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba caule tereno, foliis longis & inciſis, folio hyacinthi. *Plin. 26. 8.*

Aſtrăpe, ἀστραπή, fulgur. *Plin. l. 35. c. 10.* Apelles pinxit & aſtrapen. ¶ Vox græca eſt.

Aſtra-

Aſtraplas, æ, f. ἀστραπίας gemma colore partim albo, partim cyaneo, fulmineos radios habens in medio diſcurrentes, unde & nomen accepit. Nam ἀστραπή, fulgur eſt. *Plin. l. ult. c.* 11.

Aſtrapoplecta, neut. plur. τὰ ἀστραπόπληκτα loca fulgetro, ſeu fulgore icta. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 25.

Aſtrĕpo, vel Adſtrepo, is, pui, itum, *ere*, ſimul, vel juxta ſtrepo. *Plin. Paneg. c.* 26. Pleriſque iratis precibus ſurdas Principis aures aſtrepebant. *Tacit. Annal.* 11, 1, 17. Adſtrepebat huic alacre vulgus. h. e. ſtrepitu applaudebat. *Id.* 4. *hiſt.* 49. Aſtrepere aliquid. *h. e.* ſtrependo dicere.

Aſtricte, adv. *ſtrettamente*, Ger. *eng nahe*, *zuſammen*, Gal. *etroitement*, *ferrement*, Hiſp. *apretadamente*, *eſtrechamente*, arcte. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 48. Theophraſtus putat, orationem non aſtricte, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. *Plin. l.* 3. *ep.* 18. *ſub fin.* Quæ preſſius & adſtrictius ſcripſi.

Aſtrictio, f. 3. *ſtringimento*, קשר, Ger. *zuſammen ziehung*, *oder bindung*, Gal. *aſtriction*, Hiſp. *apretamiento*, σύψις, στυγνότης, actus aſtringendi. *Pl. l.* 27. *c.* 10. Guſtus amari cum aſtrictione, *con laſſezza*.

Aſtrictorius, a. 1. 2. στυπτικός, quod aſtringit. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Palmæ folia aſtrictoriam vim habent.

Aſtrictus, a, um, nom. ex partic. *ſtretto*, *riſtretto*, arctus. *Cic. in Bruto*, *c.* 90. Contracta, & aſtricta eloquentia. Et *Paradox.* 1. Voluptatibus aſtricti. *h. e.* alligati. ¶ Alvus aſtrictior, *Celſ. l.* 1. *c.* 3. cui oppon. fuſior. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 174. Non aſtricto percurrere ſocco. i. e. laxo. ¶ Aſtrictus etiam dicitur, qui tenax eſt, ſumptuſque quam pauciſſimos facit. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. Cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim aſtrictior. Adde *Propert. l.* 2. *eleg.* 23. *v.* 17. ¶ *Aſtrictus ſcelere*, h. e. obſtrictus, *Cic. pro Syll. c.* 29.

Aſtricus, a, um, adiect. ad Aſtra pertinens. *Var. apud Non.* 6. 16. Cœli choreas aſtricas oſtenderet.

Aſtrideo, vel Adſtrideo, es, o. 2. idem quod ſtrideo, vel prope ſtrideo. *Stat. Theb.* 11. *v.* 494. premis aſtridentibus hydris, Intentataque faces.

Aſtrifer, a, um, adject. poetic. qui aſtra fert. *Stat.* 8. *Theb. v.* 83. Aſtriferos inclinat Jupiter axes.

Aſtriſicus, a, um, adject. aſtricus. *Martian. Capell. l.* 2. *initio*.

Aſtriger, a, um, adject. idem ac aſtrifer. *Stat.* 10. *Theb. v.* 828. Communis aſtrigeros Capaneus tollendus in axes. Adde *Claudian. de B. Get. v.* 245.

Aſtrilūcus, a, um, adject. lucens, ut aſtrum. *Mart. Capell. l.* 6.

Aſtringo, gis, inxi, ictum, a. 3. alligo, obligo, contraho, conjungo, coarcto, contr. diſſolvo, relaxo, *ſtringere*, *legare*, צָר, אָסַר, חָבַשׁ, כָּבַל, Ger. *zuſammen ziehen*, *zuſammen zwingen*, Gall. *ſerrer*, *étreindre*, *lier contraindre*, Hiſp. *apretar mucho*, περισφίγγω, proprie arcta ſtringo, unio, conjungo. *Col. l.* 3. Vimine arborem aſtringito. *Virg. l.* 1. *Georg.* Venas aſtringit hiantes. ¶ Per tranſlationem ponitur pro obligare, ἐνέχειν, *obbligare*, & ſic genitivo jungitur, ſicut *Gellius* notavit, Sabinum ſcripſiſſe, Qui alienum tacens lucri faciendi cauſa ſubſtulit, furti aſtringitur. Adde *Plaut. Rud.* 4. 7. 34. Se adſtringi ſcelere. *Cicer.* 4. *Philip. c.* 4. Et aſtringere fidem. *Terent. Eun.* 1. 2. 22. ¶ Interdum eſt cogere, ut aſtringi neceſſitate, vel lege, *eſſer coſtretto*. *Cicer. lib.* 1. *de Nat. Deor. c.* 7. & *pro Cluent. c.* 57. ¶ Aſtringere aliquid dicendo, *h. e.* paucis dicere, *riſtringere*. *Cic. Tuſcul.* 3. 6. *Quintil.* 10. 4.

Aſtrios, ii, gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Aſtroites, ἀστροΐτης, gemma, quæ oculis piſcium ſimilis eſſe perhibetur. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Aſtrologia, f. 1. aſtrorum ſcientia, *aſtrologia*, ἀστρολογία, ſcientia tractans de natura, & motu aſtrorum, quæ & Aſtronomia dicitur. Aliqui ita diſtinguunt, ut Aſtronomia ſit, quæ de motu aſtrorum diſſerit, Aſtrologia, quæ influxum ſiderum ſpectat, & ex aſtris prædicit futura contingentia circa vitam, & fortunam hominum. Sed hæc differentia non obſervatur, præſertim a latinis Scriptoribus. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Eudoxus in Aſtrologia facile princeps. *Id.* 1. *de Or. c.* 16. Ignarus Aſtrologiæ.

Aſtrologus, m. 2. ſive Aſtronomus, interpres aſtrorum, *Aſtrologo*, ἀστρολόγος, ἀστρονόμος, qui aſtrorum ſcientiam profitetur. *Cic.* 4. *Verr. c.* 52. Novus Aſtrologus, qui non jam Cœli rationem, quam cœlati argenti duceret.

Aſtronomia, æ, ἀστρονομία, ſcientia quæ ex ratione motus ſiderum aliquid colligit, & ad uſum vitæ transfert: v. g. ad rationem temporis, dierum, menſium, anni conſtituendam, item ad navigationem &c. *Petron. in Satyr. cap.* 88. Ubi eſt dialectica? ubi aſtronomia? *Senec. ep.* 95. Scita, vel placita, quæ in geometria, & in aſtronomia invenies.

Aſtronomicus, ἀστρονομικός, ad Aſtronomiam pertinens, ut Aſtronomica præcepta, & Aſtronomici libri, qui de aſtris agunt, quales ſunt *Manilii*, & *Hygini*.

Aſtronŏmus, i, ἀστρονόμος, aſtrorum menſor, qui ſtellas, ſtellarumque curſus, & diſtantias contemplatur. *Jul. Firmic.* 5. *Matheſ. c.* 13. Sortilegi, aſtronomi. Adde *c.* 15.

Aſtructor, oris, verbal. qui aſtruit, vel affirmat. *Fortunat.* 2. *de Mart.* Nobilis aſtructor, facundus concionator.

Aſtructus, a, um, nom. ex particip. additus, appoſitus. *Apul. Met. l.* 11. Fuſis precibus, & aſtructis lamentationibus.

Aſtrum, i, n. 2. ἄστρον, *ſtella*, *aſtro*, *coſtellazione*, proprie eſt ſignum ſtellis confectum, quod nos ſidus vocamus. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 14. Sic *Virgil.* Zodiaci ſigna aſtra vocat: Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra. *l.* 1. *Georg. v.* 232. ¶ Ponitur tamen ſæpe pro ſola ſtella apud *Cic. in Verr.* & *Virg. Ecl.* 9. Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. *Horat. l.* 2 *od.* 17. Utrumque noſtrum conſentit aſtrum. Ital. *l'Oroſcopo*. ¶ Malo aſtro natus, *h. e.* infelici ſorte, homo infelix, *Petron. in Satyr. c.* 44. ¶ Tollere, ſeu ferre ad aſtra, eſt cœlo afferere, vel ſummis laudibus efferre. *Virg.* & alii.

Aſtruo, & adſtruo, is, xi, ctum, a. 3. *fabbricare appreſſo*, *fortificare*, בָּנָה, חִבֵּר, הִרְבִּיק, Germ. *beizu bauwen*, Gall. *batir*, *& edifier joignant autruy*, Hiſp. *fabricar*, *affirmar*, *e confirmar*, προσοικοδομέω, juxta ſtruo, & ædificium ædificio jungo. *Col. l.* 1. *c.* 5. Cum veteri aſtruitur recens ædificium. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro affirmare, *affermare*. *Plin. l.* 12. *c.* 18. Periti rerum aſtruxerunt. Ubi al. leg. *aſſeverant*. ¶ Significat etiam ſuperaddere, *aggiungere*. Sic adſtruere aliquid magnificentiæ, vel dignitatis, *Senior Plin. l.* 9. *c.* 35. & *Junior l.* 3. *ep.* 2. Adde *Tacit.* 2. *hiſt.* 1. 78. & *Valer.* 2. 35. 2. ¶ Apud *Curt. l.* 10. *c.* 1. Gentis ejuſdem leviſſimos falſis criminibus aſtruxit. *adeſt*, inſtruxit, ut ea deferrent.

Aſtu, n. 4. ut cornu, pro civitate Athenienſi, quam ἄστυ vocabant, κατ' ἐξοχήν. Nam a Latinis mutatur y in u, & fit *aſtu*, ut inquit *Priſcian.* *Ter. Eun.* 5. 6. An in Aſtu venit? *Cornel. Nep. in Themiſtocle*: Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus acceſſit Aſtu.

Aſtŭla, æ, f. 1. idem quod aſſula, ſc. pars ligni conciſi. *Plin. l.* 16. *c.* 32. Aſtula in fructu uſt. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 36. Tædas pingues in aſtulas concides. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. Aſtula ſilicis. ¶ Sunt qui ſcribunt *Haſtula*.

Aſtupĕo, vel Adſtupeo, es, ui, ere, ad aliquid ſtupeo, *ſtupirſi di qualche coſa*, προσθαυμάζω, *Senec. de Tranquil. c.* 8. Non te pudet, quiſquis divitiis aſtupes? *Stat. Theb.* 3. *v.* 405. Cui fida manus proceresque, ſocerque Adſtupet oranti.

Aſtur, uris, gentile, qui ab Aſturia natus eſt, & *Aſturi*, Aſturiæ populi. *Martial. l.* 14. *epigr.* 199. Venit ab auriferis gentibus aſtur equus. ¶ Eſt etiam aſtur avis prædatricis nomen. *Firmic. l.* 5. *Matheſ. c.* 7.

Aſtura fluv. in Hiſp. Tarraconenſi, a quo Aſturia dicta, cujus mentio eſt apud *Flor. l.* 4. *c.* 12. ¶ Item urbs quædam, ubi Cicero villam maritimam habuit. *Cic. Attic.* 12. 40.

Aſturcōnes, m. 3. *giannetti*, *cavalli ambianti*, *chinee*, Ger. *zelteneros*, equi, ab Aſturia regione Hiſpaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. Talem greſſum Græci ἐλάσμον vocant a bonitate curſus. Latini dicunt tolutarios equos a tollendis pedibus, & glomerandis. *Senec. epiſt.* 87. Non omnibus obeſis mannis, & aſturconibus, & tolutariis præferres unicum illum equum a Catone detritum?

Aſturia, f. 1. *las Aſturas*, regio Hiſp. Tarrac. in Regno Caſtellæ veteris, in ora Boreali Oceani, inter Callaicos ad Occ. & Cantabros ad Ort. in longum extenſa, ſeu inter Gallæciam, & Biſcajam, dicta ab Aſtura fl. Duplex eſt, *Aſturia de Oviedo*, quæ Gallæciæ adjacet ad Occ. & *Aſturia de Santillana*, quæ Biſcajæ contigua eſt ad Or.

Aſturĭca Auguſta, *Aſtorga*, urbs, & col. Regni Legionis, ad flu. Teram, E. ſub A. Compoſtellano.

Aſturĭcus, a, um, adject. ab Aſturia. *Sil. l.* 16. *v.* 584. Aſturica gens.

Aſtus, us, ui, m. 4. *aſtuzia*, *furberia*, *accortezza*, πανουργία. Dictum eſt ab *Aſtu*, quod urbem ſignificat, quia qui urbem frequentant, ruſticis callidiores eſſe ſolent. *Plaut. Capt.* 2. 1. Doli non ſunt, niſi aſtu colas. *Virg. Æn.* 11. Verſare dolos aſtu. *Sil. l.* 16. *v.* 32. Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat. ¶ Adjective aſtus, a, um, h. e. aſtutus. *Acc.* apud *Non. l.* 34. Niſi ot aſta ingenium lingua laudem. Al. aliter leg.

Aſtūte, adv. *aſtutamente*, בְּעָרְמָה, Ger. *liſtigkiſch*, Gal. *finement*, *cauteleuſement*, Hiſp. *con aſtucia*, πανούργως, callide, verſute. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Aſtute reticere. *Varr. l.* 9. *de L. L.* Ne aſtutius videas poſuiſſe. *Gell. l.* 18. *c.* 4. Levia, inaniaque pro gravibus, & veris aſtutiſſime componentes.

Aſtutia, f. 1. *aſtuzia*, עָרְמָה, Ger. *liſtigkeit*, *geſchwindigkeit*, Gall. *ruſe*, *fineſſe*, *aſtuce*, *cautelle*, Hiſp. *aſtucia*, *cautela*, πανουργία, calliditas, malitia. *Cic. Fam. l.* 3. *ep.* 8. Quæ ego omnia in expetenda amicitia tua, non aſtutia quadam, ſed aliqua potius ſapientia ſecutus ſum. ¶ Differt *aſtutia* ab *aſtu*, ut ab ira iracundia. Eſt enim ipſe habitus, ſive perverſa, & nequam illa ingenioſitas, quæ in inveniendis dolis atque fallaciis poſita eſt. ¶ In plurali num. *Cic. Offic.* 3. *c.* 17. Aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. Adde *Plaut. Mil.* 2. 2. 78.

Aſtutus, a. 1. 2. vafer, *aſtuto*, *malizioſo*, עָרוּם, Ger. *liſtig geſcheid*, πανοῦργος, adject. verſutus, cautus. Proprie aſtutus eſt, qui fingendo & ſimulando aliud, quam eſt, aut gerit, aut loquitur, decipit alios, ut ſibi conſulat. V. Aſtus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 62. Fictum, aſtutumque. & *Cic. Fam. l.* 3. *ep.* 10. aſtutum, & occultum conjungit. Et *ibid.* Quod ſi id eſt maxime aſtuti hominis, omnia ad ſuam utilitatem referre, &c. ¶ Comparat. apud *eund. l.* 3. *ep.* 8. *Fam.* Quod ſi quis me aſtutiorem fingit. ¶ Superlat. Aſtutiſſimus eſt *Auguſt. Serm.* 17. *de Sanctis*, *c.* 3. & *l.* 21. *de Civ. Dei*, *c.* 6. ¶ Aſtutus, arte tutus. *Feſtus*.

Aſty, V. Aſtu.

Aſtyănax, m. 3. Ἀστυάναξ, unicus filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellum inter Trojanos, & Græcos. Dictus eſt etiam Scamander. Hunc Ulyſſes, antequam naves e Sigæo ſolverent, e turri dejecit, ne quid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Trojæ ulciſceretur. Sed Dionyſius narrat, Scamandrum, & alios Hectoris filios a Pyrrho in Græciam captivos ductos fuiſſe, deinde ab illo dimiſſos, ad Regnum paternum in Troadem rediiſſe ductu Aſcanii filii Æneæ, ad quem in agro Daſcylitico regnantem ſe contulerant. *Virg.* 2. *Æn. v.* 457. & avo puerum Aſtyanacta trahebat.

Aſtyĉus, a, um, adject. ab Aſty, ut aſtyci ludi, apud *Suet. in Calig. c.* 20. qui a Græcis inſtituti fuerunt, quales Athenis Dionyſia. Ita legit *Scalig. l.* 5. *de Emend. Temp.* At *Torrent.* pro *Aſtyci*, legit *Athlici*. V. *Suet. in Tiber. c.* 6. Alii *baſtici*.

Aſtylus, m. 2. unus ex Centauris, qui in prælio cum Lapithis una cum Neſſo fugam arripuit. *Ovid. Met. l.* 12. *v.* 307.

Aſtynŏme, f. 1. Chryſe Sacerdotis filia. V. Chryſes.

Aſtynomĭci, dicuntur Papiniano Ædiles, qui curam Urbis, viarum, & ædificiorum gerunt. *Lege unica. Dig. de viis publ.* &c. ab ἄστυ, civitas, & νέμω, ordino, rego. Græca vox.

Aſtypalæa, f. 1. Ἀστυπάλαια, inſula in mari Carpathio, aut certe Icario, e regione Cnidi, oppidum habens eaſdem nominis. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *Ovid. de Arte l.* 2. *v.* 82. Cinctaque piſcoſis Aſtypalæa vadis.

Aſtypalæĭcus, a, um, ad Aſtypalæam pertinens, ut Aſtypalæicæ cochleæ, *Plin. l.* 30. *c.* 4. 6. & 14.

Aſtypalēius, a, um, adject. *Ovid. Met.* 7. *v.* 461. Regna Aſtypaleia.

Aſyla, herbæ genus, al. ferus oculus. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Aſylum, n. 2. *aſilo*, *franchigia*, ἄσυλον, templum, aliuſve quivis locus inviolabilis, conſecrationis lege tutus, ad quem confugientes ſine ſummo piaculo avelli non poterant. Dictum aſylum ab α priv. & verbo συλάω, ſpolio, rapio, prædor. Servius tamen aſylum dictum maluit, quaſi aſyron, ab α priv. & a verbo σύρω, traho, quod inde extrahi neminem fas eſſet. ¶ Aſylum primum Athenis ſibi conſtituerunt Herculis poſteri veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati. *Stat.* 12. *Thebaid. Liv. l.* 38. ſcribit, templum Apollinis Delii fuiſſe aſylum, atque ſacra templa a Græcis vocari aſyla. Græcos Romulus imitatus & ipſe Romæ aſylum conſtituit, inter Capitolium, & Palatium, in ſacro luco, quod Quercetum dicitur. *Gell. l.* 6. *c.* 2. Perfugium in ſuum aſylum. *Cic.* 3. *Verr. c.* 33. In aſylum confugere. V. *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 3. *c.* 20.

Aſymbolus, m. 2. ἀσύμβολος, qui ſymbolum non dedit, & ſine collatione acceſſit ad comeſſationem. *Ter. in Phor.* 2. 2. 25.

Aſyndĕton, vel aſyntheton, n. 2. ἀσύνδετον, ἀσύνθετον, al. Diſſolutio, & Articulus, figura eſt, cum plura ſine conjunctione proferuntur, ut, veni, vidi, vici. ¶ Aſyntheta *Plin.* appellat cryſtalla, quæ pura ſunt, & ſine vitio.

A ANTE T.

At, ſed, atqui, verum, *ma*, כִּי, אַךְ, אֲבָל, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hiſp. *empero*, *pero mas*, ἀλλά, particula principiis apta, præſertim cum aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, ut *iræ æſtum*, aut querelas ſignificantius oſtendere valeamus. *Cic. Attic.* 7. 11. Non eſt in parietibus reſpublica, at in aris, & focis. *Virg.* 2. *Æn. v.* 535. At tibi pro ſcelere, &c. ¶ Quandoque ſuperiorum dictorum diſcretivum eſt. *Ter. in And.* At mihi ſcrupulus unus reſtat. ¶ Quandoque ponitur pro ſaltem, *almeno*. *Virg.* 1. *Æn.* Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, at ſperate Deos. ¶ Componitur cum *enim*, ut At enim. Eſt autem hæc particula Antipophoris in primis accommodata, *Cic.* 2 *de Nat. Deor.* At enim minora Dii negligunt, *ma mi dirvarete*, *che* &c. Etiam ſola at candem vim habet. *Cic. Fam.* 6. 6. At in ejus perſonam multa fecit aſperius.

perius. Armorum iſta, & victoriæ ſunt facta, non Cæſaris. ¶ Ponitur etiam pro atqui. *Cic. pro Mil. c. 6.* Quid porro quærendum eſt? factum ne ſit? at conſtat. a quo? at patet. ¶ Jungitur etiam cum vero, & ſervit ſæpe occupationi, ut *at enim*. *Cic. 2. Phil. c. 15.* At vero Pompeii voluntatem a me abalienabat oratio mea, &c.

Atabŭlus, m. 2. ἀτάβυλος, ventus Apuliæ peculiaris, qui & Apulus appellatur, frigidiſſimus, ab ἄτη, damnum, & βάλλω, immitto, infero, quod nimio frigore Apuliæ perniciosus eſt. Si enim flaverit circa brumam, omnia areſacit, & exurit, ut nullis poſtea poſſint Solibus recreari. V. *Plin. l. 17. c. 24. Horat. 1. ſat. 5. v. 78.* quos torret Atabulus. ¶ *Gellius* hunc ventum *Horatianum* vocat, *l. c. c. 22.*

Atabyria, f. 1. Ἀταβυρία, Rhodus, ab Atabyre Rege, vel ab Atabyri monte.

Atabyris, mons Rhodi. ¶ Item Siciliæ, apud Agrigentum.

Atacīnus, a, um, adject. ad Atacem fluvium, vel vicum Galliæ Narbonenſis pertinens. P. Terentius Varro ab Atace vico ejuſdem Galliæ *Atacinus* dictus, Poeta fuit celebris Romæ, eodem tempore, quo alter M. Terentius Varro. Scripſit Argonautica, & bellum Sequanicum heroico carmine: quæ perierunt. Ad augendam facultatem dicendi parum locuples fuiſſe dicitur a Quintil. lib. 10. cap. 1. ¶ *Atacini*, *orum*, ſunt populi Galliæ Narbonenſis. *Pomp. Mela l. 2. c. 5.*

Ataon, Ariſtæi fil. ex Autonoe fil. Cadmi, & Hermiones.

Atalanta, æ, & Atalante, es, f. 1. Ἀταλάντη, Schoenei, vel, ut alii malunt, Jaſii Argivorum Regis filia, virgo forma, & viribus corporis præſtans, una ex comitibus Dianæ. A Meleagro vocata ad venationem apri Calydonii cum reliqua Achajæ juventute, eum prima ſagitta vulneravit. Aper e Meleagro occiſus eſt. Hic Atalantæ amore captus illi caput feræ largitus eſt. Cum eam rem avunculi Meleagri, Althææ fratres, Plexippus, & Toxeus indignarentur, & puellæ munus ademiſſent, a Meleagro interfecti ſunt. Althæa ſtipitem fatalem igni admovit, quo combuſto & ipſe Meleager conſumtus eſt. *Ovid. 8. Met.* ¶ Atalanta a nuptiis omnino abhorrebat, ſylvis tantum, & venatu delectabatur. Cum miram corporis velocitate præſtaret, procis ſuis curſus certamen propoſuit, in quo victum mortis pœna victorem conjugii ſui præmium ſequeretur. Multis ſuperatis, tandem ab Hippomene, tribus pomis aureis, quæ ei Venus dederat, ſingillatim in ſtadium projectis ſemel, iterum, tertium, a currendo retardata, & ſuperata eſt. Irata Venus, quod ſibi gratias non egiſſet Hippomenes, nec thus dediſſet, effecit, ut in via in ſacro Cybeles templo concumberent, quod erat in ſylva. Cybele ſcelus ulta eſt, eoſque in leones convertit. Atque hi leones ſunt, qui Cybeles currum trahunt. *Ovid. 10. Metam.*

Atalantæus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Atalanta. *Stat. 4. Theb. v. 309.* Jamque Atalantæus implerat nuncius aures. ¶ Al. ſcribunt *Atalanteus* ſine diphthongo.

Atanuvium, ii, n. 2. poculi fictilis genus, quo in ſacrificiis Rom. utebantur ſacerdotes Pontifici. *Feſtus.*

Atargatis, Syrorum, vel Aſſyriorum Dea, quo nomine terram intelligunt. *Macrob. Satur. l. 1. c. 23.*

At, at, ἒ, ἒ, αἶ, αἶ, interjectio eſt paulatim percepti, atque intellecti mali. *Ter. in Eun. 4. 5. 1.* At at, date hercule verba mihi ſunt. ¶ *Servius in Arte:* At at eſt aliquid de improviſo deprehendentis. ¶ Quandoque eſt interjectio timoris. *Ter. in Eun. 4. 6.* At at. T. Num formidoloſus, obſecro, es, mi homo? ¶ Legitur & *atat* junctis vocibus ſcriptum, item *attat* non ſemel apud *Plaut.*

Atate! interject. eſt tacite ſecum muſſantis, & aliquid intelligere incipientis. *Plaut. Caſ. 2. 8. 35. Merc. 2. 2. 31.* & alibi.

Atavia, æ, *biſarcavola*, *quarta nonna*, mater abavi, vel abaviæ: cui reſpondet adneptis. *Cajus Dig. 38. 10. 1.*

Atăvus, i, m. *biſarcavolo*, *quarto avo*, τετράππος, abavi, vel abaviæ pater. *Cic. pro Cal. c. 14.* Non avum, proavum, atavum audieras Conſules fuiſſe? V. Avus. ¶ Atavo reſpondet *adnepos*, ut *Cajus Dig. 38. 10. 1.* docet. ¶ Aliquando ponitur pro abavo, ut apud *Vellei. l. 1. c. 2.* ubi V. notas Lipſii.

Atax, acis, m. 3. Galliæ Narbonenſis fluv. hodie *Aude*. *Tibul. l. 1. el. 7.* Quam tremeret forti milite victus Atax. Ubi Scal. legit *Atur*, qui Aquitaniæ. ¶ *Atacis* tamen meminere & *Plin. l. 3. c. 4.* ubi inquit: Atax e Pyrenæo Rubrenſem permeans lacum. & *Lucan. l. 1. v. 403.* & *Sidon. Apollinar. in carm. epiſtolæ 15. l. 9.*

Atella, *S. Arpino*, urbs E. Campaniæ, apud Clanium Fl. & Averſam urb. inter Capuam, & Neapolim 8. M. P. ¶ Eſt & Atalla, *Atella*, urbs Lucaniæ in Baſilicata ad radic. Apennini.

Atellānæ, Latini Dramatis genus, omnium maxime jocoſum, & dicax. V. *Scalig. l. 1. Poet. c. 7. & Turneb. l. 5. c. 17. & l. 12. c. 27.* ¶ Adhibebantur autem Atellanæ extra argumentum fabulæ exodii loco, ut apud Græcos Satyræ, & apud Ital. *gl' Intermedj*. *Juvenal. ſat. 3.* Urbicus exodio riſum movet Atellanæ. ¶ Dictæ ſunt Atellanæ ab Atella Oſcorum urbe in Campania. V. Atellanus.

Atellanĭcus, a, um, adject. ab Atellanis, ut Atellanicus verſus. *Cic. l. 2. de Divin. c. 10.* Attellanicum exodium. *Suet. Tiber. c. 45.*

Atellānus, a, um, aliud adject. *Liv. l. 7. c. 2.* Juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt: quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit juventus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Hactenus Liv. Mox recenſet privilegia, quibus Actores Atellanarum uſi ſunt.

Atellanus, i, ſubſtant. actor fabularum Atellanarum. *Suet. Galba, c. 13.* Atellanis notiſſimum canticum exorſis.

Ater, atra, atrum, o. 1. 2. *nero*, *oſcuro*, *atro*, שָׁחוֹר, Ger. *ſchwartz*, Gal. *noir*, Hiſp. *negro*, μέλας, obſcurus, niger. *Cic. 4. Tuſc. c. 28.* Alba, & atra diſcernere non poterat. ¶ Atra bilis, ſuccus eſt frigidus, & ſiccus, qui ex multa aduſtione atrum colorem contraxit, *melancolia*. *Cicer. 3. Tuſc.* Græci, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi vocant, quaſi vero atra bilis, &c. ¶ Interdum capitur pro funeſto. *Virg. 3. Æn. 64.* Atræ cupreſſus. ¶ Hinc atri dies adverſi, & infelices vocabantur, quibus Romani inſignem aliquam cladem acceperant. *Gel. l. 5. c. 17.* ¶ Capitur etiam pro turpi, & fœdo. *Hor. de Arte, v. 3.* ut turpiter atrum deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne. ¶ Ater etiam dicitur, qui atratus eſt, *Horat. l. 1. epiſt. 7. v. 6.* Atri lictores. ¶ *Virg. Æn. 12. v. 591.* Atrum odorem dixit pro gravi, & immundo: quamquam *Serv.* aliter interpretatur. ¶ Atra Tigris, pro ſæva, *Virg. 4. Georg. v. 407.* Sic *Horat. l. 3. od. 4.* Atras viperas. ¶ Ater etiam de ſcriptoribus dicitur, qui obſcuri, & intellectu difficiles, *Stat. l. 5. Silv. v. 157.* Tu pandere doctus Carmina Battiadæ, latebraſque Lycophronis atri. ¶ Albus, an ater ſis neſcio: proverb. de homine prorſus ignoto. *Cic. Philip. 2. c. 16.* & alii. ¶ Comparat. atrior. *Plaut. Pœn. 5. 5. 11.* Atrior multo ut ſiet, quam Ægyptii.

Atergatis. V. Atargatis.

Ateria, vel Aterine lex, quæ conſtituti ſunt in oves ſingulas æris deni, in boves æris centeni: quo tempore mulcta dicebatur a Magiſtratibus pecoris & armenti. Meminit *Gell. l. 11. c. 1.*

Aternus, i, m. *Peſcara*, opp. Aprutii cit. olim urbs Marrucinorum. ¶ Aternus, Fl. in Veſtinis, qui dividit Aprutium Cit. ab Ult. Aquilam, & Teateam præterfluit, & in mare Adriaticum cadit.

Ateſte, is, n. 3. *Eſte*, opp. in agro Patavino, olim urbs E. Venetiæ, ſub P. Aquilejenſi. ¶ Hinc Principes Ateſtini, ſive Eſtenſes, qui Duc. Ferrarienſi diu potiti, nunc Mutinenſem, & Regienſem obtinent. ¶ Ateſte Coloniam Romanorum fuiſſe, docet. *Plin. l. 3. c. 18.* Hinc

Ateſtinus, a, um, adject. ut Ateſtina Sabina, *Martial. l. 10. c. 93.*

Athamania, f. 1. regio Epiri, inter Acarnaniam, Ætoliam, Theſſaliam, & Achajam, intra montes, ubi etiam urbs præcipua Argithea. Pop. Athamanes, *Liv. 36. 14. Plin. 4. c.*

Athamantēus, a, um, adject. ab Athamante. *Ovid. 4. Met. v. 496.* Inooſque Sinus, Athamanteoſque penetrant.

Athamantiădes, æ, Palæmon antea Melicerta dictus, filius Athamantis, Deus marinus. *Ovid. Met. 13. v. 919.*

Athamantis, idis, patronym. fem. Helles Athamantis fil. *Ovid. 4. Faſt. v. 903.* Et fruſtra pecudem quæris Athamantidos Helles: h. e. arietem Phrixi, & Helles vectorem.

Athămas, antis, fil. Æoli, rex Theſſaliæ, Phrixi, & Helles pater, in furias actus a Junone. *Ovid. Faſt. 6. v. 489.* Hic agitur furiis Athamas, & imagine falſa. Adde *Met. 4. Fab. 13.* ¶ Eſt item mons Phthiotidis ab Athamante Rege dictus, cujus incolæ Athamantes vocantur. Ex eo Fl. Athemas profluit, quo Luna ſeneſcente ligna inſtar ignis accendit. *Ovid. 15. Met.*

Athara, f. 1. ἀθάρα, medicamentum ex olyra, ſive ſiligine, infantibus utiliſſimum, quo tamen & adultos illinunt. Vide *Plin. l. 21. c. 25.*

Athēnæ, arum, f. 1. num. pl. *Setines*, Ἀθῆναι, urbs Græciæ Metrop. Atticæ, inter fl. Cephiſum, & Iliſſum, e Thebis 40. M. P. in Auſtr. a Corintho 44. a Lacedæmone 145. in Bor. Primum dicta eſt *Cecropia* a conditore Cecrope, poſtea *Mopſopia* a Mopſo, & *Jonia* a Jone Xuthi fil. & *Athenæ* ab Ἀθηναία, vel Ἀθήνη, Minerva. ¶ Plato ſcribit, ante diluvium alias Athenas extitiſſe & apud Græcos, & apud Ægyptios, quas Pallas condidit, & docuit, in Reipub. forma tradita, quam ipſe in ſuis libris deſcribit. Athenas in Græcia conditas fuiſſe mille annis ante Ægyptias, Atticam regionem a Vulcano, & Minerva gubernatam fuiſſe, eoſque priſcis Athenienſibus Rempublicam tradidiſſe, veteres Athenienſes omnium virtutum genere præ ceteris hominibus excelluiſſe, bellum geſſiſſe cum Regibus, & populis Atlantidis inſulæ, qui in Græciam venerant, novem mille annis ante ſuam ætatem; Athenas veteres terræmotu abſorptas fuiſſe. *Ficin. 2. de Rep. Plato. in Timæo, & in Critia.* ¶ Fruges Athenis primum inventas, aut invectas, *Diodor. Sicul.* auctor eſt. Inde Frugum parentem vocat *Florus l. 3. c. 5.* Sed major laus, omnis generis literas ibi inventas atque excultas fuiſſe, ut ea Urbs communis Magiſtra diceretur. Hinc *Juvenal. ſat. 15. v. 110.* Athenas pro literis poſuit. Nunc totas Grajas, noſtraſque habet Orbis Athenas; i. e. Romanas, & græcas literas.

Athenæum, n. 2. Ἀθήναιον, locus erat Athenis Minervæ dicatus, ad quem Poetæ, aliique Scriptores Græci ſcripta ſua deferebant, quemadmodum Poetæ Latini ad Apollinis templum; item locus, in quo Poetæ, Rhetores, Philoſophi, & alii ſua ſtudia profitebantur, idest, carmina recitabant, orationes declamabant, Philoſophice diſputabant, &c. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 35.* Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum, vel Poetarum cauſa proceſſit. ¶ Eſt & Athenæum, al. Prænuſſum, & Prom. Minervæ, & Sirenum, *Capo di Minerva*, *Capo di Campanella*, *Capo di Maſſa*, Prom. Picentinorum contra Capreas inſ.

Athenæus, a, um, ad Athenas pertinens, Ἀθηναῖος, *Lucret. l. 6. v. 749.* Athenæis in mœnibus.

Athenicæ ſunt bibliothecæ, quaſi loca Minervæ dicata, in quibus cuſtodiuntur literaria monumenta. *Trebell. Poll. 10 xxx. Tyran. c. 10.* Epiſtolam Claudii repertam in Athenicis, inſerendam putavit. *Salmaſ.* tamen legit, *in Archivis*.

Athenienſis, ſe, adject. gentile, ab Athenis, *Ateniense*, Ἀθηναῖος. *Cic. pro Flac. c. 26.* Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. ¶ Vanitas Athenienſibus pop. objiciebatur, & loquacitas: unde proverb. apud *Sidon. l. 8. epiſt. 6.* Athenis loquacior: Amyclis taciturnior. ¶ Ut ſe αὐτόχθονας, hoc eſt indigenas, & ex ſua terra natos eſſe declararent, capillum habebant congeſtum in conum, cui cicadas ex auro fere innectebant. Cicadas enim e terra procreari, volunt. *Taubm. ad Plaut. p. 17.* ¶ Cum tranæ fuerint Athenæ, inquit *Varr. de L. L.* ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienſes, a tertia Athenæopolitæ.

Athēnis, idis, & Bupalus ſtatuarii fuerunt. *Plin. l. 36. c. 5.* qui cum Hipponactis imaginem cum ludibrio effinxiſſent, ſtilum ejus in ſe acuerunt. Hinc *Ovid. in Ibin, v. 523.* emendat Andr. Alciatus: apud quem ſic vulgo legitur: Utque parum ſtabili qui carmine læſit Athenas, Inviſus pereas deficiente cibo. *Parum ſtabile carmen* eſt Sceſon: tale enim Hipponax ſcripſerat. Pro *Athenas* autem legendum *Athenin*, quod etiam *Turneb.* innuit *l. 9. c. 25.*

Athĕos, i, m. *ateo*, qui nullus eſſe Deos credit. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 23.* & *Arnob. l. 3. & 5.*

Atherōma, atis, n. 3. ἀθέρωμα, tumor ſine dolore, qui in cervice, aliiſque letteribus ſolet oriri: dictum ab athera, ἀθήρα, quod tenuem pulticulam ſignificat, cujus ſimilem humorem atheroma continet. *Cel. 7. 6.* Atheromati ſubeſt quaſi tenuis pulticula.

Athĕſis, m. 3. *Adige*, Ἄθεσις, flu. Venetiæ, qui oritur ex Brenna M. Alpium, in Com. Tirolenſi, alluit Tridentum, & Veronam, labitur in mare Adriaticum inter Foſſam Claudiam, & Carbonariam poſtremum Padi oſtium. *Virg. 9. Æn. v. 681.*

Athēus, & Atheos, i, triſyllab. ἄθεος, qui ſine Deo, & religione eſt, *Atheiſta*, qualis fuit Diagoras Melius, qui Atheus cognominatus eſt, *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 23.* Diagoras, atheos qui dictus eſt. *Arnob. lib. 3. p. 178.* Quemquam ex his atheum, irreligioſum, ſacrilegum.

Athlēta, æ, m. 1. pugil, luctator, gladiator, *atleta*, ἀθλητής. *Cic. de Senect. c. 9.* Cum Milo jam ſenex eſſet, athletaſque ſe in curriculo exercentes videret. &c. *Nepos Epamin. c. 2.* Athletæ viribus ſerviunt. ¶ Athleta etiam dicitur, qui quacunque in re excellit. *Varr. l. 5. R. R. c. 5.* Athletæ comitiorum, & *l. 2. c. 1.* Athletæ pecuarii.

Athletica, æ, ars pugilum, & gladiatorum, ſeu ipſum certamen, atque ludi. *Plin. l. 7. c. 56.* Hercules Olympiæ Athleticam inſtituit.

Athletĭce. adverb. ut athletice valere, pro firmiter. *Plaut. Bacchid. 2. 3. 14.*

Athletĭcus, a, um, ad athletas pertinens, ut athleticus victus, *Celſ. l. 4. c. 6.* pro ſagina gladiatoria, cum viribus firmandis ſervitur. V. *Lipſ. Saturn. l. 1. c. 14.*

Athlon, i, n. ἆθλον, præmium certaminis quod victori datur. *Petron. in fragm. Tragur. c. 57. edition. Burm.* ubi alii aliter legunt. ¶ Apud Aſtrologos *athla* ſunt opera, res, labores, ſtudia, certamina, & quicumque caſus in vita humana poſſunt contingere: quorum duodecim claſſes fecerunt, & ſingulis Zodiaci ſignis aſſignarunt. *Manil. l. 3. v. 162. 172. 193.* &c.

Athlos, ἆθλος, certamen, ludus. *Hyginus* latine ſcripſit *fab.* 91. In athlo funebri.

Athos,

Digitized by Google

Athos, & Atho, o, o, on, n, & Athon, onis, *Monte Santo*, ἄθως, dictus a gigante ejuſdem nominis, mons inter Macedoniam, & Thraciam, in tractu *Jemboli*, inſtar Cherſoneſi, ſeu Peninſulæ, annexus Chalcidicæ regioni anguſto iſthmo 412. ſtad. in mare Ægæum excurrens inter Sinus Strymonicum, & Singiticum, ambitu 150. M. P. adeo excelſus, ut locum imbrium ſuperet, & umbram in Lemnum inſulam projiciat inde 87. M. P. diſtantem in Ort. In hunc monte 24. Monaſteria ſunt Calogerorum, ſeu Monachorum Græcorum. ¶ Scribit *Herodot. l.* 7. Xer[xem] in hunc montem perforaſſe, & mari fecisse pervium, Pro facto habuit *J[uv]enal. Sat.* 10. v. 174.

Atilia, familia Romana plebeji ordinis, ſed perantiqua, et qua multi celebres viri extiterunt. Hinc

Atiliānus, a, um, ut Atiliana prædia. *Cic. Attic.* 5. 1. ¶ Atilianus tutor, qui Atilia lege, hoc eſt a quodam Atilio lata, [d]icitur datur. *leg.* 2. *Dig. de orig. juris*.

Atina, f. 1. olim Præfect. & urbs Latii apud fin. Samnii, nunc vicus Campaniæ Fel. prope Melum flu. Nulla frequentior f[uit] tota Italia, & plenior magnorum virorum. *Cic. pro Planc.* ¶ Atina altera, *Atena*, opp. Lucaniæ, ſeu vicus R. Neap. in Princ. Cit. ad Tanagrum flu.

Atinas, atis, ex Atina qui eſt. Atinates, Atinæ oppidi incolæ *Cic. pro Planc.* ¶ Atinas etiam ab Atina Lucaniæ oppid. de quo infra. *Plin. l.* 2. *c.* 103. In Atinate campo fluvius merſus, poſt viginti M. paſſuum exit.

Atinia, æ. f. 1. genus ulmi, rariſſimam ferens ſameram. Ita enim ulmi ſemen vocant. *Col. de arborib. c.* 16.

Atizoes, ἀτιζόης, gemma argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris jucundi. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Atlantes, Libyæ populi, degeneres humani ritus, quibus nec nominum inter ſe appellatio, ſed in univerſum Atlantes dicuntur. Mos etiam iis eſt Solem orientem, & occidentem diris imprecationibus proſequi, ut exitialem ipſis, agriſque. *Plin. l.* 5. *c.* 8. Vide etiam *l.* 13. *cap.* 4. plura. ¶ Atlantes etiam, quos Telamones vocat *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. ſunt ſigna quædam virili forma, quæ in ædificiis mutulos, ſeu proceres, aut coronas, aut quid ſimile ſuſtentant.

Atlantēus, a, um, adject. ab Atlante, ut Plejades Atlanteæ, *Ovid.* 3. *Faſt.* v. 105. *Horat. l.* 1. *Od.* 34. horrida Tænari Sedes, Atlanteuſque finis Concutitur.

Atlanticus, a, um, adject. poſſeſſiv. *Auſon. Moſel. v.* 144. Talis Atlantiaco quondam balæna profundo.

Atlantiades, æ, patronym. Mercurii cognomen, qui Atlantis nepos eſt ex Maja filia. *Ovid. Met.* 8. *v.* 627. Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.

Atlantias, adis, patronym. ab Atlante, ut Sorores Atlantiades, apud *Silium l.* 16. *v.* 137.

Atlanticæ inſulæ, V. Fortunatæ inſulæ.

Atlanticum mare, quod & Oceanus Occidentalis, ἀτλαντικὴ θάλασσα, pars perampla Oceani, quæ Africam alluit ad Occ. inter Artabrum Hiſp. prom. ad Bor. & prom. Leonis verſus Guineam ad Mer. a Mulucha fl. ad Ort. uſque ad Ampeluſiam prom. ad Occ. Extenditur etiam ad Gorgades Inſ. Abylam M. alluit. Dictum eſt ab Atlante M. qui eam Oceani partem reſpicit.

Atlanticus, a, um, Atlantiacus. *Horat. l.* 1. *Od.* 31. *v.* 14. Reviſens æquor Atlanticum.

Atlantides, i. 3. ἀτλαντίδες, filiæ Atlantis. Atlas duas uxores habuit, Plejonem, & Æthram ſorores, fil. Oceani, & Tethyos, ut alii malunt, Deucalionis. Ex Plejone ſeptem filias genuit, Electram, Alcyonem, Celæno, Majam, Aſteropem, Taygetem, Meropem: ex Æthra filium ſuſcepit nomine Hyanthem, & ſeptem filias, Ambroſiam, Eudoram, Paſithoem, Coronidem, Plexauridem, Pytho, Tychem. Omnes a Jove honoribus cœleſtibus dignatæ ſunt. Illæ, quæ ex Plejone Atlanti natæ ſunt, poſitæ fuere ante genua Tauri, & Plejades, atque Vergiliæ dicuntur: illæ, quæ ex Æthra natæ ſunt, in Tauri capite collocatæ ſunt, partim in ore, partim juxta cornua, & dicuntur Hyades, Suculæ, & vulgo *le Gallinelle*, *la Chioccie*. *Gell. lib.* 12. V. Hyades, & Plejades. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 221. Ante tibi eoæ Atlantides abſcondantur.

Atlantion, ii, n. extrema colli vertebra dorſo proxima, quæ tum caput, tum onera, ſi qua bajulentur, ſuſtinet. *Plin.* 28. 8.

Atlantis, idis, patronym. fœmin. *Tibull. l.* 4. *el.* 1. Fœcunda Atlantidos arva Calypſus.

Atlantis, idis, quæ & Atlantica, inſ. maris Atlantici ad Auſtrum, trans Herculis columnas, major Libya, & Aſia ſimul, diviſa in decem regiones, decem conſtans urbibus, gubernata a decem Regibus potentiſſimis, qui in tota Libya uſque ad Ægyptum, & in Europa uſque ad mare Tyrrhenum dominati ſunt, & aliquando Ægyptum, & Græciam invaſerunt, ſed ab Athenienſibus victi fuere. Leges & hiſtoriæ in templo Neptuni inſcriptæ in columna ſervabantur. Regnum primogenitis Reges relinquebant. Inſula erat fertiliſſima, & abundabat metallis, præſertim orichalco, elephantis, &c. Summa in illa erat magnificentia ædificiorum. Tandem ingenti terræmotu ſubmerſa eſt. Hinc mare propter limum inſulæ factum eſt innavigabile. *Plato in Timæo, & in Critia*, qui præterea inſulam, mores populorum, Rempublicam, Magiſtratus, Judicia, Sacrificia, diſciplinam militarem accurate deſcribit.

Atlantius, a, um, atlanticus. *Silius l.* 13. *v.* 37. Atlantia regna. Al. leg. *Atlantica*.

Atlas, antis, ἄτλας, fil. Neptuni, & Clitonis. Regnavit in magna quadam inſula, quæ ab illo Atlantis dicta eſt. Nomen etiam Mari Atlantico dedit. Sed alius Japeti filius fuit ex Clymene, vel ex Aſia, vel ex Libya frater Promethei, & Heſperi, Rex Mauritaniæ. Humeris Cœlum ſuſtinuiſſe dicitur, quia primus curſum Solis, & Lunæ, ſiderumque omnium deprehendit, unde aſtrologiam invenit, & ſphæram conſtruxit. *Cic.* 5. *Tuſcul.* Vel origo fabulæ eſt, quod in montem excelſiſſimum converſus eſt, cujus cacumen cerni non poteſt, Cœlumque tangere videtur. Cum enim monitus fuiſſet Oraculo, ut ſibi a Jovis filiis caveret, intelligens, Perſeum, qui devicta Meduſa ad eum venerat, filium Jovis eſſe, a ſe rejecit, quod Perſeus indigne ferens, oſtendit ei caput Gorgonis. Atlas ſtatim in montem mutatus eſt. Hiſtoria eſt, Perſeum Meduſa Regina devicta, bellum Atlanti intuliſſe, & Atlantem in montes receſſiſſe. ¶ Alii tradunt, tres Atlantes fuiſſe, unum Regem Italiæ, patrem Electræ uxoris Coryti, alterum Regem Arcadiæ, patrem Majæ, ex qua natus eſt Mercurius, tertium Maurum, qui dictus eſt Maximus, qui primus Aſtrologiam invenit, primus navium conſtruxit. ¶ Alii etiam hanc fabulam narrant, Atlantem Cœlum hoſpitio excepiſſe, deprehenſum autem, quod illi ſtruxiſſet inſidias, præcipitem datum eſſe in mare, & exinde mare Atlanticum appellari cœpiſſe, ut Icarium ab Icaro. Hinc proverb. Græcum, *Atlas Cœlum*, de iis, qui ſe magnis, & moleſtis involvunt negotiis: item de iis, qui ſibi malum acceſſunt. ¶ Atlas Mons Mauritaniæ nomen habuit ab Atlante Rege. Extenditur ab ora Oceani Atlantici juxta promon. Gerum ad Occ. uſque ad cont. deſerti Barcæ ad Ort. Fere e medio monte nubes incipiunt, hyeme, & æſtate niveus habet. ¶ Duplex eſt, major, & minor, uterque in Mauritania Tingitana. Major, quem Cœli columnam vocant, *Induacal*, ſeu *Ayruacal*, eſt prope Libyam, & Mauritaniam a Libya interiore ſeparat. Juxta hunc Regnum Marrocchium ſitum eſt. Minor, *Errif*, eſt pars Atlantis majoris, viſinior columnis Herculis. Inter Marrocchium, & Feſſenſe Regnum in Sept. recedit. Abeſt ab Herculis columnis 317. M. P. in Auſt. a Lixa urbe 130. ¶ Eſt etiam hoc nomine fl. ex Hæmo M. naſcens, & in Iſtrum defluens ad Sept. Ab Atlante Rege Arcadiæ nominatus eſt.

Atocion, n. 2. ἀτόκιον, medicina, quæ conceptum abigit. *Plin. l.* 29. *c.* 4. a *med.* Vis ea animæ eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit. *ſubaudi* medicamento.

Atŏmus, i, f. 2. *atomo*, *individibile*, Germ. *unzertheilig ding*, Gal. *atome*, Hiſp. *atomo*, ἄτομος, corpuſculum minutiſſimum, quod τομὴν, ideſt ſectionem non recipit, ab α, & τέμνω, divido. Per ſe adjectivum eſt. *Lactantius* tamen, & *Vitruv.* uſi ſunt hoc nomine in gen. maſcul. ille *lib. de ira Dei c.* 10. hic *l.* 2. *c.* 2. At *Cic.* 1. *de Fin. c.* 17. & 1. *de nat. Deor. c.* 20. in feminino. Subauditur enim *ſubſtantia*, aut particula. ¶ In ſingulari numero. *Id. de Fato*, *c.* 11. De ipſa atomo dici poteſt. ¶ *Democritus* excogitavit innumerabilia quædam individua corpuſcula, quæ atomos appellavit, quædam lævia, alia aſpera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam & quaſi adunca, quæ huc, & illuc caſu, & temere in inani concurſarent, & aliquando coaleſcerent inter ſe, & aliis apprehendentibus continuarentur, ex his mundum, & omnes mundi partes factas eſſe, & omnia fieri, quæ in mundo gignuntur, motum atomorum æternum eſſe, omnia neceſſitate fieri, ne ab atomis naturalis motus avellendus ſit. Hunc & Epicurus ſecutus eſt. *Cic.* 1. & 2. *Acad.* 1. *Fin. Tuſc.* 1. & 2. *de nat. Deor. de Fato*.

Atque, e, *ed*, i, Ger. *und*, Gal. *et*, Hiſp. *y*, καί, particula aſſ copulativa, & fere ante vocales a Latinis uſurpatur. *Cic. pro Flac. in princ.* Cum in maximis periculis hujus urbis, atque imperii, graviſſimo, atque acerbiſſimo reip. caſu, ſocio, atque adjutore conſiliorum meorum L. Flacco, &c. ¶ Poſt voces *alius*, *ſecus*, *aliter*, *contra*, *contrarium*, ſignificationem habet particulæ *quam*. *Cic.* 3. *de Or. c.* 30. Paulo ſecus a me, atque ab illo perfecta ſunt. ¶ Atque uti, *Plaut. Amphitr.* 1. 1. 118. Neque ſe Luna quoquam mutat, atque uti exorta eſt ſemel: hoc eſt a loco, in quo exorta eſt. ¶ Atque adeo, augendi vim habet, *anzichè*, *a per dir meglio*. *Cic. pro Sext. Roſc.* Hoc conſilio, atque adeo hac amentia impulſi. ¶ Interdum eſt idem ac atque ac, vel, ſicut. *Nepos Miltiad. c.* 7. Cum totidem navibus, atque erat profectus. ¶ Interdum intenſivam vim habet, pro, & quidem, vel præcipue. *Cic. l.* 5. *Att. ep.* 12. Negotium magnum eſt navigare, atque id menſe Quintili. ¶ Interdum ſtatim, confeſtim, ſimul atque. *Virg. Georg.* 1. *v.* 203. Si brachia forte remiſit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. *Tacit. l.* 1. *hiſt. c.* 81. Otho ingredi caſtra abnuere: atque illum tribuni, centurioneſque circumſiſtunt. Sic alibi, & *Plaut.* multis in locis. ¶ Pro tamen, vel atqui, vel ſed. *Terent. Andr.* 1. 3. 20. Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet. Sic *Plaut. Bacch.* 2. 1. 53. & alibi. ¶ Servit hæc particula eleganter tranſitionibus. *Salluſt. ep.* 1. *ad Cæſ.* Atque ego ſcio, quam aſpera res hæc in principio futura ſit. ¶ Geminata auget rem, de qua agitur, qua de re vide *Gellium l.* 10. *c. ult.*

Atqui, *ma*, *e pure*, אבל, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hiſp. *mas*, ἀλλὰ μὴν, ſed, certe, etenim, tamen, veruntamen. *Ter. in Andr.* Atqui ex me hic non natus eſt. ¶ Dicitur & atquin, addito n. *Lactan. de mor. perſecut. c.* 33. Atquin homo impius miſertus eſt illius.

Atquin, idem quod atqui. *Lactant. de mortib. perſecut. c.* 23. *Ulpian. Dig. l.* 1. *tit.* 14. Item *Tertull. Florus*, & ipſe *Plaut.* Ubique tamen incerta eſt lectio.

Atrăcis, idis, f. Hippodamia, ſeu Hippodame filia cujuſdam Atracis, ſeu Atracii de gente Lapitharum, vel, ut alii volunt, Atracis fluvii (V. Atrax) Alii etiam volunt dictam eſſe ab Atrace Theſſaliæ oppido. Hæc Pirithoo cum nupſiſſet, cauſa fuit acerrimæ pugnæ inter Lapithas, & Centauros. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 8. V. *eund.* 12. *Met. v.* 219.

Atracius, a, um, adject. ab Atrace Theſſal. urbe: ut Atracia ars, pro magica, quæ in Theſſalia viguit. *Stat. Theb. l.* 1. *v.* 105. Qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.

Atractylis, idis, f. 3. ἀτρακτυλίς, ſpina, ex qua mulieres colus faciebant, unde & nomen habet. Ejus duæ ſunt ſpecies, unam cartamum agreſtem, alteram carduum benedictum vocant officinæ. *Plin. l.* 21. *c.* 17. *Ruel. l.* 3. *c.* 55.

Atramentum, n. 2. *inchioſtro*, דיו, Ger. *dinten*, Gal. *encre*, Hiſp. *tinta*, μέλαν τὸ, ſuccus ater, ab atro colore. Ejus duo ſunt genera, ſcriptorium, μέλαν γραφικὸν, quod & librarium dicitur, quod librarii in tranſcribendis libris eo uterentur, & tectorium a tectoriis, quo pictores utebantur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *epiſt. penult.* Calamo, & atramento temperato res agetur. ¶ Eſt & ſutorium atramentum, *vetriolo*, quod in inficiandis pellibus ſutores coriarii uſurpant. Vulgo hoc a vitri ſimilitudine vitriolum nominant. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Græci cognationem æris fecerunt nomine, & atramento ſutorio. Appellant etiam chalcantum. ¶ Atramentum pro ſanguine eſt ſepiis. *Plin. l.* 9. *c.* 29. Effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt. Adde *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 50.

Atramitæ, m. 1. pop. Arabiæ Felicis. *Plin. l.* 6. *c.* 28.

Atramiticus, ad Atramitas pertinens, ut Atramitica myrrha, *Plin. l.* 12. *c.* 15.

Atratus, a, um, n. 1. 2. *fatto nero*, *veſtito di bruno*, קודר, Ger. *geſchwertzt*, *trauvrig*, Gal. *noirci*, *habillé de deuil*, Hiſp. *negrecido*, *veſtido de luto*, μελανείμων, adject. ab ater, atro colore tinctus. *Cic. de Divin. l.* 1. *c.* 43. Atratus ſanguine fluxit. ¶ Item veſte lugubri indutus. *Cic. in Vatin. c.* 10. Quis unquam cœnavit atratus?

Atrax, Ætoli filius, pater Hippodamiæ, artis Magicæ inventor in Theſſalia, vel Ætolia. Ab eo regio Atracia nominata eſt, populi Atraces, vel Atracii. ¶ Atrax etiam ab illo fluvius regionis dictus eſt. ¶ Item Urbs, quæ hodie *Vlidaour*, in Pelaſgiotida, apud Peneum fluv.

Atrebătes, um, m. populi Galliæ Belgicæ, quorum regio nunc *l' Artois* dicitur. *Plin.* 4. 17. & *Sidon. carm.* 5. *v.* 212.

Atrebaticus, a, um, ad Atrebates pertinens, ut *Atrebatici ſagi* apud *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 6. ¶ Hujuſmodi veſtes ab Atrebatibus confectæ olim in pretio fuerunt apud Romanos. Eas xerampelino colore fuiſſe, tradit *Suidas*.

Atrēus, a, um, triſyllab. adject. ab Atreo. *Stat. Theb. l.* 8. *v.* 743. I, precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis unquam.

Atreus, i, m. 2. diſſyllabum, ἀτρεύς, Pelopis, & Hippodamiæ filius, ita dictus, quaſi ἄτρεστος, intrepidus, & inexorabilis. Rex fuit Mycenarum, totiuſque Peloponneſi. Ejus uxorem frater Thyeſtes amavit, & a viro abduxit: unde inter fratres orta diſcordia, & Thyeſtes a Regno pulſus. Inde Atreus nefaria ſcelera meditatus, fratrem revocavit, quaſi ad Regni ſocietatem, eique duos ipſius filios, Tantalum, & Pliſthenem epulandos, eorumque ſanguinem vino admixtum bibendum dedit, ad extremum capita objecit, quærens, agnoſceret ne, quibus cibis paſtus fuiſſet. Sol, ne tanta ſcelera cerneret, in occaſum fugiſſe fertur. *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 572. fabulam ſic explicat. Thyeſtem, cum fratri, cui peſſime cupiebat, diſſenſione nocere non poſſet, in ſimulatam gratiam rediiſſe, & ea occaſione uxorem ejus per adulterium polluiſſe, &c. ſed veritatem hanc eſſe, Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſim inveniſſe, ut invidentem fratrem ea urbe diſceſſiſſe eo tempore, quo ejus dicta probata ſunt. Atreo quinque filii fuerunt, Agame-

Digitized by Google

gamemnon, Menelaus, Alco, vel Alceus, Melampus, Eumelus. Sed pleraque dicunt, Pelopem tres filios habuiſſe, Atreum, Thyeſtem, & Phiſthenem, ex Phiſthene Agamemnonem, & Menelaum natos eſſe, hos fratris morientis commendatione ab Atreo educatos fuiſſe inſtar filiorum. Atreus denique ab Ægiſtho filio Thyeſtis occiſus eſt, qui etiam poſt bellum Trojanum occidit Agamemnonem. Atque ita Thyeſtes Regnum obtinuit. ¶ In vocativo habet, *Atreu*, a Græco Ἀτρεῦ. *Senec. in Thyeſt.* v. 513.

Atriarius, ii, ſervus atrii cuſtos, qui opera mediaſtini fungitur, atque adeo vilioris officii eſt, quam atrienſis. *Ulpian. Dig.* 4. 9. 5.

Atricapilla, *capinero*, μελαγκόρυφος, avis ex ficedularum genere, ita dicta, quod ſummum ejus caput nigrum ſit. *Feſtus*.

Atricŏlor, oris, *di color nero*, adject. 3. atro colore qui eſt. *Auſon. epiſt.* 7. v. 52. Pingens aridulæ ſubdita paginæ Cadmi filiolis atricoloribus. *h. e.* literis atramento ſcriptis. *Ovid.* 11. *Met.* v. 611. Plumeus, atricolor, pulloque velamine tectus.

Atrīdes, & Atrida, æ, m. Ἀτρείδης, filius Atrei, & dicitur fere de Agamemnone, & Menelao. Cum in ſingulari numero effertur, & ſine addito, ſignificat plerumque Agamemnonem majorem natu: cum in plurali, utrumque. *Propert. l.* 2. *el.* 14. v. 1. Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho. *Ovid. Heroid. ep.* 3. *ſub fin.* Enſis in Atridæ pectus iturus erat. ¶ *Atrides minor* eſt Menelaus. *Ovid. ſub fin.* 12. *Met.* ¶ Atridem vocat *Juvenal. ſat.* 4. v. 65. Domitianum, ſimul ut irrideat, ſimul ut ejus tyrannidem perſtringat, qui ſe tanquam regem Romanorum gerebat, quemadmodum Agamemnon Græcorum.

Atrienſis, e, ad atrium pertinens. *Atrienſis* eſt ſervus, cui atrii, ſeu potius totius domus cuſtodia demandata eſt. Erat is inter ſervitia honoratiora, ut qui aliquod etiam imperium in alios Servos habebat, ut colligitur ex *Plaut. Aſin.* multis in locis. Ei aliqua ratione reſpondet qui ab Italis dicitur *maeſtro di caſa*. *Cic. Parad.* 5. c. 2. Ut in magna familia ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur, ſervi, ſed tamen ſervi atrienſes, ac topiarii, &c.

Atriŏlum, li, n. 2. parvum atrium, αὐλίδιον, *picciol' atrio*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1. Quo loco in porticu te ſcribere aiunt, ut atriolum fiat, mihi, ut eſt, magis placebat: neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo, neque fere ſolet, niſi in his ædificiis fieri, in quibus eſt atrium majus; nec habere poterat adjuncta cubicula, & membra.

Atrĭplex, plicis, n. *atrepice*, *treppice*, ἀτράφαξις, herba, al. atriplexum, ſubſtantiæ frigidæ, & humidæ, ab atro colore, quod homines pallidos facit. *Plin. l.* 20. c. 20. ¶ Fœminino genere effert *Æmil. Macer de herb. c. de Atripl.* maſculino *Plin. Valer.* 4. 7.

Atriplexum, eadem herba, quæ nunc atriplex dicitur. *Feſtus*.

Atrĭtas, atis, f. 3. *nerezza*, *negrezza*, Gal. *noirceur*, Hiſp. *negror*, *negrura*, μελανότης, nigredo. *Plaut. in Pæn.* 5. 5. 11. Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet, quam Ægyptii.

Atrium, trii, n. 2. primus intra ædes aditus, *cortile*, *corte della caſa*, *chioſtro*, חצר, עזרה, Germ. *ein vorhof eines hauſs*, Gal. *premiere ſale d'une maiſon*, *l'entrée de la grande ſale*, Hiſp. *el ornal dentro de caſa*, αὐλή, prima pars domus, quæ continet medium aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendit, & in qua priſci, ut ait Cato, aperto oſtio epulabantur, ubi etiam pecunias, & cetera pretioſiora ſervabant, ſervoſque, quibus tanquam honoratioribus earum rerum cuſtodiam committebant, atrienſes, *corteggiani* appellabant. *Vitruv. l.* 6. *c.* 4. *Gell. l.* 16. *c.* 5. diſtinguit atrium a veſtibulo, quia veſtibulum eſt locus extra januam domus, qui viam reſpicit. ¶ Dictum eſt a græco, αἴθριον, quia ſub æthere, ſeu dio erat: ita artificioſe porticibus incluſum, ut nunquam Sole careret: unde *Tertulliano* etiam *ſubdivali* vocatur. ¶ Aliquando ſumitur pro tota ædificio. Unde *Ovidius* dixit; atria marmore tecta, de tota domo. Sed proprie eſt prima pars interior domus. *Virg. Æn.* 2. v. 483. Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt.

Atrocitas, atis, f. 3. diritas, immanitas, crudelitas, *atrocità*, *crudeltà*, אכזריות, Germ. *grauſamkeit*, *grimme*, Gal. *felonnie*, *cruauté*, *outrage*, Hiſp. *inhumanidad*, *y crueldad*, ὠμότης, crudelitas. *Cic.* 6. *Verr.* Multitudo atrocitate rei commota ſenatum clamore coegit. *Sueton. in Tiber. c.* 48. Atrocitas temporum, *diſgrazie de' tempi*. *Id. in Calig. c.* 30. Atrocitas verborum, *acerbità*, *aſprezza*. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 13. Atrocitas morum. *h. e.* aſperitas. ¶ In plur. numero habet *Apulei. l.* 10. *Met.* ¶ Quam *Cic.* 4. *Acad. c.* 44. Academiæ *atrocitatem* tribuit, ſignificat animi affectum nulla ſe re commoveri patientis. *inſenſibilità*, *durezza*.

Atrociter, adverb. *crudelmente*, Germ. *grauſamlich*, *grimmiglich*, ὠμῶς, crudeliter. *Cic. pro Roſc. Amer.* Omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 13. Atrocius accipi. *Suet. Tiber. c.* 58. Atrociſſime leges exercere.

Atrŏpha, partes, quæ cibum, aut nutrimentum non ſentiunt. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Explent ſinus ulcerum, & atropha carnoſiora faciunt.

Atrŏphi. V. Atrophia.

Atrophia, ἀτροφία, morbus, quo corpus non alitur, vitiata facultate naturali, unde macies, & mors ſequitur. *Celſ. l.* 3. *c.* 22. Græcis litteris ſcribit. At Latinis *Cal. Aurel. Tard.* 2. 14. & 3. 7. *Theodor. Priſcian. l.* 2. *p.* 2. *c.* 11.

Atrŏphus, a, um, ἄτροφος, qui non nutritur. *Plin. l.* 22. *c. ult.* Quæ cibum non ſentiunt, atropha appellata. *Id. l.* 27. *c.* 8. Atropha carnoſiora facere. ¶ *Atrophi* homines dicuntur, qui atrophia laborant. *Plin.* 28. 9. & 31. 10.

Atrŏpos, f. 2. ἄτροπος, una ex tribus Parcis, dicta quaſi immutabilis, quod ad nullius preces convertatur. *Martial. l.* 10. *epigr.* 44. Gaudia tu differs, at non & ſtamina differt Atropo. V. Parcæ.

Atror, oris, nigredo, *ater color*, *color nero*, *negrezza*. *Gell. l.* 2. *c.* 26. Rufus eſt rufus, atrore, & nigrore multo mixtus.

Atrotus, a, um, invulnerabilis, ἄτρωτος. Vox Græca, qua Latine utitur *Hygin. fab.* 28. & 70.

Atrox, ocis, n. 3. *atroce*, *crudele*, אכזר, Ger. *grauſam*, *grimmerſcrokenlich*, Gal. *cruel*, *felon*, *ſans pitié*, Hiſp. *inhumano*, *terrible*, *y cruel*, ἀπηνής. Proprie ſignificat, quod crudum, & immaturum eſt eſui, ὠμός, *Nævius apud Non. c.* 62. Simul exta porrigerent atrocia miniſtratores. *Feſtus*: Atroces appellantur ex Græco, quia illi atrocia appellant, quæ cruda ſunt. Hinc atrox aſtutia apud *Plaut. Capt.* 3. 4. 7. id eſt nova, recens, inaudita, plena vigoris, ac veluti ſucci, ut ea, quæ cruda, ac viridia ſunt. ¶ Sæpius accipitur pro immani, crudeli, immiti. *Virg. Georg.* v. 407. inimicus atrax. *Liv. l.* 24. *c.* 16. Atrocior cædes. *Cic. Fam.* 9. *epiſt.* 25. Atrociſſimæ literæ. ¶ Pro conſtanti etiam accipitur, & inflexibili, atque id in bonam partem. *Horat. l.* 2. *od.* 1. v. 24. Præter atrocem animum Catonis. *Sil. l.* 6. v. 378 *de M. Attilio Regulo*: Atrox illa fides. ¶ Cum genitivo *Tacit. Ann.* 12. *c.* 22. Atrox odii Agrippina.

Atrum olus, herba ſativo apio multo major al. ἱπποσέλινον, equi apium, ἀγριοσέλινον, agreſte apium. *Colum. l.* 11. *c.* 3.

Atta, vox eſt, qua ſenes honoris, & reverentiæ cauſa appellamus, quaſi eos avi nomine vocantes. *Feſtus*. ¶ Item qui propter vitium, aut pedum vitium ſummis plantis incedendo inſiſtit. *Feſtus*. ¶ Hinc cognomen Quintio eidem poetæ, de quo *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. v. 79.

Attactus, a, um, tactus, *toccato*. *Sil. l.* 11. v. 147. Inter prælia nullis attactus telis.

Attactus, us, ui, tangendi actus. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Corium attactu non aſperum, ac durum. *Virg. Æn.* 5. v. 350. Volvitur attactu nullo.

Attăgen, ēnis, m. 3. ἀτταγήν, & attagena, æ, f. avis Aſiatica inter nobiliſſimas habita, maxime vero, quæ in Jonia naſcitur, & inter eiculentiores aves præcipuo ſapore, alias vocalis, capta obmuteſcens. *Plin. l.* 10. *c.* 48. *Horat. Epod.* 2. v. 53. Non Attagen Jonicus. *Martial. l.* 13. *epigr.* 61. Jonicarum guſtus attagenarum.

Attăgus, i, m. hircus, caper, lingua Phrygum. *Arnob. l.* 5. *pag.* 159.

Attalĭcus, a, um, adject. ut Attalica aulæa, attalicæ veſtes, apud *Propert. l.* 2. *el.* 32. & *l.* 3. *el.* 17. quibus aurum intextum eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Aurum intexere in eadem Aſia invenit Attalus, unde nomen Attalicis. ¶ *Attalicis conditionibus*, id eſt ampliſſimis, & opulentiſſimis. *Horat. l.* 1. *od.* 1.

Attălus, m. 2. ἄτταλος, nomen Pergami Regis pecunia ditiſſimi, & ſplendide ſupellectile, a quo omnia magnifica Attalica dicta ſunt. Hic, cum liberis careret, populum Romanum teſtamento ſuo hæredem inſtituit. *Cic.* 1. *Agrar.* Verba autem teſtamenti erant: *Populus Romanus bonorum meorum hæres eſto*. Quod larga, & liberali interpretatione Romani a privatis bonis Regis ad Regnum ipſum extenderunt. Unde *Horat. l.* 2. *od.* 18. ait; Nec Attali ignotus hæres regiam occupavi: hoc eſt, hæres non vocatus.

Attămen, *nondimeno*, אך, Ger. *aberdoch*, Gal. *neantmoins*, *mais toutesfois*, Hiſp. *empero*, ἀλλ' ὅμως, conjunctio, ex at, & tamen, verumtamen. *Cic. in ep.* 26. *l.* 7. *Fam.* Attamen ne mirere, unde hoc acciderit. ¶ Aliquando etiam legitur diviſa. *Id.* 3. *de Orat.* 4. Si nequaquam parem ejus ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre debemus.

Attamino, as, avi, atum, are, idem fere, quod contamino, *contaminare*, *macchiare*, μολύνω. *Juſtin. l.* 21. *c.* 3. *n.* 4. Omnibus ante juratis viris, ne quis ullam attaminet. Adde *Aur. Vict. in Anton. Car. c.* 16. & *Capitolin. Gord. c.* 27.

Attat, & Attatæ. V. At at.

Attegiæ, arum, *capanne*, סוכות, Ger. *hüttlein*, ἀττεγίαι, mapalia, & tugaria. *Juven. ſat.* 14. v. 196. Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum.

Attĕgrāre, a. 1. veteres dixerunt pro integrare, ſive augere. *Feſtus*.

Attĕlăbus, ἀττέλαβος, minima locuſtarum, ſine pennis. *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Attella, Attellanus. V. Atella.

Attemperāte, adv. tempeſtive, *a tempo*, *opportunamente*, εὐκαίρως. *Ter. And.* 5. 4. 13. Itane attemperate venit hodie in ipſis nuptiis, &c.

Attempĕro, as, a. 1. *accomodare*, תקן, Germ. *etwas zu en fügen*, Gal. *adreſſer*, Hiſp. *atavıar*, προσαρμόζω, adapto. *Senec. ep.* 30. Gladiator tota pugna timidiſſimus jugulum adverſarii præſtat, & errantem gladium ſibi attemperat.

Attendo, is, endi, tum, a. 3. *attendere*, *avvertire*, *conſiderare*, הקשיב, Ger. *aufmerken*, Gal. *eſtre attentif*, Hiſp. *eſtar attento*, προσέχω, adverto, conſidero, & quaſi animum intendo. Ponitur interdum abſolute. *Cic.* 2. *de Invent.* Si diligenter attendimus, hæc apta eſſe inter ſe intelligemus. ¶ Sæpe admittit accuſ. *animum*. *Cic.* 3. *Offic.* Cum animum attenderis ad turpitudinem videas adjunctam, hoc eſt, animum intenderis. ¶ Interdum animus in ablat. ponitur. *Terent.* Quid petam, æquo animo attendite. ¶ Regit & alios accuſativos. *Cic. pro Arch.* Me tam diligenter attenditis. *Id.* 2. *de Invent.* Hoc oportebit attendere. *Id. Agr.* 2. *c.* 15. Attendite animos ad ea, quæ ſequuntur. *Plin. l.* 7. *ep. ult.* Privatus quoque attendebat hic, quæ &c. Sic attendere juri, & eloquentiæ: hoc eſt operam dare, apud *Sueton. in Calig. c.* 53. & *in Galba c.* 5. ¶ Proprie ſignificat tendere, ut *attendere arcum*, *Apulei. l.* 2. *Met.* ¶ *Attendere* cum infinito, *Pompon.* apud *Non. c.* 4. *n.* 10. Si pol ego hanc diſcere artem attenderim. ¶ Pro contendere, *Accius* apud *Non. ibid.* Ne attendas petere a me id, quod nefas ſit concedi tibi.

Attentatio, onis, f. *attentato*, actus tentandi, tentamentum. *Symmach. l.* 5. *ep.* 9. Inanis attentatio comprimatur.

Attentātus, a, um, *tentato*, tentatus. *Cic. ad Quir. poſt redit. c.* 7. Quia ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo vidit. *claſſem* intellige populi ſuffragia ferentis, quem corrumpere quidam conati fuerant. *Id.* 3. *de Orat. c.* 56. Ut præteriri omnino fuerit ſatius, quam attentatum deſeri. *tentato*, *e principiato*. Adde *Liv. l.* 23. *c.* 15.

Attente, *attentamente*, Ger. *fleiſſiglich*, μετ' ἐμμελείας, adverb. attento animo, diligenter. *Cic. Cat.* Quam attente audire ſoleam. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. v. 197. Spectaret attentius. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 89. Attentiſſime audire.

Attentio, f. 3. *attenzione*, הקשבה, Germ. *aufmerkung*, Gal. *attention*, Hiſp. *atencion*, προσοχή, a *Platone in Defin.* deſcribitur, Animi ad perdiſcendum contentio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 35. Attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

Attento, as, a. 1. tento, pertento, periculum alicujus rei facio, experior, *tentare*, πειράω, ex ad, & tento. *Cic. Verr.* 5. *c.* 54. Inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare. Et *pro Sext. c.* 4. Capuam ab illa impia, & ſcelerata manu attentari ſuſpicabatur, *h. e.* inſidiis invadi. Sic apud *eund.* Fidem auditoris inſidiis attentare: Et apud *Stat.* 4. *Theb.* 71. Attentare aliquem bello.

Attentus, a, um, adject. excitatus, intentus, qui advertit, *attento*, *intento*, προσεκτικός, ut animo attento tueri, *Cic. de Fin. l.* 1. *c.* 17. Facere auditores attentos, *Ad Herenn. l.* 1. *c.* 4. Attentior circa aliquid, *Quint. l.* 5. *c.* 4. Attentiſſima cogitatio, *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 5. ¶ Attentus ſignificat etiam hominem frugi, parcum, & diligentem, *Horat. l.* 1. *epiſt.* 7. v. 91. Durus, ait, Vultei, nimis, attentuſque videris eſſe mihi. *Ter. Adelph.* 5. 8. *in fi.* Vitium commune omnium eſt, quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. Sic attenta vita apud *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 13. Paterfamilias rerum attentus, apud *eund. pro Quint. c.* 3. ¶ *Attentus* particip. ab *attineo*, detentus, ut *aſinus attentus machinæ*, *Apulei.* 7. *Met.*

Attenuāte, ψιλῶς, tenuiter, jejune. *Cic. de Clar. Orat. c.* 55. Attenuate, preſſeque dicentium.

Attenuatio, f. 3. extenuatio, imminutio, *eſtenuazione*, λεπτυσμός, *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 2. Cum attenuatione ſuſpicionis. Dicitur etiam de ſtilo tenui. *Id. l.* 4. *c.* 11. Qui non poſſunt in illa facetiſſima Verborum attenuatione verſari.

Attenuātus, a, 1. 2. ſubtilis, exilis, humilis, abjectus, demiſſus, *eſtenuato*. *Cic. in Bruto*, Oratio nimia religione attenuata. *Id. pro L. Manil. c.* 9. Attenuatum bellum, atque imminutum. Et Attenuatæ legiones prælis. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 89. Attenuatiſſima voce uti, *ad Herenn. l.* 3. *c.* 14. Pertinet etiam ad ſtilum tenuem. *Id. l.* 4. *c.* 8. Oratio attenuata eſt, quæ demiſſa eſt uſque ad uſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem.

Attenuo, as, a. 1. *aſſottigliare*, *eſtenuare*, דקק, Germ. *dinn*, *ſubtil machen*, Gal. *attenuer*, *amoindrir*, Hiſp. *adelgazar*, ψιλόω, ſubtilem facio, minuo. *Ovid. l.* 1. *de ar. am.* v. 735. Vigilatæ noctes attenuant corpora. *Idem* 4. *Triſt.* Curas attenuare meas. *Id. Met. l.* 6. v. 849. Jamque famis patriæ, altique voragine ventris Attenuarat opes. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Inſignem attenuat Deus. *h. e.* deprimit. *Auct. ad Herenn.* 3. 3. Attenuare aliquid dicendo.

Attĕro, ris, trivi, tritum, a. 3. *fregare*, *ſtropicciare*, שחק, Ger. *zerreiben*,

Gal.

Gal. *frotter*, *froyer*, Hiſp. *gaſtar*, *fregar*, [illegible], eſt rem aliquam ad aliam rem terere, & quodammodo confricare. *Plin. l. 9. c. 51.* Anguillæ atterunt ſe ſcopulis. ¶ Eſt & comminuere, frangere, *rompere*. *Col. l. 3. c. 6.* Demiſſum palmitem inferior atteret. *Plaut. Perſ. 4. 9. 11.* Atterere aures alicui. ¶ Tranſlate Atterere alicujus famam, i. e. imminuere, lædere. *Salluſt. Catil. c. 16.* ¶ Aliquando ſignificat protere, calcare. *Plin. l. 8. c. 5. de elephantis.* Amnes tranſituri minimos præmittunt, ne, majorum ingreſſu atterente alveum, creſcat gurgitis altitudo.

Atterranea fulmina dicuntur a *Senec. l. 2. quaſt. natur. c. 49.* quæ ut incluſa ſunt. fortaſſe quia veluti e terra erumpere videantur. Al. leg. *aterranea*, h. e. atra, ab *ater* alii *arcerranea*, h. e. tecta, occulta, ab *arcera*, quæ genus plauſtri eſt undique tectum. Alii *atteneata*, alii *atercanea*; quæ omnia verborum monſtra ſunt.

Attes. V. Atys.

Atteſtatio, onis, teſtimonium, *atteſtazione*, [illegible]. *Macrob. in Somn. Scip. l. 2. c. 9.* Deſcribi hoc atteſtatione noſtra non debuit.

Atteſtator, oris, qui atteſtatur, [illegible]. *Plin. l. 6. ep. 27.* Quis uno te benignior atteſtator? Iin Cod. MSS. Gloſſ. etiam gr. lat. Atteſtator, [illegible]. Al. tamen leg. *æſtimator*.

Atteſtatus, a, um, nom. ex partic. paſſiva ſignific. ſc. teſtimonio comprobatus. *Plin. l. 10. c. 34.* Gratia indignatione quoque Pop. Rom. atteſtata. ¶ Apud *Feſtum Atteſtata fulgura* ſunt, quæ iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum atteſtantia.

Atteſtor, aris, d. 1. mulut, teſtem facio, *chiamare per teſtimonio*, [illegible], Germ. *bezeugen*, Gal. *atteſter*, Hiſp. *ateſtar*, [illegible], teſtem voco, in teſtem accipio, autaſtor. *Cic. pro Syll. c. 29.* Atteſtari memoriam omnium. Vulg. lect. hab. *atteſtante memoria*. Et ſic eſt teſtimonium dare. Quo ſenſu & *Plin. in præfat. op.* Hoc atteſtabatur, vel inimico judici ſe probari poſſe. Et *Phædrus l. 1. Fab. 11. v. 3.* Hoc atteſtatur brevis Æſopi fabula. ¶ Alia exempla pro priore hujus verbi ſignificatione afferuntur a Lexicogr. in quibus legitur *anteſtor* pro *atteſtor*, ſed omnino idem eſt.

Attexo, is, attexui, attextum, a. 3. adjungo, appliſo, *teſſere appreſſo*, *aggiungere*, [illegible], Ger. *anweben*, Gal. *tiſſer*, *ajouter*, Hiſp. *texer*, *anadir*, [illegible], *Cic. de Univ. c. 11.* Ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. *Cæſ. 3. B. Gall. 40.* Pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Atthis, idis, f. 3. [illegible], Cranai R. Athenienſium filia, unde regio Attica dicta eſt, *Martial. 11. 54.* ¶ Atthidem præterea Poetæ luſciniam appellant ad fabulam reſpicientes, quia Philomela Pandionis Athenienſium R. filia in hanc avem dicitur converſa. *Martial. l. 1. epigr. 54.*

Attica, f. 1. Attis, Acte, Acta, Actica, Mopſopia, Cecropia, *Ducato di Setines*, [illegible], regio Achaiæ, ſive Helladis, in angulo Orientali, & Auſtrali, cujus caput Athenæ. Dicta eſt ab Atthide filia Cranai, cum prius Actica ab Actæone diceretur, ſive ab Actæo Rege, ſive ab [illegible], litus, quod ea regio, ut ait Strab. magna ex parte litoralis ſit. Præcipuæ regionis hujus civitates fuerunt Athenæ, Eleuſis, Marathon. *Plin. 4. 1. & 7.*

Atticæ, es, f. genus ochræ, ſeu ſilis in Attica laudatiſſimi. *Celſ. 5. 18. 19.*

Attice, adv. Attico more, ut Attice dicere. *Cic. de opt. gen. Or. c. 4.*

Atticiſmus, m. 2. [illegible], quædam peculiaris Attici ſermonis elegantia. *Cic. Attic. l. 4. ep. 17.* Ille Latinus Atticiſmus, ex intervallo reguſtandus. Adde *Quintil. l. 6. c. 3.*

Atticizo, as, n. 1. [illegible], Attice loquor. *Plaut. Menæch. prol. v. 12.* Non atticizat, ſed ſicilizat. Nam ut Attici inter Græcos omnes ornatiſſime loquebantur, ita Siculi omnium peſſime. Unde Cic. Q. Cæcilium irridet, quod linguam Græcam non Athenis, ſed in Sicilia didiciſſet. Alii ſcribunt *Atticiſſo*.

Atticurges, genus architecturæ Attico more elaboratæ: *Vitruv. l. 3. c. 3.*

Atticus, a, um, o. t. 2. Athenienſis, [illegible], quod ex Athenis eſt, vel ad Athenas pertinet, ut Attica regio, Atticus ſermo. *Cic. de Nat. Deor.* Scito ſermone, & Attico loqui. ¶ Stylus Atticus eſt genus dicendi, quod erat in uſu apud Athenienſes, ideſt incorruptum, elegans, omni ex parte perfectum, & abſolutum, in quo nihil deeſt, nihil redundat, nihil denique reprehenſibile eſt. Sic Atticus orator, cui opponitur Aſiaticus. *Quintil. l. 12. c. 10.* Attici limati, & emuncti nihil inane, aut redundans ferebant: Aſiana gens tumidior alioqui & jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata eſt. V. *Cic. in Bruto c. 82. in Or. c. 26. & de opt. gen. orat. c. 3. & 4.*

Attigo, 2. 3. *toccare*, idem, quod attingo. *Plaut. Epid. 5. 2. 58.* Ne attigas. Adde *Aſin. 2. 2. 106.*

Attiguus, o. t. 2. *contiguo*, *proſſimo*, [illegible], proximus, ab attingendo. *Apul. l. 4.* Contra proclivia montis attigui.

Attilius, vel Atilius Regulus, Civis Romanus, qui captus a Carthaginienſibus, Romam miſſus eſt legatos de permutandis captivis, adactus ante jurejurando, ſe re non impetrata rediturum, ſed ille captivorum permutationem diſſuaſit, & nihilominus ad hoſtes rediit, a quibus in carcere tandem necatus eſt.

Attilus, i, m. piſcis in Pado, inertia pingueſcens ad mille aliquando libras. *Plin. l. 9. c. 15.*

Attinæ, arum, f. termini agrorum facti ex lapidibus in ſpeciem maceriæ congeſtis. *Siculus Flacc. de condit. agror. pag. 4. Goeſii.* Addunt quidam locum *Palladii l. 6. tit. 3.* ſed ibi varia eſt lectio.

Attineo, es, ui, entum, detineo, vel teneo, *tenere*, *trattenere*, [illegible]. *Tacit. Annal. 3. c. 36.* Attineri publica cuſtodia. *Plaut. Menæch. 3. 1. 19.* Nunc eadem ante oculos attines. *h. e.* tenet, habes. ¶ Attinet, impersonaliter, *appartiene*, pertinet, [illegible]. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 41.* Servos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Et *Fam. 4. ep. 7.* De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere.

Attingo, gis, attigi, attactum, a. 3. *toccare leggiermente*, [illegible], Ger. *anrühren*, Gall. *atteindre*, *toucher*, Hiſp. *alcançar*, *tocar*, [illegible], leviter tango. *Terent. Eun. 4. 6. 1.* Digito uno attingere. *Cic. pro Cæl. c. 12.* Primoribus labris guſtare, & extremis, ut dicitur, digitis attingere. ¶ Hinc tranſlate *Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 9.* Studia leviter attingere. Et *Cic. de Orat. l. 2. circa princip.* Craſſus non plus doctrinæ attigit. ¶ Item attinere, *appartenere*. *Id. l. 2. de leg. c. 1.* Hæc res te attingit. ¶ Item loco, vel cognatione proximum eſſe. *Cic. ad Attic. l. 5. ep. 20.* Cappadociæ pars ea, quæ Ciliciam attingit. Sic attingere aliquem ſanguine, cognatione, affinitate, neceſſitudine. *Plin. l. 7. epiſt. 14.* *Cic. Verr. 4. c. 10.* ¶ Forum attingere, eſt prætexta poſita virilem togam ſumere. *Cic. Fam. l. 3. ep. 8. & l. 15. epiſt. 16.* Sic attingere Remp. *Id. l. 2. Attic. ep. 12.* Nunquam vero Tull. *Rempubl. contingere* dixit, pro *attingere*. Quare monet *Græv.* male nonnullos *pro Leg. Manil. c. 1.* legere: Cum per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem: & *attingere*, reponendum eſſe. ¶ Cum accuſativo, & præpoſit. *ad*. *Plaut. Mer. 1. 1. 32.* Quæ nihil attingunt ad rem, nec ſunt uſui. ¶ Rem ipſam attingere, *toccar' il punto*.

Attollo, is, n. 3. *alzare*, *levare*, [illegible], Ger. *erheben*, *aufheben*, Gal. *lever*, *elever*, Hiſp. *alçar*, *a quinar*, [illegible], elevo, erigo. *Quintil. 11. 3.* Attollere pedem. *Terent. Eun. 4. 6. 32.* Attollere pallium. *Plaut. Caſ. 5. 6. 3.* Attollere ſigna. *ſmilitare*. *Virg. 10. Æn. v. 856.* Attollere ſe in femur. *Liv. l. 8. c. 7.* Attollere ſe a gravi caſu. *Plin. l. 27. c. 12.* Attollere ſe e terra. *Id. l. 34. c. 6.* Attollere aliquid ſopra aliud. *Virgil. 4. Georg. verſ. 127.* Attollere humeris. *levar ſulle ſpalle*. ¶ Urbane, & tranſlam. *Quintil. l. 11. c. 3.* Attollere vocem. *Id. l. 10. c. 5.* Attollere orationem. *Id. l. 1. c. 2.* Attollere mentem. *Celſ. 3. 26. 1.* Parvam rem attollere. *amplificare*. *Tacit. 2. hiſtor. c. 90.* Attollere aliquem laudibus. *Virg. 12. Æn. v. 4.* Attollere animus. *inorgoglirſi*, vel *inſuperbirſi*. ¶ Pro auferre antiquum eſt. *Pacuv.* apud *Non. 1. 4. num. 33.* Cuſtodite iſtum, ne quis attollat, neve attingat. ¶ Hoc verbum præterito, ac ſupino caret. Nam quod *Non. loc. cit.* ei tribuit *attuli*, afferens illud *Virg. 8. Æn. v. 200.* Attulit & nobis, &c. ad verbum *affero* pertinet. *Attollo* autem mutuatur *ſuſtuli* a *ſuſtollo*.

Attondeo, es, ondi, onſum, idem quod tondeo, vel circa tondeo, *toſare*, *radere*, [illegible]. *Virg. Ecl. 10. v. 7.* attondere virgulta. *Plaut. Capt. 2. 2. 18.* Per pectinem attondere. Et metaphor. *Id. Bacchid. 5. 1. 9.* Is me uſque attondit doctis dolis. *id eſt* emunxit. V. attonſus.

Attonite, adverb. [illegible]. *Plin. l. 30. c. 1.* *h. e.* Britannia hodieque magiam attonite celebrat. *h. e.* ad ſtuporem uſque ſuperſtitioſa, & defixa.

Attonitus, a. 2. a. *ſtupefatto*, *attonito*, [illegible], Ger. *erſchrocken*, Gal. *etonné*, *ebahy*, [illegible], cujus & corpus & mens ſtupet ex caſu vicini fulminis, ab *attono*, & generatim qui ſtupet ex quacunque cauſa, ex morbo, ex ſubita re, &c. *Virg. 3. Æn.* Talibus attonitus viſis, ac voce Deorum. ¶ Cum genitivo, more Græcorum. *Sil. l. 6. verſ. 231.* Attonitus ſerpentis equus. ¶ Attoniti etiam ex morbo dicuntur. *Celſ. l. 3. c. 26.* Attonitos quoque raro videmus, quorum corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: [illegible] hunc Græci vocant. ¶ Aliquando attoniti dicuntur furentes, ſeu [illegible] paſſi. Ita *attonitam catervam*, furioſas illas Bacchas *Statius* dixit *l. 3. Silv. 1. v. 118.* *Suet. Claud. c. 37.* Alter ante lucem attonito ſimilis, patroni cubiculum irrupit.

Attono, as, ui, itum, attonitum reddo. *Senec. epiſt. 19.* Etiam ipſa altitudo attonat ſumma. *h. e.* attonita habet ſumma, ſeu percutit, & quaſi tonitru quatit. Sic *Ovid. Heroid. ep. 4. v. 3.* Aut quas ſemideæ Dryades, Faunique bicornes Numine contactas attonuere ſuo. *Id. Metam. 3. v. 531.* Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras Attonuit mentes?

Attonſus, a, um, *raſo*, *toſato*, ut ova attonſa, *Luc. l. 6. v. 84.* Metaphorice *Cic.* ex quodam poeta, *l. 3. Tuſc. c. 7.* Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum. *h. e.* imminuta.

Attractio, onis, verbal. ab attraho. *Pallad. in April. tit. 4.* Recenter lecta poma ſi guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. ¶ Tranſlate *Attractionem*, apud *Quint. l. 1. c. 4.* legimus pro ea poſitam, quod *Donatus* adverbium congregandi vocat, ut faſceatim, viritim, ſummatim, oſtiatim, &c. Lege locum ipſum.

Attractorius, a, um, vim attrahendi habens, ut Virtus attractoria. *Macer l. 4. c. 19.*

Attractus, a, um, nomen ex particip. tractus, adductus, *tirato*. *Virg. Georg. 3. v. 505.* Attractus ab alto ſpiritus. *Senec. de Benef. c. 31.* Quum Pollionis attractiorem vidiſſet frontem. *id eſt* contractiorem.

Attraho, is, xi, ctum, a. 3. *trarre*, *tirare*, *allettare*, [illegible], Ger. *zuſich ziehen*, Gal. *attirer*, *tirer a ſoy*, Hiſp. *traer a ſi*, [illegible], ad me traho, allicio. *Cic. de Amic. c. 14.* Ad amicitiam nihil tam allicit & attrahit, quam ſimilitudo. Sic Attrahere, & reddere animam, *Plin. l. 11. c. 37.* *h. e.* ſpirare, & reſpirare.

Attrectatio, onis, attrectandi actus, *il maneggiare*, *il toccare*, [illegible], *Lamprid. in Heliogab. c. 12.* Eorum attrectatione gaudebat. Adde *Pallad. in Mart. tit. 12.*

Attrectatus, us, ui, m. 4. idem quod attrectatio. *Cic. Tuſc. 2. c. 21. ex Poeta.* Nam attrectatu, & quaſſu ſævum amplificatis dolorem.

Attrectatus, a, um, *toccato*, *maneggiato*, manibus tractus. *Gell. in fi. l. 11.* Res furti faciendi cauſa attrectatæ.

Attrecto, a. 1. *maneggiare*, *toccare*, [illegible], Ger. *betaſten*, *angreiffen*, Gal. *manier*, Hiſp. *manear*, [illegible], manibus tracto, palpo. *Cic. de Aruſp. reſ. c. 13.* Attrectare contaminatis manibus. *Id. pro Cal. c. 8.* Attrectare uxorem alicujus. *h. e.* impudice tangere. *Tacit. Ann. 3. 32.* Attrectare aliquid. *h. e.* tentare, aggredi. *Flor. l. 3. c. 3.* Attrectare terminos provinciæ, *h. e.* violare, invadere. *Sabinus JCtus* apud *Gell. in fin. l. 11.* Attrectare rem alienam. *h. e.* tangere, & ſurripere.

Attremo, is, n. 3. tremo, *tremare*, [illegible]. *Stat. 8. v. 81. Theb.* Attremit oranti.

Attrepido, as, apud *Plaut.* eſt, ſenili gradu aſcendere, *Pan. 3. 1. 41.* Attrepidam ſaltem: nam vos approperare haud poſtulo.

Attribuo, is, ui, utum, a. 3. aſcribo, aſſigno, addico, aſcriſo, affingo, *aſſegnare*, *attribuire*, [illegible], Ger. *zugeben*, *zumeſſen*, Gal. *attribuer*, *bailler*, *aſſigner*, Hiſp. *attribuir*, *a dar*, [illegible]. *Liv. 26. 49.* Cæterorum curam tuendorum C. Flaminio attribuit. *Cic. Verr. 7. c. 41.* Huic accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit. ¶ Apud eund. *l. 1. de Invent. c. 52.* Attribuere orationem alicui eſt, loquentem aliquem inducere. ¶ Eſt etiam aſſignare. *Plin. l. 16. c. 37.* Tertium locum (ſalici) in æſtimatione ruris Cato attribuit. Sic *attribui pecunia publica* dicebatur ea, quæ ex ærario dabatur vel in ſtipendium, vel in opus aliquod faciendum, a Quæſtoribus. *Liv. l. 40. c. 46.* Cenſoribus deinde poſtulantibus, ut pecuniæ ſumma ſibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, &c. V. Attributus.

Attributio, onis, verbal. *Cic. l. 1. de Invent. c. 26.* Ex his etiam attributionibus, ſacer, an profanus; publicus, an privatus; alienus, an ipſius, de quo agitur, locus ſit, an fuerit. Epitheta hic, ac circumſtantias intelligit. ¶ Sed *attributio pecuniæ* ſignificat aſſignationem pecuniæ, quæ fit alicui, ut alteri inde ſolvatur. *Cic. Attic. l. 15. ep. 13. & l. 16. ep. 1. & Fam. 16. ep. 24.*

Attributus, a, um, nomen ex particip. aſſignatus, *attribuito*, *aſſegnato*. *Cæſ. B. Gall. l. 7. c. 81.* Suus cuique locus attributus. *Plin. l. 2. c. 8.* Attributa ſidera ſingulis nobis. ¶ Attributa pecunia dicebatur, quæ a Quæſtoribus aſſignabatur præſidibus in provincias euntibus, vel aliis ad opus aliquod publicum faciendum. *Cic. in Piſon. c. 35.* Seſtertium centies, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti. Adde *Verr. 3. c. 13.* & ibi *Aſcon.* & *Liv. l. 40. c. 51.* ¶ *Attributum* abſolute pro pecunia attributa, ſeu aſſignata alicui, habet *Varr. l. 4. de L. L.* ¶ Attributa alicui rei ſunt, quæ ad ejus rei naturam & circumſtantias aliquo modo pertinent. *Cic. 1. de Invent. c. 24.* Perſonis has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. Et *c. 26.* Negotiis autem quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, &c. ¶ *Attributi* dicuntur populi, aut urbes, quæ proprium forum non habent, ſed alteri urbi adjunctæ ſunt, ut inde jura petant, eoque accedant ad tributa ſolvenda, & alia ſubeunda munia publice impoſita. *Plin. l. 3. c. 20.* Camuni, compluresque ſimiles finitimis attributi municipiis.

Attritio, onis, f. actus atterendi, ſeu conterendi, [illegible]. *Lamprid. in Helio-*

Heliogab. c. 19. Roſatum ab aliis acceptum, pinearum etiam attritione o-doratius reddidit. *col peſtarlo dentro*, &c.

Attritus, a, um, ab attero, παρατετριμμένος, contritus, alliſus, imminutus, *ſminuito, logoro*, & metaph. vexatus, afflictus, ut attrita bellis Æthiopia, *Plin. l.* 6. *c.* 29. ¶ Attritæ opes, i. e. imminutæ, apud *Liv.* ſæpe. ¶ Attrita toga, i. e. lacera, *Martial. l.* 14. *epigr.* 135. ¶ Comparat. *Cic.* Mentum ſimulacri Herculis paulo attritius, dixit *Verr.* 6. *c.* 43. ſc. propter oſcula orantium. ¶ Medici *attrita membra* appellant, quæ ex fricatione, aut preſſione alicujus rei eroduntur, & fracta cute vulnerantur. *Plin. l.* 24. *c.* 7. Maſtiche lentiſci medetur & attritis partibus, *Id. l.* 20. *c.* 5. Capræ attrita ſanant.

Attritus, us, ui, m. 4. παρατριβή, atterendi actus. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Piſces attritu petræ ſcalpentes pruritum. *Id. l.* 28. *c.* 16. Attritus calceamentorum ſanat urina aſini. *lo roſicatura*.

Attubus, μογιλάλος, μόγγος, ἄτυπος, impeditæ linguæ homo, *balbo*. *Auſon. ep.* 20. Canus, comoſus, hiſpidus, trux, attubus. Ita reſtituit *Joſ. Scal. l.* 2. *lect. Auſon. c.* 9. Antea legebatur *articus*. V. Atypus.

Atypus, i, *balbo*, *ſcilinguato*, ἄτυπος (ex quo Latinum, attubus) eſt, ut *Budæus* exponit *annot. prior. in Pand.* qui non ſatis expeditæ linguæ plectro utitur, quaſi aerem non feriens, vel quaſi non ſatis verba exprimens. Græce a τύπτω ferio, & τύπος forma eſt. Ita enim legit locum *Ulp. l.* 10. §. *ult. Dig. de Ædil. ed.* ubi ait: Quæſitum eſt, an balbus, & blæſus, & atypus, ſique qui tardius loquitur, & varus, ſanus ſit. *Gell. l.* 4. *cap.* 2. hæc profert Cæcilii Sabini: Balbus & atypus, vitioſi magis, quam morboſi ſunt.

Atyrus, vel Aturis, vel Aturnus, nobilis flu. in Aquitania e Pyrenæis montibus labens. *Ador*, vel *Dour. Luc. l.* 1. *v.* 420. Tunc rura Nemoſſi Qui tenet, & ripas Atyri, qua litore curvo Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor. Adde *Auſon. in Moſella*.

Atys, vel Attys, yos, vel Attis, is, & idos, & Attin, vel Atthin, ſinis, item Attes, æ, (tot enim modis ſcribi, & inflecti ſolet) de quo Carmen eſt integrum Catulli, *de Berecynthia, & Aty*, cum Cybele cultus fuit a Phrygibus. Fuit autem puer formoſiſſimus, quem Cybele caſte amavit, eumque ſacris ſuis præfecit, ea lege, ut perpetuo caſtitatem conſervaret. Sed cum poſtea Sangaritidem nympham compreſſiſſet, ab irata Dea in furorem actus teſtes ſibi execuit. Hinc Dea caſtratis Sacerdotibus uſa eſt. Cum vero manus ſibi afferre conaretur, miſeratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. *Ovid. l.* 10. *Met. Diodor. Pauſan. Euſeb. Arnob.* & *Auguſt.* ſinguli ſingulas de eo, planeque varias narrationes ſcripſerunt. ¶ Alius item ex Hercule, & Omphale prognatus, qui filium habuit Lydum, a quo Lydia dicta ſit, & Tyrrhenum, a quo Tyrrheni appellati ſunt, de quibus *Strab. l.* 5. ¶ Item alius fuit ex India, ex Lymniace Gangis filia progenitus, qui in Andromedæ nuptiis occiſus eſt a Perſeo, *Ovid.* 5. *Met.*

& ANTE V.

Au, interjectio variis animi affectibus inſerviens, ut conſternati animi, *Terent. Andr.* 4. 4. 12. Dicturan' es quod rogo? *My.* au. *Id. Eun.* 5. 2. 60. Au, tace obſecro. Ita autem his locis exponit *Donatus*. ¶ Item abominantis. *Id. Phorm.* 5. 1. 27. Quid? duas ne is uxores habet? *So.* au, obſecro: unam ille quidem hanc ſolam. ¶ Item admonentis cum indignatione, & increpatione. *Plaut. Mil.* 2. 2. 62. Vigila. tibi ego dico: au! ferratus ne ſis. Al. aliter leg. ¶ Scribitur etiam *hau*, & *ahu*. ¶ Eſt etiam *au* præpoſitio, quæ in duobus ſolummodo verbis componendis locum habet *auſero*, *auſugio*, eſtque ibi poſita pro *ab*.

Avar, ris. Avares Scythiæ populi Romanum Imp. Juſtiniani temporib. & proximis infeſtantes. *Corippus de laudib. Juſtini l.* 3. *c.* 8. *verſ.* 170. Crudus & Aſper Avar dictis ſic cœpit acerbis: Rex Avarum Cagan, debellans intima mundi, &c.

Avare, adv. *avaramente*, πλεονεκτικῶς, tenaciter. *Cic.* 3. *Off. c.* 8. Nihil avare, nihil injuſte. *Colum. l.* 1. *c.* 7. habet comparat. *avarior*, & ſuperlat. *avariſſime*, *Senec. de Otio Sap. c.* 30.

Avaricenſis, e, ad Avaricum pertinens. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 47.

Avaricum, n. 2. Avaricum Biturgicum Cuborum, *Bourges*, urbs Galliæ, A. & primaria Bituricenſis prov. ad fl. Auram, ſeu Avarum, cum Academia celebri.

Avariter, adv. avare, avide, *avaramente*. *Plaut. Rud.* 4. 7. 13. Quam ſi quit avidus poſcit eſcam avariter. *Id. Curcul.* 1. 2. 35. Ingurgitat impura in ſe merum avariter faucibus plenis.

Avaritia, æ, & avarities, ei, f. *avarizia*, aviditas, cupiditas, φιλαργυρία. *Cic.* 4. *Tuſc.* Avaritia eſt opinatio vehemens de pecunia, quaſi valde expetenda ſit, inhærens, & penitus inſita. *Lucr.* Avarities, & honorum cæca cupido. *l.* 3. *v.* 59. ¶ In plurali num. *Cic.* 4. *de Fin. cap. penult.* Nec enim omnes avaritias, ſi æquæ avaritias eſſe dixerimus, &c.

Avārus, a, um. alieni appetens, qui omnia in pecunia ponit, tenax, avidus, *avaro*, *avido*, *ingordo*, כִּילַי, Ger. *geitzig*, Gal. *avaricieux*, Hiſp. *codicioſo*, φιλάργυρος, ab aveo, cupio, vel ab aveo, & æs, æris, vel potius aurum, 1. *Horat.* 1. *Epiſt.* 2. *v.* 56. Semper avarus eget. ¶ Transfertur a divitiis ad res alias, ut avarus laudis, *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 179. Avarus cædis miles, *Claudian. de B. Get. verſ.* 606. ¶ Comparat. avarior, Superlat. avariſſimus, illud apud *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 157. hoc vero apud *Cic.* 3. *Ver. c.* 37.

Auceps, cupis, c. 3. venator avium, *uccellatore*, צַיָּד, Ger. *vogelfenger*, Gal. *oiſeleur*, Hiſp. *paxarero*, ὀρνιθοθήρας, quaſi aviceps, qui, vel quæ aves capit. *Col. l.* 8. *c.* 10. Ab aucupibus in hunc uſum nutriti. ¶ Translate *Plaut. Mil.* 4. 1. 9. Circumſpicito dum, ne quis noſtro hic auceps ſermoni ſit. *Cic. l.* 1. *de Or. c.* 55. Auceps ſyllabarum, *h. e.* qui quærit & captat ſyllabas.

Auceta, ſæpe aucta. *Feſtus*.

Auchatæ, arum, Scythæ ad os Boſphori, ubi Hypanis oritur. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 130. in ſingulari: Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro ſpargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Aucella, diminut. ab avis, avicula. *Apul. Met. l.* 9. Bona, & ſatis fecunda aucella. V. *Meurſ. p.* 2. *Exerc. Crit. l.* 4. *c.* 8.

Auctarium, ii, *giunta*, *ſoprappiù*, ἐπίμετρον, quidquid ſupra menſuram, aut pondus adjicitur. *Plaut. Merc.* 2. 4. 22. Auctarium adjicito.

Aucte, adv. valde, copioſe, cujus comparat. uſus *Apul. l.* 4. *p.* 153. Puella auctius ejulans ſeſe. Al. leg. *altius*.

Auctifer, a, um. *Cic. vertens quoſdam Homeri verſus* (ut quidem citat *Auguſtin.* 5. *de Civ. Dei*, *c.* 8.) Jupiter auctiferas luſtrabat lampade terras. *h. e.* terram omnia gignentem, atque alentem. Nam *augeo* pro gigno a *Lucret.* uſurpatur.

Auctifico, as, are, augere, *accreſcere*. *Arnob. l.* 7. *p.* 224. Cibis novis auctificaverit. & *p.* 233. Auctificat dignitatem.

Auctificus, a, um. i. e. *quello*, *che accreſce*, αὐξητικός, quod auget. *Luc. l.* 2. *v.* 571. Auctifici motus, *h. e.* motus, quibus corpora alimentorum acceſſione augentur.

Auctio, nis, f. 3. *aumento*, *accreſcimento*, *vendita all' incanto*, Ger. *vergantung*, Gal. *vente à l'enchere*, Hiſp. *almoneda*, αὔξησις, augmentum, ab augeo. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 14. Modo auctio, modo retractio dierum. ¶ Ponitur fere pro publica venditione rerum privatarum, *incanto*, quia in ea pretium ſemper augetur, & res traditur plus offerenti. Ejus ratio hæc erat. Præco proclamabat diem auctionis, & res venales, deſignato pretio (quod *Plaut. Stich.* 2. 1. 42. auctionem prædicare, dixit). Tum licebantur auctores, h. e. dicebant pretium, quo vellent emere; qui plus offerebat, ei res adjiciebatur. *Cic. pro Quint. c.* 4. Auctionem in Gallia ſe facturum eſſe, proſcribit.

Auctionalia, *Ulpian.* vocavit tabulas, & inſtrumenta auctionis. *L.* 1. §. *Officio. D. de Tutel. & Ration. diſtr.*

Auctionarius, a, um, quod ad auctiones pertinet, ut Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. *Cic. de Leg. Agr.* Ut in atriis auctionariis auctionentur.

Auctionor, aris, d. 1. auctionem facio, auctione vendo, per præconem vendo, præconis voci ſubjicio, *vendere all' incanto*, Ger. *verganten*, Gal. *vendre à l'encant*, Hiſp. *almonedear*, ἀναπωλεῖν, ἀπαρτίων? per auctionem vendo. *Cic. pro Quinct. c.* 3. Hominem deterret, ne auctionetur. *Aſcon. in Ver.* 3. *c.* 23. Bona condemnatorum auctionari.

Auctito, as, are, frequent. ab augeo. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 16. Auctitare pecunias fœnore. *Arnob. l.* 7. Potentias auctitare.

Aucto, as, are, augere, auctitare, frequent. *Plaut. Amph. Prol. v.* 6. Res ſuas bono, atque amplo auctare lucro. *Catull. Carm.* 67. Te bona Jupiter auctet ope.

Auctor, oris, m. 3. *autore*, בַּעַל, בּוֹרֵא, Ger. *ein erfinder*, Gal. *auteur*, Hiſp. *autor*, αὐτουργός. Declinatum videtur, inquit *Franc. Hotom. Comment. Verb. Jur.* ab auctionibus, in quibus ei, qui plurimum auget, res addicitur, & ex ea auctione, atque adjectione ſua auctoritatem ſibi in rem emptam comparat. Unde pro domino rei uſurpatur. *Cic. Verr.* 7. *c.* 21. Tum illi intellexerunt, ſe id, quod a malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. ¶ Alii ducunt ab *augeo*, quod *creare* ſignificat, ſecundum *Lucret. l.* 5. *v.* 323. Nam quodcumque alias ex ſe res auget, aliţque. Hinc auctor rei, unde primum res eſt. *Virg. Æn.* 6. *v.* 650. Troiæ Dardanus auctor. Ex his colliges, non *autor*, neque *author*, ſed *auctor*, ſcribendum eſſe. ¶ Fere autem auctor is eſt, cujus imperio, atque auctoritate, item conſilio, opera, impulſu, vel periculo, atque exemplo aliquid ſuſcipitur, aut geritur. *Tacit. Agric. c.* 8. Nec unquam in ſuam famam geſtis exultavit, ad auctorem, & ducem, ut miniſter fortunam referebat. *Cic.* 3. *Offic. c.* 30. Hujus deditionis ipſe ſuaſor, & auctor fuit. Ubi nota, auctorem plus aliquanto eſſe, quam ſuaſorem. ¶ Pro recitatore aſſumptus a *Cic. l.* 3. *de Orat. ſub finem*. Significavit quantum eſſet in actione, qui orationem eandem aliam eſſe putaret, auctore mutato. Niſi forte legendum ſit *actore*, ut quidam putant. ¶ Auctor etiam eſt, qui aliquid facit, aut invenit: proinde librorum conditores, auctores vocamus. *Cic. pro Orat. c.* 57. Ariſtoteles auctor optimus. *Lucan. l.* 9. *v.* 661. Mercurium auctorem citharæ appellat, h. e. repertorem. ¶ Auctor etiam eſt, qui aliquid proponit, ut Auctor legum, pacis, belli, &c. Hinc illa: Populus juſſit, Patres auctores fuerunt, paſſim apud *Liv.* & alios. Dicimus, auctor ſum tibi faciendi aliquid, vel ad faciendum, vel ut facias, vel in faciendo. *Cicero* paſſim, & alii. ¶ Invenitur etiam cum infinito. *Cic. l.* 9. *ad Att.* Ego quidem tibi non ſum auctor, ſi Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. ¶ In utroque genere auctoris nomen effertur. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 192. Optima tu proprii nominis auctor eris. *Senec. Med. v.* 979. Ipſam ſceleris auctorem horridi. Dicitur tamen & auctrix. V. ¶ Scribitur etiam *autor*, ab iis, qui vel ab *aveo* deducunt, vel ab *audeo*, vel a Græco αὐτουργός: item *author* ab iis, qui ab αὐθέντης derivant. Verum probabiliſſima eſt Etymologia, quæ ab *augeo* deducitur, & *auctor* per *ct* ſcribitur.

Auctoramentum, i, n. e. ipſe actus paciſcendi, & auctorandi ſe, & inde orta obligatio. item merces & commodum, quod inde ſequitur: ſpecialimque dicitur de gladiatoribus. *Cic.* 1. *Offic. c.* 30. In mercenariis ipſa merces auctoramentum ſervitutis: hoc eſt obligatio. V. *Auctoro*. ¶ Transfertur tamen & ad alia. *Senec. ep.* 69. Nullum ſine auctoramento malum eſt: avaritia pecuniam promittit, luxuria voluptates &c. h. e. Nullum eſt vitium, quod non aliquid utilitatis promittat. *Id. l.* 4. *de Benef. c.* 36. Philippus Macedonum Rex militem fortem habebat.... hominem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat. h. e. muneribus, donis.

Auctoratio, onis, verbal. actus auctorandi, h. e. venditio, ut *Iſid.* exponit. Eſt hæc vox & veteris *Horatii Scholiaſtæ ad ſat.* 7. *l.* 2. *v.* 59.

Auctorātus, a, um, nomen ex particip. addictus alii, venditus, mercede conductus. *Gloſſæ Philoxeni*: Auctoratus, αὐτὸν εἰς ... μονόμαχος. *Vet. Interp. Horat. ad l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 59. Auctorati, inquit, dicebantur, qui ſe ludo vendiderant. *Senec. in Apocoloc.* Proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet. ¶ *Tertul. de Corona*, *c.* 2. aliter uſus eſt, & in meliorem partem: Delictum quod committitur in obſervationem ſuo jam vindicandam nomine, & ſatis auctoratam conſenſus patrocinio. h. e. probatam, confirmatam.

Auctoritas, atis, *autorità*, αὐθεντία, κῦρος, τὸ ἀξιόπιστον. Primo ſignificat factum, aut dictum, quod alii deinceps pro conſilio, exemplo, aut teſtimonio eſt. *Vitruv. Præf. ad Aug.* Ædificiorum publicorum auctoritates egregias. *i. e.* exemplo. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 13. Auctoritatem alicujus ſequi. Et *pro Balbo c.* 13. Cujus auctoritate & exemplo nunquam intermiſſa eſt largitio &c. ¶ Hinc teſtimonia, ſententiæ, ac dicta auctoritates dicuntur. Quo nomine & literæ publicæ, & inſtrumenta ſæpius veniunt. *Cic. Verr.* 2. *c.* 3. Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimoniis veniſſe dicit. ¶ Decreta etiam Senatus, quæ non approbaſſet populus, *Auctoritates* dicebantur, quæ vero probaſſet, *Conſulta*. *Cic. Fam.* 8. *ep.* 8. Idem etiam teſtimonia & probationes hoc nomine appellat, ut 7. *Verr. c.* 39. Teſtibus, & auctoritatibus convincere. ¶ Defugere auctoritatem, eſt inficiari ſe eſſe auctorem, aut impulſorem alicujus rei, ut oſtendit *Muretus ad Ter. Eun. a.* 3. *v. ult.* allatis etiam exemplis Ciceronis, & Plauti. ¶ Sumitur etiam auctoritas frequenter pro amplitudine quadam, ac vi, quæ alicui accedit ex genere, ætate, meritis, opibus, dignitate & ſimilib. *Cic.* 2. *de Div.* Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, auctoritate tamen hos minutos philoſophos vinceret. Hinc valere auctoritate &c. ¶ Interdum ponitur pro majeſtate. *Tacit.* 2. *hiſtor. c.* 59. Auctoritas Principis majoribus remediis integra ſervanda. ¶ Neque vero perſonis tantum, verum etiam rebus auctoritas tribuitur. *Cic. pro Flac. c.* 4. Tota hujuſce rei quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. *Plin. l.* 10. *c.* 4. Tanta arbori auctoritas erat. Et, auctoritas orationis, apud *Cic.* ¶ Hinc res aliqua in auctoritate eſſe dicitur, quæ in honore, ac pretio habetur. *Id. l.* 34. *c.* 6. ¶ In jure auctoritas eſt jus vindicandæ rei ſuæ adverſus eos, qui eam in præſenti poſſident, hoc eſt dominium legitimum. Lex XII. Tab. apud *Cic. Top. c.* 3. & *pro Cæcin. c.* 19. Uſus, auctoritas fundi biennium; cæterarum rerum annuus eſto. *Lex Atinia* apud *Gell. l.* 7. *c.* 7. Quod ſubreptum erit, ejus rei æterna auctoritas eſto. ¶ *Scævola Dig. l.* 13. *tit. ult. leg. ult.* Exhibere inſtrumentum auctoritatis. *l'iſtromento d' acquiſto*.

Auctōro, as, are, μισθόω. Eſt mercede operam alicujus obligare, dicebaturque præcipue de gladiatoribus, qui, liberi cum eſſent, pretio tamen

Digitized by Google

ſe in ludum gladiatorium addicebant. *Tertull. ad Nation. l.* 1. *c.* 18. Non vitæ amore gladio vos ad laniſtas auctoritatis, ſed mortis nomen militiæ datis. Quidam afferunt exemplum *Pollionis ad Cic. in l.* 10. *Famil.* ſed lectio illa non eſt genuina. ¶ A gladiatoribus ad alios quoque transfertur: milites enim *auctorati* dicuntur, qui ſtipendia merent; & contra exauctorati, qui a militia remoti fuerunt. ¶ Auctorare ſibi mortem peſſimo facinore, h. e. mortem quaſi mercede ſibi quærere, & arceſſere, ut debitam, dixit *Velley. l.* 2. *meritarſi, tirarſi addoſſo la morte.* ¶ Reperitur etiam *auctor*, *aris* deponentis forma. *Apulej. l.* 9. *Met.* Mulier exſecrando metallo pudicitiam ſuam pretioſo auctorata eſt.

Auctrix, icis, fem. ab auctor, quæ auget. *Tertull. de Corona mil. c.* 3. Traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix. Et *l.* 5. *adv. Marcion. c.* 10. Anima auctrix operum carnis. Adde *Auguſt. ſerm.* 38.

Auctum, i, vocabatur ſpatium circi, quod ſupra definitum modum victoriæ adjungitur. *Feſtus.* ¶ Item augmentum *accreſcimento*, αὔξησις. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Solum cæpe contra Lunæ aucta & damna vices minuendi & augendi habet contrarias. Al. tamen leg. *lucra.*

Auctus, us, ui, m. 4. *accreſcimento.* *Liv. l.* 4. *c.* 2. Maximis auctibus creſcere. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Auctu immenſo aquarum.

Auctus, a, um, nom. ex particip. *accreſciuto*, αὐξηθεὶς, ut pecunia aucta, *Cic. pro Cluent.* Aucta numero acies, *Liv. l.* 8. *U. C.* ¶ Item præditus, ornatus. *Horat. lib.* 1. *ſat.* 6. *v.* 11. Amplis honoribus auctus. ¶ Comparat. auctior. *Liv. l.* 4. *c.* 2. Majeſtatem auctiorem, amplioremque eſſe. V. Augeo. ¶ In malam partem *Terent. Heaut.* 4. 1. 15. Auctus damno. ¶ Superlat. *auctiſſimus* rarum eſt. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 18. Statuam in auctiſſima baſe ponere *h. e.* ampliſſima. Al. leg. *acutiſſima.*

Aucupabundus, a, um, ut venabundus. *Tertull. de anima, c.* 39. Spiritus nequam aucupabundus.

Aucupatio, onis, ipſe actus aucupandi, avium venatio, *uccellagione.* *Quintil. Declam.* 13. Multa quæ libera fuerant, tranſeunt in jus occupantium, ut venatio, aucupatio.

Aucupatorius, a, um, ad aucupium pertinens. *Plin. l.* 16. *c.* 36. *de calamis aquaticis.* Cum anno permanſit mundatio, proficiunt in aucupatoriam amplitudinem. *h. e.* adeo craſſi fiunt, ut poſſint aucupio inſervire.

Aucupātus, us, m. idem quod aucupium. *Capitolin. in Antonin. Philoſ. c.* 4. Amavit pugilatum, & curſus, & aucupatus.

Aucupātus, a, um, ſignif. paſſiva, ab aucupo, captus, acquiſitus. *Lactant. l.* 5. *Inſtit. c.* 23. Aucupata per rumorem.

Aucupium, ii, n. 2. ὀρνιθοθήρευσις, avium captus, *uccellagione.* *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Piſcatu, aucupio, venatione. ¶ Pro ipſa præda, quæ aucupio fit, *Senec. de Provid. c.* 3. Felicior eſſet, ſi in ventrem ſuum peregrina aucupia congereret. ¶ Tranſlate apud *Terent. Eun.* 2. 2. 16. Paraſitus dixit: Hoc novum eſt aucupium. & *Plaut. Mil.* 4. 1. *ad fin.* Aucupium auribus facere. *Cic. pro Cæc. c.* 23. Aucupia verborum. *h. e.* ſubtilium verborum captiunculæ, quibus JCti in rebus definiendis uti ſolent.

Aucūpo, as, activa voce, pro aucupor ſæpe eſt apud *Plaut. Aſin.* 5. 2. 32. aucupare ſermonem. Et *Trucul.* 5. 1. 73. Lepide aucupavi, atque ex mea ſententia. Verum uſitatius eſt *Aucupor.*

Aucupor, aris, depon. *uccellare*, aves capere. Tranſlate autem ponitur pro ſolerter quærere, & captare. *Cic. Fam.* 5. *epiſt.* 12. Vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari videar gratiam tuam. *Id. in Piſ. c.* 24. Levitatis eſt inanem aucupari rumorem. Et *de Orat. l.* 2. *c.* 14. aucupari utilitatem.

Audacia, ciæ, f. 1. confidentia, impudentia, *audacia*, *ardire*, חֻצְפָּה, Ger. *frevelheit*, Gal. *audace*, Hiſp. *audacia*, θάρσος, ſecuritas, quæ quis malum neque futurum expectat, neque præſens horreſcit. Et fere accipitur in malam partem pro nimia confidentia. *Cic.* Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuere. ¶ In bonam partem apud *Liv.* 25. 38. Non enim frangere audaciam veſtram, ſed differre in majorem gloriam, atque opportunitatem volui. ¶ *Audacias* in plur. dixit *Cicer. Catil.* 2. *c.* 5. & *pro Sylla*, & *ad Attic.* 9. *epiſt.* 7.

Audaciter, & audacter, per ſyncopem, *audacemente*, Gal. *hardiment*, *audacieuſement*, Hiſp. *oſadamente*, θαρσέως, fidenter. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. reprehendit *audaciter*: *Gronovius* autem *Livio lib.* 22. *c.* 25. & *lib.* 40. *c.* 45. non ſolum reſtituit ex vetuſtis libris, ſed etiam auctoritate comprobat utriuſque *Senecæ Controv.* 20. & *de Provid. c.* 4. ¶ *Audacter* tamen uſitatius eſt. *Terent. Heaut.* 1. 1. 6. Audacter aliquem monere. *Cic. in Orat. c.* 8. Audacius exultavit. *Liv. l.* 30. *c.* 30. Audaciſſime omnia incipere.

Audacŭlus, m. 2. dimin. ab audax. *Gel. l.* 5. *c.* 21. Reprehenſor audaculus verborum.

Audax, acis, o. 3 *audace*, *ardito*, גִּבּוֹר, Ger. *frevler*, Gal. *audacieux*, Hiſp. *audaz*, modo fidens dicitur, τολμηρός. *Virg.* 5. *Æn.* Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax. ¶ Modo temerarius, *temerario.* *Plaut.* Pergin' audax hoc facinus perſequi? ¶ Comparat. *audacior* eſt apud *Cic. Catil.* 2. *c.* 5. Superlat. *audaciſſimus* apud *eund. pro Sext. Roſc. c.* 1. ¶ Cum genitivo *Stat. l.* 3. *Sil.* 2. *v.* 64. Audax ingenii. ¶ Cum infinito *Horat. lib.* 1. *od.* 3. Audax omnia perpeti.

Audendus, a, um, particip. paſſiv. *Liv. l.* 35. *c.* 35. Res eſt agenda, audendaque.

Audens, tis, audax. *Virg. Æn.* 10. *v.* 284. Audentes fortuna juvat. Et *Æn.* 6. *v.* 95. Sed contra audentior ito. *Tacit. in Agric.* 33. Audentiſſimus quiſque miles.

Audenter, *audacemente*, בִּגְבוּרָה, Ger. *frevenlich*, θαρραλέως, audacter. *Leg.* 29. §. 14. *D. de Lib. & Poſth.* Audenter dicere. *Tac.* Quidam audentius apertis in oſculis viſebantur. *l.* 4. *Annal. c.* 47.

Audentia, æ, f. *ardire*, *animoſità*, animi fidentia, audacia. *Non. c.* 5. *n.* 84. recte docet, audentiam in bonam partem ſumi, & eſſe fortitudinis; audaciam plerumque in malum, & eſſe temeritatis. *Tac. Ann.* 15. *cap.* 53. & *de morib. Germ. c.* 34. & *Plin. lib.* 8. *epiſt.* 4.

Audĕo, des, auſus ſum, *ardire*, *tentare*, *oſar* *audace*, חָצַף, נִכְסַף, Germ. *dorffen*, Gall. *oſer*, Hiſp. *oſar*, τολμάω, ſignif. fidentem eſſe, temere præſumere, aggredi, ab *aveo*, inſerto d. Verbum activum eſt, & licet ſæpe abſolute uſurpetur, tamen ſemper aliquid ſubaudiendum eſt. *Tacit. l.* 2. *hiſtor. c.* 25. Modica ſilva erat, unde rurſus auſi &c. ſubaudi, prorumpere, & integrare pugnam. *Virg. Æn.* 2. *v.* 347. Audere in prælia. *ſc.* progredi. ¶ Audere quin, *Plaut. Aſin.* 1. 1. 10. Non audeo quin promam omnia. ¶ Sæpe accuſativus apponitur. *Ter. Eun.* 5. 5. 16. Qua audacia tantum facinus audet? Sic audere pugnam, ariem, ſcelus, *Tacitus* dixit; audere ultima, *Livius*; audere majora viribus, *Virg.* ¶ Interdum infinitus. *Cic. ad Brut. ep.* 16. Aude negare. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimis. *Lucret. l.* 6. *v.* 1070. Vitigeni latices in aquæ fontibus audent miſceri. ¶ Auderi paſſ. eſt apud *Nepotem* 1. 4. 5. Auderi adverſus ſe dimicare. *Liv.* 29. 9. Multa dolo audebantur. ¶ In præſen. conjunct. habet ſæpe *auſim*, *ſis*, *ſit*, pro audeam, *as*, *at*. *Liv. in proœm. l.* 1. Nec ſi ſciam, dicere auſim. Pro quo legitur *auſerim in Carm. de Paſſione Domini*, quod *Lactantio* quidam tribuunt. Sed vel ex hoc pudendo barbariſmo intelligi poteſt, quantum carmen illud abhorreat a ſtilo elegantiſſimi Scriptoris.

Audiens, entis, nom. ex particip. idem quod obediens. *Plaut. Truc.* 1. 2. 25. Tibi ſervio, atque audiens ſum imperii. Sic *dicto audiens*, V. in *audio*.

Audientia, æ, f. 1. *udienza*. *Cic. de Sen. c.* 9. Facit ſibi audientiam diſerta lenis oratio. *Liv. l.* 43. *c.* 16. Audientiam facere præconem juſſit. *audientiam facere* eſt ſilentium audiendi cauſa indicere, *intimar ſilenzio*. Apud *Apulej. l.* 3. *Met.* audientiam alicui tribuere, eſt quod Itali dicimus, *dar udienza*. ¶ In Codice Juſtinianeo ſæpe *audientia* ponitur pro auditione, & cognitione cauſarum, quæ fit ab habente juriſdictionem, ut *lib.* 2. *tit.* 13. *leg.* 1. *lib.* 7. *tit.* 19. *leg. ult.* Adde *tit.* 4. *lib.* 1. qui eſt *de Epiſcopali audientia*, h. e. de iis, de quibus cognoſcere ad Epiſcopos pertinet. ¶ Sumitur etiam generatim pro quacumque auditione. *Arnob. lib.* 3. *pag.* 117. Janua pandit viam ad deorum audientiam. Adde *lib.* 5. *pag.* 178. & *lib.* 6. *pag.* 192. ¶ Audientia pro ipſa audiendi facultate, *l'udito*. *Prudent. in Romano*, *v.* 954. Surdis fruendam reddere audientiam.

Audio, is, ivi, itum, a. 4. *udire*, שָׁמַע, Ger. *hœren*, *loſen*, Gal. *ouir*, Hiſp. *oyr*, ἀκούω, auribus accipio, ab αὐδὴ, ſonus, qui auditur, vel ab aura, quia vox per aerem ad aures fertur. *Cic. pro Sex. Roſc.* Attente, bonaque cum venia verba mea audiatis. ¶ Interdum eſt audita petentis concedere. *Virg.* 9. *Æn. v.* 631. Audiit, & Genitor cœli de parte ſiniſtra intonuit lævum. Sic audire preces alicujus; hoc eſt exaudire. ¶ Interdum credere, *credere*. *Cic. in Tuſc.* Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait. ¶ Interdum præcipienti parere, *ubbidire*. *Cic. Fam. l.* 2. *ep.* 7. Te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera. ¶ Hinc dicto audiens, vel adicto, i. e. qui obedit. In qua phraſi ſi perſona addenda ſit, in dativo poni debet, tanquam ſi dicto audiens unica vox eſſet. *Cic.* 6. *Verr.* 2. 12. Reſpondit dicto audientem fuiſſe Prætori. *Nepos in Lyſandro*, *c.* 1. Qui quod dicto audientes imperatoribus non erant. Sic *audire alicui* pro parere, apud *Apulej. in Apolog.* ¶ In hoc ſenſu etiam inanimis rebus tribuitur. *Ov.* 5. *Met. v.* 380. De mille ſagittis Unam ſepoſuit, ſed qua nec auctior ulla, Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum. *Virg.* 1. *Georg. v.* 514. Nec audit currus habenas. ¶ Audire pro intelligere, *Plaut. Epid.* 2. 2. 69. Ajebat, ſe audiviſſe ab ea, atque ex epiſtola. ¶ Audire etiam diſcentium eſt, qui ſcholam alicujus frequentant. *Cic.* 1. *de Nat. Deor. c.* 14. Cleanthes Zenonem audivit. ¶ Bene, vel male audire, eſt bonam, vel malam famam habere. *Cic.* 3. *Fin. c.* 17. eſt hominis ingenui velle bene audire ab omnibus. Sic apud *eund.* minus commode audire. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 16. Tu recte vivis, ſi curas eſſe, quod audis. *h. e.* diceris, perhiberis. Et *epiſt.* 7. *v.* 37. Rexque paterque audiſti. *h. e.* appellatus es. ¶ Auditur, pro *ſubintelligitur*, ut vulgo dicunt, eſt apud *Quintil. l.* 8. *c.* 5. ubi, quod νόημα ſit, explicat. Ejus verba ſunt: Eras dignus, ut haberes integram manum. Sic enim auditur: ut depugnares. ¶ *Audibo* pro *audiam* habet *Plaut. Capt.* 3. 4. 86. & alibi.

Auditāre frequentativum eſt ab *audire*. *Feſtus*. Auditavi, ſæpe audivi.

Auditio, f. 3. *l'udire*, שְׁמִיעָה, Ger. *hœrung*, ἀκρόασις, ipſe audiendi actus. *Cic.* 5. *Fin.* Fabellarum auditione ducuntur. *Id. Famil.* 8. *epiſt.* 1. Romam cum veniſſem, tenuem auditionem de te accepi. *h. e.* famam, ſermonem. Sic *Cæſ. B. G. l.* 7. *c.* 42. Levem auditionem habent *ex* comperto. ¶ Eſt etiam ſchola, diſſertatio, acroaſis, ut vertit *Gell.* græcam vocem ἀκρόασιν, *l.* 14. *c.* 2. Egreſſus ibi, inquit, ex auditione propere annotavi. Et *l.* 19. *c.* 8. Quando erat a Magiſtris auditionibuſque obeundis otium.

Auditiuncula, æ, f. 1. diminut. brevis auditio, ſeu acroaſis. *Gell. l.* 13. *c.* 19. Auditiuncula quadam de Catonis familia aſperſus es.

Auditor, ris, m. 3. *uditore*, שֹׁמֵעַ, Germ. *ein zuhœrer*, Gal. *auditeur*, Hiſp. *oydor*, ἀκροατὴς, qui audit. *Cic. Att.* 16. *ep.* 2. Bonos auditores nactus. ¶ Sumitur & pro diſcipulo. *Cic. de nat. Deor.* 1. 14. Perſeus Zenonis auditor. ¶ Etiam qui librum legit, *auditor* quodammodo dici poteſt, audit enim Auctorem illum. Atque hac ratione videtur locutus *Varro initio l.* 5. *de L. L.* Si qua erunt, inquit, ex diverſo genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem.

Auditorium, n. 2. *auditorio*, Gal. *auditoire*, Hiſp. *auditorio*, ἀκροατήριον, locus, ubi audiuntur Oratores. *Quintil. l.* 2. *c.* 11. Sed cujus rei gratia plenum ſit auditorium. ¶ Sed per Metonymiam accipitur etiam pro ipſa auditorum turba, *uditori*. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 7. Nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita ejus recitavit. ¶ Item ſchola eſt, ubi pueri ingenuas artes a Magiſtris audiunt. *Quint. l.* 10. 1. 2. Alia ratio eſt fori, & auditorii. ¶ Etiam pro foro, & tribunali ponitur, *palazzo della ragione*. *Paulus in l. contra*, *de re jud.* Is, qui ad majus auditorium vocatus eſt.

Auditus, us, m. 4. ſenſus audiendi, auditio, *udito*, שֹׁמֵעַ, Ger. *gehœr*, Gal. *ouye*, Hiſp. *el ſentido*, ἀκοή. *Plin. l.* 10. *c.* 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus.

Audītus, a, um, nomen ex particip. *udito*, *ſentito*, ἀκουσθεὶς. *Horat. l.* 3. *od.* 1. Carmina non prius audita canto. *Velley. l.* 2. *c.* 25. Audito crudelior. ¶ Elegans eſt participii hujus uſus, cum *audito* abſolute ponitur pro *re audita*. *Liv. l.* 27. *c.* 7. Audito, Marbaudam territum refugiſſe. *Tacit. Ann. l.* 2. *c.* 7. Audito caſtellum Luppiæ obſideri.

Audomarum, n. 2. *S. Omer*, urbs Belgii, ad fl. Agnionem, ex primis Arteſiæ, E. ſub A. Cameracenſi.

Ave, aveto, avete, avere, verbum defect. ſignificat *vive*, *vivi* &c. a voce Hebr. חַיֵּה, græce χαῖρε dicitur. Utebantur ea in matutinis ſalutationibus, *buon dì*, ut verbo *Valere*, ὑγιαίνειν, in veſpertinis. *Martial. l.* 1. *epigr.* 56. Et matutinum portat ineptus ave. *Id. l.* 9. Non vis, Afer, avere, vale. V. Avez. ¶ Sæpiſſime in antiquis monumentis reperitur *have* cum aſpiratione.

Avectus, a, um, nom. ex particip. *portato*, *condotto via*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 43. Avecti hoſtes. Et *l.* 11. *v.* 205. Avecta corpora.

Avĕho, is, exi, ectum, a. 3. *condurre via*, ἀπάγω, abduco, alio veho. *Ter. in Adel.* 4. 5. 19. Is venit, ut ſecum avehat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 516. penituſque alias avexerat oras. ¶ Scribitur & *abveho*.

Avellāna, næ, f. 1. *nocciuola*, לוּז, Gal. *noiſette*, *aveline*, Hiſp. *el avellana*, λεπτοκάρυον, nux coryli arboris. Primum dicta eſt Abellina, deinde Avellana, ab Avellino Campaniæ opp. quod *Abella* a Virg. *Avella* a Silio appellatur, quia ibi abundat. Dicitur etiam *nux Pontica*, quod primo e Ponto exiit in Græciam, & Italiam. Item *nux Prænestina*, quod Prænestini his abundent, vel quod ab Annibale obſeſſi his nucibus famem toleraverint. Eſt autem *Avellana* adjectiv. ut cum abſolute ponitur, intelligatur, nux. Dicitur tamen & nux Avellana. *Plin. l.* 37. *c.* 4. Avellanæ nuclei ſimilis. *Scribon. Larg. compoſ.* 135. Avellanæ nucis magnitudine.

Avello, lis, avulſi, & aliquando avexi, avulſum, a. 3. abſtraho, aufero, *sbarbicare*, *ſtirpare a forza*, *ſpiccare*, *ſtaccare*, נָתַק, Germ. *abreiſſen*, *dannenreiſſen*, Gal. *arracher*, *retirer à force*, Hiſp. *arrancar*, ἀποσπάω, a loco per vim vello, abſtraho. *Cic. de Sen.* 19. Poma ex arboribus, ſi cruda ſint, vi avelluntur. *Id. pro Fonteio*, *c.* 17. De matris complexu avellere, atque abſtrahere. ¶ *Avellerat*, pro *avulſerat* eſt apud *Curt. l.* 5. 2. 6. 5.

Avēna, æ, f. 1. *avena*, Ger. *haber*, Gal. *avoine*, Hiſp. *avena*, βρῶμος, herba ex frumentacea genere, equorum præcipue pabulis naſcens, tritico foliis & calmo ſimilis, ſemen habens ejuſdem nominis, e ſummo pendens culmo. *Plin. l.* 18. *c.* 17. Primum omnium frumenti vitium avena eſt, & hordeum in eam degenerat. ¶ Ponitur interdum pro fiſtula, ſeu calamo, & metaph. pro ſtylo Poetico. *Virg. Ecl.* 1. Sylveſtrem tenui muſam

medi-

Digitized by Google

meditarie avena. ¶ Item pro culmis, & ſtipulis frugum non habentibus. *Virg. 1. Georg. v. 153.* Steriles dominantur avenæ.

Avenaceus, a, um, adject. ad avenam pertinens, ut farina avenacea, apud *Plin. l. 29. c. 6.*

Avenarius, a, um, ut avenaria cicada, quam nonnulli frumentariam vocant, quia ſimul cum frumentis areſcentibus apparet. *Plin. l. 11. c. 26.*

Avens, tis, pro libens ex Nævio affert *Gell. l. 19. c. 7.* Hinc

Aventer, adverb. i. e. cupide. *Sidon. l. 2. epiſt. 2.* Quia tu contubernio noſtro aventer inſertus fallis inclementiam Canicularem. Adde *Ammian. l. 18. c. 5. & l. 29. c. 13. ed. Gron.*

Aventinienſis, e, adject. ad Aventinum ſpectans, ut Aventinienſis Diana, *Val. Max. l. 7. c. 3. 1.* quæ in Aventino colebatur.

Aventinus, i, m. & Aventinum, i, n. *M. di S. Sabina*, [illegible], unus ex 7. collibus Romæ, ad cujus radicem Tiberis præterlabitur, dictus ab avibus, quod eo aves ſe a Tiberi ferrent, vel ab Aventino Rege Aboriginum, Romuli Silvii filio, qui in eo monte ſepultus fuit, ut opinatur *Liv. l. 1. c. 3.* ¶ Aventinus etiam fuit Herculis filius. *Virg. Æn. 7. v. 656.* Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus.

Aventinus, a, um, adject. ab Aventino, ut Aventina arx, *Ovid. 6. Faſt. v. 728.* & Aventina ſilva, *l. 3. v. 329.*

Aveo, es, a. 2. ſine præt. & ſup. *deſiderare, appetire*, [illegible], Germ. *begehren*, Gal. *ſouhaiter*, Hiſp. *deſſear*, γλίχομαι, concupiſco. Uſurpatur fere cum alterius verbi infinito. *Cic. 1. Off. c. 4.* Avemus aliquid audire, & diſcere. & *Attic. l. 1. epiſt. 15.* Valde aveo ſcire, quid agas. ¶ Apud Veteres *aveo* in uſu fuiſſe, pro ſalvus ſum, & incolumis, a quo *ave, avete*, vox ſalutandi, colligitur ex *Mamertino in Paneg. Julian. c. 29.* ubi inquit: Aveo plane imperatur, & avebo. neque enim eventus eſſe poteſt hujus optati ambiguus, cum is avere jubeat, qui jam facit, ut averem. Reſpicit autem ad ſalutationem Imperatoris, qui dixerat: *Ave Conſul ampliſſime.* V. Ave. ¶ Veteres ſcripſerunt etiam *haveo*, & *have*, ut videre eſt in multis inſcriptionib. quas collegit *Manut. in Orthograph.*

Avernalis, e, adject. ab Averno, ut Avernales aquæ, *Horat. Epod. 5. v. 26.*

Avernus, m. 2. & n. plur. Averna, orum, n. 2. Ἄορνος, *Lago d'Averno*, & *Lago di Tripergola*, lacus Campaniæ prope Bajas, apud antrum Sibyllæ Cumanæ, e Puteolis 3. M. P. dictus ab α priv. & ὄρνις, avis, quaſi ſine avibus, quia ejus aquæ inter denſas ſylvas adeo peſtilentes ſunt, ut aves ſupervolitantes mortuæ decidant. Hinc ad Inferos deſcenſum eſſe Poetæ fabulantur, qui etiam Avernum pro loco Inferorum uſurpant. *Lucret. l. 6. v. 740.* Principio quod Averna vocantur, nomen id ab re impoſitum eſt, quia ſunt avibus contraria cunctis. Et pro inferorum locis *Stat. 11. Theb. v. 588.* pigri ſulutor Averni: i. e. Charon.

Avernus, a, um, adject. *Sil. Ital. l. 13. v. 601.* Conjux Junonis Avernæ i. e. Plutn. Juno autem Averna ea eſt, quam *Virg. Æn. 6. v. 138.* Infernam, *Claudian. l. 1. de Rap. Proſerp. v. 2.* profundam vocat: ſcil. Proſerpina.

Averro, is, erri, a. 3. aſporto, aufero, quaſi verrendo alio abduco. *Lucin. Macer* apud *Priſcian. l. 10.* Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam reliquias averrerunt.

Averruncaſſo, averruncavero, ut *levaſſo, impetraſſo*. *Pacuv.* apud *Varron. l. 6. de L. L. c. 5. a med.* Dii monerint meliora, atque amentiam averruncaſſint tuam. *Non. c. 2. n. 49.* hæc verba tribuit *Lucilio l. 26.* ¶ *Averruncaſſere*, averruncare. *Pacuv.* apud *Non. ibid.* Poſſum ego iſtam cladem capite averruncaſſere?

Averrunco, a. 1. *rimovere, ſcacciare*, [illegible], Germ. *auſſreuten*, Gal. *oter, deſtourner*, Hiſp. *eſtorvar, quitar*, ἀποτρέπω, averto, depello, ex ab, & erunco, quod eſt runca cædere, vel ab ἀνείργω, prohibeo, vel a verrunco, verto. Proprie eſt amputare, reſecare: unde in Gloſſis cupon., ἀνατέμνω. ¶ Translate eſt avertere, depellere, *allontanare*. *Cic. Att. l. 9. ep. 2.* Dii, inquis, averruncent. *Liv. l. 10. c. 23.* Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum cauſa ſupplicationes in biduum Senatus decrevit.

Averruncus, ci, m. 2. ἀποτροπαῖος, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala averruncare, hoc eſt, depellere, atque avertere putabatur, cujuſmodi apud Græcos habebantur Hercul. & Apollo, quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποτροπαίους, & ἀποπομπαίους appellabant. *Pacuv. apud Varr. l. 6. de L. L.* Deus, qui meis rebus præeſt Averruncus.

Averſabilis, le, adject. abominandus, *abbominevole*. *Lucret. l. 6. v. 389.* Scelus averſabile. *Arnob. l. 7. pag. 249.* Averſabilis fœditas.

Averſatio, onis, recuſatio, faſtidium, ἀποστροφή, *averſione*. *Quintil. l. 8. c. 3.* Mihi cernere videor eorum, qui aderant, tacitam averſationem, ac timidam verecundiam.

Averſatrix, icis, f. quæ averſatur, atque odit. *Tertull. de anim. cap. 51.* Crudelitatis averſatrix.

Averſatus, a, um, nom. ex particip. paſſ. ſignif. pro averſus. *Aurel. Vict. epit. 43.* Cachinnantem vultu notare averſato.

Averſio, onis, contrar. *Adverſio*, ipſe avertendi actus, ἀποστροφή. *Quintil. l. 9. c. 2.* poſt deſcriptam Apoſtrophen, ſubjungit: illa quoque vocatur Averſio, quæ a propoſita quæſtione abducit audientem. ¶ Apud JCtos averſione emere, locare, vendere, eſt, cum emptor, vel venditor ſuſcipit in ſe omne periculum rei, quam vendit aut emit, & a venditore, ſeu emptore avertit. *Leg. 4. §. 1. Dig. de peric. & comm. rei vend.* Averſione vinum venit. Aliqui leg. *Adverſio*, ſed *Averſio* rectius.

Averſor, aris, d. 1. *abbominare, volgere il volto a altra parte*, [illegible], Ger. *abſchewen haben*, Gal. *rejetter, deteſter*, Hiſp. *aborrecer*, ἀποστρέφομαι, deteſtor, abominor ab aliqua re, quam odio habeo, vultum averto. *Col.* Nec rubos averſatur capra. Sic averſari honorem, *Ovid. 1. Faſt. v. 5.* Averſari ſcelus, *Curt. l. 6. c. 7. n. 10.* ¶ Interdum abſolute ponitur. *Cic. 4. Verr. c. 76.* Hærere homo, averſari, rubere.

Averſor, oris, m. 3. ἀποστερητής, qui aliquid alio avertit. *Cic. in Ver. 7. c. 58.* Averſor pecuniæ publicæ.

Averſus, a, um, o. 1. 2. *quello, che volge le ſpalle verſo noi*, [illegible], Ger. *widerwertig*, Gal. *qui a le dos tourné*, Hiſp. *el que buelve las eſpaldas*, ἀπεστραμμένος, qui faciem a nobis avertit, tergumque oſtendit, cujus antitheton eſt *adverſus*, ἐναντίος, qui faciem anterioremve partem nobis objectam habet. *Cic. 3. de Orat.* Adverſus, & averſus impudicus es. *Vellej. l. 2. c. 63.* Per averſa caſtrorum. *per la parte di dietro*. Averſa charta apud *Mart. l. 8. epigr. 62.* ¶ Per metaphoram averſus eſt iratus, infeſtus, alienus, contrarius, *irato, nemico, contrario*. *Cic. Att. l. 8.* Deos averſos eſſe a ſalute populi R. *Id. Attic. l. 11.* Averſiſſimo animo a me fuit. *Horat.* Amicos averſos componere. *Id.* Averſus mercaturis. *Cic. Catil. 3. c. 9.* Averſus a vero. *Liv. l. 2. c. 8.* Averſus a propoſito. *Cic. Att. 11. 5.* Averſiſſimo animo eſſe ab aliquo. *Senec. de Ira 2. 24.* Vultus averſior. Cum gemit. *Tacit. Ann. 14. c. 26.* Averſus animi. ¶ Apud *Cic. in Verr. 3.* averſa pecunia publica, eſt pecunia abducta, ab *averto*. Sic apud *eund.* averſum frumentum a Rep. h. e. abreptum. V. averto.

Averta, æ, f. *valigia*, pera, mantica, quæ equo imponitur itinere. *Acron ad Horat. l. 1. ſat. 6. v. 106.* & in *Cod. Juſtin. 12. 54. 12.*

Avertarius, equus, qui avertam geſtat. *Id. Cod. Theodoſ. 8. 5. 22.*

Averto, & abverto, is, ti, ſum, a. 3. arceo, removeo, abduco, prohibeo, propello, amoveo, *rimuovere, volgere altrove*, [illegible], Ger. *abwenden*, Gal. *deſtourner*, Hiſp. *eſtorvar*, ἀποτρέπω. *Virg. 1. Æn.* Nec poſſe Italia Teucrorum avertere Regem. ¶ Hujus antitheton eſt *adverto*. Unde advertere oculos, vel mentem, dicimus, pro ad rem aliquam aciem oculorum, vel mentis convertere, *riguardare, conſiderare*. Avertere autem, eſt alicunde removere, & aliorſum flectere. *Cic. de Amic.* Tu, velim, animum parumper a me avertas. *Id. in Philipp.* Avertere ſe. h. e. terga vertere. & *pro Corn.* Avertere ſe totum. ¶ Eſt item averto, furtim, vel rapina aliquid ſubducere. *Cic. Verr. 1.* Pecuniam publicam avertit. Sic apud *eund. in Fam.* Hæreditatem avertere. V. *Averſus*. ¶ Item propulſare, arcere, *Virg. Æn. 3. ad fin.* Dii talem terris avertite peſtem. Sic *quod Dii omen avertant*, apud *Cic.* & alios. Avertere furorem alicujus a pernicie Reip. apud *eund.* Avertere hoſtem a portis, apud *Caſ.* ¶ Avertere ſe ab aliquo, apud *Plaut.* & ab alicujus amicitia, apud *Caſ.* eſt ſe removere. ¶ *Avertere ſe alicui*, pro *ab aliquo*, legitur apud *Col. l. 6. c. penult.* ¶ Avertere culpam a ſe in alium, apud *Liv.* Avertere ſe in mercaturam, apud *Plaut.* ¶ Magicis ſacris ſenſus avertere. *Virg. Ecl. 8.* hoc eſt incantationibus dementare. ¶ *Averto* neutrorum more. *Corn. Sever. Ætnæ v. 150.* Flamma avertit, quæ proxima cedunt. h. e. avertit iter. *Virg. 1. Æn. v. 406.* Dixit, & avertens roſea cervice refulſit.

Avertor, eris, d. 3. ἀποστρέφομαι, dedignor, averſor. depon. *Virg. Georg. 3. v. 499.* Victor equus fontes avertitur &c.

Auſeia aqua. V. Martia.

Aufero, es, abſtuli, ablatum, a. eripio, abripio, adimo, detraho, removeo, *togliere, portar via*, Gall. *emporter, porter*, Hiſp. *quitar, llevar*, ἀφαιρέω, ex ab, & fero. *Cic. 3. de Fin.* Commentarios quoſdam Ariſtotelicos, veni, ut auferrem. *Id. l. 7. Attic. ep. 21.* Pecuniam auferre ex ærario. ¶ *Auferre ſe*, eſt abire, & quidem præcipitanter. *Plaut. Aſin. 2. 4. 63.* Aufer te domum, abſcede hinc, moleſtus ne ſis. ¶ Aliquando auferre eſt impetrare. *Cic. Att. l. 16. ep. 14.* Verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus. *Plaut. Moſtell. 4. 1.* Bene merens hoc pretium inde abſtuli. ¶ Auferri, pro allici, aut decipi, *Ovid. 1. de Remed. v. 344.* Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui. *Cic. 2. Fam. ep. 7.* Ne te auferant aliorum conſilia. ¶ Reſponſum auferre, apud *Cic. 1. de Or. c. 56.* eſt reſponſum accipere. ¶ Auferre paucos dies ab aliquo creditore, apud eund. *pro Quint. c. 5.* eſt paucorum dierum veniam ad ſolvendum obtinere. Auferre litem, apud *Plaut. Rud. Prol. v. 10.* eſt litem obtinere. ¶ Aufer me vultu terrere, *Horatius* dixit 2. *ſat.* h. e. ceſſe. ¶ Hæc res me tranſverſum abſtulit, dixit *Plautus*: h. e. me a recto tramite abduxit.

Aufidena, Auphidena, f. 1. Αὐφίδηνα, *Alfidena*, opp. Caracenorum, in Aprutio cit. ad radices Apennini, *Liv. l. 10. c. 12.*

Aufidenates, populi inter Samnites. *Plin. l. 3. c. 12.*

Aufidianus, a, um, adject. poſſeſſ. ut Aufidianum nomen. *Cic. 16. Fam. ep. 19.*

Aufidius cognomento Lurco, Civis Romanus, qui primus pavones ſaginare aggreſſus eſt, & ex eo quæſtu reditum ſexagenorum ſeſtertiorum percepit. *Plin. l. 10. c. 20.*

Aufidius Baſſus, nobilis Hiſtoricus Quinctiliani ætate, qui de rebus Germanicis ſcripſit.

Aufidus, m. 2. *l'Olfanto*, Αὔφιδος, Fl. Apulorum, qui oritur in Principatu ult. ex Apennino M. in fin. Hirpinorum, quem ſecas, ſupra Compſam 6. M. P. quam alluit, & inter Daunios, & Peucetios illos ſeparans in mare Adriaticum defertur. *Horat. l. 3. Od. 30.* Qua violens obſtrepit Aufidus. ¶ Eſt etiam Aufidus, a, um, adject. ut Aufida ſtagna apud *Sil. l. 10. v. 171.*

Aufugio, is, ugi, n. 3. *fuggire altrove*, [illegible], Ger. *hinweg fliehen*, Gal. *s'enfuir, eſchapper*, Hiſp. *huyr*, ἀποφεύγω, alio fugio. Sæpe ponitur abſolute, ſine caſu. *Cic. Fam. 13. 77.* Cum multos libros ſurripuiſſet, aufugit. ¶ Interdum ablat. jungitur cum præp. *ex*. *Liv. l. 1. c. 33.* Ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat. ¶ Invenitur etiam cum accuſ. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 43. ex Arato:* Aufugiens conſpectum mœſta parentis. ¶ Aufugere ad aliquem eſt confugere, *Apul. in Apolog.*

Auga, æ, f. 1. vel Auge, es, vel Augea, æ, Αὔγη, ἡ Αὔγεια, mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Aleo patre, cum ab Hercule corrupta deprehenderetur, in urna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe, ſed Palladis providentia urnam ad Caycí oſtia tranſmiſſam evaſiſſe, & Augen a Teuthrante exceptam eidem nupſiſſe, illumque Telephum pro filio educaſſe, & Regni ſucceſſorem inſtituiſſe. *Strab. l. 13.* Aliter *Diodorus l. 5.* Auge, inquit, mater Telephi fuit ex Hercule, quæ a patre gravida deprehenſa nauclero cuidam tradita eſt ſubmergenda, ſed antequam ad mare pervenirent, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui poſtea inventus a paſtoribus Corytho regi datus eſt, & Telephi nomine appellatus, quod a paſtoribus inventus eſſet pendens ab uberibus cervæ. Auge vero a mercatoribus, qui illam a nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem Regem delata eſt, ubi poſtea a Telepho filio fuit agnita.

Augeas, m. 1. Comicus Athenienſis. ¶ Item Rex Eleorum. V. Augias.

Augeo, es, xi, auctum, a. 2. majus facio, amplifico, exaggero, cumulo, *accreſcere, far maggiore*, [illegible], Germ. *mehren*, Gal. *augmenter, multiplier*, Hiſp. *acrecentar*, αὔξω, αὐξάνω, ὀφέλλω, magis facio, ab αὔξω, vel αὔξω, σ, quod in ξ ineſt, percuſſo, & ε abeunte in γ, & tum ad res, tum ad perſonas refertur. Ad perſonas. *Cic. Brut.* Auctus Antonii beneficio ſum. ¶ Ad res. *Id. in Verr.* Locupletiſſimi cujuſque cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Sic augere Remp. agris, & urbibus, *Id. pro Sext. Roſc.* Et *Ter. Heaut. 4. 1.* Herus damno auctus eſt. *Plaut. Stich. 1. 1. 49.* Augeri mœrore. *Tacit.* Augere aliquem nominibus Imperatoris. h. e. ornare. *Ovid. 3. Faſt.* Æneas regno, nataque Latini auctus erat. ¶ Uſurpatur aliquando abſolute. *Plaut. Men. 3. 5. 27.* Dii me quidem adjuvant, augent, amant. ¶ Eſt etiam verbum ſacrorum. Nam cum mola ſalſa reſpergebatur hoſtia, tunc augeri dicebatur, item mactari. de quo V. ſuo loco. *Vet. Inſcript.* Si quis huic aræ donum dare, augereque volet, liceto. *Augere aram*, habet & *Plaut. Merc. 4. 1. 11.* pro aræ imponere aliquid ad ſacrificium. ¶ Pro gignere adhibetur a *Lucret. lib. 5. v. 323.* Nam quodcumque alias ex ſe res auget, aliitque. ¶ Uſurpatur etiam neutrorum more, & paſſiva ſignificatione, *Cato* apud *Gell. l. 18. c. 12.* Eo eorum res auxit. h. e. crevit, aucta eſt.

Augeſco, ſcis, n. 3. adaugeſco, *creſcere, aumentarſi, ingraſſarſi*, [illegible], Ger. *groſſer werden, zunemmen*, αὐξάνομαι, creſco, incrementum accipio, in ſignificatione paſſiva, & intranſitive, ſeu abſoluta. *Cic. l. 2. nat. Deor. c. 10.* Temperatione caloris oriri, & augeſcere.

Augias, m. 1. Tyrannus Elidis. Huic bubile erat capiens tria boum millia, quod antea nunquam purgatum, ab Hercule expurgatum eſt, immiſſo Alpheo fluvio. Unde *Augiæ ſtabulum repurgare*, proverbio dicitur pro rem immenſi laboris conficere. *Senec. in Apocoloc.*

Augifico, as, a. 1. *Ennius*, dixit pro augeo. Et tabes numeros augificabit ſuos. *Non. 2. 61.*

Augmen, inis, n. 3. *accreſcimento*, [illegible], Ger. *ein mehrung*, Gal. *augmentation, accroiſſement*, Hiſp. *acrecentamiento*, αὔξησις, augmentum. *Lucret. l. 3. v. 269.* Perfectum corporis augmen.

Augmento, as, a. 1. αὐξάνω, idem, quod augeo. *Jul. Firmic. l. 5. c. 6.* Ut theſauros tuos augmentes.

Augmentum, i, n. 2. *aumento, accreſcimento. Plin. 37. 6.* Augmentum fulgoris. *Apul. l. 1. Dogm. Plat. p. 6.* Multiplicatis augmentis incrementiſque. ¶ Eſt etiam verbum ſacrorum, ut de augeo diximus. *Varro* enim *l. 4. de L. L.* Augmentum vocat, quod ex immolata hoſtia deſectum eſt. Ubi *Scalig. in conject. p. 48.* legit Augmentum, de quo & *Arnob. l. 11.*

Augur, guris, g. com. 3. *augure, indovino*, נחש, Ger. *ein weiſſager*, Gal. *devin, augure*, Hiſp. *agorero*, οἰωνοπόλος, qui ex volatu, aut cantu avium futura divinat, ita dictus ab augendo, vel quod divinet ex garritu, ſeu cantu avium, vel ex geſtu, ideſt modo, quo ſe gerunt aves in volando, vel ex ſignis, quæ aves gerunt, vel a guſtu, ideſt, ſi aves paſcuntur, & qua ratione. *Cic. 1. de Div.* Ipſe optimus Augur fuiſſe traditur. *Id. Philipp. 1. c. 10.* Dicere de futuris aſt augurum. *Horat. l. 5. od. 17.* Augur annoſa. ¶ Apud Romanos maximo in honore ſemper habiti, & ſacri appellati. *Florus l. 1. c. 5.* Inde Romanis ſacer auguratus: *ſc.* poſt diſſectam ab Accio cotem ſub Tarquinio Priſco. qua de re *Liv. l. 1. c. 36.*

Auguracŭlum, n. 2. οἰωνοσκοπεῖον, locus, vel arx, ubi auguria capiebant. *Feſtus.*

Augurāle, is, locus erat in caſtris, ubi auguria capiebantur, de quo *Tacit. Ann. 2. c. 13. & l. 15. c. 10. Hyginus* Auguratorium vocat, *Feſtus* Auguraculum. ¶ Aliud augurale eſt apud *Sen. de Tranquillit. an. c. 11.* ubi inquit: Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augerale, & lora ſordes, & exportatio comitentur. Ubi *augurale* aſt ornamentum, ſeu inſigne augurum, ut Lituus, &c.

Augurālis, le, o. 3. οἰωνοσκοπικὸς, ad Augurem pertinens, ut Auguralis virga, auguralis cœna, quæ & adjicialis, augurales libri, auguralia inſignia, porta auguralis, vir auguralis, &c. *Varr. de R. R. c. 6.* Primus hos Q. Hortenſius augurali cœna poſuiſſe dicitur. Erat autem auguralis cœna, quam dabat Augur, qua primum die Sacerdotium accipiebat. V. Adjicialis. ¶ Auguralis vir, i. e. Auguratus dignitate præditus, ut vir Conſularis. *Cic. de cl. Orat. c. 77.*

Auguratio, f. 3. *indovinazione*, οἰωνοσκοπία, divinatio, ipſa actus augurandi. *Cic. 2. de Divin. c. 30.* Quæ tandem iſta auguratio eſt? &c.

Augurāto, adverb. *per augurio*, οἰωνοσκοπικῶς, auſpicato. *Liv. l. 1. c. 18.* Romulus augurato in urbe condenda Regnum adeptus eſt.

Auguratorium, ii, n. locus, ſeu ædificium capiendis auguriis deſtinatum. *Inſcript.* apud *Gruter. p. 128. n. 4.*

Auguratrix, icis, quæ auguratur. *Paul. Diac. in epit. Feſti, in voce Lingulaca.*

Augurātus, a, um, nomen ex particip. paſſiva ſignif. ut *auguratum templum*, *Cic. in Vatin. c. 10.* de quo ſcilicet rite capta eſſent auguria.

Augurātus, us, m. 4. οἰωνοσκοπία dignitas Auguris. *Cic. de Divin. l. 1. c. 17.* Quod clariſſimum eſt inſigne auguratus.

Augurium, ii, n. 2. *augurio*, οἰωνοσκοπία, divinatio, quaſi *avigerium*, ab avium geſtu, vel *avigarrium*, ab avium garritu. *Cic. 1. de Divin.* Omnino apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. ¶ Agere augurium, *Cic. 3. Offic. Varro l. 5. de L. L.* Augures, inquit, augeria augurium dicuntur, cum in eo plura dicunt, quam faciant. ¶ Augurium capere dicebantur Candidati, cum nocte, quæ Comitia præcedebat, ſub dio extra Urbem cubantes, dein ſolida ſella ſedentes, in loco ei rei deſtinato expectabant, dum ipſis Deus aliquod bonum ſignum mitteret. V. *Caſaub. ad illud Suet. in Aug. c. 95.* Primo autem Conſulatu ei augurium capienti duodecim ſe vultures, ut Romulo, oſtenderunt. ¶ Captabantur autem auguria ex volatu avium, cantu oſcinum, & tripudiis ſoliſtimis, ut breviter complexus eſt *Cic. Fam. 6. epiſt. 6.* V. Auſpicium. ¶ Ponitur interdum pro augurii interpretatione. *Ovid. 1. Met. v. 395.* Conjugis augurio quamquam Titania mota eſt. ¶ Item pro ſcientia augurandi. *Virg. 9. Æn. de Rhamnete augure.* Sed non augurio potuit depellere peſtem. ¶ Item pro munere, & dignitate auguris. *Virg. 12. Æn. v. 393.* Augurium, citharamque dabat. ¶ *Augurium auſpicii* eſt augurium ex ſpectione avium captum. *Plaut. Aſin. 2. 1. 15.*

Augurius, a, um, o. 1. 2. οἰωνοσκοπικὸς, idem quod auguralis. *Cic. epiſt. l. 2.* Cum ipſam cognitionem juris augurii conſequi cupio.

Augŭror, aris, d. 1. & auguro, as, a. 1. *augurare, indovinare, immaginarſi*, נחש, Ger. *weiſſagen*, Gal. *augurer*, Hiſp. *agorar*, οἰωνοσκοπέω, eſt ex avium volatu, vel cantu, vel paſtu futura divinare, & latius quovis modo futura conjicere, cum accuſativo, & aliis caſibus communibus. *Cic. 2. Divin. c. 53.* Calchas ex paſſerum numero belli Trojani annos auguratus eſt. *Id. Attic.* Quantum conjectura auguramur. *Id. in Bruto*, Quid de illo augurer, lubet dicere. *Idem Cacina*, Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis tibi auguror. *Virg. Æn. l. 7. verſ. 273.* Si quid veri mens augurat. Ubi *Serv. Auguro* dicimus, ſecundum *Plin.* cum præſagio mentis futura colligimus: *auguror* vero, cum futura veris captamus auguriis.

Augusta, æ, f. 1. Romani Imperatoris uxor. *Tacit. l. 2. Ann. c. 34.* Quamquam Auguſta, violari ſe & imminui, quereretur. Sic ſæpiſſime in antiquis inſcriptionibus. V. *Gruterum.*

Augusta, *Sebaſte, Sevaſta*, urbs Ciliciæ, in ora, inter Tarſum, & Anemurium ad Occ. al. opp. inter Corycium, & Pompeiopolim. ¶ Item, *Tubinga*, Urbs, & Acad. Svevor, in Duc. Wirtembergenſi, ad Nicrum fl. Condita fuit a Caracalla Auguſto. ¶ Auguſta item, al. Xiphonia, *Auguſta*, opp. marit. Siciliæ, ad Or. in Noctina valle, opus Friderici Auguſti.

Augustale, is, n. 3. domus Principis, Imperatoris tabernaculum. *Quin. l. 8. c. 2.* Tabernaculum Ducis, Auguſtale.

Augustalĭcus, a, um, adject. in Vet. inſcript. apud *Fabret. p. 486.*

Augustālis, le, adject. ad Auguſtum pertinens, ut Ludi Auguſtales, in honorem Auguſti editi, de quibus *Tacit. l. 1. Ann. c. 15. & 54.* ¶ Auguſtales etiam dicebantur vel Sodales Auguſtales, Sacerdotes quidam itidem in honorem Auguſti inſtituti. *Tacit. l. 2. Hiſtor. c. 95.* Auguſtales faces ſubdiderunt, quod Sacerdotium ut Romulus Tatio Regi, ita Cæſar Tiberius Juliæ Genti ſacravit. ¶ Denique Auguſtales dicti Milites ordinariis ab Auguſto additi, ut docet *Vegetius l. 2. c. 7.*

Augustalĭtas, atis. Hoc nomen eſt in duabus Inſcript. apud *Grut. p. 215. n. 2. & p. 354. n. 7.* Sed cave uſurpes.

Augustanus, V. Auguſtianus.

Augustātus, a, um, conſecratus, auguſtus factus. *In jure Papiniano* apud *Macrob. Satur. 3. 11.* In templo Junonis Populoniæ auguſtata menſa eſt. *Turneb. l. 18. adverſ. c. 4.*

Auguste, adverb. *ſantamente, religioſamente*, σεβασμίως, cum augurio, ſeu captato augurio, ſancte, pie, religioſe. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 21.* Quem noſtri majores auguſte, ſanctéque Liberum cum Cerere, & Libera conſecraverunt.

Augustēus, a, um, adject. ab Auguſto: in uſu eſt apud *Frontin. de Colon.* ubi limites, & terminos rotundos in effigiem columnæ, Auguſteus vocat. ¶ *Auguſteum*, i, n. eſt Ædes in honorem Auguſti dicata.

Augustianus, & Auguſtanus, a, um, ad Auguſtum pertinens. *Suet. in Ner. c. 25.* Sequentibus currum ovantium ritu plauſoribus, Auguſtianos, militeſque ſe triumphi ejus clamitantibus. Hos ipſos *Tacitus Ann. 14. c. 15.* Auguſtanos appellat.

Augustīnus, a, um, aliud adject. ab Auguſto, ut a Criſpo Criſpīnus. *Suet. in Claud. c. 11.* Circenſi pompa currum elephantorum Auguſtino ſimilem decernendum curavit. Al. leg. *Auguſteo.*

Augustīnus, i, Tagaſte in Africa natus, primum hæreticus Manichæus, deinde Matris Monicæ precibus, & lachrymis ad Chriſtianam veram Religionem revocatus, & ab Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo baptizatus, floruit ſub finem Sæculi Chriſtiani quarti: cujus acumen ingenii & diſputationibus contra Hæreticos, & libris quampluримis editis Catholica Eccleſia ſemper admirata eſt, maximamque illi inter SS. Patres tribuit auctoritatem: adeo ut unus ſit ex quatuor, quos antonomaſtice Doctores Eccleſiæ nominamus.

Augusto, as, a. 1. auguſtum, ac venerabilem reddo. *Arnob. l. 6. p. 201.* Auguſtare deos.

Augustus, a, um, o. 1. 2. *auguſto, venerabile, ſacro*, הדור, Ger. *heilich*, Gal. *auguſte*, Hiſp. *auguſto*, σεβαστὸς, ſanctus, venerabilis, & dignus, quem religioſa quadam veneratione, obſervationeque colamus, ab *augurium*, quia proprie eſt id, quod augurio eſt conſecratum, vel ab avium geſtu, quia ab avibus ſignificatum eſt, vel ab avium guſtatu, quia aves paſtæ id ratum fecere, ut *Feſt.* explicat, & *Tranquill. in Aug. c. 7.* vel ab augendo, ut *Ovidius* ſcripſit *1. Faſt. v. 609. Cic. 5. Tuſc. c. 15.* Ex hoc Platonis quaſi quodam ſancto, auguſtoque fonte noſtra omnis manabit oratio. ¶ Hinc Octavianus decreto Senatus, fine bellis civilibus impoſito, ob egregias virtutes Auguſtus, quaſi venerabilis, dictus eſt. *Ovid. ib.* A quo deinde Imperatores reliqui Auguſti appellati ſunt, & appellantur. ¶ Item Senatui viſum eſt Sextilem menſem Auguſtum appellari, in honorem Octaviani Auguſti, quod hoc menſe primum illi Conſulatum iniiſſet, & bellum civile confeciſſet. ¶ Adjective *Pallad. l. 8. tit. 9.* Quartodecimo calendarum Auguſtarum. ¶ Auguſta dicuntur etiam non ſolum ſancta, & conſecrata, ſed etiam quæ ſpecie magnifica, & admirabilia ſunt. *Virg. Æn. 7. v. 170.* Templum auguſtum, ingens, ſeptem ſublime columnis. Sic auguſta forma viri, *Florus l. 1. c. 1.* Gravitas auguſta, *Ovid. Met. 6. v. 75.* Auguſtiora primordia, *Livius in præfat.* Vir auguſtiſſimus. *Vopiſc. Tacit. c. 7. & Stat. 4. Sil. 8. v. 29.*

Augustus, i, V. in auguſtus, a, um.

Avia, orum, ſubſtant. n. plur. loca prærupta, difficilia aditu, quaſi ſine via. *Val. Flacc. l. 5. v. 475.* Horrenda avia. *Sil. l. 12. v. 352.* Latebroſa per avia ſaltus. *Tacit. Ann. 6. c. 21.* Per avia, ac derupta præibat eum.

Avia, æ, f. 1. μάμμη, patris, vel matris mater, אם. *Plaut. Truc. 4. 5. 54.* Matres duas habet, & avias duas. ¶ Metonymice *Perſ. 5. 92.* avias appellat inveteratas in animo opiniones, quas vel ab avia quis didiciſſe videri poteſt, fabulas, & deliramenta anilia. ¶ *Avia* item eſt nomen herbæ. *Col. l. 6. c. 14.*

Aviarium, ii, n. 2. ὀρνιθὼν, ſecretum nemus, quod aves frequentant, vel quod avibus abundat. *Virg. 2. Georg. v. 430.* Sanguineis inculta rubent aviaria baccis. ¶ Item locus, ubi aves clauſæ cuſtodiuntur, & nutriuntur, vel quo quædam aves, ut columbæ, & paſſeres ſe recipiunt. *Cic. Q. Fr. 3. 1. 1.* Nihil reſtabat præter balnearia, ambulationem, & aviarium. Adde *Colum. l. 8. c. 1.*

Aviarius, m. 2. *colui, che tiene cura d'uccelli*, Ger. *vogelſorger*, Gal. *oiſelier*, Hiſp. *guarda de ave*, ὀρνιθοκόμος, qui curam avium gerit. *Col. l. 8. c. 3.* ¶ In vet. Gloſſ. *aviarius* expon. ὀρνεοπώλης, h. e. qui aves vendit.

Aviarius, a, um, ad aves pertinens, ut rete aviarium, *Varr. R. R. 3. 5.*

Avicula, dim. f. 1. *uccellino, augellino*, Ger. *ein vogelin*, ὀρνιθάριον, parva avis. *Gell. l. 2. c. 29.* Avicula eſt parva. ¶ Item dimin. eſt ab avia. *Cic. pro Flacc. c. 56.* Aviculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolam. Al. rectius legunt *aucula.*

Avide, *deſideroſamente, avidamente*, Ger. *begirlich*, Gal. *ardemment*, Hiſp. *codicioſamente*, ἐπιθυμητικῶς, cupide, adverb. *Cic. de Sen. c. 8.* Græcas litteras ſenex ſic avide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. ¶ Gradus quoque admittit, *Curt. l. 5. c. 6.* Avidius quem intueri, *Cic. Philip. 14. c. 1.* Avidiſſime expectare.

Avidĭtas, tis, f. 3. *avidità*, תאוה, Ger. *begerlichkeit*, Gal. *avidité*, Hiſp. *codicia*, ἐπιθυμία, cupiditas, deſiderium. *Cic. de Sen. c. 14.* Mihi ſermonis aviditatem auxit, potionis, & cibi ſuſtulit. *Plin. 20. 16.* Aviditas ad cibos. *Cic. 2. Offic. c. 11.* Aviditate inflammatus. ¶ Pro appetentia, *appetito*, *fame.* *Plin. 23. 8.* Amygdalæ aviditatem faciunt. ¶ In plur. num. *Plin. 11. 6.* Contra beſtiolarum aviditates.

Avidĭter, adverb. idem quod avide. *avidamente.* *Arnob. l. 5. ſub init.* Invaſiſſe aviditer dulcedine potionis captos.

Avidus, o. 1. 2. *avido, deſideroſo, bramoſo*, חמד, Ger. *begierig*, Gal. *avide*, Hiſp. *codicioſo*, ἐπιθυμητικός, cupidus, valde appetens, ab avendo, ideſt cupiendo. *Ter. in Heaut. 3. 3.* Patrem avidum, miſerum, atque aridum. *Id. in Eun. 5. 4. 16.* Avidus cibi. Et *1. 2. 52.* Ejus frater aliquando ad rem eſt avidior. *Liv. l. 21. c. 21.* Hiſpanorum inquieta, avidaque in novas res ſunt ingenia. *Cic. 5. Philipp.* Avidus in pecuniis locupletum. *Cic. pro leg. Manil. c. 3.* Avidiſſimus gloriæ.

Aviēnus Feſtus, poeta ſub Gratiani, ac Theodoſii tempore poſt initium ſæculi Chriſti V. de quo *Serv. in 10. Æn. Virg.* ¶ Vertit latine Arati Phænomena, & Dionyſii Periegeſim.

Avilla, æ, f. agna recens nata. *Feſtus.*

Avis, f. 3. *uccello, augello*, עוף, Germ. *ein vogel*, Gal. *oiſeau*, Hiſp. *ave*, ὄρνις, volucris omnis, quæ ova parit, & pennis prædita eſt, a *via*, quod facile per avia quæque vagatur. Volucres autem, πτηνὰ, dicuntur, quæcunque volare poſſunt. Unde apes, veſpæ, muſcæ, papiliones, volucres ſunt, non tamen aves. ¶ Alba avis, λευκὸς ὄρνις, proverbio a M. Tullio dicitur pro re bona, atque auſpicata. Quadrabit in rem admodum raram, & inuſitatam, quod aves perpaucæ ſint hoc colore. Verba *Cic. l. 7. epiſt. 28.* ſunt: Quaſi albam avem videntur bene ſentientem civem videre. ¶ Sic bonis avibus, ſecundis avibus, idem aſt, ac bonis auſpiciis, omine ſecundo, *con buon' augurio.* *Liv. l. 6. c. 12.* Dii, qui ſecundis avibus in prælium miſerint. *Ovid. Faſt. 1. v. 513.* Eſte bonis avibus viſi natoque, mihique. ¶ Contra mala avi, malis avibus. *Horat. Epod. 10.* Mala ſoluta navis exit alite. ¶ Adverſa avi. *Cic. 1. de Divin.* Siniſtra avi, *Plaut.* ¶ Avis Junonia eſt Pavo. *Juven. Sat. 7. v. 32.* ¶ Aves aliæ ſunt altiles, quæ & *cortales* & *cohortales* Columellæ dicuntur, *Plin.* etiam *fartiles*, quod ſaginantur. Aliæ palmipedes, fiſſipedes, præpetes, oſcines, &c. quas V. ſuis locis.

Avite, adverb. ab avitus, eſt apud *Tertul. c. ult. adverſ. Valent.* Filium hominis avite pronunciatum. Quamquam *Rigalt. aſunt.*

Avitium, ii, pro multitudine avium. *Apul. in Florid. ſub fin.* Tam pulcra ales, quæ ex omni avitio longe præcellit.

Avitus, a, um, *degli avi*, o. 1. 2. προγονικὸς, quod ab avo, aut avia, vel cæteris majoribus ad nos pervenit. *Cic. Verr. 2. c. 5.* Nulla res cujuſquam tam patria, atque avita fuit. Et *pro Cælio c. 14.* Bona avita.

Avius, a, um, o. 1. 2. *ſenza via*, Ger. *unwegſam*, ἄβατος, quod diſtat a via, aut quod eſt ſine via. *Salluſt. in Jugur.* Nocturnis aviis itineribus Romanos aggreditur. ¶ Item qui a via recedit, ut lupus avius, *Virg. 11. Æn.*

Digitized by Google

11. *Æn. v.* 710. ¶ Tranſlate *Lucret. l. 3. v.* 465. Animus avius h. e. demens. *Id. l. 2. v.* 81. & 229. Avius a vera ratione. *h. e.* non ſequens rectam rationem. ¶ *Avia, orum*, ſubſtant. V. ſup.

Aula, f. 1. atrium, regia, *palazzo, corte del Principe*, בירה, Ger. *hoff*, Gal. *cour*, Hiſp. *corte*, αὐλή, locus ſubdialis, & perflatilis, ab ἄω, ſlo, apud Græcos: a Latinis uſurpatur pro regia, ſive domo Principis. *Cic.* 14. *Fam. ep.* 4. *Virg. l.* 3. *Æn. Lucan. l.* 8. Exeat aula, qui volet eſſe pius. ¶ Videtur etiam pro quovis atrio uſurpari. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Meſaulæ dicuntur, quod inter duas aulas ſunt interpoſitæ. ¶ Sunt etiam aulæ cellulæ apium apud *Virg. Georg.* 4. ¶ Apud veteres aula pro *olla* uſurpabatur. *Feſtus*, & *Plautus* ſæpe. Hinc diminut. aulula; unde Plauti Comœdia *Aulularia*. ¶ Aula regia erat media janua in Scena, duabus a latere poſitis nobilior, & ornatior, quæ in Tragicis maxime, domicilium Regum repræſentabat. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7.

Aulæa, orum, n. 2. fere ſemper plur. *arazzi, tapeti*, מפה, Germ. *teppig, tapeth*, Gal. *tapis*, Hiſp. *tapez*, αὐλαία, ſunt vela picturata, & verſicolori textura ſpectabilia, quæ a Græcis nominantur περιπετάσματα, & παραπετάσματα, quibus in ſplendido apparatu parietes obteguntur. Dicta ſunt Aulæa & Attalica, ab aula Attali Aſiæ Regis, in qua primum inventa ſunt. *Propert. el.* 2. *v.* 22. Nobilis aulæis porticus Attalicis. ¶ Eadem vocantur Babylonica, quia Babylonii ſoliti fuere colores diverſos picturæ veſtibus intexere. ¶ Sunt etiam aulæa vela picta, quæ in Scena obducuntur, dum fabularum actus commutantur, ſiparia. *Virg.* 3. *Georg. v.* 25. Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. ¶ Singularis numerus legitur apud *Cic. in orat. pro Cæl. c.* 27. Scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Legitur & *aulæa* f. g. apud *Curtium l.* 8. *c.* 5. Cum poſt aulæam, qua lectos obduxerat, ſtares, *l.* 8. *c.* 5. Sed al. aliter leg.

Aular, aris, ollæ operculum. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 15. Aular impoſitum.

Aulētes, æ, tibicen, αὐλητής. *Cic. pro Mur. c.* 13. Ajunt eos auletas eſſe, qui citharœdi fieri non potuerint. Alii tamen leg. *aulœdos*. ¶ Fuit etiam cognomen Ptolemæi patris Cleopatræ, quod choraulam exercuit. Hic ab Alexandrinis Regno exactus, cum Romam confugiſſet, a Gabinio in Regnum reductus eſt. *Strab. l.* 17.

Auleticus, a, um, o. t. 2. αὐλητικός, tibiis idoneus. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Orchomenius eſt continuo foramine pervius, quem auleticon vocant.

Aulicŏqua, n. 2. al. aulicocia, antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc eſt, ollis, coquuntur. Unde aulicoqua exta dicuntur in ollis elixa. *Feſtus.*

Aulĭcus, a, um, adject. ad aulam, h. e. regiam domum pertinens, *aulico*. *Suet. Domit. c.* 4. Luctatores aulici. Et in *Ner. c.* 45. Reverentia domus aulicæ. *Spartian. Hadrian. c.* 12. Aulici miniſtri.

Aulis, idis, f. 3. *Aulide*, αὐλίς, regiuncula ſaxoſa Bœotiæ, e regione Chalcidis urbis Eubœæ, cum urbe, & portu exiguo capaci quinquaginta non amplius navium. Huc Græcos conveniſſe ferunt, deliberandi cauſa, bellumne Trojanis inferendum eſſet. Hinc locus Aulis nominatus eſt, ab αὐλή, caſtra, tentorium. *Virg.* 4. *Æn. v.* 426. Non ego cum Danais Teucrorum excindere gentem Aulide juravi.

Aulœdus, m. 2. tibicen, αὐλῳδός, qui tibiis canit, quas Græci αὐλοὺς vocant. *Cic. pro Mur. c.* 13. Aulœdos eſſe ajunt, qui citarœdi fieri non poſſent. Al. leg. *auletas*.

Aulocrēne, nes, f. 1. fons, convallis, & mons Phrygiæ Magnæ, ex quibus Mæander fl. emanat, ab Apamea 10. M. P. ubi platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſyas victus ab Apolline. *Plin. l.* 16. *c.* 14. & *l.* 15. *c.* 29.

Aulon, *Valona*, urbs Macedoniæ, in ora occ. in Albania ſup. ubi alias Palaſgonia. ¶ Item urbs Ciliciæ. ¶ Item Calabriæ, de qua *Mart. l.* 13. *ep.* 125. Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon. V. *Caulon*.

Aulularia, æ. Titulus Plautinæ comœdiæ, ab *aulula*, quod eſt diminut. ab *aula* pro olla. Inducitur enim in ea ſenex aulam habens auri plenam.

Avocamentum, i, remiſſio, ſolatium, negotium jucundius, quo a ſeriis, & laborioſis avocamur. *ricreazione, ſollievo*, ἀνάκλησις. *Plin. l.* 8. *ep.* 5. Avocamenta doloris admittere. Item *in Paneg. c.* 82. Ludus & avocamentum.

Avocatio, onis, f. 3. idem quod avocamentum, ἀπαγωγή, ἀνάκλησις. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 15. Avocatio a cogitanda moleſtia.

Avocator, oris, qui avocat, ſeu alio vocat. *Tertull. de Car. Chriſti, c.* 5. Viverum avocator.

Avocatrix, icis, femin. ab avocator. *Tertull. de Anima, c.* 1. Vis veritatis avocatrix.

Avocatus, a, um, *divertito, diſtolto*, alio vocatus, abſtractus. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 37. Solus, & nullis voluptatibus avocatus.

Avŏco, a. 1. traduco, abſtraho, removeo, arceo, abduco, *chiamare altrove*, הסיב, Ger. *hinweg beruffen, anders wohin beruffen*, Gall. *rappeller, retirer*, Hiſp. *llamar, eſtorvar*, ἀνακαλέω. *Cic. de Naruſp. reſp. c.* 9. Deterrere, atque avocare animum a religione. *Idem* 1. *de Div.* Avocare ſe a corpore, & ad cogitationem rerum divinarum rapi. ¶ Avocare concionem ab aliquo Magiſtratu, apud *Gell. l.* 13. *c.* 14. eſt impedire, ne concio ab illo habeatur. ¶ Eſt etiam oblectare, levare, *ſollevare, dilettare*. Sic animum picturis, fabulis avocare, dicimus. *Arnob. l.* 7. *p.* 215. Parvuli puſiones, quo abſtineant ploratibus, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare ſe poſſint.

Avŏlo, as, n. 1. *volare altrove*, נדד, Ger. *hinweg fliegen*, Gal. *s'en voler*, Hiſp. *volar*, ἀποπέτομαι, alio volo, ſive alio ſubito diſcedo. *Cic. ad Att. l.* 9. *epiſt.* 10. Experior, ut hinc avolem. *Idem* 2. *Fin. c.* 32. Fluit voluptas corporis, & prima quæque avolat.

Aura, æ, f. 1. *aura, vento piacevole, venticello*, רוח, Ger. *lieblicher lufft*, Gal. *air*, Hiſp. *ayre*, αὔρα, lenis ventorum flatus, ab ἄω, ſpiro, vel ab ἀὴρ, aer. *Virg.* 6. *Æn.* Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura. Accipere, & reddere auras follibus, apud *eund.* 4. *Georg.* ¶ Interdum ponitur pro favore, *favore*, quia cum flat aura æſtate, videtur æſtuantibus favere. *Idem ibid.* Nimium gaudens popularibus auris. Et apud *Liv.* 42. *c.* 30. Homo popularis auræ. qui ſc. populo placere ſtudet. ¶ Aura item ſplendorem ſignificat. *Virg.* 6. *Æn.* Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. ¶ Sumitur & pro rumore, & fama, qua quis per ora hominum fertur. *Horat. l.* 2. *od.* 8. Tua ne retardet aura maritos. Sic *Virg.* 7. *Æn. v.* 646. auram famæ dicit. ¶ Aura ſecunda ponitur pro ſucceſſu, vel proſpera fortuna, a navigatione petita metaphora. *Ovid. l.* 2. *de Ponto, ep.* 3. Non paucis quondam munitus amicis, Dum flavit velis aura ſecunda meis. Paulo aliter *Cic. Verr.* 3. *c.* 13. Sperat ſibi auram aliquam poſſe afflari in hoc crimine. h. e. ſpem aliquam oſtendi. Et *Liv. l.* 42. *c.* 39. Auram ſpei, dixit. ¶ Veſci aura, carpere vitales auras, ſuperas evadere ad auras, poeticæ phraſes ſunt, quæ ad vitam referuntur. Hic enim aura pro *aere* ſumitur, *Virgil. Æn.* 3. *v.* 339. & alibi.

Auramentum, o. 2. χρυσωρυχεῖον, inſtrumentum eſſodiendo, aut purgando auro accommodatum. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Hiſpania ſtrigiles vocat auri parvulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur. Al. leg. *Maſſa, ne ramento*.

Auraria, æ, aurifodina, *miniera d'oro*. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 19. Aurarias ſibimet Tiberius ſepoſuit.

Aurarius, a, um, o. t. 2. *di oro*, Ger. *von gold*, adject. ut Auraria metalla. *Plin. l.* 37. *c.* 12. Aurarium negotium. *Plaut. Bacch.* 4. ¶ Aurarii dicuntur etiam fautores ab *aura*, teſte *Servio in* 6. *Æn. ſub fin.*

Aurāta, f. 1. *orata*, χρυσόφρυς, piſcis, ab auri colore, cujus amator Sergius *Orata* cognominatus eſt, ut refert *Macrobius Saturn.* 2. 11. quaſi Aurata, ſicut ploſtrum pro plauſtrum. *Martial. l.* 13. *epigr.* 90. Non omnis laudem, pretiumque aurata meretur.

Auratĭlis, le adject. ὑπόχρυσος, auratus, aut auratilis pulviſculus. *Solin. c.* 25. (al. 15.) de Boryſthena, & Scythicis gemmis.

Auratūra, æ, *doratura*. Affertur ex *Quintil. l.* 8. *c.* 6. ubi ait: Puſillum a vero diſcedo, quia non eſt niſi pars auratura: Sed recentiores libri habent, *auraea*. ¶ *Servus ab auraturis eſt*, qui curam habet vaſorum auratorum. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 585. *n.* 4.

Aurātus, a, um, n. t. 2. inauratus, *dorato, indorato*, Ger. *vergaldt*, Gal. *doré*, Hiſp. *dorado*, χρυσωτός, quod in ſuperficie habet aurum. *Cic. poſt red. in Sen.* In patriam ſumus equis inſignibus, & curru aurato reportati. *Liv. l.* 9. *c.* 40. Tunicæ auratis militibus verſicolores. *Tertull. de Idolol. c.* 6. Saginatiorem, & auratiorem, & majorem hoſtiam cædere.

Aurĕa, f. 1. dicebatur frænum, quod ad aures equorum religabatur: oria, vel orea, quo ora coercebantur. *Feſtus.*

Aureātus, a, um, *Sidon. carm.* 9. *v.* 396. In caſtris edera ter aureatus. *h. e.* decoratus, ornatus.

Aurelĭa, αὐρηλία, familia Romæ in primis celebris, a Sabinis (ſi Feſto credimus) oriunda, cui locus publice deſignatus erat, in quo Soli ſacra faceret. Olim Auſelia dicebatur, ut Valeſia, Papiſia, pro Valeria, Papiria. ¶ Fuit & nomen proprium matris Cæſaris.

Aureŏlus, a, um, adject. *di color d'oro*, diminut. ab aureus. *Varro l.* 3. *R. R. c.* 9. gallum gallinaceum deſcribens: Roſtro brevi, acuto, oculis ravis, aut nigris, collo vario, aut aureolo. ¶ Aureolum libellum, aureolam orationem, pro eximia, & eleganti. *Cic.* 4. *Acad. c.* 44. & 3. *de nat. Deor. c.* 17.

Aureŏlus, i, ſubſtant. nummi aurei diminutivum. *Martial. l.* 5. *epigr.* 19. *vel* 20. Qui crepat aureolos forſitan unus erit. Niſi malis adjective accipere ſubintelligendo, *nummos*.

Aureſco, is, ere, χρυσίζομαι, χρυσαυγέω, auri colorem refero. *Varr. l.* 6. *L. L.* Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quod ab igne Solis tum aureo aer aureſcit.

Aurĕus, a, um, adject. ab auro, qui ex auro eſt, *d'oro*, Germ. *guldin*, Gal. *d'or*, Hiſp. *de oro*, χρυσοῦς, ut aureus nummus. *Cic. Philipp.* 12. *c.* 8. ¶ Item auratus, *indorato*, ut aurea ſella. *Idem Philipp.* 2. *c.* 34. ¶ Aurea metaphorice dicuntur, quæ eximie pulchra, & ſplendida ſunt, ut aurea Venus, aurea cæſaries. *Virg. Æn.* 10. *v.* 16. & *l.* 8. *v.* 652. Quin & olorem aureum dixit *Manil. l.* 5. *v.* 379. ab inſigni, & ſplendeſcente candore. ¶ Aurea item ſunt, quæ optima, ut auream mediocritatem *Horat. l.* 2. *Od.* 10. & aureos mores, *Idem l.* 4. *Od.* 2. aurea ſecula, *Virg. Æn.* 6. *v.* 792. ¶ Apud *Catull. Carm.* 64. *de Arg.* horas aureas legimus in vulgatis lib. Sed meliores (V. *Græv.* & *Iſ. Voſſ.*) pro *horis aureis Sol*, habent *oris aurei*.

Aurĕus, i, m. 2. ſubſtant. nummum aureum ſignificat, *moneta d'oro*. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Tabulæ pretium accepit aureos menſura, non numero. ¶ Valebat autem fere Aureus Romanus idem quod Hiſpanienſis duplex Ducatus, ait *Lipſ. de re Num. c.* 5. ¶ Poſterioribus Romanæ Reip. temporibus *ſolidus* dictus eſt, a Græcis νόμισμα. *Idem ib.* V. & *Bud. de Aſſe*.

Aurichalcum, ſive Orichalcum, i, ὀρείχαλκον, & ὀρείχαλκος, æs cyprium albius, ab aliis coronarium dictum. Sive ſit in rerum natura, & ab auro, & ære componatur, ut quidam putarunt, ſive non, ut ſentit *Scalig. ad Feſtum*, auctoritate maxime Ariſtotelis uſus: certe habitum eſt pro pretioſiſſimo metallo, ipſique auro comparando, aut etiam præponendo, ut habet *Serv. ad Æn.* 12. *v.* 87. & *Taubmann. ad Plaut. Curc.* 1. 3. 45. ¶ Rectius tamen ſentire videntur, qui putant, eſſe materiam æri ſimilem, aureo colore infectam, quam vulgo *lotonem* dicimus, Ital. *Oricalco, Ottone*. *Sueton. in Vitell. c.* 5. Pro auro, & argento ſtannum, & orichalcum ſuppoſuiſſe. ¶ Non eſt vox hybrida ex lat. *aurum*, & græca χαλκὸς compoſita, ſed vox pura puta græca, ex ὄρος, mons, & χαλκός, æs. Vulgus autem exiſtimans ex *auro* concinnatam, dixit Auricalchum pro Orichalcum. V. *Feſt.* & *Voſſ.* in *Etymol.*

Auricilla, æ, dimin. ab auricula, quaſi diminutivum diminutivi. *Catull. epigr.* 25. *ad Thallum*, Thalla, mollior cuniculi capillo, vel anſeris medullula, vel imula oricilla. Sic emendat *Scalig. oricilla* pro *auricilla*: nam antea legebatur. *bimula trulla*.

Auricŏlor, oris, adject. *di color d'oro*. *Juvenc. in Matth.* 3. *de baptiſm. Chriſti*: Scinditur auricolor cœli ſeptemplicis æthra.

Auricŏmam, tis, &

Auricŏmus, a, um, comam auream habens, χρυσόκομος, *Auſon. Idyll.* 6. *v.* 11. Crocus auricomans, *Sil. l.* 3. *v.* 608. Auricomus Batavus. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 92. Sol auricomas.

Auricŭla, f. 1. *orecchia*, λοβός, quamvis diminutivi formam habeat, non tamen parvam aurem ſignificat, ſed exteriorem partem auris, vel mollem illam particulam, quæ etiam infima, vel ima auris appellatur. *Cicer. Q. Fratr.* Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. ¶ Apud *eund. l.* 2. *ad Q. Fratr. epiſt. penul.* homo auricula infima mollior, dicitur pro leviſſimo, & nullius ingenii. V. *Eraſm. Chiliad.* Huc ſpectat loc. *Catulli*, quem ſupra attulimus in *Auricilla*. ¶ Ponitur & pro tota aure, ſæpe apud Scriptores, ut *Martial. l.* 3. *epig.* 28. Garris in Auriculam, &c.

Auriculārius, a. 1. 2. *da orecchio*, ὠτικός, Germ. *das zu den ohren gehore*, Gal. *auriculaire*, Hiſp. *auriculario*, quod ad aures pertinet. Unde auricularium ſpecillum, chirurgorum inſtrumentum, quod emundis auribus adhibetur. *Ulpian. Dig. l.* 50. *tit.* 13. *leg.* 1. Medici, qui certi doloris ſanitatem pollicentur, ut puta ſi auricularius, ſi fiſtulæ, ſi dentium. V. Gricularius.

Aurifer, ra, rum, n. 1. 2. χρυσοφόρος, quod fert aurum. Unde aurifera flumina, Tagus in Hiſpania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolos in Aſia, Ganges in India. ¶ Aurifera arbor. *Cic.* 2. *Tuſc.* Auriferum nemut. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Aurifera terra. *Mart. l.* 10.

Aurifex, ficis, m. 3. *orefice*, צרף, Ger. *goldſchmid*, Gal. *orfevre*, Hiſp. *platero*, χρυσοχόος, faber aurarius, auri laborandi artifex. *Cicer.* 2. *de Orat.* Quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

Aurifodina, locus, ubi aurum effoditur, *miniera d'oro*. *Plin. l.* 33. *c.* 4.

Aurifur, m. 3. *rubator d'oro*, χρυσοκλέπτης, qui furatur aurum. *Plaut. Pers.* 5. 35. Mihi hic aurifur eſt. Al. leg. disjunct. *auri fur*.

Auriga, gen. com. *cocchiero*, רכב, Ger. *ein karker, ein furman*, Gall. *charretier, cocher*, Hiſp. *carretero, cochero*, ἡνίοχος, qui, vel quæ currum regit, quaſi curriga, quod currum agit, vel ab aureis, idest frænis. *Aurea* enim frænum erat, quod ad aures equorum religabatur, *orea*, quo ora coercebantur. *Virg.* 12. *Æn.* Circumſtant properi aurigæ. Et *Ovid.* 2. *Metam. v.* 327. *de Phaetonte*. Currus auriga paterni. ¶ Peculiariter aurigæ ſumuntur pro iis, qui in Circenſibus ludis bigis, trigis, vel quadrigis decertabant, qui alio nomine & Quadrigarii, & Agitatores dicti. *Suet. in Calig. cap.* 54. Sed aliorum generum artes ſtudioſiſſime, & diverſiſſimas exercuit: Thrax, & Auriga, idemque cantor atque ſaltator. ¶ Pro Gubernatore, *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 3. Aurigam video vela dediſſe rati. ¶ Eſt etiam Auriga Signum Cœleſte ex tredecim ſideribus, aliter Erichthonius, vel Erichthaus. V. *Erichthonius*. Adject. etiam uſurpatur, ut aurigis colori-

luribus. *Tertull. de Spect. cap. 9.* h. e. aurigarum. Aurigamque ſororem. *Virg. Æn. 12. v. 918.* Ad quem loc. V. *de la Cerda*.

Aurigarius, m. 2. qui in Circo aurigatur. *Suet. Ner. c. 5.* Mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

Aurigatio, onis, f. 3. ἡνιοχεία, verbale. *Gell. l. 7. c. 8.* Luſus, geſtationes, aurigationes refert.

Aurigator, oris, m. 3. auriga. *Avien. in Phænom. v. 495.* Aurigatorem par ſit quoque cura videre. De ſidere loquitur.

Aurigena, æ, quaſi auro genitus. *Sidon. Apollin. carm. 6.* Cum matrem impleret filius aurigena. *h. e.* Perſeus Danaes filius eb Jove in auream pluviam mutato genitus.

Auriger, a, um, χρυσοφόρος, idem quod aurifer. *Cic. 2. de Div. cap. 30. in proœm.* Auriger Taurus, h. e. cœlaſte ſidus hujus nominis. Et aurigeræ caput arboris, *Val. Flac. l. 8. v. 110.*

Aurigo, as, a. 1. *guidar cocchi*, ἡνιοχεῖν. *Suet. in Ner. c. 24.* Ipſe aurigare, atque etiam ſpectari voluit. *Idem Calig. c. 54.*

Aurigor, aris, d. 1. idem quod aurigo. *Varro apud Non. c. 24.* Natura aurigatur, non neceſſitudo. Al. aliter legunt.

Aurilegulus, i, χρυσολόγος, qui auri grana ex arena colligit. *L. 21. Cod. tit. 6. de metallariis.* Vet. Gloſſa expon. χρυσοπλύντης, aurifue.

Auripigmentum, ti, n. 2. *orpimento*, Ger. *operment*, Gall. *orpin*, *orpiment*, Hiſp. *orpimiento*, ἀρσενικόν, genus coloris, quod in Syria invenitur, in ſumma tellure, auri ſplendore, ſed fragile, lapidum ſpecularium ſimilitudine. *Plin. l. 33. c. 4.* Sic *Vitruv. l. 7. c. 12.*

Auris, is, f. 3. & in plur. aures, *gli orecchi*, *le orecchie*, אזן, Germ. *ohr*, Gall. *oreille*, Hiſp. *oreja*, τὰ ὦτα. Duo membra capitis, per quæ voces, & ſonos haurimur: dicta ab aura, per quam ſonos recipimur, vel ab hauriendo, vel ab αὐδή, vox, ut ſint aures quaſi audre. *Ter. And. 5. 4. 31.* Arrige aures, Pamphile. *Cic. de Orat. l. 1. c. 50.* Eſt boni Oratoris, multa auribus accepiſſe. ¶ *In aurem*, *in aure*, *ad aurem*, eſt ſecreto, *ſecretamente*. *Horat. l. 1. ſat. 9. v. 9. Juv. 11. 59. Cic. 2. de Fin. 21.* ¶ Canere ſurdis auribus, a *Livio* dicitur tanquam proverbium: hoc eſt, tempus terere, obſtinatis verba facere. ¶ Dormire in utramque aurem, h. e. ſumma ſecuritate, *Ter. Heaut. 2. 3. 101.* ¶ Servire auribus, & dare auribus, pro adulari, illud *Cæſ. l. 2. B. C. c. 27.* hoc *Cicer.* eſt *l. 12. Fam. ep. 16.* ¶ Aurem vellere admonendi cauſa *Virg. Ecl. 6.* Eſt enim in auribus memoriæ locus, ut ſcribit *Plin. l. 11. c. 45.* Tractum ab anteſtantibus, qui anteſtandi imam auriculam tangebant cum hoc verbo Memento. ¶ Auris rimoſa, apud *Horat.* dicitur de eo, qui neſcit audita cuſtodire. ¶ Aures etiam pro judicio ſumuntur. *Horat. de arte poet. v. 386.* Si quid tamen olim ſcripſeris, in Metii deſcendat judicis aures. h. e. ab eo probetur. Sic *Mart. l. 6. epig. 1.* Libellum aure diligenti tergere: h. e. accurato judicio examinare. ¶ Aures etiam in rebus inanimis dicuntur anſæ ſc. quibus rem aliquam apprehendimus, *manico*. *Virg. 1. Georg.* Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo.

Auriſcalpium, ii, *ſtuzzicorecchi*, ὠτογλυφίς, inſtrumentum, quo aures purgantur. *Scribon. Larg. l. 6. c. 7.* Auriſcalpium lana molli involvitur.

Auritus, a, um, o. 1. 2. *orecchiuto*, Germ. *der groſſe ohren hat*, Gall. *qui a grandes, ou bonnes oreilles*, Hiſp. *orejudo*, ὠτώεις, qui magnas habet aures. *Virg. 3. Æn.* Auritoſque ſequi lepores. ¶ Auritus item, qui bene audit. *Horat. l. 1. Carm.* Doctus auritas fidibus canoris ducere quercus. ¶ Auritus populus apud *Plaut. in Aſin.* aures intentas habens. ¶ Auritum ſubſtant. pro lepore poſuit *Avien. in Arat. v. 788.* Auritum primus emittit gurges ab undis. ¶ Auritus teſtis, *teſtimonio d' udito* apud *Plaut. Truc. 2. 6. 8.* Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.

Auro, as, are, *indorare*, χρυσόω, auro obduco, inauro. *Tertull. de corona Mil. c. 12.* Hinc auratur famulis. Al. leg. *inauratur*.

Auroclavatus, a, um, aureis clavis diſtinctus. *Vopiſc. in Tacit. c. 11.* Auroclavatis veſtibus item interdixit.

Aurora, æ. *aurora*, *alba*, diluculum, שחר, Ger. *die morgenröthe*, Gall. *aurore*, Hiſp. *aurora*, *alva*, ἠώς, Solis aſcenſus, vel prima pars diei, vel prima lux, qua ſub ſolis adventum aer illuſtratur, vel ab *auro*, quod ab igne Solis aer fit quaſi aureus, vel ab aura, ventus, quia ſolet pulſu Solis aer commotus auram facere, vel ab αὔρα, ſplendor, quia Cœlum tunc rutuli, & aurei fit coloris. *Virg. Æn. 3. v. 521.* Jamque rubeſcebat ſtellis aurora fugatis. ¶ Auroram etiam diluculum nuncupavere, quod tunc aer luceſcere incipiat. ¶ Poetæ fingunt, Auroram eſſe filiam Titanis, ideſt, Solis, & Terræ, Tithoni conjugem, & matrem Memnonis, quæ quod maritum habeat ſenem, relicto ejus cubili, ortum Solis amaverit.

Auroſus, a, um, auro plenus, πολύχρυσος. *Pallad. l. 1. c. 5.* Auroſi pulveris lapidoſa macies. *Lamprid. Heliog. c. 31.* Aureſa arena.

Auruginor, ar, n. 1. *eſſer' itterico*, aurugine laboro. *Tert. de anim. c. 16.*

Aurugo, inis, f. *itterizia*, morbus regius, ita dictus ab auri colore. *Scribon. Larg. compoſ. 110. & 127.*

Aurula, æ, dimin. ab aura. *Tert. de anim. c. 28. & Hieron. c. 141.*

Aurulentus, a, um, aureum colorem habens. *Prudent. Periſteph. 6. v. 49.*

Aurum, ri, n. 2. *oro*, זהב, Ger. *gold*, Gal. *or*, Hiſp. *oro*, χρυσίς, pretioſiſſimum omnium metallorum, ab αὔρις, vel αὔρα, quo nomine ſplendor ſignificatur, vel ab אור, flamma, ignis. *Cic. de Sen.* Eis, qui haberent aurum, imperare. ¶ Sumitur aliquando pro ornamento muliebri, *Ter. in Eun. a. 4. ſc. 1.* Interea aurum ſibi clam mulier demit. ¶ Aurum factum dicitur, quod artificis manu aliquem in uſum eſt elaboratum. *Ulpianus L. Q. Mutius, ff. de auro, & arg. leg.* Cui aurum, vel argentum factum legatum eſt, ſi fractum, vel colliſum fuerit, non continetur. Servius enim exiſtimat, aurum, vel argentum factum id videri, quo commode uti poſſumus. ¶ Huic opponitur aurum infectum, hoc eſt, rude, & non elaboratum. *Virg. Æn. 10.* Sunt auri pondera facti, infectique mihi. ¶ Aurum ſignatum eſt pecunia, quæ ex auro cuſa eſt. Sed in eadem ſignificatione legimus aurum abſolute poſitum ſine ulla adjectione. *Plaut. Aul.* Effodit ollam auri plenam. *Virg. 3. Æn.* Auri ſacra fames. ¶ Aurum coronarium erat, quod Imperatori triumphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitus ex lauro fiebat, poſtea ex auro fieri cœpit. *Cic. Agrar. 1.* Ex auro coronario ad XVirorum ferri jubet id, quod &c. V. *Gell. l. 5. c. 6.* ¶ Aurum coronatum, pro corona aurea. *Stat. l. 3. Sylva 4.* Sic ibidem aurum gemmatum, pro auro gemmis intexto. ¶ Sumitur etiam pro rebus auro confectis. *Juvenal. ſat. 1.* Ventilat æſtivum digitis ſudantibus aurum: hoc eſt annulum. *Stat. Theb. 5.* Vacuare aurum mero: hoc eſt poculum. ¶ Aurum Toloſanum proverb. dicitur, ut apud *Gell. l. 3. c. 6.* hoc eſt aurum poſſeſſori funeſtum, quod in direptione Toloſæ, qui aurum ex templis ſurripuere, miſero exitu perierint. ¶ Aliquando *aurum* ponitur pro ſplendore, aut fulgore. *Valer. Flacc. 5. 369.* ſævo cum ann accenditur auro. *Ovid. Met. 9. 688.* ſpicis nitido flaventibus auro.

Aurunca, æ, Latii urbs, patria Turni Satyrici Poetæ. *Juven. ſat. 1. v. 19.* Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo, per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus. Poſſunt tamen ibi intelligi & *Lucius* & *Silius*. nam & ipſi Satyrarum ſcriptores, & ex eadem Urbe fuere. Lucilium deſignari vult *Scalig. Lect. Auſon. l. 2. c. 11.*

Aurunci, pop. Latii, ubi nunc pars Terræ Laboris e Terracina ad Lirim fl. in R. Neapolitano, quorum urbs *Aurunca* condita ab Auſone fil. Ulyſſis, & Calypſus.

Auſa, æ, f. 1. *Vich*, & *Vico de Auſona*, urbs exc. Hiſp. Cit. in Catalaunia, cui Vicus ſucceſſit urbs E. ſub A. Tarrac. Pop. Auſetani.

Auſcaripedam dixerunt Veteres pro vermiculo piloſo, qui ſolet in fronde naſci cum multis pedibus. *Var. l. 6. de L. L.*

Auſci, Auſcii, Auſcenſes, pop. Aquitaniæ, quorum urbs Auſcii, Auxie, Climberrum, Auguſta Auxiorum, Auxitana urbs, *Aux*, *Auſch*, A. caput Com. Arminiaci in Vaſconia, a Toloſa 11. l. in Occ. ab Agenno 8. in Aoſt.

Auſculor, d. 1. *baciare*, pro oſculor, apud Veteres, ab *auſculum* pro oſculum. *Feſtus*.

Auſcultatio, onis, auditio, ἀκρόασις, *l'aſcoltare*. *Plaut. Rud. 2. 6. 18.* Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio? *Seneca* ad vitium tranſtulit, *de Tranquill. animi, c. 12.* Ex hoc malo dependet teterrimum vitium, auſcultatio, & publicorum ſecretorum inquiſitio &c.

Auſcultator, oris, ἀκροατής, auditor, *aſcoltatore*, *uditore*. *Cic. Partit. c. 3.* Auſcultator eſt modo, qui audit. ¶ Item qui obtemperat. *Apulej. Met. 7.* Mandati ſervus auſcultator.

Auſcultatus, us, ui, m. 4. idem quod auſcultatio. *Apul. l. 6. p. 178.* Nec auſcultatu pœnitendo diligenter inſtructa illa ceſſavit. *Fulg. Virgil. Contin. p. 142.* Quæ grammatici diſtrahunt puerilibus auſcultatibus.

Auſculto, as, avi, atum, are, *udire*, *aſcoltare*, שמע, הקשיב, Germ. *zuloſen*, *zuhoren*, *auffmercken*, Gall. *ouir*, *ecouter*, Hiſpan. *oyr*, *eſcuchar*, ἀκούω, ἀκροάομαι, audio, quaſi aure occulto. Veteres autem *audes* (unde audio) & *auſes*, & *aures* dicebant. Auſcultamus igitur, quæ in auribus velut deſigimus, recondimus. Quare auſcultare & majus eſt, quam audire: nam quæ leviter ad aures admittimus, audire dicimur. Cato apud *Gell. lib. 1. c. 15.* Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam. ¶ Eſt etiam obtemperare. *Varro de L. L. l. 5. c. 8.* Hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent. ¶ In hac ſignificatione dativo jungitur. *Terent. And. 1. 3. 4.* Pamphilum ne adjutem, an auſcultem ſeni? ¶ Eſt etiam clam, & ex inſidiis audire, atque captare aliorum ſermones. Hinc Auſcultare ab oſtio, ad fores. *Plaut. Merc. 2. 4. 9. & Trucul. 1. 2. in princ.*

Auſim, auſis, auſit, τολμήσω, ponitur pro audeam, audeas, audeat. *Liv. in proœm. l. 1.* Nec ſi ſciam, dicere auſim.

Auſon, is, & in plur. Auſones, Auſoniæ populi. V. Auſonius.

Auſonia, αὐσονία, regio Campaniæ, inter Cales & Beneventum, in qua Capua metr. Ab Auſone fil. Ulyſſis, & Calypſus. Pop. Auſones, Auruncis finitimi. ¶ Hoc etiam nomine Calabria in Magna Græcia, & Brutiæ dicta eſt. ¶ Olim Auſonia dicebatur omnis Italia, quæ Apennino finitur.

Auſonidæ, arum, Auſonii. *Virg. 10. Æn. verſ. 563.* ditiſſimus agri Qui fuit Auſonidum. ¶ Pro Romanis poſuit *Lucan. l. 9. v. 999.*

Auſonis, idis, adject. femin. tam de rebus, quam de perſonis. *Sil. l. 9. v. 187.* Pater ipſa ſuperbus aquarum Auſonidum Eridanus. Et *Avien. in Periegeſi, v. 308.* Auſonis hæc duro vallavit dextera bello, Auſonis invictâ gens roboris.

Auſonium mare, αὐσόνιον πέλαγος, idem, ac Siculum, quod Auſoniam alluit, hoc eſt, Brutios, & Magnam Græciam, inter Tyrrhenum, quod ad fretum Siculum terminatur, & Jonium, quod alluit Salentinos, ſeu pars maris Jonii a prom. Japygio in Mer. uſque ad Siciliam.

Auſonius, a, um, adject. ad Auſoniam pertinens: ut Terra Auſonia, mare Auſonium. *Virg. 4. Æn. v. 349. Plin. l. 3. c. 10.*

Auſonius, Grammaticus & Rhetor ſui temporis doctiſſimus floruit A. C. 379.

Auſpex, icis, m. 3. *pronoſticatore*, כוכב, Germ. *vogelſeher*, Gall. *auſpice*, Hiſp. *adevino*, οἰωνοσκόπος, a ſpiciendis, ſive inſpiciendis avibus dictus, eſt idem, ac augur, qui auſpiciis præeſt, vel qui ex avium volatu, cantu, aut paſtu futura divinat, *Cic. Att. l. 1.* Latores, & auſpices legis curiatæ. ¶ Hinc etiam dicti ſunt Auſpices, qui nuptiis contrahendis præerant, a patre ſponſi adhibiti, quemadmodum pronubæ a patre ſponſæ, quod de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumerent. Unde apud *Suet.* legimus, Sporum puerum Neronem nupſiſſe, dote inter Auſpices conſignata. ¶ Auſpicem præterea vocamus, cujus ductu, & auctoritate rei aliquid geritur. *Hor. l. 1. Car.* Nil deſperandum eſt Teucro duce, & auſpice Teucro.

Auſpicabilis, le, adject. bonum præbens auſpicium. *Arnob. l. 4. p. 129.* Et auſpicabile ducitis, & optatis.

Auſpicalis, le, o. 3. *augurale*, οἰωνιστικός, quod ad auſpicium pertinet, ut Auſpicalis piſciculus, qui aliquid ſignificat futurum. *Plin. l. 32. c. 1.*

Auſpicaliter, adverb. auſpicato. *Hyginus de Limitib. p. 153.* Poſita auſpicaliter groma.

Auſpicato, adv. *avventuroſamente*, *in buona* ora, Gal. *a la bonne heure*, Hiſp. *con buena dicha*, idem, quod augurato, bono auſpicio, avibus addicentibus. *Cic. 2. de Div.* Romulus urbem auſpicato condidit. ¶ Sumitur nonnunquam pro feliciter, *felicemente*. *Ter. And. 4. 5. 12.* Haud auſpicato me huc appuli. *Plin. 7. 9.* Auſpicatius, enecta parente gignuntur.

Auſpicatus, a, um, nom. ex particip. paſſiva ſignif. ex Activo Auſpicare, captis auſpiciis factus, felix, proſper, conſecratus. *Cic. pro Rabir. c. 4.* Auſpicato in loco. ¶ Cum autem felicia putentur quæ ſecundum auſpicia fiunt, hinc auſpicatus ponitur pro felici, & proſpero, ut dictum eſt. *Catull. Carm. 46.* Quis ullos homines beatiores Vidit? quis Venerem auſpicatiorem? *Juſtin. l. 18. c. 5. n. 7.* Urbs toto orbe auſpicatiſſima.

Auſpicium, cii, o. 2. ab aſpiciendis avibus, augurium, *auſpicio*, Ger. *vogelſagung*, Gal. *auſpice*, Hiſp. *auſpicio*, οἰωνισμός, avium obſervatio, quemadmodum volarent, & canerent, unde cognoſcebatur, agendum eſſet, necne. Dictum eſt, quaſi *aviſpicium*, ab avis, & aſpicio. ¶ Sumitur etiam latius, ut ad alia divinandi genera extendatur. *Cicer. 1. de Div.* Fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, & fortuna, *fortuna*, quia dux belli, antequam iret in expeditionem, & antequam res gereret, auſpicia capere ſolebat. *Virg. 6. Æneid.* En hujus nate auſpiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo. ¶ Auſpicium, & augurium idem ſunt. Nam dicebatur auſpicium reſpectu eorum, qui aves aſpicerent, augurium reſpectu avium, quæ aſpicerentur. Sed diſtingui etiam poſſunt, quia auſpicium ad oculos, augurium ad aures pertinet. Eſt enim augurium quaſi avigarrium. Aliam differentiam affert *Serv. ad 4. Æn.* ubi ait: Auſpicia omnium rerum ſunt, auguria certarum. Auſpicari enim cuivis, etiam peregre, licet: augurium agere, niſi in patriis ſedibus non licet. ¶ De variis Auſpiciorum generibus V. *Hotoman. lib. 6. Obſervat. cap. 11. Polyd. Virgil. lib. 1. de Prodig. & Freinsbem. ad Curt. lib. 7. cap. 7. num. 10. & lib. 9. c. 4. n. 22.* ¶ Auſpicium nonnunquam accipitur pro imperio, ac poteſtate, quam Magiſtratus habebant, & Imperatores. Hinc Vet. Gloſſ. auſpicium ἀρχὴν exponit. *Plaut. Amph. 1. 1. 38.* Expugnatum eſt oppidum imperio, atque auſpicio heri mei. *Liv. lib. 4. cap. ult.* Tib. Gracchi Conſulis imperio, auſpicioque exercitus Pop. Roman. Sardiniam ſubegit. Quanquam vero hiſce, & ſexcentis aliis exemplis imperium, ductus, auſpicium conjungantur, tanquam ſynonyma, auſpicium tamen non raro e cæteris diſtinguendum eſt. Nam poſſunt habere ductum, ac impe-

Digitized by Google

imperium, qui auſpicium non habent: & poſſunt aliqui auſpicia ſua rem gerere, cum ductus & imperium penes alios eſt. Nempe ducendi belli, exercitibus imperandi poteſtatem obtinent Legati, Duceſque, qui in expeditionem aliquam mittuntur: at ipſum auſpicium, h. e. ſumma rerum apud Principem eſt etiam abſentem. Tum itaque res geri dicuntur Legatorum ductu, & imperio; at auſpicio Principis. *Tacit. Annal. 2. cap.* 41. Ob recepta ſigna cum Varo amiſſa, ductu Germanici, auſpiciis Tiberii &c. Quod ſi Princeps ipſe ad bellum gerendum proficiſcatur, tum & ductum, & imperium, & auſpicium habere dicitur. *Curt. l. 9. c. 6. n. 9.* Alexandri auſpicium atque imperium ſecuti amici ejus. ¶ Auſpicium pro libero patrati hominis arbitrio, poſuit *Virg. 4. Æn. v.* 340. Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis. ¶ Pro cujuſque rei initio, *Juſtin. l.* 26. *c.* 2. A parricidio incipere auſpicia belli. Sic auſpicia caſtrorum, *Stat. 5. Sylv.* 2. 9. Auſpicia regni, *Juſtin. l.* 27. *c.* 1.

Auſpĭco, as, n. 1. antiqui dixerunt, pro auſpicor. *Plaut. in Perſ.* 4. 6. 7. Ego auſpicavi in hunc diem. *Id. in Rud.* 3. 4. 20. Non hodie iſti auſpicavi eti. *Id. Stich.* 3. 2. 96. Auſpicare muſtellam. *h. e.* muſtellam ſumere in auſpicium. Adde *Gell. l.* 3. *c.* 2. & *l.* 13. *c.* 14.

Auſpĭcor, aris, d. 1. de Cœlo ſervo, auſpicium ago, *augurare*, Ger. *weiſſagen*, Gal. *deviner*, *commencer*, Hiſp. *adevinar*, *comenzar*, οἰωνοσκοπεῖν, eſt auſpicia ſumere, ideſt, ex avium inſpectione divinare. *Cic. de nat. Deor.* 2. 4. Gracchus, cum pomerium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. ¶ Et, quia veteres nihil rei magnæ, niſi auſpicato, ordiebantur, fit, ut auſpicari dicamus pro incipere, *cominciare*. *Suet. in Aug.* Militiam auſpicantibus præfecturas alarum dedit. ¶ Porro credebant Veteres, quidquid inchoarent operis initio anni, id toto illo anno feliciter proceſſurum. Quare eo die v. 3. Kal. Jan. ſuam quiſque artem leviter, & tantum boni ominis cauſa tractare ſolebat: atque idipſum cum facerent, auſpicari dicebantur. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Per hos quoque dies abſtinent terrenis operibus religioſiores agricolæ; ita tamen ut ipſis Kal. Jan. auſpicandi cauſa omne genus operis inſtaurent. Sic de Druſo præfecto urbis *Tacit. Ann.* 4. *c.* 36. Auſpicandi cauſa tribunal ingreſſus. V. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 155. *& ſeqq.*

Auſtellus, parvus, & lenis Auſter. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 229.

Auſter, m. 2. *vento Oſtro*, דרום, Ger. *Sudwind*, Gal. *Sud*, Hiſp. *Auſtro*, νότος, ventus meridionalis, humidus, & calidus, ab αὔω, ſicco, uro. Græce νότος appellatur, quoniam νότις Latine humor dicitur. *Virg.* 4. *Georg.* Frigidus ut quondam ſylvis immurmurat Auſter. ¶ Aliquando ponitur pro regionibus meridionalibus. *Plin. c.* 9. ¶ *Auſter* pro *auſterus* V. Auſterus.

Auſtēre, dure, duriter, ſevere, *acerbamente*, *auſteramente*, Germ. *ernſthaftiglich*, Gal. *auſterement*, Hiſp. *auſteramente*. *Cic. pro Mur. c.* 35. Agit mecum auſtere, & Stoice Cato.

Auſtērĭtas, atis, f. 3. *auſterità*, *ſeverità*, αὐστηρότης, qualitas contraria ſuavitati. *Quint. l.* 6. *c.* 2. Non auſteritas ejus triſtis, non diſſoluta ſit comitas. *Plin.* non ſemel auſteritatem coloribus tribuit, ut *l.* 35. *cap.* 10. ubi ait Eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret. V. Auſterus. ¶ In Plur. numero habet *Pallad.* 1. 35.

Auſterŭlus, a, um, adject. diminut. ab auſterus. *Apul. in Florid. num.* 20. Muſicæ dulcem, dialecticæ auſterulam.

Auſtērus, a, um, o. 1. 2. acer, aſper, immitis, barbarus nimium ſeverus, & acerbus, *acerbo*, *aſpro*, חמץ, Ger. *ſawer* Gal. *auſtere*, Hiſp. *auſtero*, αὐστηρός, qualis eſt ſapor fructuum, qui nondum plenam maturitatem ſunt conſecuti. Differt ab acerbo (ut docet *Gal. l.* 3. *de facult. impl*) tanquam minus a majore. Utraque enim guſtata aſtringunt, & contrahunt linguam, minus tamen eam exaſperant, quæ auſtera ſunt. Hinc auſterum vinum dicimus. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ſevero, inhumano. *Prop. l.* 3. *Eleg.* Qui ſolet auſteros arte ferire viros. ¶ Et pro duro, difficili, moleſto, *duro*, *noioſo*. *Horat. in Ser. l.* 2. *ſat.* 2. Molliter auſterum ſtudio fallente laborem. Homo auſterus apud *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 25. ¶ Etiam color dici videtur auſterus: *Plin. l.* 35. *c.* 6. hoc eſt ſuccus obſcurius. ¶ Comparat. *auſterior* apud *Colum. l.* 12. *c.* 12. & 39. Superlat. *auſteriſſimus*, apud *Scribon. Larg. compoſit.* 142. ¶ *Auſter* in recto caſu ſingulari, *Scribon. Larg. compoſ.* 188. Guſtus auſter, & ſubamarus.

Auſtrālis, le, ad Auſtrum pertinens, meridionalis, *auſtrale*, *meridionale*, νότιος. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 4. dies auſtralibus humida nimbis. *Cic. Somn. Scip.* Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille, in quo &c.

Auſtrĭfer, a, um, adject. poeticum, auſtrum ferens, nimboſus. *Sil. lib.* 12. *v.* 5. Auſtrifero nebuloſam vertice frontem Immitis condebat hyems.

Auſtrīnus, a, um, idem quod Auſtralis. Auſtrinum Cœlum pro nebuloſo, *Plin. l.* 16. *c.* 26. Et Auſtrinus dies eodem ſenſu. *Colum. l.* 11. *c.* 2.

Auſtroafrĭcus, i, m. λευκόνοτος, ventus Africo, & Auſtro utrinque junctus. *Vetus lapis* apud *Gruter. pag.* 137.

Auſum, i, n. e. *azzardo*, *attentato*, *impreſa*, τόλμημα, factum quod quis audet, aut ſuſtinet aggredi. *Virg. Æn.* 6. *v.* 624. Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti. *Ovid. epiſt.* 14. *v.* 49. crudelia auſa. Et *Met.* 2. *v.* 328. excidere auſis: quod dicimus, cum conatus noſtri non ſuccedunt.

Auſus, a, um, active ſignif. ab audeo. *Liv. l.* 26. *c.* 40. Exules, obærati, capitalia auſi plerique. ¶ Paſſive *auſa res* dicitur, quam quis facere auſus eſt. *Tacit. Ann.* 3. 67. Auſis ad Cæſarem codicillis, quibus invidiam, & preces miſcuerat. *Apulej. in Florid. n.* 7. (*al. l.* 1.) Multa ſublimia facinora vel belli auſa, vel domi proviſa.

Auſus, us, m. idem quod auſum. *Flacc. l.* 3. *Argon. v.* 613. Jamque moræ impatiens cunctantes increpat auſus Tiphis.

Aut, *ovvero*, *ovveramente*, וא, Germ. *oder*, Gal. *ou*, Hiſp. *o*, ἤ, vel conjunctio ſeparativa, vel a Punico au, adjecto t, vel a Græco, αὖτε. *Virg.* 4. *Georg.* Aut onera accipiunt venientum. ¶ Si ſemel ſubjiciatur, diminutiva eſt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 69. Aut age diverſas. Quod enim graviſſimum erat, Juno primum optabat, ut ſcilicet ſubmerſas puppes obrueret, aut ſi id gravius videretur, ut ſaltem in partes diverſas disjiceret. ¶ Aliquando hortativa. *Virg.* 9. *Æn. v.* 495. Aut tu, magne pater Divum, miſerere. ¶ Aliquando conjunctive. *Id. Æn.* 1. *v.* 414. Moliri ve moras, aut veniendi diſcere cauſas. ¶ Aliquando comminativa. *Id. Eclog.* 7. Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi carmen, quale meo Codro, concedite, Aut hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. ¶ Conjungitur cum particulis vero, & *etiam*, elegantiæ cauſa. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 17. Sed ſi quis eſſet, aut etiam fuiſſet: aut vero ſi poſſet, tu eſſes profecto. ¶ Aus pro au, habet *Plaut. Aulul.* 2. 6. 11. Coenæ ne cauſa, aut tuæ mercedis gratia poſtulas &c.

Autem, *ma*, *po*, אבל, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hiſp. *mas*, δέ, ſed, verum, conjunctio ſubjunctiva, quæ ſemper poſtponitur; ab *aut*, vel ab αὖτε, *Cic.* 1. *de Orat.* Verborum autem licentia liberior. ¶ Servit aliquando correctioni. *Cic. ad Attic. l.* 12. *ep.* 42. Ferendus tibi meus error, ferendus autem? immo vero etiam adjuvandus. ¶ Ecce autem, Porro autem, Tum autem, ideſt Præterea. *Ter. Phorm.* 1. 5. 34. & alibi. ¶ Dicimus etiam, Et autem, ſed rarius. *Sueton. Aug. c.* 73. Et forenſia autem, & calceos nunquam habuit. Adde *Lucret. l.* 1. *v.* 1077. & *Quintil. l.* 4. *c.* 1.

Authenta, æ, m. αὐθέντης, dominus, auctor. *Fulgent. in contin. Virg.*

Authentĭcus, a, 1. 2. *autentico*, *approbato*, αὐθεντικός, habens auctoritatem. Nam αὐθέντης, author eſt αὐθεντία authoritas. Hinc authentica ſcripta, vulgo originalia, & lex authentica, & decretum authenticum, quod auctorum auctoritate comprobatum eſt. *Ulpian. l.* 4. *Dig. Famil. erciſc.*

Authepſa, αὐθέψης ollæ æneæ fuit genus duos habentis fundos, quorum inferiori igniculus ſuperimponebatur, ſuperiori ſive interiori cibi, qui coquendi eſſent, ab αὐτός, ipſe, & ἕψω, coquo, quod per ſe cibus coqueret, non indigens externo foculo. Sed alii intelligunt vas illud, quod in menſis ſoles patinis ſupponi, ne cibi refrigerentur, ab αὖτε, rurſus, & ἕψω, coquo. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 46. *Lamprid. Heliogab. c.* 19.

Author cum derivat. V. Auctor.

Autochthŏnes, indigenæ, minimeque aliarum gentium adventu, & hoſpitiis mixti, ut *Tacit. Germ. c.* 2. deſcribit: velut nati ex ipſa terra, αὐτόχθονες, γηγενεῖς, ἰθαγενεῖς. ¶ *Apulej. l.* 11. *Metam.* Autochthones Attici Cecropiam minervam nominant.

Autogrăphus, a, um, αὐτόγραφος, propria manu ſcriptus, *ſcritto di propria mano*. *Suet. Aug. c.* 71. Nec id dubium eſt, autographa quadam epiſtola. Et *c.* 87. Literæ ipſius autographæ oſtentant. ¶ Autographum, i, n. abſolute pro ſcripto autographo. *Symmach. l.* 3. *ep.* 2. Vetuſtatis exemplar de autographo tuo ſumere.

Autolŏles, m. 3. pop. Africæ, vel Libyæ, Numidis, & Getulis finitimi, in Mauritaniæ fin. inter Salam fl. & Atlantem M.

Autolycus, i, Αὐτόλυκος, Mercurii filius, & avus maternus Ulyſſis, artificiis furtorum clarus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 59. Non fuit Autolyci tam piceate manus.

Automăta, αὐτόματα, ultronea, vel ſuæ ſpontis, qualia ſunt inſtrumenta arte mechanica ita ſubtiliter conſtructa, ut ſua ſponte nulla apparente cauſa moveantur, ut horologia, & machinæ verſatiles. Hæc vox eſt apud *Suet. in Claud. c.* 44. latinis literis ſcripta.

Automatarius, a, um. Ita *Ulp. l.* 41. *l.* 41. *l.* 1. *de leg. & fideicom. automataria* dixit, ſubaudi opera. ¶ Automatarius faber, reperitur in vet. lapide apud *Grut. p.* 642. & apud *Torrent. ad Sueton. Claud. c.* 44.

Automĕdon, ontis, Αὐτομέδων, auriga Achillis. *Virg. Æn.* 2. *v.* 477. Equorum agitator Achillis Armiger Automedon. ¶ Ponitur & pro quovis auriga. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 61.

Autonŏe, ſ. 1. filia Cadmi, & Hermiones, uxor Ariſtæi, mater Actæonis, qui ab illa Autonoejus vocatur. *Juven. ſat.* 6. *v.* 72.

Autonoeĭus, a, um, ad Autonoem pertinens, ut Autonoejus heros, h. e. Actæon. *Ovid. Met.* 3. *v.* 198.

Autopyros, i, maſc. *pane di tutta farina*, panis ex tritico, cui aut nihil, aut ſane leviſſima furfures ſunt adempti. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Autumnal, pro autumnale, ut capital pro capitale. *Varr.* apud *Chariſ. l.* 1. Æquinoctium autumnal.

Autumnālis, le, adject. ad autumnum pertinens, *autunnale*, ὀπωρινός, *Columel. l.* 4. *c.* 9. Putatio autumnalis. *Liv. l.* 31. *c.* 47. Æquinoctium autumnale.

Autumneſco, is, eſcere, verbum inchoativum ab Autumno. *Martian. Capell. l.* 6.

Autumnĭtas, atis, autumni tempus, ὀπωρισμός, *tempo di autunno*. *Cato R. R. c.* 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Et *c.* 155. prima autumnitate, cum pluvia eſt. ¶ Ponitur & pro vindemia, ſeu proventu autumni. *Arnob. l.* 1. *p.* 12. Ea olivis veſtrit, atque vinetis plenam faciunt autumnitatem fundi. Adde *Symmach. l.* 3. *ep.* 23.

Autumno, as, are, dicimus, ut vernare, hyemare. *Plin. l.* 2. *c.* 50. Semper quodammodo vernat, vel autumnat. Et *cap.* 47. Corus autumnat: huic contrarius eſt Vulturnus.

Autumnus, & auctumnus, i, m. 2. *autunno*, חרף, Ger. *herbſt*, Gal. *l'automne*, Hiſp. *otono*, ὀπώρα, una ex quatuor anni partibus, inter æſtatem, & hyemem media, ab augendo, quod tum coactis agrorum fructibus opes maxima augentur, ut ait *Feſt.* & *Voſſ. Ovid.* 2. *Art. am. v.* 318. Sæpe ſub autumno, cum formoſiſſimus annus. ¶ Quandoque accipitur pro autumni fructibus. *Virg. Georg.* 2. *v.* 5. Pampineo gravidus autumno Floret ager. *Martial. lib.* 3. *epigr.* 57. Fragret teſta ſenibus autumnis. *hoc eſt* vino vetera. ¶ Reperitur etiam *autumnum*, *i*, n. *Chariſius l.* 1. & *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 21.

Autumnus, a, um, adject. autumnalis, ad autumnum pertinens, ὀπωρινός, *autunnale*. *Ovid. Met.* 3. *v.* 728. Autumnum frigus. *Gell. l.* 19. *c.* 7. Autumnam tempeſtatem.

Autŭmo, as, a. 1. dico, opinor, cenſeo, puto, *ſtimare*, *affermare*, חשב, Ger. *halten*, *ſchetzen*, Gal. *eſtimer*, *penſer*, Hiſp. *juzgar*, *e penſar*, ὑπολαμβάνω, ex ab, & æſtumo, vel ab auctor ſum, quod aſſ, ſic tibi agendum cenſeo, ac dico. *Cic. in Top.* Bene quem meritum eſſe autumas, dicis male mereri. *Ter. Prol. Heaut.* Neque ſe id pigere, & deinde facturum autumat. *Plaut. Capt.* 4. 2. 110. Si vere autumas. *h. e.* dicis, prædicas. ¶ Pro æſtimare, ſeu ponderare, *ſtimare*, *peſare*. *Plaut. Men.* 5. 2. 7. Res plurimas, peſſimas, cum advenit, affert: quas ſi autumem omnes, nimis longus ſermo ſit. Et paſſive *Pacu.* 1. 2. 32. Quaſi falſa mutatica eſſe autumantur.

Avelsĭo, onis, verbal. ab avello, avellendi actus, ἀπόσπασμα, *ſtaccamento*, *ſtrappata*. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Arbores aut ſemine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulſione &c. Adde *l.* 19. *c.* 7.

Avulſor, oris, qui avellit, ἀποσπαστής. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Spongiæ ubi avulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur.

Avelſus, a, um, nom. ex particip. ἀπεσπασμένος, *sbarbato*, *ſpiccato*, *ſtrappato*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 558. Avulſum humeris caput. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 8. *v.* 89. Leporum avulſi armi. *Cic. pro Domo cap. penult.* Avulſus a meis.

Avuncŭlus, m. 2. *zio dal lato di madre*, Ger. *oheimb*, Gal. *oncle*, Hiſp. *tio*, μήτρως, matris meæ frater, ſic dictus, quod æque tertius a me, ut avus, eſt, ſed non ejuſdem juris, ideoque vocabuli facta diminutio eſt, perinde ac minor avus, vel quod avi locum teneat, & proximitate tueatur ſororis filios, quemadmodum frater patris a patre patruus, πατράδελφος, θεῖος, πάτρως, appellatur, quod ſit quaſi alter pater. *Cicer.* 3. *Fin. c.* 2. Eam controverſiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo. ¶ Aliquando maritus ſororis matris ſic appellatur, ut apud *Senec. de Conſol. ad Helv. c.* 17. ¶ Sic Fratris vocabulum quandoque ad patrueles transfertur. ¶ Avunculus magnus eſt aviæ frater. *Cic. de cl. Orat. c.* 62. Idemque dicitur Avunculus major a *Vellejo Pat. l.* 2. *c.* 59. & a *Sueton. in Aug. c.* 7. Ita enim vocant Julium Cæſ. ex cujus ſorore Julia nata eſt Atia Auguſti mater. ¶ Apud JCtos Avunculus major eſt proaviæ frater, qui & Proavunculus. *Leg.* 1. §. 7. *de gradib.* V. *Paul. Leg.* 10. §. 15. 16. 17. *Dig. ibid.* ¶ *Avunculus maximus* eſt frater abaviæ. *Paul. ibid.*

Avus, i, m. 2. *avolo* Ger. *groſsvatter*, Gal. *ayeul*, Hiſp. *abuelo*, πάππος, patris, vel matris pater, ab Hebr. אב, *pater*, & *avus*, vel ab ævum, quia patre antiquior eſt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. Avus tibi maternus fuit, atque paternus. ¶ Hinc *proavus*, ſecundus avus, avi pater, quaſi tertius pater, a *pro*, ante, quia eſt ante avum: *abavus*, tertius avus, proavi pater, quia eſt longe ab avo, ſeu ab avo abeſt: *atavus*, quartus avus, abavi pater, ab *ad*, & *avus*, quaſi adavus, ut atnepos pro adnepos: *tritavus*, quintus avus, atavi pater, quaſi tetravus, a τέτταρα, *quatuor*, quia

eſt

eſt quartus ab avo. ¶ Poſt tritavum; majores, πρόγονοι, dicuntur. Poetæ tamen interdum avos dicant quoſcumque majores. *Ovid. Heroid. epiſt.* 16. *v.* 173. & *l.* 1. *de Pont. ep.* 8. *v.* 17. ¶ Pro homine ſene *Albinovan. eleg.* 2. *v.* 4. Longius annoſo vivere dignus avo.

Auxiliabundus, a, um, qui auxiliatur. *Apul. de Deo Socr. p.* 48. *ed. Elment.* Virgiliana Juturna in mediis militibus auxiliabunda fratri converſatur.

Auxiliāris, re, adject. *ſoccorrevole*, βοηθητικός. *Ovid. Met.* 9. *v.* 698. *de Lucina*. Dea ſom auxiliaris. Et *l.* 6. *v.* 424. Auxiliaria arma. ¶ Auxiliares, abſolute, ſunt, ut ait *Feſt.* in bello ſocii Romanorum ex exteris nationibus: dicti ex græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctiones, *Caſ. l.* 3. *B. G. c.* 25. & *l.* 1. *B. C. c.* 78.

Auxiliarius, a, um, adject. idem quod auxiliaris; ut auxiliariæ cohortes, *Cic. de Prov. conſul. c.* 7. Equites auxiliarii, milites auxiliarii, *Salluſt. Jug. c.* 46. *Liv. l.* 40. *c.* 40.

Auxiliatio, onis, f. auxilium. Vox hæc uſurpatur e *Nonis* Grammatico homine *c.* 4. *n.* 403.

Auxiliator, oris, *ajutatore*, *ſovvenitore*, βοηθός. *Tacit. l.* 6. *c.* 37. haud inglorius auxiliator. *Stat. l.* 3. *Silv.* 4. *v.* 23. Ubi maximus ægris Auxiliator adeſt.

Auxiliātrix, icis, femin. ab auxiliator, *ajutatrice*, *Caſſiod. l.* 2. *ep.* 40. Muſico perniciosa odia convertit ad auxiliatricem gratiam.

Auxiliatus, us, ui, ſubſtant. m. 4. idem quod auxilium. *Lucret. l.* 5. *verſ.* 1038. Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, & a pennis tremulum petere auxiliatum.

Auxiliatus, a, um, *che ha ajutato*, particip. verbi auxilior. *Auct. ad Herenn.* 4. 27. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ ſunt. ¶ Paſſive *ajutato*, βοηθηθείς. *Vitruv. l.* 5. *c.* 8. Vox ab imis auxiliata. *Lucil.* apud *Priſcian. l.* 8. A me auxiliatus ſi eſt.

Auxilio, as, are, pro auxilior, *Gracchus*, apud *Diomed. l.* 1. & *Priſcian. l.* 8.

Auxilior, aris, d. 1. adjuvo, ſuffragor, opitulor, opem fero, *ajutare*, *aitare*, עזר, Ger. *helffen*, Gal. *aider*, Hiſp. *aydar*, βοηθεῖν, cum dativo conſtruitur. *Ter. Adel.* 5. 3. Si omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari. Auxiliari contra aliquem, *Plin. l.* 24. *c.* 12.

Auxilium, lii, n. 2. *ajuto*, עזר, Ger. *helffung*, Gall. *aide*, Hiſp. *ayuda*, βοήθεια, ſubſidium, adjumentum, quod & opem Latine dicimus. *Cic. pro Rabir. c.* 2. Ope, & auxilio Deorum gubernantur Reſp. ¶ Sumitur & pro remedio. *Celſ. in præfat. l.* 1. Auxilia adverſæ valetudinis. ¶ Auxilia nautica, apud *Ovid. lib.* 3. *de arte aman.* ſunt nautica inſtrumenta. ¶ Accipitur aliquando pro ipſis militibus, qui auxilio mittuntur, plerumque tamen numero. *Salluſt. Jug. cap.* 8. Dimittere auxilia. ¶ Auxilia ſociorum erant, Legiones ex Romanis conſtabant. *Cic. pro Dejot.* Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. ¶ Dictum putatur auxilium, ab augendo, quod vires ejus augeat, cui accedit.

Auxilla, ollam parvulam dicebant antiqui, ut inquit *Feſtus*.

Auximum, Auximum, Oximum, o. a. *Oſimo*, Αὔξιμον, urbs E. Piceni, in colle, ad Muſonem Fl. ab Ancona 15. M. P. in Mer. inter Æſium, & Lauretum fere totidem. *Luc. l.* 2. *v.* 466. Auximon dixit metri cauſa.

A ANTE X.

Axamenta, n. 2. carmina, quæ a Saliis in univerſos homines componebantur. *Feſtus*.

Axare, *nominare*, antiqui pro nominare poſuerunt. *Feſtus*.

Axenum mare, ἄξενος πόντος, olim dicebatur, quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur, a truci accolarum barbarie. Nam ἄξενος, inhoſpitalis eſt. Ut enim *Strab. l.* 7. tradit, ſolebant Scythæ maris hujus accolæ hoſpites immolare, eorumque carnibus veſci. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 4. *v.* 55.

Axiăcæ, m. 1. Ἀξιάκαι, populi Sarmatiæ Europææ ſub Tirangitis, ubi nunc Podolia inferior, inter Tyram, & Boryſthenem amnes, Peucinis, & Carpianis proximi, ita dicti ab Axiace Fl. ex Peucinis jugis naſcente, qua Carpathio monti adhærent. Hos autem populos juſtiſſimos fuiſſe tradit *Mela l.* 2. in quo furti omnes ignari nec ſua cuſtodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & *Plin. l.* 5. *c.* 12. & *Ptol. l.* 3. *c.* 5.

Axiăces, m. 3. *Soline*, Fl. geminus Sarmatiæ Europææ, unus influens in pal. Mæotidem, alter in Pontum Euxinum ad Axiacem urbem.

Axicia, æ, forfex, quo ſecantur capilli, quaſi exicia ab exſicendo. Nam exſicare pro exſecare dictum eſt a Vet. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 22. Ubi alii leg. *Exeſa*, Al. *excutia*, ſc. parva ſcopa.

Axicŭlus, i, m. *picciolo ſtelo*, *o perno*. *Vitruv.* 10. 14. Tympanum verſatile in axiculo concluſum. ¶ Item trabecula, *travicella*. *Colum.* 6. 19. ¶ Item parva tabula, *Ammian. l.* 22. *c.* 2. (*al.* 4.) Scuti orbis compaginatus axiculis.

Axiei, mulieres dicebantur, ſive Dii, una aliquid agentes. *Feſt.*

Axilla, f. 1. *aſcella*, אצל, Germ. *die achſel*, Gall. *aiſſelle*, Hiſp. *ſobaco*, μασχάλη, locus concavus ſubter brachium, ubi naſcuntur pili, a Græca, vel ab Hebr. dictione, quæ propoſita eſt. Ex hoc per contractionem facta eſt vox ala. *Cic. in Orat. cap.* 45. Quomodo exſiſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga litteræ vaſtioris?

Axim, pro egerim. *Pacuvius*. Quæ egi, ago, vel axim, verruncent bene. *Nonius* 5. 2. *n.* 895.

Axinomantia, f. 1. ἀξινομαντεία, divinatio per aſcias, ab ἀξίνη, aſcia, & μαντεία, divinatio. *Plin. l.* 36. *cap.* 19. Gagate dicuntur uti Magi in ea, quam vocant axinomantiam. Sed in aliquibus codicibus eſt *oxyomantiam*, in aliis *conſinomantiam*.

Axiōma, atis, n. 3. *ſentenza*, *aſſioma*, משל, Germ. *ſpruch*, Gall. *axiome*, Hiſp. *ſentencia*, ἀξίωμα. Eſt principium in Artibus, ſeu Diſciplinis, & propoſitio indemonſtrabilis, quæ in communi ſenſu, conceptuque verſatur, neque ulla eget probatione, ſed per ſe ipſam clara, & evidens eſt, ut *Quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe quoque æqualia eſſe neceſſe eſt*. ¶ Accipitur item pro oratione perfecta veri, aut falſi ſignificativa, quam *Cic.* 2. *Acad.* effatum, 1. *Tuſc.* pronuntiatum vocat, *Varro* prolatum, & proloquium, nonnulli ex recentioribus propoſitionem, ut *Annibal Pœnus fuit*. *Gellius* explicat hanc vocem toto *c.* 8. *l.* 16. ¶ Latine uſurpat *Apulei. l.* 3. *de dog. Plat. ſeu de ſyllog. categorem.*

Axis, m. 3. *aſſe*, *cardine*, *polo*, נגרידומא, Germ. *wagenachß*, Gal. *eſſieu*, Hiſp. *exe*, ἄξων, proprie ſignificat lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur, ita dictum ab agendo, quod rota circa illud agatur. *Virg.* 3. *Georg.* Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis. ¶ Nonnunquam tamen figurate pro toto curru ponitur. *carro*. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 60. Purpureo tepidum qui movet axe diem. ¶ Apud Coſmographos axis eſt linea imaginaria ducta a Polo Arctico per mundi centrum ad polum Antarcticum, circum quam mundus perpetuo motu convertitur. ¶ Accipitur etiam pro ipſis Polis, ſeu cardinibus, quod circa eos rotari Cœlum videatur. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ora, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, &c. ¶ Item pro toto Cœlo. *Virg.* 4. *Æn.* Ubi maximus Atlas axem humero torquet. idest, Cœlum ſuſtinet. ¶ Item axes, *aſſe*, tabulæ ſectiles ſunt, inquit *Feſtus*, quæ & a Græcis *axones* appellantur, cujuſmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant inſculptas. Nam generatim Veteres dixere *axes* pro aſſes, ſeu aſſeres. *Colum. l.* 2. *c.* 32. Stabula roboreis axibus conſtrata. *Vitr. l.* 7. *c.* 1. Axes æſculini, querni. Quin & femin. gen. axes quernas dixit *Palladius l.* 1. *de R. R. tit.* 9. V. *Gell. l.* 2. *c.* 12. ¶ Item ferrum illud, in quo januæ cardo vertitur, *arpione del cardine*. *Stat.* 1. *Theb. v.* 348. exemque emoto cardine vellunt. ¶ Denique axis nomen eſt prop. feræ in India, hinnuli pelle, pluribus, candidiſque maculis, ſacræ Libero Patri. *Plin. lib.* 8. *cap.* 55.

Axitiōſi, m. 2. *faziosi*, a veteribus dicti factioſi, cum plures una quid agerent, facerentque. *Feſtus*, & *Plaut. in fragment.* apud *Varr. l.* 6. *L. L.*

Axon, ŏnis, m. linea recta ad meridiem poſita in horologiis ſolaribus. *Vitruv.* 9. 8. ¶ Item membrum balliſtæ ad axis ſimilitudinem factum. *Idem* 10. 17. ¶ Item axones fuerunt tabulæ, in quibus deſcriptæ erant leges Solonis. *Gell. l.* 2. *c.* 12. & *Ammian. l.* 16. *c.* 5.

Axŏnes, ŏnum, populi Galliæ Belgicæ circa Axonem fluvium. *Lucan. l.* 1. *v.* 413. Et Biturix, longiſque leves Axones in armis.

Axungia, f. 1. *ſugna*, Gal. *ſain*, Hiſp. *enxundia*, ὕειον στέαρ, Dioſcor. ἀξούγγιον, Æginetæ, interior porci pinguedo inveterata, ab axe planſtrorum ungendo dicta, ut facilius circa eum rota vertatur. *Plin. l.* 28. *c.* 9. *ſect.* 37. Adipi laus eſt, maxime ſuillo, qui tanto utilior, quanto vetuſtior. Axungiam appellavere etiam Græci in voluminib. ſuis. Hæc *Plin.*

A ANTE Z.

Aza, f. 1. Ἄζα, urbs Cappadociæ prope montes, non longe a conf. Armeniæ min. mediæ inter Trapezuntem, & Neocæſaream.

Azymus, i, ἄζυμος, non fermentatus. Latine, panem azymum, ſcripſit *Scribon. Larg. Compoſit.* 133. ¶ De penultima hujus vocabuli controverſia eſt, brevis ne, an longa ſit. *Prudent. in Apotheoſi*, *v.* 451. corripuit. Græci Poetæ aliquando produxere, ut *Nicand. in Alexipharm. verſ.* 521. Μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κρανὸν χθονὸς ἄνευ ἀέξου.

DE LITTERA B.

B Littera muta eſt, quæ non in ſonum ſuum, ſed in ſonum e litteræ finitur. ¶ Hanc Græci Βῆτα nominant. ¶ Gerit virtutem, & poteſtatem mediam inter p, & ph. Quare nos ob litterarum affinitatem dictiones Græcas traducentes nonnunquam p, & ph in b convertimus, ut πύξος buxus, ἄμφω, ambo. Et e contrario, quod illi b ſcribunt, nos cum ph traducimus, ut θρίαμβος, triumphus. ¶ Convertitur quandoque in u, euphoniæ, vel differentiæ cauſa, idque in duabus tantum verbis teſte *Cicerone*, *Auſero*, pro *abſero*, *auſugio*, pro *abſugio*. ſed in antiquis monumentis ſæpiſſime pro u ponitur etiam extra neceſſitatem, ut *abacus*, pro *abavus*, *bixit* pro *vixit*, & ſexcenta alia, quæ non ſunt temere imitanda. ¶ Tranſit etiam in f, ut *Suffero*, in c, ut *Occurro*, in g, ut *Suggero*, in m, ut *Summitto*, in p, ut *Nubo*, *pſi*.

B ANTE A.

Ba' Item Bat' Interjectio eſt avertentis, ſive ejus, qui alterius interpellationem inhibere cupit, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 6. & *Aſin.* 1. 1. 24. *Charisius l.* 2. laudans priorem locum ex ſententia Carſellii Vindicis, ait, *ba* ſonum eſſe cornicinis ex ore lituum eximentis.

Baal, & Bahal ' m. indeclin. Βαάλ, nomen dei ab Aſſyriis, Phœnicibus, & aliquando etiam ab Judæis culti: qui & *Bel*, ſeu *Belus* dictus eſt, conſecratus a Nino Beli filio in honorem patris, ut *Hieronym. in cap.* 23. *Ezechielis* docet. *Auguſtin. lib.* 7. *quæſt. ſup. Jud. q.* 17. Punicam vocem eſſe ſcribit, & ſignificare dominum. *Prudent. in Apotheoſi*, *v.* 393. caput & jam coctile Bahal, Finxeras; *Sedul. l.* 5. *v.* 147. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.

Babæ, βαβαί, adverb. Græcum, pro quo nos *papæ* utimur. Interjectio eſt cum admiratione approbantis, vel negligentis, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 131. Babæ nunc demum mihi animus in tuto eſt loco.

Babecalus, vel Babæcalus apud *Arnob.* & *Petron. in fram. Tragur.* ſignificat libidinoſum, maliçioſum, & ex nimiis voluptatibus pæne amentem. Alii tamen utroque loco aliter legunt.

Babel, elis, nomen civitatis Aſſyriæ, quod a confuſione linguarum accepit. Nam cum una prius eſſet, pro numero gentium linguæ 72. hinc ortæ ſunt. *Babel* Hebr., Latine confuſionem, ſeu mixtionem ſignificat, σύγχυσιν, V. Babylon.

Babylon, ŏnis, f. 3. *Babilonia*, Βαβυλών, urbs A. caput Chaldææ, in Babylonia, reg. celeberrima, & ex maximis Aſiæ, ad Euphratem fl. interfluentem in vaſtiſſime, & lætiſſima planitie; a Bagdato ad Tigrim 90. M. P. al. 50. in Afr. a Terodone apud oſt. Tigridis 412. al. 250. a Sardibus 2300. in Or. a Damaſco 480. ab Edeſſa 375. in Or. Condita eſt a Nembroth, ſeu ſcio, filio Chuſan, nep. Cham, poſtea a Semiramide amplificata, & mœnibus cincta. Dicta eſt e Babel, confuſio, quæ ibi linguarum confuſio facta eſt. In media urbe Nembroth ingentem turrim ædificavit, figura quadrata; duorum undequaque ſtadiorum latitudine, quæ ex octo turribus alia alii ſuperimpoſita conſtabat, & ad altitudinem excreſcebat 5174. paſſuum. Muri coctili latere, & interfuſo bitumine compacti ſunt. Sed Deus linguas opificum immutavit, ne opus altius erigeretur. Atque hæc eſt origo varietatis ſermonum. Semiramis vero urbem amplificavit ſimiliter in quadratam figuram ad 480. ſtadia, ita ut ſingula latera 120. longa eſſent, idest ad 15. M. P. & mœnibus circumdedit altis 200. pedes, latis 50. ita ut quadrigæ ſibi invicem occurrentes facile pertranſire poſſent, præterea munivit 300. turribus, centum portis æneis, foſſa extrinſecus late patente, & vice amnis circumfluente, atque duabus arcibus ſupra Euphratem, denique ornavit magnificentiſſimis ædibus, & hortis penſilibus, eaque omnia intra anni ſpatium. Nunc tantæ urbis vix rudera ſuperſunt.

Babylonia, f. 1. *Bagdet*, *Yerach*, pars Aſſyriæ veteris, de urbis nomine dicta, circa Euphratis, & Tigridis confluentiam, inter partem Meſopotamiæ ad Bor. Arabiam deſertam ad Occ. Suſianam ad Or. partem ſinus Perſici ad Mer. *Plin.* 6. 26.

Babyloniăcus, a, um, Babylonicus. *Manil. l.* 4. *v.* 578. Cum Babyloniacas ſubmerſa profugit in undas. *h. e.* in Euphratem, qui Babylonem interluit.

Babylonica, orum, n. plur. veſtes ſtragulæ Babyloniorum arte pictæ. *Lucret. l.* 4. *v.* 1023. Cum Babylonica magnifico ſplendore rigantur.

Babylonĭcus, a, um, n. 1. 5. Βαβυλωνικός, adject. a Babylone, ut Babylonicæ veſtes, & Babylonica ſtragula, quæ variis coloribus intexta ſunt. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Babylonica triclinaria. *Plaut. Stich.* 2. 2. 54. Babylonica periſtromata advexit.

Babyloniēnſis, ſe, aliud adject. gentile a Babylonia, quo uſus ſæpe *Plaut. Truc.* 1. 2. 100. Babylonienſis miles.

Babylonĭus, a, um, adject. poſſeſſ. a Babylonia, ut Babylonii muri, *Curt. l.* 5.

Digitized by Google

l. 5. *c.* 1. ¶ Babylnaii, orum, Babylonis incolæ, *Id. ibid.* Babylonii maxime in vinum effuſi ſunt. ¶ Eos magna cum Aſtrologiam, & Genethliacorum artem coluiſſe, plures auctores tradunt, interque eos *Plin. l.* 6. *c.* 26. Hinc *Horat. l.* 1. *od.* 11. Tu ne quæſieris, quem tibi finem Di dederint, nec Babylnaina tentaris numeros.

Bacar, aris, vas vinarium ſimile trullæ bacrioni. *Feſtus*, putat dici a Baccho, quaſi bacchar.

Bacca, f. 1. *bacca*, שׁבלים, Ger. *beerlein*, Gal. *baye*, Hiſp. *baco*, ἀκρόδρυον, continet intra ſui nominis ambitum fructus diverſorum generum, lauri, olivæ, corni, myrti, & aliorum hujuſmodi. Differt ab acino, quod acinus denſius naſcitur, ut in ovis, bacca diſperſius, & rarius. Vide *Plin. l.* 15. *c.* 14. *Cic.* 1. *Tuſc.* Arbores ſerit, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam. ¶ Eſt & bacca, *perla*, μαργαρίτης, gemma candida, & baccæ more rotunda, quam & unionem dicimus. *Virg. in Culice, v.* 67. Nec Indi Conchea bacca maris pretio eſt. ¶ Bacca etiam dicitur ſtercus ovium, ſeu caprarum. *Pallad. l.* 1. *R. R. tit.* 14. Si caprini ſtercoris baccam ſubtiliter excavaveris. ¶ Item nodi, globuli, nuuli baccæ dicuntur. *Prudent.* περὶ στεφ. *hymn.* 1. *v.* 46. Carcer illigata duris colla baccis impedit. Et *in præfat. Pſychom. v.* 33. Attrita baccis colla liber erigit. *h. e.* anulis catenarum.

Baccalia, æ, lauri ſpecies, a baccarum fertilitate dicta. *Plin. l.* 15. *c.* 30.

Baccālis, le, baccas ferens, ut baccalis laurus, *Plin.* 17. 10.

Baccar, aris, vel baccharis, is, f. 3. βάκχαρις, herba radicis odoratæ ad cinnamomi ſimilitudinem, hederæ pene foliis rotundioribus, & mollioribus, al. nardus ruſtica, quam vulgo D. Mariæ chirothecas vocant. Valere dicitur contra faſcinationes. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 27. & ibi *Serv.*

Baccātus, a, um, adject. baccas habens, ut monile baccatum: h. e. gemmis, tamquam baccis diſtinctum. *Virg. Æn.* 1. *v.* 654. Adde *Silium l.* 8. *v.* 134.

Baccebundus, a, om, bacchans, furens, *baccante*. *Curt. l.* 9. *c.* 10. Bacchabundum agmen inceſſit. ¶ Item alamans, obſtrepens Baccharum more. *Apulej. in Apolog.* In medio toro bacchabundus.

Bacchæ, arum, quæ & Mænades & Tyades, & Mimallonides dictæ, mulieres erant Bacchum comitantes, & ejus ſacra celebrantes, magno ululatu, tertio quoque anno: quarum habitus ita deſcribitur ab *Ovid. Metam.* 6. *v.* 592. Vite caput tegitur, lateri cervina ſiniſtro Vellera dependent, humero levis incubat haſta. *Horat. l.* 3. *Od.* 25. *v.* 15. Bacchæ valentes proceras manibus vertere fraxinos. Et in ſingulari pro muliere furioſa, *Plaut. Amph.* 2. 2. 71. Bacchæ bacchanti ſi velis adverſari, ex inſana inſaniorem facies.

Bacchanal, vel Bacchanale, lis, Διονύσιον, locus, in quo Bacchi feſta celebrantur. Item feſtum ipſum, ſeu ſacrificium in Bacchi honorem fieri ſolitum. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 3. Neque ego unquam, niſi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum. *Id. Mil.* 3. 2. 43. Vos in cella vinaria Bacchanal facitis. ¶ Pro ganeo etiam poſitum invenitur apud *eund. Bacch.* 1. 1. 19. Et *Aulul.* 3. 1. 5. &c.

Bacchanalia, ium, & orum, Bacchi feſta, quæ & Dionyſia, Διονύσια, Βακχεῖα. *Liv. l.* 39. *c.* 9. Via una corruptelæ bacchanalium erant. Fœditatem hujus feſti deſcriptam habes *ibid. c.* 8. *Salluſt.* Socius bacchanaliorum. *Juvenal. Sat.* 2. *v.* 3. Qui Curios ſimulant & bacchanalia vivunt: h. e. luxurioſam vitam agunt.

Bacchanalis, e, adject. ad Bacchum pertinens, ut Bacchanale feſtum, *Macrob. Saturn.* 1. 4. Bacchanalis chorus, *Aurel. Vict. de Cæſarib.* 2. 3.

Bacchans, antis, *baccante*, *furioſo*, βακχεύων, qui bacchatur & furit Baccharum more. *Cic.* 4. *Catil. c.* 6. Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor, in veſtra cæde bacchantis. ¶ *Bacchantes*, *tum*, ſunt ipſæ Bacchæ, *le Baccanti*, Βάκχαι. *Curt. l.* 8. *c.* 10. Toto nemore ſimiles Bacchantibus vagarentur. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 702. Cithæron Cantibus, & clara Bacchantum voce ſonabat.

Bacchatim, adverb. βακχικῶς, more Bacchantium. *Apul. l.* 1. *Mileſ. p.* 118. Quo igitur, furor, hunc bacchatim diſcerpimus?

Bacchatio, unis, bacchantis actus, βάκχευσις, *Cic.* 3. *Verr. c.* 12. Nocturnæ bacchationes.

Bacchatus, a, um, paſſive uſurpavit *Virg.* 2. *Georg. v.* 487. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta. *h. e.* a bacchantibus frequentata.

Bacchēis, idis, patronym. femin. *Stat. l.* 2. *Silv.* 2. *v.* 34. Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum culmen. Sumptum eſt a *Bacchiadibus*, qui Corinthum incoluerunt. *Ephyres* enim nomine Corinthus notatur. V. Bacchiadæ.

Baccheius, quadriſyllab. & Bacchēus, a, um, triſyllab. adject. a Baccho. *Virg.* 2. *Georg. v.* 454. Bacchea dona. *Colum. l.* 10. *v.* 223. Pierii nemoris, Bacchea voce frementem. ¶ Scribitur & *Bacchæus*.

Bacchiadæ, gens, vel familia Corinthi, a Bacchia Bacchi filia ſic appellata, quæ per CC fere annos tyrannidem in patria exercuit: a Cypſelo tandem expulſa in Siciliam venit, & Syracuſas condidit. *Ovid. Met.* 5. *v.* 407. Et qua Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho, Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Bacchĭfer, a, um, adject. poſſeſſ. a Baccho, βακχικός. *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 6. *v.* 2. Deme meis hederas, bacchica ſerta, comis.

Bacchis, idis, mulier Bacchi ſacrificula, quæ & Thyas, & Bacca dicebatur. Hinc Bacchides ſorores duæ, quæ titulum dedere Comœdiæ Plautinæ.

Bacchīus, m. 2. βακχεῖος, pes ex brevi, & duabus longis, ut *Honeſtas*, ſic dictus, quod uſitatus eſſet in carminibus ſacrorum Bacchi. Contrarius eſt *Antibacchius*, ex duabus longis, & ultima brevi, ut *Fortuna*.

Bacchor, aris, *impazzire*, *infuriare*, debacchari, furere, הלל, Ger. *toben*, Gall. *etre forcené*, Hiſp. *enloquecer*, βακχεύειν. Uſurpatur pro furere, vagari, diſcurrere. *Cic. de clar. Or. c.* 80. Nec erat, quod eos, quorum altior oratio, actioque eſſet ardentior, furere, & bacchari arbitraretur. *Virg. Æn.* 4. Totamque incenſa per urbem Bacchatur. ¶ Item pro impotenter, & immodice lætari. *Horat. l.* 2. *Od.* 7. Non ego ſanius Bacchabor Edonis. *Cic.* 1. *Catil. cap.* 10. Quanta in voluptate bacchabere. *Id. Catil.* 4. 6. Aſpectus Cethegi in veſtra cæde bacchantis. ¶ Bacchari in aliquem. *Teren. Adelph.* 2. 1. Egone bacchatus in te, an tu in me? ¶ *Stat.* de Poetis uſurpavit, cum veluti furore correpti fundunt carmina, *l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 257. Tecum ſimiles, junctæque Camœnæ, Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras. ¶ Bacchari, de ſono, quem vaſa edunt, *bac bac*, cum effunduntur. *Plaut. Mil.* 3. 2. 43. ¶ Taygeta bacchata Virginibus Lacænis, *Virg.* 2. *Georg. v.* 487. ubi paſſiv. adhibetur.

Bacchus, or. 2. *Bacco*, Βάκχος, filius Jovis ſecundi, & Semeles. *Cic.* 1. *Tuſc.* 2. *de nat. Deor.* Dictus eſt a βάζω, loquor, quia loquax ebrietas, vel a βία, vi, & ἰαχῶ, vociferor, quod Bacchi Orgia non fuerint ſine tumultu, & clamore celebrata, vel a Bacchis mulieribus Indiæ, quæ illum furentes ſequebantur. Idem dictus eſt Dionyſius; Liber Pater, Oſiris, Priapus, Bromius, Brotinus, Euchyus, Lenæus, Baſſeus, Bahactes, Διμήτωρ, quod duas habuiſſe matres, & bis natus fuiſſe fingatur. V. Semele. ¶ Dicitur vinum inveniſſe. Hinc pro vino ſumitur frequenter a Poetis. *Plato* ſcripſit, Bacchum a Junone mente deturbatum fuiſſe, atque idcirco illum ulciſcendi gratia Bacchantum choream, omnemque inſaniam induxiſſe, & vinum ad hoc ipſum tribuiſſe. Primus emere, ac vendere inſtituit. Primus diadema Regium excogitavit. Primus triumphavit, Indico vectus elephanto. Fuit maximus Imperator. Totum fere orbem noſtrum debellavit, Indos ſubegit. Innumerabiles res geſſit pro conſervatione generis humani. Hinc maximi viri Bacchi nominibus vocantur. In Cœlum evolaſſe creditus eſt. ¶ *Bacche*, *io Bacche*, vox eſt baccantium. *Plaut. Caſin.* 5. 2. 10.

Baccĭfer, a, um, adject. baccas ferens, ἀκροδρυοφόρος. *Silius l.* 3. *v.* 596. Baccifer Sabinus: quia *ſc.* ager Sabinorum olivæ ferax eſt. Hedera baccifera, *Senec. Oedip. v.* 414.

Baccŭla, dim. f. 1. parva bacca. *Plin. l.* 15. *c.* 8. Ferunt bacculas parvas.

Bacēli, m. 2. βάκηλοι, ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, teſte *Suet. cap.* 87. a Bacelo quodam eunucho ut *Alciatus* credit, qui corpore quidem procero fuit, ſed adeo ſtolidus, ut ceſſerit in proverbium. Al. leg. *Baceoli*.

Bacillum, i, diminut. a baculus, *baſtoncello*, βακτήριον. *Cic.* 2. *Fin. cap.* 11. Bacillum aliud eſſe inflexum, & incurvatum de induſtria, aliud ita natum. ¶ Maſculino gen. eſt apud *Iſid. l.* 20. *Orig. c.* 13. ubi ait: A baculo bacillus per diminutionem.

Bacrio, onis, genus vaſis longioris manubrii, quod alii trullam appellant, quo manus perluuntur. *Feſtus*.

Bactra, orum, n. *Bagdaſon*, *Budaſon*, *Termend*, urbs ad Bactrum fl. prope Caucaſum M. caput Bactrianæ reg. ¶ Hinc Bactriana regio, *Caraſſan*, *Coraſan*, al. *Baner*, *Maurenahar*, *Usbek*, olim inter Ariam ad Occ. Paropamiſum, ac partem Sogdianæ ad Or. ſeu, ut alii deſignant, inter Margianam, Scythiam intra Imaum, Maſſagetas, & Indiam, nunc arctatur, Oxo fl. bipartita, inter Perſiam, Tartariam deſertam, Imp. Magni Mogolis, & Reg. Thibeti. Olim mille urbes habuit. *Luc. l.* 3. *v.* 266. *Curt.* ſæpe.

Bactri, orum, ut. iidem qui Bactriani. *Lucan. lib.* 3. *v.* 267.

Bactriana regio, V. Bactra.

Bactriani, pop. ex Bactra. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Bactrĭnus, a, um, ad Bactra pertinens, ut camelus Bactrinus, *Apul. lib.* 7. *Metam.*

Bactroperīta, æ, m. qui baculum, & peram geſtat; & dicitur de philoſophis Cynicis, a βάκτρον, baculum, & πήρα, pera. *Hieronym. in ep.* 10. *Matth.*

Bactros, m. 2. *Buchiam*, al. *Bacobara*, fl. in ſin. Scythiæ Aſiaticæ, qui ex Tauro M. effluit, Bactrianam reg. irrigat, ipſaque Bactra interluit, & Oxo congreditur fl. Sogdianorum.

Bacŭlus, m. 2. & bacŭlum, n. 2. *baſtone*, מקל, Ger. *ein ſtab*, Gal. *baton*, Hiſp. *baculo*, βακτηρία, fuſtis, ſcipio, a Græco βάκτρον, *Ovid. Met.* 15. *v.* 655. Baculumque tenens agreſte ſiniſtra. *Apul. in Apol. p.* 288. *edit. Elmenh.* Hoc Diogeni, & Antiſtheni pera, & baculus, quod regibus diadema. ¶ Ponitur etiam pro ſceptro. *Flor. l.* 4. *c.* 11. & *l.* 3. *c.* 19.

Badius, a, um, *di color bajo*, color in equis rubeus cum exuberantia, & ſplendore, qui dicitur etiam phœniceus, & ſpadix. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 87. Equi colore diſpares ita dati: hic badius, iſte gilvus, ille murinus. Adde *Pallad. in Mart. tit.* 13.

Badizo, as, are, ire, incedere, βαδίζειν, vox pura puta Græca, ſed a *Plauto* uſurpata, *Aſin.* 3. 3. 116. Demam hercle jam tibi de hordeo, tolutim ni badizas.

Bætica, *Straboni* Turdetania, *Plinio* Hiſpania ulterior, quæ tamen latius patet, quam Bætica, hodie Andaluſia, & major pars Regni Granatenſis, *Andaluzia*, e *Granada*, Βαιτική, una ex tribus Hiſpaniæ partibus, ad Auſtr. diviſa a Tarraconenſi Marianis Montibus, a Luſitania Ana fl. Dicta eſt a Bæti fl. qui eam præterfluit. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 9.

Bæticatus, a, um, adject. indutus veſtibus ex lana provinciæ Bæticæ. *Martial. l.* 1. *epigr.* 97. Amator triſtium lacernarum, & bæticatus. V. Bæticus.

Bæticŏla, Bætis flu. accola. *Sil. l.* 1. *v.* 146. Bæticolaſque viros ſpatiis agitabat iniquis.

Bæticus, a, um, ab Hiſpania Bætica, ut Bæticus aer. *Juven. Sat.* 12. *v.* 42. ¶ Bætici, ejus loci incolæ. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 9. Dictum Bæticorum non illepidum ferebatur. ¶ Bæticus, ſeu bæticatus color, eſt fuſci coloris genus, quem lana ovium nativum habet circa Bætim fluvium. Lacerna Bætica, tit. *epigr.* 133. *l.* 14. *Martial.*

Bætigĕna, Bæticola, ad Bætim flu. natus. *Sil. l.* 9. *v.* 234. Bætigenæque viri.

Bætis, m. 3. Tarteſſus, *Guadalquivir*, Βαῖτις, fl. Hiſp. ult. Oritur non longe a Bæti, in conf. R. Murciæ, ex Argenteo M. Andaluſiam mediam ſecat, unde Bætica dicebatur, Biatiam, Ubedam, Illiturgim, Cordubam, Hiſpalim irrigat, Oceano Gaditano ad Fanum Luciferi ſe immiſcet. ¶ In quarto caſu facit *Bætim*, & *Bætin*. ¶ Scribitur per diphthongum, etiam græce Βαῖτις. Quare non imitanda *Paulini Nolani* licentia, qui *carm.* 10. *v.* 236. primam corripuit illo verſu: Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus.

Bagauda, ſive Bagoda, vox Gallica eſt, qua ſignificabatur rebellium ruſticorum factio, qui omnia latrociniis poſtea infeſtabant. Cœpit in Gallia tempore Diocletiani, ut ex *Victore*, *Eutrop.* & *Hieronymo* conſtat. V. *Voſſ. de vit. ſerm. l.* 2. *c.* 3.

Bagōas, æ, vel Bagous, i, Perſica vox ſpadonem ſignificant. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Uno in horto Bagoi: ita enim vocant ſpadones, qui apud eos etiam regnavere. *Ovid. l.* 2. *Amor. eleg.* 2. *ad Bagoum*: Quem penes eſt dominam ſervandi cura, Bagoa. Adde *Quint. l.* 5. *c.* 12.

Bahal. V. Baal.

Baiæ, arum, f. *Baia*, *Baiæ*, oppidum Campaniæ litorale, inter Cumas, & Puteolos, cum portu: locus celebris amœno ſitu, & aquis calidis tum ad voluptatem, tum ad morbos ſanandos accommodatiſſimis. Dictæ ſunt a Bajo, uno ex ſociis Ulixis, ut *Serv.* docet *ad* 3. *Æn. v.* 441. ¶ Magna eo Romanorum frequentia confluebat valetudinis, & amœnitatis cauſa: unde paulatim ſedes luxuriæ, & vitiorum diverſorium factæ ſunt. *Senec. ep.* 51. ¶ Dicuntur *Baiæ* & alia loca, balneæ, lacus, & hujuſmodi, quas privatim ditiores in hortis ſuis voluptatis cauſa habere ſolent. *Cic. pro Cæl. c.* 16. *Tibul. l.* 3. *el.* 5. *v.* 3.

Bajanus, a, um, adject. poſſeſſ. *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. *v.* 32. Murex Bajanus. ¶ Bajanus ſinus *Plin. l.* 2. *c.* 103. Mare Bajis vicinum, qui & Lucrinus, & Cimanus, & Puteolanus dicitur, inter Niſitam, & Miſenum promont. *Golfo di Pozzuolo*, *e di Napoli*.

Bajulatorius, a, um, *portatile*, ad bajulandum aptus. *Cal. Aurel. c. Acut. c.* 11. Sella bajulatoria.

Bajŭlo, ac, a. c. *portare*, סבל, Ger. *tragen*, Gal. *porter*, Hiſp. *llevar*, βαστάζω, porto. *Plaut. Merc.* 3. 1. 10. Non didici bajulare. *Cajus JCtus l.* 235. *ff. de V. S.* Ferri proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore bajulat: portari ea quæ quis jumento ſuo ſecum ducit.

Bajŭlus, m. 2. *facchino*, סבל, Ger. *reſſtreger*, Gal. *porte faix*, *crocheteur*, Hiſp. *baſtaje*, *ganapan*, φορτηγάτης, qui onera corpore ſuo victus quærendi gratia portat. *Cic. in Parad.* 3. *c.* 2. Quid bajuli, an quid doctiſſimi ſenſerint. *Feſtus*: Bajulos dicebant antiqui, quos nunc operarios dicimus.

Bala-

Balæna, f. 1. *balena*, φάλαινα, al. piſtris, cetus, φ mutata in β, bellua marina omnium maxima. *Juven. Sat. 10. v. 14.* Quanto delphinis balæna Britannica major.

Balænatus, a, um, adject. a balæna. *Petron. in Satyr. c. 21.* Balænatam virgam gerens. Quidam putant, fuiſſe ex balænæ cartilagine confectam, cujus generis virgis athletarum, ac gladiatorum certamina dirimebantur. Al. leg. *Balloxatiam*.

Balanātus, a, um, adject. oleo balanino unctus, *Perſ. Sat. 4. v. 37.* Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas.

Balăni Sardiani, caſtaneæ, a Sardibus, ubi primum creduntur proveniſſe. *Plin. l. 15. c. 23.*

Balanīnus, a, um, ut balaninum oleum, apud *Plin. l. 23. c. 4.* ex balanis ſc. confectum.

Balanites, æ, m. 1. βαλανίτης, gemma ſubviridis, Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea vena. *Plin. l. 37. c. 10.*

Balanītis, idis, f. 3. genus caſtaneæ, rotundius & oblongius cæteris. *Plin. l. 15. c. 23.*

Balans, antis, f. *pecora*, ovis. Ovium enim proprium eſt balare. *Virg. 1. Georg. v. 272.* Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

Balănus, i, f. *ghianda*, βάλανος, generale nomen, omnia continens, quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur, præcipue tamen dactylos, olivas, & alia, quæ intus nucleos habent. *Plin. l. 16. c. 6.* ¶ Balanus myrepſica, fructus arbuſculæ myricæ ſimilis, magnitudine nucis avellanæ, ex cujus cortice odoriferus liquor exprimitur, quem vocant oleum balaninum. A *Plinio* dicitur myrobalanus, quaſi glans unguentaria, *l. 12. c. 21.* V. myrobalanus. *Horat.* etiam illo verſu *l. 3. od. 29. v. 4.* Preſſa tuis balanus capillis, de myrobalano intelligendus. ¶ Balanus etiam eſt piſcis marinus. *Plin. l. 32. c. 11.* ¶ Denique ita dicitur medicamentum rotundum, & oblongum, quod in anum immittitur, *cera*, *ſuppoſta*. *Plin. l. 20. c. 3.*

Balatrōnes, m. 3. antiqui teſte *Feſto* ita appellabant bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis raditur. Hinc balatrones homines nihili dicti ſunt, *maſcalzoni*, *poltroni*. *Varr. de R. R. l. 2. c. 5.* ¶ Porphyrion accipit pro vaniloquis, & vult dictos eſſe a balatu, vel quaſi *blatrones*, ideſt blaterones, a blaterando. *Horat. l. 1. Sat. 2.* Mendici, Mimæ, Balatrones. Et *lib. 2. Sat. 8. v. 64.* Balatro ſuſpendens omnia naſo.

Balātus, us, ui, m. 4. *belamento*, vox ovium, a balando. *Virg. 3. Georg. v. 554.* Balatu pecorum. *Ovid. Met. 7. v. 541.* Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros.

Balauſtīnus, a, um, ut color balauſtinus, ſimilis flori mali punici. *Plin. l. 13. c. 19.*

Balauſtium, n. 2. *fior di pomo granato*, Ger. *granat apfelblüt*, Gal. *la fleur d'un grandier*, Hiſp. *flor del granado*, βαλαύστιον, flos mali Punicæ, utilis non modo medicis, ſed etiam tingendis veſtibus. Proprie eſt ſylveſtris Punicæ flos. Nam ſativæ Cytinus dicitur. *Plin. l. 13. c. 19. & l. 23. c. 6.*

Balbe, adverb. balbi more, obſcure, ψελλῶς. *Lucret. l. 5. v. 1021.* Vocibus & geſtu cum balbe ſignificarent.

Balbus, a. 1. 2. lingua hæſitans, cujus lingua inhæret, *balbo*, *ſcilinguato*, עלג, Ger. *ſtammler*, Gal. *begue*, Hiſp. *tartamudo*, ψελλός, qui vitio linguæ non bene poteſt exprimere verba, & obſcure loquitur. *Cic. de Orat. l. 1. c. 61.* Cum ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere. *Hor. l. 2. Sat. 3. v. 274.* Balba verba *h. e.* balbe prolata.

Balbutio, is, ivi, itum, a. 4. lingua hæſito, & metaph. inepte diſſero, obſcure, ambigueque pronuntio, *balbettare*, קגל, Ger. *ſtammlen*, Gall. *begayer*, Hiſp. *tartamudear*, ψελλίζω, imperfecte loquor, quadam linguæ hæſitatione trepido. *Cic. 3. Tuſc. c. 26.* Balbutire deſinant aliquando. *Horat. lib. 1. Sat. 3. verſ. 48.* Balbutire Scaurum. ¶ Dicitur etiam de mutis animalibus. *Plin. lib. 10. cap. 29.* Merula æſtate canit, hyeme balbutit.

Baleāres, f. 3. Βαλεαρίδες, Balerides, Balliarides, Græc. Gymnaſiæ, vel Gymneſiæ, *Majorica*, *e Minorica*, duæ Inſ. Maris Mediterranei, Hiſp. Tarrac. adjacentes. Dictæ ſunt a βάλλω, jacio, quod fundam invenerint, & fundæ jactu excellerent, vel a *Baleo* Herculis comite ibi relicto. Tradit enim *Lycophron*, & poſt eum *Florus l. 3. cap. 8.* eam hiſce in inſulis obſervatam conſuetudinem, ut eſurientibus filiis a matribus jentaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius funda dejeciſſent. ¶ In hiſce inſulis tantus olim cuniculorum proventus fuit, teſte *Plin. l. 8. c. 55.* ut in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti. ¶ Pop. Baleares dicuntur.

Baleāris, re, &

Baleārĭcus, a, cum, adject. gentil. *Virg. Georg. 1. v. 309.* Balearis verbera fundæ. *Sil. l. 7. v. 297.* Telum baleare. *Ovid. 2. Met. v. 727.* Balearica funda.

Balineæ, arum, f. *bagni*, balnea, & præſertim quæ publicis uſibus ſunt deſtinata. Nam ut docet *Varr. l. 8. L. L.* publica balnea duobus membris conſtabant, altero, in quo viri lavabant; altero, in quo feminæ: ideo *balineas* in plurali numero dicebant. *Plin. 9. 54.* Qui primus penſiles balineas invenerit. ¶ Dicuntur tamen & de privatis. *Id. l. 43. c. 12.* Stratas argento mulierum balineas. ¶ Interdum ponuntur pro ipſa lavatione. *Id. l. 28. c. 19.* Caventur pridiana balinea. ¶ Sunt qui putant, penultimam eſſe producendam, quod Græce βαλανεῖον, ſcribatur: ſed Latini alteram diphthongi vocalem extriverunt.

Balineārius, a, um, ad balineas pertinens, ut *balinearius locus* in quadam inſcript. apud *Gruter. pag. 171.*

Balinĕum, i, n. 2. idem quod balneum. *Varr. lib. 4. & 8. L. L.* habet hanc vocem. Item *Cic.* aliquibus locis, in quibus vulgo libri habent *balneum*. ¶ De quantitate penultimæ V. in *Balinea*.

Baliŏlus, a, um, *di color foſco*, qui colore fuſco eſt. *Plaut. Pæn. 5. 5. 12.* ubi Afrum hominem intelligit. Afri enim fuſci coloris ſunt. Eſt autem *baliolus* dictum pro *badiolus* a *badius*. *Voſſ. in Etymol.*

Baliſta. V. *Balliſta*.

Balito, as, are, frequent. a balo, as. *Plaut. Bacch. 5. 2. 20.* Oves balitantes. Alii aliter leg.

Balliſta, & Baliſta, æ, f. a βάλλω, jacio, militaris machina, qua muri concutiuntur, ingentibus inde emiſſis ſaxis. *Cæſ. 2. B. C. cap. 2.* Aſſeres pedum duodecim cuſpidibus præfixi, atque hi maxime balliſtis miſſi. V. *Lipſ. l. 3. Poliorcet. Dial. 3.* qui duplex inſtrumentum eo nomine ſignificari notat, unum, quo tela, & grandiores ſagittæ; alterum, quo lapides, & ſaxa in hoſtes jacimur, prius *Catapultam*, poſterius *Balliſtam* dixere. *Sil. l. 1. v. 335.* Phocais effundit vaſtos balliſta molares. ¶ Metaphorice Balliſta infortunii apud *Plaut. Pæn. 1. 1. 73.* Et in *Captiv. 4. 2. 16.* Paraſitus inquit: Meus eſt balliſta pugnus, cubitus catapulta mihi eſt, humerus aries.

Balliſtarium, ii, locus balliſtarum. *Plaut. Pæn. 1. 1. 74.*

Balliſtarius, ii, balliſtarum artifex, *l. ult. ff. de jur. immun.* ¶ Balliſtarii etiam ſunt funditores, milites levis armaturæ, *frombatori*. *Veget. l. 2. c. 2. & Ammian. l. 16. c. 2.*

Balliſtea, ſive Baliſtea, orum, *ariette*, *balletti*, a βαλλίζειν carmina ludicra inter ſaltandum cantari ſolita. *Vopiſc. in Aurel. c. 6.* Etiam balliſtea pueri, & ſaltatiunculas in Aurelianum componebant.

Ballōte, βαλλωτή, herba eſt marrubio ſimilis. Officinæ marrubiaſtrum vocant, aut marrubium nigrum. *Plin. l. 27. c. 8.*

Ballūca, æ, apud JCtus eſt aurum ex aurifodinis modo extractum, & nondum purgatum. *Lib. 2. Cod. tit. 6. l. 1. de metallar.* ¶ Eſt etiam Balux, ucis. *Plin. l. 33. c. 4.* Hiſpani aurum, quod minutum eſt, balucem vocant. Itaque *Turneb. l. 30. c. 26.* Ita legit locum *Martial. l. 12. epigr. 57.* Illic ballucis malleator Hiſpanæ. In vulgat. leg. *paludis*. Græce χρυσάμμος appellatur.

Balneāris, are, adject. ad balneum pertinens; ut balneare argentum, quo utebantur in balneo lavantes. *Scævola in l. ult. de aur. & argen. leg.* Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare. Sic locus balnearis apud *Spartianum in Adriano*. ¶ *Balnearia* abſolute ſunt lintea, & cetera balnei inſtrumenta. *Apul. l. 3. Metam.* Milonem juſſit cum balnearibus aſſequi.

Balneāria, orum, locus in quo eſt balneum, vel ipſum balneum, *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* In balneariis aſſa promovi in alterum angulum. *Idem ad Att. l. 13. epiſt. 29.* Balnearia majora. *Colum. l. 1. c. 6.* Balnearia occidenti æſtivo advertantur.

Balneārius, a, um, adject. balnearis, ad balneum pertinens: ut fur balnearius, *Catul. epigr. 33.* Adde *Ulpian. l. 1. ff. de furibus balneariis*.

Balneātor, oris, m. 3. βαλανεύς, qui balneorum curam habet. *Cic. Philip. 13. c. 12.* Temperantem fuiſſe ferunt Iſauri balneatorem. *Lamprid. in Commodo, c. 1.* Cum tepidior forte locus eſſet, balneatorem in fornacem conjici juſſit.

Balneatōrius, a, um, idem quod Balnearius. *Marcian. JCtus leg. 17. ff. de Inſtruct. & Inſtrum. leg.* æque *balneatorium*, & *balnearium inſtrumentum* dixit.

Balneātrix, icis, quæ balnea curat. *Petron. apud Serv. in 12. Æn. v. 159.* ¶ Idem *Serv.* etiam communi genere, *hic*, & *hæc balneator* dici poſſe autumat.

Balneŏlum, i, n. 2. parvulum balneum. *Juven. Sat. 7. v. 4.* Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos. *Cic. in Hortenſ. apud Non.* Primus balneola ſuſpendit, incluſit piſces. Al. leg. *balneolas*, quod eſſet a *balneola*, æ, fem. genere.

Balnĕum, neut. 2. & num. pl. balnea, orum, vel balneæ, arum, *bagno*, מרחץ, Ger. *badſtube*, Gal. *bain*, Hiſp. *bagno*, βαλανεῖον, locus, in quo ſanitatis, aut abſtergendarum ſordium cauſa lavamur, a βάλανος, glans, quod glandes in balneis ſuccendi ſolerent. Nam olim glandes hominibus, earum cortices igni alimenta præbuerunt. *Cic. Fam. l. 14. epiſt. 20.* Labrum, ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. ¶ Illud autem fere obſervatur a Scriptoribus, ut *balneæ*, vel *balnea*, in plur. num. de publicis tantum dicantur, *balneum* in ſingulari ſit locus in domo noſtra, ubi privatim lavamur. Ratio hujus diverſitatis videtur, quod in publicis balneis plura ad lavandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lavationes ſuas a viris ſeparatas. ¶ Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (niſi regionis malis appellare) quorum ſummum plenum erat aeris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum hypocauſta, hæc balneorum pars *Laconicum* vocabatur: in medio cœnaculo erant aquæ calidæ in imo frigidæ. ¶ Ex his facile oſtendi poteſt, quid ſit diſcriminis inter *balnea*, & *thermas*: Balnea enim tantum dicuntur, in quibus lavamur. Unde ſumma illa balneorum pars, quam *Laconicum* vocari diximus, & cryptæ quædam ſiccæ in litore Bajano calidi aeris plenæ *balneorum* appellatione non veniunt: quæ tamen *thermæ* apte dici poſſunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, ſive illa ſicca ſint, ſive calidis lavationibus accommodata. Frigidum itaque balneum ſub *thermarum* appellatione non venit. Nam θέρμη calorem ſignificat. Valla in Raudenſem hujuſmodi ponit differentiam, ut *thermæ* dicantur, quæ natura calidæ ſunt, *balnea* etiam, quæ calefiunt igni. Quod non omnino verum eſſe conſtat multis tum *Martialis*, tum aliorum teſtimoniis, qui Neronis, & Tiberii balnea thermas vocant, quæ certe igni calefiebant. ¶ Balneorum uſus tum apud Græcos, tum apud Romanos, frequentiſſimus, voluptatis præſertim, & luxuriæ cauſa fuit. Quare in luctu, atque juſtitio publico claudi balnea ſolebant. *Tertull. cont. Pſychicos, c. 17. Sueton. in Calig. c. 23.* &c.

Balo, as, are, verbum eſt, quo proprie ovium vox denotatur, *belare*, βληχᾶσθαι. *Ovid. 4. Faſt. v. 740.* Tactaque fumanti ſulphure balet ovis. ¶ Balantes pro ipſis ovibus, *Virg. 1. Georg. v. 272.* Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

Balſamĕus, a, um adject. a balſamo. *Auctor Carminis de Phœnice*, quod *Lactantio* a quibuſdam tribuitur: Unguine balſameo condit.

Balſamīnus, a. 1. 2. ut Balſaminum oleum. *Plin. l. 23. c. 4.* Balſaminum longe pretioſiſſimum omnium, contra omnes ſerpentes efficax.

Balſamōdes caſſia, βαλσαμώδης κασία, dicitur a *Plin. 12. 19.* quæ balſami odorem habet.

Balſămum, n. 2. *balſamo*, בשם, Ger. *balſam*, Gal. *baume*, Hiſp. *balſamo*, βάλσαμον, arbuſcula uni terrarum Judææ quondam conceſſa, viti ſimilior, quam myrto. Seritur malleolis, ut vitis, & colles implet vinearum modo, ſuſtinens ſe ſine adminiculis. Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Intra tertium annum eſt fructifera. Inciditur vitro, lapide, oſſeis cultellis, & ſuccum emittit eximiæ ſuavitatis, quem opobalſamum dicunt, qui præfertur omnibus odoribus. Nam ὀπὸς dicitur ſuccus. Summa opobalſami probatio eſt, ut lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. *Plin. l. 12. c. 25.* ¶ Pro arboris ſucco balſamum dixit *Claud. Epithal. Palladii, v. 121.* Balſama effudere cadis. Adde *Virg. 2. Georg. v. 119.*

Baltearius, ii, m. qui balteos facit. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 8. n. 69.* Miles ex armamentario Auguſtorum baltearius.

Balteŏlus, i, diminut. parvum balteum. *Capitolin. in Maximinis, c. 2.* Severus militares dabat ludos, propoſitis præmiis argenteis, ideſt armillis, torquibus balteolis.

Baltĕum, & Baltĕus, i, m. & n. & in plural. plerumque neutrum, *pendone*, ζωστήρ, cingulum eſt militare, e corio, bullis ornatum, non tantum quo cingimur, ſed etiam a quo arma dependent, ut ait *Servius ad verſ. 312. Æn. 5.* ubi de pharetra loquens *Virgil.* canit: Lato quam circum ampletitur auro Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma. *Liv.* apud *Non. cap. 3. n. 23.* Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant. ¶ Sumitur & pro quovis cingulo, ut balteus placentæ, apud *Cat. de R. R. c. 73.* quo ſc. placenta cingitur, & ambitur. V. *Turneb. Manil. l. 1. v. 679. de Zodiaco*: Sed nitet ingenti ſtellatus balteus orbe. ¶ *Tertull. de Spectac. c. 3.* Vias vocant cardines balteorum per ambitum. Ubi *baltea* ſunt repagula quædam in Theatro; quibus ſpectantium ordines claudebantur, & inter ſe diſtinguebantur: qua vero parte repagula iſta ingreſſum dabant quaſi per quoſdam cardines, ea pars via dicta eſt. ¶ Hujuſmodi baltei vocantur etiam *diazomata* a *Vitruv. l. 5. c. 7.* Item *præcinctiones*, *l. 5. c. 3.* ¶ Sunt item baltei apud *eund. l. 3. c. 3.* cinguli in capitulis Jonicarum columnarum, quibus volutarum pulvilli terminantur, Ital. *cordoni*.

Balux. V. Balluca.

Bambălio, onis, vocabulum eſt ignominioſæ appellationis, uſurpatum a *Cicer. Philip. 3. c. 6.* his verbis: Tum conjugis Bambalio quidam pater, homo

Digitized by Google

oro nullo numero, nihil illo contemptius, qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. *Turneb. lib. 17. Adverſ. c. 19.* ducit a *βαμβαίνειν*, quod ſignificat, tremere, dentibus crepitare, & labiis balbutire.

Bambatæ. Apud Colum. in hactenus editis ita legitur *l. 12. c. 24.* Qui ſcylliticum acetum facere volunt, decem bambatæ in tres amphoras muſti mitis, &c. Sed locus plane corruptus ita reſtitutus eſt a *Hieronym. Mercurial. l. 1. Var. lection. c. 14.* ut illa verba *qui ſcylliticum acetum facere volunt* ad ſuperius caput 23. pertineant, deinde pro *decem bambatæ* legatur *de Embammate*, qui eſt titulus capitis 24. Deinde initium ejus capitis ſit: *In tres amphoras muſti mitis*, &c.

Banauſon, i, n. 2. genus machinæ tractoriæ ad magna onera tollenda, vel trahenda, *βάναυσον*. *Vitruv. l. 10. cap. 1.* V. ibi *Baldum in Lex. Vitruv.* ¶ In Danetii Dictionario legitur *banauſo*, *βάναυσο*, ſed mendum fortaſſe erit typograph.

Banchus, m. 2. *βάγχος*, piſcis aſelli genus, quem & myxona vocari auctor eſt *Plin. l. 32. c. 7.*

Bantia, opp. Apuliæ Peucetiæ, in conf. Lucaniæ, a Venuſia 3. M. P. pop. Bantini, ſeu Batini.

Bantinus, a, um, ut ſaltus Bantinus, ſc. in Apulia. *Hor. l. 3. Od. 4. v. 15.*

Baphia, orum, officina tinctorum apud *Lamprid. in Alex. cap. 40.* Aurelius Probus præfectus Baphiis. *In Cod. Juſtin. l. 11. tit. 8. leg. ult.* Ad baphia Phœnices mitti præcipimus.

Bapheus, i, m. *tintore*, *βαφεύς*, tinctor. *Lib. 11. Cod. tit. 7. leg. 2.* Baphei, & gynæciarii.

Baptæ, m. 1. *βάπται*; Athenis erant Sacerdotes Cotyttus impudicitiæ Deæ, cui nocturna ſacra peragebant ſaltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti Baptæ a *βάπτω*, *tingo*, quod qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur, vel quod tincti, & fucati inſtar mulierum ſacra peragerent. *Juven. ſat. 2. v. 92.* Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. ¶ In hos Eupolis Comœdiam ſcripſit, quam ab illorum nomine *Baptas* appellavit, in qua mollitiem eorum, & libidinem depinxit, quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus eſt. *V. Suidam*, & *Politianum*, *miſcell. cap. 10.*

Baptes, *βάπτης*, gemma viridis, ranæ colore, atque ſpecie, batrachite mollior, præſtantiſſimi odoris. *Plin. l. 37. c. 10.*

Baptiſmus, m. 2. & Baptiſmum, i, n. & Baptiſma, atis, n. *Batteſimo*, [illegible], Germ. *tauff*, Gall. *bateme*, Hiſp. *bauptiſmo*, *βάπτισμα*, & *βαπτισμός*, Latine immerſio, vel intinctio dicitur, a *βάπτω*, immergo. Apud Chriſtianos eſt Sacramentum novæ Legis poſitum in ablutione corporis humani per aquam naturalem cum determinata verborum forma, quo anima divinitus omnibus peccatis, tanquam maculis, abluitur, & mundatur. *Prudent. Pſychomach. v. 102.* abolens baptiſmate labem. *Auguſtin. ſer. 36. de Temp.* Quale eſt hoc baptiſmum, ubi, &c.

Baptiſta, æ, *βαπτιστής*, qui baptizat. *Arator in Act. Apoſt. c. 13.* Clamavit virtute potens baptiſta Joannes.

Baptiſterium, n. 2. lavacrum, tinctorium, piſcina, natatorium, *lavatoio*, [illegible], Ger. *tauffſtein*, *bad*, Gal. *lavoir*, *batiſtoire*, Hiſp. *lavadero*, *βαπτιστήριον*, eſt lacus, vel vas quoddam ex ligno, aut lapide ædificatum, in quo lavandi gratia mergi ſolemus. Solet in cellis, ideſt in locis ſecretioribus conſtitui: quarum aliæ caldariæ ſunt, in quibus calida lavamur, aliæ frigidariæ, in quibus lavamur frigida. *Plin. Jun. ad Apollinarem. l. 5. ep. 6.* Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum, atque opacum. ¶ Apud Eccleſiaſticos ſcriptores eſt locus, in quo Sacramentum Baptiſmi adminiſtratur. *Sidon. l. 4. epiſt. 15.*

Baptizatio, onis, f. actus baptizandi. Legitur apud *Ambroſ. ſerm. 17.*

Baptizator, oris, m. qui baptizat. *Tertull. de Baptiſm. c. 12.*

Baptizatus, a, um, *batteggiato*. *Auguſtin. epiſt. 23.*

Baptizo, as, are, *batteggiare*, *βαπτίζω*. *Tertul. l. 5. cont. Marcion. c. 10.* ¶ Pro lavare, *Priſcian. l. 1. c. 21.* Vulnus ex aceto baptizare.

Barathro, onis, gurges, & vorago patrimonii, *diſſipatore*, *crapulone*, *prodigo*. Sic dictus, quod ventri, tanquam barathro, omnia donet: vel quod dignus ſit, qui in barathrum conjiciatur, ex Athenienſium conſuetudine. *Acron, vetus Grammaticus, ad Horat. balatrones, l. 1. ſat. 2. v. 2.*

Barathrum, n. 2. *abiſſo*, *profondità*, [illegible], Ger. *abgrunde tieffe*, Gall. *abyſme*, Hiſp. *abiſmo*, *βάραθρον*, locus Athenis immenſæ profunditatis, in imo mollis, & cœnoſus, in quem noxios, & damnatos deturbabant. *Diom. & Suid.* Sed alii dicunt, locum in Ægypto profundiſſimum eſſe. ¶ Item barathrum nominatur locus omnis præceps, & profundus, unde quis emergere non poteſt. *Virg. 3. Æn. v. 420.* ¶ Transfertur quoque ad alia. *Mart.* Barathrum femineum pro locis muliebribus dixit, *l. 3. epigr. 81.* *Idem l. 1. 88.* Extremo ructus cum venit a barathro. *hoc eſt*, ab imo ſtomacho. ¶ Barathrum infernum, apud *Val. Flacc. l. 2.* ¶ Barathrum macelli, apud *Hor. l. 1. ep. 15.* hoc eſt, homo edaciſſimus. ¶ De fœmina etiam dicitur ſumme impudica a *Plaut. Bacchid. 1. 2. 41.*

Barba, æ, f. 1. *barba*, [illegible], Ger. *ein bart*, Gal. *barbe*, Hiſp. *barba*, *πώγων*, villus ad mentum, non ſolum hominum, ſed & brutorum quadrupedum. *Plaut. Bacchid. 5. 1. 15.* Cano capite alba barba. *Sil. l. 13.* Indociles nunc propexit in pectora barbis verrere humum. ¶ Prima barba, eſt tenuis illa lanugo primum naſcens in adoleſcentibus, quam Apollini, Jovi, & Veneri veteres conſecrare ſolebant. *Sueton. in Ner. c. 12.* ¶ Barba hirquina pro convicio olim objiciebatur. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 12.* Heus tu, qui cum hirquina barba ſtas, reſponde, quod rogo. ¶ Barbam alicui vellere, proverbio ei dicimus, quem contemptui habemus. Maximo enim probro habebatur, vel unum barbæ pilum per vim evelli. *Hor. l. 1. ſat. 3. v. 133.* ¶ Barba tenus Philoſophus dicitur a *Cicer.* qui non ſapientia, & moribus, ſed habitu tantum philoſophus eſt. ¶ Barbam Leoni vellere, eſt illum contumelia afficere, qui ad inultum haud ſinat: quod proverb. ad obſcœnum ſenſum detorſit *Martial. l. 10. epigr. 90.* ¶ Dicitur de ſummis arborum ramulis, tenuioribus foliis, lanugine, & ſimilibus. *Plin. 12. 22.* Ponticas nuces mollis protegit barba. *Id. 17. 25.* Tenuiorum virgultorum barbæ.

Barbare, aſpere, craſſe, *barbaramente*. *Cic. 2. Tuſc. c. 4.* Si Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur. ¶ Item ruſtice. *Horat. l. 1. od. 13.* Dulcia barbare lædentem oſcula. ¶ *Barbare pro Latine* poſuit *Plaut. Aſin. prol. v. 11.* V. vocem ſequent.

Barbari, m. 2. *barbari*, [illegible], Ger. *grob*, *ungeſchlaffen*, Gal. *barbare*, Hiſp. *barbaro*, *βάρβαροι*. Appellati ita ſunt a *βάρβα*, voce ficta ab Athenienſibus, cum exteros irridere vellent, quod eorum ſermo vernaculus inconcinnus videretur, & quod loqui Græce volentes difficulter, duriter, aſpereque Græca ſonarent. Alii cauſam afferunt, quod peregrini, cum pronuntiare Græce non poſſent, frequenter in hanc vocem *βάρβαρ* inciderent. Fortaſſe etiam Græci hanc vocem ab Arabibus ſumpſere. Barbar enim Arabibus eſt murmuro. ¶ Hujus generis cæteræ omnes gentes erant præter Græcos, quod nulli præter ipſos viderentur eleganter loqui. Unde *Plautus* Nævium Poetam Latinum *Barbarum* dixit *Mil. 2. 2. 56.* ¶ Hoc deinde nomen Romani uſurparunt, eoque omnes appellabant, qui vel Latini, vel Græci non eſſent. *Cic. 2. & 5. Fin.* Latini enim mitiorem linguam, ac magis cultam, quam cæteræ gentes, & Græcis ſi non præſtantiorem, parem certe habent ſuavitate, ſplendore, amplitudine, copia verborum. ¶ *Κατ' ἐξοχὴν*, & veluti proprie, barbari a Latinis vocati Phryges. unde tibia barbara, pro phrygia, apud *Catul. Carm. 63.* ¶ In ſumma barbari dicuntur illiterati, & qui ingenuarum artium expertes ſunt. ¶ Item qui ſunt malis moribus, ac præſertim feris, & crudelibus. *Cic. pro Fonteio c. 10.* Immanis, ac barbara conſuetudo hominum immolandorum. ¶ *Barbarum* pro *Barbarorum*, *Phædr. 4. 6.*

Barbaria, f. 1. *βαρβαρία*, regio, item gens fera barbarorum. *Cic. 5. Fin.* Omnium fere civitatum non Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ ab Ariſtotele mores, inſtituta, diſciplinas, a Theophraſto leges etiam cognovimus. *Id. 2. Fin.* de Epicuro, Philoſophus nobilis, a quo non ſolum Græcia, & Italia, ſed etiam omnis Barbaria commota eſt. ¶ Item mores diri, feri, vita barbara, crudelitas, barbaries. *Cic. 3. de Orat.* Hæc turba, & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis Oratoribus. ¶ Ponitur etiam pro Italia. *Plaut. Pœn. 3. 2. 21.* ¶ Item pro Phrygia. *Horat. l. 1. ep. 2. v. 7.* Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

Barbaricarii, aliter Phrygiones textores, artificeſque barbaricæ veſtis, in qua ex auro, & coloratis filis effigies hominum, & animalium exprimuntur, *Donat. ad Æn. 11. v. 777. & Servius.*

Barbarice, adverb. barbarorum more. *Capitolin. in L. Vero, c. 10.* Barba prope barbarice demiſſa.

Barbaricum, n. 2. clamor exercitus dicitur, quod eo vociferandi genere barbari utantur. *Feſt.*

Barbaricum, i, quaſi ſubſtantive poſitum (ſubaudi *ſolum*) dicitur omnis regio quæ ditionis Romanæ haud fuerit. *Ammian. Marcellin. l. 18. c. 4.* Viſus in Barbarico miles, per Hortarii regna tranſibat intacta. *Eutrop. l. 7. c. 5.* Albis fluvius in Barbarico longe ultra Rhenum eſt. Nec aliter locuti Imperatores in Codice.

Barbaricus, a, um, o. ſ. 2. *barbaro*, *crudele*, *βαρβαρικός*, barbarus, feris, & malis moribus. *Apulej.* Feris, ac barbaricis moribus. ¶ *Virgil.* Barbaricum aurum dixit, pro auro ex Barbaria advecto. *Æn. l. 2. v. 504.* Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi. ¶ Barbarica ſylva, apud *Colum.* eſt ſylva multorum generum arboribus conſita, *l. 11. c. 2. a med.* ¶ Ponitur etiam pro Phrygio. Phryges enim ſpeciatim *Barbari* dicti ſunt. *Enn.* apud *Cic. Tuſcul. 3. 19.* Aſtante ope Barbarica. *h. e.* dum ſtaret regnum Phrygum incolume. *Lucret. l. 2. v. 499.* Barbaricæ veſtes. *hoc eſt* Phrygio more pictæ. ¶ *Barbaricum* adverbii more pro barbare. *Sil. l. 15. v. 418.* Barbaricum, atque immane gemens.

Barbaries, f. 5. *βαρβαρότης* idem, quod barbaria, populi, & regiones alienæ, vel feræ. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ægyptii, & Syri, & fere cuncta Barbaries. ¶ Sumitur item pro vitioſo, & inquinato ſermone. *Cic. in Brut.* Nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat. ¶ Item pro incivilitate, & feritate. *Id. pro Corn. Balbo*, Inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus, diſciplinaque delevit. ¶ Item pro ignorantia, ſtultitia. *Ovid. 3. Amor. el. 8. v. 3.* Ingenium quondam pretioſius auro: At nunc barbaries grandis habere nihil.

Barbariſmus, m. 2. *βαρβαρισμός*, eſt vitium Grammaticale, quo in noſtra lingua, ſive Latini ſimus, ſive Græci, ſive Galli, &c. utimur vocibus peregrinis, ut *perla* pro *unio*, *avviſo*, pro *admoneo*, vel utimur quidem vocibus noſtræ linguæ propriis, ſed eas corrumpimus pronuntiatione, vel ſcripto, ut ſi dicamus *circumdabo* p. l. ſi ſcribamus *onor*, pro *honor*. A Romanis ruſticus ſermo appellabatur. De barbariſmo V. *Quintil. l. 1. c. 5.* *Voſſ. de vitiis ſerm. l. 1. c. 1.* & alios Grammaticos. ¶ Differt a Solœciſmo, quia Solœciſmus male voces inter ſe conjungit, ut *Duobus templis condidit*, pro *duo templa*, ſed Barbariſmus male ſingulas voces uſurpat, ut *Duos templus condidit*, pro *duo templa*. ¶ Refertur etiam ad mores. *Quintil. loc. cit.* Alterum genus barbariſmi accipimus, quod ſit animi natura, ut is, a quo inſolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum ſit, &c. ¶ De voce ipſa *barbariſmus* dubitavit *Gell. l. 13. c. 6.* an antiqua eſſet. Sed uſurpavit, etiam ante Auguſtum, *Auctor ad Herenn. l. 4. c. 12.*

Barbarus, a. 1. 2. *crudele*, *βάρβαρος*, externus, incultus, agreſtis, ferus immanis, crudelis, atrox. *Cic. pro Mur.* Gentes immanitate barbaræ. *Ovid. l. 5. Triſt. el. 1. v. 2.* Non ſunt illa ſuo barbariora loco. ¶ Cætera quæ huc ſpectant, vide in voce *Barbari*.

Barbatulus, a, um, *di primo*, *a poca barba*, dim. a barbatus, imberbis, vel cum parva barba. *Cic. 1. ad Att. ep. 14.* Concurſabant barbatuli juvenes: *Id. in Parad. 5.* Barbatulos mullos exceptare de piſcinis.

Barbatus, a. 1. 2. *barbuto*, Ger. *bertiche*, Gal. *barbu*, Hiſp. *barbudo*, *πωγωνίας*, qui barbam habet. *Cic. 1. de nat. Deor.* Jovem ſemper barbatum: ¶ *Id. pro Mur. c. 12. & pro Cælio c. 14.* barbatos pro Antiquis dixit. Nam vetuſtiſſimi illi Romani intonſi erant. unde intonſos avos dixit *Tibull. l. 2. el. 1.* ¶ *Barbatus magiſter* eſt Philoſophus apud *Juvenal. ſat. 14. v. 12.* ubi de Socrate loquitur.

Barbiger, a, um, a. 2. *barbuto*, *πωγωνοφόρος*, qui barbam gerit. *Luc. l. 5. v. 897.* Pingueſcere ſæpe cicuta barbigeras pecudes.

Barbitium, n. 2. barba *Apul. Mileſ. l. 5.* Hircino barbitio Philoſophum mentiebatur.

Barbitos, i, m. & f. & Barbiton, i, n. *cetera*, *βάρβιτος*, inſtrumentum muſicum, quod pulſatur plectro, vel calamo. *Hor. l. 1. carm. ode 32.* Dic Latinum, barbite, carmen. *Ovid. in epiſt. 15. v. 7.* Nec facit ad lacrymas barbitos ulla meas. *Auſon. in Philomuſ. epigr. 44.* Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.

Barbula, æ, diminut. a barba, *picciola barba*, *πωγώνιον*. *Cic. pro Cæl. c. 14.* Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſta delectatur.

Barbus, i, m. *peſce barbo*, piſcis fluviatilis, idem qui mullus; ita dictus, quod veluti barba gemina inſignitur in labris. *Auſon. in Moſell. v. 94. & 134.*

Barca, æ, navigii ſpecies, quæ & phaſelus, & ſcapha dicitur, onerariis inſerviens, *barca*, *πλοιάριον*, *σκάφος*. *Paulin. Nolan. carm. 21. v. 95.* Ut mox ſalubri barca perfugio foret.

Barca, vel Barce, *Barca*, regio Africæ, in Barbaria, inter Ægyptum, & Syrtim magnam, juxta mare medit. ubi alias Libya exterior, Cyrenaica, & Marmarica, dicta ab urbe primaria Barce, Pentapoli, *Barca*, *Tolometa*, in tractu *Meſrata*, quæ quidem a Regina Barce nomen habuit. Deſertum habet peramplum ejuſdem ominis, in mediter. Item montem, ſeu prom. in Libya, ſeu Marmarica. Pop. Barcæi, vel Barcitæ.

Barcæi, orum, m. 2. Lybiæ populi. *Virg. Æn. 4. v. 43.*

Barce, es, *Βάρκη*, nutrix Sichæi. de qua *Virg. 4. Æn. v. 632.*

Barcha, f. 1. cognomen nobiliſſimæ apud Carthaginenſes familiæ, ex qua fuerunt Annibal, & pater ejus Amilcar. Inde *Barchina factio* dicta, quæ Barcharum potentiæ favebat. *Liv. l. 21. c. 3.*

Barcino, & Barcinon, onis, f. Julia Auguſta Barcino, prius Faventia, & Col. Faventia, *Barcelona*, urbs Hiſp. cit. marit. empor. inter primas Hiſp. urbes, Catalauniæ caput, ſeu conventus juridicus & Acad. ab Hamilcare cogn. *Barcha* condita. *Auſon. epiſt. 24. v. 89.* Oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto. *Prudent. peri Steph. 4. v. 33.* Barcinon claro Cucufata freta.

Bar-

o

Digitized by Google

Barcinonenſis, ſe, ad Barcinonem pertinens, ut Barcinonenſis muria, apud *Auſon. ep.* 21.

Bardaicus, a, um, villoſus, vel bardocucullo indutus. Dicitur autem de cuſſite: *Juvenal. ſat.* 16. *v.* 13. Bardaicus judex datur hæc punire volenti, calceus, & ſuræ. Fortaſſe vox eſt ſubſtantiva, & ponitur pro ipſo bardocucullo, ut ſenſus ſit, judex datur bardaicus, calceus, & ſuræ, per quæ tria deſcribitur miles. Ita etiam uſurpavit *Martial. l.* 4. *epigr.* 4. Quod ſiccæ redolet palus lacunæ, laſſi bardaicus quod evocati: *ideſt*, bardocucullus militis laſſi. Utrobique alii leg. *bardiacus*. ¶ *Capitolinus in Pertinace c.* 8. Bardocucullum vocat *Bardiacum cucullum*. Ex quo colligi poteſt, *bardiacum* ſive *bardaicum* idem eſſe ac villoſum, fortaſſe a Bardæis Illyrici populis, qui cilicio ſago utebantur.

Bardi, orum, apud Gallos eximio in honore, quod Poeticæ operam darent, & laudationibus, inquit *Strabo l.* 4. *Peſius*: Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, ita dictus a Gente Bardorum. ¶ Unde quicunque virorum fortium geſta perſequuntur, Bardi appellantur. *Lucan. lib.* 1. *v.* 449. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Bardiacus, i, V. Bardaicus.

Barditus. V. Barritus.

Bardocucullus, m. 2. *ſchiavinotto*, *cappotto*, genus veſtis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare ſoliti erant imbrium tempore in caſtris milites, & in agris ruſtici. Sunt, qui dicant, bardocucullum eſſe tegmen capitis villoſum translatum a Bardis pop. Galliæ. Nam & in German. & in Gallia Bardi fuerunt. ¶ Mittebatur a Santonibus, & Lingonibus Romam, *Martial. l.* 14. *ep.* 128. Gallia Santonico veſtit te bardocucullo.

Bardus, a, um, *tardo d' ingegno*, *ſtupido*, ſtupidus, hebes, tardus, Ger. *ungelergin*, Gal. *lourdaut*, Hiſp. *bobo*, ſtultus, a *βραδύς*, tardus, ideſt, a tarditate ingenii. *Cic. de Fato*, Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. ¶ Comparat. bardior, eſt apud *Tertull. l. adverſ. Hermogen. c.* 36. V. Bardi.

Baris, f. 3. *Bâris*, apud Ægyptios dicebatur cymba, qua cadavera vectabant ad ſepulturam, cujus gubernator Charon vocabatur: qualem apud Inferos finxere Poetæ. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 44. Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Baro. onis, antiquis idem erat, ac bardus, ſeu ſtupidus, quaſi *varo*, quod ſignificat ſtipitem non dolatum, ac durum. *Cic.* 5. *Fin. c.* 23. Hæc cum loqueris, nos barones ſtupemus. ¶ A nobis dicuntur, qui merum, mixtumque imperium in aliquo caſtro, vel oppido conceſſione Principis habent, quod ſint viri eximii, & magnæ auctoritatis: quo in ſenſu non eſt vox latina, ſed originis Germanicæ ex vocabulo *Bor*, vel *Var*, quod virum ſignificat, & hominem liberum, item ſatellitem, vaſſallum, & magnatem. Sed hæc ſignificatio minus pertinet ad linguam Latinam.

Baroptenus, gemma nigri coloris, ſanguineis, & albis nodis diſtincta. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Barrinus, a, um, elephantinus, ut aures barrinæ, apud *Sidon. Apollinar. l.* 9. *ep.* 13.

Barrio, is, ire, verbum eſt, quo Elephantum vox notatur. *Feſt.*

Barritus, us, ui, m. 4. Elephanti vox. *Apul. l.* 3. *Flor.* Eſt elephantorum triſtis barritus. ¶ Item clamor a Romanis militibus tolli ſolitus, cum prælium inibant. *Veget. l.* 3. *c.* 18. Clamor autem, quem *barritum* vocant, prius non debet tolli, quam acies utraque ſe junxerit. Apud *Tacit. de Germ. cap.* 3. legitur *Barditus*, pro eodem. ¶ Hanc vocem non Romanam, ſed barbaram eſſe, colligitur ex *Ammian. lib.* 26. *cap.* 22.

Barrus, m. 2. *elefante*, Ger. *elephant*, Gal. *elephant*. Hiſp. *elefante*, elephas, a *βάρος*, gravitas, quia animalium maximus eſt, vel a , extra, foras, quia eſt animal peregrinum, vel a , brutum, jumentum. *Horat. Epod.* 12. Nigris dignitſſima barris. ¶ Eſt & nomen propr. apud eund. *l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 31.

Barycæ ædes ſunt, latæ quidem, ſed humiles ob raritatem columnarum, ut columnæ ponduſ ſuperpoſitum facilius ſuſtineant, a *βαρύς*, gravis. Dicuntur item barycephalæ, quaſi gravicipites, a *βαρύς*, gravis, & *κεφαλή*, caput, quod pro columnarum paucitate ſatis grave pondus ſuſtineant. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Baſaltes, m. 3. *βασάλτης*, marmor ferrum colore, & duritia imitans, a *baſal*, Æthiopice *ferrum*, quia Ægyptii illud in Æthiopia invenerunt. *Plin. l.* 36. *c.* 7.

Baſanitis, itis, m. 3. vel baſanus, m. 2. *βασανίτης*, vel *βάσανος*, lapis Lydius, vel Heraclius, quo aurum probatur, a *βασανίζω*, exploro, torqueo, vel a baſal, Æthioph. *ferrum*, quia eſt ferrei coloris. *Plin. l.* 36. *c.* 22.

Baſcauda, f. 1. vas Britannicum, in quo calices, & alia lavantur. *Juven. ſat.* 12. *v.* 46. *Martial. l.* 14. *epigr.* 99.

Baſculi, orum, populi Hiſpaniæ, Bæticæ, ad fretum Gaditanum, *Varr.* 2. *R. R. c.* 10. ¶ Hos *Plin. l.* 3. *c.* 3. *Baſtulos* vocat.

Baſella, æ, parva baſis, *Pallad. de re ruſt. l.* 1. *c.* 18. Baſellis altioribus impoſitas cupas collocare.

Baſiatio, onis, *baciamento*, actus baſiandi, *φίλημα*, *Catull. Carm.* 7. Quæris, quot mihi baſiationes ſint ſatis.

Baſiator, oris, m. 3. qui baſiat, *φιλητής*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 98. Effugere non eſt, Baſſe, baſiatores.

Baſiatus, a, um, *baſciato*. *Martial.* 12. 59. Hic ſutor modo pelle baſiata.

Baſilia, orum, n. *τὰ βασίλεια*, h. e. regia, ad reges ſpectantia. *Tertull.* 4. *adverſ. Marc. c.* 14. Sic retro in Baſiliis Anna mater Samuelis, &c. *h. e.* in ſacris Regum libris.

Baſilica, æ, f. 1. *luogo pubblico*, *ſala pubblica*, Germ. *rahthaus*, Gal. *maiſon royale*, Hiſp. *caſa real*, *βασιλική*, Regia, locus publicus, & magnifice ornatus, prope forum, templo perſimilis, ambulationibus ampliſſimis inſtructus, in quo negociationes, conſilia, & judicia exercebantur, ſive quod *βασιλεύς*, non ſolum Regem, ſed etiam alios nobiles, & Regios ſignificet, ut Judices, ſive quod omnia, quæ grandia, & excellentia ſunt, *baſilica*, ſeu *Regia* appellentur. *Liv. l.* 26. *c.* 27. & *l.* 39. *c.* 44. ¶ Baſilicæ Romæ complures fuere. Primam Cato extruxit, *Porciamque* appellavit, aliam Julius Cæſar, quæ *Julia* dicta eſt, &c. ¶ Hinc a Chriſtianis Eccleſiæ maximæ, ampliſſimæque *Baſilicæ* appellari cœptæ ſunt, quia ibi Regi omnium Deo cultus, & ſacrificia offeruntur, *Sulpic. Sever. l.* 2. *hiſt. ſacr. c.* 33. ¶ *D. Hieronym. epiſt.* 3. *ad Heliodor.* appellat *baſilicas Eccleſiæ* minora ſacella, ſeu ædiculas in ipſa Eccleſia poſitas.

Baſilicata, *Baſilicata*, prov. R. Neapolitani, ubi altas major, & potior pars Lucaniæ, inter Principatum cit. Calabriam, ſinum Tarentinum, & Terram Barienſem.

Baſilice, adv. *ſplendidamente*, *regalmente*, *βασιλικῶς*, regie, magnifice, ſplendide. *Plaut. in Pers.* 3. 1. Baſilice ornatus incedit, & affabre ad fallaciam. ¶ Tranſlate *Id. Epid.* 1. 1. 54. Interii baſilice. *h. e.* omnino, funditus. nam reges cum pereunt de magno ſtatu decidunt.

Baſilicula, æ, diminut. parva baſilica. *Paulin. Nolan. epiſt.* 32. *n.* 17. *edit. Pariſ.* Hanc quoque baſiliculam conſecrabunt.

Baſilicum, i, n. 2. veſtimenti regii, & ſplendidi genus. *Plaut. Epidico*, 2. 2. 48. Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam...... baſilicum, aut exoticum, &c. V. ibi Interpr.

Baſilicus, a, um, o. 1. 2. *reale*, Ger. *koniglich*, Gal. *royal*, Hiſp. *real*, *βασιλικός*, Regalis. *Plaut. in Cap.* 4. 2. 31. Baſilicas edictiones, atque imperioſas habet. Et *in Pſeud.* 1. 5. 43. Baſilicus ſtatus. Et *in Perſ.* 1. 1. 31. baſilicus victus. *ideſt*, regalis, & excellens. & *Trinum.* 4. 3. 23. Baſilica facinora, ideſt, Regia. Sed baſilicus jactus, apud *eund.* idem eſt ac Venereus. *Curc.* 2. 3. 80. ¶ Significat etiam ſuperbum, & faſtuoſum. *Id. Rud.* 2. 4. 15. At ego baſilicus ſum, quem niſi oras, guttam non feres. ¶ Baſilica nux, *βασιλικὸν κάρυον*, juglans, genus nucum optimum, & quaſi Regium, quod & *Perſicum* dicitur. *Plin. l.* 15. *c.* 22.

Baſiliſcus, m. 2. *baſiliſco*, Ger. *ein baſiliſch*, *βασιλίσκος*, al. regulus, genus ſerpentis, quod, teſte *Plin. l.* 8. *c.* 21. in ſolitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, veluti quodam diademate adornatum. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculus, colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos ſerpentes ſibilo fugat, ut ſolus regnare videatur.

Baſio, as, a. 1. *baciare*. *Martial. l.* 6. Et bis, terque, quaterque baſiavit. *Catull. carm.* 7. Baſia multa baſiare.

Baſiolum, i, n. 2. diminut. a baſium. *Petron. in Satyr. c.* 85. & *Apul. l.* 10. *Metam.*

Baſis, f. 3. ſuſtentamentum, ima pars, radix, pes, *baſe*, *ſoſtegno*, Germ. *ein grund*, *uſt*, Gall. *baſe*, Hiſp. *baſa*, *βάσις*, eſt ſeſſio columnæ, ſtatuæ, &c. quæ a fundamento conſurgit, & pondus fabricæ ſuperimpoſitæ ſuſtinet. *Cic.* 5. *Tuſc. cap.* 23. Additus in adverſam Baſim. ¶ Hinc orbiculi illi, in quibus vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, vocari ſolent baſes. *Jabolen. Dig. l.* 31. *leg.* 98. Baſes quoque horum vaſorum. ¶ Baſis trianguli eſt ima pars, qua triangulum ſedet. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Baſis trianguli, quam grues efficiunt. ¶ *Metiri aliquem cum ſua baſi* apud *Senec. epiſt.* 76. *ſub fin.* proverbialiter ſignificat parva menſura uti. Nam ſi ſtatuam metiendo, baſim quoque comprehendas, juſto major illa videbitur.

Baſium, n. 2. *bacio*, Germ. *ein kuſſ*, Gal. *un baiſer*, Hiſp. *el beſo*, *φίλημα*, oſculum, ſuavium. Donatus *oſculum*, *baſium*, & *ſuavium* ſic diſtinguit, ut *oſcula* ſint officiorum, *baſia* pudicorum affectuum, *ſuavia* libidinum, vel amorum. Sed hæc differentia non obſervatur. *Catull. ad Leſb. carm.* 5. Da mi baſia mille.

Baſſareus, i, m. *Βασσαρεύς*, Bacchi cognomen a Baſſara Lydiæ opp. ubi præcipue colebatur, vel a *βάζω*, clamo, quod ejus ſacrificia maximis clamoribus celebrarentur. *Horat. l.* 1. *od.* 18. Non ego te, candide Baſſareu, invitum quatiam.

Baſſaricus, a, um, h. e. Bacchicus. *Propert. eleg.* 17. *v.* 30. *l.* 3. Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.

Baſſaris, is, vel idis, f. 3. *Βασσαρίς*, Bacchi ſacrificula. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 100. Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. ¶ Eſt etiam veſtis genus ad talos uſque demiſſæ, qua in Bacchi ſacrificiis utebantur ſacerdotes. *Vet. Scholiaſt. in Perſ. loc. cit.*

Baſtaga, vel Baſtagia, æ, f. vox deducta a Græco *βαστάζω*, porto, bajulo, veho, ſignificat onus, ſarcinam. *βαστάγη*. Sumitur autem *Cod. Juſtin.* pro munere, & officio tranſvehendi jumentis res publicas, aut Principis, *l.* 12. *tit.* 58. *leg.* 3.

Baſtagarii, vel Baſtagiarii, orum, qui baſtagis, hoc eſt oneribus tranſvehendis præſunt. *Lib.* 11. *Cod. tit.* 7. *leg.* 4.

Baſtarnæ, Baſternæ, pop. Sarmatiæ Europææ, in Regno Polonico, ad oram maris Euxini, ſunt. Peucinis, qui in Podolia, & Alanis, qui in Lituania cenſentur, ubi nunc Ruſſia nigra, Volhinia ſuper. & Beſſarabia. *Plin. l.* 4. *c.* 12. & *Liv. l.* 40. *c.* 57.

Baſterna, æ, genus vehiculi muliebris tecti, forma nihil a lectica diſtans, quod a mannis, vel mulis portabatur, pilentum. *Lamprid. Heliogab. c.* 21. Dedit quadrigas, equos ſtratos, mulos, baſternas, & rhedas. Adde *Ammian. l.* 14. *c.* 17.

Baſternarius, ii, qui baſterna portat. *Symmach. l.* 6. *epiſt.* 15. Baſternarios præbere alicui.

Bat. V Ba.

Batavi, m. 2. pop. Bataviæ, ſeu Hollandiæ. *Lucan. l.* 1. *v.* 431. Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo Stridentes acuere tubæ. ¶ Reperitur hæc vox etiam penult. longa. *Sil. l.* 3. *v.* 608. Jam puer auricomo performidate Batavo.

Batavia, Inſula Batavorum, *Hollanda*, regio Germ. inf. in Belgio, pars Auſtralis Hollandiæ, inter duo Rheni cornua, & Oceanum Germ. Ejus portio, quæ eſt in Geldriæ Duc. adhuc antiquum nomen retinet & dicitur *Betouwe*, ſeu *Betuwe*. Populi Batavi.

Baternæ, arum, populi iidem qui Baſtarnæ. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 96.

Bathyllus, m. 2. *Βάθυλλος*, Poeta tragicus inſignis. ¶ Fuit item Samius adoleſcens amatus ab Anacreonte. *Horat. Epod.* 14. *v.* 9.

Batillum, i, n. & Batillus, i, m. *paletta*, *badile*, *pala*, Germ. *fewerſchauffel*, Gal. *palette*, *ou pelle*, Hiſp. *badil*, *πύραυνον*, ferreum inſtrumentum, quo cineres, & prunæ tolluntur, alioque transferuntur, a *βατάνιον*, patina, vel a paten, quaſi patulum, & dimin. p mutato in b, batillum. *Plin. l.* 33. *c.* 8. Batillis ferreis candentibus ramento argenti impoſito. *Marcell. Empir. c.* 27. Super batillum candentem. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14. Cochlearia batilla quatuor. ¶ Ruſtici etiam batillum vocant ferreum inſtrumentum, quo ad ſulcos, elices, foſſaſque in agris faciendas utuntur. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 6. Paſtorem earum cum batillo circuire oportet, ac ſtercus tollere. ¶ Eſt item meſſorum inſtrumentum ligneum, quo Picentes utebantur. *Id.* 1. *de R. R. c.* 50. In Piceno ligneum habent incurvum batillum, in quo extremo ſit ſerrula ferrea, hæc cum comprehendit faſcem ſpicarum, deſecat. ¶ Item foculus geſtatilis, in quo odores accenduntur, aut qualis hyeme menſis imponitur. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 36. prunæque batillum.

Batinus, Batinum, Matrinus, *Tordino*, fl. Picenorum, in Aprutio, qui Interamnam alluit, & ad Flavianum caſtrum in mare Adriaticum labitur.

Batinus, a, um, ad Batinum pertinens, ut Batini ſaltus, *Horat. l.* 3. *od.* 4.

Batioca, V. Batiola.

Batiola, batioca, batinea, f. 1. genus vaſis, quo vinum cado hauſtum ad menſam fertur. *Plaut.* Batiolam auream octo pondo habeat. Ita refert *Non. c.* 15. *n.* 19. Sed & *in Stich.* 5. 4. 12. hæc vox legitur.

Batis, idis, *finocchio marino*, *κρίθμον*, m. & f. herba eſt fruticoſa, pinguifolio, in modum portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quam *Dioſcorides κρίθμον*, ſive *κρῆθμον* appellat, vulgus certam marinam. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Batis item inter aves numeratur. *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Batrachites, *βατραχίτης*, lapis ranæ viridis colore, & effigie. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Batrachium, n. 2. *βατράχιον*, genus herbæ apud *Apul. de herb. cap.* 8. & 9. qua mendici flagitioſi ſibi crura, & lacertos dilaniare conſueverunt. *Plin. l.* 25. *ſub fin.* ranunculum vocat: ſed Batrachium *Apulej. de herb. c.* 8. & 9.

Batrachomyomachia, *βατραχομυομαχία*, ranarum, & murium pugna, quo titulo *Homerus* elegantem conſcripſit libellum, a *βάτραχος*, rana, & *μῦς*, mus. *Stat. in præfat. ad lib.* 1. *Silvar.*

Ba-

Digitized by Google

Bathÿclus, m. 2. nobilis ſtatuarius, ex Laconia, qui Romæ, Scauri, & Octaviæ templa ſtruxit porticibus incluſa. *Plin. l. 36. c. 5.*

Battiades, m. 1. Callimachus Poeta, fil. Batti, Cyrenes conditoris, ut ipſe jactitabat. *Ovid. in Ibin. v. 53. & Stat. 5. Silv. 3. v. 157.* ¶ Battiades etiam dicuntur a Batto Rege oriundi. *Sil. l. 3. v. 252.*

Battis, f. 3. *Βαττίς*, puella formoſiſſima, quam Philetas Poeta elegiographus adamavit, ſuiſque carminibus celebravit. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 6.*

Battologia, al. tautologia, f. 2. *βαττολογία*, eſt vitium Grammaticale, quo idem verbum, vel eadem ſententia ſine cauſa iteratur, a Batto paſtore, qui hoc vitio notatus eſt, ut *Cujus rationis ratio non extat, ei rationi ratio non eſt fidem habere*. *Ovid.* 2. *Met.* ſub illis Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis. Alii non a Paſtore, ſed a Poeta quodam inepto Battologiam dictam volunt, inter quos *Suidas* eſt, verbo *βαττολογία*.

Battus, i, nom. propr. ejus, qui Cyrenas condidit. *Suid. l. 17.* ¶ Item Poetæ cujuſdam inepti, a quo Battologia eſt dicta. ¶ Item Paſtoris, qui quod Mercurii furtum indicaſſet, ab eo in Indicem, ſeu Lydium lapidem mutatus eſt. *Ovid. 2. Met. v. 688.*

Batulum, opp. Campaniæ. *Virg. 7. Æn. prope fin.*

Batuo, is, ere, eſt ferulis, ſeu rudibus velitari. *Suet. in Calig. c. 32.* Myrmillonem in ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit. ¶ Item percutere, *battere*. *Plaut. Caſ. 2. 8. 60.* Batuatur tibi os, ſenex nequiſſime. ¶ At batuere ulcera, apud *Plin. l. 31. c. 9.* eſt comprimere, arcte ſtringere. ¶ De obſceno hujus verbi uſu *Cic. Fam. l. 9. ep. 22.* *Bardiae*.

Batus, genus herbæ. *Feſtus*.

Baubor, aris, atus ſum, d. 1. *βαΰζω*, ficticium verbum, a voce canum, cum latrant. Differt tamen a *latro*, *as*, quia latrant canes irati, baubantur cum queruntur. *Lucr. l. 5. v. 1070.* Et cum deſerti baubantur in ædibus omnes.

Baucis, anus paupercula, quæ cum Philemone marito Jovem, & Mercurium ſuſcepit hoſpitio. *Ovid. 8. Metam.* ¶ *Perſ. Sat. 4. v. 21.* pannucea Baucis ſumitur pro quavis paupere muliercula.

Bauli. *Bagolo*, *Bauli*, locus Campaniæ, inter Miſenum urb. exc. & lacum Bajanum, a Puteolis 3. M. P. ¶ *Servius* ductum inde nomen ait, quod olim Hercules juxta Bajas fecit caulam bobus, & eam ſepſit, qui locus primo *Boaulia* dictus, mox Bauli. *Symmach. epiſt. 1. l. 1.* Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coegit, Eruta Geryonis de lare tergemini. Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos Nuncupat occulto nominis indicio.

Bavius, poeta ineptiſſimus, de quo *Virg. Ecl. 3.* Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.

Baxeæ, f. 1. *pianelle*, *zoccoli*, Ger. *pantoffeln*, *ſolben*, Gal. *pantouffles*, Hiſp. *chinelas*, *alcorques*, crepidæ, & calceamenta, & propria calcei Philoſophorum. *Apul. in l. de A. A.* Qui pallio, baculo, baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret. Adde *Plaut. Men.* 2. 3. 40.

B ANTE D.

Bdellium, n. 2. arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Gummi genus exſudat, quod & ipſum bdellium vocatur, & uſum habet in unguentis. Naſcitur in Bactriana, Arabia, India, Media, Babylonia. *Plin. l. 12. c. 9.*

B ANTE E.

Beate, *beatamente*, adverb. feliciter. *Cic. 1. de Fin.* Omnis ſumma Philoſophiæ ad beate vivendum refertur. *Senec. epiſt. 92.* Beatum vivere. *Et de conſol. ad Helv. c. 9.* Beatiſſime vivens. ¶ In plauſibus ſignificat feliciter, proſpero ſucceſſu. *Martial. l. 2. epigr. 27.* Effecte, graviter, cito, naviter, euge, beate.

Beatifico, as, beatum facio. *Auguſtin. l. 14. de Trin. c. 14.*

Beatificus, a, um, qui beatum facit, *beatifico*. *Apul. de habit. Doctr. Plat. l. 1. p. 3.* Deus beatus, & beatificus.

Beatitas, atis, & beatitudo, inis, f. 3. *beatitudine*, *felicità*, אשרי, Ger. *ſeligkeit*, Gal. *beatitude*, Hiſp. *bienaventurança*, *μακαριότης*, felicitas. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 34.* Iſta ſive beatitas, ſive beatitudo dicenda eſt (utrumque omnino durum, ſed uſu mollienda nobis verba ſunt) verum ea, quæcunque eſt, &c.

Beatitudo, V. Beatitas.

Beatulus, a, um, *beatino*, dim. a beatus. *Perſ. Sat. 3. v. 103.* Beatulus alto compoſitus lecto, h. e. mortuus.

Beatus, a, um, o. t. a. *beato*, *felice*, אשרי, Ger. *ſelig*, Gall. *heureux*, *bien heureux*, Hiſp. *bienaventurado*, *μακάριος*, felix, fortunatus. *Cic. 5. Tuſc.* Hos ratiſſimo beatus, qui ſint in bonis nullo adjuncto malo. *Id. ib. c. 8.* Qui beatus eſt, non intelligo, quid requirat, ut ſit beatior. ¶ Interdum ponitur pro nobili. *Horat. lib. 2. Carm.* An te generum beati Phyllidis flavæ decorent parentes. ¶ Item pro valde divite. *Nepos in Ageſilao, c. 8.* Homo non beatiſſimus. *i. e.* non admodum inſtructus copiis rei familiaris. ¶ Tranſlate ponitur pro affluenti, abundanti. *Quintil. l. 10. c. 1.* Immortalis ingenii beatiſſima ubertas. *Id. l. 12. c. 3.* Vox beata. *voce piena*. ¶ Apud Chriſtianos *beati* dicuntur, qui pie, ſancteque vivendo cæleſtem ſibi patriam promeruerunt. Ethnici etiam pro mortuis uſurpaſſe videntur eodem modo quo *felices*. V. Beatulus.

Bebiciut, a, um, V. in Bæbeis.

Bebriacenſis, adject. a Bebriaco. A *Plinio l. 10. c. 49.* dicuntur Bebriacenſes aves illæ, quæ eo primum tempore in Italia viſæ ſunt, cum pugna Othonem inter & Vitellium ad Bebriacum ſummiſſa eſt.

Bebriacum, i, n. *la Bina*, opp. olim, nunc pagus Cenomanorum, ad Ollium fl. inter Cremonam 12. M. P. & Brixiam 20. Aliis eſt *Canero*, opp. Duc. Mantuani, ad Ollium fl. ubi recipit Cleſium, medium inter Cremonam, & Mantuam 20. M. P. ubi Otho a Vitellio victus eſt. *Sueton. in Oth. c. 9. & Juvenal. ſat. 2. v. 106.*

Bebryce, una filiarum Danai, quæ cum Hypermneſtra præter juſſa patria viro pepercit. Fugiens una cum viro in Bithyniam venit. Hinc regio Bebrycia dicta eſt.

Bebrycia, f. 1. *Βεβρυκία*, regio Bithyniæ, dicta a Bebryce filia Danai. *Valer. Flacc. l. 5. v. 502.*

Bebryces, um, Aliis ſunt Aſiæ populi in Bithynia, quæ ante Bebrycia dicta: Aliis in Galliæ finibus circa Pyrenæos montes, &c.

Bebrycius, a, um, gentile adject. a Bebrycia Aſiæ regione. *Flac. l. 4. v. 99.* Proxima Bebrycii panduntur litore regni. *Sil. l. 3. v. 422. de Pyrenæis jugis.* Nomen Bebrycia duxere a virgine colles. ¶ *Bebrycia arena* locus eſt, ubi Pollux cum Amyco ceſtibus pugnavit. *Stat. l. 4. Silv. 5. v. 28.* ¶ Item pertinens ad Bebrycem regem, qui in ea parte Galliæ Narbonenſis regnavit, quæ Pyrenæis montibus jungitur: ubi etiam Bebryces populi. *Silv. lib. 3. v. 443.* Bebryciæ Pœnus fines tranſcenderat aulæ. ¶ *Bebrycia virgo* eſt Pyrene Bebrycis regis filia, quæ Pyrenæis montibus nomen dedit, ab Hercule ibi ſepulta. *Sil. ibid. v. 420.* Nomen Bebrycia duxere a virgine colles.

Bebryx, cis, m. 3. *Βέβρυξ*, Rex fuit in montibus Pyrenæis, teſte *Silio l. 3. v. 423.* ¶ Item Amycus Bithyniæ rex, quem Pollux ceſtu pugnans occidit. *Valer. Flac. l. 4. v. 261.* ¶ Eſt item nomen gentile, etiam ſignificans, qui ex Bebrycia ortus eſt. *Solin. c. 42.* V. Bebrycia. Hujus mult. in obliquis caſibus anceps eſt.

Becco, Gallica vox, roſtrum galli gallinacei ſignificans: quo cognomine appellatus fuit Antonius Primus, Toloſæ natus, qui Vitellium oppreſſit. *Suetan. in Vitell. in fin.*

Bechion, *βήχιον*, Lat. tuſſilago, a *βὴξ*, *χὸς*, tuſſis, quia tuſſim ſanat. *Plin. l. 26. c. 6.*

Bee, vox eſt ovium balantium. *Varr. 2. R. R. c. 1.* Non me, ſed bee ſonare videtur (*voce ovium*) unde belam dicunt, extrita littera. *h. e.* dempto altero *e*, nam a *bee* dicendum eſſet *beelare*.

Beelphegor, Idolum Moab, idem ac Baal, ſive Beel, qui in monte Phegor colebatur. Interpr. *vir habens buccam*, vel *Deus hians*, vel *ſimulacrum ignominiæ*.

Beelzebub, *Βεελζεβούβ*, Idolum Accaronitarum, quaſi idolum muſcarum, a bel, beel, baal, *idolum*, & zebub, *muſca*. ¶ Sed & pro Dæmoniorum Principe ponitur in ſacris litteris.

Bela, ovis apud antiquos, ex *Varrone de R. R. l. 2. c. 1.* Græce *μῆλα*.

Belenus, fuit Aquilejenſium Numen, quod ſumma religione coluerunt, & ipſum Apollinem eſſe crediderunt. *Tertull. Apol. c. 24.* & alii.

Belgæ, m. 1. *Βέλγαι*, quaſi bellorum gens, pop. Galliæ Belgicæ, al. Comatæ, inter Sequanam, & Scaldim flu. in 15. pop. olim diviſi, ſed omnes qui verſus Oceanum incolunt, quorum regio eſt Belgium, *Paeſi Baſſi*.

Belgicus, a, um, o. t. 2. ut *Eſſedum Belgicum*, currus genus apud Belgas primum inventum. *Virg. 3. Georg.* Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Belgium, *Paeſi Baſſi*, eſt pars Borealis, & Oceano vicinior antiquæ Galliæ Belgicæ, alio nomine Germania inferior, quia regio humilior eſt verſus Oceanum, & ſermo gentium ab aliis Germaniæ non multum differt. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 34.*

Belias, adis, Beli neptis, Danai filia. *Senec. Herc. Oet. v. 958.* Stricto cruenta Belias ferro ſtetit.

Belides, æ, m. 1. *Βηλίδης*, patr. maſc. filius, vel aliquis de genere Beli. *Virg. 2. Æn. v. 81.* Belidæ nomen Palamedis.

Belis, idis, patr. fem. filia, vel neptis Beli. ¶ *Belides*, plur. num. quinquaginta filiæ Danai, neptes Beli. V. Danaus. *Ovid. 4. Met. v. 462.* Aſſidue repetunt, quas perdunt, Belides undas.

Bellaria, orum, n. 2. *paſticci*, *confetture*, *coſe dolci da poſpaſto*. *Τραγήματα*, cupediæ, omne genus ſecundæ menſæ, ut cibi ſaccharo, aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & ſecundæ menſæ appellantur, a bonitate, quia bellæ res ſunt, ut *Cato* vocat *pulchralia*. *Macrob. in Sat.* Secundæ menſæ illata bellaria novo ſermoni principium dedere, *l. 3. c. 18.* ¶ Vina quoque dulciora in comœdiis antiquioribus eſt invenire hoc vocabulo appellata, dictaque eſſe ea Liberi bellaria. *Gellius l. 13. c. 11.*

Bellator, oris, m. 3. *combattitore*, *guerriero*, איש מלחמה, Ger. *ein krieger*, Gal. *guerrier*, Hiſp. *guerrero*, *πολεμιστής*, bellicoſus, vel qui bellum gerit. *Cic. 4. Tuſc.* An accuſatori majores noſtri majora præmia, quam bellatori eſſe voluerunt? ¶ Dicitur & de brutis animalibus. *Virg. 10. Æn.* Et inter bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam. ¶ Bellator enſis, *Sil. l. 13. v. 176.*

Bellatorius, a, um, ad bellum, ſeu bellatorem pertinens. *Plin. l. 7. epiſt. 9.* Nam idem pugnacem, & quaſi bellatorium ſtilum ſuaſerim.

Bellatrix, icis, *guerriera*, אשת מלחמה, Germ. *ein kriegerin*, Gall. *guerriere*, Hiſp. *guerrera*, *πολεμίστρια*, mulier bellicoſa. *Virg. 1. Æn. v. 495.* Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ bellatrix. ¶ Interdum additur velut adjectivum: ut bellua bellatrix, *Sil. l. 9. 577.* Bellatrix iracundia, *Cic. 4. Tuſc. c. 24.* Bellatrix triremis, *Claud. de ſex. Conſ. Honorii, v. 135.*

Bellatulus, a, um, o. t. a. vocabulum blandientis, idem quod bellulus. *Plaut. Cur.* Cur ergo non unus cubitum bella bellatula? Sis *in Caſ.* 4. 4. *v. ult.*

Bellax, acis, adject. *bellicoſo*, bellicoſus. *Lucan. l. 4. v. 406.* bellaci confiſa gente Curetum.

Belle, adverb. pulchre, ſcite, eleganter, venuſte, ſuaviter, commode, *bellamente*, *bene*, *καλῶς*, *εὖ*, &c. Eſt autem diminutivum a *bene*, ut *Feſtus* docet. *Cic. Attic. l. 16. epiſt. 3.* Belle ædificata prædiola. *Id. l. 5. epiſt. 11.* Cum ego me non belle haberem. Sic apud *eund.* cetera belle: *intellige* ſe habent. Et, belle cecidit. *Att. l. 13.* Et belliſſime navigare. *Fam. l. 15. epiſt. 9.* ¶ Accipitur & pro ſenſim, pedetentim, placide. *Plaut. Curcul. 4. 2. 15.* Sequere illum bella bella. Et *Aſin. 3. 3. 86.* I ſane bella belle. ¶ Habet ſæpe locum in plauſibus. *Cic. 3. de Orat. c. 26.* Bene, & præclare quamvis nobis ſæpe dicatur, belle & feſtive nimium ſæpe nolo.

Bellerophontes, æ, *Βελλεροφόντης*, ſeu Bellerophon, tis, m. 3. filius Glauci, nepos Siſyphi, pronepos Æoli, pater Laodamiæ, Iſandri, Hippolochi ex Achimene uxore. Primum Hipponous dictus eſt, deinde Bellerophontes, a Bellero quodam Corinthio, quem occidit. Fuit Rex Ephyræ, ſed Regno ſpoliatus a Præto Argivorum Rege apud illum ejus juſſu aulicam vitam vixit. Corporis pulchritudine excellens, ornatus ſimul præclariſſimis, maximiſque virtutibus. Cum ab Antia, ſeu Stenobœa uxore Præti de ſtupro interpellatus eſſet, veritus hoſpitalis Jovis iram, laſcivam fœminam repulit. Quare exardens repulſa mulier, apud virum innocentem hoſpitem accuſavit, qui hoſpitii jure motus illum domi interficere non ſuſtinuit, ſed datis codicillis ad Ariobatem, ſeu Jobatem ſocerum in Lyciam miſit. Lectis ergo codicillis Jobates in ultionem criminis ad Solymos domandos Bellerophontem miſit, ut ſub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verum cum & Solymos facile viciſſet Bellerophontes, & aliis pleriſque periculis objectus ſemper victor rediiſſet, poſtremo ad interimendam Chimæram miſſus eſt: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegaſum equum, ſumma cum laude ſuperavit. Jobates virtutem juvenis admiratus alteram illi ex filiabus cum Regni parte uxorem dedit: ex qua Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam ſuſcepit. Hæc cum audiſſet Stenobœa, ſibi ipſa mortem conſcivit. Bellerophontes autem felici rerum ſucceſſu elatus, cum in cœlum evolare cum Pegaſo conaretur, immiſſo a Jove œſtro, equo excuſſus eſt, deciditque in eum campum, qui Aleius appellatus eſt. Pegaſus autem a Jove inter ſidera eſt relatus. *Horat. l. 4. od. 11. v. 26.* ¶ *Plaut. Bacch. 4. 7. 11.* Bellerophontem jam tuus me fecit filius: Proverbii more dictum eſt, ex eo ducto, quod Bellerophontes neſcius litteras attulit ad Jobatem, in quibus de ſua ipſius nece agebatur.

Bellerophonteus, a, um, adject. poſſeſſiv. *Propert. l. 3. el. 3.* Bellerophontei qua fluit humor equi. ¶ *Bellerophonteus morbus*, pro animi morbo accipitur, quo ſc. Bellerophontem laboraſſe ferunt. V. *Scalig. in not. ad Auſon. p. 130.*

Bellaria, æ, f. 1. dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, ſuper quam jaciebant haſtam, cum bellum indicerent. *Feſt.*

Bellicoſus, a, um. 2. *feroce*, *valoroſo*, *bellicoſo*, בעל מלחמה, Ger. *kriegiſch*, Gall. *belliqueux*, Hiſp. *bellicoſo*, πολεμικός, ad bella gerenda aptus. *Sal. in Jug.* Libyes, quam Getuli, minus bellicoſi erant. *Liv. l. 9. c. 6.* Cepiſſe eos non Romam, ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 1.* Bellicoſiſſima gens. *Liv. l. 10. c. 9.* Animus bellicoſiſſ, *pieno di guerre*.

Bellicrepa, f. 1. genus veteris ſaltationis a Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant. *Feſtus.*

Bellicum, ci, ſubſtant. n. 2. ſonus tubæ, quo ſignum dabatur militibus ineundæ pugnæ. Unde bellicum canere, *dar all' arme*, תרועה, Germ. *ein lermen*, eſt, milites tubæ cantu ad prælium animare. ¶ Per metaphoram accipitur pro inſtigare ad diſſidium. *Inſtigare*. *Cic. 6. Phil.* Atque iidem bellicum me cecinisse dicunt.

Bellicus, a, um. 2. militaris, *militare*, *della guerra*, adject. πολεμικός, quod ad bellum pertinet, ut Bellica diſciplina, bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. *Ovid. 3. Faſt.* Dea bellica Pallas, *belliſo*. *Cic. pro Mur.* Virtus bellica. *Id. 2. de Legib. c. 24.* Mors bellica. *h. e.* in bello obita.

Bellifer, a, um. 2. *bellicoſo*, πολεμικός καὶ πολεμοφόρος, qui bellum infert. *Claudian. in Europ. l. 1. v. 419.* Quid belliferam communibus urbem Italiam macules?

Bellificor, aris, dep. 1. idem quod gratificor. *Cic. 8. Fam. ep. 10.* Ne bellificatum alicui dicaris. *Al. leg.* velificatus.

Belliger, a, um, qui bellum gerit. *Mart. l. 14.* Hermes belligera ſuperbus haſta. Sic mens belligera, apud *Sil. Ital.* & belligeri labores, apud *Val. Flacc. l. 5. v. 617.*

Belligerator, oris, m. 3. qui bellum gerit. *Venant. in Vita Martini, l. 3. v. 369.* Belligeratori valeat ut femina jungi. Adde *Avien. in periegeſ. v. 33.*

Belligero, ras, n. 1. *guerreggiare*, πολεμέω, bello, bellum gero. *Cic. pro Font. c. 12.* Par alicui in belligerando. ¶ Tranſlate *Plaut. Truc. 1. 2. 81.* Parcipromi, qui cum genitis ſuis belligerant. ¶ Deponentis forma *Hygin. fab. 274.* Sejus Neptuni filius gladio belligeratus eſt.

Bellipotens, o. 3. *poſſente in guerra*, πολεμικός, qui bello pollet. *Cic. n. de Div.* Æacidæ bellipotentes ſunt. *Virg. Æn. 11. v. 8.* tibi magne tropæum Bellipotens. *h. e.* Mars.

Bellis, idis, f. 3. genus herbæ, *picciola margherita*. *Plin. l. 26. c. 5.*

Belliſonus, a, um. *Paulin. Nolan. 8. Natal. Felicis*, *v. 443.* Belliſono venientes flumine pugnas.

Bellitudinem ficut magnitudinem dixit Verrius. *Feſtus.*

Bello, as, n. 1. belligero, bellum gero, *combattere*, *guerreggiare*, נלחם, Ger. *kriegen*, Gal. *faire guerre*, Hiſp. *guerrear*, *hazer guerra*, πολεμέω. *Cic. pro Leg. Man.* Longe a domo bellare. ¶ Eſt & *bellor*, *aris*, deponens. *Virg. 11. Æn.* Pictis bellantur Amazones armis. ¶ Arma ipſa bellare dicuntur apud *Plin. l. 5. c. 1.* Romana arma in Mauritania bellavere. ¶ Bellare alicui, *Stat. Theb. 8. v. 505.* ¶ Bellare cum aliquo. *Cic. pro Arch.* & alibi. ¶ Ponitur etiam pro pugnare. *Stat. 6. Theb. v. 829.* Bellare cæſtu. *Sil. l. 3. v. 235.* Bellare enſe.

Bellona, næ, ἐνυώ, ἔγχειος, Βελλώνα, Martis ſoror, bellorum Dea, quam *Horat. lib. 2. ſat. 3. v. 223.* gaudentem cruentis dixit, quia ſanguine, & cædibus, quo belli negotia ſunt, delectatur. ¶ *Lactant. l. 1. c. 21.* & *Turneb. l. 8. c. 23.* obſervant, Bellonam eandem a Romanis habitam fuiſſe, et Virtutem. ¶ Romæ templum habuit extra Urbem, in quo ſenatus dabatur iis, quos in Urbem admittere nolebant.

Bellonarii, m. 2. Sacerdotes Bellonæ, qui ſe ſe cultris feriebant, ut ſanguine ſuo illam placarent. *Lucan. l. 1. v. 565.* *Lamprid. in Commode*, *c. 9.*

Belloſus, a, um, o. 1. 2. πολεμικός, vetuſtum nomen, idem, quod bellicoſus. *Cæcilius apud Non. c. 2. n. 96.* Bellum infeſtare contra belloſum genus.

Bellovaci, Βελλοάκοι, pop. Galliæ, in Francia propria, ſeu Inſula Franciæ, quorum urbs Bellovacum, al. Cæſaromagus, *Beauvais*, ad Tharam fluv. inter Pariſios 15. leuc. & Ambianos 14. regio *le Beauvoiſis*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Bellua, V. Belua.

Bellule, apud *Plautum* adverb. diminut. eſt a bene, quod facit belle, & bellule. Hæc Feſtus. *Apul. l. 10. Met.* Bellule ſuffarcinatus.

Bellulus, a, um, diminut. bellus, o. 1. 2. idem, quod pulchellus. *Plaut. in Mil. 4. 1. 45.* Hæc quidem bellula eſt.

Bellum, n. 2. *guerra*, [illegible], Ger. *krieg*, Gall. *guerre*, Hiſp. *guerra*, πόλεμος, diſſenſio populorum, qua arma ſibi mutuo inferunt, e *duellum*, quod olim adhibebant *du* pro *b*. Differt a prælio, & pugna, quia bellum ſignificat totum tempus, quo homines ſunt in militia, prælium eſt certamen ipſum, vel congreſſio hoſtium, pugna fit etiam ſine gladiis, imo citra arma nudis verbis. Hinc *Liv. lib. 9. c. 18.* ait, Populum Rom. nullo bello, multis vero præliis victum fuiſſe. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio, *fatto d'arme*. *Varr. l. 6. L. L.* Rorarii, qui bellum committebant ante. *Florus l. 1. c. 18.* Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent. ¶ Bellum movere, parare, comparare, indicere, gerere, conficere &c. locutiones ſunt in opt. Scriptoribus frequentiſſimæ. ¶ Gerere bellum cum aliquo duplici ratione dicitur: nam primo ſignificat, adverſus aliquem bellum gerere. *Cic. Fam. 12. ep. 22.* Nos cum Antonio bellum gerimus. Deinde eſt, una cum alio, conjunctis copiis, pugnare. *Nepos in Chabria*, *c. 4.* Quod Chabrias adverſum Regem bellum gereret cum Ægyptiis. V. ibi *Cellarium*. ¶ Belli, genit. pro *in bello*. *Plaut. Amph. 2. 2. 16.* *Cic Salluſt.* & alii. ¶ Adhibetur etiam metaphor. Sic bellum indicere ventri, apud *Horat.* Bellum indicere voluptatibus, apud *Cic.*

Bellus, a, um, *atto*, *confacevole*, *proprio*, *comodo*, aptus, commodus, appoſitus. Eſt autem diminutive factum a *bonus*, pro quo *benus* olim dictum fuit. Itaque minus ſignificat, quam *bonus*. Nam *bona* dicimus ea, quæ perfectionem habent in quolibet genere: *bella* autem non item. *Petron. in Satyr. cap. 65.* Belliſſima occaſio. *Cicer. Attic. lib. 5. c. 17.* Illum porro locum eſſe belliſſimum ducimus. *Id. ibid. 13. 11.* Belle eſt hujus juris quinquennii licentia, *un comodo aſſai*. *Id. ib. 4. 16.* Bella civitas. *h. e.* tranquillus reipubl. ſtatus. *Id. ibid. 4. 6.* Epiſtola valde bella, *una letterea ben viſſe*. ¶ *Bellum eſt*, commodum eſt, utile, jucundum. *Id. Attic. 13. 49.* Eſt bellum, aliquem libenter odiſſe. ¶ *Belli cibi* dicuntur, qui ſuaves, & delicati ſunt. Unde *bellariorum* nomen ortum eſt. *Terent. Adelph. 4. 2. 31.* Unumquodque, quod erit belliſſimum, carpam. *Col. 12. 19.* Vinum belliſſimum. ¶ Dicitur interdum de rebus affabre factis. *Varr. l. 7. L. L.* Vaſa figura bella. ¶ Refertur aliquando ad pulchritudinem, *bello*. *Plaut. Aſin. 3. 3. 84.* Nimis bella es, atque amabilis. *Varr. apud Non. cap. 4. n. 45.* Bella anus. ¶ Sæpe transfertur ad mores. Hinc *bellus homo* dicitur, qui lepidus eſt, facetus, feſtivus, urbanus, blandus, ſuavis, *garbato*, *piacevole*, *ſcorto*. *Cic. 2. de Fin. c. 31.* Hæc non poſſum dicere non eſſe hominis & belli, & humani; ſapientis vero nullo modo. *Id. Fam. 14. ep. 7.* Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit. *Plaut. Merc. 4. 5. 10.* Tuus pater belliſſimum amicum adduxit intro in ædes, *il galantiſſimo tuo padre*, εὐπρεπής. ¶ Jocus eſt in illo *Martial. l. 2. epigr. 10.* Bellus homo, & magnus vis idem, Cotta, videri: Sed qui bellus homo eſt, Cotta puſillus homo eſt. *bellus* enim cum ſit diminutivum a *bonus*, ut dictum eſt, diminutiva autem de rebus parvis dicantur, non poteſt idem & bellus, & magnus eſſe. ¶ *Bellus* quoque eſt, qui bene ſe habet, & ſano eſt corpore, ac mente hilari. *Cic. Fam. 16. 18.* Fac, bellus revertare. Hinc *bella habere*. ¶ Comparativum *bellior* perrarum eſt. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 74.* In quo Græci belliores, quam Romani noſtri. *h. e.* meliores, ut ipſe *Nonius* exponit.

Bellutus, ſive belutus, beſtiæ ſimilis. *Feſtus*. Sed fortaſſe *belluatus* legendum eſt.

Belo, as, n. 1. idem quod ballo. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.*

Belone, *angusigola*, βελόνη, piſcis, al. acus, vel acicula. *Plin. l. 32. c. 7.*

Belua, æ, ſive, ut alii malunt, bellua, geminato ll, f. 1. *beſtia*, חיה, Ger. *thier*, Gall. *beſte*, Hiſp. *beſtia*, θήρ, θηρίον, fera immanis, & formidabilis, quaſi minime bella, vel a *bello*, quia beſtiæ fere bellum gerant inter ſe, & pleræque etiam cum hominibus. *Ter. in Eun.* En ne et ferox, qua habes imperium in beluas? ¶ Belua etiam per convicium dicitur in hominem. *Ter. in Phorm.* Quid pertimui autem, belua?

Belualis, le, adject. ad belluas pertinens, *beſtiale*, θηριώδης. *Macrob. l. 5. Sat. c. 11.* Virgilius educationem quoque nutricationis, tanquam belualem & aſperam, criminatur. Addit enim de ſuo: Hircanæque admorunt ubera tigres.

Beluatus, a, um, *Plaut. Pſeud. 1. 2. 14.* Tapetia beluata. *h. e.* beluis picta.

Beluinus, a, um, *beſtiale*, θηριώδης, adject. quod eſt beluæ, ut Beluina rabies, & voluptates beluinæ, apud *Gell. l. 19. c. 2.*

Belunum, *Cividal di Belluno*, urbs Venetiæ E. ſub Patriar. Aquilejenſi, intra montes Tauriſanos, ad Anaſſum fl. *Plin. 3. 19.*

Beluoſus, a, um, o. 1. 2. θηριώδης, quod abundat beluis. *Horat. 4. Carm. Ode 14.* Te beluoſus, qui remotis obſtrepit Oceanus Britannis.

Belus, m. 2. Βῆλος, per ſimplex l, Nembroth, fil. Chuſan, nepos Cham, pronepos Noe, pater Nini, primus Rex Aſſyriorum, ita nominatus e Sole, qui illorum lingua *Bel* dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babilonii, & divinis honoribus illum coluere. Alii illum Saturnum, alii primum Jovem appellant. ¶ Alius item fuit, cognomento *Priſcus*, filius Epaphi, nepos primi Jovis, frater Libyes, quæ ex Neptuno Buſiridem peperit, pater Danai, Ægypti, ſeu Ægiſthi, & Agenoris, avus Phœnicis, proavus Beli junioris, & Philiſthenis, qui Sichæum genuit Didonis maritum. Dominatus eſt in Ægypto, ubi rerum cœleſtium ſcientia inventa templum meruit eſt Babylone, nomine *Jovis Beli*. Sunt, qui Belum Priſcum Jovem ſecundum exiſtiment. Ab illius nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ ſunt. ¶ Hinc etiam nomine dictus fl. Syriæ, a Ptolemaide 2. ſtad. ubi primo repertum fuiſſe vitrum *Plinius* ſcribit *l. 5. c. 19.* ¶ Item gemma, vitrea ſpecie, magnitudine nucis juglandis, in Arbelis naſcens. *Plin. l. 37. c. 10.*

Beluus, & Belluus, a, um, beluinus. *Auguſtin. de Gram. pag. 2012. Putſch.*

Benacus, m. 2. *Lago di Garda*, Βήνακος, a Garda opp. lacus Venetiæ, in Marchia Tarviſina, in finibus Cenomanorum, inter Brixiam ad Occ. 20. M. P. & Veronam ad Ort. 12. longus inter Piſcariam arcem ad Mer. & Rivam opp. ad Bor. 30. latus, ubi plurimum, ad 6. Ex eo Mincius fl. effuſus Mantuam in Auſtr. defertur. Hic carpio piſcis reperitur, & anguillæ plurimæ capiuntur. *Plin. l. 2. c. 103.*

Bene, adverb. *bene*, recte, probe, præclare, valde, commode, ratione, היטב, Ger. *wol*, Gall. *bien*, Hiſp. *bien*, εὖ, adverb. ab antiquo, *benus*, pro *bonus*, quomodo dicebant *bene* pro *bono*, *elus* pro *olus*, *Apello* pro *Apollo*. *Ter. in And.* O factum bene. ¶ Interdum ponitur pro prudenter, pulchre. *Cic. 2. Off.* Domus bene, & ratione ædificata. ¶ Interdum pro feliciter, ſive proſpere, *feliccemente*. *Cic. n. de Div.* Primis menſæ extis, bene promittant ſecundis. ¶ Nonnunquam pro valde, *molto*, ut Bene nummatus, *Horat. l. 1. ep. 6.* & *Cic. contr. Rullum*. ideſt pecunioſus. *Id. 3. de Orat.* Habetis ſermonem bene longum. ¶ Eſt etiam nota approbationis, cum aliorum reſponſis acquieſcimus. *Juven. ſat. 19. v. 72.* Bene habet, nil plus interrogo. ¶ Bene cogitare, vel male cogitare referuntur ad alterum, ſignificantque beneficium, aut perniciem. *Pl.* Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem liberaliorem reddes. *Cic. de Sen.* Carthaginem diu male cogitantem non prius timere deſinam, quam exciſam cognovero. ¶ Bene cum dat. & accuſ. Priſcis erat hilaritatis indicium, & ſolemnis inter pocula bene precandi formula. *Plaut. Stich. 5. 4. 27.* Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene noſtram etiam Stephanium. Et *Perſ. 5. 1. 10.* Bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ. ¶ Aliquando ſumitur pro large, liberaliter, ἀφειδῶς. *Id. Men. c. 2. 12.* Lanam, aurum, veſtem, purpuram bene præbeo, nec quicquam eges. ¶ Bene habent tibi principia, *Ter. Phorm. 2. 3.* hoc eſt, bene vertunt. ¶ Dii bene vertant. *Ter. Eun. 2. 3.* Sic quod bene vertat, *Virg. Ecl. 9.* ¶ Bene eſſe alicui aliqua re: h. e. abundare, *Plaut. Caſ. 2. 3. 37.* Minore nuſquam bene fui diſpendio. *Id. Menæc. 3. 2. 20.* hoc eſt, nuſquam tam bene acceptus ſum parvis impenſis. ¶ Bene velle alicui, *Plaut. Pſeud. 4. 3. 7.* Unde *benevolentia*. ¶ Bene eſt, *Plaut. Caſin. 3. 4. 15.* Ital. *Va bene*.

Benedice, adverb. a benedicus, bonis verbis, & lenibus, εὐφήμως, *Plaut. Aſin. c. 3. 54.* Illicebus blande ad te, & benedice.

Bene dico, a. 3. bene precor, laudo, *laudare*, *benedire*, ברך, Ger. *gute reden*, *ſegnen*, Gal. *benir*, *dire bien*, Hiſp. *bendezir*, εὐλογεῖν, εὐφημεῖν, bene loqui de aliquo, laudo, cum dat. *Cic. pro Sext.* Cui bene dixit unquam bono? ¶ Sed fere abſolute uſurpatur pro loqui oratorie. *Cic. 1. de Orat.* Bene dicere autem, quod eſt ſcienter, & perite, & ornate dicere. ¶ Interdum in unam vocem coaleſcit, & regere poteſt quartum caſum. *Apulejus ad Aſclepium:* Benedicentes Deum. *Tibul. l. 2. el. 1. v. 31.* Sed bene Meſſalam ſua quiſque ad pocula dicat. Ubi per tmeſim diviſum eſt. ¶ *Benedice* pro *benedic* eſt *Plauti Aulul. 4. 10. 57.*

Bene dicta, n. 2. εὐφημισμοί, bona verba, & benevolentiæ plena, quibus opponuntur maledicta. *Ter. in Phor. prol.* Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Item quæ prudenter, & appoſite dicta ſunt. *Cic. 2. de nat. Deor.* Bene dicta male interpretari.

Benedictio, εὐλογία, *benedizione*. *Apul. in Triſmegiſto*, *p. 92.* Laudibus benedictionibuſque celebretur.

Benedictum, i, n. *buone parole*, εὐλογία, bona verba. *Terent. Phorm. prol. v. 20.* Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.

Benedictus, a, um, *benedetto*, *ſacro*, conſecratus, ſanctus, apud Eccleſiaſticos Scriptores. *Tertull. ad Martyr. c. 1.* Benedicti Martyres. *Hieronym. in vita Hilarion.* Oleum benedictum. ¶ Item laudatus, h. e. de quo bene loquuntur homines. *Inſcript. apud Gruter. pag. 873. num. 3.* Hic ſuper oſſa cineresque tunc benedicta quieſcis.

Benefacio, acis, eci, factum, ere, *far beneficio*, *beneficare*, εὐεργετέω, beneficium in aliquem conferre. *Cic. 1. Invent. ad fin.* Male tractari ab iis, quibus benefecerimus. *Plaut. Trin. 5. 2. 4.* Siquid amicum erga benefeci. Quo ſenſu omnino videtur disjuncte ſcribendum, quemadmodum & apud *Horat. 4. carm. od. 8.* Neque ſi chartæ ſileant quod bene feceris. ¶ *Plaut.* n. n. 168. Quod bonis bene fit beneficium.

Benefactio, onis, f. *beneficium*. *Tertull. 4. contr. Marcion. cap. 12.* Sabbati diem benedictione patris ſanctum benefactione ſua efficit ſanctiorem.

Be-

Benefactor, oris, m. *benefattore*, *εὐεργέτης*, qui benefacit. *Coripp. de laudib. Anaſtaſ. Quæſt. v.* 19. ſons maximus aulæ Communis benefactor herus,

Benefactum, ſubſt. n. 2. recte factum, honeſte factum, *coſa ben fatta*, חסד, Germ. *ein guethat*, Gal. *bienfait*, Hiſp. *al bienhecho*, *εὐεργέτημα*, quod recte factum eſt. *Cic. 4. Tuſc.* Omnia benefacta in luce collocari volunt. ¶ Item beneficium, meritum. *Cic. 2. Offic.* Benefacta male collocata, malefacta arbitror.

Benefice, *beneficamente*, cum beneficentia. *Gell. l. 17. c. 5.* Benefice, liberaliterque facere.

Beneficentia, æ, f. 1. liberalitas, benignitas, *beneficenza*, נדבה, Germ. *guttenigkeit*, Gal. *beneficence*, Hiſp. *beneficenzia*, *εὐεργεσία*, virtus, qua propenſi ſumus ad bene merendum de hominibus, propria optimæ & præſtantiſſimæ naturæ. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 43.* Quid præſtantius bonitate, & beneficentia?

Beneficiarius, ii, *chi ha ricevuto beneficio*, *εὐεργετηθείς*, qui beneficium accepit. ¶ Beneficiarii dicebantur milites beneficio tribunorum promoti, teſte *Veget. l. 2. c. 7.* Vel ducum apparitores, ſatellites, corporis cuſtodes. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 75.* Cum hac prætoria cohorte cetratorum, barbariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſa habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat. ¶ Quanquam non Tribunorum tantum, ſed aliorum quoque Magiſtratuum reſpectu beneficiarii dicebantur. Nam in Vet. Inſcriptionib. legere licet Beneficiarios Conſulum, Prætorum, Præfecti prætorio. Hi autem, quia a militaribus muneribus vacabant, idcirco *munificibus* apponebantur: quos a faciendo munere ſic appellari, *Feſtus* docet. *Gruter. Inſcript. p. 51. n. 4.* Beneficiarius Legati Conſular. *V. Caſaub. ad Auguſt. Sueton.* ¶ Eſt etiam beneficiarius, adjectiv. i. e. ad beneficium pertinens, ut res beneficiaria, *Senec. ep. 90.* V. Beneficium.

Beneficium, n. 2. benefactum, meritum, promeritum, munus, חסד, *beneficio*, Ger. *ein gutthat*, Gal. *benefice*, Hiſp. *beneficio*, *εὐεργέτημα*. *Ter. in Eun.* Ut ſolidum parerem hoc mihi beneficium. In beneficii loco deferre aliquid alicui, apud *Cicer. 4. Verr.* hoc eſt conferre aliquid alicui tanquam beneficium. ¶ Beneficium facere, apud *Gell. l. 7. c. 2.* Beneficium dare, collocare, deferre, reddere, ſolvere; item beneficio complecti, afficere, obſtringere, alligare, obligare, &c. ſæpe apud *Cicer.* & *Teren.* ¶ Significat etiam promotiones ad altiores gradus, præſertim vero militiæ, quo ſenſu videtur intelligendus locus *Taciti 4. hiſtor. c. 48.* non tamen locus *Ciceronis 5. Fam. ep. 20.* qui ad illud Taciti caput affertur a Lipſio. ¶ Hinc qui promoti ſunt, dicuntur eſſe beneficii ejus, a quo promoventur. *Suet. in Tiber. c. 12.* Venit in ſuſpicionem per quoſdam beneficii ſui centuriones. Sic beneficii ſui facere aliquem, apud *Senec. lib. 3. de benef. c. 18.* eſt aliquem ſibi beneficiis obnoxium reddere. ¶ Beneficium item pro præmio publice data ex ærario. Ital. *penſione*. *Cic. Fam. 5. ep. 20.* Genus horum beneficiorum definitum lege non erat. Hinc deferre in beneficiis ad ærarium. V. *defero*. ¶ Aliquando beneficium dicitur id, quod rei cauſam præbet, ſeu propter quod aliquid fit. *Ter. Heaut. 2. 4. 14.* Hoc beneficio utrique ab utriſque vero devincimini; h. e. ingenii & morum ſimilitudine, de qua in verſu præced. *Cic. Fam. 13. ep. 35.* Quem Cæſar, meo beneficio, in Novocomenſes retulit: h. e. me rogante. ¶ Et in malam partem pro culpa. *Ulp. l. 5. Dig. Damn. inf.* Detrimentum hoc, quod beneficio ejus contingit. ¶ Sumitur & pro privilegio. *Ulpian. Dig. 29. 1. 3.* Qui voluit jure communi teſtari, ſtatim beneficio militari renuntiavit.

Beneficus, a. 1. 2. benigne faciens, benignus, liberalis, *benefico*, *chi fa beneficio*, חסיד, נדיב, Ger. *guethetig*, Gall. *bien faiſant*, Hiſp. *bienhechor*, *εὐεργετικός*, *Cic. 2. de nat. Deor.* Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos, & benignos fuiſſe. ¶ Comparat. beneficentior, ſuperl. beneficentiſſimus. *Cic. ibid.* Jupiter optimus, ideſt, beneficentiſſimus. *Senec. l. 5. de benef. c. 4.* Tu me aliquod eorum doce, per quæ beneficentior ſim. ¶ Legitur & beneficiſſimus, apud antiquos. *M. Cato apud Gell. l. 17. c. 5.* De Ptolemæo Rege optimo, & beneficiſſimo.

Bene mereor de aliquo, idem eſt ac beneficium in aliquem confero, beneficio aliquem mihi devincio, *εὐεργετῶ τινα*, *far beneficio a qualcheduno*. Cui opponitur male mereri. *Cic. Fam. l. 10. ep. 5.* Nec quicquam eſt præſtantius, quam de Republica bene mereri. *Virg. Æn. 4.* Si bene quid de te merui. Hinc

Benemeritus, a, um, ut benemeritus de Rep. h. e. qui Reip. fidelem operam præſtitit. *Cic. 1. Offic.*

Beneolens, entis, *di buon' odore*, bene olens. *Virg. Ecl. 2. v. 48.* Beneolens anethum. *Propert. l. 3. eleg. 15.* Beneolens flumen.

Beneſuadus, a, um, qui bona ſuadet. *Apulej. in Apolog.* Paupertas conſilio beneſuada.

Beneventanus, a, um, ad Beneventum pertinens. *Cic. 3. Verr. c. 15.*

Beneventanus ager. *Juvenal. ſat. 5. v. 46.* Beneventanus ſutor.

Beneventum, n. 2. *Βενεουεντόν*, Ptol. *Βενεβεντόν*, *Benevento*, Urbs A. & Colonia Hirpinorum, in Regno Neapol. ad Calorem, & Sabbatum fl. a Capua 28. M. P. a Neapoli 32. a Salerno 34. Condita fuit a Diomede una cum Arpis. Olim *Maleventum* dicebatur, ſed cum eo Colonia a Romanis duceretur, boni ominis cauſa Beneventum dicta eſt. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 71. Liv. 9. 27.*

Benevole, adverb. *benignamente*, ברצון, Germ. *gutwilligkeit*, Gall. *avec bienveillance*, Hiſp. *con benevolencia*, *εὐνοϊκῶς*, benigne, amice. *Cic. de Amic.* Hæc accipienda amice, cum benevole fiunt.

Benevolens, a. 3. qui bene vult alicui. *Plaut. in Capt.* Ecquem alium benevolentem videris. ¶ Aliquando ſubſtantive ſumitur pro amico. *Plaut. Trin. 1. 2. 7.* Cujus vox prope me ſonat? M. tui benevolentis. ¶ De Comparat. & Superlat. V. Benevolus.

Benevolentia, & benivolentia, æ, f. 1. amor, ſtudium, charitas, *benevolenza*, *amicizia*, חסד, רצון, Ger. *gutwilligkeit*, Gal. *bienveillance*, Hiſp. *benevolencia*, *εὔνοια*. *Cic. 1. Offic.* Benevolentia beneficiis capitur maxime. ¶ Benevolentiam præſtare alicui, in *4. Fam. ep. 11.* Habere benevolentiam erga aliquem, apud *Cic. 1. Offic.* Conciliare animos ad benevolentiam, apud *Cic. 2. de Orat.* Benevolentiam conciliare, captare, acquirere, conſectari, &c. paſſim apud *Cic.* Sic benevolentia complecti, & colere aliquem, apud *eund.*

Benevolentus pro benevolus. Affert *Paſſerat. in Lex.* locum *Plauti in Trucul. 2. 2. 61.* At pol hero benevolentus ut is eſt ſuo! Sed ita ibi legendum cum melioribus libris. *At pol hero benevolens ut is eſt ſuo!*

Benevolus, & benivolus, a, um, o. 1. 2. *benevolo*, *amico*, אוהב, Ger. *gutwillig*, *εὔνους*, bene volens, vel bene cupiens alicui. *Cic. 2. Ver.* Benevolo animo me, ut caverem, præmonebat. ¶ Comparat. & Superlat. gradum mutuatur a *benevolens*. *Cic. 3. Fam. ep. 12.* Benevolentior tibi, quam fui, nihil ſum factus. Et *l. 5. ep. 16.* Officio fungi benevolentiſſimi, atque amiciſſimi.

Benigne, adv. *benignamente*, Ger. *freundlich*, Gal. *benignement*, Hiſp. *benignamente*, *εὐμενῶς*, liberaliter, amice, benevole. *Ter. Hec.* Quod apud ſit, benigne præbeatur. *Cic. 1. Offic.* Aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. *Curt. l. 8. c. 6. num. 19.* Rex benignius, quam alias, allocutus. *Cic. 4. Verr. c. 4.* Benigniſſime promittere.

Benignitas, atis, f. 3. liberalitas, comitas, humanitas, *benignità*, *liberalità*, חסד, Ger. *gutigkeit*, Gal. *benignité*, Hiſp. *benignidad*, *εὐμένεια*. *Cic. 1. Offic. c. 14.* Ne major benignitas ſit, quam facultates. *Horat. Epod. 1. v. 31.* Satis ſuperque me benignitas tua ditavit. ¶ Sumitur etiam pro humanitate, ſeu comitate. *Cic. pro Dom.* Veſtra in me attente audiendo benignitas.

Benigniter, *benignamente*, benigne. *Titinius apud Non. c. 11. n. 9.* Nimium te patrocinari cenſeo benigniter.

Benignus, a, um, o. 1. 2. liberalis, beneficus, munificus, blandus, comis, *benigno*, *liberale*, חסיד, נדיב, טוב, Ger. *guetig*, *trew*, Gal. *benin*, Hiſp. *benigno*, *εὐμενής*, ab antiquo *benus*, addito *gnus*; vel ut Feſtus ait, quia propria illa eſt, qui bonis, & dignis largitur; vel a *bene*, & *gigno*, unde benignam terram dicimus fructus abunde reddentem, *fruttifera*. *Plin. de Ægypto*, Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. *Cic. 2. de nat. Deor.* Futuros benignos, & beneficos fuiſſe. ¶ Item facilis, comis, humanus. *Plaut. Trin. 2. 4. 58.* Benigniorem, Lesbonice, te mihi confido fore. *Plin. l. 35. c. 2.* Benigniſſimum inventum. ¶ Cum genit. jungit *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 3.* illo verſu: Vini, ſomnique benignus, h. e. large indulgens vino, & ſomno.

Benna, æ, f. 1. teſte Feſto, lingua Gallica, corbis, ciſta, item vehiculum vimineum quadratum, duabus rotis volubile a *βαίνω*, eo. *Cat. de R. R. c. 23.* Bennæ emantur.

Beo, as, a. 1. *beatificare*, *beare*, אשר, Ger. *ſelig machen*, Gal. *rendre heureux*, Hiſp. *beatificar*, *hazer beato*, *μακαρίζω*, beatum facio, translate conſolor, *conſolare*. *Plaut. Amph. 2. 2. 12.* Hoc me beat. *Ter. in Andr. 1. 1. 78.* O factum bene' beaſti.

Berecynthia, V. Cybele.

Berecynthiacus, a, um, adject. a Berecyntho, ut Berecynthiacus ſacerdos, apud *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 51.*

Berecynthiades, æ, patronym. Affertur ex *Ovid. in Ibin, v. 508.* Sed ibi alii alia leg.

Berecynthius, a, um, adject. ut cornu Berecynthium, *Horat. l. 1. od. 18.* id eſt, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ ſacerdotes. *Virg. Æn. 9. v. 82.* Ipſa Deum fertur genitrix Berecynthia. Ubi *Serv.* ſine aſpiratione ſcribi oportere *Berecyntia* docet, quia a Berecynto dicatur Phrygiæ monte: addi vero aſpirationem, cum Cynthum Deli montem dicimus.

Berecyntus, m. 2. vel Berecynthus, *Βερέκυντος*, mons Aſiæ, in confin. Phrygiæ Magnæ, & Cariæ, apud Marſyam fl. & Celænum M. non procul ab Apamea, apud quem Cybele colebatur, unde Berecyntia dicta eſt.

Berenice, es, f. 1. *Βερενίκη*, Ptolemæi Lagi uxor, Regina Ægypti, a cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus filius inſignem urbem in ſinu Arabico condidit. *Plin. l. 6. c. 29.* ¶ Fuit & alia, Ptolemæi Philadelphi, & Arſinoes filia, quæ Ptolemæo Evergetæ fratri nupſit. Hæc, cum Ptolemæus expeditionem in Aſiam ſuſcepiſſet, vovit, ſe comam ſibi detonſuram, qua nihil pulchrius unquam viſum eſt, Venerique dicaturam, ſi incolumis reverteretur. Igitur Ptolemæo reverſo Berenice abſciſſos crines tulit in templum Veneris. Cum poſtridie coma non appariſſet, ægre id ferente Rege, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter ſidera collocatam affirmavit, ſeptem ei figura vacuas ad caudam leonis oſtendens ſtellas, in quas Berenices comam mutatam aſſerebat.

Berenice, f. 1. Bernice, *Choſair*, *Alchaſir*, *Calir*, *Βερενίκη*, urbs Ægypti, ad ſin. Arabicum, in conf. Æthiopiæ, condita a Ptolemæo Philadelpho, & de nomine matris appellata. ¶ Item Bernice, Heſperia, *Bernich*, urbs A. Cyrenaicæ, mar. una ex quinque urbibus Pentapolitanæ reg. opus Ptolemæi Evergetæ ex nomine uxoris. ¶ Hic erant horti Heſperidum.

Berenicus, a, um, ad Berenicem pertinens. *Catull. Carm. 66.* E Beroniceo vertice cæſariem.

Berenicis, vel Beronicis, idis, & Berenice, nomen eſt multarum civitatum, quarum una eſt in Libya Cyrenaica prope Syrtes, ex illis, quæ Pentapolim efficiunt. De hoc tractu *Lucan. l. 9. v. 523.* Nam quidquid pulvere ſicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

Bergomates, Bergomi incolæ, *Plin. l. 3. c. 17.* ¶ *Id. l. 34. c. 1.* Bergomatium ager.

Bergomum, o. 2. *Bergamo*, urbs Venetiæ, in Cenomanis, in monte, E. ſub A. Medial. inter Mediolanum, & Brixiam ad Or. utrinque 30. M. P. quot a Como in Or. inter fl. Brembum, & Serium, condita ab Orobiis una cum Como, & Foro Licinii, teſte Catone. Populi Bergomates. Gent. Bergomas, atis.

Berinum veſtimentum, h. e. rufum. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Sed al. leg. cerinum, id eſt ceræ colore.

Beroe, anus Epidauria, ſub cujus ſpecie Juno Semelem decepit, *Ovid. 3. Metam.* ¶ Item conjux Dorycli Iſmarii. *Virg. l. 5.* ¶ Beroe, urbs. V. Berrhœa.

Berrhœa, f. 1. *Βέῤῥοια*, *Βέῤῥοια*, *Veria*, Turc. *Boor*, urbs A. Macedoniæ, in Æmathia reg. prope Ludiam flu. inter Allacmonem, & Axium fl. ¶ Item Berrhœa, Berœa, Beroa, Beroe, *Aleppo*, urbs, & Empor. Syriæ, ad Marſyam flu. media inter Antiochiam, & Hierapolim. Sed aliis *Aleppo* Hierapolis eſt.

Berones, Verones, pop. Hiſp. Tarrac. ſub Celtiberis, inter Autrigones, Cariſtos, & Pelendones, juxta Iberum fl. ubi nunc pars Rivogiæ prov.

Beroſus, m. 2. Chaldæus, cui ob admirandam prædicendi futura ſcientiam Athenienſes in Gymnaſio poſuerunt ſtatuam lingua inaurata. *Plin. l. 7. c. 37.*

Berous, m. 2. collis Taurorum, tres habens fontes ſine remedio, & ſine dolore mortiferos. *Plin. l. 2. c. 103.*

Beryllus, li, m. 2. *βήρυλλος*, gemma ſubviridis, perlucida, ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, vix alibi, quam in India, reperta, cujus novem ſpecies *Plin. l. 37. c. 5.* enumerat. *Propert. l. 3.* Et ſolitum digito beryllus adederat ignis.

Berytenſis, ſe, Berytius, ut Berytenſis colonia. *Ulpian. Dig. 50. 15. 1.* ubi al. leg. *Berytienſis*.

Berytius, a, um, adject. poſſeſſ. a Beryto, ut berytium vinum, Berytia uva. *Plin. l. 14. c. 6.* & *l. 15. c. 17.*

Berytus, & Berytus, *Baruti*, *Βηρυτός*, Col. & urbs E. & Emp. Phœniciæ lit. ſub Patr. Antiocheno, Monti Libano ſubjecta; Juſtiniani temporibus Legum ſtudiis celeberrima. ¶ Penultima hujus vocis corripitur ab *Avieno in deſcript. Orbis Terræ v. 1080.* at producitur a *Priſcian. in Periegeſi, v. 853.*

Bes, beſſis, *otto oncie*, m. *διμοιρία*, m. 3. compoſitum ab aſſe, octo ſignificans uncias. *Feſt.* Bes appellatus eſt, quod bis triens ſit. *Cic. ad Att. l. 4. ep. 15.* Fœnus ex triente factum erat beſſibus. ¶ Legitur & nominativus *beſſis* apud *Feſtum*, modo emendata ſit lectio. Beſſis (inquit) unciæ octo, triens quatuor. ¶ Bes etiam eſt Geometrarum menſura, continens octo partes jugeri in duodecim partes diviſi. *Col. l. 5. cap. 1.* ¶ Bes denique accipitur pro poculo beſſis menſuram continente. *Martial. l. 11. epig. 37.* Quincunces & ſex cyathos, beſſemque bibamus.

Beſſalis, le, adject. a bes, ut beſſales laterculi, *Vitruv. l. 5. c. 10.* qui ſc. octo pollicum longitudinem habent.

Beſſi, *Βεσσοι*, pop. Thraciæ, ſeu Myſiæ, in conf. juxta Hebrum fluvium, inter Hemum, & Pangeum M. quorum præcipua urbs Philippopolis. Gens fera eſt, & latrociniis ſueta. *Strab. l. 7.* ¶ Metallorum divites, & in effodiendo auro ſolertes fuiſſe ſignificat *Claudian. in Paneg. de Conſ. Mall.* &c. v. 41. Quidquid luce procul venas rimate ſequaces Abdita pallentia fodit ſolertia Beſſi.

Beſſicus, a, um, adject. ut Beſſica gens, apud *Cic. in Piſon. c. 34.*

Beſtia, f. 1. *beſtia*, חיה, Ger. *thier*, Gal. *bête*, Hiſp. *beſtia*, *θηρίον*, crudelitatem videtur exprimere, *bellua* magnitudinem, & quaſi monſtroſitatem, *fera* opponitur cicuri. Dicta eſt, vel a vaſtando, vel quia veſtiendis hominibus inſervit. *Ulp. Dig. 3. 11. & 9. 1. 1.* Beſtias accipere debemus magis ex feritate, quam ex animalis genere, quæ propria morſu, vel unguibus ſæviunt, ut pardi, leones, tigrides, a vaſtando. ¶ Beſtiæ a *Cic.* etiam piſces, & volucres appellantur *Tuſc. 5. c. 13.* ubi ait: Natura alias beſtias nantes, aquarum incolas eſſe voluit: alias volucres, cœlo frui libero. ſerpentes quaſdam, alias gradientes, &c. ¶ Per convicium de malo homine uſurpatur. *Plaut. Bacch. 1. 1. 21.* Mala tu es beſtia. ¶ Ad beſtias damnari dicebantur, qui beſtiis lacerandi objiciebantur. *Gell. l. 5. c. 14.* ¶ Eſt & *Beſtia* inter Romana nomina. *Plin. 27. 2.*

Beſtiālis, le, *beſtiale*, *θηριώδης*. *Prudent. hymn. jejun. v. 153.* Impexa villis virgo beſtialibus. *Sidon. l. 8. ep. 14.* beſtiale corpus.

Beſtiarii, m. 2. *θηριομάχοι*, qui damnabantur, ut beſtiis ſubjicerentur, & qui citra damnationem intromittebantur in arenam cum beſtiis pugnaturi. *Cic. pro Sext.* Unus leo, ducenti beſtiarii. ¶ Auctor eſt *Ulpianus*, eos, qui operas locaverunt, ut cum beſtia depugnarent, notari infamia.

Beſtiarius, a, um, adject. beſtialis, ut ludus beſtiarius, *Senec. epiſt. 70.*

Beſtiŏla, læ, f. 1. *beſtiuola*, *θηρίδιον*, dim. a beſtia. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 48.* Diſſimillimæ beſtiolæ. *Plin. l. 11. c. 6.* Contra aliarum beſtiolarum aviditates.

Beta, *Βῆτα*, ſecundæ literæ apud Græcos nomen. *Juvenal. ſat. 14. v. 209.* Hoc diſcunt omnes ante alpha, & beta puellæ. ¶ Tranſlate ponitur pro ſecundo, ſicut *alpha* pro primo. V. Alpha. ¶ Declinatur etiam beta, æ, f. *Auſon. in Technopægn.* Dividuum betæ monoſyllabon Italicum B. ¶ Eſt etiam nomen herbæ. *Colum. l. 10. v. 251.* folio viridis, pede candida beta.

Beta, æ, f. 1. *bietola*, *bieta*, *τεῦτλον*, Ger. *mangolt*, *oder kol*, Gall. *betterave*, Hiſp. *acelga*, herba, a figura literæ Græcæ, cum turget ſemine, quæ, quod inſipida ſit, fatua peculiari epitheto appellatur, *Mart. l. 13. epig. 10.* Ut ſapiant fatuæ Fabrorum prandia betæ.

Betacĕus, a, um, adject. ad betam herbam pertinens, ut betaceus pes; h. e. betæ caules, *Varr. l. 1. R. R. c. 2.*

Bethleem, f. indecl. *Βηθλεέμ*, prius Ephrata, urbs Judææ a Jebuſæis condita, in tribu Juda, E. ſub Patr. Hieroſolymitano, ab Hieroſolymis 7. M. P. Hebron verſus in Auſtr. dicta, quod ibi Jacob pecora ſua pavit, nam interpretatur *Domus panis* urbium omnium fortunatiſſima, in qua Rachel occubuit, David natus, & mortuus eſt, Jeſus Chriſtus æterni Dei Filius, humani generis Redemptor, natus eſt ex Maria Virgine.

Bethleemĭcus, a, um, Bethleemiticus, *Juvenc. l. 1. in c. 2. Matth.* Crudeli tinxit Bethleemica compita cæde.

Bethlemiticus, a, um, ad Bethleem pertinens, ut *Hieronym. epiſt. 27.* Bethlemitica rura.

Bethlemitus, a, Bethlemiticus, *Hieronym. epiſt. 27.* Bethlemiti conditue antro.

Bethlēus, a, um, Bethlemiticus. *Sedul. l. 2. v. 73.* Talia Bethleis dum ſigna geruntur in oris. ¶ Quidam ſcribunt *Bethleus*.

Betis, V. Bætis. ¶ Eſt etiam nomen herbæ, nempe beta. *Seren. Sammon.*

Betiſare, vel Betizare, pro *langueſcere* uſurpabat ſæpe Auguſtus, teſte *Sueton. in ejus vita, c. 87.* a *beta*, quæ herba eſt mollis, & languida. *Catull. carm. 66. v. 21.* Languidior tenera cui pendens ſicula beta.

Beto, is, n. 3. *andare*, eo, vado, ambulo, *πορεύομαι*. *Varr.* apud *Non. c. 73.* Multos foras betere juſſit. *Plaut. Curc. 1. 2. 30.* Qui me æque fortunatus erit, ſi illa ad me betet, Palinure? ¶ In Plautinis libris ſæpius legitur *bito*.

Betonica, f. 1. ſeu vetonica, aut vettonica, *bettonica*, Ger. *betonien*, Gal. *betoine*, Hiſp. *betonica*, *κέστρον*, herba plurimarum virtutum, a Vettonibus Luſitaniæ opp. Lat. ſerratula, a foliis circumquaque ſerratis, Græce *κέστρον*, ab *ἀκέομαι*, medeor, quia variis morbis medetur, & *ψυχότροφον*, a *ψυχρός*, frigidus, & *τρέφομαι*, nutrior, quia in humidis locis creſcit. *Plin. l. 25. c. 8.*

Betulla, f. 1. *σημύδα*, gemino ll, arbor Gallica mirabili candore, atque tenuitate, virgis aptiſſima, ex qua Galli bitumen excoquebant, quam Romani in Italiam tranſtulerunt, & ex ea faſces conficiebant, qui Magiſtratibus præferrentur, *Plin. l. 16. c. 18. Betula.* ¶ Scribitur & *Betula*.

B ANTE I.

Biæus, *Cιαιος*, vinum factitium, ex uvis ad Solem ſiccatis, & aqua marina, valetudinis cauſa, a *βία*, vis, robur, quod vinolentum, ſit, & efficax contra morbos. *Plin. l. 14. c. 8.*

Bianor, m. 3. filius Mantus, & Thuſci fluminis, al. Ocnus, qui Mantuam a nomine matris dixit. ¶ Item unus ex Principibus Trojanis occiſus cum Oileo auriga ab Agamemnone.

Biarchia, æ, officium Biarchi. *Leg. 1. Cod. de off. magiſtri offic.* Ad Biarchiam nemo ſuffragio, ſed labore unuſquiſque perveniat.

Biarchus, i, qui commeatui præeſt, rebuſque ad vitam ſuſtentandam neceſſariis comparandis. *Βίος* enim græce non vita modo, ſed & victum ſignificat. *Leg. 3. Cod. de Agent. in reb.* Biarchorum nomen, meritumque commemoratur. Adde *l. 2. Cod. de Offic. Pr. Præt. per Afric.* & *Hieronym. ad Pammach. epiſt. 6. c. 5.* ubi Biarchi, & Circitores conjunguntur.

Bias, Biantis, m. 3. *Βίας*, Philoſophus Prienenſis, unus ex ſeptem Sapientibus Græciæ. *Cic. de Amic. & Parad. 2.* Fuit vir totus Regius, & civium ſuorum princeps, quos diu adverſis periculis tutatus eſt. Capta patria, cum univerſi fugerent rerum pretioſiſſimarum ſarcinulis onuſti, ipſeque interrogaretur, cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret, reſpondit: *Omnia bona mea mecum porto.* Fortuita enim inter bona ſua non numerabat. *Laert.*

Bibaculus, i, nomen Poetæ, de quo *Tacit. 4. Ann. 34.* & *Hieronym. in Chronic.* Cremonæ natus eſt, fuitque paullo minor Cicerone.

Bibax, c. 3. *bevitore*, סבא, Ger. *ſeuffer*, Gal. *beuveur*, Hiſp. *bevedor*, *πολυπότης*, bibendi avidus, nimius potator. *Gell. l. 3. c. 12.* Bibendi avidum P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem, & biboſum dicit. Bibacem ego, ut edacem a pleriſque aliis dictum lego: biboſum dictum nuſquam reperi niſi apud Laberium. Hæc *Gellius*.

Biber, antiquum nomen, *τὸ πιεῖν*, ab infinito *bibere*. *C. Fann. Ann. 8.* Domina ejus, ubi villam emerat, jubebat biber dari. *Cato* quoque uſus in *Originib.* Sed & *Titin. in Prol.* Date illi biber, iracunda eſt. Hæc habet *Chariſ. l. 1.*

Biberius, m. 2. Tiberii Cæſaris agnomen joculare, ob nimiam vini aviditatem. *Suet. in Tiber. c. 42.*

Bibeſia, æ, f. 1. *ποτοποσία*, vocabulum a *Plaut. in Curc. 2. 3. v. 74.* confictum pro nimia bibendi aviditate. *Feſt.*

Bibĭtor, oris, m. 3. *bevitore*. *Sidon. l. 1. epiſt. 8.* Bibitor Araricus.

Bibĭtus, a, um, *bevuto*, particip. a bibo, is, *Æmil. Macer cap. de porro.* Commixtus porri ſuccus lacti muliebri, Et bibitus. *Plin. Valerian. l. 2. c. 18.* Equi lingua inveterata, ex vino bibita valet.

Bibliopōla, m. 1. *libraro*, *venditore di libri*, Ger. *buchführer*, Gal. *libraire*, Hiſp. *librero*, *βιβλιοπώλης*, qui libros vendit, ex *βιβλίον*, liber, & *πωλῶ*, vendo. *Martial. 4. 72.* Habet bibliopola Tryphon. Adde *Plin. lib. 9. ep. 11.*

Bibliothēca, f. 1. *libreria*, בית ספרים, Ger. *buchladen*, *bibliotheck*, Gal. *bibliotheque*, Hiſp. *libreria*, *βιβλιοθήκη*, tam librorum per ſe magnus numerus, quam locus, ubi libri ſunt, appellatur, ut *lib. 32. Digeſtorum* ſcribit *Ulpian. Cicero ad Sulp.* Meam bibliothecam multorum nummorum tractavit. ¶ Latine *libraria* dicitur. *Gell. l. 5. c. 4.* Forte in Libraria ego, & L. Paulus conſederamus. ¶ Eſt & bibliotheca inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominavit. *Plinius in proœm. Oper.* Diodorus Bibliothecam, hiſtoriam ſuam inſcripſit. ¶ Bibliothecæ, ut ſcribit *Vitruvius*, ad Orientem ſpectare debent. Uſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen. ¶ *Servus a bibliotheca* eſt, qui bibliothecæ curandæ præpoſitus, *bibliotecario*. Legitur non ſemel in antiquis Inſcriptionibus apud *Gruter. pag. 584. n. 4. 6. 7.* &c. ubi *bybliotheca* per y ſcripta legitur a Græco *Βύβλος*, papyrus, ex qua fit charta: ſed & *bibliotheca* per i optime ſcribitur, a *Βίβλος*, liber.

Bibliothecālis, le, adject. ad bibliothecam ſpectans. *Sidon. Apoll. l. 8. ep. 4.* Theſauris bibliothecalibus large refertus. *Martian. Capella lib. 4.* Bibliothecalis copia.

Bibliothecula, æ, diminut. a bibliotheca, *picciola libreria*. *Symmach. l. 4. epiſt. 18.* Sume ephemeridem C. Cæſaris, decerptam bibliothecula mea, ut tibi muneri mitteretur.

Biblis, idis, f. 3. filia Myleti, & Cyanes, cum fratrem Caunum deperiret, atque ab eo merito repelleretur, ſoluta in lacrymas tandem in fontem mutata eſt. *Ovid. in Ibin, v. 459.* Biblidos, & Canaces, ſicut facit, ardeat igne. ¶ Scribitur & *Byblis*.

Biblus, fem. 2. *βίβλος*, juncus, planta Ægypti, al. papyrus, unde olim chartæ ſcribendi cauſa fiebant, *Lucan. l. 3. verſ. 222.* Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat. ¶ Scribitur & *byblus*.

Bibo, bis, bibitum, poto, perpoto, *bere*, שתה, Ger. *trincken*, Gal. *boire*, Hiſp. *bever*, *πίνω*, a *πίνω*, vel *πίω*, *bibo*, & de iis dicitur, quæ hauſtum habent. *Plaut. in Stich.* Vide, quot cyathos nos bibimus. *Propert. l. 2. el. 18. v. 33.* Et una ſæpe bibemus aqua. ¶ Et paſſive, præſertim in tertiis perſonis. *Juven.* Nulla aconita bibuntur fictilibus. ¶ *Virg. l. 11.* etiam iis junxit, quæ vim attrahendi humorem nullam habent. Haſta ſub exertam donec perlata papillam hæſit, virgineumque alte bibit acta cruorem. ¶ Bibere etiam accipitur pro ſtudioſe audire. *Horat. l. 2. Carm.* Pugnas, & exactos Tyrannos denſum humeris bibit aure vulgus. ¶ *Aut bibat, aut abeat.* *Cic. 5. Tuſc. c. 41.* proverb. a Græcis deductum, quo monemur, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus. ¶ Bibere mandata, h. e. præ nimio potu obliviſci quod mandatum fuerat, *Plaut. Perſ. 2. 1. 3.* & *Amph. 2. 1. 84.* ¶ Pro ſomno bibere, *bere per l'ultima volta*, apud *Plaut. Stich. 5. 4. 33.* ſed locus hic non caret contentionibus. ¶ Bibere nomen alicujus. *Martial. l. 8. epigr. 51.* Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam. Nempe Romanis hic mos fuit, ut in honorem, ac jucundam amici memoriam tot biberent cyathos, quot literis ejus nomen conſtaret. *Id. l. 1. epigr. 72.* Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus. ¶ Metaphorice *Virgil.* uſus eſt *Ecl. 3.* Clauſtite jam rivos pueri, ſat prata biberunt: h. e. Ceſſate a cantu: jam enim ſatis audivimus. ¶ Apud *eund. l. 1. Geor. v. 380.* bibere dicitur cæleſtis arcus, ex opinione ſcilicet, & errore vulgi credentis Irim cornibus ſuis aquam haurire: atque ideo inter ſigna pluviæ ponitur. ¶ Bibere mores maternos, apud *Claudian. de Nupt. Honor. v. 231.* eſt imbibere. Sic Lana bibit colorem. *Plin. l. 8. c. 48.* Bibere amorem. *Virg. 1. Æn.* quod *Stat.* dixit *1. Achil.* bibere novum ignem totis oſſibus. ¶ Malum mœrorem bibere, *Plaut. Aulul. 2. 3. 12.*

Bibo, onis, bibax, bibitor, *bevitore*. *Jul. Firmic. l. 5. c. 4. ſub fin.* Epulones, & bibones.

Bibōſus, a, um, n. 1. 2. bibendi avidus, nimius potator, a *bibo*, *is*. *Laberius* apud *Gell. l. 3. c. 12.* Non annoſa, non biboſa, non procax. Vocabulum eſt *Laberii*, nec videtur uſurpandum. V. *Bibax*.

Bibŭlus, a, um, *che riceve*, *e aſſorbe*, *πολυπότης*, *ποτικός*, quod facile ſorbet. *Virg. ad Meſſalam*, Inverſo bibulum reſtringens lumen olivo. Lumen enim bibit oleum, id eſt, ardendo conſumit. *Lucan. 4. 136.* Conficitur bibula Memphitis carta papyro. Nam ſorbet atramentum. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 91.* Potores bibuli media de nocte Falerni oderunt porrecta negantem pocula. Sic arena bibula, quæ aquam facile ſorbet. *Virg. 1. Georg. v. 114.* Aures bibulæ, i. e. avidæ. *Perſ. Sat. 4. ad fin.*

Bibrĕvis pes, pyrrhichius, *Diomed. Gram. l. 2. pag. 472. Putſch.*

Bicamerātus, a, um, duplicem cameram habens. *Hieronym. adverſ. Jovinian. l. 1. c. 9.*

Biceps, bicipitis, o. 3. *coſa*, *che ha due capi*, Ger. *zweyköpffig*, Gall. *de deux têtes*, Hiſp. *de dos cabeças*, *δικέφαλος*, quod habet duo capita. *Cic. 1. de Divin. c. 53.* Si puella nata bicepa eſſet. ¶ Tranſlate *civitas biceps* eſt in duas partes, ſeu factiones diviſa. *Varr.* apud *Non. 6. 36.* & *Flor. 3. 17.* ¶ Olim dicebatur *bicipes* in recto ſingulari: *Priſcian. in fine l. 6.*

Bicepſus, i, idem ac biceps, ut bicepſos mons, *Varr. l. 4. L. L.*

Biclinium, n. 2. *luogo*, *dove ſtanno due letti*, Gall. *chambre à deux lits*, Hiſp. *lugar para dos camas*, *δίκλινον*, locus, ubi duo lecti ſunt, ex Latin. *bis*, & Græc. *κλίνη*, *lectus*. *Plaut. in Bacch. 4. 4.* una. In biclinio cubitum eatis.

Bicŏlor, adject. 3. *di due colori*, Germ. *das zweyerley farben hat*, Gall. *de deux couleurs*, Hiſp. *de dos colores*, *δίχροος*, duorum colorum. *Ovid. 11. Met.* Myrtea ſylva ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

Bicolorĕus, vel bicolōrus, a, um, bicolor. *Vopiſc. in Aurelian. c. 13.* Vexilla bicolora. *Apulej. in Apolog.* Tæniæ bicoloræ. Utrobique al. leg. *bicoloreus*.

Bicŏmis, e, duplicem habens comam, ut Equus bicomis, h. e. qui comam habet utrinque pendentem. *Veget. de re Veterin. 2. 36.*

Bicornĭger, a, um, bicornis. *Ovid. Heroid. ep. 13. v. 33.* Ut quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta creditur. *h. e.* Bacchus.

Bicornis, c. 3. *di due corna*, Ger. *das zwey horner hat*, Gal. *de deux cornes*, Hiſp. *de dos cuernos*, *δίκερως*, quod habet duo cornua. *Virg. 2. Georg. v. 264.* Furcaſque bicornes. *Horat. Carm. ſæc. v. 35.* Luna bicornis.

Bicorpor, is, *di due corpi*, Ger. *das zwey leib hat*, Gal. *de deux corps*, Hiſp. *de dos cuerpos*, *δισώματος*, duorum corporum. *Cic. 2. Tuſc. c. 9. ex Sophocle ſub Herculis perſona* Bicorporem afflixit manum. hoc eſt Centauros.

Bicorporĕus, a, um, bicorpor. *Jul. Firmic. l. 2. c. 12.* Gemini ſignum in Cœlo bicorporeum.

Bicors, ordis, qui duplex habet cor; & tranſlate verſutus, vafer. *Commodian. inſtruct. 11.* Bicors virgo.

Bicubĭtālis, n. 3. *di due cubiti*, Germ. *das zweyelenbogen lang iſt*, Gal. *de deux coudes*, Hiſp. *de dos codos*, *διπηχυς*, duorum cubitorum. *Plin. l. 20. c. 23.* Bicubitalis caulis.

Bicu-

Digitized by Google

Bicubĭtus, a, um, bicubitalis. *Apulej. de herb. c. 72.* Herba ramulis bicubitis.

Bicurgĭum, *Erffurdt*, *Erfurt*, *Erdfurt*, *Erford*, urbs ampliſſima, & Acad. Germ. Thuringiæ caput, ad Jeram flu. inter Herbipolim, & Vitteberꝗam.

Bĭdens, tis, *di due denti*, qui duos habet dentes. *Plin. 7. 56.* Anchora bidens. *Auct. Priap. carm. 83.* Anus bidens. ¶ Item ovis circa bimatum, dicta, quod inter octo dentes duos eminentiores habet. *Hygin. Feſt. Serv. Iſidor. Voſſ.* vel quod binos ordines dentium habet in utraque maxilla. Sed alii volunt, hoſtias bimas hoc nomine intelligi, eas primo dictas eſſe *bidennes*, quaſi *biennes*, poſtea bidentes dici cœpiſſe, d litera ex ſuperfluo interjecta, ſicut in *redeo*, ad hiatum duarum vocalium præcavendum, vel vocabulo corrupto longo uſu loquendi. *Vet. Horatii Interpres, ad Od. 13. l. 3. Agell. Non. Marcell. Macrob.* Vide *Gell. l. 10. c. 4.* Ex quo etiam notandum eſt, non oves modo, ſed & tauros, & verres bidentes dici. ¶ Item bidens, inſtrumentum ruſticum foſſorium, quod duos dentes habeat, *zambe*, *marra*. *Tiboll. 2. 3. 6.* Verſarem valido pingue bidente ſolum. *Juvenal. ſat. 3. v. 228.* Bidentis amans. *h. e.* agriculturæ ſtudioſus.

Bidenſes, ium, populi Siciliæ, quorum oppidum *Bidis* prope Syracuſas. *Cic. 4. Verr. c. 21.* ¶ Sæpius dicuntur *Bidini*, ut *ibid. & c. 23. 24. & 25.* & apud *Plin. 3. 8.*

Bidental, n. 3. locus, ent ædificium fulmine ictum, & bidente, ſeu ove expiatum, & conſecratum, quæ ibi immolabatur, & ſepeliebatur, quod ingredi, & calcare nefas erat. *Nonius* bidental dici vult, quod binæ pecudes mactarentur. *Perſ. Sat. 2. v. 27. de homine fulgurito*, Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Bidentālis, e, ad bidental pertinens. *Sacerdotes bidentales* dicti ſunt, qui fulmina procurabant. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 96. n. 5. & 6.*

Bidem. V. Bidenſes.

Bidŭum, n. 2. *lo ſpazio di due giorni*, יומים, Ger. *zwentag*, Gal. *deux jours*, Hiſp. *dos dias*, *δύο ἡμέρας*, ſpatium duorum dierum. *Terent. in Eun.* Biduum ſaltem ut concedas ſolum. ¶ Biduo continenti, duobus diebus continentibus. *Suet. in Gal.* Ultro, citro commeavit biduo continenti.

Biennis, o. 3. *di due anni*, Germ. *von zweyen jahren*, Gal. *de deux ans*, Hiſp. *dos anos*, *διετής*, duorum annorum, ut triennis trium. *Plin. l. c. c. 81.* Bienni ſpatio. Al. leg. *biennii*.

Biennium, ii, o. 2. *lo ſpazio di due anni*, שנתים, Ger. *zwey jar*, Gall. *l'eſpace de deux ans*, Hiſp. *eſpacio de dos anos*, *διετία*, ſpatium duorum annorum. *Cic. de Amic.* Biennio autem poſt Caſſia. *Plaut. Bacch. 2. 2. 1.* Biennio poſtquam hinc abii.

Bifariam, *in due parti*, Ger. *auff zwen weg*, *auff zwo weiſſ*, Gal. *en deux parties*, *en deux manieres*, Hiſp. *en dos partes*, *o maneras*, *διχῶς*, adverb. duobus modis, vel in duas partes, a *bis*, & *fari*, loqui. *Cic. 3. Tuſc. c. 11.* Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ. *Varr. R. R. l. 2. c. 4.* Diviſus annus bifariam.

Bifarius, o. 1. 2. duorum generum, vel partium. *Apul. l. 3. Dogm. Plat. c. 39.* Bifaria ſit ſubleta illatio. *Ammian. l. 18. c. 8.* Ratione bifaria.

Bifer, vel Bifĕrus, a, um, *δίφορος*, *δίκαρπος*, quod bis quotannis fructum fert. *Col. l. 5. c. 10.* Fabulantur Poetæ, Alcinoi Phæacum Regis pomaria fuiſſe bifera. *Virg. 4. Georg. v. 117.* Biferique roſaria Paeſti. ¶ *Manil. l. 4. v. 230.* Biferum Centauri corpus. *h. e.* equina, & humana forma conſtans.

Bifeſtus, a, um, *Prudent. periſteph. 6. in fi.* Feſtum SS. Petri, & Pauli vocat diem bifeſtum.

Bifidātus, a, um, *feſſo in due parti*, in duas partes fiſſus. *Plin. l. 13. c. 4.* Folia lateribus in ſe bifidatis.

Bifidus, a, um, o. 1. 2. *feſſo in due parti*, Ger. *zu zweytheil zerſpalten*, Gal. *qui eſt fendu*, *ou ſe fend en deux*, Hiſp. *coſa hendida en dos partes*, *διχηλής*, in duas partes fiſſus. *Ovid. Met. 14. 303.* Bifidoſque relinquit rima pedes.

Bifiſſus, um, idem quod bifidus. *Solin. c. 51.* Bifiſſæ ungulæ.

Bifŏris, re, o. 3. *che ha due porte*, Ger. *das zwo*, *thüren hat*, Gal. *a deux battans*, Hiſp. *de dos puertas*, *δίθυρος*, quod habet duas fores. *Ovid. 3. de Pont.* Bifores intrabat Luna feneſtras. ¶ Ponitur metaph. pro biſono, impari. *Virg. 9. Æn.* biforem dat tibia cantum. *Serv.*

Biformātus, o. 1. 2. *di due forme*, Gall. *de deux formes*, Hiſp. *de dos formas*, *δίμορφος*, biformis. *Cic. 2. Tuſc. c. 8. ex Sophocle convertens*, non biformato impetu Centaurus ictus corpori inflixit meo.

Biformis, me, o. 3. duas habens formas. *Virg. 6. Æn. v. 25.* Mixtumque genus, prolesque biformis.

Bifōrus, a, um, adject. idem quod biforis. *Vitruv. l. 4. c. 6.* Ipſa forium ornamenta non fiant ceroſtrata, neque bifora, ſed valvata.

Bifrons, tis, o. 3. *di due fronti*, Ger. *der zwee ſtirnen hat*, Gal. *qui a deux fronts*, Hiſp. *coſa que tiene dos frentes*, *διμέτωπος*, qui duas frontes habet, Jani epitheton, quod præterita ſciverit, & futura præviderit, vel quia Superum, & Inferum janitor eſt. *Virg. 12. Æn. v. 198.* Janumque bifrontem.

Bifurcus, o. 1. 2. *biforcato*, Ger. *das zwoen ſpitzen*, *oder zincken hat*, Gal. *fourchu*, Hiſp. *horcajado*; *ἀμφίκραιρος*, geminas furcas habens. *Col. l. 3. c. 18.* Ferramentum bifurcum. *Ovid. 12. Metam. v. 442.* Ramus bifurcus.

Bigæ, f. 1. n. pl. *carretta di due cavalli*, Ger. *wagen mit zwey pferden*, Gal. *char attelé de deux chevaux de front*, Hiſp. *carreta a dos cavallos*, *συνωρίς*, *ζεῦγος*, currus duobus equis vectus, a *bis*, & *jugum*, quaſi bijugæ, quod duo equi ad jugum juncti ſint, vel a *bis*, & *ago*, quaſi biagæ, quod a duobus equis agantur. Equi vero ipſi *bijugi*, *bijugeſve* dicuntur. *Virg. 5. Æneid.* Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat. ¶ Apud veteres tamen bigam, & trigam, & quadrigam invenimus. *Sueton. in Tiber.* Via onius bigæ adjectione honorari paſſus eſt. ¶ Bigas primum junxerunt Phryges, quadrigas Erichthonius, teſte *Plin. l. 7. c. 56.*

Bigarius, ii, bigæ ductor. *Vet. Inſcript.* apud *Perret. Muſ. Lap. p. 255.* Florus ego hic jaceo bigarius Infans, qui dum cupio currus, cito decidi ad umbras.

Bigātus, a, um, qui bigas impreſſus habet: ut bigatus nummus. Bigatum argentum *Livius* dixit *l. 23. c. 33. Id. lib. eod. c. 15.* Bigatos quingentos quæſtorem numerare jubet.

Bigemmis, e, adject. duas gemmas habens, ut annulus bigemmis, *Trebell. Poll. in Claud. c. 24.* ¶ De vitibus etiam dicitur. *Col. l. 3. c. 3.* Bigemmes reſecta ſiunt. Et in ſingulari Reſex bigemmis.

Bigenĕrus, a, um, o. 3. *διγενής*, ex diverſo genere natus, ut leopardus ex leone, & pardo. *Feſtus. Var. l. 2. de R. R. c. 8.* Multi bigeneri, atque inſitui.

Bigerra, veſtis genus, V. Bigerriga.

Bigerri, orum, m. populi Galliæ Aquitanicæ ad Pyrenæos montes, quorum oppidum Tarbe: regio nunc *la Bigorre*. *Paulin. in epiſt. ad Auſon. carm. 10. v. 246.* Dignaque pellitus habitas deſerta Bigerris. ¶ Hi dicuntur Bigerrones, vel Bigerriones a *Caſ. l. 3. B. G. c. 27.*

Bigerricus, a, um, adject. a Bigerronibus, ſeu Bigerris, ut Bigerricus turbo, apud *Sidon. Apoll. l. 8. epiſt. 12.*

Bigerrĭca, æ, veſtis nigra, & villoſa ex utraque parte, quæ ideo & *Bigerra* dicitur, quaſi *bicirra*. Cirra enim villus eſt. Inde hirſuta Bigerriga. *Fortunat. l. 3. & Sulpit. Sever. Dial. 2.* Bigerrigam veſtem brevem, atque hiſpidam, &c. ¶ Alii Bigerrigam dictam volunt a Bigerronibus; alii quaſi bariegatam, h. e. variegatam.

Bigerritānus, a, um, adject. idem quod Bigerricus: ut patria Bigerritana, apud *Auſon. epiſt. 11. v. ult.*

Bignæ, f. 1. *gemelle*, geminæ dicuntur, quia bis una die natæ ſunt. *Feſtus.*

Bijŭgi, m. 2. *due cavalli ad un giogo*, Ger. *zwey roſſ neben einander geſpant*, Gal. *deux chevaux attelez de front*, Hiſp. *dos cavallos de junta*, *δίζυγες*, equi dicuntur, cum bini ad unum jugum nexi ſunt. *Virg. 10. Æn.* Bijugis infert ſe Lucagus albis.

Bijugis, ge, & Bijugus, a, um, a bijugis tractus, ut bijugis currus, *carro tirato da due cavalli*. *Suet. Calig. c. 19.* Bijuge curriculum, *Sil. l. 2. v. 82.* Bijugo curru.

Bilanx, ancis, f. *bilancia*, ſtatera duas habens lances. *Martian. Capell. l. 6. pag. 42.* Sine bilance libra.

Bilbilis, *Baubola*, *Bambola*, *Βίλβιλις*, urbs exc. Hiſp. Tarrac. in Celtiberis, in R. Aragonio, in monte apud Salonem fl. ſubterfluentem, apud *Calatayud*, inter Cæſaraugustam 14. leuc. & Segontiam 18. Pop. Bilbilitani. Ex hac urbe Martialis Poeta originem traxit. Hinc *Bilbilitanus Poeta* dicitur. ¶ Bilbilis item fl. ejuſdem loci, *Rio Baubola*, *Xiloca*, qui juxta Bilbilim in Salonem ſe exonerat, & ferri temperaturæ aptiſſimus eſt.

Bilbĭo, is, ivi, ire, n. 4. *βομβύζω*, verbum fictum a ſimilitudine ſonitus, qui fit in vaſe. *Nævius apud Feſt.* bilbit amphora.

Bilibra, f. 1. pondus duarum librarum. *Liv. l. 4. c. 15.* Bilibra farris ſperaſſe libertatem ſe civium ſuorum emiſſe.

Bilibris, bre, o. 3. *di due libre*, Ger. *zweypfündig*, Gal. *de deux livres*, Hiſp. *de dos libras*, *δίλιτρος*, duarum librarum. *Martial. l. 11. epigr. 50.* Grandemve lupum, mulluméve bilibrem. *Plaut. Mil. 3. 1. 30.* Aqualis bilibris.

Bilinguis, o. 3. *bilingue*, *fallace*, Germ. *zweyzüngig*, Gall. *qui parle deux langues*, *trompeur*, Hiſp. *el que tiene dos lenguas*, *enganoſo*, *δίγλωττος*, qui duas habet linguas. ¶ Significat etiam duarum linguarum peritum. Sic *Ennius* Bruttos bilingues vocat, quod oſce, & græce loqui fuerint ſoliti. Sic *Horat. l. 1. Sat. 10. v. 30.* Canuſinum bilinguem dixit, qui ſciret Græca, & Latina. Adde *Curt. l. 7. c. 5.* ¶ Item bilinguis dicitur, qui parum ſincera fide loquitur, *διπλοῦς*, *δίγλωσσος*. *Virg. Æn. 1. v. 665.* Domum timet ambiguam, Tyrioſque bilingues. ¶ Bilingui prehendere, apud *Plaut. Pſeud. 5. 1. 15.* Ubi alter alterum bilingui manifeſto inter ſe prehendunt. Loquitur autem ibi *Plaut.* de mutuo ſe deoſculantibus, qui cum *ἀντεγλωττίζωσι*, deprehendunt ſe veluti duplicem habere linguam.

Biliōſus, a, um, adject. bile abundans, ut biliosa alvus, *Celſ. l. 2. c. 8. h. e.* bile, humore noxio abundans.

Bilis, f. 3. *collera*, מרירה, Ger. *boſe choleriſche*, *feuchtigkeit*, Gall. *bile*, Hiſp. *colera*, *χολή*, nomen eſt commune duobus præcipuis humani corporis humoribus, quorum alter, qui calidus eſt, & ſiccus, ab aureo colore *flava bilis* appellatur, alter, qui frigidus, & ſiccus, quoniam nigræ favillæ colorem imitatur, *atra bilis* dicitur. ¶ Atra bilis eſt melancholia. *Plaut. in Amph. 2. 2. 95.* Atra bili percita eſt. ¶ Accipitur item bilis pro ira, quæ a bile excitatur. *Hor. 1. Ser. Sat. 2.* Et pro indignatione, *Cic. Att. l. 2. epiſt. 7.* Bilem id commovet. Sic effundere bilem, *Juvenal. Sat. 5. v. 159.* Bilem alicui movere, *Martial. l. 5. epiſt. 26.* ¶ Vetus eſt adagium: fames, & mora bilem in naſum conciunt, *Plaut. Amphitr. in ſuppoſit. ſc.* Di veſtram fidem.

Bilix, icis, o. 3. *maglia a due licci*, Gal. *de deux lices*, Hiſp. *de dos lizos*, adject. a licium, ut bilix lorica. *Virg. 12. Æn. v. 375.* Rumpitque infixa bilicem loricam. *h. e.* duplici textura munitam: ducta ſimilitudine a pannis, quæ duplici licio contexta ſpiſſiora, & firmiora ſunt.

Bilis, apud Afros appellatur humanum ſemen humi profuſum. *Feſtus.*

Biluſtris, ſtre. o. 3. *di due luſtri*, *δεκαετής*, quod duo luſtra, hoc eſt, decem annos duravit. *Ovid. 2. Am. el. 12. v. 9.* Pergama cum caderent bello ſuperata biluſtri,

Bilychnis, e, adject. duos lychnos habens. *Petron Satyr. c. 30.* Lucerna bilychnis de camera pendebat.

Bimăris, re, o. 3. *poſto tra due mari*, quod inter duo maria ſitum eſt. *Horat. 1. Carm. od. 7.* Aut Epheſum, bimariſve Corinthi mœnia.

Bimarītus, i, qui duas uxores habuit, vel habet. *Cicer. pro Planc. c. 12.* Bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non ſolum crimina.

Bimāter, m. 3. *διμήτωρ*, qui duas habet matres, agnomen bacchi, *Ovid. Met. 4. v. 12. de Baccho.*

Bimātus, m. 4. ætas duorum annorum. *Varr. R. R. c. 5.* Vitulos caſtrare ante bimatum. *Plin. l. 11. c. 12.* Vita veſparum bimatum non tranſit.

Bimembris, o. 3. *διμελής*, duarum partium, quaſi membrorum. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 99.* Conſiſum pedibus, formaque bimembri. ¶ Et bimembres ſubſtantive pro Centauris. *Ovid. 11. Met.* Vaſto trepidi clamore bimembres.

Bimenſis, maſc. 3. *ſpazio di due meſi*, *τὸ δίμηνον*, tempus duorum menſium. *Liv. l. 43. c. 15.* Anni, & bimenſis tempus prorogaretur.

Bimeſtris, ſtre, o. 3. *chi ha due meſi*, *δίμηνος*, duos menſes habens. *Horat. l. 3. Carm. od. 17.* Porco bimeſtri.

Bimĕter, tra, trum, duobus metris conſtans. *Sidon. l. 9. ep. 15.* Litteræ bimetræ. *h. e.* in quibus ſunt duo genera carminum.

Bimŭlus, o. 1. 2. *di due anni*, *διετής*, qui duos annos ætatis habet. Proprie de iis dicitur, teſte *Valla Elegant. l. 1. c. 5.* quæ poſt eam ætatem adhuc incrementum poſſunt accipere. Exem. grat. puer proprie *bimulus* dicitur, bos, aut canis non ita. *Catull. Carm. 17.* Nec ſapit pueri inſtar bimuli. Adde *Sueton. in Calig. c. 8.*

Bimus, o. 1. 2. *di due anni*, *διετής*, qui ætatem habet duorum annorum, a *bis*, & *annus*, quia veteres dicebant *annus* pro *anni*. *Varr. 2. de R. R. c. 3.* Unum anniculum, alterum bimum. *Cic. ad App. l. 3. Fam. epiſt. 8.* De hac ſententia bima decedas. *idest*, qua cenſuit, ut per duos annos remanerem in provincia.

Binarius, a, um, adject. binis conſtans. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 39.* Formas binarias, ternarias, & quaternarias, &c. *h. e.* typos nummorum binos, vel ternos aureos valentium.

Bini, æ, a, o. 1. 2. *duevni*, שנים שנים, Ger. *je zwey*, *oder zwey*, Gal. *deux a la fois*, *deux a deux*, Hiſp. *de dos en dos*, *ἀνὰ δύο*, numerus eſt diſtributivus ſignificans duo, non ſeparatim, ſed conjunctim intellecta. *Ter. Phorm. 3. 3. 2.* Ex his prædiis talenta argenti bina ſtatim capiebat. *h. e.* ex unoquoque prædio talenta duo. *Cicer. 3. Verr.* Binis centeſimis fœneratus eſt. *a due per cento.* ¶ Nonnumquam ſimpliciter accipitur pro duobus, & jungitur ſubſtantivis iis quæ ſingulari numero carent. *Cic. Fam. 10. epiſt. 5.* Binas a te accepi litteras eodem exemplo. *Val. Max. l. 1. c. 6.* Bina caſtra. *Cic. pro L. Manil. c. 4.* Binæ hoſtium copiæ. ¶ Jungitur & aliis, naus binas venationes, binos tabellarios, *Cic.* dixit *ad Attic. l. 6. epiſt. 1. & l. 7. Fam. epiſt. 1.* ¶ *Id. Fam. 9. ep. 22.* Cum loquimur *terni*, nihil flagitii dicimus; at cum *bini*, obſcœnum eſt. Alludit Cicero ad Græcam vocem *βινεῖ*. ¶ Invenitur etiam in ſingulari. *Lucret. 4. 450.* Bina ſupellex.

Binoctium, ii, ſpatium duarum noctium. *Tacit. Ann. 3. c. 71.* Ut pluſquam binoctium abeſſet. Adde *Ammian. l. 30. c. 2.*

Binomĭnis, on, o. 3. *di due nomi*, Gall. *de deux noms*, Hiſp. *de dos nombres*, *διώνυμος*, quod geminum habet nomen, ut *Iſter*, & *Danubius*, *Iulus*, & *Aſcanius*. *Ovid. 14. Met.* Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba, reſque Latina fuit.

Binominis eſt is cui geminum eſt nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius. *Feſtus.*

Biocolytæ, βιοκωλύται, Officiales quidam a vi prohibenda vocabantur, quorum mentio fit in *Novell. Conſt.* 8. & *Novell.* 143.

Bion, ōnis, m. *Bίων*, ωνος, Philoſophus Boryſthenites ſophiſta, perditam, & voluptariam vitam duxit, jociſque mordacibus non homines modo, ſed etiam deos inſectatus eſt. *Laert. l.* 4.

Bioneus, a, um, adject. ad Bionem pertinens. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 60. Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro. Nimirum Bionis Philoſophi ſermones adeo acres fuerunt, & ſatyrici, ut neque hominibus pepercerit, & in Deos contumelioſus fuerit.

Biothanatus, βιοθάνατος, violenter mortuus. *Lamprid. in Heliogab. c.* 33. & *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 13.

Bipalium, ii, n. 2. *vanga*, ... , inſtrumentum ruſticum, quo terra foditur. *Var.* Id prius bipalio vertito. Adde *Colum. l.* 3. *c.* 5. *Cat. R. R. c.* 45.

Bipalmis, me, o. 3. *di due palmi*, διπάλαιστος, duorum palmorum. *Var.* 3. *de R. R. c.* 7. Tabulæ fixæ ſint bipalmes.

Bipartio, vel bipertio, is, ivi, itum, in duas partes dividere, *divider in due parti*, διχοτομίζω, *Colum. l.* 11. *c.* 2. Calendas Majas ver bipartitur. *Cic.* 3. *Catil. c.* 2. Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos, & pons intereſſet.

Bipartito, *in due parti*, dupliciter. *Cic. pro Flac. c.* 14. Bipartito claſſis diſtributa. Et *de Invent. l.* 2. *c.* 29. Hoc fit bipartito: h. e. duobus modis.

Bipartitus, & bipertitus, a, um, adject. *diviſo in due parti*. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Hiems bipartita.

Bipatens, entis, o. 3. *che s' apre da due parti*, δίθυρον, quod ex utraque parte aperitur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 330. Portis alii bipatentibus adſunt.

Bipeda, æ, f. *pianella*, lapis, vel later quadratus, aut oblongus, binum pedum menſuræ, quo pavimenta ſterni ſolent. *Pallad. l.* 1. *tit.* 19. Solum omne bipedis ſternatur. Adde *Inſcript.* apud *Fabrett. c.* 7. *n.* 511.

Bipedalis, le, o. 3. *di due piedi*, Ger. *von zwey ſchuh*, Gal. *de deux pieds*, Hiſp. *de dos pies*, δίπους, quod habet longitudinem duorum pedum. *Caſ. B. G. l.* 4. *c.* 17. Bipedalibus trabibus immiſſis. *Horat. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 309. Ad ſummum totus moduli bipedalis.

Bipedaneus, a, um, ſive bipendaneus, o. 1. 2. bipedalis. *Col. l.* 2. *c.* 2. Frumentis ſat erit, ſi æque bona ſuberit bipedana humus. *Id. l.* 4. *c.* 1. Altitudinem bipedaneam.

Bipennifer, a, um, o. 1. 2. πελεκυφόρος, ferens bipennem. *Ovid.* 8. *Met. v.* 391. Bipennifer Arcas.

Bipennis, e, adject. qui duas pennas habet, ſeu acumina, quod Veteribus idem erat. *Virgil. Æn.* 11. *verſ.* 135. Ferro ſonat acta bipenni Fraxinus: h. e. ex utraque parte acuminato. ¶ Item qui duas pennas habet proprie dictas. *Plin. lib.* 11. *c.* 27. Inſectorum quædam binas gerunt pennas, ut muſcæ. Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt.

Bipennis, f. 3. *bipenne*, *ſcure da due tagli*, כשיל, Ger. *axt*, *beyl*, Gall. *hache*, *beſaque*, Hiſp. *hacha*, διπέλεκυς, telum, ſeu ſecuris utrinque acuta habens. *Virg. Æn.* 2. *v.* 479. Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. *Horat. l.* 4. *Od.* 4. *v.* 57. Duris ilex tonſa bipennibus.

Bipensilis, le, adject., ut *bipenſiles forcipes*, apud *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 537. ubi fortaſſe intelligit eas, quæ duplex manubrium habent, unde appendi poſſint.

Bipertior, V. Bipartior.

Bipertito, V. Bipartito.

Bipes, bipedis, adject. 3. *chi ha due piedi*, Ger. *zweyfüſſig*, Gal. *de deux pieds*, Hiſp. *de dos pies*, δίπους, quod habet duos pedes. *Juven. ſat.* 9. *v.* 92. Bipedem ſibi quærat aſellum. ¶ Ponitur etiam ſubſtant. quia facile *animal* intelligitur. *Cic. pro Dom. c.* 19. Omnium non modo bipedum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus.

Biremis, is, f. 3. *fuſta*, Ger. *ein ſchiff der zwey ruder*, Gal. *navire a deux rangs des rames*, Hiſp. *navio*, *que tiene dos ordenes de remos*, δίκροτος, navis duobus remorum ordinibus acta, ab Erythræis primum inventa. *Plin. l.* 7. *c.* 57. *Virg.* 8. *Æn.* Geminaſque legit de claſſe biremes. ¶ Significat etiam naviculam duos tantum remos habentem. Hinc adjective *Horat. l.* 3. *Od.* 29. Tum me biremis præſidio ſcaphæ aura feret.

Birota, æ, f. 1. *carro da due ruote*, διτροχον. *Cod. Theod. l.* 8. *de curſu publico*. Rhedæ mille pondo tantummodo ſuperponi, birotæ ducenta, veredo triginta.

Birotus, a, um, duas habens rotas. *Non. c.* 2. *n.* 139. Ciſium vehiculi biroti genus.

Birrus, i, veſtis genus, idem quod lacerna, ſeu penula: a colore ſic dictum, quod rufum eſſet, ex græco πυῤῥός, unde & Byrrhus recte ſcribitur. V. *Salmaſ. & Caſaub. in hiſt. Auguſt. Martian. Capell. l.* 4. *de Univer.* Et birrus, & tunica nomen veſtis habent.

Bis, adv. *due fiate*, פעמים, Ger. *zwey mal*, Gal. *deux fois*, Hiſp. *dos vezes*, δίς, ab antiquo *duis*. *Cic. in Orat.* Ut duellum bellum, & duis bis, &c. *Ter. Heaut.* 3. 2. 8. Bis ſtulte facere. *Plaut. Amph.* 3. 2. 65. Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius h. e. tanto magis, *il doppio di più*. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 34. Bis die. *due volte al dì*. Sic *bis anno* apud *Plin.* 2. 73. ¶ Jungitur & cum nominibus numeralibus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. Bis bine. *h. e.* quatuor. *Horat. Epod.* 4. Bis ter ulnarum toga. *h. e.* ſex *Martial. l.* 4. *epigr.* 37. Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus. *il doppio*. ¶ *Bis*, & *iterum* in eo differunt, quod *bis* utramque ſimul rem complectitur, *iterum* ſecundam reſpicit. *Cic. pro Dom. c.* 52. Audieret, ſe a me bis ſalutem accepiſſe, ſeparatim ſemel, iterum cum univerſis. ¶ Itaque *bis conſul* eſt qui dum conſulatus geſſit, quia bis refertur ad numerum. Italice autem redditur *due volte conſole*: ut *iterum conſul* eſt, qui ſecundum conſulatum gerit: quia *iterum* refertur ad tempus: Italice *conſole la ſeconda volta*. *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 35. C. Flaminius conſul iterum. *Id.* 4. *Acad.* C. Flaminius, qui legem agrariam tribunus plebis tulerit, & poſtea bis conſul factus ſit. ¶ Videtur tamen *bis* pro *iterum* poni in illo *Martial.* 10. 48. De Nomentana vinum ſine fæce lagena, quæ bis Frontino conſule prima fuit.

Biſaccium, ii, geminus ſaccus, *biſaccio*. *Petron. ſatyric. c.* 31. 77. In promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus. *h. e.* vas ex Corinthio ære, quod utrinque receptaculum inſtar ſacci habuit, in quo ferculorum lances, & paropſides ponebantur.

Biſaltæ, maſc. 1. Βισάλται, pop. Macedoniæ, Thraciam verſus, juxta Strymonem fl. ubi al. Emporia opp. circa Amphipolim, & Philippos, ubi Biſaltes fl. & Biſaltiæ regio, a Biſalte Solis, & Terræ filio. Lege orationem P. Æmilii apud *Liv. l.* 45. *c.* 29. ubi ſatis accurate deſcribuntur. Quare erraſſe videtur *Serv.* qui ad illud *Virgil. Georg.* 3. *verſ.* 461. Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus; vult eſſe Scythiæ populus, qui ſanguine equino lacte permixto victitent.

Biſaltia, & Biſaltica, æ, f. 1. Βισαλτία, regio Thraciæ, ad Strymonem fl. ita dicta a Biſalte Solis, & Terræ filio, aut a Biſalte vicino fluvio. *Liv. l.* 45. *c.* 29. Biſalticam. *Gell. l.* 16. *c.* 13. Biſaltiam vocat.

Biſaltis, idis, nomen puellæ, quam Neptunus in arietem converſus compreſſit. *Ovid.* 6. *Met. v.* 117.

Biſelliarius, ii, m. qui honorem biſellii eſt conſecutus. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1099. *n.* 2. & *pag.* 1123. *n.* 6.

Biſellium, & Biſſellium, ii, n. *Varr. l.* 4. *L. L.* A ſedendo appellatur ſedes, ſedile, ſella: ab his ſubſellium: ubi in ejuſmodi duo, biſellium dictum. ¶ Accipitur itaque pro ſella ſplendida, uſque honeſta præclaris viris concedi ſolita, ut publice in ea ſederent in ludis, in theatro, in foro, in curia, ea ratione, qua Romæ ſella curulis. *Inſcript.* apud *Fabrett. c.* 3. *n.* 324. & apud *Gruter. pag.* 475. *num.* 3.

Biſeta, porca dicitur, a cujus cervice ſetæ bifariam dividuntur, cum jam eſſe incipit major ſex menſibus. *Feſt.*

Biſon, ontis, m. & f. bos ferus cervi figura, unico cornu in media fronte exeunte. *Plin. l.* 8. *c.* 15.

Biſonus, a, um, duplicem habens ſonum. *Servius ad* 9. *Æn. v.* 618.

Biſpellio, onis, verſutus, verſipellis, fraudulentus. *Marcell. Dig.* 47. 3. 72.

Biſſeni, æ, a, *dodici*, bis ſex. *Auſon. in Monoſyll.* Biſſenæ partes. ¶ In ſingulari numero *Stat.* 3. *Theb. v.* 574. Biſſeno die. ¶ Frequentius ſcribitur *bis ſeni* diviſim.

Biſſextus, ſive biſextus dies, al. intercalaris, *biſeſto*, Gall. *biſſexte*, Hiſp. *biſieſto*, ἐμβόλιμος ἡμέρα, dies, qui quarto quoque anno Februario interſeritur. Annus autem biſſextilis, vel intercalaris, qui poſt tres annos civiles recurrit, conſtans ex diebus 366. ¶ Hæc intercalatio inſtituta eſt a C. Julio Cæſare in Pontificatu opera Soſigenis præſtantiſſimi Aſtrologi, ut anni Aſtronomici, & civiles inter ſe convenirent. Nam annus Aſtronomicus habet 365. dies, & 6. circiter horas, quæ tribus quibuſque annis Civilibus omittuntur, ne populo confuſionem afferant, ſed anno quarto Civili colliguntur, & diem naturalem efficiunt, ſpatium ſc. 24. horarum. ¶ Intercalationi dies certus conſtitutus fuit in menſe Februario inter Terminalia jam peracta, & Regifugium, ideſt, inter diem 24. & 25. Februarii. ¶ Dictus igitur annus *biſſextilis*, vel *intercalaris*, quia habet biſſextum, vel intercalarem diem. Dies vero dictus eſt *intercalaris*, quia in menſe Februario unus dies *inter* ſextum, & quintum *calendas* Martii interponitur, ideſt, inter diem 24. & 25. Februarii. Dictus eſt *biſſextus* a *bis*, & *ſextus*, quia bis, ideſt, duobus diebus continuis, ſcil. die 24. & die 25. Februarii, dicimus *Sexto Calendas Martii*, duos videlicet dies pro uno computantes. Unde qui natus eſt biſſexto calendas, nihil refert, ut inquit *Celſ. de verb. ſignif. l. cum biſſextus*, utrum priore, an poſteriore die natus ſit, cum illud biduum pro uno tantum die habeatur.

Biſſextalis, le, continens bis ſex menſuras, ut Biſſextialis olla, *Marcell. Empir. c.* 25.

Biſſextilis. V. biſſextus.

Biſſextum, i, idem quod Biſſextus. *Ammian. l.* 26. *c.* 2. Biſſextum vitans Februarii menſis tunc illuceſcens. Infauſtus autem non modo hic dies, ſed & totus annus, in quem ille inciderat, veteribus fuit. *Macrob. l.* 1. *ſat. c.* 13.

Biſton, onis, Martis, & Callirhoes filius fuit, Biſtoniæ urbis Thraciæ conditor; a quo Thraces Biſtones, i. e. Thracum ultimi, auctore *Seneca in Herc. Oet.* & Thracia ipſa Biſtonia, ſeu Biſtonis terra dicta fuit. *Sil. l.* 2. *v.* 76. Lunatis Biſtones armis.

Biſtonis, idis, adject. femin. quæ eſt ex Biſtonia. *Ovid. Epiſt. Parid. ad Helen. v.* 344. Et tuta a bello biſtonis ora fuit. Apud *Horat. l.* 2. *Od.* 19. *v.* 20. Bacchus dicitur nodo coercere crines Biſtonidum, h. e. mulierum Thraciarum.

Biſtonis, idis, m. 3. Biſtonum ſtagnum, *Ceravis*, *Bouron*, lacus Thraciæ, in Droſice reg. cis Rhodopen, ubi Biſtonia urbs, *Bouron*.

Biſtonius, a, um, adject. *Ovid. l.* 13. *Met. v.* 430. Eſt, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus Biſtoniis habitata viris.

Biſulcilingua, qui duplici loquitur lingua, quaſi biſulcam linguam habens. *Plaut. Pæn.* 5. 2. 74.

Biſulcus, a. 1. 2. *chi ha l' unghie feſſe*, Germ. *der zerſpalten*, *klauen hat*, Gal. *fourchu*, Hiſp. *hendido*, δίχηλος, qui ungulas non ſolidas habet, ſed ſciſſas. *Ovid.* 7. *Met. v.* 113. Pulvereumque ſolum pede pulſavere biſulco. ¶ Accipitur item generatim pro omni eo, quod in duas cuſpides diviſum eſt. *Col. de arbor. c.* 26. Biſulci ſurculi arborum.

Biſultor, m. 3. Martis cognomen, a bis ulciſcendo. Auguſtus enim, cum Brutum, & Caſſium viciſſet, & ſigna a Parthis recepiſſet, Marti templum dedicavit, quem *Biſultorem* cognominavit, quod primum C. Cæſaris, deinde Craſſorum M. patris, & P. filii necem ultus eſſet. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 595. Rite Deo templumque datum, nomenque Biſultor. Sed meliores libri hab. *bis ulto*.

Biſyllabus, a, um, adject. qui duas ſyllabas habet. *Varr. l.* 8. *de L. L.*

Bithymum, i, βίθυμον, genus mellis ex utriuſque thymi, candidi ſc. & nigri floribus confecti. *Plin. l.* 11. *c.* 16.

Bithynia, *Becſangial*, al. *Burſia*, Turc. *Oſmanili*, Βιθυνία, regio Aſiæ minoris, Ponto finitima ad mare Euxinum, adverſa Thraciæ, & proxima Troadi ad Propontidem. Primum Bebrycia dicta eſt, poſtea Mygdonia, denique Bithynia a Bithyno Rege, vel a Thynis pop. Thraciæ, qui in eam regionem tranſierunt. Appellata etiam eſt Thracia Aſiatica, Mariande, Cronia, Strymonis, Theſſalis, Pontus. ¶ Thracum ſua terra egreſſorum ſedes quondam fuit. *Claud. l.* 2. *in Eutrop. v.* 247. Thyni Threces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithynicus, a, um, adjectiv. a Bithynia. Fuit etiam cognomen ejus, ad quem aliquot epigrammata ſcripſit *Martialis*, ut *l.* 2. *ep.* 26. *l.* 9. *ep.* 10. &c. Item Pompeii apud *Feſt.*

Bithynus, a, um, ex Bithynia qui eſt, ut Bithyni equites, *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 15. ¶ Abſolute Bithyni, Bithyniæ populi. *Tacit. l.* 12. *c.* 22. Accuſantibus Bithynis.

Bitienſis, vel betienſis, qui aſſidue peregrinetur, a *betere*, *ire*. *Feſt.* Bito. V. Beto.

Bitumen, inis, n. 3. *bitume*, חמר, Ger. *ſteſter ſchwefelſtein*, Gall. *bitume*, Hiſp. *betum*, ἄσφαλτος, genus cretæ tenax, de natura ſulphuris. Naſcitur in Babylonia, & in Judæa in lacu, qui inde Aſphaltites dicitur. V. *Plin. l.* 35. *c.* 15. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. & *Serv. in Ecl.* 8. *v.* 82. qui ſulphureum illud, quod ex fulminibus procreatur, bitumen vocat.

Bituminatus, a, um, bitumine illitus, vel mixtus, ut aqua bituminata, apud *Plin. l.* 31. *c.* 6.

Bitumineus, a, um, ex bitumine qui eſt. *Ovid. Met.* 15. *v.* 350. de Ætnæ incendio: Sive bituminea rapiunt incendia vires.

Bitumino, as, bitumine illino. Habetur hujus verbi particip. paſſ. in *bituminatus*.

Bituminoſus, a, um, bitumine abundans. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Bituminoſi fontes. *Id. ibid.* Bituminoſa terra.

Bituricus, a, um, ad Bituriges pertinens, ut Biturica uva. *Plin.* 14. 2.

Bituriges, gum, cognomine Cubi, populi ſunt Aquitaniæ, quorum præcipuum oppidum Avaricum fuit: nunc eorum regia dicitur *le Berri*, & oppidum *Bourges*. *Plin.* 4. 19. ¶ Alii ſunt cognomine Ubiſci, nunc *les Bourdelois*: oppidum Burdigala, nunc *Bourdeaux*. *Plin. ibid.* ¶ In ſingulari numero *Luc.* 1. 423. Et Biturix, longiſque leves Sueſſones in armis.

Bivertex, icis, adject. o. 3. *di due cime*, qui binos vertices habet; & ſolet eſſe epithetum Parnaſſi, cujus duo juga ſunt, Helicon & Cytheron. *Stat.* 1. *Theb. v.* 628. ſummaque bivertici umbra Parnaſſi reſidens, &c. *Sidon. in carm. epiſt.* 15. *l.* 9. Montemque iſte victor per biverticem.

Bivira,

Digitized by Google

Bivĭra, æ, f. 1. quæ duos habuit maritos. *Varr.* apud *Nonium* c. 2. n. 83.

Bivium, ii, n. 2. *di due vie*, Gal. *chemin fourchu*, *rencontré de deux chemins*, Hiſp. *lugar donde ſe encuentran dos caminos*, ἀμφόδιον, quod duas vias habet. *Virg. Æn.* 9. *verſ.* 239. Qui patet in bivio portæ. ¶ Translate pro duplici ratione. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 18. Bivium nobis ad culturam dedit natura, experientiam, & imitationem.

Bivius, a, um, adject. qui duas vias habet. *Virg. Æn.* 11. *v.* 516. Ut bivias armato obſidam milite fauces.

Bĭūrus, i, m. animal vites erodens, ita dictus quaſi *diurus*, h. e. duplicem habens caudam. *Plin. l.* 30. *c.* 15.

B ANTE L.

Blactĕro, as, vocem eſſe arietis, vult *Auctor carminis de Philomela Ovidianis vulgo annexi*. Blacterat hinc aries, & pia balat ovis.

Blæſus, a, um, *balbo*, *ſcilinguato*, עלג, Germ. *liſpler*, *ſtammler*, Gal. *begue*, Hiſp. *tartamudo*, βαμβός, qui linguam impeditam habet, & aliquam litteram, ut R, pronuntiare non poteſt, vel in pronuntiando aliquam litteram excludit, vel male profert. *Juven. Sat.* 15. *verſ.* 48. Blæſis, atque mero titubantibus. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 65. Os blæſum tibi, debiliſque lingua eſt.

Blande, *piacevolmente*, ἠπίως, adv. ſuaviter, placide. *Cic. Att.* Vides ne, quam blande? *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 24. Blandius petere. *Id. pro Cluent. c.* 26. Blandiſſime appellare aliquem. *Quintil. declam.* 1. *c.* 13. ſuſpenſa manu blande flectere cardinem. *pian piano*, *bel bello*.

Blandicellus, a, um, dim. a blandus, ut blandicella verba. *Feſtus*.

Blandicŭle, blandulo modo. *Apulej. l.* 10. *Met.* Blandicule reſpondere.

Blandidĭcus, a, um, qui blanda dicit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 10. Nunc mihi blandidicus es.

Blandificus, a, um, blandum faciens. *Martian. Capell. initio l.* 9. Blandificaque libens ſtringere corda face.

Blandifluus, a, um, blande, & ſuaviter fluens. *Venant. Fortunat. l.* 3. *carm.* 12. Blandiflua uva.

Blandilŏquens, entis, ut oratio blandiloquens, *Laber.* apud *Macrob. lib.* 2. *ſat. c.* 7.

Blandiloquentia, æ, f. 1. χαριτολογία, *parlare dolce*, *e piacevole*. *Cicer. de not. Deor. c.* 65. *l.* 3. *ut veteri poeta*. Ut ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

Blandiloquentŭlus, i, diminut. *Plaut. Trin.* 2. 1. 23. Ab re conſulit blandiloquentulus.

Blandiloquium, ii, n. blandiloquentia. *Auguſt. ep.* 19. *ad Hieronym. c.* 4.

Blandilŏquus, a, um, adject. blandiloquens. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 54. Ut blandiloqua eſt! *Senec. Agamem. v.* 289. Vox blandiloqua.

Blandimentum, ti, n. 2. *luſinghe*, *carezze*, χαριτολογία, blanditiæ, illecebræ. *Cic. pro Cœl. cap.* 17. Multa blandimenta nobis ipſa natura genuit. Blandimenta in cibis ſunt condimenta. *Petron. in Satyr. c.* 141. Aliqua inveniemus blandimenta, quibus ſaporem mutemus. *Tacit. de Germ. c.* 23. Sine blandimentis famem expellere. ¶ In ſingulari num. legitur apud *Tacit. Ann.* 14. *c.* 4. & *Plin.* 17. 13.

Blandĭor, iris, d. 4. *luſingare*, *adulare*, חלק, Ger. *ſchmeichlen*, *liebkoſen*, Gall. *flater*, *mignarder*, Hiſp. *halagar o liſongear*, θωπεύω, aſſentor, adulor. *Cic. de Amic.* Qui adverſario aſſentatur, & litigare ſe ſimulans blanditur. *Id.* 1. *Academ.* Vide, quam ſuaviter voluptas ſenſibus blandiatur. ¶ Blandiur calamitatibus meis, dicit *Quint.* pro mitigo calamitates. Et *Plin. lib.* 1. *ep.* 2. Blandiri alicujus auribus, *grattar l' orecchie*. *Tacit. Hiſtor. l.* 2. *c.* 12. Blandiebatur cœptis fortuna. h. e. arridebat, favebat. ¶ Animalia etiam blandiri dicuntur, ut canes &c. *Plin. l.* 8. *cap.* 17. *de Panthera*. Feram vero circumvolutari, non dubie blandientem. ¶ Refertur autem tum ad animum, tum ad ſenſus, ut liquet ex allatis exemplis, quibus addi poteſt *Plin. l.* 10. *c.* 42. Blandiri avibus cibo. *Id. ibid. c.* 37. Columbæ blandiuntur inter ſe. *Id. l.* 25. *c.* 2. Pomi ſuavitas blanditur. ¶ *Colum.* cum accuſativo jungit *l.* 7. *c.* 5. Lac caprinum igneam ſævitiam blanditur. *mitiga*.

Blandĭter, adv. idem, quod blande. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 3. Suaviter, blanditerve alloquar.

Blanditia, æ, f. 1. in ſingulari numero reperitur, eſtque ἀρέσκεια, Græcorum, *compiacenza*. *Cic. de Pet. Conſ. c.* 11. De amicitiis conſtituendis ſatis dictum eſt: dicendum de altera parte petitionis, quæ in populari ratione verſatur: Ea deſiderat nomenclationem, blanditiam, aſſiduitatem &c. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 16. Viſcus merus veſtra eſt blanditia: *le voſtre carezze*.

Blanditiæ, arum, f. 1. *carezze*, חלקות, Ger. *l'ebkoſung*, Gall. *flaterie*, *careſſes*, Hiſp. *liſonjas*, *o halagos*, χαριτολογία, adulatio, illecebræ. *Cicer.* 1. *de Fin.* Blanditiis præſentium voluptatum deliniti, atque corrupti. *Id. de Amic. c.* 17. Benevolentiam civium blanditiis, & aſſentationibus colligere, turpe eſt. ¶ Dicere blanditias, *Ovid. Heroid. epiſt.* 8.

Blandities, ei, f. blanditia. *Apulej. lib.* 9. *Metam.* Sermonis blanditie cavillari.

Blanditum, adverb. idem quod blanditer. *Lucret. l.* 2. *v.* 173. Ut res per Veneris blanditim ſæcla propagent.

Blandĭtus, a, um, nom. ex particip. blandus, *piacevole*, ἐπαγωγός, ut Vet. Gloſſæ exponunt. *Plin. l.* 10. *c.* 23. Peregrinatio blandita. *ideſt* grata, & jucunde. Sic *Tibul. l.* 1. *el.* 4. Blanditis vult eſſe locum Venus ipſa querelis. Et *Propert. l.* 4. *el.* 6. Blanditæque fluant per mea colla roſæ.

Blandĭtus, us, ui, m. 4. idem quod blanditim. Afferebatur a quibuſdem Lexicographis exemplum *Lucretii l.* 2. *v.* 173. Sed ibi omnino legendum *blanditim*. Cave utaris antequam alibi invenias.

Blandŭlus, a, um, o. 1. 2. dim. a blandus. Occurrit in illo Hadriani dicto apud *Spartian. c.* 25. Animula vagula, blandula.

Blandus, a, um, adject. benignus, comis, ſuavis, *piacevole*, חלק, Germ. *lieblich*, *ſchmeichelich*, Gal. *plaiſant*, *attrayant*, Hiſp. *blando*, *o halagueno*, χαριτολόγος, ἐπαγωγός. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 8. Blandioribus alloquiis proſequuntur. *Ovid. Her.* 15. *v.* 27. Blandiſſima carmina. ¶ *Blandum* adverbialiter poſitum pro blande. *Petron. in Satyr. c.* 127. Riſit ille tam blandum, &c. ¶ Blandus etiam eſt, qui flectendi vim habet, & deliniendi quos velit, ἐπαγωγός, θελκτικός. *Hor. Carm. l.* 1. *od.* 12. Blandum & auritas fidibus canoris ducere quercus. Et *l.* 2. *ep.* 1. *v.* 135. Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus. Et *Statius Theb.* 11. Blandamque precatu Antigonem timeo. ¶ Cum genitivo *Stat.* 2. *Achill. v.* 236. Ulyſſes blandus precum. ¶ Blandi etiam ſunt ἄρεσκοι, qui ſcilicet benigne & comiter cum omnibus verſantur, at veram amicitiam cum nemine colunt. Hos *Ariſt. ad Nicomach. l.* 8. φίλους νομισμοῖς appellat. *Cic. ad Attic. l.* 12. *ep.* 6. Scis, me eſſe minime blandum.

Blapſigonĭa, f. 1. prolis detrimentum, cum apes morbo, ignavia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. *Plin. l.* 11. *c.* 19.

Blaſphemabĭlis, le, conviciis, ſeu blaſphemiis dignus. *Tertul. de cultu fem. c.* 12. Quanto blaſphemabile eſt, ſi, quæ ſacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, aut expictæ?

Blaſphematio, onis, convicium, irriſio. *Tertul. de cultu fem. c.* 12. Optemus, ne juſtæ blaſphemationis cauſa ſimus.

Blaſphemĭa, f. 1. *beſtemmia*, גדוף, Germ. *ein eſterung*, Gall. *blaſpheme*, Hiſp. *blasfemia*, βλασφημία, execratio, maledictio, vituperatio, convicium, obtrectatio nefaria, e βλάβη, noxa, vel e βλάπτω, lædo, & φήμη, fama. *Auguſtin. de morib. Manich.* 2. 10. *Hieronym. epiſt.* 75. *ad fin.* ¶ Neutro genere in plur. numero extulit *Prudent. in Pſychom. verſ.* 715. Non tulit ulterius capti blaſphemia monſtri Virtutum regina Fides:

Blaſphēmo, as, *beſtemmiare*. *Tertull. adverſ. Jud. c.* 13. *Auguſt. Hieronym.* ſumunt pro convicium in aliquem dicere, dictis lædere.

Blaſphēmus, a, um, qui blaſphemat, ut blaſphemus ſatelles, apud *Prudent. hymn.* 1. *Periſteph. de Calaguritt. v.* 75.

Blatĕa, vel Blattea, æ, f. bulla luti ex itinere adhærens veſtibus. *Feſtus in voce Balatrones*. ¶ Item purpura. *Venant. Fortun. l.* 2. *carm.* 3. *v.* 19. ſerica blattea.

Blaterātus, us, ui, m. 4. blaterandi actus, *cicalercio*. *Sidon. Apoll. l.* 9. *ep.* 11. Cujus abundante blateratu.

Blatĕro, as, o. 1. & blatio, is, n. 4. *parlar goffamente*, פטפט, Ger. *plaudern*, *ſchwetzen*, Gall. *babiller*, *beguayer*, Hiſp. *tartamudear*, στωμύλλω, veteres dicebant pro inconditc, & inaniter loqui, ut faciunt, qui extra propoſitum loquuntur, vel verba immoderata emittunt, a ſono inconditæ garrulorum. *Plaut. in Amph. c.* 1. 79. Nugas blatis. *Id. in Aul.* Blateraſti vicinis omnibus me filiæ daturum dotem. *Horat. in Serm. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 35. Audit, cum magno blateras clamore, furiſque. ¶ *Blaterare* etiam dicuntur Cameli cum vocem edunt. *Feſtus*.

Blatĕro, onis, m. 3. *cicalone*, *cerrione*, פטפטן, Ger. *ein plauderer*, Gall. *babillard*, Hiſp. *parlero*, *y mentiroſo*, βλάξ, immoderate loquens, homo in verba projectus, levis, importunus locutor, qui verbis inanibus diffluit, a *blatero*. *Gell. l.* 1. *c.* 15. Nec minus inſigniter veteres noſtri hoc genus hominum in verba projectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Blatio. V. Blatero.

Blatta, f. 1. *tarma*, עש, Germ. *einſchaben*, σίλφη, vermiculus, qui libros, ac veſtes erodit, a βλάπτω, noceo. *Horat. in Serm.* 2. *lib.* 2. Cui ſtragula veſtis blattarum, ac tinearum epulæ. ¶ Item vermis, qui alvearia lædit. *Virg.* 4. *Georg.* Nam ſæpe favos ignotus adedit Stellio, lucifugis congeſta cubilia blattis. ¶ Item pro purpura, unde *rutilas blattas* apud *Sidon. lib.* 9. *ep.* 13. & *blatteus color*, de quo infra. Adde *eund. Sidon. in paneg.* Pontus caſtorea, blattam Tyrus, ære Corinthus. V. *Voſſ. in Etymol.*

Blattaria, fem. 1. herba verbaſco ſimilis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo, ſic dicta, quod abjecta blattas in ſe contrahit. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

Blattarĭus, a, um, ad blattas pertinens, ut blattaria balnea, *Auſon. epiſt.* 86. propter blattas ibi adnaſcentes, utpote quæ maxime in humidis locis progignuntur. *Lipſ. ibi* expon. tenebroſa, quia blattæ vermes lucem fugiunt, ut *Plin.* tradit 11. 28.

Blattĕa, V. Blatea.

Blattĕus, a, um, o. 1. 2. *roſſo*, Gal. *rouge*, *vermeil*, Hiſp. *roxo*, *colorado*, πορφύρεος, purpureus. *Eutrop. in Ner. l.* 7. *c.* 9. Retibus aureis, argenteiſque piſcabatur, quæ blatteis funibus extrahebat. ¶ Atque blatteum colorem purpureum eſſe, patet ex verbis *Suet. in Ner.* Piſcatus eſt reti aurato, purpura coccoque funibus nexis. Adde *Vopiſc. in Aurel. c.* 46. Conceſſit, ut blatteas matronæ tunicas haberent.

Blattiarii, *in Cod. Theodoſ. de murileg. artif. l.* 2. ſunt purpuram tractantes.

Blattĭfer, a, um, blattam, h. e. purpuram gerens. *Sido Apoll. l.* 9. *ep.* 16. *in carm.* Blattifer Senatus.

Blattoſerĭcus, a, um, ex purpura, & ſerico conſtans, ut pallium blattoſericum, apud *Vopiſc. in Aurel. c.* 45. ſicut in prima edit. legit *Salmaſius*.

Blax, mollis, laſcivus, ſtolidus, qui neſcit res diſcernere, & qui ſe inaniter jactat. *Feſtus* in voce *Blitum*.

Blemmyes, ſeu Blemmiæ, Βλέμμυες, populi fabuloſi in Æthiopia, *Plinio l.* 5. *c.* 8. capitibus carentes, ore, & oculis pectori affixis. Deinde, demptis fabulis, in confinio Æthiopiæ, & Ægypti poſitos agunt *Strab. l.* 17. *Vopiſc. in Prob. c.* 17. &c.

Blennus, a, um, o. 1. 2. mucoſus, & tranſlate ſtupidus, ſtultus, a βλέννα, nom. antiq. pro μύξα, mucus, catarrhus narium. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 2. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Idem Curcul.* 2. 3. 39. habet *dentes blennos*: h. e. ſtupidos, & quaſi muco plenos. Vide omnino *Taubmann.* Al. leg. *plenos*, & exponunt ſtupidos præ fame.

Blephăro, maſc. 3. βλεφαρώδης, ſuperciliouſus, qui magna ſupercilia habet. *Plaut. Amph.* Blepharo captus arbiter. Ibi eſt nomen proprium.

Blitĕus, a, um, fatuus, ſtupidus, nullius pretii. *Plaut. Truc.* 4. 4. Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam. ¶ Dicitur a *Blito*, herba nullius uſus.

Blitum, n. 2. βλίτον, olus iners, & nullius ſaporis, a βλάξ, ignavus, iners, vel quaſi vilis beta, vel quaſi ἐλατόν, abjiciendum. *Plaut. Pſeud.* 3. 2.

B ANTE O.

Boa, vel bova, æ, f. 1. ſerpentis genus, quod in miram magnitudinem excreſcit, dictum, quod lactis bubuli ſucco primum alatur, vel quod inſtar bovis turgeat, vel a voce bovis. Aquatilis eſt, & a Græcis hydrus vocatur. *Plin. l.* 8. *c.* 14. ¶ Eſt etiam boa morbi genus, quod pueros præcipue infeſtat, cum corpora papularum multitudine rubent. *Plin. l.* 24. *c.* 8. ¶ Boa quoque dicitur, cum crura ex viæ labore tument, a ſimilitudine eorum, qui a boa ſerpente icti obturgeſcunt. *Feſt.*

Boarius, a, um, adject. ad boves pertinens, ut forum boarium, locus Romæ, ubi boves vendebantur, *Plin. l.* 28. *c.* 2. & *l.* 34. *c.* 2. ¶ Lappa boaria, *Id. l.* 26. *c.* 11.

Boātus, us, ui, m. 4. mugitus vel potius clamor. *Apul. l.* 3. *Mileſ.* a *princip.* Præconis amplo boatu citatus accuſator.

Bocas, adis, f. 3. βώαξ, βόωψ, piſcis, al. girrus, girrules, a *boando*, ideſt, clamando, *Feſtus*.

Boccar, ăris, vel Boccar, oris, nomen cujuſdam regis Maurorum, & ponitur pro quovis Mauro in illo *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 90. Propter quod Romæ cum Boccare nemo lavatur. Al. leg. *Bocchore*.

Bodēni, Budini, Geloni, pop. Scythiæ, ſive Sarmatiæ Europææ, quorum regio *Podolia* eſt in R. Polonico, Sauromatis, & Tauroſcythis finitima, ubi Camenecia urbs primaria, vel pars Baſtarnarum, inter Amadocos, & Geunios, ubi nunc pars Volhiniæ ſup.

Bœbeis, Bœbe, *Lago di Jeniſar*, & Bœbos, *Eſero*, lacus, & opp. Theſſaliæ inter Oſſam, Pelion, Olympum, & Pheras urb. *Lucan. l.* 7. *v.* 176. Ire per Oſſæam rapidus Bœbeida ſenſit. ¶ Hinc Bœbejus, & Bœbicius, adject. *Flacc. l.* 3. *v.* 543. & *Lucan. l.* 6. *v.* 382.

Bœbeius, a, um, ad Bœbeida lacum vel Bœben oppidum pertinens: & ponitur generatim pro Theſſalo. *Valer. Flacc.* 3. 543. *de Hyla*. Proles Bœbeïa. Fuit autem Hylas ex Argis Theſſaliæ oppido.

Bœbicius, a, um, Bœbeius, Theſſalicus. *Lucan.* 6. 382. ubi al. leg. *Bœbeïas* eodem ſenſu.

Boëthi, βοηθοί, adjutores, qui Officialibus, ut Scribis, morbo, vel occupatio-

Digitized by Google

pationibus nimiis detentis ſuccurrunt, eoſque opera ſua ſublevant, a *βοη-θεῖν*, adjuvo, quod eſt quaſi *ἐπὶ βοὴν θεῖν*, ad alicujus clamorem juvandi cauſa currere. *Leg. 4. Cod. de Tabulariis.*

Boethius. Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius, Romanus ex nobili Torquatorum familia, Græce, & Latine eruditus, qui Philoſophiam cum oratoria, & poeſi conjunxit, & honores ampliſſimos, & Conſulatum etiam geſſit, floruit ſub Zenone Imp. Sed a Theodorico Gothorum Rege, ob neſcio quas ſuſpiciones, Ticinum in exilium pulſus, libros de conſolatione Philoſophiæ conſcripſit, tandemque ultimo ſupplicio affectus eſt ab eodem Tyranno, A. C. 524.

Bœotia, f. 1. *Stramoloſpa*, *Βοιωτία*, regio Achaiæ, ſeu Helladis, inter ſin. Corinthiacum, & mare Ægæum, ubi ſin. Oetæus, & Chalcidicus, contermina Doridi, Phocidi, Atticæ, & Theſſaliæ, ſeu Phthiotidi, diviſa ab Attica Cithærone M. objecta Eubœæ inſ. cujus urbs primaria Thebæ, *Stives*, dicta a bove, quem Cadmus immolavit, antequam Thebas conderet, *Ovid. 3. Metam.* vel a Bœoto filio Neptuni ex Arne filia Æoli. Prius dicta fuit Aonia, Ogygia, Hyantis, Meſſapia, Cadmeis. Nunc ſub Livadia a Geographis comprehenditur.

Bœoticus, a, um, ad Bœotiam pertinens, ut frumentum Bœoticum, *Plin. 18. 7.*

Bœotis, idis, f. Bœotia. *Mela 2. 3.*

Bœotius, & Bœotus, ex Bœotia, *Horat. l. 2. ep. 1. v. 244.* Bœotum in craſſo jurares aere natum. *Ovid. 3. Met.* Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

Bojæ, *πέδαι*, genus vinculi, collare, torquis damnatorum, ex corio bubulo, vel ex ligno, vel ex ferro, a *βόειαι*, bubula, quod ex corio bubulo olim fierent. *Feſtus & Plaut. Aſin. 3. 2. 5.* ¶ Habetur etiam in ſingnum. apud eund. *Capt. 4. 2. 108.*

Boii, *Βοῖοι*, pop. Germ. in Vindelicia, quorum regio Bojariæ, deinde Bavaria, *Bayern*. Duc. & Elect. S. R. I. trans Rhenum, in Norico, inter Iſarum, & Oenum flu. Regia eſt Monachium, *Munchen*. Hi in Galliam profecti ſunt. ¶ Hinc Boii, pop. Galliæ Celt. quorum regio Borbonenſis prov. *Bourbonnois*, Ducatus. ¶ Item Boii, pop. Aquitaniæ veræ, in Medocenſi agro, juxta Oceanum Aquitanicum, quorum tractus Principatus eſt, & dicitur *le pais de Buces*. ¶ Boii Borbonnenſes in Italiam tranſgreſſi juxta Padum conſederunt, hinc Boii, pop. Italiæ in Gallia Togata Ciſpadana, ubi nunc Ducatus Parmenſis, & Mutinenſis, & ager Bononienſis, inter Æmiliam viam, & Padum, apud oram, quorum primaria Ravenna. ¶ Deinde a Romanis expulſi in Germaniam ſe contulerunt, teſte *Strab. l. 7.* ubi Hercyniæ ſylvæ partem incoluerunt, quæ regio ab eis primo Bojohemia, poſt abjectis aliquot litteris Boemia vocata eſt.

Boicus, a, um, Boicus ager dicitur, qui fuit Bojorum Gallorum. Is autem eſt in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur, in qua ſunt Mediolanenſes. Hæc *Feſtus*.

Bola, Bolæ, fem. 1. *Βῶλα*, opp. Æquorum in Latio, in via Appia, a Roma 10. M. P. Pop. Bolani, proximi Fidenatibus, & Coriolanis. *Virgil. Æn. 7. 776.*

Bolbiton, n. 2. *βόλβιτον*, *letame di bue*, fimus boum, vel aſinorum, a *βό-λος*, jactus, quia *βάλλεται*, ejicitur. *Plin. l. 28. c. 17.*

Bolenia, f. 1. gemma, quæ nimbo invenitur, glebæ ſimilitudine. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Boletar, aris, n. 3. vaſis genus, in quo boleti apponebantur; ſed uſurpatum eſt etiam pro quolibet eſcarum vaſe. *Mart. l. 14. ep. 101.* Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis (pudet heu!) ſervio cauliculis. Titulus epigrammatis eſt *Boletaria*, ſc. plurali numero. *Trebell. Poll. in Claud. cap. 17.* Boletar halieuticum argenteum librarum xx. V. ibi *Salmaſ.*

Boletus, m. 2. *fongo roſſo*, *uovolo*, *Βωλίτης*, genus fungi inter omnes optimi, a *βῶλος*, gleba, cui ſimilis eſt figura convoluta, & globoſa. ¶ Nero vocavit boletos cibum Deorum, quia veneno tincti ab Agrippina Claudium necarunt, & ejus divinitatem maturarunt. *Suet. in Ner. c. 42. Martial. l. 1. epigr. 21.* Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Bolis, idis, f. 3. *dardo*, Germ. *pfeyl*, *grundiloſſ*, Gall. *dard*, *fonde*, *trait*, Hiſp. *lance*, *fonda*, *dardo*, *Βολίς*, a Græcis dicitur haſta miſſilis, a *βάλλω*, jacio. Hinc in meteoris faces quædam igneæ bolides vocantur, quæ in ſuprema aeris regione gignuntur. Differunt a lampadibus, quia lampades, ſeu faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte, bolides perpetuæ ardentes longiorem trahunt limitem. *Plin. l. 2. c. 26.*

Bolona, æ, m. 1. cetarius. *Donat. ad Ter. Eun. 2. 2. 24.* Cetarii, qui cete, & magnos piſces venditant, & bolonas exercent. *Mureius* docet *bolonas exercere* dici eos, qui ſoleant non ſingulos piſces, ſed univerſos retis jactus ſimul vendere, a *βόλος*, retis jactus. *Arnob. l. 2. pag. 70.* Salinatores, bolonas, unguentarios, &c. *Gloſſa Latino-Græc.* Bolonæ *μεταβολεῖς*, *Rivendugliolì*.

Bŏlus, i, m. *Βόλος*, prima brevi, Græca vox, quæ jactum ſignificat, a *βάλλω*, jacio. Latine ſumitur aliquando pro jactu talorum. *Plaut. Rud. 2. 3. 19. & Curc. 5. 2. 11.* ¶ Item pro jactu retis, & pro piſcibus, qui uno retis jactu capiuntur. *Sueton. de clar. Rhet. c. 1. & Plaut. Perſ. 4. 4. 106.* ¶ Hinc tranſlate accipitur pro præda, aut lucro. *Varr. 3. R. R. c. 14.* Cochleæ magnum bolum deferunt æris. Adde *Plaut. Trucul. 4. 2. 12.* ¶ Item pro jactura, damno. Hinc *tangere aliquem bolo* eſt circumvenire, fraudare, damno afficere: ducta tranſlatione a piſcatoribus, qui rete jaciendo piſces decipiunt. *Plaut. Pœn. prol. v. 101.* Sic *mulctare aliquem bolo* apud eund. *Trucul. 4. 3. 70.* ¶ Eſt etiam bolus, i, prima longa, *βῶλος*, Græce glebam ſignificans. Metaphorice ponitur pro parte, fruſto, item offa, bucca, *Terent. Heaut. 4. 2. 6.* Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. *un ſi buon boccone.* Sunt qui huc trahunt etiam loca *Plauti Perſ. 4. 4. 106. & Trucul. 4. 2. 12.* modo allata. Sunt contra, qui locum *Terentii* ad ſuperiorem notionem referunt, nec abſurde.

Bombax! Interjectio eſt hominis læte vel cum admiratione approbantis, vel etiam negligentis, & contemnentis. *Plaut. Pſeud. 1. 3. v. 131.* Fur. B. babæ. P. fugitive. B. Bombax. P. fraus populi. B. planiſſime.

Bombĭlo. V. Bombito.

Bombitatio, onis, eſt ſonus apum, ait *Feſtus*, ab ipſo ſono dictus, ſicut mugitus boum, hinnitus equorum.

Bombĭto, as, are, *βομβῶ*, bombum edere, quod eſt Apum. Auctor carminis *de Philomela v. 36.* Bombitat ore legens munera mellis apes. Ita enim legendum, non *Bombilat*, ut monuit *Giphanius* ad *Lucret. l. 2. v. 1115.* in voce *Perfice*.

Bombomachides, fictum imperatoris nomen, apud *Plaut. Mil. 1. 1. 14.*

Bombus, m. 2. *rimbombo*, *tormenta*, המיה, Gal. *ſon de trompette qui n' eſt clair*, *ou bourdonnement de mouches a miel*, Hiſp. *zumbido*, *e ſonido ronco*, *Βόμβος*, nomen e ſono factum, quod proprie convenit apum murmuri. *Varro l. 3. R. R. cap. 16.* Ex apibus conjecturam faciunt, ſi intus faciunt bombos. ¶ Transfertur & ad alios ſonos, ut tubarum, & ſimilium inſtrumentorum, Unde apud *Serv.* legas Organariorum bombos. *Catull. de nupt. Pelei, & Thet. v. 263.* Multi raucisonos efflabant cornua bombis. ¶ Plauſus quoque bombos vocavit *Suet. in Ner. c. 20.*

Bombycĭna, orum, n. 2. *βομβύκινα*, veſtes tenuiſſimæ, ex bombyce, vel ſerico. *Mart. l. 8. epigr. 68.* Femineum lucet ſic per bombycina corpus.

Bombycĭnus, & Bombycius, a, um, n. 1. 2. *βομβύκινος*, ex bombyce, ut Panniculus bombycinus: *Juv. ſat. 6. verſ. 259.* Delicias & panniculus bombycinus urit.

Bombylis, m. 2. vermis genus, ex quo necydalus, deinde bombyx procreatur. *Plin. l. 11. c. 22.*

Bombyx, ycis, m. 3. *bigatto*, *che fa la ſeta*, Gal. *ver a ſoye*, Hiſp. *guſano de ſeda*, *βόμβυξ*, vermis ſimilis erucæ, qui apud Indiam, Æthiopiam, & Seres in aranearum morem tenuiſſima fila ducit ad veſtem faciendam, primum *bombylis*, deinde *necydalus*, demum *bombyx* dictus, voce accepta a Barbaris. *Propert. l. 2. eleg. 3. v. 15.* Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella. V. *Plin. l. 11. c. 22. & 23.* ubi ex ejus deſcriptione ſatis apparet, quos nunc habemus bombyces, omnino alios ab iis eſſe, qui Latinis noti fuere. ¶ Reperitur etiam in feminino genere. *Plin. l. 11. c. 23.* Aſſyria bombyce adhuc feminas cedimus.

Bona Dea, f. 1. *ἀγαθὴ Θεά*, quam veteres *Faunam*, ſive *Fatuam*, ſive *Sentam* dixere, & aliqui cenſent uxorem Jani, alii Numæ fuiſſe. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum vixit, præter virum, viras viderit, nec nomen ejus audierit. Quare illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonam Deam appellabant. Hujus Deæ ne nomen quidem viros ſcire fas erat. *Cic. de Aruſp. reſp.* Ejus ſacrificia fiebant per Virgines Veſtales in domo Pontificis maximi pro ſalute Populi Romani. *Cic. ibid.* Accepta ſunt a Regibus. *Id. ib.* Cerni ab hominibus non licebat. *Id. ib. & 2. de Leg.* Violata ſunt a Publio Clodio. *Id. ib.*

Bonăſus, m. 2. *Βόνασος*, fera eſt, quæ, ut ſcribit *Ariſt.* in monte Meſapo, qui Pæoniæ, ac Mediæ limes eſt, invenitur. De ea vide *Plin. l. 8. c. 15. Ælian. & Solin.*

Bone, adverb. pro bene agnoſcitur a *Chariſ. l. 1.* & adhiberi creditur a *Lucret. l. 6. v. 596. & l. 4. v. 573. & l. 2. v. 7.* tametſi ubique lectio variat.

Boni conſulere, eſt in bonam partem accipere, ſeu interpretari, æqui bonique facere, *prender' in buona parte*. *Quintil. l. 1. c. 6.* Sit ne Conſul a conſulendo, an a judicando? Nam & hoc conſulere veteres appellaverunt: unde adhuc remanet illud: Rogat, boni conſulas, id eſt, bonum judices. *Cic. l. 7. ad Att.* Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui bonique facit. Adde *Terent. Heaut. 4. 5. 39.*

Bonitas, tis, f. 3. *bontà*, טובה, Ger. *gottugheit*, *gute*, Gall. *bonté*, Hiſp. *bondad*, *ἀγαθότης*, capitur pro virtute, & juſtitia, ſeu honeſtate. *Cic. 2. de Offic.* Cum fidem, bonitatemque laudant. ¶ Frequentius tamen bonitas pro benignitate, & quadam ingenii ſimplicitate ponitur, *ſemplicità*. *Plin.* Bonitas, & ſimplicitas uxoris. *Cic. pro Q. Roſc.* Affluere bonitate. ¶ Eſt & alia bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura proveniens, *eccellenza*. *Cic. 3. de Off.* Qui & bonitate naturæ multi aſſequuntur, *id eſt*, præſtantia ingenii. Sic bonitas ingenii, bonitas ſoli, &c.

Bononia, f. 1. prius *Felſina*, a Felſino conditore Rege Tuſcorum, *Bologna*, urbs Arch. & Acad. Galliæ Togatæ, in Æmilia, Romandiolæ primaria, prope Rhenum flu. a Ferraria 25. M. P. in Auſtr. a Florentia 54. *Sil. l. 8. v. 601.* Ocni priſca domus, parvique Bononia Rheni.

Bononienſis, ſe, adject. *Bologneſe*, qui eſt ex Bononia. *Cic. de Clar. Orator. cap. 46.*

Bonum, boni, ſubſtant. n. 2. *bene*, & plur. bona, orum, *ἀγαθόν*, antiquis *duonum*, id, quod eſt natura abſolutum. *Cic. 3. Fin.* Vel id, quod eſt natura appetendum, aut quod prodeſt, aut quod juvat, aut quod libet. *Id. 2. Fin.* Vel id, quod ſecundum naturam eſt, quo juvamus in vita. *Id. 1. de Leg.* ¶ Etymologia incerta eſt. *Id. 4. Fin.* ¶ *Cic. 5. Tuſc. c. 30.* Tria genera bonorum Peripatetici faciunt: maxima animi, ſecunda corporis, tertia externa. ¶ Bona maxima ſunt virtutes, externa bona ſunt *τὰ ἐκτὸς*, ut opes, gloria, &c. Hinc bona ſæpe accipiuntur pro poſſeſſionibus, ſive divitiis. *Cic. ſæpe, & alii.* ¶ Bonum etiam dicitur quidquid utile eſt. *Sen. epiſt. 8.* Dari bonum quod potuit, auferri poteſt. Unde *in Bono eſſe* dicuntur, quæ proſunt. *Cic. pro Mil.* Itaque & pro beneficio accipitur. Vet. Inſcript. apud *Grut. p. 787. num. 5.* Babius Pardus manu bono de ſe meritæ fecit. *Tacit. 3. hiſtor. c. 81.* Bona pacis, h. e. utilitates, & commoda. ¶ Item quidquid jucundum eſt, & delectat. *Plaut. Caſin. 1. 8. 33.* Ut mihi multa bona faciam! *hoc eſt* quam multas voluptates mihi procurabo!

Bonus, a, um, o. 1. 2. probus, præſtabilis, ſalutaris, frugi, integer, juſtus, humanus, benevolus, ſimplex, apertus, comis, ſuavis, *buono*, טוב, Ger. *gut*, Gal. *bon*, Hiſp. *bueno*, *ἀγαθός*. ¶ Item ſumitur pro eo, qui virtutibus, & egregiis moribus præditus eſt. *Cic. 1. Offic.* Vir bonus innumerabilibus officiis, & laudibus continetur. ¶ Pro nobili, *nobile*. *Ter. Phor.* Illam civem eſſe Atticam, bonam, bonis prognatam. *Plaut. Perſ. 4. 4.* Bono genere natus. Hinc *Optimates* dicuntur viri, qui dignitate, & auctoritate præſtant. ¶ Pro pulchro, *bello*. *Terent.* Et forma fortaſſe bona. ¶ Pro apto, & idoneo, *atto*, *buono*. *Virg. 2. Georg.* Et bona bello cornus. *Id. eclog. 5.* Boni quoniam convenimus ambo, Tu calamos inflare leves, &c. h. e. idonei, periti. ¶ Pro miti, & favente, *favorevole*. *Stat.* Tu curda paulumper huc adverte libens, atque has bonus accipe voces. ¶ Pro eo, qui recte ſuo officio fungitur, vel fungi poteſt, ut Bonus ſervus, Bonus Imperator, Bonus Grammaticus, Bonus Judex, &c. ¶ Pro magno. *Salluſt.* Bona pars militum inde diſceſſerat. ¶ Adhibetur ad bene ominandum. *Ovid. Met. 15.* Ite bonis avibus. Sic apud *Plaut. Pœn. 2. 1. 9.* Bona ventia, h. e. faventia. ¶ Bone vir, eſt ironica compellantis. *Terent. Andr. 3. 5. 10.* ¶ Bona verba quæſo, *ibid. 1. 2. 32.* *di grazia colla buone.* ¶ Bonam copiam ejurare, V. in *Ejuro*. ¶ Bonæ fidei emptor. *L. 109. ff. de verb. ſignif.* ¶ Comparativus gradus eſt *melior*, ſuperlativus *optimus*. V. ſuis locis.

Bonuſcula, orum, diminut. a bona, ſc. poſſeſſiones *Sidon. Apoll. l. 9. epiſt. 8.* Quantum de bonuſculis avitis, & paternis ſumptuoſitas domeſticæ charybdis abliguriſſet.

Boo, as, n. 1. *muggire*, *rimbombare*, נעה, Ger. *vvidèrbrillen*, Gal. *mugir*, *blagler*, Hiſp. *bramar*, *boyar*, *μυκᾶσθαι*, mugio, clamo, a boum mugitibus, vel a *βοάω*, vociferor. Eſt proprium boum, cum vocem emittunt. *Plaut. in Amph.* Boat cælum fremitu virum. ¶ *Boo*, *bois*, *bovere*, ejuſdem ſignificationis, verbum antiquum. *Pacuv.* apud *Non. 2. 80.* Clamore, & ſonitu reſonantes boum. ¶ Reperitur etiam *bovere*. *Varr. l. 6. de L. L. & Enn. ibid.* Sed *boare* magis eſt in uſu. ¶ Hinc *reboo*.

Bootes, æ, Arctophylax, ſidus Septentrionale, a *Βοῦς*, bos, unde etiam *bubulcus* vertitur. *Ovid. Faſt. 3. v. 405.* Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes. *Id. l. 2. de art. am. v. 55.* Comeſque Bootæ Enſiger Orion. *Avien. Periegeſ.* format genit. *Bootis*, ut *v. 364.* *axe* Bootis. Et *v. 456.* plaga dura Bootis. V. *Arctophylax*.

Borĭa, vel Boria, f. 1. aliter Aeriuſa, gemma ex jaſpidum genere. *Plin. l. 37. c. 11.*

Boreālis, le, adject. ad Boream ſpectans. *Avien. in Arat. v. 964.* Borealis tramite cœli.

Borĕas, m. 1. *Borea*, *Greco tramontana*, צפון, Ger. *nortvvind*, Gall. *vent de biſe*, Hiſp. *Regenon*, *viento entre norte*, *y ſolano*, *Βορέας*, eſt ventus

Septen-

Digitized by Google

Septentrionalis, tertius poſt Septentrionem, Orientem verſus, qui alias dicitur Aquilo, a cujus dextera, ideſt verſus Sept. eſt Septentrio Aquilo, a ſiniſtra, ſeu verſus Or. Aquila meſes. Apud veteres dicitur flare ab ortu ſolſtitiali, ſive æſtivo, quia octo tantummodo ventos agnoverunt, tres ab Ort. tres ab Occ. unum a Merid. unum a Septentr. Dictus eſt a *Βοή*, clamor, quia eſt turbulentus, ac ſonorus, *Virg.* 3. *Georg.* Boreæ penetrabile frigus. Vide *Orithyia*.

Boreus, *a. um. 1. 2. ſettentrionale*, Ger. *mitnächtig*, Gal. *ſeptentrional*, Hiſp. *ſetentrional*. *Βορεῖος*, ſeptentrionalis, *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 8. Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.

Borith, vel Boryth, herba ſaponaria, de qua *Iſid. l.* 16. *c.* 2. Crepitat in aqua, quomodo calx viva, & ipſa quidem diſperit, ſed aquam lavationi aptam reddit.

Bormiæ Aquæ, *Vvormiske*, opp. Rhetorum, vel extremum Vallis Telinæ inter fontes Addue, & Ollii flu. a Novocomo urbe Inſubrum. 100. M. P. in Cæc. ¶ Sunt & Aquæ Bormiæ, thermæ apud Aquenſem urbem Statiellorum in Liguria, ſic dictæ a Bormia fluv. juxta fluente.

Borſycites, ſeu Borryptes, gemma nigra, notis albis, & ſanguineis. ¶ Item ſpecies olivæ. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Boryſthĕnes, *m.* 3. Danaſter, Danaſtus, *Nieper*, *Βορυσθένης*, flu. Sarmatiæ Europeæ, in Polonia, qui fontes habet in Moſcovia, qua relicta Poloniam ingreditur, ubi Smolenſkum, Orſam, Mohiloviam, & Rohaczoviam, Lithuaniæ urbes rigat, deinde auctus fluvius Bereſina, Pripeto, Soſa, & Deſena, & aliis, per Volhiniam infer. labitur juxta Kioviam, & Circaſſium urb. & in mare Nigrum ſe exonerat prope Oczacoviam, quæ al. Olbia, & Boryſthenes etiam dicta fuit, ab oſtio Tyræ 50. M. P. ab oſtio Bor. Iſtri 100. in Septem. ¶ Sunt etiam ibi hoc nomine urbs, ut dixi, al. *Olbia*, nunc *Oczacovia*, quæ melius dicitur Boryſthenis, idis: item inſula; item lacus. *Plin. l.* 14. *c.* 12.

Boryſthenĭdes, arum, ad Boryſthenem habitantes. *Propert. l.* 2. *eleg.* 7. Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

Boryſthenĭus, a, um, adject. ad Boryſthenem pertinens. *Ovid.* 4. *de Ponto el.* 10. *v.* 53. Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dryaſpes.

Bos, bovis, com. 3. *bue*, שׁוֹר, Ger. *ein rind*, Gal. *beuf*, Hiſp. *buey*, *Βοῦς*, animal, quo agri coluntur, a *βοῦς*, bos, more Dorum, qui *βῶς*, dicunt, vel a genit. *Βοός*, ut canis a *κυνός*, vel a *Βόσκω*, paſco, quod homines ſuis laboribus paſcit. Gen. plur. habet *boum*, dativ. & ablat. *bobus*, per ſyncopen, vel *bubus* more veterum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid de bubus loquar? ¶ Ambiguus eſt generis, & uſque de tauro, ut vacca dicitur. *Ovid.* 4. *Faſt.* *v.* 631. Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Inde cum actæ boves quædam &c. ¶ Dat. plur. ut diximus, *bobus*, & *bubus* facit, prima producta: at *Auſon.* corripuit, *epigram.* 62. Æs veluti ſpirans cum bobus exagites. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 14. *v.* 44. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Quo proverbio ſignificatur, neminem ſua ſorte contentum eſſe. ¶ Bos Lucas Elephas dicitur, quod in Lucanis Elephantes primum vidit Italia Pyrrhi tempore. *Varro de L. L. l.* 6. a luce dictos putat, quia longe relucebant propter inauratos clypeos, quibus eorum turres ornatæ erant. *Ennius* apud *Var. l. c.* Atque prius pariet locuſta lucam bovem. ¶ Boves mortui apud *Plaut. Aſin.* 1. 1. 62. ſunt lora bubula.

Boſchis, idis, avis paluſtris, ſeu marina anati ſimilis, ſed minor. *Colum. l.* 8. *c.* 15. Querquedulæ, boſchides, phalerides.

Boſphorānus, & Boſphorius, a, um, adject. a Boſphoro. *Ovid. Triſt. l.* 3. *v.* 298. Egerit Jonio, Boſphorioque mari. *Tacit. l.* 12. *c.* 15. Mithridates boſphoranus. ¶ Boſphorani abſolute, Boſphori Cimmerii accolæ. *Cic. pro L. Manil. c.* 4. Poſteaquam ſe Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet.

Boſphŏrus, m. 2. *Βόσπορος*, Græce ſine aſpiratione, ut vera ratio poſtulat, anguſtæ maris fauces, a meabili bovis tranſitu, quaſi *βοὸς*, bovis, *πόρος*, via, iter. Sunt autem duo Boſphori, Thracius, & Cimmerius, tanta uterque anguſtia, ut & alitum cantus, & canum latratus ab ulteriore litore invicem audiantur. ¶ Boſphorus Thracius, *Stretto di Coſtantinopoli*, Græc. *Λαιμὸς*, quaſi guttur, Turc. *Bogazin*, eſt anguſtia maris inter Thraciam, & Aſiam minorem, ſeu inter Byzantium in Europa, & Chalcedonem in Aſia, ſeu inter Pontum Euxinum, & Propontidem. Patet ſtadiis 4. ſeu paſſ. 500. *Val. Flac.* 4. *Argon.* fabulatur, Io puellam in vaccam commutatam per haſce anguſtias in Aſiam tranſiiſſe; inde fretum illud Boſphorum nominari cœpiſſe. ¶ Boſphorus Cimmerius, al. Fretum Cimmerium, Os, vel Fauces Mæotidis, Patares anguſtiæ, *Voſporo*, *Stretto di Caffa*, *Bocca di S. Giovanni*, eſt anguſtia maris inter Tauricam Cherſoneſum in Europa, & Sarmatiam in Aſia, ſeu inter Mæotidem Paludem, & Pontum Euxinum, per quam illa in Euxinum defluit, paulo latior Boſphoro Thracio, ideſt latitudine 6. M. P. a quo abeſt 500. M. P. ab oſtio Tanais 375. in Auſt. Dictus eſt a Cimmeriis Populis, qui circa ipſum habitant. Sed & Boſphorus appellatus eſt Cimmerius a Cimmeriis, & Cimmerii appellati ſunt Boſphorani a Boſphoro. ¶ Ibi etiam Boſphorus eſt, urbs A. poſtea Panticapæum, *Voſporo*. ¶ Item hoc nomine opp. eſt Germ. *Ochſenfurt*, in Franconia, inter Herbipolim, & Rotembargum 4. leuc. ad Mœnum flu.

Boſtrychus, m. 2. *cacciera*, *Βόστρυχος*, cæſaries in modum muliebris comæ ornata. *Firmic. l.* 4. *c.* 12.

Botaniſmus, i, runcatio, herbarum evulſio. *Plin. l.* 8. *c.* 18. Pauci runcant, quod botaniſmon vocant.

Botellus, i, *dim.* a botulus, *ſalciccinole*, inteſtinum delicatiore aliquo cibo fartum. *Martial. l.* 5. *epigr.* 79. Et pultem niveam premens botellus.

Bothynus, i, maſc. *Βόθυνος*, genus quoddam cometæ in modum foveæ ſeu ſcrobis; a *Βόθρος*, ſcrobs. *Senec. l.* 1. *Quæſt. natur. c.* 14. (ubi Græcam poſitionem retinet, *Bothynos*, *al. Βόθυνος*) & *Apulej. de Mundo*.

Botronātum, i, ornamentum delicatum, contextum *βοτρυδόν*, cujus baccæ, aliæ aliis adhærent, ut in botris. *Tertull. de cultu fem. c.* 10.

Botrūſus, a, um, adject. botris, h. e. racemis abundans. *Plin.* 12. 13. Botruoſus frutex. *Al. leg.* myrtuoſus. *Apul. de herbis c.* 67. Botruoſum ſemen.

Botryon, vel Botryon, onis, m. *grappolo*, *Βοτρύς*, uvæ racemus. *Pallad. l.* 3. *tit.* 33. Ut vitis botryones & albos afferre poſſit, & nigros. ¶ In illa *Martial. l.* 11. *ep.* 28. Nec dignam toto ſe botryone putat: *botryonem* alii interpretantur racemum uvæ condititiæ, alii liquamen ex ovis piſcium, quia ova ita condita mutuo adhæreſcunt, ut in uva acini.

Botrys, fem. 3. *Βότρυς*, herba, al. ambroſia, artemiſia, a *Βότρυς*, racemus, quod circa imum caulem ſemen habeat in ramulis uvarum modo dependens, odore vinoſo. *Plin. l.* 27. *c.* 1.

Botrytes, *Βοτρύτης*, gemma incipienti uvæ ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Botularius, botulorum confector, ſeu venditor, *ſalciciaio*. *Senec. ep.* 56.

Botulus, m. 2. *ſalciccia*, Ger. *bratvvurſt*, Gall. *ſauciſſe*, Hiſp. *longaniza*, farciminis genus duplex. Aliud enim fit ex ovis, nucleis, cepa, & porro concisis, thure item & pipere vino perfuſis, ut *Apicius* deſcribit *l.* 2. *c.* 3. Aliud ex fruſtulis carnis, ſanguine, &c. *Feſtus*. Botulus genus farciminis, propter connexionem a bolis ſic appellatur. *Tert. Apologet. c.* 9. Botuli cruore diſtenti. *Gell. l.* 16. *c.* 7. refert hoc verbum inter ſordida, quibus *Laberius* uſus eſt.

Bovātim, ad ſimilitudinem bovis. *Nigid.* apud *Non.* 1. 190.

Boviaſus, a, um, ut Boviania luſtra, i. e. ſilvæ circa Bovianum. *Sil. Ital. l.* 8. *v.* 565.

Bovignum, V. Bojanum.

Bovīle, is, n. 3. *ſtalla de' buoi*. *Phædr. l.* 2. *Fab.* 9. Cervus ſe bovili condidit. Al. leg. *bubili*. Adde *Caton.* & *Varr.* apud *Chariſ. l.* 1.

Bovillæ, arum, fem. 1. Bobile, *Babuco*, *Bauco*, *Βοΐλλαι*, oppid. Latii, in Hernicis, in Campania Romana, prope fin. Regni Neapolitani, Aletrio, & Verulis finit. inter Fruſinonem 8. M. P. in Or. & Soram ad Bor. 8. ab Arpino tot. a Liri fl. 4. ¶ Item pag. Romæ vicinus, in via Appia. Nomen inde accepit, quod bos vulnerata ſua trahens ilia eo venerit.

Bovillānus, a, um, ad Bovillas pertinens. *Cic. pro Planc. c.* 9.

Bovillus, a, um, idem quod Bovinus. *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 7.

Bovinātor, oris, *Lucilio* eſt tergiverſator, & malitioſus. *Non. c.* 2. *n.* 84. & *Gell. l.* 11. *c.* 7.

Bovinor, d. 1. *Λοιδορέω*, convicior, quaſi in aliquem mugio, verb. antiq. *Feſt.*

Bovīnus, a, um, ad boves pertinens, *bovino*. *Theodorus Medicus antiquus*, *de diæta*, *c.* 15. Utilior omnibus probatur medulla cervina, ſecunda bovina, & maxime de juvenibus.

Bovo, as. V. Boo.

Box, ocis, m. 3. *Βῶξ*, genus piſcis, a boando. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

B ANTE R.

Brabēum, ſeu Brabīum, aut Bravium, i, *n. premio della vittoria*, *palio*, *Βραβεῖον*, victoriæ præmium, ejus præcipua, quæ in Ludis publicis paritur. *Novatian. de cibis Judaicis*, *c.* 1.

Brabeutæ, m. 1. *Βραβευταί*, judices ſpectaculorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium, & coronas. *Suet. in Ner. c.* 53.

Braca, & Bracca, æ (quibuſdam & Bracha) f. 1. *ἀναξυρίς*, veſtis ſtrica, & intonſa, ut varii coloris, qua olim gentes duntaxat frigidioris plagæ utebantur, ut Sarmatæ, Galli, &c. a *Βραχὺς*, brevis, vel a *ῥάκος*, lacera veſtis, vel melius a voce Belgica. Nam Belgæ *broeck* appellant, Cimbri *brog*, Britanni *breache*. *Ovid. de Scythis*, Pellibus, & laxis arcent mala frigora bracis. *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 1. *de Sarmatis*. Ob ſævitiem hyemis admodum aſſiduæ, demerſis in humum ſedibus, ſpecus, aut ſuffoſſa habitant, totum bracati corpus, niſi qua vident, & ora veſtiti. Ea quo colligere licet, bracas ejuſmodi eſſe, ut thoracem, feminalia, & tibialia uno contextu contineant. ¶ In ſingulari numero *Ovid.* 5. *Triſt.* 10. 34. Pro patrio cultu Perſica braca tegit.

Bracăra Auguſta, *Braga*, urbs A. Hiſpan. Tarr. ad R. Portugallicum ſpectans, ad Cavadum fl. in Provincia dicta intra Durium, & Minium. *Auſon. de Urbib.* 9. *v.* 5.

Bracaraugustānus, a, um, ad Bracaram Auguſtam pertinens. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 324. *n.* 11.

Bracări, orum, populi Hiſpaniæ, quorum urbs Bracara. *Plin. l.* 3. *c.* 4.

Bracărus, a, um, ad Bracaram pertinens, ut Bracarus conventus. *Plin. l.* 3. *cap.* 3.

Bracarii, m. 2. bracarum veſtium confectores. *Lamprid. in Alex. c.* 24. Vectigal inſtituit bracariorum.

Bracata, V. Gallia.

Bracātus, a. 1. 2. bracis indutus. *Cic. pro Font.* Sagatos, bracatoſque.

Brachiāle, n. 3. *maniglia*, *Braccialetto*, צָמִיד, Ger. *armeyſer*, Gal. *braſſelet*, Hiſp. *bracal*, *braceleto*, *περιβραχιόνιον*, ornamentum brachii. *Plin. l.* 29. *c.* 7. Argenteo brachiali incluſo.

Brachiālis, le, adject. ad brachium pertinens, ut nervus brachialis. *Plaut. in Pan.* 5. 4. 99. Et brachialis craſſitudo, *Plin. l.* 13. *c.* 11.

Brachiātus, a. 1. 2. quod eſt ad brachiorum modum factum. *Col. l.* 5. *c.* 5. Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant. *h. e.* quæ ramos utrinque in brachiorum modum compoſitos habent.

Brachiolāris, brachialis, ut muſculi brachiolares, *Veget. l.* 2. *c.* 25.

Brachiŏlum, i, *n.* 2. diminut. parvum brachium. *Catul. Carm.* 62. *v.* 181. Brachiolum teres.

Brachium, n. 2. *braccio*, זְרוֹעַ, Ger. *ein arm*, Gal. *bras*, Hiſp. *braço*, *Βραχίων*, propria eſt pars illa corporis, quæ eſt a cubito uſque ad manum. *Ovid. Met.* 1. *v.* 500. Laudat brachia, & nudos media plus parte lacertus. Sed fere ſumitur pro omni eo, quod a ſcapulis dependet uſque ad extremam manum. *Virg.* 5. *Æn.* Evinctis attollit brachia palmis. ¶ Molli brachio, & levi brachio aliquid fieri dicimus, cum indiligentem operam ſignificamus. *Cic. l.* 2. *ad Att.* 2. & 4. ¶ Tranſlate, Præbere brachia ſoleri, dixit *Ovidius*; hoc eſt operam navare, favere. Sic ab aliis transfertur ad piſces, arbores, flumina, montes, & alia multa, quæ ſimilitudinem brachii habent. *Ovid.* 1. *Metam.* Nec brachia longa margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Id.* 2. *Metam.* Eludit hinnitus, & brachia movit in herbis. *Liv. l.* 44. *c.* 35. Veluti per devexum in mare brachium. *Id. l.* 4. *c.* 9. Muro brachium injunxerat. *Virg.* 2. *Georg. v.* 296. Ramos, & brachia tendens.

Brachōdes, m. 3. *Βραχώδης*, prom. Africæ, in extremo cornu Syrtis parvæ. *Plin. l.* 4. *c.* 3.

Brachmanæ, um, m. *Βραχμᾶνες*, *Bramini*, & *Nairi*, Sapientes in India olim diligentiſſimi ſiderum obſervatores, alterum genus Gymnoſophiſtarum. Nam Bardeſanes Babylonius Gymnoſophiſtarum duo tradit genera, quorum alii, qui ex generis ſucceſſione veluti hæreditariam Sapientiæ profeſſionem amplectebantur, *Brachmanes* dicti, qui vero electione ad Philoſophiæ profeſſionem aſſumebantur, *Samanes*. Ex *Strab. l.* 15. A *Plinio* memorantur Brachmanæ populi circa Gangen, *l.* 6. *c.* 17.

Brachycatalecton, *Βραχυκατάληκτον*, carmen, cui pes integer deeſt. Hujuſmodi carmen dicitur *brachycatalecticon*. V. Grammat.

Brachylogia, *Βραχυλογία*, breviloquium, Laconiſmus. V. *Quint. l.* 9. . 3. ubi tamen Græcis litteris ſcribitur.

Bractĕa, f. 1. *sfoglia*, *lama ſottile*, eſt lamina exilis auri, &c. vel ligni, aut alius materiæ, a בָּרָק, *fulgurare*, vel a *Βράχω*, crepito, quia propter exilitatem crepitat. Differt a lamina, quod lamina craſſior eſt, ex qua armatura conficitur, bractea magis tenuis, & ſua ſponte plicabilis. *Virgil. l.* 6. Leni crepitabat bractea vento. ¶ Bracteis inaurari ſimulacra ſolebant, ſed unguibus plerunque auferebantur. *Mart.* 8. 33. Aſluti deraſa eſt ungue miniſtri bractea.

Bracteamentum, i, ſubtile figmentum, ut Vet. Gloſſator interpretatur. *Fulgent. Contin. Virg. p.* 140. *edit. Munker.* Aſcræi fontis bracteamento ſaturitæ.

Bractealis, le, adject. ad bracteas pertinens. *Prudent. hymn. Romani*, *v.* 1085. Setoſque fulgor bractealis inficit.

Bractearius, ii, qui bracteas facit. *Jul. Firmic. l.* 4. *c.* 25. & *l.* 8. *c.* 26. Inauratores, Bractearios, argentarios.

Bracteātor, m. 3. qui bracteas facit. *Firmic. l.* 8. *c.* 16. Quicunque habuerit horoſcopum in 17. parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, bracteator.

Bracteātus, a. 1. 2. bractea obductus. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 10. Bracteatum lacunar. ¶ Tranſlate ornatus, & elegans. *Fulgent.* Bracteata eloquentia.

.ia. ¶ Item in quo interius minus eſt, quam foris apparet. *Senec. epiſt.* 115. Omnium iſtorum bracteata felicitas eſt. Ital. *apparente*.

Bracteŏla, læ, diminut. parva bractea, ſeu lamina. *Juven. Sat.* 13. *v.* 152. Qui bracteolam de Caſtore ducat.

Branchiæ, arum, f. *branchie*, βράγχια, partes hiantes in piſcibus follium more juxta cervicem, quibus anhelitum reddere, ac per vices reſpirare exiſtimantur, a βρόγχος, guttur, quia gutturis officio in reddenda aqua, quæ ore accepta eſt, funguntur. Balænæ, & Delphini excipiuntur, qui fiſtulis ſpirant, Balænæ a fronte, Delphini a dorſo. *Plin. l.* 9. *c.* 18.

Branchidæ, m. 2. Apollinis Didymæi Sacerdotes, apud Poſſideum opp. & promontorium Ioniæ, qui locus prius Branchidarum Oraculum dicebatur. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Branchus, filius Apollinis ex filia Jauci, uxore Sucronis, qui cum Apollinis malas deoſculatus eſſet, coronam, & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & ſubito nuſquam apparuit. *Stat. l.* 3. *Theb. v.* 479. ¶ Ingens ei templum ædificatum eſt, quod Branchiadon nominarunt. *Lactant. Statii Scholiaſt. ex Varr.* ¶ Sed alibi idem ait, Branchum quemdam Theſſalum fuiſſe ab Apolline maxime dilectum, cui poſt mortem in ſuo templo ſacra fieri juſſit, inde Apollinem Branchiadem vocatum fuiſſe.

Braſma, atis, n. 3. βράσματα Græci vocant bullas aquæ ſcaturientis, vel ebullientis; puſtulas item ab igne in pane torrido factas. ¶ Hinc Braſma piper atrophum, & inane dixit *Plin. l.* 12. *c.* 7.

Braſmatiæ, arum, βρασματίαι, terræ motus, qui humum moleſtius ſuſcitantes, furſum propellunt immaniſſimas moles. Ita deſcribit *Ammian. l.* 17. *c.* 7. (*al.* 16.)

Braſsica, f. 1. *cavolo*, כרוב, Ger. *kolkraut*, Gal. *choux*, Hiſp. *berza*, κράμβη, herba, vulgo caulis, quaſi *præſeca*, teſte *Varrone*, quia ex ejus ſcapo, quem maximum habet, folia minutatim præſecantur, vel, ut alii volunt, quaſi *paſſica*, quod ex ſcapo præſicetur, & paſſa fiat, vel a βορῶ, voro, quod illa avide veteres veſcerentur. Vitibus pernicioſa eſt, a qua illæ in diverſam partem refugiunt. *Cic. de nat. Deor.* 2. 47.

Braſtæ, arum, m. eadem terræmotus ſpecies, quæ *braſmatiæ* dicuntur, a βράζω, ebullio, *Apulej. de Mundo*.

Bravium, V. Brabium.

Brennus, dux Senonum, qui Romam ceperunt. Brenonam condidit, quæ nunc *Verona* dicitur. Apollinis Delphici templum prædæ cauſa ingreſſus ira Numinis ſe ipſe interfecit.

Brephotrophium, βρεφοτροφεῖον, locus, in quo infantes expoſiti, & pauperes nutriuntur. *Leg.* 19. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

Breve, is, libelli genus, in quo militum, vel aliorum nomina deſcribebantur. *Vopiſc. in Aurel. c.* 26. Breve nominum conſcripſit. ¶ Dicitur & brevis in maſculino, ſubaudi *libellus*. *Lamprid. in Severo c.* 21. Milites ſuos ſic ubique ſcivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium.

Brevi, propediem, brevi tempore, exiguo tempore, paucis diebus, item paucis, perpaucis, paucis verbis, breviter, *brevemente*, Ger. *kurtzlich*, Gal. *bref*, *en peu de temps*, Hiſp. *brevemente*, ἐν βραχεῖ, adverb. *Cic. Curion.* Brevi ſic habeto. ¶ Poteſt eſſe & ablativus, ut ſubintelligatur tempore. *Cic. in Verr.* Brevi poſtea mortuus eſt. *Gell. l.* 13. *c.* 17. Fuit Æſchylus non brevi antiquior Euripide. ¶ Sæpe ablat. temporis exprimitur. *Idem ad Terent.* Ne brevi tempore tamen in urbe ſis. ¶ Reperitur etiam cum præpoſit. in *Auct. epiſt. ad Octav.* O miſeram, & in brevi tam celerem, & tam variam Reipub. commutationem.

Brevia, plur. neut. ſunt loca maris vadoſa, navigantibus periculoſa, quod ibi undæ breves ſint. h. e. non profundæ. *Virg. Æn.* 1. *v.* 110. Tres Eurus ab alto In brevia, & Syrtes urget. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 70. Neque diſcerni poterant incerta a ſolidis, brevia a profundis.

Breviarium, ii, ἐπιτομή, compendium, *compendio*. *Suet. in Auguſt. c. ult.* Fecit breviarium totius imperii. Et *in Veſpaſ. c.* 21. Deinde perlectis epiſtolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat. *Senec. ep.* 39. Hæc quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur ſummarium vocabatur.

Breviarius, a, um, compendiarius, ut Rationes breviariæ. *Leg. ult. ff. de pecul. legat.*

Breviatio, onis, f. contractio, decrementum. *Auguſt. ep.* 82. Breviatio dierum.

Breviator, oris, m. 3. qui breviat. *P. Oroſ. l.* 1. *hiſt. cont. Pagan. c.* 8. Pompeius hiſtoricus, ejuſque breviator Juſtinus.

Breviculum, li, vel breviculus, i, m. brevis ſcriptura, libellus. Hinc titulus 44. *l.* 7. *Cod. Juſtin.* inſcribitur *de ſententiis ex breviculo recitandis*, h. e. ex libello, in quo judices ſententias ſuas perſcribebant.

Breviculus, idem quod perbrevis. *Apul. l.* 1. *Mileſ. p.* 127. Grabatulus aliquanto breviculus, & uno pede mutilus.

Breviloquens, entis, adject. qui breviter loquitur. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 20. Breviloquentem me tempus ipſum facit.

Breviloquentia, æ, quod Laconiſmum vulgo dicimus, *parlar breve*. *Cic. apud Gell. l.* 12. *c.* 2. Breviloquentiam in dicendo colere.

Brevio, as, are, a. 1. abbrevio, *abbreviare*, *compendiare*, *accorciare*, βραχύνω. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. Et breviare quædam, & exornare, ſalvo Poetæ ſenſu, permittitur. *Manil. l.* 3. *v.* 461. Ex illa totidem per partes hic breviantur. ¶ *Breviare ſyllabam* brevi quantitate proferre. *Quintil. l.* 12. *c.* 10.

Brevis, & ve, o. 3. parvus, puſillus, anguſtus, exiguus, *breve*, קצר, Ger. *kurtz*, Gall. *bref*, Hiſp. *breve*, βραχύς, id, quod longo opponitur, a Græca voce, quæ propoſita eſt. *Cic. pro Arch.* In hoc vitæ curriculo, & tam brevi. Apud *Horatium l.* 2. *od.* 14. *brevis dominus*, eſt paucorum dierum dominus. Apud *eund. in Poet.* Dum brevis eſſe laboro. *hoc eſt* non prolixus. ¶ Dicitur de omnibus, quæ exigua, & parva ſunt, ut brevis cenſus, *Horat. l.* 1. *Od.* 15. Breviſſimum vaſculum, *Pallad. R. R. l.* 3. *tit.* 8. Breves Gyaræ, h. e. anguſtæ, *Juven. Sat.* 1. *v.* 73. ¶ Brevis pro libello. V. in *Breve*. ¶ Ad breve, ſubaudi, tempus, *Suet. in Tib. c.* 68. ¶ *Breves* V. ſupra ſuo loco.

Brevitas, atis, f. 3. *brevità*, קצר, Ger. *kurtze*, Gal. *brieveté*, Hiſp. *brevedad*, βραχύτης. *Cic.* 2. *Offic.* Brevitatis cauſa uno exemplo contenti erimus. ¶ Dicitur etiam pro parvitate. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 30. Gallis præ magnitudine corporum ſuorum, brevitas noſtra contemptui eſt.

Breviter, exigue, ſummatim, brevi, *brevemente*, βραχέως. *Cic. de Amic.* Multa ab eo prudenter diſputata, multa breviter, & commode dicta. ¶ Uſurpatur etiam de tempore, cui opponitur *diu*. *Publ. Syrus*: Iratum breviter vites, inimicum diu. ¶ Comparat. *brevius*, ſuperlat. *breviſſime*. *Cic. Fam. l.* 4. *c.* 10. & *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 1.

Bria, V. Ebria.

Briareus, triſyllab. Βριάρεως, Gigas nepos Cœli, filius Titani, & Terræ, a βρι, valde, & ἄρης, Mars, vel a βριάω, robuſtus ſum. Hunc Poetæ finxerunt centum habuiſſe brachia, & quinquaginta ventres. *Homerus* narrat 1. *Iliad.* Briareum ſuaſione Tethydis, cum Pallas, Juno, Neptunus, aliique ex Diis nonnulli adverſus Jovem conjuraſſent, in cœlum aſcendiſſe, ut Jovi ſuppetias ferret. Deoſque conjuratos illius adventu territos a cœptis deſtitiſſe, & cum Jove in gratiam rediiſſe. Ubi etiam hoc addit, a Superis quidem Briareum dictum fuiſſe, ab hominibus autem Ægæonem. ¶ Alii Briareum inter eos numerant Gigantes, qui adverſus Jovem bellum geſſerunt. Unde a *Virg. l.* 6. cum aliis monſtris in veſtibulo Inferorum collocatur.

Briareius, a, um, adject. quinque ſyllab. *Claudian. de Rapt. Proſerp. l.* 3. *v.* 188. Appetit centum Briareia turba lacertis.

Brigantes, pop. Hiberniæ, ubi nunc Comit. *Waterford*, & *Tiperary*, in Momonia, inter Suirii oſt. & conſl. Neroi, & Barouvi. ¶ Apud *Marcell. Empir. c.* 8. ſunt vermiculi, qui cilia exulcerare ſolent.

Brigantinus, a, um, adject. gentile, ut lacus Brigantinus, qui alias Acronius. *Plin. l.* 9. *c.* 17.

Brileſſus, m. 2. Brileſſus, Ægialeus, mons Atticæ, prope Tharnen, in quo bina leporibus ſunt jecinora, cervis renes quaterni, & ſpinæ fellis nulli. *Plin. l.* 9. *c.* 7. & *l.* 11. *c.* 37.

Brimo, Βριμώ, Hecates, vel Proſerpinæ cognomen, ἀπὸ τοῦ βρίμειν, h. e. a terrendo, eo quod nocturna terriculamenta immitteret. *Propert. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 68. Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.

Briſa, æ, f. 1. vinaceus uvæ cum calcatur, vel, ut alii malunt, vinaceorum maſſa, ex qua vini, vel aquæ affuſione fit vinum ſecundarium, a *Brizo*, mano, ſcaturio, quia cum calcatur, vini liquorem effundit. *Col. l.* 12. *c.* 39. Subactam briſam prælo ſubjicere. ¶ Eſt etiam Briſa, Βρίσα, promont. Leſbi, in quo Bacchus colebatur, inde Briſæus dictus. Quare in *Perſ. Sat.* 1. *v.* 76. ita legunt quidam. Eſt nunc, Briſæi quem venoſus liber Acci: ut Accius Briſæus dicatur, quod Accius Poeta in tutela eſſet Liberi Patris. Al. tamen legunt *Briſæi*. V. ¶ Alii Briſæum dictum volunt Bacchum a Briſa, h. e. uva, quod uvam invenerit, & expreſſerit, V. *Voſſ. in Etymol.*

Briſeis, f. 3. Βρισηΐς, Lyrneſſia puella, a patre Briſa ita appellata, cum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrneſſo urbe, Achilli victori in ſortem ceſſit, poſtea ab Agamemnone erepta, implacabilis inter eos diſſidii cauſa fuit. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque unquam adduci potuit, ut arma ſumeret, donec Patrocli mors inultata eum ad vindictam impulit. *Horat. l.* 2. *Od.* 4. *v.* 3. Serva Briſeis niveo colore Movit Achillem.

Briſæus, i, m. Βρισαῖος, cognomen Bacchi, apud *Macr. l.* 1. *Sat. c.* 18. V. *Briſa*.

Briſæus, a, um, V. in Briſa.

Britanni, m. 2. Βρεττανοί, pop. Britanniæ. *Virg.* 1. *Ecl.* Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Britannia, f. 1. Βρεττανία, inſ. maxima in Oceano Sept. Prius dicta eſt Albion, ab Albis montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent, deinde Britannia a Britone Rege. Ab Ort. abluitur Oceano Germanico, ab Occ. Hibernico, a Sept. Caledonia, ad Mer. anguſto freto a Belgio dirimitur. Porrigitur 800. M. P. in longitudinem inter Auſtrum, & Septentrionem. 400. in latitudinem, inter Cantium promont. ad Or. & Belerium prom. ad Occ. Dividitur in duo Regna, Angliam ad Auſtr. quæ & Britannia major dicitur, & Scotiam ad Septem. quæ Britannia minor. Hinc gentile *Britannus*, *a*, *um*, & poſſeſſ. *Britannicus*, *a*, *um*. ¶ Eſt & Britannia min. al. Armoricæ civitates, *Bretagne*, pars Gall. Celt. ad Occ. & Bor. ſic a Britannis, qui ex Britannia magna ab Anglis, ſive Saxonibus ejecti in ea conſederant.

Britannica, f. 1. *Plin. l.* 25. *c.* 3. herba foliis oblongis, & nigris, radice item nigra, nervis, & dentibus ſalutaris, & contra anginas, & ſerpentum morſus efficax remedium. Hujus flores vibones vocantur, quibus ante tonitrua deguſtatis milites adverſus fulminum ictus prorſus ſecuri reddebantur.

Britannicus, a, um, Βρεττανικός, quod ad Britanniam ſpectat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quid? æſtus maritimi, vel Hiſpanienſes, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceſſus, vel receſſus ſine Deo fieri nonne poſſunt? *Juven. Sat.* 10. Quantum delphinis balæna Britannica major.

Britannus, a, um, Βρεττανός, qui eſt ex Britannia. *Juven. Sat.* 15. Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Britomartis, vel Britone, nympha Cretenſis, Dianæ dilecta, quæ ſe in fluvium præcipitem dedit, ut Minois manus effugeret. Hæc vox Cretica eſt, & dulcem puellam ſignificat, teſte *Solin. c.* 11 (*al.* 16.) *Claudian. in Conſul. Stilich. v.* 251. Ignea Cretæa properat Britomartis ab Ida.

Britones, iidem ac Britanni, ſed ex Britannia min. in Gallia. *Juven. Sat.* 15. *v.* 124. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Brixia, f. 1. *Breſcia*, urbs Tranſpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui poſt Inſubres in Italiam venerunt, prope Melam fl.

Brocchus, vel brochus, i, m. e. dens eminulus, & in adverſum ſe ſere procurrens, ſive exertus. *Varro R. R. l.* 2. *c.* 8. *de equis*: Cum dentes ſuis ſunt brocchi, & ſupercilia cana, & ſub ea lacunæ, ex obſervatis dicunt, eum equum habere annos ſedecim. ¶ *Plin. l.* 11. *c.* 37. Brocchos appellat homines ipſos ejuſmodi dentibus, atque labratos improbus. Brocchos idem dixit *Lucilius*, quos *Nonius c.* 1. *n.* 102. interpretatur producto ore, & dentibus prominentibus.

Brochitas, atis, ipſum vitium dentium prominentibus. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Brochon, n. 2 arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu capſici. Aliqui malachram, alii maladacon appellant. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Bromius, m. 2. Βρόμιος, Bacchi cognomen, a βρέμω, fremo, vel a βροντή tonitru, quod natus ſit cum tonitru, ejus genitrice fulmine perempta, vel a Broute, vel Bromio nympha, quæ eum educavit, ut *Serv. ad Ecl.* 6. 15. & *Hygin. fab.* 182. narrans. *Ovid. Met.* 4. *v.* 11. Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque.

Bromos, βρόμος, avenæ ſpecies, *Plin. l.* 18. *c.* 11. & *l.* 22. *c.* 25.

Bromŏſus, a, um, *puzzolente*, graveolens, βρωμώδης. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 37. & *Tard.* 3. 5.

Bronchus, V. Broccus.

Brontes, æ, Βρόντης, Cyclops, unus e tribus Vulcani miniſtris, a βροντή, tono. *Virgil. Æn.* 8. *v.* 424. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Bronteum, n. 2. βροντεῖον, machina erat ſub ſcena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi tonitru ſonum imitabantur, quod genus *Claudiana tonitrua* Feſtus vocavit, a Claudio Pulchro inventore. Sed vox Græca eſt, non Latina.

Brontia, æ, f. 1. βροντία, gemmæ nomen, quæ cum tonitru cadere creditur, teſtudinis capiti ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Bronton, ontis, *tonante*, βροντῶν, tonans. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 34. *n.* 5. Sacerdos Dei Brontontis. *h. e.* Jovis tonantis.

Broteas, æ, & Ammon, Fratres pugiles. Vide *Ovid. Met.* 5. *v.* 107. ¶ Alius Broteas, vel Broteus Vulcani Filius, propter vultus deformitatem contemtus, ſe in rogum ardentem conjecit. *Ovid. in Ibin. v.* 517. & *Gell. l.* 12. *c.* 11.

Bruchus, m. 2. βροῦχος, genus vermis e locuſtarum genere, ſine alis, a βρύκω, rodo, quod herbas, & arborum frondes erodit. *Hieron. in Malach. & Joel.* & *Prudent. in Hamartig. v.* 229.

Bructĕri, Pop. Friſiæ Orientalis. *Claud. de* 4. *Conſ. Honor. v.* 450. Venit accola ſylvæ Bructerus Hercyniæ. *Tacitus* etiam meminit 4. *Hiſtor. c.* 21.

Bruma, f. 1. *bruma*, Germ. *winter*, χειμερινὴ τροπή, initium hyemis, quæ incipit a ſolſtitio hyberno, quod in tribus diebus Decembris, 19. 20. 21. po-

Digitized by Google

21. poſitum eſt. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 163. Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis. ¶ Fere ponitur pro tota hyeme. *Virg.* 3. *Georg.* v. 321. nec tota alandes ſævior bruma. *Id. ibid.* v. 443. Horrida bruma. Adde *Phædr. l.* 4. *fab.* 13.

Brumalis, le, adject. ad brumam pertinens. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 45. Sol accedens ad brumale ſignum. ¶ Item ad hyemem pertinens. *Martial.* 13. 16. Brumali gaudentia frigore rapa.

Brunda, æ, f. idem ac Brunduſium. *Feſt.* & *Arnob. l.* 2.

Brundiſianus, a, um, Brunduſinus, ut Brundiſiana oſtrea *Plin. l.* 32. *c.* 6. h. e. quæ in Brunduſii portu capiuntur.

Brunduſinus, a, um, ad Brunduſium pertinens, ut Brunduſinum fœdus. *Tacit. Ann. l.* 1. *c.* 10.

Brunduſium, Brundiſium, Brendeſium, Brenteſium, *Brindiſi*, Βρεντήσιον, Col. & Urbs A. Salentinorum cum portu, R. Neapolit. in prov. Hydruntinæ, in ora Bor. maris Adriatici, contra Tarentum, conditum ab Ætolis ſociis Diomedis, a *Βρέντιον*, *caput cervi*, quia & caput cervi, & cornua, & linguam habere videtur, vel a *Brento* Herculis fil. *Plin.* 3. 11. *Lucan.* 2. 610.

Bruſcum, n. 2. tuber arboris, intortum, & criſpum. *Plin. l.* 16. *c.* 16.

Bruta, f. 1. arbor ſoli Orienti cognita, cypreſſo fuſæ ſimilis albicantibus ramis, odore cedri, a ברוש, vel ברות, cypreſſus. *V. Plin. l.* 12. *c.* 17.

Brutâtes, iidem qui Brutii. *Enn.* apud *Feſt. in voce Bilingues.*

Bruteſco, is, eſcere, brutum, vel ſtolidum fieri. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. Secundum belluas inepit, bruteſcit. ¶ Item ſenſum amittere. *Lactant. l.* 2. *Inſtit. c.* 5. *ſect.* 40. Animal quia ſenſu præditum eſt, etiam membra ejus habent ſenſum, nec, niſi a corpore avulſa, bruteſcunt. Ita reſtituit Gronov. ex MSS. Antea legebatur, *putreſcunt.*

Brutia pix, ſecundus liquor, qui ex tæda excoquitur, & aceto coagulatur, doliis, aliiſque vaſis illinendis utilis, dicta, quod optima in agro Brutio excoquebatur. *Plin. l.* 6. *c.* 11.

Brutiani, m. 2. dicebantur, qui officia ſervilia Magiſtratibus Romanis præſtabant, hac ignominia Brutiis populis loco militiæ impoſita, quod primi Annibali adhæſiſſent, & cum eo perſeveraſſent, donec ex Italia receſſeret. *Gell. l.* 10. *c.* 3.

Brutiânus, a, um, ad Brutum pertinens, ut Brutianum bellum, *Lactant.* 5. 7. Brutiana caſtra. *Velles.* 2. 72.

Brutii, vel Bruttii, Brutiani, Bretii, *Abruzzeſi*, Βρέττιοι, pop. Italiæ, in Magna Græcia, in parte Auſtrali R. Neap. in ora maris ſuperi, & inferi, contra Siciliam, diviſi in Ciſmontanos, & Tranſmontanos, ubi olim Oenotria, & Auſonia, nunc Calabria citerior, & ulterior, inter Lucaniam, poſt Laum fl. & fretum Siculum, & inter mare Tyrrhenum, & ſinum Tarentinum. Hi fuerant ſervi, & paſtores Lucanorum, qui inde aufugientes furtim in regione conſederunt, ubi Coſentia eſt, quæ fuit eorum metropolis. Dicti ſunt, quaſi *bruti*, idest, tardi, ſtupidi, obſcœni. A Romanis propter eorum perfidiam pene deleti fuere, ſine dignitate, ſine honore, ad ſervilia opera ſemper coacti.

Brutînus, a, um, adject. ad Brutum pertinens, ut Brutina conſilia, *Cic. ad Brut. ep.* 15.

Bruttiânus, vel Brutianus, a, um, ad Brutios pertinens, ut Bruttiani caules, *Plin.* 19. 8.

Brutius, vel Bruttius, a, um, adject. a Brutiis, ut Brutius ager, & tellus Brutia, *Sil. Ital. l.* 16. *in princ.*

Brutus, a, um, *grave*, *tardo*, *inſenſato*, ἄλογος, ἀναίσθητος, Germ. *unverſtändig*, Gal. *brutal*, Hiſp. *bruto*, *brutal*, quod nomen propter terræ tribuitur, quaſi quæ ſine ſenſu immota, & gravis maneat. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Quo bruta tellus, & vaga flumina. Ad quem locum *Vet. Scholiaſt.* Bruti, inquit, graves & tardi dicuntur, quod terræ perpetuum eſt. Similia habent *Feſtus*, & *Non.* ¶ Bruta fortuna dicitur *ad Heren. l.* 2. h. e. cæca, & ſine ratione. Et bruta fulmina dicuntur a *Plinio l.* 2. *c.* 43. quod temere, & ſine ratione cadunt. ¶ Id *Plin. l.* 11. *c.* 37. *circa med.* Bruta exiſtimantur animalium, quibus (*cor*) durum riget, audacia, quibus parvum eſt, pavida, quibus prægrande. ¶ Bruta ſiquando inveniuntur ſine ſubſtantivo, intellige *animalia*. ¶ Brutus etiam dicitur, qui hebet, & ſtultus eſt. Hinc L. Junius cognominatus eſt Brutus, & ab eo ceteri ejus familiæ poſteri, quia, ut tutus eſſet a Tarquinio ſuperbo, ſe ſtultum ſimulavit.

Brya, bryæ, f. 1. frutex in Achaja, quem Dioſcorides μυρίκην, Romani tamaricem appellant. *Plin. l.* 13. *c.* 21.

Bryon, herba marina lactucæ foliis, quæ naſcitur maxime in ſcopulis. *Plin. l.* 27. *c.* 8. ¶ Item muſcus in arboribus naſcens, & odoratus. *Id. l.* 24. *c.* 6.

Bryonia, f. 1. herba, ſarmenta, capreolos, & folia habens ſativæ viti non diſſimilia, omnia tamen hirſutiora, alio nomine *vitis alba*, a nonnullis *pſilothrum*, quod acinos ferat rubentes, quibus tergora depilantur. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Sed alius eſt vitis ſylveſtris genus, quam ampelomelænam dicunt. V. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *Dioſcor. l.* 4. *c.* 176.

B ANTE U.

Bu, Βοῦ, particulam ſolebant Græci magnis, & amplis rebus præponere, a magnitudine ſcilicet bovis. Hinc *bupædas* magnos pueros, *bupodas* magnos pedes, *bulimum* magnam famem dixerunt. *Feſtus.*

Bua, f. 1. *Bevi*, puerorum infantium potio eſt. *Varr.* Cum cibum, ac potionem buas, & papas vocent. *Lucil. l.* 8. Cum vinulentus diceret, vini buas deſignavit. *Non.* hæc refert c. 2. n. 97.

Bubalinus, a, um, n. 1. 2. ad bovem, ſeu bubalum pertinens, ut laridum bubalinum, *Vopiſc. in Prob. c.* 41. ¶ Bubalina ſtragula a Juriſconſulto dicta ſunt, quæ equis inſterni ſolebant. Ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula hæc.

Bubâlis, le, idem quod bubalinus, ut bubale fruſtum, *Petron. in Satyr. c.* 35. Id eſt fruſtum carnis bubulæ.

Bubâlus, m. 2. *bufalo*, יחמור, Germ. *ein buffel*, Gall. *buffle*, Hiſp. *bufalo*, βούβαλος, animal ſimile bovi, vel ſilveſtris bos, colore nigro, fortiſſimis cruribus, & brevibus, cornua habens longa, inflexa, nigra, parvæ caudæ, magnæ velocitatis. Sed *Plin. l.* 8. *c.* 15. dicit, imperitum eſſe vulgus, quod boum ferorum genus, qui in Germania gignuntur, bubalos appellat, quia bubali beſtiæ ſunt Africæ vituli potius, vel cervi quadam ſimilitudine. *Martial. de Spectac. epigr.* 23. Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon.

Bubalus, Bupalus, pictor, qui cum Hipponactem Poetam deformi figura pictum omnium riſui expoſuiſſet, tam mordaci ab eo carmine fuit perſtrictus, ut laqueo vitam finiret.

Bubâſis, idis, patronym. fem. a Bubaſo. *Ovid. Met. l.* 9. *v.* 643. Bubaſides videre nurus. *h. e.* nurus Cariæ.

Bubaſtia, Sacra, quæ in honorem Dianæ quotannis celebrabantur apud urbem Bubaſtum. *Gratius in Cyneget. v.* 42. Vix operato ſua ſacra ad Bubaſtia lino.

Bubaſtus, & Bubaſtis, Hephæſtus, *Pibeſeth*, vel *Aziosh*, Βούβαστος, urbs E. Ægypti inf. ad Nilum, extra Deltam, a Peluſio 30. M. P. in Auſt. in qua templum erat Dianæ, vel potius Iſidis, quæ Bubaſtis propter fabuloſam metamorphoſin in bovem dicta eſt, *Ovid. Met.* 9. 691. Cum qua latrator Anubis, ſanctaque Bubaſtis.

Bubâſus, Regio Cariæ. *Plin. l.* 5. *c.* 18.

Bubile, n. 3. *ſtalla da buoi*, *bovile*, רפת, Ger. *ochſenſtall*, Gal. *étable a beufs*, Hiſp. *eſtablo para bueyes*, βουστάσιον, boum ſtabulum, quod & bovile dicitur. *Cat. R. R. c.* 4. Bona bubilia, bonos præſepes. ¶ Revera adjectivum eſt, unde *bubilem* in accuſ. dixit *Plaut. Perſ.* 2. 5. 18. ubi ſubaudire potes *caulam.*

Bubino, as, 2. 1. menſtruo mulierum ſanguine inquino, a *bue*, unde *imbuo*. *Feſtus.*

Bublînum, ſeu bublinum, vini genus imbecillimi, a Byblo urbe Threciæ, vel a byblo, ſeu byblo, ſtirpe Ægyptia, quæ aliter papyrus dicitur, & aquatica eſt. *Feſtus.*

Bubo, onis, 3. m. & fem. ſecundum Priſcianum, *barbagiani*, בום, Germ. *ein uhu*, Gal. *hibou*, Hiſp. *buho*, βύας, avis feralis, debilis ad volandum, in cavernis commorans, ſpecie ſimilis noctuæ, ſed magnitudine non minor aquila, ſic dicta a ſua voce, unde verb. *bubulo*. *Virg. l.* *Æn.* 4. Solaque culminibus ferali carmine bubo. Ubi ſubintelligitur, *avis*, ait *Serv.* qui negare videtur eſſe generis femin. *Ovid.* 5. *Met. v.* 55. Ignavus bubo. ¶ Bubo item tumor eſt præter naturam, in quacunque corporis parte, ſed maxime circa inguina, a βουβὼν, inguen, tumor inguinis, nempe a βοῦ particip. augmentativa, & βάω, eo. Sed in hac ſignificatione vox Græca eſt, non latina.

Bubo, is, ire, verbum effictum ad exprimendam Bubonis, vel ſimilis avis vocem. Auctor carminis de Philomela. Inque paludiſonis butio bubit aquis. Al. leg. butit.

Bubôna, f. 1. boum Dea habita eſt, ut Pomona pomorum. *Auguſtin. de Civ. Dei.*

Bubonium, n. 2. Βουβώνιον, herba, quæ tumoris inguinum præſentaneum remedium eſt, a βουβὼν, *inguen*, *tumor inguinis*. Hinc Latine *inguinalis* dicitur. Vocatur etiam Aſter Atticus a capitulis quibuſdam, quæ in cacumine habet ſtellæ in orodum radiata. *Plin. l.* 26. *c.* 5.

Bubonocêle, βουβωνοκήλη, herniæ ſpecies, cum inteſtinum, aut omentum non infra ſcrotum deſcendit, ſed in inguine retentum ipſum tumefacit. Latini appellant ramicem inguinis.

Bubſêqua, m. 1. *bifolco*, βουκόλος, bubulcus, qui boves ſequitur. *Sidon. ad Eutrop. l.* 1. *ep.* 6. Bubſequas ruſticantes, ſubulcoſque runcantes.

Bubulcito, 2. 1. vel bubulcitor, d. 1. βουκολέω, bubulcum ago, boves paſco, a *bubulcus*. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 50. Decet me amare, & te bubulcitarier. *Apul. l.* 1. *Florid. p.* 343 Nihil amplius, quam bubulcitare, novere. ¶ Metaphorice eſt declamitare more bubulcorum, verius, quam Oratorum. *Varr.* apud *Non.* 2. 85. Quod apud Plotium Rhetorem bubulcitaret.

Bubulcus, m. 2. *bifolco*, בוקר, Germ. *ochſenbert*, Gall. *bouvier*, Hiſp. *boyero*, βουκόλος, qui bobus arat, vel qui boves paſcit. *Cic.* 1. *de divin. c.* 27. Mane bubulco præſto ad portam fuit.

Bubulinus, a, um, idem quod bubulus. *Veget. de re Veterin. l.* 1. *c.* 13. Stercus bubulinum.

Bubûlo, as, are, verbum exprimens bubonis vocem. *Auctor carminis de Philomela v.* 37. Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubûlus, a, um, o. 1. 2. *bovino*, בקרי, Ger. *ochſern*, Gal. *de beuf*, Hiſp. *bovuno*, βόειος, bovinus. *Plin.* Stomachum exulceratum lactis aſinini, ac bubuli potus reficit. ¶ Bubulum pecus, apud *Varr.* eſt boum grex. ¶ Apud *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. habetur *bubula* ſubſtant. h. e. bubula caro.

Bucæda, æ, m. 1. qui bubulis loris cæditur. *Plaut. Moſtell.* 4. 2. 1. Illi bucædæ erunt potius, quam ego ſim reſtio.

Bucardia, f. 1. βουκαρδία, lapillus bubulo cordi ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Bucca, æ, f. 1. *bocca*, פה, Ger. *mundt*, Gal. *bouche*, Hiſp. *boca*, γνάθος, oris concavitas interior intra malas a mento ad oculos, quo ſpiritu a pulmone revocato, & oppreſſis labiis retento inflatur. *Horat. l.* 1. *ſerm.* Quid cauſæ eſt, merito quin illis Jupiter ambas iratus buccas inflet? *Perſ. Sat.* 5. *v.* 13. Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶ Reperitur etiam pro maxillis exterioribus, *guance*. *Plaut. Truc.* 2. 2. 35. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. ¶ Quidquid in buccam veneris, effutire, garrire, loqui, eſt loqui temere, & ex tempore, *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 12. ¶ Bucco etiam dicitur, qui buccina canit, tibicen, quia buccas inflat. *Juven. ſat.* 3. *v.* 35. Notæque per oppida buccæ. ¶ Item bucella, fruſtum panis. *Martial. l.* 10. *epigr.* 5. Oret caninas panis improbi buccas. ¶ Buccas inflare, & buccas rumpere de ſuperbis dicitur, item de iratis. Exempla attulimus ex *Horat.* & *Perſ.* Græci quoque de ſuperbis dicunt φυσᾶν τὰς γνάθους.

Buccea, ceæ, f. 1. *boccone*, פת, Germ. *mundvoll*, Gal. *morceau*, Hiſp. *bocado*, ψωμίον, a bucca fit, & ſignificat fruſtulum alicujus rei eſui aptæ, quantum ſcilicet bucca commode capit. *Suet. in Auguſt. c.* 76. Duas bucceas manducavi, priuſquam ungi inciperem.

Buccella, læ, f. 1. diminut. a *bucca*, & ſumitur pro fruſtulo dulciarii panis aut alterius exquiſiti eſculenti. *Martial. l.* 6. *epigr.* 75. Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ, ſive femur leporis, ſive quid his ſimile, Buccellas miſiſſe tuas te, Pontia, dicis. ¶ Eſt etiam panis in modum coronæ factus, qui ab Imperatoribus Romano populo diſtribui aliquando ſolebat. *l.* 14. *Cod. Theodoſ. tit.* 17. *leg.* 5.

Buccellâris, e, adject. ut buccellaris farina, *Plin. Valerian. l.* 2. *c.* 6. h. e. ex buccellato bene tunſo confecta. ¶ Subſtantive *Buccellare* videtur eſſe vas ad coquendum. *Marcell. Empir. c.* 23. in buccellari decoquere.

Buccellarius, ii. Buccellarii ſunt domeſtici ſtipatores, & cuſtodes corporis domini ſui, ita dicti, quod ejus buccea vivant. *Leg.* 10. *Cod. ad leg. Jul. de vi public.* ¶ Suidæ Buccellarii ſunt Gallogræci, quod hi potiſſimum ad hoc miniſterium eligerentur. *Turneb. Adverſ. lib.* 24. *c.* 16. & *l.* 26. *c.* 15.

Buccellâtum, n. 2. *biſcotto*, παξαμάδιον, panis ſex unciarum, vel panis caſtrenſis, vel nauticus, quod in buccellas, & quaſi teſſellas fruſta confectus ſit. *Ammian. l.* 17. *c.* 17. (al. *c.* 8.) Frumentum ad uſus diuturnitatem excoctum; buccellatum, ut vulgo appellant, humeris impoſuit libentium militum. Adde *Sparrian. in Nigro c.* 10.

Buccina, æ, f. 1. vel buccinum, i, n. 2. *corno*, *tromba*, שופר, Germ. *trommet*, *trommet*, Gal. *cornet*, *trompette*, Hiſp. *bozina*, *trompeta*, σάλπιγξ, tuba, βυκάνη, bucina, e ſimilitudine ſoni, quia quaſi *bou*, *bou* canit, ut *Varro*, *Iſidorus*, *Feſtus* volunt, vel a vocando, quaſi *vocina*, ut *Iſid.* vel a *bucca*, per diminutionem. Propter hanc opinionum varietatem de etymologia, tui arbitrii erit, utrum ſimplici c hoc nomen an duplici ſcribas. ¶ Aliqui buccinam a tuba diſtinguunt, quia buccina propriæ ſit cornu recurvum, quod modo tubæ inflatur, qualis tuba paſtoralis eſt, qua boves, oves, porci &c. convocantur; tuba ex ære, vel argento conflari ſolent ad animos militum, vel equorum inflammandos, ad lætitiam feſtorum dierum, conviviorum, &c. *Apul. l.* 3. *Flor.* Sed nec ex ea communi, nec ex uſu loquendi hæc diſtinctio robur ullum habet. *Cic. pro Mur.* Illum buccinarum cantus exſuſcitat. *Plin. l.* 11. *c.* 10. de Apibus loquens. Donec una excitet gemino, aut triplici bombo, ut buccino aliquo. ¶ *Prima*, *ſecunda*, *tertia buccina* eſt prima, ſecunda, tertia vigilia

gilia noctis. Nam in caſtris vigiliarum ſignum buccina dabatur. *Propert. l. 4. eleg. 4. v. 61.* Et jam quarta canit venturam buccina ſignum. ¶ Dies quoque partes buccinæ ſono aliquando indicari ſolitæ. *Senec. in Thyeſt. v. 798.* ¶ Urbane *Juvenal.* 14. 152. quam fœde buccina famæ! ¶ Dicitus etiam de paſtorali tuba. *Var. R. R. 2. 4. & 3. 13.* ¶ Eſt etiam buccinum minoris conchæ genus, apud *eund. l. 9. c. 36.*

Buccinator, m. 3. præco, tubicen, *trombetta*, בוקצין, Germ. *trommeter, trommenbleſer*, Gal. *trompette, ſonneur de cornet*, Hiſp. *bozinero, trompeta*, σαλπιγκτής, qui buccina canit. *Caſ. l. 2. B. C. c. 35.* Buccinatore in caſtris, & paucis ad ſpeciem caſtrorum in tabernaculis relictis. ¶ Per tranſlationem pro laudatore ponitur, *laudatore. Cic. Ter. Fam. l. 16. ep. 21.* Te buccinatorem fore exiſtimationis meæ.

Buccino, n. 1. *ſonare de cornetto*, הריעו, Ger. *hornblaſen*, Gall. *trompetter*, Hiſp. *trompetear*, σαλπίζω, buccina cano. *Var. l. c. de R. R. c. 4.* Cum buccinatum eſt, &c.

Buccinum, V. Buccina.

Buccinus, i, m. *trombetta*, buccinator. *Petron. in frag. Tragur. c. 74. edition. Burm. de gallo gallinaceo.* Non ſine cauſa hic buccinus ſignum dedit.

Bucco, onis, m. 3. *arrogante, ſcocco*, arrogans, vel garrulus, qui laudes ſuas plena buccia prædicat, paraſitus, ſcurra. *Plaut. Bacch.* 2. 1. Stulti, ſtolidi, buccones, &c.

Buccula, *boccuccia, guanzia*, dimin. a bucca, pro ore, puſilla bucca. *Suet. in Galba c. 4.* apprehenſa buccula pueri. ¶ Hinc pars caſſidis buccula dicitur, ſcil. quæ buccas, ſeu genas tegit, quæ a *Cæſare* buccarum tegmen appellatur. *Juv. ſat.* 10. v. 133. Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens. v. 134. ¶ Apud *Vitruv. l. 9. c. 13.* Bucculæ ſunt regulæ in catapultis, quæ dextra ac ſiniſtre ad canalem, in quo telum ponitur, affiguntur.

Buccularius, ii, m. qui bucculas facit. *Dig. lib. 50. tit. 6. leg. ult.* ubi alii aliter leg.

Bucculentus, a. 1. 2. qui magnam habet buccam. *Plaut. in Merc.* 3. 4. 54. Varum, ventroſum, bucculentum.

Bucephalus, m. 2. a βοῦς, bos, & κεφαλή, caput, fuit equus Alexandri Magni, ſic dictus per excellentiam a figura taurini capitis armo impreſſa, quæ generoſioribus Theſſaliæ equis imprimebatur, ex qua omnes *bucephali* dicebantur, vel quod latitudine frontis bubulum caput referret, vel ab aſpectu torvo, vel ſimpliciter a magnitudine, quia βοῦ, magnum ſignificat. *Plin. l. 8. c. 42.*

Buceras, atis, n. βούκερας, herba, quam fœnum græcum vulgo appellant. *Plin. l. 24. c. ult.*

Buceria. V. in Bucerus.

Bucerus, a, um, o. 1. 2. bubulus, cornutus, a βοῦς, bos, & κέρας, cornu, vel ingentia habens cornua, a βοῦ, partic. quæ auget. *Ovid. 6. Met. v. 395.* Armentaque bucera pavit. *Feſtus*: Bucerum pecus de bubus dicimus. *Lucret. l. 2. v. 66.* Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Buceriæque greges. Ubi videtur per Epentheſim interſeruiſſe, i, ut bucerius dixerit pro bucerus. Alii tamen legunt, *Buceraque greges*, Choreo poſito pro dactylo. *Non. c. 2. n. 94.* putat declinari *buceria, æ*, f.

Bucetum, n. 2. vel bucitum, locus, ubi boves, vel armenta paſcuntur. *Gell. l. 11. c. 1.* Buceta in ea terra gigni, paſcique ſolita ſunt plurima. Ita leg. *Gronov.* ex MSS. pro quo quidam leg. *Bucera. Lucan. l. 9. v. 185.* Calidi lucent Buceta Matini. Ubi al. *buxeta*. At *Sidonius Apoll.* ſine controverſia *buceta* habet *l. 2. ep. 2. poſt med.*

Bucina, V. Buccina.

Bucolica, orum, neut. plur. carmen bucolicum, ſeu paſtorale. Titulus eſt Eclogarum Virgilii: a βοῦς, bos, & κόλον, cibus.

Bucolicum, i. n. 2. herba, genus panacis. *Plin. l. 25. 2. 4.*

Bucolicus, a, um, ad bubulcos pertinens, ut bucolicum carmen. *Ovid. 2. Triſt. v. 538. de Virgilio.* Bucolicis juvenis luſerat ante modis. ¶ *Bucolica tome*, βουκολικὴ τομή, apud *Auſon. epiſt. 4. v. 88.* eſt cæſura in verſu hexametro, in quo pes quartus dactylus eſt, & dictionem terminat, ut in illo *Virg. Ecl. 1.* Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. ¶ *Bucolici milites* apud *Capitolin. in Anton. Philoſ. c. 21.* ſunt militia Ægyptii, ita dicti a locis, quæ incolebant, Bucolica appellata.

Bucula, f. 1. *vacchetta*, פרה, Germ. *ein kälblin, ein junge kuhe*, βοίδιον, vacca juvenis, & adhuc tenera, dim. a bove. *Virg. 1. Georg.* Aut bucula cœlum ſuſpiciens.

Buculus, i, parvus bos. *Colum. l. 6. c. 2.* Cum deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito.

Bufo, m. 3. *roſpo*, Ger. *ein krott*, Gal. *crapaut*, Hiſp. *sapo, eſcuerzo*, φρύνη, rana terreſtris nimiæ magnitudinis, & venenata, a βου partic. quæ magnitudinem ſignificat, vel a βοῦς, & φόω, φόνω, occido. *Virg. 1. Georg. v. 184.* Inventuſque cavis bufo.

Buglossa, ſive bugloſſos, *bugloſſa*, Germ. *ochſenzung*, Gal. *bugloſe*, Hiſp. *bugloſſa*, βούγλωσσον, herba, al. borrago, euphroſynum, nepenthes, a linguæ bubulæ aſperitate, vel figura. *Plin. l. 25. c. 8.*

Bugones, βουγενεῖς, apes, natæ ex bove putrefacto. *Var. l. 2. R. R. c. 5.*

Bugonia, apum generatio. *Varr. R. R. l. 2. c. 5.* Non minus tibi ſatisfaciam, quam qui bugoniam ſcripſit. *h. e.* de apum generatione.

Bulbaceus, a, um, bulboſus, *Plin. l. 21. c. 26.* Radix bulbacea.

Bulboſus, a. 1. 2. quod bulbos habet. *Plin. l. 21. c. 17.* Semipedali radice bulboſa.

Bulbulus, i, diminut. parvus bulbus. *Pallad. de R. R. l. 3. tit. 21.*

Bulbus, m. 2. *bulbo, cipolla*, Germ. *eine wurtzel*, Gall. *oignon, bulbe*, Hiſp. *bulbo*, βολβός, cæpæ genus non abſimile aſcaloniæ, Lat. *allium agreſte*, vel *marinum*, caulem, & folia habens lilio ſimilia, quod Venerem impendio excitat. *Col. l. 10. v. 106.* Jam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi. ¶ Generaliter vero apud idoneos auctores bulbi ſunt radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt croci, narciſſi, & *Plin. 21. 6. & 22. 22. & 19. 4.*

Bule, βουλή, græca vox, qua ſignificatur decurionum collegium, vel ſenatus, præcipue in Civitatibus Græcis, *Plin. l. 10. ep. 117.* Solent totam bulen, atque e plebe non exiguum numerum vocare. Hinc

Buleuta, m. 1. *conſigliero, ſenatore*, Germ. *ein rathsherr*, βουλευτής, Senator, a βουλή, conſilium. *Plin. in Epiſt. 48. l. 10.* Quam buleutæ addunt beneficio tuo.

Buleuterium, locus, quo Senatores conveniunt. *Cic. 4. Ver. c. 21.* In Curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterium vocant. Adde *Plin. l. 36. cap. 15.*

Bulga, f. 1. *baglia, biſaccia*, ילקוט, Germ. *ein bulg, felleiſſ*, Gal. *bouge*, Hiſp. *alforja, a alforxa, bolſa, de cuero*, δερμάτινον ἀγγεῖον, auctore *Feſto* omnis folliculus, ſeu ſacculus ex corio, aut alia materia, ut crumena, ſed præcipue ille, qui peregrinantibus ad brachium pendet, a βολγίς, pro μολγίς, ſaccus coriaceus. *Lucil. Sat. l. 6.* Cum bulga cœnat, dormit, lavat. *Non. c. 2. n. 76.*

Bulimia, βουλιμία, ἡ βούλιμος, magna fames, al. phagedæna, a particula βου quam amplis rebus Græci proponunt, & λιμός, fames. *Feſtus*. V. Bu. *Gellius l. 16. c. 3.* vim famis intolerabilem interpretatur. Medici appetitum caninum vocant.

Bulimo, as, are, magna fame laboro. *Theodor. Priſcian. l. 2. c. 29.* Edaces bulimantes.

Bulla, f. 1. βοῦλλα, inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima, item puerorum ingenuorum, pro ea ætate, qua toga prætexta utebantur. Erat hæc bulla (ut *Macrob. 1. Saturn. c. 6.* ſcribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Libertinorum vero filii lorum in collo pro bullæ decore geſtabant. *Aſcon. in Verr. 3.* Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea. ¶ Ab hujus rei ſpecie dicta bulla πομφόλυξ, tumor quidam excreſcens in aqua, cum bullit, & in urina cum ſpumam facit, & repente evaneſcens. Sed *Voſſius* vult, bullam triumphantium, & puerorum nomen dediſſe, ſed accepiſſe nomen per metaph. ab illo tumore, qui in aqua naſcitur. *Ovid. Met. 10. v. 732.* ut pluvio perlucida cœlo ſurgere bulla ſolet. ¶ Bullam pueri uſque ad pubertatem ferebant, puberes facti Laribus ſuſpendebant, ut puellæ Veneri pupas ſuas. *Perſ. ſat. 5. v. 30.* Cum primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit, Bullaque ſuccinctis laribus donata pependit. ¶ In oſtiis quoque bullæ dicuntur umbellata clavorum capita. Nam more bullæ quaſi turgentia formata ſunt. *Plau. in Aſin. c. 4.* Juſſiſti in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris. *Cicero* etiam dicit, *6. Verr. c. 56.* Verrem bullas aureas ex valvis templi magnificentiſſimi abſtuliſſe. ¶ Denique bullæ dicuntur ornamenta in cingulis, in ephippiis, pectoralibus, habenis equorum &c. *Calphur. in Buc.* Alternas vitrea lateralis cingula bullas. *Apul. l. 6.* Bullis multis aureis inoculatum, veluti ſtellis relucentem. ¶ *Homo bulla*, proverb. *Varronis* eſt, *l. 1. R. R. c. 1.* quia ſcil. ſimilis bullæ vita hominis eſt, fluxa, & momento caduca. ¶ *Bulla dignus* dicitur, qui puerilia facit. *Juvenal. ſat. 14. v. 4.*

Bullatio, onis, f. 3. hoc ſubſtantivum *Harduinus* a MSS. *Plinio* vindicavit *l. 34. c. 14. ſub fin.* ubi ait: Non ille magnes verus, cautes continua, ſed ſparſa bullatione: *h. e.* lapidem illum bullarum inſtar per agros ſpargi, non e continua rupe excidi. Al. leg. *bubbatione*.

Bullatus, a, um, bulla inſignitus. *Juven. ſat. 14. v. 4.* Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & hæres bullatus. *h. e.* parvulus, ut qui adhuc bullas geſtet. *Perſ. ſat. 5. v. 19.* Bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat. *Bullatæ nugæ* ſunt argumenta inania, in quibus nil utilitatis ineſt, mera verba. Al. leg. *pullatæ*.

Bullio, is, ivi, itum, n. 4. *bollire*, רתח, Germ. *ſieden*, Gall. *bouillir*, Hiſp. *bullir*, ἀναβράζω, ferveo, bullas emitto, a *bullis*, quas in aqua fervida videmus. *Celſ. l. 5. c. 19.* Spumæ argenti ſelibra cocta, donec bullire deſierit. ¶ Tranſlate *Apulej. l. 10. Metam.* Bullire indignatione. *h. e.* fervere ira.

Bullitus, us, bulliendi actus, *bollimento*, ἀνάβρασις, *Vitruv. l. 8. c. 3.* Aquæ bullitus.

Bullo, as, n. 1. bullas emitto, ἀναφυσάω. *Cat. de R. R. c. 105.* Ubi bullabit vinum, ignem ſubducito. *Celſ. l. 2. c. 7.* Si urina bullata, aut male olet.

Bullula, f. 1. parva bulla. *Celſ. l. c. c. 6. de urina*, Si bullulas excitat.

Bumamma. V. Bumaſtus.

Bumaſtus, i, f. βούμαστος, f. 2. uvæ genus craſſioris, a βοῦ, quæ vox magnitudinem ſignat, vel a βοῦς, bos, & μαστός, mamma, quia intumeſcit inſtar magnæ mammæ, vel inſtar mammæ bovis fœminæ. *Virg. 2. Georg. v. 102.* ¶ Dicitur etiam *bumamma* eadem ratione. *Var. l. 2. R. R. c. 5.*

Bumelia, f. 1. βουμελία, fraxini ſpecies in Macedonia. *Plin. l. 16. c. 14.*

Bunias, adis, f. 3. napus ſylveſtris, a βουνός, *collis*, quia figura colles refert. Nam in altum excreſcit cum orbiculari tumore. Differt a bunio. Nam *Plin. l. 20. c. 4.* duas napi ſpecies facit, quarum altera *bunium*, altera *bunias* ab illo vocatur.

Bunium, V. Bunias.

Bupalus, Chius quidam marmorarius, aut pictor. Hic una cum fratre Athenide cum imaginem Hipponactis poetæ ob inſignem fœditatem, ridendam expoſuiſſet, eos Hipponactes tam amaro carmine eſt perſecutus, ut ad laqueum compulerit. *Horat. Epod. 6.* Qualis Lycambæ ſpretus infido gener, aut acer hoſtis Bupalo. ¶ Hanc tamen hiſtoriam vanam arguit *Plin. l. 36. c. 5.*

Buphthalmos, i, m. βούφθαλμον, herba, Latin. bovis oculus, a βοῦς, bos, & ὀφθαλμός, oculus, quod oculorum bovis gerit ſimilitudinem *Plin. l. 25. c. 8.*

Bupleuron, i, n. βούπλευρον, herba caule cubitali, foliis multis, longiſque, capite anethi. *Plin. l. 22. c. 22.*

Bupreſtis, is, f. animal ex genere cantharidum, ſcarabeo longipedi ſimile venenatum, ſanguine carens, a βοῦς, bos, & πρήθω, incendo, inflo, quod boves inter herbas fallit, & eos inflat. Apud Juriſconſ. *tit. ad l. Cornel.* ſcribitur, Si qui temere pigmentarii dederint pityocampas, aut bupreſtes, quæ ambo venenata ſunt, teneri pœna legis Corneliæ de ſicariis, & veneficis. ¶ Eſt & bupreſtis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. *Plin. l. 22. c. 22.*

Bura, æ, & Buris, is, pars aratri poſterior curvata, qua aratrum regitur, quaſi βοὸς οὐρά, quod ſimilitudinem habeat caudæ bovis. Ita vulgo quidem creditur, & confunditur *buris*, & *ſtiva* ſignificatio; ſed revera buris eſt potius curvamen illud aratri, cui vomer inſeritur, ſtiva autem pars illa, quæ bubulci manu tenetur. *Var. l. 1. R. R. c. 19.* Sæpe fracta bura, relinquunt vomerem in aratro. *Virg. 1. Georg. v. 169.* Continuo in ſilvis magna vi flexa domatur in Burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.

Burdigala, Burdegala, *Bourdeaux*, Urbs Aquitaniæ, ad Garumnam fl. in ora Oce.

Burdigalenſis, e, adject. a Burdigala. *Sidon. epiſt. 13. l. 9. in Carm.* Coram diſcipulis Burdigalenſibus.

Burdo, m. 3. *mulo*, ἱππικὸν, qui ex equo, & aſina natus eſt, a פרד, mulus. *Ulpian. leg. 49. l. 3. de Legatis*, *& fideicom.*

Burgarii, orum, qui in Burgis habitant. Extat de his titulus in *Cod. Theodoſ. l. 7. tit. 14.* ubi intelligi videntur ii, qui in Caſtellis limitaneis cuſtodiendæ provinciæ cauſa ponuntur.

Burgi, ſunt arces, & propugnacula in limitibus regionum, a πύργος, turris. Quia vero tractu temporis ex limitaneis arcibus urbes factæ ſunt, inde eſt, quod multarum Germaniæ urbium nomina in burgum deſinunt, ut *Neoburgum*, &c. *Veget. l. 4. c. 10.* Caſtellum parvulum, quem Burgum vocant.

Burgundia, f. 1. *Borgogna*, prov. Galliæ Celticæ, olim ſub Regibus, nunc ſub Ducibus, ubi olim Sequani, & Hedui, nunc Burgundi, Burgundiones, *Borgognoni*. In duas partes Arari fl. dividitur. Prima eſt Ducatus ſub Rege Franciæ, in qua Hedui, cujus caput eſt Divio regionis conventus. Altera eſt Comitatus, *la Franche Conté*, ſeu *Conté de Bourgogne*, ſub Rege Hiſpaniæ, in qua Sequani, cujus urbs primaria eſt Dola, Senatus Sedes.

Burgundiones, um, *Borgognoni*, populi Burgundiæ. In ſingulari numero. *Sidon. carm. 7. v. 234.* Burgundio trux.

Buricus, vel Burichus, i, mannus, mannulus, minor equus. *Vet. Horat. Interpres ad Epod. 4. v. 14.* Manni equi ſunt, quos vulgo burdones, vel bu-

gichus

Digitized by Google

tichos nominamus. Adde *Paulin. Nolan. epiſt.* 29. *c.* 12.

Burræ, arum, ineptiæ, quiſquiliæ. *Auſon. in præfat. ad Latin. Parat.*, At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quiſquilias, ineptiaſque.

Burranica, potio ex lacte & ſapa. *Feſtus*.

Burranicum, genus vaſis. *Feſtus*.

Burrio, is, ire, verbum fictum ad referendum ſuſurros formicarum. *Apul. A. A. l.* 8. *p.* 211. Formicarum nidifica in carioſo ſtipite burriebant. Al. leg. *oberrabant*. Al. *bulliebant*.

Burrus, *roſſo*, πυῤῥὸς, rubeus, rufus, a voce Græca, quæ propoſita eſt. Hinc rubens cibo, ac potione ex prandio *burrus* appellatur. *Feſt.*

Buſelinum, n. 2. βουσέλινον, herba, ſativo apio ſimilis, ſola caulis brevitate, & rufa differens. *Plin. l.* 20. *c.* 12.

Buſiris, m. 3. genit. Buſiris, & Buſiridis, Βούσιρις, Neptuni, & Libyes filiæ Epaphi filius, crudeliſſimus Ægyptiorum Tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivis imperavit. Hic cum hoſpites omnes Jovi immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, cum eaſdem illi inſidias pararet, una cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & miniſtris aræ interfectus eſt. ¶ *Statius* mediam ſyll. corripuit, 12. *Theb.* Non trucibus monſtris Buſirim, infandumque dediſti Cercyona. ¶ Eſt & Buſiris nomen urbis in Ægypto, *Boſire*, ad Nilum ſit. a Buſiride condita, in qua fuit templum magnum Iſidis. Hinc Buſiritica Præfectura apud *Strabonem lib.* 17.

Buſycon, βούσυκον, ficus erat præcipuæ magnitudinis, ſed fatuo ſapore, quæ alio nomine Marſica dicitur. *Feſt.* in voce *Bulima*, & *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 5.

Buſtuus, a, um, buſto proximus. *Plaut. Truc.* 2. 7. 48. Odio es, confoſſus, buſteus. Verum hæc lectio mire varia.

Buſticetum, i, locus buſtis frequens, vel buſtum in agro. *Arnob. l.* 7. *p.* 222. Uſtrinæ rogi fiunt, & buſticeta. Et *l.* 1. *p.* 24. Concrematus in funeſtis buſticetis Hercules.

Buſtirăpus, i, qui lucri cauſa buſta ſpoliat: & ſumitur pro quovis ſceleſto. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 127. Verbero, buſtirape, furcifer.

Buſtalis, le, ad buſtum pertinens. *Sidon. l.* 3. *ep.* 12. Refertus buſtualibus favillis. *Prudent. Cathemerin.* 9. *v.* 52. Suetos antro buſtuali ſub catenis frendere.

Buſtuarius, a, um, adject. a buſto, buſtualis, ut buſtuarii gladiatores, *Cic. in Piſ. c.* 9. qui ſc. ante buſta dimicabant. Buſtuaria mœcha, quæ inter buſta proſtat. *Martial. l.* 3. *epigr.* 93. ¶ Buſtuarius, ii, ſubſtant. *Ammian. lib.* 18. *c.* 4. eſt libitinarius, ſc. qui curat funera, & corpora comburit.

Buſtum, i, n. 2. *ſepolcro*, קבורה, Germ. *ein grab*, Gal. *ſepulcre*, *tombeau*, Hiſp. *la ſepoltura*, *ſepulcro*, τύμβος, ab urendo dictum. Nam veteres & uro, & buro dixere. Quid autem ſi buſtum, exponit *Feſtus* his verbis. Buſtum propria dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus, & ſepultus, diciturque buſtum, bene uſtum. Ubi vero combuſtus quis tantummodo, alibi vero ſepultus, is locus ab urendo uſtrina vocatur. (*quod Serv.* Uſtrinum *appellat*) Hactenus *Feſtus*. Quia vero antiquitas ibi fere ſepeliebantur corpora, ubi cremabantur, ideo buſtum ſæpe pro ſepulcro accipitur. Hinc buſtum facere, violare, *Cic. Philip.* 1. *cap.* 2. & *de Legib. l.* 2. *c.* 26. ¶ Buſtum inane apud *Stat.* 6. *Theb. v.* 569. idem eſt ac cenotaphium, tumulus honorarius, *Suet. in Claud. c.* 1. *Depoſito*. ¶ In buſtis hiſce ædificia ſubterranea fieri ſolebant, in quæ per gradus deſcendebatur, eoque confugiſſe plebem Rom. Nerone Urbem incendente, auctor eſt *Suet.* in ejus vita, *c.* 38. Scorta quoque ibi delituiſſe, colligimus ex *Martial. l.* 1. *epigr.* 35. Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas. In buſta quoque ſe recipiebant Chriſtiani perſecutionis tempore. V. *Kirchman l.* 3. *de fun. c.* 21.

Butĕo, onis, m. 3. *poiana*, τριόρχης, avis ex genere accipitrum, a Syro בוצא, durapin, vel a *bubo*. A Græcis dicitur τριόρχης, triteſtiger, quod tres habeat teſtes, a τρεῖς, tres, & ὄρχις, teſticulus. Huic avi Phæmonoe Apollinis filia in auguriis principatum dedit. *Plin. l.* 10. *c.* 8. ¶ Buteonum item nobilis Romæ familia fuit ex Fabia gente, ita dicta a buteone ave, quæ proſpero auſpicio in Fabii ducis nave conſedit. *Plin. loc. cit.*

Butes, ſeu Buthes, æ, m. Βούτης, filius fuit Amici, Bebryciorum Regis, qui ob ſævitiam patris ab Argonautis cæſi Regno pulſus, parvo navigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi a Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt, a qua cum ob formæ, morumque, & ætatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu uſus Erycem filium ex ea ſuſcepit. Et quoniam Lycaſte ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus eſt locus fabulæ, Butem ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. *Virg. lib.* 5. *Æn.* Butem a Darete juxta tumulum Hectoris occiſum tradit. ¶ Alius fuit Trojanus, qui a Camilla occiſus eſt. *Virg.* 11. *Æn.*

Buthrotius, a, um, ad Buthrotum pertinens. *Cic. ad Plant. poſt epiſt.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Buthrotius ager.

Buthrotum, n. 2. Buthrotus, f. 2. *Butrinto*, oppid. Epiri, ſeu Albaniæ, in Chimæra regione contra Corcyram. *Virg.* 3. *Æn. v.* 292.

Buthyſia, æ, f. 1. βουθυσία, magnum ſacrificium appellavere, qualis eſt hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarum, a βοῦς, bos, & θυσία, ſacrificium. *Suet. in Ner.* Inter buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit.

Butio, onis, ardea ſtellaris minor, *Buzzago*, *bozzago*. *Auctor Carminis de Philom. v.* 42. Inque paludiferis butio bubit aquis.

Butubata, ſeu buttubata, n. 2. o. plur. res nugatoriæ, a בוטו בוטה, *bottorum garriens*. *Nævius* apud *Feſt.*

Butyrum, n. 2. *butiro*, חמאה, Germ. *butter*, Gal. *beurre*, Hiſp. *manteca*, βούτυρον, portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione a ſero ſeparatur, & coaleſcit in ſe, atque ſolidatur, a βοῦς, *bos*, & τυρός, *caſeus*, & *coagulum*, a τυρόω, agito, turbo, miſceo. Fit enim potiſſimum ex lacte bubulo. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Butyrum recens. ¶ Habet penultimam ſyllabam indifferentem, quam *Macer*, & *Serenus* corripuerunt, *Sidonius* vero, aliique nonnulli produxerunt.

Buxans, antis, nom. ex particip. buxoſus, buxo ſimilis. *Apul. l.* 8. *p.* 211. Buxanti pallore trepidas.

Buxētum, n. 2. *luogo*, *dove ſono molti boſſi*, Gal. *lieu planté de buis*, Hiſp. *boxedal*, πυξεών, locus buxis conſitus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Tonſilique buxeto.

Buxeus, a, um, o. s. 2. *di boſſo*, πύξινος, quod ex buxo eſt, vel quod buxi colorem imitatur. *Mart.* Dentes piceique, buxeique. *l.* 2. *epigr.* 41.

Buxifer, o. 1. 2. πυξοφόρος, ferens buxum, ut Buxifer Cytorus. *Catul. carm.* 4.

Buxōſus, o. 1. 2. πυξοειδής, buxo ſimile, ut Lignum balſami buxoſum. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Ex hoc buxoſum eſt optimum.

Buxus, f. 2. *boſſo*, Ger. *buchsbaum*, Gal. *buis*, Hiſp. *box*, πύξος, arbor exigua, ſemper virens, & tonſilis, a πύξος, tenui converſa in media, πύξος autem eſt a πυκνῶς, denſe, ſpiſſe. Producit ex ſe viſcum, & ſemen, ſeu granum, quod *cortegon* dicitur, omnibus animalibus inviſum, lignum habet adeo durum, ut cariem non ſentiat, tam ponderoſum, ut in aqua ſubſidat. ¶ Lignum g. n. *buxum* appellatur. Nam in pleriſque nominibus arbores ſunt f. g. fructus vero, & ligna neutrius. *Virg.* 2. *Georg. v.* 449. torno raſile buxum. ¶ Quandoque buxus ponitur pro tibia buxea. *Ovid.* 14. *Met. v.* 541. Inflati murmure buxi.

B ANTE Y.

Byblis, idis, f. 3. filia Mileti ex Cyane nympha, quæ a fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulſa, impatientia amoris in fontem ſui nominis eſt mutata. *Ovid.* 9. *Met. Fab.* 11. Hanc tamen eandem narrat *l.* 1. *de Arte Amandi*, laqueo vitam finiiſſe. ¶ Eſt etiam hujus nominis inſula parva, & rotunda, cum oppido, in mari Mediterraneo. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Byrrus, V. Birrus.

Byrſa, f. 1. *cuojo*, עור, Ger. *leder*, Gall. *cuir*, Hiſp. *cuero*, βύρσα, corium, ac tergus Græcis dicitur. Hinc Arx in media Carthaginenſium Urbe *Byrſa* appellata eſt. Dido enim, cum fratrem fugiens in Africam perveniſſet, emit ab Jarba Rege tantum ſoli, quantum taurino tergore poſſet circumdari, diſſecto deinde tergore in minutiſſima filamina, tantum loci eo circumdedit, quantum arci extruendæ ſat eſſet. *Virg.* 1. *Æn. v.* 371. Aliam hujus appellationis originem affert *Scalig. in Animadverſ. Euſeb.* quod ſcil. apud Phœnices *Byſuma* (unde poſtea *Byrſa*) arx dicatur.

Byſſinus, a, um, ex byſſo, ut linum Byſſinum, *Plin. l.* 19. *c.* 1. ¶ *Lipſius ad Ann. Tacit. l.* 2. obſervat, byſſina, ſerica, & bombycina non raro ab auctoribus confundi: hoc autem intereſſe, quod byſſina e terra naſcantur, ut linum; ſericum ſit lana arborum, quam Seres in ſylvis depectunt, bombycina denique ſit e vermibus.

Byſſus, m. 2. *biſſo*, בוץ, Ger. *byſtlich leinwand*, Gall. *fin lin d' Achaie*, Hiſp. *lino finiſſimo*, βύσσος, genus lini candidiſſimi, tenuiſſimi, molliſſimi, ex terra naſcens, in India, & in Ægypto, a vocibus Græca, & Hebr. quæ propoſitæ ſunt. Sed alii aliter dicunt. Philoſtratus ait, byſſum ex quadam arbore naſci, quæ altitudine populos æquat, foliis ſalicibus æquiparatur. ¶ Aretas in Apocalypſin interpretatur corticem arboris Indicæ in lignum redactam. ¶ Alii dicunt, byſſum eſſe coloris pene aurei. ¶ Alii multa eſſe genera byſſi, lanam etiam conchæ adhærentem, colore luteo, ac perlucido, byſſum appellari. ¶ Alii dicunt byſſum genus, non lini, ſed coloris, lutei, ac perlucidi, colorem hunc & byſſinum, & byſſum dici, fieri, ſi cocco tinctum Tyrio tingatur. ¶ Quicquid ſit, byſſum in deliciis fuiſſe mulierum, & natum primum in Achaja, ſcribit *Plin. l.* 19. *c.* 1.

Bythos, m. βυθός, profunditas; unus ex æonibus Valentini. *Tertul. Valent. c.* 7.

Byzantiăcus, &

Byzantīnus, &

Byzantius, a, um, adject. a Byzantio. *Stat. l.* 4. *Sil.* 9. Aut Byzantiacos colunt lacertos. *Auſon. de Conſtantinopoli*, & *Carthagine*: Tu cum Byzantina Lygos, tu Punica Byrſa fuiſti. *Cic. de Provinc. Conſ. cap.* 3. Urbe Byzantinorum, h. e. Byzantii incolarum. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 9. *v.* 31. Byzantia littora.

Byzantium, Bizantium, Conſtantinopolis, *Conſtantinopoli*, Turc. *Stambol*, Βυζάντιον, Urbs Patr. Thraciæ, ad Boſphorum, inter Pontum Euxinum, & Propontidem, e regione Aſiæ minoris, contra Chalcedonem urbem Bithyniæ, ambitus 18. M. P. condita a Pauſania Spartanorum Rege, anno Mundi 3469. poſt captam Trojam 96. quando Tarentum, & Locri, deinde inſtaurata, & aucta a Conſtantino Magno, Sedes Imperii Græci, ſeu Orientalis annis 1140., & totius Orientis caput, nunc Regia Turcarum.

DE LITTERA C.

C Litera muta eſt, quæ ante u ſequente vocali in eadem ſyllaba ponitur, ſed profertur ſub voce g ob cognationem literarum, ut Cnidus, Cneus. ¶ Tranſit etiam per compoſitiones, & derivationes in g, ut *Quadringenti* pro *quadricenti*, in ſ, ut *Parco*, *parſi*, in x, ut *Duco*, *duxi*, *noceo*, *noxi*. ¶ Media eſt inter g, & ch. C, dum profertur, extremæ linguæ pars anteriores dentes percutit, ſitque ex eo repercuſſu obtuſior ſonus. Diverſæ regiones diverſimode pronunciant: aliæ ita proferunt, ut magis ad ſonum ſ videatur accedere, aliæ vero nonnihil de ſono g admixtum habent. ¶ Litera triſtis appellatur, quod nota condemnandi eſſet. In judiciis enim Rom. tabellæ ceratæ ternæ ſingulis diſtribuebantur, in quarum una impreſſa erat litera A, ideſt, *Abſolvo*, in altera C, ideſt, *Condemno*, in tertia N. L. ideſt, *Non liquet*. ¶ In notis numeralibus Centum ſignificat. ¶ In notis verborum ſignificat *Caium*. & ſi inverſa ſcribatur *Caiam*.

C ANTE A.

Caballatio, onis, f. pabulum caballi annonæ loco præbitum. *l.* 12. *Cod. Juſtin. tit.* 38. *leg.* 14.

Caballīnus, a, um, adject. a caballo, ut caballina caro. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Fontem caballinum vocat *Perſ. in prol. Sat.* Hippocrenem, quem nimirum Pegaſus equus pede ſaxum feriens aperuit.

Caballus, m. 2. *cavallo*, סוס, Germ. *ein roſſ*, *pferd*, Gall. *cheval*, Hiſp. *cavallo*, ἵππος, dicitur de equis vilioribus, ut qui in piſtrino ſunt, aut qui onera geſtant, a καβάλλω, dejicio, proſterno. *Lucil.* apud *Non.* 2. 134 Succuſſatoris, tetri, tardique caballi.

Cabator, V. Cavator.

Cabera, f. 1. Protei filia, quæ tres ex Vulcano filios genuit, & totidem nymphas. Hinc dicti ſunt Caberi Dii, vel Cabiri. V. Cabiri.

Cabillonenſis, e, pertinens ad Cabillonum, quod eſt Æduorum oppidum in Gallia Celtica, nunc *Challon*, ut Cabillonenſis portus, *Eumen. in paneg. ad Conſtantin. c.* 18.

Cabiri ex *Kippingio antiq. l.* 1. *c.* 3. *n.* 8. floruerunt circa Diluvii Ogygiani tempora, orbemque magicam artem, & incantationes exercendo peragrarunt. Hinc iidem creduntur eſſe, ac Telchines, faſcinatores nempe, ac præſtigiatores. Ex Cabera Protei filia, & Vulcano genitos tradit *Pherecydes*, unde tres Caberos, & tres Caberidas Nymphas enumeret. Alii duos tantum faciunt Cabiros. Manaſeas (ut eſt apud veterem Apollonii interpretem) quatuor, *Cicero* tres *l.* 3. *de nat. Deor.* ex Jove Rege antiquiſſimo, & Proſerpina natus: ſcilicet Tricopatreum, Eubuleum, & Dionyſium. Hinc Dioſcuri, hoc eſt filii Jovis dicti ſunt. etſi quidam putant Dioſcuros appellatos ob excellentiam, & virtutem, quales olim plures artium inventores. Hi enim procul dubio credebantur ferri, atque æris fabricam inveniſſe; qua de cauſa fortaſſe Vulcani filii dicti ſunt. Hinc mirum non eſt, eos fuiſſe divinitate donatos, & quod artium initia olim ſacrarentur, & quod magi Deorum loco haberentur, ut Zoroaſter apud Perſas, & alibi alii. Quidam tamen non deos putant, ſed Deorum miniſtros, & apparitores: quæ eſt opinio *Kippingi l.* 1. *c.* 3. *n.* 1. ¶ Cum inter mortales eſſent, cultum Cereris primi docuerunt. Fuerunt etiam Rhea

magnæ Deorum matris Sacerdotes, cujus ſacra armata ſaltatione (ut inquit *Strabo l.* 10.) tintinnabulis, tympanis, ac tumultu faciebant. Ex quo facile intelligas, fuiſſe eoſdem ac Curetas, Corybantes, ac Idæos Dactylos. ¶ Credebantur ſecuritatem a maris tempeſtatibus iis præſtare, qui eorum ſacris initiati eſſent.

Caca, ſoror Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicaſſe, & ideo meruiſſe, ut diu ibi ara, ſacriſque coleretur. *Lactant.* 1. 20.

Cacabacĕus, a, um, adject. *Tertull. ad Hermog. c.* 41. Motus non turbulentus, nec cacabaceus (h. e. ad ollæ ebullientis ſimilitudinem) ſed compoſitus, & temperatus.

Cacăbo, as, κακκαβίζω, eſt vocem edere, ut perdices faciunt, a κάκκη, ſtercus, quia vox perdicis cacantium, & ſtrepitum ventris emittentium refert ſonum. *Auctor. Carm. de Philomela v.* 19. Cacabat hinc perdix.

Cacabŭlum, vel cacabulus, i, diminut. a Cacabus. *Apic. lib.* 4. *c.* 1. Cuſumeres in cacabulo compones. Et *cap.* 3. Paſſo vel vino dulci temperabis in cacabulo. *Tertull. Apologet. c.* 13. Deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignorando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, in trullam de Minerva, &c.

Cacăbus, vel caccabus, maſc. 2. *paiuolo, laveggio*, λέβης χάλκεος, vas æneum, in quo pulmentarium coquimus, a ſono ca, ca, ca, quem fervende exprimit. *Paul. Juriſconſ.* Inter ahenum, quod ſupra focum pendet, & cacabum non multum intereſt. Nam in hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum caleſcit. Antiqui enim calidam, & frigidam egeni adhibebant. Adde *Varr. l.* 4. *L. L.*

Cacalĭa, f. 1. κακαλία, herba eſt, quæ & *leontice* vocatur, in montibus fere naſcens, folia ferens candida, & magna. *Plin. l.* 25. *c.* 11. & *Dioſcor. l.* 3.

Cacaturĭo, is, 4. *deſiderare di cacare*, χέζειν, cacare deſidero. *Mart. l.* 11. *epigr.* 78. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cacātus, a, um, excrementis fœdatus. *Catull. carm.* 37. Annales Voluſi cacata charta.

Cacemphăton, κακέμφατον. V. Cacophaton.

Cachectes, ſeu Cachecta, æ, m. 1. qui Cachexia laborat. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Cachectæ phthiſici.

Cachectĭcus, i, idem quod Cachetes. *Plin. l.* 30. *c.* 10. Cachetici, quorum corpus macie conficitur.

Cachexia, καχεξία, ſpecies phthiſis, quaſi malus corporis habitus, quo alimenta corrumpuntur, quod fit, cum longo morbo vitiata corpora, etſi illo vacant, alimentum tamen in ſui ſubſtantiam non convertunt. *Celſ. l.* 3. *c.* 22. Græce uſurpat. at Latine *Cæl. Aurelian. Tard.* 3. 6.

Cachinnabĭlis, le, adject. ad cachinnum pertinens. *Apul. l.* 3. *Mileſ. p.* 130. Populus riſu cachinnabili diffluens.

Cachinnatĭo, f. 3. *riſo immoderato*, καγχασμός, diſſolutior riſus. *Cicer.* 4. *Tuſc. c.* 31. Ut ſi ridere conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachinno, onis, qui effuſe, & immoderate ridet. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 12. Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

Cachinnor, aris, depon. & cachinno, as, neut. *ridere troppo*, שחק, Germ. *uber die maſſen lachen*, Gall. *rire fort, ou de toute ſa force*, Hiſpan. *carcajear, dar carcajadas de riſa*, καγχάζω, immoderate rideo: a καγχάζω, extrito γ. *Cicer.* 6. *Verr.* Ridere convivæ, cachinnari ipſe Apronius. ¶ Dicitur & de alio quovis ſono vehementiori. *Attius apud Non. c.* 6. *n.* 86. Sæva ſonando crepitu clangente cachinnant. ¶ *Apul.* cum accuſ. junxit, *l.* 3. *p.* 132. Inſuper exitium meum cachinnat.

Cachinnōſus, a, um, qui ſæpe cachinnat. *Cæl. Aurel. Acut.* 1. 3. Hilares natura, atque cachinnoſi.

Cachinnus, m. 2. riſus ſolutior, καγχασμός, riſus immoderatus, diſſolutus, perſtrepens. *Perſ.* 3. 87. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. ¶ Apud antiquos non de riſu tantum dicitur, ſed & de quovis alio ſono vehementiore. *Catull. carm.* 65. Procedunt, leviterque ſonant clangore cachinni. De undarum ſono loquitur.

Cachle, herba eſt, quæ & buphthalmus dicitur. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Cachryes, pilulæ quædam ſunt, quæ in abiete gignuntur, larice, picea, & ſimilibus arboribus, poſteaquam folia decidere, & hyeme durant. Vide plura apud *Plin. l.* 16. *c.* 8.

Cacizotechnos, κακιζότεχνος, artem damnans, aut corrumpens. Ita cognominatus fuit ab Athenienſibus Calimachus ſtatuarius, quod ſemper eſſet calumniator ſui, nec finem haberet diligentiæ. *Plin.* 34. 8.

Caco, as, a. 1. *cacare*, Germ. zu *ſtuel gehen*, Gall. *chier*, Hiſp. *cagar*, alvum exonero, a κακκάω, quod venit a κάκκη, *ſtercus*. *Mart. l.* 1. *epigr.* 38. Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro, Baſſe, bibis vitro; carius ergo cacas.

Cacodæmon, κακοδαίμων, malus Genius, noxius Dæmon. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. Aſtrologis Cacodæmon dicitur duodecimus ab Horoſcopo locus, de quo *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 20. & 22.

Cacoēthes, dictio tetraſyllaba, gen. n. κακοήθες, mala, & præpoſtera conſuetudo, a κακός, malus, & ἦθος, mos. Eſt autem proprie ulcus ex carbunculi, aut cancri genere: *Celſ. l.* 5. *c.* 27. ¶ Metaphorice ſumitur pro mala conſuetudine. *Juven. Sat.* 7. *v.* 51. Tenet inſanabile multos ſcribendi cacoethes.

Cacophaton, ſeu cacophonia, & cacemphaton, ſeu cacephaton, ul. æſchrologos, & æſchrologia, & cacemphaton, eſt vitium Grammaticale, cum aliquæ voces, vel litteræ ſoni deformis inter ſe concurrunt, ut *Cum notis hominibus*, &c. Cenſetur enim cacophaton, quoties nam particulam n litera ſequitur. V. Grammaticos. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. κακέμφατον vocatur, ſive mala conſuetudine in obſcenum intellectum ſermo detortus eſt, ſive junctura deformiter ſonat.

Cacoſtomăchus, κακοστόμαχος, qui malum, ac debilitatum ſtomachum habet, idaſt, ventriculum. Os enim ventriculi, qui ſtomachus dicitur, pro ipſo ventriculo ſumi ſolet. *Cic. Fam. l.* 16. *epiſt.* 6. græce ſcripſit.

Cacoſynthĕton, κακοσύνθετον, mala, ſeu deformis compoſitio, ut apud *Virg.* 9. *Æn. v.* 610. verſaque juvencum Terga fatigamus haſta. Nam *terga* cum eodem fine caſus terminatur, ut *verſa haſta*. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. ¶ Latinis litteris ſcribitur hæc vox a *Lucil. l.* 9. *Sat.* At non multum abit hac cacoſynthetum, atque canina, &c.

Cacotechnia, κακοτεχνία, ars mala, inventa ad perniciem. *Quintil. l.* 2. *c.* 20. Cacotechniam quidam nominaverunt artis pravitatem.

Cacozelia, κακοζηλία, mala, & indecora affectatio, quoties inſcite virtutem aliquam imitantes in vitium labimur. *Quintil. l.* 8. *c. ult.* habet hanc vocem, ſed litteris græcis ſcriptam.

Cacozēlus, i, *imitatore affettato*, qui imitando peccat. *Suet. Aug. c.* 86. Cacozelos, & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio ſprevit.

Cactos, vel cactus, m. 2. κάκτος, herba eſt, teſte *Plin. l.* 21. *c.* 16. in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet e radice emiſſos, & in terra ſerpentes. Athenæus eam eſſe credit, quæ Latinis carduus vocatur. Hinc *Tertull. de Pall. c.* 2. Eradicato omni aconito hoſtilitatis, & cacto, & rubo ſubdolæ familiaritatis.

Cacubălem, n. 2. herba acinos ferens nigros, quæ a Latinis, quod ſtrumis medeatur, ab effectu ſtrumum appellatur. Vide *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Cacūla, m. 1. militis ſervus, ſuſtibus, clavisque ligneis armatus ad tutelam domini, ἀπὸ τῶν ξύλων, ideſt, a lignis, ſuſtibus, clavis, vel a κακός, imbellis, quod non eſſet in numero militum, ſed imbellium, vel a χάζομαι, quod eſt vitium in militia, cum locum amittunt in acie. *Plaut. Trinum.* 3. *c.* 95. Video caculam militarem me futurum haud longius. ¶ Idem eſt quod *Calo*.

Cacŭlātus, ſervitium, caculæ munus. *Feſtus.*

Cacūmen, n. 3. *cima, ſommità*, ראש, German. *ſpitze hohe*, Gall. *ſommet*, Hiſp. *cumbre*, κορυφή, ſummitas cujuſque rei, a *caput*, & *acumen*, vel a *con*, quaſi *coacumen*, quia acumina in unum coeunt. *Cæſ.* 7. *Bel. Gal. cap.* 83.

Cacumĭnātus, a, um, acuminatus. *Plin. l.* 10. *c.* 52. Ova cacuminata.

Cacumĭno, a. 1. *aguzzare*, acutum reddo. *Ovid.* 3. *Met. v.* 195. Summaſque cacuminat aures.

Cacus, m. 2. Κάκος, filius Vulcani, ab Arcadibus ſic appellatus, quod malus, pravuſque eſſet. Hic Latium undique latrociniis, & incendiis infeſtabat, demum Herculis quoque ex Hiſpania occiſo Geryone redeuntis, & apud Evandrum hoſpitantis boves noctu cauda traxit in antrum ſuum. Quas cum mane diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent, ſcire poſſet, forte fortuna ad hoc antrum pervenit, ſed cum veſtigia omnia foras verſa videret, cum reliquis abiit. Abeuntibus autem ceteris, occluſæ boves illarum deſiderio mugierunt. Hercules audito mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaque clava iratus recurrit, extractumque occidit. *Virg.* 8. *Æn. Liv. l.* 1. *c.* 7.

Cadāver, n. 3. *cadavero*, נבלה, Ger. *ein todter corper*, Gall. *cadaver*, Hiſp. *cuerpo muerto*, τὸ νεκρὸν, ὁ νεκρὸς, τὸ πτῶμα, corpus mortuum, a cadendo, quod abſque anima ſe ſe fulcire nequit. *Servius* deducit a carendo. *Cæſ.* 7. *B. G.* Si pene in ipſis cadaveribus prælio decertare cogerentur. ¶ Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis ſolo æquatis quandoque dicatur. *Sulpic. Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 5. Tot oppidorum cadavera projecta jacent.

Cadaverīnus, a, um, cadaveri ſimilis, vel ex cadavere qui eſt. *Tert. de anima, c.* 32. Ruminare cadaverinam, & humanam: ſcil. carnem.

Cadaverōſus, a, um, cadaveri ſimilis, *morticcio*, νεκρώδης, ut facies cadaveroſa, *Terent. Hecyr.* 3. 4. 27.

Cadiālis, le, ad cadum pertinens, ut *reſina cadialis*, quæ ſcil. cum liquidior ſit, in cadis ſervari ſolet. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 7.

Cadiſcus, Mons Cretæ. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Cadīvus, a, um, *caduco, e cadeva*, quod per ſe cecidit. Unde *cadiva poma* dicuntur, quæ non manu collecta, ſed ſua ſponte in terram ciderc, & cadiva folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. *Plin. l.* 15. *c.* 16.

Cadmēa, f. 1. Καδμεία, auctore *Plutar. in vita Pelopidæ*, arx fuit Thebana, licet nonnunquam pro ipſa ſumatur urbe. *Nepos in Pelopida*: arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit. ¶ *Stephanus* auctor eſt, ipſam etiam Carthaginem olim Cadmeam fuiſſe appellatam.

Cadmēis, idis, patronym. fem. a Cadmo. *Ovid. Met.* 4. *v.* 544. Cadmeida palmis Deplanxere domum. Et *Sen. Herc. Fur. v.* 758. Impiæ Cadmeides. *i. e.* Cadmi neptes.

Cadmēius, a, um, quadriſyllab. Cadmeus. *Stat. Theb. l.* 8. *v.* 520. Levius Cadmeius Æmon Tela rotet.

Cadmēus, a, um, adject. poſſeſſ. a Cadmo, ut Cadmea juventus. *Stat. Theb. l.* 8. *v.* 601. Thebæ Cadmeæ, *Propert. l.* 1. *el.* 7. ¶ Scribitur & Cadmæus per diphthong. Sed minus recte, græce enim eſt Καδμεῖος, non [illegible].

Cadmīa, f. 1. *cadmia*, καδμεία, corpus metallicum, ex quo fuſo æs fit. Ejus duo ſunt genera. Alterum in rivis, & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris ſunt metalla. Atque hoc quidem cadmiæ genus antea *Plin.* cognitum fuit, ut videre eſt *l.* 34. *cap.* 1. & 10. Alterum eſt genus cadmiæ, quod in æratis officinis invenitur.

Cadmus, i, Mileſius, orationis ſolutæ primus auctor, ſecundum. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Scripſit hiſtoriam Mileſiorum, attulit e Phœnicia litteras in Græciam. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Unde *Auſonio epiſt.* 29. literæ vocantur Cadmi filiolæ atricolores. Et *Epiſt.* 21. Cadmi nigellæ filiæ. ¶ Alter Agenoris Phœnicum regis filius, qui ab eo miſſus ad Europam ſororem conquirendam, in Bœotiam pervenit, ibique Thebas condidit, interempto prius Dracone eum locum infeſtante, ex cujus ſatis dentibus homines nati, ipſum Cadmum in Urbis ædificatione juverunt. Ipſe tandem poſt varia diſcrimina in Draconem mutatus eſt. Vide *Ovid. Met.* 3. ¶ Eſt & Cadmus mons Lyciæ apud Laodiceam, ex quo fl. Lycus manat.

Cado, is, cecidi, caſum, n. 3. concido, labor, delabor, decido, corruo, *cadere*, נפל, Ger. *fallen*, Gall. *cheoir, tomber*, Hiſp. *caer, morir, y acontecer*, πίπτω. ¶ Uſurpatur ſæpe abſolute. *Cic. in Orat.* Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet. ¶ Cum dativo. *Plaut. in Men.* Tum dentes mihi cadebant primulum. Cum ablat. & præpoſ. *ab*, *Plin. l.* 16. *c.* 18. Rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. ¶ Cum *de*. *Cicer. de Fato*. Si Deiphobo fatum fuit de equo cadere. ¶ Cum *ex*. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Sponte cadunt ex arbore. ¶ Habet hoc verbum multas egregias, & venuſtas translationes, locutioneſque. ¶ Ponitur enim interdum pro evenire, *accadere*, ſumpta metaphora a talorum jactu. Sic commode, opportune cadere dicuntur res, cum proſpere eveniunt. *Cic. Attic. l.* 3. *epiſt.* 1. Nihil mihi optatius cadere potuit. *Nepos in Miltiad. cap.* 1. Etſi præter opinionem acciderat res. ¶ Item pro venire, incidere, *cadere, incorrere*, ut cadere in ſuſpicionem, in cogitationem, in morbum, &c. *Nepos in Pauſan. c.* 2. & mutata conſtructione: Non cadit in hos mores, in hunc hominem iſte ſuſpicio, *Cicer. pro Sylla*. Sic cadere in diſceptationem. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 2. Et cadere ſub judicium ſapientis, *Id.* 3. *Fin.* Cadere ſub ſenſum, ſub rationem, &c. *Idem*. ¶ Item pro amittere, ut cadere cauſa, *perder la cauſa*. *Cic.* ¶ Item pro mori. *Virg.* 2. *Æn. v.* 426. Cadit & Ripheus. Sic cadere prælio, in prælio, in acie, *Nepos*, & *Curtius*. Hinc cadere alicui Deo dicuntur hoſtiæ, cum mactantur. *Ovid. l.* 4. *Faſt. v.* 653. Hic geminas Rex Numa mactat oves: Prima cedit Fauno, leni cadit altera ſomno. Hinc tranſlate *Corn. Sever. in frag. de morte Cicer.* Noſtræque cadens ferus Annibal iræ. ¶ Item frangi, & debilitari, ut cadit Animus, vultus, &c. Et cadere animis, *perderſi d'animo*. *Cic.* ¶ Aliquando eſt deſinere. *Cic. in Orat.* Verba melius in ſyllabas longiores cadunt. ¶ Cadere etiam ſtellæ dicuntur, cum ad occaſum vergunt, *tramontare*. *Horat. Epod.* 10. Orion cadit. *Virg. Æn.* 2. *v.* 9. Suadentque cadentia ſidera ſomnos. ¶ Cadere formula dicuntur patroni in judicio, cum rem ipſam per formulas non bene expliſent: *Quint. l.* 3. *c.* 6. ¶ Cadere apte, cadere in rem, *venir' a propoſito*. *Cic.* ¶ Cadere dentes pueris dicuntur, cum eos circa ſeptennium mutant. *Plaut. Men.* 5. 9. 57. Et ita intelligendus *Cenſorinus, de die Natali*, c. 4. ¶ Obſcœno ſenſu accipitur apud *Plaut. Perſ.* 4. 4. 104. Libera eris, ſi crebro cades: h. e. viris ſuccumbes. ¶ Cadere pro remittere, paulatim deficere. *Liv. l.* 26. Itaque cadente jam Euro, qui per dies aliquot ſævierat. Et *l.* 36. Ubi primum Aquilones (ii namque per aliquot dies ſævierant) cecidere. Sic dicitur cadere nebula. *Id. l.* 29.

Caducarius, a, um, idem fere quod caducus. *Auguſt. de vita beata, circa med.* ¶ Lex caducaria apud *Ulpian. tit.* 28. *l. cui titulus Tit. ex corp. Ulp.* hæc eſt, quæ agit de hæreditatibus caducis.

Caduceator, m. 3. *ambaſciator de pace*, dicitur legatus pacem petens, a caduceo,

dicto, quod manu geſtat. *Cato* apud *Feſt.* Caduceatori nemo homo nocet. *Liv.* 6. *Bel. Pun.* Aſdrubal caduceatorem mittit.

Caduceatus, a, um, caduceum ferens. *Inſcript.* apud *Ferret.* 10 *Muſ. lapid. pag.* 5. Mercurius petaſatus, & caduceatus.

Caduceum, n. 2. vel Caduceus, m. 2. Mercurii virga, qua ille ad diſſidia, & diſcordias tollendas utebatur, a *cadendo* dicta, quod contentiones, & bella cadere faceret, vel quaſi caruceum a Græco κηρύκειον, ſeu κηρύκιον. Hac virga etiam dicebatur animas ad inferos mittere, aut ex inferis revocare. *Virg. Æn.* 4. *verſ.* 242. Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit. ¶ Eſt etiam inſigna Caduceatorum. Id duobus anguibus circumdatum erat, quia ſicut illi obliti veneni ſui in ſe coeunt, ita hoſtes depoſitis inimicitiis in amicitiam revertuntur, ut exponit *Servius ad Virg. Æn.* 8. *v.* 138. ¶ Caduceum, & haſtam ſimul mittere, eſt optionem facere belli, & pacis. *Gell. l.* 10. *c.* 27. ¶ In maſcul. gen. extulit *Hygin. Aſtronom. c.* 7. Nonnulli faciunt caduceum, &c. Et *Var. de vita pop. R.* Id erat caduceus. Sed *Apul.* in neutro, *l.* 10. *A. A.* Quem Caduceum, & Virgula Mercurium indicabant. ¶ Græci non modo in bellis, ſed & in palæſtra, reliquiſque certaminibus dirimendis caduceo utebantur. Romani pro caduceo ſagmina, quæ herba quædam eſt, ferebant. ¶ Penultima hujus vocis ambiguæ eſt quantitatis. nam Græce per ν ſcribitur, & etiam per ι. *Alciat. in Emblem.* corripuit: geminis caduceus alis.

Caducifer, a, um, caduceum ferens, & pro Mercurio accipitur. *Ovid. Met.* 2. *v.* 710. Hinc ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis.

Caduciter, adverb. antiquum, teſte *Nonio c.* 2. *n.* 172. præcipitanter. *Var.* apud *eund.* Frigidos nimbos aqua ſtta caduciter ruentea.

Cadūcus, a, um, *n.* 1. 2. facile cadens, fragilis, mobilis, mortalis, falſus, incertus, *caduco, mortale, fragile*, Ger. *bawfellig, vergenglich*, Gal. *caduc, periſſable*, Hiſp. *caduco*, ἐπίκηρος, ſignif. momentaneum, quod facile cadit. *Cic. de ſomn. Scip. c.* 4. Infra lunam nihil eſt niſi mortale, & caducum. *Id. de Amic. c.* 27. Res humanæ fragiles, & caducæ ſunt. *Ovid. l.* 6. *Metam.* Caducæ lacrymæ, h. e. cadentes. Sic caduca aqua, caducæ frondes, glandes, &c. *Varr. Lucret. Ovid.* ¶ Hinc caducus homo dicitur, qui comitiali morbo laborat, *che patiſce mal caduco*. *Apul. in Apol. non ſemel*. Ipſe etiam morbus *caducus* dicitur, *mal caduco*. *Apulej. de herb. c.* 60. & *Æmil. Macer, cap. de Ariſtoloch.* Uterque tamen ſcriptor eſt exiguæ admodum auctoritatis. ¶ Caducus etiam dicitur, qui jam cecidit. *Virg.* 6. *Æn. v.* 481. Belloque caduci Dardanidæ. Sic *Horat.* lignum caducum, *l.* 2. *od.* 13. Et caducum fulmen, *l.* 3. *od.* 4. ¶ Tranſlate caduca ſpes, *Ovid.* 9. *Met.* preces caducæ. *h. e.* vanæ, inutiles. *Id.* 5. *Faſt.* caduci tituli, *Plin. in Paneg.* ¶ Apud JCtos *caduca bona* dicuntur, quæ heredem non habent, ideoque vel ad fiſcum pertinent, vel ad ſubſtitutum devolvuntur. Hinc *Cic. Phil.* 10. *c.* 5. Niſi in via caducæ hereditates retardaſſent. *Juven. Sat.* 9. *v.* 87. propter me ſcriberis heres, Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. ¶ Caduca auſpicia dicebantur antiquis, cum aliquid in templo exciderat, veluti virga e manu. *Feſtus*. ¶ Caducæ literæ dicuntur a *Plinio l.* 13. *c.* 12. quæ non inſident in charta, ſed fugiunt, evaneſcunt.

Cadurci, Cadorci, Catorci, populi Galliæ Aquitan. quorum tractus Cadurcenſis ager dicitur *le Quercy*, inter provinc. Petrocoricenſem, Ruthenenſem, Alverniam, & Occitaniam, ubi primaria Cadurcum, *Cahors*, urbs E. Academ. ſub A. Bituricenſi, inter Tarnem, & Duranium flu.

Cadurcum, n. 2. peripetaſma, ſeu cortyna, tegmen lecti nivei coloris. Nomen habet a Cadurcis pop. Galliæ Celticæ, qui laudatiſſimo lino abundabant. *Juven. Sat.* 7. *v.* 221. Inſtitor hibernæ tegetis, niveique cadurci. ¶ Sumitur etiam pro toto lecto. *Id. Sat.* 6. *v.* 538. Magnaque debetur violato pœna cadurco. Eſt igitur hic ſtramentum illud, in quo feminæ Cereri, aut Iſidi operaturæ ſeorſim a Maritis cubabant.

Cadurcus, a, um, ad Cadurcos pertinens. *Auſon. in Profeſſorib. c.* 17. Tempora prædives finiſti ſede Cadurca.

Cadus, i. m. *caratello, barille*, κάδος, vas vinarium condendo, ſervandoque vino aptum. Ejus figura turbinata fuit, ore non admodum lato: materia plerumque fictilis. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici. ¶ Habuit etiam alios uſus: cadis enim ſiccis ficus reponebantur, *Plin.* 15. 19. item olivæ, & legumina, ſalſamenta, & mella. *Id. variis in locis*. ¶ Eſt etiam menſura liquidorum continens congios duodecim, ſextarios 72. *Rhem. Fann. de ponderib. c.* 84. ¶ In hac ſignificatione ſæpius habet *cadum* quam *cadorum* in genitivo plur. *Plin.* 14. 14. *Varr.* apud *Non.* 15. 9.

Cadusii, m. 2. populi inter mare Caſpium, & Pontum. *Nepos in Datame. Plin. l.* 6. *c.* 17.

Caea, V. Cea.

Cæcātus, a, um, n. 1. 2. *accierato*, cæcus factus, partic. a excor. *Cic. de Clar. Orat.* Rapida, & celeritate cæcata oratio: Et *Tuſc.* 1. *c.* 30. Libidinibus cæcati.

Cæcias, m. 3. καικίας, ventus, qui ita flare dicitur ab *Ariſtot.* non ut nubes propellat, ſed ut ad ſe vocet, ita dictus, quia ſpirat a Caico Myſiæ fluvio. Flat inter Aquilonem, & ortum æquinoctialem. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Itali dicant *Greco Levante*.

Cæcigenus, ni, m. 2. *nato cieco*, Germ. *ein geborner*, *blinder*, Gal. *aveugle né*, Hiſp. *nacido ciego*, τυφλογενής, qui cæcus natus eſt. *Lucr. lib.* 2. *v.* 740. Cum cæcigeni cognoſcant corpora tactu.

Cæcilia, f. 1. genus ſerpentis cæci. *Colum. l.* 6. *c.* 17.

Cæciliānus, a, um, ad Cæcilium pertinens. *Cic. Attic.* 1. 16. *ad fin.* Cæcilianæ fabula.

Cæcilius Epirota libertus Attici Equ. Romani ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgil. & alios Poetas novos prælegere cœpiſſe. ¶ *Cæcilius Gallus*, Juriſconſultus præſtantiſſimus ætate Gellii, ſcripſit libr. de verb. ſignificat. quæ ad jus civile pertinent. ¶ Alius fuit horum antiquiſſimus *Cæcilius Statius* Poeta Comicus, Ennii contubernalis, quem *Cic. ad Attic. lib.* 7. *epiſt.* 3. appellat malum latinitatis auctorem. *Hor. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 59. Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Cæcilius, a, um, ad Cæcilium pertinens, ut Cæcilia familia, *Vellej. l.* 2. *c.* 11. Cæcilia lex, *Cic. pro Dom. c.* 20. & *Phil.* 5. *c.* 3.

Cæcitas, atis, *cecità*, עִוָּרוֹן, Germ. *blindheit*, Gall. *cecité*, *aveuglement*, Hiſp. *ceguedad*, τυφλότης, privatio ſenſus oculorum. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 38. Horribilis cæcitas. ¶ Tranſlate etiam ad animum refertur. *Id. de Aruſp. reſp.* An tibi luminis obeſſet cæcitas plus, quam libidinis? *Id. pro Dom. c.* 40. Cæcitas mentis.

Cæcitūdo, inis, f. cæcitas. *Opil. Aurel.* apud *Feſt.* Cæcitudines nocturnæ.

Cæco, as, a. 1. excæco, cæcum facio, vel efficio, oculis privo, *accecare*, עִוֵּר, Germ. *blind machen*, *blenden*, Gal. *aveugler*, Hiſp. *cegar*, τυφλόω, cæcum facio. *Cic.* 8. *Philip.* Spes rapiendi cæcat animos eorum. Et *pro Sext. c.* 66. Largitione cæcarunt mentes imperitorum. *Lucret. l.* 1. *v.* 330. Sol etiam cæcat, contra ſi cernere pergas. ¶ Tranſlate *Pallad. l.* 1. *c.* 6. Cæcabitur ſpes vindemiæ. ¶ Ponitur & pro obſcurare. *Avien. Perieg. v.* 500. Denſis cæcantur ſtipita ſilvæ.

Cæcūbum, i, n. *Monte Cecubo*, *Monte di Gajeta*, καίκουβον, locus paluſtris Latii in conf. Campaniæ ad fin. Cajetanum, apud Fundos urb. prope Amyclas, ferax vini generoſi, quod inde *Cæcubum* dicitur. *Horat. l.* 1. *od.* 37. & *Epod.* 9. *Martial. l.* 13. *epigr.* 115.

Cæcubus, a, um, adject. a Cæcubo, ut Cæcubi agri. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Cæculto, as, are. *In Frag.* apud *Feſt.* Cæcultant, cæcis proximi ſunt, oculorum acie obtuſa *Plautus*: Numnam mihi oculi cæcultant? Hæc *Feſtus*, qui item alio loco: cæcultare eſt cæcos imitari. ¶ Apud *Liv. l.* 27. *cap.* 3. ubi ait: Inter multas, magnaſque res, quæ nunc ſecundæ, nunc adverſæ occupabant cogitationes hominum. Sunt qui legunt *cæcultabant*, pro *occupabant*.

Cæcŭlus, Vulcani filius. *Virg. Æn.* 7. *v.* 681. & *Æn.* 10. *v.* 544. ¶ Hic Præneſtem condidit, & Cæciliorum familiæ princeps fuit. ¶ Dictus eſt autem Cæculus a morbo oculorum. ¶ Fuit revera Latini Regis filius, verum ille vana quadam gloriæ cupiditate Patrem Vulcanum ſimulabat. ¶ Fabulati ſunt Poetæ, ejus matrem prope ignem ſedentem ex favilla concepiſſe, quæ in ejus gremium evolaverat, inde Vulcani filius dictus.

Cæcus, a, um, n. 1. 2. ſine viſu, lumine captus, *cieco*, עִוֵּר, Germ. *blind*, Gal. *aveugle*, Hiſp. *ciego*, τυφλός, qui oculis captus eſt. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. Hypſæa cæcior. ¶ Interdum ad tempus, & locum refertur, & obſcurum ſignificat, ſeu carens lumine. *Virg.* 6. *Æneid.* Carcere cæco clauſæ, *Id.* 3. *Æneid. v.* 589. Parietes cæci. *h. e.* nullas habentes feneſtras. Adde *Varr. l.* 8. *L. L. Cic. pro Mil.* Neque cæca nox oſtendiſſet Milonem. *Id. Pom.* 12. *ep.* 25. Cæcum tempus ſervitutis. *Virg.* 6. *Æn.* Cæca regens filo veſtigia. *h. e.* latentia. ¶ Transfertur ad alios ſenſus. Sic cæcum murmur apud *Virg. Æn.* 12. Et, cæcus ſonus, apud *Senec. Troad.* ¶ Dicitur morbus cæcus a *Colum. l.* 1. *c.* 5. qui eſt obſcurus, & cognitu difficilis. ¶ Cæca die emere, V. Dies. ¶ Cæcum vallum dicitur, in quo præacuti pali terræ affixi herbis, vel frondibus occuluntur. *Feſtus*. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 28. Milites moniti, ut vallum cæcum, foſſaſque caveant. ¶ Transfertur etiam ad animum. Sic cæcus animi. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Cæcus animo, *Cic.* 4. *Fin.* Cæcus cupiditate, & avaritia, *Id. pro Quint. c.* 26. Cæcus futuri, h. e. neſcius, *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proſerp.* ¶ Sic ipſa cupiditas cæca dicitur a *Cic. in Piſ.* Et, expectatio cæca, ab *eod. Agrar.* 2. *c.* 25. ¶ Cæcos Conſules: h. e. improvidos, dicit *Varr. l.* 4. *de vita popol. Rom.* apud *Non.*

Cæcutio, itis, n. 4. *veder laſco*, Germ. *bockſaugen haben*, Gall. *eſtre quaſi aveugle*, Hiſp. *cegar*, ἀμβλυώττω, parum video, unde *cæcutiens*, quaſi ſemicæcus. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 133. Utrum oculi mihi cæcutiunt.

Cædes, dis, fem. 3. *uccisione*, הֶרֶג, φόνος, mors ferro, aut alia vi illata, præſertim ab eo, qui occidere, aut ferire volebat. *Cic. in Bruto*, Cum in ſylva Scantia facta cædes eſſet. ¶ Et quia ligna dicuntur cædi, ideo etiam ligni cædes dicitur. *Gell. l.* 19. *cap.* 12. Ligni atque frondium ſæpem facere. ¶ In genit. plurali habet etiam *cædum* pro *cædium*. *Sil. l.* 4. *v.* 353. Exoritur rabies cædum, & via tela furori ſufficiunt.

Cæditiæ tabernæ, dictæ ſunt a Cæditio quodam, qui eas in via Appia ædificavit. *Feſtus*.

Cædo, is, cecidi, cæſum, a. 3. tundo, verbero, occido, trucido, interficio, *percuotere*, הִכָּה, Germ. *ſchlagen*, *ſtreichen*, Gall. *frapper*, *couper*. Hiſp. *herir*, *matar*, *cortar*, *batir*, πλήττω, κόπτω. *Ter. in And.* Verberibus te cæſum in piſtrinum, Dave, dedam. *Cic. Verr.* 3. Cædere januam ſaxis. ¶ Interdum eſt excidere, amputare, abſcindere, *tagliare*. *Cic.* 2. *de Div.* Arbores ſimul cum luna ſeneſcentes tempeſtive cædi. ¶ Item occidere ἀποκτείνειν. *Virg.* 2. *Æn.* Cæduntur vigiles. ¶ Cædi teſtibus, uſ teſtium multitudine urgeri, premi, convinci. *Cic. ad Q. Fratr.* ¶ Cædere ſermones, pro ſerere, colloqui. *Ter. Heaut.* 2. 3. 1. Verum interea dum ſermones cædimus, Illæ ſunt relictæ. Græci quoque eodem ſenſu dicunt κόπτειν ῥήματα, ut *Priſcian.* obſervat *l.* 18. ¶ Cædere pro conſumere. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 97. Lanæ opus omne perit, ſqualles, tineæ omnia cædunt. ¶ Cædere eſt concidere obſcœno ſignificatu. *Plaut. Caſ.* 3. 1. 14. *Lipſius epiſt. quæſt. l.* 5. *epiſt.* 14. ¶ *Cædere pignora* eſt in auctione vendere, ea ratione, qua bonorum venditio ſub haſta *ſectio* appellatur. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 1.

Cæduus, a, um, adject. a cædo, qui cædi poteſt, κοπτός, ut ſilva cædua, *boſco da tagliare*. *Plin. l.* 16. *c.* 26. Talis dicitur, quæ religioſa non eſt, ſed quoties opus eſt, ad quodcunque opus cædi poteſt. *Id. l.* 12. *c.* 19. Frutex cæduæ naturæ.

Cæl pro Cælum dixit *Ennius* teſte *Auſon. in Technopægn. ſub fin.*

Cælamen, nis, n. 3. *intaglio*, γλυφή, cælatura. *Ovid.* 13. *Met. v.* 291. Neque enim clypei cælamina novit.

Cælaſſis, antiquum verbum, pro cælaveris. *Feſtus*.

Cælator, oris, m. 3. *intagliatore*, מְפַתֵּחַ, Ger. *ein außgraber*, *außſtecher*, Gall. *graveur*, *ſculpteur*, Hiſp. *entallador*, *eſcultor*, γλυπτής, ſculptor. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Cælator ſcalpri deſiderat, & pictor penicilla. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Argenti cælatores.

Cælatura, f. 1. *intaglio*, פִּתּוּחַ, Ger. *das bilder hawen*, *oder bildthawwunk*, Gal. *graveure*, Hiſp. *eſcultura*, γλυφή, ars cælandi, aut ipſa ſculptura, & inciſio. *Plin. l.* 19. *c.* 4. Super piſtrinarum operibus, & cælaturis vivere. *Id. l.* 35. *c.* 12. Plaſticem matrem ſtatuariæ ſculpturæque, & cælaturæ. ¶ Cælaturam ſculpturæ partem facit *Quintil. l.* 2. *c. ult.* & utriuſque diſcrimen affert, Cælaturam dicens in auro eſſe, argento, ferro, ære, & cæteris metallis tantum, Sculpturam vero in ligno, marmore, vitro, & gemmis. At *Manutius* hoc diſcrimen ſtatuit non a materia, ſed a forma accipiendum eſſe, cælatumque opus dici, in quo eminent figuræ, & ſigna, ſculptum vero, in quo depreſſæ imagines, & cavatæ ſunt. V. ipſum *Quæſit. per epiſt. l.* 5. *epiſt.* 9.

Cælatus, a, um, nom. ex particip. inſculptus; *intagliato*. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 37. Cælatum opus. *Cicer.* 5. *Tuſc. c.* 21. Aurum, & argentum cælatum. *Horat. l.* 2. *epiſt. c. v.* 9. Cælatum novem Muſis opus, vocat poema artificioſum, & varie quaſi pictum.

Cælebs, ibis, vel cæleps, ipis, com. 3. *celibe*, *ſmogliato*, Ger. *ein befreyt*, Gal. *qui garde le celibat*, Hiſp. *el que vive en ſolteria*, ἄγαμος, vir ſine uxore, aut mulier ſine marito vivens, a κοίτη, *lectus*, & λείπω, *relinquo*. *Voſſius*. Alii volunt dictum eſſe a *Cælo* patre Saturni, quod ei filius genitalia abſciderit. ¶ Proprie cælebs eſt, qui uxorem non habet, etſi concubinas habeat. Nam cælebs, & maritus contraria ſunt. *Quintil.* Liber, an ſervus, maritus, an cælebs. *Cicer. de Leg.* Cælibes eſſe prohibento. *Martial. l.* 12. *epigr.* 63. Corrumpis ſine talione cælebs. *h. e.* corrumpis alienas uxores, cum ipſe vivas in cælibatu, nec habeas uxorem, quam illi viciſſim poſſint corrumpere. ¶ Sed auctores ſecundæ etymologiæ accipiunt cælibem non tam pro eo, qui uxore caret, quam pro eo, qui caſtus vivit, & omni Venere abſtinet. ¶ Cælebs pro eo, qui olim uxorem habuit, *Plaut. Stich.* 4. 137. ¶ Additur & ſubſtantivis, more adjectivorum, ut Platanus cælebs, *Horat. l.* 2. *Od.* 15. Lectus cælebs, *Catull. carm.* 69. Vitam agere cælibem, *Gell. l.* 5. *c.* 11. Cælibes Lycurgus omni Civitatis honore privavit. *Plutarc. in Apophth.* ¶ Scribitur & *Cælebs*.

Cælestis, ſte, n. 3. *celeſte*, Ger. *himmeliſch*, Gall. *celeſte*, Hiſp. *celeſtial*, οὐράνιος, a cælo exiſtens, divus, divinus, ut Auguria cæleſtia, quæ e cælo fiunt, cum fulgurat, & ſonat. *Virg.* 1. *Æn.* Tantæ ne animis cæleſtibus iræ? Cæleſtis aqua, ſc. pluvialis, *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 135. ¶ Compa-

rat. uſus eſt *Senec. epiſt.* 66. Nihil eſt divino divinius, cęleſti cęleſtius. ¶ Cæleſtia etiam dicuntur omnia, quę aliqua laude, atque prętantia pollent, ut & *divina*. Itaque ſępe hac voce uſus *Velleius*, ut Cęleſtia pręcepta: Cęleſtiſſimum os Ciceronis, Cęleſtiſſima Tiberii opera, *l.* 2. *c.* 66. 94. & 104. Sic cęleſtem Neronis vocem dixit populus Rom. apud *Suet. in Ner. c.* 21. Adde *Quint. Præfat. l.* 4. ¶ Cæleſtes ſubſtantive pro Diis ipſis. *Cic.* 4. *Phil. c.* 4. Quid eſt, quod de voluntate cęleſtium dubitare poſſimus? Adde *Ovid.* 6. *Metam. v.* 72. & *Tibull.* 1. 10. 5. ¶ In ablativo habet *celeſte*, & *celeſti*. *Ovid. Metam.* 15. 743. ſpecie celeſte reſumpta. *Id. de ar. am. v.* 537. *l.* 2. imber cęleſti nube ſolutus. ¶ In genitivo. plur. *cæleſtium*, & *celeſtum*. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 61. O curvę in terras animę, & cęleſtium inanes. *Virg.* 7. *Æn. v.* 432. Cęleſtum vis magna jubet.

Cæleſtis, Dea Afrorum. Quamquam alii Deum putaverint, & *Cæleſtum* appellarint, ut *Luna*, & *Lunus* utraque terminatione & Dea habita, & Deus. V. *Pitb. l.* 1. *Subſec. c.* 4. & *Selden. Syntag.* 2. *de Diis Syris*, *c.* 2.

Cælia, V. Cælio.

Cælibālis, le, adject. a *calebe*, agnoſcitur tanquam Latinum a *Priſciano l.* 4. *pag.* 631. *Putſch.*

Cęlibaris, re, adject. ad cælibem pertinens, *celibe*, ut Cælibaris haſta, cujus cuſpide maritus ſponſæ comam diſtinguebat, vel ut oſtenderet, quid illi impenderet, ſi adulterium admiſiſſet, vel ut ſignificaret imperium, quod ſibi in uxorem conveniret. Haſta enim imperii inſigna eſt. Aliqui dicunt, oportuiſſe, ut haſta illa in corpore gladiatoris occiſi ſtetiſſet, & ſignificari, ſicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum vire novam nuptam copulatem eſſe. V. *Feſtum* plura offerentem. De hac haſta duo illa *Ovidii* carmina intelligenda ſunt 2. *Faſtor. v.* 559. Nec tibi, quæ cupidæ matura videberis matri, Comat virgineas haſta recurva comas.

Cælibātus, us, m. 4. *ἀγαμία*, vita, quæ agitur ſine uxore. *Sueton. in Galba*, *cap.* 5. Amiſſa uxore Lepida, duobuſque ex ea liberis, manſit in cęlibatu, *Senec.* 1. *de benef. c.* 9. Conſenſos vidui cælibatus.

Cælicōlę, arum, com. 1. *abitatori del Cielo*, Germ. *ein wohner das himmels*, Gall. *qui habite au ciel*, Hiſp. *morador del cielo*, *οὐράνιοι*, qui vel quę cęlum inhabitant. *Virg.* 2. *Æn. v.* 641. Me ſi cęlicolę voluiſſent ducere vitam, *Juvenal. ſat.* 13. *v.* 42. convivia Cælicolarum. *Virg. Æn.* 3. *v.* 21. Cęlicolum regi. ¶ *Cælicolæ* dicti ſunt etiam inter Judęos quidam hęretici, qui Cęlum, tanquam numen colebant. Extat in *Cod. Juſtin. l.* 1. *tit.* 9. de Judæis, & cęlicolis. ¶ *Cælicola* in ſingulari num. legitur apud *Priſcian. l.* 5. *pag.* 668. *Putſch.*

Cælicus, a, um, *celeſte*, cęleſtis. *Auct. carm. de nomine Jeſu*, *quod quidam Paulino Nolano tribuunt*, *v.* 64. quod omnes cęlici, medii, inferi nomen genu flexo audiunt.

Cælifer, a, t. c. *οὐρανοφόρος*, Athlantis epitheton, quem Poetæ ob inſignem Aſtrologiæ peritiam finxerunt ſuſtinere cęlum. *Virg. Æn.* 6. *v.* 796.

Cæligēna, æ, & Cæligenus, a, um, in Cælo, vel ex Cælo genitus. *Varr. l.* 4. *L. L. pag.* 15. Victoria, & Venus dicitur cęligena. *Apulej. de Mundo*. Stellę cæligenę.

Cælilŏquus, a, um, de cælo loquens, ut Cæliloquus Eſaias. *Commodian. inſtruction.* 60.

Cælimontānus, a, um, adject. a Cęlio monte, uno ex ſeptem Romę collibus: ut porta cęlimontana, cujus meminit *Cic. in Piſon. c.* 23. & *Liv. l.* 35. *c.* 9.

Cælipŏtens, tis, qui in Cęlo poteſt, ſeu imperat. *Plaut. Perſ.* 5. *c.* 3. Jupiter, Diique alii omnes cęlipotentes.

Cælifex, icis, vocatur Apollo apud *Sex. Rufum*, & *Publ. Victor. in c. de region. urb.*

Cælites, cælitum, m. 3. *Dei celeſti*, Ger. *die i himmel ſehent*, *die im himmel ſind*, Gall. *celeſtes*, *habitans au ciel*, Hiſp. *los dioſes*, *o ſanctos del cielo*, *ἀθάνατοι*, Dii cęleſtes, qui cęlum inhabitant. Cęlum autem appellebant veteres illam mundi partem, quam nos æthera, ſive æthereum mundum vocamus, hoc eſt, totum illud, quod eſt ſupra elementum ignis. Unde Solem, & Lunam, & cęteras planetas inter Deos cęleſtes numerabant. *Cic. in Somn. Scip. c.* 1. Grates tibi ago, ſumme Sol, vobiſque reliqui Cęlites. ¶ Legitur & ſing. cæles, itis. *Ovid.* 4. *de Ponto*, *el.* 6. *v.* 17. *de Auguſto*, Quala tamen potui de cælite, Brute, recenti veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. ¶ Invenitur hæc vox etiam adjective uſurpata. *Capell. l.* 1. Convocati in aulam cęlitem venere. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 296. Cęlitibus regnis ab Jove pulſus erat.

Cælĭtus, *dal Cielo*, *οὐρανόθεν*, adverb. ſignificat e cęlo, ſicut, divinitus, a Deo. poſterioris ævi Scriptores eo uſi ſunt, non item antiqui. *Lactant. l.* 4. *c.* 2. Statuerat Deus Ducem magnum cælitus mittere. Adde *Prudent. in hymn. Epiph. v.* 79.

Cælius, m. c. Orator acerrimo ingenio, fuit diſcipulus Cic. de quo extat illud Quintil. elogium, longiore illum vita, & meliore mente dignum fuiſſe. Hic ab Atratino quodam accuſatus, quod cum Catilina conſpiraſſet in perniciem Reip. quodque aurum a Clodia Clodii ſorore extorſiſſet, eique venenum propinaſſet, defenſus eſt a *Cic.* elegantiſſima oratione, quæ etiam nunc extat.

Cælius, m. c. *M. di S. Gio: Laterano*, unus ex ſeptem collibus Romę, qui Urbi additus eſt a Tullo Hoſtilio. Aliqui dicunt, appellatum eſſe a Vibenno nobiliſſimo Duce Etruſco, qui Romulo adverſus hoſtes auxilium tulerit, & in eo monte habitaverit. *Feſtus*. ¶ Scribitur æque per *æ*, & per *o*. V. *Manutii orthograph.*

Cælo, as, a. 1. *ſculpire*, *intagliare*, פתח, Germ. *auſſgraben*, *auſchauwen*, Gall. *graver*, *tailler*, Hiſp. *entallar*, *eſculpir*, *γλύφω*, ſculpo, a *cædo*, vel a *cæſula* per ſyncopen, quod fit a *cæſum*, ut *uſtulo* ab *uſtum*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 36. Hanc ſpeciem Praxiteles cęlavit argento. *Virgil.* 1. *Æn. v.* 644. Cælare aliquid in auro. ¶ *Calaſſis* pro *celaveris*, antique dictum. *Feſtus*.

Cælum, n. 2. *ſcalpello*, חרט, Germ. *grabeyſen*, *meſſel*, Gall. *burin*, *ciſeau*, Hiſp. *buril*, *γλυπτήριον*, *γλυφεῖον*, inſtrumentum, quo utuntur argentarii, dum vaſa ſculpunt, aut quo ſculptores, aut ſtatuarii utuntur in ligneis, aut lapideis ſimulacris ſculpendis. *Auſon. epigr.* 56. Talem ferrum ferrea cęla Deam. *Quintil. in fin. l.* 2. Cęlator cęlum deſiderat.

Cælum, n. 2. & num. pl. cęli, orum, m. 2. *Cielo*, שמים, Germ. *der himmel*, Gal. *le Ciel*, Hiſp. *Cielo*, *οὐρανός*, proprie eſt ille mundi pars, quę eſt a ſphęra ignis, ſeu ab ęthere uſque ad cęlum empyreum, quę ambitu ſuo omnia complectitur. Dictum eſt a *cælo*, ſculpo, quia ſideribus cęlatum, ſeu ſignatum eſt, ut cenſent *Stilo*, *Plin. Iſidor. Ambroſ.*, vel a *κοῖλον*, cavum, ut Voſſius exiſtimat. Ut enim veteres Cęlum dixere cohum, vel covum, a *χάος*, *cavitas*, ſic juniores a *κοῖλον*, *cavum*, dixere cęlum. ¶ Hinc apparet, quam incertum ſit, utrum ſcribi debeat per *æ*, an per *o*. Prior tamen ſcribendi ratio magis arridet. ¶ Cęli undecim ſunt, primum Lunę, 2. Mercurii, 3. Veneris, 4. Solis, 5. Martis, 6. Jovis, 7. Saturni, 8. Cęlum ſtellarum fixarum, 9. Cęlum cryſtallinum, 10. Primum mobile, 11. Cęlum Empyreum, ita dictum, quod ſplendore, & claritate cęteris antecellat. Sed alii non tam minute diſtinguentes, quinque Cęlos eſſe dicunt, planetiferum, ſtellatum, cryſtallinum, primum mobile, Empyreum. *Cicero* novem ponit, ſupremum, quod omnia complectitur, Cęlum ſtellarum fixarum, & ſeptem, in quibus ſeptem planetę convertuntur. *In Somn. Scip. in Timæo*, *c. de nat. Deor.* ¶ Interdum cęlum ſumitur pro aere. *Cicer.* 1. *Tuſc.* Penetret, & dividat omne cęlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terrę. *Virg.* 1. *Georgic.* Et varium cęli prędicere morem. Ubi Servius, Cęli, ideſt, aeris. Hinc cęlum molle, atrox, caliginoſum, &c. ¶ Tranſlate dicitur cęlum capitis pro cranio, quia caput totum eo tegitur, ut inferiora hęc cęlo. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque cęlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. ¶ De cęlo ſervare erat, cęli ſtatum obſervare, an, & quemadmodum fulguraret, & tonaret. Erat genus auſpiciorum, & nonniſi cęlo ſereno ſervabatur. *Cic. in Verr.* Quod eo die ſcires de cęlo eſſe ſervatum. ¶ De cęlo ici, vel tangi, eſt percuti fulmine. *Cicer.* 2. *de Div.* Summanus de cęlo ictus. ¶ In cęlum ferre, vel tollere, eſt ſummis honoribus, vel laudibus aliquem afficere. *Cic. Attic.* 3. Salamini nos in cęlum decretis ſuis ſuſtulerunt. ¶ De cęlo detrahere, eſt de ſummo honoris gradu deturbare. *Cic.* 2. *Philipp.* Collegam de cęlo detraxiſti. ¶ De cęlo lapſus, vel miſſus, dicitur de viro magno, admirando, qui felicitatem mortalibus affert. *Cic. pro Lege Manil. c.* 14. Pompejum omnes ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cęlo lapſum intuentur. ¶ Cęlum digito, vertice, pedibus tangere dicuntur, qui beatiſſimi ſibi videntur. *Propert. l.* 1. *el.* 8. Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 1. Noſtri autem Principes digito ſe cęlum putent attingere, ſi &c. ¶ Quid ſi cælum ruat? Proverb. in eos, qui inaniter timent. *Ter. Heaut.* 4. 2. 41. ¶ Cælum aliquando ponitur pro Climate, ſeu cæli regione. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 11. *v.* 27. Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt. *Flor. l.* 4. *c.* 12. Ipſe hominum colus ab alio cælo venire fatebatur. Loquitur de Indis Romam venientibus. ¶ *Cælos* in plur. *Varr. l.* 4. *L. L. pag.* 5. Cęli dicuntur loca ſupera, & ea deorum. *Lucret. l.* 2. *v.* 1095. Quis pariter cælos omnes convertere. ¶ Cælus in maſcul. dicebant antiqui, a *Cælo*, de quo infra.

Cælus, proavus Demogorgonis, qui primus Deorum omnium in fabulis numeratur, nepos Erebi, filius Ætheris, & Diei. Ex Veſta uxore undecim filios genuit, Saturnum, Opim, Tethyn magnam, Cererem primam, Vulcanum primum, Mercurium tertium, Venerem magnam, Venerem ſecundam, Thoſium, Titanum, Jovem ſecundum. Saturnus, ut generis ſui ſplendorem augeret, Uranium patrem Cælum appellavit, matrem Opim Terram, vel a Cęlo patre nomen huic ſphęræ impoſuit, quę omnia complectitur. *Cic.* dicit, Cælum habuiſſe Diem uxorem, & ex ea genuiſſe Venerem primam. 3. *de nat. Deor.* Fortaſſe Cælo & mater, & uxor fuit ejuſdem nominis. Huc pertinet illud *Ennii c.* 3. *n.* 44. Saturno, quem Cælo' genit. Et alio loco: Cęluſque profundus. Hic tamen pro æthere poſuit.

Cæmenta, æ, f. idem ac cæmentum. *Enn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 42. Labuntur ſaxa, cæmentę cadunt.

Cæmentarius, ii, m. *muratore*, qui cęmenta componit, & muros ſtruit. *Hieronym. epiſt.* 103. *ad Paulin. c.* 6.

Cæmentitius, a, 1. a. quod eſt ex cæmento, ut parietes cæmentitii. *Vitr. l.* 2. *c.* 8. Parietibus cæmentitiis altitudines extructę.

Cæmentum, n. 2. *ſaſſi*, *pietre rozze da muro*, *χάλιξ*, lapides minores, rudes, ac informes, & quævis lapidum fragmenta, atque aſſulę, denique omnis rudior materia, ex qua ædificia conſurgunt, & quę ad operum farcturas adhibetur. Dictum eſt a cędo, quia cęſum ſit a lapide majore. *Liv. l.* 1. *Bel. Pun.* Cęmenta non calce durata erant, ſed interlita luto. *Col. l.* 9. Quadratæ harum cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ſumitur pro ipſo opere, ideſt, ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Pallidus lapis ut cæmento raro utilis.

Cæneus, diſyll. V. Cęnis.

Cæninæ, urbe Latii. Pop. Cæninenſes. *Liv. l.* 1. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Cænis, puella Theſſalica, filia Elati. Huic a ſe compreſſæ Neptunus pręcepit, ut in mercedem, quicquid vellet, eligeret. Illa petiit, ut in virum mutaretur, ne deinceps talia pati poſſet. Neptunus inſuper addidit, ut eſſet invulnerabilis. In virum converſa, Cæneus appellata eſt. Fertur Lapithis imperaſſe. Superbia elatus, contemptis Diis, jubebat Lapithas per haſtam ſuam jurare. Sed Jupiter hanc ſuperbiam ultus eſt. In prælio inter Lapithas, & Centauros, poſt ingentem ſtragem Centaurorum, cum ferro vulnerari non poſſet, ingenti arborum mole oppreſſus, & extinctus eſt, vel mutatus in avem. *Ovid.* 12. *Metam.* *Virgilius* dicit, Cæneum in primam feminæ formam rediiſſe. 6. *Æn. v.* 443.

Cæpārius, ii, m. c. cæparum ſector. *Lucil. ſat.* 5. *v.* 12. Lippus edenda acri aſſidue cęparia' cępa. Apud *Non. c.* 3. *n.* 67.

Cæpe, n. indeclin. & Cæpa, æ, f. 1. *cipolla*, Ger. *zwibel*, Gal. *oignon*, Hiſp. *cebolla*, *κρόμμυον* olus hortenſe notum, acri ſapore, & ſucco. *Perſ. ſat.* 4. *v.* 30. Tunicatum cum ſale mordens Cæpe. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Cæpas ter toſto ſolo ſeri jubent. *Apulei.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 681. *Putſch.* Cæpe ſuccum melle mixtum. ¶ Cæpa neutrum plurali numero caret. Nam quod efferri ſolet ex *Virg. in Moreto*, *v.* 73. & capiti nomen debentia cæpe, *Joſ. Scalig.* reponit *porra*.

Cæpētum, i, n. c. locus cæpis conſitus. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Cæpetum reviveſcit decedente Luna. Alii libri habent *cæpe etiam*.

Cæpina, æ, f. 1. *κρομμυών*, *luogo ſeminato di cipolle*. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Cæpina magis frequenter ſubactam poſtulat terram.

Cæpitium, vel Cæpicium, ii, idem quod cæpe. *Arnob. lib.* 1. *circ. princ.* In capet cæpitii ambiguitatis illius incerta traduceret.

Cæpulla, æ, f. 1. idem quod Cæpa, vel Cæpe ſpecies. *Pallad. l.* 3. *c.* 24. Satureia cum cæpullis mixta ſeminatur. ¶ Legitur & ſine diphthongo.

Cære, g. n. & indecl. & Cæres, itis, *Cervetere*, *Καίρη*, olim urbs, nunc opp. Thuſciæ in Terr. Rom. in colle. Hæc urbs olim regionis caput fuit. Condita fuit a Pelaſgis, qui a Theſſalia venerant. Sed hi Agyllam vocarunt. Poſtea autem nomen Chære accepit, idque occaſione hujuſmodi. Lydis, qui Tyrrheni dicti ſunt, adverſus Agyllinos bellum gerentibus, quidam ad urbem propius acceſſit, nomenque urbis interrogavit: a Theſſalo autem e muro reſponſi loco accepit *χαῖρε*. Id omen accepere Tyrrheni, captaque urbe, *Chære* ei nomen fecerunt. ¶ Declinatur & Cæres, itis, in obliquis caſibus. *Virg.* 8. *Æn. v.* 597. Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ A Cære fit adject. *Cæres*, *itis*, vel *itis*, vel *Cæritus*, *tis*, vel *Cæritis*, *te*, *Virg.* 10. *Æn. v.* 183. Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in arvis. Sed aliqui dicunt, hoc loco ſubſt. nomen eſſe a nominativo *Cæres*, *etis*.

Cæremoniæ, vel cærimoniæ, (ut eſt in vet. lap. apud Manut.) & ceremoniæ, f. 1. *ceremonie*, חקות, Ger. *ceremonien*, *kirchen gepreng*, Gall. *ceremonies*, Hiſp. *las ceremonias*, *θρησκεία*, ſacri ritus, quibus Deum colimus, ut Orgia apud Græcos, a *Cære* urbe Etruriæ, quæ Romanis bello Gallico Sacerdotes, Virgines Veſtales, & res ſacras conſervavit, vel a Cerere, quod ejus ſacra *Cerimonia* dicta ſint, deinde hoc nomen ad omnem omnium Deorum cultum tranſlatum fuerit, vel ab antiquo *cerus*, ſanctus, vel a *Cale*, quaſi *calmonia*, vel a *gero*, quaſi *gerimonia*, ideſt, a geſtibus, & a modo ſe gerendi in ſacrificando. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 16. Cæremoniæ ſepulcrorum. *Id. pro Rab. c.* 10. ¶ Dicitur etiam *cæremonia*

nium.

Digitized by Google

num. ſing. *Cæſ. 7. bell. Gall.* Quod more eorum graviſſima cæremonia continetur. Adde *Nepot. Themiſt. c. 8.*

Cæremoniălis, le, ad cæremonias pertinens. *Arnob. l. 7. p. 237.* O Deorum ſublimitas præpotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus cæremonialibus debeas.

Cæremoniōſus, a, um, idem, vel cæremoniis plenus. *Ammian. l. 22. c. 37.* Per ſeptem cæremonioſos dies, quibus Sacerdotes Memphi natales celebrant Apis.

Cæretānus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Cære, ut Amnis Caretanus, qui oppidum Cære præterfluit. *Plin. l. 3. c. 5.*

Cærites, itum, Cære incolæ. Hos primos municipes ſine ſuffragii jure, obſervat *Gell. l. 16. c. 13.* Inde Cærites tabulæ appellatæ, in quas Cenſores referri jubebant eos, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant. Itaque qui in has Tabulas referebatur ad hoc tantum civis erat, ut ait *Aſcon. in Cic. Divinat.* ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Huc ſpectat & illud *Horatii l. 1. epiſt. 6.* Cærite cera Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei.

Cærŭlans, antis, cærulum colorem referens. *Fulgent. 1. Mythol.* Cærulante polo.

Cæruleātus, a, um, cæruleo colore tinctus. *Vellej. Patrc. l. 2. c. 83.* Cæruleatus, ac nudus caputque redimitus arundine.

Cærulĕum, n. 2. *azzurro*, arenæ genus eſt, quod in auri, atque argenti metallis naſcitur ad pictorum uſum. Ejus tria ſunt genera, Ægyptium, Scythicum, Cyprium. Poſtea probatum eſt Atticum marmoroſum, & Scyticum, ſive preſſum. *Plin. l. 34. c. 12. & 13.*

Cærulĕus, & Cærulus, a, um, *turchino*, *celeſtro*, *azzurro*, *sbiadato*, κυάνεος. Color cæruleus (Græce κυανὸς, Italice *acqua di mare*, & *morel*, cum eſt aliquanto dilutior) eſt color cœli, cum ſerenum eſt, item matta, quod ſereni cœli colorem repræſentat. *Cic. in fragm. Non. c. 2. n. 717.* Mare cæruleum. *Ovid. 4. Metam. v. 814.* Tollere aliquem in cærula cœli. *Juvenal. ſat. 2. v. 97.* Cærula veſtis. ¶ *Cærula* ſunt ipſa maria (ſubaudi *freta* aut *æquora*) *Virg. 8. Æn. v. 622.* fluctu ſpumabant cærula cano. ¶ Hinc ipſi Dii maris *cærulei* dicuntur, & quæ ad ipſos pertinent. *Ovid. 2. Metam. v. 8.* Cæruleos habet unda deos. *Virg. 5. Æn. v. 819.* Cæruleus currus Neptuni. Plures ſunt cærulei coloris gradus, prout dilutior eſt, aut intenſior. Cum dilutior eſt, ad album, & ſubviridem prope accedit. *Virg. 1. Georg. v. 236.* Cærulea glacies. *Ovid. 2. de ar. am. v. 518.* Cærula quot baccas Pallados arbor habet. *Id. Metam. 11. v. 158.* Cærula quercus. ¶ Cum vero eſt intenſior, fuſco, ſeu nigro propior eſt. *Virg. 3. Æn. v. 63.* ſtant Manibus aræ Cæruleis mœſtæ vittis, atraque cupreſſo. *Stat. 2. Theb. v. 528.* Nox & cæruleam terris infuderat umbram. ¶ Inter *cæruleus* & *cærulus* hoc ſolum diſtat, quod illud a Poetis æque, ac a proſæ ſcriptoribus uſurpatur, hoc a Poetis tantum.

Cæſa, æ, f. *colpo di taglio*, idem ac cæſio, ſeu ictus cæſim inflictus. *Veget. lib. 1. de re milit. cap. 12.* Cæſa, quovis impetu veniat, non frequenter interficit: at puncta duas uncias adacta mortalis eſt. ¶ *Inter cæſa, & porrecta* V. Cæſus. ¶ *Cæſa*, teli genus Gallis peculiare. Sed melius ſcribitur *Gæſa*. ¶ *Cæſa*, *orum*, ſunt inciſa, commata, quibus oratio diſtinguitur. *Martian. Capell. l. 5.* Nonnullis cæſis interrupta oratio.

Cęſar, aris, m. 3. καῖσαρ, cognomen Juliorum eſt. Ille, qui primus Cęſar appellatus eſt, dictus eſt, quod cæſo matris utero natus fuerit, vel quod cum cæſarie in lucem prodierit, vel quod oculis cæſiis, & ultra humanum modum viguerit, vel quod ipſe, aut ejus avus elephantem in Africa occiderit, qui cæſar dicitur Pœnorum lingua. Primus vero hoc nomine vocatus eſt P. Scipio Africanus ſuperior. *Plin. l. 7. c. 9. Solin. c. 4.* ¶ In hac familia natus eſt C. Julius Cęſar, ille, qui Dictator perpetuus fuit, & primus Imperator vulgo numeratur. Hic poſt Germanos, Gallos, Britannoſque devictos, & Romano imperio additos arma vertit in Pompejum, qui Senatus partes tutabatur, quo bello victor, rerum omnium potitus Rempublicam in Monarchiam convertit. V. Suetonium. ¶ A Julio Cęſare ſucceſſores ejus Cęſares vocati ſunt, ut Auguſti ab Auguſto. Sed aliquando hęc nomina ſeparata ſunt, ita, ut Auguſtus eſſet, qui imperaret, Cęſar vero, qui futurus eſſet Imperii ſucceſſor. Atque hic honor tanti nominis L. Vero primum habitus eſt. *Sex. Aurel. Victor. in Diocletiano:* Maximianum Auguſtum fecit, Conſtantium, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium Cęſares creavit. Hodie *Cæſarem* vocant, quem veteres Auguſtum, & *Regem Romanorum*, quem illi Cęſarem.

Cęſarauguſta, ę, prius Salduba, *Saragoza*, καισαραυγούστα, urbs A. Hiſp. Tarr. Aragonię primaria, ad Iberum fl. ¶ Cęſarauguſtanus conventus, *Plin. l. 3. c. 3.*

Cęſarēa, cognom. Magna, prius Mazaca, *Tiſaria*, *Caiſar*, urbs A. Cappadocię ad Melam fl. & radices M. Argęi. ¶ Cęſarea item urbs Ciliciæ, eadem, ac Anazarbus, vel prope Anazarbum. ¶ Item urbs Bithynię E. ſub A. Nicomedienſi. ¶ Cęſarea, al. Turris Stratonis, & Apollonia, *Caiſar*, urbs A. Paleſtinę, inter Ptolemaidem ad Bor. 40. M. P. & Joppen in Auſtr. 30. a Hieroſolymis 50. in Occ. & Circ. prorſus jacens in lit. maris, ab Herode dicta in honorem Cęſaris. ¶ Cęſarea Philippi, prius Paneas, *Belina*, vel *Balbec*, urbs exc. Paleſtinę apud ort. Jordanis fl. in finibus Cęleſyrię, ad radices Libani M. olim E. ſub A. Tyrio, condita a Philippo Herodis F. & in honorem Cęſaris appellata ab ejus nomine.

Cęſarĕus, a, um, o. a. 2. *Ovid. 1. Faſt.* Cęſareoque diu numine clauſus ero. ¶ Vultus Cęſarei. *Id. 2. de Pon. eleg. 8.*

Cęſariānus, a, um, idem quod Cęſareus, ut nomen Cęſarianum, Decretum Cęſarianum. *Mart. l. 9. epigr. 79.* Sed domini mores Cęſarianus habet.

Cęſariatus, a, um, qui cęſariem habet, comatus, *chi ha chioma*. *Plaut. Mil. 3. 1. v. 173.* Miles uſque cęſariatus. Adde *Apul. de Mundo*.

Cęſarienſis, e, ad Cęſaream urbem pertinens. *Tacit. 2. hiſt. c. 58.*

Cęſarienſes, m. 3. Jonię populi in Epheſ. conventu. *Plin. l. 5. c. 29.*

Cęſaries, riei, f. 5. *chioma*, שער, Germ. *haar*, Gal. *chevelure*, Hiſp. *cabelladura*, κόμη, coma, a crebra cæſione, ideoque proprie virorum eſt. *Plaut. Mil. 1. 1. 64.* Vide, cęſaries quam decet. ¶ Cęſaries promiſſa, ideſt, longa, apud *Liv. l. 28. c. 35.* ¶ Tribuitur quandoque & feminis, quamquam de illis potius *coma* dicitur. *Virg. Geor. 4. v. 337. de Nymphis:* Cęſariem effuſę nitidam per candida colla. V. Cirrus. ¶ Dicitur interdum de barba. *Ovid. 15. Metam. v. 656.* Cęſariem longę dextra deducere barbę.

Cęſena, f. 1. *Ceſena*, urbs Senonum in Gallia Tog. ſeu Ciſpad. in Romandiola, ad Sapim Fl. Dicta eſt Cęſena, quod exigua amne cęſa, id eſt, diviſa ſit, vel quod ager ejus duobus fluminibus Sapi, & Rubicone ſit diviſus. *Plin. l. 3. cap. 15.*

Cęſēnas, atis, ad Cęſenam pertinens. *Plin. l. 14. c. 6.* Cęſenatia vina.

Cęſim, *di taglio*, Germ. *durch ſchnitt*, Gal. *du tranchant*, Hiſpan. *de corte*, κατὰ τομὴν, ſignificat cædendo, ſive per inciſionem gladii, ut punctim pungendo. *Liv. l. 22. cap. 46.* Hiſpano punctim magis, quam cæſim aſſueto petere hoſtem. ¶ *Cicer. in Orat. cap. 67.* Membratim adhuc, deinde cæſim diximus; hoc eſt, per membra adhuc, deinde per inciſa, ſeu commata.

Cæſio, onis, f. 3. *tagliatura*, inciſio. *Col. l. 1. c. 33.* In alteram cæſionem perennat.

Cæſilus, vel Cæſicius, a, um, adject. a cæſius. *Plaut. Epid. 2. c. 46.* Linteolum cæſitium: h. e. purum, candidum, & cæſii coloris. Sed *Nonius c. 14. n. 17.* ſic dictum ait, vel quod cædendo ad candorem pervenius, vel quod oras circumciſas habeat.

Cæſius color, glaucus, cyaneus, felineus, γλαυκὸν χρῶμα, color ſubviridis, igneo quodam ſplendore intermicans, proprius oculorum, ut potiſſimum cernimus in leonis oculis, quod Cœli ſpeciem habeat, *color celeſte*, *azzurro*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cæſios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni. ¶ Hinc cæſii dicuntur, qui cæſios oculos habent. Quare & Leones cæſios dixit *Catull. Carm. 46.* Atque hinc *cæſiſſimus* ſuperlat. formari auctor eſt *Varro l. 7. L. L. num. 39.*

Cæſōnes, m. 3. qui cæſa matris utero nati ſunt. *Plin. l. 7. c. 9.*

Cæſonianus, a, um, ad Cæſonium pertinens. Eſt autem *Cæſonius* Romanum nomen. *Colum. 1. 4.* Cæſonianum præceptum.

Cæſor, oris, m. *tagliatore*, qui cædit. *Hieronym. epiſt. 103. c. 6.* Fabri metallorum, lignorumve cæſores.

Cæſpes, itis, m. 3. *ceſpite*, *ceſpuglio*, גזר, German. *waſen*, Gal. *gazon*, Hiſp. *ceſped*, βῶλος, a cædo, terra cum herba avulſa, ſeu, in modum lateris cæſa. *Tac. 1. Ann. c. 19.* Aggerere cæſpites. ¶ Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. *Luc. l. 5.* Et ſubitus rapti munimine cæſpitis agger præbet ſecuros intra tentoria ſomnos. V. *Veget. l. 3.* qui docet, qua altitudine, ac latitudine cæſpes circumduci debeat. ¶ Scribitur & ceſpes, ſine diphthongo. ¶ Cæſpes vivus eſt, qui ex herba viridi ſimul cum avulſa terra extruebatur. *Horat. l. 1. od. 19.* ¶ Quandoque ſumitur pro ara; nam interdum ad extruendam aram cæſpite utebantur. *Ovid. Triſt. 5. el. 5. v. 9.* Araque gramineo viridis de cæſpite fiet. Quin & ipſi aræ Romano ritu interdum cæſpes imponebatur, ut notat Serv. ¶ Quandoque pro ſepulcro. Sepulcra enim cæſpite aggeſto coopertabantur. *Suet. in Calig. c. 59.* Cadaver ſemiambuſtum levi cæſpite obrutum eſt. Adde *Virg. 3. Æn. v. 304.* Inſerviebat & ædificiis, maxime pauperum. *Virg. Ecl. 1. v. 69.* Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. *Senec. epiſt. 8.* Hanc domum cæſpes erexit. ¶ Quin & milites ut vallo, ita & Tribunali caſtrenſi extruendo utebantur cæſpite. *Tacit. Annal. 1. c. 18.* Congerunt cæſpites, extruunt Tribunal. *Plin. in Paneg. c. 56.* Tribunal viridi cæſpite extructum. ¶ Apud *Avienum in Periegeſ.* ſæpe ponitur pro tractu cœli, ſeu regione, ut *v. 227.* Cæſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis.

Cæſpitator, oris, qui cæſpitat, h. e. vacillat. *Serv. in Æn. 11. v. 671.*

Cæſpitator equus dicitur, qui caſurus eſt, vel qui facile pede offendit. Al. leg. *inceſpitator*.

Cæſpitĭtius, vel cæſpiticius, a, um, qui fit ex cæſpite, ut Murus cæſpititius, *Capitolin. in Pio c. 5.* Cæſpititium tribunal, *Vopiſc. in Probo, c. 10.*

Cæſpōſus, a, um, *erboſo*, cæſpite plenus. *Colum. l. 10. v. 130.* Cæſpoſo litore Cumę.

Cæſtrum, vel potius Ceſtrum, n. 2. inſtrumentum, quo ebur cavatur. *Plin. l. 35. c. 11.* Varronis inventa Romę pinxit, & cæſtro in ebore imagines mulierum maxime.

Cæſtus, us, m. 4. a cædendo dictus, arma pugilum, ſc. ut deſcribit *Manut. de Quæſit. per epiſt. l. 2. epiſt. 8.* lora ex multiplici crudo bovis tergore (aliis laminę ferreę, vel nauli connexi) manibus & lacertis inducta, ferreis plumbeiſve clavis, aut ſquamis, ut ita dicam, clavatis armata, ad ſimilitudinem arietini cornu, quod egregie expreſſit *Plin. l. 11. c. 37.* Manus igitur loris illis involutę, clavę quędam eſſe videbantur. Hęc *Manut. Virg. Æn. 5. v. 420.* Et tu Trojanos exue cæſtus. V. eundem poetam ibi cæſtuum certamen deſcribentem. ¶ Aliqui duo ponunt cæſtuum genera, alterum quod expoſuimus, alterum clavam quandam pilas plumbeas loris bubulis appenſas habentem. *Cic. 2. Tuſc. c. 17.* Pugiles cæſtibus contuſi non ingemiſcunt. ¶ Scribunt aliqui *ceſtus* ſine diphthongo.

Cæſulę, m. 1. a vetuſtiſſimis dicti ſunt, qui cæſiis ſunt oculis. *Feſt.*

Cæſūra, ræ, f. 1. *taglio*, כריתה, Ger. *erhauwung*, Gal. *inciſion*, *coſure*, Hiſp. *inciſion*, *cortadura*, τομή, proprie inciſura. *Plin. l. 11.* Tempeſtivam habet cæſuram, hoc lignum cum dureſcere incipit. ¶ Cæſura item in carmine dicitur ſyllaba, quæ ex dictione cæditur, ac poſt quemvis pedem relinquitur. *Virg. 1. Æn.* Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt. Pes enim primus eſt *ſemper ho*, cæſura eſt ſyllaba *nos*, &c. ¶ Item pars verſus, quæ voce pronuntiantis a reliqua parte inciditur. Ab aliquibus definitur decora terminatio vocum in medio verſuum. ¶ De variis cæſurarum generibus, præſertim in heroicis carminibus, vide Grammaticos. Diligentiſſime ea colligit ex variis Auctoribus *Fabricius de re poet. l. 7.*

Cæſuratim, *brevemente*, Ger. *beſchwindich*, Gal. *par inciſion*, Hiſp. *brevemente*, ſυντόμως, per cæſuras, & commata. *Sidon. ad Claudian. l. 4. epiſt. 3.* Sic cæſuratim ſuccincta, quam profluens.

Cæſus, a, um, nom. ex particip. κεκομμένος, *tagliato*, *percoſſo*. *Ter. Andr. 1. 2. 28.* Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam. *Cic. Philipp. 14. c. 1.* Exercitus hoſtium cæſus, fugatuſque. ¶ *Id. ad Att. l. 5. epiſt. 18.* Ne quid inter cæſa, & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur. Proverbium eſt a ſacrificiis ſumptum, cum inter cædem hoſtiæ, & oblationem extorum ſiniſtri quid accidebat, ne litari poſſet, ſed inſtaurari ſacrificium neceſſe eſſet. Id igitur his verbis ſignificare videtur *Cicero*, vereri ſe, ne dum diſceſſum parat, aliquid accidat, quod impediat.

Cæter, vel cæterus, a, um, vel ceterus ſine diphthongo, o. 1. 2. *altro*, אחר, Ger. *das uberig*, Gal. *l'autre*, *le reſte*, Hiſp. *el reſto*, τὸ ἕτερον, alius a voce Græca, quæ propoſita eſt. In ſingulari cæterum exercitum dixit *Cato* apud *Gell. l. 3. c. 7.* Quin & ipſe *Cic. l. 6. ad Att. epiſt. 2.* Cætera juriſdictio. Et *Ver. 3. c. 2.* Pro cætera ejus audacia. Sic *Liv.* non ſemel, & alii. ¶ Frequentius tamen uſurpatur in plur. cæteri, æ, a. *Cic. Fam. 14. epiſt. 9.* Ad cæteras meas miſerias. *Plaut. Pſeud. 1. 2.* Cætera quis neſciat? ¶ Cætera accuſ. plural. *nel rimanente*, cum nominibus frequens eſt, per Hellenismum, ſubintellecta præpoſit. κατὰ, *ſecondum*. *Liv. l. 1. c. 35.* Virum cætera egregium ſecuta ambitio eſt; h. e. quantum ad cætera. *Horat. l. 4. od. 2. de bove*. Qua notam duxit, niveus videri, Cætera fulvus. ¶ Solet etiam hæc vox in Partitionibus eleganter poni, cum poſt multa enumerata ſermonem abrumpimus. *Cic. in Top. c. 7.* In partitione quaſi membra ſunt, ut corporis caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cætera. Ubi impreſſi libri aliqui vulgato more habent *& cætera*. quos corrigit *Lambinus*, & *Gruter*. ¶ Uſurpatur item pro aliis particulis. *Virg. 9. Æn.* Cætera parce, puer: h. e. deinceps. *Curt.* Cætera opimam prædam fore: h. e. in poſterum. ¶ De cætero, pro *cæterum*. *Senec. l. 3. de ira*. ¶ In prima caſu ſingulari, cæterus ornatus, *Cato R. R. cap. 22.* Verum Meurſius, & Pupma illa verba non agnoſcunt. ¶ Veteres ſolitos ſine diphthongo ſcribere, ſatis conſtat. V. Orthograph. *Manut.*

Cætĕro, adverb. idem ac cæterum. *Plin. l. 8. c. 3.* Hoc ſolum ebur eſt: cetero & in hic vilitas oſſea. *Id. lib. 6. c. 26.* Cętero ad ſolitudines redit.

Cæterōqui, & Cæteroquin, adverb. aliquin, *per altro*, *altrimente*. *Cic. l. 1.*

de nat. Deor. c. 11. Cæteroqui doctus. Et *in Orat. c.* 25. Cæteroquin recte.

Cæterum, *ma, quanto al reſto,* אבל, Ger. *aber*, Gal. *quant au reſte*, Hiſp. *por el reſto*, μέντοι, conjunctio, ſive adverb. quod reliquum eſt. *Plaut. Pœn. prol. v.* 126. Dehinc cæterum valete. ¶ Significat etiam, ſed, *ma. Ter. Eun. c.* 2. 7. Cæterum de excluſione verbum nullum. *Nepos* 18. 8. 3. Via brevior; cæterum dierum erat fere decem. ¶ Item alioquin, *per altro. Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. Ego me in Cumano, & Pompejano, præterquamquod ſine te, cæterum ſatis commode oblectabam.

Cæterus, V. Cæter.

Cæyx, V. Ceyx.

Cajanus, a, um, adject. a Cajus. *Stat. l.* 4. *Sylv.* 9. 22. Emptum plus minus aſſe Cajano. Quid ſit autem aſſis Cajanus, explicat *Barth. ad Stat. Sylv. p.* 418. nempe minimum aſſis pondus, ut pretium, ad quod Romanus as a Caligula redactus fuit ob inopiam pecuniæ. ¶ *Suet. in Tiber. c.* 1. Imagine annus Cajana nota. i. e. Caligulæ.

Caïcus, olim Aſtræus, *Germaſti*, *Caſtri*, *Chiay*, fl. Phrygiæ, ſeu Æolidia, qui oritur ex Myſia, non procul a Pergamo decurrit, & inter Pitanen ad Bor. & Elæam ad Auſtr. in mare Ægæum labitur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 370.

Cajeta, *Gaeta*, urbs Latii novi Prov. Terræ Labor. E. ſub A. Capuano, ad radices collis, in peninſula, cum duplici arce, & portu percapaci, in ora maris Tyrrheni, proxima Formiis. ¶ Nomen habuit a Cajeta muliere Trojana nutrice Æneæ, vel Aſcanii, vel Creuſæ. Hanc Æneas ab Inferis reverſus fato functam inveniens eam non longe a Bajano ſinu ſepelivit, ibique urbem condidit, quam una cum adjacenti portu Cajetam dixit. *Virg.* 7. *Æneid.*

Cajetanus, a, um, ad Cajetam pertinens, ut Cajetana villa, *Valer. Max. l.* 4. 3.

Caio, as, cohibeo, compeſco. Affertur exemplum *ex fragment. Plaut. in Aſtraba*: Quid tuam amicam times, ne te manulea caiet?

Caiolus, i, m. diminutivum a Cajus. *Stat. l.* 1. *ſilv. ult. v.* 67. Mollet Caioli, Laguneulique. *h. e.* cupodiæ, in quibus impreſſæ erant formæ iſtorum puerorum. *Al. leg.* Molles caſeoli, lucunculique.

Cajus, m. 2. γάιος, prænomen a parentum gaudio ſumptum. Eſt dictio diſſyllaba, niſi per diæreſim ex i conſonante facias vocalem, ut apud *Martial.* Pervigil in pluma Caius ecce jacet. Proferebatur autem *Gajus* per G, licet per C ſcriberetur, *Quintil. l.* 1. *c.* 7. cujus rei rationem affert *Voſſ. de Vit. Serm. l.* 1. *c.* 1. Ipſa autem C littera inverſa Ɔ mulierem Cajam declarat, *Quintiliano* auctore *l.* 1. *c.* 7. *Cic. pro Mur.* Putarunt, omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari. ¶ Apud Priſcos pro domino ponebatur, ſicut & Caja, γαία, pro domina. Vide *Plutarchum*. ¶ Fuit autem revera prænomen proprium uxoris Tarquinii Priſci, quæ Caja Cæcilia appellabatur. Hæc in lanificio excelluit. Ea de cauſa prænomen omnibus Romanis mulieribus commune factum eſt. Nova enim ſponſa, cum viri domum perveniſſet, ante fores interrogabatur, quænam eſſet, illa omnia cauſa ſe Cajam eſſe reſpondebat, inquiens: *Ubi tu Cajus, ego Caja*: h. e. Ubi tu dominus eris, & paterfamilias, ego domina ero, & materfamilias. *Plutarc. in Quæſtionib. Roman.*

Cala, f. 1. *baſtone*, fuſtis. Calæ, teſte *Servio*, dicebantur fuſtes, quos portabant ſervi, ſequentes dominum ad prælium, unde etiam calones dicebantur. Nam conſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & ſervus vallum, vallum autem dicebant calas. *Lucil. apud Serv. in princ.* 6. *Æn.* Scinde calam, ut caleas, idest, ſcinde lignum, & focum accende, ut caleſias.

Calaber, bra, um, qui ex Calabria eſt. *Sil. Ital. l.* 12. *v.* 396. *de Ennio*. Miſerunt Calabri, Rudiæ genuere vetuſtæ. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 14. Calaber hoſpes.

Calabra, æ, f. 1. erat Curia proxima caſæ Romuli in Capitolio. Dicta eſt a *calando*, idest, a vocando, quod ante Faſtorum evulgationem in eum locum convocato Populo ſtatim poſt novilunium Pontifex minor, a Rege Sacrificulo facto ſacrificio, pronuntiabat, quot dies inter calendas, & nonas intercederent, ut nonis convenirent, audituri, quinam dies eo menſe faſti, quinam nefaſti, quinam feſti eſſent, qui ludi, quæ ſacrificia celebranda. *Macrob. l.* 1. *c.* 15.

Calabria, f. 1. *Calabria*, καλαβρία, *Terra d' Otranto*, olim regio Italiæ in Salentinis, pars Provinciæ Hydruntinæ ad oram Borealem, inter Apuliam Peucetiam ad Occ. & Japygiam ad Ort. circa Brunduſium, & Hydruntum. ¶ Calabria vero hodierna longe ab hac diverſa, & diſtans eſt. ¶ Regio enim Auſtralis eſt *Calabria*, Siciliæ proxima, quæ brevi maris tractu a Peloro disjungitur, ubi alias Brutii, & Magna Græcia, inter Mare Tyrrhenum, & Mare Jonium, a Borea in Auſtrum extenſa. Eſtque duplex, Calabria citerior, ſeu citra montes, quæ magis in Boream extenditur, & Calabria ulterior, quæ in Merid. Citerioris caput eſt Conſentia, ulterioris S. Severina.

Calabrico, as, are, faſciis involvere. *Plin. Valer. l.* 3. *c.* 13. Lanis involvere, & calabricare.

Calabricus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Calabria, ut Olea Calabrica. *Colum. l.* 12. *c.* 49. ¶ Calabrica etiam genus faſciarum eſſe videtur. *Plin. Valer. l.* 3. *c.* 13.

Calaguris, *Calahorra*, urbs Hiſp. Tarrac. olim in R. Navarræ nunc in Caſtella veteri, in fin. Vaſconum, prope confinia Navarræ, ad Iberum flu. patria *Quintiliani*. *Auſon. in Profeſſoribus num.* 1.

Calaguritanus, a, um, ad Calagurim pertinens, *Plin. l.* 3. *c.* 3. Calaguritani populi.

Calaïs, m. 3. Boreæ ex Orithyia conjuge filius alatus, qui una cum Zetho fratre ſimiliter alato cum Argonautis Colchos profectus eſt. Cum in ea expeditione a Phineo Rege Arcadiæ Argonautæ humaniter eſſent accepti, Harpyas, quæ Regnum illius infeſtabant, perſequi conſtituerunt. Quas cum & alarum auxilio, & ſagittandi peritia in Plotas uſque Inſulas fugaſſent, ab Iride admoniti ſunt, ne Jovis canes ulterius perſequerentur. Ii itaque retrorſum converſi, duas illas inſulas, in quibus Harpyas reliquerunt, a converſione ſua Strophadas appellarunt, nempe ἀπὸ τοῦ στρέφειν, a converſione. Poſtremo ab Hercule occiſi dicuntur, & in ventos commutati, qui Caniculæ exortum dies fere octo præcedunt. Unde πρόδρομοι, idest *præcurrentes*, appellantur. *Ovid. in ſi. l.* 6. *Metam.* ¶ Eſt etiam Calais gemma Sapphiro ſimilis, candidior tamen, & litoroſi maris ſpecie. Hanc plerique eandem eſſe exiſtimant, atque Augitem.

Calamarius, a, um, ad calamum pertinens, ut theca calamaria apud *Suet. in Claud. c.* 35. in qua ſc. calami ſcriptorii reponuntur. *pennajuolo*.

Calamëta, o. 2. fragmenta veterum calamorum, hoc eſt, pedamentorum, quæ ex calamis, idest arundinibus fiunt. *Colum. l.* 4. *c.* 27. Sic deinde ordinata vineta feſtinabimus emundare, ſarmentiſque, & calametis liberare.

Calaminæ Hetruſcæ, inſulæ in Lydia, quæ non ventis ſolum, ſed etiam contis quo libeat pulſæ, multorum civium Mithridatico bello ſaluti fuerunt. *Plin. l.* 2. *c.* 95.

Calamiſtratus, a, um, adject. Calamiſtro ornatus, ut calamiſtrata coma. *Cic. pro Sext. c.* 8. Et calamiſtratus ſaltator, *Id. poſt red. in Sen. c.* 6.

Calamiſtrum, & calamiſter, n. & m. 2. *ferro da increſpare i capelli*, Ger. *ein pfriemen damit man das haar krauſet*, Gal. *fer à friſer les cheveux*, Hiſp. *hierro para enſortijar los cavellos*, καλαμίς, ἴδος, acus major, qua calefacta criſpantur capilli, a calefaciendo, vel a καλαμίζω, calamo canere, quia ferrum hujuſmodi eſt cavum inſtar calami, idest, acus arundineæ. Unde a *Nonio c.* 15. *n.* 27. calamiſtrum fiſtula dicitur. *Cic. poſt Red.* Frons calamiſtri notata veſtigiis. Hinc calamiſtro crines convertere, apud *Petron. in ſatyr. c.* 102. ¶ Calamiſtros adhibere, tranſlate pro, fucatum cultum, ſive ornatum orationi addere. *Cic. in Orat. c.* 23. Tum removebitur omnis inſignis ornatus, quaſi margaritarum: ne calamiſtri quidem adhibebantur. Et *de Clar. Orat. c.* 75. Calamiſtris inurere.

Calamitæ, *ranocchi piccoli*, Ger. *ein laubfroſch*, καλαμῖται, ranæ minimæ ſunt, & viridiſſimæ, quæ a quibuſdam dryopetæ vocantur, ſic dictæ, quod inter calamos verſentur. *Plin. l.* 32. *c.* 7.

Calamitas, tis, f. 3. miſeria, ærumna, pernicies, adverſa, vel incommoda fortuna, incommoda res, *grandine*, *calamità*, *miſeria*, איד, Germ. *ein feldeſchade*, Gal. *calamité*, Hiſp. *calamidad*, χάλαζα, proprie eſt calamorum imminutio, idest cum calami ſegetum confringuntur grandine, ut procelloſa aliqua tempeſtate. *Plaut. Caſ.* 3. 2. 30. Quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam. V. *Taubman. Ter. Eun.* 1. 1. 34. Noſtri fundi calamitas. ¶ Tranſlate accipitur pro infortunio quolibet, ſive miſeria, vel ærumna. *Cic. Verr.* 1. Ejuſmodi fuit, non ut Legatus pop. Rom., ſed ut quædam calamitas pervadere videretur. Hinc calamitate affligi, calamitatem inferre, accipere, ferre, &c. *Id.* & *Nepos variis in loc.*

Calamitōſe, adv. miſere, *calamitoſamente*, *miſeramente*, δυστυχῶς, ἀθλίως, *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. Turpiter potius, quam calamitoſe.

Calamitōſus, a, um, calamitatibus plenus, *calamitoſo*, οἰζυρός. Primo ſignificat, quod calamitatem infert: h. e. labem ſegetum: Unde calamitoſam tempeſtatem, dixit *Cic. Verr.* 3. *c.* 28. Sic calamitoſus ager, apud *Cor.* & Calamitoſum cœlum. *Cic. de Leg. Agrar. Orat.* 2. ¶ Deinde id, quod hujuſmodi calamitati eſt obnoxium. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Hordeum ex omni frumento minime calamitoſum. ¶ Præterea calamitoſus eſt, qui ærumnis, & calamitate afficitur, vel afficit, ut dictum eſt. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 28. O rem miſeram, & calamitoſam! Et *Fam. l.* 6. *epiſt.* 21. Appropinquare exitus hujus calamitoſiſſimi belli videbatur. *Auctor epiſt. ad Octavium, quæ inter Ciceronianas eſt*: Quæ non inſequens hora antecedenti calamitoſior populo Rom. illuxit?

Calămus, m. 2. *canna ſottile*, *penna da ſcrivere*, קנה, קלמוס, Ger. *rohr*, *ſchreibfeder*, Gal. *roſeau*, *plume*, Hiſp. *cana*, *pluma*, κάλαμος, arundo minuta, habens internodia longa, & recta, ex qua ſagittæ apud diverſas gentes fiebant. *Virg.* 3. *Ecl.* Cum Daphnidis arcum fregiſti, & calamos. ¶ Aliquando accipitur pro ſtipula, & pro quacunque re tereti, ac fiſtuloſa ad ſimilitudinem arundinis. Unde arborum quoque, ut vitium calamus dicimus, idest, teretes particulas, & virgas ad ſerendum in terra aptas. *Plin. l.* 17. *c.* 18. Inſeritur oleaſter calamo, & inoculatione. *s' inneſta a marza*, *a a occhio*. ¶ Calamus item eſt virga ad capiendas aves viſco illita, *panio*. *Mart. lib.* 13. *epig.* 68. Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Metonymice de tibia dicitur: itemque de fiſtulis, quas ſyringas vocant. *Virg.* 4. *Ecl.* Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum. ¶ Hujus primum inventorem Panem fuiſſe Poetæ narrant. *Id.* 3. *Ecl.* Pan primus calamos cera conjungere plures inſtituit. ¶ Denique penna, qua nunc ſcribimus, quæ eſt ab avibus, calamus dicitur ſecundum priſcam conſuetudinem. Principio enim calami ſcriptorii ex arundinibus Ægyptiis confecti fuere. *Cic. ad Attic. l.* 6. *ep.* 8. Cum inſtituiſſem ad te ſcribere, calamumque ſumſiſſem. Et *l.* 2. *epiſt.* 15. *ad Q. Fr.* Calamo, & atramento temperato. Calamus temperatus, eſt ita acuminatus, ut expreſſe ſcribat. ¶ Calamus odoratus, vel aromaticus, κάλαμος ἀρωματικός, eſt arundini ſimilis, multis geniculatus nodis, fragrans odore ſuaviſſimo, caſiæ ſapore. Provenit in Arabia, India, & Syria. *Plin. l.* 12. *c.* 22.

Calămus, Mæandri flu. filius, qui amavit, & amatus eſt a Carpo filio Zephyri, & unius ex Horis, puero pulcherrimi corporis. Accidit, ut Carpus in Mæandrum fl. caderet, & extingueretur. Calamus patrem propter hoc ſcelus averſatus aufugit, rogavitque Jovem, ut finem ſuis luctibus daret, ſibique mortem præſtaret, ut amato poſt obitum jungeretur. Juppiter Calamum in arundines vertit, quæ ſemper circa oras fluminum naſci ſolent; Carpum vero in fructus rerum omnium vertit, ut ſemper renaſceretur. *Serv. in Ecl.* 5. *Virg. v.* 48.

Calantĭca, f. 1. *cuffia*, *tovaja*, κρήδεμνον, tegmen muliebre, quod capiti innectitur, a καλὸν, pulchrum, & ἄνθος, flos, quod floribus intextis variata ſit. Uſus hac voce *Cic. in Clodium*, *apud Nonium* 14. *n.* Cum calanticam capiti accommodaret. Adde *Auſon. in periocha* 5. *Odyſſ.* ¶ Aliqui ſcribunt *Calatica*, dempto n.

Calăris, Caralis, 3. *Cagliari*, urbs A. Sardiniæ primaria, & Regia, in qua ſedes eſt Proregia. ¶ Populi Calaritani. ¶ Hinc pars Auſtralis Inſulæ dicitur Prom. Calaritanum, *Capo Cagliari*.

Calaſis, is, f. 3. χάλασις, nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem ſubmittitur, a χαλάω, laxo, & σύρω, traho. *Feſtus*. Sed aliqui dicunt, vocem Ægyptiam eſſe, & ea tunicam fimbriatam Ægyptiam ſignificari. *Pollux l.* 7. *c.* 16.

Calathiāna viola, f. 1. flos eſt præter violarum naturam autumno proveniens, lutei coloris, foliis minutis, ſine odore, figura calathum referens. *Plin. l.* 21. *c.* 6.

Calathiſcus, i, m. 2. *ceſtelletta*, diminut. parvus calathus. *Catul. Carm.* 63. *v.* 319. Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.

Calăthus, m. 2. *ceſtella*, *paniere*, סל, Germ. *ein handkorb*, Gal. *panier*, Hiſp. *canaſto*, κάλαθος, ab aliquibus qualus, & quaſillus, ab aliis fiſcella, vas vimineum, in quo mulieres penſa, vel tramam revolvunt, aut in quo flores, aut fructus, aut aliquid id genus ferunt, a ξύλον, lignum. *Virg. in Alex. Ecl.* 2. *v.* 45. Tibi lilia plenis ecce ferunt Nymphæ calathis. ¶ Accipitur interdum pro calice, ſeu poculo, *calice*. *Virg.* 5. *Ec.* Vina novum fundam calathis Arviſia nectar. ¶ *Servius* ait, eſſe vas æneum, in quo lac, vel recens caſeus aſſervatur. In hac uſurpatione videtur dictus quaſi γάλαθος, a γάλα, lac. *Virg. Georg.* 3. *v.* 400. Quod ſurgente die mulſere… Sub lucem exportant calathis, adit oppida paſtor. ¶ Calathorum formam *Plin. l.* 21. *c.* 5. liliis tribuit: ſc. ex anguſto orbe in ampliorem ſurgentem. ¶ Calathus fuit etiam fil. Jovis, & Antiopes.

Calatia, Galatia, *Gajazzo*, urbs R. Neap. in Prov. Terræ Laboris, prope Vulturnum fl. media inter Capuam, & Teleſiam. *Liv. l.* 9. *cap.* 2.

Calatio, onis, f. vocatio, κλῆσις, *chiamata*. *Varr. lib.* 4. *L. L.* Calabra ſine calatione poteſt aperiri.

Calatīnus, a, um, adject. qui ex Calatia eſt. *Liv. l.* 22. *c.* 13. Per Allifanum, Calatinumque agrum.

Calator, oris, m. 3. *Vet. Gloſſ.* Calatores, ἱεροδοῦλοι ἱερέων. *Iſidorus* Calator, miniſter ſacrorum. *Sueton de illuſt. Grammat. c.* 12. Cornelius Epicadius Syllæ libertus, calatorque ſacerdotio augurali. ¶ *Feſtus* generatim omnes ſervos Calatores dictos putat, quia ſemper vocari poſſent. Eſt enim Calator a *calando*, i. e. vocando. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 51. Harpax calator meus eſt, ad te qui venit. ¶ *Vet. Scholiaſt. ad Horat. Sat.* 2. 1. 6. eum ſervum calatorem dici cenſet, qui alios ad miniſteria vocat.

Calatorius, a, um, adject. ad calatorem pertinens. *Inſcript. apud Fabrett. p.* 437. Permiſſu Calatorio, & Flaminum.

Digitized by Google

Calatus, a, um, *chiamato*, vocatus, ab antiquo *calo*, *as*, ut calata Comitia. *Macrob. l. 1. Sat. c. 15. Gell. l. 15. c. 27.*

Calaurĕus, a, um, adject. *Latois* cognominata eſt *Calaurea* a Calauria inſula ſinus Argolici, ubi culta fuit. *Ovid. 7. Metam. v. 384.* Inde Calaureæ Latoïdos aſpicit arva.

Calbei, m. 2. auctore *Feſto*, dicebantur armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur, vel a καλὸς, *pulcher*, vel a *galbeus*, viridis, vel a καρπὸς, *junctura manus*, quod primo *carpeos* diceretur, deinde *calpeos*, tandem *calbeus*, vel *calbeus*.

Calcabĭlis, le, qui calcari poteſt. *Sidon. l. 2. epiſt. 5.* Agger calcabili ſilice croſtatus.

Calcanĕum, i, n. *calcagno*, עקב, πτέρνα, pars poſterior pedis imi. *Virg. in Moret. v. 36.* Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant. *Lamprid. in Heliog. cap. 20.* Comedit ſæpius calcanea camelorum.

Calcar, aris, n. 3. *ſprone*, דרבנות, Ger. *ſporn*, Gal. *eſperon*, Hiſp. *eſpuela*, πλῆκτρον, ferreus ſtimulus ad urgendos equos, ſic dictus, quod ad calcem alligetur, vel a calcando. *Cic. 3. de Orat.* Dicebat Iſocrates, ſe calcaribus in Ephoro egere, contra in Theopompo frenis uti ſolere. ¶ Currenti calcar addere, proverbio dicitur, h. e. eum, qui ſua ſponte ad rem aliquam ſatis incitatus eſt, vehementius adhuc inflammare. *Plin. l. 1. ep. 8.* ¶ Calcaria tribuuntur etiam gallinis a *Colum. l. 8. c. 2.* ¶ Adhibere, & admovere alicui calcaria, apud *Cic. & Horat.*

Calcarĭa, æ, f. i. e. fornax, in qua calx coquitur, *fornace da calcina*. *Ammian. l. 27. c. 4.* Calcariam extinguere. *Ulpian. l. 8. de pœnis:* In calcariam quoque, vel ſulphurariam damnari ſolent. Quo loco notatur calcis fodina.

Calcarĭus, a, um, *a. 1.* i. e. quod ad calcem pertinet. Hinc calcaria fornax, *fornace da calcina*, Ger. *kalkofen*, Gal. *four a chaux*, Hiſp. *calera*, in qua calx coquitur. *Plin. l. 17. c. 9.* Cinere e calcariis fornacibus. ¶ Calcarius, ii, ſubſt. qui præeſt fornaci calcariæ. *Cat. de re ruſt. c. 16.* Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Calcata ædificia. V. Calceata.

Calcator, oris, m. qui calcat, & ſpeciatim qui calcat uvas. *Calpurn. Ecl. 4. v. 24.* Ut nudus ruptas ſaliat calcator in uvas.

Calcatorĭum, ii, n. *palmento*, locus in cella vinaria, in quo uvæ calcantur. *Pallad. lib. 1. tit. 18. de cella vinaria.* Baſilicæ ipſius forma calcatorium loco habeat altiore conſtructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depreſſi ſint, gradibus tribus fere, aut quatuor aſcendatur.

Calcatrix, icis, f. 3. quæ calcat. *Prudent. Pſychomac. v. 589.* Calcatrix mundi.

Calcatūra, æ, f. calcandi actus. *Vitruv. l. 10. c. 10.* Pinnæ rotarum, ſine operarum calcatura, fluminis impulſæ ſunt verſatæ.

Calcatus, us, ui, m. 4. idem quod calcatura. *Pallad. Jan. tit. 13.* Ne calcatu aſſiduo terra effoſſa ſolidetur.

Calcātus, a, um, *calcato*, *piegato*, calcando preſſus. *Ovid. 2. Metam. v. 69.* Calcatæ uvæ. ¶ Translate violatus, contemptus. *Stat. Theb. 3. v. 208.* Calcatum fœdus. *Claudian. 2. in Eutrop. v. 163.* Calcatum jus. ¶ Item habitatus, Poetice, *Sil. 3. 676.* Calcatoſque Jovi lucos prece, Boſtar, adora.

Calceāmen, & calceamentum, pro ipſo calceo, *ſcarpa*, ὑπόδημα. *Plin. l. 29. c. 6.* Hinc calceamina, & paſtorum veſtis. *Cic. 5. Tuſc. c. 32.* Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.

Calceamentum. V. Calceamen.

Calcearĭum, ii, pecunia, quæ ad parandos calceos impenditur. *Suton. in Veſpaſ. c. 8. & Ulpian. l. 61. Dig. de Aliment. & cibar.* Simili modo *Veſtiarium*, *Vaſarium* dicebatur.

Calceātor, & Calciator, oris, m. qui calceat. *Inſcript.* apud *Gorium pag. 131.* M. Livius Aug. L. Menophilus calciator.

Calceatus, us, m. 4. *ſcarpa*, idem, quod calceamen. *Suet. in Calig. c. 52.* Veſtitu, calceatuque, & cætero habitu neque patrio, neque civili uſus eſt.

Calceātus, a, um, calceis indutus, *calzato*. *Cic. pro Cal. c. 26.* Non ſatis commode calceati, & veſtiti. ¶ Joculariter *Plaut. Captiv. 1. 2. 84.* Calceati dentes *h. e.* parati inſtructique ad comedendum, ſumpta tranſlatione a viatoribus, qui per ſcruposas vias ituri calceis diligentius ſe muniunt. Supra autem dixerat: *nam meus ſcruposam victus commeat viam.* ¶ *Equus altius calceatus* eſt, qui altas habet ungulas. *Pallad. in Mart. tit. 13.*

Calcĕo, as, are, calceis veſtio, *calzare*, ὑποδέω. *Sueton. in Veſpaſ. c. 2c.* Calceabat ipſe ſe, & amiciebat. ¶ Transfertur & ad jumenta. *Id. ibid. c. 23.* Calceare mulas; quod Itali *ferrare*.

Calceolarĭus, m. 2. *calzolaro*, Ger. *ſchuhmacher*, Gal. *cordonier*, Hiſp. *capatero*, ὑποδηματοποιός, qui calceos conficit. *Plaut. in Aul. 3. 5. 38.* Propolæ, linteones, calceolarii.

Calceŏlus, m. 2. *ſcarpetta*, ὑποδημάτιον, dim. a calceus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 29.* Cum haſta, cum ſcuto, cum calceolis repandis.

Calces, *Feſto* ſunt ampullæ plumbeæ.

Calcĕus, m. 2. *ſcarpa*, נעל, Ger. *ein ſchuch*, Gal. *ſoulier*, Hiſp. *çapato*, ὑπόδημα, pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium, a *calx*, quia calcem munit, ut ſolea tegit ſolum, ſeu plantam pedis. *Cicer. 1. de Invent.* Si multus erat in calceis pulvis. *Id. Philip. 2. c. 30.* Cum calceis, & toga. ¶ Uſi autem Romani duplici calceorum genere: altero quod ex aluta, aſſuta lunula, altero ex puro corio: primi generis calcei dicebantur Mullei, ſecundi Perones. *Tertull. de Pall. c. 4.* ¶ Calceos mutare, eſt Senatorem fieri: Alii enim erant Magiſtratuum ac nobilium, alii plebeiorum calcei. *Cic. Philip. 13. c. 13.* Mutavit calceos: pater conſcriptus repente factus eſt. ¶ *Calceos poſcere* dicebantur convivæ, cum peracta cœna erant abituri. Nam diſcubituri ponebant calceos, ne tricliniares lectos conſpurcarent. *Plin. l. 9. ep. 17.* Quam multi, cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos poſcunt. ¶ De calceis libellum edidit ſatis accuratum *Benedictus Balduinus*.

Calchas, antis, m. 3. Κάλχας, proprium nomen Græci Auguris Theſtoris filii, a quo Theſtorides a poetis appellatur, qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus eſt, cujus conſilio, quoniam divinandi arte plurimum præſtabat, multa geſta ſunt. Diruta autem Troja reverſus cum Amphilocho Amphiarai filio terreſtri itinere Colophonem, cum in luco Apollinis Clari extra urbem apud fanum in Mopſum præſtantiſſimum Augurem incidiſſet, artis peritia ab illo ſuperatus, dolore contabuit, quod propoſita ſibi a Mopſo caprificu, ut refert Heſiodus, aut, ut Pherecydes mavult, ſue gravida, conjicere non potuiſſet, quot in illa ficus eſſent, quotve hæc utero ſuculas gereret, quod tamen Mopſus ſine ullo errore divinavit. *Virg. 2. Æn.*

Calciamentum, pro calceamentum legitur apud *Colum. l. 12. c. 3.*

Calciarĭum. V. Calcearium.

Calcifrăga, f. 1. ſπλήνιον, herba eſt in maritimis petris fere naſcens, a calculis frangendis ita dicta. *Plin. l. 27. c. 9. Ruel. l. 2. c. 189.*

Calcĭo. V. Calceo.

Calciŏpe, f. 1. filia Æetæ Colchorum Regis, ſoror Medeæ, & Abſyrti, quæ Phryxo nupſit, ex quo Cytorum peperit. *Ov. in ep. Helen. ad Parid.*

Calcitrātus, us, m. 4. λακτισμὸς, actus ipſe calcitrandi. *Plin. l. 8. c. 44.* Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Calcĭtro, as, n. 1. calce percutio, renuo, *trarre de' calci*, בעט, Ger. *auſſchlagen*, Gal. *regimber*, *ruer*, *calcitrer*, Hiſp. *acocear*, λακτίζω, calcibus ferio. *Plin. l. 30. c. 16.* Mulas non calcitrare, cum vinum biberint. ¶ Translate *Cic. pro Cal. c. 15.* Calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti.

Calcĭtro, onis, qui calcibus ferit. *Gell. l. 4. c. 2.* Equus mordax, & calcitro. *Plaut. Aſin. 2. 3. 10.* Procul ſi quem vides ire ad ſe calcitronem.

Calcitrōſus, a. 1. a. λακτιστής, qui ſæpe calcibus ferit. *Col. l. 2. c. 2.* Juvencum retractantem, & calcitroſum reddit.

Calco, as, a. 1. *premere col piè*, *calcare*, דרך, Ger. *treten*, *preſſen*, Gal. *fouler aux pieds*, Hiſp. *hollar*, πατέω, calcibus premo. *Virg. 12. Æn.* Miſtaque cruor calcatur arena. ¶ Transfertur etiam ad animum, ut Calcare voluptates, amorem, honores, jura, clientes, pro conculcare, deſpicere, &c. *Ovid. Claudian.* & alii. Calcare æquor dixit idem *Ovid. 3. Triſt. eleg. 10.* ¶ Calcare uvas, *Varr. R. R. l. 1. c. 54.* ¶ Calcare, de Gallo gallinam ineunte, *Colum. l. 8. c. 5.*

Calcularĭus, a, um, adject. ad calculos ſeu rationes pertinens. *Modeſtinus Dig. 50. 8. 8.* Calcularis erroris retractatio etiam poſt decennii, aut vicennii tempora admittetur.

Calculatĭo, onis, calculus, ſupputatio, *conto*, *calcolo*. *Caſſiodori* eſt hæc vox *l. 1. ep. 10.* & *Fortunati l. 5. epiſt. proſa 6. ad Syagrium Epiſc.* ¶ Pro generatione calculorum in veſica, *Cal. Aurelian. Tard. 5. 4.*

Calculātor, m. 3. *conteſte*, *calculatore*, כרושב, Ger. *ein rechenmeiſter*, Gal. *calculeur*, *conteur*, Hiſp. *contador*, λογιστής. *Mart. lib. 10. epigr. 62.* Nec calculator, nec notarius velox.

Calcŭlo, as, a. 1. *far il calcolo*, *a conto*, ψηφίζομαι, λογίζομαι, ratiocinor, rationem facio, e calculis, ideſt lapidibus minutis, quos antiqui in menſa tenentes numeros componebant. *Prudent. in hymn. Laurent. v. 131.* Nam calculanda eſt primitus, Tum ſubnotanda eſt ſummula.

Calcŭlo, onis, idem quod calculator. *Rufus Feſt. in præfat. Breviarii rer. Rom.* Morem ſequutus calculonum, qui ingentes ſummas æris brevioribus explicant. Al. tamen leg. *calculatorum*. Adde *Auguſtin. l. 1. de ordine, c. 12.*

Calculōſus, a, um, *a. 1.* i. *ſaſſoſo*, Ger. *voll ſteinlein*, Gal. *pierreux*, Hiſp. *pedregoſo*, λιθώδης, calculis plenus, *Col. l. 3. c. 11.* Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. ¶ Item qui calculorum morbo laborat. *Plin. l. 21. c. 18.* Apollodorus profeſſus, cypiron efficaciſſimum eſſe adverſus calculoſos. Adde *Cel. l. 7. c. 26.*

Calcŭlus, m. 2. *ſaſſolino*, צרר, Ger. *ſteinchen*, Gal. *caileu*, Hiſp. *guijarillo*, ψῆφος, lapis terræ admixtus, rotundus, duriſſimus. *Cic. l. 1. c. 61. de Orat.* Demoſthenes conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiabat. ¶ Eſt item calculus lapillus in renibus, aut veſica generatus, meatum urinæ prohibens, aſperrimumque genus cruciatum, quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. *Plin. l. 11. c. 37.* Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi. Sic apud *eundem* calculorum valetudo. ¶ Item calculus, ψῆφος, dicitur, quem *latronem*, ſeu *latrunculum* antiqui appellaverunt, vulgus *ſcaccum* vocat. *Mart.* Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. In hac ſignificatione etiam *calx* dicitur. *Lucil. l. 14. apud Priſc. l. 6.* Nammachiam lices hæc, inquam, alveolumque putare, & calces. ¶ Item quoniam calculis ſubducere rationes ſolemus, calculus pro ipſis rationibus ponitur, *conto*, *ragione*. *Cic.* Si te alicujus dati pœnitet, ad calculum reducas. Hinc revocare, ſive reducere ad calculum, eſt aliquid exactius ſupputare. *Cic. de Amic. c. 16.* Hoc eſt quidem nimis exigue, & exiliter ad calculum revocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum, & datorum. ¶ Calculis item olim Græci ſuffragia colligebant, candidis abſolutionem, nigris condemnationem ſignificantibus. Unde factum eſt, ut calculum pro ſuffragio, ſententia, & judicio ponamus. *Plin. Junior. in Paneg.* Calculum de ſe alicui permittere. *Id. l. 1. epiſt. 2.* Adjicere alicui album calculum; & *l. 6. ep. 11.* O diem lætum, notandumque mihi candidiſſimo calculo! Solebant *enim* Thraces dies proſperos, & lætos notare albo calculo, ſeu lapillo in urnam conjecto, infelices vero atro, ut ſcirent exacto anno, quot & quos dies lætos, aut triſtes habuiſſent. *Plin. l. 7. c. 40. Martial. l. 12. epigr. 34.* ¶ Calculum parem ponere apud *Plin. Jun. l. 5. ep. 97.* eſt par pari rependere, *render la pariglia*. ¶ Calculum reducere apud *Cic.* eſt mutare ſententiam, *cangiar parere*. Sic *Nonius*. ¶ Calculos ponere apud *Col. 3. 3.* & calculos alicujus rei ſubducere apud *Cic.* eſt Ital. *fare i conti*.

Caldamentum, i, fomentum calidum. *Marcell. Empir. c. 5.* Caldamentis adhibitis ſopiri.

Caldariŏla, læ, f. parvum caldarium. *Vetus Scholiaſt. Juv. ad Sat. 5. v. 47.*

Caldarĭum, n. 2. *caldara*, דוד, Ger. *einkeſſel*, Gal. *chaudiere*, Hiſp. *caldera*, λέβης, ahenum, quo aqua calida hauritur, vel in quo aqua igni admovetur. *Vitruv. l. 5. c. 10.* ¶ Eſt etiam caldarium pars balnei, quam *Plin.* cellam caldariam vocat *l. 5. ep. 6.*, *ſtuffa*. *Vitruv. l. 5. c. 10.* Ipſa autem caldaria, tepidariaque lumen habebant ab occidente hyberno.

Caldarĭus, & Calidarius, a, um, adject. quod ad ignem liqueſit ac funditur, ut Maltha calidaria, *Pallad. l. 1. R. R. tit. 40. Plin. l. 34. c. 8. in fine*, Caldarium æs. ¶ Caldaria cella, locus erat in balneo, ubi calida aqua lavabantur. Cui oppon. Frigidaria. *Plin. l. 5. ep. 6.*

Caldius, pro Claudius, militari joco appellatus eſt Tiberius, apud *Sueton. in ejus vita, c. 42.*

Caldor, oris, pro Calor. *Varr. l. 1. R. R. c. 55.* Caldore fraceſcit, & oleum fœtidum fit. *Arnob. l. 7. p. 240.* Lavacrorum caldoribus ſe refovere.

Caldus, a, um, pro calidus, *caldo*, ut calda aqua, *Martial. l. 8. epigr. 67.* & *l. 1. ep. 12.* Calda abſolute, illo verſu, Jam defeciſſet portantes calda miniſtros. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 53.* Caldior eſt? acres inter numeretur. Quamquam *Varr. l. 7. L. L.* dari Caldius, & Caldiſſimus, videtur dubitaſſe. V. *Calidus*.

Caledonĭa, Albania, *Allibawin*, *Roſſia*, pars Sept. Scotiæ, ubi nunc prov. Roſſia, Loquabria, & Atholia. Populi Caledonii, qui ſæpe pro Scotis accipiuntur. Hic Sylva Caledonia eſt, *Caldar*, & *Calender*, apud Sterlingum, olim in immenſum ſpatium diffuſa, & monte Grampio diviſa. Et Caſtrum Caledonium, *Dunkelden* urbs E. ad Tavum fl. Ab hac regione mare Scoticum dicitur Oceanus Caledonius & Ducaledonius, maxime verſus Bor.

Caledonĭus, a, um, *Martial. de ſpectac. epigr. 7.* Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo. *ſc.* Britanno, vel Scoto. ¶ Caledonia Sylva V. in Caledonia.

Calefacĭo, acis, eci, actum, a. 3. *ſcaldare*, חמם, Germ. *wærmen*, Gall. *chauffer*, Hiſp. *calentar*, θερμαίνω, calidum reddo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Ad calefaciendum corpus, igni adhibito. ¶ Transfertur & ad animum. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 2.* Gabinium ad populum luculenter calefecerat. *h. e.* exagitarat, vel ad iram commoverat. ¶ Per ſyncopen dicitur *calfacio*. *Cic. Fam. 16. ep. 18.* Calface hominem. *h. e.* commove, hortare, accende. ¶ Paſſive *Vitruv. l. 1. c. 10.* Teſtudine alveolorum calefacientur. Adde *l. 4. c. 7.* Sed non eſt facile imitandus.

Calefactĭo, onis, *il riſcaldarſi*. *Dig. l. 50. tit. 4. l. 4.* Calefactiones thermarum.

Cale-

Calefacto, as, idem quod calefacio, *ſcaldare*. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 169.* Lignis calefactat ahenum. *Macrob. 7. Satur. c. 12.* Aut minorem vim in corporibus calefactandis habet. *Plaut. Caſ. 2. 6. 48.* Ipſe actutum virgis calefactabere.

Calefactus, a, um, *ſcaldato*, nom. ex particip. *Claudian. de Bello Gildon. v. 182.* Ut vino calefacta Venus.

Caleſio, is, n. paſ. *ſcaldarſi*, חמם, Ger. *warm werden*, Gal. *s'echauffer*, Hiſ. *eſcalentarſe*, θερμαίνομαι, calidus fio, paſſivam habet ſignificationem. *Cic. Attic. l. 2. ep. 3.* Balneum calefieri jubebo.

Calendæ, arum, Καλάνδαι, νουμηνία, primus dies cujuſque menſis, *primo giorno del Meſe*, a *calando* dictus: καλεῖν enim eſt vocare. Ex quo Latini Vet. *Calo*, ut fecerunt. Convocabatur autem primo quoque menſium die populus (antequam publici Faſti evulgarentur) & quæ feriæ toto menſe eſſent futuræ, quidque in Religione peragendum, a minore Pontifice docebatur. Conſcriptis poſtea faſtis, & calendariis, in quibus omnis unius anni ratio, & diſpoſitio conſcripta erat, ceſſatum eſt a populi convocatione. Manſit tamen calendarum vocabulum, pro prima die Menſis. V. *Polydor. Virg. l. 2. c. 5.* ¶ Calendis etiam pecuniæ dabantur fœnori, & iiſdem uſuræ exigebantur. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 87.* Cum triſtes miſero venere Calendæ. ¶ *Ovid. 1. Faſt. v. 55.* Calendas Auſonias dixit, quia Latinorum propriæ ſunt, iis vero Græci carent. Unde Proverb. *ad Calendas Græcas*, quo aliquid nunquam futurum ſignificatur. Uſurpabat ſæpe Auguſtus, teſte *Suet. in ejus vita, c. 87.* qui cum aliquos nunquam debita ſoluturos exiſtimabat, ad Calendas Græcas ſoluturos ajebat. ¶ *Intra Calendas*, pro *Calendis*, h. e. ipſo Calendarum die. *Gell. l. 12. c. 13.* Ceterum uſitatior eſt ablativus. ¶ *Tertio Calendas*, *quarto Calendas*, &c. eſt tertia die ante calendas, quarto die ante calendas. Pro quo dicimus etiam, *ad tertium calendas*, vel *ante diem tertium calendas*, & ſimilia. *Cic. Att. 1. ep. 5.* Pater nobis deceſſit ad VIII. Kal. Decembr. *Id. Att. 2. ep. 8.* Quam epiſtolam ante diem XVI. Kal. Maias dediſti. ¶ De ratione efferendi hanc vocem, & illi cognatas per totum menſem vide Grammaticos. ¶ Legitur & *Kalendæ*.

Calendaris, re, o. 3. quod ad calendas pertinet, ut Juno Calendaris, dicta; quod calendarum dies ei ſacer eſſet. *Macrob. l. 1. c. 14.* ¶ *Calendaris curator*, qui calendarii curam habet. *Inſcript. apud Gruter. pag. 446. n. 7. & 478. n. 9.* V. vocem ſequent.

Calendarium, ii, ſeu Kalendarium, ut Veteres ſcribebant, liber fœnebris dicebatur, in quo perſcribebantur uſuræ in Calendas ſingulas petendæ, aut exſolvendæ. *Senec. l. 7. de Benef. c. 10.* Quid fœnus, & Calendarium, & uſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina? Et *l. 1. c. 2.* Nemo bonus beneficia in Calendario ſcribit. ¶ *Curatores calendarii* dicti ſunt in municipiis, & coloniis, qui curam habebant tabularum, in quibus perſcripta erant eorum nomina, qui pecuniam fœnebrem a civitatibus acceperant, & uſuras calendis ſolvebant. *Inſcript. apud Gruter. 1019. n. 7.*

Calens, entis, *caldo*. *Horat. l. 3. od. 14.* Sole calens terra. *Ovid. 3. de ar. am. v. 571.* Ætate, & amore calens. *Liv. l. 25. c. 39.* Romani calentes adhuc ab recenti pugna.

Calenum, *Carinola*, urbs Campaniæ, R. Neap. in Prov. Terræ Laboris. ¶ Hinc vinum illud celeberrimum, quod *Calenum* vocatur.

Calēnus, a, um, o. 1. 2. quod ſpectat ad Cales, ſive ad Calenum. *Hor. l. 1. carm. od. 20.* Et prelo domitam Caleno Tu bibes uvam. ¶ Vinum Calenum celeberrimum erat, quod & Calenum abſolute dixit *Juvenal. ſat. 1. v. 69.* Molle Calenum porrectura viro.

Calĕo, es, lui, n. 2. *eſſer caldo*, חמם, Ger. *warm ſeyn*, Gall. *etre chaud*, Hiſp. *ſer caliente*, θέρμομαι, ferveo, calidus ſum, a Dorico καλῶ, pro καίω, comburo, vel a καλὸν, Dorico, pro κῆλον, urens, ſplendens *Virg. 1. Æn. 417.* Thure calent aræ. ¶ Calere dicitur res, per tranſlationem, dum adhuc recens eſt. *Plaut. in Pan.* Nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur. Tracta eſt metaphora a ferrariis fabris, qui ferrum candens ſimul ac igni exemerunt, ſtatim cudunt, ne mora interpoſita durum fiat, & intractabile. ¶ Calere etiam dicuntur, qui magno ſtudio in aliquid incumbunt. *Ad Heren. l. 4. c. 15.* In re frigidiſſima calet, in ferventiſſima friget. Sic calere cupidine laudis, *Ov. 8. Met. v. 300.* Calere ſcribendi ſtudio, *Horat. l. 2. ep. 1. v. 108.* Calere ſpe, *Curt. l. 4. c. 1.* Calere etiam dicitur res ipſa, quæ magna vi agitur, quemadmodum *Virgil.* dixit, fervere opus. *Tibul. l. 1. el. 11. v. 53.* Sed Veneris tunc bella calent. Sic *Cic. ad Att. l. 4. ep. 16.* Judicia calere dixit. Et apud *Sueton. Aug. c. 71.* Calent loca, quæ ſc. frequentantur. ¶ Caletur, imperſonale, calor eſt. *Plaut. Capt. 1. 1. 12.* Quaſi cum caletur, cocleæ in occulto latent. ¶ Particip. *caliturus*. *Ovid. 13. Metam. v. 590.* calituraſque ignibus aras.

Calepium, ii. 2. *Calepio*, Καλήπιον, opp. in Cenomania, 14. M. P. a Bergoma, Brixiam verſus, apud Ollium fl. patria Ambroſii Calepini, qui huic Lexico nomen dedit.

Cales, Calium, plur. *Calvi*, Col. & Urbs Campaniæ condita a Calai filio Boreæ. *Horat. l. 4. od. 12.*

Caleſco, ſcis, n. 3. *ſcaldarſi*, θερμαίνομαι, calidus fio. *Plin. l. 20. c. 21.* Succus caleſcit in eo, in Sole modice. *Ter. Heau. 1. 2. 5.* Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis.

Calfacio, is, feci, factum, a. 1. *riſcaldare*, θερμαίνω, idem, quod calefacio. *Plin. l. 21.* Chryſocomæ radix calfacit, & ſtringit. *Ovid. Faſt. 4. v. 698.* Calfacit igne focum. Tranſlate Auguſtus apud *Sueton. c. 71.* Luſimus per omnes dies; forum aleatorium calfecimus: h. e. aſſidue trivimus. ¶ Et pro commovere, exagitare, *Cic. Fam. 16. ep. 17.* Calface hominem.

Calfactus, a, um, calefactus, *ſcaldato*. *Ovid. in Ibin, v. 46.* Nondum calfacti Velitis haſta.

Calfactus, us, ui, m. 4. idem quod calefactio. *Plin. l. 29. c. 3.* Calfactuque obiter foveant. *Lactant. de Opific. Dei, c. 14.* Jecoris officium eſt, ut cibos concoquat amplexu, & calfactu ſuo.

Calianaſſa, & Calianea, Nymphæ, quarum altera a bene regendo, altera a variis honeſtandis dicta eſt.

Calicata ædificia dicuntur calce contecta, & præcipue ſi lævis, & polita ſint, ut albarium, vel pictura ſuperinduci poſſit: quam artem, loricationem, vel tectoriam appellant. *Feſtus.*

Calicellus, ii, m. parvus caliculus. *Theodor. Priſcian. l. 4.*

Calicularis, re, adject. ut herba calicularis, quæ caliculos habet, qualis eſt hyoſcyamos, apud *Apul. de herb. c. 4.*

Calicŭlus, li, m. 2. *caliceтto*, κυλίκιον, dimin. a calice, vas potorium. *Cat. de re ruſt. c. 108.* *Plin. l. 16. c. 44.*

Calidarium. V. Caldarium.

Calide, adverb. *caldamente*, *fervoroſamente*. ¶ Accipitur metaphorice pro ſubito, ſine mora. *Plaut. Epid. 2. 2. 99.* Tute igitur calide, quidquid acturus, age. Græce πρὸ τοῦ πράγματος. Al. leg. *callide*.

Calidus, a, um, o. 1. 2. *caldo*, חם, Ger. *warm*, Gal. *chaud*, Hiſp. *caliente*, θερμός, quod in ſe calorem habet. *Virg. 9. Æn.* Vomens calidum de pectore flumen. *Colum. l. 12. c. 50.* Calidiſſima lixivia. ¶ Pro veloci, *velox*. *Varro apud Non. 1. 4. n. 76.* Ecce calidis pedibus quidam naviculatus irrumpit in curiam. ¶ *Cic. Tuſc. 2. c. 18.* Calidior eſt, vel potius ardentior animus &c. ¶ Calidi etiam dicuntur, qui facile commoventur, & excandeſcunt. *Horat. l. 3. carm. od. 14.* Non ego hoc ferrem calidus juventa. *Ter. in Eun. 2. 3. 88.* Vide ne nimis calidum hoc ſit. h. e. præceps, & audax, ſubaudi conſilium. *Cic.* quoque 1. *Offic. c. 24.* calida conſilia dixit. Et *Plaut. Epid. 1. 2. 38.* Huic homini opus eſt quadraginta minis celeriter calidis: h. e. celerrime repertis. Sic Calidum mendacium apud *eund. Moſtell. 3. v. 135.* h. e. recens ac novum. Al. in his *Plauti* exemplis leg. *callidis* duplici ll. ¶ *Calida*, *æ*, abſolute ponitur pro aqua calida. *Senec. epiſt. 77.* Calida ſubinde ſuffuſa. ¶ Caldus per ſyncop. pro *calidus* Veteres dicebant. Et vero Auguſtus, ut eſt apud *Quintil. l. 1. c. 6.* (vel 10.) *caldum* prætulit: non quod *calidum* minus latinum ſit, ſed quia *caldus* mollius videtur, & minus odioſum. Exempla V. ſuo loco.

Calendrum, ii. 2. *cappello poſticcio* capitis operimentum, ideſt, vel galericulus, vel coma appoſita, a καλύπτρον, ſeu καλύπτρα, tegmen, quod eſt a καλύπτω, tego. Acron in illud *Horat. l. 1. ſat. 8.* Altum Saganæ calendrum excidere. Uſus & *Arnob. l. 6. ad finem*.

Caliga, f. 1. *ſcarpa*, Ger. *ſtieffel*, Gal. *chauſſe*, Hiſp. *calça*, κρηπὶς, calceamentum militare, non quorumlibet militum, ſed gregariorum, a *callo* pedum, vel a *caligando*, vel a *calce*, unde *calceo*, & per metatheſin *caliga*. *Cic. 2. Phil.* Cum caligis, & lacerna cucurriſti. V. *Caligula*. ¶ Sed non milites modo, verum & iter facientes caligas ſolebant ſumere. *Juven. ſat. 3. in fin.* Satyrarum Adjutor gelidos veniam caligatus in agros. ¶ Caliga ſpeculatoria, apud *Suet. in Calig. c. 52.* qua milites induti ſpeculatum exibant. ¶ Sæpe caliga pro militia, ſeu militari profeſſione ſumitur. *Senec. de brevit. vitæ, c. 17.* Marium caliga dimiſit? conſulatus exercet. *Vet. Inſcript.* apud *Gruter. pag. 445. n. 9.* C. Oppio in caliga functo. De caliga librum edidit *Jul. Nigronius*.

Caligans, antis, *caliginoſo*, *oſcuro*, caligine plenus, tenebroſus. *Cic. in Arat. v. 205.* Atque Aram tenui caligans veſtiit umbra. *Virg. 4. Georg. v. 468.* Et caligantem nigra formidine lucum. ¶ *Caligans oculus*, cujus aciem caligo obſcurat. *Plin. l. 20. c. 22.* ¶ *Caligans*, qui oculis eſt caligantibus. *Martial. l. 10. epigr. 4.* Qui legis Oedipodem, caligantemque Thyeſten. ¶ *Caligantes feneſtras* dixit *Juvenal. ſat. 6. v. 31.* quæ præ altitudine oculos deſpicientium caligare faciunt. ¶ *Vultus caligans*, mœrorem præſeferens. *Pacuv.* apud *Non. c. 2. n. 869.*

Caligaris, re, & Caligarius, a, um, adject. ad caligam pertinens, ut Caligares clavi. *Pl. l. 9. c. 18.* & Clavi caligarii, apud *eund. l. 34. c. 14.* Clavis enim ſuppactum erat hoc calceamenti genus. V. *Nigron.* ¶ Caligarium ſolum in *Gloſſar. Vet.* quod Itali *ſuola de ſcarpa*.

Caligarius, ii, m. 2. qui caligas conficit. *calzolajo*. *Lamprid. in Alex. c. 33.* Corpora omnium conſtituit vinariorum, popinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium. ¶ Eſt etiam ſutor caligarius, in *Vet. Inſcript.* quæ affertur a *Nigronio de Caliga, c. 2.*

Caligatio, onis, f. 3. *caligine*, *oſcurità*, מאפליה, Ger. *verfinſterung*, Gall. *eblouiſſement*, Hiſp. *eſcuridad*, ἀμβλυωπία, *Plin. l. 29. c. 6.* Caligationes, ſuffuſioneſque oculorum.

Caligatus, a, um, caliga indutus. *Juven. ſat. 3. in fi.* Gelidos veniam caligatus in agros. ¶ Caligatus, abſolute pro milite. *leg. 6. Dig. de re militari*: Caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulavit. *Juven. ſat. ult. v. 24.* Offendere tot caligatos, Millia clavorum. Ubi tamen alii leg. *tot caligas, tot Millia clavorum*.

Caligineus, a, um, idem quod caliginoſus. *Gratius in Cynegetico, v. 36.* Vel caligineo laxanda reponito fumo.

Caliginōſus, a, um, o. 1. 2. *oſcuro*, *caliginoſo*, אפל, γνοφώδης, obſcurus, caligine tectus. *Cic. 1. Tuſc. c. 25.* Cœlum humidum & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ. Superlat. eſt *Auguſt. epiſt. 7.*

Calīgo, inis, f. 3. *nebbia folta*, חשך, Ger. *finſterniſſ*, Gal. *obſcurité*, Hiſp. *eſcuridad*, ζόφος, tenebræ, forte ab ἀχλὺς, caligo, per metatheſin. *Cic. Agrar. 2. c. 27.* Tenebræ tetræ, & caligo. ¶ *Caligo* eſt etiam oculorum vitium, cum eorum acies offuſcatur, humore aliquo interfluente. *Plin. l. 20. c. 7.* Sanat omnia oculorum vitia, præcipue caligines. ¶ Metaphorice. *Cic. pro Planc. c. 40.* Caliginem iſtorum temporum vide.

Calīgo, as, are, neut. 1. *oſcurare*, *eſſer cieco*, ἀμβλυώττω, *Plin. l. 30. c. 1.* Ad quas res caligat humanum genus. *Quintil. l. 1. c. 2.* Caligare in Sole. Quod proverbium dixit de iis, qui in clariſſima luce cæcutiunt. ¶ Nubes caligat pro nigreſcit apud *Virg. l. 2. v. 606.* quæ nunc obducta menti mortales hebetat viſus tibi, & humida circum caligat, nubem eripiam. ¶ Poſterioris ævi Scriptoribus *caligare* active accipitur pro obſcurare. *Fulgent. in contin. Virgil.*

Caligula, m. 1. cognomen C. Cæſaris filii Germanici, qui Imperator fuit, quod puer in caſtris caligis uteretur, quia parum ambitioſe manipulario, ſeu gregali habitu inter milites educabatur, ad concilianda vulgi ſtudia. In exercitu enim natus erat. *Suet. Tac.* & alii.

Calim, veteres pro clam uſurparunt. *Feſt.*

Caliptra, genus veſtimenti, quo capita operiebant: a καλύπτω, tego. *Feſtus.*

Caliſto, us, Καλλιστώ, Lycaonis regis Arcadiæ filia; hinc Lycaonia Caliſto, apud *Catull. carm. 61.* Vide plura in voce *Arctos*.

Calix, icis, m. 3. *calice*, *bicchiero*, כוס, Ger. *ein trinkgeſchirr*, *ein kelch*, *ein becher*, Gal. *calice*, *coupe*, Hiſp. *caliz*, κύλιξ, genus poculi, quo bibimus, a κύλιξ, calix, quod eſt a κυλίω, volvo, quia calices olim torno fiebant. *Plin. in Cap. 4. 4.* E. Aulus, calicesque omnes confregit. ¶ Quandoque accipitur pro vaſe, in quo legumina coquuntur; *pentola*. *Ovid. l. 5. Faſt.* Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. ¶ Eſt etiam calix cochleæ, *Plin. l. 9. c. 56.* ¶ Item florum, ſcilicet cavitas in medio depreſſa, unde ſe folia rotundo ambitu explicant, ut in liliis videre eſt. *Id. l. 21. c. 4.* ubi de roſa, & *c. 5.* ubi de liliis diſſerit. In hac ſignificatione ſcribitur & *calyx*.

Calla, f. 1. herbæ genus eſt aro ſimile, in arationibus naſcens, uſuſque eoſdem habens, quos aron. *Plin. l. 27. c. 9.*

Callaici. *Gallegos*, pop. Hiſp. Tarrac. extremi, ad Oceanum Occ. & Bor. Alias diviſi fuere in Callaicos Braccarios, & Callaicos Lucenſes. Braccarii inter Durium, & Minium fl. habitabant, ubi nunc pars Regni Portugalliæ, quæ dicitur Tranſmontane, & regio inter Durium, & Minium. Lucenſes, qui & præcipui fuere, ubi nunc Galliciæ Regnum, *Gallicia*.

Callaicus, a, um, adject. *Ovid. 6. Faſt. v. 461.* Tum ſibi Callaico Brutus cognomen ab hoſte Fecit. *Callaicum hoſtem* pro Hiſpano videtur dixiſſe, quemadmodum & *Martial. l. 10. epigr. 16.* Callaica arva. Et *epigr. 37.* Oceanum Callaicum. ¶ Callaicus color, καλλάινος χροιὰ, eſt color purpureus, aut Puniceus, a κάλλαιον, vel κάλλαιος, gallorum barba, vel palea. Sed pleri que dicunt, eſſe Venetum colorem, quem viridem marinum appellant, qui eſt purpuræ dilucioris, ac in ſmaragdo, qui e pallido viret. *Iſid. l. 16. c. 7.* Hinc *Martial. 14. 139.*

Callaicæ lacernæ. *Al. leg.* Callainæ. ¶ *Callaicum aurum* eſt, quod in Callaicorum regione nobile, & plurimum effodiebatur. *Id. ibid. epigr. 95.*

Callaĭnus, a, um, qui colorem habet callaidis gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10.* V. vocem præced.

Callăis, is, f. 3. κάλλαϊς, gemma ex viridi palleſcens, ſeu quæ ſapphirum imitatur, candidior, & mari litorali ſimilis. *Plin. l. 37. c. 8.* Differt a callaica

Digitized by Google

laica, ſeu callaina turbidior eſt. *Plin.* Sed *Iſidoro* eadem eſt. Hæ gemmæ dictæ ſunt a colore callaico.

Callarias, m. 1. piſcis marinus ex aſellorum genere. *Plin. l. 32. cap. ult.*

Callens, entis, nom. ex particip. qui callet, *pratico*, *dotto*. *Ammian. l. 16. c. 12.* Bellandi uſu diutino callentes. *Gell. l. 17. c. 5.* Utriuſque linguæ callens.

Callenter, adverb. quo uſus *Apulejus l. 4. A. A.* Quorum ſatis callenter curioſos aſpectus Thraſileon noſter impetu minaci frequenter inhibebat. *Julian. Floridus* interpretatur *aſtute*.

Calleo, les, lui, ſine ſup. n. 2. ſcio, teneo, poſſideo, *fare il callo*, Ger. *harte oderſchwüllechtige haut haben an henden oder füſſen*, Gal. *avoir des cals, & durillons*, Hiſp. *hazer callos*, *ſer calloſo*, *e tener callos*, τυλόω, eſt callum contrahere, calloſum eſſe a *callus*. *Plaut. in Pſeud. 1. 2. 4.* Plagis coſtæ callent. ¶ Transfertur & ad animum. *Sulp. Cic. Fam. l. 4. ep. 5.* In illis rebus exercitatus animus callere jam debet. ¶ Interdum callere, eſt perfecte ſcire, quod ſicut pes, vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus verſatur. Et tunc neutrum tranſitivum eſt. *Hor. in Art.* Legitimumque ſonum digitis callemus, & aure. *Ter. Adelph. 4. 1. 18.* Illius ſenſum pulchre calleo. ¶ Cum infinito, Calleo pati, *Hor. l. 4. od. 9.* ¶ Cum ablat. callere fidibus, *Apulej. in Florid. n. 18.* (*al. l. 3.*)

Calleſco, vel Calliſco, is, n. 3. callum facio, obdureſco. *Cato* apud *Non. c. 2. n. 162.* Aures nobis calliſcerunt ad injurias.

Calliblephărum, n. 2. καλλιβλέφαρον, medicamen pro vitiis oculorum. *Plin. l. 23. c. 6.*

Callicia, f. 1. herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. *Plin. l. 24. c. 17.*

Callĭde, adv. aſtute, vafre, malitioſe, caute, *aſtutamente*, Ger. *liſtiglich*, *behendiglich*, Gall. *finement*, *par ruſe*, Hiſp. *aſtutamente*, *y recatadamente*, πανούργως. *Cic. 2. de Fin.* Omnia callide referentem ad utilitatem. ¶ Sumitur etiam in bonam partem, pro ſcite, vel ingenioſe. *Cic. in Orat.* Callide, arguteque dicere. ¶ Comparat. callidius, & ſuperlat. callidiſſime: illud eſt apud *Tacit. Annal. 6. c. 37.* hoc apud *Nepot. in Themiſtocle, c. 1.* ¶ Callide noſſe, ideſt optime. *Plaut. Aſin. 2. 2. 85.* & *Terent. Andr. 1. 2. 30.*

Callidĭtas, f. 3. *aſtuzia*, *malizia*, ערמה, Ger. *geſchwindigkeit*, Gall. *fineſſe*, *ruſe*, Hiſp. *aſtucia*, *y recatamento*, πανουργία, aſtutia. *Cic. 1. Off. c. 19.* Scientiam, quæ eſt remota a juſtitia, calliditatem potius, quam ſapientiam appellandam.

Callĭdus, a. 1. 2. aſtutus, verſutus, vafer, malitioſus, veterator, *ſcaltrito*, *aſtuto*, ערום, Ger. *klug*, *geſchwindiſtig*, Gal. *fin*, *ruſé*, Hiſp. *aſtuto*, *y recatado*, πανοῦργος, qui rerum peritus eſt, a *calleo*. *Cic. de nat. Deor.* Chryſippus non ſine dubio verſutus, & callidus. ¶ Verſutus, & callidus unde dicti ſint, & quomodo inter ſe differant, *Cic. 3. de nat. Deor. c. 10.* docet his verbis: Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur, callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit. *Id. 4. Acad.* Ut agitator callidus equos ſuſtinebo. ¶ Accipitur in bonam & in malam partem. *Martial. l. 5. epigr. 43.* Callidus effracta nummos fur auferet arca. *Colum. l. 7. c. 3.* Ariſtoteles calliduſſimus naturæ rerum. h. e. ſcientiſſimus. *Tacit. Hiſtor. l. 5. c. 31.* Quo nemo ea tempeſtate callidior rei militaris. ¶ Cum infinito *Horat. l. 1. od. 10.* Callidus, quidquid placuit, jocoſo condere furto.

Callĭgŏnon, καλλίγονον, herba, quæ & polygonon dicta a multitudine ſeminis, & denſitate fruticis. Nonnulli ſanguinariam dicunt. *Plin. l. 27. c. 32.*

Callimachium metrum conſtat tribus choriambis, anapæſto, & bacchio, vel amphibrachus, ut *Armipotens* Mars, genitor Romulidum, ut venias precamur. *Serv. in centimetro, pag. 1823. Putſch.*

Callĭmăchus, m. 2. καλλίμαχος, nomen poetæ Cyrenenſis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. *Cic. 1. Tuſc.* Omne poematis genus attigit. In adverſarium poema acerbiſſimum ſcripſit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde *Ovid.* poematis ſui nomen, & argumentum mutuatus eſt. ¶ Callimachus alius ſculptor fuit, qui primus lapidem pertoravit minutatimque tractavit. Fuit etiam inventor columnæ Corinthiæ. ¶ Item alius Grammaticus. *Cic. 3. de Orat.*

Callimus, m. 2. κάλλιμος, lapis eſt ex genere ætitarum. *Plin. l. 36. c. 21.*

Callion, κάλλιον, herba, quam alii nominibus ſolanum ſomniferum, halicacabum, & veſicariam appellant. *Plin. l. 21. c. 31.*

Callionymus, m. 2. καλλιώνυμος, & callichthys, καλλίχθυς, & lupus, λύκος, piſcis genus, cujus fel oculis plurimum prodeſt. *Plin. l. 32. c. 7.*

Calliŏpe, f. 1. καλλιόπη, & Calliopea, καλλιόπεια, una Muſarum, quæ præeſt heroicis verſibus a κάλλος, pulchritudo, & ὄψ, ὀπός, vox. *Juven. ſat. 4. v. 34.* Incipe Calliope, licet & conſidere: non eſt &c. *Virg. Ecl. 4.* Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Calliopius, Grammaticus Criticus, qui Terentii Comœdias recenſuit. At Scholiaſtes Vetus Terentii Calliopium non criticum, ſed actorem, ſeu recitatorem agnoſcit. ¶ *Gaſpar Barthius l. 6. Adverſar. c. 21.* conatur probare, hunc Calliopium eundem eſſe, ac Alcuinum.

Callipĭdes, & Callippides, is, hiſtrio Tragœdiarum fuit Ageſilai tempore. Proverbio uſurpatur pro tardo, & cunctatore. *Cic. ad Attic. l. 13. ep. 12.* Biennium prætermit, cum ille Callipides aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. V. *Sueton. in Tiber. c. 38.*

Callĭpŏlis, f. 3. *Gallipoli*, καλλίπολις, urbs Cherſoneſi Thraciæ Epiſc. ſub A. Heracl. Sedes Præfecti maris, e regione Aſiæ minoris, juxta Helleſpontum, qui ab ea dicitur *Stretto di Gallipoli*, contra Lampſacum 5. M. P. in Occ. a Byzantio 120. in Auſt. condita a Caligula unde dicta eſt. *Plin. 4. 11.*

Callirŏe, uxor altera Alcmæonis, quæ petiit a Jove, & impetravit, ut duo filii adhuc infantes confeſtim ad viri occiſi ultionem adoleſcerent. *Ovid. 9. Metam.* ¶ Alia item, filia Lyci, quæ Diomedem liberavit ab inſidiis patris, qui hoſpites omnes immolabat, a quo cum ſe deſertam videret, vitam laqueo finivit. ¶ Item Callirhoe, Heb. Laza, *Cornuus*, opp. Judææ, ad Jordanem, & fons apud lacum Aſphaltitem. ¶ Item fons, & urbs Syriæ, al. Edeſſa. ¶ Item fons Atticæ, qui novem fiſtulis aquam mittit. *Stat. Theb. 12. v. 629.*

Callis, is, m. 3. *calle*, *ſtrada*, שביל, Ger. *ein gebanneter*, *weg*, τρίβος, ſemita minor, a callo, quod veſtigiis animalium trita, & calcata ſit. *Virg. 4. Æn. v. 404.* Prædamque per herbam Convectans calle anguſto. V. Serv. ibid. *Curt. l. 5. c. 4.* Calles ſilveſtres, & *c. 5.* Calles invii. ¶ *Callium provincia* erat munus minimi negotii, & a Quæſtoribus adminiſtrari ſolitum, quibus cura mandabatur callium, ſilvarum, & ſaltuum. Ex his enim vectigalia exigebantur propter pecora, & paſcua. *Tacit. 4. Ann. 27. Sueton. in Caſ. c. 19.* & *in Claud. c. 24.* quibus tamen locis ubique variat lectio. ¶ Sunt etiam *calles* viæ vicinales ſaltuum, aut montium. *Cic. pro Sext. c. 5.* Italiæ calles, & paſtorum ſtabula prædari. ¶ Callis gen. femineo. *Liv.* apud *Non. c. 3. n. 46.* Per devias calles. Ita legit *Non.* olii devios.

Calliſco. V. Calleſco.

Calliſthĕnes, m. 3. ex Olyntho urbe Macedoniæ, ſeu Thraciæ, Philoſophus, diſcipulus Ariſtotelis, condiſcipulus Alexandri Magni. Alexandrum ſecutus eſt in Aſiam, ab eo accitus, ut illius res geſtas ſcriberet. Scripſit hiſtoriam Rhetorica pene more. Interfectus eſt juſſu Alexandri, quod illum a Macedonibus divinis honoribus adhuc viventem colendum non cenſeret, more Perſarum. *Cic. 2. de Orat. 3. Tuſc. Juſtin. l. 15. Curt. l. 8.*

Calliſto, V. Caliſto.

Callĭſtruthĭæ, f. 1. ficî frigidiſſimæ, a κάλλιστος, optimus, & στρουθὸς, paſſer, quod paſſeribus gratæ ſint. *Plin. l. 15. c. 18.*

Callitrichon, n. 2. herba, al. *callitrix*, polytrichon, adiantum, a καλὸς, pulcher, & θρὶξ, τριχὸς, pilus, quod pulchros, & denſos crines facit. *Plin. l. 25. c. 11.* Decocta in aqua humidis etiam ulceribus prodeſt. *Id. l. 15. c. 14.*

Callitrix. V. Callitrichon. ¶ Eſt item genus ſimiæ, dictum a pili pulcritudine. *Plin. l. 8. c. 54.*

Calloſĭtas, atis, f. 3. induratio callorum, *calloſità*, ut calloſitas palpebrarum, *Scribon. Larg. Compoſit. 36.* ¶ Tranſlate *Tertull. de teſtimonio animæ, ſub fin.* Exiſſe hæc in uſus communis calloſitatem; ubi *Rigaltius* exponit, conſuetudinem.

Callōſus, a, um, callis abundans, vel callis obductus, & duratus, *calloſo*, ut manus calloſa. *Auctor. Panegyrici ad Piſon. v. 17.* Humida calloſa cum pinſeret hordea dextra. Sic ulcus calloſum. *Celſ. l. 6. c. 3.* Craſſior calloſiorque cutis in homine. *Plin. l. 11. c. 39.* ¶ Calloſa ova, *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 14.* Namque marem cohibent calloſ. vitellum; de melioribus & longis dixit, quod marem cohibeant, ſeu contineant, ideoque ob calorem denſioris alburnis ſint, & ſucci meliore. Ita *Torrentius*.

Callus, m. 2. & callum, n. 2. *callo*, Ger. *hertigkeit*, *dicke*, Gal. *cor*, *durillon*, Hiſp. *callo*, τύλος, eſt cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, parteve alia corporis denſior facta, cujuſmodi eſt in ſuis roſtro, cervice bovis, animalium plantis, & duritia illa, quæ in manibus hominum ex labore naſcitur, a *cale*, vel *calco*, quod proprie ſit durities in pedibus, vel a κᾶλον, *lignum*, quod ſit cutis lignea, ideſt, dura. *Sueton. in Auguſto, c. 80.* Sed & callis quibuſdam ex prurigine corporis, aſſiduoque & vehementi ſtrigilis uſu pluriſariam concretis &c. ¶ Callum in ſuibus agnoſcit *Plaut. Capt. 4. 3.* quod alius in locis aprugnum vocat: fuiſſe autem in deliciis menſarum, indicat locus Catonis apud *Plin. l. 8. c. 51.* quem vide. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, quæ duriuſculæ ſunt inſtar calli. *Plin. 14. 1.* Uva gratior callo. *Id. 15. 18.* Callo placat pira. ¶ Tranſlate Callum obducere, metaphorice eſt aſſueſcere alicui labori multo exercitio. *Cic. Tuſc. 2. c. 15.* Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori. Et *Tuſc. 3.* Quorum animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis obduxerat.

Calo, as, a. 1. *chiamare*, קרא, Ger. *ruffen*, *nennen*, Gall. *appeller*, Hiſp. *llamar*, καλῶ, voco, a voce Græca, quæ propoſita eſt. *Gell. l. 15. c. 27.* Curiata comitia per lictorem curiatum calari. ¶ Item pronuntiare, nominare, indicare. *Varr. l. 5. L. L. pag. 50.* Primi dies menſium nominati calendæ ab eo, quod his diebus calarentur ejus menſis nonæ, &c. ¶ Item invocare. *Varr. ibid.* Dies te quinque calo; Juno novella. ¶ Scribitur & *Kalo*.

Calo, onis, m. 3. *ſaccardo*, *bagaglione*. Calones miniſtri erant militum, a ferendis lignis paliſque ſic appellati. Nam ut Servius ait ad *Æneid. 6. v. 1.* Calas dicebant Veteres fuſtes, quos portabant ſervi ſequentes dominos ad prælium. Vel, ut ait *Feſtus*, quia ligneas clavas gerebant, quæ græce κᾶλα dicuntur. Unde & Clavatores dicti. *Liv. l. 3. Belli Pun.* Calones, lixaſque, & invalidos milites vallum ferre. *Perſ. ſat. 5. v. 95.* Sambucam citius caloni aptaveris alto. ¶ Calones etiam dicti Servi quicumque viliores ad imitationem calonum in exercitu, ut obſervat Scholiaſtes Vetus ad illud *Horatii l. 1. ſat. 6. v. 103.* Ne ſolus ruſve, peregreve Exirem, plures calones atque caballi paſcendi. Adde *l. 1. epiſt. 14. v. 42.* Sic & *Seneca* Calones *lecticarios* appellat, *epiſt. 110. ſub fin.* ubi ait; Lectica formoſis impoſita calonibus. ¶ Sunt etiam calones calceamenta lignea, auctore *Feſto*, a κᾶλον, lignum.

Calobataris. V. Collobatarii.

Calophanta, æ, καλοφάντης. *Plaut. Curcul. 4. 1. 2.* Calophantam, an Sycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio. Ita legunt *Alciatus*, & *Pareus*, & exponunt χρηστολόγον, h. e. eum, qui honeſte quidem loquitur, ſed ejus facta ab oratione diſcrepant. Al. leg. *Halophanta*. V. Taubman.

Calopodĭum, ii, n. *forma da ſcarpe*, καλοπόδιον, forma lignea, qua utuntur ſutores in calceis faciendis. *Acron Interpres Horat. ad l. 2. ſat. 3. v. 106.* ubi in feminino genere uſurpat: qua in re non eſt imitandus.

Calor, oris, m. 3. ardor, *calore*, *caldo*, חם, Ger. *wærme*, *hitz*, Gal. *chaleur*, Hiſp. *calor*, θέρμη, a calendo. *Plaut. Mil. 3. 2. 25.* Mihi nimius calor comburebat gutturem. Sic calor ſolis, calor febris. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. epiſt. 16.* Maximis caloribus, & anni tempore graviſſimo. ¶ Tranſlate accipitur pro impetu, fervore, ſeu ardore animi, qui plerumque in juvenibus eſt. *Quint. l. 2. c. 15.* Juvenili calore Polus inconſideratior. *Paul. JCtus l. 9. Dig. de Public. & Vectig.* Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum inflavit, ita demum admittenda eſt, &c. ¶ Aliqui huic voci neutrum genus tribuunt niſi auctoritate *Plauti Mercat. 5. 2. 19.* Nec calor, nec frigus metuo. Sed *Taubman.* aliter legit.

Calor, m. 3. *Calore*, fl. Hirpinorum, in Princip. ult. qui oritur ex Apennino M. & Montem Maranum urb. rigat, deinde auctus Miſcano, & Tamaro fl. prope Beneventum labitur, & paulo infra in Sabatum ſe exonerat.

Calorātus, a, um, calidus, calefactus, *ſcaldato*, *Apul. l. 6. p. 185.* Primæ juventutis caloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimavi.

Calorĭficus, a, um, o. 1. 2. θερμοποιὸς, quod calorem facit. *Gel. l. 17. c. 8.* Oleum calorificum eſt.

Calpar, n. 3. κάλπη, dolium, vel genus vaſis fictilis, a κάλπη, urceus, urna. Metonymice eſt vinum, & per excellentiam id vinum, quod feſtis Vinalibus ex dolio demebatur ſacrificii cauſa, & Jovi offerebatur, antequam vina guſtarent. *Varr.* apud *Non. c. 15. n. 31.* & *Feſt.*

Calpe, f. 1. *Gibraltar*, κάλπη, una ex columnis Herculis, mons, & urbs Hiſp. Bæticæ, in Vandaluſia, ad fretum Herculeum, quod inde dicitur *Stretto di Gibraltar*, contra Abylam alteram columnam, M. & opp. Mauritaniæ, *Plin. l. 3. in Proœm.* & *c. 1.*

Calpurnĭus, a, um, ad Calpurnium pertinens (*Calpurnius* autem eſt nomen proprium Romanum) ut Calpurnia domus, *Auct. Paneg. ad Piſon. v. 15.*

Caltha, f. 1. *fiorrancio*, κάλθη, viola lutei coloris, al. *chryſanthemum*, calendula, non a forma, quia calathum, ſive calicem refert, ſed a κάλχη, pro κάλθη, *flos*, vel *animal*, quo purpura tingitur. *Plin. lib. 21. c. 6.* *Virg. Ecl. 2. v. 50.* Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Calthŭla, veſtis genus eſt *Plaut. Epid. 2. 2. 47.* dicta fortaſſis a colore luteo, Adde *Non. c. 16. n. 4.*

Calthularĭus, ii, qui calthulas conficit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 36.* Flammearii, violarii, calthularii. Ita a quibuſdam legitur: Ab aliis *carinarii*. V. Taubman.

Calva, æ, f. 1. *mannia*, *teſchia*, κρανίον, os capitis, ubi capilli eſſe conſuevere. *Mart. l. 3. ep. 74.* Pſilothro faciemque lavas, & dropace calvam. Adde *Liv. l. 23. c. 24.*

Cal-

Calvaria, f. 1. *teſchio*, כַּלְבָּה, totum caput carne nudum, & tam de brutis, quam de hominibus dicitur. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Calvaria ex interiore parte concave, extrinſecus gibba. *Plin.* 30. 6. Calvaria canis. *Pallad. l.* 1. *tit.* 35. Calvaria equæ.

Calvariŏla, æ, parvus caliculus inſtar minoris calvariæ. *Vet. Scholiaſtes Juvenalis Sat.* 5. Calices fractos, vel calvariolas componere.

Calvarium, ii, n. idem quod calvaria. *Apulei. in Apolog.* Si dicas, quæſita eiiciendis mortuis marina calvaria.

Calvātus, a, um, calvus, ut *calvata vinea*, in qua vites quidem ſunt, verum paucæ, in calvitio capillorum. *Plin. l.* 17. *c.* 22. *Cato de R. R. c.* 33.

Calveſio, ſis, *divenir calvo*, calvus fio, *Varro R. R. l.* 1. *c.* 37. Ne decreſcente Luna tondens calveſiam.

Calvĕo, es, *eſſer calvo*, קֵרֵחַ, Germ. *kalſein*, Gal. *être chauve*, Hiſp. *ſer calvo*, φαλακρόω, calvus ſum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Quædam animalium naturaliter calvent.

Calveſco, o. 3. ſine præt. & ſup. *divenir calvo*, incipio calveſieri, *Plin. l.* 11. *c.* 23. Proprium huic calveſcere omnibus annis. ¶ Dicitur & de agris. *Colum. l.* 4. *c.* 33. Caſtaneta novella calveſcunt.

Calvĭtas, atis, deceptio, a calvo, is. *Ulpian. l. Si fidejuſſor. ff. Mandati*, &c. Ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuam calvitatem plectetur. Al. leg. *calliditatem*.

Calvĭties, f. 5. & calvitium, o. 2. φαλάκρωμα, defluvium capillorum a capite, ſeu locus capitis, ex quo jam capilli defluxerunt. *Cic.* 3. *Tuſc.* 26. Quaſi calvitio luctus levaretur. *Petron. in Satyr. c.* 108. Superciliorum æqualis cum fronte calvities.

Calumnia, f. 1. *calunnia*, *cavillazione*, *frode*, עֹשֶׁק דָּבָר, Ger. *laſterung*, Gal. *calomnie*, Hiſp. *calumnia*, διαβολή, callida, & malitioſa juris interpretatio, ad deferendos, accuſandos, ac evertendos alios inventa. *Sueton. Calig. c.* 38. Ad rapinas convertit animum, vario, & exquiſitiſſimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere. *Idem in Vitell. c.* 7. Creditorum turbam non niſi terrore calumniæ amovit. Sic fiſcales calumniæ, quibus fiſcus augetur, *Id. in Domit. c.* 3. *Cic. de Offic. l.* 1. *c.* 10. Exiſtunt etiam ſæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida, & malitioſa juris interpretatione. ¶ Sed & quævis ficta infamatio, aut falſo intentatum crimen calumnia dicitur. Hinc calumniam ferre, calumniam effugere. *Cal. Cic. Fam.* 8. *epiſt.* 8. Et *pro Cluent. c.* 53. ¶ Calumniam jurare, eſt teſtari juramento, ſe ad litem, vel accuſationem non acceſſiſſe calumniandi ſtudio. *Cal. Cic. l. c.* ¶ Hoc nomen *Priſcian. l.* 10. derivat ab inuſitato ſupino *calvtum* verbi *calvo* decipio.

Calumniatĭo, onis, f. 3. actus calumniandi, calumnia. *Aſcon. Pedian. in Divin. Verr. c.* 14. Calumniationes, & hoc genus argumenti complexio dicitur.

Calumniātor, m. 3. συκοφάντης, malitioſus interpres, vel qui falſum crimen objicit. *Cic. pro Cæc. c.* 23. Scriptum ſequi calumniatoris eſt. *In leg.* 12. *Tab.* Calumniator idem patiatur, quod reus, ſi convictus fuerit. ¶ Calumniator ſui dicitur, qui in ſe ipſum nimis inquirit, & in eo quod facit, diligentiæ finem ponere neſcit. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *ad fin.*

Calumniātrix, icis, f. 3. quæ calumniatur. *Ulpian. leg.* 1. *§.* 14. *ff. de Ventr. in poſſeſſ. mitt.* Niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier.

Calumnior, aris, d. 1. calumniam adhibeo, vexo, *calunniare*, שָׁטַן, דִּבָּה, Ger. *ſchmehen*, *laſtern*, Gal. *calomnier*, Hiſp. *calumniar*, διαβάλλω, eſt mendaciis aliquem in litibus vexare, vel falſa crimina objicere, a *calvo*, decipio. *Cic. poſt Redit. c.* 11. Me, ſi diutius calumniarentur, redire juſſiſſet. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 75. Sermonis nimius erat, ad unum calumniatus eſt rumor. *h. e.* reprehendit, nimis tamen, tamquam ſcalæ eſſet. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Tiro verba ponit Catonis, & alias tamen eum verba calumniatur. *In critica. Paul. Dig. l.* 50. *tit.* 4. *leg. penult.* Calumniari verba juris. *h. e.* malitioſe interpretari. ¶ *Calumniari ſe* eſt nimis anxie in ſe inquirere, nimio timore peccandi. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. ¶ Reperitur etiam *calumnior* paſſive ſignificatione. *Statorius* apud *Priſcian. l.* 8. A quibus interdum analogia calumniatur, συκοφαντεῖται, ut idem *Priſcian.* exponit.

Calumnioſe, adverb. fraudulenter, *con calunnia*, συκοφαντικῶς. *Aggenus Urbicus de Limit. cap. de aqua pluvia:* Calumnioſe fines defendere. Et *Leg.* 8. *ff. de ſtipulat. prætor.* Calumnioſe petere.

Calumniōſus, a, um, συκοφαντικός, qui calumniam inferre ſolet, vel calumniarum plenus. *Jul. Paul. l.* 1. *Recept. Sent. Tit.* 5. *ſent.* 1. Calumnioſus, inquit, eſt, qui ſciens, prudenſque per fraudem negotium alicui comparat. *Arnob. in princ. Operis:* Calumnioſas diſſolvere criminationes. Superlativ. *calumnioſiſſimus* habetur apud *Auguſt. epiſt.* 152.

Calvo, is, calvi, a. 3. *ingannare*, רָמָה, Ger. *betriegen*, Gal. *tromper*, Hiſp. *engañar*, ταράσσω, decipio, cujus paſſivum eſt *calvor*, *eris*, a καλύπτω, tego, ut ſit tecte decipere. *Salluſt. in* 3. *Hiſtor. apud Priſcian. l.* 10. Contra ille calvi ratus. ¶ Invenitur etiam deponens. *Plaut. in Caſ.* 2. 2. 4. Sopor manus calvitur. *h. e.* fruſtratur manus intantas operi. Ita *Cajus JCtus.* Si calvitur, & moretur, & fruſtretur. *Vet. Gloſſ.* calvor, ἐξαπατῶ.

Calvus, a. 1. 2. *calvo*, קֵרֵחַ, Ger. *kal*, *glatzechtig*, Gal. *chauve*, Hiſp. *calvo*, φαλακρός, dicitur, a cujus capite capilli defluxerunt, ſive qui ſine capillis natus eſt. *Suet. in Cæſ. c.* 51. Mœchum calvum adducimus. ¶ Comparat. calvior. *Apul. l.* 5. *A. A.* Maritum ſortita ſum cucurbita calviorem. ¶ Translate *Martial. l.* 12. *epig.* 32. *calvæ reſtes* dixit *allio*, *capiſque*, in quibus rarum allium, & paucæ capæ erant.

Calx, cis, m. & f. 3. pars poſterior pedis, *calcagno*, עָקֵב, Germ. *die verſen der fuſſ*, Gal. *talon*, Hiſp. *calcaño*, πτέρνα, calcaneum, extrema pars pedis, qui & pes imus appellatur, a λάξ, *calx*, quod a λέγω, delino. *Plaut. Merc.* 5. 2. 111. Eu. Sequere ſis. Ch. ſequor. Eu. clementer. calces deteris. *in mi ſcalcagni. Virg.* 11. *Æn. v.* 714. Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. *h. e.* calce ſtimulo ferreo armata. *Al. leg.* ferrato. *Stat. l.* 5. *Silv.* 2. *v.* 113. vexantemque illa nuda calce ferocis equi. ¶ Sumitur aliquando pro ictu calcis, & percuſſione pedem, plagaque ponitur, λακτίζω, *calcio*. *Terent. in Phorm.* 1. 2. 27. Nam quæ inſcitia eſt, adverſum ſtimulos calces ? *ſc.* jactare, quod proverbium eſt de iis dictum, qui contra eos reluctantur, quos vincere nequeunt. ſibi enim ipſis magis nocent. ¶ Metaphorice ſignificat metam circi, vel lineam creta alba ductam in eo circi loco, ubi curſus finis erat, ut a calce ad carceres revocari. *h. e.* a fine ad principium. *Cic. de Senect. ſub fin. Lucret. lib.* 6. *v.* 91. Perſcripta ad candidæ calcis. Adde *Senec. ep.* 108. & *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 10. Nunc video calcem, ad quem decurſum eſt. *Vitruv. l.* 9. *c.* 2. imas partes columnæ, cui ſcalarum gradus adhærent, inferiores calces ſcaporum vocat.

Calx, cis, f. 3. *calcina*, שִׂיד, גִּר, Germ. *kalk*, Gal. *chaux*, Hiſp. *cal*, *ἄσβεστος*, lapis coctus, quo utimur pro bitumine. *Cic. pro Mil.* In eam inſulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. ¶ Calx viva, *i. e.* nondum intincta, *calcina viva*. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Contra vero calx macerata, quæ aqua diluta, & ſubacta eſt. *Id. l.* 36. *c.* 23. ¶ Calcis etymologia, in hoc ſenſu, ducitur a χάλιξ, *lapis*, vel *lapidum fragmento*: vel a *calore*, quia fit ex lapidibus calidis, & uſtis. Ipſum etiam nomen *calx* lapidem ſignificat, unde calculus lapillus. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 86. Ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit. M. Quid prius diſperibit, ſaxa, quam unam calcem civerit. *h. e.* calculum luſorium. Alii legunt *unum*, & intelligunt partem pedis extremam. Vide *Scalig. in append. ad conject. in l.* 6. *Varr. de L. L.* & *Taubm. ad loc. Plauti cit.* Vide etiam *Incitus*.

Calycŭlus, li, m. 2. *bottoncino*, diminut. parvus calyx in herbis, & arboribus. *Plin. l.* 17. *c.* 44. Calyculis manibus.

Calydon, onis, f. 3. poſtea Aquila, *Ayton*, καλυδών, urb. Ætoliæ, regia olim Oenei patris Meleagri. *Virg. Æn.* 7. *v.* 303. Conceſſit in iras Ipſe Deum antiquam genitor Calydona Dianæ.

Calydŏnis, idis, patronym. *Ovid. Metam.* 8. *v.* 529. Plangunt ora ſimul matres Calydonides.

Calydonĭus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Calydone, ut aper Calydonius, *Ovid. Met.* 8. *fab.* 4. & Calydonius heros, *Id. ibid. v.* 325. ſc. Meleager. ¶ At Caledonia ſilvæ, V. ſupra in *Caledonia*.

Calypſo, us, & onis, f. nympha, filia Atlantis, matre incerta, vel Oceani, & Tethyos. Regnavit in Ogygia inſula, ubi Ulyſſem naufragum humaniter excepit. *Ovid.* 4. *de Pont.* 10. 13. pulchram ſoviſſe Calypſo. *Tiball.* 4. 1. 77. fœcunda Atlantidos arva Calypſus. *Apul. l.* 1. *Miloſ.* At ego, inquis, Calypſonis æternam ſolitudinem flebo.

Calyptra, æ, f. 1. καλύπτρα, genus veſtimenti, quo mulieres capita tegebant, a καλύπτω, tego. *Feſtus.*

Calyx, ycis, m. 3. *bottone*, κάλυξ, folliculum, quo flores, ſemina herbarum, fructus arborum cooperiuntur, a καλύπτω, tego. *Plin. l.* 15. *c.* 22. & 23. ¶ Item teſtaceorum piſcium durum corium. *Plin.* 9. 31. & 36. & *l.* 32. *c.* 4. ¶ Per ſimilitudinem dicitur de ovi putamine, *guſcio d'ovo*. *Id. l.* 28. *c.* 2. ¶ Item de cruſta e luto, qua caminantur ſtrues lignorum in carbone faciendo. *Id. l.* 16. *c.* 6. ¶ Scribitur & *calix*.

Camarina, Camerina, f. 1. *Camarana*, καμαρίνα, urbs Siciliæ cum fluvio, & palude cognomine, in ora Auſtr. inter Gelam ad Occ. & Pachynum prom. ad Or. 30. M. P. inter fl. Vanum, & Iporum. Paludis Camarinæ aquæ cum fœtore ſuo peſtem generarent, Camarinenſes conſuluerunt Apollinem, expediretne ipſa Camarinam exſiccari: quibus ab Apolline reſponſum eſt, Camarinam non eſſe movendam. Neglecto tamen Oraculo ſiccaverunt paludem, per quam mox ingreſſis hoſtibus contempti Oraculi pœnas dederunt. Hinc manavit proverbium, *Camarinam movere*, pro ſibi malum accerſere.

Cambĭo, is, pſi, ptum, a. 3. *cambiare*, חָלַף, Ger. *vertauſchen*, *wechſeln*, Gal. *changer*, Hiſp. *cambiar*, *trocar*, ἀλλάττω, μεταλλάττω, ἀνταμείβομαι, commuto, permuto. Citat ex *Cariſio Priſcian. l.* 10. *Apul. in Apolog. p.* 284. *edit. Elmenh.* Tu an habeas ad agrum colendum, an ipſe mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque ſcio, neque laboro.

Camēlæ virgines ſunt, quibus ſupplicare ſolebant ſponſæ nupturæ. *Feſtus.* *Voſſ.* notat Græce dici γαμήλιοι θεαί.

Camelarius, ii, m. 2. qui camelorum curam gerit, eoſque paſcit. *Leg. ult.* § 11. *ff. de muner.* & *honor.*

Camelaſia, καμηλασία, *Ammiano*, & *JCtis*, *Leg. ult. ff. de muner.* & *honor.* dicitur camelorum curatio, & præfectura, vel etiam pecunia, quæ pro alendis camelis datur. Notat *Torrent. ad Veſpaſian. c.* 8. *Ammiani* autem locus eſt *l.* 17. *c.* 5. Sed notat *Valeſ.* tam a MSS. quam primitus editis hoc verbum abeſſe.

Camelaſium, ii, n. annona pro alendis camelis, aut vectigal, quod pro iis alendis penditur. *Ammian. l.* 17. *c.* 3. (*al.* 5.)

Camelinus, a, um, ad camelum pertinens, ut lac camelinum. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Et camelinus color, pro fuſco ad flavedinem vergente.

Camella, f. 1. genus vaſis. Vide *Gell. l.* 17. *c.* 7. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 779. Tum licet, appoſita veloci cratere camella, Lac potes. *Petron. in Satyr. c.* 137. Infra manus meas camellam interpoſuit.

Camelopardălis, is. 3. καμηλοπάρδαλις, animal forma camelum referens, colorum varietate Pardum, ſeu Pantheram. *Plin. l.* 8. *c.* 18.

Camēlus, m. 2. *camelo*, גָּמָל, Ger. *ein kameltier*, Gal. *chameau*, Hiſp. *camelo*, κάμηλος, animal quadrupes, quod crura prolixa, & collum oblongum habet, a χαμηλός, humilis, quia cum oneratur, humi accombit, vel a *camurus*, ſeu *camurus*, curvus, vel a κάμπτω, flecto & μηρός, femur, quia genua flectit. Sitim tolerat etiam quatriduo, ut ſcribit *Plin. l.* 8. *c.* 18. Hinc *Perſ. ſat.* 5. *v.* 136. Tolle recens primus piper e ſitienta camelo.

Caoenæ. V. Camoenæ.

Camĕra, f. 1. *volta*, *cielo fatto a volta*, כִּפָּה, אוּלָם, Germ. *ein gewelb*, Gal. *voute*, *berceau*, Hiſp. *boveda*, καμάρα, teſtudo, fornix, ſcil. pars ſuperior ædificii, tectum incurvum, introrſum reſpiciens, a voce Græca, quæ electa eſt, vel e *camurus*, curvus. De ea ſic *Nonius c.* 11. *n.* 126. Camerum, obtortum: unde Cameræ tacta in curvitatem formata. Cameram igitur appellarunt culmina arcuata, ſive ex lapide, ſive ex contignatione eſſent. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. *Suet. in Ner. c.* 34. Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 3. *epiſt.* 1. Cameras quaſdam non probavi. ¶ Eſt etiam navigii genus, Dacis uſitatum, quod tumido mari, prout fluctus attollitur, tabulis augetur in ſummis partibus, donec in modum tecti claudatur, ut ſcribit *Tacit.* 3. *Hiſtor. c.* 47. ¶ Differt camera a fornice in eo, quod *camera* ſignificat totum tectum fornicatum, fornix vero de ſingulis etiam cameræ arcubus dicitur.

Camerarĭus, a, um, o. t. e. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Camerarium, genus cucurbitæ vocant, quod in pergulis arrepit in hortis, non quod humi ſerpit.

Cameratĭo, onis, *volta*, camera, *Spartian. in Caracalla*, *c.* 9. Cancelli, quibus cameratio tota concredita eſt.

Camerātus, a, um, *fatto a volta*, curvus in modum cameræ, ut camerata arca, *Leg.* 9. § 5. *ff. loc. conduct.* Verum meliores libri habent *arcata*. Adde *Inſcript.* apud *Reineſ. in append. n.* 46. ubi tamen legitur *camaratus*.

Camĕro, as, avi, atum, a. 1. *fabbricar a volta*, in modum cameræ ſtruo. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Publicum omnium (*avium*) eſt, tabulata ramorum ſuſtinendo nido provide alligere, camerare ab imbri, aut fronde protegere denſa.

Camers, ertis. Camertes populi ſunt Umbriæ, montes incolentes, quibus a Picenis Umbri ſeparantur. ¶ Apud *Virg. Æn.* 10. *v.* 562. Camers eſt nomen viri proprium. ¶ Eſt etiam Camers, adject. *Cic. pro Sylla*, *c.* 19. In agro Camerti, Piceno, Gallico.

Camertīnus, a, um, Camers, ut fundus Camertinum, *Cic. pro Cornel. Balbo*, *c.* 20.

Camilla, καμίλλα, Virgo Volſca, quæ venit ſuppetias ferens Turno contra Latinos & Æneam: quo in bello etiam periit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 803. Hos ſuper advenit Volſca de gente Camilla.

Camillum, i, n. teſte *Feſto*, in voce Cumera, erat vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant: ſic appellatum, quod *camillus* dicebatur miniſter, qui eum gerebat. ¶ Ab hujus ſimilitudine fortaſſe camillum dictum eſt membrum catapultæ, de quo *Vitruv. l.* 10. *c.* 15. ubi tamen quidam leg. *capitulum*.

Camillus, m. 2. καδμῖλος, apud veteres nunc puer ingenuus dicitur, nunc miniſter in rebus occultioribus, veluti ſacris, aut nuptialibus. Hinc Me-

tabus

Digitized by Google

tabus filiam Camillam vocavit, ideſt, Dianæ præminiſtram, & Etruſci Mercurium appellabant Camillum, quaſi miniſtrum Deorum. ¶ Flaminius Camillus erat puer ingenuus, patrimus, & matrimus, qui Flamini Diali ad ſacrificia præminiſtrabat, & Flaminia Camille erat puella ingenua, patrima, & matrima, quæ miniſtrabat Flaminicæ Diali. V. *Feſt.* & *Plin. l.* 19. *c.* ult.

Camino, as, a. 1. facere in modum camini. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur.

Caminus, m. 2. *fornace*, *camino*, כִּבְשָׁן, תַּנּוּר, *Ger. ein kamin*, *schornſtein*, Gal. *fournaiſe*, *cheminée*, Hiſp. *hornaca*, *chiminea*, κάμινος, fornax, & ſtructura, quæ fumum, & ignem excipit. *Virg. Æn.* 6. *v.* 630. Cyclopum educta caminis mœnia conſpicio. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 10. Valde metuo, ne frigeas in hybernis, quamobrem camino luculento utendum cenſeo. Vide ibi *Manut.* de caminis veterum multa diſſerentem. Vide etiam *Caton. in Plin. l.* 2. *ep.* 17. ¶ Addere oleum camino, eſt malo alicui fomentum, & materiam adjicere. *Horat. Sat.* 3. *l.* 2. *v.* 321. Adde poemata nunc, hoc eſt, oleum adde camino. ¶ De caminis Veterum V. *Perrar. Elector. l.* 1. *c.* 9.

Camiſia, æ, genus veſtis interioris lineæ. *Paul. epitomator Feſti in voce Supparus.* & *Hieronym. epiſt.* 128.

Cammăron, n. 2. herba, al. aconitum, quia habet radicem ſimilem cammaro piſci marino. *Plin. l.* 27. *c.* 3. ¶ Sed cammoron potius dici debet, quia κακῷ μόρῳ, ideſt, malo fato hominem tollit.

Cammărus, i, m. 2. *gambaro*, κάμμαρος, piſcis ex cancrorum genere, e voce Græca, quæ propoſita eſt. *Plin. l.* 32. *c.* 8. *Martial. l.* 2. *epigr.* 43. Concolor in noſtra, cammare, lance rubes.

Camœnæ, arum, Muſæ, *le Muſe*. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 59. Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ. *Horat. l.* 1. *od.* 12. *v.* 39. Gratus inſigni referam Camœna. ¶ *Varro l.* 5. *de L. L. n.* 7. *Feſtus*, & *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 3. ducunt a canendo, quaſi *Canenæ*. Item *Serv. in Ecl.* 3. *Virg. Voſſ. in Etymolog.*

Camœnālis, le, ad Camœnas pertinens. *Sidon. l.* 3. *epiſt.* 3. Nunc oratorio ſtylo, nunc etiam Camœnalibus modis imbuebatur. *Avien. in Phænom. v.* 495. *de Pegaſo*: Illuſiſſe pedem, cornuque excita repente Lympha Camœnalem fudit procul Hippocrenem.

Campæ, arum, f. 1. nugæ, ut campas dicere, apud *Plaut. Truc.* 5. 1. 44. h. e. nugari, ut ibi legunt, & explicant *Taubman.* & *Pareus*. Aliter habet *Lambinus*.

Campăgus, i, calceamenti genus, a Patriciis, & Imperatoribus geſtari ſolitum, idem fere, quod caliga, niſi quod variis reticulis, & candido linteamine ornabatur. Hujus meminit *Jul. Capitol. in Maximino*, *c.* 2. & *Trebell. Pollio in Gallieno*, *c.* 16. ¶ Diaconos etiam Rom. Eccleſiæ Campagis uſos, teſtatur *Gregor. M. l.* 7. *epiſt.* 28. Vide *Albert. Rubeo de Calceo Senat. c.* 5.

Campania, cogn. Felix. V. Terre Laboris.

Campania Romana. V. Latium.

Campanĭcus, a, um, idem quod Campanus. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 12. Campanica periſtromata.

Campānus, a, um, o. 1. 2. Καμπανός, quod ad Campaniam reg. Italiæ ſpectat. *Virg.* 10. *Æn.* Hinc nomen Campenæ ducitur urbi.

Campas, atis, idem quod Campanus, ut Campas genus, pro Campanus genere. *Plaut. in Trinum.* 2. 4. 144. In alio ſenſu V. Cappas.

Campe, es, f. 1. κάμπη, eruca, vermis hortenſis herbas, & arborum frondes infeſtans, a κάμπτω, flecto, quod flexo obliquis tractibus corpore progreditur. *Colum. l.* 11 *ſub fin.* Hirſutaque campe. ¶ Apud *Plaut. Truc.* 5. 1. 44. Campas dicere, eſt nugari. ¶ Campas, marinos equos Græci appellant, a flexu poſteriorum partium. *Feſtus*.

Campenſis, ſe, ad Campum pertinens. *Apulej. l.* 11. *Metam.* docet, Iſidem, quæ templum in campo Martio habuit, campenſem cognominatam eſſe.

Campeſter, campeſtris, campeſtre, & hic, & hæc campeſtris, & hoc campeſtre, adject. *campeſtre*, ad campum pertinens, vel qui in campis eſt. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 6. Campeſter luſus. *Liv. l.* 4. *c.* 37. Capua a campeſtri agro appellata. Sic arma, prælia campeſtria apud *Horat. de arte poet. v.* 379. & *l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 54. Iter Campeſtre, apud *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 66. ¶ Quia vero in campo Martio comitia fiebant, campeſtris etiam ad comitia, & petitiones honorum pertinet. *Liv. l.* 7. *c.* 1. Ædilitatem Quinctio gratia campeſtri dederunt. *Valer. Maxim. l.* 4. *c.* 1. *n.* 14. Campeſtrem temeritatem experiri.

Campeſtrātus V. in voce ſequenti.

Campeſtre, is, n. 3. pannus, ſeu velum, quo Ephebi nude ſe exercentes pudenda velabant, quod & Succinctorium, & Subligaculum dicebatur. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 11. *v.* 17. Incolumi Rhodos, & Mitylene pulcra facit, quod Penola ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris. *Auguſt. l.* 14. *de Civit. Dei*, *c.* 17. Campeſtria latinum quidem verbum eſt; ſed ex eo dictum, quod juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita ſuccincti ſunt, *campeſtratos* vulgus appellat.

Campeſtris, V. Campeſter.

Campicurſio, onis, f. 3. exercitatio militaris, quæ currendo fiebat. *Veget. l.* 3. *c.* 4. Campicurſionem, ut ipſi appellant, aſſiduæ faciant.

Campidoctor, oris, m. 3. *maeſtro di campo*, qui tirones in campo exercet armorum uſum docens. *Vet. Gloſſ.* Campidoctor, ὁπλοδιδάκτης. *Lamprid. in Alexandro*, *c.* 53. Campidoctores docuerunt. ¶ *Stewechius* mavult legi *Campiductor* apud *Veget. l.* 1. *c.* 13. & *l.* 2. *c.* 22. & alios, qui ejus vocis meminerunt. Verum tutior hæc quam ſequimur, lectio, tum quia Campidoctores iidem & armidoctores, & armorum doctores dicebantur, ut *Salmaſ. ad Lamprid.* notat: quod ſatis probat, non a ducendo, ſed a docendo hanc vocem componi: tum quia duæ Inſcriptiones, quas affert *Gruterus f.* 80. *nu.* 2. & *f.* 565. *nu.* 3. ambæ Campidoctorem exhibent.

Campaules, æ, καμπταύλης, qui inflexa canit tibia. *Vopiſc. in Carino*, *c.* 19. Exhibuit centum Camptaulas.

Campter, m. 3. καμπτήρ, flexus metæ, ſeu decurſus circa metam, & meta ipſa, a κάμπτω, flecto. *Pacuv.* Extremum intra campterem ipſum. Apud *Non. c.* 1. *n.* 328. Al. aliter leg.

Campus, m. 2. *campo*, אֵיל, כִּכָּר, שָׂדֶה, *Ger. ein feld*, Gal. *un champ*, *une plaine*, Hiſp. *campo raſo*, *vega*, πεδίον, eſt grande, atque amplum ſpatium terræ planæ a *capiendo*, quod animalium, ſeu rerum aliarum multitudinem facile capiat. *Varr. l.* 4. *L. L. pag.* 7. Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus. ¶ Translate ſumitur pro qualibet re, in qua quis ſtudium habet, *ſoggetto*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 35. Cum ſit campus, in quo poſſit exultare oratio. Hinc latiſſimus dicendi campus, ubertas materiæ. ¶ Antonomaſtica Campi nomine ſæpe venit Campus Martius, qui locus erat extra Pomœrium, Marti ſacer, in quo Comitia creandis Magiſtratibus, ferendis legibus, &c. a Populo Rom. habebantur. *Cic. Catil.* 1. *cap.* 5. Comitiis Conſularibus me Conſulem in Campo, & competitores tuos interficere voluiſti. Huc & illud pertinet ejuſdem *in Piſon. c.* 2. Fors domina campi. Hinc Campi nota, pro repulſa in Magiſtratus petitione, *Valer. Max. l.* 6. *c.* 9. *n.* 14. ¶ Campus etiam dicitur locus pugnæ, caſtrorum, & expeditionum. *Ammian. l.* 20. *c.* 10. Edicto, ut futura luce omnes convenirent in campo. Adde *Juvenal. Sat.* 2. *v.* 106. ¶ Item locus, ubi tirones exercebantur (qui locus Romæ erat ipſe idem Campus Martius, de quo modo) & armorum uſum diſcebant, ex quo *Campidoctores*, dicti, & *Campicurſiones*. ¶ Ut æquor pro campo, ſic nonnunquam campus pro mari ſumitur. Sic *Virg. Æn.* 6. *v.* 724. Campos liquentes. Et *Æn.* 10. *v.* 214. Campos ſalis. *Ovid.* etiam *Met.* 1. *v.* 41. mare vocat, campum liberioris aquæ. ¶ Campus ſceleratus, erat locus Romæ juxta portam Collinam, in quo Veſtales Virgines, in adulterii crimine deprehenſæ, vivæ ſepeliebantur. *Feſtus*. Campus pro agro raro invenitur uſurpatus. Habet *Plin. l.* 5. *epiſt.* 6. ubi ait; Prata inde, campique, quos nonniſi ingentes boves, & fortiſſima aratra perfringunt.

Campus Martius, V. Campus.

Camum, i, genus potionis, ſeu cereviſiæ ſpecies. *Ulpian. l.* 33. *ff. tit.* 6. 9. Nec camum, nec cereviſia continebitur, nec hydromeli. Al. leg. *curmi*. Vide *Cujac. Obſerv. l.* 24. *c.* 39.

Camŭrus, a, um, o. 1. 2. *torto*, *piegato*, כָּפוּף, *Ger. krumb*, Gal. *camus*, *courbe*, Hiſp. *corcobado*, καμουρός, inflexus, curvus. Hinc camuri boves, a cornuum curvatione. *Virg.* 3. *Georg. v.* 55. Camuris hirtæ ſub cornibus aures. Dicuntur autem camuri boves, ut notat *Junius Philargyrus ad hunc Virg. loc.* quibus cornua ſunt introrſus converſa; quibus contrarii patuli, qui diverſa cornua habent.

Camus, m. 2. *briglia*, *laccio*, מַחְסוֹם, רֶסֶן, *Ger. maulkorb*, Gal. *frein*, *licou*, Hiſp. *freno*, *lazo*, κημός, genus aſperi fræni, quo equi ſuperbi coerceri ſolent, a voce Græca, quæ allata eſt, quæ eſt a καμπός, curvus. Ita *Iſid. l. ult. Orig. cap. ult.* ¶ Item funis, quo damnati alligabantur ad furcam. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 37. Hodie tu camum, & furcam feras. Ita legit *Meurſius*, Al. leg. *Conum*.

Cana dicunt Græci, nos caniſtra. *Feſtus*.

Canabŭla, orum, & Canabulæ, arum. Lapidum congeries, termini genus apud *Frontinum*, & alios Grammaticos Scriptores, a *Goeſio* editos *pag.* 257. Fuſiorem explicationem V. in Indice *Goeſii* ad hanc vocem.

Canăce, f. 1. Æoli filia, quæ cum fratre Macareo corpore mixto puerum peperit, qui cum extra Regiam ad educandum mitteretur, ſe ipſe vagitu aen prodidit. Æolus juſſit puerum canibus objici. Filio enſem per ſatellitem miſit, ut illa pro meritis uteretur. Illa ſibi necem traditur conſciviſſe. Macareus fugit. *Ovid. in epiſt.* 11, *Boccac. l.* 13.

Canalicolæ, m. 1. homines pauperes, dicti, quod circa canalem fori conſiſterent. Fuit enim in Foro locus, *Canalis* dictus, ut ex *Plauto Curcul.* 4. 1. 14. colligitur. *Feſt. Gell. l.* 4. *c.* 20. Qui jurabat, cavillator quidam, & canalicola, & ridicularius fuit. De his etiam loquitur *Plaut. Curcul.* 4. 1. V. *Salmaſ. ad Vopiſc. in Carino*, *non longe a princip.* ¶ Hinc forte Ital. *canaglia*.

Canalicŭla, f. 1. dimin. *canaletto*, σωληνάριον, parva canalis. *Gell. l.* 17. *c.* 11. Duas eſſe quaſi canaliculas quaſdam.

Canaliculātim, adverb. quaſi per canaliculos. *Plin. l.* 9. *c.* 33. *de muricibus*, *& conchis loquens*; Jam, inquit, diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, canaliculatim, pectinatim, imbricatim undata, &c. Al. leg. *cuniculatim*.

Canaliculātus, a, um, *fatto a canaletti*, σωληνοειδής, in canalis modum factus. *Plin. l.* 27. *c.* 9. Planta ad radicem canaliculata.

Canalicŭlus, m. 2. σωληνάριον, diminut. a canalis. *Colum. l.* 9. Canaliculi milio repleti apponuntur. *Vitruv. l.* 10. *c.* 14. Emittet per canaliculum. ¶ Apud *eund. Vitruv. l.* 4. *c.* 3. eſt etiam canaliculus cavitas exterior in columnis.

Canalienſis, e, & Canalitius, vel Canalicius, a, um., adject. a canali. Ambo hæc adjectiva inveniuntur apud *Plinium l.* 33. *c.* 4. *ſub initium*, ubi Canalienſe, & Canalicium aurum appellat quod puteis foditur, quoniam ejus metalli venæ, tanquam canales, per latera puteorum vagantur.

Canalis, lis, m. & f. 3. *canale*, צִנּוֹר, Germ. *eine rinne*, Gall. *canal*, *tuyau*, Hiſp. *canal*, σωλήν, alveus terreſtris, vel ex ligno, item tubus, ſeu fiſtula, per quam aqua deducitur. *Feſtus*. Canales, per quos aqua confluit in viis lapide ſtratis. *Virg. Georgic.* 3. *v.* 330. Currentem ilignis potare canalibus undam. *Corn. Sever. in Ætna. v.* 149. Nec tamen in rigidas exit contenta canales. Adde *v.* 157. ¶ *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus. Ubi *canales ſtructiles* ſunt ſtructum, & fabrica conſtantes. ¶ Canalis etiam dicitur lignum illud cavum, in quo fractum crus, aut femur a medicis reponitur *Celſ. l.* 8. *c.* 20. *n.* 5. Ubi deligatum eſt (crus, vel femur) in canalem conjiciendum eſt. ¶ Erat etiam Canalis locus in foro Rom. *Plaut. Curc.* 4. 1. 15. V. Canalicolæ. ¶ Interdum pro via ſumitur. *Apul. l.* 6. *Met.* Jam canale directo pergis ad ipſam Orci regiam. V. *Pareum in Lex. Crit.*

Canalitius. V. Canalienſis.

Canaria, f. 1. herba, foliis tritici, qua canes ægroti vomitum eliciunt, vulgo herba canis. *Plin. l.* 25. *c.* 8. ¶ Eſt etiam una ex inſulis, quas Fortunatas etiam dicunt. *Plin. l.* 6. *c.* 32. ¶ Hodie omnes ex Inſulæ Canariæ dicuntur. V. Fortunatæ Inſulæ.

Canarius, a, um, o. 1. 2. *cagneſco*, κυνικός, quod ad canem pertinet. *Plin. l.* 18. *c.* 3. *ex commentar. Pontif.* Augurio canario agendo dies conſtituatur. Vox plane antiqua.

Canātim, *cagneſcamente*, *in cagneſco*, κυνικῶς, ad ſimilitudinem canis. *Nigid. Pigulus in comm. Gramm.* ut citat *Nonius c.* 1. *n.* 190. Canatim, bovatim, ab animalibus ſumuntur.

Cancellarius, ii, m. *cameriere*, qui ad cancellos januæ cubiculi aſſiſtit. Olim enim Imperatorum, ac procerum cubicula, quæ patebant, non tantum vela ad fores, ſed & cancellos habebant, ſeu feneſtratas januas, ut *Caſſiodorus l.* 11. *Vari. ep.* 6. apellat. His igitur qui præfecti erant, non ſolum *a velis*, & *a cancellis*, ſed etiam *Velarii*, & *Cancellarii* appellabantur, quorum munus erat ſtare foribus, & admiſſiones curare. Iidem igitur erant ac Oſtiarii. Quam ob cauſam *Vopiſcus in Carino c.* 16. eum reprehendit, quod unum ex Cancellariis Præfectum Urb. feciſſet. V. etiam *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. ¶ Horum tamen aliquos non tantum Oſtiarios fuiſſe, colligitur ex *Agathia*, qui *l.* 1. *de geſtis Juſtiniani* narrat, Cancellarios iſtos τὰ ἀρχεῖα, archiva ſc. Narſeti curaſſe. ¶ Etiam tribunalia habebant cancellata ſepta, quibus excludebantur turbæ, atque iis prepoſiti item *Cancellarii* dicti: quorum aliqui Judicibus ſcribendo navabant operam. De his plura *Caſſiod. loc. cit.* Digniores tamen erant, quam Scribæ; atque munere fungi etiam ſoliti, quo ii, qui *a ſecretis*, dicuntur apud nos. Qui his omnibus præerat, hodie κατ' ἐξοχὴν Cancellarius, olim Quæſtor Sacri Palatii dicebatur, & in Conſtantinopolitana Aula ὁ μέγας λογοθέτης. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 647. *n.* 8. Cancellarius, & Scriba. Vide *Caſaub.* & *Salmaſ. in Vopiſc. Carinum*, *loc. cit.*

Cancellatim, ad ſimilitudinem cancelli. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Cancellatim reticulata. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 17. Stipitibus cancellatim pendentibus.

Cancellatio, onis, pro limitatione, vel metatione agrorum. *Frontinus de colon. pag.* 109. *Goeſ.* Ager Seſſecianus aſſignatus in cancellatione limitibus maritimis. Adde *Sic. Flacc. pag.* 16.

Cancellātus, a. 1. 2. factus ad formam cancellorum, *ingraticolato*, *incrocicchia-*

cierbiare. *Plin. l. 9. c. 51.* Cancellato brachiorum implexu claudit. Et *l. 8. c. 10.* Elephantorum cutem cancellatam dixit. ¶ Cancellatus apud JCtos, idem eſt, ac deletus, ut cancellatum chirographum, *Leg. 22. Cod. de Solutionib.* Et Tabulæ, cautioneſve cancellatæ, *Leg. 8a. ff. de Furtis*, quia cum aliquid delemus, lineas tranſverſas ducimus in modum cancellorum.

Cancelli, orum, m. 2. *geloſia, grata, cancelli*, ἀγκλίδες, ſepta ex rectis, obliquis, tranſverſis lignis, aut ferramentis contexta, et plagulis, ſeu foraminibus diſtincta modicis intervallis, inſtar retis, quibus feneſtræ, ſcenæ, tribunalia muniri ſolent, aditusque eorum præcludi, a voce Græca, quæ propoſita eſt, verſo i in a. *Cic. pro Sext. c. 58.* Tantus ex fori cancellis plauſus excitatus, Æreorum cancellorum diſerte meminit *Cod. Jom. l. 8. c. 17.* ¶ Perraro invenitur ſingularis numerus, ſed eſt in *Lege 9. ff. Quod vi, aut clam*: Si ſerra, vel clavis, vel cancellus, vel ſpecularium ſit ablatum. ¶ Sed & in agris Cancelli pro limitibus erant; unde Cancellatio. Huc pertinet *Vet. Gloſſ.* Cancellus, χαρ[illegible], χαρ[illegible] autem foſſa eſt, quæ etiam ad diſcernendos in agris fines utimur: ut ex *Siculo Flacco*, aliiſque priſcis Agrimenſoribus conſtat. V. Cancellatio. ¶ Hinc petitæ tranſlationes illæ: cancellis circumſcribere, cancellos circumdare. *Cic. pro Quint. c. 10.* Si extra hos cancellos egredar, quos mihi ipſe circumdedi. *Id. l. 2. de Orat. c. 10.* Cancellis circumſcripta ſcientia.

Cancello, as, are, *ingraticolare, cancellare*, ἀγκλίζω, cancellis includo, vel in cancellorum morem ſtruo. *Colum. l. 4. c. 2.* Hunc autem (vitis) quæ toto proſtrata corpore, cum inferius ſolum quaſi cancellavit, atque irretivit, &c. Alia exempla vide Cancellatus. ¶ Apud JCtos eſt delere, expungere, quod multis decuſſatim, vel cancellatim lineis ductis fieri ſolet. Unde *Iſid. in Gloſſ.* Cancellat, concidit, betuit. Sic cancellare teſtamentum, *Leg. 22. Cod. de ſolutionib.*

Cancer, cri, & canceris, m. 2. *gambaro, granchio*, Ger. *ein krebs*, Gal. *cancre, ecreviſſe*, Hiſp. *cangrejo, cancer*, καρκίνος, a voce Græca, quæ propoſita eſt; piſcis eſt genus, teſta muniti. Vide *Plin. l. 9. c. 91. Virg. 4. Georg. v. 47.* rubentes Ure foco cancros. ¶ Eſt etiam hoc nomine morbus quidam, tumor ſc. durus, & inæqualis, adſpectu teter, venis circa turgentibus, colore liveſcens, *canchero*. *Ovid. 2. Met. v. 827.* Utque malum late ſolet immedicabile cancer Serpere. ¶ Item ſignum Cæleſte in Zodiaco novem conſtans ſideribus, ita dictum, quod cum ad illud Sol pervenerit, Cancri more incipiat retrocedere. *Ovid. Faſt. 1. v. 313.* Octipedis fruſtra quærentur brachia Cancri. *Lucret. l. 5. v. 616. de ſole.* Canceris ut vertat metas ad ſolſtitiales. ¶ Cancros etiam dixerunt Veteres, quos nos cancellos: Unde adagium illud apud *Apul. l. 6. Mileſ. p. 176.* Inter Orci cancros adhæſiſſe, quod de iis uſurpari poteſt, qui ita irretiti, & illaqueati ſunt, ut nullo pacto expedire ſe, & effugere queant, quoniam Plutonis ſepta, & cancellos tranſilire homini non datur.

Canceraticus, a, um, ad cancrum ſpectans. *Veget. l. 2. c. 43.* Canceraticus fœtor.

Cancĕro, as, are, *incancherire*, cancris inſtar deteri, vel putreſcere. *Plin. Valer. l. 1. c. 10.* Si intrinſecus canceraverit auris.

Cancerōma, atis, n. idem quod cancer, ulcus. *Apulej. de herb. c. 19. & 91.*

Candefacio, is, a. 3. *imbiancare*, הלבין, Germ. *weiſſen*, Gall. *blanchir*, Hiſp. *blanquear*, λευκαίνω, candidum facio. *Plaut. in Moſt. 1. 3. 102.* Una opera ebur atramento candefacere poſtules. ¶ Aliquando etiam candefacere, eſt candentem, id eſt ignitum reddere, *infocare*, ἐμπυρεύω, *Plin. l. 2. c. 8.* Ubi inter lapides candefactos funditur.

Candēla, f. 1. *candela*, Germ. *liecht*, Gal. *chandele*, Hiſp. *candela, vela*, [illegible], fax ex goſſipio, & cera, vel ſevo, a candeo, propter lucis candorem. Veteres funiculis pice illitis, aut cera veſtitis uſi ſunt, poſtea ex papyro, & cera candelas fecere, item ex ſcirpis, & cera. *Juven. ſat. 3. v. 286.* Vel breve lumen Candelæ, cujus diſpenſo, & tempero filum. *Plin. l. 13. c. 13.* Lapidem fuiſſe quadratum vinctum candelis quoquoverſus. Ubi *Hermolaus* notat, ex quacumque materia, ſcirpis, tæda, ſevo, cera conſtet, *candelam* dici. Unde, mirum non ſit, libros Numæ, de quibus ſermo eſt in loco citato Plinii, candelis involutos fuiſſe. Sic apud *Liv. l. 40. c. 29.* Faſces candelis involuti. ¶ Candelas ſebare apud *Colum.* eſt candelas ex ſevo conficere.

Candelābrum, n. 2. λυχνίον, in quo candelæ figuntur, a candela ſimpliciter, vel a candela, & λαβεῖν, capere, vel a candela, & labrum. *Cic. 6. Ver. c. 26.* Lectos æratos, & candelabra ænea.

Candens, entis, nom. ex particip. V. in Candeo.

Candentia, æ, idem quod candor, ut candentia Lunæ, *Vitruv. l. 9. c. 4.*

Candĕo, es, ui, n. 2. *eſſer bianco*, הלבין, Germ. *weiſſ ſeyn*, Gall. *être blanc*, Hiſp. *ſer blanco*, λευκὸς εἰμί, candidus ſum, a *canda*, antiquo verbo, incendo. *Ovid. 11. Met.* Candida de nigris, & de candentibus atra. ¶ Significat etiam ignitum eſſe, *eſſer infocato*, αἴθω, *Cic. Off. l. 2. c. 7.* Candente carbone ſibi adurabat capillum. Sic ferrum candens, *Ovid. 4. Faſt. v. 187.* ¶ Transfertur & ad alia, quæ non igneſcunt quidem ut ferrum &c. ſed fervent tamen, & liquaſcunt, admoto igne, ut cera, ſevum, & aqua. *Colu. l. 7. c. 5.* Candens ſevum vulneri per ardentem tædam inſtillato. *Id. l. 12. c. 53.* Sues mactantur, aqua candente glabrentur. ¶ Candentius Phœbus, *Valer. Flacc. 3. v. 481.* Et, Candentiſſimum ſidus, *Solin. c. 52.*

Candeſco, is, n. 3. *imbiancherſi*, λευκαίνομαι, albus fio, inch. a candeo. *Tibul. l. 1.* Liceatque caput candeſcere canis. ¶ Item igneſco, ignitus fio, [illegible], πυροῦμαι. *Ovid. 2. Met.* Curruſque ſuos candeſcere ſentit.

Candētum, i, genus menſuræ agrorum. Galli Candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, & quaſi centetum. *Iſid. l. 15. Orig. c. 15. & Goeſ. Auct. rei agrar. p. 292.*

Candicantia, *biancheʒʒa*, λευκότης, albedo, a candico. *Plin. l. 37. c. 13.* Fictitiæ ſacrificationis candicantiam fugiunt.

Candĭco, as, n. 1. λευκανθίζω, candorem habeo. *Solin. c. 59.* Candicant orbiculi lapillorum. Et *Plin. l. 12. c. 13.* Candicans e rufo.

Candidatorius, a, um, a. 1. c. quod ad Candidatum pertinet. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* In omni munere candidatorio fungendo.

Candidatus, a, um, n. 1. 2. λευκανθής, candida veſte indutus, *Plaut. Caſin. 2. 8. 10.* At candidatus cedit hic maſtigia. ¶ Candidati apud Romanos erant, qui aliquem Magiſtratum petebant. Dicti ſunt, quod cum Romani vulgo togis albis uti ſolerent, hi cretam togæ addebant, ut ſplendeſceret. Significabant enim ſe pecunia, aut aliis muneribus nolle populum corrumpere, ſed pure, ac ſyncere petere, optata duntaxat, ut vel ſuæ, vel majorum dignitatis in ferendis ſuffragiis ratio haberetur. Erant etiam ſine cingulo propter eandem petendi ſynceritatem. Petebant autem in Campo Martio. Candidati ibant per Comitia, ſe cuique ſubmittebant, ſupplicabant, manus prehendebant, oſculabantur, &c. ¶ Candidati Cæſaris erant amici Cæſaris, quos ipſe populo commendabat, qui favore Principis ſubnixi non magnopere ſupplicabant. *Sueton. in Aug. & Quintil. l. 6.* ¶ Per tranſlationem aliarum quoque rerum petitores, vel ſtudioſi Candidati dicuntur, ut Candidatus Eloquentiæ, apud *Quint. l. 12.* Candidatus gloriæ & immortalitatis, apud *Plin. in Paneg. c. 63.*

Candĭde, adv. *puramente, candidamente*, Germ. *treuvlich*, Gall. *naïvement*, Hiſp. *ſencillamente*, ἀφελῶς, pure, ſyncere, benigne. *Cœlius Cic. l. 8. Fam. ep. 6.* Ne parum ſimpliciter, & candide poſuiſſe inimicitias videaris. ¶ Propric *Plaut. Caſ. 4. 1. 10.* Candide veſtitus, *veſtito di bianco*.

Candĭdo, as, a. 1. *imbiancare*, הלבין, Germ. *weiſſigen*, λευκαίνω, candidum facio. *Tertull. adverſ. Gnoſticos, c. 12.* Laverunt veſtimentum ſuum, & candidaverunt ipſum in ſanguine Agni. ¶ Item pro candidum eſſe, *Solin. de Sardonych. cap. de Arabia*; Medietas circumitur limite candidante. Sic edidit *Salmaſ.* Vul. leg. *candicante*.

Candidŭle, adverb. diminut. a candidulus. *Arnob. l. 2. p. 50.* Qui ſermonem candidule prompſit.

Candidŭlus, a, um, diminut. a candidus, *biancheto*. *Cic. Tuſc. 5. c. 16.* Candiduli dentes. *Prudent.* ὕμνῳ *1. 9. 157.* Grex candidulus.

Candĭdus, a. 1. 2. *candido, bianco*, לבן, Germ. *weiſſ*, Gall. *blanc*, Hiſp. *blanco*, λευκός, quod lucentem quandem habet albedinem a candeo. Secundum *Iſid.* eſt quaſi candor datus, quæ careat album eſſe natura, candidum cura, & ſtudio. Sed fallitur, ut patet ex nive, quæ candida dicitur ab *Ovid. 8. Metam.* ¶ *Ovid. l. 1. de art. Am. v. 723.* Candidus in nauta turpis color. ¶ Significat etiam purum, clarum, intemeratum. *Plaut. Amph. 1. 3. 49.* Luce clara, & candida. *Cic. in Orat. c. 16.* Purum & candidum genus dicendi. ¶ Sed & *Quintil. l. 11. c. 3.* candidam vocem dixit, quæ ſc. fuſcæ opponitur. ¶ Sæpe formoſum & pulchrum notat. *Horat. l. 2. epiſt. 2. v. 4.* Candidus, & talos a vertice pulcher ad imos. ¶ Aliquando eſt idem quod canus. *Plaut. Moſtell. 5. 2. 27.* Sapere iſthac ætate oportet, qui ſunt capite candido. ¶ Translate ſumitur pro ſincero. *Ovid. 4. Triſt. el. ult.* Jure tibi grates, candide lector, ago. *Id. de Ponto l. 4. eleg. 14. v. 43.* Tam felix utinam quam pectore candidus, eſſem! ¶ Item pro felici. *Tibul. l. 3. el. 6. v. 30.* Sis felix, & ſint candida fata tua. ¶ Comparat. *candidior*, & ſuperl. *candidiſſimus*, paſſim apud probatos Scriptores invenies, *Ovid. Senec. Plin. Colum.* & al.

Candifĭco, a. 1. *imbiancare*, λευκόω, candidum facio. *Auguſtin. 21. de civ. Dei c. 7.* Ignis lapides coquendo candificat.

Candifĭcus, a, um, qui candidum facit. *Apul. Apol. p. 277. in carm.* Pulviſculus candificus, quo *ſc.* dentes fricantur.

Candiŏpe. V. Orion.

Candor, oris, m. 3. ſplendor, fulgor, lux, *biancheʒʒa*, לבן, Ger. *weiſſe*, Gal. *blancheur*, Hiſp. *candor*, λευκότης, albedo ſplendori conjuncta. *Virg. 3. Æn. v. 537.* de Equis: Tondentes campum late candore nivali. ¶ Dicitur & ſolis candor, h. e. ſplendor. *Cic. 1. Tuſc. c. 28.* ¶ Sumitur & pro pulchritudine. *Cic. pro Cal. cap. 15.* Candor hujus te proceritas vultus oculique perdiderunt. ¶ Metaphorice ſignificat animi ſinceritatem, & ſimplicitatem. *Ovid. l. 2. de Ponto, el. 5. v. 5.* Candor in hoc ævo res intermortua.

Candoſoccus, m. 2. voce Gallica, palmes prolitus in vitibus, qui ſumma ſolo obruitur, deinde iterum erigitur in arborem ad fructum gignendum. *Col. l. 5. c. 4.*

Cānens, entis, *canuto*, canus. *Virg. 10. Æn. v. 191.* Canentem ſenectus. ¶ Item albeſcens, *biancheggiante*. *Ovid. 6. Metam. v. 81.* Canens oliva. *Sil. l. 9. v. 534.* Canens pruina.

Cănens, entis, *cantante*, qui canit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 8.* Tibiæ modulete canentes. *Ovid. Triſt. 4. 53.* fremituque canentum.

Canantas *Feſtus* dicit eſſe capitis ornamenta.

Canĕo, es, ui, n. 2. *eſſer canuto*, שיב, Germ. *grawerden*, Gal. *griſonner, devenir chenu*, Hiſp. *encanecer*, πολιός εἰμι, canum eſſe, id eſt, capillis albere, a *cani*, *orum*. *Virg. 4. Æneid. v. 416.* Canet ſenectus. ¶ Metaph. dicitur de omnibus, quæ albeſcunt. *Virg. 3. Georg.* Dum gramina canent. ¶ Cano, is, 9. declinat. dixit *Propert. l. 2. eleg. 14.* ubi ait. Quid ſi jam canis ætas mea caneret annis?

Canephŏræ, f. 1. κανηφόροι, virgines primariæ Athenienſes, quæ in Panathenæis, aliiſque feſtis ſacra Palladi in caniſtris ferebant, a κανοῦν, caniſtrum, & φέρω, fero. ¶ Duas dicebantur ciſtas capitibus ſuis ferre, in quarum altera flores, in altera ſpicas portabant. Iis de his meminit *Cic. Verr. 6. ſc. c. 3. & 8.* ¶ A ſtatuariis & artificibus ſæpius ſunt formari a marmore, ære, vel alia materie pretioſa, locarique in ædibus & atriis ornatus cauſa. *Symmach. l. 1. epiſt. 29.* Polycleti canephoras hominum pars magna mirata eſt. ¶ Eſt & Canephorus, maſc. gen. *Plin. l. 36. c. 5. circa med.* ubi al. leg. *canephoros* Græca terminatione, & [illegible].

Canephŏrus, V. Canephoræ.

Caneſco, is, n. 3. canus fio, & proprie de ſenibus dicitur, cum capilli eorum in albedinem vergunt. *Ovid. 9. Metam. v. 421.* Queritur caneſcere mitis Jaſiona Ceres. *Plin. 30. 15.* Capilli caneſcunt. ¶ Et translate de omnibus, quæ albeſcunt. *Ovid. lib. 1. Amor. el. 8. v. 52.* Situ caneſcunt tecta. ¶ Eleganti translatione *Cic.* orationem dixit caneſcentem, habentemque ſuam quandam maturitatem, & ſenectutem, *de clar. Orat. c. 2.*

Cani, orum, m. 2. *canuti*, capilli albi in capitibus ſenum, a [illegible], dealbo. *Cic. de Sen. c. 18.* Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre poſſunt.

Cania, æ, f. 1. urticæ ſylveſtris genus. *Plin. l. 21. c. 15.*

Caniœ, f. 1. *ſemola, cruſca*, furfures farris, ut *Feſt.* docet, quod canes iis paſcerentur. *Nonius* vero c. 2. n. 130. furfures generatim exponit.

Canĭcŭla, f. 1. κυνίδιον, dimin. a cane. *Cic. 3. de nat. Deor.* Prudentis eſt intelligere, ſe habere ſenſum, & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro convicio in mulierem maledicam, apud *Plaut. Curcul. 5. 1. verſ. ult.* ¶ Item pro Signo Cæleſti. *Cic. l. de Divin. c. 44.* Poſt ſolſtitium canicula exoritur. *Horat. l. 3. od. 13. v. 9.* Flagrantis atrox hora caniculæ. V. plura in voce Canis. ¶ Eſt etiam canicula jactus quidam calorum, qui unitatem oſtendebat: quem qui feciſſet, vincebatur. *Perſ. ſat. 3. v. 49.* Damnoſa canicula quantum Raderet.

Canicularis, e, adject. ad Caniculam ſidus cæleſte ſpectans, ut Dies caniculares, qui ſc. calidiſſimi ſunt. *Pallad. 8. 7.* Inchoantibus Canicularibus diebus. *Sidon. l. 2. epiſt. 2.* Fallis clementiſſimo receſſu inclementiam canicularem. V. Canis.

Caniformis, e, adject. qui canis formam habet. *Prudent. Apotheoſ. v. 195.* Caniformem latrantem Anubim throno cæli præponere.

Caninefas, Caninefates, gens Gallica: coluit partem Batavorum inſulæ, origine, lingua, virtute par Batavis, numero inferior. De his *Tacit. l. 4. hiſtor. c. 17.* & alibi. Horum tractus *Kennemerlandt*.

Caninus, a, um, a. 1. 2. κυνικός, quod ad canem pertinet. *Plin.* Sanguine canino nihil contra toxica præſtantius eſt. ¶ Canini dentes, qui poſt primores ſunt. *Plin. l. 11. c. 37.* ¶ Caninus cœna, vel caninum prandium, abſtemium, in quo nihil vini potetur, quoniam canis vinum non bibit. *Gel. l. 13. c. 29. Plaut. in Caſin. & Taubman.* ¶ Canina facundia dicitur, cujus vis tota eſt in criminando, & conviciando. *Quintil. l. 12. c. 9.* ¶ Canina littera eſt R, quam exprimere videntur canes, cum latra-

Digitized by Google

latrare incipiunt. ¶ Caninæ nuptiæ vocantur a *Hieronym. epiſt.* 83. *c.* 5. qui vago, ac meretricio concubitu, canum more, delectantur.

Canis, com. 3. *cane*, כלב, Ger. *ein hund*, Gal. *chien*, *ou chienne*, Hiſp. *can*, *perro*, κύων, animal latrabile, a κύων, *canis*, idem, a genit. κυνός, quod a κυῶ, *diligo*, quia domini amans eſt. Vitare cane pejus, & angue, proverb. eſt apud *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 30. *Curt. l.* 7. *c.* 4. Canem timidum vehementius latrare, quam mordere. ¶ Plura ſunt canum genera, ut venatici, pecuarii, villatici, &c. V. *Plin. l.* 8. *c.* 40. &c. ¶ Hujus nominis uſus creber in conviciis, cum ſordidum, impurum hominem, vel maledicum notamus. *Terent. Eun.* 4. 7. 33. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. Cn. Ain vero, canis? ¶ Canes etiam appellantur accuſatores, & delatores: qui & maledici, & obtrectatores. *Cic. Verr.* 3. *c.* 41. Quid? iſta cohors quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. *Horat. Epod.* 6. Quid immerentes hoſpites vexas, canis? Hecubam quoque appellatam canem a Græcis, quod omnibus mala ingereret, quos aſpiciebat, auctor eſt *Plaut. Menæch.* 5. 1. 16. ¶ Canis etiam dicitur jactus quidam talorum ludentibus valde damnoſus. *Propert. l.* 4. *el.* 8. *v.* 46. Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos, ſemper damnoſi ſubſiluere canes. V. Canicula. ¶ Item vinculi ferrei genus, *Plaut. Caſin.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem & furcam feras. Ubi *Turneb.* canem ferre, inquit, idem eſt ac vinctum eſſe. Al. tamen legunt *canem*. V. *Taubman.* ¶ Eſt præterea Canis ſidus cæleſte, & quidem duplex, major & minor. Major decem & octo ſtellis conſtans dicitur fuiſſe (ut fabulæ referunt) miræ velocitatis, cui fatis conceſſum fuerat, ut nullam non feram ſuperaret. Cephalus hoc cane Thebas profectus eſt, ubi fama erat, vulpem eſſe eodem fatorum munere donatam: quorum certamen, ne alterius fata irrita redderet, dicitur Juppiter, cane in cælum tranſlato, diremiſſe. Hic etiam Sirius dicitur, a σείω, ſeu σειριάω, *ſicco*, *areſacio*, quia poſt ejus ſideris ortum maximi in terris calores eſſe ſolent. *Virg. Georg.* 1. *v.* 218. Averſo cedens canis occidit aſtro. ¶ Canis minor etiam Canicula dicitur, de qua alii alia fabulantur. V. Mythol. Hac etiam oriente maximi æſtus ſunt. ¶ Denique Canis piſcis eſt marinus. *Plin. l.* 9. *c.* 35. ¶ Veteres in ſingulari *Canes* etiam dixerunt pro *Canis*. *Lucil. l.* 1. *v.* 23. & *Enn. in fragm.* Adde *Plaut. Trinum.* 1. 2. 133.

Caniſtellum, i, n. *caneſtruccio*, parvum caniſtrum. *Symmach. lib.* 5. *ep.* 81. Ceteros quoque amicos eburneis pugillaribus, & caniſtellis argenteis honoravi.

Caniſtrum, n. 2. & caniſter, m. 2. *caneſtro*, *ceſto*, *paniere*, סל, Germ. *ein korb*, Gal. *panier*, Hiſp. *canaſta*, κάνεον, fiſcella, ciſta viminea, a κάνεον, ἄν vel a κάναστρον, caniſtrum, fiſcella. *Virg.* 1. *Æn. v.* 801. Cereremque caniſtris expediunt. ¶ Salignis virgultis caniſtros fieri debere monet *Pallad. in Novemb. cap.* 17. de oleo faciendo.

Canitia, æ, f. *canizie*. *Plin. l.* 31. *cap.* 7. Canitia in vaſis ſumma eſt *Chariſ.* quoque *lib.* 1. *pag.* 41. *Putſch.* hanc poſitionem agnoſcit.

Canities, f. 5. *bianchezza*, *canutezza*, שיבה, Ger. *graues haar*, Gal. *chenure*, Hiſp. *canez*, πολιότης, capillorum albedo. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Canities homini tantum, & equis. *Horat. l.* 1. *od.* 9. Moroſa canities. & *l.* 2. *od.* 11. arida canities. ¶ Canitiem inficere, h. e. canos tinctura occultare. *Ovid. l.* 3. *de Arte*, *v.* 163.

Canitūdo, inis, f. 3. idem quod Canities; ſed verbum antiquum eſt, & fere obſoletum. *Varro* apud *Non.* 2. 206. de equis loquens: Nec canitudini comes virtus. Ita *Plaut.* apud *Feſt.* Stultus eſt adverſus ætatem, & canitudinem.

Canna, f. 1. *canna*, קנה, Ger. *rohr*, Gal. *canne*, Hiſp. *caña*, κάννα, arundinis ſpecies, minor arundine, major calamo, a κάννα, planta, unde ſtoreæ conficiuntur. *Col. l.* 5. Gracilis, & cannæ ſimilis arundo prodeat. *Ovid. l.* 1. *de Remed. Amor. v.* 141. Et quam limoſa canna paluſtris humo. ¶ Accipitur & pro fiſtula paſtorali. *Silius l.* 7. *v.* 439. Arguta revocans ad roſcida paſcua canna. ¶ Apud *Stat. l.* 1. *ſilv. ult. v.* 13. *canna* eſt ſpecies arundinis aromaticæ. ¶ *Canna gutturis* eſt aſpera arteria, *la canna della gola*. *Cæl. Aur. Acut. l.* 2. *c.* 16.

Cannabētum, i, locus cannabe conſitus. *Vet. Inſcript. apud Grut. v.* 896. *n.* 14. Uſque ad cannabetum huic areæ cedet.

Cannabīnus, a, um, adject. *di canape*, qui ex cannabe eſt, ut cannabinus funis. *Colum. l.* 6. *c.* 2.

Cannăbis, f. 3. & cannabum, n. 2. *canape*, Germ. *hanf*, Gal. *chanvre*, Hiſp. *canamo*, κάνναβις, herba eſt, ex qua funes fiunt, a *canna*. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 146. Tibi torta cannabe fulto cœna ſit in tranſtro. *Pallad. l.* 3. *c.* 5. Hoc tempore cannabum ſeris. ¶ *Varro l.* 1. *R. R. c.* 23. in quarto caſu *cannabim* format.

Cannabius, a, um, adject. idem quod Cannabinus. *Gratius in Cyneget. v.* 47. At pauper tugurii cuſtos Alabandicus horti Cannabias nutrit ſilvas.

Cannæ, f. 1. urbs Apuliæ Peucetiæ E. exc. in agro Bariano, prope Aufidum fl. Hic 40. millia Romanorum ab Annibale cæſa ſunt. Pop. Cannenſes.

Cannenſis, ſe, adject. ut pugna Cannenſis, anno tertio ſecundi belli Punici ad Cannas pugnata, *Nep.* 23. 5. 4. Hanc *Cic. de clar. Orat. c.* 3. Cannenſem calamitatem vocat.

Cannētum, i, n. *canneto*, Ger. *rohrbuſch*, Gal. *lieu plein de roſeaux*, Hiſp. *cañaveral*, καλαμών, locus, ubi cannarum copia eſt. *Pallad. l.* 3. *c.* 23. Cannēta ponenda ſunt.

Cannĕus, a, um, adject. *di canna*, qui ex canna eſt, ut canneæ tegetes, *Colum. l.* 12. *c.* 50.

Cannicię, arum, locus cannis obſitus. *Innocent. edit. Goeſii p.* 225. Sub ſe cannicias, & res paluſtres habet. ¶ Apud *Pallad. l.* 1. *tit.* 13. adjective, *cannicia camera*, h. e. ex cannis factæ.

Cannŭla, æ, f. 1. diminut. parva canna, *cannella*. *Apul. l.* 3. *A. A. poſt princip.* Parva caſula cannulis temere contecta.

Căno, is, cecini, cantum, a. 3. *canto*, *cantar* *edo*, *ſono*, *vaticinor*, *cantare*, שיר, זמר, Ger. *ſingen*, Gal. *chanter*, Hiſp. *cantar*, ᾄδω, eſt proprie voce modulari, a χαίρω, *hio*. *Cic.* 4. *Acad.* Cum cornua cecinerit. ¶ Hinc canere poetæ dicuntur, quoniam verſus rhythmica ratione compoſitos cantando pronuntiare conſueverunt, *dire cantando*. *Virg.* 1. *Æn.* Arma, virumque cano. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organave pulſat, aut qui tibias inflat, *ſuonare*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Epaminondas fidibus præclare cecinisse dicitur. ¶ Et quia veteres laudare, & vaticinari verſibus ſolebant, factum eſt, ut canere pro laudare capiatur. *Virg.* 7. *Æn.* Regemque canebant. ¶ Et pro vaticinari. *Idem* 6. *Æn.* Ipſa canas, oro. Ita nimirum, quia Sibylla omnia vaticinia ſua carminibus edebat. ¶ Sumitur etiam pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri poſſit, canore proferre. *Mart. de Spect. epigr.* 5. Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui moleſtus eſt, ſæpius eadem inculcans. *Ter. in Phor.* 3. 2. 10. Cantilenam eandem canis. ¶ Canere receptui, *ſuonare a raccolta*, ſignificat, poſt conflictum milites a pugna revocare, quod fit clangore, ſeu ſono tubarum. *Liv. l.* 6. *Bel. Pun.* Flaccus receptui cani juſſit. ¶ Contra canere bellicum eſt milites tubæ clangore ad bellum accendere, *dar' all' arme*. *Cic. in Orat. c.* 12. Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. ¶ Canere intus, quid ſit, docet *Aſcon. in Verr.* 3. his verbis: Cum canunt citharistæ utriuſque manus funguntur officiis. Dextra plectro utitur; & hoc eſt foris canere. Siniſtra digitis chordas carpit: & hoc eſt intus canere. Hinc metaphorice intus canere dicitur, qui privati commodi ſtudioſus, quidquid agit, ad ſuam refert utilitatem. *Cic. in Rull.* 2. *c.* 26. Hoc carmen hic Tribunus pl. non vobis, ſed ſibi intus canit. ¶ Canere ad tibiam, h. e. tibiæ ſono cantum accommodare. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 2. ¶ *Canerit pro cecinerit* legitur apud *Feſt.* in voce *Rumentum*: ad quem locum notat *Scalig.* Salluſtium dixiſſe etiam *canuere* pro *cecinere*.

Canon, onis, m. 3. κανών, regula, a קנה, calamus, canna, quia canna recta eſt, & olim erat recti menſura. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam. *Cic. l.* 16. *Fam. epiſt.* 17. græce ſcripſit, inquiens: Haud ſit, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles. ¶ Erat & canon penſitationis annuæ genus, quod frumento, & oleo perſolvebatur, de quo *Aſcon. Divin. in Verr.* & *Verrin.* 4. *c.* 12. *Spartian. in Severo*, *c.* 8. Rei frumentariæ ita conſuluit, ut excedens vita ſeptem annorum canonem P. R. relinqueret. ¶ Certum quoque modium numerumque frumenti, quo opus eſſet ad alendam urbem aliquam per annuum uſum, Canonem dictum, & ita Canonem Urbis Romæ apud JCtos inveniri. *Lipſius l.* 1. *elect. c.* 8. obſervat.

Canonicarii apud JCtos ſunt, qui Principis nomine, ac mandato canonem exigebant. *l.* 9. *Cod. de exact. tribut.*

Canonicus, a, um, regularis, ut Canonica Mathematicorum ratio, apud *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Et *Plin. l.* 2. *cap.* 17. Ratio canonica fallit. ¶ Canonicæ penſitationes, *leg.* 5. *Cod. de lucr. advocat.* de quo V. Canon. Sic Canonica indictio. *leg.* 4. *Cod. de præd. ſacr. ſerin.*

Canopicus, & Canopius, vel Canopæus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Canopo, ut Oſtium Nili Canopicum, apud *Plin. l.* 5. *c.* 10. *Catull. carm.* 65. *v.* 58. Canopiis littoribus.

Canopitānus, a, um, idem quod Canopicus. *Solin. c.* 31. (*al.* 44.)

Canōpus, m. 2. *Bochir*, *Bicchieu*, κάνωβος, urbs cum inſula Ægypti olim E. apud oſtium Nili, quod inde Canopicum dictum eſt, al. Heracleoticum, vel Naucraticum, patria Claudiani Poetæ, condita a Menelao, qui devicta Troja eo vi ventorum cum Helena delatus eſt, & nominata a Canopo Amyclæo ejus gubernatore, qui ictu ſerpentis, quem hæmorrhoida vocant, ibi interiit, & ſepultus eſt. ¶ *Juven. ſat.* 15. *v.* 46. Famoſum Canopum vocat, ſc. ob profligatam luxuriam, qua populus illa mala audiebat. Eſt enim ea regio fertiliſſima: ex abundantia autem rerum omnium luxuria viget. ¶ Canopus quoque, vel Canobus Sidus eſt ingens, & clariſſimum, de quo videndus *Plin. l.* 6. *c.* 22. ¶ Fuit etiam Canopus Deus Ægyptiorum, de quo Vide *Rufinum l.* 11. *Hiſtor. Eccleſ. c.* 26.

Canor, oris, m. 3. *canto*, *concento*, זמרה, Germ. *melodey*, Gal. *melodie*, Hiſp. *melodia*, μέλος, cantus. *Ovid. l.* 5. *Met. v.* 561. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures. *Virg.* 4. *Georg. v.* 71. Æris canor. *h. e.* tubæ ſonus.

Canōra, adverb. canendo, cum cantu. *Apulej. l.* 2. *de dogm. Plat.* Muſico mundus, & canore movetur.

Canōrus, a, um, o. i. 1. *ſonoro*, *canoro*, Germ. *wolſingend*, Gall. *reſonant*, Hiſp. *reſonante*, μεγαλόφωνος, vocalis, ſonorus. *Cic. de Sen.* Canorum illud in voce ſpleniſcit. Sic aves canoræ. *Virg.* 2. *Georg. v.* 328. Nugæ canoræ, *h. e.* verſus inepti, *Horat. de ar. Poet. v.* 322. Apud *Plin. l.* 4. *c.* 8. Fluvius canorus avium concentu. *reſonante*.

Canōſus, a, um, idem quod canus. *Vopiſcus in Probo ex Valeriani litteris*: Mihi eo tempore (ea legio) credita eſt, quo & me canoſum cum gratulatione vidit.

Canta, pro *cantata* veteres uſi ſunt. *Feſt.*

Cantăber, bri, Hiſpaniæ Tarraconenſis populus, ut Cantaber bellicoſus, *Horat. l.* 2. *od.* 11. V. Cantabri.

Cantabrarius, ii, ſignifer qui cantabrum fert. *Cod. Theodoſ. l.* 14. *tit.* 7. *leg.* 2.

Cantăbri, m. 2. pop. Hiſp. Tarr. inter Aſtures ad Occ. & Autrigones ad Or. juxta Oceanum Bor. qui inde Cantabricus nominatur, quorum regio Cantabria, *la Biſcaya*, ubi nunc Biſcaja pro majore parte, & pars Aſturiæ Santillanæ, quæ cum late ſumitur, continet etiam Autrigones, Cariſtos, & Vardulos.

Cantabrĭca, herba, dicta a Cantabris, qui eam in Hiſpania invenere ætate Auguſti. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Cantabrĭcus, a, um, adject. ut bellum Cantabricum. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 55. Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti.

Cantābrum, i, pro furfure, apud *Apicium l.* 7. *c.* 1. & *Cælium Aurelian. Tard.* 3. 2. & 4. 3. obſervavit *Turneb. l.* 15. *Adverſ. c.* 16. ¶ *Vetus Scholiaſt. ad Juven. ſat.* 5. *v.* 9. Cancabrum caninum panem interpretatur. ¶ Cantabra etiam ſigna ſunt, ſeu vexilla quædam militaria. *Tert. Apolog. c.* 16. Sipara vexillorum, & cantabrorum ſtolæ crucium ſunt. & *ad Nation. l.* 1. *c.* 12. In cantabris atque vexillis ſipara illa veſtes crucium ſunt. Adde *Minuc. Felic. in Octav. c.* 29. V. *Turneb. l. cit.*

Cantabundus, a, um, adject. cantans. *Gel. l.* 9. *c.* 13. affert ex hiſtoria *Claudii Quadrigarii*. Acidalius legit *captabundus* a capto, quod verbum eſt gladiatorium. Alii *caurabundus*. *Petron. in fragm. Tragur.* Sedeo ego cantabundus, & ſtellas numero.

Cantāmen, inis, n. 3. *incanteſimo*, Gall. *enchantement*, Hiſp. *encantamiento*, γοητεία, incantatio. *Proper. l.* 4. *el.* 4. *v.* 51. O utinam Magicæ noſſem cantamina muſæ.

Cantatio, onis, cantio. *Apul. l.* 2. *Metam. ad fin.* Cantationibus permulcens animum. *Varro* quoque hanc vocem agnoſcit *l.* 5. *L. L. pag.* 73.

Cantātor, m. 3. ᾠδός, qui conſuevit canere. *Martial. l.* 13. *ep.* 77. Cantator cygnus funeris ipſe ſui. ¶ Item *ſonatore*. *Gell. l.* 16. *c.* 19. Vetus, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cantatrix, icis, *cantatrice*, quæ canit *Claudian. de B. Gild. v.* 448. Imploret citharas, cantatriceſque choreas. ¶ Et pro ſaga, *Apul. ſub fin. l.* 2. *A. A.* Cantatrices anus.

Cantātus, us, ui, m. 4. cantio. *Alcimus Avit. l.* 5. *Carm. v.* 157. de plaga Ægyptiaca. Ranarum fœdis texit cantatibus urbes. Al. leg. implevit ſaltibus urbes.

Cantātus, a, um, nom. ex partic. celebratus, cantu laudatus. *Martial. l.* 7. *epigr.* 13. Amica cantata. & *l.* 9. *epigr.* 50. Tota cantata. ¶ Item magicis cantionibus obligatus, excantatus, *incantato*. *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 13. Audax cantatæ leges imponere Lunæ. *Sil.* 1. 430. Cantatus ignis. *h. e.* magicus.

Cantharias, fem. 1. gemmæ ſpecies, ſcarabæorum effigie. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Canthăris, idis, f. 3. *cantarella*, κανθαρίς, ſcarabæus, animalculum illud, quod frumentum erodit. *Plin. l.* 18. *c.* 17. ¶ Item animalculum venenoſum minuti ſcarabæi forma, viride, aureis lineis, quas in pennis tranſverſas habet, a vermibus naſcens, cujus ſuccus in venas ingreſſus ut venenum interimit. *Cic. l.* 9. *ep.* 21. Cajus, accuſante L. Craſſo, cantharidas ſumpſiſſe dicitur.

Cantharŭlus, li, diminut. a Cantharus, Bacchi inſigne, apud *Arnob. l.* 6. *ſub fin.*

Canthărus, i, m. 2. *tazza*, κάνθαρος, *Plaut. Perſ.* 5. 2. 40. Plenis cantharis

Digitized by Google

bibere. *Virg. Ecl. 6. de Sileno:* Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. Uti enim Herculis proprium poculum ſcyphus eſt, ita Bacchi cantharus. ¶ Eſt etiam aquæ conceptabulum ludicris formis elaboratum, per quas aqua ſalit. *Leg. 41. §. 12. Dig. de Legat.* 1. Si qui canthari, per quos aquæ ſaliunt, poterunt legari, maxime ſi impoſiticii ſint. V. *Auſon. epiſtola Contoni*, ſive *Idyllio* 15. præmiſſa, & *Paulin. epiſt.* 12. *ad Sever.* & 31. ¶ Item navigii ſpecies. *Macrob. l. 5. c.* 21. ¶ Item piſcis genus. *Plin. l.* 32. *c.* 7. ¶ Item malleolus, quo fores pulſantur, ipſis foribus appenſus, quia anſa cantharum refert. *Plaut. Menæch.* 1. 2. 64. ubi tamen alii aliter interpretantur. ¶ Item cœleſte ſidus in Aquario tribus conſtans ſtellis.

Cantheriatus, a, um, cantheriis ſubnixus, ut arbuſculæ, ſeu vites cantheriatæ, *Columel. l. 5. c.* 4. ¶ Scribitur & *canteriatus*.

Cantherinus, a, um, o. 1. 2. a cantherius, equus. *Plaut. in Men.* 2. 5. 44. Hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solent enim equi ſtantes ſomniare, auctore *Plin. l.* 10. *cap. ult.* ¶ Cantherinum hordeum, quod cantherios, & alia jumenta optime paſcit, vel quia folliculo caſtratum naſcitur. Idem dicitur hexeſticum, quia habet ſex verſus, ideſt, ordines granorum. *Col. l. 2. cap.* 9. ¶ Cantherinum lapathum Latini rumicem appellant. *Plin. l.* 20. *c.* 21. ¶ Scribitur & *canterinus*.

Cantheriolus, m. 2. parvum pedamentum, quo vitis fulcitur. *Col. l.* 11. *c.* 3. *ad fin.*

Cantherius, ſeu canterius, *cavallo caſtrato*, Germ. *ein wallache*, Gall. *cheval hongre*, Hiſp. *cavallo caſtrado*, κανθήλιος, equus, cui teſticuli amputantur, quaſi κανθήλιος, aſinus magnus. *Varro*, & *Cato* a *carea* deducunt, quod ſemine careat, quaſi *caremſemen*: ex qua etymologia ſcribi poteſt ſine aſpiratione. V. Voſſ. Etymol. ¶ Cantherio vehi. *Senec. epiſt.* 87. ¶ Cantherius in foſſa, *Liv. l.* 23. *c.* 47. proverb. de re impedita, & periculoſa. ¶ Eſt etiam jugi, ſeu pedamenti genus, quo vitis innititur. *Colum. l. 4. c.* 12. ¶ Item tignum tecti oblongum a culmine ad extremum tectum ductum, quod ubi longius prominet, ſuggrundam efficit. *Vitruv. l. 4. cap.* 2. Hujuſmodi tigna in multis Italiæ locis *cantieri* appellantur.

Canthus, thi, m. 2. *cerchio della ruota*, κανθός, circulus ferreus, quo apſis, ſive rotæ curvatura munitur. *Quintil. l. 1. c. 5. Perſ. ſat.* 5. *v.* 71. pro ipſa rota poſuit, ubi ait: Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum. *Quintil. l. 1. c.* 5. ducet, Afrum, vel Hiſpanum vocabulum eſſe, eo tamen uti *Perſium* tanquam recepto.

Canthus, fil. Abantis, unus ex Argonautis. *Valer. Flacc. l.* 1. 3. & 6.

Canticulum, li, diminut. a canticum. *Septim. Afer apud Terentianum Maur. pag.* 2427. *Putſch.* Pinea brachia cum trepidant. Audio canticulum Zephyri.

Canticum, i, n. *cantico*, *canzone*, *cantata*, ᾆσμα, ᾠδή, cantio, cantilena. *Quint. l. 1. c.* 2. Omne convivium obſcenis canticis ſtrepit. Adde *Petron. in Satyr. c.* 31. ¶ Speciatim dicitur pars Comœdiæ, in qua una tantum perſona ad tibias canit, μονῳδία. Tres enim Comœdiæ partes aſſignat *Diomed. lib.* 3. diverbium, canticum, & chorum: diverbium, cum plures alternis colloquentur, canticum quando unus tantum, chorum, quando plures ſimul eandem rem una voce canunt. Aliquando *canticum* dicitur tota fabula, in qua una tantum perſona canit. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 2. Forte noſti canticum, meminiſti Roſcium. ¶ Ab *Apulej. in Apolog.* dicitur de carmine magico. Item de carmine probroſo, & mordaci. *Id. ibid.* ¶ Adjective *Macrob. l. 2. in ſomn. Scip. c.* 5. Ita delinimentis canticis occupatur, ut &c.

Cantilena, f. 1. *canzone*, זמירה, Ger. *ein geſang*, *ein lied*, Gal. *chanſon*, Hiſp. *cancion*, μελῴδια, carmen, canticum. *Cic.* 1. *de Orat.* Neque ex ſcholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, rumore. *Brutus ad Cic. l.* 11. Totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, ut plurimum lucri faciant.

Cantilenoſus, a, um, metricus, ad muſicam compoſitus. *Sidon. lib. 5. ep. ult.* Poetarum ſtila cantilenoſæ nugæ. & *l. 4. epiſt.* 1. Si quid Lyricus cantilenoſum condidit.

Cantillo, as, ſubmiſſa voce cano. *Apul. l. 4. A. A.* Clamore ludunt, ſtrepitu cantillant.

Cantio, nis, f. 3. *canzone*, *canza*, שיר, Ger. *ein geſang*, ᾠδή, cantus. *Plaut. in Stich.* 5. 5. 29. Lepidam, & ſuavem cantionem. Ita Lambinus edidit, & Camerarius. At Taubman. ex MSS. cantationem. ¶ Sumitur & pro incantamento. *Cic. de clar. Orat. cap.* 60. Veneficiis, & cantionibus Titiniæ factum eſſe.

Cantito, as, a. 1. freq. a canto. *Cic. in Brut. c.* 19. Illa carmina, quæ in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis, &c.

Cantiuncula, f. 1. dim. a cantio, *canzonetta*, ᾀσμάτιον. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 18. Si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Canto, as, a. 1. cano, cantus edo, vel fundo, *cantare*, שיר, Ger. *ſingen*, Gal. *chanter*, Hiſp. *cantar*, ᾄδω, frequent. a cano. *Plin. lib.* 12. *c.* 26. Mares cantant in utroque genere. ¶ Item eſt incantare, *incantare*. *Virg. in Pharmaceutria:* Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ¶ Item celebrare, tollere laudibus, *lodare*. *Horat. l. 1. od.* 22. Dum meam canto Lalagen. ¶ Ponitur & pro ſæpe dicere, inculcare. *Ter. Heaut.* 2. 1. 19. Qui harum mores cantabat mihi. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 10. Hæc dies noctesque tibi canto, ut caveas. Adde *v.* 69. ¶ Et pro ſimpliciter dicere. *Id. Bacch.* 4. 4. 61. Idem cantant litteræ, quod priores: h. e. idem continent, idem ſignificant. ¶ Poetæ cantare, ſeu canere dicuntur, cum carmina dicunt: ſed præcipue cum fabulas narrant. *Juven. ſat.* 4. *v.* 34. Incipe, Calliope, licet hic conſidere, non eſt Cantandum, res vera agitur. ¶ Cantare etiam ſeu canere dicebantur recitatores, ſeu declamatores, propter fractum pronunciationis genus, & hiſtrionales quos exprimebant modos: quod vitium perſtringit *Plin. l.* 12. *epiſt.* 14. & *Auct. de cauſ. corrupt. Eloquent. cap.* 26.

Cantor, oris, *cantore*, שר, משורר, Ger. *ſenger*, Gall. *chantre*, Hiſp. *cantor*, ᾠδός, qui cantum exercet. *Horat. l. 1. ſat.* 3. Omnibus hoc vitium eſt cantoribus &c. ¶ Sumitur & pro hiſtrione, & actore comico. Solebant enim olim hiſtriones, non, ut hodie, uno vocis tenore, ſed vario & multiplici, Cantorum more, recitare. *Horat. ad Piſones*, *v.* 155. Donec cantor, vos plaudite, dicat. *Suet. Calig. c.* 54. Aliorum generum artes ſtudioſiſſime exercebat: Thrax, & auriga, idem cantor, atque ſaltator. V. *Canticum*.

Cantrix, icis, cantatrice, *cantatrice*, ψάλτρια. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 25. Cantrices, ciſtellatrices &c.

Canturio, is, ire. Gloſſ. Cyrilli: Canturit, ὑποθυρίζει. *Petron. in fragm. Tragur.* Canturire belle. *Paulus epitomator Feſti in Dagnades:* Dagnades ſunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire ſoliti ſunt, quas vellicando, morſicandoque, & canturiendo aſſidue non patiuntur dormire potantes.

Cantus, us, m. 4. ſymphonia, vocis inflexio, *canto*, *canzone*, זמירה, Ger. *ein geſang*, Gal. *chant*, Hiſp. *canto*, μέλος, eſt inflexio vocis, & pro cantione cujuſcunque rei dicitur. *Cicer. 2. de Or.* Qui cantus moderata pronuntiatione dulcior inveniri poteſt? ¶ Cantus etiam pro incantatione, ſeu magicis carminibus accipitur. *incanteſimo*. *Tib. l. 1. el.* 9. *v.* 21. Cantus & a curru Lunam deducere tentat. ¶ Dicitur etiam de ſono. *Cic. Verr. 7. c.* 15. Cantus ſymphoniæ. *Id. pro Mur. c.* 9. Cantus tubarum.

Canus, a, um, o. 1. 2. albus, candidus, *canuto*, *bianco*, שב, Germ. *grauw*, Gal. *chenu*, Hiſp. *cano*, πολιός, cui canent, ſive albent capilli præ ſenectute. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 13. Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia, ut Cani montes, albi ex nive, &c. *Virg.* 1. *Æn. v.* 19. Cana Fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus. Ubi *Serv.* Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur; vel quod ei albo panno involuta manu ſacrificabatur, per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ſecretam. Hactenus *Serv.* Poſſis etiam canam fidem, priſcam, & veterem interpretari, quemadmodum & *Varro* Canam veritatem Atticæ Philoſophiæ alumnam dixit. Vel cana fides dicitur ob eam rationem, quia *candor* pro fide, & probitate adhibetur. ¶ Cani, orum, pro capillis canis V. ſuo loco.

Canuſinatus, a, um, qui ruſa veſte de Canuſina lana indutus eſt. *Martial. l. 9. epiſt.* 22. *Suet. Ner. c.* 30. V. Canuſium.

Canuſinus, a, um, qui a Canuſio eſt, ut Canuſinus bilinguis, apud *Horat. l. 1. ſat.* 5. *v.* 93. qui ſcilicet Latino ſermoni Græca admiſcet. ¶ Canuſini birri, ideſt, lacernæ optimæ ruſo colore. *Vopiſc. in Carino*, *cap. ult.* ¶ Hus eoſdem Canuſinas ruſas appellat *Martial.* 14. *epigr.* 129.

Canuſium, n. 2. *Canoſa*, Κανύσιον, urbs Apuliæ Peucetiæ, nunc agri Bariani, apud Aufidum fl. *Plin.* 3. 5. Laudatiſſimæ lanæ ferax eſt, ut ſcribit *Plin. l. 8. c.* 48. Fuit autem coloris rutili, qui auxit pretium. Unde Canuſini birri. V. Canuſinus. ¶ Conditum fuit Canuſium a Diomede, ut indicat *Horat. l. 1. ſat.* 5. *v.* 92. Nam Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior urna, Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim.

Capacitas, atis, f. 3. *capacità*, כחה, Germ. *eine weite*, Gall. *capacité*, Hiſp. *capacidad*, χωρητικότης, ſpatium capiendi, ſeu locus, qui capere, & continere poteſt. *Cic. Tuſc. l. 1. c.* 25. Utrum capacitatem aliquam in animo putamus eſſe? *Colum. lib.* 12. *cap.* 43. Pro capacitate vaſorum. ¶ Pro menſura cibi, quam quis capere ſolet. *Plin.* 18. 7. Athletarum capacitas jumentis ſimilis. ¶ Translate dicitur de jure, quod quis habet capiendi hereditatem. *Cajus Dig. l.* 31. *leg.* 57. Nullus eſt dominus, in cujus perſona de capacitate quæri poſſit.

Capaciter, *capacemente*. *Auguſtin. lib.* 11. *Trin. cap.* 2. *ad fin.* Primordia ſeminum ſequuntur capaciter intentionem maternæ animæ.

Capaneius, a, um, adject. quinque ſyllab. a Capaneo. *Stat. l.* 12. *Theb. v.* 545. Auſa ante alias Capaneia conjux.

Capaneus, a, um, aliud adject. *Id. lib. eod. v.* 764. Capeneaque miſimus umbris Pectora.

Capaneus, m. 2. per tres ſyllabas, Καπανεύς, Argivus fuit, a quo primum ſcalarum oppugnatio dicitur inventa, qui una cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, cum ſcalas muris admovere vellet, a Thebanis lapidibus eſt obrutus. Hinc factus eſt locus fabulæ, Capaneum, cum Deorum contemptor eſſet, a Jove fulmine percuſſum eſſe. ¶ In vocativo habet, *Capaneu*. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 21.

Capax, acis, o. 3. *capace*, *largo*, מחזיק, Germ. *fähig*, Gall. *capable*, Hiſp. *capaz*, ἱκανός, quod capit, ſeu continet, aut continere poteſt. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Capax quindecim convivarum triclinium. *Cicer. in Orat. c.* 29. Demoſthenes non ſemper implet aures meas; ita ſunt avidæ, & capaces. *Liv. l. 9. c.* 16. Cibi, vinique capaciſſimus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Capaciora inteſtina ad alvum. *Id.* 37. 2. Capax calix ad ſextarios tres. *Ovid.* 8. *Met.* 243. Ad præcepta capax animus. ¶ Apud *Ulpian. Dig.* 9. 2. 5. Impubes capax injuriæ, eſt qui injuriam inferre poteſt. ¶ Dicitur etiam capax, a Juriſconſultis, qui acquirere, ac poſſidere aliquid poteſt. *Paul. Dig.* 34. 3. 29.

Capedo, inis, f. 3. ἀρυτήριον, vas in ſacris Deorum, a capiendo. *Cic. in Paradox.* 1. *c.* 3. Capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe.

Capedunculа, dimin. a capedo. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. Capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Capella, æ, diminut. a capra, *capretta*, αἰγίδιον. *Virgil. Ecl.* 9. *v.* 3. Diſtentas lacte capellas. ¶ Item ſidus cœleſte, ſeu potius ſtella una primæ magnitudinis in ſiniſtro humero Aurigæ. *Plin. l.* 18. *cap.* 26. & 31.

Capellianus, a, um, ut Rutæ folium capellianæ: ideſt capraria, quam capræ ſectantur. *Martial. l.* 11. *epigr.* 32.

Capena, f. 1. *Porta di S. Sebaſtiano*, porta urbis Romæ, a Capena opp. exc. apud lucum Feroniæ, quod ab Italo rege conditum eſt. *Juven. Sat.* 3. *v.* 11. Subſtitit ad veteres arcus madidamque Capenam: Madidam autem vocat, quia ſuper eam portam aquæductus erat, ex quo aliquid ſemper ſtillabat. Sic *Martial. l. 3. epigr.* 47.

Capenas, atis, ad Capenam oppidum pertinens. *Cic.* 4. *Verr. cap.* 12. Fundus Capenas. ¶ Eſt etiam *Capenas* parvus fluvius Tuſciæ, ad lucum Feroniæ. *Sil.* 13. 84.

Capenus, a, um, adject. ad Capenas Thuſciæ oppidum pertinens. *Virg. Æn.* 7. *v.* 697. Cymini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

Caper, pri, m. 2. *capro*, *becco*, תיש, Germ. *ein geſchnittener bock*, Gal. *bouchard*, Hiſp. *cabron*, *caſtrado*, τράγος, mas caſtratus in genere caprino, a voce Tyrrhenorum κάπρος, caper. *Martial. l.* 3. *ep.* 24. Dum jugulas hircum, factus es ipſe caper. ¶ Sumitur tamen etiam pro hirco. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 11. Vir gregis ipſe caper deerraverat. ¶ Caper etiam dicitur fœtor alarum ſub brachiis, qui ex ſudore ibi collecto naſcitur. *Catull. epigr.* 70. Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle ſub alarum trux habitare caper. ¶ Item piſcis marinus. *Plin. l.* 11. *c.* 51. Et is, qui capes appellatur, in Acheloo amne, grunnitum habet. *Caper* dicitur a *Plin.* quia Græce κάπρος. Sed quia κάπρος eſt aper rectius apri nomen eſſet huic piſci quam capri, qui grunnitum non edit.

Caperatus, a, um, rugoſus, *rugoſo*, ductum a caprorum frontibus criſpis, auctore *Nonio c.* 3. *n.* 89. *Apul. Metam. lib.* 9. Inſuavis, & odioſi mariti caperatum ſupercilium perhorreſcit.

Capero, as, a. 1. *creſpare la fronte*, קמט, Germ. *runtzeln*, Gal. *rider*, Hiſp. *rugar*, ſυνοφρυόω, frontem rugis contraho, & aſperitatem vultus oſtendo a criſpis caprorum frontibus. *Plaut.* neut. uſus eſt *Epid.* 5. 1. 3. Quid illud eſt quod illi caperat frons ſeveritudine?

Capeſſo, is, ivi, itum, a. 3. obtineo, conſequor, aſſequor, capio, *pigliare*, לקח, Ger. *annemen*, *greiffen*, ἐγχειρέω. *Cic.* 4. *de Repub.* Æſchines Rempcapeſſivit. ¶ Item exequendum ſuſcipio, *eſeguire*. *Virg.* 1. *Æn.* Mihi juſſa capeſſere fas eſt. ¶ Item recipio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 106. Me domum capeſſam. Simile eſt illud *ejuſdem Auctoris*; Capeſſere ſe præcipitem ad malos mores. ¶ Capeſſere fugam, pericula, arma, pugnam, &c. *Liv.* & *Salluſt. plurib. loc.*

Capetus, Atys, Epitus, Ægyptius, fil. Albæ, pater Capyos, ſextus Rex Albanorum. Regnavit ann. 26. vel 29.

Caphareus, m. 2. triſyll. Καφηρεύς, *Capo dell' Oro*, al. *Chimi*, al. *Pegero*, promont. Orient. Eubœæ. Hic claſſis Argivorum periit, fraude Nauplii ejus inſulæ regis, qui, ut Palamedis filii a Græcis interempti mortem ulciſceretur, ab eo promontorio Græcis tempeſtate laborantibus facem protulit, qua decepti, in aſperrimos ſcopulos inciderunt, *Serv. ad Æn.* 11. *v.* 260.

Caphareus, a, um, adject. quadriſyll. *Propert. l. 3. el.* 7. Saxa triumphales fregere Capharea puppes.

Ca-

Digitized by Google

Capharnaum, urbs Palæſtinæ, olim E. in Galilæa, ad oram Bor. lacus Geneſaræ.

Capharnæus, a, um, ad Capharnaum pertinens, ut Capharnæa urbs, *Sedul. l. 4. v. 82.*

Capidulum, n. 2. genus veſtimenti, quo caput tegebatur. *Feſt.*

Capillaceus, a, um, *capigliato*, τριχώδης. *Plin. l. 12. c. 25.* Balſamum tenui, & capillacea coma.

Capillago, inis, capillus, capillamentum. *Tertull. de Anima, cap. 51.* Pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deſerit.

Capillamentum, i, *capellamento*, *capellatura*, τρίχωμα, capillorum complexus, quo nomine veniunt & illæ ſuppoſititiæ comæ, quarum aliæ totum verticem tegunt, aliæ ſolam cervicem. *Tertull. de cult. fem. c. 7.* Adfigitis præterea neſcio quas enormitates ſubtilium, & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro. *Suet. Calig. c. 11.* Ganeas, atque adulteria capillamento celatus, & veſte longa noctibus obibat. ¶ Dicitur etiam de ſeminibus, & radicibus. *Plin. l. 19. c. 6.* Quæ rectam non habent radicem, ſtatim plurimis naſcuntur capillamentis. *Colum. lib. 4. c. 11.* capillamenta ſeminum.

Capillāre, ris, unguentum capillorum. *Martial. l. 3. epigr. 82.* Mœchæ pauperis capillare.

Capillāris, re, adject. qui capillos habet, ut herba capillaris. *Apul. de herb. c. 47.* ¶ Capillaris, vel capillata arbor antiquiſſima Romæ, ad quam capillum tonſum Veſtales Virgines appendebant Deo conſecrantes. *Feſt.* & *Plin. l. 10. c. 44.*

Capillatūra, æ, idem. *Tertull. de cult. fem. cap. 7.* Structores capillaturæ.

Capillātus, a, um, u. t. s. τριχωτός, qui crines longiores habet. *Cic. de lege Agrar. 2. cap. 22.* Non minus bene nummatus, quam bene capillatus. & *cap. 5.* Capillatior quam ante, barbaque majore.

Capillitium, n. 2. *chioma*, *crine*, κόμη, capillamentum. *Apul. l. 2. A. A.* Capillitium flavum, & inaffectatum.

Capillor, d. 1. *mettere i capelli*, Ger. *haar machen*, Gal. *faire*, *commencer a avoir de cheveux*, Hiſp. *hazer cabellos*, τριχόω, eſt capillos facere. *Plin. l. 21. c. 37.* Polythrix in viridi capillatur.

Capilloſus, a, um, capillatus, capillis abundans. *Cal. Aurel. lib. 5. c. 2.* Capilloſum ſedimen.

Capillulus, i, diminut. a capillus. *Lyricon, quod vulgo Cornel. Gallo tributum fuit.* Pande puella, pande capillulos, flavos, lucentes, &c.

Capillus, m. 2. *capello*, שֵׂעָר, Ger. *haupt haar*, Gal. *cheveu*, Hiſp. *cabello*, θρίξ, crinis, quaſi capitis pilus. *Cic. in Piſon.* Erant illi compti capilli. ¶ In capillum involare, apud *Terent. Eun. 5. 2. 2.* *Gettarſi a' capelli.* ¶ Accipitur etiam pro barba. *Cic. 2. Offic. c. 7.* Dionyſius cultros metuens tonſorios, candenti carbone ſibi adurebat capillum. ¶ Neque tamen de hominibus tantum, ſed & de omnibus animalium cæterorum pilis dicitur. *Catul. epigr. 25.* Mollior cuniculi capillo. ¶ Dicitur autem capillus tener, ſeu mollis, paſſus, ſolutus, fuſus, nexus, colligatus, vinctus, tortus, flexus, calamiſtratus, &c. *Horat. de Ar. poet. v. 33.* *Ter. Phorm. 1. 2.* *Juvenal. Sat. 6.* *Ovid.* ¶ Capillos in gratiam mortui tondebant Veteres, & ſectos in eum conjiciebant. *Kirchmannus de funer. l. 2. cap. 15.*

Capillus Veneris, ἀδίαντον, herba, dicta, quod delapſos poſt alopeciam capillos recreat. *Apulej. de herb. c. 47.* ¶ *Plin.* Adiantum, polytrichon, & callitrichon vocat.

Capio, is, cepi, captum, a. 3. comprehendo, prehendo, fero, *pigliare*, לָכַד, לָקַח, Ger. *fangen*, *nemmen*, Gal. *prendre*, *comprendre*, Hiſp. *tomar*, *caber*, λαμβάνω, eſt propria manu capere. *Virg. l. 4. Georg.* Cape ſaxa manu, cape robora paſtor. ¶ Capio, & accipio differunt, quia capere eſt cum affectu, accipere, cum quis non ſic accipit, ut habeat. Ideo, ut *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. penult. leg. 71.* ſcribit, non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus. *Valer. Max.* Ut non coactus enſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere videretur. ¶ Habet interdum reciprocum uſum. *Ovid. 2. Triſt. eleg. 7.* Oblivia noſtri te ceperunt. *Plin. l. 7. c. 24.* Propinquorum cepit oblivionem. *Virg. Ecl. 8.* Alter ab undecimo jam me tum ceperat annus. Sic Cepi voluptatem, & capit me voluptas, Cepiſti dolorem, cepit te dolor. ¶ Quandoque ſignificat facere, *fare*. *Ter. in And.* Non ſi capiundos mihi ſciam inimicos homines omnes. ¶ Quandoque delectare, *dilettare*, ineſcare, irretire, ex tranſlatione ferarum, venatuſque. *Horat. 2. Serm.* Te conjux aliena capit. Sic capere aliquem ſua humanitate. *Ter. Andr. 4. 1. 27.* ¶ Quandoque propitiari. *Lucr. l. 2.* Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ¶ Quandoque eligere. *Ter. in Hec.* Quam illum generum cepimus. ¶ Quandoque perpeti, *patire*. *Id. in Heaut.* Omnes mihi labores, quos cepi, fuere leves. ¶ Quandoque tenere, *capire*. *Id. ibid. 2. 3. 13.* Ædes noſtræ vix capient. ¶ Quandoque invadere, occupare, *prendere*. *Cic. Fam. 5. ep. 10.* Capere oppida vi oppugnando. Sic capere portum, *Caſ. l. 4. B. G. cap. penult.* ¶ Aliquando amore accendi, *innamorarſi*, unde capti amantes dicuntur. *Lucil.* Ne aſpectu, & forma capiare aliena. ¶ Capere conſilium eſt deliberare. *Cic.* Cum autem conſilium hoc princeps cepiſſes. ¶ Capere rationem eſt modum invenire. *Plaut.* Rationem capi, ut & amanti obſequerer, & patrem non offenderem. ¶ Capere fidem, *pigliar parola*. *Liv.* Rex Legatos miſit ad capiendam fidem ab Imperatoribus Roman. ¶ Capere abſolute, pro decipere, *Cicer. Acad. 4. c. 20.* Sapientis eſt cavere, ne capiatur. ¶ Eſt etiam verbum Augurum, cum locum eligebant ad fines templorum ſtatuendos, de quo V. in Captus. ¶ Significat aliquando convincere. *Plaut. Amph. 2. 2. 189.* Tu ſi me impudicitiæ captas, non potes capere. ¶ Dicimus etiam capere, quæ in naturam noſtram, ſenſum, & vires cadunt. *Curt. l. 7. c. 8.* concupiſcis, quæ non capis. Et *l. 3. c. 13.* Magnitudinem fortunæ non capit. *Capitolin. in Vero, cap. ult.* Nota eſt fabula, quam Marci vita non capit: h. e. quæ non cadit in Marci vitam, quæ aliena eſt a ſecta, & inſtituto Marci. ¶ Non capiunt indulgeri: h. e. non poſſunt. *Tertull. de Pudic. cap. 1.* Sed apud hunc Auctorem *capit* pro poteſt, ſeu licet frequentiſſimum eſt. ¶ Capere pro coercere, frænare, apud *Ovid. Triſt. l. 4. eleg. 4. v. 230.* Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas, Cepiſſet genitus ſi Phaethonta Merops. ¶ Eſt etiam verbum Pontificiale. Cum enim Pontifex Maxim. Virginem legebat, quæ Veſtæ deſerviret, tunc eam capere dicebatur, & velut captam bello abducere. *Lege c. 12. Gell. l. 1.* Adde & *Tacit. Ann. 15. c. 22.* ¶ Captus, a, um, V. ſuo loco. *Capſis* pro *cape ſi vis* olim uſurpatum fuiſſe, teſtatur. *Cic. in Orat. c. 45.*

Capis, dis, poculum anſatum, a capiendo, quia facile capitur, vel a κάπιθα, menſura, ſeu vas, quod capit duas cotylas Atticas. *Liv. l. 10. cap. 7.* Si conſpiciatur cum capide, & lituo, capite velato, victimam cædat.

Capiſterium, n. 2. genus vaſis ruſtici, in quod infuſa aquæ, frumenti grana expurgantur. *Colum. l. 2. c. 9.* Semen, quod exteritur, capiſterio expurgare.

Capiſtratus, a, um, capiſtro vinctus. *Ovid. Heroid. epiſt. 2. v. 80.* Inque capiſtratis tigribus alta ſedes.

Capiſtro, as, a. 1. *incapeſtrare*, חָבַשׁ, Ger. *ein halffter anlegen*, *anbinden*, κημόω, capiſtrum impono. *Plin. l. 18. c. 19.* Fiſcellis capiſtrari boves oportet. ¶ Item vites vinculis colligare. *Colum. 11. 2. ſub fin.*

Capiſtrum, n. 2. *capeſtro*, *legame*, *fune*, חֲבוּשִׁים, Ger. *halffter*, Gal. *licou a chevêtre*, Hiſp. *xaquima*, *cabeſtro*, φιμός, capitis vinculum, quod equis, & hujuſmodi animalibus adhiberi ſolet, ne fugiant, a caput, vel a capio, quod eo jumenta capiuntur, & tenentur. *Martial.* Paret purpureis aper capiſtris. ¶ Capiſtra etiam dicuntur vincula, quibus vites ligantur. *Colum. l. 4. c. 20.* Cum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur. ¶ Sunt etiam retinacula prælorum. *Cato R. R. c. 12.*

Capita Deorum, dicebantur faſciculi facti de verbenis. *Feſt.*

Capita Minerva cognominata eſt a Romanis, eoque nomine culta menſe Martio per quinque dies, quos Quinquatria appellabant. *Ovid. 3. Faſt. v. 837.* ¶ Al. leg. *Minerva capta*.

Capital, alis, n. dictum per apocopen a *Capitale*, genus eſt operimenti, quod capiti imponitur. *Varr. l. 4. L. L.* ¶ Feſtus interpretatur linteum, quo in ſacrificiis utebantur. ¶ Item facinus, quod capitis pœna luitur. *Plaut. in Men. 1. 1. 16.* Tametſi capital fecerit, facile aſſervabis.

Capitalis, le, n. 3. *capitale*, *mortale*, Ger. *das den tod verſchuldt hatt*, Gal. *capital*, *criminel*, *mortel*, Hiſp. *criminoſo*, *digno de muerte*, quod capitis ſupplicium meretur. *Cic. 7. Verr.* Inſimulatio repentina capitalis, atque invidioſi criminis. ¶ *Capitalis homo*, non ſolum pro ſcelesto, qui ſit dignus puniri capite, ſed etiam, qui promptus eſt ad cædem, *peſtifero*. *Cic. in Anton.* Capitalem, & peſtiferum M. Antonii reditum a Brundiſio expectabamus. ¶ Capitalis oratio, h. e. pernicioſa. *Cic. l. 2. Offic.* Capitalis oratio eſt ad æquationem bonorum pertinens. ¶ Capitalis ira ab *Horatio* dicitur pro mortifere, *l. 1. Sat. 7. v. 13.* ¶ Capitale odium, & capitalis morbus, quod caput, & vitam hominis petant, *Cic. de Senect.* Sic capitalis inimicus, apud *Plaut. 4. 2. 57.* ¶ Capitale facinus dicitur, quod capitis pœnam meretur. *Cic. 1. nat. Deor.* In civitate fieri facinora capitalia. ¶ Capitalis pro ſolerti, & ingenioſo quandoque ponitur. *Cic. Q. Fr. l. 2. epi. 12.* Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pene puſillus Thucydides. *Ovid. 3. Faſt. v. 839.* Capitale vocamus ingenium ſolers.

Capitaliter, adverb. *capitalmente*, κεφαλικῶς. *Plin. l. 1. epiſt. 5.* Quam capitaliter me ipſum apud Centumviros laceſſiſſet: h. e. uſque ad periculum capitis: Sic capitaliter odiſſe, *Ammian. l. 21. c. 32.* Capitaliter animadvertere, *Veget. l. 2. c. 22. de re militari.*

Capitarium æs, quod capi poteſt, *Feſt.* Vel, quod caput eſt, & ſors: vel quod capite penditur, non cenſu, ut exponit *Scalig. ad Feſt.*

Capitatio, nis, f. 3. tributum, quod in capita ita diſtributum erat, ut jugatio in juga boum. *L. immunitates*, & *l. ſeq. Cod. de agric. & cenſ. l. 11.* Adde *Gell. l. 16. c. 10.* ¶ Item annona. *Tit. C. de annona, & capitatione.*

Capitātus, a, um, n. t. s. κεφαλωτός, quod in caput latius creſcit. *Colum. l. 12.* Cultus porri capitati aſſidue ſarritio, & ſtercoratio eſt. *Idem l. 5. c. 5.* Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant. *Capitata* autem *vinea* dicuntur, ubi ita componuntur vites, ut non in brachia, ſed in capita adoleſcant.

Capite cenſi, m. 2. erant, qui in Plebe Romana nullo ære cenſebantur, n cenſione capitum, quod ſolis capitibus, ideſt, ſolis perſonis cenſerentur. Horum opera Romani in bello non utebantur, quod opes civium obſidum loco ducerent, metuerentque, ne infimæ ſortis homines, qui nihil, quod amittere poſſent, in urbe reliquiſſent, aut ſegniter pugnarent, aut facile ſpe lucri ad hoſtes deficerent. Differebant a Proletariis, qui Reipublicæ nihil præter prolem filiorum dabant in uſum belli. *Gell. l. 16. c. 10.* Qui in plebe Romana pauperrimi erant, neque amplius quam mille quingentum æris in cenſum deferebant, proletarii appellati ſunt, qui vero nulla, aut perquam parvo ære cenſebantur, capite cenſi vocabantur. *Salluſt. in Jugur. c. 91.* V. *Sigon. l. 1. c. 4. de antiquo jure Civ. Rom.*

Capitellum, n. 2. *capitello*, כּוֹתֶרֶת, Ger. *ein houptein*, Gal. *chapiteau*, Hiſp. *capitel*, κεφάλαιον, diminut. eſt a capitulum, & ſignificat parvum caput, ideſt, craſſiorem ſummitatem cujuſcunque rei. *Plin. l. 24. c. 19.* Inde rami aſſurgunt ſua capitella gerentes. Al. leg. *capitulo*. ¶ Item capitulum columnarum. Nam inferior pars baſis dicitur: *Corippus l. 4. v. 59.* Buxea populeis aptant capitella columnis. Adde *Plin. l. 36. c. 23.* ubi alii leg. *capitulum*.

Capitis diminutio, f. 3. κεφαλαίου ἐλάττωσις, eſt prioris ſtatus mutatio. Triplex eſt, maxima, minima, media. Tria enim ſunt, quæ habemus, libertas, civitas, familia. Igitur cum hæc omnia amittimus, maxima dicitur capitis diminutio, ut eſt *deportatio*. cum vero amittimus civitatem, & libertatem retinemus, media eſt, ut eſt *in colonias Latinas tranſportatio*: cum libertas, & civitas retinetur, & familia tantum mutatur, minima capitis diminutio vocatur, velut eſt *adoptatio*. *Cic. pro Domo*, Impendentibus periculis maximis cum diminutione capitis. Sic & *Horatius de M. Regulo*, *l. 3. Od. 5.* Fertur pudicæ conjugis oſculum, Parvoſque natos, ut capitis minor, Ab ſe removiſſe.

Capitium, n. 2. mulierum integumentum, quo illæ pectus tegunt, a capiendo, quod pectus capit, ſeu comprehendit. *Varro l. 4. de L. L.* & *l. 5. de vita Pop. Rom.* Sed *Nonius c. 14. n. penult.* capitis tegmen interpretatus eſt.

Capito, onis, m. *chi ha gran teſta*, *Bammi gnan*, qui magnum habet caput, *che ha teſta grande*. *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 29.* Redeo ad Deos, ecquos arbitramur nævum habere? ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones? ¶ Apud *Plaut. in Perſ. 1. 2. 8.* duri Capitones ſunt impudentes, ore improbo, perfricta fronte. *Lambinus* autem putat ita dictos a pertinacia in edendo. Nam de Paraſitis ſermo eſt. V. *Taubman.* ¶ Eſt etiam Capito piſcis, alio nomine Cephalus. *Cato R. R. c. 158.*

Capitolinus, a, um, adjectiv. a Capitolio, ut Jupiter Capitolinus, qui magnifice colebatur in Capitolio. *Cic. pro Rabir.* ¶ Capitolini ludi, in honorem Jovis Capitolini, ob ſervatum a Gallis Capitolium inſtituti. *Liv. l. 5. c. 50.*

Capitolium, n. 2. *Campidoglio*, Καπετώλιον, unus ex ſeptem Romæ collibus. Primo dictus eſt Tarpeius a virgine Tarpeia filia Sp. Tarpeii præſidis arcis, quæ arcem Sabinis prodidit, & ibi necata ab iiſdem fuit. Deinde L. Tarquinio Superbo regnante Capitolium, & Clivus Capitolinus dici cœpit, quia cum Rex Jovi templum ædificaret, qui fundamenta effodiebant, caput hominis Toli nomine invenire, quo Romam caput mundi fore intellectum eſt. *Liv. l. 1.* ¶ Hinc & aliarum urbium magnifica templa, arceſque, Capitolii nomina appellabantur. Sic Capitolium Capuæ *Suet.* memorat in *Calig. c. 57.* ¶ Poetæ in plurali etiam uſurpant. *Virg. Æn. 6.* Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 3. v. 29.* Ab hac Capitolia cernens.

Capitularii, orum, *ſorte eſattori*, in *Cod. l. 12. tit. 29. leg. 2.* appellantur, qui adjutores ſunt arcarum præpoſitis, & Tabulariis, h. e. exactores capitum, ſeu rationum publicarum. Adde *Symmach. l. 9. ep. 10.* ubi al. leg. *capitulani*, ſed eodem ſenſu.

Capitularius. a, um, ad Capitularios pertinens, ut Capitularia functio, *l. 11. Cod. Theodoſ. tit. 16. leg. 14.*

Capitulatim, adv. *ſommariamente*, ſummatim, per capita. *Plin. l. 2. c. 12.* Capitulatim attingam. *Nepos in Catone, c. 3.* Atque hæc omnia capitulatim ſunt dicta.

Capitulatus, a, um, idem quod capitatus. Apud *Celſ. l. 8. c. 5.* & *Plin. l. 17. c. 21.* Surculus capitulatus.

Capitulum, n. 2. *capo picciolo*, Ger. *heuptlin*, κεφάλαιον, parvum caput. *Plaut. Curc.* Operto capitulo caldum bibunt. ¶ Eſt & vox blandientis. *Terent.* O lepidum capitulum. ¶ Aliquando dicitur initium ſententiæ, *capitolo*, quod principia ſententiarum per metaph. capita vocantur. *Cic. 1. de Leg.* Si audierint, te primum capitulum optimum prodidiſſe. ¶ Item capitulum dicitur caput columnarum, κεφάλαιον, *capitello*. *Plin. l. 36. c. 23.* Columnis ſpiræ ſubditæ, & capitula addita. Adde *Vitruv. l. 4. c. 1.*

Capnias, καπνίας, gemma eſt ex jaſpidum genere, veluti fumo infecta, a καπνὸς, fumus. *Plin. l. 37. c. 9.*

Capnitis, f. 3. καπνῖτις, cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quæ a fornacibus flamma, atque flatu egeſta cameris, lateribuſque fornacum adhæret. *Plin. l. 34. c. 10.*

Capnus, ni, ſive capnon, herba eſt, al. fumus terræ. *Plin. l. 25. c. 13.*

Capnumargos, argilla ruſa, qua arva pingueſcunt. *Plin. l. 17. c. 7.*

Capo, V. Capus.

Cappa, litera Græcorum. Cum malum hominem Græci ſignificare volunt, dicunt eum habere unum cappa, cum pejorem, duo, cum peſſimum, tria, intelligi volentes, illum eſſe Cretenſem, Cilicem, Cappadocem, qui ſinguli fuiſſe improbitatis exiſtimantur. *Suid.*

Cappadocia, f. 1. regio Aſiæ, mari Euxino expoſita, aliquibus Armenia minor. Ab Occ. habet Galatiam, ab Or. Armeniam, a Mer. Ciliciam, Tauro M. dividente. Dicta eſt a Cappadoce fl. ante Leucoſyria vocabatur.

Cappadocius, & Cappadocus, a, um, adject. a Cappadocia, ut Gemma Cappadocia, *Plin. l. 37. c. 10.* *Martial. l. 10. epigr. 76.* Nec de Cappadocis eques catastis.

Cappadox, ocis, qui ex Cappadocia eſt. *Lucan. l. 7. v. 225.* Cappadocum montana cohors. *Cic. poſt Redit. c. 6.* Cappadocem modo abreptum de grege venalium ducens.

Cappari, n. indeclin. & Cappar, is, n. & Capparis, is, f. 3. *cappari*, Ger. *capern*, Gal. *capre*, Hiſp. *alcaparra*, κάππαρις, frutex eſt firmioris ligni, fenticoſus, & humilis, baccis oleæ, ſed minoribus. *Col. lib. 10. v. 118.* Capparis, & triſtes inulæ. *Palladius l. 11. tit. 11.* Tymum, & origanum, & cappar. *Celſ. l. 4. c. 9.* Huic rei cappari aptum eſt.

Cappas, pro marinis equis habet *Feſtus*. Al. leg. Campus.

Capra, f. 1. *capra*, עז, Ger. *ein geiſſ*, Gal. *chevre*, Hiſp. *cabra*, αἴξ, animal notum, quaſi *carpa*, quod virgulta carpat. *Var. R. R. l. 2. c. 3.* ¶ Eſt etiam Capra ſignum cæleſte, quæ, ut Poetis placet, Amaltheæ capra fuit, cujus lacte educatus Juppiter, poſtea rerum potitus inter aſtra eam collocavit. Conſtat ex viginti ſideribus. *Ovid. 3. Faſt.* *Col. l. 11. c. 2.* Decimo Cal. Jan. Capra occidit mane, tempeſtatem ſignificat. ¶ Eſt etiam Capra meteori ignis nomen, de cujus appellationis ratione ſibi non liquere ait *Senec. Natural. Quæſt. l. 1. c. 1.*

Caprarius, m. 2. *capraro*, Germ. *geiſshirt*, Gall. *berger de chevres*, Hiſp. *cabrero*, *acabrerizo*, αἰγονόμος, cuſtos caprarum. *Var. 2. de R. R. c. 3.* *Col. l. 3. c. 10.* ¶ Adjective uſus eſt *Solinus c. 5.* (*al. 6.*) Locatus eſt ad caprarios paſtus a matre.

Caprea, f. 1. *capra ſalvatica*, δόρκας, animal ſylveſtre, non ſolum videns acerrime, ſed & aliis viſum præbens, unde δόρκας Græcis dicitur, a δέρκω, video. Aſſerunt enim Medici, huic animali intra viſcera humorem quendam ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoſque viſus exacuat. *Martial. lib. 13. epigr. 99.* Pendentem ſumma capream de rupe videbis. ¶ Eſt & caprea vitis, dicta, ut inquit *Varr. R. R. 1. 31.* quod pariat capreolum. Sed ibi alii aliter legunt.

Capreæ, arum, *Capri*, καπρέαι, inſ. R. Neapol. Campaniæ adjacens, in mari Tyrrheno, in ora ſin. Crateris. Coturnicibus abundat.

Capreenſis, ſe, ad Capreas inſulam pertinens, ut Capreenſis ſeceſſus, *Sueton. in Tiber. c. 43.*

Capreolatim, adverb. quod Elmenhorſtius *implicate* interpretatur. *Apul. l. 11. p. 268.* In modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus, h. e. literis variis, & inconſueto ductu in ſe implicitatis.

Capreolus, li, m. 2. *capriolo*, צבי, Germ. *ein reh*, Gal. *petit chevreuil*, Hiſp. *cabrito*, *montes*, δορκάδιον, animal ſylveſtre, diminut. a caprea. *Virg. 2. Ecl.* Præterea duo nec tuta mihi valle reperti capreoli. ¶ Sunt etiam capreoli claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam cincinni, in teneroribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibuſdam, adminicula complectitur. *Varr. l. 1. R. R. c. 31.* ¶ Præterea capreolus eſt ferramentum bicorne, a ſimilitudine cornuum capreoli, *Colum. l. 11. c. 3.* Capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commoveatur. ¶ Denique in architectura capreoli, σύγκειται, ſunt proclinata hinc, atque hinc ligna, quæ canterios ſuſtinent, quia ſicut capreoli vitium arbores, ita ligna illa canterios complectuntur, *contraſiſſi*. *Vitruv. l. 4. c. 2.* & *l. 10. c. 19.* Adde *Caſ. de B. G. l. 2. c. 10.*

Capricornus, m. 2. αἰγόκερως, cæleſte ſignum, quod ex viginti, & octo ſideribus conſtat. Cum in Ægypto Dii convivium celebrarent, repentino adventu Typhonis, ſeu Thyphoei Gigantis omnibus perterritis, alii ſe in alias formas transmutarunt, Pan inferiorem partem in effigiem piſcis, ſuperiorem in formam hirci commutavit, ſeque in flumen dejecit. Periculum ubi evaſerunt, ingentes riſus de Panis metamorphoſi ediderunt. Juppiter vero admiratus ingenium, hanc figuram in cælum tranſtuliſſe fertur. ¶ Sed aliqui dicunt, hoc ſignum ſingi capram referre propter capram Jovis nutricem, & caprum ſcandentem, quia Sol, ubi ad Capricorni ſidus pervenerit, iterum ad nos revertitur, inferiore vero parte piſcem, quia primus tunc incipit menſis hyemis, in qua copioſiſſimi imbres de aere labuntur. *Iſid. l. 3. c. 70.* ¶ Alii volunt, Capricornum Jovis fuiſſe collactaneum. Amalthea enim, cui Juppiter nutriendus datus erat, cum ipſa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hædus. Hos Juppiter una cum matre in cælum tranſtulit. ¶ Stellam habet in naſu unam, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapula ſeptem, in ventre ſex, in cauda duas, *Horat. l. 2. od. 17.* *Cic. in Arat.*

Caprificatio, onis, f. 3. ἐρινασμὸς, ratio quædam perficiendi, ut culices, ſeu vermiculi, qui e groſſis caprifici gignuntur, ad alias ficus advolent, humoreque earum lacteo conſumpto, ad maturitatem eas perducant. Vide *Plin. l. 15. c. 19.*

Caprificialis, le, ut Dies caprificiales, ideſt Caniculares Vulcano ſacri, quibus mulieres ſub caprifico ſacra faciebant. *Plin. l. 11. c. 15.*

Caprifico, as, are, eſt culicibus e caprifico genitis ficubus aliis maturitatem afferre, quod fit, cum lacteum humorem in iis conſentiam abſumunt. *Plin. l. 18. c. 27.* Fici caprificantur. *Pallad. l. 7. c. 6.* Nunc caprificandæ ſunt arbores fici. V. *Plin. l. 15. c. 19.*

Caprificus, fici, f. 2. *ficaja ſalvatica*, Ger. *feigen vvildt*, Gal. *figuier ſauvage*, Hiſp. *cabrahigo*, ἐρινεὸς, ficus eſt ſylveſtris, cujus fructus nunquam maturescunt, dicta, quod parietes carpit, & ſaxa ſibi obſtantia diſcerpit, quia in muris innaſcitur, vel quod arbor hæc Meſſeniis τράγος, dicta eſt, ideſt, hircus, unde etiam veteres Latini eam capram vocavere, & caprificum, ut a capro animali diſtinguerent. *Mart. l. 10. epigr. 2.* Marmora Meſſalæ findit caprificus. ¶ Metaphorice *Perſ. ſat. 1. v. 25.* Quod didiciſſe, niſi hoc fermentum, & quæ ſemel intus innata eſt, rupto jecore exierit caprificus? h. e. gloriæ cupiditate.

Caprigenus, a, um, o. 1. 2. *caprigno*, Ger. *geiſſgeſchlecht*, Gal. *de nature de chevres*, Hiſp. *cabruno*, αἰγογενής, ex caprarum genere. *Plaut. in Epid. 1. 1. 16.* Caprigenum hominum genus non placet mihi. De iis loquitur, qui ſemper febricitant. Scripſit autem *Plin. l. 8. c. 50.* Capras perpetua febri laborare. Sic caprigenum pecus *Auſon. epigr. 76.* *Macrob. l. 6. c. 5.*

Caprile, n. 3. αἰπόλιον, locus, ubi capræ ſervantur. *Plin. l. 28. c. 10.* In caprilibus optime convaleſcunt.

Caprimulgus, i, qui capras emulget, αἰγοθήλας, pro convicio eſt apud *Catull. epigr. 22. ad Varrum*. ¶ Caprimulgi, m. 2. aves ſunt merulæ aſpectu, aliquanto grandiores, quæ interdiu non videntur, nec ipſæ vident, intrant paſtorum ſtabula, caprarumque uberibus propter ſuccum lactis advolant, qua injuria emoriuntur ubera. *Plin. l. 10. c. 40.*

Caprinus, a, um, o. 1. 2. quod ad capram pertinet. *Cic. l. 1. c. 19. de nat. Deor.* Pellis caprina. *Horat. l. 1. epiſt. 18. v. 15.* Alter rixatur de lana ſæpe caprina. *h. e.* de re frivola, & inutili.

Capripes, edis, adject. caprinos pedes habens. *Horat. l. 2. od. 19.* Capripedes Satyri. *Propert. l. 3. el. 15.* Capripedes calamo Panes hiante canent.

Capronæ, ſive capronea, arum, f. 1. προκόμια, comæ, quæ ante frontem ſunt, quaſi a capite pronæ, vel ſimpliciter a *capite*, vel a *capero*, contraho, quia frontem caperant, & corrugant. Alio nomine dicuntur *antiæ*, *antevenuli*, *propenduli*. *Lucil. l. 7. Sat.* Comas fluitare capronas apud *Non. 1. 2. n. 61.* *Apul. l. 2. Flor. de Apolline:* Promulſis capronis anteventuli. Al. leg. *caproneus*.

Caprotinam Junonem veteres dixerunt, quod illi Nonis Caprotinis ſub caprifico ſacra fierent ab ancillis ſimul, & liberis. Nam poſt Urbem captam, cum ſedatus eſſet Gallicus tumultus, exhauſta Rep. finitimi opportunitatem invadendi Romani Imperii aucupati, præfecerant ſibi Poſthumium Livium, Fidenatium Dictatorem, qui Feciala ad Senatum miſſo, poſtulavit, ut ſi vellent, reliquias ſuæ Urbis non deleri, matres familias, & virgines omnes ſibi dederentur. Cum Patres eſſent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malunt) Tutela, aſſumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, virginumque habitu, nomine dominarum ad hoſtes tranſiit, proſequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ cum a Livio in caſtris diſtributæ eſſent, viros plurimo vino provocaverunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes, quibus ſomno obrutis, ex caprifico dato ſigno hoſtes trucidati ſunt. Memor itaque pop. Rom. accepti ab ancillis beneficii, omnes juſſit manumitti, dotemque eis ex publico aſſignavit, diemque ipſum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifico, ex qua ſignum acceperant, ſacrificiumque annuum Junoni Caprotinæ ſub caprifico inſtituit, cui etiam lac, quod ex caprifico fluit, ad rei memoriam adhibebatur. *Macrob. l. 1. ſat. c. 11.*

Caprotinus, a, um, adject. *Auſon. de feriis Rom. v. 9.* Feſta caprotinis celebrabo ſolemnia nonis.

Capruginĕus, & Caprugnus, a, um, adject. idem quod caprinus, ut capruginei lumbi. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 13.* Ita legit *Salmaſ. ad Solin.*

Capruncŭlum, n. 2. vas fictile, ſic dictum fortaſſe, quia capri habuit figuram. *Feſt.* Sed videtur eſſe *capanculum* dim. a *capis*.

Capſa, f. 1. *caſſa*, ארגז, Germ. *kaſter*, Gall. *coffre*, Hiſp. *cofre*, *arca*, *caſſon*, arca, ciſta, a capſo, fut. verbi capio, quo veteres uſi ſunt pro *capero*, quod res in ſe reconditas capiat. *Cic. 1. Verr. c. 16.* Si te ſemel ad meas capſas admiſero.

Capſaces, æ, m. *vaſo da oglio*, ὁ καψάκης, vas olearium. *Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtoch. cap. 14.* Miſſum in modum capſace completo, qui alendus venerat, alit.

Capſarius, maſc. 2. *caſſiere*, qui capſas facit. *l. ult. Dig. de jure immunit.* ¶ Item qui pueris in ſcholam euntibus portat capſam librariam. *Suet. in Ner. c. 36.* Conſtat, quoſdam cum pædagogis, & capſariis, uno prandio pariter necatos. ¶ Item qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipit. *Paul. l. 3. parag. fin. ff. de off. Præf. Vig.*

Capſella, æ, diminut. a capſa. *Ulpian. l. 12. §. Conſervandi Dig. de Inſtruct. & Inſtrum.*

Capſis, cape, ſi vis. *Feſt.* Capſit, prehenderit. *Cic. in Or. cap. 45.* Jam in uno capſis tria verba ſunt. h. e. *cape, ſi vis*.

Capſo, pſis, pſit, veteres dicebant, pro cepero, a capio. *Plaut. Bacchid. 4. 4. 61.* *Pſeud. 4. 3. 6.* *Rud. 2. 1. 15.*

Capſula, f. 1. dim. a capſa. *Plin. l. 30. c. 11.* Stellionem incluſum capſulis ſubjiciunt capiti. ¶ Totos de capſula, *Senec. epiſt. 115.* eos dicit, qui maxime ſtudent munditiæ. V. ibi *Lipſ.*

Capſus, i, m. 2. eſt ſeptum ſudibus factum. *Vellej. Patere. l. 1. c. 16.* Clauſa capſo animalia. V. *Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. & Vopiſci Proculum.* Item rhedæ pars, qua qui vectantur, ſedent. *Vitruv. l. 10. c. 14.* Ad capſum rhedæ loculamentum firmiter figatur.

Captabundus. V. Cantabundus.

Captatĕla, æ, f. *caprio*, prehenſio. *Captatela pallii* eſt prehenſio pallii, cum eo amicimur. *Tertull. de pall. c. 5.* ubi alii alites legant.

Captatio, onis, prehenſio, ut *Cic.* vocat. Captatio teſtamenti *Plin. l. 20. c. 14.* h. e. ars blandiendi aliis, ut teſtamento heredem ſcribant. ¶ Captatio verborum, *Cic. in Partit. c. 23.* h. e. exquiſita verborum exquirendorum diligentia. ¶ Eſt etiam gladiatorum vocabulum. *Quintil. l. 5. c. 13.* Ut gladiatorum manus, quæ ſecundæ vocantur, ſunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erat, & quartæ, ſi geminata captatio eſt, ut bis cavere, bis repetere oportuerit.

Captātor, oris, qui venatur, & ambit aliquid quovis modo ut Captator popularis auræ, *Liv. l. 3. c. 33.* ¶ Κατ' ἐξοχὴν, & abſolute Captatores dicuntur, qui hereditates, ac legata ambiunt, eamque ob rem ſenes orbos & divites ſectantur, & ſimulato obſequio eos ſibi conciliare ſtudent, omnes injurias fœdiſſima adulatione, & diſſimulatione patientes. *Juvenal. ſat. 10. v. 202.* Uſque adeo gravis uxori, gnatiſque, ſibique, ut Captatori moveat faſtidia Coſſo.

Captatorius, a, um, o. 1. 2. κολακευτικός, fraudulentus, adulatorius, ut Captatoriæ ſcripturæ. Papin. & Cajus JCti. Inſtitutio captatoria. *Paulus l. 29. D. de her. inſtituend.*

Captatrix, icis, *Apul. de Dogm. Plat. l. 2. p. 16.* Adulandi ſcientia captatrix veriſimilium.

Captatus, a, um, particip. *a capto, as*. *Ovid. 4. Met. v. 72.* Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris. *h. e.* datus invicem, & acceptus. *Id. Met. 11. v. 768.* Heſperie ſæpe captata. *hoc eſt* adamata. *Quint. 9. 3.* vox non captata, ſed velut oblata. *non cercata a poſta*. *Ovid. 3. Met. 2. 379.* Captatum tempus.

Capteoſulus, a, um, adject. captioſus. *Martian. Capell. l. 4. ad fin.* Capteoſulıſque ludis illaqueantibus Pellax ſoritas cumque ſenſim congeries.

Captio, onis, f. 3. deceptio, argutia, ſophiſma, *arte di pigliar*, σόφισμα, ἀπάτη, actus capiendi. Sed fere eſt argumentatio ſophiſtica, fallax, per quam quis verbis capitur. *Cic. de Div.* Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? ¶ Accipitur item pro deceptione generatim, *inganno*. *Plaut. Epid.* Nulla in ea re captio eſt. ¶ Accipitur etiam pro jactura, & damno. *Cicer. l. 5. ad Attic.* Pene præterii,

gbar-

Digitized by Google

oharſam tibi deeſſe: mea captio eſt: ſiquidem ejus inopia minus multa ad me ſcribis. ¶ Captioni eſſe, pro fraudi eſſe, *Plaut. Moſtell.* 3. 3. 19.

Captiōſe, vafre, argute, *con inganno*, *ſofiſticamente*, Ger. *mit betrug*, Gal. *pour ſurprendre*, Hiſp. *anganoſamente*, ἀπατηλῶς, cum fraude. *Cic.* 4. *Acad. c.* 29. Nec diutius captioſe interroganti reſpondebo.

Captiōſus, a, um, o. 2, 1. *pieno d'inganni*, Ger. *betrieglich*, Gall. *captieux*, Hiſp. *enganoſo*, σοφιστικός, quod capit, ſeu decipit, & doli plenum eſt. *Cic. pro Qu. Roſc.* Quo nihil captioſius, neque indignius dici poteſt. Et *Acad.* 4. *c.* 15. Fallax & captioſa interrogatio. Et *c.* 16. Captioſiſſimo genere interrogationis utuntur. ¶ Captioſus aliquando idem eſt ac damnoſus. *Cicer. pro Cæcin.* Captioſum eſt omnibus rem ullam conſtitui ejuſmodi, quæ cum armis geſta ſit, reſcindi jure non poſſe.

Captito, as, are, dim. a capto. *Apul. de Deo Socrat. p.* 52. Omnium vulgo loquentium captitaſſe.

Captivātor, oris, m. qui captivos facit. *Auguſt. ep.* 199. *a med.*

Captivitas, f. 3. *cattività*, *prigionia*, שבי, Ger. *gefengnuſſ*, Gall. *captivité*, Hiſp. *captividad*, αἰχμαλωσία, ſervitus. *Cic. pro C. Cornel.* apud *Aſcon.* Omnibus Gentibus finem diuturnæ captivitatis afferre. *Senec. ep.* 85. Deſcribere captivitatem, verbera, catenas, &c. ¶ *Tacit. hiſtor. l.* 3. *c.* 70. pluraliter dixit: Dum inter Veſpaſianum, ac Vitellium prœlia legionum, captivitatibus urbium &c. judicatur. *eſpugnazioni de Città*.

Captiuncŭla, f. 1. dim. a captio. *Cic. Attic. l.* 15. *ep.* 7. Omnes captiunculas pertimeſcere.

Captīvo, as, *fare ſchiavo*, captivum facio. *Auguſt. de Civ. Dei*, c. 1.

Captivus, a. t. 2. captus, & vinctus, *prigione*, שבוי, German. *gefangener*, Gal. *captif*, Hiſp. *captivo*, αἰχμάλωτος, qui bello captus eſt, & in ſervitute vivit. *Cic.* 1. *Off.* Pyrrhi de captivis reddendis illa præclara ſententia. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus ad captivos pertinentibus. *Curt. l.* 8. *c.* 7. *l.* 5. *c.* 6. Ingens pecuniæ captivæ modus. *Virg.* 10. *Æn. v.* 520. Captivus ſanguis. *Martial.* 12. 97. Captiva ſitis. *Ovid. Amor.* 1. 14. 45. Crines captivi. ¶ Item de quacumque re bello capta. *Caſ.* 2. *B. C. c.* 5. Naves captivæ. *Virg. Æn. v.* 767. Veſtis captiva.

Capto, a. 1. allicio, aucupor, conſector, peto, *pigliare con luſinghe*, *cercare*, צוד, Germ. *nachſtellen*, Gall. *guetter*, *attraper*, Hiſp. *captar*, *halagar*, θηρεύω, freq. a capio, eſt blanditiis, vel illecebris aliquid venari, dare operam ut capias. *Cic. in Piſon.* Captare plauſus, vehi per urbem, conſpici velle. ¶ Plura ad eundem modum, ut captare occaſionem, captare ſomnum, frigora, umbras, *Cic. & Virgil.* ¶ Captare ominibus aliquid, eſt de alicujus rei eventu omnia præſagia colligere. *Suet. Tiber. c.* 14. ¶ Captare teſtamenta, hæreditates, &c. dicitur is, qui fictis obſequiis ſenes orbos ambit, ut hæres ſcribatur. V. Captator. Et eodem ſenſu captare aliquem, i. e. ejus hæreditatem, dixit *Juven. ſat.* 16. *v.* 55. Eſt enim captare callide & inſidioſe petere. Unde & decipere, vel conari decipere aliquando ſignificat. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 15. Iniquium eſt autem, alcisci adverſarios? aut qua via captent te, eadem ipſos capi? Item inſidiari in ſermone. *Cic. Acad.* 4. 29. *Plaut. Amph.* 1. 1. 269. ¶ Eſt etiam gladiatorum proprium. V. *Plauti Interpretes ad Moſtell.* 5. 1. 21. *Auct. Paneg. ad Piſonem:* Arma tuis etiam ſi forte rotare lacertis, Inque gradus clauſis libuit conſiſtere membris, & vitare ſimul, ſimul & captare petentem. V. Captatio.

Captrix, icis, f. quæ captat. *Cal. Aurel. Acut.* 2. 39. Injectiones clyſterum ſunt virium captrices. *h. e.* vires tentant, & debilitant.

Captūra, f. 1. *preſa*, לקיחה, Germ. *ein fahung*, Gall. *priſe*, Hiſp. *prendimiento*, ἄγρα, actus capiendi. *Plin. l.* 19. *cap.* 1. Ad piſcium, & alitum capturam. ¶ Interdum præda, quæ capitur. *Id. l.* 10. *c.* 40. Capita earum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. ¶ Interdum captura dicitur ſordidæ, obſcenæ artis merces. *Suet. Calig. c.* 40. Ex gerulorum diurnis quæſtibus, ex capturis proſtitutarum exigebatur. *Val. Max. l.* 9. *c.* 4. *n.* 1. Inhoneſti lucri captura invitatus.

Captus, us, ui, κατάληψις, proprie actus capiendi, apprehenſio. *Val. Max. l.* 3. *c.* 3. *ad fin.* Virtus in captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit. ¶ Sæpe ſumitur pro ingenii vi, ut menſura, ſeu capacitate, *capacità*. *Ter. Adelph.* 3. 4. 34. Ut captus eſt ſervulorum. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 27. Græci, ut eſt captus hominum, ſatis hoſtem aſpicere non poſſunt. *Gell. l.* 1. *c.* 9. pro captu ſolertiæ. ¶ *Plin. l.* 24. *c.* 10. Captus trium digitorum: *h. e.* quantum tres digiti capere poſſunt.

Captus, a, um, nom. ex particip. *preſo*, ληφθείς, occupatus, victus, captivus. *Cic. Caſil.* 3. *c.* 7. Belli duces captos & comprehenſos tenere. Sic capta caſtra, oppida, claſſis &c. ¶ Et pro Captivo. *Virgil.* 2. *Æn. verſ.* 64. Certantque illudere capto. Et *verſ.* 75. Quæ ſit fiducia capto. ¶ Captus etiam idem eſt ac affectus, *commoſſo*. *Nepos* 2. 8. 7. Captus miſericordiæ. Et 25. 4. 1. Adoleſcentis captus humanitate, & doctrina. *Horat. l.* 2. *od.* 18. *v.* 36. Auro captus, i. e., corruptus. ¶ Item ſuffragiis, electus, conſtitutus. *Plaut. Stich.* 4. 1. 72. Captus conſilii memor. *Id. Men.* 1. 1. 34. Captum ſit collegium augurum. Sic enim loqui ſolebant, inquit *Turneb. l.* 30. *c.* 29. cum aliquis de re collegium augurum conſulebatur. *Feſtus:* Captus dicebatur lucus ad ſacrificandum legitime conſtitutus. ¶ Sic captus augur, judex, arbiter. ¶ Item orbus, privatus, *privo*, ut captus mente, *Cic.* 1. *Offic. c.* 27. & *Tuſc.* 5. *c.* 40. Captus auribus, & oculis.

Capua, fem. 1. *Capoa*, Καπύη, urbs exc. Campaniæ in R. Neap. ad Vulturnum fl. Aliqui vocatam ajunt a falcone, ave, quem Campani olim capyn vocabant, quod ex volatu falconis de ea ædificanda ſumptum fuerit augurium. *Liv. l.* 4. *c.* 37. ſcripſit, Capuam olim Volturnum fuiſſe, & urbem Etruſcorum, appellatam Capuam fuiſſe a Capye Samnitium duce, a quibus capta eſt anno ab Urbe condita 333. vel a camporum planitie, & latitudine, in quibus ſita eſſet. *Dionyſius* narrat *lib.* 1. Capuam ab Ænea, cæteriſque Trojanis conditam fuiſſe, & a Capy Trojano appellatam. Hæc urbs nomen dedit illi Regioni, quæ olim Campania dicta eſt, nunc *Terra di Lavoro*. Urbs ampliſſima, & ornatiſſima fuit, magnificentia ædificiorum, amplitudine ſemitarum, ager Campanus orbis terræ pulcherrimus.

Capuānus, a, um, ad Capuam pertinens. *Serv. ad Æn.* 10. *v.* 145. ex *Varrone* habet *Capuanus ager:* ſed negat *Varro l.* 9. *de L. L. c.* 1. *ante med.* in conſuetudine Latina eſſe.

Capuenſis, e, adject. a Capua, in *Inſcript.* apud *Grut. p.* 459. *n.* 1. & *Sponium Miſc. erud. antiq. p.* 160.

Capŭla, f. 1. dim. a capis, vaſis genus, quod facile capi poſſit, quia anſatum eſt, vel a σκάφη, ſeu σκάφις, urna, hydria. *Varro de L. L. l.* 4.

Capulāris, re, o. 3. *vicino a morte*, τυμβογέρων, capulo ſeu morti contiguus, & mox capulo efferendus, ut Capularis ſenex, *Apul. Apol.* & *Plaut. Mil.* 3. 1. 33. ¶ Reum item capularem dicebant, quod capulo dignus eſſet. *Fulgent. de priſc. ſerm. n.* 23.

Capulātor, m. 3. qui capulis oleum depleſt. *Col. l.* 12. *c.* 50. *Cato R. R. c.* 56.

Capulātus, a, um, capulo inductus. *Vet. Inſcript.* apud *Fabret. p.* 9. Martialis capulatus. Capulatus autem dicitur, quia capulum, ſive manubrium, aut apicem ſolaris pilei, ſeu caſſidis pro geſtamine habuit. V. Capulus.

Capŭlo, m, 2. 1. *travaſar oglio*, dolia olearia capulis deplere. *Cato de R. R. c.* 67. Lingua in torcularia cedat, oleum frequenter capulet. ¶ Eſt etiam capulo ferire, cædere, a gladii capulo ortum. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 5. *de piſce, qui e terra oritur:* Qui ubi ex alta hucuſque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.

Capŭlus, m. 2. *cataletto*, ארון, German. *ein todtenbar*, *oder des ſchwerdes knopff*, Gall. *cercueil*, *biere*, *on poignée d'épée*, Hiſp. *andas*, *empunadura*, νεκροφόρον, eſt feretrum, in quo mortui deferuntur, quaſi ἀπὸ τοῦ κάπτω, a capulo, ſeu κάπη, præſepe, propter figuram, vel a capio, quia mortuum capit. Ideo *Plaut. Aſin.* 5. 2. 43. ſenem vocat capuli decus. ¶ Eſt capulus item manubrium gladii, quod gladius ea parte capitur, *manico della ſpada*. *Virg.* 12. *Æn. v.* 552. Capulo tenus abdidit enſem. ¶ Apud *Plaut. Caſ.* 5. 2. 31. & *in Priapejis* habet obſcœnum ſenſum. ¶ Pro ſtiva, ſeu manubrio aratri poſuit *Ovid. lib.* 1. *de Pont. eleg.* 8. *v.* 57. Ipſe manu capulum preſſi moderatus aratri.

Capus, pi, m. 2. & capo, onis, m. 3. *cappone*, כרברים, Germ. *cappaun*, Gal. *chapon*, Hiſp. *capon*, ἀλεκτρυών, gallus, cui teſtes ſunt avulſi. *Var.* 3. *de R. R.* Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus. ¶ Inter quæ delicias numerat *Martialis l.* 13. *epigr.* 63. ubi in titulo *capo* legitur in recto caſu. *Id. l.* 3. *epigr.* 58. Coactus non amare capones.

Caput, pitis, n. 3. principale in animali membrum, *capo*, *teſta*, ראש, Germ. *ein kopff*, *ein haupt*, Gal. *la tête*, *le chef*, Hiſp. *cabeça*, κεφαλή, eſt totum illud, quod collo ſuſtentatur, inde dictum, quod ab eo initium capiunt nervi, per quos totum in corpus ſenſus, & motus diſtribuitur. In ſummo enim a natura collocatum eſt, quod in eo regimen totius animantis reſidet. ¶ Partes capitis diſtinguuntur. Nam eminentior pars *vertex* appellatur: tum corona capitis dividitur in frontem anteriorem, & occiput poſteriorem partem. media vero ſunt tempora, quibus aures inhærent. ¶ Sacrum olim habebatur: unde per caput jurare ſolebant Veteres. *Ulp. l.* 3. *Dig. de jurejuran. Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 8. ¶ Ponitur aliquando pro vita, ut capitis vel capite damnare, accuſare &c. paſſim apud Scriptor. ¶ Caput aperire, eorum eſt qui honorare volunt. *Senec. epiſt.* 64. ¶ At contra caput obvolvere ſolebant, qui latere vellent, vel fallere, vel turpe aliquid facere, aut pati, ut pudori conſulerent. *Suet. Caſ. c.* 58. & *in Ner. c.* 48. *Lucan. l.* 8. *v.* 613. ¶ Caput uno digito ſcalpere, mollitiei datum fuit. *Juven. ſat.* 9. *v.* 106. Qui digito ſcalpunt caput uno. ¶ Capitis vacui eſſe dicuntur, qui dementes, & ſtulti ſunt. *Id. ſat.* 15. *v.* 23. ¶ Aliquando caput ipſum hominem vocamus. Sic carum caput, dulce caput de amicis dicimus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 27. quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum Millia. Sic *exactio capitum* apud *Cicer.* eſt vectigal a ſingulis hominibus exactum: & *ſeſtantes in capita collati* apud *Liv.* ſunt nummi a ſingulis hominibus dati. ¶ Caput etiam dicitur, quod in unaquaque re primum eſt, & a quo cætera veluti fluunt. *Ter. And.* 1. 6. Hem illic eſt huic rei caput. *Cic. pro Plac. cap.* 18. Caput eſt omnium Græcorum concitandorum Heraclides. ¶ Sic & quod maximum præcipuumque eſt, caput dicitur. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 34. Negavit ſe illo jure uti pro, quod cœnæ caput erat, delectatum. *Id. de Orat. l.* 2. *c.* 82. Ad conſilium de Rep. dandum caput eſt noſſe Remp. ¶ Quin omnium rerum ſummitates capita vocantur, ut capita papaverum, *Flor. l.* 1. *c.* 7. Capita montium, arborum. ¶ Capita fontium, h. e. origines, *Horat. lib.* 1. *od.* 1. *v.* 22. In capite Bithyniæ, h. e. in finibus, *Plin.* ¶ Item Caput dicitur pecuniæ ſumma, quæ occupatur, ut uſuræ inde redeant. *Liv. l.* 6. *c.* 35. Promulgavere leges, unam de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio perſolveretur. ¶ Item in decumis ſumma frumenti, qua Decumani decumas alicujus civitatis coemebant lucri cauſa, ut *Hotomann.* explicat *ad Cic. Verr. l.* 1. *c.* 4. ¶ Item in ulceribus apiculus, quo humor concoctus in pus maturitatem ſuam prodit. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Furunculum (genus eſt ulceris exuberans) caput facere. ¶ Item in libris ſummaria, ſeu breviaria, *compendj*, *ſommary*, *Cic. de clar. Orat.* Illa vero contra Domitium non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. ¶ Item ſectiones, *articoli*, *capitoli*. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 8. Sed duo prima capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. V. *Borrich. Cogit. de L. L. p.* 55. & *Salmaſ. in Prolegom. ad Exercit. Plin.* ¶ In legibus etiam olim dicebantur Capita, quæ hodie Paragraphi. Quod intelligere ex iis licebit, quæ JCti Vet. Scriptoreſque Gromatici de Aquilæ, Maniliæque legum capitibus allegans. ¶ Nec caput, nec pedes, proverbio dicitur a *Cic. Famil.* 7. & a *Plaut. Aſin.* 2. 3. *ſc.* 3. de ſermone, vel alia re qualibet valde confuſa. *Capitis cenſus*, *Capitis deminutio* V. ſupra loco ſuo.

Capys, Trojanus, comes Æneæ. ¶ Item Capys ſeptimus Rex Albanorum, filius Capeti, vel Atys, vel Epiti. Ab *Ovid.* 14. *Met.* vocatur Capetus, 4. *Faſt.* Calpetus. Fertur Capuam condidiſſe. Regnavit annos 28. Reliquit fil., qui a *Dionyſio* Calpetus, a *Livio* Capetus nominatur.

Cara, f. 1. radix eſt herbæ ejuſdem nominis, quam lacti admixtam *Hirtius* ſcribit Cæſaris exercitum diu inopia levaſſe. *l.* 3. *B. C. c.* 48.

Carăbus, m. 2. κάραβος, genus cancri cauda a cæteris diſtans, a gravitate capitis, quia κάρα, eſt caput βαρύ, gravis. *Plin. l.* 9. *c.* 31. ¶ Eſt item parva ſcapha, genus navigii. *Iſid. l.* 19. *c.* 1.

Caracalla, f. 1. veſtis talaris, a κάρα, caput, & calx, quia a capite uſque ad calcem demittitur, vel a *caraca*, ſive *caſaca*, quo nomine Galli chlamydem appellant. Hinc Antoninus Caracallæ nomen accepit, quia id genus veſtis populo dedit, vel quia a Gallia veſtes plurimas advexit, taleſque Caracallas fecit, coegitque plebem ad ſe ſalutandum talibus indutam introire. *Spartian. in ejus vita*, *c.* 9.

Caralitānus, a, um, *di Cagliari*, ad Caralim pertinens, quæ eſt urbs Sardiniæ in ora meridionali. *Liv. l.* 27. *c.* 6. Caralitanus ager.

Carambis, *Capo Piſello*, al. *Comeno*, prom. Paphlagoniæ, in Pontum Euxinum excurrens, contra Criumetopon prom. Tauricæ. *Val. Flacc.* 5. 107.

Carbas, m. 1. *Garbino*, [illegible], ventus circa Subſolanum ſpirans, al. Africus, & Libycus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6.

Carbaſĕus, a. 1. 2. λίνεος, quod factum eſt ex carbaſo, *Cic.* 7. *Verr.* Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat.

Carbaſĭnĕus, & carbaſinus, a. 1. 2. *Varro* apud *Non.* 14. 58. Eadem poſtea carbaſineo magis, ut pellibus tegerentur togæ. *Plin.* 19. 1. Carbaſina vela.

Carbăſus, *lino fino* [illegible], in ſingulari fere fem. gen. interdum neutrius, in plur. neut. fere, interdum & maſcul. genus ſine ulla temeritatis, a [illegible]. *Propert. l.* 4. *el.* 11. Exhibuit vivos carbaſus alba focos. ¶ Sæpe pro velo ponitur, quia ex hoc lino plurimum fit. *Virg.* 3. *Æn.* Tumidoque inflatur carbaſus Auſtro. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 49. Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ. *Ammian. l.* 14. *c.* 27. A fundamento ipſo carinæ ad ſummos uſque carbaſos. ¶ Item pro velis theatrorum. *Lucret. lib.* 6. *verſ.* 108. Carbaſus ut quondam magnis intenſa theatris. ¶ Item pro pallio ex carbaſo. *Virg.* 8. *Æn. v.* 33. *de Tiberino:* Eum tenuis glauco velabat amictu Carbaſus. *Curt. l.* 8. *c.* 9. *de Indis:* Corpora uſque ad pedes carbaſo velant. *Valer. Max lib.* 1. *cap.* 1. *de Veſtali:* Cum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet. ¶ Adjective uſurpavit *Propert. l.* 4. *eleg.* 3. *v.* 64. Raptaque odorato carbaſa lina duci.

Carbatina, æ, f. 1. calceamenti ruſtici genus ex recentiore corio bubulo, unde carbatinæ crepidæ, apud *Catullum*. Plura de hoc calcei genere *Politia-*

llitianus in Miſcellan. ut locum Catulli adverſus contaminatores afferat. Locus Poetæ eſt Carm. 95. Et crepidas lingere Carbatinas. V. Scalig. Caſtigat. in Catull.

Carbo, onis, m. 3. carbone, פחם, Ger. ein kolen, Gal. charbon, Hiſp. carbon, ἄνθραξ, proprie eſt pruna extincta. Ter. Adelph. 5. 3. 63. Tam excoctum reddam, atque atrum, quam carbo eſt. Et de ardente pruna dictum, Cicer. Offic. 2. cap. 7. Candente carbone ſibi adurebat capillum. ¶ Carbone notare, eſt inter infelicia numerare, vel damnare. contra creta notare, eſt inter proſpera reponere. V. Horat. l. 2. ſat. 3. v. 246. ¶ Carbonibus fores implere elogiorum, apud Plaut. Merc. 2. 3. mos erat Amantium, qui cum non reciperentur, titionibus famoſum aliquod carmen oſtio inſcribebant. ¶ Theſaurus carbones erant. Proverb. de expectatione fruſtrata. Phædrus l. 5. fab. 6. Sed fato invido Carbonem, ut aiunt, pro theſauro invenimus. ¶ Carbones terminis ſubjici ſolitos, Siculus Flaccus de condit. agr. & Aug. l. 21. de Civ. Dei c. 4. teſtantur; ubi & cauſam habes. Pro carbunculo ulcere, Seren. Sammon. Horrendus magis eſt, perimit qui corpora, carbo.

Carbonaria, æ, officina Carbonarii. De calcaria in carbonariam tranſire, vel deſcendere, eſt a conditione laborioſa ad aliam ſimilem devolvi. Tertull. uſus hoc proverb. de Carne Chriſti, c. 6.

Carbonarius, m. 2. carbonaro, Ger. koler, Gal. charbonnier, Hiſp. carbonero, ἀνθρακεύς, qui carbones conficit. Plaut. in Caſ. 2. 8. 2. Virum cum furca tanquam carbonarium. ¶ Carbonarius, a, um, o. 1. 2. adject. ut Fornax carbonaria. ¶ Carbonarium negotium exercere. Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c. 72. Quamvis patritius carbonarium negotium exercuit.

Carboneſco, is, eſcere, in carbonem tranſeo, Aurel. Cal. 2. Tard. cap. 13. Donec materia carboneſcat.

Carbunculatio, onis, vitium eſt quo teneræ plantæ corripiuntur, cum eas pruinæ adurunt. Plin. l. 17. c. 24. V. Carbunculus.

Carbunculo, as, vel carbunculor, aris, depon. carbunculi vitium contrahere. Plin. l. 12. c. 7. & l. 18. c. 28.

Carbunculoſus, a, um, carbunculis abundans, ut ager carbunculoſus, Colum. l. 3. c. 11. ¶ Arena carbunculoſa, apud Plin. l. 31. cap. 3. dicitur, quæ plena eſt lapillis rubris, tanquam carbunculis.

Carbunculus, m. 2. dim. ἀνθράκιον, parvus carbo. Auct. ad Herenn. l. 4. c. d. Ipſe a vicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret. ¶ Eſt item carbunculus tumor præter naturam, ſive ulceris genus celeriter cruſtam faciens, cum vehementi partis inflammatione, ita dictus a carbonis igniti ſimilitudine. Plin. l. 23. c. 4. Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. ¶ Præterea morbus eſt arborum, vitium, ſegetum, cum flores verno tempore pruina, vel cum æſtate fructus fervore comburuntur. Plin. l. 17. c. 24. Quod in flore carbunculum vocant. ¶ Terræ item, vel arenæ genus eſt, quæ nimio Solis ardore exuſta in carbonis ſimilitudinem redacta eſt. Vitruv. l. 2. c. 6. Ut in Campania exuſta terra pulvis, ſic in Etruria excocta materia efficitur carbunculus. Pallad. Januario menſe carbunculus, niſi ſtercoretur, macras vineas reddit. ¶ Carbunculus item gemma eſt inſtar igniti carbonis, quæ etiam nocte fulget, & inter tenebras cernitur. Plin. l. 37. c. 7. Principatum habent carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiant ignes. A quibuſdam apyrauta, vel apyrotus dicitur. ¶ Denique genus eſt ulceris peſſimæ naturæ, carboncello, ἀνθράκωσις. Celſ. 5. 28. Plin. 37. 7.

Carcer, ceris, m. 3. cuſtodia, vincula, carcere, prigione, כלא, Ger. gefengnuſſ, kerker, Gal. priſon, Hiſp. carcel, φυλακή, locus, in quo homines ſervantur, quaſi coarcer, a coercendo, quod inde exire prohibeantur. Liv. l. 1. Carcer media urbe imminens foro ædificatur. ¶ Metaphorice etiam carcer dictus eſt ἀφετηρία, Nævio oppidum, locus in Circo, ubi equi tanquam intra carcerem concluſi conſiſtebant, uſquedum ad curſum, ſigno miſſo a Magiſtratu, dimitterentur. Terminum autem ad campi finem, ubi curſum ſiſterent, metam, & calcem dicebant. Ad Heren. l. 4. c. 3. Impudentes illos dicat eſſe, qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. ¶ Hinc carcer pro principio, meta, & calx pro fine ponitur. Cic. de Senect. ad fin. Nec velim, quaſi decurſo ſpatio, ad carceres a calce revocari. ¶ Carcer pro homine carcere digno, uſurpatur apud Comicos. Ter. Phorm. 2. 2. 26. Ain' tandem carcer?

Carceralis, le, adject. ad carcerem ſpectans, ut Carceralis cæcitas, Prudent. in Vincentio v. 271. & v. 551. Carceralem ſtipitem.

Carcerarius, a, um, o. 2. ἀφετηριακός, quod ad carcerem pertinet. Plaut. Capt. 1. 2. Hunc quæſtum facere carcerarium.

Carcereus, a, um, carcerarius. Prudent. Periſteph. in. 16. Carcerea catena.

Carcero, as, in carcerem conjicio. Meſſala Corvin. de progen. Aug. c. 29. & Salvian. l. 2. de gubern. c. 4.

Carchedon, Καρχηδών. Carthago. Unde Carthaginienſes Carchedonii dicti. Hinc Plaut. in Pæn. Prol. v. 53. Carchedonium vocatur hæc Comœdia. V. ibi Interp.

Carchedonius, m. 2. ſpecies carbunculi, idem, ac pyropus, qui naſcitur apud Garamantes in India. Plin. l. 37. c. 7. ¶ Item lapis Smaragdites, qui inter metalla æris reperitur, apud Naſamones in Africa, & in Ægypto circa Thebas. Dicti ſunt, quod Carchedonem, & unde ad alios advehebantur. Id. l. 37. c. 5.

Carcheſium, n. 2. gabbia, καρχήσιον, proprie eſt ſumma pars mali nautici, hoc eſt, foramina, quæ funes recipiunt. Catul. apud Non. 15. 28. Lucida, quæ ſplendent ſummi carcheſia mali. ¶ Ob ſimilitudinem carcheſium dictum eſt poculi genus procerum, & circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis a ſummo ad infimum pertingentibus. Macrob. l. 5. Sat. c. 21. Virg. 4. Georg. Cape Mæonii carcheſia Bacchi. ¶ Item machinæ, quæ onera ſublevantur, figura literæ T, vel ✛. Vitruv. l. 10. c. 5. Daniel Barbarus vertit pavonzolo.

Carcinias, f. 1. καρκινίας, gemma marini cancri colore. Plin. l. 37. cap. 11.

Carcinethron, genus herbæ, cujus ſuccus naribus infuſus ſupprimit ſanguinem. Græci etiam polygonon, geniculatam Latini vocant. Plin. lib. 27. cap. 12.

Carcinodes, n. 3. morbus cancri naturam imitans. Plin. l. 20. c. 17. Narium carcinodes conſumit, illitum ex aqua.

Carcinoma, atis, n. 3. cancro, Ger. der krebs, Gal. chancre, Hiſp. cancer, o caratan, καρκίνωμα, cancer, morbus. Cato de re ruſt. c. 157. Si quid in mammis ulceris natum, & carcinoma, braſſicam tritam apponito, ſanum faciet. ¶ Eſt autem carcinoma morbi genus, quod in ſuperioribus partibus, circa faciem, nares, aures, mammas fœminarum &c. naſcitur, & curationem non recipit, ut Celſ. l. 5. c. ult. auctor eſt. Hinc Auguſtus Julias ſuas filiam, & neptem contaminatas probris omnibus, & plane extra omnis emendationis ſpem poſitas, vomicas, & carcinomata ſua vocare ſolebat. Suet. in ejus vita, c. 65.

Carcinus, i, m. 2. καρκίνος, cancer, gancro. Eſt autem ſignum cæleſte, idem ac Cancer. Lucan. l. 9. v. 536. Par geminis Chiron, & idem quod carcinus ardens.

Cardaces, militis Perſici genus, forte, & bellicoſum quidem (Perſis enim carda virile, & bellicoſum ſignificat) ſed admodum furax. Nepos in Datame, c. 8. Habebat peditum centum millia, quos illi Cardaces vocant. Ita enim legendum, non Cardaces, ut vulg. leg.

Cardamomum, n. 2. καρδάμωμον, frutex eſt amomo ſimilis odore, oblongo ſemine, & anguloſo, a cardamum, & amomum. Plin. l. 12. c. 13.

Cardea. V. Carna.

Cardiaci, m. 2. καρδιακοί, qui ſtomacho laborant. Nam καρδία Græcis cor eſt, ſed priſci Medici, ſi doleret ſtomachus, eum ipſum laborare putabant. Cic. 1. de Div. c. 38. Nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis.

Cardiacus, i, morbus, qui καρδιακὸς, & καρδιαλγία, Græcis dicitur, affectio nempe oris ventriculi, & corporis imbecillitas ſtomacho languente: quod fit ab acri humore vellicante, atque rodente. Celſ. lib. 3. cap. 19. ¶ Cardiacus, a, um, adject. qui hujuſmodi morbo laborat. V. Cardiaci. ¶ Contra hunc morbum maxime vinum valet, ut ſcribit Plin. l. 23. c. 1. Hinc Juven. Sat. 5. v. 32. Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.

Cardinalis, le, adject. qui ad cardinem ſpectat. Vitruv. l. 4. c. 6. Fores ita compingantur, uti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Serv. ad Æn. 1. v. 131. de ventis Euro, & Zephiro: Iſti, inquit, ſunt cardinales. hoc eſt præcipui. Hinc in libro Offic. Theodoſii Cardinales vocantur Præfecti Prætorio Aſianæ Diœceſis, & Civilium Magiſtratuum exemplo S. R. E. Principes Cardinales dicuntur.

Cardinatus, a, um, o. 1. 2. cardinem habens. Vitruv. l. 10. c. 21. Conjuncta capitibus tranſverſario cardinato tigno.

Cardinea. V. Carna.

Cardineus, a, um, cardinalis. Septimius apud Terentianum: Stridula cui limina, & cardinei tumultus.

Cardiſce, f. 1. gemmæ, e draconis cerebro. Plin. l. 37. c. 10.

Cardo, dinis, m. 3. gangheros, ציר, Ger. ein thurangel, Gall. goad, pivot, mmon, Hiſp. gozne quicio, γιγγλυμός, ferramentum, circa quod fores vertuntur, a cardo, agito, quia in cardinibus janua agitatur, & vertitur, vel a κάρτος pro κράτος robur, firmitas, quam janua in ſolis cardinibus habet. Virgil. 6. Æneid. Foribus cardo ſtridebat ahenis. ¶ Et quoniam in cardine vertitur janua, idеo in omni re id, in quo maximum momentum eſt poſitum, tum maxima ejus rei gerendæ opportunitas, metaphorice cardo vocatur. Virgil. 1. Æn. v. 672. Haud tanto ceſſabit cardine rerum. Ubi Serv. Non poterit in tanta rerum opportunitate ceſſare: ut ſit de proverbio tractum, quo dicitur: res eſt in cardine, h. e. in articulo. Hæc Serv. ¶ Cardinem litium, pro controverſiæ ſumma, Quintil. l. 12. c. 8. ¶ Medium cardinem, pro meridie: occiduum, pro occidente, dixit Lucan. l. 4. v. 672. & 73. Nam Cardines Mundi ſeu Cæli dicuntur præcipue Cæli plagæ, Oriens, Occidens, &c. Lucan. l. 5. v. 71. quantum ſemotus Eoo Cardine. Ovid. 2. de Pont. eleg. 10. Ipſe quidem gelido cum ſim ſub cardine Mundi. Sic Vitruv. l. 9. c. 7. cardines appellat quos Græci πόλους, i. Poli, quod circa eos veluti verſatur cæleſtis machina. ¶ Apul. de Mundo poſt init. cardinem appellat ipſam terram, quia circa eam, tanquam circa centrum cælum verti videtur. ¶ In re Agraria cardo eſt limes a meridie in ſeptemtrionem ductus, quemadmodum Decumanus eſt, qui ab occidente in orientem. Plin. 17. 22. & 18. 33. ¶ Reperitur etiam in genere feminino. Gracchus apud Non. 3. 75. Regia cardo. Gracchus apud Priſcian. l. 6. O grata cardo.

Carduelis, m. 3. cardellino, Germ. ein diſtelvogel, Gal. chardonneret, Hiſp. ſirguero, ſirgguerito, ἀκανθίς, avis parva, capite rubro, alis luteis, albo, nigroque diſtinctis, dicta, quod carduorum ſemine paſcatur. Plin. l. 10. c. 42.

Carduetum, i, locus carduorum. Palladius l. 4. c. 9.

Carduus, m. 2. cardo, קוץ, Germ. ein diſtel, Gall. chardon, Hiſp. cardo, σκόλυμος, herba, a caro, is, diſcrimino, quia apta eſt carendæ lanæ. Virg. 1. Georg. v. 151. Segniſque horreret in arvis carduus.

Care, adverb. a caro prezzo, τιμίως, magno pretio, magna mercede, & magno pretio, & pluris, quam pro rei valore. Cic. Bruto epiſt. 16. Valde care æſtimas tot annos. Id. pro Dom. cap. 64. Emit domum prope dimidio carius, quam æſtimabat. Senec. ep. 42. Quæ cariſſime conſtant.

Carectum, n. 2. θρυώδης, locus caricibus plenus. Virgil. 3. Ecl. Tu poſt carecta latebas.

Carenaria, æ, vas, in quo carenum coquitur. Pallad. l. 8. tit. 7.

Carendus. V. Careor.

Carenum, n. 2. vini dulcis genus, quando decocta muſti parte una duæ relinquuntur, a Cares, pop. & οἶνος, vinum, quod primi Cares vinum decoxerint, vel a careo, quia fervendo parte caret. Pallad. l. 11. c. 18.

Careo, es, carui, caritum, mancare, eſſer ſenza, Ger. darben, Gall. manquer, Hiſp. carecer, ὑστερέω, eſt proprie, ut Cic. definit 1. Tuſc. c. 36. egere eo, quod habere velis, vel non habere id, cujus indiges, ſed tamen generatim de omnibus, quæ non habemus, dici ſolet, etiam de iis, quæ mala ſunt, ut Febri carere, dolore, moleſtia, &c. Conſtruitur cum ablat. ſine præp. Cicer. 6. Fam. Mihi nuntiavit, te plane febri carere, & belle habere. ¶ Reperitur cum genit. Ter. Heaut. 2. 3. 18. Tui carendum quod erat. ¶ Item cum acc. Plaut. in Cur. 1. 2. 46. Id, quod amo, careo. ¶ Idem ibid. 1. 1. 27. præpoſtere locutus eſt. Caruit ne febris te heri, vel nudius tertius? ¶ Significat etiam abſtinere, abeſſe. Cic. pro Mil. c. 7. Caruit foro poſtea Pompejus, caruit Senatu, caruit publico. Et de clar. Orat. cap. 8. Carere luce forenſi. ¶ Sunt qui ab hoc verbo ſupinum caſſum effingunt, quibus videtur aſſentiri Priſc. lib. 9. Verum præſtat caſſus inter nomina ponere, quemadmodum & ipſe Priſcianus ait l. 11. Quia in futuro non caſſurus, ſed cariturus dicimus. Juven. ſat. 6. v. 39. Cariturus turture magno. ¶ Carint pro careant habet Plaut. Meſt. 4. 1. 1.

Careor, pro careo, deponentis forma antiquiſſimos dixiſſe Priſcianus auctor eſt l. 9. ¶ Carendus paſſiva ſignificatione Ovid. epiſt. Penelopes, v. 50. Virque mihi dempto fine carendus abeſt.

Cares, m. 3. nu. pl. Κᾶρες, populi Cariæ, qui ſub Minoe Leleges dicebantur, & inſulas habitabant. Poſtea Aſiæ minoris partem meridionalem occupaverunt, quæ Rhodum ſpectat, ab eaque Cares appellati ſunt. Ea enim regio Caria dicebatur, a Caro ejus oræ Rege. In rebus bellicis præcellebant. Hinc arma Carica, & lorica Carica. Sed viles habiti ſunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati primos hoſtium impetus ſuſtinentes vitam ſuam nihili æſtimerent. Hinc prover. In Care periculum facere, cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non ſit. Cic. pro Flac. Cum Care cariſſa. Significat autem, cum ruſtico ruſtice agas, quod Cares inter agreſtes, & ruſticos haberentur.

Careum, ſive Carium, n. 2. κάρον, herbæ genus eſt, gentis ſuæ cognomento ita appellatum, ſemen habens ejuſdem nominis. Athenæus paſtinacam majorem interpretatur, vulgata paſtinaca multo præſtantiorem. Officinæ carui appellant. Vide Ruell. l. 3. c 43. Plin. l. 19. c. 8.

Carex, icis, f. 3. carice, θρύον, herba acuta, & duriſſima, ſimilis ſparto, a carendo, ſeu diſcriminando. Virgil. 4. Georg. v. 231. Et carice paſtus acuta.

Caria, f. 1. Καρία, regio Aſiæ min. cujus incolæ Cares. Habet a Septentr. Joniam, ab Or. Lyciam, ab Occid. Mare Carpathium, a Merid. Mare Rhodium. Dicta eſt a Cara Rege, qui primus auguria avium dicitur inveniſſe. Certe Caria in oſtentis animadvertendis diligens fuit. Cic. 1. de Div. Agros fertiliſſimos habet. Id. ibid.

Cariatides. V. Caryatidus.

Digitized by Google

Carica, æ, f. 1. *fichi ſecchi*, genus fici a Caria, quod etiam *Cauneæ* a Cauno opp. Cariæ. Sicut Pergamena prior, quæ Pergamo afferebatur, poſtea membranæ quævis dicta eſt, ſic caricæ prius, quæ e Caria ferrentur, poſtea quævis ficus ſiccatæ dici cœperunt. *Cic. c. de Divin. cap.* 40. Quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, *Cauneas* clamitabat.

Caricus, & **Carius**, a, um, adject. poſſeſſiv. a Caribus, vel a Caris. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 57. Carica creta. *Stat.* 4. *Theb.* Plaudentique habiles Cariæ reſonare Dianæ.

Caries, ei, f. *putrefazione*, *corruzione*, *intarlamento*, *ἄζη*, corruptio, putredo, qua aliquid eroditur, & corrumpitur, ex vetuſtate, aut alia quapiam de cauſa. *Cel. l.* 8. *c.* 2. Ubi caries in oſſe eſt. ¶ Sæpe dicitur de vitio ligni. *Plin.* 16. 39. Cedri oleo peruncta materies nec tineam, nec cariem ſentit. ¶ Item de parietibus, & ædificiis vetuſtate ruentibus. *Ammian.* 16. 2. ¶ Item de agris. *Colum.* 3. 11. V. Carioſus. ¶ In vinis caries dicitur ſapor, & odor ille, quem ex vetuſtate acquirunt. *Plin.* 14. 4. & 15. 2.

Carina, næ, f. 1. *carena*, Ger. *der boden in ſchiff*, *τρόπις*, proprie eſt trabs ima in navi, fundamentum totius fabricæ, ſeu infima pars navis concava, quæ & alvus dicitur. *Ovid.* 4. *de Pont.* Dum mea navis erat valida fundata carina. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Carinæ primum ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium corio integebatur. ¶ Hinc a ſimilitudine, carinæ dicuntur putamina concava nucum a *Plin. lib.* 15. *cap.* 22. ¶ Ceterum poetæ paſſim carinam pro tota navi uſurpant. *Virg.* 2. *Æn.* Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis.

Carinæ, arum, f. 1. nomen vici Romani ad pedem Clivi Capitolini, in quo fuit domus Pompeji, a *κάρα*, caput, ut *Varro* putat, quod hinc oriretur caput Sacræ viæ. *Cic. in Parad.* Manlius habuit ædiculas in Carinis. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 48. Dum tendit, atque foro nimium diſtare carinas Jam grandis natu queritur. ¶ Valde celebris hic vicus fuit, tum quia ibi via ſacra, & templum Pacis, tum quia celebres viri, Pompejus, & Cicero, & alii ibi habitarunt. Hinc *Virgil. Æn.* 8. *v.* 361. lautas carinas dixit.

Carinarius, ii, qui cerino colore veſtes inficit, apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 36. Ducitur a *κηρὸς*, Dorice, pro *κηρὸς*, cera. Alii tamen legunt *cerinarius*.

Carinatus, a, um, in modum carinæ formatus. *concavo*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Pectus homini latum, reliquis animalibus carinatum.

Carino, as, a. 1. eſt in modum carinæ formare. *Plin. lib.* 9. *c.* 33. Saliunt pectines, & extra volitant, ſeque & ipſi ſcarinant, *ideſt*, carinam quandam ex teſta effingunt. ¶ Aliquando ſignificat illudere, probra objicere, quod id fiat ab infimæ ſortis hominibus, ſicut carina navis pars eſt infima, vel quia qui ſunt in carinis, ſæpius contumelioſis verbis alios impetunt, vel a *κείρω*, carpo, mordeo, vel a *χαρίεν*, venuſtum, lepidum, ut carinare proprie ſit facere, & ſelſe jocari. *Ennius*. Sed neque me decet hanc carinantibus edere chartis. *Feſtus*, *Serv. ad Æn. l.* 8. *v.* 361.

Carint, pro carent, *ἀργοῦσι*, *Plaut. Moſtell.* 4. 1. 1.

Cario, us, are, putreſco, cariem contraho, vel carie abſumor. *Martian. Capell. l.* 1. Cariantem tripodem, dixit.

Carioſus, a, um, o. 1. 2. *carioſo*, *roſo*, Ger. *wurmig*, Gal. *vermolu*, Hiſp. *carcomido*, *ἀζώδης*, carie plenus. *Colum. l.* 4. *c.* 26. *de pedamentis veteris*: Summovendo vel quæ carioſa, vel quæ juſto breviora ſunt. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 12. Niſi vos carioſe ſenectus rodat. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 67. Palmula carioſior. ¶ Carioſe terræ dicitur a *Catone R. R. c.* 5. eſt arida, fiſtuloſa, ſcabra, caneſcens, exeſa, & pumicoſa, ut *Plin.* 17. 5. interpretatur.

Caris, idis, f. genus piſcis, quibuſdam idem creditus qui ſquilla. *Ovid. in Halieut. v.* 130.

Cariſſa, lena vafra, & lepida, a *χάρις*, gratia. *Feſt.* Sed legitur etiam *capriſſa*, ideſt, quæ capræ, vel meretricis mores imitatur. ¶ *Cariſſa*, verbum V. in Cares.

Caritas, atis, ſine h aſpir. f. 3. *careſtia*, יקר, Ger. *theurung*, Gall. *cherté*, Hiſp. *careſtia*, *τιμιότης*, inopia frumenti, vel alterius rei, vel exuberans rei alicujus pretium ex penuria proveniens, a *careo*, cui opponitur vilitas, ubertas, copia. *Cic.* 5. *Verr.* Cum alter annus in vilitate, alter in ſumma caritate fuerit. ¶ Differunt caritas, & inopia, quod caritas ſit rerum penuria, quæ adhuc extant, inopia earum, quæ non extant. *Cicer. pro Dom.* Qua ex re primum caritas nata eſt, deinde inopia. ¶ Caritas, inquit *Valla l.* 4. *c.* 60. eſt inopia frumenti, & annonæ; penuria vero vini, pabuli, pecorum, &c. Vel penuria eſt, ut ita dicam, carentia rerum omnium, caritas vero eſt, quæ opponitur vilitati. ¶ Eſt etiam caritas idem quod amor, benevolentia, dilectio, *amore*. *Cicer.* 1. *Off. cap.* 17. Cari ſunt parentes, cari liberi, ſed omnes omnium caritates patria una complexa eſt. Et *de Univerſ. c.* 5. Mundus ipſe ſe concordi quadam caritate complectitur. ¶ Putant aliqui a caritate amorem ita diſtingui, ut genus a ſpecie, ut in homines tantum ſit caritas, pietas, & amor in patriam. Verum hæc differentia perpetua non eſt. V. Amor. ¶ Quidam ſcribunt *Charitas*, cum amorem ſignificat: ſed rectius ſcribitur ſine aſpirata in utraque ſignificatione. ¶ Quemadmodum *amores*, ita & caritates pro iis quos amamus, poſuit *Ammian. lib.* 24. Reliqui cum caritatibus ſuis, & ſupellectile Chalcida tranſmiſſi ſunt. *h. e.* cum conjugibus, & liberis.

Carius, V. Caricus.

Carmani, orum, Carmaniæ populi. *Pomp. l.* 3. *c.* 8. Carmani ſine veſte, ac fruge, ſine pecore, ac ſedibus, piſcium cute ſe velant.

Carmelus, m. 2. *Carmelo*, *Κάρμηλος*, mons Palæſtinæ, in ora, in conf. Phœnices, inter Sycaminum, & Doram urb. prox. prope Porphyrium, & Caipham. Hunc deſcribit *Tacit. l.* 2. *hiſtor. c.* 78. ¶ Item Deus quidam. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 5. Apud Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem ita confirmavere ſortes, &c.

Carmen, minis, n. 3. verſus, *verſo*, שיר, Ger. *ein geſang*, Gall. *vers*, *poeſie*, Hiſp. *verſo*, *e poeſia*, *ἔπος*, oratio numeris, ſeu pedibus vincta, ab antiquo *caſmen*, quod a *caſno*, cano. *Virg.* 4. *Æn.* Rem carmine ſigno. ¶ Sæpe ſumitur pro poemate, ideſt, pro ſerie multorum verſuum, quibus aliqua res deſcribitur. Sic Eclogæ univerſæ dicuntur Carmen bucolicum. ¶ Quandoque carmen dicitur incantatio, *Incanteſimo*. *Horat. Epod. od.* 17. Per atque libros carminum valentium refixa Cœlo devocare ſidera. ¶ Item vaticinium. *Virg. Ecl.* 4. Ultima Cumæi venit jam carminis ætas. Adde *Liv. l.* 1. *c.* 45. ¶ Dicebantur etiam carmina formulæ quædam conceptis verbis ad ſolemnitatem aliquam compoſitæ, ut Juriſconſultorum, Præconum, Saliorum, Fecialium, Patrum Patratorum, Imperatorum in obſidione urbium, Deos evocantium, &c. *Cicer. pro Muræn. de Pratore*, Ei quoque carmen compoſitum eſt. ¶ Tituler item & epigraphe carmen dicitur. *Sil.* 15. 491. tumulo clypeum cum carmine figunt. ¶ Denique carmen inſtrumentum eſt, quo lana purgatur, a carendo, *ſcardaſſo*. *Lucret. l.* 4. *verſ.* 376. Quaſi carmine lana trahatur. V. Caro, is.

Carmenta, æ, f. 1. & **Carmentis**, is, f. 3. cognomen Nicoſtratæ matris Evandri, a carminibus, quibus reſponſa dabat. Erat enim fatidica mulier. Hæc venit in Italiam cum Evandro P. ante Romam conditam, ætate Herculis. A Romanis culta eſt, cujus ſacrificia a Pontificibus peragebantur prope portam Urbis, quæ inde Carmentalis dicta eſt, poſtea Scelerata propter interitum 300. Fabiorum, inter Tiberim, & Capitolium. *Ovid.* 2. *Faſt.* V. *Gell. l.* 16. *c.* 16.

Carmentalis, le, adjectiv. ut Carmentalis porta, juxta quam Carmentam Deam coluerunt Romani. *Virg.* 8. *Æn. v.* 338. Et Carmentalem Romano nomine Portam. ¶ Carmentalia, orum, in plur. dicebantur ſacrificia Carmentæ dicata. *Varr. l.* 5. *L. L.* & *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16.

Carminabundus, a, um, qui carminat. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. In bucolica pariem, vigilax, carminabundus. Hic metaphoricum eſt.

Carminatio, f. 3. *il pettinare*, actus carminandi. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Subigique unguium carminatione.

Carminatus, a, um, pexus, ut lana carminata. *Plin. l.* 9. *c.* 38.

Carmino, as, a. 1. *pettinare*, Germ. *kardetſchen*, Gal. *carder*, Hiſp. *carmenar*, eſt pectere & lanas ab immunditiis repurgare, a *carmen*, pecten. *Plin. lib.* 19. *cap.* 1. Juſtum eſt, quinas denas carminari. *Varro de L. L. lib.* 6. Carminari lana tum dicitur, cum caret eo, quod in ea eſt nequam. ¶ Tranſlate *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 9. Exeras veterem Muſam, votivam quampiam vel tumultuariis fidibus carminantem.

Carna, f. 1. ſive Cardinea, ſive Cardea, Dea, quæ cardinibus, & vitalibus humanis præeſſe exiſtimabatur, a *Grane*, per metatheſin, vel a *cardine*, vel a *carne*. Fuit Nympha ſylvæ Helernæ circa Tiberim, nomine Grane, quæ a Jano amata eſt, & facta præſes cardinum. Ab ea petebatur, ut jecinora, & corda, quæque ſunt intrinſecus viſcera, ſalva conſervaret. Cardinibus, ideſt, limitibus agrorum præerat. Nam cardines januarum erant in tutela Jani. Credebatur ſtriges nocturnas infantium cunas infeſtantes ſummovere. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 101. Hanc *Tertull.* & *Auguſt.* Cardeam vocant.

Carnalis, le, adjectiv. ad carnem pertinens, *carnale*, *di carne*, *σαρκικὸς*. *Prudent. Apotheoſ. v.* 987. Stirps carnalis. *Tertull. de pudic. c.* 3. Delicta carnalia.

Carnaliter, adverb. *carnalmente*. *Prudent. Apotheoſ. v.* 368. Poſteritas carnis carnaliter omnia cernens.

Carnarium, n. 2. *carnajo*, Ger. *ein fleiſchkammer*, Gal. *carnier*, Hiſp. *carnero*, *κρεῖον*, locus, ubi caro ſalſa ſuſpenditur, ſeu reponitur. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. Succidiam in carnario ſuſpendere. ¶ Quandoque etiam dicitur locus, ubi carnes tantummodo venduntur, *beccaria*. *Plaut.* Cœnam a carnario emit jam factus ſatur. *Varr.* Tabernam carnariam vocat. ¶ Interdum carnarium accipitur pro ipſa carne, ut cibarium pro cibo, *carne*. *Plaut.* Qui mihi carnarium paravit ad jentandum. ¶ Carnarium item, inſtrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus carnes appenduntur, vel alio modo ſervantur. *Colum. l.* 12. *cap.* 53. Salſuram paululum ſiccatam in carnario ſuſpendi. *Plaut. Capt.* 4. 4. 6. Adveniens modo deturbavit totum cum carne carnarium.

Carnarius, m. 2. Ger. *ein metzger*, *Κρεωπώλης*, qui carnes vendit, item qui in edenda carne delectatur. *Martial. lib.* 11. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum. *ideſt*, carnoſa muliere delectar, non pingui.

Carnarius, a, um, o. 1. c. quod ad carnem pertinet, ut Carnaria taberna, ubi carnes venduntur. *Varro l.* 7. *de L. L. c.* 30.

Carneades, *Καρνεάδης*, Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Chryſippi ſtudioſus, Zenonis confutator, de quo *Gell. lib.* 17. *c.* 15. Multa de eo paſſim prædicat *Cicero*. Fuit enim in eo magna differendi vis, magnum acumen, adeo ut nihil non explicare poſſe videretur. Sed nihil certo affirmabat. Quare cum miſſus ab Athenienſibus Legatus, copioſe de juſtitia diſputaret Romæ, poſtridie contraria diſputatione omnia rurſus ſubvertit. V. *Lactant. l.* 5. *Inſtit. Divin. c.* 14. Vixit annos 90. *Cic. l.* 2. *Acad.*

Carneadeus, e, um, adject. ad Carneadem pertinens, ut Carneadea diviſio, Carneadeo modo. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 6.

Carneus, a, um, o. 1. 2. *di carne*, Ger. *fleiſchin*, *σαρκώδης*, quod ex carne eſt. *Maximian. Gall. eleg.* 1. Carnis ad officium carnea membra placent.

Carni, *Furlani*, pop. Venetiæ, qui & Forojulienſes, ubi nunc pars Orientalis Foro-Julii, & Comitatus Goritiæ, inter Liquentiam fl. & Formionem, vulgo *Friuli*, & *Patria del Friuli*. *Plin.* 3. 3.

Carnifex, ificis, m. 3. *boia*, *manigoldo*, German. *ein nachrichter*, *ein hencker*, Gall. *bourreau*, Hiſp. *ſayon*, *e verdugo*, *δήμιος*, qui carnes ex hominibus facit, ideſt eos interficit. *Cic.* 7. *Verr.* Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris, mors, terrorque ſociorum. ¶ Carebat domicilio urbis. *Cic. pro Rab.* ¶ Erant olim Carnifices inter apparitores Magiſtratuum, ut notat *Schild. ad Sueton. p.* 300. Quin immo & milites ipſi, & Centuriones, & Tribuni aliquando hoc officio fungebantur. *Id. ibid. pag.* 432. *Lipſ. ad Tacit. p.* 63. & 129. Alicubi etiam Senatores noviſſimi. V. *Lonſii Conſule, p.* 905. ¶ Carnifex aliquando adjective ponitur pro eo, quod carnificis inſtar excruciat. Ita *Claud. de B. Gild. v.* 179. Carnifices epulas. *Sil. l.* 3. *v.* 273. Carnifices manus. *Martial. l.* 10. *epigr.* 48. Sulphureuſque calor, carnificeſque pedes: h. e. podagrici. ¶ Libido carnifex, *Arnob. l.* 1. *ad fin.* ¶ Trahere ad Carnificem, idem eſſe aliquando ac in carcerem trudere, notat *Faræus*, & *Revard. in Plaut. Rud.* 3. 6. 19. ubi tamen alii legunt *tradere*. Unde colligitur Carnificem uſurpari etiam pro carceris cuſtode. Apud antiquos Comicos legitur *Carnufex*.

Carnificina, f. 1. ſupplicii, & cruciatus locus, cruciatus, crudelitas, *luogo della giuſtizia*, Germ. *ein richſtatt*, Gall. *lieu du ſupplice*, *ou de ſupplice*, Hiſp. *lugar del ſupplizio*, *a el ſuplicio*, *Κακουργεῖον*, locus publicus, in quo juſſu Magiſtratus homines ſontes a carnifice occiduntur. *Suet. de Tib.* Carnificinæ ejus oſtenditur locus Capreis, unde damnatos præcipitari coram ſe in mare jubebat. ¶ Carnificina item dicitur carnificis officium, & ipſe excarnificatio, cruciatus, tormentum. *Cic. pro Sext.* Non ea eſt medicina, ſed carnificina, atque crudelitas. *Cato* carnificinas dixit plur. num. apud *Gel. l.* 10. *c.* 3. Eos dolores, atque carnificinas per dedecus, atque ignominiam te facere auſum eſſe? ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic. l.* 3. *Tuſc. c.* 13. Carnificina eſt ægritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatumque conficit.

Carnificinus, a, um, ad carnificinam pertinens. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 52. O carnificinum cribrum. De ſervo loquitur, cujus tergum eſſe carnifice perforatum. Alii legunt *Carnificum*. Alii *Carnificium* gen. plur. pro *Carnificum*. V. *Taubman.*

Carnificium, ii, carnificina, tormentum a carnifice. *Sariſb. lib.* 5. *cap.* 4. Ad venatoris carnificium prolabi. Et *l.* 4. *cap.* 3. Carnificii imaginem repræſentare.

Carnifico, as, a. 1. *ſquartare*, נתח, Ger. *zuviertheilen*, Gal. *écarteler*. Hiſp. *deſpedaçar*, *ἀναιρέω*, eſt corpus humanum in fruſta ſecare, ſeu carnificis officium agere. *Liv. l.* 24. *c.* 15. Neminem ſtantem jam vulnerari hoſtem, carnificari jacentes.

Carnificus, a, um, ad Carnificium, vel Carnificem ſpectans. Vide *Carnificinus*.

Carnivorus, o. 1. 2. *divorator di carne*, Germ. *fleiſchfreſſer*, Gal. *grand mangeur de chair*, Hiſp. *carnivoro*, *σαρκοφάγος*, carnes vorans. *Plin. l.* 10. *c.* 73. Serratorum dentium carnivora omnia.

Carnoſus, e, um, o. 1. 2. *carnoſo*, *graſſo*, *pieno di carne*, Germ. *fleiſchig*, Gal. *charnu*, Hiſp. *carnoſo*, *carnudo*, *πολύσαρκος*, carne, ſeu muſculis abundans, pinguis. *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Carnoſum aquatilibus palatum. *Idem lib.* 27. *cap.* 8. Atropha carnoſiora. Et *lib.* 15. *cap.* 3. Carnoſiſſimæ olivæ.

oliveæ. ¶ Item carni ſimilis. *Plin.* 16. 38. Lignum carnoſum. *Id.* 12. 17. Carnoſus candor.

Carnulentus, a, um, adject. a carne, idem quod carnoſus, pinguis, σαρκώδης, *carnoſo, graſſo*. *Solin. c.* 8. (al. 2.) *de Liguſtico maris fruticibus*; Fluxi ſunt, tactu prope carnulento. *Prudent. Periſteph.* 10. v. 372. Carnulenta pectora.

Carnutes, Carnutæ, Carnuti, Carnoti, pop. Galliæ Celticæ, in Belſia prov. quorum tractus *le pais Chartrain*. *Caſ. l.* 2. *B. Gall.* 35.

Caro, is, a. 3. *purgare, pettinare*, ξαίνω, eſt lanam purgare, ſeu pectere, a κείρω, tondeo, vel a careo, quia cum purgatur, eo deducitur, ut ſordibus careat. *Plaut. Men.* 5. 2. 49. Inter ancillas ſedere jubeas, lanam carere. ¶ Hinc eſt *carmen, carmino*, &c. V.

Caro, nis, & olim carnis, nis, f. 3. *carne*, בשר, Ger. *fleiſch*, Gal. *chair*, Hiſp. *carne*, Κρέας, eſt ſubſtantia mollior corpore, a Κρέας, per metathesim, ſeu Κρέων, caro. Sed aliqui volunt, carnem prope dici mortuum, dictamque eſſe a careo, quod careat anima, hinc enim carnificos dictos eſſe, quod carnes ex homine faciant. ¶ Inter carnem, & pulpam ſic *Donatus* diſtinguit, ut caro ſit, quæ ſanguine, venis, oſſibus, nervisque conſtringitur, pulpa, ea, quæ manducatur, eo quod pulſetur, & conſcindatur. ¶ Bubula caro, ovilla, vitulina, hædina, &c. *Ovid. Met.* 15. v. 380. Caro viva. *Cic. in Piſon. c.* 9. Hominem ſceleſtum, putidam carnem dixit. ¶ Arboribus etiam tribuit *Plin. l.* 16. *c.* 38. ¶ Carnem pro corpore amant Chriſtiani Scriptores. Ita tamen & *Seneca* locutus eſt *epiſt.* 65. *ſub fin.* Nunquam me caro iſta compellet ad metum, nunquam ad indignam bono ſimulationem.

Caropeius, a, um. *Stat.* 5. *Theb.* v. 199. Caropeia conjux. *h. e.* Polyxo uxor Caropi Lemnii.

Carota, æ, f. *carota*, δαῦκον, genus oleris, quod paſtinacam erraticam appellari a *Plin. l.* 25. *c.* 9. notat *Harduin. Apic. l.* 3. *c. ult.*

Carpathius, a, um, adject. a Carpatho, ut Carpathium mare, *Horat. l.* 1. *od.* 3. 5. v. 8.

Carpăthus, f. 2. *Scarpanto*, Κάρπαθος, inſ. Aſiæ, inter Cretam ad Occ. & Rhodum ad Or. Doridi propior, una Sporadum.

Carpentarius, m. 2. *legnaiuolo*, עצים, חרש, Ger. *wagner*, Gall. *charpentier*, Hiſp. *carpintero*, ἁμαξουργός, faber, qui carpenta facit. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. artif.* Fullones, carpentarii, ſculptores. ¶ Nec tantum carpentorum artifices, ſed & qui cujuſvis generis vehicula conficiunt, carpentarii dicuntur, quia carpentum poſteriori ævo late pro omni vehiculo ponitur, ut notat *Salm.* & *Caſaub.* ad *Lamprid. Alex. And. c.* 52. ¶ Cæterum Carpentarius, a, um, proprie eſt adject. ut Carpentarius artifex, *Lamprid. loc. cit.* Et carpentarium vehiculum. *Trebell.* in *Zenobia*.

Carpentum, n. 2. *cocchio, carretta*, רכוב, Germ. *waltwagen*, Gall. *coche*, Hiſp. *coche*, ὄχημα, vehiculi genus, duos capiens, fortaſſe a *carpinus*, arboris ſpecie, quod ex carpino fieret. *Iſidorus* cenſet fuiſſe vehiculum pompaticum, dictumque a carrus, & pompa. *Plin. de Vir. Illuſt.* Super ipſum corpus carpentum agere præcepit. ¶ Videtur autem Carpentum olim mulierum tantum fuiſſe proprium. Nam *Liv. Ovid. Florus*, & *Sueton.* in *Claud.* & *Tiber.* feminis tribuunt. ¶ *Tacitus* vero *Annal. l.* 12. ita loquitur: Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius. Carpento Capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus, & ſacris antiquitus conceſſus, venerationem augebat feminæ. ¶ *Florus* quoque *l.* 3. *c.* 2. & 10. genus vehiculi bellici facit. V. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 619.

Carpetāni, pop. Hiſp. Tarrac. in Caſtella nova, ubi nunc pars Algarriæ, & regionis *la Mancha*, verſus Tagum, & Anam, quorum metrop. Tuletum.

Carpetānus, a, um, ad Carpetanos pertinens, ut Carpetana juga, *Plin.* 3. 3.

Carpher, n. 3. τῆλις, herba, al. buceras, ægoceras, fœnum Græcum. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Carpi, orum, populi barbari, Romanis infeſti, qui videntur primum Carpates montes inſediſſe, deinde ad Danubium digreſſi ſunt. *Eutrop. l.* 9. *c.* 15.

Carpicus, cognomen Aureliani Imperatoris ob devictos Carpos. *Vopiſc. c.* 30.

Carpinĕus, a, um, o. t. 2. ex carpino factum. *Plin. lib.* 16. *cap.* 34. Manubria carpinea.

Carpinus, f. 2. *carpino*, ζυγία, arbor nota de acerum genere. *Colum. l.* 5. *c.* 7. Carpinus, & ornus in hoc ipſum diſponitur.

Carpiſculum, ſeu Carpiſculus, genus calceamenti barbarici multifariam ſciſſi. *Vopiſc. in Aureliano, c.* 5. ¶ Eſt etiam vox architectonica. *Salmaſ. ad Vopiſcum* affert Inſcript. hujuſmodi: Tegulas æneas auratas, cum carpiſculis, & veſtiture balium.

Carpiſtes, æ, or. Καρπιστής, hoc eſt vindex, aſſertor, a καρπὸς, quo voce tum carpum manus, tum ipſam volam Græci appellant. Ita *Horon* ſuum appellavit *Valentinus* apud *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 9. *in fin.*

Carpo, is, carpſi, carptum, ere, תלש, Ger. *brechen, abbrechen*, Gal. *prendre, cueillir*, Hiſp. *tomar, coger*, δρέπομαι, proprie eſt molliter decerpere, & leniter auferre, nulla violentia adhibita, *carpere, pigliare, cogliere*. *Virg. Ecl.* 9. Carpent tua poma nepotes. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Carpere herbas. ¶ Et metaphorice. *Cic. pro Sext.* Floſculos orationis carpere, ut delibare. ¶ Eſt verbum etiam militare, cum partem hoſtium ſe recipientium intercipimus, & obtruncamus. *Caſ. B. C. l.* 1. *c.* 63. Relinquebatur Cæſari nihil, niſi uti equitatu agmen adverſariorum male haberet, & carperet. *Lucan. l.* 4. v. 153. Jamque agmina ſumma Carpit eques. ¶ In multas, parvaſque partes carpere exercitum, apud *Liv. lib.* 26. eſt pro dividere, *ſmembrare*. ¶ Eſt etiam lædere, conſumere paulatim, & quaſi per partes. *Virgil.* 4. *Æn.* Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. *Ovid. l.* 2. *de ar. am.* v. 114. Forma ſpatio carpitur ipſa ſuo. ¶ Sæpe ſignificat reprehendere, perſtringere, & quaſi verbis vellicare. *Cic. pro Corn. Balbo, c.* 26. Carpere maledico dente. *Ovid.* 3. *de Pont. el.* 1. v. 64. Carpere facta alicujus. ¶ Item ſpoliare, emungere, ut Carpere opes alicujus. *Id. l.* 4. *de Pon. el.* 8. ¶ Item laniare, lacerare, ut carpere faciem, in *leg. XII. Tab.* quam affert *Serv. ad Æn.* 12. ¶ Item carminare, ut carpere penſum, *Virg. Æn.* 4. *verſ.* 134. Simile fere eſt illud *Propert. lib.* 1. *el.* 17. Carpere pecus. h. e. tondere. ¶ Carpere iter, carpere ſomnos, poetica ſunt pro capere. *Horat. l.* 1. *Od.* 17. *Virg. Æn.* 4. v. 555. ¶ Carpere eſt etiam ſcindere cibum, *trinciare*. *Petron. in Satyr. c.* 36.

Carpobalsămum, καρποβάλσαμον, balſami fructus. *Plin. l.* 12. *c.* 25.

Carpophyllus, laurus montana, foliis oleaſtri? *Plin. l.* 15. *c.* 30.

Carptim, adverb. *ſommariamente*, ἀποδρυφῶς, hinc, atque illinc carpendo. *Salluſt. in Catil.* Res geſtas pop. Rom. carptim perſcribere. *Liv. l.* 44. *c.* 41. Carptim aggredi. h. e. ſine ordine. *Id. l.* 38. *c.* 25. Ut ad ſtipendium petendum convenirent, ſeu carptim partes, ſeu ſinguli mallent.

Carptor, m. 3. *trinciante*, al. ſtructor, a carpo, qui in conviviis cibos ſcindens, carpenſque peraminiſtrat. *Juven. Sat.* 9. v. 110. Carptores, archimagiri. ¶ Item obtrectator, maledicus. *Gell. l.* 19. *c.* 7. Vituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellavit.

Carptūra, æ, f. 1. collectio, prehenſio, captus. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Apes diſcrimen ſequuntur in carptura.

Carptus, us, ui, m. 4. idem. *Plin. lib.* 24. *c.* 60. Trium digitorum carptu. Al. leg. *captu*.

Carptus, a, um, carminatus, pexus, *pettinato*, ut lana bene carpta, *Celſ. l.* 6. *c.* 6. ¶ Item decerptus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 80. Flos carptus.

Carpus, i, m. 2. καρπός, palmæ pars, qua brachio jungitur. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Carpo manum admovere.

Carræ, *Orfa, Harran*, urbs E. Meſopotamiæ, prope Chaboram fl. condita a Parthis, ubi Craſſi M. & P. cæſi fuere. *Lucan. l.* 1. v. 104.

Carrāgo, inis (Græci καραγὸν vocant) *carriaggio*, impedimenta exercitus; & munitio ex connexis carris, hoſti arcendo. Uſi hac voce *Ammian. lib.* 31. *c.* 20. & *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 13.

Carrubaliſta, vel Carroballiſta, æ, baliſtarum genus carro impoſitum. *Veget.* deſcribit *l.* 3. *c.* 24. *de re milit.*

Carrŏco, onis, m. genus piſcis. *Auſon. ep.* 4. v. 58. Carroco, lethalis trygon, molleſque plateſſæ.

Carrūca, f. 1. *carrozza*, מרכבה, Ger. *karoſſen*, Gall. *chariot*, Hiſp. *carroza*, ἁρμάμαξα, vehiculum proprium honoratorum, a carrus, vel a καρύκη, vehiculum, quod apud *Heſychium* legitur. *Leg. un. C. de honorat. vehicul.* Omnes honorati, ſeu civilium, ſeu militarium dignitatum, vehiculis dignitatis ſuæ, hoc eſt carrucis, intra urbem utantur. ¶ Dormitoriæ carrucæ mentio fit *Lex Uxori* 13. *ff. de argent.* & *aur. legat.* & ſignificare videtur Lecticam rotis impoſitam. ¶ Carrucas argento, auroque ornatas, & ebore, atque a Senatoribus non ſolum, ſed & ab Imperatoribus ipſis uſurpatas fuiſſe, *Vopiſc. in Aureliano, c.* 46. *Spartian. in Alexand. Severo*, & *Heliog.* teſtantur. His adde *Plin. l.* 34. *c.* 11. & *Suet. in Ner. c.* 30. V. Carrucarius, adject.

Carrucarius, ii, maſc. 2. qui carrucam regit. *Ulpian. l.* 13. *ff. loc. conduct.* Quæritur, ſi eſſiarius, ideſt carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, evertit.

Carrucarius, a, um, adject. a carruca, ut Carrucariæ mulæ, *Ulpian. lib.* 38. *ff. de Ædilit. edict.* Muliones carrucarii. *Capitolin. in Maximino juniore, c.* 4. Ex quo colligitur, carrucas a mulis trahi ſolitas. ¶ In Pandect. Florentinis ſcriptum legitur *carrucha*, & *carrucharius*.

Carrūlus, i, m. *carretto*, parvus carrus, ἁμάξιον. *Ulpian. Dig.* 17. 2. 52. Carrulorum vecturæ.

Carrus, m. 2. carrum, n. 2. *carro*, עגלה, Ger. *ein karn*, Gall. *char*, Hiſp. *carro*, ἅμαξα, currus quatuor rotarum, cujuſmodi erant, quibus exercitus impedimenta vehebantur, a *currus*, vel a *cardine*, rotarum. *Hirt. de B. Hiſp. c.* 6. Per viarum anguſtias carra complura, multoſque laniſtes retraxit. *Caſ. B. G. l.* 1. *c.* 26. Ad impedimenta, & carros ſuos ſe contulerunt.

Carſeolānus, a, um, gentile a Carſeolis. *Plin. l.* 3. *c.* 12. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 412. nam vivere captam Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.

Carſeŏli, or. 2. *Carſoli, Arſoli*, Col. & opp. Æquorum in Latio, in colle, ob Aniene fl. 3. M. P. a confin. Aprutii paulo ampl. *Ovid.* 4. *Faſt. verſ.* 683. Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendis Terra.

Cartha, Carthéia, Cartéia, Cartæa, Tarteſſus, *Algezira*, urbs ext. Baſtulorum, in Hiſpania, ad fretum Herculeum.

Carthæa, æ, urbs in Cea inſula. *Plin.* 4. 12. Hinc

Carthæus, & Cartheius, a, um, ut Carthæa arva, *Ovid. Met.* 10. v. 109. & *Met.* 7. v. 368. Antiquæ cartheia mœnia Ceæ.

Carthaginenſis, vel Carthaginienſis, adject. a Carthagine. Lis eſt magna, utrum rectius dicatur. *Voſſ. de art. Gram. l.* 1. præfert *Carthaginenſis*, additque, eum *Ennius* dixit. Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis; metri cauſa per Epentheſ. *i* interſeruiſſe. Eum conſule, & ſimul *Gronov. in Not. ad Liv. l.* 28. *c.* 26.

Carthāgo, f. 3. *Cartagine*, inc. *Berſak*, Καρχηδών, urbs Africæ, in ora lit. Condita eſt 72. annis ante Romam ab Eliſſa, ſeu Didone filia Beli junioris Regis Phœnicum, uxore avunculi Acerbæ, vel Sichæi Sacerdotis Herculis. Hæc fratrem Regem averſata, quod virum ſibi interfeciſſet cupiditate auri, quo hic affluebat, e Tyro fugit, & primo in Cyprum, deinde in Africæ ſinum delata eſt, ubi empto ab incolis loco, qui corio bovis tegi poſſet, in quo feſſos longa navigatione ſocios, quoad proficiſceretur, reficere poſſet, corium in tenuiſſimas partes ſecari juſſit, atque ita ingens ſpatium occupavit. Loco inde Byrſæ nomen fuit, a corio bovis. Nam βύρσα corium eſt. Confluentibus vicinis locorum, qui ſpe lucri multa hoſpitibus venalia inferebant, ſedeſque ibi ſtatuentibus, ex frequentia hominum velut inſtar civitatis effectum eſt. Uticenſium quoque legati dona ut conſanguineis attulerunt, hortati ſunt, urbem ibi conderent, ubi ſedes ſortiti eſſent. Sed & Afros detinendi advenas amor cepit. Itaque conſentientibus omnibus urbs conditur, ſtatuto annuo vectigali pro ſolo urbis. In primis fundamentis caput bubulum inventum eſt. Auſpicium fuit fructuoſæ terræ, ſed laborioſæ, perpetuoque ſervæ urbis. Quare in alium locum urbs translata eſt. Ibi equi caput repertum bellicoſum, potentemque populum futurum ſignificans, urbi auſpicatam ſedem dedit. *Juſtin. lib.* 18. Mœnibus urbis montem incluſerunt, in quo arcem condidere, & Byrſam appellavere, quæ hodie dicitur *Carthago*, *Rocca de Maſtinaces*, Afris *Berſak Almenara*. Urbs vero univerſa Carthago vocata eſt a Charta opp. Phœnices haud procul a Tyro, vel a Carthagine filia Herculis. Ex *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Progreſſu temporis facta eſt urbs ampliſſima, Romam diu æmulata eſt, quam bellis graviſſimis, & periculoſiſſimis vexavit, miſſo in Italiam Annibale, & aliis ducibus cum maximis exercitibus. Dominata eſt ſexcentos fere annos, propter conſilia, & diſciplinam. *Cic.* 2. *de Rep.* Everſa fuit a P. Scipione Æmiliano, qui Africanus junior dicitur, poſt tertium bellum Punicum. *Id.* 3. *de nat. Deor.* 2. 2. *Agr.* 1. & 1. *Offic.* ¶ Carthago nova, quæ & Spartaria, a ſparti copia, *Cartagena*, urbs Hiſp. Tarr. cum arce permunita, & portu ampliſſimo, condita ab Haſdrubale.

Cartibŭlum, n. 2. vinaria menſa lapidea, quadrata, oblonga, una columella: quæ apud multos in ædibus ad compluvium ponebatur, & in ea, & cum ea ænea vaſa. Prius dicta eſt *geritbulum*, a gerendo, poſtea *cartibulum*. *Var. l.* 4. *de L. L. pag.* 31.

Cartilaginĕus, a, um, qui ex cartilagine, ut Aures cartilagineæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Cartilaginōſus, a, um, idem quod cartilagineus. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Humerus incipit extremis utrinque capitibus cartilaginoſus. ¶ Aliis quoque rebus tribuitur. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Galbanum cartilaginoſum, *ſc.* quod lignoſo opponitur.

Cartilāgo, inis, f. 3. *cartilagine*, גרדל, Germ. *dasknerpliche*, Gal. *cartilage*, Hiſp. *ternilla*, χόνδρος, pars corporis ſimilaris, mediæ naturæ inter carnem, & oſſa, qualis eſt in auribus, naribus, extremitatibus coſtarum, operculis oſſium, quæ moventur. *Plin. l.* 11. *c.* 4. Inſecta non videntur habere cartilaginem. Adde *Celſ. l.* 8. *c.* 1. ¶ Per ſimilitudinem dicitur de aliis rebus. *Plin.* 15. 28. Carne placent palmæ, ſucco uvæ, callo pira, mora cartilagine.

Carunculă, *carnecina*, [illegible], dimin. a caro. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 24. Carunculæ vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri credere?

Carus, a, um, o. 1. 2. pretioſus, non vilis, item dilectus, gratus, jucundus, ſuavis, acceptus, *prezioſo, caro, diletto*, יקר, חביב, Ger. *theuwer, wverth*, Gal. *cher*, Hiſp. *agradecido, caro*, τίμιος, [illegible], proprie notat pretioſum, & per metalepſim ſignificat dilectum. Nam quæ pretioſa ſunt, eadem dilecta eſſe ſolent. Deductum eſt a *careo*, quod deficiente annona res caræ ſint. Scribendum eſt ſine aſpirat. ſive pro pretioſo,

Digitized by Google

tioſo, ſive pro dilecto ſumatur. *Cic. 2. de Div. c. 27.* Annonam in mureſe in cariorem fore. *Id. pro Arch.* Carus fuit Atreanis ſuperiori noſter Ennius. *Id. Catil. 4. c. 2.* Frater cariſſimus, & amantiſſimus. ¶ Conſtruitur cum genit. a *Tertulliano de Pœn. c. 9.* Caris Dei adgeniculari. ¶ *Cari, orum*, aliquando ſunt liberi, *Lactant. l. 6. c. 12.* Cum ſciat, ſe caros ſuos Deo relinquere.

Carya, æ, f. Καρύα, urbs Peloponneſi. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Caryátes, tium, Caryæ incolæ. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Caryatides, f. 3. ſtatuæ mulibres in ædificiis publicis collocatæ oneri ferendo. Carya enim civitas Peloponneſi cum Perſis contra Græciam conſenſit. Græci bello Perſico per victoriam liberati communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt, urbe capta, & deleta, viris interfectis, matronas eorum in ſervitutem abduxerunt, nec ſunt paſſi ornatus matronales deponere, ut æterno ſervitutis exemplo gravi contumelia preſſæ pœnas penderent pro civitate, denique voluerunt, ut earum imagines ad ignominiam ſempiternam in publicis ædificiis oneri ferendo collocarentur. *Vitruv. l. 1. c. 1.* ¶ Caryatides etiam ſtatuæ virginum videntur fuiſſe, quæ Caryatidi Dianæ choros agitantes captæ ſunt. *Plin. l. 36. c. 5.* Romæ Praxitelis opera ſunt, quas Thyadas vocant, & Caryatidas. Carya enim, vel Caryatium, templum etiam Dianæ in Laconia fuit, ſic dictum, quod, cum luderent virgines, minitante ruina, omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo ejus pependit. Nam eam nucem Græci καρύαν, vocant. *Philander.*

Carÿinus, a, um, καρύϊνος, adject. a caryon, ut caryinum oleum, *Plin. l. 23. c. 4.*

Caryîtes, per tres ſyll. tithymali ſpecies. *Plin. l. 26. c. 8.*

Caryon, ö. 2. κάρυον, nux juglans, a κάρα, caput, quia eſt fructus rotundus inſtar capitis, vel quia gravedinem capitis affert. *Plin. l. 15. cap. 22.*

Caryophyllon, n. 2. *garofolo*. Gal. *clou de girofle*, Hiſp. *clavo de eſpecias*. καρυόφυλλον, flos arboris Indicæ in clavi modum capitatus præſtantiſſimo odore. Aliqui deducunt a κάρυον, juglans, & φύλλον, folium, quaſi nucis folium. Sed neque naturam, neque figuram juglandis habet. Aliqui Græcanicam caryophylli vocem corruptam ſuſpicantur. *Plin. l. 12. c. 7.* ¶ Ex flore Indico noſter iſte flos appellatus eſt. Nam ſimilem odorem ſpirat.

Caryôta, æ, & caryotis, idis, f. καρυωτὶς φοῖνιξ, fructus palmæ, al. dactylus, margaris, palmula, a κάρα, caput, vel καρόω, ſopoio, quia capiti gravedinem affert, vel a κάρυον, nux, quia eſt palmula major, quæ formam habet amplæ nucis, & referta eſt ſucco. *Scribon. Larg. compoſ. 74.* ¶ Aurea caryota dicebatur, quæ calendis Januarii dono mittebatur, quia aureis bracteis involvebatur, vel erat caryota Babylonica, colore electri, qui aureus eſt. *Martial. l. 13. epig. 27.* Aurea porrigitur Jani caryota calendis. Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſoles. *Stat. 1. Silv. 6. 20.* Prægnantes caryotides cadebant.

Caryſtêus, a, um, ad Caryſtum pertinens. *Ovid. 4. Faſt. 282.* Quaque Caryſteis frangitur unda vadis.

Caryſtius, a, um, adject. a Caryſto, ut columnæ caryſtiæ, *Plin. l. 6. epiſt. 6. v. 36.* Ubi vide quæ de caryſtio marmore notavit. *Cellarius.*

Caryſtus, f. 2. *Caryſto*, Κάρυστος, urbs Eubœæ lit. in ora Auſtr. inter Leonem prom. & Caphareum. Hic Briareus Gigas colebatur. Marmore abundat, quod Caryſtium nominatur. *Tibul. l. 3. el. 3. v. 13.*

Caſa, f. 1. *caſuccia*, *capanna*, [Hebrew], Germ. *hirtenhaus*, Gal. *caſe*, *cabane*, Hiſp. *caſilla*, *choça*, καλύβη, tugurium, domus ruſtica, & vilis *Cic. Tuſc.* Ptolemæo peragranti Ægyptum cibarius in caſa panis datus eſt, *Ovid. 1. Amor. eleg. 9. v. 18.* Straminea caſa. ¶ *Veget. l. 2. c. 10.* caſas vocat tentoria militum. *Ovid 3. Faſt. v. 527.* Sub Jove pars durat, pauci tentoria ponunt; Sunt quibus e ramis frondea facta caſa eſt. ¶ *Scelera non intrant caſas*, prov. in paupere fortuna innocentiam ac virtutem ſæpius coli, quam in magna. *Senec. in Thyeſt. v. 451.* ¶ Ita *fugias, ne præter caſam*, aliud proverb. apud *Terent. Phorm. 5. 2. 3.* h. e. ne vitium aliquod adeo fugias, ut in pejus feraris.

Caſabundus, o. 1. 2. πτωτικός, crebro cadens. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 21.* Herculem fictores cum poculo fecerunt, & nonnunquam caſabundum, & ebrium.

Caſalis, le, ad caſas pertinens. In re Agraria *Caſalia* ſunt limites, qui agros finiunt. *Auctores rei Agrar.* apud *Geſ.* paſſim.

Caſans, antis, nutans, & cadenti ſimilis. *Plaut. Aſin. 2. 3. 23.* Caſanti capita incedere. Al. leg. *quaſſanti*.

Caſaria, æ, *caſiera*, f. 1. mulier, quæ caſam cuſtodit. *Feſt.*

Caſarius, ii, ruſticus, qui in caſa habitat agri colendi cauſa. In *Cod. Theod. 9. 42. 7.*

Caſce, adverb. a caſcus, antique, vetuſte, *Gel. l. 1. c. 10.*

Caſcus, a, um, o. 1. 2. *vecchio*, [Hebrew], Ger. *alt*, Gal. *vieil*, *ancien*, Hiſp. *antiguo*, ἀρχαῖος, vetus, antiquus, lingua Sabinorum, a *caſnar* voce Oſcorum pro vetere. *Manil. apud Varr. l. 6. de L. L.* Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt. *Cic. Tuſc. 1. c. 12.* Itaque illud unum erat inſitum priſcis illis, quos caſcos appellat Ennius.

Caſeale, lis, n. 3. locus, in quo fit, & ſervatur caſeus. *Colum. l. 2. c. 15.* Culina, & caſeala quotidie debent emundari.

Caſearius, a, um, o. 1. 2. quod ad caſeum refertur, ut Taberna caſearia, ubi caſei ſiccantur, vel venduntur. *Ulp. l. ſicuti, §. Ariſto, ff. ſi ſervit. vend.* Non putare ſe, ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia jure immitti poſſe.

Caſeatus, a, um. in modum caſei formatus, vel caſeo admixtus. *Apul. l. 1. Met. ſub init.* Polentæ caſeatæ offula.

Caſeus, m. 2. *formaggio*, *cacio*, [Hebrew], Ger. *keſe*, Gal. *fromage*, Hiſp. *queſo*, τυρός, lac coactum, vel preſſum, a *coago*, hoc eſt, cogo, premo, quaſi *coaxeus*. *Cic. de Sen. c. 16.* Villa abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. ¶ Caſeum neut. gen. *Plautum*, & alios formaſſe, auctor eſt *Nonius c. 3. n. 63.* ¶ *Plin. l. 16. c. 38.* Figurare caſeos, *comporre forme di cacio*.

Caſia, f. 1. *caſſia*, κασία, canna, frutex aromaticus in Æthiopia, & Arabia creſcens, in montibus, juxta campos cinnami, multis, ſurculoſiſque brachiatus ramis, ſimillimus cinnamomo, craſſiore ſarmento, infirmioris virtutis, tenui cute verius, quam cortice, altitudine cubitorum trium. *Plin. l. 12. c. 19.* ¶ Eſt etiam genus herbæ apibus gratiſſimæ. *Virg. 2. Ecl.* Caſia, atque aliis intexens ſuavibus herbis. ¶ Utebantur in funeribus Veteres. V. *Martial. l. 11. epigr. 55.*

Caſia fiſtularis, κασία σύριγξ, ſiliqua oblonga, & teres, concretum intus atramentum continens, non una coaleſcens ſerie, ſed ex intervallis ligneis, tenuibuſque membranis ſeptum, oſſaque quædam habens immerſa, non diſſimilia iis, quæ noſtra profert ſiliqua. Aliqui nominant ſiliquam Ægyptiam.

Caſilinas, atis, Caſilinenſis. *Valer. Max. 7. 6. 2.*

Caſilinenſes, iidem qui Caſilini. *Cic. de Invent. 2. 57.*

Caſilini, m. 2. cives Caſilini opp. *Plin. l. 3. c. 5.*

Caſilinum, *Caſtelluccio*, Κασιλῖνον, Col. & oppid. olim, nunc pag. Campaniæ, ubi Caſilinus fl. in Vulturnum excipitur. *Plin. 3. 5.*

Caſilinus, a, um, ad Caſilinum pertinens, ut Caſilina limina, *Silius l. 12. v. 426.*

Caſina, Κασίνα, nomen Fabulæ Plauti a præcipua ejus dramatis perſona tractum, quæ ſcortillum ſignificat. nam Καῦαν ſcortum interpretantur.

Caſinas, atis, ad Caſinum pertinens, ut Caſinas fundus, *Cic. Agr. 2. c. 25.*

Caſinum, *Caſſino*, Col. & urbs Volſcorum, E. ex. in Latio, juxta conf. Campaniæ, nunc in Prov. Terræ Laboris, in Reg. Neap. ad M. Caſſini radices, in quo magnificentiſſimum eſt Cœnobium Monachorum, ubi incunabula Ordinis S. Benedicti.

Caſito, n. 1. freq. a caſo, quod eſt a cado. *Paul. de ſerv. urb. præd. l. ſervitutes.* Si antea ex tegula caſitaverit ſtillicidium.

Caſius mons, *Lariſſa*, mons Ægypti, in ora lit. in Auguſtamnica regione, prope Sirbonis paludem, & confinia Palæſtinæ, extenſus verſus limites Arabiæ Petreæ. Ibi Pompeii Magni ſepulchrum, & Jovis templum, qui inde Caſius cognominatus eſt, & urbs Caſium. *Plin. 5. 12.* ¶ Caſius altus, *Liſen*, *Lizo*, mons Syriæ, mare Syrium inter Ciliciam, & Phœnicem attingens, Antiochiæ urbi, & Lydiæ finitimus, cujus altitudo tanta eſt, ut Sol oriens 4. vigilia noctis conſpiciatur, ac eodem tempore dies fit ad Or. nox ad Occ. ut ſcribit *Plin. l. 5. c. 22.*

Caſius, a, um, ad Caſium montem pertinens, ut Jupiter Caſius, *Plin. 5. 20.*

Caſnar, m. 3. ſenex, Oſcorum lingua, *Feſt. Var. l. 6. L. L.*

Caſo, as, are, frequentat. a cado, *cadere ſpeſſo*. *Plaut. Mil. Glor. 3. 2. 37.* Non hercle tam iſtoc valide caſabant cadi. Afferuntur alia loca ejuſdem *Plauti*, ſed ubi incerta lectio.

Caſperia, *Aſpra*, opp. Sabinorum, ad ortum Himellæ fl. *Virg. Æn. 7. v. 714.*

Caſpiăcus, a, um, adject. idem quod Caſpius, ut porta Caſpiaca, apud *Stat. 4. Sil. 4. 64.*

Caſpiadæ, arum, populi Caſpii. *Valer. Flacc. 6. 106.*

Caſpiæ portæ, *les portes de Teflis*, Κάσπιαι πύλαι, anguſtiæ M. Tauri, haud procul a Caſpio mari, quæ Mediam ad Occ. ſeparant a Parthia. Dictæ ſunt, quod per eas ex Babylonia, & Perſide ad Mer. tranſitus eſt ad mare Caſpium in Bor. *Plin. 6. 14.*

Caſpiani, orum, populi idem qui Caſpii. *Mela l. 1. c. 2.*

Caſpii, pop. Hyrcaniæ, quorum regio Caſpiana, *Strabo*, apud mare quod ab illis Caſpium dictum eſt. *Plin. 6. 13.* ¶ Caſpii ſunt montes inter Armeniam majorem, & Mediam, valde extenſi a Sept. in Mer.

Caſpinus, a, um, idem quod Caſpius, apud *Dionyſ. in Perieg. v. 881.* Caſpinam late terram ſuperabluit unda. Si tamen lectio certa eſt.

Caſpius, a, um, adject. ut Tigris Caſpia *Stat. 10. Theb. v. 288.* Regna Caſpia. *Virg. 6. Æn. v. 798.* ¶ Caſpiæ portæ. V. ſup.

Caſſandra, f. 1. Κασσάνδρα, Priami, & Hecubæ filia, quæ cum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis ſui copiam promiſit, ſi vates ab illo fieret. Quod Apollo ſe facturum juramento firmavit. Sed cum illa promiſſis non ſtaret, iratus Deus fecit, ut ejuſdem vaticiniis nulla fides adhiberetur. Nunquam igitur illi creditum eſt, cum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Poſtea deſponſata fuit Chorœbo (ut ait Maro. Homerus vero Othryon eum nominat) qui in auxilium Trojanis veniens poſtrema nocte periit. Hanc Ajax Oileus in Minervæ templo violavit. Tandem, devaſtata Troja, Agamemnoni in ſorte contigit, cui omnia, quæ illi a conjuge pararentur, prædixit. Sed nihil ei creditum eſt. Veniens igitur cum Agamemnone Mycenas, cum eodem in convivio juſſu Clytæmneſtræ occiſa eſt. *Serv. ad 2. Æn. v. 247. & Hygin. fab. 93. & 117.*

Caſſatus, a, um, abrogatus. *Caſſiodor. l. 5. epiſt. 14.* Omnium redemptiones caſſata.

Caſſe, adverb. a caſſus, fruſtra, *in vano*, ματαίως. *Liv. l. 24. c. 26.* Caſſe ne tempus tereretur.

Caſſeſco, is, eſcere, evaneſco, ut Caſſeſcere in favillas, apud *Solin. c. 22.* ut reſtituit *Salmaſ. in Exercitat. p. 177.*

Caſſia via, Romæ a Caſſio ſtrata: *Feſtus*.

Caſſiānus, a, um, adject. a L. Caſſio. *Cic. pro Mil. c. 12.* Illud Caſſianum, *Cui bono fuerit*, in his perſonis valeat. ¶ Judex Caſſianus pro triſti & ſevero, *Cic. pro Roſc. Amer. c. 30. & Verr. 3. c. 62.* Fuit enim L. Caſſius Prætor ſummæ ſeveritatis in judicando, ita ut ſcopulus reorum diceretur. *Valer. Max. l. 3. c. 7.*

Caſſicŭlus, i, m. diminut. a Caſſis, is. *Hieron. l. 3. cont. Rufin. c. 6.* Nequaquam arenarum mihi opponas caſſiculos. ¶ Apud *Feſt.* legitur *caſſiculum* neutr. gen.

Caſſĭda, æ, f. 1. idem quod Caſſis, idis, aut diminut. factum ex accuſativo *Caſſida*. *Propert. l. 3. el. 9. v. 15.* Aurea cui poſtquam nudavit Caſſida frontem. *Virg. 11. Æn. v. 774.* aurea vati caſſida.

Caſſidarius, ii, m. qui caſſidas facit. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 8. n. 70.*

Caſſilam antiqui pro *caſſide* ponebant, inquit *Feſtus*.

Caſſiodōrus, Ravennas, ingenio, & eruditione clarus, & Theodorico Gothorum Regi apprime carus, cujus beneficio Quæſturam Sacri Palatii, Conſulatum, Magiſtri Officiorum, & Præfecti Prætorio munera obtinuit. Noviſſime, abdicatis ſeculi ſtudiis, religioſam vitam amplexus Ravennatenſi Cœnobio Abbas præpoſitus fuit. V. *Voſſ. de Hiſtor. Lat. l. 2. c. 19.*

Caſſiŏpe, es, & Caſſiopēa, æ, Κασσιόπη, fuit Cephei Regis Æthiopum uxor, mater Andromedes, relata inter ſidera. *Cic. l. 2. de Nat. Deor. c. 43.* Obſcura ſpecie ſtellarum Caſſiopea. *Propert. 1. 17. 3.* Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam Omnia.

Caſſis, caſſis, m. 3. *rete*, [Hebrew], δίκτυον, rete, præſertim venatorium. *Virg. 4. Georg.* In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. *Ovid. de Art. am. l. 2. v. 2.* Decidit in caſſes præda petita meos. *Senec. Agamemno. v. 882.* Ut altis hiſpidus ſilvis aper, Cum caſſe vinctus tentat egreſſus tamen.

Caſſis, hujus caſſidis, f. 3. *elmo*, *elmetto*, Germ. *ein helm*, Gal. *heaume*, κράνος, galea. *Caſ. 7. B. G.* Muliones cum caſſidibus. *Ovid. 8. Met. v. 25.* Caſſis criſtata pennis.

Caſſĭta, f. 1. *lodola*, Gal. *alouette*, Hiſp. *cogujada*, κορυδαλός, avis quam alii alaudam, alii galeritam dicunt. *Plin. l. 10. c. 37. Gel. l. 2. c. 29.*

Caſſiterides, Catiterides, inſ. in Oceano Cantabrico, in ora Bor. R. Gallæciæ, quæ Triſeuco prom. adjacent, quarum una *Zizarga* dicitur ad Occ. altera *Isle de S. Ciprian*, ad Or. Dictæ ſunt, quia plumbo abundant, a *caſſiterus*, plumbum. *Plin. l. 4. c. 22.*

Caſſitĕron, i, n. *ſtagno*, κασσίτερος, ſtannum, vel plumbum album. *Plin. l. 34. c. 16.*

L. Caſſius Longinus Q. F. pater illius L. Caſſii, qui in omnibus cauſis ſolebat quærere, cui bono, & illius C. Caſſii, qui C. Mario, C. Flavio Coſſ. multas leges tulit ad Nobilitatis potentiam minuendam.

Caſſius, a, um, ad Caſſium pertinens, ut *Caſſia via*, a Caſſio ſtrata. *Feſtus*. ¶ Caſſia lex agraria memoratur a *Livio l. 2.*

Caſſo, as, a. 1. *render vano*, deſtruo evacuo, abrogo. *Sidon. l. 1. epiſt. ult.* Cæterum objecta ſi non improbabiliter caſſaverimus, &c.

Caſſus, a, um, o. 1. 2. *caſſo*, *vacuo*, *voto*, [Hebrew], Germ. *leer*, Gal. *vain*, *vuide*, Hiſp. *vano*, *vazio*, ὀρφανός, quod eſt inane, & vacuum, a careo, ut *Priſcian.* docere videtur *l. 9. Plaut. in Aul.* Virginem habeo grandem dote caſſam, atque illocabilem. ¶ Hinc caſſa nux, quæ vitioſa eſt. *Plaut.*

Plaut. Pſeud. 1. 3. 136. ¶ Ex lumine caſſus, æthere caſſus, &c. vita privatus, mortuus. Virg. 2. Æn. &c. Ire in caſſum, ſignificat irritum eſſe. Lucan. l. 2. v. 263. Ubi alii leg. Inaſſum conjunctum. ¶ Caſſam familiam. h. e. indigam, eſurientem, ſunt qui legant in Plaut. Aſin. 3. 2. 57. V. Cauſa. ¶ Caſſus cum genitivo, ut caſſus luminis, h. e. lumina carens, Cic. in Arat. v. 369.

Caſtalia, æ, f. 1. idem quod Caſtalius mons. Virg. 3. Georg. v. 293. Caſtaliam molli devertitur orbita clivo.

Caſtalides, dum, Muſæ dictæ a Caſtalio monte. Martial. l. 4. epigr. 14. Caſtalidum decus ſororum.

Caſtalius, a, um, adject. ut arbor Caſtalia, Propert. l. 3. eleg. 5. Caſtalia aqua, Ovid. l. 1. Amor. eleg. 15.

Caſtalius, καστάλιος, mons Phocidis, pars Parnaſſi, & fons Muſis ſacer, qui, & Caballinus, & Lebethris, inter Delphos, & Parnaſſum, a virgine Caſtalia, quæ Apollinem fugiens in fontem verſa eſt.

Caſtanea, f. 1. caſtagna, [illegible], Germ. einkeſten oder keſtenbaum, Gall. chataigne, ou chataignier, Hiſp. caſtaña, o caſtaño, κάστανον, genus nucis, a κάστανος, caſtanea, quod a Caſtana, ſeu Caſtanea Theſſaliæ urbe, qui locus harum nucum fertiliſſimus eſt. Tam fructum, quam arborem ſignificat. Virg. 3. Ecl. Caſtaneæ molles. Plin. l. 17. c. 20. Caſtanea pedamentis omnibus præfertur. ¶ Revera adjectiv. eſt, & ſubintelligitur nux. Virg. Ecl. 2. Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis amabat.

Caſtanetum, n. 2. caſtagneto, Ger. ein keſtenwald, locus caſtaneis conſitus. Col. l. 4. c. 33. Sæpe novella caſtaneta calveſcunt.

Caſte, adv. caſtamente, Ger. gurbeglich, ἁγνῶς, integre, pure, honeſte, pudice. Cic. pro Leg. Man. Meus labor in privatorum periculis caſte, integreque verſatus. Liv. l. 10. c. 7. Caſtius ſacra privata facere. Cic. de Aruſp. Reſp. Quod (fanum) cum Dejotarus religione ſua caſtiſſime tueretur. h. e. ſanctiſſime.

Caſtellamentum, i, n. 2. edulium, farciminis genus. Arnob. l. 2. p. 73. Ut ſpirulas, & botulos facerent, iſicia, caſtellamanta, lucanicas. Sic VVowerus ad Minuc. Felic. & Heraldus legunt. Alii caſtillamenta. A figura autem appellatio eſt.

Caſtellanus, a, um, o. 1. 2. quod ad caſtellum pertinet. Cic. in Brut. c. 73. Quam caſtellanos triumphos duos. h. e. de victis caſtellis actos. Caſtellanus miles, qui ſtationem in Caſtello habet. Leg. 2. C. de Fund. & Limitroph. ¶ Item incola Caſtelli. Liv. l. 34. c. 27. Caſtellani agreſte genus. Et paulo poſt: Caſtellani agreſtes.

Caſtellarius, ii, qui præeſt aquæductibus. Vet. Inſcript. apud Grut. p. 61. n. 7. Clementi Cæſarum ſervo Caſtellario aquæ Claudiæ. V. Caſtellum.

Caſtellatim, adverb. φραγδόν, quaſi turmatim, per caſtella. Liv. l. 7. c. 36. Ut hoſtes circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederentur. Plin. l. 19. c. 6. Allium in plano ſeri vetant, caſtellatimque grumulis imponi.

Caſtellum, li, n. 2. caſtello, Germ. ein ſchloſſ, φρούριον, dim. a caſtro, parvus vicus muris circumdatus. Iſidor. l. 15. Orig. c. 4. Vici, & Caſtella, & Pagi ii ſunt, qui nulla dignitate Civitatis ornantur, ſed vulgari hominum conventu incoluntur, & propter parvitatem ſuam majoribus Civitatibus attribuuntur. Vet. Gloſſ. Caſtellum, κώμη, & φρούριον, h. e. cuſtodia, nam caſtella in limitibus regionum eriguntur cuſtodiæ cauſa. Cic. pro Cæc. Ebutius in Caſtellum venit. ¶ Caſtellum etiam dicitur conceptaculum aquæ deductæ, unde diſtribuatur publice per Urbem. Vitruv. l. 8. c. 7. Frontin. de aquæduct. &c.

Caſteria, f. 1. locus, ubi, cum navigatio conquieſcit, remi, & gubernacula reponuntur, quaſi ſchaſteria, quæ eſt pars navis, a σχάζω, inhibeo. Plaut. Aſin. 3. 1. 16. Si repoſivi remum ſola ego in caſteria. ¶ Alius eſt pertica, quam hortator remigum tenet, quam ſi incuſſerit, remiges non deſinunt, ſi depoſuerit, quieſcunt a labore. Al. leg. Ciſteria, & Turneb. Schaſteria. Σχαστηρία autem græce dicitur funis, quo aliquid vel intendendo, vel laxando demittitur.

Caſtifico, as, caſtum facio. Auguſtin. 9. Confeſſ. 9. & Tertull. de Pudic. c. 19.

Caſtificus, a, um, o. 1. 2. quod caſtum facit. Sen. in Hipp. v. 168. Expelle facinus mente caſtifica horridum.

Caſtigabilis, le, adject. caſtigatione dignus. Plaut. Trin. 1. 2. 6. Admiſit in ſe culpam caſtigabilem.

Caſtigate, adverb. diſciplinatamente, cum caſtigatione, vel caſte, ſancte. Senec. Controv. lib. 6. ad fin. Vixit modeſte, caſtigate. Macrob. de Somn. Scip. l. 1. c. 6. Hæc de monade caſtigatius, quam ſe copia ſuggerebat. h. e. preſſius, brevius.

Caſtigatio, nis, f. 3. objurgatio, animadverſio, riprenſione, [illegible], Germ. ſtraff, Gall. chatiment, reprimende, Hiſp. caſtigo, y correction, κόλασις, reprehenſio. Cic. 1. Offic. c. 25. Omnis & animadverſio, & caſtigatio contumelia vacare debet. ¶ Translate Plin. 17. 22. Vitiradix ſecundo anno reciditur: alias feſtinatione pariendi, ni cohibeatur caſtigatione tali, in fetum exeat tota.

Caſtigator, m. 3. riprenſore, [illegible], Germ. ein ſtraffer, Gall. chatiſeur, Hiſp. caſtigador, y corregidor, ἐπανορθωτής, qui reprehendit. Horat. in Art. v. 174. Cenſor, caſtigatorque minorum.

Caſtigatorius, a, um, ad caſtigandum pertinens. Plin. l. 5. ep. 16. ad fin. Adhibeto ſolatium non quaſi caſtigatorium, & nimis forte, ſed molle & humanum.

Caſtigatus, a, um, nom. ex particip. correctus, caſtus, moderatus. Cic. Tuſcul. 2. Non ſedatus, ſed caſtigatus animi dolor. Gell. l. 4. c. 20. Exempla caſtigatiſſimæ diſciplinæ. Auguſt. l. 5. c. 24. de Civ. Dei. Luxuria caſtigatior.

Caſtigo, as, a. 1. riprendere, [illegible], Germ. ſtraffen, Gall. chatier, corriger, reprendre, Hiſp. caſtigar, a corregir, νουθετέω, Virg. 5. Æn. Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Cic. 3. Tuſc. c. 27. Pueros matres, & magiſtri caſtigare ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus. Et 1. Offic. c. 25. Qui punit, aut verbis caſtigat. ¶ Interdum eſt corrigere, emendare. Horat. in Art. Poet. v. 294. Carmen caſtigare ad unguem. ¶ Translate eſt cingere, & quaſi conſtrictum tenere. Sil. l. 12. v. 355. Inſula fluctiſono circumvallata profundo Caſtigatur aquis.

Caſtimonia, f. 1. caſtità, ἁγνεία, caſtitas. Liv. l. 39. c. 9. Decem dierum caſtimonia opus eſſe. Cic. 6. Verr. 45. Ibi ſacra per ſummam caſtimoniam virorum, ac mulierum erant. Apul. l. 11. Mileſ. ſub fin. animam caſtimoniam dixit. h. e. conjunctam cum abſtinentia a cibis animatis. ¶ In plurali num. legitur apud Plin. 31. 8.

Caſtimonialis, le, adject. caſtus. Pallad. Februar. c. 25. Caſtimoniale liquamen. h. e. aptum ad ſervandam caſtimoniam.

Caſtitas, & caſtitudo, f. 3. caſtità, pudicizia, Germ. keuſchheit, Gal. chaſteté, Hiſp. caſtidad, σωφροσύνη, pudicitia, ſive puritas a turpitudine Venerea. Cic. 2. de Leg. c. 12. Sentiant mulieres in natura omnium caſtitatem pati. Accius apud Non. c. 2. n. 224. Ibi cunctam antiquam caſtitudinem.

Caſtitudo, inis, f. 3. V. Caſtitas.

Caſtor, oris, Κάστωρ, frater Pollucis, filius Tyndari, & Ledæ. V. Pollux. ¶ Cæterum nomen Caſtoris apud Auctores ambobus his fratribus commune eſt. Plin. l. 10. c. 43. Super ædem Caſtorum genitus pullus in oppoſitam ſutrinam evolavit. ¶ Fuit Caſtor equorum domitor, Pollux vero pugil. Ovid. 3. Amor. el. 2. v. 54. Horat. l. 2. ſat. 1. v. 26. Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem pugnis. Quod autem de ova meminit Horat. ex ea fabula ortum eſt, qua Poetæ commenti ſunt, Ledam cum Jove ſub oloris ſpecie concubuiſſe; atque ex ea concepiſſe ovum, ex quo Caſtor, & Pollux nati ſint. Alii duo ova concepiſſe, aiunt, alterum ex Jove, ex quo Pollux natus ſit immortalis, alterum ex Tyndaro, ex quo Caſtor mortalis progenitus: quare occiſo in pugna Caſtore, Pollucem ei ſuam immortalitatem communicaſſe. Inde factum, ut inter ſidera relati alternis occiderent, & orirentur. V. Virg. Æn. 6. v. 121. & ibi Serv. ¶ Eſt etiam Meteori genus, quod Caſtores appellant, felix omen navigantibus habitum, ſi geminum apparuiſſet. Plin. l. 2. c. 28. & Senec. Quæſt. natural. l. 1. c. 1.

Caſtor, m. 3. caſtoro, κάστωρ, animal amphibium, al. fiber, vel beber, vel canis Ponticus, quaſi γάστωρ, quia ventre magno eſt. Fertur, cum viderit ſe obſideri, teſticulos ſuos morſu avulſos projicere. Intelligit enim, ob hanc rem ſe capi, quia plurimum ad medicinam conferunt. Sed Sextius, & Dioſcorides id negant, quia teſtes in caſtore ſubſtricti ſunt, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſunt. Plin. l. 32. c. 3.

Caſtoreum, i, κάστορος ὄρχις, teſticulus Caſtoris plurimum ad medicinam conferens. Plin. l. 32. c. 3. Fibris, quos caſtores vocant, & caſtorea, teſtes eorum. V. Caſtor animal.

Caſtoreus, a, um, n. 1. 2. quod ad caſtorem pertinet, ut Caſtoreus odor, pro acuto, vel pro fœtido. Plin. l. 11. c. 24. Ubi Frobenius quidem legit: odore caſtoreo: at Dalechamp. & Harduinus: odore caſtorei. ¶ Eſt etiam adject. a Caſtore Pollucis fratre. Senec. Hippolyto, v. 810. Manus Caſtorea.

Caſtorinatus, a, um, fibrina, ſeu caſtorea veſte indutus. Sidon. l. 5. ep. 7. Incedunt pullati ad nuptias, caſtorinati ad litanias. ¶ De his veſtibus Iſid. l. 19. Orig. Fibrina veſtis, tramam de fibri lana habens caſtorina.

Caſtorinus, a, um, a caſtore animali, ut caſtorinum oleum, Marcell. Empir. c. 35.

Caſtra, plur. num. n. campo, alloggiamento, ſteccato, [illegible], Germ. leger, Gal. camp, Hiſp. real, στρατόπεδον, loca, in quibus milites tentoria fixerunt, vel ipſa tentoria, in quibus milites diverſantur, quaſi clauſtra, a claudo, quod vallo, & foſſa clauduntur. Cic. ad Att. Cum Cæſar ad oppidum caſtra haberet. ¶ Dicuntur & de navibus. Cæſ. 5. B. G. c. 21. Caſtra navalia adoriantur. Sic Caſtra nautica, pro navium ſtatione, Nepos in Alcib. c. 8. n. 5. ¶ Caſtra urbana, erat locus ad Urbem prope muros non longe a via Nomentana, ubi Prætorianus miles continebatur. onde & Prætoriana, & Prætoria caſtra dicta. Suet. in Claud. c. 21. Capitolin. in Balbino, c. 10. Item caſtra, abſolute, apud Suet. l. c. c. 30. Nec alia intelligenda, cum in urbanis rebus de his mentio fit. Inſtituta res eſt a Tiberio, ex conſilio Sejani. V. Tacit. Ann. 4. c. 2. ¶ Interdum caſtra pro ipſa militia ponuntur. Tibul. l. 4. el. v. 39. Nam quis te majora gerit caſtriſve forove? ¶ Illud etiam notandum circa hanc vocem, nonnunquam dediſſe initium Urbibus, & conditas Urbes ab iis nomen accepiſſe, qui ibi olim caſtra habuiſſent. Sic Caſtra Cornelia, Caſtra Pyrrhi, &c. de quibus V. Geographos. ¶ Dicimus caſtra facere, ponere, habere, movere, apud Liv. Salluſt. & al. ¶ Ad alia etiam transfertur. Senec. epiſt. 2. Soleo & in aliena caſtra tranſire, non tanquam transfuga, ſed tanquam explorator. Loquitur de ſe ſubinde legente aliquid ex Epicuri libris.

Caſtrametator, oris, qui caſtra locat, maeſtro di campo, στρατοπεδάρχης. In Theſ. L. L. appellatur Vitruvius ad hanc vocem l. 8. c. 5. & l. 10. c. 7. Sed nos invenire non potuimus. Cicero diviſim uſus eſt Philipp. 11. c. 5. Caſtrorum antea metator.

Caſtrametor, aris, d. 1. accampare, attendare, [illegible], Germ. das leger ſchlagen, Gal. camper, Hiſp. aſſentar el real, στρατοπεδεύω, caſtra loco, ſive pono. Liv. l. 9. c. 27. Cunctati, caſtrametatique ſunt. Al. aliter leg. Plin. 18. 6. Perita caſtra metandi. ¶ Sæpius diviſim uſurpatur. Curt. l. 3. c. 8. Metari ſuos caſtra juſſerat.

Caſtratio, f. 3. virilium amputatio. Col. l. 6. c. 26. Id optimum genus caſtrationum. ¶ Caſtratio etiam dicitur in arboribus, cum earum rami amputantur, apud Plin. l. 16. c. 40.

Caſtrator, oris, qui caſtrat. Tertull. l. 1. adverſ. Marcion. c. 1. Caſtrator carnis ſuæ caſtor. Adde l. 2. ad Nation. c. 13.

Caſtratorius, a, um, adject. ad caſtrationem pertinens, ut Caſtratoria ferramenta, Pallad. l. 1. c. ult.

Caſtratura, æ, f. 1. idem quod caſtratio. Pallad. l. 6. c. 7. Vulnere caſtraturæ cinere farmentorum, & ſpuma linentur argenti. ¶ Caſtratio ſiliginis apud Plin. 18. 9. eſt ejus purgatio.

Caſtratus, a, um, nom. ex particip. evirtus, cui virilia amputata ſunt, caſtrato, ἄνορχος. Curt. l. 6. c. 3. Caſtratus homo. ¶ Translate, caſtratam Remp. dixit Cic. l. 3. de Orat. c. 41. h. e. attritam, attenuatam: Et Plin. l. 11. c. 17. caſtratas vires, pro ademptas. ¶ Dicuntur etiam caſtratæ arbores, amputatæ, truncatæ. Plin. 24. 8.

Caſtrenſianus, a, um, idem quod caſtrenſis, ut caſtrenſiani milites, qui in limitibus imperii contra barbaros excubabant. L. 12. Cod. Juſtin. tit. 26.

Caſtrenſiarius, a, um, idem quod Caſtrenſis, ut Caſtrenſiarius negotiator, vivandiere. Inſcript. apud Gruter. pag. 649. n. 5.

Caſtrenſis, n. 3. στρατιωτικός, quod ad caſtra pertinet. Cic. pro Cal. c. 5. Caſtrenſis ratio, & militaris. Plin. 7. 43. Mulio caſtrenſis. Id. 10. 21. Vigilia caſtrenſis. Liv. 7. 36. Triumphus caſtrenſis. h. e. in caſtris actus. Gell. 5. 6. Caſtrenſis corona. h. e. quæ dabatur ei qui primus caſtra hoſtium introiſſet. Pompon. Dig. 49. 17. 11. Peculium caſtrenſe. h. e. quod quis militiæ acquiſivit.

Caſtricianus, a, um, ad Caſtricium (quod eſt nomen proprium R.) pertinens. Cic. pro Flac. c. 23.

Caſtro, as, a. 1. ſeco, execo, caſtrare, Germ. verſchneiden, Gal. chatrer, Hiſp. caſtrar, ἐκτέμνω, ὀρχίζω, eſt teſtes amputare, a caſtore, animali, qui ſibi dicitur teſtes avellere in venatione, vel a caſtus, quia caſtrando vis libidinis extinguitur. Var. R. R. 2. 5. Caſtrare vitulos. ¶ Translata de quacunque truncatione, ſive privatione dicitur. Pacuv. Ut eſſet aliquis, qui linguam ejus caſtraret. Colum. l. 7. c. 12. Caſtrare caudas catulorum. ¶ Eſt & caſtrare arbores, vites, apud Plin. l. 24. c. 8. & Caton. c. 33. quod fit, cum in imo arbores perforantur. ¶ Caſtrari etiam faecis vina dicuntur apud eund. Plin. l. 19. c. 4. cum faecis percolantur, ut mitiora fiant & ſuaviora. ¶ Significat etiam coercere, compeſcere. Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 193. caſtrare avaritiam. ¶ Caſtrare favos, eſt, mel e favis extrahere, ſmellare, apud Colum. l. 9. c. 15.

Caſtrum, n. 2. caſtello, fortezza, ἔρυμα, locus muris munitus, cum militum præſidio, arcendis hoſtibus in loco editiore extructum, ſi quidem amplius eſt, quod ſi brevius, caſtellum dicitur. Cic. Fam. 15. epiſt. 4. Valla, & foſſa circumdedi, ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi. Hirt. de B. Alexand. c. 3. Poſtera die Caſtellum, quod in proximo vico non longe a

ſuis

Digitized by Google

ſois munierat, brachiiſque cum opere caſtrorum conjunxerat, vici obtinendi cauſa, Cæſar expugnat. ¶ Itaque Caſtrum dicitur civitas munitionibus, atque præſidio firmata; Caſtellum vero pagus, ſeu vicus foſſa, muriſque cinctus, militaque inſtructus. V. *Veget. l.* 3. *c.* 8.

Caſtula, læ, f. 1. περιζώνιον, præcinctorium, palliolum, quo puellæ nuda infra papillas præcingebantur, quod ea pudori, & caſtitati emſuleretur. *Nonius c.* 16. *n.* 5.

Caſtulonenſes, m. 3. populi Hiſpaniæ in conventu Carthaginienſi, ubi ſaltus Caſtulonenſis, *Puerto de Mulador*, inter Caſtellam novam, & Andaluciam, in conf. Bæticæ, ad Anam fl. *Plin.* 3. 3. ¶ Eorum oppidum eſt Caſtulo in finibus Hiſpaniæ Bæticæ. *Id. ibid. c.* 2.

Caſtus, a, um, o. 2. 1. purus, integer, incorruptus, *caſto*, *immacolato*, Germ. *geuſch*, Gal. *chaſte*, ἁγνός, purus, continens, & a libidinis labe immunis a *ceſtus*, quod eſt cingulum Veneris, quo in nuptiis honeſtis utebatur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 524. Caſta pudicitiam ſervat domus. *Cic. Phil.* 3. *c.* 6. Quis hoc adoleſcente caſtior. Et *de Aruſp. Reſp. c.* 13. Matronarum caſtiſſima. ¶ Sumitur aliquando generalius pro integro, a quavis improbitate incorrupto, ſancto. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 13. Ut deceat nos eſſe a culpa caſtas. *Horat. de Art. v.* 206. Et frugi, & caſtus, verecunduſque coibat. Ubi *Vet. Scholiaſt.* caſtum, religioſum interpret. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Id. l.* 4. *od.* 11. Verbenis caſtis vincta ara. *h. e.* puris, mundis. ¶ *Caſtus ſermo* eſt purus, nitidus, elegans, & ab omni barbarie, ac ſordidis phraſibus expurgatus. *Gell.* 19. 8. C. Cæſar vir ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi. ¶ Adhibetur etiam pro fido. *Sil.* 3. 1. Sagunti mœnia caſta. *& l.* 14. *v.* 84. Socialia jura ſervarat caſta.

Caſtus, us, m. 4. ritus, inſtitutum, quia in ſacris ritibus nihil magis requirebatur, quam ut a Venere abſtinerent. *Varr.* Et religiones, & caſtus id poſſunt. Sic *Gell. l.* 10. *c.* 15. cæremoniæ, & caſtus multiplices. Quam lectionem tuetur *Gronov. ex MSS.* ¶ Invenitur & *caſto* in ablat. Hinc in Caſto Cereris eſſe, h. e. Cereris ſacris operari, ἁγνεύειν Δήμητρι. *Tertul. de Jejun.* Sed bene, quod in noſtris xerophagiis, blaſphemias ingeritis, caſto Iſidis, & Cybeles eas adæquas. *Feſtus* in verbo, *Minuitur*: Luctus minuitur, cum in caſto Cereris eſt.

Caſu, adverb. a nominativo *Caſus*, ſignificat forte, fortuna, præter opinionem, *a caſo*, *caſualmente*, τυχόν. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 2. Eo die caſu apud Pompejum cœnavi. *Nepos* 23. 12. 1. Accidit caſu.

Caſualis, le, adject. *caſuale*, *fortuito*, quod caſu fit, ſine certa ratione, ut caſualis conditio, quæ ab incerto eventu pendet. *Leg. ult. Cod. de neceſſar. ſerv.* ¶ Apud Grammaticos dicitur de caſibus declinationum, ut formæ caſuales, *Priſcian. l.* 5. Præpoſitiones caſuales. *Prob. l.* 1.

Caſualiter, *caſualmente*, *a caſo*, caſu, forte. *Sidon. l.* 9. *ep.* 11. Si quid ibi vel caſualiter placet.

Caſula, æ, dimin. a caſa, *caſetta*. *Plin. lib.* 35. *c.* 10. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Adde *Petron. in Satyr. c.* 111.

Caſus, us, ui, m. 4. a cado, *caduta*, *caſo*, *accidente*, *calamità*, Gall. *cheute*, *ruine*, *cas*, *fortune*, Hiſp. *caſo*, *y fortuna*, *o caida*, πτῶσις, σύμπτωμα. *Liv. l.* 21. *c.* 35. Feſſis tædio tot malorum nivis etiam caſus ingentem terrorem adjecit. Sic caſus urbis Trojanæ, h. e. ruina. *Virg. Æn.* 1. *v.* 623. ¶ Significat etiam inopinatum eventum, & calamitatem. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 3. Caſus horribilis, gravis, & repentinus. *Curt. l.* 4. 1. 7. Sive illud Deorum munus, ſive caſus fuit. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 85. Caſus adverſos ſapienter ferre. ¶ Rem in caſum dare, eſt fortunæ permittere, ſive alicujus rei fortunam periclitari. *Tacit. Annal.* 12. *c.* 14. *Liv. l.* 41. *c.* 62. ¶ Caſum, & fortunam Antiqui Deos fecerunt. *Juvenal. ſat.* 10. *v. ult.* ¶ *Plin. in Paneg.* caſum uſurpavit, quo fere Itali uſurpant, ſcil. pro facto, ſeu re. Sedulo, inquit, vitavit hunc caſum. ¶ Apud Grammaticos variæ nominum terminationes caſus vocantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 25. *Gell. l.* 2. *c.* 5. ¶ Caſu, adverb. V. ſuo loco.

Catabaſis, is, f. deſcenſus, a καταβαίνειν, deſcendo. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 21. Solis catabaſi finita. *h. e.* inferiori via, qua ad ſigna hiemalia deſcendit. *Aldus* Græce edidit κατάβασιν rectius.

Catabathmos, i, m. deſcenſus, vel locus declivis, ubi deſcenditur. *Salluſt. in Jug. c.* 20. & 22.

Catabolenſes, in *Cod. Theodoſ.* 14. 3. 9. & 10. Sunt qui onerariis jumentis onera tranſvehunt, & præſertim qui frumenta molenda ad piſtrinum jumentis comportant, ut cenſet *Cujac. l.* 16. *Obſervation. c.* 5. ita dicti a *catabulo*, quod erat ſtabulum jumentorum publicæ utilitati inſervientium. ¶ Scribitur & *catabulenſis*.

Catabolici ſpiritus *Tertulliano de Anim. c.* 28. ſunt genii infauſti, a καταβολή, jactus ex alto deorſum, quia ſæpe eos, in quibus ſunt, proſternunt, ac dejiciunt per furorem. *Tertull. l. de Anima*, *c.* 28. Sed fortaſſe legendum eſt *Procatabolici*, qui Spiritus quidam ſunt, qui non perpetuo adſunt, ſed ex condicto, & quaſi devincti pignore ſe ſe repræſentant, a προκαταβάλλω.

Catacecaumene, κατακεκαυμένη, a κατακαίεσθαι, comburi; eſt regio Sole peruſta, quam Myſi, & Lydi incolunt, omnibus arboribus, præter vites, eruta. *Vitruv. l.* 11. *c.* 6. Hinc

Catacecaumenites, m. vinum generoſum, quod colles in Myſia producunt. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. *Plin. l.* 14. *c.* 7.

Catachreſis, f. 3. κατάχρησις, vox Græca, Latine Abuſio, Tropus, quo nomen ſimile, & proximum adhibetur in iis rebus, quæ proprio nomine carent, ut *parricida* pro interfectore matris, ſororis, fratris, &c. *Virg.* 2. *Æn.* Equum divina Palladis arte ædificant.

Catacliſta veſtis eſt recentiſſima, & modo ex arcula depromta, a κατακλείειν, circumcludo. *Apulej. l.* 11. *Met.* ubi alii leg. *cataclita*.

Catacliſticus, a, um, pretioſus: a κατακλεῖσαι, quia quæ pretioſa ſunt, in arcis condita ſervari ſolent. *Venant. Fortun. l.* 4. *de vita Martini*, *ante med.* ubi tamen alii aliter leg.

Cataclitum, i, ſtragulum, quo lecti accumbentium in triclinio ſternuntur: item ipſe lectus. *Tertull. de Pall. c.* 3.

Cataclyſmus, m. 2. *diluvio*, מבול, Germ. *ſindfluſſ*, Gal. *deluge d'eau*, Hiſp. *diluvio*, κατακλυσμός, diluvium, & inundatio. *Varr.* 3. *de R. R. c.* 1. Thebæ ante cataclyſmum ab Ogyge conditæ dicuntur.

Catadromus, m. 2. Apud Græcos eſt funis e ſublimi parte theatri extentus in inferiorem, per quem funambuli decurrunt, vel alia machina, per quam quis delapſus aliquem rapit, & ſecum aſportat, ut cum Aquila Ganymedem rapit, Aurora Memnonem, Diana Endymionem. *Sueton. in Ner. c.* 11. Notiſſimus Eques Rom. Elephanto ſuperſedens per Catadromum decurrit.

Catadupa, orum, n. *catadupe*, locus in Æthiopia, quæ Ægypto jungitur, ubi per prærupta ſaxa præceps Nilus tanto fragore ruit, ut qui circa ſunt accolæ aurium ſenſum amiſerint. *Senec. Cic. Plin. Macrob.* & *Vitruv.* de his meminerunt.

Catadupi, orum, pop. Æthiopiæ apud catarractas Nili, a quibus ipſæ catarractæ Catadupa vocantur. *Plin.* 6. 29.

Catægis, gidis, f. *vento impetuoſo*, *procella*, καταιγίς, ventus procelloſus, & qui perflat, divellens, & perfringens. *Apulej. de Mundo*. ¶ Eſt etiam hoc nomine ventus peculiaris Pamphyliæ. *Senec. l.* 5. *quæſt. natur. c.* 17.

Catagelaſimus, qui irridet. *Plaut. Stich.* 4. 2. 51. Nunc ego nolo e *Gelaſimo* mihi te Catagelaſimum. Eſt a γελάω, rideo, irrideo.

Catagrapha, orum, *pitture in profilo*, κατάγραφα, imagines obliquæ, quæ varie formant vultus reſpicientes, ſuſpicientes, vel deſpicientes, quas Cimon Cleonæus invenit. *Plin. l.* 35. *c.* 8.

Catagraphus, a, um, κατάγραφος, inſcriptus. Catagraphon linon, apud *Catul. carm.* 25. dicitur linum variis figuris intextum, & quaſi inſcriptum, *ricamato*. Alii legunt *catagraphos Thynos*, h. e. Thynos Bithyniæ populos in lino inſcriptos, quemadmodum, intextos in aulæis Britannos, dixit *Virg.* 3. *Georg.*

Cataguſa, κατάγουσα, hoc eſt quæ reducit. Ita appellatum eſt æreum ſignum a Praxitele factum, Cereris filiam Proſerpinam ab Inferis reducentis. *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Catalecta, orum, n. *raccolta*, τὰ κατάλεκτα, a καταλέγω colligo. Catalecta Maronis appellantur breviora quædam carmina a neſcio quo collecta, & Virgilio adjudicata. *Auſon. in Technopægn. v.* 145.

Catalecticum, n. 2. metrum dicitur, cui una deeſt ſyllaba, ut Jambicum illud ſenarium Horat. *Mea renidet in domo lacunar*. Acatalecticum vero eſt, in quo nihil deeſt, nihil ſuperfluit. *Catull. Phaſelus ille*, *quem videtis hoſpites*. *Priſcian.*

Catalectus, a, um, idem quod catalecticus. *Diomed. l.* 3.

Catalogus, m. 2. *catalogo*, *tavola*, [illegible], Germ. *ein regiſter*, Gal. *catalogue*, Hiſp. *catalogo*, κατάλογος, ſermo, vel ſcriptum, quod numerum, vel ordinem recenſet. Vel enumeratio, ſeu rei, quæ exponitur, ordo. *Plauti* locus in *Mil.* 3. 1. 9. affertur, ſed lectio valde dubia eſt. V. *Taubman.* ¶ Alioqui Catalogus vox eſt militaris, & ſignificat conſignationem, ſeu ſeriem eorum, qui ſtipendia merent. *Auſon. in Periocb. Iliad.* 2. Sequitur enumeratio copiarum viritim, ut per catalogi ſeriem milites, naves, duces patriæ referantur: V. *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 5. *c.* 20.

Catamidio, V. Catomidio.

Catamitus, i, a Veteribus Romanis needum aſſuetis Græcæ linguæ appellatus eſt, qui Ganymedes Græcis dicebatur, & Jovi in deliciis fuiſſe traditur. *Feſtus*. *Vet. Gloſſæ*: Catamitus, γανυμήδης. *Plaut. Menæch.* 1. 2. 35. Ubi Aquila Catamitum raperet, aut Venus Adoneum. ¶ Sumitur & pro Amaſio. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Hic eſt carus Endymion, hic Catamitus meus. Hinc aliqui Catamitum putant dictum, quaſi κατὰ μισθόν, ut ſit idem, quod puer meritorius. ¶ Item pro pocillatore; quo munere fungebatur apud Jovem Ganymedes. *Apul. l.* 11. *Mileſ.* Vidi Simiam Catamiti paſtoris ſpecie aureum geſtantem poculum. Adde *Auſon. Epitaph.* 37. ¶ Item generaliter pro molli, & effœminato. *Cic. Phil.* 2. *c.* 31. Ergo ut te catamitum nec opinato cum oſtendiſſes, &c.

Catana. Catina, *Catania*, urbs Siciliæ, in ora Or. maris Jonii, unde ſinus Catanenſis, in reg. Valle Dæmona, Ætnæ M. finitima.

Cataphages, æ, m. *mangione*, *ſcialacquatore*. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 39. *Burm.*

Cataphracta, f. 1. *armatura*, καταφρακτή, eſt tegmen lineum ferreis ſquamis conſertum, quod modo pectus, modo totum hominem, & totum equum munit, quo tum pedites aliquando uſi ſunt, tum equites. De peditum cataphractis teſtatur *Veget. l.* 1. *de re milit. c.* 20. De equitum vero *Tacit. l.* 1. *hiſtor. c.* 79. ¶ Fuit in uſu apud Perſas maxime, & apud Sarmatas. *Tacit. l. c.*

Cataphractarii, m. 2. qui cataphractis muniti ſunt, al. clibanarii. *Lamprid. de Alexan. cap.* 56. Cataphractarios decem millia in bello interemimus. Adde *Trebel. in Claud. c.* 16.

Cataphractus, a. 1. 2. *armato da capo a piedi*, [illegible], Germ. *kuiſſet*, Gal. *armé de toutes pieces*, Hiſp. *hombre armado de todo*, κατάφρακτος, undique munitus, a καταφράσσω, armis munio, ut Cataphracti equites, qui & ipſi lorica muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. *Liv. l.* 37. *c.* 40. Tria millia cataphractorum equitum.

Catapirates, æ, m. 1. καταπειρατής, vel potius καταπειρατηρία, inſtrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant, *ſcandaglio*. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 12. Ne peſſum abeat, tanquam catapirates maris. Adde *Iſid. Orig. l.* 19. *c.* 4.

Cataplaſma, atis, n. 3. *empiaſtro*, Ger. *ein pflaſter*, κατάπλασμα, emplaſtrum, malagma, compoſitum ex viridibus ſimplicibus decoctis, & contuſis, vel ex aliis rebus in uſum Medicinæ, a κατά, de, ex, & πλάσμα, figmentum. *Plin. l.* 20. *c.* 17. *Celſ. l.* 3. *c.* 19.

Cataplaſmo, as, are, cataplaſma impono. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 3. Cataplaſmanda exteriora.

Cataplaſmus, m. idem quod cataplaſma. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 210.

Catapiexis, f. 3. κατάπληξις, h. e. horror, admiratio, ſtupefactio. Græca vox a *Lucretio* uſurpata *l.* 4. *v.* 1157.

Cataplus, i, Græca vox, κατάπλους, & proprie dicitur, cum ex alto rediens navis, atque in portum, unde exierat, remeat, ſicut contra cum e portu ſolvitur, ἀνάπλους, dicitur. ¶ Hinc ſæpe pro ipſa claſſi appulſa accipitur. *Mart. l.* 12. *epigr.* 75. Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus. Al. leg. *cataſtus*. *Auſon. de claris Urbib. in Narbone*, *ad fin.* Toto tibi navigat orbe cataplus. Adde *Sidon. lib.* 7. *epiſt.* 7. & *lib.* 6. *epiſt.* 8. Quin & *Cic. pro Rabir. Poſt. c.* 14. Cataplus ille Puteolanus, ſermo illius temporis, &c. Ubi Alexandrina claſſis intelligitur Puteolis portum ingrediens.

Catapotia, orum, n. 2. *pilole*, καταπότια, pilulæ, a καταπίνω, deglutio, devoro, quoniam neque editur, neque lingitur id genus, ſed devoratur. *Plin. l.* 26. *c.* 8. *Celſ. l.* 5. *c.* 25. & *Scribon. Larg. Compoſit.* 105.

Catapulta, f. 1. καταπέλτης, machina bellica, qua tela, aut ſaxa longius jaciebantur, a πέλτη, haſta, vel a πάλλω, vibro. A Syris ante Dionyſium inventa eſt. *Plin. l.* 7. *c.* 56. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 2. & 9. *Sidon. Carm.* 12. *v.* 123. Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares. ¶ Accipitur etiam pro telo. *Plaut. Curcul. a.* 3. *v.* 68. Nam illæcce catapultæ ad me crebro commeant. V. ibi *Taubman.*

Catapultarius, a, um, ad catapultam pertinens. *Plaut. Curc.* 5. 3. 11. Ex te hodie faciam pilum catapultarium. *h. e.* quod ejicitur catapulta.

Cataputia, V. Lathyris.

Cataracta, f. 1. ſive cataractes, m. 1. ſive etiam geminato r catarracta, vel catarractes, *caterata*, [illegible], καταράκτης, καταρράκτης, locus eſt præruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potius, quam fluit, ut ſunt cataractæ Nili, a καταράσσω, cum impetu dejicio, defluo. *Plin. l.* 5. *c.* 9. *Lucan. l.* 10. *v.* 315. ¶ Dicuntur item catarractæ, portæ quædam ex funibus, aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti poſſunt, cujuſmodi in urbium portis videmus, ut, ſi hoſtium pars intrarit, illis demiſſis incluſi extinguantur. *Liv. l.* 27. *c.* 28. *Veget. l.* 4. *c.* 4. ¶ Item portæ, quibus demiſſis, fluminum aquæ retinentur, elatis emittuntur. *Plin. l.* 10. *v.* 62. ¶ Item aves Diomedeæ in Apulia, fulicis ſimiles, dentatæ, oculis igneis, corpore candido, quia ex more omnium avium prædatricium ſuperne cum impetu ſe in prædam immittunt. *Plin. l.* 10. *c.* 44.

Cateractria, vel Catarractria, æ, aromatis, ſeu condimenti genus, joculariter fictum a coquo *Plaut. Pſeud. c.* 3. 2. 47.

Catarractes, is, m. 3. *Caſcata di Tivoli*, caſus Anienis fl. apud Tybur urb. in Latii, Sabinorumque confinio. ¶ Catarractes Danubii, *Sevvvrenſſel*, locus Norici, in Auſtria, infra Leaſiam urb. ubi in Danubio naviga periclitantur.

Catarrhytus, irriguus. *Plin. l.* 5. *c.* 4. ait, Hipponem Africæ oppidum propter irriguos fontes catarrhytum dictum.

Catarrhus, i, m. *catarro*, *diſtillazione*, κατάῤῥους, deſtillatio, defluxus humoris

moris noxii a capite ad nares, vel ad fauces, &c. *Marcell. Empir. c.* 5. *Plin. Valerian. l.* 1. *c.* 8.

Cataſcopium, n. 2. navis exploratoria, a κατασκοπέω, circumſpicio. Afferunt locum ex *Cic. l.* 3. *ad Attic. epiſt.* 11. Sed lectio varia eſt. Refert hanc vocem inter alia navium nomina *Gell. l.* 10. *c.* 15.

Cataſcōpus, i, m. *ſpia*, explorator, ſpeculator, a σκοπέω, exploro. *Hirtius de B. Afric. c.* 26. Litteris per cataſcopum miſſis.

Cataſta, f. 1. *la catasta*, machina, vel locus, ubi venales ſervi exponebantur, a καθίστημι, ſtatuo, colluco. *Suet. de Illuſtr. Grammat. c.* 13. ¶ Erat & cataſta privata, in qua mangones pueros formoſos collocabant, ut venderent, quæ a *Martiale lib.* 9. *epigr.* 60. arcana dicitur. ¶ Cataſta item equuleus erat, in qua homines torquebantur. Sed alii compedem ligneum intelligunt. V. *Caſaub.* ad illud *Perſii Sat.* 6. *ad fin.* Ne ſit præſtantior alter Cappadocas rigida pingues plauſiſſe Cataſta.

Cataſtalticus, a, um, κατασταλτικός, cohibendi, & reprimendi, aut ſupprimendi vim habens.

Cataſtrŏphe, Cataſtropha, æ, f. 1. καταστροφή, ſubverſio, a καταστρέφω, ſubverto. Hinc extrema pars fabulæ cataſtrophe dicitur, quod in ea res turbulentæ in lætum exitum convertantur, ut in Comœdiis, aut contra res lętæ ſortiantur triſtem exitum, ut in Tragœdiis. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 54. *editione Burm.*

Cataſtus, m. 2. ſervus venalis, a cataſta. *Vitruv. l.* 8. *Martial. l.* 12. *epigr.* 73. Sed in *Vitruvio* alii legunt *catalſtroe*, canoræ vocis, a καταστράω, clamo, alii *catlaſtros*, a catulire: in *Martiale* aliqui legunt *cataplus*, navigatio, adventus navis, locus, quo navigatur. V. Catlaſter.

Catatechnus, κατάτεχνος, artificioſus, induſtrius. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. Callimachus propter elegantiam, & ſubtilitatem artis marmoreæ ab Athenienſibus catatechnus fuerat nominatus. Al. leg. *cacizotechnus*.

Catax, acis, n. 3. *zoppo*, claudus, quaſi cadax, a cadendo, vel quaſi κατάξ, a κατάγω, confringo, cujus fractos habens pedes. *Feſtus*, *Non. c.* 1. *n.* 100. *Lucil.*

Cate, *accortamente*, prudenter, aſtute, callide. *Plaut. Men.* 2. 3. 61. Quæ te novit tam cate. *Cic. in Arat. v.* 304. Jam tornare cate contortos poſſet orbes.

Catechēſis, is, f. *iſtruzione*, κατήχησις, inſtitutio, eruditio. Ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus ſumitur pro inſtitutione elementorum Religionis Chriſtianæ. *Hieronym. epiſt.* 31. *ad Pammach. c.* 4.

Catechiſmus, i, m. idem quod catecheſis, κατηχισμός. *Auguſtin. de Fide, & operib. c.* 13.

Catechiſo, vel Catechizo, as, are, primis Chriſtianæ fidei rudimentis imbuere, erudire. *Tertul. de corona, c.* 41. *& alibi*.

Catechumĕnus, m. 2. κατηχούμενος, qui myſteriis religionis erudiuntur, a κατηχέω, quod eſt erudire, inſtituere. *Tertul. de corona, c.* 2. ¶ Catechumena, æ, in fem. gen. apud *Auguſtin. epiſt.* 169.

Categoria, f. 1. κατηγορία, accuſatio, a κατά, contra, & ἀγορέω, loquor. *Macrob. Saturn.* 7. 3. ¶ Sed *Ariſtoteli* categoria, ſeu categorema eſt prædicamentum. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1.

Categoricus, a, um, adject. q. d. prædicamentalis. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 9. Categoricis ſpiris lubricas quæſtiones nodare.

Catęja, æ, genus teli, quo utebantur Teutones, & Galli. *Virg.* 7. *Æn. v.* 741. Teutonico ritu ſoliti torquere catejas. V. ibi *Serv.*

Catella, æ, f. 1. diminut. a catena, monile muliebre. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 55. Sæpe catellam, ſæpe periſcelidem raptam ſibi flentis. ¶ Erat & virile ornamentum, virtutis præmium. *Liv. l.* 39. *c.* 31. Quintius ſuos equites catellis, ac fibulis ornavit. ¶ Præterea catella idem eſt ac canicula *cagnolina*. *Juven. Sat.* 6. *v.* 653. Morte viri cupiant animam ſervare catellæ.

Catellus, i, *cagnolino*, σκυλάκιον, diminut. a canis, vel a catulus. *Cic.* 2. *Divin. c.* 46. Catellus mortuus. ¶ Item genus vinculi. *Plaut. Cur.* 5. 3. 13. Te hodie faciam cum catello ut accubes, ferreo ego dico.

Catēna, f. 1. *catena*, [illegible], Ger. *ein Ketten*, Gal. *chaine*, Hiſp. *cadena*, ἅλυσις, vinculum ferreum ex connexis anulis, a καθ' ἕνα, ſuper unum, quia varios anulos jungit. *Cic.* 7. *Ver.* Hominibus miſeris, innocentibuſque injici catenas imperat. Sic indere catenas apud *Plaut.* compeſcere, & vincire catenis, apud *Horat.* & *Ovid.* ¶ Catenæ etiam dicuntur lignea illa vincula, quibus aſſeres trabibus contignationis, tectove eſſiguntur. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. *Pallad. l.* 1. *de R. R. c.* 13. ¶ Translate *Cic. pro Sext. c.* 7. Hanc terram, immanemque belluam conſtrictam legum catenis, &c.

Catenarius, a. 1. 2. qui catena ligatur, ut canis ad fores domus cauſa cuſtodiæ. *Sen. l.* 3. *de Ira, c.* 37. Iraſceris catenario cani.

Catenatio, f. 3. *incatenatura*, *legamento*, conjunctio rerum inter ſe. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Ab lentitudine firmas recipiunt catenationes, ſcil. trabium colligationes.

Catenatus, a. 1. 2. *catenato*, [illegible], Ger. *mit Ketten gebunden*, Gal. *enchainé*, Hiſp. *encadenado*, ἁλυσιδωτός, catena vinctus. *Martial. l.* 7. Nulla catenata pila eſt præcincta lagenis. *Horat. Epod.* 7. *v.* 7. Catenatus Britannus. ¶ Catenati labores, per tranſlationem, id eſt, ſeſe viciſſim ſequentes. *Martial. l.* 1. *epig.* 16. Expectant curæque, catenatique labores.

Catēno, as, a. 1. *legare*, ἁλυσόω, catena ligo. *Venant. Fortunat. l.* 8. *carm.* 4. *v.* 268. Bractea gemmatam cycladem fila catenant.

Catenoplium, κατενόπλιον, ſpecies fuit rhythmi, carminiſque, ad quod ſaltabant veteres arma quatientes, ut apud *Suidam* legimus. *Auſon. epiſt.* 10. *v.* 41. Nobiſcum invenies catenoplia, ſi libet ire. Al. aliter leg.

Caterva, f. 1. *caterva*, *ſquadrone*, *ſquadra*, [illegible], Germ. *hauffen Kriegſvolck*, Gal. *brigade*, *trouppe*, Hiſp. *caterva*, στῖφος, præcipua pars exercitus apud multas Barbaricas gentes, ut *Legio* apud Romanos. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 2. ¶ Uſurpatur ſæpiſſime de quacumque militum manu. *Nepos in Chab. c.* 1. Catervę conductitiæ fugatæ. ¶ Aliquando ita adhibetur, ut dicatur tantummodo de multitudine peditum, *ſquadra d' infanteria*: ſicut *turma* de equitibus dicitur. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 190. equitum turmę, peditumque catervæ. ¶ Dicitur etiam de quacumque hominum multitudine. *Cic.* 3. *de Or. c.* 30. Catervæ, & conventus hominum.

Catervarius, a, am, adject. *Suet. Aug. c.* 45. Spectavit pugiles, non legitimos, atque ordinarios modo, ſed & catervarios temere pugnantes. *h. e.* catervatim confertos, *a frotte*.

Catervātim, *in frotta*, ἰλαδόν, per varias catervas. *Liv. l.* 23. *c.* 27. Cum alii catervatim currerent.

Catharticus, a. 1. 2. καθαρτικός, purgatorius, ut Medicamentum catharticum, quod vulgo purgationem vocant, a καθαίρω, purgo, expio, luſtro. *Celſ. l.* 2. *c.* 12. Omnibus catharticis aloe miſcenda eſt.

Cathĕdra, f. 1. *ſedia*, [illegible], Ger. *predigſtul*, *catheder*, Gal. *chaire*, *ſiege*, Hiſp. *catedra*, *ſilla*, καθέδρα, ſella ſublimior recitatorum, aut declamatorum. *Martial. l.* 12. *epigr.* 100. De cathedra quoties ſurgis. *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. *v.* 91. Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras. ¶ Erat autem cathedra, ut diximus, ſublimioris ſellæ genus, cum ſuppedaneo, & aliquando cum umbella, qua poſtea uſi Epiſcopi, & Profeſſores. De ea non pauca *Savaro ad Sidon.* ¶ Item ſella velata, qua feminæ geſtari per urbem ſolebant. *Martial. l.* 12. *epigr.* 38. Hunc, qui femineis noctesque, dieſque cathedris Incedit, &c. ¶ Dicitur etiam de quacumque ſella *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 47. Quæque reportandis poſita eſt orcheſtris. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Cathedra ſupina. *una poltrona*.

Cathedralicius, a, um. *Martial. l.* 10. *epigr.* 13. Cum cathedralicios portet tibi rheda miniſtros. h. e. molles, & effeminatos pueros, & feminis ſimiliores, quam viris. *Cathedra* enim feminæ maxime utebantur tum domi, tum foris.

Cathedrarius, a, um, aliud adject. a cathedra, ut Cathedrarii ſervi, qui cathedram portant, apud *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 11. ¶ Cathedrarius Philoſophus, & Cathedrarius Orator, qui cathedra ad docendum, vel dicendum utitur. *Senec. epiſt.* 11. & *de Brev. vitæ, c.* 10.

Cathemerinon, καθημερινῶν, hus eſt quotidianorum. Græca vox, qua *Prudentius* partem poematum ſuorum inſcripſit, ubi hymnos poſuit variis diei horis, & aliquos etiam ſolemnioribus feſtis decantandos.

Cathĕtus, i, κάθετος, linea perpendicularis, vox geometris nota. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Lineæ, quæ catheti appellantur.

Catholice, adverb. a catholicus. *Tertul. adverſ. Hæret. c.* 26. Regulam fidei ſuperinducerent contrariam illi, quam catholice in medium proferebant. *univerſalmente a tutti*.

Catholiciāni, orum, m. miniſtri Catholicorum, *in Cod. Juſtin. l.* 9. *tit.* 49. *leg. penult.* ¶ Porro *Catholici* dicti ſunt aliquando Procuratores fiſci, qui exigendis tributis præerant, præſertim in provincia Africa. *Cujac.* & Du Freſne *in Gloſſar.*

Catholicus, a. 1. 2. *cattolico*, *univerſale*, Ger. *allgemein*, Gal. *univerſel*, Hiſp. *univerſal*, καθολικός, univerſalis, a κατά, idest circa, & ὅλον, totum, quaſi circa omnia verſatus. *Plin. l.* 1. *hiſt. natur. in elencho libri* 2. *n.* 15. Catholica ſiderum errantium. *h. e.* ea, quæ univerſim pertinent ad ſidera errantia. Sic *n.* 55. Catholica fulgurum. ¶ *Catholica fides* eſt Fides Chriſtiana: & *Catholici*, Chriſtiani. *Prudent. periſteph.* 4. *v.* 24. & 30.

Cati fons dicebatur, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluebat, quia in agro erat cujuſdam Cati. *Feſtus*.

Catilina, m. 1. Patritius Romanus, qui cum multis aliis ex Nobilitate contra Rempub. conjuravit, exercitu etiam in Etruria parato adverſus Patriam. Detecta conjuratione nonis Decembris prudentia M. T. Ciceronis tum Conſulis, in exilium conceſſit. Inde exercitum Romam verſus movit. Victus a C. Antonio altero Conſule in prælio deſperatiſſime pugnans interiit. *Cic. in Catil. pro Mur. pro Flacc. pro Sylla, pro Arch. &c.*

Catilinārius, & Catilinarius, a, um, adject. a Catilina, ut Catilinaria prodigia, apud *Plin. l.* 2. *c.* 51. *Cic. Catil.* 2. *c.* 10. Catilinarium Seminarium. Et *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Catilinarium bellum.

Catilla, æ, f. 1. videtur eſſe diminut. femin. a catulus, i. e. parva canis. *Plaut. Caſ.* 3. 2. 22. Vide ibi *Taubmann.*

Catillamenta, orum, quaſi catillationes, apud *Arnob. l.* 2. *p.* 73. Ubi al. leg. *Caſtellamenta*. V. Caſtellamentum.

Catillatio, f. 3. λειχεία, actus lingendi. *Feſt.* Catillatio grave opprobrium objiciebatur hominibus generoſis, ſi qui provincias amicas pop. Rom. expoliaſſent.

Catilli, m. 2. pop. Sabinorum ad Catillum montem. *Sil. l.* 4. *v.* 223. Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli, &c.

Catillo, as, a. 1. *leccare i piatti*, Ger. *teller lecken*, Gal. *lecher les plats*, Hiſp. *lamer los platos*, λειχάζω, eſt catinos lingere, a catillus, dimin. catinus. Sed *Fulgent. de priſco Serm. n.* 22. dicit catillare eſſe per alienas domos gyrare, al. ligurire, tractum a catulis, qui per omnes domus circum eunt. *Plaut. Caſ.* 3. 2. 22. Operam uxoris polliceor foras quaſi catillatum. Ita legit *Lambinus*. V. *Taubman.*

Catillo, onis, m. 3. *lecca piatti*, [illegible], Ger. *tellerſchler*, Gal. *friand*, *gourmand*, Hiſp. *goloſo*, *lamedor*, λείχων, liguritor, & generatim guloſus, a catillis, idest catinis lingendis. Proprie catillones dicti ſunt, qui ad ſacrificium Herculis ultimi cum venirent, catillos liguriebant. Translate etiam lupi piſces a *Lucilio* dicebantur *catillones*, qui inter duos Tiberis pontes proxime ripas ſtercore veſcerentur. Hæc omnia docet *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 12. *in fi.*

Catillus, i, m. 2. dimin. parvus catinus. *Colum. l.* 12. *c.* 27. Mittorum in catillo componere. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 3. *n.* 5. Catillus ligneus. ¶ Eſt etiam inferior molæ pars, de qua V. in Mola.

Catillus filius Amphierai, qui cum fratribus Corace, & Tiburto in Italiam venit, & urbem condidit, quam a Fratre Tibur vocavit. *Sil.* 8. 366. ¶ Item mons, *Monte di Tivoli*, apud Tibur urb. & Anienem fluvium. *Serv. ad* 7. *Æn. v.* 672.

Catina, æ, orbs Siciliæ, eadem ac Catana. *Plin.* 3. 8.

Catinenſis, e, adject. a Catina Siciliæ Urbe, ut Catinenſis pumex, apud *Juven. Sat.* 8. *v.* 16. Si tenerum attritus catinenſi pumice lumbum. *h. e.* qualem pumicem Ætna Catinæ vicinus evomere ſolet.

Catinus, m. 2. & catinum, n. 2. *catino*, *conca*, Ger. *eine ſchüſſel*, Gal. *baſſin*, Hiſp. *fuente*, πίνακιον, vas ingens eſcarium, in quo pultem, aut jurulenti quid ponebant, a capiendo, vel a κάτινον, vas Siculorum, ubi aſſa ponebant. *Var.* 1. *R. R.* 63. In ſole ponere aquæ catinos. *Cato R. R. c.* 84. Catinum fictile. ¶ Catinus item dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Quæ a catino jactatur ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria.

Catius, ii, Deus apud Romanos, qui pueris præerat, ut eos, *catos*, *h. e.* ſolertes, & prudentes faceret. *Auguſt. de Civ. Dei* 4. 21.

Catlaſter, ſtri, grandior puer, adoleſcentulus. *Vitruvio* hanc vocem reſtituit *Turneb. l.* 24. *Adverſ. c.* 7. pro eo quod vulgo legebatur *cataſtus l.* 8. *c.* 4. Catlaſtri autem forma, quam *Chariſius* habet *l.* 1. contracta eſt ex *Catulaſter*, quod in diminutivis ex *Catulus*, *Priſcianus* ponit *l.* 3. Gloſſ. Vet. Catulaſter, ἔφηβος. Et Gloſſa Cyrill. Catulaſter, παλλήξ. ¶ Hinc *Catulaſtra*, æ, qua uſus *Dracontius l.* 2. *ad fin.* Non catulaſtra gerit puerilia.

Catlitio, V. Catulitio.

Catoblĕpas, æ, m. καταβλέπων, fera in Æthiopia ad Nili caput, capite prægravi, & deorſum flexo. *Plin.* 8. 21.

Catochites, m. 1. κατοχίτης, gemma, quæ cujuſi gummi manum impoſitam retinet. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Catomidio, as, a. 1. eſt ἀπ' ὤμων τύπτειν, humeros verberare, a catomum. *Petron. Satyr. c.* 132. Vocat cubicularios, & me jubet catomidiari. *Spartian. in Adrian. cap.* 18. Decoctores bonorum ſuorum catomidiari in amphitheatro & dimitti juſſit. Ita leg. *Salmaſ.* & *Gruter.* ¶ *Caſaub.* retinet *catomidiari*: & ſic *catamidio, as*, ſignificat publice irriſui præbere, ac ludibrio, κωμῳδεῖν.

Catōmum, i, eſt commiſſura cervicis cum humeris, ut explicat *Scalig. ad Manil.* ex græco κατ' ὤμων. *Turneb.* vero cenſet, eſſe vinculum, aut catenam. V. Catonium. ¶ Hinc catomo, vel catomis cædere, eſt ſcapulas verberare: quod ſæpe legitur in vetuſtis Martyrologiis.

Catōnes. Familia Catonum ex Tuſculano municipio ortum traxit. *Cic.* 2. *de Leg. pro Sylla, pro Plancio*, &c. Primus M. Porcius Cato ſe Romam contulit, amicitia, & ſuaſione Val. Flacci. Natus eſt Q. Fabio Maximo, eo, qui Tarentum recepit, primum Conſule. *Idem de Sen.* Fuit æquiis Africani Superioris, & Q. Fabii Maximi. Geſſit Cenſuram ſumma ſeveritate. Hinc Cenſorius dictus eſt. Scripſit hiſtoriam, *Id.* 1. *de Leg.* Scripſit libros

bros de originibus rerum, item de re ruſtica, & alia. *Id. de Sen. 4. Tuſc. in Brut.* Reliquit plurimas orationes, in quibus omnes Oratoriæ virtutes inerant. *Id. in Brut.* Fuit Stoicus, ſed ſumma humanitate. *Id. in proœm. Parad. pro Mur.* Sapiens cognominatus eſt. *Id. 3. Offic. de Amic.* Filium præſtantiſſimum genuit, qui ante patrem mortuus eſt Prætor deſignatus. *Id. 3. Offic.* Diutiſſime vixit, & floruit in ſenectute. *Id. de Amic. de Sen.* Linguam Græcam in ſenectute didicit. *Id. de Sen. 2. Acad.* Vixit annos 85. & mortuus eſt L. Marcio, M. Manilio Coſſ. annis 86. ante Cic. Conſulem. *Id. in Brut.* Ejus elogium habes apud *Liv. l. 39. c. 40.* ¶ Fuere multi alii Catones, omnes viri graviſſimi, vitamque agentes ex diſciplina Stoicorum. In iis celeberrimus eſt M. Cato, cognomento Uticenſis, Imperator in Africa. Hic, cum cæteri omnes in Africa ſe Cæſari traderent, mortem ſibi ſuis manibus maluit Uticæ conſciſcere, quam Tyranni vultum aſpicere. *Cic. 1. Offic.*

Catoniānus, a, um, ad Catonem pertinens. *Cic. 7. Fam. epiſt. 25.*

Catonium, ii. n. 2. locus Inferorum, a κάτω, deorſum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 25.* Vereor, ne in catonium Catonianos; ideſt, metuo, ne Cæſar me, teque, qui Catonem extollimus, ad Orcum demittat. Sed alii legunt *catonem*, alii *catoniam*, a Charonte, *Laberius*: Tollet bona fide vos Orcus nudos in Catonium. *Gell.* hanc vocem ſordidam putat, *l. 16. c. 7. Turneb. l. 1. Adverſ. c. 28.* legit *catonem*.

Catopyrītes, κατοπυρίτης, gemma in Æthiopia. *Plin. l. 37. c. 10.*

Catta, æ, f. *Martial. l. 13. epigrammate 69. cujus lemma eſt Cattæ.* Pannonicas nobis numquam dedit Umbria cattas. Mavult hæc domino mittere dona Pudens. *Martial.* tum in præcedentibus, tum in ſequentibus diſtichis de variis avibus agit: quare etiam *cattæ* iſtæ inter aves cenſendæ ſunt, & quidem Pannoniæ peculiares, ut ipſe *Martial.* indicat (quamvis non conſtet, quodnam avium genus hoc nomine deſignetur) Neque audiendi ſunt, qui muſtelas ſilveſtres eſſe putant, multo minus, qui *feles* interpretantur.

Catti, orum, pop. Germaniæ, ubi nunc Haſſia, *Heſſen*, cum parte Turingiæ, & Brunſuicenſis Ducatus, prope Viſurgim flu. & Cheruſcos pop. quorum primaria Caſtellum Cattorum, *Caſſel*. *Tacit. de Germ. cap. 30.* ¶ Apud *Plin. 4. 14.* legitur *Chatti*.

Catŭla. V. Catulus.

Catularia, f. 1. porta Romæ, dicta, quia non longe ab ea ad placandum caniculæ ſidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, ut fruges flaveſcentes ad maturitatem perducerentur. *Feſt.*

Catulaſter, & Catulaſtrum V. in Catlaſter.

Catuli, familia Romæ nobiliſſima. Hinc Q. ille Lutatius Catulus, qui Pœnos apud Ægades inſulas navali prælio ſuperavit. Hinc Q. Catulus Orator fil. M. Catonis majoris, ſumma vitæ, & naturæ comitate, dulciſſimo ſono vocis, incorrupta Latini ſermonis integritate. *Cic. in Brut. 2. & 3. de Orat. 1. & 2. Offic.* A Mario bello civili mori juſſus, cum exilium deprecaretur, hauſtis ardentibus carbonibus ſe præfocavit. *Id. 5. Tuſc. 3. de nat. Deor.* Reliquit orationes, & librum de ſuo Conſulatu, & ſuis rebus geſtis. *Id. in Br.* Habuit filium eodem nomine, & eadem comitate vitæ, & ſermonis. *Id. 1. Offic.*

Catuliānus, a, um, adject. a Catulo, nomine R. ut Catuliana Minerva, a Q. Lutatio Catulo Romæ infra Capitolium dicata. *Plin. l. 34. c. 8.*

Catulīnus, a, um, n. 1. 2. *di cagnolino*, σκυλάκειος, ex catulo. *Plin. l. 29. c. 4.* In cœnis Deum etiamnum ponitur catulina. *ſc.* caro.

Catulio, n. 4. σκυζάω, eſt geſtire, proprium canum, cum libidine laſciviunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 9.* Tum dicuntur catulire. ¶ Tranſlate *Laber. apud Non. c. 2. n. 171.* Lupa catuliens. *h. e.* meretrix ἀνδρὸς ὀρέγουσα.

Catulitio, f. 3. σκυζηθμός, eſt, cum ſtatis anni temporibus canes ad Venerem inſtantur. *Plin. l. 16. c. 25.* Catulitionem, inquit, vocant geſtiente natura fœmina accipere. In quodam MS. apud Harduin. & Turneb. legitur *catlitionem* per ſyncopen.

Catulliānus, a, um, adject. a Catullo, ut baſia Catulliana, *Martial. l. 11. epigr. 7.*

Catullus, m. 2. Poeta Veronenſis, natus Syllæ, Mariique temporibus, in poemate cum laſcivus, tum mordax, quippe qui Cæſari maximo tunc viro minime pepercit, Jambis eum criminatus. Reconciliatus nihilominus eodem die ab eo cœnæ adhibitus eſt. *Sueton.* Amavit Ipſithillam, & Clodiam, quam Lesbiam vocat. Scripſit de paſſere ſuæ Lesbiæ, & alia multa. Mortuus eſt Romæ. *Ovid. l. 2. Triſt.* ¶ Alius fuit Catullus urbicarius mimographus, de quo meminit *Juvenal. ſat. 13. v. 11. & ſat. 8. v. 185.*

Catŭlus, m. 2. *cagnolo*, *picciol cane*, גור, Germ. *ein jung hündlein*, Gal. *un petit chien, ou un petit de quelque autre bete*, Hiſp. *cachorro*, σκυλάκιον, parvus canis, a *caniculus*, vel a *catus*, ſagax. *Cic. de Nat. Deor.* Omnia in perfectis, & maturis meliora, ut in equo, quam in equulo, in cane, quam in catulo. ¶ Sed ſæpe large ponitur pro fetu omnium animalium, ſive immanium, ſive mitium, præterquam avium. *Plin. 8. 4.* Raptor appropinquante tigridis fremitu abjicit unum ex catulis. Sic *Virg. 3. Georg. v. 438.* *Catulos* uſurpat de filiis viperæ. ¶ Eſt etiam genus vinculi, quod & canis dicitur. *Lucilius* apud *Feſtum*. Cum manicis, catulo, collarique. ¶ Catula in femin. eſt *Aurel. Vict. in epit. c. 23.* Indomitæ, & rabidæ libidinis catula. ¶ Aliter catuli longe olent, aliter ſues: proverb. eſt in diſſimiles ac diſpares, apud *Plaut. Epid. 4. 2. 9.* ¶ Eſt etiam Catulus cognomen familiæ Romanæ de qua V. in Catuli, ſup. & tunc veriſimile eſt non a *cane*, deduci, ſed a *catus*, prudens, ſagax.

Catumēum, i, libi genus in ſacrificiis adhibiti. *Arnob. l. 7.*

Catus, a, um, n. 1. 2. *accorto*, *ſagace*, Ger. *liſtig*, *verſchlagen*, *weiſe*, Gal. *fin*, *ruſe*, *accort*, Hiſ. *aſtuto*, *prematado*, πανοῦργος, ſapiens, peritus, acutus, quaſi cautus, a *caveo*. *Plin. l. 7. c. 31.* ait catos, & corculos a ſapientia dictos. *Ennius* apud *Cic. 1. Tuſc. c. 9.* Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus. Adde *Horat. l. 1. od. 10. & l. 3. od. 12.* ¶ Cum infinito *catus canere* dixit *Apulej. in Floridis*.

Catus, i, m. 2. machinæ militaris genus, quam etiam vineam, & pluteum dixerunt, ſub qua miles latebat muros oppugnaturus. *Veget. de re milit. l. 4. c. 15. Turneb. l. 11. adverſ. c. 24.* ¶ Item felis, αἴλουρος, *gatto*. *Pallad. in Mart. tit. 9.* Contra talpas prodeſt catos frequenter habere in carduetis.

Cavædium, dii, n. 2. hoc eſt cavum ædium, *corte*, *cortile*, Ger. *vorhaus*, Gal. *baſſe cour*, Hiſp. *patio*, locus ſub dio vacuus, in mediis ædibus, ad communem omnium uſum. Hujus quinque ſunt genera, Tuſcanicum, Corinthium, tetraſtylon, diſpluviatum, & teſtudinatum. *Varro l. 4. de L. L.* duplex cavædium facit, alterum tectum, ſub dio alterum. *Plin. l. 2. epiſt. 17.* A tergo cavædium, porticum, aream. *Vitruv. l. 6. c. 3.* disjunctim, *Cava ædium* protulit.

Cavāmen, inis, n. 3. caverna, cavum. *Solin. c. 14. (al. 9.) de Macedonia:* In latebroſis rupium cavaminibus.

Cavaticus, a, um, adject. ὀπαῖος, ut cochleæ cavaticæ, *Plin. l. 30. c. 6. h. e.* quæ in cavis terræ degunt.

Cavatio, onis, f. 3. excavatio, cavandi actio. *Var. l. 4. de L. L.* Sinus majorem cavationem, quam pocula, habet.

Cavātor, oris, m. 3. qui excavit, *ſcavatore*. *Plin. l. 10. c. 18.* Picus cavator arborum. ¶ Item ſcalptor gemmarum, vel lapidum: pro quo legitur etiam *cabator*. *Inſcript. Grut. p. 652. n. 1.* Cabatores de via ſacra ſecarunt ſibi &c. V. *Salmaſ. in not. ad Vopiſ.*

Cavatūra, æ, f. 1. idem quod cavatio, ut cavatura temporum. *Veget. l. 1. c. 25. de re veterin.* Cavaturæ dentium, *Marcell. Empir. c. 12.*

Cavatus, a, um, nom. ex particip. a cavo, as, excavatus, *ſcavato*. *Cic. 2. de Leg. c. 18.* Lignum cavatum. *Tertul. adverſ. Hermog. c. 29.* Segregatis aquis in cavatiorem ſinum.

Caucālis, lis, f. 3. herba, fœniculo ſimilis, brevi caule, flore candido. *Plin. l. 22. c. 22.*

Caucaſiæ Portæ, Portæ Iberiæ, Pylæ Iberiæ, *Demircapi*, ſeu *Themircapi*, locus quidam Iberiæ anguſtiſſimus, 220. paſſuum, al. 300. in Albaniæ confinio, inter montem Caucaſum, & mare Caſpium, vel melius Hyrcanum, prope Cyrum fl. circa Harmaſtin urb. in cujus rupe *Cumania* caſtellum eſt. Nec alibi tranſitus ex Iberia in Albaniam conceditur. Magno errore a nonnullis cum Caſpiis Portis confunduntur, ut Plinius monet. Nam Caſpiæ Portæ ſunt anguſtiæ montis Tauri, in Regno Perſarum, haud procul a Caſpio mari, ubi tranſitus eſt inter Mediam, & Parthiam. Nunc apud Caucaſias Portas urbs eſt, Emporium, & præſidium, quæ *Derbent* vocatur ab exteris, quod anguſtias ſignificat, & a Turcis *Demir*, ſeu *Temircapi*, ideſt, ferreæ portæ, non quod ibi ſint portæ ex ferro conſtantes, ſed quod locus adeo munitus ſit, ut quemvis hoſtilem impetum facile ſuſtineat. Gaudet portu ſatis capaci.

Caucaſigĕna, æ, ad Caucaſum genitus. *Sidon. l. 4. ep. 1.* Caucaſigenæ Alani.

Caucaſius, & Caucaſēus, a, um, adject. ad Caucaſum pertinens. *Virg. Ecl. 6. v. 42.* Caucaſeaſque refert volucres. *Sil. l. 4. v. 333.* Caucaſia tigris ſe protulit antris.

Caucăſus, m. 2. Καύκασος, *Caucaſo*, *Coſkas*, *Albſor*, *Adenger*, *Salatto*, *Navagroe*, *M. de' Circaſſi*, mons Aſiæ, ad Sept. verſus Mengreliam, & Georgiam valde extenſus, inter mare Euxinum ad Occ. & Caſpium, ſeu Hircanum ad Or. ex quo Cyrus flu. profluit. Tanta eſt altitudine, ut ad tertiam noctis partem vertices illius Solis radiis illuſtrentur. Scopuloſus eſt. Hinc Scopuli Caucaſi, prov. Hic Prometheum vinctum fuiſſe fabulati ſunt. ¶ Caucaſum mente induere, apud *Senec. Med. v. 43.* eſt ſupra modum indurare animum, & ad ſcelerata quæque obdurare. *Tertul. adverſ. Marcion. l. 1. c. 1.* proverbio dixit, Caucaſo abruptior.

Caucus, i, m. patera, poculi genus. *Spartianus in Nigro, c. 10.* Quum milites quoſdam in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidiſſet. *Trebell. in Claud. c. 14.* Dabis in caucos, & ſcyphos pondo undecim. V. ibi *Salmaſ.*

Cauda, f. 1. *coda*, זנב, Germ. *ein ſchwantz*, Gall. *queue*, Hiſp. *cola*, οὐρά, pars poſtrema in beſtiis. *Cic. 3. de Orat.* Oculos natura nobis, ut equo, & leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. ¶ Interdum ponitur cauda pro virili membro. *Hor. in ſerm. Sat. 2. v. 45.* Caudamque ſalacem demeteret ferro. ¶ Caudam jactare populo, *Perſ. ſat. 4. v. 15.* proverb. quod ſignificat venditare ſe apud populum ſpecioſis adſentationibus: tractum a canibus, qui cauda ſuis heris blandiuntur. ¶ Caudam trahere, ait deriſui eſſe: *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 53.* vel quia pueri, quos irridere volunt, quiddam eis caudæ ſimile appendere a tergo ſolent: vel quia aliquæ beſtiæ, cum timent, caudam demittunt, & trahunt. *Turneb.* tamen hoc proverb. aliter explicat. h. e. de iis, qui ſibi placent, & ſuperbe, ac magnifice incedunt. ¶ Equinæ caudæ pilos vellere: aliud proverb. apud eund. *Horat. epiſt. 2.* h. e. quod viribus, atque impetu fieri nequit, id tempore, atque aſſiduitate aſſequi. ¶ Antiqui etiam coda, æ, uſurparunt. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 135.* Ut canis ſine coda. *Petron. in fragm. Tragur.* Retro ceſſit, ut coda vituli.

Caudĕcæ, vel Caudeæ, dicuntur ciſtellæ ex junco, ad ſimilitudinem caudæ equinæ factæ. *Feſt.* Al. leg. *Caudecæ*: alii *Caudeæ*.

Caudēta, vel Codeta, ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur ad caudarum equinarum ſimilitudinem. *Feſtus*. Quin & ager ille Caudetanus dictus.

Caudĕus, a, um, ut caudea ciſtella, *Plaut. Rud. 4. 4. 65. & 89.* h. e. ex caudice facta, vel ad ſimilitudinem caudæ.

Caudex, vel codex, dicis, m. 3. truncus arboris, *tronco d'albero*, *ceppo*, *pedale*, גזע, Ger. *ſtumpff*, Gal. *tronc*, Hiſp. *tronco*, πρέμνον, dicitur in fruticibus, & arboribus id, quod a radice ſupra terram ſimplex aſſurgit. Differt in hoc a caule, ut caulis ad herbas, caudex vero ad frutices, & arbores pertineat. *Virg. 2. Georg.* Quin & caudicibus ſectis mirabile dictu, &c. Codex inveteratus. *Colum. l. 4. c. 8.* ¶ Item tabula, & congeries tabularum caudex, vel codex dicitur. Hinc naves caudicariæ, quibus commeatus advehuntur. Appius etiam Claudius Caudex cognominatus eſt, quoniam primus Romanis perſuaſit navem conſcendere. *Senec. de brev. vitæ, c. 13. & Feſt.* ¶ Ponitur & pro duro ſedili, ſeu pro ſede meretricia, quæ plerumque ex truncis fieri ſolet. *Juv.* Horrida quale facit reſidens in caudice pellex. ¶ Hominem præterea ſtultum metaphorice caudicem appellamus. *Ter. in Heaut. 5. 1. 4.* Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Caudĭcæ, arum, naves ſunt ex caudicibus, ſive lignis craſſioribus compactæ. *Gell. l. 10. c. 25.* V. Caudex.

Caudicālis, le, adject. ad caudicem pertinens. *Plaut. Pſeu. 1. 2. 25.* Caudicalem provinciam, jlocaliter dixit, h. e. munus caudicum findendorum. Ita enim loquitur: Te cum ſecuri caudicali præficio provinciæ.

Caudicarius, vel Codicarius, a, um, ad caudicem pertinens. Ca[illegible] naves. *Senec. de Brevit. vitæ, c. 13.* quæ ſcilicet ex craſſiore [illegible] cavatæ, vel compactæ ſunt. ¶ Alii putant eſſe eaſdem cum [illegible] ſimiles, quos monoxyles lintres appellat *Plin. l. 6. c. 23.* quæ apud Americanos *Canoe*. ¶ *Senec. loc. cit.* Plurium tabularum contextus [illegible] apud antiquos dicebatur: unde naves nunc quoque, quæ ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatum deferunt, Caudicariæ vocantur. Intelligit itaque Seneca naves non ex ſingulis caudicibus, ſed [illegible] num compactas confectas. Sic *Varr. apud Nonium:* In Tiberi [illegible] carias appellamus. ¶ Caudicarii etiam ſunt ipſi nautæ, qui Tiberi annonam vehunt, ut notat *Lipſ. ad Senec. loc. cit. ex Cod. Theodoſ. leg. 9. l. 14. tit. 14.*

Caudicĕus, a, um, aliud adject. a caudice. *Auſon in Moſella, v. 197.* Navita caudiceo ſluitans ſuper æquora lembo. *Lembus caudiceus* idem eſſe putatur, ac caudicaria navis.

Caudīnæ furcæ. V. Caudium.

Caudium, *Arpaia*, opp. Hirpinorum, in Italia, nunc vicus Princ. ult. in R. Neap. in conf. Terræ Laboris, prope Iſcelerum fl. ¶ Hinc Caudinæ furcæ, *Stretto d'Arpaia*, *Gioga di S. Maria*, anguſtiæ mon[illegible] Valle Caudina, *Val di Gardano*, in Princ. cit. inter Abellam, & Beneventum, ac inter Arpaiam, & Airolam caſtr. ubi Romani a Samnitibus ſub jugum tranſire coacti ſunt, ſub Sp. Poſthumio.

Cavĕa, f. 1. *cava ſotterranea*, *gabbia*, [illegible], Germ. *hole*, *kefig*, Gall. *caverne*, *cage*, Hiſp. *cueva*, ἄντρον, ſpecus, antrum, locus ſub terra vacuus, atque obſcurus, a *cavus*, *a*, *um*. Item receptaculum ferarum cavea dicitur. Nam in antris ferarum cubilia eſſe ſolent. *Apul.* Beſtiam immittimus caveæ. ¶ Item ſeptum ex ligno, vel alia materia, in quo aves coercentur, propter ſimilitudinem caveæ, ubi feræ habitant, *ſpa-*

Digitized by Google

Θεωρητῶν. *Plaut. Curr.* Quia enim cavea ſi forent concluſi itidem, ut pulli gallinacei. ¶ Item theatrum tempore Reip. Rom. amphitheatrum ſub Cæſaribus, quia interior pars concava erat, capaci quadam profunditate. *Tert.* Solemnes voluptates circi furentis, & caveæ ſævientis, & ſcenæ laſcivientis. ¶ Dividebatur cavea in imam, mediam, ſummam. Ima continebat *Orcheſtram*, & *Equeſtria*. Orcheſtra erat ſedes Senatorum. Cum plurium eſſet graduum, honoratior erat is locus, qui podio, & arenæ propinquior, utpote magis accommodatus ad videndum. *Equeſtria* Orcheſtræ erant proxima. Fuere autem graduum quatuordecim. Media, & ſumma aſſignatæ erant plebi. Quare locus is popularia dicabatur. Sed mediæ honoratior. Nam Auguſtus pullatis in media ſedere interdixit. Sedebant igitur in ſumma. Item feminæ lege ejuſdem Auguſti e ſumma cavea ſpectabant. Hinc Verba ad ſummam caveam ſpectantia, hoc eſt, vilia, & ad guſtum infimæ plebis. *Cic. de Senect. cap.* 14. ¶ Sumitur etiam pro quocumque loco munito, ad quem aditus ſit interclusus. *Lucret. l.* 4. *v.* 76. *Colum. l.* 5. *c.* 6. & pro cuſtodia, ſeu carcere, *Plaut. Capt.* 1. 2. 15. ¶ Item pro alveario. *Virg.* 4. *Georg. v.* 58.

Cavefacio, is, *ſchivare*, evito, caveo. *Fortunat.* 8. *carm.* 4. *v.* 191. Per tribulos gradiens ſpinæ cavefecit acumen.

Caveo, es, vi, cautum, n. 2. conſulo, video, provideo, proſpicio, obſervo, vito, fugio, declino, *ſchivare*, *provvedere cautamente*, נִשְׁמַר, Germ. *ſehen ſich*, Gall. *prendre garde*, Hiſp. *guardarſe*, ἀσφαλίζομαι, eſt diligentiam adhibere, & providere, ne aliquid præter expectationem cadat. Neutrum eſt tertii ordinis, hoc eſt, dativum poſtulat. *Cic. de Leg.* Altera lex privatorum ædificiis, altera ſepulchris cavet. ¶ Uſurpatur etiam cum ablat. & præpoſit. a, vel ab. *Plaut. Pſeud.* Cavendum eſt mihi abs te irato. ¶ Item cum, de. *Plaut. Men.* 5. 5. 32. De illis verbis cave tibi. ¶ Activum etiam eſt primi ordinis, & conjungitur cum accuſat. vel perſonæ, vel rei. *Cic.* 1. *Ep.* Ut conſiderares, quibus crederes, & quos caveres. *Id. Att.* Pompejum fecerat certiorem, ut caveret inſidias. ¶ Item in tertio activorum ordine uſurpatur. *Id. in Top.* Cum tu mihi, meiſque multa ſæpe caviſſes. ¶ Sæpe conſtruitur cum conjunctivo, & adv. ne in iis, quæ fieri nolumus, vel ut in iis, quæ volumus. *Id. in Ep.* Cave, ne cui ſuſpicionem des fictæ reconciliatæ gratiæ. *Plaut. Bacch.* Quid iſti caveam? B. ut ſe revehat domum. ¶ Item ſine alla particula. *Cic. Attic.* Cave, facias. nam iſta lex perferetur. ¶ Cavere ſibi, vel alteri, eſt conſulere, vel proſpicere. *Id.* 7. *Fam. ep.* 6. Tu, qui cæteris cavere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis deciparis, caveto. ¶ In Jure eſt ſecurum facere, ut cum pignora dantur, aut fidejuſſores, & præter dativum perſonæ admittit ablat. inſtrumenti, & alium ablat. cum *de*. Hinc illæ locutiones, *Cavere capite*, hoc eſt, capitis periculo ſe obligare, & alium ſibi eodem vinculo obſtringere. *Cavere teſtamento*, id. teſtamento conſtituere: *Cavere lege ne*, &c. pro prohibere. *Plin. l.* 16. *c.* 5. Cautum eſt lege XII. tabularum, *Cavere alicui obſidibus*. obſides dare, *Cavere ſibi obſidibus ab aliquo*, accepti obſidibus ſe ſecurum facere. *Cavere alicui*, *vel ſibi obſidibus de pecunia*, dare vel accipere obſides, quod pecunia ſolvatur. *Cic. in Brut. ideſt*, Tibi ego non ſolvam, niſi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio ſit, petiturum. *ideſt*, niſi a te ſpondente ſatis accepero. ¶ Speciatim vero de Juriſconſultis dicitur. Illi enim dicuntur cavere ſuis clientibus, cum proſpiciunt, ne quid illis damni inferatur. *Id.* 1. *de Leg.* Non enim id quærimus, quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quaque conſultatione reſpondeamus. ¶ Invenitur & *cavo*, is, n. 3. in eadem ſignificatione. *Hor. in Serm.* Vade, vale, cave, ne titubes, mandataque frangas. *Tibul. l.* 1. *el.* 4. *v.* 67. Hæc mihi, quæ caverem Titio, Deus edidit ore. Al. leg. *canerem*. ¶ Cavendus, a, um. *Cic. Att. l.* 12. O hominem cavendum. *Lucil. l.* 26. *apud Non. c.* 5. *n.* 62. Quid tibi cavendum cenſes, quid vitandum maxime? Ex quo colligitur, inter *cavere*, & *vitare* intereſſe aliquid: nam cavere eſt ſibi proſpicere quocumque modo, & ratione: vitare eſt declinare corpore, & effugere ea, quæ nocitura ſunt, ut Gladiatores ſolent. Quamquam hæc differentia negligitur interdum. ¶ Cavere de evictione, apud *Ulp. l. ſi duo. Dig. de jurejur.* eſt præſtare cautionem de evictione; *prometter di mantenere ciò che s'è venduto ad altri*.

Caverna, f. 1. locus in terra cavus, antrum, ſpelunca, *ſpelonca*, *caverna*, מְעָרָה, Germ. *ein hole*, Gal. *caverne*, Hiſp. *cueva*, ὄρυγμα, concavitas terræ vacua, atque obſcura. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus. *Scribon. Larg. compoſ.* 93. Caverna dentis, *Plin.* 11. 37. Cavernæ aurium.

Cavernatim, adverb. per cavernas, *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 14. Aqua ſcabris pumicibus cavernatim ructata.

Caverno, as, n. 1. cavernam facere, cavare, ut cavernare fiſtulam, apud *Cæl. Aurelian.* 4. *Tard. c.* 3.

Cavernoſus, a, um, *cavernoſo*, σηραγγώδης, locus vacuus, & cavernis plenus. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Radix cavernoſa. *ſc.* quæ intus cavernulas, aut cavas partes habet.

Cavernula, læ, f. 1. *cavernetta*, dim. a caverna. *Plin. l.* 27. *c.* 11. Cavernulas habent, & intus ſemen.

Caviares hoſtiæ, quæ & *cava*, erant hoſtiæ cauda tenus, quæ in ſacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur, *Feſt.* V. ibi *Scalig.*

Cavilla, læ, f. 1. σκῶμμα, irriſio jocoſa. *Plaut. Aul.* 4. 4. 10. Pone, hoc, ſis, aufer cavillam.

Cavillabundus, a, um, qui cavillatur, aut qui cavillari paratus eſt. *Tertull. de Anima*, c. 34. Decenni prælio extorquet, non latens, non fallens, non cavillabundus.

Cavillatio, f. 3. *cavillo*, *ſofiſticheria*, jocus, facetiæ, urbanitas, dictum ridiculum, σκῶμμα, arguta irriſio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 54. Cum duo genera ſint facetiarum, alterum æquabiliter fuſum, in omni ſermone, alterum peracutum & breve; illa a veteribus cavillatio, altera dicacitas nominata eſt. ¶ Item σόφισμα, ſubdola ratio, ut *Valla*, & *Cujac Juriſc.* definiunt, quam ſcientes nobis mendacii vincendi tamen cauſa proferimus. *Ulp. in l. natura, ff. de verb. & rer. ſignif.* Cavillationis natura, quam Græci σωρίτην appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducatur. *Senec. epiſt.* 111. Quid vocentur latine ſophiſmata, quæſiſti a me. Videtur mihi aptiſſimum (nomen) quo Cicero uſus eſt: Cavillationes vocat, quibus quiſquis ſe tradidit, quæſtiunculas quidem vafras nectit, cæterum ad vitam nihil proficit.

Cavillator, m. 3. *ſofiſtico*, *cavilloſo*, φιλοσκώμμων, qui cavillationibus utitur, hoc eſt, facetus, item qui per fraudem alium lite vexat. *Cic. Att. lib.* 1. *ep.* 13. Cavillator genere illo moroſo. Sic *Gell. l.* 4. *c.* 20. Qui jurabat, cavillator quidem, & canicula, & nimis ridicularius fuit. ¶ Pro ſophiſta etiam uſurpari poſſe videtur. V. Cavillatio.

Cavillatorius, a, um, ad cavillandum pertinens, ut tractatus cavillatorius, *Dig. l.* 35. *tit.* 2. *leg.* 88.

Cavillatrix, icis, f. 3. a cavillator. *Quintil. l.* 7. *c.* 3. Dialecticorum formata concluſio, in diſputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix &c.

Cavillatus, us, ui, m. 4. idem quod cavillatio. *Apul. l.* 8. Sed ille, cognito cavillatu, ſimulans indignanti &c.

Cavillatus, a, um, particip. verbi Cavillor. *Gell. l.* 18. *c.* 5. Facetiſſime cavillatus eſt. *h. e.* jocatus. *Apulej. l.* 3. *Metam.* Lepido ſermone invicem cavillatur. ¶ Paſſive *Id. l.* 9. *Metam.* Talis ſermonis blanditie cavillatum deducebat *h. e.* deceptum.

Cavillor, aris, d. 1. jocoſe ludo, dicteria dico, *ſcherzare*, *beffare*, הֵלִיץ, Germ. *beſpotten*, Gal. *ſe moquer jouer*, Hiſp. *motejar*, *burlar*, *a eſcarnecer*, σκώπτω, χλευάζω, jocor, cavillum, ſeu facetiam dico, irrideo. *Liv. l.* 2. *c.* 58. A Centurionibus corruptum exercitum, dicere, Tribunos pl. cavillans interdum, Volerones vocare. ¶ *Cic. l.* 2. *ad Att. ep.* 1. Itaque familiariter cum ipſo etiam cavillor, ac jocor. *Sueton. in Tito*, c. 8. Sæpe cum populo cavillatus eſt, verum majeſtate ſalva. *ſc.* jocatus eſt. ¶ Cavillari verba, *ſtiracchiar le parole*, nimis ſubtiliter interpretari. *Ulpian. Dig. l.* 38. *tit. ult. leg.* 2. ¶ Eſt etiam diſſimulando illudere. *Tacit. Annal. c.* 46. Auguſtum feſſa ætate toties in Germaniam commeare potuiſſe; Tiberium vigentem annis ſedere in Senatu verba patrum cavillantem. *h. e.* ficta cunctatione ludificantem. ¶ Denique accipitur ſimpliciter pro caveo. eſt enim cavillor veluti diminut. a caveo, ſeu cavo e is, ut *Scal. ad Feſt.* docet, *Tertul. de Corona c.* 11. Omnibus modis cavillandum eſt, ne quid adverſus Deum committatur.

Cavilloſus, a, um, cavillis abundans. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 8. Aſtuti, callidi, cavilloſi, & inſidiarum pleni.

Cavillula, æ, fem. vel Cavillulum, i, n. parvum cavillum. *Plaut. Truc.* 3. 2. 15. *Stra.* Dicax ſum factus: jam ſum cavillator probus. *Aſtaph.* quid id eſt, amabo? iſtæcce ridicularia cavillationes vis fortaſſe dicere? *Stra.* Ite, ut pauxillum differat a cavillulis. Al. aliter leg.

Cavillum, n. 2. σκῶμμα, irriſio jocoſa, cavillatio, *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Jam allubentia proclivis eſt ſermonis, ac joci, & ſcitum eſt cavillum.

Cavillus, i, m. idem quod cavillum. *Apulej. l.* 2. *Metam.* Jam riſus affluent, & joci liberales, & cavillus hinc inde.

Cavitio, onis, olim dicebatur, quæ nunc cautio. *Feſt.*

Caula, læ, f. 1. vel caulla, *ſtalla*, דֹּבֶר, Ger. *ſtall*, Gall. *etable*, Hiſp. *apriſco de ovejas*, ἔπαυλις, αὐλή, ſtabulum, in quo oves reconduntur, a *cavo*, ut *Feſtus* vult, quia antiquitus ante uſum tectorum oves in antris claudebantur, vel quia e *caulibus*, ideſt, viminibus fit. *Cic. pro Sext.* Cum Catilina Italiæ caulas, & paſtorum ſtabula præclara cepiſſet. ¶ Sumitur etiam pro alio quocunque receptaculo, *Lucr. l.* 6. Diſpergunt animas per caulas corporis omnes. *Idem* poros, meatuſque alios corporis *caulas* vocat, *l.* 2. *verſ.* 950. ¶ Etiam pro theatro, & amphitheatro. *Tertull. de ſpectac.* Circo, & utraque caulla, & omni ſtadio gratiora. Sed fortaſſe *cavea* legendum eſt.

Caulias, æ, m. 1. καυλίας, ſuccus ex caule laſerpitii. *Plin. l.* 19. *cap.* 3.

Cauliculatus, a, um, in cauliculi modum factus. *Apul. de virt. herb.* Cauliculati rami.

Cauliculus, m. 2. καυλίον, dimin. a caulis, *Plin. l.* 19. *c.* 8. Delicatior, tenériorque cauliculus. ¶ Apud Architectos Cauliculi ſunt flexuræ illæ in capitulis columnarum, quæ e quadruplici caule prodeuntes ad modum volutarum curvatæ, partim ad angulos abaci, partim vero ad ipſos flores, quibus abacorum frontes mediæ ornantur, encionatæ concurrunt. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. & *Bald. in Lex.*

Caulinum, n. 2. vinum juxta Capuam proveniens, ab agro ita nominatum. *Plin. l.* 14. *c.* 6.

Caulis, hujus caulis, m. 3. & colis, is, *gambo dell'erbe*, *fuſto*, גִּבְעוֹל, Ger. *ein ſtengel am kraute*, Gal. *tige d'herbe*, Hiſp. *tallo*, καυλός, proprie eſt ſtipes, ſive thyrſus, ſive robur ipſum in omni genere herbarum, ideſt, ea herbæ pars, unde ſe produnt folia, aut ramuſculi. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodiis. ¶ Speciatim vero, ſeu per excellentiam caulis, ſive colis thyrſum braſſicæ ſignificat, & per ſynecdochen ſumitur pro braſſica, quia thyrſus ipſius amplius cæteris oleribus creſcit. *Plin.* 17. 24. Odit vitis & caulem & olus omne. *Hor. l.* 2. *ſat.* 4. Caule ſuburbano, qui ſiccis creſcit in hortis, dulcior. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, e quo plumea illa lanugo erumpit. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Pennarum caules omnium avium præciſi non creſcunt, avulſi autem renaſcuntur. ¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud, unde pili naſcuntur. *Idem l.* 11. Bovis caudis longiſſimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (ſicut docet *Servius*) ſumitur pro virili membro, quandoque pro enſis parte, quæ manubrio inditur, quandoque pro haſtili, vel haſtæ extremitate, in qua cuſpis infigitur. Vocem *colis* vide ſuo loco. V. etiam *cauliculos*.

Caulodes, καυλώδης, braſſicæ ſpecies caule magno. *Plin. l.* 20. *c.* 9.

Caulon, onis, m. *Caſtel vetere*, oppidum magnæ Græciæ in monte cognomine, in ora Calabriæ ultima. *Virg.* 3. *Æn. v.* 553.

Cauneæ, & Caunius, & Cauneus, a, um, f. 1. καυνέαι, ficus e Cauno Cariæ urbe. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 40. Cum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat, qua voce putabatur admonere voluiſſe, ne iret, quaſi diceret, *cave ne eas*.

Caunus, fil. Mileti ex Cyanee filia Mæandri, nepos Solis. A ſorore Byblide ſceleſte amatus fugit e Leſbo in Cariam. Hunc cum Byblis ſequeretur, multis peragratis provinciis, labore feſſa conſtitit, & lacrymis confecta in fontem verſa eſt. Ipſe vero ibi urbem ædificavit, quam ſuo nomine Caunum dixit. *Plin. l.* 5. *c.* 28. *Ovid.* 9. *Met.*

Cavo, is. V. in Caveo.

Cavo, as, a. 1. excavo, *incavare*, Gal. *caver*, *creuſer*, Hiſp. *cavar*, κοιλόω, ἀνασκάπτω, cavum facio. *Liv. l.* 21. *c.* 26. Naves alias cavabant, ex ſingulis arboribus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 262. Cavat arbore lintres.

Cavmites, is, cavatura, locus cavus. *Tertul. de Anima*, *c.* 55. & *de Pudicitia*, *c.* 20.

Caupo, nis, m. 3. *oſte*, *oſtiere*, Germ. *wirth*, *gaſtgeber*, Gall. *cabaretier*, *tavernier*, Hiſp. *tavernero*, *ventero*, κάπηλος, eſculentorum, poculentorumque venditor, a voce Græca, quæ allata eſt. Sed alii dicunt cauponem nomen eſſe generale, quod etiam comprehendit mercatores, & inſtitores, factumque eſſe a copiis: alii a verbo cavo factum eſſe primo cavipam, vas vinarium, deinde ab eo caviponem, & caviponam, quod cavis in locis vinariam exercerent, *Cic.* 1. *de Divin. c.* 27. Alterum, ad cauponem divertiſſe, ad hoſpitem alterum. *Martial. l.* 1. *epig.* 57. Non potes, ut cuperes, vendere, caupo, merum.

Caupona, f. 1. *oſteria*, חָנוּת, Germ. *gaſtgeberie*, *oder*, *wirthſchafft*, Gall. *cabaret*, *ou cabaretiere*, Hiſp. *taverna*, *a tavernera*, καπηλεῖον, ſignificat tabernam, in qua vinum & eſculenta venduntur. *Cic. in Piſ. c.* 22. Nonne tibi non erat pro die, caupona pro oppido? ¶ Pro copa, ſeu muliere cauponam exercente uſurpari, teſtis *Priſcian. l.* 6. *Lucil. ſat.* 3. Caupona hic tamen una Syra.

Cauponius, a, um, o. 2. 2. *coſa che appartenga all'oſte*, καπηλικός, quod ad cauponem pertinet. *Juſtin. l.* 1. Juſſitque cauponas, & ludicras artes, & lenocinia exercere. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 19. Puer cauponius: h. e. meritorius. V. *Taubman. ad Plaut. Pſeud.* 2. 4. 48.

Cauponor, aris, d. 1. lucri cauſa quidvis facio, *far oſteria*, Germ. *wirtſchafft treiben*, καπηλεύω, cauponariam exerceo, vel re aliqua lucri cauſa

ad

Digitized by Google

ad quæſtum abutor. *Ennius apud Cic. 1. Offic. c. 12.* Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes. *h. e.* non lucri cauſa, ſed pro patriæ ſalute bellum gerentes.

Cauponŭla, f. 1. parva caupona. *Cic. 2. Philip. n. 31.* Delituit in quadam cauponula.

Caupŭlus, vel Caupolus, i, m. genus navigii apud *Gell. 10. 25.* & ſi *Iſidoro* credemus *l. 19. c. 1.* idem quod lembus, aut cymba.

Caurīnus, a, um, adject. a Caurus. *Gratius in Cyneget. v. 296.* Verum ubi Caurino perſtrinxit frigore veſper.

Caurio, is, ire, verbum efictum ad exprimendam Pantheræ vocem. *Auctor Carminis de Philomela, quod Ovidio tribuitur, v. 51.* Panther caurit amans, pardus hiandu felit.

Caurus, i, m. *Coro, Ponente, Maeſtro,* idem quod Corus, ventus Occidentalis. *Virg. 3. Georg. v. 356.* Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri. V. Corus.

Cauſa, vel Cauſſa, æ, (ut *Virgil. & Cic.* ſcripſere, teſte *Quintil. l. 1. c. 7.*) *cagione, motivo,* סבה, בבר, עלולה, Germ. *ein urſach,* Gal. *cauſe, raiſon,* Hiſp. *cauſa,* αἰτία, αἴτιον, proprie dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel a quo aliquid fit, quaſi *cavſa,* a caveo, ut *Scauro placet, & Priſciano. V. Voſſ. Etymol. Cicer. de Fato:* Cauſa eſt quæ id efficit, cujus eſt cauſa, ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. ¶ Quatuor autem cauſarum genera ſtatuit *Ariſtot.* materiam ſc. formam, efficiens, & finem. Plato quintam addit, ſc. exemplum, ſeu Ideam. ¶ Eleganter poſt *cauſa* ponitur *quamobrem. Ter. Eun. 5. 6.* Aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem aliquid faceret. Et *ibid. 1. 2. 63.* Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere. ¶ Dicimus etiam tua, mea, veſtra cauſa &c. *Cic. Fam. 15. epiſt. 18.* Non tam meæ cauſa, quam Reip. nomine. ¶ Aliquando *cauſa* omittitur. *Tacit. hiſtor. 4. c. 25.* Tum e ſeditioſis unum vinciri jubet, magis uſurpandi juris, quam quia unius culpa foret. ¶ Significat aliquando prætextum, vel excuſationem. *Flor. l. 2. c. 6.* In cauſam belli deleta Saguntus, *Cæſ. de B. G. l. 3. c. 76.* Equitatum per cauſam pabulandi emiſſum. *Ter. Andr. 1. 5. 31.* Conſen', ne verbum potuiſſe ullum proloqui? Aut ullam cauſam, ineptam ſaltem, falſam? obmutui. *Cic. Fam. 16.* Si ob eam rem moraris, accipio cauſam. *h. e.* excuſationem. ¶ Item occaſionem, *Cic. l. 1. de Div. c. 2.* Ac mihi quidem cauſam explicandæ Philoſophiæ attulit gravis caſus Reip. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 28.* Hanc nactus appellationis cauſam Quintilius. h. e. occaſionem appellandi militis. ¶ Item conditionem. *Cic. de Leg. Agrar. 3. c. 2.* Soluta in meliore cauſa ſunt, quam obligata. ¶ Item morbum: unde *cauſarius,* de quo infra. *Tibul. l. 1. el. 9. v. 51.* Non illi ſontica cauſa. ¶ Item negotium quodlibet, *negozio, faccenda. Cic. Verr. 5.* Ei Senatus dederat publica cauſam, ut ſibi fratrique meo gratias ageret. ¶ Item emolumentum, commodum. *Plau. Aſin. 3. 1. 17.* Ubi quieſco, omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi. Ita JCti rem reſtituendam dicunt cum ſua cauſa, h. e. cum ſuo emolumento. Nec aliter intelligendus eſt Titulus, *De fructibus, & omni cauſa.* ¶ Videtur etiam uſurpari pro conjunctione, *Cic. pro Quint. c. 15.* Is, quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ, & neceſſitudines veteres intercedebant. ¶ Dicitur aliquando cauſa rei pro ipſa re. Sic apud JCtos veteres cauſa facti, pignoris, ordinis, bonorum &c. pro facto, pignore, ordine, bonis paſſim dicuntur. ¶ Sed ex frequentiſſima notio eſt, præſertim apud Oratores, qua accipitur pro quæſtione, ſeu controverſia, quæ verſatur circa certas perſonas, loca, tempora, actiones, negotia, cujuſmodi ſunt, quæ in Foro, & judiciis agitantur. Hanc Græci ὑπόθεσιν dicunt, h. e. quæſtionem definitam, *lite, cauſa.* Hinc cauſam dicere, defendere, agere, orare, perorare paſſim apud Cic. & alios, *trattar, o defender cauſe.* Ubi advertendum eſt, cum abſolute invenitur, cauſam dicere, id non actori, ſed reo tribuendum eſſe, idemque valere, ac defendere. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 5.* Accuſant ii, qui in fortunas hujus invaſerunt, cauſam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Hinc cauſæ dictio, h. e. defenſio, *Cæſar B. G. l. 1. c. 4. Liv. l. 29. c. 19.* Ex vinculis cauſam dicere. Ital. *dar le ſue difeſe in prigione.* ¶ Aliquando cauſam dicere, eſt recuſare, deprecari. *Terent. Phorm. 2. 1. 42.* Non cauſam dico, quin quod meritus ſit, feram. ¶ Cauſa cadere, eſt cauſam amittere, *perder la lite. Cic. l. 2. de Invent. c. 19.* Contra *cauſam vincere:* pro quo, cauſam tenere, dicit *Suet. in Domit. c. 9.* ¶ Indicta cauſa condemnare: h. e. reum non auditis ejus rationibus damnare, *Cic.* ¶ Cauſam conſcendere, pro diſceptare, *Lucret. l. 4. v. 476.* ¶ Conjicere, conſiſtere, ſive conſtituere cauſam dicitur is, qui controverſiam apud Judicem præſentibus teſtibus exponit, quod actoris eſt proprium. *Gell. l. 5. c. 9.* Item cum Evathlo conteſtatur. Et cum ad Judices conjiciendæ, conſiſtendæque cauſæ gratia veniſſent, tunc Protagoras ſic exorſus eſt, &c. *Quintil. l. 1. c. 7.* (al. 13.) docet, Ciceronem, ac Virgilium duplex ſ ſcripſiſſe: ſinulque indicat, tum ante, tum poſt eas ſimplicem ſ fuiſſe adhibitam. Extant præterea monumenta antiqua permulta pro utraque ſcriptione. Ex Orthographis *Manut.* vult *cauſſa:* *Draſquio* placet *cauſa:* utrumque probat *Cellarius.*

Cauſālis, le, ad cauſam pertinens, ut Cauſalis ratio, *Auguſt. l. 7. de Gen. ad liter. c. 23.* ¶ Cauſales conjunctiones dicuntur a Grammaticis, quibus aliquo modo cauſa redditur rerum. *Chariſ. l. 2. pag. 199. Putſch. Diomed. l. 1. pag. 410. & Priſcian. l. 16. pag. 1017.* ¶ Quod legitur apud *Arnob. l. 5. pag. 168.* Sicut ſuis ſcribit in Cauſalibus Bucas: *cauſalia,* vel *cauſales* libri ſunt, in quibus de cauſis rerum diſſeritur.

Cauſaliter, per cauſam, vel cauſæ vim præſtando. *Auguſtin. l. 5. de Gen. ad liter. cap. ult.* Quæ terra producit potentialiter, atque cauſaliter.

Cauſarie, adverb. ſc. per cauſariam miſſionem, *Macer. Dig. 49. 16. 13.* Ad eum qui cauſarie miſſus eſt &c. Alii aliter legunt.

Cauſarius, a, um, morbidus, valetudinarius, *cagionevole,* a cauſa, quæ quandoque morbum ſignificat, *Sen. epiſt. 68.* In animo noſtro ſunt quaſi cauſariæ partes, quibus adhibenda curatio eſt. Et *præfat. l. 1. Natur. quæſt.* Hoc corpus cauſarium, ac fluidum periturumque &c. ¶ Hinc cauſaria miſſio in militia dicitur, quæ fit ob valetudinem. *Leg. 13. ff. de re milit.* Et Cauſarius miles, h. e. adverſa valetudine affectus, *Liv. l. 6. c. 6.* Tertius exercitus ex cauſariis, ſenioribuſque ſcribatur.

Cauſāte, adverb. cum cauſa, *Plin. in præfat. hiſt. nat.* cauſatius defendere, *con più cagione.*

Cauſatio, f. 3. *pretesto, ſcuſa,* Germ. *entſchuldigung,* Gall. *excuſe,* Hiſp. *eſcuſa,* πρόφασις, prætextus, excuſatio. *Gell. l. 20. c. 1.* Ne cauſatio iſta ægri corporis perpetuam vacationem daret. ¶ Significat etiam morbum, apud *Pallad. de R. R. l. 1. tit. 4.* Si ſalvo capite, in pulmonibus ac thorace aut nulla, aut rara cauſatio eſt.

Cauſatīvus, a, um, o. t. 2. *quello che dà cagione di far qualche coſa,* αἰτιατικός, quod eſt cauſa, ut aliquid fiat. *Martian. Capell. l. 5.* Cauſativum litis eſt, quod facit dubitationem. ¶ Cauſativus caſus apud *Priſcian. l. 5.* eſt accuſativus.

Cauſatrix, icis, f. quæ in cauſa eſt, ut aliquid fiat. *Dig. l. 38. tit. 10. leg. 4.* Omnis mali cauſatrix.

Cauſia, f. 1. *cappella,* καυσία, pileus latos margines habens ad prohibendum Solis æſtum, a καίω, uro. *Plaut. Mil. 4. 4. 42.* ad naucleri habitum refert. Facio, inquit, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico, Cauſiam habeas ferrugineam &c. *Valer. Max.* Macedonibus tribuit, *l. 5. c. 1. extern. 4.* ¶ *Veget. l. 4. c. 15.* refert inter vinearum militarium nomina.

Cauſidicīna, æ, f. 1. Ipſa ars ſeu munus Cauſidicorum. *Cod. Theodoſ. leg. ult. de Cohortal. princip. cornic. Ammian. Marcellin. l. 30. cap. 16. Symmach. l. 5. epiſt. 17. & 75.*

Cauſidĭcus, m. 2. cauſæ patronus, *avvocato,* Germ. *advocat,* Gal. *avocat,* Hiſp. *abogado,* δικολόγος, qui cauſas agit. Apud optimos Scriptores valde differt ab oratore. Nam ita appellatur quicumque rabula, & vilis patronus, qui ſola voce, & garrulitate valet. *Cic. 1. de Orat. cap. 46.* Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone conquirimus, ſed &c. Adde in *Orat. cap. 9.*

Cauſificor, d. 1. ἀποπροφασίζομαι, idem quod cauſor. *Plaut. in Aul. 4. 4. 25.* Non cauſificor, quin ego illam habeam potiſſimum.

Cauſor, aris, deponens, *ſcuſarſi,* Germ. *ſich entſchuldigen,* Gall. *s'excuſer,* Hiſp. *eſcuſarſe,* προφασίζομαι, rei geſtæ cauſam affero, excuſationem adduco. *Virgil. Ecl. 9.* Cauſando noſtros in longum ducis amores. *Tacit. 3. hiſtor. c. 59.* Sabinus inhabilem labori & audaciæ valetudinem cauſabatus. ¶ Interdum eſt accuſare, criminari, *Hor. l. 1. epiſt. 14. v. 12.* Locum immeritum cauſatur iniquus. ¶ Interdum expoſtulare. *Trebell. Poll. 30. Tyrannis, lib. ult.* Qui cum malevolis quidem, ſed bono animo cauſaberis. ¶ Paſſive eſt apud *Ovid. de nuce, v. 124.* Cauſabor, quare ſit lapidoſus ager. h. e. in cauſa eſſe dicar. Al. leg. *cauſa habeor.*

Cauſtĭcum, n. 2. quod habet vim uſtivam. *Plin. l. 20. c. 9.* Stirpium braſſicæ aridorum cinis inter cauſtica intelligitur.

Cauſtĭcus, a, um, *cauſtico,* καυστικός, urendi vim habens. *Plin. l. 27. c. 9.* Vis ei cauſtica eſt.

Cauſŭla, æ, diminutiv. *picciola cauſa, picciol motivo. Hirt. de B. Afr. c. 54.* Parvulam modo cauſulam nactus Cæſar. *Cic. de opt. gen. orat. c. 3.* Lyſias parvarum rerum cauſulas ſcripſit.

Caute, *cautamente,* Germ. *vorſichtiglich,* Gal. *prudemment,* Hiſp. *cautamente,* ἀσφαλῶς, prudenter, callide. *Cic. pro Cluen. c. 3.* A me omnia caute, pedetentimque dicentur. *Idem pro Deiot. c. 6.* Cautius efficere aliquid. Et *Attic. l. 15. epiſt. 26.* Cautiſſime navigare.

Cautēla, f. 1. *cautela,* προφυλακή, cautio. *Paul. in l. ſi defunctus, §. qui ad commune. ff. de proc.* Qui ad communi dividundo judicium datus eſt, ad agendum idem, & ad defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Vet. Gloſſ. Cautela, ἀσφάλεια.

Cauter, eris, m. 1. *cauterio,* idem quod cauterium, καυτήρ. *Tertull. de Pall. cap. ult.* Adigo cauterem ambitioni. Adde *Prudent. in Vincent. v. 229.*

Cauterīzo, as, cauterio uro. *Veg. l. 3. de re veterin. c. 2. altera.*

Cauterium, rii, n. *cauterio,* καυτήριον, inſtrumentum, quo notæ, ſeu ſtigmata imprimuntur. *Sen. l. 4. Benef. c. 37.* item quo morbi inſanabiles inuri ſolent, a καίω, uro, vel a caveo. *Plin. l. 22. c. 23.* Tempeſtive datum cauterii vim obtinet. ¶ Eſt item pictorum inſtrumentum, quo in pictura encauſtica ad colores ceris inurendos utuntur. *Martian. l. Item pictoris. Dig. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores cedunt, item penicilli, & cauteria, & conchæ.

Cautes, cautis, f. *ſaſſi aſpri, e grandi,* צור, Germ. *felſ,* Gall. *rocher,* Hiſp. *pena,* ſcopulus, ſaxum aſperum, & abruptum, rupes. *Virgil. 6. Æn. v. 471.* Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. *Cæſ. 3. B. G.* Nihil ſaxa, & cautes timerent. ¶ *Prudentius* recto caſu *cautes* dixit, ut ſecundam corriperet. *Roman. v. 701.* Quæ cautis illud perpeti ſpectaculum poſſit?

Cautim, prudenter, callide. *Ter. Heaut. 4. ſc. 29.* Cautim, & paulatim dabit.

Cautio, onis, f. 3. *cauzione, ſicurtà,* משמר, Germ. *verſicherung,* Gall. *pourvoyance, caution,* Hiſp. *cautela, caution,* ἀσφάλεια, providentia quædam, qua advertimus, & vitamus, ne quid mali nobis accidat. *Cic. Tuſc. 4. 6.* A malis natura declinamus, quæ declinatio ſi cum ratione fiet, cautio appellatur. *Ter. Adelph. 3. 4. 57.* Piſces hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt. ¶ Cautiones etiam a JCtis vocantur fidejuſſiones, aut aliæ etiam ſtipulationes, quibus nobis cavemus, ideſt ſecuros nos reddimus. *Ulpian. l. ita autem, §. Julianus, ff. de admin. tut.* quæ alio nomine chirographa aut ſyngraphæ dicuntur. Adde *Cic. 7. Fam. ep. 18.* ¶ Simili ſenſu videtur uſus *Sen. de Benef. l. 7. c. 10.* Vides iſtas diplomata, & ſyngraphas, & cautiones, vacua habendi ſimulacra.

Cautionālis, le, o. 3. quod ad cautionem pertinet. *Ulpian. Dig. 46. 5. 1.* Prætoriarum ſtipulationum tres videntur eſſe ſpecies, judiciales, cautionales, communes.

Cautor, m. 3. *quello, che difende gli altri,* שומר, Ger. *verhueter,* qui cavet, & providet aliis, quales ſunt Juriſconſulti, & patroni, qui conſultoribus, aut clientibus ſuis cavere ſolent, & providere, ne quid cauſa eorum detrimenti accipiat. *Cic. pro Sext. c. 7.* Niſi ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet.

Cautus, a, um, o. t. 2. tutus, providus, circumſpectus, protectus, *cauto, prudente, ſicuro, ſcaltrito, accorto,* זהיר, Germ. *fürſichtig,* Gall. *aviſé,* Hiſp. *cauto,* ἀσφαλής, prudens, & qui ſibi ſcit cavere. *Ter. in Phorm. Tacit. 2. hiſt. 76.* Cautiſſima ſenectus. Cautus eſt, ubi nihil opus eſt. ¶ Cum infinito *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 51.* dignos aſſumere cautus. ¶ Cum genitivo *Macrob. 1. Saturn. 15.* Rei divinæ cautus. ¶ Nonnunquam ponitur pro re, cui cavetur, & tutum ſignificat. *Cic. pro Cæc.* Quo res mulieri eſſet cautior. *Luc. l. 4. v. 409.* Cautus ab incurſu belli. ¶ Cauto opus eſt, pro cavendum eſt, *Plaut. Ciſt. 2. 1. 59. Moſt. 4. 2. 22. Men. 2. 3. 118.*

Cavum, i, vel cavus, i, *cavità, buco,* locus concavus, vel cavatus, κοίλωμα. *Horat. l. 1. epiſt. 7. v. 33.* Macra cavum repetes arctum, quem macra ſubiſti. *Colum. l. 12. c. 8.* Cavum, quem feceris, ſurculo obturato. *Cato de R. R. c. 28.* Ita neque aſpergo nocebit, nec cava mures facient.

Cavus, a, um, u. t. 2. *vuoto, cavato, concavo,* κοῖλος, concavus, vacuus. *Virg. 3. Æn.* Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta ære cavo. *Ovid. 1. de Art. aman. v. 520.* Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus. *Cavi menſes* dicuntur a *Cenſorino de die nat. cap. 20.* qui dies triginta habent, & *pleni,* qui XXXI. ¶ *Cavum* ſubſtant. V. in *Cavum.*

Caycus V. Caicus. ¶ *Cayci, orum* ſunt populi Germaniæ, quorum meminit *Lucan. 1. 463.* Hos *Claudian.* vocat *Caucos, 2. in Eutrop. v. 379.*

Cayſtrius, a, um, adject. a Cayſtro, ut ales cayſtrius, pro cygno apud *Ovid. l. 5. Triſt. eleg. 1. v. 11.*

Cayſtrus, & Caiſtros, i, m. *Chiay,* Κάϋστρος, fl. Aſiæ minoris, qui fontes habet in Phrygia combuſta, unde nominatus eſt, deinde per Lydiam non longe a Sardibus labitur, & rigatis Philadelphia, & aliis urbibus per Joniam in ſinum Jonium ſe ſe exonerat, inter Epheſum, & Colophonem. Dictus eſt a καίω, uro, ideſt a regione torrida, & deuſta Phrygiæ. *Virg. 1. Georg. v. 384.* Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. *Ovid. Metam. 5. v. 386.* non illo plura Caiſtros &c. ubi al. leg. *caiſter.*

C A N T E E.

Ce, adjectio ſyllabica jungitur ſere caſibus pronominis *hic*, ut *hicce*, *hujuſce*, *hiſce*, *hoſce*, &c. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. Hiſce verſiculis, &c.

Cea, Cie, Ceos, Hydroſſa, *Zea*, *Zia*, inſula una Cycladum, prope Atticam reg. & Helenam inſ. Dicta eſt a Ceo Titani filio. In ea olim veſtes bombicinæ pretioſæ texebantur, in uſum fœminarum, inventrice Pamphila, ſeu Paſyphile Pletis filiæ. ¶ Pop. *Cii*, apud quos nec tibicines, nec meretrices fuere, cum alieni a voluptatibus eſſent. Hinc adagium, *Non Chius, ſed Cous*, de rebus valde diſcrepantibus. *Athen. l.* 13. Sed apud Ariſtarchum legitur, *Non Chius, ſed Cous* de fortunatiore, quia *Chius* erat jactus taxillorum habens unum, *Cous* habens ſex. *Ovid. in Heroid. epiſt.* 20. *v.* 221. Inſula Coryciis quondam celeberrima nymphis Cingitur Ægeo nomine Cea mari.

Ceba, æ, f. 1. *Ceva*, opp. amplum Liguriæ, in Principatu Pedemontano, ad Tanarum flu. Pop. *Cebani*, Gent. *Cebanus*, *a*, *um*, ut Caſeus Cebanus, qui a *Plinio* laudatur *l.* 11. *c.* 42.

Cebānus, a, um, V. Ceba.

Cebren, nis, κέβρην, fluvius Troadis, unde Cebrenis.

Cebrenia, æ, f. 1. Cebrena, Cebrina, κεβρηνία, regio Troadis, per quam Cebrenus fl. decurrit, cum opp. Cebrenia, vel Cebrene, non procul a Sepſi. Nomen accepit a Cebrine Priami notho.

Cebrēnis, idis, patronym. fœmin. *Ovid. Met.* 11. *v.* 769. Aſpicit Heſperiem patria Cebrenida ripa. ¶ Fingitur filia Cebrenis flu. in Troade. Fabulam V. apud *Ovid. loc. cit.* & *Apollod. l.* 3. *n.* 5.

Cebrēnus, a, um, adject. a Cebrene. *Auſon. ep.* 14. Sic qui venelis tam longa ætate Cebrenus, &c. Hoc tamen loco eſt nomen proprium fundi.

Cecauměnas, *κεκαυμένη*, uſtus, vel urens, a *καίω*, uro. *Capell. l.* 1. *de nupt. Merc.* &c. Flamma flagrantior ab ipſius cecaumenis exanclata fontibus.

Cecinna, vel Cecīna, m. 1. *Cecina*, fl. Etruriæ, qui oritur in agro Volaterrano, inter Volaterras, & Senas, & auctus aliquot fluviis, in Mare Medit. ſe exonerat.

Cecropia, æ, arx Athenis, & oppidum ipſum. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Oppidum Cecrops a ſe appellavit Cecropiam, quæ nunc eſt arx Athenis. ¶ Sumitur & pro Attica regione. *Catull. in nupt. Pel. & Thet. v.* 79. Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.

Cecropidæ arum, Athenienſes, ita dicti a Cecrope eorum primo Rege, & Athenarum conditore. *Virg.* 6. *Æn. v.* 20. Tum pendere pœnas Cecropidæ juſſi. ¶ Cecropidæ pro nobilibus, propter originis antiquitatem. *Juven. Sat.* 8. *v.* 45. Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis. Aſt ego Cecropides. V. Cecrops.

Cecrŏpis, idis, patronymic. fœmin. filia Cecropis regis Athenienſium. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 805. ¶ Sumitur etiam pro quacumque Athenienſi. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 186. De Sulmonenſi mera Cecropis. ¶ Adjective *Ovid. Heroid. epiſt.* 10. *v.* 100. Inopia funeribus, Cecropi terre, tuis.

Cecropius, a, um, Atticus, Athenienſis, ut Cecropius cothurnus, *Horat. lib.* 2. *od.* 1. *v.* 12. quia Cecrops Athenis primas tragœdias ſcripſit. Arx Cecropia. *Ovid. Met.* 6. *v.* 70.

Cecrops, opis, m. 3. antiquiſſimus Rex Athenienſium, qui Athenas vel condidit, vel amplificavit jam conditas a Pallade. Regnavit annos 50. Hinc Athenienſes *Cecropidæ* dicti ſunt. ¶ *Euſebius* narrat, triceſimo quinto Moyſis anno Cecropem regnare cœpiſſe, annis ante Trojam captam 375. V. *Polyd. Virg. l.* 1. *c.* 4. & 6.

Cedens, entis, particip. *Plin. lib.* 3. *ep.* 6. Rari, & cedentes capilli. *h. e.* fiſſiles.

Cedenter, adverb. cedendo. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 16. Ita reſpondentes, ut cedenter, ac ſine ulla conſtantia eum conſentiendo coerceant.

Cedicianus, a, um, ad Cediæ pertinens, quæ eſt locus Campaniæ prope Siciliam. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 448. *n.* 4. Cediciani coloni.

Cediticus, a, um, Cedicianus ut Cediticus campus, *Plin.* 11. 49.

Cedo, is, ceſſi, ceſſum, n. 3. concedo, locum do, me retraho, *cedere*, *dar luogo*, ὑποχωρέω, eſt abire, diſcedere, locum dare. *Cic. Fam.* 4. *epiſt.* 9. Tempori cedere, ſemper ſapientis eſt habitum. Cedere alicui in aliqua re. *Id.* 2. *Offic. Ovid.* 2. *de art. v.* 197. Cede repugnanti, cedendo victor abibis. ¶ Sic cedere vita, vel e vita, pro mori, vel ultro, vel coacte. *Cic. de clar. Orat. c.* 1. *Tacit. hiſtor. l.* 2. *c.* 53. ¶ Sic cedere iræ, h. e. iræ dare locum. Cedere de ſuo jure, h. e. jus quod habemus alteri dare. *Cic.* 2. *Offic. c.* 18. ¶ Cedere foro, pro eo quod Ital. dicitur *fallire*. *Juven. Sat.* 11. *v.* 50. ¶ Cedere bonis, pro omnia bona ſua creditoribus tradere. *Quintil. lib.* 6. *c.* 1. ¶ Cedere ab aliquo, h. e. recedere. *Virg. Æn.* 5. Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt. ¶ Cedere etiam dicitur, quod ad nos pervenit. *Virg.* 3. *Æn. v.* 333. Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit Pars Heleno. ¶ Interdum ſignificat evenire, *accadere*, *ſuccedere*, ut cedere bene, male, feliciter, &c. *Virg.* 12. *Æn. v.* 148. Cedere res Latio: ubi *Serv.* Feliciter cuncta procedere. ¶ Item incedere. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. *v. ult.* Non prorſus, verum ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet. Sic *Var. l.* 6. *de L. L.* ¶ Dies cedere dicitur, cum accedit tempus, quo incipit deberi pecunia. *Ulpian. l.* 213. *ff. de verb. ſignific.* ¶ Alio ſenſu *Cic. de Senect.* Horæ quidem cedunt, & dies, menſes, & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur. *h. e.* recedunt, prætereunt. ¶ Particip. ceſſus, a, um, *ceduto*, *Ulpian. Inſtit. tit.* 50. Si antequam adeatur hæreditas, in jure ceſſa ſit, perinde hæres fit, cui ceſſa eſt, &c.

Cedo, eſt verbum anomalum imperativi modi, 2. perſ. num. ſingul. & ſignificat da, tribue, cum accuſ. vel cum accuſ. & dat. *Cic.* 3. *Ver.* Cedo tabulas. *Id.* 2. *Ver.* 1. 42. Cedo mihi leges Attalas. ¶ Interdum ſignificat dic, ſolo num. ſing. *Cic. de Sen. c.* 6. Cedo, qui veſtram Rempublicam tantam amiſiſtis tam cito? ¶ Reperitur etiam in plur. num. *cette* pro *cedite*. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 192. Cette manus veſtras, meaſque accipite. *h. e.* date. *Pacuv. ibid.* Utes ſit, cette. *h. e.* dicita.

Cedrātus, a. 1. 2. illitus cedri ſucco, vel cedrino unguento. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Libros cedratos tineas non tetigiſſe. *Harduin. ex MSS.* legit *citratos*.

Cedrelāte, es, f. 1. κεδρελάτη, cedrus magna, abietem æquans. *Plin. l.* 24. *c.* 5.

Cedrēus, a, um, adject. qui eſt ex cedro. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, naſcitur.

Cedria, f. 1. κεδρία, pix, quæ ex cedrelate fluit. Eſt adject. ſubſtantive uſurpatum, quia pix ſubintelligitur. *Plin. l.* 24. *c.* 5. *Celſ.* 5. 28. 35.

Cedrīnus, a, um, a. 1. 2. κέδρινος, quod eſt ex cedro, *Plin. lib.* 16. *c.* 40. Cedrinæ trabes.

Cedris, idis, f. 3. cedri fructus. *Plin. l.* 24. *c.* 5.

Cedrium, n. 2. κέδριον, κεδρέλαιον, pix, vel oleum ex cedro, *Plin. lib.* 16. *cap.* 11.

Cedroſtis, f. 3. κεδρωστίς, vitis alba, al. ampeloleuce. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Cedrus, f. 2. *cedro*, ארז, κέδρος, arbor perpetuo virens, jucundo odore, quæ a tinea immunis eſt, cujus pice, vel oleo res unctæ a tineis, & carie non læduntur. *Plin. l.* 13. *c.* 40. ¶ Hinc cedro digna loqui, h. e. digna immortalitate. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 42. & *Horat. de Art. poet. v.* 331. Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro. Ubi Cedrus pro cedri ſucco ſumitur. Hoc enim illiti Numæ libri ad annos 535. durarunt, teſte *Plin. l.* 13. *c.* 13. & *Vitruv. l.* 2. *c.* 9.

Celænæ, f. 1. Celenæ, κελαιναί, urbs Phrygiæ Magnæ, in monte ejuſdem nominis, juxta quam Marſias flu. decurrit. Ibi enim Marſyas auſus cum Apolline tibiarum cantu certare, victus, excoriatus, & tandem in fluvium ſui nominis converſus eſt. *Luc.* 3. 205. *Stat.* 4. *Theb. v.* 186.

Celænæus, a, um, ad Celænas pertinens, ut Marſyas Celænæus, *Martial.* 10. 62. Celænæus concubinus, *Id.* 5. 42. h. e. Atys, Celænis natus.

Celæno, us, f. 4. κελαινώ, una Harpyarum. Significat atrum, tenebroſum, a κελαινός, niger. *Virg.* 3. *Æn. v.* 245. ¶ Fuit & Celæno una ex ſeptem Lycurgi filiabus, quæ quod Liberum educaſſent, a Jove inter ſidera relatæ ſunt, dicunturque Pleiades. *Ovid. in Heroid. ep.* 19. *v.* 135.

Celāte, adverb. clam, tecte, *di naſcoſto*, *naſcoſtamente*. *Ammian. l.* 14. *c.* 7. Non celate turbidum ſæviebat ingenium.

Celātim, *aſcoſamente*, *celatamente*, Germ. *heimlich*, Gal. *ſecretement*, *en cachette*, Hiſp. *eſcondidamente*, κρύβδην, clam, abſcondita. *Siſen.* apud *Gell. l.* 12. *cap. ult.* Quam maxime celatim poterat, in inſidiis ſuos diſponit.

Celato, nomen deæ eſſe creditur, & legi in illo *Varron.* apud *Gell. l.* 13. *c.* 22. Ted Anna Perenna, Panda, Celato, Pales, &c. Sed Eruditi reponunt re *Lato*, vel Græco, er Λατῶ, h. e. Latona. V. *Turn. l.* 19. *Adverſ. c.* 11.

Celātor, oris, m. 3. *naſconditore*, qui celat. *Luc. l.* 10. *v.* 286. Qua Deus undarum celator, Nile, tuarum Te mihi noſſe dedis.

Celātus, a, um, nom. ex particip. abſconditus, tectus, *naſcoſto*, *occulto*, ut bene diſſimulatus, & celatus amor, *Ter. Andr.* 1. 1. *v.* 105. Celata virtus, *Horat. l.* 4. *od.* 9. *v.* 30. ¶ *Ter. Adelph.* 3. 2. Celato opus eſt. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 15. Celati indagator.

Celebrabĭlis, le, celebrandus, celebris. *Ammian. l.* 29. *c.* 5. (*al.* 34.) Ætatum ordinumque omnium celebrabili favore ſuſceptus.

Celebratio, onis, f. 3. *celebrazione*, חג, הלולה, ἐπιφημισμός, actus celebrandi. *Cic. Attic. l.* 15. *epiſt.* 29. De celebratione ludorum Bruti tibi aſſentior. ¶ Item frequentatio. *Id. pro Sylla*, *c.* 26. Quæ domus, quæ celebratio quotidiana? &c. ¶ Item laudatio. *Plin. l.* 34. *c.* 5. Equeſtres ſtatuæ Romanam celebrationem habent.

Celebrator, oris, m. qui celebrat. *Martial. l.* 8. *epigr.* 76. Hyperborei celebrator Stella triumphi.

Celebrātus, a, um, nom. ex particip. frequentatus, *frequentato*, *vigorito*. *Curt. l.* 4. *c.* 8. Celebrata regia Memnonis. *Liv. l.* 3. *c.* 63. Celebratior ſupplicatio. *Cic.* 2. *Phil.* Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omnium verſari. ¶ Subſtantive celebrata, orum, pro ſolemnibus, ſeu juſtis ſepulturæ, affert *Domitius* ad illud *Martialis l.* 6. *epigr.* 16. Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum ſe feciſſe Chloe. Sed alii ly *celebrata* adjective accipiunt, i. e. famoſa. Alii legunt *ſcelerata*. ¶ Item laudatus, prædicatus. *Plin.* 31. 2. Fontes celebrati carmine Laureæ Tullii.

Celebreſco, n. 3. *divenir famoſo*, ἀοιδιμεύω, celebris fio. *Attius* apud *Non. c.* 2. *n.* 158. Et qualiſcunque fama celebreſcat tua.

Celĕbris, & hoc celebre, vel celĕber, bris, bre, a. 3. præclarus, honeſtus, honorificus, qui celebratus, colitur, frequentatur, *famoſo*, *celebrato*, מהלל, Germ. *berühmt*, Gal. *celebre*, Hiſp. *celebre*, ἐπίσημος, *Cic.* 1. *de Divin.* Nunquam illud Oraculum tam celebre, & tam clarum fuiſſet. ¶ Accommodatur non ſolum perſonis, ſed etiam rebus, ut pugna celebris, h. e. memorabilis, *Cic. de Amic.* ex multis diebus, quos in vita celeberrimos, lætiſſimoſque viderit. *Vet. Gloſſ.* celebris, ἐπίσημος. ¶ Præterea celebris dicitur, qui frequentatur. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 12. Portus Cajetæ celeberrimus, & pleniſſimus navium. *Auctor ad Heren.* Locus quæritur celebris, an deſertus? *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 391. Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum. ¶ Item celer, feſtinus. *Attius* apud *Non. c.* 2. *n.* 161. Celebri gradu greſſum acceleraſſe decet, niſi forte legendum eſt *celeri*.

Celebrĭtas, f. 3. fama, laus, honor, dignitas, & ſplendor, *fama*, ἀδοξία, famæ claritas. *Cic.* 3. *Offic.* In maxime celebritate, atque in oculis quondam civium viximus! ¶ Item frequentia, hominum cœtus, concurſus, *frequenza*, קהל, Germ. *verſamlung*, Gal. *grand' aſſemblee*, Hiſp. *celebridad*, *frequencia*, πολυανθρωπία. *Cic. Tuſc.* Magno ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. *Id. Attic. l.* 3. *epiſt.* 7. Odi celebritatem, fugio homines, lucem aſpicere vix poſſum. ¶ Celebritas etiam dicitur conventus ſacrorum, aut alterius rei peragendæ gratia. Vet. Gloſſ. Celebritas, ἑορτή, feſtus dies. Sta ſupremi diei celebritatem pro ſolemnibus exequiarum, dixit *Cic. pro Mil. c.* 32.

Celĕbro, as, a. 1. prædico, orno, honeſto, illuſtro, *celebrare*, δοξάζω. *Cic. pro Rab.* Hæc mira laus eſt, quæ non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, ſed prudentium judicio expenditur. Hinc *laudibus celebrare*, laudare. ¶ Eſt item colere, venerari, agere cum quadam celebritate, πανηγυρίζειν, ἄγειν, ἑορτάζειν, ut Celebrare diem feſtum, *fare feſta*, Celebrare ludos, *fare i giuochi*. *Cic.* 3. *Catil.* Celebratote illos dies cum conjugibus, & liberis veſtris. *Id. Phil.* 6. Ludi Apollinares celebrati. ¶ Sæpe etiam pro frequento uſurpatur. *frequentare*, נקהל, חגג, הלל, Germ. *begehen*, *rühmen*, Gal. *celebrer*, *hanter*, Hiſp. *celebrar*, *frequentar*, φοιτάω πρός τι. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 45. Q. Mutii janua, & veſtibulum maxima quotidie frequentia civium, ac ſummorum hominum ſplendore celebratur. *Ovid. Met.* 4. *v.* 414. Tectaque, non ſilvas celebrat. ¶ Significat etiam implere. Vet. Gloſſ. celebret, πληροῖ. Eodem ſenſu uſurpatur etiam Concelebro. V. ¶ Item feſtinare, properare. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 33. Hæc cito celebrate, ne quæ mora ſit, &c. V. *Taubman.*

Celer, hæc celeris, hoc celere, adject. 3. velox, volucer, incitatus, *preſto*, *veloce*, מהיר, Ger. *ſchnell*, Hiſp. *ligero*, ταχύς. *Cic. pro Domo*, Videbam celerem mihi reditum fore. *Ovid. Met.* 8. *verſ.* 84. Fatali nata parentem Crine ſuum ſpoliat, prædaque potita nefanda Fert ſecum ſpolium celeris. *Ter. Phorm.* 1. 4. 1. Niſi aliquod conſilium celere reperies. *Cic. in Orat. c.* 59. Mente nihil celerius. *Virg. Æn.* 12. *v.* 507. Fata celerrima. ¶ Cum infinito. *Horat. l.* 3. *od.* 12. Celer latitantem excipere aprum. ¶ Apud *Ennium* occurrit ſuperlat. *celeriſſimus* in *Annal.* 16. Celeriſſimus rumos, apud *Priſcian. l.* 7. ¶ Reperitur etiam celer in feminino. *Liv.* apud *Priſcian. ibid.* Celer haſta. ¶ *Celere* neutrum pro celeriter, *Plaut. Curcul.* 2. 3. 4. Subito, propere, celere objectum eſt mihi negotium. ¶ Eſt etiam *Celer* cognomen Romanum, a pernicitate impoſitum, vel ab Equitibus Romuli, qui *Celeres* dicti ſunt: ut Q. Metellus Celer.

Celeranter, celeriter. *Attius* apud *Non. c.* 11. *n.* 33. Quis eſt, qui curſum hunc celeranter rapit?

Celerātim, adverb. celeriter. *Siſenn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 140. Quo magis celeratim poterant.

Celĕre, adverb. V. in Celer.

Celĕres, um, m. treceni equites a Romulo conſtituti ad cuſtodiam ſui corporis, ut *Liv. l.* 1. *c.* 15. narrat. *Pſſius* docet ita nominatos fuiſſe a Ce-

lere

lere Remi interfectore, quem Romulus initio iis præfecerat, & Tribunum Celerum appellaverat. Alii derivant a Græco Κέλης, ητος, quod vel equum ſignificat, vel equitem equo inſidentem. V. *Celes*. Sunt etiam, qui ducunt a *celeritate*. Hæc omnia leguntur apud *Serv. ad Æn.* 11. *verſ.* 603. ¶ *Feſtus*, & *Plin. l.* 33. *c.* 2. docent, ſub regibus omnes equites *celeres* fuiſſe appellatos.

Celerĭpes, pedis, maſc. 3. *veloce*, ὠκύπους, qui levis eſt pedibus. *Cicer. ad Attic. lib.* 9. *epiſt.* 7. Venit autem eo ipſo die ille celeripes, quem Salvius dixerat.

Celerĭtas, atis, f. 3. velocitas, pernicitas, *preſtezza*, *velocità*, מהירות, Ger. *behendigkeit*, Gal. *viteſſe*, Hiſp. *celeridad*, ταχύτης. *Cic.* 1. *Acad.* In pedibus celeritatem, in manibus vim ponebant. *Id. de clar. Orat. c.* 61. Expedita, & profluens celeritas verborum. ¶ In plur. num. *Id.* 1. *Offic.* 36. Suſcipere nimias celeritates.

Celerĭter, cito, brevi tempore, mature, quam primum, propediem, *velocemente*, במהירות, Germ. *ſchnelliglich*, Gall. *viſtement*, Hiſp. *preſtamente*, *ligeramente*, ταχέως. *Cicer. Att.* 15. 27. Librum tibi celeriter mittam. *Id.* 2. *de Fin.* Celerrimeque multa ſimul agitantem. *Caſ. de B. G. l.* 2. *c.* 3. Cum celerius omnium opinione veniſſet.

Celerĭtūdo, f. 3. *velocità*, *preſtezza*, velocitas. *Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 12. L. Ælius putabat dictum leporem a celeritudine, quod levipes eſſet.

Celeriuſcŭle, adverb. *alquanto più preſto*. *Auct. ad Heren. lib.* 3. *c.* 14. Celeriuſcule dicere.

Celeriuſcŭlus, a, um, *alquanto celere*. Agnoſcit hanc vocem *Priſc. l.* 3.

Celĕro, as, n. 1. feſtino, celeritate utor, *affrettare*, מהר, Germ. *beilen*, Gal. *haſter*, Hiſp. *apreſſurar*, ταχύνω, celeriter aliquid facio. *Cic. de Univ. cap.* 10. Quod ſemper uno modo celeraret. ¶ Uſurpatur & cum accuſ. *Virg.* 9. *Æn.* 378. Tum celerare fugam, patriaque excedere ſuadet. *Id. Æn.* 5. 609. Celerans viam. *Valer. Flacc.* 4. 80. Celerare imperium aſtutus. h. e. celeriter exſequi. ¶ Cum infinito *Auſon. in Moſell.* 355. ſed celerans in te conſumere nomen.

Celes, ētis, m. 3. κέλης, apud Græcos genus eſt navis, quam Latini celocem dicunt. *Plin.* 7. 56. *Gell.* 10. 25. ¶ Ab iiſdem Græcis *celes* dicitur, qui ab uno tantum regitur, freno, non jugo: item eques, qui in certaminibus publicis hujuſmodi equo utitur. *Plin.* 34. 5. *Serv. ad Æn.* 8. v. 635. ¶ Denique *celeres* dicti ſunt trecenti illi equites a Romulo inſtituti, qui ſæpius Latina voce, hinc fortaſſe ducta, *Celeres* appellantur. *Valer. Prob. in not.* Tr. Cel. Tribunus Celerum.

Celetizontes, m. 3. Κελητίζοντες, dicuntur, qui celetes equos regunt. *Plin. l.* 34. *c.* 8. ¶ *Heſych.* per ι ſcribit κελητίζοντες.

Celeus, diſſyllab. Κελεός, nom. propr. regis Eleuſinæ, a quo Ceres hoſpitio excepta omnem ei agriculturæ rationem aperuit. *Virgil.* 1. *Georg.* v. 165. Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex.

Celeuſma, atis, n. 3. הידד, Germ. *ein geſchrey*, *damit einer den andern zur arbeit ermanet*, Gal. *cry de pluſieurs perſonnes enſemble*, Hiſp. *grito como de marineros, o otros*, Κέλευσμα, eſt adhortatio portiſculi, ſeu celeuſtæ, ſcil. qui remigibus ſignum det, a κελεύω, jubeo, hortor. *Aſcon. in Divin. Verr. cap.* 17. Ceni remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, ideſt, ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam. ¶ Itaque celeuſma clamor eſt, vel cantus nautarum invicem ad remigandum hortantium. *Martial. l.* 3. *epigr.* 27. Lentos figitis ad celeuſma remos. ¶ *Fortun. Venant. de Vita S. Martini l.* 4. *v.* 423. Celeuſme, æ, feminino gen. extulit, cum ait: Atque petens portum vada complet nauta celeuſma. ¶ Reperitur etiam *celeuma*, extrito ſ. nam & Græca κέλευμα dicitur.

Celia, vel Cælia, fem. 1. potus ex frugibus confectus, qui Hiſpanis præcipue in uſu erat, ſicut cervisia Gallis. *Plin. lib.* 22. *cap. ult. Flor. lib.* 2. *cap.* 18.

Celibaris haſta, V. Cælibaris.

Cella, æ, f. *guardaroba*, *diſpenſa*, אוצר, Gen. *ein keller*, *ein ſpeiſſkammer*, Gall. *cellier*, Hiſp. *celda*, *bodega*, ἀποθήκη, omnis locus, ubi aliquid reconditur, & aſſervatur, a celo quod in ea celentur, quæ velimus eſſe occulta. *Cicer. in Rull.* Illi Capuam cellam, atque horreum agri Campani eſſe voluerunt. ¶ Capit autem cella ſignificationem pro ratione adjectivorum, quæ illi junguntur, ut cella vinaria, *cantina*, *caneva*, cella olearia, cella farinaria, cella pomaria, cella lignaria, cella libraria, cella caſearia. *Cic. de Sen. cap.* 16. Semper boni, aſſiduique domini referta eſt cella vinaria, olearia, mellaria, & pomaria. ¶ *Virg.* 1. *Æn.* v. 432. favorum cavernas cellas vocavit cum ait: Diſtendunt nectare cellas. ¶ Item loca, in quibus lavamur, aut ungimur in balneis, cellæ dicuntur, ut Cella caldaria, frigidaria, tepidaria, *Pallad. lib.* 1. *R. R. c.* 40. ¶ Cella item ſacellum erat, ſeu pars templi ſacratior, in quam ingredi cuivis fas non erat, *cappella*. *Cicer.* 1. *Phil.* Armatos in cella Concordiæ incluſit. Sic cella Jovis, Minervæ, &c. apud *Liv.* Sic Capitolinum templum tres cellas habuit, quarum media Jovi, dextra Minervæ, læva erat Junoni ſacra, ut ex *Dionyſio* conſtat. ¶ Denique cellæ dicuntur cubicula ſervorum, ut cella oſtiarii, apud *Petron. c.* 29. Cellæ bubulcorum, & paſtorum, apud *Colum. lib.* 1. *R. R. cap.* 6. *Cic. Phil.* 2. *cap.* 27. Servorum in cellis ſtratos lectos conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis videres. ¶ Et meretricum fornices. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 122. *Martial. lib.* 11. *epigr.* 46. *Petron. in Satyr. cap.* 8.

Cellaria, æ, *diſpenſiera*, mulier, quæ cellæ, ſive penori præeſt. *Plaut. Mil.* 3. 1. 102. Jampridem quia nihil abſtuleris, ſuccenſes cellariæ. Et quamvis hæc lectio valde incerta ſit, de qua V. *Taubman.* non tamen dubitandum de vocabulo, & munere, de quo multa *Pignorius de Serv. p.* 99.

Cellarienſis, ſe, adject. ad cellarium pertinens, ut cellarienſes ſpecies. *Cod. Theodoſ. l.* 32. *de erogat. militar. annona*. V. Cellarium.

Cellāris, re, adject. ad cellam pertinens, ut cellares columbos, *Colum. l.* 8. *cap.* 8. *in princip.* Nam cellas etiam pro columbarum caveis *Idem* dixit *loc. cit.*

Cellārium, ii, n. 2. *ripoſtiglio*, *granajo*, *conſerva*, אוצר, Gen. *keller*, Gall. *cellier*, Hiſp. *cilla*, ταμιεῖον, cella, promptuarium, cella promptuaria, ubi conduntur, & unde promuntur, quæ ad victum neceſſaria ſunt. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Quorum agri minorem modum obtinuere, quam iſtorum cellaria. *Donat. ad Ter. Adelph.* 4. 2. 13. Cella, inquit, & cellarium a reponendis, celandiſque rebus eſculentis & poculentis dicitur. Vet. Gloſſ. Cellarium, ταμιεῖον. ¶ Cellarium etiam olim dicebatur quidquid ex cellario promebatur, v. g. ſal, vinum, oleum, carnes, &c. præter annonam panis, vel frumenti; quæ omnia *in Cod. Theodoſ.* vocantur ſpecies cellarienſes, quas rectores provinciarum, eorumque comites ſolebant accipere. *Sulpit. Sever. lib.* 2. *hiſtor. ſac. de Concil. Ariminenſi*: Acciti Occidentales Epiſcopi Ariminum convenere: quibus omnibus annonas, & cellaria dari Imperator præceperat. Ubi *Sigon.* notat, annonas, & cellaria idem eſſe quod *lautia* apud Rom. veteres. ¶ Itaque annonæ nomine venit frumentum, & panis: cellarii vero vocabulo cæteræ ſpecies, quas ſupra diximus. ¶ Inter penu, & cellarium hoc intereſt, quod cellarium eſt paucorum dierum, penu vero longioris temporis, teſte *Serv. ad Virg.* 1. *Æn. v.* 704.

Cellārius, m. 2. *diſpenſiere*, מזין, Germ. *kellermeiſter*, Gal. *cellerier*, Hiſp. *botillero*, ταμίας, qui in cella præpoſitus eſt penui condendo, & promendo, qui etiam promus, & condus dicitur. *Col. l.* 11. *c.* 1. Ut cibus, & potus ſine fraude a cellario præbeatur.

Cellarius, a, um, adject. ad cellam, ſive promptuarium pertinens, ut cellaria ſagina, apud *Plaut. Mil.* 3. 2. 31. ſcil. locus ubi animalia ſaginantur, ut expon. *Pareus in Lex. Crit. verbo*, *Sagina*.

Cellatio, onis, f. 3. cellarum conſtitutio, ſive diſpoſitio. Occurrit *in fragment. Tragur. Petron. circ. fin.* Domus habet cellationem.

Cellio, onis, m. 3. idem quod Cellarius. *Vet. Inſcript.* apud *Gruter. p.* 581. *n.* 2. D. M. Secundi Nundini Primitiva Cellionis.

Cellŭla, f. 1. dim. a cella. *Ter. Eun.* 2. 3. 18. Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

Cellulanus, i, Monachus eſt, qui in cella vitam degit. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 3. *de Senato*. Lirinenſium cellulanorum.

Celo, as, a. 1. *naſcondere*, *celare*, כחד, Ger. *verbelen*, Gal. *cacher*, Hiſp. *eſconder*, ἀποκρύπτω, occulto, abſcondo, clam habeo, ſciri nolo, a κέλω, claudo. Activum eſt quarti ordinis, hoc eſt, cum duobus accuſativis conſtruitur. *Plaut. Bacch.* Cum iſthæc flagitia me celaviſti, & patrem. ¶ Loco accuſativi poſterioris admittit ablat. cum de. *Cic. l.* 7. *epiſt.* 20. Baſſus noſter me de hoc libro celavit. ¶ Interdum conſtruitur cum uno duntaxat accuſativo, vel perſonæ, vel rei. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos. ¶ *Celor.* paſſivum nominat. perſonæ habet, & accuſat. rei, ut Ægypti res ſacras a Sacerdotibus celabantur. ¶ Vel jungitur abl. rei cum de. *Cic. pro Cluent.* Non eſt de illo veneno celata mater. ¶ Interdum conſtruitur more verborum tertii ordinis cum nominat. rei, & dat. perſonæ. *Nepos*, 7. 3. 2. Id Alcibiadi diutius celari non potuit.

Celox, ocis, fem. 3. *fregata*, κέλης, navigii exigui genus, quod uno remo tantum agitur, a celeritate, vel a Græca voce, quæ allata eſt, quæ ſumpta eſt per metaphoram ab equo celete, quia, ut hic ab uno regitur ſeſſore, ita navigium iſtud unico tantum per tranſtra remo agitur. Eſt inventum Rhodiorum. *Liv. lib.* 21. *c.* 17. Naves longæ 160. celoces duodecim. Adde *Plaut. Capt.* 4. 2. 94. ¶ *Id. Pœn.* 3. 1. 40. adjective operam celocem, dixit, h. e. celerem. ¶ Et metaphorice pro ventre poſuit *Pſeud.* 5. 2. 12. Hinc celocem onerare, h. e. inebriare ſe ſe.

Celſe, adverb. *in alto*, alte. Comparat. celſius. *Claud. l.* 1. *in Eutrop. v.* 387. Celſius aſſurgunt. *Col.* 4. 19. Lætitia vitium celſius evagatur.

Celſĭtas, atis, f. 3. excelſitas, elatio, *altezza*, ὕψος, altitudo. *Cic. Offic. l.* 3. *c.* 5. Celſitas animi, & magnitudo. Alii legunt *excelſitas*.

Celſitūdo, inis, f. 3. idem quod celſitas. *Vellei. l.* 2. *c.* 94. Juvenis genere, forma, celſitudine corporis, &c. inſtructiſſimus.

Celſus. Aulus Cornelius Celſus, m. 2. variæ eruditionis nomine a *Quintiliano* commendatus, qui Rhetoricam multo, quam antea, diligentius explicavit, & de re militari accuratiſſime ſcripſit, nullumque pene diſciplinæ genus intactum reliquit. Sed ex ejus ſcriptis ad noſtra tempora nihil pervenit, præter octo elegantiſſimos de re medica libros, qui omnium manibus teruntur. Floruit ſub Tiberio Principe. *Medicus Cicero* appellatur ab Eruditis propter ſtili elegantiam, & Hippocrates Latinus propter peritiam medicæ artis. *Quintil. l.* 2. *c.* 13. *l.* 3. *c.* 6. & *l.* 12. *c. ult.*

Celſus, a, um, n. 1. 2. ſublimis, erectus, elatus, *alto*, *eccellente*, רם, Germ. *hoch*, Gall. *haut*, Hiſp. *alto*, ὑψηλός, altus, ſublimis, excellens, & dicitur propria de iis, quæ alta ſimul, & erecta ſunt. *Cicer. lib.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Deus homines humo excitatos, celſos, & erectos conſtituit. *Id. pro Syl. c.* 2. Celſiſſima ſedes honoris, & dignitatis. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 547. Celſior artus taurus. ¶ *Feſtus* docet *celſum* derivari a Græco κέλης, eques: quaſi inde hujus vocis ratio petita ſit, quod homines equo inſidentes, & alti ſunt, & erecto ſtent corpore. *Horat. de art. poet. v.* 342. Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes. *Stat. l.* 1. *Silv.* 4. *v.* 41. Celſus eques. *Id. Theb.* 8. 564. Nunc pedes enſe vago, prenſis nunc celſus habenis.

Celtæ, m. 1. Κελταί, pop. Galliæ Comatæ, dicti a Celto Polyphemi filio. Ab his una pars Galliæ Celtica dicta eſt, poſtea Lugdunenſis, *Il Lioneſe*, cujus urbs præcipua eſt Lugdunum. *Plin.* 4. 17.

Celtĭber, era, erum, a Celtiberia qui eſt, ut Celtiberæ urbes *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 5. ¶ Celtiberi Celtiberiæ populi, de quibus *Plin. lib.* 3. *n.* 3. *Caſ. de B. C. l.* 1. *c.* 38.

Celtiberĭa, æ, Celtiberorum regio, ea ſcil. pars Hiſpaniæ circa Iberum, quo Celtæ perveniſſe creduntur. *Catull. carm.* 38. Cuniculoſæ Celtiberiæ filii.

Celtiberĭcus, a, um, adject. a Celtiberia, ut Celtibericæ viriæ. *Plin. lib.* 33. *cap.* 3.

Celtiberius, a, um, idem quod Celtiber, vel ad Celtiberiam pertinens. *Catul. carm.* 40. *vel* 39. Nunc Celtiber in Celtiberia terra.

Celtĭca, f. 1. pars Galliæ. V. Celtæ. ¶ Eſt item opp. Hiſpaniæ Bæticæ, in conventu Hiſpalenſi. *Plin. l.* 3. *c.* 1.

Celtĭce, adverb. *Sulpic. Sever. dial.* 1. *c. ult.* Celtice, vel Gallice loqui.

Celtĭci, maſc. 2. pop. Hiſpaniæ, in Callaicis, qui a *Plinio* Neriæ, & Præſamarci cognominantur, circa Celticum prom. quod & Artabrum dicitur. *Plin.* 3. 1.

Celtĭcus, a, um, adject. ut Celtica rura, *Sil. Ital. l.* 1. *verſ.* 50. Celticum promontorium, *Plin. l.* 4. *c.* 20.

Celtis, f. 3. arbor de genere lotorum, magnitudine pyri, in Africa. *Plin. lib.* 13. *c.* 17. ¶ Item genus eximiæ teſtudinis, ſed raræ, quam Troglodytæ adorant, *Id. l.* 9. *c.* 10. ¶ Item genus ſcalpri, quo lapides cæduntur, *ſcalpello*. *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.* 329. Malleolo, & celte litteratus ſilex.

Cenæus, i, Κηναῖος, epitheton Jovis, qui ſic dictus a Cenæo promont. Eubœæ, ubi Hercules Jovi aram extruxit. *Ovid.* 9. *Met. v.* 136.

Cenchræus, a, um, ad Cenchreas pertinens: & ſumitur pro Corinthio. Nam Cenchreæ, Κεγχρεαί, oppidum eſt Peloponneſi in Iſthmo prope Corinthum: item portus ipſius Corinthi. *Stat. Theb.* 4. *verſ.* 60. Cenchræa manus.

Cenchramides, fem. 3. Κεγχραμίδες, ficorum grana, a κέγχρος, milium, propter ſimilitudinem. *Plin. l.* 15. *c.* 19.

Cenchrēæ, arum. V. Cenchræus.

Cenchrēis, idis, f. uxor Cinyræ, mater Myrrhæ, *Ovid.* 10. *Metam. v.* 435. ¶ Item inſul. in Ægæo mari. *Plin.* 4. 12.

Cenchris, idis, f. 3. Κεγχρίς, avis ex accipitrum genere, quaſi miliaria, a κέγχρος, milium, Latin. *tinnunculus*, a tinnitu vocis. *Plin.* 10. 52. ¶ Eſt item Cenchris, chris, maſc. 3. ſerpens maculis plenus, Thebano marmori ſimilis. *Lucan. l.* 9. *v.* 712. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris, Pluribus ille notis variatam tingitur alvum.

Cenchrites, m. 1. Κεγχρίτης, gemmæ ſpecies, quæ veluti ſparſa milii grana habere videtur, a κέγχρος, milium. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Cenchrius, flu. Aſiæ, qui per Joniam apud Epheſum fluit, & non procul a Caiſtro, Ortygiam lucum irrigat, ubi Latona edidit Dianam, & Apollinem.

Cenchros, i, m. 3. adamantis genus, milii magnitudine, a κέγχρος, milium. *Plin. l.* 37. *c.* 4.

Cenēta, f. 1. *Ceneda*, urbs Venetiæ, in Marchia Tarviſina, ad montium radices, inter Anaſſum, & Liquentiam fl. *Venetæ. Fortun.*

Ceninenſis, ſe, ad Ceninam pertinens. *Liv. l.* 1. *c.* 9. & 10. ¶ Fuit autem Cenina oppidum Latii olim celebre: ita dictum a Cenite conditore. *Feſt.* & *Plin.* 3. 5. ¶ Scribitur etiam *Cænina*, & *Cæninenſis*.

Cenomāni, m. 2. vel Cenomanni, Aulerci Cenomani, κενόμανοι, pop. Galliæ Celticæ, ſive Lugdunenſis, ad Sartam fl. Horum tractus nunc *le Maine* dicitur, prov. ampla inter Normanniam ad Bor. Belſiam ad Or. Britanniam minorem ad Occid. Andegavenſem prov. cum parte Turonenſis prov. ad Auſtr. Metropolis fuit Cenomanum, Vindunum, ſeu Subdinum, *le Mans*. ¶ Hi populi in Italiam venerunt. Hinc Cenomani, pop. Galliæ Tranſpadanæ. Habebant a Sept. Euganeos, ab Or. Venetos, a Mer. Padum flu. ab Occ. Inſubres, ubi nunc agri Veronenſis, Mantuanus, Cremonenſis, Brixianus. Eorum urbes numerantur Bergomum, Cremona, Mantua, Brixia, Crema, Tridentum, Verona. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Cenotaphium, n. 2. *monumento*, Germ. *leẽr grab*, Gal. *ſepulcre*, Hiſp. *ſepulcro*, κενοτάφιον, vacuum ſepulchrum, idest ſine corpore, & ſine ullis reliquiis corporis, aliter *ſepulchrum honorarium*, a κενός, vacuus, & τάφος, ſepulcrum. *Lamprid. in Alexandr. c.* 63. Cenotaphium in Gallia, Romæ ampliſſimum ſepulchrum meruit. Adde *Vopiſc. in Florian. c.* 2.

Cenſĕo, es, ſui, ſum, arbitror, puto, exiſtimo, decerno, æſtimo, cenſum habeo, *ſtimare, penſare, giudicare*, דִּמָּה, Ger. *achten*, Gall. *priſer*, *eſtimer*, Hiſp. *eſtimar*, *juzgar*, νομίζω, ἀξιόω. *Cic. Att.* 10. 11. Quid mihi animi in navigando cenſes fore? ¶ Item eſt conſtituere, deliberare, ſententiam dicere. Nam Senatus cenſet, cum ſententiam dicit de re, quod ſibi videtur. *Cic.* 1. *Catil.* Quid Senatus cenſuerit, exponam. *Liv. lib.* 10. *cap.* 12. Bellum Samnitibus & cenſuere Patres, & populus juſſit. ¶ Sed propria Senatores cenſere dicebantur, cum novam de re aliqua ſententiam dicebant. nam qui aliorum ſententiam probabant, aſſentiri potius dicebantur. *Sueton. in Aug. cap.* 35. Ut perinde quiſque animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quam aſſentiendum eſſet. ¶ Item æſtimare, & ſpeciatim cenſum agere, idest, facultates civium æſtimare, quod munus Cenſorum fuit. Sed de civibus etiam dicitur, & eſt bona ſua apud Cenſores profiteri. *Cicer. pro Flac.* In qua Tribu denique iſta prædia cenſuiſti? ¶ Invenitur etiam depon. *cenſeor*, *eris*, *cenſus ſum*, quod eſt profiteri, ſive deferre in cenſum apud Cenſores. *Cic. pro Flac. c.* 35. Verum eſto glorioſus fuiſti, voluiſti magnum agri modum cenſeri, & ejus agri, qui dividi plebi Romanæ non poteſt: cenſus es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta H. S. millia: cenſus es mancipia Amyntæ. ¶ Gerundium *cenſendi* paſſiva ſignificatione. *Cic. act.* 1. *in Verr. cap.* 18. Hæc frequentia, quæ convenit cenſendi cauſa. *h. e.* ut de ea cenſus agatur. ¶ Eſt tamen etiam *cenſeor* ſignificatione paſſiva. *Cic. Verr.* 4. *c.* 56. Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur. *Id. ad Attic. l.* 1. *epiſt.* 18. Ne abſens cenſeare, edicendum curabo. ¶ Ex hac cenſendi, h. e. æſtimandi notione factum eſt, ut quæ quidque re excellit maxime, atque inſigne eſt, ea cenſeri dicatur, idest, æſtimari, prædicari. *Val. Max. l.* 5. *c.* 3. *extern. exempl.* 3. Ariſtides, quo totius Græciæ juſtitia cenſetur. Et *c. e. ad fin.* Ampliſſimæ, & ſpecioſiſſimæ divitiæ ſunt, feliciter erogatis beneficiis late poſſe cenſeri. *Plin. in Paneg. c.* 15. Quiſquis paulo vetuſtior miles te commilitone cenſetur, hoc eſt, magni fit, quod te commilitonem habuit. ¶ Significat aliquando iraſci, ut ſuccenſeo ejus compoſitum. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 88. Ne vobis cenſeam, ſi ad me referetis. ¶ Eſt etiam verbum approbantis, ſeu affirmantis. *Plaut. Caſ.* 4. 3. 8. Quid ſi etiam occentem hymenæum? St. Cenſeo. ¶ In ſup. videtur etiam habere cenſitum. V. *cenſitus*.

Cenſio, onis, *caſtigazione*. *correzione*, פְּקוּדִים, Ger. *geſcheczin*, Gall. *taxe*, Hiſp. *tanados*, τιμωρία, caſtigatio. Unde cenſionem facere dicebantur Cenſores, cum multam cuipiam irrogabant. *Plaut. in Rud.* 4. 8. 9. Ne cenſionem ſemper facias. ¶ Eſt etiam, cenſionem facere, idem quod delectum habere: quo ſenſu locutus videtur *Plaut. loc. cit.* ubi vide omnino *Taubman.* ¶ *Feſtus*. Cenſionem facere dicebatur Cenſor, cum multam Equiti irrogabat. Et haſtaria cenſio dicebatur cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, ut haſtas daret. Hactenus *Feſt.* ¶ Cenſio bubula, hoc eſt, animadverſio in ſervum bubulis loris facta, *Plaut. Aulul.* 4. 5. 14.

Cenſĭtio, onis, f. 3. idem quod Cenſio. *Fantin. de Colon. pag.* 145. *Conſil.* Veſpaſiani cenſitione, & juſſu. ¶ Item tributum, *gravezza*. *Spartian. in Peſcenn. Nigro, cap.* 7. Palæſtinis rogantibus, ut ejus cenſitio levaretur, &c.

Cenſĭtor, oris, maſc. 3. verbale, idem quod Cenſor, ab antiq. *cenſio*, *is*: *Ulpian. in l. forma*, *§. illam æquitatem*, *ff. de cenſib.* Illam æquitatem debet admittere Cenſitor, ut officio ejus congruat. ¶ Revera nullum diſcrimen eſt inter Cenſitor, & Cenſor, cum eandem originem habeant. Tamen *cenſor* uſitatior eſt, & ſi quando *cenſitor* adhibetur, de iis fere dicitur, qui non in urbe, ſed in provinciis cenſent: quod & *Gisbert. Cuperus* adnotavit.

Cenſĭtus, a, um, in cenſum relatus, acceptus, æſtimatus, deſcriptus, nom. ex particip. pro Cenſus, a, um, tanquam a Cenſio, is, 4. Conjugat. *In monumento Ancyrano*, *quod Auguſti res geſtas continet*: Quo luſtro Civium Rom. cenſita ſunt capita quadragies, &c.

Cenſor, oris, m. 3. *cenſore*, *correttore*, נִבְרָה, Ger. *ſchetzer*, *ſtraffer*, Gall. *cenſeur*, Hiſp. *cenſor*, τιμητής, qui Cenſuram gerit, vel qui cenſum populi agit. Cenſorum munus inſtituit Servius Tullius Rex, & ipſe primus exercuit. Exactis Regibus, ipſi Conſules primis temporibus adminiſtrarunt. Poſtea bellorum curis impliciti cum ei negotio vacare non poſſent, peculiaris ad hoc Magiſtratus eſt inſtitutus, in quo penes duos Cenſoria poteſtas eſſet. Cenſores igitur dicti, quod populi opes cenſerent. Quibus poſtea morum, diſciplinæque Pop. R. cura data, immo & jus additum publicorum, privatorumque locorum, & vectigalium. ¶ Quinto quoque anno creabantur: civeſque ſic notabant, ut Senatorem, qui in moribus deliquiſſet, Senatu ejicerent. Roman. Equitem equo publico ſpoliarent; plebejum jure ſuffragii privarent, & ærarium facerent. ¶ Pertinebat etiam ad Cenſores tribus addere, tueri Urbis templa, leges condere, aut abrogare, de certis rebus cognoſcere, &c. ¶ Eorum Magiſtratus uſque ad Imperatores perduravit, qui ad ſe hoc munus traxere, cum in eo eſſet magna vis, & ampliſſima dignitas: nomen quoque ipſum mutarunt, *morum præfectos* appellantes. De Cenſorum origine, atque officio V. *Liv. l.* 4. *c.* 8. & *Cicer.* 3. *de Legib. c.* 3. ¶ Hinc Cenſores appellantur quicunque alicujus rei corrigendæ munus ſuſcipiunt, ut qui de aliorum ſcriptis judicium ferunt, qui & Critici dicuntur. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 109. At qui legitimum cupiet feciſſe poema, Cum tabulis animum Cenſoris ſumet honeſti.

Cenſorīnus, nomen familiæ apud Rom. ¶ Item nomen Imperatoris, qui ſeptem tantum dies imperavit, ab iis ipſis, qui eum elegerunt, occiſus. *Trebell. in* 30. *Tyrann. cap.* 32. ¶ Item Grammatici cujuſdam, qui ſcripſit de die Natali, ſive de humana origine, A. C. 238. *Voſſ. de hiſt. lat. l.* 2. *c.* 3.

Cenſōrius, a, um, *Cenſorio*, adject. ad Cenſores pertinens, ut Cenſorius, vir, qui ſcil. Cenſor fuit. *Cic. l.* 3. *de Orat. cap.* 89. Cenſoria animadverſio, *Id. pro Cluent. c.* 42. ¶ Sic quidquid grave, & ſeverum eſt, cenſorium dicitur, ut cenſorium ſupercilium, cenſoria ſeveritas, gravitas, &c. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. ¶ Cenſoria virgula, notæ critica eſt, & damnatoria. *Id. loc. cit.* ¶ Cenſorius dies, pro die extremi judicii, invenitur in Vet. quadam Inſcript. apud *Grut. p.* 1052. *n.* 8.

Cenſuālis, le, o. 3. quod ad cenſum pertinet. *Ulpian. l. forma*, *ff. de cenſib.* Forma cenſuali cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur. *Id. ead. l. §. ſi quis.* Vinculis cenſualibus tenetur. ¶ *Cenſuales*, ſubſtantive dicebantur Scribæ publici, qui cenſuales Tabulas conficiebant. *Capitolin. in Gord. cap.* 15. Ut non ſcribæ, non ſervi publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Hinc *tit.* 2. *Cod. Theod. l.* 8. de Tabulariis, Scribis, Logographis, & Cenſualibus. Adde *Symmach. lib.* 10. *ep.* 43. ¶ Dicuntur etiam *cenſuales* ipſi libri, in quibus cenſus perſcripti ſunt. *Tert. in Apol. c.* 19.

Cenſuārii, orum, videntur eſſe ii, qui cenſum, hoc eſt penſionem annuam domino agri, quem colunt, pendunt: in *Cod. Juſt. l.* 9. *tit.* 49. *leg.* 7.

Cenſum, i, n. idem quod cenſus. *Cicer.* apud *Non. c.* 3. *n.* 76. Quorum luxurias fortunata cenſa peperit.

Cenſūra, f. 1. *cenſura*, *riprenſione*, הוֹכָחָה, Germ. *das ampt deſſtraffens*, Gall. *cenſure*, Hiſp. *cenſura*, τιμητικὴ ἀρχὴ, τιμητεία, erat Magiſtratus duorum virorum, qui cenſui Pop. Rom. habendo præerant. V. Cenſor. *Liv. l.* 4. *c.* 8. M. Geganio Macerino, T. Quintio Capitolino Coſſ. cenſuræ initium fuit. ¶ Item ſeveritas, & diſciplina. *Capitolin. in M. Antonin. Philoſ. c.* 22. Res etiam in Sequanis turbatas cenſura, & auctoritate repreſſit. *Vulcatius de Caſſio*, *c.* 13. Mores ipſius varii, ſed ad cenſuram, crudelitatemque propenſiores. ¶ Item caſtigatio, animadverſio, judicium. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 63. Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas. *Trebell. Poll. in Gallien. cap.* 3. Conſtabat, cenſuram parentis eum ferre non potuiſſe. *Vellej.* 2. 36. 3. Cenſura vivorum difficilis eſt.

Cenſus, us, m. 4. *cenſo*, *entrata*, עֵרֶךְ, Ger. *ſchatzung*, Gall. *taxe*, Hiſp. *pecho*, *cenſo*, τίμημα, deſcriptio, ac æſtimatio bonorum juxta, ac perſonarum. Vet. Gloſ. Cenſus, ἀπογραφὴ, ἀποτίμησις. ubi ἀποτίμησις ad perſonas pertinet. Ita autem agebatur cenſus, ut quiſque civis nomen, genus, annos de ſe, uxore, liberis, & ſervis, eorumque officia, & artes, deinde pecunias ſuas, & prædia coram Cenſoribus profiteretur. Agri ita deferebantur, ut nomen fundi, tum locus in quo eſſet, vicini præterea, deinde arva, vineæ, prata, ſilvæ, paſcua deferrentur. Atque hæc omnia jurati edebant, & ſi quis detrectaret, aut falleret, primis temporibus virgis cædebatur, poſtea vero amiſſione bonorum, & civitatis multari conſuevit. *Sueton. in Aug. c.* 27. Cenſum populi agere. *Cic.* 4. *Ver.* 26. Cenſum habere. V. *Dionyſ. Halicarn. l.* 4. *c.* 19. & *l.* 5. *c.* 85. *Suet. in Calig. c.* 38. ¶ Inſtitutus eſt cenſus primum Romæ a Serv. Tull. ſexto Rom. Rege, eo ſcil. conſilio, ut de virib. Reipub. conſtare poſſet. ¶ *Cenſere cenſum* idem eſt quod cenſum agere, ſeu habere. Hinc *cenſui cenſendo legem dicere* apud *Liv. l.* 43. *c.* 14. ſignificat legem, ſeu modum dicere, quo cenſus habendus ſit. Et *cenſui cenſendo agri* vocantur a *Cicer.* qui ea conditione ſunt, ut in cenſum deferri poſſint, & a cenſoribus deſcribi, atque æſtimari: qui proinde & emi, & vendi jure civili poſſunt, ut *Feſtus* ſcribit. *Cic.* pro *Flacc. c.* 32. Illud quæro, ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo, habeant jus civile, ſint, necne ſint mancipi. ¶ In provinciis etiam cenſus agebatur, non ſolum ut de cujuſque facultatibus conſtaret, ſed ut tributa, & vectigalia imponi poſſent. *Lipſ. ad Tacit. Annal. l.* 1. *p.* 47. ¶ *Salmaſ. de modo uſurar.* notat, cenſum proprie dici, qui in Urbe fieret, in provinciis vero ἀπογραφὴν, ſive profeſſionem appellari, quod tamen diſcrimen ab Auctoribus non ſemper eſt obſervatum. V. *Cellar. notas ad Plin. l.* 10. *epiſt.* 22. ¶ Cenſus etiam dicuntur libri, ſive tabulæ, in quibus cenſus populi deſcriptus erat. *Leg.* 10. *ff. de prob. & præſumpt.* Cenſus, & monumenta publica potiora teſtibus eſſe, Senatus cenſuit. ¶ Hinc illa: in cenſum deferre, deducere, &c. *Cic. pro Arch. Ulpian.* & alii. h. e. edere, & profiteri, quæ in cenſualibus libris perſcribantur. *Cic. pro Balb.* Non enim furatus eſſe civitatem, non irrepſiſſe in cenſum dicitur. ¶ Dedicare in cenſu. V. Dedico. ¶ Item cujuſque opes, & fortunæ. *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 217. In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores, Cenſus amicitias. *Horat. l.* 2. *od.* 15. Privatus illis cenſus erat brevis, Commune magnum. ¶ Hinc edere, profiteri, ſignificare cenſum. *Cic. pro Arch. c.* 4. abſolute *profiteri* dixit. ¶ Cenſus Senatorius, ſc. patrimonium Senatorum, erat octingenta millia H. S. h. e. viginti millia ſcutatorum, ſeu philippicorum; nomine autem cenſus non annuum redditum intelligendum eſſe, ſed univerſorum bonorum æſtimationem, ſcribit *Octav. Ferrar. elect. l.* 1. *c.* 20. Auguſtus tamen Senatorium cenſum ampliavit ad duodecies H.S. h. e. ad triginta millia ſcutatorum. *Suet. in ejus vita c.* 41. ¶ Cenſus equeſtris erat duplo minor, h. e. quadringentorum H.S. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 57. ¶ Cenſui cenſendo V. ſuo loco.

Cenſus, a, um, o. t. 2. qui venit in cenſum, τιμηθεὶς, ἐν, de cujus bonis factus eſt cenſus. *Cic. pro Arch.* Illis Cenſoribus nullam Populi partem eſſe cenſam. V. Capitecenſi.

Centaurēa, æ, f. 1. & centaurium, rii, n. 2. κενταύρειον, κενταύριον, κενταύρειον, herba, al. ſhironion, a Chirone Centauro inventore. *Plin. l.* 25. *c.* 4. & 6. ¶ *Virg.* n. pl. uſus eſt 4. *Georg. v.* 270. Graveolentia centaurea.

Centaurēus, a, um, adject. a Centauro. *Horat. l.* 1. *od.* 18. *v.* 8. Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero.

Centauri, m. 2. *Centauri*, κένταυροι, erant centum Equites ad inſtar 300. Celerum Romuli, qui Regibus Lapitharum in Theſſalia ad corporis cuſtodiam & in bello, & in pace aderant. Dicuntur filii fuiſſe Ixionis ex Nube, quia ab illo inſtituti ſunt, ut ab iis corpus ſuum tegeretur. Dicti ſunt Centauri a κεντεῖν, pungere, & ταῦρος. Cum enim Ixion, bobus œſtro exagitatis, ſatellites ſuos ad eos revocandos ire juſſiſſet, illique curſu non ſufficerent, aſcenderunt equos, & eorum velocitate boves aſſecuti, eos ſtimulis ad tecta revocarunt. *Serv. in* 3. *Georg. v.* 115. ¶ Sunt tamen, qui aliunde etymologiam deducunt, nempe ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὰς αὔρας, eo quod Ixion, qui eorum pater fuiſſe fingitur, ex nube, cum qua coierit, eos generaſſe fertur. Ideo autem a Poetis parte ſuperiore viri, inferiore equi finguntur, quia a rudibus hominibus conſpecti animalia ex equis, & hominibus compoſita crediti fuere. Sed aliqui dicunt, populos illos Theſſaliæ, qui circa Pelium montem habitabant, univerſim Centauros appellatos eſſe, quod primi equos domuiſſent, & ex iis pugnare cœpiſſent.

Centaurĭcus, a, um, ad Centauros pertinens, ut Centaurica luſtra, apud *Stat.* 1. *Achill. v.* 266.

Centauromachia, æ, pugna cum Centauris. *Plaut. Curcul. a.* 3. *v.* 75.

Centaurus, i, m. monſtroſus homo, inferiore parte equina, ſuperiore humana ſpecie conflatus. V. *Centauri*. ¶ Item ſidus cæleſte idem qui ſagittarius. ¶ Alterum eſt etiam in cælo ſidus hoc nomine in parte Auſtrali, qui fingitur eſſe Chiron, qui ob inventam medicam artem meruerit inter aſtra transferri. *Manil. l.* 1. *v.* 408. ¶ Item nomen navis. *Virg.* 5. *Æn. v.* 122. Centauro invehitur magna, *ſubaudi* navi. *Magnus centaurus* Græce dicitur βουκένταυρος, *bucentaurus*, ex qua voce datum eſt nomen navi cuidam apud Venetos, *bucentoro*. ¶ Denique *centaurus* eſt

Digitized by Google

eſt nomen herbæ apud *Lucret.* 2. 400. nempe eadem, quæ *centaurea*.

Centena, æ, f. 1. gradus, ſeu dignitas militaris centurionatui ſimilis. *Leg. 3. de Cohortal. princip. cornicul. in Cod. Theodoſ.* Primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas poteſt.

Centenarius, a, um, adject. qui centum continet. *Varro* 2. *de re ruſt. c.* 5. Centenarius numerus gregum. ¶ *Centenariæ cœnæ*, dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus, præter terra nata, impendebatur. *Feſt.* ¶ *Vaſa centenaria*, quæ centum pondo habent. *Lamprid. in Heliogab. c.* 19.

Centenionalis pecunia, genus eſt monetæ in *Cod. Theodoſ. l.* 9. *tit.* 23.

Centenus, a, um, adjectiv. diſtributivum a centum: pro quo tamen extra diſtributionem ſæpius Latini utuntur, ut centeni anni, h. e. centum. Sic centena prædia. *Cic. Paradox.* 6. *c.* 3. ¶ Singulari numero *Vergil. Æneid.* 10. *v.* 207. Centenaque arbore fluctum Verberat. h. e. centum remis. ¶ Decies centena, V. in Decies.

Centeſima V. in Centeſimus.

Centeſimo, as, are, eſt centeſimum quemque, ducta forte, punire. *Capitolin. in Macrin. c.* 12. Milites ſæpius decumavit, aliquando etiam centeſimavit: quod verbum proprium ipſius eſt; cum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui decimatione, atque viceſimatione digni eſſent.

Centeſimus, a, um, o. r. 2. numerus ordinalis, poſtremus, vel unus ex centum. *Plaut. in Milite*, Haud centeſimam partem dixi. ¶ Interdum multiplicandi vim habet, & pro centuplo accipitur, ut cum dicimus, Centeſimum fructum, vel centeſimam frugem ager attulit; hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat. *Plin. l.* 5, *c.* 4. Cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra, *cento per uno*. ¶ Centeſimas calendas Juriſc. vocant centeſimum menſem. Unde centeſimis calendis aliquid dare, eſt, intra annos octo, & menſes quatuor. ¶ *Centeſimæ*, *arum*, fem. 1. uſuræ erant, quaſi uſurarum aſſes: cum ſingulis menſibus in fœnus centeſima ſortis pars impendebatur, vel quod idem eſt, duodeni nummi quotannis pro centenis. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 10. A menſtrua enim ſolutione potius appellatas eſſe centeſimas credibile eſt, quam quod nonnulli putant, quia centeſim menſibus uſura ſortem adæquaret. *Cic. Att. l.* 5. *ep. ult.* Aut bono nomine centeſimis contentus erat, &c. ¶ Hinc centeſimas ducere. *Id. Attic. lib.* 6. *ep.* 1. Centeſimas ſexennii ductis: h. e. ſubductis. *Id. ibid. lib.* 5. *ep. ult.* Ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur: h. e. ut centeſima uſura in ſingulos menſes ſolveretur. ¶ Fuit & genus vectigalis nummo centeſimo impoſitum, quod Auguſtus inſtituit, ærario militari condendo, quod *Tacit. Annal.* 2. *cap.* 42. vocat Vectigal centeſimæ.

Centiceps, pitis, o. 3. *di cento capi*, Germ. *hundertkoepffig*, Gall. *a cent teſtes*, Hiſp. *de cien cabeças*, ἑκατοντακέφαλος, qui centum habet capita. *Hor.* 2. *carm. od.* 13. Demittit atras bellua centiceps aures. *ſc.* Cerberus, vel propter ſerpentum turbam, quibus redimitur. Unde *Id. l.* 3. *od.* 11. *de eodem Cerbero*. cujus furiale centum Muniunt angues. Vel quia revera centum habet capita, ut *Iſacius*, apud *Natal. Com. l.* 3. *Mytholog.* tradit. *Heſiod.* autem in Θεογον. quinquaginta ei tribuit: Cæteri Poetæ tria tantummodo aſſignant, unde τρικέφαλος paſſim a Græcis cognominatur.

Centies, adv. ἑκατοντάκις, centum vices. *Terent. Heaut.* 5. 1. 8. Niſi idem dictum eſt centies. *Cic. in Piſon. c.* 35. Seſtertium centies, & octingies ex ærario tibi attributum. h. e. centies centena millia. *Martial.* 5. 71. O quanta eſt gula, centies comeſſe! *h. e.* centies centena millia. ¶ Legitur & *centiens*.

Centifidus, a, um, qui in centum partes finditur. *Prudent. in Symm.* 2. *v.* 889. Dæmon centifidum confundit iter.

Centifolius, a, um, *di cento foglie*, centum habens folia, ut Centifolia roſa. *Plin.* 21. 4.

Centigranius, a, um, *di cento grani*, centum habens grana, ut Centigranium triticum, *Plin.* 18. 10.

Centimanus, a, um, o. r. 2. *di cento mani*, Germ. *der hundert hend hat*, Gall. *à cent mains*, Hiſp. *de cien manos*, ἑκατόγχειρ, qui centum habet manus. *Horat. l.* 2. *od.* 17. *v.* 14. Centimanus Gyges.

Centimeter, tri, m. qui centum metris utitur, vel qui vario & multiplici metrorum genere carmina componit, ut Terentianus Maurus, de quo *Sidon. carm.* 9. *v.* 265. Sed nec centimeter Terentianus, Nec Lucilius hic, Lucretiuſque eſt.

Centimetrum, tri, n. opus de centum metris. *Servius in Centimetro* apud *Putſch.*

Centinodia, f. 1. herba, al. genicularia, a nodorum, & geniculorum multitudine. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Centipeda, f. 1. ἑκατοντάπους, vermis piloſus multis pedibus arcuatim repens, al. ſcolopendra, multipeda, millepeda. *Plin. l.* 29. *c.* 6.

Centipellio, onis, m. alter a ventriculis cervorum (nam duos habere dicuntur) quod multis conſtet plicaturis, & ſinubus, quaſi pellibus. *Plin.* 28. 9. Item venter, quem centipellionem vocant.

Centipes, edis, adject. centum, vel multos habens pedes. *Plin.* 9. 43. Scolopendræ, quas centipedes vocant.

Cento, onis, m. 3. *ſchiavina*, *ſchiavinetto*, κέντρων, uvor, ſtragulum ſignificat ex lana coacta, vel ex variis pannis conſutum, & refertur inter veſtimenta, & ſtragula ruſticorum, apud *Cat. R. R. c.* 2. & *Colum. l.* 1. *c.* 8. ¶ Ejus uſus etiam in reſtinguendis incendiis, *Cæſ. B. C. l.* 2. *c.* 10. *Veget. l.* 4. *c.* 15. ¶ Eſt etiam veſtis vilis genus e variis panniculis, ac diverſis interdum coloribus conſarcinatum. *Juven. ſat.* 6. *v.* 121. Intravit calidum veteri centone lupanar. ¶ Item faſciculus ex variis pannis compactus, quo parietes detergentur, quo ſenſu accipi videtur ab *Ulpian. l.* 12. *Dig. de inſtr. & inſtrum. leg.* ¶ Translate cento dicitur Carminis genus ex variis variorum Poetarum verſibus compactum. Vide *Auſon. in epiſt. ad Paul. quam Centoni nuptiali præfixit.* ¶ Suos centones farcire alicui, proverb. pro conſarcinatis ſermonibus aliquem obruere, & ſe jactare, apud *Plaut. Epid.* 3. 4. 19.

Centobrica, æ, urbs Celtiberorum in Hiſpania. *Valer. Max. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 5. Hinc

Centobricenſis, e, ut Machinæ Centobricenſes, apud *Val. Max. loc. cit.*

Centonarius, a, um, ad centonem pertinens. *Tertull. de Præſcript. cap.* 39. More centonario. h. e. in modum centonis.

Centonarius, ii, m. 2. qui centones conſuunt. Præterea centonarii dicebantur, qui tabernacula & caſtrenſem ſupellectilem (quæ centones vocant) ſuppeditabant. Hinc collegii Centonariorum fit mentio in *Inſcript.* apud *Sponium Miſcell. Erud. Ant. p.* 57. 62. 63. & *Fabret. Inſcript. p.* 485. M. Junius Sabinus Patronus Collegii centonariorum.

Centores, um, populi Scythiæ Europeæ, fortaſſe iidem, qui Eſſedones, quos *Plin.* 6. 7. Colchis junctos facit. *Valer. Flac.* 6. 150. Impulit & dubium Phryxei velleris ardor Centoras.

Centralis, e. 3. κεντρικός, quod ad centrum ſpectat. *Plin. l.* 2. *c.* 73. Quam terra centralis interveniat.

Centratus, a, um, in centro poſitus, apud *Fulgent. l.* 1. *Mythol. c.* 11.

Centronicus, a, um, ad Centrones pertinens, ut Centronicæ Alpes, *Plin.* 11. 42.

Centrones, pop. Galliæ Narb. nunc in Sabaudia, verſus Alpes Grajas, quorum regio Tarantaſia. *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Centroſus, a, um, o. 1. 2. ut Centroſa ſcobs, ideſt, limatura admodum dura veluti centrum, quod in marmore, vel jaſpide inveniatur. *Plin. lib.* 37. *c.* 7. Gemmæ ſaſtitiæ centroſa ſcobe deprehenduntur.

Centrum, tri, o. 2. *il mezzo*, מרכז, Ger. *mittel*, Gal. *centre*, Hiſp. *centro*, κέντρον, punctum in medio circuli, vel ſphæræ, a quo omnes lineæ quæ duci poſſunt ad peripheriam, ſunt inter ſe æquales. *Cicer.* 1. *Tuſc. c.* 17. Terram in medio mundo ſitam ad univerſi Cœli complexum quaſi puncti inſtar obtinere, quod κέντρον illi vocant. *Plin. lib.* 18. *cap.* 29. Solis centrum. ¶ Centra in marmore, & arboribus ſunt quidam veluti duriores nodi ad clavi ſimilitudinem, *Plin. l.* 26. *c.* 39. ¶ Eſt item centrum cryſtalli quoddam vitium, durum, & fragile, quod & ſalem appellant. *Plin. l.* 37. *c.* 2.

Centum, *cento*, מאה, Ger. *hundert*, Gal. *cent*, Hiſp. *cien*, *ciento*, ἑκατόν, nomen numerale, & indeclinabile. *Cic. pro Milon.* Hi centum dies penes accuſatorem cum fuiſſent. ¶ Accipitur aliquando centum indefinite pro pluribus, *molti*. *Horat. lib.* 1. *carm. ode* 16. Te greges centum, Siculæque circum mugiunt vaccæ. ¶ Centum emere: h. e. centum nummis emere. *Paul. JCtus leg. Diligenter. Dig. Mandati*. Ut domum Sejanam centum emeres.

Centumcapita, ἑκατοντακέφαλος, al. eryngium, vel erynge alba, herba ex aculeatarum genere. *Plin. l.* 22. *c.* 8.

Centumgeminus, a, um, adject. *Virg.* 6. *Æn. verſ.* 287. Et centumgeminus Briareus, *h. e.* centum habens brachia. *Servius* exponit *centies duplex*. Sed vox *geminus* juncta nominibus numeralibus fere non duplicat, ut *tergeminus* idem eſt quod triplex, non ſextuplex; *ſeptemgeminus* eſt ſeptemplex; *quadrigeminus*, quadruplex. *Valer. Flacc.* 6. 118. Centumgemina Thebe. *h. e.* centum habens portas.

Centumpondium, vel centupodium, n. 2. lapis unicus centenarii ponderis, quo in appendendo utuntur. *Voſſ. in As*, et *Cat. c.* 13. Centumpondium incertum unum, & pondera certa. ¶ Aliqui accipiunt pro immani pondere, etiamſi centum pondo excedat. *Plaut. in Aſin.* 2. 2. 37. Ad pedes quando adjectum eſt centupondium.

Centumviralis, le, ad Centumviros pertinens, ut Centumvirale judicium. *Cic. pro Cæc. c.* 18. Centumvirales cauſæ. *Plin. l.* 1. *ep.* 14. ¶ Centumviralis haſta, quæ poſita cogebantur ſolemni conventu Centumviri ad res judicandas. *Suet. in Augu. c.* 36. Auctor fuit, ut centumviralem haſtam, quam quæſtura functi conſuerverant cogere, decemviri cogerent.

Centumviri, m. 2. *cento uomini*, Judices Romæ, qui haſtæ præerant, & de rebus privatis judicabant, ut de uſucapionibus, de tutelis, de gentilitatibus, de agnationibus, de alluvionibus, de circumluvionibus, de nexis, de mancipiis, de parietibus, de luminibus, de ſtillicidiis, de teſtamentis, vel hereditatibus. *Cic.* 1. *de Or. pro Cæc.* &c. Eligebantur terni e ſingulis 35. Tribubus; & ideo erant centum, & quinque. Sed ut facilius nominarentur, Centumviri dicti ſunt. ¶ Inſtituti fuere ſimul cum Decemviris poſt inſtitutionem Prætoris Peregrini, ideſt, poſt annum Urbis 512. ¶ Cauſæ Centumvirales leves habebantur. Hinc non legimus, Ciceronem, vel alium magnum Oratorem cauſas tractaviſſe coram Centumviris, præter Aſinium Pallionem. Sed Taciti ætate primum locum obtinebant. *Tac. in Dial. de Orat.* Et *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18.

Centunculus, m. 2. ἐπισαγμάτιον, dim. a cento, dorſuale, & inſtratum jumentorum. *Liv. l.* 7. Mulis ſtrata detrahi jubet binis tantum centunculis velictis. ¶ Item vilis, ac ſordidum ſtragulum, veſtis, &c. ad uſum hominum, *ſchiavina*. *Senec. ep.* 81. In centunculo dormis. ¶ Item herbæ genus. *Plin. l.* 24. *c.* 15. ita dicta, quod cementi inopia, ejus foliis centones farciebantur.

Centuplex, icis, o. 3. *cento doppi*, Germ. *hundertfeltig*, ἑκατονταπλάσιος. *Plaut. in Perſ.* 4. 4. 11. Centuplex murus rebus ſervandis parvus eſt.

Centuplicato, *raddoppiando cento volte*, Germ. *doppelt hundertfeltig*, adverb. *Plin. l.* 6. *c.* 23. Quæ apud nos centuplicato veneunt.

Centuplicatus, a, um, idem quod centuplex. *Prudent. lib.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 1050. Solertia centuplicatos Agrorum redigit fructus.

Centupondium. V. Centumpondium.

Centuria, f. 1. *compagnia di cento uomini*, Germ. *ein rott von hundert kriegsleuten*, Gal. *centurie*, Hiſp. *centuria*, ἑκατοντάς, multitudo centum hominum, vel agrorum, &c. ¶ Centuriæ erant partes claſſium, ideſt, partes minores Populi Romani inſtitutæ a Servio Tullio ſecundum cenſum, ideſt, divitiarum magnitudinem. V. *Liv. l.* 1. *c.* 43. & *Dionyſ. lib.* 4. ubi centuriæ P. R. enumerantur, & in ſuas Claſſes diſtribuuntur. ¶ Centuria in agris initio ex centum jugeribus fuit, poſtea ex ducentis. *Colum. l.* 5. *c.* 1. ¶ In militia centuria eſt centum militum numerus. *Iſidor. l.* 9. *Orig. c.* 3.

Centurialis, le, ad centuriam pertinens, ut centuriales lapides apud *Varr. Auct. de limitibus*. h. e. lapides terminales in agrariis centuriis poſiti.

Centuriatim, adv. κατὰ τάξεις, per centurias. *Cicer. pro Flac. c.* 7. Tributim, & centuriatim deſcriptis ordinibus.

Centuriatio, onis, f. 3. in centurias diſtributio. ¶ Eſt etiam vox Agrimenſorum, qua ſignificatur forma, & diviſio per centurias. *Siculus Flaccus*, *p.* 16. Alii (formam agri) dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, &c.

Centuriatus, us, m. 4. dignitas, & officium Centurionis. *Cic. pro L. Man. c.* 13. Cujus in exercitu veneant Centuriatus, atque venierint. ¶ Item centuriatus, in centurias diviſio. *Liv. l.* 22. *c.* 38. Ubi ad decuriatum, aut centuriatum conveniſſent.

Centuriatus, a, um, in Centurias diſtributus. *Liv. lib.* 22. *c.* 38. Ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. ¶ Centuriata Comitia dicebantur, in quibus populus per centurias ſuffragia ferebat; erantque omnium maxima, quia in his univerſus R. populus ſuffragium ferebat, convenientibus non ſolum qui in Urbe, ſed etiam qui in agris erant, & in iis urbibus, quibus data fuerat civitas cum jure ſuffragii. Nam in *curiatis* comitiis ſoli cives Urbani aderant; in *tributis* ſoli plebeii, excluſis patribus. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 19. Ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitiis, noluerunt. ¶ Centuriatus ager, *Feſto* eſt in centena jugera definitus.

Centurio, onis, m. 3. Centuriæ præfectus, & dux, *Centurione*, *Capitano di cento ſoldati*, שר מאה, Ger. *hundertſt mann*, Gall. *centenier*, Hiſp. *centurion*, ἑκατόνταρχος, qui uni Centuriæ præeſt, ideſt, centum equitibus, vel peditibus. In Legione 60. Centuriones erant, pro ſexaginta Centuriis, quot fuiſſe in Legione tradit *Dionyſ. l.* 9. *Tac.* 1. *Annal.* ¶ Eligebantur, quorum virtus bellica omnibus eſſet ſpectatiſſima. ¶ Dux primæ Centuriæ dicebatur Primipili Centurio, & Primipilus. Nam prima Centuria Primipilum vocabatur, quod circa ſigna gravis armaturæ conſtituta erat. Hic non modo Aquilæ præerat, ſed quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites, in prima acie gubernabat, & tanquam princeps tantus legionis merita conſequebatur, & commoda. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 73. Magnis e Centurionibus orti. *h. e.* ducibus, & nobilibus parentibus.

Centurio, as, avi, atum, a. 1. centurias conficio, in centurias diſtribuo, *ordinar ſoldati a cento a cento*, λοχίζω, in centurias ordino. *Cicer. ad Quir. poſt red.* Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi, centuriarique vidiſſem. *Liv. l.* 10. *c.* 21. Seniorum etiam cohortes factæ, liber-

Digitized by Google

libertiniqne centuriati. ¶ *Hyginus de Limitib. conſtit.* apud *Goeſ. p.* 195. centuriare agrum, eſt, limitibus includere, & in centurias redigere.

Centurionātus, us, m. 4. apud *Tacit. Annal.* 1. *c.* 44. Centurionatum egit: ideſt Centurionum delectum habuit, & partim veteres confirmavit, partim novos adlegit, ut locum legenti patet.

Centuriōnus, m. 2. apud veteres idem, ac Centurio. *Feſt.*

Centurīpæ, arum, f. 1. *Centorvi*, κεντόριπαι, urbs olim, nunc opp. Siciliæ, in Valle Demona, ad Ætnæ M. radices, propa Adranum fl. *Plin.* 3. 7.

Centuripīnus, a, um, ad Centuripas pertinens, ut Centuripini legati. *Cic. Verr.* 4. *c.* 49.

Centuſſis, m. 3. nummus brevis ex ære, qui centum aſſes valebat, ſeu quadraginta ſeſtertios. a *centum*, & *as*, *aſſis*. *Perſ. ſat.* 5. *ad fin.* Et centum Græcos curto centuſſe licetur. h. e. adeo contemnit, ut centum eorum æſtimet ſingulos aſſis unius. *Lucil.* apud *Gell. l.* c. *cap.* 24. appellat legem *centuſſis*, legem Fanniam, qua cavebatur, ne quis ultra centum aſſes in cœnam impenderet.

Cepe. V. Cæpe.

Cephalæa, æ, f. *dolor di capo*, κεφαλαία, dolor capitis. *Plin.* 20. 13. ¶ Scribitur & *Cephalea*.

Cephalalgia, & Cephalargia, æ, f. *dolor di capo*, dolor capitis. *Plin. Valer. l.* 1. a. 3. & *Æmil. Macer cap. de Acidula*.

Cephalalgĭcus, a, um, adject. cui caput dolet. *Veget. l.* 1. *c.* 25. *de re veterin.* ¶ Eſt a κεφαλὴ, caput, & ἄλγος, dolor.

Cephalēa, V. Cephalæa.

Cephalœdis, f. 3. Cephalœdis, Cephaledium, Cephalodium, *Ceſalù*, *Ciſalù*, urbs Siciliæ marit. in ora Occ. & Bor. cum portu verſus mare Tyrrhenum, & in modum promontorii in mare excurrens. *Pop.* Cephaleditani, vel Cephalodienſes.

Cephallēne, & Cephalenia, æ, inſula marit Jonii, *Ceſalonia*, ſic dicta, ut quidam putant, a Cephalo Dionei filio, qui ibi quondam regnavit. *Plin. l.* 4. *c.* 12. & *l.* 30. *c.* 2.

Cephelēnes, um, populi ſunt inſulæ Cephalenes incolæ. *Silius l.* 15. *v.* 305. Saxa Cephalenum, & ſcopuloſis Neritum arvis.

Cephalēus, a, um, adjectiv. ad cephalum pertinens, ut cephalea caro. *Lucil.* apud *Gell. l.* 10. *c.* 20. ubi alii aliter legunt.

Cephalĭcus, a, um, *ceſalico*, κεφαλικὸς, ad caput pertinens: & dicitur de iis, quæ capitis doloribus proſunt, ut *Cephalicum emplaſtrum*, *in titulo c.* 7. *c* 19. *l.* 5. apud *Celſum*.

Cephalōtus, æ, m. capitatus. *Seren. Sammon.* At thymbræ ſpeciem, quam commemorant cephalotem, *h. e.* cunila capitata.

Cephălus, m. 2. κέφαλος, piſcis, al. mugil, a capitis magnitudine. *Plin. l.* 9. *c.* 17. & 42.

Cephălus, m. 2. filius Æoli, vel nepos Æoli, filius Dejonei, venator inſignis. Procrin Erechthei, ſeu Erichthei, Athenienſium Regis, vel ſecundum Servium, Iphicli filiam, Orithyiæ ſororem in uxorem habuit: Sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, a qua, cum venaretur, raptus eſt. Cum illa fœdus conjugale excuſaret, Aurora irata vaticinata eſt, futurum, ut Cephalus Procrin non habuiſſe vellet. Dubitans Cephalus de uxoris fide, habitu mercatoris ſumpto, faciem Aurora mutante, uxorem donis ſollicitare ſtatuit. Diu repulſus eſt. Sed augendis muneribus Procrin dubitare coegit. Illa victa pudore, ubi ſe Cephalus indicavit, in ſylvas fugit, & Dianæ comitem ſe adjunxit. Sed paulo poſt Cephalo veniam orante in urbem regreſſa eſt, & viro dona dedit Lælapam canem, cui fatis datum fuerat omnes feras currendo ſuperare, & jaculum omnia contingens, quæ vellet. Circa meridiem Cephalus venatum in ſylvas ire ſolebat ſine famulis, ſine equis, ſine canibus, ſolo armatus jaculo, & cum ſatietas cæde ferarum eſſet, repetere frigus, & umbras, & auram invocare. Audiens neſcio quis nomen auræ ſæpe vocatum putavit eſſe Nymphæ, & Procri nuntiavit, Nympham a Cephalo amari. Poſtero die Procris furtim virum in ſylvam ſecuta eſt, ut ipſa videret, an alteram amaret, ſeque venatione peracta inter virgulta abſcondit. Cum maritum auram vocantem audiſſet, movit ſe paulum. Quod Cephalus ſentiens, feram ratus, jaculum immiſit, atque ita inſciens uxorem interfecit. *Ovid.* 7. *Met. in fin.* Sed aliqui ſcripſere, Lælapam canem, & duo jacula dono data Cephalo fuiſſe ab Aurora, aliqui etiam Cephalum ex Aurora, vel ex Aura filium Heſperum ſuſcepiſſe. ¶ De cane Lælapa, & fera quadam, quæ item invincibilis erat, *Ovidius* narrat, eos inter ſe certaviſſe apud Thebas, cumque Cephalus jaculum in feram immiſſurus eſſet, in Lapides a Jove fuiſſe converſos. *Ib.* Sed alii omnes fabulantur, Lælapam in Cœlum tranſlatum eſſe, dicique Canem Sirium, vel majorem.

Cephēius, a, um, ad Cepheum pertinens, ut Andromede Cepheia, *Propert. l.* 1. *eleg.* 3. *v.* 3. *h. e.* filia Cephei.

Cephēnes, um, m. *fuchi*, *galavroni*, κηφῆνες, fuci, apes imperfectæ, & inutiles operi, niſi quod multitudine, quæ calorem confert, fœtum adjuvant. *Plin. l.* 11. *c.* 16. ¶ Item populi Æthiopum ſub Cepheo rege *Ovid.* 7. *Met. v.* 1.

Cepheus, i, m. 2. diſſyllab. κηφεὺς, Æthiopum Rex, Andromedæ pater. In cœlum tranſlatus dicitur, cum genero Perſeo, uxore Caſſiope, filia Andromeda, & ornatus undecim ſideribus. Oritur 13. parte Capricorni.

Cephēus, a, um, adject. Æthiopicus. *Ovid. Met.* 4. *v.* 669. Cepheaque conſpicit arva. Alii leg. *Cephena deſpicit arva*. *Propert.* 4. 6. 78. Cepheam Meroen faſcaque regna canat.

Cephiſia, κηφισία, Atticæ regio, per quam Cephiſus labitur. ¶ Item fons ejuſdem regionis. *Plin. l.* 9. *c.* 7.

Cephiſias, adis, f. 3. &

Cephiſis, idis, f. 3. patronym. femin. a Cephiſo. *Ovid.* 1. *Met. v.* 369. Adeunt pariter Cephiſidas undas. *Id.* 7. *Met. v.* 438. Vidit & immitem Cephiſias ora Procuſten.

Cephiſus, & Cephiſſus, i, m. 2. *Ceſiſſo*, κηφισσὸς, fl. Græciæ, qui oritur in Doride prope Lilæam urbem, deinde auctus Mela fl. Elateam Phocidis urbem rigat, poſtea per Cherroneam in Bœotiam labitur, & cadit in Copaidem lacum, qui ab eo Cephiſſides aliquando dictus fuit; mox per cuniculum exiliens in Euripum ſe exonerat prope Larimam opp. Aquæ Cephiſi fatidicæ a *Lucano l.* 3. *v.* 175. dictæ ſunt ob Themidis Oraculum vicinum. ¶ Cephiſus alter fl. Atticæ, qui juxta Athenas fluit ad Occ. & in ſin. Saronicum ſe exonerat prope Piræum portum.

Cepidĭnes, vel Cephidines, ſaxa in ædificiis prominentia. *Feſt.*

Cepīne. V. Cæpina.

Capotaphium, i, κηποτάφιον, ſepulcrum in horto; vel hortus ſepulcro religioſus factus. κῆπος enim hortum, & τάφος ſepulcrum ſignificat. Inſcript. apud *Fabrettum p.* 115. Hoc cepotaphium muro cinctum cum ſuo jure omni ex auctoritate, & judicio Pontificum poſſederunt.

Cepto, as, are, idem quod capio, vel capto. *Plaut. Merc. c.* 3. 4. 63. Cur iſtuc ceptas conſilium?

Cepurĭcus, a, um, *di orto*, κηπουρικὸς, a κῆπος, hortus, hortenſis. *Pirmic. l.* 5. *c.* 12. ¶ Cepurica, orum, ſubſtant. olim. Unde *Sabinus Tyro* Cepuricon librum ſcripſit, & Mecænati dicavit. V. *Plin. l.* 19. *c.* 10.

Cepūrus, i, m. *ortolano*, κηπουρὸς, olitor, hortulanus. Ita inſcribitur liber *Apicii* tertius, in quo agit de ratione condiendorum olerum.

Cera, f. 1. *cera*, שעוה, Germ. *wachs*, Gal. *cire*, Hiſp. *cera*, κηρὸς, illud, quod melle ex favis expreſſo remanet. *Cic.* 3. *de Orat.* Verba, ſicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus, & fingimus. ¶ Metonymice ſumitur pro ceratis tabellis, in quibus plerunque antiqui ſcribere ſolebant. Hinc formulæ illæ loquendi, In cera prima, ſecunda, ima, vel extrema, ideſt, in principio, in ſecunda parte, in ultima. *Cicer.* 3. *Verr. c.* 36. Codicis extrema cera. *Sueton. in Nerone*, *c.* 17. Cautum eſt, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomina inſcriptæ, vacuæ ſignaturis oſtenderentur. Primæ duæ ceræ. *h. e.* primæ duæ paginæ. V. *Salmaſ. c.* 21. *de modo uſur.* ¶ *Cic. Attic. l.* 15. *epiſt.* 19. His literis ſcriptis, me ad συντάξεις dedi; quæ quidem vereor, ne miniatula cerula tua pluribus locis notandæ ſint. Adde *l.* 16. *epiſt.* 11. Quibus locis ſignificat *Cic.* ſe Attici cenſuram de ſuis libris fuiſſe veritum. Critici enim in perlegendis libris, ſuſpecta, dubia, aut improbata notis quibuſdam ſignare ſolebant, affingendis particulis e cera, eaque miniata. ¶ Ceras pro imaginibus cereis, quibus divites atria ornabant, poſuit *Juven. ſat.* 8. *v.* 19. Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria. ¶ Pro tabulis, ſeu coloribus pictorum, *Stat. Silv.* 1. *v.* 100. Apellem cuperent te ſcribere ceræ. Et *ceris pingere* dixit *Plin. l.* 35. *a.* 11. & opponit τῷ, *penicillo pingere*. Habebant enim pictores diſcolores ceras, quas inducebant tabulis ad exprimendum quod vellent. Eas poſtea igne inurebant, lævigebantque: ex quo hujuſmodi opera encauſtica dicta ſunt. *Plin. loc. cit.* ¶ Ceræ nomine interdum intelligitur mixtura ceræ, & picis, aut ſimilium, qua navium rimæ obducuntur. *Ovid. l.* 11. *Met. v.* 320. Spoliataque tegmine ceræ Rima patet, præbetque viam lethalibus undis.

Cerachātes, gemma ex achatæ generibus, ceræ colore. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Ceramīci, loca duo Athenarum fuere, unus in urbe, qui erat certa ſedes meretricibus conſtituta, alter extra urbem, in quo qui in bello ceciderent, publico ſumptu ſepeliebantur, funebrique oratione ornabantur, a κέραμος, terra figularis, teſta, tegula. *Cic.* 1. *Fin. c.* 11.

Ceramītes, æ, m. 1. gemma teſtæ colorem habens, a κέραμος, teſta. *Plin. l.* 36. *c.* 10.

Cerarĭa. V. Geraria.

Cerarium, ii, n. 2. *Cicer.* 5. *Verr. c.* 78. Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primum pro ſpectatione, & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Cerarium vocat *Cic.* pecuniam, quam exigebat Verres pro impenſis ceræ: fortaſſe eam ceram intelligit, quæ in ſcribendo a tabulariis conſumebatur.

Cerasĭnus, a, um, adject. ceraſis ſimilis colore, aut ſapore, aut ceraſis infectus. *Petron. Sat. c.* 28. Ceraſino ſuccinctus cingulo.

Ceraſtes, æ, maſc. 1. genus ſerpentis, quod quadragemina cornua præfert, ſimillima arietum, a κέρας, cornu. *Lucan. lib.* 6. *v.* 679. & *lib.* 9. *v.* 716. ¶ Latina forma, Ceraſta, æ, eſt apud *Alcim. Avitum l.* 1. *v.* 91. Mordax abſorbuit ore ceraſta. ¶ A Poetis finguntur Furiæ ceraſtas in capite pro capillo habere. *Stat. Theb.* 11. *v.* 65. & *Claudian.* 3. *in Rufin. v.* 96.

Cereſſibōla, æ. Refertur hæc vox a *Varr. l.* 6. *L. L.* & ſignificat carnem e cotendicibus. *Scaliger* legendum putat *caro ſtrebula*, de qua meminere *Feſtus*, *Plaut. in fragm.* & *Arnob.* V. *Scalig. conject. ad Var.*

Ceraſtis, f. 3. dicta Cyprus, quod procurrentibus promontoriis, velut infeſtis cornibus aſſurgat, vel quod incolæ olim ceraſtas aluerint. *Plin. l.* 5. *c.* 31.

Ceraſum, i, n. 2. fructus ceraſi arboris, *ciregia*. *Plin. l.* 15. *c.* 25. Ceraſorum Aproniana maxime rubent. ¶ Dicitur & de ipſa ceraſo. *Col.* Ceraſa, & amygdalæ, quæ primæ florent, poſſunt inſeri commode.

Ceraſus, f. 2. *ceregio*, Germ. *ein kerſch baum*, Gall. *ceriſier*, Hiſp. *cerezo*, κέρασος, arbor nota, a Ceraſunte Ponti urbe ſic dicta, quam cum Lucullus deleviſſet, inde illam Romam tranſtulit, & ab urbe ceraſum appellavit. Nam ante Lucullum erant quidem ceraſa in Italia, ſed dura, & cornoceraſa dicebantur, *Serv.* 2. *Georg. Iſid. l.* 17. *c.* 7. *Ovid. de nuce*, *v.* 32. Audiat hæc ceraſus: ſpes inanis erit.

Ceraſus, untis, f. 3. *Chiriſſonda*, κερασοῦς, urbs Cappadociæ, in Ponto Polemoniaco, in ora litorali Ponti Euxini. *Plin.* 6. 4.

Ceratăules, æ, m. *ſonator di cornetta*, κερατανλης, idem qui cornicen. V. Ceraula.

Cerathēus, a, um, adject. a Ceratho flu. *Virg. in Ciri*, *v.* 113. Carpathium fugiens, & flumina Cerathea.

Ceratus, i, maſc. 2. Ceratus, *Fiume di Gionſa*, fl. Cretæ, præter Gnoſſum fluens, quæ etiam de nomine fluvii dicta eſt.

Ceratia, f. 1. herba uno folio, radice nodoſa, & magna. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Ceratias, æ, m. κερατίας, cometa cornutus, a κέρας, cornu. *Plin. l.* 2. *c.* 25. Ceratias cornu ſpeciem habet, qualis fuit, cum Græcia apud Salamina dimicavit.

Ceratīnæ, f. 1. κερατίναι, λόγοι, argumentationes ſophiſticæ, in quibus cornuum mentio fit, a κέρας, cornu, ut, quod non perdidiſti, habes, cornua non perdidiſti, cornua ergo habes. *Quint. l.* 1. *c.* 10.

Ceratium, n. 2. κεράτιον, ſiliqua, a κέρας, cornu, quia eſt corniculata, & ſpeciatim fructus arboris ceroniæ, quæ & ipſa ceratia, & ceratonia dicitur, quia eſt incurvus inſtar cornu. *Col. de arborib. c.* 25.

Ceratŭlum, ii, n. 2. cerotum, ceratum, *cerotto*. *Marcell. Empir. c.* 35. Ceratorium chalaſticum. *Cal. Aurel.* 2. *Tard. c.* 3. Ceratorium apponere.

Cerātum, i, n. 2. emplaſtri genus ex cera, *cerotto*. *Celſ. l.* 4. *c.* 20. Ceratum ex cyprino. Et 1. 24. Ceratum liquidum.

Ceratūra, æ, f. 1. ceræ obductio. *Col. l.* 12. *c.* 50. Quemadmodum nova vaſa ſi caleſiant, liquidam ceram facile excipiunt, ſic vetera non crediderim propter olei ſuccum ceraturam pati.

Cerātus, a, um, cera obductus, *incerato*, ut ceratæ tabulæ, in quibus ſcribebant. *Cic. Divin. in Verr. c.* 7. Ceratæ pennæ, *Horat. l.* 1. *od.* 2.

Ceraula, æ, κεραύλης, cornicen, a κέρας, cornu. *Apul. l.* 8. *A. A.* Juvenis ſatis corpulentus, & ceraula doctiſſimus. *Priceus* quidem legit ibi *choraula*, ſed *Salmaſ. in exercit. Plin.* priorem lectionem defendit. Legitur hæc vox & in *Vopiſc. Charin. c.* 19. ubi alii legunt *Ceraules*. quod idem eſt ac alii *Choraules*.

Ceraunia, f. 1. vel Ceraunium, n. 2. κεραυνία, κεραύνιον, gemmæ, a κεραυνὸς, fulmen, fulgur, quia cadit cum imbribus, & fulminibus, vel quia fulget inſtar fulguris. *Plin. l.* 37. *c.* 9. & 10. *Claudian. de laud. Serenæ*, *v.* 78.

Ceraunĭa, orum, montes Epiri, ita appellati, quod fulminibus infeſtentur. nam κεραυνὸς fulmen eſt. *Virgil. Æn.* 3. *verſ.* 506. Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta. ¶ *Plin. l.* 2. *c.* 9. Ceraunios montes vocat. V. Acroceraunia.

Ceraunium, neut. 2. κεραύνιον, tuberis genus, a κεραυνὸς, fulmen, quia e fulminibus, & tonitribus maxime naſcitus. *Plin. lib.* 19. *cap.* 3. ubi alii aliter leg.

Ceraunĭus, a, um, ad Ceraunia Epiri montes pertinens. *Colum.* 3. 2. Cerauniæ vites.

Ceraunobolia, m. 2. κεραυνοβολία, Apellis tabula, in qua fulmina pinxit, a κεραυνὸς, fulmen, & βολὴ, ictus. *Plin. l.* 33. *c.* 10.

Ceraunus, a, um, Ceraunius. *Propert.* 2. 13. 3. Nam potuit ſaxo vitam poſuiſſe Ceraunii. *h. e.* ſcopulis Acroceraunis.

Cerberaſtrum. V. Serperaſtrum.

Cer-

Digitized by Google

Cerberĕus, a, um, adject. a Cerbero. *Stat. 5. Silv. 1. v. 249.* Ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat latratus.

Cerbĕrus, maſc. 2. *Cerbero*, κέρβερος, canis triplici capite, januæ Infernalis cuſtos, quem Hercules domuit, & ſubactis Inferis ad Superos catenis conſtrictum traxit, tum videlicet, cum ad Inferos deſcendit, ut Theſeum liberaret, qui occiſo Pirithoo in vinculis apud Plutonem detinebatur, cum uno profecti eſſent ad rapiendam Proſerpinam. Interpretatio hæc eſt, Cerberum canem fuiſſe Plutonis, vel Orci Regis Epiri, ſeu Albaniæ inferioris, Epirum partem eſſe infernam Regni Saturni ſecus mare inferum, in Epiro canes ferociſſimos eſſe, qui ſuis inſtar tetrum canum alius generis, Herculem occiſo, vel placato Cerbero Theſeum a carcere liberaviſſe. ¶ Sed Mythologi terram interpretantur, dictamque volunt Cerberum, quaſi κρεοβόρος, hoc eſt, carnivoram, a κρέας, caro, & βορὸς, vorax, quia terra corpora omnia ſibi credita vorat, & conſumit. ¶ Alii ſerpentem fuiſſe volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, qui populis exitioſiſſimus eſſet, & quoniam in Tænaro ad Inferos dicitur eſſe aditus, Ditis canem eſſe nominatum, denique hunc ſerpentem ab Hercule interemptum fuiſſe. *Virg. Æn. 6. v. 417.*

Cercēris, f. 3. animal quoddam amphibium. *Var. 4. de L. L.*

Cerclus. V. Circius.

Cercōlips, ipis, f. 3. κερκόλιψ, genus ſimiæ, ſine cauda, a κέρκος, cauda, & λείπω, relinquo, deſum, deficio. Sed alii dicunt ſimiam eſſe, quæ caudam pinguem habet, & ultimam partem villoſam, a κέρκος, cauda, & λίπος, pinguedo. *Peſt.*

Cercopithēcus, m. 2. *gatto mammone*, קוֹפִים, Ger. *meerkatz*, Gal. *guenon*, Hiſpan. *gato paus*, κερκοπίθηκος, ſimia cum cauda, a κέρκος, cauda, & πίθηκος, ſimia. *Mart. l. 14. epigr. 202.* Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. ¶ Hoc animal inter varia monſtra adorabant Ægyptii. *Juven. Sat. 13. v. 4.* Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci.

Cercops, opis, f. 3. κέρκωψ, fera ingentem habens caudam, ideſt, vulpes, vel genus ſimiæ, idem ac cercopithecus, a κέρκος, cauda, & ὤψ, facies, quia cauda ſpectabilis eſt. ¶ Aliqui intelligunt hominem verſutum, quod velut in facie caudam habeat, qua aliis blandiatur. alii lucrionem, a κέρδος, lucrum. *Peſt.*

Cercurus, i, m. κέρκουρος, navis prægrandis Aſiana, vel Cypria. *Plin. l. 7. c. 56. Plaut. Stich. 2. 2. 43.* Conſpicatus ſum interim Cercurum, quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo.

Cercyonēus, a, um, ad Cercyonem pertinens. Fuit autem Cercyon Neptuni filius, latro inſignis apud Eleuſinem, qui validiſſimas arbores incurvans, iis alligatos viatores diſcerpebat, ut *Ovid. 7. Met. verſ. 439.* narrat. Hic a Theſeo occiſus eſt, *Ovid. in Ibin, v. 412.* Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu Corpora Theſea Cercyonea manu.

Cercyros, i, piſcis marinus in ſcopulorum ſine habitans, *Ovid. in Halieut. v. 102.*

Cerdo, onis, m. *artefice vile*, *artigiano di poco pregio*, ſignificat vilem, & ſordidum artificem, quique omni ratione lucellum ſectatur, quales ſunt infimæ plebis homines, & nullius cenſus, a κέρδος, lucrum. *Juven. ſat. 8. v. 181.* At vos, Trojugenæ, vobis ignoſcitis, & quæ Turpia cerdoni, Voleſos, Brutoſque decebunt. ¶ Jungitur interdum cum aliis artificum nominibus, ut *ſutor cerdo* apud *Martial. 3. 59. ciabattino*. Et *cerdo faber* in *Inſcript.* apud *Spon.* ¶ Eſt etiam nomen proprium ſervi apud *Ulpian. Dig. 38. 1. 42.*

Cerealia, orum, *Sacrifizio di Cerere*, δημήτρια, ſacra Cereris a Triptolemo inſtituta, al. *Theſmophoria* a Cerere Theſmophora, ideſt, legumlatrice, & *Adorea*, ab *ador*, *far*, frumentum. Hæc feſta caſta religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, ſi quis eo tempore cum uxore concubuiſſet. Præterea in ſacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Unde *Plaut. in Aulul.* jocandi anſam ſumpſit, Megadorum Cereri nuptias eſſe facturum, quod nihil vini ad nuptias eſſet allatum. V. *Auguſtin. de Civ. Dei, l. 7. c. 20.*

Cerealis, le, o. 3. *cid*, *che appartiene a Cerere*, δημητριακός, quod ad Cererem pertinet. *Virg. 1. Æn. v. 177.* Cerealiaque arma expediunt. ¶ Ædiles Cereales, Magiſtratus erat duorum virorum, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant. ¶ Cerealia ludi, qui in honorem Cereris fiebant. *Liv. l. 30. c. 39.* ¶ Cereale papaver a *Virg. 1. Georg.* dictum eſt, vel quod eſt eſui, ſicut frumentum, vel quod eo Ceres uſa eſt ad oblivionem doloris. ¶ Cerealis cœna, h. e. lauta, qualis diebus Cerealibus ſolebat apparari. *Plaut. Men. 1. 1. 25.*

Cerebellāre, ris, n. 3. tegumentum cerebri. *Veget. l. 3. c. 33.* (*ſi ſalva eſt lectio*) Caput cerebellari communire.

Cerebellum, n. 2. *cervelletto*, ἐγκεφάλιον, dim. a cerebrum. *Plin. l. 29. c. 5.* Morſis a cane rabido, ne rabioſi fiant, cerebello gallinaceo occurritur.

Cerebrōſus, a, um, adject. qui ex cerebro laborat, *ghiribizzoſo*, *grillaio*, quemadmodum cerebroſum ſenem, h. e. mente commotum, *Plaut.* dixit *Moſtell. 4. 2. 36.* Et ita inſanum, & cerebroſum conjungit *Lucil.* apud *Nonium*, qui c. 1. n. 82. cerebroſum interpretatur eum, qui ad inſaniam facilis eſt. *Horat. lib. 1. Sat. 5. v. 21.* Cerebroſus proſilit unus, &c. quem locum vide. ¶ Dicitur & de brutis. *Col. l. 2. c. 11.* Noxium eſt bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

Cerĕbrum, n. 2. *cervello*, מֹחַ, Germ. *das hirn*, Gal. *cerveau*, *un cervelle*, Hiſp. *meollo de la cabeça*, ἐγκέφαλος, ſubſtantia illa, quæ in capite incluſa eſt, a κάρα, vel a κέρας, caput. *Cic. 1. Tuſc. c. 9.* Alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem, & locum. *Plaut. Mil. 2. 2. 51.* Cerebro laborare. *h. e.* mente commotum eſſe. Alii tamen aliter legunt. ¶ Cerebrum accipitur pro bili, ſeu iracundia. *Horat. l. 1. Sat. 9. v. 11.* O te, Bollane, cerebri felicem! Alii ibi accipiunt pro ſapientia. *Id. lib. 2. Sat. 3.* Putidius cerebrum, dixit, h. e. inſaniorem mentem. ¶ Jocularitet *Plaut. Aulul. 2. 1. 28.* Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta, ſoror: lepidet loqueris. *Id. Pan. 3. 5. 25.* Id nunc his cerebrum uritur. *h. e.* iraſcuntur, ægre patiuntur. ¶ Cerebrum arboris, pro ipſius medulla. *Plin. l. 13. c. 4.*

Cereŏlus, a, um, diminutivum a *cereus*, a, um. Apud *Col. l. 10. v. 404.* *cereola* dicuntur pruna cerei coloris, quæ a *Plin.* *cerina* appellantur *lib. 15. c. 13.*

Ceres, eris, *Cerere*, δημήτηρ, filia Saturni, & Opis, ſoror Jovis, ex quo Proſerpinam peperit, a Gentibus habita Dea frugum. Dicta eſt Ceres a *creo*, olim *cereo*, quaſi frugum creatrix. Sed aliis dicta videtur quaſi Geres a gerendis frugibus. *Cic. 2. & 3. de nat. Deor.* A Græcis dicitur δημήτηρ, quaſi *gemeter*, hoc eſt, terra mater, quia terra omnium frugum mater eſt. *Id. 2. ibid.* ¶ Peculiari epitheto *Alma* dicitur, quia homines, & beſtias alit. Græci etiam Cererem Theſmophoron vocant, hoc eſt, legum latricem a θεσμὸς, lex, & φέρω, fero, quia ante, quam illa agriculturæ uſum docuiſſet, homines nulla lege vivebant, poſtea Cereris beneficio monſtrato uſu frugum, cœptum eſt de agrorum finibus, qui antea nulli erant uſui, diſceptari, quam primam volunt fuiſſe legum, & juris originem. Nonnullorum opinione eadem eſt, ac terra. *Cic. 1. & 2. de nat. Deor.* Aliis eſt intelligentia, quæ terræ præſidet. *Id. 3. ib.* ¶ Aliis Ceres Luna eſt, ut Liber eſt Sol. *Virg. 1. Georgic.* Vos o clariſſima mundi lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum Liber, & alma Ceres.

¶ Aliqui duas Cereres faciunt, primam filiam Cœli, & Veſtæ, ſororem Saturni, uxorem Sicani Regis antiquiſſimi Siculorum, matrem Acheronatis, quæ Siculos frumenti uſum docuit, ſecundam filiam Saturni, & Opis, ſororem Jovis, matrem Proſerpinæ ex Jove fratre. *Boccat. l. 3. & 8.* V. Proſerpina, & Triptolemus. ¶ Ponitur interdum Ceres pro ipſo frumento, ſeu pane, ſicut Liber pro vino. *Ter. Eun. 4. 5.* Sine Cerere, & Baccho friget Venus. ¶ Cereri ſacrificant, dici ſolitum, ſi quando in convivio deeſſet vinum, propterea quod in hujus ſacris nefas vinum inferre, *Plaut. in Aul. 2. 6.*

Cerevisia. V. Cerviſia.

Cerĕus, a, um, o. 1. 2. *di cera*, Ger. *waechſin*, Gall. *de cire*, Hiſp. *de cera*, κήρινος, quod eſt ex cera. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 12.* Si omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. *Horat. ad Piſon. v. 163.* Cereus in vitium flecti. ¶ Item pro flavo, *giallo*, a ceræ colore. *Virgil. 2. Ecl.* Addam cerea pruna. Inde ficedulæ pingues ab *Accio* apud *Nonium* cereæ vocantur, tranſlucente omnirum per cutem flava pinguedine. ¶ Quandoque pro uncto. *Martial. l. 1. epigr. 93.* Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna. ¶ Alii interpretantur lacernam, quæ ex longo uſu candidum colorem amiſit, & cerea, ſeu ſubfuſca facta eſt.

Cerĕus, i, m. 2. *cero*, *torcio*, Ger. *wachſkertz*, Gall. *un cierge*, Hiſp. *cirio*, κηρὸς, eſt funale, vel candela ex cera confecta, *Cic. Offic. 3. 20.* Omnibus vicis ſtatuæ factæ ſunt, ad eas thus, & cerei. *Mart. l. 14. epigr. 42.* Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes. ¶ *Feſtus:* Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Ceria, æ, f. 1. potionis genus apud Hiſpanos. *Plin. l. 22. c. 25.*

Cerifice. V. Ærifice.

Cerifico, o, 3. ceram facio. *Plin. l. 9. c. 38.* Cum cerificavere, fluxos habent ſuccos. *h. e.* cum lentorem ſuum ceræ ſimilem mutuo attritu ſalivavere. Al. leg. *fruſicavere*.

Cerinarius, ii. V. Carinarius.

Cerintha, æ, cerinthe, es, κηρίνθη, κήρινθος, κηρίνθη, herba, mellis cum cera mixti ſaporem habens, folio candido, cujus florum apes ſunt avidiſſimæ, a *cera*, quia ad ceram conficiendam confert. *Virg. 4. Georg. v. 63.* Cerinthæ ignobile gramen. Adde *Plin. l. 21. c. 12.*

Cerinus, a, um, o. 1. 2. *ſimile alla cera*, Ger. *das dem wachs gleich iſt*, Gall. *reſſemblant a cire*, Hiſp. *ſemejante a la cera*, κήρινος, quod ceræ ſimile eſt. *Plin. l. 13. c. 13.* Laudatiora cerina, atque purpurea. ¶ Cerinum, ſubſt. veſtis genus, a colore ceræ. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.*

Cerion, n. 2. κηρίον, favus. *Plin. l. 20. c. 2.* Sanat ulcera concreta in modum favi, quem cerion appellant.

Cerites, m. 1. κηρίτης, gemma eſt cerei coloris. *Plin. l. 37. c. 10.*

Ceritulus, vel Cerritulus, a, um, adject. diminut. a Ceritus. *Capel. init. l. 9.* Aſſimilare quemquam vel cerritulum garrientem.

Ceritus, vel cerritus, o. 1. 2. δημητρόληπτος, inſanus, furioſus quaſi *cereritus*, ideſt, a Cerere animo vexatus, mente orbatus, quia ut in Bacchi ſacris a Baccho, ſic in Cereris ſacris a Cerere furore corripiebantur. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 277.* Cerritus fuit, an commotæ crimine mentis abſolves hominem? *Plaut. Amph. 2. 2. 144.* Quin tu iſtam jubes pro cerrita circumferri? *Id. Menæch. 5. 4.* Larvatus eſt ille, aut cerritus. ¶ Rectius videtur ſcribi dupliciter. eſt enim contractum a *Cereritus*.

Cermalus, locus in Urbe ſic nominatus. *Feſtus* apud *Varr. lib. 4. L. L.* eſt *Germalus*.

Cernentia, æ, f. 1. actus cernendi, *il vedere*. *Capell. l. 4. de nupt. Philol.* Cernentia opponitur cæcitati.

Cernētum, opp. Latii, inter Bovillas, & Caſſinum. *Plin. l. 3. cap. 5.* Pop. Cernetani. *Id. ibid.*

Cernitus, a, um, idem quod cretus, diſcretus, ſeparatus, cribratus, a cerno, *Theod. Priſcian. l. 2. c. 4.* Lomentum ſubactum bene cernitum. Alii aliter legunt.

Cerno, is, crevi, cretum, cernere, proprie ſignificat ſeparare, ſecernere, cribrare, *crivellare*, *vagliare*, διακρίνω. Eſt enim per metatheſim a κρίνω, dirimo, diſcerno, ut placet Voſſio. *Plin. l. 33. c. 3.* Cribro tenui cernitur. *Ovid. de Medicam. faciei, v. 89.* Hæc ubi contriveris, per denſa foramina cerne. *Cato R. R. c. 107.* per cribrum minutiſſime cernere. ¶ Hinc & pro agitare uſurpat *Severus in Etna*, *v. 461.* quia quæ cernuntur agitantur. Verba *Severi* ſunt: Sicut cum curvo rapidum mare cernitur æſtu. ¶ Et quia omnis judicandi vis in rerum diſcretione poſita eſt, qua vera a falſis ſeparantur, ideo ſæpe uſurpatur pro judico, cenſeo, delibero, *giudicare*, *deliberare*. *Tacit. An. l. 15. c. 14.* Illum locum tempuſque deſtinatum, quid de Armenia cernerent. *Cic. 3. Leg.* Quodcumque Senatus creverit, populuſve juſſerit, tot ſunto. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 1.* Mihi amicam eſſe crevi. *h. c.* conſtitui, *ho ſtabilito*. ¶ Item pro decerno, dimico, certo, *combattere*. *Virg. 12. Æneid. v. 709.* Inter ſe coiiſſe viros, & cernere ferro. *Plaut. Amph. argum. 2.* Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus. Sic cernere certamen, h. e. certare. *Plaut. Bacchid. 3. 2. 15.* cernere bellum, pro bello, ſeu armis diſceptare. *Lucret. l. 5. v. 393.* Cernere vitam, i. e. de vita armis certare, *Enn. apud Cic. l. 1. Offic. c. 12.* ¶ Frequentiſſime uſurpatur pro videre, *vedere*, ὁρᾶν, qua notione plerumque præterito caret. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 25.* Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? *Nepos in Timol. cap. 2.* Ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur. *Virg. 5. Æn.* fruſtra cerno te tendere contra. ¶ Differunt tamen *cernere*, & *videre*. nam cernere eſt formas atque imagines rerum uſu internoſcere, *diſcernere:* videre, eſt aciem oculorum aliquo intendere: quare *cernere* plus eſt, quam *videre*. *Cic. Tuſcul. 1. c. 20.* Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus, *non diſcerniamo*. ¶ Uſus tamen hæc confundit, & promiſcue uſurpat. *Plin. l. 8. epiſt. 20.* Seu quod differimus, tamquam ſæpe viſuri, quod datur videre, quoties velis cernere. *Cic. 4. Acad. c. 23.* Ego Catuli Cumanum ex hoc loco regionem video, Pompejanum non cerno. *Id. Fam. 6. ep. 3.* Quæ ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. ¶ Tranſlate ponitur pro animadvertere, intelligere, *oſſervare*, *intendere*. *Cic. in Top.* Ea quæ tangi & demonſtrari non poſſunt, cerni tamen animo, atque intelligi poſſunt. *Id. 1. Fin.* Quidquid porro animo cernimus, id omne oritur a ſenſibus. ¶ Cernere hereditatem, eſt adire hereditatem: cum enim, ut inquit *Priſcian. l. 10.* conſtituat heres, ſe velle hereditatem adire, *cernere* dicitur, & cum id fecerit, *creviſſe*. *Cic. Att. l. 11. epiſt. 2.* Eo ipſo die ex teſtamento crevi hereditatem. *Id. l. 6. Att. epiſt. 1.* Debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creviſſe. V. *Creſco*, in fine.

Cernualia, um, n. ludi, in quibus ſuper pelles unctas ſaliebant, & cernuabant. *Varr.* apud *Non. c. 1. n. 76.* Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant: a quo ille verſus vetus eſt in carminibus: Sibi paſtores ludos faciunt coriis, Cernualia. Ita legit *Scalig. ad Feſt.* in voce *Cernuare*. Alii *coriis Conſualia*.

Cernuātus, a, um, curvus in caput, in terram pronus, *inchinato*, *chino*, *volto col capo all' ingiù*, κυβιστητὴρ. *Solin. c. 57. de equo.* Adeo ſprevit lupatos, ut de induſtria cernuatus, ruina & ſe, & equitem pariter affligeret.

Cer-

Digitized by Google

Cernŭlo, as, are, idem quod cernuo. *Senec. epiſt.* 8. Non evertit fortuna, ſed cernulat, & allidit. Al. leg. *cernuat*.

Cernŭlus, a, um, idem quod cernuus. *Apul. l.* 9. *Metam.* Supra menſam cernulus corruens.

Cernŭo, as, are, a, vel n. 1. inclinare, vel inclinari, *voltare col capo in giù*, *ovvero inchinare*, κυβιστάω, *Apul. l.* 1. *Met.* Corpus exanimatum in flumen pene cernuat. *Prudent. l.* 1. *adv. Symmach. v.* 350. Cernuat ora ſenex barbatus, & oſcula figit. *Varro de vita pop. Rom. apud Non. c.* 1. *n.* 76. Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuebant, *h. e.* ſaltando ſeſe inclinabant, aut in terram cadebant proni.

Cernŭus, a, um, *adje.* incurvatus, in caput pronus, *chino*, *volto col capo a terra*, πρηνής. *Virg. Æn.* 10. *v.* 894. de equo: Ejectoque incumbit cernuus armo. Ubi *Serv.* Cernuus, inquit, eſt qui cadit in faciem, quaſi in eam partem qua cernimus: unde & pueri, quos in ludis videmus ea parte, qua cernunt, ſtantes, cernuos vocantur, ut etiam Varro in Theatralibus docet. Hæc *Serv.* ¶ Hinc Cernui dicebantur ipſi Petauriſtæ, & funambuli corpora cernuantes, ut habetur in *Gloſſ. Philox.* Atque huc pertinere videtur illud *Lucilii apud Nonium c.* 1. *n.* 76. Modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui. V. *Voſſ. in Etymol.*

Cēro, *as*, *a.* 1. *incerare*, Germ. *verwichſen*, Gal. *cirer*, Hiſp. *encerar*, κηρόω, cera obduco. *Col. l.* 12. *c.* 50. Sexta olivitate dolia cerari oportere, antiqui dixerunt.

Cerōma, atis, n. 3. κήρωμα, eſt unguentum ex cera, & oleo, quo athletarum corpora ungi ſolebant. Sed aliqui dicunt fuiſſe lutum ex oleo, & terra oliida ex agro Albano, vel rubea ex Bajano pulvere. *Martial. l.* 7. *epigr.* 31. Inſpecto ceromate brachia tendis. ¶ Item locus, in quo athletæ ceromate ungebantur. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Iidem palæſtras athletarum imaginibus, & ceromata ſua exornant.

Ceromatĭcus, *a*, um, o. 1. 2. κηρωματικός, ceromate unctus. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 68. Et ceromatico fert niceteria collo.

Cerōſus, a, um, o. 1. 2. *che ha della cera miſchia*, κηρώδης, quod ceram admixtam habet. *Plin.* 31. *c.* 9. Liquore veluti mellis ceroſi, ideſt, non ſatis expurgati.

Ceroſtrōtum, n. 2. *tarsia*, *tarſiamento*, κερόστρωτον, proprie quod cornibus ſtratum eſt, ut lithoſtrotum, quod lapidibus: item picturæ genus, cum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inſeruntur, a κέρας, cornu, & στρωτός, ſtratus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota a picturæ genere dicuntur. *Harduin.* tamen *ceſtrota* legit. ¶ *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Ipſaque forium ornamenta non fiunt ceroſtrota, neque bifora, ſed valvata. Ubi *Salmaſ.* & *Voſſ. in Etymol.* putant genus aliud encauſtices a priore diverſum ſignificari, quod ceris ſulis, inſtratiſque inurebatur. Nam & hujuſmodi fuiſſe januarum ornamenta, indicat *Auſon. epigr.* 25. *in divitem*. Alii in *Vitruvio* leg. *ceroſtratas*, al. *cloſtrata*.

Cerōtum, i, n. 2. *cerotto*, ceratum, emplaſtri genus ex cera, κηρωτή. *Mart. l.* 11. *epigr.* 99. Labra pingui delibuta ceroto.

Cerretani, Cerétani, pop. Hiſp. Tarrac. intra montes Pyrenæos, in finibus Vaſconum, Auſetanis & Ilergetibus finitimi, quorum regio Cerretania, *la Cerdaña*, pais Catalonie. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Cerrĕus, a, um, o. 1. 2. quod ad cerrum ſpectat. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Proximam huic cerream tradit, ideſt, glandem.

Cerrĭnus, a, um, o. 1. 2. ex cerro. *Plin. l.* 30. *c.* 10. In cerrino calice.

Cerrĭtus. V. Ceritus.

Cerrōnes, homines leves, & inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adverſus Athenienſes cratibus pro ſcutis uſi ſunt, quas Græci γέῤῥα appellant. *Feſtus.* Alii legunt *gerrones*, pro *cerrones*, & *ſcratis* pro *ſcutis*.

Cerrus, i, f. *cerro*, αἰγίλωψ, arboris glandiferæ ſpecies eſt, cujus glande ſuilla caro firmior redditur. *Plin. l.* 24. *c.* 4. *Pallad. lib.* 1. *c.* 9. ¶ Arbor eſt Herculi ſacra.

Certabundus, a, um, certans, diſceptans. *Apul. in Apolog. pag.* 288. Diogenes Cynicus cum Alexandro M. de veritate regni certabundus.

Certāmen, inis, n. 3. *battaglia*, *combattimento*, *contraſto*, מריבה, Ger. *ſtreit*, *kampff*, Gal. *combat*, Hiſp. *pelea*, ἀγών, contentio inter duos, aut plures de re aliqua. *Cic. de cl. Orat. c.* 92. In patrocinio Sicilienſi in certamen veni cum Hortenſio. *Id. pro Flacc. c.* 26. De quorum urbis poſitione, propter pulcritudinem, etiam inter Deos certamen fuiſſe proditum eſt. *Id.* 1. *Acad. c.* 12. Cum Zenone Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit. *Id. in Piſon. c.* 32. Addacta res in certamen putabatur. *Virg. Ecl.* 7. Et certamen erat Coridon cum Thyrſide magnum. ¶ Item pro Ludis. *Ovid.* 1. *Metam.* Inſtituit ſacros celebri certamine ludos. *Vir.* 2. *Georg.* Velocis jaculi certamina ponit in ulmo. *h. e.* eas ipſas, pro quibus certabatur, & quæ victori ceſſuræ erant. Sic certamen diſci, certamen Veneris apud *Ovid.* 10. *Metam.* & *l.* 2. *Amor. eleg.* 10. Hinc certamina Olympia, Nemæa, Iſthmia, Pythia, &c. V. ſuis locis. ¶ Sæpe pro prælio, ſeu conflictu bellico ponitur. *Virg.* 11. *Æn.* Me ſolam Teucri in certamina poſcunt. *Liv. Dec.* 3. Ne minus inſtando renovaret certamen. Hinc certamen inire, experiri, inferre, facere, dirimere, conſerere, &c. *Liv.* ſæpe, *Cæſar*, & al. ¶ Item pro periculo. *Cicer. Divin. l.* 1. Quo majus erat certamen, & diſcrimen ſalutis. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 2. Devenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 7. Mitte leves ſpes, & certamina divitiarum. *h. e.* labores in opibus cumulandis.

Certanter, adverb. cum certamine, vel certando. *Paulin. Petrocor. l.* 6. *v.* 489. Aut ſi certanter rapuiſſent flumina cœtus.

Certātim, adv. *a gara*, Ger. *umb die wette*, *comps weiſſ*, Gal. *a l'envy*, *a qui mieux mieux*, Hiſp. *a porfia*, ἀγωνιστικῶς, cum certamine, & æmulatione. *Cic. pro Sec. c.* 34. Cum omnes certatim aliis alio gravius, atque ornatius de mea ſalute dixiſſent.

Certatio, nis, f. 3. *conteſa*, ריב מריבה, Ger. *das ſtreiten*, *oder kempffen*, φιλονεικία, actus, contentioque certantium. *Cicer.* 2. *de Legib.* Quod ſine curriculo, & ſine certatione corporum fiat. *Id. l.* 2. *Fin. c.* 14. Virtuti cum voluptate certatio eſt. ¶ Certatio multæ, *Liv. l.* 25. *c.* 3. V. Certo in fine.

Certātor, oris, m. 3. qui certat. *Vet. Gloſſ.* Certator, ἀγωνιστής. Tranſlate *Gell. l.* 12. *c.* 10. Addatur id propter agreſtes quoſdam & indomitos certatores, qui niſi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur.

Certātus, us, m. 4. *conteſa*, certamen. *Stat. l.* 2. *Silv.* 1. *v.* 152. nudoſque virorum Certatus.

Certātus, a, um, nom. ex particip. *contraſtato*. *Sil. l.* 17. *v.* 318. Certatus nobis hodie dominum accipit orbis. ¶ Ablativus *certato* ponitur pro *cum certatum eſſet*. *Tacit. Ann.* 11. 10. In armis tranſgreſſu multum certato. Adde *l.* 4. *hiſtor. c.* 76.

Certe, certo, profecto, ſine dubio, ſine ulla controverſia, *certamente*, אולם, Ger. *gewiſſlich*, Gal. *certainement*, *aſſurement*, *ſans doute*, Hiſp. *ciertamente*, νὴ Δία, adv. affirmantis. *Cic.* 3. *de Finib.* Satis ne hoc loco concluſum videtur? certe. ¶ Interdum idem eſt, quod certo, ideſt, ſine dubio. *Terent. Andr.* 3. 2. 23. Certe enim ſcio. ¶ Ponitur & pro ſaltem. *Cic.* 1. *Tuſc.* Homines mortem optare incipiant, vel certe timere deſiſtant. ¶ Item pro tamen. *Cic. Att.* 16. *ep.* 7. Quamvis non fueris ſuaſor, & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti. ¶ In reſponſionibus affirmat, aut concedit. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 132. Am' vero? *Le.* Certe inquam. *Cic. in Orat. c.* 42. At dignitatem docere non habet certe, ſi quaſi in ludo. ¶ Eleganter jungitur cum particulis *quidem*, & *equidem*: ſed ſi aliis verbis præponatur, fere dicimus *certe quidem*; ſi ſubjiciatur, *quidem certe*. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 27. Certe equidem pejorem te vidi neminem. *Cic. Tuſcul.* 1. *c.* 29. Nunc ubi ſit animus, certe quidem in te eſt. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. *ad fin.* Me quidem certe tuarum actionum comitem habebis. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. *a med.* Agebatur quidem certe nihil.

Certificatio, rei explanatio, manifeſtatio eſt apud JCtos Ulpianum, & Scævolam.

Certiōro, as, are, certiorem facere, *far conſapevole*. *Ulp. leg.* 2. §. 11. *Dig. de hæredit. petit.* Si forte is, cui denuntiatum eſt, eum certioraverit. Et *l.* 1. *Dig. de action. emp. & vend.* Neque certiorari debuit, qui non ignoravit. ¶ Ipſe autem *Ulpian.* pro ſe citat melioris ævi teſtem *Julianum Dig. l.* 16. *tit.* 3. *l.* 1. §. 33. & *l.* 13. *tit.* 6. *l.* 5. §. 8.

Certiſſo, as, n. 1. certus fio. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 160. Vocant cocos, unde certiſſent.

Certitūdo, is, *certezza*. Apud *Ammian. Marcell. l.* 30. *poſt princip.* in Codicibus legitur. In cujus fidei certitudine manſit immobilis. Sed abeſſe a MSS. Valeſii fratres notarunt. V. *Voſſ. de Vit. ſerm. l.* 2. *c.* 6.

Certo, *certamente*, באמונה, Germ. *freylich*, σαφῶς, *Ter. Eun.* Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe eſſe ajebat. *Cic. pro Cæc.* Veniunt in mentem mihi permulta, vobis plura, certo ſcio. *Ter. Eun.* 5. 1. 9. Certo comperi. ¶ Jungitur & cum *quidem*. *Plaut. Epid.* 3. 2. 42. Me quidem certo ſervavit conſiliis ſuis.

Certo, as, frequentat. a cerno, *contendere*, *combattere*, נצה, Ger. *ſtreiten*, *kempffen*, Gal. *debatre avec quelqu'un*, *combatre*, Hiſp. *contender*, *y pelear*, ἀγωνίζομαι, eſt contendere, vel per diſceptationem, vel per vim, quod ad rem bellicam pertinet, & conſtruitur vel abſolute, vel cum ablativo, & *præp. cum*, perſonæ, cum qua contendimus, item cum abl. & *præp. de*, rei, de qua certamen eſt, item cum abl. inſtrumenti ſine *præp. Tac. l.* 21. Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certavit. *Cic.* 2. *de Orat.* Qui tot annos cum Pop. Rom. de Imperio certavit. *Ter.* Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene. *Liv.* Aricini, atque Ardeates de ambiguo agro cum ſæpe bello certaſſent. ¶ Item cum acc. perſonæ, & *præp. inter*. *Cic.* Reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos. ¶ A Poetis etiam cum dat. perſonæ uſurpatur. *Virg. Eclog.* 5. Solus tibi certet Amyntas. Et *Eclog.* 8. Certent & cygnis ululæ. ¶ Et cum infinito. *Virg.* 2. *Æneid.* Certantque illudere capto: *vanno a gara nel beffarlo*. ¶ Certare multam alicui, eſt, de multa alicui irroganda in concione, vel apud Judices diſceptare. *Liv. l.* 25. *c.* 3. Tribuni plebis multam M. Poſtumio dixerunt, cui certandæ cum dies adveniſſet, &c. *Id. ibid. c.* 4. Omiſſa multæ certatione. ¶ Certare officiis inter ſe, *gareggiare nelle offizioſità*. *Cic.* 7. *Fam.* ¶ *Plin. in Paneg. c.* 30. Certat Ægyptus cum feraciſſimis terris: *in fertilità la contende*, &c. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter paſſiva terminatione. *Cic. l.* 1. *de Orat.* In Centumvirali judicio certatum eſſe accepimus. *Liv. l.* 1. Inter ordines certabatur.

Certus, a. 1. 2. apertus, compertus, manifeſtus, exploratus, notus, clarus, quaſi judicatus, per metatheſ. a ſup. *cretus* verbi cerno, *certo*, *chiaro*, ידוע, אמת, Germ. *gewiſſ*, Gal. *certain*, Hiſp. *cierto*, *claro*, ἀτρεκής. *Cic. Att.* De Cœlio adhuc nihil certi habebamus. ¶ Item non vacillans, non errans. *Martial.* O quam certa fuit librato dextera ferro. *Ovid.* Da mihi, quod petitur, certo contingere ferro. ¶ Certus item eſt ſecurus, fidelis. *Cic. l.* 2. *in Verr. c.* 64. Cum Androne homine honeſtiſſimo, & certiſſimo electus eſt. *Plaut. Trin.* 1. 2. 57. Tu ex amicis certis mihi es certiſſimus. ¶ Item definitus, peculiaris, conſtitutus. *Cic. Att. l.* 5. *epiſt.* 17. Habere homines certos. *Liv. l.* 1. *c.* 50. In diem certam convenire. *Cic. in Orat.* Certa & definita lex in carminibus. Et *l.* 1. *de Orat.* Certis quibuſdam verbis fieri divortium. ¶ Conſtruitur cum genitivo, vel cum ejuſdem caſus gerundio, item cum ablat. & præpoſit. *de*. *Tacit. hiſtor.* 2. *c.* 46. Certus conſilii. *Id.* 4. *hiſtor. c.* 14. Deſciſcendi certus. *Plancus Ciceroni Fam.* 10. *ep.* 2. De hoc mihi parum certum eſt. ¶ Certum eſt mihi, h. e. deliberatum, & conſtitutum eſt. *Ter. And.* 2. 1. 11. Si iſtuc ita certum eſt tibi. *Plaut. Capt.* 3. 1. 32. Certum eſt jus meum omne perſequi. ¶ Pro certo dicere, pro certo habere, credere &c. hoc eſt certum, & verum dicere &c. *Cic. Salluſt.* ¶ Certo certius, h. e. veriſſime. *Apul. l.* 10. *Mileſ. ad fin.* Quos occultaret apud ſe certo certius. ¶ Apud *Virg.* 9. *Æn. v.* 250. Certa pectora, exponit Servius firma, vel fortia. ¶ Certiorem facere, *far ſapere*, *far conſapevole*. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 23. Cum certum ſciam, faciam te paulo ante certiorem. Eodem ſenſu facere certum eſt apud *Virg.* 3. *Æn. v.* 179. Anchiſem facio certum, remque ordine pando. Et apud *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 26. & 4. 6. 35.

Cerva, æ, f. 1. *cerva*. *Gell. l.* 15. *c.* 22. Cerva alba Sertorii. *Virg. Æn.* 6. *v.* 802. Æripes cerva.

Cervarius, a, um, o. 1. 2. quod eſt a cervo. Cervarium venenum, ſuccus limei herbæ, quo ſagittas in venatu tingunt. *Plin. l.* 27. *c.* 11. ¶ Lupus cervarius fera eſt lupi effigie, maculis pantheræ, a cervi pernicitate. *Id. l.* 8. *c.* 22. ¶ Aliqui dicunt, animal eſſe ex cervo, & lupa, aut ex lupo, & cerva genitum.

Cerūchi, m. 2. κεροῦχοι, funes a dextera, & ſiniſtra antennæ, quibus ejus cornua firmantur. Aliqui accipiunt pro ipſis cornibus antennæ, ideſt extremis antennæ partibus, quæ in utrunque veli latus diffunduntur, alii pro cavea in faſtigio navigii, quam Latini corbem vocant. *Lucan. l.* 8. *v.* 177. Surget, & inſtabit ſummis minor Urſa ceruchis.

Cervīcal, alis, n. 3. *guanciale*, מראשות, Ger. *kuſſen*, Gal. *chevet*, *traverſin de lit*, Hiſp. *almohada*, *cabecera*, προσκεφάλαιον, id, quo dormientis cervix ſeu caput fulcitur. *Juven. ſat.* 6. *v.* 352. Conducit comites, ſellam, cervical, amicas.

Cervicōſitas, atis, f. 3. obſtinatus animus, pervicacia, *durezza*, *oſtinazione*. *Sidon. l.* 7. *epiſt.* 9. Diſciplinæ ægre ſubditur popularium cervicoſitas.

Cervicŭla, f. 1. dim. a cervix. *Cic.* 5. *Verr. c.* 19. Tamen ne putamus, patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum? *h. e.* ſe oſtentaturum. ¶ Metaphorice *Vitruv. l.* 10. *c.* 13. in machinæ hydraulicæ deſcriptione: Supra cerviculam ejus coagmentata arcula, &c.

Cervīnus, a, um, o. 1. 2. *di cervo*, Germ. *hirſchin*, ἐλάφειος, quod ad cervum pertinet, ut Cervinum cornu, cervinus color, qualis eſt pellis cervi vel caſtaneæ. *Pallad. l.* 4. *c.* 13. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. ¶ Cervina ſenectus apud *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 251. eſt diuturna, & vivax. Cervi enim ultra centum annos vivere dicuntur, ut eſt apud *Cicer. Tuſcul.* 3. *c.* 28. & *Plin. l.* 8. *c.* 32.

Cervĭſia, cereviſia, f. 1. *cervogia*, *birra*, שכר, Ger. *bier*, Gal. *cervoiſe*, *bierre*, Hiſp. *cerveza*, ζῦθος, potus ex hordeo, vel avena, a Cerere, ideſt, fruge, quaſi Cereris vis, quia frugum vis in eo liquore dominatur, vel a voce Gallica. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Ex iiſdem frugibus fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia, & ceria in Hiſpania, cervilia, & plura genera in Gallia, aliiſque provinciis.

Cervix, icis, f. 3. *cervice*, *collottola*, עורף, Germ. *genick*, Gal. *le derriere du cou*, Hiſp. *cerviz*, τράχηλος, poſterior colli pars, quæ ab occipitio incipit,

Digitized by Google

cipit, & tendit ad ſpinam, a *curvus*, quia inflectitur, & curvatur. *Cic. Tuſc.* Gladium demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. *Id. de Div. l. 2. c. 64. ex Pacuvio*: Teſtudo capite brevi, cervice anguina. ¶ Translate cervix ponitur pro fortitudine, & audacia. *Cic. Verr. 3. c. 59.* Si qui erunt tantis cervicibus Recuperatores, qui audeant in Provincia, cum Prætor adſit, contra voluntatem ejus judicare. *Id. pro Domo*. Univerſam Remp. ſalis veſtris cervicibus ſuſtinetis. ¶ Cervices præbere, dare alicui, eſt, dare ſe in alicujus poteſtatem, ſe necandum præbere. *Cic. anteq. iret in exil. & Philip.* 3. ¶ In cervicibus eſſe, h. e. imminere. *Liv. l. 25. c.* 33. In cervicibus bellum eſt. Adde *l. 44. c.* 39. ¶ Quod monet *Quintil. l. 8. c.* 3. primum Hortenſium cervicem in ſingulari uſurpaſſe, falſum oſtenditur ex verbis *Pacuvii* (qui ante Hortenſ. fuit) modo allatis, & ex *Enn.* apud *Serv. ad* 10. *Æn. v.* 396. ¶ Cervix vitis eſt vitis craſſior, & robuſtior ramus. *Colum. l. 4. c. 7.* Cum ad unum pampinum jam redegeris, & ipſe excedens pedalem longitudinem, decacuminare convenit, ut in cervicem potius confirmetur, & ſit robuſtior. ¶ Cervices ligneæ dicuntur a *Vitruv. l.* 10. c. 13. capita tignorum. ¶ In genit. plur. habet *cervicium*, & *cervicum*: illud probatur a *Chariſ. l.* 1. ex *Plin. Secundo*: hoc uſurpatur a *Cic. in Orat.* c. 18. & *Plin.* 23. 2.

Cerŭla, æ, diminut. a cera. Exempla vide in *Cera*.

Cerusmanus, in carmine Saliari, veteri lingua ſignificat, *creator bonus*. *Feſt.* in voce *Matrem Matutam*.

Ceruſſa, f. 1. *biacca*, ‏דר‏, Ger. *bleyweiſſ*, Gall. *ceruſe*, *fard*, Hiſp. *alvayalde*, ψιμμύθιον, plumbum aceto in calcem, ſeu cinerem diſſolutum, quaſi *ancicera*, *cerea*, a κηρὸς, *cera*, propter ſimilitudinem. *Plin. l. 34. c.* 18. ¶ Eſt & color quidam, quo ſibi fucum mulieres faciunt. *Ovid. de medicam. faciei, v.* 73. Nec ceruſſa tibi, nec oſtri ſpuma rubentis Deſit.

Ceruſsātus, a, um, adject. ceruſſa illitus, *imbiaccato*, ut ceruſſata cutis, ceruſſatæ buccæ, *Martial. l. 7. epigr.* 24. *Cic. in Piſon. s.* 11.

Cervŭlus, i, *cerviatto*, diminut. a Cervus. *Frontin. de Strategem. l. 1. c.* 3. Vallum cervulis, & alio materiæ genere conſtructum incendit. V. Cervus.

Cervus, vi, m. 2. *cervo*, ‏איל‏. Germ. *hirſch*, Gal. *cerf*, Hiſp. *ciervo*, ἔλαφος, animalis ſpecies, a κέρας, cornu. *Cic. Tuſc. l. 3. s.* 28. Natura cervis, & cornicibus vitam diuturnam dedit. ¶ Cervi item furcæ ſunt, quæ ſiunt ad ſuſtentationem caſarum, ita dictæ a ſimilitudine cornuum cervinorum. *Virg. Ecl.* 2. Atque humiles habitare caſas, & figere cervos, ut *Servius* exponit. ¶ Cervis iſtis, ſeu furcis utebantur etiam ad impediendos hoſtium acceſſus, incurſusve. *Liv. l. 44. c.* 11. Cervis etiam objectis, ut viam intercluderet. Adde *Caſ. l. 7. B. G. c.* 72.

Ceryx, icis, m. 3. *banditore*, *trombetta*, κῆρυξ, græco, a γηρύω, clamo. *Senec. de Tranquil. animi. c.* 3. Non vir enim niſi Conſul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes adminiſtrare Remp. ¶ In Vet. Gloſſ. Ceryx exponitur etiam ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποσταλλόμενος, caduceator.

Ceſpes. V. Cæſpes.

Ceſſans, antis, *intralaſciante*, *tardo*, *oziosſo*, qui ceſſat, & intermittit, tardus, otioſus. *Horat. l. 1. od.* 33. Concitare ceſſantes ad arma. *Lucan. l. 3. v.* 451. Solum ceſſans aratro. *h. e.* coli intermiſſum. *Ovid.* 2. *Triſt. el.* 2. *in fi.* Ceſſantia ſata. *h. e.* tarda. *Sueton. in Caſ. c.* 76. Conſulis morte ceſſans honor, *carica vacante*.

Ceſſatio, nis, f. 3. *ceſſagione*, *intralaſciamento*, ‏שבת‏, Ger. *auffhörung*, Gall. *relaſche*, *ceſſation*, Hiſp. *ceſſacion*, ἀνάπαυσις, *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 37. Epicurus nihil ceſſatione melius exiſtimat. *h. e.* otio. *Plaut. Pæn.* 4. 2. 103. Id negotium inſtitutum eſt, non datur ceſſatio. *h. e.* intermiſſio.

Ceſsātor, oris, m. 3. piger, lentus, ſegnis, *ozioſo*, *chi tralaſcia*, ‏שובת‏, Germ. *müſſig*, ἀργός, otioſus, qui ceſſat, & nihil agit. *Cic. Pæto*, *l.* 9. *ep.* 17. Non quod ceſſator eſſe ſolerem.

Ceſsātrix, icis, f. 3. a ceſſator. *Tertul. l. 1. adv. Marcion. c.* 24. Quomodo defenditur bonitas ex majori parte ceſſatrix?

Ceſsātus, a, um, nom. ex partic. paſſ. a neutro *ceſſo*, ut Ceſſata arva, id eſt, neglecta, & non culta. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 617. Largaque provenit ceſſatis meſſis in arvis. *Id.* 10. *Metam. v.* 669. ceſſata tempora. *h. e.* in quibus ceſſatum eſt.

Ceſſim, adverb. *addietro*, *indietro*, Vet. Gloſſ. Ceſſim, gradatim. *Juſtin. l. 2. s.* 15. Ite ceſſim, inhibete remis, & a bello diſcedite. *Varro apud Non.* 4. 42. & 109. Vereor ne me quinque, cum domum ab Ilio Ceſſim severtero, præter canem cognoſcat nemo.

Ceſſio, onis, f. 3. *ceſſione*, actus cedendi. *Cic. in Top. cap.* 3. Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio nexu, aut in jure ceſſio. ¶ *Ceſſio diei* eſt acceſſio temporis, quo incipit deberi æs alienum. *Ulpian. Dig.* 36. 2. 7. Hæredis aditio moram legati quidem petitioni facit, ceſſioni diei non facit.

Ceſſo, as, n. 1. frequent. a cedo, *ceſſare*, *fermarſi*, *laſciare*, ‏שבת‏, Ger. *auffhören*, *ablaſſen*, Gal. *ceſſer*, Hiſp. *ceſſar*, παύομαι, eſt deſiſtere, deſinere, intermittere, finem facere, abſtinere, conquieſcere, reſpirare. *Donat. in Ter. Eun.* 3. 1. 15. Ceſſat deſidioſus, requieſcit feſſus. ¶ Uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 1. *Acad.* Nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare, quæ ſcribat, exiſtimo. ¶ Vel cum infinito. *Id. Att.* Ille non ceſſat de nobis detrahere. ¶ Vel cum abl. & præpoſ. *in*, aut *a*, vel *ab*. *Id. de Sen. cap.* 3. Neque unquam in ſuo ſtudio, & opere ceſſavit. *Liv.* 4. 27. Nec ex quo caſtris caſtra collata ſunt, ceſſatum a levibus prœliis eſt. ¶ Interdum ſignificat ab opere vacare, otioſum eſſe, nihil agere, *ſtar ozioſo*. *Cic. de nat. Deor.* Iſto tam immenſo ſpatio, quæro, cur Pronœa veſtra ceſſaverit. ¶ Interdum tardare, morari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere, *tardare*, *indugiare*. *Virg.* 6. *Æn.* Ceſſas in vota, preceſque. *Ter. Eun.* Paululum ſi ceſſaſſem, domi non offendiſſem. ¶ Ceſſare dicuntur agri, qui non feruntur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 71. Alternis idem tonſas ceſſare novales, &c. Sic mulieres, cum parere deſinunt. ¶ Item ceſſare dicuntur, qui in judicio ad dicendam cauſam non comparent. *Suet. in Claud. c.* 13. Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat, nullo delectu, culpa ne quis, an aliqua neceſſitate ceſſaſſet. ¶ Cum dat. pro vacare, dare operam, habet *Propert. lib.* 6. *el.* 6. *v.* 51. Nam tua non ætas unquam ceſſavit amori. V. Scalig. ad eum loc. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 72. It dies, ego mihi ceſſo. *h. e.* ego tempus tero damno meo.

Ceſſus, particip. a cedo. V. Cedo.

Ceſtiānus, a, um, ad Ceſtium pertinens, qui fuit declamator, ſæpe a *Senec.* in *Controverſ.* laudatus. *Id. ſub fin. controv.* 7. Deinde ad illum colorem redit Ceſtianum.

Ceſticillus appellatur circulus, quem ſuperimponit capiti, qui capite aliquid eſt laturus. *Feſtus*. Al. leg. *circicillus*, alii *ceſticulus*.

Ceſtroſphendŏne, es, f. κεστροσφενδόνη, telum ſemicubitale, bipalme ſpiculum infixum habens digiti craſſitudine, cui ad libramen pinnæ tres, velut ſagittis ſolent, circumdabantur. *Liv. l. 42. c.* 65.

Ceſtron, vel Ceſtrum, i, κέστρον, herbæ genus apud *Plin. l. 25. cap.* 8. Alio nomine Vettonica dicitur. ¶ Item ſcalpellum exiguum in modum veru factum, quo utebantur in ebore pingentes. *Plin. l. 35. c.* 11. ¶ Opera hac ratione picta *ceſtrota* appellantur. *Id. l.* 11. *c.* 37. V. Ceroſtrotum.

Ceſtrōtum, i, encauſticum opus ceſtro pictum. Ita legis in exemplis ſup. adductis in *Ceroſtrotum* Salmaſius in *Exercitat. Plinian. pag.* 231. & *Turneb. l. 23. c.* 24. V. Ceſtron.

Ceſtus, i, m. 2. κεστὸς, mulieris ornatus, ſive baltheus, acu pictus, a κεντέω, pungo. Quare ſcribendum eſt ſine diphthongo. *Voſſ. Etymol.* in Voce *Cæſtus*. ¶ Præcipue *ceſtus* dicitur zona illa, qua nova nupta nuptiarum die præcingebatur, a ſponſo ſolvenda. Unde illud: Zonam ſolvere. V. in Zona. ¶ *Vet. Scholiaſt. ad Stat. Theb. l. 2. v.* 283. obſervat, Ceſti uſum eſſe in honeſtis nuptiis. nam turpes illeo *inceſtas* dici, quod illo ſacro Veneris cingulo non fuerint vinctæ. ¶ Fuit autem Ceſtus cingulus illa pulcherrimus picturatus, efficax ad illectamenta Gratiarum, & amorum, quo Venus Martem, & Juno Jovem ſibi conciliabant. *Mart. l. 6. epigr.* 13. Ut Martis revocetur amor, ſummique Tonantis, a te Juno petit ceſton, & ipſa Venus. *Ceſton* dixit græca inflexione pro *Ceſtum*. ¶ Ceſtum Veteres vetuſtiſſimum hymnum vocaverunt, quo Paris Veneris laudes complexus eſt, eamque Junoni & Palladi prætulit. Hinc creditur orta fabula de Paridis judicio. ¶ Ceſtus item arma pugilum. V. *Cæſtus*.

Cetariæ, arum, f. 1. & Cetaria, orum, n. loca juxta mare, ſtagnante lacu, in quibus thynni, & alii hujuſmodi piſces capiuntur, & ſaliuntur. *Plin. l. 37. c.* 3. Juxta cetarias. Ita legit *Harduin. Horat. l. 2. ſat. 5. v.* 44. Adnabunt thynni, & cetaria creſcent.

Cetarius, ii, m. *peſcatore de peſci groſſi*, *ſalumiere*, genus piſcatorum, qui majores piſces capiunt, & ſalſamentis condiunt, ut vendant: a *cete*, quæ in mari ſunt majora piſcium genera. *Varro* apud *Non. c. 1. n.* 244. Non animadvertis, cetarios, cum videre volunt in mari thynnos, aſcendere in malum, &c. *Colum. ſub fin. l.* 8. Salſamentorum purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur. ¶ Cetarius inſcriptus fuit liber cujuſdam C. Matii, in quo tradebatur ratio ſaliendorum piſcium, teſte *Colum. l. 12. c.* 44.

Cete. V. Cetus.

Ceter. V. Cæter.

Ceto, us, f. Κητὼ, οῦς, uxor Phorci, mater Meduſæ. *Lucan. l. 9. v.* 645.

Cetra, træ, f. 1. ſcutum breve loreum, quo utuntur Afri, & Hiſpani, ex pelle orygis, a κεύθω, abſcondo, tego, quia militem tegit, vel a voce Maurorum. *Virg.* 7. *Æneid.* Lævas cetra tegit. *Liv. lib.* 28. *s.* 5. Pelta cetræ haud diſſimilis eſt. ¶ *Tacit. in Agric. c.* 36. Britannis tribuit.

Cetrātus, a, um, cetra munitus, cetra utens, ut cetratæ cohortes, apud *Cæſ. l. 1. B. C. c.* 39. Adde *Liv. l.* 31. *c.* 36.

Cette, per ſyncop. pro *cedite*, ſignificat dicite, date. *Non. c.* 2. *n.* 122. *Ennius Medea*: Cette manus veſtras, meaſque accipite. *Plaut. Merc.* 5. 4. 4. Cette dextras nunc jam.

Cetus, m. 2. vel cete, num. plur. indecl. *gran peſce di mare*, *come balena*, *orca*, &c. κῆτος, piſcis marinus immenſæ magnitudinis, & generatim omne genus majorum piſcium marinorum, præſertim qui animal pariunt, non ovum, cujuſmodi ſunt balænæ, orcæ, priſtes, thynni, & ſimiles. *Hyginus Fab.* 89. Neptunus cetum miſit, qui Trojam vexaret. *Plin. l.* 11. *c.* 37. In jecore eſt & cetis ſal. *Virg.* 5. *Æn. v.* 822. Tum variæ comitum facies, immania cete. ¶ Invenitur & cetum, i, neut. gen. *Vet. Gloſſ.* Cetum crudum ὠμοτάριχος. ¶ Et græca forma, cetos; τὸ κῆτος, in accuſat. ſing. *Plin. l.* 32. *c.* 1. Juba tradit cetos in flumen Arabiæ intraſſe, pinguique ejus mercatores negotiatos, &c. V. *Harduin.*

Ceu, *come*, *ſiccome*, οἷον, ὡς, adverb. Poetis familiariſſimum, idem ſignificans cum quemadmodum, ſicut, velut. *Sueton. in Vitell. c.* 17. Reducto coma capita, ceu noxii ſolent. *Horat. l. 4. od.* 4. Ceu flamma per tædas, vel Eurus per Siculas equitavit undas. ¶ Pro tamquam, aut quaſi. *Plin.* 29. 4. Cantharides objectæ Catoni, ceu venenum vendidiſſet. *Id.* 31. 1. Ceu parum ſit in tantam pervenire altitudinem. ¶ *Ceu vero* eſt quaſi vero. *Id. in præfat. hiſt. nat.* & *l. 7. c.* 33. ¶ *Ceu plerumque*, ut plerumque, *come per lo più*. *Id. l.* 19. *cap. ult.*

Ceva, vacca humilis ſtaturæ, lactis abundans. *Colum. l. 6. c.* 24.

Cevĕo, es, n. 2. eſt clunes movere, ut in re Venerea, & propria de maribus dicitur. Mulierum enim eſt criſſare. Uſi ſunt hoc verbo *Juv. ſat.* 2. *v.* 21. & *Sat. 9. v.* 4. *Mart. l. 3. epigr.* 93. ¶ Translate eſt adulari, tractum a canibus, qui cum domino blandiuntur, clunes & caudam movent. *Perſ. ſat. 1. v.* 87. An, Romule, ceves? Ita aliqui interpretantur.

Ceus, vel Cæus, fil. Titani, & Terræ, pater Latonæ, & Aſteriæ. Regnavit in Ceo inſ. Ob Latonam filiam a Jove ſtupratam adverſus eundem arma movit. Sed victus periit. *Virg.* 4. *Æn.*

Ceus, a, um, vel Cæus, adject. a Cea inſula, ut Simonides Ceus, de quo *Horat. l. 2. od.* 1. Sed ne relictis Muſa procax jocis Ceæ retractes munera næniæ. Simonides enim primus carmen lugubre dicitur inſtituiſſe. Adde *l. 4. od.* 9.

Ceyx, ycis, filius Luciferi, maritus Alcyones, Rex Trachiniæ. Ob Dedalionis fratris caſum in accipitrem mutati ad Clarium Oraculum repugnante uxore navigans in Ægæo mari tempeſtate ſubmerſus eſt. Alcyone, cum quotidie Diis, ac præſertim Junoni, ſacrificia offerret pro viri ſalute, ab illa per Morpheum noctu, in ſomno monita eſt, maritum interiiſſe. Mane igitur experrecta ad litus acceſſit, & cadaver in mari longius aſpexit, quod cum mariti eſſe cognoviſſet, ac per undas ad illud proficiſci vellet, Deorum miſeratione in avem converſa ad os mariti advolavit, qui oſcula uxoris ſentiens in avem & ipſe mutatus eſt. Hæ aves alcyones dicuntur, & habitant prope maris litora. *Ovid.* 11. *Met. Plin. l.* 32. *c.* 9.

C ANTE H.

Chærephyllon, i, χαιρέφυλλον, herba, aut olus potius, vulgo Cherefolium. *Colum. l. 10. v.* 110. Eſt breve Chærephylum, & torpenti grata palato. Ubi metri cauſa alterum l abſorbuit.

Chalaſticāmen, inis, n. 3. apud Medicos ſignificat relaxationem, ſeu luxationem articulorum ex laſſitudine. *Theod. Priſcian. l. 2. c.* 19. Chalaſticaminibus relaxari.

Chalaſtĭcus, a, um, *riluſſativo*, *emolliente*, χαλαστικός, quaſi dicas, relaxatorius, remittens, ut chalaſtica emplaſtra, apud *Theod. Priſcian.*

Chalaſtra, χαλάστρα, urbs Macedoniæ, a Chalaſtra proximo portu dicta. Hinc

Chalaſtrĭcus, a, um, adject. ut Chalaſtricum nitrum. *Plin. l. 31. c.* 10.

Chalatorĭus, a, um, ad laxandum pertinens, a χαλάω, laxo, remitto. *Veget. lib. 4. de re milit. c. ult.* Falx chalatorios funes, quibus antenna ſuſpenditur, repente præcidit. Ita legit *Turneb.* Alii *collatorios*, fortaſſe quia hujuſmodi funes ab inferiori parte in unum conferuntur.

Chalazias, æ, m. χαλαζίας, gemma, quæ grandinis colorem præfert, & figuram. *Plin. l. 37. c.* 11.

Chalcanthum, n. 2. *vitriolo*, χάλκανθον, corpus minerale, quaſi æris flos: a χαλκός, æs, & ἄνθος, flos, vel melius quaſi ſuccus concretus ex chalcitide genitus, & efflorescens, qui lapis eſt, ex quo æs coquitur. Nam æris flos eſt viride æs, chalcanthum eſt aqua æris. Volgo dicitur vitriolum, a perſpicuitate vitrea. Olim etiam dicebatur *atramentum ſutorium*, quia eo in coriis tingendis utebantur. *Plin. l. 34. c.* 11.

Calcēdon, f. 3. Chalcedonia, *Calcidonia*, *Scutari*, urbs A. Bithyniæ, in ora, ex adverſo Byzantii, Boſphoro intercedente, condita a Megarenſibus, qui cæci dicti ſunt, quod non potius litus oppoſitum alegiſſent, in quo poſita Byzantium conditum eſt, maxima loci amœnitate.

Chal-

Digitized by Google

Chalcedonius, a, um, ad Chalcedonem pertinens. *Cic. 3. de Orat. c. 32.* Thraſymachus Chalcedonius.

Chalceus, a, um, adject. *di rame*, idem quod æreus. *Martial. lib. 9. epigr. 95.* Chalcea donanti Chryſea qui dederas.

Chalcidenſis, e, qui Chalcidem incolit, ut Timagoras Chalcidenſis, *Plin. l. 35. c. 9.*

Chalcidicenſis, ſe, idem quod Chalcidenſis. *Gell. lib. 10. c. 16.* Chalcidicenſis colonia, *h. e.* Cumæ, quam urbem Chalcidenſes condidiſſe dicuntur.

Chalcidicum, n. 3. pars magni ædificii, quam aliqui cœnaculum eſſe putant. *Arnob. l. 4.* Scribuntur Dii veſtri in tricliniis cœleſtibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare. ¶ Apud *Vitruv. l. 5. c. 1.* videtur hæc vox uſurpari pro latis ambulationibus, quæ, ut idem ait, in extremis baſilicarum conſtituuntur, *loggie, portici da paſſeggio*. Sunt qui putant legendum ibi *cauſidica*, & eſſe loca ubi cauſidici, & rhetores verſarentur. V. *Bald. in Lex. Vitr.* ¶ *Feſtus* paucis rem explicat, dum inquit, Chalcidica genus eſſe ædificii a Chalcide dictum. ¶ Superiores quoque ædium partes, in quibus cœnacula, & ſolaria, & loca ampla erant, vel tecta, vel ſub dio poſita, *chalcidica* appellantur, ὑπερῷα. *Arnob. lib. 4.* Scribuntur dii veſtri in tricliniis cœleſtibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare. *Auſon. in periocha 23. Odyſſ.* Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili.

Chalcidicus, a, um, qui a Chalcide eſt. *Virg. Ecl. 10. v. 50.* Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu. Ubi videtur deſignare Euphorionis cujuſdam Chalcidenſis carmen. *Id. Æn. 6. v. 17.* Chalcidicaque levis tandem ſuper aſtitit arce. *h. e.* Cumis a Chalcidenſibus conditis. ¶ *Carmen Chalcidicum* apud *Stat. lib. 5. Sil. 3. v. 182.* ſunt verſus Sibyllini, a Cumana Sibylla conditi.

Chalciœcus, i, Minervæ cognomen, quo Spartæ dedicata & culta fuit, χαλκίοικος, quod ſc. domum æream habebat. Meminit *Nepos in Pauſan. c. 5.* & *Liv. l. 35. c. 36.* qui tamen hoc nomen de ipſo Deæ templo uſurpavit.

Chalcis, idis, f. 3. vel chalcidix, icis, χαλκὶς, genus lacertæ, dictum, quod quaſdam æreí coloris lineas in tergo habet. *Plin. l. 32. c. 3.* ¶ Eſt & avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. *Plin. l. 10. c. 8.* cymindin vocat. ¶ Eſt item nomen piſcis. *Plin. l. 37. c. 11.*

Chalcis, idis, f. 3. *Negroponte*, χαλκὶς, urbs primaria Eubœæ inſ. ad Euripum, Aulidi proxima, Euripo tantum intercedente, dicta a Chalcide filia Aſopi, aut quod ærariæ fabricæ ibi primum fuerint repertæ. ¶ Chalcis altera, quæ & Hypochalcis, urbs Ætoliæ, prope fontem Eveni fl. verſus Athamaniam. Hinc regio Chalcidica.

Chalcitis, itidis, f. 3. χαλκῖτις, lapis, ex quo cocto æs fit. *Plin. l. 34. c. 12.*

Chalcophonos, m. 2. χαλκόφωνος, gemma, quæ illiſa æris tinnitum reddit. *Plin. l. 37. c. 10.*

Chalcoſmaragdus, m. 2. χαλκοσμάραγδος, gemma æreis venis turbida. *Plin. l. 37. c. 12.*

Chalcus, m. 2. χαλκὸς, exiguum pondus apud Atticos, quod decies ſumptum obolum conficiebat. *Plin. l. 21. c. ult.*

Chaldæi, pop. Babyloniæ reg. quorum regio Chaldæa, *Caldar*, vel *Kaldar*, *Curdiſtan*, *Yerach*, pars Babyloniæ vergens in Auſtrum, Arabiam attingens deſertam, & ſin. Perſicum, in qua Euphrates, & Tigris conjunguntur. Excelluerunt Aſtronomia, & Divinationis artem effecerunt. *Cic. 1. de Div. c. 1.*

Chaldaicus, a, um, adject. *Cic. de Div. l. 2. c. 42.* Totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.

Chalo, as, are, *mandar giù*, *calare*, χαλῶ, remitto, relaxo. *Veget. l. 4. c. 23.* Centones, & cilicias funibus chalant. Adde *Vitruv. 10. 13.*

Chalybeius, a, um, adject. qui eſt e chalybe. V. Chalybs.

Chalybes, m. 3. pop. Cappadociæ, in Ponto circa Thermodoontem fl. inter Tibarenos ad Occid. & Moſynos ad Or. ac inter Polemonium, & Trapezuntem, verſus ſin. Armeniæ min.

Chalybs, ybis, m. 3. *acciaio*, χάλυψ, genus ferri duriſſimi, a Chalybibus pop. qui eo abundant, & in alias regiones mittunt. *Plin.* aciem, & nucleum ferri vocat. *Ovid. 4. Faſt. v. 405.* Æs erat in pretio, chalybis jam maſſa placebat. Ubi Heinſ. leg. *Chalybeja maſſa latebat*, ut *Chalybejus* ſit adject. ¶ Sumitur & pro inſtrumentis ex chalybe. *Valer. Flacc. l. 6. v. 341.* It medium per pectus, & horrida nexu Lethifer æra chalybs. *Lucan. l. 6. v. 398. de equo:* Chalybem frænoſque momordit.

Chamæacte, es, f. 1. genus ſambuci, al. ebulum. *Plin. l. 24. c. 8.*

Chamæceraſus, f. 2. χαμαικέρασος, genus ceraſi humillimæ. *Plin. l. 16.*

Chamæciſſus, χαμαίκισσος, genus hederæ quæ nunquam ſe ab humo attollit, a χαμαὶ, humi, & κισσὸς, hedera. *Plin. l. 24. c. 10.*

Chamæcypariſſus, χαμαικυπάρισσος, herba, quæ ex vino pota contra venena ſerpentium omnium, & ſcorpionum pollet. *Plin. l. 24. c. 15.*

Chamædaphne, f. 1. χαμαιδάφνη, herba, foliis lauri, unde nomen habet, quaſi parva laurus, in longum creſcens, flore violæ ſimili, al. pervinca, quia obvia quæque vincit. *Plin. l. 21. c. 11.* ¶ Eſt etiam genus ceraſi humilis, ſylveſtris, al. laureola. *Id. l. 16. c. 25.*

Chamædrys, yos, f. 3. *querciola*, χαμαίδρυς, herba, al. triſſago, chamyrope, teucrion, calamandrina, ſerratula, quaſi humilis, & terreſtris quercus, a χαμαὶ, humi, & δρῦς, quercus. *Plin. l. 25. c. 7.*

Chamælæa, f. 1. χαμαιλαία, herba, al. coccus Cnidius, foliis oleæ. *Plin. l. 23. c. 7.*

Chamæleon, onis, f. 3. χαμαιλέων, herba, al. bupho, ex genere aculeatarum, ita dicta, quia colorum varietate chamæleontem animal imitatur. Mutat enim cum terra colorem, hic nigrum, illic viridem, alicubi cyaneum, alicubi croceum. *Plin. l. 22. c. 18.*

Chamæleon, onis, & ontis, m. 3. *camaleonte*, χαμαιλέων, quaſi parvus leo, animal eſt diverſa varietate conſperſum, ut pardus, & ad colores, quos videt, converſione faciliima variatur. Naſcitur in India, figura, & magnitudine lacertæ, niſi quod crura habet recta, & excelſiora. Latera ventri junguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum ſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus, ungues adunci, motus tardior, ut teſtudini, aſperum corpus, ut crocodilo. Habet oculos corpori concolores, nunquam eos operit. Latet hyeme, ut lacerta. *Plin. l. 28. c. 8.* ¶ Ferunt quidam, hoc animal nullo cibo veſci, ſed fabuloſum eſt.

Chamæleuce, χαμαιλεύκη, herba, al. tuſſilago, ungula caballina, populago, bechion, folio populi, ſed ampliore. Circa fluvios naſcitur. *Plin. l. 24. c. 15.*

Chamæmelon, n. 2. *camamilla*, Germ. *kamillen*, Gall. *camomille*, Hiſp. *manzanilla*, χαμαίμηλον, herba, & flos, al. chamomilla, & anthemis, quæ odorem habet mali Matiani. *Plin. l. 22. c. 21.*

Chamæmyrſine, f. 1. χαμαιμυρσίνη, ſylveſtris myrtus, ex qua fit oleum chamæmyrſinum. *Plin. l. 23. c. 9.* Aliis eſt frutex, ex quo ſcopæ fiunt, al. ruſcus.

Chamæpeuce, f. 1. χαμαιπεύκη, herba laricis foliis, lumborum, & ſpinæ dolori in propitia. *Plin. l. 24. c. 15.*

Chamæpitys, χαμαίπιτυς, herba, al. ajuga, & iva. *Plin. l. 24. c. 6.*

Chamæplatanus, i, f. 2. genus platani coactæ brevitatis, ut ait *Plin. l. 12. c. 2.*

Chamærops, opis, f. 3. herba eſt myrteis circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ roſæ. *Plin. l. 26. c. 8.* Ruellius eandem eſſe exiſtimat, quam a Mithridate inventore Mithridatiam appellant.

Chamæteræ, vel chamæteridæ, χαμαιτυπίδες, humiles, & depreſſæ imagines, quales ſunt ancillarum, & pediſſequarum. *Plin. l. 36. c. 5.*

Chamæzelon, n. 2. χαμαίζηλον, herba, al. pentaphyllon, foliis albis, ac mollibus. *Plin. l. 25. c. 9.*

Chameunia, æ, f. *il dormir ſulla terra*, χαμευνία, humi cubatio. *Hieronym. epiſt. 2. ad Nepotian.*

Chamulcus, i, m. 2. genus carpenti humilioris, *carretta*. *Ammian. l. 17. c. 8.* Coloſſus chamulcis impoſitus, tractuſque.

Chaones, m. 3. pop. Epiri, quorum regio Chaonia, a Chaone fratre Heleni Trojani, poſtea Moloſſia, a Moloſſo filio Pyrrhi, nunc *Camina*, a caſtro cognom. intra montes, extenſa ab Oneo ſinu Buthrotum uſque verſus oram maris Jonii. *Plin. in proœm. l. 4. Claudian. de B. Get. v. 155.* non Chaonas atque Moloſſos, Quos Epirus alit.

Chaonia, æ, f. χαονία, regio Epiri, in qua ſunt Chaones populi. *Cic. Att. 6. 5. Virg. Æn. 3. v. 334.*

Chaonis, idis, f. quæ eſt ex Chaonia, χαονίς. *Ovid. 2. de ar. am. v. 150.* Chaonia ales. *h. e.* columba. *Id. Metam. 10. 90.* Chaonis arbor. *h. e.* quercus. V. *Chaonius*.

Chaonius, a, um, ad Chaones, vel Chaoniam pertinens. *Virg. 3. Æn. v. 334.* Chaoni campi. *Id. 1. Georg. v. 8.* Chaonia glans. *h. e.* quæ multa in Epiro colebatur propter abundantiam quercuum. Sic *2. Georg. v. 67.* Chaoniique patris glandes. *h. e.* Jovis Dodonæi, cui quercus illæ ſacræ erant. *Id. Ecl. 9. v. 13.* Chaonias columbas. *Chaonias* appellat, alludens ad celebres illas columbas, quæ inter quercus Dodonæas degebant, & fatidicæ fuiſſe dicuntur.

Chaos, n. *confuſione*, תהו, Germ. *ein vermiſchung*, *verwirrung*, Gall. *chaos*, *confuſion*, Hiſp. *confuſion*, χάος, materia cœli, & terræ confuſa, atque informis, qualis initio fuiſſe non a Poetis modo dicitur, ſed e ſacris etiam Libris cognoſcitur, quæ non fuit ex omni æternitate, ut quidam Philoſophi, & Poetæ arbitrati ſunt, ſed a Deo ex nihilo facta eſt primo ſex illorum dierum, quibus mundum machinatus eſt, de qua poſtmodum res omnes hujus univerſitatis per ſpecies varias, formaſque proprias prodierunt, a χάω, vel χαίνω, hio, quod propriæ ſit vaſtus hiatus. *Ovid. 1. Metam.* Apud Græcos eſt nomen n. 3. contractorum. Apud Latinos tantum in uſu eſt *chaos*, & abl. *chao*. Sed *Priſcianus lib. 6.* declinavit *chaus*, *chai*. ¶ *Antiquior, quam chaos*, de re nimium priſca, & obſoleta dicitur. Nam *Heſiodus in Theog.* chaos omnium rerum initium vocat, quod ante omnes Deos, Deaſque natum ſit. V. *Ovid. in princip. Metam.*

Chara, herba, vel radix herbæ, quam admixto lacte, exercitui pro cibo fuiſſe, ſcribit *Cæſ. de B. C. l. 3. c. 48.*

Characatus, a. t. 2. vallatus, pedatus, a χάραξ, vallum. *Col.* Eas (vites) nonnulli characatas vocant, *l. 5. c. 4.* V. Characias.

Characenus, a, um, adject. a Charace urbe in Suſiana ut Characenorum Rex, *Plin. l. 6. c. 28.*

Characias, ae. 1. tithymali genus, ramos habens digitali craſſitudine. *Plin. l. 26. c. 8.* ¶ *Characias calamus* genus eſt arundinis craſſioris, & firmioris, & pedamentis vitium, atque vallis faciendis idoneæ. Vites hujuſmodi fulcimento munitæ, *characatæ* appellantur. *Plin. l. 16. c. 36.*

Character, eris, m. 3. *carattere*, *ſegno*, *figura*, *forma*, תורה, אות, Germ. *malzeichen*, Gal. *caractère*, Hiſp. *caracter*, *ſeñal*, χαρακτὴρ, ſignum, inſigne, figura, forma, nota inſculpta, vel inſcripta, a χαράσσω, inſculpo, inſcribo. *Col. l. 11. c. 2.* Nec minus majora quadrupedia charactere ſignari debent. *Pallad. l. 2. R. R. c. 16.* Maturi agni, & animalia omnia charactere ſignentur. ¶ Notæ quoque, & ſigna occulta quadam forma expreſſa, quibus ſuperſtitioſi Veteres vim quandam occultam tribuebant, characteres dicuntur. V. *Auguſtin. l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 20. & 22.* ¶ Apud Rhetores & genera dicendi characteres vocantur. *Varr. l. 3. R. R. c. 2.* L. Albutius homo apprime doctus, cujus Luciliano charactere ſunt libelli, &c.

Characteriſmus, m. 2. χαρακτηρισμὸς, figura, qua vita alicujus deſcribitur. Rutilius Lupus antiquus Rhetor, *Quintiliano* major, *l. 2. de fig. ſent.* Characteriſmus. Quemadmodum pictor coloribus figuras deſcribit, ſic Orator hoc ſchemate aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.

Charagma, atis, χάραγμα, idem quod character. *Avienus*: Sicut nummus habet charagma hominis, ſic homo habet charagma Dei.

Charaxes, ſive Charaxus, i, Mitylæneus fuit, Sapphus frater. *Ovid. in ep. Sapphus, v. 117.* Gaudet, & e noſtro ſurgit mœrore Charaxes Frater.

Charaxo, as, are, *graffiare*, *ſcariſicare*, χαράσσω, ſcarifico. *Prudent. hymn. 10. Romano, v. 557.* Charaxat ambas unguibus ſcribentibus Genas, cruentis & ſecat faciem notis.

Charientiſmus, χαριεντισμὸς, (Græca vox, & Græce ſcribenda) orationis figura, quæ duram ſententiam mollibus verbis corrigit, ut cum ad ſenis minas Davus apud *Terent.* reſpondet: *bona verba, quæſo*. V. *Donat. in libello de barbariſmo*, *Voſſ. l. 4. Inſtit. Orator.*

Chariſma, atis, n. *dono*, χάρισμα, donum. *Prudent. in Apotheoſ. v. 11.* Deus ipſe fidelem In populum chariſmata ſuum diffundere promptus. ¶ Primam ſyllabam producit. quæ in re non eſt imitandus.

Chariſtia, n. 2. & num. plur. χαρίστια, erat ſolemne convivium inter cognatos, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur, a χαρίζομαι, gratificor, largior, condono. *Valer. lib. 2. cap. 1. n. 8.* ¶ Ipſe dies ejus convivii eodem nomine appellabatur. *Ovid. 2. Faſt. v. 617.* Proxima cognati dixere Chariſtia cari, &c.

Charites, V. Caritas.

Charites, um, f. 3. *le Grazie*, χάριτες, Latinis Gratiæ, beneficiorum Deæ. *Sen. l. 1. de Benef. c. 4.* Verendum eſt, ne, quia Charites Jovis filiæ ſunt, putemus certe parvum ingerere ſacrilegium, ſi tam bellis puellis ſiat injuria. *Auſon. Idyll. 11. v. 19.* Tres Charites, tria fata, triplex vox, tria elementa. V. plura de his in v. *Gratiæ*.

Chariton mia, V. in voce ſequenti.

Charitonius, a, um, o. t. 2. χαριτώνιος, gratiam venalem habens, ut puellæ, quæ gratia ſua ad quæſtum, & ad compilandos amatores abutuntur. Uſus eſt *Lucretius* in commendatione puellæ *l. 4. v. 1155.* Parvula, pumilio, charitonia tota, merum ſal. Verum depravatam eſſe hanc lectionem, aſſerunt *Giſanius*, & *Pareus*: itaque *Lucretium* ſcripſiſſe: Parvula, pumilio, Chariton mia, tota merum ſal. *Chariton mia*, χαρίτων μία, una Charitum, ſc. propter venuſtatem, & leporem. Quod cum non intelligerent exſcriptores, bellum illud *Charitonia* commenti ſunt.

Charmidatus. V. dictionem ſequent.

Charmides, æ, m. nomen proprium ſenis cujuſdam, inducti a *Plauto in Trinum.* a Græco χάρμη, lætitia: ad quam ſignificationem alludens *Id. ibid. 4. 2. 138.* Poſtquam, inquit, ne aurum terræ dixi, poſt tu factus Charmides: prius tu non eras, quam auri feci mentionem. Nihil agis. Proin tute itidem ut charmidatus es, rurſus recharmida. *h. e.* quam lætitiam ob

aui

auri ſpem concepiſti, rurſum depone.

Charon, ontis, & onis, m. 3. *Caronte*, nepos Demogorgonis, filius Herebi, quem animas mortuorum per tria Inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum ad aliam ripam cymba tranſvehere fabulantur. V. Acheruſia. Vox Ægyptia eſt, propriequa ea portitor notatur. Sed alii volunt dictum eſſe per antiphraſin a χαίρω, gaudeo. *Virg. Æn. 6. v. 298.* Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon. ¶ Per convicium Charontes dicuntur homines terribili ſqualore, & pravi, ac corrupti animo. *Apul. Apolog.*

Charoneum, vel Charonium, n. 2. χαρώνειον ſeu χαρώνιον, barathrum gravem odorem exhalans, fortaſſe idem, quod Acheron, quia loci ejuſmodi Charontis oſtia, ac portus credebantur, & Deorum manium, ſive inferorum oſtia nominabantur. Sed alii dicunt antrum fuiſſe inter Tralles & Nyſam, ubi ægroti a morbis liberari credebantur ſolemnibus quibuſdam ſuperſtitionibus. *Plin. l. 2. c. 93.*

Charta, f. 1. *carta*, מגלה, Germ. *papier*, Gal. *carte*, *papier*, Hiſp. *carta*, *papel*, χάρτης, folium amplum, & tenue, in quo ſcribimus, a χαράσσω, inſcribo, inſculpo. ¶ Reperta fuit Alexandri Magni victoria, ut M. *Varro* auctor eſt, condita in Ægypto Alexandria. *Plin. lib. 13. c. 11.* Fiebat ex papyro, ſeu ex biblo papyri, ideſt, ex phylura, ſeu libro, vel ſimpliciter, vel glutinis præparatione, ut aliqui cenſent. Hodie charta ex linteis contritis efficitur. ¶ Interdum ponitur pro toto illo, quod nos librum dicimus. *Ovid. 3. Triſt.* Nullus in hac charta verſus amare docet. ¶ Charta virgo, apud *Martial. l. 1. ep. 67.* eſt charta adhuc in ſcrinio latens, necdum expoſita ad hominum uſum. ¶ In charta averſa, hoc eſt in chartæ tergo ſcribere, quod veteres non ſolebant. *Id. l. 8. epigr. 62.* Scribit in averſa Picens epigrammata charta. ¶ Charta dentata apud *Cic. 2. ad Q. Fratr. ep. 15.* hoc eſt levigata, dente polita. ¶ Chartis nocturnis impalleſcere, *Perſ. Sat. 5.* ¶ Charta plumbea, pro lamina plumbea, *Sueton. in Ner. c. 20.* Lamina enim extenſa eſt chartæ perſimilis. ¶ De chartæ inventione, & conficiendæ ratione V. *Voſſ. l. 1. de art. Grammat. c. 37. Joſeph. Scalig. in Plin. & Melchior. Guillandinum Comment. in c. 21. 10. & 13. l. 13. ejuſd. Plinii.*

Chartaceus, a, um, qui eſt ex charta, ut Codices chartacei, *Ulpian. l. 52. de Legat. & fideicom.* Ubi codices chartacei a membranaceis diſtinguuntur.

Chartarium, ii, n. locus in quo aſſervantur chartæ, & libri, *archivio*, *biblioteca*. *Hieronym. l. 3. adverſ. Rufin. c. 6.* Cur eam (*epiſtolam*) in chartario Romanæ Eccleſiæ non requiris?

Chartarius, a, um, quod ad chartam pertinet. *Plin. l. 18. c. 10.* Hoc erariæ officinæ, chartariæque dicuntur.

Charteus, a, um, *di carta*, ὁ ἐκ χάρτου, quod eſt ex charta. *Auſon. epiſt. 10.* Nam tota ſupellex Vatum piorum chartea eſt.

Chartiaticum, i, apud JCtos eſt merces, quæ Officialibus ſolvitur pro chartis. V. *l. 6. ff. tit. 20.* ubi alii aliter leg.

Chartophylax, âcis, m. χαρτοφύλαξ, chartarum, & archivii cuſtos, chartularius, *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 587. n. 11.*

Chartoprâtes, æ, m. qui chartam vendit, χαρτοπράτης. Legitur in lemmate *tit. 17. l. 11. Cod. Juſtin.*

Chartula, f. 1. *cartolina*, *foglietto*, χάρτιον, dimin. a charta, ſcheda, libellus, commentariolus. *Cic. Fam. lib. 7. epiſt. 18.* Miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, &c.

Chartularius, ii, m. χαρτοφύλαξ, vel χαρτουλάριος, qui chartam, & archivum Principis curat, idem fere qui commentarienſis. Varii autem fuerunt chartularii, nempe *divinæ domus*, *ſacri cubiculi*, *largitionum*, *numerorum militarium*, &c. Horum omnium mentio fit in *Cod. Juſtin. l. 10. tit. 23. leg. 3. l. 12. tit. 50. leg. 10.* & in *Cod. Theodoſ. lib. 8. tit. 7. leg. 5.* &c.

Chartus, i, m. idem quod charta. *Lucil. lib. 21.* Ubi Graci, ubi nunc Socratici charti? Ita *Nonius* refert *c. 3. n. 40.*

Charus, V. Carus.

Charybdis, is, f. 3. *Cariddi*, Χάρυβδις, dicta ἀπὸ τοῦ χαίνειν, vel Χάσκειν, hiare, & ῥοιβδεῖν, impetuoſe, vaſta profunditas eſt in mari Siculo, ubi verticoſum fretum navigantibus negotium faceſſit. *Virg. 3. Æn. v. 419.* Et pater Anchiſes, nimirum hæc illa Charybdis, &c. In fabulis eſt, Charybdin feminam fuiſſe voraciſſimam, quæ cum boves aliquos Herculi ſurripuiſſet, a Jove fulmine icta, in marinum monſtrum verſa fuit. Alii tradunt, ab Hercule ipſo cæſam fuiſſe. ¶ Translate ponitur pro voracitate, & aviditate inſatiabili. *Cic. Philip. 2. c. 27.* Quæ Charybdis tam vorax tot res tam cito abſorbere potuiſſet? Et *Horat.* de ſcorto loquens *l. 1. od. 27. v. 19.* Quanta laboras in Charybdi! ¶ Quod ad fabulam attinet V. Scylla.

Chaſma, atis, n. 3. Χάσμα, hiatus, rictus, vaſta vorago, a Χασμάομαι, hio. *Ulpian. Dig. de cenſib. l. forma, §. quare ſi.* Si agri portio chaſmate perierit. Adde *Sen. l. 5. quæſt. nat. c. 9.* & *Serv. ad 9. Æn. princ.* ¶ Eſt etiam meteoron, quando ſcil. ignis velut e diſrupto cælo decidere videtur. *Plin. l. 2. c. 26.* Fit & cœli ipſius hiatus, quod vocant chaſma. V. & *Serv. ad Æn. 3. in princ.*

Chaſmatias, æ, m. 1. ſpecies terræmotus, quo tellus hiſcit. *Ammian. Marcellin. l. 17. c. 16.* (al. c. 7.) Chaſmatiæ grandiori motu patefactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent. Adde *Apul. de Mundo*.

Chauci, V. Cauchi.

Chaus, m. 2. *lupo cerviero*, Germ. *ein luchs*, Gall. *loup cervier*, Hiſp. *lobo cerval*, lupi ſpecies pardorum maculas habentis, quem alii nomine lupum cervarium vocant, Galli raphum. *Plin. l. 8. c. 19.* ubi alii aliter legunt.

Chelæ, arum, f. 1. *branche di gambari*, *e di granchi*, Germ. *krebſcheren*, Gall. *branques*, *pinces d'écreviſſe*, Hiſp. *braços de alacran*, *o congrejo*, χηλαί, denticulati cancrorum, & ſcorpionum forcipes, a χῶ, capio. Hinc ponitur pro prima parte Scorpionis ſigni cæleſtis. *Virg. 1. Georg. v. 33.* Qua locus Erigonen inter, chelaſque ſequentes. ¶ In balliſtis *chele* (Græca terminatione pro *chela*) eſt membrum quoddam ad ſimilitudinem brachiorum cancri efformatum. *Vitruv. 10. 17.* Exſtantia cheles, *h. e.* pars cheles, quæ exſtat.

Chelidon, onis, f. *rondinella*, Χελιδών, ὄνος, Græce eadem, quæ Latinis *hirundo*, cujus adventus veris ineuntis indicium eſt. Hoc nomine appellabatur etiam quædam Verris amica: unde ludit in ambiguo *Cicero*, cum inquit *Verr. 3. 40.* Qui auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet. ¶ Hujus vocis penultima longa eſt. *Colum. 10. 415. Avien. in Perieg. v. 683.* ¶ *Aſcon. in Verr. 3. cap. 46.* nomen Verrini ſcorti in recto caſu *Chelido* profert.

Chelidonia, æ, *celidonia*, Χελιδόνιον, herba, Latine hirundinaria, viſui ſaluberrima, ab hirundinibus appellata, quæ Græce Χελιδόνες dicuntur. Floret enim adventu hirundinum, diſceſſu marceſcit. Hæ etiam hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum. *Plin. l. 8. c. 27. & l. 25. c. 8.*

Chelidonia ficus, ſpecies ficus, dicta vel quod ea hirundines delectentur, vel quod tum primum matureſcat, cum hirundines migrant. Noviſſime enim ſub hyeme maturatur. *Id. l. 15. c. 18.*

Chelidoniæ, inſulæ tres parvæ in mari Pamphylio, prope Sacrum prom. in fine ſinus Attalici, in ora Lyciæ exterioris, verſus Crambuſam inſ. Vulgo dicuntur *le Correnti*, al. *Caproſe*. *Plin. 5. 31.*

Chelidonias, æ, m. 1. χελιδονίας, Favonius ventus dicitur, poſt diem 23. Febr. per novem dies, a primo aſpectu hirundinum. Nonnulli *Ornithiam* vocant, ab adventu avium, univerſim. *Plin. l. 2. c. 47.*

Chelidonius lapis, χελιδόνιος λίθος, vel χελιδόνιον, lapillus, qui in ventre pullorum hirundinis inveniri fertur, a χελιδών, hirundo. *Plin. lib. 11. cap. 37.*

Chelo, onis, pars catapultæ, quæ nervum attractum continet, alio nomine manucla. *Vitruv. l. 10. c. 15.*

Chelonia, orum, vel Chelonaria, n. 2. dicuntur retinacula, in quibus ſucula vertitur. *Vitruv. l. 10. c. 2.* Chelonia, in quæ conjiciuntur ſucularum capita. Sed V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Chelonia, f. 1. χελωνία, oculus teſtudinis Indicæ, inter gemmas connumeratus a *Plin. l. 37. c. 10.*

Chelonîtis, idis, f. 3. χελωνῖτις λίθος, gemma ſimilis teſtudini, aureis quibuſdam guttis inſignis, a χελώνη, teſtudo. *Plin. l. 37. c. 10.* ¶ Eſt etiam nomen inſulæ in ſinu Arabico. *Id. l. 6. c. 28.*

Chelonophâgi, m. 2. populi in Carmaniæ angulo, qui ſolis teſtudinibus vivunt, earumque ſuperficie caſas tegunt, a χελώνη, teſtudo, & φάγω, edo. *Id. l. 6. c. 24.*

Chelydrus, m. 2. *teſtudine marina*, Germ. *meerſchnek*, χέλυδρος, Græce eſt teſtudo marina, vel aquatica, a χέλυς, teſtudo, & ὕδωρ, aqua. ¶ Chelydrus item, vel cherſydrus, eſt ſerpens aquaticus, aliter hydrus. Dictus eſt chelydrus a χέλυς, teſtudo, & ὕδωρ, aqua, quia ſimilis ſit teſtudini, ſive tergi duritie, ſive pariter in terris, & in aquis vivendo, more teſtudinis. Dictus eſt cherſydrus, a χέρσος, terra, & ὕδωρ, aqua, quia & in terra, & in aqua vivit. *Virg. 3. Georg. v. 415.* Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. *Lucan. l. 9. v. 750.* Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arva Cherſydrus, tractique via fumante chelydri. V. *Voſſ. Etymol.*

Chelys, ys, f. 3. *teſtudine*, צב, Ger. *ſchneck*, Gal. *tortue*, Hiſp. *galapago*, *tortuga*, χέλυς, χελώνη, χελώνη, teſtudo animal apud Græcos. ¶ Apud Latinos ſumitur pro cithara, quia figuram habet teſtudinis, & orta eſt ex lyra Mercurii, quam ille ex teſtudine effecit, detracta carne. Hinc Chelyn intendere, & Chelyn laxare, apud *Stat. l. 1. Silv. 5. v. 11. & l. 4. Silv. 4. v. 33.* *Auctor Panegyrici ad Piſonem inter Lucani opera*, v. 154. Sive chelyn digitis, & eburno pectine pulſas. ¶ Eſt etiam *chelys* ſignum cæleſte, idem quod Lyra. *Avien. in Arat. v. 617.*

Chemia, Chemicus, V. Chymia.

Chenalopeces, χηναλώπεκες, genus anſerum, quandam habens cum vulpe ſimilitudinem. *Plin. l. 10. c. 22.*

Cheniſcus, χηνίσκος, anſerculus, apud Græcos. Hinc puppis faſtigium, vel pars proræ, a qua dependent anchoræ, *cheniſcus* dicitur, quia ibi anſer, vel caput anſeris impoſitum eſt. Sed alii ipſam navem dicunt *cheniſcum* appellari ſolitam fuiſſe, boni augurii gratia, quod undis more anſeris non madefacta ſupernataret. *Apul. l. 11. Metam.* Puppis intorta cheniſco.

Chenoboſcium, n. 2. χηνοβοσκεῖον, locus, ubi anſeres, aliæque id genus nantes volucres aluntur, a χὴν, anſer, & βόσκω, paſco. *Col. l. 8. c. 14.* Chenoboſcia conſtituunt.

Chenomychon, n. 2. herba, ad cujus aſpectum anſeres expaveſcunt. *Plin. l. 24. c. 17.*

Chenôpus, odis, m. 3. χηνόπους, herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. *Plin. l. 22. c. 8.*

Cheramides, gemma, eadem, ac oſtracites, niſi quod hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt. *Plin. l. 37. c. 10.*

Chernites, m. 3. χερνίτης, lapidis genus eſt ebori ſimillimum, in quo defunctorum cadavera condebantur. *Plin. l. 36. c. 17.*

Cherſonenſis, ſe, adject. a Cherroneſo peninſula. *Cic. in Piſon. c. 35.* Bœotii, Byzantii, Cherronenſes.

Cherroneſice, vel Cherſoneſice, adverb. Cherronenſium more. *Varr. l. 4. de L. L. p. 34. edit. Scalig.* Has phancillas Cherroneſice dicunt faſces. V. *Scalig. ibid.*

Cherronêſus, f. 2. vel Cherſoneſus, *peniſola*, χεῤῥόνησος, vel χερσόνησος, peninſula, terra in inſulæ modum mari cincta, uno tantum, eoque anguſto ſpatio continenti adjuncta, a χέῤῥος, vel χέρσος, terra deſerta, inculta, quæ non aratur, & νῆσος, inſula. ¶ Per excellentiam hoc nomine pars Thraciæ appellatur, juxta Helleſpontum, ubi nunc *Gallipoli*. Item Peloponneſus. V. ibi. Deinde multæ aliæ Cherſoneſi numerantur, nomine proprio addito, ut *Aurea Cherſoneſus*, *Cimbrica*, *Taurica*, &c. ¶ Eſt item nomen multarum urbium, quas vide in Lex. Geograph.

Cherſina, f. 1. genus teſtudinis terreſtris. *Plin. l. 9. c. 10.*

Cherſoneſus, V. Cherroneſus.

Cherſos, i, f. χέρσος, ſpecies teſtudinis terreſtris, quæ maſcula & marina vilior eſt. *Martial. epig. 88. l. 14.* Femineam nobis cherſon ſi credis ineſſe, Deciperis: pelagi maſcula præda ſumus.

Cherſydrus, V. Chelydrus.

Cheruſci, pop. Germaniæ verſus Viſurgim flu. & Meliboecum M. ubi nunc Duc. Brunſuicenſis, & Luneburgenſis, Marchia antiqua, Diœceſes, Halberſtadienſis, & Hildeſheimenſis, & pars Magdeburgenſis, cum quadam parte Thuringiæ. *Claudian. de 4. Conſ. Hono. v. 451.* Et ingentes Albim liquere Cheruſci.

Chia ficus, ſive Chie abſolute, σῦκον χῖον, fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, vinique veteris, ſaliſque ſaporem referens. *Martial. l. 7. epigr. 30.* Et flavas medio vapore chias. Et *in Xeniis*, *epigr. 23.* Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia mittit, Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem. Ubi obſervandum, *Chia*, cum de ficu, aut vino ſermo eſt, ut chia ficus, chium vinum, primam producere: cum vero aliis rebus jungitur, corripere. V. Chius.

Chiliarchus, vel Chiliarcha, m. 2. *colonnello di mille fanti*, χιλίαρχος, qui mille militibus præeſt, Romanis Tribunus militum. *Curt. l. 5. c. 2. Nepos in Con. c. 3.*

Chilônes, χείλωνες, labeones, qui labra ingentia habent, a χεῖλος, labrum. *Soſipater Chariſ. l. 1. & Feſt.*

Chimæra, f. *chimera*, mons Lyciæ, qui flammam ad modum Ætnæ in Sicilia emittit a ſummo vertice, deinde inferius leones habet media parte capras, ubi paſcuis abundat, in radicibus vim ingentem ſerpentium. Hinc factus locus fabulæ, Chimæram monſtrum eſſe, quod flammas evomit, caput, & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Aliqui fabulati ſunt, filiam fuiſſe Tiphonis, & Chedrimæ. Bellorophontes Pegaſo equo alato vectus adverſus hanc belluam pugnaſſe, eamque viciſſe dicitur. Nam montem illum habitabilem reddidit. *Virg. Æn. 6. v. 288.* Flammis armata Chimæra.

Chimæriſer, a, um, adject. *Ovid. 6. Met. v. 338.* Chimæriſera Lycia.

Chimerînus, a, um, hybernus, hyemalis. Vox græca eſt, & græce ſcripta apud *Martialem l. 9. epigr. 13.* Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem,

Digitized by Google

eſſet, Horrido ſi brumæ ſidera, χειμάζοντι.

Chione, es, nympha, a qua Chion inſulam dictam *Cleobulus*, & *Metrodorus* putarunt, auctore *Plin. l. 5. c. 31.*

Chius, & Chaus, ii, f. 2. *Scio*, Χῖος, inſ. Aſiæ in mari Ægæo, & Icario, Joniæ adjacens. Tota fere montoſa eſt. Sola maſtichen inter inſulas gignit. Dividitur in duas partes, ſuperiorem, ſeu Epanomeream, & inferiorem, ſeu Catomeream. In ea montes Pellenæus, & Arviſius, vino celebres, & marmore. *Plin. 5. 31.*

Chiragra, f. 1. *gotta delle mani*, Ger. *das zipperlein der henden*, Gal. *douleur, & goutte aux mains*, Hiſp. *gotta, dolencia de las manos*. χειράγρα, morbus articularis, qui manus infeſtat, ab ἄγρα, captura, & χείρ, manus, quia manus irretit, illaqueat. *Horat. l. 1. epiſt. 1. v. 31.* Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra. Et *l. 2. Sat. 7. v. 15.* Poſtquam illi juſta chiragra contudit articulos. Ubi nota primam in hac voce ſyllabam contra naturam corripi, more Græcorum, qui nonnunquam ex diphthongo alteram vocalem abjiciunt. ¶ Legitur & *Cheragra*: quod rectius quibuſdam videtur eſſe, ſi corripere primam velis.

Chiragricus, i, m. 2. qui chiragra laborat, *gottoſo*. *Celſ. l. 4. c. 27. in princ.* Quæ in podagricis, chiragricisve eſſe conſuerunt, ea raro vel caſtratos, vel pueros tentant. ¶ Et adjective *Sidon. l. 3. epiſt. 13.* Taceo chiragricas manus, unctis cataplaſmatum pannis involutas.

Chiramaxium, ii, *carretto da mano*, curriculus, ploſtellum parvum, quod manu trahi poſſit, a χείρ, manus, & ἅμαξα, currus. *Petron. Sat. c. 28.* Præcedente chiramaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur. *Uvouverius* puerî geſtatorium interpretatur.

Chiridota, tunica, *ſottana colle maniche*, tunica manicata, ut *Cic.*, vel manuleata, ut *Plaut.* loquitur. idest, quæ habet manicas prolixas ad manus uſque, al. macrochera, a χείρ, manus, vel χειρίς, manica. Fuit propria Dalmatarum. *Scipio Africanus* apud *Gell. l. 7. c. 12.* Qui in conviviis cum chiridota tunica inferior accubuerit.

Chirographarius, a, um, ad chirographum pertinens, ut chirographarius creditor, qui ſibi chirographo cavit. Chirographarius debitor, qui ſua manu ſe debitorem ſcripſit. Chirographaria pecunia, quæ ex ſolo chirographo, non dato pignore debetur. *Dig. l. 42. tit. 6. leg. penult.* & *l. 13. tit. 6. leg. 5.* & *l. 8. Cod. tit. 27. leg. 2.*

Chirographum, n. 2. *ſcritto di mano propria*, כתב, Ger. *ein handſchrifft*, Gall. *écrit, manuſcrit*, Hiſp. *eſcritura*. χειρόγραφον, quod noſtra manu ſcripſimus. Sumitur aliquando pro ſcribendi ratione cuique propria. *Suet. in August. c. 64.* Nepotes & literas, & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit, ac nihil æque laboravit, quam ut imitarentur chirographum ſuum. Adde *eund. in Tito, c. 3.* Italice, *imitar l'altrui carattere, a mano*. ¶ Frequentius ſumitur pro cautione, ſeu obligatione, vel pro ſcripto, quod alicujus contractus rationem continet, *ſcritto, ſcrittura*. Hinc Chirographum dare, *Plaut. Ciceroni Fam. l. 10. epiſt. 21.* Chirographo convincere, *Cic. Philip. 2. c. 4.* Chirographi cautio, *Id. Fam. 7. epiſt. 18.* ¶ Legitur & chirographus, i, m. *Quintil. l. 6.* Interroganti, an in tabulis chirographus eſſet, Et verus, inquit.

Chiron, nis, m. 3. Centaurus, Saturni, & Philyræ filius, unde dictus eſt Phillyrides, homo parte ſuperiore, equus inferiore. Fabulantur enim Poetæ, Saturnum, cum Phillyram Oceani filiam adamaret, ejuſque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum ſubito ſe in equum convertiſſe, Phillyram autem eo gravidam effectam fœtum peperiſſe, cujus anterior pars hominem, poſterior equum referret. Sed fingitur hac forma, quia fuit ex genere Centaurorum, qui primi equos domuiſſe dicuntur, & idcirco omnes forma partim humana, partim equina deſcribuntur, vel quia Medicinam invenit, quæ & hominibus, & jumentis ſalutaris eſt. Fortaſſe etiam Chiron dictus eſt, quia Chirurgiæ artis inventor fuit. Ubi primum adolevit, in ſylvas ſe ſe contulit, ibique herbarum vires contemplatus, præſtantiſſimus Medicus evaſit. Ludum aperuit juventuti Græcæ erudiendæ, in antro quodam, ut in fabulis eſt. Huic Thetis Achillem filium educandum tradidit, quem leonum medullis aluiſſe fertur, & docuiſſe citharæ artem, & herbarum uſum. Univerſos ſuæ ætatis homines bonitate, & juſtitia ſuperavit. Ad extremum, cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet, armaque ejus tractaret, evenit, ut ſagitta quædam Hydræ Lernææ veneno imbuta illi in pedes decideret. Hoc malum cum nulla ope ſanari poſſet, optavit ſe eſſe mortalem, & a Diis mortem precatus eſt. Mori enim non poterat, quod utroque parente immortali natus eſſet. Deorum miſeratione in cœlum ſublatus eſt, & collocatus inter ſigna Zodiaci figura Sagittarii.

Chironia vitis, herba ſmilacis foliis, claviculis ſuis arbores vitis modo conſcendens, al. ampelos. *Plin. l. 23. c. 2.*

Chironicus, a, um, ad Chironem pertinens, ut Chironica ars, *Sidon. l. 2. ep. 12.*

Chironion, n. 2. panacis genus, foliis lapathi, flore aureo, radice parva, ab inventore Chirone Centauro. *Plin. l. 25. c. 6.*

Chironius, a, um, ad Chironem pertinens. *Plin. 25. 4.* & *Celſ. 5. 28. 5.*

Chironomia, f. 1. χειρονομία, lex geſtus, a χείρ, manus, & νόμος, lex. *Quintil. l. 1. c. 11. (al. 19.)*

Chironomon, ontis, m. 3. χειρονομῶν, qui geſtu, & ſecundum artis legem cibos ſcindit, *trinciante*. *Juvenal. Sat. 5. v. 121.* Saltantem ſpectes, & Chironomunta volanti Cultello. *Sidon. l. 4. epiſt. 7.* Si inter Apicios Epulones, & Byzantinos chironomontas hucuſque ructaverit. V. *Lipſ. l. 3. Sat. c. 2.*

Chironomus, m. 2. χειρονόμος, qui certa lege manus movet, ſeu manibus geſticulatur, ac ludit, in ſaltando, in cibis inferendis, ac ſcindendis, &c. Idem eſt, atque orcheſtes, ſeu pantomimus. *Voſſ. ex Heſychio*, & *Caſſiod. Var. l. 4. c. 51.* ¶ *Juvenal. Sat. 6. v. 63.* femin. gen. dixit de ſaltatrice pantomima. Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo.

Chirurgia, f. 1. medicinæ pars, quæ manu medetur, *chirurgia*, Germ. *wundartzney*, Gal. *chirurgie*, Hiſp. *cirugia*, χειρουργία, eſt manuum operatio, a χείρ, manus, & ἔργον, opus. Sed per excellentiam dicitur de ea parte medicinæ, quæ ſectione, vel uſtione, aut alia quavis ratione, quæ manu adminiſtretur, morbos curat. *Cic. ad Att. l. 4. epiſt. 3.* Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Chirurgice, es, χειρουργική, ars Chirurgorum. *Celſ. in proœm. l. 1.* ſcripſit græcis literis.

Chirurgicus, a, um, ad Chirurgiam ſpectans, *Hygin. Fab. 274.* Chiron Centaurus Saturni filius medicinam chirurgicam ex herbis primus inſtituit.

Chirurgus, m. 2. *chirurgo*, Germ. *ein wundartzt*, Gall. *chirurgien*, Hiſp. *cirujano*, χειρουργός, medicus, qui manu curat, a χείρ, manus, & ἔργον, opus. *Celſ. lib. 7. in proœm.* Eſſe chirurgus debet adoleſcens, aut certe adoleſcentiæ propior, manu ſtrenua, ſtabili, nec unquam intremiſcente. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 581. n. 2.* Antiochus Druſi medicus chirurgus.

Chius, a, um, adject. a Chio inſula, ut marmor Chium, Chium vinum, quod & *Chium* abſolute dicitur, & a Latinis ſcriptoribus paſſim celebratur. *Horat. l. 2. Sat. 3. v. 115.* Si poſitis intus Chii, veteriſque falerni Mille cadis. *Avien. in Arat. v. 1173.* Curva Chii cœlo cum ſurgent brachia ſigni. V. Chia. ¶ Chius, ii, χῖος, qui & canis, & caniculà dictus, erat tali jactus ludentibus damnoſus, ut qui unum tantum numerum continebat. Sed hujus rei exemplum nullum apud Latinos Scriptores adhuc vidimus. ¶ Chium ſignum in Cœlo ait ſignum Scorpii. Narrat enim Arat. ἐν τοῖς φαινομένοις *v. 637.* cum laſſiſſet Orion Dianam, omnes in Chio Inſula feras occidendo, eique venandi materiam ſubtrahendo, iratam Deam immiſiſſe ſcorpionem venenatum, a quo ictus Orion interiit. Utroque poſtea in Cœlum translato, Scorpio *Chii* cognomen hæſit. *Avien. in Arat. v. 1135. & 1170. & 1179. & Cic. in Arat. v. 426.*

Chlamyda, æ, f. idem quod Chlamys. *Apul. l. 10.* Ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum.

Chlamydatus, a. r. 2. χλαμυδωτός, clamyde indutus. *Cic. pro Rab. Poſt. c. 10.* Sylla imperator chlamydatus.

Chlamydula, æ, f. 1. diminut. χλαμύδιον, *picciola clamide*. Affertur a Calepino Plautina auctoritas, *ſume chlamydulam*: Sed hoc fortaſſe hominis chion eſt in *Merc. a. 1. ſc. 2. v. 16.* ubi legitur: *ſume laconicam*.

Chlamys, dis, f. 3. *ſopravveſte militare*, מעיל, Germ. *rockle*, Gal. *manteau*, Hiſp. *capa*, χλαμύς, veſtis, quæ thoraci ſuperinduebatur, non ad corporis tutelam, ſed ornatus cauſa, a χλαῖνα, per ſyncopen, *caſacca*. Proprie veſtis militaris erat, pallio brevior multo, ac ſtrictior. Sed & de paludamento Regum dicitur, & inter veſtimenta puerilia numeratur. *Cic. pro Rab.* L. Scipionis non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis. *Plaut. Merc. 5. 2. 70.* Puer cape chlamydem, & da pallium. ¶ Erat etiam viatoria veſtis, item ſervorum aulicorum, ut docet *J. Lipſ. Elect. l. 1. c. 25.*

Chlorion, m. 3. χλωρίων, avis luteï coloris perpetuas cum corvo inimicitias exercens, altero alterius ova inſidiante, a χλωρός, viridis, & luteus. *Plin. l. 10. c. 29.*

Chloris, idis, f. 3. *Flora*, Χλωρίς, eadem creditur, atque illa, quæ a Romanis Flora dicta eſt, & Dea florum habita, quæ cum Zephyro nupſiſſet, a marito muneris loco impetravit, ut florum omnium haberet poteſtatem. *Ovid. 5. Faſt.* ¶ Fuit & Chloris filia Amphionis, non ejus, qui Thebas mœnibus cinxit, ſed filii Jaſii, qui regnavit Orchomeni, & Pyli, qui etiam Argus appellatus eſt. Hæc Neleo nupſit, cui Neſtorem, & alios filios peperit. ¶ De priori illa *Ovid. 5. Faſt. v. 195.* Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino Nominis eſt noſtri litera græca ſono.

Chlorites, m. 1. χλωρίτης, gemma herbacei coloris, quæ in ſcyllæ avis ventre invenitur. *Plin. l. ult. c. 10.*

Chlorus, m. 2. flu. Syriæ, qui inter Alexandriam, & Ægas opp. Ciliciæ in fin. Iſſicum influit. *Plin. l. 5. c. 27.* ¶ Conſtantius Imperator Conſtantini M. Pater *Chlorus* dictus eſt, ob colorem pallidum.

Choa, vel Chus, χοῦς, menſura liquidorum apud Græcos, quæ Romanum capiebat congium, hoc eſt, ſextarios ſex, ſive cotylas Atticas duodecim. *Fannius de ponderib. & menſur. v. 70.* Adde duos, (ſextarios) Chus fit, vulgo qui congius idem. Alii leg. χοῦς. ¶ Dicitur autem Choa a χέω fundo. ¶ In triclinio choa, in cubiculo nola. ænigma eſt apud *Quintil. l. 8. c. 6.* cujus explicationem enixus eſt *Cal. Rhod. l. 19. c. 5.* & *l. 29. c. 1.* ſed non ejuſmodi, ut poſſit omnibus ſatisfacere.

Choaſpes, m. 3. Eulæus, *Tirtiri, Zarmare*, χοάσπης, flu. Suſianæ, in Media oriens, qui Suſam urbem rigat, deinde auctus aliis fluviis poſt longum decurſum in ſinum Perſicum ſe exonerat 30. leu. Hiſp. a Balſera in *Or. Tabul. 4. 2. 140.* ¶ Item fl. Indiæ, qui in Indum influit.

Choaſpites, m. 1. gemma viridis, aureo fulgore intermicanta. *Plin. l. 37. cap. 10.*

Choatræ, arum, populus circa Mæotim. *Plin. l. 6. c. 7. Lucan. l. 3. v. 46.* Ubi *Grotius* pro *Coaſtris*, reſtituit *Choatras*. ¶ Fuerunt incantatores maximi cum duce ſuo Choaſte. Unde *Valer. Flac. l. 6. v. 151.* Dehinc magico terrore Choatras. Et *v. 155.* Maximus hos inter ſtygia venit arte Choaſtes.

Chodax, acis, m. 3. V. Coodax.

Chœnicion, vel Chœnicium, n. 2. inſtrumentum eſt Chirurgicum, quo minora oſſicula extrahuntur, latine Modiolus. *Celſ. l. 8. c. 3.*

Chœnix, icis, f. 3. & Chœnica, æ, f. 1. χοῖνιξ, menſura quatuor capiens ſextarios, vel ſemodium. Hac menſura olim domini ſervis frumentum in cibum diurnum admetiebantur. Hinc Pythagoræ ænigma, Super chœnice non ſedendum, hoc eſt, ſectandus non eſt alienus cibus per inertiam, & ocium, ſed ſua quiſque induſtria ſibi vitæ neceſſaria debet parare. ¶ Chœnix *Camerario* menſura eſt duorum ſextariorum, ſeu quatuor heminarum. Sic enim legendos cenſet hos Rhemnii verſus in carmine de ponderibus, apud Priſcianum: *Hemina recipit geminos ſextarius unus, Quos quater aſſumptos ſic Graio nomine Chœnix*. Alii aliter.

Chœradas, um, f. *ſcrofole*, χοιράδες, ſtrumæ. *Theodor. Priſcian. l. 2. c. 9.* & *Apulej. de herb. c. 2. n. 10.*

Chœrilus, vel Cherilos, m. 2. Poeta Samius, qui ſcripſit Athenienſium victoriam contra Xerxem, item geſta Lyſandri Lacedemoniorum ducis, item Alexandri Magni. Sunt, qui tradant, Alexandrum cum Chœrilo pepigiſſe, ut pro ſingulis bonis verſibus ſingulos acciperet philippeos, pro ſingulis malis ſingulos colaphos, opere autem perfecto, aiſt ſeptem fuiſſe inventos, qui poſſent probari. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 232.*

Choicus, a, um, *di terra*, χοϊκός, terrenus. *Tertull. adverſ. Valentinian. c. 24.* Homo choicus, & animalis.

Cholera, f. 1. *collera, bile*, Gal. *colere*, Hiſp. *colera*, χολέρα, morbi genus, quod celeri vomitu, alvique dejectione ventriculum, & inteſtina conturbat, a χολή, bilis, quia in ea bilis, ſive multitudo humorum fluentium felli ſimilium ſuperne, inferneque apeitur, vel a χολάδες, inteſtinum, quod capit bilem hepatis. *Celſ. l. 2. c. 13.* Si acutus eſt morbus, ſicut in cholera. ¶ Accipitur & pro bile, χολή. *Lampr. in Alex.* Communione animi, & ſtomacho choleram evomebat. ¶ Cholera laborare, apud *Celſ. l. 2. c. 14.* ¶ In plurali numero. *Plin. l. 20. c. 14.* Mentaſtrum choleris efficaciſſimum. *Id. ibid.* Menta choleras emendat.

Cholericus, a, um, qui bile abundat, *collerico*, ut cornuta cholerica. *Plin. l. 20. c. 14.* ¶ *Cholericus* etiam dicitur, qui cholera laborat. *Scribon. Larg. compoſ. 256.* Malagma cholericis prodeſt.

Choliambus, m. 2. χωλίαμβος, verſus jambicus trimeter, vel ſenarius acatalecticus, qui quinto loco jambum habet, ſexto ſpondæum, in cæteris conſentit cum jambico, ita dictus, quaſi claudus jambus, a χωλός, claudus, quia deturbato e ſexta ſede jambo, & ſubſtituto ſpondæo, videtur quaſi claudicare, ut illi Martialis; *Cur in theatrum Cato ſevere veniſti? an ideo tantum veneras, ut exires?* Dicitur etiam *ſcazon*, idest, claudicans, a σκάζω, claudico. *Diomed. l. 3.*

Choma, atis, n. 3. χῶμα, agger, ſive terræ aggeſtæ moles, qua aqua coercetur, a χόω, vel χώννυμι, aggerem educo, quod a χοῦς, terra egeſta, *Ulpian. de extr. crim. l. ſocordaris*.

Choragiarius, ii, m. 2. qui choragio præeſt, vel qui choragium inſtruit. *Inſcript.* apud *Gruter. p. 475. n. 2.* A. Titio A. L. Bellico VI. Vir. Auguſtali Choragiario.

Choregium, gii, n. 2. *apparato da ſcena*, χορήγιον, ſcenicum inſtrumentum,

Digitized by Google

tum, quo ſcilicet ſcena inſtruitur, & apparatur, a χορὸς, chorus, & ἡγέομαι, duco. *Feſt.* Sed alii appellant ædificium amplum poſt ſcenam, unde promebantur omnia ad ludos neceſſaria. *Vitruv. l. 5. c. 9. & l. 10. c. 13.* ¶ Tranſlate dicitur de cujuslibet rei apparatu, *apparecchio*. *Auct. ad Heren. lib. 4. c. 50.* Aut aliquod fragile falſæ choragium gloriæ comparetur. ¶ Coragium, ſine aſpir. eſt funus virginale, a κόρη puella, & ἄγω, duco. *Fulg. Planc. de priſco ſerm. Apul. l. 5.* Jam feralium nuptiarum miſerrimæ virgini coragium ſtruitur. Sed hic etiam *choragium* legi poteſt.

Choragus, m. 2. χορηγὸς, dux, vel rector chori, a χορὸς, chorus, & ἡγέομαι, duco. Honeſtiſſimum hoc nomen habebatur apud Græcos, iiſque tribuebatur, qui ſuo ſumptu ludos ſacros præberent. ¶ Apud Latinos *Choragus* dicitur, qui ſcenicis hiſtrionibus ornamenta agendæ fabulæ neceſſaria, vel ab Ædilibus accepta præbet, vel de ſuo locat, *Plaut. Perſ. 1. 3. 78.* Ornatam adduce lepide in peregrinum modum. Sa. Sed πόθεν ornamenta? To. Abs chorago ſumito: dare debet: præbenda Ædiles locaverunt. ¶ Eſt etiam dux Chori, ſeu cœtus. *Vetus Epigramma de Auguſto*, apud *Sueton. in ejus vita, c. 70.* Cum primum iſtorum conduxit menſa Choragum, &c.

Choraliſtria, æ, f. 1. femina canendi, & ſaltandi in choris perita. *Propert. l. 4. eleg. 8. v. 39.* vel *eleg. 9. v. 12.* Ubi tamen legendum videtur *Crotaliſtria*. V.

Choraula, V. in Choraules.

Choraules, m. 1. vel Choraula, m. 1. *ſonatore, corifeo*, χοραύλης, qui ad chori cantum inflat tibiam, a χορὸς, chorus, & αὐλὸς, tibia. Differt ab *auletes*, ſive *auledus*, quia hic ſolus tibia canit. *Martial. l. 11.* Non ſit citharœdus, aut choraules. ¶ Canebant etiam in conviviis Choraulæ. *Id. l. 9. epig. 78.* Quod optimum ſit, quæritis convivium? In quod Choraules non venit. ¶ Choraules etiam dicebatur, qui ad tibias ſaltabat. Quo ſenſu *Petronius in fragm.* Manu puer loquaci Ægyptius Choraules. V. *Salmaſ. ad Vopiſci Carin. c. 19.* ¶ Choraula, æ, terminatione latina, habet *Apul. l. 8. A. A.* Erat quidam juvenis, choraula doctiſſimus, &c. Ubi *Beroaldus in Comment.* pro ſexto caſu habet, & interpretatur artem tibicinam. ¶ Apud eundem *Apul. in Florid. l. 1.* Choraulæ monumentarii dicti ſunt tibicines, qui defunctos ad ſepulchra canebant, quales priſci ſiticines dixerunt, ut ait *Gell. l. 20. c. 2.* V. Ceraula.

Chorda, æ, f. 1. *corda negl' iſtrumenti muſicali*, ‏יתר‎, Ger. *ein ſeitte*, Gal. *corde*, Hiſp. *cuerda*, χορδή, funiculus in inſtrumento muſico, qui Latine fides dicitur, a χορδὴ, inteſtinum, & fides, quia ex tenuioribus animantium inteſtinis fiſſis, contortiſque fieri ſolet. *Caſſiod.* ait *cordam* ſcribendum eſſe, dictamque, quod corda moveat. A corde quoque deducit *Iſid.* quia ſicut pulſus eſt cordis in pectore, ita pulſus eſt cordæ in cithara. *Cic. 3. de Orat. c. 57.* Voces, ut chordæ, ſunt inventæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant. ¶ Chordas experiri, apud *Stat. l. 1. Achill. v. 187.* Et pertentare, apud *Ovid. 5. Metam. 339.* eſt tentare ſonum chordarum, utrum ſibi invicem ſecundum muſicæ leges reſpondeant. ¶ Sociare verba chordis. *Horat. l. 4. od. 9.* ¶ Accipitur pro fune a *Plaut. Moſt. 3. 2. 55.* Tibi chorda tenditur, inde inferriterium, poſtea in crucem recta.

Chordaciſta, æ, m. qui chordis, h. e. fidibus canit. *Martian. Capell. l. 9.*

Chordus, ſive cordus, *cordivo*, ὀψίγονος, quod ſero natum eſt, vel maturelcit, & dicitur de fœno autumnali, de frumento, & aliis herbis, de arboribus, de agnis, de hominibus, &c. a χορδὸς, juvenilis, vel ab ὅρος, terminus, vel a χόρτος, fœnum. Duci etiam poteſt a χορίον, ſecundina, ut indicat *Varro lib. 2. R. R. cap. 1.* ubi ait: Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, ac remanſerunt in volvis ultimis. Vocant χορίον, a quo Chordi appellati. ¶ *Plin. l. 8. c. 47.* ſine aſpiratione ſcribit. Et *Colum. l. 12. c. 13.* ¶ De hominibus etiam ſero natis hanc vocem uſurpari, teſtis *Quintil. l. 1. c. 4.* Sic Cremutius Chordus apud *Suet. Aug. c. 35.* &c.

Chorea, f. 1. *ballo*, ‏מחולה‎, Ger. *ein dantz*, Gal. *danſe*, Hiſp. *dança*, χορεία, ſaltatio, tripudium cum cantu, a χορὸς, chorus. *Virg. 6. Æn. v. 644.* Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. *Ovid. 8. Met. v. 581.* Feſtas ducere choreas. ¶ *Varro* apud *Non. c. 6. n. 16.* choreas ſtellis tribuit, quæ certa lege, & veluti ad numerum decurrunt. Item *Manil. l. 1. v. 69.*

Choreus, m. 2. vel chorius, vel trochæus, χορεῖος, pes diſſyllabus, ex longa, & brevi, ut *Arma*, *vincor*, a χορὸς, chorus, & τρέχω, curro, ſcil. a velocitate, qua agentes in choris agilius moventur in more ſaltantium. Nam major eſt velocitas pedis e longa, & brevi, quam ex duabus longis. ¶ Hoc item nomine tribrachys vocatur, qui conſtat ex tribus brevibus. Et ſane magis meretur chorei, & trochæi nomen, quam ille vulgaris. Nam tres ſyllabæ breves majorem, quam longa, & brevis, velocitatem habent. V. *Cic. l. 3. de Orat. c. 8.*

Choreutes, m. 1. χορευτὴς, ſaltator quilibet ex choro. *Petron. in frag.* Manu puer loquaci Ægyptius Choreutes: Alii leg. *Choraules*.

Choriambicus, a, um, ad Choriambum pertinens, ut Choriambicus verſus, *Sidon. in carm. priore ep. 13. l. 9.*

Choriambus, m. 2. χορίαμβος, pes ex choreo, & iambo, ideſt ex quatuor ſyllabis, prima, & ultima productis, duabus mediis brevibus, ut *Nobilitas*, *diſtulerant*. *Diomed. l. 3.* ¶ Adjective *Auſon. epiſt. 10. v. 37.* Choriambum carmen.

Choricus, a, um, ad Chorum pertinens, ut *Choricum metrum*, quod eſt choris aptum. *Serv. in Centimetro, pag. 1821. Putſchii*. ¶ Dicuntur etiam *chorici* qui choris, ſeu choreis delectantur. *Jul. Firmic.*

Chorion, ii, n. χορίον, Apud *Vitruv. l. 2. c. 8.* *Choria* ſunt ordines lapidum, qui æquali craſſitudine ſunt in ſtructura iſodomo. V. *Salmaſ. in Solin.*

Chorius V. Choreus.

Chorobates, æ, m. 1. χωροβάτης, regula longa pedes viginti ad explorandam altitudinem turrium, ac propugnaculorum, item aquarum, a χώρα, regio, & βαίνω, eo, quaſi regionem perambulans. *Vitruv. l. 8. c. 6. ſtrumento da livellare.*

Chorocithariſta, m. 1. *quello che canta, o ſuona in coro*, ‏...‎, χοροκιθαριστὴς, qui in choro citharizat. *Suet. in Domit. c. 4.* Præter citharœdos, chorocithariſtæ quoque, & pſallocithariſtæ. Ubi Chorocithariſtæ, & Pſallocithariſtæ opponuntur. Chorocithariſtæ enim dicuntur, qui cum aliis canunt, Pſallocithariſtæ qui vel ſoli canunt cithara ſine melodia vocis, ut *Turnebo* placet, *l. 20. c. 16.* vel una cum voce citharam pulſant, ut *Caſaubon. ex Athen. & Platone* interpretatur. Alii legunt *Pſilocithariſtæ*.

Chorographia, f. 1. χωρογραφία, regionis alicujus particularis deſcriptio, ut Agri Patavini, &c. *Vitruv. l. 8. c. 2.*

Chors V. Cohors.

Chorus, m. 2. *coro, moltitudine di quelli, che cantano, ovvero ſaltano*, ‏...‎, Germ. *hauffen*, Gal. *choeur*, Hiſp. *coro*, χορὸς, multitudo canentium, aut ſaltantium, maxime in ſacris, a χαρὰ, lætitia, dictum, ut placet *Platoni l. 3. de Leg.* Hinc choros ducere, *Horat. l. 4. od. 7. Suet. in Calig. c. 37.* Inter choros, & ſymphonias. *Virg. Ecl. 5. v. 66.* Utque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. ¶ Dicitur & de quolibet cœtu, ſeu conventu. *Tibul. l. 2. eleg. 1. ad fin.* furtimque ſequuntur Martis laſcivo ſidera

fulta choro. *Cic. pro Mur. c. 24.* Catilina ſtipatus choro juventutis erat. Et *3. Offic. c. 33.* Chorus virtutum. ¶ *Hieronym. ad Dardan.* ſcribit, chorum etiam dici muſicum quoddam inſtrumentum, ex ſimplici pelle, cum duabus acutis areis, quod per primam inflatur, per alteram ſonum emittit.

Chreſtologus, i, χρηστολόγος, qui bene loquitur, ſed male facit, munificus verbis, ſed minime beneficus. *Capitolin. in Pertinace, c. 13.*

Chreſton, n. 2. herba, al. cicorium: a χρηστὸς, utilis, quia ſingulariter ſalubris eſt, *Plin. l. 20. c. 8.*

Chria, f. 1. χρεία, eſt commemoratio, ſeu explicatio alicujus dicti, vel facti, vel utriuſque ſimul certis capitibus comprehenſa, ſic dicta, quod eſt exercitatio valde utilis ad eloquentiam adipiſcendam. Nam χρεία eſt uſus, utilitas, commodum. ¶ Triplex eſt, activa, quæ factum aliquod exponit, verbalis, quæ ſententiam ab aliquo prolatam explicat, mixta, quæ factum quodpiam ſermone conjunctum complectitur. ¶ Partes chriæ octo ſunt, encomium, paraphraſis, cauſa, contrarium, ſimile, exemplum, teſtimonium veterum, epilogus. V. *Quintil. l. 1. c. 9. (al. 15.)* *Sen. epiſt. 33.* Pueris & ſententias ediſcendas damus, & has, quas Chrias Græci vocant, quia complecti eas puerilis animus poteſt.

Chriſma, tis, n. 3. *unzione*, χρῖσμα, unctio, a verbo χρίω, ungo, *Tertul. de Baptiſ. c. 7.* Chriſtus dicitur a chriſmate quod eſt unctio.

Chriſtiane, *criſtianamente*, Chriſtiano more, atque adeo ſancte, caſte, religioſe. *Auguſtin. epiſt. 79.* Domos ſuas, & familias Chriſtiane regunt.

Chriſtianiſmus, i, *Criſtianità*, Chriſtianorum religio, χριστιανισμὸς, *Tert. l. 4. adverſ. Marcion. c. 33.* Joannes conſtitutus inter vetera, & nova, ad quem deſineret Judaiſmus, & a quo inciperet Chriſtianiſmus.

Chriſtianitas, atis, f. 3. idem quod Chriſtianiſmus, *Impp. Honor. & Theodoſ. l. 16. Cod. Theodoſ. tit. 8. leg. 19.* ¶ Sumitur etiam pro clericatu in Religione Chriſtiana. *ſtato Clericale*. *Impp. Valentinian. Theodoſ. & Arcad. l. 12. ejuſd. Cod. tit. 1. leg. 123. & l. 14. tit. 3. leg. 11.*

Chriſtianizo, as, are, Chriſtianum ago, Chriſtianam Religionem profiteor. *Tert. adver. Marcion. l. 1. c. 21.*

Chriſtianus, i, m. 2. χριστιανὸς, *Criſtiano*, qui Chriſti Religionem profitetur. V. *Lipſ. ad Tacit. Ann. 15.* ¶ Eſt etiam adject. *Hieron. ad Pammach. epiſt. 101. c. 5.* Vir omnium nobilium Chriſtianiſſime, & Chriſtianorum nobiliſſime.

Chriſticola, æ, maſc. & f. 1. & Chriſticolus, i, qui Chriſtum colit, Chriſtianus. *Prudent. Cathem. 8. ad fin.* Cibus obſecrantum Chriſticolarum. *Venant. Fortun. l. 2. carm. 8. (vel 9.)* Et pia Chriſticoli femina ferret agri. Alii leg. *Chriſticolis agris*.

Chriſtigena, æ, m. & f. qui genere Chriſtum contingit. *Prudent. Hamartig. v. 787. de Ruth*: Chriſtigenam fœcunda domum, Davidica regna Edidit.

Chriſtipotens, entis, o. 3. qui in Chriſto poteſt, qui fide, & pietate in Chriſtum valet. *Prudent. 2. adverſ. Symmach. v. 709.* Chriſtipotens juvenis.

Chriſtus, m. 2. Χριστὸς, unctus, a χρίω, ungo, cognomen Salvatoris Noſtri, quia donis Spiritus Sancti uberrime, & ſine menſura ornatus fuit, & a Patre conſtitutus eſt Propheta, Sacerdos, & Rex generis humani.

Chroma, atis, n. 3. genus muſicæ eſt, quæ, ut inquit *Vitruv. l. 5. c. 4.* ſubtili ſolertia, ac crebritate modulorum ſuaviorem habet delectationem. ¶ A noſtris Muſicis chromata dicuntur nigræ notulæ, vel a colore (χρῶμα enim eſt color) vel quod in chromatico modulationis genere præcipue locum habent. V. Chromata.

Chromata, n. 3. accipiuntur pro ornamentis, & luminibus artium, a χρῶμα, color. Hinc chromaticum melos, una ex tribus Muſicæ partibus; quæ in flexionibus vocum poſita eſt, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit. *Vitruv. l. 5. c. 4.*

Chromatiarius, ii, m. 2. *Vetus Interpres Perſ. Sat. 4. v. 18.* Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui tota die in arena ſunt, vel in ſole. Antiqui enim ungebant ſe, & in ſole erant, ut oleum corpus imbiberet.

Chromatice, es, genus ſymphoniæ, quod a *Vitruvio* deſcribitur *l. 5. c. 5.*

Chromaticus, a, um, adject. coloratus, a χρῶμα, color. *Iſidor. l. 10. Orig.* Chromaticus, qui non confunditur, nec colorem mutat. ¶ Chromaticum melos deſcribit *Cal. Rhodig. l. 5. c. 22.* Vide Chromata.

Chrombus, m. 2. genus piſcis, cujus tres enumerantur ſpecies, Cyprinus, Chalcis, Cobio. *Plin. l. 32. c. 11.*

Chromis, filius Herculis, qui cum Adraſto ad bellum Thebanum profectus eſt. ¶ Eſt item piſcis in aquis nidificans. *Plin. l. 32. c. 11.*

Chromius, filius Nelei, & Cloridos, qui in ea pugna, quam Pylii, & Meſſenii adverſus Herculem geſſerunt, cum decem fratribus occiſus eſt. ¶ Alius fuit Priami filius, qui bello Trojano interfectus eſt a Diomede.

Chronica, orum, *croniche*, *cronaca*, ‏דברי הימים‎, Ger. *chronick*, Gall. *croniques*, Hiſp. *cronica*, χρονικά, hiſtoriæ cum deſcriptione temporum, quibus ſcilicet res geſtæ, ſervato temporum ordine, digeruntur, a χρόνος, tempus. Differunt ab annalibus, quod hi commemorant, quid quoque anno in gente una contigerit, illa plurium gentium res exponunt. *Plin. l. 35. c. 9.* ¶ Invenitur & chronicus, a, um. *Gel. l. 17. c. 21.* Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur. ¶ *Chronici morbi* ſunt, qui durant, quibus opponuntur *acuti*, qui brevi vel ſanantur, vel conficiunt. *Cal. Aurel.* quinque libros ſuos *Chronicorum morborum* inſcripſit.

Chronicus, V. in Chronica, & in Coſmicus.

Chroniſſo, as, are, ſuncor, ſubinde ſubſiſto. *Lucret. l. 2. v. 320.* Et ſatiati agni ludunt, blandeque chroniſſant. Ita Lexicograph. Verum probata lectio eſt, *coruſcant*, hoc eſt, ariſtant laſcivientes, vel *coruſcant*. V. *Pareum in Lucret.*

Chronographus, i, m. *ſcrittore di cronologia*, χρονογράφος, qui res geſtas per ſua tempora digerit. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Euſebius chronographus.

Chryſallis, idis, f. 3. *criſalide*, χρυσαλλίς. Hoc nomine appellantur inſecta, quæ primo ſui ortu vermiculi ſunt, deinde circa ſe folliculum, ſeu telam aranei ſimilem obducunt, eoque ſe involvunt, ex quo poſtea ſe expedientes, emiſſis alis evolant, ut v. g. bombyces, ex quibus ſericum conficitur. *Plin. l. 11. c. 32. & 35.* ¶ Eſt vox a χρυσὸς, aurum, quia ſæpe aurei coloris hujuſmodi animalcula ſunt.

Chryſanthemum, n. 2. herba, al. caltha, a χρυσὸς, aurum, & ἄνθεμον, flos. *Plin. l. 26. c. 8.*

Chryſas, m. 1. *Fiume d' Aſſoro*, *Varia*. *Dittaino*, fl. Siciliæ, qui per fines Aſſorinorum fluens Terræ commiſcetur. Hic a Siculis habebatur Deus, & religione maxima colebatur.

Chryſæ, f. 1. opp. Phrygiæ min. prox. Cyllæ, & Tenedo, ubi templum Apollinis Smithei. ¶ Item ſinus maris Eoi, *Mare Cro*, *Mar della China*, cum inſula cognomine, *Giappone*, ad Or. Regni Sinarum. ¶ Chryſe, & Argyre, inſ. extra oſt. Indi, feraces auri, & argenti. *Plin. l. 26. c. 21.*

Chryſeis, idis, f. χρυσηΐς, Aſtynome filia Chryſæ. *Ovid. 2. Triſt. 373.*

Chryſelectron, n. 2. χρυσήλεκτρον, gemma in colorem electri declinans. *Plin. l. ult. c. 9.*

Chryſendeton, n. 2. χρυσένδετον, vaſis genus aureis cruſtis illigatum, a χρυσὸς, aurum, & δέω, ligo. *Martial. l. 11. epig. 30.* Accipe vina, domum, pueros, chryſendeta, menſas. Vide *Salmaſ. ad Trebell. Claud. c. 15.*

Chryſes, æ, m. 1. χρύσης, Sminthii Apollinis Sacerdos, pater Aſtynomes,

quæ a nomine ejus *Chryſeis* cognominata fuit. Cum Græci, expugnatis Thebe, Cilla, Chryſe, Lyrneſſo, & aliis, virginem abduxiſſent, & Agamemnoni in prædæ diviſione tradidiſſent, Chryſes Apollinis inſignibus exornatus ad Græcorum caſtra acceſſit, filiamque ſibi petiit reſtitui: quod cum impetrare non potuiſſet, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis peſtilentiam immiſit, ut Agamemnon patri puellam reſtituere coactus fuerit. Ejus autem loco Achilli Hippodamiam Briſei filiam eripuit. Hinc inter Achillem, & Agamemnonem implacabile diſſidium ortum eſt.

Chryſēus, a, um, aureus, a χρυσὸς, aurum. *Martial. l. 9. epigr. 95.* Chalcea donanti chryſea qui dederas.

Chryſippēus, a, um, ad Chryſippum pertinens. *Cic. 4. Acad. c. 30.* Hæc Chryſippea ſunt, ne ab ipſo quidem diſſoluta. ¶ *Chryſippea* apud *Plin. 26. 9.* eſt herba quædam a Chryſippo inventum nominata.

Chryſippus, m. 2. Χρύσιππος, Apollonidæ fil. patria Solenſis, ſive, ut alii malunt, Tarſenſis, Stoicæ ſectæ Philoſophus, auditor Zenonis, & Cleanthis, poſt quos etiam ſcholæ præfuit, & habitus eſt Princeps Stoicorum. In Dialectica longe omnibus antecelluit. ¶ De exitu ejus varia tradunt. Quidam volunt, a diſcipulis ad ſacrificium vocatum, cum vinum dulce affatim hauſiſſet, anhelitus difficultate laborare cœpiſſe, atque ita quinto demum die fato conceſſiſſe, annos jam natum circiter tres, & ſeptuaginta. Alii ferunt, nimio riſu expiraſſe. Nam cum ficus ſibi allatas aſinum comedentem videret, ancillæ imperaviſſe ajunt, ut vinum aſino bibendum daret, ejuſque dicti urbanitate tantopere ſibi placuiſſe, ut nimio riſu ſuffocaretur. Mortuo Athenienſes ſtatuam poſuerunt in Ceramico. *Cic. 1. Fin.*

Chryſītis, f. 3. herba, al. chryſocome, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis. *Plin. l. 21. c. 8.* ¶ Item ſpuma optima argenti. *Id. l. 33. c. 6.* ¶ Item gemma, al. phloginos, ochræ ſimilis Atticæ. *Id. l. 37. c. 10.*

Chryſoaſpĭdes, arum, m. 1. χρυσοάσπιδες, milites, qui clypeos auro cælatos geſtant. Alexander Severus Alexandrum imitaturus, fecerat ſibi argyroaſpidas, & chryſoaſpidas, ut ſcribit *Lamprid. in ejus vita c. 50.* Tale quid priſcis etiam Reip. R. temporibus factum ſcribit *Liv. l. 9. c. 40.*

Chryſoberyllus, m. 2. χρυσοβήρυλλος, beryllus pallidior, cujus viriditas in aureum colorem reſplendet, *Plin. l. 37. c. 5.*

Chryſocĕras, æ, maſc. 1. Cornu Byzantii, *Pera*, *Galata*, ſuburbium Byzantii, a Byzantio portu, & ſinu maris diviſum, ubi Chriſtiani omnes habitant, ubi etiam prom. ejuſdem nominis. *Plin. l. 4. c. 11.*

Chryſocolla, f. 1. *borrace*, Gal. *cole pour appliquer de l'or*, Hiſp. *borrax*, o *atincar*, χρυσόκολλα, humor, qui in aurifodinis per venas auri defluit, & craſſeſcens rigoribus hybernis uſque in duritiem pumicis congelaſcit, a χρυσὸς, aurum, & κόλλα, gluten, quia aurum agglutinat. *Plin. l. 33. c. 5.* Addit *ibid.* Neronem in ſolemni aurigatione Circi arenam chryſocolla ſtraviſſe.

Chryſocŏme, Chryſitis.

Chryſographĭcus, a, um, adject. χρυσογράφος, auro pictus, vel aureis litteris ſcriptus, ut Chriſographata ſcuta, *Trebell. in Claud. c. 14.*

Chryſolachănum, n. 2. olus aureum, a χρυσὸς, aurum, & λάχανον, olus. *Plin. l. 27. c. 8.*

Chryſolampis, idis, f. 3. χρυσόλαμπις, lapillus, qui die palleſcit, nocte ignei coloris eſt, a χρυσὸς, aurum, & λάμπω, ſplendeo. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Chryſolĭthus, m. 2. *griſolito*, χρυσόλιθος, lapis pretioſus, aureo nitore tranſlucens, a χρυσὸς, aurum, & λίθος, lapis. *Plin. l. 37. c. 9. & 11.*

Chryſomallus, i, χρυσόμαλλος, aureum vellus habens: epithetum arietis Colchici. *Hygin. fab. 188.*

Cryſomēla, n. 2. χρυσόμηλα, mala aurea, al. Cydonea, ſeu cotonea, al. aurantia, a χρυσὸς aurum, & μῆλον, malum. *Plin. l. 15. c. 11.*

Chryſomeliānus, a, um, adject. *Colum.* inter alia malorum genera, male Chryſomeliana laudat, *l. 5. c. 10. ſub fin.*

Chryſŏphrys, χρυσόφρυς, piſcis, al. aurata, a χρυσὸς, aurum, & ὀφρὺς, ſupercilium, quia locis illis, ubi cætera animalia ſupercilia habere ſolent, aureo colore fulget. *Ovid. in Halieut. v. 110.*

Chryſopraſus, m. 2. χρυσόπρασος, gemma, quæ porri viriditatem habet, aureis intervenientibus guttis, a χρυσὸς, aurum, & πράσον, porrum. *Plin. l. 37. c. 5. 8. & 10.*

Chryſorrhŏæ, m. 1. χρυσοῤῥόαι, pop. ad Phaſim fl. ita dicti, quod in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrentes ſint, unde fabulæ occaſio de vellere apud Cholchos aureo.

Chryſorrhŏas, æ, m. 1. Pactolus, *Sarabat*, χρυσοῤῥόας, fl. Lydiæ, ex Tmolo M. in Hermum fl. labens. Sardeſque, & Thyatirum urbes alluens, a χρυσὸς, aurum, & ῥέω, fluo, vel ῥόος, fluxus, ob arenas aureas, quas defert. ¶ Item fl. Syriæ, *Adegale*, *Perme*, qui per Damaſcum, & ejus agrum fluit. ¶ Item fl. Bithyniæ. ¶ Item fl. Themiſcyræ.

Chryſos, i, m. 2. *oro*, χρυσὸς, aurum, aurea moneta. *Plaut. Bacchid. 2. 3. 6.* Opus eſt chryſo Chryſalo. ¶ Item piſcis genus aurei coloris. *Plin. l. 32. c. 21.*

Chus. V. Choa.

Chutra. V. Scutra.

Chyliſma, atis, n. χύλισμα, ſuccus expreſſus ex aliqua re, ut *chyliſma acaciæ*, apud *Scrib. Larg. Compoſ. 23.*

Chymus, i, m. *chilo*, χυμὸς, ſuccus, & ſpeciatim ſuccus ventriculi. *Seren. Sammon. cap. Subitan. dolor. febr. &c.* Præterea chymum ſtomacho deſiccat iniquum.

C ANTE I.

Cia. V. Cea.

Cibālis, le, ἐδώδιμος, quod ad cibum pertinet. *Lactant. de Opific. Dei, c. 11. ſect. 5.* Duas eſſe per collum fiſtulas, neceſſe eſt, cibalem, & ſpiritualem. ¶ Locus autem *Varronis l. 2. R. R. c. 11.* quod a Lexicogr. quibuſdam affertur in emendatiorib. editionib. habet, *Omnium rerum, quas cibi cauſa, non, cibali cauſa.*

Cibāria, orum, n. 2. *nodrimento*, *cibo*, *gli alimenti*, מאכל, Ger. *allerleiſpeiſſ*, Gal. *nourriture*, *vivres*, σιτία, alimenta, idest omnia, quibus animantes veſcuntur, & aluntur. *Cic. pro Sex. Roſc. c. 20.* Anſerium cibaria publice locantur.

Cibārium, ii, farina excuſſa poſt pollinem, ſeu florem, farina ſecundaria, *cruſchello*, *ſtacciatura*. *Plin. l. 18. c. 9.* Et cibaris, quod ſecundarium vocant, ſextarios quatuor, &c.

Cibārius, a, um, o. 1. 2. ἐδώδιμος, quod ad cibum pertinet. *Macr. l. 2. Sat. 13.* Lepidus Conſul legem tulit cibariam. ¶ Cibarium oleum, quo cibi condiuntur, *Col. l. 12. c. 50.* Ne ex ea fiat oleum cibarium. ¶ Cibarius panis, qui fit ex farina ſecundaria, ex qua flos ante excuſſus eſt. *Cic. l. 5. Tuſc.* Cibarius in caſa panis datus eſt. ¶ Cibarium vinum pro ignobili. *Varr.* apud *Non. 2. 188.* Potus meus vinum cibarium. ¶ Cibarius homo, pro ſordido, & plebejo. *Id. ibid.* Tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus.

Cibātio, onis, f. 3. cibandi actus, cibus, *cibo*, *refezione*. *Solin. c. 40. n. 563.* Solitæ cibationi diem ſuperponunt.

Cibātus, us, m. 4. *cibo*, *vivanda*, מאכל, Ger. *ſpeiſung*, Gal. *nourriture*, Hiſp. *comida*, σιτίον, cibus. *Plaut. Mil. 2. 2. 79.* Cibatus, & commeatus. *Plin. l. 8. c. 55.* Lepores in Alpibus candidi, quibus hybernis menſibus pro cibatu nivem credunt eſſe. *Varr. l. 2. R. R. c. 4.* Sues cibatu largiore ſuſtentare.

Cibicīda, æ, m. 1. qui cibum cædit, & abſumit, lurco, vorax. *Lucil. l. 27.* apud *Non. c. 2. n. 148.* Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alam.

Cibilla, f. 1. menſa eſcaria, a cibus. *Varro l. 4. de L. L. c. 25.* Menſam eſcariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in caſtris eſt. A cibo cibilla dicta: poſtea rotunda facta. V. Cillibar.

Cibo, as, a. 1. *nodrire*, *cibare*, האכיל, Ger. *ſpeiſen*, Gal. *nourrir*, Hiſp. *criar*, *y mantener*, σιτίζω, alo, nutrio, cibum infero. *Col. l. 8. c. 10.* Quæ intra ſepta villæ cibantur. Adde *Sueton. in Tiber. c. 72.*

Cibōrium, n. 2. κιβώριον, fabæ Ægyptiæ folliculus, qui ima parte latior eſt, ſuperiore anguſtior, ex qua faba prominet, quæ madefacto luto condita ſeritur, a voce Ægyptia, vel quaſi κιβώτιον, ſcrinium, propter ſimilitudinem, quod a κιβωτὸς, arca. ¶ Hinc etiam ſignificat poculum ex faba Ægyptia, ac denique ſumitur pro poculo capaciore alius materiæ, quod fabæ Ægyptiæ folliculum refert. *Horat. l. 2. od. 7. v. 21.* Oblivioſo lævia Maſſico Ciboria exple. ¶ Genus etiam eſſe dicitur pomorum Alexandrinorum, quæ habent ſimilia fabæ Ægyptiæ folia. *Vet. Interpr. in Hor. l. c.*

Cibus, m. 2. eſca, paſtus, epulæ, *cibo*, מאכל, Ger. *ſpeiſe*, Gal. *viande*, Hiſp. *cevo*, *mantenimiento*, σιτίον, omne id, quo veſcimur. *Cic. de Div. lib. 1. c. 29.* Omnia cibo, & vino perturbata, & confuſa cernimus. ¶ Donatus cibum diſtinguit a victu, quod cibus etiam delicatis præbeatur, victus in parvis, arctiſque alimoniis conſtitutus ſit. *in Andr. 1. 1. 48.* ¶ E flamma cibum petere. *Ter. in Eun. 3. 2. 38.* dixit pro quidvis cibi cauſa pati, ac facere. ¶ Aliquid eſſe in cibo homini dicitur, quod eo homo veſcatur, *Plin. l. 18. c. 14.* ¶ Hora cibi, apud *Ovid. 1. de Ponto, el. 10.* hoc eſt, hora capiendi cibi. ¶ Cibum capere, *Cic. & Terent.* Cibo vacare, *Celſ. l. 3. c. 15.* ¶ Tranſlate *Cic. 5. de Fin.* Animi cultus ille erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. *Ovid. de remed. amor. v. 138.* Hæc ſunt jucundi cauſa cibuſque mali.

Cibyra, cogn. Magna, *Coruz*, Κιβύρα, urbs Phrygiæ Magnæ, vel Cariæ, in conf. Lyciæ, intra montes, prope fontes Xanthi fl. media inter Alabandam ad Occ. & Antiochiam Piſidiæ ad Or. ¶ Cibyra altera, dicta minor, urbe Ciliciæ aſperæ, verſus Pamphyliam, ad Tragum, al. Cragum M. *Plin. 5. 27.*

Cibyrātæ, arum, m. 1. Cibyræ incolæ, ut Cibyratæ fratres. *Cicer. 4. Verr. c. 13.*

Cibyratĭcus, a, um, adject. a Cibyra. *Tacit. Ann. 4. c. 13.* Cibyratica civitas. *Horat. l. 1. ep. 6.* Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.

Cicāda, f. 1. *cicala*, צלצל, Ger. *hewſchrecke*, Gal. *cigale*, Hiſp. *cigara*, o *chicarra*, τέττιξ, ἀχέτας, ἠχέτης, infecti genus canorum non niſi æſtivis menſibus apparens, quaſi κικ, ſonus ejus animalculi, & ᾄδω, cantans, vel a κίκκος, membranula, quia κίκκῳ ᾄδει, membranis, ſeu alis canit. *Virg. 3. Georg. v. 328.* Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. ¶ Cicadas Athenienſes ex auro ſere crinibus innectebant, ut ſe αὐτόχθονας, declararent. Vid. Athenienſis. ¶ Cicadas homines aliquando fuiſſe ita cantu delectari ſolitos, ut cibi potuſque obliviſcerentur; cæterum Muſarum beneficio in Cicadas converſos, Socrates apud Platonem in Phædro fabulatur.

Cicatrīcōſus, a, um, cicatricibus plenus. *Sidon. l. 6. epiſt. 7.* Cicatricoſo pectus precatu levare ad veniam.

Cicātrīco, as, are, cicatricem duco, *far cicatrice*, οὐλόω. *Sidon. l. 6. epiſt. 7.* Ut conſcientiæ hiulca vulnera veſtro ſaltem cicatricentur oratu. *Cæl. Aurel. Chronic. l. 4. c. 8.* Ulcera cicatricantur.

Cicatrīcōſus, a. 1. 2. *pieno di cicatrici*, Ger. *vollvvundmaleren*, Gal. *cicatriſé*, Hiſp. *cubierto de cicatrizes*, οὐλώδης, cicatricibus plenus. *Col. de arb. c. 26.* Tum etiam vitis minus cicatricoſa fit. *Quintil. l. 4. c. 1.* Facies cicatricoſa.

Cicatrīcŭla, æ, f. 1. *marginetta*, parva cicatrix. *Celſ. l. 2. c. 10.* Donec valens cicatricula ſit.

Cicātrix, cis, f. 3. *cicatrice*, *margine*, *ſaldatura*, Ger. *ein vvundmahl*, Gal. *cicatrice*, Hiſp. *cicatriz de la herida*, οὐλή, ſignum, quod ſanato vulnere, vel ulcere hæret in corpore. *Cic. 2. de Orat.* Judicibus cicatrices adverſas ſenis Imperatoris oſtendere. *Id. cont. Rull. 3. c. 2.* Refricare obductam jam Reip. cicatricem. ¶ Cicatrix duci dicitur, cum vulnus ſanatur. *Ovid. 1. de Ponto, el. 3. v. 15.* Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix. *Celſ. l. 7. c. 27.* dixit hoc eodem ſenſu: vulnus ad cicatricem tendit. ¶ Cicatrix etiam de arboribus. *Virg. 2. Georg. v. 379.* Admorſu ſignata in ſtirpe cicatrix.

Ciccus, vel cicus, m. 2. interior membrana, qua grana diſcriminantur in malis Punicis, a κικκὸς, ſeparatio, diſcrimen, quod a κόκκος, granum. *Var. l. 6. de L. L. c. 5.* Nonneſius exponit rem nihil, ſine viribus, a κίκυς, robur, per antiphraſim. Atque in hoc ſenſu *Plaut. Rud. 2. 7. 22.* Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim. Vet. Gloſſ. Ciccum, γρῦ, κόκκος.

Cicer, eris, n. 3. *cece*, Ger. *kichern*, Gal. *pois chiche*, Hiſp. *garvanços*, ἐρέβινθος. *Plin. l. 18. c. 12.* Cicer ſolum erit, nec niſi madefactum pridie ſeri debet. ¶ Ciceris emptorem & omnis, *Horat. in arte poet. v. 249.* videtur proverb. dixiſſe de infimæ ſortis homine.

Cicĕra, æ, f. 1. *cicerchia*, leguminis genus ſolo colore a cicercula differens. *Pallad. Mart. tit. 6. Colum. l. 2. c. 11.* Cicera bobus ervi loco freſa datur.

Cicercŭla, f. 1. *cicerchia*, Gal. *pois cerr*, Hiſp. *cierche*, λάθυρος, leguminis genus, ciceri non diſſimile, ſed minutius, inæquales angulos habens. *Plin. l. 18. c. 12. Col. l. 2. c. 10.*

Cicercŭlum, n. 2. genus ſinopidis, cujus color Italice *grigio bruno* dicitur. *Plin. l. 35. c. 6.*

M. T. Cicero, m. 3. Κικέρων, natus eſt Arpini in Campania, Equeſtri loco, patre Marco, matre Helvia, die 3. Januarii, L. Caſſio Longino, & C. Mario Coſſ. anno U. C. 645. Romæ educatus eſt. Audivit variis temporibus partim Romæ, partim in Græcia, in Rhetorica Molonem Rhodium, Apollonium Alabandenſem, Æſchylum Gnidium, Dionyſium Magnetem, Zenoclem Adramytenum, in Dialectica Diodotum Stoicum, in Philoſophia Philonem principem Academiæ, Antiochum, Poſidonium, in Juriſprudentia Q. Mutium Scævolam P. P. Vide *Cic. in Bruto circa finem.* Omnium Romanorum eloquentiſſimus fuit, & Latinæ Eloquentiæ Princeps. Fuit ſectator novæ Academiæ. Villam habuit in Campania inter Puteolos urbem, & Avernum lacum, quam Academiam appellavit ab exemplo Academiæ Platonicæ. Ex uxore Terentia filium M. ſuſcepit, & filiam Tulliam, quam Dolabellæ collocavit. Quæſtor in Siciliam profectus eſt, deinde ad alios omnes gradus honorum aſcendit. A Q. Hortenſio etiam Augur cooptatus fuit. In Conſulatu Catilinæ conjurationem detexit, & extinxit, ejecto Catilina ex Urbe, cæteris conjuratis nobiliſſimis Patritiis in carcere interfectis, indicta cauſa, ſed ex S. C. Ea de cauſa P. Clodio Trib. pl. legem ferente in exilium pulſus, exulavit in Græcia. Sed 16. menſe revocatus eſt decreto Senatus, ſuffragiis cunctæ Italiæ. Plurima in otio ſcripſit, Orationes ſuas, multos libros de Eloquentia, de Philoſophia,

phia, de Republica, & aliis rebus. Interfectus eſt anno 64. ſuæ ætatis, juſſu M. Antonii Triumviri, ab Herennio, & Popilio prope Capuam, cum a villa ſua ad mare in lectica deferretur. Illius vita a Tirone Tullio ejus liberto tribus voluminibus ſcripta eſt, deinde a Plutarcho.

Ciceromaſtix, Ciceronis flagellum. Ita inſcriptus fuit liber cujuſdam Largi Licinii contra Ciceronem, de quo *Gel. l.* 17. *c.* 1.

Ciceronianus, a, um, adject. ad Ciceronem pertinens, ut Ciceroniana ſimplicitas, *Plin. in Præfat. ad Veſpaſian.*

Cichoreum, & Cichorium, n. 2. *cicoria*, *radicchia*, [illegible], Ger. *wegwarſſ*, Gal. *chicorée*, Hiſp. *cicoria*, [illegible], herba, alio nomine intubus erraticus, a [illegible], vado, & [illegible], locus, quia per agros, & prædia vadit, ſeu ſerpit. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Cichorium refrigerat in cibo ſumptum. *Horat. l.* 1. *Carm. od.* 31. Me paſcunt olivæ, me cichorea, leveſque malvæ.

Cici, [illegible], frutex eſt parvæ fici magnitudine, folia habens platano ſimilia, al. ricinus, & catapucia major. *Plin. l.* 15. *c.* 7. ¶ Ex eo fit oleum, quod *cicinum* dicitur. *Plin.* 23. 4.

Cicilendrum, & Cicimandrum, nomina aromatum ficta a coquo Plautino *Pſeud.* 3. 2. 42. & 46.

Cicindela, f. 1. *lucciola*, Ger. *ein kleinwurm*, Gal. *verluiſant*, Hiſp. *luciernaga*, [illegible], genus muſcarum, quod noctu lucet ignium modo, al. nocticula, & nitedula, a *cis*, & *candeo*, quod tum candidum, tum ignitum eſſe ſignificat. *Plin. l.* 18. *c.* 26.

Ciclus V. in *Cire*.

Cicones, um, Thraciæ populi juxta Hebrum habitantes. Hujus Gentis mulieres Orpheum, quod ab eo ſpretæ eſſent, ſimulatis Liberi Patris Orgiis diſcerpſerunt. *Virg.* 4. *Georg.* v. 520. & *Silius l.* 11. v. 477.

Ciconia, f. 1. *cicogna*, [illegible], Ger. *ein ſtorck*, [illegible], avis ſpecies, a Ciconibus pop. Thraciæ, vel a cicur propter benignam naturam, vel quaſi canona, a ſono, quem crepitante roſtro facit. Serpentibus pullos nutrit. *Plin. l.* 10. *c.* 23. *Juven. ſat.* 14. v. 73. Præneſtini coniam dicebant. *Plaut. Truc.* ¶ Tranſlate ab Hiſpanis hoc nomine vocatur lignum roſtratum, quo e puteis aqua hauriri ſolet, quod alii telonem, vel tollenonem dicunt. *Iſid. l.* 20. *c.* 15. ¶ Item menſuræ genus eſt, ſive inſtrumenti, quo ruſtici uti ſolent in ſulcis, & foſſis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior ſit, aut latior. *Col. l.* 3. *c.* 13. ¶ Item genus irriſionis, digiti curvati, in quempiam directi, crebra motione, inſtar roſtri ciconiæ. *Perſ. ſat.* 1. v. 58.

Ciconinus, a, um, ad Ciconiam pertinens. *Sidon. l.* 2. *ep. ult.* Uſque ad adventum hirundineum, aut ciconinum.

Cicuma, cucuma, f. 1. [illegible], avis nocturna, eadem ac noctua. *Feſt.*

Cicur, uris, o. 3. *animal di ſalvatico fatto domeſtico*, [illegible], Ger. *zam*, Gal. *apprivoiſé*, Hiſp. *manſo*, [illegible], animal, quod ex fera factum eſt manſuetum. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 5. Quod a fero diſcretum eſt, id dicitur cicur. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* 2. 39. Varia genera beſtiarum vel cicurum, vel ferarum. ¶ Cicur ingenium, h. e. mite, manſuetum. *Varr. loc. cit.* ¶ *Feſtus* in V. *lucicur* monet, *cicur* interdum pro ſapiente poni, ut apud *Pacuv.* Conſilium cicur.

Cicurinus, i, cognomen Veturiæ gentis R. a morum ſimplicitate. *Var. l.* 6. *de L. L. c.* 5.

Cicuro, a. 1. *domeſticare*, Germ. *zam machen*, Gal. *apprivoiſer*, Hiſp. *amanſar*, [illegible] manſuefacio, verbum antiq. a cicur, adjectiv. *Pacuv.* apud *Varr. l.* 6. *L. L. c.* 5. Nulla res neque cicurare, neque mederi potis eſt.

Cicuta, f. 1. eſt canna quævis intus cava, & vacua, unde paſtores fiſtulas faciebant; a *cis*, & *cutis*, quia circum ſe habet calamum velut cutem. *Servius in Ecl.* 2. dicit eſſe ſpatium, quod eſt inter cannarum nodos. ¶ Speciatim ſumitur pro herba venenoſa, [illegible], *cicuta*. Caule viridi eſt, & geniculato, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibus ramoſa, foliis coriandri tenuioribus, gravi odore, ſemine aniſo craſſiore, radice concava. *Plin. l.* 25. *c.* 13. ¶ Cicutæ famam Athenienſes auxerunt, qui ſucco ejus capitali judicio damnatis necem inferebant. ¶ Eſt tamen & herba cathartica. Nam ſemini, & foliis refrigeratoria vis ineſt. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Itaque *Horat. l.* 2. *ep.* 2. v. 53. Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ. Ubi cicutam pro helleboro poſuit, aut alia ſimili medicina purgante. *Lambinus* tamen hanc lectionem improbat, & *ſecyæ*, vel *ſicuæ* reponit. Quem conſule. ¶ Cicuta pro fiſtula, ſeu tibia. *Virg. Ecl.* 5. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. *Id. Ecl.* 2. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis ſera. Ubi cicutas *Serv.* interpretatur ſpatium inter cannarum nodos, ut dictum eſt.

Cicuticen, inis, m. 3. qui cicuta canit. *Sidon. carm.* c. v. 15. Alta cicuticines liquitune Mænala Panes.

Cidaris, ſeu citaris, fem. 3. [illegible], tegumentum capitis proprium Regum Perſarum, quod diadema, ſeu faſcia cærulei coloris albis maculis intermicantibus ambibat. Nam diadema faſcia eſt, non inſigne id, quod faſcia ambit. *Curt. l.* 3. *c.* 3. Citarim vocant Perſæ regium capitis inſigne: hoc cærula faſcia albo diſtincta circuibat.

Cieo, es, civi, citum, *muovere*, [illegible], Ger. *erregen*, Gal. *émouvoir*, Hiſp. *mover*, *turbar*, *o llamar*, [illegible], eſt commovere, excitare, a [illegible], eo, vel a cis, ut ſit citra movere. *Cic. de Univ.* Cujus orbis ſemper eodem modo ciebatur. Sic ciere dolorem, pugnam, bellum, fletus, &c. *Cic. Liv. Virg.* Ciere urinam, *Plin. l.* 20. *c.* 5. Ciere verba, h. e. loqui. *Valer. Flacc. l.* 3. Sic ciere voces varias, apud *Lucret.* 5. 1059. eſt varias voces edere. ¶ Significat etiam vocare, invocare, nominare, *chiamare*. *Virg.* 3. *Æn.* v. 67. Animamque ſepulcro Condimus, & magna ſupremum voce ciemus: *l'ultimo addio*. *Suet. Ner. c.* 46. Exaudita vox eſt nomine eum cientis. ¶ Patrem ciere poſſe, apud *Liv. l.* 10. *c.* 8. eſt patrem poſſe vocare & oſtendere, atque adeo ingenuum eſſe. ¶ Præteritum *civi* & *cii* (apud *Chariſ. l.* 3. in compoſitis tantum) commune eſt cum *cieo*, & *cio*: ſupinum *citum* a *cieo* primam corripit, a *cio* producit.

Cilicenſis, e, adject. ad Ciliciam pertinens. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 1. *epiſt.* 2. Si te interioribus vicinis tuis Cilicenſi, & Syriaco anteponit.

Cilices, um, m. 3. Ciliciæ populi. *Stat. l.* 3. *Sil.* 3. v. 33. Tu meſſes Cilicum, Arabumque ſuperbis Merge rogis. *h. e.* Crocum. V. Crocus.

Cilicia, f. 1. *Caramania*, [illegible], regio Aſiæ min. dicta a Cilice Rhem filio. Ab Occaſu in Ortum extenditur juxta mare Cilicium. Habet a Sept. partim Cappadociam, partim Armeniam min. verſus Taurum M. a Merid. Mare Cilicium, ab Occ. Pamphyliam, ab Or. Syriam, Amano M. ſeparante. Dicitur vulgo Caramania propria. Caramania enim late ſumpta complectitur Ciliciam, Pamphyliam, Piſidiam, & partem meridionalem Cappadociæ. Dividitur in aſperam, quæ ad Occ. & in Campeſtrem, quæ in Or. ¶ Regio hæc maxime croco abundat, præſertim apud Corycum. Hinc adag. *Crocum in Ciliciam*, in eos, qui merces eo deferunt, ubi maxima illarum copia ſit.

Ciliciarius, ii, m. 2. *ciliciaio*, qui facit, aut vendit cilicia. *Vet. Inſcr.* apud *Grut. p.* 648. *n.* 6. Reſpectio Gratiano Ciliciario Catiola Conjux P. C.

Cilicinus, a, um, adject. *cilicino*, ex cilicio factus. *Solin. c.* 33. (al. 46.) *de Arabia*: Ipſa tentoria cilicina ſunt.

Ciliciolum, i, n. parvum cilicium. *Hieronym. epiſt.* 27. *c.* 7. Super duriſſimam humum ſtratis ciliciolis quieſcebat.

Cilicium, n. 2. *cilicio*, *veſtimento teſſuto di peli di diverſi animali*, per c

Ger. *herinkleid*, Gal. *haire*, *cilice*, Hiſp. *cilicio*, [illegible], veſtis ex pilis hircorum, vel caprarum, in caſtrorum uſum, atque nautarum, a Cilicia regione, quia ibi primum hoc veſtis genus inſtitutum eſt, cum ibi hirci producti, hirſutiſque pilis ſint, vel a ciliis, quæ aliqui pro pilis accipiunt. In caſtris adhibentur ad excipiendum impetum ſagittarum. *Veget. l.* 4. *c.* 6. & *Cic. Verr.* 3. *c.* 38. Cum iſte civitatibus coria, cilicia, ſaccos imperaret. ¶ Hæc vox revera adjectivum eſt, & ſubintelligitur *tectum*, *ſtragulum*, aut quid ſimile. *Ulpian. Dig.* 33. 7. 12. Vela Cilicia ideo parantur, ne ædificia vento, vel pluvia laborent.

Cilicius, a, um, ad Ciliciam pertinens. *Plin.* 5. 3. Cilicium mare. *Id.* 21. 6. Cilicium crocum. *Martial. in lemmate epigr.* 40. *l.* 14. Udones Cilicii. *h. e.* ex pilis hircinis, ut cilicia, confecti. ¶ *Cilicii termini* in re Agraria dicti ſunt a Cilicio Saturnino centurione, *Frontin. de Colon. pag.* 127. *Goeſii*.

Cilleus, a, um, idem quod Cilicius. *Virgil. in Culice*, v. 400. Cilico crocus editus arvo. *Al. leg.* Cilici, a *Cilix*, icis.

Ciliſſa, æ, f. *di Cilicia*, adject. femininum, quæ eſt e Cilicia. *Spica Ciliſſa* apud *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 76. eſt crocus, cujus magna copia in Cilicia eſt. ¶ Apud *Propert.* vero 4. 6. 70. *Spica Ciliſſa* eſt unguentum crocinum, ut docet *Scalig.*

Cilium, ii, n. *Plin.* 11. 37. docet, olim cilium ſignificaſſe extremum ambitum genæ ſuperioris oculi, in qua pili naſcuntur, [illegible], *l'eſtremità peloſa della palpebra*. ¶ Poſtea vero ſignificare cœpit ipſam genam, ſeu palpebram, *palpebra*, [illegible]. *Feſtus*: Cilium eſt folliculus, qui oculos tegit, unde fit ſupercilium. *Plin.* 11. 39. Cutis vulnerata non coit in bucca, cilioque. *Apul. l.* 10. *Met.* Ciliis alterna connivere.

Cilix, icis, [illegible], nepos Beli Priſci, filius Agenoris tertii. Occupavit regionem Aſiæ minoris, quæ ab illo Cilicia dicta eſt. Tres filios habuit, Lampſacium, Pygmalionem, Pyrodem. ¶ Eſt item nomen gentile, quod ſignificat eum, qui e Cilicia ortus eſt. *Ovid.* 2. *Met.* v. 217. Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete. *Martial.* 7. 94. Tonſor Cilix. *Stat. l.* 2. *Sil.* 1. v. 160. Cilicum flores. *h. e.* crocus. Sic Cilicum meſſes, *Id. ibid.* 3. 3. 34.

Cilleo, a. 2. vel Cillo, is, a. 3. antiq. verb. eſt, movere, a [illegible], pro [illegible], moveo. Hinc furcillæ, quibus frumenta cilluntur, apud *Serv. l.* 2. *Georg.* Et oſcilla, quod ora cillent, apud *Iſid. lib. ult. Orig. c.* 14. & *Serv. l.* 2.

Cillibæ, arum, menſæ rotundæ. *Feſt.*

Cillo, V. Cilleo.

Cillones, V. Cilones.

Cillus, i, m. 2. aſinus, auritum animal. *Petron. in fragm. Carm.* Judæus licet & porcinum numen adoret, Et cilli ſummas advocet auriculas. *Al. leg. culi*.

Cilones, m. 3. quorum capita oblonga, & compreſſa ſunt, vel quibus frons eminentior, a [illegible], quia in illis frons a dextera, & ſiniſtra velut reciſa videtur, vel a [illegible], mutilus. *Feſtus*, & *Chariſ. Grammat. l.* 1. ¶ *Cic. in Salluſt.* Cilones, (vel Cillones, ſcil. a cillo, motiso) impudici, parricidæ, ſacrilegi. Quem locum exponens *Cælius l.* 21. *c.* 28. Cilones, inquit, ſunt cinædi. *Flav. Caper vetus Grammat.* Cilo eſt anguſto capite, cui hoc contingit in partu. ¶ Legitur & *cyllo*, ſeu *cylo*.

Ciluncllus, i, m. diminutivum a *cilo*, qui eſt capito, & fronte anguſta, & compreſſa. *Arnob. lib.* 3. Capitones, ciluncuii, labeones. Al. aliter leg.

Cimber, bri, m. *Feſtus* docet, lingua Gallica latronem ſignificare. ¶ *Cimbri*, *orum*, ſunt populi Germaniæ, qui eam regionem tenuerunt, quæ Cimbrica Cherſoneſus dicta eſt. Hi cum aliquando in Italiam veniſſent, ſedes quæſituri, a Q. Catulo, & C. Mario Coſſ. devicti ſunt. *Flor. l.* 3. *c.* 3. ¶ Adjective *Ovid.* 4. *de Ponto*, *epiſt.* 3. v. 45. Ille Jugurtino clarus, Cimbroque triumpho.

Cimbri, orum. V. Cimber.

Cimbrica Cherſoneſus al. Cattria, nunc Jutia, *Jutland*, peninſula peramplæ Germaniæ, a Sept. in Mer. extenſa, inter Cimbricum mare, & Suevicum, ſeu Codanum ſinum, pars Regni Daniæ.

Cimbrice, adverb. Cimbrorum more. *Quintil. Declamat.* 3. An nobis Cimbrice loquendum ſit.

Cimbricus, a, um, adject. a Cimbris. *Cic. pro Dom. ſua*, *c.* 38. Porticum poſt aliquanto Catulus de manubiis Cimbricis fecit.

Cimeliarcha, æ, m. 1. [illegible], cuſtos vaſorum Eccleſiæ, ſeu pretioſæ cujuſlibet ſupellectilis, *teſoriero*. *Leg. ult. de Bonis auctorit. judicis poſſiden.* §. *ſin autem*. Præſente viro reverendiſſimo Cimeliarcha.

Cimeliarchium, n. 2. [illegible], ſanctius conditorium rerum eximiarum, a [illegible], ſupellex cæteris pretioſior, taliſque, ut repoui mereatur, dicta a [illegible], repoſitus ſum. *Codex loc. cit. in Cimeliarcha*.

Cimex, icis, m. 3. *cimice*, [illegible], vermis odore graviſſimo, ex ligno naſcens, chartis, & paleis; item ex herbis. *Martial. l.* 11. *epigr.* 33. Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.

Ciminus, i, m. *montagna di Viterbo*, mons Etruriæ, ad cujus radices Viterbum poſitum eſt. Ibi eſt ſilva Ciminia, quam *Flor.* 1. 17. Ciminium ſaltum appellat, & Lacus Ciminius, de quo *Virg.* 7. *Æn.* v. 697. Et Ciminai cum monte lacum. ¶ Hunc *Colum.* 8. 16. Ciminium lacum appellat. ¶ Scribitur & *Cyminus*.

Cimmerii, populi Aſiæ circa Boſphorum Cimmerium, ab ipſis dictum, ad Mæotidem paludem, in Sarmatia, ad dexteram Ponti partem, in Taurica Cherſoneſo, quæ cum tractu adjacente ab ipſis aliquando Cimmeria dicta fuit, poſtea Scythia Europæa, ſeu parva Scythia, nunc Tartaria minor, ſeu Precopenſis. Aerem craſſum habent, & denſis exhalationibus nebuloſum, quare Solem raro aſpiciunt. Hinc Cimmeriæ tenebræ, pro denſiſſima caligine, & translate de multa obſcuritate animi. *Lactant. l.* 5. *c.* 3. ¶ Alii item ſunt in Scytharum regione inter Colchos, & Iberos, juxta mare Caſpium, quorum regio *Haueſſeo*. ¶ Cimmerii item, populi Campaniæ, apud Avernum lacum, quorum oppid. Cimmerium, ubi antrum Sibyllæ, *la grotta della Sibilla*. Horum fuit mos patrius, ut in ſubterraneis habitarent domiciliis, ubi metallorum maxime effoſſione victum quærentes, die latebant, noctu vero ad latrocinia egrediebantur, ut ex Ephoro ſcribit *Strabo*.

Cimmerium promont. al. Cerberion, *Capo di S. Croce*, promont. Aſiæ, in tractu Boſphorano, juxta Boſphorum Cimmerium.

Cimmerius, a, um, ut Boſphorus Cimmerius inter Aſiam, & Europam. V. Boſphorus. ¶ Cimmerii lacus, pro infernis, & caliginoſis, *Tibull. l.* 3. *eleg.* 5. v. 24. Sic Cimmeriæ tenebræ, pro obſcuritate, & caligine multa. *Ammian. l.* 29. *c.* 11. V. Cimmerii.

Cimolius, a, um, adject. a Cimolo inſula maris Cretici, ut terra Cimolia, *Plin. l.* 35. *c.* 16. & 17. Creta Cimolia, *Celſ. l.* 2. 2. *ult.* qua utuntur fullones in veſtibus abluendis, quæ & medicamentis apta dicitur: alio nomine terra ſaponaria.

Cimolus, f. 2. *Polino*, inſ. maris Cretici, circuitu 10. M. P. *Ovid.* 7. *Met.* v. 463. cretoſaque rura Cimoli.

Cimon, m. 3. Athenienſis, Miltiadis fil. mira erga cives munificentia. V. *Plut.* qui eum cum Lucullo comparat.

Cinædia, m. lapilli in cerebro cinædi piſcis. *Plin. l.* 37. *c.* 15.

O 3 Cin-

Digitized by Google

Cinædicus, a, um, o. r. 2. quod ad cinædum pertinet. *Plaut. Stich.* 5. 3. *in fin.* Suavem cantationem aliquam occipito cinædicam.

Cinædolŏgus, i, qui cinædica impudentia in loquendo utitur, κιναιδολόγος. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 177. Convocat Ptolemæum cinædologum. *Al. aliter leg.*

Cinædŭlus, li, diminut. a Cinædus. Affert hanc vocem *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 14. ex oratione quadam Scipionis Africani Æmiliani.

Cinædus, m. 2. κίναιδος, impudicus, mollis, effeminatus, & qui inter viros mulier eſt, a κινέω, moveo, & αἰδοῖον, inguen, vel a κενὸς, vacuus, & αἰδὼς, pudor. *Catull. epigr.* 22. Cinædus mollior cuniculi capillo. ¶ Sumitur etiam pro pantomimo, ſeu ſaltatore, quia ſaltatores libidine omnibus anteibant. *Plaut. Mil.* 3. 1. 73. Ad ſaltandum non cinædus malacus æque eſt, atque ego. Adde *Non. c.* 1. *n.* 15. ¶ Adjective, cinæda fronte, eſt apud *Martial. l.* 6. *epigr.* 39. Et *Catull. carm.* 10. Ut decuit cinædiorem. ¶ Eſt & cinædus nomen piſcis, de quo *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Cināra, f. 1. *carciofo*, Ger. *artiſchocken*, Gal. *artichaux*, Hiſp. *alcachofa*, κινάρα, carduus ſativus, & edulis, a Græca voce alium, vel a *cinis*, quod cinere in primis hæc herba gaudet ſtercorari, vel a Cinara puella in hanc herbam converſa. *Col. l.* 10. *c.* 3. Cinaræ plantam multo cinere ſtercorabimus. ¶ Scribitur & *cynara*.

Cincia, o. 2. num. plur. locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. *Feſtus.*

Cincinnalis, le, adject. cincinnos habens. *Apul. de herbis*, *c.* 51. Cincinnalis herba.

Cincinnatŭlus, a, um, *ricciutello*, dimin. a cincinnatus. *Hieronym. ep.* 8. Cincinnatuli pueri, & calamiſtrati.

Cincinnatus, a, um, *ricciuto*, qui capillos intortos geſtat, a Cincinnus, quod cognomen fuit L. Quintii, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, Æquos victos ſub jugum egit. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 5. Quo vultu cincinnatus ganeo non ſolum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit? ¶ Cincinnatæ ſtellæ, h. e. crinitæ, *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 5.

Cincinnus, m. 2. *capelli creſpi*, בלורית, Ger. *gekrauſt haar*, Gall. *boucles de cheveux*, Hiſp. *guedejas de los cabellos*, *vedijas*, *grenas*, κίκιννος, ſpiræ, & ſpeciatim crines intorti, qui etiam calamiſtrati dicuntur, a Græca voce, quæ allata eſt. *Juven. Sat.* 6. *v.* 491. Altior hic quare cincinnus? ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat. c.* 25. In Oratoris, aut in Poetæ cincinnis, ac fuco.

Cincinnŭlus, i, diminut. a cincinnus. *Varro apud Non. c.* 15. *nu.* 43. Intorti dimittuntur ſex cincinnuli. Ita legit *Scalig.* At alii *cincinni*.

Cincius, a, um, adject. ad Cincium pertinens, quod eſt nomen unius gentis Romanæ. ¶ *Cincia lex* de donis & muneribus, lata fuit a M. Cincio Alimento trib. pl. adverſus eos, qui pretio cauſas orabant. Prohibebat enim, ne quis ob cauſam orandam donum, munuſve caperet. Ejus meminit *Cic. de orat. c.* 71. Dicta eſt etiam *lex muneralis*, ut ex fragmento *Plauti* docet *Feſtus*.

Cinctĭcŭlus, m. 2. *grembiale*, Ger. *leibgürtel*, Gal. *petite ceinture*, Hiſp. *pequeno cinto*, διαζωμάτιον, dimin. a cinctus puerilis amiculi genus, quod fere ſub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. *Plaut. in Bacch.* 3. 3. 28. Cincticulo præcinctus.

Cinctōrium, n. 2. *cintura*, *ciarpa*, περιζώστρα, cinctus, vel cingulum, ex quo pugio dependet. *Pomp. Mela l.* 1. *c.* 1. Marti pro ſimulacris enſes, & cinctoria dedicant.

Cinctōrius, a, um, adject. paratus ad pugnam, gladiatorius. *Plin. l.* 7. *c.* 7. Tu, cujus ſemper cinctoria mens.

Cinctūra, æ, f. 1. *cintura*, cinctus. *Suet. in Caſ. c.* 45. Cingeretur fluxiore Cinctura. ¶ In illo *Quintil.* 11. 3. Pars togæ prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius, quam cinctura, *cinctura* videtur eſſe ipſa tunica cincta. V. *Ferrar. de re veſt. l.* 1. *c.* 24.

Cinctus, us, אזור, Ger. *gurtel*, Gal. *ceinture*, Hiſp. *cinta*, *cintura*, διάζωμα, muliere genus infra pectus corpus comprehendens, ſubligaculo ſimilis, a cingo. Italice dici poſſet *grembiale*. Cinctus erat virorum, cingulum mulierum. *Varro* 4. *de L. L.* ¶ Geſtabatur autem a viris, ut expeditiores eſſent ad agendum. Habebant enim ſoluta brachia, & ad exercendum habiliora. ¶ *Cinctus Gabinus* fuit ipſius togæ quædam conformatio in hunc modum. Lacinia ejus extrema lævo brachio ſubducta in tergum rejiciebatur, ac retrahebatur ad pectus, atque ita in nodum colligabatur, ut togam contraheret, & breviorem ac ſtrictiorem redderet. Hujus autem cinctus origo eſt hujuſmodi. Cum toga laxior veſtimenti genus eſſet, & ad pugnandum inepta, repentina apud Gabios incurſione hoſtium, cum non eſſet ſpatium deponendi togas, & ſumendi chlamydes, ſubductam, & rejectam togam circa corpus complicaverunt, & ad pugnandum proceſſerunt. *Virg. Æn.* 7. *v.* 612. & *Liv. l.* 5. *c.* 46. ¶ Eſt etiam *cinctus* idem quod zona, *cintura*, *cinto*. *Sueton. in Ner. c.* 51. & *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Cinctus, a, um, nom. ex partic. a cingo, *cinto*, περιεζωσμένος, ut gladio cinctus, *Curt. l.* 9. *c.* 7. Cinctus multitudine immenſe. *Velley.* 2. 14. 1. h. e. ſtipatus, comitatus. Provincia cincta mari. *Cic. pro Flac. c.* 12. ¶ Cinctus pro militiæ addicto, *ſoldato*. *L.* 15. *ff. de mil. teſt.* ¶ Alte cinctus, h. e. induſtrius, gnavus, *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 10. quod una voce *Altecinctus* dicit *Phædrus l.* 2. *fab.* 6. ¶ Cincta, flaminica veſte velata. *Feſtus.*

Cinctūtus, a, um, *veſtito di grembiale*, ea veſte indutus, quæ *cinctus* dicitur, ut Cethegi cinctuti, *Horat. de ar. poet. v.* 50. Cinctuti Luperci, *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 101. Nam Luperci ſeminudi, & ſolo cinctu velati per Urbem diſcurrebant.

Cinefactus, a, um, *ridotto in cenere*, in cinerem redactus. *Lucret. l.* 3. *v.* 920. At nos horrifico cinefactum te prope buſto Inſatiabiliter deflebimus.

Cineraceus, a, um, *cenericcio*, cineris colorem referens, *Plin. l.* 25. *c.* 13. Capnos cineracei coloris.

Cinerarium, ii, n. 2. ſepulcrum, cineris mortuorum receptaculum. *Vet. Inſcript.* apud *Grut. p.* 850. *n.* 10. Fratri optimo, & piiſſimo cinerarium fecit.

Cinerarius, idem ac ciniflo. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 20. Qui calamiſtros calefactos in cinere miniſtrabat, a cinere Cinerarius eſt appellatus. *Catull. carm.* 60. *v.* 138. Nunc tuum cinerarius tondet os. Sic *Tertul. l.* 2. *ad Uxor. c.* 8. in loco feminarum nobilium & cinerarios miniſtros poſuit. V. Ciniflo.

Cineresco, is, ere, in cinerem abeo, *andar'in cenere*. *Tertull. Apolog. c.* 40. *de Sodomis*: Poma contacta cinereſcunt.

Cinereus, a, um, *cenericcio*, quod cinereum eſt, vel cineris colorem refert. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Non eandem vel nigri, vel cinerei culmis.

Cinericius, vel Cineritius, a, um, *cenericcio*, cinereus. *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 9. Terra cinericia.

Cinerōſus, a, um, cinerum plenus, cinereus. *Apul. Met. l.* 7. *ſub fin.* Cineroſa canities.

Cingillus, i, vel Cingillum, i, diminut. parvum cingulum. *Petron. in fragment. Tragur.* Venit Gabina ſuccincta cingillo. Vet. Gloſſ. Cingillus. στρόφιον, ζωνίον.

Cingo, is, xi, ctum, a. 3. *cignere*, comprehendo, circundo, *cingere*, *circondare*, חגר, Ger. *umbgürten*, *umbgeben*, Gal. *ceindre*, *environner*, Hiſp. *cenir*, ζώννυμι. Eſt quinti ordinis Activorum. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *cap.* 40. Diligentius urbem religione, quam ipſis mœnibus cingitis. *Liv. l.* 7. *c.* 39. Cingere caſtra vallo. ¶ Cingere urbem obſidione, *ſtringer d'aſſedio*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 52. Cingere ſe gladio, *metterſi la ſpada*. *Liv. l.* 7. *c.* 10. ¶ Cingi veneno, *Val. Flac. l.* 6. hoc eſt armare ſe venenis. ¶ *Claud. in* 1. *conſ. Stilic. verſ.* 302. Diverſis tecum cinguntur in uſus, *hoc eſt* accinguntur. Quo ſenſu videtur uſurpari a *Plauto Amphitr.* 1. 1. 152. Cingitur, certe expedit ſe. ¶ Cingere etiam de arboribus dicitur. *Paul. l.* 5. *ff. arb. furt.* Cædere eſt non ſolum ſuccidere, eſt etiam ferire cædendi cauſa, cingere eſt deglabrare. ¶ *Cingere aliquem* aliquando eſt ſtipare, comitari. *Ovid.* 4. *de Pont.* 9. 17. Dumque latus ſancti cingit tibi turba ſenatus. ¶ Cingere locum aliquem, h. e. circumire. *Lucan.* 9. 372. terra cingere Syrtim. *h. e.* terreſtri itinere obire. ¶ Dicitur & de fluminibus. *Caſ. l.* 1. *B. G. cap.* 38. Flumen totum oppidum cingit. *ſtarne intorno*. ¶ Poetice interdum ſignificat occupare. *Virg. Æn.* 5. *v.* 13. cinxerunt æthera nimbi. ¶ Aliquando eſt militare verbum. *cingi* enim milites dicuntur, cum militiæ nomen dant. *Papinian. Dig. l.* 29. *tit.* 1. *leg. penult.* Filius familias equeſtri militia exornatus, cingi confeſtim juſſus, &c.

Cingŭla, æ, f. 1. *cigna*, *cinghia*, עבוט, Ger. *roſſgürtel*, Gal. *ſangle*, Hiſp. *cincha*, ζώνη, qua cinguntur jumenta. *Ovid. de rem. amor. verſ.* 237. Ut nova velocem cingula lædat equum.

Cingŭli, homines ſatis tenues in iis locis, ubi cingi ſolemus. *Feſt.*

Cingŭlum, n. 2. *cintola*, *cintura*, חגור, German. *ein gurtel*, Gall. *ceinture*, Hiſp. *cinta de la muger*, ζώνη. *Varro l.* 4. *de L. L.* Cinctus, & cingulum a cingendo, alterum viris, alterum mulieribus attributum. *Et paulo poſt*: quod cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. ¶ Cæterum hæc vox & viris ſæpiſſime tribuitur: nam cingulum militiæ inſigne fuit, & pro ipſa militia ponitur. Hinc cingulum ſumere, vel abjicere. *Sever. Sulpic. dial.* 2. *de virtutib. S. Martini*: Miles quidam cingulum in Eccleſia monachum profeſſus abjecerat. *Virg. Æn.* 12. *ſub fin.* Notis fulſerunt cingula bullis. ¶ Eſt etiam *Cingulum* nomen oppidi in Piceno, nunc *Cingoli*, a Labieno conditum, ut docet *Caſ.* 1. *B. C. c.* 15. ¶ Ejus incolæ *Cingulani* dicuntur a *Plin. l.* 3. *c.* 13.

Cingŭlus, i, m. 2. idem quod cingulum. *Cic. de Somn. Scip. cap.* 6. Cernis terram quaſi quibuſdam redimitam, & circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter ſe diverſos, & cæli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos obriguiſſe pruina videt.

Ciniflo, onis, m. 3. Cinerarii, qui & Cinerarii, ita dicti ab officio calamiſtrorum, quod ſcilicet acus, & veruta flando calefaciebant, quibus matronæ crines criſpabant. Unde inter luxus miniſtros numerantur. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 98. Cuſtodes, lecticæ, ciniflones, paraſiti.

Cinīphes, vel Ciniſes, κνῖπες, & σκνῖπες, muſcæ minutiſſimæ, ſed aculeis permoleſtæ, a ſing. σκνίψ, idem. *Iſid. l.* 12. *Orig. c.* 8. Adde *Sever. Sulpic. hiſt. ſacra l.* 1. *c.* 14.

Cinis, eris, ab antiq. nomin. *ciner*, hodie m. q. olim etiam f. 3. *cenere*, אפר, רמץ, Germ. *aſch*, Gall. *cendre*, Hiſpan. *ceniza*, τέφρα, pulvis, in quem materia uſta reſolvitur. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 15. *v.* 39. Vertit in fumum, & cinerem. *Catull. carm.* 68. *v.* 90. Troja virum, ac virtutum omnium acerba cinis. ¶ Cineres etiam pro funerum reliquiis, & pro ipſis defunctorum Manibus uſurpantur. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 75. Agrippina aſcendit claſſem cum cineribus Germanici. *Horat. de Art. Poet.* Utrum minxerit in patrios cineres. *Virg.* 4. *Æn. v.* 552. Fidum ſervare cineri.

Cinuſcŭlus, li, m. parvus, vel paucus cinis. *Prudent. Cathemer.* 10. *v.* 149. cinis ſed arens Minimi menſura pugilli.

Cinnabăris, is, f. 3. κιννάβαρι, eſt gummi arboris Indicæ, quod ahenis decoquitur, & vocatur ſanguis draconis propter colorem. Hinc nata eſt fabula apud *Plin. l.* 33. *c.* 7. ſaniem eſſe draconis elephantis morientis mole oppreſſi, permixto utriuſque ſanguine. ¶ Eſt & cinnabaris factitia, ex ſulphure, & argento vivo. *Plin. l.* 33. *c.* 7.

Cinnabări, is, n. idem quod cinnabaris. *Plin.* 33. 7. Minium quidam vocant cinnabari. Al. leg. cinnabarim.

Cinnamĕus, a, um, adject. a cinnamo, ut cinnameus odor, *Apul. l.* 8. *A. A.* Et *l.* 5. Crines cinnamei.

Cinnamolŏgus, i, m. 2. qui cinnamum legit. Nomen eſt avis cujuſdam in Arabia, vel India. *Plin. l.* 10. *c.* 33. ¶ *Solin. c.* 33. (alias 46.) Cinnamolgum contracte vocat: ex quo aliqui *Cinnamulgum* fecerunt.

Cinnamomīnus, a, um, ad Cinnamomum pertinens, ut unguentum cinnamominum. *Plin.* 13. 1. ubi al. leg. cinnamianum.

Cinnamōmum, i, n. 2. *cannella*, κιννάμωμον, idem quod Cinnamon. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Cinnamomum, & caſias fabuloſe narravit antiquitas. ¶ Poetæ interdum eliſo altero n, primam corripiunt.

Cinnămum, n. 2. *canella*, κίνναμον, frutex in Æthiopia Troglodytis conterminus, humilis, & ſurculoſus, duorum cubitorum altitudine. *Plin. lib.* 12. *c.* 19. Cinnami duo genera, candidius, nigriuſque: quondam præferebatur candidum: nunc contra nigrum laudatur. ¶ Frequenter poetæ uſurpant in num. plur. *Ovid.* 15. *Met. v.* 399. Quaſſaque cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha, *Martial. l.* 4. *epigr.* 13. Tam bene rara ſuo miſceantur cinnama nardo.

Cinnămus, i, n. idem quod cinnamum, vel cinnami ramuſculus. *Solin. c.* 33. (*al.* 46.) Phœnix rogos ſuos ſtruit cinnamis, quos prope Panchajam concinnat.

Cinnānus, a, um, adject. ad Cinnam pertinens, ut Cinnanus tumultus, & Cinnanæ partes, apud *Nepot.* 25. *c.* 2. ¶ Fuit autem *L.* Cornelius Cinna civis R. qui bello civili contra Syllam ſtetit, & a ſuis tandem interfectus eſt. *Flor.* & *Velley.*

Cinnăris, fem. 3. herba, cervis remedium adverſus venenata pabula. *Plin. l.* 8. *c.* 7.

Cinnus, i, m. 2. commixtio eſt multarum rerum, ſecundum *Non. c.* 2. *n.* 295. Sic *Cic. in Orat. c.* 6. *de dicendi generibus*: Eſt autem quidam interjectus inter hos medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, ut cinnus amborum. Ita legit *Gronov. ex Nonio*. ¶ Sumitur & vulgo pro capillis intortis, & affertur locus *Plauti Trucul.* 2. 2. 32. Verum meliores libri *cincinnus*, pro cinnus, habent. ¶ Eſt item potionis genus ex frumento coctæ, vel ſecundum *Non. c.* 1. *n.* 297. ex variis liquoribus confectæ. *Arnob. l.* 3. *p.* 174. Sitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia.

Cinyphius, a, um, adject. a Cinypho. *Virg.* 3. *Georg. v.* 312. Cinyphii tondent hirci. V. Cinyphius.

Cinyps, Cinyphus, Macer, *Magra*, fl. Africæ, qui oritur ex deſertis Libyæ, & in Mare Medit. ſe exonerat, inter Tripolim novam, & prom. Mezratam, prope Leptim. Pop. Cinyphii V. Cinyphius.

Cinyras, æ, Κινύρας. Cinyræ duo fuerunt, Phœniciæ rex alter, alter Cypri, a quo fit

Cinyrēĭus, a, um, adject. *Ovid.* 10. *Met. v.* 369. At virgo Cinyreia pervigil igne carpitur indomito.

Cinyrēus, a, um, ad Cinyram pertinens. *Lucan. l.* 8. *v.* 716. Cinyreæ litore Cypri. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. *v.* 214. Cinyrea germina.

Cinxia, Juno dicebatur, quod nuptiis præeſſet. Initio enim conjugio ſolvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. *Feſtus*

Cio, cis, civi, citum, a. κίω, eo. Eaſdem habet ſignificationes ac cieo.

Cieus.

Digitized by Google

Colum. l. 6. c. 5. Ea res aut ciet alvum, aut movet febrem. ¶ Primam in ſupino ſyllabam producit; unde *accitus*, *excitus*: *cieo* vero corripit; unde *concitus*, *excitus*, &c.

Cippus, i, m. 2. valli genus ex trunco arboris. unde & Vet. Gloſſar. *κορμός*, truncum exponit. *Caſ. l. 7. B. G. c. 73.* Truncis arborum, haud admodum firmis ramis acciſis, atque horum dolabratis, atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ ducebantur. Hus illi ſtipites demiſſi, & ab infimo revincti, ne revelli poſſent, ab ramis eminebant, quo qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant: hos cippos appellabant. ¶ Dictus eſt a capiendis pedibus: unde ſumitur etiam pro vinculo ligneo, quo ſontium pedes alligantur, *ceppo*, *ποδοκάκη*, ſive *ποδοστράβη*. Vet. Gloſſar. Soleas ligneas vocat *Auctor ad Heren. c. 13.* & *Cic. de Invent. lib. 2. cap. 2.* ¶ Eſt etiam columella quadrata, in ſepulcris cum memoria, & titulo aliquo poſita. *Horat. l. 1. Sat. 8. verſ. 12.* Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne ſequerentur. ¶ Cippis utebantur etiam ad ſtatuendos, & diſcernendos agrorum terminos. Vet. Gloſſ. Cippus, *ὅρος λίθινος*, h. e. terminus lapideus. *Vet. Inſcript.* Terminavit ripam R. R. proximo cippo.

Circa, *intorno*, עַל, סָבִיב, Ger. *herumb*, *umb*, *ungefehr*, Gal. *environ*, *pres*, Hiſp. *entorno*, *cerca*, *περί*, circum, juxta, a circus, præp. quæ regit acc. & dicitur de loco, & de perſona. *Horat. l. 1. od. 23.* Circa jecur. *Quinctil. proœm. l. 1.* Circa ima ſubtilere. *Sueton. in Domit. c. 9.* Omnes circa ſe liberaliſſime proſecutus. *h. e.* quorum conſuetudine utebatur, ut *οἱ περὶ αὐτὸν* apud Græcos. ¶ Aliquando ad tempus refertur. *Plin. l. 9. c. 18.* circa eum menſem. ¶ *Id. l. 8. c. 16.* Varia circa hæc opinio. h. e. de hic. ¶ Interdum eſt adverbium. *Cic. Att. l. 4. epiſt. 9.* Ea quæ circa ſunt, velim inviſas.

Circæa, f. 1. herba, ſtrychno ſativo ſimilis, flore nigro, & puſillo, ſemine milii magnitudine, radice ſemipedali. *Plin. l. 25. c. 13.*

Circæum, Circeum, Circæus mons, *Monte Circello*, mons, & prom. Latii, nunc Campaniæ Romanæ, ad cujus radices fuit urbs Circæi, al. Circeji, Circæum, Circejum, urbs Volſcorum. Locus nunc dicitur, *Città Vecchia*.

Circæus, *a*, um, o. 1. 2. quod ad Circen ſpectat. *Virg. 7. Æn. v. 10.* Proxima Circææ raduntur litora terræ. *Propert. 2. 1. 53.* Circæum gramen. *h. e.* herbæ veneficæ. ¶ Item adject. a Circæo monte, ut Circæa mœnia, *Horat. Epod. 1. v. 30.*

Circanéa, f. 1. omnis avis, quæ volans circuitum facit, ſeu volando in gyrum ſe vertit, a circando, quia circando agros oberrat. *Feſt. Voſſ.* Al. leg. Circenda.

Circator, vel circitor, m. 3. qui vigilias circuit, & renuntiat, ſi qua culpa admiſſa ſit. *Veget. l. 3. c. 8.* Idoneos tribuni, & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, quos Circitores appellabant: Nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores (unus cod. habet *Circatores*) vocantur. V. ibi *Stewech*. ¶ Appellantur & Circitores, qui merces ad diſtrahendum circumferunt. *Ulpian. l. 5. Dig. de inſtitor. act. §. 4.* Sed eos etiam inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam, quos vulgo Circitores appellamus. Gloſſ. Vet. Circitores, *περιοδευταί*. V. *Voſſ. Etymol. v.* Circitor.

Circe, f. 1. Κίρκη, filia Solis, & Perſes, ſeu Perſeidis Nymphæ, ſoror Æetæ. *Cic. 3. de nat. Deor.* Veneficii peritiſſima ſuis poculis exteriora hominis fertur in beſtias transformaſſe. Sarmatarum Rege, cui nupſerat, veneno ſublato, Regnoque per ſcelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulſa in Italiam profugit, & in monte Latii in Volſcis, herbarum feraciſſimo, qui ab illa *Circæus* eſt appellatus, ſedem ſibi delegit. Ibi Glauci amore capta eſt, qui a Scylla, quam deperibat, repulſus, ad Magicam Circes artem confugerat. Sed ab illo Scyllæ poſthabita Rhegium ſe contulit, fontem, in quo ſe Scylla lavare conſueverat, venenis infecit, & virginem in monſtrum marinum commutavit. Socios item Ulyſſis, quos ille duos, & viginti præmiſerat, inter quos Eurylochus, Macareus, Polytes, Ephenor numerantur, in ſues vertit, Eurylocho excepto, qui a Mercurio de Circes veneficiis præmonitus, & moly herba munitus fuerat. Sed illis deinde Eurylochi amore humanam ſpeciem reddidit. Ulyſſem mox hoſpitio ſuſcepit, quem una cum ſociis anni ſpatio, & ampliore apud ſe detinuit. Ei Telegonum peperit. Cum in ſylva quadam Circe herbas legeret, amore Pici filii Saturni Regis Laurentium exarſit, qui uxorem habebat Canentem, ſeu Pomonam filiam Jani, & Veniliæ. A Pico rejecta, illum in avem immutavit, ſocios in varia genera ferarum. *Ovid. 14. Met.* Dicitur & *Circa*, *a*, poſitione Latina. *Plaut. Epid. 4. 2. 34.* Hanc aſſerva Circam Solis filiam.

Circejenſis, ſe, ad Circejos pertinens. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 19.* Circejenſes coloni.

Circeji, urbs in monte Circæo. *Liv. l. 27. c. 9. & l. 29. c. 15.* enumerat inter colonias Romanas. V. Circæum.

Circeum. V. Circæum.

Circellus, li, m. parvus circulus. *Circelli iſiciom* apud *Apic. 2. 5.* ſunt farcimina in circuli formam & rotunditatem efficta. *buldoni*. Al. leg. *circlellus*.

Circenſes ludi, *ἱπποδρομία*, ludi, qui in Circo fiebant, ut Romani, Plebeii, Apollinis, Auguſti, Cereris, Magnæ Matris Deorum, Martis, &c. Dicti ſunt, quia in Circo peragebantur. Aliqui volunt dictos eſſe, a *circum*, & *enſis*, quod olim agerentur in litore fluminis, ab altero latere poſitis enſibus, ut ignavi præſens periculum ex omni parte haberent. *Varr. l. de gen. Pop. R. Iſidor. l. 18. Orig. c. 27. Tertull. lib. de ſpect. Serv. 3. Georg. & 8. Æneid. Caſſiod. lib. 3. Var. ep. 51.* Sed non ante vocati ſunt Circenſes, quam iis edendis Tarquinius Priſcus circum extruxit. Antea enim hæc ſpectacula vel dicebantur a Deo, cui ſacra erant, ut *Conſualia* a Conſo, vel a rerum, quibus fiebant, miniſterio, ut *Equiria* eſt equorum curſu. Græci putant, Circen Solis filiam primam patri inſtituiſſe ludos Circenſes, atque a ſuo nomine appellaviſſe, ut ſcribit *Iſid. l. 18. c. 28.* ¶ Hi ludi poſiti erant in curſu equorum, qui currus traherent, in curſu hominum, qui pedibus currerent, in pugillatu, & in lucta.

Circenſis, *e*, adject. o. 3. ad Circum pertinens, ut Circenſes ludi, de quibus V. ſup. ¶ Dicuntur etiam Circenſes abſolute. *Juven. ſat. 10. v. 80.* Duas tantum res anxius optat (populus R.) Panem & Circenſes. ¶ Circenſe tomentum fiebat ex paluſtrium arundinum paniculis conciſis, & fartis, quibus pauperiores pro culcita utebantur. *Martial. 14. 160.* ¶ Dicti ſunt Circenſes vel quia Circenſibus ludis hujuſmodi culcitas ſibi ſpectatores ſternere ſoliti ſunt, vel a paludibus circa Circejos, circa quas ejus tomenti vis magna fuit.

Circerus, V. Cercurus.

Circes, hujus circitis, m. 3. circus, apud veteres. *Feſt.* Circites, circuli ex ære facti. ¶ Nec tantum ex ære, ſed a qualibet materia. *Sidon. carm. 22. v. 128.* Umbrat multicavus ſpatioſo circite fornix.

Circidius, m. 2. *Pisello*, vel *Bevona*, fl. Corſicæ, qui fluit apud urb. Adjacenſem in ora Occidua, & in Caſalum ſinum influit.

Circillus. V. Circellus.

Circinatio, onis, f. 3. Κύκλωσις, *cerchio*, *circuito*, verbal. a circino. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Ducatur ex eo centro rotunda circinatio. Et *lib. 9. cap. 6.* Propter eam circinationem (Mercurius, & Venus) in ſpatiis ſignorum morantur.

Circinatus, a, um, nom. adject. ex particip. circino ductus. *Plin. lib. 16. c. 23.* Circinata rotunditas.

Circino, as, a. 1. *rotondare*, חוּג, Germ. *circklen*, Gall. *circuir*, *etendre en rond*, *tournoyer faire un cercle avec le compas*, Hiſpan. *rodear*, *compaſſar*, Κυκλόω, eſt rotundum facere, vel circino circulum facere. *Plin. lib. 16. c. 38.* Circinantur in pulpam. ¶ Item circuire. *Ovid. 2. Met. v. 723.* Eaſdem circinat auras.

Circinus, m. 2. *ſeſta*, *compaſſo*, מְחוּגָה, Germ. *ein cirkel*, *διαβήτης*, inſtrumentum, quo circuli deſignantur, a circus, vel a circando. *Plin. l. 2. c. 15.* Omnia hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

Circitellus, vel Circitillus, V. Ceſticellus.

Circiter, præp. circa, prope, fere, non multo ſecus, *intorno*, *circa*, עַל, כְּ, Germ. *umb*, *herumb*, *περί*, *ἀμφί*, refertur ad tempus, & ad numerum. *Caſ. l. 1. B. G. c. 50.* Circiter meridiem. *Horat. lib. 1. ep. 7. v. 47.* Octavam circiter horam. ¶ Interdum adverbium eſt. *Cicer. Attic. lib. 2. epiſt. 17.* A. D. VI. circiter Idus Majas. *Aurel. Victor. in Tacit.*: Menſe circiter poſt.

Circitor, V. Circator.

Circius, m. 2. ventus violentiſſimus, peculiaris Galliæ Narbonenſis, a circus, ob turbinem ejus, ac vertiginem, qua omnia turbat, ac circumvertit. V. *Plin. l. 2. c. 47. & Senec. l. 5. Quæſt. Natur. c. 17.* ¶ *Gell. l. 2. c. 22.* Cercium vocat. ¶ Spirat inter occidentem æſtivum, & ſeptentrionem, & dicitur ab Italis *maeſtro tramontano*, a Gallis *nord-oueſt*, vel *nord-oueſt-nord*.

Circo, as, a. 1. *περιλαίνω*, circumeo. *Propert. lib. 4. el. 9. v. 35.* Fontis egens erro, circoque ſonantia lymphis. Ita reſtituit *Scalig.* Vet. Gloſſ. Circitat, & circat, *κυκλεύει*.

Circos, vel Circus, i, m. Κίρκος, accipitris genus. *Plin. l. 10. c. 7.* ¶ Item gemma pyrii ſimilis. *Id. l. 37. c. 10.*

Circuëo. V. Circumeo.

Circuitio, f. 3. *l'andare intorno*, *περίοδος*, verbale a circueo. *Liv. l. 3. c. 6.* Circuitio, ac cura Ædilium pl. erat. ¶ Tranſlate ſumitur pro gyro, & multitudine verborum. *Cic. 3. de Div.* Hic circuitione quadam Deos tollens certe non dubitat divinationem tollere. ¶ *Vitruv. lib. 6. c. 6.* Duo triclinia cum circuitionibus: *corridori*.

Circuitor, oris, qui circuit. Legitur in *fragm. Tragur. Petron.* pro eo, qui fundum circuit, & cuſtodit. Alii tamen leg. *circumitor*, alii *circitor*.

Circuitus, & circumitus, us, m. 4. converſio, periodus, ambitus, orbis, *giro*, *circuito*, *περίοδος*, verbale a circumeo. *Cic. 2. de nat. Deor. 19.* Circuitus Solis orbium quinque, & 60. & 300. quarta fere diei parte addita, converſionem conficiunt annuam. *Id. 3. de Orat. c. 51.* Circuitum, & quaſi orbem verborum conficere. *Senec. ep. 79.* Circumitus Siciliæ totius. ¶ Circuitus febrium, *Celſ. l. 3. c. 3.*

Circuitus, vel Circumitus, a, um, o. 1. 2. *περιαχθείς*, circumductus, nom. ex particip. paſſiv. a circumeo. *Cicer. in fragm. pro Cornel.* Circuitis noſtris excerentur lapidibus homines. *Liv. l. 37. c. 42.* Subſidia circumita in tergum cædebantur.

Circularis, e, *circolare*, circulo ſimilis, rotundus. *Martian. Capell. lib. 6.* Lineares ductus, circulares flexus.

Circulatim, adv. per circulos, *circolarmente*. *κυκλόθεν*. *Sueton. Caſ. c. 84.* In publico luctu externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæque more lamentata.

Circulatio, onis, f. *circolazione*, *giro*, circulandi actus, ambitus. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Mercurii ſtella ita pervolitat, ut trecenteſimo, & ſexageſimo die per ſignorum ſpatia currens perveniat ad ſignum, ex quo priore circulatione cœpit facere curſum.

Circulator, m. 3. & circulatrix, f. 3. circumforaneus, homo vulgaris, vagus, ſordidus, quem Hor. cyclicum dicit, *cantambanco*, *ciarlatano*, Ger. *ein gaukler*, Gall. *charlatan*, *bateleur*, Hiſp. *charlatan*, *chocarrero*, *ἀγύρτης*, qui in foro, vel per vicos urbis cantu, ſaltatione, fabulis, præſtigiis, ludis homines ad ſe trahit, & oblectat lucri cauſa, a circulus, quia circuit, vel circulum hominum facit. *Aſin. Poll. Cic. 10. Fam. epiſt. 32.* Circulator quidam auctionum notiſſimus. *Corn. Celſ. l. 5. c. 27.* Quod per quædam medicamenta circulatores faciunt.

Circulatorius, a, um, o. 1. 2. *ἀγυρτικός*, quod ad circulatorem ſpectat. *Quintil. l. 2. c. 4.* Extemporalis garrulitas circulatoriæ jactationis.

Circulátrix, icis, fem. a circulator. *Martial. lib. 10. epigr. 3.* Fœda lingua probra circulatricis.

Circulátus, a, um, in circulum, ſeu in gyrum actus. *Cal. Aurel. Chronic. l. 1. c. 1.* Circulatus greſſus vertiginem ingerit ægrotanti.

Circulo, as, n. & a. 1. *circondare*, Gal. *environner*, Hiſp. *cercar*, *περιβάλλω*, *περιδινέω*, eſt circumire, circumdare, in circulum formare. *Apul. in Flor. l. 2. al. n. 9.* Ipſe ejus anuli & orbiculum circulaverat. ¶ Item caput modo huc, modo illuc verſare. *Cic. de clar. Or. c. 54.* Vides oſcitantem judicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem. V. *Pet. Vict. l. 7. Var. lect. c. 13.*

Circulor, aris, depon. 1. *circuire*, *andar' intorno*, *περιοδεύω*. *Caſ. l. 1. B. C. c. 64.* Totis vero caſtris milites circulari, & dolere, hoſtem e manibus dimitti. ¶ Item vagari oſtentandi artificii, & quæſtus faciendi cauſa, ut circulatores ſolent, qui & inde ſic appellantur. *Senec. epiſt. 88.* Appion Grammaticus, qui ſub C. Cæſare tota circulatus eſt Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus. Adde *epiſt. 40.*

Circulus, maſc. 2. orbis, gyrus, ambitus, *cerchio*, *circolo*, חוּג, Germ. *ein circkel*, Gal. *cercle*, Hiſp. *circulo*, *κύκλος*, dim. a *circus*, eſt figura plana, unica tantum linea curva contenta, quæ peripheria, ſeu circumferentia dicitur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 18.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus, ex planis autem circulus, aut orbis. ¶ Per tranſlationem circulus pro corona, ſeu cœtu hominum in orbem congregatorum ſumitur. *Cic. Att. l. 2. epiſt. 18.* Sermo in circulis duntaxat, & in conviviis eſt liberior, quam fuit. ¶ Circulus item eſt libi genus a figura ſic dictum. *Varr. 4. de L. L.* Circuli, quod mixta farina caſeo, & aqua circuitum æquabiliter fundebant. V. ibi *Scalig.* Adde *Vopiſc. in Tacit. c. 6.* ¶ Apud Mathematicos Circuli dicuntur quidam ambitus, ſeu orbes, quos conſtituerunt ad certos Cœli fines deſcribendos, finiendoſque. *Varr. l. 8. de L. L. c. 18.* ¶ Variis nominibus vocantur, ut Horizon, Meridianus, Æquator, &c. *Manil. l. 1. v. 564.* Circulus ad Boream fulgentem ſuſtinet Arcton. ¶ *Circlus*, per ſyncop. pro circulus, *Virg. 3. Georg. v. 166.* tenui diſcrimine circlos.

Circum, *intorno*, עַל, סָבִיב, Germ. *umb*, *herumb*, Gal. *à l'entour*, Hiſpan. *en derredor*, *περί*, præp. quæ acc. ſervit. *Cic. in Verr. 4. c. 70.* Is Prætorem circum omnia fora ſectabatur. ¶ Quandoque ponitur adverbialiter. *Virg. Æn. 4. v. 416.* Anne vides toto properari litore circum?

Circumactio, onis, f. 3. *Vitruv. in fin. lib. 9.* Sol rediens circumactione ad Capricornum, *col volgerſi intorno*. ¶ Tranſlate *Gell. l. 17. c. 20.* Enthymema brevibus, & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione devinctum.

Circumactus, us, ui, m. 4. idem quod circumactio, ut circumactus rotarum, *il girar delle ruote*. *Plin. l. 28. c. 9.* Et *l. 8. c. 32.* Collum flecti, niſi circumactu totius corporis nequit.

Circum-

Circumactus, a, um, voltato intorno, in gyrum actus. Plin. 9. 33. Circumactus in orbem. ¶ Item tranſactus. Liv. 6. 1. Anno circumacto. Plin. 7. 16. Circumacto triennio.

Circumadnitens, entis. Salluſt. in fragm. In obſidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente. h. e. nulla eorum, qui circa erant, opem ferente.

Circumaggero, as, are, ammucchiare intorno, περιχωννύω, aggerare in circuitu. Colum. l. 5. c. 11. Stercoratam terram circumaggerato. Plin. l. 19. c. 3. Terra minuta circumaggerare radices.

Circumago, gis, egi, actum, a. 3. menare intorno, circumduco. Apul. Nudum hominem circumagens, omnibus oſtendebat. Liv. l. 1. c. 24. Circumagere frenis equos. ¶ Sumitur eleganter pro flectere, compeſcere, piegare, raffrenare. Sueton. in Caeſ. cap. 70. Decumanos ingentibus minis, ſummoque etiam Urbis periculo miſſionem flagitantes, una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, & flexit, ut ei milites eſſe confeſtim reſponderint. ¶ Senec. epiſt. 8. Philoſophiæ ſervias, oportet, ut tibi contingat vera libertas: non differtur in diem qui ſe illi ſubjecit: ſtatim circumagitur. h. e. manumittitur, & in libertatem vindicatur. nam qui manumittendus erat, prehendebatur dextra a domino, ſicque orbem circumagebatur, ſicque liber erat. ¶ Liv. l. 9. c. 38. Ante tempus comitiorum cauſa revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: paſsò l'anno. ¶ Apud Plin. 23. 5. circumagere ſtomachum, ſconvolgere. ¶ Juvenal. ſat. 9. n. 81. Quo te circumagas? h. e. quo te vertas, quo confugias?

Circumambulo, n. 1. in circuitu ambulo. Paulus JCtus in l. Poſſideri. Dig. de acquir. poſſeſſ.

Circumamictus, a, um, adject. circumdatus, veſtito all'intorno, a circondato. Petron. Satyr. c. 100. Quaſi ſomnio quodam turbulento circumamictus.

Circumaro, n. 1. arando circumdo. Liv. lib. 2. c. 10. ſub fin. Agri quantum uno die circumaravit, datum.

Circumaſpicio, is, exi, ectum, a. 3. guardar intorno. Affertur a Lexicogr. quibuſdam locus Plaut. l. 8. cap. 33. Sed ibi legitur circumſpicit, pro circumaſpicit.

Circumcæſura, æ, fem. 1. περικοπή, περιγραφή, extremitas cujuslibet rei, extremum lineamentum. Arnob. lib. 3. Deus ſilo atterminatur humano, & quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumcæſure finitis. Lucret. l. 3. v. 220. Extima membrorum circumcæſura tamen ſe Incolumem præſtat.

Circumcæſus, a, um, adject. circumſectus, tagliato intorno. Lucret. l. 3. v. 404. Quamvis eſt circumcæſis lacer undique membris.

Circumcalco, V. Circumculco.

Circumcelliones dicti ſunt homines monachorum habitu, qui circum cellas vagabantur, non habentes ſtabilem ſedem. Item hæretici quidam inſano amore martyrii ſe ipſos perimentes. Auguſtin. in Pſalm. 132. & ep. 163. & 167.

Circumcidaneus, a, um, o. t. a. ut vinum circumcidaneum, vino di torchio, quod poſtremum exprimitur, vinaceis, ubi fluere deſierint, circumquaque acciſis, Cato de R. R. c. 23. h. e. quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſa pede exprimitur, ut loquitur Colum. l. 12. c. 36.

Circumcido, is, a. 3. περιτέμνω, circum, vel per circulum incido, amputo, Colum. l. 2. Euſdem ſpolii corticem circumcidito. ¶ Circumcidere vinum eſt a vino abſtinere. Celſ. l. 4. c. 20. Ubi ad ſe redit, circumcidendum vinum eſt in totum annum. ¶ Sic pro reſecare, removere. Cic. lib. 4. Acad. Quæſt. c. 45. Circumcidere, & amputare multitudinem ſententiarum. Phædr. 4. 19. Circumcidere impenſam.

Circumcingo, a. 3. circondare, περιζώννυμι, circumdo. Silius l. 10. in princ. Cum fera, quæ talis circumcingentibus altro Aſſilit in ferrum.

Circumcirca, d'intorno, סביב סביב, Ger. umb und umb, allenthalben, Gal. de toutes parts, tout a l'entour, Hiſp. de todas partes, ab omni parte, ut Circumcirca proſpicere. Sulpit. ad Cic. lib. 4. Fam. ep. 5. Cœpi regiones circumcirca proſpicere.

Circumcirco, as, n. 1. circumeo. Ammian. 31. 2. Circumcircare regiones.

Circumciſe, adv. breviter, abjectis verborum ornamentis. Sueton. de clar. Rhetor. c. 6. Circumciſe, ac ſordide, & tantummodo trivialibus verbis egit. Adde Quintil. 8. 3. ſub fin.

Circumciſio, onis, f. 3. circonciſione, מילה, Germ. beſchneydung, Gal. circonciſion, Hiſp. circunciſion, περιτομή, ſignaculum Judæorum. Lactant. l. 4. c. 17. Quod circumciſionem vacuefaceret.

Circumciſitius, a. t. a. idem, quod circumcidaneus. Legitur hæc vox apud Varr. l. 1. de R. R. c. 54. Sed libri variant. V. P. Victorium.

Circumciſorium, ii, n. inſtrumentum chirurgicum ad circum incidendum. Vegetius l. 1. vet Veterin. c. 26.

Circumciſura, f. 1. inciſio in orbem facta, circumſectio. Plin. l. 16. c. 40. Arbores ſtantes a circumciſura ſiccatæ, fideliores.

Circumciſus, a, um, adject. tagliato intorno, troncato, circumſectus. Plin. l. 16. c. 39. Circumciſis ad medullam arbores aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor ſtantibus effluat. ¶ Item remotus, ablatus, tolto via. Celſ. l. 4. ad fin. de convaleſcente: Delectationis cauſa ambulare debet, circumciſa omni negotioſa actione. Plin. lib. 1. epiſt. 20. Circumciſa & brevis oratio. ¶ Item abſciſſus, præruptus. Cic. 6. Verr. c. 48. Planities ab omni aditu circumciſa, atque direpta.

Circumclamatus, a, um. Sidon. carm. 2. v. 506. Seſtias ora Helleſpontiacis circumclamata procellis. h. e. procellarum murmure circum completa.

Circumclaudo, & Circumcludo, is, ere, ſerrar' intorno, περικλείω, undique claudo. Plin. l. 18. c. 35. Si nubes ſolem circumcludent. Caeſ. lib. 3. B. C. cap. 30. Pompejus, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco diſceſſit.

Circumcluſus, a, um, undique clauſus, chiuſo da ogni parte, περικλειστος. Cic. Catil. 2. c. 7. L. Catilina conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus.

Circumcola, æ, qui circumcolit. Tertull. adverſ. Gnoſtic. 3. Reſervatis gentium circumcolarum ritibus.

Circumcolo, is, n. 3. circumhabito. Liv. l. 31. cap. 41. Qui circumcolunt Boeben paludem.

Circumcordialis, le, adject. qui circa cor eſt, ut circumcordialis calor, Tertull. de Anima, c. 43.

Circumculco, & Circumcalco, as, are, calcare intorno, περικαταπατέω. Colum. l. 5. c. 6. Radices aperiamus, & circumcalcemus ipſum ſeminis codicem. Et ibid. Radices fimo bubulo ſcrobiculis deponi, ac diligenter circumculcari.

Circumcurro, n. 3. correre intorno, Ger. umblauffen, περιτρέχω, Quint. l. 1. c. 10. Illa circumcurrens linea ſi efficiat orbem. Et l. 2. c. ult. Circumcurrentem vocaverunt.

Circumcurſio, onis, actus circumcurrendi. Apulej. l. 9. Metam. ubi alii aliter legunt.

Circumcurſo, as, a. 1. freq. a circumcurro, correr' in fretta qua e là, περιδραμεῖν, Plaut. Rud. 2. 4. 4. Omnia jam circumcurſavi, atque omnibus in latebris perreptavi.

Circumdatus, a, um, circondato, attorniato, περιβληθείς. Virg. 9. Æn. v. 462. Armis circumdatus. Caeſ. 1. B. Gall. c. 38. Hunc montem murus circumdatus arcem efficit. Ital. attorniando. Celſ. 6. 9. Relioz denti circumdata. Nepos in Dat. c. 3. Agreſti amiculo circumdatus. Virgil. 4. Æn. v. 137. Dido circumdata chlamydem.

Circumdenſatus, a, um, adject. denſato intorno. Juvenc. lib. 3. v. 713. in Matth. c. 21. Cui jugera multa nitentis Vinetis ſæpes circumdenſata coercet.

Circumdo, as, edi, atum, a. 1. circumvallo, cingo, ſepio, vallo, ſtipo, circondare, סבב, הקיף, Germ. umbgeben, Gal. environner, cercer, Hiſp. cercar, y rodear, περιβάλλω, eſt quidpiam circum quempiam ponere. Cic. de Univ. Animam Deus circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus. Id. 5. Tuſc. c. 20. Cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet. Plaut. Aſin. 3. 3. 106. Circumdare aliquem brachiis, abbracciare. ¶ Item circumſcribere. Cic. l. 1. de Orat. Exiguis quibuſdam finibus Oratoris munus circumdediſti. ¶ Item conciliare. Tacit. in Agric. c. 20. Egregiam famam paci circumdedit. diede gran riputazione.

Circumdolo, a. 1. eſt undequaque dolare, ſeu polire. Plin. l. 16. c. 31. Platanus etiam circumdolatis lateribus reſtibilis ſponte facta.

Circumduco, is, xi, ctum, a. 3. in orbem duco. Cic. 2. Philip. Ut vexillum videres, & aratrum circumduceres. ¶ Interdum eſt decipere. Plaut. Pſeud. 1. 5. 115. Per ſycophantiam, atque per doctos dolos eum circumducam lepidule. ¶ Et cum ablativo rei, Plaut. Pœn. 3. 2. 16. Circumducere aliquem pallio. h. e. pallium per fraudem ſurripere alicui. ¶ Apud Juriſconſultos eſt abolere, delere, abrogare, annullare. Ulp. l. poſt edictum, ff. de re jud. Tunc circumducendum erit edictum. ¶ Sueton. in Ner. c. 41. Reliquam diei partem per organa hydraulica nova, & ignoti generis circumduxit, h. e. tranſegit. ¶ Cum altero accuſativo ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſa verba, Plaut. Moſtel. 3. 2. 157. Eho iſtum puer circumduce hoſce ædes, & conclavia. ¶ Cum accuſ. & præp. per, Petron. in fin. Satyrici. Circumducere aliquem per totam civitatem.

Circumductio, onis, f. il menare intorno, ut circumductio ſphæræ. Hygin. l. 1. Aſtronom. c. 2. & 3. h. e. peripheria. Apud Vitruv. l. 8. c. ult. Circumductiones aquæ ſunt, cum aqua obliqua ad latera montis ducitur. ¶ In oratione circumductio eſt amplificatio & copia, opponiturque paucioribus verbis a Quintil. l. 9. c. 4. ¶ Eſt etiam deceptio, inganno. Plaut. Capt. in fin. Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circumductio.

Circumductor, oris, qui circum ducit, περιηγητής. Ita Latine vertitur Græca vox allata a Tertull. adverſ. Valentin. c. 10.

Circumductus, us, ui, m. idem quod circumductio. Quintil. l. 1. c. 10. ad fin. Quartam lineam deducent eodem circumductu.

Circumductus, a, um, nom. ex particip. Senec. epiſt. 12. Tot ætas partibus conſtat, & orbes habet circumductos majores minoribus. Plaut. Pœn. 3. 2. 16. Numnam is a balneo circumductus pallio? h. e. ſpoliatus. In illo Quintil. 11. 3. ſub fin. Infinito magis illa flexa, & circumducta ſunt: Me miſerum, me infelicem! Et, quid reſpondebo liberis meis? circumducta, h. e. longiore vocis ſono, & mora prolata, ut auribus ſedeant altius, & vim majorem habeant ad movendam miſericordiam.

Circumeo, & Circueo, Circumis, & Circuis, &c. Circumire, & Circuire, andar' intorno, circondare, περιέρχομαι. Caeſ. l. 7. B. G. c. 87. Circumire munitiones. Galba Ciceroni l. 10. Fam. epiſt. 30. Cum equites noſtrum cornu circuire vellent. Stat. l. 4. Sil. 4. v. 26. Inde ſonus geminas mihi circuit aures. Nepos in Datam. c. 7. Circumiri ab hoſtibus. ¶ Dicitur etiam de iis qui prenſant petendi cauſa. Cæl. ad Cic. Fam. 8. ep. 11. & Plin. l. 6. ep. 6. ¶ Item de iis, qui decipiendi cauſa circumcurſant. Terent. Phorm. 4. 6. 8. Facinus indignum, Chreme! ſic circumiri! ¶ Circumire rem aliquam dicendo, eſt per circumlocutionem explicare, apud Quintil. lib. 12. cap. 10.

Circumequito, as, n. 1. equo circumeo. Liv. l. 10. c. 34. Duas turmas ſociorum circumequitare mœnia jubet.

Circumerro, as, are, circumeo. Apul. de Mundo, p. 71. Saturnus ſublimior triginta ſpatiis annorum circumerrat. Adde Senec. l. 2. controverſ. 9.

Circumferentia, f. 1. circonferenza, circolo, περιφέρεια. Apul. 4. Florid. Sodalium circumferentia.

Circumfero, es, tuli, atum, portar intorno. Cic. 4. Verr. c. 42. Quæſo codicem circumfer, oſtende. Liv. l. 2. c. 10. Circumferens inde truces minaciter oculos. Cic. 3. de Orat. c. 46. Sol circumfertur. ¶ Translate ſumitur pro luſtrare, expiare, ut expon. Serv. ad illud Virgil. Æn. 6. v. 229. Ter ſocios pura circumtulit unda. Citat etiam Plaut. ubi ait Amph. 2. 2. 144. Quin tu iſtam jubet pro cerrita circumferri? h. e. tanquam inſanam, & furentam luſtratione curari. Fit enim luſtratio hoſtiis in orbem circumlatis. ¶ Ad nutum aliorum circumferri. Curt. l. 3. laſciarſi girare a piacer altrui. ¶ Circumferre aliquid prædicatione, Plin. Jun. lib. 3. ep. 11. pubblicare. ¶ Circumferri etiam dicuntur quæ publici juris, & uſus ſunt. Quintil. l. 2. c. 13. Hæc opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen revera ars, quæ circumfertur, ejus eſt) duxit. ¶ Circumferre ſe, Ovid. 2. Am. 17. 29. Novi aliquam, quæ ſe circumferat eſſe Corinnam, ſi ſpaccia per Corinna.

Circumfigo, is, a. 3. circum configo, περιπήγνυμι. Cato R. R. c. 20. Columellam ferream cunei ſaligneis circumfigi oportet bene.

Circumfingo, is, a. 3. Tertul. de anim. c. 23. Qui exinde illis peccatricem circumfinxerit animam. h. e. circumdederit.

Circumfirmo, as, a. 1. circumſepio, circum munio. Col. l. 4. cap. 17. Vitis quaſi quadrato circumfirmanda eſt agmine.

Circumflecto, is, a. 3. in gyrum flecto. Virg. 3. Æn. v. 430. Longus ubi circumflectere curſus. ¶ Apud grammaticos circumflectere eſt accentu circumflexo ſyllabam notare, & pronunciare. Gell. l. 4. c. 7. Valerius Probus Hannibalem ita pronuntiabat, ut penultimam circumflecteret.

Circumflexio, onis, f. 3. il piegare intorno, piegatura. Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 12. Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occurſu ambiendo complectitur, ut &c.

Circumflexus, a, um, o. t. a. περισπώμενος, undique flexus, particip. a circumflecto. Claudian. de 6. Conſ. Honor. v. 391. Circumflexa ſecula. h. e. revoluta, tranſacta. Prudent. Apotheoſ. v. 203. Anceps labyrinthus, & error Circumflexus agat. ¶ Accentus circumflexus dicitur a Grammaticis qui ex acuto, & gravi compoſitus ſyllabam longiore mora proferendam reddit. Hinc circumflexa ſyllaba, & dictiones dicuntur, quæ ut accentu ſignantur. Gell. 4. 7. Syllaba circumflexa.

Circumflexus, us, m. 4. giro, περικλασις. ambitus. Plin. l. 2. c. 1. Mundi circumflexu teguntur cuncta.

Circumflo, as, n. & a. 1. eſt undique flare, vel afflare. Stat. 11. Theb. v. 42. Circumflantibus Auſtris. Cic. Verr. 3. c. 42. Translate: Ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur.

Circumfluens, entis, nom. ex particip. ut circumfluens exercitus. Cic. pro Mur. c. 24. Circumfluens gloria. Id. ad Att. l. 2. ep. 2. Redundans & circumfluens oratio. Id. de clar. orat.

Circumfluo, is, n. 3. correre intorno a qualche coſa, περιρρέω, eſt circum aliquid fluere, decurrere. Plin. l. 5. c. 29. Nunc eam (Cariam) circumfluunt Mæander, & Moſſinus. ¶ Significat etiam affluere, abbondare, ἀφθονεῖν. Cic. Verr. 3. c. 4. Circumfluere & abundare omnibus rebus.

Circumfluus, a, um, o. t. a. περίρρυτος, quod circumfluit. Plin. l. 2. c. 66.

Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. ¶ Sumitur & paſſive. *Ovid.* 13. *Met.* v. 624. Circumflua Tibridis alti inſulæ. ¶ *Stat.* 6. *Theb.* v. 540. Chlamys circumflua limbo Mæonio, *h. e.* circumdata.

Circumfodio, is, ere, *ſcavare intorno*, περιορύττω, ut circumfodere plagas. *Senec. epiſt.* 12. Adde *Cat. de R. R. cap. penult.* ¶ In 4. conjug. in infinito uſurpavit *Colum. lib.* 5. *cap.* 9. Olivetum debet bidentibus alte circumfodiri.

Circumforaneus, a, um, a. t. 2. quod eſt circum forum. Circumforaneus homo, *ciarlatano*, Germ. *landſtreicher*, Gall. *charlatan*, Hiſp. *charlatan*, ἀγύρτης, qui circa forum ſpatiatur venditans aliquid. *Cic. Cluent. c.* 14. L. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur. ¶ Æs circumforaneum erat æs fœneratitium, ſeu æs fœnore ſumptum. Nam circum forum tabernæ erant argentariorum, qui artem fœneratoriam exercebant. *Cicer. Attic. lib.* 2. *epiſt.* 1. Me ære non Corinthio, ſed hoc circumforaneo obruerunt. ¶ Circumforanea domus, apud *Apuleium* ſumitur pro ea, quæ mobilis, & ambulatoria eſt, facilis ad circumferendum. *l.* 4. *Metam.*

Circumforatus, a, um, adject. a circumforo, *perrugiato, forato all' intorno*. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Stipite ab ima parte circumforato.

Circumfoſſor, m. 3. *chi cava d'intorno*, περιορυκτής. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Circumfoſſor injurioſo ictu vites verberavit.

Circumfoſſura, æ, f. 1. *ſcavamento all' intorno*. *Plin. l.* 17. *c.* 26. Cupreſſus aſpernatur circumfoſſuram.

Circumfoſſus, a, um, *ſcavato all' intorno*, περιορυχθείς. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, ſi circumfoſſo ſtipite, & ab ima parte circumforato, defluens pituita abſtergeatur.

Circumfremo, is, ui, itum, ere, *fremere da ogni parte*. *Senec. de conſol. ad Marc.* 2. 7. Aves inanes nidos circumfremunt.

Circumfrico, a. 1. περιτρίβω. *Cato c.* 26. *R. R.* Queis labra doliorum circumfricem.

Circumfulcio, is, a. 3. *Tertull. de Pall. c.* 5. Pallium, quo in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumſtringit.

Circumfulgeo, es, n. 2. *ſplendere intorno*, περιλάμπω. *Plin. l.* 2. *c.* 37. Hominum capita veſpertinis horis magno præſagio circumfulgent.

Circumfundo, a. 3. *ſpargere d'intorno*, περιχέω, circumcirca aſpergo. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. cap.* 36. Terra circumfuſa undique eſt hac animabili, ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer. Et *ibid. c.* 6. Circumfundit terram aer. h. e. ambit. *Plin.* 2. 65. Circumfunduntur terræ undique homines. *h. e.* circum terram undique habitant. *Cæſ.* 3. *B. Civ. c.* 63. Magna multitudo ſagittariorum ab utraque parte circumfundebatur. *h. e.* conveniebat, concurrebat. ¶ Cum accuſ. ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo, *Cæſ. B. Gall.* 7. 74. Ut hoſtes præſidia circumfundi poſſent. ¶ Pro circumdare, cingere, *circondare*. *Tacit.* 3. *Ann.* 19. Circumfundere hoſtes exercitu.

Circumfuſio, onis, f. 3. *Oroſ. l.* 1. *c.* 2. Circumfuſio Oceani. Adde *Jul. Firmic. l.* 2. *Matheſ.*

Circumfuſus, a, um, adject. *Nepos* 12. 4. 2. Circumfuſus hoſtium concurſu, *attorniato*. *Vellej.* 2. 46. Circumfuſæ immanes copiæ equitum. *Tacit. ann.* 3. *c.* 5. Circumfuſæ lecto imagines.

Circumgarriens, entis. *Claud. Mamert. de ſtatu anim.* 2. *cap.* 9. Falſiloquis circumgarrientibus reſpondere.

Circumgelatus, a, um, adject. *agghiacciato all' intorno*. *Plin. lib.* 13. *c.* 22. Cortex circumgelatus videri poſſit.

Circumgelo, as, a. 1. *gelar intorno*. *Tertull. de Anim. c.* 23. Quod germina mortale ei circumgelaverint corpus. *h. e.* concreſcere fecerint.

Circumgemo, is, n. 3. *gemere intorno*. *Hor. Epod.* 16. *v.* 51. Circumgemit urſus ovile.

Circumgeſto, as, a. 1. *portare intorno*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Eam quoque epiſtolam T. Catienus circumgeſtabat.

Circumglobo, a. 1. *ammucchiare all' intorno*, περισφαιρόω. *Plin. l.* 9. *c.* 47. Circumglobata eſca ſæpe extrahuntur.

Circumgredior, eris, *aſſaltar' intorno*, περιοδεύω. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 28. Illi metu, ne hinc Romani, illinc Cheruſci circumgrederentur. ¶ Item circumeo, *camminar' intorno*. *Ammian.* 16. 12. Circumgredi lacunam. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 21. Circumgredi Syriam.

Circumgreſſus, us, m. *circuito, giro*, circuitus. *Ammian.* 22. 2. Ob rapidos circumgreſſus. *Id. ibid. c.* 8. Palus ampliſſimi circumgreſſus.

Circumhiſco, is, n. 3. *Arnob. l.* 3. Hiſtiteræ, circumhiſcere, tergiverſari. *h. e.* caput circumagendo oſcitari, quod eſt hominis in re difficili verſantis.

Circumhumatus, a, um. *Ammian.* 22. 12. Circumhumata corpora ſtatuit exinde transferri, *ſepolto in quel contorno*.

Circumjaceo, n. 2. in circuitu jaceo. *Liv. l.* 37. *cap.* 54. Quæ circumjacent Europæ, in veſtra ſunt poteſtate.

Circumjicio, is, jeci, jactum, ere, *gettar intorno*, περιβάλλω. *Liv. l.* 33. *c.* 18. Circumjicere haſtam in venientem hoſtem. Et *lib.* 35. *c.* 4. Conſul triarios vallum circumjicere juſſit.

Circumjectio, onis, f. idem quod circumjectus, m. *Arnob. l.* 2. *p.* 73. *de animab.* Habitare juſſæ ſunt hæ partes, & humani corporis circumjectione veſtiri. *h. e.* amictu.

Circumjectus, a, um, o. t. 2. circumpoſitus, particip. a circumjicio. *Cæſ. de B. G. l.* 2. *c.* 6. Circumjecta multitudo hominum. *Liv. l.* 9. *c.* 28. Ædificia circumjecta muris. *Curt. l.* 3. *c.* 1. Circumjectos cingit campos. *h. e.* circumjacentes.

Circumjectus, us, ui, m. amplexus, circumjectio, περιβολή. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor.* Qui terram tenero circumjectu amplectitur. Al. leg. *circumvectu*. *Tertull. de pall. c.* 5. Id ex uno circumjectu licet &c.

Circumpicio, is, ieci, ectum, idem quod Circumjicio. *Liv.* 35. 4. Conſul triarios vallum circumjicere juſſit, *piantare intorno*. ¶ Pro circumplecti, circumdare. *Cicer. de Univ. c.* 8. Animus e medio protectus, extremitatem cœli, e ſuprema regione, rotundo ambitu circumjecit.

Circuminvolvo, is, vi, utum, a. 3. *involgere intorno*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 11. Singula puncta prætereundo, & circuminvolvendo.

Circumitus, V. Circuitus.

Circumlabens, entis, qui in orbem labitur. *Lucan. l.* 6. *v.* 484. Proſpectumque dedit circumlabentis Olympi.

Circumlambo, is, a. 3. *leccare intorno*. *Plin. lib.* 11. *c.* 37. *ſect.* 63. Ad circumlambenda ora.

Circumlaqueo, as, are, laqueis cingo, *cingere con lacci*. *Gratius Cynegetic.* v. 29. per tmeſim: Per lenos circum uſque ſinus laqueabis.

Circumlatio, onis, f. actus circumferendi. *Tertull.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 12. Arcæ circumlatio apud Hieroſolymam. *Serv. ad* 6. *Æn. verſ.* 229. Circumlatio victimæ.

Circumlectitius, a, um, adject. *portatile*, quod circumfertur, vel quod circumferri poteſt. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Quendam vivum, & circumlectitium carcerem corpulentia facit.

Circumlator, oris, maſc. qui circumfert. *Tertullian.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 19. & 21.

Circumlatratus, us, m. Translate *Juvenc. lib.* 4. *hiſt. Evang. v.* 357. nec tamen quiſquam inſonuit tantis circumlatratibus audax.

Circumlatro, as, a. 1. *latrare intorno*. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 22. Acerrimi canes hominem circumlatrent. ¶ Translate *Avien. in Perieg. verſ.* 48. totum hoc circumlatrat æſtus. *hoc eſt* circumſonat, perſtrepit. ¶ Paſſive *Symmach. lib.* 8. *ep.* 17. Domus noſtra multis circumlatratur injuriis.

Circumlatus, a, um, nomen ex particip. a circumfero, ut circumlata ſerilibus, *Mart. l.* 3. *epigr.* 17. ¶ Circumlata, & deducta oratio, *Quint. l.* 4. *c.* 1. h. e. periodorum ambitu circumducta, periodica. ¶ Item lactatus, *Lucil.* apud *Non.* 4. 70. Tum fartu ſunt omnia circumlata.

Circumlavo, is, a. 3. *lavare intorno*, περικλύζω, circa lavo, alluo. *Salluſt. in fragm.* apud *Non.* 10. 2. Dubium, an inſula ſit, quod Euri, atque Auſtri ſuperjactis fluctibus, circumlavit. *hoc eſt* alluitur, & ſubauditur *ſe*. ¶ Dicitur & *circumlavo*, *as*, *Hygin. fab.* 275. Ægyptus, quam Nilus circumlavat.

Circumlevo, as, a. 1. circum attollo. *Cal. Aurelian. Acut.* 2. 37. Utrinque orarum circumlavat tegmina.

Circumligatus, a, um, *legato all' intorno*. *Plin. l.* 28. *c.* 3. Chartam inſcriptam circumligatam lino ſubnectebat collo.

Circumligo, as, a. 1. implico, complico, *legare intorno*, περιδέω. *Cicer.* 2. *de Div.* 31. Ut circumligatus fuerit angui. *Liv. l.* 21. *c.* 8. Circumligabant ſtupa, linebantque pice.

Circumlinio, is, inivi, itum, a. 4. &

Circumlino, is, ini, ivi, evi, itum, a. 3. circum ungere, aut aliquid leviter alicui rei circumducere, *unger' intorno*, περιχρίω. *Colum. lib.* 6. *c.* 16. Vulnera medicamento circumlinenda. *Plin. lib.* 6. *epiſt.* 88. Circumlinere oculum. ¶ Circumlinire in pictura quid ſit, V. *Circumlitio*. ¶ Translate *Quint. l.* 1. 11. (*al.* 19.) Simplicem vocis naturam pleniore quodam ſono circumlinire. *h. e.* pleniorem eam, & magis fuſcam, quam natura ſit, emittere. *Id. lib.* 12. *cap.* 9. Etiam ſi ſuſceperunt negotia paulo addicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circumliniunt. *h. e.* exornant: ducta translatione a circumlinendis picturis: qua de re V. in voce ſequenti.

Circumlitio, onis, f. actus circumlinendi, περίχρισις. *Plin.* 24. 7. Pix facta ad circumlitiones oris. ¶ In pictura eſt circumductio colorum in extremitatibus figurarum, qua ipſæ figuræ apertius finiuntur, & eminentius exſtant, *contorno*, *profilo*. *Quint.* 8. 5. Nec in pictura, in qua nihil circumlitum eſt, eminet. *Plin.* 35. 11. Tantum circumlitioni ejus tribuebat.

Circumlitus, a, um, circum unctus, περιχρισθείς. *Plin. lib.* 21. *c.* 24. Vaſa melle circumlita. ¶ Et pro circumdatus. *Horat. lib.* 1. *ep.* 10. *v.* 7. Muſco circumlita ſaxa. & *Ovid.* 11. *Metam. v.* 137. auro circumlitus. ¶ Translate *Lactant.* 3. 1. Mendacium ornatu quæſito circumlitum.

Circumlocutio, περίφρασις, figura eſt, cum pluribus verbis id, quod uno, aut paucioribus dici poteſt, explicatur. *Gell. l.* 3. *c.* 1. *Arnob. l.* 6. *in fi.* Sine ullis circumlocutionibus dicere.

Circumloquor, eris, verborum circuitu explicare, quod paucioribus dici poteſt. *Auſon. epigr.* 146. Cum maxima nunc proloquor circumloquentis ambitu.

Circumlucens, entis, *lucente intorno*, περιλάμπων. *Senec. Conſol. ad Marc. c.* 2. Magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exoſa.

Circumluo, is, ere, a. 3. *bagnar' intorno*. *Tacit. l.* 4. *hiſtor. c.* 12. Rhenus amnis tergum & latera circumluit. *Liv. lib.* 25. *c.* 11. Mari in peninſulæ modum major pars circumluitur.

Circumluvio, onis, f. 3. eſt, cum ager aliqua aquarum vi alluitur, & circumdatur, & undique abluitur. *Cic. l.* 1. *de Orat. cap.* 38. Gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum.

Circumluvium, ii, n. 2. locus, quem aqua circumluit. *Feſt.* Circumluvium jus prædiorum. ¶ Eſt autem *circumluvium*, cum parte aliqua diviſum flumen ita agrum alicujus ambit, ut inſulam eum illum in inſulæ formam redigat. *Leg.* 6. *Dig. de acquir. rer. Domin.*

Circummeo, as, circumeo. *Tertull. de Pall.* 2. 1. Proh quantum circummeavit a Pelaſgia ad Lydos, a Lydis ad Romanos.

Circummetior, iris, dep. 4. Paſſiva ſignificatione, *Vitruv.* 4. 4. Si duæ columnæ æquæ craſſæ lineæ circummetientur.

Circummingo, is, xi, circa mingere, *piſciare intorno*. *Petron. in fragment. Tragur. c.* 62. *Burm.* At illa circumminxit veſtimenta ſua.

Circummitto, a. 3. *mandare intorno*, περιπέμπω. *Liv. l.* 4. *c.* 18. Qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit.

Circummœnitus, a, um, adject. compoſitum a mœnia, idem eſt quod circummunitum. *Plaut.* 2. 2. 4. Ita vinclis cuſtodiiſque circummœniti ſumus.

Circummulceo, n. 2. περιψήχω, molli attactu circumcirca blandior. *Plin. l.* 28. *c.* 3. Circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circummunio, a. 4. *fortificare intorno*, περιτειχίζω, circumſepio, circumroboro. *Col. l.* 3. *c.* 10. Pomarium circummunito maceria, aut foſſa. Adde *Cæſ. de B. C. l.* 1. *c.* 18.

Circummunitio, f. 3. *fortificazione in giro*. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 19. Obſidione, oppidique circummunitione fiebat.

Circummunitus, a, um, *fortificato all' intorno*, munitione ſeptus. *Colum.* 3. 4. Vites arundinibus circummunitæ. *Cæſ. B. Gall. c.* 30. Vallo, crebriſque caſtellis circummuniti, oppido ſe continebant. *circondati*.

Circummuranus, a, um, qui circum muros eſt, *Ammian. lib.* 14. *c.* 14. Populus Rom. annis ferme trecentis circummurana pertulit bella. Adde *lib.* 21. *cap.* 25.

Circumnaſcens, entis, περιφυόμενος. *Plin. l.* 2. *c.* 103. Lactu circumnaſcente abſynthio inficitur.

Circumnavigo, as, are, *navigar' intorno*. *Vellej. Patерc. l.* 2. *c.* 106. Claſſis quæ Oceani circumnavigaverat ſinus.

Circumnecto, is, ere, *legare*, a *connettere intorno*, περιπλέκω, *Senec. lib.* 2. *Quæſt. Natur.* 2. *c.* Fulgor, qui ſidera circumnectit.

Circumnotatus, a, um. *Apulej. l.* 11. *Metam.* Chlamys colore vario circumnotatis inſignita animalibus. *h. e.* circum textis, vel pictis.

Circumobruo, is, a. 3. *ſotterrare intorno*, περικαλύπτω. *Plin. l.* 19. *cap.* 5. Folia circumobruere.

Circumofigo, is, a. 3. *ficcare intorno*, περιπήγνυμι, circum figo. *Cato R. R. c.* 48. Eam terram complanato: furcas circumoffigito. ¶ Legitur & diviſim circum offigito.

Circumpadanus, a, um, o. t. 2. quod eſt circum Padum. *Liv. l.* 21. *c.* 35. Circumpadani campi. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Circumpadanæ lanæ.

Circumpango, a. 3. *ficcare*, a *piantare intorno*, περιφυτεύω. *Plin. l.* 17. *c.* 13. Trajectis per vaſa fictilia, vel qualos ramis, terraque circumpactis. Ita vulg. legitur. At *Harduin.* ex MSS. monet legendum *Circumfartis*.

Circumpavitus, a, um, *calcato all' intorno*. *Plin. l.* 18. *c.* 14. Circumpavita area.

Circumpedes, um, m. 3. *ſtaffieri*, ſervi a pedibus. *Cic.* 3. *Ver.* Circum pedes homines formoſos, & litteratos ſuos eſſe dicebat. *Gruterus* diviſe ſcripſit Circum pedes, h. e. qui circa pedes dominorum erant. Quare dubia eſt compoſitio, nec ſatis ex uno hoc *Ciceronis* loco confirmatur.

Circumpendens, entis, *pendente all' intorno*. *Curt.* 8. 9. Aurea lectica, circumpendentibus margaritis, recubare.

Circumplaudo, is, auſi, auſum, a. 3. *plaudere all' intorno*. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 2. *v.* 49. Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum.

Cir-

Circumplecto, is, a. 3. idem quod circumplector. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 106. Meum collum circumplecte.

Circumplector, eris, d. 3. circumplico, *abbracciare intorno*, περιπλέκω. *Cic. de Univ. c.* 7. Eo motu undique eſt eos circumplexus. *Caſ.* 7. *B. G. c.* 83. Collem opere circumplecti, *h. e.* munitionibus cingere. ¶ Paſſive *Gell. l.* 15. *c.* 1. Turris lignea cum ex omni latere circumplexa igni foret.

Circumplexus, us, m. 4. περίπλεξις, *abbracciamento*, amplexus. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Lacertæ circumplexu Venerem novere.

Circumplicatus, a, um, circumnexus, circumdatus. *Cic.* 1. *de Div. cap.* 24. Bellua circumplicata ſerpentibus.

Circumplico, as, a. 1. περιπλέκω, circumnecto, circumplector. *Cic.* 1. *de Divin.* Puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. *Prudent. Periſteph.* 10. *v.* 272. Barbam rigentem dum Jovis circumplicat.

Circumplumbo, as, *impiombare all' intorno*. *Cato R. R. c.* 20. Circumplumbare modiolos.

Circumpōno, is, a. 3. *mettere intorno*, περιτίθημι. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 4. *v.* 74. Piper album cum ſale nigro Incretum puris circumpoſuiſſe catillis.

Circumpoſitio, onis, f. actus circumponendi. *Auguſt. epiſt.* 199. ex 1. *Timoth.* 2. 9. Auri circumpoſitum.

Circumpoſitus, a, um, *poſto all' intorno*. *Celſ.* 8. 10. 1. Ferulæ circumpoſitæ oſſa in ſua ſede continent.

Circumpotatio, onis, f. 3. verbal. a circumpoto. *il bere in giro*, ἐγκυκλοποσία, περίποσις. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 24. Omnis circumpotatio tollitur.

Circumpulſo, as, a. 1. *battere all' intorno*, *Stat.* 6. *Theb.* 228. Et litui aures circumpulſantur euntis. al. legunt diviſim.

Circumpurgo, as, are, *purgare intorno*, περικαθαίρω. *Celſ. l.* 7. *c.* 12. Dens circumpurgandus, & evellendus eſt.

Circumquāque, *intorno*, idem quod circa, vel circum undique. *Aurel. Vict.* (*ſeu quicumque alius auctor eſt*) *de Orig. Gentis Rom. c.* 17. *extr.* Coloniæ deductæ ſunt Præneſte, Tibur, Gabii, cæteraque oppida circumquaque.

Circumrādo, is, ſi, a. 3. *radere intorno*, περιξύω, *Celſ. l.* 7. *c.* 12. Dens circumradi debet.

Circumraſio, onis, f. *il radere intorno*. *Plin.* 17. 2. 26. Circumraſio corticis.

Circumrāſus, a, um, adject. *raſo da ogni parte*. *Colum. l.* 4. *c.* 29. Sarmentum leviter circumraſum, ut cortex tantum detrahatur.

Circumreptus, a, um, *ſtraſcinato all' intorno*. *Plin.* 29. 4. Veſpertilio ovilibus circumreptus toties, &c.

Circumretio, is, a. 4. *impedire*, *intrigare*, περιδικτυόω, impedio, implico, involvo. *Lucr. l.* 5. *v.* 1151. Circumretit enim vis, atque injuria quemque.

Circumretitus, a, um, περιδεδικτυωμένος, implicatus, involutus, *Cic. Verr.* 5. *c.* 58. Circumretitus frequentia pop. R.

Circumriguus, a, um, qui circum irrigatur. *Propert.* 1. 20. 37. Et circumriguo ſurgebant lilia prato. ¶ Poſſis etiam diviſim ſcribere *circum riguo*.

Circumrōdo, is, ſi, a. 3. *rodere intorno*, περιβιβρώσκω. *Plin. l.* 33. 2. 2. Quam eſcam circumroſerit. ¶ Translate *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 5. Dudum circumrodo, quod devorandum eſt. ¶ Item obtrectare, detrahere. *Hor.* 1. *Epod.* 18. *v.* 82. Dente Theonino cum circumroditur.

Circumrōrans, antis, leviter circum aſpergens. *Apulej. l.* 11. *Metam.* Sueto lavacro puriſſime circumrorans abluit.

Circumrōto, as, a. 1. *girare*, in gyrum moveo. *Apulej. l.* 9. *Metam.* Circumrotare machinas, *h. e.* verſare molas.

Circumſaltans, antis, qui circum ſaltat. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 145. Hos circumſaltante choro.

Circumſarrio, is, a. 4. *Cato R. R. c.* 124. Earum radices circumſarrito, & purgato. Al. leg. *circumſecato*.

Circumſcalpo, is, a. 3. *grattare*, *e raſpare intorno*, περιγλύφω. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Dentes radice circumſcalpti.

Circumſcarifico, as, a. 1. *radere intorno*, περισχάζω. *Plin. l.* 22. 2. 23. Pedum clavos circumſcarificatos ferro, mixtum ſeræ extrahit.

Circumſcindo, is, a. 3. *fendere intorno*, περισχίζω. *Liv. l.* 2. *c.* 55. Quo atrocius clamabat, eo infeſtius circumſcindere, & ſpoliare lictor.

Circumſcribo, is, ipſi, ptum, ere, περιγράφω, in circuitu ſcribere, *ſcriver' all' intorno*. *Cic. Philip.* 8. *c.* 8. Virgula ſtantem circumſcripſit, dixitque ſe non ante renunciaturum ſenatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet. ¶ Frequenter ſumitur pro definire, terminos aſſignare, *diffinire*, *circoſcrivere*. *Cic. pro Rabir. ſub fin.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit. ¶ Eſt etiam contrahere, & arctioribus terminis coercere, *riſtrignere*. *Senec. epiſt.* 108. Libebat palam & ventrem circumſcribere. *Id. de Conſol. ad Helv. ſub fin.* Hæc non refero, ut ejus laudes exſequar, quas circumſcribere eſt, tam parce tranſcurrere. ¶ Item ſcribendo, vel alio modo fallere, *ingannare*, & fere de tutoribus dicitur, qui pupillos defraudant. *Juven. ſat.* 10. *v.* 222. Quos circumſcripſerit Hirrus pupillos. Sic teſtamentum circumſcribere, h. e. fraudem committere circa teſtamentum. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 18. Conſtitui vincere dolorem tuum, non circumſcribere. *Senec. l. c.* 3. hoc eſt non artificio, & exquiſitis verbis fallere, ſed aperte debellare. ¶ Item removere, *allontanare*, *Cic. Philip.* 13. *c.* 9. Parcata de circumſcribendo adoleſcente ſententia, h. e. de Octavio ab imperio removendo. *Caſ. lib.* 1. *B. C. c.* 32. Crudelitatem in circumſcribendis Tribunis pl. ¶ Item cingere, complecti. *Gell.* 12. 14. Oceanus undique circumſcribit omnes terras, atque ambit.

Circumſcripte, adverb. circumſcribendo, ὁριστικῶς. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 59. Singulas res definire, circumſcripteque complecti. *h. e.* ſuis quaſque finibus concludendo, & unam ab altera diſtinguendo. *Id. in Orat. cap.* 66. Circumſcripte numeroſeque dicere, *periodicamente*, per periodos, quæ ſunt certæ, ac diſtinctæ comprehenſiones verborum, ſuis quæque clauſulis terminatæ. Nam periodus appellatur etiam *circumſcriptio* ab eodem *Cic. ib. c.* 61. ¶ Item contracte, *in riſtretto*, *brevemente*. *Lactan.* 5. 14. Volo paucis circumſcripte, & breviter, quid ſit, oſtendere.

Circumſcriptio, onis, f. περιγραφή, *lo ſcriver' intorno*. Exemplum attulimus in Circumſcribo ex *Cic. Philip.* 8. ¶ Eſt etiam defraudatio, deceptio, maxime quæ ſcriptis falſis vel callide mutatis fit, *inganno*. *Cic. pro Flac. c.* 30. Emptiones falſas aperta circumſcriptione feciſti. Ex 3. *Offic.* Circumſcriptio adoleſcentium vindicata leg. XII. Tab. ¶ Item definitio, conſtitutio terminorum, *circoſcrizione*, *riſtrignimento*. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 20. Totam terram contueri licebit, ejuſque tum formam, ſitum, circumſcriptionem &c. ¶ Item figura Rhetorica, vel figuræ ſimilis, de qua *Quint. l.* 9. *c.* 3. *verſ. fin.* Quædam omnino non ſunt figuræ, ſicut ordo, dinumeratio, circumſcriptio, ſive hoc nomine ſignificatur comprehenſa breviter ſententia, ſive finitio. ¶ *Cic. in Orat. c.* 66. circumſcriptionem vocat ipſam periodum.

Circumſcriptor, oris, qui circum ſcribit, περιγραφεύς, ut expon. Vet. Gloſſ. *chi ſcrive all' intorno*. ¶ Item deceptor, fraudator. *Cic. Catil.* 2. *c.* 4. Quis teſtamentorum ſubjector? quis circumſcriptor? *Juvenal. ſat.* 15. *v.* 135. pupillum ad jura vocantem circumſcriptorem.

Circumſcriptus, a, um, nom. ex particip. definitus, terminatus, conſtitutus, brevis, *circoſcritto*. *Cic. in Orat. c.* 12. Argute certique, & circumſcripti verborum ambitus, *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 12. Forenſibus cancellis circumſcripta ſcientia. ¶ Item deceptus, fraudatus, *Id.* 4. *Academ. c.* 15. Fallacibus, & captioſis interrogationibus circumſcripti, atque decepti. ¶ Item remotus, *allontanato*. *Id. Attic. l.* 7. *epiſt.* 9. Senatuſconſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus. ¶ Comparat. apud *Plin. lib.* 1. *ep.* 16. Vis orationis circumſcriptior, preſſior, & adductior.

Circumſēco, as, a. 1. *tagliare intorno*, περιτέμνω, circumcido. *Colum. l.* 7. *c.* 5. Ferro quam cautiſſime circumſecare. ¶ *Suet. in Domit. c.* 12. de Judæis loquens, *circumſecare*, pro circumcidere poſuit.

Circumſectus, a, um, *tagliato all' intorno*, circumciſus. *Scribon. Larg. compoſ.* 229. Circumſecta aluta. *Sueton. in Domit. c.* 12. Cum a procuratore inſpiceretur nonagenarius ſenex, an circumſectus eſſet, *circonciſo*.

Circumſĕcus, adverb. *da ogni parte*. *Apul. l.* 5. *p.* 166. Qui circumſecus venantur.

Circumſedeo, & circumſideo, des, ſedi, ſeſſum, n. & a. 2. obſideo, circumvenio, *aſſediare*, *circondare*, περικάθημαι, eſt ſedere circum, aſſidere utrinque alicui. *Liv. l.* 9. *c.* 2. Circumſidere oppidum. *Cic. ad Attic. l.* 15. *ep.* 9. Florentes amicorum turba circumſedet. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 54. A Dacis Pannonica hiberna circumſideri.

Circumſepio, is, a. 4. *circondare*. περιφράσσω, *Liv. l.* 1. *c.* 49. Armatis corpus circumſepſit.

Circumſeptus, a, um, circundatus, *aſſediato*, *attorniato*. *Cic. ſive auctor epiſt. ad Octavian.* Cohortibus armatis circumſeptus ſenatus.

Circumſĕquens, entis, qui circumſequitur. *Apul. ſub init. l.* 3. *Metam.* Inter tot millia populi circumſequentis. *Al. aliter leg.*

Circumſĕro, is, n. 3. *piantare*, *e ſeminare intorno*, περιφυτεύω. *Plin. l.* 21. *c.* 12. Geniſtas circumſeri alvearis gratiſſimum.

Circumſeſſio, onis, *aſſediamento*, περικάθησις, obſeſſio. *Cic.* 3. *Verr.* 2. 33. Quid ſi planum facio, te hujus circumſeſſionis tuæ cauſam in alios tranſtuliſſe?

Circumſeſſus, a, um, nom. ex particip. *attorniato*, *aſſediato*. *Cic. Philip.* 12. *c.* 10. Circumſeſſus valentiſſimorum hominum viribus. *Id. Catil.* 4. *c.* 2. Lacrymæ, a quibus me circumſeſſum videtis.

Circumſidĕo. V. Circumſedeo.

Circumſīdo, is, a. 3. περικαθίζω, eſt circumſedere, vel circumſidere, *aſſediare*. *Liv. l.* 9. *c.* 21. Pliſtiam circumſidunt.

Circumſigno, as, a. 1. *ſegnar intorno*. *Col. l. de arb. c.* 26. Gemmam duobus digitis quadratis circumſignato.

Circumſilio, is, ire, *ſaltare intorno*. *Catull. carm.* 3. Circumſiliens modo huc, modo illuc. ¶ Translate *Juven. ſat.* 10. *v.* 218. Circumſilit agmine facto Morborum omne genus.

Circumſiſto, is, a. 3. *ſtare intorno*, *circondare*, περιΐσταμαι, circumſto, circundo. *Liv. l.* 1. *c.* 28. Centuriones Metium circumſiſtunt. ¶ Plus eſt quam circumſto, ait *Valla l.* 4. *c.* 49. Nam circumſtare eſt ſimpliciter ſtare in circuitu, *ſtare all' intorno*: At circumſiſtere eſt aggredi, invadere. *Caſ.* 3. *Bell. Gall. c.* 15. Cum ſingulas binæ, aut ternæ naves circumſtiterent. ¶ Paſſive *Id.* 7. *B. Gall. c.* 43. Ne ab omnibus civitatibus circumſiſteretur. *h. e.* obſideretur.

Circumſĭtus, a, um, adject. circumjacens. *Ammian. l.* 23. *c.* 26. Antequam circumſitos populos ad ditionem traherent.

Circumſŏnans, antis, *riſonante all' intorno*, περιηχῶν. *Liv.* 27. 18. Circumſonans undique clamor. *Vitruv.* 5. 8. Circumſonantes loci, *eccheggianti*.

Circumſŏno, as, n. 1. *ſonare d' ogn' intorno*, περιηχέω, undique ſono. *Cic. in Offic. l.* 3. *c.* 2. Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus circumſonare. ¶ Paſſive *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 11. Circumſonor armis. ¶ Cum accuſativo, vi præpoſitionis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 474. Hinc Rutulus premit, & murum circumſonat armis. *Liv.* 3. 28. Clamor hoſtes circumſonat.

Circumſŏnus, a, um, adject. qui circa ſonat. *Avien. Phænom. Arat. v.* 108. Creta ubi ſuctu Tunditur inſanis late circumſona Cauris. *Ovid. Metam.* 4. 722. quem turba canum circumſona terret.

Circumſpectātrix, icis, *che guarda intorno*, fœmin. a circumſpector. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 2. Circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis.

Circumſpecte, *con riguardo*, περιεσκεμμένως. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Hoc parcius, & circumſpectius faciendum eſt. ¶ *Gell. l.* 1. *c.* 5. Circumſpecte, compoſiteque indutus. *h. e.* diligenter.

Circumſpectio, f. 3. *conſiderazione*, περίσκεψις. *Cic.* 4. *Acad. c.* 12. Sic ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, &c.

Circumſpecto, as, a. 1. *guardare ſpeſſo intorno*, ἀνασκοπέω, freq. a circumſpicio. *Ter. Eun.* 3. 5. 54. Simul alia circumſpecto, *Liv. l.* 25. *c.* 36. Circumſpectare atque agitare dux cœpit. *Cic. in Piſon. in fi.* Circumſpectans omnia quicquid increpuerit pertimeſcens.

Circumſpectus, us, m. 4. περίσκεψις, actus circumſpiciendi, provida conſideratio, *il guardar' intorno*, *riguardo*, *circoſpezione*. *Plin. lib.* 11. *c.* 37. Cervix flexilis ad circumſpectum. *Cic. Philipp.* 12. 1. 11. Hæc ego in urbe prævideo: facilis eſt circumſpectus, unde exeam, quo progrediar. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 6. Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra, malique in circumſpectu ſtat ſine fine ſui.

Circumſpectus, a, um, a. 1. 2. animadverſus, *conſiderato*, περιεσκεμμένος. partic. paſſ. a circumſpicior, quod circumſpicitur, perpenditur, conſideratur. *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. Circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci, &c. ¶ Eſt etiam idem quod ſpectabilis. *Ammian. l.* 14. Romani populi nomen circumſpectum, & verendum. *Id. lib.* 8. Genere, fama, potentiaque circumſpectus. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui in omnem partem circumſpectat, hoc eſt, qui prudens eſt, & ſagax, πεφυλαγμένος, *circoſpetto*, *prudente*. *Colum. lib.* 1. *c.* 8. Illa ſolemnia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia cognoſcant. *Sueton. Tiber. cap.* 21. Circumſpectiſſimus, & prudentiſſimus Princeps. ¶ Verba non circumſpecta, *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 539. h. e. inconſiderata.

Circumſpergo, & circumſpargo, is, a. 3. *ſparger d' ogn' intorno*, περιρραίνω. *Col. l.* 11. *c.* 2. Conveniet magis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpergere. *Plin. l.* 8. *c.* 1. Aqua circumſpergi. *Apic. l.* 8. *c.* 8. Impenſam talem circumſpargens, piperis ſemunciam &c.

Circumſpicientia, f. 1. *conſiderazione*, περίσκεψις, actus circumſpiciendi. *Gel. l.* 14. *c.* 2. Multa, & anxia curæ, & circumſpicientia indigens.

Circumſpicio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare intorno*, adverto, perpendo, agnoſco, oculis colluſtro, accurate conſidero, περισκοπέω, ex circum, & *ſpecio*, verbo antiquo, quod ſignificat aſpicere. *Cic. de nat. Deor.* Oculi altiſſimum locum obtinentes plurima circumſpiciunt. ¶ Translate ſignificat animadvertere, & diligenter videre, ſive conſiderare. *Cic.* 4. *Acad.* Cum omnia fecerit, diligentiſſimeque circumſpexerit. ¶ *Circumſpicere dum bello*, h. e. exſpectare idoneum tempus belli gerendi, *Salluſt. in orat. Philippi contra Lepid.* ¶ Circumſpicere ſe, eſt gloriari, *pavoneggiarſi*, *compiacerſi*. *Cic. pro Q. Roſc.* Uſque eo ne te diligis, & magnifice circumſpicis, &c.

Circumſpiraculum, i, n. *Lucret. l.* 6. *v.* 492. Et quaſi per magni circumſpiracula mundi. h. e. aditus, fauces. Niſi forte legendum eſt diviſim *circum ſpiracula*.

Cir-

Digitized by Google

Circumſtagno, as, are, *ſtagnare intorno*. *Tertull. de Pudic. c.* 22. Lacrymæ circumſtagnant.

Circumſtantia, æ, f. *lo ſtare intorno*, περίστασις, actus circumſtandi. *Senec.* 2. *quæſt. nat.* 7. Aquæ ſic corpora accipiunt, ut ſemper in contrarium acceptis reſiſtant: hanc noſtri circumſtantiam, Græci autem περίστασιν appellant. *Gell.* 3. 7. Circumſtantia hoſtium. ¶ Item rei qualitas, adjunctum. *circonſtanza*. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Hoc genus argumentorum ſane dicamus ex circumſtantia, quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus: vel ex iis, quæ cujuſque cauſæ propria ſunt.

Circumſtatio, onis, f. 3. actus circumſtandi, περίστασις, *lo ſtare intorno*. *Gell. l.* 7. *c.* 4. Circumſtatio militum corona appellata.

Circumſtipatus, a, um, *attorniato*. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 595. & ducibus circumſtipata togatis.

Circumſtipo, as, are, *attorniare*. *Sil. l.* 10. *v.* 453. Magna circumſtipante caterva. *Claudian. in I. Conſul. Stilich.* Pennatique nurum circumſtipantur Amores.

Circumſto, ſtas, ſteti, ſtatum, a. 1. *ſtare intorno*, *circondare*, περιΐσταμαι, circundo, circumſiſto. *Cic. Philip.* 10. *c.* 10. Noctes, & dies omnia nos undique fata circumſtant. *V. Circumſiſto.* ¶ Circumſtare etiam dicuntur, qui officii cauſa circa ſunt. *Suet. in Cæſ. c.* 82. Aſſidentem conſpicati ſpecie officii circumſteterunt.

Circumſtrepo, is, n. 3. *fare ſtrepito intorno*, περιηχέω, in circuitu ſtrepitum facio. *Tacit. l.* 11. *Annal. c.* 31. Certatim cæteri circumſtrepunt. Et paſſive *Id. l.* 1. *hiſtor. c.* 44. Legatus clamore ſeditioſorum, ac fugacium circumſtrepitur. *Senec. de vita beata*, *c.* 11. Tot humanam vitam circumſtrepentibus minis.

Circumſtrepitus, a, um, adject. ſtrepitu impulſus. *Apul. Apol.* Feneſtræ canticis circumſtrepitæ. *Sidon. lib.* 7. *epiſt.* 9. *in conc.* Aures incondito tumultu circumſtrepitæ.

Circumſtrictus, a, um, nom. ex particip. a circumſtringo, *ſtretto all'intorno*. *Tertull. de Pall. c.* 1. Habitus cervicibus circumſtrictus.

Circumſtridens, entis, qui circumſtridet. *Ammian.* 24. 11. Circumſtridentium terror larvarum.

Circumſtringo, is, *ſtringer' all'intorno*. *Tertull. de cor. Mil. c.* 8. Linteo circumſtringi.

Circumſtruo, is, uxi, ctum, a. 3. *edificare intorno*, περιοικοδομέω. *Plin. l.* 11. *c.* 6. His deinde fores quinque latiores circumſtruunt.

Circumſtupeo, es, n. 2. *Sever. in Ætna*, *v.* 333. ubi alii aliter leg.

Circumſudo, n. 1. *ſudare intorno*. *Plin.* 14. 1. Vinaceis circumſudantibus.

Circumſurgo, is, exi, ctum, n. 3. *ſorgere all'intorno*. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 64. Circumſurgentibus jugis. *Celſ. l.* 7. *c.* 25. In media parte circumſurgente quodam nodo.

Circumſutus, a, um, nom. ex particip. a circumſuo, *cucito all'intorno*, περιερραμμένος. *Celſ. l.* 8. *c.* 5. Molli pellicula cincta, & circumſuta intus injicienda ſunt. Adde *Plin. l.* 4. *c.* 16.

Circumtego, a. 3. *coprire intorno*, περικαλύπτω, circumcirca operio. *Lucret. l.* 1. *v.* 1094. Supra circumtegere omnia cælum.

Circumtectus, a, um, adject. *coperto da ogni parte*. *Plau. Mil.* 2. 2. 80. Herus meus elephanti corio circumtectus. Alii legunt *circumtentus*.

Circumtergeo, es, a. 2. *nettare all'intorno*. *Cato R. R. c.* 76. Panno oleo uncto tangito, & circumtergeto.

Circumtextum, i, n. amictus genus, quod purpuram circum habent. *Varro de L. L. l.* 4. *pag.* 32.

Circumtextura, æ, f. opus textum circa aliquid. *Lucret. lib.* 4. *v.* 648. Extima membrorum circumtextura.

Circumtextus, a, um, nom. ex particip. a circumtexo, *teſſuto da ogni parte*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 649. Et circumtextum croceo velamen acantho.

Circumtinnio, is, ivi, itum, ire, circumſono, de cavis metallis dictum. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Apes perterritas, quo voluerit, perducet, circumtinniendo ære.

Circumtollo, is, a. 3. *levare all'intorno*. *Cal. Aurelian. Acut.* 3. 4. Cepulis circumtollere exteriorem corticem.

Circumtono, as, n. 1. *tuonare intorno*, περιβροντάω. *Horat.* 2. *Ser. Sat.* 3. *v.* 223. Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis. *h. e.* tonitru veluti perculit, attonitum, ac dementem reddidit. ¶ Proprie *Sil.* 6. 216. feralem ſtrepitu circumtonat aulam Cornea gramineum perſultans ungula campum.

Circumtonſus, a, um, nom. ex particip. a Circumtondeo, *toſato all'intorno*. *Sueton. Aug. c.* 45. Circumtonſa matrona. *Senec. epiſt.* 115. Circumtonſa oratio.

Circumtorqueo, es, orſi, ortum, ere, *ſtorcere intorno*. *Apul. l.* 6. *A. A. ſub fin.* Prenſo loro retrorſum me circumtorquet.

Circumtraho, a. 3. *ſtraſcinare intorno*. *Dictys Creten. de B. Trojano*, *l.* 3. *c.* 15.

Circumtremo, is, n. 3. *tremare intorno*, περιτρέμω. *Lucret. lib.* 2. *v.* 1087. Totum circumtremere æthera ſignis.

Circumtueor, eris, itus ſum, circumſpicio, *guardar' intorno*, περιβλέπω. *Apul. cir. princip. l.* 1. *Florid.* Aquila eodem loco pendula circumtuetur.

Circumtumulatus, a, um, *ſepolto all'intorno*. *Petron. in Satyr.* nigro ſqualentis pumice ſaxa Gaudent ferali circumtumulata cupreſſu.

Circumvado, is, a. 3. *aſſalire d'ogn'intorno*, περιέρχομαι. *Liv. l.* 34. *c.* 38. Repente anceps terror barbaros circumvaſit.

Circumvagus, a, um, o. 1. 2. *chi gira intorno*, περιπλανώμενος. *Hor. Epod.* 16. *v.* 41. Nos manet Oceanus circumvagus. *Lucan. ad Piſon. de Solo*, *v.* 29. Ætheræ moles circumvaga flammæ.

Circumvallatus, a, um, adject. obſeſſus, *aſſediato*. *Liv. l.* 3. *c.* 25. Luce prima jam circumvallati ab dictatore erant.

Circumvallo, as, a. 1. *cingere di circonvallazione*, περιτειχίζω, eſt vallo cingere. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 11. Oppidum biduo circumvallavit. ¶ Sumitur etiam generatim pro obſidere. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 12. Circumvallatum eſſe Pompejum. ¶ Tranſlate *Terent. Adelph.* 3. 2. Tot res repente circumvallant.

Circumvectio, onis, f. 3. *il portare intorno*, περιφόρησις. *Cic. Attic. l.* 2. *epiſt.* 16. De portorio circumvectionis, *h. e.* pretium, quod ſolvitur publicanis pro mercibus, quæ circumferuntur. ¶ Item circuitus, *circuito*, *giro*. *Cic. de Univerſ. c.* 9. Ut terram Lunæ curſus proxime ambiret, eique ſupra terram proxima Solis circumvectio eſſet.

Circumvecto, as, a. 1. frequentativum a *circumveho*, & fere paſſive uſurpatur, diciturque de iis, qui navi, aut equo circumeunt. *Plaut. Rud.* 4. 2. 27. Mihi navem faciam, oppida circumvectabor. ¶ Tranſlate *Virg.* 3. *Georg. v.* 284. fugit irreparabile tempus. Singula dum capti circumvectamur amore. *h. e.* circa ſingula deſcribendo vagamur.

Circumvectus, a, um, qui navi, aut equo locum aliquem circumiit. *Cæſ.* 3. *B. Civ. c.* 63. Navibus circumvecti milites in vallum tela jaciebant. *fatto un giro colle navi*. *Liv.* 3. 28. Dictator circumvectus equo. *Plaut. Mil.* 4. 3. 5. In oras ultimas circumvectus.

Circumveho, is, a. 3. *portare intorno*. Fere adhibetur paſſive, ea ratione, qua in *Circumvectus* dictum eſt. *Cæſ. B. Gall.* 7. 45. Muliones collibus circumvehi jubet. *girare per i colli*. *Hirt. de B. Alex. c.* 14. Cæſar Pharon claſſe circumvehitur. ¶ Tranſlate *Virg. in Ciri v.* 271. fruſtra circumvehor omnia verbis. *h. e.* circa omnia dicendo vagor.

Circumvenio, is, a. 4. *circondare*, κυκλόω, circumdo, tum in malam partem, tum in bonam. *Liv. l. c.* Ut & hoſtibus circumveniri ſe a tergo ratis terror, ac fuga injiceretur. *Salluſt.* Hominem nobilem, familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumventum. ¶ Aliquando ſignificat decipere, ſeu inſidiis involvere, *ingannare*, tractum a venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumvenire ſolent. *Cic. l.* 2. *Offic.* Neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur. *Salluſt. in Catil.* Se falſis criminibus circumventum. ¶ Circumvenire leges, *Leg.* 123. *ff. de Legat.* eſt aliquid in fraudem legum facere.

Circumventio, onis, f. 3. deceptio, *inganno*. *Leg.* 17. *ff. de Minor.* Allegatio circumventionis adverſarii.

Circumventor, oris, m. 3. qui circumvenit, & decipit, *ingannatore*. *Lamprid. Alexand. c.* 66. Amicos ſanctos, & venerabiles habuit, non circumventores ſui, non irriſores, &c.

Circumventorius, a, um, *ingannevole*, ad circumveniendum aptus. *Auguſtin.* 3. *Confeſſion. c.* 3. Inſidia, & circumventoria obſequia dæmoniorum.

Circumventus, a, um, nom. ex particip. oppreſſus, deceptus, *ingannato*, *defraudato*, *oppreſſo*. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 41. Judicio iniquorum circumventus. *Stat. Theb.* 5. *v.* 165. Qualis cerva circumventa lupis.

Circumverſio, onis, *il voltare intorno*. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Circumverſio manus.

Circumverſo, as, a. 1. freq. a circumverto. *Lucret. l.* 5. *v.* 521. Quærenteſque viam circumverſantur.

Circumverſus, a, um, adject. a circumverto. *Cato R. R. c.* 143. Focum purum circumverſum quotidie habeat. *h. e.* ſcopis mundatum.

Circumverto, is, a. 3. *girar attorno*, περιστρέφω. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 37. In curſu rotula circumvertitur. ¶ Circumvertere aliquem argento, eſt dolis ab aliquo argentum auferre. *Id. Pſeud.* 1. 3. 127. Qui me argento circumvertant.

Circumveſtio, is, a. 4. *veſtire d'intorno*, περιστολίζω. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 39. *ex Poeta*, Circumveſtit dictis. Adde *Plin. l.* 27. *c.* 23.

Circumvincio, is, ivi, nctum, ire, *legare all'intorno*, περιδέω. *Plaut. Rud.* 3. 4. *v.* 27. Item ego vos virgis circumvinciam.

Circumvinctus, a, um, adject. *legato all'intorno*. *Avien. Perieg. v.* 332. Circumvincti nervis.

Circumviſo, ſis, a. 3. circumſpicio. *Plaut. Amph.* 5. 1. 58. Angues oculis circumviſere.

Circumundique, *da ogni parte*. *Gel. l.* 13. *c.* 23. Simulacra ſunt ſita circumundique inaurata. *Et l.* 14. *c.* 1. Semper ſe circumundique diſtrahentibus cauſis feſtinantes.

Circumvolatus, a, um, particip. paſſiv. a circumvolo. *Plin. l.* 10. *c.* 10. *ſ.* 38. Halcyonem, nave *aliquando circumvolata*, ſtatim in latebras abeuntem.

Circumvolitabilis, le, adject. circumvolans. *Martian. Capell. l.* 6. Circumvolitabilis aer.

Circumvolito, as, a. 1. περιπετάομαι, freq. a circumvolo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 377. Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo. ¶ Tranſlate eſt crebro viſere, celeriter circumdare. *Colum. in præfat. l.* 1. Mendaciſſimum aucupium circumvolitantis liminum potentiorum.

Circumvolo, a. 1. *volar' intorno*, περιπέτομαι. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 1. *v.* 58. Mors atris circumvolat alis. *Horat. l.* 1. *od.* 2. *v.* 33. Circumvolare aliquem.

Circumvolvo, a. 3. *volgere intorno*, περιειλέω. *Virg. Æn.* 3. *v.* 284. Interea magnum Sol circumvolvitur annum.

Circumvolutor, aris, d. 1. περικυλινδέομαι. *Plin. l.* 8. *c.* 57. Feram circumvolutari blandientem, *volgerſi intorno*.

Circumvolutus, a, um, adject. *avvolto*. *Plin. l.* 10. *c.* 62. Complexu adeo circumvoluta ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit.

Circus, m. 2. *cerchio*, *circolo*, [illegible], Ger. *cirkel*, Gal. *cercle*, Hiſp. *circulo*, κύκλος, κίρκος, omnis in gyrum ambitus, a *circumeo*, vel a κίρκος, ſeu κρίκος, orbis, *Cic. in Arateis v.* 249. *de circulo lacteo*, Vidiſti magnum candentem ſerpere circum. *V. Circulus.* ¶ Circus item locus erat muris ſeptus, in quo equi, pugileſque exercebantur, ſic dictus, quia orbicularis erat, longior tamen, quam latior, idest, figura elliptica. Factus a Tarquinio Priſco inter Palatinum, & Aventinum. *Liv. l.* 1. *c.* 35. *Varro l.* 4. *de L. L. c.* 32. Item Circus maximus dictus, quod circum ſpectaculis ædificatis, ubi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Hactenus *Varro*. ¶ Plures erant Romæ Circi, quorum qui Maximus dicebatur, Apollinaris etiam dictus eſt, quod eſſet Soli ſacer; alter Circus Flaminius appellatus, illo minor; alius Circus Domitius, Vaticanus, &c. Novem poſtremis temporibus enumerat *P. Victor. V. Roſin. Antiq. Rom. l.* 5. *c.* 4. *Panvin. de ludis Circenſib.* ¶ Cum Circus abſolute dicitur, Maximum intellige, qui magna ſemper populi frequentia celebrabatur, cum eo convenire ſolerent, extra ludorum tempora, ludicrarum artium profeſſores, Circitores, Phyſiognomi, ſomniorum Conjectores, &c. Quo ſpectat illud *Horat. l.* 1. *Sat.* 6. *v.* 113. Fallacem Circum, veſpertinumque pererro Sæpe forum. *Sueton. Aug. c.* 74. Acroamata, & hiſtriones, aut etiam triviales ex Circo ludos interponebat. ¶ Ad Circum etiam proſtibula fuiſſe, teſtatur *Juv. Sat.* 3. *v.* 65. ¶ Circus etiam dicitur palus humi defixus, circa quem milites ludentes circumeunt. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Itaque dicunt in Corniculoria milites ad vectum, quem circumeunt ludendo: Quid ceſſamus ludos facere? circus noſter ecce adeſt. Eſt autem Cornicularia nomen Plautinæ comœdiæ. Quanquam *Lambinus*, *Gruter.* *Caſaub.* eo loco Varronis ad Circenſes ludos alluſum putant. ¶ Denique Circus nomen eſt avis, ex accipitrum genere, ita dictus, quod volando in gyrum ſe vertat, maxime cum aliis avibus inſidiatur. *Plin. l.* 10. *c.* 8.

Ciris, f. 3. avis, alio nomine alauda, & galerita. Sed *Voſſius* dicit, non alaudam eſſe, ſed quam *agrettam*, ſive *egrettam* Galli vocant. V. Eres. *Ovid. Met.* 8. *v.* 150. in avem mutata vocatur Ciris, & a tonſo nomen eſt adepta capillo, *h. e.* a κείρω, tondeo. Scribitur & *Cirrhis*.

Cirnea, f. 1. vas vinarium, a κιρνάω, miſceo, quia vinum veteres aquæ miſcere ſolebant. *Plaut. Amph.* 1. 1. 273. Cadus erat vini, inde implevi cirneam. Ita legit *Non.* Al. *Hirneam*, vel *Irneam*.

Cirratus, a, um, adject. a cirrus, *creſpo*, *riccio*. Cirrati præcipue dicuntur pueri poſt annum ſeptimum. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 29. *de iis*, *qui ſcholam frequentant*. Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe, Pro nihilo pendes? ¶ Cirratæ veſtes dicuntur, quæ villoſæ ſunt, & hirtæ. *Capitolin. in Pertin. c.* 8. Cirratas militares, purpureaſque chlamydes Græcanicas, &c. V. ibi *Salmaſ.*

Cirrha, æ, f. 1. Cyrrha, *Aſpromiti*, αἴσχα, urbs Græciæ in Phocide, ad Parnaſſi montis radices, maritima, ad ſinum Criſſæum, al. in ora ſinus Corinthiaci, qui etiam ab ea dictus eſt ſinus Cirrhæus, nunc *Golfo di Lepanto*, Delphorum navale.

Cirrhæus, a, um, adject. a Cirrha, ut Cirrhæa antra, h. e. locus Oraculi Delphici, *Sil. l.* 3. *v.* 9. Cirrhæa templa. *Senec. Hercul. Oet. v.* 92. Nam prope Cirrham fuit Oraculum Delphicum, templum Apollinis, & Muſarum regio.

Cirrus, i, m. *riccio*, *chioma creſpa*, [illegible] תלתלים, Germ. *haar locken*, Gal. *cheveux friſes*, *touffe de cheveux*, Hiſp. *guedeja de cabellos*, βόστρυχος, capil-

Digitized by Google

capillus criſpus, ſeu contortus, uſurpatur fere in plurali num. Itaque cirri dicebantur puerorum capilli poſt primam tonſuram, a κείρω, tondeo: nam antea proprie coma dicta. *Iſid. l.* 11. *Orig. c.* 1. Pueris enim uſque ad annum ſeptimum coma non tondebatur; quo tempore ſecedi tonſi, capilliſque Apollini ſacratis, comam nutriebant uſque ad pubertatem. Rurſus detonſo capite, ſi prolixiorem comam nutrirent, Cæſarita dicebatur. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 196. Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent. *Primam capillum* vocat, qui ab infantia ad annum ſeptimum eſt: *cirros*, qui poſt ad ephebiam uſque, cum denuo ſecatur. ¶ Differt cirrus a cincinno, quod cincinni arte, & calamiſtro criſpantur. V. *Salmaſ. de Coma*, & *Caſaub. p.* 339. ¶ Cirri etiam dicuntur criſtatæ pennæ in capite pici, & alaudæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Pulicarum generi dedit cirros: pico quoque, &c. ¶ Item Oſtreorum capillamenta. *Martial. l.* 7. *epigr.* 19. Et oſtreorum rapere lividos cirros. ¶ Item in veſtibus, ut fimbriæ, villi. *Phædrus l.* 5. *fab.* 7. Cui tunica ab humeris erat deſtricta, cirris dependentibus. Vide etiam *Ferrar. de re veſtiar. p.* 2. *l.* 1. *c.* 19.

Cis, & citra, *di quà*, no, Ger. *hie diſſeit*, Gal. *deçà*, Hiſp. *aquende*, ἐντεῦθεν, ab hac parte, præp. quæ accuſ. regunt, quibus opponuntur *ultra*, & *trans*, ab alia parte. *Cic. in Epiſt.* Dioceſes, quæ cis Taurum ſunt. ¶ Cis fere præponitur nominibus propriis fluminum, & montium, ut *cis Padum*: citra reliquis, ut *citra forum*. *Plaut.* tamen *Moſtell.* 1. 1. 16. Cis paucas tempeſtates, dixit: & *Truc.* 2. 3. 27. Cis paucos dies: *h. e.* intra parvum tempus, propediem, *in breve*.

Ciſalpinus, a, um, qui cis Alpes eſt, *che è di quà dall' Alpi*, ut Galli Ciſalpini, & Gallia Ciſalpina. *Cic. pro leg. Manil. n.* 12.

Ciſapenninus, a, um, qui cis Apenninum eſt, ut Ciſapennina Italia, apud *Caton. & Sempron. in Antiquitatib.* teſte *Budæo*.

Ciſiarius, ii, m. *carrettiere*, *cocchiere*, qui ciſium regit, carrucarius. *Ulpian. l.* 13. *ff. loc. & conduct.* Quæritur, ſi ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium evertit, & ſervum quaſſavit, vel occidit.

Ciſibilites, muſſi genus in Galatia naſcens, *Plin. l.* 9. *c.* 24.

Ciſium, n. 2. *ſedia a due ruote*, δίτροχον, genus vehiculi duas habens rotas, quo Romani utebantur, cum iter celeriter conficere vellent, quaſi cæſium a cædo, quia duæ rotæ reciſæ eſſent. *Cic. pro Sex. Roſc. c.* 7. Hic decem horis nocturnis ſex, & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pervolavit.

Ciſmontanus, a, um, adject. qui cis montes habitat. Hinc Auſinates ciſmontani dicuntur a *Plin. l.* 3. *c.* 15. ubi nunc *Oſena*, quoniam ultra eos editiſſima Veſtinorum juga attolluntur.

Ciſorium, ii, n. acies, mucro, quo cædimus. *Veget.* 2. *de re Veterin. c.* 22.

Ciſpello, a. 3. verb. antiq. eſt in citeriorem partem pellere, abigere. *Plaut. Amph.* 2. 4. 17. Inde optime ciſpellam virum.

Ciſpius, m. 2. mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Ciſpii hominis. *Varro l.* 1. *de L. L. Feſt.*

Ciſrhenanus, a, um, *che è di quà del Reno*. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 2.

Ciſanthemus, m. 2. herba, al. Divæ Mariæ ſigillum. *Plin. l.* 15. *c.* 9.

Ciſſeis, idis, f. Hecuba filia Ciſſei, uxor Priami. *Virg.* 7. *Æn.* 320. ¶ Fuit autem Ciſſeus, Κισσεὺς, rex Thraciæ. *Serv. ad Virg. loc. cit.*

Ciſſibium, vel Ciſſymbium, poculum ex hedera, vel hedera circumdatum, e κισσὸς, hedera. V. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 21.

Ciſſitis, is, f. κισσῖτις, gemma ad ſimilitudinem folii hederæ candicans. *Plin. l.* 37. *c.* 10. & 11.

Ciſſus, m. 2. κισσὸς, hedera, a κίω, eo, vel a κείω, ſcindo. ¶ Orthociſſus, genus hederæ, quod ſolum ſine adminiculo ſubſiſtit. *Plin. l.* 16. *c.* 34.

Ciſſymbium, V. Ciſſibium.

Ciſta, æ, f. *caſſa*, *caſſetta*, *ceſta*, טנא, Ger. *korb*, Gal. *corbeille*, Hiſp. *ceſto*, κίστη, κιβωτὸς, genus vaſis viminei. *Colum. l.* 12. *c.* 34. In quadratam ciſtam vimineam, quæ neque ſpiſſe, ſolide tamen, & craſſis viminibus contexta ſit, componito. ¶ Item arca lignea, in qua pecuniæ, libri, & alia uſui neceſſaria reponuntur. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 54. Aut ciſtam effractam, aut ſubducta viatica plorat. *Juven. Sat.* 3. *v.* 206. Namque vetus Græcos ſervabat ciſta libellos. ¶ Erat etiam ciſta ſacris arcanis ferendis accommodata. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 8. Et leves occultæ conſcia ciſta ſacris.

Ciſtella, f. 1. *caſſetta*, *ceſtella*, dim. a ciſtula, quod eſt dimin. ciſtæ. *Ter. Eun.* 4. 6. 15. Ciſtellam domo effer. ¶ Fuit ſpeciatim genus vaſis, quo tabellæ diſtribuebantur, & colligebantur in ſuffragiis de Legibus, de Judiciis, de Magiſtratibus. *Author ad Heren. l.* 1. *c.* 12. Ille nihilominus ciſtellam detulit.

Ciſtellaria, nomen Comœdiæ Plautinæ, Ciſtellaria fabula. Quare uti poſſis adjectivo Ciſtellarius, a, um. In ea fabula ſolum oritur ex ciſtella cum crepundiis reperta, & agnita: unde nomen.

Ciſtellatrix, cis, f. 3. ancilla, quæ caniſtrum fert heræ. *Plaut. Trin.* 2. 1. 23. Ducitur familia tota, cantrices, ciſtellatrices.

Ciſtellula, f. 1. dimin. a ciſtella. *Plaut. Rud.* 2. 5. 60. Ubinam ea fuit ciſtellula?

Ciſteria, V. Caſteria.

Ciſterna, f. 1. *ciſterna*, בור, Ger. *ein ciſtern*, Gal. *citerne*, Hiſp. *ciſterna*, ὑπόγειον ὕδρειον, locus, in quo colligitur pluvia per euripos, & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos ad imbres ſuſcipiendos, a *ciſta*, vel quaſi *cis terrena*, quia eſt aquæ infra terram receptaculum. *Ulpian. l.* 1. *ff. de fonte*, Ciſterna aquam vivam non habet. ¶ De ciſternarum conficiendarum ratione vide *Plin. lib.* 36. *cap.* 23. & *Pallad. de R. R. lib.* 1. *tit.* 17.

Ciſterninus, a. 1. 2. quod ad ciſternam ſpectat. *Colum. l.* 12. *c.* 43. In aqua fontana, vel ciſternina.

Ciſtiberis, is, m. 3. qui cis Tiberim eſt, *chi è di quà dal Tevere*. *Pompon. lib.* 2. *§.* 3. *Digeſtor.* Magiſtratus, quos Ciſtiberes diximus. Al. aliter leg.

Ciſtifer, a. 1. 2. qui fert ciſtam. *Martial. l.* 5. *epigr.* 17. Nupſiſti, Gellia, ciſtifero. Ubi intelligitur ſacrificulus quidam, qui ſacra arcana Cereris, vel Bacchi in ciſta gerebat.

Ciſthus, al. ciſtus, f. 2. *roſagine*, *roſa canina*, κίσθος, κισθός, frutex, quem & cittaron vocant, ſeu ciſſaron, major thymo, foliis ocymi. Ejus duo ſunt genera floris colore diſtincta: maſculus florem habet roſaceum, fœmina album. *Plin. l.* 24. *c.* 10.

Ciſtophorus, i, m. 2. genus nummi Aſiani, qui ita dictus, quod in eo Ciſtifer ſculptus eſſet. *Cic. pro dom. n.* 20. In Aſia ciſtophorum flagitare. V. *Turneb. l.* 3. *adv. c.* 5. & 21. *Alex. ab Alex. l.* 4. *c.* 15.

Ciſtula, æ, f. 1. *ceſtello*, dimin. a ciſta, κιστίον. *Plaut. Amph.* 1. 1. 264. Patera in ciſtula obſignata eſt ſigno Amphitruonis.

Citatim, adverb. *velocemente*, ταχέως, celeriter. *Hirt. de bel. Afric. c.* 30. Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit. *Quintil. l.* 1. 2. 1. Nomina quædam, & verſus affectatæ difficultatis quam citatiſſime volvant. *Id. l.* 11. *c.* 3. Auxiliæ citatius moventur. *Hirt. de B. Afric. c.* 80. In eum locum citatim aſcendit.

Citatorium, ii, n. omnis vocatio in judicium quæcumque de cauſa. *In Cod. l.* 12. *tit.* 22. *leg.* 1.

Citatus, a, um, *moſſo*, *commoſſo*, vehementer motus, permotus, ὁρμηθείς. *Stat.* 6. *Theb. v.* 771. interdum nutu, capitiſque citati Integer obſequio. *Claudian. in II. conſul. Stilich. v.* 333. *de leonib.* ventoque citatis Terrificant Atlanta jubis. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Alvus citatior. *h. e.* fluxior, ſolutior. *Senec. in Med. v.* 852. Vultus ira citatus. *h. e.* permotus, turbatus. ¶ Item in jus, vel ad judicium vocatus, *citato*, κληθείς. *Cic. pro Dom. c.* 18. Qui neque adeſſe ſit juſſus, neque citatus, neque accuſatus. *Id.* 3. *Verr. c.* 7. Qua die primum judices citati in hunc reum conſediſtis. ¶ Item ad curſum incitatus, citus, celer, *incitato*, *veloce*, *preſto*, ἐξορμηθείς, ταχύς. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 10. Rhenus per fines Trevirorum citatus fertur. *Id. l.* 3. *B. Civ. c.* 96. Equo citato Lariſſam contendit. *Liv. l.* 28. *c.* 14. *ad fin.* Citato gradu in hoſtem ducebant. *Sil. l.* 4. *v.* 6. volucrique citatus curru. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 60. dum pervolat axe citato Flaminiam. *Liv. l.* 27. *c.* 50. Citatiore, quam venerat, agmine ad ſtativa ſua pervenit. *Id. l.* 22. *c.* 6. *ad fin.* Quam citatiſſimo poterant agmine ſe ſe abripuerunt.

Citer, *poſto di quà*, citerior. *Cato* apud *Priſcian. l.* 3. Citer ager alligatus ad ſacra erit.

Citeria, f. 1. effigies quædam arguta, & loquax, ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ ſolebat, quaſi pica loquax, ex κίττα, pica, & ἐρεῖν, dicere. *Cat. in M. Cæcil.* Quid ego cum illo diſſertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri in ludis pro citeria? *Feſtus*.

Citerior, & us, o. 3. *citeriore*, *di quà*, ἐνδότερος, comp. a *citra*, vel a *citer*, vocabulo obſoleto. *Cic. Att. l.* 12. Seatum Pompejum fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem, *h. e.* in provinciam Tarraconenſem. *Val. l.* 8. *c.* 7. Citerioris ætatis metas Chryſippi vivacitas flexit, hoc eſt, ad ulteriorem ætatem pervenit. ¶ Humana, & citeriora conſiderare, apud *Cic. Tuſc.* 5. eſt, conſiderare terreſtria, & nobis viciniora.

Cithæron, onis, m. 3. *Citerone*, *Monte di Stives*, Mons Græciæ, in Bœotia, Parnaſſo finitimus, al. pars Parnaſſi, Baccho, & Muſis ſacer inter Pindum ad Occ. & Hymettum ad Eur. ex quo Aſopus fl. profluit. ¶ Nomen habet a cithara Orphei, qui canere ſæpe in iſto monte ſolebat. *Lactant. l.* 1. *c. penult.* ¶ Monti huic peculiariter divinum quid, vel fatidicum tribuebatur. Vide *Barth. ad Stat. l.* 5. ¶ *Serv. ad Virg. Æn.* 7. *v.* 641. Cithæron putat alterum jugum Parnaſſi bicipitis: ſed fallitur, cum Parnaſſus in Phocide ſit. ¶ Scribitur & ſine diphthongo, penult. correpta. *Auſon. in Gripho. v.* 32. Sed Citheron toties ternas ex ære ſacravit.

Cithara, f. 1. *cetera*, כנור, Ger. *eine harffe*, Gal. *harpe*, Hiſp. *harpa*, κιθάρα, inſtrumentum muſicum. Nomen eſt generale, cujus ſpecies facit *Iſid. l.* 3. *Orig. c.* 21. pſalteria, lyras, barbita, & alia quadrata forma, necnon trigonalia. Alii volunt, idem eſſe ac lyram. Cæterum Poetæ ſolent hæc vocabula confundere. *Horat. l.* 1. *od.* 24. Melpomene, cui liquidam pater vocem cum cithara dedit.

Citharista, æ, m. 1. *chi ſuona la cetra*, Ger. *ein harffe ſchlager*, Gal. *joueur de harpe*, Hiſp. *tanedor de harpa*, κιθαριστής, qui citharam pulſat ſine voce. *Cic.* 3. *Verr.* Aſpendium citharistam ſuſtulit. Adde *Phil.* 5. *cap.* 6.

Citharistria, æ, f. 1. quæ citharam pulſat, fidicina, *ſonatrice di cetra*. *Ter. Phorm.* 1. 2. 32. Nactus eſt puellulam citharistriam.

Citharizo, as, n. 1. *ſuonare di cetra*, κιθαρίζω, citharam pulſo. *Nepos in Epaminonda*, *c.* 2. Nam & citharizare, & cantare ad chordarum ſonum doctus eſt a Dionyſio.

Citharœda, æ, f. 1. citharistria. *Vet. Inſcript.* apud *Grut. p.* 634. *n.* 2. Claudiæ Citharœdæ conjugi optimæ, &c.

Citharœdicus, a, um, o. 1. 2. κιθαρῳδικός, quod ad citharœdum ſpectat, ut ars citharœdica, apud *Suet. in Ner. c.* 40. Qua majore venia meditaretur citharœdicam artem.

Citharœdus, m. 2. *che ſuona di cetra*, κιθαρῳδός, qui citharam pulſat. *Cic. pro Mur. c.* 13. Aulœdus fit, qui citharœdus eſſe non poſſit.

Citime, adverb. proxime nobis, *vicinſſimo a noi*. *Priſcian. l.* 15. *pag.* 1016. *Putſch.* Citra, citerius, citime: citerior, citimus.

Citimus, olim citumus, o. 1. 2. ἐγγύτατος, ſuperlat. a cis, vel citra, vel potius ab antiquo nomine *citer*, ſignificat eum, qui ultimus eſt, & nobis vicinus, *ultimo*, *e più vicino*. *Cic. Somn. Scip. c.* 3. *de Luna*, Ex quibus ea erat minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citipes, edis, idem quod celeripes, *che è veloce di piede*, ὠκύπους. Adjective eſt apud *Diomed. Grammat. l.* 3. Citipes curſus.

Cito, adverb. celeriter, ſtatim, *ſubito*, *toſto*, *preſto*, מהר, Ger. *alsbalde*, Gal. *vitement*, Hiſp. *preſto*, ταχέως. *Cic.* 9. *Fam.* Quid potiſſimum ſcribam? Cito me ad te eſſe venturum. *Virg. Æn.* 1. Citius dicto æquora placat. *in meno*, *ch' io non lo dico*. *Cæſ. B. Gall.* 5. 13. Citiſſime ſe recipere. ¶ *Cic. de clar. Orat.* Non tam cito Rhetorem dixiſſes, quam rectius, *h. e.* non potius. *Id. ibid.* Neque verbis aptiorem cito alium dixerim, neque &c. ¶ *Sat cito*, *ſi ſat bene*, ſcitum *Catonis* proverbium apud *Hieronym. ep.* 26. *c.* 4.

Cito, as, avi, atum, are, *citare*, *chiamare*, קרא, Ger. *laden*, *beruffen*, Gal. *citer*, *adjourner*, Hiſp. *citar*, *emplazar*, ὀνομάζω, freq. a cieo, & modo eſt judiciale verbum, pro in jus vocare, jubere adeſſe, & diem alicui dicere, modo extra forum, pro fidem, authoritatemque alicujus obteſtari, allegare, laudare. *Cic. Verr.* 4. Citat reum, non reſpondet. *Id. de Nat. Deor. l.* 1. Cum tanquam Senatum Philoſophorum citares. ¶ Item ſimpliciter vocare. *Ovid. epiſt. Dido ad Æneam*, *v.* 101. Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari. *Nepos in præfat.* Victorem Olympiæ citari. *h. e.* proclamari, nominari. ¶ Item adducere, proferre, aut citare libros Magiſtratuum. *Liv. l.* 4. Citare auctores, *Id. ibid.* ¶ Item incitare, ut citare equum. *Cæſ. B. C. l.* 3. *c.* 96. Pompejus equo citato Lariſſam contendit. ¶ Item crebro movere, commovere. *Colum. l.* 6. Ne immaturis herbis citetur alvus. Sic citare urinam, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 19. Et *l.* 4. *c.* 6. citare humorem illius. ¶ Interdum ſignificat canere. *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 6. Si collibuiſſet, ab ovo uſque ad mala citaret. Sic citare pæanem, *Cic. de Orat.* ¶ Regit varios caſus, ut citare teſtem in re aliqua. *Cic. pro Quint.* in rem aliquam, *Id. in Verr.* 4. 59. alicujus rei, *Livius*.

Citra, *di quà*, ἐντός, ab hac parte, præp. quæ accuſ. regit, a cis. *Cic.* 1. *Phil.* Ut exercitum citra flumen Rubiconem educeret. ¶ Quandoque pro ſine ponitur, ἄνευ, ut Citra faſtidium, citra ſcientiam. *Suet. in Cæſ.* Alii citra Senatus, Populique authoritatem. *Celſ. l.* 1. *c.* 2. Laſſitudo citra fatigationem ſit. ¶ Pro ante, vel extra, *Colum.* 2. 8. Citra calendas Octob. *Sueton. Aug. c.* 43. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum advectum eſſet, id extra ordinem publicare. ¶ Sumitur & adverbialiter. *Liv. l.* 10. *c.* 65. Paucis citra millibus lignatores occurrunt. ¶ *Citra quam*, propius quam. *Plin.* 2. 13. Citra quam proxime fuerit. Item minus, quam. *Ovid.* 1. *de Pont.* 7. 55. Culta quidem, fateor, citra quam debuit, illa.

Citrago, vel Citreago, inis, f. 3. herba apibus grata, citreum malum redolens, *Pallad. April. tit.* 8.

Citretum, i, n. 2. locus citris conſitus. *Pallad. l.* 3. *c.* 24. Citreta tegumentis defenduntur a frigore.

Citreus, a, um, adject. ex citro, ut citrea mala, *Plin. l.* 15. *c.* 28. Menſa citrea, *Cic.* 6. *Verr. c.* 17.

Citrinus, a, um, idem quod citreus, ut citrinus color, *Plin. lib.* 19. *cap.* 13.

Citro, averb. idem quod citra, *di quà*: & ſemper cum *ultro* jungitur. hinc ultro

ultro citroque, *di qua, e di là*. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 22. Homines curſare ultro, & citro non deſtiterunt. Et *in Somn. Scip. cap.* 1. Multis verbis ultro, citroque habitis, *ſcambievolmente, da ambedue le parti*.

Citrōſus, *a*, um, adject. *Feſt.* Citroſa veſtis appellata a ſimilitudine citri. Ubi *Scaliger*: Feſtus vult ita dictam, quod ſit undatim criſpa: At *Macrobius* 2. *Saturn. c.* 15. quod poma citri veſtibus inſererentur ad odorem concipiendum.

Citrum, i, n. 2. citri arboris lignum. *Martial. l.* 10. *epig.* 98. Et citrum vetus, Indicoſque dentes. Adde *Plin. l.* 16. *c.* 43.

Citrus, f. 2. vel citrea malus, *cedro*, Germ. *citronbaum*, Gall. *citronier*, Hiſp. *cedro*, κίτρον, ſpecies arboris diverſa a cedro. ¶ Duplex eſt, una infrugifera, ſylveſtri cypreſſo ſimilis caudice, foliis, odore, quæ a quibuſdam etiam *thya* appellatur. Naſcitur in Mauritania apud Atlantem M. Non multum creſcit. Olim in Italiam advehebatur, ex qua menſæ fiebant, quæ citreæ dictæ ſunt, & in maximo pretio fuere. ¶ Altera citrus arbor eſt toto anno pomifera, folia habens lauri, fructum aureo colore, odore gratiſſimo, quæ etiam malus Aſſyria, Medica, Perſica appellatur, cujus fructus citreum malum dicitur. Naſcitur in Media, Aſſyria, Perſide, Italia, &c. Triplex eſt, alia profert poma aurantia, alia citrea, alia limones. ¶ Poma citrea veteres non veſcebantur, ſed uſi ad odorem conciliandum. Præterea in veſtibus condiebatur, quia & gratiſſimum odorem iis conciliat, & eas a tineis ſervat. Vim etiam habet adverſus venena. *Plin. lib.* 13. *cap.* 16.

Cittienſis, ſe, &

Citticus, i, Κιττιεύς, ad Citium pertinens. *Cic.* 5. *Tuſcul.* 12. Zeno Citticus. *Gell.* 17. 2. Zeno Cittienſis.

Cittium, n. 2. Citium, Cytium, Cythium, Cetium, *Chito*, olim urbs E. nunc pagus Cypri, in ora Auſtrali, inter Amathuntem ad Occ. & Troos ad Or.

Citŭle, adverb. diminut. a cito. *Apul. l.* 10. *A. A.* Gradus ſitule referens, a conſpectu facaſſit. Al. leg. *ſcitule*.

Citus, a, um, o. 1. 2. *veloce*, מהיר, Ger. *ſchnell*, Gal. *vite*, Hiſp. *preſto, y ligero*, ταχύς, velox. *Cic. de Orat.* 3. 57. Vox cita, tarda, acuta, gravis. ¶ Comparat. eſt *citior*, ſuperlat. *citiſſimus*. *Plaut.* apud *Feſtum*. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Ex inſidiis citiſſimo facto ſimillimum. ¶ Item citatus, motus, permotus. *Celſ.* 2. 3. Cita alvus, *ventre rilaſſato*. Naves citæ remis, & velis habiles, *Tacit. Ann.* 2. *c.* 6.

Civĭcus, a, um, o. 1. 2. *cittadineſco*, civilis, ut Civica corona, quam civis civi, a quo ſervatus fuiſſet in prælio, teſtem vitæ dare ſolebat, ex fronde querna, quoniam cibus olim a quercu capi conſueverat. *Cic. pro Planc.* Id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & ſe ab aliquo ſervatos eſſe fateantur. Sic civica jura, *Horat. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 23. Civica bella, h. e. civilia, inteſtina, *Ovid. l.* 1. *de Ponto, el.* 2. *v.* 126.

Civīlis, n. 3. *civile*, πολιτικός, Germ. *burgerlich*, Gal. *civil*, Hiſp. *civil*, quod eſt civium, vel quod ad cives pertinet. *Cic. pro Peut.* Inimicior Fimbriæ Scaurus ex civilibus ſtudiis, atque obtrectatione domeſtica. Sic civilia arma, civile bellum, apud *Cic. l.* 7. *ad Att.* & *Claudian.* Civilis ſermo, h. e. vernaculus, *Sueton.* Civile jus, *Cic. de Orat.* *Horat. l.* 1. *Sat.* 9. ¶ Significat etiam humanum. *Sueton. in Tiber. c.* 26. Civilem ſe admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 4. *v.* 13. Ipſe pater patriæ, quid enim civilius illo? *più popolare*. ¶ Item pro politico, ut vir civilis, *uomo di ſtato*, *Quintil. proœm. l.* 1. Sic curæ civiles, *negozj di ſtato*, *Horat. l.* 3. *od.* 8. ¶ Item pro civico, ut quercus civilis, apud *Virg.* 6. *Æn.* h. e. corona civica, de qua V. ſuo loco. ¶ Opponitur naturali. *Plin. l.* 2. *c.* 77. Civilis dies, h. e. qui legibus conſtitutus eſt. ¶ Superlat. *civiliſſimus* legitur apud *Eutrop. l.* 8. *c.* 2.

Civīlĭtas, atis, f. *arte di governare la repubblica*, πολιτικὴ, ars, ſeu prudentia tuendæ, ac conſervandæ civilis ſocietatis. Ita hac voce uſus *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Quam enim πολιτικὴν appellat *Plato in Gorgia*, ipſe *civilitatem* vertit. ¶ Dicitur etiam civilitas ea virtus, quæ ad actus, & vitam publicam pertinet, & in gravitate quadam, & modeſtia conſtituta eſt, ſuperbiæ, & crudelitati contraria. Hanc *Suetonius* Auguſto tribuit *in ejus vita c.* 51. & cum clementia conjungit. *Id. in Claud. c.* 35. Primis imperii diebus quamquam jactator civilitatis, neque convivia inire auſus eſt, &c.

Civīlĭter, *civilmente*, *da cittadino*, πολιτικῶς, ex jure civili. *Cic.* 1. *Offic.* Cum civiliter contendimus, aliter, ſi eſt inimicus, aliter, ſi competitor. ¶ Tam late patet, quam civilis, & civilitas. *Liv. l.* 38. *c.* 56. Magis pie, quam civiliter. h. e. quam decet civem. *Senec. l.* 4. *Excerp. in præf.* Non civiliter tantum, ſed etiam familiariter. *Plin. Paneg. cap.* 29. habet *civilius*, & *Eutrop. lib.* 7. *cap.* 9. *civiliſſime*.

Civis, hujus civis, com. 3. popularis, *cittadino*, בן עיר, Ger. *burger*, Gal. *citoyen*, Hiſp. *ciudadano*, πολίτης, urbis incola. *Cic. in Catil.* Ut te metuunt omnes cives tui. *Idem pro Balbo, cap.* 24. Civis Romana. ¶ In ablat. habet *cive*, & *civi*. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 282. Et cum cive pudet conſeruiſſe manus. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 6. Atticam civitatem auxi civi femina.

Cīvĭtas, f. 3. *cittadinanza*, πόλις, civium multitudo unum in locum congregata, quæ eodem jure vivit. *Cic. de Somn. Scip.* Nihil eſt illi principi Deo acceptius, quam concilia, cœtuſque hominum jure ſociati, quæ civitates appellantur. ¶ Civitas, & urbs in hoc differunt, quod urbs proprie mœnia, & ædificia ſignificat, civitas populum, qui habitat intra mœnia, & ſuburbiis. *Cic.* 4. *Acad.* 45. Ego tibi Prætor eſſe non videor, quia ſapiens non ſum, nec hæc urbs, nec in ea civitas. Sed hæc nomina aliquando confunduntur. Nam *Valer. Flac.* apud *Gel. lib.* 18. *cap.* 7. ſcribit, Civitatem etiam pro loco, & pro oppido dici. & *Aurel. Victor. de Vir. illuſtr. cap.* 1. Ipſi (Romulus, & Remus) paſtoribus adunatis civitatem condiderunt, quam Romulus Romam vocavit. Et *Tertul. l.* 2. *adverſ. Marc. c.* 20. Pro civitatibus ædificatis. Contra vero *Virg. Æn.* 2. Urbem ſomno, vinoque ſepultam, dixit, & *Juven. Sat.* 11. *v.* 197. Mœſtam, attonitamque videres Hanc urbem. ¶ *Iſidorus* ſcribit *l.* 15. *Orig. c.* 2. ſolas urbes ab indigenis conditas civitates appellari poſſe. ¶ Neque vero ſolum incolarum ſocietas uno oppido, aut urbe collecta civitas dicitur, verum & genus, ſeu natio integra, quæ iiſdem legibus vivunt, & unum Reip. corpus efficiunt. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 12. Omnis civitas Helvetiæ in quatuor pagos diviſa eſt. *Idem*, Urbes incenduntur in reliquis civitatibus. ¶ Ponitur interdum civitas pro jure civium. Hinc civitate donare, in civitatem recipere, civitatem conſequi. *Cic. & al.*

Cīvĭtatŭla, læ, f. 1. *picciola città*. *Senec. in Apocolocynt.* His quæſtu ſe ſuſtinebat, vendere civitatulas ſolebat. *Apul. l.* 10. *Met. ſub fin.* Ad quandam civitatulam pervenimus.

C ANTE L.

Clabŭla, æ, f. 1. auctore *Noniac.* 4. *n.* 473. eadem eſt, quæ *talea*, h. e. ramus ex utraque parte æqualiter præciſus. Sed Varro *Clavolam*, ſive *Clavulam* vocat, *l.* 1. *R. R. c.* 40.

Clabularis, *e*, o. 3. ut clabularis curſus, qui militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter eos transferri oportebat, ut eſt in *l.* 22. *Cod. de curſu publ.* Erat autem permiſſio utendi publicis vehiculis, quæ magni ponderis capacia ad hoc deſtinabantur. ¶ *Clavulares curſus facultatem permiſſam* vocat *Ammian. lib.* 20. *cap.* 4. V. ibi *Valeſ.* ¶ Sunt qui malint *caballarem*, apud *Luitprand. in hiſt. ſui temp.*

Clacendix, genus conchæ. V. Claxendix.

Clādes, dis, *calamità*, *uccisione*, שבר, Germ. *eine ſchlacht*, Gal. *ruine*, *maſſacre*, Hiſp. *eſtrago*, ἧττα, proprie eſt, cum rami arborum franguntur ſive tempeſtate, ſive nimio fructuum pondere, ſive etiam cum cœli, ſive ſoli vitio inutiles facti amputari debent, a κλάδος, ramus, vel a κλαδεύω, ramos amputo, vel a κλάω, frango. ¶ Translate ſumitur pro quavis calamitate, & jactura, *perdita*, *calamità*, præcipue vero pro damno, quod ex bello capimus. Hinc inferre, accipere, contrahere cladem, &c. *Liv. Cic. Curt. Liv. l.* 2. *c.* 13. Mutium dimiſſum, cui poſtea Scævolæ a clade dextræ manus cognomentum inditum. *Virg. Æn.* 6. *v.* 842. Scipiadas cladem Libyæ. *Lucret.* 6. 1089. Mortifera clades. ¶ In genit. plur. habet *cladum*, & *cladium*, *Sil.* 16. 672. Ad veterum delenda opprobria cladum.

Clam, *di naſcoſto*, בסתר, Ger. *heimlich*, Gal. *en cachette*, Hiſp. *a eſcondidas*, λάθρα, latenter, occulte, præpoſit. & adverb. ſed magis tamen adverb. quam præpoſitio, ſi *Priſciano* credimus *l.* 14. Ablativo, & accuſat. jungitur. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 33. Bona multa faciam clam meam uxorem. *Cic.* 15. *Att.* Paulo clam iis eum vidi. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 82. Deduco pedes de lecto clam, ne miles ſentiat. ¶ *Feſtus clam* a clavibus dictum putat, quod quæ celare volumus, claudimus.

Clamatio. V. Clamitatio.

Clamātor, m. 3. *gridatore*, qui clamat. *Cic.* 3. *de Orat.* 2. 21. Clamatores odioſi, ac moleſti. ¶ Eſt idem fere, qui rabula. *Id. in Brut. c.* 49. Ut intelligi poſſit, quem exiſtimem clamatorem, quem oratorem fuiſſe. ¶ Pro nomenclatore videtur uſurpari a *Mart.* 12. *epig.* 26.

Clamatorius, a, um, adject. qui clamat, ut clamatoria avis, apud *Plin. l.* 10. *c.* 14. quæ ſcilicet inconditum, & mali auguris clamorem edit.

Clamātus, a, um, cum clamore dictus. *Ovid.* 5. *Faſt.* 189. Clamataque palma theatris. ¶ Item clamando vocatus, *chiamato*. *Id.* 2. *Metam. v.* 441. Aſpicit hanc, viſamque vocat: clamata refugit. ¶ Item clamoribus impletus. *Stat. l.* 4. *Silv.* 8. *v.* 15. Tot dominis clamata domus.

Clamitatio, onis, f. 3. clamor, ſtrepitus, ejulatus. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 6. Quid tibi, malum, hic ante ædes clamitatio eſt? Alii leg. *Clamatio*.

Clamĭto, as, are, frequent. a clamo, multum clamo, *gridare aſſai*, συχνὰ, καὶ πολλάκις κράζω. *Terent. Andr.* 1. 1. 17. Venit poſtridie ad me clamitans. ¶ Tranſitive uſus eſt *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 29. Clamitant me, ut revertar: h. e. vocant. Et *Cic.* 2. *Div. c.* 40. Quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat. *h. e.* alta voce dicebat.

Clamo, as, o. 1. clamorem edo, *chiamare*, *gridare*, קרא, צעק, Ger. *ſchreyen*, Gal. *crier*, Hiſp. *llamar*, *gritar*, βοάω, eſt vociferari. *Cic. Att. l.* 5. Id clamare omnes, qui aderant. ¶ Transfertur & ad inanima. *Silius l.* 9. *v.* 57. Clamante procella. Adde *l.* 4. *v.* 526. ¶ Active ſumitur cum accuſandi caſu pro vocare cum clamore, *chiamare*. *Plaut. Aſin.* 2. 3. 10. Extemplo janitorem clamat. Adde *Virg. Æn.* 4. *v.* 674. ¶ Et pro proclamare, edicere. *intimare*. *Apul.* 3. *Met.* Præcone publico ſilentium clamante. ¶ Item pro conqueri. *Cic. pro Cluent.* De ſuo, & de uxoris interitu clamaret. ¶ Item pro poſcere. *Propert. l.* 4. *eleg.* 9. Clamare aquas.

Clamor, oris, m. 3. vociferatio, acclamatio, *grido*, זעקה, Ger. *geſchrey*, Gal. *clameur*, *cry*, Hiſp. *clamor*, κραυγὴ, vox intenſa, & major cum impetu prolata. *Cic.* 6. *Verr.* Ex clamore fama tota urbe percrebuit. *Virg.* 5. *Æn.* Reſonat clamoribus æther. ¶ Clamore aliquem excipere, apud *Cic. Verr.* 7. *c.* 36. h. e. acclamationibus. ¶ Tranſtulit ad inanima *Horat.* ubi ait *l.* 3. *Od.* 29. *v.* 38. Non ſine montium clamore, vicinæque ſilvæ, &c.

Clamōſe, adverb. *gridando*, cum clamore, κραυγαστικῶς. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Ne dicamus omnia clamoſe, quod inſanum eſt.

Clamōſus, a, um, o. 1. 2. κραυγαστικός, quod clamore obſtrepit. *Martial.* 10. 53. Clamoſi ſiſtere circo. *Quintil. l.* 6. *c.* 5. Altercator clamoſus.

Clancularius, *occulto*, idem ac clandeſtinus, a clanculum. *Mart. l.* 10. *epigr.* 3. Poeta quidam clancularius ſpargit.

Clancŭlo, adverb. idem quod clanculum, λάθρα. *Apul. l.* 3. *A. A.* Puer clanculo profugit.

Clancŭlum, *di naſcoſto*, λαθραίως, dim. a clam. *Ter. Adel.* 1. 1. 27. Alii clanſulum patres quæ faciunt. *Id. in Eun.* 3. 5. 42. Veniſſe clanculum per impluvium.

Clandeſtīno, adverb. idem quod clam. *Plaut. Mil.* 4. 1. 10. Clandeſtino ut agerem.

Clandeſtīnus, a, um, *occulto*, *ſecreto*, ſecretus, a clam. *Cic. in Orat. c.* 66. Cur clandeſtinis conſiliis nos oppugnant?

Clango, is, *trombettare*, תקע, הריע, Ger. *trommeten*, Gal. *ſoner la trompette*, *trompeter*, Hiſp. *trompetear*, κλάζω, & κλάγγω, tuba cano, vel increpo, a κλάγγω, quod a ſono factum eſt. *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 349. Luctificum clangente tuba. ¶ *Auctor carminis de Philom.* clangere tribuit aquilis, illo verſu: Clangunt porro aquilæ; vultur pulcam probatur. V. Clangor. ¶ *Accius* apud *Non. c.* 6. *n.* 86. *cachinnare*, clangere undas, dixit.

Clangor, oris, m. 3. *il ſuono delle trombe*, תרועה, Ger. *der trommeten ſchall*, Gal. *ſon de trompette*, Hiſp. *ſon de trompeta*, κλαγγὴ, ſonus tubarum. *Virg.* 2. *Æn. v.* 313. Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum. Vet. Gloſſ. Clangor, ἦχος σάλπιγγος. ¶ Aquilis tribuit *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 10. & *Liv. lib.* 1. *cap.* 30. Fulicæ *Plin. lib.* 18. *ſub fin.* Anſeribus *Colum. lib.* 8. *cap.* 13. Gruibus *Stat. Theb.* 12. *v.* 517. Igitur quivis acutior ſonus, & gravior, clangor dici poterit: nam & pennarum clangores dixit *Sueton. Domit. c.* 6.

Clanius, ii, m. 2. *l' Agno*, fl. Campaniæ, qui oritur ex Tiphata M. & juxta Acerras, Atellam, ſive Averſam, & Linternum urb. fluit, & pal. Linternam efficit in ora littorali. *Virg.* 2. *Georg. v.* 225.

Clare, adverb. dilucide, plane, aperte, manifeſte, explicate, luculenter, *chiaramente*, λαμπρῶς. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 20. Aperte loquuntur, & jam clare gemunt. *Fam. l.* 8. *ep.* 14. Eo clarius id periculum apparet. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Clariſſima lucens. *Plin. l.* 10. *c.* 70. Clariſſime audire.

Clarĕo, es, ui, n. 2. eniteo, *eſſere chiaro*, *illuſtre*, *noto*, זהר, Germ. *heiter ſeyn*, Gal. *être clair*, *renommé*, Hiſp. *ſer claro*, *famoſo*, διαπρέπω, clarus ſum, ideſt, manifeſtus ſum, notus, celebris. *Enn.* apud *Cic.* 3. *Offic.* Ergo poſtquam, magiſque viri nunc gloria claret. *Cic. de Sen.* Cujus adventu inſula hodie claret Cypros. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter, pro clarum eſt, ſeu manifeſtum eſt. *Lucr. l.* 6. Quod in primo quoque carmine claret. ¶ Sæpe ſumitur pro luceſcere. *Enn.* apud *Non.* c. 2. *n.* 187. Hac lumen candidum claret mihi. ¶ Clarere item eſt apparere. *Cic. in Arat.* Ad æſtatis primordia clarent. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 191. Venturæ poteſtas claruit Aſcanio.

Clareſco, ſcis, n. 3. *farſi chiaro*, השתבח, Ger. *heiter werden*, Gall. *devenir clair*, Hiſp. *ſer claro*, *y manifieſto*, ἐκφαίνομαι, clarus fio. *Virg.* 2. *Æn.*

Digitized by Google

Æn. Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror. *Senec. Herc. Fur.* Dies clareſcit. ¶ Translate *Claud. de Conſul. Mall. Theod. v.* 3. Plauſu clareſcere vulgi.

Claricito, 2. 1. voco. *Lucr. l.* 5. *v.* 945. Claricitat ad ſe ſitientia ſecla ferarum. Ita legit *Lambin.* Aſt alii: Clare citat. V. Daniel. Pareum.

Clarifico, as, 2. 1. *far chiaro*, λαμπρύνω, illuſtro, clarum facio. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Capitis vitia purgat, viſum clarificat. Ita quidam Lexicographi, ſecuti, opinor, lectionem *Manut.* At *Harduin.* ex MSS. omnibus legit *compurgat*, pro *clarificat*. ¶ Cæterum pro illuſtrare habet *Lactantius lib.* 3. *cap.* 18. Nomenque ſuum grandi aliquo facinore clarificaret.

Clarificus, a, um, clarum faciens, vel ſimpliciter clarus. *Catul. carm.* 65. *v.* 125. Clarificas uno ſudiſſe e pectore voces. Al. leg. *clariſonas*.

Clarigatio, onis, f. 3. belli denunciatio, vel principium, *intimazione di guerra*. *Serv. ad Virg. Æn.* 9. *v.* 33. Cum volebant Romani bellum indicere, princeps Fecialium proficiſcebatur ad hoſtium fines, & præfatus quædam ſolemnia, clara voce dicebat, ſe bellum indicere &c. Et hæc clarigatio dicebatur, a claritate vocis. Hæc Serv. quem conſule etiam *ad Æn.* 12. *v.* 14. itemque *Liv. l.* 1. *c.* 32. ¶ Clarigatio etiam dicebatur, quam nos *rappreſaglia*, *arreſto* vocamus, h. e. jus hominis, aut rei alicujus prehendendæ, atque abducendæ. Hanc *ad* Juſtiniani Novel. 52. Vet. Interp. Pignorationem appellavit. *Liv. l.* 8. *c.* 14. Veliterni juſſi trans Tiberim habitare, ut ejus qui cis Tiberim deprehenſus, uſque ad mille pondo clarigatio eſſet, nec prius quam ære perſoluto, is, qui cepiſſet, extra vincula captum haberet.

Clarigo, as, n. 1. eſt res repetere, & bellum indicere, quod Fecialium proprium fuit, a clare, & ago, quia id clara voce agerent, ut litigo eſt litem agere, lævigo læve agere. V. Clarigatio. *Plin. l.* 22. *c.* 2. Legati cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, ideſt, res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

Clariſco, is, iſcere, idem quod clareſco. *Apul. de Mundo:* Ignes pernicitate clariſcentes.

Clariſonus, a, um, o. 1. 2. λαμπρόφωνος, quod clare ſonat. *Cic. in Arato*, *v.* 280. A clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum. *Catul. carm.* 65. *v.* 320. Vox clariſona.

Clariſſimatus, ut, ui, m. 4. ſtatus, ſeu dignitas eorum, qui *Clariſſimi* appellabantur, apud JCtos. *Ammian. Marcel. lib.* 21. *c.* 31. Nec ſub eo dux quiſquam cum clariſſimatu provectus eſt. V. Clarus.

Claritas, atis, f. 3. ſplendor, luciditas, *chiarezza*, *ſplendore*, זהר, Ger. *klarheit*, Gal. *clarté*, Hiſp. *claridad*, λαμπρότης. *Plin. l.* 2. *c.* 8. Claritatis tantæ eſt veſper. *Plin. l.* 18. *c.* 11. claritas oculorum, *buona viſta*. *Cic.* 1. *Acad.* claritas vocis. ¶ Translate eſt fama, excellentia, ἀδοξία. *Plin. l.* 14. *c.* 14. Eſſe in claritate. *eſſer celebre*. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. excellere claritate naſcendi.

Claritudo, dinis, f. 3. idem, quod claritas. *Sall. Jug. cap.* 2. Cum tam multæ, variæque ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. ¶ Dicitur & de voce, εὐφωνία, *chiarezza*. *Gell. l.* 7. *c.* 5. Geſtu, & vocis claritudine, & venuſtate cæteris antecabat.

Clarito, clare. *Charis. l.* 1. *ex Celſo*. Vox obſoleta.

Clarivividus, a, um, adject. ut Clarivividi ſenſes, apud *Marcell. Empir.* 18.

Clarius, ii, Apollo ſic dictus a Claro oppido Joniæ juxta Colophonem ſitus. *Serv. ad Virg. Æn.* 2. *v.* 360. Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis. V. Claros.

Claro, as, 2. 1. illuſtro, patefacio, oſtendo, *far chiaro*, נהר, Ger. *heiter machen*, Gal. *rendre clair*, Hiſp. *eſclarecer*, λαμπρύνω, clarum facio, explico, declaro. *Lucret. l.* 3. *v.* 35. animi natura videtur, Atque animæ claranda meis jam verſibus eſſe. *Stat.* 5. *Theb. v.* 286. Iter longæ claravit limite flammæ. ¶ Item clarum, ac nobilem reddo, *nobilitare*. *Horat. l.* 4. *od.* 3. Illum non labor Iſthmius clarabit pugilem.

Claror, oris, m. 3. claritudo, *chiarezza*, *ſplendore*. *Plaut. Moſt.* 3. 1. 112. Ædes ſpeculo claras clarorem merum.

Claros, & Clarus, i, f. 2. *Calamo*, inſ. maris Myrtoi, circuitu 40. M. P. inter Coon, & Leron. ¶ Claros etiam oppid. Joniæ cum fonte, luco, & templo Apollini ſacro, qui propterea Clarius cognominatus eſt, apud Colophonem urb. conditum a Manto Tireſiæ filia. Nearchus dicit, id nomen loco datum a κλῆρος, ſors, quod Apollini per ſortem obtigerit. Epota aqua fontis mira oracula reddebantur, breviore tamen vita bibentium. *Plin. l.* 2. *c.* 103.

Clarus, a, um, o. 1. e *illuſtre*, *noto*, *celebre*, *chiaro*, ἐπιφανής, φανερός, planus, apertus, perſpicuus, illuſtris, nobilis, inſignis. Clarum ſidus. *Horat. l.* 4. *od.* 8. *v.* 31. Sol clariſſimus. *Quintil. l.* 5. *c.* 12. Clariora ſole. *Cic. de Fin. l.* 2. *c. ult.* Clara voce dicere, *Id. pro Cluent. c.* 48. Vir ampliſſimus & clariſſimus. *Id.* 1. *de Orat. c.* 45. ¶ Clariſſimi olim dicebantur Senatores (unde & claros Patres dixit *Horat. l.* 4. *od.* 6.) Et quidem tertii ordinis, ut ait *Iſid. l.* 9. *c. de Civib.* Ita enim diſtinguit, ut primi ordinis Senatores Illuſtres dicerentur, ſecundi Spectabiles, tertii Clariſſimi. Quamquam cum ipſi quoque Conſules aliquando Clariſſimi dicti ſint, ut videre eſt apud *Plin. l.* 7. *epiſt.* 33. univerſim Senatores omnes hoc titulo appellatos antiquitus, aliqui exiſtimant. Ex quo *Caſaub. ad Lamprid.* notat, Clariſſimos abſolute pro Senatoribus, & Clariſſimas pro eorum Uxoribus poni cœpiſſe. ¶ Cum vero etiam illuſtrium Equitum ſæpe mentio fiat apud *Tacit.* putat *J. Lipſius* Equites illuſtres eos fuiſſe, qui non quidem Senatores eſſent, cenſum tamen haberent, & ſpem Senatoriæ dignitatis, quin & latum clavum ejus inſigne. Plura V. apud *eund. Lipſ. comment. in Tacit. l.* 11. *Ann. c.* 4.

Claſſiarius, m. 2. ἐπιβάτης, miles e claſſe, quæ tutelæ, ſive præſidii cauſa diſpoſita eſt in mari, fluvio, aut lacu. *Caſ.* 3. *B. C. Suet. in Veſp. cap.* 8. *Tac. l.* 12. *Annal. Plin. l.* 6. *ep. ad Tacitum*. ¶ *Ferrar.* ex loc. cit. Suetonii putat, Claſſiarios poſſe etiam dici nuncios pedaneos ex claſſe. V. *Sueton.*

Claſſicen, inis, m. 3. V. Claſſicum.

Claſſicula, *picciola armata navale*, parva claſſis. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 2. Caſſius cum claſſicula ſua venerat.

Claſſicum, n. 2. cornu convocandi cauſa factum, & ipſe ſonus, vel ſignum, a calando, quaſi *calaſſicum*, ut ſentit *Iſid. l.* 18. *c.* 4. *Virg.* 7. *Æn.* Claſſica namque ſonant. ¶ Claſſicum item ineundæ pugnæ ſignum appellatur, quod tuba dari ſolet. *Lucan. l.* 2. Verba ducis nullo partes clamore ſequuntur, Nec matura petunt promiſſæ claſſica pugnæ. ¶ Denique accipitur latius pro quovis tubæ ſono, qui prodeunte Imperatore, aut ejus juſſu in caſtris fieri ſolet. *Caſ.* 3. *B. C.* Pompejus cum Scipione honorem partitur, claſſicumque apud eum cani, & alterum illi jubet Prætorium tendi. Ex quibus verbis intelligimus, claſſicum fuiſſe inter Imperatorum inſignia, & non niſi apud eos cani ſolitum. V. *Veget. de re milit. l.* 2. *c.* 22. ¶ Dicimus etiam inflare claſſica. *Virg.* 2. *Georg.* ¶ In Civium ſuppliciis claſſicum cani celeberrimis urbis locis, moris fuiſſe, obſervat *Lipſ. ad Annal. Tacit. l.* 2.

Claſſicus, a, um, ad claſſem pertinens, quæ ordinem, ſeu partem populi ſignificat. *Gell. l.* 7. *c.* 13. docet, *claſſicos* appellatos eſſe a *Catone* non omnes, qui in claſſibus erant, ſed primæ tantum claſſis homines, qui centum & viginti quinque millia æris, ampliuſve cenſi erant: *infra claſſem* vero, qui in ſecunda claſſe, & in aliis inferioribus deſcribebantur: quod confirmat *Feſt. in voce Infra*. ¶ Hinc translate *claſſici ſcriptores* ſunt, qui vulgo probantur, & auctoritatem legitimam ex communi conſenſu obtinent: quaſi primæ ſint claſſis, & majoris fidei præ reliquis. *Gell. l.* 19. *c.* 8. *ad fin.* Claſſicus, aſſiduuſque aliquis ſcriptor, non proletarius. ¶ Similiter claſſici teſtes, qui cenſu majore ſunt, & fide digni: cujuſmodi ſignandis teſtamentis adhibebantur. *Feſtus*. ¶ Præterea *claſſici* dicti ſunt cornicines, qui populum per claſſes ad comitia vocabant. *Varr. ſub fin. lib.* 5. *de L. L.* & *lib.* 4. *cap.* 16. *extr.* ¶ Refertur etiam ad *claſſem*, quæ naves bello inſtructas ſignificat, *navale*. *Propert. lib.* 2. *eleg.* 1. *v.* 28. Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ. *Velle. lib.* 2. *cap.* 85. Claſſicum certamen. Et *cap.* 81. Corona claſſica inſigne. ¶ *Claſſici*, *orum* ſunt claſſiarii, h. e. in claſſe remigantes. *Curt. lib.* 4. *cap.* 3. Tandem remis pertinacius everberatum mare, velut eripientibus navigia claſſicis ceſſit. *Tacit. lib.* 1. *hiſt. cap.* 31. Legio claſſica. *h. e.* conflata e claſſiariis ad juſtam militiam evectis: de quibus in *Claſſiarius ex Sueton.* diximus. *Id.* 2. *hiſt. c.* 17. Intercepti equites, ac milla claſſici.

Claſſis, is, f. 3. *flotta*, *armata navale*, navium multitudo ad militarem uſum comparata, a calando, h. e. vocando, ut *Quintil.* ait *l.* 1. *c.* 5. *Cic.* 2. *Fin.* Cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copiis. Hinc claſſem ædificare, apud *Nepot. in Themiſt. c.* 2. & *Cic. pro Leg. Manil.* Claſſem ornare, inſtruere. *Id. Verr.* 7. *c.* 51. & *Liv. l.* 23. Claſſi præeſſe. *ibid. c.* 50. Claſſem comparare. *Id. pro Flacc.* Claſſe navigare, *Id. ib.* &c. ¶ Interdum de una tantum navi dicitur. *Virg.* 6. *Æn.* Lyciæ ductorem claſſis Orontem. V. ibi *Serv.* ¶ Item de pedeſtribus copiis, ſed rarius. *Feſtus:* Claſſis procincta, exercitus inſtructus. *Virgil.* 7. *Æn. verſ.* 715. quos frigida miſit Nurſia, & Hortinæ claſſes, &c. ubi Hortinas claſſes *Servius* equites interpretatur. ¶ Eſt præterea claſſis ordo, ſeu pars populi Romani, in qua pro ratione cenſus quiſque deſcriptus erat, *claſſe*, *ordine*, *rango*. Hujuſmodi claſſes quinque fecit Servius Tullius, de quibus vide *Livium l.* 1. *c.* 43. Qui primæ claſſis erant, Claſſici dicebantur, cæteri, qui minore cenſu cenſebantur, infra claſſem, ut docet *Gell. l.* 7. *c.* 13. ¶ Quintæ claſſis homines dicebantur infimi, & pauperiores, & nullius auctoritatis. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 23. Qui mihi, cum illo collati, quintæ claſſis videmur. ¶ Denique claſſis dicitur de ordinibus puerorum in ſcholis. *Quint. lib.* 1. *cap.* 2. Cum pueros in claſſes diſtribuerant. ¶ Apud *eund. ibid.* ducere claſſem, eſt in claſſe principem eſſe, quemadmodum dicimus, ducere familiam &c.

Clathratus, a, um, adject. clathris vallatus, *chiuſo con inferriata*, κλειθρωμένος. *Plaut. Mil.* 2. 4. 25. Neque ſolarium apud nos eſt, neque feneſtra, niſi clathrata.

Clathro, as, 2. 1. *mettere la inferriata*, *ſbarrare*, Germ. *mit ſchregel verſchlieſſen*, Gal. *barrer*, Hiſp. *barrear*, *abarrar*, κλεῖθρα ἐπιθεῖναι, eſt clathris claudere. *Col. l.* 9. *c.* 1. Satis eſt feris tranſverſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas præbeat fugam.

Clathri, orum, m. 2. *ferrata*, *inferriata*, Ger. *querfenſter*, Gal. *barre*, Hiſp. *barra*, κλεῖθρα, virgæ ligneæ, aut ferreæ, quibus feneſtræ, aut januæ muniuntur. *Horat. in art. v.* 473. Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros. ¶ *Columella* hoc nomine appellat inſtrumentum hortenſe, eradicandæ terræ aptum. ſic enim habet *l.* 10. *v.* 70. Tu penitus clathris eradere viſcera matris Ne dubita. Alii tamen leg. *marris*.

Clava, f. 1. *mazza*, *baſtone nodoſo*, *o pannocchiuto*, Germ. *kolb*, Gal. *maſſue*, Hiſpan. *clava*, *porra*, κορύνη, ramus ex arbore reciſus cum nodis. *Cic.* 6. *Verr.* 43. Male mulctati clavis, ac fuſtibus repelluntur. ¶ Clavam Herculi extorquere, proverb. de re impoſſibili, apud *Macrob. Saturn. l.* 3. *c.* 3. ¶ Erat etiam clavæ exercitatio, & ludus adoleſcentum, & militum tyronum. *Cic. de Senect. c.* 16. ¶ Item Philoſophorum inſigne, quemadmodum pallium. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 11. & *lib.* 9. *ep.* 9. ¶ Dicitur etiam *clava* ramus ex arbore reciſus ferendi cauſa. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *de citreo*.

Clavarium, ii, n. 2. dicebatur munus, ſeu donativum, quod parandis clavis caligaribus dabatur militibus. *Tacit. Hiſtor. l.* 3. *c.* 50. Seditioſæ militum voces terrebant, Clavarium flagitantium.

Clavator, oris, m. 3. qui clavam geſtat, armiger, κορυνήτης. *Plaut. Rud.* 3. 5. 25. Eccum, clavator advenit. ¶ Exemplum autem, quod a Lexicographis affertur ex eod. *Plaut. in Merc.* 5. 2. 11. *calator* habet in melioribus libris.

Clavatus, a, um. *Feſtus:* Clavata dicuntur aut veſtimenta clavis intertexta, aut calceamenta clavis confixa. ¶ Hinc tunica clavata, apud *Vopiſc. in Bonoſo*, *c.* 15. & *Lamprid. in Alex. Sev. cap.* 37. ¶ *Clavata concha* apud *Plin.* 9. 36. h. 2. aculeis inſtar clavorum munita.

Claudeo, n. 2. idem, quod claudico. *Cæcil.* apud *Priſcian. l.* 10. An ubi vos ſitis, ibi conſilium claudeat? *Gell. l.* 1. *c.* 7. Debili numero verborum ſonus clauderet. Ubi tamen al. leg. *claudicaret*.

Claudia Tribus, una ex ruſticis, a Servio Tullo conſtituta, a Claudia Gente nomen habuit.

Claudia familia, ab Atta Clauſo Sabino originem habuit, cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ nomen. Ex hac famil. fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam ſtravit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhumque intra urbem non eſſe recipiendum ſua ſententia obtinuit. ¶ Gens Claudia duplex fuit, Patritia, & Plebeja: Patritia Pulcrorum, plebeja Marcellorum.

Claudianus, maſc. 2. Poeta Ægyptius, ſub Theodoſio, & Honorio. Scripſit multa carmina, quæ adhuc extant.

Claudianus, a, um, adject. ad Claudium, vel Claudiam gentem pertinens, ut *cometa Claudianus*, qui ſc. temporibus Claudii Imperat. viſus eſt. *Senec. Quæſt. Natur. l.* 7. *cap.* 29. ¶ Claudiana tonitrua, quæ Claudius Pulcher inſtituit, ut in ludis poſt ſcenam conjectus lapidum ita fieret, ut tonitru ſonitum imitaretur. *Feſtus*.

Claudicatio, f. 3. *zoppicamento*, χωλότης. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. cap.* 30. In quo ſente, atque veſtito leviter apparet claudicatio non deformis.

Claudico, as, n. 1. *zoppicare*, *andar zoppo*, פסח, Ger. *hinken*, Gal. *boiter*, Hiſp. *coxear*, χωλαίνω, eſt altero tantum pede incedere, vel alterum pedem infirmum & inſtabilem, aut curtum habere, ab antiq. *claudo*, vel *claudeo*. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 61. Graviter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* Tota amicitia quaſi claudicare videatur. *Liv. l.* 22. *c.* 39. Reſpublica claudicat.

Claudigo, inis, f. 3. idem quod claudītas. *Veget. l.* 1. *rei Veterin. cap.* 26. Claudiginem facere.

Claudītas, atis, fem. *l'eſſer zoppo*, χωλεία, claudicandi vitium, claudicatio. *Plin. l.* 8. *c.* 43. Ictus pedum repulſu durioris materiæ claudītatem affert. ¶ Claudītates in plurali apud *Plin. l.* 28. *c.* 4.

Claudius, maſc. 2. Κλαύδιος, nomen Rom. Imperatoris Caligulæ patrui. ¶ Claudius, ii, & Claudia, æ, nomen familiæ R. de qua vide *Claudia Familia* &c.

Claudius, a, um, ad Claudiorum aliquem pertinens, ut Claudia gens; Claudia via, & Claudiæ manus apud *Horat.* &c.

Claudo, is, ſi, ſum, a. 3. *chiudere*, *ſerrare*, סגר, Ger. *beſchlieſſen*, Gall. *clorre*, *fermer*, Hiſp. *cerrar*, כלא, obſero, includo. *Cicer. pro Flac.* Cum

L. Flac-

L. Flacco portas tota Aſia claudebat. ¶ Interdum ponitur pro circuire, circundare. *Virg. Ecl. 6. v. 55.* Dictææ Nymphæ nemorum jam claudite ſaltus. *Nepos in Datam. c. 8.* Cum adverſarios locorum anguſtiis clauſiſſet. ¶ Eſt etiam finire. *Cic. in Orat. c. 58.* Comprehenſio, & ſpecies orationis clauſa, & terminata eſt. Sic claudere epiſtolam, apud *Ovid. epiſt. 13.* & claudere bella, apud *Stat. 12. Thebaid.* ¶ *Ter. Eun. 1. 2. 3.* Ubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? Ubi pro claudicare exponit *Scalig. lib. 2. Auſon. lect. c. 21.* ſed non eſt neceſſe. Donatus etiam paſſive *claudier* pro *claudi*, & deponentis more pro *claudicare*, explicari poſſe animadvertit. In hoc ſenſu habet & *Auſon. in prol. Ludi ſept. Sapient.* ubi ait: Sed ſi memoria vetuſtis in rebus cludit. *Cludere* autem pro *claudere* Veteribus dictum. ¶ Claudere verba pedibus, *Hor. l. 2. ſat.* 1. h. e. includere, *far verſi*. ¶ Claudere ſanguinem, *Plin. l. 26. c.* 13. hoc eſt cohibere, ne effluat. ¶ Claudere animam laqueo. *Ovid.* 7. *Met.* h. e. laqueo vitam finire. ¶ *Claudere agmen* dicuntur, qui poſtremo agminis loco ſunt, *eſſer' alla coda*. *Curt. 3. 3.*

Claudus, m. 2. altero pede læſus, *zoppo*, חגר, Ger. *hinckend*, Gal. *boiteux*, Hiſp. *coxo*, χωλός. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 30.* Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano ſic accepimus. ¶ *Claudæ naves* dicuntur a *Liv. 37. 24.* quæ remos fractos habent. ¶ *Ovid. 3. Triſt. 1. 11.* Carmina clauda alterno verſu, h. e. alterno breviore, ut ſit in Elegiis. ¶ Claudi more tenere pilam, proverb. *in Piſonem* dixit *Cic. c. 28.* pro nullo delectu, nulloque judicio tenere, ac ſequi, quicquid doctum, indoctumque ſit, quia claudi, cum pedibus diffidant, quoque modo poſſunt, pilam arripiunt, arctoque tenent. ¶ Translate *fides clauda*, h. e. vacillans, apud *Sil. l. 13. v. 33.* ¶ Antiqui pro *Claudus* dixere *Cludus*, ut & pro *claudo*, *cludo*.

Clavellus, i, m. 2. dim. a clavus, *picciol chiodo*. *Marcel. Empir. c. 33.* Clavellis apponere.

Clavicarius, ii, *chiavaio*, *magnano*, qui claves facit. *Impp. Theodoſ. & Valentinian. l. 10. Cod. Juſtin. tit. 64. leg. 1.*

Clavicŭla, f. 1. *chiavetta*, κλειδίον, dim. parva clavis. *Germanicus Cæſar in Arato Caſſiop.* Qualis ferratos obicit clavicula dentes. ¶ Item capreolus in vite. *viticcio*. *Cic. de Senect. c. 15.* Vitis ſe erigit claviculis ſuis. *Plin. l. 23. proœm.* Claviculæ ipſæ, quibus repunt vites, tritæ ſiſtunt vomitionum conſuetudines.

Clavicularius, ii, m. 2. *chiavaio*, κλειδοῦχος, qui claves gerit. *Firmic. l. 3. c. 6.* Erunt clavicularii, vel carceris cuſtodes.

Claviculatim, adv. in modum claviculæ, vitis intortæ, & criſpatæ. Affertur a quibuſdam *Plin. lib. 9. cap. 33.* ſed ibi leg. *canaliculatim*, vel *cuniculatim*.

Claviger, ra, um, o. 1. 2. κλειδοῦχος, qui claves fert, epithetum Jani. *Ovid. 1. Faſt.* Placidis ita rurſus, ut ante, clavigerum verbis alloquor ipſa Deum. ¶ Item qui gerit clavam, κορυνηφόρος. *Ovid. 15. Met. v. 284.* Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clavis, f. 3. *chiave*, מפתח, German. *ein ſchlüſſel*, Gall. *clef*, Hiſp. *llave*, κλεῖς, inſtrumentum ferreum, quo oſtia arcæ, & id genus multa clauduntur, & aperiuntur, *a claudo*. *Cic. pro Domo, c. 10.* Tu helluoni ſpurciſſimo omnes horreorum claves lege tua tradidiſti. ¶ Habet & clavim in accuſ. *Plaut. in Moſt. 2. 1. 78.* Clavim mihi harunce ædium jube afferri. ¶ Laconica clavis erat, quæ intus aperiebat, forinſecus claudebat. *Plaut. Moſt. 2. 1. 57.* Vide omnino ibi *Taubman.* ¶ Clavem pro vecti apud eund. *Plaut. Caſ. 5. 2. 7.* accipit Pareus in Lex. Crit. Verba Plauti ſunt: Ubi intus hanc novam nuptam deduxi, clavem obdixi. Al. leg. *obdui*. ¶ Clavem, inquit *Feſtus*, conſuetudo erat mulieribus donare ad ſignificandam partus facilitatem. ¶ Dabatur etiam clavis domus novæ nuptæ primum ingredienti; quæ ſignificabatur, eam matremfamilias inſtitui: Eadem adimebatur, cum divortii cauſa uxor domo exigebatur. *Cicer. Philip. 2.* Mimam illam ſuas res ſibi habere juſſit, claves ademit, exegit. ¶ De clavibus, earumque generibus, &c. necnon de ratione claudendi apud veteres V. *Caſaub. ad Æneam Tactic. cap. 18.* & *Salmaſium in Exercitat. Plin.*

Clavŏla, ſeu clavula. V. Clabula.

Clauſo, adverb. V. Clauſum.

Clauſtrarius artifex, m. 2. κλειθροποιός, qui ſepta, & cætera ad claudendum opera facit. *Lamprid. in Heliogab. c. 12.*

Clauſtĭtuus, i, m. 2. janitor, qui clauſtris januæ præeſt. *Gell. l. 12. c. 10.*

Clauſtrum, olim cloſtrum, o. 2. *chioſtro*, *clauſtro*, מסגר, Ger. *kloſter*, Gall. *cloître*, *cloture*, Hiſp. *clauſtro*, κλεῖθρον, quidquid reductum eſt, & claudo aptum. Sic cavitatem equi lignei, in qua latebant Græci, clauſtra pinea vocat *Virg. Æn. 2. v. 259.* ¶ Propria clauſtra dicuntur ipſa repagula, & feræ, quibus oſtium clauditur. *catenacci*, *ſtanghe*, *sbarre*. *Virg. Æn. 7. v. 184.* Captivi pendent currus, curvæque ſecures, & criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra. Sic & *Æn. 9. v. 758.* ¶ Clauſtra etiam dicuntur anguſti receſſus regionum, ſeu aditum. Sic Etruriæ clauſtra, apud *Liv. l. 9. c. 32.* Clauſtris imperii contineri, *Cic. pro Planc. c. 13.* ¶ *Lucretius* dixit *l. 1. v. 71.* naturæ clauſtra confringere: h. e. naturæ arcana rimari. *Cic. pro Mur.* clauſtra refringere. ¶ In numero ſingulari *Caſ. German. in Arat. v. 196.* foribus producit vincula clauſtri. *Curt. 4. 5.* Objicere clauſtrum. *metter lo sbarra*.

Clauſŭla, æ, f. 1. πέρας, τὸ ἔσχατον, *fine*, *clauſola*, extrema cujuſque rei pars, ut clauſula vitæ, *Senec. epiſt. 36.* Clauſulæ epiſtolæ, fabulæ, *Cicer. Philip. 13. c. 21.* & *pro Cæl. c. 28.* Sic clauſula dicitur extremum periodi, ut clauſula numeroſe, & jucunde cadens. *Id. in Orat. cap. 64.* Clauſulam pro *capulo Apuleſum* dixiſſe *in Florid.* obſervat *Salmaſ. ad Spartiani Adrian. c. 10.* ¶ Clauſula a brevi concluſione eſt appellata, inquit *Feſtus*, quam Græci κολοφῶνα vocant.

Clauſum, i, ſubſt. o. 2. *luogo ſerrato*, מסגרת, Ger. *beſchloſſen*, Gal. *enclos*, Hiſp. *lugar cerrado*, κλεῖθρον, tectum, ſive locus concluſus. *Virg. 4. Georgic. v. 303.* Sic poſitum in clauſo linquunt. *Col. l. 12. cap. 1. ſan proœm.* Ovium, cæterarumque pecudum fœtus, atque fructus clauſo cuſtodienda erant. Ubi quidam minor apte *clauſo* adverb. faciunt. *Lucret. 4. 613.* Clauſa viarum. & *v. 354.* Clauſa domorum.

Clauſūra, vel Cluſura, æ, f. 1. caſtrum, burgus, præſertim apud medii ævi Scriptores, *luogo che chiude*, *chiuſa*. *Leg. 1. §. 4. Cod. de Offic. pr. pr. per Afric.* Ubi antea fines, & clauſuræ provinciarum erant. *Caſſiodor. l. 2. epiſt. 5.* In Auguſtanis clauſuris.

Clauſus, a, um, adject. *chiuſo*, *ſerrato*. *Horat. l. 1. ſat. 5.* Taberna clauſæ. *Virg. 6. Æn. v. 734.* Clauſæ tenebris, & carcere cæco. *Catull. carm. 55.* Si linguam clauſo tenes in ore. *Cic. in Orat. 58.* Univerſa comprehenſio, & ſpecies rationis clauſa, & terminata.

Clavularis. V. Clabularis.

Clavŭlus, i, maſc. 2. diminut. a clavus, *agutello*, *picciol chiodo*. *Cato R. R. c. 21.* Imbrices medias clavulis figito. *Varro R. R. l. 2. c. 9.* Clavuli capitati.

Clavus, m. 2. *chiodo*, יתד, Germ. *ein nagel*, Gall. *clou*, Hiſp. *clavo*, ἧλος, id quo res figuntur, a claudendo dictus. *Horat. l. 3. od. 24.* Clavum figere. *Liv. l. 7. c. 3.* Clavum pangere. ¶ Solebat quotannis Prætor maximus idib. Septemb. clavum in templi pariete figere, ut ex eo annorum numerus colligeretur: atque hic *annalis clavus* dicebatur. *Feſtus*. Nam quia raræ primis temporibus litteræ erant, numeri annorum clavi fuere. ¶ Clavus capitatus, apud *Varr. l. 2. R. R. c. 9.* *chiodo da teſta*. Clavus trabalis, *chiodo da travi*, apud *Horat. 1. od. 35.* Sic tranſlate *Cic. Ver. 7. c. 21.* Beneficium trabali clavo figere. ¶ Clavi etiam calceis ſubpingi ſolebant, a ruſticis quidem ferrei, a divitibus vero etiam aurei. Hos claves caligares *Plin.* nominat *l. 9. c. 18.* ¶ Clavi etiam inter arborum, & corporum morbos numerantur, ſuntque tubercula, ſeu verrucæ ſupernaſcentes, *porro*, *callo*. *Celſ. l. 7. c. 7. n. 12.* Clavi vocantur calloſa in albo oculi tubercula, quibus nomen a figuræ ſimilitudine eſt. *Plin. l. 17. c. 24.* Olea clavum patitur, ſive fungum placet dici, &c. *Id. l. 22. c. 23.* Clavi pedum, qui vulgo morticini appellantur. ¶ In tunicis Romanorum clavi dicebantur particulæ, ſive plagulæ ex purpura ſeu, de pectore demiſſæ, quibus latioribus Senatorii viri, ob id & Laticlavi dicti; anguſtioribus Equeſtres utebantur, unde & Anguſticlavi appellati. *Ovid. 4. Triſt. el. 10. v. 35.* Curia reſtabat, clavi menſura coacta eſt. ¶ Hinc dare alicui, vel adimere latum clavum, pro dare, vel adimere Senatoriam dignitatem, apud *Sueton. in Claud. cap. 24.* & *Plin. jun. l. 2. ep. 9.* V. *Caſaub. ad Suet. Aug. c. 38.* *Manut. de quæſit. per epiſt. l. 2. qu. 2.* ¶ Clavus etiam navis gubernaculum dicitur, *il timone*, τὸ πηδάλιον, quia inſtar clavi pangitur in navi. *Virg. Æn. 5. verſ. 176.* Clavumque ad litora torquet. Hinc tranſlate clavum imperii tenere, hoc eſt gubernare. *Cic. pro Sext. c. 9.* Abjicere clavum, h. e. officium deſerere. *Arnob. l. 3. p. 106.*

Claxendix, icis, f. 3. conchæ genus, qua ſolebant Veteres ſignum tegere, quo res clauduntur, atque obſignantur. *Priſcian. l. 5. ex Plauti Vidularia*: Appoſita eſt claxendix; at ego dicam ſigni quid ſit. ¶ Apud *Feſt.* legitur *clacendix*.

Clazomĕnæ, f. 1. prius Gryna, Grynia, Grynium, *Grina*, al. *Urla*, Κλαζομεναί, urbs Aſiæ minoris, in Jonia, in ora maris Ægæi, & ſinus Smyrnæi, condita a Patalo. Ibi Apollo colebatur, qui Grynæus cognominatus eſt. ¶ In illo *Auſonii epigr. 151.* *Et teris incuſas pumice Clazomenas*, alluditur ad Græcum κλαζόμενον, perruptus, fractus, lateque obſcænus ſenſus.

Clazomenius, a, um, ad Clazomenas pertinens, ut Anaxagoras Clazomenius. *Cic. 3. de Orat. c. 34.*

Cleanthes, m. 3. nomen Philoſophi Stoici, qui Citienſis ſcholam ſucceſſor excepit. ¶ Fuit & Cleanthes pictor Corinthius, qui primus linearum picturam inveniſſe fertur. *Plin. l. 35. c. 3.*

Cleanthēus, a, um, adject. ad Cleanthem pertinens. *Perſ. ſat. 5. verſ. 63.* Purgatas inſeris aures Fruge Cleanthea.

Clema, atis, o. 3. κλῆμα, herba ex genere tithymali, cypariſſiæ non abſimilis, quæ officinis eſula dicitur, Dioſcoridi pityuſa. *Plin. l. 27. c. 12.*

Clematis, idis, f. 3. herba ſmilaci ſimilis, repens per arbores. *Plin. l. 24. c. 10.* & 15.

Clemens, tis, o. 3. *clemente*, *pio*, חסיד, Germ. *ſanfftmüthig*, Gal. *clement*, Hiſp. *templado*, πρᾷος, lenis, mitis, manſuetus, humanus, qui remittit de eo, quod poſſit proſequi. *Cic. 2. Pis. 4.* Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. ¶ *Donato* clemens dicitur, quaſi colens mentem, & a placido differre videtur, quod clemens ſit circa reos agentes, placidus circa delinquentes, & clementis ſit nullos lædere, placidi arridere omnibus, clemens ſit animo, placidus vultu. *Ter. Adelph. 5. 4. 9.* Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. ¶ *Cic. pro Roſc. Am.* Vir ab innocentia clementiſſimus: h. e. erga innocentiam. ¶ Transfertur quandoque eleganter etiam ad alia præter hominem. *Ovid. 9. Met. v. 116.* Qua clementiſſimus amnis: h. e. minime impetuoſus. *Curt. l. 5. c. 4.* Quos clementiore alveo præterit. Sic clemens mare, h. e. placidum, *Gell. l. 3. c. 31.* Clemens ſervitus, h. e. æqua, & moderata. *Ter. And. 1. 1. 9.* Clementem rumorem, pro levi & modico, dixit *Salluſt. Jug. c. 22.* ¶ Clemens clivulus, *di dolce ſalita*, *Apul. l. 4. Metam.*

Clementer, *benignamente*, Germ. *gütigklich*, Gall. *doucement*, Hiſp. *templadamente*, πρᾴως, leniter, manſuete, modeſte, & moderate. *Cic. 6. Verr. 40.* Leniter hominem, clementerque accepit. *Gell. l. 1. c. 18.* De Æſio clementiſſime ſcripſit. ¶ Metaphorice *Tac. Ann. 13. c. 39.* Pars alteræ colles erant clementer aſſurgentes. *Id. Hiſt. l. 3. c. 52.* Si qua juga Apennini clementius adirentur. *Plaut. Mil. 4. 3. 5.* Dixi equidem tibi, quo pacto id fieri poſſit clementiſſime. h. e. commodiſſime, & abſque difficultate. *Id. Merc. 5. 2. 111.* Sequere ſis. Ch. Sequor. Eu. Clementer, quæſo: calces deteris. *piano di grazia: tu mi ſcalcagni*.

Clementia, f. 1. lenitas, miſericordia, animi moderatio, *clemenza*, חסד, Ger. *ſanfft mütigkeit*, Gal. *clemence*, Hiſp. *clemencia*. *Cic. 7. Verr.* Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri Imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe converſam. *Id. pro Deiot. c. 13.* Refero hoc acceptum clementiæ tuæ. ¶ Hæc virtus propria imperantium eſt. Non enim quicquam eſt, ut ait *Lamprid. in Commod. ſub fin.* quod Imperatorem melius commendet gentibus. Hinc inter cæteros Imperatorum titulos hic quoque fuit, ut clementiſſimi ſeu indulgentiſſimi dicerentur. In appellando etiam id vetus atque ſolemne erat: Clementia tua, ſeu Indulgentia tua. *Lamprid. in Severo c. 65.* Sed quia verum ſuggerendum eſt clementiæ tuæ, ac pietati, lecta referabo. ¶ Transfertur & ad inanima, ut cœli clementia, *clima temperato*, *a dolce*. *Lucan. l. 8. v. 366.* Emollit gentes clementia cœli.

Cleōnæ, arum, f. Κλεωναί, oppidum Peloponneſi, in Achaja, & Argiæ finibus prope Phliuntem, & Nemeæam ſilvam. *Ovid. 6. Metam. verſ. 417.* humileſque Cleonæ. Adde *Plin. l. 4. c. 5.*

Cleonæus, a, um, adject. a Cleonis oppido in Peloponneſo. *Sil. lib. 3. v. 34.* Eliſa leonis Ora Cleonæi patulo celantur hiatu. *Stat. 4. Silv. 4. v. 28.* Sidus Cleonæum. i. e. leonis ſidus. *Id. 6. Theb. v. 836.* Cleonæa ſtirps. h. e. Herculea.

Cleopătra, f. 1. Κλεοπάτρα, Ægypti Regina, filia Ptolemæi Auletæ, ſoror & uxor Ptolemæi ultimi. Mulier impudiciſſima fuit. A Cæſare primum adamata eſt, cui filium Cæſarionem peperit, deinde ab Antonio juſtæ uxoris loco habita. Ad extremum, victo apud Actium Antonio, admotis corpori aſpidibus ſeſe interemit.

Cleopatrānus, a, um, ad Cleopatram pertinens, ut Cleopatrana ſtirps, *Trebell. Poll. in Claud. c. 1.*

Cleopatricus, a, um, ad Cleopatram pertinens. *Sidon. lib. 8. ep. 12. in fin.* Cleopatricæ dapes.

Clepo, is, pſi, ptum, a. 3. *rubare*, *furare*, גנב, Germ. *ſtelen*, Gal. *voler*, Hiſp. *hurtar*, κλέπτω, furto ſurripio. *Acc.* apud *Non. 1. 72.* Ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere diſcunt. *Cic. 2. de Leg. c. 9. ex veteri quadam lege*: Sacrum qui clepſerit, homicida eſto. ¶ Eſt etiam occultare, tegere, *naſcondere*, *coprire*. *Senec. Med. v. 145.* Qui capere conſilium poteſt, & clepere ſe.

Clepſo, is, idem quod clepo. *Varr. l. 6. L. L. ex Lucret.*

Clepſydra, f. 1. *orologio da acqua*, κλεψύδρα, horologium aquarium, horas aqua dimetiens, ideſt, vas vitreum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtendebat, ad cujus etiam fundum erat foramen, quod aquam guttatim emitteret, & ita horæ per aquæ diminutionem, quot eſſent, videri poſſent, a κλέπτω, furor, & ὕδωρ aqua, quia ſenſim, & quaſi furtim

tim aqua deſtillabat. ¶ Fons inventum Græcorum. Romæ horologium hujuſmodi publice poſitum fuit a Scipione Naſica. *Plin. l. 7. Hiſt. Nat. c.* 60. ¶ Apud Græcos moris fuit antiquiſſimi, ut, quia in ludis publicis multa eſſent dramata exhibenda, tragœdiæ agerentur ad clepſydram. Oratoribus item acturis cauſas forenſes præſcribebatur tempus dicendi, datis clepſydris, quibus exhauſtis, amplius dicere vetabantur. Conſuetudo hæc Romæ inſtituta eſt lege Pompeja ternis horis ad dicendum datis. *Cic. 3. de Orat. c.* 34. Ad hanc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. Adde *Mart. l. 6. epigr.* 35. ¶ Non omnes ejuſdem capacitatis fuiſſe, ex *Plin.* conſtat *l. 2. epiſt.* 11. Dixi, inquit, horis pene quinque. Nam decem clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. ¶ Cum inter dicendum teſtimonia audienda eſſent, ſuſtinabatur interim aqua. *Apul. in Apolog.* ¶ Qua parte aqua recipiebatur, latum erat orificium, vel plura foramina, per quæ facile aqua ingrederetur. Quare Petavius clepſydras etiam vocari poſſe putat vaſa illa, quibus ad irrigandas hortorum areolas utimur, in quorum orificio unum foramen eſt, in fundo aqua pluribus diffluit. V. *P. Victor. Var. lect. l.* 32. *cap.* 1. ¶ Hodie Clepſydra idem eſt, ac horologium arenarium, retento nomine per Catachreſim. ¶ Clepſydra etiam dicitur Aſtronomicum organum, quo ſidera dimetiuntur Aſtronomi. *Martian. Capell.*

Clepta, æ, m. 1. *ladro*, κλέπτης, fur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 9. Dum illi agunt quod agunt cæteri cleptæ.

Clericālis, le, *adject.* o. 3. ad clericum ſpectans, *chericale*. *Sidon. l. 6. ep.* 7. Clericale tyrocinium.

Clericātus, us, m. *chiericato*, dignitas, & officium Clerici. *Hieronym. epiſt.* 3. 4. & 101.

Clericus, i, m. *cherico*, qui cultui divino in Catholica Eccleſia per ſacros Ordines addictus eſt. a κλῆρος, ſors. *Hieronym. ep. 3. ad Heliod.*

Clerus, i, κλῆρος, morbus eſt apum, cum favos non explent. *Plin. l. 11. c.* 59. ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores Clerus eſt Sacerdotum Collegium, ſeu miniſtrorum Eccleſiæ. *Tertul. de Monogam. c.* 12. De quo allectio fiat in Clerum. ¶ Eſt a κλῆρος, ſors.

Clibanarius, m. 2. cataphractus, a clibanus, *fornax*, quia more teſtudinis arcuatis armis munitus eſt, vel a clibanum, loricæ genus, non ſquamis, ſed ex ſolido ferro contextum. *Nazar. in Paneg.* Operimentis ferri equi, atque homines pariter obſepti, clibanariis in exercitu nomen eſt. Adde *Rufum Feſt. cap.* 15. & 24. & *Capitolin. in Severo*. V. etiam *Salmaſ. in Capitolinum*.

Clibănus, m. 2. κλίβανος, Dorice pro κρίβανος, proprie eſt fornax, in qua hordeum coquitur, & tranſlate furnus cujuſcunque generis, a κριθή, hordeum, & ἰπνός, fornax. *Voſſ.* Aliqui diſtinguunt clibanum a furno, quod clibanus minor ſit, & in ea placentæ potius, & alii id genus cibi, quam panes coquantur. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Cortices decuſſi clibanis, & furnis præbent uſum. ¶ Aliqui etiam clibanum interpretantur, non furnum, ſed vas, in quo cibi coquuntur ſub teſta, ex creta, vel ex ære, vel ex ferro. Ejus figura ejuſmodi eſt, ut in inferiore parte latius ſit, in ſumma anguſtius: quod colligitur ex *Colum. de arborib. c.* 19. ubi docet, ſcrobes clibano ſimiles eſſe faciendas, imo, quam ſummo patentiores, ut radices arborum latius evagentur. ¶ Eſt etiam Clibanus, vel Clibanum armaturæ ferreæ genus totum hominem tegens, qualis erat eorum, qui Cataphracti dicebantur, qui proinde & clibanarii appellati. Videtur eſſe vox barbara, qua tamen Latinos uſos teſtatur *Caſaubonus ad Alexand. Sever.* in *Orac. ad Senat.* quam refert *Capitolin. in ejus vita*. Veter. Gloſſ. *Κλίβανοι οἱ ſu...* &c.

Clīdion, vel cleidion, neut. 2. *gozzo*, *ſtrozza del tonno*, κλειδίον, a κλείω, claudo. ¶ Item thynni jugulus. *Plin. l.* 9. *c.* 15.

Clīdūchus, i, m. 2. claviger, a κλείς, clavis, & ἔχω, habeo. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *a med.* Fecit & quadrigas, bigaſque, & cliduchon eximia forma.

Cliens, tis, m. & f. 3. ut *Chariſ.* docet *l.* 1. *cliente*, *vaſſallo*, [Hebrew], Germ. *ein unterſaſſ*, Gal. *client*, Hiſp. *cliente*, πελάτης, qui ſub tutela eſt, cujus correlativum eſt patronus, a *colo*, quaſi coliens, ſive colens. *Cicer.* 1. *Verr. cap.* 81. Ab hoſpitibus, clientibuſve ſuis injurias propulſare, eorumque fortunas defendere. *Ovid.* 1. *de Arte*, *verſ.* 88. Qui modo patronus, jam cupit eſſe cliens. ¶ In genitivo plurali habet *entium*, & *entum*. *Horat. l. 3. od.* 2. Illi turba clientium. *Id. l. 3. od.* 5. Quam ſi clientum longa negotia.

Clienta, æ, f. 1. mulier, quæ ſub alterius patrocinio eſt. *Plaut. Mil.* 3. 1. 193. Habeo Eccillam clientam meam. Adde *Rud.* 4. 5. 8.

Clientēla, f. 1. *patrocinio*, *protezione*, *clientela*, πελατεία, clientis officium erga patronum, obſervantia, obſequium. *Ter. Eun.* 5. 8. 9. Thais patri ſe commendavit in clientelam, & fidem. *Cic. Attic. l.* 14. *epiſt.* 12. Scis, quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honeſtam judicem. ¶ Obſequium etiam, quod clientes præſtant, clientela dicitur, & vulgo homagium vocant: item ipſa clientum multitudo. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c.* 18. Magna eſſe Pompeii beneficia, & magnas clientelas in citeriore provincia, ſciebat. *Juſtin. l.* 8. *c.* 4. *n.* 8. Orbis terrarum vindices vo diſcordia ſua, civilibuſque bellis redactos, ut adulentur ultro ſordidam paulo ante clientelæ ſuæ partem. *Salluſt. Jug. c.* 85. *ſub init. orat. C. Marii:* Aliis, ſi deliquere, cognatorum, & affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præſidio adſunt.

Clientŭla, læ, f. 1. diminut. a clienta. *Aſcon. in 3. Verr. c.* 46. Plebeja quædam clientula.

Clientŭlus, m. 2. dim. a cliens. *Auct. Dial. de Orat. c.* 36. Ne clientulorum loco numerarentur.

Clima, atis, n. 3. *clima*, [Hebrew], Germ. *climat*, Gal. *climat*, Hiſp. *clima*, κλίμα, inclinatio Cœli, vel ſpatium, quod eſt inter duos parallelos, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur, a κλίνω, inclino. *Serv. ad* 1. *Georg. v.* 246. Secundum clima noſtri cœli. Adde *Tertull. de anim. c.* 49. ¶ Item genus menſuræ agrorum. *Colum. l. 5. c.* 1. Clima quoquoverſus pedum eſt LX. V. Geographos.

Climăcis, idis, f. 3. κλιμακίς, parva ſcala. *Vitruv. l.* 10. *c.* 17. de baliſtæ partibus loquens: Climacidos ſcapi longitudo foraminum XIII. Climacidos dixit pro Climacidis, græca inflexione.

Climacter, eris, m. 3. κλιμακτήρ, a κλῖμαξ, ſcala, eſt annus ſcanſilis, vel ſcalaris, qui & gradarius, & decretorius a Medicis dicitur, ſenibus fatalis plerumque, aut periculoſus, ad quem per ſeptenarium, vel novenarium numerum pervenitur. & ſic præcipue vocatur annus LXIII, quia ex pluribus multiplicatis climacteribus conficitur, quales ſunt 14. 21. 28. 35. &c. Nam per omnem vitam ſeptimus quiſque annus periculoſus eſt, ut putarunt Veteres, & ex hiſtoriis obſervatum eſt. *Plin.* 7. 49. *Gell. l.* 15. *c.* 7. *Jul. Firmic. l.* 4. *Matheſ. c.* 14. *Cenſorin. de die Natali, c.* 14. ¶ Hujus autem rei tota ratio a Chaldæis ſuperſtitioſiſſima gente orta eſt: quibus quid tribuendum ſit, oſtendit *Salmaſ.* peculiari commentat. de annis climactericis. Hinc

Climactericus, a, um, adiectiv. κλιμακτηρικός, quaſi dicas, ſcalaris, ut annus Climactericus, *Cenſorin. de die nat. c.* 14. V. Climacter. Sic *Plin. l.* 2. *ep.* 20. Habes climactericum tempus, ſed evades.

Climactĭdæ, arum, f. 1. telorum genus. *Gell. l.* 10. *c.* 25. ubi al. aliter leg.

Climatiæ, arum, m. κλιματίαι, a κλίνω, inclino, ſterno. ſunt terræ motus, qui limes ruentes & obliqui urbes, ædificia, monteſque complanant. *Ammian. l.* 17. *c.* 7. (*al.* 16.)

Climax, acis, apud Græcos ſcalam ſignificat. Apud Grammaticos & Rhetores eſt Figura Rhetorica, Latina Gradatio, qua ab una re ad aliam gradatim aſcendimus, ut *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 21. Viderat hanc, viſamque cupit, potiturque cupita.

Clīnāmen, inis, n. 3. *inchinazione*, κλίσις, inclinatio, declinatio. *Lucr. l.* 2. *v.* 292. Id facit exiguum clinamen principiorum.

Clīnātus, a, um, *inchinato*, *chino*. *Cic. in Arat. v.* 33. *de Pegaſo*. Clinata eſt ungula. Et *v.* 86. *de Aquila*: Clinata eſt Aquilonis ad auras.

Clingo, is, a. 3. idem quod cingo, ut *Feſt.* interpretatur. Sed Voſſius interpretatur, clingere eſſe crebro corporis motu imitari motacillam, quæ αἰγυπιός dicitur, quia in manuſcripto Feſti pro κλόνος eſt κίγκλος, in aliis κιγκλίζειν, quod eſt agitare. ¶ Pro priore ſignificatione ſtat *Scalig.* & *Gloſſa Iſid.* quæ habet: Clingit, cludit.

Clinĭce, f. 1. κλινική, medicina, quæ ægris lecto affixis adhibetur, a κλίνη, lectus. Dividitur in duas partes, in diæteticen, quæ victu medetur, & pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. *Plin. l.* 29. *c.* 1. & *l.* 30. *c.* 11.

Clinĭcus, maſc. 2. *medico*, κλινικός, Medicus, qui ægros lecto affixos inviſit, & curat, a κλίνη, lectus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 31. Chirurgus fuerat nunc eſt veſpillo Diaulus: Cœpit quo poterat clinicus eſſe modo. ¶ Hinc Æſculapius, clinicus Deus dicitur a *Prudent. in Apotheoſ. v.* 205. ¶ Sed & Clinici appellantur, qui ex morbo lectis affixi ſunt. *Hieron. ep.* 26. *c.* 2. Quis clinicorum non ejus facultatibus ſuſtentatus eſt?

Clīno, as, a. 1. *chinare*, [Hebrew], Ger. *neigen*, Gal. *incliner*, Hiſp. *inclinar*, κλίνω, inclino, reclino, a Græco verbo, quod allatum eſt. *Lucr. l.* 2. *v.* 243. Quare etiam, atque etiam paulum clinare neceſſe eſt corpora.

Clinopăle, f. 1. κλινοπάλη, lecti palæſtra, lucta. *Sueton. in Domit. c.* 22. Aſſiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, clinopalem vocabat.

Clinopodĭon, ii, κλινοπόδιον, herbæ genus, al. nomine pulegium montanum, vel origanum longum. *Plin. l.* 24. *c.* 13.

Clio, Clius, Clio, Clion, f. 4. Κλειώ, una Muſarum ex novem, quæ Hiſtoriæ præeſſe dicitur: a κλέος, gloria. *Ovid.* 1. *de Arte*, *v.* 27. Nec mihi ſunt viſæ Clio, Clioſque ſorores. ¶ Mater fuit Hymenæi.

Clitellæ, arum, f. *baſto*, *baſterna*, [Hebrew], Ger. *ſaumſattel*, Gal. *les bats*, Hiſp. *los albardas*, ἐπισάγματα, ſellæ doſſuariæ jumentis imponi ſolitæ ad onera commodius geſtanda, a κλίτος, devexitas, locus declivis, quia earum latera item declivia ſunt, uti jumentorum dorſa. *Hor. in Sat.* 5. *l.* 1. *v.* 47. Hinc muli clitellas tempore ponunt. ¶ Clitellæ bovi ſunt impoſitæ, *prov. Cic. Att. l.* 5. *ep.* 15. hoc eſt, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata eſt provincia. ¶ Eſt item tormenti genus, auctore *Feſto*. ¶ Item loca quædam declivia Romæ, & in via Flaminia, propter ſimilitudinem clitellarum. *Id.*

Clitellārius, m. 2. ἀχθοφόρος, qui clitellis fert onera, ut aſinus, mulus clitellarius apud *Caton.* 1. 10. & *Cic. in Top. c.* 8. ¶ Figurate *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 94. Ego hominum habeo clitellarios: magni ſunt oneris, quidquid imponas, vehunt. ¶ Clitellaria, & Græco nomine *Aſtraba* titulus eſt unius ex *Plauti* comœdiis amiſſis.

Cliternīnus, a, um, adject. *Cliternini*, orum, ſunt populi in quarta regione Italiæ, quorum oppidum fuit Cliternum prope Fucinum lacum. *Plin. l.* 3. *c.* 12. ¶ In illo *Cic. Fam.* 9. 22. At honeſti colei Lanuvini, Cliternini non honeſti: ἀκροτελεύτιον latet, quia Coleorum Lanuvii familia erat, Cliterni non erat, inquit *Manut.* Alii aliter explicant.

Clitŏris, is, vel Clitorium, ii, Arcadiæ urbs, juxta quam lacus ſeu fons Clitorius aquam fundit, quæ pota abſtemios facit. *Ovid.* 15. *Met. v.* 322. *Plin. l.* 32. *c.* 2.

Clitorius. V. Clitoris.

Clitumnus, i, fl. in Umbria, cujus aqua a pecudibus pota albos fœtus creat. *Virg.* 2. *Georg. v.* 146. Hinc albi, Clitumne, greges &c. ¶ Clitumni nomine Jovem ipſum conſecratum in eadem regione, auctor eſt *Turneb. l.* 29. *c.* 28. ¶ Eſt & Clitumnus adject. *Stat. l.* 1. *Sil.* 4. *v.* 129. Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros.

Clivĭna, æ, avis, quæ in auguriis viſa, aliquid fieri prohibebat: quæ & clamatoria dicta, & prohibitoria. *Plin. l.* 10. *c.* 14.

Clivius, a, um, o. 1. a. arduus, difficilis, a clivus, collis, quia aſcenſus per clivum difficilis eſt. Hinc clivia auſpicia dicta ſunt, quæ aliquid fieri prohibebant. *Feſtus*.

Clivōſus, a, um, o. 1. a. *erto*, βουνώδης, frequentes habens clivos. *Colum. de arb. c.* 4. Locis aridis, & clivoſis altius vites deponantur.

Clivulus, m. 2. *poggetto*, dim. a clivus. *Col. l.* 6. *c.* 36. Duos parietes adverſo clivulo inædificatos habet.

Clivus, vi, m. 2. *collina*, *poggio*, *erta*, [Hebrew], Ger. *ein bühel*, Gal. *coteau*, Hiſp. *la cueſta arriba*, γήλοφος, devexitas montis, locus molliter arduus, a κλιτύς, Æolice κλιτύς, quod a κλίνω, clino, proclino. *Cic. Attic. epiſt.* 1. *l.* 2. Quem ego in clivo Capitolino, te ſignifero, ac principe, collocaram. De eodem clivo Capitolino *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 264. Arduus in valles, & fora clivus erat. ¶ Neutro gen. uſurpavit *Cato apud Non. c.* 3. *n.* 28. loca ardua, & cliva depreſſa. ¶ Tranſlate apud *Ovid. epiſt.* 19. Sudare in uno clivo, eſt in uno & eodem negotio laborare.

Cloāca, æ, f. *chiavica*, *fogna privata*, [Hebrew], Ger. *ein graben*, Gal. *un égout*, Hiſp. *el albanar*, ὑπόνομος, locus cavus, ſive is publicus, ſive privatus ſit, quo ſordes confluunt. ¶ Item fiſtula, foſſa, vel ſubterranea parietibus in modum aquæductus munita, per quam aqua pluvia extra urbem, vel in fluvium dilabens urbis ſordes ſecum rapit, ab antiquo *cluo*, purgo, quod immunditiis domum, vel urbem purgat. *Cic. pro Cæc.* Qui de loſis, de cloacis interdicit. ¶ Arcem facere ex cloaca, *prov. Cic. pro Planc. c.* 40. eſt rem humilem, & nullius fere momenti ſupra modum extollere. ¶ Tranſlate dicitur de ſtomacho, & alvo hominis immundi. *Plaut. Curc.* 1. 2. 29. Prolue cloacam. ¶ De cloacis publicis Romæ a Tarquinio Priſco extructis, admirabili ſane opere, V. *Plin. l.* 36. *c.* 15. & *Caſſ. l.* 3. *ep.* 30. & *l.* 8. *ep.* 29.

Cloacālis, le, adject. ut cloacale flumen, h. e. colluvies cloacarum, quod ex Catone citat *Feſt.* *Sidon. de flagitioſa lib.* 3. *ep.* 13. Fæculentiæ par cloacali.

Cloacarium, n. 2. pecunia purgandis cloacis attributa. *Ulp. l.* 27. *ff. de uſufr.*

Cloacīna, vel Cluacina Venus, Dea, quæ purgationibus præeſt, quia Romani, & Sabini myrtea verbena, depoſitis armis, purgati ſunt in eo loco, qui poſtea ſigna Veneris Cluacinæ habuit: Cluere enim antiqui purgare dicebant. *Plin. l.* 15. *c.* 29.

Cloāco, as, are, fœdo, inquino. *Feſtus*.

Cloacŭla, æ, f. 1. diminut. a cloaca, *fognetta*. *Lamprid. in Heliogab. c.* 17.

Clodiānus, a, um, adject. a Clodio, ſæpe apud *Cic.*

Clodĭco, as, pro *claudico* dixere veteres, ut eſt apud *Cicer. l.* 2. *de Orat. cap.* 61.

Clodius, m. 2. prænomine Publius, adoleſcens fuit nobilis ex antiquiſſima Claudiorum familia, ſed civis factioſus, & notiſſimæ libidinis, ut qui tres ſorores per inceſtum polluerit, & in ſacris Bonæ Deæ muliebri veſte deprehenſus ſit. Hic graviſſimas cum Cicerone inimicitias exercuit, cui

ut

Digitized by Google

ut majus negotium facere poſſet, Tribunatum plebis petiit: quem cum per leges obtinere non poſſet, quod patricius eſſet, Fonteio cuidam ex plebe ſe adoptandum dedit, atque ita Tribunatum nactus non quievit, donec Ciceronem per vim urbe expelleret. *Cic. pro Domo, de Aruſp. reſp.* &c. ¶ Eſt & Clodius, a, um, ut Clodia gens *Cicero*.

Clodĭus, *adject.* V. in fine vocis præced.

Clodo, is, pro claudo. *Plin. l. 18. c. 33.* Cludunt ita (oculus) lippiuntque ab afflatu, & alvo cita pereunt.

Cloſtellum, i, n. 2. parvum cloſtrum, ſeu clauſtrum. *Petron. in Satyr. c. 140.* Aliquid rimari per cloſtellum, *per la ferratura*.

Cloſtrum, i, n. 2. idem quod Clauſtrum. *Cato de R. R. c. 133.* Trullas ligneas duas, claves cum cloſtris. ¶ Item trabium contignatio. *Senec. l. 7. de Benef. c. 21.* Per cloſtrum, qua ſe taberna laxaverat, quatuor denarios inſeruit. Poſſis etiam hunc locum exponere de repagulis, & ſeris, quibus oſtium clauditur, ut de clauſtro dictum eſt. ¶ Cloſtrum etiam dicuntur trabes colligatæ ad impetum fluvii frangendum. *Plin. l. 10. c. 33.*

Clotho, f. 4. contract. κλωθώ, una Parcarum, a κλώθω, neo, glomero, torqueo, quia contorta, & convoluta omnia tenet. *Stat. Theb. 3. v. 556.* Ferrea Clotho.

Clucidatus, vel cluditatus, vel glucidatus, a, um, adject. dulcis, ſuavia, a γλυκύς. *Feſtus*.

Cluden, inis, culter cæcus, & manubrio incluſus, ita ut levi motione in longitudinem exeat, proprium eſt hiſtrionis. *Apul. Apol.* Sine cludine faltas. Alii aliter leg. V. *Lipſ. Elect. l. 1. c. 28.*

Cludo, dis, ſi, ſum, a. 3. *chiudere, ſerrare*, Gall. *clorre, encorenner*, Hiſp. *cerrar*, κλείω, claudo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Ipſum mare terram appetens litoribus cludit. *Varr. 3. R. R. c. 3.* Quæ maceriis ad villam venationis cauſa cluduntur.

Cludus, a, um, idem quod claudus. *Plaut. Pſeudol. 2. 2. 64.* Apud anum illam doibolarem, cludam, craſſam.

Clueo, es, n. 2. & Cluo, is, n. 3. *eſſere ſtimato, nominato*, audio, & metaleptice ſum, dicor, nominor, celebror, ſplendeo, a κλύω, audio. *Plaut. Trinum. 2. 4. 95.* Ita ſis, ut nomen cluet. ¶ Eſt etiam purgo. *Plin. l. 15. c. 29.* Cluere antiqui purgare dicebant. Eoque refert ſigna Veneris Cluacinæ. V. Cloacina. In hac ſignificatione *cluo* dictum eſſe per syncop. a *colluo*, putat *Turneb. l. 23. c. 52.* nec diſſentit *Voſſ. in Etymol.* ¶ Aliqui cluere pro pugnare exponunt, ſed nullum afferunt exemplum, quod ſatis evincat.

Cluis, e, adject. nobilis, illuſtris. *Martian. Capell. l. 4.* ubi alii aliter leg. Clumæ, folliculi hordei. *Feſtus*.

Cluna. V. Clura.

Clunacŭla, læ, f. idem quod clunaculum. *Gell. l. 10. c. 25.*

Clunacŭlum, ſeu clunaclum, n. 2. culter ſanguinarius, dictus, vel quia clunes hoſtiarum dividit, vel quia ad clunes dependet. *Feſt.* ¶ *Scaliger* legit, *victimarius*, vel *ſaginarius*, quod eo interficerent pecora ſaginata. Ita erit proprie culter poparum.

Clunālis, le, ad clunes pertinens. *Clunales pedes* apud *Avien. in Arat. v. 361.* ſunt pedes poſteriores Urſæ cæleſtis.

Clunarĭus, a, um, ad clunes pertinens, ut clunaria lanx, in *fragment. Petronii, p. 31.*

Cluniculus, i, vel clunicula, æ, diminut. a clunis. *Favorinus* apud *Gell. l. 15. c. 8.* Cluniculis avium ſaturum fieri.

Cluninus, V. Clurinus.

Clunis, is, ſed ſæpius in plur. clunes, ium, tam maſc. quam fem. gen. *natiche*, מתן, Germ. *geſeſſe*, Gal. *la feſſe*, Hiſp. *nalga*, πυγή, nates, a κλύζω, abluo, purgo, unde clyſter. *Juven. ſat. 11. v. 16.* Tremulo deſcendunt clune puellæ. *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 9. de equo.* Quod pulchræ clunes, breve quod caput.

Cluniſtaridyſarchides, m. vox joculariter ficta a *Plauto Mil. 2. 1. 24.* ad ſignificandum terribilem quendam imperatorem hoſtium, quem Pyrgopolynices, jactator & arrogans miles, viciſſe ſe gloriatur in campis Gurguſtidonis. Conflata eſt ex duabus Latinis vocibus *clunis*, & *inſtar*, & totidem Græcis ἡδύς, dulcis, vel δύς, ægre, & ἄρχειν, impero: qua in compoſitione, præter ridiculum, obſceni quippiam ſubeſt.

Clunus, a, um, quaſi clunatus, unde clunus ſimius a clunibus tritis dictus exiſtimant. *Feſt.*

Cluo, V. Clueo.

Clupea, f. 1. *chiepa*, θρίσσα, piſcis, qui venam quandam in faucibus thynni erodens, ipſum exanimat. *Plin. l. 9. c. 15.* Vocatur & Thryſſa, nec diſſimilis eſt harengis. ¶ Eſt etiam nomen oppidi in Africa. *Liv. l. 27. c. 29.* A *Polybio*, & aliis græce dicitur ἀσπίς, & *clypea* a nonnullis ſcribitur.

Clura, vel Cluria, æ, ſimia. Vet. Gloſſ. Clore, πίθηκος. Et Cluria κερκοπίθηκος. Alii legunt *Cluna*. *Feſt.* ¶ Hinc

Clurinus, a, um, adject. ad ſimiam pertinens. *Plaut. Trucul. 2. 2. 14.* Tu vere clurinum pecus. de puella deformi loquitur. *Arnob. l. 3.* Clurino cum pecore. Alii legunt *Cluninus*.

Cluſāris, re, adject. qui claudit, cluſarius. *Hygin. apud Goeſ. p. 181.* Anguli cluſares. Et *p. 156.* Porticu quadrata cluſaris. ¶ Eſt a cludo pro claudo, ut &

Cluſarius, a, um, ad claudendum aptus, ut angulus cluſarius, *Hygin. apud Goeſ. p. 156.* Latus cluſarium. *Ibid. p. 183.*

Cluſilis, le, adject. qui facile clauditur. *Plin. l. 9. c. 37.* Conchæ cluſiles, & mordaces.

Cluſinus, a, um, adject. a Cluſio oppido, ut Cluſinum far, quod eſt genus adoris, ſive farris candidius. *Colum. l. 2. c. 6.* Cluſini fontes. *Horat. l. 1. ep. 15. v. 9.* qui locus nunc dicitur *Bagni di S. Caſſiano*.

Cluſiŏlum, i, n. 2. opp. Hetruriæ, ſupra Interamnam. *Plin. l. 3. c. 14.*

Cluſium, *Chiuſi*, urbs Etruriæ, olim ſedes Porſenæ Regis, in regione *Val de Chiana*, in colle, prope Clanim paludem. *Virg. 10. Æn. 167.*

Cluſius, i, dictus eſt Janus teſte *Ovid. 1. Faſt. v. 130.* Sed *Macrob. ſat. l. 1. c. 9.* habet Clauſius. Dictus eſt autem *Cluſius*, quod pacis tempore ejus templi portæ clauderentur.

Cluſor, oris, m. 3. venator, qui ſilvas, & ſaltus retibus cingit, & claudit. *Sidon. l. 8. epiſt. 6.* Cluſor ſtatarius nemora circumveniens.

Cluſūra, V. Clauſura.

Cluſus, a, um, adject. idem quod clauſus, *chiuſo*. *Valer. Flacc. l. 2. v. 239.* Sibi cluſos invenit Argos.

Clutus, a, um, o. 1. 2. κλυτός, celebris, unde comp. *inclutus*, nunc inclytus. *Feſtus*.

Clymĕne, f. 1. κλυμένη, filia Oceani, & Tethyos, vel Minii, & Eurynaxæ, uxor Japeti, vel Meropis Regis extremorum Æthiopum Ægypti. Cum forma excelleret, fertur Soli placuiſſe, & ex eo filium Phaethontem, vel Eridanum, & tres filias, Phaetuſam, Lampetien, Lampetuſam peperiſſe, ut a *Theodontio* ſcriptum eſt. Sed *Paulus*, & *Leontius* narrant, Clymenem genuiſſe Phaethontem, & ſorores ex Merope, *Leontius* duos filios addit, Iphidum, & Philacem. *Ovid. 1. & 2. Met.*

Clymeneĭdes, um, ſorores Phaethontis. *Ovid. ad Liviam, v. 111.* Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneides altæ.

Tom. I.

Clymeneĭus, vel Clymenēus, a, um, patronym. a Clymene, ut proles Clymeneja, h. e. Phaethon. *Ovid. 2. Met. v. 19. Stat. l. 1. Silv. 2.* Auguſtum ſpoliare nemus, Clymeneiaque deeſſe Germina.

Clypea. V. Clupea.

Clypeātus, a, um, clypeo munitus. *Virg. 7. Æn. v. 793.* clypeataque totis agmina denſantur campis. *Curt. l. 7. c. 9. n. 2.* In proris clypeatos locaverat.

Clypĕo, as, are, clypeo munire. Verbum eſt *Pacuvii*. Sic enim ille apud *Non. 2. n. 145.* Chlamyde contorta aſto clypeas brachium.

Clypeŏlum, i, n. parvus clypeus. *Hygin. fab. 139.* Eiſque clypeola aurea, & haſtas dedit.

Clypĕus, ſeu clupeus, ſeu clipeus, m. 2. & clypeum, n. 2. *ſcudo*, מגן, Ger. *ein ſchild*, Gal. *bouclier*, Hiſp. *eſcudo*, ἀσπίς, ſcutum majus. Dictus eſt vel a κλέπτω, abſcondo, quod hominem tegat, vel a γλύφω, ſculpo, quod in eo imagines inſculpi ſolitæ. *Plin. l. 35. c. 3.* Scutis, qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum, non, ut perverſa Grammaticorum ſubtilitas voluit, a *cluendo*. ¶ Objicere clypeos ad tela. *Virg. Æn. 2. v. 444.* Ictus clypeo excipere. *Ovid. 12. Met. verſ. 375.* ¶ Imagines quoque in clypei formam factæ, clypei dicebantur. Quamquam in hac ſignificatione quidam Grammatici *clupeum*, vel *clypeum*, neut. gen. tantummodo dici volunt, quos arguit ipſe *Chariſius*, qui contraria exempla adducit, & *Plin. l. 35. c. 3.* De his V. *Lipſium in Ann. Tacit. l. 2.* & *Caſaubonum ad Suetonii Neronem c. 26.* ¶ Transfertur eleganter vox clypei ad quodvis præſidium, & tutelam. *Claudian. de 4. Conſul. Honor. v. 432.* Sobnixus Stilicone tuo, quem fratribus ipſe Diſcedens clypeum defenſoremque dediſti. ¶ *Scutum* oblongum eſt, quadratum, & totum munit corpus; *clypeus* rotundior, cavus, & totum protegit pectus. *Umbo* eſt in medio clypei pars elevatior. ¶ Clypeis antea Romani uſi ſunt, deinde poſtquam facti ſunt ſtipendiarii, ſcuta pro clypeis fecere. *Liv. l. 8. c. 8.* ¶ *Serv. in Æn. 9.* ait, Clypeum eſſe peditum, ſcutum equitum. Sed hac de re V. *Popmam de different. verbor.* ¶ Clypeum etiam antiqui ob rotunditatem corium bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum. *Feſtus*.

Clyſmus, i, purgatio, lotio, clyſter. *Scribon. Larg. compoſ. 155.* His alvus acri clyſmo mane trahenda eſt.

Clyſter, eris, m. 3. & clyſterium, n. 2. *criſtea, ſerviziale, argomento*, Ger. *einkliſtier*, Gal. *clyſtere*, Hiſp. *cliſter*, κλυστήρ, medicamentum liquidum, quod inteſtino injicitur ad abluendam alvum: item inſtrumentum, quo medicamentum hoc injicitur, a κλύζω, abluo. *Plin. l. 20. c. 3.* Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorum omnium vitiis medetur. *Scribon. Larg. compoſ. 118.* Per clyſteria caldam immittere. ¶ *Macer* penult. corripit: Appoſitis digitis, aut intus clyſtere fuſis. Cave, imiteris.

Clyſterio, us, are, clyſtere purgare, vel clyſterem immittere. *Veget. l. 1. ars Veterin. c. 41.* Clyſteriabis ex aqua calida, & oleo. Al. leg. *clyſterizabis*.

Clytemneſtra, f. 1. κλυταιμνήστρα, filia Jovis, & Ledæ, ſoror Helenæ, Caſtoris, & Pollucis, uxor Agamemnonis, cui Oreſtem, & Electram peperit. Regreſſum ex bello Trojano virum in convivio ope Ægyſthi adulteri filii Thyeſtis interfecit, deinde Caſſandram interfici juſſit Priami filiam, quæ Agamemnoni in rerum diviſione ſorte obtigerat. Poſtremo & ipſa occiſa eſt ab Oreſte filio in patris ultionem. *Hygin. fab. 117. & 240.*

Clytie, es, f. 1. Oceani Nympha, aliquando ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri ejus indicavit. Iratus enim Apollo Clytien graviſſimo odio proſecutus eſt. Illa amoris impatientia cibo, & potu abſtinens mane orientem, & veſpere occidentem ſpectabat Apollinem, & quacunque Apollo iter faciebat, oculis ſequebatur. Tandem fame, & dolore conſumpta mutata eſt in heliotropium. *Ovid. 4. Met. v. 192. & ſequentib.*

C ANTE N, & O

Cnæus, & Cneus, i, m. prænomen Romanum a *nævo* ductum. Scribitur fere duabus tantum prioribus litteris, ut *Cn. Pompejus Magnus*: ipſum autem C pronuntiatur ut G, ut in *Cajus*. Sed & per G ſcriptum reperitur in *Inſcript.* apud *Noris in Cenotaph. Piſan.* ¶ Fœmininum eſt *Cnæa*. *Inſcript.* apud *Gruter. 274. 2.*

Cnaſon, nis, m. 3. acus, qua mulieres caput ſcalpunt, al. diſcerniculum. *Feſt.*

Cnedinus, a, um, *di ortica*, ut cnedinum oleum. *Plin. 15. 7.*

Cneōrum, n. 2. κνέωρον, κνέωρον, herba quædam, a κνάω, rado, quia linguam mordet, *Plin. l. 13. c. 21.* *Hyginus* caſiam interpretatur.

Cnephoſus, a, um, o. 1. 2. tenebricoſus, a κνέφας, crepuſculum, tenebræ, vel a νέφος, caligo. *Feſt.*

Cnæus. V. Cnæus.

Cnidus, V. Gnidus.

Cniſſa, f. 1. κνίσσα, nidor, pinguedinis incenſæ fumus. *Arnob. l. 7.* Niſi forte beſtiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem conſectatur, & fumos, paſciturque de cniſſis, quas evomunt ardentia viſcera.

Cnodax, acis, κνώδαξ, fibula eſt ferrea. Ferrei cnodaces apud *Vitruv. l. 10. c. 6.* ſunt ſubſcudiculæ ferreæ, in exteriori parte rotundæ, in extremis ſcaporum, vel axium capitibus implumbatæ, vel adactæ, per quas axes, ſeu torni verſantur, *perni*. In aliquibus libris legitur Chodax. Sed χώδαξ, græce non invenitur.

Coa veſtis, *Bombacino ſottile*, ſive ſubſtantive Coa in plur. num. ſubtiliſſimum erat veſtis genus ex bombyce, adeo tenue, ut corpus pelluceret, dictum a Coo inſula, in qua Pamphila Platis filia veſtem hujuſmodi prima contexuit. Eædem Ceæ veſtes dicuntur, a Cea inſula. Nam antiqui non convenere in hujus inventi gloria, quam alii Ceæ, alii Coæ mulieri tribuerunt. *Hor. l. 1. Sat. 2. v. 101.* Altera nil obſtat, Cois tibi pene videre eſt Ut nudam. *Ovid. 2. de Arte, v. 298.* Sive erit in Cois, Coa decere puta. ¶ Eſt etiam Coa menſuræ genus, quo referunt aliqui illud *Cœlii* de Clytemneſtra Quadrantaria, apud *Quintil. l. 8. c. 6.* In triclinio coa, in cubiculo nola. V. *Choa*, & *Nola*.

Coaccēdo, idem ac accedo, vel ſimul accedo. *Plaut. Cur. 2. 3. 65.* Decem pro his coaccedunt minæ.

Coacervātim, adverb. *a mucchi*, acervatim. *Apul. l. 2. Florid.* Non ſigillatim, ac diſcretim, ſed cunctim, & coacervatim offerre.

Coacervatio, onis, f. *ammucchiamento*, aggregatio, acervus, cumulus, copia. *Cic. in Part. c. 35.* Frequentatione argumentorum, & coacervatione univerſa.

Coacervātus, a, um, nom. ex particip. συλλεχθείς, collectus, aggregatus. *Cic. in Partit.* Veriſimilia cum ſunt coacervata, proficiunt.

Coacervo, as, idem ac acervo. *Cic. 2. Agr. c. 27.* Ante pecuniæ coguntur, & coacervantur.

Coaceſco, is, cui, idem ac aceſco, vel ſimul, vel totus aceſco. *Cic. de Senect. c. 18.* Ut non omne vinum, ſic non omnis ætas naturæ vetuſtate coaceſcit.

Coacte, adverb. *in riſtretto*, *in breve*. *Tertull. de Bapt. c.* 12. Alii plane ſatis coacte injiciunt. *Gell. l.* 10. *c.* 11. cum ſignificandum coactius quid & feſtinatius factum.

Coactilia, ium, n. 3. *feltri*, panni ex lana non texta, veſtes ex lana, vel pilis paulo denſius compactis, ſive coactis. Vet. Gloſſ. πιλωτὸν, Coactile. Hujuſmodi veſtium mentio fit in *Leg.* 25. *ff. de aur. & arg.* ¶ *Cæſar de B. C. l.* 3. *c.* 44. ſubcoacta appellat. Ubi tamen *Cujac. l.* 5. *Obſervat. c.* 11. mavult legere *coacta*, quod *Scaliger* etiam in ipſum textum recepit. ¶ De coactilibus V. *Lipſ. l.* 4. *de militia*, *Dial.* 6.

Coactiliaria taberna, in qua coactilia fiunt. *Capitolin. in Pertin. c.* 3.

Coactiliarius, ii, qui coactilia conficit. Vet. Gloſſ. πιλοποιὸς. *Lapis Vet.* Lariſcus lanarius coactiliarius.

Coactim, breviter, coacte. *Sidon. l.* 9. *ep.* 15. Schedium raptim, coactimque tranſlator feſtinus exſcripſi.

Coactio, onis, f. *radunamento*, συναγωγὴ, congregatio, conſpiratio. *Cic. de Aruſp. reſp.* Nocturnis vigiliis, & coactione hominum. ¶ Coactio argentaria eſt munus cogendi pecunias. *Sueton. in Veſp. c.* 1. Coactiones argentarias factitavit.

Coacto, as, are, frequent. a cogo, ſæpe, vel vehementer cogo. *Lucr. l.* 6. *v.* 1120. Quæ graditur, conturbat, & immutare coactat.

Coactor, oris, m. *raccoglitore*, qui pecuniam cogit, & recipit, officii nomine, ut mercenarius eorum, qui habebant argentariam. *Cicer. pro Rabir.* Ut noſtri coactores facere ſolent. ¶ Coactores etiam, & collectarii dicebantur ipſi argentarii in auctionibus, quia pecunias cogerent. *Id. pro Cluent.* Ne multa, perquiritur a coactoribus, ideſt ab iis, qui auctioni præſunt. ¶ Apud *Catonem de R. R. c.* 130. Coactor eſt, qui pecus cogit, & ſervat. ¶ Coactor, qui cogit, & ad faciendum impellit. *Senec. epiſt.* 53. Quibus non duce tantum opus eſt, ſed adjutore, atque ut ita dicam coactore.

Coactum, i, n. 2. V. Coactilia.

Coactūra, æ, f. *adunamento*, quod ex aliqua re colligitur, & cogitur, συναγωγὴ. *Colum. l.* 12. *c.* 50. *de oleo exprimendo*: Seorſum reponatur uniuſcujuſque diei coactura.

Coactus, a, um, nom. ex particip. a cogo, tot fere habet ſignificationes, quot ipſum cogo. *Cic. pro Dom. c.* 35. Cum de me coactus dicerem. *sforzato*. *Nepos in Alcib. c.* 4. Coacti, ut ſe devoverent. *Salluſt. in fragm.* Coactus regredi. *Cic. pro Cæcin.* Coacti, & armati homines, *radunati*. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 666. Lac coactum, *rappreſo*. *Plin.* 2. 39. Liquor coactus in nivem. ¶ Coacta alvi, h. e. excrementa craſſiora, & duriora. *Celſus l.* 2. *c.* 8. ¶ Coactæ lacrimæ, h. e. vi expreſſæ. *Virg.* 2. *Æn.*

Coactus, us, m. 4. impulſus. *Cæſ. B. Gal. lib.* 5. *cap.* 27. Neque voluntate ſua, ſed coactu civitatis. *Cic. Verr.* 4. Coactu iſtius quod non ſenſerit judicaſſe.

Coaddo, idem ac addo. *Cato c.* 40. *de R. R.* Argillam, vel cretam coaddito.

Coadjicio, is, ieci, ectum, a. 3. ſimul adjicio, *aggiunger' inſieme*. *Colum. l.* 12. *c.* 21. Coadjicitur in binas urnas ligula cumulata.

Coadjūtor, oris, m. 3. qui ſimul adjuvat. Habetur de hac voce exemplum in Inſcript. apud *Grut.* ſed ſpuria, & nullius adeo auctoritatis.

Coadoleſco, is, evi, ultum, n. 3. *creſcer' inſieme*, ſimul adoleſco. *Tertull. de Anima*, *c.* 16. Exinde inolevit, & coadolevit in anima ad inſtar jam naturalitatis.

Coadōro, as, ſimul adoro. *Ambroſ.* 3. *de Spiritu S*, *c.* 12. & *Juſtin. in Cod.* 1. 1. 4.

Coadunatio, onis, *adunamento*, actus adunandi. *Juſtinian. in Cod. l.* 5. *tit.* 13. *leg. ult.*

Coadunatus, a, um, adunatus. *Aurel. Vict. Vir. illuſtr. c.* 1. Coadunatis Paſtoribus civitatem condiderunt. Alii leg. *Adunatis*. *Paul. Leg.* 9. *ff. de Pact.* In unam ſummam coadunatæ.

Coadūno, as, are, idem quod aduno, *adunare*, συνάγω. *Dictys Cret. Belli Troj. l.* 4. *c.* 17. Haud prius abire deſtitit, quam reliquiæ coadunarentur. *Ulpian. L.* 7. *ff. ad exhibendum*, §. 2. Si brachium ſtatuæ coadunaverit.

Coædificatus, a, um, inædificatus. *Cic. in Partit. c.* 10. Loci culti, an inculti, celebres, an deſerti, coædificati, an vaſti, *luoghi con fabbriche*.

Coædifico, as, *fabbricare in qualche luogo*, inædifico. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 33. Campum Martium coædificari. *Manut.* quod in ſuo libro legerat *cum*, vel *tum ædificari*, putabat emendandum *totum ædificari*.

Coæquālis, idem ac æqualis. *Colum. l.* 8. *c.* 14. In gregem coæqualium compellitur. *Petron. in Satyr. c.* 136. Sinciput coæquale natalium ſuorum, *h. e.* ejuſdem ætatis.

Coæqualitas, atis, æqualitas. *Modeſt. Dig.* 27. 1. 8. Coæqualitas honorum militiæ.

Coæquātus, a, um, æquatus. *Salluſt. ad Cæſ. de republ. ordin.* 2. Coæquati dignitate, pecunia, virtute.

Coæquo, as, idem ac æquo. *Salluſt. Catil. c.* 20. Coæquare montes. *Id. ad Cæſ. de rep. ordin.* Coæquare gratiam omnium difficile eſt, *eſſer in grazia di tutti*.

Coæquus, a, um, a. 1. 2. æqualis. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Ex innumeris populis pars coæqua in commerciis, aut latrociniis degit.

Coætaneo, as, apud *Tertull. de reſur. carn. c.* 45. ſignificat coætaneum eſſe.

Coætaneus, a. 1. 2. *d'una medeſima età*, Germ. *der eines alters iſt*, ἡλικιώτης, ejuſdem ætatis, vel qui ætate eadem vixit. *Portius Latro in Declam. in Catil.* Scipioni coætaneo ſuo. Adde *Apul. l.* 8. *Mileſ. p.* 204. *edit. Elmenh.* & *Tertul. adverſ. Hermog. c.* 6.

Coæſtimo, ſimul æſtimo. Affertur a Lexicographis exemplum ex *Celſo JCto ff. l.* 47. *tit.* 2. *l.* 67. *vel* 69. Sed al. leg. *æſtimabitur*, non *coæſtimabitur*.

Coæternus, a, um, ſimul æternus. Legitur apud *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 11. *Hieronym. ep.* 57. & *Auguſtin. ſerm.* 38. *de verb. Dom. c.* 7.

Coævus, a. 1. 2. æqualis, cum aliquo ætate conjunctus, *d'una iſteſſa età*, Gal. *d'un meme age*, Hiſp. *de la miſma edad*, ὁμῆλιξ, ejuſdem ævi. *Prudent. hymn. Epiph. v.* 137. Inter coævi ſanguinis Fluenta ſolus integer.

Coagitatio, idem ac agitatio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Animo primum caleſcit ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum. *Victorius*, & *Gruterus* ſilem MSS. ſecuti legunt *contagione*.

Coagitatus, a, um, ſimul agitatus. *Marcell. Empir. cap.* 8. Fel melle mixtum, & diu coagitatum.

Coagito, as, *agitare*, *meſcolare*. *Apic.* 2. 1. & 4. 3.

Coagmentatio, f. *conneſſione*, *concatenazione*, nexus, compoſitio, conſtructio, conjunctio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 7. Quæ eſt coagmentatio non diſſolubilis?

Coagmentātus, a, um, adject. συμπηκτὸς, connexus, compactus, *conneſſo*. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 29. Nihil admixtum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. *Curt. l.* 4. *c.* 7. *n.* 23. Habitus gemmis coagmentatus.

Coagmento, as, a. 1. *connettere*, *congiungere*, חבר, Ger. *zuſammen fügen*, Gal. *aſſembler*, *coler enſemble*, Hiſp. *travar uno con otro*, συναρμόζω, conjungo, compono. *Cic de Sen. c.* 20. Opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit, natura diſſolvit. ¶ Tranſlate *Cic. de Orat. c.* 23. Verba verbis quaſi coagmentare negligat. *Id. Philip.* 7. *cap.* 8. Coagmentare pacem.

Coagmentum, i, *conneſſione*, *congiunzione*, חבר, Gall. *aſſemblement*, σύμπηξις, compoſitio, compago. *Ammian. l.* 20. *c.* 14. Coagmenta ſodiens lapidum recens ſtructorum. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 142. Coagmenta in foribus. ¶ Eleganter ad literarum compoſitionem transfert *Gell. l.* 17. *c.* 9. Literæ, inquit, ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum.

Coagulatio, f. 3. *quagliamento*, πῆξις, actus coagulandi. *Plin. l.* 18. *c.* 12. Venenum eſt in prima lactis coagulatione.

Coagulātus, a, um, adject. *quagliato*, *rappigliato*, ut coagulata pix, *Plin. l.* 16. *c.* 11. Lac coagulatum, *Id.* 20. 14.

Coagŭlo, as, a. 1. *coagulare*, *rappigliare*, קפא, Germ. *zuſammen rinnen*, Gall. *cailler*, Hiſp. *cuajar*, πήγνυμι, cogo, conſtringo. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Summa probatio balſami eſt, ut lac coaguletur.

Coagŭlum, n. 2. *preſame*, *gaglio*, *coagulo*, קפאון, Ger. *keſelab*, Gall. *preſure*, Hiſp. *cuajo*, πυτία, id, quod ad denſandum lac adhibetur, ut ventriculus vituli, a *coago*, vel *cogo*, denſo, ſtringo. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 830. Partem liquefacta coagula durant. *Plin. l.* 11. *c.* 41. Coagulum hinnuli, leporis, hædi laudatum. ¶ Tranſlate coagulum dicitur quidquid connectit, ac jungit. *P. Syrus in Mimis*: Amicitiæ coagulum unicum eſt fides. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Coagulum animi, atque amoris.

Coalĕo, les, n. 2. συμφύομαι, cohæreo, concreſco, a *con* & obſoleto *aleo* pro alo. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Ut niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Alii leg. *colere non proſit*.

Coaleſco, is, coalui, n. 3. *unirſi*, *attaccarſi*, *e creſcere*, קפאון, גדל, συμφύομαι, concreſco, o coaleo. Arborum proprium. *Colum. de arborib. c.* 27. Interpoſito triennio coaleſcet ficus oleæ. ¶ *Plin. lib.* 9. *cap.* 51. A partu coaleſcit vulnus, h. e. conſtringitur, clauditur. ¶ *Gell. lib.* 7. *cap.* 7. Pars in unam vocem coaluiſſet, *h. e.* conveniſſet, conjuncta eſſet. ¶ Ad animum tranſtulit *Liv. lib.* 23. *cap.* 35. Tanta concordia coaluerant omnium animi.

Coalitus, a, um, *unito*, *creſciuto*, *e raſſodato*, concretus, confirmatus. *Gell. l.* 12. *cap.* 1. Intereſt, cujus ex ſanguine concretus homo, & coalitus ſit. *Tacit. l.* 14. *in princ.* Vetuſtate Imperii coalita audacia.

Coalluo, is, ere, eſt per alluvionem aliquid augere. *Pompon. de acquir. rer. dom. l. Ergo.* ubi alii leg. *colluere*.

Coamicus, m. 2. ſimul amicus. *Cic. de Amic. c.* 26. Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes verſaris. Emendati Codices habent, *Comicos*.

Coanguſtatus, a, um, in anguſtum redactus. *Hirt. de B. Hiſp. c.* 5. Milites cipiti appropinquantes coanguſtati præcipitabantur.

Coanguſto, as, *ridurre in riſtretto*, idem ac anguſto. *Cic.* 3. *de Leg. cap.* 14. Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coanguſtari etiam poteſt.

Coaptatio, onis, f. apta conjunctio. *Auguſtin. l.* 4. *de Trinit. c.* 2. In omni compaginatione, vel, ſi melius dicitur, coaptatione creaturæ. Hanc enim coaptationem (ſic mihi nunc occurrit) dicere volui, quam Græci ἁρμονίαν vocant.

Coaptātus, a, um, apte conjunctus. *Auguſt. l.* 22. *de Civ. Dei*, *cap.* 24. *a med.* Manſuræ, quibus inter ſe cuncta connexa ſunt, & coaptata.

Coarctatio, idem ac arctatio. *Liv. l.* 27. *c.* 46. Coarctatio plurimum in anguſto tendentium facilior futura erat. *Hirt. Bel. Alex. c.* 74. Cæſar ridebat inanem oſtentationem, & eo loco militum coarctationem. *Vitruv. lib.* 9. *c.* 9. laxationi opponit.

Coarctātus, a, um, *riſtretto*, coanguſtatus. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 10. Cn. noſter adhuc in oppidis coarctatus. *Colum. l.* 8. *c.* 7. Gallinæ in caveis in coarctatæ, ne verſari poſſint. ¶ Tranſlate *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 71. Coarctati conſulatus, *h. e.* ad brevius tempus redacti.

Coarcto, & coarto, as, a. 1. *riſtringere*, idem ac arcto. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 35. Quæ coarctavit, & peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis, atque explicet. ¶ Eſt etiam cogere. *Paul. lib.* 57. *de contrah. empt.* Coartandus eſt emptor conditionem adimplere.

Coarĕo, es, vel coareſco, is, arui, n. 2. vel 3. ſimul, vel valde areo. *Vitruv. l.* 7. *c.* 11. Ab ignis vehementia conferveſcendo cum coaruerint.

Coargŭo, is, *moſtrare*, *far vedere*, *provare*, idem ac arguo. *Cic. l.* 1. *Acad. c.* 4. Errorem alicujus coarguere. Et *Ver.* 6. *c.* 47. Coarguere reum teſtibus. ¶ Cum infinito, *Hirt. de Bel. Alex. c.* 68. Cum defenſionem ejus nullam poſſe excuſationem recipere, coarguiſſet.

Coarticŭlo, as, *diſtinguere*. *Arnob.* 1. *adv. gent. a med.* Ora coarticulare mutorum, *ideſt* facere, ut muti articulate loquantur.

Coaſpernor, aris, idem quod aſpernor, vel ſimul aſpernor. *Tacit. hiſt. l.* 1. *c.* 7. Severitas ejus angebat coaſpernantes veterem diſciplinam.

Coaſſatio, vel coaxatio, onis, *tavolato*, *aſſito*, σανίδωσις, coaſſandi actus, contabulatio. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Neceſſarium binas per diverſum coaſſationes ſubſterni. Adde *Vitruv. l.* 5. *c.* 1. & *l.* 7. *c.* 1.

Coaſſo, vel coaxo, as, a. 1. *intavolare*, Germ. *zuſammen tafelen*, Gal. *entabler*, Hiſp. *entablar*, σανιδόω, contabulo, ab aſſis. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Cum coaſſatum fuerit, ſupra altera coaxatio tranſverſa ſternatur. ¶ Coaxare eſt etiam ranarum proprium, *gracidare*. *Auctor carm. de Philomela*. Garrula limoſis rana coaxat aquis. *Suet. Auguſt. cap.* 94. Atque ea ex negantur ibi ranæ coaxare.

Coaſſŏlet, aſſolet. *Plaut. Epid. c.* 2. 5. ubi alii leg. *aſſolet*.

Coatræ, ſeu Coactræ, populi inter Aſſyriam, & Mediam, qui Coatram M. incolunt, apud quos arbores ſunt maxima proceritate.

Coauctio, onis, f. 3. augmentum, *accreſcimento*. *Cic. Verr.* 4. *c.* 81. Ex coauctione annonæ, atque æſtimationis.

Coaugmentātus, a, um, auctus. *Martian. Capell. lib.* 5. ubi al. leg. coagmentatus.

Coax, vox ranarum, teſte *Serv. ad Æn.* 7. *c.* 16.

Coaxo, V. Coaſſo.

Cobio, m. 3. piſcis ex genere chromborum. *Plin. l.* 32. *c.* 5. Vide Gobio.

Cobion, tithymali ſpecies. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Cocalides, um, f. filiæ Cocali. Fuit autem Cocalus Rex Siciliæ, qui Dædalum ab Creta Minois iram fugientem recepit, ipſumque Minoem, qui fugitivum Siciliam uſque perſequutus fuerat, hoſpitio exceptum, per inſidias filiarum ope interfecit. *Sil.* 14. *v.* 42.

Cocalides, um, f. filiæ Cocali Siciliæ Regis, quæ Minoa fraude interfecerunt. *Sil. l.* 14. *v.* 44.

Coccetum, vel Cocetum, i, n. 2. genus edulii ex melle, & papavere factum. *Feſt.*

Coccĕus, a. 1. 2. *di grano*, *granatino*, שני תולעת, Germ. *ſcharlach roht*, Gal. *d'ecarlate*, Hiſp. *de grana*, κόκκινος, quod cocci colorem habet. *Lamprid. in Alexand. c.* 42. Coccea lacerna. Al. leg. *coccinea*.

Coccinātus, a. 1. 2. κοκκοβαφής, qui coccineis veſtibus indutus eſt. *Martial. l.* 1. *epigr.* 97. Qui coccinatus non putat viros eſſe. *Suet. Domit. c.* 4. Puerulus coccinatus.

Coccinĕus, a. 1. 2. idem ac cocceus. *Plin. l.* 21. *c.* 31. Alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, *Martial. l.* 14. *epigr.* 131. Coccinea lacerna. ¶ Colorem coccineum (qui latine & ſpadicus, & roſeus, & Phœniceus vocatur) aliqui cenſent eum eſſe, quem vulgo *ſcharlatum* & *chermeſinum* dicimus. De *ſcharlato* non repugnem. At *chermeſinus* alius eſt. Nam etſi coccum Serapioni, aliiſque Arabibus chermes dicitur, tamen nihil hoc ad noſtrum chermeſinum, quia fit a granulis, quæ vulgaris pimpinellæ radicibus adhærent. *Voſſius ex Matthiolo*.

Coccinum, ſubſtant. n. 2. κόκκινος χιτών, veſtis coccinea. *Mart. l.* 4. *epigr.* 28. Coc-

c8. Coccina famoſis donas, & janthina mœchæ.

Coccinus, a, um, o. 1. 2. cocco tinctus, ſive cocci colorem referens, ut Coccina veſtis, cocco infecta. *Martial. l. 14. epigr. 131. Petron. in Satyr. c. 28.*

Coccum, ci, n. 2. *grana, cocco*, גלעין, Germ. *greine*, Gall. *graine*, Hiſp. *grana*, κόκκος, frutex ſurculoſus, parvus, in Turdetania, Galatia, Attica, Peloponneſo, &c. cui grana adhærent lentis faciem referentia, quibus granis ſericea, laneaque ſtamina tinctores inficiunt. Ejus granum dicitur *coccum* neut. gen. Differt a purpura. Nam coccus frutex eſt, purpura genus conchæ in mediis faucibus liquorem illum habens tingendis veſtibus expetitum. Coccinæ item veſtes a purpureis colore differunt. Hinc *Ulpian. l. ſi cui lana ff. de legat. 3.* negat, coccum contineri purpuræ appellatione. Nam coccineus color exuberantiam quandam, ac ſplendorem ruboris præ ſe fert. *Plin. l. 21. c. 8.* Colores animadverto tres eſſe principales, unum in cocco, qui in roſis micat, gratius nihil traditur aſpectu. Sed tamen purpura interdum letius accipitur. *Horat. l. 2. Sat. 6. verſ. 102.* Rubro cocco tincta veſtis.

Coccyx, ygis, maſc. 3. Cuculus avis. Hunc deſcribis *Plin. l. 10. c. 9.*

Cocetum, V. Coccetum.

Cochlacæ, vel cochleacæ, vel cochleæ, f. 1. ſunt lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem. *Feſt.*

Cochlĕa, f. 1. *chiocciola, lumaca*, κόχλος, κοχλίας, proprie teſta limacis, & metonymice limax, qui teſtam habet, a κοχλῶ, gyro, quia cochleæ teſta eſt tortilis, ac turbinata. *Cicer. de Div. 2. 64.* Si quis Medicus ægroto imperet, ut ſumat terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius, quam hominum more chochleam diceret. ¶ Tranſlate apud *Vitruv. l. 6. c. 9.* eſt lignum in torculari erectum, ſtriatum, quod dum vertitur, prælum extollit, vel demittit. ¶ Item inſtrumentum hauſtorium, quod vulgus *pompam* vocat, cujus in medio rota eſt, quæ dum e calcantibus verſatur, machina introrſus claviculatim detornata aquas exſorbet ex aquario ſepto, & retrorſus emittit. *Vitruv. l. 10. c. 11. Bud. annot. prior. in Pand.* ¶ Item genus oſtii tortuoſi, & oblique flexi. *Var. de R. R. l. 3. c. 3.* Oſtium habere humile, & anguſtum, & potiſſimum ejus generis, quod cochleam appellant.

Cochleāre, & per apocopem cochlear, n. 3. *cucchiaro*, ὄστρυξ. *Col. l. 12. c. 21.* cochlear cumulatum. *Mart. in Apoph. epig. 121.* Sum cochleis habilis, ſed nec minus utilis ovis, Nunquid ſcis, potius cur cochleare vocer? Eſt enim lingula quædam ex altera parte teres, & acuta. Itaque pars ejus una aptiſſima eſt ad extrahenda ova, & *ligula* dicitur, altera ad extrahendas cochleas, & cochleare appellatur. Ejus figura habetur in antiquarum rerum Muſeis. Non eſt igitur patina ad capiendas cochleas, & ova, ut putat *Salmaſ. in not. ad Pollion. p. 340. & Græv. in addit. ad Theſ. Fabri*, quod antiqua cochlearia nunquam viderint. Multo minus verum eſt, quod eruditi quidam ſcripſerint, *cochlear* dici a forma, & cochlearum teſtis primum in hunc uſum adhibitis. ¶ Eſt etiam menſura liquidorum, quarta pars cyathi, *Col. l. 12. c. 21. & Plin. l. 27. c. 4.*

Cochleāris, re, adject. ut cochlearis menſura, *Plin. l. 21. c. 27.* ubi alii aliter legunt.

Cochleārium, rii, n. 2. vivarium, in quo cochleæ aſſervantur. *Varr. 3. de R. R. c. 14.* Idoneus ſub dio ſumendus locus cochleariis. ¶ Item menſura minima rerum liquidarum, quæ duodecies ſumpta explet cyathum. *Plin. l. 20. c. 22.* Si cochlearii menſura in die ſorbeatur. *Scribon. Larg. compoſ. 122.* Sumuntur cochlearia tria cumulata.

Cochleātim, adverb. ad modum cochleæ. *Sidon. l. 4. ep. 15.* Agger cochleatim ſtructus.

Cocio, onis, m. 3. qui in emendis, vendendiſque mercibus tarde pervenit ad juſti pretii finem, a cunctatione, quaſi cunctio. Ita *Feſt. Plaut. Aſin. 1. 3. 31.* Vetus eſt, Nihili cocio eſt. V. omnino *Taubman.* Adde *Mil. 3. 2. 29.* Vide & *Gell. l. 16. c. 7.* Gloſſ. Vet. Cocin, μεταβολεύς.

Cociōnor, aris, ari, cunctari in emendo. *Quintil. Declamat. 12. c. 21.* Diu cocionatus eſt. V. *Salmaſ. de uſuris, p. 345.*

Cocinatorius, } V. Coquinatorius.
Cocitatorius, }

Cocles, itis, m. 3. *loſco, chi ha un' occhio ſolo*, Gall. *borgne, qui ne voit que d'un oeil*, Hiſp. *menguado de un ojo*, μονόφθαλμος, hoc eſt, luſcus, qui unum tantum habet oculum. *Plin. l. 11. c. 37.* Qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocabantur. ¶ Horatius Cocles, vir Romanus, qui Porſenæ Regis exercitu per Sublicium pontem tranſire conante, ſolus hoſtium impetum ſuſtinuit, donec a tergo pons a ſociis frangeretur, quo fracto armatus in Tyberim deſiluit, multiſque ſuperincidentibus telis incolumis ad ſuos tranavit. *Liv. l. 2. c. 10.*

Cocta, æ, f. aqua decocta. *Martial. l. 2. epigr. 85.* Vimine clauſa levi niveæ cuſtodia coctæ. Sic enim legendum putat *Serverius.*

Coctānum, V. Cotonum.

Coctĭbĭlis, le, o. 3. *da cuocere*, Ger. *daſs ſich leichtlich une gern Kochen leſſt*, Gal. *aiſé a cuire, facile a digerer*, Hiſp. *coſa que preſto ſe cueze*, εὔεφθος, quod facile coquitur. *Plin. l. 16. c. 6.* Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem. Scribitur & *coquibilis.*

Coctĭlia, orum, ligna cocta, arida, ſeu acapna, quæ ſc. fumum non faciunt. *Trebell. Poll. in Claud. c. 14.* ¶ Non multum differebant a carbonibus: non enim manu, ſed batillis tractabantur, quod indicat locus *Trebellii* cit. Hæc ligna cocta dicuntur *Leg. 167. ff. de verb. ſignific.*

Coctĭlicius, a, um, ut coctilicia taberna, in qua ſcil. coctilia venduntur. *Capitol. in Pertinace, c. 3.* Alii leg. Coctiliaria.

Coctĭlis, & le, o. 3. *coſa cotta*, Germ. *gekocht*, Gall. *cuit, fait par cuiſon*, Hiſp. *coſa cozida*, ἑφθός, res, quæ cocta eſt. *Plin. l. 7. c. 56.* Obſervatione ſiderum coctilibus laterculis inſcripta. *Ovid. Met. 4. v. 58.* Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem, &c.

Coctio, onis, f. 3. πέψις, ipſe coquendi actus. Unde *coctionem facere*, pro concoquere, & cibum in ventriculo conficere, *digerire, fare la digeſtione. Plin. l. 20. c. 9.* Coquitur & in melle cibi gratia, maxime ut coctionem faciat.

Coctivus, a, um, o. 1. 2. *cotto, che facilmente ſi cuoce*, εὔεφθος, quod facile coquitur, vel maturatur, vel concoquitur, ut *coctivum legumen, coctiva caſtanea. Plin. l. 15. c. 23.* Popularibus magis, quæ coctivæ vocentur.

Coctōnum. V. Cotonum.

Coctor, oris, m. 3. qui coquit, coquus, *cuoco*. *Petron. in Satyr. cap. 95.* Coctores, inſularique. Al. leg. *lictores.* ¶ Apud *Plaut. Pœn. 3. 2. v. 9. Pareus* legit: Juris coctores, qui lites creant. Sed *Turneb. l. 15. c. 7.* legit: *coctiones.* ¶ Item Prodigus, *Senec. l. 4. de Benef. c. 26.* Quis coctori credet pecuniam? Ubi *Gruter. & Gronov.* leg. *decoctori.*

Coctūra, f. 1. πέψις, coctio, aut id, quod coquitur. *Colum. l. 12. c. 18.* Si quinta pars picis Brutiæ in univerſam cocturam edicatur. *Apic. l. 6. c. 2.* Dimidia coctura decoques dum obdurescat. ¶ Item calor, & cœli temperies, qua fructus maturefcunt. *Plin. l. 14. c. 4.* Ea cœli temperies fuiſſet, quam cocturam vocant.

Coctus, a, um, o. 1. 2. *cotto*, מבושל, Germ. *gekocht*, Gal. *cuit*, Hiſp. *cozido*, ἑφθός, a coquendo, quod crudum non eſt, ſed aſſum, elixum, aut frixum. *Hor. l. 2. Sat. 2. v. 68.* Coctus pavo. *Suet. in Claud. c. 38.* Cocta vendere. ¶ Ponitur & pro lucubrato, vel maturo. *Cic. l. 13. Att. ep. ult.* Bene coctus, & conditus ſermo. *Plin. l. 12. c. 5.* Coctus ſolibus fructus. ¶ *Plaut. Pœn. 3. 2. 9.* Hodie juris coctiores non ſunt, qui lites creant. *hoc eſt* in jure periti. Sed alii leg. *coctores.* V. *Taubman.* ¶ *Lagus cocta* quid ſint vide in voce *coctilia.* ¶ *Propert. 3. 9. 22.* Agger coctus, *h. e.* e coctis lateribus factus. *Id. 4. 5. 60.* Roſaria cocta. *roſe appaſſite.* ¶ Ponitur etiam pro maturo. *Cic. de Senect. c. 19.* Poma matura, & cocta. *Plin. 12. 5.* Coctus ſolibus fructus.

Cocŭlum, χαλκίον, vas æneum, coctionibus aptum, *Feſt.* ¶ Cocula item, ligna minuta, quibus facile decoquuntur obſonia. *Plaut. Capt. act. 4. ſc. 2. v. 67.* Epulas ſaveri coculis ardentibus. Alii leg. *foculis ferventibus.* Hac ſignificatione eſt etiam apud *Feſt.*

Cocus. V. Coquus.

Cocytĭa, orum, ſacra inferna in honorem Proſerpinæ, quæ ſolebant facere mulieres maleficæ ad amorem conciliandum. *Horat. Epod. 17. v. 56.* Inultus ut tu riſeris Cocytia. Alii leg. *Cotittia* a Cotyttone Dea impudicitiæ.

Cocytius, a, um, ad Cocytum pertinens, ut *Cocytia aquora*, apud *Claudian. l. 1. in Rufin. v. 471.*

Cocytus, m. 2. Κωκυτός, flu. Epiri. ¶ Item flu. Campaniæ, qui in Lucrinum lacum influit. ¶ Nomen hoc latine fletum ſignificat, a κωκύω, fleo. Hinc Poetæ fabulati ſunt, Cocytum fluvium eſſe Inferorum, qui e Styge profluit. *Virg. Æn. 6. v. 132.* Cocytuſque ſinu labens circumfluit atro.

Coda, f. *coda*, a veteribus dicebatur pro cauda, Ut canis ſine coda. *Varro apud Non. 2. 135. & l. 2. R. R. c. 7.*

Codĕta, V. Caudeta.

Codex, icis, m. *tronco*, Germ. *der ſtamm*, Gall. *le tronc*, Hiſp. *el tronco*, κορμός, truncus, vel ſtipes arboris, cui cortex detrahitur, a caudex. *Colum. l. 4. c. 8.* Nec tam celeriter radiculæ inveterato jam codice enaſcuntur. Præter ea, quæ in verbo *Caudex* dicta ſunt, *codex robuſtus* dicitur a *Plaut. in Pœn. 5. 3. 34.* ligneus ſtipes, quem alligati ſervi, qui deliquiſſent, trahebant, eique inſidebant. Ita *Turneb. l. 13. c. 21.* Alii intelligi volunt locum in carcere, ex quo ſontes præcipitabantur. Ex *Feſto.* ¶ Verum frequenti notione *Codex* accipitur pro libro, *libro, codice*: nam in codicibus arborum ſolebant Veteres ſcribere, ſive in tabulis e caudice ſectis, quæ cera inducebantur, ſtylo oſſeo, vel æneo. *Cic. 3. Verr. c. 46.* Multos codices implevit earum rerum. ¶ Hinc Codicem ſcribere, inſtituere, recitare, & referre in codicem, &c. *Cic.* ¶ Codex in negotiatorum rationibus dicitur præcipuus liber, qui accepta, & expenſa continet. *Id. pro Roſc. Com. c. 2.* Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi. ¶ Codex κατ' ἐξοχὴν dicitur a Juriſconſultis volumen in duodecim libros diviſum, in quibus leges Romanorum Imperatorum continentur.

Codicarius, V. Caudicarius.

Codicillaris, re, o. 3. quod ſpectat ad codicillos, ut *Poteſtas codicillaris*, quæ a Principe confertur ad conficiendos codicillos, vel quæ beneficio Principis, & diplomate Regio obtinetur, quo mandatur munus publicum. *Leg. Judices, C. de dignit. l. 12.* ¶ *Pontificatus codicillares* dicuntur a *Lamprid. in Alex. Sev. c. 49.* qui miſſis codicillis a Principe cuipiam pro arbitrio deferuntur.

Codicillus, m. 2. *codicillo, lettera*, פנקס, Germ. *letter, wvillnetel*, Gal. *codicille*, Hiſp. *el codicilla de teſtamiento*, βιβλίδιον, parvus codex, ſeu liber, in quo minoris formæ tabulæ compactæ, & pluralis fere eſt numeri. *Cic. l. 9. Fam. epiſt. ult.* Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. *Id. Philipp. 8. c. 10.* Sententias noſtras in codicillis, & omnia verba referebat. ¶ Et quia ſæpe in hujuſmodi codicibus etiam epiſtolæ perſcribebantur, ideo codicilli pro epiſtolis ſæpe uſurpantur. *Cic. l. 6. Fam. epiſt. 18.* Quæſivi a Balbo per codicillos quid eſſet in lege. Et *l. 4. epiſt. 12.* Puer mihi obviam venit cum codicillis. ¶ Præcipue autem codicilli dicuntur literæ, quæ ad præſentes mittuntur, *viglietto*. *Senec. epiſt. 55.* Video te, mi Lucili, cum maxime audio, adeo tecum ſum, ut dubitem, an incipiam non epiſtolas, ſed codicillos tibi ſcribere. *Lipſ. Inſtitut. epiſt. c. 2.* ¶ Codicilli etiam dicuntur diplomata, & conſtitutiones Principum, *patenti*. Ita *Suet. in Claud. c. 29.* codicillos officiorum dixit, quibus officia deferebantur. ¶ Item codicillus eſt parvus truncus, *piccol tronco, o pedale*. *Cato R. R. c. 55. & 130.* Codicilli oleaginei. Denique codicillus dicitur ſcriptura, qua quis ultimam ſuam voluntatem ſignificat, minus tamen ſolemnis, quam teſtamentum, *codicillo*. *Tacit. Ann. 15. c. 64.* Sine ullo funeris ſolemni crematur. Ita enim codicillis præſcripſerat.

Codicŭla, æ, f. 1. diminut. a cauda, vel coda. *Apic. l. 7. c. 1.* Callum, lumbelli, codiculæ. Alii leg. *Caucula.*

Codo, V. Cudo, onis.

Codrus, ultimus Rex Athenienſium, Melanthi filius, qui, cum cives ſui gravi bello a Lacedæmoniis premerentur, reſpondiſſetque Oraculum, *Quorum dux ab hoſte eſſet occiſus, eos fore ſuperiores*, depoſita veſte regia, in caſtra hoſtium perrupit, ibique interemptus eſt. *Horat. l. 3. od. 9.* Hinc proverb. *Codro generoſior.* ¶ Fuit etiam Romæ tempore Domitiani Codrus poeta malus, & pauperrimus, de quo *Juvenal. ſat. 3. v. 203. & 208.*

Cœleſyria, ſive Syria Cœle, κοιλοσυρία, *Bocs, Bucalbaber*, pars Syriæ, inter Syriam propriam, Phœniciam, & Palæſtinam, a κοῖλος, cavus, depreſſus. *Plin. 5. 12. & 20.*

Cœliacus morbus, alias alvinus, *dolor celiaco*, κοιλιακὴ νόσος, qui inferius ſtomachi orificium infeſtat, a κοιλία, alvus. *Cato R. R. c. 25.* Cœliacus dolor. ¶ Qui hoc morbo laborant, cœliaci appellantur. *Plin. l. 20. c. 14. & alibi.* ¶ Medicamenta etiam, quibus huic malo occurritur, cœliaca dicuntur. *Plin. l. 20. c. 18.*

Cœlius mons, V. Cælius.

Cœlum, V. Cælum.

Coemendātus, a, um, adject. emendatus. *Arnob. l. 2.* Coemendata ad exitum perducere.

Cœmeterium, ii, n. κοιμητήριον, Græce ſignificat locum ad dormiendum deſtinatum, a κοιμάω, dormio: item locum, in quo ſepulta jacent mortuorum corpora, *cimitero*. In hac poſteriori ſignificatione adhibetur a *Tertull. de Anim. c. 51. & Hieron. de Script. Eccl. de S. Ignatio.*

Coĕmo, is, emi, ptum, a. 3. *comperare*, idem quod emo, vel ſimul emo. *Cic. 6. Verr. c. 59.* Quæ tum non modo non vendebant, verum etiam coemebant. ¶ Mercede conducere. *Sueton. in Veſpaſ. c. 18.* Præſtantes poetas, necnon & artifices coemit. V. ibi *Caſaub. & Torrent.* Alii aliter leg.

Coemptiālis, ale, V. Coemptionalis.

Coemptio, onis, f. 3. apud Veteres JCtos eſt contractus quidam nuptialis, quo ſe uxor, & maritus invicem coemebant per formulas illas: *Vis ne mihi eſſe mater familias? Vis ne mihi eſſe pater familias?* Differt ab uſu, & confarreatione, quæ duo præterea matrimonii genera fuere. *Cic. pro Flac. c. 34.* In manum convenerat. Nunc audio; ſed quæro, utrum

uſu,

uſu, an coemptione. Uſu non potuit, nihil enim, &c. Coemptione? Omnibus ergo auctoribus. ¶ Hinc coemptionem facere, quod etiam ad alia transfertur, ut aſt in voce ſequenti. ¶ Coemptionis faciendæ ratio hæc erat *Varrone* auctore apud *Non. c.* 12. *n.* 50. Mulier nubens tres ad virum aſſes ferre ſolebat, atque unum quidem, quem manu tenebat, tanquam emendi cauſa marito dabat, alium, quem in pede habebat, ponebat in foro Larium familiarium, tertium in ſacciperio cum condidiſſet, compito vicinali ſolebat reſignare, atque hoc pacto dicebatur in poteſtatem mariti venire.

Coemptionalis, le, adject. eſt, ſimul venalis. Hinc coemptionalis ſenex, apud *Plaut. Bacch.* 4. 9. 52. & *Curium ad Cic. Fam.* 7. *epiſt.* 29. dicitur ſenex nullius pretii, qui ſolus vendi nequit, ſed cum aliis gregatim. ¶ Aliter accipitur *Coemptionalis ſenex* apud JCtos. Eſt enim ille, qui ex veteri more condendi teſtamenti per æs, & libram, emendi hæreditatem accedebat, & familiæ ſacra in ſe transferebat, ut ſecum commoverentur, & ſic hæres ab hoc onere liber eſſet. Sacra enim privata ex lege XII. Tabul. perpetua eſſe debebant, & ad hæredes tranſire. Itaque fictitia quadam venditione in pauperrimos ſenes transferebantur, quibus nulli eſſent hæredes. Hi porro *coemptionem facere* dicebantur, h. e. ſimul emere hæreditatis jura. Niſi malis dicere, non a teſtatore, ſed ab hærede ipſo poſt aditam hæreditatem comparatum eſſe ſenem, cui fictitia mancipatione hæreditatem traderet, & a quo rurſus nova ſtipulatione illam redimeret. Quo fiebat, ut a ſacrorum onere liber eſſet, quippe qui non hæreditatis, ſed emptionis titulo poſſidebat. *Cic. pro Mur. c.* 12. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas, interimendorum ſacrorum cauſa, reperti ſunt. V. *Gronov. de pecun. Vet. l.* 4. *c.* 7. & *Favaum in Lex. Civ.* ¶ In loco ſup. cit. *Plauti* al. leg. *Comptialis*, eodem tamen ſenſu.

Coemptor, & Coemtor, oris, m. 3. *comperatore*. *Apul. in Apolog. p.* 531. Teſtium coemptor. *Juven. Sat.* 14. *v.* 293. Frumenti dominus, piperiſque coemptor. Al. leg. *coempto*. ¶ Item qui coemptionem facit. *Ulpian. in l. regular. tit.* 11. *de tutelis*, ubi al. leg. *coemptionator*.

Coemptus, & Coemtus, a, um, emptus, *comperato*. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 248. Luſcinias prandere coemptas.

Cœna, æ, f. 1. veſpertina menſa, *cena*, Gal. *un ſouper*, Hiſp. *la cena*, δεῖπνον, apud antiquos dicebatur, auctore *Feſto*, quod nunc eſt prandium, *veſperna* autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus, a θοίνη, epulum, convivium, cibus, vel quaſi κοινή, communis, ob communionem veſcentium, quod veteres Romani ſoliti eſſent ſimul cibum capere. Hinc, quia cœna proprie eſt communis convivarum victus, feſtivus quidam vir, ut *Plutar.* narrat *præfat. in l.* 7. *Symp.* negabat, ſe cœnaſſe, ſi ſolus cœnaſſet. *Cic.* 5. *Tuſc.* 34. Negavit, ſe jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. ¶ Dicimus autem ad cœnam invitare, vocare, inire; cœnam parare, dare, apponere, &c. de quibus paſſim probati Scriptores. ¶ Cœna adventitia, quæ redeuntibus peregre amicis dabatur, quæ & viatica, & adventoria dicta eſt. *Sueton. in Vitell. c.* 13. Famoſiſſima ſupra cæteros fuit cœna ei data adventitia a fratre. ¶ Translate *Martial. in præfat. l.* 12. Ne quid tamen advenienti tibi, & exigenti negarem, ſtudui paucissimis diebus, ut familiariſſimas aures tuas exciperem adventoria tua. ¶ Cœna recta, h. e. legitima, quæ opponebatur ſportulæ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 50. Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. V. *Rectus*. ¶ Cena ſine diphthongo ſcribi vult *Manut. in orthograph.* ex vetuſto Bembi Terentio, & ex antiquis lapidibus, quos affert. Quod ſi cum diphthongo ſcribendum ſit, non per æ, ſed per œ, ut patet ex allatis græcis etymologiis, in quibus græce eſt οι.

Cœnacularia, æ, f. 1. eſt ars, qua quis integras ædes conducit, poſtea cœnacula ſingula pauperibus lucri gratia locat, *far' el locandiere*. *Ulpian. l. ſi vero*, §. *ſed & ſi quis*, *ff. de his, qui dejec. vel eff.* Si quis cœnaculariam exercens, &c.

Cœnacularius, m. 2. homo, qui cœnaculum conducit. *Ulpian. l. ſolutum*, §. *plane*, *ff. de pignorat. act.* Non pactio cœnacularii proficiat domino.

Cœnaculum, n. 2. triclinium, conclave, *cenacolo*, עליה, Germ. *ein ort in welchem man zu nacht iſſet*, Gall. *le lieu, ou l'on ſoupe*, *chambre haute*, Hiſp. *la ſala para cenar*, ὑπερῷον, locus idoneus ad cœnandum. *Varro de L. L. l.* 4. Ubi cœnabant, cœnaculum vocitabant. ¶ Sed poſtquam in ſuperiori parte cœnitare cœperunt, ſuperior domus univerſa, ut ſcribit *Feſtus*, cœnaculum dicta eſt. *Cic. de Lege Agrar.* 2. 35. Romam in montibus poſitam, & cœnaculis ſublatam, atque ſuſpenſam. ¶ Domus autem ſuperior in plura cœnacula particularia dividebatur. Speciatim igitur cœnacula erant loca altiora domus, id eſt cubicula cum cellulis, & aliis appendicibus, ad quæ ſcalis aſcendebatur, quæ pauperes, & inquilini conducebant. *Juven. Sat.* 10. *v.* 17. Rarus venit in cœnacula miles. *id eſt* ad inquilinos, & pauperes, qui in conducto habitant.

Cœnaticus, a, um, o. t. 2. quod ad cœnam pertinet. *Plaut. Cap.* 3. 1. 136. Eſt illic mihi una ſpes cœnatica, *id eſt* cœnandi. ¶ *Cœnatica*, *orum*, in *Cod. Juſtin.* 2. 38. 3. erant genus exactionis, quod ſolebant milites a provincialibus exigere, quaſi pro cœna.

Cœnatio, *refettorio*, *tinello*, δειπνητήριον, locus ad cœnandum aptus. *Sueton. Ner. c.* 31. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Modica cœnatio, quæ plurimo ſole, plurimo mari lucet.

Cœnatiuncula, f. 1. diminut. a cœnatio. *Plin. lib.* 4. *epiſt. ult.* Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta.

Cœnatorium, ii, n. 2. toga tricliniaris, quæ adhibebatur ad cœnam. *Martial. l.* 10. *epigr.* 87. Ebriæ noctis cœnatoria.

Cœnatorius, a, um, o. 1. 2. δειπνητήριος, quod ad uſum cœnæ pertinet. *Sidon. L.* 2. *epiſt.* 9. Fames cœnatoria. *Capitolin. in Maximo. cap.* 3. Veſtis cœnatoria.

Cœnaturio, is, n. 4. *deſiderar di cenare*, Germ. *begird haben an dem nacht eſſen*, Gal. *avoir envie de ſouper*, *appeter le ſouper*, Hiſp. *aver gana de cenar*, δειπνητιάω, cupio cœnare. *Martial. lib.* 11. *epigr.* 78. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœnatus, a, um, partic. vocis paſſivæ, ſignificationis activæ, *chi ha cenato*, Germ. *der zu nacht giſſen hat*, qui cœnavit. *Cic. pro Dejot. c.* 7. Cur te lotum voluerit occidere, cœnatum noluerit. ¶ Cœnatæ noctes apud *Plaut. Trucul.* 2. 2. 24. ſunt, quæ laute cœnando traducuntur.

Cœnito, as, n. 1. frequent. a cœno. *Fam.* 7. *epiſt.* 16. Foris cœnitare. *Id. Fam.* 9. *ep.* 7. Cœnitare apud aliquem.

Cœno, as, avi, & cœnatus ſum, n. 1. *cenare*, Ger. *zu nacht eſſen*, δειπνέω, cœnam ſumo. *Cic. Attic. lib.* 1. *epiſt.* 3. Eo die caſu apud Pompejum cœnabam. ¶ Impersonaliter *Liv. l.* 2. *c.* 4. Cœnatum eſt apud Vitellios. ¶ An *cœnatus ſum*, pro *cœnavi* latine dicatur, lis eſt apud aliquos eruditos. Certe, *cœnavi apud te*, magis eſt in uſu, quam *cœnatus ſum apud te*. *Lucil.* apud *Cic.* 2. *de Fin. c.* 8. Cœnaſti in vita nunquam bene. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 2. Apud Pompejum cœnavi. ¶ *Cœnare aliquid* eſt aliquid in cœna comedere. *Horat. lib.* 1. *ep.* 18. *v.* 48. Cœnare aprum, *Id. ibid. ep.* 5. *v.* 2. Cœnare olus. *Plaut. Rud.* 2. 6. 24. Sceleſtiorem cœnavi cœnam tuam, quam quæ Thyeſtæ olim poſita eſt.

Cœnobita, æ, m. *frate*, qui in cœnobio una cum aliis ſub iiſdem legibus vivit. *Hieronym. epiſt.* 22. *ad Euſtoch. c.* 15.

Cœnobium, ii, n. *convento*, κοινόβιον, locus, in quo ſimul vivunt, qui *Cœnobitæ* dicuntur. *Hieron. lib.* 2. *in cap.* 3. *Lamentation. Hieron.*

Cœnoſitas, atis, f. 3. locus cœnoſus, *luogo fangoſo*. *Fulgent. in Contin. Virgil. p.* 159. *edit. Munk.* In temporales gurgitis cœnoſitates, morumque ſuculentias tranſit.

Cœnoſus, a, um, *fangoſo*, βορβορώδης, plenus cœno. *Col. l.* 7. *c.* 10. Nulla re magis gaudet, quam rivis, atque cœnoſo lacu volutari.

Cœnula, f. 1. *picciola cena*, δειπνάριον, dim. a cœna. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 32. Heſterna cœnula non intellexiſti, me pecunia non egere. Adde *l.* 9. *Famil. epiſt.* 24.

Cœnulentus, a, um, cœno conſperſus, *infangato*. *Tertull. de Pall. c.* 4. Cœnulenti pedes.

Cœnum, n. 2. *fango*, בצץ, טיט, Germ. *kroth*, *dreck*, βόρβορος, lutum, a κοινόν, non qua commune, ſed qua metaleptice notat ſordidum. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 24. Male olere omne cœnum. ¶ Per metaphoram ponitur pro crimine, & metonymice pro homine ſceleſto, aut vili. *Cic. pro Domo, c.* 18. O cœnum, o portentum! *Id. pro Sextio, c.* 8. Habeo, quem opponam labi illi, atque cœno.

Coëo, is, ivi, itum, n. & a. 4. convenio, adjungor, congredior, *congiungerſi*, *andare inſieme*, בא, ירד, התחבר, שגל, שכב, Germ. *zuſammen gehen*, *uberein kommen*, Gall. *convenir*, *s'aſſembler*, *aller enſemble*, Hiſp. *ayuntarſe*, σύνειμι, eſt ſimul ire, congregari, a con, & eo. *Ter. Eun.* 5. 4. Heri aliquot adoleſcentuli coivimus in Piræeum. ¶ Significat etiam convenire in aliquam rem, ut Coire in fœdere. *Virg. Æn.* 11. *v.* 292. ¶ Sæpe autem uſurpatur de conventiculis illegitimis, *unirſi in fazione*. *Nepos in Pelopida*, *cap.* 2. *n.* 5. Duodecim adoleſcentuli coierunt ex iis, qui exilio erant multati. *Sueton. Aug. c.* 32. Plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coibant. ¶ Uſurpatur etiam active cum 4. caſu. *Cic. Philip.* 2. *c.* 10. Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 31. Coire ſocietatem de re aliqua. Et *ibid.* ſocietas coitur. *Plin. l.* 5. *ep.* 14. Quæſitus eſt, venire advocationes, coiri in lites, & gloriæ loco poni magnos reditus ex ſpoliis civium. ¶ Eſt etiam coire, cum fœmina concumbere, συνουσιάζειν. *Plin. lib.* 10. *cap.* 53. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 193. *Colum. lib.* 6. *c.* 27. ¶ Honeſto ſenſu pro in lecto diſcubitorio concumbere, habet *Plaut.* 1. 4. 19. *Moſtellar.* ¶ Pro congredi pugnandi cauſa, *azzuffarſi*. *Virg.* 12. *Æn.* 709. inter ſe coiſſe viros, & cernere ferro.

Cœpi, iſti, incipio, inſtituo, ſuſcipio, *cominciare*, הואיל, החל, Germ. *anfahen*, *anheben*, ἄρχομαι, verb. def. ab antiquo *cœpio*, pro incipio. Uſurpatur ſolum in præteritis perfectis, & pluſquam perfectis, in futuris conjunctivi, & infinitivi, & in participiis in *rus*, & in *tus*, ſed tamen etiam in ſignificatione temporis præſentis, & imperfecti, ſcribitur autem per diphth. œ. de quo ſic *Agrætius de Orthogr.* Cœpit de capiendo: Cœpit de incipiendo dicimus. *Nep. in Pauſan. c.* 4. Tanto magis Pauſanias orare cœpit. ¶ Olim integrum erat. unde *Terent. Adelph.* 3. 3. 43. Prius oleceriſſem, quam ille quidquam cœperet. *Plaut. Truc.* 2. 1. 23. Quæſtum cœpiat. Et *in Perſ.* 1. 3. 41. Cœpere convivium. *Menæch.* 5. 5. 37. Neque pugnas, neque lites cœpio. ¶ Cœptus ſum, pro cœpi, vel inceptus ſum, *Liv. l.* 21. *c.* 8. Vineæ cœptæ agi. Et *c.* 23. Traduci exercitus eſt cœptus.

Coepiſcŏpus, i, qui ſimul cum alio ejuſdem loci, aut provinciæ Epiſcopus eſt. *Sidon. lib.* 4. *ep. ult.* & *Hieronym. adverſ. Luciferian. c. ult.*

Cœptātus, a, um, *principiato*, cœptus. *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 44. Cœptatam libertatem omittere.

Cœpto, as, a. 1. *cominciare*, הואיל, החל, Germ. *anfahen*, *anfaheben*, incipio. *Cic.* 5. *Fin. c.* 9. Animal cœptat ea, quæ naturæ apta ſentit, appetere. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 38. Cœptavere ſeditionem. ¶ Sine caſu, *Solin. c.* 2. Olympiade VII. cœptante. ¶ Et cum infinito. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 9. Cœptat appetere.

Cœptum, ti, n. 2. *principio*, *impreſa*, תחלה, Germ. *ein anhebung*, *anfang*, Gall. *commencement*, *entrepriſe*, Hiſp. *comienço*, ἀρχή, principium. *Ovid.* 1. *Met.* Dii cœptis (nam vos mutaſtis & illa) aſpirate meis. *Id.* 8. *Metam.* 67. Cœpta placent. ¶ In ſingulari num. *Id. Triſt.* 2. 555. manus ultima cœpto defuit. *Senec. in Theb.* 103. Deſiſtere cœpto.

Cœptus, a, um, adject. ex particip. paſſiv. *principiato*. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 16. Opus cœptum perficere. *Virg. Æn.* 2. *v.* 162. Cœptum bellum. ¶ Jungitur cum infinitis paſſivis. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 2. Quoniam de republica conſuli cœpti ſumus. *Id.* 1. *de Orat. c.* 38. Ante petita eſt pecunia, quam eſſet cœpta deberi. ¶ *Tacit. Ann.* 12. *c.* 31. Cœpta hieme, *eſſendo principiata l'inverno*.

Cœptus, us, ui, m. 4. idem quod cœptum, *principio*. *Cic.* 4. *Fin. c.* 15. Primus ſuus quaſi cœptus appetendi fuiſſe. Sed *cœptum* uſitatius eſt. *Stat.* 12. *Theb. v.* 665. dignas inſumite mentes Cœptibus.

Coepulōnus, i, m. qui ſimul epulatur. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 20. Te coepulonus compellat tuus.

Coequito, as, n. 1. *cavalcare inſieme*, Germ. *mit reiten*, συνιππεύω, ſimul equito. *Liv. l.* 37. *c.* 18. Coequitaverant autem ſex millia equitum. Ita leg. *Manut.* & *Schefferus Moguntin.* At *Froben. Gruter.* & *Gronov.* Cum equitatu: erant autem ſex millia equitum.

Coercĕo, es, cui, citum, a. 2. *cingere*, *contenere*, עצר, כלכל, כבש, יסר, Germ. *einem hinder halten wehſten*, Gal. *retrandre*, *reprimer*, *ſerrer*, Hiſp. *reſtrenner*, *refrenar*, συνέχω, ex con, & arceo, eſt continere, comprehendere, & proprie de iis dicitur, quæ diffluunt, aut præter modum erumpunt. *Cic. de Senect. c.* 15. Vitem ſerpentem multiplici lapſu, & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum. *Id.* 2. *de Nat. c.* 22. Mundus omnia complexu ſuo coercet, & continet. ¶ Eſt etiam cohibere, refrænare, *raffrenare*. *Cic. l.* 1. *Attic. ep.* 18. Nactus locum reſecandæ libidinis, & coercendæ juventutis. Sic coercere iram, cupiditatem, &c. apud eund. ¶ Item punire. *Id. l.* 3. *Offic. c.* 5. Coercere damno, exilio, vinculis, morte. ¶ Item compellere, cogere, *ſforzare*. *Ovid.* 14. *Metam.* Æneia virtus Junonem veteres finire coercuit iras. Al. leg. *coegerat* rectius. ¶ Coercere ſe modico, *contentarſi di poco*, *Sen. Hippol.* Coercere bella numeris, h. e. carmine deſcribere, *Ovid.* 4. *de Ponto*, *el.* 8.

Coercitĭo, & coertio, onis, f. 3. *raffrenamento*, מעצור, חקציר, Ger. *hinder haltung*, *ſtraff*, Gall. *reſſerrement*, *empechement*, *arreſt*, *contrainte*, Hiſp. *refrenamiento*, *o repreſſion*, συνοχή, cohibitio, caſtigatio, a ſupino coercitum verbi coerceo. *Celſ.* 3. 18. Onerare aliquem aſperioribus coercitionibus. *Quintil.* 9. 2. Interpellantis coercitio. ¶ Item facultas coercendi, quæ datur magiſtratui in ſubjectos. *Sueton. in Aug. c.* 45. Coercitionem in hiſtriones magiſtratibus ademit. *Id. in Claud.* 38. Coercitio popinarum. *Paul. Dig. l.* 1. *tit.* 20. *leg. ult.* Juriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt. ¶ Item punitio, caſtigatio, *pena*, *caſtigo*. *Liv.* 4. 53. Ferre damnum aliamque coercitionem in aliquem. *Paul. Dig.* 48. 1. 2. Coercitio pecuniaria. ¶ In pleriſque horum, quos adduximus, locorum alii leg. *coertio*, vel *coercio*: quod idem ſignificat.

Coercĭtor, oris, m. qui coercet, continet, ac ſervat. *Eutrop. l.* 7. *c.* 13. Diligens coercitor diſciplinæ militaris.

Coer-

Digitized by Google

Coercitus, a, um, *riſerrato*, *riſtretto*, *repreſſo*, *Plin.* 12. 1. Galliæ Alpibus coercita. *Ovid. Heroid. ep.* 14. v. 3. Clauſa domo teneor, gravibuſque coercita vinclis. ¶ Item punitus. *Suet. in Aug. c.* 42. Ambitus multiplici pœna coercitus.

Coero, as, pro curo, as, antiqua ſcribendi ratione, eſt in edicto Ædilium apud *Gell.* 4. 2. ¶ Sic *coerator* pro *curator* in Leg. XII. Tab. apud *Cic.* 3. *de Legib.* 4.

Coerro, as, are, ambulo, oberro ſimul cum aliis. *Paul. l.* 3. *Dig. de Offic. præf. Vig.* Sciendum, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calceatum.

Cœtus, us, m. 4. concilium, *convento*, *congregazione*, קהל, חבר, Ger. *eine verſamlung*, *ein menge volcks*, Gal. *aſſemblée de gens*, *amas*, Hiſp. *compania*, *convento*, [illegible], a coeundo dictum eſt, quippe contractum e *coitus*, & ſignificat quamvis connexionem, ſeu conjunctionem. *Lucret. l.* 3. *v.* 863. Qui cœtu conjugioque corporis atque animæ conſiſtimus. Sic, conjunctiones ſtellarum cœtus appellat *Gell. l.* 14. *c.* 1. & cœtus animum dixit *Curt.* 9. 4. ¶ Pro congreſſu pugnantium poſuit *Plaut. Amph.* 2. 2. 25. Primo cœtu vicimus. ¶ Sed & alia conventicula, & congregationes ſignificat. *Cic. de Senect. c. ult.* Cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiſcar. ¶ In hoc ſenſu accipitur quandoque in malam partem pro turba factioſorum. *Cic. Catil.* 1. 3. Cœtus nefarii. *conventicole*. *Tac. Agric. c.* 27. Cœtibus, & ſacrificiis conſpirationem civitatum ſancirent. Adde *Sueton. in Cæſ. c.* 16. & ibi *Torrent.*

Cœus, i, *Coëo*, nomen Gigantis terræ filii. *Virg.* 1. *Georg. v.* 278. Tum partu terra nefando Cœumque, Japetumque creat.

Coexercitatus, a, um, o. 2. c. *Quinctil. l.* 1. *c.* 17. Ars conſtat ex præceptionibus coexercitatis ad finem utilem vitæ, *meſſo in pratica*.

Cogitabilis, e. 3. quod ſub cogitationem cadit. *Sen. ep.* 58. Cogitabile eſt, quod eſt generale.

Cogitabundus, a, um, qui cogitat, *penſieroſo*, *penſoſo*. *Gell. l.* 2. *c.* 1. Stare ſolitus Socrates dicitur ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus.

Cogitamen, inis, n. idem quod cogitatio. *Novatian. de Trinit. c.* 6. Ineſſicax hominis conſilium fuiſſet, niſi cogitamen corpus impleſſet.

Cogitate, cogitato, & cogitatim, adv. *conſideratamente*, *in ripenſando*, conſulto, accurate. *Cic. pro Arch. c.* 8. Quæ vero accurate, cogitateque ſcripſiſſet. *Id. de Off. l.* 1. *c.* 8. Utrum perturbatione aliqua animi, an conſulto, & cogitato fiat injuria. Al. leg. *Cogitata injuria*. V. Græv. ¶ *Cogitatim* pro cogitate, refert *Feſtus*.

Cogitatio, onis, f. 3. *penſiero*, [illegible], longa in mora conſilii explicandi rerum agitatio, vel, ut *Plato* definit in *Theæteto*, & in *Sophiſta*, interior collocutio, qua ſe ſe animus noſter alloquitur. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 11. Cogitatione complecti. Et *l.* 2. *Offic. c.* 1. Omnem curam cogitationemque in rem aliquam conferre. ¶ Pro ſolerter inventis, ſeu excogitatis, uſus eſt *Vitruv.* non ſemel, ut in *præfat. l.* 2. Ad te cogitationes & formas aſſeſo dignas. Nempe *cogitationes* ſunt, quas in fine ejuſdem procemii *inventiones* appellat. ¶ Homo ingenio, & cogitatione nulla, *Cic. Verr.* 4. *uomo ſtolido*.

Cogitato. V. Cogitate.

Cogitatorium, ii, n. 2. receptaculum cogitationum, apud *Tertul. de Reſur. c.* 15. Caro erit omne Animæ cogitatorium.

Cogitatum, i, n. 2. ſubſt. *penſiero*, *conſiderazione*, cogitatio, ſeu res cogitata. *Cic.* 1. *de Leg. Agrar.* Utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur?

Cogitatus, us, ui, m. 4. *penſiero*, idem quod cogitatio, vel cogitatum. *Senec. epiſt.* 11. Cogitatu opus eſt ingenii, dicente Vitruvio, O felicem illum, qui non aſpectus tantum, ſed etiam cogitatus emendat.

Cogitatus, a, um, *penſato*, animadverſus, meditatus. *Cic. Phil.* 2. *c.* 34. Meditatum, & cogitatum ſcelus. *Juſtin. l.* 11. *c.* 4. *n.* 4. Plus negotii faceſſit res cognita, quam cogitata.

Cogito, as, a. 1. *penſare*, חשב, הגה, Germ. *gedencken*, *betrachten*, Gal. *penſer*, Hiſp. *penſar*, [illegible], eſt plura mente cogere, ſeu colligere ad aliquid inveniendum, eaque agitare cum aliqua mora conſilii explicandi, a *coagito* per ſyncopen, vel a *cogo*, quia mens plura in unum cogit, unde quæ ſibi videantur optima, vel utiliſſima, eligere poſſit. *Varr. l.* 5. *de L. L. Cic. de Leg. c.* 1. Nihil in his locis, niſi montes, & ſaxa cogitabam. ¶ Sæpe uſurpatur neutraliter cum abl. & præp. de. *Cic. in Epiſt.* 7. *l.* 1. *Fam.* Is viſus eſt mihi toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. ¶ Et ſine caſu. *Cic. de Senect.* mala cogitare. *Id.* 1. *Offic.* libidinoſe cogitare. ¶ *Cic.* 16. *Att. ep.* 8. In Pompeianum cogitabam. *Id. ibid.* Brundiſium cogito. Intellige *ire*. ¶ Pro parare. *P. Syrus.* Unus dies pœnam affert, multi cogitant. ¶ *Plaut. Mil.* 2. *c.* 46. Severa fronte curas cogitans. *quaſi* coagitans. Et *Virg.* 1. *Georg.* quid cogitet humidus Auſter. ¶ Cogitare in animo, *Ter. Adelph.* 1. 1. Cogitare animo, *Id. ibid.* 3. 4. Cogitare cum animo. *Cic. Agr.* 2. *c.* 24.

Cognati, o. 1. e. *parenti*, Gal. *prochains*, & *alliez*, *parens*, Hiſp. *parientes*, *συγγενεῖς*, conſanguinei, quaſi una, communiterve nati, vel ab eodem orti progenitore. *Cic. ad Quir. poſt red.* Pro reditu P. Popilii multi cognati, atque affines deprecati ſunt. ¶ Differunt autem Agnati, & Cognati in eo, quod Cognati ſunt, qui per Fœminas conjunguntur; Agnati vero, qui per virilis ſexus perſonas cognatione junguntur, & ejuſdem nominis ſunt. Latius etiam patet agnati, quam cognati vocabulum: in agnatis enim continentur cognati, non viceverſa. Verbi gratia, Patris Frater, i. e. Patruus & agnatus, & cognatus eſt, at Matris frater, i. e. Avunculus, agnatus tantum eſt, non cognatus. V. *Pomp. de different. verbor.*

Cognatio, onis, f. 3. conjunctio, *parentado*, *parentela*, קרובים, Ger. *verwandſchafft*, Gal. *parenté*, *alliance*, Hiſp. *parenteſco*, *συγγένεια*, conjunctio naturæ, & ſanguinis. *Cic.* 4. *Verr. c.* 10. Ut quiſque ſe maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat. *Id. ibid. c.* 43. Ampliſſima cognatione, & plurimis amicitiis vir. ¶ Translate uſurpatur pro quacunque conjunctione, & ſimilitudine. *Cic. pro Arch.* Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, cognatione quadam inter ſe continentur. *Plin. c.* 105. Bitumini magna cognatio ignium. ¶ Dicitur etiam de brutis, & plantis. *Plin.* 8. 42. Cognatio equorum. *Id.* 19. 6. Cognatio cæparum. ¶ Pro ipſis cognatis. *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* 8. 3. Cum tibi tota cognatio in ſarraco vehatur.

Cognatus, a, um, adject. quaſi ſimul natus. *Ovid.* 1. *Met. v.* 81. ſive recens tellus, ſeductaque nuper ab alto Æthere cognati retinebat ſemina cœli. *Juv. ſat.* 5. *v.* 103. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ. ¶ Translate ſumitur pro conjuncto, vel ſimili, vel convenienti, *ſimile*, *conveniente*. *Cic.* 3. *de Or. c.* 51. Nihil eſt tam cognatum mentibus noſtris, quam numeri, atque voces. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 180. Cognata rebus vocabula. ¶ Dicitur ſæpiſſime de hominibus. V *Cognati*.

Cognatus, i, m. affinis, ſanguine conjunctus, *parente*. V. Cognati.

Cognitio, f. 3. agnitio, intelligentia, notio, ſcientia, *cognizione*, *conoſcimento*, דעת, Ger. *erkandnuſs*, Gal. *connoiſſance*, Hiſp. *conocimiento*, *γνῶσις*, actus cognoſcendi. *Cic.* 1. *Acad.* Cœleſtia vel procul eſſe a noſtra cognitione cenſeret. *Id. in Orat. c.* 35. In rerum cognitione verſari. Quid differat ab *Agnitione*, vide in ea voce. ¶ Eſt etiam forenſis vox, qua ſignificatur judicium, ſeu inquiſitio cauſæ, ita tamen ut juri ordinario opponatur. Unde Juriſdictio, & Cognitio a *Sueton. in Ner. c.* 15. ſeparantur. Nam juriſdictio ordinaria, & magiſtratuum eſt; cognitio extraordinaria, puta principis, vel eorum, quibus princeps id negotii dedit. *Id. in Claud. c.* 15. Negantemque, cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coegit. *Id. de eod. c.* 12. Cognitionibus magiſtratuum ut unus e conſiliariis frequenter interfuit. ¶ Quinam illi eſſent magiſtratus, *Dio* ſignificat, & nominat conſules, prætores, præfectos. Hi cum apud ſe reum cauſam agere juberent, nec eum remitterent ad jus ordinarium, extra ordinem cognoſcere dicebantur; & hæc proprie cognitio dicta. ¶ Denique cognitio in artibus eſt, quæ vulgo dicitur regula, præceptum, ut cognitio grammaticæ, Phyſicæ, &c. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 19. Juriſconſulti erroris objiciendi cauſa, quo plura, & difficiliora ſcire videantur, ſæpe quod poſitum eſt in una cognitione, id in infinita diſpertiuntur. V. *Pas. in Lex. crit.*

Cognitionalis, e, ad cognitionem judicialem pertinens. *In Cod. Juſtin.* 7. 42. Cognitionales ſententiæ. ¶ Apud *Symmach.* 10. 62. (al. 55.) *Cognitionalis* eſt nomen officii cujuſdam, puta ejus, qui cognitiones judiciarias in acta refert, aut quid ſimile.

Cognitionaliter, adverb. per cognitionem judiciariam. *In Cod. l.* 7. *tit.* 65. *leg. ult.*

Cognitor, oris, qui cognoſcit. Speciatim ita appellatur qui de conditione ac ſtatu alicujus, quem probe novit, teſtimonium dicere poteſt apud eos, qui minime norunt. *Cic.* 7. *Verr.* 65. Homines tenues, obſcuro loco nati, navigant, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt, ubi neque noti eſſe iis, quo venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. ¶ Item qui alterum in jure defendit, *avvocato*, *ſollecitatore*. Cauſam enim ejus, & rationes defenſionis diligenter perdiſcit, & apud judices vel per ſe, vel per alium prius a ſe edoctum exponit. Differt a procuratore, quia cognitor præſentis cauſam tuetur, procurator abſentis. *Cic. Divin. Verr. c.* 4. *Aſcon. ibid.* & *Feſt.* ¶ Item qui cauſam, vel crimen alterius cognoſcit, quæſitor, judex, *giudice*. *l.* 9. *Cod. Theodoſ.* 27. 5. V. Cognitio. ¶ Demum *cognitor* eſt ſectori valde ſimilis, nempe is, qui ærarii, vel fiſci debitores vel veteres, vel latentes detegit, & accuſat, atque ejus operæ pretium, partem bonorum, quæ proſcribuntur, conſequitur. Hoc genus officii cognitura appellatur. Dicitur autem *cognitor* honeſto vocabulo (cum *delator* potius, aut *ſector* appellari poſſit) quia cauſam fiſci, aut ærarii ultro tuendam ſuſcipit, & tanquam legum cuſtodem ſe præbet, revera autem bonorum alterius proſcriptionem, ac proprium lucrum ſpectat. Hoc ſenſu adhiberi creditur a *Manil.* 5. 316. ſed varia eſt ejus loci interpretatio. De cognitura *Sueton. in Vitell. c.* 2. Cujus filius ſectionibus, & cognituris uberius compendium nactus, &c.

Cognitura. V. in fine vocis præcedentis.

Cognitus, a, um, nom. adject. ex particip. idem ac notus, *noto*, *conoſciuto*, *γνωστός*. *Plin. l.* 12. *c.* 21. Cognitus nomine tantum. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 6. Sed magis hæc, quo ſunt cognitiora, gravant. *Catull. epigr.* 4. Tibi hæc fuiſſe, & eſſe cognitiſſima. ¶ *Cognitum habere* eſt cognoſcere. *Plin. l. c. c. penul.* ¶ Dicimus abſolute *cognito*, pro re cognita. *Liv. l.* 37. *c.* 13. Ibi ex agreſtibus cognito, hoſtium naves ad Æthaliam ſtare, &c. ¶ De re venerea, *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 44. Pontiam Poſthumiam ſtupro cognitam.

Cognobilis, e. 3. *che ſi può conoſcere*, ידוע, Ger. *erkantlich*, *der zuerkennen*, *γνωστός*, qui cognoſcitur. *Gell. l.* 20. *c.* 5. Hic ſolis, qui nos audiunt, cognobiles erunt. *Cato* etiam, ut ipſe *Gell. ibid.* fatetur *l.* 6. *Orig.* habet: Cognobilior cognitio.

Cognomen, inis, n. 3. *cognome*, כנוי, Ger. *ein zunam*, *nachnam*, Gal. *ſurnom*, *ſobriquet*, Hiſp. *el ſobrenombre*, *ἐπίκλησις*, nomen, quod ab eventu imponitur. *Cic.* 7. *Ver.* Cui Gemino cognomen eſt. *Liv. l.* 1. Manſit Sylvius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. ¶ Inter cognomen & agnomen Grammatici diſtinguere ſolent, qua de re vide *Nonium*. Sed *Cicero* uſurpare ſolet cognomen pro agnomine. Sic *pro Mur.* Quam laudem ille, Africa oppreſſa, cognomine ipſo præſeferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit.

Cognomentum, i, n. idem quod cognomen. *Cic. pro Mil. c.* 67. C. Caſſinius, cognomento Schola.

Cognominatio, onis, f. *cognome*, cognomentum. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 144.

Cognominatus, a, um, cognomine dictus, *ſoprannomato*, *cognominato*. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Poſtea divites cognominati. ¶ *Verba cognominata* ſunt, quæ eandem habent, vel pœne eandem ſignificationem, & amplificationis cauſa in oratione congloбantur. *Cic. in Partit. c.* 15. Verba ponenda ſunt juncta, facta, cognominata, &c.

Cognominis, & ne, n. 3. *che ha l' iſteſſo nome*, *ὁμώνυμος*, quod eſt ejuſdem nominis. *Virg.* 6. *Æn. v.* 383. Gaudet cognomine terra. Al. leg. *terra*. *Suet. Vitel. c.* 6. Quatuor filios cognomines, ac tantum prænominibus diſtinctos reliquit. *Plin.* 13. 19. Africa circa Carthaginem Punicum malum cognomine ſibi vindicat.

Cognomino, as, a. 1. *imporre il cognome*, *ἐπονομάζω*, cognomen impono. *Plin. l.* 21. *c.* 3. Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarii cujuſdam negotiatoris. Adde 21. 11.

Cognoſcenter, adverb. *con cognizione*. *Tertull. l.* 4. *cont. Mar. c.* 22. Manifeſta te mihi, ut cognoſcenter te videam.

Cognoſco, ſcis, ovi, gnitum, *conoſcere*, eſt noſcere eos, qui prius incogniti erant, in quo differt ab *agnoſco*, quod proprie de olim notis dicitur. *Virg.* 4. *Ecl.* Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem. *Var.* Vereor, ne me quoque, dum revertero, præter canem, agnoſcat nemo. Sed ſæpe confunduntur. ¶ Eſt item intelligere, certiorem fieri. *Cic. in Epiſt.* Ea te ex literis multorum, & nuntiis cognoſcere arbitror. ¶ Item diligenter, attenteque conſiderare, inquirere, judicare, cognoſcere in foro, *Sueton. in Claud. c.* 33. *Cic.* 2. *Offic.* Cum quibus cauſas cognovit. ¶ Cognoſcere de re Venerea, *Ovid. in Epiſt. Hypſiphyl.* Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. ¶ Sæpe eſt forenſe verbum, & ſignificat inquirere in cauſam, aut crimen alicujus, judicii ferendi cauſa, *inquiſire*, *far il proceſſo*, *giudicare*. *Cic. Verr.* 4. *c.* 10. Verres cognoſcebat, Verres judicabat. *Id.* ad *Capiton. poſt epiſt.* 16. *ad Attic.* Conſules cognoſcunt de actis Cæſaris. *Ulpian. Dig.* 27. *c.* 2. Judex, qui tutelæ cognoſcit. *h. e.* ex actione tutelæ. *Id. ibid.* 23. 2. 13. Judex cognoſcens ſuper re aliqua.

Cogo, is, coegi, coactum, a. 3. colligo, congrego. item adigo, impello, compello, vim facio, vim adhibeo, *radunare*, *eſſorzare*, *coſtringere*, כנס, אסף, כנף, Ger. *ſamlen*, *zuſammen treiben*, Gal. *faire venir enſemble*, *aſſembler*, *ſommer*, & *amaſſer*, Hiſp. *ayuntar*, *συνάγω*, proprie eſt in unum colligere, ex con, & ago. *Cic.* 2. *Toſc.* Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. *Virg. Ecl.* 6. Cogere oves ſtabulis. ¶ Hinc ſumitur pro coagulare, denſare, *rappigliare*, *congelare*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 35. Nam frigore mella cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit. ¶ Item pro in ordinem ponere, ut Omnes arbores in ſulcum cogendæ, apud *Virg.* 2. *Georg. v.* 61. ¶ Cogere in ordinem, eſt eo redigere aliquem, ut jure, & poteſtate ſua uti nequeat, & dicitur ſere de Magiſtratibus, cum ab inferioribus opprimuntur, *fare ſtare*. *Liv. l.* 43.

Digitized by Google

l. 43. *c.* 16. Avocatum e ſe concionem tribunus queſtus eſt, & in ordinem ſe coactum. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 23. Plurimum refert quid eſſe tribunatum putes, & quem in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a ſe quidem deceat. ¶ *Cogere agmen*, militaris formula eſt, qua ſignificatur, poſteriori parti exercitus præeſſe, extremam aciem claudere, *ſtar' alla coda*. *Liv. l.* 34. *c.* 28. Primæ legionariæ cohortes ibant, levis armaturæ equites agmen cogebant. Et metaphor. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 13. Aſſentior tibi, ut nec duces ſimus, nec agmen cogamus, faveamus tamen. ¶ Præterea cogere eſt, *sforzare*, [illegible]. *Cic.* 3. *Offic. c.* 13. Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem eſt? *Terent. Hecyr.* 2. 2. 26. Vi cœpi cogere, ut rediret. ¶ Eſt etiam differentium verbum, & aliquid ex propoſitis rationibus concludentium. *conchiudere*, *inferire*. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 13. Innumerabilia ſunt, ex quibus effici cogique poſſit, nihil eſſe quod ſenſum habeat, quin id intereat.

Cohabitatio, onis, f. actus cohabitandi, [illegible]. *Auguſtin. epiſt.* 137. *ſub fin.*

Cohabitator, oris, m. [illegible], qui ſimul habitat. *Auguſtin. ſerm.* 1. *in Pet.* 2. *Pentec.*

Cohabito, as, n. 1. *coabitare*, [illegible], ſimul habito. *Hieronym. ep.* 90. & *Auguſtin. ep.* 12.

Cohærarius, rii, m. 2. qui alicui ad aliquod munus adjunctus eſt. *Cic. de Leg. l.* 3. *c.* 4. At ſi quid erit, quod extra magiſtratus cohærario uſus ſit, qui cohæret, populus creato, eique jus cohærendi dato. Ita libri Victorii: Turnebus, & qui eum ſequuntur, *coeratore*, vel *coerario*, lege cenſent.

Cohærens, tis, nom. ex particip. *coerente*, qui cohæret. *Cic. Phil.* 2. *c.* 8. Cohærentia inter ſe dicere, *non dire contraddizioni*.

Cohærenter, adverb. *unitamente*, a *convenientemente*. *Florus l.* 2. *c.* 17. Dimicatum eſt non continue, & cohærenter, ſed prout cauſæ laceſſerant. *Gell. l.* 1. *c.* 18. Cohærentius, & aptius.

Cohærentia, f. 1. *accoſtamento*, *convenienza*, [illegible]. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 22. Ad mundi cohærentiam pertinent. *Gell.* 6. 15. Cohærentia mortis, & vitæ.

Cohæreo, es, hæſi, hæſum, *eſſer unito*, idem, ac hæreo. *Cic.* 1. *Acad.* Neque materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur. ¶ Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio convenit, & concordat. *Ter. in And.* 2. 2. 23. Paululum obſoni, ipſus triſtis, de improviſo nuptiæ, non cohærent. ¶ Interdum idem eſt, ac conſtare, ſubſiſtere, *ſuſſiſtere*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Nec enim virtutes ſine beata vita cohærere poſſunt, nec illa ſine virtutibus. ¶ Non cohæret oratio, *Cic. pro Cæl. c.* 7. *non s' accorda*, *non è bene legata*.

Cohæres, edis, m. 3. *erede inſieme*, Ger. *ein miterb*, Gal. *coheritier*, *heritier en parone*, Hiſp. *el*, *que es heredero con otro*, [illegible], qui ſimul heres inſtitutus eſt. *Cic.* 3. *Verr. c.* 48. Omnibus, quibus hæreditas venerit, cohæredem Prætorem eſſe oportere.

Cohæreſco, is, n. 3. idem fere, quod cohæreo. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Interjecto inani cohæreſcunt inter ſe.

Cohæſus, a, um, adject. idem quod cohærens, *attaccato*, *unire*. *Gell. l.* 15. *c.* 16. *de ſemiſiſſa quercu*: In naturam rediit, ſtricta denuo, & cohæſa.

Cohibeo, es, ui, itum, a. 2. retineo, contineo, *trattenere*, *reprimere*, [illegible], Ger. *zuſammen halten*, Gal. *contenir*, *arreſter*, *empeſcher*, *reprimer*, Hiſp. *refrenar*, a *reprimir*, [illegible], conſtringo, fræno, ex *con*, & *habeo*. *Cic.* 2. *Acad.* Prudenter Academicos a rebus incertis aſſenſionem cohibuiſſe. Sic cohibere alicujus iracundiam, *Id. pro Marcel. c.* 3. Cohibere animum, manus, oculos ab alieno, *Id. pro Leg. Manil. c.* 13. Cohibere ſe, *moderarſi*. *Terent. Heaut.* 5. 1. Cohibete intra limen vos. *Plaut. Mil.* 3. 3. ¶ Cohibeſſim pro cohibuerim, eſt apud *Lucret. l.* 3. *v.* 445. Am cohibeſſis. *h. e.* eam cohibuerit. Al. aliter leg. ¶ Pro continere, complecti. *Cic. de Sen.* Cum ſparſum ſemen gremio excepit, primo id occatum cohibet. ¶ Cohibere brachium toga, *Id. pro Cæl. c.* 5. V. Toga.

Cohibeſſo, is, pro *cohibuero*, *Lucret. lib.* 3. *v.* 443. Corpore qui noſtro emus magis am cohibeſſit? Al. aliter leg. V. *Incohibeſco*.

Cohibilis, le, n. 3. quod facile cohibetur, quod non repugnat. *Gell. l.* 13. *c.* 19. Herodotus celeri, & cohibili ratione fabulam ſcripſit. Ubi *cohibili* eſt *coherente* & brevi: niſi forte legendum eſt *coibili*. ¶ Gloſſ. lat. gr. Cohibilis, facilis, [illegible].

Cohibiliter, adv. breviter. *Apul. in Apol.* Ordinatius, & cohibilius eadem Græce, & Latine adnitar deſcribere. *Id. Florid. verſ.* Fabulam in pauca cogamus, quantum poteſt fieri cohibiliter.

Cohibitio, f. 3. *raffrenamento*, [illegible], cohibendi actus. *Cic.* 5. *Verr. c.* 14. Cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. Gruterus tamen legit, *Prohibitio*. *Lactant. de Ira Dei*, *c.* 18. Cohibitio ſui glorioſa eſt.

Cohibitus, a, um, nom. ex particip. *raffrenato*, *riſtretto*. *Gell. l.* 7. *c.* 14. Subtile dicendi genus, & cohibitum. *Auſon. in Gratiar. actione*: Cujus egreſſus auſpicatior, inceſſus modeſtior, habitudo cohibitior.

Cohircinatio, hircina laſcivia, apud *Apul. in Apolog.* ubi al. leg. *collurcinatio*.

Cohoneſto, as, idem, ac honeſto, honore efficio. *Cic. pro Quint. c.* 15. Amici conveniunt ad exequias cohoneſtandas. Adde *Liv.* 38. 47.

Cohorreſco, is, ui, n. 3. *ſentir ribrezzo*, *tremar da paura*, *a da freddo*, idem quod horreo, vel ingenti horrore afficior. *Cic. Somn. Scip. cap.* 1. Quem ut agnovi, equidem cohorrui. *Sueton. Tiber. c.* 21. Dii me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum.

Cohors, ortis, f. 3. & per ſyncopen chors, ſive cors, vel *cors*, apud *Varr. l.* 4. *de L. L. corte*, *cortile*, [illegible], proprie eſt locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere ſolemus, a [illegible], quo nomine a Græcis dicebatur, quicquid in anteriore domo, vel villa clauſum, ſeptumque eſſet. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 704. Abſtulerat multas illa cohortis aves. ¶ Cohortes etiam de bobus dixit *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. ¶ Translate accipitur pro militum manu, *compagnia de fanti a piedi*, [illegible], ob ſimilitudinem, a cohorte villica, quia ut villica, ita militaris rotunda eſſe ſolet, unde & *globus militum* dicitur. *Liv.* 25. *c.* 9. *Cæſ.* 3. *B. G.* Eductis quatuor cohortibus, quæ integræ a labore erant. ¶ In legione R. cohortes decem erant. *Gell. l.* 16. *c.* 4. ¶ Cohors, & turma differunt, quod cohors propria eſt peditum, turma equitum. *Cic. pro Marcello*, Nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. ¶ Cohors etiam pro congregatione quorumcunque hominum ponitur. *Suet. in Ner. c.* 5. Receptus in cohortem amicorum. ¶ Item pro comitatu, & ſatellitio, & familia Magiſtratus, qui ibat in Provinciam. Unde *cohors Prætoria*, quæ Conſuli, aut Prætori in Provincia præſto ſemper erat, quaſique latus ejus cingebat. *Cic. in Verr.* Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis. ¶ Prætoriæ cohortes duæ erant, una evocatorum militum, altera voluntariorum, ideſt, nobilium adoleſcentum, qui ſua ſponte cum Proconſulibus exibant, duntaxat ob hanc cauſam, ut uſu rerum peritiores domum redirent. ¶ Translate *Hor. l.* 1. *od.* 3. Febrium cohors. ¶ Item ad cohortem militarem, & præſertim Prætoriam pertinens. Hinc in *Cod. Juſtin.* titulus 58. libri 12. eſt *de cohortalibus*, & principibus cornicularis, ac primipilaris.

Cohortalinus, a, um, ad cohortalem, ſeu Prætoriam militiam pertinens. *In Cod. Theodoſ.* 16. 5. 48.

Cohortālis, vel cortalis, e. 3. quod ad cohortem ſpectat, et Cohortales gallinæ, quæ in cohorte domi aluntur, a *cohors*. *Col. in præf. l.* 1. Quorum in parte avium cortalium, & apium cura poſita eſt.

Cohortatio, f. 3. *eſortazione*, [illegible], hortatio. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 13. Incredibiliter me commovet tua cohortatio.

Cohortatiuncŭla, æ, f. brevis cohortatio. *Ambroſ. l.* 4. *ep.* 33.

Cohortātus, a, um, *che ha eſortato*, particip. depon. *Cæſ. lib.* 1. *B. Gal. c.* 25. Cohortatus ſuos prælium commiſit. ¶ Paſſive *eſortato*. *Cato* apud *Gell. lib.* 15. *cap.* 13. Exercitum pranſum, paratum, cohortatum eduxit.

Cohorticŭla, æ, diminut. a Cohors, *piccola compagnia di ſoldati*. *Cælius ad Cic. Fam. l.* 8. *ep.* 6. Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum amiſit.

Cohorto, as, *eſortare*, idem quod cohortor. *Claudius Quadriger.* apud *Non. c.* 7. *n.* 35. Hos cohortarent, uti maturarent.

Cohortor, aris, d. 1. *eſortare*, [illegible], ſimul, aut vehementer hortor. *Cic. de Orat.* 2. 9. Quis cohortari ad virtutem ardentius? *Cæſ. l.* 3. *B. C.* 82. Milites cohortatur, ut prædæ participes eſſe velint. *Id.* 7. *B. G.* 86. Cohortatur, ne labori ſuccumbant. ¶ Cum infinito *Hirt. de B. Alex. c.* 21. Cohortando ſuos ad pontem, & munitiones contendere. ¶ Particip. *cohortandus* paſſivo ſignificatione. *Cæſ.* 2. *B. G.* 20. Acies inſtruenda, milites cohortandi.

Cohum, n. 2. lorum, quo temo buris cum jugo colligatur, a *cohibeo*, quaſi cohibum, per craſin. *Feſt.* Sed *Varro* a cavo dictum eſſe ſcripſit. ¶ Cohum, vel covum etiam Cœlum Poetæ dixerunt, a chaos, ex quo putabant Cœlum eſſe formatum, vel a [illegible], cavitas, vel a [illegible], inanitas, res inanis. *Feſtus*.

Cohumido, as, a. 1. *bagnare*. *Apul. l.* 8. *Met.* Cohumidare genas lacrymis.

Coibilis, le, adject. qui facile coit, & cohæret. V. exemplum, quod ſupra attulimus in Cohibilis, ex *Gell.*

Coici, vel Cojici, pro Conjici dixiſſe Veteres, ex vet. exemplar. probat *Parrus in Lex. Crit.*

Coiens, euntis, particip. a *coeo*, quod in recto caſu non eſt, quod ſciam, in uſu. *Ovid.* 4. *Triſt.* 4. 41. Vulnera nondum coeuntia.

Coimbĭbo, is, n. 3. ſimul imbibo, *imbevere*. *Arnob. l.* 5. Si aperte hoc facere confeſſis maledictionibus coimbibiſſetis.

Coinquinātus, a, um, inquinatus. *Prudent. hymn. ante ſomn. v.* 53. Qui coinquinatum vitiis cor impiavit. *Arnob. l.* 7. *p.* 233. Quid his eſſe poteſt coinquinatius?

Coinquino, as, a. 1. idem, ac inquino, *imbrattare*, *lordare*. *Colum.* 8. 7. Coinquinari ſtercore. ¶ Translate Vetus poeta apud *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 27. Matres coinquinari, Regiam contaminari ſtirpem.

Coinquire, deputare, deſecare. *Feſtus*. *Scalig.* ſuſpicatur legendum, Conquinire, decubere: unde Conquiniſco.

Coitio, onis, f. 3. ſocietas, ſodalitas, *unione*, [illegible], unio, conjunctio, a *coeo*. *Cic. pro Planc. c.* 22. Dubitatis, an coitio facta ſit? *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. In candidatorum coitione interfuiſſe. *Ter. Phor.* 2. 2. 32. Prima coitio eſt acerrima. h. e. congreſſio, pugna. ¶ Accipitur in malam partem pro conjuratione. *Liv. l.* 3. *c.* 65. Cum per coitiones potentium injuria fieret. Adde *Apul. Apol.* ¶ Et pro coitu venereo. *Solin. c.* 49. (al. 65.) *de camelis feminis*. Inventumque eſt, ut deſiderium eis coitionis quadam caſtratione exſecaretur.

Coitus, us, m. 4. *congiunzione*, [illegible], conjunctio, ut coitus Lunæ, *Plin. l.* 2. *c.* 9. cum ſcil. ita Soli conjungitur, ut non amplius videatur. ¶ Speciatim accipitur pro venereo concubitu. *Gell. l.* 19. *c.* 2. *Col. l.* 6. *c.* 22. ¶ Coitus humorum, apud *Celſ.* 5. 18. 31. eſt concurſus. Et coitus vulneris, conjunctio, coitio. *il rammarginarſi*. *Id. l.* 2. *c.* 10.

Coitus, a, um, *congiunto*, initus. *Ulpian. Dig.* 17. 2. 32. ſocietates coitæ. Adde *Ammian.* 26. 6.

Coix, icis, f. palmæ quoddam genus in Æthiopia. *Plin.* 13. 4.

Colaphizo, as, colaphis percutio. *Tertull. lib.* 5. *adverſ. Marcion. cap.* 12.

Colaphus, i, m. *pugno*, [illegible], ictus manu in pugnum contracta inflictus, a [illegible], tundo. *Ter. in Adelph.* 2. 1. 37. Colaphis tuber eſt totum caput. ¶ Colaphum ducere alicui, *dar' uno ſchiaffo*. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Colaphum infringere. *Teren. Adelph.* 2. 1. 46. Sic *Plin. l.* 8. *c.* 36. Colapho infracto exanimantur. Et *Juv. ſat.* 9. *v.* 5. Colaphum ſervo incutere.

Colatorius, a, um, adject. tolutario, & alturconio gradu incedens, ut colatorius equus, *cavallo che va di portante*, *a ambiante*, *o di chinea*, apud *Veget. de re Veterin. l.* 4. *c.* 5. Hujuſmodi equos Græci vocant [illegible], vel [illegible], quorum gradus in ambulando perinde minutus, ac creber, quaſi ſacco colatus eſſet. V. *Salmaſ. ad Capitolin. in Maxim. cap.* 3.

Colatūra, æ, f. *colatura*, quod colando remanet. *Cal. Aurelian. Tard.* 5. 3.

Colātus, a, um, adject. percolatus, purgatus, *purgato*, *colato*. *Plin. l.* 13. *c.* 6. Colato melle. *Tertull. de Anim. c.* 9. Beryllo fluctuant colato nitore. ¶ Apud *eund. l. eod. c.* 48. Colatum ſomnium dicitur, h. e. liquidum, non turbulentum.

Colax, acis, m. 3. [illegible], aſſentator, *o adulatore*, adulor. Eſt Paraſiti nomen in prologo Eunuchi *Terent.* v. 30.

Colchi, orum, Populi Aſiæ inter orientalis litus Euxini Ponti, & Iberiam, veneficio infames, & Medeæ ac Jaſonis memoria fabularumque involucris apud Poetas nobilitati. *Horat. l.* 4. *od.* 4. *v.* 63. *Plin.* 6. 4.

Colchiăcus, a, um, adject. idem quod Colchicus, vel Colchus. *Propert. l.* 2. *el.* 1. Colchis Colchiacis urat arena focis. Al. rectius leg. *Iolchiacis*.

Colchĭcus, a, um, qui eſt ex Colchide. *Horat. l.* 2. *od.* 13. *v.* 8. Ille venena Colchica tractavit.

Colchis, idis, f. 3. *Mengrelia*, [illegible], regio Aſiæ, pars Georgiæ, inter Pontum Euxinum ad Occ. & Iberiam ad Or. Caucaſo M. ſeparante, Armeniam ad Auſtr. Sarmatiam ad Bor. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 305. Vix tandem longis quæſitam Colchida votis Contigimus. ¶ Eſt etiam Colchis, idis, [illegible], gentile fœmin. & ſpeciatim Medeæ nomen apud Poetas. *Horat. epod.* 16. *v.* 58. Neque impudica Colchis intulit pedem. ¶ Et *Gens Colchis*, pro gente Colchorum, *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 418.

Colchus, a, um, Colchicus, qui eſt ex Colcho. *Horat. in Arte*, *v.* 118. Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 875. Domus Colcha.

Coleātus, a, um, coleos habens, ut coleatus equiens, *cavallino intiero*, apud *Pompon. apud Non.* 2. 872. Al. aliter leg. *Id.* apud *Non. c.* 7. *n.* 20. Coleata cuſpis, [illegible].

Coles, vel Colis, is, f. 3. haſta, ſeu virga membri virilis. *Celſ. l.* 6. *c.* 18. ¶ Eſt & pampinus, item caulis braſſicæ, fabæ, & ſimilium. *gambo*, *fuſto*. *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 31.

Colĕus, m. 2. [illegible], teſtis, ſive teſticulus. *Cic. Famil.* 9. *epiſt.* 22. Honeſti coleï Lanuvini, Cliternini non honeſti. V. Lanuvinus. ¶ *Petron. in Fragm. Tragur.* Si coleos haberemus. *h. e.* ſi viri eſſemus.

Colĭas, æ, m. genus piſcis, e genere lacertorum. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Colĭce, es, f. medicamentum, quod datur ad coli dolores. *Celſ.* 5. 25. 12. & *Scribon. Larg. Compoſ.* 120. & 121.

Colicŭlus, i, m. cauliculus. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Si jam coliculus fabæ in quatuor altitudines creverit.

Coli-

Digitized by Google

Colicus, a, um, ad colon inteſtinum pertinens, ut colicus homo, qui dolore colico laborat. *Plin. l. 20. c. 4.* Al. leg. *Cœliacus*. ¶ Colicum medicamentum, quo dolor colicus ſedatur. *Celſ. l. 4. c. 17.*

Coliſeo, inis, f. domus, quæ inſolitur, *Arnob. l. 2. Salmaſ. ad Tertul. de Pall. p. 430.*

Colyphium, vel colliphium, n. 2. *focaccia*, *ſchiacciata ſotto la cenere cotta*, κωλύφιον, panis genus, quo athletæ utebantur, a κῶλον, membrum, & ἶφι, fortiter, ideſt, a robore membrorum, quia eo uterentur ad vires firmandas, vel a κόλλιξ, quod erat genus panis ſubcinericei, ac rotundi. Alii dicunt, fuiſſe panem cum recenti caſeo commiſtum, alii panem azymum, & carnes aſſas. *Plaut. Perſ. act. 1. ſcen. 3. v. 12.* Colyphia ne mi hæc incocta dent. Adde *Juven. ſat. 2. v. 53.*

Colis, V. Coles.

Collabaſco, is, n. 3. *principiar' a cadere*, ruinam minitor. *Plaut. Stich. 4. 2. 17.* Si labant res laſſæ, itidem amici collabaſcunt.

Collabefactatus, a, um, adject. collabefactus. *Lucret. l. 2. v. 492.* Collabefactatus rigor auri ſolvitur æſtu, *disfatto*, *ſciolto*.

Collabefacto, as, a. 1. *disfare*, *guaſtare*, labefacto. *Ovid. 2. Faſt. v. 366.* Vaſtum motu collabefactat opus.

Collabefactus, a, um, *disfatto*, *guaſto*, labefactus, corruptus, λυμανθείς. Translate *Nepos in Ariſtide, c. 1.* A Temiſtocle collabefactus teſtula illa, exilio decem annorum multatus eſt. *h. e.* oppreſſus, dejectus.

Collabefio, fis, n. paſſ. *diſtruggerſi*, *disfarſi*. *Cæſ. B. C. l. 2. c. 6.* Altera navis perfracto roſtro tota collabefieret.

Collabello, as, a. 1. *giungere labbra a labbra*, labra labris adjungo. *Laberius apud Non. c. 2. n. 168.* Collabella oſculum, *ideſt*, junctis labris oſculare.

Collabor, eris, apſus ſum, d. 3. *cadere*, πίπτω, labor, vel ſimul cum alio labor. *Sueton. in Cæſ. c. 81.* Domus faſtigium collabitur. *Curt. l. 7. c. 6.* Cervix ejus ita icta eſt, ut collaberetur.

Collaboro, as, ſimul laboro, ſimul curam ago. *Tertull. de pœnit. c. 10.*

Collaceratus, a, um, adject. idem quod laceratus. *Tacit. hiſtor. l. 3. c. 73.* Confoſſum, collaceratumque corpus.

Collacrymatio, onis, f. idem quod lacrymatio. *Cic. 2. de Orat. cap. 45.* Signa doloris voce, vultu, collacrymatione denique oſtendere.

Collacrymo, as, a. 1. idem ac lacrymor. *Cic. in Somn. Scip.* Ad quem ut veni, complexus me ſenex collacrymavit. *Id. pro Sext. c. 58.* Hiſtrio caſum meum collacrymavit.

Collactaneus, m. 2. *fratello di latte*, ὁμογάλακτος, qui iiſdem mammis nutritus eſt, vel ſimul educatus. *Ulpian. Dig. 40. 2. 13. & Scævola Dig. 34. 4. 30.*

Collacteus, a. 1. 2. συγγάλακτος, qui uno, & eodem lacte nutritus eſt. *Juven. Sat. 6. v. 307.* Notæ collactea Mauræ. Alii leg. *Collacia*. *Martian. Capell. l. 1.* Sororis ejus indiſcreto ſcelere collactea.

Collactius, ii, idem quod collactaneus. *V. Gruter. Inſcript. p. 665. n. 2. 3. 5. & Sipon. Miſt. p. 228.*

Collævo, vel Coolævo, as, a. 1. idem quod lævo, aut lævigo. *Senec. epiſt. 64.* Hoc aſperitas oculorum collævatur: hoc palpebrarum craſſitudo tenuatur.

Collapſio, onis, f. *caduta*, caſus, ruina. *Jul. Firmic. de err. proph. relig. c. 21.* Cadentium fulminum funeſta collapſio.

Collapſus, a, um, nom. ex particip. *caduto*, *rovinato*. *Curt. l. 8. c. 2.* Inter manus collapſus extinguitur. *Sueton. Aug. c. 30.* Ædes vetuſtate collapſæ. *Celſ. l. 7. c. 26.* Iter urinæ collapſum.

Collare, ris, n. 3. *collare*, Ger. *ein halsband*, Gal. *collier*, Hiſp. *collar*, περιτραχήλιον, vinculi genus, quo canum colla aſtringuntur, quod *mellum* vocavit antiquitas, ex corio firmo cum clavis capitatis. *Varr. de R. R. c. 9.* Ne vulnerentur a beſtiis, imponuntur his collaria. ¶ Servi quoque hujuſmodi vinculo conſtringebantur. *Lucil.* apud *Non. 1. 162.* Cum maniſis, catulo, collarique ut fugitivum deportem.

Collaria, æ, f. 1. ferrum rotundum, quo conſtringuntur colla malefactorum. *Plaut. Capt. 2. 2.* Collus collaria caret.

Collaris, re, *da collo*, ad collum pertinens, ut *collaris inſula* apud *Petron. in fragm. Tragur.* h. a. focale. Alii tamen aliter legunt.

Collatatus, a, um, *dilatato*, dilatatus, ampliatus, a cum, & latus. *Cic. in Orat. c. 56.* Quod ſi anguſta quædam, atque conciſa, & alia eſt collatata, & diffuſa oratio.

Collatero, as, a. 1. latus claudo, ad latus ſto. *Capell. lib. 3.* C vocales utrimque collaterat.

Collatia, æ, f. 1. oppidum exciſum Latii, ad Anienem flu. in via Tiburtina, in conf. Sabinorum, condita ab Albanis, dicta, quod ad eam inſtaurandam pecuniæ a viciniis civitatibus juſſu Tarquinii Superbi collatæ fuerint. *Feſt.*

Collatinus, a, um, adject. a Collatia oppido. *Virg. 6. Æn.* Collatinas imponent montibus arces. ¶ Hinc Collatina porta Romæ, quæ Collatiam ferebat, *Pinciana*. ¶ Collatina dea Romæ ut collium præſes culta eſt, teſte *Aug. de Civ. Dei, 4. 8.*

Collatio, onis, f. 3. *tributo*, *contribuzione*, מס, גבירה, Germ. *ein zuſammen tragung, als ſteuwe, oder tribut*, Gall. *taille ſurle peuple*, Hiſp. *contribucion*, *a pecho*, συμβολή, εἰσφορά, quod in unum confertur, & ſpeciatim indictio, tributum. *Liv. l. 4. cap. ult.* Æs grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes ſpecioſam etiam collationem faciebant. ¶ Eſt item comparatio, *confronto*. *Cic. de Divin. 2. 17.* Infirmas ſortes collatione hoſtiarum. ¶ Eſt item Figura Rhetorica. *Id. de Invent. 1. 30.* Collatio eſt oratio rem cum re ex ſimilitudine conferens.

Collatitius, a, um, o. 1. 2. συγκομιστός, quod ex collatione conficitur, aut colligitur. *Quintil. Declam. 6.* Collatitia ſepultura. *h. e.* multorum collationibus facta. *Apul. l. 8. Met.* Collatitia ſtipe.

Collativus, a, um, adject. *Feſtus*: Collativum ſacrificium dicitur, quod ex collatione offertur. *h. e.* collata a pluribus impenſa. ¶ *Idem*: collativum ventrem, magnum, turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia adulia congeruntur. *Plauti* locus eſt *in Curcul. 2. 1. 15.* Qui hic eſt homo cum collativo ventre, atque oculis herbeis? ¶ Univerſim collativus dicitur, qui a pluribus confertur. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 6. circa med.* Nec ſolum explicandis corporibus hi duo numeri collativum præſtant favorem, &c. *Nazar. in paneg. ad Conſtantin. c. 18. in fi.* Innumeræ ſimul gentes ad bellum coactæ, dum collativam vim conferunt, compendioſam victoriam præſtiterunt. ¶ *Collativum* abſolute (*in donativum*) eſt idem quod collatio, tributum. *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib. 6. Cod. Theodoſ. tit. 26. leg. 3.*

Collator, oris, m. 3. qui confert. *Plaut. Curc. 4. 1. 13.* Symbolorum collatores.

Collatro, as, *abbajare*, idem quod latro. Translate *Senec. de vita beata*, *c. 17.* Philoſophiam collatrare. *h. e.* conviciis inſectari.

Collatus, a, um, particip. a conferre, *unito*, *congiunto*. *Plin. l. 8. epiſt. 14.* Collatis viribus pugnare. *Liv. l. 26.* Collato pede præliari. *h. e.* junctis aciebus altera contra alteram, & comminus pugnantibus. Sic collata dextra, *Ovid. 2. Faſt.* &, collato Marte, *Id. 12. Metam.* ¶ *Collatis ſignis pugnare* apud *Liv. & Cic.* eſt congredientibus æquo campo integris aciebus ſub ſignis, & juſto prælio decernentibus, *a bandiere ſpiegate*. Sic *Cæſ. 3. B. C. 79.* Habere caſtra collata caſtris hoſtium, *avere il campo a fronte dell' inimico*. Sic *Curt. l. 3. c. 11.* Collato pede in eodem veſtigio ſtabant. *Id. l. 7. c. 11.* E fontibus collatæ aquæ flumen emittunt. ¶ Interdum eſt idem ac comparatus, *paragonato*. *Cic. 4. Acad. c. 23.* Qui mihi cum illo collati, quintæ claſſis videntur. ¶ Item *contribuito*. *Cic. pro Flacc. c. 25.* Pecunia collata. *Sueton. in Aug. 59.* Ære collato ſtatuam ſtatuere. ¶ Item ſimul tractatus, *conferito*. *Ovid. 2. de Pont. 4. 13.* Seria multa mihi tecum collata recordor.

Collatus, us, ui, m. *paragone*, comparatio. *Hirt. de B. Hiſp. c. 31.* In collatu pari erant conditione, *nell' azzuffamento*.

Collaudabilis, le, laudabilis, *lodevole*. *Prudent. Hamartig. v. 692.* Nec bonus eſt, nec collaudabilis ille.

Collaudatio, onis, f. 3. *lode*. *Ad Herenn. l. 2. c. 9. & Cic. de Invent. c. 43.*

Collaudator, oris, *lodatore*, qui collaudat. *Auguſtin. 4. Confeſſion. 14.* Nullo collaudatore mirabar.

Collaudatus, a, um, idem quod laudatus, *lodato*. *Cæſ. 5. B. G. c. 2.* Collaudati milites.

Collaudo, as, idem ac laudo. *lodare*. *Cic. 1. Phil.* Eodem die D. Bruti factum collaudaviſtis.

Collaxo, as, *allargare*, idem quod laxo. *Lucret. 6. 231.* omnia circum Collaxat, rareque facit lateramina vaſi.

Collecta, æ, f. 1. *la porzione, che ciaſcun paga, o paga in un pranzo*. *Cic. de Orat. l. 2. c. 57.* Collectam a conviva exigis.

Collectaneus, a, um, o. 1. 2. ἐκλεκτός, quod ex diverſis rebus mixtum, & conflatum eſt. *Plin. l. 34. c. 9.* Tertia portio æris collectanei. ¶ Collectanea, orum, n. 2. num. plur. ſcripta, quæ ex pluribus excerpta locis in unum collecta ſunt. *Gell. l. 4. c. 14.*

Collectarius, ii, m. ἀργυραμοιβός, argentarius campſor, qui pecuniam pecunia mutat, *cambiatore di monete*. *Leg. 16. Cod. ſi certum pet.* Si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti. ¶ *Acron Horatii Scholiaſtes in l. 1. Sat. 6. v. 86.* Coactores, inquit, dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui & collectarii nominantur. ¶ Horum integrum collegium Romæ erat.

Collectio, onis, f. 3. *raccoglimento*, συλλογή, Congregatio. *Cic. pro Leg. Manil. c. 9.* Ut eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus, *concorſo d' umori*. *Plin. lib. 27. c. 8.* Collectiones omnes, inflammationeſque cohibendi. ¶ Item argumentatio, qua quibuſdam poſitis aliud quidpiam colligitur, & concluditur. *Senec. ep. 45.* Perſuadere aliquid alicui ſubtiliſſimis collectione.

Collectitius, a, um, o. 1. 2. *collettizio*, συναγώγιμος, quod colligitur, vel factum eſt ex collectione. *Cic. 7. Fam. ep. 3.* Signa & tyrone, & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit.

Collectivus, a, um, o. 1. 2. idem quod collectitius. *Sen. l. 3. Quæſt. Nat. c. 7.* Collectivus humor. ¶ Item qui colligit. *Quint. l. 7. c. 2.* Ratiocinativa, atque collectiva quæſtio.

Collector, oris, m. qui ſimul legit, vel ſimul eoſdem verſat ſcriptores. *Auguſtin. 1. Confeſſ. 17.* Mihi recitanti acclamabatur præ multis coætaneis, & collectoribus meis.

Collectrix, icis, f. quæ colligit. *Plaut. Mil. 3. 1. 99.* Præcantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruſpici. Ita legit *Turneb. in Comment. ad locos Cicer.* & collectricem exponit, quæ religionis cauſa ſtipem colligit. Alii tamen legunt, *Conjectrici*.

Collectus, us, m. *raccolta*, collectio. *Lucret. 4. 416.* Collectus aquæ digitum non altior unum.

Collectus, a, um, nom. ex particip. a colligo. *raccolto*. *Horat. lib. 1. epiſt. 10. v. 47.* Imperat, aut ſervit collecta pecunia. *Plin. l. 11. c. 37.* Roſtra raptu viventibus adunca, collecto recta. ¶ Item non diffuſus, contractus, brevis. *Apul. Apol.* Tanto beatior, quanto collectior.

Collega, æ, m. *compagno in officio*, חבירים, Germ. *mitgeſellen in einem ampt, amptſgenoſſen*, Gal. *compagnons en magiſtrat*, Hiſp. *companeros en officio*, συνάρχων, in dignitate, & honore ſocius. Dicuntur autem collegæ, ut *Varro* cenſuit *l. 5. de L. L.* a legendo, quia una lecti ſint. Hinc Conſules inter ſe, & Prætores inter ſe Collegæ erant, quia iiſdem Comitiis creabantur. *Gell. l. 13. c. 14.* *Cic. 1. Off. c. 40.* Pericles, cum haberet collegam in Prætura Sophoclem. ¶ *Collegæ* etiam dicuntur contutores. *Paul. Dig. 26. 7. 13.* ¶ Item cohæredes. *Id. Dig. 46. 3. 101.* ¶ Item conſervi. *Plaut. Aſin. 3. 2. 10. & 30.* ¶ Item qui ſunt ejuſdem collegii. *Hermogenian. 27. 1. 41.* ¶ Item artifices ejuſdem artis, ut hiſtriones apud *Juvenal. ſat. 8. v. 197.*

Collegatarius, ii, cui conjunctim cum alio legatum eſt. *Leg. 9. ff. de uſufr.*

Collegiarius, a, um, ad Collegium pertinens, *collegiale*, ut Collegiarii miniſtri, *Tertull. de Spectac. c. 11.*

Collegiatus, a, um, adject. in collegium receptus, vel unus ex collegio *Inſcript. apud Grut. pag. 449. n. 6.* Inter primos collegiatos in collegio naviculariorum.

Collegium, n. 2. conventus, cœtus, ſodalitas, *collegio*, συνέδριον, ſocietas aliquorum, qui in eadem dignitate, & honore ſocii ſunt, a collega, ut Collegium Augurum, Pontificum, Decemvirorum, &c. *Cic. Off.* Cum Prætorum collegium Tribuni plebis adhibuiſſent. ¶ Collegium item ſumitur pro congregatione, & ſocietate quorumcunque hominum, ut Collegium aurificum, fabrorum, ſutorum, &c. *congregazione*, *compagnia*, σύλλογος. *Plin. in epiſt. 42. l. 10.* An inſtituendum putes collegium fabrorum. *Horat. lib. 1. Sat. 2.* Ambubajarum collegia. ¶ Dicitur interdum de duobus tantum, ut de Conſulibus, *Liv. 10. 22. Tacit. Ann. 3. 31. Plin. 7. 12.*

Collema, atis, n. 3. κόλλημα, conglutinamentum. *Capell. lib. 3. de Gram.* Niloticæ fruticis collemata.

Colleproſus, a, um, adject. qui ſimul leproſus eſt. *Sidon. l. 6. epiſt. 1.* Colleproſi mei conditio.

Collevo, V. Collævo.

Collibertus, m. 2. συναπελεύθερος, qui ſimul cum altero ejuſdem patroni libertus eſt. *Plaut. Pœn. 4. 2. 88.* Collibertus meus eris. ¶ *Colliberta*, æ, in ſœmin. eſt in Vet. Inſcript. apud *Reineſ. p. 869.* Patronæ benemerenti fecerunt, & collibertis, collibertabus, poſteriſque. ¶ Scribitur & *Conlibertus*, ut apud *Gruter.* ſæpenumero legere eſt.

Collibet, vel Collubet, Collibuit, & collibitum eſt. ere, imperſ. 2. *piace, l' animo dà*, idem quod libet, vel lubet. *Terent. Eun. 5. 8. 26.* Si quid collibuit, novi te. *Cic. de nat. Deor. l. 1. c. 38.* Collibitum eſt mihi. *Horat. lib. 1. Sat. 3. v. 6.* Si collibuiſſet.

Collibro, as, are, idem quod libro. *Cato cap. 19.* Inter arbores medium quod erit, id ad medium collibrato.

Colliciæ, f. 1. & colliquiæ, tegulæ, per quas aqua in vas defluere poteſt, a liquo, as. *Feſt.* ¶ Item majores ſulci in agris, al. *elices*, per quos aqua ex agris in foſſas elicitur. *Col. l. 2. c. 8.* Omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes derivemus. *Plin. l. 18. c. 19.* In uſu eſt & collicias interponere.

Colliciaris, re, ad collicias pertinens, ut *colliciares tegulæ*, apud *Caton. R. R. c. 14.* h. e. ipſæ colliciæ.

Colliculus, i, m. diminut. a collis, *collina*, *collinetta*. *Martial. l. 12. epigr. 25.* Credis colliculis, arboribuſque meis.

Col-

Collido, is, ſi, ſum, a. 3. frango, contero, *percuotere, s ammaccare, s dibattere inſieme*, רגש, רצץ, Ger. *zuſammen ſchlagen*, Gall. *frapper*, Hiſp. *herir*, συμβάλλω. *Cic. 2. de nat. Deor.* Humor ita mollis eſt, ut facile premi, colliſuſque poſſit. *Curt. l. 4. c. 3.* Navigia inter ſe ſolliduntur. *Quintil. l. 7. c. 3.* Confligunt, & colliduntur leges. *combattono fra ſe ſteſſe.*

Colligate, adverb. conjuncte, conſtricte. *Auguſtin. 5. de doctr. Chriſt. c. 28.* Colligatius adhærere.

Colligatio, f. 3. *legamento*, σύνδεσμος, connexio, vinculum. *Cic. 1. Offic. c. 17.* Arctior colligatio eſt ſocietatis propinquorum.

Colligatus, a, um, o. t. e. partic. e colligo, *legato inſieme*. *Cic. de Un. c. 11.* Vinculis colligati. ¶ Et ſubſtantive, *Id. ibid.* Omne colligatum ſolvi poteſt.

Colligo, as, a. 1. conſtringo, ligo, vincio, *legare inſieme*, συνδέω, ſimul ligo. *Cic. pro Rab. c. 4.* I lictor, colliga manus. *Plin. l. 19. c. 1.* Colligare in faſciculos.

Colligo, is, egi, ectum, a. 3. cogo, congrego, conſtringo, quæ diſperſa ſunt, conjungo, *raccogliere, ridurre ad uno*, אסף, קבץ, Germ. *zuſammen leſen*, Gall. *cueillir*, Hiſp. *coger*, συγκομίζομαι, in unum redigo. *Cic. 1. de Or.* Ea quæſdam obſervaſſe, atque collegiſſe. *Id. 2. Catil.* Exercitum colligere ex ſenibus deſperatis. ¶ Translate eſt intelligere, noſcere. *Id. Attic.* Ex eo colligere poteſt, quanta occupatione diſtineat. ¶ Item comparare, acquirere. *Id. de Am.* Benevolentiam civium blanditiis, & aſſentationibus colligere turpe eſt. ¶ Colligere ſe, eſt ſe recipere. *Id. 4. Tuſc. c. 36.* Quid eſt ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſus in ſuum locum cogere? *Id. in Epiſt.* Ut me collegi, cætera facillima videbantur. ¶ Vel reficere ſe, & quaſi dilapſum ſpiritum recipere, *venir in ſe ſteſſo*. *Id. de Divin.* Is primo perterritus ſomno ſurrexit, deinde cum ſe collegiſſet. ¶ Colligere ſe in arma, eſt parare ſe, & munire, *porſi ſulla difeſa*. *Virgil.* Subſtitit Æneas, & ſe collegit in arma. ¶ Colligere togam, *Martial. l. 7.* ¶ Colligere iram, *Hor. in Arte Poet.* h. e. iraſci. ¶ Colligere vaſa, *Cic. in Verr. far fardello*. ¶ Eſt item in argumentationibus, & ſupputationibus concludendo deducere. *Cic. 1. de Orat. c. 57.* Acute colligit. *Tac. de Germ. c. 37.* Ex quo ſi ad alterum Imp. Trajani conſulatum computemus, centum ferme, & decem anni colliguntur. ¶ Item pueros expoſitos tollere. *Leg. 1. tit. 6. Cod. Theodoſ.* puerum, & puellam ſuſceptam colligere.

Collimitaneus, a, um, adject. *confinante*, qui limiti jungitur, conterminus. *Solin. c. 40.* Collimitanea Galatiæ Phrygia. Alii leg. *Collimitata*, a Collimito.

Collimitium, n. 2. *confine*, παρορισμός, ſinitio, vel conjunctio limitum. *Solin. c. 49. (al. 60.)* de amne Jaxarte: Hoc eſt collimitium, in quo limes Perſicus Scythis jungitur. *Ammian. l. 23. c. 6.* Alamannicis pagis collimitia Romana latius irrumpentibus.

Collimito, as, a. 1. *unire col confine, confinare*, συνορίζω, limitibus conjungo. *Ammian. l. 31. c. 5.* Gelonis Agathyrſi collimitant. ¶ Deponentis more, vel paſſive. *Solin. c. 15. (al. 25.)* eadem verba habet. Gelonis Agathyrſi collimitantur.

Collimo, as, V. Collineo.

Collina, æ, porta Romæ, eadem quæ Quirinalis, vel Agonenſis, hodie *Porta Salara*, quod per eam Sabini ſalem deferebant. ¶ Eſt etiam nomen Tribus urbanæ apud Romanos, quæ poſita erat in Collibus Quirinali, & Viminali, unde & nomen traxit. Hæc quartum locum inter urbanas habuit.

Collina Dea, quæ collibus præſidebat, ſicut Vallonia, quæ vallibus. *Auguſt. Confeſſion. 4. 8.* ubi al. leg. *Collatina*.

Collineatus, a, um, adject. *volto di mira, a diritto allo ſcopo*. *Apul. Florid. c. 23.* Collineato pro fronte ſitu, & conniventibus ad regulam lineis. *Id. Met. 9.* Collineatis oculis ad umbram.

Collineo, as, a. 1. *dar nel ſegno, colpire dove s' è preſo la mira*, recta veluti linea dirigendo ſcopum attingere, στοχάζομαι. *Cic. 2. de Div. c. 59.* Quis eſt enim, qui totum diem jaculans non aliquando collineet? *Id. 3. de Fin. c. 6.* Si cui propoſitum ſit collineare haſtam aliquo, aut ſagittam. h. e. haſta, aut ſagitta aliquem ſcopum ferire. ¶ Significat etiam recta linea ad ſcopum dirigere, *dirizzare, tor di mira*. *Gell. 9. 1.* Si in editiora mittas, & ad percutiendum ſuperne aliquid manum & oculos collineres. ¶ Scribitur & *colineo*. ¶ In multis editionibus *Cicer. Gellii*, & *Apuleii* pro *collineo* habetur *collimo, as*: quod qui Latinum putarunt, deducebant e *limus*, quia qui aliquo ictum dirigit, limis ac ſemiapertis oculis id facere ſolet. Sed conſenſus Eruditorum illud *collimo* e Latinorum albo expungit. ¶ Sunt etiam qui pro *collineo* dicendum putant *colliniso*.

Collinitus, a, um, adject. pro *collineatus* legitur apud *Martian. Capell. cir. prim. l. 7.*

Collinio. V. Collineo.

Collinitus, a, um, *unto*, pro *collitus*, facit *Colum.* a Collinio, *l. 6. c. 17.* Semina melle collinita.

Collino, is, levi, itum, *ungere*, idem fere quod lino, περιχρίω, συναλείφω. *Plaut. Pæn. 1. 2. 93.* Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt. *Horat. l. 1. od. 15. v. 20.* Crines pulvere collines. h. e. conſpurcabis.

Collinus, a, um, *di colle*, quod ad collem ſpectat. *Col. l. 12. c. 21.* Si muſtum ex vineis collinis eſt. *id eſt* quæ in colle plantatæ ſunt.

Colliphium, V. Coliphium.

Colliquefactus, a, um, liquefactus, *liquefatto*, a colliquefacio, vel colliqueſco. *Cic. pro Cluent. c. 62.* Venenum colliquefactum in potione.

Colliqueſco, idem ac liqueſco, *liquefarſi*. *Col. l. 12. c. 22.* Ea, quæ addideris in pice colliqueſcant.

Colliquiæ, V. Colliciæ.

Collis, is, m. 3. *colle*, גבעה, Ger. *ein bühl*, Gal. *coteau, colline*, Hiſp. *cerro*, βουνός, λόφος, minor mons. *Cic. pro Cluent.* Cum quædam in collibus controverſia paſtorum orta eſſet. ¶ *Colles montani* apud *Plin. 6. 20.* ſunt juga ex ipſis montibus aſſurgentia. ¶ Colles ſeptem Romæ fuerunt, Palatinus, Quirinalis, Aventinus, Cœlius, Viminalis, Tarpejus, ſeu Capitolinus, & Exquilinus. ¶ Reperitur etiam pro monte. *Sil. l. 3. v. 420. de Pyrenæis.* Nomen Bebrycia duxere a Virgine colles. ¶ In ablativo *colli* pro *colle* rarum eſt, & Poeticum. *Lucret. 2. 317.* Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta.

Colliſio, f. 3. duorum, aut plurium corporum mutua percuſſio, *ammaccamento*, σύγκρουσις. *Juſtin. l. 11. c. 12.* Nuntiatur, uxorem ex colliſione abjecti partus deceſſiſſe.

Colliſus, us, m. 4. idem ac colliſio. *Plin. l. 9. c. 35.* Sono quodam, & colliſu ipſo margaritarum.

Colliſus, a, um, adject. *ammaccato, percoſſo inſieme, dibattuto*. *Horat. l. 1. epiſt. 2. v. 7.* Græcia barbariæ lento colliſa duello.

Collitus, a, um, oblitus, *unto*. *Prudent. Cathem. 5. v. 15.* Fila favis ſcirpeo floreis preſſo melle prius collita fingimus. ¶ Scribi poteſt & *Conlitus*.

Collobatarii, m. 2. grallatores. *Non. 2. 361.* Sed fortaſſe legendum *calobatarii*, a καλοβάτης, quod a κῶλον, lignum, & βάω, ſeu βαίνω, incedo. Vel potius legi debet *colobathrarii*, a κωλόβαθρα, grallæ, quod a κῶλον, membrum, & βάθρον, gradus.

Collobium, V. Colobium.

Collocatio, f. 3. diſpoſitio, *diſpoſizione, collocazione*, διάθεσις. *Cic. 3. de Orat.* Continuatio verborum duas res, collocationem primum, deinde formam deſiderat. *Id. pro Cluent. c. 66.* Collocatio filiæ. h. e. in matrimonium.

Collocatus, a, um, adject. nom. ex particip. *collocato, diſpoſto*. *Cic. 2. de Or. c. 43.* Poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano. *Plin. l. 2. epiſt. 1.* Cecidit, coxamque fregit, quæ parum apte collocata male coit.

Colloco, as, a. 1. loco, pono, diſpono, ſtatuo, accommodo, *collocare, riponere*, שום, שית, Ger. *ſetzen*, Gal. *colloquer, placer*, Hiſp. *aſſentar*, ἐντίθημι. *Cic. 1. de Orat. c. 33.* Suo quidque loco collocare. *Terent. Eun. 9. 3. 43.* In lecto illam collocat. *Cæſ. l. 3. B. C.* Collocare in mediam aciem auxilia. ¶ *Id. l. 1. B. G.* Præſidium collocare, *metter guarnigione*. ¶ *Cic. Fam. c. epiſt. 13.* Collocare rem militarem. *hoc eſt*, ordinare. ¶ Collocare pecuniam, *dar danaro a intereſſe*. *Sueton. Aug. c. 39.* ¶ Collocare in matrimonium, *maritare*. *Cic. 1. Div. c. 46.* Sic collocare nuptum, vel nuptui. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 18.* Et in eodem ſenſu, *collocare*, abſolute, eſt apud *Nepot. in Ariſt. c. ult.* ¶ Collocare tabulas bene pictas in bono lumine, *Cic. de clar. Orat.* ¶ Collocare ſextantes in capita, *metter una taglia per teſta*. *Liv. l. 2.* ¶ Collocare male horas, *perdere il tempo*. *Martial. l. 1.* ¶ Beneficium bene collocare apud aliquem. *Cic. 2. Off.* ¶ *Tacit. 6. Annal. c. 27.* De cujus moderatione, & ſapientia in prioribus libris ſatis collocavi. h. e. expoſui. ¶ Aliquando collocare idem eſt ac ſternere, *coricare, atterrare*. *Plaut. Amphit. 1. 1. 148.* Agite pugni, heri homines quatuor in ſoporem collocaſtis. *Martial. lib. 5. epigr. 66.* Quot tua Mænalios collocat haſta ſues.

Collocupleto, as, idem quod locupleto, *arricchire*. *Auct. ad Her. 2. 5. 18.* Rei honeſtandæ, & collocupletandæ cauſa. Adde *Terent. Heaut. c. 3. 26.*

Collocutio, f. 3. ὁμιλία, colloquium, ſermo, *colloquio*. *Cic. Philip. 12. 5. c.* Familiariſſimæ cum aliquo collocutiones.

Collocutor, oris, m. qui ſimul cum aliquo loquitur. *Tertul. adv. Praxeam, c. 3.* Dum loqueris, collocutorem pateris ſermonem. Adde *Auguſtin. l. 9. confeſſ. c. 6.*

Colloquium, ii, n. 2. collocutio, congreſſus, dialogus, ſermonis communicatio, *abboccamento, ragionamento*, דבר, ὁμιλία, ſermo. *Cic. Att. l. 12. epiſt. 15.* In hac ſolitudine careo omnium colloquio. *Id. Phil. 12. c. 11.* Venire in colloquium alicujus.

Colloquor, eris, d. 3. *ragionare, abboccarſi*, השיח, Ger. *mit einander reden*, Gal. *parler enſemble, parlementer*, Hiſp. *hablar uno con otro*, ὁμιλέω, ſimul loquor. *Cic. 1. de Orat. c. 8.* Hoc uno præſtamus feris, quod colloquimur inter nos. *Id. Fam. 1. ep. 7.* Colloqui cum aliquo per litteras. ¶ Cum accuſativo *Plaut. Capt. 4. 2. 33.* Perlubet hunc hominem colloqui.

Colluceo, es, xi, idem ac luceo, vel ſimul luceo. *Cic. 2. de nat. Deor. 15.* Immenſo mundo tam longe, lateque collucens. ¶ Fuiſſe hoc verbum etiam tertiæ conjugat. *Nic. Heinſ. ad Prudentii Vincent. v. 20.* ex antiqua ſcriptura probat, ubi ait: *Collucis inſigni ſtola.*

Collucernatio, onis, f. quaſi dicas lucernarum multitudo ad ſplendorem augendum, *illuminazione*. *Claud. Mamert. de ſtatu anim. l. 2. c. 9.* Stipem ſuam variis collucernationibus dilapidare. h. e. comeſſationibus, & ſpectaculis. Alii aliter leg.

Colluco, as, a. 1. vel conluco, *ſchiarire un boſco, o un' albero*, זמר, Gal. *ebrancher*, Hiſp. *cortar los arboles*, κλαδεύω, est ſylvæ ramos officientes lumini cædere, a *luce*. Nam collucando ſylva fit lucida. *Col. l. 2. c. 22.* Neque arborem feriis collucare permittitur. *Cato R. R. c. 139.* Collucare lucum.

Colluctatio, f. 3. lucta, *lotta*. *Col. l. 6. c. 2.* Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Colluctator, oris, m. luctator, qui cum aliquo luctatur, *lottatore*. *Lactant. de opific. Dei, c. 1.* Ille colluctator, & adverſarius noſter, ſcis quam ſit aſtutus.

Colluctor, aris, d. 1. *lottare, contraſtare*, נאבק, Ger. *mitringen*, Gal. *luter enſemble*, Hiſp. *luchar uno con otro*, συμπαλαίω, ſimul luctor. *Plin. l. 27. 2. c.* Cum eo ſolo colluctatur.

Colludium, ii, n. ludus cum aliquo. *Solin. c. 12. (al. 22.) de delphinis:* Poſt aſſueta colludia. ¶ Translate *Ammian. l. 18. c. 9.* Per colludia. h. e. per deceptionem, *per colluſione*.

Colludo, is, uſi, uſum, n. 3. *ſcherzare, burlare*, Ger. *mit ſchertzen*, Gal. *jouer enſemble*, Hiſp. *jugar con otro*, συμπαίζω, ſimul ludo. *Horat. de ar. Poet. v. 159.* Puer geſtit paribus colludere. ¶ *Colludere* apud Jureconſultos dicuntur inter ſe litigantes, cum actor, & reus litigare ſe ſimulant, alterque ſe patitur ſuperari, ut tertio cuipiam præjudicium afferatur, vel cum alter ex procuratoribus cauſam domini prodit, & cum vincere poſſet, patitur tamen ſe condemnari. *Ulpian. l. eleganter, §. ſi dolo, ff. de dolo malo.* Hinc *Cic. 4. Verr. c. 24.* Inimicus, hoſtis eſſet, tantæ contumelia accepta, niſi tecum colluſiſſet.

Collugeo, es, idem quod lugeo, vel ſimul lugeo. *Cal. Aurel. Tard. 2. 5.*

Collum, n. 2. cervici ſubjecta pars, *collo*, צואר, Germ. *der halß*, Gal. *le cou*, Hiſp. *el cuello*, τράχηλος, pars corporis, quæ caput ſuſtentat. *Cic. 5. Verr.* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Legitur & *collus*. *Plaut. in Cap. 2. c. 107.* Collus collaria caret. ¶ Collum obſtrictum, ſeu collum obtortum, verbum eſt juris. Nam rei in jus collo conſtricto trahebantur. *Id. in Curc. 3. 13. 15.* Collum conſtringe, abduce iſtum in malam crucem. *Hieron.* Obtorto collo nos in jus trahit. ¶ Collum montis eſt jugum ſeu pars vertici ſubjecta. *Stat. Theb. 9. v. 643.* Frondea colla Parnaſi.

Collumino, as, avi, are, illumino, vel ſimul illumino, *illuminare*. *Apul. de Deo Socrat.* Serv. Tullus flamma colluminetur a capite. *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 830.* Solis cadrus colluminat omnia.

Colluo, is, a. 3. idem ac lavo, *lavare*. *Cat. de R. R. c. 88.* Amphoram defricato, colluitoque. *Plin. l. 20. c. 6.* Dentes colluere.

Collurcinatio, f. 3. aviditas, voracitas, a *lurcinor*, quod e *lurco*. *Apulei. in Apol.* Quæ omnia in paucis annis hic degulator ſtudioſe in ventrem condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidavit.

Colluſio, onis, f. 3. συμπαιγνία, actus colludendi, & translate dolus, fraus ex compoſito inita in cauſis, ut in *Colludo* explicatum eſt. *Senec. Controv. 31. ſub fin.* Per colluſionem. *Cic. 3. Ver. c. 13.* Colluſio cum aliquo.

Colluſium, ii, m. idem quod colluſio. *Ulpian. Dig. 17. 1. 8. (ſi ſana eſt lectio)* Si per colluſium accuſatoris abſolutus ſit adverſarius.

Colluſor, oris, m. 3. συμπαίκτης, qui cum altero ludit. *Cic. 2. Phil. c. 39.* Hunc tu compranſoribus tuis, & colluſoribus dividebas. *Plin. l. 9. c. 31.* Delphinus colluſor puerorum. ¶ Item qui in judicio colludit. In *Cod. Theodoſ. 7. 20. c.*

Colluſorie, adverb. *con colluſione*. *Ulp. l. ſi ſervus plurium, ff. de legat. 1.* Non agentem cauſam, vel colluſorie agentem.

Colluſtratus, a, um, nom. ex particip. illuſtratus, *illuſtrato*. *Cic. in Orat. c. 11.* In picturis alios opaca, alios colluſtrata delectant.

Colluſtro, as, a. 1. *illuminare*, illuſtro, collumino. *Cic. 2. Divin. cap. 43.* Luna lumine ſolis colluſtrari putatur. ¶ *Colluſtrare oculis* eſt circumſpicere. *Cic. 5. Tuſc. c. 23.* Cum omnia colluſtrarem oculis.

Col-

Digitized by Google

Collotŭlo, a. 1. *ſporcare*, πηλόω, fœdo, dedecoro. *Plaut. Trin.* 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honeſtet, & me collutulet.

Collūtus, a, um, nom. ex particip. lotus, *lavato*. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Sic & collotis dentibus prodeſt.

Colluviaris, porcus dicitur, qui colluvie, & cibo mixto nutritur. *Feſt.*

Colluviarium, n. 2. ὀχετός, canalis, per quem colluvies, & immunditiæ ejectantur. *Vitr. l.* 8. Etiam in ventre colluviaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. Al. leg. *columnaria*.

Colluvies, ei, f. 5. *radunamento d'immondezze*, רפש, Ger. *unflat*, Gal. *ordures*, Hiſp. *ſuziedad*, χλῖδαι, ſordes ſimul ablutæ, ſordes, & immunditiæ, quæ concurſu alicujus rei contrahuntur. *Colum.* 2. 15. Colluvies corpis, & ædificii. ¶ Sic etiam appellatur cibus ſuum, *le lavature*. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluviem, &c. ¶ Tranſlate ſumitur pro rerum perturbatione. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. Quam cum hoc in ea, quæ perſpicitur futura, colluvie regnare.

Colluvio, onis, f. 3. idem ac colluvies. *Cic. de Sen. c. ult.* Cumque ex hac turba, & colluvione diſcedam.

Collybiſcus, i, diminut. a Collybiſtes, quod *Plautus in Pæn.* 1. 2. 42. &c. proprium villici nomen fecit.

Collybiſtes, æ, ſeu collybiſta, æ, m. 1. *banchiere*, Ger. *wechsler*, Gal. *changeur*, Hiſp. *cambiador*, κολλυβιστής, menſarius, vel nummularius, qui ex pecuniæ permutatione quæſtum facit. *Hieronym. in Matth. c.* 21.

Collybus, bi, m. 2. *cambio di monete*, Germ. *verlaſt in verwechſung des gelts*, Gal. *change*, *tare*, & *dechet de l'or, ou argent*, *fait pour le changer*, *ou autrement*, Hiſpan. *lo que gana el cambiador con el cambio*, κόλλυβος, ſumitur pro pecuniæ permutatione, ſeu pro intertrimento nummorum ex permutatione pecuniæ, quæ fieri ſolet apud nummularios, quia pecunia, quam quis habet, aut non recepta, aut abrogata ſit in ea provincia, in qua debeat expendi, vel quia argentea moneta aurea mutetur. In ratiociniis *emptionem auri* appellant, vulgus *cambium* dicit. *Cic.* 5. *Ver. cap.* 78. Nam collybus eſſe qui poteſt, cum utantur omnes uno genere nummorum? *Sueton. in Aug. c.* 4. Menſarius manibus collybo decoloratis.

Collyra, æ, f. 1. vel collyris, idis, f. 3. κολλύρα, κολλυρίς, panis genus, quod vel ex jure frigebatur, vel in cineribus coquebatur, *focaccia*, a *frittella*. *Plaut. in Perſ.* 1. 3. 12. Collyræ, facite, ut madeant. *Tert. de cul. fœm. c.* 7. Collyridas, & ſcutorum umbilicos.

Collyricus, a, um, adject. ad collyram pertinens, ut collyricum jus, h. e. ex collyris coctis, apud *Plaut. Perſ.* 1. 3. 15. & 17. *V. Turneb. l.* 4. *c.* 1.

Collyriŏlum, li, n. 2. dim. a collyrium, medicamentum quoddam illi ſimile, quod Ital. dicunt, *cura*, *ſuppoſta*. *Macer* (exiguæ admodum auctoritatis auctor) 4. 12. Collyriolum ſi ſupponatur in anum. V. Collyrium.

Collyris. V. Collyra.

Collyrium, n. 2. *collirio*, κολλύριον, vel κολλούριον, medicamentum oculorum, & proprie, quod fit e cinere, & colorem cinereum habet, a collyra. *Hor.* 1. *Ser. ſat.* 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus illinere. ¶ Colyrium, vel colurium unico l, eſt medicamentum teres, ſuperiore parte craſſius, inferiore tenuius ad modum caudæ muris truncatæ, quod fiſtuloſis corporis partibus immitti ſolet, veluti meatui naris affectæ, vel aurium, item ano, vel utero, a κόλος, mutilus, truncus, curtus, & οὐρά, cauda, vel a κωλύω, vel κωλύειν τὸν ῥοῦν, quia fluxiones ſiſtit. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. ¶ Metaphorice *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Porticus magis rotunditate fulta coluriis (al. leg. *collyriis*) quam columnis &c. Ubi vel ſemicolumnia intelligit, vel potius pilas ex pluribus ſaxis in orbem acciſis extructas, quas ideo columnis opponit, quia columnæ ex unico fiunt lapide.

Colo, as, a. 1. *colare*, סנן, Germ. *ſeigen*, Gall. *couler*, Hiſp. *colar*, ἠθέω, eſt pauxillatim liquorem aliquem, ſtillatimque emittere, vel rem aliquam per colum purgare, a *colum*, vas, per quod liquor emittitur. *Col. l.* 12. *c.* 11. Mel expreſſa aqua coletur.

Colo, is, colui, cultum, a. 3. amo, diligo, obſervo, veneror, *adorare*, *amare con onore*, *riſpettare*, כבד, Ger. *verehren*, Gall. *honorer*, Hiſp. *adorar*, *o hazer reverencia*, σέβομαι. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quid eſt, cur Deos ab hominibus colendos dicas? *Id. l.* 16. *Att. epiſt.* 16. Mirifice colere aliquem, & amare. ¶ Aliquando ſignificat turpi obſequio alicui deditum eſſe. *Sueton. in Othon. c.* 2. Libertinam aulicam gratioſam, quo efficacius coleret, etiam diligere ſimulavit, quamvis anum, & pene decrepitam. ¶ Deinde colere idem eſt, ac exercere, excolere, *coltivare*, ut colere agrum: atque hæc videtur eſſe propria hujus verbi ſignificatio. *Virg.* 3. *Georg. v.* 412. Laudato ingentia rura, exiguum colito. ¶ In hoc ſenſu transfertur etiam ad animum. *Ovid. l.* 1. *de Arte*, *v.* 121. Nec levis, ingenuas pectus coluiſſe per artes, Cura ſit. ¶ Dicimus etiam colere vitam, διάγειν, agere. *Ter. Heaut.* 1. 1. 89. Colere ſervitutem apud aliquem, *Plaut. Pœn.* 3. 5. 7. Et colere amicitiam. *Cicer. de Amic. c.* 15. Sic colere fidem, pietatem, ſtudia, literas. *Id.* 1. *Offic. cap.* 2. Et *de Fin. l.* 5. *c.* 29. ¶ Præterea colere ſignificat habitare, incolere. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 61. Pallas quas condidit arces, Ipſa colat. ¶ Et abſolute. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Primus Milo, qui extra urbem totam & pomærium colit. Adde *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 68. ¶ Pertinet etiam ad veſtitum, *ornare*, *veſtire pompoſamente*. *Tibul. lib.* 1. *el.* 9. *v.* 46. Ah pereant artes, & mollia jura colendi.

Colobathrarii. V. Collobatarii.

Colobium, neut. 2. *camiciuola ſenza maniche*, κολόβιον, tunica ſine manicis, qua antiqui Romani utebantur, a κολοβός, mutilus. *Serv. ad Æn.* 9. *v.* 616. Tunicæ veſtium habent manicas, quod etiam Cicero vituperat dicens: manicatis & talaribus tunicis. nam Colobiis utebantur antiqui. ¶ Dicitur & *Colobius*, *ii*, & *Colobion*, *onis*, ut notat *Salmaſ. ad Hiſtor. Auguſt.*

Colocaſia, æ, f. & Colocaſium, ii, n. κολοκασία, faba Ægyptia, alio nomine cyamus, *Plin. l.* 21. *c.* 15. In Ægypto nobiliſſima eſt colocaſia. *Virg. Eclog.* 4. *v.* 20. Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho. Ubi colocaſiæ flores intelligit. *Mart. l.* 8. *epigr.* 33. Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo. h. e. colocaſia cocta inſtar filorum tenduntur, ut ſcribit *idem Plin. loc. cit.* ¶ Ejus foliis varie implexis Ægyptii pocula conficiunt, in iiſque potare gratiſſimum habent. *Plin. loc. cit.*

Colocynthis, idis, f. 3. *coloquinta*, κολοκυνθίς, κολοκυνθίς, cucurbitæ ſylveſtris genus, ſativa minus. *Plin. l.* 20. *c.* 3.

Colon, i, n. *colon*, κῶλον, craſſum inteſtinum, quintum in ordine inteſtinorum, medium inter cæcum, & rectum, quod a ſiniſtro rene ad dextrum ſuper ventriculi fundum fertur, per quod cibus labitur e ventriculo in alvum, & ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur. Dictum eſt a κοῖλος, cavus, quia plurimas cavernas, ſeu cellulas habet. *Plin. l.* 11. *c.* 37. A Græcis, inquit, appellatur colon, ubi dolorum magna cauſa. *Id. l.* 30. *c.* 37. Coli vitium ſanatur ave galerita aſſa. ¶ Colon, κῶλον, membrum ſignificat. Hinc per tranſlationem etiam membra orationis cola nuncupantur, quod ex iis, veluti membris periodus conſtet. *Aſcon. in Divin. Verr. c.* 13. Vitioſe ambo cola.

Colōna, f. 1. *contadina*, ruſtica mulier, quæ agros colit. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 692. Cum duro parca colona viro.

Colonæ, arum, locus eſt in agro Troade, teſte *Nepot. in Pauſan. c.* 3.

Colonarium, ii, n. vectigal pro re ruſtica. *Cic. l.* 13. *Att. ep.* 6. De aquæductu probe feciſti. Colonarium, vide, ne nullum debeamus. Al. tamen leg. *Columnarium*.

Colonarius, a, um, qui eſt colonicæ conditionis. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 19. Plebejam potius incipiat habere perſonam, quam colonariam.

Colonātus, us, m. conditio colonorum. *In Cod. Theodoſ.* 12. 1. 33.

Colonēus, a, um, adject. Oedipus Coloneus, Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ, nomen eſt Tragœdiæ Sophoclis, dictum a Colono, ſeu Colona, qui locus fuit in Attica, non longe ab Athenis, ubi Sophocles natus eſt, & hanc Tragœdiam ſenex admodum conſcripſit. Ipſe quoque Oedipus Thebis exſulans, eo commigraſſe dicitur. *Cic. de Senect. cap.* 7. Oedipum Coloneum recitavit judicibus. *Id.* 5. *de Fin. cap.* 1. Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles, &c.

Colonia, f. 1. *Colonia*, נוירה, Germ. *das ort*, *dahin man volck zu wohnen ſchickt*, Gall. *Colonie*, Hiſp. *Colonia*, ἀποικία, eſt pars civitatis, aut ſociorum deducta in aliquem locum ædificiis munitum. Dicta eſt a colendo, ideſt, habitando. *Cic. in Rul.* Tu non definias, quot colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? ¶ Dicitur etiam de loco. Igitur Colonia eſt oppidum, quo olim Rex, vel Senatus, vel Populus partem civium, vel ſociorum miſit ad habitandum. *Cic.* 2. *Agr. c.* 27. Colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut eſſe non oppida Italiæ, ſed propugnacula Imperii viderentur. ¶ Differt colonia a municipio; municipes enim ſunt cives alicujus municipii legibus ſuis, & ſuo jure utentes: coloni ſunt cives unius civitatis in aliam deducti, & ejus jure utentes, a qua ſunt propagati. *V. Gell. l.* 16. *c.* 13. ¶ Coloniæ aliæ erant civiles, aliæ militares: civiles conſtabant ex civibus pauperibus, qui in aliquem locum agri colendi cauſa deducebantur. militares conſtabant ex militibus veteranis, qui in aliquem locum tanquam in laboris requiem deducebantur, ſimul ut adverſus hoſtium excurſiones præſidio eſſent. Præterea aliæ erant Romanæ, aliæ Latinæ. Romanæ civium Rom. jure utebantur, Latinæ jure Latii. *V. Panvin. lib.* 3. *de Rep. R.* & *Sigon. de jure Provinc. c.* 10. & *l.* 2. *de antiquo jure Italiæ c.* 2. ¶ Conſtructio hujus vocis varia eſt. *Liv. l.* 8. *c.* 13. Quod coloniam in Samnitium agro impoſuerit. *Vellej. l.* 1. *c.* 14. Poſt ſeptem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deducta colonia eſt, & poſt annum Setina, novemque interjectis annis, Nepe. Et *c.* 15. Colonias condere. Sed utrumque hoc *Vellej.* caput lege. *Cic.* 1. *de Divin.* In luſtranda colonia ab eo, qui eam deduceret. Et *ibid.* Mittere coloniam in aliquam regionem. *Id. pro Cæcin. c.* 33. In colonias proficiſci. ¶ Interdum colonia eſt quivis agricolationis locus. *Col. l.* 11. *c.* 1. Villicus coloniæ ſuæ terminos egredi non debet. Adde *Paul l. Quæro. Dig. locat.* ¶ Item quodlibet domicilium. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 39. Eam affectas viam, ut commutet coloniam. *Id. Pſeud.* 4. 6. 38. Quid ego ceſſo facere, ut det nomen ad molarum coloniam? h. e. ut ad molam damnetur.

Colonia Agrippina, Ger. *Coln*, & *Cöln*, urbs Germaniæ inf. Imperialis, libera. *Plin. l.* 4. *c.* 17. ¶ Dicta eſt ab Agrippina Neronis matre, quæ, ut ſociis quoque nationibus potentiam ſuam oſtentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, Coloniam ex veteranis deduci impetravit. Eſt maxima omnium urbium Germanicarum.

Colonĭca, æ, f. 1. *caſa da contadino*, caſa ruſtica, coloni habitatio. *Auſon. ep.* 4. *v.* 7. Quem tingit piceo lacrymoſa colonica fumo.

Colonĭcus, a, um, n. 1. 2. γεωργικός, quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. *Cæſ. l.* 2. *B. C. cap.* 19. Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur. ¶ Colonicum pecus. *Plin. l.* 8. *cap.* 47. *ad fin.* Ovium duo genera, tectum, & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuo delicatius. V. *Tectus*.

Colonŏmon, melos, κολοβόνομον μέλος, cantus diſſonans, imperfectus, mutilus, a Muſicis legibus deficiens. a κόλος, mutilus, & νόμος, lex. *Auſon. epiſt.* 11. *ad Paulin.*

Colōnus, m. 2. *contadino*, *lavoratore de campi*, עבד האדמה, אכר, Ger. *bauwersman*, *lavobuer*, Gall. *habitant d'une colonie*, *laboureur*, Hiſp. *morador*, *labrador*, γεωργός, qui agros colit. *Cic. pro Cæc.* Qui colonus habuit conductum de Ceſennia fundum. ¶ Speciatim vero Coloni ἄποικοι, ſunt, qui ab aliquo principe populo in alium locum habitandi cauſa mittuntur, qui non propriis, ſed ſui populi, a quo profecti ſunt, legibus vivunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. cap.* 19. Circen quoque Coloni noſtri Circeienſes religioſe colunt. ¶ Erant autem coloni liberæ conditionis homines, & pro dominis terræ habebantur, quippe qui non pro capite, ut Capite cenſi, ſed pro ſolo dominio terræ reditus certos, ac penſiones ſolvebant. *Colum. l.* 1. *c.* 7.

Colōnus, i, m. 2. ager non procul ab Athenis, Neptuno ſacer, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigraſſe. *Cic. de Sen.*

Colōnus, a, um, n. 1. 2. γεωργικός, ad coloniam ſpectans, culturæ idoneus. *Cic.* 5. *Phil.* Uterque C. Panſa, A. Hircius Conſules, alter, ambove cognoſcerent, qui ager colonus eſſet, quo milites veterani deducti eſſent. Alii aliter leg.

Colōphon, onis, f. 3. *Alcobaſin*, al. *Belvedere*, Κολοφών, urbs Joniæ marit. inter Smyrnam, & Epheſum, eſt inter illas ſeptem, quæ de Homeri patria certarunt. *Cic. pro Arch. c.* 8. ¶ Pop. Colophonii, qui in equeſtribus certaminibus tantum excelluere, ut ii, quibus Colophonios acceſſiſſet equitatus, victoriam ſibi certam pollicerentur. Hinc Græcum prov. *Colophonem addere*, cum ſumma operi manus imponitur. *Feſt.*

Colophoniăcus, a, um, n. 1. 2. qui eſt ex Colophone. *Virg. in Cyri*, *v.* 65. Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Colophonius, a, um, ad Colophonem pertinens, ut Colophonia reſina, apud *Plin. lib.* 14. *cap.* 10. ¶ Colophonii, orum, maſc. 2. Colophonis incolæ. *Cicer. pro Arch. cap.* 8. Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum.

Color, ris, m. 3. *colore*, צבע, Ger. *farb*, Gal. *couleur*, Hiſp. *color*, χρῶμα, qualitas, quæ ad viſum ſpectat. *Cic. l.* 2. *de Leg. c.* 18. Color albus præcipue decorus Deo eſt, tum in cæteris, tum maxime in textili. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 99. Quem ego hominem nullius coloris novi. hoc eſt plane neſcio, albus ne ſit, an ater. Ducere colorem, *colorirſi*. *Virg. Ecl.* 9. *v.* 49. ¶ Tranſlate *Senec. epiſt.* 108. Novimus quoſdam qui multis apud philoſophum annis perſederint, & ne colorem quidem duxerint. h. e. nihil profecerint. ¶ Colorem inducere, illinere, *dar colore*. *Plin. lib.* 35. *c.* 10. ¶ Nullius coloris homo. h. e. plane ignotus. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 99. ¶ Colores apud Rhetores dicuntur orationis figuræ, & lumina. *Cic.* 3. *de Orat.* Ornatur oratio genere primum, & quaſi colore quodam & ſucco ſuo. ¶ Item rationes ſpecioſæ potius, quam veræ: atque ita turpibus rebus colorem dandum monet *Quintil. l.* 3. *cap.* 8. Hinc color pro fuco, & culpæ excuſatione ponitur. *Juven. ſat.* 6. *v.* 279. Dic aliquem, ſodes, dic, Quintiliane, colorem. ¶ *Color vitæ*, h. e. ratio ſtatus, conditio vivendi. *Hor. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 60. Quiſquis erit, ſcribam, vitæ color. ¶ Denique *Color* dicitur pars controverſiæ, ſeu potius controverſiarum, ac declamationum quoddam genus, in quo tota ratio accuſationis, aut defenſionis in eo ſita eſt, ut factum minus probabile exquiſitis conjecturis, ſuſpicionibus, & cauſis ſubtiliter inventis tegatur, & coloretur. V. *Seneca* controverſias.

Colorabilis, le, adject. qui colorari poteſt. *Martian. Capel. l.* 9.

Coloràte, adverb. cum colore, *con apparenti, e ſpezioſe ragioni*. *Quintil. Declam.* 285. Colorate affert iſte tale patrocinium.

Colorator, oris, m. 3. qui colorem inducit. Gloſſ. lat. gr. colorator, ταχεντεὶ, & ἰσλαστλάστης. *Salmaſ. Hiſtor. Aug. p.* 451. Coloratores, ait, dici eos, qui parietes colorant, & colores tectoria illinunt. ¶ *Colorator* inſcripta fuit una ex *Laberii* Comœdiis, cujus fragmentum refert *Gell.* 7. 9. Ex quo patet, ipſam vocem antiquam eſſe, & plane Latinam.

Coloràtus, a, um, nom. ex particip. *colorato, colorito*, ἐπιπεχρωματισμένος, qui colorem habet, ut coloratæ uvæ, *Col. l.* 11. *c.* 2. *Virg.* 4. *Georg. v.* 293. Coloratis devexos ab Indis, h. e. fuſcis ex Solis calore. *Celſ. l.* 2. *c.* 2. Si plenior aliquis, & ſpecioſior, & coloratior factus. ¶ Ponitur & pro fucato. *Senec. epiſt.* 16. Quæ ſcribis, unde veniant, ſcio, non ſunt ficta, nec colorata. Sic colorata oratio, h. e. coloribus, & figuris ornata, *Cic. de cl. Orat. c.* 46.

Colorèus, & **Colorius**, a, um, adject. a color, qui varios habet colores, ut colorea veſtis, *veſte di varj colori*. *Flav. Vopiſc. in Aurelian. c.* 46. *Paul. Leg.* 32. §. 7. *Dig. de aur. arg.* &c. Putavit ſibi legata ornamenta, & veſtem tam coloriam, quam verſicoloriam. Ubi obſervanda eſt differentia inter *colorium*, & *verſicolorium*, vel verſicolorem, cum verſicolorius, vel verſicolor, proprie loquendo, eſt qui colorem ſubinde mutat, *color cangiante*. JCti tamen verſicoloria vocant omnia quæ tincta ſunt, & nativum colorem umiſerunt. V. *Verſicolor*. Colorius autem eſt, qui multos & varios colores intextus, ſeu mixtos habet. V. *Salmaſ. ad Vopiſci loc. cit.*

Colorificus, a, um, colorem inducens, colorans. *Virgil. in Ciri*. Cumque colorifico nimbos fulgura replevit.

Coloro, as, a. 1. *colorire, dar colore*, צבע, Ger. *ferben*, Gall. *colorer*, Hiſp. *colorir, a colorear*, ἐπιχρώζω, colorem induco. *Propert. l.* 3. *el.* 12. Felix Eois lex funeris una maritis, Quos aurora ſuis rubra colorat equis. h. e. fuſcos facit. ¶ Eſt etiam ornare, per metaph. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 14. Ut cum in Sole ambulemus, fit, ut coloremur, ſic cum doctorum libros legimus, ſentimus orationem noſtram quaſi colorari. ¶ Item prætextum inducere, *coprire, ſcuſare*. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 2. Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Colorare plus eſt, quam inficere. *Senec. epiſt.* 71. *ad fin.* Alias diſciplinas ingenia cum accepere, protinus præſtant; hæc (virtus) niſi alte deſcendit, & diu ſedit, animum non coloravit, ſed infecit, nihil ex his quæ promiſerat, præſtat.

Colus pro *color* adhibetur a Poetis, *Lucret.* 6. 207. & *Plaut. Mil.* 4. 4. 43.

Coloſſæ, f. 1. *Chone*, urbs Phrygiæ, in confinio Cariæ, ad Lycum fl. ubi in Mæandrum influit, media inter Sardes, & Cabyram. *Plin. l.* 3. *c. ult.*

Coloſſeros, ob egregium corporis amplitudinem, & ſpeciem appellatus eſt Eſius Proculus apud *Sueton. in Calig. c.* 35. *Caſaub.*

Coloſsèus, a, um, *giganteſco*, quod altum eſt, & ad coloſſi formam factum. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Nero Princeps juſſerat ſe coloſſeum pingi 120. pedum in linteo. Adde *Sueton. in Veſpaſ. c.* 23.

Coloſsìcus, a, um, ad formam coloſſi. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Coloſſicon ſignum. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Coloſſici Apollinis baſis. *Id. l.* 10. *c.* 4. comparative *coloſſicotera*, dixit.

Coloſſus, a, um, adject. idem quod Coloſſeus, ut Coloſſæ ſtatuæ, quod bis legitur apud *Lamprid. in Alexandr. Sever.* nempe *c.* 23. & 28.

Coloſſus, i, m. 2. *ſtatua grande*, Germ. *ein ruland*, Gall. *coloſſe*, Hiſp. *coloſſo*, κολοσσός, ſtatua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi fuit ſtatua Solis facta a Charete, vel Lachete Lyndio Lyſippi diſcipulo ex ære altitudine 70. cubitorum, quæ inter ſeptem orbis miracula numeratur. *Feſtus* dictum putat a Caleto, vel Coleto artifice. *Plin. l.* 34. *c.* 7. Moles excogitatas videmus ſtatuarum, quas Coloſſos vocant, turribus pares.

Coloſtràtio, onis, f. 3. *Plin. l.* 11. *c.* 41. eſt malum, quod ex coloſtri potatione evenire ſolet pullis, & infantibus.

Coloſtràtus, a, um, adject. laborans coloſtratione. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Infantes coloſtrati.

Coloſtrum, n. 2. & coloſtra, f. 1. *coleſtra, primo latte*, Ger. *die erſte muttermilch*, Gall. *coloſtre, lait caillé*, Hiſp. *colloſtro*, πυῤῥαλίς, lac novum in mammis, hoc eſt, ſpongioſum illud lac, denſumque, quod poſt partum eſſe ſolet, a coaleſcendo, quaſi coaluſtrum, vel a κολλᾶσθαι, agglutinare, quia denſum eſt. Plane noxium eſt, quia tempore partus magna eſt in corpore humorum perturbatio. *Plin. l.* 2. *c.* 41. ¶ Fuit tamen in deliciis apud Romanos. *Martial. lib.* 13. *diſt.* 38. Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hædis, de primo matrum lacte coloſtra damus. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Agnus cum eſt editus, debet uberibus admoveri, ſed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram vocant.

Colùber, bri, m. 2. *ſerpe, ſerpente, biſcia*, נחש, Ger. *eine ſchlange*, Gall. *couleuvre*, Hiſp. *culebra*, ὄφις. Coluber dicitur in ſylvis, anguis, & hydrus in aqua, ſerpens in terra, draco in templis. Sed ſæpe confunduntur. *Ovid.* 13. *Met.* Niveiſque frequens Sinueſſa colubris. ¶ Colubra etiam uſurpatur gen. fem. *Ovid.* 6. *Met. verſ.* 559. Mutilatæ cauda colubræ ¶ *Caro colubra* apud *Columel.* 10. 231. ſunt lumbrici, qui in hominum inteſtinis gignuntur.

Colubrìfer, a, um, qui colubros fert, ſeu parit. *Ovid.* 5. *Met. v.* 241. Colubriferi lumina monſtri.

Colubrimòdus, a, um, in modum colubrorum. *Corip. in Præfat.* Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.

Colubrìnus, a, um, adject. ad colubrum pertinens. *Plaut. Truc.* 4. 3. 6. Colubrino ingenio eſſe.

Colubròſus, a, um, aliud adject. a coluber. *Tert. adverſ. Valentin. cap.* 4. Actu colubroſo viam delineavit. *h. e.* detorto, flexo.

Colum, i, n. *colatoio*, Germ. *ein ſeichefaſſ*, Gal. *couloir*, Hiſpan. *coladero*, ἠθμός, vas vimineum, aut ſetaceum, per quod vinum, lac, & alii liquores in aliud vas tranſmittuntur. *Virgil.* 2. *Georgic. verſ.* 242. Colaque prælorum fumoſis deripe tectis. ¶ Colum nivarium erat id vas, cui nives injiciebant, inde vinum infundebant, ut vinum perfluens nivis frigus indueret, ejuſque nimia auſteritas frangeretur. *Martial. in Apoph. diſt.* 103. & 104. ¶ *Colum* etiam inteſtinum eſt. V. *Colon*.

Colomba. V. Columbus.

Columbar, n. 3. genus vinculi, cui collum inſeritur, quia ſimile eſt foraminibus in periſterotrophiis, ubi columbæ nidificant. *Plaut. Rud. a.* 3. *ſc.* 6. *v.* 50. Nam in columbari collum haud multo poſt erit. *Id. in fragment.* apud *Feſt. in Navæl. ſcriba*. Non ego te novi, navalis ſcriba, columbar impudens? ubi *columbar* vocat ſceleſtum hominem columbari dignum, quemadmodum *Lucilius* carcerem vocat eum, qui meruit in vincula conjici.

Columbàris, re, n. 3. *di colombo*, περιστερικός, quod eſt columbi. *Col. lib.* 8. *c.* 8. Partes hæ columbari carent ſtercore. Al. leg. *columbarii*.

Columbàrium, rii, n. 2. *colombaja*, Ger. *taubenhauſſ*, Gal. *colombier*, Hiſp. *palomar*, περιστερεών, περιστεροτροφεῖον, locus ubi habitant columbæ. *Varr. R. R.* 3. 7. Columbarium everrere. *Pallad. l.* 1. *tit.* 24. Columbarium poteſt accipere ſublimis una turricula in Prætorio conſtituta. ¶ Speciatim etiam dicitur columbarium loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. *Var. l. c.* Singulis paribus columbaria ſiam, rotunda, in ordine crebra. ¶ Sed & loculos ad ollas cinerarias aſſervandas, Columbaria dici, ex Inſcriptionibus probat *Fabrettus Inſcript. p.* 9. & *ſeq.* ¶ Columbaria etiam dicuntur cubilia tignorum, & aſſerum. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. ¶ Item foramina in lateribus navium, per quæ remi emittuntur. *Feſtus*.

Columbarius, m. 2. *chi ha cura di colombe*, περιστεροτρόφος, qui columbas curat. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 7. Quas columbarii ſolent interficere. ¶ Adjective *Id. ibid.* Columbarius paſtor.

Columbàtim, περιστερηδόν, more columbarum. *Cn. Mattius* apud *Gel. lib.* 20. *c.* 9. Columbatim labra conferens labris. Al. leg. *Columbulatim*. Auctor Lyrici, quod *Cornel. Galli* nomine circumfertur: Da columbatim mitia baſia. V. Columbor.

Columbinacèus, a, um, columbinus. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 18. Pullus columbinaceus.

Columbìnus, a, um, o. 2. 2. *di colombo*, περιστερώδης, quod eſt ex columbis. *Cic. Fam.* 9. *epiſt.* 18. Pulli columbini. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 36. Columbinum ovum. ¶ Item qui columbarum colorem habet. *Plin.* 17. 7. Columbina terra. *Pallad.* 1. 10. Columbinum ſaxum.

Columbor, aris, ari, pro columbarum more oſcula figere, uſus *Mecænas* apud *Senec. epiſt.* 114.

Columbùlus, i, m. 2. dim. parvus columbus, *colombino*. *Plin. l.* 9. *ep.* 25.

Columbus, m. 2. & columba, f. 1. *colombo, colomba*, יונה, Germ. *taub*, Gal. *colombe*, Hiſp. *paloma*, περιστερά, avis nota, a κολυμβᾶν, urino, quia talis eſt columbarum geſtus. Sed *Varr. l.* 4. *de L. L.* deducit a voce columbarum. ¶ In plurali frequentius gen. f. Authores utuntur. *Virg.* 5. *Æn.* Atra ceu tempeſtate columbæ. ¶ Columbæ differunt a palumbis, quia illæ de domeſticæ, & agreſtibus dicuntur, hæ de ſylveſtribus, quæ feræ ſunt, & majores, & in arboribus, aut ſepibus ædificant. *Plin. l.* 10. *c.* 34. & 33. ¶ Columbas in Veneris tutela eſſe fictum eſt, quia fetui ſemper indulgent. *Horat. lib.* 1. *ep.* 10. *v.* 5. Annuimus pariter vetuli, notique columbi. Ubi forte per *columbos* intelligit ſenes ſalaces.

Columella, f. 1. *colonetta*, Germ. *kleine ſeulen*, Gall. *petite colomne*, Hiſp. *pequena coluna*, στυλίσκος, parva columna, dim. a *columna*, ut veteres dicebant, excepto o, pro columna. *Cicer.* 2. *de Leg. cap. penult.* Super terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus digitis altum. ¶ Tranſlate *columellæ* dicti ſunt majores ſervi in familia, quos heri negociis ſuis præficiebant, quod hæ niteretur domus tanquam columellis. *Donat. Phorm. act.* 2. *ſc.* 1. *v.* 57. *ex Lucil.* ee. Servu' neque infidus domino, neque inutili' quoquam Lucilli columella hic ſitu' Metrophanes. Sed *Salmaſius* legere malebat, *columella hoc*, ut ſententia ſit: Metrophanem Lucilii ſervum ſitum eſſe ſub hoc columella.

Columella, m. 1. cognomen L. Junii Moderati, qui de agricultura & oratione ſoluta, & verſu elegantiſſime ſcripſit. Floruit autem ſub Claudio.

Columellares dentes, in equis ita dicuntur caninis proximi, quos quarto ætatis anno, ejectis utrinque binis veteribus, emittere ſolent. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 7. Quarto anno incipiunt naſci, quos vocant columellares. Adde *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Colùmen, minis, n. 3. olim colomen, *colmo, cima*, ראש, Ger. *eine ſtirn*, Gal. *comble*, Hiſpan. *cumbre*, ἀκμή, culmen, a *calamus*, unde culmus, quia veteres calamis, ſeu culmis frumenti ædificia tegebant, *Varr. de R. R. c.* 7. In turribus, ac columinibus villæ. ¶ Vel eſt trabs columnis ſuffulta, quæ culmen domus ſuſtentat. *Vitruv. l.* 4. *c. c.* ¶ Sumitur etiam pro columna. *Sen. in Herc. Fur. act.* 4. *ſc.* 1. Columen impulſum labat. ¶ Et tranſlate pro ſuſtentaculo, *ſoſtegno*. *Ter. in Phor. a.* 1. 57. Bone cuſtos ſalve, columen vero noſtræ familiæ. *Cicer. pro Sext. c.* 8. Columen reipublicæ. ¶ Item pro eo, qui ſummum locum tenet in re aliqua. *Plaut. Amph.* 2. 1. 211. Advenis, audaciæ columen. *Colum.* 3. 4. Caput, & columen impenſarum.

Colùmis, me, o. 3. *ſano, ſalvo*, Germ. *friſch*, Gall. *ſain*, Hiſp. *ſalvo, ſano*, σῶος, ſanus, integer, a Chaldæo חלים, fortis, ſanus. *Voſſ. Plaut. Trin.* 3. 3. 13. ubi al. aliter leg. Cæterum compoſitum Incolumis eodem ſenſu multo uſitatius eſt.

Columna, f. 1. *colonna*, עמוד, Germ. *eine ſeule*, Gal. *colomne*, Hiſp. *columna, a coluna*, κίων, στῦλος, ſuſtentaculum figuræ cylindricæ, a columen, quaſi *columina*, quia culmen ſuſtinet. *Feſt. Ovid.* 3. *de Ponto, el.* 2. Vaſtis innixa columnis Templa. ¶ Veteres *columna* ſcribebant, ſed *colamna* exempto n pronuntiabant. Hinc columella. Ita docet *Quintil. l.* 1. *c.* 7. ¶ Inter columnas, & pilas hanc differentiam eſſe volunt, quod columnæ uno ſcapo conſtant, idest, lapide oblongo perpetuo, pilæ autem ſtructura conſtant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Non raro tamen etiam ſtructiles columnas apud veteres legimus. ¶ Columnæ corpus *ſcapus* vocatur: quod columnæ ſuperponitur, capitellum: quod ſupponitur, *baſis*, ſive *ſpira*. *Bud.* ¶ Tranſlate columnæ dicuntur ii, in quibus præſidium aliquod habemus. *Horat. lib.* 1. *od.* 35. *de Auguſto*. Injurioſo ne pede proruas ſtantem columnam, *h. e.* Cæſarem Auguſtum, vel ſtatum Imperii, quo conſiſtente beati ſumus.

Columnæ Herculis, duo montes, Calpe in Hiſpania Bætica, & Abyle in Mauritania Tingit. inter quos eſt fretum Gaditanum, ſeu Herculeum, qui procul ſpectantibus geminæ columnæ videntur. Hos Herculem, tanquam metas itinerum, & orbis terminos, inſtar columnarum poſuiſſe fabulantur. Aliqui dicunt, columnas Herculis turres duas fuiſſe in Gaditana inſula, alii duas columnas ex ære octo cubitorum, ad quas proficiſci ſolerent, tanquam Herculi ſacra facientes, qui navigationem abſolviſſent. *Plin. in fin. proœm. l.* 3.

Columnàris, re, ad columnam pertinens. *Prudent. in Hamartig. verſ.* 476. mediaſque tenebras Luce columnari ſcindens exercitus olim. *h. e.* ſplendore igneæ columnæ, quæ noctu Hebræis in Deſerti itinere prælucebat.

Columnarium, ii, n. 2. tributi genus, quod pro ſingulis columnis pendebatur. Atque ita legendum cenſent aliqui in *Cic. l.* 13. *Att. ep.* 6. V. Colonarium. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 32. In capita ſingula tributum imponebatur, Columnaria, oſtiaria, frumentum. ¶ Pro æſtuario, ſeu ſpiramento, *Vitruv. l.* 8. *cap. ult.* Etiam in ventre columnaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. Al. leg. *colliquiaria*.

Columnarius, ii, maſc. 2. Columnarii *Manutio* ſunt viles & improbi homines, ad columnam Mæniam in judicium ſæpe vocati. *Cal. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9.

Columnatio, fem. 3. στύλωσις, columnarum extructio, ſeu ædificatio per columnas. *Apul. lib.* 4. *Flor.* Nec proſcenii contabulatio, nec ſcenæ columnatio.

Columnàtus, a, um, o. 1. 2. columna ſuſtentatus. *Varr.* 3. *de R. R. c.* 5. Tholus rotundus columnatus.

Columnella, æ, dim. a columna, legitur apud *Caſ. lib.* 2. *B. C. c.* 10. Tametſi vera eſt lectio.

Columnìfer, a, um. *Prudent. in hymno. Eulaliæ*, *v.* 52. Sic habuit generoſa Patrum Turba columniferum radium: *h. e.* columnam ignis.

Colùri, m. 2. duo circuli in ſphæra ſe ſe mutuo ad angulos rectos ſecantes circa polos mundi, quorum unus dicitur Colurus æquinoctiorum, alter ſolſtitiorum. Dicti ſunt quaſi κόλοι τὴν οὐράν, mutili cauda, quia eorum pars, quæ in Antarcticum vergit, nobis inconſpicua eſt, & qua parte non videntur, mutili cenſentur. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 15.

Colùria, orum, n. *pilaſtri*, κολούρια, ſemicolumnia, ab una parte in acumen deſinentia. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Porticus rotundatis fulta coluriis.

Colu-

Digitized by Google

Colurium. V. Collyrium.

Colurnus, a, um, *de nocciuole*, quod eſt ex materie coryli, a *corulus*, ſive *corylus*, pro *corulnus*, literarum trajectione. *Virg.* 2. *Georg. v.* 396. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Ita exponit *Serv.* ¶ At *Feſtus*: Colurna haſtilia, ex corno arbore facta.

Colūrum metrum dicitur a *Plotio Grammatico de metris*, quod pede brevius eſt. a κόλος, mutilus, & οὐρά, cauda.

Colus, li, f. 2. vel colus, us, f. 4. *rocca da filare*, *conocchia*, Ger. *ein rocken*, Gall. *quenouille*, Hiſp. *rueca*, ἠλακάτη, inſtrumentum, quod penſa continet, a quo fuſo fila ducuntur. *Plin. l.* 9. *c.* 43. Colus compta, & fuſus cum ſtamine. *Cic. de Orat. l.* 2. c. 68. Quando ad me venis cum tua colu, & lana? ¶ Invenitur & colus, i, maſcul. gen. apud *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 311. & *Propert. l.* 4. *el.* 10. *v.* 48. Sed utrobique variant lectiones. ¶ In recto plurali *hæ coli* non auſim dicere, inquit *Voſſ.* 4. *de Gramm. c.* 20.

Coluthĕa, orum, n. 2. apud *Plaut. Perſ.* 1. 3. 7. Coluthea appara. *h. e.* bellaria, [illegible], quæ ſecundis menſis apponuntur.

Colymbădes, f. 3. κολυμβάδες, olivæ conditivæ, a κολυμβάω, innato, quod ob ſuam levitatem ſalſilagini innatant. *Plin. l.* 23. c. 3. Colymbades ſordida ulcera purgant.

Colymbus, i, maſc. 2. κόλυμβος, piſcina, natatio, *peſchiera*, *lago*, *bagno*. *Lamprid. in Heliogab. c.* 23. Marinæ aquæ colymbos exhibuit, & ſingulis amicis natantibus dimiſit, & iterum piſcibus implevit.

Coma, æ, f. 1. *chioma*, [illegible], [illegible], Germ. *das haar*, Gall. *chevelure*, Hiſp. *cabelladura*, κόμη, capillus aliqua cum cura compoſitus. *Cicer.* 3. *Tuſc.* Scindens dolore identidem intonſam comam. ¶ Hinc Comam nutrire, alere, fingere, &c. *Senec. Valer. Flacc. Plin* &c. ¶ Coma pinguis, h. e. denſa, *Sueton. in Neron. c.* 10. ¶ Proprie coma eſt capillus intonſus, nondum cæſus, qualis mulierum, & puerorum olim fuit. V. *Cirrus*. ¶ Tranſlate & de arboribus dicitur, *le frondi degli alberi*. *Horat. lib.* 4. *od.* 7. *v.* 2. Redeunt jam gramina campis, Arboribuſque comæ.

Comagēne, f. 1. Euphrateſia, Κομμαγηνή, Syriæ regio, juxta Euphratem flu. inter Ciliciam ad Occ. & Meſopotamiam ad Or. Armeniæ min. ad Boc. finitima. *Plin. l.* 15. *c.* 12. & 24. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba quædam apud *Plin. l.* 29. c. 3. Hinc

Comagēnus, a, um. Hinc Comagenum medicamentum, utiliſſimum ad multos morbos, quod fit ex adipe anſerum, cinnamo, caſia, pipere albo, herba Comagene. *Plin. l.* 10. *c.* 22. & *l.* 29. *c.* 3.

Comāna, orum, Cappadociæ urbs, in Antitauri valle ſita, Ciliciam verſus, opulento fano, atque ſacerdotio Bellonæ deæ nobilis, *Armenacha*. *Plin.* 6. 3.

Comāni, orum, ſacri ſervi ſunt Bellonæ, dicti ab ejus Deæ fano, vel ab ejuſdem nominis urbe, in qua fanum illud fuit. Sanguinem cultris ſe ferientes ultro in honorem Deæ fundebant. *Valer. Flacc. Argon. l.* 7. *v.* 636. Exſectos lacerat Bellona Comanos. Al. leg. *Comatos*.

Comans, tis, *cappelluto*, particip. ſine verbo, ut putant Grammatici, cum tamen *Comare* legatur apud *Tertull. de Pal. cap.* 4. Quin & *Tacit. de German. c.* 18. n. 3. Quibus (muneribus) nova nupta comatur. ¶ Apud Poetas frequenter legitur pro capilloſo, aut criſtato. *Virg. Æn.* 2. *v.* 391. Galea comans. Et *Æn.* 12. *v.* 6. *de leone*. Gaudetque comantes excutiens cervice toros. *Id.* 4. *Georg. v.* 122. Narciſſus ſera comans. h. e. folia ſero emittens.

Comarchus, i, *borgomaſtro*, vici magiſter, a κώμη, vicus, & ἀρχός, princeps. *Plaut. Curc.* 2. 3. 7.

Comăron, i, n. κόμαρον. Ita appellatur Græca unedo, qui eſt fructus arbuti. *Plin.* 13. 24. ¶ Item herba, quæ fraga gignit, ob id etiam *fragum* dicta. *Apulej. de herb. c.* 37.

Comatorius, a, um, adject. ut comatoria acus, quæ ad comam fingendam inſervit. *Petron. ſect.* 21. Acu comatoria malas alicui pungere.

Comatus, a, um, adject. qui comam habet longiorem, *che ha gran chioma*. *Martial. l.* 10. *epigr.* 83. Calvo turpius eſt nihil comato. *Catul. Carm.* 4. Comata ſilva. h. e. frondoſa. ¶ *Comatus*, *i*, m. h. e. puer comatus. *Martial.* 12. 71. ¶ Comata Gallia. V. Gallia.

Combe, es, f. 1. Κόμβη, Aſopi filia, quæ prima æneam armaturam traditur inveniſſe, unde & Chalcis eſt cognominata, a qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. *Ovid.* 7. *Met.*

Combennones, m. 3. qui in eadem benna, ideſt, vehiculo ſedent. *Feſtus*.

Combĭbo, is, ibi, a. 3. *bere in compagnia*, Germ. *mit einander trincken*, Gall. *boir enſemble*, Hiſp. *bever juntamente*, συμπίνω, ſimul bibo. *Ovid. epiſt.* 11. Et cogor lacrymas combibere ipſa meas. ¶ Item pro imbibere. *Ovid. Met.* 13. Ara cruorem combiberat. ¶ Hinc tranſlate. *Cic.* 3. *de Fin. cap.* 2. Inſici debet iis artibus, quas ſi, dum tenera eſt, combiberit, &c.

Combĭbo, onis, m. 3. compotor, *chi beve in compagnia*, *compagnone*. *Cic. Fam. l.* 9. *epiſt.* 25. In his controverſiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combinatio, onis, ſchema eſt Rhetoricum, conduplicatio, ἐπίζευξις, cum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur, ut illud *Virg.* Me me, adſum qui feci. V. *Gramm.*

Combinăti, æ, a, bini conjuncti. *Auguſtin.* 8. *Confeſſ. c.* 6. Combinati ſpatiabantur. *paſſeggiavano a due a due*.

Combīno, as, a. 1. συνδυάζω, conjungo, bina jungo. *Sidon. l.* 9. *ep.* 8. Obſequia combinans numeris æquata, non meritis.

Combitĕre, ſimul ire, affertur a *Voſſ. l.* 4. *Inſtitution. Oratoriar.* c. 2. *n.* 7. *ex Varr. l.* 4. *L. L.*

Combrētum, neut. 2. herba baccari ſimilis, ſed procerior. *Plin. lib.* 21. c. 6. & 19.

Combullĭo, is, ivi, itum, n. 4. ſimul, vel valde bullio. *Apic. l.* 8. *cap.* 8. Diu combulliat, donec ſpiſſet.

Combūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. idem ac uro, vel ſimul uro, a *con*, & *uro*, b interpoſito, vel ab antiquo *buro*: quia veteres & *uro*, & *buro* dixere, a πυρῶ, *abbruciare*, συγκαίω. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 2. Fumo comburere. Et *de Divin. lib.* 1. *c.* 17. Comburere annales. ¶ Tranſlate *Q. Frater* apud *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 2. Comburere aliquem judicio. *h. e.* lædere, notare. ¶ Comburere diem. h. e. cum hilaritate tranſigere. *Plaut. Men.* 1. 2. 43. Vide ibi *Taubman.*

Combuſtio, onis, f. uſtio, *abbruciamento*, *incendio*. *Jul. Firmic. l.* 4. *Matheſ. c.* 12. Vitia vero faciet ex igne, ideſt præciſiones, & combuſtiones.

Combuſtūra, æ, f. *ſcottatura*, idem quod combuſtio. *Macer l.* 2. *c.* 26. Et combuſturis præclare ſubvenit.

Combuſtus, a, um, nom. ex particip. idem quod uſtus, vel ſimul uſtus, *abbruciato*. *Cicer. Attic. lib.* 14. *epiſt.* 10. Cæſar etiam in foro combuſtus. ¶ Combuſta, orum, *le ſcottature*. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Succus impoſitus mire combuſta ſanat.

Come, f. 1. Τραγοπώγων, herba, quam barbam hircinam vocant, a comæ ſimilitudine, quod folia in circuitu ſpargat. *Plin. lib.* 21. *cap.* 15. & *lib.* 27. *cap.* 13. ¶ Item pagus, vicus, κώμη. *Liv.* 38. 12. Ad Hieran comen pervenerunt.

Tom. I.

Comĕdo, is, edi, eſum, a. 3. *mangiare*, ἐσθίω, idem quod edo. *Cicer. de clar. orat. c.* 60. Haud te iſtic muſcæ comediſſent. *Terent. Heaut.* 2. 3. 14. Quid comedent? quid ebibent? ¶ Sæpe eſt dilapidare, abſumere. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 21. Rem familiarem comedere. *Id. pro Sext. c.* 32. patrimonium. Et *cap.* 51. bona ſua. Et *Attic. l.* 6. *ep.* 1. *ad fin.* nummos. *Id.* 9. *Fam. ep.* 18. *extr.* Poteſt mulo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quoniam cantherium comediſti, Romam pervehi. *Id.* 11. *Phil.* 11. *c.* 14. Comedere beneficium alicujus. *h. e.* rem beneficio alicujus acquiſitam abſumere. ¶ *Comedere aliquem* eſt ejus rem conſumere. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 23. Jamne illum comeſurus es? ¶ *Comedere aliquid oculis* eſt avide & cupide aſpicere. *Martial. l.* 9. *epigr.* 60. Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit. ¶ *Comedim*, *is*, *it*, pro *comedam*, *as*, *at*, legitur apud *Plaut. Curcul.* 4. 4. 4. *Trinum.* 1. 2. 63. & *Trucul.* 2. 6. 53. Tribuitur etiam *Ciceroni l.* 9. *Fam. ep.* 20. *extr.* a *Non. c.* 2. *n.* 114. ſed al. leg. *comedam*. ¶ Habes præterea varia tempora, & perſonas alia ratione declinatas. Dicimus enim *comes*, *eſt*, pro *comedis*, *it*: & *comeſtis* pro *comeditis*: item *comeſto* pro *comedito*; & *comeſſem*, *es*, &, pro *comederem*, & *comediſſem*; & *comeſſe* pro *comedere*, & *comediſſe*. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 11. Sine, venire ſalvum, quem abſentem comes. *Cic. in Hortenſ.* apud *Non. c.* 2. *n.* 98. Qui ſe ipſe comeſt. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 54. Vos ebibitis, & comeſtis. *Cato R. R. c.* 156. Comeſto aliqua folia. *Cic. pro Sext. c.* 51. Ut bona ſolus comeſſet. *Martial. l.* 5. *epigr.* 40. Si conchem totiſet meam comeſſes. ¶ *Comeſſe ſe*, curis macerari, triſtem eſſe. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 36. Quiſnam illic homo eſt, qui ipſus ſe comeſt, oculis malis, triſtis?

Comĕdo, onis, m. 3. & comedus, di, m. 2. qui bona ſua conſumit. *Var.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 189. Quod comedonibus venit in uſo. ¶ Altera forma *Feſtus*. Comedum, bona ſua conſumentem antiqui dixerunt.

Comenſis, e, adject. ad Comum Galliæ Ciſalpinæ urbem pertinens. *Plin. l.* 2. *c.* 103. In Comenſi agro juxta Larium lacum.

Comes, itis, com. g. 3. *compagno*, *compagna*, חבר, Germ. *ein gefehrt*, Gal. *compagnon*, Hiſp. *companero*, ὁμοιοπαθής, qui, vel quæ cum aliquo iter facit. *Publ. Syrus*: Comes facundus in via pro vehiculo eſt. *Cicer. Famil.* 2. *epiſt.* 9. Comitem ſe alicui præbere. ¶ Additur & aliis rebus. *Cic. de clar. Orat.* c. 12. Eloquentia pacis eſt comes, otiique ſocia. ¶ Differt a ſocio, quia *comes* minus, *ſocius* par eſt, deinde *comes* euntem ſequitur, *ſocius* agentem adjuvat: ſed fere eodem ſenſu uſurpantur. *Cic. pro Sylla*: Huic importuniſſimo tum honoris, tum etiam calamitatis ſocio, atque comite. ¶ Differt etiam a *Sodali*, quia, ut inquit *Fronto*, ſodalis eſt nomen adoleſcentiæ, & de ſocietatibus voluptuoſis dicitur. V. *Sodalis*. ¶ Comes eſt etiam nomen dignitatis, & originem duxit ab iis, qui Magiſtratus in bellum, & in provincias comitabantur. *Cicer.* 3. *Ver.* Comites illi tui dilecti manus erant tuæ, Præfecti, Scribæ, Medici, Accenſi, Aruſpices, Præcones manus erant tuæ. ¶ Sæpe etiam ſervi (honeſtiores tamen) hoc nomine continebantur, ut indicat *Suetonii* locus in *Caſare*, c. 4. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 8. Albinovano comiti, ſcribæque Neronis. ¶ Quin & Pædagogi olim honeſtiore vocabulo Comites appellati. Ita *Sueton. in Aug. c.* 98. Thraſyllum Tiberii comitem vocat. Et *in Tiber.* c. 12. M. Lollium comitem & rectorem C. Cæſaris. ¶ Poſterioribus temporibus, qui circa Imperatores dignitate aliqua fulgebant, (οἱ περὶ τὸν βασιλέα, ut ſcribit *Zoſimus l.* 3. *c.* 35.) Comites appellati, *Conti*; de quibus paſſim mentio fit in utroque Codice, & apud *Symmach.* ¶ Hujus tituli auctor fuit Conſtantinus M. teſte *Euſeb. in ejus vita*, *l.* 4. Vide *Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. p.* 47. & *Sigiſmund. Gelenium in notitia Imperii*. ¶ Comes exterior, & interior quis ſit. V. *Interior*.

Comēſor, oris, maſc. 3. qui comedit. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. cap.* 1. Mus comeſor arrodit.

Comeſſatio)
Comeſſator) V. Comiſſatio, &c.

Comeſtūra, æ, f. actus comedendi, *il mangiare*. *Cato de R. R. c.* 157. ubi alii aliter leg.

Comēſus, vel Comeſtus, a, um, nom. ex particip. conſumptus, *mangiato*. *Cic. pro Cluent. c.* 62. Venenum celerius potum comeſtum, quam epotum in venas permanat. Al. leg. *comeſum*. Et *in Salluſt. cap.* 7. Patrimonio non comeſo, ſed devorato. ¶ An *Comeſtus* dicendum ſit, Vide *Pigh. in Valer. Max. p.* 603.

Comētes, æ, m. 1. *cometa*, Ger. *comet*, Gal. *comete*, Hiſp. *cometa*, κομήτης, ſtella crinita. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 5. Stellis his, quas Græci cometas, noſtri cincinnatas vocant. *Virg. Georg.* 1. *ſub fin.* Non alias toties arſere cometæ. *Tacit.* 14. *Ann.* 22. Sidus cometes effulſit. ¶ Dictus eſt Cometes a κόμη, hoc eſt coma, quia late ſplendorem velut comam fundit.

Comice, adverb. Comicorum more. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 8. Res tragicas comice, triſtes remiſſe tractare.

Comĭcus, ci, m. 2. κωμῳδοποιός, comœdiarum ſcriptor. *Plaut. Pæn.* 3. 1. 4. Condoctior ſum, quam Tragœdi, aut Comici.

Comĭcus, a, um, adject. ad Comœdiam pertinens, *comico*. *Cic. in Orat.* c. 20. Locutio comicorum Poetarum, niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. ¶ Item fictus, ut Comici Dii. *Varr.* apud *Non.* ¶ Hinc comicum aurum ſunt lupini, quia in Comœdiis pro nummis lupinos numerare ſolebant. *Plaut. Pæn.* 3. 2. 20. ¶ Comici ſenes, h. e. quales in fabulis induci ſolent. *Cicer. de Senect.* & *de Amic.* Sic Comici ſervi. *Plaut. Capt.* 4. 1. 11. hoc eſt prompti, quia in Comœdiis ita inducuntur, ut cum res poſtulat, ſtatim præſto ſint. Hoc ſenſu *Cic. Fam. l.* 2. *epiſt.* 11. dixit [illegible].

Cominĭa, f. 1. genus olivæ apud *Plin. l.* 15. *c.* 3.

Comĭnus, adverb. *dappreſſo*, מקרוב, Ger. *von nahem*, Gall. *de pres*, Hiſp. *cerca*, ἐγγύθεν, a prope, ſeu a propinquo loco. *Cic. ad Attic. l.* 2. *ep.* 2. Cominus ad aliquem accedere. *Ovid.* 3. *Met.* 119. Cominus enſe ferit, jaculo cadit eminus ipſe. Ubi nota differentiam inter hæc duo adverbia, qua de re V. etiam *Eminus*. ¶ A *manus* derivat *Voſſ.* & præpoſit. *cum*: unde aliqui & *comminus* ſcribunt. ¶ Apud *Virg.* 1. *Georg. verſ.* 104. Cominus accipitur pro ſtatim: Quid dicam, jacto qui ſemine cominus arva inſequitur? *Servius*. ¶ Apud *Propert.* caſum regit more præpoſit. *l.* 2. *eleg.* 14. Agreſtes cominus ire ſues. Et *lib.* 3. *eleg.* 1. Fluminaque Æmonio cominus iſſe viro. ¶ *Cominus* comparativum ait *Tertull. de carne Chriſti*, c. 21.

Comis, e, *benigno*, *piacevole*, *amano*, [illegible], Ger. *lieblich*, Gall. *doux*, Hiſp. *cortes*, [illegible], a κοσμέω, orno, expuncto s, ſignificat eum, qui in omni ſermone, & cultu vitæ facilis eſt, amœnus, & jucundus. *Cic. pro Balbo*, c. 16. Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non gravate. *Ovid.* 3. *de Arte*: Comibus eſt oculis alliciendus amor. h. e. blandis. ¶ *Plin. lib.* 35. *c.* 4. Tiberium parum comem Imperatorem vocat, quaſi ſubruſticum, & elegantiæ parum ſtudioſum. ¶ Extenditur & ad eum, qui facile dat, unde *Plaut. Trin.* 2. 1. 24. Prodigum hominem, *comem* dixit. ¶ Comparat. comior. *Cic. pro Mur. cap.* 31. Quis C. Lælio comior, quis jucundior? Superlat. comiſſimus. *Suet. Veſpaſ. cap.* 22. Et ſuper cœnam, & ſuper aleas comiſſimus. Alii leg. Super cœnam, & ſuper aleas communiſſimus. *Apul. l.* 10. *Metam.* Comiſſimis adſtatur ſermonibus.

Comiſſabundus, a, um, comiſſator, qui comiſſationibus indulget, *goditore, bancheitante, diſſoluto ne' tripudj*, κωμαστής. *Liv. l. 9. c. 17. de Alex. M.* Per Indiam temulento agmine comiſſabundus inceſſit. *Plin. lib. 21. cap. 3.* Comiſſabundi juvenes.

Comiſſaliter, adverb. hilare per comiſſationem. *Sidon. l. 2. ep. 5.* Cantatus ſæpe comiſſaliter nobis Phaethontiadas riſi.

Comiſſatio, onis, f. *gozzoviglia, ſtravizzo*, convivium, quod fit poſt cœnam in multam noctem, & quodvis intempeſtivum epulum, κῶμος. *Sueton. in Vitell. c. 13.* Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, comiſſationes. *Id. in Tito, c. 7.* Ad mediam noctem comiſſationes cum aliis extendere. *Cic. 2. Catil. c. 5.* Comiſſationes quærere.

Comiſſator, oris, m. *goditore, banchettatore*, κωμαστής, epulo, qui comiſſationibus indulget. *Liv. l. 40. c. 7.* Comiſſatores aditu januæ arcet. *Cic. Att. l. 1. epiſt. 16.* vocat comiſſatores conjurationis, de quibus & *Catil. 2. c. 5.* h. e. conſortes, & ſocii conjurationis.

Comiſſor (non comeſſor, vel commeſſor) aris, atus ſum, *gozzovigliare*, proprie ſignificat a cœna bibere, epulari. Ducitur vel a κώμαις, vicis, ut placet *Feſto*, vel a κῶμος, Deo conviviorum nocturnorum præſide, ut *Varroni*. *Plaut. Moſt.* 1. 4. Nunc comiſſatum ibo ad Philolachem. ¶ Proprie ſignificat poſt cœnam rurſus comedere. *Sueton. in Domit. c. 21.* Convivabatur frequenter, ac large, ſed pene raptim: certe non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comiſſaretur.

Comitabilis, le, adject. quem comitari, ſeu ſequi poſſumus. *Paulin. Nolan. Auſon. Carm. 10. v. 291.* Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error.

Comitas, atis, f. *corteſia, benignità, piacevolezza*, ענוה, Germ. *freundlichkeit*, Gal. *courtoiſie*, Hiſp. *humanidad*, ἀνθρωπαγωγία, virtus qua comes dicimur, quæ humanitatis ſpecies eſt, & eadem ferme ac benignitas; opponitur duritiei, ſeveritati, & tetricis moribus. V. Comis. *Tacit. in Agric. c. 16.* Trebellius ſegnior, & nullis caſtrorum experimentis, comitate curandi provinciam tenuit. h. e. facilitate, lenitate. Sic *Cic. l. 1. Q. Fr. ep. 1.* quam *lenitatem* in Prætore commendaverat, mox *comitatem* dicit. *Sueton. in Oth. c. 3.* Cœnam exquiſitiſſimæ comitatis. h. e. jucunditatis, & hilaritatis. ¶ Hujus exceſſum petulantiam nominat *Plin. l. 8. ep. 21.* ¶ In malam partem accipitur a *Plaut. Trinum. 2. 2. 52.*

Comitatenſis, e, adject. qui eſt in comitatu, h. e. in munere Comitis. Sic munus comitatenſe, *Leg. 38. Cod. Theodoſ. de Decur.* Comitatenſis machina, *Ammian. l. 18. c. 8.* (al. 4.) h. e. machinatio, & delatio a comitatenſibus inſtituta. Comitatenſe exercitium, *Ennod. l. 4. ep. 33.* Ad quem locum *Sirmondus*: Comitatenſes generaliter vocantur omnes qui in ſacro Palatio militant in Principis comitatu: interdum Palatini peculiariter appellati, qui in officio erant utriuſque Comitis Largitionum.

Comitatus, a, um, nom. ex partic. ſignif. paſſ. *accompagnato*, συνοδευμένος. *Cic. 2. Catil. c. 2.* Illud moleſte fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. *Id. Tuſc. 5. c. 39.* Aſclepiadem ferunt, cum quidam quæreret quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut uno puero eſſet comitatior. *Tibull. 3. 2. 17.* Comitatus dolore.

Comitatus, us, m. 4. *compagnia*, חברה, Ger. *beleitung*, Gall. *compagnie*, Hiſp. *compagnia*, ἀκολουθία, comitum turba aliquem officii, vel honoris gratia ſubſequentium. *Cic. Fam. 6. ep. 19.* Si modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. *Virg. 4. Æn. v. 215.* cum ſemiviro comitatu. ¶ Comitatus etiam dicitur cœtus hominum, qui ut tutius iter habeant, ſimul eunt, mutuo ſibi præſidio futuri, mercibus, vel commeatibus ſupportandis, *compagnia d' uomini, che viaggiano, caravana*. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 48.* Neque ii, qui pabulatum progreſſi erant, interkluſi fluminibus reverti, neque maximi comitatus, qui ex Italia veniebant, in caſtra pervenire poterant. Adde *c. 51. & 54. ad fin.* ¶ Comitatus etiam dicitur ipſa Principis aula, in qua Comites degere ſolebant: at apud recentioris notæ Scriptores. *Auſon. ep. 17.* Expertus es fidem meam, dum in comitatu degimus ambo, ævi diſpares. *Symmachus l. 9. ep. 8. & l. 10. ep. 39.* ſacrum comitatum dixit. ¶ Translate *Cic. Parad. 2. c. 1.* Virtutum comitatus.

Comiter, *corteſemente, piacevolmente*, Germ. *freundilich*, Gall. *gracieuſement, humainement*, Hiſp. *cortes, y humanemente*, φιλοφρόνως, ſuaviter, manſuete. *Cic. 7. Ver.* Salutabat benigne, comiter appellabat unumquemque. *Liv. l. 1. c. 22.* Convivium comiter celebrare. ¶ Comiter habitare, id eſt, eleganter, ſplendide, *Plin. l. 17. c. 1.* ¶ Comiter alicujus majeſtatem conſervare. *h. e.* benigne, non gravate. *Cic. pro Corn. Balbo c. 16.* ¶ Superlat. comiſſime. *Plaut. Mil. 3. 3. 66.* Dat ne abs ſe mulier operam? Pa. Lepidiſſime, & comiſſime.

Comitia, orum, pl. n. 2. *congregazione, conſiglio, ragunanza, comizj*, Ger. *vorbltage*, Gal. *aſſemblée du peuple, ou des magiſtrats*, ἀρχαιρεσίαι, populi univerſi conventus ferendorum ſuffragiorum cauſa, ab antiquo *comeo*, pro coeo. *Cic. 2. Verr.* Interea Comitia noſtra haberi cœpta ſunt. ¶ Comitiorum tria erant genera, Curiata, Centuriata, Tributa. Curiata erant, cum populus curiatim, hoc eſt, per Curias rogatus ſententiam dicebat. In Centuriatis populus ſuffragium inibat per Claſſium Centurias, juxta divitiarum magnitudinem. In Tributis ſuffragia a Populo in Tribus deſcripta ferebantur. Calata Comitia non efficiunt diſtinctum Comitiorum genus. Initio enim omnia Comitia Calata dicebantur, a καλέω, voco. Sed poſtea hæc vox prope exolevit. ¶ Ex comitiis rurſus alia erant Conſularia, alia erant Prætoria, alia Ædilitia, alia Quæſtoria, alia Tribunitia, &c. quibus ſcilicet Conſules, Prætores, Ædiles, Quæſtores, Tribuni creabantur. ¶ Apud *Liv. l. 1. c. 35.* *Comitia creando Regi*, etiam legas. ¶ Locus Comitiorum Curiatorum non erat niſi intra pomœrium, ſc. in comitio. Centuriata comitia habebantur in loco quidem inaugurato, ſed extra pomœrium, ſcil. in Campo Martio. Tributis Comitiis non erat unus deſtinatus locus, ſed modo intra, modo extra Urbem convocabantur, interdum in Campo Martio, nonnunquam in Capitolio, aliquando in Circo Flaminio. ¶ De ratione Comitiorum habendorum peculiari opere accurate diſſerit *Nicolaus Gruchius Rotomagenſis*. Adde *Roſini Antiq. Rom. l. 6. Manut. de Legib.* &c.

Comitialis, le, ἀρχαιρεσιακός, quod ad comitium pertinet, ut Dies comitialis, comitiis gerendis aptus, five dicatus, quo cum populo agi licebat, & quo Pop. Rom. convenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. *Feſtus. Cic. ad Q. Fr.* Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. ¶ Comitialis morbus, *mal caduco, epilepſia*, Ger. *die hinfallende ſeuch*, Gall. *epilepſie, haut mal*, Hiſp. *gota coral, mal de coraçon*, ἐπιληψία, morbus, qui cum totius corporis convulſione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, vel duobus ejus ventriculis affectis, dictus ex eo, quia ſi quis eo correptus repente in Comitiis concidiſſet, Comitia ea die diſſolverentur. Hoc morbo homo ſubito concidit, & ſpumas ore vomit; unde & morbus caducus dicitur; item divinus, quod partem hominis divinam, ſcil. animam labefactet. *Feſt.* in voce, *Prohibere*, morbum majorem vocat, alii Herculeum, ſacrum, &c. ¶ Comitialis homo, qui morbo comitiali laborat. *Plin. l. 20. c. 5.* ¶ Item litigioſus, & ad perjuria pronus, quia lites in Comitio agebantur. *Plaut. Pœn. 3. 2. 7.* V. *Taubman.*

Comitialiter, adverb. ἐπιληπτικῶς, ex morbo comitiali. *Plin. 22. 21.* Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamſi id comitialiter accidat.

Comitiarius, a, um, quod eſt in modum Comitiorum. *Liv. l. 23. c. 16.* In hac Comitiaria duorum exercituum ſtatione. Sed meliores libri hab. *Conditione*.

Comitiatus, us, m. 4. populi in comitio congregatio. *Cic. 3. de Leg. c. 19.* Altera de capite civis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat.

Comitiatus, i, m. 2. ſuffragiis populi in Comitio electus. *Aſcon. Ped. in Verr. 2. c. 10.* Tribunorum militarium duo ſunt genera: primum eorum, qui Rufuli dicuntur: alii ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur.

Comitio, as, a. 1. comitia indico, vel celebro. *Varro l. 5. L. L.* Quando rex comitiavit.

Comitium, ii, n. 2. videtur proprie quemlibet cœtum hominum ſignificare, a coeundo, quaſi Coitium. Vet. Gloſſ. ὀχλαγωγιον, comitium. Sic comitia amicorum, *Nep. in Att. c. 4.* V. *Comitia*. ¶ Comitium locus erat Romæ juxta Curiam in foro, ubi antiquitus diſceptabantur cauſæ, & comitia curiata habebantur. *Varr. l. 4. de L. L.* ¶ Ibi etiam ſumebantur ſupplicia de ſontibus, unde Comitium, & virgas pati, apud *Plin. l. 4. epiſt. 11.* ¶ Multis annis tecto caruit, unde ob tempeſtatem ſæpe comitia diſſoluta, deinde circa Hannibalis in Italiam adventum, tectum impoſitum eſt, a Cæſare poſtea reſtauratum. *Liv. l. 27. c. 36. Cic. pro Sext. c. 35.* Forum, comitium, curiam armatis hominibus occupare.

Comitivus, a, um, adject. ad Comites pertinens, ut Comitiva dignitas, apud *Veget. l. 2. c. 9. de re milit.* & *comitiva* abſolute, eodem ſenſu. *l. 1. Cod. titul. 33. leg. 3.*

Comito, as, V. in voce ſequenti.

Comitor, aris, d. 1. *accompagnare*, הלך יחד, Ger. *geſellen*, Gall. *accompagner*, Hiſp. *accompagnar*, παρακολουθέω, ſector, vel aſſector, a comes, cum accuſ. & proprie eſt minorum erga majores, ſed ſæpe indifferenter uſurpatur. *Cic. 2. de Invent.* In itinere quidam proficiſcentem ad mercatum quendam eſt comitatus. ¶ *Id.* cum dat. uſurpavit, *5. Tuſc. c. 85.* Cæteraque quæ comitantur huic vitæ. ¶ Invenitur & *comito*, as, active. *Ovid. 14. Metam. v. 259.* Noſtraque adulantes comitant veſtigia. *Id. 1. de Pont. epiſt. 9. ad fin.* Funera nec potui comitare, nec ungere corpus. ¶ Hinc paſſive *Plin. l. 9. c. 36.* Conchæ in alto comitantur marinis canibus.

Comma, atis, n. κόμμα, vox græca, a κόπτω, cædo, quam *Cicero in Orat. c. 62. inciſum* vertit, eſt pars membri in periodo. V. *Quint. l. 9. c. 4.* ¶ Eſt etiam comma ager inciſus in Nili ripis, ex quo aquæ emittantur, ut pro accolarum arbitratu arva irrigent. *Ulpian. l. penul. ff. de extraor. crim.* In Ægypto qui commata rumpit, vel diſſolvit (hi ſunt aggeres, qui ſolent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra ordinem. In aliquibus editionibus legitur *chomata*. χῶμα autem græce aggerem ſignificat.

Commacĕro, as, avi, atum, are, idem ac macero, *macerare*, *peſtare*. *Marcel. Empir. 1. 36.* Commacerare aliquid. *Strabo Gall. de Lilio.* Piſtillo lilia prælia Commacerare gravi.

Commaceſco, is, acui, n. macie conficior. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 305.* Noſter Atticus, rivalis homo, iturus in curiam commaceſcebat. Alii aliter leg.

Commacŭlo, as, idem quod maculo. *Cic. pro Cæl. c. 7.* Si ſe iſte infinito ambitu commaculaſſet. *Virg. Ecl. 8. v. 48.* Commaculare manus ſanguine alicujus.

Commadĕo, es, ui, idem quod madeo, vel prorſus madeo. *Cat. c. 156.* Coquito, uſque dum ea commadebit bene.

Commalaxo, as, are, ſubigere, macerare, exercere, maturare. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 103.* Philoſophia commalaxat eam partem.

Commalleŏlo, as, eſt incidere, præcidere. *Hygin. de Limitib. pag. 195. Goeſ.* Quicumque modus limitem excedet, commalleolari debet.

Commagĕnus. V. Comagenus.

Commanducatio, onis, f. actus commanducandi. *Scribon. Larg. compoſ. 53. & 104.*

Commanducātus, a, um, manducatus, *mangiato*. *Plin. l. 24. c. 4.* Nucleus commanducatus dentium dolorem ſedat.

Commanducatus, us, m. 4. actus commanducandi. *Plin. l. 24. c. 4.* Ulcera commanducatu, impoſituque efficaciſſime ſanari. Sed meliores libri habent: Commanducato, impoſitoque.

Commandūco, as, a. 1. idem quod manduco, vel ſimul manduco, *mangiare inſieme*. *Plin. l. 19. c. 8.* Cum ob religionem minime commanducarent. ¶ Commanducor, aris, depon. *Lucilii* eſt apud *Non. c. 17. n. 39.*

Commanĕo, es, ſi, idem quod maneo. *Macrob. Saturn. 6. c. 8.* Qui in domo commanent.

Commanipularis, is, m. 3. commilito, qui eſt ex eodem manipulo. *Tacit. 4. hiſtor. c. 46.* Prenſare commanipularium pectora.

Commanipularius, ii, commanipularis. *Inſcript.* apud *Reineſ. 8. 74.*

Commanipulatĭo, onis, f. 3. ſocietas commanipularium. *Spartian. in Nigro cap. 10.* Ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret.

Commanipŭlo, onis, &

Commanipŭlus, i, ſocius manipularis, miles in eodem manipulo. Vet. inſcript. apud *Grut. p. 46. n. 10.* Regreſſi cum commanipulis libentes votum ſolverunt. Et contracte Commaniplus, *p. 551. n. 4.* apud eundem *Grut.* ¶ *Spartian. in Nigro, c. 10.* Decem commanipulones ſecuri percuti juſſit.

Commarcĕo, es, ui, n. 2. marceo, vel langueo, ſegnis fio. *Ammian. l. 27. c. 19.* Bellicoſus ante hæc, & induſtrius, repente commarcuit.

Commargino, as, are, idem quod Margino, margine munio. *Ammian. Marcell. l. 31. c. 2.* Commarginare pontes.

Commaritus, i, qui ſimul maritus eſt. *Plaut. Caſin. 4. 2. 18.* Compar, commaritus, villicus.

Commartyr, yris, m. qui ſimul cum alio martyr eſt. *Tertull. de anim. c. 56.* Commartyres ſuos videre.

Commaſcŭlo, as, are, quaſi dicas maſculum, ac virilem facere, corroborare. *Apul. l. 2. Milеſ.* His cognitis, animum meum commaſculavi. Et *Macrob. l. 7. c. 11.* Commaſculare frontem.

Commaſticatus, a, um, idem quod maſticatus, ut commaſticatæ frondes, *Macer carm. 4. v. 8.*

Commaſtico, as, are, idem quod maſtico. *Macer carm. 2. v. 15.* Ægilopas curat, ſi quis commaſticet illam.

Commaticus, a, um, brevis, ſuccinctus, ut hymnus commaticus. *Sidon. 4. 3.* Adde *Hieronym. in prol. in 16. Proph.*

Commatrōna, æ, f. 1. *Tertull. ad Uxor. l. 2. c. 8.* Dives commatrona gentium inflata.

Commeabilis, le, adject. 3. qui ultro citroque commeat, vel qui facile pertranſiri poteſt. *Arnob. l. 2.* Venæ fiſtulatæ, & commeabiles. *Id. l. 7.* Quidquid reciprocos halitus auris commeabilibus ducit.

Commeatalis, le, adject. 3. ut miles commeatalis, qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, h. e. alimento publico, *Leg. 2. §. 9. Cod. de Offic. præf. præt. Afr.*

Commeator, oris, m. 3. qui huc illuc commeat. *Apul. l. 11. A. A. de Mercurio.* Ille ſuperum commeator, & inferum.

Commeatus, us, m. 4. *licenza, ſalvocondotto*, Ger. *ein geleit*, Gall. *congé*, *ſauf-*

Digitized by Google

ſtaufſondait, Hiſp. *ſalvocanduto*, ἄδεια, facultas, quam Imperator dat militi, præpoſitus inferiori, diſcedendi ad tempus, & eundi, quo velit, ſub conditione ad præſcriptum diem revertendi. *Liv. l.* 13. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. ¶ Sæpe ſumitur pro annona, ſeu cibaria ad alimoniam Reipub. vel exercitus, aut alicujus multitudinis, item privatorum hominum. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 17. Cum ex omnibus provinciis commeatu & privato, & publico prohibebamur. ¶ Sic intercludere hoſtes commeatibus, apud *Cæſ.* V. *Intercludo*. ¶ Commeatus etiam dicitur navium copia ad importandum, & exportandum, *flotta da traſporto*. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 13. Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. ¶ Sumitur & pro tranſitu. *Plaut. Mil.* 2. 3. 38. Commeatus tranſtinet trans parietem.

Commeditor, idem ac meditor. *Auct. ad Her. l.* 3. *c.* 18. Locos egregie commeditari oportebit. ¶ Eſt item exercere, facere, reddere. *Lucret. l.* 6. *v.* 111. Fragiles ſonitus chartarum commeditatur, h. e. reddit, vel aſſequi tentat.

Commelèto, as, are, vel commeletor, aris, depon. meditor, a μελετάω. *Hyginus fab.* 165. Tibiis aſſidue commeletando ſonum in dies ſuaviorem fecit (Marſyas.)

Commembrâtus, a, um, compactus, conjunctus. *Paulin. Nolan. epiſt.* 44. (al. 31.) *c.* 4. Commembrata in corpore compago.

Comměmǐni, n. anom. *ricordarſi*, διαμέμνημαι, ſimul memini, vel idem quod ſimplex memini. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 33. Quem hominem probe noſſe, & commeminiſſe ſe, ajebat. *Plaut.* 3. 2. 33. Ecquid commeminiſti punice?

Commemorabǐlis, e, adject. 3. dignus commemoratione, memorabilis. *Cic. pro Marcel. c.* 4. Vir optimus, & commemorabili pietate, ac virtute præditus.

Commemoramentum, i, n. 2. *rimembranza*. *Cæcilius* apud *Non. c.* 2. *n.* 115. Pudebat, credo, commemoramentum ſtupri.

Commemorandus, a, um, idem quod commemorabilis, memoria dignus. *Cic. Ver.* 1. *c.* 14. O commemoranda judicia, &c.

Commemoratǐo, f. 3. *ricordanza*, זכרון, Ger. *erzehlung*, Gall. *mention*, Hiſp. *recordation*, ὑπόμνησις. *Cic. pro Arch.* Non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri. *Ter. Andr.* 1. 1. 16. Iſthæc commemoratio quaſi exprobratio beneficii eſt.

Commemorâtor, oris, m. 3. qui commemorat. *Tertull. l.* 4. *adver. Marcion. c.* 26. Commemorator, non obliterator vetuſtatum.

Commemorâtus, a, um, nom. ex particip. *commemorato*, *di cui ſi fa menzione*. *Cic. pro Planc. c.* 40. Nihil ex meis eſt temporibus, quod munus mea celebratione commemoratum ſit.

Commemorâtus, us, ui, m. 4. commemoratio. *Apul. l.* 1. *Florid.* Commemoratu meo.

Commemǒro, as, idem ac memoro, *rammemorare*. *Cic.* 3. *Verr.* In plebem vero Romanam utrum ſuperbiam prius commemorem, an crudelitatem? *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. *c.* 13. Omnes de tua virtute commemorant.

Commendabǐlis, le, o. 3. *lodevole*, ἐπαινετός, dignus, qui laudetur. *Col. l.* 3. *c.* 6. Ut denſum arbuſtum commendabile fructu, & decore eſt. *Liv. l.* 41. *c.* 5. Nullo commendabilis merito. *Trebell. Poll. de Herode c.* 16. Commendabiliorem eum patri fecerat.

Commendatǐo, onis, f. 3. *raccomandazione*, *lode*, הפקדה, Ger. *befehlung*, Gal. *recommendation*, *louange*, Hiſp. *encomienda*, ἀπολογία, actus commendandi. *Cic. Famil.* Ut intelligat, noſtram commendationem non vulgarem fuiſſe. ¶ Item laudem ſignificat. *Cic.* 1. *Fam.* Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria conſulatus tui.

Commendatǐtius, a, um, o. 1. 2. συστατικός, id, quo quis, vel quid commendatur, ut commendatitiæ litteræ, *lettere di raccomandazione*, συστατικαὶ ἐπιστολαί. *Cic.* 5. *Fam. epiſt.* 5. Statueram nullas ad te litteras mittere, niſi commendatitias.

Commendatǐvus caſus dictus eſt a quibuſdam caſus dandi, quia verbis commendationis aptus eſt. *Priſcian. l.* 5. *pag.* 670. *Putſch.*

Commendâtor, oris, m. 3. qui commendat. *Vopiſc. in Probo*, *c.* 2. Omnes tenebræ poſſiderent, ac tegerent, niſi commendatores eorum hiſtorici extitiſſent.

Commendatorǐus, a, um, adject. idem quod commendatitius. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 10. Quem litteris non commendatoriis minus, quam refuſoriis jam placatus inſinuo.

Commendâtrix, icis, f. 3. quæ commendat. *Cic.* 1. *Leg. cap.* 22. Lex commendatrix virtutum.

Commendâtus, a, um, nom. ex particip. *raccomandato*, *e lodato*. *Plin. l.* 35. *c.* 18. Commendatus litterarum honore. *Caſſius ad Cicer.* 12. *Famil. epiſt.* 12. Dignitatem meam commendatam tibi habeas. ¶ Comparat. commendatior, eſt apud *Cic. Famil.* 13. 49. Superlat. apud *eund. lib.* 10. *Fam. epiſt.* 13.

Commendo, as, avi, atum, a. 1. fidei alicujus committo, in alicujus fide, ac religione depono, *raccomandare*, הפקיד, הלל, Ger. *befehlen*, Gall. *recommander*, *louer*, Hiſp. *encomendar*, *alabar*, ἐπαινέω. *Terent. Eun. ſc. ult.* Thais patri ſe commendavit in clientelam, & fidem. *Cic. ad Q. Frat.* Quam multos mecum egiſſe putas, ut eos tibi commendarem? ¶ Proprie nihil aliud eſt, quam deponere, *depoſitare*, ut docet *Ulp. L.* 186. *ff. de verb. ſignif.* & *Papinian. L. Lucius*, *ff. Depoſiti*, &c. ¶ Item tradere. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 11. Nomen tuum immortalitati commenda. Sic commendare aliquid litteris. *Brut. ad Cic. Fam.* 11. *epiſt.* 10. ¶ Dicitur & de morituris ſua, ſuoſque alicui tutandos concredentibus. *Cicer.* 3. *Offic. c.* 10. Ex is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaviſſet. ¶ Significat etiam laudare. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 76. Qualem commendes, etiam, atque etiam aſpice.

Commenſus, us, m. 4. menſura, ſymmetria. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. Ut etiam in operum perfectionibus ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat commenſus exactionem.

Commentacǐlum, commetaculum, commotaculum, n. 2. virga, quam Flamines portabant pergentes ad ſacrificium, ut a ſe homines amoverent, a commotando, ſeu commovendo. *Feſt.*

Commentarienſis, is, m. ὑπομνηματογράφος, qui commentariis præeſt, hoc eſt libris, in quibus publice aliquid ſcribitur. Speciatim ita dicti ſunt, qui acta perſcribebant, quoties apud Fiſcum agebatur, *notai*, *cancellieri*, ut apparet ex *Paulo Dig. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 45. ¶ Item qui præerant carceri, & vinctorum nomina in commentarium referebant, *carcerieri*, *guardiani*, ut patet ex *leg.* 4. *tit.* 4. qui eſt de cuſtodis reorum, *lib.* 9. *Cod. Juſtin.* ¶ Præterea enumerantur inter Officiales Præfecti Prætorio Africæ a *Juſtiniano lib.* 1. *Cod. tit.* 27. in notitia, quæ ſubjicitur legi primæ ejus tituli: & multiplex ibi eorum gradus innuitur. ¶ Fuere etiam in militia. *Aſcon. in Verr.* 3. *cap.* 48. Accenſus eſt nomen ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt.

Commentarǐolum, n. 2. ὑπομνημάτιον, parvus commentarius. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 4. Neque a commentariolis ſuis diſcedere.

Commentarǐum, o. 2. commentarius, m. 2. *comentario*, *eſpoſizione*, מגלה, Gall. *regiſtres*, *memoires*, Hiſp. *libro de memoria*, ὑπόμνημα, liber, in quo res continuatæ, & diligenter, ſed ſimpliciter, & ſine ornamentis, ac breviter, & quaſi per capita deſcribuntur, memoriæ gratia, a *commentor*, *aris*, ut commentarii C. J. Cæſaris, quos *Plutarchus* Ephemerides vocat. *Cic. in Brut.* Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. *Id. Att. epiſt.* 16. & 17. *l.* 1. hiſtoriam compendioſam, & eandem *commentarium* appellat. ¶ Item quod Itali dicunt *iſtruzione*, *memoria*. *Cic. ad Auguſt.* Ex commentario dictaturam gerebat. Sic *Liv.* Equem de his rebus commentarium a patre accepiſſet. ¶ Item in judiciis libellus eſt, quem *Summarium* dicunt. *Senec. in excerpt. proœm. controv.* 3. Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. ¶ Item lucubratio quælibet. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 3. Commentarios Ariſtotelicos veni ut auferrem. *I Libri d' Ariſtotile*. ¶ Eſt etiam expoſitio, & interpretatio auctorum, *ſpoſizione*, *commento*. Sic conſcribere in, componere in auctorem aliquem commentarios, vel commentaria, dixit *Gell. l.* 2. *c.* 6. & *l.* 14. *c.* 3. Vide *Vallam l.* 4. *Elegant. c.* 21.

Commentatǐo, ſem. 3. *contemplazione*, הגיון, Ger. *betrachtung*, μελέτη, cogitatio, meditatio, contemplatio. *Cic.* 1. *Tuſc.* Tota Philoſophorum vita commentatio mortis eſt.

Commentâtor, oris, m. 3. mendax, *bugiardo*. *Apul. Apolog.* Omnium falſorum commentator, omnium ſimulationum architectus.

Commentâtus, a, um, nom. ex particip. ſignif. paſſivæ, explicatus, *ſpiegato*, *commentato*, ut diu, & multis lucubrationibus commentata oratio, *Cic. Fam.* 16. *epiſt. penult.*

Commentǐor, iris, itus ſum, idem ac mentior, *mentire*, *dir bugie*. *Apul. Apol.* Lignum a me toto oppido quæſitum non piguit vos commentiri. *Ita Priceus p.* 71.

Commentitǐus, a, um, o. 1. 2. *finto*, בדוי, German. *erdichtet*, πλαστός, quod ad tempus comminiſcimur, fictum, excogitatum. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut ſi in illa commentitia Platonis civitate res ageretur. ¶ Commentitia ſpectacula apud *Suet. in Claud. c.* 21. ſunt recenter inventa, quæque uſitatis opponuntur.

Commentor, aris, dim. 1. meditor, cogito, conſidero, *trattare*, *diſputare*, הגה, דרש, Ger. *betrachten*, Gall. *commenter*, Hiſp. *comentar*, *fingir*, πραγματεύομαι, freq. a comminiſcor. *Cic. Att. l.* 4. Id ipſum mecum ex his locis commentor, ut iſta improbem. *Id. in Lel.* Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſa veniſſemus, ideſt diſputandi. ¶ Interdum ſignificat confingere fallaciam. *Plaut. in Caſin.* Ut cito commentatus eſt. ¶ Interdum commentarium ſcribere, ſcribendo aliquid componere. *Plin. l.* 18. *c.* 2. Id eo ipſo anno, cum commentaremur hæc, notatum eſt.

Commentor, oris, m. 3. *inventore*, יוצר, Ger. *erdichter*, Gall. *controuveur*, Hiſp. *fingidor*, εὑρετής, qui aliquid excogitat, inventor. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 785. Luce ſua ludos uvæ commentor habebat.

Commentum, o. 2. inventio, res ficta, excogitata, *commento*, *finzione*, יצר, Ger. *erdichtung*, Gal. *invention*, Hiſp. *fiction*, πλάσμα, fictio, vel aliquid ingenioſe excogitatum, a ſupino verbi comminiſcor. *Cicer. de clar. Orat.* Ut ſua commenta, & ſcripta meminiſſet.

Commentus, a, um, o. 1. 2. particip. verbi comminiſcor. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Monogrammos Deos, & nihil agentes commentus eſt Epicurus. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 563. Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat, h. e. ficta, excogitata.

Comměo, as, avi, atum, n. 1. *andare*, Ger. *etwan hin gehen*, Gall. *s' en aller*, Hiſp. *irſe*, φοιτάω, eſt animo redeundi abire, aliquo ſe conferre, ultro, citroque ire. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 18. Cum inſula Delos, quo omnes undique cum mercibus, atque oneribus commeabant. *Id. l.* 8. *ad Attic. ep.* 9. Crebro illius litteræ ad nos commeant. *Dig.* 48. 10. 27. Qui ſine diplomate vias commeavit. *h. e.* iter fecit.

Commercâtus, a, um, *comperato*, partic. paſſivæ ſignificationis. *Afran.* apud *Non.* 1. 117. Commercatis conquiſite edulibus.

Commercǐum, *commercio*, συνάλλαγμα, mercium commutatio, quæ victus cauſa inventa fuit, viciſſitudo dandi, & accipiendi, a *con*, & *merx*, *cis*: item libera commeandi, contrahendique facultas, ab iis, qui merces ultro, citroque convehunt. *Plin. in Paneg. cap.* 29. Diverſas gentes commercio miſcuit. *Cic. Verr.* 5. *c.* 40. Commercium in eo agro nemini eſt. ¶ Tranſlate ſumitur pro uſu, & conſuetudine, *famigliarità*, *amicizia*. *Cicer.* 3. *Tuſcul. cap.* 23. Cum muſis, ideſt cum humanitate, & doctrina habere aliquod commercium. ¶ De turpi conſuetudine *Plaut. Truc.* 1. 1. 76. Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium. ¶ *Commercia belli*, negotiationes de pace inter arma ſuſceptas, *Tacitus* dixit *lib.* 3. *hiſtor. cap.* 81.

Commercor, aris, ari, depon. 1. idem ac mercor. *Plaut. Captiv. prol. v.* 27. & *ibid.* 1. 1. 32. Captivos commercari.

Commerěo, vel commereor, idem ac mereor, *meritare*. *Plaut. Moſt.* Quid gravaris, quaſi gratiam non commeream? ¶ Fere ſumitur pro male agere, delinquere, peccare. *Terent. in Andr.* 1. 1. 111. Quid commerui aut peccavi pater? *Id. in Phorm.* Si te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur commeruiſſe culpam. ideſt, inquit *Donatus*, commiſiſſe. *Idem in Hec.* 3. 5. 36. Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt, quod nollem, & ſæpe quod vellem, meritam ſcio.

Commetǐor, idem quod metior, vel ſimul metior. *Cicer.* 1. *de Invent. c.* 26. Oportet commetiri cum tempore negotium.

Commeto, as, n. 1. *andare*, vetuſtiſſimi dixerunt pro *commeo*, hoc eſt, aliquo me confero. *Nævius* apud *Non. c.* 2. *n.* 163. Cum ad lupam noſtram tam multi crebro commetant lupi.

Commictǐlis, le, adject. a cum, & mingo, vilis, contemptibilis, quaſi qui commingi poſſit. *Pompon.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 109. Servus comicus commictilis.

Commictus, a, um, mictu aſperſus, ut cœnum commictum, apud *Plaut. Perſ.* 3. 3. 3.

Commigratǐo, onis, f. 3. *l' andar altrove*. *Sen. Conſol. ad Helv. c.* 6. Aliunde alio commigratio eſt.

Commǐgro, idem quod migro, *partirſi*, *andar' altrove*. *Cic.* 2. *ad Q. Frat.* Paucis menſibus in tuam domum commigrabis. *Liv. lib.* 1. *c.* 34. Romam commigravit.

Commǐles, litis, m. 3. ſocius, vel auxiliarius in militia, commilito. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Commilitibus ſingulis HS quinquaginta data.

Commilitǐum, n. 2. συμμαχία, ipſa belli ſocietas, *ſocietà di guerra*. *Tac. l.* 1. Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 3. *v.* 72. Et commilitii jura tuenda paras. *Apul. l.* 3. *Florid.* Jura amicitiæ a commilitio ſtudiorum inchoata: h. e. a condiſcipulatu, ut dixit *Nepos in Attico*.

Commilǐto, as, n. 1. ſimul milito. *Flor. l.* 3. *c.* 3. Luna quaſi commilitans cum a tergo ſe hoſtibus præbuiſſet, umbras quaſi hoſtium corpora petebant.

Commilǐto, onis, m. 3. in bello ſocius, *compagno di guerra*, German. *ſpießgeſſell*, Gall. *compagnon de guerre*, Hiſpan. *companero en la guerra*, συστρατιώτης, qui ſimul eſt in militia. *Cic. pro Dejot. c.* 10. Qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Comminabundus, a, um, adject. comminativus, *minacciaʃa*. *Tertul. l. 4. adv. Marc. c. 15.* In Eliam Sionis invehitur comminabundus.

Comminatio, onis, f. 3. *minaccia*, ἀπειλή. *Cic. 3. de Orat. c. 54.* Orationis eſt vel ad uſum comminatio, & quaſi petitio, &c. *Sueton. in Tiber. c. 37.* Reges comminationibus magis, quam vi repreſſit.

Comminativus, a, um, idem quod Comminabundus. *Tertull. l. 2. adverſ. Marcion. c. 25.* Non dubitativum, ſed comminativum exprimens ſenſum.

Comminator, oris, m. 3. *chi minaccia*. *Tertull. adv. Gnoſt. c. 9.* Ignium comminator.

Comminatus, a, um, nom. ex particip. ſignif. paſſivæ, *minacciato*. *Apulej. l. 6. Mileſ.* Scrupulus comminatæ mihi mortis.

Comminctus, a, um, mictu aſperſus. *Catull. car. 100. v. 10.* Tanquam commincta ſpurca ſaliva lupæ. Al. leg. *commixta*.

Commingo, is, inxi, ictum, a. 3. mictu aſpergo. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 90.* Comminxit lectum potus.

Comminiſcor, ſceris, commentus ſum, d. 3. *fingere*, *immaginarſi*, ברא, יצר, Germ. *erdichten*, Gall. *controuver*, *excogiter*, Hiſp. *penſar*, *o fingir*, συμπλάττω, fingo, vel excogito, ab antiquo *meniſcor*, quod a *meno*, unde memini. *Cic. 4. de Fin.* Occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur.

Comminiſtro, idem, quod miniſtro. *Plin. l. 28. c. 8.* Extremam fiſtulam inteſtini contra ductum, ac poteſtatum iniquitatis comminiſtrans. Sed lectio varia eſt. Harduinus enim legit, *Commonſtrans*.

Commino, a. 1. a mino, *menare*, *condurre*. *Apul. l. 7. Mileſ.* Gregatim pecus comminantes.

Comminor, aris, atus ſum, ari, depon. 1. idem ac minor, vel valde minor, *minacciare*, ἀπειλεῖν. *Liv. l. 10. c. 39.* Comminando magis, quam inferendo pugnam, dies abſumebatur. *Sueton. Caſ. c. 62.* Ut aquilifero moranti cuſpide ſit comminatus.

Comminuo, is, uere, a. 3. idem ac minuo, vel frango, *diminuire*, *a ſpezzare*, συντρίβω, *ponio*. *Cic. Offic. 2. c. 11.* Frangere, & comminuere. *Id. pro Quint. c. 6.* Nullum eſt officium tam ſanctum, quod non avaritia comminuere, atque violare ſoleat.

Comminutim, adverb. minutatim, *in parti minute*. *Apic. l. 4. c. 4.* Comminutim conciſa.

Comminutus, a, um, adject. nom. ex particip. *ſminuito*, ut annulus comminutus, *Cic. Verr. 4. c. 25. Id. Verr. 5. c. 37.* Opes civitatis comminutæ, depreſſæque.

Commis, is, f. 3. idem ac gummi. *Plin. l. 13. c. 11.* Fit & ex ſarcocolla commis utiliſſima pictoribus, &c. Sic enim ibi legendum eſſe, docet *Harduin.* ex MSS.

Commiſceo, es, ui, ixtum, idem ac miſceo, *frammiſchiare*, συμμίγνυμι. *Cic. pro Marcel. c. 2.* Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur. *Sen. epiſt. 7.* Populo commiſceri. *Plaut. Rud. 1. 6. 3.* Commiſcere rem cum aliquo: h. e. negotium habere, contrahere.

Commiſcibilis, le, adject. qui miſceri poteſt. *Tert. de Anim. c. 12.* Commiſcibilis animus.

Commiſerandus, a, um, particip. a commiſeror. *Auct. ad Herenn. l. 4.* Hæc exornatio plurimum prodeſt in amplificanda, & commiſeranda re. *da rendersi compaſſionevole*.

Commiſerans, antis, qui commiſeratur. *Gell. 5. 14.* Murmura dolorem, cruciatumque commiſerantia.

Commiſeratio, onis, f. 3. συμπάθεια, *commiſerazione*, *compaſſione*. *Auct. ad Herenn. l. 2. ad fin.* Commiſerationem brevem eſſe oportet: nihil enim lacryma citius areſcit. Adde *Cic. 2. de Orat.*

Commiſereor, eris, idem quod commiſeror, cum accuſativo. *Gell. 7. 5.* Commiſereatur interitum ejus, qui &c. ¶ Imperſonaliter cum genitivo. *Id. 15. 19.* Navitas precum ejus commiſeritum eſt.

Commiſero, onis, m. 3. qui commiſeretur, vel qui commiſeratione dignus eſt. *Tertull. adv. Marc. l. 4. c. 9.* Apud illum ſuum neſcio quem συμπαθητικόν, ideſt commiſeronem. Et *cap. 36.* Commiſerones, & condibiles Hæretici.

Commiſereſco, is, eſcere, commiſeror, *compaſſionare*. *Ter. Hecyr. 1. 2. 54.* Ibi demum ita ægre tulit, ut ipſam Bacchidem, ſi adeſſet, credo, ibi ejus commiſereſceret. *Ennius* apud *Non. c. 7. n. 37.* Servos, & noſtrum imperium, & fidem commiſereſcite.

Commiſeror, aris, idem ac miſeror, *compaſſionare*. *Cicer. 1. Verr. cap. 14.* Quid, cum commiſerari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit? *Nepos Ageſil. c. 5. n. 2.* Commiſerari fortunam alicujus.

Commiſſarius, ii, maſc. 2. JCtorum eſt verbum, ut *fideicommiſſarius*, qui aliquid publicæ fidei commiſſum poſſidet. *Leg. 19. Dig. Quib. modis uſusfr.* ¶ Pro eo, cui aliquid committitur, valde frequens eſt, ſed improbat *Voſſ. de vit. ſerm. l. 3. c. 6.*

Commiſſio, onis, f. 3. verbal. a committo, *l'attaccare inſieme in contraſto due, a più*, συμβολή, σύστασις, ut commiſſio pugnæ, commiſſio ludorum, *Cic. Attic. l. 5. ep. 16.* ideſt initium pugnæ vel ludi. Sic commiſſio poetarum, quam *Sueton. in Calig. cap. 20.* vocat certamen. ¶ Hanc vocem pro ſcriptis ipſis, quæ in commiſſionibus edebantur, græce ἀγωνίσματα, Caligula poſuit, cum, Senecam commiſſiones meras componere, argueret. Notabat enim in eo dicendi genus, quod magis ad pompam, & oſtentationem (quod faciunt ii, qui committunt ſua opera) quam ad gravitatem comparatum eſſet. *Suet. in Calig. c. 53.* Adde *eund. in Aug. c. 89.*

Commiſſorius, a, um, o. 1. 2. ut lex commiſſoria, ideſt, exceptio adjecta actioni, contra quam ſi quid commiſſum fuerit, conventio reſcinditur. *Ulp. l. ſi fundus, ff. de lege comm.*

Commiſſum, n. 2. *peccato*, *fallo*, חטא, Germ. *miſshandlung*, Gall. *faute*, *peché*, Hiſp. *yerro*, *peccado*, ἁμάρτημα, delictum, peccatum. *Cic. pro Syll. c. 26.* Ecquod hujus factum, aut commiſſum, non dicam audacius, &c. ¶ *Aſcon. in Verr. de Juriſdict. & Prær. Sicil.* reſtringit hujus verbi notionem, & *Commiſſa*, facta contra teſtatoris voluntatem interpretatur. V. *Commiſſus*.

Commiſſura, f. 1. *Commiſſura*, *giuntura*, חבר, Germ. *fügung*, ἁρμογή, junctura, qualis eſt tabularum, & aliarum rerum. *Cic. de Univ. c. ult.* Ut & ipſæ ſecum, & inter ſe ex commiſſura, quæ e regione eſſet, jungerentur. Sic commiſſura lapidum, *Senec. l. 2. Quæſt. Nat. c. 6.* Commiſſuræ colorum, apud *Plin. l. 35. c. 5.* V. Harmoge.

Commiſſuralis, le, adject. ad commiſſuram pertinens. *Veget. l. 2. de re Veter. c. 15.* Loca oſſuoſi, & commiſſurales.

Commiſſus, a, um, nom. ex partic. in contentionem deductus, ut ſolvere commiſſas acies, *Propert. l. 4. eleg. 12.* ¶ Item conjunctus. *Virg. 3. Æn.* Delphinum caudas utero commiſſa luporum. ¶ Item perpetratus, *commeſſo*, ut commiſſa piacula, *Virg. Æn. 6. v. 569.* ¶ Item concreditus, *Horat. lib. 1. ſat. 4. v. 84.* Commiſſa tacere qui nequit. ¶ Commiſſa hæreditas Veneri Erycinæ apud *Cic. Ver. 3.* eſt illa, quæ ad Venerem devenit propter teſtamenti conditionem violatam ab hærede, *eredità devoluta*. ¶ *In commiſſum*, vel *in commiſſi cauſam cadere*, eſt fiſco puniri. *l. Imoedum. D. de public. & vectig.* Sic commiſſo rem vindicare, *confiſcare*. *l. cotem. D. eod.* ¶ Hypothecæ commiſſæ dicuntur apud *Cic. Fam. 13. ep. 56.* cum res ei cedunt, cui oppignoratæ erant, quod debitor ad diem non ſolverit. ¶ Devotio convicta & commiſſa, apud *Cic. pro Domo, c. 37.* eſt votum obligatum, V. *Convictus*. ¶ Pœna & multa commiſſa, V. infra *Committo*. ¶ Fiducia commiſſa, V. *Fiducia*.

Commitigo, idem ac mitigo, *mitigare*. *Ter. Eun. 5. 7.* Tibi uti commitigari videam ſandalio caput. Ubi *Donat.* Commitigari eſt tundendo deprimi, atque deponi.

Committo, is, iſi, iſſum, a. 3. *congiungere*, συνάπτω, proprie ratione prepoſitionis *con* ſignificat ſimul mittere, ſive ſimul jungere, ſociare. *Curt. l. 3.* Maria, quæ nunc dividit, committeret. *Ovid. 1. Amor. eleg. 13.* Commiſit noctes in ſua vota duas. ¶ Sæpe ſumitur pro mandare, credere, alicujus fidei tradere, & quaſi commendare, *conſegnare*, *commettere*, *raccommandare*, הפקיד, Ger. *übergeben*, Gal. *commettre*, Hiſp. *encomendar*, ἐπιτρέπω. *Cic. Attic.* Huic terræ filio neſcio cui committere epiſtolam tantis de rebus non audeo. *Id. pro Dom.* Pompejo plurima bella extra ordinem ſunt commiſſa. ¶ Eſt item facere, patrare. *Cic. pro S. Roſc.* Longo intervallo judicium hoc inter ſicarios primum committitur. *Salluſt.* Sempronia, quæ multa ſæpe virilis audaciæ commiſerat. *Cic. pro Cluent.* Committere contra legem. ¶ Frequenter eſt permittere, pati, *permettere*, *far*, *che*. *Cic. 2. Offic.* Tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominere. *Id. Attic.* Non puto, Cn. noſtrum commiſſurum, ut Domitium relinquat. ¶ Committere gnatam ſuam uxorem alicui, apud *Ter. Andr. 1. 5.* eſt nuptui dare. ¶ Committere ſe in conclave, apud *Cic. pro Roſc. Am. cacciarſi dentro*. Sic committere ſe in conſpectum, apud *eund. Ver. 7.* ¶ Committere ſe in fidem alicujus, apud *Ter. Hecyr. Prol.* Et fidei alicujus, apud *eund. Eun. 5. 2.* ¶ Eſt item committere, duos pluresve in certamen conjicere, ut cum exercitus congrediuntur ad ſignum pugnæ, vel cum in Circenſibus agitatores, mappa miſſa, contendunt ad metam. Hinc prælium, certamen, ludos, ſpectacula committere. *Nepos t. 6. Cic. Liv. & al.* Hinc *Eutrop. l. 4. c. 5.* & alibi, committere, abſolute dixit, pro pugnam committere. ¶ Poetæ etiam & oratores committi dicebantur, cum ad ingenii certamen deſcendebant. *Juven. ſat. 6. v. 435.* Committit vates, & comparat. ¶ Quin & ipſi Oratores opera ſua committere dicuntur, cum ea recitant, ut comparentur. *Sueton. in Claud. c. 41.* Hiſtoriam in adoleſcentia ſcribere eſt aggreſſus: & cum primum frequenti auditorio commiſiſſet, ægre perlegit. ¶ Eſt etiam nauticum verbum, quod vela dare ſignificat, *far vela*. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 25.* Sæpe flaverant venti, quibus neceſſario committendum exiſtimabat. ¶ Denique committere dicitur is, qui id facit, propter quod in pœnam incidit a lege tale factum prohibente ſtatutam. Sic committere pœnam, *cader' in pena*. *Cic. in Verr. & l. 3. Dig. de Verb. oblig.* Committere lege, h. e. in legem. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Greges ovium ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus paverint, lege Cenſoria committant multam. Al. omittunt τὸ multam. *Quint. l. 7. c. 2.* Lege de Sicariis commiſit L. Varenus. Sic ſæpe JCti. Quin & apud *Cic. pro Cluent. c. 37.* multam committere: h. e. culpam multa dignam.

Commixtim, vel Commiſtim, *meſcolatamente*. *Modeſtin. Dig. 2. t. 2.* Qui habet commixtim tres curatorias, & tres tutelas.

Commixtio, vel Commiſtio, onis, f. 3. *meſcolamento*, idem ac mixtio. *Firmicus*: Commixtionis moderatio.

Commixtura, æ, f. *miſtura*. *Cato R. R. c. 157.* ſi modo lectio ſana eſt.

Commixtus, & Commiſtus, a, um, adjectiv. idem ac mixtus, *meſcolato*, συμμιχθείς. *Lucret. l. 6. v. 1154.* Commiſta gemitu querela. *Virg. Æn. 6. v. 762.* Italo commixtus ſanguine.

Commobilis, le, adject. *Cæl. Aurelian. Acut. 2. 9.* Lux commobilis corporis. *h. e.* facile commovens corpus.

Commodatarius, ſii, m. 2. is cui aliquid commodatur. *§. Inſtitut. quib. mod. contr. oblig.*

Commodator, oris, m. 3. qui commodat. *Digeſt. l. 13. tit. 6. l. 7.*

Commodatus, a, um, nom. ex partic. *impreſtato*. *Cic. pro Marcello, c. 6.* donata, & commodata oppoſuit. *Senec. ep. 120.* Nihil ſuum judicat, ſed ut commodatis utitur. ¶ Pro accommodatus, *Plin l. 22. c. 25.* Per quam commodatus ſtomacho ſuccus. ¶ Commodatum ſubſt. eſt contractus, quo aliquid alicui commodatur. *l. 1. de oblig. & act.* Sic commodati actione agere, commodati teneri, commodati damnari, apud JCtos.

Commode, adv. bene, recte, ſcite, *comodamente*, *bene*, εὐφυῶς. *Cic. de Amic.* Multa ab eo breviter, & commode dicta. *Id. 1. Offic. c. ult.* Commodius diſputare. *Varro de R. R. l. 1. c. 5.* Paſcuntur armenta commodiſſime in nemoribus. ¶ *Terent. Heaut. 3. 2. 49.* Nunquam commodius herum audivi loqui, h. e. æquius, benignius.

Commoditas, f. 3. *comodità*, כשרון, Germ. *komligheit*, Gall. *commodité*, Hiſp. *comodidad*, *provecho*, εὐφυΐα, opportunitas, convenientia, utilitas. *Cic. 2. Offic.* Qui denique ex beſtiis fructus, aut quæ commoditas percipi poſſet? ¶ Pro indulgentia, & facilitate. *Ter. Adelph. 4. 5. 76.* Magnam mihi injecit ſua commoditate curam. ¶ Commoditas membrorum, apud *Suet. Aug. c. 79.* eſt concinnitas, aptitudo, *proporzionata corporatura*. ¶ Uſurpatur & in plur. *Ter. Phorm. 3. 6. 1.* Quantis commoditatibus hunc onerati diem?

Commodito, as, frequent. a commodo, legebatur a nonnullis in *Catulli carm. 10. v. 26.* Sed emendata lectio exhibet, *commodo nam* pro *commodita*.

Commodo, adverb. pro commode, opportune. *Plaut. Mil. 4. 4. 61.* Ecce autem commodo aperitur foris.

Commodo, as, a. 1. benigne facio, benefacio, inſervio, obſequor, *accomodare*, *preſtare*, הואיל, Ger. *leyhen*, Gal. *prêter*, Hiſp. *preſtar*, συμφέρω, eſt commoditati alicujus inſervire. *Cic. Fam. 13. ep. 33.* Omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, his commodes. *Id. l. eod. ep. 53.* Omnibus in rebus ei te commodes. Sic commodare operam ſuam alicui; apud *Plaut. Rud. 2. 4. 12.* Commodare manum ad aliquid. *Quintil. l. 12. c. 3.* ¶ Commodare ſeveritatem delictis magnis, & veniam parvis, *Tacit. Agric. c. 19.* h. e. adhibere. Sic commodare alicui aurem, *Horat. l. 1. ep. 1.* ¶ Eſt item aliquid alicui utendum dare, hoc eſt, alicujus rei uſum ad tempus concedere, & dicitur de iis, quæ eadem ipſa redduntur, ut equus, veſtis, domus, &c. *4. ad Herenn.* Ait ſe cuidam ædes maximas ad nuptias commodaſſe. ¶ Non raro tamen uſurpatum de iis invenitur, quæ non ipſa reſtituuntur, ſed alia ejuſdem generis, ut ſunt pecunia, triticum, &c. *Cic. 6. Verr. c. 9.* Publice commodaſti tritici modios ſexaginta millia.

Commodulatio, onis, f. 3. *proporzione*. *Vitruv. l. 3. c. 1.* Proportio eſt ratæ partis membrorum in omni opera totius commodulatio.

Commodule, adverb. diminut. a Commode, &

Commodulum, diminut. a Commodum, *alquanto comodamente*. *Plaut. Stich. 5. 4. 8.* Pro opibus noſtris ſatis commodule. Et *Mil. 3. 1. 153.* Commodulum obſonare.

Commodum, adv. ἐν καιρῷ, *a tempo*, *opportunamente*, *a propoſito*, ipſo eodemque tempore, opportune. *Plaut. Merc. 1. 2. 106.* Si illac ibis, commodum obviam venies patri. *Terent. Eun. 2. 3. 31.* Cum huc reſpicio ad virginem,

Digitized by Google

ginem, illa ſe ſe interea commodum huc adverterat. ¶ Significat etiam via, vel tantum quod. *Cic. ad Attic. l. 13. epiſt. 9.* Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius venit, *appena tu eri partito, quando*, &c. *Id. ib. ep. 19.* Commodum ad te dederam litteras, cum ad me heac mane Dionyſius veniſſet. ¶ *Terent. Phorm. 4. 3. 8.* Facinus indignum, Chreme, ſic circumiri. De. Id cum hoc agebam commodum, *appunto di ciò io trattava*.

Commŏdum, di, n. 2. utilitas, bonum, *comodo, comodità*, בכה, Germ. *nutz*, Gal. *profit*, Hiſp. *provecho*, ὠφέλεια, emolumentum. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 8.* Eſt ejus, qui aliis præſit, eorum, quibus præſit, commodis, utilitatique ſervire. ¶ Commodum eſt, pro opportunum eſt. *Cic. de cl. Orat.* Si tibi eſt commodum, ede illa, quæ cœperas. *Id. Attic.* Velim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum puerum viſas. ¶ Per commodum, adverb. *con comodo*. *Liv. l. 30. c. 29.* Percunctatus, ſatin' per commodum omnia exploraſſent, ad Annibalem dimiſit. ¶ Commoda etiam dicebantur præmia, quæ præter ſtipendia milites cum miſſione conſequebantur: unde miſſionum commoda, item militiæ commoda, apud *Sueton. Aug. c. 24. & Calig. 44.* Tribunatus commoda, *Cic. Fam. 7. ep. 8.*

Commŏdus, a, um, o. 1. 2. opportunus, utilis, facilis, *comodo, utile*, הכון, Germ. *nutzlich*, Gall. *commode, profitable*, Hiſp. *idoneo, y provechoſo*, πρόσφορος, *Plaut. Aſin. 2. 3. 21.* Commode ſtatuta, i. e. juſta. Et 3. 3. 135. Commodum talentum, h. e. juſti ponderis. Commodi cyathi, apud *Horat. l. 3. od. 19. diſcreti*. Hinc qui ſibi moderantur, ut ne aliis moleſti ſint, quique facile ſe aliis accommodant, *commodi* dicuntur. quo modo Commodos convivas dixit *Plaut. Pan. 3. 3. c.* Plura exempla etiam *Cic.* affert *Lambin. ad Horat. l. 4. od. 8.* ¶ Significat etiam opportunum, utile. *Cic. Att. l. 9. epiſt. 3.* Si commodius anni tempus eſſet, *Caſ. l. 3. B. C. c. 85.* Hanc ſibi commodiſſimam belli rationem judicavit. ¶ Commodiores dicuntur etiam qui a morbo convaleſcunt, apud *Plin. l. 3. ep. 16.*

Commœnius, a, um, *fortificato*, antique pro communitus. *Gell. 17. 11.* Ore ipſo arteriæ commœnito.

Commœrĕo, n. e. mœreo, triſtor. *Plaut. Epid. 1. 1. 59.* Ita voltum videor videre commœruiſſe. Ita Lexicographi plerique. Sed emendata lectio habet: Ita voltum tuum video: videre commeruiſſe hic, me abſente, in te aliquid mali.

Commōlior, d. 4. molior, *macchinare*. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 29.* Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar.

Commolĭtus, a, um, adject. *macinato*, a molo, is. *Colum. l. 12. c. 50.* Bacca commolita, & expreſſa.

Commŏlo, is, ui, itum, idem ac molo, *macinare*, συναλήθω. *Colum. l. 12. c. 50.* Olivam primo quoque tempore commolere, præloque ſubjicere.

Commonefăcio, acis, eci, actum, idem ac moneo, *ammonire, avviſare*, cum accuſ. & gen. vel abl. & præp. de. *Cic. l. 5. Fam. epiſt. 3.* De rationibus provinciæ, quid vellem fieri, ut is vos doceret, & commonefaceret. *Auct. ad Herenn. l. 4.* Amicitiæ veteris aliquem commonefacere.

Commonefīo, is, actus ſum, paſſiv. a Commonefacio. *Cic. Verr. 7. c. 43.* Nemo eſt, quin tui ſceleris, & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonĕo, es, ui, itum, idem ac moneo, cum acc. & gen. vel abl. & præp. de, *avviſare, ammonire*. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 17.* Commoneri officium ſuum. *Id. Rud. 3. 4. 33.* Mearum me miſeriarum commones. *Ter. Andr. 4. 1. 5.* Neque commoneat, ut ſervet fidem. *Cic. Verr. 3.* Quin is de avaritia tua commoneretur.

Commonĭtio, f. 3. monitio. *Quinctil. l. 4. c. 2.* Non inutilis erat in extrema parte commonitio: h. e. repetitio epilogi more.

Commonĭtor, oris, qui commonet, monitor. *Symmach. lib. 7. ep. 105.* Adjeci commonitorem. Al. tamen leg. *commonitionem*.

Commonitorium, ii, n. 2. ὑπομνηστικόν, ſcriptum vel epiſtolam denotat, qua quis officii admonetur, ut ſunt mandata, quæ ſcriptæ dantur Legatis proficiſcentibus, Ital. *iſtruzione*. *Ammian. l. 28. cap. 5.* Commonitorium repertum eſt, manu ſcriptum Hymetii. ¶ Figurate *Sidon. l. 8. ep. 11. in carm.* Phœbus commonitorium Thaliæ. ¶ Item tacita conventio, abſque ſcriptura facta. *Cod. Theodoſ. Cod. Juſtinian. l. 1. Cod. de ſuffrag.*

Commonĭtus, a, um, adject. *avviſato, ammonito*. *Liv. l. 34.* Commonitoſque, in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, dimiſit.

Commonſtro, a. 1. monſtro, *moſtrare*. *Cic. c. de Orat. c. 41.* Si aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare vellem.

Commorātio, f. 3. mora. *Cic. Q. Fr. l. 3.* Multos dies hanc epiſtolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum. ¶ Item habitatio. *Cic. 6. Fam. epiſt. 19.* Amœnitas illa commorationis eſt, non diverſorii. ¶ Item Fig. Rhet. *4. ad Her.* Commoratio eſt, cum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & eodem ſæpius reditur.

Commordĕo, es, ordi, orſum, idem quod mordeo, *mordere*. *Senec. de Vita beata, c. 21.* Infelicem linguam bonorum exercete convicio, inſtete, commordete.

Commorĭor, reris, d. 3. συναποθνήσκω, ſimul morior, *morir' inſieme*. *Plin. l. 27. cap. 2.* Exitialia per ſe ambo cum ſuerint duo venena, in homine commoriuntur.

Commŏror, d. 1. idem ac moror, vel ſimul moror, *fermarſi, trattenerſi*. *Cic. l. 3. Fam. ep. 5.* Triduum illud, quod ego Epheſi commoratus ſum. ¶ Uſurpatur etiam pro detinere, ſeu in mora tenere, cum accuſ. *trattenere*. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 31.* Me nunc commoror, cum has fores non ferio. ¶ Activa forma *Plin. l. 19. c. 6. ad fin.* Stupentes manu capiuntur, etſi paulum commoravere.

Commorſĭco, as, are, frequent. a commordeo, *morſicare*. *Apul. l. 7. A. A.* Dentium candentium renudatis baſiis totum me commorſicat.

Commorſus, a, um adject. *morſicato*. *Plin. lib. 24. c. 21.* Commorſi a cane rabiem non ſentiunt.

Commortālis, e. 3. mortalis. *Col. l. 3. c. 20.* Quæ propter infirmitatem commortalis naturæ conſequi nequeamus.

Commōſis, vel Comōſis, is, primum mellificii fundamentum, ex tenaci, & viſcoſa conſtans materia, a κόμμι, quod nos gummi dicimus. *Plin. lib. 11. c. 7.*

Commotacillum, V. Commentaculum.

Commōtio, f. 3. motus, affectus, perturbatio, *turbazione*, רגז, Germ. *bewegung*, Gal. *emotion*, Hiſp. *comocion*, συγκίνησις, πάθος. *Cic. 3. Tuſc.* Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum.

Commotiuncŭla, f. 1. dimin. a commotio. *Cic. Attic. l. 12. ep. 11.* Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω, ideſt, condoleo, afficior.

Commōtus, a, um, nom. ex particip. perturbatus, *commoſſo, turbato*, & fere dicitur de animi motibus, ut graviter commotus, h. e. iratus. *Virg. Æn. 1. v. 126.* Commotus ingenio, *Tacit. Ann. 6. c. 45.* ¶ Comparat. commotior. *Cic. l. 1. Divin. c. 37.* Niſi animus eſſet commotior.

Commŏvĕo, es, ovi, otum, a. 2. moveo, exciſo, concito, perturbo, *perturbare, commuovere*, הרגיז, Germ. *bewegen*, Gal. *emouvoir*, Hiſpan. *conmover*, διασείω. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 4.* Quam multorum non modo diſcendi, ſed etiam ſcribendi ſtudia commoverim. *Id. pro Rab.* Nihil me clamor iſte commovet, nihil perturbat. *Ter. Eun. 3. 5. 19.* Quid ego tibi faciem prædicem? In hac commotus ſum. ¶ Sic invidiam, miſericordiam, miſerationem, iram, ſuſpicionem, tumultum &c. commovere, *Cic. paſſim*. ¶ Commoveri ſacra dicebantur, cum fiebat renovatio ſacrorum; tunc enim Deorum ſimulacra commovebantur, & arcana cætera in ciſtis condita. Qui autem hæc faciebant, ſolebant interim muros edere ululatus, & planctus. *Serv. in 4. Æn.* Hinc tranſlate *Plaut. Pſeud. 1. 1. 107.* Scis tu quidem, mea ſi commovi ſacra, quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare. ¶ Commovere ſe ex aliquo loco, *partire*. *Cic. Att. l. 2. & 3.* ¶ Commovere ſe contra Remp. *Cic. in Catil.* ¶ *Commorunt* pro commoverunt, *Lucr. l. c.* *Commoſſem* pro commoviſſem, *Cic. pro Planc.* *Commorat* pro commoverat, *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 1.*

Commulcĕo, idem ac mulceo, *raddolcire, mitigare*. *Gell. l. 7. c. 7.* Senſus judicum debent honorificis, verecundiſque ſententiis commulcere.

Commulco, as, are, idem quod mulco, percutio. *Apul. A. A. l. 8.* Multimodis commulcare ictibus.

Communditus, a, um, adject. emundatus, *nettato*. *Ulp. l. 25. Dig. de aur. & arg. &c.* Ornata, non tamen communditata.

Communđo, as, are, idem quod mundo, *nettare*. *Colum. l. 12. c. 18.* Vaſa dulci aqua eluenda ſunt, & commundanda.

Commongento, convocanto, *Feſt.*

Commūne, is, ſubſtant. *comune*, צבור, Germ. *ein gemein*, κοινόν, Reſpublica, Civitas, Univerſitas, Collegium. *Cic. 3. Verr.* Quomodo iſte commune Myliadum vexarit. ¶ Accipitur etiam pro re pluribus communi. Hinc communi dividundo agere, apud JCtos *l. 2. & 3. Dig. Comm. divid.*

Communicarius, a, um, adject. ut communicarius dies, qui & Pandicularius dicebatur, in quo omnibus Diis communiter ſacrificabatur. *Feſtus*.

Communicātio, f. 3. *partecipazione*, κοινωνία. *Cic. de Fin.* Conjunctio inter homines hominum, & quaſi quædam ſocietas, & communicatio utilitatum. ¶ Communicatio item Fig. Rhetorica eſt, cum ipſos adverſarios conſulimus, aut cum judicibus deliberamus. *Cic.* Tu denique Labiene quid faceres tali in re, ac tempore?

Communicātor, oris, m. 3. qui communicat, & participem facit. *Arnob. l. 4. ſub fin.* Familiaris communicatores rei. ¶ *Tertul. de Pudic. c. 18.* eſt particeps eccleſiaſticæ communionis, excommunicato oppoſitus. Alii, inquit, ad metalla confugiunt, & inde communicatores revertuntur.

Communicātus, us, ui, m. 4. idem quod communicatio. *Apul. de Deo Socrat. p. 44.* Nullo inter ſe propinquo communicatu naturæ.

Communicātus, a, um, nom. ex particip. *comunicato, partecipato*, κοινωνηθεὶς. *Liv. l. 8. c. 25.* Communicato inter ſe conſilio. & *l. 21. c. 27.* Communicatum imperium.

Communiceps, ipis, m. qui ejuſdem eſt municipii, concivis. Reperitur in vet. Inſcript. apud *Conſtantin. Laud. in Numiſm. p. 18.*

Commūnĭco, as, avi, atum, a. 1. *comunicare, conferire, partecipare*, חבר, Ger. *mittheilen*, Gall. *communiquer*, Hiſp. *comunicar*, κοινωνέω, eſt commune facere, participare, impartiri, a nomine communis. Conſtruitur cum accuſativo. *Cic. de Amic.* Secundas res ſplendidiores facit amicitia, & adverſas partiens, communicanſque leviores. ¶ Cum accuſat. & ablat. & præp. cum. *Cic. pro Balbo*, Qui velint cum periculis noſtris ſua communicare. *Id. Fam. 16.* Cum mecum inimicitias communicaſti: ideſt, quando oſtendiſti, te eſſe inimicum inimicorum meorum. ¶ Sæpe eſt conferre, loqui, *ragionare*, cum accuſ. rei, vel ablat. & præpoſ. de, & ablat. perſonæ, & præpoſ. *cum*, vel accuſ. & præpoſ. *inter*. *Cic. Attic. l. 1. ep. 18.* Nihil mihi ſcito nunc tam deeſſe, quam hominem eum, quicum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem. *Id. Fam. 15.* Ut quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus. *Idem Lentulo, Fam. l. 1. epiſt. 7.* Qui mecum ſæpiſſime de te communicare ſolet. ¶ Communicare aliquem menſa, apud *Plaut. Mil. 2. 1. 51.* h. e. menſæ participem facere. ¶ Communicor, aris, depon. 1. pro communico, as. *Liv. l. 4. c. 24.* Nec adverſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint.

Commūnio, is, ivi, itum, idem ac munio, vel circummunio, *fortificare*. *Caſ. l. 1. B. G. c. 8.* Præſidia diſponit, ea caſtella communit.

Commūnio, onis, f. 3. *ſocietà*, κοινωνία, communitas, conſociatio. *Cic. 1. de Leg. c. 7.* Inter quos eſt communio legis, inter eos communio juris eſt.

Commūnis, ne, o. 3. conjunctus, vulgaris, contritus, de medio ſumptus, late patens, *comune*, Germ. *gemein*, Gall. *commun*, Hiſp. *comun*, *comunal*, κοινὸς, quod multorum eſt. Interdum abſolute uſurpatur. *Cic. Offic. 1.* Magnum eſt eiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia. ¶ Interdum cum ablat. & præpoſ. cum. *Cic. de Sen.* Cum illud videatis cum adoleſcentia eſſe commune. ¶ Interdum cum genitivo. *Cic. de Fin.* Hæc ita juſtitiæ propria ſunt, ut ſint virtutum reliquarum communia. ¶ Interdum cum dativo. *Cic. pro Roſc. Amer.* Quid eſt tam commune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? Interdum cum dat. & ablat. & præpoſit. cum. *Cic. pro Rab.* Studium conſervandi hominis commune mihi vobiſcum eſſe debet. ¶ Interdum cum accuſ. & præp. inter. *Cic. de Leg.* Inter quos ratio, inter eoſdem recta ratio communis eſt. ¶ Interdum cum gen. vel dat. & accuſ. cum inter. *Cic. de Leg.* Quibus hæc ſunt inter eos communia, & ejuſdem civitatis ſunt. ¶ In commune, h. e. communiter, *comunemente*. *Tacit. 1. hiſt. c. 25.* In commune omnes metu militiæ mutandæ exterrebantur. *Cic. pro Quint.* In commune conferre. h. e. in commune bonum. Sic *Tacit. 12. ann.* In commune conſulere. ¶ Senſus communis, apud *Horat. l. 1. ſat. 3.* Communi ſenſu plane caret: *è uno ſtolido*. ¶ Communis pro remiſſa & facili. *Ter. Heaut. 5. 1. 34.* Quemquam animo tam communi eſſe & leni. ¶ Communis etiam dicitur, qui comis, benignus, & affabilis eſt, & æqualem ſe infimis præbet. *Cic. Fam. 4. ep. 9.* Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe. *Sueton. Claud. c. 21.* Nec ullo ſpectaculo communior, aut remiſſior erat. Sic communi, & leni eſſe animo, *Ter. Heaut. 5. 1. 39.* ¶ Superlat. Communiſſimus legitur apud *Sueton. in Veſpaſ. c. 22.* Sed V. Comis.

Commūnĭtas, f. 3. *ſocietà, comunione*, Germ. *gemeinſchafft*, Gal. *communauté*, Hiſp. *communidad*, κοινότης, communio, ſocietas. *Cicer. 1. Off.* Eloquentia complectitur eos, quibuſcum communitate juncti ſumus. *9. Phil.* Quæ nobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis eſſe communitas?

Commūnĭter, promiſcue, de communi ſententia, *comunemente*. Ger. *gemeinlich*, κοινῶς. *Cic. Att.* Literæ, quas communiter cum aliis ſcripſiſti, & quas nomine tuo. Adde *Liv. l. 1. c. 10. & 45.*

Commūnītio, onis, f. 3. idem ac munitio, *fortificazione*. *Cic. l. 2. de Orat.* Aditus ad cauſam, & communitio. *Vitruv. l. 10. c. 19.* Totam communitionem diſſipare.

Commūnĭtus, adverb. pro communiter, *comunemente*. *Varr. apud Non. c. 11. n.*

71. n. 6. Ut Deus colere debet communitas civitas, ſic ſingulæ familiæ debemus.

Communitus, a, um, nom. ex particip. Idem ac munitus, *munito*, *difeſo*. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 4. Omni auctoritate communita. Et *pro Roſcio Com. c.* 15. Cauſa Roſcii teſtimoniis communita.

Commurmuratio, onis, f. 3. *mormorazione*. *Gell. l.* 11. *c.* 7. Commurmuratio fieri cœpta eſt a pleriſque.

Commurmuro, as, n. 1. vel commurmuror, aris, *mormorare*, d. t. idem, quod murmuro. *Plin. l.* 10. *c.* 23. Ubi congregatæ inter ſe commurmurant. *Cic. in Piſ. c.* 25. Ut ſcriba ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans commurmuratus ſit.

Commutabilis, idem ac mutabilis, *mutabile*. *Cic. pro Mil. c.* 26. Quam ſit varia vitæ, commutabiliſque ratio. *Id. l.* 1. *de Invent.* Exordium commutabile eſt, quod ab adverſario poteſt leviter mutatum ex contraria parte dici.

Commutate, adverb. *in altra maniera*, mutando. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 42. Eandem rem dicere non eodem modo, ſed commutate.

Commutatio, idem, ac mutatio, *mutazione*. *Cic.* 1. *de Invent.* Annuæ commutationes ſemper eodem modo fiunt. ¶ Commutatio item eſt Figura Rhetorica, cum duæ ſententiæ inter ſe diſcrepantes ita efferuntur, ut a priore poſterior contraria priori proficiſcatur, ut, Eſſe oportet, ut vivas, non vivere, ut edas. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 33.

Commutatus, us, m. 4. idem ac mutatio. *Lucret. lib.* 2. *v.* 794. Quoniam quæ diximus ante, in commutatum veniunt.

Commutatus, a, um, nom. adject. ex particip. *mutato*, *cangiato*. *Nepos* 10. 4. n. 3. Vitæ ſtatum commutatum ferre non potuit.

Commuto, as, avi, atum, a. 1. idem ac muto, vel ſimul muto, *mutare*. *Cic.* 3. *Ver.* Neve vendundi aut tempus, aut locum commutarent. ¶ Commutare verba, eſt aliis verbis uti, in ſermone diſcrepare. *Ter. in And.* 2. 4. 7. Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum eſſe verbum. Adde *Phorm.* 4. 3. 33. ¶ Vitam cum morte commutare, pro mori, *Sulpic. ad Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 5. Commutare alicujus contumeliam vita ſua, *Salluſt. ep.* 2. *de Rep. ord.* hoc eſt aſpergere contumeliam alicui diſpendio vitæ ſuæ. ¶ Commutari in horas, *Cic. Att. l.* 14. hoc eſt facile & identidem mutari.

Como, as, avi, atum, are, V. in Comans.

Como, is, pſi, ptum, a. 3. *ornare la chioma*, [illegible], comam orno, a [illegible], orno, vel a coma. Maxime ad cultum capitis pertinet, & capillorum. *Tibul. l.* 1. *el.* 8. Compſerit arte caput. *Silius l.* 7. *v.* 447. Nivea comebat fronte capillos. ¶ Transfertur tamen ad quemvis alium ornatum: unde comptum opus dixit *Tibul. l.* 3. *eleg.* 1. *v.* 14. de libro eleganter conſcripto.

Comœdia, f. 1. *commedia*, Ger. *ein comedi*, *ein ſchawſpil*, Gall. *comedie*, Hiſp. *comedia*, [illegible], fabulæ genus, in quo humiles perſonæ inducuntur, & amores, virginumque raptus deſcribuntur, a κώμη, vicus, & ᾠδή, cantus, quia luſus hi in vicis fieri ſolerent. *Cic.* 1. *Offic.* Quo genere Plautus noſter, & Atticorum antiqua comœdia referta eſt. ¶ Differt a tragœdia, quia in comœdia non niſi humiles, aut ſaltem privatæ perſonæ, in tragœdia Principes, Heroes, atque adeo Dii ipſi introducuntur. ¶ Veteres Comici ſuis carminibus, quos videbatur nominatim perſtringebant. Verum cum eo genere licentiæ nimis petulanter abuterentur, atque optimi cujuſque nomen invaderent, lege cautum eſt, ne hoc poematis genere cuiquam in poſterum uti liceret. *Horat. in ar. poet.* Succeſſit vetus his comœdia non ſine multa laude, ſed in vitium libertas excidit, & vim dignam lege regi. ¶ De variis Comœdiarum generibus V. *Fabula*.

Comœdice, adverb. Comœdorum more, feſtive, concinne. *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. Aſtitit & dulice, & Comœdice.

Comœdicus, a, um, idem quod comœdus, *da commedia*. *Apul.* 3. *Florid.* Hic laudibus diu in arte comœdica nobilis.

Comœdographus, i, *compoſitor di commedie*. Adhibuit hanc vocem ipſe Cicero, ſi *Victorino*, & *Probo* Grammaticis credimus.

Comœdus, a, um, adject. *da commedia*. *Juven. ſat.* 3. *v.* 100. Natio comœda eſt.

Comœdus, di, m. 2. *chi recita la commedie*, Ger. *der ein ſchawſpilhalter*, *oder regiert*, Gall. *joueur de comedies*, *ou l'auteur*, *qui les a faites*, Hiſp. *el repreſentador de comedias*, [illegible], comœdiarum actor, ſeu qui comœdias repræſentat. *Cic. in Orat. c.* 31. Sed & comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodum placuiſſe vidimus.

Comœſis, V. Commoſis.

Cometes, o. 1. a. *cometa*, coma magna prælitus, idem quod cometus, *chi ha chioma*. *Plin. l.* 16. *c.* 14. Arbor in orbem comoſa. *Id. l.* 26. *c.* 8. *poſt med.* Dendroides comoſiſſimum ex omnibus.

Comotriæ, [illegible], Romæ Miniſtræ Veſtæ appellatæ ſunt, auctore *Feſto*.

Compaciſcor. V. Compeciſcor.

Compactilis, le, o. 3. quod compingi poteſt, vel quod compactum eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 18. Optimæ apes breves, variæque, & in rotunditatem compactiles. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Compactiles trabes. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Leonum duo genera, compactile, & breve, *di corporatura corta e raccolta*.

Compactio, f. 3. *congiunzione*, [illegible], Ger. *zuſammen ſetzung*, *oder bindung*, *zuſammen fügung*, Gall. *aſſemblement*, & *liaiſon enſemble*, Hiſp. *ayuntamiento*, [illegible], conjunctio. *Cic.* 5. *Fin. c.* 11. Senſuum diſtributione, & quadam compactione membrorum. *Vitruv. l.* 2. *c.* 7. Spiſſis compactionibus ſolidatus.

Compactitius, a, um, adject. a cum, & pactus, *chi è d'accordo*. *Tertull. adverſ. Valent. c.* 32. Statim excipit compactitius ille Soter.

Compactum, o. 2. *patto*, [illegible], compromiſſum, conventum, ideſt, quod inter aliquos convenit, a paciſcor. Hinc compacto, vel ex compacto, vel de compacto, idem, quod ex compoſito, *d'accordo*. *Liv. l.* 3. Compacto eam rem, & communi fraude Patritiorum actam. *Sueton. in Cæſ. c.* 20. Ut productus pro roſtris auctores ex compacto nominaret. *Plaut. Capt.* 3. 1. 23. Servi exemplo, de compacto rem geri.

Compactura, æ, f. 1. idem quod compactio, a compingo. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Compacturæ habet laxationem.

Compactus, a, um, o. 1. a. [illegible], partic. a compingo, compoſitus, conjunctus, *attaccato*, *ſtretto inſieme*. *Cic.* 3. *de Fin.* Quid aut in natura, aut in operibus manufactis tam compoſitum tamque compactum, & coagmentatum inveniri poteſt? *Virg. Ecl.* 2. *v.* 36. Diſparibus ſeptem compacta cicutis fiſtula. *Colum.* 6. 1. Compacti boves, *bue compleſſi*.

Compages, is, f. 3. *congiunzione*, [illegible], idem ac compago, a pango. *Cic. de Sen. c.* 21. Dum ſumus in his incluſi compagibus corporis.

Compaginatus, a, um, adject. *unito*, *attaccato*. *Ammian. l.* 21. *c.* 2. *de ferro*: Axiculis orbis erat compaginatus.

Compagino, as, are, a. 1. compingo, *unire*, *congiungere*, [illegible]. *Prudent. in Romano*, *v.* 890. Aut fracta nodis ſarciens compaginat.

Compago, ginis, f. 3. *congiunzione*, [illegible], Ger. *fügung*, Gal. *jointure*, Hiſp. *ayuntamiento*, [illegible], conjunctio, & compoſitio, a pango. *Ov.* 1. *Met. v.* 711. Diſparibus calamis compagine ceræ.

Compagus, i, m. 2. qui communi jure cum alio pago utitur, illique ſocius eſt. In vet. epigraphe legis paganæ apud Mazochium de titulo camp. Amphith. c. 8.

Compar, aris, o. 3. *pari*, *eguale*, [illegible], Ger. *gleich*, Gal. *pareil*, Hiſp. *igual*, [illegible], conveniens, æqualis, a par. *Liv. l.* 1. *c.* 9. Id demum compar connubium fore. ¶ Compar, ſubſt. conjux. *Plin. l.* 8. *c.* 23. Conjuga ferme vagantur, nec niſi cum compare vita eſt. Adde plures Inſcriptiones tam de mare, quam de fœmina, apud *Reineſ. claſſ.* 10. ¶ De ſocio cujuſvis rei *Plaut. Pſeud.* 4. 3. 9. Primum omnium jam hunc comparem metuo meum. ¶ Eſt & *Compar* rhetoricum ſchema. V. Iſocolon.

Comparabilis, le, o. 3. *comparabile*, συγκριτός, quod comparari poteſt. *Cic.* 1. *de Inv.* Comparabile eſt, quod in rebus diverſis ſimilem aliquam rationem continet.

Comparate, adverb. *in paragone*, συγκριτικῶς, alterius comparatione. *Cic. in Top. c.* 22. Cum quæritur, quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate, ſimpliciter, expetenda ne ſit gloria, comparate, præponenda ne ſit divitiis gloria.

Comparatio, f. 3. *comparazione*, [illegible], Ger. *vergleichung*, Gal. *comparaiſon*, Hiſp. *comparamiento*, σύγκρισις, collatio cum uno, vel cum pluribus ſui generis, vel alieni, a par. *Cic. in Brut.* Cum ipſum audires ſine Comparatione, non modo contentus eſſes, ſed melius non quæreres. ¶ Item apparatus, a paro, *apparecchio*, παρασκευή. *Cic. pro L. Man.* Omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, ſed ad comparationem novi contulit. ¶ Item acquiſitio, *acquiſto*. *Cic.* 2. *de Fin.* Sit tam facilis, quam vultis, voluptatis comparatio.

Comparatitius, a, um, adject. idem quod comparabilis. *Tertull. adv. Valent. c.* 13. Angelorum comparatitius antiſtatus. *In Cod.* 12. 40. 2. Aurum comparatitium.

Comparative, adverb. comparate, *a paragone*. *Gell. l.* 5. *c.* 21. Complures cum dicimus, non comparative dicimus.

Comparativus, a, um, o. 1. a. συγκριτικός, comparabilis, quod æquat, vel quod per comparationem adhibetur. *Cic. de Inv. l.* 2. *c.* 24. Oportebit ipſam illam comparativam judicationem exponere. ¶ Hinc comparativus gradus apud Grammaticos.

Comparator, oris, m. 3. qui comparat, ſeu coemit. Vet. Gloſſ. [illegible], *Leg.* 1. *Cod. de Præd. Decur.* Oppreſſus potentia comparatoris. Adde *Jul. Paul. recept. ſent. tit.* 17.

Comparatus, a, um, adject. a par, *paragonato*. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 4. Cum Æſernino Samnite Pacidianus comparatus. ¶ Item paratus, *apparecchiato*, *preparato*, a paro. *Curt. l.* 3. *c.* 6. *n.* 3. Supellex non ad uſum modo, ſed ad oſtentationem luxus comparata. V. *Comparo*.

Comparatus, us, *apparato*, *provviſione*. *Vitruv. in præfat. l.* 7. Amplo modulorum comparatu architectari.

Comparco, is, arſi, ere, idem quod parco, parcendo conſervo, *ſparagnare*. *Ter. Phorm.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo comparſit miſer. ¶ Huc pertinet illud Feſti: *Comparſit* Terentius pro *compeſcuit* poſuit: Ubi *Salmaſ.* legendum putat pro *comperſit*.

Compareo, es, ui, n. 2. *comparire*, [illegible], Ger. *erſcheinen*, Gal. *comparoiſtre*, Hiſp. *comparecer*, φαίνομαι, appareo, in conſpectu ſum, adſum. *Cic. pro Cluent. c.* 64. In eos ſervos, qui non comparebant. ¶ Metonymice ſignificat extare. *Liv.* Excellentia ejus generis ornamenta a Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet. *Plaut. Amphitr.* 2. 1. 83. Et memor ſum, & diligens, ut quæ imperes, compareant, h. e. fiant.

Comparilis, le, adject. idem quod compar, *eguale*, *ſimile*. *Auſon. Eclog.* 1. *v.* 38. Neſcit compariles laterum formare figuras.

Comparo, as, avi, atum, a. 1. *paragonare*, *aſſomigliare*, [illegible], Ger. *vergleichen*, Gal. *comparer*, Hiſp. *comparar*, συμβάλλω, eſt adæquare, conferre, a compar. *Cic. pro Dom. c.* 13. Quæſo, Pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. ¶ Dicimus autem & comparare aliquid ad aliquid, & comparare inter ſe, & comparare alicui. *Cic. Terent. Liv.* Sic comparare ſimilitudines, & comparare pugnantia, dixit idem *Cic. in Orat. c.* 12. & *l.* 1. *Offic. c.* 4. ¶ Eſt etiam oratum verbum nam cum induſtri eo gladiatores in paria ordinarentur, qui inter ſe pugnarent, non tantum *componi*, ſed & *comparari* dicebantur, ut ex *Quintil. Declamat.* notat *Lipſ. l.* 2. *Saturn. c.* 19. Hinc conſtatio iniquius comparata, apud *Terent. Adelph.* 1. 2. 3. hoc eſt inter impares inſtituta. Itaque apud *Cic.* compingere, & comparare ſynonyma ſunt, in *Timæo Platon.* ubi ait: Ita contigit, ut inter ignem, & terram aquam Deus animamque componeret, eaque inter ſe compararet, atque compingeret. *Plaut.* etiam comparare labella cum labellis, h. e. conjungere, dixit *Aſin.* 3. 3. 73. ¶ Eſt etiam comparo, idem quod paro, præparo, *preparare*, *apparecchiare*, ut comparare convivium, copias, exercitum, argentum, &c. *Plaut. Cic.* & al. ſæpe. ¶ Adhibetur etiam abſolute, ſubaudito caſu accuſ. *Nep.* 8. 2. 2. Tempore ad comparandum dato. ¶ Comparare ſe, *apparecchiarſi*. *Cic. pro Mil.* Dum uxor, ut fit, ſe comparat. ¶ Cum infinito, apud *Ovid.* 2. *Triſt.* Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta Comparat, &c. ¶ Item componere. *Plaut. Amphitr.* 2. 3. 5. Vultum e vultu alterius comparare. ¶ Item acquirere, ut comparare ſibi laudem ex artibus, *Cic.* 2. *Fam. epiſt.* 4. Comparare auctoritatem ex re bene geſta. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 53. Sic comparare ſibi amicitias, commoda, voluptates, &c. *Cic. Plaut.* &c. ¶ Item emere, *comperare*, ut comparare frumentum, *Liv. l.* 2. *c.* 9. Comparare carius, *Sueton. Calig. c.* 37. ¶ *Comparatum eſt ut*, frequens dicendi formula, h. e. conſtitutum, receptum, in more poſitum eſt: pro quo etiam dicimus: *Ita natura comparatum eſt*, *Comparati ita ſumus a natura*, ut, &c. Ital. *Tale è la condizione della noſtra natura*, *così va*, *così ſuol'eſſere*, *Cic. Ter.* &c. ¶ Comparare pro conſtituere, *regolare*, *ſtabilire*. *Cic. pro Roſc. Amer.* More majorum comparatum eſt, ut &c. *Id. ad Brutum*: Sed hoc præclare legibus comparatum eſt, ut, &c. ¶ Comparare inter ſe, *accordarſi*, *ſtabilire*, *deliberare*. *Liv. lib.* 24. Ut Conſules ſortirentur, compararentque inter ſe uter Cenſoribus creandis comitia haberet. Sic comparare provincias inter ſe, apud eund. ſæpe, idem eſt ac partiri, quod habet *Cic. epiſt.* 9. *ad Lentulum*.

Compaſco, is, a. 3. *paſcere con gli altri*, Ger. *mitweyden*, Gal. *paiſtre enſemble*, Hiſp. *apacentar juntamente*, [illegible], ſimul paſco. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. ¶ Compaſcor, paſtivum. *Varr.* 1. *de R. R. c.* 52. Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci.

Compaſcuus, a, um, o. 1. a. quod ad compaſcendum attinet, ut Jus compaſcuum, jus compaſcendi. *Scævola l. Teſtatrix*, *ff. ſi ſerv. vind.* ¶ Compaſcuus ager, [illegible], qui vicinis ad communiter paſcendum relictus eſt. *Cic. in Top. c.* 3. *Feſt.*

Compaſſibilis, le, adject. qui compatitur. *Tertull. adverſ. Prax. c.* 29. Pater ſi compaſſibilis, utique paſſibilis.

Compaſſio, onis, f. 3. [illegible], communis dolor. *Tertull. de Reſurr. Carn. c.* 40. Quod pro compaſſione promittitur.

Compaſticus, a, um, adject. ut compaſticæ deliciæ, h. e. jactantiæ, & inanis gloriæ plenæ, apud *Plaut. Truc.* 5. 1. 44. ut legit, & exponit Lambinus,

Digitized by Google

binus; cui tamen adverſantur Recentiores Critici.

Compaſtus, oris, m. 3. qui ſimul paſcit, συμποιμὴν: *Hyginus fab.* 187. Alter compaſtor.

Compaſtus, a, um, partic. *paſciuto, o chi s'è paſciuto*. *Plin.* 32. 6. Oſtrea Brunduſina in Averno compaſta ſuum retinent ſuccum.

Compatior, eris, ſus ſum, una patior, συμπαθεῖν. *Tertull. adverſ. Prax. c.* 29. Nec compaſſus eſt pater filio. *Et mox*: Quid eſt compati, quam cum alio pati?

Compatronus, i, m. 2. ſimul patronus. *Ulpian. l.* 1. *ff. ſi quid in fraud. patr.* Adverſus compatronum Faviana non competit.

Compaveſco, is, ere, idem quod expaveſco, *aver paura, venir pallido*, συμφοβεῖν. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 6. Hoc ubi illa audivit, animo compaveſcit.

Compavitus, a, um, adject. pavitus, tuſus, *battuto, percoſſo*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Miſera illa compavita, atque dirupta.

Compecco, as, ſimul pecco. *Cal. Aurelian. Tard.* 3. 1. *ad fin.*

Compeciſcor, ſive Compaciſcor, eris, pactus ſum, pactum ſimul facio, *far patto inſieme*. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 129. Si ſumus compecti, ſive conſilium unquam invenimus. *V. Taubm. & Pareum in Lex. Crit.*

Compedio, is, ivi, itum, ire, eſt compedibus vincire, vel impedire. *Var. apud Non. in Compedes, c.* 1. *n.* 115. Domo exeo, intro, & pedes corrigias compedio.

Compeditus, a, um, compedibus vinctus, *legato con ceppi*. *Plaut. Captiv.* 5. c. 24. In lapicidinas compeditum condidi. *Cato de R. R. c.* 56. Servi compediti.

Compellatio, onis, f. 3. reprehenſio, accuſatio, *riprenſione, accuſa*, ἔγκλησις. *Cic. Fam.* 12. *epiſt.* 23. Crebras compellationes meas non tulit. *Gell. l.* 1. *c.* 5. Maledictis, compellationibuſque probroſis jactatus eſt.

Compello, is, compuli, lſum, a. 3. *unire*, ,Ger. *auſſtoſſen*, Gal. *pouſſer*, Hiſp. *expuxar*, συνελαύνω, proprie ſignificat, inquit *Servius*, diverſa vel diverſorum generum animalia eodem cogere. *Virg. Ecl.* 7. Compulerantque greges Corydon, & Thyrſis in unum. ¶ Sed tamen dicitur etiam de hominibus. *Cic.* 1. *de Inv.* Diſperſos homines in agris, & in tectis ſylveſtribus abditos ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit. ¶ Eſt etiam impellere, adigere, *ſpingere*. *Plin. l.* 36. *c.* 5. Creditur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe. ¶ Et tranſlate redigere, *ridurre*. *Cic.* 4. *Acad.* Cum ſit campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus? ¶ *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Compellere oſſa in ſuam ſedem, *rimettere a ſuo luogo*.

Compello, as, avi, atum, a. 1. *favellare*, קרא, Germ. *anſprechen*, Gall. *appeller*, Hiſp. *llamar*, προσαγορεύειν, alloquor, ab antiquo *pello, as*, loquor. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 72. Blande aliquem compellare. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 14. Compellare nominatim. ¶ Aliquando idem eſt atque accuſare, objurgare. *Nepos in Timol. c.* 1. *n.* 5. Quin eum fratricidam, impiumque deteſtans compellaret. *Sueton. in Caſ. c.* 17. Quod compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet, h. e. vocari in judicium. Sic *Cal. ad Cic. l.* 8. *epiſt.* 12. Compellare lege.

Compellucidus, a, um, adject. pellucidus, *traſparente*. *Plaut. Per.* 5. 3. 16. Nihil eſt e nigro compellucidum. Ita referunt Lexicographi plerique. At *Taubmanni* lectio ſic habet: *Nihil eſt macrum illud epicrocum pellucidum*.

Compendiarius, a, um, n. 1. 2. *breve, ſuccinto*, קצר, Ger. *das kurtz iſt*, Gal. *abbregé*, Hiſp. *compendioſo*, σύντομος, brevis, & veluti ad certam metam per compendium ducens. *Cic.* 2. *Off.* Hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe. ¶ Abſolute *compendiariam*, pro compendiaria via, ſeu ratione, *Senec. epiſt.* 27. Hanc compendiariam excogitavit. *Et epiſt.* 119. Ad maximas te divitias compendiaria ducam. *Id. Senec. epiſt.* 73. Te in cælum compendiario voco, ſcil. itinere.

Compendiatus, a, um, adject. in compendium redactus, *riſtretto, ridotto in compendio*. *Tertull. adv. Marc. c.* 9. Facturus ſermonem compendiatum.

Compendifacio, is, ere, *guadagnare reſtringendo*, συντέμνω, κερδαίνω, ad compendium duco, lucror parſimonia. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 2. Ego hodie compendifeci duas panes. *Id. Moſtel.* 1. 1. 57. Orationis operam compendifacito. ¶ Et diviſum in duas voces eodem fere ſenſu. *Id. Bacch.* 2. 1. 6. Compendi multa verba faciam tibi. Et paſſiv. apud *eund. Aſin.* 2. 2. 41. Verbis velitationem fieri compendi volo. Ubi alii leg. *Verbivelitationem*.

Compendioſus, a, um, n. 1. 2. *breve*. *Prudent. in Laurent. v.* 335. Mortis eſt compendioſus exitus. ¶ Item utilis. *Colum. l.* 1. *c.* 4. Quod per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma ſit compendioſum.

Compendium, n. 2. *parſimonia, guadagno*, κέρδος, eſt id, quod parſimonia quadam ſervamus, ſicut e contrario diſpendium, quod vel incuria, vel immoderatione profundimus. *Cic.* 3. *Ver. c.* 46. In quæſtu ſuo, compendioque verſari. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Magno ligni compendio percoquunt. ¶ Hinc facere compendi, eo modo, quo facere lucri, *guadagnare colla parſimonia*. V. Compendifacio. ¶ Significat etiam brevitatem, epitomen, *compendio, riſtretto*, ἐπιτομή. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Brevia docendi monſtrare compendia. Sic compendium viæ, *la ſtrada più corta*. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Compendium viæ quatriduí deprehenſum eſt. Et abſolute compendium pro eodem. *Florus l.* 3. *c.* 3. Marius, mira ſtatim velocitate occupatis compendiis, prævenit hoſtem. ¶ Dicimus autem facere compendium alicui rei. *Plaut. Capt.* 5. 2. 12. Et facere compendium alicujus rei, *Id. Rud.* 1. 2. 90.

Compenſatio, f. 3. *ricompenſa*, שלום, Germ. *vergeltung*, Gal. *recompenſe*, Hiſp. *compenſacion*, ἀμοιβή, eſt actus ille, quo addendo aliquid æquales redduntur lances: & tranſlate definitur a *Modeſt. l.* 1. *ff. de compenſ. debiti, & crediti inter ſe contributio*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Has uſurum compenſatione ſapientem, ut voluptatem fugiat.

Compenſatus, a, um, *ricompenſato*, repenſus, ἀντελλαγείς. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 4. Labores magna compenſati gloria mitigantur. *Id. Ver.* 5. *c.* 13. Damna compenſata.

Compenſo, as, avi, atum, a. 1. *ricompenſare, rimunerare*, שלם, Ger. *vergelten*, Gal. *compenſer*, Hiſp. *compenſar*, ἀντισταθμίζομαι, eſt ſimul pondero, a *cum* & *pendo*, & tranſlate ſumitur pro rependere, remunerari. *Cic. Ver.* 7. *c.* 13. Diſſolvere, & compenſare damna. Et *de Senect. c.* 11. Vitia ſenectutis diligentia compenſanda ſunt. ¶ Et cum præpoſit. *Id.* 2. *Fin. c.* 30. Compenſabatur cum ſummis doloribus lætitia.

Comperendinatio, f. 3. *proroga di tre, o più giorni nelle cauſe forenſi*, ἀναβολή, eſt judicii dilatio in alium diem, quam judices reo, vel accuſatori petenti concedunt. *Gell. l.* 14. *c.* 2. definit. Comperendinatio erat, quando reus in tertium diem rejiciebatur. Sed re vera accipitur pro quantumvis longa judiciali dilatione. ¶ In cauſis civilibus ab *Aſconio Pædiano* deſcribitur 3. *Ver.* mutua denuntiatio in perendinum, ſive tertium diem, ne alter litigatorum imparatus tergiverſari poſſit. *Plin. l.* 6. *epiſt.* 2. Leges tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur. V. *Ampliatio*.

Comperendinatus, us, m. 4. idem quod comperendinatio. *Cic.* 1. *Ver. c.* 9. Adimo comperendinatum, quod habet lex moleſtiſſimum, hic ut cauſa dicatur.

Comperendinatus, a, um, adject. dilatus in tertium diem, vel amplius. *prorogato*. *Cic. Ver.* 1. *c.* 7. Nemo iſtum comperendinatum, ſed condemnatum judicaret.

Comperendino, as, a. 1. *differire*, אחר, Ger. *verweylen von tag zu tag*, Gal. *differer de jour, en jour*, Hiſp. *deferir de dia en dia*, ἀναβάλλομαι, eſt in perendinum diem, ſive diem alium differre. *Cic.* 1. *Ver.* Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias, meos, ut ante primos ludos comperendinem. ¶ Comperendinari reus dicebatur, cum judices reo, vel accuſatore petente concedebant, ut judicium in alium diem differretur, *Cic. Ver.* 3. & 6.

Comperendinus, a, um, adject. ut comperendini dies, apud *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 16. quibus ſcil. vadimonium licet dicere, & in jus vocare.

Compereo, ſimul pereo, *Diomed. Gram. l.* 1.

Comperio, is, comperi, ertum, a. 4. *trovare*, ידע, Ger. *für gewiſs halten*, Gal. *ſavoir avec certitude*, Hiſp. *ſaber de cierto*, εὑρίσκω, invenio, deprehendo, a *pario*, quia quod comperitur, quaſi in lucem editur. *Cic. Attic.* Scripſit, ſe id certis auctoribus comperiſſe. ¶ Comperior depon. *Sal. in Jug. c.* 43. Sed ego comperio, Bocchum, magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, Numidiam ſpe pacis detinuiſſe. Adde *c.* 108.

Compernes, m. 3. homines pernis, & genibus plus juſto conjunctis, iidem ac valgi, ſeu vatii, quibus crura intrarſum incurvantur. *Lucil. apud Non. c.* 1. *n.* 103. Compernem, aut varam fuiſſe Amphitryonis conjugem Alcmenam. *Plaut. Mil.* 3. 1. 128. Aut valgum, aut compernem. ¶ *Nonius loc. cit.* compernes dici ait homines longis pedibus.

Comperte, adverb. certe, explorate, *certamente*. *Gell. l.* 1. *c.* 22. Exquiſite, & comperte Julius Paulus dicebat. *Id. l.* 1. 11. Qui hoc compertius memoriæ tradiderunt.

Compertus, a, um, n. 1. 2. *trovato*, καταφωραθείς, deprehenſus. *Suet. in Tiber.* Uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret. *Liv. l.* 22. Duæ Veſtales eo anno ſtupri compertæ ſunt, *trovate ree*. Sic compertus flagitii, apud *Tacit. Annal. l.* 1. *c.* 3. ¶ Comperta oculis perferre, *Liv. l.* 29. *coſe vedute cogli occhi propri*. ¶ Compertum habere de aliqua re, *eſſer certo, ſicuro di qualche coſa*. *Cic. pro Cluent. c.* 45. ¶ Comperto, ablat. abſolute poſitum. *Tacit. Annal. l.* 1. *c.* 66. Cæcinna, comperto, eſſe formidinem, h. e. cum comperiſſet. *Liv. l.* 33. *c.* 5. Nondum comperto, quam in regionem veniſſet.

Compes, edis, f. 3. *ceppo*, כבל, Ger. *fuſsband*, Gal. *fers aux pieds*, Hiſp. *grillos*, πέδη, vinculi genus, quo captorum pedes conſtringuntur, a *cum*, & *pes*, quia pedes ligat. *Juven. Sat.* 11. *v.* 80. Squallidus in magna faſtidit compede foſſor. *Cic. Attic. l.* 8. Age jam has compedes, faſces, inquam, hos laureatos referre ex Italia quam moleſtum eſt! ¶ Erant etiam compedes inter mulierum ornamenta. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Argentum ſuccedit aliquando & auro, luxu feminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tritior vetat. ¶ In ſingulari numero præter ſextum caſum exempla hujus nominis vix reperies. ¶ Compedes parati, maſcul. gen. dixit *Lactant. de mort. perſecut. c.* 21. *n.* 3.

Compeſco, is, ſcui, ſine ſup. a. 3. *raffrenare, contenere*, Ger. *binderhalten*, Gal. *retenir*, Hiſp. *refrenar*, συστέλλω, proprie eſt iiſdem paſcuis continere, cujus contrarium eſt diſpeſco, h. e. gregem in diverſa paſcua diduco. *Feſtus*. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 63. Hunc frænis, hunc tu compeſce catena. *Juven. Sat.* 1. *v.* 160. Digito compeſce labellum. ¶ Apud *Plaut. Bacchid.* 3. 3. 30. Compeſcere pro parcere ponitur: Cave, inquit, malum, & compeſce in illum dicere injuſte. Sic *Apul. l.* 9. *Mileſ.* Nec fugientibus ſaltem compeſcunt, ſed eo magis irritatiores ſequuntur. V. *Voſſ. Etymol.* verbo *Paſco*.

Competens, entis, adject. conveniente, *convenevole, competente*, ut Judex competens, cui ſcil. competit judicare de aliqua re, ſeu qui habet legitimam auctoritatem judicandi. *Ulp. Leg. cum quædam puella D. de juriſdict. omn. judic.* Sic Tribunal competens, *Id. l. ſed & hæ, ff. de procurat.* ¶ Comparat. *competentior*. *Auct. Paneg. ad Maxim. & Conſtant. c.* 7. Quid competentius, quid providentia tua dignius facere potuiſti?

Competenter, *mediocremente, competentemente*, ,Ger. *füglich*, Gal. *mediocrement*, Hiſp. *convenientemente*, μετρίως, mediocriter, vel convenienter. *Prudent. Rom. v.* 118. Perſona quæque competenter plectitur. *Hieron. adv. Helvid. c.* 2. Alio in loco competentius diſſeremus. *Apul. Apol. p.* 316. Competentiſſime videor uſus Platone.

Competentia, f. 1. *convenienza, ſimmetria*, ἀναλογία, convenientia. *Gel. l.* 1. *c.* 1. Secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus eſt.

Competitio, onis, f. 3. *competenza, concorſo*, actio aliquid ſimul petendi. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 9. Inter aleatoriarum vocum competitiones.

Competitor, m. 3. *concorrente, competitore*, συναιτητής, qui cum Magiſtratibus, & aliis honoribus petendis cum alio concurrit. *Cic. Att. lib.* 1. Hoc tempore Catilinam competitorem noſtrum defendere cogitamus. Adde 1. *Offic. c.* 12.

Competitrix, icis, f. 3. quæ ſimul petit. *Cic. pro Mur. c.* 19. Nos quoque habuimus ſcenam competitricem.

Competo, is, ivi, tii, itum, a. 3. *dimandar inſieme, concorrere*, Ger. *begeren*, Gal. *etre competeur*, Hiſp. *competer*, συναιτέομαι, ſimul peto. *Plin. de Viris illuſtr. c.* 39. Unam duobus ſpecioſam competentibus pater puellæ conditionem tulit. ¶ Interdum neutrum eſt, & ſignificat, ut ait *Nonius*, conſtanter valere, compotem eſſe, *Fragment. Salluſt. ex l.* 1. *hiſtor.* Quaſi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere. Sic *Tac.* 3. *hiſt. c.* 73. Dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competebat. ¶ Significat etiam quadrare, convenire. *Quintil. l.* 3. *c.* 4. In eum competit actio. *Colum. l.* 4. *c.* 10. Si cuncta competunt voto. Competere cum aliquo, habet *Tac.* 2. *hiſt. c.* 50. eodem ſenſu. ¶ *Colum. l.* 2. *c.* 2. Foſſæ aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant, *vadano a finire*. ¶ Pro accidere, contingere, poſuit *Senec. ep.* 75. Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem: ſed ſi ita competit, ut idem ille, qui ſanare poteſt, compte de his, quæ facienda ſunt, diſſerat, bene conſulet.

Compilatio, f. 3. *furto, rubamento*, Ger. *beraubung*, Gal. *pillement, pillage*, Hiſp. *robo*, ὑφαίρεσις, furtum. *Cic. Cal. l.* 2. *Fam. ep.* 8. Ut vadimonia dilata, & Chreſti compilationem mitteres.

Compilatus, a, um, furto ablatus, *rubato*. *Leg.* 33. *ff. de negot. geſt.* Hæres viri defuncti uxorem compilatæ hæreditatis poſtulare non debet.

Compilo, as, avi, atum, a. 1. *pigliar da ogni parte, rubare*, גנב, Ger. *ſtelen*, Gal. *piller*, Hiſp. *robar*, συναθροίζομαι, ſignificat cogere, in unum condere, undique ſurripere, ut exponit *Feſt. Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 120. Ne me Criſpini ſcrinia lippi Compilaſſe putes. *Apul. Apol.* Compilare domum alicujus.

Compingo, gis, pegi, pactum, a. 3. *cacciare, ſpingere*, ,Ger. *zuſamen trucken*, Gal. *pouſſer*, Hiſp. *empuxar*, συνωθέομαι, detrudo, compello, a *con*, & *pango*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 11. Tanquam in aliquod piſtrinum detrudi, & compingi videbam. ¶ Item compono, conjungo, *unire*, συμπήγνυμι. *Colum. l.* 6. *c.* 19. Roboreis axibus compingitur ſolum. *Lactant. l.* 7. *c.* 7. Ut ſummam illam, quæ continet univerſa, compingerent, & implerent.

Compitalia, orum, n. 2. vel ium, n. 3. ἀμφόδια, feſta, quæ in compitis peragebantur die 2. Januar. in honorem Deorum Larium, ſeu Larium Compita-

pitalium, vel ut Chariſius ait, eorum, qui peregre mortui eſſent. Cato de R. R. c. 5. Rem divinam, niſi Compitalibus, in compito, aut foco ne faciat.

Compitalis, & le, n. 3. quod ad Compita ſpectat, ut Compitales Lares, qui Compitis præſunt. Sueton. in Aug. c. 31. Compitales Lares ornare bis anno inſtituit, vernis floribus, & æſtivis.

Compitalia, orum, n. 2. feriæ Compitalitiæ. Cic. in Piſon. c. 4. Cum in Calendas Jan. Compitalitiorum dies incidiſſent.

Compitalitius, a, um, o. 2. a. quod eſt Compitalium. Cic. Att. l. 2. Hoc ambulationibus Compitalitiis reſervemus. ¶ Dies Compitalitius, quo Compitalia celebrabantur. Cic. Att. l. 7. c. 7. Quoniam IV. Non. Jan. Compitalitius dies eſt.

Compitum, n. 2. ἄμφοδον, quadrivium, locus, ubi duæ, vel tres, vel quatuor, vel plures viæ concurrunt, tum in urbibus, tum in pagis, a competo, concurro, vel a compoto, quod ibi ſacrificia fierent. Cic. de Leg. Agr. Quam in triviis, aut in compitis auctionentur. ¶ Antiquis in uſu erat & compitus, ti, q. m. Var. apud Non. c. 3. n. 38. Ubi Compitus erat aliquis.

Complaceo, es, cui, & complacitus ſum, n. 2. piacere ſommamente, רצה, Ger. gar wol gefallen, Gal. complaire, Hiſp. mucho plazer, συναρέσκω, valde placeo. Plaut. in Rud. 1. 3. 3. Hoc Deo complacitum eſt. Id. ibid. 3. 4. 22. Illæ autem Veneri complacuerunt. Ter. And. 4. 1. 21. Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi. Gell. l. 17. c. 9. Quænam vero, pro quo ſcriberetur, ante iis complacebat.

Complaco, idem ac placo, placare. Tiro apud Gell. l. 7. c. 3. Conciliare ſibi, & complacare judices debens.

Complanator, oris, m. 3. appianatore, qui complanat. Apul. Apol. p. 277. Pulviſculus complanator tumidulæ gingivulæ.

Complano, as, a. 1. ſpianare, ישר, Ger. ebnen, Gal. applanir, Hiſp. allanar, ἰσοπεδίζω, planum reddo. Cic. pro Domo, c. 38. Sp. Mælii Regnum appetentis domus eſt complanata, ideſt ſolo æquata.

Complatonicus, i, m. qui ſimul cum aliis Platonem ſequitur. Sidon. in epiſt. præfixa carmini 14.

Complaudo, dis, n. 3. eſt plauſu certatim comprobare. applaudere. Cic. de Amic. Stantes complaudebant in re ficta. Alii leg. plaudebant.

Complector, eris, complexus ſum, com. 3. capio, contineo, circumſcribo, complexu teneo, comprehendo, abbracciare, comprendere, חבק, Ger. umbfachen, Gal. embraſſer, Hiſp. abraçar, περιλαμβάνω, Cic. de Univ. Quod omnes animantes eos, qui ratione intelliguntur, complectitur. ¶ Specialim eſt brachiis includere, & ſibi nectere. Ter. And. 1. 1. 106. Mediam mulierem complectitur. ¶ Tranſlate eſt amare, favere, defendere. Cic. ad Q. Fr. Quare, ut inſtituiſti, complectere adoleſcentem. Id. ad Brut. Quos æque, atque te, ſumma benevolentia ſum complexus. ¶ Complecti animo, mente, cogitatione, &c. eſt cogitare, conſiderare, penſare. Cic. de Sen. Cum complector animo, quatuor cauſas reperio, &c. ¶ Eſt etiam tractare, deſcribere. Cic. 1. Tuſcul. At contra Oratorem celeriter complexi ſumus. ¶ Complecti in auro effigiem alicujus, far' il ritratto di qualcuno in oro. Ovid. 1. Triſt. eleg. 6. v. 7. ¶ Ampliſſimos viros ad ſuum ſcelus complecti, impegnare nelle ſue ſcelleragini. Cic. in Piſon. ¶ Legitur etiam paſſiva ſignif. Cic. pro Roſc. Amer. c. 13. Uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videntur. ¶ Item active Complecto, is, Pompon. apud Non. c. 7. n. 39. Quin ergo, quando convenit, complectite.

Complementum, n. 2. compimento, הבלה, Ger. erfüllung, Gal. accompliſſement, Hiſp. hinchimiento, συμπλήρωμα, completio, ſupplementum. Cic. in Brut. c. 69. Inania quædam verba, quaſi complementa numerorum.

Compleo, es, evi, etum, a. 2. empire pienamente, empire, finire, מלא, Ger. erfüllen, Gal. remplir, Hiſp. henchir, συμπληρόω, ad ſummum, ſive undique impleo, ex con, & antiquo pleo. ¶ Fere eſt quanti ordine. Cic. pro Cluent. Gradus theatri hominibus ſeditioſis accuſator compleat. ¶ Uſurpatur etiam in ſecundo. Plaut. Men. 5. 5. 3. Paraſitus me complevit flagitii, & formidinis. ¶ Tranſlate eſt perficere, abſolvere, finire. Cic. de fin. Illi corporis commodis compleri beatam vitam putant. Id. de Sen. c. 5. Leontinus Gorgias centum & ſeptem complevit annos. ¶ Item adimplere, adempire, ut complere promiſſum, Cic. 5. Verr.

Completor, oris, m. 3. qui adimplet. Juvenc. in Matt. c. 12. Legum completor JESUS.

Completus, a, um, o. t. a. fornito, compito, τέλειος, abſolutus, plenus. Cic. in Orat. Aures perfectis, completaque ambitu gaudent. Id. de Divin. l. 2. c. 58. Eorumque conſentientium multitudine completur mundus.

Complex, icis, o. 3. συνεργός, particeps ſceleris, complice. Sidon. l. 8. epiſt. 11. ad Lupum. Cæteriſque complicibus oppreſſis. Adde Prudent. in Romanorg. v. 616.

Complexim, adverb. abbracciando, complectendo. Plaut. Pœn. 3. 3. 84. Complexim contrectare mulierem.

Complexio, f. 3. abbracciamento, συμπλοκή, comprehenſio. Cic. in Orat. Nec acervatim multa frequentans una complexione devinciet. ¶ Item dilemma. Cic. 1. de Invent. Complexio eſt, in qua utrum conceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus eſt, cur uteris? ſin probus, cur accuſas? ¶ Item concluſio ſyllogiſmi. Cic. de Invent. 1. Complexio eſt, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. ¶ Complexio verborum periodus eſt. Cic. in Orat. Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volvi uno ſpiritu poteſt. ¶ Item Figura Rhetorica, quæ idem verbum in principio, & in fine repetitur: ita dicta, quia Repetitionem, & Converſionem complectitur. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 14.

Complexivus, a, um, adject. copulativus, ut complexiva conjunctio, apud Diomed. Grammat. l. 2.

Complexo, as, are, idem quod complector. Corippus l. 1. verſ. 114. Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ. ¶ Hinc complexatus, a, um, abbracciato, paſſiv. particip. apud Apul. 10. Metam.

Complexus, a, um, o. 1. 2. περιπλακείς, partic. a complector. Cicer. in Sen. Complexus me ſenex collacrymavit. Virg. Æneid. 6. verſ. 7. 8. 6. Centum complexa nepotes. ¶ Et paſſiva ſignif. abbracciato. Cic. pro Roſc. Amer. c. 24. quo uno maleficio ſcelere omnia complexa eſſe videantur.

Complexus, us, ui, m. 4. complexio, abbracciamento, συμπλοκή. Cic. pro Pomp. c. 17. Avelli, & abſtrahi de matris complexu. Id. Philip. 2. c. 25. In complexum alicujus venire.

Complicatus, & Complicitus, a, um, adject. connexus, adnexus, inviluppato, unito. Metaphorice Cic. 3. Offic. c. 19. Animi ſui complicatam notionem evolvere. Apul. l. 9. Metam. ad fin. Complicitus pedibus.

Complico, as, cui, a. 1. piegare inſieme, קפל, Ger. zuſammen wickeln, Gal. plier enſemble, Hiſp. plegar juntamente, συμπτύσσω, ſimul plico. Cic. Q. Fr. l. 3. epiſt. 5. Cum complicarem hanc epiſtolam. Senec. epiſt. 9. Diogenes complicuit ſe in dolio, & in eo cubitavit.

Complodo, is, ſi, ſum, n. 3. συγκροτέω, eſt concutere, invicem collidere. Quinctil. l. 11. c. 3. Complodere manus ſcenicum eſt.

Comploratio, f. 3. lamento, θρῆνος, lamentatio. Liv. l. 26. Comploratio eorum, flebileſque voces.

Comploratus, sus, m. 4. pianto, lamento. Liv. lib. 25. Comploratu juſto proſequi mortuos.

Comploratus, a, um, adject. nom. ex particip. pianto, compianto. Liv. l. 5. c. 39. Comploratis omnibus vivis mortuiſque.

Comploro, as, a. 1. piangere inſieme, בכה, Ger. bewainen, Gal. plourer enſemble, Hiſp. llorar juntamente, ἐπιθρηνέω, ſimul ploro. Cic. pro Domo c. 37. Prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris.

Comploſus, a, um, battuto inſieme. Senec. l. 1. de Ira, c. 1. Comploſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus.

Compluo, is, idem quod pluo. Varr. l. 4. de L. L. c. 33. Deorſum, qua impluebat, impluvium dictum: & ſurſum, qua compluebat, compluvium. ¶ Compluo eſt aqua pluvia conſpergi. Auguſtin. l. 2. de Geneſ. cont. Manich. c. 23. Firmamentum erat inter aquas inferiores, in quibus Nus natabat, & ſuperiores, quibus compluebatur.

Complures, complura, & compluria, o. 3. molti, רבים, Ger. viel mit einander, Gal. pluſieurs, Hiſp. muchos, συμπλείονες, ... fine num. ſing. idem quod multi, ab antiquo complus, & re, gradus poſitivi, ut docet Gell. l. 5. c. 21. non comparativi. Cic. de Orat. l. 2. c. 26. Ambiguorum complura genera ſunt. Id. Fam. l. 2. ep. 8. Dies complures. Ter. Phorm. 4. 3. 6. Nova hic compluria.

Compluries, & complurieus, adverb. più, e più volte, פעמים, Ger. offtermahl, Gal. pluſieurs fois, Hiſ. muchas vezes, πλεονάκις, ſæpe a compluries. Plaut. Perſ. 4. 3. 65. Metuo hercle vero, ſenſi ego jam compluria.

Complurimus, a, um, adject. idem quod plurimus. Gell. l. 21. c. 1. ex Var. Funera complurima.

Compluſcule, adverb. alquante volte, e il più delle volte. Gell. l. 17. c. 2. Veteres compluſcule ita dixerunt.

Compluſculi, m. 2. dimin. a complures. Ter. Hec. 1. 2. 102. Dies compluſculos bene conveniebat ſane inter eas.

Complutenſis, e, adject. ad Complutum pertinens. Et Complutenſes populi Complutini incolæ. Plin. l. 3. c. 3.

Complutor, oris, m. qui compluit. Auguſtin. ſerm. 8. de diverſ. c. 3. Seminatori, & complutori veſtro multiplicatam reddetis ubertatem.

Complutum, i, n. 2. oppid. & Acad. in Hiſp. Tarra. Alcalà de Henares.

Complutus, a, um, bagnato dalla pioggia. Solin. c. 10. de Thracia: Nautæ compluti ſæpe ex illo caſu imbre ſaxatili.

Compluviatus, a. 2. a. ad compluvii modum factus. Plin. l. 17. c. 21. Vinea compluviata copioſior vino eſt, dicta a cavis ædium compluviis.

Compluvium, ii, n. 2. grondaja, Gal. gouttiere, locus eſt in ſuprema ædium parte, a quo pluvia aqua a multis tectis collecta deſluit. Quomodo differat ab Impluvio explicat Var. l. 4. de L. L. pag. 39. his verbis: In Cavædio ſi locus nullus relictus erat, ſub divo qui eſſet, dicebatur teſtudo: ſi relictum erat in medio, ut lucem caperet, deorſum, quo impluebat, Impluvium dictum, & ſurſum, qua compluebat, Compluvium, utrumque a pluvia. ¶ Putant aliqui, ſed non ſatis confirmant, Compluvium pro Impluvio dici, ex loco illo Sueton. in Aug. c. 92. Enatam inter juncturas lapidum ante domum ſuam palmam, in compluvium Deorum Penatium tranſtulit. ¶ De compluviis vinearum meminit Columel. l. 4. c. 24.

Compluvius, a, um, o. 1. 2. quod ex pluvia aqua colligitur. Var. 1. de re ruſt. c. 13. Uti, ut interius compluvium habeas lacum.

Compondero, as, are, idem quod pondero, vel ſimul pondero. Apul. in Triſmegiſt. p. 89. Pari lance componderans.

Compono, is, a. 3. comporre, mettere inſieme, ערך, Ger. zuſammen ſetzen, Gal. compoſer, Hiſp. componer, συντίθημι, ſimul pono, conjungo, apte pono. Virg. 1. Æn. Aulæis jam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda. Gell. l. 5. c. 3. Componere ligna: h. e. in faſciculos colligere. Sic componere capillos, crines, Virg. Cic. & al. ¶ Ceterum tranſlate multas habet ſignificationes. Nam primo ſignificat conſtituere, moderari, regolare. Senec. epiſt. 89. Philoſophia componit animum. Cic. 3. de Leg. Componere, & conſtituere Rempublicam. ¶ Deinde componere controverſias, lites, bella, eſt ſedare, aggiuſtare, accordare. Cæſ. l. 3. B. C. c. 109. Virg. Ecl. 3. v. 108. Sic cum bona gratia aliquid inter aliquos componere, apud Ter. Phorm. 4. 3. 16. Et Componere caſus, apud Virg. 4. Æneid. ¶ Præterea idem eſt ac facere, ſeu ſcribere. Ovid. 5. Triſt. el. 11. Nec noſtra ſeneri a componendo carmine muſa poteſt. Sic componere hiſtorias, poema, commentarium, librum, &c. Cic. Att. l. 2. ep. 14. & al. Componere fallacias, inſidias, h. e. meditari. Plaut. Amph. 4. Tibul. l. 1. el. 6. ¶ Item diſponere, diſporre, ordinare. Cic. ad Att. l. 15. Ego itinera ſic compoſueram, ut Non. Quinctil. Puteolis eſſem. Componere acies per cuneos, Tacit. de German. ¶ Item comparare, paragonare. Virg. Ecl. 1. v. 23. Sic parvis componere magna ſolebam. Salluſt. Jug. c. 48. Dicta cum factis componere. Sic componere indicem, ſive delatorem, & reum, confrontare. Tacit. 15. Annal. c. 51. ¶ Item ædificare, parare. Virg. 3. Æn. v. 387. Quam tuta poſſis urbem componere terra. ¶ Id. Æn. 8. v. 317. Componere opes. ¶ Componere pro redimere, affert Non. c. 4. n. 65. & Salluſt. l. 1. hiſtor. Lenones & vinarii pretio compoſiti. ¶ Componi etiam gladiatores dicuntur, cum ordinantur in paria, quæ inter ſe pugnent. Auſon. in Technopægn. Quis Myrmilloni componitur æquimanus? Thrax. Al. leg. contenditur. Eodem fere ſenſu Lucan. l. 3. v. 195. Cum ventis, pelagiſque furentibus undis Compoſuit mortale genus: h. e. commiſit. V. Committo. ¶ Denique componere idem eſt ac ſepelire, ſeu cineres colligere, & oſſa urnis condere. Tacit. l. 2. hiſtor. c. 47. Piſonem Verania uxor, & frater Scribonianus, T. Vinium Criſpina filia compoſuere. ¶ Hinc componere diem, dixit Virg. 1. Æn. quod Horat. l. 4. od. 5. Condere diem. h. e. ſepelire.

Comportatio, onis, fem. 3. condotta. Vitruv. l. 1. c. 5. Cum per portus marina ſubvectiones habuerint ad mœnia comportationes expeditas.

Comportatus, a, um, nom. ex particip. advectus, portato, condotto. Cic. 3. de Orat. c. 24. Rebus exquiſitis undique, & collectis, arceſſitis, comportatis.

Comportionalis, le, adject. Aggen. Urb. p. 51. edit. Goeſ. Terminos, qui intra poſſeſſionum fines inveniuntur, comportionalia appellavit antiquitas. Anonym. pag. ibid. 254. Comportionalium ſigna.

Comporto, as, a. 1. συμφέρω, idem, ac porto, vel ſimul porto, vel porto in unum locum, portare, condurre. Cic. in Piſon. Arma in templum Caſtoris luce, & palam comportarentur. Id. Att. l. 5. epiſt. 18. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur.

Compos, otis, o. 3. colui che ha ottenuto qualche coſa, בעל, Ger. mechtig, Gal. jouiſſant, participant, Hiſp. el que alcança, ἐγκρατής, qui potens eſt in aliqua re, qui rei alicujus particeps eſt, qui habet, vel aſſecutus eſt aliquid, a potis, cum gen. vel abl. Cicer. pro Sext. Qui me hujus urbis compotem fecerunt. Liv. l. 3. Præda ingenti compotem exercitum reducit. Plaut. Amph. 2. 2. 13. Compos laudis. ¶ Compos animi, vel mentis eſt, qui animum ſuum habet in poteſtate, ideſt, qui furore, vel amentia non agitatur. Cic. 2. Phil. Tu mentis es compos? tu non conſtringendus? V. impos. ¶ Voti compos eſt, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt. Cic. Nam ut victores dicimus voti compotes, qui, quicquid volunt, faciant. ¶ Compos etiam de rebus malis dicitur. Plaut. Epid. 4. 1. 32. Cedo mihi, accipe ærumnarum, & miſeriarum compotem.

Com-

Digitized by Google

Compoſite, *accomodatamente*, ἀρτίως, apte. *Cic.* 1. *de Orat.* Sin Oratoris nihil vit eſſe, niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Compoſita indutus. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 3. *n.* 5. Compoſitius cuncta, quam feſtinantius agere.

Compoſitio, onis, f. 3. *compoſizione*, [illegible], Germ. *zuſammen ſetzung*, Gal. *compoſition*, Hiſp. *compoſicion*, ἐκθεσις, confectio, ſtructura, compages, coagmentatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ compoſitio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior? ¶ Item diſpoſitio. *Cic.* 1. *Off.* Ordo eſt compoſitio rerum aptis, atque accommodatis locis. ¶ Item pactum, conventio, *convenzione*, *accordo*. *Cic. Philipp.* 2. *c.* 10. Pacis, concordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſtiti. Sic, de compoſitione agere, *trattar d'accordo*. *Caſ. B. C. l.* 1. *c.* 26. ¶ In uſu medicinali idem eſt ac præparatio, vel mixtura. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 38. Compoſitiones unguentorum. Hinc *Scribon. Larg.* librum ſuum de medicina *Compoſitiones medicas* inſcripſit.

Compoſititius, a, um, adject. idem quod compoſitus, aut quod poteſt componi. *Tertu. de Anim. c.* 9. Diſſolubile omne compoſititium, & ſtructile.

Compoſito. Vide Compoſitus.

Compoſitor, oris, m. 3. *compoſitore*, [illegible], Germ. *zuſammenſetzer*, Gall. *compoſiteur*, Hiſp. *componedor*, συντάκτης, qui ſimul ponit, & diſponit. *Cic. in Orat. c.* 19. Non enim inventor, aut compoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia.

Compoſitura, vel compeſtura, æ, f. 1. *compoſizione*. *Gell. l.* 3. *c.* 20. Soloeciſmus eſt impar, & inconveniens compoſitura partium orationis.

Compoſitus, a, um, o. 1. 2. *compoſto*, διατεταγμένος, conglutinatus, diſpoſitus, elegans, aptus, ut compoſitiſſimæ literæ, *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 9. Et compoſita oratio, *Id.* 1. *de Orat.* ¶ Tranſlate compoſita mens dicitur bene ordinata, ſedata cohibitis affectibus. *Senec. ep.* 2. Compoſita ætas, ideſt matura, & quieta, *Tac. Ann.* 1. *c.* 7. ¶ Item ordinatus, diſpoſitus, *Liv. l.* 28. *c.* 12. Acrior impetu atque animis, quam compoſitior ordine ullo, pugna fuit. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 46. Ipſe compoſito, & delibuto capillo per forum volitat, *attillato*. ¶ Item commiſſus, collatus, *poſto a fronte*. *Horat. l.* 1. *Satyr.* 7. *v.* 19. Par pugnat uti non compoſitus melius cum Bitho Bacchius. *Senec. de Provid. c.* 5. Vir fortis cum mala fortuna compoſitus. ¶ Item factus, conſcriptus, *compoſto*, *ſcritto*. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 77. Poema craſſe compoſitum, illepideve. Compoſitas leges, hoc eſt in unum volumen redactas dixit *Juſtinian. in proœm. Inſtitut.* ¶ Item ad concordiam deductus, pacatus, ut Pax compoſita, *Vellej.* 2. 76. 3. Compoſita arma, *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 52. ¶ Item fictus, falſus, *ſimulato*. *Tacit. l.* 1. *Annal. c.* 7. Falſi ac feſtinantes, vultuque compoſito. *Id. Ann.* 13. *c.* 20. Compoſitus ad mœſtitiam: h. e. præferens mœſtitiam. ¶ Denique compoſitus accipitur pro conſtituto, & condicto, *determinato*, *ſtabilito*, ut compoſita hora, *Horat. l.* 1. *od.* 9. *v.* 20. ¶ Hinc ex compoſito, de compoſito, h. e. de induſtria, ex condicto, *appoſtatamente*. *Liv. Tac. Apul.* Ex Compoſito, abſolute eod. ſenſu. *Virg. Ter. Nepos Datam. c.* 6. *n.* 6. In opinionem adducuntur, perfugas mala fide, compoſitoque feciſſe. ¶ *Compoſtus*, pro compoſitus, per ſyncop. ideſt ſepultus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 253. Nunc placida compoſitus pace quieſcit.

Compoſtella. V. Janaſum.

Compotatio, f. 3. *convito*, συμπόσιον, convivium. *Cic. de Sen. c.* 13. Bene enim majores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt melius, quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Compotio, is, ivi, ire, compotem facio. *Apul.* 11. *Met.* Compotire aliquem voti. *Plaut. Rud.* 4. 2. 6. Piſcatu novo me uberi compotivit. ¶ Paſſive Compotior, *Id. Rud.* 5. 3. 60. Ita hic ſolis locis compotita ſum. Niſi forte eſt a *potior*, *potiris*.

Compotor, oris, m. 3. συμπότης, combibo. *Cic.* 2. *Phil. c.* 17. Tum adhibes joci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem.

Compotrix, icis, f. 3. συμπότις, quæ ſimul potat. *Ter. And.* 1. 4. 5. Importunitatem ſpectate aniculæ, quia compotrix ejus eſt. ¶ Adjective uſus eſt *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 9. Famularum turbæ compotrix.

Comprædes, m. 3. συνέγγυοι, ejuſdem rei ſponſores, a præs. *Feſt.*

Compranſor, oris, maſc. 3. συνάριστος, qui ſimul prandet. *Cic.* 2. *Phil. c.* 39. Hunc tu agrum compranſoribus, & colluſoribus dividebas.

Comprecatio, f. 3. λιτανεία, ſupplicatio, genus precationis, quæ ſolemni quondam ritu fiebat apud Romanos ab univerſo populo. *Liv. l.* 39. *c.* 15. Nulli unquam concioni tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria hæc ſolemnis Deorum comprecatio fuit.

Comprecor, idem ac precor. *Ter. in Adel.* 4. 5. 63. Deos comprecare, ut uxorem acceſſas. ¶ Comprecari cœleſtium fidem, eſt Deorum auxilium implorare. *Catul. carm.* 63. *v.* 191. Cœleſtumque fidem ſuprema comprecor hora.

Comprehendibilis. V. Comprehenſibilis.

Comprehendo, is, di, nſum, a. 3. idem quod prehendo, & proprie eſt manu capere, ut Comprehendere arma, comprehendere hominem, &c. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid opus eſt manibus, ſi nihil comprehendatur? ¶ Dicitur etiam de fœmina, quæ ſuſcepto ſemine concipit, *concepire*, συλλαμβάνειν. *Celſ.* 3. 21. Si fœmina non comprehendit. ¶ Item de arboribus, quæ vel ſatæ, vel inſitæ proveniunt. *Pallad. in Mart. tit.* 10. Melius comprehendunt, ſi circa terram intiſe inferantur arbuſta, *legano meglio*. Adde *Colum. de arborib. c.* 3. ¶ Tranſlate eſt concludere, complecti, continere, *contenere*, *abbracciare*. *Cic. Att. l.* 12. Cato verbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. ¶ Item percipere, intelligere, *intendere*, *imparare*, vel abſolute, vel cum abl. animo, mente, cogitatione, ſenſibus, ſcientia, intelligentia, ratione, memoria. *Cic.* 6. *Fam.* Quæ didiciſti, quæque ab adoleſcentia pulcherrime a ſapientiſſimis viris tradita memoria, & ſcientia comprehendiſti. *Id.* 4. *Academ.* Nos enim defendimus, etiam inſipientem multa comprehendere. ¶ Item amplecti, favere. *Cic. pro Cæl. c.* 6. Comprehendere multos amicitia. Et *Fam.* 13. Comprehendere adoleſcentem humanitate. ¶ Poetæ ſæpe contrahunt, ut *Ovid. Met.* 13. *v.* 160. Plura comprendere dictis. *Virg.* 6. *Æn. v.* 626. Omnes ſcelerum comprendere formas.

Comprehenſibilis, le, adject. qui comprehendi, ſeu intelligi poteſt, *comprenſibile*. *Cic. l.* 1. *Acad. cap.* 11. hac voce uſus eſt pene invitus, cum quo pacto græcam vocem καταληπτόν verteret, vix haberet. Inquit enim: Id autem viſum cum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile. feretis hæc? nos vero, inquam, quonam enim modo κατάληπτον diceres? ¶ *Paræus in Lex. Crit.* contendit *Comprehendibile* legendum eſſe. Sed & *Arnob. l.* 1. *p.* 37. Involutæ, & vix ullis comprehenſibiles cauſæ. Et *Senec. l.* 6. *quæſt. natur. c.* 24. Tenuia foramina, nec oculis comprehenſibilia.

Comprehenſio, f. 3. κατάληψις, actus comprehendendi, *il prendere*. *Cic.* 2. *Phil. c.* 8. Nam cum comprehenſio ſontium mea, animadverſio Senatus fuerit. ¶ Item perfecta ſcientia, *cognizione*. *Cic Phil.* 2. *c.* 8. Cognitiones, comprehenſioneſque rerum, e quibus efficiuntur artes. ¶ *Id. l.* 3. *Fin. c.* 13. periodum vocat, Comprehenſionem, & ambitum verborum.

Comprehenſo, as, a. 1. *prender per la mano*, prehenſo. *Claud. Quadrigar.* apud *Priſc. l.* 8. Comprehenſare ſuos quiſque, ſervare, amplexare.

Comprehenſus, a, um, adject. *compreſo*, *inteſo*, *preſo*. *Cic. Catil.* 3. *c.* 5. Captum, & comprehenſum aliquem tenere. *Id. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 5. Aliquid cognitum, comprehenſumque animo habere. ¶ Contracte Comprenſus, *Ovid.* 6. *Met. v.* 556. Comprenſam forcipe linguam abſtulit. Adde *Virg.* 6. *Æn. v.* 701.

Compresbyter, eri, m. qui ſocius eſt in presbyterio. *Auguſtin. ad Hieronym. inter hujus epiſt. n.* 95.

Compreſſatus, a, um, velut a compreſſo, as, idem quod oppreſſus, vox eſt *Tertull. adverſ. Gnoſt. c.* 3.

Compreſſe, idem ac preſſe, breviter. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 6. Quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius. *Macrob. lib.* 1. *Saturn. c.* 6. Quærit compreſſius, violentiuſque.

Compreſſio, f. 3. reſtrictio. *Cic. in Brut. c.* 7. Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves. Sed hæc metaphorice. Proprie *Vitruv. l.* 7. *c.* 8. Cum in pannum infunditur, & manibus premitur, autem compreſſione coactum intra purum invenitur. ¶ De ſtupro vi illato, *Tert. adv. Marc. c.* 34. Qui ex compreſſione matrimonium fecerat.

Compreſſor, oris, m. 3. pro ſtupratore legitur in 2. *Argum. Aulul. Plauti*.

Compreſſus, us, m. 4. *coito*. φθορά. *Ter. Adel.* 3. 4. 29. Virgo ex eo compreſſu gravida facta eſt.

Compreſſus, a, um, nom. ex particip. *riſtretto*, *compreſſo*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 138. Hæc mecum agito compreſſis labeis. *Liv. l.* 7. *c.* 13. Manibus compreſſis ſedere: h. e. otioſum eſſe. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 53. Compreſſa palma, an porrecta ferio, *Debbo dare un pugno, o uno ſchiaffo*. ¶ Annona compreſſa, *incettata*. *Liv. l.* 48. Frumentarios ob annonam compreſſam damnarunt. ¶ Item ſtupratus. *Plaut. Truc. Argument.* Compreſſa virgo. ¶ Comparat. compreſſior, ut vas oris compreſſioris. *Celſ. l.* 6. *c.* 11. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Comprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. idem ac premo, *ſtringere*. *Cic.* 4. *Acad.* Cum plane digitos compreſſerat, pugnumque fecerat. ¶ Item cohibeo, compeſco, *frenare*. *Cic. in Vatin.* Ut ferocitatem iſtam tuam comprimerem. ¶ Item ſiſto, *fermare*. *Celſ. l.* 6. *c.* 1. 18. Neque aſperis, neque alvum comprimentibus. ¶ Item ſupprimo, *ritenere*, *naſcondere*. *Liv. l.* 38. *c.* 35. Comprimere annonam. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 21. Et Græci, & Cives Rom. qui frumentum compreſſerant. *Id. ib. l.* 3. Ita compreſſeram epiſtolam, ut nunquam emanaturam putarem. ¶ Item vitio, corrumpo. *Liv. l.* 1. *c.* 4. Vi compreſſa Veſtalis, cum geminum partum edidiſſet. ¶ *Plaut. Moſtell.* 1. 3. 46. Vix comprimor, quin &c. *appena poſſo trattenermi*.

Comprobatio, f. 3. δοκιμασία, approbatio, *approvazione*. *Cic.* 5. *Fin. c.* 22. Et offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis.

Comprobator, m. 3. δοκιμαστής, approbator, *chi approva*. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 28. Authoritatis ejus, & inventionis comprobatores, atque æmuli.

Comprobatus, a, um, nom. ex particip. *approvato*. *Cic. pro Cæl. c.* 24. Alicujus perniciei interitu comprobatum venenum.

Comprobo, as, avi, atum, a. 1. idem ac probo, vel approbo, *approvare*. *Cic.* 10. *Fam.* Idque a noſtro Collegio comprobatum eſt. *Id.* 4. *Ver.* Eorum ego dignitate accuſationem meam comprobare non potero.

Compromiſſarius, a, um, adject. ut compromiſſarius judex, qui ab utraque litigantium parte eligitur ad litem componendam, *arbitro*. *Calliſtrat. leg.* 46. *Dig. de recept. Arbitr.* Neminem licere minorem 20. annis compromiſſarium judicem eligere.

Compromiſſum, n. 2. promiſſum invicem factum, & ſpeciatim poteſtas decidendi controverſiam data arbitro a litigatoribus promittentibus, ſe ejus judicio obtemperaturos eſſe, aut mulctam perſoluturos, quæ inter eos convenerit. *Cic.* 12. *Fam. ep.* 30. Se ſa, quominus id facerent, & compromiſſo, & jurejurando impediri. Et *pro Roſc. Com. c.* 4. Compromiſſum facere.

Compromitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *compromettere*, *far compromeſſo*, [illegible], Germ. *ubergeben*, Gal. *compromettre*, Hiſp. *comprometer*, ἐπιτρέπω, eſt mutuo promiſſo fidem ſuam obligare. *Cic.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. Tribunitii Candidati compromiſerunt petere ejus arbitratu.

Compſa, f. 1. *Conza*, urbs A. alias Hirpinorum, nunc R. Neap. in prov. Princ. ult. ad radices Apennini M. prope fontes Aufide fl. Pop. Compſani.

Compſani, orum, Compſæ incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 11. *Vellej.* 2. 68. 3.

Compte, vel Comte, adverb. ornate, *ornatamente*, *aggiuſtatamente*. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Nimis compte, & modulata re acta eſt. Et *paucis interjectis*. Ea omnia diſtinctius, numeroſiuſque, ac comptius fortaſſe dici potuerunt. *Senec. epiſt.* 73. Compte diſſerere de re aliqua.

Comptus, vel Comtus, a, um, nom. ex particip. a como, ornatus, *ornato*, *attillato*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 70. Præcincti pueri, comptique. *Tacit. l.* 1. *hiſt. c.* 19. Comptior ſermo. *Auguſt. de quantitat. anim. c.* 33. Animam mundiſſimam reddere, & comptiſſimam.

Comptus, us, ui, m. 4. ornatus, *ornamento*. *Lucret. l.* 1. *v.* 87. Infula virgineos circumdata comptus.

Compugno, a. 1. idem ac pugno, vel ſimul pugno. *Gell. l.* 14. *c.* 3. Clamantes, compugnanteſque illos reliqui.

Compulſamentum, i, n. 2. pulſatio, compulſatio. *Fulgent. Mythol.* 3. Sororum compulſamento percita.

Compulſatio, onis, f. 3. idem ac contentio, apud *Tertull. Apolog. c.* 21. Nec alia magis inter nos & illos compulſatio eſt.

Compulſio, onis, f. 3. impulſio, *impulſo*, *ſpinta*. *Caſſiod. l.* 12. *epiſt.* 10. Quid egit totius anni ſuſcepta compulſio?

Compulſo, as, a. 1. *battere*, *urtare*, συγκρούω, ſæpe collido. *Col. l.* 8. Compulſatur, ac fluctu conſpergitur. *Apul. l.* 7. *A. A.* Ore improbo compulſat, & morſicat.

Compulſor, oris, m. 3. qui compellit, ut compulſor boris, *Pallad. l.* 7. *c.* 2. *Ammian. l.* 22. *c.* 8. (al. 6.) Si compulſori quidquam dederit, ut levari debito poſſis. Ubi Valeſius, compulſorem eum eſſe dicit, qui fiſcalia debita exigit, & lentos debitores ad ſolvendum compellit. Horum mentio fit etiam *Leg.* 13. *Cod. Theod. de exactionib.*

Compulſus, a, um, nom. ex particip. *ſpinto*, impulſus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 379. Rex noto compulſus. *Curt. l.* 8. *c.* 8. Rabie compulſus.

Compunctio, f. 3. *puntura*, κατάνυξις. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Laterum compunctiones tollit.

Compunctus, a, um, o. 1. 2. *ſegnato*, ſignatus, inuſtus, partic. a compungor. *Cic.* 2. *Off. c.* 7. Barbarum, & eum quidem, ut ſcriptum eſt, compunctum notis Threiciis, diſtricto gladio jubebat anteire.

Compungo, a. 3. idem ac pungo. *Col. l.* 8. *c.* 14. Cavendumque, ne aut aculeis urticæ compungatur. ¶ Senſum compungere dicuntur, quæ ſenſus offendunt, ut niveus ſplendor oculos, guſtum amaritudo. *Lucr. l.* 2. Et qui compungunt oculos, lacrymareque cogunt. ¶ Compungere ſe ſuis acuminibus, *Cic.* 2. *de Orat. Pettirſi con le proprie ſottigliezze*.

Compurgo, as, are, idem ac purgo, *purgare*. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Naſturtium viſum compurgat. Al. aliter leg.

Compuſa, f. 1. opp. Bithyniæ, ad Boſphori Thracii anguſtias, non procul a Chalcedone. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Computabilis, le, adject. *computabile*, qui computari poteſt, vel debet. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Bis computabilis impendio.

Com-

Computatio, onis, f. 3. *computo*, λογισμὸς, actus computandi. *Plin. l. 17. c. 22.* Operarum iſta computatio eſt.

Computator, oris, m. 3. *computiſta*, qui computat, & rationes confert. *Senec. epiſt.* 87. Diligentiſſimi computatores.

Computo, as, avi, atum, are, *computare*, *far conto*. *Plin. l. 9. c.* 35. Computet enim aliquis, ex altera parte, quantum tulerint. *Id. l. 34. c.* 8. Annos digitis computare. ideſt numerare. *Juven. ſat.* 6. Facies tua computat annos; *La tua faccia moſtra i tuoi anni*. ¶ Hinc pro lucrari ponitur. *Senec. epiſt.* 14. Nemo ad humanum ſanguinem propter ipſum venit, aut admodum pauci; plures computant, quam oderunt. h. e. lucrum aliquod meditantur.

Computreſco, is, ui, ere, n. 3. idem ac putreſco, vel mutuo contactu putreſco, *putrefarſi*. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Propterea arbitrarer eos non computruiſſe.

Computus, i, m. 2. *computo*, *conto*. *Jul. Firmic. l. 3. c.* 12. Computos exercere.

Comula, læ, f. 1. diminut. parva coma, *picciola chioma*, apud *Petron. in Fragm. Tragur. p.* 43.

Comum, n. 2. *Como*, col. & urbs Inſubriæ, ad lac. Larium, a Gallis condita. Eo colonia a L. Scipione deducta eſt, deinde urbs aucta fuit a Pompejo, poſtremo a C. Julio Cæſare. Hinc Novocomum dici cœpit, Pop. *Comenſes*, & *Novocomenſes*.

Comus, m. 2. κῶμος, Deus apud veteres comeſſationum, nocturnarumque ſaltationum. *Philoſtr. imag.* 3.

Con. V. Cum.

Conamen, inis, n. 3. *sforzo*, πεῖρα, conatus, niſus: vox eſt fere poetica. *Ovid. 4. Faſt.* Exiguo funem conamine traxit.

Conamentum, ti, n. 2. fulcimentum, adjumentum. *Plin. l. 19. cap.* 2. Convolutum oſſeis, ligneiſque conamentis.

Conanguſtatum, ſimul anguſtatum. *Feſtus*.

Conauditum, ſimul auditum. *Feſtus*.

Conatio, onis, f. conatus, *sforzo*. *Senec. lib. 2. quæſt. natur. c.* 12. Illa (*fulguratio*) comminatio eſt, & conatio ſine ictu. Al. leg. *conatio*.

Conatum, i, n. 2. idem quod conatus, & fere uſitatum in num. plurali. *Nepos Dion. c.* 8. Ne prius conſilium aperiretur ſuum, quam conata perficeret. *Vell. Paterc. l. 2. c.* 29. Magna auſus, magnificeque conata executus.

Conatus, us, m. 4. *sforzo*, *tentazione*, *tentativo*, [Hebrew], Germ. *die underwindung*, Gal. *effort*, Hiſ. *esfuerzo*, πεῖρα, niſus animi, vel corporis impetus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos. *Id. Catil. 1. c.* 5. Compreſſi tuos nefarios conatus.

Concaco, as, a. 1. κατέχω, cacando conſpurco. *Senec. in Apocolo.* Quid autem fecerit neſcio, omnia certe concacavit.

Concædes, dium, pl. num. f. 3. fragmenta ex rebus exciſis ſimul poſita, vel acervus arborum ſimul cæſarum ad impediendas vias, *riparo*, *barricata*. *Veget. l. 3. de re milit. c.* 22. Rurſus poſt ſe præciſis arboribus vias claudunt, quas concædes vocant, ut adverſariis facultatem adimant perſequendi. *Tacit. l. 1. Ann. c.* 50. Caſtra in limite locat latera concædibus munitus. Adde *Caſ. l. 3. B. G. c. ult.*

Concalefacio, vel concalfacio, a. 3. idem ac calefacio. *Cic. 2. de Or.* Cum brachium concalefecerit. Apud *Non. c. 2. n.* 182. ¶ Apud *Vitruv. l. 4. c.* 7. legitur *concalefacior*. ſed non eſt imitandus.

Concalefactorius, vel concalfactorius, a, um, o. 1. 2. idem ac calefaciens, vel aptus ad calorem excitandum. *Plin. l. 31. c.* 10. Vis ei concalefactoria.

Concalefactus, a, um, o. 1. 2. idem ac calefactus, partic. a concaleſio. *Cic. 1. Tuſc. c.* 18. Concalefactam, & ſpirabilem, ideſt, animalem, eſſe voluit.

Concalefio, n. paſſ. anom. idem ac caleſio. *Var. l. 3. de R. R. c.* 9. Vertere ova, ut æquabiliter concalefiant. *Vitruv. l. 4. c.* 7. Concalefaciuntur, pro concalefiunt, dixit, quod minime eſt imitandum.

Concaleo, es. idem quod caleo, *aver caldo*. *Var. l. 3. de R. R. cap.* 36. Concaleat ſtomachus, ut digerat multa facilius.

Concaleſco, is, ui, idem quod concaleo. *Cic. 1. Tuſc. c.* 19. Ardore animi concaleſcunt. *Vitruv. l. 6. c.* 9. Frumenta concaleſcunt.

Concalleo, n. 2. idem ac calleo, callum obduco. *Cic. lib. 3. de nat. Deor. c.* 10. Callidos autem, quorum, tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.

Concameratio, onis, f. 3. καμάρωσις, ædificium arcuato opere, *volta*. *Vitr. l. 6. c.* 11. Si hypogæa, concamerationeſque inſtituuntur.

Concameratus, a, um, arcuatus, *fatto a volta*. *Sueton. in Aug. c.* 90. In abditum, & concameratum locum ſe recipere.

Concamero, as, a. 1. καμαρόω, idem ac camero, ideſt, ad fornicis formam, & arcuato opere ædifico, *fabbricare a volta*. *Plin. l. 34. cap.* 14. Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arſinoes templum concamerare inchoaverat.

Concana, æ, urbs Hiſpaniæ in Aſturia. *Ptol.* Hinc

Concanus, i, m. 2. incola Concanæ, cujus potus fuit ſanguis ex equini cruris venis expreſſus, & lacte mixtus. *Horat. l. 3. od. 4. v.* 34. Et lætum equino ſanguine Concanum.

Concapes, edis, n. 3. quod caput habet cum capita rei alterius conjunctum. Lex 12. Tab. Tignum junctum ædibus, vineæque concapes nei ſolvito. V. *Scalig. ad Feſt.* in voce *Tignum*.

Concarno, as, are, *incarnare*. *Tertull. de carne Chriſti*, *cap.* 20. Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur, & conviſceratur.

Concaſtigo, as, a. 1. idem quod caſtigo. *Plaut. Trin.* Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pro commerita noxia. Adde *Bacch.* 3. 3. 94.

Concatenatio, onis, f. 3. *concatenazione*, continuus ordo alicujus rei. *Tertull. Apolog. c.* 19. Concatenationes temporum.

Concatenatus, a, um, cohærens, connexus, *concatenato*. *Minuc. Felix, c. 17 ſect.* 2. Elementa concatanata.

Concateno, as, are, ſimul aſtringo, connecto, *connettere*, *concatenare*. *Lactant. l. 3. c. 17. de atomis Epicur.* Hamata eſſe oportet, ut poſſint invicem concatenari.

Concatervatus, a, um, adject. coacervatus, *affollato*, *ammucchiato*. *Ammian. l. 31. c.* 36. (*al.* 13.) Concatervatis manipulis, ut nec mucronem exſerere, aut manus reducere quiſquam poſſet.

Concavatus, a, um, idem quod cavatus. *Col. l. 8. c.* 5. Facere concavatos nidos.

Concavo, as, a. 1. idem quod cavo, Concavare brachia in duos arcus, eſt ita inflectere, & ſinuare, in formam mitentur duorum arcuum. *Ovid. 2. Met. v.* 195. Eſt locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpius.

Concavus, a, um, o. 1. 2. *concavo*, κοῖλος, ſinuoſus, vacuus. *Cic. l. 2. de Nat. Deo. c.* 99. Concavæ altitudines ſpeluncarum. *Ovid. lib. 1. de Arte, v.* 400. Concava puppis.

Concedo, dis, eſſi, eſſum, a. 3. *dar licenza*, [Hebrew], Germ. *zugeben*, Gall. *donner*, *octroyer*, Hiſp. *dar*, *otorgar*, συγχωρεῖν, do, permitto. *Cic. pro Cæl.* Nec quicquam illius audaciæ, petulantiæque conceſſit. *Id.* 9. *Attic.* Mihi Cæſar concedat, ut abſim. *Id. pro Flacc.* Levitatem totius Aſiæ protulit, de qua nos & libenter, & facile concedimus. *Id. 1. Fam. ep.* 2. Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant. ¶ Eſt item cedere, *cedere*. *Cic. 2. de Orat.* Cum non ſolum nos Latini ſermonis, ſed etiam Græci ſolent ſuæ linguæ ſubtilitatem, elegantiamque concedere. ¶ Item condonare, *rimettere*. *Cic. pro Cluent.* Multi ſæpe in judicando liberum peccata parentum miſericordiæ conceſſerunt. ¶ Item recedere, abire. *Cic. in Catil.* Si te parentes timerent, atque odiſſent tui, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Sic in exilium concedere, *Plin. de vir. illuſtr.* Et, concedere hinc domum. *Ter. Eun.* 1. 2. ¶ Item mori, *Tac. l. 4. Ann. c.* 39. Ut quandocumque conceſſero. *Sall. in Jug.* Pater ubi neceſſe erat, naturæ conceſſit. Sic concedere vita, apud *Tacit.* 14. *Ann.* Concedere fato, *Plin. in Paneg.* ¶ Item credere, aſſentiri. *Ter. Phorm.* 3. 22. Nunquam tu hic hodie concedes mihi, neque intelliges. ¶ Concedere in ſententiam alicujus. *Liv. lib.* 31. ¶ Concedere in ditionem alterius. *Id. l.* 8. *renderſi volontariamente*. Et concedere in ditionem imperiumque alterius, *Id. lib.* 29. *ſoggettarſi*.

Concelebro, as, a. 1. idem quod celebro. *Cic. de petit. Conſ.* Et iis convivis, quæ facete abs te, & amicis tuis concelebrantur & paſſim, & tributim. ¶ Item repleo. *Lucret. lib. 1. v.* 3. de Venere: Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. h. e. variis animantibus fœcunde, & copioſe reples. *Daniel* tamen *Paræus* hanc ibi novam ſignificationem non agnoſcit.

Concelo, as, a. 1. idem quod celo. *Gell. l. 11. cap.* 9. Non id poſtea concelavit, quin gloriæ quoque hoc ſibi aſſignavit.

Concentio, onis, f. 3. idem quod concentus. *Cic. pro Sext. c.* 55. Clariſſima concentione in ore impuri hominis imminent concionata eſt.

Concenturio, as, are, a. 1. colligo, congrego quaſi per centurias. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 160. Epiſtola illa mihi concenturiat metum. *Idem Pſeud.* 1. 5. 139. Deum concenturio in corde ſycophantias.

Concentus, us, *concento*, *conſonanza*, [Hebrew], Germ. *melodey*, Gall. *harmonie*, *accord*, Hiſp. *contento*, συμφωνία, harmonia ex diverſis reſultans vocibus. *Cic. in Somn.* Qui acuta cum gravibus temperans varios æquabiliter concentus efficit. ¶ Tranſlate *Id. l. 3. de Orat. c.* 6. Omnium doctrinarum quaſi conſenſus concentuſque.

Conceptaculum, n. 2. ὑποδοχή, ὑποδοχεῖον, quod aliquid continet. *Gell. l. 18. c.* 10. Vena eſt conceptaculum ſanguinis.

Conceptela, æ, f. idem quod conceptaculum, ut *conceptela aquarum*, apud *Frontin. de aquæd. l. 1. &* 2.

Conceptio, onis, f. 3. *concezione*, [Hebrew], Ger. *empfahung*, Gal. *conception*, Hiſp. *concepcion*, σύλληψις, apprehenſio, & ſpecialiter actus concipiendi in fœminis. *Cic. l. 2. de Divin. c.* 22. Conceptio mulæ contra naturam. ¶ Item excogitatio, compoſitio. *Paul. l. actio negotiorum*, *ff. de neg. geſt.* Ubi conceptio formularum non obſervatur. *Cic. de Invent. l. 2. c.* 19. In jure conceptio privatorum judiciorum conſtituitur. ¶ Item comprehenſio. Sic conceptio ſumma omnium rerum definitur mundus a *Vitruv.* ¶ Et conceptio aquarum dicitur a *Front.* *Serbatojo d' acque*.

Conceptivus, a, um, adject. ut Conceptivæ feriæ, quæ incertis diebus quotannis ſervantur. *Feſtus*. Velut *Macrob.* deſcribit *l. 1. Sat. c.* 16. quæ quotannis a Magiſtratibus, vel a Sacerdotibus concipiuntur in dies certos, vel etiam incertos.

Concepto, as, are, frequent. a concipio. *Arnob. lib. 4. p.* 141. His in lucem prodeunt generationibus dii veſtri, quibus aſini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur, & gignitur terrenarum prolluvies beſtiarum.

Conceptor, oris, m. 3. qui concipit. *Arat. in Act. Apoſt. c.* 16. Peccati conceptor erat.

Conceptus, a, um, o. 1. 2. *concetto*, ἐμπεριληφθείς, generatus. *Col. l. 7. c.* 3. Ex virginis furtivo ſtupro conceptus. ¶ Tranſlate *Cic. ad Quir. poſt red.* Ut quod odium ſcelerati homines, & audaces in Remp. & in omnes bonos conceptum jamdiu continerent. ¶ Conceptis verbis jurare, eſt juramentum præſtare certa quadam verborum formula ab eo, qui juramentum defert, præmeditata, & præſcripta. *Cic. pro Cluent.* Illum verbis conceptis pejeraſſe. *Petron. Satyr. c.* 73. Jurat Eumolpus verbis conceptiſſimis. ¶ Concepti agere, & Concepti actio. *Paul. Jſtoi l. 2. ſentent.* 31. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inventum eſt. Et *mox*: Concepti agere poteſt, qui rem conceptam, & invenit. V. Lanx.

Conceptus, us, ui, m. 4. idem ac conceptio, *concezione*. *Cic. 1. de Div. c.* 42. Quædam etiam ex hominum, pecudumque conceptu, & fætu. ¶ Item ipſe fœtus. *Plin. l. 20. c.* 00. Non edendum gravidis, ociſſimo conceptu. ¶ Item conceptaculum. *Sen. quæſt. nat. lib. 3. cap.* 15. Conceptus aquarum inertium vaſtus, pares noſtris.

Concerno, is, cvi, pro *cerno* affertur a Lexicogr. ex *Cicerone de petit. Conſul. c.* 5. Hæc omnia parata tibi eſſe debebant, ſicut parata ciſſe concerno. Verum meliores libri hab. *Conſido*. ¶ Vet. Gloſſ. Concerno, συνδιακρίνω.

Concerpo, is, pſi, ptum, a. 3. idem ac diſcerpo, lacero. *Cic. Attic. lib.* 10. *ep.* 12. Tuas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito.

Concerptus, a, um, adject. laceratus, diſciſſus. *Plin. l. 28. c.* 15. Concerpta linteola.

Concerræ. V. Congerro.

Concertatio, f. 3. certamen, contentio. *Cic. 2. de Orat.* Sine ulla ferie diſputationum, & ſine jejuna concertatione verborum.

Concertativus, a, um, o. 1. 2. quod pertinet ad ſimul certandum. *Quintil. l. 7. c.* 2. Mutua accuſatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, noſtri quidam concertativum.

Concertator, oris, m. 3. qui ſimul certat, vel æmulus. *Tacit. 14. Annal. c.* 29. Paulinus ſcientia militiæ, & rumore populi, Corbulonis concertator.

Concertatorius, a, um. n. 1. 2. ἀγωνιστικός, contentioſus. *Cic. in Brut. c.* 83. Hoc forenſe, concertatorium, judiciale non tractavit genus.

Concertatus, a, um, adject. ſimul certatus, *conteſo*. *Cic. in Partit. c.* 28. Quæ ante, quam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non ſint.

Concerto, as, avi, atum, n. 1. idem ac certo, vel ſimul certo, contendo. *Cic. Att. l. 3. ep.* 12. Nunquam accidit, ut cum eo verbo uno concertarim.

Concellatio, f. 3. *intralaſciamento*, ceſſatio, quies. *Col. l. 11. c.* 1. Qui gnaviter, & ſine ullis conceſſationibus perment.

Conceſſio, onis, f. 3. *conceſſione*, συγχώρησις. *Cic. Att. l. 3. ep.* 24. Et noſtra conceſſione omnem vim ſui juris amiſerint. ¶ Eſt item Figura Rhetorica, cum aliquid etiam iniquum videtur Orator pati, atque concedere, ut, quæ deinde dicturus eſt, graviora videantur. *Quinct. l. 9. c.* 2.

Conceſſivus, a, um, adject. qui concedit. Vox eſt *Servii* ad illud *Virg. Æn.* 10. Neque illos Joveris auxilio. Conceſſivus eſt, inquit, modus iſte ſecundum Probum &c.

Conceſſo, as, n. 1. ceſſo. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 9. Nunquam conceſſavimus lavari, aut fricari, aut ornari.

Conceſſum, i, n. 2. *volontà*, συγχωρηθέν, permiſſio, conſtitutio. *Cic. pro Cal.* Sed abhorret non modo ab hujus ſæculi licentia, verum etiam a majorum conſuetudine, atque conceſſis.

Digitized by Google

Conceſſus, us, m. 4. *volontà*, ῥγπ, Germ. *zulaſſung*, Gall. *permiſſion*, Hiſp. *conceſſion*, συγχώρησις, permiſſio. *Cic. pro Cal.* c. 12. Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati.

Conceſſus, a, um, adject. *conceſſo*. *Lucan. l.* 2. *v.* 446. Conceſſa pudet ire via. *Horat. l.* 1. *ſat. v.* 113. Conceſſa Venere uti.

Concha, æ, f. 1. κόγχη, teſta durior piſcium, & omne genus piſcis, quod firmiorem habet teſtam, a voce Græca, quæ allata eſt. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 174. Oſtrea, quæ in conchis tuta fuere ſuis. ¶ Conchæ Cythereacæ, Veneri gratæ, quæ margaritas gignunt ad fœminarum ornatum. *Mart. l.* 2. *epigr.* 47. Lævior e conchis Galla Cythereacis. ¶ Eſt item concha, *conca*, *meſtola*, genus vaſis concavum, ac ſuperius patulum. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 14. ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri. *Plin. l.* 33. *c.* 8. Hydrargyrum ferrea concha impoſitum. ¶ Item vas vinarium, in quod e dolio hauritur vinum. *Juv. ſat.* 6. *v.* 303. Cum bibitur concha. ¶ Item genus tubarum, *tromba*, quo Tritones tubicines Neptuni utebantur. *Virg.* 7. *Æn.* Cava dum perſonat æquora concha. ¶ Vaſculum etiam illud, in quo unguenta ſervantur, concham appellat *Horat. l.* 2. *od.* 7. *v.* 22. Funde capacibus unguenta de conchis. ¶ Concha, inter obſcœna verba ab antiquis uſurpata. V. *Plaut. Rud.* 3. 3. 42.

Conchātus, a, um adject. in modum conchæ curvatus. *Plin. l.* 10. *c.* 20. Conchata cauda.

Conchicla, vel Conchicla faba, apud *Apic. l.* 5. *c.* 4. eadem eſt ac *Conchis*, ſc. fabæ integra, & ſolida, cum cortice ſuo decocta. Hinc Conchiclatus apud *eund. ibid.*

Conchis, chis, f. 3. faba integra, & cum cortice ſuo, a conchæ ſimilitudine, quod fracto cortice velut implicita conchis ſuis caruncula videatur. *Juven. ſat.* 3. *v.* 293. Cujus aceto, cujus conche tumes?

Conchita. V. Conchyta.

Conchŭla, æ, f. 1. diminut. parva concha. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 8. *n.* 1. Conſtat, vagas litoribus conchulas, & umbilicos lectitaſſe.

Conchyliātus, a, um, o. 1. 2. κογχυλιωτός, quod conchylii ſanguine tinctum eſt. *Cic.* 2. *Phil.* c. 27. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis ſervorum in cellis lectos ſtratos videres.

Conchylilegŭlus, i, m. 2. Conchyta. *leg.* 15. *Cod. tit. de Murileg.*

Conchylis, idos, f. patronym. quaſi conchiliata. *Catull. in Argon. v.* 49. Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco. Ita vulgo legitur, & ita habent Lexicographi, ſed veteres Codices exhibent *conchyli*; eſtque conſtructio: *fuco*, *roſeo conchyli*, pro *conchylii*. Sic *Lucret. l.* 6. *v.* 1073. Purpureuſque color conchyli mergitur una Corpore cum lanæ. Et *Servius carm.* 44. Purpure torretur conchyli perlita fuco. Non videtur igitur inducenda hæc vox *Conchylis* temere in Latium.

Conchylium, lii, n. 2. *conchiglia*, Germ. *ein gattung maſchecken*, Gall. *coquille*, Hiſp. *concha*, κογχύλιον, genus conchæ, idem cum murice, diverſum a purpura, cujus lanæ, quæ *oſtrum* dicitur, lanæ pretioſiſſimæ tinguntur, quæ auſterum in glauco colorem, & iraſcenti mari ſimilem referunt. *Cic. in Piſon.* Extructa menſa, non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. ¶ Nonnunquam generale nomen eſt ad omnes conchas. *Plin. l.* 9. *c.* 37. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur perforando reliqua conchylia. ¶ Ponitur etiam pro ipſo colore. *Plin. l.* 9. *c.* 36. Concharum ad purpuras, & conchylia eadem quidem eſt materia, ſed diſtat temperamento. ¶ Item pro veſtibus conchylii ſanguine infectis. *Juven. ſat.* 3. Horum ego non fugiam conchylia.

Conchyta, æ, m. 1. κογχυλιοθήρας, qui conchylia quærit in mari. *Plaut. Rud.* 2. 2. 5. Salvete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Legitur & Conchita.

Concides, V. Concædes.

Concīdo, is, idi, iſum, idem ac cædo, vel ſimul, vel minutatim cædo, *tagliare*. *Col. l.* 12. *c.* 52. Hoc minute concidito, & admiſceto pici. ¶ Eſt etiam idem ac occido, *tagliar' a pezzi*, *ammazzare*. *Nepos in Datam. c.* 8. Conflixit, adverſariorumque multa millia concidit. ¶ Item convellere, labefactare. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 1. Cum omnem auctoritatem Senatus in conſpectu populi Romani concideres. ¶ Item verberare. *Cic. Ver.* 3. Virgis plebem Rom. concidere. Sic concidere pugnis. *Plaut. Amphitr.* 1. 1. ¶ Et tranſlate concidere aliquem totis voluminibus. *abbattere*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.*

Concĭdo, is, idi, idem ac cado, *precipitare*. *Cic.* 2. *de Orat.* Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe. ¶ Tranſlate eſt perire. *Cic. pro Sext.* Qui non modo præcipitanti patriæ ſubvenirent, ſed eam nimis tarde concidere mærerent. ¶ Item interimi, *eſtinguerſi*, *perderſi*. *Cic. pro L. Man.* Romæ ſolutione impedita, fidem concidiſſe. ¶ Item de ſtatu dejici. *Cic.* 1. *Attic.* Cum Senatus auctoritas concidiſſet. ¶ Item deficere. *Cic.* 3. *Tuſc.* Quod ſi cui ſimul animus cum re concidit. ¶ Item ſuperari, *eſſer vinto*. *Cic. Att. l.* 7. Pompejus malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. ¶ Item quieſcere, *ceſſare*. *Hor.* 1. *carm. od.* 12. Concidunt venti, fugiuntque nubes.

Concĭeo, es, ivi, itum, & Concio, is, συγκαλέω, συγκινέω, convoco, *convocare*. *Liv. lib.* 1. *c.* 59. Concientque miraculo rei novæ homines. ¶ Item commovere. *Id. l.* 48. *c.* 8. Concire ſeditionem. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 33. Concire iram. *Plaut. Aſin.* 4. 2. 15. Concire lites.

Conciliabŭlum, n. 2. *luogo di raunanza*, *fiera*, הברה, Ger. *unterb maſſige verſamlung*, Gal. *conciliabule*, Hiſp. *conciliabulo*, σύλλογος, locus, quo in concilium convenitur. *Feſt. Liv. l.* 7. *c.* 15. Nundinas, & conciliabula obire. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 40. Per conciliabula, & cœtus ſeditioſa diſſerebant. ¶ Erant autem conciliabula loca nundinationis, quæ Prætores in provinciis indicere ſolebant, teſte *Servio* apud *Roſin. Antiq. R. l.* 10. *c.* 22. Hæc etiam *Fora* dicta ſunt, de quibus intelligendus videtur locus *Livii l.* 34. *c.* 1. Etiam ex oppidis conciliabuliſque convenerant.

Conciliātĭo, f. 3. συναλλαγή, conciliandi actus, *riconciliazione*. *Cic.* 4. *Acad.* Honeſtum autem, quod ducatur a conciliatione naturæ. *Id. pro Cluent.* c. 31. Conciliatio gratiæ.

Conciliātor, oris, m. 3. *conciliatore*, διαλλακτής, qui conciliat. *Aſcon. in* 4. *Verr.* ubi *Cic. excurſor*, *emiſſarius*. Hi vocantur conciliatores furtorum, qui a Magiſtratibus committuntur, atque internuntii. *Liv. l.* 27. *c.* 15. Conciliator proditionis. *Sueton. Aug. cap.* 48. Conciliator amicitiæ. Et conciliator Nuptiarum, apud *Nepot. in Attico*, *c.* 12.

Conciliatricŭla, æ, f. parva conciliatrix. *Cic. pro Sext. c.* 9. Nobilitate ipſa, blanda conciliatricula commendatum.

Conciliātrix, icis, f. *conciliatrice*, προξενήτρια, quæ conciliat. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 9. Oratio conciliatrix eſt humanæ maxime ſocietatis. ¶ Sumitur & pro Lena. *Plaut. Mil. act.* 3. *v.* 16. Ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.

Conciliatūra, æ, f. 1. pro lenocinio. *Senec. epiſt.* 97. Conciliaturas exercere. V. *Lipſ. ad Tacit. l.* 1. *Annal.*

Conciliātus, us, m. 4. idem ac conciliatio, condenſatio conjunctio. *Lucr. l.* 1. *v.* 575. Ovorum condenſa magis omnia conciliatu Artari poſſunt. Adde *l.* 2.

Conciliātus, a, um, adject. *riconciliato*, ut mulier conciliata viro, *Catul. carm.* 69. *v.* 150. ¶ Comparat. Conciliatior Judex, *Quintil. l.* 4. *c.* 2. ¶ Male conciliatus, i. e. cum diſpendio emptus, *Ter. Eun.* 4. 4. 2. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 2. ¶ Conciliatus, vel Conſiliatus, ideſt coactus, bene ſubactus, verbum fullonum, de quo V. in *Concilio*. Afferuntur a *Perau in Lex. Crit.* varia variorum exempla, ſed in omnibus lectio valde dubia eſt. Alii enim leg. *conſutus*, al. *conchyliatus*, al. aliter.

Concĭlĭo, as, a. 1. *aſſollare*, *reſtringere*, verbum eſt fullonicum, & ſignificat cogere, a *ciliis*, pilis. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Apud fullonem veſtimentum cum cogitur, conciliari dicitur. ¶ Tranſlate eſt benevolum facere, *conciliare*, *fare amico*, הבר, Ger. *verſenen*, Gal. *concilier*, Hiſp. *conciliar*, προσάγεσθαι. *Cic.* 12. *Fam.* Profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat. ¶ Item comparare, acquirere, tum in bonam partem, tum in malam, *acquiſtare*. *Caſ.* 2. *B. C.* Quaſi non & felicitas rerum geſtarum exercitus benevolentiam Imperatoribus, & res adverſæ odia concilient. *Cic.* 4. *Verr. c.* 55. Non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, ſed pecuniæ conciliandæ cauſa. ¶ Item emere, *comprare*. *Plaut. Epid. act.* 3. *ſc.* 4. Conciliaviſti probe. *ideſt*, vili emiſti. Sic male conciliare, h. e. caro pretio emere, *Id. Pſeud.* 1. 2. ¶ Ad lenocinia etiam transfertur. *Suet. Cæſ. c.* 50. Exiſtimabatur enim Servilia etiam filiam ſuam tertiam Cæſari conciliare. ¶ Et ad rem matrimonii. *Juſtin. l.* 7. *circ. fin.* Philippus Olympiada uxorem ducit, conciliante nuptias Ariiba. ¶ Conciliare pacem inter aliquos. h. e. componere. *Cic. Fam.* 10. ¶ Conciliare aliquem in aliquem locum. h. e. adducere. *Plaut. Capt.* 1. 2. 28.

Concilium, lii, n. 2. vox eſt artis fullonicæ, & ſignificat coactionem, a *ciliis*, pilis. *Joſ. Scalig.* V. Conſilium. ¶ Tranſlate dicitur de omni coagmentatione, ſeu copulatione. *Lucr. l.* 1. Partim primordia rerum, partim concilio quæ conſtant principiorum. ¶ Concilium vero in arte Civili eſt conventus, vel cœtus Senatus, Plebis, Judicum, militum, &c. denique multitudo hominum, vel populorum in unum locum deliberandi gratia congregata, *concilio*, עדה, Ger. *verſamlung*, Gal. *concile*, Hiſp. *concilio*, συνέδριον. Dictum eſt concilium, quaſi *concalium*, a *concalando*, hoc eſt, convocando, quod omnes in unum locum convocentur. *Feſt. Cic. de Fin.* Quæ opiniones in Senatu, & apud populum, & in omni cœtu, concilioque proferri poſſunt. ¶ Differt a comitiis, quia comitia ſunt, cum univerſus populus convenit, concilium, cum populi pars. *Gell. l.* 15. *c.* 27. ¶ Item flos jaſiones herbæ. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Concinentia, æ, f. 1. idem fere, quod concentus. *Marcian. Capel. l.* 3. Sub oris concinentia. Et *l.* 9. Omnium modorum concinentiam perſonabat. ¶ Pro ſymmetria, qua partes omnes inter ſe concinunt, & quadam modulatione reſpondent, legitur apud *Macrob. in Somn. Scip.* 1. 2. *ad fin.* & 1. 3. *in princ.*

Concinnātio, onis, f. 3. apparatio, ornatus. *Cato c.* 106. Aquæ marinæ concinnatio, Vet. Gloſſ. concinnatio, κατασκευή.

Concinnatitius, a, um, n. 1. 2. διάχυτος, quod breviter collectum, & apte ſitum eſt. *Apul. l.* 2. Nam Milonis boni concinnatitiam menſulam rogatus accubueram.

Concinnātor, oris, m. 3. adornator. *Col. in præfat.* Capillorum concinnator. *Arnob. l.* 4. Deformitatum concinnatores, atque inventores, poetæ. *Sidon. l.* 3. *epiſt.* 13. Concinnatores criminum.

Concinnatorius, a, um, adjectiv. concinnatitius, adornatus, ad concinnandum pertinens, ut concinnatoria vaſa, *leg.* 6. *Dig. de pen. leg.*

Concinne, *ornatamente*, Ger. *zierlich*, Gal. *joliment*, Hiſp. *lindamente*, κομψῶς, compoſite, convenienter, eleganter. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 19. Hæc quidem ſunt concinne diſtributa, ſed non perita. Sic concinna veſtires, *Plaut. Epid.* 2. 2. 38. *Auſon. ad Gratian. c.* 8. Neque illa concinnius eloquetur. ¶ Item feſtive, facete, quemadmodum & *concinnus* pro faceto ponitur. *Ciceronis* exemplum habes *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 27.

Concinnentia, æ, f. idem quod concinnitas. *Sidon. l.* 8. *ep.* 4. ubi al. leg. *convenientia*.

Concinnis, e, adject. concinnus. *Apul. l.* 5. *Met.* Lucerna concinnis.

Concinnĭtas, tis, f. 3. *ornamento*, *eleganza*, Ger. *zierligkeit*, Gal. *agencement*, *elegance*, Hiſp. *lindeza*, *gala*, κομψότης, ornatus, elegantia. *Cic. de Orat.* Aut ut forma ipſa, concinnitaſque verborum conficiat orbem ſuum. ¶ In plural. Concinnitates, ex Phavorini verbis refert *Gell. l.* 2. *c.* 26.

Concinnĭter, adverb. concinne. *Gell. l.* 18. *c.* 2.

Concinnitūdo, dinis, f. 3. idem ac concinnitas. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 18. Splendoris, & feſtivitatis, & concinnitudinis minimum.

Concinno, as, avi, atum, a. 1. apte compono, apto, adorno, & quaſi convenire facio, *adornare*, *acconciare*, תכין, Ger. *figlich machen*, Gal. *agencer*, *parer*, Hiſp. *aſſeitar*, κομψεύω. *Trebon. Cic.* 12. *Fam. ep.* 16. Concinnavi tibi munuſculum. ¶ Interdum etiam accipitur pro facere. *Plaut. Capt. act.* 3. *ſc.* 4. Me inſanum verbis concinnat ſuis.

Concinnus, a, um, o. 1. 2. *conciato*, *adorno*, נבון, Germ. *figlich*, κομψός, compoſitus, ornatus, elegans, politus. *Cic. ad Q. Fr.* Mihi erit curæ, tectorium ut concinnum ſit. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 74. Verſus paulo concinnior. ¶ Item facetus, feſtivus. *Cic. in Orat. c.* 6. Alii in eadem jejunitate concinniores. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 50. Concinnus amicis: *converſevole*.

Concĭno, nis, nui, centum, a. 3. *cantare in compagnia*, συμψάλλω, ſimul cano. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 44. Hæc cum preſſis, & flebilibus modis concinuntur. ¶ Tranſlate eſt convenire, *accordarſi*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 7. Antiocho Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis diſcrepare.

Concio, is. V. Concieo.

Concio, onis, *radunanza di popolo*, קהל, Ger. *verſamlung*, Gal. *aſſemblée*, Hiſp. *ayuntamiento*, ἐκκλησία, proprie eſt cœtus, ſeu multitudo populi invocata ad audiendum Oratorem, a *concieo*, *es*, vel a *concio*, *is*. *Cic.* 2. *de Orat.* Quid aliud fuit, in quo concio rideret? ¶ Improprie dicitur de ſuggeſto, ſeu loco, unde verba fiunt, βῆμα. *Cic. Attic. l.* 4. Subito ille in concionem aſcendit. ¶ Item de oratione, quæ ad populum habetur. δημηγορία. *Cic.* 9. *Fam. epiſt.* 14. Legi concionem tuam, nihil illa ſapientius. ¶ Dicimus autem in concionem vocare, *Cic.* 4. *Acad.* Et, ad concionem, *Id.* 3. *Agr.* Et, vocare concionem, *Tac.* 3. *hiſt.* ¶ Pro concione aliquid facere, aut dicere, *Sueton. in Calig. in piena radunanza*. ¶ Concionem antiqui maſculino genere poſuere. *Feſtus*.

Concionabundus, o. 1. 2. concionatorem agens. *Liv. l.* 5. Hæc propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum.

Concionalis, & le, o. 3. quod eſt concionis. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 9. Eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus prope concionali. ¶ Concionalis homo, qui idoneus eſt ad concionandum, aut qui concionari conſuevit. *Cotta* ap. *Cic.* Si inter vos ſenes concionales venale proſcripſerit.

Concionarius, a, um, o. 1. 2. qui ſolet congregari ad concionem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 3. Concionario illo populo a ſe prope alienato.

Concionātor, oris, m. 3. δημαγωγός, qui concionem habet. *Cic. in Catil.* 4. *c.* 5. Quid interſit inter levitatem concionatorum, & animum vere popularem. Ubi videtur Cic. intelligere eos, qui multitudinem concitant, & ſeditionem movent.

Concionatorius, a, um, o. 1. 2. δημηγορικός, quod ad concionem pertinet. *Gell. l.* 1. *c.* 11. Tibia quoque illa concionatoria in mentem venit.

Concionor, d. 1. *far un' orazione*, דרש, Ger. *predigen*, Gal. *prêcher*, *haranguer*, Hiſp. *razonar*, *predicar*, δημηγορέω, concionem habeo. *Cic.* 5. *Tuſc.*

c. 50. Idem cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat. *Id. Parn.* 12. At etiam de te concionatur. *Caſ. l.* 1. *B. C.* Cæſar ad populum concionatur. ¶ Pro vaticinari, *Lactant. l.* 4. *c.* 18. *n.* 19. Hoc futurum Sibylla concionata eſt.

Concipilo, as, a. 1. corripio, involo, a compilo, inſerto *ci* per epentheſin. *Plaut. Truc.* 2. 7. 61. Quem ego affatim jam concipilabo.

Concipio, is, epi, eptum, a. 3. *pigliare, apprendere, concepire*, Ger. *zuſammen faſſen*, Gal. *comprendre, concevoir*, Hiſp. *concebir*, συλλαμβάνω, eſt capere, apprehendere. *Lucret. l.* 6. Stupa ignem concipit. ¶ Speciatim dicitur de mulieribus, cum ſemen muliebre apprehendit virile, & cum eo conjungitur ad fœtum faciendum. *Lact. l.* 3. Quid, quod uxor poteſt eſſe communis, filius non poteſt, quoniam concipi non niſi ab uno neceſſe eſt? *Plin. l.* 10. *c.* 33. Perdices concipiunt ſupervolantium afflatu. *Id. l.* 9. *c.* 51. Piſces ova concipiunt. ¶ Concipere verba, eſt certam quandam verborum formulam alicui dictare, quam ille totidem verbis referat. Ex. gr. *Concipere verba juramenti*, eſt dictare, & definire juraturo, quibus verbis velimus juramentum fieri. *Concipere vadimonium*, eſt dictare formulam vadimonii. *Liv. l.* 7. Niſi in quæ ipſa concepiſſet, verba juraret. *Cic. ad Q. Fratr.* Quemquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet. *V. Conceptus*. ¶ Transfertur ad animum, & ſignificat excogitare, *macchinare*. *Cic. pro Rabir.* Quodnam concepi tantum ſcelus? *Id.* 3. *Verr.* Majus in ſe ſcelus concepiſſe. Sic concipere odium in aliquem. *Id. ad Quirit. poſt red.* Concipere iram corde, *Id.* 4. *Tuſc.* Concipere inimicitias cum aliquo, *Caſ. l.* 3. *B. C.* Concipere amentiam, furorem. *Cic. Silius, Ovid.* Concipere vota, *Ovid.* 7. *Met. far voti*. ¶ Concipere bella cum aliquibus, h. e. agere, *Silius l.* 13. ¶ Concipere ſpe aliquid. *Liv. l.* 43. Et, Concipere ſpem. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 485. ¶ Concipere mente, & animo, *Ovid.* 5. *Met. Cic.* 1. *Leg. c.* 22. ¶ Significat interdum exprimere, definire. *Liv. l.* 3. Difficile eſt, quot ceciderint, exacto affirmare numero; Audet tamen Antias Valerius concipere ſummas. ¶ Eſt etiam continere. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. Pars animæ concipitur cordis parte quadam. ¶ Concipere morbum, h. e. in morbum incidere. *Colum. l.* 7. *c.* 5. ¶ Concipere furtum lance, & licio, eſt reperire. *V. Lanx*.

Conciſe, adverb. [illegible], minute, ſtricte. *Quintil.* Quanquam ea non aſt tam minute, ac conciſe in orationibus utendum, quam in diſputationibus.

Conciſio, onis, f. 3. quaſi minuta cæſio, ut conciſio verborum. *Cic. in Partit. c.* 6.

Conciſor, oris, m. 3. qui concidit, ut conciſor nemorum, apud *Corippum l.* 4. *v.* 52.

Conciſorium, ii, n. 2. inſtrumentum ad concidendum, ſicula. *Veget.* 1. 56.

Conciſura, æ, f. 1. actus concidendi. *Sen. epiſt.* 191. Deſit ſane varietas marmorum, & conciſura aquarum e cuniculis interfluentium.

Conciſus, a, um, o. 1. 2. συγκεκομμένος, particip. a concido, ut, Conciſa oratio, quæ non continua, ſed veluti membratim cæſa eſt. *Cic. in Brut. n.* 17. Conciſæ ſententiæ, interdum etiam non ſatis apertæ. ¶ Proprie *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 647 Conciſa ligna. Et *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 35. Conciſus exercitus, *Id. Philip.* 11. Judiciis, ignominiiſque multis conciſus.

Concitamentum, ti, n. 2. incitamentum. *Sen. l.* 3. *de Ira, c.* 9. Quis autem ignorat, lituos, & tubas concitamenta eſſe, quibus mens reſolvatur?

Concitate, adverb. citata, *preſto, con impeto*. *Colum. l.* 6. *c.* 6. Concitata agitur pecus. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius eſſe dicenda? *Lactant. l.* 6. *c.* 1. *ſect.* 9. Ad mortem concitatiſſime properant.

Concitatio, f. 3. *incitazione*, ἐξόρμησις, commotio. *Cic.* 2. *de Orat.* Quarum altera concitationem habet, altera commendationem. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 106. Crebræ continuis diebus ex concurſu multitudinis concitationes fiebant.

Concitator, oris, m. 3. *Cic. pro Domo, c.* 5. Signifer ſeditionis, concitator tabernariorum. *Liv. l.* 29. *c.* 3. cæteroſque belli concitatores.

Concitatrix, icis, f. 3. quæ incitat, ut Concitatrix vis. *Plin. l.* 26. *c.* 10.

Concitatus, a, um, o. 1. 2. [illegible], commotus. *Cic. in Brut.* Admirabili quodam ad Philoſophiam ſtudio concitatus. *Liv. l.* 4. *B. Maced.* Concitatior curſu, ideſt, celerior. *Id. l.* 5. *B. Maced.* Concitatiſſimi equi.

Concito, as, a. 1. *concitare, commovere, ſtimolare*, [Hebrew], Ger. *bewegen*, Gal. *inciter*, Hiſp. *concitar*, παροξύνω, commoveo, extimulo, a cito. *Cic.* 1. *de Div.* Cum a corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur. *Id. pro Mur.* Ut major facultas Trib. pleb. detur, depulſo adverſario, ſeditionis, ac diſcordiæ concitandæ.

Concitor, oris, m. 3. commotor, ut Belli concitores. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 28.

Concitus, a, um, o. 1. 2. partic. a concieo, commotus, concitatus, *commoſſo, irritato*. *Virg.* 9. *Æn. v.* 69. Immani concitus ira. *Cic. pro Cæc. c.* 5. Litigioſus, concitus ad rixam. ¶ Concitus, a *cio*, eodem fere ſenſu. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 376. Ipſa autem tantis concita furoribus arma expedit.

Concitus, us, m. *impeto, corſo*, motus concitatus. *Mamertin. in genethliaco Maxim. c.* 8. Quis ſimili concitu eques, aut velivola navis?

Concivis, is, com. 3. qui ejuſdem civitatis jure gaudet, *concittadino*, συμπολίτης. *Proœm. de Limitib.* Exactum concivium locum. Adde *Hieron. l.* 2. *epiſt.* 25. *Tertul.* & alios juniores. Nam veteres *cives* uſurpant.

Conciuncula, læ, f. 1. dimin. a concio. *Cic. ad Attic. l.* 12. *epiſt.* 16. Quæ mihi videtur una conciuncula clamore pediſſequorum noſtrorum eſſe peritura.

Conclamatio, onis, f. 3. multorum clamor, *acclamazione*. Sæpe accipitur pro acclamatione, applauſo. *Caſ. l.* 2. *c.* 26. *B. C.* Curio univerſi exercitus conclamatione Imperator appellatur.

Conclamatus, a, um, o. 1. 2. *chiamato, gridato*, particip. a conclamo, ut conclamata corpora, quibus extremum conclamationis præſtitum eſt officium, ſeu quæ nihil reliqui jam habent ad vitam. *Lucan. l.* 2. *v.* 23. Corpora nondum conclamata jacent. ¶ Conclamatum frigus, ſummum, quod conclamata corpora facit, necando frigiditate ſua. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 5. Aliaſque herbas conclamati frigoris pipere temperatas. ¶ Interdum ſumitur pro noto, & celebri, *famoſo*. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Conclamatiſſimum fontium. Et *l.* 6. *epiſt.* 1. Conclamatiſſimum primipilarem.

Conclamito, as, n. 1. freq. a conclamo. *Plaut. Men.* 1, *c.* 51. Conclamitare tota urbe.

Conclamo, as, n. 1. *gridare inſieme*, συμβοάω, ſimul clamo. *Cic.* 6. *Phil.* Cum vos univerſi una mente, atque voce iterum a me conſervatam eſſe Rempublicam conclamaſtis. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici clamo, *gridare*. *Caſ.* 1. *B. G.* Conclamavit, quid ad ſe venirent. ¶ Conclamare vaſa, militaris eſt locutio, pro denunciare inter milites, ut vaſa colligant, quod fiebat, cum exercitus moturus erat caſtra. *Caſ.* 1. *B. C. c.* 56. Signum dari jubet, & vaſa militari more conclamari. ¶ *Conclamare* abſolute eodem ſenſu, *Id. ibid. c.* 57. & *l.* 3. *c.* 75. ¶ Uſurpatur etiam active. *Liv. l.* 4. *c.* 40. Ex mæſtis paulo ante domibus, quæ conclamaverant ſuos, procurreretur in vias. ¶ Conclamatum eſt, *è finita*, πέπρακται, proprium eorum, qui morientibus aſſiſtunt, & tranſlate pro finitum eſt, deſperatum eſt. Solebant enim cadaverum faciem pluries frigida abluere, nomenque eorum clara voce inclamare, ne forte ſyncope correptos pro mortuis funerarent. *Donatus ad illud Terent. Eun.* 2. 3. 56. Deſine, jam conclamatum eſt.

Conclavatæ res dicuntur, quæ ſub eadem ſunt clavi. *Feſt.*

Conclave, vis, n. 3. *luogo ſegreto*, [Hebrew], Gall. *cabinet*, μυχὸς, locus ſeparatior in interioribus tectis, quod unam habeat clavem domeſticæ communem. *Cic.* 3. *de Or.* Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. *Quintil.* eandem referens hiſtoriam, triclinium appellat, his verbis: *Vix illo limen egreſſo, triclinium illud ſupra convivas corruit.* ¶ *Donat. ad Ter. Eun.* 3. 5. 35. Conclave eſt ſeparatior locus in interioribus tectis. ¶ Dicitur & Conclavium, ii. *Vitruv. l.* 6. *c.* 5. Conclaviorum altitudines. Adde *Plaut. Moſt.* 3. 2. 155.

Conclauſus, a, um, adject. velut a conclaudo, concluſus, *rinſerrato*. *Col. l.* 3. *R. R. c.* 12. Eadem veluti conclauſa, & coarctata ſemina comprimere. ¶ Pro Conclauſus, Concluſus magis eſt in uſu.

Conclinisco, V. Conquiniſco.

Concludo, is, uſi, uſum, a. 3. *chiudere*, [Hebrew], Ger. *beſchlieſſen*, Gall. *enfermer, conclurre*, Hiſp. *concluyr*, συγκατακλείω, claudo. *Cic. de Univ.* Intelligentiam in animo, animum in corpore concluſit. *Teren. Adel.* 4. 2. 13. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. Concludere auras follibus. *Ter. Eun.* 4. 3. 25. Illum aliquo concluſiſſem. ¶ Eſt item ſimul claudere. *Id. Eun.* 5. 8. 16. Fortuna tot res, & tantas in unum concluſit diem. ¶ Item perorare, ideſt, orationem terminare, *finire*. *Cic.* 6. *Verr.* Ut aliquando totam hujus generis orationem concludam, aut definiam. ¶ Item colligendo judicare. *concludere*. *Cic.* 2. *Fin. c.* 19. Deinde concludebas, ſummum malum eſſe dolorem, &c.

Concluſe, adver. συμπεπερασμένως, quaſi dicas concludendo. *Cic. in Orat. c.* 53. Cum, ut fit, fortuito ſæpe aliquid concluſe, apteque dicerent.

Concluſio, f. 3. *concluſione*, [Hebrew], Ger. *beſchlieſſung*, Gal. *concluſion*, Hiſp. *concluſion*, ἐπίλογος, ultima pars orationis, quæ aliter peroratio dicitur. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 52. Hæ partes ſex eſſe omnino nobis videntur, exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehenſio, concluſio. ¶ Verborum concluſio eſt periodus. *Cic.* 3. *de Orat.* Vocis dico moderationem, & verborum concluſionem. ¶ Item argumentatio, ſyllogiſmus. *Cic.* 2. *Acad.* Quid enim faceret huic concluſioni? Si lucet, lucet, lucet autem, lucet igitur. ¶ Propere eſt mora in aliquo loco clauſo, quo ſenſu uſurpat *Caſ. B. C. l.* 2. *c.* 22. Peſtilentia conflictari ex diutina concluſione, *lo ſtar rinſerrato*. Adde *Nepot. Eumen. c.* 5.

Concluſiuncula, æ, f. 1. dimin. a concluſio. *Cic.* 4. *Acad. c.* 44. Aculeata ſophiſmata. ſic appellantur fallaces concluſiunculæ.

Concluſura, æ, f. 1. *Vitruv. lib.* 6. *c.* 11. ad centrum reſpondentes earum concluſuræ. h. e. conei fornicis.

Concluſus, us, ui, m. 4. *rinſerramento*. *Cal. Aurel. Tard.* 1. 4. Concluſu corporis corrigere.

Concluſus, a, um, o. 1. 2. *rinchiuſo*, συγκεκλεισμένος. *Cic.* 1. *de Or.* Omnia fere, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa, & diſſipata quondam fuerunt. *Id. lib.* 2. *de nat. Deor. c.* 7. Concluſa aqua facile corrumpitur. ¶ Comparat. Concluſior locus. h. e. anguſtior. *Hygin. l.* 4. *Poet. Aſtron. c.* 14.

Concoctio, onis, f. 3. *digeſtione*, cibi in ventriculo digeſtio. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Concoctione maturata. *Id. l.* 20. *c.* 5. Concoctionibus confert.

Concoctus, a, um, adject. digeſtus, *digerito, concotto*, vel una coctus. *Lucret. l.* 2. *v.* 852. Concocti adores.

Concœnatio, f. 3. Cœna, convivium, *convito*. *Cic. de Sen. cap.* 13. Tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Concolonus, i, m. qui ſimul cum alio colonus eſt. *Auguſtin. epiſt. ad Euſeb.* 169.

Concolor, oris, o. 3. *d'un medeſimo colore*, Ger. *einer farb*, Gal. *de meme couleur*, Hiſp. *de meſmo color*, ὁμόχροος, ejuſdem coloris. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 80. Et populus feſto eſt concolor ipſe ſuo.

Concolorus, a, um, adject. concolor. *Capell. l. de nupt. Philol.* 6. Caryſtos marmoreis fluctibus concolora.

Concomitatus, a, um, adject. ſignif. paſſivæ, *accompagnata*. *Plaut. Mil.* 4. 3. 10. Quibus concomitata recte deveniat domum.

Concopulo, as, avi, atum, are, idem quod copulo, *congiungere*. *Lucret. l.* 6. *v.* 1075. Denique res auro argentum concopulat una.

Concoquo, is, xi, coctum, idem ac coquo. *Var. de R. R. l.* 2. *c.* 10. Ad focum ligna afferre, & cibum concoquere. ¶ Frequentiſſime accipitur pro cibum digerere. *digerire*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ut id mutari facile, & concoqui poſſit. ¶ Tranſlate eſt cogitare, *conſiderare*. *Cic. pro Roſc. Com.* Tibi diu deliberandum, & concoquendum eſt. ¶ Item æquo animo ferre, & pati, *ſopportare*. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. epiſt. ult.* Ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. *Liv. l.* 4. *c.* 15. Concoquere aliquem ſenatorem.

Concordabilis, le, adject. quod concordari facile poteſt. *Cenſorin. de die natali, c.* 10. Non promiſcue voces omnes cum aliis junctæ concordabiles in cantu reddunt effectus.

Concordatus, a, um, adject. *chi è d' accordo*. *Papinian. JCtus leg.* 11. *ff. tit.* 7. *lib.* 48. Matrimonium bene concordatum dirimere.

Concordia, f. 1. *concordia, accordo*, [Hebrew], Ger. *einigkeit*, Gall. *concorde*, Hiſp. *concordia*, ὁμόνοια, unanimitas, & conſenſus, a *corde*, quaſi congruentia cordium. *Cic. Att. l.* 8. Fore, ut in Italia poſſemus concordiam conſtituere. ¶ Diſcors concordia dicitur rerum, quæ, cum inter ſe diverſæ ſint, tamen commixtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius vires temperat, & coercet. *Ovid.* 1. *Met.* Et diſcors concordia fœtibus apta eſt. ¶ Et tranſlate diſcors concordia ſimulata amicitia eſt. *Lucan. l.* 1. Temporis exigui manſit concordia diſcors, paxque fuit.

Concordia, Dea apud Romanos, cui ædes a C. Flavio Cn. F. dedicata eſt in area Vulcani. *Cic.* 2. *de nat. Deor. Liv. l.* 9. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 639. & *l.* 6. *v.* 637.

Concordia, f. 1. *Concordia*, urbs Carnorum exc. ad Romatinum fl. apud oram Venetiæ, media inter Altinum, & Aquilejam, cujus Epiſcopus in proximo oppido reſidet, cui Romatinus portus nomen eſt, vulgo *Porto Gruaro*.

Concorditas, atis, f. 3. idem ac concordia. *Pacuv.* Concorditatem hoſpitio adjunctam, & perpetuam probitatem conſervetis, *apud Non. cap.* 2. *n.* 151.

Concorditer, adverb. *concordemente*, ὁμονοητικῶς, unanimiter, pari conſenſu. *Plaut. Curc.* 2. 2. 14. Concorditer inter ſe congruunt. *Cic. pro Rab. c.* 5. Ejus fratris, quicum concordiſſime vixerat.

Concordium, ii, n. 2. idem quod concordia. *Leg.* 27. *ff. de pact. dotal. tit.* 4.

Concordo, as, avi, are, n. 1. *concordare, eſſere d' accordo*, [Hebrew], Ger. *einh...*, Gall. *tomber d'accord*, Hiſp. *concordar*, ὁμονοέω, concordem eſſe, convenire. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Sic animi ſanitas dicitur, cum ejus judicia, opinioneſque concordant. *Ovid.* 10. *Met. v.* 146. Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent, Concordare modos.

Con-

Digitized by Google

Concorporâles, lium, m. 3. *contubernales*, commanipulones, ideſt, qui in contubernio ſuberant eidem decano. *Ammian. l.* 28. *c.* 28. Ne uno quidem cadibus concorporalium ſupereſſe permiſſo. Adde *l.* 21. *c.* 22.

Concorporatio, onis, f. 3. *incorporazione*. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 4. Concorporatio Legis, & Prophetarum.

Concorporatus, a, um, adject. *incorporata*. *Ammian. l.* 22. *c.* 8. Hi ſcopuli ſtetere concorporati.

Concorporificatus, a, um, aliud adject. in unum corpus redactus, *Tertull. adverſ. Valent. c.* 23. In mundo coelementato, & concorporificato.

Concorpŏro, as, avi, atum, *a.* 1. *incorporare*, συσσωματόω, in unum corpus redigo. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Facillimeque cum melle concorporatur. *Id. l.* 27. *c.* 12. Polyanthemum vitiligines concorporat. h. e. delet vitiliginem, & reliquo corpori cutem reddit parem.

Concors, ordis, o. 3. *concorde*, *d' accordo*, ὁμόνους, qui eſt unius cordis, ideſt, unius animi, a cum & cor. *Cic.* 1. *Tuſc.* Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 7. Multo fiet civitas concordior. *Cic. pro Lig. c.* 2. Concordiſſimi fratres. ¶ Veteres dixere, *Concordis*, *de*. *Cæcil. apud Priſcian. l.* 6. Modo fit obſequens, hilaris, comis, concordis.

Concratitius, a, um, o. c. 3. *di graticcio*, quod ex confertis cratibus fit. *Pap. in l. ſi fratres, ff. pro ſocio*. Ut ibi concraticium parietem inter ſe ædificarent. Verum in emendatiſſimis libris legitur Cratitius.

Concrebreſco, is, bui, n. idem quod crebreſco, *creſcere*. *Virg. in Ciri*, v. 25. Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.

Concreditus, a, um, *conſegnato*, *affidato*, alicujus fidei creditus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 39. Fortunæ concreditæ. Adde *Plaut. Pæn.* 4. 2. 104.

Concrēdo, is, didi, itum, *a.* 3. *credere*, *commettere alla fede*, ἐμπιστεύω, idem eſt, quod credere, ideſt, ſervandum dare, fidei alicujus tradere. *Cic. pro Quint. c.* 20. Cui tu & rem, & famam tuam concredere ſolebas.

Concreduo, is, ui, pro concredo, dixere Veteres. *Plaut. Aul.* 3. 6. 48. Ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo. *Id. Caſ.* 2. 8. 45. Ei ego amorem meum omnem Concredui.

Concremātus, a, um, una crematus, *abbruciato*, ut Concrematæ urbes, *Sen. epiſt.* 9.

Concrementum, i, n. 2. idem quod concretio, incrementum. *Apul. Apol.* Concrementa varii fellis.

Concrĕmo, as, *a.* 1. idem quod cremo, *abbruciare*. *Plin. l.* 12. *c.* 18. Quantum Nero Princeps noviſſimo pompæ ſuæ die concremavit.

Concrĕo, as, a. 1. idem quod creo, vel ſimul creo. Legitur in titulo *c.* 5. *l.* 19. *Gellii*. Ex nive cryſtallos concreatur.

Concrepatio, onis, f. 3. *ſtrepito*, *ſtuono*. *Arnob. l.* 2. *p.* 73. Concrepatione ſcabillorum.

Concrepĭto, as, are, frequentat. a concrepo, *far grande ſuono*, *o ſtrepito*. *Prudent. Periſteph.* 11. *v.* 56. Virgarum concrepitat fragor.

Concrĕpo, as, ui, itum, n. 1. *far ſtrepito*, *riſonare*, חרק, Germ. *erkrachen*, Gal. *craquer*, Hiſp. *eſtallar*, ἐπιψοφέω, perſono. Plus eſt, quam ſono. Nam con hic auctivum eſt. *Plaut. Bacch.* Sed hue concedam, nam concrepuerunt fores. *Cic.* 3. *Offic. c.* 19. Si vir bonus habeat hanc vim, ut, ſi digitis concrepuerit, &c. *Terent. Andr.* 4. 1. 58. Concrepuit a Glycerio oſtium. *Liv. l.* 28. Exercitus gladiis ad ſcuta concrepuit, h. e. gladiis ſcuta percutiendo ſtrepitum edidit. ¶ Reperitur etiam active uſurpatum. *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 441. Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra.

Concreſcentia, æ, f. 1. concretio. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Ex aquarum ſubſidentia in corporibus, & concreſcentia.

Concreſco, is, evi, etum, n. 3. accreſco, ſimul creſco. *Virg. Ecl.* 6. ut his exordia primis Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis. ¶ Frequentius accipitur pro condenſari, conglutinari, gelo conſtringi, *condenſarſi*, *agghiacciarſi*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 10. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive, pruinaque concreſceret. *Virg.* 12. *Æn.* gelidus concrevit frigore ſanguis. *Plin. l.* 18. *c. ult.* Cinis in foco concreſcit. ¶ *Concreſſe*, pro concreviſſe, apud *Ovid.* 6. *Metam.*

Concretio, onis, f. 3. condenſatio, conjunctio, compoſitio. *Cic.* 1. *Tuſ. c.* 27. Niſi mens ſoluta quædam, & libera, ſegregata ab omni concretione mortali.

Concrētus, a, um, o. r. a. *condenſato*, συμπαγής, conglutinatus, a concreſco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Iſque tum fuſus, & extenuatus in ſublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. *Liv. l.* 21. *c.* 26. Hæreret in durata, & alte concreta glacie. *Virg.* 3. *Georg.* Lac concretum. *Cic.* 1. *Divin. ex quodam Poeta*: Cum claram ſpeciem concreto lumine Luna Abdidit. h. e. contracto. *Virg.* 6. *Æn.* Concreta labes. h. e. affixa, inhærens. *Lucret.* 4. 1237. Craſſius hoc porro, quoniam concretius æquo, &c.

Concrētus, us, m. 4. concretio. *Plin l.* 12. 2. 26. In concretu albicantis ſucci, & tabeſcentis.

Concrimĭnor, aris, d. 1. idem ac criminor. *Plaut. Mil.* 0. 2. 87. Ut ſi illic concriminatus ſiet adverſum militem meum conſervus.

Concriſpātus, a, um, adject. criſpatus, criſpus, *creſpo*, *increſpato*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. Capillamento concriſpati cincinni.

Concriſpo, as, avi, atum, are, idem quod criſpo, *increſpare*. *Ammian. l.* 16. *c.* 29. Tela concriſpans, h. e. vibrans. *Vitruv. l.* 8. *c.* 1. Humores ſe concriſpantes.

Concrucior, aris, paſſ. 1. idem ac crucior. *Lucr. l.* 3. *v.* 147. Non omni concruciamur corpore.

Concruſtatus, a, um, adject. cruſta obductus, *incroſtato*. *Ammian. l.* 17. *c.* 7. Soliditates concruſtatæ. Et *l.* 30. *c.* 6. Meatus gelidis frigoribus concruſtati.

Concubātus, us, ui, m. 4. pro concubinatu, legitur *leg.* 3. *ff. de Concubin.*

Concubīna, æ, f. 1. *concubina*, ὁμόλεκτρος, ſcortum, præſertim privatum. *Cic. de Orat. c.* 40. In concubinæ locum duceretur.

Concubinālis, le, adject. ad concubinam pertinens, ut concubinales illecebræ. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 6.

Concubinātus, us, m. 4. *concubinato*, conſuetudo concubinorum. *Suet. in Ner. c.* 28. Super nuptarum concubinatus Veſtali virgini Rubriæ vim intulit. Adde *Plaut. Pœn. prol. v.* 102.

Concubīnus, m. 2. *concubino*, qui ſimul cubat. *Curt. l.* 10. *c.* 2. Pellicum concubini. *Catul. Epithalam. Mall. v.* 135. Concubinum inertem.

Concubitālis, e, adject. ad concubitum pertinens. *Tertull. ad Nation. l.* 2. *c.* 11.

Concubitio, onis, f. 3. idem quod concubitus. *Hygin. Aſtron.* 2. *c.* 12. Perſeus inuſitato genere concubitionis natus.

Concubĭtor, oris, qui concumbit. *Auct. declam. quæ inſcribitur* Tribunus Marianus: *quam quidam olim* Quintiliano *tribuebant*.

Concubĭtus, us, m. 4. *coito*, συνουσία, coitus. *Celſ. l.* 1. *c.* Concubitus neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus. Adde *Horat. de Art. poet. v.* 398.

Concubius, a, um, adject. *Concubia nox* (nam extra hanc formulam non occurrit) a *concubitu dormiendi cauſa* dicta, ut eſt apud *Varron. l.* 5. *de L. L. c.* 2. eſt primi ſomni tempus, ut *Nonius* definit *c.* 2. *n.* 175. Partes enim noctis, ut docet *Cenſorin. de die nat. c.* 24. apud Latinos hæ ſunt: prima *crepuſculum*: ſecunda id tempus, quod dicebant *luminibus accenſis*, antiqui *prima face*: tertia *concubium*, cum itum eſt cubitum: quarta *nox intempeſta*, qua nihil agi tempeſtivum eſt: quinta *ad mediam noctem*: ſexta *media nox*: ſeptima *de media nocte*: octava *gallicinium*: nona *conticinium*: decima *ante lucem*: undecima *diluculum*. Confirmat *Servius* hæc eadem proponens, & quidem ex *Varrone*, ad illud *Virg.* 2. *Æn. v.* 268. Tempus erat, quo prima quies, &c. & ad 3. *Æn. v.* 587. & *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 3. *extr.* ¶ Quod vero apud *Varron. loc. cit.* confundi videtur *concubia nox* cum *intempeſta*, & cum *ſilentio noctis*, & *conticinio*, primo id *Varro* refert non ex ſua, ſed ex aliorum ſententia: deinde minutam illam *Cenſorini* diviſionem non ſemper ſervavere Scriptores: ex quibus *Apulej. l.* 2. *Metam. poſt med.* videtur *concubiam noctem* pro nocte jam provecta poſuiſſe.

Conculcatio, onis, f. 3. actus conculcandi, *il calcare co' piedi*. *Plin. l.* 8. *c.* 18. Bibunt cameli, obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

Conculcatus, us, ui, m. 4. idem quod Conculcatio. *Tertull. de Reſur. c.* 22. Tunc erit Hieruſalem conculcatui Nationibus.

Conculco, as, idem ac calco. *Cic. in Piſ.* Ad portam Exquilinam Macedonicam laureaſo conculcavit. ¶ Translate ſumitur pro opprimere, violare, *mettere ſotto i piedi*. *Cic. Att. lib.* 8. Conculcari miſeram Italiam videbis proxima æſtate ab utriuſque mancipiis undique collectis.

Concumbo, is, ui, itum, ere, n. 3. *dormire in compagnia*, συγκαθεύδω, Ger. *beiſchlaffen*, Gal. *coucher enſemble*, Hiſp. *acoſtarſe*. *Cic. de Fato*, *c.* 13. Concumbere cum uxore. *Ovid.* 10. *Met. v.* 338. Concumbere viro.

Concumulatus, a, um, adject. accumulatus. *Tertull. de velan. Virgin. c.* 7. Coma concumulata in verticem.

Concupio, is, *a.* 4. idem quod cupio, *deſiderare*. *Horat. Epod.* 3. *v.* 19. Si quid unquam tale concupiveris. *Salluſt. Catil. c.* 51. Ut quiſquam domum, aut villam concupiverat.

Concupiſcentia, æ, f. 1. *concupiſcenza*, ἐπιθυμία, appetitus, *Tertul. de Anima*, Concupiſcentia oculis arbitris utitur. *Curt. l.* 8. *c.* 6. Adeo pertinax ſpes eſt, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiſcentiæ devorarunt. Hæc tamen lectio ſuſpecta eſt Eruditis.

Concupiſcentivus, a, um, adject. *Tertull. de Anim. c.* 16. Concupiſcentivum, quod vocant ἐπιθυμητικόν.

Concupiſco, is, *a.* 3. idem quod cupio, vel valde cupio. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 24. Concupiſcere mortem.

Concupitor, oris, m. 3. qui concupiſcit. *Jul. Firmic. l.* 8. *Aſtron. c.* 22. Rerum alienarum concupitores.

Concupitus, a, um, adject. nom. ex particip. *deſiderato*. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 6. Concupitum adipiſci. Et *c.* 11. Pecunia concupita.

Concurator, oris, m. 3. qui una cum aliis aliquid curat. *Ulpian. l.* 19. *ff. de adminiſt. & peric. tut.* Actus ſui rationem concuratori reddere non eſſe compellendum.

Concūro, as, are, a. 1. *aver cura*, idem quod curo, vel ſimul curo. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 23. Hæc concuret coquus.

Concurro, is, curri, & concurri, curſum, n. 3. *concorrere*, נהר, Ger. *zuſammen lauffen*, Gall. *courir enſemble*, Hiſp. *correr juntamente*, ὁμοδρομέω, ſimul curro. *Cicer.* 4. *Ver.* Tantus in curia clamor factus, ut omnes concurrerent. ¶ Eſt item irruere in hoſtem, præliari, *combattere*. *Liv. de bel. Pun.* Caſtraque eo ſpatio concurrerunt. *Sall. in Jug.* Sed catervatim in noſtros concurrunt. ¶ Abſolute *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 7. Concurritur. ¶ Item confugere, *ricorrere*. *Cic. ad Att.* Nulla eſt ſedes, quo concurrant, qui Rempublicam defenſam volunt. ¶ Item convenire, conjungi, *unirſi*. *Ter. Heaut.* 2. 2. 3. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. *Cic.* 3. *de Or.* Verba ne aſpera concurrant, neve vaſtius diducantur. ¶ Item contingere, *accadere*. *Cic. pro Planc.* Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda ſint. ¶ Item convenire, *conſentire*, *accordarſi*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Licet concurrant omnes plebeji philoſophi, &c. ¶ Item ad partem venire. *Sen. l.* 1. *de benef. c.* 1. Ad rogandum os concurrit, & ſuffunditur rubor. ¶ Nomina concurrunt, apud *Cic. Att.* 16. *epiſt.* 3. h. e. debitorum, & creditorum nomina paria ſunt. ¶ Concurrere alicui, *Stat.* 11. *Theb. v.* 183. ¶ *Concucurri* legitur apud *Flor. l.* 4. *c.* 2. & *Hirt. de B. Afric. c.* 53.

Concurſatio, onis, f. 3. *il correr qua, e là*, περιδρομή. *Cic. pro Domo*. Quid puerorum illa concurſatio nocturna? Adde *l.* 1. *Fam. ep.* 1.

Concurſator, oris, m. 3. *chi corre qua e là*, περιδρομος. *Liv. l.* 31. *c.* 35. Nec pedes concurſator, & vagus.

Concurſatorius, a, um, adject. ut concurſatoria pugna, quæ ſcil. concurſando fit. *Ammian. l.* 16. *c.* 14.

Concurſio, f. 3. idem ac concurſus. *Cic.* 1. *Top. c.* 19. Concurſio rerum fortuitarum. *Auctor ad Her. l.* 4. *c.* 12. Crebræ vocalium concurſiones.

Concurſo, as, are, n. 1. *correre qua, e là* diſcurro, freq. verbi concurro. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ex corporibus hue, & illuc caſu, & temere concurſantibus. ¶ Uſurpatur & cum accuſat. *Cic. pro Mur. c.* 21. Præſertim cum jam hoc novo more omnes fere domos omnium concurſent.

Concurſus, us, m. 4. *concorſo*, מרוצה, Ger. *zulauff*, Gall. *concours*, Hiſp. *concorſo*, συνδρομή. *Cic.* 7. *Phil.* Ad quem omni motu concurſus fiat civium perditorum. Sic occupationum concurſus. h. e. turba. *Idem Fam.* 7. *epiſt. ult.* ¶ Item pugnantium congreſſio, prælium, *attacco degli eſerciti*. *Nepos in Tim. c.* 2. Copias eduxit, barbarorumque uno concurſu maximam vim proſtravit. ¶ Apud *Lucretium* invenitur ſecundæ declinationis, *l.* 1. *v.* 384. Poſtremo duo de concurſo corpora lata.

Concurvo, as, are, a. 1. idem quod curvo, *piegare*, *curvare*. *Laber. apud Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 7. Non flexibilem me concurvaſti, ut carperes.

Concuſſibilis, le, adject. qui concuti poteſt, apud *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marc. c.* 25.

Concuſſio, onis, f. 3. *ſcotimento*. Gloſſ. Vet. Concuſſio, συνσεισμός, διάσειος, ἐνσεισμός. *Senec.* 6. *quaſt. natur. c.* 25. Illa vaſta concuſſio, quæ duas ſuppreſſit urbes. ¶ Apud JCtos crimen eſt, ſi aliquid terrore poteſtatis illicite extorquetur, & aufertur, *prepotenza*. *Leg.* 1. & 2. *ff. de concuſ.* & *l.* 4. *Cod. de concuſ. ob torp. cauſ.*

Concuſſo, as, pro concutio legitur a quibuſdam apud *Lucret.* 2. 214. Abrupti nubibus ignes concuſſant. Sed al. leg. *concurſant*.

Concuſſor, oris, m. 3. qui terrore poteſtatis illicite opprimit, afflictor, *prepotente*. *Tertull. de fug. in perſecut.* Quid dicit ille concuſſor? Da mihi pecuniam.

Concuſſūra, æ, f. 1. concuſſio. *Tertull. l. de fug. in perſecut. c.* 13. Petenti dabo in cauſa eleemoſynæ, non in concuſſuræ.

Concuſſus, a, um, o. r. a. partic. a concutior, *ſcoſſo*, *sbattuto*. *Virg.* 5. *Æn. v.* 700. Catu concuſſus acerbo. *Liv. l.* 3. *c.* 10. Terræ motu concuſſa. *Lucan. l.* 1. *v.* 182. Fides concuſſa. h. e. labefactata. *Capel. l.* 4. *de nupt. Philol.* Pallas aliquanto concuſſior. h. e. turbatior.

Concuſſus, us, m. 4. commotio. *Plin. l.* 35. *c.* 16. Coquitur in calcibus crebro concuſſu. *Lucret. l.* 6. *v.* 546. Quippe cadunt toti montes, magnoque repente Concuſſu late diſſerpunt inde tremores.

Concutio, tis, cuſſi, cuſſum, a. 3. *commovere*, *ſcuotere*, Germ. *erſchüttern*, Gal.

Digitized by Google

Gal. *ébranler*, Hiſp. *ſacudir*, *enotiu*, commovere. *Ter. Eun.* 3. 5. 42. Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit. *Cic.* 2. *Philip. cap.* 42. Concutere Remp. h. e. turbare, evertere. *Juvenal. Sat.* 10. v. 327. Nec Stenobœa minus quam Creſſa excanduit, & ſe Concuſſere ambo, h. e. crexere in ultionem. Tractum a pugilibus, qui congreſſuri manus concutiunt.

Condalium, n. 2. anuli genus, quod ſervi digitis ferebant, a κόνδυλος, digiti articulus, & junctura. *Feſt.* & *Plaut. Trinum.* 4. 3. v. 7. & 15.

Condĕcens, entis, adject. 3. decens, *condecente, convenience*. *Auſon. in grat. act. ad Gratian. Imp.* Cujus egreſſus auſpicatior fuit, habitudo cohibitior, familiaris habitus condecentior.

Condecenter, adverb. *con decenza*. *Gell. l.* 16. *c.* 12. ut *Moſell.* & *Aldus* edidere. Alii leg. *Conducenter*.

Condecentia, æ, f. 1. idem ac decentia, *decenza*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 32. Sic verbis quidem ad aptam compoſitionem, & condecentiam, ſententiis vero ad gravitatem orationis utatur.

Condĕcere, idem ac decet, *conviene*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 90. Capies quod te condecet.

Condecōre, adverb. idem ac decore, *con decoro*. *Gell. l.* 14. *c.* 4. Condigne mehercule, & condecore Chryſippus depinxit.

Condecōro, as, a. 1. idem ac decoro, *decorare, ornare*. *Terent. in prol. Hec.* Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.

Condeliqueſco, is, n. 3. *liquefarſi*. *Cato R. R. c.* 23. Uti reſina condeliqueſcat.

Condemnabĭlis, le, adject. *condannevole*. *Pallad. de Inſtit. c.* 11. Eſt noſtrum ſtudium non condemnabile Muſæ.

Condemnatio, onis, f. 3. *condanna*. *Aſcon. in Divin. Ver.* A abſolutionis, C condemnationis litera. *Ulpian. l.* 3. *ff. ſi ex noxali cauſ.* Condemnatio pecuniaria.

Condemnator, oris, m. 3. *accuſatore*, qui reum peragit. *Tacit.* 4. *annal.* 66. Claudiæ condemnator. ¶ Item judex qui condemnat. *Tertull. adv. Marc. c.* 9. Delicti interdictor, & condemnator.

Condemnatus, a, um, nom. ex partic. *condannato*. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 6. Nefariorum ſcelerum condemnati. *Titinnius Veliſ. apud Non. c.* 4. *n.* 111. Nunc ejus voti condemnatus, immolavit hoſtiam, h. e. obnoxius ad præſtandum, quod voto promiſerat.

Condemno, as, a. 1. idem ac damno, *condannare*, καταψηφίζω. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. *Idem Philip.* 2. *c.* 23. Licinium de alea condemnatum. h. e. lege de alea. *Sueton. Calig. cap.* 38. Quadraginta reos ex diverſis criminibus condemnavit. ¶ Extenditur etiam ad accuſatorem, ut idem ſit, quod reum peragere, vel efficere, ut quis damnetur. *Cic.* 2. *Ver.* Ego hoc uno crimine illum condemnem neceſſe eſt. ¶ Adhibetur item extra forum. *Cic.* 2. *de Orat.* Cæteros non dubitabo primum inertiæ condemnare, poſt etiam impudentiæ.

Condensĕo, es, a. 2. denſeo, *condenſare*. *Lucret. lib.* 1. *v.* 392. Quod ſe condenſeat aer. Al. leg. *condenſerat*. quod ſit pro *condenſuerat*.

Condenſo, as, idem ac denſo, *condenſare*. *Colum. l.* 7. *cap.* 8. Rurſuſque ponderibus condenſatur.

Condenſus, a. 1. 2. denſus, *denſo*. *Liv. l.* 26. *c.* 5. Condenſa acies. *Hirt. de bel. Afr. c.* 30. Olivetum crebris arboribus condenſum.

Condepſo, is, ui, ere, commiſceo, manibus ſubigo, mollio. *Cato de R. R. c.* 41. Hæc bene una condepſito.

Condīco, is, xi, ctum, a. 3. *determinare*, יעד, Germ. *beſtimmen*, Gall. *aſſiner, determiner*, Hiſp. *determinar*, διαμολογοῦμαι, eſt ſimul dicere, ſimul determinare, conſtituere. *Juſtin. l.* 3. Locum, tempuſque coeundi condicunt. *Tacit. de Germ. cap.* 11. Sic conſtituunt, ſic condicunt. ¶ Item denuntiare, *intimare*. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 9. Nam cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. *Sueton. in Tib.* Sexto Claudio libidinoſo, ac prodigo ſeni cœnam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret. Sic *Plaut. Men.* 5. 2. 15. Ad cœnam aliquo condixeras foras. ¶ Et cum genit. *Liv. lib.* 1. ex veteri formula: Quarum rerum, litium, cauſarum condixit Pater Patratus Pop. Rom. Quiritium Patri Patrato Priſcorum Latinorum. *Jul. l. ſi alienum, ff. de mortis cauſa donat.* Si alienam rem mortis cauſa donavero, eaque uſucapta ſit, verus dominus condicere eam non poteſt. h. e. repetere, denuntiare reſtitutionem.

Condictio, f. 3. *intimazione*, ἐπαγγελία, denuntiatio in diem certum ejus rei, de qua agitur. *Feſt.* Condicere enim priſca lingua, eſt dicendo denuntiare. ¶ Speciatim eſt actio in perſonam. *Ulpian. in l. actionum genera, ff. de act. & obl.* Actionum genera duo ſunt, in rem, quæ dicitur vendicatio, & in perſonam, quæ condictio appellatur.

Condictitius, a, um, o. t. 2. quod ad condictionem ſpectat, ut actio condictitia, qua aliquid condicimus, & repetimus, quæ eadem eſt, ac condictio. *Ulp. l. ſi duo, §. idem Julianus, ff. de furtis.* Atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur.

Condictus, a, um, o. t. 2. *intimato, o ſtabilito*, [illegible], quod in commune eſt dictum, ideſt quod conſtitutum, pactum, promiſſum, denuntiatum eſt. Sic condicta dies, *Plaut. Curcul.* 1. 1. 5. ¶ Subſtantive Condictum eſt, quod in communi eſt dictum. *Feſt.* h. e. promiſſio, ſeu pactum mutuum.

Condigne, adverb. digne, *degnamente*, ἀξίως. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 6. Condigne me meus gallos gallinaceus perdidit. *Gell. l.* 1. *c.* 8. Recte, atque condigne locutum eſſe. Et *l.* 14. *c.* 4. Condigne mehercule, & condecore.

Condignus, a, um, adject. idem fere ac dignus, *degno, condegno, conveniente*. *Gel. l.* 3. *c.* 7. Pulcrum facinus, Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum. *Plaut. Mil.* 2. 6. 25. Ibi dum condignam te ſectatus ſimiam.

Condimentarius, ii, m. 2. [illegible], qui condimenta conficit, aut vendit, *paſticciere*. Metaphorice *Tertull. de Anima, c.* 3. Doleo, Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.

Condimentarius, a, um, adject. ad condimenta pertinens. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Satureia in condimentariorum genere eſt.

Condimentum, n. 2. *condimento*, ἄρτυμα, quod ad aliquid condiendum aptum eſt, vel quo aliquid conditur. *Cic.* 2. *Fin. c.* 28. Socratem audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. ¶ Sæpe tranſlata ſumitur. *Cic. de Amic. c.* 18. Accedat huc ſuavitas, oportet, ſermonum, atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ.

Condio, is, ivi, vel dii, ditum, a. 4. *far ſaporito, condire*, ‏תבל‎, Germ. *wurtzen*, Gall. *aſſaiſonner*, Hiſp. *adobar, guiſar*, ἀρτύειν, eſt ea, quæ acerba ſunt, ſuavia, quæ inſipida, ſapida facere, vel res per ſe ſuaves ſale, pinguedine, aromatibus, ſuccis ſuaviores reddere. *Cic.* 7. *Fam.* Iſti herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe jucundius. ¶ Tranſlate eſt jucundum, gratumque reddere. *Cic. in Orat.* Omnino duo ſunt, quæ condiant orationem, verborum, numerorumque jucunditas. *Id. Att. l.* 12. *epiſt.* 40. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi.

Condiſcipŭla, æ, f. 1. *condiſcepola*, συμμαθήτρια. *Martial. l.* 10. *epigr.* 35. Hac condiſcipula, vel hac magiſtra, Eſſes doctior, & pudica Sappho.

Condiſcipulatus, us, ui, m. 4. *ſocietà di ſcuola*, ſocietas diſcipulorum ſub uno magiſtro, συμμαθητεία. *Nepos in Attico, c.* 5. Cum quo à condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime.

Condiſcipŭlus, li, m. 2. *compagno ad imparare, condiſcepolo*, Germ. *ſchulgeſell*, Gall. *condiſciple, compagnon d'école*, Hiſp. *companero de eſcuela*, συμμαθητής, qui ſimul cum aliquo diſcipulus eſt. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 18. Dicæarchum vero cum Ariſtoxeno æquali, & condiſcipulo ſuo, doctos ſane homines, omittamus.

Condiſco, is, didici, iſcere, a. 3. idem quod diſco, *imparare, aſſueſarſi*. *Horat. l.* 3. *od.* 2. *v.* 3. Pauperiem pati puer condiſcat. *Ovid. Heroid. epiſt.* 4. *v.* 25. Ars fit ubi a teneris crimen condiſcitur annis.

Conditaneus, a, um, adject. *coſa, che ſi condiſce*, ἀρτυτικός, qui conditur, ut piſces conditanei, *Apic. l.* 9. *in princ. Var. R. R. l.* 1. *c.* 24. Olivam conditaneam ſerere. Eſt autem oliva conditanea vel quæ condiri poteſt, vel condi, & ſervari.

Conditio, onis, f. 3. *condimento*, ‏תבל‎, Germ. *wurtzung*, *ſalſen*, Gall. *ſauſſe, aſſaiſon*, Hiſp. *adobo, guiſa*, ἄρτυσις, actus condiendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Quo compoſitiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia proceſſerint.

Conditio, onis, f. 3. *condizione*, Germ. *ſtand, weiſs*, Gall. *état, condition*, Hiſp. *eſtado, y condicion*, κατάστασις, actus condendi, ſed fere ſumitur pro qualitate, modo, ratione, qua aliquid condi, idest fieri aptum eſt. *Cic. Att. lib.* 15. *epiſt.* 1. Ea conditione nati ſumus, ut nihil recuſare debeamus. *Id. Fam. l.* 5. *ep.* 18. Legum, judiciorum, temporum conditio ſuperindet. ¶ Eſt etiam conditio poteſtas oblata eligendi, ſeu ut *Donat.* definit in *Ter. And.* 1. 3. 52. pactio certam legem in ſe continens. *Cic. pro Arch.* Præmium ei tribui ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet. *Ter. Heaut.* 2. 3. 85. Harum duarum conditionum nunc utrem malis vide. Hinc Conditionem offerre, proponere, ſtatuere, recuſare. Stare conditionibus, fugere a conditionibus, &c. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 12. & *al.* ¶ Itaque conditiones dicuntur leges pacis. *Liv. l.* 7. *B. Pun.* Eſt ejus qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis. ¶ Sumitur & pro conjunctione ſponſaliorum, & nuptiarum. *Suet. Galb. c.* 5. Remanſit in cœlibatu neque ſollicitari ulla conditione amplius potuit, *de omni partito*. *Cic. pro Cal. c.* 15. Habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparaſti, quo omnis juventus natandi cauſa venit: hinc licet conditiones quotidie legas, *partito*. V. & *Suet. Aug. c.* 69. ¶ Item pro invitatione ad cœnam. *Martial. l.* 11. *epigr.* 52. Cœnabis belle, Juli Cerealis, apud me. Conditio eſt melior ſi tibi nulla, veni. ¶ Item obſceno ſenſu pro inguinibus. *Lamprid. in Heliogab. c.* 5. Habebat, qui ei bene vaſatos perquirerent, ut eorum conditionibus frui poſſet. ¶ Denique conditio eſt creatio apud *Tertul. de hab. mulier. c.* 8. Dei conditio eſt thus & merum.

Conditionabilis, le, conditionalis. *Tertull. adverſ. Gnoſt. c.* 9.

Conditionālis, & le, n. 3. *condizionale*, ὑποθετικός, quod conditionem habet adjunctam, ut conditionalis venditio, *leg.* 4. *Dig. de in diem addict.* Datio conditionalis, *Ulp. l.* 9. *Dig. de admend. legat.* Conditionalis communicatio, *Tertull. adv. Jud. c.* 13. ¶ Conditionales *in leg. Scripturas*, *Cod. qui potior. in pign.* genus ſunt tabulariorum, *Notaj*.

Conditionaliter, adv. *con condizione*, ὑποθετικῶς, ſub conditione. *Juſt. de leg. §. longe magis*. Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa.

Conditītius, a, um, o. t. 2. *coſa riposta, o ſerbata*, [illegible], Germ. *das behalten gelegt iſt*, Gal. *gardé*, Hiſp. *guardada*, quod conditum eſt, & ſervatur in aliquo loco. *Col. l.* 8. *c.* 8. Duobus, aut tribus modo menſibus acceptant conditiva cibaria. Si ducas a condio, conditiuus eſt qui condiri poteſt, vel condimento præparatus.

Conditīvum, i, n. 2. cibus repoſitus, ſeu conditus, vel locus in quo cibi conduntur. *Cato, Varro, & Col.* Item *Macrob. lib.* 2. *Saturn. c.* 15. & 16. ¶ Pro ſepulcro *Senec. epiſt.* 60. Qui vero latitant, & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditivo.

Conditīvus, a, um, o. t. 2. *cib, che è atto a conſervarſi*, Germ. *das zu behalten iſt*, Gal. *choſe bonne a garder*, Hiſp. *coſa buena a ſer guardada*, ἀποθέσιμος, quod apta condi, & ſervari poteſt. *Col. l.* 7. *c.* 9. Conditivis cibis ſuſtinendæ ſunt.

Conditor, us. 3. *facitore*, ‏יוצר‎, Germ. *macher*, Gal. *faiſeur*, Hiſp. *hazedor*, δημιουργός, a condo, qui aliquid facit, componit, alicujus rei auctor eſt. *Cic. pro Cluent.* Atque etiam ipſe conditor totius negotii Guttam aſpergit huic Bulbo. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 416. Conditor hiſtoriæ. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Thucydides conditor rerum. h. e. hiſtoriæ ſcriptor. *Florus l.* 1. *c.* 1. Et urbis & Imperii conditor Romulus. ¶ Conditor, oris, a condio, qui condit, ἀρτυτής. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 6. Conditores, inſtructoreſque convivii.

Conditorium, ii, n. *ripoſtiglio*, Germ. *behalter*, ἀποθήκη, locus, in quo aliquid reponitur, ut Conditorium muralium tormentorum, idest, repoſitorium machinarum, *Marcellin. l.* 18. *c.* 22. ¶ Speciatim ſumitur pro ſepulcro, vel pro capſa, in qua mortui conduntur. *Petron. Satyr.* In conditorium etiam proſecuta eſt defunctum. Adde *Suet. Aug. c.* 18. & *Calig. c.* 59.

Conditrix, icis, f. 3. quæ condit, & facit, *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 11. Luna mortalium corporum & auctor, & conditrix. *Apul. Apol. p.* 285. Paupertas priſca apud ſecula omnium civitatum conditrix.

Conditum V. in Conditus.

Conditūra, æ, f. 1. a condo, ſtructura, *fattura*, ut vitrorum conditura. *Petron. Satyr. p.* 85. ¶ Conditura, æ, a *condio*, idem quod condimentum, *condimento*. *Senec. l.* 3. *de Ira c.* 15. Liberos illi epulandos appoſuit ſubinde interrogans, an placeret conditura. Adde *ep.* 69.

Conditus, us, ui, m. 4. idem quod conditum, a condio. *Colum. l.* 2. *c. ult.* Uvas, itemque olivas conditui legere licet.

Condĭtus, us, m. 4. condendi, idest fabricandi actus, *fattura*. *Apul. Apol. p.* 289. Veteranorum militum novo conditu ſplendidiſſima colonia ſumus. *Cenſorin. de die Nat. c.* 4. Qui in condita Thebarum Cadmo fuerint adjumento.

Condītus, a. 1. 2. *condito*, ‏מתבל‎, Germ. *wolſchmeckend*, Gal. *confit, aſſaiſonné*, Hiſp. *adobada*, ἠρτυμένος, partic. paſſ. a condior, iris, *Cic.* 3. *de Orat.* Unguentis minus diu nos delectari ſumma, & acerrima ſuavitate conditis, quam his moderatis. ¶ Et tranſlate. *Cic. Att. lib.* 13. Nec id ſolum, ſed bene cocto, & condito ſermone bono. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 56. Nec apud populum gravior oratio, neque lepore, & feſtivitate conditior.

Condĭtus, a, um, *riposto, naſcoſto*, κρυφθείς, reconditus, repoſitus, partic. a condor. *Cic. pro Mur.* Ut ei jam exploratus, & domi conditus Conſulatus videretur. ¶ Item ædificatus, conſtitutus. *Cic.* 1. *Tuſc.* Homerus fuit, & Heſiodus ante Romam conditam. Item comparatus, inventus, compoſitus. *Hor. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 95. Locus a Diomede conditus. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 50. Chalcidico condita verſu carmina. ¶ Item ſepultus. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 198. Conditus tumulo. ¶ Conditum, i, n. 2. Condita dicebantur annonariæ ſpecies, quæ in civitatibus conditæ ſervabantur ſuſtinendo militi, aut comitatui Principis, *magazzeni*. Militaria condita *Spartian.* vocat in *Adrian. cap.* 11. V. ibi *Caſaub.*

Con-

Digitized by Google

Condo, dis, didi, ditum, a. 3. *aſcondere*, *riporre*, טמן, Germ. *verbergen*, Gall. *cacher*, Hiſp. *encerrar*, *eſconder*, ἀποτίθεμαι, eſt reponere, a *cum*, & *do*. *Cicer. de nat. Deor.* Neque homines murium, ac formicarum cauſa frumentum condunt. *Id. in Verr.* Literas in ærario ſanctiore condi imperavit. ¶ Item claudere, tegere. *Cic. 7. Ver.* Atque in carcerem condi imperavit. *Virg. 2. Æn.* Nota conduntur in alvo. ¶ Item ædificare. *Cicer. de Divin.* Qui Reſp. conſtituerunt, qui urbes condiderunt. ¶ Item inſtituere, vel ſtabilire. *Cic. pro Domo*, Rempublicam condere meo diſceſſu, quam omnium interitu occidere malui. ¶ Item componere, vel ſcribere. *Cic. 1. ad Att.* Quoniam Græcum poema condidit. *Id. 2. de Leg.* Ad ſalutem civium conditas eſſe leges. ¶ Item ſepelire. *Cic. de Leg. l. 2. c. 22.* Condere in ſepulcro. ¶ Hinc eleganti translatione ponitur pro finire, ut condere ſecla, *Lucan. lib. 3. in fin.* Condere diem, *Horat. l. 4. od. 5.* Condere ſoles, *Virgil. Ecl. 9. v. 52.* Condere luſtra, *Cic. l. 2. de Orat. c. 66.* ¶ Huc male quidam trahunt illud *Virg. Ecl. 6. v. 6.* Namque ſuper tibi erunt, qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant, & triſtia condere bella. Nam ibi condere eſt pro ſcribere, ſeu componere, ut recte *Serv.* interpretatur. ¶ Condere verbum, eſt effingere, componere, apud *Varr. l. 6. de L. L. circ. princ.*

Condocefacio, a. 3. *inſtruire*, *ammaeſtrare*, *aſſuefare*, συνεθίζω, inſtruo, aſſuefacio. *Cic. 5. Tuſc. c. 31.* Eumque condocefaciet, ut ea, quæ bona, malave videantur, poſſit contemnere.

Condocefactus, a, um, adject. nom. ex particip. *inſegnato*, *ammaeſtrato*. *Cic. l. 2. de Nat. Deor. c. 64.* Belluæ domitæ, & condocefactæ.

Condoceo, ces, a. 2. doceo, *inſegnare*, *ammaeſtrare*. *Hirt. de Bel. Afric. c. 19.* Frænatis equo uti condocuerat.

Condoctor, oris, m. qui ſimul cum alio docet. *Auguſt. l. 1. Confeſſion. c. 9. extr.* Si in aliqua quæſtiuncula a condoctore ſuo victus eſſet.

Condoctus, a, um, nom. ex particip. *ammaeſtrato*. *Plaut. Pœn. 3. 1. 3.* Condocta dicta ad fallaciam. *Et paulo inferius:* Ædepol condoctior ſum, quam &c.

Condoleo, es, & Condoleſco, is, ui, itum, ere, idem omnino quod doleo, *dolere*, *dolerſi*. Ac ſi pro ſimul doleo, συναλγέω, uſurpetur, barbarum eſt. *Cic. Tuſc. 2. c. 22.* Si pes condoluit, ſi dens, ferre non poſſumus. *Id. l. 1. Acad. c. 10.* Cum perturbationem ex homine non tollerent, naturaque & condoleſcere, & concupiſcere dicerent.

Condolium. V. Condalium.

Condomo, as, ui, itum, are, idem quod domo, *domare*. *Prudent. hym. Jejunant. v. 98.* Vetereſque nugas condomare, ac frangere.

Condonatio, f. 3. donatio, *donazione*. *Cic. 2. Ver. c. 4.* Bonorum poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio, & condonatio.

Condonatus, a, um, adject. idem quod donatus, *donato*. *Cic. pro Planc. c. 30.* Datus eſt tibi ille, condonatus ille. *Aurel. Vict. Vir. illuſtr. c. 4.* Patriæ lacrymis condonatus. h. e. dimiſſus.

Condono, as, a. 1. idem quod dono. *Cic. in Off. l. 2. c. 22.* Cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ. ¶ Eſt etiam remittere, ignoſcere, *perdonare*, ut condonare crimen, *Id. pro Mil. c. 2.* Sic condonare aliquem alicui, eſt, in alicujus gratiam alicui ignoſcere. *Cæſ. B. G. l. 1. c. 20.* ¶ *Ter. Phorm. 5. 7. 34.* accuſativo rei jungit: Argentum quod habes, condonamus te. V. etiam *Eun. prol. v. 17.*

Condormio, is, n. 4. *dormire inſieme*, συγκαθεύδω, ſimul dormio. *Plaut. Moſt. act. 2. ſc. 2.* Abimus omnes cubitum, condormivimus.

Condormiſco, is, n. 3. dormio. *Plaut. Rud. 2. 7. 13.* Da mihi aliquid loci, ubi condormiſcam parum.

Condrilla, æ, & Condrille, es, f. & Condrillon, i, n. (tot enim modis legitur apud *Plin. l. 21. c. 15. & 17. & lib. 22. cap. 22.*) χονδρίλλη, tybi agreſtis genus eſt, amaro guſtu, & acris in radice ſucci.

Condris, f. 3. ſive potius chondris, herba, nonnullis pſeudodictamnum, dictamno folio ſimilis, ramulis minoribus. *Plin. l. 25. c. 8.*

Conducenter, V. Condecenter.

Conducibilis, & le, o. 3. utilis, *utile*, *giovevole*. *Plaut. epid. 2. 2.* Sententia conducibilis. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 14.* Utrum fuerit conducibilis.

Conduco, is, uxi, uctum, a. 3. *congregare*, *condurre*, הוליך, Germ. *begleiten*, Gal. *amener*, *conduire*, Hiſpan. *llevar*, συνάγω, duco. *Plaut. Epid.* Me juſſit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. *Cicer. 2. de Inv.* Tunc Crotoniatæ publico de conſilio virgines unum in locum conduxerunt. ¶ Item ad tempus emere, rem aliquam utendam pretio accipere, operam alicujus hominis mercede comparare, *pigliar ad affitto*, *pigliar a lavorare*. *Cic. pro Cæl.* Domum conduxit in Palatio. *Id. Attic. lib. 1. ep. 14.* Vectigalia de Cenſoribus conduxerant. ¶ Item redimere, ſeu aliquam rem faciendam ſuſcipere propter pretium, ſeu mercedem. *Cic. 2. de Divin.* Qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerant faciendam. ¶ Conducere lac, pro coagulare. *Colum. l. 7. c. 8.* Lac plerumque cogi debet agni, aut hædi coagulo, quamvis poſſit & agreſtis cardui flore conduci. ¶ Aliquando ſumitur pro conjungere. *Valer. Flacc. lib. 1. v. 479.* fiſſaque fluctu vel pice, vel molli conducere vulnere cera. *calafatare*.

Conducit, ebat, imp. 3. *eſſer utile*, συμφέρει, utile eſt, cum dat. perſonæ, vel rei. *Cicer. 1. Fam.* Quæ maxime cum mihi, tum etiam Reipubl. rationibus putem conducere. ¶ Vel cum accuſ. rei cum *ad*. *Cicer. 1. Offic.* Conducat id, necne, ad vitæ commoditatem. ¶ Vel abſolute. *Id. 5. Fam. ep. 19.* Ea maxime conducunt, quæ ſunt rectiſſima. ¶ Vel cum accuſ. addita præpoſit. *in*. *Plaut. Capt. 2. 3. 26.* Quod in rem conducit tuam. ¶ Vel cum infinito. *Cicer. Att. lib. 1. ep. 1.* Rationibus noſtris conducit, id fieri.

Conductio, f. 3. *il prendere ſopra di ſe*, *ricevere*, redemptio. *Cic. pro Cæc. c. 32.* Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. ¶ Item collectio. *Cic. 1. de Invent. c. 40.* Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet.

Conductitius, a, um, o. 1. 2. *che è ſolito condurſi*, שכור, Germ. *das man beſtellt*, Gall. *qu'on prend louage*, Hiſp. *alquiladero*, μισθωτός, quod conduci ſolet, vel quod jam conductum eſt. *Plaut. Epid. 2. 3. 8.* Apœculi quomodo oſtendam fidicinam aliquam conductitiam. *Var. lib. 1. R. R. c. 17.* Aut mercenariis, & conductitiis operis liberorum.

Conductor, oris, m. 3. μισθωτής, qui rem aliquam, aut operam alicujus pecunia conducit, item qui pretio opus aliquod faciendum ſuſcipit. *Cic. 3. ad Qu. Fr. ep. 1.* Seipſum ejus operis H. S. XVI. conductorem fuiſſe. Sic *Vitruv. l. 1. c. 1.* Conductorem locatori opponit.

Conductrix, icis, f. quæ aliquid ab alio locatum conducit. *In Cod. 5. 12. 18.* Mortua conductrice.

Conductum, i, n. res, vel locus pretio conductus. *Senec. de benef. 7. 5.* Nec conductum meum, quamquam ſis dominus, intrabit.

Conductus, a, um, n. 1. 2. *tolto a prezzo*, μισθωθείς, particip. a conducor. *Cic. pro Sext. c. 17.* Erat autem contentio, non cum victore exercitu, ſed cum operis conductis. *Id. pro Mur.* Mercede conducti obviam Candidatis iiſſem. ¶ *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 18.* Mercede diurna conductum pavit: *preſo a giornata*. *Id. lib. 1. ſat. 2.* Nummi conducti. *denari preſi a ſcontiſſo*. ¶ Pro congregato, ſeu in unum locum ducto. *Tacit. Annal. 13. c. 26.* Auxilia regum in unum conducta. *Lucret. lib. 1. v. 450.*

Acrior ardor enim conductis partibus eſſet, Languidior porro disjectis.

Condulus, vel Condylus, i, m. 2. κόνδυλος, idem ac condalium, ideſt annulus, a voce Græca, quæ allata eſt. Sed fortaſſe eſt inſtrumentum illud, quo ſutores utuntur, ne digitos offendant, quod priſci etiam ſymbolum, & ungulam dixerunt. *Plin. l. 33. c. 1. Martial. l. 5. epigr. 79. ad fin.* Parvi tibia condyli ſonabit. h. e. quæ parvum habet foramen inſtar condyli. Alii putant, intelligi Tibicinem nomine Condylum.

Conduplicatio, onis, fem. 3. *raddoppiamento*, ἀναδιπλασιασμός, duplicatio. *Plaut. Pœn. 5. 3. 18.* Quid hoc eſt conduplicationis? quæ hæc congeminatio? ¶ Item Figura verborum, qua idem vocabulum bis repetitur: ut *Vivis*, *& vivis non ad deponendam*, *ſed ad confirmandam audaciam*. *Auct. ad Herenn. 4. 28.* Conduplicatio eſt ejuſdem unius, aut plurium verborum iteratio.

Conduplico, a. 1. idem quod duplico, *raddoppiare*. *Terent. Phorm. 3. 2. 31.* Hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Condurdum, n. 2. herba ſolſtitialis, flore rubro, quæ e collo ſuſpenſa ſtrumas comprimit. *Plin. l. 26. c. 5.*

Conduro, as, are, durum facio, *indurare*. *Lucret. l. 6. v. 968.* Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni.

Condus, maſc. 2. *diſpenſiero*, ταμίας, qui condendis cibis præpoſitus eſt, quemadmodum promus, qui cibum promit. Cæterum quia ejuſdem fere officium eſſe ſolet cibos promere, & recondere, factum eſt, ut qui ei muneri præeſſet, compoſito nomine *conduſpromus*, vel *promaſcondus* diceretur. *Plaut. Pſeud. act. 2. ſc. 2. v. 14.* Conduſpromus procurator peni.

Condyloma, atis, n. 3. κονδύλωμα, morbus S. Fiacrii, tuberculum inſanabile, quod naſcitur circa coronam podicis, ſanguinem jugiter profundens, a ſimilitudine condylorum, hoc eſt, nodorum, qui in digitis, ſtricta in pugnum palma, eminent. *Celſ. l. 6. c. 18.*

Condylus, m. 2. *giuntura*, *nodo delle dita*, κόνδυλος, junctura, & nodus articulorum in digitis eminens. *Martian. l. 2.* Complicatiſque in condylos digitis vulnerabat. h. e. pugnis.

Cone, es, f. 1. inſ. Myſiæ, ad oſtia Iſtri. *Lucan. l. 3.*

Confabricor, d. 1. fabricor, *fabbricare*. *Gell. l. 3. c. ult.* Confabricatus, commolituſque magis eſt originum vocabuli C. iſte Baſſus, quam enarravit.

Confabulatio, f. 3. διαλογισμός, ſermo, colloquium, *colloquio*. *Symmach. l. 9. ep. 89.* Epiſtolæ confabulationem præſentis imitentur.

Confabulatus, us, ui, m. 4. idem quod confabulatio. *Sidon. l. 9. ep. 11. ad fin.* Hos eloquii tui claritas artifice confabulatu dum compellit, &c.

Confabulo, as, a. 1. & confabulor, aris, d. 1. *favellare*, ספר, Germ. *geſprech*, *halten*, Gall. *diſcourir enſemble*, Hiſp. *hablar con otro*, συμμυθέω, colloquor. *Plaut. Moſt. 2. 2. 78.* Illiſce hodie hanc confabulabunt fabulam. Ita quidam Lexicographi. Sed legendum *Conturbabunt*. *Id. Ciſtell. 4. 2. 77.* Sed ego rem magnam tecum confabulari volo.

Confacio, is, a. 3. ſimul facio. *Feſtus.* ¶ Afferri ſolet etiam locus *Lucretii l. 2. v. 903.* ſed varia ibi eſt lectio.

Confamulor, d. 1. *ſervire inſieme*, συνδουλεύω, ſimul famulor. *Macrob. Satur. l. 1. c. 17. ſub fin.* Hylen, naturamque ſignificant confamulantes.

Confarreatio, f. 3. idem ac farreatio, ideſt, ſacrificium, cui farreum librum adhibebatur, quo matrimonium contrahebatur, ſicut *diffarreatio*, quo diſſolvebatur. *Plin. l. 18. c. 3.* Quin & in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat. ¶ Sed hujuſmodi matrimonii, aut divortii genus ſolis Sacerdotibus erat in uſu. *Bœt. in Top. Cic. Sigon. de ant. jur. C. R. lib. 1. cap. 9.*

Confarreatus, a. 1. 2. conſociatus, ſacris nuptiis junctus, per confarreationem. *Apul. l. 5. A. A.* Sororem tuam, & nomen, quo cenſeris, confarreatis nuptiis conjugabo. *Tacit. Ann. 4. c. 16.* Patricios confarreatis parentibus genitos &c.

Confarreo, as, are, verbum habens uſum in ritu confarreationis, & ſignificat, libato farre matrimonio jungi. *Tacit. Annal. 4. c. 16.* Aſſuetudinem confarreandi. *Apul. l. 10. Metam.* Mulieris Matrimonium confarreaturus.

Confatalis, o. 3. συνειμαρμένος, quod eadem fati neceſſitate tenetur. *Cic. de Fato, c. 13.* Copulata enim res eſt, & confatalis.

Confectio, onis, f. 3. effectio, *fattura*. *Cic. 2. de Orat.* Erat enim hiſtoria nihil aliud, niſi annalium confectio. ¶ Item abſolutio, *terminazione*. *Cicer. 14. Phil.* Confectio hujus belli eſt D. Bruti ſalus. ¶ Item comminutio, *macinazione*. *Cicer. 2. de nat. Deor.* Quæ confectio etiam a lingua adjuvari videtur. ¶ Item collectio. *Cic. pro Flacc. c. 9.* Confectio tributi.

Confector, oris, m. 3. qui conficit, & ad finem perducit. *Cic. Fam. 10. ep. 20.* Totius belli confector. *Id. de nat. Deo. l. 2. c. 15.* Ignis confector, & conſumptor omnium. ¶ Item qui beſtias occidit, beſtiarius. Vet. Gloſſ. Confector, θηριομάχος, ἀναιρέτης. *Sueton. Auguſt. c. 43.* Confectores ferarum. ¶ Hos eoſdem Confectuarios vocari in veteri Inſcript. obſervat *Scalig. ad l. 4. Manilii, p. 286.*

Confectrix, icis, f. 3. quæ conficit. *Lactant. l. 7. c. 11. ex incerto Ciceronis loco*; Confectrix omnium rerum vetuſtas. h. e. quæ conficit, & conſumit.

Confectura, æ, f. 1. confectio. *Plin. l. 33. c. 13.* Reliqua confectura eadem, quæ & chryſocollæ. *Colum. l. 9. c. 14.* Confecturæ mellis.

Confectus, a, um, nom. ex particip. *perfezionato*, *ridotto a fine*. *Cic. Att. l. 8. ep. 4.* Confecta res eſt. *Attic. l. 4. c. 14.* Itinere ex ſententia confecto. ¶ Item debilitatus. *Cic. in Piſ. c. 34.* Summa ſenectute confectus. *Ter. And. 2. 1. 3.* Confectus cura. *Cic. in Piſon.* Confectus plagis. Sic Gladiator confectus, & ſaucius, *Id. l. 2. de Orat. c. 11.*

Confercio, is, erſi, ertum, a. 4. complere, *empire*, מלא, Ger. *voll ſchoppen*, Gall. *farcir*, *entaſſer*, Hiſpan. *embutir*, ἐμφορέω, compleo, ex con, & farcio. *Plin. l. 12. c. 13.* Myrrham paſſim a vulgo coemptam in folles conferciunt.

Confero, confers, contuli, collatum, a. anom. *portare in un luogo*, συμφέρω, proprie eſt in unum ferre, congerere. *Col. lib. 1.* Sit utrique proximum horreum, quo conferatur ruſticum inſtrumentum. ¶ Hinc translate uſurpatur pro ponere, adhibere, ut conferre ingenium, curam, ſtudium, operam, diligentiam, laborem in aliquam rem. *Cic. 1. Off.* Omnes meas curas, cogitationeſque in eam conferebam, & alibi. ¶ Item tribuere. *Cicer. pro Planc.* In quem ego multa, & magna officia contuli. ¶ Et pro imponere, *addoſſare*. *Plaut. Amph.* Ne poſterius in me culpam conferas. *Liv. l. 5. c. 11.* Conferre cauſam in alterum, *dar la colpa*. ¶ Item proferre, *allungare*. *Plaut. Men.* Propera Menæchme, fer pedem, confer gradum. ¶ Item conjungere. *Virg. 6. Æn.* Juvat uſque morari, & conferre gradum. ideſt, gradum conjungere, & æquis paſſibus incedere. ¶ Hinc translate dicimus, Pedem conferre, manum, arma, ſigna, caſtra, pro congredi, pugnare, *combattere*. *Cicer. pro Planc.* Non poſſum magis pedem conferre, ut ajunt, aut propius accedere. *Id. pro Font.* Partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrum, ac manus contulerunt. *Id. in Piſon.* Signa contulit cum Alexandrinis. ¶ Apud *eund. 2. Divin.* Caſtra caſtris conferre, eſt, e regione caſtrametari: *accamparſi in faccia al nemico*. ¶ Item comparare, *paragonare*. *Cic. 1. Offic.* Tametſi ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus, & diſciplinæ conferendi ſunt. *Id. 2. Acad.* Quem cum eo conferre poſſumus non modo ingenii magnitudine, ſed etiam animi? ¶ Item communicare, *conferire*. *Cælius Cic.*

Digitized by Google

8. *Fam.* Te videre, & omnia intima tecum conferre diſcupio. *Cic.* 1. *Fin.* Quotidieque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus. ¶ Item confugere, *ricorrere*. *Cic. ad Q. Fr.* Te ad Craſſum, & ad Calidium conferas, cenſeo. ¶ Conferre capita eſt deliberandi cauſa convenire. *Cic.* 3. *Verr. c.* 26. Conferrent viri boni capita, de comiſſatione loquerentur inter ſe ſe. ¶ Præterea ſignificat aliquo ire, proficiſci. *Cic. pro Flac. c.* 21. Romam ſe contulit. ¶ Translate *Cic. in Bruto, c.* 81. Ad amicitiam meam ſe contulit. Et *pro Arch. c.* 7. Conferre ſe ad ſtudia litterarum, *applicarſi*. ¶ Item differre. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. (al. 2.) omnia in menſem Martium collata ſunt. ¶ Conferre verba ad rem, apud *Ter. Eun.* 4. 6. 4. *venir dalle parole ai fatti*. ¶ Frequenter de pecuniis dicitur, quæ ad uſum aliquem contribuuntur. *Nepos in Attico cap.* 8. Id facile effici poſſe arbitrati ſunt, ſi & principes illius ordinis pecunias contuliſſent. ¶ Interdum eſt tranſmutare, vertere, *transformare*. *Ovid. Metam.* 4. *v.* 277. Quem nymphæ pellicis ira contulit in lapidem.

Conferrumino, idem, ac ferrumino, conglutino, *attaccare, incollare*. *Plin. l.* 27. *c.* 8. *ad fin.* Conferva appellata a conferruminando.

Confert, ebat, imp. anom. *eſſer utile, giovare*, utile eſt, valet, prodeſt, cum accuſ. & præp. Ad. *Col. l.* 1. Cæterum ad æſtivos temperandos calores plurimum conferunt ſalientes rivi.

Conferte, adverb. idem quod confertim. *Ammian. l.* 31. *c.* 25. Conferte in cuneum deſciverunt ad Barbaros.

Confertim, adverb. *in un mucchio, inſieme*, ἀθρόως, denſe. *Liv. lib.* 31. *c.* 41. Confertim pugnant, & cadunt. *Ammian. l.* 4. *c.* 25. Aliquoties confertius reſiſtentes.

Confertus, a, um, o. 1. c. *pieno, denſo*, ἀθρόον, plenus, a confercior. *Cic. Fin. cap.* 20. Vita denique conferta voluptatum omnium varietate. ¶ Item denſus, condenſatus. *Caſ.* Neque a tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant. Hinc compar. confertior, & ſup. confertiſſimus. *Liv. l.* 9. *c.* 27. Præterquam quod confertiores ſteterant. *Id. l.* 2. *c.* 16. & 55. In confertiſſima turba prope Regium tribunal conſiſtit.

Conferva, æ, f. 1. muſcus, vel potius ſpongia aquarum dulcium, aut herba villoſæ denſitatis, ac fiſtuloſæ, a conferruminando, quia oſſa confracta ſanat. Peculiaris eſt Alpinis fluminibus. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Confervefacio, is, ere, fervere facio. *Lucret. l.* 6. *v.* 352. Aurumque repente Confervefacit.

Conferveo, es, o. 2. *bollire inſieme*, ſimul ferveo. *Celſ.* 8. 10. Confervent oſſa mota, aut ſoluta. Adde *Pallad. l.* 1. *tit.* 33.

Confervesco, is, bui, n. 3. *bollire, bollire inſieme*, ζέω, ſimul ferveo. *Col. l.* 12. *c.* 23. Nec poſtea tangitur, dum confervescat. *Celſ. l.* 8. *c.* 10. Siquando oſſa non conferbuerint. ¶ Translate pro incaleſco. *Hor. l.* 1. *ſat.* 2. Mea cum conferbuit ira.

Confeſſio, f. 3. *confeſſione*, תודה, Germ. *bekantnus*, ἐξομολόγησις. *Cicer.* 6. *Verr.* Convincitur a teſtibus, urgetur confeſſione ſua. Confeſſionem facinoris tormentis exprimere, & Cruciatu confeſſionem exprimere, *Suet. Tiber. c.* 19. & *Galb. c.* 10.

Confeſſorius, a, um, o. 3. 2. ut Confeſſoria actio, quæ verbis affirmantibus eſt concepta, vel quæ lege Aquilia in confitentem reum datur. *l.* 8. *Dig. c.* 5. *l. c.*

Confeſſus, a, um, o. l. 2. *chi ha confeſſato*, ὁμολογήσας, particip. a *confiteor*, active ſumptum. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 2. Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei. ¶ Reperitur etiam paſſive, pro re clara, manifeſta, & de qua nulla eſt controverſia. *Cic.* 3. *Verr. c.* 36. Confeſſa res eſt, & manifeſta. ¶ Dicitur etiam ex confeſſo, h. e. ſine controverſia, *per comune parere, e confeſſione*. *Quintil. l.* 3. *c.* 5. Vituperare, quæ ex confeſſo ſunt turpia. ¶ In confeſſum venire. h. e. omnium confeſſione comprobari. *Plin. l.* 10. *ep.* 85. ¶ In confeſſo eſſe, pro manifeſtum eſſe, ac indubitatum. *Seneca lib.* 3. *de Benef. c.* 12. parentum in confeſſo ſunt merita. ¶ Sic pro confeſſo habere, *Lactant. l.* 2. *c.* 8.

Confeſtim, adv. idem ac ſtatim, quaſi confertim, ideſt, confertis, ſive condenſatis greſſibus, αὐτίκα, αὐτόθεν, εὐθέως, *ſubito, ſenza dimora*. *Cic. Philip.* 5. *c.* 12. Sine ulla mora, & confeſtim rem gerere.

Confibula, æ, fem. 1. inſtrumentum in torculari, quo dehiſcentes arbores comprimuntur. *Cato cap.* 12. *de re ruſt.* Confibulas ligneas, queis arbores comprimat, ſi dehiſcent, & cuneos ſex.

Conficiens, entis, nom. particip. efficiens, *chi fa*, ut cauſa conficiens, quæ & *efficiens* dicitur. *Cic. in Partit. c.* 26. *Id. pro Flac. c.* 19. Civitas conficientiſſima literarum. h. e. quæ omnia ſcribis quæ agit. Al. tamen leg. Conficiendarum literarum diligentiſſima. *Id.* 3. *Fin.* Hæc cum corporis bona ſint, eorum conficientia certe in bonis numerabimus. Verum hoc loco non nominis, ſed participii more conſtruitur.

Conficio, is, eci, ectum, *c.* 3. idem ac facio, *fare*. *Cic.* 3. *de Orat.* Sed amiculum, quem haberet, pallium, quo amictus, ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. *Id. Att. l.* 5. Iter conficiebam æſtuoſa, & pulverulenta via. ¶ Sic conficere mandata, *eſſequire*. *Cic.* 9. *Phil.* Mandata noſtra conficere cupiens. ¶ Item perficere, tranſigere, expedire, *sbrigare, finire*. *Cicer.* 3. *Fam.* Niſi jam nunc omnia negotia cum ſumma tua dignitate diligentiſſime confeciſſem. *Id. ad Qu. Fr.* De noſtra Tullia ſpero cum Craſſipede nos confeciſſe. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Saturni ſtella triginta fere annis curſum ſuum conficit. Sic, conficere prope centum annos, *Id. in Orat. c.* 32. ¶ Item conterere, *tritare, ridurre in polvere*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eorum adverſi acuti morſu dividunt eſcas, intimi autem conficiunt. ¶ Apud *Colum.* 5. 6. conficere cibaria eſt *digerire*. ¶ Item conſumere. *Cic. pro Marcello*, Nihil eſt enim opere, aut manu factum quod non aliquando conſumat, aut conficiat vetuſtas. *Idem pro Flac.* Patrimonium ſatis lautum, quod hic nobiſcum conficere potuit, Græcorum conviviis maluit diſſipare. ¶ Item excruciare, *tormentare*. *Cic. in Fam.* Quæ me ita conficiunt, ut ſi voluerunt, &c. *Id.* Conficior, veniſſe tempus, &c. *Id.* Nihilominus eis conficior curis, ut, &c. *Id.* 3. *Offic.* Ne ipſe frigore conficiatur. ¶ Interdum eſt comparare. *Cic. pro Flac. c.* 9. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut verſura, aut tributo. *Id. Att. l.* 8. *ep.* 11. Conficere exercitum. ¶ Conficere feras, pro occidere. *Lamprid. in Commodo cap.* 13. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto tranſigeret. ¶ Ad obſcœnum ſenſum tranſtulit *Sueton. in Ner. c.* 29. ¶ Conficere aliquem verbis, pro refutare, *ſuperare*, vincere. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 49. Sic conficere Virginem. h. e. in ſententiam trahere, *Ter. Eun.* 5. 4. 6. ¶ Conficere reditum alicui, apud *Cic. Fam.* 9. *ep.* 13. h. e. curare ut aliquis redeat. ¶ Pro concludere. *Cic.* 2. *de Invent.* Ex quo conficitur, ut &c. *ne ſegue*.

Confictio, onis, f. 3. ſimulatio, figmentum, *finto*. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 13. Criminis confictionem accuſator Erucius ſuſcepit.

Confictito, as, are, frequentat. a Confingo. *Nævius* apud *Varr. lib.* 6. *L. L. mon.* 6.

Confictor, oris, qui fingit. *Paulin. Nolan. ep.* 21. (al. 24.) *n.* 4. *ad Amand.* Manichæus veri Creatoris negator, falſique confictor.

Confictus, a. 1. 2. fictus, ſimulatus, ut Conficta lacrymæ. *Ter. Andr.* 3. 3. 26.

Confidejuſſor, m. 3. *Ulp. Dig. l.* 46. *tit. l.* 10. Et omnes confidejuſſores pro ſua ſint.

Confidens, tis, o. 3. *ſicuro di ſe ſteſſo*, θαρραλέος, qui ſibi confidit. *Plaut. Capt.* 3. 3. 8. Decet innocentem ſervum, atque innoxium confidentem eſſe. ¶ Sed ſæpe in malam partem accipitur pro temerario, impudenti, improbo, *audace, sfacciato*. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 7. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt. *Ter. Phorm.* 1. 2. 73. Homo confidens, qui (illum Dii omnes perdant) hoc conſilium, quod dicam, dedit. ¶ Hinc comp. confidentior, & ſup. confidentiſſimus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 445. Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras juſſit adire domos? *Gell. l.* 10. *c.* 26. Quod eſt nimium confidentius. ¶ Confidens animi, *Sueton. in Domit. c.* 12. *ad fin.*

Confidenter, *coſtantemente*, בבטח, Germ. *vertrauelich*, Gall. *aſſeurement*, Hiſp. *atrevidamente*, θαρραλέως, conſtanter. *Plaut.* Quæ non deliquit, decet audacem eſſe confidenter. *Cic. pro Cal. c.* 19. Dicam jam confidentius. *Auctor ad Heren. l.* 1. *c.* 5. Confidentiſſime alicui reſiſtere. ¶ Sæpe eſt audacter, *sfacciatamente*. *Id. l.* 1. *c.* 5. Confidenter, malitioſe, flagitioſe factum.

Confidentia, æ, f. 1. conſtantia, *coſtanza*, θάρσος. *Cic. de Rep.* Duas ſibi res, quominus in vulgo, & in foro diceret, confidentiam, & conſtantiam defuiſſe. ¶ Sæpe eſt audacia cum improbitate conjuncta, *temerità*. *Cic. pro Cæc.* Quaſi vero aut in judicio poſſit idem improbitas, quod in vi confidentia. ¶ Ponitur & pro duritia, patientia. *Plaut. Aſin.* 3. 25. Scapularum confidentia freti.

Confidentiloquus, o. 1. 2. θαρρυλόγος, confidenter loquens. Hinc comp. confidentiloquior. *Plaut. Trin.* 1. 2. 164. Neque argutum magis, neque confidentiloquius.

Confido, is, iſus, ſum, & aliquando confidi, *confidarſi, ſperare*, בטח, Ger. *vertrauwen*, Gall. *ſe fier*, Hiſp. *fiarſe*, θαρσέω, credo, certus ſum, nihil dubito, fidem in aliquo repoſitam habeo, jungiturque verbis tam præſentis, quam præteriti, & futuri temporis. *Cic.* 6. *Verr.* Quoniam probatam rationem officii mei vobis eſſe confido. *Id. in Offic.* A Cratippo hæc te aſſidue audire confido. *Id.* 3. *Tuſc.* Quem te & opto eſſe, & confido futurum. ¶ Conſtruitur etiam cum dativo. *Cic.* 3. *de Leg.* Vir excellens, & fortis confidere ſibi debet, & ſuæ vitæ & actæ & conſequenti. ideſt, ſe ipſo niti. ¶ Et cum ablat. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 14. Corporis firmitate, & fortunæ ſtabilitate confidere. ¶ Et addita præpoſitione. *Caſ. l.* 2. *B. C. c.* 5. Confidere de ſalute. *Hirt. de B. Afric. c.* 19. Qui in illorum ſibi confideret multitudine. ¶ Confiderunt, pro confiſi ſunt eſt apud *Liv. l.* 44. *c.* 13.

Configo, is, xi, xum, a. 3. *conficcare, collocare*, καθηλόω. *Cato de R. R. cap.* 51. Configere tabulas inter ſe *inchiodare*. ¶ Pro collocare. *Cic. Phil.* 7. *c.* 2. Ut omnes vigilias, curas, cogitationes in Reip. ſalute configeret. ¶ Interdum eſt ferire, tranſverberare, *traſiggere*. *Cic. Acad.* Hercules filios ſuos configebat ſagittis. *Id.* 12. *Phil.* Confixus eſt ducentis Senatuſconſultis. ¶ Configere cornicum oculos, eſt callidos homines, & verſutos aſtutia, & calliditate ſuperare, vel perſpicaciſſimis, & oculatiſſimis viſum adimere, & tenebras offundere. *Cic. pro Mur. cap.* 11. Inventus eſt ſcriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit.

Configuratus, a, um, nom. ex particip. effigiatus, ad ſimilitudinem alterius effictus. *Lactant. l.* 7. *c.* 4. Homo ex rebus diverſis ac repugnantibus configuratus eſt. Et *l.* 1. *c.* 17. Simulacra configurata.

Configuro, as, a. 1. figuro, conformo. *Col. l.* 4. *c.* 20. Nec pravitas ſtaminum ad ſimilitudinem ſui vitem configuret.

Confindo, a. 3. findo. *Tibul. l.* 4. *el.* 3. *v.* 173. Et ferro tellus, pontus confinditur ære.

Confine, is. V. Confinis.

Confingo, idem, quod fingo. *Plin. l.* 10. *cap.* 33. Hirundines eadem materia nidos confingunt. ¶ Eſt item comminiſci, excogitare, *inventare*. *Cicer.* 5. *Verr.* Concedes, non hoc crimen nos in te confingere.

Confinis, o. 3. מגבל, Germ. *anſtoſſer*, Gall. *qui confine*, Hiſp. *confinante*, σύνορος, conterminus, eoſdem habens fines, ut Confines agri, quorum fines conjuncti ſunt. *Liv. lib.* 4. Excurſiones inde in confinem agrum Lavicanum factæ. ¶ Dicitur etiam de hominibus. *Martial. l.* 5. Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum. ¶ Translate uſurpatur pro ſimili. *Quintil. l.* 6. *cap.* 4. Et confine eſt, quod dicitur per ſuſpicionem. ¶ Subſtantive Confine, is, neut. 3. *confine*. *Senec. l.* 2. *de Ira cap.* 8. In confinibus hoſtis arcendus eſt. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 374. Ferit ad confine papillæ.

Confiniſſimus, a, um, adject. idem quod confinis, vel ſimilis. *Gell. l.* 1. *c.* 2. Officia virtutum confiniſſima.

Confinium, nii, n. 2. *confine*, גבול, Ger. *anſtoſſ*, Gal. *confin*, Hiſp. *confin*, μεθόριον, finis agri, ubi cum altero conjungitur. *Cic.* 2. *Offic.* Vicinitatibus, & confiniis æquum, & facilem. ¶ Translate ponitur pro quavis vicinitate, *vicinanza*. *Col. l.* 3. *c.* 5. Quoniam in confinio boni, malique poſita eſt. ¶ Confinium lucis & noctis. h. e. crepuſculum. *Apul. Met. l.* 2. *p.* 152.

Confio, idem quod fio. *Caſ.* 7. *B. G. c.* 58. Poſtquam id difficilius confieri animadvertit. *Ter. Adelph.* 5. 8. 23. Hoc confit, quod volo. *Balb. ad Cic. poſt. ep.* 8. *l.* 9. *ad Attic.* Facilius per te res tota confieret. ¶ Cæteras hujus verbi voces non facile invenies.

Confirmate, adverb. *fermamente, ſtabilmente*. *Auct. ad Herenn. lib.* 4. *c.* 21. Hoc genus orationis fine nervis, & articulis fluctuat huc & illuc, nec poteſt confirmate, neque viriliter ſe ſe expedire.

Confirmatio, onis, f. 3. *confermazione*, קיום, Ger. *beſtetigang*, Gall. *confirmation*, Hiſp. *confirmacion*, βεβαίωσις. *Cic.* 2. *Fin.* Inventa vitæ via eſt, confirmatioque omnium officiorum. ¶ Item conſolatio. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 3. Neque enim confirmatione egebat virtus tua. ¶ Item pars orationis. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 24. Confirmatio eſt per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adjungit oratio. ¶ Item affirmatio. *Caſ. l.* 3. *B. G. c.* 18. Gallos ad hoc conſilium hortabatur perfugæ confirmatio.

Confirmative, adverb. confirmando, affirmando. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 41. *ſub fin.* Confirmative pronuntiare.

Confirmativus, a, um, ad confirmandum, ſeu affirmandum pertinens, ut Confirmativa adverbia, *Priſc. l.* 13. *p.* 1020. *Poſtſcb.* & *l.* 17. *p.* 1056.

Confirmator, oris, m. 3. βεβαιωτής. *Cic. pro Cluent. c.* 26. Sequeſter, & confirmator pecuniæ deſiderabatur: *aſſicuratore*. ¶ Item affirmator, & defenſor. *Lactant. l.* 1. *c.* 2. *Inſtit. ſub init.* Cujus ſententiæ auctor eſt Democritus, confirmator Epicurus.

Confirmatus, a, um, nom. ex particip. *confermato, raſſodato*, ut confirmata valetudo, *Cic. l.* 10. *ad Att. ep.* 17. Ætas confirmata. *Id.* 5. *Fin. cap.* 22. Exercitum confirmatiorem efficere, *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 84.

Confirmitas, tis, f. 3. *fermezza*. *Plaut. Mil.* 2. 2. 34. Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Confirmo, as, a. 1. idemquod firmo, ideſt, firmum facio, *confermare*. *Cic.* 1. *Phil.* Pax denique per eum, & per liberos ejus cum præſtantiſſimis civibus confirmata eſt. ¶ Sæpe dicitur de corpore, pro corroborare. *Cic.* 16. *Fam.* Adhuc, dum mihi nullo loco deeſſe eis, nunquam te confirmare potuiſti. *Id. Att. l.* 10. Confirmare valetudinem e morbo. ¶ Et de animo, pro fortem, & conſtantem reddere. *Cic. ad Q. Fr.* Ergo ta, & con-

Digitized by Google

& confirma, ſi qua ſubeunda dimicatio erit. *Id. 14. Famil.* Ego, qui te confirmo, ipſe me non poſſum. ¶ Eſt etiam affirmare, aſſeverare. *Cic. de Amic. c. 2.* Nemo unquam erit, & (ut confirmare poſſum) nemo certe fuit. Et *pro Arch.* Difficile eſt hoc de omnibus confirmare.

Confiſcatio, onis, f. 3. *confiſcazione*, actus confiſcandi. *Flor. l. 3. c. 9.* Divitiarum tanta erat fama, ut victor gentium populus, P. Clodio Tribuno duce, focii, vivique regis confiſcationem mandaverit.

Confiſcatus, a, um, adject. *confiſcato, ripoſto*. *Suet. Auguſt. c. 101.* Quam ſummam repræſentari juſſit: nam & confiſcatam ſemper, depoſitamque habuerat. Plura V. in Confiſco.

Confiſco, as, avi, are, *riporre, confiſcare*, eſt in fiſcum, ſeu ſaccum reponere, præſertim vero in ſaccum Principis. *Sueton. in Domit. c. 12.* Confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates. *Id. Calig. c. 16.* Antiocho Comageno H. S. millies confiſcatum. ¶ Dicuntur & perſonæ confiſcari, quarum bona in fiſcum rediguntur. *Id. in Tiber. c. 49.* Conſtat præterea Galliarum, & Hiſpaniarum principes confiſcatos. ¶ Tranſlate *Tertull. de Fug. c. 12.* Felices pauperes, qui totam animam in confiſcato habent. h. e. in promptu, ſeu in numerato.

Confiſio, f. 3. confidentia, *confidenza*. *Cic. 4. Tuſc. c. 37.* Fidentia, id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt.

Confiſus, a, um, n. 1. 2. *che ſi fida*, θαῤῥήσας, particip. a confido. *Cic. l. 12. Fam. ep. 14.* Nulla alia confiſus urbe, Laodiceam ſe contulit. *Curt. l. 4. c. 10.* Satis confiſus Græcorum erga ſe benevolentiæ, ac fidei.

Confit, V. Confio.

Confiteor, eris, feſſus ſum, d. 2. idem quod fateor, *confeſſare*. *Cic. 1. de Orat.* Quas omnes proprias eſſe Oratorum confitentur. ¶ *Nonius* aſſignat hanc differentiam inter *confiteri*, & *profiteri*, quod illud neceſſitatis, hoc voluntatis ſit. Sed verum diſcrimen eſt, *confiteor* multo minus eſſe, quam *profiteor*. *Confiteor* enim ſimpliciter fateri eſt, *profiteor* vero non ſolum fateri, ſed etiam præ ſe ferre, & jactare aliquid. *Cic. pro Leg. Manil.* Hoc ego non ſolum confiteor, verum etiam profiteor. *Id. pro Cæc. c. 9.* Ita libenter confitetur, ut non ſolum fateri, ſed etiam profiteri videatur.

Confixilis, le, adject. contignatus, coagmentatus, ut confixilis machina, *Apul. l. 4. A. A.*

Confixus, a, um, partic. a configo, *trafitto*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Copræ confixæ ſagittis. *Nepos 14. c. 9.* Confixi ceciderunt. ¶ Tranſlate *Cic. de Aruſp. Reſp.* Confixus Senatuſconſultis.

Confixus, us, m. *Lucil.* apud *Cic. 2. de Or. c. 62.* Nuculam, an confixum eis facere. V. *Jan. Parrhaſ. de quæſit. per epiſt. n. 50.*

Conflabello, as, a. 1. flabellis concito. *Tertul. de Spectac. c. 25.* Mulierum, & virorum accuratior cultus, & conſenſio ſcintillas libidinum conflabellant.

Conflacceſco, is, eſcere, idem ac flacceſco, marceſco, languidus fio, *illanguidire*. *Gell. l. 2. c. ult.* Fluctus, ſimul ac ventus poſuit, ſternuntur, ac conflacceſcunt.

Conflages, f. 3. loca, in quæ diverſi conflant venti. *Feſt.* ¶ Eadem loca *confrages* dicuntur, quia eo undique venti currunt, & ibi ſe ſe frangunt. *Iſidor. l. 14. c. 8.*

Conflagito, a. 1. ſimul flagito. *Plin. l. 34. c. 8.* Ut magnis theatri clamoribus reponi apoxinomenon conflagitaverit. Alii legunt *flagitaverit*.

Conflagratio, onis, f. 3. incendium, *incendio, abbruciamento*. *Sen. lib. 3 Quæſt. nat. c. 29.* Id affirmat, ut conflagrationi, atque diluvio tempus aſſignet.

Conflagratus, a, um, nom. ex particip. combuſtus, *abbruciato*. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 8.* Urbs incendio conflagrata. *Apul. de Mundo, p. 73.* Regiones Phaetontis ruina conflagratæ perierunt.

Conflagro, n. 1. idem ac flagro, ardeo, incendio pereo, *ardere*, ut conflagrare flammis. *Liv. l. 30. c. 7.* Metaphorice, Conflagrare invidiæ incendio, *Cic. 1. Catil. c. 11.* Et *Ver. 7. c. 35.* Conflagrare amoris flamma.

Conflatilis, le, o. 3. χωνευτὸς, quod conflando factum eſt, *di getto*. *Prudent. Rom. v. 293.* Non eſſet ullus Jupiter conflatilis.

Conflatio, onis, f. 3. χώνευσις, actus conflandi, *getto*. *Sen. l. 3. Nat. Quæſt. c. 19.* Ex illa, quæ in conflatione noſtris placent, huc transferenda puto. Ita Lexicographi. Verum ibi legendum, *Conflagratione*. *Tertul. de fug. in perſecut. c. 3.* Fidei uſtio, & conflatio adminiſtratur ex Dei voluntate.

Conflatura, æ, χώνευσις, conflandi ratio, *getto*. *Plin. l. 7. c. 56.* Invenit auri metalla, & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

Conflatus, a, um, adject. nom. ex particip. paratus, comparatus. *Cic. pro Syll. c. 5.* Conflato gladiatorum tumultu. Et *Catil. 1. cap. 10.* Ex perditis conflata improborum manus. ¶ Conflati teſtes, h. e. ſubornati. *Quintil. l. 5. c. 7.* ¶ *Lucret. l. 1. v. 473.* Tyndaridis formæ conflatus amore. h. e. incenſus. ¶ Conflata ſtatua, h. e. fuſa, *Plin. l. 34. c. 6.*

Conflexus, a, um, adject. devexus, deflexus. *Plin. l. 2. c. 44.* Conflexa cubito juga.

Conflictatio, f. 3. *battimento d' una coſa con l' altra, combattimento*, σύγκρουσις, eſt colliſio, & tranſlate ſumitur pro pugna. *Gell. l. 6. cap. 3.* Totius exercitus conflictatione oppugnatus ſerpens inuſitatæ immanitatis. Adde *l. 15. c. 18.*

Conflictatrix, cis, f. 3. quæ conflictat. *Tert. l. 2. adv. Marc. c. 14.* Ægyptus hoſpitis populi conflictatrix.

Conflictatus, a, um, o. 1. 2. *tormentato, agitato*, particip. a conflicto, agitatus, vexatus. *Plin. l. 23. c. 2.* M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus gravi morbo pedum. ¶ *Nepos 16. 5. 1.* Conflictatus eſt cum adverſa fortuna.

Conflictio, f. 3. *percoſſa*, συμβολὴ, colliſio. *Quintil. l. 3. c. 6.* Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio. ¶ Tranſlate eſt contentio, pugna, *conteſa, combattimento*. *Cic. in Partit.* Ex rationis, & firmamenti conflictione, & quaſi concurſu quæſtio exoritur.

Conflicto, as, a. 1. *affliggere*, freq. a confligo, concutio, jacto, vexo. *Cic. de Leg.* Non eadem ſuperſtitione, qua cæteræ gentes, conflictantur. *Tacit. Annal. 6. cap. 48.* Remp. conflictare. ¶ Item pugno contendo. *Ter. Phorm. 3. 2. 20.* Nec cum hujuſmodi unquam uſus venit ut conflictares malo. ¶ Sic moleſtiis, fortuna, morbo, doloribus conflictari, ideſt exerceri, *eſſer travagliato*. *Cic. Plin. Nepos*, &c.

Conflictor, aris, depon. 1. pugno, decerto, contendo, *combattere, contendere*. *Terent. And. 1. 1. 66.* Qui cum ingeniis conflictantur ejuſmodi.

Conflictus, us, m. 4. *conflitto, percoſſa*, σύγκρουσις, colliſio. *Cic. 2. de Divin.* Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, ita eſſe fulmen putant. *Id. pro Cæc.* Non ſolum impulſu ſcutorum, neque conflictu corporum, &c.

Confligium, n. 2. idem ac conflictus, colliſio. *Solin. c. 14.* (al. 9.) In latebroſis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis adeſa ſunt. *Salmaſ.* legit *Confluges*, h. e. Confluentiam, tanquam a *Confluo*.

Confligo, gis, xi, ctum, n. 3. *far fatto d' arme*, נלחם, Germ. *ſtreiten*, Gal. *combatre*, Hiſp. *pelear*, συμβάλλω, proprie eſt collidere, *percuotere*, ſed ſumitur pro decertare. *Virg. Æn. 2.* Adverſi venti confligunt. *Cicer. pro Domo.* Speravit, iiſdem ſe copiis cum illo poſſe confligere, quibuſcum ego voluiſſem dimicare. ¶ Item pro contendere in rebus forenſibus. *Cicer. pro Cæc.* Potuiſti ne leviore actione confligere?

Conflo, as, avi, atum, n. 1. *ſoffiare*, Ger. *zuſammen blaſen*, Gall. *ſouffler fort, ou enſemble*, Hiſp. *ſoplar*, συμφυσάω, eſt ſimul flare, vel flare in aliquam rem. *Plin. l. 35. c. 11.* Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero. *Stat. 9. Theb. v. 524.* Tempeſtas conflata ventis. ¶ Item liquefacere, *fondere, liqueſare*. *Sueton. in Aug. c. 52.* Argenteas ſtatuas conflavit omnes. Sic, conflare pecuniam, apud *Cic. pro Sext.* h. e. conflato auro, aut argento, pecuniam ſignare. ¶ Tranſlata eſt componere, efficere, creare, *Cic. 1. Off.* Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honeſtum. *Id. pro Cluent.* Hoc totum a matre conflatum eſt, & perfectum. ¶ Item contrahere, *contraere*, *Salluſt. in Catil. c. 14.* Quique æs alienum grande conflaverat. ¶ Item concitare, *eccitare*. *Cic. in Catil. 1. c. 9.* Si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam. ¶ Item congregare. *Velley. 2. 74. 2.* Magnum exercitum conflare.

Confluctuo, as, avi, atum, o. 1. vel Confluctuor, aris, dep. 1. idem quod fluctuo, vel fluctuor. Quidam Lexicographi afferunt illud *Seneca in Medea v. 941.* Haud aliter meum cor confluctuatur. Verum meliores Cod. habent *fluctuatur*. *Apul. l. 11. Metam.* Palla ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

Confluens, entis, m. 3. *congiungimento di due fiumi*. Gall. *confluent*, ὁμόῤῥουν, alveus, in quem duo flumina conveniunt. *Plin. l. 3. c. 27.* Eſt etiam oppidum Meſopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digham. *Id. l. eod. c. ult.* Mœſia incipit a Confluente ſupra dicto, h. e. Savo, & Danubio. ¶ Hinc

Confluentia, vel Confluentes, urbs ad Rhenum, inde dicta, quod in eam Rhenus, & Moſella confluant: hodie *Coblentz* ſub Archiep. Trevirenſi.

Confluens, tis, nom. ex partic. qui confluit. *Velley. 2. 55. 2.* Auxiliis confluentibus. Et *2. 80. 4.* Turba confluentium.

Confluentia, æ, fem. 1. actus confluendi, *concorſo*. *Macrob. lib. 7. Saturn. c. 4.* Hæc eſt triplex cauſa, vel podagræ, vel cujuslibet ex confluentia morbi multitudo humoris. Ita hunc locum reſtituit *Pontanus*.

Confluges, V. Conflages.

Conflugium, V. Confligium.

Confluo, n. 3. *concorrere inſieme*, נהר, Germ. *zuſammen flieſſen*, Gal. *couler, confluer*, Hiſp. *correr juntamiente*, συῤῥέω, eſt ſimul fluere, vel in eundem locum illabi. *Cicer. 2. de Leg.* Rapideque dilapſus cito in unum confluit. ¶ Tranſlate eſt concurrere, convenire, *concorrere, radunarſi*. *Cic. 1. Tuſc.* Si ad hæc ſtudia plures confluxerint.

Confluvium, n. 2. σύῤῥοια, locus, quo multi rivi ſimul fluunt. *Corn. Sev. in Ætna, v. 325.* Donec confluvio reſolutis æſtibus amnis exilit.

Confluus, a, um, o. 1. 2. quod ſimul fluit. *Prudent. Cathemer. 5. verſ. 76.* Unda revolvitur in ſemet revolans gurgite confluo.

Confodio, is, di, oſſum, ere, a. 3. idem ac fodio, *ſcavare*. *Plin. l. 17. c. 10.* Salices confodi jubent menſe Aprili. ¶ Item transfigere, vulnerare, *trapaſſare, ferire*. *Liv. l. 24. c. 7.* Confodere aliquem vulneribus. *Suet. Caſ. c. 82.* Tribus & viginti plagis confoſſus eſt.

Confœderatus, a, um, adject. fœdere ſociatus, fœderatus, *confederato*. *Oroſ. l. 2. c. 4.* Sabinæ impiis nuptiis confœderatæ.

Confœdero, as, are, fœdere jungo, *confederare*. *Prudent. in Laurent. v. 437.* Confœderantur omnia. *Tertul. Apol. c. 2.* Ad confœderandam diſciplinam. Alii leg. *ad conferendam*.

Confœdo, as, avi, atum, conſpurco, *lordare*. *Apul. Mileſ.* Fimo faciem alicujus confœdare.

Confœduſti, vel confœdoſti, m. 2. fœdere conjuncti. *Feſt.*

Confœta ſus, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. *Feſt.*

Confomo, as, ab antiquo *Pomo*, dedolo, fomite arbores ſpolio. Catullo reſtitutum cupit *Salmaſ. in Solin. p. 127.*

Confore, idem ac fore. *Ter. Andr. 1. 1. 140.* Qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore.

Conforio, is, a. 4. polluo, inquino, a *foria*, miſceo, fœdo. *Pompon.* apud *Non. c. 2. n. 152.* Conforiſti me, Diomedes. ¶ *Salmaſ. in Exercitat. Plin.* cenſet legendum Conforiaſti.

Conformatio, f. 3. *conformità de membri*, forma, figura, habitus, compoſitio. *Cicer. 1. Tuſc.* Animus qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. *Vitruv. l. 5. cap. 6.* Ipſius autem theatri conformatio ſic eſt facienda. ¶ Item figura, vel ornamentum orationis. *Cicer. 3. de Orat.* Inter conformationem verborum, & ſententiarum hoc intereſt.

Conformator, oris, m. 3. qui conformat, & apte componit. *Apul. in Triſmegiſto pag. 80.* Dominus, & omnium conformator, quem recte Deum dicimus.

Conformatus, a, um, nom. ex partic. formatus, apte compoſitus, *formato*. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 10.* Mundum a natura conformatum puto. Et *pro Arch. c. 1.* Hæc vox hujus hortatu, præceptiſque conformata nonnullis aliquando ſaluti fuit.

Conformo, idem, ac formo, ideſt, in formam redigo, configuro, *formare*. *Cic. 1. de Fin.* Ad majora quædam nos natura genuit, & conformavit. ¶ Dicitur etiam de animo. *Cic. pro Archia, c. 6.* Animum, & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam. ¶ Ponitur item pro adaptare, aſſimilare, *addattare*, *conformare*. *Cic. l. 1. Fam. ep. 8.* Ipſa me conformo ad ejus voluntatem. ¶ Item pro inflectere, & aliquo modo corrigere. *Cic. pro Mur. c. 29.* Nonnulla in te fortitan conformare, & leviter emendare poſſim.

Confornico, as, are, idem quod fornico, *fare a volta*. *Vitruv. l. 5. c. 5.* Cellæ confornicentur.

Conforto, as, are, fortem facio, conſolor, *confortare*. *Lactant. l. 4. c. 15. ſect. 13.* *Eſaia* verbis: Confortamini manus reſolutæ. *Macer carm. 71. de Zedoaria*: Confortat ſtomachum.

Confoſſus, a, um, nom. ex particip. *trapaſſato, ferito*. *Virg. Æn. 9. v. 444.* Super amicum ſe projecit confoſſus. *Curt. l. 5. c. 13.* Multis vulneribus confoſſus. *Plaut. Bacch. 4. 8. 48.* Comparat. uſus eſt. Te faciam confoſſiorem foricina nænia. h. e. magis confoſſum, quam cum forex in muſcipula deprehenſus confoditur.

Confotus, a, um, adject. idem quod fotus, a confoveo. *Proſp. Aquitanicus de providen. Dei, v. 679.* Amplexu paterno confotus, *accarezzato*.

Confoveo, a. 2. ſimul foveo, *riſcaldare*. *Cato c. 5.* Stercora addito confoveto. *Apul. l. 8.* Pene collapſa membra lavacro, cibo confovere.

Confraceſco, is, cui, n. 3. idem quod fraceſco, *corromperſi, guaſtarſi*. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Quam recens, quod confracuit, melius. legit *Scalig.* alii *conflaruit*.

Confractus, us, m. Quidam legunt hanc vocem apud *Celſ. in præfat. l. 1.* ſed alii *contactum* reponunt.

Confractus, a. 1. 2. partic. a confringor, *rotto, ſpezzato*. *Plaut. Rud. 1. 2. 64.* Confracta navis eſt illis. *Cic. l. 2. de Leg. c. 11.* Confracta jure. Sed *Gruterus* mavult *Contracta*.

Confrages, V. Conflages.

Confragoſus, a. 1. 2. *rotto, ruinoſo, pietroſo, aſpro, duro*, עקש, Germ. *rauch*, Gal. *raboteux, âpre*, Hiſp. *aſpero, y duro*, ἀνώμαλος, præruptus, aſper, a *frago*, pro frango. *Liv. l. 28. c. 2.* Confragoſa loca, & obſitos virgultis tenebant

Digitized by Google

vebant collm. ¶ Tranſlate *Quintil. l.* 5. 2. 8. Argumenta horrida, & confragoſa. Et *l.* 2. *c.* 1. Confragoſi verſus,

Confrăgus, a, um, o. 1. 2. aſper, inacceſſus, a *frago*, pro frango. *Luc. l.* 6. *v.* 126. Et confraga denſis arboribus dumeta tegunt.

Confrĕmo, idem quod fremo, vel ſimul fremo. *Stat. l.* 2. *Silv.* 6. *v.* 73. *Ovid. l.* 1. *Met. v.* 199.

Confrequento, as, idem quod frequento, concelebro. *Inſcript.* apud *Fabret. c.* 3. *n.* 587. Ut natale filiæ meæ epulantes confrequentetis.

Confricamentum, i, o. 2. idem quod confricatio. *Cal. Aurel. Tard. c. c.* 4. Confricamentis uti.

Confricătus, a, um, adject. *fregato inſieme*. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Confricatis dentibus, & gingivis. *Var. l.* 1. *R. R.* 2. 60. Orchites sale confricatur.

Confrĭco, as, ui, ictum, & atum, ſimul frico, *fregare inſieme*, *συντρίβω*, ut confricare genua. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 80. *Sueton. Clau. l.* 1. *c.* 8. Sibi faciem confricare. ¶ Tranſlate *Gell. l.* 7. *c.* 3. Senſus alicujus injuria confricare. h. e. exaſperare, perſtringere.

Confringo, is, egi, actum, ingere, idem quod frango, *ſpezzare*, *rompere*, *διαθραύω*. *Cic. pro Plac. c.* 30. Manus, quas contulit, digitos, quos confregit. *Plaut. Moſtel. c.* 2. 25. fores confringere. ¶ *Id. Trinum.* 1. 2. 71. Confringere rem, dixit pro dilapidare. ¶ Tranſlate ait violare, infirmare. *Cic. Ver.* 3. Confringat ſane iſte vi ſua conſilia ſenatoria.

Confŭga, m. 3. qui confugit ad aſylum. *Leg. Præſenti*, *Cod. de his, qui ad aſyl. conf.* & *l. ſi qua*, *Cod. de Epiſc. & Cler.*

Confugĕla, f. 1. idem ac confugium, apud Veteres. *Feſt.*

Confugio, is, gi, ere, o. 3. *ricorrere*, *καταφεύγω*. *Cic. Div. in Ver. cap.* 4. Ad fidem alicujus confugere. *Id. pro Pont. c.* 11. Ad opem judicum ſupplices inferioreſque confugiunt.

Confugium, o. 2. *refugio*, *ἀντιφυγή*, perfugium, locus quo fugimus ſalutis cauſa. *Stat.* 11. *Theb. v.* 504. Commune confugium ægris animantibus. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 6. *v.* 2. Qui mihi confugium, qui mihi portus eras.

Confulcio, idem ac fulcio. *Lucret. l.* 2. *v.* 97. Corpora confulta exiguis intervallis. Eſt tamen dubia lectio, cui alii legant *conflicta*, alii *conſulta*, alii *conruſa*.

Confulgĕo, n. 2. fulgeo. *Plaut. Amph.* 5. 1. 15. Totæ ædes confulgebant tuæ.

Confundo, dis, udi, uſum, 2. 3. *confondere*, ערב, Germ. *zuſammen*, *ſchütten*, Gall. *confondre*, Hiſp. *confundir*, *συγχέω*. *Plaut. Moſt.* 1. 3. Quaſi cum una multa jura confundit coquus. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 19. Confundere vera falſis. *Idem* 2. *de Orat. cap.* 79. Confundere aliquid in orationem. ¶ Confundere aliquem, eſt affectu turbare, & metum, pudorem, &c. incutere. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 10. Veritus ſum, ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam graviſſimi luctus reduxiſſem. *Liv. l.* 35. *c.* 15. Mœrore confundi.

Confuſaneus, o. 1. 2. varius, multiplex, confuſus, ut confuſanea doctrina. *Gel. in præfat. vel in fine operis.*

Confūſe, *confuſamente*, Germ. *vermiſcht*, Gall. *confuſement*, Hiſp. *confuſamente*, *συγκεχυμένως*, permixte, perturbato ordine. *Cic.* 1. *de Inv.* Partes argumentandi confuſe, & permixta diſperſimus, poſt deſcripte, & electe. *Id. Philip.* ſt. *in prim.* Confuſius heſterno die eſt acta res.

Confūſim, idem ac confuſe. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Unus da ea, & Cytiſo volumen Amphilochus fecit confuſim. Alii tamen legunt *confuſum*.

Confuſio, onis, f. 3. *confuſione*, מבוכה, Ger. *betribung*, Gal. *confuſion*, Hiſp. *confuſion*, *σύγχυσις*, perturbatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 2. Perturbatio vitæ, & magna confuſio. ¶ Item trepidatio, triſtitia, pudor. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 40. Crebra oris confuſio pro modeſtia accipiebatur. *Velle. l.* 2. *c.* 124. Quid tunc homines timuerint, quæ Senatus trepidatio, quæ populi confuſio, &c. *Plin. l.* 1. *ep.* 22. Erit confuſionis meæ non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris.

Confūſus, o. 1. 2. *confuſo*, *συγκεχυμένος*, permixtus, perturbatus. *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. *v.* 67. Merum confuſum ſectis herbis. ¶ Item affectu aliquo perturbatus, ut Confuſus pudore: Cogitatione rei confuſus: & Confuſus abſolute, apud *Ovid.* 3. *Triſt.* 1. *v.* 81. *Heroid. ep.* 21. *v.* 111. *Liv. l.* 30. *c.* 15. & *l.* 33. *c.* 35. ¶ *Tac.* 4. *Annal. c.* 63. Confuſior facies. *Sueton. Auguſt. c.* 44. Spectandi confuſiſſimum morem correxit. ¶ Confuſa oratio, h. e. e pluribus ſimul fuſa, *Cic. de clar. Orat. c.* 26.

Confutatio, f. 3. *ἀνασκευή*, una ex partibus Orationis, qua adverſariorum argumenta refelluntur, *confutazione*. *Auctor ad Heren. l.* 1. *c.* 3. Confutatio eſt contrariorum locorum diſſolutio.

Confutātor, oris, m. *confutatore*. *Hieronym. de Scriptor. Eccleſ. in Bardes*. Valentini ſectator, poſtea confutator.

Confutātus, a, um, *confutato*, repulſus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 17. Cujus opinionis levitas confutata a Cotta, non deſiderat orationem meam. ¶ Item convictus, *convinto*. *Ammian. l.* 26. *cap.* 3. (*al. c.* 7.) Venefici, poſt agitatas quæſtiones, nocuiſſe quibuſdam, apertiſſime confutati.

Confūto, as, a. 1. *confutare*, *riprovare*, הוכיח, Ger. *unterwerffen*, Gal. *confuter*, Hiſp. *confutar*, *ἀνασκευάζω*, refello, redarguo, diluo, argumenta adverſarii everto, ab antiquo *futo*, quod *Feſtus* exponit arguere, ſicut ollæ ferventes cum paulo plus exuberant, ſolent eo vaſe aqua compeſci, ita oratione compeſcuntur adverſarii. *Titin.* apud *Non. c.* 4. *n.* 47. Coquos, inquit, ahenum, quando fervit, paula confutat trua. ¶ Tranſlate *Cic. de Divin. l.* 2. Cotta ſic diſputat, ut Stoicorum magia argumenta confutet. ¶ Dictis aliquem confutare. h. e. caſtigare, & quaſi compeſcere, *Ter. Heau.* 5. 1. 76. *Cic. in Partit. c.* 38. Audaciam alicujus confutare. *Apul. l.* 21. *Meleſ. de Luna*: Albo candore lucida meum confutabat obtutum. h. e. retundebat. *Cato* apud *Gel. l.* 7. *c.* 3. Ne quid in conſolendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confutet. h. e. ſiſtat, ſufflaminet. Alii leg. *Confricet*.

Confŭtuo, is, idem quod futuo. *Catul. carm.* 38. *v.* 5.

Confutūrus, a, um, a cum, & futurus. *Plaut. Mil.* 3. 3. 66. Confido confuturum.

Congaudĕo, es, viſus ſum, ſimul gaudeo, vel idem quod gaudeo, *rallegrarſi*. Gloſſ. Vet. *συγχαίρω*. *Paulin. Petrocor. l.* 2. *v.* 663. Preſſit in abſentem congaudens oſcula dextram.

Congelaſco, idem ac gelaſco, *agghiacciarſi*. *Gel. l.* 17. *c.* 8. Congelaſcit oleum.

Congelatio, idem ac gelatio, *l'agghiacciarſi*. *Plin. lib.* 31. *c.* 3. Minui certa liquorem omnem congelatione deprehenditur. *Colum. lib.* 4. *c.* 8. Brumæ congelationes.

Congelātus, a, um, nom. ex particip. *congelato*, *agghiacciato*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 99. Congelati gutta naſi.

Congĕlidus, o. 1. 2. gelidus. Congelida aqua, vel egelida, apud *Celſ.* tepida eſt, *l.* 4. *c.* 24.

Congĕlo, as, avi, atum, are, a. 1. gelu durare, *agghiacciare*, *congelare*. *Plin. l.* 18. *c.* 28. *ſub fin.* Luna cadentes pruinas congelat. *Martial. l.* 14. *epigr.* 147. Congelat te uxor anus. *Ovid.* 11. *Met.* Congelare in lapidem rictus ſerpentis. ¶ Item concreſcere, ſignificatione neut. *Ovid.* 11. *Metam.* Ipſa quoque interius cum duro lingua palato Congelat, & venæ deſiſtunt poſſe moveri. *Id. lib.* 3. *Triſt. eleg.* 10. *v.* 531. ¶ Tranſlate *Cic. Famil.* 2. *epiſt.* 13. Gaudebam ſane, & congelaſſe noſtrum amicum lætabar otio.

Congeminatio, idem ac geminatio, duplicatio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 18. Quid hoc eſt condupiicationis? quæ hæc congeminatio?

Congemĭno, idem ac gemino, *raddoppiare*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 154. Nunc ſi pateram patera peperit, omnes congeminavimus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 698. Et crebros enſibus ictus congeminant. *Id. lib. eod.* Securim orans congeminat. h. e. ſecuris ictus.

Congĕmo, is, ui, idem ac gemo, vel ſimul gemo. *Lucr. l.* 3. *v.* 948. Quid mortem congemis, & fles? *Cic. pro Mur. c.* 23. Congemuit Senatus frequens. ¶ Tranſlate uſurpatur pro fragorem edere. *Virg.* 2. *Æn. de arbore Orno*. Vulneribus donec paulatim evicta ſupremum congemuit.

Congĕner, ris, adject. o. 3. ejuſdem, vel ſimilis generis, *che è del medeſimo genere*. *Plin. lib.* 15. *c.* 24. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

Congĕner, i, *σύγγαμβρος*, generi in affinitate ſocius. Congeneri dicuntur duo, pluresve generi reſpectu unius ſoceri. *Symmach. l.* ſt. *ep.* 40. Supremis Congeneri intereſſe.

Congenerātus, a, um, ſimul generatus. *Varr.* 2. *R. R. cap.* 4. Nutricare octonos porcos primo poſſunt: incremento facto, a peritis dimidia pars removeri ſolet, quod mater neque poteſt ſufferre lac, neque congenerati oleſcendo roborari.

Congenĕro, a. 1. idem as genero. ¶ Uſurpatur etiam pro adjungere, aſſociare. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 121. Quem mihi congenerat affinitas.

Congenicŭlo, as, vel Congenulo, as, in genua me proſterno, *cader' in ginocchi*, apud *Cæcil.* & *Siſennam*. *Non. c.* 1. *n.* 283. & *c.* 2. *n.* 156.

Congenĭtus, o. 1. 2. *nato inſieme*, *ἐμφυής*. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Pili congeniti non deſinunt.

Congenŭlo, V. Congeniculo.

Congenŭo, as, a. 1. genua conjungo. *Non.* Mammas teneas, pedes extollas, congenues, ſuavies. *Voſſ. Etym.* V. Genu.

Conger, V. Congrus.

Congeries, ei, f. 5. cumulus, res multæ in unum congeſtæ, *cumulo*, *mucchio*, *συμφόρημα*, ut congeries pulveris. *Lucan. l.* 8. *v.* 868. Fulvi metalli vaſta congeries, *Claudian. l.* 2. *in Rufin. v.* 134. ¶ Eſt etiam ſchema Rhetoricum, *συναθροισμός*, quo res, ſeu accuſationes in tota cauſa diſperſæ, in unum congeruntur, ut illud *Terent. Heaut.* 2. 1. 15. Mea eſt potens, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

Congermaneſco, is, eſcere, coaleſco, conjungor. *Apul. l.* 5. *Metam. p.* 119. In parilitatem amoris congermaneſcebat mecum.

Congermanus, a, um, adject. ex *Var. l.* 3. *Rer. Human.* producit *Nonius*: Cum his una Remp. conjuncti, & congermani tenuere. Alii tamen legunt, *Congerminati*.

Congerminaſco, a. 3. idem ac congermino. *Quadrig. apud Non. c.* 2. *n.* 167. Ut cum illis congerminaſcere ſciatur. Alii leg. *congermaneſcere*, & *congermanaſcere*.

Congermĭno, idem ac germino, vel coaleſco. *Gel. l.* 20. *c.* 8. Cepe revireſcit, & congerminat decedente luna.

Congĕro, is, eſſi, eſtum, erere, accumulo, coacervo, *accumulare*, *συμφορέω*. *Martial. l.* 8. *epigr.* 44. Rape, congere, aufer, poſſide, relinquendum eſt. *Cic. pro Mil. c.* 24. Congerere crimen in aliquem. Et *Philip.* 3. *c.* 6. Congerere maledicta. *Sen.* 1. *de clem.* Ambitioſæ majeſtati quidquid potuimus titulorum congeſſimus. *Phæd. l.* 3. *fab. ult.* Congerere plagas alicui. ¶ Abſolute congerere pro *nidificare*, quia aves ad nidus fabricandus multa congerunt, & conglutinant. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 69. Aeriæ quo congeſſere palumbes.

Congĕro, onis, m. 3. bajulus, gerulus, a congerendo. *Plaut. Truc.* 1. 2. 6. Similiter adveniunt ad ſcorta congerones.

Congerro, onis, vel congerra, vel concerra, vel gerra, *συμφόρητος*, is, cum quo familiariter verſamur, & facete confabulamur, a *gerris*, nugis. *Plaut. Moſt.* 3. 3. 27. Nunc ego me illac per poſticum ad congerronem conferam. ¶ Iidem congerrones *Lucilio* dicuntur *Congerræ*, vel *Concerræ*, ut legit *Voſſ.* Verba *Lucilii* ſunt: Tapullam ridens legem congerræ opimi.

Congeſte, adv. confuſe, & ſine ordine. *Jul. Capit. in M. Ant. cap.* 19. Et quidem hæc breviter, & congeſte.

Congeſtim, coacervate, congeſte. *Apul. in Apol.* Pleraque litoribus omnibus congeſtim, & acervatim jacent.

Congeſtio, onis, f. 3. comportatio, *συμφόρησις*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 20. Teſtudo, quæ ad congeſtionem foſſarum paratur. *Pallad. l.* 4. *c.* 1. Beneficio congeſtionis accumulant.

Congeſtitius, a, um, o. 1. 2. *συγχωστικός*, quod congeſtum eſt. *Colum. l.* 4. *c.* 1. Humus congeſtitia. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Locus congeſtitius, qui ſcil. opponitur ſolido.

Congeſtus, us, m. 4. idem quod congeſtio. *Cic. de Divin. c.* 32. Avium congeſtus. *Col. l.* 9. Congeſtu calmorum, & frondium ſupertegimus.

Congeſtus, a, um, o. 1. 2. cumulatus, coacervatus. *Cic.* 2. *de Div.* Grana tritici in os pueri Midæ congeſta. *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 70. Congeſtis undique ſaccis indormire. *Auſon. Moſel. v.* 133. Gobio ovipara congeſtior alvo.

Congiālis, & le, o. 3. quod congium capit. *Plaut. Aul.* 4. 2. 15. Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Congiarium, ii, n. 2. vas, quod congium capit. Unde *Paulus JCtus* in cauponariæ tabernæ inſtrumento congiaria memorat, *leg. Taberna*, *ff. de Inſtr. Leg.* ¶ Et quoniam Principes non in pecunia tantum, ſed aliis etiam rebus, & vino quoque liberalitatem in populum exercere ſolebant, ideo omnia eorum munera populo collata, *congiaria* dicta. ¶ *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Congiarium commune nomen eſt liberalitatis, atque menſuræ. ¶ Congiarium autem proprie ad populum pertinebat, donativum ad milites. *Suet. Ner. c.* 7. Deductus in forum populo congiarium, militi donativum propoſuit. ¶ Aliquando hæc differentia non ſervatur. *Curt. l.* 6. *c.* 2. Millia talentum proxima præda redacta erant, e quibus XII. millia in congiarium militum abſumpta. ¶ Congiaria etiam dicebantur, quæ privatim amicis a proceribus conferebantur. V. *Quint. l. c. Cic.* 8. *Fam. ep.* 3. Plancus magno congiario donatus a Cæſare.

Congiārius, o. 1. 2. quod congium continet. *Plin. l.* 14. *c.* 14. Millia cadum congiariorum diviſis amplius centum.

Congius, m. 2. *χοῦς*, *χοεύς*, menſura liquidorum capiens ſex ſextarios, a congerendo, quaſi congerus. *Plin. l.* 14. *c.* 16. Libram, & quadrantem in congios duos muſti macerant.

Conglaciātus, a, um, adject. glacie concretus, *agghiacciato*, ut imber conglaciatus, *Plin. l. c. c.* 60.

Conglacio, as, *agghiacciarſi*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 10. Qua neque conglaciaret frigoribus. *Id. Fam. l.* 8. *epiſt.* 6. Curioni Tribunatus conglaciat. h. e. frigide Tribunatum adminiſtrat.

Congliſco, is, eſcere, n. 3. idem quod gliſco, creſco, concreſco. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 30. Genus qui congliſcat tuum.

Conglobatim, *σφαιρηδόν*, per globos, turmatim. *Liv. l.* 25.

Conglobatio, f. 3. adunatio. *Sen.* 1. *nat. quæſt. c.* 15. Multa conglobationis ignium indigens. *Tac. de Germ. c.* 7. Non caſus, aut fortuita conglobatio turmam, aut cuneum facit, ſed familiæ, & propinquitates.

Conglo-

Digitized by Google

Conglobātus, a, um, nom. ex particip. in globi modum efformatus, *ammaſſato*, *ammucchiato in forma di globo*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Terra undique in ſe ſe partibus ſuis conglobata. *Salluſt. orat. 2. de rep. ordin.* Cunctæ gentes conglobatæ.

Conglŏbo, as, a. 1. *conglobare*, *ammucchiare*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 45.* Mare, cum ſupra terram ſit, conglobatur undique æqualiter. *Liv. l. 8. c. 11.* Milites diſſipati, cum ſe in unum conglobaſſent.

Conglomeratio, onis, f. conglobatio, globus. *In Cod. 12. 19. 13.* Donec exeuntibus ſingulis, ac recedentibus, recedere poſſit vetita conglomeratio.

Conglomĕro, as, avi, atum, are, *ammucchiare*. *Lucret. lib. 3. verſ. 211.* Quamquæ loco ſe Contineat parvo, ſi poſſit conglomerari. *Ennius apud Non. c. 2. n. 166.* Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala. h. e. effundis.

Conglorifico, as, ſimul glorioſum facio. *Juſtin. in Cod. l. 2. tit. 1. & Tertull. de reſur. carn. c. 40.*

Conglutinatio, idem ac glutinatio, *congiuntione*. *Cic. de Sen. c. 20.* Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. *Id. in Orat. c. 23.* Conglutinatio verborum.

Conglutinatus, a, um, adject. *unito*, *incollato*, conjunctus, copulatus. *Cic. Attic. l. 1. epiſt. 17.* Concordia conglutinata. *Id. Philip. 3. c. 11.* Homo ex libidine, crudelitate, petulantia conglutinatus.

Conglutĭno, as, a. 1. idem ac glutino, compono, conjungo. *Cic. de Senect.* Hominem eadem optime, quæ conglutinavit, natura diſſolvit. *Plaut. Bacc. 4. 4. 42.* Conglutinare dolos. *Ter. And. 5. 4. 10.* Meretricios amores nuptiis conglutinas.

Conglutinōſus, a, um, adject. *attaccaticcio*, qui facile conglutinatur, vel conglutinat. *Veget. l. 1. c. 40.* Humoris pars conglutinoſa.

Congrădus, a, um, adject. qui ejuſdem gradus eſt, ſeu qui pari paſſu procedit. *Avien. Phænom. Arat. v. 1241.* Labenti congrada Soli.

Congræco, as, are, Græcos imitor, luxui me dedo. *Plaut. Bacch. 4. 4. 91.* Quod in luxurie comedim, & congræcem.

Congratulatio, f. 3. idem ac gratulatio, *congratulazione*. *Cic. ad Brut. epiſt. 3.* Sed tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatioque me commovit.

Congratŭlor, idem ac gratulor, *congratularſi*. *Cic. pro Sext.* Mihi denique homines præcipua congratulabantur.

Congredio, is, a. 3. idem quod congredior. *Plaut.* apud *Non. 7. 42.* Quid ſi adeam? Haud ſcio, an congredias, ſi hæc eſt.

Congredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *ridurſi in compagnia*, *andare inſieme*, קרב, Ger. *zuſammen gehen*, Gal. *convenir*, Hiſp. *ajuntarſe*, *ſυνέρχομαι*, ſimul gradior, coeo. *Varro*, Omnes in unam domum congreſſi ſimul diſtribuere. ¶ Eſt item conjungere ſe cum aliquo, *uniſi*, *accordarſi*. *Cæſar lib. 6. B. Gall. cap. 5.* Ne aut ſe in Menapios abderet, aut cum Transrhenanis congredi cogeretur. ¶ Item convenire, colloqui, *abboccarſi*. *Cic. Att. l. 1.* Cum eritis congreſſi, tum, ſi quid res feret, coram inter nos conferemus. *Id. pro Planc.* Qui ſi tecum congrediatur. *Plaut. Epid. 4. 1. 19.* Hunc congrediar aſtu. ¶ Item diſputare. *Cic. 2. de nat. Deor.* Qui cum Academico, & eodem Rhetore congredi conatus ſum. ¶ Item jungere ſe cum hoſte pugnandi cauſa. *Cic. pro Sylla*, Ut ego tecum luctari, & congredi debeam. ¶ Congredi alicui, *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 39.*

Congregabĭlis, & le, o. 3. quod facile congregari poteſt. *Cic. Off. l. 1. c. 44.* Sed cum congregabilia natura ſint.

Congregatim, adverb. idem quod gregatim, conjunctim, ſimul. *Prudent. hymn. Jejunant. v. 143.* Currunt per ampla congregatim mœnia.

Congregatio, f. 3. *congregazione*, קהל, Germ. *verſamlung*, Gall. *congregation*, Hiſp. *congregacion*, *συναγωγή*, adunatio. *Cic. Fin. l. 5. c. 60.* Natoſque eſſe ad congregationem hominum. ¶ Translate *Quintil. l. 7. c. 1.* Congregatio criminum accuſantem adjuvat, ſeparatio defendentem. *Id. l. 6. c. 1.* Peroratio eſt rerum repetitio, & congregatio.

Congregatīvus, a, um, ad congregandum pertinens. *Priſcian. l. 16. & 17.*

Congregator, oris, m. 3. qui congregat. *Arnob. l. 6. p. 199.* Seque horum omnium congregatorem, atque vinctorem.

Congregātus, o. 1. 2. *συναθροισθείς*, adunatus. *Cic. pro Domo*, Multitudo hominum ex ſervis conductus congregata.

Congrĕgis, vel Congrex, cis, adject. 3. qui ejuſdem gregis eſt, gregi conjunctus. *Apul. A. A. l. 7.* Equinis armentis me congregem permiſcuit. *Prudent. l. 2. adv. Symmach. v. 634.* Quem congrege nexu Pax, & Roma tenet. *Solin. c. 2.* Congreces volitant.

Congrĕgo, as, avi, atum, *congregare*, idem ac aduno, a grex. *Cic. 14. Phil.* Cives unum ſe in locum ad curiam congregabant. *Idem 5. Fin. c. 15.* Libenter ſe cum æqualibus congregant homines.

Congreſſio, f. 3. idem ac congreſſus, *congreſſo*. *Cic. 2. Phil.* Eumque a tua non modo familiaritate, ſed etiam congreſſione patrio jure, & poteſtate prohiberet. ¶ Pro pugna, ſeu prælio, *Juſtin. 15. 1. 6.* Prima belli congreſſione. *Et 2. 12. 8.* Congreſſio navalis prælii.

Congreſſus, us, ui, m. 4. colloquium, congreſſio, *congreſſo*, *colloquio*. *Cic. de Am.* Ut congreſſus, & ſocietatem hominum fugiat, atque oderit. ¶ Item prælium, conflictus, *battaglia*. *Cic. de Orat.* Ante congreſſum multa fiunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 46.* In primo congreſſu circiter LXX. ceciderunt.

Congrex. V. Congregis.

Congrŭe, congruenter. *Martian. Capell. l. 6. pag. 195.* Si congrue videtur aſſertum.

Congrŭens, tis, adject. 3. conformis, aptus, *convenienti*, *atto*. *Cic. Fam. l. 7. ep. 23.* Erat aptum bibliothecæ, ſtudiiſque noſtris congruens. *Lactant. l. 4. c. 26. n. 13.* Quid congruentius Deo? *Tertul. de Anima*, *in fine*. Congruentiſſimum eſt, animam puniri &c.

Congruenter, idem ac convenienter, *convenientemente*. *Cic. 3. de Or.* Ut ad id, quodcumque agetur, apte, congruenterque dicamus. *Minut. Felix*, *c. 40.* De quibus congruentius promptiuſque diſſeremus. *Tertull. de Pudic. c. 8.* Hiſtoriæ congruentiſſime experimentes.

Congruentia, f. 1. convenientia, vel ſimilitudo, *convenienza*, *o ſimilitudine*. *Suet. in Othone*, *c. 2.* Facile primum inter antiquos locum tenuit congruentia morum. *Apul. Apol. p. 283. edit. Elmenh.* Congruentia pronunciandi.

Congruĭtas, atis, f. 3. idem quod congruentia. *Symmach. l. 9. ep. 42.* Perſonarum æquatio, & honeſtate, & poſſibilitate congruitas.

Congrŭo, is, grui, ſine ſup. idem ac convenio, *venir' inſieme*. *Ter. Eun. 5. 9.* Nam in me plane Dii poteſtatem ſuam omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint commoda. h. e. contigerint. *Tacit. 1. hiſtor. c. 7.* Forte congruerat, ut Clodii Macri, & Fonteji Capitonis cædes nuntiarentur. Huc pertinet, quod ſuper hoc verbo ſcribit *Sariſberienſ. l. 2. de Nugis Curial. c. 13.* Grus, inquit, ſemper affert quod expetit: unde & *gruere* verbum ambiguum eſt: a quo *congruere*, quod proficit, ingruere quod officit. ¶ Sumitur ſæpe pro conſentire, convenire. *Cic. pro Marc.* Noſtri ſenſus congruebant, *andavano daccordo*. *Liv. l. 1. c. 3.* Congruere ad aliquid, *Terent. Phorm. 4. 5. 14.* Mulier mulieri magis congruit. *Cicer. Att. lib. 2. epiſt. 8.* Ejus ſermo cum litteris tuis congruit. *Senec. epiſt. 9.* Initia inter ſe, & exitus congruant.

Congrus, ſive conger, gri, m. *grongo*, *γόγγρος*, piſcis eſt oblongus, & lubricus, magnæ anguillæ non diſſimilis. *Ter.* Et congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper. *Plin. l. 9. c. 20.* Alii longi, ut muræna, conger.

Congrŭus, a, um, adject. idem quod congruens. *Apul. l. 6. Mileſ.* Jam faxo nuptias juri civili congruas. *Pallad. l. 1. c. 12.* Congruis cœli regionibus. *Plaut. Mil. 4. 3. 22.* Te cum illa verba facere de illa re volo: nam cum illa ſane congruus ſermo tibi.

Congylis, is, f. 3. *rapa*, rapum, a *γόγγυλος*, rotundus. *Colum. l. 10. v. 421.* Congylis, illuſtri mittit quam Nurſia campo.

Conia, æ, f. 1. Ciconia, vocabulum Prænestinorum. *Plaut. Truc. 3. 2. 26.*

Coniades, is, m. 3. Scriptor Græcus. *Plin. l. 14. c. 19.*

Conjectanĕa, orum, n. 2. dicuntur miſcellanea, & adverſaria, libri, in quos conjectationes noſtras referimus. *Gell. l. 6. c. 2.* Alfenus in Conjectaneorum libro ſecundo.

Conjectarĭus, a, um, o. 1. 2. *εὔστοχος*, quod ſcitur per conjecturam. *Cic.* Illud vero minime conjectarium. Apud *Non. c. 2. n. 175.*

Conjectatĭo, onis, f. 3. conjectura, *congettura*. *Plin. l. 10. c. 75.* Somni quæſtio non obſcuram conjectationem habet.

Conjectatorĭus, a, um, adject. ad conjectationem pertinens, ut conjectatoria argumenta, apud *Gell. l. 14. c. 3.*

Conjectĭo, f. 3. jactus. *Cic. pro Cæc. c. 15.* Neque ictu comminus, neque conjectione telorum. ¶ Item *conjectura*, ut conjectio ſomniorum. *Id. l. 2. de Div. c. 63.*

Conjecto, as, avi, atum, are, frequentat. a Conjicio, *gettare*, *cacciare*. *Gell. l. 7. c. 19.* Aliquem in carcerem conjectare. ¶ Item conjecturam facio, opinor. *Ter. Eun. 3. 4. 5.* Neque ſcio quid dicam, aut quid conjectem. *Tacit. Ann. 14. c. 51.* Valetudo ex eo conjectabatur.

Conjector, m. 3. *ſpianatore de' ſogni*, פותר, Ger. *errhater*, Gall. *qui predit par conjectures*, Hiſp. *devinador*, *ὀνειροκρίτης*, *ſτοχαστής*, interpres, a conjectura. *Cicer. 2. de Divin. cap. 65.* Defert ad conjectorem quidam ſomniaſſe ſe.

Conjectrix, icis, f. 3. a conjector. *Plaut. Mil. 3. 1. 99.* Conjectrici, hariolæ, haruſpicæ. Al. leg. *Collectrici*.

Conjectūra, f. 1. *congettura*, *immaginazione*, פתרון, Ger. *anzeigung*, Gall. *conjecture*, Hiſp. *conjetura*, *στοχασμός*, rei latentis judicium. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Etiam ne in perſpicuis rebus argumentatio quærenda, aut conjectura capienda ſit? ¶ Hinc Conjecturam facere, *capere*, Conjectura aſſequi, augurari, proſpicere, &c. *Cic.* ſæpe, & *Terent.* Sic conjecturam capere ex aliqua re. *Varr. R. R. l. 3. c. 16. ad fin.* ¶ Speciatim conjectura dicitur ſomniorum interpretatio. *Plaut. Curcul. 2. 2. ſin.* Potin' conjecturam facere, ſi narrem tibi, Hac nocte quod ego ſomniavi dormiens?

Conjecturālis, le, o. 3. *coſa*, *che ſi giudica per congettura*, *στοχαστικός*, quod ad conjecturam ſpectat. *Cic. 1. de Inv.* Cum facti controverſia eſt, quoniam conjecturis cauſa firmatur, conſtitutio conjecturalis appellatur. *Celſus in præfat. l. 1.* Conjecturales artes. h. e. quæ incertæ ſunt, & fine fundamento.

Conjecturaliter, adverb. per conjecturas. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Conjecturaliter geſtum.

Conjectūro, a. 1. idem ac conjicio, *congetturare*. *Senec. 7. nat. quæſt. c. 29.* Nobis conjecturare tantum illa in occulto licet. Obſopœus tamen obſervat, e MSS. legendum, *& conjectura ire in occulta tantum licet*.

Conjectus, us, m. 4. idem ac jactus. *Cic. pro Planc.* Sed dignitatem, ſed oculorum conjectum, ſed ſolidam, & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt. *Liv. l. 28. c. 14.* Cum nondum ad teli conjectum veniſſet.

Conjectus, a, um, adject. jactus, injectus, *gettato*. *Virgil. 9. Æn. v. 698.* Conjecto ſpiculo aliquem ſternere. *Ter. Andr. 4. 1. 44.* Conjectus in nuptias. Sic Conjectus in carcerem, *Senec. epiſt. 9.* ¶ Item per conjecturam perceptus, *congetturato*. *Cic. 1. Divin. cap. 31.* Non tam mirabilia ſunt, quam conjecta belle. *Id. l. 2. Divin. cap. 50.* Male conjecta, maleque interpretata.

Conĭfer, & Conĭger, a, um, adject. qui conos fert, h. e. nuces pineis ſimiles. *Virg. 3. Æn. v. 680.* Aeriæ quercus, aut coniferæ cipariſſi. *Catull. de nupt. Pel. & Thet. verſ. 106.* Quercum, aut conigeram ſudanti cortice pinum.

Conjicĭo, is, jeci, ectum, a. 3. proprie eſt res plures in unum jacere locum, vel ſimul jacere. *Cæſ. l. 1. Com.* E loco ſuperiore in noſtros venientes tela conjiciebant. ¶ Hinc translate uſurpatur. *Cicero pro Planc.* Atque hæc, nec alia alia ſunt conjecta maledicta in ejus vitam. *Tib. l. 1. el. 9.* Abſenti ſæpe querelas conjicit. ¶ Sæpe ſumitur pro ſimplici jacio, *gettare*. *Plaut. Epid.* Et palliolum tuum in collum conjice. ¶ Hinc ad multa transfertur. *Terens. Heaut. 2. 3. 30.* Ne me in lætitiam fruſtra conjiciam. *Id. Phorm. 1. 4. 13.* Hinc me conjicerem protinus in pedes, *ideſt*, fugerem. *Cic. pro Cæl. c. 27.* Atque illo repentino hominum impetu ſe in fugam conjeciſſe. *Id. 2. Phil.* Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet. *Plaut. Pæn.* Conjice in morbum. ¶ Eſt etiam divinare, *congetturare*. Nam multa in mentem jaciuntur, ibique conjunguntur, tum pluribus conſideratis unum colligitur. *Cic. 2. de Div.* Non igitur, aut quæ tempeſtas impendeat, vates melius conjiciet, quam gubernator? aut morbi naturam acutius, quam medicus? *Id. 3. de Orat.* De me conjicio. Sic conjicere alicui ſomnium, hoc eſt conjiciendo interpretari. *Plaut. Curc. 2. 2. princ.* ¶ Conjicere culpam in aliquem, *dar la colpa*. *Hirt. de bell. Alexandr. c. 49.* In gregem locupletum ſimultatum cauſæ conjiciebantur. ¶ In verſum ſe conjicere, V. *Verſus*. ¶ In antiquis quibuſdam *Varronis*, *Juſtini*, *Ulpiani*, & aliorum Codicibus teſtatur *Pareus in Lex. Critic.* ſe legiſſe *conjicio*: quod a *Laberio* uſurpatum, *conjicior in fullonicam*, reprehendit *Gell. l. 16. cap. 7.* tanquam obſoletum, aut ex ſordidiore uſu vulgi depromptum.

Conimbrica, æ, f. 1. Conimbrica, *Condexa la vecchia*, opp. olim, nunc pagus Portugalliæ, in prov. inter Durium, & Tagum. ¶ Conimbrica nova, *Coimbra*, urbs ampla, & Academia inſignis, ad Mundam fl. ab Ulyſſipone 32. l. in Bor.

Conipſum, n. 2. genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant, a *κόνις*, pulvere aſpergo. *Feſt.*

Coniſco, vel coniſſo, n. 1. *κονίζω*, eſt pulvere aerem replere, pulverem excitare, pulvere reſpergere, quod pecudes ludentes, & concertantes faciunt. *Lucret. lib. 2. v. 320.* Et ſatiati agni ludunt, blandeque coniſcant. *Quint. l. 8. c. 3.* ex Cic. Caput opponis cum eo coniſcans. Al. leg. *coruſcans*, a *κορύπτω*, arieto.

Coniſterĭum, n. 2. vel coniſtra, f. 1. locus, ubi aſſervabatur pulvis, quo poſt unctionem aſpergebantur luctaturi, ut prehenſiones firmiores, non lubricæ forent, a *κόνις*, pulvis. *Vitruv. l. 5. c. 11.*

Coniſtre. V. Coniſterium.

Conium. V. Conipſum.

Conjŭga, æ, f. 1. conjux. *Apul. l. 6. A. A.* Magna Jovis germana, & conjuga.

Conjugālis, le, o. 3. *matrimoniale*, Germ. *ehelich*, Gall. *conjugal*, Hiſpan. *conjugal*; *γαμήλιος*, quod ad conjugium pertinet, ut Conjugalis torus, in quo

Digitized by Google

in quo conjugium fit. Dii conjugales, qui conjugiis præeſſe credebantur, ut Juno, Venus, Hymen. *Sen. in Med. init.* Dii conjugales, tuque genialis tori Lucina cuſtos.

Conjugaliter, adverb. conjugum more. *Auguſt. ep.* 89.

Conjugata, n. 2. *συζυγα*, apud Rhetores ſunt, quæ orta ab uno varie commutantur, quia ab uno genere, veluti jugo flectuntur, ut Civis, & civitas, exul, & exulare, &c. *Cic.* 5. *Parad.* Potes autem eſſe tu civis, propter quem aliquando civitas non fuit? & me exulem tuo nomine appellas, cum omnes meo diſceſſu exulaſſe Remp. putent? *Quint. lib.* 5. *c.* 10. & *Cic. in Top. c.* 3.

Conjugatio, f. 3. idem ac conjunctio, *congiunzione*. *Cic. de Sen.* Adminiculorum ordines, capitum conjugatio, & religatio, & propagatio vitium. ¶ Eſt item accidens, ſeu attributio partium orationis, proprium verborum, quia multa verba ad unum thema, velut jugum quoddam, aſtringit. *Cic. in Top. c.* 3. *Diomed. Priſcian.* &c.

Conjugator, m. 3. qui conjungit. *Catull. in Epith. Mall. carm.* 61. *v.* 44. Boni amoris conjugator.

Conjugatus, a, um, adject. ut locus a conjugatis. V. Conjugata. ¶ Apud *Aug. l.* 6. *Conf. c.* 13. conjugatus eſt uxori conjunctus, *maritato*.

Conjugialis, & le, o. 3. idem ac conjugalis. *Ovid.* 6. *Met. v.* 536. Conjugialia jura.

Conjugium, neut. 2. omnis conjunctio, a conjugo. *Lucret. lib.* 3. *verſ.* 858. Coire, conjugioque corporis, atque animæ. ¶ Speciatim ſumitur pro matrimonio, *matrimonio*, חתנה, Germ. *eheſtand*, Gall. *mariag*, Hiſp. *caſamiento de marido, o muger*, *συζυγία*. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Prima ſocietas in ipſo conjugio eſt, proxima in liberis. ¶ Item pro coitu Venereo. *Virg.* 3. *Georg.* Sæpe ſine ullis conjugiis vento gravidæ.

Conjugo, as, a. 1. idem ac conjungo, a jugum, quaſi in unum jugum jungo, vel ad unum jugum alligo. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Eſtque ea jucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum conjugavit.

Conjugulus, a, um, o. 1. 2. quod facile conjugatur. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Cato tria genera myrti prodidit, candidam, nigram, conjugulam.

Conjugus, a. 1. 2. *congiunto*, *σύζυγος*, quod conjugatum eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 23. Conjuga ferme vagantur, nec niſi cum compare vita eſt.

Conjuncte, adv. *congiuntamente*, *συνημμένως*. *Cic. de Orat.* Si quando riſus conjuncte re, verboque movetur. *Id. de Amic. c.* 18. Quicum conjunctiſſime, & amantiſſime vixerat. *Id. Fam.* 6. *ep.* 10. Sic ſemper dilexi, ut non alio cum homine conjunctius viverem.

Conjunctim, idem ac conjuncte. *Caſ.* 6. *B. G. c.* 18. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructuſque ſervantur.

Conjunctio, nis, f. 3. *congiunzione*, *σύνδεσις* copulatio. *Cic. pro Planc.* Jam municipia conjunctione etiam vicinitatis vehementer moventur. ¶ Item una ex partibus orationis. *Cic. in Orat. c.* 39. Cum demptis conjunctionibus diſſolute plura dicuntur. ¶ Item cognatio, affinitas, amicitia, *parentela, amicizia*. *Cic.* 3. *Fam.* Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem conjunctionem diremiſſem, quam novam conciliaſſem.

Conjuncto, as, are, a. 1. frequentat. a conjungo. *Prudent. Pſychom. v.* 762. Quod ſapimus, conjunctet amor.

Conjunctus, a, um, o. 1. 2. *congiunto*, *συνεζευγμένος*. *Cic. in Anton.* Ea ſumma miſeria eſt ſummo dedecori conjuncta. ¶ Cum ablat. ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Cic.* 5. *Phil. c.* 7. *ad fin.* Mendicitas affinitate conjuncta. ¶ Item affinitate, vel amicitia junctus. *Cic. Verr.* 6. *c.* 33. Non ſolum ſocietate atque amicitia, ſed etiam cognatione cum aliquo conjunctum eſſe. *Id. Philip.* 1. *c.* 3. Syracuſæ urbs mihi conjunctiſſima. *Ovid. Met.* 15. *v.* 599. Quamvis conjunctior ille nemo mihi eſt. ¶ Item conformis. *Cic.* 1. *Off.* Præcepta naturæ conjuncta. ¶ Conjuncta, orum, apud Rhetores eſt locus topicus. *Cic. de Orat. c.* 39. & 40.

Conjunctus, us, m. conjunctio. *Varr. l.* 9. *L. L.* Sic bigæ, quadrigæ a conjunctu dictæ.

Conjungo, is, xi, ctum, a. 3. copulo, conſocio, concilio, connecto, *congiungere*, חבר, Ger. *zuſammen fügen*, Gal. *conjoindre*, Hiſp. *ayuntar*, *συνάπτω*, ſimul jungo. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 32. Calamos cera conjungere. *Cic. pro Leg. Man. c.* 9. Quantum bellum futurum putatis, quod conjungunt reges potentiſſimi? h. e. ſimul conflant. *Ovid. Heroid. epiſt.* 21. *ad fin.* Cum aliquo ſe conjungere. *Liv. lib.* 29. Conjungere ſibi ſorminem matrimonio. *Cic.* 1. *de Orat.* Connubia conjungere. ¶ Conjungere boves, h. e. ad jugum jungere, *Cato R. R. c.* 138.

Conivola, occulta. *Feſtus.*

Conjuratim, adverb. *in congiura*. *Plaut. Aſin.* 2. 1. 52. Siquidem omnia conjuratim cruciamenta conferam. Al. leg. *Conjurati*.

Conjuratio, f. 3. *congiura*, קשר, Germ. *zuſammen ſchwerung*, *σύνωσις*, conſpiratio. *Caſ.* 1. *B. G.* Conjurationem nobilitatis fecit, & civitati perſuaſit, ut de finibus cum omnibus copiis exirent. ¶ Sæpius accipitur in malam partem. *Cic. in Catil.* Tanta hæc in Remp. conjuratio manifeſte inventa, atque deprehenſa eſt. V. *Conjuro*. ¶ Sumitur etiam pro ipſo cœtu conjuratorum. *Cic. Catil.* 1. *c.* 6.

Conjuratus, a, um, adject. ex particip. *magiurato*, qui conſpiravit, ut conjurata Græcia, *Horat. l.* 1. *od.* 15. Conjurati fratres. *Virgil.* 1. *Georg. v.* 280. ¶ Subſtantive etiam uſurpatur *Conjuratus*, i. *Cic. Catil.* 4. *c.* 10. Manus conjuratorum permagna. & alibi paſſim.

Conjuro, as, a. 1. *congiurare*, קשר, Ger. *zuſammen ſchwerem*, Gal. *conjurer*, Hiſp. *conjurar*, *συνόμνυμι*, ſimul juro, conſpiro. Sæpius in malam partem capitur pro conſpirare in alicujus perniciem. *Cicer. pro Mil. c.* 24. Sibi confeſſos eſſe de interficiendo Pompejo conjuraſſe. *Quintil.* 4. 2. Conjurare in mortem alicujus. ¶ Eſt item ſimpliciter jurare. *Gell.* Tu verbis conceptis conjuraſti ſciens ſcienti amico tuo. ¶ Item conſentire, ſive ſibi mutuo opem ferre. *Hor. in Arte, ad fin.* Alterius ſic altera poſcit opem res, & conjurat amice. ¶ Servius ad illud *Æn.* 8. *Simul omnes tumultu Conjurat trepido Latium:* Obſerva, inquit, de re bona conjurationem dici poſſe. *Liv.* etiam *l.* 22. *c.* 38. Conjurabant milites, ſe fortitudinis ergo non abituros.

Conjux, jugis, com. 3. *moglie, o marito*, שגל, Ger. *ein ehegemahl*, Gal. *le mary, ou la femme*, Hiſp. *el marido, a la muger*, *ὁμόζυγος*, uxor, ſeu maritus, a conjugo. Sed Priſciano placet *conjunx* ſcribi cum n, ut ſit a conjungendo. Manut. in Orthogr. vetera multa monumenta affert, in quibus *Conjux*, *Conjuux*, *Cojux*, & *Conjunx* legitur. Sed primum probabiliſſimum eſt. *Cic. ad Att.* Vagamur egentes cum conjugibus, & liberis noſtris. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 142. Fida conjux. *Ovid.* 11. *Met. v.* 727. O cariſſime conjux.

Conlætor, aris, atus ſum, congaudeo, ſimul lætor. *Tertull. de Idololatr. c.* 14. Conlætemur ex communione naturæ.

Conlævo, V. Collævo.

Conlatro, as, a. 1. *abbajare*, *καθυλακτέω*, latratu infeſto, obloquor. *Sen. de vita beata, c.* 17. Siquis ex his, qui Philoſophiam conlatrant.

Conlaxo, as, are, idem ac laxo. *Lucret. l.* 6. *v.* 231. Facile omnia circum conlaxat.

Conlector. V. Collector.

Conluceo. V. Colluceo.

Conluo. V. Colluo.

Connato, & Connatatio, a *con* & *nato* afferunt ex Plauto Stephanus, Paſſeratius, Danetius, & alii: Sed nos invenire non potuimus.

Connatus, a, um, ſimul natus. *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 9. Vitia in corpore connata.

Connecto, ctis, a. 3. *attaccare inſieme*, *συμπλέκω*, eſt ſimul nectere, conjungere. *Cic. Att.* Illa vero, quæ tu connecti vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant.

Connexe, adverb. conjunctim. *Martian. Capel. l.* 4. *par.* 6. Hæc non niſi connexe dicuntur.

Connexio, onis, f. *συμπλοκή*, *connesſione*, *concluſione del ſillogiſmo*. Proprie eſt connectendi actus, & a *Quintil.* pro complexione adhibetur, *l.* 5. *c.* 14. Connexio aut vera negetur, aut nihil ad quæſtionem dicitur pertinere.

Connexivus, a, a. 2. copulativus. *Gell. l.* 10. *c.* 29. Connexiva conjunctio.

Connexus, a, um, nom. ex particip. conjunctus, colligatus, *connesſo, unito*. *Cic.* 2. *de Nat. c.* 38. Qui omnia inter ſe connexa, & apta viderit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 257. Apes pedibus connexæ. ¶ Abſolute *Cic.* 4. *Acad. c.* 30. Ipſa ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogis inferius concedere. ¶ Comparat. *Connexior*, vel *ἐχόμενος*, *Connexius*, apud *Lucretium l.* 3. *v.* 557. legitur.

Connexus, us, ui, m. 4. idem ac connexio. *Lucret. l.* 2. *v.* 626. Habere varios connexus.

Connitor, eris, iſus, vel ixus ſum, d. 3. *sforzarſi, far ſuo potere*, נעץ, Ger. *etwas mit einander underſtehen zu thun*, Gal. *s'efforcer*, Hiſp. *eſtribar*, *συντείνομαι*, ſimul vel vehementer nitor. *Cic. de Fin.* Cum paulum firmitatis acceſſeris, connituntur, ut ſe erigant. *Caſ. l.* 1. *B. Civ.* In ſummum jugum virtute connititur. ¶ Item pario, *partorire*. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 15. Hic inter denſas corylos modo namque gemellos, ſpem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.

Conniventia, æ, f. 1. *συνέσεις*, diſſimulatio. *l.* 1. *C. de fund.* & *ſalt. rei dom. l.* 2. Quod ſi venalis procuratorum conniventia admiſerit. *Aſcon. in proœm. Verr.* Conniventia Ciceronis ipſius, parum compertum eſt.

Conniveo, es, ivi, vel xi, o. 2. & olim connivo, *ſerrar gli occhi*, קרץ, Germ. *blintzen, mit den augen wincken*, Gal. *ſourciller*, Hiſp. *abaxar los parpados de los ojos*, *συμμύω*, eſt oculorum palpebras movere, modo claudere, modo aperire, a *nivo*, obſol. verb. *Sueton. Calig. cap.* 51. Ad minima tonitrua & fulgura connivens, caput obvolvere ſolebat. ¶ Sic proprie connivere dicuntur, qui dormitant. *Cic. de Nat.* 2. *c.* 57. Quid melius quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno ſopiri ſempiterno? ¶ Hinc tranſlate ſumitur pro diſſimulare viſum, *far viſta di non vedere, diſſimulare*. *Cic. pro Cœl. c.* 24. Dii immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis connivetis? ¶ Apud *Plaut. Moſtel.* 3. 2. *v.* 145. Connivere dicuntur coagmenta, & juncturæ, quæ minime laxæ ſunt. ¶ Calvus apud *Priſcian. l.* 9. fecit 3. declinat. Cum gravis ingenti connivere pupula ſomno. Hanc præterita. *Nimius Caſſius apud eun. ibid.* Nam non conivi oculos ego deinde ſopore. Et *Turpilius ibid.* Dum ego connixi ſomno.

Connixus, vel Connixus. V. Connitor.

Connubialis, & le, o. 3. *ἐπιγαμικός*, quod ad connubium ſpectat. *Ovid. Heroid. epiſt.* 6. *v.* 41. Heu ubi pacta fides? ubi connubialia jura?

Connubium, n. 2. *legge del matrimonio*, חתונה, Germ. *die ehe, oder eheſtand*, Gal. *lieu de mariage*, Hiſp. *la ley, o derecho del caſamiento de marido, o muger*, *ἐπιγαμία*, jus legitimi matrimonii, a nubo. *Cic.* 1. *Off.* Sequuntur connubia, & affinitates. *Liv. l.* 1. *c.* 9. Concelebrare connubia. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 9. Romulus Sabinorum connubia conjunxit conſilio, & ſapientia ſingulari. ¶ Secunda ſyllaba in hac voce anceps eſt. V. *Virg. Æn.* 1. *v.* 73. & *l.* 4. *v.* 126. & 535. & *l.* 9. *v.* 600.

Connubius, a, um, adject. ad connubium pertinens, *matrimoniale*. *Apul. Metam. l.* 9. Connubia lege ſociatus.

Connubo, is, n. 3. nubo. *Apul.* Puellari ætate connupſeramus. ¶ Ita nonnulli Lexicographi, quos penes ſit fides. Nam ego verba hæc in Apulejo nondum reperire potui.

Connudatus, a, um, adject. idem ac nudatus. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Contra fulgura ipſe in menſe connudata.

Connumero, as, avi, atum, are, a. 1. idem ac numero, vel annumero, *connumerare*, *συναριθμέω*. *Paul. JCtus l.* 104. *Dig. de ſtatu hom.* Inter liberos connumerabitur. *Ammian. l.* 25. *c.* 11. Vir profecto heroicis connumerandus ingenius. ¶ *Ovidio* etiam tribuitur hoc verbum *l.* 5. *Triſt. el.* 4. *v.* 20. Se quoque in exemplis connumerare ſolet. al. leg. *annumerat*. V. *Heinſ.*

Conon, m. 3. *Κόνων*, Athenienſium dux fuit, qui prælio victus a Lyſandro Lacedæmoniorum duce, ſponte abiit in exilium ad Artaxerſem Perſarum Regem, cujus auxilio patriam, cui ſervitutem attulerat, in libertatem reſtituit. *Juſtin. l.* 5 & 6. Fuit præſtantiſſimus Imperator, & filium Timotheum, & ipſum ſummum Imperatorem, hominemque doctiſſimum reliquit. *Cic.* 3. *de Or.* ¶ Fuit & alius Conon Samius Aſtrologus, de quo *Prop. l.* 4. *el.* 1. Hic ſeptem libros de Aſtrologia addidit.

Conopeum, a. 2. *padiglione da letto*, מגרש, velum circa lectum ad arcendos culices, quos Græci *κώνωπας* vocant. Apud Ægyptios in uſu maxime erat, cum propter paludes Nili magna culicum copia infeſtarentur. ¶ Conopeum ſcribitur *κωνωπεῖον*, & in quodam epigr. etiam *κωνωπεῖον*: qua ratione *Horat. Epod.* 9. *v.* 16. Sol aſpicit Conopeum. Et *Propert. l.* 3. *el.* 9. 45. Fœdaque Tarpejo conopea tendere ſaxo. At *Juven. ſat.* 6. *v.* 80. Ut teſtudineo tibi, Lentule, conopeo.

Conopon diabaſis, *κωνώπων διάβασις*, locus eſt in inſula contra quartum Nili oſtium, in quem ſtatis anni temporibus culices tranſire dicuntur. *Κώνωπες* enim ſunt culices, *διάβασις* tranſitio. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *a med.*

Conor, aris, atus ſum, d. 1. *sforzarſi*, נער *πειράομαι*, tento, molior, nitor, & do operam, ut aliquid fiat. *Cic. in Orat.* Magnum opus omnino, & arduum conamur. *Ter. Andr.* 4. 1. 52. Conari manibus pedibuſque. ¶ Fere infinito jungitur. *Cic. pro Quintio*, Qui præſenti in gaſtum agere conarentur. ¶ Abſolute uſurpavit *Nepos in Datam. c.* 7. Qui prius cogitare, quam conari conſueſſet. Et *Terent. Phorm.* 1. 2. Ego conabar obviam tibi. h. e. ire. ¶ *Conarem*, pro *Conarer*, legi apud *Priſcian. ex Ennio*, refert Paſſerat.

Conquadratus, a, um, adject. in quadri formam redactus, *quadrato*. *Colum. l.* 8. *c.* 3. Perticæ conquadratæ.

Conquadro, as, a. 1. in quadratam figuram redigo. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 48. Aureus later, quod conquadravit religio. ¶ Tranſlate *Sidon. l.* 3. *ep.* 7. Sic dicta vero conquadrant. h. e. conveniunt.

Conquæſtor, oris, m. 3. idem ac conquiſitor, vel ſimul quæſtor. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Conquaſſatio, f. 2. *conquaſſamento*, *crollamento*, *συντριμμός*, concuſſio, commotio. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Ex totius valetudinis corporis conquaſſatione, & perturbatione gignuntur.

Conquaſſatus, a, um, adject. concuſſus, *conquaſſato*, *crollato*, *sbattuto*. *Lucret. l.* 3. *v.* 442. Conquaſſatum corpus. *Cic. pro Sext. c.* 26. Exteras nationes illius anni furore conquaſſatas videbamus.

Conquaſſo, a. 1. *conquaſſare*, *ſcuotere*, הרגיש, רעץ, Ger. *erſchuttern*, *etc.* galizo

Digitized by Google

gellen, Gall. *ebranler*, *caſſer*, Hiſp. *quebrar*, *y gaſtar*, *ϲυνσείω*, concutio. *Cic. 1. de Div. c. 43.* Apulia maximis terræ motibus conquaſſata eſt. ¶ Item conτero, contringo. *Cato c. 52.* Si calix erit, conquaſſato.

Conquĕror, d. 3. idem ac queror, *lamentarſi*. *Cic. in Tuſc. l. 1. c. 21.* Conqueri fortunam adverſam, non lamentari decet. ¶ Cum abl. & præp. de. *Cic. 3. Fam. ep. 2.* Nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri.

Conqueſtĭo, f. 3. idem ac querela. *Cic. 2. ad Q. Fr. ep. 1. c. 7.* Ubi nullum auxilium, nulla conqueſtio.

Conqueſtus, us, m. 4. idem ac queſtus, *lamento*. *Liv. l. 8. c. 7.* Tum libero conqueſtu coortæ voces ſunt.

Conquieſco, idem ac quieſco, *quietarſi*. *Cic. 5. Fin.* Ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint. *Id. Curioni*, Ætas noſtra jam ingraveſcens in amora, atque in adoleſcentia conquieſcat tua. *Id. l. 1. Fam. ep. 1.* Tu, niſi perfecta re, de me non conquieſti. *Id. pro Balbo, c. 1.* Conquieſcere a bellis continuis.

Conquiniſco, is, (conquexi, apud *Priſcian.*) ſine ſup. n. 3. *chinarſi*, השתחוה, Germ. *ſich neigen, oder bucken*, Gall. *s'encliner*, Hiſp. *inclinarſe*, ἐγκύπτω, eſt inclinare ſe, a *cuneo*. Aliqui putant, *conquiniſco* corrupte dici pro *concliniſco*, ut ejuſdem originis ſit, ac inclino. Alii volunt eſſe a genu, pro *congeniſco*. *Plaut. Ciſt. act. 4. ſc. 1. v. 5.* Faciundum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam. *Id. Pſeud. 3. c. 75.* Si conquiniſcet iſtic, conquiniſcito ſimul.

Conquīro, is, ſivi, itum, a. 3. *cercare con diligenza*, חפש, Germ. *fleiſſig ſuchen oder erforſchen*, Gal. *cercher diligemment*, Hiſ. *buſcar diligentemente*, ζητέω, eſt diligenter quærere, ſeu inveſtigare. *Cic. 6. Verr.* Conquiri Diodorum jubet. ¶ Item quærendo in unum contrahere, idest, colligere, *raccogliere*, *radunare*. *Cic. 5. Ver.* Cum undique homines nequiſſimos conquiſiſſet. ¶ Item exquirere, deligere, *eleggere*. *Cic. in Agrar.* Nedum iſti ab Rullo conquiſiti, & electi coloni. ¶ Conquirere, coercere, conſtringere, *Feſt.* Sed Scaliger legit *Conquire*.

Conquiſite, adv. συζητητικῶς, exquiſite, diligenter, docte. *Gell. l. 3. c. 10.* Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſite. Adde *Auct. ad Herenn. l. 2. ad fin.*

Conquiſitĭo, f. 3. *cercamento*, *inquiſizione*, συζήτησις, inveſtigatio. *Cic. de Univ.* Difficillimum eſt in omni conquiſitione rationis exordium. ¶ Conquiſitio militum, eſt militum delectus, cum Imperator pro ſua auctoritate, quos ei viſum fuerit, etiam invitos ad militiam conſcribit. Id in majoribus tantum Reip. periculis fieri conſuevit. Alioqui enim ultro nomina dabant. *Cic. de Prov. Conſ. c. 2.* Exercitus ille noſter, ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione coactus, omnis interiit. *Liv. l. 23. c. 32.* Ut in Piceno agro conquiſitionem militum haberet.

Conquiſītor, m. 3. qui inveſtigat. Speciatim conquiſitores dicebantur homines illi, per quos milites in delectu conquirebantur. *Cic. Att.* Nullus uſquam delectus, nam conquiſitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. Adde *Liv. l. 21. c. 11.* ¶ Conquiſitores etiam dicuntur exploratores, *inquiſitori*, *ſpie*, ἀναζητηταί. *Plaut. Amph. prol. 65.* Ut conquiſitores ſinguli in ſubſelliis eant per totam caveam.

Conquiſītus, a, um, o. 1. 2. συζητηθείς, inveſtigatus, electus, *cercato*, *ſcelto*. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Siquis aliquem fictis, conquiſitiſque vitiis deformatum vellet inducere. *Id. 3. Tuſc. c. 21.* Menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur.

Conrado, V. Contrado.

Conrecumbo, is, ſimul recumbo. *Tertull. de teſtim. anim. c. 4.* Quaſi præſentibus, & conrecumbentibus.

Conrĕi, m. 2. qui ſimul ob eandem cauſam rei facti ſunt. *Ulp. l. 3. §. 3. Dig. de liber. leg.*

Conregio, f. 3. in Auguralibus, regio infra fines comprehenſa. *Varro l. 6. de L. L.* ¶ *Conregione* veteres dixerunt pro, *regione*. *Feſt.*

Conridĕo, V. Corrideo.

Conruſpor, d. 1. conquiro. *Plaut.* Conruſpare tua conſilia in pectore. *Feſt.*

Conſalutatĭo, f. 3. *ſalutazione vicendevole*, ἀσπασμός. *Cic. Attic. l. 2. ep. 18.* Plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica.

Conſalūto, as, a. 1. *ſalutare inſieme*, eſt altro citroque ſalutationem dare. *Cic. 2. de Orat. c. 3.* Cum inter ſe amiciſſime conſalutaſſent.

Conſaneſco, is, n. 3. ſanus fio, *riſanarſi*. *Cic. Sulp. l. 4. ep. 6.* Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. Al. leg. *Conſanuiſſe*. nam *Conſenuiſſe*, quod in vulg. reperitur, rejicit Paræus in Lex. Crit. *Colum. l. 8. c. 2.* Vulnera dum conſaneſcant.

Conſanguinĕi, orum, m. 2. *parenti*, שאר, Ger. *blutsfreund*, Gall. *parens*, Hiſp. *parientes*, fratres, qui eodem patre nati ſunt, licet diverſis matribus, & ita in Jure accipi, obſervat *Cujac. l. 11. c. 26.* At generatim, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. *Cic. Attic. l. 1.* Sed Βοῶπις, noſtri conſanguineus non mediocres terrores facit. ¶ Translate conſanguineus pro ſimili capitur. *Virg. 6. Æn. v. 278.* Sopor conſanguineus lethi. Sic *Colum. præm. l. 1.* Res ruſtica conſanguinea ſapientiæ eſt.

Conſanguinĭtas, f. 3. *parentado*, קרבה, Ger. *blutfreundſchafft*, Gal. *conſanguinité*, Hiſp. *parientesco de ſangre*, συγγένεια, ſanguinis conjunctio. *Liv. l. 7. c. 19.* Caritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adjunctum fama ferebat.

Conſano, as, idem quod ſano, *ſanare*. *Colum. l. 4. c. 24.* Plagæ conſanentur. ¶ Item neutra ſignif. pro conſaneſcere, *riſanarſi*. *l. 10. Dig. de Ædil. edict.*

Conſarcinatus, a, um, adject. involutus, temere ſartus. *Ammian. l. 15. c. 10.* Conſarcinata falſitas.

Conſarcĭno, a. 1. *cucire inſieme*, συῤῥάπτω, eſt ſimul ſarcire, & nullo delectu conjungere. *Gell. l. 13. c. 23.* Extrinſecus additum, & conſarcinatum.

Conſarrĭo, n. 4. σκαλίζω, idem quod ſarrio, *zappare*. *Col. l. 11. c. 3.* Deinde ſulci omnes conſarriendi.

Conſauciātus, a, um, adject. vulneratus, *piagato*, *ferito*. *Suet. Aug. c. 26.* Utremque brachium ruina pontis conſauciatus.

Conſaucĭo, as, idem ac ſaucio, *pungere*. *4. ad Heren.* In hoc autem crebro, & celeri vulnere corpus conſauciari videtur. *Suet. Ner. c. 26.* Prætoris caput conſauciavit.

Conſcelerātus, a, 1. 2. ſceleratus, *ſcellerato*. *Cic. pro Cluent. c. 10.* Ex eodem furore etiam illa conſceleratæ exectio linguæ. *Id. pro Roſc. Am. c. 24.* A filiis conſceleratiſſimis furiæ domeſticæ pœnas parentum repetunt.

Conſcelĕro, idem ac ſcelero, *macchiare di ſcelleraggine*. *Liv. l. 10. B. Mac.* Agite, conſcelerate aures paternas. ¶ Conſcelerare oculos, eſt nefandum aliquod facinus aſpicere. *Ovid. 7. Met. n. 34.* Cur non & ſpecto pereuntem, oculoſque videndo conſcelero?

Conſcendo, is, di, nſum, n. 3. idem ac aſcendo. *Virg. 1. Æn.* Æneas ſcopulum interea conſcendit. ¶ Fere de navigantibus dicitur, & eſt navim ingredi navigandi cauſa, *imbarcarſi*, & uſurpatur vel abſolute, vel cum acc. vel cum acc. & præp. in. *Cic. Att. l. 9.* Epheſo conſcendentes hanc epiſtolam dedimus. *Caſ. 3. B. C.* Navemque frumentariam conſcendit. *Id. Fam. 13.* Navem ſpero nos bonam habere, in eam ſimul ac conſcendi, hæc ſcripſi.

Conſcenſĭo, f. 3. aſcenſio. *ſalita*. *Cic. 1. de Div. c. 32.* Et conſcenſionem in naves cum fuga: *imbarco*. Hinc *Liv.* Conſcenſionem facere, *imbarcarſi*.

Conſcenſus, a, um, *ſalito*, particip. paſſivum. *Juſtin. l. 22. c. 10.* Conſcenſis navibus. *Id. l. 31. c. 4.* Conſcenſa nave.

Conſcientĭa, f. 1. *conſcienza*, דעת, Germ. *gewiſſen*, *oder gewiſſne*, Gall. *conſcience*, Hiſp. *conciencia*, συνείδησις, interius judicium animi, ac cenſura eorum, quæ fecimus, quæ aut redarguit, ſi prave, aut abſolvit, & ſolatur, ſi recte egerimus. *Cic. pro Mil. c. 23.* Magna vis eſt conſcientiæ in utramque partem. *Id. Fam. 3. ep. 7.* Fretus conſcientia officii mei. *Id. pro Roſc. Am.* Suæ quemque malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. ¶ Sumitur etiam ſimpliciter pro ſcientia, ſeu notitia, quæ communis nobis eſt cum aliis, *notizia*, *cognizione*. *Cic. Catil. 1.* Conſtrictam omnium horum conſcientia conjurationem non vides? *Tacit. l. 1. hiſt. c. 25.* In conſcientiam facinoris pauci admiſſi.

Conſcindo, a. 3. idem ac ſcindo, vel in multas partes ſcindo, *lacerare*. *Cic. Fam. 7. ep. 26.* Conſcindere epiſtolam. ¶ Translata eſt cruciare. *Lucr. l. 5. v. 46.* Curæ conſcindunt hominem ſollicitum. ¶ Item criminari, conviciari, *accuſare*, *dir male*. *Cic. Att. l. 8.* Ma ab optimatibus ait conſcindi.

Conſcĭo, is, a. 4. conſcius ſum, *eſſer conſcio*. *Hor. lib. 1. ep. 1. v. 60.* Hic murus aheneus eſto nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Conſciŏlus, li, diminut. a conſcius. *Catull. carm. 68. ad Januam.* Sæpe illam audivi furtiva voce loquentem Solam conſciolis hæc ſua flagitia.

Conſciſco, is, ivi, itum, a. 3. decerno, communi conſilio ſtatuo, *deliberare*. *Liv. l. 1. c. 32.* Cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret. ¶ Conſciſcere mortem, fugam, facinus, &c. eſt proprie decernere, ſed per metalepſim ſumitur pro exequi, quod decretum eſt. *Cic. in Bruto, c. 11.* Veneno ſibi conſciviſſe mortem. *Brutus ad Cic. ep. 16.* Poſtquam illud conſcivi facinus. *Liv. l. 5.* Deſereremus penates noſtros, exiliumque ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus. ¶ Translate conſciſco ponitur pro contrahere. *Colum. l. 8.* Diligens paſtor ſtabulum quotidie converrit, nec patitur, ſtercus humorem conſciſcere. Sed meliores libb. habent *conſiſtere*.

Conſciſsūra, æ, idem ac ſciſſura. *Plin. l. 34. c. 8.* Etiam cicatricibus operis, atque conſciſſuris remanentibus. Harduinus legit, *Concisuras*.

Conſciſſus, a, um, adject. ſciſſus, dilaceratus, *ſquarciato*, *lacerato*. *Plaut. Trucul. 1. 2. 32.* Pallula conſciſſa.

Conſcītus, a, 1. 2. Particip. a conſciſcor, illatus. *Liv. l. 9. c. 26.* Mors haud dubie ab ipſis conſcita judicio ſubtraxit. *Plin. l. 36. c. 15.* Paſſim conſcita nece Quiritibus tædium fugientibus.

Conſcĭus, a, 1. 2. *conſapevole*, ידע, Ger. *etwas ihm ſelbs bewuſſt ſeio*, Gal. *compable de quelque cas*, Hiſp. *ſabidor con otro de alguna coſa*, συνειδώς, qui rem ſcit, a *con*, & *ſcius*. Nonius, *ſcius*, & *conſcius* differre dicit, quod *ſcius* ſecum, *conſcius* cum alio ſciat eſt. Sed hanc differentiam fatetur non obſervari. Nam poſtquam *ſcius* in uſu eſſe deſiit, *conſcius* utriuſque locum occupavit. ¶ Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Cluent.* Uno ex ſervis puero non grandi conſcio. ¶ Vel cum dat. perſonæ, & infinitivo. *Cic. 4. Fam.* Mihi ſum conſcius, me, quoad licuerit, dignitati Reip. conſuluiſſe. ¶ Vel cum gen. rei. *Cic. 4. Phil.* Ita populos habent univerſos non ſolum conſcios libidinis ſuæ, verum etiam adminiſtros. ¶ Vel cum dat. rei. *Cic. 6. Ver.* Ut tot viros primarios velim eſſe temeritati, & mendacio meo conſcios. ¶ Vel cum dat. perſonæ, & gen. rei. *Cic. 3. Off.* Sibi autem nullius eſſent conſcii culpæ. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Stat. Theb. l. 8. v. 206.* Conſcia templa. *Virg. Æn.* Sidera conſcia teſtor. ¶ Interdum abſolute ponitur pro male conſcio, ſeu reo. *Plaut. Moſt. 3. 1. 13.* Nihil eſt miſerius, quam animus hominis conſcius.

Conſcrĕor, aris, ſalivam expuendo purgor. *Plaut. Perſ. 2. 5. 7.* Magnifice conſcreabor. Al. aliter legunt.

Conſcribillo, as, a. 1. dim. a conſcribo, & pro eodem uſurpatum a Veteribus. *Varro apud Non. cap. 2. n. 108.* Eas in ceram conſcribillavit. ¶ Translate *Catul. carm. 25. v. 11.* Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. h. e. quaſi graphio lacerent.

Conſcrībo, a. 3. συγγράφω, idem quod ſcribo, vel ſimul ſcribo, *ſcrivere*. *Cic. 7. Fam.* Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere. *Id. 12. ad Att.* De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. ¶ Conſcribere milites, eſt cogere, & in certum numerum, ac ſcriptum redigere, *arrolare*. *Cic. l. 12. Fam. ep. 16.*

Conſcripti Patres, vel Patres minorum gentium erant, qui a Romulo ſecunda electione, ex Sabinis, confecto bello, in Senatum electi ſunt, ita dicti, quod cum Patribus primæ electionis, qui ex Albanis electi fuerant, ſcripti in Senatum fuiſſent. *Dionyſ. lib. 2. Panvin. C. R. c. 1.* Sed aliqui Patres Conſcriptos eos appellant, qui a Priſco adjuncti fuere. *Livius* eos, qui a Bruto, *Feſtus* eos qui a P. Valerio Coſ. ex Equeſtri Ordine, & ex Plebe. Hinc traditum fertur, ut in Senatum vocarentur, qui Patres, quique Conſcripti eſſent. *Liv. l. 2.* Sed poſtremo uſus obtinuit, ut omnes Senatores uno Patrum Conſcriptorum nomine vocarentur. ex *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. c. 2.*

Conſcriptĭo, f. 3. συγγραφή, ſcriptio, compoſitio. *Cic. pro Cluent. c. 67.* Falſæ conſcriptiones quæſtionum. *Vitruv. proœm. l. 7.* Conſcriptionibus memoriæ tradere.

Conſcriptor, oris, m. 3. ſcriptor, *ſcrittore*. *Arnob. l. 1. p. 33.* Conſcriptores noſtri mendaciter iſta promiſerunt.

Conſcriptum, i, n. 2. *ſcrittura*, *ſcritto*. *Ovid. 5. Triſt. el. 3. v. 55.* Si veterum digne veneror conſcripta virorum.

Conſcriptus, a, um, adject. ſcriptus, *ſcritto*. *Catul. carm. 69. v. 2.* Conſcriptum lacrymis epiſtolium. *Stat. 3. Silv. 1. v. 106.* Conſcripta imagine tela. h. e. picta. *Caſ. B. C. l. 1. c. 2.* Conſcripti milites. h. e. collecti. ¶ Conſcripti etiam dicti Senatores Romæ, poſt primos Patres in Senatum allecti. V. ſup. *Conſcripti Patres*. Hinc *Horat. in Arte poet. v. 314.* Conſcripti officium. h. e. Senatoris.

Conſĕco, a. 1. idem ac ſeco, *tagliare*. *Plin. l. 36. c. 26.* Ut citra ullum ſenſum ad oſſa conſeces, quidquid aſſlaverit corporis.

Conſecrāneus, a, um, adject. qui eorundem ſacrorum particeps eſt, ὁμόσπονδος: item commilito, eodem ſc. ſacramento obſtrictus. *Capitolin. in Gord. c. 24.* Sacrati commilitones, imo etiam mei conſecranei. *Tertul. Apol. cap. 16.* Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſecraneus erit noſter.

Conſecratĭo, f. 3. idem ac ſacratio, ἀφιέρωσις, *conſacrazione*. *Cic. pro Domo, cap. 48.* An conſecratio nullum habet jus, dedicatio eſt religioſa? ¶ Conſecratio etiam dicebatur Imperatorum defunctorum in Deos relatio, ἀποθέωσις, quod primum in Auguſto factum eſt. Fiebat autem extructo rogo aromatibus farto, immiſſoque igne, quo accenſo aquila emittebatur, quam dicebant animam demortui ad Deos evolantis. In Auguſtarum conſecrationibus adhibebatur Pavo, qui Junoni eſt ſacer. Omnem hunc ritum V. apud *Herodian. l. 4. c. 2.* V. etiam *Alex. ab Alex. l. 6. Gen. dier. c. 4.* ¶ Mira hujus vocis ſignificatio eſt pro magica precatione ſeu ſacrificio. *Lamprid. in Heliogab. c. 9.* Dictum eſt a quibuſdam, per Chaldæos & Magos Antoninum id egiſſe, ut Marcomanni populo R. ſemper devoti eſſent, atque amici, idque factis carminibus, & conſecratione. Cum quæreret, quæ illa eſſent, vel ubi eſſent, ſuppreſſum eſt: conſtabat enim, illum ob hoc conſecrationem quærere, ut eam diſſiparet.

Conſecrātor, oris, m. 3. qui conſecrat. *Tertull. de Pudic. c. 21.* Auctor, & con

Digitized by Google

conſecrator Eccleſiæ. *Jul. Fir. l. 4. c. 7.* Simulacrorum conſecratores.

Conſecrātrix, icis, f. quæ conſecrat. *Tertull. adverſ. Gnoſt. c. 3.* Ægyptus, inter cetera animalia, bovis etiam conſecratrix.

Conſecratus, a, um, adject. Deo dicatus, & ſacer, *conſecrato*. *Cic. Act. 1. in Verr. c. 5.* Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. ¶ Sic locus conſecratus opponitur profano. *Id. in Partit. c. 10.*

Conſĕcro, as, a. 1. idem ac ſacro, idest, Deo dico, ſacrum, ſeu religioſum facio, *conſacrare*. *Cic. pro Domo, c. 55.* Deinde atrium aliquam in litore deſerto, ſomnus ſimulatus, aut religione aliqua, conſecraret. ¶ Interdum eſt Deum facere. *Cic. de nat. Deor.* Ægyptii nullam belluam, niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecraverunt. V. *Conſecratio*. ¶ Interdum venerabile, illuſtre, immortale reddere. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 15.* Cum ampliſſimis monumentis conſecrare voluiſſes memoriam nominis tui. ¶ Sumitur & pro devovere. *Liv. l. 3. c. 48.* Te, Appi, tuumque caput ſanguine hoc conſecro.

Conſectanĕus, a. ſ. 2. ἀκόλουθος, qui alios aſſectatur, & ſpeciatim ὁμογνώμων, qui aliorum ſententiam, vel opinionem ſequitur, qui in eadem hæreſi eſt, ſeu ſecta. *Sidon. l. 3. ep. 6.* Conſectaneus videtur Plotinus. ¶ Item conſequens. *Arnob. l. 5.* Conſectaneum eſt credere, nunquam Deos iraſci.

Conſectarium, ii, n. 2. ἀκόλουθον, argumentatio breviter aſtricta, in qua antecedens neceſſario concluſio ſequitur. *Cic. 4. de Fin. c. 18.* Nunc venio ad illa ſua brevia, quæ conſectaria eſſe dicebas, & primum illud, quo nihil poteſt eſſe brevius, Bonum omne laudabile, laudabile autem omne honeſtum, igitur omne bonum honeſtum.

Conſectarius, a, um, o. 1. 2. ἀκολουθητικός, conſequens. *Cic. 4. de Fin.* Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes, &c.

Conſectatio, f. 3. ἐπιδίωξις, ſectatio. *Cic. in Orat. c. 49.* In hujus concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

Conſectatrix, icis, f. 3. ἐπιδιώκουσα, quæ ſectatur. *Cic. 3. Off. c. 33.* Eſt enim temperantia libidinum inimica, libidines autem conſectatrices voluptatis.

Conſectio, f. 3. ſectio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Arborum autem conſectione, omnique materia & culta, & ſylveſtri.

Conſector, aris, d. 1. idem ac ſector, vel ſæpe ſequor, vel in totum ſequor, *ſeguitare*. *Lact. l. 3.* Cum feminae tam crebide conſectantur. Adde *Ter. Eun. 2. 2. 18.* ¶ Item perſequor, *perſeguitare*. *Cic. Att. l. 2.* Fuſum clamoribus & conviciis, & ſibilis conſectantur. ¶ Tranſlate eſt affectare, aucupari, *cercare*. *Cic. in Piſ.* Levitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. ¶ Item enarrare, *ſpiegare*. *Cic. 1. de Orat.* Ac ne plura, quæ ſunt pene innumerabilia, conſecter. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Laber.* apud *Priſcian. l. 8.* Uxorem tuam, & meam novercam a populo lapidibus conſectari video.

Conſecutio, f. 3. *conſeguenza*, ἐπακολούθησις, verb. a conſequor. *Cic. 1. Fin. c. 55.* Ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert voluptatis. ¶ Item bene ordinatus contextus, & collocatio. *Cic. in Partit. c. 6.* Numeri ſunt quidam in conjunctione ſervandi, conſecutioque verborum.

Conſecūtus, a, um, adject. *che viene dopo*. *Cic. Philip. 1. c. 13.* Reliquis conſecutis diebus. ¶ Paſſiva ſignificatione, *conſeguito*, *Varr.* apud *Priſcian. l. 8.* Conſecuta negliguntur.

Conſīdo, is, a. 3. *ſedere*, idem quod ſedo. *Cato* apud *Chariſ. l. c.* Maximos tumultus maturiſſime disjeci, atque conſedavi.

Conſēdo, onis, m. 3. aſſeſſor. *Caſſius Hemina* apud *Non. 1. n. 316.* Nemo vicinus conſedo.

Conſella, æ, f. ſella duplex, h. e. ex duabus veluti ſellis junctis facta. *Lucil.* apud *Non. 4. 3.* Conſellas quoque prævalidas in funibus aptas.

Conſeminālis, & le, o. 3. idem ac conſemineus. *Col. l. 12. c. 45.* propter quod etiam conſeminalium vinearum non eſt tam firmum vinum.

Conſeminĕus, a, um, o. 1. 2. πολύσπορος, id, in quo varia ſemina commiſta ſunt, ut Sylva conſeminea, quæ ex variis arborum generibus conſita eſt: vinea conſeminea, in qua diverſa vitium ſemina acervatim confuſa ſunt. *Col. l. 11. c. 46.* Sylvam ſiquis barbaricam, hoc eſt conſemineam, velit facere. *Id. l. 3. c. 21.* Idque in vineis conſemineis ſervari difficile eſt.

Conſeneſco, is, o. 3. idem ac ſeneſco, ſed ſonantius, *venir vecchio*, γηράσκω. *Horat. l. 3. od. 5.* Conſeneſcere in armis. ¶ Tranſlate *Cic. pro Cluent. c. 5.* Conſeneſcere mœrore & lacrymis. *Flor. l. 3. c. 3.* Donec rabies & impetus conſeneſceret, h. e. deficeret, vires amitteret. ¶ Apud *Plaut. Rud. 5. c. 15.* Verū conſeneſcere dicitur, quod rubigine deteritur.

Conſenſio, f. 3. *conſentimento*, ὁμόνοια. *Cic. 10. Fam.* Populi vero Romani, totiuſque Italiæ mira conſenſio eſt. *Id. de Amic. c. 4.* Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio.

Conſenſus, a, um, o. 1. 2. *accordato*, ὁμολογούμενος, partic. paſſ. a conſentio. *Gell. l. 15. c. 26.* Syllogiſmus eſt oratio, in qua conſenſis quibuſdam, & conceſſis, aliud quid, quam quæ conceſſa ſunt, per ea, quæ conceſſa ſunt, neceſſario conficitur.

Conſenſus, us, m. 4. idem ac conſenſio. *Cic. 4. Phil.* Nunquam inter Senatum, & vos conſenſus major in ulla cauſa fuit.

Conſentanĕe, adverb. convenienter. *Lactant. l. 3. c. 8.* Cum naturæ conſentanee vivere.

Conſentanĕus, a, um, o. 1. 2. *conſentaneo*, כשר, Germ. *das mit ſtimmt*, Gal. *convenable*, Hiſp. *coſa concorde en ſentencia*, σύμφωνος, conveniens, cum dat. *Cic. 1. ad Att.* Vel quod ita rectum eſt, vel quod rebus meis conſentaneum. ¶ Vel cum abl. & præp. *cum*. *Cic. 3. Fam.* Quod quidem erat conſentaneum cum his literis, quas ego Romæ acceperam. ¶ Conſentaneum eſt, congruum, vel conveniens eſt. *Cic. 2. de nat. Deor.* Conſentaneum eſt, in his ſenſum ineſſe, & intelligentiam.

Conſentes Dii, conſiliarii Jovis, quaſi conſentientes in eo, quod gerendum eſt, vel quaſi conſulentes, a *conſulo*, vel ab antiquo *conſo*, *is*, quod eſt ſimul conſultare, conſilium dare. *S. Auguſt. l. 4. de Civ. c. 23.* Erant autem numero duodecim, quos in conſilium accire dicebatur Jupiter, ſex mares, totidemque feminæ, hoc diſticho comprehenſi: Juno, Veſta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. *Enn.* apud *Apul. de Deo Socrat.* & *Martian. Capell. de Nupt. Philol.*

Conſentia, ſacra erant Gentilium inter ſe, e. g. Corneliorum, Valeriorum, &c. ita dicta, quod ex univerſarum Familiarum ejuſdem Gentis conſenſu ſtatuta fuiſſent. *Feſtus*.

Conſentia, Coſentia, *Coſenza*, urbs A. Brutiorum alias caput, nunc Calabriæ cit. in R. Neap. Pop. *Conſentini*.

Conſentiens, entis, nom. ex particip. qui conſentit, *chi è dello ſteſſo parere*. *Cicer. ad Brut. ep. 15.* Civitas in retinenda libertate conſentiens. *Id. de ſenect. c. 17.* Cujus de laudibus omnium eſt fama conſentiens.

Conſentio, is, ſi, ſum, *conſentire*, *accordarſi*, הסכים, Ger. *eines ſinns ſein*, Gal. *conſentir*, Hiſp. *conſentir*, ὁμοφρονέω, idem ſentio. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 1. de Fin.* Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat. ¶ Vel cum dat. *Cic. 1. Phil.* Atque iis principiis reliqua conſentiebant. *Id. 1. Off.* Sibi ipſi conſentire, h. e. a ſeipſo non deſciſcere. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *inter*. *Cic. 1. Off.* Quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *cum*. *Cic. 10. Fam.* Nequaquam conſentire cum oratione Furnii viſæ ſunt. *Id. de Univerſ.* Oratio ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *ad*. *Cic. 4. Phil.* Jam enim non ſolum homines, ſed etiam Deos immortales ad Remp. conſervandam arbitror conſenſiſſe. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cic. de Amic.* De cujus utilitate omnes uno ore conſentiunt. ¶ Conſentire aliquid, *Cic. de Senect.* In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes. ¶ Uſurpatur interdum pro conſpirare, in malam partem, *congiurare*. *Cic. 6. Fam. epiſt. 18.* Quod cum quibuſdam Hiſpanis conſenſiſſet, ſcil. de prodendo Pompejo. ¶ Item impersonaliter. *Tacit. Annal. 5. c. 13.* De prioribus conſentitur. *Quintil. l. 9. c. 1.* Inter plurimos conſenſum eſt, duas eſſe ejus partes.

Conſepto, as, avi, atum, are, frequentat. *ſerrare intorno*. *Solin. c. 32. de Ægypto*: Eligitur ſacer lucus, in quo conſeptant animalia diverſiſſimi generis.

Conſeptum, ti, n. 2. olim conſiptum, *ſerraglio*, περίφραγμα, quod undique clauſum, & munitum eſt, a ſepire. *Colum. l. 1. c. 4.* Difficiliora enim conſepta non ſolum pluris ædificamus, ſed etiam impenſis majoribus tuebimur. *Arnob. l. 11.* Intra conſeptum templi. ¶ Conſeptum fori dictum eſt a *Quintil.* pro ipſis cancellis, *l. 8.*

Conſeptus, us, ui, m. 4. idem ac conſeptum, *ſerraglio*. *Strab. Gall. in fine*: Ut cum conſeptu viridis conſederis horti.

Conſeptus, a, um, adject. *ſerrato all' intorno*. *Cic. de Senect. c. 16.* Ager conſeptus, & conſitus.

Conſĕquens, tis, o. 3. *chi ſegue*, *o viene dopo*, ſequens, ἐπακολουθῶν. *Cic. de Fin. c. 20. l. 1.* Spe eriguntur conſequentis, & poſteri temporis. ¶ Item quod cohæret, ſeu quod ex præcedentibus colligitur. *Idem in Partit. c. 6.* In verbis conjunctis, quod non eſt conſequens, vituperandum eſt. *Id. de Leg. l. 1. c. 5.* Quoniam ſcriptum a te eſt de optimo Reip. ſtatu, conſequens eſſe videtur, ut ſcribas de legibus. *Auguſt. l. 15. de Trin. c. 19.* Quid conſequentius, quam ut ipſa ſit charitas, &c. ¶ Interdum idem eſt, ac conſentaneus, conveniens. *Cic. 3. Fin. c. 13.* His autem ea conſentanea, & conſequentia. V. *Briſon. de verb. ſignif.* ¶ Conſequentia, ium, eſt unus ex locis, unde argumenta deſumuntur. *Cic. ad Trebat.*

Conſequenter, *conſeguentemente*, Germ. *nachfolgend*, Gal. *conſequemment*, Hiſp. *conſiguientemente*, ἀκολούθως. *Ulp. l. Sed & ſi quid, §. ult. ff. de uſufr. quemadm. quis utat. & fruat.* Quibus conſequenter fructuarius quidem acquirere fundo ſervitutem non poteſt.

Conſequentia, æ, f. 1. *conſeguenza*, סדר, Ger. *ein nachfolgung*, Gal. *conſequence*, Hiſp. *la conſecucion a otra coſa*, ἀκολουθία, conſecutio. *Cic. 1. de Div. c. 56.* Qui curſum rerum, eventorumque conſequentiam diuturnitate pertractata notaverunt.

Conſequium, ii, n. 2. vel Conſequia, æ, f. 1. ſequela, appendix, comitatus, *ſeguito*, *compagnia*, *aggiunta*. *Apul. l. 5. Metam.* Pſyche ſublimis evectionis appendix miſeranda, & penduli comitatus extrema conſequia. *Id. l. 10.* Noviſſimis trahebantur conſequiis.

Conſĕquor, d. 3. *ſeguitare di fatto*, הלך אחר, Ger. *nachfolgen*, Gal. *ſuivre, & aller apres*, Hiſp. *conſecutarſe a otra coſa*, ἀκολουθέω, immediate ſequor, ſubſequor, vel abſolute. *Cic. pro Mur.* Si hæc alapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundarint. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. in Anton.* Libertatem pax conſecuta eſt. ¶ Eſt item eum, qui nos in itinere præcedit, ſequendo aſſequi, *arrivare*. *Cic. in Famil.* Si ſtatim navigas, nos Leucade conſequere. ¶ Tranſlate eſt obtinere, adipiſci. *Cic. l. 10. Famil.* Omnia ſumma conſecutus es, virtute duce, comite fortuna. ¶ Vel cum accuſat. & ablat. *Cic. in Famil.* Magnam laudem a ſummo viro, & ab exercitu conſequebatur. ¶ Vel cum conjunctivo. *Cic. de Orat.* Ut vero etiam ipſi loci propoſita quæſtioni occurrant, exercitatione conſequere. ¶ *Lucret. l. 1. v. 45.* Rebus ab ipſis conſequitur ſenſus, tranſactum quid ſit in ævo. h. e. percipit. ¶ Conſequi memoria, *ricordarſi*. *Cic. 6. Ver.* Conſequi intellectu, vel animo, vel conjectura, *capire*. *Id. variis locis*. ¶ Conſequi verbis, vel dicendo, h. e. explicare, *eſprimere con parole*, *Id. pro Leg. Manil.* ¶ *Plaut. Aſin. 2. 1. 13.* Certum hercle eſt, veſtram conſequi ſententiam. h. e. ſequi. ¶ *Conſequor* paſſiva ſignificatione, *Orbilius* apud *Priſcian. l. 8.* Quæ vix ab hominibus conſequi poſſunt.

Conſĕquus, a, um, adject. idem quod conſequens. *Lucr. l. 5. v. 679.* Conſequa naturæ eſt jam rerum, & ordine certo.

Conſerēno, as, V. Diſſereno.

Conſermocinor, aris, dep. 1. cum aliquo ſermonem habeo. *Nigid.* apud *Gell. 14. 4.* Spiritum atque animam ad eos, quibus conſermocinamur, intendimus.

Conſermōnor, aris, colloquor, *abboccarſi*. *Q. Claud.* apud *Gel. l. 17. c. 2.* Cum his conſermonabatur.

Conſĕro, is, conſerui, conſertum, a. 3. *congiungere*, *meſcolare*, ערב, דבק, Ger. *zuſammen ſetzen*, *an einander kommen*, *vermiſchen*, Gal. *entremeller*, *entrelacer*, Hiſp. *travar uno con otro*, συμπλέκω, conjungo, connecto, ſimul miſceo. *Quintil. l. 5. c. 10.* Ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. *Ovid. 3. Am. eleg. 5.* Diem nocti conſerere. ¶ In rebus bellicis conſerere manus, vel conſerere prælium, eſt pugnare, *combattere*, quia tunc quaſi manus manibus admoventur. *Cic. Att. l. 7.* Non ut manum conſerat, ſed ut fugam intercludat. *Liv. l. 5.* Ad arma diſcurritur, & pugna conſeritur. *Id. l. 6. c. 12. ad fin.* Conſertum manus. ¶ Conſerere manus in judiciis, eſt cum aliquo lege agere, jus ſuum perſequi. Vide *Conſertus*.

Conſĕro, is, ſevi, ſitum, n. 3. *piantare*, *ſeminare*, *innestare*, זרע, נטע, Ger. *pflantzen*, *beſeen*, Gal. *planter*, *complanter*, *ou ſemer*, Hiſp. *plantar*, *ſembrar*, *a enxerir una coſa con otra*, φυτεύω, locum aliquem ſeminibus, ſeu plantis opplere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 52.* Indus non aqua ſolum agros lætificat, & mitigat, ſed eos etiam conſerit. *Virg. Ecl. 1. v. 73.* En queis conſevimus agros. ¶ Metaphor. *Lucret. l. 2.* Sol lumine conſeris arva. *Cic. Tuſc. 1.* Conſerere leges.

Conſerrātus, a. 1. 2. in modum ſerræ factus. *Plin. l. 11. c. 37.* Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis corpore conſerratum. Sed melius alii *corporeum ſerratum*.

Conſerte, adverb. conjuncte. *Cic. de Fato, c. 14.* Omnia naturali colligatione conſerte, contexteque fiunt.

Conſertio, onis, f. 3. conjunctio, connexio, implicatio. *Arnob. l. 3. p. 107.* Ad cervicum neceſſarias flexiones conſertionibus verticum, atque oſſea ſubſtructione fulciri.

Conſertor, oris, m. 3. qui conſerit, ſeu pugnat. *Plin. l. 33. c. 1.* Etiam conſertoris uſu argumentum eſt, &c. Sed alii aliter legunt.

Conſertus, a, um, o. 1. 2. συμπεπλεγμένος, connexus, contextus. *Vir. 3. Æn.* Loricam conſertam hamis, auroque trilicem. *Id. Æn. 3. v. 594.* Conſertum tegmen ſpinis. Ubi *Servius* illigatum interpretatur. ¶ Ex jure manum conſertum vocare, formula judicialis Veterum. *Cic. l. 1. de Orat.* Multis præſſem, qui te ex jure manum conſertum vocarent. Eſt autem, *ex jure manum conſertum vocare*, ducere aliquem ex jure ad conſerendam manum in rem, de qua lis fit. Quo in loco cum erant litigatores, ex eo glebam prehendebant, deferebantque ad Prætorem, ut in ea, tanquam in toto agro, jus ſuum perſequerentur. V. *Gel. l. 20. c. 10.* Aliquæ editiones, & qua-

Digitized by Google

& quidem optimæ, habent: *Ex jure manu conſertum*, h. e. manu apprehenſum: quam explicationem confirmare videntur verba ipſa hujus formulæ, quæ a Cicerone referuntur pro Mur. *Fundus Sabinus meus eſt. Eum ego ex jure Quiritium meum eſſe aio. Inde ego te ex jure manu conſertum voco.* h. e. traho te inde manu prehenſum.

Conſerva, æ, f. 1. *conſerva*, συνδούλη. *Ter. Eun.* 2. 3. 74. Summa forma ſemper conſervam domi videbit.

Conſervabilis, le, adject. qui conſervari poteſt. *Tertul. l.* 2. *adv. Marc. c.* 13. Bonum conſervabile.

Conſervatio, f. 3. *conſervazione*, משמר, Ger. *behaltung*, συντήρησις. *Cic.* 1. *Off.* Si attentos animos ad decori conſervationem tenebimus. *Id. l.* 2. *c.* 3. Frugum, fructuumque conſervatio.

Conſervator, idem ac ſervator. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 12. Me conſervatorem, & parentem hujus urbis nonnulli dixerunt.

Conſervatrix, idem ac ſervatrix. *Cic. de Fin. l.* 5. *c.* 9. Omnis natura vult eſſe conſervatrix ſui. ¶ Eſt etiam titulus matrum familiæ. Vet. inſcript. apud *Reineſ. p.* 707. *n.* 18. Uxori conſervatrici. Adde *Grut. Inſcript. p.* 1141. *n.* 2.

Conſervatus, a, um, o. 1. 2. *conſervato*, τηρηθείς. *Cic. Leat. l.* 5. Meos cives, & a me conſervatos, & me ſervare cupientes. *Id. pro Dejot. c.* 13. Nomen retentum, atque conſervatum.

Conſervitium, tii, n. 2. *ſervaggio*, συνδουλεία. *Plaut. Capt.* 2. 1. 49. Perque conſervitium commune, quod hoſtica evenit manu.

Conſervo, as, avi, atum, are, ſervo, tueor, *conſervare*, διασώζω, ut Conſervare libertatem populi, *Cic. Fam. l.* 11. *epiſt.* 7. Et *l.* 2. *Off. c.* 24. Res familiaris conſervari debet diligentia, & parſimonia.

Conſervula, æ, f. 1. dimin. a Conſerva. *Sen. Controv.* 21. Conſervula de cellula exacta eſt.

Conſervus, m. 2. *conſervo*, σύνδουλος, qui cum alio eidem domino ſervit. *Cic. ad Caſſ. l.* 15. *Fam. ep.* 3. Dominum ferre non poſſumus, conſervo ſervimus.

Conſeſſio, onis, f. 3. idem ac conſeſſus. *Martian. Capel.*

Conſeſſor, oris, m. 3. qui una cum alio ſedet. *Cic.* 2. *Att. epiſt.* 15. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modo te conſeſſore ſpectare liceat. *Liv. l.* 34. *c.* 54. Dives pauperem conſeſſorem faſtidit.

Conſeſſus, us, m. 4. συνέδριον, homines in uno loco ſedentes: vel locus ubi plures ſedent, *conſeſſo*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 7. Conſeſſu, conſpectuque judicum commoveri. *Virg. Æn.* 5. *v.* 577. Implere conſeſſum clamoribus.

Conſideo, V. Conſido.

Conſideranter, adverb. conſiderate, *conſideratamente*. *Val. Max. l.* 8. *c.* 1. *ad fin.* Conſideranter, & manſuete Populi Romani Magiſtratus agebat. *Pallad. l.* 3. *c.* 17. Cuneum inter corticem, & lignum conſideranter deponimus. Particip. *conſiderantior* habet *Cornel. Fronto.*

Conſiderantia, æ, f. 3. conſideratio, *conſiderazione*, *avvertenza*. *Cic. Q. Frat. l.* 3. *epiſt.* 9. Cujus in hoc uno conſiderantiam & ego ſuſtinebo ut potero. *Vitruv. l.* 6. *c.* 1. Tarditate animi ſine conſiderantia irruentes.

Conſiderate, adverb. *conſideratamente*, περιεσκεμμένως, cogitate, conſulto, prudenter. *Cic.* 1. *Off.* Sed tamen ira procul abſit, cum qua nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt. ¶ Hinc comp. conſideratius, & ſuperl. conſideratiſſime. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 9. Quid feci non conſideratiſſime? *Id. ibid. ep.* 10. Conſideratius utilitati ſuæ conſulere.

Conſideratio, onis, f. 3. *conſiderazione*, Germ. *betrachtung*, Gal. *conſideration*, Hiſp. *conſideracion*, σκέψις, cogitatio, animadverſio. *Cic. Acad. l.* 1. *c.* 41. Eſt enim animorum, ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio, contemplatioque naturæ.

Conſiderator, oris, m. 3. qui conſiderat. *Gell. l.* 12. *c.* 5. Quæſitores, & conſideratores.

Conſideratus, a, um, o. 1. 2. circumſpectus, qui mature examinat, *che conſidera, ed eſamina le coſe*. *Plin. Paneg. Trajani, c.* 44. Nec tam conſideratus, ac ſapiens, qui ætatem in tenebris agit. *Hirt. de bello Afr. c.* 73. Cæſar tardior, & conſideratior erat factus. ¶ Sumitur & paſſive, *conſiderato*, *penſato*. *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 54. Bene conſiderata ratio. *Id. pro Poet. c.* 9. Conſideratiſſimum verbum.

Conſidero, as, 2. 1. *conſiderare*, בחן, התבונן, Ger. *betrachten*, Gall. *conſiderer*, Hiſp. *conſiderar*, σκέπτομαι, cogito, intueor, circumſpicio, attendo, expendo. *Cic. Ter.* Reliquum eſt, quod ipſæ optime conſiderabitis, veſtri ſimiles fœminæ ſint ne Romæ. *Id. Ver.* 3. Conſiderate vim animis veſtris voſmetipſi. *Id. Fam.* 14. *ep.* 14. De aliquibus rebus conſiderare cum aliquo. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Conſiderandum eſt, ut ſolum pingue ſit. *Terent. Heaut.* 2. 4. Conſiderare ſecum in animo aliquid.

Conſido, dis, conſedi, conſeſſum, n. 3. *metterſi a ſedere*, ישב, Ger. *ſich ſetzen*, Gal. *s'aſſoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, συγκαθίζομαι. *Colum. l.* 8. Neque aut recumbat, aut conſidat. ¶ Item commorari, conſiſtere, *fermarſi*. *Cic. Att. l.* 3. Quin etiam dubito, an hic conſidam, & hoc tempus omne conſumam. ¶ Item ſedes in aliquo loco figere, *piantar la ſede*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 572. Vultis & his mecum pariter conſidere Regnis? ¶ Item deſidere, idest deſcendere, dehiſcere, *abbaſſarſi*, *aprirſi*. *Liv. l.* 33. In Veliterno agro terra ingentibus cavernis conſedit. *Virg.* 2. *Æn. v.* 625. Omne mihi viſum eſt conſidere in ignes Ilium. idest, conflagrare, & cadere. Sic quæcunque ima petunt, conſidere dicuntur. *Col. l.* 12. *c.* 14. Deinde patiemur picem conſidere, & cum ſiderit, aquam eliquabimus. ¶ Metaphorice uſurpat *Cic. pro Mur.* Conſedit utriuſque nomen in Quæſtura, hoc eſt jacuit in quæſtura veluti ſepultum. ¶ Ardorem animi, iram, curas conſidere, eſt ſedari. *Cic. declar. Orat. c.* 24. *Liv. l.* 38. *c.* 17. ¶ Conſidere dicuntur exercitus, cum in aliquo loco caſtra ponunt. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 9. Ubi ex captivis cognovit, quo in loco hoſtium copiæ conſediſſent. ¶ Interdum ſumitur pro judicare, quia judicando judices ſedere ſolent. *Sueton. Calig. c.* 38. Cognoſcebat autem de talibus cauſis, taxato prius modo ſummæ, ad quem conficiendum conſederat. Adde *Ovid. Met.* 13. *ad fin.* ¶ Præteritum *conſedi* mutuatur a verbo *conſideo*, quod diceremus inuſitatum, niſi afferretur ab omnibus Lexicographis, & Grammaticis, qui diſcrimen etiam inter hæc duo verba commenti ſunt. Sed ego nondum vidi niſi præt. *conſedi*.

Conſignanter, adverb. unde comparat. conſignantius. *Gell. l.* 1. *c.* 25. Græci ſignificantius, conſignatiuſque dixerunt. h. e. expreſſius, ἐμφαντικώτερον.

Conſignate, adverb. cujus ſuperlativum eſt apud *Gell. l.* 1. *c.* 15. Eupolidiu quoque verſus de id genus hominibus conſignatiſſime factus eſt, *ſegnatamente*.

Conſignatio, f. 3. Conſignationes dicuntur, quas vocamus documenta, vel chirographa, h. e. tabulæ conſignatæ. *Quintil. l.* 12. *c.* 8. Promittit litigator omnia, teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes.

Conſignatus, a, um, o. 1. c. notatus, impreſſus. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 24. Ut a pueris tot rerum, atque tantarum inſitas, & quaſi conſignatas in animis notiones haberemus. *Id.* 1. *de Div.* Teſtata, & conſignata monumentis antiquitas. *Id.* 2. *de Or.* Fundi publicis commentariis conſignati.

Conſigno, as, a. 1. idem ac ſigno, noto, *ſigillare*. *Cic. pro Quint. c.* 6. Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. *Leg.* 13. *ff. de Action. empt. & vend.* Conſignare legem. ¶ Conſignare literis, eſt ſcribere. *Cic.* 4. *Acad. c.* 1. Literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus.

Conſileo, n. 2. idem ac ſileo, *tacere*. *Gell. l.* 9. *c.* 6. Conſiluiſſe univerſos quaſi attonitos. *Feſt.* Conſiluere *Ennius* pro *conticuere* poſuit.

Conſileſco, is, n. 3. idem ac ſileo. *Plaut. Mil.* 2. 6. 100. Aliquo auſugiam, dum hæ conſileſcunt turbæ.

Conſilians, antis, V. Conſilior.

Conſiliarius, m. 2. *conſigliere*, יועץ, Germ. *ratgeber*, Gall. *conſeiller*, Hiſp. *conſejero*, βουλευτής, qui conſilium dat, ſeu qui ab aliquo in conſilium adhibetur. *Cic.* 1. *Fam.* Non invito Rege ipſo, conſiliariiſque ejus. *Velle.* 2. 36. 3. Conſiliarii cædis.

Conſiliarius, a, um, adject. ad conſulendum aptus, *atto a conſigliare*. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 6. Magis ei conſiliarius hic amicus eſt, quam auxiliarius. Et *Epid.* 2. 2. 56. Jam Senatum convocabo in corde conſiliarium. *Apul. Plat. Mor.* Conſiliaria anima.

Conſiliator, m. 3. *conſigliero*, qui alicui dat conſilium. *Plin. l.* 4. *ep.* 17. Ille in gerendis meis honoribus conſiliator, & rector.

Conſiliatrix, icis, f. 3. quæ conſilium dat. *Apul.* 5. *A. A.* Illæ quidem conſiliatrices egregiæ tuæ. Alii leg. *conciliatrices*.

Conſiliatus, a, um, V. Conciliatus.

Conſiligo, is, f. 3. ἀκόνιτον, herba, Herbariis pulmonaria, quæ inter ſiliginem frequentiſſime invenitur. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Conſilinum, n. 2. *Stilo*, opp. marit. Magnæ Græciæ, inter Locros, & Scylacium.

Conſilio, is, n. 4. *ſaltar inſieme*, *ſaltar addoſſo*, ſimul ſalio, inſilio, inſulto. *Tacit. l.* 3. *Annal. c.* 46. Imbelles Æduos evincite, & fugientibus conſilite.

Conſilior, aris, atus ſum, depon. 1. vel Conſilio, as, n. 1. *conſigliare*, *dare ſuo conſiglio*. *Horat. de Arte poet. v.* 196. Ille bonis faveatque, & conſilietur amicis. Et *l.* 3. *od.* 3. *v.* 17. Gratum elocuta conſiliantibus Junone Divis. *Tac.* 2. *hiſtor. c.* 53. Redire Bononiam rurſus conſiliaturi.

Conſilioſus, a, um, adject. conſilio valens. Vox eſt M. *Catonis* apud *Gell. l.* 4. *c.* 9. *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 2. Sicuti es in iis, quæ deliberabuntur, conſilioſiſſimus.

Conſilium, lii, n. 2. deliberatio, cogitatio, animadverſio, concilium, collegium, *conſiglio*, עצה, Ger. *rath*, Gal. *conſeil*, Hiſp. *conſejo*, βουλή, proprie eſt vocabulum artis fulloniæ, & ſignificat actionem illam, qua veſtes purgantur, a *con* & *ſalio*. Hujus enim artis duæ partes fuere, una veſtes pedum inſultu eluere, ac cogere, altera creta candefacere, illud dicebatur *conſiliari*, hoc capolire. Sed *Joſ. Scalig. in Conject. Varr.* placet, *concilium*, & *conciliare*, per c ſcribi, a *calcis*, pilis, & *concilium* eſſe coactionem, *conciliare*, cogere. Huc reſpexit fortaſſe *Plautus*, cum inquit in *Pan.* 1. 1. 62. Placet conſilium. Mi. Imo etiam ubi expolivero magis, hoc tum demum dices, nunc etiam rude eſt. ¶ Translate conſilium dicitur ratio excogitata faciendi aliquid, aut non faciendi. *Ter. Andr.* 2. 1. 9. Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. *Liv. l.* 33. *c.* 30. Conſilia calida, & audacia, prima ſpecie læta, tractatu dura, eventu triſtia ſunt. ¶ Regit cum infinit. tum conjunct. *Cic. ad Att. l.* 3. Expectare conſilium eſt. *Id.* 1. *Fin.* En conſilio, tuum judicium ut cognoſcerem. ¶ Dicimus conſilium conferre, capere, captare, rejicere, &c. *Cic. Terent. & al.* Conſilia agitare, *Sen. epiſt.* 30. Facere aliquid de conſilio alicujus, *Ter. Phor.* 3. 1. 17. & *Cic. Attic.* 6. 3. ¶ Sibi conſilium capere, eſt a reliquorum ſententia, & rationibus diſcedere, factionis, & diſſenſionis cauſa. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 76. Poſtulat, ut jurent omnes, ſe exercitum, duceſque non deſerturos, neque ſibi ſeparatim a reliquis conſilium capturos. ¶ Res eſt conſilii, *è coſa da conſultare*. *Caſ. l.* 7. *B. G. c.* 38. ¶ Conſilium aliquando eſt idem ac στρατήγημα, callidum, & ſubdolum inventum. *Nepos Annibal. c.* 11. *n.* 7. Sic Annibal conſilio arma Pergamenorum ſuperavit. *Id. in Datam. c.* 6. *n.* 8. Tali conſilio uno tempore & proditores perculit, & hoſtes profligavit. ¶ Item prudentiæ vis, & facultas, ut Conſilii maximi vir, *Nepos Datam. c.* 5. *n.* 1. *Id. Pauſan. c.* 1. *n.* 2. Conſilii plenus. ¶ Item ratio. *Horat. l.* 3. *od.* 4. Vis conſilii expers mole ruit ſua. ¶ Denique conſilium aliquando accipitur pro cœtu conſulentium, ſeu judicantium. *Cic. Ver.* 7. *c.* 21. Cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilii ſententia, Mamertinis frumentum ſe non imperare, pronuntiat. ¶ Atque in hoc ſenſu præcipue & *conſilium*, & *concilium* confunduntur.

Conſimilis, & le, o. 3. *ſimile*, idem ac ſimilis. *Cic.* 2. *Phil.* Cum rem geſſiſſet conſimilem rebus iis, quas ipſe geſſeram. *Ter. Heaut.* 2. 4. 13. Cujus mos maxime eſt conſimilis veſtrum.

Conſimiliter, adver. ſimiliter, *ſimilmente*. *Arnob. l.* 2. Nos ſpiritum conſimiliter ducimus. Adde *l.* 6. §. 8. *ff. de excuſat. ex comm. conſtit.*

Conſipio, is, pui, n. 3. *ſapere*, ſimul ſapio. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Vereri ſe ſe, ne patres non ſatis conſiperent. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Non mentibus ſolum conſipere, &c.

Conſiptum, n. 2. antiquis dicebatur, pro conſeptum. *Feſt.* ¶ Conſiptum, clavis præfixum. *Id.*

Conſiſtio, onis, f. 3. ſtatio, conſiſtendi actio. V. Conſtitio.

Conſiſto, is, conſtiti, n. 3. *fermarſi*, עמד, Ger. *geſtehen*, Gal. *s'arreter*, Hiſp. *quedarſe*, ἐφίσταμαι, proprie eſt iter inceptum mora interrumpere, ſubſiſtere, commorari. *Cic. Att. l.* 7. Utrum conſiſtere uſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. *Caſ. l.* 3. *B. C.* Ipſe ad anchoram una nocte conſtitit. *Id.* 2. *B. C. c.* 10. Omnis adminiſtratio belli conſiſtit, *ſi ſoſpende*, *ſi ferma*. ¶ Translate eſt firmum, ſtabilem, conſtantem eſſe, *eſſere ſtabile*. *Cic. ad Q. Frat.* Ut neque mente, neque lingua, neque oratione conſiſteret. *Id. in Orat. c.* 28. Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet. ¶ Item erigi, *alzarſi*. *Virg. Æn.* 3. Conſtitit in digitos. ¶ Item contineri, niti, *conſiſtere*, *eſſer poſto*. *Cic.* 5. *Phil.* Cum in eo ſalus, & vita optimi cujuſque, & libertas Pop. Rom. dignitaſque conſiſteret. ¶ Conſiſtere cum aliquo, eſt in judicio adverſus eum ſtare. *Martian. l. Nullo modo, ff. ad leg. Corn. de falſ.* Nullo modo ſervi cum dominis conſiſtere poſſunt. ¶ Legatum conſiſtere, eſt validum, & firmum eſſe. *Ulpian. l. ſervum filii, ff. de legat.* 1. Sic conſiſtere fides, apud *Liv. l.* 2. dicitur, quæ non violatur. ¶ Milites etiam conſiſtere dicuntur, cum loco non cedunt, *mantener' il poſto*. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 93. Tanta vi in Pompeji equites impetum fecerunt, ut eorum nemo conſiſteret. ¶ Verbis cum aliquo conſiſtere, & re diſſidere. *Cic.* 4. *Fin. n.* 2. conſentire. ¶ Conſiſtere alvus dicitur, cum fluere deſinit. *Cic. Fam. l.* 7. *ep.* 26. Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie demum videatur poſſe conſiſtere. Alii leg. *videar*, & tunc ſignificat, recuperatis viribus firmiorem eſſe, ſtare poſſe. ¶ In illo *Ciceronis Tuſc.* 1. *c.* 23. Vel concidat omne cœlum, omniſque natura conſiſtat, oportet: *conſiſtat* pro ruat, deſinat, poſitum eſt. Conſiſtere enim dicitur, quod non procedit amplius, neque in motu eſt: quod ubi naturæ accidat, deſinere eam oportet. ¶ Eſt etiam activum pro conſtituere, ſtatuere. *Gell. l.* 3. *c.* 10. Conſiſtere cauſam, *contraſtar la lite*. *Lucret. l.* 6. *v.* 10. Et per quæ poſſent vitam conſiſtere totam.

Conſiſtorianus, V. Conſiſtorium.

Conſiſtorium, ii, n. 2. recentioris latinitatis vocabulum, quo ſignificatur Conſilium Principis, quia conſiliarii ibi ad conſulendum conſiſtunt, & Imperatori velut adſunt. Unde & ipſi Conſiſtoriani comites appellati. V. JCtos. *Ammian. l.* 14. *c.* 22. Admiſſus in conſiſtorium. *Martian. Capel. l.* 2. Intra

Digitized by Google

conſiſtorium regis. ¶ Apud *Sidon. l. 2. ep. 2.* Conſiſtorium dicitur locus, in quo cubicularii ſervi conſiſtebant. Et *Tertul. de Reſur. c. 20.* conſiſtorium appellat terram, in qua conſiſtimus. Et *l. 2. ad Uxor. c. 6. Conſiſtorium libidinum publicarum*, lupanar vocat.

Conſitio, f. 3. idem ac ſatio. *Cic. de Sen. 5. 15.* Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones.

Conſitor, m. 3. idem ac ſator. *Ovid. 4. Met. v. 14.* Et cum Lenæo genialis conſitor uvæ.

Conſitūra, f. 1. φυτεία, plantatio. *Cic. 1. de Rep.* Quæ videlicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinæ judiciis interpretabatur. Affert *Non. ut fragm. ejuſd. 5. 3. n. 30.*

Conſĭtus, a, um, o. 1. 2. idem ac ſatus. *Cic. de Sen.* Ei quendam conſeptum agrum diligenter conſitum oſtendiſſe. Sic conſita pomus, *Tibul. l. 2. el. 1. v. 43.* ¶ Translate *Plaut. Men. 3. 1. 41.* Conſitum ſenectute, h. e. plenum annis, dixit *Catul.* ſimiliter *carm. 63. v. 207.* Cæca mentis caligine Theſeus conſitus. h. e. oppletus.

Conſobrīna, æ, f. *cugina, germana*, ἀνεψιά, materteræ meæ filia. *Cic. pro Quinct. c. 4.* Quinctii conſobrinam habet in matrimonio.

Conſobrīni, m. 2. *cugini*, בני דוד, Germ. *vetter*, Gall. *couſins*, Hiſp. *primos*, ἀνεψιοί, qui ex duabus ſororibus ſunt editi, quaſi conſororini, ut *patrueles*, qui ex duobus fratribus, *amitini*, qui ex fratre, & ſorore. Sed hæc proprietas vocis non ſemper obſervatur. Nam & patrueles, & amitini ſæpe conſobrini appellantur, ut *Cajus Dig. 38. 10. 1. & 10.* docet. *Cic. Off. l. 1. c. 17.* Sequuntur fratrum conjunctiones, poſt conſobrinorum, ſobrinorumque.

Conſŏcer, ri, m. 2. ὁμοπένθερος. Conſoceri dicuntur, quorum alter filium ſuum alterius filiæ maritum dedit. *Suet. in Claud. 5. 29.* App. Syllanum conſocerum ſuum, crimine incerto, nec data defenſione, occidit.

Conſociātim, adverb. ſimul, una. *Ammian. l. 13. 5. 27.* Conſociatim meant.

Conſociātio, f. 3. *ſocietà*, κοινωνία, ſocietas, communio, conjunctio. *Cic. 1. Off.* Ita fit, ut vincat cognitionis ſtudium conſociatio hominum, atque communitas. *Liv. lib. 4. c. 5.* Conſociatio gentis omnium regis creverat.

Conſociātus, a. 1. 2. *unito in ſocietà*, ſociatus. *Cic. in Parad.* Qui videt domi tuæ pariter accuſatorum, atque judicum conſociatos greges. *Id. Pam. 3. epiſt. 3.* Conſociatiſſima voluntas. Ita leg. in MSS. quæ *P. Victor.* & *Græv.* ſequuntur. Al. leg. *Conſtantiſſima*.

Conſocio, as, avi, atum, are, a. 1. jungo, conjungo, *unire in ſocietà*, συναγελάζω. *Cic. poſt red. in Sen. c. 7.* Conſociare conſilia cum aliquo. *Id. 3. Fin. c. 20.* Natura ad civilem communitatem conjuncti, & conſociati ſumus.

Conſocius, ii, idem ac ſocius. *Cod. lib. 10. tit. 2. leg. 3.* Conſortes, atque conſocii.

Conſŏcrus, us, f. quæ una cum alia ſocrus eſt. V. Conſocer. Legitur autem in lemmate carminis ultimi Parentalium *Auſonii*. Pomponia Urbica conſocrus, uxor Juliani Cenſoris.

Conſolabilis, is, o. 3. εὐπαραμύθητος, quod conſolationem admittit. *Cic. Sulp. l. 4. Fam. ep. 5.* Eſt omnino vix conſolabilis dolor. ¶ Active *Gell. l. 16. c. ult.* Carmen conſolabile caſus ſui canere. h. e. conſolatorium.

Conſolatio, onis, f. 3. *conſolazione*, נחמה, Ger. *troſt*, Gal. *conſolation*, Hiſp. *conſolacion*, παραμυθία, levatio doloris. *Cicer. pro Mil.* Nunc una me conſolatio ſuſtentat. ¶ Sic conſolationem adhibere, invenire: Conſolatione levare, lenire, ſuſtentari. *Cic. ſæpe.*

Conſolator, oris, m. 3. *conſolatore*, מנחם, Ger. *troſter*, Gal. *conſolateur*, Hiſp. *conſolador*, παρηγορητής. *Cic. 3. Tuſc.* Conſolatores ipſos confiteri ſe miſeros.

Conſolatorie, adverb. conſolatoris more, conſolando. *Sidon. l. 6. epiſt. 9.* Quem non increpative, ſed conſolatorie compellare curavimus.

Conſolatorius, a. 1. 2. *conſolatorio*. *Cic. Att. l. 13. epiſt. 20.* A Cæſare literas accepi conſolatorias.

Conſolatus, a, um, adject. ſignificat. paſſivæ, *conſolato*, apud *Juſtin. l. 22. c. 6. n. 4.* Sic conſolatis militibus, univerſas naves incendi jubet.

Conſolidatio, f. 3. ſolidatio. ¶ Apud Juriſconſ. eſt, cum uſufructuarius proprietatem rei acquiſivit. *Inſtit. l. 2. tit. de uſufr. §. Item finitur.*

Conſolidator, oris, m. 3. qui firmat, & ſolidum reddit. *Venant. Fortun. l. 1. carm. 20.* Nam quod pulcra domus, quod grata lavacra nitescunt, Conſolidatorem te cecinere ſuum.

Conſolidatus, a. 1. 2. *raſſodato*, ſolidatus. *Cic. Ruſo, l. 5. epiſt. 20.* Ut apud duas civitates rationes confectas, & conſolidatas deponeremus. h. e. liquidas, cum expenſis reſpondent accepta. ¶ Uſus fructus conſolidatus, eſt confirmatus: idest, conjunctus cum proprietate. *Ulpian.*

Conſolido, as, avi, atum, are, a. 1. redintegrare, & quod ruptum fuerat, denuo firmare. *Gloſſ. Cyril.* Conſolido, συγκολλῶ. *Ulpian. l. Idem Neratius, ff. de uſufr. accreſc.* Etſi duobus uſusfructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus. V. *Conſolidatus.*

Conſolidus, a, um, adject. ſolidus, ſtabilis, firmus. *Arnob. l. 4. ſub fin.* Cum omnibus conſolidæ germanitatis neceſſitudine copulatus.

Conſōlor, d. 1. *conſolare*, idem ac ſolor. *Cic. 4. Fam.* Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quam conſolari dolorem. ¶ Cum ablat. & præpoſ. de. *Cic. 3. Tuſc.* Qui Telamonem amici de Ajacis morte conſolatus eſſet. ¶ Habet etiam aliquando accuſativum inanimatum; quo modo *Paræus in Lex. Crit.* putat uſurpari pro *compenſare*. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 7.* Sed hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum. ¶ Reperitur & conſolo, activ. *Var. apud Non. c. 7. n. 50.* Oedipus Athenas venire dicebatur, qui conſolaret. ¶ Hinc conſolor, paſſive. *Q. Metell. apud Gell. 15. 13.* Cum animum veſtrum erga me video, vehementer conſolor.

Conſomnio, as, n. 1. *ſognare*, ſomnio. *Plaut. Moſt. 3. 2. 51.* Quid id conſomniavit?

Conſŏnans, tis, o. 3. σύμφωνος. *Cic. in Part. 5. 5.* Atque etiam eſt hæc diſtinctio in verbis, altera natura, tractatione altera: natura, ut ſint alia conſonantiora, graviora, &c. ¶ Conſonantes literæ, σύμφωνα, a Grammaticis dicuntur, quod non per ſe, ſed cum vocalibus ſonant. *Quintil. l. 1. c. 4.* ¶ *Sen. ep. 31.* Perfecta virtus æqualitas eſt per omnia ſibi conſonans: h. e. conſtans, conveniens.

Conſonanter, adverb. convenienter, concorditer. *Vitruv. l. 6. 5. 1.* Conſonantiſſime ad harmoniam compoſita.

Conſonantia, æ, f. 1. *conſonanza*, συμφωνία, vocum concordantia: item convenientia, conſenſus. *Vitruv. l. 3. c. 5.* Citharœdi convertunt ſe ad ſcenæ valvas, & ita recipiunt ab earum auxilio conſonantiam vocis.

Conſŏne, adverb. ut conſons clamitare. *Apul. l. 1. A. A. p. 106.*

Conſŏno, n. 1. *riſonare*, הרעו, Ger. *mitthonen*, Gal. *s' accorder de ſon*, Hiſp. *conſonar*, συμφωνεῖν, ſimul ſono. *Virg. 5. Æn.* Tum plauſu, fremituque virum, ſtudiiſque faventum conſonat omnis nemus. ¶ Eſt item conſentire, convenire, *corriſpondere*. *Auct. orat. in Salluſt.* Conſonat moribus ratio.

Conſŏnus, a, um, o. 1. 2. השוה, Ger. *mittſtimmen*, Gal. *accordant de ſon*, Hiſp. *conſonante*, σύμφωνος, conveniens, cum dat. *Sil. l. 7. v. 448.* Vox conſona linguæ. *Cic. l. 4. Att. epiſt. 16.* Credo, Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet.

Conſopio, a. 4. idem ac ſopio, *addormentare*. *Cic. 1. Tuſc. c. 49.* Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno?

Conſors, tis, o. 3. *di una ſteſſa ſorte, e condizione*, חבר, Ger. *mitgenoſs*, Gal. *d'un meme ſort*, Hiſp. *d' ygual ſuerte*, κοινωνός, ejuſdem ſortis, idest conditionis, in omni re, & negotio. *Cic. 3. Verr.* Cum ex agro tres fratres conſortes profugiſſent. ¶ Item particeps, vel ſocius. *Cic. pro Mil.* Quid reſpondebo tibi, Q. Frater, conſors mecum temporum illorum? *Id. 3. Ver. c. 66.* Conſorti quodam in lucris, atque furtis. *Ovid. l. 10. Met. v. 246.* Conſors thalami. *Id. Heroid. 3. v. 47.* Conſortes generis.

Conſortālis, le, adject. ad conſortium pertinens. *Frontin. de Coloniis in Sicil. p. 118.* Conſortales lineæ.

Conſortio, onis, f. 3. idem ac conſortium. *Cic. 3. Off. c. 6.* Diſſolvatur, neceſſe eſt, omnis humana conſortio.

Conſortium, tii, n. 2. *compagnia*, חברה, Ger. *gemeinſchafft*, Gall. *compagnie, communauté*, Hiſp. *compania*, κοινωνία, ſocietas, communio. *Papin. l. inter fratres, §. ſi idem Papin. ff. pro ſocio.* Si inter fratres voluntarium conſortium initum fuerit. *Celſ. l. 7. c. 27.* Stomacho cum veſica quoddam conſortium eſt.

Conſparsio, onis, f. 3. pro conſperſio. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 24.* Officinatam oneribus conſparſionum. Alii leg. *Conſperſionum*.

Conſpatior, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod ſpatior, deambulo. *Petron. Satyr.* Video meretrices furtim conſpatiantes.

Conſpector, oris, m. 3. qui conſpicit, inſpector, ἐπόπτης. *Tert. de cul. fœm. l. 2. c. 13.* Deus conſpector eſt cordis.

Conſpectus, us, m. 4. *aſpetto*, מראה, Germ. *anſchauung*, Gal. *veüe*, Hiſp. *viſta*, ὄψις, aſpectus, præſentia. *Cic. de Fin.* Eum in conſpectum ſuum venire vetuit. Sit ſe in conſpectum alicui dare. *Cic. 7. Ver.* ¶ Conſpectum alicujus vereri, vitare, fugere, *Ciceronis* ſunt, *Terent. & al.* ¶ Conſpectus etiam dicitur breviarium, ſeu compendium, quo late diffuſa res ad quædam capita revocatur, & brevior conficitur, σύνοψις. *Gel. l. 17. c. 21.* Ut conſpectum quendam ætatum antiquiſſimarum, item virorum illuſtrium, qui in his ætatibus nati fuiſſent, haberemus, &c. excerpebamus ex libris, &c. *Id. l. 19. cap. 10.* Oſtendebant depictas varias ſpecies balnearum, ex quibus cum elegiſſet unam, interrogavit, quantus eſſet pecuniæ conſpectus ad id opus abſolvendum. h. e. ſumma, ſeu taxationis, & æſtimationis libellus.

Conſpectus, a, um, nom. ex particip. viſus, *veduto, mirato*, περίβλεπτος. *Virg. Æn. 8. v. 588.* Pictis conſpectus in armis. *Juven. Sat. 8. v. 140.* Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

Conſpergo, is, ſi, ſum, ere, idem ac ſpargo, aſpergo. *Cic. 1. Acad. c. 2.* Hilaritate conſpergere ſcripta ſua. Et *pro Planc. c. 41.* Lacrymis aliquem conſpergere. ¶ Abſolute apud *Plaut. Stich. 2. 2. 30.* Conſperge ante ædes.

Conſperſus, a. 1. 2. ſparſus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ejus caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus.

Conſpicabilis, is, adject. conſpiciendus, conſpici dignus, *notabile*. *Sidon. l. 8. epiſt. 4.* Conſpicabiles thermæ. *Prudent. Rom. 633.* Coram refulſit ore conſpicabile.

Conſpiciendus, a, um, o. 1. 2. *riguardevole*, περίβλεπτος, dignus, qui conſpiciatur, illuſtris, inſignis, particip. vel gerund. a conſpicio. *Auct. ad Heren. l. 1.* In geſtu nec venuſtas conſpicienda, nec turpitudo ſit.

Conſpicillum, i, n. *veletta, baleſtriera*, locus, unde aliquid clanculum conſpici poteſt, qui fieri fortaſſe conſuevit vitro obducto. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 93.* Dum redeo domum, conſpicillo conſecutus eſt me. *Id. apud Non. 1. 2. n. 116.* In conſpicillo adſervabam, pallium obſervabam. Al. leg. *Conſpicilio*.

Conſpicio, is, exi, ctum, a. 3. *guardare, vedere*, ראה, Germ. *anſchawen*, Gal. *regarder*, Hiſp. *mirar*, ὁρᾶν, eſt aſpicere, vel videre. *Cic. in Catil. l. 1. cap. 7.* Carere me aſpectu civium, quam infeſtis oculis omnium conſpici mallem. ¶ Dicitur & de mente, *immaginarſi, intendere*. *Cic. pro Balbo*, Ut conſpiciatis eum mentibus veſtris, quem oculis non poteſtis. ¶ Eſt item conſiderare. *Cic. pro Mur.* Sed conſpicere, quibus præterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum, &c. *Plaut. Trin. 3. 2. 18.* Satis in rem quæ ſint eam, ego conſpicio mihi.

Conſpicio, onis, f. actus conſpiciendi. *Varr. l. 6. L. L.* Templum faciunt augures conſpicione, qua oculorum conſpectum finiunt.

Conſpico, as, idem quod conſpicio. *Varr. l. 6. L. L.* Contemplare, & conſpicare idem eſſe apparet.

Conſpicor, aris, d. 1. idem quod conſpicio. *Cæſ. 2. B. C.* Hunc conſpicatæ naves ſublatis anchoris ſequi cœperunt. *Ter. Heaut. 1. 2. 16.* Quin ego te in fundo conſpicer. ¶ Paſſive ſignificatione, *eſſer guardato*. *Varr. apud Priſcian. l. 8.* Paupertas hæc non ita nutricata, ut nunc conſpicatur.

Conſpicuus, a, um, adject. *coſpicuo, noto, riguardevole*, περίοπτος, ut conſpicua venuſtas. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 15.* Conſpicuus forma, *Plin. l. 7. epiſt. 24.* Vertex conſpicuus, *Horat. l. 3. od. 16. v. 19.*

Conſpirate, adverb. concorditer. *Juſtin. l. 3. c. 5.* Lacedæmonii quoque ut conſpiratius ad arma concurrunt.

Conſpiratio, f. 3. *concordia*, קשר, Ger. *vereinbarung*, Gal. *conſpiration*, Hiſp. *conſpiracion*, ὁμόνοια, concordia, conſenſus. *Cic. pro Domo.* Hanc noſtram conſpirationem in Republ. bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt. ¶ Accipitur etiam in malam partem pro conjuratione, *congiura*. *Cic. pro Dejot.* Nihil de conſpiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam.

Conſpirātus, us, ui, m. 4. idem ac conſpiratio, conſenſus. *Gel. lib. 1. c. 11.* Conſpiratu tacito mentium.

Conſpirātus, a, um, adject. ex partic. paſſivæ ſignif. & activæ, ut apud *Senec. epiſt. 84.* Conſpirata in unum exempla. *Phædr. l. 1. fab. 9.* Conſpiratis factionum partibus. h. e. conſpirantibus, ut *Schefferus* interpretatur. ¶ Hinc conſpirati, h. e. qui conſpirarunt, *congiurati*. *Sueton. Cæſ. c. 82.* Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt. Al. leg. *conſpicati*. *Id. in Domit. c. 16.* Cunctantibus conſpiratis, quando, & quomodo aggrederentur.

Conſpiro, as, avi, atum, n. 1. *ſpirare inſieme, congiurare*, קשר, Ger. *zuſammen ſchweeren*, Gall. *conſpirer*, Hiſp. *conſpirar*, συμπνέω, ſimul ſpiro, conflo. *Col. l. 4.* Cæleſtes admittat imbres, eoſque alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem novam conſpiret. ¶ Per translationem ſumitur pro conſentire, & communi animo aliquid aggredi, *accordarſi, eſſer d' accordo*. *Cic. in Rull. 1. in fin.* Conſpirate nobiſcum, conſentite cum bonis. ¶ Sumitur item in malam partem, pro conjurare, *congiurare*. *Cæſ. 3. B. G.* Priuſquam plures civitates conſpirarent. ¶ Eſt item conſpiro verb. activ., a *ſpiris*, ſignificat convolvere ſe in circum, *avvolgerſi in più cerchi*, quod ſerpentium proprium eſt. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c. 22.* Anguis ſe in Ogulnii tabernaculo conſpiravit.

Conſpiſſatio, onis, f. 3. condenſatio, ut conſpiſſatio ſordium, *Theod. Priſcian. l. 2. 5. 8.*

Conſpiſſātus, a, um, adject. condenſatus. *Colum. l. 2. c. 18.* Conſpiſſatum, & her-

Digitized by Google

& herbis colligatum ſolum. *Plin. l. 35. c. 6.* Creta decocta, conſpiſſataque.

Conſpolium, ii, n. 2. genus libi, apud *Arnob. l. 7. pag. 239. edit. Herald.* Catilleum, conſpolium, cubula.

Conſponſi, m. 2. fide mutua obligati. *Var. l. 5. de L. L. & Feſt.*

Conſponſor, m. 3. qui de eadem re cum altero ſpondet. *Cic. Lepto, l. 6. epiſt. 9.* De negotio tuo, quod ſponſor es pro Pompejo, ſi Galba conſponſor tuus redierit. ¶ Apud *Feſt.* eſt idem ac conjurator.

Conſpuo, is, ui, utum, ere, ſputo aliquem fœdare, *ſputar' addoſſo.* *Furius Bibaculus apud Scholiaſt. Horat.* Jupiter hibernas cana nive conſpuit Alpes. h. e. conſpergit. Quem verſum improbat *Horat. l. 2. Sat. 5. v. 41. & Quintil. l. 8. c. 6.* propter duram translationem, & indecoram. *Plaut. Curc. 4. 2. 17.* Qui conſtitit, culpant eum, conſpuitur, vituperatur.

Conſpurco, a. 1. idem quod ſpurco. *Col. l. 8. c. 3.* Nam ſuperfiliens avis prolevie ventris cibos, & aquam conſpurcat.

Conſputatus, a, um, ſputo fœdatus. *Tert. adv. Judæos, c. ult.* Conſputatus, & omnibus contumeliis afflictus.

Conſputo, as, a. 1. frequ. a conſpuo. *Cic. ad Q. Frat. l. 2. epiſt. 3.* Clodiani noſtros conſputare cœperunt.

Conſtabilio, a. 4. idem ac ſtabilio. *Plaut. Capt. 2. 3. 93.* Ædepol rem meam conſtabilivi.

Conſtabilitus, a, um, adject. firmatus, *ſtabilito*, ut ſubſidiis alicujus conſtabilitus, *Lucr. l. 2. v. 45.*

Conſtans, tis, o. 3. *coſtante*, ἀσταθής, firmus, ſtabilis, gravis, tenax propoſiti, præſens animo. *Cic. l. 1. Fam. ad Lent.* Ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantia Senatus conſilium eſſe videatur. *Id. de Amic. c. 17.* Stabiles & conſtantes amici eligendi. *Id. l. 2. de Divin. c. 6.* Conſtantiſſimus motus lunæ. *Martial. l. 3. ep. 54.* Thraſea conſtantior ipſo.

Conſtanter, *coſtantemente*, Germ. *beſtändiglich*, Gal. *conſtamment*, Hiſp. *conſtantemente*, ἀσταθῶς, fortiter, æqualiter, perpetuo. *Cic. de Amic.* Multaque ejus & in Senatu, & in Foro vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur. *Id. l. 2. de nat. Deor. c. 34.* Cœlum conſtantiſſime conficit viciſſitudines anniverſarias. *Sueton. Aug. c. 10.* Et quo conſtantius cætera exſequeretur.

Conſtantia, f. 1. *coſtanza*, [illegible], Ger. *beſtändigkeit*, Gall. *conſtance*, Hiſp. *conſtancia*, ἀσταθεια, habitus ille, firmitaſque, qua præditus animus neque metu, neque ſpe dejici de ſtatu, & a propoſito aliquid agendi deterreri poteſt. *Cic. pro Sext. c. 41.* Summa gravitate, ſummaque conſtantia homo. *Tacit. 3. hiſt. c. 73.* Vitellianus miles neque aſtu, neque conſtantia indigebat. ¶ Cum rebus inanimis tribuitur, ſignificat tenorem immutabilem, ac perpetuum, quem eæ ſervant. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 9.* Admirabilis incredibiliſque conſtantia eſt curſus ſtellarum. Sic, promiſſi conſtantia, & fides mira. *Id. Attic. l. 4. ep. 17.* ¶ Sumitur & pro fiducia, *ardire*, ut admonendi conſtantia, apud *Tertull. de Patient. c. 1.* ¶ Conſtantia pro ſubſtantia, ὑπόστασις. *Ulp. l. 11. §. 7. Dig. de Legat. & fideicom. 3.* Hic enim extinguitur conſtantia debiti; ibi res durat. Al. leg. *ſubſtantia.*

Conſtantiacus, a, um, adject. patronym. a Conſtantius nom. prop. *Ammian. l. 21. c. 11.* Duas legiones Conſtantiacas miſit.

Conſtantianus, a, um, Conſtantiacus, ut Conſtantianum lavacrum. *Ammian. l. 27. c. 3.*

Conſtantienſis, e, idem, ac Conſtantianus. *Rufus Sext. c. 27.* Pugna Conſtantienſis.

Conſtantinopolis. V. Byzantium.

Conſtantinopolitanus, a, um, a Conſtantinopoli, ut Fretum Conſtantinopolitanum, *Ammian. l. 31. ad fin.*

Conſtantinus Magnus, hujus nom. primus Rom. Imperator poſt devictum Maxentium, Chriſtianæ Religioni nomen dedit, Summos Pontifices mire excoluit, Chriſtianos favit pietate ſingulari, pacemque Eccleſiæ, quam prius vexaverat, firmavit, ob id maxime Liberator Urbis, & auctor quietis appellatus. Ejus tempore Nicenum Concilium celebratum eſt. ¶ Romani imperii ſedem Byzantium tranſtulit, atque anno Chr. 337. fato conceſſit. V. *Euſeb. in ejus Vita.*

Conſtat, abat, itit, imp. 1. *eſſer manifeſto*, δῆλόν ἐστι, manifeſtum eſt. *Cic. 11. Fam.* Cum te conſtet excellere hoc genere virtutis. *Quintil. l. 7.* Conſtat de ejus innocentia. ¶ Rationem conſtare. *Ulp.* Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare oportet. idest rationem eum juſtam aut oſtendere, aut facile poſſe oſtendere. ¶ Conſtat item ſumitur pro convenit, *eſſer d' accordo*. 1. *ad Her.* Alibos quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris ſcriptoribus. ¶ *Cic. Attic. l. 11.* Mea in te officia conſtant. h. e. apparent. *Id. 7. Fam. ep. 1.* Modo ut tibi conſtiterit fructus otii tui. h. e. perceptus ſit. In ſupputationibus conſtare ratio dicitur, cum accepta atque expenſa conveniunt, & approbantur. Hinc tranſlate *Tacit. Annal. l. 1. c. 6.* Eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur. *Juſtin. in præfat.* Ut otii mei apud te ratio conſtaret. V. *Conſto.*

Conſtellatio, f. 3. unio ſtellarum, *coſtellazione*. *Firmic. l. 1. c. 1.* Hoc etiam mala Mercurii cum Marte perficit conſtellatio. *Capitolin. in Gordian. c. 20.* Cum ſenior Gordianus videret, oſtendiſſe conſtellationem mathematicam ferunt.

Conſtellatus, a, um, adject. ſtellis ornatus. *Trebell. Poll. in Salonio. Gallien. c. 2. metaphorice.* Aurati conſtellatique balthei.

Conſternatio, onis, f. *coſternazione*, *tumulto*, ταραχή, perturbatio ex timore naſcens. *Liv. l. 37. c. 42.* Auxilia ſubſidiaria pavore, & conſternatione quadrigarum territa. *Curt. l. 8. c. 1.* Debilitatus vulnere, quod in ea conſternatione acceperat. ¶ Accipitur & pro ſeditione. *Valer. Max. l. 9. c. 9.* Creditorum conſternatio adverſus Prætorem urbanum caput extulit.

Conſternatus, a, um, adject. *coſternato*, *confuſo*. *Liv. l. 3. c. 15.* Pavida, & conſternata multitudo. Sic, conſternati equi, apud *Flor. l. 1. c. 7. & l. 4. c. 2.*

Conſterno, as, a. 1. *ſpaventare*, [Hebrew], Germ. *betrüben*, Gal. *épouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, ἐκπλήττω. Eſt animum alicujus perturbare, quia illi, qui ictu aliquo humi ſternuntur, maxime perturbantur. *Liv. l. 6. c. 2.* Incendium conſternavit hoſtes. *Id. l. 8. c. 27.* Tumultu etiam ſanos animos conſternante. *Id. l. 10.* In fugam conſternantur. *Salluſt. in fragm. apud Priſcian. l. 9.* Equi ſine rectoribus exterriti conſternantur. ¶ Conſternere, inquit *Valla l. 5. c. 51.* eſt corporis, conſternari autem animi, cum mens turbata eſt, & de ſtatu mota, & quaſi humi ſtrata.

Conſterno, is, avi, atum, a. 3. idem ac ſterno, *ſtendere a terra*. *Cic. 2. de Div. c. 32.* Ex horreis direptum, effuſumque frumentum vias omnes conſtraverat. ¶ Et cum abl. *Cic. pro Sext.* Cum forum corporibus Civium R. eſſet conſtratum. *Caſ. l. 2. B. C.* Conſternere contabulationem lapidibus, lutoque.

Conſtipatio, onis, f. 3. actus conſtipandi. *Vopiſc. in Aurel. c. 21.* Cum vellet omnibus ſimul facta exercitus ſic conſtipatione concurrere.

Conſtipatus, a, um, adject. ſtipatus, vel condenſatus. *Prudent. Periſteph. 11. v. 49.* Inter conſtipata officia.

Conſtipo, as, avi, atum, are, idem ac ſtipo, condenſo, *coſtipare*, *condenſare*, στιβω. *Caſ. B. G. l. 5. c. 43.* Hoſtes ſe ſub ipſo vallo conſtipaverant. *Cic. de leg. Agrar. 2. c. 29.* Ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrum Campanum intelligetis.

Conſtitio, onis, f. 3. locus, ubi conſiſtitur, conſiſtendi actio, ſtatio. *Gell. l. 16. c. 5.* Ab illa grandis loci conſtitione & quaſi quadam ſtabulatione veſtibula appellata ſunt. Ita legendum ex vet. codd. Al. leg. *Conſiſtione.* ¶ Eadem verba Gellii refert & *Macrob. Saturn. l. 6. c. 8.*

Conſtituo, is, ui, utum, a. 3. *ponere*, ſtatuo, pono, colloco. *Cic. 5. Fin.* Hoc enim conſtituto in Philoſophia, conſtituta ſunt omnia. *Id. pro Cal. cap. 32.* Conſtituite vobis ante oculos hujus etiam miſeri ſenectutem. ¶ Eſt item decernere, *deliberare*, [Hebrew], Germ. *rathſchlagen*, Gal. *établir*, *arrêter*, Hiſp. *eſtablecer*, ἀποδείκνυμι. *Cic. Att. l. 11.* Cum enim videro, communiter conſtituemus de reditu ejus. *Id. Att. l. 8.* Quod jam a multis audio conſtitutum eſſe Pompejo, & ejus conſilio in Siciliam me mittere. ¶ Item locum, ſeu tempus præfinire, *determinare*, *preſcrivere*. *Ter. Eun.* Dati anuli, locus, tempus conſtitutum eſt. Hinc Ad conſtitutum venire, ſubaudi, diem, vel tempus. *Cic. pro Cæc. c. 12.* Homines inermes, qui ad conſtitutum experiundi juris gratia veniſſent. Hinc *conſtituere*, abſolute, vel *conſtituere pecuniam*, eſt creditori promittere, ſe pecuniam debitam certo die ſoluturum. Unde conſtituta pecunia, & actio conſtitutoria. *D. & C. de Conſtit. pecun.* ¶ Item gubernare, ſtabilire. *Cic. de Sen.* Ineuntis ætatis inſcitia ſenum conſtituenda, & regenda eſt prudentia. *Id. Philipp. 11.* Conſtituere rem familiarem. *Id. Offic. 3.* Rem nummariam conſtituere, *regolar le monete*. *Id. pro Marcell.* Conſtituere Rempublicam. ¶ Item inſtituere, *Cic. pro Cluent.* Conſtituitur quæſtio de furto. *Id. pro Mil.* Ut nova quæſtio conſtitueretur. ¶ Item paciſci, convenire. *Ter. Hecyr. 1. 2. 120.* Conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conventurum. *Juven. ſat. 3. v. 12.* Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ, hoc eſt locum & tempus conveniendi indicebat. *Cic. l. 7. Fam. ep. 4.* Si quid conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. ¶ Eſt etiam architectonicum verbum, & ſignificat delineare, *formare il diſegno*. *Vitruv. proœm. l. 2.* Juſſit eum ſuo nomine civitatem Alexandriam conſtituere. *Nepos Attic. c. 13.* Ipſum enim tectum antiquitas conſtitutum plus ſalis habebat, quam ſumptus. ¶ Item militare, nam conſtituere ſe milites dicuntur, cum in modum præliantium ſe componunt, *poſtarſi*. *Gell. l. 9. c. 13. ex Quadrigario:* Dum ſe Gallus iterum eodem pacto conſtituere ſtudet, Manlius iterum ſcutum ſcuto percuſſit.

Conſtitutio, onis, f. *poſizione*, σύστασις, poſitio, collocatio. *Cic. 4. de Fin.* Itaque ab hac conſtitutio illa prima naturæ his prope verbis exponitur. ¶ Item inſtitutio. *Cic. 2. de Leg.* Non multum diſcrepat iſta conſtitutio religionum a legibus Numæ, noſtriſque moribus. ¶ Item diſpoſitio. *Cic. ad Brut. l. 3.* Quid ſentirem tota de conſtitutione hujus belli. ¶ Item habitudo corporis, *compleſſione*. *Cic. 3. Off.* Si non modo utilitas, ſed vita omnis beata, corporis firma conſtitutione, ejuſque conſtitutionis ſpe explorata continetur. ¶ Item ſtatutum, decretum, *coſtituzione*, διάταξις, ut Conſtitutiones Senatus, Conſtitutiones Principum, Pontificum, &c. *Juſtin. in proœm. Inſt.* Et cum ſacratiſſimas conſtitutiones antea confuſas in luculentam ereximus conſonantiam. ¶ Item quæſtio, quæ ex prima cauſarum conflictione naſcitur, quæ aliter *ſtatus* dicitur, ut Conjuraverit ne Sylla cum Catilina. V. *Cic. 1. de Invent. & Auth. ad Heren. l. 1.*

Conſtitutor, oris, m. 3. qui conſtituit, diſponit, decernit, ut conſtitutor legum, *Quintil. l. 3. c. 6.* Conſtitutor moderatorque omnium, *Arnob. l. 3. ſub init.*

Conſtitutorius, a, um, adject. ut actio conſtitutoria. i. e. pecuniæ conſtitutæ. *l. 20. Dig. de Conſtit. pecun.* V. *Conſtituo.*

Conſtitutum, i, n. 2. quod convenit, *coſtituto*, *la ſtabilita*, ut ad conſtitutum venire. h. e. ad id, quod ante conventum eſt. *Sueton. Oth. c. 6.* Prorupit ſe poſtica parte palatii ad conſtitutum. *Senec. lib. 3. Natur. Quæſt. c. 16.* Cum videas ordinem rerum, & naturam per conſtituta procedere. h. e. per leges certas, quas ſibi ipſa præſcripſit. V. *Conſtituo.*

Conſtitutus, a, um, o. 1. 2. *ordinato*, *determinato*, [Hebrew], Germ. *geſetzet*, Gal. *établi*, Hiſp. *eſtablecido*, καταστάθεις, poſitus, diſpoſitus, inſtitutus, decretus. *Cic. de l. Agr.* Conſtituta in menſem Januarium auctio. ¶ Corpus bene conſtitutum eſt bono præditum habitu. *ben compleſſionato.* *Cic. 2. Tuſc. c. 6.* Metrodorus eum perfecte putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit. *Id. de clar. Orat. c. 2.* Bene morata, & conſtituta civitas, h. e. bene diſpoſita, & ordinata. ¶ *Id. pro Sext.* Bene conſtitutus de rebus domeſticis, *comodo*, *agiato*.

Conſtitutus, us, m. 4. σύστασις, multitudo hominum ſimul conſiſtentium. *Feſt.*

Conſto, as, conſtiti, ſtitum, & ſtatum, n. 1. *ſtar inſieme*, *dimorare*, συνίσταμαι, ſimul ſto. *Siſen. l. 4. Hiſt.* Multitudinem procul hoſtium conſtare viderunt. ¶ Item conſtanter permaneo, perſevero, ratum habeo, *perſeverare*, ἐμμένω. *Cic. ep. 13.* Qui in ſententia ſi conſtare voluiſſent. Hinc *conſtare ſibi*, ſimilem eſſe ſibi, & in eadem opinione conſtanter permanere. *Cic. 1. Tuſc.* Si tibi quidem conſtare vis. *Liv. l. 29. c. 34.* Non conſtat ei color, neque vultus. h. e. ſubinde mutatur. ¶ Item compoſitus ſum. *Cic. 5. Fin.* Perſpicuum eſt, hominem e corpore, animoque conſtare. ¶ Item valeo, pretium habeo, *coſtare*, *valere*. *Varr. 3. R. R. c. 2.* Ut unæ quadrigæ Romæ conſtiterint quadringentis millibus. ¶ Item valeo, æſtimor. *Cic. Attic. l. 13. ep. 29.* Id prope dimidio minoris conſtabit. *Plin. l. 18. c. 5.* Ut is fructus maxime probaretur, qui quam minimo impendio conſtaturus eſſet. ¶ Conſtare, pro eſſe, exiſtere. *Lucret. l. 1. v. 505.* Qua porro cumque tenet ſe Corpus, ea vacuum nequaquam conſtat inane. *Id. 3. de Orat.* Per ſeipſum conſtare. ¶ Pro ſuppetit, habeo, dives ſum. *Juven. ſat. 6. v. 165.* Quis feret uxorem, cui conſtant omnia? V. plura in *Conſtat.*

Conſtrator, oris, m. 3. qui conſternit. *Auſon. Idyll. 12. de Diis:* Velivolique maris conſtrator Leucothoe Libs.

Conſtratum, i, n. 2. *pavimento*. *Petron. Satyr.* Conſtratum navis.

Conſtratus, a, um, o. 1. 2. ἐστρωμένος, *coperto*, tectus, partic. a conſternor. *Col. l. 1.* Eaque optima eſt, ſilice conſtrata. ¶ Conſtratæ naves dicuntur, quæ ab aliquibus vocantur tectæ, quæ ſcilicet ſua habent cataſtromata, in quibus propugnatores conſiſtunt. *Cic. Verr. 5. c. 40.* Erat enim ſola illa navis conſtrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris poſſet eſſe. Quæ autem carent cataſtromatibus, naves apertæ dicuntur. *Hirt. de bello Alex.* Magnoque impetu quatuor ad eas conſtratæ naves, & complures apertæ contenderunt.

Conſtrepo, is, n. 3. ψοφέω, ſtrepo, *riſonare*, *fare ſtrepito*. *Gell. l. 4. c. 1.* Omnium horum & teſtimoniis, & exemplis conſtrepebat.

Conſtricte, adverb. *ſtrettamente*, conjuncte, colligate. *Auguſtin. l. 1. de doctr. Chriſt. c. 28.* Conſtrictius jungi alicui.

Conſtrictio, onis, f. 3. ſtringendi actio, *lo ſtringere*. *Macrob. l. 7. Sat. c. 6.* Stomacho in laſſitudinem degeneranti ad inſtaurandas conſtrictione vires vinum offerunt. *Pallad. Martio. c. 1.* Nodo duræ conſtrictionis angi.

Conſtrictivus, a, um, adject. *coſtrettivo*, conſtringendi vim habens, ut Conſtrictivæ virtutis eſſe, *Cæl. Aurel. Acutor. 2. 18.*

Conſtricto, as, a. 1. frequent. a conſtringo. *Tertull. l. 2. adv. Marc. c. 16.* Quod amputent, & conſtrictent.

S 2 Con-

Conſtrictus, a, um, n. 1. 2. συσταλεὶς, partic. a conſtringo. *Quintil. l. 7. c.* 4. Habere conſtrictum aliquem in ſuis vinculis. *Horat. l. 2. ſat. 6. v.* 53. Trahere conſtrictos. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Conſtrictius folium. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* Apertis verbis conſtricta oratio. *Cal. Aurel.* 2. 18. Particula conſtrictior. h. e. ſpiſſior.

Conſtringo, is, inxi, ictum, a. 3. συσφίγγω, ſtringo, arcto, ligo, *ſtrignere, reſtrignere*. *Cic.* 1. *de Orat.* Quæ rem diſſolutam, divulſamque conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 2. Conſtringi neceſſitate. *Id.* 1. *Fin.* Conſtringendum ſe tradere libidinibus.

Conſtructio, f. 3. *compoſizione*, σύνταξις, compoſitio, ſtructura. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 5. Et ipſa oratio conformanda non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum. *Id.* 4. *Acad. cap.* 27. Conſtructio hominis. ¶ Conſtructio nominum, aut verborum apud Grammaticos eſt ratio componendi nomina, aut verba juxta Grammaticæ leges. *Priſcian. lib.* 17. & 18.

Conſtructus, a, um, o. 1. 2. συντεταγμένος, compoſitus, ædificatus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Dentibus in ore conſtructis manditur, &c. *Id. Leg. Agrar.* 1. *c.* 5. Pecunia conſtructa, & coacervata. Et *l.* 1. *de Invent.* Conſtructior, & apparatior domus.

Conſtruo, is, a. 3. *coſtruire*, *fabbricare*, בנה, Germ. *bauwen*, Gal. *batir*, Hiſp. *edificar*, κατασκευάζω, ſimul ſtruo, compono, ædifico, &c. *Cic.* 2. *Phil. c.* 38. Tanti acervi nummorum apud illum conſtruuntur. *Id. de Sen.* Ut ædificium idem deſtruit facillime, qui conſtruxit.

Conſtupeo, es, ui, n. 2. idem ac ſtupeo, *ſtupire*. *Juvencus*: Mirantes laudant, ſtupentes conſtupuerunt.

Conſtuprator, oris, m. 3. μοιχευτὴς, qui ſtuprat. *Liv. l.* 39. *c.* 15. Simillimi fœminis mares ſtuprati, & conſtupratores.

Conſtupratus, a, um, adjectiv. ſtupratus. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. translate, emptum, conſtupratumque judicium, dixit, h. e. corruptum.

Conſtupro, as, a. 1. *ſtuprare*, καταμοιχεύω, ſtupro. *Cic. de petit. Conſ.* Ut prope in parentum gremiis prætextatos liberos conſtupraret. Adde *Liv. l.* 29. *c.* 17.

Conſuadeo, n. 2. πείθω, ſuadeo, *perſuadere*. *Plaut. Merc.* 1. 2. 35. Sin ego ſalutis quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo.

Conſualia, lium, n. 3. Livii ſententia, erant ludi ex iis, qui in Circo celebrabantur in honorem Conſi, vel Neptuni Equeſtris. Ita & *Feſtus*.

Conſuanetes, Conſuantæ, pop. Vindeliciæ, in Baveria ad Iſaram fl. quorum locus *Schvvandavv*, vel *Landiſhut*, a Friſinga 6. l. in Or. Pataviam verſus.

Conſuaſor, m. 3. ἀντιπείθων, ſuaſor, auctor. *Cic. pro Quinct. c.* 5. Hæc omnia Quinctium agebat auctore, & conſuaſore Nævio.

Conſuavior, vel Conſavior, aris, atus ſum, depon. 1. idem quod ſuavior, *baciare*. *Apul. l.* 2. *Met.* Ubi primum conſuaviatus eum. ¶ Dicitur & *Conſuavio, as*. *Id. l.* 6. *Met.* Tum Jupiter prenſa Cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata, conſuaviat. ¶ Legitur & *Conſavior*.

Conſubſido, is, n. 3. idem quod ſubſido. *Minuc. Felix c.* 40. Tamen aliqua conſubſidunt non obſtrepentia veritati.

Conſudaſco, n. 3. ἱδρόω, ſudo. *Col. l.* 12. *c.* 48. Sicque triginta dies pati conſudaſcere.

Conſudo, n. 1. ἱδρόω, ſudo, *ſudare*. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 71. Beatus, ſi conſudaveris.

Conſuefacio, a. 3. συνεθίζω, aſſuefacio, uſu doceo, *aſſuefare*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 49. Ea ne me celet, conſuefeci filium. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 9. Conſuefaciunt quoque faciunt, ut alligari poſſint.

Conſueſco, is, evi, etum, eſcere, n. 3. idem quod ſueſco, *eſſer ſolito*, *aſſuefarſi*, ἐθίζομαι. *Virg.* 3. *Georg. v.* 171. Adeo a teneris conſueſcere multum eſt. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 61. Demoſthenes multos verſus uno ſpiritu pronunciare conſueſcebat. ¶ Jungitur & dativo, ut aſſueſcere dolori, *Plin. l.* 8. *epiſt.* 3. *ad fin.* Item ablativo. *Col. l.* 8. *c.* 15. Aves, quæ conſuevere libero victu. Active pro aſſuefacio, *aſſuefare*. *Lucret. l.* 6. *v.* 396. An tum brachia conſueſcunt, firmantque lacertos? ¶ Conſueſcere cum aliquo dicitur mulier, quæ ſtupri commercium habet. *Plaut. Ciſtel.* 1. 1. 88. Ton' nunquam cum quiquam viro conſueviſti? S. Niſi quidem cum Alceſimarcho, nomine: neque pudicitiam meam mihi alius quiſquam imminuit. ¶ *Conſueſti* pro conſueviſti, *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. ¶ *Conſuemus* pro conſuevimus, *Propert. l.* 1. *eleg.* 7.

Conſuete, adver. *al ſolito*. *Ammian. l.* 23. *c.* 4. Ad ſuſcipiendum conſuete pabulum.

Conſuetio, onis, f. 3. idem quod conſuetudo. *Plaut. Amph.* 1. 2. 28. Et clandeſtina ut celetur conſuetio. Ita ibi legendum, non *conſuetudo*, cum ſit Senarius. Confirmat Feſtus, vel potius Verrius Flaccus, *conſuetionem Plautus pro conſuetudine dixit*.

Conſuetudinarius, a, um, adject. qui eſt ſecundum conſuetudinem, *ſolito*. *Sidon. l.* 7. *ep.* 11. Invideo felicitati conſuetudinariæ portitoris.

Conſuetudo, dinis, f. 3. *conſuetudine*, *uſo*, *uſanza*, *converſazione*, *pratica*, מנהג, Germ. *gevvonheit*, Gall. *coutume*, Hiſp. *coſtumbre*, συνήθεια, mos, inſtitutum, uſus, exercitatio. *Cic.* 1. *de Orat.* Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem veniamus. ¶ Item familiaritas. *Cic. ad Curion. l.* 2. *Fam. ep.* 1. Quod earum fructu jucundiſſimæ conſuetudinis. ¶ Uſurpatur & in turpibus. *Salluſt. Catil. c.* 23. Stupri conſuetudo. *Liv. l.* 39. *c.* 9. Huic (ſcorto) conſuetudo cum Ebutio fuit. ¶ Dicimus autem, congredi alicui quotidiana conſuetudine, *Cæſar*. ¶ Conſuetudinem facere alicui cum altero, h. e. aliquem alteri conciliare. ¶ Dare ſe in conſuetudinem, immergere, ſe inſinuare. *Cicer. Cæſ.* & alii.

Conſuetus, a, um, o. 1. 2. *ſolito*, εἰθισμένος. *Ter. Andr.* 1. 1. 108. Ut conſuetum facile amorem cerneres. *Ovid. Met.* 11. *v.* 637. Conſuetiſſima cuique verba.

Conſul, is, m. 3. *Conſolo*, יועץ, Germ. *Burgermeiſter*, Gall. *Conſul*, Hiſp. *Conſul*, ὕπατος, ſummum erat apud Romanos dignitatis faſtigium, poſt exactos Reges a Junio Bruto primum introductum, anno U. C. 245. ¶ Duo erant. ¶ Dicti fuere a *conſulo*, ut meminiſſent, ſe debere Reipublicæ conſulere, vel quod Senatum conſulerent. ¶ Creabantur a Patriciis, quia apud alios auſpicia non erant. Sed profligato Gallico bello alterum ex Plebe creandum conceſſere. ¶ Conſulatum petebant anno ætatis 42. gerebant anno 43. ¶ Creabantur Comitiis Centuriatis per Conſules veteres, ſive alterum duorum, ſive per Interregem, ſive per Dictatorem. ¶ Conſul deſignatus dicebatur ille, in quem populi ſuffragia habitis Comitiis Conſularibus, & ſuffragiis rite peractis concurrebant. ¶ Inſignia Conſulum omnia fuere, quæ Regum fuerant, trabea, ſella curulis, duodecim lictores cuique Conſulum, qui ei cum faſcibus virgarum ſecurim præferebant. ¶ Imperium Conſulare annuum erat. ¶ A Conſulum Magiſtratu numerus annorum ſignabatur. ¶ Hinc Conſulem pro anno uſurpamus. *Senec. epiſt.* 114. Unum putas videri ventrem, cui tot conſulum, regionumque vina conduntur. Hinc nata formula apud JCtos: Sine die, ſine Conſule. ¶ Conſulis nomen diu apud ſummum hunc Magiſtratum tantum fuit; tandem & Proconſuler, & Municipiorum magiſtratus ea appellati, ut notat *Caſaub. in notis ad Apul. Apolog.* & plures *Inſcript.* apud Gruterum confirmant.

Conſularis, & re, n. 3. ὑπατικὸς, quod ad Conſulem ſpectat, ut Conſularis ætas, in qua Conſulem eſſe licebat. *Cic.* 5. *Phil.* Quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quam Conſularis. ¶ Vir Conſularis, qui Conſulatum geſſit. *Cic. Lentulo*. Qui filium Conſularem amiſit. *Sueton. in Aug.* Conſularis fœmina. h. e. Viri Conſularis uxor. ¶ Et *conſularis* abſolute. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 4. Egregios conſules habemus, ſed turpiſſimos conſulares. ¶ Conſularis Provincia eſt, quæ a conſulari viro adminiſtratur. *Cic. pro Dom.* Tu Provincias conſulares lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti. ¶ *Conſulares* abſolute, qui eſſent temporibus Imperatorum, V. Legatus. ¶ *Conſularia* abſolute (ſubaudi *ornamenta*) erant inſignia conſulatis dignitatis propria, quæ Principes interdum nonnullis conferebant, licet conſules non eſſent. *Tacit. Vellejus*, *Sueton.*

Conſularitas, atis, f. 3. dignitas conſularis. *Theodoſ. l.* 6. *Cod. tit.* 19. Conſularitatis honore functus. Adde *Fabrett. Inſcrip. p.* 99.

Conſulariter, adv. more Conſulum. *Liv. l.* 4. *c.* 10. Vitaque omnis conſulariter acta.

Conſulatus, us, m. 4. ὑπατεία, *conſolato*, dignitas, ſive tempus, quo Conſul in officio eſt. *Cic. pro Mur.* Ut ei jam exploratus, & domi conditus Conſulatus videretur. ¶ Capere, conſequi, inire, ſuſcipere, obtinere, gerere conſulatum: Conſulatu ſe abdicare, abire, ſæpiſſime apud *Cic.* & al.

Conſulo, is, ſului, ſultum, a. 3. *dimandar conſiglio*, יעץ, Ger. *rathfragen*, Gal. *ſe conſeiller*, Hiſp. *tomar conſejo*, συμβουλεύω, verbum eſt variæ ſignificationis pro varia conſtructione: nam cum ſine caſu uſurpetur, idem eſt ac conſultare, deliberare, *deliberare*, *conſultare*. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 83. Repulſi Galli, quid agant, conſulunt. ¶ Cum genit. Boni, vel æqui conſulere, eſt, in meliorem, æquioremque partem accipere, ſeu interpretari, *prender' in buona parte*. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Sit ne Conſul a conſulendo, an a judicando? nam & hoc conſulere Veteres appellaverunt, unde adhuc remanet illud: rogat, boni conſulas. id eſt, bonum judices. Hactenus *Quintil. Ovid.* 3. *Pont. el.* 8. *ad fin.* Tu tamen hæc, quæſo, conſule miſſa boni. ¶ Dativo junctum, ſignificat proſpicere, *provvedere*, ut bene, male alicui conſulere. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 9. & *l.* 11. *Fam. ep. ult.* Commodis, dignitati, gloriæ alicujus conſulere. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 38. Clementer ſubditis conſulere. ¶ Aliquando accuſativum recipit cum præpoſit. *in*, per modum adverbii. *Ter. Heaut.* 5. 2. 10. Conſulere in longitudinem. h. e. ita rebus conſulere, ut diu ſufficiant. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 5. Conſulere in medium. h. e. in communem uſum. *Juſtin. l.* 2. *c. ult.* Sapienter in rem conſulere. ¶ Huc illud *Livii* referendum eſt *l.* 22. *c.* 29. Eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat, quid in rem ſit. h. e. ipſe per ſe videat, & provideat. ¶ *Liv. l.* 45. *c.* 8. In ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet. h. e. nihil ſuſcipere violentum in quemquam. Eadem ratione clementer, dure, arroganter conſulere, &c. eſt idem ac agere, *trattar bene, o male*. Sic Conſulere peſſime de aliquo. *Liv. l.* 28. ¶ Cum accuſat. eſt conſilium petere, *domandar conſiglio*. *Nepos Miltiad. c.* 1. Apollinem conſulere. Conſulere JCtos. h. e. eos de jure interrogare. Conſulere jus, eodem ſenſu, *Liv. l.* 39. *c.* 40. Sic conſulere Chaldæos, & Mathematicos, cum de futuris ab iis quærimus. *Sueton. Aug. c.* 94. & *Calig. c.* 57. ¶ Reperitur & cum duobus accuſativis. *Plaut. Men.* 4. 3. 16. Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciundum cenſeant. ¶ Quin & generaliter pro interrogare uſurpatur. *Sueton. Aug. c.* 98. Verſum compoſitum ex tempore pronuntiavit, converſuſque ad Thraſyllum, interrogavit, cujuſnam poetæ putaret eſſe: quo hæſitante, ſubjecit alium; de hoc quoque conſuluit. ¶ *Feſtus* hoc verbo ab Veteres teſtatur pro judicare, ſtatuere. Adde verba Quintil. quæ modo retulimus. ¶ Apud *Liv. l.* 2. *c.* 28. conſulere aliquid, eſt, agitare, cognoſcere, ac conſultationem adducere, *diſcutere*, *ventilare*, *eſaminare*. Eam rem, *inquit*, Conſules ad Patres deferunt, ſed delatam conſulere ordine non licuit. Adde *Virg.* 11. *Æn. v.* 344. ¶ Paſſive etiam uſurpatur. *Cic.* 3. *Ver.* Qui de civili jure conſuli ſolent. *Id. l.* 3. *Q. Fr. ep.* 53. Senatus nihil conſulitur. *Liv. l.* 2. *c.* 29. Cum ii reſediſſent, conſuli cœpit. h. e. conſultari. ¶ *Qui conſuluntur*, periphraſis eſt, qua ſignificantur Juriſperiti. hi enim in dubiis conſuli plerumque ſolent. Multa ad hanc rem confirmandam exempla Ciceronis congerit *Paræus in Lex. Crit.* V. *Cic. pro Quint. c.* 16.

Conſultatio, f. 3. *conſulta*, *deliberazione*, συμβούλευσις, deliberatio. *Cic.* 3. *Off.* De cujus deliberatione, & conſultatione quærimus.

Conſultator, oris, m. 3. qui conſulit, & deliberat. *Leg.* 2. *Dig. de orig. Jur.* §. 15. Conſultatoribus potius, quam diſcere volentibus ſe præſtabant.

Conſultatorius, a, um, adject. ut ſacrificium, vel hoſtia conſultatoria, apud *Macrob. l.* 3. *ſat. c.* 5. qua ſc. Deorum voluntas diſquirebatur. Al. leg. *conſultoria*.

Conſulte, adv. ἐν φρονήσει, prudenter, *prudentemente*. *Plaut. Rud.* 4. 7. 14. Qui conſulte, docte, atque aſtute cavet. *Tacit. hiſtor. l.* 2. *c.* 54. Avidius, quam conſultius. *Capitolin. in Pertin. c.* 7. Annonæ conſultiſſime providit.

Conſulto, as, a. 1. *conſultare*, *deliberare*, יעץ, Germ. *rathſchlagen*, Gal. *conſulter*, Hiſp. *conſultar*, συμβουλεύομαι, conſilium frequenter capio, & ſimpliciter delibero. *Cic.* 3. *Off. c.* 2. In quibus deliberare homines, & conſultare de officio ſolerent. ¶ Conſultare aliquem, eſt petere conſilium ab aliquo. *Plaut. Mil.* 4. 3. 3. Quid me conſultas, quid agas?

Conſulto, adv. *conſideratamente*, Germ. *mit*, *fleiſſ*, *und bedachtem muth*, Gal. *a deſſein de deſſein formé*, Hiſp. *a drede*, *a ſabiendas*, ἐκ προνοίας, cogitato, dedita opera, de induſtria. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 43. Conſulto hoc factum eſt, mihi ut inſidiæ fierent. Adde *Horat. l.* 2. *ſat.* 10. *v.* 14. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 30. Cæſar conſulto equites cedere jubet.

Conſultor, oris, m. 3. *conſultore*, *conſigliere*, יועץ, Germ. *rahtfrager*, Gal. *conſulteur*, Hiſp. *conſultor*, συμβουλευόμενος, qui conſilium ab alio petit. *Cic. pro Mur.* Vigilas tu de nocte, ut conſultoribus tuis reſpondeas. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 10. Agricolam laudat legum juriſque peritus, ſub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat. ¶ Item qui conſilium dat. *Salluſt. Jug. c.* 64. Cupido atque ira peſſimi conſultores.

Conſultorius. V. Conſultatorius.

Conſultrix, icis, f. 3. quæ conſulit. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 22. Conſultrix, & provida utilitatum, opportunitatumque omnium natura.

Conſultum, ti, n. 2. συμβούλευμα, decretum, ſtatutum. *Cic. Phil.* 14. Atque unam his omnibus abſtergere fletum ſententiis noſtris, conſultiſque poſſemus. ¶ Dicimus etiam, Opus eſt conſulto. ideſt, opus eſt conſulere. *Sall.* Priuſquam incipias, conſulto, & poſtquam conſulueris, mature facto opus eſt. ¶ Senatus conſultum, Senatus decretum, & Senatus auctoritas, quid differant inter ſe, V. *Senatus*.

Conſultus, a, um, o. 1. 2. συμβουλευθεὶς, partic. is, a quo conſilium petitum eſt. *Cic. pro Mil.* Nihil de ejus morte populus conſultus. ¶ Item nomen eſt, & ſignificat prudentem, peritum, intelligentem, vel abſolute, vel cum gen. *Ovid.* 1. *Amor.* Si tibi credibilis ſermo, conſultaque verba. ideſt, prudentiæ plena. Al. leg. *conſueta*. *Cic.* 9. *Phil.* Neque enim ille magis juris conſultus, quam juſtitiæ fuit. *Id. in Bruto, c.* 40. Con-

Digitized by Google

40. Conſultorum alterum diſertiſſimum, diſertorum alterum conſultiſſimum fuiſſe.

Conſultus, us, ui, m. 4. conſultum, conſultatio, *conſulta*, *decreto*. *Liv. l.* 3. *c.* 62. Conſultu collegæ, virtute militum victoria parta eſt. *Plin. l.* 3. *cap.* 12. Interdictum id vetere conſultu Patrum. Ita ex quibuſdam MSS. utrobique legit *Gronov. in notis ad loc. cit. Livii*. Verum priore loco aliæ editiones *conſilio*, poſteriore *conſulto* habent.

Conſummabilis, le, adject. qui conſummari poteſt, *conſumabile*. *Senec. ep.* 92. Ratio in Diis conſummata eſt, in nobis conſummabilis. *Prudent. Pſychom. v.* 845. Seu conſummabilis ævi Perficiat ſus plena viras.

Conſummatio, onis, f. 3. in unam ſummam collectio, *ſomma*. *Col. l.* 2. *R. R. c.* 13. Hac conſummatione operum colligitur, poſſe agrum ducenorum jugerum ſubigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, & ſex mediaſtinis. Adde *l. ſi pluvo*, *Dig. de adil. edict.* ¶ Item perfectio, abſolutio, *compimento*, συντέλεια. *Senec. de brevit. vitæ, c.* 1. Vita in maximarum rerum conſummationem large data. Adde *Plin. l.* 4. *c. ult.*

Conſummatus, a, um, adject. in unam ſummam redactus. *Col. l.* 5. *c.* 2. Hoc ſexies ducendum eſt, quoniam ſex latera ſunt, quæ conſummata efficiunt duo millia trecentena, & quadraginta. ¶ Item perfectus, abſolutus, *compito*, *perfezionato*, τέλειος, τετελειωμένος, ut bella geſta, & conſummata, *Cic. Phil.* 11. *c.* 7. Ubi al. leg. *Confecta*. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 7. Juvenis conſummatiſſimus.

Conſummo, as, a. 1. *ſommare inſieme*, ſummam ſimul capio. *Col. l.* 3. *R. R. c.* 5. Is numerus conſummat per taſum jugerum ſeminum millia quatuor, & viginti. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Per arithmeticem ſumptus ædificiorum conſummantur. *ſi calculano*. ¶ Item abſolvere, perficere, *compire*, *ridur' a fine*, ἀπαρτίζω. Sic conſummare opera, *Plin. l.* 10. *epiſt.* 48. Conſummare facrum, *Senec. Herc. fur. v.* 1039. ¶ Conſummatu milites dicuntur, apud *Sueton. Calig. c.* 44. cum ſtipendiorum tempus impleverant.

Conſumo, mis, mpſi, ptum, a. 3. abſumo, inſumo, tero, contero, exhaurio, *conſumare*, *diſtruggere*, אכל, Germ. *verzehren*, Gal. *perdre tout*, Hiſp. *gaſtar*, δαπανάω. *Cic. pro Flacco*. Ut pecuniam, quam conſecerat, non conſumpſiſſe, ſed Flacco dediſſe videretur. *Id.* 1. *de Leg.* Cum ea tempeſtas, vetuſtaſque conſumpſerit. ¶ Conſumor, paſſ. jungitur ſæpe cum abl. modi, vel cauſæ, ut Conſumor ſiti, incendio, mærore, &c. *Cæſ. Liv. Virg.* & al. Sic *Cic.* 3. *de Orat. c.* 2. Craſſus lateris dolore conſumptus: *mori d' infiammazione*. ¶ Significat etiam inſumere, collocare, *impiegare*. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 14. Me ſcito omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere. *Id. Offic. l.* 1. *c.* 1. Conſumere ætatem in ſtudio. ¶ Ignominiam conſumere, apud *Tacit. l.* 3. *hiſt. c.* 24. eſt ignominiæ metum abjicere, de ignominia non laborare. Similiter *Curt. l.* 6. *c.* 9. *n.* 6. Conſumere miſericordiam, dicit. h. e. abjicere. ¶ Rurſus *Tacit. l.* 1. *hiſt. c.* 42. Ambigitur, conſumpſerit ne vocem ejus inſtans metus, an &c. h. e. ademerit, intercaperit. ¶ Apud *Terent. Andr.* 1. 1. 133. Conſilium conſumere, eſt artes adhibere, exequi.

Conſumptio, ônis, f. 3. *diſtruzione*, כליה, Germ. *verzehrung*, καταναλώσις. *Cic. de Univ. c.* 6. Se ipſe conſumptione, & ſenio alebat ſui.

Conſumptor, oris, m. 3. *diſtruggitore*, אוכל, Germ. *verzehrer*, Gal. *conſumant*, Hiſp. *conſumador*, ἀναλωτής. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 15. Hic noſter ignis confector eſt, & conſumptor omnium.

Conſumptrix, icis, f. 3. quæ conſumit. *Strab. Gall. hort. præfat.* Bruma eſt ampliſſimi conſumptrix ſæva laboris.

Conſumptus, a, um, o. 1. 2. *conſumato*, καταναλωθείς, abſumptus, confectus. *Cæſ.* 1. *B. C.* Conſumptis omnibus telis.

Conſuo, is, a. 3. *cucire inſieme*, *congiugnere*, συῤῥάπτω, ſimul ſuo, compono, conjungo. Unde ſupin. *Conſutum*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Conſutum ſuſpenditur ligno. *Plaut. Amph.* 1. 1. 211. Advenisti conſutis dolis.

Conſupplicatrix, icis, f. 3. Legitur hæc vox in veteri quadam Inſcriptione apud *Fabrett. p.* 342. Sed non eſt adhibenda.

Conſurgo, is, ſurrexi, o. 3. *levarſi inſieme*, Germ. *mit einander aufſtehen*, Gal. *ſe lever enſemble*, Hiſp. *levantarſe juntamente*, συνανίσταμαι, ſimul ſurgo. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Conſurrexit Senatus cum clamore ad unum. ¶ Conſurgitur impers. *Cic.* 6. *Ver.* Honorifice ſane conſurgitur. Et *Phædr. l.* 5. *Fab.* 8. *v.* 28. In plauſus conſurrectum eſt. ¶ *Virg. Æn.* 9. Conſurgunt geminæ quercus, intonſaque cælo Attollunt capita. ¶ Conſurgere ad bellum, *Liv. l.* 33. Conſurgere in arma, *Virg.* 10. *Æn.*

Conſurrectio, f. 3. *il levarſi inſieme di più perſone*, συνανάστασις. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 1. Cepi equidem fructum maximum & ex conſurrectione omnium veſtrum, &c.

Conſus, Deus conſiliorum, ab antiquo *conſo*, *is*, quod eſt conſulere, ſimul conſultare, conſilium dare. Huic Deo ara ſub terra in Circo maximo dedicata eſt, quæ non aperiebatur, niſi ludis Circenſibus, ut oſtenderetur, conſilia tecta eſſe debere.

Conſuſurro, as, avi, atum, are, ſimul ſuſurro, *far ſuſurro*. *Ter. Heaut.* 3. 2. 64. Syrus cum illo veſtro conſuſurrat.

Conſutura. V. Cognitura.

Conſutus. V. in Conſuo.

Conſydero. V. Conſidero.

Contabefacio, is, eci, ctum, labefacio, corrumpo. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 29. Ma miſeria, & cura contabefacit.

Contabeſco, is, o. 3. *marcirſi*, μαραίνομαι, idem quod ſimplex tabeſco. *Cic.* 3 *Tuſc. c.* 32. Vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit.

Contabulatio, f. 3. *tavolato*, *palco di tavole*, σανίδωσις. *Cæſ.* 2. *B. C. c.* 19. Ubi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem.

Contabulatus, a, um, tabulis compactus, ut turres contabulatæ. *Liv. l.* 24. *c.* 34. Et *Ammian. l.* 27. *c.* 10. Ponte contabulato ſuper navium foras.

Contabulo, a. 1. *intavolare*, רפד, Germ. *vertaeffeln*, Gall. *plancher*, Hiſp. *entablar*, σανιδόω, eſt aſſeribus, ſeu tabulis aliquid tegere. *Suet. in Calig. c.* 19. Aliquanto anguſtiorem Helleſpontum contabulaverat. ¶ Et cum abl. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Quercus axibus contabulari. ¶ Contabulas, paſſ. *Cæſ. B. G. l.* 7. *c.* 22. Turres contabulantur, pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Contabundus, a, um, adject. qui percontatur, ſeu ſcrutatur. *Apul. l.* 8. *Met.* Quem prius inſiliat, contabunda (beſtia) rimatur. ¶ Eſt a *contor*, *aris*.

Contactus, a, um, o. 1. 2. *toccato*, ἁψάμενος. *Celſ. l.* 2. *c.* 24. Acida quoque contacta ſale modico. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Res contacta halitu animalis. *Liv. l.* 29. *c.* 18. Milites contactos religione furor agitat.

Contactus, us, m. 4. *tatto*, ἁφή. *Col. l.* 13. Contactu ejus languefcunt incrementa virentium. *Plin. l.* 10. *c.* 59. Pullis anſerum urtica contactu mortifera. ¶ Sumitur & pro contagione, *contagio*. *Tacit.* 6. *Annal. c.* 7. Plures infecti quaſi valetudine, & contactu.

Contages, is, f. 3. idem ac contagium. *Lucr. l.* 4. *v.* 336. Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt.

Contagio, onis, f. 3. *contagio*, *infezione*, morbus, qui ex contactu contrahitur. *Plaut. Amph. prol. v.* 31. Contagione meæ mentis metuo malum. ¶ *Liv. l.* 1. *c.* 15. Contagionem belli dixit, cum ſc. ex uno confecto bel-

lo oritur novi belli aſcaſio. ¶ Metaph. *Cic.* 7. *Ver. c.* 71. Ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. h. e. qui ejus rei erunt conſcii. ¶ Sumitur & pro conjunctione, ſeu conſenſu, in bonam partem. *Lucret. l.* 3. *v.* 345. Corporis atque animæ Mutua vitalis diſcunt contagia motus. h. e. convenientiam, & conjunctionem. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor.* Quid vero tanta rerum conſentiens, continuata contagio? *Ibid. l.* 3. Illa mihi placebat oratio de convenientia conſenſuque naturæ, quam quaſi contagionem continuatam dicebas. Vide *Gell. l.* 19. *c.* 9.

Contagioſus, a, um, n. 1. 2. *contagioſo*, quod contactu inficit, ut Febris contagioſa, morbus contagioſus, peſtis contagioſa apud *Celſum*.

Contagium, ii, n. 2. *male attaccaticcio*, נגע, Germ. *erbkrankheit*, Gall. *contagion*, Hiſp. *contagion*, συναφή, morbus, qui ex contactu contrahitur, a *contingo*. *Virg.* 3. *Georg.* Dira per incautum ſerpunt contagia vulgus. ¶ Translata, contagia ſcelerum, apud *Lucan. l.* 3. *v.* 318. ¶ Vox hæc eſt Poetis familiarior, ut *Contagio* Hiſtoricis & Oratoribus.

Contâmen, inis, o. 3. idem quod contaminatio. *Tertull. carm.* 1. *adv. Marc. c.* 1. Femineos uſus vulgi contamine mixtos.

Contaminabilis, le, adjectiv. qui contaminari poteſt. *Tertull. adv. Marc. lib.* 4. *cap.* 20. Prophetam, quem pro ſubſtantia humana contaminabilem ſciret.

Contaminatio, onis, f. 3. pollutio, commaculatio. *Ulpian. l.* 2. §. 3. *Dig. ad leg. Jul. de adult. coerc.* Qui patitur uxorem ſuam delinquere, quique contaminationi non indignatur. &c.

Contaminator, oris, qui contaminat. *Lamprid. Alex. c.* 6. Contaminator honorum. *Tertul. de Pudic. c.* 13. Paterni tori contaminatas.

Contaminatus, a, um, o. 1. 2. fœdatus, *contaminato*, κατακεμολυσμένος. *Liv. l.* 4. Partem civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi. *Cic. de Prov. conſ. c.* 6. Hominum ſceleribus, & flagitiis contaminatiſſimo.

Contamino, as, a. 1. *contaminare*, *macchiare*, טמא, Germ. *beflecken*, Gal. *contaminer*, Hiſp. *contaminar*, μιαίνω, fœdo, macula, ab antiquo *tamino*. *Liv. l.* 4. Contaminari ſanguinem ſuum Patres rebantur. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic. c.* 8. Vitiis, ſceleribus ſe contaminare. Adde *pro Roſc. Amer. c.* 40.

Contarii, orum, m. In duabus Inſcriptionib. apud *Gruter. pag.* 40. *n.* 2. & 3. videntur eſſe milites conto armati, quos κοντοφόροι Græci vocant. *Veget.* vero *l.* 3. *de re milit. c.* 6. contatos: qui ſpecialem militum ordinem conſtituebant, ut haſtati, ſagittarii, &c. *Turneb. l.* 15. *adverſar. c.* 11. legit hanc vocem etiam apud *Capitolin. in Maximin. c.* 10. ubi alii *contratis*.

Contatio. V. Cunctatio.

Contatus, a, um, adject. conto armatus, ut Contati milites, apud *Veget. l.* 3. *c.* 6.

Contechnor, aris, d. 1. μηχανάομαι, machinor, & fallaciam aliquam compono. *Plaut. Pſeud.* 4. 6. 34. Ne illic ſit contechnatus quidpiam.

Contectus, a, um, o. 1. 2. tectus. *Ovid.* 5. *Met. v.* 541. Contectam fraxine vidit forte caſam.

Contego, is, a. 3. *coprire*, περικαλύπτω, idem ac tego. *Cic. pro Sextio*, Meſſoria ſe corbe contexit.

Contegulatio, onis, f. 3. tegularum compoſitio. Et

Contegulator, oris, m. 3. qui tegulis contegit, leguntur in Dig. apud JCtos.

Contemero, as, a. 1. *macchiare*, *ſporcare*, καταμιαίνω, idem ac temero, polluo, violo. *Martial. de Spectac. ep.* 10. Auſum tam notas contemerare manus. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 7. Dominæ contemeraſſe torum.

Contemnificus, a, um, qui contemnit, faſtuoſus. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 154. Contemnificum fieri, & faſtidire.

Contemno, is, mpſi, ptum, a. 3. *diſprezzare*, ὀλιγωρέω, idem ac temno. *Cic. in Orat.* Omnes illos deridete, atque contemnite. ¶ Videtur minus eſſe, quam deſpicio. *Cic. de Sen.* Contemni ſe putant, deſpici, illudi. ¶ Contemnere aliquem præ ſe, *Terent. Eun.* 2. 2.

Contemperatus, a, um, adject. *temperato*. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Sol, quæ propiora ſunt, contemperata habet.

Contempero, as, avi, atum, *temperare*, *meſcolare*. *Apic. l.* 4. *c.* 2. In patina quæ invicem contemperentur. Adde *Marcell. Empir. c.* 16.

Contemplabilis, le, adject. quem contemplari decet. *Ammian. l.* 30. *c.* 22. (al. *c.* 5.) Contemplabili dextera.

Contemplabiliter, adv. cum contemplatione. *Ammian. l.* 22. *c.* 16.

Contemplabundus, a, um, adject. qui contemplatur. *Tertul. l.* 4. *adv. Marc. c.* 40. Spiritus propheticus contemplabundus.

Contemplans, antis, *chi contempla*, *o vede*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Deus terras, & maria contemplans. *Id.* 1. *de Orat. c.* 33. Omni acie ingenii contemplantes.

Contemplatim, adverb. cum contemplatione. Legitur *in notis Terentii pag.* 133.

Contemplatio, *contemplazione*, עיר דוה, Germ. *anſchauung*, Gall. *contemplation*, Hiſp. *contemplacion*, θεωρία, conſideratio rerum occultiorum. *Cic.* 1. *de Div.* Cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi Cœli officere poſſet. ¶ *Julian. l. ſi pupilli*, *Dig. de Negot. geſt.* Gerere negotia alicujus non contemplatione ejus, ſed ſui lucri cauſa: *a contemplazione*.

Contemplativus, a, um, o. 1. 2. θεωρητικός, quod contemplationi deditum eſt. *Sen. ep.* 96. Philoſophia contemplativa ſimul eſt, & activa.

Contemplator, oris, m. 3. *contemplatore*, משקיף, Germ. *anſchauer*, Gall. *contemplateur*, Hiſp. *contemplador*, θεωρός. *Cic.* 1. *Tuſc.* Hominemque ipſum, quaſi contemplatorem Cœli, ac Deorum, ipſorumque cultorem.

Contemplatrix, icis, f. *contemplatrice*, a contemplator. *Celſ. proœm. l.* 1. *ſub fin.* Ars contemplatrix alicujus rei.

Contemplatus, us, m. 4. *contemplazione*, *ſpeculazione*. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 7. A contemplatu ſummoveoque mali.

Contemplo, as, avi, atum, are, *contemplare*, idem ac contemplor. Uſi ſunt eo Veteres, ut *Ennius apud Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 2. Contempla, & templum Cereris ad lævam aſpice. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 285. *Epid.* 3. 3. 2. &c.

Contemplor, aris, d. 1. *conſiderare coſe occulte*, השקיף, רבים, Ger. *anſchauen*, Gal. *contempler*, Hiſp. *contemplar*, θεωρέω, diligenter intueor, & res abditas conſidero, a loco, qui ex omni parte aſpici poteſt, vel ex quo omnis pars poteſt videri, quem Augures *templum* nominabant. *Cic. pro Dejot. c.* 14. Id animo contemplare, quod oculis non potes.

Contemporalis, le, coætaneus, æqualis. *coetaneo*. *Tertull. contr. Hermog. c.* 6. Inter contemporales ordo non eſt.

Contemporaneus, o. 1. 2. σύγχρονος, ejuſdem temporis qui eſt, *coetaneo*. *Gell. l.* 19. *c.* 14. Contemporaneos fuiſſe Cæſari, & Ciceroni M. Varronem, & P. Nigidium.

Contempŏro, as, avi, atum, are, ejuſdem temporis eſſe facio. *Tertull. de reſurr. carn. c.* 45. Contemporant fœtu, coætaneant natu.

Contemptibilis, o. 3. *ſprezzabile*, εὐκαταφρόνητος. *Ulp. de off. Proconſ. ff. l.* 1. *tit.* 16. *l.* 9. §. 2. Sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 20. Contemptibilior poteſtas imperii.

Digitized by Google

Contemptibilitas, atis, f. 3. contempto, *diſprezzo*. *Cal. Aurel. Tard.* 1. c. 5. Continuatio contemptibilitatem parit.

Contemptim, adv. *per diſprezzo*, *per iſcherno*, καταφρονητικῶς. *Liv. l.* 2. c. 35. Contemptim adire minas. *Id. l.* 9. *c.* 41. Magnifice de ſe, & contemptim de aliis loqui. *Senec. de brev. vitæ*, c. 11. Contemptius eludi.

Contemptio, f. 3. *diſprezzo*, בזיון, Germ. *verachtung*, Gall. *meſpris*, Hiſp. *menos precio*, καταφρόνησις, deſpicientia. *Cic.* 1. *Off.* Ex quo animi magnitudo exiſtit, humanarumque rerum contemptio. *Id.* 1. *Invent.* c. 16. Adducere adverſarium in contemptionem. ¶ Scribitur & *contemtio*, ut & *contemtor*, & *contemtus*, & ſimilia.

Contemptor, oris, m. 3. *diſprezzatore*, בז, Germ. *verachter*, Gall. *meſpriſeur*, Hiſp. *menoſpreciador*, ὀλίγωρος. *Virg.* 8. *Æn.* v. 648. Contemptorque Deum Mezentius.

Contemptrix, icis, *ſprezzatrice*. *Plin. l.* 19. c. 8. Eruca præcipue frigorum contemptrix. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 2. Nunc ego illam me velim convenire contemptricem meam.

Contemptus, a, um, o. t. 2. *ſprezzato*, ὀλιγωρηθείς, ſpretus, abjectus, humilis. *Cicer. Phil.* 2. Quid putem? contemptum ne me? *Id. de Div.* Quo jam nihil poteſt eſſe contemptius. *Id. pro Sext.* Deſpicatiſſimi hominis furor, contemptiſſimi Conſulis levitas.

Contemptus, us, m. 4. idem ac contemptio, *diſprezzo*. *Liv. l.* 6. *cap.* 2. Contemptu etiam inter ſocios nomen Romanum laborat. *Senec. de Tranquil.* c. 11. & *Quintil. l.* 8. *cap.* 8. ex orat. in *Piſon.* ¶ Ciceroni etiam hanc vocem tribuunt. V. *Cellar. cur. poſter.* & *Borrich. Vindic.*

Contendo, is, endi, entum, a. 3. *tirare*, דרך, Germ. *ſpannen*, Gall. *tendre*, *estendre*, Hiſp. *entezar*, ἐντείνω, proprie eſt intendere. *Virg.* 4. *Georg.* Tanta nare magis contende tenacia vincla. ¶ Item jaculari, *gettare*, *lanciare*. *Virg.* 5. *Æn.* Qui tamen aerias telum contendit in auras. ¶ Translate eſt conari, eniti, laborare, *sforzarſi*. *Cic. in Verr.* In quo omnes nervos ætatis, induſtriæque meæ contenderem. *Id. pro Leg.* Quantum potero, voce contendam, ut hoc P. R. exaudiat. ¶ Item proficiſci, iter inſtituere. *Cæſ. lib.* 1. Eodem itinere, quo hoſtes ierant, ad eos contendit. ¶ Item *contendere*, *contraſtare*, *combattere*. *Cicer. pro Roſc. Am.* Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. *Virg.* 9. *Æn.* Aut tecum malit contendere bello. *Propert. l.* 1. *el.* 13. Non tamen iſta meo valeant contendere amori. ¶ Item inſtando petere, flagitare, *dimandar con iſtanza*. *Cic.* 3. *Off.* Incenſus cupiditate contendit a Pythio, ut venderet. ¶ Item comparare, conferre, *paragonare*. *Cic.* 2. *de Inv.* Primum leges oportet contendere, conſiderando, utrum lex ad majores pertineat. *Id. Catil.* 2. c. 11. Si ipſas cauſas contendere velimus. *Tacit. Ann.* 13. *cap.* 3. Seniores, quibus otioſum eſt vetera, & præſentia contendere, adnotabant, &c. ¶ Item aſſerere, *pretendere*. *Celſ. in præfat.* Si manantia corpuſcula iter claudunt, ut Aſclepiades contendit. ¶ Contendere omnia, *contraſtar ſu tutto*. *Cic.* 4. *Verr.* Remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus.

Contenĕbrat, abat, & ebat, advesperaſcit. *Var. o. R. R. cap.* 2. Rurſus paſcant, quoad contenebravit.

Contenebratus, a, um, *tenebroſo*, *oſcurato*. *Tert. de jejun.* c. 10. Contenebratum orbis defuncto Domino.

Contente, adverb. *vehementemente*, *con isforzo*, συντεταμένως, cum impetu, acriter, vehementer. *Cic.* 2. *Tuſc.* Genu M. Antonium vidi, cum contente ipſe pro ſe diceret, terram tangere. ¶ Comp. contentius, ſup. contentiſſime. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 34. Cum uſque ad veſperum contentius ambularet. *Apul. l.* 1. *Florid. ſub fin.* Contentiſſime clamitare. ¶ Significat etiam parce. *Nazar. in Paneg. Conſtantini*, *c.* 15. Qui refrænandis cupiditatibus eſtricte, contenteque vixerunt.

Contentio, f. 3. *conteſa*, *travaglio*, ריב, Germ. *zanck*, Gall. *contention*, *debat*, Hiſp. *contencion*, ἐγκάρπιον, impetus, vehemens conatus ad aliquid agendum. *Cic.* 3. *de Orat.* Permulta tam vehementiſſima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta eſſe conſtabat. ¶ Item certamen, controverſia. *Cic. de Orat.* Omnem eſſe contentionem inter homines doctos in verbi controverſia poſitam. ¶ Item collatio, comparatio. *Cic. pro L. Man.* Sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipſa per ſe intelligi poſſunt. ¶ Item ſtylus gravis, & vehemens in oratione. *Cic. in Bruto*, Cum contentione orationis flectere animos judicum vix poſſet, nec omnino eo genere diceret. ¶ Item Figura Rhetorica, al. *antitheton*, per quam contraria referuntur, ut Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. *Auth. ad Heren. l.* 5. c. 15. & 45.

Contentiōſe, adverb. cum contentione. *Quint. declam.* 18. Neceſſe eſt, contentioſe loquaris, quod probare non poſſis.

Contentiōſus, a, um, o. t. 2. *litigioſo*, ריב, Germ. *zanckiſch*, Gall. *contentieux*, Hiſp. *contencioſo*, ἐριστικός. *Plin. l.* 2. *ep.* 19. Oratio, de qua loquor, pugnax, & contentioſa eſt.

Contentus, a, um, nom. ex particip. a teneo, *contento*, *ſoddisfatto*, αὐτάρκης, qui animo ſatiatus eſt, nec quidquam præterea quærit. *Plaut. Merc.* 4. 8. 8. Uxor contenta eſt, quæ bona eſt, uno viro. Sic parvo contentus, *Cic. Lel. c.* 53. Contentus ſorte ſua, *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 3. ¶ Jungitur & infinito. *Velle.* 2. 49. 5. Contentus retinere titulum. Et 2. 112. 6. Contenti ſuſtinuiſſe hoſtes. ¶ Cum genit. etiam uſurpatur, ut adductis exemplis ex *Cur. l.* 6. c. 2. & *l.* Cum quis 35. *de Legat.* 3. §. 4. *in fine*, confirmat *Paræus Lex. Crit.* Sed utrumque exemplum dubium eſt. ¶ Comparative, *Plaut. Pan.* 4. 2. v. 15. Contentiores mage erunt, atque avidi minus.

Contentus, a, um, nom. ex particip. a tendo, *teſo*, *tirato*, adductus, intentus, συντεταμένος, cui opponitur remiſſus, laxatus, ut contentæ fides, *Cic.* 4. *Fin. c.* 27. Jam contentus, jam laxus funis, *Horat.* 2. *Sat.* 7. *v.* 20. Contentus arcus, *Ovid. Metam.* 6. *v.* 586. Contentiſſima voce clamitare, *Apul. l.* 4. *Mileſ.* Et *Ammian. l.* 23. *c.* 11. Aut rapax, aut feritate contentus.

Conterebromia, æ, fem. 1. ſignificat omnem illam terram, quam Bromius, ſeu Bacchus exercitu luſtravit, vox a *Plauto* novata *Curcul.* 4. 3. *v.* 76.

Contermino, as, avi, atum, are, n. confinio jungo, conterminus ſum, *eſſer confinante*. *Ammian. l.* 14. c. 6. Per municipia, quæ iiſdem conterminant. Et *l.* 23. *c.* 24. Quibus Arabes beati conterminant.

Conterminus, a. 1. 2. *vicino*, *confinante*, שכן, Germ. *anſtoſſ*, Gall. *voiſin*, Hiſp. *vezino*, ὅμορος, finitimus, vicinus, quaſi eundem terminum inhabitans. *Plin. l.* 12. *c.* 8. Contermina Indiæ gens Ariana. ¶ Cum genit. *Apulei. Metam.* 6. Prædicti jugi conterminos loco appulit.

Conternatio, onis, fem. 3. ternorum comparatio, ut Conternationes factæ, Conternationum ſortitio, apud *Hygin. loca mox citanda*.

Conterno, as, avi, atum, ternum numerum comparo, ut combinabimus. *Hygin. de limit. pag.* 191. *edit. Goeſ.* Si permiſſum fuerit, ut inter convenientes conternentur, conternati ſortiri debebunt.

Contĕro, is, trivi, itum, a. 3. *ridurre in polvere*, συντρίβω, tero, in pulverem redigo. *Var. l.* 1. *R. R.* c. 7. Scyllæ modicum conterunt in aqua. *Plin. l.* 26. *c.* 11. Conterere radicem in pulverem. ¶ Item conſumo, *conſumare*. *Cic. de Amic.* 1. *ult.* Otium, & tempus in ſtudiis conterere. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 17. Curſando, atque ambulando totum hunc contrivi diem. Sic conterere operam. *Id. Phorm.* 1. 4. 31. *perder la fatica*. Conterere ſe in cauſis, & in foro, *Cic.* 1. *de Orat.* *conſumarſi nel trattar cauſe*. ¶ Conterere aliquem oratione. h. e. enecare. *Plaut. Ciſt.* 2. 3. 65. Conteris me tua oratione, mulier. ¶ Conterere injurias oblivione, h. e. earum memoriam delere. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. ¶ Tmeſi dividit *Propert. l.* 3. *eleg.* 11. Conque terunt faſtus, Icarioti, tuos. Alii leg. *Quaque terunt*.

Conterranĕus, a, um, o. 1. 2. Ger. *landtsman*, Gal. *du meme pais*, Hiſp. *de la miſma tierra*, ὁμόχωρος. Vocabulum eſt caſtrenſe, quo ſignificatur is, qui eidem matrici orbi attribuitur, *che è del medeſimo territorio*. Sic *Plin. Jun. in præfat. Operis*, Catulum conterraneum ſuum vocat. V. *Scalig. Animadv. Euſeb.*

Conterrĕo, es, ui, itum, a. 2. terreo, *ſpaventare*. *Cicer.* 1. *de Orat.* Hanc loquacitatem noſtram vultu ipſo, aſpectuque conterreat. *Liv. lib.* 3. *c.* 11. Atrox ingenium accenderat eo facto magis, quam conterruerat.

Conterritus, a, um, adject. idem ac territus, *ſpaventato*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 597. Aſpectu conterritus hæſit.

Conteſſeratio, onis, f. 3. quaſi dicas, communicatio teſſerarum hoſpitalitatis, communicatio, amicitia. *Tertul. adv. Hermog. c.* 20. ¶ Ejuſdem etiam eſt *lib. eod. c.* 36.

Conteſſĕro, as, avi, atum, are, h. e. hoſpitium mutuum colo: nempe e teſſeris hoſpitalibus, quibus prolatis hoſpites agnoſcebantur, & excipiebantur. V. Teſſera.

Conteſtatio, onis, f. 3. actus conteſtandi. Conteſtatio litis eſt teſtium invocatio de lite agenda. Ordinato enim judicio, utraque pars dicebat, *Teſtes eſtote*. *Feſt. Sigon. de Judic. l.* 1. c. 27. *Ulpian. l. Pomponius ſcribit*, *ff. de Procurator.* Ratihabitionis autem ſatiſdatio ante litis conteſtationem a procuratore exigitur.

Conteſtato, adverb. adhibitis teſtibus, ut conteſtato diceret, *l.* 1. §. 15. *ff. liber. agnoſcen.*

Conteſtatus, a, um, o. t. 2. διαμεμαρτυρημένος, ut conteſtatam litem cum aliquo habere, *Cic. pro Comœd. c.* 15. de qua Vide Conteſtatio, & Conteſtor. ¶ Sic reus eſt apud *Feſt.* qui litem cum aliquo conteſtatam habet. ¶ Conteſtata majorum virtus, pro teſtimoniis comprobata, *Cic. pro Flac.* c. 11.

Conteſtificans, antis, qui ſimul teſtimonium præbet. *Tertull. de teſtim. animæ. c.* 1.

Conteſtor, aris, d. 1. *teſtificare*, *implorare*, *chiamare in teſtimonio*, *e in ajuto*, διαμαρτύρομαι, teſtor, imploro, precor. *Cic.* 6. *Ver.* Deos, hominesque conteſtans clamare cœpit. ¶ Conteſtari litem, eſt teſtes appellare de lite agenda, ſeu rem in judicium adducere. *Feſt.*

Conteſtari litem dicuntur duo, aut plures adverſarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote. *Cic. pro Roſc. Com.* Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit.

Contexo, is, ui, extum, a. 3. *teſſere inſieme*, *congiungere*, συμπλέκω, idem ac texo, vel ſimul texo. *Cic. de nat. Deor.* Quid oves aliud afferunt, niſi ut earum villis confectis, atque contextis homines veſtiantur? ¶ Translate eſt conjungere. *Catul.* Contexere amores. *Cic.* 1. *de Leg.* Contexere interrupta. ¶ Item componere. *Cicer. pro Cal.* Carmen contexere. ¶ Item fingere. *Cic. pro Dejot.* c. 6. Contexere crimen.

Contexte, adverb. conjuncte. *Cic. de Fato*, *c.* 14. Omnia naturali colligatione conſerte, contexteque fiunt.

Contextim, adverb. idem ac contexte. *Plin. l.* 10. c. 33. Pene contextim fœciſſe generant.

Contextio, f. 3. compoſitio. *Macrob. Saturn. l.* 7. *c.* 6. Et ita contextionis acceſſione variatum eſt. Adde *l.* 1. *in Som. Scip.* c. 5.

Contextus, us, ui, m. 4. *teſſitura*, *congiunzione*, *unione*. *Cic. l.* 5. *Fam. c.* 12. Pinnarum contextu tegumenta corporis facere. *Quintil. l.* 8. *c.* 2. Contextus, & continuatio ſermonis.

Contextus, a, um, adject. *teſſuto inſieme*, *unito*, una textus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Ovium villis confectis, atque contextis homines veſtiuntur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 112. Trabibus contextus acernis equus.

Conticeſco, is, cui, idem ac taceo. *Plin. l.* 11. *c.* 10. Tum repente omnes conticeſcunt. *Cic. pro Marcel. c.* 3. Ætas nulla de tuis laudibus conticeſcet. ¶ Apud *Plaut.* aliquando legitur *Conticiſco*. ¶ In præt. habet *conticui*, ob inuſitato *conticeo*. *Cic. in Brut.* c. 94. Studium noſtrum conticuit, ſubitoque obmutuit.

Conticinium, n. 2. *a prima notte*, Polluci eſt noctis primum tempus, quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 93. Rediro huc conticinio. ¶ *Macrobius* tamen, & *Cenſorinus* conticinium vocant eam partem noctis, quæ media eſt inter gallicinium, & diluculum, & inde dictum volunt, quod galli tum conticeſcant.

Conticium, ii, (vel Contiſigium, ut *Caſaubonus* putat) ex *Vopiſco in Probo*, c. 19. aſſeritur, ut contum, & venabulum ſignificet, vel actum tranſfixionis ferarum. Verba *Vopiſci* ſunt. Addidit centum jubatos leones, qui omnes conticiis interempti ſunt. *Salmaſ.* tamen ex *MS. Palatino* legit *poſticiis*. V. Poſtica.

Contignatio, onis, f. 3. ξύλωσις, tignorum, vel trabium textura. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 9. Quibus ſuſpenderent eam contignationem, quæ turri tegumento eſſet futura. ¶ Speciatim ſignificat ſolarium domus ſive ſtratum cæmento, ſive non, ut apud *Liv. l.* 21. c. 62. miraculo refertur, bovem in tertiam contignationem conſcendiſſe.

Contignatus, a, um, adject. trabibus, ſeu tignis conjunctus. *Vitruv. l.* 1. c. 5. Itinera ſint interioribus partibus turrium contignata.

Contigno, *a.* 1. συνδέω, tignis tectum jungo. *Plin. l.* 9. c. 3. In domibus fores maxillis balænarum facere, oſſibus tecta contignare.

Contigue, adverb. *continuatamente*, *appreſſo*, ſtatim, & quaſi contingendo. *Martian. Capel. l.* 9. *poſt* 3. *carm.* Eam contigue ſequebatur.

Contiguus, a. 1. 2. *unito*, *che ſi tocca*, σύνεγγυς, quod alterum tangit, a contingo. *Plin. l.* 2. c. 9. Alias admota cœlo, alias contigua montibus.

Continctus, a, um, idem ac tinctus, *tinto*. *Lucret. l.* 2. *v.* 742. Ex ineunte ævo nullo contincta colore. Alii leg. *Conjuncta*.

Continens, tis, nom. ex particip. *congiunto*, *contiguo*, continuatus, adjunctus, συνεχής. Hinc *Ulpianus* ſcribit, continentes provincias accipi debere eas, quæ Italiæ conjunctæ ſunt, ut Galliam. *Cicer.* 15. *Fam. epiſt.* 2. Per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens eſt. *Id. de nat. Deor.* Mari aer continens eſt. *Curt.* Omnia velut continenti incendio ardere viſa. ¶ Item quod continuatum tempore eſt, id eſt perpetuum. *Cic.* 1. *Tuſcul.* Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. *Suet. in Calig.* Per hunc pontem ultro citro commeavit biduo continenti. ¶ Continens etiam ille dicitur, qui ſe ab omni turpitudine continet. id eſt, temperans, caſtus, ſobrius, *continente*. *Cic.* 9. *Fam.* Hoc videris dicere, cum Reges tam ſint continentes, multo magis conſulares eſſe oportere. ¶ Continens, f. gen. ſumitur pro terra, quæ non eſt inſula, nec mari interciſa, *terra ferma*, qualis eſt Italia. *Curt. l.* 3. Quæ, quia continenti adhæret, ſed magna ex parte cingitur fluctibus, ſpeciem inſulæ præbet. ¶ Continens, gen. neut. a Rhetoribus accipitur pro firmamento cauſæ, quod punctum litis deciſorium vocant. *Cicer. in Top.* Quibus autem hoc, quo de re agitur, continetur, hæc continentia vocentur, quaſi firmamenta defenſionis. ¶ Ex continenti, & in continenti pro

Digitized by Google

ti pro confeſtim, nulla mora interjecta, *incontinente*, crebro apud JCtos legitur, & apud *Tertul. de praſcript. c.* 2. & *Apologet. c.* 23. ¶ Comparativ. & ſuperlat. gradum habet. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 23. Ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuiſſe videatur. *Cic. in Parad.* 1. *c.* 2. Homo continentiſſimus.

Continenter, adv. *συνεχῶς*, continuate, jugiter. *Cic.* 1. *Acad.* Quia continenter laberentur, & fluerent omnia. ¶ Item temperate, moderate. *Cic. pro Mur.* Non Aſiam nunquam vidiſſe, ſed in Aſia continenter vixiſſe laudandum eſt.

Continentia, æ, f. 1. complexus, *συνοχή*, ut Vet. Gloſſ. interpretatur. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 15. Continentia regionum, *tratto di paeſi uniti*. *Id. in Somn. Scip. l.* 2. *c.* 12. Omnem operis continentiam revolvam, *il contenuto*. Sic Fulgentius *Virgilianam continentiam* dixit complexum rerum phyſicarum, quæ in ejus operibus continentur; deque ea re peculiarem libellum edidit. ¶ Sumitur ſæpiſſime pro temperantia, ſeu moderatione, *continenza*, *ἐγκράτεια*, quam *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 54. deſcribit; & *pro Leg. Manil. c.* 13. cupiditatibus, & libidinibus, quas in Romanis Ducibus jam ante perſtrinxerat, opponit.

Contineo, es, nui, entum, a. 2. *tenere*, *contenere*, *fermare*, [Hebrew], Germ. *enthalten*, Gall. *contenir*, Hiſp. *contener*, *ἐμπεριλαμβάνω*, idem fere quod teneo. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 22. Coercet, & continet mundus omnia ſuo complexu. *Id.* 2. *Off. c.* 24. Nec res ulla vehementius rempub. continet, quam fides. ¶ Significat etiam cohibere, frænare, *trattener in freno*, *ἐγκρατεῖν*. *Cic. Phil.* 13. *c.* 3. Belluas immanes ſeptis continebimus. *Terent. Eun.* 5. 2. Vix me contineo, quin involem, &c. *Cicer.* 1. *Catil.* Quorum ego vix abs te manus, ac tela contineo. Sic continere civitatem in officio, continere linguam, manum, continere ſe ab aliqua re, h. e. abſtinere, &c. *Cic. Caſar*, *Terent.* ¶ Item continere ſpiritum, *Cicer. in Brut.* Continere alvum, h. e. aſtringere, *Plin. l.* 14. *c.* 6. ¶ Continere aliquid, h. e. ſervare, nec aliis communicare. *Cic. l.* 1. *de Orat.* Si petimus ab Antonio, ut ea quæ continet, neque adhuc protulit, enunciet, &c. ¶ Eſt etiam Magiſtrorum proprium, qui adoleſcentes exercent. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 19. Ut vero ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant, exercitatione conſequere, in qua quidem nos te continuimus. ¶ Denique ſignificat continuare, connectere. *Cic. pro Arch.* Et quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. *Id.* 6. *Verr.* Inſula mari disjuncta anguſto ponte rurſum adjungitur, & continetur.

Contingit, ebat, imperſ. 3. *accadere*, *ſuccedere*, *συμβαίνει*, accidit, evenit. *Cic.* 5. *Tuſc.* Quod non modo ſingulis hominibus, ſed potentibus populis contigit. *Id. in Phil.* Utinam Cæſari contigiſſet adoleſcenti, ut eſſet Senatui chariſſimus.

Contingo, is, igi, actum, *toccare*, idem ac tango. *Cic. de nat. Deor.* Atque etiam aliorum ea eſt humilitas, ut cibum terreſtrem roſtris facile contingant. *Id. pro L. Manil.* Nam cum antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem. ¶ Et pro affinem eſſe. *Suet. Galb. cap.* 2. Nullo gradu contingens Cæſarum domum. ¶ Item pro conſuetudine proximum eſſe. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. Deos quoniam propius contingis. ¶ Pro aſpergere. *Colum.* 7. 8. Contingere aliquid ſale. *Lucr.* 4. 12. Pocula circum mellis liquore contingere. ¶ *Si quid mihi contigerit*, formula erat, qua *δυσφημίας* cauſa utebantur ſignificantes, *ſi mortuus fuero*. *Briſſon. de Formul.* ¶ *Contingo*, *is*, *a tingo* probant quidam exemplis *Virgilii*, & *Lucretii*, quæ ad *contingo a tango* commode referri poſſunt.

Continuatio, f. 3. *continuazione*, *συνέχεια*, connexio, perpetuitas. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Eſt enim admirabilis quædam continuatio, ſeriesque rerum. ¶ Item periodus. *Cicer. in Orat.* Quem Græci *περίοδον*, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus. ¶ Item Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l.* 4. Continuatio eſt denſa, & continens frequentatio verborum cum abſolutione ſententiarum.

Continuatus, a, um, adject. *continuato*, non intermiſſus, vel non interciſus, ut continuata tria ſidera, quæ ſc. ſe quaſi contingunt, nullo alio interpoſito. *Ovid. Faſt.* 2. *v.* 243. Et continuatiſſimæ curæ, *Sidon. l.* 8. *ep.* 3.

Continue, adverb. aſſidue, *continuamente*. *Varr. lib.* 4. *L. L.* Inter ſtillicidia, & flumine hoc intereſt, quod ſtillicidium, eo quod ſtillatim cadat, flumen, quod fluit continue.

Continuitas, atis, f. 3. continuatio. *Plin. l.* 8. *c.* 30. Collum, & juba continuitate ſpinæ porrigitur. *h. e.* ſpina non definente.

Continuo, as, avi, atum, a. 1. *continuare*, [Hebrew], Germ. *wehren*, *thauren*, Gall. *continuer*, Hiſp. *continuar*, *συνέχω*, eſt continuum reddere, conjungere, proferre, extendere. *Cic. in Rul.* Coemant præterea, iſta dene jugera continuabunt. *Id.* 1. *de nat. Deor.* 20. Cohæreſcunt inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur. *Id. pro Flacco*, Quæ libertas uſque ad hoc tempus Imperio, rerum geſtarum gloria continuata permanſit. *Caſ.* 1. *B. C.* Diem, & noctem opus continuabant. ¶ Paſſive pro finitimum eſſe. *Tac. Germ. c.* 45. Suionibus Sitonum gentes continuantur.

Continuo, idem ac ſtatim, *ſubito*, a continuus. *Cic. ad Att.* Quicquid egero, continuo ſcies. ¶ Ponitur etiam pro ideo. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 33. Non continuo, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius.

Continuus, a, um, o. t. 2. *continuo*, *ſenza intervallo*, [Hebrew], Ger. *ſtetig*, Gall. *continuel*, Hiſp. *continuo*, *διηνεκής*, quod eſt ſine intervallo, continens, perenne, aſſiduum. Differt a *contiguo*, quia *continuum* eſt, quod communi termino continetur, *contiguum*, quod terminum habet proprium, ſed inter quem, & alienum nihil intermedium ſit. *Cic. in Fam.* Continuis itineribus ad Forum Voconium veni. *Id. in Ver.* 5. *c.* 36. Tot dies continuos quid egiſti?

Contiro, onis, m. 3. ſimul tiro, ut commilito ſimul miles. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 8. *n.* 19.

Contogatus, a, um, ſocius in toga. *Ammian. ep.* 2. A Maximino dilectus, ut ſodalis, contogatus.

Contollo, is, ſemel legitur apud *Plaut. Aulul.* 5. 1. 6. Contollam gradum. h. e. conferam.

Contonat, abat, uit, neut. imperſ. 1. idem quod tonat, aut valde tonat. *Plaut. Amph.* 5. 1. 42. Ibi continuo contonat ſonitu maximo.

Contor, aris, d. 1. *ſcandagliare*, *inveſtigare*, *πυνθάνομαι*, eſt contus explorare, & tranſlate inquirere in genere. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 10. Cumque ex eo de me contaretur. Alii leg. percontaretur. *Gravius* priorem lectionem retinet.

Contorqueo, es, ſi, tum, a. 2. *torcere*, idem ac torqueo. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* Quas ſententias colligit? quæ verba contorquet? ¶ Hinc eſt celeri gyro rotare, ſeu movere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Non eſt ætheris ea natura, ut vi ſua ſtellas complexa contorqueat. ¶ Contorquere animum in alium curſum, *Cic.* 1. *de Div.* Contorquere aliquem tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam. *Id.* 2. *de Orat.*

Contorreo, es, ui, ortum, ere, idem quod torreo, *abbruciare*, *συγκαίω*. *Ammian. l.* 18. *c.* 7. Ignis pubentes herbas contorruit.

Contorſio, V. Contortio.

Contorte, *tortamente*, Germ. *gekrümmt*, Gall. *tortuement*, Hiſp. *tuertamente*, *συνεστραμμένως*, oblique, obſcure. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 9. Ne quid perturbate, ac quid contorte dicatur. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 10. Hæc dicuntur a Stoicis, concluduntúrque contortius: ſed latius aliquando dicenda ſunt, & diffuſius.

Contortio, onis, f. 3. *torcimento*, *inviluppamento*, *συστροφή*, flexio, obſcuritas. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 19. Contortione dexteræ gladios ad corpus afferri videtur. *Cic. de Fato*, *c.* 8. Majus enim eſt has contortiones orationis, quam ſignorum ortus obitúſque perdiſcere. Alii leg. *contorſiones*.

Contortiplicatus, a, um, adject. contortuplicatus, involutus, *intricato*, *inviluppato*. *Plaut. Perſ.* 4. 6. 26. Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina Contortiplicata habemus. h. e. ex multis vocibus compoſita, adeoque involuta, ut efferri vix poſſint, qualia ſunt, quæ ibidem *Plaut.* refert. Alii leg. *contortuplicatus*.

Contortor, oris, m. 3. qui contorquet, & implicat, ut contortor legum, apud *Ter. Phorm.* 2. 3. 27. qui ſcilicet leges iniqua interpretatione traducit, metaphorice.

Contortulus, a, um, dim. a Contortus, ut Contortula, ac minutula concluſiuncula, *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 18.

Contortus, a, um, o. t. 2. *torto*, *συνεστραμμένος*, idem ac tortus, vel tortuoſus. *Sen. c.* 16. *de conſ. ad Marc.* Si contortus turbo perfregit arbores. ¶ Tranſlate dicitur de rebus perplexis, & perturbatis, & ſibi ipſis minime cohærentibus, *inviluppate*. *Cic.* 1. *de Orat.* Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſario perdiſcimus.

Contra, *contra*, [Hebrew], Germ. *gegen*, *wider*, Gall. *contre*, Hiſp. *contra*, *ἀντί*, *κατά*, adverſum, adverſus, præpoſ. quæ accuſativo inſervit. *Cic. in Fam.* Scio, me a te contra iniquos meos ſolere defendi. ¶ Significat etiam e regione, ex adverſo, ex oppoſito, *in faccia*, *dirimpetto*, & hoc tam cum caſu, quam ſine caſu. *Virg.* 1. *Æn.* Italiam contra, Tyberinaque longe oſtia. *Juven. Sat.* 2. Stat contra, ſtarique jubet. Adhibetur etiam ad ſignificandam aſcenſionem. *Plin.* 7. 20. Centenaria pondera ferre contra ſcalas. *ſu per le ſcale*. ¶ Aliquando ſuo caſui postponitur. *Cic. in Orat. c.* 10. Ut eos ipſos, quos contra ſtatuas, placabiles dimittas. ¶ Sæpe adverbium eſt, ſine caſu, & ponitur pro e contrario, *per lo contrario*. *Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 4. Tibi beati videmur, at contra tu nobis beatus. *Vellej.* 2. 58. 3. Cæſar Brutum non obligaverat, contra offenderat Caſſium. ¶ Quidam hoc in ſenſu adhibere ſolent *econtra*, quæ vox minus latina eſt. Exempla enim *Taciti*, & aliorum, quibus confirmari ſolet, dubia ſunt, & a viris doctiſſimis rejecta. ¶ Dicimus etiam *contra ea*, pro contra. *Nepos in præfat.* Contra ea pleraque noſtris moribus ſunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Sic *Liv. l.* 2. *c.* 60. *Caſ. l.* 4. *B. C. c.* 74. ¶ Ponitur & pro viciſſim, *vicendevolmente*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 23. Quæ me amat, quam contra amo. ¶ Eleganter jungitur particulis *ac*, *atque*, *quam*, pro *aliter ac*. *Cic. in Piſ. cap.* 8. Contra quam ipſe cenſuiſſet. *Id.* 2. *Divin. c.* 24. Vides, omnia certe contra ac dicta ſunt, eveniſſe. ¶ Abſoluta *Seneca epiſt.* 7. Contra eſt. h. e. contrarium evenit. Sic *Cic.* 1. *Off. c.* 15. Contra fit a pleriſque. ¶ Apud *Plaut. Epid.* 3. 3. 30. Non carus eſt auro contra. Ad quem locum *Turneb. l.* 30. *Adv. c.* 29. Illud *contra* valere mihi videtur, ſi contra appendatur, vel, pari pondere auri carus non eſſet. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 2. Ubi poma veneunt contra aurum. h. e. magno pretio. Ital. diceremus, *a peſo d' oro*, ducta metaphora a lance, in qua appenditur æs: nam quod præponderat, id contra eſſe, *ἀντίσηκον*, dicebant Veteres. Inde æs contrarium vocabant, æs grave, auctore *Feſto*. ¶ Sed locus *Varronis* dubius eſt. V. *Scalig. ibi*.

Contracte, adverb. ſtricte, breviter, *in riſtretto*. *Sen. de Tranquil. cap.* 9. Aſſueſcamus habitare contractius. Adde *Lactant.* 2. 8. 39. 7. 21. 2.

Contractio, f. 3. reſtrictio, brevitas, *contrazione*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Digitorum enim contractio facilis, faciliſque porrectio propter molles commiſſuras, & artus nullo in motu laborat. Sic contractio frontis, *l' increſpare la fronte*. *Id. pro Sext. c.* 8.

Contractiuncula, f. 1. dimin. a contractio. *Cic.* 3. *Tuſc. c. ult.* Morſus tamen, & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contracto, V. Contrecto.

Contractura, æ, f. 1. idem ac contractio, *riſtringimento*. *Vitruv. l.* 5. *c.* 1. Nulla non arbor craſſior eſt ab radicibus, deinde naturali contractura peræquata naſcens ad cacumen. Adde *l.* 3. *c.* 2.

Contractus, us, m. 4. *contratto*, *συνάλλαγμα*, apud JCtos eſt, cum negotium inter duos, pluréſque data opera geritur, ut vel uterque invicem, vel alteruter alteri obligetur, ut venditio, emptio, locatio, &c. *Serv. Sulpic. apud Gel. l.* 4. *c.* 4. Is contractus dicebatur ſponſalia. ¶ Sumitur etiam pro contractione ſeu reſtrictione, ut *contractus acinorum*, apud *Varr. R. R. l.* 1. *c. penult.* h. e. cum ſiccati acini uvæ contrahuntur, & rugoſi fiunt.

Contractus, a, um, o. t. 2. reſtrictus, brevis, *riſtretto*. *Cic. in Bruto*, In Dialectica exercebar, quæ quaſi contracta, & aſtricta Eloquentia putanda eſt. *Id. Præfat. ad Parad.* Accipies igitur hoc parvum opuſculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. ¶ Apud *Horat. l.* 1. *epiſt.* 7. *v.* 12. Contractus ponitur pro parco, frugali, ſobrio.

Contradicibilis, e, adject. cui contradici poteſt. *Tertul. de carne Chriſti*, *c.* 23. Signum contradicibile.

Contradico, n. 3. *contraddire*, [Hebrew], Ger. *wider ſprechen*, Gall. *contredire*, Hiſp. *contradezir*, *ἀντιλέγω*, refragor. *Cic.* 2. *Acad.* Ne majorem largiar ei, qui contradicturus eſt, libertatem, & licentiam. *Id. l.* 1. *Att. epiſt.* 17. Contradixerat Metellus.

Contradictio, onis, f. 3. *contraddizione*, *ἀντιλογία*, ſermo contrarius. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Reſpondere, occurrere contradictionibus. *Tac. An.* 14. *c.* 43. Aliquid crebris contradictionibus deſtruere.

Contradictor, oris, m. 3. qui contradicit, *contraddittore*. *Ammian. l.* 31. *c.* 40. Contradictoris copia ſervata.

Contradictus, a, um, adject. *contraddetto*, ut contradictum judicium, *Ulp. JCtus*. ¶ Subſtant. contradictum, i, n. 2. contradictio, ut contradicta diſſolvere, *Quintil. l.* 4.

Contrado, is, didi, itum, ut contradere fidem dictis. h. e. efficere, præſtare. *Lucret. l.* 1. *v.* 400. Multaque præterea tibi poſſum commemorando Argumenta, fidem dictis contradere noſtris. Alii leg. *Conradere*, h. e. undique colligere, *συλλέγειν*. Ita *Lambin.*

Contraeo, is, ivi, itum, n. 4. *opporſi*, *ἀντιχωρεῖν*, eo contra aliquem, h. e. adverſor, cum dativo. Verbum eſt exigui uſus, & fere in infimo. *Tacit.* 14. *Annal. cap.* 45. Sententiæ Caſſii nemo unus contraire auſus eſt. *Arnob. in suo lib.* 1. Contraire invidiæ.

Contraho, is, axi, actum, a. 3. *reſtringere*, [Hebrew], Germ. *bezwingen*, Gal. *eſtraindre*, Hiſ. *reſtrenir*, *a reſtrenir*, *συστέλλω*, *συνάγω*, proprie eſt in anguſtum adducere, a *cum* & *traho*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Partes eæ, quæ ſunt infra id quod devoratur, dilatantur, quæ autem ſupra, contrahuntur. *Celſ.* 4. 19. Alvus contrahitur. *h. e.* adſtringitur. ¶ Tranſlate eſt colligere, & in unum congregare, acquirere, *radunare*, *congregare*, *acquiſtare*. *Cic. Att. l.* 8. Vos hortor, ut, quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. *Liv. de bel. Pun.* Contrahere auxilia. *Plin. epiſt.* 311. Contrahere pecuniam. ¶ Item conciliare. *Cic. de Amic.* Cum autem

autem contrahit virtus amicitiam. *Auct. ad Her. l. 1.* A noſtra perſona benevolentiam contrahemus. ¶ Item accipere, *contrarre*. *Cic. 4. Fin.* Si in maximis lucris parum aliquid damni contraxeris. *Id. 2. Fam.* Ab iis moleſtiis, quas liberalitate ſua contraxerat. Sic Contrahere malum, offenſionem, odium, invidiam, æs alienum. *Cic. ad Q. Frat. lib. 1.* Nullum æs alienum novum contrahi civitatibus. ¶ Item criſpare. *Plaut. Amph.* Quid? contraxiſti frontem? ¶ Item patrare, *commettere*. *Cic. ad Q. Frat.* Ea moleſtiſſime homines ferre debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt. ¶ Item paciſci, tranſigere, *contrattare*, *far contratto*. *Cic. 3. Off.* Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. ¶ Contrahere vela, *ammainar le vele*. *Horat. l. 2. od. 10.* Sapienter idem contrahes vento nimium ſecundo turgida vela. ¶ Contrahere, & ſedare appetitus, *Cic. init. Off.* *affrenarſi*. ¶ Pro mereri, *tirarſi addoſſo*. *Velle*i. 2. 45. 2. Hoc ſibi contraxiſſe Cicero videtur, quod noluit, &c. ¶ Contrahere animum. h. e. triſtitia affici. *Cicer. ad Q. Frat. l. 1. ep. 1.* ¶ Contrahi amicorum incommodis, eodem ſenſu, *Id. de Amic.*

Contradīcor, eris, d. 2. *mettere all' incanto contra alcuno*, ex adverſo liceor. *Caſ. 1. B. G. c. 18.* Propterea, quod illo licente contraliceri audeat nemo. Legitur tamen in optimis Codic. *contra liceri*, diviſum.

Contrapōno, is, a. 3. *contrapporre*. *Quintil. 9. 3.* Non ſemper quod adverſum eſt contraponitur. *Tertull. ad Martyr. c. 4.* Contreponere ſibi aliquid.

Contrapoſĭtum, i, n. *contrapposto*, figura rhetorum, qua unum membrum, vel una vox alteri opponitur, *ἀντίθετον*. *Quintil. 9. 4.* In concionibus etiam cadentia quædam, & contrapoſita deprehendas.

Contrarĭe, adverb. *al contrario*, *ἐναντίως*. *Cic. 1. de Orat. c. 31.* In quo aut ambigue quid ſit ſcriptum, aut contrarie.

Contrarĭĕtas, atis, f. 3. *contrarietà*, oppoſitio. *Macrob. l. 2. Som. Scip. c. 15.* Nunquam ex duplicatis ſimilibus contrarietas emergit.

Contrarĭo, adverb. idem quod contrarie. *Nepos Eumen. c. 1. n. 5.* At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur. *Vitruv. l. 8. c. 1.* Campeſtribus locis contrario non poſſunt haberi copiæ.

Contrarĭus, a, 1. 2. *contrario*, Ger. *widerig*, Gall. *contraire*, Hiſp. *contrario*, *ἐναντίος*, adverſus, repugnans, cum dat. *Cic. 1. Off.* Ut nihil magis officio poſſit eſſe contrarium. ¶ Vel cum genit. *Cic. 4. Fin.* Ne vitia quidem igitur creſcere poterunt, quæ ſunt virtutum contraria. ¶ Vel cum accuſ. & inter. *Cic. 2. de Repub.* Cum contraria inter ſe de Republ. capita contuliſſet. ¶ Vel cum particulis *ac*, *atque*. *Cicer. in Somn.* Qui verſantur retro contrario motu, atque Cœlum. *Id. Ver. 3. c. 46.* Decernit contrarium, ac paulo ante decreverat. ¶ Diſceptare in contrarias partes de re aliqua, *Cic. 1. de Orat.* ¶ E contraria parte, pro contra, *Auct. ad Heren. l. 1. c. 3.*

Contraſcrīptor, oris, qui contra ſcribit. *Inſcript.* apud *Gent.* 589. 10.

Contraſcrīptum, n. 2. *ſcritture in contrario*. *Cic. l. 16. ad Att. ep. 7.* Antonii edictum legi e Bruto, & horum contraſcriptum.

Contravenĭo, n. 4. adverſor, obſiſto, ex adverſo accurro. *Caſ. 6. B. G. c. 29.* Ut ſi qua ex parte contraveniretur. ¶ Si disjungatur, ſignificat e contrario venio, *Cic. 1. Tuſc. c. 23.* Ne in mentem mihi aliquid contra veniret.

Contraverſum, adverb. idem quod contra, vel contra vero, *al contrario*. *Solin. c. 15. de Thracibus.* Recentem natum fletu parens excipit: contraverſum læta ſunt funera.

Contraverſus, a, um, adject. *volto all' incontro*, *poſto a dirimpetto*, contra verſus. *Solin. c. 27.* Africa promontorio Apollinis Sardiniæ contraverſa. Et *c. 32. de Nilo*: Quanto impenſius contreverſi ſpiritus repugnarint, tanto excelſius ſublimari, &c. Ita legit *Salm.* Vulgo leg. *controverſ.*

Contrebĭa, urbs Hiſpan. victoria Metelli memorabilis. *Flor. lib. 2. cap. 17. Vellei. 2. 5. 2.*

Contrectābĭlis, le, adject. qui contrectari, & tangi poteſt. *Lactant. 2. 8.* Solidum, & contrectabile corpus. *Prudent. Apotheoſ. v. 963.* Nil contrectabile habeto. Adde *Tertull. de Anima, c. 57.*

Contrectābĭlĭter, adverb. *ſenſibelmente*. *Lucr. l. 4. v. 664.* Læviſſima corpore debent contrectabiliter caulas intrare palati.

Contrectātĭo, f. 3. *maneggiamento*, *ψηλάφησις*. *Cicer. 1. de nat. Deor. c. 27.* Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Contrectātus, a, um, adject. *maneggiato*. *Horat. l. 1. ep. 20. v. 11.* Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi Cœperis.

Contrecto, a. 1. idem ac tracto, ideſt, manu verſo, frequenter tango, *maneggiare*. *Colum. l. 12. c. 4.* Ne contrectentur pocula. *Cic. 3. Tuſc. c. 15.* Contrectare menta. ¶ Contrectare alienas uxores, apud *Sueton. Domit. c. 1.* pro corrumpere, ſtuprare. ¶ Apud *Senec. de Conſtant. Sapient. c. 13.* legitur & *contractare*, in aliquibus Cod.

Contremĭſco, is, mui, idem ac contremo, paveo. *Cic. 1. de Orat.* Et tota mente, atque omnibus artubus contremiſcam. ¶ Reperitur etiam cum accuſ. *Sen. ep. 66.* Non contremiſcamus injurias. ¶ Tranſlate *Cicer. pro Sext.* Cujus in mea cauſa nunquam fides contremuit.

Contrĕmo, is, mui, idem ac tremo, *tremare*. *Cic. 3. de Orat.* Cœlum tonitru contremit.

Contremŭlus, a, um, idem quod tremulus. *Varr.* apud *Non.* 4. 318. Luna contremula.

Contrĭbulatĭo, onis, f. 3. *tribulazione*, *moleſtia*. *Tertull. adv. Jud. cap. 13.* Vos contribulatione ſpiritus ululabitis.

Contrĭbulatus, a, um, moleſtiis affectus, *afflitto*. *Tertul. adv. Jud. c. 5.* Cor contribulatum hoſtia eſt Dei.

Contrĭbūlis, is, qui ejuſdem eſt tribus. *Sidon. lib. 8. epiſt. 13.* Commendo Promotum gerulum literarum, noſtrum nuper effectum veſtris orationibus contribulem.

Contrĭbŭo, is, ui, utum, a. 3. *dar inſieme*, *contribuire*, Germ. *zugeben*, Gall. *contribuer*, Hiſp. *contribuir*, *συμφέρειν*, ſimul tribuo, & confero. *Cic. 14. Phil.* Urbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, ſolvere jubeant. ¶ Contribuere ſe alicui. h. e. in ejus fidem, & ſocietatem ſe dare. *Liv. l. 38. 3.* ¶ Contribui pro accenſeri. V. *Contributus*.

Contrĭbūtĭo, f. 3. *contribuzione*, *συνεισφορά*. *Paulus JCtus l. 1. ff. ad L. Rhodiam, de jactu*, Omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt.

Contrĭbūtus, a, um, adject. ex particip. a contribuo, attributus, diſtributus, *attribuita*, *diſtribuito*. *Plin. l. 32. c. 4. ad fin.* Contributa habere vitia remedia. ¶ Contributi item dicuntur, qui in diverſis oppidis, vel urbibus degentes unam civitatem conſtituunt, quaſi idem tributum conferentes. Sic *Caſ. l. 1. B. C. c. 60.* Calaguritanos, & Oſcenſes Contributos appellat. *Plinius* etiam *l. 3. c. 3.* In eam coloniam contribuuntur Icoſitani. h. e. includuntur, ſeu accenſentur.

Contriſtātĭo, onis, f. 3. moleſtia, mœror. *Tertull. lib. 2. adv. Marc. c. 12.* Sine ulla contriſtatione.

Contriſtātus, a, um, *malinconico*, triſtis. *Plin. 35. 17.* Exhilarare contriſtatos. *Colum. 9. 14.* Apes inopia contriſtatæ velut deſperatione rerum profugiunt.

Contriſto, as, avi, atum, a. 1. *contriſtare*, *κατηφεῖν*, triſtem efficio. *Cal. Cic. lib. 8. Famil. epiſt. 9.* Contriſtavit hæc ſententia Balbum. *Horat. lib. 3. Sat. 1. verſ. 36.* Inverſum contriſtat aquarius annum. *Senec. epiſt. 85.* Prudens non perturbatur, nec contriſtatur, nec timet.

Contrītĭo, f. 3. comminutio, fractio, a contero. *Lactant. l. 7. c. 17.* Erit preſſura, & contritio. ¶ Item dolor. *Quint. decl. 15. cap. 10.* Spem gaudia parant, adverſa contritionem.

Contrītor, m. 3. qui conterit. *Plaut. Perſ. 3. 3. 14.* Contritor compedum.

Contrītus, a. 1. 2. *ſpezzato*, *fatto in polvere*, *συντριβείς*, partic. e conteror. *Plin. l. 20. c. 13.* Datur & dyſentericis cum caſeo in vino contrita. ¶ Tranſlate ſumitur pro uſitato. *Cicer. 2. Fin.* Verum eſt hoc vetuſtate contritum proverbium.

Contrōverſĭa, f. 1. *litigia*, *conteſa*, ריב, Germ. *zanck*, Gall. *controverſe*, *differend*, Hiſp. *controverſie*, *pendencia*, *ἀμφισβήτημα*, certarum perſonarum de re propria contentio, lis, diſceptatio. *Cicer. Cælio*, Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controverſiam eum hodie habiturum. ¶ Sine controverſia, *ſenza dubbio*, *ἀναντιλέκτως*. *Cicer. 3. Off.* Qui ſine controverſia de Officiis accuratiſſime diſputavit. ¶ Eſt etiam declamationis genus duplex, Suaſorium, & Judiciale, cujuſmodi ſunt Senecæ Controverſiæ.

Contrōverſĭālis, le, adject. ad controverſiam partinens, ut controverſialis materia, apud *Sidon. l. 8. ep. 11.* Adde *l. 7. ep. 9.*

Contrōverſim, adv. per controverſiam, cum controverſia. *Apul. Apol.* 5.

Contrōverſĭŏla, læ, f. levis controverſia. Enumeratur a *Diomed. l. 1. pag. 313. Putſch.* inter Latina diminutiva. *Hieron. l. 1. in Ruf. c. ult.* Controverſiolam declamare.

Contrōverſĭōſus, a. 1. 2. litigioſus. *Liv. l. 3. c. ult.* Ut controverſioſam adjudicaret rem. Vetus *Sigonii* liber habet, *controverſam*.

Contrōverſor, aris, d. 1. *contendere*, *litigare*, ריב, Germ. *zancken*, Gall. *controverſer*, Hiſp. *queſtionar*, *ἀμφισβητεῖν*, contendo, diſcepto, litigo, ex contra, & verſor. *Cic. in Protag. apud Priſc. l. 8.* A vobis poſtulo, ut inter vos de hujuſmodi non controverſemini. *Sidon. l. 4. princ.* Qui naſcuntur ex fratribus, nihil invicem controverſantur.

Contrōverſus, a, um, v. 1. 2. *litigioſo*, *dubbioſo*, Germ. *haderhafftlich*, Gall. *controverſé*, Hiſp. *queſtionado*, *contencioſo* *ἀμφισβητήσιμος*, quod eſt in controverſia, litigioſum, ambiguum. *Cic. de Divin. l. 2. cap. 50.* Sed iſti ſumunt pro certo, quod dubium, controverſumque eſt. *Id. de Leg. l. 1. c. 20.* Res controverſa, & plena diſſenſionis inter doctos. ¶ Controverſus etiam dicitur, qui contra, ſeu ex adverſo poſitus eſt. *Ammian. l. 14. c. 5.* Littoribus Cypriis contigui navigabant, quæ ſunt Iſauriæ ſcopulis controverſa. Videtur tamen legendum *contraverſa*. Sic enim duos ſimiles *Solini* locos corrigit *Salmaſ.* V. *Contraverſus*.

Contrŭcīdātus, a, um, adject. confoſſus, *trucidato*. *Cic. pro Sext. c. 20.* A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato, ſe abjecit exanimatus. *Sen. l. 1. de Ira, cap. 2.* Plebem immiſſo milite contrucidatum.

Contrŭcīdo, as, avi, atum, idem ac trucido, *trucidare*, crudeliter neco, vulneribus confodio, *συγκατακόπτω*. *Suet. Calig. c. 28.* Miſſis, qui univerſos contrucidarent.

Contrūdo, is, uſi, uſum, *cacciar dentro*, idem ac trudo, vel ſimul trudo. *Cic. 5. Ver. c. 27.* Quod eodem cæteros piratas contrudi imperarat.

Contrunco, as, avi, atum, idem quod trunco, *troncare*, *tagliare*. *Lamprid. in Alex. c. 61.* Inermes, & obſiſtentes contruncaverunt. h. e. occiderunt. *Plaut. Stich. 4. 1. 48.* Quod edant addas, meum ne contruncent cibum. h. e. detrahant, imminuant.

Contrūſus, a, um, adject. ſimul truſus, ſeu coactus. *Lucret. l. 6. v. 734.* Contruſæ nubes. Et *v. 1251.* Contruſa corpora.

Contŭbernālis, comm. 3. *camerata*, qui eodem contubernio utitur, ſodalis. *Feſtus*: Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiebant ex tabulis, &c. Sic *Cic. pro Leg. c. 7.* Domi uno eruditi, militiæ contubernales. *Curt. l. 6. c. 2.* Totis caſtris tumultus contubernales ſuos requirentium. ¶ Hinc contubernalis ſumitur ſæpe pro domeſtico, & familiari, qui ſimul cohabitat. *Cic. l. 9. Famil. epiſt. 20.* Doleo venire me non potuiſſe: habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. *Id. in Brut. c. 27.* Se illi contubernalem in Conſulatu fuiſſe. *Plin. l. 36. c. 12.* Æſopi conſerva quondam, & contubernalis hæc fuit. ¶ Ex more, & diſciplina Roman. inter comites Prætorum, aut Imperatorum erant Senatorum filii, qui apud eos tyrocinium militiæ agentes, contubernales dicebantur. *Cic. pro Cæl. c. 10. Lipſ. de milit. Rom. dial. 5. c. 2.*

Contŭbernĭum, n. 2. *alloggiamento*, משכן, Ger. *geſellſchafft*, Gal. *tente*, *pavillon*, Hiſp. *tendejon*, *pavillon*, *σκήνωμα*, *συσκηνία*, tabernaculum, & metonymice ſodalitas decem militum ſub uno degentium papilione, quibus qui præerat, decanus papilio, & caput contubernii dicebatur, a tabernis, quæ fiebant e tabulis, unde & tabernacula vocabantur. *Veget. l. 2. c. 13.* *Caſ. 3. B. C.* Depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant. ¶ Tranſlate ſumitur pro quavis ſodalitate, & convictu. *Cic. 7. Verr.* Ubi illud contubernium muliebris militiæ, in illo delicatiſſimo litore. ¶ Denique & ſervorum conjugium *contubernium* dicitur, cum jure Rom. inter eos legitimæ nuptiæ contrahi non poſſent, ac tale connubium cohabitatio potius, quam matrimonium eſſet. *Curt. l. 5. c. 5.* Si quos contubernii, liberorumque, quos ſervitus coegiſſet agnoſcere, amor detineret. V. *lib. 5. Cod. de inceſt. l. 23. Cod. ad leg. Jul. de adult. & l. 14. Dig. de rit. nupt.* ¶ Contubernium etiam dicitur cohabitatio concubinorum. *Sueton. Veſpaſ. c. 3.* Poſt uxoris exceſſum, Cænidem Antoniæ libertam revocavit in contubernium.

Contŭens, entis, adject. 3. aſpiciens. *Plin. l. 29. c. 6.* Contuentium viſum exacuit.

Contŭĕor, eris, itus ſum, *mirare*, idem ac tuem, ſive aſpicio. *Cic. 1. Tuſc. c. 20.* Cum totam terram contueri licebit. ¶ *Lucret. l. 4. v. 18.* In ſomnis cum ſæpe figuras Contuimur miras, *ἀρχαϊκῶς*, pro *contuemur*; vel potius a *contuor*; quod vide.

Contŭĭtus, us, m. 4. aſpectus, *occhiata*. *Cic. pro Sext. c. 54.* Veſter iſte in me animorum, oculorumque contuitus.

Contŭmācĭa, f. 1. *contumacia*, מרדה, Germ. *trotzigkeit*, Gall. *contumace*, Hiſp. *contumacia*, *αὐθάδεια*, *ἀπείθεια*, eſt ſuperbia, inſolens cordis elatio, qua cedere aliis, honoremque habere detrectamus, contemptu quodam & ferocia animi: unde & ferocitatem & contumaciam conjungit *Suet. Vitell. c. 12.* & *Tacit. 4. Ann. c. 20.* obſequio oppoſuit: Eſtque tam in dictis quam in factis. *Liv. l. 2.* Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat. *Cic. in Piſon.* Torquatus furebat contumacia reſponſi mei. ¶ *Id. Cicer.* contumaciam vocat, quod Socrates neque patronum quæſierit ad capitale judicium, neque judicibus ſupplicarit: ſc. in bonam partem. *l. 1. Tuſc. c. 29.*

Contŭmācĭter, adv. *αὐθάδως*, ſuperbe. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Ad me, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, & arroganter ſolet ſcribere. *Nepos in Cimone, c. 2. n. 3.* Contumacius ſe gerere. ¶ De lentore, ſeu tenacitate cujuſdam ligni, *Plin. l. 16. c. 40.* Claudit ſuum vulnus, & ob id contumacius tranſmittit ferrum.

Contŭmax, a. 4. *contumace*, *diſubbidiente*, *oſtinato*, מרוד, Ger. *trotzig*, Gal. *contumace*, *oſtiné*, Hiſp. *contumaz*, *αὐθάδης*, ſuperbus, pertinax, propoſiti tenax, e *contemno*, vel a *contumeo*. *Cic. Att. l. 15. ep. 25.* Satam nefarium cognovi hominem, præterea in me contumacem. *Colum. l. 6. c. 2.*

Boves

Digitized by Google

Boves contumaces. *Sen. Thyeſt.* Populus contumax regibus ſuis. *Plin. l. 16. cap.* 10. Contumax emori. ¶ A Juriſconſultis contumax dicitur, qui tribus propoſitis edictis, vel uno pro tribus, quod vulgo peremptoriam appellatur, Judiciſque litteris evocatus, præſentiam ſui facere contemnit. *l. 53. Dig. de re jud.* ¶ Sumitur etiam in bonam partem pro conſtanti. *Tac. l. 1. hiſt. c. 3.* Contumax etiam adverſus tormenta ſervorum fides. *Martial. l. 9. epigr.* 1c. ſyllabam contumacem eam vocat, quæ verſu claudi non poteſt. ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Cic. Ver. 2. c. ult.* Quis contumacior, quis inhumanior? *Senec. epiſt.* 83. Ebrietas contumaciſſimos in alienum cogit arbitrium.

Contumelia, f. 1. *ingiuria, villania di parole*, חרפה, Ger. *hohn, ſchmach*, Gall. *contumelie*, Hiſp. *contumelia*, ὕβρις, convicium, vel injuria verborum, a *contemnendo*, quaſi contemnelia. *Cic. Ver.* 5. Non modo per injuriam, ſed etiam per contumeliam tantum accipere frumenti &c. *Pacuv.* apud *Non.* Patior facile injuriam, ſi vacua eſt contumelia. ¶ Dicitur tamen contumelia etiam de factis, ſi ad contemptum, atque irriſionem pertinent. *Ter. Heaut.* 3. 3. 5. Iſthæc quidem contumelia eſt, hominem amicum recipere *ad* te, atque ejus amicam ſubagitare. Hinc non ſolum *dicere*, ſed & *facere contumeliam*, dicimus. *Id. Eun.* 3. 3. 26. Si ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Adde *Plaut. Aſin.* 2. 4. 82. ¶ *Caſ. l. 3. B. Gall. cap.* 13. Naves totæ factæ ex robore, *ad* quamvis vim, & contumeliam perferendam. *h. e.* ictum. ¶ Facere contumeliam, pro pati, quo modo dicimus, facere jacturam, dixit Antonius triumvir: quam phraſim perſtringit *Cic. Philip. 3. cap.* 9. *Quintil. l. 9. c. 3. Muret. l. 6. var. lect. c.* 18. Nec audiendi qui putant, haberi in has ſenſu laſinorum ſcriptorum exempla.

Contumelioſe, *villanamente*. *Cic. 2. de Or.* Dimitto autem eos non tam contumelioſe, quam Philoſophum illum Annibal. *Liv. l. 32. cap.* 37. Philippum non contumelioſius quam verius compedes Græciæ appellare. *Cic. in Vatin.* c. 12. Cum ei tu contumelioſiſſime toties maledicas.

Contumelioſus, o. 1. a. *ingiurioſo*, מחרף, Germ. *ſchmachlich*, Gal. *contumelieux*, Hiſp. *contumelioſo*, ὑβριστής, qui contumeliam inferre ſolet. *Cicer. Phil.* 3. At quam contumelioſus in edictis, quam barbarus! *Quintil. l. 2. c. 12. ſub fin.* Verbum contumelioſiſſimum.

Contumia, æ, f. deriſio, contumelia. *Martian. Capell. l. 4. ad fin.* Bromius conciperet contumias noſſe dolore.

Contumulo, as, avi, atum, a. 1. idem ac tumulo, *ſeppellire*, θάπτω. *Ovid. 3. Triſt. el. 3. v.* 33. Ut ſaltem patria contumularer humo. *Plin. lib.* 10. *c.* 33. Perdices ovis ſtragulum molle pulvere contumulant. h. e. coacervant.

Contundo, is, udi, uſum, a. 3. idem quod tundo, *peſtare*, συγκόπτω, ut contundere ferreis pilis, *Colum. l. 7. c.* 7. Et contundi cæſtibus, ideſt comminui, *Cic. Tuſc. c. c.* 17. Et grando contuderit vites, *Horat. l. 1. ep.* 8. *v.* 4. ¶ Sumitur etiam pro affligere, opprimere, conficere. *Id. l. 2. ep. 1. v. 10. de Hercule*: Diram qui contudit Hydram. *Ennius apud Priſc.* Bello aliquem contundere. Sic animum, & audaciam alicujus contundere. *Cic. Att.* 12. *ep.* 44. & *Philipp* 13. *cap.* 13. Contundere facta alicujus, *Plaut.* 2. c. 33. h. e. elevare, extenuare.

Contuoli, m. a. dim. a contui, oculi ſunt in anguſtum coacti, conniventibus palpebris, a *contuendo*, ideſt, ſimul aſpiciendo. *Feſt.* Sed Scaliger conivoli legit, a connivendo.

Contuor, idem ac contueor. *Plaut. Aſin.* 2. 3. 23. At hercle ipſum adeo contuor. *Id. Moſtel.* 3. 2. 133. Si vulturios forte poſſis contui. *V. Contueor*.

Conturbatio, idem ac turbatio, *turbazione*. *Cic. 4. Tuſc. c.* 8. Conturbationem, metum excutientem cogitata.

Conturbator, oris, maſc. 3. qui conturbat, ſeu diſſipat, & decoquit rem. *Martial. l. 7. epigr.* 26. Noſter te non capit ignis, Conturbator aper: vilius eſurio. Sic *l. 10. ep.* 96. Conturbator macellus. *h. e.* quo fit, ut guloſi homines decoquant.

Conturbatus, a, um, *adject.* turbatus, *conturbato*. *Cic. Ver. 6. c.* 14. Triſtis & conturbatus. Et *l. 1. Attic. ep.* 1c. Mehercule eram conturbatior.

Conturbo, as, avi, atum, idem ac turbo, quod eſt confundere res aliquas, & inter ſe commiſcere. Unde *Catullus carm.* 5. eleganter dixit conturbare baſia, pro baſiorum numerum confundere. ¶ Transfertur etiam *ad* animum, & ſignificat perturbationem afferre, *attriſtare*. *Cicer. pro Cluent.* Unum me maxime conturbat. ¶ Conturbare abſolute, vel conturbare rationes, frequens eſt apud veteres pro decoquere, ſeu bona profundere, atque diſſipare. *Cic. pro Planc.* Utrum igitur me conturbare oportet, an ceteris hoc nomen debitoris diſſolvere? Adde *ad Q. Fr. 2. 12. ad fin.* & *Juven. ſat. 7. v.* 129.

Conturmalis, le, *adject.* qui ejuſdem eſt turmæ. *Ammian. l. 16. c.* 30. Opitulatum conturmalibus ſuis venire. Adde *l. 17. c. 1.* & *l. 24. c.* 23.

Conturmo, as, avi, atum, in turmas diſpono, ordino. *Ammian. lib. 16. c.* 29. Cum eques in ipſo prælii articulo ſe fortiter conturmaret. h. e. in turmas arcte colligeret.

Contus, ti, m. 2. *aſta longa, picca, lancia*, Germ. *ſtangh*, Gall. *perche*, Hiſp. *aſta, varas*, κοντός, ſudes, ſive haſta longior, duriorque *ad* percutiendum apta, a Græca voce allata. *Lamprid. in Commodo*. Ut elephantum conto transfigeret. Hinc *contatos milites* Vegetius appellat. ¶ Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ utuntur ad naves impellendas. *Virgil. 6. Æn.* Ipſe ratem conto ſubigit. ¶ Contos inter tela, quibus hoſtes muros aſcendentes arcentur, enumerat *Virg. Æn. 9. v.* 510. ¶ In Codice dicitur ludi genus, quod Imperator vibrationem Quintanam interpretatur. *V. Salmaſ. Exercit. Plinian.*

Contuſio, onis, σύγκλασις, fractio, comminutio, percuſſio. *Plin. l. 17. c.* 24. Eſt & quædam contuſio falcis hebetioris. *Colum. R. R. l. 17. c.* 47. Contuſio olivarum.

Contuſus, a, um, *adject. peſto, peſtato*, συγκεκομμένος, ut corpora contuſa labore. *Lucret. l. 4. v.* 955. Contuſi animi, & res fractæ, *Virg. Georg.* 4. *v.* 240. V. Contundo.

Contutor, oris, m. 3. ſimul tutor, tutoris ſocius. *Ulpian. Dig.* 27. 3. 9.

Convador, aris, d. 1. idem quod vador, ideſt, vadimonio obſtringo. *Plaut. Curc.* 1. 3. 5. Qui me convadatus eſt Veneris vadimoniis.

Convaleſcentia, æ, fem. 1. *convaleſcenza*. *Symmach. l. 3. ep.* 21. Jam nihi convaleſcentiæ portus aperitur.

Convaleſco, is, ui, n. 3. *riſanarſi*, חיה, Ger. *wider geſund werden*, Gal. *guerir, recouvrer la ſanté*, Hiſpan. *convaleſcer*, ἀναρρώννυμαι, eſt valetudinem, & robur recipere. *Cic. ad Corniſ. l.* 12. Hircius noſter tardius convaleſcit. ¶ Translata ſumitur pro vires, & robur aſſumere. *Cic. ante Exil.* Ne rei crudelitas experrecta in me in eos convaleſcat. ¶ Præteritum ſumitur ab Inuſitato *convaleo*. *Quintil. l. 5. c.* 13. Convaluit flamma.

Convallatio, onis, f. 3. munitio vallis facta. *Tertul. adv. Jud. c.* 8. Ædificabitur in lætitiam, & convallationem.

Convallatus, a, um, adject. vallo munitus. *Gell. l. 12. c.* 13. Oceani undarum ambitu terræ omnes convallatæ.

Convallis, f. 3. *valle, piano circondato di monti*, עמק, Ger. *rundthal*, Gal. *vallée, plaine*, Hiſp. *valle*, αὐλών, planities ex omni parte comprehenſa montibus, collibuſque, a *con* & *vallis*. *Varroni* placet *l. 4. de L. L.* dictam eſſe, quaſi cavatam vallem. *Liv. l. 1. c.* 12. Romani, Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant prælium. ¶ Convallis item eſt ſciſſura terræ manufacta *ad* deducendam aquam. *Plin. l. 33. c.* 4. Convallis & intervalla ſubſtructis canalibus junguntur.

Convario, as, avi, atum, idem ac vario, *variare, mutare*. *Apul. Apol.* Omnimodis maculationibus convariat.

Convaſo, as, a. 1. *far fardello, rubare*, אגר, Germ. *zuſammen einpacken*, Gal. *trouſſer bagage*, Hiſp. *coger bagaje, enfardelar*, σκευάζομαι, furtim colligo. *Ter. Phorm.* 1. 4. 13. Aliquid convaſaſſem. ¶ Translate *Sidon. l. 1. ep.* 9. Undique omnium laudum convaſatis acclamationibus.

Convectio, onis, f. 3. convehendi actio, *il portare*. *Ammian. l. 14. c.* 3c. Annonæ convectio eſt impedita.

Convecto, as, a. 1. freq. a conveho. *Virg. 9. Æn. v.* 613. Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

Convector, oris, m. 3. σύμπλους, qui in eadem navigat navi. *Cic. Att. l. 10. ep.* 17. Quin etiam navi ejus me, & ipſo convectore uſurum puto. ¶ Præterea inter nomina deorum, quos Flamen invocabat, ſacrum faciens Telluri, & Cereri, *Fabius Pictor* apud *Serv. ad lib. 1. Georg. v.* 21. recenſet *Convectorem, Conditorem, Promitorem*, nempe præſides convehendis, condendis, promendiſque frugibus.

Convectus, a, um, *adject. portato*, vectus. *Liv. l. 24. cap.* 96. Commeatus convecti.

Conveho, is, exi, ectum, συγκομίζω, a. 3. idem ac veho, vel comporto, *portare, condurre*. *Liv. l. 4. c.* 60. Plauſtris æs, & ærarium convehere. *Cic. pro Mil.* Lintribus in eam inſulam cæmenta, atque arma convexit.

Convello, is, velli, & vulſi, vulſum, idem ac vello, vel avello, *ſvellere*. *Plaut. Amph.* Qui tam caſſo impetu has fores toto convulſit cardine. *Cic. l. 8. ep.* 15. Me convellerunt de priſtino ſtatu. ¶ Eſt & abrogare, deſtruere. *Cic. pro Corn. Balbo*, Cur ea, quæ mutare non poſſumus, convellere malumus, quam tueri? ¶ Item confutare, refellere. *Cic. c. de Divinat.* Hæc ſi tenemus, quæ mihi quidem non videntur poſſe convelli.

Convelatus, a, um, *adject.* nom. ex particip. velatus, *velum*. *Gell. l. 19. c.* 9. Canere capite convelato. *Plin. l. 17. c.* 22. Plagæ convelatæ.

Convelo, as, a. 1. *coprire*, contego. *Gell.* 7. 3. Cato non nudam hanc epagogen facit, ſed multis argumentis convelat.

Convenæ, arum, c. 1. *foreſtieri, che inſieme ſi ragunano in un luogo*, σύγκλυδες, qui ex diverſis populis, & gentibus in una mœnia convenerunt, ſimulque coaleſcunt, a *conveniendo*. *Cic. l. 1. de Orat. c.* 9. Romulus paſtores, & convenas congregavit. ¶ Adjective *Solin. c.* 50. Aquæ convenæ. h. e. confluentes. Et *c.* 60. Serpentes convenæ. *Ammian. l. 15. c.* 13. Convena undique multitudine. ¶ Convenas pro concubitu, ſeu convenientibus εἰς τὸ συνουσιάζειν poſuit *Plaut. Bacch.* 2. 1. 61. Qui amantes una inter ſe facerem convenas.

Conveniens, entis, o. 3. conſentaneus, congruens, concors, aptus, *conveniente*, ראוי, Ger. *bequem*, Gal. *convenable*, Hiſp. *conveniente*, πρέπων, quod convenit. *Cic. 2. Fin.* Nihil ſcriptum ab eo conveniens, congruenſque decretis ejus reperies. *Horat. de Arte*, *v.* 316. Reddere perſonæ convenientia. *Val. Max. l. 3. c. 3. n.* 1. Quid facto Mutii convenientius. *Plin. l. 3. ep.* 18. Convenientiſſimum bono civi. ¶ Bene convenientes propinqui, h. e. concordes, apud *Cic. l. 1. Off. c.* 17. *di buona corriſpondenza*.

Convenienter, *convenevolmente*, προσηκόντως, apte, congruenter. *Cic. 3. Off.* Quod ſummum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere. Superlat. convenientiſſime, habet *Auguſtin. epiſt. 3. & de C. D. l. 18. c.* 44.

Convenientia, f. 1. *convenenza, convenevolezza*, כשרון, Ger. *vergleichung*, Gal. *convenance*, Hiſp. *conveniencia*, ὁμολογία, congruentia, conſenſus. *Cic. 1. de nat. Deor.* Hanc tantam tam variis curſibus in omni æternitate convenientiam temporum. Sic convenientia partium, *Id. l. c. Offic. c.* 4. Et convenientia naturæ. *Ibid. c.* 27.

Convenio, is, eni, entum, o. 4. *venire inſieme, radunarſi*, נועד, Germ. *zuſammen kommen*, Gal. *convenir*, Hiſp. *convenir*, συνέρχομαι, ſimul venio, congregor, coeo. *Cic. de Divin.* Totaque brevi tempore in eum locum Hetruria convenit. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep.* 4. Multa convenerunt, quæ mentem turbarent meam. ¶ Item ſimul venire, *concorrere*, ut convenire ad exequias. *Cic. pro Quint. c.* 15. ¶ Item paciſci, condicere, communi conſenſu ſtatuere, *accordarſi*. *Liv. l. 2. c.* 23. Non modo inter Patres, ſed ne inter Conſules quidem ipſos conveniebat. Sic convenire de pretio. *Quint. l. 4. c.* 2. Hoc ſenſu uſurpatur & cum præpoſit. *cum*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 34. Hæc fratri mecum non conveniunt. Et cum dativo. *Cic. 3. Fin. c.* 22. Poſterius priori non convenit. Et abſolute, *Nepos Annib. c.* 6. In colloquium convenit, conditiones non convenerunt. ¶ Cum accuſ. perſonæ ſignificat viſere, *andar' a trovare*. *Cic. l. 4. Fam. ep.* 2. Poſthuma tua me convenit. *Caſ. l. 1. B. C.* Ad Actium Varum frequentes conveniunt. Adde *l. 3. c.* 88. ¶ Hinc & de meretricibus dicitur, quæ ſui corporis copiam faciunt. *Ter. Hecyr. 1. 2. ad fin.* Conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conventuram. ¶ Præterea convenire aliquem in jus, *citare in giudizio*: Et convenire actione: Et convenire, abſolute eod. ſenſu. *Leg. Capitis, Dig. de Fidejuſſor. Ulp. l. 3. Dig. de jurejur.* ¶ Significat etiam decere, pertinere, *appartenere*. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 23. Nemo erat, in quem ea ſuſpicio conveniret. Et *pro Syll. c.* 7. Convenit ad eum hæc contumelia. ¶ Et pro aptari, quadrare. *Cato c.* 21. Fiſtulam ferream indito, quæ in columellam conveniat, & in cupam. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 85. Machæra convenit in vaginam. ¶ Item ſocietatem inire. Sic mulier convenire in manum dicebatur, quæ per coemptionem in familiam, & bonorum conſortium veniebat. *Cic. in Top.* Si ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. ¶ Sic convenire in matrimonium, *Gell. l. 18. c.* 6. Matronam eſſe, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet: matremfamilias, quæ non in matrimonium tantum, ſed etiam in manum mancipiumque mariti veniſſet. ¶ Uſurpatur etiam paſſive, ut Conveniri pro re aliqua. *Paul. JCtus l. ſi mandat. Dig. Mandati*. ¶ Quartæ conjugat. futurum eſt apud *Plaut. Caſ.* 3. 2. 18. Ubi nuptiæ fuerint, tum iſtam convenibo.

Convenit, iebat, enit, imperſ. decens, conveniens eſt, *conviene*, πρέπει, καθήκει. *Ter. Eun.* 3. 2. 41. Haud convenit, ire amicam cum imperatore in via. *Brutus Antonio l. 11. Fam. epiſt.* 3. Neque enim licet, aut convenit. *Ter. Andr.* 2. 0. Non conveniunt hæc nuptiis. *Cic. pro Syll. c.* 7. Nullam contumeliam jacere potueris, quod non *ad* maximam partem civium conveniat.

Conventa, f. 1. conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. *Feſt.*

Conventiculum, o. 2. *adunanza, maſſa*, Ger. *verſamlung*, Gal. *conventicule*, Hiſp *conventiculo*, συνουσία, cœtus. *Cic. pro Sext.* Conventicula hominum, quæ civitates nominantur.

Conventio, onis, f. 3. *patto, accordo*, פשרה, Ger. *ein pacts*, Gal. *convenance*, Hiſp. *convencion*, συνθήκη, nomen eſt generale, pertinens ad omnia, de quibus homines inter ſe agunt, & conveniunt. *Senec. de Prov. c.* 2. Fortis & egregia fati conventio. Adde *l. 1. & l. 5. Dig. de Pact.* & *Apul. Apol. p.* 342. ¶ Item concio, cœtus hominum convenientium, *adunanza*: ut conventionem habere, *ad* conventionem vocare, *Varr. l. 5. de L. L. c.* 9. Voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me.

Conven-

Digitized by Google

Conventionalis, le, adject. ad conventionem pertinens, ut conventionales ſtipulationes, *Leg. 5. Dig. de Verb. oblig.*

Conventitius, a, um, adject. qui convenit, convena. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 42. Ego & tua mater ambo meretrices fuimus; illa te, & ego hanc educavi ex patribus conventitiis. h. e. ex viris idem ſcortum ſæpe convenientibus.

Convento, as, avi, atum, are, a. 1. frequenter convenio, viſito, *viſitare ſpeſſo*. *Solin. c.* 40. (*Salmaſ.* 27.) Externos ibi plurimos conventaſſe.

Conventum, n. 2. idem ac conventio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 24. Tabulæ, teſtimonia, pacta, conventa, ſtipulationes, &c.

Conventus, us, m. 4. *radunanza*, קהל, Ger. *verſamlung*, Gal. *aſſemblée*, Hiſp. *convento, ayuntamiento*, σύνοδος, congregatio, multitudo hominum, qui ſimul in unum locum venerint. *Cic.* 3. *Verr.* Cur prudentiſſimas, lectiſſimaſque fœminas in tantum virorum conventum inſolitas, invitaſque prodire cogis? Hinc conventum agere. *Cic. Verr.* 7. Indicere, *Liv. l.* 38. ¶ Item pactum, conventio, *patto, convenzione*. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 3. Ex pacto, ac conventu ab aliquo diſcedere. ¶ Præterea conventus dicebantur loca quædam conſtituta in Provinciis juri dicendo. Romani enim provincias dividebant in quaſdam partes, ſeu diœceſes, & in ſingulis oppidum conſtituebant, in quo Magiſtratus, accitis ejus partis civitatibus reliquis, jus dicerent. Itaque illud oppidum *Conventus* dicebatur, item *Forum*, & *Juriſdictio*, ut patet ex *Plin. l.* 3. *c.* 1. & *l.* 5. *c.* 28. & 29. *Cæſar* ſæpe hac voce utitur, ut *l.* 1. *B. G. c. ult.* Ipſe in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt. *Plin. l.* 3. *c.* 1. Juridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, Hiſpalenſis. ¶ Conventus dentium, apud *Solin. c.* 23. eſt concurſus, commiſſio.

Conventus, a, um, adject. a convenio, *convenuto, accordato*. *Salluſt. Jugurth. c.* 112. Sæpe antea cum Imperatoribus Rom. pacem conventam fruſtra fuiſſe. ¶ Item *viſitato*. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Convento Antonio Tiburi. *Plaut. Pœn.* 5. 1. *v. ult.* Eſt qui illam conventam eſſe vult. *Terent. Heaut.* 5. 1. 1. Laches nunc me conventam eſſe expetit.

Convenuſto, as, are, venuſtum reddo, verbum perrari uſus. *Mart. Capel. l.* 2. *in metro:* Aurora primo convenuſtans habitu.

Converberatus, a, um, adject. verberatus, *battuto*. *Plin. l.* 13. *c.* 22. Converberatam faciem illinens.

Converbero, as, avi, atum, are, idem ac verbero, *battere*, τύπτω. *Senec. l.* 3. *de Ira c.* 20. Ira urbes, flumina, & tuta ab omni ſenſu doloris converberat. *Apul. l.* 9. *A. A.* Latera converberare.

Converritor, oris, m. 3. qui verrit. *Apul. in Apol. pro Magia:* Converritorem prandiamæ reliquiæ.

Converro, is, erri, erſum, a. 3. verro, vel ſimul verro, *ſcopare*. *Col. l.* 7. *c.* 6. Diligens paſtor quotidie ſtabulum converrit. ¶ Tranſlate *Plaut. Rud.* 3. 6. 7. Converret hic me totum cum pulviſculo. h. e. excutiet mihi pulverem.

Converſatio, f. 3. *converſazione*, συμπεριφορά, conſuetudo, a converſor. *Plin. l.* 10. *c.* 13. Neve cui frequentior converſatio ſuſpecta ſit. *Senec. ep.* 7. Ægris inimica eſt multorum converſatio. ¶ Addunt Lexicographi converſationem etiam accipi pro *traverſione*, ſeu *verſione*, adducuntque exemplum ex *Sen. ep.* 74. (al. 75.) ſed ibi legitur *Conſervatio*.

Converſe, nitide, a verro. *Cato c.* 143. Villam converſe, mundeque habeat. Al. tamen leg. *converſam, & mundam*. V. Converſus.

Converſio, onis, f. 3. verſio, il *voltare*. *Cic.* 3. *de Or. c.* 49. Neque ſemper utendum eſt perpetuitate, & quaſi converſione verborum. *Id. de Univerſ. cap.* 14. Menſium, annorumque converſiones. ¶ Pro vitæ mutatione, & correctione frequens eſt apud Theologos; atque eo pacto uſurpavit *Alcim. Avit. l.* 6. *v.* 149. *ad Sororem:* Converſio fratrum Exemplo debenda tuo.

Converſo, as, avi, atum, a. 1. *volgere ſpeſſo*, freq. a converto. *Cic. de Univerſ. c.* 8. Se ipſe converſans cum materiam mutabilem arripuiſſet.

Converſor, d. 1. *converſare*, διατρίβω, conſuetudine alicujus utor, a ſupinum verbi verto. *Senec.* 3. *de Ira*, *c.* 7. Animus converſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ. Et cum dat. *Id. epiſt.* 99. Nemo libenter triſti converſatur, nedum triſtitiæ.

Converſus, us, m. 3. idem ac converſio, ἐπιστροφή. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 9. Qui gyros efficit, crebro converſu turbat.

Converſus, a, um, adject. ex particip. a verto, *voltato*, *volto*, *Horat. epod.* 15. *v.* 27. Converſa domum dare lintea. *Cic. de Aruſp. reſp. cap.* 11. Ludi ad cædem, & ad funus civitatis converſi. ¶ Item emendatus, *convertito*. *Sueton. Claud. c.* 13. Converſus in pœnitentiam. ¶ Eſt etiam Converſus num. ex particip. a verro, politus, purgatus. *Cato R. R. c.* 143. Villam converſam, nitidamque habeat.

Convertibilis, le, adject. 3. qui converti poteſt, *convertibile*. *Prudent. Apoth. v.* 176. Non convertibilis, nec demutabilis unquam Eſt Deus. Adde *Apul. de Syllog. Categ.*

Converto, tis, ti, ſum, a. 3. *voltare*, *mutare*, verto, muto, ἀναστρέφω. *Cic.* 2. *Acad.* Terra circum axem ſe ſumma celeritate convertit. *Id. Catil.* 4. *c.* 5. Convertere ora, & oculos in aliquem. *Id. in Somn. Scip.* In te unum ſe tota convertet civitas. h. e. te unum admirabitur. *Id. de Amic.* Qui ad ulterius uno modo ſenſum, & voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum convertitur. ¶ Item transformare. *Terent. Eun.* 3. 5. 40. Deum ſeſe in hominem convertiſſe. ¶ Item ex una in aliam linguam vertere, *tradurre*. *Cicer.* 1. *Offic.* Quem nos e græco in latinum convertimus. ¶ *Id. in Somn. Scip.* Ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusque converterit. h. e. explevit. ¶ *Caſ. lib.* 1. *B. C.* Converterat animos militum terror, & crudelitas ſuppliciorum. h. e. mutavit. ¶ *Convertere* pro convertere ſe, neutrorum more. *Gel. l.* 1. *c.* 26. Convertit ad me, qui iſte rogaveram. *ſi volsò*.

Convertor, d. 3. idem ac converto. *Plaut. Amph.* apud *Non. cap.* 7. *n.* 102. Sed tamen in fugam ſe nemo convertitur. ex *Nonio*.

Conveſtio, idem ac veſtio, *veſtire*. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* 1. 2. Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, &c.

Conveſtitus, a, um, adject. veſtitus, *veſtito*. *Cic. pro Dom. cap.* 38. Domus conveſtita lucis.

Conveteranus, i, m. 2. ſocius miles veteranus. V. *l.* 2. *Cod. de excuſat. veteran.* & *Gruter. pag.* 524. *n.* 7.

Convexio, onis, f. 3. inclinatio, convexitas, *piegatura*. *Gell. l.* 14. *cap.* 1. Nam quanta partium, circulorumque cœli ex devergentia, & convexionibus mundi varietas ſit. *Arnob. l.* 1. Cœli convexiones.

Convexitas, f. 3. *piegatura*, ἐγκλίσεως, inclinatio. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Super omnia eſt mundi convexitatis, terrarumque globi differentia.

Convexo, idem ac vexo, *travagliare*. *Gell. l.* 10. *c.* 6. Quæ me male ſuſeam nunc convexavit.

Convexus, a. 1. 2. *piegato in arco*, *in volta*, כפוף, Ger. *gebogen*, Gal. *convexe*, Hiſpan. *tando por de fuera*, ἐπικυρτός, quod ex omni parte declinatum eſt, a veho, quia eſt id, quod ſupra concavum convehitur. Nam interior facies concava, exterior convexa vocatur. *Virg.* 4. *Ecl. v.* 50. Aſpice convexo nutantem pondere mundum. ¶ Sed interdum pro concavo uſurpatur. *Virg.* 4. *Æn. v.* 451. Tædet cœli convexa tueri. Ubi quaſi ſubſtantive accipitur. ¶ Eſt etiam convexus idem ac convectus, *portato*. *Virg. Æn.* 7. *v.* 543. Cœli convexa per auras.

Convibro, as, avi, atum, idem ac vibro, *vibrare*. *Apul. lib.* 2. *Florid. de pſittaco:* Dum tenera lingua arti convibretur. *Ammian. l.* 17. *c.* 7. *de vecti:* Eas partes ſoli conviurant, quas ſubrepſerant.

Conviciator, m. 3. *chi dice parole oltraggioſe*, מגדף, Germ. *läſterer*, Gall. *médiſant*, *injurieux*, Hiſp. *injuriador*, λοίδορος, qui convicium dicit, vel facit. *Cic. pro Mur. c.* 6. Sin falſo, maledici conviciatoris.

Conviciolum, i, n. 2. diminut. a convicium. *Lamprid. Alexand. c.* 18. Antiochenſes laceſſiverant eum conviciolis.

Convicior, aris, d. 1. *dir villanie*, חרף גדף, Ger. *läſtern*, Gall. *outrager*, Hiſp. *denoſtar*, λοιδορέω, contumeliam dico. *Quint. l.* 3. *c.* 8. Contra ſentientibus inhumane conviciabantur. Et *l.* 5. *c.* 13. Accuſatoribus conviciari aliquando patrocinii fides cogit.

Convicium, ii, n. 2. *ingiuria di parole*, חרפה, Ger. *läſterung*, Gall. *outrage*, Hiſp. *denueſto*, a voce, quaſi *convocium*. proprie eſt inordinatus clamor, voces multorum inter ſe colliſæ, κραυγασμός. V. *Ulp. l.* 15. §. 4. *Dig. de injur. Phædr. l.* 1. *Fab.* 7. *v.* 4. Clamorem ranæ ſuſtulere ad ſidera, convicio permotus quærit Jupiter, &c. *Cic.* 3. *Verr. c.* 11. Erant autem convivia non illo ſilentio &c. ſed cum maximo clamore atque convicio. *Quintil. in præfat. Inſtit.* Efflagitaſti quotidiano convicio. h. e. clamoſa petitione. Adde *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 10. ¶ Et quia probra, & contumeliæ clamore ſæpe, & contentione adhibita ingeri ſolent, hinc frequentiſſime convicium pro contumelia accipitur, ſive a pluribus, ſive ab uno fiat, λοιδορία. *Cic. pro Cal.* Maledictum nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius jactatur, convicium, &c. Hinc Convicium facere, Convicio aliquem inceſſere, proſcindere, &c. *Plin. Sueton. Tac. Senec.* ¶ Neque idem ſunt *Convivium*, & *Convicium*. Nam, (ait Scaliger) quomodo veteres partem corruptam in ædificio vitium facere dicebant: ita etiam cum partes plures in ruinam proclives eſſent, convitium vocabant. Sic legitur in monumento quodam Veronæ: Convitium refecerunt: Valvas, limen de ſua pecunia Laribus dant. Hæc *Scalig.* in *Catalect. p.* 120.

Convictio, onis, f. idem ac convictus. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 21. Ejus cum frugi, ſeveraque vita eſt, tum etiam jucundiſſima convictio. *piacevoliſſima converſazione*.

Convictor, m. 3. *chi vive inſieme*, רעה, Ger. *tiſchgenger*, Gal. *qui vit enſemble, penſionnaire*, Hiſp. *aliquejantamente con otro*, συμβιωτής, quotidianus conviva, & qui nobiſcum vivit familiariter. *Cic. Teroni, l.* 16. *Fam. ep.* 25. Utor familioribus, & quotidianis convictoribus, &c.

Convictus, us, m. *convitto*, *converſazione*, *commerzio*, חברה, Ger. *handſchaffe*, Gall. *converſation*, Hiſp. *converſacion*, συμβίωσις, converſatio, commercium. *Cic.* 3. *Offic.* 5. Is tollit convictum humanum & ſocietatem. ¶ In plurali num. *Sen. de conſol. ad Helv. c.* 15. Loca gratulationum, & convictuum.

Convictus, a. 1. 2. *convinto*, partic. a convincor. *Cic.* 2. *Catil. c.* 6. Cum ille homo audaciſſimus conſcientia convictus reticuiſſet. *Ovid. Heroid. epiſt.* 16. Convictas manus dare. *Sueton. Ner. c.* 31. Scelere convictos. *Id. in Tito, c.* 9. Convictos in affectatione Imperii. ¶ Convicta devotio apud *Cic. pro Dom. c.* 57. eſt votum obligatum, cum quis id obtinuit, cujus cauſa devoverat. V. Convinco.

Convinco, is, ici, ictum, ere, idem quod vinco, *vincere*, *convincere*, ἐξελέγχω, διελέγχω. *Cic. Verr.* 3. *c.* 72. Convincere adverſarium auctoritate, & teſtibus. *Id. in Parti. c.* 73. Convincere peccata argumentis. ¶ Uſurpatur fere cum genitivo. *Id. Philipp.* 2. *c.* 4. Convincere aliquem inhumanitatis & amentiæ. ¶ Aliquando is genitivus in ablat. tranſit cum præpoſit. in. V. Convictus. ¶ Convictus eſſe devotionis dicitur ille, qui ejus rei compos factus eſt, propter quam devoverat. *Cic. poſt redit. ad Quir. c.* 1.

Convinctio, onis, f. 3. colligatio, conjunctio, σύνδεσμος, *Quintil. l.* 1. *c.* 4. In convinctionibus complexum eorum eſſe judicaverant, quas Conjunctiones a pleriſque dici ſcio.

Conviolo, as, avi, atum, a. 1. idem ac violo. *Prudent. Pſychomach. v.* 398. Pinxiſſet Jonathan jejunia ſobria dulci conviolaſſe favo. Adde *Tertull. Apolog. c.* 39.

Conviſcero, as, a. 1. quaſi viſcera commiſceo, in ſocietatem adduco. *Tertull. de Carne Chriſti, c.* 20. Conviſcerari, & inſarnari.

Conviſo, idem ac viſo, *viſitare*. *Cic. in Arato*, Et loca conviſens tenus intera picta. *Lucr. l.* 1. *v.* 146. Res quibus occultas penitus conviſere poſſis.

Convitium. V. Convicium.

Conviva, æ, m. 1. *convitato*, σύνδειπνος, invitatus ad convivium. *Ter. Eun.* 3. 1. 15. Tum me convivam ſolum ſibi adducebat. *Cic. Attic.* 16. *ep.* 16. Hilares, & bene accepti convivæ. ¶ In fœmin. genere *Pompon.* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 27. *Putſch.* Poſtquam convenit omnes convivas meas.

Convivalis, & le, o. 3. *coſa, che appartiene a mangiari*, συμποτικός, quod ad convivium pertinet. *Liv. l.* 39. *c.* 6. Et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. *Tacit. Annal.* 6. *c.* 5. Fabulæ convivales.

Convivator, m. 3. ἑστιάτωρ, qui parat convivium. *Liv. l.* 35. *c.* 49. Hominis & boni, & ſciti convivatoris.

Convivialis, le, adject. idem quod convivalis, ut convivialis lætitia, *Macrob. Satur. l.* 2. *c.* 1.

Convivium, ii, n. 2. *convito*, משתה, Ger. *gaſtung*, Gal. *feſtin*, Hiſp. *banquete*, *convite*, συμπόσιον, a vivo. *Cic. de Sen. c.* 13. Bene majores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt. Hinc convivium parare, celebrare, agere, &c. *Lex ſæpe.* ¶ Speciatim de epulo Imperatoris ſumit *Sueton. Calig. c.* 39. & *Claud. c.* 39. ¶ Dicitur etiam de ipſis convivis. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Fungi familias interemere, & tota convivia.

Convivo, is, n. 3. *vivere in compagnia*, συμβιόω, eſt ſimul vivo, & comſor. *Quintil. l.* 5. *c.* 9. Convivere cum adoleſcentibus. ¶ *Id. l.* 1. *c.* 6. Lavamur, & tondemus, & convivimus ex conſuetudine, h. e. convivimus. Eod. ſenſu apud *Plaut. in ſuppoſiti ad Amphyt. in ea ſcena qua incipit: De veſtram fidem, v.* 45. Mihi ad navim Soſiam, ut hodie tecum conviverem. h. e. convivia agitarem.

Convivo, as, pro convivor, aris, habent *Pompon.* & *Ennius* apud *Nonium c.* 7. *n.* 55.

Convivor, aris, atus ſum, d. 1. *mangiare inſieme*, εὐωχέομαι, convivium facio, vel cibum ſimul ſumo. *Cic. Verr.* 3. *c.* 44. Quotidie ſolitum eſſe non modo in publico, ſed etiam de publico convivari. *Ter. Heaut.* 1. 2. 32. Nolunt crebro convivarier.

Convocatio, onis, f. 3. congregatio, *convocazione*. *Cic. poſt red. in Sen.* Nulla ad Remp. defendendam populi R. convocatio.

Convocatus, a, um, nom. ex particip. congregatus, *convocato*, *chiamato*. *Cic. in Brut. c.* 51. Convocati auditores. *Caſ. l.* 3. *B. G. c.* 3. Concilio celeriter convocato, ſententias exquirere cœpit.

Convoco, as, avi, atum, a. 1. *radunare*, συγκαλέω, ſimul voco, congrego. *Cic.* 3. *Offic.* Piſcatores ad ſe convocavit. *Cic.* 3. *de leg.* Convocare populum in tribus. *Cic.* 3. *Agr.* Convocare in concionem, & ad concionem. Adde *Liv. l.* 7. *c.* 36.

Convolo, as, avi, atum, idem ac volo, vel ſimul volo, *volare*, *concorrere*. *Terent. Hecyr. prol. v.* 40. Populus convolat, tumultuantur. *Cic. pro Dom. c.* 22. Convolarunt ex Italia ad me revocandum.

Convol-

Digitized by Google

Convolvo, is, olvi, lutum, a. 3. *volgere insieme*, συστρέφω, ſimul volvo. *Cic. l. de Div. c. 25.* Cum ſe convolvens Sol elaberetur. *Plin. l. 10. c. 72.* Convolvuntur in ſemet dracones. ¶ Convolvere verba magno curſu, *Sen. ep. 40.* h. e. profundere, & conglomerare.

Convolūto, as, avi, atum, idem ac voluto, *avvogliere*, *avviluppare*. *Senec. l. 7. Quæſt. Nat. c. 9.* Cum vagus, & incertus ſpiritus convolutatus eſt.

Convolvŭlus, vel **Convolvulus**, i, m. 2. ἴψ, ἶπος, ἴψ, vermiculus minor eruca, al. involvulus, involvula, volvox, qui erodit pubeſcentes uvas, a convolvendo, quia ſe pampini folio implicat, & involvit. *Plin. l. 17. c. 28.* Ne convolvulus fiat in vinea. ¶ Item herba per frutecta naſcens, florem ferens lilii candore, ſed nullo odore, dicta, quod ſe ſe rei, cui adhæret, involvat. *Plin. l. 21. c. 4.* Vulgus *campanellam* vocat, aut *volubilem majorem*.

Convŏmo, is, ui, idem ac vomo, vomitu fœdo, *vomitare*. *Cic. l. 2. Attic. ep. 30.* An tu Narbone menſas convomeres? *Juven. ſat. 6. v. 101.* Illa maritum convomit. h. e. vomendo conſpurcat.

Convŏro, as, avi, atum, *divorare*, idem quod voro. *Tertull. adv. Marc. l. 1. c. 1.* Parentum cadavera convorant.

Convŏti, m. c. iiſdem votis obligati. *Feſt.*

Conus, m. 2. *cono*, κῶνος, figura, in qua plures lineæ ex peripheria in unum punctum aſſurgunt, qualis cernitur in nucibus pineis, in ſummis haſtis, in apice galeæ, &c. a voce Græca allata. *Var. l. 4. de L. L.* deriuat a cogo, reſtringo, quia reſtringitur in cacumen. *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 10.* Mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni forma videtur eſſe formoſior. ¶ Hinc dicitur de rebus, quæ hujuſmodi figuram habent. *Col. l. 7.* Remedio ſuos cypreſſini quindecim coni. ¶ Item de apice, qui in ſummitate galeæ prominet, ſuper quem criſtæ ponuntur. *Virg. 3. Æn. v. 468.* Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes.

Convulnerātus, a, um, nom. ex particip. *piagato*. *Plin. l. 8. c. 36.* Convulneratum ab apibus os. ¶ Translate *Frontin. de aqued. artic. 113.* Fiſtulas per eam, qui appellabatur a punctis, paſſim convulneratas. *h. e.* perforatas.

Convulnĕro, eras, avi, atum, idem ac vulnero, *ferire*, *piagare*, τραυματίζω. *Senec. l. 2. de Tranquill. c. 11.* Eo magis convulneraberis & confodieris, quia neſcis præbere jugulum. Adde *Celſ. l. 7. c. 26.*

Convulsĭo, onis, f. 3. retractio, quæ fit in nervis, aut muſculis, *convulſione*, *ſpaſimo*, σπασμός. *Plin. l. 20. c. 25.* Utile eſt convulſionibus, & inflammationibus.

Convulſus, a, um, nom. ex particip. a *convello*, avulſus, *ſconvolto*, *ſtaccato a forza*. *Virg. Æn. 3. v. 414.* Hæc loca vi quondam & vaſta convulſa ruina &c. *Cic. in Bruto c. 30.* Convulſa Reſpublica. ¶ Item retractus, vi attractus, *rattratto*, *aſſiderato*, cum de artubus ſermo eſt. *Lucr. l. 3. v. 344.* Artus convulſi pereunt penitus, conquaputreſcunt. *Plin. lib. 20. c. 7.* Convulſa, & luxata leniunt.

Conȳza, f. 1. herba, al. cunilago, item puliceria, & cimicaria, a pulicibus, & cimicibus necandis. *Plin. l. 21. c. 9. Ruell. l. 3. c. 65.*

Coodibĭlis, le, adject. ſimul odio dignus, συμμισητός, *Tertull. l. 4. adv. Marc. c. 9. & 36.*

Coaleſco, is, ui, itum, concreſco, conglutinor, ſimul creſco. *Lucret. l. 6. v. 1066.* Saxa vides primum ſola cooleſcere calce. Ita legit Lambinus. Alii *coaleſcere*, quæ communior eſt lectio.

Coonĕro, as, avi, atum, a. 1. idem quod onero, vel ſimul onero, *caricare*. *Tacit. de Germ. c. 30.* Super arma, ferramentis quoque, & copiis coonerant.

Cooperatĭo, onis, f. opus, operatio alteri adjuncta. *Senec. declam. c6. ſub fin.* Habet omnia miniſteria ſua debilitas, ſuas cooperationes.

Cooperātor, oris, m. 3. qui ſimul operatur, & adjuvat. *Apul. l. 2. Florid.* Cooperatoris laborem eſſe.

Coopercŭlum, i, n. c. idem quod operculum, *coperchio*. *Apul. l. 6. A. A.* Somnus cooperculo elevatus invadit eum.

Cooperimentum, i, n. 2. *il coprire*. *Gell. l. 5. c. 7. ex Gabio Baſſo*: Os cooperimento perſonæ tectum.

Coopĕrio, is, ui, ertum, a. 4. συγκαλύπτω, idem ac operio, tego, *coprire*. *Liv. l. 4. c. 50.* Ut tribunus militum ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur.

Coopertorĭum, ii, n. c. cooperimentum, *coperchio*, *coperta*. *Veget. l. 3. de re Veterin. c. 27.* Calidis coopertoriis involutus.

Coopertus, a, um, adject. tectus, opertus, *coperto*. *Salluſt. Jug. c. 14.* Coopertus miſeriis. *Cic. Ver. 1. c. 4.* Nefariis ſceleribus coopertus. *Horat. l. 2. ſat. 1.* Famoſis verſibus coopertus. h. e. obrutus.

Cooptatĭo, onis, f. 3. electio, προσαίρεσις, *aggregazione*, *elezione*. *Liv. l. 4. c. 4.* Cooptatio in patres. *Id. l. 5. c. 12.* Cooptatio tribunorum.

Cooptatus, a, um, electus, *eletto*. *Cic. in Brut. c. c.* Cooptatus ab eo in collegium.

Coopto, as, avi, atum, a. 1. *eleggere*, eſt eligere inter pares, aut fere pares, ab opto, eligo. *Cic. de Leg. Agr.* Ab ea parte qui eſſet lectus, is a collegio cooptaretur. *Sueton. Ner. c. 2.* Pontificibus offenſior, quod alium, quam ſe, in patris locum cooptaſſent.

Coorior, iris, vel eris, ortus ſum, *orior*, ſimul naſcor, ἐκφύομαι, *uſcire inſieme*, *ſpuntare*. *Cic. Verr. 3. c. 18.* Cooriuntur ſubito maximæ tempeſtates. *Virg. 1. Æn. v. 130.* In populo ſiquando coorta eſt ſeditio.

Coortus, a, um, adject. ortus, vel ſimul ortus. *Lucret. l. 6. v. 956.* Coortæ tempeſtates. *Nepos 15. 8. 5.* Riſus cum hilaritate coortus.

Coortus, us, m. idem quod ortus. *Lucret. 6. v. 671.* Ut tempeſtates pluviæ graviore coortu ſunt, &c.

Coos, *& Latina terminatione* **Cous**, i, *item* **Cos**, **Co**, f. *Stinga*, *Lango*, Κῶος, ου, & Κῶος, vel Κόως, & Κῶς, ῶ, inſula maris Ægæi cum urbe cognomine, e regione Cariæ, ab Halicarnaſſo 15. M. P. diſtans, dicta etiam Merope, & Cea, & Nymphæa. Nomen habuit a filia cujuſdam Meropæ, qui in ea regnavit, ut eſt apud *Hygin. lib. 2. Poet. aſtron. num. 16.* ¶ Fuit patria Hippocratis celebris medici, Apellis pictoris præſtantiſſimi, & Philetæ Græci poetæ. *Plin. l. 5. c. 31. l. 11. c. 28. & lib. 29. c. 1. Liv. l. 37. c. 16. & Tacit. 2. Ann. c. 75.*

Copa, æ, f. 1. καπηλίς, mulier, quæ vinum, & alia vendit. *V. caupo*. *Virg. in Catalect.* Copa Syriſca caput Graja redimita mitella. Adde *Suet. Ner. c. 27.*

Copadĭa, orum, n. c. cibi lautiores, cupediæ. *Apic. l. 5. c. 1. & l. 8. c. 6.*

Cophinus, m. 2. *coffino*, *corba*, כלב, Ger. *korb*, Gal. *coffre*, Hiſp. *coſin*, *corbe*, κόφινος, vas vimineum, a voce Græca, quæ allata eſt. *Juven. ſat. 6. v. 541.* Cophino, fœnoque relicto.

Copĭa, f. 1. idem ac abundantia, divitiæ, facultates, *copia*, *abbondanza*. *Cic. in Parad.* Etenim divitiarum eſt fructus in copia, copiam autem declarat ſatietas rerum, atque abundantia. Et num. pl. *Cic. de Am.* Ut plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſis. *Id. pro Quinctio*, Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt. ¶ Item commeatus, ſive annona. *Tac. l. 13.* Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito relicturos oppugnationem. ¶ Item facultas, & poteſtas aliquid faciendi, & conjungitur cum facio, vel do, *licenza*. *Cic. 3. de Or.* Facere civibus omnibus conſilii ſui copiam. *Virg. 1. Æn.* Coram data copia fandi. ¶ In plurali peculiariter ſignificat exercitus multitudinem. *Cic. 1. Tuſc.* Copias maximas duxit ad Trojam. ¶ Sed aliquando etiam in ſingulari pro multitudine reperitur. *Virg. Æn. 2. v. 564.* Reſpicio, & quæ ſit me circum copia luſtro. *Cic. l. 16. Attic. ep. ult.* Omnis armatorum copia. ¶ Copia demum fuit Dea antiquis, ubertatis, & abundantiæ præſes, de qua *Lactant. in Vet. Scholiaſt. ad Stat. 4. Theb. v. 106.* ¶ Hæc cornu quoddam ferre dicebatur plenum frugibus. *Horat. l. 1. od. 17. v. 14.* Hinc tibi Copia manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. ¶ Bonam copiam ejurare, V. Ejuro.

Copiarĭus, ii, m. 2. idem qui parochus. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 46.* ubi Acron: Parochi latino vocabulo Copiarii dicti ſunt, quod omnium rerum neceſſariam copiam Regum populorumque Legatis ſuppeditabant.

Copiata, æ, m. 1. veſpillo, *beccamorti*, κοπιατής. In *Cod. Theodoſ. l. c. de luſtrali Collat. & l. 13. de Epiſc.* Copiatæ, quorum munus erat, cadavera mortuorum obvolvere, efferre, ſepelire, clericis accenſentur.

Copiŏla, f. 1. parva copia. *Brutus ad Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* Recurri ad copiolas meas.

Copĭor, d. 1. eſt copiam congregare, caſtrenſe verbum. *Gell. l. 17. c. 2.* Romani magno commeatu, prædaque ingenti copiantur. Poſſis tamen paſſive accipere. h. e. locupletantur ex præda.

Copiōſe, *copioſamente*, Ger. *uberflüſſiglich*, ἀφθόνως, abundanter. *Cic. de Sen.* Quam copioſe ab eo agricultura laudatur. *Id. ibid.* Copioſe in provinciam proficiſci. h. e. cum magna rerum copia. *Id. l. 3. de Orat. c. 31.* Copioſiſſime dicere. Et in *Orat. c. 4.* Dicere copioſius.

Copiōſus, a, um, o. r. 2. *copioſo*, רב, Ger. *uberflüſſig*, Gal. *copieux*, Hiſp. *copioſo*, ἄφθονος, abundans, dives. *Cic. 3. Verr.* Ut erat in primis inter ſuos copioſus. *Id. l. 2. Offic. c. 22.* Nunquid copioſior L. Mummius, cum copioſiſſimam urbem funditus ſuſtuliſſet?

Copis, is, f. 3. gladius leviter curvatus, falci ſimilis, κοπίς, dictus a κόπτω, cædo. *Apul. l. 11. A. A.* Illum ſuccinctum chlamyde copides, & venabula venatorem fecerant. Adde *Curt. l. 8.*

Copis, e, adject. 3. antiquum nomen contractum ex *Coopis*, quaſi cum ope, idem eſt ac copioſus, dives, abundans. *Plaut. Bacch. 2. 3. v. 117.* Ut amantem herilem copem facerem filium. *Id. Pſeud. 2. 3. 8.* Nunc ut ut glorioſum faciebam, & copi pectore.

Copo, m. 3. idem ac caupo, apud veteres. *Feſt.*

Copōna, æ, taberna, inquit *Feſtus*, a copa dicta, caupona.

Coprĭa, æ, vel coprea, m. 1. κοπρίας, ſcurra, a Græca voce allata, quæ a κόπρος, ſtercus. *Suet. in Claud. c. 8.* Interdum ferula, flagrove, velut per ludum excitabatur a copreis.

Copta, f. 1. genus placentæ, a κόπτω, incido, tundo, quod miſcerentur ei quædam, quæ tundi neceſſe eſſet, ut nuclei pinei, amygdalæ, atque alia. Hinc *Martial. l. 14. epigr. 68.* Peccantis famuli pugno ne percute dentes. Clara Rhodos coptam quam tibi miſit, edat.

Copticus, a, um, adject. qui eſt a Copto urbe Ægypti. *Apul. lib. 2.* Per nocturna ſilentia, & adyta coptica. Beroald. in hunc loc. ſcribit, per *adyta Coptica* intelligi aggerem hirundinum, quem illæ juxta opp. Copton in Ægypto muniunt opere adeo firmo, ut Nilo creſcenti ſit inexpugnabilis; quam ceu indigenæ religioſam habent. Al. leg. *per adepta Coptica*. Sed V. *Beroald. loc. cit.*

Copites, æ, una ex præfecturis Ægypti. *Plin. l. 5. c. 9.*

Coptoplacenta, æ, f. 1. idem quod Copta. *Petron. Fragm. Tragur.* Porcelli ex coptoplacentis facti.

Copŭla, æ, f. 1. *legame*, *laccinolo*, *congiunzione*, חבור, Germ. *band*, Gal. *lien*, *couple*, Hiſp. *copula*, *ayuntamiento*, σύνδεσμος, vinculum, quo aliquid ligatur, vel conjungitur. Hinc a Grammaticis conjunctiones & , *ac* , *atque* , *que* , & ſimiles copulæ vocantur, quod earum nexu verba verbis, ſententiæ ſententiis conjunguntur. *Plaut. Epid. 5. 1. 1.* Quæritant me; in manibus geſtant copulas ſecum. ¶ Dicitur de canum venaticorum vinculo. *Nepos Datam. c. 3.* Gerens ſiniſtra copulam, qua vinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret. ¶ Copula matrimonii, vinculum maritale. *Horat. l. 1. od. 13.* Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula &c. ¶ Copula æmulorum dicitur, qui intercedit velut medius, ne æmulatio in obtrectationem erumpat. *Nepos Attic. c. 5.* Copula fuit Atticus Ciceronis, & Hortenſii.

Copulāte, adv. conjuncte. *Gell. l. 10. c. 24.* Diequinte, pro adverbio, copulate dictum eſt.

Copulatĭo, f. 3. idem ac conjunctio. *Cic. 1. Fin.* Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæſiones atomorum inter ſe.

Copulātrix, icis, quæ conjungit, f. 3. *Pervigil. Veneris*, v. 5. Cras amorum copulatrix inter umbras arborum implicat.

Copulātus, atus, ui, m. 4. Idem quod copulatio. *Arnob. l. 2. ſub init.* Rationum conſequentium copulatu.

Copulātus, a, um, nom. ex particip. conjunctus, *congiunto*. *Cic. 3. Tuſc. c. 29.* Quia nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum. *Id. 1. Offic. c. 17.* Nihil amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. ¶ *Lucret. l. 6. v. 1086.* Coplata dixit pro Copulata.

Copŭlo, as, a. c. *congiungere*, חבר, Ger. *kuppen*, Gal. *accoupler*, Hiſp. *ayuntar*, συνδέω, eſt colligare, vincire, conjungere. *Cic. in Part.* Conſtructioque verborum tum conjunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. *Id. 4. Acad.* Honeſtatem cum voluptate copulare. ¶ Eſt etiam deponens. *Plaut. Aul. 1. 2. 38.* Copulantur dexteras.

Coqua, æ, f. 1. *cuoca*, quæ coquit. *Pan. 1. 2. 38.* Coqua hæc eſt quidem, ut ego opinor.

Coquibĭlis, le, *facile da cuocere*, *o da digerire*, qui facile coqui, vel concoqui poteſt. *Plin. l. 16. c. 6.* Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coquibilem, ac levem, & utilem ſtomacho. Al. leg. *coctibilem*.

Coquīna, f. 1. *cucina*, Ger. *Kuche*, Gal. *cuiſine*, Hiſp. *cozina*, μαγειρεῖον, locus, in quo dapes coquuntur. *Nonius c. 1. n. 273.* Culinam veteres coquinam dixerunt.

Coquinăris, e, adject. ad coquinam pertinens. *Varro apud Non. c. 3. n. 32.* Noctu cultro coquinari ſe trajecit.

Coquinarius, a, um, o. r. 2. [illegible], *che a cucina s' appartiene*, μαγειρικός, quod ad coquinam pertinet, ut Vaſa coquinaria, apud *Plin. l. 33. c. cc.* ¶ Hinc coquinaria, ſc. ars coquendi. *Apul. de Phil.*

Coquinatorius, a, um, adject. Coquinarius; pro quo apud JCtos legitur *Cocinatorius*, *l. 10. Dig. de aur. argent.* &c. Concinatorium inſtrumentum. Et *l. 6. Dig. de penu. legat.* Cocitatoria vaſa, quaſi a Cocitare, pro coquitare.

Coquĭno, as, avi, atum, a. 1. *eſercitare l' arte del cuoco*, *cucinare*, μαγειρεύω, eſt coquinariam artem exercere, a coquina. *Plaut. Aul. 3. 1. 3.* Venit in bacchanal coquinatum.

Coquīnus, a, um, adject. ad coquendum pertinens, ut coquinum forum, ubi ſc. cibaria coquuntur. *Plaut. Pſeud. 3. 2. princ.*

Coquĭto, as, a. 1. *cucinare ſpeſſo*, freq. a coquo. *Feſtus* ait, Plautum dixiſſe *Coquitare*, pro *Coquinare*.

Coquo, is, xi, ctum, a. 3. *cuocere*, *cucinare*, בשל, Germ. *kochen*, Gal. *cuire*, Hiſp. *cozer*, ὀπτάω, eſt cibum eſui aptum reddere. id eſt, elixare, aſſare, &c. a con, & aqua, quaſi coaquo. *Cato R. R. c. 39.* Coquere late-

cta

Digitized by Google

res in fornacem. *Plin. l. 3. c. 1.* Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo, donec deficiat olere. *Juvenal. ſat. 15. v. 166.* raſtra, & ſarcula coquere. *h. e.* calefacere, & formare. ¶ Per metaphoram fructus coqui dicuntur, cum Solis calore ad maturitatem perducuntur. *Virg. 2. Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. ¶ Translate item eſt parare, moliri clanculum. *Liv. l. 8. c. 3.* Omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte Romanum coquebant bellum. ¶ Item vexare. *Cic. de Sen. Varr.* Curamve levaſſo, quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa.

Coquilia, vel Cocula, æ, f. parva coqua. *Varr. apud Non. c. 12. n. 50.* Coquula, quæ coquebat panem.

Coquŭlum. V. Coculum.

Coquus, vel cocus, m. 2. *cuoco*, *cuciniere*, אופה, Germ. *Koch*, Gal. *cuiſinier*, Hiſp. *cozinero*, μάγειρος, qui cibos coquit. *Martial. l. 14. epig. 218.* Nanque coquus domini debet habere gulam. *Cic. in Piſon.* In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari. ¶ Coquum, & piſtorem eundem fuiſſe apud Veteres, monet *Feſtus*. V. *Taub. ad Plaut. Captiv. 1. 2. 57.*

Cor, dis, n. 3. *cuore*, לב, Germ. *hertz*, Gal. *coeur*, Hiſp. *coraçon*, καρδία, præcipuum inter viſcera, & ſedes vitæ, fons venarum, & arteriarum, a κῆρ, quod contractum eſt ex κέαρ. *Cic. 2. de Divin.* Num igitur cenſes, ullum animal, quod ſanguinem habeat, ſine corde eſſe poſſe? ¶ Aliquando accipitur metonymice pro mente, vel animo, quia nonnulli veterum mentem in corde collocarunt. *Cic. 1. Tuſc. c. 9.* Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur. ¶ Hinc dicimus, Cordi eſt, pro placet, delectat. *Cic. de Am.* Eo mihi magis eſt cordi. *Gell. l. 20. c. 11.* Cordi habere aliquid. *Plaut. Capt. 2. 3. 60.* Corde amare. *amar di cuore*. ¶ Sæpius Cor pro prudentia, ſagacitate, & acumine ponitur, *accortezza*, *prudenza*: unde ſæpe Plautus: Cor habet. *Martial. l. 3. epigr. 28.* Et ſolus cor habes, ſolus & ingenium. ¶ Et pro fortitudine, *animo*, *ed*, *cuore*. *Virg. Æn. 5. v. 729.* Lectos juvenes, fortiſſima corda. ¶ Aliquando pro ipſo homine dicitur. *Perſ. ſat. 6. v. 10.* Cor jubet hoc Enni. Et ipſe *Ennius apud Gel. l. 7. c. 2.* Quem credidit eſſe meum cor Suaſorem ſummum. hoc eſt, quem ego credidi &c.

Cora, æ, f. 1. pupilla oculi, a græco κόρη. *Auſon. epiſt. 16. v. 59.* Coique vigiles luminum Vacare dignabunt coræ.

Cora, f. 1. *Cori*, opp. Latii, in finibus Volſcorum, nunc in Campania Romana, a Dardanis conditum ante urbem Romam, & a Cora Catylli, & Tyburtis fratre appellatum, ad pedes collis, inter Velitras, & Setiam. Pop. *Coram*.

Coraceſium, n. 2. Coracenſium, *Scandiloro*, Κορακήσιον, urbs Pamphyliæ lit. al. Ciliciæ aſperæ, inter Olbiam & Anemurium.

Coracinus, a. 1. 2. κοράκινος, corvinus, niger. *Vitruv. l. 8. c. 3.* ¶ Eſt item coracinus piſcis Nilo familiaris. *Plin. l. 32. c. 5. Martial. l. 13. epigr. 85.* ¶ Coracina ſacra, in quibus ſc. Corvi colebantur apud Ægyptios. Horum meminit *Ambroſ. in c. 1. epiſt. ad Rom.*

Coragium. V. Choragium.

Coralinus, a, um, adject. a Coralio, ut labra coralina, *Gallor in Lyrico*.

Coralitícus lapis, genus candidi marmoris, a Coralio, ſeu Sangario fl. Phrygiæ, juxta quem invenitur. *Plin. l. 36. c. 8.*

Corallium, n. 2. *corallo*, אלמוגים, Ger. *coral*, Gal. *coral*, Hiſp. *coral*, κοράλλιον, frutex ſub aqua naſcens, colore viridi, baccas ferens candidas (teſte Theophraſto in tractatu de gemmis) qui ex aqua exemptus confeſtim lapideſcit, ruboremque contrahit. Naſcitur in mari Rubro, in Perſico, in Oceano Septentrionali circa Orcades inſ. in mari Siculo circa Drepanum. Habet primam interdum productam, ſed tunc *coralium* ſcribendum videtur, interdum correptam, & tunc *coralium*, vel *corallum* ſcribendum eſt. Secunda ſyllaba in aliquibus libris cum unico l, & brevis reperitur, in nonnullis longa cum duplici ll. *Virg. in Cir.* Coralio fragili, ac electro lacrymoſo. *Ovid. 15. Met. v. 416.* Sic & coralium, quo primum contigit auras tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub undis. *Claudian. de nupt. Honor. v. 169.* Mergit ſe ſubito, velliťque corallia Doto. *Sidon. Carm. 11. v. 110.* Lactea puniceo ſinuantur colla corallo.

Coralli, m. 2. pop. Myſiæ inf. in ore maris Euxini, circa Iſtri oſtia, pellibus tecti, inſignes immanitate. Sed ex *Ovidio 4. de Ponto, el. 8.* longius ab Iſtro aberant in Arctos.

Coraloachates, m. 1. lapis guttis aureis coralii modo diſtinctus. *Plin. l. 37. c. 10.*

Coram, *in preſenza*, *dinanzi*, לפני, Ger. *vor*, Gal. *devant*, Hiſp. *en preſencia*, ἐναντι, prep. ante, in conſpectu, ante oculos. Differt a *palam*, quod *coram* magis ad perſonas certas, *palam* ad omnes refertur. Inſervit ablativo. *Cic. in Piſon.* Mihi vero ipſi coram genero meo, propinquo tuo quæ dicere auſus es? ¶ Uſurpatur etiam adverbialiter. *Cic. Attic. l. 6.* Sed hæc poſterius, & coram fortaſſe commodius. *Id. 2. Fam.* Et quaſi tecum coram loquerer. ¶ *In corem*, pro coram adverb. uſurpat *Apul.* ſæpe, ut *l. 7.* ſemel, & bis *l. 9.*

Corambla, f. 1. κοράμβλη, braſſica, a κόρη, pupilla, & ἀμβλύνω, obtundo, quia viſum hebetat. *Colum. l. 10. v. 178.*

Corax, acis, m. 3. κόραξ, corvus. *Cic. 3. de Or. c. 21. translate de Corace Rhetore.* Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido. ¶ Corax *Vitruvio* machina quædam eſt militaris. *l. 10. c. 19.*

Corax, acis, m. Rhetor antiquiſſimus, qui primus in Sicilia poſt Hieronis mortem Artem dicendi conſcripſit. *Cic. 1. 3. de Or. 1. de Inv. in Bruto.*

Corbicula, æ, f. parva corbis. *Pallad. l. 3. c. 10.* Fit ex viminibus parva corbicula.

Corbis, is, m. vel f. *corbe*, *corba*, סל, Germ. *korb*, Gall. *corbeille*, Hiſp. *ceſto*, *corbe*, ἄρριχος, vas ex viminibus. *Cic. pro Sext. c. 38.* Meſſoria ſe corbe contexit. ¶ Corbis etiam eſt vas, quod in ſummitate mali quarundam navium ſuſpenditur, quæ corbitæ dicuntur, *gaggia*. *Feſt. in voce Corbita.*

Corbita, f. 1. navis oneraria, a corbis, quia in malo ejus ſummo pro ſigno corbis ſolet ſuſpendi. *Cic. Att. l. 6. ep. 6.* Corbita ne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum.

Corbĭto, as, a. 1. eſt in corbitam immittere, & tranſlata ſumitur pro ventrem implere, quaſi navigium onerare. *Plaut. Caſin. 4. 1.* Ego uvi illas ambas eſtrices, corbitant, ubi comeſſe poſſunt. Sed Voſſ. leg. *corvitant*, a corvus.

Corbitor, oris, ludeo, *giocollare*, de quo *Feſtus* in voce Simpludiarea. Scaliger putat *Corbitores* eſſe pro *Corvitores*, atque ita dici ſaltatores, ſive cornuatores, quia *corvorum* inſtar nunc ſurſum ſpectant, nunc deorſum, nunc aſcendunt, nunc deſcendunt.

Corbōna, æ, κορβανᾶ, vox Syra, vel Hebraica gazophylacium ſignificans metonymice. *Hieron. ep. 27. c. 14.* In corbonam Dei æra congeſta.

Corbŭla, f. 1. ſπυρίδιον, dimin. a corbis. *Varro 1. de R. R.* Cogit aliquot corbulas uvarum. Adde *Plaut. Aulul. 2. 7. 4.*

Corchŏrus, κόρχορος, herba humilis, altitudine palmum non excedens, alii nominant anagallis. Numeratur inter viliſſima olera. Unde proverbium, *Corchorus inter olera*, in eos, qui viliſſimi cum ſint, magnis honoribus inhiant. *Plin. l. 21. c. 22.*

Corcolips. V. Cercolips.

Corcŭlum, n. 2. *cuore picciolo*, Ger. *hertzlin*, Gal. *petit coeur*, Hiſp. *coraçoncito*, θυμίδιον, dim. a cor. *Plaut. Caſ. 4. 4. 14.* Meum corculum, meus mulliſſimus caſeus. ¶ Fuit etiam hoc P. Naſicæ cognomen a prudentia impoſitum. *Cic. 1. Tuſc. c. 9.* Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur, & Naſica ille prudens bis Conſul, Corculum.

Corcŭlus, a. 1. 2. idem ac cordatus, ideſt ſapiens, prudens, ſolers, acutus. *Feſt. Plin. l. 7. c. 31.*

Corcyra, f. 1. *Corfù*, Κέρκυρα, inſ. maris Jonii, ad oſt. maris Adriatici, Epiro adjacens, inter Ceraunios, ſive Acroceraunios montes ad Arctos, & Leucadem ad Mer. Olim Phæacia dicta eſt. Aliqui narrant, nympham Aſopi filiam raptam a Neptuno, & ad inſulam delatam Phæacum peperiſſe, hinc inſulam eſſe appellatam, a Phæaco ortum eſſe Alcinoum, cujus horti celebrantur. Clara eſt Ulyſſis naufragio, & hortis Alcinoi. Nam pomorum ibi mira ubertas, quippe prematuris nova ſtatim ſuccedunt. Urbem habet cognom. permunitam cum duplici arce, in colle, armamentario, & portu capaciſſimo. Condita eſt a Corinthiis Colonis anno 311. U. C. al. ante partum Virginis 702. quo Capitolium Rom. ¶ Apud *Avien. in Geograph.* penultima hujus vocis brevis eſt. *Corcyra culta ſolum, locupleti Corcyra ſulco.* Frequentius tamen ab aliis producitur.

Corcyræus, a, um, adject. poſſeſſiv. qui eſt a Corcyra. *Cic. l. 6. Att. ep. 2.* Cognovi ex epiſtola tua Corcyræa.

Cordāte, adv. *ſaviamente*, Ger. *weiſſlich*, Gall. *ſagement*, Hiſp. *con acuerdo*, σοφῶς, ſapienter, prudenter. *Plaut. Pœn. 1. 1. 3.* Quas tu ſapienter, docte, & cordate, & cate, &c.

Cordātus, a, um, *prudente*, *coreggioſo*, נבון, Germ. *hertzhafft*, Gall. *homme de grand coeur*, Hiſp. *cuerdo*, ἔμφρων, inſignis corde, prudens, ſapiens, qui ſolertia multa pollet, & ingenio. *Cic. 1. Tuſc.* Egregie cordatus, homo catus Ælius Sextus. *Lactant. l. 3. c. 20.* Non inficior fuiſſe illum cordatiorem, quam cæteros.

Cordax, acis, ſaltatio comica, eaque laſcivior, de qua *Heſychius*. *Petron. Fragment. Tragur.* Credite mihi, cordacem nemo melius ducit. Hinc trochæum, *cordax* ab Ariſtotele dictus eſt, quia in cordaca uſurpabatur, vel quaſi χόρδαξ, quod ejus uſus erat in comico choro. *Cic. in Orat.* Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordacem appellat.

Cordicĭtus, adverb. ex corde. *Sidon. l. 4. epiſt. 6.* Prudentibus cordicitus inditum eſt, vitare fortuna.

Cordilio, onis, m. 3. Philoſophus Stoicus Pergamenus, qui omnium Principum, ac Regum amicitias ſpernebat. Hunc Cato Uticenſis in Macedoniam cum exercitu miſſus, precibus exoratum, in caſtra ſecum duxit, magnam ſe putans adeptum palmam, qui hominem ſeveriſſimum e ſententia dimoviſſet. *Volater. l. 14.*

Cordolium, n. 2. *cordoglio*, עצבון, Germ. *hertzleid*, Gal. *mal de coeur*, Hiſp. *mal de coraçon*, καρδιαλγία, dolor, a *cordis dolore*. Sed *Scaliger* vult, cordolium dici pro condolium. *Plaut. Pœn. 1. 2. 86.* Tibi erit cordolium, ſi conſpexeris. Adde *Ciſtel. 1. 1. 67.*

Cordŭba, æ, f. Colonia Patricia, *Cordova*, urbs Hiſp. Bæt. ad Bætim fl. in Vandaliæ, media inter Hiſpalim, & Granatam, patria Senecæ & Lucani. Pop. Cordobenſes.

Cordubenſis, e, adject. ut Cordubenſis conventus. *Plin. l. 3. c. 1.*

Cordus. V. Chordus.

Cordyla, vel Cordylla, f. 1. primus fœtus thynnorum ab ipſis ſtatim ovis, qui deinde, elapſo anno, thynni vocantur. *Martial. lib. 3. epigr. 2.* Nigram cito raptus in culinam Cordylles madidas tegas papyro.

Corfinianſes, Corfinii incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.*

Corfinium, n. 2. *S. Pelino*, al. *Pentima*, urbs olim Pelignorum, nunc vicus Aprutii citer. prope Apenninum M. inter Sulmonem, & Populum. Pop. Corfinienſes.

Corgo, adverb. certe, profecto, apud antiquos, a *cor*, & *ago*, quaſi e corde ago. *Feſt.*

Coriaceſia, f. 1. herba, qua Magi tradidere aquam conglaciari. *Plin. lib. 24. cap. 17.*

Coriaginōſus, a, um, adject. Coriaginis morbo laborans. *Veget. lib. 1. c. 38.* Qua ex re fiunt coriaginoſi, hepatici, &c.

Coriago, f. 3. corii, ſeu cutis morbus, a corium. *Colum. lib. 6. c. 13.* Eſt & infeſta peſtis bubulo pecori (coriaginem ruſtici appellant) cum pellis ita tergori adhæret, ut apprehenſa manibus deduci a coſtis non poſſit.

Coriandrātum, i, n. 2. liquamen coriandro confectum. *Apic. l. 9. c. 1.* Aperiuntur locuſtæ cum teſta ſua, & infunditur iis piperatum, coriandratum, &c.

Coriandrum, n. 2. *pupilla*, κόρη, κόριον, κορίαννον, coriandrum, κορίαννον, herba, a κόρη, *pupilla*, quam rotunditate refert, vel a κόρις, cimex, quia caulis, foliaque cimices olent. Dicitur etiam κοριάμβλη, a κόρη, pupilla, & ἀμβλύνω, *obtundo*, quia viſum hebetat. *Plin. l. 20. c. 20.*

Coriaria, æ, f. 1. Coriarii officina. *Petron.* In coriaria habitare. Rectius legitur in *culina*.

Coriarius, ii, m. *cuoiajo*, *Gerber*, qui coria concinnat, præſertim craſſiora. *Plin. lib. 17. cap. 9.* In coriariorum officinis pilo madefacto. ¶ Coriarius præterea eſt frutex, ſive herba ſylveſtris, foliis myrti, cauliculis brevibus, venena, & tineas pellens. *Plin. l. 24. c. 15.*

Corias, æ, m. 1. genus piſcis. *Plin. l. 32. c. ult.*

Coribas, V. Corybas.

Coricæ, f. 1. inſulæ duæ inter Peloponneſum, & Cretam. *Plin. l. 4. c. 12.*

Coriceum, i, n. 2. locus in paleſtra, ubi puellæ exercebantur, a κόρη puella; vel tonſtrina, a κείρω, tondeo. *Vitruv. l. 4. c. 11.* ¶ Malunt aliqui legere *corycium*, κωρύκιον, quod pilam, vel luſorium follem denotat. Alii apodyterium intelligunt. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Corieus, V. Corytus.

Corigia, V. Corrigia.

Corileo, onis, f. 3. *Coriglione*, *Corigliano*, opp. Siciliæ, Col. Longobardorum, a Panormo ſupra 3. M. P.

Corinna, nomen trium fœminarum, quæ arte Poetica præſtiterunt. Prima fuit Thebana, ſeu Tanagræa, Archelodori, & Porratiæ filia, Myrtidis diſcipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies viciſſe, & epigrammatum quinque libros edidiſſe fertur. Secunda Theſbia, veterum monumentis plurimum celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus, ipſi Poetæ cariſſima. *Martial. l. 8. epigr. 72.*

Corinthas, herba, al. Menais. *Plin. l. 24. c. 17.*

Corinthia vaſa, & abſolute Corinthia, orum, n. 2. κορίνθια σκεύη, ex ære Corinthio fabrefacta. Hæc vaſa apud veteres tanto in pretio ſunt habita, ut argenti quoque, atque auri pretium tranſcenderent. *Cic. 2. Tuſc.* Sed igitur, ſi quid de Corinthiis tuis amiſeris, poſſe habere te reliquam ſupellectilem ſalvam. ¶ Tria autem ſunt genera Corinthii æris, candidum, quod nitore accedit quam proxime argento, alterum, in quo auri fulvus color inſpicitur, tertium, in quo æqualis temperies omnium metallorum fuit. *Plin. l. 34. c. 2. V. Æs.*

Corinthiăcus, a. 1. 2. quod ex Corintho eſt. *Ovid. 3. Triſt.* Illa Corinthiacis primum mihi cognita terris.

Corin-

Digitized by Google

Corinthiarius, ii, m. 2. amator Corinthiorum vaſorum. *Sueton. Aug. c. 70.*

Corinthienſis, e, adject. Corinthiacus. *Plaut. Aulul. 3. 6. 13.* Corinthienſis fons. *Tac. Ann. 5. c. 10.* Corinthienſe litus.

Corinthius, a, um, adject. poſſeſſiv. ex Corintho qui eſt, ut Corinthia vaſa, *Cic. pro Sext. Roſc. c. 46.* de quibus vide ſup. Corinthia. ¶ Corinthii, incolæ Corinthi. *Nepos in Timol. c. 1.*

Corinthus, f. 2. *Corinto*, Turc. *Gereme*, Κόρινθος, urbs Peloponneſi, in Achaja, in ea parte, quæ ab ea Corinthia dicta fuit, nunc *Ducato di Chiarenza*, in medio Iſthmi Peloponneſiaci, qui inde Corinthiacus eſt appellatus, inter duo maria, Jonium ad Occ. qui *Sinus Corinthiacus*, al. *Criſſæus* dicitur, & Ægeum ad Or. qui *Sinus Saronicus*. Habebat arcem nomine Acrocorinthum in ſcopulo, ubi Pirene, fons Muſis ſacer, & duo navalia 40. ſtadiis inter ſe diſtantia, Lechæum in ſinu Corinthiaco, & Cenchreas in ſinu Saronico, & duos portus, quorum Lechæus Jonio, Schænus Ægæo imminet mari. Incenſa, & ſolo æquata fuit a L. Mummio, quod Corinthii Populi Romani Legatos injurioſe appellaſſent, & ſordibus perfudiſſent. ¶ *Apollodorus* auctor eſt alias hoc nomine urbes dictas, quarum una fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Coriolânus, a, um, ad Coriolanum pertinens. Eſt autem *Coriolanum* oppidum Magnæ Græciæ, in Calabria apud oram ſinus Tarentini. *Plin. 15. 13.* Coriolana pyra.

Coriolanus, i, vir fuit illuſtris Romanus, alter Themiſtocles Ciceroni, de quo meminit in Bruto, & Lælio. V. *Plut. & Liv. l. 2.*

Corioli, Coriola, Coriolla, Κοριόλλα, opp. ant. Latii, in finibus Volſcorum, apud Tarracinam. Pop. Coriolani.

Corion, n. 2. herba, al. Chamepitys, Hypericon, Perforata, D. Joannis herba, oleaceo frutice. *Plin. l. 26. c. 8.*

Corippus, i, Fl. Creſconius Afer, Grammaticus, & Poeta, tempore Juſtini II. Imper. de cujus laudibus ſcripſit lib. 4. carmine heroico.

Coris, f. 3. κορις, frutex foliis erucæ, ſed minore, & pinguiore. Quidam hypericum appellant. *Plin. l. 26. c. 8.* ¶ Eſt & aliud hypericon, & quod alii corio appellant, folio tamaricis, ſed pinguioribus foliis & rubentibus.

Coriſcus, V. Corytus.

Coritus, m. 2. *Monte Corvo*, mons Umbriæ, in Sabinorum conf. apud Caſſium opp. ¶ Item mons Etruriæ, pars Ciminii M.

Corium, n. 2. *cuojo*, *pelle*, עור, Ger. *leder*, Gal. *cuir*, Hiſ. *cuero*, βύρσα, δέρμα, animalium eſt, præſertim eorum, quæ craſſiorem pellem habent, ut duriorem, quamvis quandoque de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum, quaſi *carium*, quod caro eo tegatur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aliæ coriis tectæ, aliæ villis veſtitæ. ¶ Dicitur & corius, ut, g. *Plaut. Pœn. 1. 1. 11.* In tergo meo tres corios contriviſti bubulos. *Plin. 13. 9.* Coria perficere. *conciare le pelle*. ¶ Transfertur & ad alia, ut de caſtaneis. *Plin. l. 15. c. 28.* Putamine clauduntur nuces, corio caſtaneæ. ¶ Similiter tectorium quodlibet corium dicitur. *Vitruv. l. 2. c. 3.* Laterum corium. hoc eſt, ſuperficies. ¶ Alieno corio ludere. h. e. ſecure agere alieno periculo. *Martial. l. 3. epigr. 16.* Ut velles corio ludere, cerdo, tuo. ¶ *Plaut. Mil. 2. 2. 80.* Herus meus elephanti corio circumtectus eſt. h. e. plane habes, & nullius ſenſus.

Corius, ii, m. V. in Corium.

Cornelia gens Patritia Romæ fuit, & ſemper in Republica princeps. Ex hac fuere P. Scipio Africanus ſuperior, Cornelia mater Gracchorum, L. Sylla ille victor C. Marii, Cinna, P. Lentulus, &c. In hanc etiam gentem P. Scipio Africanus minor a filio ſuperioris Africani ex gente Æmilia, & Paulo patre adoptatus eſt. *Cic. 2. de Leg. in Bruto, 3. Catil.*

Cornelia Tribus, a gente Cornelia appellata, una fuit ex ruſticis, a Servio Tullo conſtituta.

Cornelia, filia Africani ſuperioris, uxor Tib. Sempronii Gracchi, mater Tib. & Caji Gracchorum. Excelluit puritate Linguæ Latinæ. Ejus diligentia Tib. & C. filii accuratiſſime & Latinis, & Græcis literis eruditi fuere. *Cic. in Bruto, c. 58.*

Corneŏlus, a, um, n. t. 2. quod cornu, vel corni ſimilitudinem habet: eſt diminut. a corneus. *Cic. de nat. Deor. 2. cap. 57.* de auribus loquens: Duros, & quaſi corneolos habet introitus.

Corneſco, n. 3. *divenir duro, come un corno*, κερατίζομαι. *Plin. l. 11. c. 49.*

Cornĕus, a, um, n. t. 2. quod eſt ex cornu, *di corno*, κεράτινος. *Cic. 2. de nat. Deor.* Illæ aves corneo, proceroque roſtro. ¶ Cornei dicebantur illi, quibus oſſa eſſent concreta, ideſt, ſine medulla. *Plin. l. 7. c. 19.* ¶ Cornea etiam corpora dixere, quæ eſſent pene cornu inſtar dura, & ab externis nihil paterentur. *Plin. l. 31. c. 9.* ¶ Cornea fibra, apud *Perſ. Sat. 1. v. 47.* de hebeti, ut ſtupido.

Cornĕus, a, um, adject. *di corgnale*, qui eſt ex corno arbore. *Ovid. Heroid. epiſt. 4. v. 83.* Sive tenes lato venabula cornea ferro.

Cornicen, icinis, m. 3. κερατοβόης, qui cornu canit, a cornu, & cano. *Liv. l. 2. c. 64.* Cornicines, tubicineſque in equos impoſitos canere ante vallum jubet.

Cornicor, aris, d. 1. *gracchiare*, *cornacchiare*, κρώζω, more cornicum garrio. *Perſ. Sat. 5.* Neſcio quid tecum grave cornicaris inepte.

Cornicŭla, f. 1. dimin. a cornix. *Horat. in Epiſt. 3. l. 1. v. 19.* Ne, ſi repetitum venerit olim grex avium pennas, moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus.

Cornicŭlans, antis, adject. 3. qui cornu figuram habet. *Solin. c. 45.* (al. 32.) Corniculantis Lunæ ſpeciem refert. *Ammian. l. 20. c. 3.* In Lunæ corniculantis effigiem.

Cornicularia, f. 1. Plauti comœdia de milite, quæ amiſſa eſt.

Corniculārius, ii, m. eſt nomen gradus, & officii in militia tum provinciali, tum urbana, ex ordine apparitorum, & commentarienſium. *Aſco. in Verr. 3. c. 28.* Accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, vel cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Hæc *Aſcon.* Itaque in antiquis Inſcriptionib. apud *Gruter.* Cornicularius legionis, conſulis, proconſulis, tribuni, præfecti prætorio, ſubpræfecti Vigilum, &c. *Val. Max. l. 6. c. 1. n. 11.* M. Lætorio tribuno militari diem dixit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. ¶ Munus ipſum *corniculus* vocabatur. Hinc apud *Sueton. de Grammat. c. 9.* Corniculo mereri. Itemque apud *Aur. Victor. de Vir. illuſtr. c. 72.* ſi lectio proba eſt. *Impp. Valent. & Valens lib. 12. Cod. tit. 33.* de apparitoribus Præfectorum prætorio, leg. 1. Præfecturæ cornicularius, qui annis ſingulis exeunt, poſt tranſactos corniculos noſtram adorare purpuram volumus. ¶ Ad officium Cornicularii facit *lex 2. tit. 4. lib. 7. Cod. Theodoſ.* Per corniculorium cujuſque provincialis officii hanc ſollicitudinem impleri convenit, h. e. ſtatuendi pretii rerum, quæ in militari annona erogantur. *Jul.* quoque *Firmic. l. 3. c. 6.* Corniculariorum meminit, & cum Commentarienſibus confundit. ¶ Cornicularii nomen ſumptum eſt a cornibus Secretarii Prætoriani, quibus præerat, inquit *Caſſiod. l. 11. ep. 36. a med.*

Corniculatus, a, um, adject. in cornu ſpeciem factus. *Apul. de Deo Socr. in princ.* Corniculata luna. *Fulgen. l. 1. Mythol.* Corniculata lunæ ſinuatio.

Cornicŭlum, n. 2. κεράτιον, dimin. a cornu. *Plin. l. 9. c. 31. de cochleis*, Oculis carent, itaque corniculis prætentant iter. ¶ Item ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene geſta. *Liv. l. 10. c. 44.* ¶ Hoc autem ornamentum præfigebatur galeæ in formam cornu. *Salmaſ. Exercit. Plin.* V. Cornicularius.

Corniculum, n. 2. opp. Latii, ad Corniculos M. apud Tybur orb. juxta Tarquinios. Pop. Corniculani.

Cornicŭlus, V. Cornicularius.

Cornificius, Poeta ingenio eleganti, & lepido, epigrammata ſcripſit. ¶ Sororem habuit Cornificiam, cujus carmina laudantur. ¶ Alter Cornificius amicus, & collega Ciceronis, cujus ad eum multæ extant epiſtolæ. Hunc quidam putant auctorem fuiſſe librorum ad Herennium; alii ejus filio, qui de Rhetorica arte ſcripſit, teſte *Quintil.* tribuunt.

Cornifrons, ontis, adject. qui cornua in fronte habet. *Ennius apud Non. cap. 3. n. 3.* Tu paſcere cornifrontes armentas ſoles.

Corniger, ra, rum, n. t. 2. *cornuto*, מקרין, Ger. *der horner tregt*, Gal. *portant corne*, Hiſp. *cornudo*, κερατοφόρος, gerens cornua. *Cic. 2. de nat. Deor.* Taurus corniger. ¶ Bacchus etiam *corniger* dictus eſt, & ejus ſimulacro cornua adjiciebantur, quod vini inventor fuerit. Homines enim nimio vini potu truces redduntur. Huc fortaſſe referendum eſt illud *Horat. l. 3. od. 21.* Tu ſpem reducis, & addis cornua pauperi.

Cornĭpes, edis, com. 3. κερατόπους, animal corneos habens calceos, ut equus, & capra. *Ovid. l. 2. Faſt.* Cornipedi Fauno cæſa de more capella. ¶ Cornipedes, abſolute pro equis, apud *Silium l. 7. v. 684.* & *Virg. 7. Æn.*

Corniſcæ, arum, locus trans Tyberim cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela cornices eſſe putabantur. *Feſtus.*

Cornix, icis, f. 3. *cornice*, *cornacchia*, עורב, Germ. *Kræ*, Gall. *corneille*, Hiſp. *corneja*, κορώνη, avis vivaciſſima, minor corvo. *Virg. 9. Ecl.* Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix. ¶ Cornice vivacior, &, cornicibus ſuperſtes, apud *Martial. l. 10. epigr. 67.* pro diu vivente, quia cornix longam novem ſæculorum vitam vivere creditur. V. *Cic. in Tuſc.* & *Juven. Sat. 10. v. 246.* ¶ Cornicum oculos configere, proverb. de quo V. in *Configo.*

Cornu, u, n. 4. vel cornus, us, m. 4. ex *Priſcian. lib. 6.* *corno*, קרן, Ger. *horn*, Gal. *corne*, Hiſp. *cuerno*, κέρας. *Ovid. 7. Metam.* Flexum circum cave tempora cornu. *Plin. l. 18. c. 10.* Dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis. *Varr. R. R. 3. 9.* Cornum cervinum incendere. ¶ Dicitur item de tubis intortis, quas tubicines inflant, quod eæ, quæ nunc ſunt ex ære, olim fiebant ex bubulo cornu. *Virg. Æn. 8. v. 2.* ¶ Per tranſlationem cornua fluminum dicuntur flexiones, & curvitates alveorum, quod multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur. *Cic. 9. Att.* Ab utroque portus cornu moles jacimus. ¶ Item cornua antennarum ſignificant utramque partem antennæ. *Virg. 3. Æn.* Cornua velatarum obvertimus antennarum. Adde *Ovid. l. 11. Met. v. 482.* ¶ Similiter in prælio cornua dicuntur aciei partes ab utroque latere prominentes. In exercitu enim eſt dextrum, & ſiniſtrum cornu, & quod inter utrunque eſt, dicitur media acies. *Ter. in Eun. 3. 7. 4.* Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum. ¶ Item extremitates voluminis, ſeu bacilli, circa quod volumen volvebatur. *Ovid. 1. Triſt.* Candida nec nigra cornua fronte geras. ¶ Univerſim pro extremitate cujuſcunque rei, ut cornu tribunalis, *Tac. l. 1. Ann.* & *Val. Max. l. 5. c. 7.* Adde *Liv. l. 25. 1. 3.* ¶ Cornu aliquando accipitur pro fortitudine, viribus, potentia. *Horat. Epod. 6. v. 11.* In malos aſperrimus parata tollo cornua. ¶ Hinc proverb. Fœnum in cornu gerere, apud *eund. l. 1. Sat. 2.* V. Fœnum. ¶ Volcanum in cornu concluſum gerere. h. e. candelam ardentem in laterna cornea. *Plaut. Amph. 1. 1. 185.* ¶ Cornua maritis addere dicuntur uxores adulteræ: quæ phraſis Veteribus Græcis uſitata fuit, qui κερασφόρους appellabant illos, quorum uxores mœchabantur. Sed latina exempla hujus ſignificationis nondum reperi. ¶ Cornu pro arcu. *Virg. Æn. 11. v. 773.* Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. ¶ Cornu diſputationis, apud *Cic. l. 2. Divin. c. 10.* ſunt argumenta firmiſſima, & quaſi armatura diſputationis. ¶ Cornua etiam dicuntur dentes elephanti. *Martial. l. 1. epigr. 73.*

Cornu Copiæ, κέρας Ἀμαλθείας, fuiſſe exiſtimatur, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus ei detraxit. Hoc Najades acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum Copiæ conſecrarunt. *Ovid. 9. Met.* ¶ Hinc pro abundantia, & ubertate ponitur, & tum diviſim *Cornu Copiæ*, tum conjunctum *Cornucopia*, æ, uſurpatur. *Plaut. Pſeud. 2. 3. 5.* Hæcce cornucopia eſt, ubi ineſt quidquid volo. *Hor. carm. ſæcul. v. 59.* Beata pleno copia cornu.

Cornuarius, ii, m. artifex, qui in cornibus laborat, & ex iis aliquid efficit. *l. 6. Dig. de jur. immunit.* Tubarii, cornuarii, accuarii.

Cornuātus, a, um, adject. curvatus inſtar cornu, ut cornuata umbra, *Var. l. 6. de L. L. c. 3.*

Cornuetum, n. 2. *Corneto*, urbs E. Hetruriæ, in Prov. Patrimonii D. Petri, in colle, ad Martam fl. prope limites Ducatus Caſtrenſis.

Cornum, i, n. 2. κράνεον, fructus corni arboris. *Virg. 3. Æn. v. 649.* Bacchæ, lapidoſaque corna.

Cornuo, as, avi, atum, inſtar cornu curvare. Ita legit *Scalig. ad Varr. loc. cit.* ut *Cornuatus.*

Cornus, f. gen. tam 4. quam 2. declin. *corniolo*, Germ. *cornelbaum*, Gal. *cornellier*, Hiſp. *cuerno ſilveſtre*, κρανεία, arbor ramos habens duritie, & rigiditate cornibus ſimiles, fructum circa ſolſtitium ferens primo candidum, poſtea ſanguineum. Ex corno mare (nam fœmina cornus non ſolida, ſed fungoſa eſt, atque inutilis) haſtas, ut tela faciebant. *Virg. 9. Æn. v. 698.* Volat Itala cornus aera per tenuem. ideſt, telum ex corno factum.

Cornūtus, a, um, *cornuto*, בעל קרן, Germ. *gehörnet*, Gal. *cornu*, Hiſp. *cornudo*, κερατώδης, quod habet cornua. *Var. 2. de R. R. c. 7.* Ætas cognoſcitur fere omnium, qui ungulas indiviſas habent, & etiam cornutorum. ¶ Item quod procedit ex cornu. *Mart. de Spect. epigr. 19.* Occubuit tandem cornuto ardore potitus. ¶ *Cornutus ſyllogiſmus* eſt, qui utrinque convincit. *Hieronym. epiſt. 83. ad Ocean.* Cornutus ſyllogiſmus, ut quocunque me verterem, ſtrictius teneret.

Corocotta, ſive crocotta, f. 1. κροκόττας, hyæna Indica, ut *Porphyrius* dicit, vel ut *Plin. lib. 8. c. 30.* & *Solino* placet, animal in Æthiopia, e leæna, & hyæna genitum, vel, ut alibi *Plin.* ait, *l. 8. c. 21.* ex cane, & lupo. Nam hyæna lupo ſimilis eſt, ac leo cani.

Corœbus, m. 2. Rex Mygdoniæ regionis Phrygiæ, qui incenſus amore Caſſandræ, quam ei Priamus deſponderat, ad Trojam venit, ſocero, & Trojanis laturus auxilium. Illi a ſponſa exitium, niſi abiret, prædictum eſt. Ex nocte, qua Ilium cecidit, a Penelen in templo Palladis occiſus eſt. *Virg. 2. Æn.* Hinc proverb. *Stultior Corœbo.*

Corolla, f. 1. *coronetta*, Ger. *Kræntzlein*, Gal. *petite couronne*, Hiſp. *corona pequena*, στεφάνιον, dimin. parva corona. *Propert. lib. 2. eleg. 23. v. 39.* Me juvat externis poſitum languere corollis.

Corollarium, ii, n. 2. eſt id, quod alicui datur, præterquam quod debitum eſt, ut inquit *Var. l. 4. de L. L.* vocabulum fictum a corollis, quod hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ. *Sueton. in Aug. c. 45.* Corollaria, & præmia alienis quoque muneribus, & ludis de ſuo offerebat. *Cic. Ver. 5.* Nummulis corrogatis de nepotum donis, ac de ſcenicorum corollariis.

Digitized by Google

lariis. ¶ Hinc tranſlate ſumitur pro cujuſvis rei additamento. *Cic. Ver. 6.* Ne ſine corollario a convivio diſcederet. *Apul. l. 1. A. A.* Modo corollarium idoneum compara. h. e. munus aliquod ultra pactam mercedem.

Corōna, æ, f. 1. inſigne Regni, diadema, fertum, *corona*, *diadema*, עטרה, Ger. *kron*, Gal. *couronne*, Hiſp. *corona*, στέφανος, ornamentum circulare capitis, ab antiquo κορώνη, corona. A noſtris olim *ſtrophium* dicta eſt, & poſtea *ſtrophiolum* per diminutionem a στρέφω, verto. Dicta item eſt *ſerta* num. plur. a *ſero*, necto. *Cicer. 6. Ver.* Unxiſſe unguentis, compleſſa coronis, & floribus. ¶ Fuerunt autem apud Rom. diverſorum generum coronæ in magno pretio habitæ, ſcilicet *triumphalis*, *obſidionalis*, *civica*, *muralis*, *vallaris*, vel *caſtrenſis*, *navalis*, *ovalis*, &c. *Triumphalis erat*, quæ Imperatoribus poſt victoriam ad Urbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat, poſtea etiam ex puriſſimo auro fieri cœpta: quod etiam inde aurum coronarium vocatur. *Cic. de Leg. Agrar.* *Obſidionalis* erat, quam liberati ab obſidione dabant ei, qui ipſos liberaverat, ex gramine decerpta inde, ubi obſeſſos ille ſervaſſet. Nam (ut ait *Plin.*) ſummum apud antiquos ſignum victoriæ erat, victos porrigere herbam e terra. *Civica* erat, quam civis civi, a quo ſervatus eſſet in prælio, teſtem vitæ, ſalutiſque perceptæ dabat, & hæc erat primo iliguea, poſtea magis placuit ex quercu, quod ante inventas fruges arboris ejus glandibus homines victitarint. *Muralis* erat, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiiſſet, inque oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet. Hæc corona, ad incitandos ad oppugnationem militum animos, ex auro fiebat. *Vallaris*, quæ & *Caſtrenſis* dicitur, ſimiliter aurea, habebat inſigne valli. Hac donabatur, qui primus hoſtium caſtra pugnando introiſſet. *Navalis* quoque aurea quibuſdam quaſi roſtris navium inſignita erat, qua donari conſueverat, qui primus maritimo prælio in navem hoſtium vi tranſiliiſſet. *Ovalis* myrtea erat, qua utebantur Imperatores, qui ovantes introibant civitatem. V. *Paſchalium de Coron.* ¶ Coronis quoque induta mancipia bello capta venum producebantur: unde ſub corona venire, *Gel. l. 7. c. 4. Juſtin. l. 8. c. 3.* Conjuges, liberoſque omnium ſub corona vendidit. V. *Gel. l. c.* ¶ Corona aliquando accipitur pro cœtu hominum, ut in corona dicere. *Cic. pro Flac. c. 28. & in Bruto.* ¶ Item pro quodam militaris obſidionis genere, ut corona cingere, aggredi, coronam circumdare, &c. *Cic. Livius, Cæſar, Curtius, Hirt.* Eſt autem *corona* cum milites ita cingunt urbem, ut nullus ſuperſit locus, qui non e continenti militum ordine occupetur. *Liv. 37. 3.* Non corona, ſed operibus oppugnare urbem. *Id. 26. 45.* Scalis, & corona urbem capere. ¶ Eſt etiam hoc nomine ſidus, quod corona Ariadnæ dicitur, in Septentrionali regione, cum novem ſtellis. *Virg. 1. Georg.* V. *Hygin. l. 2. Aſtronom. c. 3.* V. etiam ſupra in voce Ariadna. ¶ A Veteribus Coronæ adhibitæ religionis cauſa & in funeribus, & in ſacris, & in conviviis celebrandis. V. *Pet. Victor. l. 2. var. lect. c. 7.* ¶ Notat *Marr. l. 8. var. lect. cap. 1.* a Poetis coronas vocari interdum poemata ſua in illuſtrium virorum laudem compoſita. ¶ Denique coronæ vocantur projecturæ in ſummitate murorum domus, *cornice*, *cornicione*. *Vitruv. l. 1. c. 8. ad fin.*

Coronalis, le, adject. 3. a corona. *Apul. l. 1. Miles.* Totam ejus domum, filiamque flammis coronalibus deuſſeras.

Coronāmen, is, n. 3. corona, coronæ ornamentum. *Apul. l. 11.* Mulieres verno florentes coronamine.

Coronamentum, ti, n. 2. *coronamento*, στεφάνωμα, coronarum multitudo. *Plin.* Atria coronamentis referta. ¶ Item flores, frondes, & alia, ex quibus coronæ fiunt. *Id. lib. 21. c. 3.* In hortis ſeri & coronamenta juſſit Cato.

Coronarium, ii, n. idem quod corona. *Gel. 4. 14.* Ædilem ex eo loco jure dejectum, quo eum venire cum coronario non decuiſſet.

Coronarius, rii, m. 2. & Coronaria, f. 1. στεφανοπλόκος, qui, vel quæ coronas conficit. *Plin. l. 21. c. 2.* Factum id ex ingenio Glyceræ coronariæ. *Id. l. 34. c. 11.* Coronariorum teſſamentis in acetum additis.

Coronarius, a, um, adject. στεφανωματικός, ad coronas pertinens, ut coronarium opus, h. e. in modum coronæ factum. *Plin. l. 13. c. 30.* Ramos ſpargit topiarii, atque coronarii operis. Eſt autem coronarium opus quoddam cameræ ornamentum in cubiculis, de quo *Vitruv. lib. 7. c. 3. & 6.* ¶ Aurum coronarium proprie erat illud, quod coronarum aurearum loco Imperatoribus dari ſolebat: ſeu ea pecunia, quam provinciales dabant Romanis magiſtratibus prætexto coronæ inde faciendæ. *Cic. de Leg. Agr. 2. c. 22.* Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario.

Coronator, o. 1. 2. partic. a coronor, *coronato*. *Cic. 2. de Leg.* Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.

Corōne, f. 1. olim Pedaſum, & Æpea, *Coron*, κορώνη, urbs Peloponneſi, in ora ſinus Meſſeniaci, qui inde *Coronæus* dicitur, olim Coloniæ Thebanorum, cum portu capaci, in Prov. *Belvedere*, ſub Tharnatio M. inter Methonen ab Bor. & Meſſenen ad Auſt.

Corōnēa, f. 1. Coronia, *Caronea*, κορώνεια, urbs Græciæ in Bœotia, apud Heliconem Montem, & Copaïdem lacum, ubi Cephiſum fl. recipit. Dicta eſt a Corono Therſandri filio. Hic talpæ non vivunt. ¶ Aliæ etiam hoc nomine urbes commemorantur, in Meſſenia, in Phthiotide, in Cypro, &c.

Coronēola, f. 1. genus roſæ, quæ autumno floret. *Plin. l. 21. c. 4.*

Coronides, æ, m. patronym. Æſculapius filius Coronidis nymphæ. *Ov. 6. Faſt. v. 748.* Nulla Coronides cauſa doloris erit.

Corōnis, idis, f. 3. *ſommità*, *cima*, *altezza*, כתר, Germ. *obere ſpitz*, *gipfel*, Gal. *ſommet*, Hiſp. *cumbre*, κορωνίς, proprie eſt nota, unci figura, ideſt, lineæ brevis, ſed ab inferiore parte flexa, quæ nota in calce, ſeu fine libri apponebatur. Metonymice uſurpatur pro ipſo libri fine. *Mart. l. 10. epigr. 1.* Si nimium videar, ſeraque coronide longus eſſe liber, legito pauca, libellus ero.

Corōnis, idos, alio nomine Arſinoe, Nympha, filia Lariſſæ, vel Leucippi, & Phlegiæ. Cum forma præſtans eſſet, Apollini placuit. Sed a corvo apud Apollinem accuſata adulterii cum adoleſcente Hæmonio Elati filio, cui nomen Iſchys erat, ab Apolline ſagitta confoſſa eſt. Apollo extractum e ventre puerum Æſculapium appellavit, & Chironi educandum tribuit. *Ovid. 2. Faſt. & 2. Met.*

Corōno, as, a. 1. *incoronare*, עטר, Germ. *kroenen*, Gal. *couronner*, Hiſp. *coronar*, στεφανόω, coronam capiti impono. *Plin. l. 15. c. 4.* Athenis victores olea coronant. ¶ Significat etiam cingere, *circondare*. *Virg. l. 9. v. 381.* Omnemque aditum cuſtode coronant. *Lucret. 2. 802.* Pluma columbarum, quæ colla coronet. ¶ *Sueton. Claud. c. 11.* Comœdiam Græcam docuit, ac de ſententia judicum coronavit. h. e. coronatus eſt. V. *Voſſ. Grammat. l. 5. c. 3.* ¶ Coronare cratera, eſt ita implere, ut inſtar coronæ labra poculi contingat. *Virg. Georg. 2. v. 528.*

Coronōpus, odis, κορωνόπους, al. gramen aculeatum, & vulgo dens canis, herba oblonga, fiſſis foliis, per terram repens, cujus radix in cinerem toſta cœliacis præclare facit. *Plin. l. 21. c. 16. & l. 22. c. 19.*

Corophium, n. 2. piſcis de genere cancrorum. *Plin. l. 35. c. 11.*

Corporalis, o. 2. *corporale*, *corporeo*, Germ. *leiblich*, Gal. *corporel*, Hiſp. *corporal*, σωματικός, quod eſt, vel quod habet corpus. *Sen. epiſt. 59.* Dicuntur quædam corporalia eſſe, quædam incorporalia. *Papin. l. debitor. §. ult. ff. de pign. act.* Soluta pecunia creditor poſſeſſionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, reſtituere debet. ideſt, de pignore corporeo. ¶ Item quod eſt corporis. *Sen. ep. 34.* Vitiorum noſtrorum oblivio, etiam corporalium.

Corporalitas, atis, f. 3. *Tert. de An. c. 7. & 9.*

Corporaliter, adverb. *corporalmente*. *Paul. JCtus l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Servus corporaliter pignori datus.

Corporeſco, is, eſcere, quaſi dicas, corpus fieri. *Claud. Mamert. l. 1. c. 14.*

Corporatio, f. 3. idem ac corporatura. *Col. l. 6. c. 2.* Cuſtodiendum eſt, ne in corporatione vel ſtatura, vel viribus impar cum valentiore jungatur. Meliores tamen libri habent (*ne incorporatione*) eodem ſenſu.

Corporativus, a, um, adject. corporalis. *Cal. Aurel. Tard. l. 2. c. 6.* Corporativa adjutoria.

Corporatūra, f. 1. *corporatura*, *quantità*, Ger. *leibs geſtalt*, Gall. *taille*, *corpulence*, Hiſp. *cuerpo*, *corpulencia*, σωματώσις, τὸ σώματος ἀρμόττειν, corporis magnitudo, habitus, & ſtatus corporis. *Vitr. l. 6.* Ea cœli refrigidus aer in corpora fundens humorem efficit ampliores corporaturas. Adde *Col. l. 6. c. 12.* ¶ *Veget. l. 1.* ſcribit, Corporaturam boni tyronis implere ſex pedum longitudinem.

Corporatus, o. 1. 2. idem ac corporeus. *Cic. de Univ. cap. 8.* Mundus cernitur, & tangitur, & eſt undique corporatus.

Corporecuſtos, odis, m. 3. cuſtos corporis. Vet. Inſcript. apud *Grut. p. 600. n. 10.* Baſſus Neronis Cæſaris corporecuſtos. Et n. 13. Hilarius Neronis Cæſaris corporecuſtos.

Corporeus, a, um, o. 1. 2. *corporeo*, Germ. *leibhaftig*, σωματικός, quod eſt ex ſubſtantia corporis, vel quod corpus habet. *Cic. 2. de nat. Deor.* Contra ille corporeus vitalis, & ſalutaris omnia conſervat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuque afficit. Adde *de Univ. c. 4.*

Corpŏro, as, a. 1. *incorporare*, *unire in un corpo*, Ger. *zueinem leib machen*, Gall. *incorporer*, Hiſp. *encorporar*, συσσωματόω, cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. *Plin. l. 7. c. 15.* Tempore ipſo animatur, corporaturque. ¶ Apud antiquos corporare eſt interficere, *ammazzare*. *Enn. apud Non.* Corpus contemplatur, unde corporet vulnere. *Accius*, Corporare ab tergo eſt auſus.

Corpulentia, f. 1. πολυσαρκία, carnoſitas, *Plin. lib. 11. c. 33.* Somno concoquere corpulentiæ, quam firmitati utilius.

Corpulentus, o. 1. 2. *graſſo*, Ger. *leiblich*, Gall. *corpulent*, Hiſp. *corpulento*, μεγαλόσωμος, homo obeſi corporis, a corpus, ut vinolentus a vinum. *Col. l. 6. c. 3.* Corpulentum pecus. *Plaut. Epid. 1. 1. 8.* Corpulentior videre, quam agilior.

Corpus, oris, n. 3. *corpo*, גוף, Ger. *leib*, Gal. *corps*, Hiſp. *cuerpo*, σῶμα, ſubſtantia omnis viſu, vel tactu perceptibilis, ut corpus equi, corpus ferri, apud *Lucr. l. 2.* & ſpeciatim maſſa compacta ex oſſibus, carne, & ſanguine, quæ eſt pars animalis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt. *Id. pro Marc.* Vita corpore, & ſpiritu continetur. ¶ Aliquando corpus ſumitur pro ſola carne. *Cic. Fam. 7. ep. 26.* Hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam & vires, & corpus amiſi. *Mart.* utramque ſignificationem uno verſu complexus eſt. Inque omni nuſquam corpore corpus erat. ¶ Per catachreſim pro ſola anima poſuit *Virg. 6. Æn. v. 303. de Charonte.* Et ferruginea ſubvectat corpora cymba. ¶ Sumitur item pro aliquo opere ſcripto, & volumine. *Cic. l. 5. Fam. ep. 12.* A principio enim conjurationis uſque ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. *Id. 2. ad Q. Fr.* Sed utros ejus habueris libros (ſunt enim duo corpora) an utroſque, neſcio. ¶ Item pro forma. *Liv. l. 6. B. Pun.* Corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis conſilium, nec Magiſtratus eſſe. ¶ Item pro parte, & tribu, ex multitudine populi. *Liv. l. 1.* Sui corporis creari Regem volebant. ¶ Corpus ſine pectore, prov. apud *Horat. l. 1. ep. 4. v. 6. & Ovid. in Heroid.* ideſt, ſine mente. ¶ *Corpore excedere*, & *exire*, phraſis eſt gladiatorum ictum adverſarii corporis declinatione vitantium. *Virg. Æn. 5. v. 437.* Stat gravis Entellus, niſuque immotus eodem, Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *Cic. Catil. 1. c. 6.* Tuas petitiones parva quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugi. ¶ Interdum corpus accipitur pro perſona ipſa, ſeu homine. *Nepos Datam. c. 9.* Elegit corpus naturæ ſimillimum ſui, eique veſtitum ſuum dedit. *Curt. l. 5. c. 13.* In illo corpora poſita eſt victoriæ. ¶ De variis corporum diviſione Vide *JCtos & Sen. Quæſt. Natur. l. 2. c. 2.* ¶ Corporis quæſtum facere, de meretricibus dictum. *Plaut. Liv. & al.*

Corpuſcŭlum, n. 2. *corpetto*, σωμάτιον, dimin. a corpus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 24.* Eſſe corpuſcula quædam lævia, alia aſpera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, & quaſi adunca.

Corrādo, is, aſi, aſum, a. 3. demo, abradendo colligo. *Ter. Phorm. 1. 1. 6.* Ei, credo, munus hoc corraditur. *Id. Heaut.* Nihil relinquo in ædibus, corraſi omnia. *Id. Adelph. 2. c. 14.* Minas decem corradere alicunde. *Lucr. l. 1. v. 401.* fidem dictis corradere (vel *conradere*) noſtris. h. e. conciliare. Alii leg. *conradere*.

Corraſus, a, um, *raccolto*, radendo ablatus: & tranſlate comparatus, collectus. *Calliſtr. Dig. l. 49. tit. 14. leg. 6. extr.* Plerumque etiam inde corraſas pecunias Præſides ad fiſcum tranſmiſerunt.

Correctio, nis, f. 3. *correzione*, תקון, Germ. *beſſerung*, Gall. *correction*, Hiſp. *correcion*, ἐπανόρθωσις, emendatio. *Cic. 4. Fin.* Hæc videlicet eſt correctio Philoſophiæ veteris, & emendatio. ¶ Correctio etiam figura eſt apud Rhetores, quæ tollit id, quod dictum eſt, & quod magis idoneum videtur, reponit. *Auct. ad Heren. lib. 4. c. 26.* Poſtquam iſti vicerunt, atque adeo victi ſunt. Eam enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dederit?

Corrector, m. 3. *correttore*, מתקן, Germ. *beſſerer*, Gall. *correcteur*, Hiſp. *corrector*, ἐπανορθωτής, emendator. *Cic. pro Balbo, c. 8.* Corrector, atque emendator civitatis. ¶ Item qui ſimul cum aliquo provinciam regit, ut Corrector Flaminiæ, & Piceni, apud *Grut. Inſcrip. p. 407. n. 8.* Corrector Lucaniæ, & Bruttiorum. *Reineſ. Inſcr. p. 399.* Adde *Ammian. l. 27. c. 4.*

Correctūra, æ, f. 1. munus correctoris. *Auſon. Parent. 24.* Num correcturæ tibi Tarraco Hibera tribunal Præbuit.

Correctus, a, um, adject. emendatus, *corretto*. *Cic. 13. Att. epiſt. 48.* Laudationem Porciæ tibi miſi correctam. *Gell. 6. 14.* Ut is, qui deliquit, attentior fiat, & correctior.

Corrēpo, is, idem ac repo, *rampicare*, *andar' occultamente*, ἕρπω. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quod dum efficere vultis, in dumeta correpitis. *Col. in præfat.* Intra muros correpſimus.

Correpte, adv. cui opponitur *producte*. *Ovid. 4. Pont. el. 12. v. 13.* ſyllaba, quæ nunc correptius exit. *Chariſ. l. 2.* Correpte, ut lego, producte, ut audio. *Gell. 9. 6.* Dictito ab eo verbo, quod eſt dico, correpte dicitur.

Correptio, onis, f. 3. ut correptione retundi. h. e. reprehendi. *Tert. de Pudic. c. 14.* ¶ Item abbreviatio. *Vitruv. l. 9. c. 9.* Correptionem dierum, aut creſcentiæ. ¶ Apud Grammaticos correptio ſyllabæ eſt, cum ſyllaba brevi tempore pronuntiatur. *Quintil. l. 9. c. 3.* Vocet aut productione tantum, vel correptione mutatæ.

Correptor, is, m. 3. *riprenſore*, מוכיח, Germ. *ſtraffer*, Gall, *repreneur*, Hiſp. *repre-*

Digitized by Google

reprehenſor, ἐπιτιμητής, reprehenſor. *Sen. 2. de ira, c. 10.* Non hoſtis, ſed correptos peccantium.

Correptus, a, 1. 2. particip. a corripior, raptus, comprehenſus. *Auct. ante Exil.* Ego rapente vi Tribunitia correptus, &c. *Virg. Georg. 4. v. 305.* Correptum manibus tenere. ¶ Item furto ablatus, ſurreptus, ut correpta pecunia, *Cic. pro Balbo*, & *l. 12. Fam. epiſt. 13.* Correptis vectigalibus. ¶ Apud *Liv. l. 2. c. 28.* Correpti Patres, *ſorpreſi*. ¶ Apud Grammaticos correpta dicitur ſyllaba, quæ breve tempus habet. *Quintil. l. 1. c. 6.* (*al. 10.*) Syllaba correpta.

Correus. V. Conrei.

Corrīdeo, es, a. 2. *ridere*, Germ. *ſamt andern lachen*, Gal. *rire enſemble*, Hiſp. *reir a una*, συγγελάω, ſimul rideo. *Lucan. l. 4. v. 81.* Omnia corrident concepta luce diei.

Corrigia, æ, f. 1. *correggia*, שׂרוך, Ger. *ſchuchriemen*, Gal. *courroye*, Hiſp. *correa*, ἱμὰς τῶν ὑποδημάτων, lorum, vel funiculus ex loris bubulis, &c. a *corium*. Aliqui derivant a corrigo, voluntque lorum fuiſſe, quo verberarentur ſervi, ut corrigerentur. *Cic. 2. de Divin. c. 4.* Pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda. ¶ Secundam ſyllabam corripit *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. v. 61.* producit *Arator l. 2. hiſt. Apoſt. v. 81.*

Corrigo, is, exi, ectum, a. 3. *correggere*, הוכיח, Ger. *beſſeren*, Gal. *corriger*, Hiſp. *corregir*, διορθόω, emendo, a *con*, & *rego*. *Cic. ad Q. Prat.* Curſu corrigam tarditatem. *Id. 3. Leg. c. 14.* Corrigere mores civitatis. ¶ Proprie ſignificat, quod tortuoſum, & obliquum eſt, dirigere, *dirizzare*. *Plin. l. 7. c. 20.* Milani athletæ malum tenentis nemo digitum corrigebat.

Corripio, is, ipui, eptum, *prender' in fretta*, *torre per forza*, idem ac rapio, vel celeriter rapio, comprehendo. *Virg. 1. Æn.* Arcumque manu, celereſque ſagittas corripuit. *Cic. 7. Ver.* Hominem corripi, ac ſuſpendi juſſit in oleaſtro quadam. ¶ Translate eſt reprehendere, arguere, objurgare, quod fit magis verbis, quam verberibus, *riprendere*, *ammonire*, ἐπιτιμάω, ἐπιπλήττω. *Cal. Cic. 8. Fam.* Clamoribus ſcilicet maximis judices corripuerunt. *Sueton. in Aug. c. 53.* Indecoras adulationes corripuit edicto. h. e. caſtigavit. ¶ Item occupare, *ſorprendere*, ut Corripi ſomno, Corripi febribus, &c. *Plin. l. 1. ep. 12.* Pedum dolore correptus eſt. *Plaut. Aſin. 3. 2. 34.* Me ex amore hujus correptum eſſe. Alii leg. *corruptum*. ¶ Corripere ſe, eſt celeriter ſe recipere, *levarſi in fretta*. *Ter. Heaut. 4. 1. 3.* Corripuit tacitus ſe ſe ad filiam. ¶ Significat etiam ad ſe trahere. *Nepos 18. 2. 3.* Omnium partes corripere, atque complecti. *Tacit. Annal. 11. 8. 4.* Neque cunctabatur, quin proximas Præfecturas corriperet. ¶ Apud Grammaticos corripere ſyllabam, eſt, brevem facere. *Palæmon Grammat.*

Corrivāles, m. 3. *rivali*, Ger. *mitbuler*, Gal. *corrivaux*, Hiſp. *competidores*, ἀντεραςταί, qui eandem amicam habent. *Quinctil. 14. Declam.* Illa corrivalium maledicta.

Corrivatio, onis, f. 3. aquæ eundem in locum deductio, ſive confluxus. *Plin. l. 3. c. 3.* Corrivatione aquæ pluviæ in locum humiliorem a ſuperioribus defluentis. Adde *l. 33. c. 4.*

Corrivātus, a, um, adject. deductus, derivatus. *Plin. l. 36. c. 13.* Per meatus corrivati ſeptem amnes. h. e. in eundem alveum deducti. Et *l. 3. c. 5.* Tiberis tenuis primo, & niſi piſcinis corrivatus, emiſſuſque, navigabilis.

Corrivo, as, a. 1. eſt rivum ducere, ſeu facere, ſeu aquas per rivos eundem in locum ducere. *Ulp. l. 1. §. 4. ff. de aqu. & aqu. plu. arcen.* Foſſas agrorum ſiccandorum cauſa factas, Mutius ait, colendi agri cauſa fieri, non tamen corrivandæ aquæ cauſa fieri. *Plin. l. 31. c. 4.* Plerunque damnoſi torrentes corrivantur. h. e. in eundem rivum confluunt.

Corroboramentum, i, n. 2. *conforto*, *rinforzo*. *Lactant. l. 3. c. 12. ad fin.* Labores, & miſeriæ ſunt exercitia, & corroboramenta virtutis.

Corroborātus, a, 1. 2. roboratus, *fortificato*. *Cic. pro Flac.* Quorum virtus non ſolum natura corroborata, verum etiam diſciplina putatur.

Corrobōro, idem ac roboro, ideſt, robuſtum, & fortem reddo, *rinforzare*. *Cic. pro Sext.* Cum jam pueriliis tua vox ſe corroboraverit. ¶ Et tranſlate. *Cic. Caſſ. l. 12.* Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie.

Corrōdo, idem ac rodo, vel ſimul rodo, *rodere*. *Cic. 2. de Div.* Nos autem ita leves, atque inconſiderati ſumus, ut, ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus.

Corrogatus, a, um, adject. multis precibus rogatus: ut corrogati auditores. h. e. ambitione collecti. *Cic. Philip. 3. c. 8.* & *Quintil. l. 10. c. 9.* ¶ Corrogata pecunia ad uſus neceſſarios. h. e. collecta. *Caſ. l. 3. B. C. c. 102.* Sic *Cic. 3. Ver.* Nummulis corrogatis de nepotum donis.

Corrōgo, as, a. 1. συναγείρω, eſt rogando congregare, ſive multis precibus contrahere. *Cic. pro Quinct. c. 6.* Ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam ſibi adſint. *Auct. ad Her. l. 1. c. 6.* Carbunculos corrogare. h. e. colligere. V. Corrogatus.

Corrōſus, a, 2. a. partic. a corrodor, *corroſo*. *Var. 3. R. R. c. 17.* Cum eodem tempore inſulas Ludunorum ibi corroſas vidiſſes. *Juven. Sat. 13. v. 8.* Corroſis oſſibus.

Corrotundātus, a, um, *rotondo*. *Petron. Fragmen. Tragur. p. 11.* Terra mater eſt, in medio quaſi ovum corrotundata.

Corrotundo, as, avi, atum, a. 1. rotundo. *Sen. l. 4. Nat. Quæſt. c. 3. & epiſt. 113.* Si has quoque corrotundaverint. *Petron. Fragmen. Tragur. p. 49.* Uno curſu centies ſeſtertium corrotundavi. V. ibi *Scheffer*.

Corrūda, f. 1. ἀσπάραγος ἄγριος, ſylveſtris aſparagus. *Plin. l. 20. c. 10.* Sylveſtrem aſparagum aliqui corrudam, aliqui Lybicum vocant, Attici horminium. *Cato*, In arundineto corrudam ſerito.

Corrugātus, a. 1. 2. *increſpato*. *Col. l. 12. c. 39.* Ubi ſatis corrugata erunt acina.

Corrūgis, e, adject. qui in rugas colligitur. *Nemeſian. Cyneget. v. 93.* Corrugeſque ſinus gemmatus baltheus arctet.

Corrūgo, as, a. 1. *increſpare*, קמט, Ger. *gerunzelt machen*, Gal. *rider*, Hiſp. *arrugar*, ῥυτιδόω, eſt in rugas contrahere. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 22.* Ne turpe toral, ne ſordida mappa corruget nares.

Corrūgus, m. 2. idem ac corrivus, vel ſpeciatim, ut aliqui definiunt, aqua ex montium jugis ducta ad lavandum aurum. *Plin. l. 33. c. 4.* Fluenta jugis montium duxere: corrugos vocant, a corrivatione, credo.

Corrumpo, is, a. 3. *corrompere*, *guaſtare*, השחית, Ger. *verderben*, Gal. *corrompre*, Hiſp. *corromper*, διαφθείρω, contamino, vitio, deſtruo. *Ter. Adelph. 3. 3. 86.* Piſces ex ſententia nactus ſum, ii mihi ne corrumpantur, cautio eſt. *Plin. l. 3. c. 23.* Quæ nec aqua, nec igni poſſet corrumpi. ¶ Transfertur ad animam. *Cic. 3. Leg. c. 14.* Corrumpere animum, & mores alicujus. ¶ Aliquando eſt ſubornare, allicere muneribus. *Cic. pro Planc.* Quam quiſque Tribum turpi largitione corrumperet. Sic corrumpere aliquem pecunia, muneribus, blanditiis, &c. *Cic. paſſim.* ¶ Corrumpere oculos fletu, *Plaut. Amph. 1. 3. 32.* ¶ Corrumpere diem, pro conterere, *perder' il tempo*. *Id. Men. 4. 2. 31.* ¶ Corrumpere litteras, *falſificare*. *Cic. Ver. 4.* ¶ Corrumpere rem familiarem, *diſſipare*. *Sall. in Jug.* ¶ Corrumpere opportunitates, *perdere le buone occaſioni*. *Id. in Catil.*

Corrŭo, is, a. 3. *cadere*, *rovinare*, נפל, Ger. *fallen*, Gal. *tomber*, Hiſp. *caer*, συμπίπτω, ſimul ruo, concido. *Cic. 2. ad Q. Frat.* Et ille pene timore, ego riſu corrui. *Id. l. 1. Divin. c. 30.* Urbs tota Lacedæmoniorum corruit. ¶ Eſt etiam activum, & ſignificat coacervare, congerere. *Plaut. Rud. 2. 6. 38.* Ibi corruere me poſſe ajebat divitias. *Var.* Quod eo ſpicas, aliudve corruebant. ¶ *Lucret. l. 5. v. 825.* Quæ poſſint corruere hanc rerum violento turbine ſummam. h. e. evertere, labefactare. Adde *l. 3. v. 369.*

Corrupte, *corrottamente*, Ger. *verderbung*, Gal. *par corruption*, Hiſp. *por corrucion*, διεφθαρμένως. *Cic. 1. Fin.* De quibus neque depravate judicant, neque corrupte. *Sen. Controv. 9.* Minus facunde, & corruptius quam Fabianus. *Aſcon. proœm. Ver.* Corruptiſſime judicare.

Corruptēla, f. 1. *corruzione*, διαφθορά, corruptio, quod corrumpit, & contaminat. *Cic. 2. Off. c. 15.* Melius etiam, quod largitionem corruptelam dixit eſſe. *Id. in Parad.* Corruptelam judicii moliri. *Ter. Adelph. 3. 3. 7.* Communis corruptela noſtrum liberum. ¶ Pro ſtupro uſurpat *Suet. Claud. c. 16.*

Corruptibilis, le, adject. 3. qui corrumpi poteſt, *corruttibile*. *Arnob. l. 2.* Plato Deos dixit, & mundum corruptibilem eſſe natura.

Corruptibilitas, atis, f. 3. facilitas ſe corrumpendi, *corruttibilità*. *Tert. adv. Marc. c. 16.* Corruptibilitas ſubſtantiæ humanæ.

Corruptio, nis, f. 3. *corruzione*, διαφθορά. *Cic. Tuſc. l. 4. c. 13.* Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Corruptivus, a, um, adject. idem quod corruptibilis. *Tertul. l. de Reſur. Car. c. 51.* Oportet corruptivum iſtud induere incorruptionem.

Corruptor, m. 3. *corruttore*, משחית, Ger. *verderber*, Gal. *corrupteur*, Hiſp. *corrompedor*, διαφθορεύς, qui corrumpit. *Cic. in Catil. 2. c. 4.* Corruptor juventutis.

Corruptorius, a, um, adject. qui corrumpit, corruptivus. *Tertul. adv. Marc.* Corruptorii ſenſus. Et, conditio corruptoria.

Corruptrix, icis, f. 3. quæ corrumpit. *Cic. 1. ad Q. Fr. ep. 1. c. 6.* Tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia.

Corruptus, a. 1. 2. *corrotto*, διεφθαρμένος. *Cic. Att.* Animus largitione corruptus. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 95.* Iter factum corruptius imbri. *Senec. Suaſor. 1.* Res omnium corruptiſſima. ¶ Corruptus etiam dicitur, qui animo deficit. *Plaut. Amph. 5. 1. 6.* Animo male eſt, aquam velim, corrupta ſum, atque abſumpta. ¶ Corrupti boves, ideſt macie confecti. *Phædr. l. 2. Fab. 9. v. 21.* Sic *Caſ. l. 3. B. C. c. 58.* Corrupti equi macie.

Cors, ortis, V. Cohors.

Corſa, æ, f. 1. a *Vitruv. l. 4. c. 6.* dicitur prima faſcia antepagmenti in oſtiis, ducta metaphora a voce Græca κόρση, quæ tempus, partem capitis ſignificat, *tempia*.

Corsĕæ, ſive Corſiæ, inſulæ parvæ Joniæ adjacentes, contra Samum inſulam.

Corſi, orum, Corſicæ incolæ. *Plin. l. 15. c. 29.* Papirius Maſo in monte Albano triumphavit de Corſis.

Corsĭca, Corſis, Cyrnus, *Corſica*, inſ. Italiæ, in mari Tyrrheno, ſub dominio Reip. Genuenſis. Antea dicta eſt Cyrnus, a Cyrno Herculis filio, poſtea Corſica a Corſe ancilla cujuſdam bubulci, cujus taurus ex continente in inſulam tranavit. Tota ægre colitur, quod aſpera ſit, & multis in locis inacceſſibilis. Dividitur a Sardinia freto Taphros dicto. Melle abundat, ſed venenato. *Ovid. l. 1. Amor. eleg. 12.* Melle ſub infami Corſica miſit apis.

Corſicanus, a, um, ad Corſicam pertinens, ut mella Corſicana, apud *Serv. in 4. Georg. v. 101.*

Corsĭcus, a, um, adject. poſſeſſ. Corſicanus, ut Corſica apis, *Ovid. l. 1. Am. el. 12.*

Corſoides, m. 3. κορσοειδής, lapis canitiei hominis ſimilis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Corſus, a, um, *Corſo*, ad Corſicam pertinens, Corſicus. *Ovid. 6. Faſt. v. 194.* Cum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis. ¶ *Corſi*, *orum*, ejus inſulæ populi. *Liv. l. 42. c. 7. Plin. l. 13. c. 29.*

Cortex, icis, 3. tam maſc. quam fœm. gen. *ſcorza*, *corteccia*, קליפה, Ger. *rinde*, Gal. *écorce*, Hiſp. *corteza*, φλοιός, eſt veluti corium cujuſque rei, ut in arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædam tectoria. *Virg. 7. Æn.* Raptus de ſubere cortex. *Id. ecl. 6. v. 62.* Muſco circundat amaræ corticis. ¶ Duplex eſt autem cortex in arboribus, alius interior, qui & *liber* dicitur, tenuis, & levis; alter exterior, craſſus, & aſper. ¶ Leviorem cortice dixit *Horat. lib. 3. od. 9.* hominem inconſtantem. ¶ Sine cortice nare, proverb. de eo, qui ſuis moribus regendis præceptore non eget. *Id. l. 1. ſat. 4. v. 120.*

Corticātus, a, 1. 2. quod corticem habet. *Col. l. 12. c. 23.* Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

Corticeus, a, um, adject. *di ſcorza*, ut Corticeum gluten. *Pruden. Cathem. 3. v. 43.*

Corticōſus, a, c. 2. *pieno di ſcorze*, φλοιώδης, quod corticibus plenum eſt. *Plin. l. 12. c. 41.* Quod in arbore hæſit ferro depectitur, ideo corticoſum.

Corticŭla, f. φλοίδιον, dimin. a cortex. *Col. l. 12. c. 47.* Tum reſolutis corticulis eximimus eum.

Cortīna, f. 1. *cortina*, proprie eſt vas æreum, in quo colores coquuntur, & lanæ tinguntur. *Plin. l. 25. c. 6.* Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. ¶ Item vas, in quo defrutum decoquitur, a *corte*, quia defrutum decoquebatur in cortibus villicis. *Col. l. 1. c. 6.* ¶ Item vas, quo oleum fluit, cum oleum in torculari factores premunt. *Cato R. R. c. 66.* Cortinam plumbeam in lacu ponito, quo oleum fluat. *Plaut. Pan. 5. 3. 12.* Qui cortinam ludis per Circum ferunt. hoc eſt, Vas aqua plenum, ut equos curſu defeſſos in certaminibus aſpergant. ¶ *Virg. l. 3. Æn. v. 92.* & *l. 6. v. 347.* tripodem illum, in quo Phœbades ſedentes oracula reddebant, cortinam appellat, nam & tripus vas rotundum erat ad ſimilitudinem cortinæ. *Prudentius* tamen cortinam a tripode diſtinguit, *Apotheoſ. v. 50c.* Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra: Non tripodas cortina tegit. Itaque cortinam tripodum dixit etiam *Plin. l. 34. c. 3.* quam *Pollux l. 10. c. 23.* vocat opercula tripodum, ὅλμοι, & circulari figura fuiſſe teſtatur. ¶ *Servius in Ætna*, v. 294. cortinam theatri vocat convexam, & cavam theatri capacitatem. Et *Ennius apud Var.* Cœli cortinam antea dixerat, quod ſcil. inſtar cortinæ vaſis concavum ſit. ¶ Recentioribus Auctoribus cortinæ aulæa, ſeu vela appellantur. V. *Iſid. Orig. l. 19. c. 26.*

Cortinăle, is, n. 3. locus, in quo cortinæ ſunt ad decoquendum aliquid. *Col. l. 1. c. 6.* Cortinale, quo defrutum fiat, nec anguſtum, nec obſcurum ſit.

Cortinipŏtens, entis, epith. Apollinis, quod cortinæ præeſſet. *Lucil.*

Cortinŭla, æ, f. dimin. a cortina. *Ammian. l. 29. c. 7.* (*al. c. 1.*) Cortinulis penſilem annulum librans.

Cortōna, V. Corytus.

Cortonenſis, e, adject. ad Cortonam pertinens, ut montes Cortonenſes, *Liv. l. 22. c. 4.* Cortonenſes incolæ, *Plin. l. 3. c. 5.*

Cortumĭo, vel contumio, onis, ἐνατένισις, attenta oculorum deſicio in aliquam rem: verbum augurale, apud *Var. l. 6. de L. L.*

Cortyna. V. Gortyna.

Corvīnus, a, um, adject. quod eſt corvi, *di corvo*, ut Corvinum ovum, *Plin.*

Plin. l. 10. *c.* 12. Corvina nigredo, *Apul. l.* 2. *Met.* ¶ Corvinus Romanæ familiæ cognomen, de cujus origine *Liv. l.* 7. *c.* 36.

Corvito, n. 1. devoro. *Plaut. Caſ.* 4. 1. *ad fin.* Novi ego illas ambas eſtrices, corvitant, ubi comeſſe poſſunt. Sed *Lambin.* & *Turneb.* legunt, *corbitant ubi comeſſe poſſunt.* V. *corbito.*

Corvitor. V. Corbitor.

Coruncānus, m. 2. primus Romæ Pontifex Max. de plebe, quem Cicero pro domo ſua Pontificii juris peritiſſimum fuiſſe teſtatur. Is, cum Legatus ad Teucam Illyricorum Reginam miſſus eſſet, in reditu contra jus gentium interfectus eſt.

Corus, Caurus, m. 2. *Ponente Maeſtro*, ἀργέστης, ventus inter Favonium, & Septentrionem, qui ab Occaſu æſtivo, & ſolſtitiali ſpirat adverſus Aquilonem. *Plin.* 2. 47. Sed *Vegetio* idem eſt ac Libonotus ad ſiniſtrum meridiani cardinis. ¶ Corus, p. c. κόρος, genus menſuræ, quæ triginta modios capiebat, al. quadragintaquinque. *Iſid. l.* 16. *c.* 25.

Coruſcāmen, inis, n. coruſcatio, ſplendor. *Apul. de Deo Socrat.* Repidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare. *Fulgent. lib.* 1. *Mythol.* Coruſcamen vultus.

Coruſcātio, onis, f. ſplendor micans, & tremulus, ut fulguris, & hujuſmodi. *Solin. c.* 53. *ubi de margaritis.* Si repente minaverit coruſcatio. *Vopiſc. in Caro, c.* 8. Ingenti exorta tempeſtate, immani coruſcatione, immaniori tonitru, exanimatus eſt.

Coruſcĭfer, a, um, adject. coruſcus, vel coruſcans. *Martian. Capel.* Coruſciferi laquearia cœli.

Coruſco, as, avi, atum, n. 1. *riſplendere a guiſa di baleno*, ברק, Germ. *ſcheinen*, Gall. *eclater*, Hiſp. *reſplandecer*, ἀστράπτω, ſplendeo, a κόρη, pupilla, quod proprie ſit ſplendore ſuo oculos perſtringere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Flamma inter nubes coruſcat. ¶ Translate eſt vibrare. *Virg.* 12. *Æn.* Olitque moras, haſtamque coruſcat. ¶ Item criſpari, tremere. *Juven. ſat.* 3. *v.* 255. Longa coruſcat Sarraco veniente abies.

Coruſcus, a, um, o. 1. 2. *riſplendente*, מבריק, Germ. *ſcheinend*, Gall. *éclatant*, Hiſp. *reſplandeciente*, στιλπνός, ſplendens. *Virg.* 2. *Æn.* Stat ferri acies mucrone coruſco. ¶ Item criſpus, tremens. *Virg.* 11. *Æn.* Sylvis ſcena coruſcis deſuper. *Serv. in* 2. *Æneid.* Coruſcum alias fulgens, alias tremulus eſt.

Coruſſo. V. Coniſco.

Corvus, m. 2. *corvo*, עורב, Germ. *rab*, Gall. *corbeau*, Hiſpan. *cuervo*, κόραξ, avis ſpecies, a Græca voce allata, vel a ſono, quem edit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Milvo eſt quoddam naturale bellum cum corvo. *Cic.* 3. *de Orat.* ambigue de Corace Rhetore, quaſi de corvo, qui Græce dicitur κόραξ. Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido. ¶ Fuit hæc avis Apollini ſacra, inauſpicata Plinio, & Horatio, ſc. ſi a ſiniſtra appareat; nam dextra boni eſt ominis. *Cic.* 1. *de Divin.* Corvus a dextra, a ſiniſtra cornix ratum facit. V. etiam *Plaut. Aulul.* 4. 3. ¶ Corvos in cruce paſcere. h. e. ſuſpendio puniri, *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 48. ¶ Eſt etiam hoc nomine machina quædam militaris, qua in navalibus prœliis utebantur, ei perſimilis, quæ manus ferrea dicebatur. *Curt. l.* 4. *c.* 2. ¶ Sunt qui putant fuiſſe genus mallei ferrei, quo in latera navium impetu multo cadente, tabulata confringerentur. *Vitruvius* enim demolitorem vocat *l.* 10. *c.* 19.

Corybantes, m. 3. κορύβαντες, Sacerdotes Matris Ideæ, ideſt, Cybeles a κορύπτω, caput jacto, & βαίνω, incedo, quod ſacro correpti furore cymbala pulſarent, & inter ſaltandum capita jactarent; vel a κόρη, oculi pupilla, quia, cum Jovis patri aſſent cuſtodes, oculis dormirent apertis, unde κορυβαντιᾶν dicuntur, qui ſimiliter dormiunt, vel, ut Diodorus ſcripſit, a Corybante Jaſonis, & Cybeles filio, qui ſimul cum Cardano ſacra Matris Deum in Phrygiam detulit. Iidem Curetes dicti ſunt, a κουρά, tonſura, uti vicini illis vocati Acarnanes, ab α priv. & κείρω, tondeo. Iidem Dactyli vocati ſuere, quia digitorum numerum æquarent, vel quod ut homo per digitos, ita Rhea per illos miniſteria ſua exequeretur. Iidem etiam qui Telchinæ exiſtunt. Hi primum Idam Phrygiæ montem tenuiſſe dicuntur, poſtea in Cretam navigaſſe, montemque quendam incoluiſſe, quem nomine relicti ſe hic etiam Idam appellarent, ubi Jovem infantem aluerunt, & ne vagitu ſe parvulus proderet; (Saturnus enim cum Titano fratre convenerat, ut ſobolem omnem maſculam interficeret) clypeolis æneis inter ſe concurrentes, tinnitu æris illiſi clarave es vocem infantis. *Horat. l.* 1. *od.* 16. Sic geminant Corybantes æra. ¶ Singulari numero uſus *Claud. de* 4. *Conſ. Honor. verſ.* 150. Non te progenitum Cybeleius ære canoro Luſtravit Corybas.

Corybantius, a, um, ad Corybantas pertinens, Κορυβάντειος. *Virg.* 3. *Æn.* *v.* 5. Hic mater cultrix Cybela, Corybantiaque æra.

Corycæus, m. 2. κωρυκαῖος, explorator, qui clanculum ſermones aucupatur, ut poſtea deferat, a Coryco Pamphyliæ monte. Nam ſub eo in mare prominente conventi quidam habitabant, vicini Myonneſo, qui ad mercatores in portu ſtationes habentes accedebant, quaſi merces empturi, vel navigationibus comites futuri, deinde cum cognoviſſent, & quid illi veherent, & quo navigarent, Myonneſiis renuntiabant. Myonneſii mercatores invadebant. Et ipſi Corycæi partem quandam prædæ accipiebant, quo capti mercatores ſe redimebant. *Suid. ex l.* 5. *Ephori.* ¶ Hinc factum eſt, ut omnes curioſi ſecreta auſcultantes *Corycæi* dicerentur. Hinc etiam prov. *Hunc Corycæus auſcultavit*, quod de eo dici ſolet, cujus conſilia ſecrete patefacta ſunt. *Cic. Attic. l.* 10. *ep. ult.* Corycæi ſubauſcultare videntur, quod loquor.

Corycĭdes dictæ Muſæ, vel a Corycio antro in Parnaſſo, vel a Nympha Corycia. *Ovid. Met.* 1. *v.* 320.

Cory lum, V. Coricetum.

Corycĭus, a, um, adject. a Coryco urbe, ut Coryceium nemus. *Curt. l.* 3. *c.* 4. Corycium crocum, *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 68.

Corycus, f. 2. Corycium, *Curco*, *Curch*, *Curcho*, Turc. *Carachiſar*, urbs Ciliciæ, al. Pamphyliæ, in ora, cum portu capaci, in Caramania reg. inter Zephyrium prom. & Sebaſten urb. Ibi mons eſt ejuſdem nominis, qui plurimum, & optimum crocum gignit, in quo ſpecus Corycius eſt, unde Nymphæ Corycides. ¶ Item eſt portus dictus *delle Carabuſe*, prope Ciſamopolim, ubi & Corycæ inſulæ, cum arce munita.

Corydălus, m. 2. *lodola*, Germ. *lerch*, Gall. *alouette*, Hiſp. *cogujada*, κορυδαλός, avis, al. galerita, & Gallico vocabulo alauda, a κόρυς, galea, quia habet in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ ſpeciem præbent. *Serv. in Eclog.* 2. *Virg.*

Corylētum, n. 2. locus frequentibus corylis conſitus. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 587. Illa modo in ſylvis inter coryleta meabat.

Corylus, f. 2. *avellana*, *nocciuolo*, κάρυον, ſpecies arboris, quæ nuces avellanas gignit. *Virg.* 2. *Georg.* Plantis eduræ coryli naſcuntur.

Corymbĭa, f. 1. ferulæ caulis decoctus, qui muria, & melle conditus ſit. *Plin. l.* 19. *c.* 9.

Corymbiātus, a, um, adject. inſtar corymbi factus. *Trebell. Poll. in Claud.* *c.* 17. Diſcus corymbiatus argenteus. V. ibi *Salmaſ.*

Corymbĭfer, ra, rum, o. 1. 2. qui fert corymbos. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 393. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Corymbītes, κορυμβίτης, tithymali ſpecies, πλατύφυλλος, vocata a foliorum latitudine. Piſces necat, alvum ſolvit radice, vel foliis, vel ſucco. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Corymbĭum, ii, n. redimiculum eſt muliebrium comarum. *Petron. Satyr.* Corymbioque dominæ pueri adornat caput.

Corymbus, m. 2. κόρυμβος, hederæ racemus in orbem circumactus, ut ſcribit *Plin. l.* 16. *c.* 34. Hinc *Virg. Ecl.* 3. *v.* 39. Diffuſos hedera veſtit pallenta corymbos. ¶ Hujuſmodi corymbis Deorum frontes, item Poetarum coronabantur, ut de Oſiri videre eſt apud *Tibull. l.* 1. *eleg.* 8. *v.* 45. & de Poetis *Propert. l.* 2. *eleg.* 25. *v.* 35. ¶ Præterea corymbus dicitur quidquid aſſurgit in modum ſtrobili, ſeu racemi hederacei. Hinc *Plin.* hanc vocem uſurpat de fructu chryſocomæ barbæ, *l.* 28. *c.* 8. Et de Cynara carduo *Colum. l.* 10. Similiter *Corn. Sever. in Ætna*, *v.* 106. corymbos vocat tumulos terræ temere, & inæqualiter congeſtæ.

Coryphæus, m. 2. κορυφαῖος, ſupremus, præcipuus, caput cujuſque ordinis, a κορυφή, vertex capitis. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 21. Zenonem Philo noſter coryphæum appellare Epicureorum ſolebat.

Coryphasĭa, æ, f. Equeſtris Minerva dicta, vel a Coryphæ matris ſigno (nam Coryphe Oceani filia, mater Minervæ fuiſſe dicitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 23.) vel ἀπὸ τῆς κορυφῆς, quod e vertice ſummo Jovis nata eſt parmam ferens, atque arma. *Arnob. l.* 4.

Coriphasĭum, n. 2. *Capo Zunchio*, prom. Peloponneſi, in ora ſinus Cypariſſii, prope Pylum Meſſeniacum, e regione Sphateriæ inſ. medium inter Electram fl. & Methonem. ¶ Item urbs Argiæ reg. al. Inachia. ¶ Item regio Laconiæ.

Corythus, Corytus, Coritus, Cortona, Croto, Cyrtonium, *Cortona*, urbs antiquiſſima Etruriæ, in monte, a Corytho Rege condita, inter Aretium, & Pereſiam. Pop. *Cortonenſes.*

Corytus, m. 2. al. corythus, choricus, corinus, coriſcus, *carcaſſa*, *turcaſſo*, *faretra*, אשפה, Germ. *kocher*, Gal. *carquois*, Hiſp. *carcax*, γωρυτός, vel γωρυτὸς, theca arcuum, ſive ſagittarum. *Virg. l.* 10. *v.* 169. Corytique leves humeris, & lethifer arcus. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 8. In quibus eſt nemo, qui non coryton, & arcum, telaque vipereo lurida felle gerat. Plura de hac voce habes apud Erythræum in Indice Virgiliano.

Coryza, æ, f. *catarro*, Germ. *catarr*, Gall. *rhume*, *catharre*, Hiſp. *romadizo*, κόρυζα, mucus, humor ve capite fluens, quem Latini gravedinem vocant. *Celſ. l.* 4. *c.* 5.

Cos, cotis, f. 3. *cote*, Germ. *wetzſtein*, Gall. *queux*, *pierre à aiguiſer*, Hiſp. *aguzadera*, *piedra*, ἀκόνη, proprie eſt ſaxum aſperum atque abruptum, ſpeciatim lapis, quo cultri acuuntur, a *coeo*, quod ve *coeres*, quia e caute ſit. *Cic. in Tuſc.* Tanquam e ſcopuloſis cotibus enavigavit oratio. *Liv. l.* 1. Te novacula cotem diſciſſurum. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Italia aquarias cotes dedit. ſc. quæ aqua inter acuendum perfunduntur. Contra *cos olearis*, quæ oleo contingitur. *Id. l.* 34. *c.* 14. ¶ Translate cos ſumitur pro incitamento. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 19. Iracundiam cotem fortitudinis eſſe dicunt.

Cos, co, f. Κῶς, inſula Aſiæ e regione Cariæ, prope Halicarnaſſum, patria Hippocratis. Dicta eſt etiam Cea, Meropis, & Nymphæa. *Plin.* 5. 31.

Coſa, Coſanum, Caſſanum, *Coſano*, *Caſſano*, Col. & urbs Magnæ Græciæ, in Calabria cit. in conf. Lucaniæ, ſub ditione Principis Biſiniani inter Caſtrovillarium, & oram ſinus Tarentini. ¶ Coſa item, Coſæ, Coſſa, Coſſæ, Col. & urbs vetuſta Etruriæ, in conf. ditionis Pontificiæ, in colle, prope oram lit. & oſtia Peſciæ fl. A muribus deleta dicitur. Ex ejus ruinis crevit Anſedonia, *Alſidonia.*

Coſas, m. 1. *Coſa*, *Piſſia*, fl. Hernicorum, in Latio, qui apud Fruſinonem decurrit, & in Lirim labitur.

Coſmēta, æ, com. 1. *cameriere*, Germ. *kammer diener*, Gall. *valet de chambre*, Hiſp. *camarero*, κοσμήτης, ſervus, vel ancilla in familia, cui domini, dominæve veſtiendæ cura incumbit. *Juv. ſat.* 6. *v.* 476. Ponunt coſmetæ tunicas, tarda veniſſe Liburnus dicitur. ¶ Eſt a κοσμέω, orno.

Coſmetrĭa, æ, f. ancilla, quæ dominam veſtit, & exornat. *Inſcript.* apud *Reineſ.* 1. 89.

Coſmiānum, i, n. 2. unguentum a Coſmo quodam inventum. *Martial. l.* 12. *epigr.* 55. Aut libram petet illa coſmiani.

Coſmĭcus, o. 1. 2. *mondano*, κοσμικός, mundanus. *Mart. l.* 7. *epigr.* 41. Coſmicus eſſe tibi Semproni Tucca videris, coſmicus Semproni tam mala, quam bona ſunt. ¶ Coſmicus ortus Aſtrologis eſt, cum ſtella oriens una cum Sole emergit. Coſmicus occaſus contra dicitur, cum ſtella ve adverſa cœli parte infra Horiſontem deſcendit, Sole oriente. Sic Chronicus ortus ſeu achronicus ſit, cum ſtella exoritur, Sole cadente: occaſus Chronicos erit, cum Sol, & ſtella eodem tempore occidunt. Cum vero aſtrum aliquod, quod Solis radiis obtegebatur, eo abſcedente, conſpicitur, ortum Heliacum (ideſt Solarem) vocant, ſimiliter occaſum Heliacum, cum Sole accedente, aſtrum quod apparebat, oculis noſtris ſubtrahitur.

Coſmitto, idem ac committo, apud veteres. *Feſtus.*

Coſmus, i, m. nomen unguentarii. *Juven. ſat.* 8. *v.* 86. Coſmi toto mergatur aheno. Ubi Vet. Scholiaſtes: Coſmus luxurioſus fuit, qui ſolium, in quod deſcendebat, multis diverſorum unguentorum odoribus miſcebat. ¶ Fuit & ſervus Auguſti hoc nomine, de quo *Sueton. in ejus vita*, *c.* 67.

Coſſa. V. Coſa.

Coſſigarāre, in coxam aggerare, & attollere, *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 305. V. *Turneb. l.* 29. *c.* 19.

Coſſim, adverb. in coxas, pro coxim. *Pompon. apud Nonium.* Qui coſſim cacant. *Feſtus. Apul. l.* 3. *Meleſ. init.* Sic grabatum coſſim inſidens, ubertim flebam.

Coſſus, m. 2. vel coſſis, m. 3. σὴς, κόσ, vermis in ligno editus, qui apud Phryges, & in Ponto pro delicatiſſimo cibo ſumebatur, a Græca voce quæ allata eſt. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Luxuria coſſos roborum delicatiores adhibuere in cibo. *Id. l.* 30. *c.* 13. Coſſes, qui in ligno naſcuntur, ſanant ulcera omnia. ¶ A ſimilitudine horum vermium homines natura rugoſi corporis coſſi dicebantur. *Feſt.* Hinc *coſſutii*, *coſſonii*, *coſſovians*, familiæ Romanorum.

Coſta, arum, f. *coſte*, צלע, Germ. *rippe*, Gall. *cotes*, Hiſpan. *coſtillas*, πλευραί, ſunt oſſa illa ſpinæ cohærentia, inteſtinaque ſuo complexu coercentia. *Virg.* 3. *Georg.* Fricat arbore coſtas. ¶ *Plin. l.* 13. *c.* 9. Coſtæ ſunt navium latera. Sic *Virg. Æn.* 2. *v.* 16. Sectaque intexunt abiete coſtas.

Coſtatus, a, um, adject. coſtas habens. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Pecudes corpore amplo, bene coſtato, latis humeris.

Coſtum, i, n. *coſto*, herbæ odoriferæ genus. *Horat. l.* 3. *od.* 1. Achæmenium coſtum. *Propert. l.* 4. *eleg.* 6. Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores. ¶ Hujus herbæ meminit & *Plin. l.* 14. *c.* 16. *l.* 13. *c.* 1.

Coſyra, æ, Κόσυρα, inſula maris mediterranei, inter Siciliam, & Africam, *Pantalerea.* *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 567. Fertilis eſt Meliæ ſterili vicina Coſyræ. ¶ Invenirer & Coſſyra duplici ſ. *Sil. l.* 14. *v.* 275. Et bellare Tebas docilis, Coſſyraque parva.

Cotarĭa, æ, f. *luogo dove ſi trovano le coti*, Germ. *wetzſteinbruch*, Gal. *aiguiſiere*

Digitized by Google

viere de queux, Hiſp. *lugar donde ſe ſacan las piedras agucaderas*, locus, unde eruuntur cotes. *Alphen. l. Cæſar, ff. de pub.* Cæſar cum inſulæ Cretæ cotarias locaret. Al. leg. *cotorias*.

Cothon, unis, m. κώθων, portus artificialis, aggeſtis molibus factus. *Serv. ad Æn. 1. v. 457.* ita appellat portum ſubſitium Carthaginienſium.

Cothon, f. 3. inſ. quæ Byrſæ Carthaginis arci ſubjacebat. ¶ Item inſ. parva ſin. Laconici, apud Cytheram inſ.

Cothurnarius ſtylus, h. e. tragicus, legitur in *l. 28. Ammiani ſub init.* ſed dubia eſt lectio. V. *Cothurnate*.

Cothurnatio, onis, f. tragica repræſentatio. *Tertul. adverſ. Valent. c. 13.* Alia trans ſiparium cothurnatio eſt.

Cothurnate, adverb. cum cothurno, vel tragice. *Ammian. Marcel. l. 28. ſub init.* Cum cothurnatius ſtylus procederet lacrymoſus. Al. leg. *cothurnarius*.

Cothurnatus, a, um, n. 1. 2. qui cothurno indutus eſt: unde excalceato opponit *Senec. epiſt. 8.* ¶ Et quia cothurnus in Tragicis adhibebatur, ubi perſonæ tantum inſignes, & illuſtres inducuntur, hinc cothurnatus ponitur pro gravi, ſublimi, illuſtri. *Martial. l. 5. epigr. 5.* Pone cothurnati grande Maronis opus. Sic ſermo cothurnatus, apud *Macrob. Satur. l. 7. c. 3.*

Cothurnus, m. 2. *borzacchino, ſtivaletto*, Germ. *wunderſchuch*, Gall. *brodequin tragique*, Hiſp. *coturno*, κόθορνος, calceamenti genus, utrique aptum pedi ex corio uſque ad dimidiam cruris partem, quo & venatores, & tragœdiarum actores utebantur. Sed venaticus, & tragicus forma differunt, quia tragicus ſubere altius ſublevatus fiebat, ut qui tragœdias agerent, proceriores viderentur, ſed venaticus talis non erat, quia ea res pernicitatem in venando impediuſſet. *Virg. 1. Æn.* Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. *Juven. ſat. 6.* Breviorque videtur Virgine pygmæa, nullis adjuta cothurnis. ¶ Cothurni uſum primus Sophocles in ſcenam intulit. *Virg. 8. Ecl.* Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno, ideſt, gravia. ¶ *Plin. l. 35. c. 10. de Nicophane pictore*: Cothurnus, & gravitas artis. hoc eſt, excellentia, ſublimitas. Sic cothurnus facundiæ, apud *Sidon. lib. 2. epiſt. 9.*

Coticula, æ, f. *pietra del tocco per ſaggiar l'oro*, Germ. *goldſtein*, Gall. *pierre de touche*, Hiſp. *piedra del toque*, βάσανος, dim. a *cote*, ſpeciatim lapis, quo fit auri, vel argenti experimentum, qui alio modo index, vel lapis Lydius vocatur. *Plin. l. 33. c. 8.* ¶ Item vaſis genus ex cote. *Plin. 31. 9.* Contraque ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.

Cotifico, as, avi, atum, are, n. 1. in cotaria laboro, cotem ſeco. *Apul. de Deo Socrat.* Non pro majeſtate Deorum fuerit, ut eorum quiſquam Accio Navio cotificet.

Cotinus, ni. 2. frutex in Apennino ad linamenta modo conchylii colore inſignis. *Plin. l. 16. c. 18.*

Cotiönt, V. Cocionor, & *Gronovium ad Plauti Aſinar. 1. 3. 31.*

Cotonea, f. 1 σύμφυτον πετραῖον, a Venetis dicta herba, quam Galli *baſum* appellent, ſimilis cunilæ bubulæ, tota odorata. *Plin. l. 26. c. 7.*

Cotoneum, n. 2. *pomo cotogno*, Germ. *quitten*, Gall. *coin, pomo-coin*, Hiſp. *membrillo*, κυδώνιον, pomi genus, fortaſſe a Cothone inſ. vel corrupte e voce Græca allata, quæ a Cydone Cretæ urbe, unde advectum eſt. *Plin. l. 15. c. 11.*

Cotoneum, n. 2. *Codegno*, opp. Inſubriæ Comitatus Trivultiorum, in Duc. Mediolanenſi, in limite agri Placentini, in agro Laudenſi.

Cotonum, vel coctonum, cottanum, vel cotanum, & coctanum (ſic enim varie legitur) i, n. ficus parvæ genus, ſed ſuaviſſimæ. *Plin. l. 13. c. 5. Juven. ſat. 3. v. 83.* Advectus Romam quo pruna, & cotona vento.

Cotoriæ, arum, f. fodinæ, ex quibus cotes effodiuntur. *Alphen. l. 15. Dig. de public. & vectig.* Cæſar cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat, non videri contra legem feciſſe, propterea quod jam in itum evectæ cotes viderentur. Al. leg. *cotarias*.

Cottabus, i, m. ſonus, vel crepitus plagarum loris incuſſarum. *Plaut. Trinum. 4. 3. 4.* Cave, ne cottabi bubuli in te crepent. Ductum eſt a græco κότταβος, quod ſignificat ſonum vini in terram eliſi. Solebant enim Græci in conviviis reliquias vini ad terram ſpargere, lætitiæ cauſa, quod κοτταβίζειν dicebant.

Cottiæ Alpes, ſeu Alpes Cottiæ, montes excelſi, qui Galliam ab Italia, Delphinatum a Pedemontio ſeparant, a monte Veſulo uſque ad montem Ceniſium, & a vadis Sabatiis, vel ab urbe Seguſione uſque ad Duriam fl. longe a Dertona, & Bodio in Occ. inter Alpes maritimas ad Auſt. & Alpes Grajas ad Bor. Nomen acceperunt a Cottio Rege.

Cottius, Reguli nomen, qui cæteris perdomitis Galliæ ſolus in amicitiam Auguſti receptus eſt, & tractum Alpium alias propr invium, ſtructis molibus, tranſitu commodiorem reddidit. Hujus ſepulchrum manoſque Seguſione gemino religionis titulo colebantur, quod juſto imperio ſuos rexiſſet, & ſocietate cum Romanis inita, quietem genti paraviſſet ſempiternam. Filium reliquit M. Jul. Cottium, qui Regio honore decoratus eſt a Claudio Imp. & mortuus eſt imperante Nerone, qui Cottias Alpes in provinciam redegit. *Sueton. Tiber. c. 37. & Ner. c. 18.*

Cotula. V. Cotyla.

Coturnix, icis, f. *quaglia, ſtarna, coturnice*, שְׂלָו, Germ. *wachtel*, Gall. *caille*, Hiſp. *codorniz*, ὄρτυξ, γόης, avis advena, terreſtris magis, quam ſublimis, e ſono vocis. Hæ aves Regem habent, qui coturnicum rex, ὀρτυγομήτρα dicitur. *Plin. l. 10. c. 23.*

Coturnium vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur. *Feſtus*.

Cotyle, æ, κοτύλη, f. genus menſuræ, alio nomine hemina, continens dimidium ſextarii. *Mart. l. 8. epigr. 71.* Poſt hunc in cotyla raſa ſelibra data eſt. Scribitur & cotula, *y* in *u* mutato.

Cotyledon, onis, f. herbæ genus, alio nomine umbilicus Veneris. *Plin. l. 25. c. 13.*

Cotys, yos, & latina terminatione, Cotus, i, nomen Thraciæ Regum, *Nepos Iphicr. c. 3. Tacit. 2. Annal. c. 64.* &c.

Cotyttia, orum, n. feſta nocturna in honorem Cotyttus, quæ Athenis fiebant, omni laſciviæ genere fœdiſſima. *Horat. epod. 17. v. 56.* In illis placentulæ quædam ramis arborum alligabantur, & diripiendæ proponebantur.

Cotytto, us, f. contract. Κοτυτώ, Dea impudentiæ habita eſt, cui Athenis a Baptis nocturna ſacra fiebant, quæ vocabantur Cotyttia. Hanc Probus ſaltatricem fuiſſe exiſtimat: unde etiam Sacerdotes laſcivis ſaltationibus mores ejus referebant. *Juven. ſat. 2. v. 92.* Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. V. *Politian. Miſcel. c. 10.*

Covinarius, o. 1. 2. qui covinum regit, vel ex covino pugnat. *Tac. in vit. Agric. c. 36.* Covinarii peditum ſe prælio miſcuere.

Covinus, ſive covinnus, m. 2. *carretta*, Germ. *karn*, Gall. *chariot*, Hiſp. *carreta*, vehiculi falcati genus fuit, quo Britanni, & Galli in præliis utebantur. *Mela l. 3. c. 6. Lucan. l. 1. v. 426.* Et docilis rector roſtrati Belga covini.

Cous, o. 1. 2. Κῷος, denom. a Co inſ. ut Coi populi, *Cic. 6. Ver.* Coum vinum, *Horat. 2. ſer. 4.* Artifex Cous, ideſt Apelles, per excellentiam. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 1.* Coa navis, *Liv. 37. 16.*

Covum, i, n. pars cava ſub aratri jugo. *Varr. l. 4. L. L.* Sub jugo medio cavum, quod bura extrema addita oppiletur, vocatur covum a cavo.

Coxa, f. 1. *coſcia*, יָרֵךְ, Germ. *huffe*, Gall. *cuiſſe*, Hiſp. *anca*, ἰσχίον, os ſacro oſſi aſtrictum, cavum habens acetabulum, cui oſſis femoris capitulum inſeritur. *Celſus l. 2. c. 8.* In coxæ doloribus frigeſcit crus, & coxa. ¶ Quemadmodum in corpore humano coxa oſſi ſacro adjuncta angulum internum facit, ita in agris angulum internum notat *Sicul. Flacc.* Poſſeſſorum termini omnibus angulis coxiſque poſiti eſſe debent. Hinc Vet. Inſcript. apud *Fabret. p. 180.* T. Capelli T. F. In F. P. XXXVII. A. T. Cox. S. P. LXVII. Inſr. Cox. P. XXXVII. V. *Urſatum Marm. Erudit. Ep. 51.*

Coxatio, onis, f. idem quod coaxatio, h. e. contignatio, colligatio tabularum. *Vitruv. l. 9. c. 2.* Ab ſumma coxatione ad imum libramentum.

Coxendix, icis, idem ac coxa. *Sueton. de Auguſto, c. 80.* Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro non perinde valebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret.

Coxim. V. Coſſim.

C ANTE R.

Crabatus. V. Grabatus.

Crabra, maſc. 1. Aqua Crabra. *la Marrana, la Marranella*, fl. Latii, quæ oritur ex agro Tuſculano paulo ſupra Cryptam Ferratam, & poſtea in duo brachia dividitur, quorum pars major in Anienem ſe exonerat, pars minor per urbem Romam labitur, & ibi in Tyberim deſinit.

Crabro, m. 3. *calavrone*, צִרְעָה, Germ. *hornuß*, Gall. *frelon*, Hiſp. *moſcardon*, ἀνθρήνη, animal veſpæ ſimile. *Plin. l. 11. c. 21. l. 20. c. 13.* ¶ Irritare crabrones, τὴν σφηκιὰν ἐρεθίζειν, dictum eſt a *Plauto in Amphytrio. 2. 2. 75.* in mulierum ingenium, quibus ſi iratus repugnes, magis provoces; neque ſine tuo malo diſcedas.

Cracentes, antique pro graciles, ab antiquo *cracæ*, vel *gracæ*, gracilis fio, vel ſum. *Ennius apud Feſtum*: Succincti gladiis media regione cracentes.

Cracovia. V. Carrodunum.

Cragus, ni. 2. *Monte di Gorante*, mons Lyciæ, in ora, pars Chimæræ, unde & Taurus initium ſumit, cui mons oppoſitus Anticragus nominatus, apud Limyrum fl. & Andriacam urb. Dictus eſt a Crago Tremileti, & Praxidices Nymphæ filio. *Ovid. 9. Met. v. 647.*

Crambe, es, f. *ſpezie di cavolo*, κράμβη, braſſicæ ſpecies amari ſaporis, tenuioribus foliis, & ſimplicibus, quaſi κορ άμβη, quia τὰς κόρας ἀμβλύνει, pupillas, ſeu viſum hebetat. Eſt inimica vitibus: quare in conviviis primum datur, *Plin. l. 20. c. 9.* Recocta faſtidium parit, & nauſeam. Hinc *Juven. Sat. 7. v. 155.* Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Crambuſa, f. 1. *Crambuſa*, inſ. Ciliciæ, apud Corycum prom. & Calycadni fl. oſtia.

Cranaus, m. 2. Κραναός, Athenarum Rex, Cecropis ſucceſſor, a quo regionis incolæ Cranai dicti ſunt.

Crania, f. 1. exigua regio Ambraciotarum, in Epiro.

Craneum, n. 2. Κράνειον, gymnaſium apud Corinthum. *Cic. ad Att.*

Cranaus, m. 3. primus Rex Macedonum. *Velat. l. 13.*

Cranon, Crannon, fœm. 3. *Cores*, urbs Theſſaliæ, in Macedoniæ conf.

Crantor, m. 3. Κράντωρ, Solenſis, Academicus Philoſophus fuit, Platonis auditor, & condiſcipulus Xenocratis, & Palæmonis, qui novis opinionibus Academiam Platonicam repleverunt. *Cic. 1. Acad. 3. Tuſc. & 3. de Orat.* Hic ſcripſit librum de conſolatione, quem Cic. æmulatus eſt. *Cic. 2. Acad.* Periit aquæ intercutis morbo.

Crapula, f. 1. *crapula*, Germ. *trunckenheit*, Gal. *debauche*, *gourmandiſe*, Hiſp. *embriaguez*, κραιπάλη, iactatio capitis, & omnis noxa a vinoſitate proficiſcens, a Græca voce allata. *Cic. Philip. 2. c. 12.* Edormi crapulam, & exhala. ¶ Eſt etiam *crapula* flos reſinæ percoctus, quemadmodum deſcribitur a *Plin. 16. 11.* Adhiberi autem ſolet ad vinum condiendum, ut idem docet 14. 20.

Crapularius, a, um, ad crapulam pertinens, ut *unctiones crapulariæ* apud *Plaut. Stich. 2. 1. 75.* h. e. quæ in balneis adhibentur illis, qui heſterna crapula graves adhuc ſunt. Al. tamen leg. *ampullariæ*.

Crapulatus, a, um, adject. crapula gravatus, ebrius. *Ammian. l. 29. c. 34.* Vinoque confuſo diſtentus, & crapulatus.

Crapuloſus, a, um, adject. crapulæ deditus, *crapulone*. *Jul. Firmic. l. 8. c. 20.* Gulæ crapuloſis libidinibus ſervientes.

Cras, *domani*, מָחָר, Germ. *morgen*, Gall. *demain*, Hiſp. *manana*, αὔριον, die proxime futuro. *Cic. Att. l. 12.* Scies cras, ad ſummum perendie. ¶ Nonnunquam ponitur indefinite pro quovis tempore futuro. *Plaut. Aul.* Quæ cras veniet, perendie foras feretur ſoror. ¶ Videtur *cras* poſſe jungi etiam cum verbis præſentis temporis. Fuit enim inter opera Varronis liber inſcriptus *Cras credo, hodie nihil*, cujus fragmenta aliquot recitat *Non. c. 2. n. 336. & n. 544.* & alibi.

Craſſamen, inis, n. idem ac craſſamentum, vel ſedimentum. *Col. l. 12. c. 25.* Semper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

Craſſamentum, i, n. idem quod craſſamen. *Colum. l. 12. c. 12.* Aliquod craſſamentum in imo, ſimile fæci, reperitur.

Craſſatus, a, um, adject. *ingroſſato*, craſſus, denſatus. *Ammian. l. 19. c. 4.* Terrarum halitu denſiore craſſatus aer.

Craſſe, adv. *groſſamente*, Ger. *dick, gröblich*, Gal. *lourdement*, *groſſierement*, Hiſp. *groſſeramente*, παχυλῶς. *Cic. l. 12. c. 43.* Eaque intrinſecus, & extrinſecus craſſe picari. *Horat. l. 2. epiſt. 1. v. 76.* Craſſe compoſitum, illepideve. *Plin. 37. 7.* Fœminæ pinguiores ſunt, & craſſius nitent.

Craſſedo, inis, f. 3. *groſſezza*, craſſitudo. *Fulgent. de cont. Virg.* Adipata craſſedo ingenii.

Craſſeſco, n. 3. *diventar groſſo*, *ingroſſarſi*, Germ. *dick werden*, Gal. *ſe groſſir*, *s'engroiſſer*, Hiſp. *engroſſar*, *engordar*, παχύνομαι, eſt craſſum fieri. *Plin. l. 2.* Quo neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes. ¶ Item pingueſcere. *Id. l. 13. c. 18.* Purgamentis ſues craſſeſcunt.

Craſſianus, a, um, adject. a Craſſo R. Cive, ut Craſſiana clades. *Plin. l. 6. c. 16.*

Craſſificatio, onis, f. craſſities. *Cæl. Aurelian. 5. c. 3.* Viſcoſa craſſificatio.

Craſſifico, as, avi, atum, pinguem reddo, *ingraſſare*, *ingroſſare*. *Cæl. Aurel. l. 5. c. 2.* Craſſificare corpus.

Craſſitas, atis, fœm. craſſities, craſſitudo. *Apul.* Noxia craſſitate denſus.

Craſſities, ei, f. idem ac craſſitudo. *Apul. l. 7. poſt princip.* Pectus & venter cruſtata craſſitie eſtuctabant.

Craſſitudo, nis, f. *groſſezza*, עֳבִי, Germ. *grobheit*, Gall. *groſſeur*, *groſſeſſe*, Hiſp. *groſſura*, πάχυτης. *Caſ. 2. B. C. c. 8.* Craſſitudo parietum quinque pedum. *Cic. l. 2. de Div. c. 42.* Craſſitudo aeris. ¶ Pluraliter craſſitudines, dixit *Vitruv. l. 3. c. 2. & l. 4. c. 4.*

Craſſivenium, n. 2. aceris arboris genus, a venarum craſſitudine. *Plin. l. 15. c. 16.*

Craſſo, as, avi, atum, a. 1. *ingroſſare*, craſſum facio. *Apul. l. 3. A. A.* Pili craſſantur in ſetes.

Craſſus, a. 1. 2. *groſſo*, *graſſo*, בָּרִיא, עָבֶה, Germ. *dick*, *groß*, Gall. *gros*, *gras*, Hiſp. *groſſo*, *gordo*, παχύς, ſpiſſus, denſus, pinguis, *Cicer. 2.*

Digitized by Google

Tuſc. Craſſus, & concretus aer. *Ter. Hec.* Rubicundus, criſpus, craſſus, caſius. *Plin. l.* 11. *c.* 38. Sanguis craſſus. h. *e.* concretus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 6. Craſſiſſimus aer. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Arbor craſſior quinque digitis. ¶ Craſſus ager, *campo che ha del fondo. Cic. pro Flacco, Cato R. R. Var. R. R. l.* 1. *c.* 24. In agro craſſo & calido.

P. Craſſus, cognomento Dives, fil. P. Mutii, frater P. Scævolæ, Conſul cum Africano ſuperiore, juris peritiſſimus, & excellens in eloquentia. Habuit Lucium filium, qui præſtantiſſimus Orator fuit, & maximus omnium, qui uſque ad illam ætatem floruerant, qui a Cicerone in libris de Oratore, & in Bruto in Cœlum laudibus effertur. Hic ante bellum civile mortuus eſt.

Craſtino, adv. idem quod cras. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Craſtino ſeges non metetur.

Craſtinus, a. 1. 2. *di domani*, Ger. *der morgende*, Gal. *de demain*, Hiſp. *de manana*, ἐπαύριον, a cras. *Cic. Attic.* 15. *ep.* 8. Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis daret. ¶ Uſurpetur etiam ſine ſubſtantivo. *Cic.* 2. *de Or.* Niſi forte me in craſtinum differre vultis. Adde *Nepot. in Pelop. c.* 3. ¶ *Die craſtini*, pro *Craſtino die* dicebant Veteres. *Gell. l.* 10. *c.* 24. *Plaut. Moſt.* 4. 1. 25. ¶ Craſtinus generaliter pro futuro, apud *Stat.* 3. *Theb.* Quid craſtina volveret ætas, ſcire nefas.

Cratægŏnum, vel cratæogonum, n. 2. κραταιόγονον, genus ſatyrii herbæ, ſemine lini majore, dura radice, cortice rubro, ſapore ſubdulci. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Cratægum, i, n. ſemen, & granum buxi. *Plin.* 16. 30. ubi al. leg. *carthegon*.

Crateis, m. 3. Cratæis, *Fiumara de Moro*, fl. Brutiorum, in Calabria ult. in Scyllam apud Scyllæum opp. exiens.

Crater, eris, m. vel cratera, æ, f. *coppa*, [illegible], Germ. *becher*, Gal. *coupe*, Hiſp. *pila*, *copa*, κρατήρ, vaſis genus capacius, quo in libationibus, & ſolemnioribus epulis uti ſolebant, a Græca voce allata, quæ a κρατέω, teneo, quod vinum contineat, & capiat. Quidam ajunt, cratere tres urnas contineri, urnam vero quartarium dici, quod quatuor ſextarios contineat. *Virg.* 6. *Æn.* Crateras magnos ſtatuunt. ¶ Item in fontibus receptaculum, quod & labrum dicitur, in quod fiſtulis aqua decurrit. *Plin. l.* 5. *cp.* 6. ¶ Crater item ſignum eſt cæleſte ſeptem conſtans ſideribus, inter Corvum, & Hydram. Cum Apollo ſolemne feſtum Jovi pararet, juſſit, corvum ſibi aquam e vivo fonte afferre. Corvus craterem ſuſtulit, ſed ſub ficu ſedit, dum fructus maturaſcerent. Jam ſatur hydrum cepit, & ad dominum rediens dixit, hydrum illum fontis obſeſſorem ſibi cauſam moræ fuiſſe. Apollo voluit, tria hæc, corvum, anguem, hydrum, in rei memoriam in Cœlo remanere. Oritur die 14. Feb. veſpere. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 243. ¶ In monte Ætna crater appellatur foramen illud, per quod cinis, & ignis ebullit, & evomitur. *Plin. l.* 3. *c.* 8. Ætna nocturnis mirus incendiis: crater ejus patet ambitu ſtadiorum viginti. ¶ Differt Crater, ſeu cratere a patera. Crater enim eſt ingens vas, ut dictum eſt, unde minoribus poculis hauritur. Patera autem poculi genus eſt a patente figura dicta. Ital. *tazza*. *Curt. l.* 4. *c.* 8. Herculi Tyrio ex auro crateram cum triginta pateris dicavit.

Crater, *Golfo di Napoli*, ſinus Campaniæ, inter Miſenum, & prom. Minervæ, qui & ſinus Puteolanus nominatur, in cujus intimo receſſu Neapolis eſt.

Cratēra, f. 1. idem ac crater, vel hydria, urna, ſitula, ab obliquo κρατῆρα. Dicitur etiam cretera, ſeu creterra, a Jonico κρητήρ. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 52. Crateras argenti dona feram. V. Crater.

Craterites, m. 1. gemma præduræ naturæ, inter chryſolithi, & electri colorem. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Craterra, æ, f. vaſis genus, nunc ſitula. Vide *Barth. ad l.* 2. *Thebaid. Statii*. *Nævius apud Non. c.* 15. *n.* 36. Craterris ſumere aquam ex fonte. Idem Nonius refert *Ciceronis l.* 1. *de nat. Deor. c.* 44. In medioque ſinu fulgens craterra relucet. Sed videtur ſcribendum *Cratera*, & ad ſidus referendum, de quo vide in *Crater*.

Craterus, m. 2. Macedo, ex Alexandri comitibus, qui res ab illo geſtas conſcripſit. *Plutarch. in Ariſtide*, *Perſ. ſat.* 3.

Crates, is, f. *craticcio*, Germ. *hurd*, Gal. *claye*, Hiſp. *zarzo*, ταρσός, rara quædam lignorum, vel viminum, vel ferramentorum connexio, a κρατέω, teneo, quia lignum unum alterum tenet. *Cæſ.* 7. *B. G.* Proximam foſſam cratibus contegunt. *Liv. l.* 1. *c.* 51. Crate ſuperne injecta. *Cato c.* 10. *R. R.* Crates ſtercorariæ. *Virg.* 11. *Æn. v.* 308. Cratee pectoris, *h. e.* pectoris coſtæ, & oſſa. ¶ Accipitur & pro inſtrumento ruſtico ad occandum apto. *Virg.* 1. *Georg. v.* 95. ¶ Item pro tormenti genere Carthaginienſibus uſitato, quo ſontes crati ſuppoſitos lapidibus ſuperinjectis necabant. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 65. *Liv. l.* 4. *Tacit. de morib. Germ.* ¶ Eſt & cratis, is. *Plaut. loc. cit.* Sub cratim uti jubeas ſe ſupponi, atque eo lapides imponi multos.

Crates, etis, m. 3. Κράτης, nomen Philoſophi Thebani, qui, ut Philoſophiæ vacare poſſet, projecto in mare non parvo auri pondere, *Abite*, inquit, *peſſum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipſe mergar a vobis*. *Suidas* autem tradit, Cratetem omnem pecuniam in ſubſtantiam redegiſſe, & apud trapezitam depoſuiſſe, ea lege, ut, ſi filii Philoſophi eſſent, eam egenæ plebi divideret, ſin idiotæ, eis, quod acceperat, bona fide reſtitueret. Fuit & Crates Grammaticus Ariſtophanis æqualis, qui ſub Ptolemæo Philometore claruit, & Criticus, ſive Homericus cognominatus eſt. Scripſit in Iliada, & in Odyſſ. lib. 9. Comment. Studium Grammaticæ primus Romam intulit. Miſſus enim ad Senatum ab Attalo Rege, ſub ipſam Ennii mortem, plurimas acroaſes fecit, aſſidueque per omne tempus legationis diſſeruit. *Sueton. de Grammat. c.* 11.

Crathis, is, m. Cratis, *Crato*, *Gratti*, fl. Calabriæ cit. in R. Neap. qui Conſentiam rigat, & in ſin. Tarentinum ſe exoneret. ¶ Item fl. Peloponneſi, qui per Achaiam fluit, ac in ſin. Corinthiacum juxta Ægas opp. influit. ¶ Item mons Arcadiæ, ex quo hic amnis profluit.

Craticŭla, f. 1. *gratella*, *graticola*, Germ. *roſt*, Gal. *gril*, Hiſp. *parrillas*, ἐσχάριον, dim. a cratis. *Mart. l.* 14. *epigr.* 21. Parva tibi curva craticula ſudet ofella.

Craticŭlus, a, um, adject. cancellatus, in modum craticulæ factus. *Cato R. R. c.* 13. inter inſtrumenta in torculari neceſſaria requirit *lucernas craticulos duas*. Ita leg. edit. Florentin. Baſileenſ. Lugdunenſ. Colonienſ. At Popma ſic: *lucernas*, *craticulas duas*.

Craticŭlum, n. 2. idem ac craticula. *Feſtus*.

Cratinus, m. 2. Poeta Comicus, qui primus in Dionyſiis Athenis ſatyricam fabulam induxit. Supra modum gulæ, ac omni voluptatum generi deditus fuit, præcipue ebrietati. *Hor. in Epiſt.* 19. *l.* 1. Priſco ſi credis Mæcenas docte Cratino, nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt, quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Cratio, is, n. 4. idem quod occo, crate terram ſcindo. *Plin. l.* 18. *c.* 18. Utiliſſimum ſimul herbas arare, deinde cratire.

Cratitius, a, um, o. 1. 2. *coſa fatta di graticcio*, ταρσώδης, quod ex cratibus factum eſt, ut Cratitii parietes, qui cratibus inſertis ſiunt, ſc. aſſeribus arrectis, & tranſverſis. *Vitr. l.* 2. *c.* 8. Cratitii parietes, velim, ne inventi quidem eſſent.

Creabĭlis, le, adject. qui creari poteſt. *Apul. Triſm.* Materia creabilis eſt.

Creamen, inis, n. Creatio, ſeu res creata. *Prudent. Hamart. v.* 305. Ex elementis cuncta ſolubilibus, ſiuxoque creamine conſtant.

Creatio, onis, f. *creazione*, [illegible], Ger. *erſchaffung*, Gal. *creation*, Hiſp. *criacion*, κτίσις, creandi actus. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 3. Creatio Magiſtratuum.

Creator, m. 3. *Creatore*, [illegible], Ger. *ſchepffer*, Gal. *createur*, Hiſp. *criador*, δημιουργός, effector, conditor. *Cic. pro Corn. Balbo*, *c.* 13. Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus fœdere Sabino docuit. ¶ Item qui eligit ad aliquod munus. *Ulpian. l.* 2. *§.* 7. *ff. de adminiſt. rer. ad civit.* &c.

Creatrix, icis, fœm. 3. *creatrice*, *madre*, [illegible], Ger. *ſchepfferin*, Gal. *creatrice*, Hiſp. *criadora*. *Lucret. l.* 1. *verſ.* 632. Rerum natura creatrix.

Creatūra, f. 1. *creatura*, [illegible], Germ. *creatur*, Gal. *creature*, Hiſp. *criatura*, κτίσμα, res quæ creata eſt. *Tertul. Apol. c.* 30. Cujus eſt & cœlum, & omnis creatura. *Alcim. Avit. l.* 2. *v.* 47. Quique creaturæ præfulſit in ordine primus.

Creatus, a, um, adject. ex particip. conditus, genitus, *creato*, *generato*. *Plin. l.* 1. *c.* 6. Matre ſerva creatus. ¶ Item electus ad publicum munus. *Nepos* 1. 4. 4. Domi creati decem Prætores, qui exercitui præeſſent.

Creber, ra, um, o. 1. 2. *ſpeſſo*, [illegible], Germ. *embſig*, Gall. *frequent*, Hiſp. *frequente*, συχνός, multus, frequens, denſus, a *creſco*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 81. Crebri hoſtes cadunt. *Id. Aulul.* 4. 6. 9. Lucus crebro ſalicto oppletus. ¶ Sæpius accipitur pro frequenti, ut crebræ compellationes. *Cic.* 12. *Fam. epiſt.* 25. Et litteræ crebriores, *Id. Att. l.* 12. *ep.* 10. Sic *Virg.* 1. *Æn. v.* 85. Creberque procellis Africus. h. *e.* qui crebro procellas movet. Rurſus *Cic. Att. l.* 1. In ſcripto multo eſſem crebrior, quam tu. h. e. ſæpius ſcriberem. ¶ Superlativus gradus eſt *creberrimus*. *Cic. Philip.* 14. *c.* 5. Creberrimum fuiſſe ſermonem. At *Gel. l.* 2. *c.* 26. Fluctus crebriſſimi ¶ *Crebra* adverbii vice pro *crebro*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 500. & pede terram Crebra ferit.

Crebre, adverb. ſæpe, vel denſe. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Palationibus crebre fixa.

Crebreſco, is, bui, n. 3. *inſpeſſirſi*, *accreſcere*, [illegible], Germ. *dick werden*, Gal. *devenir epais*, Hiſp. *eſpeſſarſe*, [illegible], denſus, vel frequens fio, augeſco. In præterito facit *crebrui*, ſed vulgo dicitur *crebui* ad fugiendam literæ r aſperitatem. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 12. Fama crebreſcens. *Virg. Æn.* 3. *v.* 530. Crebreſcunt optatæ auræ. *Auguſtin.* 3. *de Civ. Dei c.* 17. Tam multa bella ubique crebruerunt. ¶ Scribitur & *Crebeſco*, quod probat *Manut. ad Fam.* 7. *epiſt.* 20.

Crebriſurum, n. 2. vallum crebris palis munitum, a *creber*, & *ſurus* palum, carnus major. *Feſt.*

Crebrĭtas, tis, fœm. 3. *frequenza*, συχνότης, frequentia, ſpiſſitudo. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 1. Et crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam.

Crebrĭter, adverb. pro Crebro, eſt apud *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. & *l.* 10. *c.* 19.

Crebritūdo, inis, f. idem quod crebritas. *Siſenn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 178.

Crebro, *ſpeſſe volte*, [illegible], Germ. *oft*, Gall. *ſouvent*, Hiſp. *a menudo*, συχνῶς, frequenter. *Cic. Att. l.* 6. *epiſt.* 5. Literas omnibus de rebus crebro mittas. *Id. l.* 5. *Fam. epiſt.* 6. Velim, litteras crebrius mittas. Et *l. de Divin. c.* 27. Creberrime commemorantur a Stoicis.

Crebro, as, avi, atum, n. 1. eſt crebro facere, iterare. *Plaut. Truc.* 1. 1. 29. de amatore, qui frequens eſt apud amicam: Si crebravit, ipſus gaudet, res perit. Alii leg. *tacebravit*. Al. *increpavit*.

Credĭbĭlis, n. 3. *credibile*, [illegible], Germ. *glaublich*, Gal. *croyable*, Hiſp. *creedero*, *creible*, πιστός, quod veriſimile eſt, & facile credi poteſt. *Cic.* 4. *Ver.* Quod aut minus turpe, aut parum credibile fuit. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 618. Credibili fortior illa fuit. *Quintil.* 4. 2. Nihil his credibilius fingi poteſt.

Credibilĭter, *credibilmente*. *Cic. pro Dejot. c.* 6. At quam non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem.

Credĭto, as, n. 1. frequentativum a *credo*. Eſt *Fulgentii ſub init. l.* 1. *Mythol.*

Credĭtor, ois, m. 3. *creditore*, [illegible], Germ. *ein außleiher*, *borger*, Gal. *crediteur*, *creancier*, Hiſp. *creedor*, χρήστης, cui debetur. *Cajus de verb. ſignif.* Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur, ſicuti ex empto, ex alio contractu. *Cic.* 6. *Phil. c.* 4. Quotidie ſponſores, & creditores L. Trebellii convenire.

Credĭtrix, icis, fœm. illa, cui debetur, *creditrice*, *danéiſtria*. *Paul. JCtus l.* 16. *ff. qui potior. in pign.* Prima creditrix ſuperata eſt a tertio creditore.

Credĭtum, n. 2. [illegible], *credito*, Germ. *ein ſchuld*, Gal. *une creance*, Hiſp. *credito*, δάνειον, quod nobis debetur. *Sen. de Benef. l.* 2. Accipiam tanquam creditum, non beneficium.

Credĭtus, a, um, nom. ex particip. *creduto*, is, cui fides eſt habita. *Virg.* 2. *Æn. verſ.* 247. Caſſandra non unquam credita Teucris. *Tac. Ann.* 13. *c.* 30. Haud creditus ſufficere. ¶ Item commiſſus, traditus, *conſegnato*, *dato*. *Cic.* 2. *Off. c.* 24. Solutio rerum creditarum. *Id. de Prov. Conſ. c.* 4. de pecuniis creditis jus dicere.

Credo, is, didi, ditum, a. 3. fidem habeo, fidem tribuo, mihi perſuadeo, *credere*, *aver fede*, [illegible], Germ. *glauben*, Gal. *croire*, Hiſp. *creer*, πιστεύω. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. in Brut.* Audivi equidem iſta de majoribus natu, ſed nunquam ſum adductus, ut crederem. ¶ Vel cum accuſativo. *Cic.* 7. *Att.* Omnia facilius credere poſſum, quam quod ſcribitis. ¶ Vel cum accuſ. & dativo. *Cic. Fam.* 13. Hoc mihi ut credi velim credas. ¶ Vel cum dativo ſolo. *Cic. Fam.* 5. Non ſatis credidi homini prudenti. ¶ Vel cum præpoſit. de. *Cic. Fam.* 3. Iis ad te ſcripſi, te leviter accuſans, quod de me cito credidiſſes. ¶ Vel cum infinito. *Ter. And.* 5. 4. Omnes nos gaudere te credo credere. ¶ Eſt item putare, *penſare*. *Cic.* 9. *Fam.* Omnia, credo, vidiſti, nihil omnino te fefellit. *Id.* 13. *Fam.* Credo, quæ [illegible] ſcripſeram. ¶ Item mutuum dare, *impreſtare*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 76. Dimidium donare Lino, quam credere totum qui mavult, mavult perdere dimidium. ¶ Item fidei committere, ſeu ſervandum tradere, *conſegnare*. *Plaut. Aul.* Ubi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit. Sic *Colum. l.* 2. Quot operis in aream perducantur ea, quæ terræ credidimus. Sic credere alicui ſuum animum. h. e. ſua arcana communicare. *Terent. Andr.* 1. 5. ¶ Item immittere, injicere, *gittare*. *Virg.* 2. *Georg.* Inque novos Soles audent ſe gramina tuto credere. ¶ Item fidere, *fidarſi*, *Virg. Ecl.* 2. Nimium ne crede colori. ¶ Credere ſe pedibus, *darſi alla fuga*. *Silius l.* 4. ¶ Credere aliquid ceræ. h. e. ſcribere. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 59. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cic. pro Sex. Roſc.* Temere creditur. ¶ Invenitur & cum genitivo. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 53. Cui omnium rerum ipſus ſemper credit. Et *Truc.* 2. 2. 53. Mihi quiſquam nunquam duarum rerum creduit. Sed in hujuſmodi ellipſis eſt, & ſubintelligitur accuſativus *ſummam*, aut quid ſimile.

Credŭam, as, at, pro Credam, as, at, dicebant Veteres, ut non ſemel in *Plauto* legitur, v. gr. *Pœn.* 3. 5. 2. *Bacch.* 3. 3. 72. *Trinum.* 3. 1. 5. &c. Sic creduim, is, it, pro crediderim, is, it. *Id. Capt.* 3. 4. 74. &c.

Credulĭtas, tis. fœm. 3. *credulità*, Ger. *leichtfertigkeit*, Gal. *legereté de croire*, Hiſp. *credulidad*, πιθανότης, credendi facilitas. *Plaut. Cic.* 12. *Fam. epiſt.* 23. Credulitas enim error eſt magis, quam culpa.

Credŭlus, a, um, n. r. 2. *facile al credere*, Germ. *leichtglaubig*, Gal. *credule*, Hiſp. *credulo*, εὔπιστος, qui omnia facile, vel temere credit. *Cic. de A-*

Digitized by Google

de Amic. In fabulis ſtultiſſima perſona eſt improvidorum, & credulorum ſenum.

Crema, f. 1. *Crema*, urbs Cenomanorum, in Gallia Tranſpadana, in conf. Inſubrum ad Serium fl.

Cremaſtēres, m. 3. κρεμαστῆρες, nervi teſtium, a κρεμάω ſuſpendo, ſed græca vox eſt. *Colum. l. 6. c. 16.* Teſtium nervos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependeant.

Crematio, onis, f. 3. uſtio. *Plin. l. 33. c. 2.* Crematio ei multum virium adjicit.

Cremātor, oris, m. 3. qui cremat. *Tertull. l. 5. cont. Marc. c. 16.* Cremator Deus.

Cremātus, a, um, adject. uſtus, *abbruciato*. *Horat. l. 4. od. 4. v. 53.* Cremato fortis ab Ilio. *Id. Epod. 17. v. 79.* Crematos excitare mortuos.

Crementum, i, n. 2. idem quod augmentum, vel incrementum, *accreſcimento*. Gloſſ. Vet. Crementa, αὔξησις. *Var. apud Non. c. 2. n. 767.* Cremento corpora fierent majora. Adde *Tertul. de Reſ. Carn. c. 58.*

Cremĕra, m. 1. *la Varca*, ſeu *la Valca*, al. *Baccano*, rivus parvus Thuſciæ, qui oritur ex lacu apud Baccanas, & in Tyberim fl. labitur 5. M. P. ſuper Romam, ex adverſo Caſtri Jubilei. Memorabilis eſt cæde 300. Fabiorum facta a Vejentibus. *Ovid. 2. Faſt. v. 205.*

Cremialis, le, adject. qui cremari facile poteſt, ut cremiales arbores. *Leg. 7. ff. de ſolut. matrim. §. 12.* Ita legit, & probat *Salmaſ. in Exercitat. Plin.* & *Hotoman.* Vulgo, *gremiales*.

Cremium, ii, *legna minute*, *e ſecche*, eſt lignum tenue, & aridum, a cremo, quia facile crematur. Græce dicitur φρύγανον, a φρύγω, torreo. *Col. l. 12. c. 19.* Levique primum igne, & tenuibus admodum lignis, quæ cremia ruſtici appellant, fornacem incendemus. *Plin. l. 12. c. 19.* Cremia diſcerni, & ſponte conflagrare. Al. leg. *gremium*.

Cremo, as, a. 1. *abbruciare*, [illegible], Ger. *brennen*, Gal. *bruler*, Hiſp. *quemar*, καίω, comburo. *Plin. l. 17. c. 1.* Neronis incendia, quibus cremavit urbem. *Cic. Philip. 14. c. 13.* Humili ſepultura cremari.

Cremōna, f. 1. *Cremona*, Col. & urbs Cenomanorum in Ducato Mediolanenſi, apud Padum fl. media inter Ticinum ad Occ. & Mantuam ad Or. Condita eſt an. Mundi 3905. urbis Romæ 545. facta eſt Colonia Roman. T. Sempron. & Cornel. Coſſ. Hi cum contra Auguſtum una cum Antonio ſenſiſſent, Cæſar victor veteranis ſuis eorum agros dedit, qui cum non ſuffeciſſent, acceperunt etiam vicinorum agros, ac Mantuanorum, &c. hinc *Virg. 9. Ecl. v. 28.* Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Cremor, oris, m. 3. *amido*, Ger. *der ſaffe*, Gal. *creme*, Hiſp. *almidon*, τὸ παχὺ τοῦ γάλακτος, proprie eſt pingue illud, quod a lacte ſecernitur, translate dicitur de lacte expreſſo ex grano aqua macerato, a *cerno*. *Celſ. l. 3. c. 7. n. 2.* Cremor ptiſanæ ſumendus eſt. *Ovid. de medicamin. faciei, v. 95.* Ordea quem faciant, illis infunde cremorem.

Crena, æ, f. 1. vox eſt *Plinii l. 11. c. 37. ſect. 68.* ubi de ſtomacho marinæ teſtudinis loquitur, ſed lectio dubia eſt, & ſignificatio plane obſcura.

Creo, as, avi, atum, are, a. 1. *creare*, Ger. *erſchaffen*, Gal. *creer*, Hiſp. *criar*, κτίζω, produco, gigno. *Cic. 5. Fin.* Omnium rerum, quas natura creat, & tuetur. ¶ Sumitur item generatim pro efficere, *fare*. *Cic. Ver. 1.* Prætori tuo periculum creas. *Id. 2. Divin.* Errorem creat ſimilitudo. *Plin. l. 21. c. 14.* Mel faſtidium creat. *Plaut. Caſ.* creare voluptatem inimicis. ¶ Item per ſuffragia deligere ad publicum munus, ut creare Magiſtratum, Conſules, Ducem bello gerendo. *Cic. 9. Att. epiſt. 9. Liv. l. 1. c. 13. Caſ. l. 7. B. G. c. 32.* Hinc qui legitime, & auſpicato electi non eſſent, vitio creati dicebantur. *Liv. l. 8. c. 17. &c.* ¶ Aliquando ſumitur pro gignere. *Liv. l. 1. c. 3.* Is Æneam Silvium creat. *Hor. l. 4. od. 4. v. 29.* Fortes creantur fortibus.

Creon, ontis, m. 3. κρέων, nomen Corinthiorum Regis, qui Creuſam filiam Jaſoni deſponſavit. *Sen. in Medea.* ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi Regis Thebanorum ſocer, & pater Jocaſtæ.

Crepa, f. 1. capra, quod cruribus crepat. *Feſt. in voce Capræ.*

Crepans, antis, ſonans, ſtrepens. *Horat. l. Epod. 16. v. 48.* Crepante lympha deſilit pede. *mormoreggiante*.

Crepax, a. 3. quod crepat, a *crepo*. *Sen. ep. 114. ex verb. Mecænat.* Crepacem molam, focum inveſtiunt.

Crepĕrus, a, um, o. n. 2. *dubbioſo*, [illegible], Ger. *ongewiſſ*, Gal. *douteux*, Hiſp. *dudoſo*, ἀμφίβολος, anceps, dubius. *Luc. l. 5. v. 1295.* Crepera certamina belli. *Symmach. l. 1. epiſt. 1.* Res crepera, & anceps. Et *epiſt. 13.* Priuſquam manifeſta dies creperum noctis abſolveret.

Crepi, al. Creppi, m. 2. Luperci, a crepitu, quem pelliculas quaſdam verberantes faciebant. *Feſt.*

Crepicŭlum, crepidulum, crepitulum, n. 2. ornamentum capitis, quia in capitis motu crepitum facit. *Feſt.*

Crepĭda, æ, f. 1. *pianella*, [illegible], Germ. *pantoffel*, Gal. *pantoufle*, Hiſp. *chinela*, κρηπίς, Thuſcum calceamentum, teſte *Servio*, quod corrigiis ligabatur, quo utebantur, cum ociarentur, a voce Græca, quæ allata eſt. *Cic. pro Rab.* L. Scipionis non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis. ¶ Apud Latinos Poetas corripit primam, quamvis apud Græcos ſcribatur per vocalem longam η. *Perſ. Sat. 1. ſub fin.* Non hic, qui in crepidis Grajorum ludere geſtit. ¶ Erat autem crepida ſolea quædam, qua planta tantum pedis tegebatur, longis habenis circumligata, ita ut pars ſuperior pedis nuda prope eſſet. V. *Gel. l. 13. c. 2.* ¶ Differebant crepidæ a ſoleis in eo, quod ſoleæ ſimpliciores eſſent, crepidæ vero craſſiores, in quibus duæ omnium ſoleæ erant compactæ. Iis utebantur præcipue mulieres: aliquando tamen & viri. Item Philoſophi pallio induti: nam pallium, & crepidæ apud Græcos conjungebantur. *Sueton. Tiber. c. 13.* Depoſito patrio habitu, redegit ſe ad pallium, & crepidas. V. plura apud *Balduinum de Calceo, c. 14.*

Crepidarius, m. 2. *chi fa le pianelle*, Ger. *pantoffel macher*, Gal. *faiſeur*, ou *vendeur de patins*, Hiſp. *capatero de al cornos*, κρηπιδοποιός, qui crepidas conficit. *Gel. l. 13. c. 21.* Ejus calceamenti ſutores crepidarios dixerunt. ¶ Adjective, crepidarius culter, apud *eundem loc. c.*

Crepidatus, a, um, o. 1. 2. *che ha le pianelle*, Ger. *der pantoffel antregt*, Gal. *chauſſé de patins*, Hiſp. *que tiene alcorques*, κρηπιδοφόρος, crepidis indutus. *Cic. in Piſ. c. 38.* Inde nocte intempeſta crepidatus, veſte ſervili, navim conſcendit.

Crepīdo, dinis, f. 3. *l' eſtremità della terra bagnata dall' acque*, [illegible], ora terræ, quam aqua alluit, a κρηπίς, *fundamentum*, *baſe*, quia eſt ora terræ, quæ eſt aquæ baſis, vel a crepitu, quia ibi aqua allidens concrepitat. *Col. l. 9.* Sic enim maris atrocitas objectu crepidinis frangitur. ¶ Dicitur etiam de extremitate editioris cujuſque loci. *Sen.* Quis crederet jacentem ſuper crepidinem Marium aut fuiſſe aut futurum Conſulem? ¶ Item de abrupti ſaxi altitudine. *Virg. 10. Æn. v. 653.* Forte ratis celſi conjuncta crepidine ſaxi expoſitis ſtabat ſcalis. ¶ Denique extremitas valli ad oppida, & arces, vel editior locus prope pontes, in viis publicis, quem mendici occupant, crepido dicitur. *Juven. Sat. 5. v. 8.* Nulla crepido vacat, nuſquam pons, aut tegetis pars dimidia brevior? ¶ Apud *Vitruv. l. 4. c. 6.* Crepidines dicuntur partes coronæ, ſeu capituli eminentes, & projectæ. Figuram exhibet *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Denique ponitur pro altitudine aliquid ſuſtinente. *Stat. l. 1. ſilv. 1. v. 58.* teneat æterna crepido, Quæ ſuperingeſti portaret culmina montis. ¶ Hinc translate *Cic. in Orat. c. 67.* Omnia tanquam crepidine quadam fulmentur.

Crepidula, f. 1. κρηπίδιον, dimin. a crepida. *Gell. l. 13. c. 21.* Soleas dixere, nonnunquam voce Græca crepidulas.

Crepitacillum, n. 2. dimin. a crepitaculum. *Lucr. l. 5. v. 230.* Nec crepitacillis opus eſt. At *Gifanius*, *Pareus*, *Salmaſ.* & *al. leg.* Nec crepitacula eis opus ſunt. *Tert. adv. Jud. c. 9.* Signum belli non tuba, ſed crepitacillo daturus.

Crepitacŭlum, n. 2. *cembalo*, [illegible], Ger. *kelclin*, Gal. *ſonnette*, *clochette*, Hiſp. *ſonaja*, *campanilla*, σεῖστρον, ſiſtrum, æreum inſtrumentum, quod manibus percuſſum reddit ſonum, in Iſidis ſacris ſolemne. *Col. l. 9. c. 12.* Crepitaculis æreis terreatur fugiens juventus apium. ¶ *Voſſio* eſt idem ac crepundium. *Quintil. l. 9. c. 4.* Et ſonum edunt puerilium crepitaculorum.

Crepĭto, as, n. 1. *fare ſtrepito*, [illegible], crepitum edo, frequent. a crepo. *Plin. l. 15. c. 27.* Myrtata crepitant in igne. *Virg. 5. Æn. 458.* Multa grandine nimbi Culminibus crepitant.

Crepitŭlum, V. Crepiculum.

Crepĭtus, tus, m. *ſtrepito*, Ger. *krach*, Gal. *bruit*, Hiſp. *ruido*, ψόφος, ſonitus, qui ex concuſſione, & impulſu reſultat. *Cic. in Top.* Crepitus pedum. *Id. 4. Tuſc.* Crepitus dentium. *Id. 7. Ver.* Crepitus plagarum. ¶ Hinc pedentis ſonus crepitus ventris dicitur, quem Stoici æque liberum eſſe debere, atque ructum affirmabant. *Plaut. in Cur.* Ex unoquoque eorum ejiciam crepitum polentarium. *Sueton. in Claud. c. 32.* Edictum meditatus dicitur, quo veniam daret flatus, crepituſque ventris etiam inter epulas emittendi.

Crepo, as, pui, pitum, n. 1. *fare ſtrepito*, *ſuonare*, [illegible], Ger. *ſtrenen*, Gal. *craquer*, Hiſp. *hazer ruido quebrandoſe*, ψοφέω, eſt ſonare. *Teren. Adelph.* Sed quis nam crepuit foris. ¶ Per translationem eſt ſubinde aliquid in ore habere, & moleſte repetere, quod non ii tantum faciant, qui queruntur, ſed jactatores etiam, & glorioſi. *Horat. l. 1. od. 18. v. 5.* Quis poſt vina gravem militiam, aut pauperiem crepat? h. e. incuſat, queritur. *Id. l. 2. Sat. 3. v. 32.* Si quid Stertinius veri crepat. h. e. docet. *Lucr. l. 2. v. 1166.* Laudat fortunas ſæpe parentis, Et crepat antiquum genus. h. e. jactat. ¶ Interdum ſignificat diſcindi, rumpi, *crepare*. *Virg. Æn. 5.* Remi obnixi crepuere, illiſaque prora pependit.

Crepŭlus, a, um, adject. idem quod crepax, ſtrepitum edens. *Sidon. l. 9. epiſt. 13.* Crepulis reſtanda buccis gemat aura tibialis. *Avien. in Arat.* Crepula ut late vomeret convicia voce.

Crepundia, orum, n. 2. *ornamento de' bambini*, Germ. *kinderſpiel*, *ſockra*, Gal. *jouets d' enfants*, Hiſp. *dijes*, *o dones*, *juguetes*, [illegible], prima munuſcula, quæ dantur pueris, ut ſunt taleolæ, linteoli, veſtes, bullæ, coralia, enſiculi, & alia hujuſmodi, a *crepando*, quia pueri crepitaculis maxime gaudent. *Voſſio* videntur fuiſſe ornamenta, quæ pueris in collo appendi ſolerent, ex quibus parentes liberos amiſſos cognoſcerent. *Cic. in Brut.* Nunc quoniam totum me, non nævo aliquo, aut crepundiis, ſed corpore omni videris velle cognoſcere. *Plaut. 4. 4. 110.* Sunt crepundia enſiculus aureolus, ſecuricula aurea, ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula, & porculi, & bulla aurea.

Crepuſci, olim dicebantur, qui tempore crepuſculi nati erant. *Var. l. 5. L. L.*

Crepuſculaſco, is, advelperaſco, & ad noctem accedo, *farſi notte*. *Sidon. l. 8. ep. 3.*

Crepuſcŭlum, n. 2. *luce dubbia*, *quando ſi fa ſera*, *ovvero giorno*, [illegible], Ger. *das ſemmerung*, Gal. *crepuſcule*, *entre chien*, & *loup*. Hiſp. *entre dos luzes lubrican*, [illegible], lux dubia, tempus medium inter diem, & noctem, quod proprie ex conſuetudine eſt poſt Solis occaſum uſque ad tenebras, a *crepor*, vel *creperus*, dubius. Nam luc incerta inter Auroram, & Solis ortum *diluculum* vocatur, quia Sole nondum orto jam lucet. Sed *Serv. in 2. Æn.* contra exiſtimat. Nam *crepus*, ut *Joſ. Scalig.* placet, eſt a κνέφας, diluculum. Pro utraque parte exempla inveniuntur, ut *Ovid. l. 1. Am. el. 5. v. 5.* Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo. Sic *Plin. l. 18. c. 25.* Mane, vel crepuſculo. His adde *Var. l. 5. de L. L. c. 2.* Contra vero Servii opinionem probant plures Gloſſæ, quæ crepuſculum interpretantur de matutino tempore, ὄρθρου ὑπηνίον.

Cres, etis, m. Cretenſis, ut Epimenides Cres. *Cic. l. 1. Div. c. 18.*

Creſcentia, æ, f. incrementum, accretio, *aumento*, αὔξησις. *Vitruv. l. 9. c. 9.* Horarum brevitates, aut creſcentias.

Creſcentinum, *Creſcentino*, opp. Italiæ, in Pedemontio, prope Padum fl. e regione Verrucæ.

Creſco, is, crevi, cretum, *creſcere*, [illegible], Germ. *wachſen*, Gall. *croitre*, Hiſp. *crecer*, αὐξάνω, augeor. *Cic. 2. de Div.* Ut cum Luna pariter creſcant, pariterque decreſcant. ¶ Et translate. *Cic. pro Leg. Manil.* Cum locus pertimuiſſem, hoſtium opes, animique creviſſent. ¶ Eleganter etiam creſcere illi dicuntur, qui gratia, opibus, vel dignitate augentur, aut eruditione. *Virg. Ecl. 7. v. 25.* Creſcentem ornate poetam. *Nepos in Attic. c. 21.* Cum ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia, fortunaque creviſſet. ¶ Creſcere ex mœrore alicujus is dicitur, qui gaudium, & fructum ex alieno infortunio capit. *Ovid. Heroid. 15. v. 117.* E noſtro creſcit mœrore Charaxus. Sic Creſcere ex aliquo. h. e. alicujus detrimento ditiorem, potentioremque, & celebriorem reddi. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 30.* Accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere. ¶ *Creſſe* pro *creviſſe* dixit *Lucret. l. 2. v. 684.* ¶ De præterito Crevi hæc *Feſtus*: Crevi modo ſignificat hæreditatem adii: modo, major ætate, vel cenſu ſum: modo judicavi: modo diviſi: quæ omnia a duobus verbis, *creſco*, & *cerno* veniunt, cujus unius origo ex græco trahitur, quod illi κρίνειν dicunt, perficere.

Creſſa, æ, f. quæ Cretenſis eſt, ut Creſſa puella. *Ovid. Epiſt. 2. v. 76.* ¶ Nota Creſſa, h. e. felix, candida. *Horat. l. 1. od. 36.* V. Creta.

Creſſius, a, um, adject. idem ac Cretenſis. *Virg. 4. Æn. v. 70.* Nemora inter Creſſia fixit.

Creta, æ, vel Crete, es, Aeria, Curetis, Hecatompolis, Macaros, Macaronefos, *Candia*, κρήτη, inſula Maris Mediter. Primum dicta eſt *Curetis*, vel *Cureta*, a populis Curetibus, unde per ſyncopen *Creta* remanſit. Sed aliis Cres quidam huic inſulæ nomen dediſſe exiſtimatur, qui Jovem abſcondit in monte Liceo. Alii dicunt, eſſe vocatam a Crete quodam Jovis filio Curetum Rege. Alii a Crete nympha Heſperidis filia. ¶ A Septent. Ægæo alluitur ſimul, & Cretico pelago, ab Auſt. Afro, ad Occ. Ægilam, & Cytheram ſpectat, ad Or. Carpathon. ¶ Opimi vini fertiliſſima eſt. Nullum animal noxium gignit, præter phalangium. Caret cervis, apris, herinaceis. ¶ Olim centum urbes habuit. Hinc Hecatompolis dicta eſt.

Creta, f. 1. *creta*, [illegible], Ger. *kreiden*, Gal. *craie*, Hiſp. *creda*, [illegible], terra tenax, ab inſula *Creta*, ubi melior eſt, vel ab adjectivo *cretus*, quie, ſi maceretur, creſcit. ¶ Proprie de creta alba dicitur: eſt tamen & nigra, & viridis, cujus meminit *Vitruv. l. 7. c. 7.* & *Plin. l. 35. c. 6.*

Digitized by Google

c. 6. ¶ Creta notare, eſt approbare, contra carbone notare, idem eſt ac damnare. *Perſ. Sat.* 5. *v.* 107. Quæque ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim, Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. Album enim ad boni naturam pertinere, cenſuit *Pythagoras*, atrum ad mali. ¶ Hinc *Creſſa nota* pro felici, & candida. *Horat. l.* 1. *od.* 36. Creſſa ne careat pulcra dies nota. ¶ Creta, pro cretatis, albiſque veſtibus. *Plaut. Aul.* 4. 9. 6. Qui veſtiro, & creta occultant ſeſe.

Cretaceus, a, um, o. 1. 2. ex creta, *di creta*. *Plin.* 18. *c.* 9. Ruſior illa, at Piſana candidior, ponderoſior vero Cretacea.

Cretæus, o. 1. 2. quod ex Creta inſula eſt. *Ovid.* Strataque Cretæam belua ſtravit humum. *Prop. l.* 3. *el.* 19. (al. 17.) Pendet Cretæa tracta puella rata.

Cretānus, a, um, adject. Cretenſis. *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 74. Arabas, Caras, Cretanos, Syros.

Cretarius, a, um, adject. ad cretam pertinens, ut cretaria taberna, *Var. l.* 7. *de L. L.*

Cretātus, o. 1. 2. *cretato*, *incretato*, Ger. *mit creiden gewiſt*, Gall. *marqué de craie*, Hiſp. *navado con creda*, creta inſperſus, ut Cretati pedes, qui creta erant dealbati, quales ſolebant eſſe ſervorum pedes, qui trans mare venales advehebantur. Et Cretatæ faſciæ. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 6. ¶ Cretata ambitio, dicitur a *Perſ. ſat.* 5. *v.* 177. quia qui ad honores aſpirabant, albas, candidaſque veſtes induebant, unde Candidati dicti.

Cretenſis, o. 3. ex Creta inſula. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* Tertius Jupiter Cretenſis, Saturni filius. ¶ Cretenſes prælium ituri citharam pulſare ſolebant, teſte *Gel. l.* 1. *c.* 11.

Creterra, V. Cratera.

Cretĕus, a, um, adject. cretaceus. *Lucr. l.* 4. *v.* 297. Ut ſi quis prius, arida quam ſit Cretea perſona, allidat pulvere, trabes.

Cretheus, Æoli fil. qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æſonem genuit, Alcimedontum, & Amythaonem. Hinc denom. *Cretheius*, *a*, *um*, ut Virgo Crethea, Hella Crethei neptis. *Flac. l.* 1.

Crethīdes, æ, m. Κρηθείδης, Jaſon nepos Crethei. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 609. Nec ſua Crethidem latuit dea.

Cretĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ex Creta inſula eſt, ut Creticum mare. *Horat. l.* 1. *od.* 26. ¶ Cognomen fuit Q. Metelli, qui inſulam Cretam armis domuit.

Cretĭcus, m. 2. genus pedis, al. amphimacrus, ex prima, & tertia longis, media brevi, ut *Sanctas*, a Cretibus, quia Cretes ſaltando hoc rhythmo, vel dactylo utebantur. *Cic. l.* 5. *de Orat. c.* 47.

Cretifodīna, æ, locus, ubi creta effoditur. *Ulpian. Dig.* 7. 1. 13. & 24. 3. 7.

Cretĭo, fem. 3. hæreditatis aditio, vel certus dierum numerus, in quo inſtitutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore excluditur, a cerno. *Cic. l.* 11. *Att. ep.* 12. *ad fin.* Gallianis hæreditatem crevi: puto autem cretionem fuiſſe ſimplicem. h. e. cum nullo conjunctam, ſine cohæredibus. *Id. ib. l.* 13. *ep.* 46. Ex eo cognovi cretionem Cluvii liberam, teſtibus præſentibus ſexaginta diebus.

Cretis, idis, f. quæ eſt ex Creta inſula. *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 443. Nymphæ Cretides.

Cretōſus, o. 1. 2. *pieno di creta*, Germ. *creidechtig*, Gal. *abondant en craie*, Hiſp. *gredoſo*, κρητώδης, quod creta plenum eſt, ut Ager cretoſus, cretoſa rura, &c. *Ovid.* 7. *Metam. Plin. l.* 15. *c.* 18. locus cretoſus.

Cretŭla, f. 1. dim. a creta. *Cic.* 6. *Ver. l.* 26. Caſu ſignum iſte animadvertit in cretula. ¶ Eſt & coloris genus. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Ex omnibus coloribus cretulam amant.

Cretūra, æ, f. *crivellatura*, *ſtacciatura*, *cruſchello*, tritici, aut alterius frumenti vilior pars, quæ cribro ſecernitur, & altilibus pro pabulo dari ſolet: a ſupino *cretum* verbi *cerno*, quod & cribro purgare ſignificat. *Pallad. l.* 1. *tit.* 24. Triginta columbis volantibus diurni tres ſextarii tritici ſufficiunt, aut creturæ.

Cretus, a, um, o. 1. 2. procreatus, partic. a creſco, *generato*. *Virg. Æn.* 4. *v.* 191. Trojano a ſanguine cretus. *Lucan. l.* 5. *v.* 6. Mortali corpore cretus. ¶ Item partic. verbi *cerno*, & ſignificat purgatum, *crivellato*. *Pallad. l.* 12. *tit.* 21. Cineris bene creti quantum manus utraque geſtabit.

Creūſa, f. 1. Κρέουσα, Creontis Corinthiorum Regis filia fuit, quam Jaſon, repudiata Medea, uxorem accepit, quamobrem Medea indignata carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo incluſum per filios ſuos Creuſæ muneris loco miſit: filios vero præmonuit, ut ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur videndi cupida, nihilque mali ſuſpicans, ſcriniolum aperuit, & continuo evolavit ignis, Creuſamque, & totam Creontis regiam exuſſit. ¶ Alia fuit Priami, & Hecubæ filia, Æneæ conjux, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilii ab Ænea, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filium manu ducebat, perditam in itinere, dum vias notas exceſſiſſet, habetur apud *Virg.* 2. *Æn.* Nonnulli eam ab ipſo Ænea ex pactione cum Græcis facta occiſam volunt, ne quis ex femina Priami ſupereſſet. Verum his refragatur hiſtoria de Heleno, & Caſſandra liberis Priami, quos Græci captivos abduxerunt.

Cribellātus, a, um, adject. cribello ſecretus, *crivellato*. *Pallad. l.* 2. *c.* 41. Sevum liquefactum cribellato cineri admixtum.

Cribellum, i, o. dim. parvum cribrum, *crivelletto*. *Pallad. Februar. c.* 24. Nitrum tritum cribello deſuper ſpargas. Et *Jun. c.* 11. Cribello ſpiſſo cernere, ut grana non tranſeant.

Cribrarius, o. 1. 2. quod ad cribrum pertinet. *Plin. l.* 7. *c.* 11. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro. De farina loquitur.

Cribrātus, a, um, *crivellato*, ἀποκοσκινισθείς, cribro purgatus. *Colum. l.* 12. *c.* 51. Aromata non cribrata, verum leviter confracta. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Terra cribrata minutatim.

Cribro, as, a. 1. *crivellare*, נָפָה, Germ. *ſenberen*, Gal. *cribler*, Hiſp. *acribar*, κοσκινίζω, eſt purgare, a pulvere, & rebus immundis ſecernere. *Col. l.* 12. *c.* 43. Nam omni lentore miſſo facilius in pulverem reſolvitur, atque cribratur. *Plin. l.* 25. *c.* 5. *a med.* Inciſum forficulis cribrant.

Cribrum, n. 2. *crivello*, *vaglio*, כְּבָרָה, Ger. *ſieb*, Gal. *crible*, Hiſp. *criva*, *o crivo*, κόσκινον, inſtrumentum ex pellibus ſuillis ut plurimum, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda, item inſtrumentum ex ſetis equorum factum farinæ a furfuribus ſeparandæ gratia, quod etiam cribrum ſetaceum, & farinarium dicitur. *Plin. l.* 17. *c.* 11. *Cic.* 2. *de Div. c.* 27. Quaſi vero quidquam intersit, mures diem, ac noctem aliquid rodentes ſcuta, an cribra corroſerint. ¶ Cribro aquam haurire, vel gerere, *faticar ſi in vano*, proverb. in eos, qui operam perdunt. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 100. Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribrum geras.

Crimen, inis, n. 3. *delitto*, *mancamento*, *colpa*, פֶּשַׁע, Ger. *miſſethat*, Gal. *crime*, Hiſp. *crimen*, αἰτία, delictum. *Cic. ad Marium*, Sunt, qui criminis loco putant eſſe, quod vivam. ¶ Proprie dicitur de vitio, ſeu culpa, quæ per contentionem alicui objicitur. Hinc dare crimini, *aſcrivere a colpa*. *Cic. Ver.* 7. *c.* 50. Ex criminibus convinci, *Id. Ver.* 5. *cap.* 9. Acerbe crimina objicere. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. ¶ Accipitur ſæpe pro accuſatione, *accuſa*. *Cic. in Philip.* Hæreditatem mihi negaſti obveniſſe. Utinam hoc tuum crimen verum eſſet. *Sueton. in Claud. c.* 16. Crimen alicui movere. ¶ Venire in crimen. h. e. in ſuſpicionem, *venire in ſoſpetto*. *Ter. Hec.* 3. 1. 55. ¶ Eleganter infelices, crimina Deorum & fortunæ appellantur a *Lucano l.* 5. *v.* 59. Fortunæ Ptolemæus pudor, crimenque Deorum, quaſi Dii peccaverint hunc ſervantes. De variis Criminum publicorum, privatorumque diviſionibus, ut Majeſtatis, repetundarum, vis, inceſtus, &c. conſule *Manut. de Leg. Rom.* ¶ Differt crimen a delicto: nam illud fere publicum eſt, quo Reſp. læditur, ut cædes, falſitas, adulterium: Delictum vero eſt privata noxa, ut furtum, injuria, &c. ¶ Sumitur aliquando crimen ſimpliciter pro cauſa. *Virg.* 7. *Æn. v.* 339. Sere crimina belli.

Criminālis, o. 3. *criminale*, ἐγκληματικός, quod eſt criminis, ut Criminalis cauſa, quæ pecuniariæ opponitur, *leg.* 15. *Cod. de quæſtionib.* Criminalis accuſatio, *leg.* 3. *Cod. de leg. Aquil.*

Criminalĭter, adverb. *criminalmente*, per criminalem quæſtionem, cui opponitur *civiliter*. *Ulp. l. ult. ff. de furt.* Nunc furti plerumque criminaliter agi. Sic *leg.* 18. *Cod. de re milit.* Agentibus cauſas tam criminaliter, quam civiliter.

Criminatio, f. 3. διαβολή, contentioſa contumelia, *accuſa*. *Cicer. pro Leg. Agr.* Illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt.

Criminātor, oris, m. qui accuſat, ſeu crimen obtrectando intentat, *accuſatore*, *calunniatore*. *Tac. Ann.* 4. *c.* 1. Sui obtegens, in alios criminator.

Criminātus, a, um, partic. eſt ſignificationis activæ, ſed *Hygin. Aſtronom. l.* 2. *c.* 18. paſſive uſurpavit, ubi ait. Non criminatum ab Antia, ſed &c.

Crimĭno, as, avi, atum, idem quod criminor. *Ennius* apud *Non. c.* 7. *n.* 16. Non bene vult tibi, qui falſo criminat apud te.

Crimĭnor, d. 1. *incolpare*, רָגַל, Germ. *leſtern*, Gal. *accuſer*, Hiſp. *acuſar*, διαβάλλω, eſt culpare, accuſare, contumelioſe reprehendere. *Cic.* 6. *Ver.* Jam enim non libet omnia criminari. ¶ Admittit etiam dat. vel acc. cum apud, perſonæ, apud quam criminatio fit. *Ter. Eun.* 5. 2. 16. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. *Cic.* 3. *Offic.* C. Marius Q. Metellum apud Pop. Rom. criminatus eſt, bellum illum ducere. *Hygin. l.* 2. *Aſtro. c.* 18. Verita, ne ſe ad regem criminaretur.

Criminōſe, adverb. accuſatorie, vel obtrectatorie, *maledicamente*, ἐγκληματικῶς. *Cic. pro S. Roſc. c.* 20. Criminoſe dicere. *Id. in Bruto*, *c.* 34. Quo criminoſius, aut ſuſpicioſius diceret. *Sueton. Tiber. c.* 53. Criminoſiſſime inſectatus eſt.

Criminōſus, a, um, adject. *accuſatore*, *maledico*, ἐγκληματικός, maledicus, accuſator, obtrectator. *Sueton. in Cæſ. c.* 73. A Cæcina criminoſiſſimo libro laceratam exiſtimationem ſuam. *Liv. l.* 8. *c.* 12. Orationibus in Patres criminoſis. Et criminoſi Jambi, apud *Horat. l.* 1. *od.* 16. Comparat. criminoſior, eſt apud *Auct. ad Heren. l.* 4. *cap.* 40. ¶ Item qui in ſe crimen habet, *peccaminoſo*. *Cic. pro Ligar. c.* 1. Quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.

Crimiſa, Crimiſſa. *lo Ciro*, vel *la Zero*, opp. Oenotriorum, in magna Græcia, in ora Calabriæ cit. ¶ Item prom. *Capo dell' Aliſe*, in ſin. Tarentinum excurrens. ¶ Item Crimiſſa, vel Crimiſus, fl. in eodem tractu, qui in ſin. Tarentinum ſe exonerat.

Crimiſus, V. Crimiſus.

Crimnum, i, n. κρίμνον, craſſior tritici, & zeæ farina, ex qua puls fit. *Plin. l.* 18. *c.* 8.

Crinale, is, n. ſubſtant. crinium ornatus in capite. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 53. Ornabant aurata monilia collum, & madidos myrrha curvum crinale capillos.

Crinalis, & le, o. 3. quod pertinet ad crines. *Ovid.* 9. *Metam. verſ.* 370. Crinalem capiti vittam nataque, ſibique detrahit. ¶ Item, qui crines habet. *Id. in Fragment. Halieut. v.* 30. Crinale corpus, h. e. crinibus obductum.

Crinĭger, ra, rum, o. 1. 2. qui multos habet crines. *Luc. l.* 1. *v.* 46. Crinigeros bellis arcere Caycos.

Crinĭnus, a, um, *di gigli*, κρίνινος, qui eſt ex crino, hoc eſt liliis. Nam κρίνον Græce lilium ſignificat. *Dig. l.* 34. *tit.* 2. *leg.* 22. Crininum unguentum.

Crinio, is, a. 4. vel crinior, deponens, *mettere i capelli*, τριχοφυέω, eſt crines emittere. Translate *Stat.* 4. *Theb. v.* 217. Frondenti crinitur caſſis oliva. Adde *l.* 4. *ſilv.* 5. 9.

Crinis, is, maſc. *crine*, *capello*, שֵׂעָר, Germ. *har*, Gall. *crin*, Hiſp. *clin*, θρίξ, τρίχες, capillus. *Cicer.* 5. *Verr.* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Dicitur etiam de piſcibus. *Plin. l.* 9. *c.* 30. *de polypo piſce*. Aſſatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos. ¶ Crinis etiam videtur eſſe genus vinculi ex crina equinæ caudæ confecti. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Jugum fit pertica, aut arundine, aut crine funiculove. ¶ Crines capere, idem eſt quod nubere, & matronam fieri, inquit Lipſ. nam inter alia ornamenta matronarum propria, crines gerebant peculiari quadam ratione formatos. h. e. vittis implexos, quos Ital. dicunt *treccie*, quarum ſex aut ſeptem e capite pendentes habebant. *Feſt. Martial. l.* 11. *ep.* 31. & *Plaut. Moſtell.* 1. 3. 69. ubi V. Taubman.

Crinisātus, a, um, adject. ex crinibus factus, vel natus. *Sidon. Carm.* 22. *v.* 81. Hic & criniſatas jungebat pegaſus alas. V. Hippocreniſatus.

Criniſus, Crimiſſus, Crimiſus, *Beneideſtro*, al. *Freddo*. *Fiume di S. Bartolomeo*, & Sicaliæ, in parte Occidentali, & in valle Macaræ, qui oritur circiter 25. M. P. a Panormo in Mer. fluit apud Segeſtam, & Segeſtanum emporium, & aliquot auctus fluviis in mare Africum ſe exonerat, in ora lit. inter Mazaram, & Saccam. De hoc Servius in 5. *Æn.* refert hujuſmodi fabulam. Hegeſta Hippotæ nobilis Trojani filia cum in Siciliam caſu delata eſſet, compreſſa eſt a Crimiſo Oceani & Terræ filio, qui doli cauſa in canem, ſeu urſum ſe mutaverat, atque ex eo concubitu Aceſtem peperit, qui poſtea in Sicilia regnavit.

Crinītus, a, um, o. 1. 2. *crinito*, *che ha i capelli*, שָׂעִיר, Ger. *haarechtig*, Gall. *chevelu*, Hiſp. *cabelludo*, κομήτης, quod crines habet. *Cicer.* 6. *Ver. c.* 56. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus revellit, atque abſtulit. Sic crinita galea. *Virg. Æn.* 7. *v.* 785.

Crinomĕnon, κρινόμενον, Latine quæſtio, a Rhetoribus vocatur contentio, quæ ex ſtatu efficitur, & circa quam verſatur certamen totius controverſiæ. *Cic. in Topic. c.* 25.

Crinon, n. 2. κρίνον, lilium, & ſpeciatim lilium rubens, al. cynorrhodon. *Plin. l.* 21. *c.* 5.

Criobolium, ii, n. κριοβόλιον, genus ſacrificiorum, in quo arietes cædebantur, unde & nomen traxit. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 27. *num.* 3. Taurobolium, ſive Criobolium fecit. Et *num.* 4. Percepto Taurobolio, Criobolioque.

Criodŏcha, κριοδόχη, machina illa, quæ arietem continet, & ſuſtinet. *Vitruv. l.* 10. *c.* 18.

Cripa. æ, f. herba quædam. *Colum.* 12. 22. Cripæ pampinaceæ libra.

Criſis, is, f. judicium, ſententia, a κρίνω, judico. Apud Medicos criſis dicitur ſubita morbi mutatio, ex qua judicari poteſt, quid ægroto futurum ſit. *Senec. epiſt.* 83. Hic quidem ait, nos eandem criſim habere, quia utrique dentes cadunt.

Criſpātus, o. 1. 2. *increſpato*, partic. a criſpo. *Claud.* 2. *de rapta Proſerp. v.* 110. Criſpata cacumina buxus.

Criſpico, as, avi, atum, a. 1. idem quod criſpo, *increſpare*. *Gell. lib.* 18. *c.* 12.

Digitized by Google

c. 10. Ventus mare cæruleum criſpicans. *Plin. lib. 16. cap. 16.* Buxus raro criſpicans.

Criſpiſulcans, o. 3. *Cic. in Top. c. 16.* In Ajacis navim criſpiſulcans igneum fulmen injectum eſt.

Criſpitudo, inis, f. *creſpa. Arnob. lib. 2. de laſcive ſaltantibus:* Lumborum criſpitudine fluctuare.

Criſpo, as, a. 1. *increſpare*, Ger. *krauſſmachen*, Gal. *pliſſer*, Hiſp. *creſpar*, κρίζειν, ὀλίω, eſt criſpum reddere. *Plin. l. 28. c. 8.* Fimi cinere criſpari capillum. ¶ Item vibrare, vel quaſſare. *Virg. Æn. 1. v. 313.* Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. haſtam enim, cum vibratur, vel quaſſatur, ſinuari & criſpari videmus. Criſpum autem dicimus, quod rectum non eſt. *Scalig. 4. Poet. c. 1.* Sic *Perſ. 3. v. 87.* Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. h. e. propter effuſum riſum in rugas contracto.

Criſpulus, a, um, adject. dim. a criſpus. *Martial. l. 5. epigr. 61.* Criſpulus iſte quis eſt? *Senec. epiſt. 66.* Comatus & criſpulus.

Criſpus, a, um, o. 1. c. *creſpo, torto, intorto*, Germ. *krauſſ*, Gall. *crepé*, Hiſp. *creſpo*, οὖλος, intortus. *Plaut. Truc.* Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. ¶ Hinc comp. criſpior, ſup. criſpiſſimus. *Plin. l. 8. c. 16.* Criſpiores jubæ. *Col. l. 11. c. 3.* Criſpiſſimum folium.

Criſpus Saluſtius, Civis Romanus, Latinæ Hiſtoriæ princeps. *Martial. l. 14.* Criſpus Romana primus in Hiſtoria. Thucydidi ex Græcis opponitur a Quinctiliano elegantia dicendi, Attica brevitate, ſententiarum crebritate. Sed a Pollione taxatur ut nimis antiquarius, & ex Catonis Originibus verba mutuatus: a Trogo autem, quod orationibus nimis longis utatur, ſicut & Thucydides.

Criſſo, as, n. 1. ὑπεργίζω, eſt ſe ſe apte in re Venerea movere, proprium mulierum, ut cevere eſt proprium puerorum, dum pædicantur. *Juv. ſat. 6.* Frictum criſſantis adorat.

Criſta, f. 1. *creſta, pennacchio*, Ger. *kamm*, Gal. *creſte*, Hiſp. *creſta*, λόφος, conus in vertice quarundam avium, quaſi cariſta, a κάρα, caput, vel quaſi ceriſta, a κέρας, cornu. *Plin. l. 10. c. 29.* Upupa obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili. ¶ Tranſlate dicitur de cono galeæ. *Virg. 9. Æn.* Tum galeam Meſſapi habilem, criſtiſque decoram induit. ¶ Criſtas tollere, eſt animo ſibi placere, animo efferri. *Juven. ſat. 4. verſ. 69.* Et tamen illi ſurgebant criſtæ. ¶ Criſta herba apud *Plin. l. 27. c. 5.* quod habeat folia criſtæ gallinaceæ ſimilia.

Criſtatus, a, um, o. 1. 2. quod criſtas habet, ut Criſtatæ aves, eſtque periphraſis gallorum gallinaceorum. *Mart. l. 14. in fin.* Criſtataque ſonant undique lucis aves.

Criſtula, æ, f. 1. dim. a criſta. *Col. l. 8. c. 2.* Rectis, rutiliſque criſtulis.

Critæ, arum, m. κριταί, judices. *Critarum Annales cit. Tertull. pag. 610. editionis Rigaltianæ.*

Crithe, f. *orzuolo*, κριθή, tuberculum parvum eſt in palpebra ſuper pilorum locum, a κριθή, hordeum, unde & hordeolum a recentioribus vocatur, a ſimilitudine hordei. *Celſ. l. 7. c. 7.*

Crithologia, æ, κριθολογία, hordei, & frumenti colligendi cura. *Theod. Cod. l. 4. tit. 25.* Crithologiæ, & Zygoſtaſii munus.

Critias, m. 1. κριτίας, unus e triginta Tyrannis Athenienſium. *Cic. 2. & 3. de Orat.*

Critice, es, ſive Critica, æ, Philologiæ pars eſt, quæ in emendatione auctorum, & in judicio conſiſtit. *Varr.* apud *Diomed. l. c.*

Criticus, ci, m. 2. κριτικός, judicans, ſive arguens, judicem agens, a κρίνω, judico. Hinc Poetarum interpretes, & generatim cenſores alienorum operum Critici dicti ſunt, poſtea Grammatici. *Cic. ad Dolab. l. 9. ep. 10.* Ego tanquam criticus antiquus judicaturus ſum. *Hor. l. 2. ep. 1.* Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus, ut Critici dicunt. V. *Quint. l. 10. c. 1. & l. 1. c. 4.* ¶ Critici dies dicuntur a Medicis, in quibus de morbi ratione judicari poteſt, & ſunt tertius, quintus, ſeptimus, &c. V. *Gel. l. 3. c. 10.* ubi tamen vocem hanc græcis literis ſcribit.

Critobulus, i, medicus inſignis, cujus magna fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis, ut ait *Plin. l. 7. c. 37.* Is idem eſt, qui Alexandro vulnerato ſpiculum feliciter evulſit, quem *Curt. l. 9. c. 5.* Critobolum vocat.

Critolaus, m. 2. Philoſophus Peripateticus. *Cic. 5. Tuſc.* Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui, cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram, & maria deprimat. Romam Legatus miſſus eſt una cum Carneade Academico, & Diogene Stoico. *Cic. 2. de Orat.* ¶ Alter Critolaus, Achæorum dux, qui Corinthum evertit. *Cic. 3. de nat. Deor.* Sororem interfecit, quod ſibi victori redeunti non gratularetur. Poſtremo a Q. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas veneno ſibi mortem conſcivit.

Crocallis, idis, f. gemma ceraſum repræſentans. *Plin. l. 37. c. 10.*

Crocatio, f. 3. cantus corvi. *Feſt.* Sed legendum *crocitio*, vel *crocitatio*.

Crocatus, a, um, *zafferanato*, croco tinctus. *Plin. l. 16. cap. 34.* Alicui & ſemen nigrum, alii crocatum.

Croceus, o. 1. c. croci colorem habens, *croceo, giallo. Virg. 1. Æn.* Et circumtextum croceo velamen acantho. ¶ Item ex croco qui eſt, crocinus, ut croceus odor. *Id. Georg. 1. v. 56.*

Crocias, m. 1. κροκίας, gemmæ ſpecies, a croci ſimilitudine. *Plin. lib. 37. cap. 11.*

Crocinum, i, n. κροκόμαγμα, odor croci, vel unguentum ex croco trito, & vino præcipue dulci, vel ut alii volunt ex aromatibus, & croco in oleo macerato. Hoc Romani non ſolum corpora, ſed & pulpita ſpargebant. *Propert. l. 3. el. 10. v. 22.* Et crocino nares myrrheus ungat onyx. V. *Plin. l. 13. c. 13.* ¶ *Celſus l. 3. c. 19.* Crocinum unguentum dixit.

Crocinus, a, um, o. 1. 2. *che è di color di zaffrano*, Germ. *ſaffrangel*, Gal. *de ſafran*, Hiſp. *de açafran*, κρόκινος, quod eſt lutei coloris. *Plin. lib. 11. c. 19.* Semen his optimum crocinum.

Crocio, n. 4. κρώζω, eſt canere prop. corvorum, a ſono, vel a κρώζω, clamo. V. *Crocito.*

Crocis, f. 3. herba, cujus contactu phalangia emoriuntur. *Plin. l. 27. c. 17.*

Crocitatio, f. 3. vociferatio corvi. V. *Crocatio.*

Crocito, n. freq. a crocio. *Plaut. Aulul. 4. 3. 1.* Et corvus voce crocitabat ſua. Al. leg. *crocibat*, a crocio, is.

Crocitus, us, m. κρωγμός, cantus corvi, apud *Non. c. 1. n. 218.*

Crocodilea, æ, f. κροκοδείλεια, fimus crocodili, odore jucundo, quo mulieres faciem illinebant, teſte *Plin. l. 28. c. 8.*

Crocodilinus, a, um, o. 1. 2. quod ad crocodilum pertinet, ut Crocodilinæ ambiguitates, *Quintil. lib. 1. cap. 10.* h. e. argumenta perplexa, & ſophiſtica.

Crocodilium, n. 2. herbæ ſpecies, chamæleontis figura, radice longa, guſtu naſturtii, ſemine rotundo, duplicis clypeoli forma, odore aſpero. *Plin. lib. 27. cap. 8.*

Crocodilus, m. 2. *cocodrillo*, Ger. *crocodill*, Gall. *crocodile*, Hiſp. *crocodilo*, κροκόδειλος, animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tam in terra, quam in aqua vivens, figura lacertæ non admodum diſſimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, cute uſque adeo dura, ut in nulla ſui parte, niſi in ſolo ventre, penetrari poſſit. ¶ Teſtudines, & crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde diſcedere. *Cic. de nat. Deor.* ¶ Quatuor menſes hyemales non comedit. ¶ Delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes, qua potiſſimum parte hoſtis lædi poſſit, aquam ſubeunt, pinnaque, quam in dorſo gerunt, illi alvum ſubſecant. Habet & alterum hoſtem, ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces telì in morem illapſus inteſtina ejus erodit. ¶ Conſpecto homine emittit lacrymas, mox appropinquantem devorat. Unde factus locus proverbio, *Crocodili lacrymæ*, quod de iis dici ſolet, qui ſub ſpecie pietatis alios fallunt. ¶ Duplex eſt, amphibius, qui hactenus deſcriptus eſt, & terreſtris, longe minor, qui odoratiſſimis tantum floribus in terra vivit, & a *Dioſcoride lib. 2.* Scincus vocatur. Mirum in modum melle delectatur. Sed apiarii crocum apponunt alvearibus, ut crocodili mel abſumant. Igitur conſpectu croco crocodili fugiunt. Nam a croco abhorrent, & ejus odorem reformidant.

Crocomagma, atis, n. κροκόμαγμα, fæx unguenti crocini, ſeu unguentum ex croco, & vino. *Plin. l. 21. c. 20.*

Crocota, f. 1. κροκωτόν, veſtis muliebris croceì coloris. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 21.* P. Clodius e crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, eſt factus repente popularis.

Crocotarius, m. 2. crocotarum veſtium infector. *Plaut. Aulul. 3. 5. 47.* Cum incedunt infectores crocotarii.

Crocotillum, valde exile. *Plaut.* Extortis talis cum crocotilis cruſculis. Hæc *Feſtus*. ſed vox eſt dubia, obſoleta, nec ullo modo adhibenda.

Crocotinum, n. 2. genus operis piſtorii, e croco. *Feſt.*

Crocotta, vel crocuta. V. Corocotta.

Crocotula, f. 1. κροκώτιον, dim. a crocota. *Plaut. Epid. 2. 2. 47.* Intuſiatam, patagiatam calculam, aut crocotulam.

Crocus, m. & f. 2. & crocum, neut. 2. *zaffarano*, כרכום, Gall. *ſaffran*, Hiſp. *açafran*, κρόκος, vel κρόκον, flos, a כרכם, crocus, a Croco adoleſcente, qui diſco a Mercurio interemptus converſus eſt in hunc florem, vel ut alii fabulantur, amoris impatientia, cum Smilacem puellam deperiret. *Ovid. 4. Met. Virgil. 4. Georg.* Caſiamque, crocumque rubentem. *Celſ. lib. 5. cap. 11.* Videntur autem hanc facultatem habere iris, nardum, crocum, cinnamomum. *Apuleius.* Crocus vino diluta. ¶ Crocum in neutro propria, in maſculino poetice dici, auctor eſt Lutatius Placidius Statii Scholiaſtes. ¶ *Plin. lib. 21. cap. 5.* Crocum vocat etiam luteos apices in medio lilii. ¶ Maximo in pretio eſt quod in Cilicia naſcitur prope Corycum montem: unde *Cilicum flores* pro croco dixit *Stat. lib. 1. Silv. 1. v. 160.*

Crœſus, κροῖσος, Rex Lydorum, Alyatti filius, omnium, quos hominum memoria celebrat, ditiſſimus. Hic, cum ſe omnium mortalium feliciſſimum crederet, monitus eſt a Solone, neminem ante cineres beatum dicendum, quod, quoad vivimus, periculum ſit, ne inſtabilis hujus mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis ſententiam veriſſimam eſſe, Crœſi calamitas poſtea declaravit. Victus enim a Cyro, pyræque impoſitus, tandem ſalubre Solonis conſilium agnovit, ejuſque nomen ſæpius inclamavit. Unde admiratus Cyrus, quiſnam eſſet Deorum, hominumve, quem ille in extremo periculo ſolum invocaret, remque totam edoctus, humanæ viciſſitudinis memor, Crœſum ab incendio liberavit, ſummoque ſemper apud ſe in honore habuit. *Plut. in vit. Solon. Herod. l. 1.* V. *Juſtin. l. 1.*

Crolla, f. 1. corolla, per ſyncopen. *Plaut. Bacch. 1. 1. 37.* Emendati libri multi habent, *corolla*, vel *corona*.

Crommyonia, ſus ea, quam Theſeus interfecit, a Crommyon vico agri Corinthiaci.

Crommyum, n. 2. *Cornacchiera*, ſeu *Capo Cornacchiera*, prom. Cypri in ora Boreali, inter Lapithum, & Solos. ¶ Crommyon item, Cromyon, Cremmyon, Cremyon, vicus Peloponneſi in agro Corinthiaco.

Cronia, latine Saturnalia dicuntur, ſcil. Saturni feſta, *Macrob. l. 1. Saturn. c. 7.* V. Saturnalia.

Cronium, ſive Chronium mare, Saturnium, Sarmaticum, Scyticum, Petzoricum, Tranquillum, *Drobahaf*, *mer de Petzorzcha*. *Niewra more*, pars Oceani Septentrionalis, inter Rubeam prom. & Scythiam veram, & fl. Paropamiſum, eſtque etiam pars maris Concreti, ſeu Glacialis ultra Thulen inſ. ſupra Aſiam, quod Aſiam ad Septentriones alluit.

Crotalia, n. 3. κροτάλια, margaritæ ita in ornamentis collocatæ, ut ex colliſione ſonum generent. *Plin. l. 9. c. 35.*

Crotaliſtria, f. 1. quæ crotalo canit. *Propert. l. 4. el. 8. v. 39.* Niloten tibicen erat, crotaliſtria Phillis. Ita legit Scalig. Dicitur autem *crotaliſtria Phillis* eo modo, quo Plautus dixit Hoſpes Zacyntho. pro, a Zacyntho. Philæ autem inſula eſt ad Sienem Ægypti. V. *Barth. ad Stat. Silv. p. 157.* ¶ Laberius apud Petron. ciconiam avem vocat, Pieticulatricem, gracilipedem, crotaliſtriam, quia voce crotalum ſonantem imitatur. Sed apud *Cal. Rhodig. l. 13. c. 66.* legitur *Choraliſtria*, h. e. mulier canendi, & ſaltandi in choris perita.

Crotalum, n. 2. *campanella*, *nacchera*, Germ. *klepflin*, Gall. *une cymbale*, Hiſp. *pandero*, crepitaculum, inſtrumentum Muſicum, quo Ægyptii in Deorum cæremoniis utebantur, in quo duo oſſicula, vel æneæ laminæ colliduntur ad ſonum ciendum, a κροτέω, pulſo, verbero. Quidam putant, anulum æreum fuiſſe, qui ferreo baculo percuteretur ad ſonum fiſtulæ reddendum. Aliorum opinio eſt, circulum fuiſſe æneum multas habentem annexas laminulas, ſive orbiculos mobiles, qui colliſi ſonum edebant. *Virg. in Copa.* Criſpum ſub crotalo docta movere latus. Ad quem locum V. Scalig.

Crotalus, m. 2. Corax, *Corace*, fl. Magnæ Græciæ, in Calabria ult. qui oritur ex Apennino M. in conf. Calabriæ cit. & in ſin. Scyllaceum ſe exonerat.

Croto, f. 3. Croton, Crotona, *Crotone*, urbs Brutiorum, in Magna Græcia, in ora Calabriæ ult. & maris Jonii. Condita eſt a Diomede, vel a Miſcello anno Urbis conditæ 80. Olim fuit perampla, & potentiſſima. Flumine media alluebatur, cum arce munita. Nunc etiam urbs eſt ampla, arcemque validam habet. Crotone tanta olim aeris ſalubritas fuit, ut in proverbium ceſſerit, *Crotone ſalubrius*, cum quid ſaluberrimum dicere volumus. ¶ Eſt etiam generis maſculini. *Liv. l. 24. cap. 2.* Ad Crotonem oppugnandum pergunt ire. Populi *Crotoniatæ*, qui corporum pulchritudine, & viribus excelluiſſe, & præſtantiſſimi athletæ fuiſſe dicuntur. *Cic. 2. de Invent.*

Croton, onis, fem. fruticis ſpecies ad magnitudinem parvæ ficus aſſurgens. *Plin. l. 16. c. 23.* V. Ricinus.

Crotoniata, æ, vel Crotoniates, Crotonis incola. Crotoniates maximam in exercendis corporibus curam ponebant. Ex his unus fuit Milo Crotoniates, de quo *Cic. de Senect.*

Crotonienſis, is, adject. idem quod Crotoniates. *Juſtin. l. 20. c. 4.*

Crotopus, m. 2. Rex Argivorum, pater Pſamathes, quæ Linum ex Apolline peperit. Hinc Linus Crotopiades ab avo materno vocatur.

Crotus. V. Sagittarius.

Cruciabilis, le, o. 3. *doloroſo*, βασανιστικός. *Apul. de Aſino, l. 10.* Sed illa cruciabili ſilentio duriſſime fatigata. *Gell. l. 3. c. 9.* Cruciabili exitu.

Crucia-

Digitized by Google

Cruciabilitas, f. 3. *tormento*, *βασανισμός*. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 3. Qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus.
Cruciabiliter, *tormentoſamente*, *βασανιστικῶς*. *Hirt.* 5. *bell. Afric.* c. 49. Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 40. Cruciabiliter me accipito.
Cruciamen, inis, o. cruciatus. *Prudent. hymn. Exequiar.* v. 90. Per cruciamina leti Via panditur ardua juſtis.
Cruciamentum, n. 2. *dolore*, *λύπη*. *Cic. in Phil.* 11. c. 4. Nec graviora ſunt tormenta carnificum, quam cruciamenta morborum.
Cruciarius, a, um, adject. cruciatum afferens. *Tertull. de Præſcript. cap.* 2. Inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus. *Al. leg.* cruciatarios.
Cruciarius, ii, ſubſt. m. cruci affixus. *Petron. in Satyr.* c. 112. Cruciarii unius parentes detraxerunt nocte pendentem. *Senec. l.* 3. *Controv.* 21. Fecit ſe ſimilem tyranno, filiam raptus, libertum cruciarius. ¶ Pro homine perdito & cruce digno. *Apulejus l.* 10. *Metam.* Cruciarius ille conſcientia ſua deterritus. *Ammian. l.* 9. c. 2. Quæ cruciarius ille conflavit.
Crucias, pro Cruciatus, ut ſatias pro ſatietas. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 64. Mala crucias quidem. Al. leg. Mala crux ea quidem.
Cruciator, oris, m. qui affligit, & cruciat. *tormentatore*. *Arnob. lib.* 1. Pœnas cruciatoris perpetitur ſævitate.
Cruciatus, us, m. cruciamentum, tormentum, ſupplicium, afflictio, pœna, *tormento*, *afflizzione*, ראבה, Ger. *pein*, *marter*, Gall. *tourment*, Hiſp. *tormento*, *λύπη*. *Cic. Att.* Confectus cruciatu ſummo dolorum. Sic Cruciatus perferre, Cruciatu perire, angi, *Id.* 2. *Offic.* c. 7. & *l.* 11. *Attic. ep.* 11.
Crucifer, i, m. idem ac cruciarius. *Prudent. Cathemer.* 3. *in princ.* Chriſtum Dominum cruciferum appellat. h. e. crucem ſibi ipſam bajulantem.
Crucifigo, is, a. 3. *crocifiggere*, תלה, Germ. *Kreutzigen*, Gal. *crucifier*, Hiſp. *crucificar*, in crucem tollo. *Suet. in Dom.* c. 10. Auctorem ſummarum pridie, quam crucifigeret, in cubiculum vocavit.
Crucifixus, a, um, adject. *crocifiſſo*, cruci affixus. *Plin. l.* 8. c. 16. Polybium leones in Africa crucifixos vidiſſe. *Quintil. l.* 7. c. 1. Invenerunt ducem crucifixum.
Crucio, as, a. 1. *affliggere*, צירוא, Germ. *peinigen*, Gall. *gener*, *tourmenter*, Hiſp. *atormentar*, *δεσάω*, torqueo, affligo. *Ter. Eun.* Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. *Cic. l.* 2. *Fin.* c. 4. Cruciari dolore. & c. 20. Cruciari vigiliis, fame.
Crucisalus, i, m. qui ſalit in crucem, nomen fictum a *Plaut. Bacchid.* 2. 3. 128.
Crucius, a, um, o. 1. 2. ut Vinum crucium, inſuave, quod bibendo cruciat. *Feſt.*
Crudaria, f. 1. argenti vena, quæ in ſumma fodina reperitur. *Plin. l.* 33. c. 6.
Crudelis, o. 3. *crudele*, *aſpro*, אכזר, Germ. *grauſam*, Gal. *cruel*, Hiſp. *cruel*, *ὠμός*, immitis, & aſper, qui eſt crudis moribus. *Cic. pro Dejot.* Crudelis Caſtor, qui nepos avum in diſcrimen capitis induxerit. *Propert. l.* 1. *el.* 16. Crudelior janua, quæ ſc. ſupplices non admittit. *Salluſt. Catil.* c. 52. Crudeliſſimi parricidæ. ¶ *Crudele* adverbialiter poſitum pro crudeliter. *Claudian.* 3. *de rapt. Proſ.* v. 340. adhuc crudele minatus Affixæ truncis facies.
Crudelitas, tis, f. 3. *crudeltà*, אכזריות, Ger. *grauſamkeit*, Gal. *cruauté*, Hiſp. *crueldad*, *ὠμότης*. *Cic. pro Roſ. Amer.* Populum Rom. qui quondam in hoſtem leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare.
Crudeliter, *crudelmente*, Ger. *grimmiglich*, Gal. *cruellement*, Hiſp. *cruelmente*, adv. *ὠμῶς*, atrociter. *Cic.* 1. *Offic.* Ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. *Id. pro Mil.* c. 33. Crudeliſſime necatus. *Curt. l.* 10. c. 5. Ut crudelius poſſet extingui.
Crudeſco, is, ui, n. 3. *incrudire*, *incrudelirſi*, Ger. *rauwerden*, Gal. *devenir cruel*, *& apre*, Hiſp. *encrudecerſe*, *ὠμόομαι*, crudus fio. *Virg.* 3. *Georg.* v. 504. Cœpit crudeſcere morbus. ¶ Transfertur & ad alia, ut crudeſcit ſeditio, *Tacit.* 3. *hiſtor.* c. 10. Et, crudeſcente ira, *Juſtin. lib.* 8. *cap.* 4.
Cruditas, atis, f. *crudità*, Germ. *rauche*, Gall. *crudité*, Hiſp. *crudeza*, *ἀπεψία*, affectus ſtomachi, qui naſcitur ex ægra concoctione. *Cic. de ſenect.* Caret ergo etiam vinolentia, & cruditate, & inſomniis.
Cruditatio, onis, f. cruditas, ſtomachi non concoquentis vitium. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* c. 2.
Crudito, as, avi, atum, male concoquo, cruditate laboro, *aver crudità di ſtomaco*. *Tertul. de Jejun.* c. 16. Populus carnis avidiſſimus uſque ad choleram ortygometræ cruditando.
Crudus, o. 1. 2. *crudo*, *non cotto*, נא, Ger. *rauw*, Gal. *cru*, Hiſp. *crudo*, *ὠμός*, quod eſt adhuc in cruore, ut Crudum vulnus, recens, & quaſi adhuc cruentum. *Plin. epiſt.* 3. Crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat. ¶ Translate dicitur de eo, quod non eſt coctum igni. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Quid tu curas, utrum crudum, an coctum edim? ¶ Item de cibis, qui indigeſti, & nondum concocti ſunt in ſtomacho. *Juven. ſat.* 1. v. 143. Crudum pavonem in balnea portas. ¶ Item de fructibus acerbis, & immaturis. *Cic. de ſenect.* Poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur. ¶ Crudus homo dicitur, cujus ſtomachus non facile concoquit. *Cic.* 2. *Fin.* Crudique poſtridie ſe ruſus ingurgitent. Adde *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. v. 49. ¶ Crudum etiam dicitur, quod adhuc viride eſt, nec cœpit flaveſcere, ut crudus palmes, *Lucan. lib.* 4. v. 417. Sic metaphorice *Virg.* 6. *Æn.* v. 304. Cruda Deo, viridiſque ſenectus. h. e. valida, fortis. ¶ Ponitur & crudus pro immaturo, hoc eſt tempus ſuum non expectante, ut crudum funus, *Stat.* 9. *Theb.* v. 380. Cruda puella, h. e. nondum viro apta, *Martial. l.* 8. *epigr.* 63. ¶ Apud *Plaut. Pœn.* 5. 2. 147. crudus videtur poni pro aſtuto, fallaci, ſubdolo. Sic enim habet: Heu hercle mortalem catum, malum, crudumque, & callidum atque ſubdolum.
Cruentatus, o. 1. 2. ſanguine infectus. *Plin. l.* 28. c. 7. Mulieris quoque ſalivam jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis. *Cic. lib.* 2. *Invent.* c. 4. Gladium cruentatum in vaginam recondidit.
Cruente, adverb. crudeliter, ſæve. *Juſtin. l.* 39. c. 3. Soror, quæ tam cruente ſæviat. *Senec. l.* 5. *Benef.* c. 16. Cæteri arma cruentius exercuerunt. Superlativum legitur apud *Oroſ. l.* 1. c. 17. Bello cruentiſſime geſto.
Cruenter, adverb. idem quod cruente. *Apul. lib.* 3. *A. A. poſt princip.* Civium laniena cruenter exercuit.
Cruentifer, a, um, cruentus, ut cruentifera ſigna, apud *Tertull. in Carm. de Jud. Dom.* c. 10. Atque cruentiferis ſignis ſacraveris aras.
Cruento, a. 1. *inſanguinare*, Germ. *blutigmachen*, Gall. *enſanglanter*, Hiſp. *enſangrentar*, *αἱμάσσω*, cruore inficio. *Cicer. de Aruſp. reſp. cap.* 16. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit. *Id. poſt red. in Sen.* Ne propter me civium vulneribus Reſp. cruentaretur, *Id. Philip.* 2. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Proprie *Prop. l.* 4. *el.* 9. v. 39. Impoſitaque notam collo, morſuque cruentat.
Cruentus, a, um, o. 1. 2. *ſanguinoſo*, *ſanguigne*, Germ. *blutig*, Gall. *ſanglant*, Hiſp. *ſangriento*, *αἱματόεις*, quod eſt cum ſanguine, quaſi cruore tinctum. *Plin. l.* 20. c. 13. Cruenta urina. *Salluſt. in Catil.* Cruentam, atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. ¶ Translata ſumitur pro crudeli, ut Cruenta vox, cruenta oratio. *Cic. Phil.* 2. Sic *Ov.* 12. *Met.* v. 592. Bello cruentior ipſo. *Vellej. l.* 2. c. 71. Non aliud bellum cruentius cæde clariſſimorum virorum fuit. Et c. 52. Cruentiſſimus Romano nomini dies.
Crumata, V. Cruſma.
Crumena, f. 1. vel crumina, *borſa*, כיס, Germ. *ſeckel*, *beutel*, Gall. *bourſe*, Hiſp. *bolſa*, *βαλάντιον*, idem ac bulga, id eſt, ſacculus, qui ad brachium pendet, vel de collo in tergum, a *κρεμάω*, ſuſpendo, quia ſuſpenſa geſtatur. *Plaut. Epid.* Ipſe mihi in collo ejus pater crumenam collocavit. *Juv. Sat.* 11. v. 38. Quis te, deficiente crumena, & creſcente gula, manet exitus? ¶ Apud *Plaut.* quandoque legitur *Crumina*, ut & in *Peræ Lat. Cens.*
Crumeniſeca, æ, m. *tagliaborſe*, qui crumenas clam ſecat, & pecuniam ſurripit. *Juſtinian. novell. conſtit.* 13. Conſcii latronum, veneficiarii, crumeniſecæ.
Cruor, ris, m. 3. *ſangue*, *che eſce da una piaga*, דם, Germ. *blut*, Gall. *ſang*, Hiſp. *ſangre*, *αἷμα*, *ἰχώρ*, ſanguis, qui ex aliquo vulnere ſpargitur. *Cruor* enim, & *ſanguis* differunt, quod *ſanguis* etiam ſit, cum venis ineſt, *cruor* dicatur, poſtquam effuſus venis, ac jam frigefactus eſt. *Cic. pro Sex. Roſc.* Cruorem inimici quam recentiſſimum. *Virgil.* 4. *Æn.* Atque atros ſiccabat veſte cruores. *Horat. l.* 2. *Carm. od.* 2. Arma nondum expiatis uncta cruoribus.
Crupellarii, m. 2. ſervi continuo ferro armati, telis quidem impenetrabiles, ſed inferendis ictibus inhabiles propter pondus armorum. *Tacit. l.* 3. *Ann.* c. 42.
Cruralis, V. Crurulis.
Cruricrepida, æ, maſc. nomen ſervi eſt apud *Plaut. Trinum.* 4. 3. 14. q. d. cui crura compedibus crepuerunt: vel qui adeo malus eſt, ut crurifragium mereatur. Sic *oculicrepidæ* apud *eund.* dicuntur ii, quibus oculi pugnis contundi ſolent. *Ibid.*
Crurifragium, n. 2. fractio crurum, *σκελοκοπία*, erat genus ſupplicii, quo afficiebantur ſervi, de quo V. *Lipſ. de Cruce*, c. 14. ¶ *Apul. lib.* 9. *A. A.* ¶ Crurum ei fragium ominata. ¶ Legitur & Crurifragium. V. Crurifragus.
Crurifragus, o. 1. 2. ii, cui crura fracta ſunt. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 64. Continuo it me ex Syncerasto crurifragum fecerit. Alii leg. Crurifragium.
Crurulis, le, adject. ad crus pertinens, ut faſciæ crurales, *Petron. Frag. Trag. p.* 18. Adde *Ulp. l.* 25. *ff. de aur. arg. mund.* ¶ Alii leg. Cruralis.
Crus, cruris, n. *gamba*, שוק, Ger. *ſchenkel*, Gal. *jambe*, Hiſp. *pierna*, *σκέλος*, pars corporis a genu uſque ad imum pedem. *Celſ.* Crus ex duobus oſſibus conſtat, ex tibia, & ſura. *Virg.* 3. *Georg.* v. 53. Crurum tenus. ¶ Arboribus etiam ſua crura tribuit *Colum. lib.* 5. *cap.* 11.
Cruſculum, o. 2. dimin. a crus, *σκελίδιον*. *Martial.* 3. *epigr.* 93. Pectus cicadæ, cruſculumque formicæ.
Cruſma, atis, o. 3. *cembalo*, *κρόταλον*, ſiſtrum, & veluti cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtientes mulieres oblectabantur, a *κρούω*, pulſo, quod ſonum emitteret, dum pulſaretur. *Mart. l.* 6. *epig.* 71. Edere laſcivos ad Bætica cruſmata geſtus. ¶ Sed Voſſius *crumata* legit, & explicat taleolas, & oſſicula uſum crotali præſtantia.
Cruſmaticus, a, um, adject. quaſi dicas, pulſatorius. Cruſmatica appellatur pars Muſicæ. *Auctor fragmenti*, quod cum *Cenſorino* edi ſolet. Muſica eſt perita faciendorum, & canendorum modorum: ejus partim harmonica, organica, cruſmatica. Cruſmata pulſus decori, ſive carmina vocantur.
Cruſta, æ, f. 1. *croſta*, Ger. *rinde*, Gal. *croute*, Hiſp. *corteza*, *πλάξ*, *ἐσχάρα*, proprie eſt glacies, quæ ob concretionem ſuper aquæ ſuperficie naſcitur. *Virg.* 3. *Georg.* v. 360. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. ¶ Translate cruſta dicitur cortex ille, quo vulnus, vel ulcus obducitur, cum ſolvitur. *Celſ. l.* 5. c. 9. & 10. ¶ Item omne id, quo quid integitur. *Plin. lib.* 19. *cap.* 30. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere, quod caret ſanguine. Hinc in parietibus, & pavimentis cruſtæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alteriuſve materiæ ſegmenta, quibus illa integuntur. *Plin. l.* 36. c. 6. Secandi marmora in cruſtas, neſcio, an Cariæ fuerit inventum. *Id. ibid.* Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cœlio monte Cornelius Nepos tradit Mamurram. ¶ Item opera ex argento, vel auro cælata, quæ inferebantur vaſculis, atque eadem, cum vellent, detrahebantur, ut & emblemata. *Cic. in Verr.* Cruſtæ, aut emblemata detrahantur. ¶ Item gleba ſoli. *Alphen. ff. l.* 39. *tit.* 2. *l.* 9. Si ex fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum. ¶ Item veſtimenti genus, in quo purpureus color admixtus eſt. *Leg. nullo* 11. *Cod. Theod. de Scenicis.* ¶ Translate *Sen. de Provid.* Non eſt iſta ſolida, & ſincera felicitas; cruſta eſt, & quidem tenuis, *felicità apparente*.
Cruſtarius, m. 2. *λιθουργός*, qui cruſtas ex argento, vel auro efficit: item qui parietes cruſta tegit. *Plin. l.* 33. c. 12. Habuit & Teucer cruſtarius famam. ¶ Cruſtarius, a, um, o. 1. 2. quod ad cruſtas pertinet, ut Cruſtariæ tabernæ, in quibus cruſtata opera venduntur, ut vaſa potoria cum cruſtis ex argento. *Feſt.*
Cruſtatus, o. 1. 2. *κελυφωμένος*, cruſta tectus, ut Cruſtata animalia. *Plin. l.* 11. c. 37. In marinis cruſtata, & cartilaginea priores dentes habent. ¶ Cruſtati parietes, cruſta marmoris intecti. Secantur enim marmora in laminas, & parietibus apponuntur. *Lucan. l.* 10. v. 114.
Cruſto, a. 1. *incroſtare*, חפה, Ger. *uberziehen*, Gall. *bailler croute*, Hiſp. *encoſtrar*, *πλακόω*, eſt cruſtam inducere, & materia aliqua dura integere. *Plin. l.* 35. c. 17. Mala generoſiſſima cruſtans gypſo, vel cera.
Cruſtoſus, o. 1. 2. *πλακώδης*, quod cruſtam habet. *Plin. l.* 22. c. 9. Facilius hæ, & cruſtoſus.
Cruſtula, æ, f. 1. *πλακίδιον*, dimin. a cruſta. *Apul.* Parvas marmoreas cruſtulas parieti adjungens. *Plin. l.* 22. c. *ult.* Lens cruſtulas ulcerum rumpit.
Cruſtularius, ii, m. qui cruſtula facit, & vendit, *paſticciere*. *Sen. ep.* 56. Et botularius, & cruſtularius, & omnes popinarum inſtitores.
Cruſtulata, æ, f. 1. idem ac cruſtulum. *Spartian. in Vero* c. 5. Sumen, phaſianus, pavo, cruſtulata, & aprugna. V. ibi *Salmaſ.*
Cruſtulum, n. 2. *ψωμίον*, dimin. a cruſtum, genus dulciarii. *Hor. l.* 1. *Sat.* 1. v. 25. Pueris dant cruſtula blandi doctores, elementa velint ut diſcere prima.
Cruſtum, n. 2. *ψωμός*, eſt fruſtum eorum, quæ comeduntur, ut panis, placentæ, &c. a cruſta. *Virg.* 7. *Æn.* v. 115. Patulis nec parcere quadris fatalis cruſti. *Serv. in Virg. Georg.* 3. v. 360. Notandum, quia cum, *hæc cruſta*, dicimus, feminino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem ſignificamus. Cum vero *cruſtum* dicimus, edulium aliquod ſignificamus, partem panis, vel placentæ, &c.
Cruſtumeria, f. 1. Cruſtumerium, *Palombara*, al. *Marcigliano vecchio*, opp. & Colonia Sabinorum, prope Tiberim flu. ubi recipit Alliam, contra Vejos. Pop. Cruſtumeri, vel Cruſtumerini.
Cruſtumerinus, a, um, adject. a Cruſtumeria. *Var. l.* 4. *de L. L.* Tribuni plebei facti, qui plebem defenderent in ſeceſſione Cruſtumerina.
Cruſtuminum, n. 2. opp. Thuſciæ. Pop. Cruſtumini. Hinc una Tribus Civium Rom. Cruſtumina dicta eſt. *Feſt.*
Cruſtuminus, a, um, adject. a Cruſtumino, ut Cruſtumina pyra, de quibus *Plin.*

Digitized by Google

Plin. l. 15. *c.* 15. & *Col. l.* 5. *c.* 10. V. Cruſtuminus. ¶ Cruſtumina Tribus, in Sabinis, A. U. 258. conſtituta, fuit inter ruſticas.

Cruſtumium, Cruſtumnus, Cruſtumenius, *Conca*, flu. Italiæ, qui fontes habet in Ducatu Urbini prope Fanum S. Leonis, & aliquot auctus rivis per Romandiolam labitur, ubi in mare Adriaticum ſe exonerat.

Cruſtumium, o. 2. *la Cattolica*, opp. exciſum Umbriæ, cum fl. cogn. in ora maris Adriatici, in via Flaminia, inter Ariminum, & Piſaurum.

Cruſtumius, a, um, adject. poſſeſſ. a Cruſtumio opp. A quo ſunt Cruſtumia pyra, *peri ghiacciali*, ex parte rubentia, ut ait *Serv. ad illud Virg. Georg.* 2. *v.* 88. Cruſtumiis Syriiſque pyris, gravibuſque volemis.

Crux, ucis, f. *croce*, צלב, Ger. *kreutz*, Gall. *croix*, Hiſ. *cruz*, σταυρός, inſtrumentum conſtans ex ligno recto, & tranſverſo, in quo damnati clavis figuntur. *Cic.* 7. *Ver.* Juſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. Sic cruci affigere, *Curt. l.* 9. Agi in crucem, *Cic.* 5. *Fin.* Suffigere cruci, *Suet. in Caſ.* Suffigere in cruce, *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. &c. ¶ Differt a patibulo, ſeu furca. Nam patibulum eſt ſimile literæ Y, crux figuram habet literæ T. ¶ Translate crux dicitur, quicquid nos cruciat. *Ter. Eun.* 2. 3. 91. Illis crucibus, quæ nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam. *Col. l.* 1. *c.* 7. Jus ſummum, antiqui ſummam dicebant eſſe crucem. ¶ Abi in malam crucem, imprecatio eſt irati hominis, & male precantis alicui. Crux autem in hac phraſi videtur non patibulum, ſed cruciatum ſignificare. V. *Abeo*. ¶ Genitivus plural. hujus nominis legitur apud *Tertul. Apol. c.* 16. & *l.* 1. *ad Nation. c.* 12. Sed utroque loco alii crucium legunt, alii *crucum*. Scioppius *crucum* retinet, *in notis ad Tertul.* ¶ *Mala cruce* maſculino genere dixere *Græcchus* apud *Feſt.* & *Enn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 31.

Crypta, æ, f. *caverna*, *grotta*, κρύπτη, caverna, vel teſtudo ſubterranea, vel in monte excavata, a κρύπτω, tego, abſcondo. *Juven. Sat.* 5. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare Suburræ. ¶ Accipitur item pro ſepulcro, quia ſepulcra erant ſpecus ſubterranei. *Prudent. in pas. Hippolyti*, *v.* 154. ¶ Crypta etiam pro cryptoporticu ſumitur apud *Sueton. Calig. c.* 58.

Crypticus, o. 1. 2. κρυπτικός, occultus, ſubterraneus. *Sidon. l.* 1. *ep.* 5. Crypticis arcubus fornicavit. ¶ Homo crypticus, qui ſecreta fideli taciturnitate cuſtodit. *Jul. Firmic. l.* 3. *Matheſ.*

Cryptoporticus, f. 4. porticus ſubterranea cum amplis feneſtris, qua refrigerandi cauſa per æſtatem utimur: item porticus, quæ undique ſepta, & quaſi ſepimento parietum abſcondita eſt, a crypta, & porticus. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. & *l.* 5. *ep.* 6.

Cryſtallinus, o. 1. 2. κρυστάλλινος, quod eſt ex cryſtallo. *Juven. Sat.* 6. Grandia tolluntur cryſtallina. h. e. vaſa ex cryſtallo. *Capitol. in Vero*, *c.* 5. Calices cryſtallinos.

Cryſtallus, f. 2. & Cryſtallum, n. 2. *criſtallo*, בדלח, Ger. *cryſtall*, Gal. *criſtal*, Hiſ. *criſtal*, κρύσταλλος, lapis, ſeu ſuccus perſpicuus lapideſcens, quem ſub terris, aut inter gelidas rupium venas frigus glaciat, & durat, quaſi κρυόσταλλος, a κρύος, frigus, & στέλλομαι pro συστέλλομαι, contraho, quia ab aliquibus glacies cenſetur, ideſt aqua frigore concreta, vel melius a ſimilitudine glaciei. *Mart. l.* 8. *epigr.* 77. Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno. *Plin. lib.* 37. *c.* 2. Cryſtallus naſcitur laudata in Alpium jugis. *Iſidor. l.* 16. *c.* 13. maſculino genere effert.

C ANTE T.

Cteatus, maſc. 2. Κτέατος, pater Amphimachi, unus ex quatuor Ducibus Epeorum, qui 40. navibus ad Trojanam expeditionem profecti ſunt.

Cteſibicus, a, um, ad Cteſibium pertinens, ut Cteſibica machina, a Cteſibio inventa, apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 12. ¶ Fuit autem Cteſibius vir Alexandrinus, qui pneumaticam rationem, & hydraulica organa reperit, ut docet *Plin. l.* 7. *c.* 37. & *Vitruv. l.* 9. *c.* 9.

Cteſiphon, ontis, m. Κτησιφῶν, architectus, qui Dianæ Epheſiæ Templum dicitur conſtruxiſſe. ¶ Item Civis Athenienſis, pro quo extat omnium pulcherrima Demoſthenis oratio. *Cic. de optim. gener. Orat.*

C ANTE U.

Cuba, æ, f. 1. *letto*, lectus, voc. Sabinorum, a κύπτω, declino. *Voſſ. in Feſto*. Sed alii lecticam intelligunt. ¶ Cuba item, Dea cubandi, quæ ſcilicet pueris cubantibus præerat.

Cubatio, onis, f. cubandi actio, *il giacere*, *o dormire*. *Var. lib.* 7. L. L. A cubatione cubiculum.

Cubatus, m. 4. κοίμησις, cubandi, ſive dormiendi actio. *Plin. l.* 30. *c.* 57. Medicina in fame, & cubatus in fumo.

Cubicularis, & re, o. κοιτωνικός, quod ad cubiculum pertinet. *Cicer.* 5. *Tuſc.* Cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet. ¶ Ponitur etiam pro cubicularia. *Suet. in Ner. c.* 38. Plerique Conſulares cubiculareſque ejus. Meliores libri habent *Cubicularios*.

Cubicularius, a, um, adject. idem quod cubicularis, ut lucerna cubicularia, quæ ſcil. in cubiculo adhibetur. *Martial. lib.* 14. *in lemmate epigr.* 39. Adde *ejuſd. lib. epigr.* 152.

Cubicularius, m. 2. *cameriero*, פריס, Germ. *kamerling*, *kammer diener*, Gal. *valet de chambre*, *chambellan*, Hiſp. *camarero*, κατακοιμαστής, qui in cubiculo miniſtrat. *Cic.* 5. *Ver.* Hunc veſtri janitores, hunc cubicularii diligunt. *Sueton. in Domit. c.* 11. Decurio cubiculariorum, *il Maeſtro di camera*.

Cubiculatus, a, um, adject. in cubiculi modum factus, vel cubicula habens, ut cubiculatæ naves, apud *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 20.

Cubiculum, n. 2. *camera*, חדר, Ger. *kammer*, Gall. *chambre*, Hiſp. *camera*, κοιτών, locus, in quo per diem manemus, præterquam cum prandendum, cœnandumve eſt. *Sueton. Domit. c.* 17. In cubiculum ſe recepit, atque ibi occiſus eſt. ¶ Frequenter accipitur pro loco, in quo dormitur, ſolentque auctores plerumque epithet. ejus ſignificationis addere, ut cubiculum dormitorium. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 6. &, Cubiculum noctis, & ſomni, *Id. l.* 2. *ep.* 17. ¶ A *Suet. in Ner. c.* 12. Cubiculum vocatur ſuggeſtum illud velis circumtectum, e quo Imperatores ſpectare ſolebant.

Cubicus, a, um, adject. ad cubum pertinens, vel ad cubi formam factum. *Vitruv. l.* 5. *Præfat.* Partes cubica ratione facientes. ¶ Legitur & cybicus, a, um, ut cybica ſoliditas, apud *Martian. Capel. l.* 2. *cir. init.* Cum enim ſit a græco κύβος, υ modo in u latinum tranſit, modo remanet.

Cubile, n. 3. *letto*, משכב, Germ. *bett*, Gall. *lit*, Hiſp. *lecho*, κοίτη, lectus, a cubo, quod in eo cubetur. *Cicer.* 5. *Tuſc.* Terra cubile erat Anacharſi. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Inire cubile alteſius. *Virg.* 12. *Æn.* Aſcendere cubile. ¶ Cubilia item dicuntur loca, in quibus feræ cubant, nido. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 49. Deliteſcunt in cubilibus beſtiæ. ¶ Ab architectis cubile dicitur ea ſtructuræ pars, in qua aliquid ſedet, & conquieſcit, ut cubilia lapidum, apud *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. & cubilia tignorum, apud *eund. l.* 4. *c.* 2. ubi ſc. lapides, & tigna nituntur, & conſiſtunt. *Plin. l.* 36. *c.* 14. Ut ſenſim opus in cubili ſederet. Ita *Harduin.* *Al. legebant:* ut ſenſim totum inſideret. *Id. ib.* Sedit in cubili. ¶ Cubile ſalutatorium, Lararium etiam dictum, in quo ſimulacra Deorum imponi ſolebant.

Plin. l. 15. *c.* 11. Virorum ſalutatoriis cubilibus incluſa. ¶ Translate *Cic.* 4. *Ver.* Ut omnes iſtius avaritiæ non jam veſtigia, ſed cubilia ipſa videre poſſent.

Cubital, lis, n. ὑπαγκώνιον, cubiti fulcimentum, pulvinus, cui cubito innitimur. *Horat. lib.* 2. *Sat.* 3. *v.* 255. Ponas inſignia morbi, faſciolas, cubital, focalia, &c.

Cubitalis, le, o. 3. πηχυαῖος, altus una cubito, *di un cubito*. *Liv. lib.* 24. *c.* 34. Archimedes murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cavis aperuit. Sic cubitalis caulis, *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Cubititim, adverb. cubando, vel in cubitum. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 43. Tollo, ut abvertam cubititim.

Cubito, idem ac cubo. *Cicer. pro Cal. c.* 15. Puſio cum majore ſorore cubitavit.

Cubitor, m. 3. qui cubat. *Col. lib.* 6. *c.* 2. Cubitorem bovem appellat, qui ſæpe decumbit ex pertinaci contumacia.

Cubitorius, a, um, adject. ad cubandum pertinens, ut cubitoria veſtimenta, apud *Petron. Sat. c.* 30. *Lipſius* tamen, quem plures ſequuntur, *l.* 2. *Saturn. c.* 2. legit accubitoria.

Cubitura, æ, f. 1. idem ac cubatio. *Plaut. in fragm. Taubm.* Ad cubituram mage ſum exercita. Adde *Muret. l.* 18. *var. Lect. c.* 10.

Cubitus, ti, maſc. & cubitum, ti, o. *gomito*, *braccio da miſurare*, אמה, Ger. *elenbogen*, Gal. *coude o coudée*, Hiſp. *codo*, πῆχυς, ἀγκών, pars illa brachii, cui innitimur, quæ ab ima manu ad brachii curvaturam extenditur, a *cubo*, quia ipſo cubamus, vel a κύβιτον. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. *Plaut. Stich.* Cubitis depulſa de via. ¶ Accipitur & pro menſura cubiti, quæ conſtat ex ſex palmis, hoc eſt digitis 24. vel ex una pede, & dimidio, & eſt quarta pars altitudinis in corpore noſtro. Sed eſt etiam cubitus Regius, qui communi cubito tribus digitis major eſt. Præterea eſt cubitus Geometricus, qui tantum valet, quantum ſex noſtri cubiti, ut Origenes, & Auguſtinus tradiderunt. *Cic. Att. l.* 13. Cum ille Callipedes aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. *Plin. l.* 27. *c.* 9. Bina cubita excedentes.

Cubitus, us, m. idem ac cubatio. *Plin. lib.* 29. *c.* 4. Supini cubitus oculis conducunt. *Id. l.* 24. *c.* 9. Cubitus ſibi ſternere foliis. *Cato cap.* 5. *R. R.* Primus cubitu ſurgat.

Cubo, as, bui, bitum, n. 1. *giacere*, שכב, Germ. *ligen*, Gall. *coucher*, Hiſp. *echarſe*, κατακεῖμαι, jaceo, a κύπτω, quod eſt caput, atque oculos declinare, ſive demittere, ut dormientes ſolent. *Ovid. de remed. am.* *v.* 727. Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormivimus illo. *Cic.* 5. *Ver.* Cum iſte etiam cubares, in cubiculum introductus. *Plaut. Caſ.* & *Mil.* Cubare in lecto. *Cato R. R. c.* 5. Ire cubitum, ſurgere cubitu. ¶ Cubare in faciem. *Juven. Sat.* 3. *v.* 280. Cubat in faciem, mox deinde ſupinus. ¶ Eſt item ægrotum eſſe. *Cic.* 2. *Tuſc.* Narrabat, eum graviter, & copioſe nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaſſe. ¶ Simile eſt Cumbo, is, n. 3. *Priſcian. lib.* 10. cenſet, *cubo*, prius eſſe, quam *cumbo*, *Scalig. l.* 4. *c.* 16. a contrario. ¶ Cubare cum aliquo. h. e. concumbere. *Plaut. Mil.* 1. 1. 65. ¶ Eſt etiam triclinare verbum, & ſignificat in cubitum ſe componere. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 73. At etiam cubat cuculus, ſurge amator, i domum. V. ibi Interpretes. *Sueton. in Calig. c.* 24. Pleno convivio ſingulas infra ſe collocabat, uxore ſupra cubante.

Cubula, æ, f. libi ſacri genus, *Arnob. l.* 7.

Cubus, m. 2. κύβος, eſt figura ex omni latere quadrata, quales ſunt teſſeræ, quibus in alveolo luditur, a κύβος. *Vitr. l.* 5. *in præf.*

Cucubo, as, n. 1. κικκαβάζω, proprium eſt vocis noctuæ. *Auct. carm. de Philomel.* *v.* 41. Noctua lucifuga cucubat tenebris.

Cucullatus, o. 1. 2. qui cucullum habet, ut ſaga cucullata. *Col. l.* 11. *c.* 1.

Cucullio, ſive Cuculio, onis, m. dimin. a cucullus, vel idem ac cucullus. *Lamprid. in Heliogab.* Tectus cucullione mulionico, ne agnoſceretur. *Capitol. in Vero*, *c.* 4. Obtecto capite cucullione vulgari viatorio. *Cato* 2. 2. *R. R.* Cum tempeſtates pluviæ fuerint, centones, cuculliones, familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.

Cucullus, m. 2. *ſcartoccio*, propria eſt involucrum chartaceum, quo e pharmacopolis, aliiſque inſtitoribus pulveres, ut ſimilia clauduntur. *Martial. l.* 3. *epigr.* 2. Vel thuris, piperiſque ſis cucullus. ¶ Translate eſt pars veſtis a tergo pendentis, qua caput tegitur pluviæ, vel tempeſtatis cauſa, *veſte, che ha il capuccio*, Germ. *kappen*, Gal. *cape*, Hiſp. *cugulla, o cogulla*, a forma, quia cucullus capitis refert conum inverſum, planeque chartaceo cucullo ſimilis eſt, ut ex palliis Hiſpanicis, & bardocucullis apparet. *Juv. Sat.* 6. *v.* 118. Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos. *Mart. l.* 11. *epigr.* 99. Nec te cucullis aſſeret caput tectum. *Col. l.* 1. *c.* 8. *ſagis cucullis* dixit eodem ſenſu. ¶ *Salmaſ. in Capitol. Pertin. c.* 8. obſervat *ex not. Tyron.* & *Seneca*, fuiſſe etiam pedum cucullos, qui *cucullopedones*, & *pedocuculli* dicebantur.

Cuculo, as, n. 1. verbum eſt cuculi vocem exprimens. *Auctor carm. de Philom. v.* 36. Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

Cuculum, n. 2. *Scurula*, opp. Marſorum, in Latio, nunc Aprutio, apud Albam Marſorum, Taliequitiam verſus.

Cuculus, m. 2. *cuculo*, Germ. *guckuck*, Gall. *coca*, Hiſp. *cuclillo*, κόκκυξ, avis ex genere accipitrum, licet ungues aduncos non habeat. In aliarum avium nidis ova parit, trium ſcilicet, palumbæ, alaudæ, chloridos, quod ſciat ſe omnium avium generi eſſe odioſam, nempe confidat, pullos in ſuo nido tutos fore. Hinc dicitur de adultero, quia ex alienis uxoribus liberos gignit, quemadmodum ille, qui uxorem habens adulteram alienos liberos enutrit pro ſuis, *curruca* vocatur. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 73. At etiam cubat cuculus: ſurge amator, i domum. ¶ Nominis hujus penult. a veteribus producitur. *Horat.* 1. *Serm.* 7. *v.* 31. Magna compellans voce cuculum. Nunc vulgo corripitur. *Auct. Philom.* Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

Cucuma, æ, f. 1. *bronzino*, *cogoma*, Ger. *ehern topff*, Gall. *coquemar*, *cuvette*, Hiſp. *vaſo de cobre*, *como caldera*, a *ſonon*, vas coquinarium ad calefaciendam aquam ex ære, vel ex terra, a cucumeris oblonga forma, & amplo ventre. *Petron. Satyr.* Cucumam ingentem foco appoſuit. *Mart. l.* 2. *epigr.* 79. Cucumam pro balneo poſuit. Ita enim habet Torquatus nitidas vario de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius. Sunt qui hic cucumam parvum tuguriolum interpretantur. ¶ *Budæus* ſcribit, cucumam eſſe genus baculi ferrati. *Marcian. l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de ſicar.* Si clava percuſſerit, aut cucuma in rixa, &c.

Cucumella, fem. 1. diminut. a cucuma. *Alphen. l. ſi quando*, 18. *ff. ſi ſervitus vindic.* In qua labra, crateras, cucumellas poſitas haberet. Eſt tamen varia lectio.

Cucumis, umis, & eris, m. *cocomero*, קשואים, Ger. *cucummern*, Gall. *concombre*, Hiſp. *cohombro*, σίκυς, herba eſt ſarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo ſe diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo. *Virg.* 4. *Georg. v.* 121. Tortuſque per herbam creſceret in ventrem cucumis. ¶ Cucumis anguinus, ſive ſilveſtris, vel agreſtis, herba ſolo fructu a ſativo cucumere diſtans, quem multo minorem habet, glandibuſque longiuſculis ſimilem. Officinæ cucumerem aſininum vocant. *Plin. l.* 20. *c.* 1. Cucumin ſilveſtrem eſſe diximus infra magnitudinem ſativi. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 2. Cucumerem

angui-

ſanguinum condito in aquam, eamque infundito quæ voles, nulli (cimices) accedent. ¶ Eſt & piſcis hoc nomine, *Plin. l. 9. c. 2. & l. 32. c. 11.* ubi tamen *Harduinus* non piſcem, ſed fruticem marinum intelligit.

Cucumŭla, æ, f. diminut. parva cucuma. *Petron. Satyr.* Frangitur cervix cucumulæ.

Cucurbĭta, f. 1. *zucca*, Ger. *Kurbis*, Gall. *citrouille*, *courge*, Hiſp. *calabaça*, κολοκύνθη, herba hortenſis, a curvitate, geminata prima ſyllaba. *Plin. l. 19. c. 5.* Cucurbita creſcit, quæ cogitur, forma, plerunque & draconis intorta figura. ¶ Item inſtrumentum Medicorum, *ventoſa*, σικύα, quod cuti imponitur ad ſanguinem eliciendum, a forma ventricoſa, quæ refert cucurbitam. *Juven. Sat. 14. v. 57.* Vacuumque cerebro jam pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærit. V. Cucurbitula. ¶ Cucurbitæ caput habere, pro ſtolidum, & vecordem eſſe. *Apul. lib. 1. Meleſ.* Nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur.

Cucurbitatio, onis, f. Cucurbitarum impoſitio ad ſanguinem eliciendum. *Cæl. Aurel. 2. Tard. c. 1.*

Cucurbitinus, a. 1. 2. σικυοειδής, quod ſimilitudinem habet cucurbitæ, ut Pyra cucurbitina, ficus cucurbitinæ. *Cato R. R. c. 7.*

Cucurbitŭla, æ, f. *ventoſa*, dim. a cucurbita. Quo nomine & ventoſam dicunt. Duplici autem cucurbitularum genere uſi veteres, æreis, & corneis. *Cel. l. 2. c. 11.* ubi de ſanguinis detractione per cucurbitulas diſſerit. ¶ Apud *Plin. Valer. l. 2. c. 28.* legitur & Cucurbitella.

Cucurio, n. 4. proprium eſt gallorum, a ſono. *Auth. Philom.* Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat.

Cucus, i, m. idem quod Cuculus. *Iſid. l. 12. c. 7. Plaut. Perſ. 2. 1. 6.* Cucus ſi in ludum iret, &c. Alii tamen legunt, Cuculus.

Cucutium, ii, n. veſtimenti genus, vel, ut placet *Caſaubono*, cuculli ſpecies. *Trebel. Pol. in Claud. c. 17.* Cucutia villoſa duo. *Meurſ. legit* Cuculla.

Cudo, is, cudi, cuſum, a. 3. *battere*, יָצַר, Germ. *ſchlagen*, Gall. *battre*, Hiſp. *cunar*, κόπτω, ferio, percutio, a כָּתַת, cundo, quatio, cædo. *Col. l. 2. c. 10. de faba excutienda*, Durſſimæ acus reſectæ erunt a cudentibus. ¶ Cudere argentum eſt in pecuniam formare, ſigno impreſſo, *battere moneta*. Hinc *Terent. Heaut. 4. 4. 18.* Quam rem agis ſcelus? S. Egone? Argentum cudo, quod tibi dem. hoc eſt comparo. ¶ In me hæc cudetur faba: proverb. eſt apud *eund. 2. 3. 89.* h. e. in me hoc malum recidet: ductum ab area. Ibi enim quamvis faba præcipue cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. *Plaut. Epid. 3. 4. 40.* Quas tu mihi tenebras cudes? h. e. inſidias paras. *Lambinus* cūdis *reudis*.

Cudo, vel cudon, onis, m. capitis tegumentum ex corio, ſeu galea pellicea, a κώδιον, ſeu κώδεια, κωδία, κώδη, caput, quia galea, & caput munit, & capitis figuram refert. *Sil. l. 8. v. 494.* Caput his cudone ferino ſtat cautum. Legitur & *cudo*.

Cujas, jatis, o. 3. *di qual patria*, *di qual nazione*, *di qual ſetta*, ποδαπός, ſignificat unde, & non tantum patriam, gentem, nationemque innuit, ſed etiam partes, & ſectam. *Cicer. 5. Tuſc. c. 37.* Socrates quidem, cum rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit. ¶ Dicitur & cujatis, comm. gen. *Accius Telepho*, *ut citat Nonius*. Neque cujatis eſſet, unquam potuimus multa rogantes ſcire. *Apul. l. 1. Meleſ. poſt princ.* Ut prius noveritis, qui ſim, aut cujates. Sed in his exemplis poteſt eſſe elliptica conſtructio, ut intelligatur, *cujatis patria*, aut aliquid ſimile.

Cuicuimŏdi, indeclinab. qualiſcumque, vel qualitercumque, *di qualſivoglia ſorta*. *Cicer. Attic. lib. 3. epiſt.* 22. Tu ad me velim omnia, cuicuimodi ſunt, ſcribas.

Cuimodi, pro cuicuimodi. *Gell. l. 14. c. 1.* Atque illud etiam, cuimodi eſſet, conſiderandum putabat, quod &c. ¶ Item pro cujuſmodi. *Id. l. 20. c. 1.* Conſideres gravius, cuimodi ſint ea, quæ reprehendiſti.

Cujus, cuja, cujum, o. 1. 2. *di chi*, Germ. *welches*, Gall. *à qui*, Hiſp. *de quien*, τοῦ τινος, adject. eſt per tria genera declinabile, ut Meus, a, um, loco genitivi *cujus*, & refertur ad perſonam poſſeſſoris. *Cicer. 3. Ver.* Ut optime conditione ſit is, cuja res ſit, cujum periculum. *Valgius* apud *Donat. in vita* Terentii. Cuja ſunt fabulæ? ¶ *Cuja* ablat. pro gen. *cujus* uſurpatur cum verbis *intereſt*, & *refert*, ut Mea pro mei, &c. *Cic. pro Mur.* Ei, cuja interfuit, non ei, cuja nihil interfuit.

Cujuſcemodi, duo genitivi omnis generis, idem quod Cujuſmodi. *Hirt. B. Afric. cap.* 36. Cujuſcemodi generis hominum delectus haberet.

Cujuſcumquemŏdi, & Cujuſquemodi, *di qualſivoglia genere*. *Sall. Catil. c.* 39. Nec ſolum cives, ſed etiam cujuſcumquemodi genus hominum. *Cic. l. 2. Fin. c. 1.* Quamvis multa cujuſquemodi rapiat, &c. ¶ Leguntur tamen etiam in duas voces diviſa.

Cujuſdammŏdi, indecl. h. e. cujuſdam generis, *di qualche ſorta*. *Cic. lib. 3. Fin. c.* 22. Animus non eſſe ſolum, ſed etiam cujuſdammodi eſſe debet.

Cujuſmŏdi, *di qual maniera*, Germ. *welcherley*, Gal. *de quelle ſorte*, Hiſp. *de qual manera*, ὁποῖος, & interrog. ποῖος τις, qualis, duo genitivi, *cujus*, & *modi*, qui vulgo tanquam una vox pronuntiantur. *Cicer. 2. de Invent.* Legem, cujuſmodi ſit, in præſentia conſervari a judicibus.

Cujuſmodicumque, qualiſcumque, duo genitivi pro cujuſcumque modi. *Cic. pro Cluent. c. 6.* Cujuſmodicumque mater ſit.

Cujuſvis, Cujavis, Cujumvis, qualiſcumque, *qualunque*. *Apul. Apolog.* Cujavis oratio.

Cui, qualis. *Plaut. Amph. 1. 3.* Ædepol condignum donum, cui eſt, qui donum dedit. *Non. ibid.* Cui eſt, pro quale eſt, neutr. poſitum, pro maſculino. Sed veriſimile eſt, & *Plaut.* & *Non.* ſcripſiſſe *qual' eſt*, vel *cual' eſt*, eliſo *s*, & abſorpta vocali. V. *Taubman.*

Culcitella, & Culcitŭla, æ, f. diminut. parva culcita. *Plaut. Moſt. 4. c.* 14. Suam culcitellam oportet. Alii legunt *Culcitulam*. V. Culticula.

Culcĭtra, vel melius Culcita, f. 1. *materazzo*, Germ. *polſter*, Gall. *coitte*, Hiſp. *colcedra*, *almadraque*, τύλειον, id, ſuper quod dormientes quieſcimus, non id, quo integimur: a calcando, quod in ea lana, tomentum, plumæ, & alia materia inculcatur. *Cic. Tuſc. 3. c. 19.* Collocemus in culcita plumea, pſaltriam adducamus. Alii leg. *Culcitra*, invitis Criticis. *Sen. epiſt.* 87. Culcita in terra jacet, ego in culcita. *Id. epiſt.* 108. Laudare ſolebat Attalus culcitam, quæ reſiſteret corpori. Tali utor etiam ſenex, in qua veſtigium apparere non poſſit. ¶ Apud *Var. l. 3. R. R. c. 5.* Culcitæ vocantur ſtylobatæ projecturæ extra ſolidum procedentes, ut videre eſt in periſtyliis monachorum, in quibus pulvinatæ coronæ ſtylobatarum extra perpendiculum præbent opportunas ſeſſic deambulando ſedes. Ita explicat *Scalig.* Verba autem *Varronis* ſunt. Ut in culcitas, & columellas convivæ pullibus circumire poſſint. ¶ Culcitam gladium facere, eſt gladio incumbere, & ſe transfodere, apud *Plaut. Caſ. 2. 4. 28.*

Culcitŭla, æ, f. *picciolo materazzo*, parva culcita. *Lucil.* apud *Non. c. 1. n.* 152. Culcitulæ accedunt privæ centonibus' binis.

Culeare, e, adject. ut dolium culeare, quod culei menſuram capit. *Cat. R. R. c.* 112. *Vitr. l. 6. c. 9.*

Culeŏlum, V. Culiolum.

Culeſt pro *quale eſt* dixit *Plautus*, teſte *Non. c. 5. n.* 56.

Culĕus, vel culleus, vel cullus, m. 2. *ſacco*, שַׂק, Germ. *ſack*, Gall. *ſac*, Hiſp. *ſaco*, κωλεός, ſaccus ex corio, vel etiam ex cannabe, ab occulendo, vel melius e κωλεὸς, Jon. pro κολεὸς, *vagina*, unde & *coleos* Latini dixere. *Plin. lib. 7.* Vehicula cum culeis, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. ¶ Factus fuit Lege Pompeja pœna parricidarum. Nam ſanguineis virgis verberati, in culeo ſcorteo cum cane, ſimia, gallo, & vipera inſuti in mare projiciebantur, ut eſt apud *Modeſtin. Dig. l. 48. tit. 9. leg. penult.* quamquam *Cic. pro Roſc. Amer. c. 25. & 26.* de cane, gallo, & vipera nihil dicit. ¶ Eſt & culeus maxima liquidorum menſura, ſexaginta capiens urnas, juxta *Pœanium*, vel quadraginta, juxta *Pliniuum*. Hinc *dolium ſeſquiculeare*, quod culeum, & dimidium continet. *Col. l. 12. c. 18. Varro* neut. gen. adhibuit, *l. 1. R. R. c. 2.* In ſingula jugera dena culea vini fiunt. At *Plin. l. 14. cap. 4.* Singula jugera ſeptenos culeos, &c. ¶ Culeus etiam annumeratur inter vaſa militaria. *Nep. Eum. c. 8. n. 7.*

Culex, icis, m. & f. 3. *zenzala*, Germ. *mucke*, Gall. *moucheron*, Hiſp. *moſquito*, κώνωψ, vermiculus parvus alatus. Varia ſunt culicum genera, nam alii dicuntur vinarii, qui circa vinum naſcuntur, alii ficarii, quos gignit caprificus, alii muliones, &c. *Plin. l. 11. c. 2.* Tot ſenſus (natura) collocavit in culice. *Horat. l. 1. Sat. 5. v. 14.* Mali culices, ranæque paluſtres Avertunt ſomnos. ¶ Culicem caram appellat *Plaut. Caſ. 2. 3.* 22. amatorem ſenem.

Culicaris, e, adject. ut culicare conopeum, quod ſcil. ad culices arcendos ſuper lectum extenditur. *Vet. Scholiaſt. ad Juven. ſat. 6. v. 80.*

Culigna, f. 1. κυλίχνη, vas potorium, atque ad vinarium, a κύλιξ, calix. *Cato c.* 132. Jovi dapali culignam vini, quantum vis, polluceto. *Feſt.*

Culina, f. 1. *cucina*, μαγειρεῖον, locus, ubi cibi coquuntur, olim *colina*, quod ibi colebant ignem domus locupletiorem. *Plaut. Caſ.* Senex in culina clamat, hortatur coquos. ¶ Metonymice ponitur pro cibis. *Juven. ſat. 3. v.* 250. Sequitur ſua quemque culina. ¶ Erat etiam locus, in quo epulæ in funere comburebantur. *Aggen. de limit.* Sunt in ſuburbanis loca publica inopum deſtinata funeribus, quæ loca culinas appellant.

Culinarius, ii, m. coquus, *cuoco*. *Scribon. Larg. Compoſit.* c30. Lixivia, quæ culinarii utuntur.

Culiŏlum, vel culliolum, vel galliolum, n. 2. cortex nucum viridium, a ſimilitudine culei, quo vinum, ſive oleum continetur. *Feſt.*

Cullĕus, V. Culeus.

Culmen, inis, n. 3. *colmo*, *tetto*, *ſommità d' alcuna coſa*, Ger. *ſtrohdach*, Gal. *comble*, Hiſ. *combre*, στέγη, proprie eſt ſtramineum tectum, a culmis, hoc eſt, frumenti calamis, quia veteres culmis ædificia tegebant. *Virg. 1. Ecl.* Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. ¶ Tranſlate dicitur de faſtigio, ſeu ſummitate cujuſcumque rei. *Plaut. Trin.* E Capitolio, qui in culmine aſtat ſummo. Sic culmen honoris, culmen regale. h. e. dignitas, excellentia. *Apul. 3. Florid. Claud. 6. Conſ. Honor. v. 64. & al.* ¶ Culmen hominis, *la ſommità del capo*, *Liv. l. 1.* ¶ Culmen pro culmen etiam invenitur. *Ovid. 4. Faſt. v. 734.* Tertia res duræ culmen inane fabæ.

Culminia olea, inter varias olearum ſpecies refertur a *Colum. l. 5. c. 8. R. R.*

Culmus, m. 2. *gamba del formento*, אָבִיב, Ger. *halm ambern*, Gal. *chalumeau*, Hiſ. *pezon*, καλάμη, frumenti calamus a radice uſque ad ſpicam, dictus a *calamus*, quod a κάλαμος, arundo. *Virg. 1. Georg.* Culmumque levem, ſtipulaſque volantes. *Cic. de ſenect. c. 15.* Geniculato culmo erecta herba.

Culpa, f. 1. *colpa*, אָשָׁם, Ger. *ſchuld*, Gal. *faute*, Hiſp. *culpa*, αἰτία, peccatum. *Cic. 1. Off.* Ne major pœna, quam culpa ſit. *Id. Ver. 7.* Extra culpam eſſe. *Id. ib.* In hoc uno genere omnes culpas ineſſe. *Id. de Amic.* In culpa eſſe. *Id. Att. l. 15.* Transferre culpam omnem in alium, *dar la colpa*. *Id. pro Marcel.* Teneri culpa. Dicimus etiam culpam in alium derivere, conjicere, conferre, attribuere alicui, &c. ſæpe apud eund. ¶ Suſtinere culpam alicujus rei, h. e. de aliqua re accuſari. *Cic. Att. l. 7.* ¶ Apud JCtos interdum culpa ſumitur pro negligentia in agendis iis rebus, quæ a prudenti viro præſtari ſolent. *Leg. 31. ff. ad l. Aquil.* ¶ Culpa etiam dicebatur nota cenſoria, quam appingebant Critici libris, quos damnabant. V. *Scalig. in not. ad Var. l. 1. R. R. c. 59.* Hinc ortum eſt verbum *Deculpare*. V.

Culpabilis, le, adject. accuſatione dignus, *colpevole*. *Apul. Apol.* Culpabile judicandum eſt. *Arnob. l. 7.* Opinio culpabilis. *Tertull. l. 2. ad Uxor. c. 1.* Tanto culpabilius eſt, non obſervare quod poſſit.

Culpabilĭter, adver. cum culpa, cum criminatione, *colpevolmente*. *Symmach. l. 9. epiſt.* 43.

Culpatio, f. 3. ἔγκλημα, reprehenſio. *Gell. l. 20. c.* 22. Ne ipſi quoque culpationes hujuſmodi mereantur.

Culpatus, a, um, nom. ex particip. reprehenſus, *incolpato*, *ripreſo*. *Gell. l. 11. c. 7.* Moleſtius culpatiuſque eſſe arbitror.

Culpĭto, as, a. 1. freq. a culpo. *Plaut. Ciſt. c. 2. 19.* Ne juſjurandum noſtrum quiſquam culpitet.

Culpo, as, a. 1. *incolpare*, גִּנָּה, Germ. *beſchuldigen*, Gal. *accuſer*, Hiſp. *culpar*, μέμφομαι, vitupero. *Plaut. Bacch.* Illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali. *Colum. in princ. Operis*: Audio culpantes agrorum infœcunditatem.

Culta, orum, n. ſunt ſegetes, vel agri culti, *terre lavorate*, ut pinguia culta, *Virg. Georg. 4. v.* 372.

Culte, adverb. cum cultura, ut *culte dicere*, h. e. cum verborum delectu, & artificio. *Quintil. l. 8. c. 3.* Culte dicentes. *Senec. ſuaſor. 4. in fi.* Quaſi nemo videretur dixiſſe cultius.

Cultellātus, a, um, adject. in modum cultelli factus, *fatto a coltello*, μαχαιροειδής. *Plin. l. 32. c. 2.* Murænam inſicam hamo invertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato, ſpinaque lineam præſecare. ¶ Apud Hygin. lapis cultellatus eſt, qui pentagoni habet rationem.

Cultello, as, a. 1. eſt agri inæqualitatem, funiculo ad perpendiculum extento, eminentioriа vomere reſecando, ad planitiem redigere. Cultri enim nomine intelligitur vomer, qui rectus terram in arando ſecat, ac ſcindit. *Frontin. in lib. de limitibus*, Cultellamur ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimur.

Cultellus, m. 2. μαχαίριον, dim. a culter. *Juven. ſat. 5. v. 121.* Saltantem ſpectans, & chironomanta volanti cultello. *Horat. l. 1. ep. 7. v. 51.* Cultello ſecare ungues.

Culter, tri, m. & Cultrum, i. n. *coltello*, מַאֲכֶלֶת, Germ. *meſſer*, Gall. *couteau*, Hiſp. *cuchillo*, μάχαιρα, omne inſtrumentum, quo aliquid ſcinditur. *Plaut. Epid. 2. 2. 2.* Acutum cultrum habeo. *Varr. l. 2. R. R. c. 5.* Emere boves ad cultrum. h. e. occidendos macelli cauſa. ¶ Culter etiam dicitur ferrum cultro ſimile quod vomeri præfigitur. *Plin. l. 18. c. 18.* ¶ Hinc Culter vocatur, prædenſam, priuſquam proſcindatur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. ¶ Apud *Vitruv. l. 10. c. 10. & 14.* In cultrum, vel in cultro collocare de iis dicitur, quæ recto ſitu ad perpendiculum poſita ſunt, *in taglio*. ¶ Cultrum neut. gen. eſt in Vet. Gloſſ. Quod autem affertur ex *Propert. l. 4. el. 5. v. 72.* Cum fallenda meo pollice cultra forent: in optim. codicibus legitur *clauſtra*, vel *claθra*, quod magis facit ad rem.

Cultĭcŭla, f. 1. ſuſticulus quidam ligneus in ſacris, fortaſſe a *culter*, quaſi cultricula. *Feſt.* Sed in aliquibus manuſcriptis eſt *culcitula*.

Cultio,

Digitized by Google

Cultio, onis, f. *coltivazione*. *Cic. 3. Verr. c. 97.* Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris?

Cultor, oris, m. *coltivatore*, *amico*, γεωργὸς, qui colit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Qui quaſi cultores terræ conſtituti. *Id. 1. Off. c. 30.* Veritatis cultores, fraudis inimici. *Horat. l. 1. od. 34.* Parcus Deorum cultor.

Cultrarius, m. 2. victimarius, ideſt miniſter, qui victimam cultro immolat. *Suet. in Calig. c. 32.* Elato alte malleo cultrarium mactavit. ¶ Item qui cultros facit. *Vet. Inſcrip. apud Grut. pag. 640. n. 11.* Q. Tiburtii Cultrarii oſſa hic ſita ſunt.

Cultratus, a, um, o. 1. 2. μαχαιρωτὸς, ut Cultratus mucro, qui ſcindit ut culter. *Plin. l. 13. c. 4.* Folia cultrato mucrone.

Cultrix, icis, f. quæ colit, ſeu habitat, *abitatrice*. *Virg. 11. Æn. v. 557.* Nemorum cultrix Latonia virgo. *Phædr. l. 2. fab. 4.* Sus cultrix nemoris. ¶ Item quæ colit, ſeu veneratur, ut Cultrix Deorum, *Lactant. de mort. perſecut. c. 11.* ¶ Demum quæ colit. h. e. ornat, & perpolit. *Cic. 5. Fin. c. 14.* Non eſt alienum, rerum quas terra gignit, & augendarum, & alendarum quandam cultricem eſſe, quæ ſit ſcientia.

Cultum, i, n. V. Culta.

Cultūra, æ, f. *coltura*, ἐργασία, θεραπεία, idem quod cultus. *Cic. 2. Tuſc. c. 5.* Ager quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. ¶ Hinc pro animi diſciplina tranſlate ponitur. *Horat. l. 1. epiſt. 1. v. 40.* Culturæ patientem aurem commodare. ¶ Significat etiam venerationem, obſequium. *Id. l. 1. ep. 18. v. 86.* Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

Cultus, us, ui, m. ſubſtant. a ſupino *cultum* verbi *colo*, ſignificat obſequium, venerationem, *culto*, *venerazione*, θεραπείαν, ἐπιμέλειαν. *Tacit. 2. Annal. n. 58.* De adventu Regis, & cultu ſui cum decore, & modeſtia reſpondit. h. e. de honore ſibi habito. Sic cultus Deorum vocantur ritus & ceremoniæ, quibus Dii coluntur. *Cic. 1. Tuſc.* ¶ Præterea cultus dicitur habitus ſeu veſtitus ratio, *veſtire*, χλιδή, ἐσθὴς σχῆμα. *Suet. Ner. c. 20.* Inſignes pinguiſſima coma, & excellentiſſimo cultu pueri. *Florus l. 4. c. 11.* Cleopatra maximos cultus induta. ¶ Accipitur & pro univerſa vivendi ratione & conſuetudine, *il vivere*. *Virg. 5. Æn. v. 730.* Gens dura, atque aſpera cultu. *Valer. Flaccus l. 4. v. 611.* Gens Chalibum, durit patiens cui cultus in arvis. ¶ Item pro cultura, *coltivazione*. *Cic. Tuſc. 2.* Nullius agricolæ cultu ſtirpes tam diuturnæ ſeminantur. Sic agrorum cultus. *Plin. l. 15. c. 1.* ¶ Et tranſlate pro educatione, & diſciplina. *Cic. 3. Fin.* Sed animi cultus erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. *Liv. l. 1.* Cultu humili aliquem educare. ¶ Item pro ornatu. *Quintil. l. 3. c. 8.* Affectare cultum effuſiorem in verbis, *politezza del dire*.

Cultus, a, um, nom. ex particip. tam late patet, quam verbum colo, unde proficiſcitur, ut res ruſtica bene culta, & fructuoſa. *Cic. pro Quint. c. 3.* *coltivata*. *Liv. l. 6. c. 4.* Ad cultiora perventum eſt. h. e. incolis frequentiora, minuſque deſerta. *Cic. pro Roſc. Com. c. 12.* ager cultiſſimus. ¶ Tranſlate *Cic. Tuſc. 2. c. 5.* Animi non omnes culti fructum ferunt. *Gell. l. 19. c. 8.* Cultiores doctioreſque. ¶ Significat etiam ornatum, bene veſtitum. *Martial. l. 10. epigr. 98.* Quo nec filia cultior, nec uxor. ¶ Item *venerato*, *adorato*, ut Dea culta Virginibus mitulis. *Ovid. 6. Faſt.*

Cululus, m. 2. calix fictilis, quo in ſacris utebantur Pontifices, & Veſtales Virgines, ut ait *Acron l. 1. Carm. ode 31.* ¶ Accipitur generatim pro urceolo. *Horat. de Ar. poet. v. 434.* Reges dicuntur multis urgere cululis.

Culus, i, m. *culo*, [illegible], Ger. *der arſch*, Gall. *cul*, Hiſp. *ſalvonor*, κῦλον, [illegible], *cule*, podex, anus, pars corporis poſterior carnoſa, qua ſedemus, a voce græca, quæ allata eſt. *Catull. Carm. 23. v. 19.* Quod culus tibi purior ſalillo eſt, Nec toto decies cacas in anno.

Cum, vel quum, & antiq. quom, *quando*, Germ. *wann*, Gal. *vu que*, Hiſp. *pueſto que*, ὅτε, ἐπεὶ, quando. Jungitur interdum indicativo, & ſignificat *quia*, aut *quandoquidem*, tanquam conjunctio cauſalis. *Cic. 12. Fam. ep. 25.* Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt. h. e. quandoquidem. ¶ Etiam cum ſignificat *quando*, interdum indicativo jungitur, *Cic. pro Cluent. c. 9.* Dies nondum decem interceſſerant, cum ille alter filius necatus. ¶ Frequenter etiam jungitur Subjunctivo, præſertim cum gerundium Italicum latine exprimendum eſt, *eſſendo che*. *Cic. in princip. Somn. Scip.* Cum in Africam veniſſem, *eſſendo io venuto*. ¶ Dicimus &, cum quidem, eodem ſenſu. *Nepos in Catone, c. 2.* Neque (Scipio) hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem in civitate principatum obtineret. ¶ Interdum pro *ex quo*, *dacchè*. *Cic. Fam. 13. ep. 24.* Multi anni ſunt, cum ille in ære meo eſt. ¶ Cum eo ut, h. e. ea conditione, *con queſto che*. *Liv. l. 8. c. 14.* Lanuvinis civitas data, cum eo ut ædes Junonis communis eſſet. ¶ Sæpe cum, & tum ſe in eadem periodo ſubſequuntur, *ſiccome*, *così*, ὡς, ὡς, quæ licet idem fere ſignificent, diverſo tamen modo ordinantur. Nam in *cum* eſt quiddam minus, in *tum* quiddam majus. Junguntur autem vel cum nominibus ſub uno verbo. *Cic. pro Marcello*; Ille omnis ante altæ vitæ fructum hodierno die maximum cepit cum ſummo conſenſu Senatus, tum præterea judicio tuo graviſſimo. Vel cum duobus verbis, quæ ambo ſint indicativi modi, vel unum conjunctivi, alterum indicativi. *Cic. in Fam.* Et cum gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. *Id. ibid.* Cum te ſemper tantum dilexerim, quantum meminera, tum his tuis factis ſic incenſus ſum, &c. ¶ Sed interdum pro *cum* ponitur *tum* geminatum, vel triplicatum in rebus paribus. V. *Tum*. ¶ Cum etiam præpoſitio eſt, quæ ablat. inſervit, *con*, σὺν, *mens*, & ſocietatem, vel conjunctionem ſignificat. *Cic in Rull.* Atque illud circumſpicite cum veſtris mentibus. ¶ Cum pronom. *me*, *te*, *ſe*, *nobis*, *vobis*, ſemper poſtponitur, interdum cum relative *Qui*, *quo*, *quod*, ut *Mecum*, *quicum*, *quibuſcum*, &c. *Cic. 3. Off.* Dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. *Liv.* tamen *l. 31. c. 29.* Primi Macedones, cum quibus receſſiſſimum fœdus erat. ¶ Aliquando ſignificat contra. *Cic. 1. Off.* Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de Imperio dimicabatur. ¶ Alicubi *cum* redundare videtur. *Plaut. Amph. 2. 2. 111.* Egone abs te abii hodie cum diluculo? ¶ Sunt qui putant, hanc particulam, ſi adverbium ſit temporis, *quum* ſcribendum eſſe, ſi ſit conjunctio, *cum*. *Quintil.* etiam *l. 1. c. 7.* ſcribit, hanc a multis differentiam fuiſſe obſervatam, ut pro adverbio temporis *quum* ſcriberent, pro conjunctione cauſali *quum*, pro præpoſitione vero *cum*. Sed nec ipſe probat, & promiſcue pro varia temporum ratione ſcriptum invenitur. ¶ *Id. Quintil. l. 8. c. 3.* vetat particulam hanc adhiberi ante vocem incipientem a litera *n* propter κακέμφατον, ſed tamen adhibent *Cic. pro Dom. ad Pontif. c. 9.* Cum nominibus tantum uteretur. Adde *eund. Verr. ult.* Cum nobis. & alibi ſæpe. ¶ Compoſita fere ſignificat *ſimul*, ut *conjungo*: interdum *valde*, ut *concrepo*, *complaceo*: interdum *contra*, ut *contendo*. Sæpe etiam ſignificationem non mutat, ut *conſolor*, *condigmo*, *condoleo*, & alia quamplurima.

Cuma, idem quod Cyma.

Cuma, Cume, Cumæ, Cyma, Cyme, *Caſtri*, al. *Foia nuovo*, urbs Aſiæ min. in Æolide, & in ora ſin. Smyrnæi, cum portu capaci, & arce, condita a Pelope una cum Magneſia anno mundi 3150. inter Myrinam, & Phocæam. Pop. *Cumæi*, qui ſtupidi habiti ſunt. Cum enim pecuniam mutuati, porticum conſtruxiſſent, nec illam ad præſcriptam diem reddidiſſent, a deambulatione ſub portici prohibiti ſunt. cum autem plueret, præcone a creditoribus miſſo, ut porticum ſubirent, non niſi poſt pluviam ſubierunt. Hinc adag. *Cumani ſero ſapiunt*, ſimile illi, *Sero ſapiunt Phryges*.

Cumæ, arum, f. *Cuma*, Col. & urbs Campaniæ exc. in ora lit. inter Linternum ad Occ. & Miſenum ad Or. non longe ab antro Sibyllæ Cumanæ, & a Cumano villa, condita a pop. Chalcidis urb. Eubœæ inſ. Dicta eſt a Cuma urbe Æolidis, vel a κῦμα, onda, vel a κύημα, fœtus, quod coloni illi apud Bajas mulierem gravidam viderint, & fœcunditatis augurium interpretantes in ea regione urbem condiderint. Pop. *Cumani*, Gentile *Camanus*, *Cumæus*, *a*, *um*.

Cumæus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Cumis urbe Campaniæ, *Cumano*. *Virg. 3. Æn. v. 441.* Cumæam acceſſeris urbem. Et *ecl. 4.* Cumæum carmen.

Cumalter, antiqui pro *cum altero* uſurpabant, brevitatis gratia. *Feſt.*

Cumanum, i, n. Villa Ciceronis, prope Cumas. *Id. in Fam. Epiſt.* Heri veni in Cumanum, cras ad te fortaſſe.

Cumanus, a, um, adject. idem quod Cumæus. ut Cumana Vates, *Lucan. l. 5. v. 183.*

Cumatilis, V. Cymatilis.

Cumbo. V. Cubo.

Cumĕra, f. 1. *bugnola*, Ger. *Kornkaſt*, Gal. *picotin*, Hiſp. *naſſa*, *eſcriño*, [illegible], vas ingens ex ſpartu, palmarum foliis, viminibus, & hujuſmodi, vel etiam fictile, ex terra, quo frumenta condunt, a figura cameræ, qualis in camera, ſeu fornice. *Hor. l. 1. ſer. 1. v. 53.* Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris? *Id. l. 1. epiſt. 5.* Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

Cumĕrum, n. 2. antiquis vaſis genus erat, al. camillum, vel caſmillum, quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis ſupellex, a ſimilitudine cumeræ. *Feſt.*

Cumĕrum, ſeu Cymerium, *M. S. Ciriaco*, al. *Monte Santo*, & *M. Guaſco*, prom. & mons ſupra Anconam in mare Adriaticum excurrens, cum arce late munita condita a D. Pio V.

Cumillomagum, ſive Camillomagum, *Cigognola*, caſtrum, ſive pagus agri Ticinenſis, apud Blandinonam, & Sellam opp.

Cuminatum, i, n. 2. liquamen ex cumino, *Apic. l. 1. c. 27. & l. 3. c. 4.*

Cuminatus, & Cyminatus, a, um, cumino mixtus, vel conditus. *Pallad. l. 12. tit. 22.* Cuminati ſalis aſperſione cumulabis.

Cumīnum, vel Cyminum, i, n. *cumino*, *comino*, herbæ genus cum ſemine ejuſdem nominis, κύμινον. *Perſ. ſat. 5. v. 55.* Rugoſum piper, & pallentis grana cumini. ¶ Dicitur hujus herbæ ſemen in vino potum pallorem inducere, teſte *Plin. 20. 14.* Hinc *Horat. l. 1. ep. 19. v. 18.* Quod ſi pallerem caſu, biberent exangue cuminum.

Cuminum, *Comino*, inſula parva maris Siculi, inter Melitam, & Gaulum inſ. ſub dominio Equitum Melitenſium.

Cummaxime, adverb. *ſommamente*, *piucchè mai*. *Terent. Heaut. 4. 4. 40.* Cummaxime volo te dare operam. *Cic. pro Cluent.* Quæ multos jam annos, & nunc cummaxime, filium interfectum cupit. ¶ Eleganter adjungitur *ut*. *Terent. Hecyr. 1. 2. 56.* Hanc Bacchidem amabat ut cummaxime tunc Pamphilus. ¶ Legitur & in duas voces diviſum. ¶ Significat etiam tempore præſenti, in præſenti, *al preſente*. *Cicer. de Aruſp. Reſp.* Antiqua negligimus, etiamne ea negligemus, quæ fiunt cummaxime?

Cummis. V. Gummi.

Cumprime, adv. apud veteres pro cumprimis. *Quadrigar.* apud *Gell. l. 17. c. 2.* Cujus operam apud Gallos cumprime fortem Reſp. ſenſit.

Cumprīmus, *più che altri*, *ſommamente*, ἐν τοῖς πρώτοις, in primis. *Cic. 5. Verr.* Homo domi ſuæ cumprimus locuples. Legitur & Cum *primis*, diviſum.

Cumque. V. Cuique.

Cumulāte, *abbondevolmente*, *copioſamente*, Germ. *mit hauffen*, Gal. *abondamment*, Hiſp. *abundantemente*, ἀφθόνως, abundanter. *Cic. 2. de Div.* Quæ ut plene eſſet, cumulateque perfecta. *Id. in Orat. c. 17.* Cumulatius quid augere. Et *l. 10. Fam. ep. 29.* Cumulatiſſime ſatisfacere.

Cumulatim, adv. idem ac cumulate. *Var. de R. R. l. 3. c. 13.* Quibus in tenebris cum cumulatim poſitum eſt.

Cumulatus, a, um, o. 1. 2. *copioſo*, *pieno*, [illegible], Germ. *hauffig*, Gall. *comblé*, Hiſp. *colmado*, ἐπισωρευθεὶς, quod plenum, expletum, perfectum eſt. *Cic. 2. de Orat. c. 8.* Omni rerum genere cumulata oratio. Et *cap. 4.* Vitio cumulatus. *Liv. l. 2. c. 47.* Spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. *Plaut. Aulul. 2. 5. v. 16.* Cumulatiſſimus ſcelerum.

Cumŭlo, as, avi, atum, *accumulare*, *ammaſſare*, *accreſcere*, [illegible], Germ. *hauffen*, Gal. *amonceler*, Hiſp. *amontonar*, *anchar*, σωρεύω, eſt implere, coacervare, augere, & quaſi ad cumulum addere. *Cic. pro Roſ. Am.* Tamen hæc aliis nefariis cumulant, atque adaugent. *Id. 5. Fin.* Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. *Id. Att. l. 4.* Cumulare gaudium. Et *lib. 14.* Cumulari gaudio. *Id. pro Cal.* Nunc meum cor cumulatur ira. *Liv. l. 2.* Cumulare æs alienum uſuris. *Id. lib. 3.* Cumulare ſibi invidiam. *Plin. l. 3. epiſt. 12.* Cumulare aliquem laudibus.

Cumulus, m. 2. acceſſio, ſumma, *acervus*, *cumulo*, *mucchio*, *maſſa*, [illegible], Ger. *hauff*, Gal. *monceau*, *amas*, Hiſp. *monton*, *ancho*, σωρὸς, rerum veluti acervus quidam, acceſſio, a præp. *cum*, quæ congeriem notat. *Cic. pro Sext. Roſc.* Ut ad illam opimam prædam damnatio Roſcii, ex hac cumulus, accedat. ¶ Sumitur etiam pro acervo. *Liv. l. 10.* Corpus obrutum ſuperſtatis Gallorum cumulis erat. *Cic. Fam. 16. ep. 21.* Jucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt. Sic cumulus laudis. *Stat. l. 4. Silv. 9.* ¶ *Quintil. l. 6. c. 1.* cumulum vocat, Orationis concluſionem ſeu epilogum.

Cunabula, orum, n. 2. idem ac cunæ, quaſi cynabula, a κύω, pario. Sed aliqui cunabula, & incunabula a cunis diſtinguunt, & ea proprie dici exiſtimant, quæ ad cunas muniendas, & ornandas pertinent, in quibus infans conditur, & jacet. *Plaut. Amphitr.* Nec eum quiſquam colligare quivit in cunabulis. *Plin. lib. 10. cap. 13.* Cunabula avium. ¶ Tranſlate hæc vox ſumitur pro infantia, & generatim pro primis initiis, vel prima origine. *Plaut. Pſeud.* Quid ſapit uſque a cunabulis? *Columel.* A primis cunabulis. ¶ Item pro loco in quo naſcimur. *Virg. 3. Æn. v. 105.* Mons Idæus ibi, & gentis cunabula noſtræ.

Cunæ, arum, f. *cuna*, *culla*, Germ. *wiege*, Gall. *berceau*, Hiſp. *cuna*, λίκνον, vaſculum, ſive alveus ille, in quo infantes faſciis involuti cubant, forma ſcaphæ, quaſi cynæ, a κύω, pario. *Cic. 1. Tuſc.* Iidem, ſi puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant, ſi vero in cunis, ne querendum quidem. *Id. de ſenect. ſub fin.* Repueraſcere, & in cunis vagire. ¶ Fere uſurpatur in plurali numero. *Prudentius* tamen *Diptoch. num. 28.* præſepe jacenti Cuna erat.

Cunaxa, locus Aſſyriæ, a Babylone 500. ſtadia, ubi inter Artaxerxem regem, & Cyrum ejus fratrem dimicatum eſt.

Cunctabundus, o. 1. 2. qui cunctatur. *Liv. l. 6. c. 7.* Cunctabundoſque, & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe.

Cunctalis, le, adject. Lar cunctalis dictus eſt Janus, quod ob eo reg cuncta Antiqui crediderunt. *Martian. Capell.*

Cunctamen, inis, n. idem quod cunctatio, *tardanza*, *dimora*. *Paulin. Carm. 23. v. 416.* Pavidæ cunctamine mentis.

Cunctans, o. 3. qui cunctatur, *tardo*. Hinc comp. cunctantior. *Liv. 10. B. Pun.* Utrum ingenio cunctantior fuerit. *Lucret. l. 3. v. 193.* Et pigri latices magis, & cunctantior actus.

Digitized by Google

Cunctanter, adv. *tardamente*, Germ. *verzogenlich*, Gal. *doucement*, *tardement*, Hiſp. *de eſpacio*, *tardamente*, σχολαίως, cum mora. *Liv. l.* 1. Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt. ¶ Comparat. Cunctantius. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 71. Data utrique venia, facile Segimero, cunctantius filio.

Cunctatio, onis, f. 3. *dimora*, אחור, Ger. *verzug*, Gal. *demeure*, Hiſp. *tardanza*, μέλλησις, tardatio, mora. *Cic.* 1. *Off.* Abjecta omni cunctatione adipiſcendi Magiſtratus. *Id. pro Sext. c.* 47. Cunctatione, & tarditate. ¶ Legitur & *contatio*.

Cunctator, m. 3. μελλητής, dilator, procraſtinator, *chi porta innanzi*, *tardo*. *Cælius Cic. Fam.* 8. *ep.* 10. Noſti Marcellum, quam tardus, itemque Servium, quam cunctator. *Liv. l.* 6. *c.* 23. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. *Stat.* 3. *Theb.* Non cunctator iniqui. h. e. promptus ad iniqua agendum. ¶ Fuit & cognomen Fabii Maximi, qui prudenti cunctatione Annibalis vires fregit.

Cunctatus, a, um, particip. a cunctor, *che ha tardato*. *Curt. l.* 5. *c.* 6. *n.* 2. Rex phalangem nihil cunctatus inducit. ¶ Tranſit etiam in nomen, & habet gradus. *Plin. l.* 2. *ep.* 16. Cunctatior fortaſſe, & cautior eſſe deberem. ¶ Legitur & *contatus* præſertim apud *Apulej.*

Cuncti, æ, a, o. ſ. n. *tutti*, כל, Ger. *alles*, Gal. *tous enſemble*, Hiſp. *todos juntos*, σύμπαντες, omnes ſimul, a *con*, & *juncti*. *Cic. ante Red.* Quoniam laborem pro cunctis ferre conſuevit. *Horat. l.* 2. *od.* 1. Cuncta terrarum ſubacta. ¶ Uſurpatur etiam in num. ſing. *Cic.* 1. *Catil.* Si cuncta Italia, ſi omnis Reſpublica ſic loquatur. *Virg.* 1. *Æn.* Sic cunctus pelagi cecidit fragor.

Cunctim, adverb. univerſim, *quaſi tutto in una volta*, ὅλως. *Apul. l.* 2. *Florid.* non ſigillatim, ac diſcretim, ſed cunctim, & coacervatim offerre.

Cunctiparens, parens omnium, &

Cunctipotens, omnipotens, leguntur apud *Prudent.* in *Paſſ. Agnetis ſub fin.* & *Paſſ. Quirini*, *v.* 56.

Cunctor, aris, d. 1. *indugiare*, *differire di dì in dì*, אחר, Ger. *verziehen*, Gal. *tarder*, *differer*, Hiſp. *tardar*, μέλλω, proprie eſt cuncta aggredi, ſive per cuncta ire, a *cunctus*, ſed quia cuncta non ſine mora perficere eſt, inde factum, ut ſumatur pro morari, procraſtinare. *Cæſ.* 1. *B. C.* Si cunctetur, atque agat levius. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 15. Cunctatus non ſum in curſu bonorum conſiliorum. ¶ Accipitur & pro dubitare, hæſitare. *Sueton. Aug. c.* 56. Cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum, ſi deeſſet, deſtituere amicum videretur. ¶ Cum accuſativo, *Valer. Flacc. Argon. l.* 2. *de Vulcano*: Alternos ægro cunctantem poplite greſſus. ¶ Cuncto, as, activa forma, eodem ſenſu, *Plaut. Caſ.* 4. *c.* 13. Abi bina; cunctas? ¶ Scribitur & *Contor*, quod tamen Manutio non placet in Orthogr. V. *Contor*.

Cunctus. V. Cuncti.

Cuneatim, adv. σφηνοειδῶς, per cuneos. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 28. Hoſtes in foro, ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

Cuneatio, onis, f. diſpoſitio partium in cunei formam. *Scribon. Larg. Compoſit.* 47. Narium cuneationes quædam.

Cuneatus, a, um, o. t. a. *più ſtretto da un capo*, *che dall' altro*, Ger. *gekeiles*, Gall. *coigne*, Hiſp. *acunado*, σφηνοειδής, quod in formam cunei factum eſt, ut Cuneatus ager, ex. gr. qui eſt longus centum pedes, latus ex una parte pedes viginti, & altera pedes decem. *Colum. l.* 5. *c.* 2. ¶ Cuneatum theatrum, in quo ſc. ordines ſubſelliorum ex anguſto in latum cunei more aſſurgunt. *Auſon. prolog. Ludo de VII. Sapient. v.* 21. Cuneati crevit hæc theatri immanitas. *Liv. l.* 9. *c.* 40. Forma ſcuti ad imum cuneatior.

Cuneo, as, avi, atum, are, a. 1. *puntellare*, Ger. *keil ein ſchlagen*, Gal. *coigner*, Hiſp. *acunar*, σφηνόω, eſt cuneis adactis firmare. *Plin. l.* 16. *c.* 41. Si quid cuneandum ſit in ligno, claviſque figendum. *Senec. epiſt.* 118. *ſub fin.* Unus lapis facit fornicem, ille qui latera inclinata cuneavit, & interventu ſuo vinxit. ¶ Metaphorice *Quintil. l.* 4. *c.* 3. Atque eo (digrediendi genere) illuſtrari ornarique orationem, ſi cohæret, & ſequitur, non ſi per vim cuneatur, & quæ natura conjuncta erant, diſtrahit. ¶ Significat etiam, formam cunei dare. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *de Hiſpania*: Cuneatur anguſtiis inter duo maria. *Mela l.* 3. *c.* 6. Se in diverſas angulus cuneat.

Cuneolus, i, m. diminut. parvus cuneus. *Cic. de Univerſ. c.* 13. Crebris quaſi cuneolis injectis. Adde *Colum. l.* 4. *c.* 29.

Cuneus, m. 2. *conio*, Ger. *keyl*, Gal. *coin*, Hiſp. *cuno*, σφήν, inſtrumentum ferreum, aut ligneum, quo ſinduntur ligna, cujus pars inferior acuta eſt, ſuperior lata, & ampla. *Virg.* 1. *Geor. v.* 144. Cuneis ſcindebant fiſſile lignum. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro peditum multitudine in cunei formam redacta, ideſt, quæ fronte anguſta eſt, deinde paulatim latius ſe extendit, *pontone*. *Veg. l.* 3. *c.* 19. ¶ Item pro ſedilium ordine, & ſcalarum directione in theatris, quia eo ſtrictior erat, qua propius accedebat ad caveam, in altum vero magis, magiſque diffundebatur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 6. V. *Lipſ. de Amphitheatr. c.* 13. *Sueton. Aug. c.* 44. Maritis a plebe proprios ordines aſſignavit, prætextatis cuneum ſuum. Sic Cuneus Senatorius, & Equeſtris ordinis. *Id. Domit. cap.* 4. ¶ Denique cuneus eſt triangularis figura, quæ inter quadratas, & quavis ſpecie lateratas in pavimentis, aut picturis parietum interponi ſolet ad ornatum. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. & 5.

Cunicularia, f. 1. duæ inſulæ Sardiniæ, quarum altera *Rozzo*, altera *Spargia* hodie dicitur. Pineto eſt *Sanguenare*, Cluverio, & Brietio *Iſola del Pollo*.

Cuniculariuſ, ii, m. qui cuniculos fodit. ¶ Cunicularii, vel Cuniculares ſunt milites, qui cuniculis ſuffoſſis improviſi emergunt, & hoſtilia munimenta invadunt. *Veget. l.* 2. *c.* 11. *Ammian. l.* 24. *c.* 15. (al. 4.) Ut cuniculariorum ſubito manus emergat.

Cuniculatim, adverb. in modum cuniculi. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Cuniculatim, pectinatim, &c. & *c.* 36. Cuniculatim procurrente roſtro. Hanc lectionem ex MSS. retinet *Harduinus*. Alii Codices variant.

Cuniculator, oris, m. Lutatius in ſecundum lib. *Statii Thebaid.* Foſſores, inquit, dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgreſſi milites murorum fundamenta convellunt.

Cuniculoſus, a, um, adject. cuniculis, ſeu ſubterraneis cavernis plenus. *Catull. Carm.* 40. Celtiberiam cuniculoſam, dixit.

Cuniculus, m. 2. *coniglio*, שפן, Ger. *kunighin*, Gal. *connil*, Hiſp. *conejo*, δασύπους, animal lepori ſimile, quod ſub terra effoſſa latere ſolitum eſt. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 12. ſcripſit, ab eo dictum eſſe, quod ſub terra cuniculos facit, ubi lateat. Sed ſubterranei meatus ab hoc animali potius nomen acceperunt. *Mart. l.* 13. *epigr.* 60. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias. ¶ Hinc eſt & meatus ſubterraneus, qui præſertim fit urbium oppugnandarum cauſa, *mina*, ὑπόνομος. *Veget. l.* 4. *c.* 24. *Poſt. Cic.* 3. *Off.* Si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Hinc Cuniculis oppugnare, per tranſlationem, eſt dolo, & fraude aliquid moliri, & negotium alicui faceſſere. *Cic.* 1. *Agrar. in princip.* ¶ *Liv. l.* 5. Tranſverſis cuniculis hoſtium cuniculos excipere, *contramminare*, *ſventare le mine oſtili*. Accipitur & pro canali. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Torrens longinquos fornacis cuniculo.

Cunila, f. 1. κονύζα, herba, a Dorico κνύζα. Vulgus a necandis pulicibus pulicariam appellat. Ejus plura genera refert *Plin. l.* 20. *c.* 15. & 16.

Cunilago, nis, f. cunila agreſtis, quia ſimilis eſt cunilæ. *Plin. l.* 20. *c.* 16.

Cunina, f. 1. Dea, quæ cunis infantium præſidere putabatur. *Lactant. l.* 1. *c.* 20. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 755.

Cunio, n. 4. *cacare*, proprie dicitur de infantibus faſcias in cunis ſtercore fœdantibus, *Feſtus*.

Cunnilingus, m. 2. qui cunnum lingit. Legitur apud *Martialem*.

Cunnus, olim cunus, m. 2. *natura*, κύσθος, vel αἰδοῖος, pars mulieris pudenda, a κύω, ſeu κυεῖν, fœtus, quia hac fœtus egeritur. *In Priapeis*, & apud *Martial.* ſæpe.

Cunque, vel Cumque, particula eſt, quæ cum aliis fere componitur, ut qualiſcumque, quicumque &c. quæ vide ſuis locis. ¶ Aliquando ſola invenitur. *Horat. l.* 1. *od.* 32. *in fine*: Mihi cumque ſalve rite vocanti. h. e. quandocumque. *Cic. l.* 3. *de leg. c.* 3. Equitem cumque qui regat, habeto pari jure cum eo, quicumque erit juris diſceptator. h. e. Equitem qualemcumque.

Cunula, læ, f. diminut. a cuna, *cunetta*. *Prudent. Cathemer.* 7. *v.* 164. Parvulorum cunulæ.

Cunyzamie, midis, f. herba, alio nomine cunilago. *Pl. l.* 19. *c.* 8.

Cupa, f. 1. *botte*, Ger. *kufen*, Gal. *cuve*, *coupe*, Hiſp. *cuba*, ληνός, vas vinarium amplum, in quo muſtum a torculari excipitur, olim caupa, a cavo, vel a capio. Sic *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 113. Cupas vinarias dixit. Et *ibid.* E cupa acris aceti. *Lucan. l.* 4. *v.* 420. Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ. ubi intellige ſcaphas, vel etiam cupas ad hunc uſum deſtinatas. Sic *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 11. Cupas tæda, & pice refertas inter incendiaria inſtrumenta refert. ¶ Eſt etiam cupa mulier, quæ vinum vendit. *Cic. c.* 27. *in Piſon.* Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum a propola, atque de cupa. Ita explicat *Scalig. in Conject.* & *Caſaub. ad Sueton. Claud. c.* 40. Vinum autem e taberna petere, ſordidum apud Veteres habebatur. ¶ Uſurpatur & pro cyatho, ut patet ex illo Nævii: Duas cuppas mero plenas exhauſit. Hoc ſenſu gemino *pp* ſcribi ſolet.

Cupedia, æ, f. vitioſus cupediarum appetitus. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 11. Avaritia, ambitio, mulieroſitas, pervicacia, liguritio, temulentia, cupedia. Alii ex antiq. exemplar. ediderunt *cuppedia*. Cuppedo autem, & cuppedia Veteribus pro *cupiditas* uſurpata. *Salmaſ. ad Ter. Eun.* 2. 2.

Cupediæ, arum, f. vel cupedia, orum, n. *cibi delicati*, מטעמים, Germ. *lecker biſslein*, Gal. *friandiſes*, Hiſp. *goloſinas*, a Romanis appellabantur lautiores cibi, ſive a *Cupine* Romano equite, cujus ædes ſolo æquatæ aream foro cupedinario extruendo præbuerunt, vel quaſi *caupediæ*, quod in caupones vendi ſoleant, vel a *cupiendo*, quod cupiantur. *Ammian. l.* 26. *c.* 18. Cupediarum vilium mercatores. *Plaut. Sticho*, 5. 4. 32. Nihil moror cupedia.

Cupedinarii, vel Cupediarii, m. 2. *vivandieri*, ὀψοπῶλαι, qui cupedias vendunt, ut phaſianos, perdices, lepores, & alias delicias hujus generis, & generatim qui eſculenta cocta vendunt. *Ter. Eun.* 2. 2. 25. Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes. Ubi Donatus: Venditores eſculentorum & poculentorum Cupedinarii appellantur. *Lamprid. Heliogab. c.* 30. Finxit ſe ut Cupedinarium, ſeplaſiarium, &c. ¶ Salmaſ. ad hunc loc. ſcribit *Cuppedinarii*. V. Cuppedo.

Cupedinarium forum, & cupedinis forum, in quo delicatiores epulæ coctæ vendebantur, a *cupiditate*, vel quod ibi fuerit domus Numerii Equitis Cupitis. *Var. l.* 1. *rer. hum.*

Cupedo, inis, f. idem quod cupiditas. V. Cuppedo.

Cupedula, f. 1. dim. a cupediæ. *Gell. l.* 6. *c.* 13. Conjectabamus ad coenulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum.

Cupella, æ, f. vel cupellum, i, n. diminut. a cupa, poculi, vel vaſis genus, a κυπέλλον. *Pallad. Febr. tit. c.* 25. Vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus condiuntur. *Apic. l.* 1. *c.* 1. In cupellam mittito.

Cupentus, m. 2. lingua Sabinorum Sacerdos appellatur. *Serv. in* 12. *Æn.*

Cuperſanum, n. 2. Converſanum, *Converſano*, urbs R. Neap. in agro Barino, dorſo montis aſſita.

Cupes, edis, idem quod cupediæ, *Feſto* auctore. ¶ Item qui cupedias ſectatur: *ghiottone*. *Plaut. Trin.* 2. 1. 13. Harpago, mendax, cupes, avarus. ¶ Scribitur & *cuppes*: & in gloſſa Iſid. legitur: Cuppes faſtidioſus. h. e. qui exquiſitos tantum cibos quærit, nec communem habet gulam, ὀψοφάγος. V. *Scalig. ad Feſt.*

Cupide, *appaſſionatamente*, *viziosamente*, Ger. *begierlich*, Gal. *paſſionement*, Hiſp. *codicioſamente*, ἐπιθυμητικῶς. *Cic. pro Roſc. Com.* Ego vero cupide, & libenter mentiar tua cauſſa. *Cæſ. B. G. l.* 1. *c.* 15. Cupidius inſequi. *Id. B. C. l.* 1. *c.* 15. Se ſe cupidiſſime facturos pollicentur. ¶ Cupide agere, eſt nimio partium ſtudio abreptum agere. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 11. Nos agimus nihil cupide, eoque eſt noſtra pluris auctoritas.

Cupidineus, a, um, n. s. s. *di Cupido*, ἐρωτικός, ad Cupidinem amorum Deum ſpectans. *Ovid. de Rem. Amor. l.* 1. *v.* 157. Cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi.

Cupiditas, is, f. *cupidità*, *cupidigia*, תאוה, Ger. *begierlichkeit*, Gal. *convoitiſe*, Hiſp. *codicia*, ἐπιθυμία, aviditas, libido, appetitus. *Cic. in Parad.* Neque enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. *Id. in Partit. c.* 27. Cupiditatem explere. Et *l.* 1. *de Orat. c.* 19. Cupiditates frangere. ¶ Interdum cupiditas accipitur pro nimio partium ſtudio, *parzialità*. *Cic. pro Font. c.* 7. Quarum virtuti, generi, rebus geſtis fidem, & auctoritatem in teſtimonio cupiditas, atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit.

Cupido, dinis, m. olim Cupedo, *Cupidine*, *Amore*, Ger. *gott der liebe*, *buhlſchafft*, Gal. *cupidon*, *cupidon*, Hiſp. *codicia*, *cupido*, ἔρως, amoris Deus, quem Heſiodus natum vult ex Chao, & Terra, Simonides ex Marte, & Venere, Acuſilaus ex Nocte, & Æthere, Alcæus ex Lite, & Zephyro, Sappho ex Venere, & Cœlo, Seneca ex Venere, & Vulcano, quidam ex ſola Venere. Sed a *Cic.* 3. *de nat. Deor.* tres Cupidines numerantur. A Platonicis duplex effingitur, cœleſtis, & vulgaris, quia totidem ſunt Cupidines, quot Veneres: hæ autem duæ ſunt, cœleſtis, quæ nata eſt a Cœlo ſine matre, & vulgaris, quæ genita ex Jove, & Dione. Alii Cupidinem in honeſtum, & turpem dividunt, illumque ex Venere, & Jove patre natum volunt, hunc autem Erebi, & Noctis filium eſſe. Cupido dictus eſt a cupiendo. Fingitur a Poetis armatus flammis, & telis, item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, &c. V. *Apul. de Aſino*. *Boccat. l.* 2. 3. 9. *Gen.*

Cupido, dinis, f. *cupidigia*, *deſiderio*, ἐπιθυμία, animi affectio a libidine, & cupiditate proficiſcens, qualis eſt avaritia, qua opes cupiuntur, ira, qua ultionem appetimus, &c. Differt a cupiditate, quia cupiditas levior eſt. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 211. Creverunt & opes, & opum furioſa cupido. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. Reſponſare cupidinibus, contemnere honores. *Liv. l.* 1. Romulum cupido cepit urbis condendæ. ¶ Invenitur & gen. maſc. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 61. Decepta cupidine falſo. Et *l.* 2. *od.* 16. Nec leves ſomnos timor, aut ſordidus cupido aufert.

Cupidus, a, um, a. *avido*, *ingordo*, *bramoſo*, חומד, Ger. *begierlich*, Gal. *cupide*, *deſireux*, Hiſp. *codicioſo*, ἐπιθυμητής, avidus, qui rei alicujus deſiderio tenetur. *Cic. de Orat.* Tuque valde ſpectandi cupidus eſſes. ¶ Invenitur & cum abl. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 50. Vino modo cupidæ eſtis. ¶ Sumitur & paſſive, ut cum apud *Plaut. Merc.* 5. 1. cupida civitas dicitur pro cupita, & expetibili. Al. leg. *cupita*. ¶ Comp. eſt cupidior, ſup. cupidiſ-

Digitized by Google

pidiſſimus. *Cic. de Orat.* Græci contentionis cupidiores ſunt, quam veritatis. *Id. l. 1. de Orat. c. 22.* Homo noſtri cupidiſſimus. h. e. amantiſſimus. ¶ Cupidus quandoque dicitur, qui parti alicui impenſe, & nimis favet, *parziale*. *Cic. pro Font. c. 6.* cupidi teſtes. h. e. p. partibus addicti. *Id. Verr. 4. c. 56.* Nemo ſuſpicari debet, me eſſe tam cupidum, *appaſſionato*. Univerſim enim cupidus dicitur, qui cupiditate, affectuque inordinato abreptus agit. hinc cupidum conſilium, pro impotenti & furioſo. *Cic. pro Quint. c. 26.* Hoc conſilium tam cupidum, tam temerarium, tam audax probabitur?

Cupiens, entis, partic. a cupio, vel nomen ex partic. *Plaut. Mil.* Hujus cupiens corporis eſt. ¶ Comp. eſt cupientior, ſup. cupientiſſimus. *Sal. Jug. c. 84.* Marius cupientiſſima plebe Conſul factus. *Aurel. Vict. in Alex. Sev.* Dominandi ſuis, quam ſubigendi externos cupientiores.

Cupienter, adv. idem ac cupide. *Plaut. Pſeud. 2. 3. 17.* Cum quid cupienter dari petimus nobis.

Cupio, is, ivi, itum, a. 3. deſidero, aveo, exopto, expeto, deſiderio teneor, *deſiderare*, ἐπιθυμέω. *Cic. 1. de Orat.* Neque vero nobis cupientibus, atque optantibus fructus otii datus eſt. ¶ Cupere alicui eſt bene velle, *voler bene*, *amare*. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 3.* Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus ſum? ¶ Apud antiquos *cupire* in quarta conjugatione legitur. *Lucret. l. 1. v. 71.* Perfringere ut arcta naturæ primus portarum clauſtra cupiret.

Cupitor, oris, *deſideroſo*, qui cupit. *Tac. lib. 12. Ann. c. 7.* Neque tamen repertus eſt, niſi unus, talis matrimonii cupitor.

Cupitus, a, um, adject. ex particip. *deſiderato*, *bramato*, ἐπιθυμηθείς. *Ovid. 3. Faſt. v. 21.* Viſamque cupit, potiturque cupita. ¶ Abſolute cupitum pro re cupita, *Plaut. Pœn. 5. 4. 101.* Eveniunt digna dignis: tandem hunc cupitum contigit.

Cuppēdo, vel Cupedo, inis, f. idem quod cupiditas, vel cupido, *deſiderio*, *brama*, *cupidigia*. *Lucret. l. 5. v. 45.* Quantæ conſcindunt hominem cuppedinis acres Curæ? Et *l. 6. v. 24.* Et *lib. 1. v. 1080.* & *lib. 4. v. 1083.* ¶ Etiam apud *Cic. Tuſc. 4. c. 11.* ubi quidam leg. *cuppedia*. Verba Ciceronis attulimus in voce Cupedia. V. *Salmaſ. ad Ter. Eun. 2. 2.*

Cuppes, V. Cupes.

Cupra maritima, *la Grotta*, vel *Grotte*, pag. Piceni, in ora Or. cis oſt. Truenti fl. vel *S. Benedetto*, pag. vicinus, inter Firmum urb. ad Occ. & Truentum ad Or. ¶ Cupra montana, *Ripa Transona*, urbs Piceni, inter Firmum, & Aſculum. ¶ Pop. *Cuprenſes*.

Cupreſsētum, ti, n. *luogo, che ha molti cipreſſi*, Ger. ein ort da viel cypreſſbaum wachſen, Gal. *lieu planté de cypres*, Hiſp. *cipreſſal*, κυπαριττών, locus cupreſſis conſitus. *Cic. 1. de Leg. 1. 3.* In cupreſſetis Gnoſiorum.

Cupreſsĕus, a. 1. 2. idem ac cupreſſinus. *Plin. l. 27. c. 37.* Duo ſigna cupreſſea portabantur. Adde *Vitru. l. 2. c. 9.* Foliatura cupreſſea.

Cupreſsĭfer, a, um, o. t. a. ferens cupreſſos. *Ovid. ep. 9. v. 87.* Ut Tegeus aper cupreſſifero Erymantho incubat.

Cupreſsĭnus, a, um, o. 1. 2. *di cipreſſo*, Ger. *cypreſſin*, Gal. *de cypres*, Hiſp. *de cipres*, κυπαρίττινος, quod eſt ex cupreſſo. *Plin. l. 23. c. 4.* Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum.

Cupreſſus, i, f. 2. vel cupreſſus, us, f. 4. idem ac cypariſſus, *cipreſſo*, arbor procera, caudice oblongo, & recto, foliis pini, ſed mollioribus, odore vehementi. *Virg. Ecl. 1. v. 26.* Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. *Colum. l. 4. c. 26.* Junipero, & lauru, & cupreſſu. ¶ Cupreſſum ſimulare, proverb. dictum *Horat. de arte poet. v. 19.* de iis, qui id unum quod ſciunt, quovis loco, & tempore obtrudunt, quemadmodum pictor, qui ſcit cupreſſum pingere, etiam in mari pingit. ¶ Erat cupreſſus inter funeſtas arbores apud Veteres, quia ſcil. tarde creſcit, & exciſa non reviviſcit. Quamquam alii alias tradunt cauſas. V. *Torrent. ad l. 2. Horat. od. 14.* ¶ Hinc funeribus adhiberi ſolita, cum ante defunctorum ædes ungeretur, non tamen omnium, ſed ditiorum, nobiliorumque, ut innuere videtur *Lucan. l. 3. verſ. illo 442.* Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus. Hinc atra, fauſta, funebris, feralis cupreſſus, apud Poetas. Vide *Cypariſſus*. ¶ *Cupreſſus* m. g. adhibetur ab *Ennio* apud *Gell. 13. 20.*

Cuprēus, a, um, o. 1. 2 quod eſt ex cupro, *di rame*. *Plin. l. 13. c. 3.* Cogitur in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis. *Harduinus* tamen legit *cyprio*.

Cuprinus, a, um, idem quod cupreus. *Pallad. in Januar. tit. 16.* Cuprinus clavus. Adde *Veget. de re veter. 1. 28.*

Cuprum, n. 2. *rame*, נחושת, Ger. *kupffer*, Gal. *cuivre*, Hiſp. *cobre*, genus quoddam æris, quod *Plin. l. 33. c. 5.* cyprium æs vocat. *Spartian. in Carac. c. 9.* Ex ære vel cupro cancelli ſuperpoſiti.

Cupŭla, læ, f. diminut. a cupa, calix, cyathus. *ff. l. 33. tit. 6. leg. 3.*

Cur, *perchè*, למה, מדוע, Ger. *warumb*, *aus was urſach*, Gal. *pourquoy*, Hiſp. *porque*, διὰ τί, adverb. interrogandi. *Ter. in And.* Cur me excrucio? cur me macero? ¶ Uſurpatur etiam relative, & infinite. *Cic. pro Roſc. Com.* Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes. *Horat. l. 1. epiſt. 8. v. 9.* Iraſcar amicis, cur me funeſto properent arcere veterno.

Cura, f. 1. *cura*, *penſiero*, *travaglio*, דאגה, Ger. *ſorge*, Gal. *ſoin*, Hiſp. *cuidado*, φροντίς, ſolicitudo, anxietas, a *cor*, & *uro*, quia cor urit. *Cic. de Senect.* Si quid ego adjuro, curamve levaſſo, quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa. *Virg. 4. Æn. v. 285.* Cura animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc. Hinc curæ ſpinoſæ, vigiles, graves, anxiæ dicuntur paſſim a Latinis Scriptoribus. ¶ Sæpe pro ſtudio, & diligentia uſurpatur. *Cic. Fam. 10. epiſt. 1.* Omni cogitatione, curaque in rem aliquam incumbere. Sic curam adhibere, ſuſcipere, agere alicujus rei, vel de aliqua, vel in aliquam re, *Cic. & alii*. ¶ Item ſæpe pro adminiſtratione, munere, ſeu officio cujuslibet rei, *amminiſtrazione*, *carica*, *ſoprantendenza*. *Cic. 1. Off. c. 9.* Difficilis eſt cura rerum alienarum. *Tac. 4. Hiſt. c. 68.* Aretinum Prætorianis præpoſuit, patrem ejus egregie functum ea cura dictitans. ¶ Curæ eſſe aliquid dicitur, de quo curam habemus. *Cic. Att. l. 10. & Philip. 3. Teren. Adelph. 5. 6.* Is ſervus eſt ſpectatus ſatis, cui dominus curæ eſt. *Id. Hec.* Curæ eſt, quorſum eventurum hoc ſiet. Sic curæ habere, eodem ſenſu. *Nepos Att. c. 20. n. 3.* Quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret. ¶ Cum cura, idem eſt ac diligenter. *Sen. de Tranquil. c. 14.* Magnus vir, cum cura dicendus. *Liv. l. 35.* Bovem cum cura ſervari.

Curabĭlis, le, adject. *Juvenal. ſat. 16. v. 20.* omniſque manipli Conſenſu magno efficiunt, curabilis ut ſit Vindicta, & gravior quam injuria, &c. *Al. leg.* conſenſu magno efficiunt. curabitis, ut ſit Vindicta gravior, quam injuria?

Curagendarius, ii, m. qui curam publicam habet. *Cod. Theodoſ. l. 6. tit. 29.* Hi, quos curagendarios, ſive curioſos provincialium conſuetudo appellat.

Curantia, f. 1. idem ac curatio. *Cic. l. 2. ad Q. Fr. epiſt. 9.* Quod me admones de non curantia. Communior tamen lectio habet, *de noſtra Urania*.

Curate, adverb. accurate, *diligentemente*. *Tac. l. 2. Ann. c. 27.* Ejus negotii initium, ordinem, finem curatius diſſeram. *Salluſt. Jugur. c. 16.* Eum Jugurtha curatiſſime recepit.

Curatio, f. 3. *cura*, *governo*, ἐπιμέλεια, cura, gubernatio, adminiſtratio. *Cic. de nat. Deor.* Ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacent. *Id. de Aruſp. reſp.* Ædes Telluris eſt curationis meæ. *Plaut. Amph. 1. 3. 21.* Quid tibi hanc curatio eſt rem? h. e. quid hanc rem curas? ¶ Sumitur etiam pro tutela. *L. furioſæ, ff. de curat. furioſ.* Matris furioſæ curatio ad filium pertinet. ¶ Item pro medicina, ſeu actu medendi, θεραπεία. *Cic. 1. Off. c. 24.* Periculoſas, & ancipites curationes morbis gravioribus medici adhibere coguntur. *Celſ. l. 7. c. 27.* Recte procedit curatio.

Curator, m. 3. *curatore*, *tutore*, פקיד, Germ. *verſorger*, Gall. *curateur*, Hiſp. *curador*, ἐπιμελητής, qui alicui negotio publico præpoſitus eſt. *Cic. de opt. gen. Orat.* Quia in Senatu Demoſthenes curator muris reficiendis fuit. *Id. 3. de Leg.* Suntoque Ædiles curatores urbis annonæ, ludorumque ſolemnium. ¶ Apud JCtos curatores dicuntur qui puberibus dantur uſque ad annum 25. ætatis, & furioſis, ac prodigis per totam vitam, ut eorum curam habeant, & illorum bona adminiſtrent. *Inſtit. l. 1. tit. 23. de Curator.* Hinc egere curatore dicuntur, qui minus ſanæ mentis eſſe videntur. *Horat. l. 1. epiſt. 1. ad fin.* Nec medici credis, nec curatoris egere a Prætore dati. ¶ Curatores denique dicuntur, auctore *Feſto*, qui rei frumentariæ, agriſve dividundis præpoſiti ſunt.

Curatoria, æ, f. munus curatoris pupillorum. *Leg. 1. & 2. ff. de excuſat.*

Curatoritius, a, um. *Impp. Arcad. & Honor. lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 1. leg. 29.* Ut vicenis ſolidis, qui in præteritum pro equis curatoritiis petebantur, duo ſolidi detrahantur. *Et tit. 17. qui eſt de equorum collatione, leg. 2.* Equorum, qui curatoritio nomine flagitantur, in pretia maturetur exactio. *Curatoritii equi* dicti ſunt, ut putat *Gothofred.* quibus utebantur Curatores, & Curagendarii, vel Palatini, qui ad agendas curas reipublicæ in provincias mittebantur.

Curatrix, icis, f. *curatrice*, fœmin. a curator. *JCt. l. 21. ff. de tut. & cur.* Curatrices minoribus mulieres non creabunt.

Curatūra, æ, *cura*, *governo*, curatio. *Terent. Eun. 2. 3. 24.* Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.

Curatus, a, um, nom. ex partic. cura factus, procuratus, *fatto con diligenza*, *procurato*, ἐπιμεληθείς. *Horat. l. 1. epiſt. 4.* Bene curata cute nitidus. *Cato 1. 103.* Boves corpore curatiores. *Tac. Ann. 1. c. 13.* Curatiſſimæ preces. h. e. accuratiſſimæ.

Curax, acis, o. 3. qui curam habet. *Cajus, l. ſi quid venditor, ff. de ædil. edict.* Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem eſſe.

Curalium. V. Coralium.

Curculio, ſive Curgulio, ſive Gurgulio, onis, m. *tignuola*, Ger. *kornwurm*, Gal. *calandre*, Hiſp. *gorgojo*, κίς, vermis frumentum corrodens, quaſi gurgulio, quia pene nihil eſt, niſi guttur. *Virg. Georg. 1. v. 185.* Populatque ingentem farris acervum curculio. ¶ Hinc *Plautus* paraſito nomen fecit Curculioni, a quo & fabula nomen accepit. ¶ Gurgulio item eſt epiglottis, ſive ſublingulum, ideſt, caruncula quædam in fine palati ad fauces deſcendens, inter tonſillas, al. columella, quæ aſperæ arteriæ meatum obruit. Sed aliis eſt ipſa gula, aliis fiſtula in gutture, quæ conſtat ex oſſibus flexuoſis, & mollibus, quaſi ex anulis in catenæ modum compactis, & inſertis, per quem ſpiritus attrahitur, atque emittitur. *Var. l. 2. R. R. c. 3.* Hircos gurgulione longiore.

Curculiuncŭlus, m. 2. dimin. a curculio. *Plaut. Rud. 5. 2. 38.* Curculiunculos minutos fabulare. h. e. res nullius uſus narras.

Curcumia, æ, fræni genus. *Imp. Leo Cod. lib. 2. l. 1. tit. 12.* De curcumiis vero omnium prorſus gemmarum præcipimus ſubmoveri. Ita legi in omnibus MSS. ait *Cujac.* Legitur & *Curcuma*.

Curenſes, Italiæ populi, in Sabinis. *Plin. l. 3. c. 12.*

Cures, m. 3. num. pl. *Torre*, vel *Turre*, al. *Coreſe*, al. *Veſcovio*, urbs Sabinorum, condita a Medio Fidio Sabinorum Deo, ad Himellam fl. ¶ Cures etiam ipſi incolæ dicuntur. *Virg. 8. Æn. v. 638.* Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.

Curētes, m. 3. pop. Phrygiæ, iidem qui Corybantes, qui Idam montem incolebant, deinde in Cretam migraverunt, montemque inſulæ, ubi ſedes fixerunt, a nomine relictæ patriæ Idam nuncuparunt, dicti a κουρίζω, *a teneris annis educo*, quod Jovem infantem aluerint. *Virg. 3. Æn. v. 131.* Antiquis Curetum allabimur oris.

Curetĭcus, a, um, adject. a Curetibus. *Calpurn. Ecl. 4. v. 96.* Carmina Dicteis audit Curetica ſilvis.

Curia, f. 1. *curia*, pars minor populi Romani. Nam Romulus Populum univerſum in tres Tribus, deinde ſingulas Tribus in decem Curias, tertio ſingulas Curias in decem Decurias diſtribuit. Dicta eſt Curia a cura, quod Romulus voluit Populum ſecum Reipublicæ curam habere, eumque in Curias diſtributum deliberare, & judicare, & ſuffragia ferre. Curiæ triginta fuere. Appellatæ ſunt, ut *Livius*, *Feſtus*, *Pedianus* tradiderunt, a nominibus mulierum Sabinarum, quæ raptæ fuerant, ut *Varro*, *Dionyſius*, *Plutarchus*, & alii; partim a ducibus, partim ab antiquis oppidis eorum, qui primi Romam migravere. Ex his ſeptem tantum nomina remanſere, Forenſis, Rapta, Faucia vel Saucia, Tatienſis, Tifata, Velienſis, Velits. ¶ Sumitur item pro æde ſacra. Nam Romulus ſingulis Curiis ſua ſacra partitus eſt, aſſignatis Diis, quos colerent, locis, ubi colerent, ſumptibus, unde colerent. Dicta eſt a *Curia*, quæ partem populi ſignificat, vel quia in ea res ſacræ curabantur. *Var. l. 3. L. L.* Hinc Curia Calabra. V. *Calabra*. ¶ Curia item erat ſedes, ac templum publici conſilii, *Senato*, βουλευτήριον, quod eo quiſque Senator ſuam curam de Republica conferret. Hujus generis fuit Curia Hoſtilia, quam Tullus Hoſtilius Rex Romanorum ædificavit. *Ovid. l. 3. Am. eleg. 8. v. 55.* Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores. ¶ Curia Calabra dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. *Feſt.*

Curialis, com. 3. qui eſt ejuſdem curiæ. *Cic. 2. Off.* Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. ¶ Curialis Flamen, Curiæ Sacerdos, qui & Curio dictus. *Feſt.* ¶ Curialis item dicitur, qui in Aula Principum degit, aulicus, *cortigiano*, *curiale*. Quo ſenſu uſurpaſſe *Ammianum l. 21. c. 20. & l. 22. c. 9.* necnon & *Symm. l. 9. epiſt. 10. & lib. 10. epiſt. 48.* oſtendit *Borich. in Voſſ. p. 80.* Sic & *Joan. Sariſber.* libros ſuos *de nugis curialium* inſcripſit.

Curiatim, adverb. per ſingulas curias. *Gel. l. 15. c. 27.* Quæ curiatim per lictorem calabantur. Alii leg. *per lictorem curiatum*.

Curiatus, a. 1. 2. quod ad curiam ſpectat. ¶ Leges Curiatæ eædem erant ac Regiæ, quæ a Romulo, & aliis Regibus Comitiis Curiatis perlatæ fuerant. Hæ a Sex. Papirio collectæ, qui Superbo regnante vixit, Juris Papiriani nomen adeptæ ſunt. *Sigon. de antiq. jur. C. R. l. 1. c. 5.* Ultimis temporibus leges Curiatæ erant vel de Imperio, vel de adoptione. *Cic. ad Attic.* Qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex Curiata perferretur. ¶ Curiata Comitia erant, in quibus curiatim ſuffragium dicebatur, vel ferebatur. ¶ Hæc poſtremis temporibus religionis tantum cauſa retinebantur, in legibus *de Imperio*, & *de adoptione*. In legibus *de adoptione* triginta Curiæ, in legibus *de Imperio* lictores ſingularum Curiarum, quiſque ſuæ Curiæ nomine, ſuffragia ferebant.

Curio, onis, m. 3. Sacerdos Curiæ, ideſt, qui pro Curia ſacra faciebat. Triginta Romæ Curiones fuere, quemadmodum Curiæ triginta erant. Qui his omnibus præerat, Curio Maximus dicebatur. *Liv. l. 27. c. 8.* ¶ Curio quoque præco dictus eſt, a κηρύξ, *præco*. *Trebel. Pol. in Gallien.* Illo per curionem dici juſſit. ¶ Item curio, gracilis, macilentus, qui cura præter modum utitur. Hinc *Plaut. Aulul. 3. 5. ſc. 6.* Agnum curionem vocat, macilentum, qui oſſa, atque pellis totus eſt. Eadem habet & *Feſtus*. V. *incuriſſus*. Sunt, qui in adducto Plauti loco legunt *curioſum*.

Digitized by Google

Curio, Scribonianorum cognomen fuit; ex qua familia erat Q. Curio, ad quem extant Ciceronis Epiſtolæ *l.* 2. *Fam.*

Curionalis, le, adject. ad Curiam pertinens, ut Curionalis publicus, h. e. ſervus Curiæ. *Inſcript.* apud *Grut.* p. 305. n. 5. & 6.

Curionius, a. 1. 2. quod ad Curiam, vel Curionem ſpectat, ut Curionia ſacra, quæ a Curionibus in Curiis fiebant. Curionium æs, quod dabatur Curioni ob Sacerdotium Curionatus. *Feſt.*

Curioſe, *diligentemente*, Ger. *ſorgfeltigklig*, *fürwitz*, Gal. *curieuſement*, *ſoigneuſement*, Hiſp. *curioſa*, *y diligentemente*, ἀκριβῶς. *Cic. in Brut. c.* 35. Conquiram iſta poſthac curioſius. *Quintil. l.* 8. c. 1. Multos iuvenes, quos curioſe potius loqui dixerit, quam latine. h. e. verbis ſelectis. *Colum. l.* 11. c. 2. Vitiaria diligenter facienda, malleoliſque curioſiſſime pangenda.

Curioſitas, *curioſità*, *diligenza ſtraordinaria*, *ſmoderata*, חררה, Germ. *ſorgfeltigkeit*, Gall. *curioſité*, Hiſp. *curioſidad*, πολυπραγμοσύνη, nimia diligentia. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 12. Sum in curioſitate ὀξύπεινος, (h. e. avidus cognoſcendi) ſed tamen facile patior, &c. ¶ Fere in malam partem accipitur, notatque nimiam curam in alienis negotiis ad ſe nihil pertinentibus. Tamen in bonam partem aliquando uſurpatur, ſcil. pro φιλομάθεια, h. e. eruditionis aviditate. *Gel. l.* 2. *c.* 18. Eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas.

Curioſulus, a, um, dimin. a curioſus. *Apul. ſub fin. l.* 10. *Metam.* Curioſulus ventus lacinam reflabat.

Curioſus, a. c. 2. *curioſo*, *diligente*, *deſideroſo*, רבר, Germ. *ſorgfeltig*, Gall. *ſoigneux*, Hiſp. *cuydadoſo*, πολυπράγμων, qui multa cura eſt, qui multo, ſive diligenter aliquid curat. Sumitur in bonam partem, & in malam: in bonam, cum cura ingenti utimur ad res bene gerendas: in malam, quoties plus diligentiæ, quam oporteat, rebus vel noſtris, vel alienis adhibemus. *Cic.* 3. *Fam.* Ita eſt homo non modo prudens, verum, quod vidi, etiam curioſus. *Id.* 4. *Fam. ep.* 13. Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inveſtigandum curioſior. *Plaut. Stich.* 1. 3. 55. Curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus. *Macrob. l.* 1. *Som. Scip. c.* 2. Numenius inter Philoſophos occultorum curioſior. *Capitolin. in M. Anton. Philoſ. c.* 20. Erat enim famæ ſuæ curioſiſſimus. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Medicinæ peculiariter curioſus. ¶ Curioſus aliquando accipitur pro delatore, ſeu exploratore. *ſpia.* *Suet. Aug. c.* 27. Pinarium Equitem Rom. curioſum, & ſpeculatorem ratus, coram ſe confodi juſſit. ¶ Erat etiam Magiſtratus quidam olim, qui ab Imperatoribus mittebantur per Provincias, rem frumentariam, & cætera hujuſmodi curaturi, delaturique ad Principem quæcumque per privatas domos diſcurrentes rimati eſſent. Hi Curioſi dicebantur: item Agentes in rebus, & frumentarii, de quibus mentio fit apud *Tertul. de fuga in perſec. c.* 13. Item *leg.* 13. *Cod. de curſ. publ. & Tit. de Curioſ. & Stationar. in Cod.* V. Agentes in rebus. ¶ Curioſus pro macro, exili. V. Curo.

Curis, f. 3. *aſta*, lingua Sabinorum haſta dicitur. Hinc Romulus *Quirinus*, qui eam ferebat, eſt dictus, & Juno *Curitis*, quæ & ipſa haſtam ferre putabatur. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 9. & *Serv. in* 1. *Æn.* Hinc *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 477. *de Quirino:* Qui tenet hoc nomen, Curis anta fuit. Sive quod haſta Curis priſcis eſt dicta Sabinis, &c.

Curſito, as, avi, atum, are, freq. a curo, as. *Apul. l.* 7. Exire me matrona proſina curitabat. Ita edidit *Joan. Pricæus:* At Elmenhorſtius, curabat.

Curitis dicta eſt Juno a Veteribus, quia ferre haſtam putabant. *Feſt.* V. Curis.

Curius, a, um, curarum plenus. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 44. Cave ſis tibi a curio infortunio. Al. *aliter leg.*

Curius, Rom. civis, ſummæ frugalitatis, & fortitudinis. Hic cum rapas in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, invitarentque, ut eo uti vellet, reſpondit, *Curium malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri, & qui acie vinci non potuit, nec pecunia corrumpi non poſſe.* Omnium primus de Sabinis triumphavit. Idem Pyrrhum Epirotarum Regem acie victum Italia expulit, populoque viritim quatuordecim agri jugera diviſit.

Curmi, n. 3. ſpecies cereviſiæ, ſeu potionis ex maceratis, & coctis frugibus. *Ulpian. Dig.* 33. 6. 9. Et acatum, quod non numero paterfamilias habuit, & zythum, & curmi. ¶ Dicitur curmen in Gloſſ. Gr. Lat. Curmea ζῦθος οἶνος κρίθινος.

Curo, as, avi, atum, a. 1. *aver cura*, *por cura*, *affaticarſi*, הגה, Ger. *ſorgen*, Gall. *avoir ſoin*, Hiſp. *tener cuydado*, σπουδάζω, eſt operam dare, ut re aliqua elaborare, ſtudium, diligentiam, curamque adhibere. Et uſurpatur cum accuſativo. *Cic.* 7. *Fam.* Mandatum tuum curabo diligenter. ¶ Vel abſolute. *Ter. And.* 1. 1. Obſerves filium, quid agat, quid cum illo conſilii captet. *Soſ.* Sat eſt, curabo. ¶ Vel cum ut, aut ne. *Cic.* 16. *Fam.* Cura igitur nihil aliud, niſi ut valeas. *Id.* 2. *Fam.* Ut cures, nequid mihi ad hoc onoris, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Vel cum participiali in *dus*. *Cic. Att. l.* 8. Tu faſciculum, qui eſt M. Curioni deſcriptus, velim cures ad eum perferendum. ¶ Vel cum infinitivo. *Juven. ſat.* 3. Si curet nocte togatus currere. ¶ Vel cum dativo. *Apul. Apol.* Rebus meis curat. ¶ Item mederi, curationem adhibere, *medicare*. *Cic. pro Cluent.* Mulier exclamat, ſe ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. *Celſ. in præfat. l.* 7. Curare manu, *medicare per chirurgia*. *Cic.* 16. *Fam.* Cura igitur te, & confirma. Hinc illud Neronis, apud *Suet. in ejus vit. c.* 37. qui cum aliquem mori juſſiſſet, medicos ſtatim admovebat, qui cunctantes continuo curarent. h. e. ſectis venis ſanguinem ad necem uſque elicerent. ¶ Uſurpatur hoc verbum & de cultu corporis. *Plaut. Ciſt.* 1. 2. 114. Cura te amabo. Siccine immunda, obſecro, ibis? ¶ Frequentiſſime autem de victu, rebuſque cæteris ad vitam neceſſariis dicitur. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 34. Qui ſe, ſuamque ætatem bene curant, edunt, bibunt, ſcortantur. *ſi trattano bene.* Sic curare aliquem molliter. *Ter. Adelph.* 5. 1. *princ.* Curare cutem, *Horat. l.* 1. *epiſt.* 4. *verſ.* 15. ¶ Hinc curare corpora dicuntur milites, cum cibo, ſomno, &c. vires parant vel ad iter, vel ad pugnam, *reficiarſi*. *Liv.* paſſim. ¶ Eſt etiam verbum militare, & præeſſe, ſeu imperare ſignificat, *comandare*, *eſſer in carica*. *Salluſt. Jugur. c.* 46. Ipſe cum delecta manu apud primos erat, in poſtremo C. Marius cum equitibus curabat. Et c. 57. Legatis imperat, ubi quiſque curaret. Sic curare legiones. *Tac.* 6. *Ann. c.* 30. ¶ Eodem ſenſu ad civilia transfertur, ut curare ſcrinia. V. *Scrinium*. Et, curare locum ſecundum, *Suet. in Tib. c.* 11. h. e. tenere. ¶ Curare pecuniam alicui, pro comparare, conficere. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 8. & *Fam.* 5. *ep.* 20. ¶ Ad ſacra etiam pertinet, ut curare prodigia, id eſt expiare, *Liv. l.* 1. c. 20. ¶ Significat præterea, obſervare, colere, clientium proprium. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 5. Eſt locuples, factioſus, curatur a multis, timetur a pluribus. ¶ Curare vitem falce. h. e. putare. *Plin. l.* 17. *c.* 22. ¶ Curare, pro cicurare, *P. Nigid.* apud *Priſcian. cap. de commun.* ¶ Cura aliud, elegans formula eſt, cum aliquem ſecurum eſſe jubemus, *non ci penſare*. *Plaut.* ſæpe, & *Terent. Phorm.* 2. 1. 5. ¶ Imperſonaliter etiam uſurpatur. *Plin. l.* 18. *c.* 27. Vineæ pampinantur, curaturque, ut vinea folia ſit. Adde *Ter. Andr.* 2. 3. *in fin.*

Curotrophium, n. 2. κουροτροφεῖον, domus alendis pueris deſtinata, a κοῦρος, juvenculus, & τρέφω, nutrio. Differt autem a *brephotrophio*, quod in hoc infantes, recenteſque partus, aut expoſiti, aut parentibus egentibus nati alebantur, in illo pueri granduſculi, qui nondum labore ſuo victum ſibi parare poterant. *Juſtin. in l.* 16. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

Curax, acis, adject. qui curat. *Gratius in Cyneget.* v. 89. Nam fuit & laqueis aliquis curracibus uſus. *Iacet ſcurſo.* *Barthius* etiam notat, Cujum JCtum *l.* 18. *ff. de Ædil. edict.* Servum curacem dixiſſe.

Curriculo, *correndo preſtamente*, Germ. *lauffingen*, Gal. *en courant*, Hiſp. *de corrida*, δρομαῖον, adverb. curſim, celeriter, ſtatim. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 17. Vola curriculo. Et *Rud.* 3. 5. Curriculo affer huc duas claves.

Curriculum, i, n. diminut. a currus, *piccol carro*. *Plaut. Merc.* 5. 2. 91. Quin in curriculum vos conjicitis? ¶ Sæpius uſurpatur pro ſpatio currendi, *corſo*, ut honeſtum, mediocre, breve vitæ curriculum. *Cic. pro Rab. c.* 10. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit. V. Curriculus.

Curriculus, i, m. diminut. de quo ita *Chariſ. Grammat. l.* 1. Curriculus maſculine diminutio eſt *currus*. neutraliter autem ſpatium ad currendum aptum, vel ipſum currendi officium, ut *Cicero*, & *Varro* loquuntur.

Curro, ris, cucurri, curſum, n. 3. *correre*, רץ, Germ. *lauffen*, Gall. *courir*, Hiſp. *correr*, τρέχω, eſt celeriter ire. *Cic. Att. l.* 10. Curro curris Puteolos, ut ibi concionaretur. *Virg.* Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. *Propert. l.* 3. *eleg.* 10. Nox inter pocula currat. *Quintil.* 1. 4. Urbs habitatur, campus curritur, mare navigatur. ¶ Curritur, imperſ. *Terent. Heaut.* Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. ¶ Currere pro navigare, *Virg.* 3. *Æn.* v. 191. Vaſtumque cava trabe currimus æquor. ¶ Pro in orbem agi, *andar' intorno*. *Horat. l. de art. poet.* v. 22. Currente rota cur urceus exit? Sic *Plaut. Aſin.* 3. 3. 119. Poſtea ad piſtores dabo, ut ibi cruciere currens. ¶ Translate currere oratio dicitur, quæ apte fluit. *Cic.* 5. *Fin.*

Curruca, f. 1. *civetta*, parva avis, quæ alienos pullos pro ſuis educat, ita dicta a ſono. Hinc curruca dicuntur mariti, qui patiuntur uxorem ſuam ab aliis contrectari. *Juvenal. ſat.* 6. v. 275. Tu tibi tunc curruca places. Alii leg. *uruca*, quæ ſignificat animalculum quoddam in faba naſcens, ut ait vetus *Juvenal. Scholiaſt.* vel genus animalis fœdi, & ſpinoſi, ut ericius. *Idem.*

Currulis, le, adject. ad currum pertinens, V. Curulis.

Currus, us, m. 4. *carro*, רכב, Germ. *wagen*, Gall. *char*, Hiſp. *carro*, ἅρμα, vehiculi genus, a curro, quod eo veteres veherentur ad curſum. *Virg.* 12. *Æn.* Quadrijugo vehitur curru. *Cic. de Div. l.* 2. c. 70. Currus altus. *Plaut. Men.* 5. 2. 110. In currum aſcendere. ¶ Pro triumpho, quia triumphantes curru vehebantur, poſuit *Cic. Fam. l.* 15. *epiſt.* 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Et *Flor. l.* 3. *c.* 22. Digniores lauro, digni curru Senatui aiſa. ¶ Pro equis. *Virg. in fin. Georg.* Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. ¶ Pro navi, *Catul. de nupt. Pel. & Thet.* v. 9. Ipſe levi fecit volitantem flamine currum.

Curſatio, onis, f. curſitatio. *Donat. ad Terent. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidatio ad vocem refertur loquentium, curſatio ad ſonum pedum.

Curſilitas, atis, f. *il correre qua, e là*. *Fulgent.* 3. *Myth.* Vagabunda curſilitas diſplicet.

Curſim, δρομαῖον, adverb. currendo, *correndo*. *Cic.* 11. *Phil.* Alter in Aſiam irrupit curſim. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 64. Cito, & curſim aliquid agere. *Cic.* 2. *Orat. c.* 89. Curſim arripere.

Curſio, onis, f. *il correre*, actus currendi. *Var. l.* 4. *de L. L.* Curſus eſt, ut curſor. locus, ſtadium, qua currit, actio, curſio.

Curſitatio, onis, f. *il correre qua, e là*. *Solon.* c. 34. Solemni curſitatione cum populus circuit.

Curſito, a. 1. περιτρέχω, freq. a curſo. *Terent. Hec.* Curſitando, atque ambulando totum hunc contrivi diem. Adde *Eun.* 2. 2. 47.

Curſo, as, n. 1. *correre ſpeſſo*, διατρέχω, ſæpe curro, freq. a curro. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 22. Poſtea homines curſare ultro, & citro non deſtiterunt. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum.

Curſor, m. 3. δρομεύς, qui currit. *Cic.* 2. *Tuſc.* In ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt. ¶ Speciatim eſt tabellarius, *corriere*, רץ, Germ. *lauffer*, Gall. *coureur*, *courſier*, Hiſpan. *correo*, *corredor*, γραμματοφόρος, a celeritate eundi. *Martial. l.* 3. 10 ſi. Curſorem ſexta tibi ſe reminimur hora.

Curſorius, a, um, o. c. 2. δρομικός, quod ad curſum pertinet, ut Navis curſoria. *Sidon. l.* 1. *ep.* 5. Typhim curſoriam aſcendi.

Curſualis, le, adjectiv. idem quod curſorius, ut curſualis rheda, *Cod. Theodoſ. lib.* 12. *tit.* 11. Curſualium equorum præfectus, *maſtro di poſte*. *Ulpianus.*

Curſura, f. 1. *corſo*, curſus. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Equi alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram.

Curſus, m. 4. *corſo*, מרוצה, Ger. *lauff*, Gal. *cours*, Hiſp. *curſo*, δρόμος, actus currendi, & dicitur tam de navigante, quam de pedibus iter facienta, & de equitante. *Cic. ad Caſſ.* Omnis hominum curſus eſt ad vos. *Nepos Miltiade, c.* 1. Claſſe profectus curſum direxit, quo tendebat. Sic curſus aquarum, ſtellarum, rerum, &c. Conficere, inſtituere curſum, eſſe in curſu, &c. *Cic. Terent. Virg.* & al. ¶ Curſus publicus, qui & vehicularis dictus, apud Italos *le poſte*, V. *Sueton. Auguſt. c.* 49. V. etiam *Vehicularius.*

Curtius, prænomine Marcus, eques R. aperta in foro ingenti voragine, ad expiandum prodigium, equo inſidens ſe in ipſam immiſit: quam rem videſuſius apud *Liv. l.* 7. *c.* 6. Inde vorago illa Curcius lacus appellata. *Varr. l.* 4. *de L. L.* alias hujus appellationis cauſas affert, quem conſule. ¶ Q. Curtius Rufus hiſtoricus inſignis res geſtas conſcripſit Alexandri M. cujus hiſtoriæ ex decem libris octo adhuc extant, amiſſis prioribus. Quo tempora floruerit, non ſatis conſtat; neque tamen de ejus hiſtoriis elegantiur, & mitare dubitari poteſt.

Curtius, m. 2. fons Italiæ, qui a quadrageſimo lapide Comam perductus, & in omnes colles diſtributus eſt. *Plin. l.* 36. *c.* 15.

Curto, as, a. 1. *diminuire*, *ſcorciare*, קצץ, Germ. *kürtzen*, Gall. *accourcir*, Hiſp. *menguar*, *cortar*, diminuo. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 3. 2. Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum.

Curtus, a, um, *mozzo*, *rotto*, *troncato*, *lacero*, κολοβός, qui integer non eſt, mutilus, ſemiruptus, diminutus, laceratus. *Lucr. l.* 4. v. 1212. Dolia curta. *h. e.* quæ ſemifracta in angiportis poni ſolent, ad publicum mingendi uſum. *Juvenal. ſat.* 3. v. 27. rimoſa, & curta feneſtris Vaſa cadunt. *Martial. l.* 12. *epigr.* 32. Matella curto latere. *Propert. l.* 4. *eleg.* 5. v. 73. Curto vetus amphora collo. *Et eleg.* 7. v. 25. Tegula curta, *un pezzo d'embrice*. *Juven. ſat.* 10. v. 135. Et curtum temone jugum. *h e.* temone carens, qui in prælio fractus avulſuſque eſt. ¶ *Curto* in membris dicuntur, quæ ictu, vulnere, aut morbo lacera, ſciſſa, rupta ſunt. *Celſ. l.* 7. *c.* 8. *extr.* Si quid ibi curti eſt, ſarcire. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. v. 70. Curtis Judæi. *Circonciſi.* Et *ſat.* 6. v. 105. Curto mulo ire. *Mozzo della coda*. De equo curto V. in *Cavlator*. ¶ Translate eſt imperfectus, non integer, non plenus, exiguus, parvus. *Perſ. ſat.* 4. *extrema.* Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex. *Id. ſat.* 5. *extrema.* Et centum Græcos curto centuſſe licetur. *h. e.* exigua pecuniæ ſumma, quæ non tum

tum quidem aſſes conficiat. *Cic. 4. de Fin. c. 14.* Eorum omnium multa prætermittentium curta ſententia: at vero illa perfecta atque plena eorum, qui, &c. *Id. in Orat. c. 40.* Meæ aures & perfecto completoque verborum ambitu gaudent, & curta ſentiunt, amant redundantia. *Juvenal. ſat. 14. v. 166.* ingratæ patriæ curta fides.

Curvabilis, le, adject. o. 3. qui curvari poteſt, *pieghevole*. *Pallad. l. 12. c. 15.* Ulmus, & fraxinus curvabiles.

Curvāmen, n. 3. *piegatura*, כפף, Ger. *krümbung*, Gal. *courbure*, Hiſp. *encorvadura*, καμπυλότης, curvatio, curvatura. *Ovid. 2. Met. v. 130.* Sectus in obliquum eſt lato curvamine limes. Adde *Plin. l. 9. ep. 7.*

Curvatio, f. 3. *piegatura*, κύρτωσις, actus curvandi. *Plin. l. 17. c. 23.* In curvatione materiæ. Adde *Colum. l. 4. c. 12.*

Curvatūra, æ, f. idem ac curvamen. *Plin. l. 17. c. 19.* Ne curvatura fugiat. Sic curvatura montis, rotæ, portus. *Vitruv. Ovid.* & al.

Curvātus, a, um, nom. ex particip. *piegato*, *curvo*, καμφθείς, ut curvata cuſpis, *Ovid. 2. Met. v. 199.* Solis orbis æqualiter curvatus. *Vellejus c. 59. 6.*

Curvifrons, tis, adject. qui frontem curvam habet, ut pecora. *Pacuv. apud Non. 3. 3.* Tu paſcere curvifrontes armentae ſoles.

Curūlis, le, adject. ut curulis ſella, qua Romani Magiſtratus utebantur. Principio Regum propria fuit: deinde majorum tantummodo Magiſtratuum, ſc. Conſulum, Prætorum, Cenſorum, & Ædilium, qui de Patribus creati eſſent, (non qui de plebe) proinde hi Ædiles Curules dicti. Hinc *Horat. l. 1. ep. 6. v. 56.* Cuilibet hic faſces dabis, eripietque curule, Cui volet, importunus ebur. ¶ Itaque Curule ebur, Curulis ſella, de majori Magiſtratu dicuntur: & ſic pro Conſulatu poſuit *Auſonius epiſt. 20.* ¶ Erat autem hujuſmodi ſella ſublata gradibus, eboreque inſculpto, & ſignis ornata, curvis pedibus, ut docet *Lipſ.* & *Caſaubonus*. ¶ Curulis dicitur a *curru*, abjecto altero *r*: ſolebant enim Curules Magiſtratus honoris cauſſa curru vehi, in quo Curulis Sella, qua de re vide *Gell. l. 3. c. 18.* Præterea *Feſtum*, *Iſidorum*, & *Serv. ad Æn. 11.* Hinc Curules triumphi apud *Sueton. in Aug. c. 22.* quod curru agerentur, non equo, aut pedibus, ut Ovationes. Similiter Curules ludi, apud *Minut. Fel. c. 37.* ſunt Circenſes, qui curribus agitandis maxime celebrabantur. Curule enim dicitur etiam aliquid, quod ad currum ſpectat, quaſi *currulis*, ut curules equus, *Apul. l. 4. Miloſ. poſt princip.* Et *Feſtus*: curules equi quadrigales.

Curvo, as, a. 1. *piegare*, *torcere*, כפף, Ger. *krümmen*, *biegen*, Gal. *courber*, Hiſp. *encorvar*, κάμπτω, flecto deorſum, vel curvum efficio. *Virg. 4. Georg. v. 299. de vitula:* Bima curvans jam cornua fronte. *Stat. 2. Achil. v. 487.* Manu arcum curvare.

Curvor, oris, m. curvatio. *Varr. lib. 4. L. L.* Cucumeres dicuntur a curvore. *Id. ibid. lib. 6.* Cornua a curvore dicta.

Curvus, a, 1. 2. *torta*, *piegato*, כפף, Ger. *krumb*, Gall. *courbe*, Hiſp. *corva*, καμπύλος, inflexus, tortus. *Virg. 2. Georg. v. 508.* Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem. *Ovid. 2. de Arte, v. 669.* Jam veniet tacito curva ſenecta pede. ¶ *Hic erit, qui nobis curva corriget*: proverb. in omnes cenſorios ſeveroſque hominum, quo uſus *Senec. Apocolm. de morte Claudii*, & *Plin. l. 5. epiſt. ultima*.

Cuſpidātim, *acutamente*, Germ. *mit dem ſpitz*, Gall. *de pointe*, Hiſp. *de punta*, acute, & ad ſimilitudinem cuſpidis. *Plin. l. 17. c. 14.* Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

Cuſpidatus, a, 1. e. quod cuſpidem habet. *Plin. l. 18. c. 19.* Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus.

Cuſpido, a. 1. *far la punta a qualche coſa*, Germ. *ſpitzen*, Gal. *appointer*, Hiſp. *apuntar*, ἐπιακμάζω, cuſpidem rei induco. *Plin. l. 11. c. 37.* Urorum cornibus præfixa pila cuſpidant.

Cuſpis, dis, f. *punta*, חנית, Germ. *ſpitz*, *nagel*, Gal. *pointe*, Hiſpan. *punta*, αἰχμή, acuta pars gladii, haſtæ, clavi, & hujuſmodi. *Virg. 5. Æn. v. 208.* Ferratoſque ſudes, & acuta cuſpide contos. ¶ Item veru, *ſpiedo*. *Martial. lib. 14.* Spumeus in longa cuſpide fumet aper. ¶ Item tubus fictilis. *Var. 1. de re ruſt. c. 8.* Demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant.

Cuſſilirus, a. 3. ignavus, ex *coſſim*, & *lirare*. Nam arantes coſſim, ſex coxim incedebant, ac inter pedes habebant porcam, ſive terram editiorem, pedes autem habebant in lirie, ſive ſolcis: hoc autem dicebatur coſſim, ſeu coxim lirare. Ex quo factum eſt ut ignavi, & oſcitabundi, qui varici, & lenta paſſibus per urbem vagantur, coſſilires ſint appellati. *Feſtus*.

Cuſtodēla, æ, f. veteribus cuſtodia dicebatur, a cuſtodio, ut candela a candeo, ſuadela a ſuadeo. *Feſt.* ¶ Hac voce uſus & *Apulei. l. 9. A. A. ſub init.* Cuſtodela carceris. Et *l. 10.* Acriorem cuſtodelam adhibebant.

Cuſtodia, æ, f. *guardia*, משמרה, Germ. *wache*, Gall. *garde*, Hiſpan. *guarda*, φυλακή, cuſtodiendi actus. *Hor. lib. 1. epiſt.* Ut piger annus pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. ¶ Item locus, in quo quis cuſtoditur, carcer, *prigione*. *Cic. in Catil.* Tu te ipſe in cuſtodiam dediſti. Sic aſſervari in cuſtodia, *Id. Verr. 7. c. 30.* Educere, eripere, emitti e cuſtodia. *Id. Tuſc. 1. c. 29. & 49. Ad Brut. epiſt. 6.* ¶ Item pro cuſtode. *Virg. Æn. 6.* Cernis, cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat? In plurali etiam ſæpe pro militari præſidio ponitur, *guardie*, *preſidio*. Sic *Cic.* Excubias & cuſtodias conjungit, *pro Marcell. c. 10.* Et *Catil. 1. c. 3.* Præſidiis, cuſtodiis, vigiliiſque locum munire. ¶ Aliquando cuſtodia dicitur is qui cuſtoditur, *prigione*. *Sueton. Domit. c. 14.* Nec niſi ſecreto atque ſolus pleraſque cuſtodias, receptiſque in manu catenis, audiebat. ¶ Cuſtodia libera de iis dicitur, qui non in publico carcere detenti, ſed in urbibus, domibuſve certis, adhibitis tamen cuſtodibus, aſſervantur. *Salluſt. Catil. c. 47.* Ut Lentulus, itemque cæteri in liberis cuſtodiis haberentur. *Vellej. l. 1. c. 11.* Qui quadriennio in libera cuſtodia deceſſit.

Cuſtodiārium, a. 2. locus, in quo quis aliquid cuſtodit. *Tertull. ad Martyr. c. 2. & adverſ. Jud. c. 3.*

Cuſtodiarius, ii, m. *Inſcript. antiq. apud Grut. p. 48. n. 1.* Corpus cuſtodiariorum. Videntur autem Cuſtodiarii fuiſſe cuſtodes publici, ut v. gr. cuſtodes domus Auguſtæ, cuſtodes Urbis &c.

Cuſtodio, is, ivi, itum, a. 4. *cuſtodire*, *guardare*, שמר, Ger. *bewahren*, Gal. *garder*, Hiſp. *guardar*, φυλάττω, ſervo, obſervo. *Cic. 3. de Leg.* Pecuniam publicam domi cuſtodiunto minores Magiſtratus. *Id. l. 1. de Orat. c. 28.* Cuſtodire memoria. ¶ Cuſtodire aliquid ab aliquo, apud *Nepot. in Annib. c. 9.* ¶ Interdum cuſtodire ſignificat obſervare & præſtare, *eſeguire*. *Plin. l. 8. ep. 12.* Dum quædam cuſtodienda prægnantibus omittit, facit omittenda. Sic cuſtodire ferias, *Plin. lib. 35. c. 1.* ¶ Cuſtodibitur, pro, cuſtodietur, antique, *Plaut. Capt. 3. 5. 71.*

Cuſtodite, adverb. *con riguardo*, *accortamente*, cuſtodia, ſeu cautela adhibita. *Plin. lib. 5. ep. 16.* Ut parce, cuſtoditeque ludebat. *Id. alibi*: Preſſius, & cuſtoditius.

Cuſtodītio, onis, f. *Feſtus*: Cuſtodiam eſt opera ad cuſtodiendum quid ſumpta.

Cuſtodītus, a, um, nom. ex particip. *cuſtodita*, πεφυλαγμένος. *Sueton. Tiber. c. 7.* Ut cuſtoditum ſit, ne unquam in conſpectum ejus poſthac veniret. h. e. obſervatum, & cautum.

Cuſtos, dis, comm. 3. *cuſtode*, *guardiano*, שומר, Ger. *hüter*, Gal. *garde*, Hiſp *guarda*, φύλαξ, qui rem aliquam tuetur, & curat, a curo. *Cic. pro Sext. cap. 24.* Cuſtos, & conſervator urbis. *Id. 1. Offic. c. 7.* Malus cuſtos diuturnitatis metus. *Plaut. Curc. 1. 1. 76.* Anus hic ſolet cubitare cuſtos. ¶ Cuſtodes corporis dicuntur milites, qui Principis corpus tegunt, *guardie*. *Curt. l. 5. c. 1. Nepos Datam. c. 9.* ¶ Sed & pædagogi cuſtodes dicuntur. *Horat. ad Piſon. v. 161.* imberbis juvenis tandem cuſtode remoto &c. *Plaut. Pſeud. 3. 1. 76.* His diſcipulis privos cuſtodes dabo. ¶ Item ſpeculatores. *Sueton. Tiber. c. 12.* Non ceſſavit efflagitare aliquem cuſtodem factis, atque dictis ſuis. ¶ Olim tum canes, tum ſervi janitores ad januam catena alligabantur: quare & ipſi canes cuſtodes appellati. *Plaut. Mil. 2. 2. 57.* Bini cuſtodes totis horis accubant. h. e. canes. Et ipſi janitores, canes dicti. V. *Taubm. ad lum. cit. Plauti*. ¶ In judiciis cuſtodes dicuntur, quibus incumbit teſtes, vel accuſatorem obſervare, ne corrumpantur a reo. *Cic. Divin. in Verr.* Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite. Et mox: Mea diligentia cuſtodem repudiat. ¶ Cuſtodes in vitibus vocantur novelli palmites, duarum vel trium gemmarum, qui alio nomine reſeces, & præſidiarii palmites dicuntur. *Colum. l. 4. c. 21. Plin. l. 17. c. 22.* Et qui vocatur cuſtos, hic eſt novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumpſerit.

Cuticula, f. 1. δερμάτιον, dim. a cute. *Juv. ſat. 11. v. 203.* Noſtra bibat vernum contracta cuticula Solem.

Cutilium, Cotilia, *Cantigliano*, oppid. Sabinorum, a Reate 70. ſtad. ¶ Cutiliæ, Cutilia, Cotilia, *Lago di Contigliano*, lacus Sabinorum, in agro Reatino, apud Cutilium opp. In hoc lacu inſula ſylvoſa innatat nunquam in eodem loco permanens. *Plin. l. 3. c. 95.*

Cutio, onis, m. ἀσίλλας, τύλος, multipeda, animal, quod tactu ſe in pilæ rotunditatem contrahit, a calloſa cute. Hoc cum roſaceo tritum, coctumque medetur aurium doloribus. *Marcellus Empiricus*, teſte *Voſſ. in Etymol.* ad vocem *Centipeda*.

Cutis, is, f. 3. *cotenna*, *pelle*, *cuojo*, עור, Ger. *haut*, *fell*, Gall. *peau*, Hiſp. *pelleja*, χρώς, δέρμα, a σκῦτος, pellis. *Planc. Cic. l. 10.* Siquid intra cutem ſubeſt vulneris. *Perſ. ſat. 3. v. 63.* Cutis ægra tumebit. ¶ Curare cutem, eſt, genio indulgere, *trattarſi bene*. *Horat. l. 4. ep. 1. v. 15.* In cute curanda plus æquo operata juventus. ¶ Intus & in cute noſſe aliquem, eſt, ejus mores, animumque perſpectum habere, *ſapere, quanto uno peſa*. *Perſ. ſat. 3. v. 30.* Ego te intus, & in cute novi. ¶ Dicitur cutis de arboribus etiam, & de uvis. *Plin. l. 12. c. 19. & l. 15. c. 28.* ¶ De Calcei pelle, ſeu ſolea. *Martial. l. 1. epigr. 104.* Calceus & ſutra terque quaterque cute. ¶ Cutis terræ, h. e. ſuperficies, *Plin. l. 20. c. 19.* Sic cutis nubis, apud *eund. 2. 48.*

C A N T E Y.

Cyamea, f. 1. gemma nigra, quæ fracta, fabæ ſimilitudinem præfert. *Plin. l. 37. c. 11.*

Cyămus, m. 2. κύαμος, herba Ægypto peculiaris, latiſſimis foliis, quæ & colocaſia dicitur, & faba Alexandrina. *Plin. l. 21. c. 15.*

Cyane, Cyanes, f. 1. *Piſma Sirini*, fons Siciliæ, apud Syracuſas. In hunc Cyane Nympha converſa eſt. *Ovid. 5. Met.* Inter Sicelides Cyane pulcherrima Nymphas. ¶ Item inſula in Ponto, una ex iis, quæ Cyaneæ, & Symplegades dicuntur e *Plin. l. 4. c. 13.* ubi ſunt duo ſcopuli navigantibus periculoſi. Secundam ſyllabam producit *Juvenal.* in illo *Sat. 15. v. 19.* Nam citius Scylla, vel concurrentia ſaxa Cyanes, plenos & tempeſtatibus utres, &c.

Cyaneæ, κυάνεαι, inſulæ duæ parvæ contra Thracium Boſphorum. V. Symplegades. *Valer. Flacc. l. 4. v. 561.* Hinc iter ad Ponti caput, errantesque per altum Cyaneas.

Cyanēe, f. 1. prima, & ult. p. mediis br. Meandri Phrygii fluminis filia fuiſſe fertur, quæ a Mileto compreſſa Caunum, & Byblida genuit. *Ovid. 9. Met.*

Cyaneus, a. 1. 2. cæruleus, a cyanos, ſpecies cæleſtis coloris. *Plin. l. 37. c. 9.* Sapphiri cyanei coloris. *Avien. in Arat. v. 769. de Sirio ſidere*, Alvus cyanea eſt, mento gravis effluit ardor.

Cyănus, m. 2. κύανος, ſpecies cæleſtis coloris. ¶ Item lapis lazuli, al. gemma ex jaſpidum genere, colore cæruleo, *turchina*, Gall. *une turquoiſe*, Hiſp. *turqueſa*. *Plin. l. 37. c. 9.* ¶ Item flos cærulei coloris. *Plin. l. 21. c. 11.*

Cyathiſſo, as. 1. *dar da bere*, κυαθίζω, potum ſubminiſtro. *Plaut. Men. 2. c. 29.* Tibi ſæpiſſime cyathiſſo, apud nos quando potas.

Cyăthus, m. 2. *bicchiere*, כוס, Germ. *becher*, Gall. *verre*, Hiſp. *taca*, κύαθος, calicis genus, a χέω, fundo, quia inde liquor funditur. Succeſſit in ſimpuli locum in conviviis. *Juv. ſat. 5.* Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico. *Horat. l. 1. od. 29.* Statuere puerum ad cyathum. ¶ *Servus a cyatho* eſt pincerna. *Inſcript.* apud *Fabret. 10. 370. & Gruter. 582. 4.* ¶ Item menſura liquidorum, quorum duodecim ſextarium complent. *Plin. l. 21.* ſcribit, cyathum per ſe pendere drachmas decem. ¶ Ad cyathum ſtare, vel a cyathis eſſe dicebatur, qui potus menſuram cyathis metiebatur, ut antiqui ſolebant. Apulejus pocillatorem dixit, alii pincernam. *Propert. l. 4. el. 8. (al. 9.) v. 37.* Lygdamus ad cyathos, vitrique æſtiva ſupellex. ¶ Eſt etiam menſura aridorum. nam cyathis cibaria gallinis dari, meminit *Colum. l. 8. c. 4.*

Cyaxăres, m. 3. Phraortis Regis Perſarum, Medorumque filius, cui in regno ſucceſſit. Omnem Aſiam trans Halym ſibi ſubjecit. Primus Aſiæ populos in provincias diſtinxit. Mortuus eſt 40. Imperii ſui anno. Ejus fil. Aſtyages in ejus locum ſuffectus eſt. *Herod. l. 1.*

Cybæa, æ, navis onerariæ genus quoddam, *nave da carico*. *Cic. Verr. 7. c. 17.* Navem vero Cybeam maximam, triremis inſtar &c. ¶ Eam quadratam fuiſſe, & a κύβος dictam, aliqui ſuſpicantur.

Cybēle, es, f. Κυβέλη, filia Cœli, & Veſtæ, ſoror, & uxor Saturni, mater Jovis, & omnium Deorum, al. Ops, Terra, Tellus, Berecyntia, Rhea, Dindymene, Pales, Mater Idæa vel Phrygia, vel Peſſinuntia, Mater Alma, Mater Deorum, Mater Magna, &c. Dicta eſt Cybele a Cybella, ſeu Cybala, ſex Cybele, opp. Phrygiæ, vel a Cybelo monte, quem incolebat, in quo ejus ſacra primo ſunt inſtituta, vel a Cybelo primo illius Sacerdote. ¶ In priſcis fabulis curru quatuor rotarum vehi fingitur, quia mundus ſemper rotatur, & volvitur, terra autem pendet in aere. Currum duo leones, vel leo, & tigris trahunt, propter beſtias, quæ in terra gignuntur, & ex terra vivunt, vel quia Phrygia leonibus, & aliis feris animantibus abundat. Turrim in capite geſtat, ad ſignificandas urbes, & arces. Veſte induta eſt arboribus, & herbis picta, quia terra hiſce rebus tecta eſt. Sacerdotes currum præcedebant cymbala pulſantes, ideſt inſtrumenta ex ære. Appellati Corybantes fuerunt. V. *Corybantes*. Item dicti ſunt Galli, a Gallo fl. Phrygiæ, qui templo hujus Deæ vicinus erat, vel a Gallo primo Sacerdote. Hos ſpadones eſſe oportebat. Cybele enim Atym puerum Phrygium dilexit, eumque ſacris ſuis præfecit, ea lege, ut perpetuo caſtitatem ſervaret. Sed aliquando cum Sangaride Nympha ſub arbore deprehenſus eſt. Cybele Nympham noctu

Digitized by Google

eum arbore transfixit, adoleſcens metu fere exanimatus in vicinum montem, cui nomen Dindyma eſt, confugit, doloreque amens, & pudore admiſſi facinoris, membra, quibus deliquerat, ſibi abſcidit. Facti Deæ memor per hujuſmodi homines perpetuo ſibi adminiſtrari voluit. Eorum præſes Archigallus dicebatur. Teſtes ſibi Samia teſta amputabant. ¶ Quandoque metri gratia ſcribitur Cybelle per duplex ll. *Propert. l. 3. el. 17. v. 35.* Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle. Fere corripitur. *Martial. l. 1. epig. 71.* Et Cybeles picto ſtat Corybanta tholus. ¶ Eadem dicta eſt Cybebe, quod homines in furorem ageret, quod Græci κυβηβᾶν dicunt. *Feſtus.*

Cybeleïus, a, um, *adject.* ad Cybelem pertinens, ut Cybeleius Attis. *Ovid. Met. 10. v. 104.*

Cybelus, mons *Phrygiæ*, in quo Cybele mater Deorum colebatur.

Cybiarius, ii, m. qui cybia vendit. *Arnob. l. 2.* Cybiarios ſalinatores, bolonas, &c.

Cybicus, V. Cubicus.

Cybira, V. Cibyra.

Cybium, n. 2. κύβιον, ſalſamenti fruſtum quadratum, a figura, quia cubum, ſive teſſeram refert. *Plin. l. 32. c. 11.* ſcripſit, cybium pelamydem piſcem eſſe, *Feſtus* piſcis genus eſſe, quia piſcantes id genus piſcium velut aleam ludant. Sic & *Varr. l. 4. de L. L. Martial. l. 5. epigr. 79.* Diviſis cybium latebit ovis.

Cycēon, onis, κυκεών, genus potionis ex multis liquoribus confectæ. *Arnob. l. 5. circ. med.* Sitienti ardori oggerit potionem cinnum, cyceonem quem nuncupat Græcia.

Cychrāmus, i, avis, quæ coturnices trans mare redeuntes comitatur. *Plin. l. 10. c. 23.*

Cycladātus, a, um, cyclade indutus. *Sueton. Calig. c. 52.* Manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus.

Cyclădes, f. 3. inſulæ quinquaginta tres maris Ægæi, quæ una cum Sporadibus a noſtris dicuntur *l'Iſole dell' Arcipelago*. Dictæ ſunt a κύκλος, *circulus, orbis*, quia circa Delum in orbem ſitæ ſunt, vel quod longo ordine eas circuire neceſſe ſit propter promontoria. *Ovid. 5. Met. v. 264. Virg. 8. Æn. v. 692.* ¶ Dicitur etiam Cyclas in ſingulari, una earum. *Vitruv. l. 7. c. 7.* Ejus vis metalli inſulæ Cyclade Melo dicitur eſſe.

Cyclamīnus, f. 2. vel cyclaminum, n. 2. *pan porcino*, κυκλάμινος, herba, quam noſtræ ætatis ruſtici panem porcinum vocant, quod ejus pabulum porcis in primis jucundum eſſe experiantur. *Plin. l. 21. c. 9.*

Cyclas, dis, f. veſtis auro texta, propria mulierum, a κύκλος, *circulus, orbis*, quod circularis eſſet figuræ. *Proper. l. 4. el. 7.* Et cyclade longa verrit humum. *Vopiſc. in Saturn.* Cyclade uxoria amictus.

Cyclĭcus, a, um, adject. κυκλικός, q. d. orbicularis, ſeu circularis. *Horat. ad Piſon. v. 136.* Nec ſic incipiat, ut ſcriptor cyclicus olim. Ubi *Acron. vet. Scholiaſt.* Cyclicus, qui ordinem variare neſcit, vel qui carmina ſua circumfert, quaſi circumforaneus, circulator.

Cyclopēus, vel Cyclopius, a, um, adject. ad Cyclopem pertinens. *Virg. Æn. 1. v. 205.* Cyclopea ſaxa. *Sil. l. 14. v. 33.* Cyclopia regna.

Cyclops, opis, m. *Ciclope*, κύκλωψ. Cyclopes fuerunt gigantes, ſeu populi antiquiſſimi in Sicilia juxta Ætnam, a κύκλος, *circulus*, & ὤψ, *oculus*, quod unum oculum in fronte haberent. Inter hos præcipue celebrantur Brontes, Steropes, Pyracmon. ¶ Cyclopes omnium primi æris fabricam inveniſſe traduntur. Hinc factus locus fabulæ, ut Vulcani miniſtri crederentur, & Jovi fulmina fabricare. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 63.* Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, rogabat.

Cycnus, V. Cygnus.

Cydărum, i, n. genus navigii. *Gell. l. 10. c. 25.*

Cydippe, f. 1. κυδίππη, puella quædam pomo decepta ab Acontio. *Ovid. in epiſt.*

Cydnus, m. 2. *Caraſu*, fl. Ciliciæ, qui Tarſum præterfluit. De eo *Curt. l. 3. c. 5. Vitruv.* etiam ſcribit, ejus aquam podagricis ſalubrem eſſe, *l. 8. c. 3.*

Cydon. Cydonia, Cydonis, Apollonia, *la Canea*, urbs Cretæ, in ora Bor. inter Rhitymnum ad Or. & Ciſamum ad Occ. ¶ *Cydonea*, mavult *Salmaſ. ad Plin. l. 3. c. 7.* ¶ *Plutarchus in Pomp.*, *Dio l. 36.* & *Strabo* Cydoniam appellant. *Seren. Sammon. c. 25.* Aut quæ poma Cydon Cretæis mittit ab oris. ¶ Eſt etiam Cydon nomen Statuarii, apud *Plin. l. 34. c. 8.*

Cydonĭus, a, um, V. Cydonius.

Cydonites. m. 1. *cotognata*, cibus ex cydoniis decoctis, & melle. *Pallad. l. 11. c. 20.*

Cydonĭus, & Cydoneus, a, um, adject. a Cydone urbe Cretæ. *Sam. l. 7. Theb. v. 339.* Cydoneas ante ibunt geſa ſagittas. ¶ Hinc cydonia mala, quæ & cotonea appellantur. *Plin. l. 15. c. 11.* Mala, quæ vocamus cotonea, & Græci cydonia, ex Creta inſula advecta.

Cygneius, a, um, adject. poet. Cygneus, ad Cygnum pertinens. *Ovid. Metam. 7. v. 372.* Inde lacus Hyries videt, & cygneia Tempe.

Cygnĕus, a. f. 2. κύκνειος, quod cygni eſt, ut Cygnea cantio, de iis, qui ſupremo vitæ tempore facunde diſſerunt. *Cic. 3. de Orat. c. 2.* Illa tanquam cygnea fuit divini hominis vox, & oratio.

Cygnus, vel potius cycnus, m. 2. *cigno*, Ger. *ſchwan*, Gal. *cigne*, Hiſp. *ciſne*, κύκνος, Latine olor, avis candida, anſere major, argutam vocem habens, præſertim imminente jam morte, a voce Græca allata. *Cic. 1. Tuſc.* Cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt. *Martial. l. 13. epigr. 77.* Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Quod tamen nullo experimento probatur. ¶ Cygni Apollini ſacri erant ob cantus ſuavitatem, & quod divini aliquid habere crederentur. *Cic. Tuſc. 1. c. 30.*

Cygnus, m. 2. Stheneli fil. Ligurum Rex, Phaethontis amicus, quem poſt illius interitum diutino luctu in cygnum avem mutatum eſſe fabulantur. *Ovid. 2. Metam.* ¶ Item fil. Neptuni, qui bello Trojano ab Achille interfectus in avem ſui nominis converſus eſt. *Ov. 12. Met.*

Cylibathum, i, n. κυλικβάθον, menſa vinaria, apud Veteres. *Varr. l. 4. de L. L.* Menſam vinariam rotundam nominant Cylibathum, ut etiam nunc in caſtris. Scaliger legit *Cylibanum*.

Cylindracĕus, a. 1. 2. quod cylindri figuram habet. *Plin. l. 18. c. 12.* Siliquæ cylindraceæ.

Cylindrītes, m. 1. κυλινδρίτης, lapis figura cylindri, ex genere pyritarum, colorem æris referens.

Cylindrus, m. 2. *pietra longa, e rotonda*, Ger. *waltzſtein*, Gal. *cylindre*, Hiſp. *cilindro*, κύλινδρος, quicquid rotundum, & oblongum eſt, a κυλίνδω, volvo, propter volubilitatem. *Cic. de Fato*, Sed revertitur ad cylindrum, & turbinem ſuum. ¶ Hinc cylindrum veteres columellam lapideam rotatilem dixere, qua huc, & illuc ſæpius volutata area adæquabatur. *Cato de re ruſt. c. 129. Virg. Georg. 1. v. 178.* ¶ Item lapilli pretioſi cylindri dicuntur, qui a gemmis non materia, ſed ſola forma differunt. *Plin. l. 37. c. 5. Juven. ſat. 2. v. 61.* Donant arcana cylindros.

Cyliſtarnus, m. 2. *Racanello*, fl. Calabriæ cit. qui prope Caſſanum labitur, & in ſin. Tarentinum verſus Thurios ſe ſe exonerat.

Cyllărus, m. 2. unus ex Centauris. ¶ Item equus Pollucis. *Virgil. 3. Georg. v. 89.* Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.

Cyllēne, f. 1. mons excelſus Arcadiæ, in quo cypreſſi abunde proveniunt. In eo Mercurium educatum tradunt. *Virg. 8. Æn. v. 138.* Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. Hinc

Cyllenæus, a, um, adject., ut Cyllenea fides, h. e. lyra, a Mercurio inventore, qui Cyllenius dicitur. *Horat. epod. 13. v. 9.*

Cyllēnis, idis, patronym. fœmin. epith. plantæ Mercurii, apud *Silium l. 16. v. 500.* Credas cyllenida plantam Æthera nexas curſu talaribus ire.

Cyllenius, ii, m. Mercurius dictus, in Cyllene Arcadiæ monte editus. Aliam cauſam addit Feſtus, cur ſic vocetur, nempe quod omnem rem ferme conficiat ſine manibus, (Mercurius autem facundiæ Deus dicitur) quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: ideoque quadratum eum fingunt. Alii ſic dici autumant, quod a Cyllene nympha ſit educatus. Hæc *Feſtus*. *Lucan. l. 1. v. 663.* Motuque celer Cyllenius hæret. Adde *Ovid. 13. Met. v. 146.* Adjective etiam uſurpatur. *Virg. 4. Æn. v. 258.* Materno veniam ab avo Cyllenia proles.

Cyllo, onis, m. idem eſſe videtur ac mutilus, debilis, nam tales Græci κυλλοὺς dicunt. ¶ Alii cyllones dicunt eſſe eos, qui craſſa habent genitalia. Legitur hæc vox *in Orat.* quæ tribuitur *Cic. in Salluſt.* V. Calones.

Cyma, æ, f. vel cyma, atis, n. *cima*, Ger. *junge ſproſſelein am kohl*, Gal. *cyme*, Hiſp. *cima*, ſummus, ac tenerior cauliculus herbarum, ac in primis braſſicæ, a κύημα, vel κῦμα, fœtus. *Celſ. p. 185.* Mali eſt ſucci braſſica, magiſque etiam cyma ejus. Adde *Colum. l. 10. v. 129.* Frigoribus caules, & veris cymata mittit. ¶ Item braſſicæ ſpecies, ſuaviſſimæ quidem, ſed difficilis in coquendo. *Plin. l. 19. c. 9.*

Cymatilis, e. 3. ut Cymatilis color, idem ac Venetus, qui vulgo viridis marinus dicitur, a κῦμα, unda. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Cymatile, aut plumatile, aut cerinum. *Non. c. 16. n. 5.* Cymatilis, quaſi fluctuum ſimilis. ¶ Scribitur & Cumatilis, cum y ſæpe in u latinum tranſeat.

Cymation, n. 2. in architectura eſt id, cujus pars quædam eſt turgidior, quædam preſſior, idque molliter, & ſine angulo, in modum aquæ undantis, a κῦμα, unda. *Vitruv. l. 3. c. 3. & l. 4. c. 6.*

Cymba, *barca*, אוניה, Germ. *nahe, ſchifflein*, Gall. *barque, bateau*, Hiſp. *barca*, κύμβη, genus navis piſcatoriæ, item navis, qua amnes, aut lacus trajiciuntur, a voce Græca allata. *Cic. 3. Off.* Cymbarum ante horulos multitudo.

Cymbalĭcus, a, um, ad cymbalum pertinens, ut Cymbalicæ voces, *Venant. Fortun. l. 2. carm. 10.*

Cymbalīſo, as. 1. cymbalum quatio. *Caſſius Hemina l. 4.* Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbaliſſabat. *Non. 6. n. 169.*

Cymbaliſta, m. 1. κυμβαλιστής, qui pulſat cymbala. *Apul. de Deo Socratis.* Strepitu cymbaliſtarum, & tympaniſtarum, & choraularum.

Cymbaliſtria, æ, f. quæ cymbalum pulſat, tympaniſtria. *Petron. Satyr.* Intrans cymbaliſtria, & concrepans ære, omnes excitavit.

Cymbălum, n. 2. *cembalo*, צלצל, Germ. *eine cymbel*, Gal. *cymbale*, Hiſp. *cymbalo*, κύμβαλον, inſtrumentum muſicum in ſacris Matris Deum. *Cic. in Piſ. c. 9.* Neque Collegæ tui cymbala, ac crotala fugi. ¶ In machinis ſeu organis hydraulicis cymbala dicuntur vaſa quædam inverſa, quibus, dum a ſpiritu impelluntur, foramina modiolorum obſtruuntur. *Vitruv. l. 10. c. 13.*

Cymbium, *vaſo da bere a foggia di nave*, κυμβίον, poculi genus oblongum, & anguſtum, a κυμβίον, cymbula, quia figuram habet parvæ navis. *Virg. 3. Æn. v. 66.* Tepido ſpumantia cymbia lacte. *Macrob. l. 5. Satur. c. 2.* Hinc cymbia pocula procera, & navibus ſimilia. ¶ Eſt etiam genus navigii paulo longioris. *Macrob. loc. cit.*

Cymbŭla, æ, f. *barchetta*, dim. a cymba. *Plin. in epiſt. 20. l. 8.* Ut cymbulæ onerariis adhereſcunt.

Cyme, es, Cuma, græca forma. *Silv. l. 13. v. 494.* Hinc

Cymæus, a, um, Cumanus. *Id. ib. v. 498.*

Cymindis, accipitris genus nocte volans. *Plin. l. 10. c. 8.*

Cyminum. V. Cuminum.

Cyminus, Ciminus, m. 2. *Montagna de Viterbo*, mons Hetruriæ uſque ad Faliſcos in Or. extenſus, ad cujus radices Viterbium urbs ſita eſt. Ibi eſt ſylva Cyminia, & lacus Cyminius, *Lago di Vico*, inter Viterbium, & Ronciglionem. De hujus lacus origine refert *Servius 7. Æn.* aliquando Herculem ad hos populos veniſſe, & quum a ſingulis provocaretur, ad virium oſtentationem, veſtem ferreum, quo exercebatur, humi defixiſſe, quem cum nemo illorum poſſet evellere, Herculem tandem eum ſuſtuliſſe, tantamque repente aquæ vim erupiſſe, ut Cyminum efficerit lacum.

Cymodŏce, f. 1. vel Cymodocea, f. 1. κυμοδόκη, Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, κῦμα, *unda*, & δέχομαι, *ſuſcipio*, quia undas maris quieſcere facit. *Virg. 10. Æn.*

Cymōſus, a, um, adject. a Cyma, æ, ut Stirps cymoſa, *Colum. l. 10. v. 137.* Quæ duri præbent cymoſa ſtirpe Sabelli.

Cymothŏe, f. 1. Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, a κῦμα, *unda*, & θέω, *curro*, quod per fluctus diſcurrat. *Virg. 1. Æn. v. 144.*

Cyna, æ, f. arbor eſt in Arabia, folio palmæ ſimilis, ex quo Arabes veſtes ſibi conficiunt. *Plin. l. 12. c. 12.*

Cynegetĭcus, venatorius. Cynegetica volumina, quæ de venatione tractant; & ita inſcripſere opus ſuum Gratius, & Olympius Nemeſianus.

Cynĭce, es, Cynicorum ſecta, apud *Auſon. epigr. 27.*

Cynĭce, adverb. Cynicorum more, ut cynice accipe, *Plaut. Stich. 5. 4. 22.* V. ibi Taubmano.

Cynĭci, m. 2. κυνικοί, Philoſophi ab Antiſthene profecti, ita dicti a Cynoſarge gymnaſio, ubi verſabatur Antiſthenes, vel a κύων, *canes*, quaſi canini, a canina mordacitate, qua in hominum vitia nullo diſcrimine invehebantur, ſive quod tantum more in propatulo ſcire non dubitarent. Hi Phyſicam, & Dialecticam tollebant, ſolique Morali incumbebant, repudiabant liberales artes, maxime Geometriam, & Muſicam. *Juven. ſat. 13. v. 121.* Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica diſtantia. Ubi Scholiaſt. Cynici, & Stoici idem erant, excepto quod Cynici nudi philoſophabantur, unde & Gymnoſophiſtæ vocati. Stoici vero veſtiti, &c.

Cynĭcus, a, um, adject. ut Cynica cœna, h. e. vilis, & ſordida, qualis erat Cynicorum. *Petron. Satyr.* Cynica Gens, apud *Plaut. Perſ. 1. 3. 43.* Cynicus autem proprie caninum ſignificat. Sed V. *Cynici*.

Cyniphius, vel Cinyphius, quod ad Cinypem, ſeu Cinyphum fl. ſpectat. *Virg. 3. Georg. v. 312.* Nec minus interea barbas, incanaque menta Cinyphii tondent hirci, ſetaſque comantes. ¶ Eſt autem Cinyps, ſeu Cinyps, fluv. Getuliæ, vel, ut alii dicunt, opp. & flu. Africæ, apud quem hirci villoſiſſimi naſcuntur.

Cynocephalĭa, f. κυνοκεφαλία, herba canino capiti ſimilis, al. oſirites, ad omnia venena efficax. *Plin. l. 30. c. 2.*

Cynocephălus, m. 2. *Plin. l. 6. c. 30.* ſcribit, Cynocephalos hominum eſſe monſtra, canino capite, & latratu, apud Indos. ¶ Anubis quoque Ægyptiorum Deus, quod caninum caput haberet, ita dictus. *Minut. Felix c. 21.*

Cyno-

Digitized by Google

Cynocephallon, n. 2. κυνοκεφάλιον, herba, al. puſicaris. *Plin. l. 30. c. 2.*

Cynogloſſus, m. 2. ſive cynogloſſum, n. 2. ſive cynogloſſa, f. 1. κυνόγλωσσον, lingua canis, herba, quæ folia linguæ caninæ ſimilia habet. *Plin. l. 25. c. 8.*

Cynomorion, n. 2. herba, al. orobanche, cauliculo pingui, & rubenti, ſine foliis, a ſimilitudine genitalis canis. *Plin. l. 22. c. 25.*

Cynopŏlis, f. 3. & Cynoſpolis, ideſt urbs canum, urbs exc. Ægypti ad Nilum fl. inter Oxyrinchon, & Hermopolim, ubi Anubis colebatur, & honor, & ſacer quidam cibus canibus conſtitutus erat.

Cynops, opis, κυνὼψ, herbæ genus ſpicatum. *Plin. l. 21. c. 17.*

Cynŏpus, κυνόπους, piſcis marinus, quaſi caninos pedes habens. *Plin. l. 32. cap. ult.*

Cynorrhŏdon, n. 2. κυνόῤῥοδον, roſa ſylveſtris, al. lilium rubens, frutex, cujus radix ad morſum canis rabidi præſtantiſſimum remedium eſt. *Plin. l. 25. c. 2.*

Cynosbătos, f. 2. κυνόσβατος, genus rubi, al. cynoſpaſtos, ſentis canis, a gen. κυνὸς, canis, & βάτος, ſentis, ſpina, rubus. *Plin. l. 24. c. 14.*

Cynoſorchis, fæm. 3. κυνὸς ὄρχις, herba, al. cynoſarconia, orchia, teſtis caninus, folia oleæ mollibus teretis, parviſqua, ſemipedis longitudine, in terra ſtratis, radice bulboſa, oblonga, duplici ordine ſuperiora, quæ durior eſt, inferiore, quæ mollior. *Plin. l. 27. c. 8.*

Cynoſſēma, n. 2. prom. Cherſoneſi Thraciæ, apud Seſtum, ubi Hecubæ ſepulcrum monſtrabatur, a gen. κυνὸς, canis, & σῆμα, ſepulchrum, quia Hecubam in canem converſam eſſe fabulantur. *Plin. l. 4. c. 11.*

Cynosūra, prom. Achaiæ, al. Doriſcum, *Capo Sidro*, in ora Atticæ, apud Aſopi fl. oſtium, al. in Peloponneſo, apud Tegeam, & Erymanthum.

Cynosūra, æ, f. *Orſa minore*, Sidus ſeptentrionale, ſeptem conſtans ſtellis, quod & Urſam minorem vocamus. Phœnice etiam appellatur, teſte Hygino, quod a Phœnicibus potiſſimum obſervari ſolita ſit: eſt enim Poli Arctici index. ¶ Dicta eſt Cynoſura, hoc eſt canis cauda, quia habet duas ſtellas ex una parte, quæ caninam caudam erectam efficere videntur. Plura vide in Arctos. *Cic. in Arato l. 2. de Nat. Deor. c. 41.* Ex his altera apud Grajos Cynoſura vocatur.

Cynosūris, idis, f. idem quod Cynoſura, κυνοσουρίς. *Ovid. 5. Triſt. el. 3. v. 7.* Stellis Cynoſuridos Urſæ.

Cynosūrus, a, um, adject. κυνόσουρος, ut cynoſura ova, h. e. inania, aeris tantummodo plena, quando ſcil. caniculæ tempore caloris nimia vi putreſcunt, dicta ἀπὸ τῆς κυνοσούρας, quaſi canis urina, ut explicat Harduin. *urina ſlantiva*. *Plin. l. 10. c. 60.* Ova urina fiunt, incubatione derelicta, quæ alii Cynoſura dixere.

Cynozŏlon, n. 2. herba ſic dicta, quod fœtore ejus ricini canum auribus decidant, *Plin. l. 22. c. 18.*

Cynthĭus, a, um, adject. a Cyntho, ut Cynthius Apollo, qui & Cynthius abſolute dicitur. *Horat. l. 1. od. 21. v. 2.* Intonſum pueri dicite Cynthium. Sic Diana Cynthia dicitur, apud *eund. l. 3. od. 28. v. 12.* Et *Lucan. l. 1.* Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu. Lunam intelligit. V. Cynthus.

Cynthus, m. 2. Κύνθος, Deli mons uſque adeo editus, ut totam inſulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati altique ſunt. Hinc Cynthius ille, hæc Cynthia appellati.

Cynus, Κῦνος, Locrorum opp. vel ut aliis placet, navale. *Plin. l. 4. c. 6. Liv. l. 8. Dec. 3.*

Cypariſſæ, vel Cypariſſiæ, appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere ſolent ad ſimilitudinem cupreſſi. *Feſtus*, & *Senec. l. 1. quæſt. natur. c. 15.*

Cypariſſi, Cypariſſæ, Cypariſſos, Cypariſſia, *Arcadia*, urbs Peloponneſi, in ora Meſſeniæ lit. ad oſt. Cypariſſeidis fl. inter oſt. Electræ, & Nedæ fl.

Cypariſſium, n. 2. *Capo Conelio*, al. *Capo S. Elia*, prom. Peloponneſi, non longe ab urbe Cypariſſia.

Cypariſſus, & per ſyncopen cypreſſus, & mutatione *y* in *u* cupreſſus, f. 2. κυπάρισσος, arbor eſt procera, caudice oblongo, & recto, folio pini, ſed carnoſiore, mollioreque, atque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi, fructibus, qui coni dicuntur, nuci pineæ ſimilibus, ſed longe minoribus, a κύω, pario, & πάρισος, æqualis, quia ramos, & fructus æquales parit. ¶ Diti ſacra erat, & funebri ligno ad domos ponebatur, ne quis rem divinam facturus imprudens funeſtam domum introiret. Nam exciſa non renaſcitur. ¶ Duplex eſt, mas, quæ latius ſpargit ramos, & inita inter arbores fœcunditate eſt, quippe quæ trifera eſt, fructuſque habet & Januario, & Majo, & Septembri maturos: & fœmina, quæ ſterilis eſt, ad metæ formam in faſtigio convoluta. *Virg. Æn. 3. v. 680.* Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi. V. *Cupreſſus*.

Cypariſſus, m. 2. nomen pueri Telephi fil. quem Apollo amavit. Cum imprudens cervum ſibi chariſſimum ſagitta occidiſſet, petiit a Cœlitibus, ut omni tempore lugeret. Igitur in arborem ſui nominis mutatus eſt. *Ovid. 10. Met.*

Cypēris, f. 3. herba Indiana gingiberis effigie. *Plin. l. 21. c. 18.*

Cypērus, m. 2. vel cyperum, n. 2. *cipero*, κύπειρος, genus junci, a cyprus, arbor odorata. *Plin. l. 21. c. 18.*

Cypirus, m. 2. κύπιρος, herba, al. gladiolus, radice bulboſa, & odore vicino nardo. *Plin l. 21. c. 18.*

Cypriăcus, a, um, adject. idem quod Cyprius, ut Cypriaca expeditio. *Valer. Max. l. 4. c. 3. n. 3.*

Cypriānus, i, m. Cæcilius Cyprianus ante ſui converſionem Rhetoricam docuit; factus deinde Epiſcopus Carthaginienſis, Eccleſiam ſcriptis illuſtravit, martyr demum occubuit ſub Valeriano & Gallieno. Ejus vitam ſcripſit Pontius Diaconus.

Cypricus, a, um, adject. idem quod Cyprius, ut Cyprica laurus, *Cato R. R. c. 8.*

Cyprīnum, i, n. oleum, ſeu unguentum eſt quoddam, de quo multa *Plin. l. 13. c. 1. & 23. c. 4.* ¶ Refertur inter ea, quæ calefaciunt, a *Celſo l. 2. cap. ult.*

Cyprīnus, m. 2. *reina*, κυπρῖνος, piſcis ex genere rhomborum, a Cypride, hoc eſt Venere, quia piſcis eſt fœcundus, quippe qui ſingulis annis ſexies parit. *Plin. l. 9. c. 16. & 51.*

Cyprius pes, eſt qui conſtat quinque ſyllabis, quarum prima brevis eſt, ſecunda longa, tertia & quarta brevis, ultima longa, ut ἀναπόλεμον. Huic contrarius eſt *Anticyprius*, in quo prima eſt longa, ſecunda brevis, tertia, & quarta longa, ultima brevis, ut *pertimeſcebat*. *Diomed. l. 3.*

Cypris, idis, vel idos, f. *Ciprigna*, Venus, quæ in Cypro maxime colebatur. *Auſon. epigr. 56.* Vera Venus Cnidiam cum vidit Cyprida, dixit, &c. *Maximian. Gall. eleg. 1. v. 92.* Diligit & florem Cypris ubique ſuum.

Cyprium, æs, vel Cyprium, ii, abſolute, n. 3. *rame*, Gal. *cuivre*, Hiſp. *cobre*, κύπριος χαλκός, cuprum. *Plin. l. 33. c. 5.* Teritur Cyprio ære in Cyprio mortario. *Id. l. 36. c. 26.* Aridis lignis coquitur, addito cyprio, ac nitro. ¶ Ideo autem hoc nomine appellatur, quia in Cypro inſula primo repertum traditur.

Cyprius, a, um, o. 1. 2. quod ex Cypro inſ. eſt, ut Cyprium æs. V. ſup. ¶ Cypria etiam dicta Venus, vel quod in Cypro nata ſit, vel quod primum ei templum ibi ſit conſtitutum. ¶ *Cyprio bovi merendam*, proverbium eſt, quod ex Ennio citat Feſtus, & dicitur de ſordidis convivis & inſipidis, cum convivio itidem ſordido & inſipido accipiuntur. Cyprii enim boves humano ſtercore aeſci ſoliti.

Cyprus, fœm. 2. Acamantis, Ceraſtis, Amathuſa, Aſpelia, Macaria, Cypros, Colinia, *Cipro*, Κύπρος, inſ. Aſiæ, in mari medit. ſeu Pamphylio, ſeu Carpathio, in ſinu Iſſico, inter mare Syriacum, & mare Cilicium ab Or. in Occ. extenſa, & inter Clides prom. Or. & Acamantem prom. Occ. a Sept. ¶ Duas habet metropoles. Una eſt Græcorum, quæ olim Salamis, vel Salamina dicta eſt, nunc Conſtantia. Altera eſt Latinorum, quæ Leucoſia nominatur. ¶ Fuit hæc inſula Veneri ſacra. V. *Cyprius*.

Cyprus, f. 2. arbuſcula, al. liguſtrum, ſemine atro, non abſimili ſambucino acino. Ejus flos in oleo decoquitur, fitque ex eo unguentum, quod cyprinum dicitur. *Plin. l. 23. c. 4.*

Cypſelides, æ, patronym. a Cypſelo Corinthi tyranno. *Virg. in Cyri, v. 464.* Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi.

Cypſēlus, m. 2. Periandri pater, Corinthiorum Tyrannus, a κυψέλη, ciſtula, in qua delituit occultatus a matre, cum ad perniciem quæreretur. *Cic. 5. Tuſc. & de Fato.* Ejus poſteri *Cypſelidæ* dicti ſunt. *Herod. l. 5.*

Cypſēlus, m. 2. κύψελος, avis, al. apus, ex hirundinum genere, a κυψέλη, capſæ genus ex vimine, vel luto, quia nidos facit ad capſulæ formam. *Plin. l. 10. c. 39.*

Cyreaſs, m. 2. *Circaſſi*, urbs Lithuaniæ, in ora maris Euxini, ad Boryſthenem fl.

Cyercurum, navis Aſiana prægrandis. V. Cercurum.

Cyrenæus, a, um, adject. idem quod Cyrenaicus. *Cic. 4. Acad. c. 24.* Cyrenæi videntur mihi minime contempti Philoſophi.

Cyrenaica, f. 1. regio Africæ, mari medit. Africo expoſita, in Libya exteriore, inter Africam propria dictam, ſeu reg. Tripolitanam ad Occ. & Marmaricam ad Or. in ea parte Barbariæ, quæ dicitur Regnum Barcæ. Incipit a Syrti magna. In ea Pentapolis regio, *Meſrata*, ubi Cyrene totius tractus præcipua. *Plin. l. 10. c. 29.*

Cyrenaici, Philoſophi, quorum princeps fuit Ariſtippus, qui ſummum bonum ponebant in voluptate, quæ ſenſibus percipitur, dicti a Cyrene patria Ariſtippi. *Cic. 3. Off. 2. Acad. 1. Tuſc. 1. de nat. Deor.*

Cyrenaicus, a, um, adject. ad Cyrenem pertinens, ut Cyrenaica provincia, *Plin. l. 2. c. 43.* V. *Cyrenaica*. Cyrenaici Philoſophi, V. *Cyrenaici*.

Cyrēne, es, f. vel Cyrenæ, arum, *Corene*, al. *Caironan*, urbs primaria Cyrenaicæ reg. quæ ab illa nomen accepit, in Regno Barcæ, verſus Syrtim magnam, apud oram lit. ad Daarum fl. in colle. Condita eſt a Batto Laconico anno mundi 3560. urbis Romæ 143. Olympiad. 43. & nuncupata a Cyrene, ſeu Cyrena, Panei Regis Arcadiæ filia, quam Apollo raptam e monte Pelio in Libyam Africæ regionem tranſtulit, ex qua filios ſuſcepit quatuor, Ariſtæum, Nomium, Autocum, & Argæum. V. *Juſtin. l. 13. Catul. carm. 7.* Quam magnus numerus Libyſſæ arenæ *Laſerpiciferis* jacet Cyrenis.

Cyrenenſis, e, adject. gentile, a Cyrene. *Plaut. Rud. 3. 2.* proh Cyrenenſes populares.

Cyreus, a, um, adject. a Cyro. *Cic. Attic. l. 9. ep. 10.* Noſtram ambulationem, & Laconicum, & ea quæ Cyrea ſunt, velim inviſas. h. e. quæ a Cyro quodam architecto conſtructa.

Cyrillus, i, Alexandriæ Epiſcopus fuit, cujus extant ſcripta, quibus in hæreticos, Neſtorium præcipue, invectus eſt acerrime. Vixit temporibus Theodoſii junioris.

Cyrnea. V. Cirnea.

Cyrnearius, ii, m. legitur in *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 643. n. 2.* & fortaſſe ſignificat eum, qui cyrneas ſeu cirneas facit.

Cyrnæus, a, um, adject. a Cyrno inſula, h. e. Corſica. *Virg. Ecl. 9. v. 30.* Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyrni, Indorum populi, qui centum & quadraginta annos vivere crediti ſunt. *Plin. l. 7. c. 2.*

Cyrnus, inſula eadem ac Corſica. *Plin. l. 3. c. 6.* ¶ Item inſula maris Ægei, inter Leucadiam & Achajam, *Id. l. 4. c. 12.*

Cyropædia, æ, f. liber Xenophontis de vita & diſciplina Cyri, quem laudat *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1.*

Cyropŏlis, f. 3. *Sammachi*, *Summachi*, Perſis *Circombaco*, Arabibus *Chryſoleeb*, urbs ampla, & præclara Mediæ Atropatiæ, inter Artaxata & Portas Ferreas.

Cyrrha. V. Cirrha.

Cyrus, m. 2. Κῦρος, fil. Cambyſis Perſæ ex Mandana filia Aſtyagis Regis ultimi Medorum, primus Rex Perſarum. Subacta Aſia, & univerſo Oriente in poteſtatem redacto, Scythis bellum intulit, a quibus victus, & interfectus eſt. Regnavit annos 30. Ei filius Cambyſes ſucceſſit. *Juſtin. l. 1.*

Cyta, urbs Colchorum, patria Medeæ, quæ inde Cyteis dicta eſt.

Cytæinus, a, um, adject. a Cyteide deductum, & ponitur pro magico. *Propert. l. 1. el. 1. v. 24.* & ſidera, & omnes Poſſe Cytæinis ducere carminibus.

Cytæis, idis, Patronym. fœm. *Propert. l. 2. el. 4.* Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis. h. e. Saga aliqua, qualis Medea fuit.

Cytæus, a, um, adject. a Cyta opp. *Propert. l. 1. el. 1.* Et omnes Poſſe Cytæis ducere carminibus. Sic enim legendum docuit Scalig.

Cyterium, n. 2. *Ceriſano*, opp. Calabriæ cit. in agro Conſentino, ad rad. montis, apud Pandoſiam urb. exc.

Cytæus, a, um, adject. itidem a Cyta. *Valer. Flacc. Argon. l. 5. v. 693.* Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cytæis.

Cythēra, orum, n. 2. Porphyruſſa, Porphyris, *Cerigo*, inſ. maris Ægæi, in ora Peloponneſi, cum urbe cognomine & portu. Narrant, Venerem primum in hanc inſulam concha marina vectam fuiſſe. Hinc Cytherea dicta eſt, 2. ſyll. cor. ¶ Dicitur etiam Cythera, æ, f. gener.

Cytherēa, æ, f. Venus. *Virg. 1. Æn. verſ. 257.* Parce metu Cytherea. ¶ Notandum autem, ſecundam hujus nominis ſyllabam aliquando etiam produci. *Ovid. 4. Faſt. v. 15.* Mota Cytherea leviter mea tempora myrto Contigit. Al. leg. *Cytheriaca*, quod idem eſt.

Cytherēis, idos, f. idem quod Cytherea. *Ovid. Met. 4. v. 288.* Mercurio puerum diva Cythereide natum.

Cytherēius, a, um, adject. poſſeſſiv. a Cytherea, ut Heros Cythereius, pro Ænea Veneris filio. *Ovid. 3. Faſt. v. 611.* ¶ Legitur etiam Cythereus, a, um. *Horat. l. 1. od. 4.* Jam Cytherea choros ducit Venus.

Cytheriăcus, a, um, aliud adject. idem quod Cythereius. *Ovid. Heroid. 7. v. 60.* Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Cyterius, vel Cytherius, a, um, adject. *Cic. Attic. 15. ep. 22.* M. Antonium appellat *Cyterium* propter Cyteridem, ſeu Cytheridem meretricem, quam adamabat: quæ eadem eſt cum Lycoride *Virgilii Ecl. 10.* teſte *Servio ad initium ejuſdem Eclogæ*.

Cythæron. V. Citheron.

Cythnus, f. *Citno*, inſ. maris Ægæi, ſeu Myrtoi, una Cycladum, apud Atticam, & Eubœam, ſeu verſus oram Atticæ, inter Ciam, & Seriphum.

Hæc

Digitized by Google

Hæc inſula ab Amphitryone maxima æſdicta eſt. Hinc prov. *Cythnlea calamitates*, de magnis cladibus.

Cythoriacus, & Cythorius, a, um, adject. a Cythoro monte. *Ovid. 6. Met. verſ.* 135. Utque Cythoriaco radium de monte tenebat. *Catull. Carm.* 4. Nam Cythorio in jugo loquente ſæpe ſibilum edidis coma.

Cythōrus, i, m. mons in Paphlagonia, buxo abundans. *Virg. 2. Georg. v.* 437. Et juvat undantem buxo ſpectare Cythorum.

Cythīnus, i, m. flos mali punici ſativi, erumpere incipiens. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Dictus a [illegible], tumor.

Cytiſus, ſ. 2. *citiſo*, [illegible], genus fruticis, qui naſcitur inter campos, & ſylvas, a Cythno inſ. ubi primum inventus eſt. ¶ Frutex hic pabulo pecudum, maxime vero ovium & caprarum conveniens eſt, apibus etiam gratiſſimus. *Plin. l.* 13. *c.* 24. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 79. Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.

Cytonium, ii, n. malum Cotoneum, ſeu Cydonium. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 6. Ut mala, ſeu ſimplicia, ſeu granata, vel Cytonia, quæ cotonea vocat Cato.

Cyzicēnus, a, um, adject. ad Cyzicum pertinens, ut Cyzicenorum urbs, *Cic. de Leg. Manil. c.* 8. ¶ Cyzicenus ſtater viginti octo drachmas valebat. V. Hadrian.

Cyzicus, ſ. 2. vel Cyzicum, n. 2. *Chizico*, *Spiga*, [illegible], urs Myſiæ, in Aſia, in inſula cognomine, pene continenti juncta, ad Propontidem, & oſt. Æſapi fl. cum mœnibus, arce, & turribus marmoreis, magnitudine, & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, tribus armamentariis inclyta, quorum unum armorum, alterum inſtrumentorum, tertium frumenti erat receptaculum, condita anno mundi 3953. poſt Romam 70. dicta a Cyzico Rege, quem Jaſon per imprudentiam interfecit. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 9. ¶ Populi Cyziceni, *Cic. pro Leg. Manil. c.* 8.

DE LITTERA D.

D Litera, in ordine Alphabeti quarta, ex numero mutarum, quæ quandoque pro th aſpirato ponitur, ut *Theos*, *Deus*, quandoque convertitur in b, ut *duellum*, *bellum*, *Duellona*, *Bellona*. ¶ In numeris D quingenta ſignificat. Olim enim ſic ſcribebant IↃ: ex quo factum eſt, ut duæ illæ literæ vel ex ſcriptorum errore, vel conſuetudine ſenſim irrepente conjungerentur.

Dæ, Dahæ, Dai, pop. Aſiæ, in Scythia, Maſſagetis finitimi, apud Caſpium mare. *Virg. Æn.* 8. *v.* 728. Indomitique Dæ, & pontem indignatus Araxes.

Dabūla, palmæ genus apud Arabas Scenitas. *Plin. l.* 13. *c.* 4.

Daca, poma viliſſima, ſed præcocia. *Plin. l.* 15. *c.* 24.

Dacia, ſ. 1. [illegible], ingens regio Europæ. A Mer. & Or. habet Danubium, a Sept. Carpatem M. ab Occ. Tibiſcum flu. Dividitur in tres regiones, Tranſylvaniam, Moldaviam, & Valachiam, Aluta flu. Tranſylvaniam a reliquis ſeparante. Sed alia Dacia antiqua ultra Iſtrum fuit, quam Trajanus Imperator in provinciam redegit, Aurelianus autem habitatores ejus cis Iſtrum tranſtulit, & hæc Dacia Ciſiſtriana dividitur in Daciam Ripenſem, & Mediterraneam.

Dacicus, a. 1. 2. qui eſt ex Dacia. ¶ Dacicus item, qui Daciam vicit, ut Germanicus, qui Germaniam. *Juven. ſat.* 6. *verſ.* 204. Cum lance beata Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro. Ubi ſermo eſt de nummo, in quo inſculpta fit imago Domitiani, qui Dacos devicerat.

Daciſci milites Claudio Imperatori dicebantur, quos Nero Auguſtianos vocabat: utpote qui ex legionariis, alariis, & manipularibus electi, proprium aliquod, & ab aliis diverſum nomen pro libito Imperatoris ſortiebantur. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 17.

Dacnādes, ſ. 3. [illegible], avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire ſoliti ſunt, quæ morſicando, & cantillando potantes dormire non paterentur, a [illegible], mordeo. *Feſt.*

Dacrima, ſ. 1. idem ut lacryma. *Liv. Andron. apud Feſt.*

Dactylicus, a. 1. 2. quod ad dactylum ſpectat. *Cic. in Orat. c.* 57. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior. Sic dactylicus verſus, qui meris dactylis conſtat, ut ille *Virg. Æn.* 8. *verſ.* 696. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Dactyliothēca, ſ. 1. [illegible], annulorum capſula, a [illegible], anulus, & [illegible], capſula, ſive arcula, ubi quid reponitur. *Mart. l.* 11. *ep.* 60. Senos Charinus omnibus digitis gerit, Nec nocte ponit annulos, Nec cum lavatur, Cauſa quæ ſit, quæritis? Dactyliothecam non habet.

Dactylis, idis, ſ. quæ digiti longitudinem, vel craſſitudinem habet, ut dactylides vites. *Plin. l.* 14. *c.* 3. ita ſcil. dictæ a gracilitate digitali. ¶ Has eaſdem vites *Col. l.* 3. *c.* 2. Dactylos vocat.

Dactylus, m. 2. digitus apud Græcos. ¶ Item fructus palmæ, quia oblonga gracilitate digitum refert. ¶ Item pes, qui tribus ſyllabis conſtat, prima longa, reliquis brevibus, ut *Corpora*, inſtar digiti, qui conſtat tribus artubus, uno longiore, duobus brevibus, vel a Dactylis Sacerdotibus Cybeles qui æris tinnitu, & hujus pedis compoſitione, & cantu effecere, ne Jovis infantis vagitus a Saturno exaudiretur. A *Cicerone* herous pes dicitur, quod eo Heroum facta ſcribantur, *l.* 3. *de Orat. c.* 47. ¶ Item herbæ genus. *Plin. l.* 24. *c.* 19. ¶ Item piſcis e genere concharum. *Plin. l.* 9. *c.* 6. ¶ Item gemma. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Corybantes autem cur Dactyli dicti ſint, V. Corybantes.

Dacus, a. 1. 2. [illegible], quod eſt e Dacia. *Stat. l.* 4. *Silv.* 2. *in fin.* Cum modo Germanas acies, modo Daca ſonantem Prœlia. ¶ Daci, & Dacæ, populi iidem qui Dæ. ſed prima in *Daci* producitur. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Te Dacus aſper, te profugi Scythæ, &c. In *Daca* corripitur. *Sil. l.* 13. Curſu ſigna tulit, cui pervia Bactra, Dacæque.

Dædălus, m. 2. Athenienſis faber egregius, Icari pater, qui ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam, ſimulacra, quæ per ſe moventur, invenit, malum, & antennam navi impoſuit, &c. Accuſatus, quod Perdiccam ſororis filium interemiſſet, judicii metu in Cretam fugit. Ibi Paſiphaen ligneæ vaccæ incluſit, cum illa ſceleſtiſſime Taurum amaret, & labyrinthum effecit, in quo Minotaurus concluderetur. Tandem exilii tædio affectus, ceratis alis ex Creta effugit, una cum filio, ubi a Minoe Rege tanquam in cuſtodia detinebatur, quod ejus opera Regina tantum ſcelus admiſiſſet. Sed Icarus filius nimium alte volans, alis calore Solis diſſolutis, in mare cecidit, & interiit. *Ovid.* 8. *Metam.* ¶ A Dædalo, ob multiplex, variumque ejus ingenium, factum eſt adject. *Dædalus*, *a*, *um*, quo vocatur quicquid eſt artificioſe varium, & affabre factum. Hinc *Ennius* Minervam, *Lucretius* Tellurem, *Virg.* 7. *Æn.* Circen dædalam dixit. Dicitur de omnibus ſimulacris ligneis, & proprie de iis, quæ, cum naturaliter moveri videantur, tamen non natura, ſed arte moventur. Sed *Feſto* non opus ab artifice, ſed artifex ab opere dictus videtur, ſcil. a [illegible], diſco, ſcio, vel a [illegible], orno, vario.

Dæmogorgon, m. 3. [illegible], Deus terræ, vel Sapientia terræ, primus pater Deorum. V. *Boccat. l.* 1. *Gen.*

Dæmon, onis, m. [illegible], vox græca eſt, quæ ſignificat Spiritum tum bonum, tum malum. *Plato in Cratylo.* ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores Dæmon pro malo Spiritu accipitur. *Tertull. Apolog. c.* 22. *& alibi.* ¶ *Cicero* etiam adhibet hanc vocem, ſed græcis literis ſcriptam, *de Univerſ. c.* 11. ubi ait. Reliquorum autem, quos Græci [illegible] appellant, noſtri, opinor, Lares, ſi modo hoc recte converſum videri poteſt. ¶ Aſtrologis Dæmon eſt undecimus locus ab horoſcopo, græce [illegible]. *Jul. Firm. l.* 2. *c.* 19.

Dæmoniăcus, a, um, adject. ad Dæmonem pertinens. *Tertul. de An. c.* 46. De Oraculis quid pronunciabimus aliud, quam dæmoniacam eſſe rationem? *Lactant. l.* 4. *c.* 15. Judæi (miracula Chriſti) dæmoniaca fieri potentia arguebant.

Dæmonicŏla, æ, com. 1. qui Dæmonem colit. *Auguſtin. l.* 8. *Confeſſion. c.* 2. *circa med.*

Dæmonium, n. 2. dimin. a Dæmon. *Tertul. in Apol. c.* 37. Neſcitis, Genios Dæmones dici, & inde diminutiva voce Dæmonia? ¶ Item pro Dæmone in bonam partem uſurpatur ab Antiquis. *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 54. Eſſe divinum quiddam, quod Dæmonium (Socrates) appellat.

Dagnădes, V. Dacnades.

Dai, Perſarum pop. omnes paſtores. *Herod. l.* 1.

Dalivus, m. 2. ſopitus, ſtultus, inſanus, is, propter cujus fatuitatem quis miſereri debeat, per metatheſin a [illegible], vel Æolice [illegible], timidus, vanus. *Feſt.*

Dalmaſia, *Dieſſo*, opp. Rhætiæ, in Vindelicorum, ac Lycatiorum finibus, in Bavaria. Sed alia arx fuit Lycatiorum, in Vindelicia, ad Lycum fl. ubi poſtea Auguſta Vindelicorum, *Dieſſen* autem opp. Pontes Teſſenii exiſtimantur.

Dalmăta, m. 1. [illegible], qui ex Dalmatia eſt. *Cic. Vatin. l.* 5. *Fam. ep.* 11. Dalmatis Dii mala faciant. ¶ Adjective uſurpavit *Stat. l.* 6. *Sil.* 4. *v.* 14. Dalmatæ montes, ubi Dite viſo, &c.

Dalmatenſis, ſe, adject. idem quod Dalmaticus. *Vopiſc. in Claud. c.* 17. Singiliones Dalmatenſes.

Dalmatia, ſ. 1. *Dalmatzia*, *Schiavonia*, regio Europæ, pars major Illyrici ad Or. inter Liburniam alteram Illyrici partem ad Occ. Titio fl. ſeparante, & Macedoniam, Myſiamque ſuperiorem ad Or. Drilone fl. dividente, mare Hadriaticum, ſive Illyricum ad Auſt. & Pannoniam ad Bor. montibus disjungentibus, dicta Dalmatia a Dalmio, vel Delmatia a Delminio urbe Illyrica, quia regnante Gentio Illyricorum Rege Dalmatini ſe in libertatem vindicarunt, &, cum viginti oppida in ditione ſua haberent, ei regioni Dalmatæ nomen impoſuerunt, deinde aliis ſexaginta ſibi aſcitis, cum ad mare perveniſſent, Traguriniſque, & Epetinis infeſti evaſiſſent, id occaſionem præbuit primi belli Dalmatici, & tunc Dalmatia in provinciam a Romanis redacta eſt. Sed poſtea Dalmatæ Liburnis ab Occ. agrum ademerunt, Romanis vero Illyricum proprium, ita ut a Titio flu. uſque ad Drilonem fines ſuos proferrent. Denique Dalmatia dilatata fuit poſt Imperii declinationem ab Iſchia Dyrrhachium uſque. Igitur Liburnia etiam in Dalmatia, & Illyricum incluſa fuere. Sed poſterioribus temporibus a parte Or. reſtricta eſt ad Bojanam fl.

Dalmatĭca, ſ. 1. veſtis manicata, exterior, candida, cum clavis purpureis, quæ primo delicatiorum fuit, poſtea veſtis Sacerdotalis facta eſt, dicta a *Dalmatia* prov. quod primum in ea texta fuerit. *Iſid. l.* 19. *c.* 22.

Dalmaticatus, a. 1. 2. dalmatica indutus. *Lamprid. in Comm. c.* 8. Dalmaticatus in publicum proceſſit.

Dalmatĭcus, a, um, adject. e Dalmatia qui eſt, ut Dalmaticum frigus, *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam. epiſt.* 10. Dalmaticum bellum, *Suet. in Auguſt. c.* 2. Dalmaticum metallum, pro auro. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 153. Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo. Cujus rei ea forte ratio eſt, quod Dalmatas Auguſtus Cæſar per Vibium debellatos, fodere terras coegit, aurumque venis repurgare, ut narrat *Flor. l.* 4. *c.* 12. ¶ In nummo quodam Hadriani legitur Metall. Delmat pro Dalmaticum.

Dama, m. vel ſ. 1. [illegible], genus capræ ſilveſtris, a [illegible], metus, quod a [illegible], timeo, quia timida eſt. ¶ Differt a capreis ſolis cornibus, quæ in anteriorem partem habet incurvata. *Horat. l.* 1. *od.* 2. Et ſuperjecto pavidæ natarunt æquore damæ. *Mart. l.* 4. *epigr.* 58. *v.* 28. Aut impeditam ovibus refert damam. ¶ Maſculino genere legitur apud *Virg. Georg.* 3. *v.* 539. Timidi damæ, cervique fugaces. Ubi tamen *Servius* notat, Poetam genus mutaſſe, ut [illegible] vitaret. Eſt tamen alter *Virgilii* locus, qui priorem confirmat, nam *Eclog.* 8. *v.* 28. habet: Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Damalio, onis, m. *vitello*, [illegible], juvenca, bucula, vel vitulus, a voce græca, quæ allata eſt, quæ a [illegible], domo. *Lamprid. in Alex. c.* 22. Juſſit, ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.

Damaſcēna, æ, vel Damaſcene, es, regio circa Libanum, *Terra di Damaſco*. *Plin. l.* 5. *c.* 12.

Damaſcēnus, a, um, adject. ad Damaſcum pertinens, *di Damaſco*, ut Damaſcena pruna. *Plin. l.* 15. *c.* 13. De illis eſt diſtichon *Martialis l.* 13. 29.

Damaſcus, ſ. 2. *Damaſco*, Turc. *Scham*, vel *Sciam*, urbs Syriæ, in Cœleſyria, ad Chryſorrhoam flu. interfluentem, inter Hieroſolymam, & Hierapolim, ſive Haleppum. Condita eſt a ſervo Abraham.

Damaſichthon, onis, Niobes filius, cum ſex fratribus ab Apolline occiſus. *Ovid.* 6. *Met. v.* 254.

Damaſonium, n. 2. [illegible], herba eſt plantaginis folia habens, anguſtiora tamen, & in terram reflexa. A *Dioſcor.* [illegible] appellatur. *Plin. l.* 25. *c.* 10.

Damia, æ, cognomen Cybeles, ſive Bonæ Deæ, unde

Damium, n. 2. ſacrificium in honorem Damiæ, ſive Bonæ Deæ, a [illegible], populus, quia pro populo fiebat. Sed *Feſtus* dictum vult per antiphraſin, quaſi minime [illegible], publicum, quia in operto fieri ſolebat.

Damnabilis, le, adject. dignus qui damnetur, *condannabile*, *da riprendere*. *Trebel. Poll. in XXX. Tyran. c.* 27. Damnabili invidia dectus. *Sidon. l.* 6. *ep.* 1. Ad mea ipſe verba damnabilis, cum imperem quæ non impero.

Damnas, a. 3. *condannato*, *obbligato*, [illegible], Germ. *verdampt*, Gal. *condamné*, Hiſp. *condenado*, [illegible], damnatus, per ſyncopen, quo modo a primus *primas*, ab optimus *optimas*. *Quintil. l.* 7. *c.* 9. Hæres meus uxori meæ damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum. ¶ In caſibus obliquis non invenimus exemplum.

Damnatio, onis, ſ. 3. *condannagione*, [illegible], Germ. *verdamnuſſ*, [illegible], damnandi actus. *Cic.* 4. *Verr.* Docuiſſemque, hanc damnationem duci non oportere. *Id. in Piſ. c.* 16. Reorum acerbiſſimæ damnationes. ¶ *Plin. lib.* 20. *cap.* 11. In confeſſa damnatione (apiaſtrum) eſt venenatum in Sardinia. h. e. aperte damnatur ab omnibus, ut venenatum.

Damnator, oris, m. qui damnat. *condannatore*. *Tert. ad Nation. l.* 1. *c.* 3. Neque exquiſitio damnatoribus ſemper conſulenda.

Damnatorius, a. 1. 2. *condannatorio*. *Cic.* 5. *Phil.* Vivres in Zenonem judicium dabat

Digitized by Google

dabat illud ſuum damnatorium de jugerum profeſſione. *Sueton. Aug. c.* 33. Damnatoria tabella.

Damnatus, us, ui, m. idem quod damnatio. *Plin. l. 7. c.* 44. Alieno beneficio exiit a damnatu ſuo.

Damnatus, o. c. 2. *condannato*, καταδεδικασμένος, partic. a damnm. *Cic. in Ver.* Q. Hortenſio Prætore de pecuniis repetundis damnato. ¶ *Damnatus voti*, vel *voto* dicitur is, qui jam ejus, cujus gratia votum fecerat, compos factus eſt, quia tunc id, quod pollicitus eſt, præſtare cogitur. *Liv. l. 7. c.* 28. Ædem Junoni vovit, cujus damnatus voti cum victor reverti... &c. V. Damno. ¶ Alio ſenſu *Hor. lib.* 2. *od.* 14. *v.* 19. Damnatus longi Siſyphus laboris. h. e. ad longum laborem. ¶ Jungitur & dativo, ut damnatus morti, apud *Lucret. l. 6. v.* 1230. ¶ Comparat. damnatior. *Cic. in Piſ. cap.* 40. Quis te damnatior? ¶ *Sil. l. 3. v.* 331. Damnatum vivere paci. h. e. in perpetuo bello vivere.

Damnificus, a. 1. 2. qui damnum facit, vel infert. *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 62. Nequam beſtiam, & damnificam.

Damnigerulus, a. 1. 2. idem ac damnificus. *Plaut. Truc.* 2. 7. 1. Ite hac muli æris, damnigeruli foras gerones.

Damno, as, avi, atum, a. 1. *condannare*, חייב, Germ. *verdammen*, Gal. *damner*, Hiſp. *condenar*, *catenezire*, condemno, a *damnum*, quia pleriſque criminibus pecuniæ pœna imponebatur. Conſtruitur cum accuſ. & gen. vel abl. *Cic. Att. l.* 7. Damnaſſe ſceleris hominem amicum Reipub. videbatur. *Id. in Ver.* Poſcebat, ut is eo crimine damnaretur. ¶ Et cum præpoſit. *de*, ut de repetundis, de vi publica damnari. *Id. pro Cluent. c.* 41. *Tac. Ann.* 4. *c.* 13. ¶ Significat etiam improbare, tanquam damnoſum rejicere. *Cic. Tuſc.* 4. Rerum naturam potius, quam errorem damnare volumus. ¶ Item obnoxium reddere, obligare, quo ſenſu damnare votis homines Dii dicuntur, cum ea concedendo, quæ ab iis petuntur, obnoxios reddunt ad ea præſtanda, quæ voto promiſerint. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 80. Tibi ſic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. Dicitur etiam damnare voti. ¶ Damnare aliqui, & ad aliquid, eſt damnando deſtinare, ut damnare ad gladium. h. e. ad mortem gladio ſubeundam. *Ulp. l. 47. ff. tit.* 14. Sic damnare caput Orco, *Virg. Æn.* 4. Damnare in metalla, *Plin. l. 10. epiſt.* 66. Damnare aliquem ad Recuperatores. h. e. apud Recuperatores. *Plaut. Rud.* 5. 1. 2. ¶ Pro compellere, cogere jure, &c. *obbligare per via di giuſtizia*. *Cajus l. 8. ff. tit. 4. leg.* 16. Poteſt etiam in teſtamento hæredem ſuum quis damnare, ut altius ædes ſuas tollat, &c.

Damnonii, vel Dumnonii, populi Albionis in Occ. ubi nunc provinc. Devonia, & Cornubia. Eorum urbes fuere Iſca, Voliba, & Uxella.

Damnōſe, adver. cum damno. *Hor. 2. Ser. ſat. 8. v.* 34. Nos, niſi damnoſe bibimus, moriemur inulti.

Damnōſus, a, um, o. 1. 2. *dannoſo*, Germ *ſchedlich*, Gal. *dommageable*, Hiſp. *dannoſo*, ζημιώδης, qui damno eſt, ſeu damnum affert, ut alea damnoſa, *Mart. l. 14. epigr.* 18. Et *Ovid.* 3. *Amor. el. 6. v. 99. de amne*: Damnoſus pecori curris, damnoſior agris. *Liv. l. 6. c.* 11. Erat æris alieni magna vis, re damnoſiſſima etiam divitibus, ædificando contracta. ¶ Interdum damnoſus dicitur is, qui damnum patitur. *Plaut. Epid.* 2. 3. *v. ult.* Argentum accipiam a damnoſo ſene. h. e. infelici, multis damnis confecto. Alii leg. *denoſo*, vel *donoſo*. ¶ Damnoſi etiam dicuntur prodigi, & ſumptuoſi. *Ter. Heaut.* 3. 4. 10. Gerro, iners, fraus, helluo, Ganeo damnoſus.

Damnum, i, n. 2. *danno*, נזק, Germ. *ſchad*, Gall. *dommage*, Hiſp. *daño*, βλάβη, detrimentum, jactura, incommodum, malum, fraus. *Plaut. Capt.* 2. 2. 77. Damnum facere, h. e. amittere, jacturam facere. Sic *Cic. in Bruto, cap.* 33. Damnum Gracchi interitu Latinæ literæ fecerunt. ¶ Damnum peti rarum eſt, ſed tamen habet *Sen. l. 1. de Ira c.* 2. & *Lucan. l. 8. v.* 750. Habet etiam *Liv. l. 22. c.* 41. ſed alio ſenſu. ¶ Damnum dare, inferre, *Ter. Andr.* 1. 1. 116. ¶ Damnum infectum a JCtis dicitur illud, quod nondum factum eſt, futurum tamen veremur, ut definit *Cajus l. 2. ff. de dam. infect. Cic. Top. c.* 4. Si quis in pariete communi damni infecti promiſerit. Ubi ſubaudiendum eſt, *nomine*, quemadmodum dicitur, *dotis dare*. ¶ Ponitur etiam damnum pro multa, *caſtigo*, *pena*. *Cic.* 3. *Off. c.* 5. Hoc ſpectant leges, incolumem eſſe civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. Adde *Liv. l. 4. c.* 51.

Damŭla, f. 1. dim. a dama. *Apul. l. 8. poſt prim.* Nec ulla caprea, nec pavens damula. Ita leg. *Priceus*, & *Elmenhorſt*.

Dan, Tribus Judææ, in ora litor. maris mediter. Habet ad Or. Tribum Judam, ad Auſt. Tribum Simeon. Ejus præcipua urbs eſt Joppe, in ora litor.

Danăe, f. 1. per tres ſyllabas, Δανάη, Acriſii Argivorum Regis filia, neptis Abantis. Cum Acriſio prædictum eſſet, fore, ut a nepote interficeretur, Danaem in turrim incluſit, turrimque militum, & canum excubiis ab adulteris munivit. Sed Jupiter in imbrem aureum converſus, in turrim ingreſſus eſt. Danae ex Jove Perſeum peperit. Rex concluſam Danaen in arca una cum filio in mare projici juſſit. Delata illa arca eſt ad Apuliæ litus, & a piſcatore capta, & aperta. Danae una cum filio ad Pilumnum Regem ducta in uxorem accepta eſt, cui Daunum peperit, cum ex Apulia ad Rutulos migraſſent, & Ardeam condidiſſent. *Ovid. Met. l.* 4.

Danaeius, a, um, adject. a Danae, ut heros Danaeius. h. e. Perſeus Jovis ex Danae fil. *Ovid. Met.* 5.

Danăi, orum, m. Græci a Danao, qui Argis regnavit, ita appellati. *Virg. in Æneide paſſim*.

Danaĭdæ, arum, m. Δαναΐδαι, Danai, Græci. *Senec. in Troad. v.* 607. Quid agis, Ulyſſe? Danaidæ credent tibi? tu cui? parenti. *Id. ibid. v.* 757. Virtus Ulyſſis Danaidis nota eſt ſatis, Nimiſque Phrygibus.

Danaĭdes, dum, f. Δαναΐδες, filiæ Danai de quib. in voce ſequenti. *Sen. in Herc. Fur. v.* 757. Urnaſque fruſtra Danaides plenas gerunt.

Danăus, m. 2. al. Armaides, filius Ægithi, nepos Beli priſci, frater Ægypti. Anno mundi 3716. apud Ægyptim Regnum exorſus eſt. Ex compluribus uxoribus quinquaginta filias genuit, quæ Belides ab avo, Danaides a patre dictæ ſunt. Has cum peteret Ægyptus frater filiis ſuis, qui totidem erant numero, in uxores, Danaus Oraculum conſuluit, ex quo didicit, ſe a genero interfectum iri. Ut fratris vim effugeret, in Græciam navigavit, ubi Sthelcno, al. Sthenelo Rege expulſo, Argos tenuit. Sed Ægyptus filiis imperavit, ut patruum perſequerentur, nec niſi eo interfecto redirent. Belo igitur coactus Danaus promiſit, ſe Ægypti petitioni ſatisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias ſubornavit, ut clam ſe cultris armarent, & viros jam vino, lætitiaque ſopitos jugularent. Virgines patri obedientes captato tempore necarunt viros, unaquæque ſuum, excepta ſola Hypermneſtra, quæ Linum, ſeu Lynceum virum ſuum ſervavit. Quare ob tale nefas fabulantur apud Inferos hiſce virginibus ſupplicii loco præſcriptum eſſe dolium pertuſum aqua implere, e quo tantundem effluat, quantum infundatur. Hinc prov. *Dolium Danaidum*, quod in avaros competit, quorum avaritiæ nihil eſt ſatis, aut in prodigos, quorum profuſioni nullæ opes ſufficiunt, aut in homines futiles, qui arcana fidei ſuæ credita nequeunt continere. Danaus quinquaginta regnavit annos, ac tandem a Lynceo genero juxta oraculum interfectus eſt. *Boccat. l. 2. Gen.*

Danăus, a, um, adject. ad Danaos pertinens. *Ovid. Heroid. ep. 3. v.* 86. Quid laceras Danaas impiger Hector opes?

Dani, Daniæ populi bellicoſiſſimi, *Daneſi*.

Dania, f. 1. *Danimarca*, Ger. *Dennmarck*, Regnum Europæ ad Sept. Habet ad Auſt. Germaniam verſus Holſatiam, in aliis partibus circumcingitur mari Germanico, & mari Baltico. ¶ Urbs primaria, & Regia eſt Haphnia, *Copenhagen*, in Selandia, ad Sundicum fretum.

Daniſta, m. 1. *uſuraio*, *creditore*, נושה, Germ. *wucherer*, Gall. *uſurier*, Hiſp. *uſurero*, δανειστής, fœnerator, creditor, a δανείζω, mutuum do. Alii derivant a dando, quod det fœnori. *Plaut.* Morigerus eſt mihi daniſta, qui de me argentum non petit. Adde *Epid.* 1. 1. 53.

Daniſticus, a. 1. 2. δανειστικός, fœneratorius, *Plaut. Moſt.* 3. 1. 128. Genus hominum daniſticum.

Dano, is, antiq. verb. a. 3. pro do, *dare*. Utitur ſæpe *Plaut.* v. g. *Moſt.* 1. 2. 48. Adminiculum eis danunt.

Danōſus, a, um, adject. liberalis, a dano pro do. V. Damnoſus.

Dantiſcum. V. Gedanum.

Danubius, m. 2. Iſter, *Danubio*, Germ. *Donauw*, & *Tonduw*, fl. Germaniæ. Oritur ex Abnoba M. in Sylva Nigra, & in Comitatu *Bar*, prope Villingam oppid. Sueviæ, & verſus Beſſarabiam ſe in Pontum Euxinum exonerat per ſex oſtia, quorum duo tantum navigabilia ſunt, aliis ſenſim obliminatis, aut arena oppletis. Vocatur & Iſter. unde & binominis dicitur ab *Ovid. l. 1. Pont. epiſt.* 8.

Dapālis, & le, o. 3. *ſontuoſo*, λιπαρός, δαψιλής, quod diverſis, & amplis dapibus conſtat. *Plin. lib.* 10. *c.* 20. Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortenſius dapali cœna Sacerdotii. *Non. c. 2. n.* 200. Dapalis cœna eſt amplis dapibus plena. ¶ Dapalis Jupiter dicebatur a Vett. quod ei ſacra dapali epulo fierent. *Cato de R. R.*

Dapatĭce, *ſplendidamente*, λιπαρῶς, adv. laute. *Feſt.* leg. Daptice.

Dapatĭcus, a, um, o. 1. 2. *ampio*, *magnifico*, μεγαλοπρεπής, quod eſt amplum, magnificum. *Feſt.* melius leg. Dapticus.

Daphnæus, a, um, adject. ad Daphnem pertinens, ut Daphnæi Apollinis ſatum, apud *Ammian. l. 22. c.* 13. (*al.* 31.)

Daphne, δάφνη, Penei fluvii filia, quæ ab Apolline amata, cum ejus vim non poſſet effugere, implorato paterno numine, converſa eſt in laurum. *Ovid.* 1. *Met.*

Daphne, f. 1. regiuncula Theſſaliæ, per quam Peneus fl. labitur, ubi Daphne Nympha ab Apolline amata eſt.

Daphnenſes, Daphnes incolæ. *Eutrop. l. 6. c.* 11. Aliquantum agrorum Daphnenſibus dedit.

Daphĕa, f. 1. gemma comitialibus morbis utilis. *Plin. l. 37. c.* 10.

Daphnicus, a, um, adject. poſſeſſ. ad Daphnem pertinens. *Valentinus Gallicus in Aurelio, c.* 5. Diſſluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes. h. e. diſſolutis.

Daphnis, m. 3. Mercurii quarti filius, Latine *Laurus*, in Sicilia natus, juvenis formoſiſſimus, qui primus Bucolicum carmen inveniſſe dicitur. Poſtremo oculis captus eſt, quod ebrius cum aliena fœmina congreſſus eſſet, ut prædictum ei fuerat a Nympha. *Suid.* ¶ Item fil. Paridis, ex Enone Nympha Idæ M. qui ei cum Idæo natus eſt, quo tempore paſtoralem vitam agebat.

Daphnites, m. 1. Δαφνίτης, Apollo Ammonius.

Daphnoides, m. 1. δαφνοειδής, lauri genus, frutex ramoſus, craſſiore, ac molliore folio. *Plin. l. 24. c.* 15.

Daphnon, onis, m. *luogo*, *dove ſono molti lauri*, lauretum, locus multis conſitus lauris. *Mart. l. 10. epigr.* 79. Diſpoſuit Daphnona ſuo Torquatus in agro.

Dapĭno, a. 1. eſt dapes parare, non a dapibus, ſed a δαπάνη, *ſumptus*, vel a δαπανάω, *conſumo*. *Plaut. Cap.* 4. 2. 117. Æternum tibi dapinabo cibum, ſi vera autumas.

Daps, dapis, f. 3. & antiquitus dapis, is, vel dapes, is, *vivanda*, מטעם, Germ. *Speiſe*, Gall. *viande*, Hiſp. *manjar*, εἶλαπίνη, omnis magnificus, & opiparus apparatus, a δάπτω, *voro*. A *Feſto* ſic definitur, Daps apud Antiquos dicebatur res divina, quæ fiebat aut hyberna ſemente, aut verna, quod vocabulum ex Græcis deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. *Serv.* 1. *Æn.* ſcripſit, dapes Regum eſſe, epulas privatorum: & 3. *Æneid.* dapes eſſe Deorum, epulas hominum. Sed de omnibus magnificis, & opiparis conviviis dicuntur. *Liv. l.* 1. Tum ſacrum factum, adhibitis ad miniſterium, dapemque Potitiis, ac Pinariis. *Virg.* 3. *Æn. de Cyclope*, Expletus dapibus, vinoque ſepultus. ¶ *Ovid.* 8. *Met. v.* 683. Et veniam dapibus, nulliſque paratibus orant, *dimandano perdono della ſcarſo trattamento*.

Dapsĭlis, le, o. 3. antiquitus dapſilus, a, um, o. 1. 2. *abbondante*, *liberale*, Ger. *reichlich*, Gal. *abondante*, *ſomptueux*, Hiſp. *magnifico*, *liberal*, δαψιλής, abundans, liberalis, largus. *Plaut. Moſt.* 4. 2. 66. Dapſiles ſumptus facit. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 19. Dapſile convivium.

Dapsĭlĭter, idem ac dapſile. *Nav. in Corollar. apud Chariſ.* Ita dapſiliter ſuos amicos alit.

Daptĭce, adverb. δαπανηρῶς, magnifice. *Feſt.*

Daptĭcus, a, um, o. 1. 2. δαπανηρός, amplus, magnificus, a δάπτω, voro. *Feſt.*

Dardanarius, m. 2. *incettatore*, *ſtrozzino*, eſt, qui omnia peremit, ut carius vendat. Odioſiſſimo hominum generi odioſiſſimum nomen fecere, a Dardano inſigni Mago, quaſi Dardaniis, h. e. magicis artibus annonam in horrea ſua converterent, eorum inſtar, qui in leg. 12. Tab. dicuntur ex alienis agris pellicere fruges. *Ulpian. l. 47. tit. 11. leg.* 6. Ne dardanarii ullius mercis ſint. V. *Turneb. l. 9. Adverſ. c.* 17.

Dardania, f. 1. *Boſſina*, pars Mœſiæ ſup. ubi poſtea Dacia mediterr. & nunc Servia verſus Auſt. & Herzegovina. Pop. *Dardani*, vel *Dardanii*. ¶ Item regiuncula Aſiæ in Trojano Regno, inter Helleſpontum, & fontes Granici flu. ubi alias Dardania urbs, & Dardanium prom. medium inter Trojam, & Abydum. ¶ Item inſ. maris Ægæi Thraciæ adjacens, quæ poſtea Samothracia dicta eſt.

Dardanides, æ, m. qui eſt e Dardania. *Virg.* 3. *Æn. v.* 94. Dardanidæ duri. Et 5. *Æn. v.* 45. Dardanidæ magni, genus alto a ſanguine Divum.

Dardanis, idis, adject. f. quæ a Dardania eſt. *Ovid. Met. 13. v.* 413. Matres Dardanides.

Dardanium, ſive Dardanum, o. 2. aureum brachiorum ornamentum, ita dictum a Dardanis. *Plin. l. 33. c.* 3. Ut habeant in lacertis jampridem & viri, quod e Dardanis venit, itaque & Dardanium vocatur.

Dardanius, a, um, adject. Dardanus. *Colum. l. 10. v.* 357. At ſi nulla valet medicina repellere peſtem, Dardaniæ veniant artes. ſc. a Dardano mago. V. Dardanarium.

Dardanum, n. 2. Dardanium, Dardania, urbs olim Troadis lit. inter oſtia Simoentis, & Scamandri flu. ad fontes Simoentis, inter Abydum ad Bor. & Sigæum ad Mer.

Dardanus, m. 2. filius Jovis, & Electræ, qui, cum Jaſium frat. interemiſſet

Digitized by Google

ſet in diſſenſione de Regno, fugit in Samothraciam, deinde in Aſiam, locaque tenuit Helleſponto proxima, ubi Dardanum urbem condidit, & regionem Dardaniam appellavit. Vide *Dionyſ. l.* 1. *Antiqu. Rom.*

Dardănus, a, um, adject. gent. idem quod Trojanus, et Dardanus auctor, apud *Sil. l.* 1. *v.* 14. Dardana pubes, *Virg.* 5. *Æn.*

Dares, ētis, m. 3. Δάρης, Hiſtoricus Phrygius, qui primus bellum Trojanum, cui ipſe interfuerat, Græca conſcripſit, quod poſtea ab aliquo deterioris ævi Scriptore latine converſum eſt.

Darīus, ii. 2. Rex Perſarum, filius Hyſtaſpis, pater Xerxis. V. *Juſtin. l.* 1. & 2. ¶ Alius item fuit, Arſanis, & Syſigambis filius, qui ab Alexandro Magno victus eſt. V. *Juſtin. l.* 11. *Q. Curt. l.* 3. &c.

Dartos, i, n. δάρτος, tonica exterior nervorum, a qua teſticuli dependent. *Celſ. l.* 7. *c.* 18.

Daſypus, hujus daſypodis, com. *coniglio*, שפן, Germ. *haas*, *kinigle*, Gal. *lapin*, *conil*, Hiſp. *conejo*, δασύπους, lepus, vel melius cuniculus, a δασύς, hirtus, & πούς, pes. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant, ſicut lepores.

Datarĭus, a, um, adject. qui dari poteſt, vel dandus eſt. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 11. An non prius ſalutas? Sy. Nulla eſt mihi ſalus dataria.

Datātim, adver. invicem dando, ut Ludere datatim, hoc eſt, invicem dando, quemadmodum qui pila luſitant, quæ viciſſim mittitur, & remittitur. *Plaut. Curc.* 2. 3. 18. Tum iſti, qui pila ludunt datatim ſervi ſcurrarum in via.

Dathiatum, i, appellatur thus ſecundæ vindemiæ, viliorisque pretii, quod vere colligitur, inciſis hieme arboris corticibus. *Plin. l.* 12. *c.* 14.

Datĭo, ōnis, f. 3. actus dandi. *Cic. pro leg. Agr.* 2. *c.* 22. Cujus judicium, legumque datio, captorum agrorum ipſius virtute cognitio tollitur. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. Remittendum in datione.

Datīvus, a, um, adject. idem quod datarius, ut dativi tutores, qui teſtamento dati ſunt, *Ulp. in fragm. tit.* 11. §. 14. Sed *Juſtin. Cod. de legit. tut. l. ult.* Dativi tutores ſunt, qui a judice dantur. ¶ Dativus caſus apud Grammat. tertius eſt a recto, ut *tibi*, *patri*. *Quintil. l.* 1. *c.* 4.

Dato, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a do, *dare ſpeſſo*. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 10. Te datare, credo, conſuetum. *Plin. l.* 25. *c.* 5. *ſect.* 23. Binas, non amplius drachmas datavit.

Dator, oris, m. 3. *datore*, נותן, Germ. *geber*, Gall. *donneur*, Hiſp. *donador*, δοτήρ, qui dat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 734. Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno. ¶ In pilæ luſu datores dicuntur, qui pilam feriunt, & remittunt, qui vero primo jaciunt, factores. *Plaut. Curc.* 2. 3. 17. Tum iſti, qui ludunt datatim ſervi ſcurrarum in via, & datores, & factores omnes ſubdam ſub ſolum.

Datum, ti, n. 2. *coſa data*. *Cic. de Amic. c.* 16. Ut par ſit ratio acceptorum, & datorum. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 461. Sollicitare aliquem datis. ¶ Datum etiam dicitur in calculorum ludis. *Cic. apud Non. c.* 2. *n.* 781. Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis ſolemus, ut calculum reducas, ſi te alicujus dati pœnitet.

Datus, a, um, o. 1. 2. *dato*, δεδομένος, part. a do. *Ovid. de Art.* Multa rogant tradenda ſibi, data reddere nolunt. *Nepos* 7. 3. 2. Collegæ dati. Sic data opera, *a bella poſta*. *Plin. l.* 7. *epiſt.* 12.

Datus, us, m. 4. *il dare*. *Plaut. in Trin.* 4. 2. 26. Is mille nummum ſe aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico ajebat meo.

Daucus, o. r. 2. corrupte ex δαῦχος, qui facem præfert. *Plaut. Curc.* 1. 1. 9. Tute tibi puerus daucus luces cereum. Vulgo eſt, *puer et laurar*. ¶ Item herba, ſimilitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis, & minoribus, hirſutiſque, caule pedali recto, radice ſuaviſſimi guſtus. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

David, idis, notus Rex, & Propheta apud Hebræos, quod nomen *dilectum* ſignificat, vel *deſiderabilem*. A quo fit

Davidicus, a, um, adject. *Prudent. hymn. Epiphan. v.* 49. Jam flos ſubit Davidicus.

Daulia, *Eladoſagni*, al. *Diavolo*, urbs Macedoniæ medit. a Scampi parum diſtans 10 Auſt. ¶ Daulia item, vel Daulis, *Daulia*, urbs Phocidis, in Achaja, inter Delphos, & Buliam, olim ſub ditione Terei Regis Thracum. Hic hirundines non nidificant, nec luſciniæ pariunt. *Plin. l.* 4. *c.* 3.

Daulias, æ, patron. a Daulia urbe Phocidis. *Albinovan. Eleg. ad Liv. v.* 106. *de Philomela*. Deflet Threicium Daulias ales Itin. *Daulia* enim ſub Terei ditione fuit, de quo in avem verſo V. ſuo loco.

Daunia, Apulia Daunia, *Puglia piana*, nunc *Capitanata*, Prov. Regni Neapolitani. Habet ab Or. Apuliam Peucetiam Aufido flu. dividente, ab Occ. Aprutium, a Sept. mare Jonium, vel Hadriaticum, a Meridie Apenninum M. Dicta eſt a Dauno Pilumni, & Danaes filio. Sed aliqui a Dauno Illyricæ gentis claro viro, Diomedis ſocero, appellatam eſſe ſcripſerunt.

Dauniăcus, a, um, adject. idem quod Daunius. *Sil. l.* 12. *v.* 429. Jamque in Dauniacos perfundens agmina campos. Ita legit *Nic. Heinſ.* Alii Dauniaque.

Daunĭus, a, um, adject. qui eſt ex Daunia. *Puglieſe*. *Sil. l.* 8. *v.* 358. Daunia regna. *Hor. l.* 4. *od.* 6. *v.* 27. Camenæ Dauniæ.

Daunus, filius Pilumni ex Danae filia Acriſii. Natus eſt Ardeæ in Rutulis. Pilumnus enim, cum Danaen uxorem duxiſſet, ex Apulia, ubi regnabat, Acriſium metuens, quia ſere Acriſio ſubjecta erat, in Rutulos migravit, ibique Ardeam condidit. Sed tamen Daunus in Apuliæ parte regnaſſe dicitur, & de ſuo nomine Dauniam appellaſſe. Filium genuit, cujus nomen incertum eſt. Fuit avus Dauni ſecundi, proavus Turni. ¶ Daunus alter, nepos prioris, vel filius, ut alii volunt. Ex Venilia ſorore Amatæ uxoris Latini Regis multos filios ſuſcepit, ex quibus Turnum, & filiam, quæ Diomedi in uxorem data eſt. Sed aliqui dicunt, Turnum Dauni primi filium fuiſſe, & nepotem Pilumni. ¶ Eſt item nomen fluvii in Apulia.

Lautia. V. Lautia.

Davus, i, m. 2. antiquis idem, qui poſtea Dacus. Dacorum autem plurimi in Græcia ſervi erant. Hinc factum eſt, ut in Comœdiis ſervi Davi appellantur, ut Geta, Syrus, &c. A Natione enim ſæpe ſervi nominabantur. ¶ Habet hoc nomen cognationem quandam cum *Dolvum*, de quo ſup. *Ter. And.* 1. 2. 20. Davus ſum, non Oedipus, h. e. ſimplex, & minime aſtutus. *Horat. ad Piſon. v.* 114. Plurimum enim intererit, Davuſne loquatur, an heros. h. e. ſervus. Alii legunt Divuſne.

D ANTE E.

De, *da*, *di*, *de*, Germ. *von*, *waed*, prep. olim di, vel dis, a διά, quæ in compoſitione idem ſignificat, ut διαφέρω, differo. Significat *a*, vel *ab*, vel *ex*. *Cicer. pro Corn.* Audivi de parente meo puer. ¶ Item *circa*, *circa*. *Cic. in Fam.* Conſiliis tuis, quæ ſcribis de agris aſſignandis ab utriſque veſtrum, vehementer aſſentior. ¶ Item *propter*. *Ter. Eun.* 3. 2. 4. Ecquid nunc amas de fidicina iſthac? ¶ Item *in*, vel *per*, ut, da die, da nocte. h. e. per diem, per noctem. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 32. Surgunt de nocte latrones. *Sueton. Domit. c.* 21. Lavabat de die, prandebatque ad ſatietatem. *h. e.* ſtatim a matutino. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *epiſt.* 1. *ad fin.* Conſiderate diligenterque naviges de menſe Decembri. *Caſ.* 2. *B. Civ. c.* 35. De tertia vigilia exercitum reducit. ¶ Pro poſt, *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 8. Non bonus ſomnus eſt de prandio. ¶ Item quod attinet ad. *Plaut. Merc.* 3. 1. De lanificio neminem metuo. ¶ Significat etiam materiam, ex qua res fit. *Ovid. Metam.* 1. *v.* 127. De duro eſt altera ferro. ¶ Eleganter interponitur, ut hac de re, qua de re. *Cicer. de Invent.* Multis de cauſis.

Dea, æ, f. 1. *Dea*, Germ. *Gottin*, Gal. *Deeſſe*, Hiſp. *Dioſa*, θεά. *Virg. Ecl.* 4. *v. ult.* Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili. ¶ In dat. plur. facit *Deabus*, ubi diſtinctione opus eſt. *Cic. pro Rab. c.* 2. A Diis, Deabuſque immortalibus pacem pete. ¶ Facit etiam *Diis*. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. His Diis Helicona, atque olympum attribuerunt homines. *V. Voſſ. de Anal. l.* 2. *c.* 4.

Deacinātus, o. 1. 2. a quo acini obſterſi ſunt. *Cato de R. R. c.* 26. Si bene deacinata erunt dolia.

Deactĭo, peractio. *Feſtus*.

Dealbātor, oris, m. qui dealbat, albarius, λευκωτής. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. art.* Sculptores, dealbatores, cuſores.

Dealbātus, a, um, nom. ex partic. *imbiancato*. *Cic. Ver. c.* 55. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis.

Dealbo, a. 1. *biancheggiare*, הלבין, Germ. *weiſſen*, Gal. *blanchir*, Hiſp. *emblanquecer*, λευκαίνω, album reddo. *Curt. Cic.* 7. *Fam. epiſt.* 29. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. V. Fidelia.

Deamātus, V. in Deamo.

Deambulacrum, i, n. 2. locus, in quo deambulamus, *paſſeggio*. *Mamertin. Paneg. Jul. c.* 9. Fora, deambulacra, gymnaſia.

Deambulatĭo, f. 3. *paſſeggiamento*, περίπατος, actus deambulandi. *Ter. Heaut.* 4. 6. 2. Me hæc deambulatio, quamquam non laborioſa, ad languorem dedit.

Deambulatorĭum, ii, n. *paſſeggio*, locus ad deambulandum. *Capitolin. in Gordian. c.* 32.

Deambŭlo, n. 1. *paſſeggiare*, התהלך, Germ. *ſpacieren*, Gall. *ſe promener*, Hiſp. *paſſear*, περιπατέω, de loco ad locum ambulo, ut fit ſalutis, vel animi cauſa. *Cic.* 1. *de Leg.* Ubi, cum ſatis erit deambulatum, requieſcemus.

Deămo, a. 1. *amar di cuore*, עגב, Ger. *von hertzen lieb haben*, Gall. *aimer de tout ſon cœur*, Hiſpan. *querer muy bien*, ὑπεραγαπάω, valde amo. *Ter. Heaut.* 4. 6. 21. Deamo te, Syre. *Plaut. Truc.* 4. 1. Nuntiavit, mea dona deamata, acceptaque habita apud Phroneſium.

Deargentaſsĕre, obſolet. verbum infiniti modi, pro argento ſpoliare. *Lucil. apud Non. c.* 2. Depeculaſſere aliqua ſperans me, ac deargentaſſere.

Deargentatus, a, um, adject. *inargentato*, argento tectus, ut deargentata arma. *Oroſ. l.* 3. *c.* 12.

Dearmātus, a, um, adject. ex partic. verbi dearmo, exarmatus, armis ſpoliatus, *diſarmato*. *Liv. l.* 4. *c.* 10. Prælatis ſpoliis, quibus dearmatum hoſtium exercitum ſub jugum miſerat.

Deartŭo, as, a. 1. *ſmembrare*, נתח, Germ. *zerſtucken*, Gall. *demembrer*, Hiſp. *deſpedaçar en membros*, ἀρθρίζω, eſt in articulos diſſecare, vel per artus incidere, ab artuo. *Plaut. c.* 3. 4. 109. Deartuatus ſum miſer ſceleſti hujus techinis. *Id. ib.* 3. 5. 14. Delaceraviſti, deartuaſtique opes.

Deaſciātus, a, um, nom. ex partic. a deaſcio, dolatus, *polito*. *Prudent. Roman. v.* 381. Deaſciato ſupplicare ſtipiti.

Deaſcio, as, a. 1. aſcia polio. Tranſlate *Plaut. Mil.* 3. 3. 11. Tibi dixi, miles quemadmodum potis eſſet deaſciari. *h. e.* fraudari, decipi, mulctari.

Deaurātor, oris, m. qui inaurat, *indoratore*, χρυσωτής. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. art.*

Deaurātus, a, um, *indorato*. *Senec. ep.* 76. Cui deauratus eſt baltheus.

Deauro, as, a. 1. *indorare*, χρυσόω, eſt a ſummo ad imum aureum facere. *Cod. Theodoſ. l.* 1. *de Fabricenſ.* Bucculas tegerent argento, & deaurarent.

Debacchor, d. 1. *infuriare*, השתגע, Germ. *unſinnig werden*, Gall. *être en furie*, Hiſp. *uſar furor*, ἐκβακχεύομαι, proprie eſt per ebrietatem furere, tranſlate eſt inſanire generatim. *Ter. Adel.* 2. 1. 30. Si ſatis jam debacchatus es, leno, audi, ſi vis, nunc jam. Sa. Egon' debacchatus ſum autem, an tu in me? ¶ De inanimis etiam dicitur. *Horat. l.* 3. *od.* 3. *v.* 55. Qua parte debacchentur ignes. h. e. calores.

Debatŭo, is, a. 3. idem quod batuo, verbero. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 69. *Burm.*

Debellātor, ūi. 3. qui debellat, *debellatore*. *Stat. Theb.* 9. *v.* 545. Debellator cruenti gurgitis.

Debellātrix, icis, f. quæ vincit, & debellat, *debellatrice*. *Tertull. Apol. c.* 25. Græcia Phrygiæ debellatrix. *Lactant. l.* 1. *Inſtit. c.* 9. Libido pudoris, & famæ debellatrix. ¶ In exemplo allato Tertulliani *Rigaltius* mavult *debellator*; idque exemplis in re conſimili tuetur, & vet. librorum auctoritate.

Debellatus, a, um, adject. victus, ſuperatus bello, *debellato*. *Liv. l.* 8. *c.* 10. Vi hoſtis debellatos. ¶ Eleganter ponitur particip. debellato abſolute. *Liv. l.* 30. *c.* 8. Velut jam debellato, quod ad Syphacem Carthaginienſeſque attineret, *come finita la guerra*.

Debello, a. 1. *vincere in guerra*, נצח, Germ. *uberwinden*, *und bezwingen*, Gal. *vaincre en battaille*, Hiſp. *vencer en guerra*, καταπολεμέω, eſt bello vincere, & proprie dicitur de hominibus, ut expugnare de urbibus, caſtris, & hujuſmodi. *Plin. l.* 6. Darium Alexander debellavit. ¶ Debellatum eſt, bellum finitum eſt. *Liv. l.* 8. Debellatum eſt cum Græcis.

Debĕo, es, debui, debitum, n. 2. *dovere*, *eſſere debitore*, *tenuto*, *obligato*, חייב, Germ. *ſollen*, Gal. *devoir*, Hiſp. *dever*, ὀφείλω, eſt teneri, debitorem eſſe, a *de*, & *habeo*, quaſi de alio habeo. *Cicer. pro Planco*, Semper ita ſentiet talem ſe animum & generis dignitati, & pietati ſuæ, & patriæ debuiſſe. *Id. Fam.* 10. *ep.* 12. Perfice, ut ne minus Reſp. tibi, quam tu Reip. debeas. ¶ Debere interdum ea dicimur, quæ metuenda nobis impendent. *Hor. l.* 1. *od.* 14. *v.* 15. Tu niſi ventis debes ludibrium, cave, &c. h. e. niſi tu vis ventis ludibrio eſſe. Ita Græci ὀφλισκάνειν γέλωτα, debere riſum. h. e. ludibrio eſſe, ὀφλισκάνειν δίκην, condemnari. ¶ Debere non poſſe, *Ovid. Heroid. epiſt. Paridis*, *verſ.* 103. Non potui debere mihi ſpem longius iſtam, Cærulea peterem quin mea vota via. *Cicer.* 4. *Att. ep.* 2. Itaque oratio juventuti noſtræ deberi non poteſt. h. e. edenda eſt, quia flagitari a juventute video. ¶ Significat etiam *eſſer debitore*, & tam de pecuniis dicitur, quam de aliis rebus. *Cic. Phil.* 2. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis debebas. Sic debere alicui laudem, officium, beneficium, præmium, &c. idem *Cicero* ſæpe. *Virg.* 6. *Æn.* Corpora debentur fato. ¶ *Id.* 11. *Æn.* Nos juvenem exanimum, & nil cœleſtibus ullis Debentem, vano mœſti comitamur honore. h. e. mortuum. Vivi enim ſuperis obnoxii ſunt; mortui tranſeunt in poteſtatem inferorum. ¶ Item pro oportere. *Cicer.* 2. *de Orat. c.* 77. Partes orationis habere hanc vim debent. ¶ Debendus, a, um, part. paſſiv. *Alcim. Avit. l.* 6. *ad ſoror. v.* 149. Converſio fratrum Exemplo debende tuo.

Debĭbo, is, bi, idem quod bibo, *bere*. *Solin. c.* 12. Quorum alterum ſi ovillum pecus debibat, pullum fieri, &c.

De-

Digitized by Google

Debilis, le, *inabile*, *impotente*, *ſtorpio*, *invalido*, ἀνάπηρος, ἀσθενής, qui membro aliquo captus eſt: a *de* privativa, & *habilis*. *Cic. pro Rab. perd. c.* 7. Mancus, & membris omnibus captus, ac debilis. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 4. *v.* 19. tecto delapſus ab alto Occurrit regi debilis umbra ſuo. *Plin. l.* 7. *c.* 28. Cum ſacris arceretur, ut debilis. *ſcilicet* cui dextera manus deerat. *Cato R. R. c.* 157. Pueros ſi laves eo lotio, nunquam debiles fient. *h. e.* nervis laborabunt: *patiranno di gotta*. Et *Suet. in Veſpaſ. c.* 7. Quidam debili crure. *con una gamba ſtorpia*. Et *Martial. l.* 10. *epigr.* 65. Os blæſum tibi, debiliſque lingua. *difettoſo*, *impedita*. Et *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 227. Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis. *ſpallato*, *ſciancato*, *ſtroncato*. Et *Senec. controv.* 33. *l.* 5. Membra debilia. ¶ Et ſpeciatim de eo dicitur, qui brachia, vel pedes diſtortos, & impeditos habet. *Plaut. Merc.* 3. 4. 45. Claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis. *Senec. controv.* 33. *l.* 5. Hic cæcus eſt, hic debilis, hic mutus. ¶ Item de rebus aliis ſectis, ac mutilis. *Martial. l.* 8. *epigr.* 6. Hoc cratere ferox commiſit prœlia Rhætus Cum Lapithis: pugna debile cernis opus. *Id. l.* 7. *epigr.* 19. *verſ.* 12. Debilis boletus. *h. e.* caule aut mutilo, aut penitus reciſo. *Gronov.* Sic *Stat. l.* 4. *ſilv.* 9. *v.* 34. Debilis perna. *h. c.* cui pars abſciſſa eſt. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 67. Cumque ego deficiam, nec poſſim ducere currum, Fac, tu ſuſtineas debile ſola jugum. ¶ *Debile ſtar corpore* dicitur, qui vulnere tardus ac debilis eſt. *Stat. l.* 12. *Theb. v.* 144. ¶ Sumitur & generatim pro infirmo, imbecillo, languenti, *ſenza forze*, *debole*. *Lucret. l.* 4. *v.* 949. Debile fit corpus, langueſcunt omnia membra. *Phædr. l.* 4. *fab.* 1. *v.* 10. Meſtela annis ac ſenecta debilis. ¶ Tranſlate *Cic. pro Mur. c.* 25. Duo corpora eſſe reipublicæ, unum debile, infirmo capite, alterum firmum ſine capite. *Id. pro Mil. c.* 25. Occurrebat, mancam ac debilem præturam ſuam futuram, conſule Milone. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *circa med.* Sine manibus trunca eſſet actio, ac debilis. *Claud. lib.* 1. *in Rufin. verſ.* 317. pars ut maneret Debilior, faciliſque capi. ¶ *Debilo*, debilis. *Ennius*. Debilo homo. Ita *Nonius c.* 2. *n.* 208. Sed alii corrigunt *debil*, ut dictum ſit ea ratione, qua *volup*, *ſimul*, &c.

Debilitas, atis, f. 3. *debolezza*, חלישות, Ger. *ſchwachheit*, Gall. *foibleſſe*, Hiſp. *flaqueza*, ἀσθένεια, infirmitas. *Cic.* 5. *de Fin.* Ob eamque debilitatem animi multi parentes reliquerunt. ¶ Dicitur etiam de eo, qui mutilus, & mancus eſt. *Plin. l.* 7. *ep.* 18. debilitatem de eo dixit, qui omnibus membris extortus, & fractus eſt.

Debilitāte, *adverb.* debiliter. Auctorem habet *Non. c.* 2. *n.* 228.

Debilitatio, f. 3. idem ac debilitas, vel actus debilitandi. *Cic. in Piſon. c.* 36. Quid debilitatio, atque abjectio animi tui?

Debilitatus, *a*, um, adject. ex particip. *indebolito*, *reſo inabile*. *Cicer. pro Quint. c.* 1. Multis incommodis veritas debilitata. *Id.* 9. *Fam.* Debilitatus animo. *Curt. l.* 8. *c.* 1. Debilitatus vulnere. Rurſus *Cicer.* 2. *de Orat.* Debilitatus e jure cognoſcendo.

Debiliter, adverb. *debolmente*. *Pacuv.* apud *Non. c.* 2. *n.* 228. Lacrymis lingea debiliter ſtupet.

Debilito, as, a. 1. frango, infringo, comminuo, affligo, *indebolire*, חלש, Ger. *ſchwæchen*, Gall. *affoiblir*, Hiſp. *enflaquecer*, ἐξασθενίζω. *Cic. in Vatin.* Quæ leges ſæpenumero Tribunitios furores debilitarunt, & repreſſerunt. ¶ Significat etiam mutilare, truncare, *render' inabile*. *Leg.* 4. §. 15. *ff. de re milit.* Eum qui filium debilitavit, ut inhabilis militiæ ſit, &c. *Suet. Aug. cap.* 43. C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum aureo torque donavit. ¶ Debilitari invidia. h. e. premi, *Nepos Annib. c.* 1. Debilitari moleſtia, *Cic. Q. Frat. l.* 1. *ep.* 1.

Debilo, onis, *m.* idem quod debilis, apud Veteres. *Enn.* apud *Feſt.* Debilo homo.

Debitio, f. 3. idem ac debitum, *debito*. *Cic. pro Planc. c.* 28. Per quem diſſimilis eſt pecuniæ debitio, & gratiæ.

Debitor, m. 3. *debitore*, חייב, Germ. *ſchuldner*, Gal. *debteur*, Hiſp. *deudor*, ὀφειλέτης, teſte *Modeſtino*, proprie dicitur is, a quo invito exigi pecunia poteſt. *Cicer. Att. l.* 3. Tiſinnius debitoribus ſuis renuntiavit, ut eodem fœnore uterentur. *Ovid. l.* 4. *de Pont.* Debitor vitæ ſuæ alicui.

Debitrix, icis, quæ debet, *debitrice*. *Ulpian. l.* 8. *ad SC. Velle.* §. 2. Si quaſi debitrix delegata eſt, una ſit, interceſſio. *Tertull. de Anim. c.* 35. Si omnium facinorum debitrix anima eſt.

Debitum, ſubſt. n. 2. *debito*, חוב, Germ. *ſchuld*, Gal. *dette*, Hiſp. *deuda*, ὀφείλημα, æs alienum, quod debetur. *Auct. ante Exil.* Fidei conducit in loco debitum retribuere. Hinc debitum exigere, ſolvere, *Cic. Q. Frat. l.* 1. *epiſt.* 1. Debita conſectari, *farſi pagare*. *Id. Att. l.* 13. ¶ In debitis reſidere dicitur, quod nondum ſolutum eſt. *L. ult. Cod. de prad. Senat.* ¶ Tranſlate debitum reddere naturæ, pro mori, eſt *Nepotis de regibus*, *c.* 1. *Curtius* etiam *l.* 10. *c.* 5. *de Alexandro morituro*. Velut omnis vitæ debito liberatus.

Debitus, a, um, adject. *Cic. pro Planc. c.* 03. Debitam pecuniam ſolvere. ¶ Transfertur & ad alia. *Id. Phil.* 7. *c.* 3. Meritos alicui honores & debitos decernere. ¶ Interdum eſt idem ac deſtinatus. *Sulpic. Sev. l.* 1. *hiſt. ſac. c.* 94. Poſtremis denique malis debitus, Regis animum offendit. *Claudian. in Gigantom.* Cœlo debita progenies.

Deblatĕro, as, n. 1. *parlare ſtoltamente*, Ger. *bladern*, Gall. *babiller*, Hiſp. *hablar baberias*, φλυαρέω, eſt ſtulta loqui, a blatero. *Feſt.* Sed *Non.* obloqui, & confingere interpretatur. *Plaut. Aul.* 2. 3. 1. Deblateraſti jam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem.

Debuccĭno, as, avi, atum, n. 1. idem quod buccino, & tranſlate promulgo, ἀποσαλπίζω. *Tertul. de velan. Virg. c.* 13. Nihil debuccinemus eorum, quo apud illum mercedem utrabuntur.

Decachinno, as, avi, atum, a. 1. derideo, *beffare*. *Tertul. Apol. c.* 47. Gehennam ſi comminemur, decachinnamur. Et *ad Nation. l.* 1. *cap.* 19. Quo reſolutius decachinnetis.

Decacuminatio, onis, f. cacuminis præciſio, ἀποκορύφωσις, *il tagliare la cima degli alberi*, *o d'altro*, ut decacuminatio cupreſſi, piceæ, cedri, apud *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Decacumino, as, a. 1. *tagliare la cima*, ἀποκορυφίζω, cacumen præcido, ſive cacumine privo. *Col. l.* 6. Ut adhuc tenera decacuminentur. Et *l.* 5. *c.* 6. Arbor decacuminanda eſt.

Decadivus, a, um, adject. qui inclinat, & cadit. *Vin. Poeta in Pervigilio Veneris*, *v.* 17. Et micant lacrymæ trementes decadivo pondere. Ita legit Lernutius. Scriverius dividit *de cadivo*. Alii alie reponunt.

Decalantico, as, a. 1. eſt calanticam detrahere. *Lucil.* apud *Non.* Decalanticam, eburno ſpeculo depeculaſſere. *Turneb. l.* 29. *c.* 22.

Decalcĕatus, calce oblitus. *Feſtus*.

Decalvo, as, a. 1. *ſchiomare*, calvum reddo. *Veget. l.* 2. *de re Veterin. c.* 48. Locum, quem curare volueris, inducto pſilothro decalvas. *Hieronym. l.* 1. *adverſ. Jovin. c.* 13. Sampſon a muliere decalvatus.

Decantătus, a, um, adject. incantatus, *incantato*, apud *Apul. l.* 3. *Mileſ.* At ego nullo decantatus carmine. Et *ſupra eod. lib.* Decantatis ſpirantibus fibris. h. e. incantamento conſecratis. ¶ Item expreſſus, quaſi ſæpe cantatus. *Cic.* 2. *de Orat.* Omnes cauſas diligentes Oratores percurſas animo, & prope decantatas habere debent.

Decanto, as, a. 1. *divulgare*, *celebrare*, הלל, Ger. *berhiben*, Gal. *dechanter*, Hiſp. *devulgar*, *celebrar*, ἐγκωμιάζω, laudo, celebro, divulgo. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 22. Sed & jam decantaverant fortaſſe. Ita Calepinus, & Theſaurus L. L. Sed hoc exemplum Ciceronis non facit ad rem, nam eo loco *decantare* non celebrare ſignificat, ſed cantare deſinere, ut integrum contextum legenti patet. ¶ Significat etiam repetere, crebro dicere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 17. Nec mihi opus eſt Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet. Adde *Horat. l.* 1. *od.* 33. ¶ Item incantare. V. Decantatus.

Decanummus, i, m. eſt denarius nummus, cujus quarta pars ſeſtertius, deſima us, apud *Var. Auct. de Limitib. Gœſii*, *pag.* 265.

Decanus, m. 2. δεκάρχης, in exercitu dicebatur, qui decem præerat militibus, ita ut ipſe eſſet undecimus, a *decem*. Igitur, cum in centuria decem fuerint decani, ſub uno vexillo centum & decem pedites fuere. Idem caput contubernii nominabatur. *Veg. l.* 2. *c.* 8. ¶ A Genethliacis etiam veteribus uſurpatur pro præſide decem partium ſigni. Cum igitur ſignum contineat gradus triginta, tres decanos in quolibet ſigno conſtituebant. Singulis vero decanis terna applicabant Numina. *Firmic. l.* 2.

Decapŏlis, f. 3. regio Paleſtinæ, ſub qua pars Cœleſyriæ continetur, ſic dicta a decem urbibus, quibus conſtabat.

Decapolitānus, a, um, adject. *Plin. l.* 5. *c.* 18. Jungitur Judææ Decapolitana regio, a numero oppidorum.

Decaprōti, m. 2. δεκάπρωτοι, decemprimi. *Ulpian. Alciat. ad X. lib. Cod. ſub tit. de verb. ſign.* & *in l. manus tribus modis*, *ff. de verb. ſign.* Non fuere Magiſtratus. Nam Ulpian. ait, minores fuiſſe annis 25. ante annum vero 25. nemo capeſſere poterat Rempublicam.

Decapŭlo, as, a. 1. *votare*, *evacuare*, הריק, Ger. *auſſchitten*, Gal. *vuider*, Hiſp. *vaziar*, depleo, evacuo, a *capula*, vaſe vinario. *Plin. l.* 15. *c.* 6. Quare ſæpius die decapulandum. Alii leg. *Capulandum*.

Decas, adis, f. 3. δεκάς, aliquid decenarium numerum continens. Hinc Livii hiſtoria in Decadas diſtributa eſt, quæ ſingulæ decem libros continent.

Decaſtadium, n. 2. *S. Anna*, pag. Brutiorum, in Calabria ult. inter Hipporum & Rhegium.

Decaſtylus, i, m. decem columnas habens, δεκάστυλος; στῦλος enim columnam ſignificat. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Decauleſco, is, cauleſco, caulem emitto, ἐκκαυλέω. *Plin. l.* 19. *c.* 7. Raphanus utique jucundior, detractis foliis, antequam decauleſcat. V. *Harduin*.

Decĕates, pop. Galliæ Tranſalpinæ, non Liguriæ, ut ſcribit *Florus l.* 2. *c.* 3. V. Grævium ad hunc loc. & Hoſman. Lex.

Decēdo, is, ſſi, eſſum, n. *partirſi*, הלך, Ger. *abweichen*, Gal. *ſe partir*, Hiſp. *partirſe*, ἀποχωρέω, generatim ſumitur pro abire, diſcedere. Sic Conſules de provincia dicuntur decedere, & præſides de urbibus. *Cicer. Att.* Non putet nos Senatus ante oportere decedere, quam nobis ſucceſſum ſit. *Cic. pro Lig. c.* 1. Decedens Conſidius provincia. *Id. Att.* Cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubito febris deceſſit. ¶ Item deeſſe, cum dat. *Lactant. l.* 1. Id autem ſolidum exiſtimandum eſt, cui nihil decedere, id perfectum, cui nihil poſſit accedere. ¶ Item mori, vel abſoluta, vel cum abl. *vita*, aut alio. *Cic. Att. l.* 1. Pater nobis deceſſit ad VIII. Cal. Decembris. *Id. de Senect.* Vetat Pythagoras ſine juſſu Imperatoris Dei de præſidio, & ſtatione vitæ decedere. ¶ Decedere ſuo, vel de ſuo jure, eſt non ſummo jure agere, ſed aliquid ſui juris condonare comiter. *Cic.* 2. *Off. c.* 18. Eſt enim liberale paululum nonnunquam de ſuo jure decedere. ¶ Decedere officio, vel de officio, eſt contra officium aliquid facere. *Cic. Verr.* 2. *cap.* 10. ¶ Decedere de ſuo inſtituto, aut more, eſt ſecus, quam quis ſolitus ſit, agere, mores mutare. *Liv. l.* 37. *c.* 54. ¶ Decedere de ſumma, eſt aliquid de ſumma detrahi, vel minui. *Ter. Adel.* Mea, quæ præter ſpem evenere, utantur, ſine, de ſumma nihil decedet. ¶ Decedere de via, ex via, eſt vel per errorem, vel honoris cauſa digredi, *fallar la ſtrada*, *a dar la ſtrada*. *Sueton. Cæſ.* Cum luminibus extinctis deceſſiſſet via errabundus. *Plaut. Trin.* 1. 4. 80. Decedam ego illi de via, de ſemita, de honore populi. ¶ Eodem ſenſu dicimus abſoluta, decedere. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 12. Quibus ita interdictum, iis omnes decedunt, aditumque eorum ſermonemque defugiunt. ¶ *Tacit. l.* 14. *Ann.* Non ideo Thraſea deceſſit ſententia. *meno potere*. *Cicer. pro Balbo*: Qui de civitate decedere, quam de ſententia maluit. ¶ Decedere fide. h. e. fidem violare. *Liv. l.* 31. *c.* 5. ¶ Milites decedentes, *deſertori*. *Pollio ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 32. ¶ Interdum uſurpatur pro ſuccedere. *Suet. Cæſ. cap.* 24. Proſpere decedentibus rebus. ¶ Die decedente, *la ſera*. *Virg.* 4. *Georg.* Te veniente die, te decedente canebam. ¶ Denique aliquando uſurpatur pro ſimplici cedo. *Horat. l.* 2. *od.* 6. Ubi non Hymetto mella decedunt.

Decem, *dieci*, עשרה, Ger. *zehen*, Gal. *dix*, Hiſp. *diez*, δέκα, nomen numerale indecl. a Græca voce allata. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 7. Fundos decem & tres reliquit. *Ter. Andr.* 5. 4. 49. Decem talenta.

December, bris, m. *Decembre*, טבת, Germ. *Chriſtmonat*, Gall. *Decembre*, Hiſp. *Deciembre*, ποσειδεών, nomen menſis, quod decimum locum tenet a Martio, a quo Romulus annum inchoavit. *Horat. l.* 1. *ep. ult.* Me quater undenos ſciat impleviſſe Decembres.

Decembris, & bre, *a.* 3. adject. a December, ut Menſis Decembris, Feſta decembria, &c. *Hor.* 2. *ſer. ſat.* 7. *v.* 4. Libertate Decembri utere, ideſt Saturnaliorum. *Liv. l.* 4. *c.* 37. Conſules Idibus Decembribus magiſtratum occepere.

Decemjugis, e, adject. qui decem juga habet, ut currus decemjugis, h. e. quem decem equi juncti trahunt. *Sueton. Ner. cap.* 24. Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemjugem. ſubaudi, currum.

Decemmodius, vel Decimodius, a, um, adject. qui decem modiorum menſuram capit. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Corbulæ decemmodiæ.

Decempagi, *Dunſe*, ſive *Dieuze*, opp. Germ. ſup. ſive Galliæ Belgicæ, in Alſatiæ, & Lotharingiæ conf. al. in Lotharingia, a limite Alſatiæ 10. l. in Occ. ad fl. Selnam, ubi exit e lacu Duodeciaco.

Decempĕde, fem. 1. δεκάπους, menſuræ genus, nempe pertica decem pedes longa, unde & nomen accepit. *Cic. pro Mil. c.* 27. Cum architectis, & decempedis villas, hortoſque peragrabat. *Horat. l.* 2. *od.* 15. *v.* 14. Decempedis metata porticus.

Decempedātor, oris, m. *agrimenſore*, γεωμέτρης, terræ dimenſor. *Cic.* 13. *Phil. c.* 18. Qui fuerat æquiſſimus agri privati, & publici decempedator.

Decemplex, icis, adject. qui decem partibus ſuperat. *Nepos in Miltiad. c.* 5. *ad fin.* In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, ut decemplicem numerum hoſtium ſuperarent.

Decemplicatus, a, um, idem quod decemplex. *Varr. l.* 5. *L. L. c.* 5. His decemplicatis conjuncto præverbio, ex uno quinque millia numero efficerunt.

Decemprimatus, us, m. decemprimorum dignitas. *Hermogen. Dig. l. ult. l.* 1. Patrimonii ſunt munera &c. decemprimatus.

Decemprĭmi, dicuntur a Cicerone, qui δεκάπρωτοι Græce. Hoc nomine vocabantur in municipiis, & provinciarum oppidis, qui præcipui, & primi erant inter decuriones, quique ſimul cum Duumviris remp. gubernabant, præerantque ſumptibus Reip. cauſa faciendis. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 9. Itaque decurionum decretum ſtatim fit, ut Decemprimi proficiſcantur ad Syllam. ¶ Scribitur & diviſim, *Decem primi*, ut eſt in *Cenotaphio Piſano L. Cæſaris*.

Decemrēmis, is, f. navis decem remorum ordinibus inſtructa, *Plin. l.* 7. *c.* 56. ad

Digitized by Google

36. *ad fin.* Sex ordinum navem invenit Xenagoras : ab ea ad decemremem Moſigiton. Eſt qui leg. *decremem*, ſed minus recte. ¶ Biremis quidem, ac triremis ratio facile intelligitur, exhibeturque etiam oculis ab Eruditis, ex antiquitatis monumentis deſumpta figura : ut de triremi fecerunt *Scheffer. in ſi. l.* 1. *de milit. nav.* & *Græv. ad Flor. l.* 4. *c.* 11. ex columna Trajana, &c. Verum ubi numerus ordinum creſcit, non videtur ſatis commode intelligi, quo pacto aut tot remorum ſeries ad latera navium, ſive recto ordine, ſive in quincuncem, apte locari potuerint; aut tot remigantium ordines & conſiſterent in ipſa navi, & commode ſe remigando moverent : quamvis doctiſſimi commentia rem plures litterati viri expedire conati ſint. V. inter ceteros *Raph. Fabrett. de columna Trajana, cap.* 5. & *Diſſertat. criticam adnexam Tom.* 7. *hiſt. Rom. P. P. Catrou, & Rouillé*. ¶ *Harduinus ad loc. Plin. cit.* conſtanter negat, *ordines* hoſce ſignificare remorum ſeries alias aliis ſuperpoſitas, & ſi qui in antiquis monumentis ita conformati conſpiciantur, non omnes eſſe mobiles, ſed ſolum ſuperiores : imos vero contendit fixos, & navi adhærentes fuiſſe. Quem vero ad uſum, non ſatis apparet. Cenſet autem, cum dicimus *duos, tres, ſex, ſeptem, &c. remorum ordines, decemremem*, &c. intelligi tantummodo ſex, ſeptem, decem &c. remos in ſingulis navium lateribus : quaſi ideo dicantur *ordines*, quia ſingulis remis plures remiges, uti & nunc fit, deſtinabantur. Verum hæc quoque ſententia & explicandi ratio incerta eſt.

Decemſcalmus, maſc. 2. actuariolum, quod decem ſcalmis agebatur. *Cicer. Attic. lib.* 16. *epiſt.* 3. Hæc ego conſcendens e Pompejano tribus actuariolis decemſcalmis.

Decemviralis, e. 3. quod ad Decemviros ſpectat. *Cic.* 6. *Verr.* Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali Sacerdotes P. R. &c. ¶ Leges decemvirales, leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemviri Conſulari poteſtate creati ſunt. *Liv. lib.* 3. Leges decemvirales, quibus tabulis duodecim eſt nomen, in æs inciſas publice propoſuerunt.

Decemviraliter, adverb. more Decemvirî. *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 6.

Decemviratus, us, m. dignitas, & officium decemvirorum. *Cic.* 2. *Agr.* Ut ii decemviratum habeant, quos plebs deſignaverit. Et in plur. num. *Liv. l.* 4. *c.* 15. Conſulatibus, Decemviratibus, ſuis majorumque honoribus.

Decemviri, m. 2. Magiſtratus decem virorum, qui anno U. C. 300. vel 302. pro Conſulibus legum ferendarum cauſa creati ſunt. ¶ Decemviri litibus judicandis erant præſides quæſtionum privatarum, qui creabantur, cum Prætor urbanus ad bellum exiret, ut eſſent pro Prætore in juriſdictione exercenda. *Sigon. de ant. jure C. R. lib.* 2. *cap.* 18.

Decennalis, e. 3. *di dieci anni*, δεκαετὴς, quod eſt decem annorum, ut Bellum decennale Trojanum, *Ammian. l.* 15. *c.* 29. (al. 12.) ¶ Hinc Decennalia, abſolute, ſc. feſta, vel ludi, qui ſingulis decenniis celebrabantur. *Trebell. Pol. in Salino*, Decennalia Romæ ab eodem celebrata (h. e. decimus Imperii annus) & poſt decennalia Gothi ab eo victi.

Decennis, e, e. 3. *di dieci anni*, Ger. *zehenjærig*, Gal. *de dix ans*, Hiſp. *de diez anos*, δεκαετὴς, quod decem annorum eſt. *Quintil. l.* 8. *c.* 4. Decenni bello exhauſtat. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Fœmina decennis.

Decennium n. 2. δεκαετία, ſpatium decem annorum. *Apul. de Deo Socrat.* Calches decennium prædixit. *Trebell. Poll. in Gallien. cap.* 7. Convocatis Patribus, decennia celebravit, novo genere ludorum. h. e. decennalia.

Decens, entis, e. 3. *decente, convenevole*, πρέπων, m. & πρέπον, neut. conveniens, aptus, pulcher, partic. a decet, vel nom. ex partic. *Horat. l.* 4. *od.* 13. *v.* 17. Color decens. *Senec. Thyeſt. v.* 150. Pœna decentior. *Alter Senec. l.* 1. *de Benef. c.* 9. Decentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium. V. *Indecens*. ¶ Decens etiam dicitur, cui eſt dignitas formæ, & totius corporis habitus decens, *bello, e maeſtoſa*. *Sueton. in Domit.* Præterea pulcher, & decens, maxime in juventa, & quidem toto corpore. *Horat. l.* 1. *od.* 4. *v.* 6. Junctæque Nymphis Gratiæ decentes.

Decenter, adv. *convenevolmente, acconciamente*, Germ. *ziemlich*, Gal. *proprement*, Hiſp. *convenientemente*, εὐπρεπῶς, convenienter, apte, pulchre. *Cic. pro Cæcin. c.* 26. Si quæ decentiſſime deſcripta majoribus jura finium, poſſeſſionum, aquarum, itinerumque ſunt. *Horat. lib.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 216. Pulſare decentius. *Ovid. lib.* 3. *de arte am. v.* 291. Lacrymare decenter.

Decentia, f. 1. *convenenza, bellezza*, בשרון, Germ. *zierlichkeit*, Gal. *bienſeance*, Hiſp. *conveniencia*, εὐπρέπεια, convenientia, pulchritudo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Colorum & figurarum tum venuſtatem, atque ordinem, &, ut ita dicam, decentiam oculi judicant.

Deceptio, onis, f. *inganno*, dolus, fraus, fallacia, decipiendi actus. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. Quoniam impendentis loci deceptio cogit. *Martian. Capell. ſub fin. l.* 4. *in metro:* Quis falſa captos circuit deceptio.

Deceptioſus, a, um, *ingannevole*, doloſus, fallax. *Ennodius* 1. 7. Vox minime uſurpanda.

Deceptor, oris, m. fallax, qui decipit, *ingannatore*. *Senec. Thyeſt. v.* 139. Proditus occidit deceptor domini Myrtylus.

Deceptrix, icis, f. quæ decipit, *ingannatrice*. *Lactant. Epitom. c.* 6. Deceptrix adulatio.

Deceptus, a. 1. 2. *ingannato*, partic. a decipio. *Cic.* 1. *Off.* Quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit.

Deceris, is, f. δεκήρης, decem remorum ordinibus acta navis, *nave da dieci remi*. Ita enim contendit legendum *Turneb. l.* 22. *c.* 31. *in Sueton. Calig. c.* 37. ubi ait. Fabricavit & deceres Liburnicas, geminatis puppibus &c. Vulgata lectio habet, *de cedris*. Tale (inquit Turneb.) navium genus ampliſſimorum tricliniorum, & thermarum, de quibus Sueton. loquitur, capax fuit.

Decermina, n. 3. frondes ſacræ, quibus in luſtrationibus uti ſolebant, a decerpo, quod ad purgandum decerpebantur. *Feſtus*.

Decerno, is, crevi, cretum, n. 3. גזר, Ger. *beſchlieſſen*, Gal. *arrêter*, Hiſp. *determinar*, ἀποφαίνομαι, eſt conſtituere, definire, de magnis rebus certam ſententiam proferre. *Cic.* 1. *Off.* Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. *Ter. Andr.* Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere. *Id. Heaut.* 3. 1. Decretum eſt pati. *ſon riſoluto di ſopportare*. *Id. Andr.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? Nequeo ſatis decernere. ¶ Decernere ſecundum aliquem, *dar ſentenza in favore di qualcuno*. *Cicer. Attic. lib.* 16. ¶ *Id. lib.* 1. *Fam. ep.* 1. Tibi decernit, ut Regem reducas. h. e. decreto mandat. Sic decernere honores, imperium, ſtatuas alicui, *Cic. Plin.* & al. Decernere pecuniam ad ludos. *Id. Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 1. ¶ Significat etiam decertare, *combattere*, ut decernere armis, acie, &c. *Cic. l.* 7. *Attic. ep.* 3. *Nepos Miltiad.* 4. *n.* 4. & *Liv. l.* 1. Et, decernere, abſolute. *Id. Nepos Annib. cap* 4. Cum hoc eodem de Claſtidio apud Padum decernit. ¶ Decernere rem, eſt, rem abſolvere, ad finem perducere. *Liv. l.* 25. Haud magna vis certaminis fuit : primus clamor, atque impetus rem decrevit. ¶ *Decreſſet*, pro decreviſſet, *Cic. Verr.* 5. *cap.* 3. *decrerat* pro decreverat, *Ter. Andr.* 1. 5. 3. *decrero* pro decrevero, *Plaut. Curcul.* 5. 3. 25.

Decerpo, is, pſi, ptum, a. 3. *carpire, togliere via*, גרע, Germ. *abbrechen*, Gal. *arracher*, Hiſp. *agarrar, arrebatar*, ἀποδρέπω, eſt detrahere, ſive a re aliqua auferre, a *de*, & *carpo*. *Hor.* 1. *ſerm. ſat.* 2. Unde laboris plus hauriſs mali eſt, quam ex re decerpere fructus. *Plin. l.* 9. *ep.* 20. Decerpere uvam. Et tranſlate, *Cic. pro Marcel. c.* 2. Decerpere ex alicujus laude.

Decerptus, a. 1. 2. partic. a decerpo, *carpito, tolto*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Humanus autem animus decerptus ex mente divina. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Decerpta oliva.

Decertatio, f. 3. *combattimento, conteſa*, ἀγωνισμὸς, pugna. *Cic.* 11. *Phil. c.* 9. Cumque harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis, & fortiſſimis commiſſa, & commendata ſit.

Decertatorius, a. 1. 2. quod ad decertationem ſpectat. *Quinctil. l.* 6. *c.* 4. Pugna decertatoria.

Decertatus, a. 1. 2. partic. paſſ. a decerto. *Stat. lib.* 1. *Theb.* Alternaque regna profanis decertata odiis. ¶ Labores decertati, certando peracti. *Claud.* 1. *Paneg. de laud. Stilic. v.* 21.

Decerto, as, avi, atum, n. 1. *combattere, guerreggiare*, נלחם, Ger. *kriegen*, Gal. *combattre*, Hiſp. *pelear*, ἀγωνίζομαι, idem ac certo. *Cic. pro Planc.* Sed erat non jure, non legibus, non diſceptando decertandum. *Id. de Prov. conſ.* Decertare prælio. ¶ Decertatur, imp. *Cic.* 1. *Off.* Cum vero de Imperio decertatur.

Decervico, as, a. 1. cervicem, ſeu collum præcido. *Sidon. lib.* 3. *epiſt.* 3. Quos humari nox prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus.

Deceſſio, onis, f. *partita*, ἀναχώρησις, actus decedendi. *Cic. Sulpicio l.* 4. *Fam.* Is mecum ſæpe de tua manſione, aut deceſſione communicat. *Celſ. l.* 2. *c.* 4. Deceſſio febris.

Deceſſor, oris, m. qui jam magiſtratu functus deceſſit de provincia, & ſucceſſori ſuo eam tradidit, *predeceſſore*. Uſurpatur relative ad ſucceſſorem. Nam deceſſorem ſuum veteres vocabant, quem nos *prædeceſſorem*, cui ſcilicet ipſi in provincia adminiſtranda, aut alia quavis re, & dignitate, ſeu officio ſuccedebant. *Ulp. in l. obſervare, ff. de off. Proconſ. Tacit. Agric. c.* 7. Agricolam vigeſimæ legioni tarde ad ſacramentum tranſgreſſæ præpoſuit, ubi deceſſor ſeditioſe agere narrabatur : Ita ſucceſſor ſimul, & ultor electus &c.

Deceſſus, us, m. idem ac deceſſio, *partita*. *Cæſ.* 3. *B. G.* Vulgo credebatur, ab ejus deceſſu ferere ſolitos. *Cal. Cic. Fam.* 8. *ep.* 10. Quod ad tuum deceſſum attinet. ¶ Item mors, *morte*. *Cic. de Amic. c.* 3. Amicorum deceſſu pleriqur angi ſolent.

Deceſſus, a, um, adject. *partito*. *Ex Calia Priſcianus*: Cuſtodibus deceſſis, multi interficiuntur. V. *Voſſ. de Analog.*

Decet, ebat, cuit, *convenire*, כשר, Ger. *es gezjemet*, Gal. *il eſt convenable*, Hiſp. *es conveniente*, πρέπει, convenit, honeſtum eſt, aptum eſt. Conſtruitur cum acc. *Cic. in Orat.* Decet hoc neſcio quo modo illum. ¶ Et abſolute. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 29. Roſcium ſæpe audio dicere, caput eſſe artis, decere. ¶ Et cum infinito. *Cic.* 2. *de Leg.* Fieri ſic decet. ¶ Et cum Dativo. *Ter. Adelph.* 3. 4. 45. Ita vobis decet. *Gell. l.* 9. *c.* 15. Arrogantius, & elatius, quam ætati ejus decebat. Additur etiam a quibuſdam exemplum *Cic. de Orat.* Quandoquidem id deceat prudentiam tuæ.

Decetia, *Decize, Decize*, opp. Vadicaſſium, in Gallia Celtica, nunc Prov. Nivernenſis, ubi *Arron* fl. in Ligerim ſe exonerat.

Decianus, a, um, adject. a Decio nom. prop. *Cicer. pro Flacc. cap.* 21. & 29.

Decidium, ii, n. ceridium, caſus, interitus, *morte, rovina*, a cado. *Senec. epiſt.* 30. Fortiter ferre decidium ſui.

Decido, is, cidi, ciſum, a. 3. *tagliare*, כרת, Ger. *abhauen*, Gal. *couper*, Hiſp. *cortar*, ἀποκόπτω, abſcindo, amputo. *Plaut. in Mer.* 2. 2. 37. Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar. ¶ Tranſlate eſt *determinare*. *Cic. pro Quinctio*. Decidis, ſtatuiſque tu, quid ad denarium ſolveretur. Sic, quæſtionem, debitationem, cauſam decidere, apud JCtm. ¶ Hinc & pro paciſci, tranſigere, litem mutuo conſenſu componere uſurpatur, *venir in accordo*. *Cic. Verr.* 5. *cap.* 18. Conflictari malebant, quam quicquam cum illo ſua voluntate decidere. Et *Verr.* 4. *c.* 22. Qui cum reo tranſigat, cum curatore decidat. Et *Verr.* 5. *c.* 48. Ut in ſingula jugera ternis medimnis decidere liceret. h. e. ut ſingula jugera ternis medimnis taxarentur.

Decido, is, n. *cadere in giù*, נפל, Ger. *abhinfallen*, Gall. *decheoir, tomber*, Hiſp. *caer*, καταπίπτω, deorſum cado. *Cic.* 2. *Off.* Ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt. *Cæſ.* 1. *B. G.* Ex equo decidit. Sic decidere ſpe, vel ab ſpe. *Liv.* & *Ter. Heaut.* 4. 8. Decidere in aliquem locum, *Planc.* & *Ovid.* ſæpe. ¶ Decidere ab archetypo, *allontanarſi dall' originale*. *Plin. l.* 5. *ep.* 10. ¶ Uſurpatur etiam pro mori, *Plaut. Trin.* 2. 4. 143. Solſtitiali morbo decidunt.

Decidius, a, um, adject. idem quod caducus, a cado. Nonnulli legunt in illo *Ovid. lib.* 8. *Metam. v.* 758. Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus.

Deciduus, a. 1. 2. caducus, a cado. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cervis tantum ſolida, & omnibus annis decidua. *Id. ib. c.* 49. Teſtes decidui ad crura. h. e. pendentes.

Decies, *dieci volte*, עשרה פעמים, Ger. *zehenmahl*, Gal. *dix fois*, Hiſp. *diez vezes*, δεκάκις. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Decies anno pariunt columbæ. *Cic.* 3. *Ver.* Decies centena millia, *un milione*. ¶ Decies centena, pro pergrandi pecuniæ ſumma uſurpabant Antiqui, quod priſcis illis temporibus minor erat nummorum copia; nihilominus tamen, etiam creſcentibus divitiis, phraſis obtinuit. *Horat.* Decies centena dediſſes Huic parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis. ¶ Dicitur & decies, abſolute, pro decies centena millia. *Martial. l.* 1. *epigr.* 104. Aut vive, aut decies, Scævola, redde Deis. Lege integrum Epigramma. Adde *l.* 3. *epigr.* 62. ¶ Sumitur & pro, ſæpe. *Plaut. Amph.* 2. 1. 27. Decies dixi.

Decii, m. 2. tres Cives R. pater, filius, nepos, qui pro patria ſe devoverunt, pater bello Gallico, filius bello Hetruſco, nepos eo, quod Pyrrhus geſſit pro Tarentinis. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Decima, vel decuma, fem. 1. עשרונים, Germ. *zehend*, Gal. *dimes*, Hiſp. *diezmo*, δεκάτη, decima pars quarumcunque rerum, quæ ſolvitur Principibus, & Sacerdotibus. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 36. Neque Herculi quiſquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet. Sic Decimæ vini, olei, frugum, apud *eund. Ver.* 3. quas Regibus olim & Diis libatas, tradit *Victor de orig. gen. Rom. Sueton. Calig. cap.* 26. Scenicis ludis decimæ datæ. h. e. miſſilia, & teſſeræ, quas Imperator ille in honorem Deorum ſpargebat. V. *Turneb. lib.* 18. *adverſ. cap.* 5. ¶ Fuit & Dea quædam Decima appellata, de qua *Tert. de Anim. c.* 37. Superſtitio Romana Deam finxit & Nonam, & Decimam a ſollicitioribus menſibus.

Decimalis, le, adject. ut Decimales agri, h. e. decumani, qui decimas ſolvunt. *Tacit. de Germ. c.* 29.

Decimanus, ſive decumanus, a. 1. 2. *decimo*, δέκατος, idem fere eſt quod decimus, ſed pro magno etiam ponitur, quia decima quæque maxima eſſe ſolent, vel a ſuperſtitione Pythagoreorum, qui magnifice admodum de hoc numero ſenſere, ut *Decumana ova, decumani fluctus, decumanus acipenſer, decumana ſcuta*, &c. ¶ Decumana porta dicta eſt, quia præcipua eſt, & aliis patentior, vel a limite decumano, vel a decimis cohortibus ibi tendentibus, id eſt a tutela militum decimæ cohortis. ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. ¶ Decumanus limes, ante duodecimanus, qui agrum ſecat ab Oriente in Occidentem, a magnitudine, & longitudine, vel potius a menſura decem actuum. ¶ Decumani quoque dicti publicani, a decimis, quas redimebant. ¶ De-

cuma-

cumanum frumentum eſt aceroſum, oleum decumanum, minus purum, ne proinde vilius, quia quod decimando colligitur, id cæteris vilius eſt. Hæc omnia auctores habent *Pinnam*, *l.* 18. 1. 34. *Feſtum* in voce Decumanus, *Cæſarem ſæpe decumanam portam* memorantem, *Cic.* 2. *Fin. cap.* 8. & *Verr.* 5. 2. 6. ubi V. Aſcon. &c.

Decimatio, vel decumatio, onis, f. *decimazione*, ſupplicium militare, cum decimus quiſque miles ſorte lectus occiditur. *Capitolin. in Macrin. c.* 12. Clementem ſe dicebat, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decimatione, atque viceſimatione. V. *Decimo*.

Decimatrus, vel decimatria, dies feſti Paliſcorum, quod fierent poſt decimum diem Iduum. *Feſtus in voce Quinquatrus*.

Decimatus, vel Decumatus, a, um, adject. lectus ad ſupplicium ex decimo quoque, *decimato*. *Sueton. Aug.* 2. 24. Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pavit. ¶ Item electus, *eletto*, *ſcelto*. *Symmach. l.* 5. *ep.* 83. Viri decumatæ honeſtatis.

Decimius, Cajus Decimius, a numero decimo nominatus. *Cic. l.* 4. *Attic. ep.* 16. A quo pyra Decimiana dicta ſunt, de quibus *Plin. lib.* 15. *cap.* 15.

Decimo, as, a. 1. *decimare*, *torre la decima*, עשר, Germ. *den zehenden anlegen*, Gall. *dimer*, Hiſp. *diezmar*, δεκατεύω, eſt decimam partem detrahere. Unde decimari legiones dicuntur, quando decimus quiſque ſupplicio afficitur ab Imperatore, ſorte ducta, cui contingeret. *Sueton. Galb. c.* 12. Recuſantes, atque inſuper Aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modo immiſſo equite disjecit, ſed decimavit etiam. Adde *eund. in Calig. c.* 48. ¶ Apud Rom. primus eo ſupplicio uſus videtur App. Claudius, de quo *Liv. l.* 2. *c.* 49. Quomodo inſtitui ſoleret, docebit *Plutarch. in Anton. Appian. in Parthico*.

Decimodia, vel decemmodia, f. 1. vaſis genus decem capiens modios. *Col. l.* 12. *c.* 18.

Decimum, *Decimo*, locus Latii, via Lavicana, qua Roma Beneventum itur, ſic dictus, quod 10. M. P. ab urbe Roma diſtet.

Decimum, adv. *la decima volta*. *Liv.* 6. *c.* 40. Non reficietis decimum Tribunos.

Decimus, olim decumus, a. 1. c. ultimus ex denario, vel unus ex decem, *decimo*, ut hora diei decima, *Cic. Phil.* 2. *c.* 31. Decimus quiſque, *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 17.

Decipio, is, epi, eptum, impono, fraudo, circumvenio, induco, fallo, eludo, *ingannare*, רמה, Ger. *betriegen*, Gall. *decevoir*, *tromper*, Hiſp. *engañar*, ἐξαπατάω. *Cic.* 2. *de Div.* Nam illa amphibolia, quæ Crœſum decepit. *Id.* 2. *de Orat. c.* 71. Decipere expectationem alicujus. ¶ Decipere, & conſumere diem. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 9.

Decipula, f. 1. vel decipulum, n. 2. *laccio*, מוקש, Germ. *voglſchlag*, Gal. *lacets*, Hiſp. *armadijo*, παγίς, laquei genus ad decipiendas, capiendaſque aves, vel mures. *Apul. l.* 8. Opportunum decipulum nactus. *Sidon. Apoll. l.* 8. *ep.* 12. Decipulo male blandientis eloquii.

Decircino, as, avi, atum, a. 1. idem quod circino circulum deſcribo, *fare un circolo*, κυκλόω. *Manil. l.* 1. *v.* 296. Majoremque Helice major decircinat arcum. *Id. l.* 3. *v.* 352. Quem teretis natura ſoli decircinat orbem in tumidum, &c.

Decireme, f. 3. navigii genus habens decem remorum ordines, δεκήρης. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Ab eo ad deciremem Neſigeton. Al. leg. Decemremem.

Deciſio, onis, f. *determinazione*, *deciſione*, דין, Ger. *vertrag*, Gall. *deciſion*, Hiſp. *deciſion*, διαίρεσις, determinatio, vel diremptio litium mutuo conſenſu. *Cicer. pro Cæc.* Quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de jure admoneant. *Idem pro Flacc. cap.* 36. Deciſio cauſæ.

Deciſus, a, um, adject. a decido, quod a cædo, *tagliato*, *troncato*, ut deciſæ aures, *Tacit. Ann.* 12. *c.* 14. Deciſas pennas, *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 50. ¶ Item diremptus, determinatus, *deciſo*, *compoſto*. *Sueton. Veſpaſ. c.* 21. Poſt deciſa quæcumque obveniſſent negotia, geſtationi, & inde quieti vacabat. Adde *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 58.

Decito, freq. a decet. *Apul. l.* 2. *A. A.* Plantis roſcidis decitantes, hoc eſt, decorantes.

Decius. V. Decii.

Declamatio, f. 3. μελέτη, domeſtica exercitatio parandæ eloquentiæ cauſa, qua Oratores veteres ſeriis cauſis præludere ſolebant: item exercitatio illa, qua pueri in ludis ficta quædam themata ſolent præſcribi, quibus ad eloquentiam viam ſibi ſternant. *Cic.* 1. *Tuſc.* Sic hæc mihi nunc ſenilis eſt declamatio. *Idem Famil.* 16. *epiſt.* 21. Quotidiana declamatio. ¶ Extant plures apud Senecam, & alias Quintiliani nomine.

Declamatiuncula, æ, f. diminut. parva declamatio. *Gell. l.* 6. *cap.* 8. Hanc utramque declamatiunculam celebraverunt, &c.

Declamator, m. 3. qui domeſticis, vel ſcholaſticis meditationibus ſe exercet, ut poſtea ſeriis in cauſis ſit paratior. *Cic. in Orat. c.* 15. Non declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum, & perfectiſſimum quærimus.

Declamatorius, a, um, o. 1. 2. quod ad declamandum pertinet. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 3. Et ipſa puer magis illo declamatorio genere duci, & delectari videtur.

Declamatus, a, um, declamando dictus. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 3. Julius Granianus, cujus hodieque orationes declamatæ feruntur.

Declamito, as, freq. a declamo. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 4. Cauſas declamitare. *Id. de clar. Orat.* Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone.

Declamo, as, n. 1. *eſercitarſi nel ben dire*, Germ. *ſich in redkunſt uben*, Gal. *declamer*, Hiſp. *exercitarſe en la retorica*, ῥητορεύω, eſt proprie valde clamare, metonymice in ficto themate ſe exercere. *Cic.* 3. *Fin. c.* 2. Ad fluctum ajunt declamare ſolitum Demoſthenem. ¶ Sed ſumitur etiam pro orare, ſua cauſam agere. *Cic.* 6. *Ver.* Ille autem inſanus, qui pro iſto contra me vehementiſſime declamaſſet.

Declaratio, f. 3. *manifeſtazione*, Ger. *erklerung*, Gal. *declaration*, Hiſp. *declaracion*, ἐνδειξις, explicatio, oſtenſio. *Cic. Plaut. lib.* 10. *epiſt.* 5. Declaratio animi tui mihi erat jucundiſſima.

Declarator, oris, m. qui declarat, *chi moſtra*, *e manifeſta*. *Plin. Paneg. c.* 92. *n.* 6. Ut honoribus noſtris ſuffragator in Curia, in campo declarator exiſteres.

Declaratus, a, um, adject. ex particip. *dichiarato*, *moſtrato*. *Nep. Annib.* 12. 2. Tabellarius ducis nave declarata ſua, eodem, unde venerat, ſe recepit.

Declaro, as, avi, atum, a. 1. *dichiarare*, *moſtrare apertamente*, בער, Ger. *erkleren*, Gall. *declarer*, Hiſp. *declarar*, ἐμφανίζω, eſt aperte monſtrare. Plus enim eſt, quam ſignificare. Et tam ad facta, quam ad dicta pertinet. *Cic. lib.* 5. *Fam. ep.* 13. Itaque hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror. ¶ Declarare Conſulem erat renuntiare, idest, collectis ſuffragiis pronuntiare, quis futurus eſſet Conſul. *Cic. pro Mur. cap.* 1. Ut ejuſdem hominis voce & declaratus Conſul eſſes, & defenſus. ¶ Significat etiam teſtari, probare. *Id. Parad.* 6. *c.* 2. Copiam declaret ſatietas rerum, & abundantia.

Declavo, as, avi, atum, clavas, & ramos arborum amputare. Legit hanc vocem *Turneb. in Pandect. tit. de arbor. furt. caſ.* Ubi alii leg. *deglubere*, vel *delibrare*, &c.

Declinatio, onis, f. 3. *ſchivamento*, *lo ſchivare*, נטה, Ger. *entweichung*, Gal. *declinaiſon*, *decadence*, *detour*, Hiſp. *declinacion*, ἔκκλισις. *Curt. l.* 7. Quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitaſſet. *Cic. pro Cluent.* 2. 53. Laboris, & periculi declinatio. *Id.* 4. *Tuſc.* Declinatio a malo. Hinc appetitioni opponit *Gel. l.* 14. *c.* 1. & *Cic.* 3. *de nat. Deor.* ¶ Ponitur & pro digreſſione, ut declinatio brevis a propoſito, *Id.* 3. *de Orat.* ¶ Eſt etiam idem quod clima, ſeu certum cœli ſpatium, *clima*. *Colum. in proœm. Oper.* Sit oportet rerum naturæ ſagaciſſimus, declinationum mundi non ignarus, ut exploratum habeat, quid cuique plagæ conveniat, &c. ¶ Apud Grammaticos eſt nominum per ſuos caſus inflexio. *Var. l.* 7. *L. L. ſub init.* Declinatio inducta in ſermones utili, & neceſſaria de cauſa.

Declinatus, us, ui, m. idem quod declinatio, quæ nominum inflexionem ſignificat. *Var. l.* 7. *de L. L.* Nominibus novis allatis in conſuetudinem, ſine dubitatione eorum declinatus ſtatim omnis dicit populus. ¶ Significat etiam motum voluntatis, quo aliquid fugimus. *Cic.* 5. *Fin. c.* 7. Alii cenſent primum declinatum eſſe dolorem. V. Adſcitum.

Declinatus, a, um, nom. ex particip. inclinatus, ut declinata ætas, quæ ſcil. ad ſenium accedit. *Quintil. l.* 12. *c. ult.* & *lib. eod. c.* 2. Neque ſpe, neque metu declinatus animus. h. e. ab honeſto abductus.

Declinis, ne, declinans, devitans. *Stat. Theb. v.* 296. Exoritur pudibunda dies cœlumque retexens, Averſum Lemno jubar, & declinis Titan Oppoſita juga nube refert. Ubi *Lactant. Scholiaſt.* quæ declinarent, & fugerent. Al. leg. *declivia*, quod minus ad rem facit, cum ſermo ſit de ſole ſurgente, non ad occaſum vergente.

Declino, as, avi, atum, a. 1. *declinare*, *abbaſſare*, נטה, Ger. *entweichen*, Gal. *eviter*, Hiſp. *evitar*, *desviarſe*, ἀνακλίνω, eſt deorſum aliquid flectere, & flectendo vitare, *ſchiſare*. ¶ Ponitur vel abſolute. *Cic. pro Sext.* Magna rerum permutatione impendente, declinaſſe me paululum. ¶ Vel cum accuſ. *Cic.* 1. *Offic.* Declinet ea, quæ ei nocitura videantur. *Virg.* 4. *Æn.* Dulci declinat lumina ſomno. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *Cic.* 4. *Tuſc.* Quomodo quæ bona ſunt, natura appetimus, ſic a malis natura declinamus. ¶ Eſt & deflectere, vel divertere: & aliquando cum accuſ. ponitur. *Cic. pro Planc.* Urbem unam mihi amiciſſimam declinavi. ¶ Aliquando cum præpoſit. a, vel ab. *Cic. Att.* Non arbitratur, cum a Capua declinaturum. ¶ Vel cum de. *Cic.* 5. *Fin.* Paululum ad dexteram de via declinavi. ¶ Item deducere. *Liv. l.* 1. Si quo ego inde agmen declinare voluiſſem. *Plaut. Aulul.* 4. 8. *ad fin.* Nam ego modo declinavi paululum me extra viam. ¶ Item inclinare, vergere. *Colum. l.* 8. *c.* 4. Declinat in veſperum dies. ¶ Item inflectere caſus nominum, apud Grammaticos. *Var. l.* 7. *de L. L.* Recto caſu accepto, in obliquos declinant. *Gel. l.* 4. *c.* 1. Declinare in extremas litteras nomen. ¶ Verba etiam declinari dicuntur. *Varr. lib.* 4. *L. L. pag.* 3. Quod poeta verbum confinxerit, quod declinarit.

Declivis, n. 3. *inchinato*, *piegato*, *declive*, מורד, Ger. *anhangend*, Gal. *penchant*, Hiſp. *acoſtado*, κατάντης, deorſum inclinatus, a clivus. *Caſ.* 2. *B. G. c.* 18. Collis a ſummo æqualiter declivis. *Lucan. l.* 2. *v.* 421. Declivia montis. ¶ Translate *Plin. l.* 8. *epiſt.* 18. Ætate declivis. h. e. ad ſenectam vergens.

Declivitas, atis, f. 3. inclinatio, *il declive*. *Cæſ.* 7. *B. G. cap.* 85. Exiguum loci ad declivitatis faſtigium magnum habet momentum.

Decocte, ſem. 1. aqua erat cocta, poſtea vitro infuſa, & nive circumjecta iterum frigefacta, qua ratione fiebat, ut nivis frigus, non vitium reciperet. Neronis inventum fuit. *Plin. l.* 31. *c.* 3. & *l.* 19. *c.* 4. *Suet. in Ner. c.* 48. *Juven. Sat.* 5. *v.* 50. Si ſtomachus domini fervet vinoque, ciboque, Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Decoctor, oris, m. 3. ἄσωτος, qui patrimonio abſumpto ad inopiam redactus eſt. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 3. Ex ruſticis mendicis, & decoctoribus. ¶ Decoctoribus lege Roſcia certus erat locus ad ſpectandum in theatro conſtitutus. iis ſcil. qui vitio ſuo, non parentum culpa decoxiſſent. *Cic. in Philip.*

Decoctum, ſubſt. n. 2. decoctio, quod coctum eſt, vel jus, quo aliquid coctum eſt. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Ad dentium dolorem, auriumque decoctum eorum ſalutare.

Decoctura, æ, f. 1. *cottura*. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Decoctura eorum veteres dyſenterias, & cœliacos juvat. ¶ Ita quidam Lexicographi, ſed in *loco cit. Plinii* legitur, *Decoctum*.

Decoctus, us, ui, m. *cottura*. *Plin. l.* 37. *cap.* 12. Gemmæ mellis decoctu niteſcunt. hoc eſt, cum melle decoctæ.

Decoctus, a, um, nom. ex particip. *cotto*, ut aſparagi decocti, *Plin. l.* 29. *c.* 1. ¶ Et quia quod coctum eſt, purius eſt etiam, & defæcatius, hinc decoctum dicitur, quod purum, & ſincerum eſt. *Perſ. ſat.* 1. *verſ.* 125. Si forte aliquid decoctius audis. *h. e.* caſtigatius, & limatius. ¶ Decocti fructus, *frutti ſtagionati*, fructus nimium maturi, & corruptioni proximi. Hinc translate *Cic.* 3. *de Orat. c.* 26. Suavitatem habeat Orator auſteram, & ſolidam, non dulcem, atque decoctam. *h. e.* nimis mollem.

Decollo, as, a. 1. *deporre giù dal collo*, ἀποτραχηλίζω, eſt de collo deponere. *Cæcil. apud Non. cap.* 2. *n.* 222. In tuo collo eſt: decollet, cave. ¶ Hinc translate ſumitur pro privare. *Lucil. l.* 11. Quibus fructibus me decollavi. ¶ Item neutraliter pro cadere, deeſſe. *Plaut. c.* 3. 1. Eſt illic mihi una ſpes cœnatica, ſi ea decollabit, redibo huc ad ſenem, ad cœnam aſperam. ideſt, ſi ea ſpes peribit, cadet, fallet. Sed aliqui *decolare* malunt unico *l.* h. e. per colum perfluere. ¶ Eſt item caput alicui auferre, ſecuri cædere, *tagliar il collo*, ἀποκεφαλίζω. *Feneſtel. l.* 22. Quemadmodum Cæſar a piratis captus ſit, utque eos poſtea ceperit, & decollaverit. Ita refert *Diomed. l.* 1. *Suet. Calig. cap.* 32. Miles decollandi artifex quibuſcumque e cuſtodia capita amputabat.

Decolor, o. 3. *ſenza colore*, *ſcolorito*, צבע לא, Ger. *entfarbe*, Gal. *decoloré*, Hiſp. *decolorido*, ἄχροος, quod eſt ſine colore, aut colore vitiato eſt. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Frigida hyeme deterior, ac minus copioſa, & decolor. ¶ Tranſlate pro vitioſo, & turpi. *Virg.* 8. *Æn.* Deterius donec paulatim, ac decolor ætas. *Ovid. in epiſt. Dejan. ad Herc.* Fama Pelaſgiadas ſubito pervenit ad urbes Decolor, & factis inficianda tuis.

Decoloratio. f. 3. actus decolorandi. *Cic.* 2. *de Div. cap.* 27. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime poteſt ſanguinis ſimilis eſſe.

Decoloratus, a, um, adject. *ſcolorito*. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 5. Decoloratum corpus mortui.

Decoloro, as, a. 1. *ſcolorare*, Ger. *entſerben*, Gal. *decolorer*, Hiſp. *deſcolorar*, ἀποχρόω, colore priſtino privo, aut colorem vitio. *Horat. l.* 2. *od.* 1. *v.* 35. Quod mare Dauniæ non decoloravere cædes? Adde *Celſ. l.* 2. *c.* 8.

Decolorus, a, um, idem quod decolor, *ſcolorito*. *Prudent. Calaguritt. v.* 113. Algidus tum decolores horror artus concutit.

Deconcilio, as, a. 1. adimo, aufero, quemadmodum *concilio* uſurpatur pro addicere alicui. *Plaut. in fragm. apud Feſt. in Penſibus*. Nihil deconciliares illi.

Decondo, is, di, itum, a. 3. idem quod condo, *naſcondere*. *Senec. de Conſol. ad Marc. cap.* 10. In alienius ventrem immenſæ beluæ decondet. Quod *Lipſ.* ex opt. lib. confirmat.

Decoctor, vel **Decunctor**, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod cunctor, *heſito, aſtare, penſare*. *Apul. l.* 10. *poſt princ.* Unde potiſſimum caperet exordium, decontatur. Et *l.* 7. Dum in iſta necis meæ decontor electione.

Decŏquo, is, oxi, ĉtum, a. 3. *conſumare, ſcemare cuocendo*, חוריר, Ger. *verkochen, vermindern*, Gal. *conſumer*, Hiſp. *conſumir*, ἑψέω, paulatim diminuo, & coquendo abſumo, ut Decoquere muſtum ad tertias, vel quartas, &c. *Plin. lib.* 31. *c.* 3. Neronis Principis inventum eſt decoquere aquam. ¶ Item convertere, *mutare*. *Plin. lib.* 22. Omnem illico ſuccum alienum, ſaporemque in venenum decoquit. ¶ Interdum eſt rem familiarem abſumere, *conſumare la roba*, & creditores ſolutione defraudare. Et fere intranſitive ponitur. *Cicer.* 2. *Phil. cap.* 18. Tener ne memoria, prætextatum te decoxiſſe? ¶ Interdum etiam tranſitive. Hinc *Spartian. c.* 7. ſcribit: Adrianum Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant patrimonium, pro modo Senatoriæ profeſſionis expleviſſe. ¶ Decoquere etiam dicuntur ea, propter quæ patrimonium conſumimus. *Perſ. ſat.* 5. v. 57. Hunc alea decoquit, ille in Venerem putret. *Col. l.* 11. *c.* 1. Res domino decoxit. hoc eſt, proventum debitum non reddidit. ¶ Tranſlate eleganter ſumitur hoc verbum pro maturare, digerere. *Quint. l.* 2. *c.* 4. Materiam eſſe volo vel abundantiorem, atque fuſam: multum inde decoquent anni, multum ratio limabit. Sic *Claudian. l.* 2. *in Eutrop.* v. 349. Accenſam decoquat iram. ¶ *Senec. ep.* 36. Minus turpe eſt creditori, quam bonæ ſpei decoquere, h. e. bonam ſpem fallere.

Decor, oris, m. 3. p. gen. p. *bellezza, beltà, ornamento*, הדרה, Germ. *ſchönheit*, Gal. *beauté*, Hiſp. *hermoſura*, ὡραιότης, pulchritudo quædam ex decentia rerum, perſonarumque, ſive in agendo, ſive in loquendo, *a decet*. *Cic.* 1. *Acad.* Spoliavit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit. *Domitian.* apud *Suet. c.* 18. Scias, nec gratius quicquam decore, nec brevius, hoc eſt, pulchritudine. V. Decus.

Decoramen, inis, &

Decoramentum, i, n. idem quod decor. *Sil. l.* 16. *v.* 268. Vittaque majorum decoramen, fronte ſine ullo delapſa attactu. *Tert. de cult. fem. c.* 12. Metronalia decoramenta.

Decorātus, a, um, adject. decorus factus. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 40. Caſſum quiddam, & inani vocis ſono decoratum.

Decōre, adverb. *oneſtamente*, πρεπόντως, decenter, pulchre. *Cic.* 1. *Off.* Ut ſi non decore, at quam minime indecore facere poſſimus. Et *lib.* 1. *de Orat. c.* 32. Apte, & quaſi decore loqui.

Decoriātus, a, um, adject. excoriatus, *ſcorticato*. *Pallad. Jan. cap.* 16. Amygdala decoriata vocat, quæ paulo ante *corticibus ſpoliata* dixerat.

Decorio, as, avi, atum, excorio, corium detraho, *ſcorticare*. *Tert. de Anim. c.* 33. Perinde decorietur, quia & ipſa deſpoliaverit.

Decoris. V. Decorus.

Decoriter, adverb. idem ac decore. *Apul. l.* 7. *Mileſ.* Pererrantes crinium globos decoriter impeditos. Adde *l.* 11.

Decŏro, as, a. 1. *adornare*, הדר, Ger. *zieren*, Gall. *orner*, Hiſp. *adornar*, κοσμέω, orno, honeſto. *Cic. de Clar. Orat.* Hæc omnia vitæ decorabat gravitas, & integritas. *Id. pro Balb. c.* 6. Laude, honoribus, præmiis decorari.

Decorticatio, f. 3. actus decorticandi. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Quod ſi anguſta decorticatio fuerit.

Decorticātus, a, um, adject. *ſcortecciato*, cortice ſpoliatus, ut Abies decorticata. *Plin. l.* 16. *c.* 41.

Decortico, as, a. 1. *ſcortecciare, ſcorzare*, קלף, Ger. *ſchelen*, Gal. *écorcer*, Hiſp. *deſcortezar*, ἀποφλοιόω, corticem detraho, *Plin. l.* 16. *c.* 39. Cædi intempeſtivum, quæ decorticentur.

Decōrum, ſubſt. n. 2. τὸ πρέπον, non tam ipſum honeſtum ſignificat, quam quod hominibus, & communi opinioni honeſtum videtur, & pulchrum, & probabile, *l'oneſto, decoro*. *Cic.* 1. *Off.* Ut id decorum velint eſſe, quod ita naturæ conſentaneum ſit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Hinc ſervare decorum. V. Decet.

Decōrus, a, um, o. 1. 2. *bello, adorno, ornato*, נוה, German. *zierlich*, Gal. *beau, ſeant*, Hiſp. *hermoſo, ornado*, εὐπρεπής, pulcher, decens, honeſtus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Auri venas penitus abditas invenimus, & ad uſum aptas, & ad ornatum decoras. *Id. de Senect. c.* 9. Sermo ſenis decorus. *Colum. lib.* 6. *c.* 1. Boves Apenninus progenerat omnem difficultatem tolerantes, nec ob aſpectu decoros. ¶ Superlativo gradu utitur *Apul. in Apol.* Zenonem Velia oriundum decoriſſimum fuiſſe, Plato autumat. ¶ Invenitur etiam Decoris, re, adject. 3. *Salluſt. in fragm. l.* 3. *hiſtor.* Equis, & armis decoribus cultus.

Decōtes, f. 3. veſtes attritæ, quaſi ſine cute, vel quaſi cotibus detritæ, & conſumptæ, *Feſt.*

Decrementum, i, n. *ſcemamento, il calare*. *Gel. l.* 3. *c.* 10. Quaſi jam mundo ſeneſcente rerum, atque hominum decrementa ſunt.

Decrepitus, a, um, o. 1. 2. *decrepito*, ὑπέργηρως, extremæ ætatis ſenex, a *crepera*, quia eſt dubia vita. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ex his igitur hora octava quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt, quæ vero occidente Sole, decrepita. *Ter. Adel.* 5. 6. 16. Anus decrepita.

Decreſcentia, æ, f. 1. decrementum, ut decreſcentia Lunæ, *Vitr. l.* 9. *c.* 4.

Decreſco, is, crevi, n. 3. *ſminuirſi, ſcemarſi*, חסר, Germ. *ſich mindern*, Gall. *decroître*, Hiſp. *menguarſe*, μειοῦμαι, eſt diminui. *Cic.* 2. *de Divin.* Cum Luna creſcant pariterque decreſcant. *Martial. l.* 9. *epigr.* 53. Decrevere greges, dum cadit agna frequens. ¶ Sic febris, morbus, dies decreſcit. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. *Plin. l.* 2. *c.* 59.

Decretalis, le, adject. ad decretum pertinens, ſeu pendens a decreto, ut decretalis pagina, *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Decretalis bonorum ſucceſſio, *Ulpian. l.* 1. §. 7. *ff. de ſucceſſ. edict.*

Decretorius, a, um, o. 1. 2. *giudiciario*, κρίσιμος, judiciarius, in quo ſcil. judicium ferri poteſt, ut Dies decretorius, decretorium ſidus, vel tempus, ex quo de proventu aliquarum rerum futuro ſumitur judicium. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Res ſumma vitium agitur, decretorio uvis ſidere illo, quod Caniculam appellamus. Adde *l.* 17. *c.* 2. ¶ Arma decretoria, quibus ſcil. ferro pugnandum eſt. *Sen. ep.* 118. Remove iſta luſuriæ arma, decretoriis opus eſt. ¶ Decretorium ſtilus, qui rem definit. *Id. de Clem. l.* 1. *c.* 24. ¶ Decretoria pugna, apud *Quint. l.* 6. *c.* 5. in qua de re tota decernitur: ubi tamen alii leg. *decertatoria*.

Decrētum, ti, n. 2. *conſtituzione, deliberazione*, חק, Ger. *decret*, Gall. *decret*, Hiſp. *decreto*, δόγμα, ψήφισμα, ſtatutum, ſententia, id quod definitum eſt. *Cic. Acad. l.* 2. *c.* 9. Sapientiæ quid futurum eſt, quæ neque de ſeipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis, quæ Philoſophi vocant δόγματα. ¶ Decreta facere, *Cicer. poſt redit. in Sen. cap.* 1. & *pro Dom. cap.* 28.

Decrētus, a, um, o. 1. 2. definitus, ſtatutus, conſtitutus, *decretato, ſtabilito*, ut decreta provincia. *Velley.* 2. 60. *Cic. de Prov. Conſ.* Provinciam deſponſam, non decretam habere videtur. *Id.* 2. *de Orat.* Decreta virtutis præmia. *Sen. Theb.* 1. Omnibus decreta mors eſt. ¶ Aliquem decretum habere, *avere qualchedano accordato*. *Cic. pro Cal.* Nihil jam in iſtam mulierem dicam, ſed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quæ ſe omnibus pervulgaret, quæ haberet palam decretum ſemper aliquem, &c. ¶ *Plaut. Aſin.* 5. 1. Mihi decretum eſt aquam bibere. h. e. decrevi.

Decrētus, a, um, adjectiv. a decreſco, *ſcemato, diminuito*, ut nocte, dieque decretum, & auctum. *Lev.* vel *Lævius* apud *Priſcian.* V. *Voſſ. de Analog. l.* 4.

Decribro, as, a. 1. conficere tanquam per cribrum. *Plaut. Capt.* 4. 4. 6. Decribravit totum cum carne carnarium. Alii leg. *Deturbavit*.

Decŭbo, as, n. 1. *giacere*, κατάκειμαι, jaceo, quaſi deorſum cubo. *Apul.* Decubantem excitavi feram. ¶ Item pro ſecubo uſurpatur a *Gel. l.* 10. *c.* 15. Et de eo lecto trinoctium continuum non decubat. h. e. non ſecubat longe ab eo lecto.

Deculco, as, a. 1. *calcare*, דרך, Ger. *trucken, tretten*, Gall. *fouler*, Hiſp. *hollar*, πατέω, calco. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Pedibus in profluente deculcant.

Deculto, a. 1. κατακρύπτω, valde occulto, a deculo, ut occulto ab occulo. *Feſt.*

Deculpātus, a, um, adject. *Gel. l.* 19. *c.* 10. Dehoneſtum tibi, deculpatumque hoc verbum videtur, h. e. damnatum. V. Culpa.

Decŭma, & decumanus, V. decima, & decimanus.

Decumātes agri, apud *Tac. de Germ. c.* 29. ſunt, qui decumas ſolvunt. Erant autem hujuſmodi agri in Germania in iis regionibus, ubi nunc eſt *il Ducato di Virtemberga*.

Decumbo, is, bui, itum, n. 3. *giacere*, κατακεῖμαι, decubo, jaceo, recumbo. *Cic.* 3. *Verr.* Cum Apronius in triclinio decubuiſſet. ¶ Significat etiam ad menſam ſedere, *ſedere a tavola*. *Plaut. in Mert.* 1. 1. 97. Ad cœnam vocat, venio, decumbo. ¶ Aliquando mori, qua ratione de gladiatoribus præcipue dicitur. *Cic. Phil.* 3. *c.* 14. Quod gladiatores faciunt, ut honeſte decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum.

Decunctor, V. Decontor.

Decunx, uncis, m. decem unciarum menſura. *Fannius de ponder.* v. 46. At ſi ſextantem detrahas, erit ille decuncis.

Decŭplus, a, um, o. 1. 2. δεκαπλάσιος, quod rei alicujus quantitatem decies in ſe continet. *Liv. l.* 39. *c.* 44. Ut ea quoque decuplo tanto pluris, quam quanti eſſent, æſtimarentur. Ita ediderunt *Manut.* & *Scheffer.* at *Gruter.* & *Gronov. decem tanto*, legunt.

Decures, m. 3. antiqui pro Decurionibus uſurparunt. *Feſt.*

Decuria, æ, f. tabula, ſeu album (ut loquitur *Suet. in Claud. cap.* 16.) λεύκωμα græce, in quo perſcripta erant Judicum nomina, qui ſimul judicabant. Ideo decuria dicta eſt, quia decem centurias, hoc eſt, mille judices continebat. *Plin. l.* 33. *c.* 1. & 2. *Suet. Aug. c.* 32. Ad tres Judicum decurias quartam addixit ex inferiore cenſu. Vide ibi *Caſaub.* Quatuor huſce decuriis addita poſtea eſt quinta, ut patet ex eodem *Suet. in Calig. c.* 16. ¶ Apud *Cic. l.* 1. *in Ver. cap. ult.* decuria uſurpatur pro Senatoribus, qui ea tempeſtate judicabant, cui addit epithetum *noſtra*. ¶ Fuerunt & in militia decuriæ, *decurie*, quæ ſinguli decem equites continebant, quique iis præerat, decurio dicebatur. *Roſin. Antiq. Rom. l.* 10. *c.* 15. ¶ Denique decuria dicitur de quovis ſodalitio. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 63. Exigam hercle ego te ex hac decuria. h. e. cœtu epulonum. Adde *Colum. l.* 1. *c. ult.* & *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. ¶ Ponitur etiam ſimpliciter pro decade, *una decina*. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14. Pellium tentoriarum decurias triginta.

Decurialis, is, m. Decuriæ præfectus, vel conſors. *Vetus Inſcr.* apud *Gruter. p.* 36. *n.* 6. L. Aratius Phœbus Decurialis Decoriæ Juliæ. Et apud *Fabret. p.* 86. Q. Mareius Italicus Decurialis negotiator.

Decuriatio, onis, f. diviſio in Decurias. *Cic. pro Planc. c.* 18. Decuriatio tribulium, deſcriptio populi.

Decuriatus, a, um, adjectiv. in decurias diſtributus, ut decuriati equites. *Liv. l.* 26. *c.* 38. Sua voluntate inter ſe equites decuriati, centuriati pediter conjurabant. *Cic. pro Dom.* Cum decuriatos, & deſcriptos haberes exercitus perditorum. V. Decurio.

Decuriatus, us, ui, m. idem quod decuriatio. *Liv. l.* 22. *c.* 38. Ubi ad decuriatum, aut centuriatum convenirent.

Decurio, as, avi, atum, a. 1. eſt milites conſcriptos in decurias diſtinguere. V. Decuriatus, a, um. ¶ Sumitur etiam pro conſcribere homines ejuſdem Tribus vel Curiæ ad corrumpenda ſuffragia. *Cic. pro Planc. cap.* 18. Doce, decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, promiſiſſe, &c. V. Sodalitium.

Decurio, onis, m. 3. *decurione, caporale*, Ger. *oberſter, aberzehen*, Gal. *decurion*, Hiſp. *decurion*, δεκάδαρχος, princeps decuriæ, ſive in urbe, ſive in militia. ¶ Decurio in legione Romana erat, qui decem equitibus præerat. Principio in turma tres decuriones fuere. *Varro lib.* 4. *de L. L.* Turma autem erat 30. equitum, ſive 33. cum tribus Decurionibus. Poſtea re mutata, priſtinum tamen remanſit nomen. Nam quamvis unus tum præeſſet turmæ, h. e. 32. equitibus, nihilominus Decurio dicebatur. *Veget. l.* 2. *c.* 10. ¶ Municipales Decuriones ſic dicti ſunt, quod, cum Coloniæ deducerentur, decimus quiſque legeretur. Erant in Coloniis, ac Municipiis eadem dignitate, qua Senatores Romæ. Hinc Vet. Gloſſ. Decurio, βουλευτής. Ex iis Magiſtratus eligebantur. Eorum decretum idem erat, quod Romæ Senatuſconſultum. *Cic.* Recita, quæſo, Sexti, quid decreverint Capuæ Decuriones. ¶ Poſtremis temporibus hoc nomen in aulis etiam Cæſarum uſurpabatur, ut Decurio Palatii, Decurio Cubiculariorum, &c. *Suet. in Domit. c.* 17. *Ammian.* &c. V. Cubicularius.

Decurionalis, le, adject. ad decurionem pertinens, ſenatorius. Vet. Inſcript. apud *Spond. Miſc. Erud. Antiq. p.* 189. Exornato ornamentis decurionalibus. Gloſſ. gr. lat. βουλευτικός, decurionalis.

Decurionatus, us, ui, m. dignitas Decurionis. *Macrob. l.* 2. *Satur. c.* 3. Cicero ab hoſpite rogatus, ut decurionatum privigno ejus expediret. Adde *Plin. l.* 10. *ep.* 114.

Decurro, is, ri, & interdum decucurri, decurſum, *correre in giù*, ירד, Ger. *ablauffen*, Gall. *courir enbas, s'ecouler*, Hiſp. *correr baxo abaxo*, deorſum curro, κατατρέχω. *Virg. Æn.* 2. v. 41. Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. *Plin. l.* 3. *ep.* 20. Rivi ex fonte decurrunt. ¶ Item ſimpliciter currere, percurrere. *Plin. l.* 24. *c.* 18. Scarabeum ſurſum deorſum decurrentem. *Cic. pro Quint. c. ult.* Decurrere ſpatium ætatis, vel vitæ. ¶ Item confugere, *ricorrere*. *Juſtin. l.* 10. *c.* 3. Iterato ad Oraculum decurrunt. *Plin. l.* 10. *ep.* 97. Ad te conſulendum decucurri. ¶ Sic decurrere ad Senatus conſultum, *Caſ. l.* 1. *B. C.* Decurrere ad remedium aliquod, *Plin. l.* 3. *ep.* 19. ¶ Item ſcribendo, vel dicendo percurrere. *Quint. l.* 6. *c.* 1. Decurrendum per capita. *Stat. l.* 5. *Silv.* Verſu decurrere pugnas. ¶ Eſt etiam militare verbum. Decurrere enim exercitus dicuntur, cum imaginarias pugnas edunt, in duas partes diviſi vero ſimilem pugnam faciunt, ut paratiores ſint cum hoſtibus congredientes, quod apud Macedones factitatum, narrat *Liv. l.* 40. *c.* 8. Vide *Veget. l.* 1. *c.* 27. & *l.* 3. *c.* 4. Itaque pars religionis erat; quam ob cauſam & in heroum funeribus fieri ſolitam hujuſmodi exercitationem, notat *Lipſ. ad l.* 2. *Ann. Tac. c.* 40.

Decurſio, onis, f. *ſcorreria, il correre all' ingiù*. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 10. Antonius Apennino, Alpibuſque ſe teneat, & decurſionibus per equites vaſtet ea loca, &c. *Cic.* 5. *Fin.* Tiberina decurſio. ¶ Eſt etiam militaris exercitatio, qua milites ad pugnas inſtituuntur, ea omnia peragentes, quæ in bellis facienda occurrunt, *eſercizio militare*. *Suet. Ner. c.* 7. Indicta decurſio prætorianis. *Veget. l.* 2. *c.* 22. Ad decurſionem campi milites exeunt.

Decur-

Digitized by Google

Decurſus, us, m. 4. *diſcorrimento*, [illegible], Germ. *ablauffung*, Gall. *cours*, *courſe*, Hiſp. *corrida*, *diſcurſo*, καταδρομη, decurſio. *Liv. l.* 1. Ne ſubito ex collibus decurſu Albanorum intercluderentur ab oppido. *Cic. Fam.* 3. *epiſt.* 2. Decurſum mei temporis. ¶ Item decurſio. h. e. militaris exercitatio. *Tac.* 2. *Ann. cap.* 55. Exercitio equitum, decurſibus cohortium intereſſe.

Decurſus, a, um, adject. excurſus, percurſus, *ſcorſo*. *Lucret. l.* 3. *ſub fin.* Obiit decurſo lumine vitæ. *Plaut. Merc.* 3. 2. 4. Decurſum in ſpatio, breve quod vitæ reliquum eſt. *Cic.* 2. *de Orat.* Decurſa abs te hæc ſunt breviter.

Decurtatus, a, um, 1. 2. *accortata*, *troncato*, [illegible], Germ. *gekurzt*, Gall. *accourcy*, Hiſp. *deſmochado*, ἀποκοπεὶς, mutilatus, partic. a decurtor. *Cic. in Orat. c.* 53. Mutila ſentit quædam, & quaſi decurtata.

Decurvatus, a, um, idem quod curvatus. *Non. c.* 2. *n.* 92. Buro pars aratri poſterior decurvata.

Decus, ŏris, p. gen. c. n. 3. *onore*, *dignità*, *ornamento*, τιμὴ, honos, laus, ornamentum, a *decet*. *Virg.* 6. *Æn.* Oblitus decoriſque ſui, ſociumque ſalutis. *Cic.* 1. *de Nat. Deor.* Decus, & lum civitatis. *Horat.* 3. *od.* 16. Decus equitum. ¶ *Cornel. Front.* ita *decus* a *decor* diſtinguit, ut *decor* dicatur formæ, *decus* vero honoris.

Decuſſatim, *adv.* κατὰ χιασμὸν, per decuſſes. *Col. l.* 10. *c.* 54. Rapam decuſſatim ferramento lunato inciſito. *Vitruv. l.* 1. *cap.* 6. Circino decuſſatim deſcribendum, & per decuſſationem & medium centrum linea perducenda ad extremum, &c. V. *Decuſſo*.

Decuſſatio, onis, f. actus decuſſandi. Exemplum vide in Decuſſatim.

Decuſſio, onis, f. a decutio, *ſcuotimento*. *Tertul. l.* 2. *de cul. fœm. cap.* 9. Decuſſio redundantioris nitoris.

Decuſſis, is, m. 3. nummus, qui decem aſſes valebat, ſive denarium, a *decem*, & *aſſis*. Ejus figura erat Græca litera χ, vel Latina X. Quod ſi ſeces X. in partes duas, ſuperior pars erit litera V. quæ quincuncis, ſeu quinque aſſium nota erat. ¶ Plerumque ad Geometriam applicatur, & ſignificat ſectionem lineæ tranſverſim factam. V. *Decuſſo*. *Plin. l.* 18. *c.* 34. Ducantur duæ lineæ in decuſſes obliquæ. *Vitr. l.* 10. *c.* 12. In primo decuſſis puncto. ¶ Sumitur & pro denario numero, ſeu decade, ab eod. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Decuſſixexis, *n.* indeclin. *Vitr. l.* 3. *c.* 1. Quoniam animadverterunt, utroſque numeros eſſe perfectos, & ſex, & decem, utroſque in unum conjecerunt, & fecerunt perfectiſſimum decuſſixexis.

Decuſſo, as, a. 1. χιάζω, eſt ad decuſſis figuram redigere, hoc eſt, res aliquas eo ordine collocare, ut inter ſe literæ Græcæ χ, aut Latinæ X ſpeciem præbeant. *Cic. de Univ. c.* 7. Hanc conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediamque accommodans mediam quaſi decuſſavit. *Columel. l.* 3. *cap.* 13. In ſpeciem græcæ literæ decuſſare.

Decuſſus, a, um, adject. *ſcoſſo*, *abbattuto*, ut decuſſa lilia, *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 707. Decuſſæ turres, *Liv.* 25. 7.

Decuſſus, us, m. 4. *abbattimento*, [illegible], Ger. *das abſchlagen*, Gall. *ſecouſſe*, Hiſp. *ſacudimiento*, ἀνάσειστις, decutiendi actus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Aliqui tuna ſcribunt, decidere eum, ruſuſque decreſcere facilem decuſſu. Niſi malis eſſe ſupinum verbi *decutio*.

Decutio, is, cuſſi, cuſſum, a. 3. *crollare*, *gettare a terra*, [illegible], Ger. *abſchlagen*, Gall. *ſecouer*, Hiſp. *ſacudir*, ἀποτινάσσω, quatiendo dejicio, ex de, & quatio. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Summa capita papaverum dicitur baculo decuſſiſſe. *Horat. epod.* 9. *v.* 9. December ſilvis honorem decutit. *Plaut. Epid.* 1. 2. 3. 4. Ex armario decutio argenti quantum mihi lubet. h. e. depromo.

Dedĕcet, imp. 2. *diſconvenire*, Germ. *es ſtehet übel*, Gall. *il eſt meſſeant*, Hiſp. *no es bien*, *no conviene*, ἀπρεπές ἐστι, non decet, ineptum, inconveniens eſt. *Cic.* 1. *Off.* Contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare, & mente captum eſſe. *Ovid. l.* 1. *Amor. el.* 7. *v.* 12. Nec dominam dedecuere comæ. ¶ Perſonaliter *Stat.* 10. *Theb.* Si non dedecui tua juſſa, tuiſque prementem.

Dedĕcor, is, o. 3. *laido*, *deſoneſto*, αἰσχρὸς, inhoneſtus, turpis. *Salluſt.* apud *Priſcian. l.* 6. Dedecores, multique terga ab hoſtibus cædebantur. *Auſon. ep.* 9. *v.* 5. Quo dedecor alga recondis. *Stat. Theb.* 11. *n. penult.* Dedecorem amplexi vitam, reditusque pudendos.

Dedecoratio, onis, f. *il diſonorare*. *Tert. de Anima*, *c.* 54. poſtrema dedecoratio.

Dedecorator, oris, maſc. *chi diſonora*. *Tertullian. Apolog. cap.* 14. Dedecorator deorum.

Dedecoratus, a, um, *diſonorato*, *infame*. *Sueton. in Ner. c.* 36. Tanquam aliter illi non poſſent niſi morte ſuccurrere, dedecorato flagitiis omnibus.

Dedecŏro, as, a. 1. *diſonorare*, [illegible], Germ. *entehren*, Gall. *deshonnorer*, Hiſp. *deshonrar*, καταισχύνω, *Cic.* 3. *Off.* Dedecorarunt & urbis auctoritatem, & magiſtri.

Dedecorōſe, adv. αἰσχρῶς, turpiter. *In epitom. Sex. Aur. Victor.* Dedecoroſe eiti, turpius peream.

Dedecoroſus, a, um, dedecorus, turpis, *indecente*. *Sex. Aurel. Victor. in Diocl.* Suſpectans necem dedecoroſam, venenum dicitur hauſiſſe.

Dedecōrus, a, um, o. 1. 2. *deſonorato*, *infame*. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 32. Sex. Pompejus M. Lepidum, ut ſocordem, inopem, & majoribus ſuis dedecorum incuſavit.

Dedĕcus, oris, n. turpitudo, infamia, probrum, labes, macula, ignominia, *infamia*, *diſonore*, [illegible], Germ. *ſchand*, Gal. *deshonneur*, Hiſp. *deshonra*, αἰσχύνη, ignominia ex re turpiter geſta. *Cicer.* 2. *Tuſc.* Dolorem exiſtimo maximum malorum omnium. M. Etiamne majus, quam dedecus? *Ad Herenn. l.* 4. *c.* 35. Dedecori eſſe ſtudiis ac litteris.

Dedicatio, f. *dedicazione*, *conſacrazione*, הנוכה, Germ. *weyhung*, Gall. *dedicace*, Hiſp. *dedicacion*, καθιέρωσις, conſecratio. *Cicer. pro Domo.* Niſi quem forte illius caſtiſſimi Sacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

Dedicativus, a, um, adject. idem quod affirmativus, ut dedicativa propoſitio, cui opponitur abdicativa. *Apul. l.* 3. *Dogm. Plat.* & *Capella initio Dialectica*.

Dedicator, oris, m. qui dicat, *dedicatore*. *Tertull. Apol. c.* 5. Tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur. h. e. inchoatore, atque auſpice.

Dedicatus, a, um, adject. *dedicato*, *conſacrato*. *Cic.* 3. *de Nat. Deor. c.* 13. Ædem Caſtori & Polluci in foro dedicatam vides. *Id.* 1. *Leg. c.* 22. Ingenium in ſe ſuum ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum putabit. ¶ Dedicatus Apollo, apud *Horat. l.* 1. *od.* 31. h. a. divinis honoribus affectus, cui templum dedicatum ſit.

Dedico, as, a. 1. *dedicare*, *conſacrare*, [illegible], Germ. *weyhen*, Gall. *dedier*, Hiſpan. *dedicar*, καθιερόω, conſecro, religioſum facio. Dedicare, inquit *Feſtus*, eſt dicendo deferre. Hinc *Cæcil. Annal. l.* 1. apud *Non.* Legati, quo miſſi ſunt, veniunt, dedicant mandata. h. a. exponunt. *Accius* etiam *in Alpheſ.* Te eſſe Alcmæonis fratrem factis dedicas. *h. e.* dicit, aſſeris. V. *Parei Lex. Lucret.* ubi alia ex *Paulo*, & *Lucretio* exempla affert. ¶ Verum frequentior hujus verbi notio eſt, qua ſignificat tribuere, ſacrare, &c. *Cic. pro Arch. c.* 8. Smyrnæi delubrum Homero dedicaverunt. Sic templum, ſignum, aram dedicare *Cicer. & alii ſæpe*. Ex dedicare ædes alicujus. h. e. religioni obſtringere, ſacras facere. *Id. pro Domo ſua.* ¶ Dedicare alicui librum, eſt, inſcribere, nuncupare, & veluti conſecrare. *Plin. in præfat. hiſt. nat.* Hos tibi dedicavi libellos. ¶ Interdum ſumitur pro auſpicari cum aliqua ſolemnitate. *Sueton. Nerone*, *c.* 35. Ejuſmodi domum abſolutam cum dedicaret. *Aſcon. in Orat. Cic. in Piſon.* Antequam Cn. Pompejus ludos faceret, quibus Theatrum dedicavit. *Plin. l.* 10. *ep.* 117. ¶ *Dedicare in cenſum*, eſt referre, & profiteri quæ ſua ſint in cenſendo, *dar' in nota* &c. *Cic. pro Flacc. c.* 32. At hæc prædia etiam in cenſum dedicaviſti. *Gell. l.* 7. *c.* 11. Inſtrumentum fundi Sabini in cenſum dedicaviſti. h. a. in æſtimationem attribuiſti. Alii utroque loco leg. *in cenſu*. ¶ Dedicare in ſacrum. h. e. religioni obſtringere. *Cajus lib.* 6. *ad leg. XII. tabul.* ¶ Dedicare in funus. h. a. funeris religioni obſtringere. *Paulus l.* 19. *Dig. in tom. Juriſ. ſilius ſ.* ¶ Dedicare ſub aſcia. V. Aſcia.

Dedignatio, f. 3. actus dedignandi, *lo ſdegnarſi*, *e rinunſare*. *Plin. in Paneg. c.* 18. Inertia, & contumacia, & dedignatione parendi. *Quint. l.* 1. *c.* 2. *ad fin.* Tacita dedignatio.

Dedignor, aris, d. 1. *ſprezzare*, *ſdegnare*, [illegible], Ger. *verachten*, Gall. *dedegner*, Hiſp. *deſdenar*, ἀπαξιόω, indignum reputo, contemno. *Ovid.* 2. *de Ponto*. Is me nec comitem, nec dedignatus amicum eſt.

Dediſco, is, dedidici, a. 3. *diſimparare*, Germ. *entlernen*, Gal. *deſapprendre*, Hiſp. *deſmedrar*, μεταμανθάνω, quod didici, obliviſcor. *Cic.* 1. *de Orat.* Juventus noſtra dediſceret pene diſcendo. *Senec. Troad. v.* 633. Dediſcit animus ſero quod didicit diu.

Deditim, adverb. dedendo. *Diomed. Grammatic. l.* 1.

Deditio, f. 3. dedendi actus, *reſa*, ἐγχείρησις. *Cicer. pro leg. Manil.* Spem deditionis non ademit, obſideſque imperavit. ¶ Forma deditionis deſcribitur a Livio in deditione Collatiæ, *lib.* 1. Deditionem facere. *Hirt. de B. Hiſp. c.* 20. In deditionem redigere, *Cic.* 4. *Phil. c.* 5.

Dediticius, vel Dediticius, a. 1. 2. ἐκδοτος, qui ſe in alterius imperium dedidit, a deditus. *Cic. ad Brut. ep.* 3. Id S. C. plerique interpretantur ad ſuos ſive captivos, ſive dediticios pertinere.

Deditus, a. 1. 2. *dato*, *applicato*, *diſpoſto*, *inclinato*, ἐκδοθεὶς, addictus, partic. a *dedo*, ut Deditus literis, amori, voluptati, &c. *Cic. pro Cœl.* Cum prima ætas dedita diſciplinis fuit, iiſque artibus, quibus inſtruimur ad uſum forenſem. *Id. Famil.* 9. *epiſt.* 9. Animus tibi deditiſſimus. ¶ *Dedita opera*, eſt data opera, conſulto, *a poſta*. *Cic. pro Roſc. Amer.* Ut ea dedita opera a vobis contra voſmetipſos facere videamini. Adde *l.* 10. *Att. ep.* 3.

Dedo, is, didi, ditum, a. 3. addico, trado, do, quaſi conſecro, *dare in mano*, [illegible], Germ. *ergeben*, Gal. *rendre*, Hiſp. *dar en poder*, ἐκδίδωμι, eſt in perpetuum dare, vel totum ſubdere, ſive in manum, poteſtatemve, & arbitrium dare. *Liv. l.* 1. Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. ¶ Hinc dedere ſe hoſtibus, *arrenderſi*. *Plaut. Amph.* Convenit, utri victi ſint eo prælio, urbem, agros, locos, ſeque uti dederent. ¶ Aliquando eſt ſimpliciter dare. *Ter. And.* Verberibus te cæſum in piſtrinum, Dave, dedam. *Virg.* 4. *Georg.* neci dedere. ¶ Aures dedere, eſt audire. *Cic. pro Arch.* Ut etiam Cordubæ natis Poetis aures ſuas dederet. ¶ Dedere ſe libidinibus, angoribus, amori, patriæ, alicui. h. e. obnoxium facere, incumbere, &c. *Cic.* 2. *Off.* & 2. *Leg. c.* 2. & *Tuſc. cap.* 30. Dedere ſe ad ſcribendum, *Id.* 1. *de Orat.*

Dedŏceo, es, 4. 2. *inſegnare al contrario*, Ger. *entlehren*, Gal. *deſapprendre*, Hiſp. *deſenſenar*, μεταδιδάσκω, eſt ſecus ab eo, quod quis doctus eſt, docere, vel falſum eſſe oſtendere. *Quint. l.* 2. *c.* 3. Dedocendi onus plus, quam docendi eſt. *Cic.* 1. *de Fin.* Si a Polyæno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quam illum etiam ipſum dedocere.

Dedolĕo, les, n. 2. *non dolersi*, Ger. *verſchmertzen*, Gall. *ne reſſentir point de douleur*, Hiſp. *no dolerſe*, ἀπαλγέω, non doleo, ſeu dolere deſino. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 480. Potui dedoluiſſe ſemel.

Dedŏlo, as, a. 1. *polire*, [illegible], Germ. *überhobeln*, Gall. *doler*, *dolar*, ἀποξέω, dolabra, vel ejuſmodi ferramento, quæ ſcabra, atque impolite ſunt, lævigo, perfecte dolo, a *de* intenſiva. *Colum. l.* 4. *cap.* 26. Partes eorum putres dedolandæ. *Plaut. Men.* 5. 2. 106. Dedolabo aſſulatim viſcera.

Dedomatus, a, um, adject. perfecta domitus, *ben domato*. *Commodian. Inſtruct.* 34. Equa primum dedomata.

Dedūco, is, xi, ctum, a. 3. *ſcorgere*, *tirare*, *condurre al baſſo*, [illegible], Germ. *abführen*, *abziehen*, Gal. *deduire*, *conduire*, Hiſp. *deduzir*, κατάγω, proprie eſt e ſuperiore loco in inferiorem ducere, cum abl. & præp. *a*, vel *ab*, *e*, *ex*, *de*, vel ſine præp. *Cæſ.* 3. *B. G.* Deducere de roſtris conantem concionari. *Virg. in Pharm.* Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam. ¶ Item de loco ad locum, ſive de re ad rem ducere, ut deducere cohortes ex præſidiis, Deducere de via, &c. *Cic. Att. l.* 7. Ut ille de his oppidis, quæ extra eam provinciam occupaviſſet, præſidia deduceret. *Liv. l.* 34. *c.* 35. Deducere præſidia ab oppidis. ¶ Et omiſſa præpoſit. quæ inest in ipſo verbo, *Id. ibid.* Deducere præſidia civitatibus. ¶ Item ducere, vel abducere, ut deducere ad judicium, deducere ſponſam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantem, &c. *Cic. pro Flac.* Qui ad hoc judicium deducti non ſunt. *Id.* 4. *Verr.* Hic eſt Docimus, ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori mimi filiam. ¶ Item alicui comitatum præſtare officii gratia, vel honoris, *accompagnare*. *Cic.* 10. *Famil.* Cumque magna multitudo optimorum virorum, & civium me de domo deduceret. *Liv. l.* 23. *c.* 23. Frequentes eum domum deduxerunt. ¶ Item ex majoribus fluminibus aquam in alia loca deducere. *Virg.* 1. *Georg.* Rivos deducere nulla religio vetuit. ¶ Deducere vela, eſt expandere apud *Ovid.* 3. *Metam. v.* 663. & *l.* 6. *v.* 233. & *l.* 11. *v.* 477. ¶ Tranſlate eſt abducere, removere. *Q. Cic. de pet. Conſ.* Ut de illa animi pravitate deducas. ¶ Item derivare. *Lactant. l.* 4. Diximus, nomen religionis a vinculo pietatis eſſe deductum. ¶ Item redigere. *Lactant. l.* 4. Homines ad tantam cæcitatem eſſe deductos. ¶ Item proferre, *prolungare*. *Cic.* 2. *Acad.* Ut contra omnium ſententias dies pleroſque duceret. Sic, deducere rem in noctem. *Cæſ. l.* 3. *B. C.* ¶ Item in ſubtilitatem ducere. *Pompon.* Vocem deducas, oportet, ut mulieris videantur verba. Hoc ponitur etiam pro ſubtiliter, & nihil ſubruſticum proferre. *Hor. l.* 2. *ep.* 1. Tenui deducta poemata filo. ¶ Item ſubducere, ut *Deducere cibum*, parcius ſolito cibum ſuppeditare. *Ter. Eun.* Siqua eſt habitior paulo, pugilem eſſe ajunt, deducunt cibum. ¶ Item de ſumma aliquid demere, *ſottrarre*. *Cic.* 1. *Offic.* Ex addendo, deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat. ¶ Item privare, auferre. *Cic. pro Cæcin.* Et de fundo Cæcina moribus deduceretur. ¶ Item inducere. *Cic. Att. l.* 9. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, &c.

Deductio, f. 3. *condotta*, [illegible], Germ. *beleitung*, Gall. *conduit*, Hiſp. *arcaduz*, ὑπαγωγὴ, eſt actus deducendi. *Cic. de Leg. Agrar.* Tum quæ erit in iſtos agros deductio? ¶ Item derivatio, cum ex fonte, aut flumine per rivos aqua deducitur. *Cic.* 1. *de Divin.* Ex quo illa admirabilis a majoribus Albanæ aquæ facta deductio eſt. ¶ Item detractio minoris ſummæ a majore, *ſottrazione*, ὑφαίρεσις. *Cic. in Verr.* Certis nominibus deductiones fieri ſolebant. ¶ Tranſlate *Senec. de Benefic. l.* 2. *cap.* 4. Beneficia integra ad eos, quibus promiſſa ſunt, perveniant, ſine ulla, quod ajunt, deductione. Ex quibus verbis patet, formulam fuiſſe, *ſine alla deductione*. Quo pertinet vetus inſcriptio a Lipſio in hunc locum allata: Signum Panthei teſtamento fieri, ponique ex argenti libris C. ſine ulla deductione juſſit.

Deducto, as, *Lucil.* apud *Non.*

Deductor, oris, m. *chi accompagna*, מוליך, Ger. *beleiter*, Gal. *conducteur*, Hiſp. *guiador*, παραγωγός, qui ducit. *Q. Cic. ad M. Cic. de petit. conſul. c. 9.* Una ſalutatorum, cum domum veniunt, altera deductorum.

Deductorium, ii, n. ſulcus, vel foſſa ad aquam deducendam in agris. *Pallad. Novemb. tit. de Caſtanea*: Locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor inſidens limo germen extinguat.

Deductus, us, m. idem quod deductio, ſeu adductio. *Apul. A. A. l.* I. Ponderis deductu veſtis ad ingluviem adſtricta.

Deductus, a, um, adject. adductus, *ridotto*, *condotto*. *Nepos* 15. 7. Deducta eo res eſt. *Cic. Phil.* 13. Homo deductus ex ultimis gentibus. ¶ Deductum carmen, h. e. tenue, dicitur a *Virg. Ecl.* 6. Paſtorem pingues paſcere oportet oves, deductum dicere carmen. Ita explicant Serv. & Macrob. ducta metaph. a lana, quæ in tenuitatem deducitur. Sic naſus deductior, h. e. tenuior. *Sueton. Aug. cap.* 79. Naſum a ſummo eminentiorem, ab imo deductiorem. ¶ Vox deducta, pro ſubtili, & tenui. Afran. reſpondit voce deducta. V. in *Deduco*.

Dedux, ucis, com. qui deducitur, ſeu originem trahit, *Symmach. l.* 8. *ep.* 18. Niſi forte Gallia tua dedux ſit ab Helicone.

Deeo, is, ivi, itum, n. a *de* & *re* conflatum, ſignificat de aliquo loco abire, ut Deire jugis, q. d. ire de jugis, apud *Stat. Theb. l.* 2. *v.* 551. ut ex MSS. reſtituit Gronovius.

Deerro, n. c. *errare*, *vagare*, *traviare*, הועה, Ger. *irrgehen*, Gal. *s'egarer*, Hiſp. *vagar*, *apartarſe*, ἀποπλανάομαι, eſt de via declinare. *Virg.* 7. *Ecl.* Vir gregis ipſe caper deerraverat. *Quinctil. l.* 10. *c.* 3. Ut obvios non videamus, & itinere deerremus. ¶ Translate eſt a ratione diſcedere. *Auct. ad Her. l.* 1. Si non deerrabimus ab eo, quod cœpimus exponere. ¶ *Tacit. Ann.* 13. *c.* 29. Sors deerrabat ad parum idoneos, *cadeva ſopra ſoggetti poco abili*.

Defæcabilis, le, adject. qui defæcari, & purgari poteſt, ut defæcabilis ciſterna, apud *Sidon. l.* 1. *ep.* 5.

Defæcatio, onis, f. a fæce purgatio, *purgazione*. *Tert. de Anim. c.* 27. Ea carnis defæcatione.

Defæcatus, a. 1. a. quod eſt a fæce repurgatum, purum, ſine ſordibus. *Col. l. ult.* Et defæcatum vinum in amphoras bonas adjicito. ¶ Translate *Plaut. Aul.* 1. 2. Nunc defæcato demum animo egredior domo, ideſt, ab angore purgato, tranquillo.

Defæcis, e, adject. qui eſt ſine fæce. *Corn. Sever. de Ætna*, *v.* 424. Quam levis excocto defæcis robore pumex. Alii leg. *defecit*. Scaliger priorem lectionem magis probat.

Defæco, a. t. *purgare*, *levare la feccia*, שמר, Germ. *leutern*, Gal. *ſeparer de la lie*, Hiſp. *quitar las heces*, ἀποτρυγάω, a fæce purgo, fæcem detraho. *Plin. l.* 18. *c.* 26. Vina tamen defæcari, etiam diffundi Hyginus ſuadet. ¶ Translate *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 1. Literas defæcandas limandaſque alicui committere.

Defamatus, a, um, adject. fama privatus, *infamato*. *Gell. l.* 9. *c.* 2. Ut vocabula quæque eorum defamata, atque emortua cum iis videantur. *Id. l.* 18. *c.* 3. Turpitudine priſtinæ vitæ defamatiſſimus.

Defano, as, avi, atum, a. t. idem quod profano, *profanare*. *Arnob. l.* 4. *ad fin.* Spatiola defanata.

Defarinatus, a, um, adject. in farinam redactus, apud *Tertul. cont. Valentin. c.* 31.

Defatigatio, f. 3. *la ſtancarſi*, תלאה, Ger. *ermüdung*, Gal. *laſſement*, Hiſp. *canſancio*, κατάκοπωσις, actus defatigandi. *Cic. de Sen.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingraveſcunt, animi autem ſe exercendo levantur.

Defatigatus, a. 1. c. *ſtancato*, *ſtanco*, labore confectus. *Cic.* 10. *Famil.* Sed mehercule in ea conſervanda jam defatigatus non multo plus ſavet patriæ, quam tuæ gloriæ.

Defatigo, a. t. *ſtancare*, הלאה, Ger. *ermüden*, Gall. *laſſer*, Hiſp. *canſar*, κατακοπιάω, feſſum reddo. *Cic. pro Quinct.* In quo illud ſit, & tales viros defatigat? *Id. pro Marcell. c.* 6. Noli in conſervandis bonis viris defatigari.

Defatiſcens, tis, fatiſcens, deficiens. *Plin.* 17. 2. Arbores, ſi blandiantur Auſtri, defatiſcentes.

Defectio, f. 3. *mancamento*, ἔκλειψις, λειποθυμία, actus deficiendi, diminutio. *Cic. de Sen.* Defectiones Solis, & Lunæ multo nobis ante prædicere. ¶ Item laſſitudo, *debolezza*, ἔκλυσις. *Suet. in Calig. cap.* 50. Ut tamen nonnunquam ſubita defectione ingredi, ſtare, colligere ſe ſe, ac ſuſferre vix poſſet. ¶ Item rebellio vel militum ab Imperatore, vel civitatis a domino, cum ab eorum gubernatione diſcedunt, *ribellione*, מרד, Germ. *abfall*, Gall. *rebellion*, Hiſp. *rebeldia*, *rebelion*, ἀπόστασις. *Liv. l.* 1. Ob reſiduas bellorum iras maxime ſollicitati ad defectionem voluntarius traxere. Et translate, *Cic.* 4. *Tuſc.* Intemperantiam, quæ eſt a tota mente, & recta ratione defectio. ¶ Ellipſis etiam, figura, qua aliquid in oratione ſubſicitur, *defectio* vocatur a *Macrob. l.* 6. *Sat. c.* 8.

Defectivus, a. 1. 2. *defettivo*, *imperfetto*, ἐλλιπής, quod eſt mancum, & imperfectum. *Tertull. adv. Valent. c.* 14. Defectiva, & abortiva genitura. *Cel. Aurel. Acut.* 2. 10. Defectiva febris. h. e. intermittens.

Defector, m. 3. *ribello*, מורד, Germ. *abfellig*, Gall. *rebelle*, Hiſp. *rebelde*, ἀποστάτης, qui de uno exercitu ad alium tranſit. *Suet. in Ner. c.* 43. Revocatiſque ad pœnitentiam defectoribus.

Defectrix, icis, f. quæ deficit, *manchevole*, ut defectrix virtus, *Tert. adv. Valent. cap. ult.*

Defectus, us, ui, m. idem quod defectio, *mancanza*, *debolezza*, *difetto*. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Defectus ſtomachi. *Id. l.* 20. *c.* 2. *ad fin.* Defectus animi. *Virg.* 2. *Georg. v.* 478. Defectus ſolis, lunæ, *ecliſſe*.

Defectus, a, um, adject. deficiens, deſtitutus, privatus, *privo*, *mancante*, *abbandonato*, ἐγκαταλειφθείς. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Aqua & cibo defecti. *Papin. l.* 8. *c.* 16. Defectus dentibus. *Martial. de cygno l.* 3. *epigr.* 77. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. *Celſ. l.* 1. *c.* 8. Defecta a menſtruis mulier. *Colum. in præfat.* Defectiſſimum annis & viribus in agrum relegat. *Apul. l. ult. Florid.* Orationes defective.

Defendo, is, endi, enſum, a. 3. *difendere*, הגן, Ger. *beſchirmen*, Gall. *defendre*, Hiſp. *defender*, ἀμύνω, proprie eſt depellere, avertere, prohibere, *tener lontano*. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 18. Defendere, ac propulſare injuriam. *Ovid. l.* 1. *de Rem. amor. v.* 628. Proximus a tectis ignis defenditur ægre. *Virg. ecl.* 7. *v.* 47. Solſtitium pecori defendite. *Sil. l.* 7. *v.* 170. Defendere ſitim lympha. ¶ Metaleptice uſurpatur pro tueri, ut dictum eſt. *Cic. pro Quint. c.* 13. Locum ſuum honeſtiſſime defendere. *Id. de Senect.* Cantus defendere. ¶ Conſtruitur & cum præpoſit. *Id. pro Leg. Manil. c.* 6. Provincia non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis defendenda. *Cic. pro Syll. c.* 2. Qui illum ſolus ante de ambitu defendiſſet. ¶ Defendere valetudinem, pro conſervare. *Celſ. l.* 4. *c.* 5. ¶ In diſputando defendere, eſt ratione aſſerere. *Cic. in Acad.* Id recte factum eſſe, defenderem.

Defenſa, æ, f. *difeſa*, defenſio. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 18. A Deo expectare defenſam.

Defenſio, f. 3. *difeſa*, הגנה, Ger. *beſchirmung*, Gal. *defenſe*, Hiſp. *defenſion*, ἀπολογία, actus defendendi. *Cic.* 4. *Acad.* Ut ea pars defenſionis relinquatur. *Id.* 1. *Fam. ep.* 9. Defenſionem alicujus ſuſcipere.

Defenſito, as, a. 1. freq. a defenſo. *Cic.* 1. *Off. c.* 33. Si igitur non poterit ſive cauſas defenſitare, &c.

Defenſo, as, a. 1. freq. a defendo. *Sall. Jug. c.* 60. Qui mœnia defenſabant. *Liv. l.* 26. *c.* 45. Mœnia ipſa ſe ſe defenſabant. ¶ Defenſare injuria, pro, ab injuria, *Plaut. Bacch.* 3. 3. 39.

Defenſor, m. 3. *difenſore*, מגן, Germ. *beſchirmer*, Gal. *defenſeur*, Hiſp. *defendedor*, ὑπερασπιστής, qui defendit. *Cic. in Verr.* Quem tibi illa defenſorem ſui juris, ultorem injuriarum, actorem totius cauſæ adoptavit. *Liv. l.* 36. *c.* 35. Defenſor volens adero. *Cic. pro Mil.* Defenſor necis, h. e. propulſator.

Defenſtrix, icis, f. *difenditrice*, quæ defendit. *Priſcian. ſup. v. Æneid. pag.* 1320. *Putſch.* teſtatur, uſurpatam eſſe hanc vocem ab ipſo Cicerone in Timæo.

Defenſuiri, pro defenſum iri, ut Debituiri, pro debitum iri. *Ulpian. de dot. prælect.*

Defenſus, a, um, adject. *protetto*, *difeſo*. *Nepos* 19. 2. 3. Ab eo in judiciis defenſus. *Curt. l.* 10. *c.* 9. Ne loci quidem religione defenſus occidatur.

Defero, ers, detuli, delatum, a. anom. *portare*, הביא, Ger. *bringen*, Gal. *apporter*, Hiſp. *traer*, *llevar*, ἀνάγω, pene idem eſt, quod fero, vel affero, cum acc. *Plaut. Amph.* 2. 2. 69. Quid, ſi e portu navis huc nos dormientes detulit? ¶ Vel cum acc. & dat. *Plaut. Trin.* Quibus me oportet has deferre epiſtolas. ¶ Vel cum acc. & alio acc. cum præp. *ad*, vel *in*. *Liv. l.* 5. Deferri in præceps. *Plaut. Aſin.* Egon' ut non domo uxori meæ ſurripiam pallam, atque ad te deferam? ¶ Eſt item dare, tribuere. *Liv. l.* 1. Omnes Numæ Pompilio Regnum deferendum decernunt. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 10. Univerſum ſtudium, & benevolentiam ad te defero. Sic deferre honores alicui. *Cic. pro Dom. c.* 9. Et deferre alicui ſuam voluntatem, *Id. Fam.* 13. 18. h. e. ſubjicere. ¶ Item denuntiare, narrare. *Cic.* 4. *Fam.* Vehementer te eſſe ſollicitum, multi ad nos quotidie deferunt. *Nep. Annib. c.* 3. Deferre ſenatui. ¶ Cauſam deferre ad aliquem eſt tradere, committere. *Cic. in Brut.* Itaque auctoritate C. Lælii publicanos cauſam detuliſſe ad Galbam. ¶ Deferre alicujus nomen, eſt apud Judicem, vel Magiſtratum de aliquo crimine aliquem denunciare, & reum facere. *Cic. pro Cœl. c.* 31. Nomen amici mei de ambitu detulit. *Id. ibid.* Maleficium alicujus ad judicem deferre. *Tacit.* 5. *An.* Deferri impietatis. *Varro* quoque apud *Gell.* 13. 4. *deferre* abſolute pro accuſare dixit. ¶ Deferre jusjurandum, eſt, facultatem jurandi dare. *Quintil. l.* 5. *c.* 6. Ne cui jusjurandum deferremus. ¶ Interdum deferre ſignificat vendendum exponere. *Senec. ep.* 42. *a med.* In omnibus conſiliis rebuſque faciamus, quod ſolemus facere, quoties ad inſtitorem alicujus mercis acceſſimus, videamus, quanti deferatur. ¶ Significat etiam, *dare in nota*. Solebant enim Magiſtratus e provincia reverſi eorum nomina ad ærarium deferre, quorum opera in provinciæ adminiſtratione uſi fuiſſent, ut & ipſi pro meritis ſuis beneficium aliquod a Senatu conſequerentur. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 20. Scito a me & Tribunos militum, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe. Dicebant etiam, *deferre in beneficiis*, quod is qui deferebat, quaſi beneficium aliquod in Remp. deferre videbatur, ſeu quod qui delatus erat, beneficium ex ærario conſequebatur, Ital. *penſione*. *Cic. pro Arch.* In beneficiis ad Ærarium delatus eſt L. Lucullo Prætore. ¶ Ponitur etiam pro ferre, producere, gignere. *Plin.* 19. 1. Frutex ſimilem barbatæ nucis defert fructum.

Defervefacio, a. 3. *far bollire forte*, הרתיח, Germ. *ſchwitzend machen*, Gall. *faire bouillir*, Hiſp. *hazer hervir*, ἀποζέω, valde fervere facio. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Radix capparis defervefacta in vino dentium dolores ſedat. Adde *Vitruv. l.* 8. *c.* 5.

Defervefactus, a, um, adject. fervefactus, *bollito*, *ſcaldato*. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Semen defervefactum in aqua. Adde *Varr.* apud *Lactant. de Opif. Dei*, *c.* 17.

Deferveo, es, rvi, n. *ceſſare di bollire*, Germ. *aufhören zu ſieden*, Gal. *ſe refroidir*, Hiſp. *dexar de hervir*, ἀποζέω, fervere deſino. *Plin. l.* 14. *c.* 9. *ad fin.* Hoc (muſtum) protinus in lagenis ſuis defervere pati. *Plin. l.* 9. *ep.* 16. Ut primum videbuntur deferviſſe.

Deferveſco, is, bui, n. 3. *raffreddarſi*, ἀποζέω, eſt fervorem amittere. *Col.* In ſe concoqui, & deferveſcere patiantur. ¶ Translate ponitur pro ardorem animi invita ratione excitatum deponere, remittere. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 36. Si quam habent ulciſcendi vim, differant in tempus, dum deferveſcat ira. *Ter. Adelph. a.* 1. *in fi.* Sperabam, jam deferbuiſſe adoleſcentiam. Sic deferveſcere dicuntur cupiditates, ſtudia, &c. *Cic. pro Cæl. c.* 19. & *pro Cluent.*

Defeſſus, a. 1. 2. *ſtanco*, κατάκοπος, valde feſſus, defatigatus. *Cic. in Rull.* Ut aratores cultu agrorum defeſſi urbis domiciliis uterentur. *Id.* 1. *Acad.* Et, niſi de via defeſſus eſſet, continuo eum ad nos venturum fuiſſe. V. *Defetiſcor*.

Defetigare pro defatigare, reperiri interdum in MCStis teſtatur *Par. in Lex. Crit.*

Defetiſcentia, æ, f. defatigatio, *ſtanchezza*. *Tertul. de Anim. c.* 43. Anaxagoras ſomnium defetiſcentiam affirmat.

Defetiſcor, eris, defeſſus ſum, d. 3. *ſtancarſi*, יגע, Germ. *müd werden*, Gal. *ſe laſſer*, Hiſp. *canſarſe*, ἀποκάμνω, eſt laſſari, labore deficere, *affatiſcor*. *Ter. Phorm.* 4. 1. 23. Neque defetiſcar unquam ego experirier, donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero. *Id. Adelph.* 4. 6. Defeſſus ſum ambulando. ¶ Diomed. Grammaticus putat, *defeſſus* non eſſe particip. ab hoc verbo, ſed ſimpliciter nomen, cum per ſe nullum tempus ſignificet. Sed hæc ad verbi notionem nihil, puto, attinent.

Deficio, cis, eci, ectum, a. 3. *mancare*, חסר, Germ. *mangeln*, *gebrechen*, Gal. *faillir*, *manquer*, Hiſp. *faltar*, ἐκλείπω, deſum, non ſufficio, cum nominat. rei inanimatæ, & dat. vel acc. perſonæ, ut Vires mihi deficiunt, Dies deficiet, Vox illi defecit, Oratio illum defecit, &c. Non autem recte dicitur ex. gr. Unor me deficit, ſed a me. *Cic. pro Flacc.* Ad quam opprimendam non animus eis, ſed vires deficiunt. *Id.* 4. *Ver.* Me dies, vox, latera deficient. ¶ Cum infinito *Sil. l.* 3. *v.* 411. gelidos ne ſcandere tecum Deficiam montes conjux tua? crede vigori feminum, &c. Sed tamen illud infinitum Græco more pro nominativo poſitum eſt. Eſt enim ſenſus: an ego conjux tua *Deficiam ſcandens gelidos montes?* ¶ Sæpe ponitur abſolute, ideſt, ſine caſu poſteriore. *Cic. de Fin.* Si forte memoria defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras. ¶ Eſt etiam vires amittere, langueſcere, deſinere. *Cic. Att. l.* 1. Ne una plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 30. Deficere animo, *perder' il coraggio*. ¶ *Cic.* 1. *de Divin. c.* 43. Si Luna paulo ante Solis ortum defeciſſet in ſigno Leonis, *eſſendoſi ecliſſata*. ¶ Item carere, privari, cum ablat. ſine præp. *Col. l.* 3. Vide, ne priſtino alimento deficiat. ¶ Atque in hac ſignificatione etiam paſſive ſumitur pro deſtitui, derelinqui. *Cic. pro Cluent. c.* 85. Mulier abundat audacia, conſilio, & ratione deficitur. ¶ Eſt item recedere, deſciſcere, cum homines ab iis, quorum ſub imperio ſunt, diſcedunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt, vel ſimpliciter cum ab alterius ductu, & partibus recedunt, *partirſi*, *ribellarſi*. *Cic.* 3. *Ver.* Deficere ab imperio, ac nomine noſtro volebat? *Liv.* Pometia, & Cora ad Auruncos defecerunt. ¶ Et translata. *Cic. de Amic. c.* 12. Difficile eſt, amici-

Digitized by Google

amicitiam manere, ſi a virtute defeceris. *Id. l. Fam. ep.* 16. Deficere a ſe ipſo. h. e. naturam & mores mutare. ¶ *Plin. l. 2. c.* 10. Deficit in mucronem figura. h. e. deſinit. ¶ *Alter Plin. l. 2. ep.* 17. Hæc amœnitas deficitur aqua ſaliente, *le manca*.

Defigo, is, ixi, ixum, a. 3. *piantare*, *ficcare*, תקע, Ger. *anheften*, Gal. *ficher*, Hiſp. *hincar*, καταπηγνύω, deorſum figo, implanto, immitto, cum dat. vel cum accuſ. & præp. *in*, vel cum abl. & præp. *in*. *Virg. 2. Georg. v.* 290. Terræ defigitur arbos æſculus. *Col. l.* 2. In terram bene paſtinatam, & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. *Cic. in Catil.* 1. *c.* 6. Sicam in corpore Conſulis defigere voluit. ¶ Translate ſumitur pro imprimere. *Cic. 2. Verr.* Ut non modo in auribus veſtris, ſed in oculis omnium ejus furta, atque flagitia defixurus ſim. ¶ Item ponere, applicare. *Cic.* 11. *Phil.* In cujus poſſeſſiones, atque fortunas non impudentiſſimos oculos ſpe, & mente defigere? *Id. 3. de Or.* Defigere mentem in aliqua re. *Plin.* 8. 16. Defigere oculorum aciem in aliquid. ¶ Item obſtupefacere, attonitum reddere. *Liv. l. c.* Tacita mœſtitia ita defixit omnium animos, ut, &c. *Id. l.* 3. Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit. ¶ Uſurpatur hoc verbum etiam in ſortilegiis, & devotionibus, & ſignificat ligare, obnoxium reddere. *Senec. Herc. Oet. v.* 323. Hoc magæ diræ amorem poſſe defigi malo. Adde *Virg. Cir. v.* 377. & V. *Salmaſ. ad Suet. Calig. c.* 3.

Defindo, is, idi, iſſum, a. 3. idem quod findo, *fendere*. *Ennius apud Non. c. 2. n.* 35. Malos defindunt, fiunt tabulata, falæque.

Defingo, is, inxi, ictum, a. 3. idem quod fingo. *formare*. *Cato c.* 54. *R. R.* Panem defingere.

Definio, is, ivi, itum, ire, a. 4. *definire*, *circonſcrivere*, גבל, Ger. *entſcheiden*, Gal. *borner*, Hiſp. *definer*, ἀφορίζω, conſtituo, circumſcribo, decerno, & quaſi finiendo certos rei, de qua agitur, terminos præſcribo. *Cic. pro Arch.* Res hæ, quas geſſimus, orbis terræ regionibus definiuntur. ¶ Definire alicui, quid faciat, h. e. præſcribere. *Id. pro Quint.* ¶ *Caſ. l. 7. B. G. c.* 38. Definire diem, tempus, *determinare il di*. ¶ Eſt item rem aliquam deſcribere, ejuſque vim explicare. *Cic.* 1. *Off.* Placet igitur ante definire, quid ſit officium. ¶ Definitum eſt, decrevi, conſtitui. *Plaut. Ciſt.* Perge eloqui, non remittam, definitum eſt. ¶ Legitur etiam *diffinio*.

Definite, *eſpreſſamente*, *con limitazione*, Germ. *auſſdrücklich*, Gall. *expreſſement*, Hiſp. *determinadamente*, expreſſe, manifeſte. *Cic. pro Bal. c.* 14. Qui definite poteſtatem Pompejo civitatem donandi dederat. *Plin. Paneg. c.* 88. Definite, diſtincteque deſignat. *Cic. in Orat.* Definite, diſtincteque dicere.

Definitio, onis, f. *definizione*, Gal. *definition*, Hiſp. *definicion*, ὁρισμός, eſt oratio explicans, quid ſit id, de quo diſputatur, ut Homo eſt animal rationale. *Cic. 1. de Or. c.* 42. Eſt definitio earum rerum, quæ ſunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis & circumſcripta quædam explicatio. ¶ *Id. 2. Divin.* Hominum, & temporum definitione ſublata, *ſenza ſpecificare chi, e quando*. ¶ Legitur & *diffinitio*.

Definitive, & Diffinitive, adv. definiendo, definito. *Tertul. de carn. Chriſti, c.* eſt. Sententialiter, & definitive pronunciare. Adde *Aſcon. in Verr. 4. c.* 10. *ad illa verba*, tua manu numeratum.

Definitivus, a, um, i. e. ὁριστικός, quod ad definitionem ſpectat. *Cic. de Inv. l. 2. c.* 17. Cum nominis controverſia eſt, quia vis vocabuli definienda verbis eſt, conſtitutio definitiva nominatur. ¶ Apud *JCtos leg. 2. Cod. de ſentent. ex peric. recit.* Sententia definitiva eſt, quæ ultimo datur, & rem totam abſolvit.

Definitor, oris, m. qui definit, & decernit. *Tertul. l. 4. cont. Marc. c.* 10. Habemus illum alicubi unius baptiſmi definitorem.

Definitus, a, um, adject. *definito*, *determinato*. *Cic. in Somn. Scip. c.* 3. Eſſe in cælo certum & definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruantur.

Defioculus, m. 2. *loſco*, *ſenza un occhio*, Germ. *einaugig*, Gal. *borgne*, Hiſp. *tuerto*, ἑτερόφθαλμος, cui oculus deſit, ſeu deeſt. *Mart. l. 12. epigr.* 59. Hinc defioculus, & inde lippus. Al. tamen leg. *Hinc caſſe oculis*. Alii, *cæcis oculis*.

Defit, verb. def. *manca*, Gall. *il y a faute*, Hiſp. *falleſce*, λείπει, deeſt, cum dat. *Cic. in Tuſc. 3. c.* 19. Mihi fortuna magis nunc deſit, quam genus. *Ter. Hec. 5. 2.* Nihil apud me tibi defieri patiar. *Gell. l. 20. c.* 7. Oſtreæ defiunt. *Plaut. Men.* 1. 4. 3. Neque defiat, neque ſuperſit. ¶ Fit hoc verbum a *fio*, ut tradit Voſſ. in Etymol. Alii a *deficio* derivant, ut *defit*, ſit per ſyncopem pro *deficit*.

Defixus, a, um, a. c. e. infixus, hærens in aliquo, *fiſſo*, *attaccato*. *Cic. in Somn.* Quouſque humi defixa tua mens erit? *Id. in Or.* Id intueri, atque in eo defixus eſſe debet. *Horat. l. 1. ep.* 6. Defixis oculis videre.

Deflacco. V. Defloccо.

Deflagratio, onis, f. *abbruciamento*, הבערה, Ger. *brunſt*, Gal. *embraſement*, Hiſp. *abraſamiento*, ἐμπρησις, combuſtio. *Cic. 3. de Fin. c.* 19. Qui negant, ſe recuſare, quominus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur.

Deflagratus, a, um, adject. ambuſtus, *abbruciato*. *Cic. Catil. 4. c.* 6. In cinere deflagrati imperii collocarent.

Deflagro, as, a. 1. *ardere*, *abbruciarſi fortemente*, בער, Ger. *verbrennen*, Gal. *bruler*, Hiſp. *arder*, ἐμπίπρασθαι, vehementer comburor, igne conſumor. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 27. Dianæ Epheſiæ templum deflagraviſſe. *Id. 4. Acad. c.* 37. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. ¶ Significat etiam deferveſcere, miteſcere. *Liv. l. 40. c.* 8. Spes animum ſubibat, deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.

Deflammo, as, avi, atum, a. 1. *Apul. 5. A. A. ſub fin.* Pharetram expilet, & ſagittas dearmet, arcum enodet, tædam deflammet. h. e. igne ſpoliet, extinguat.

Deflecto, is, xi, xum, a. 3. *torcere*, *piegare*, Ger. *nider biegen*, Gal. *flechir*, *plier*, Hiſp. *doblegar*, κατακάμπτω, torqueo, curvo. *Col. l. 6. c.* 11. Ramum olivæ deflecte, & ad eam arboris ficulneæ religa. ¶ Translate eſt declinare, divertere. *Cic. 3. Off.* In quo verbo lapſa conſuetudo de via deflexit. *Id pro Roſc. Com. c.* 16. Deflectere a veritate. ¶ Tranſitive etiam conſtruitur. *Id. in Or. c.* 40. Ut declinet a propoſito, deflectatque ſententiam. ¶ Deflectere in aliquem locum. *Plin. l. 4. ep.* 1. Deflectemus in Thuſcos, ut neceſſario fungamur officio. Sic deflectere iter, vel ex itinere. *Id.* & *Lucan. l.* 3.

Defleo, es, e. a. *piangere*, בכה, Ger. *beklagen*, Gal. *pleurer*, Hiſp. *llorar*, ἀποκλαίω, idem, quod fleo, deploro. *Aſinius Cic. l. 10. ep.* 31. Illud initium civilis belli deflevi. *Apul. l. 5. A. A.* Sorores deflebant oculos, & plangebant ubera. h. e. oculos fletu fœdabant. *Senec. in Octav. v.* 10. Semper genitrix deflenda mihi.

Defletio, onis, f. fletus, quo aliquid proſequimur, *pianto*. *Juvenc. l. 4. v.* 128. *in cap. Matth.* 24. Adveniet jam tunc triſtis defletio terris.

Defletus, a, um, adject. ex particip. *pianto*, *compianto*. *Cic. Tuſc. 1. c.* 35. Liberi defleti. Et 7. *de Orat. c.* 3. More a multis ſæpe defleta.

Deflexio, onis, f. idem quod deflexus, *piegatura*. *Juvenc. l. 4. v.* 155. *in Luc. c.* 21. Deflexio lucis.

Deflexus, us, m. 4. *piegatura*, ἀποκλιμα, curvatio. *Col. l. 4. c.* 26. Ne deflexu frangatur. *Valer. Max. l. 4. c. 2. init.* Deſcendamus ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.

Deflexus, a, um, adject. curvatus, *piegato*, ut, Amnes in alium curſum contorti, & deflexi. *Cic. 1. Divin. c.* 19. Additur a quibuſdam aliud exemplum ex *eod. l. 9. ad Attic. ep.* 10. Ætas jam e diuturnis laboribus deflexa ad otium. Sed al. leg. *devexa*.

Deflo, as, n. *ſoffiar via*, נשף, Germ. *abhinblaſen*, Gal. *ſouffler*, Hiſp. *ſoplar*, ἀποφυσάω, idem quod flo. *Plin. l.* eſt. *c.* 2. Vetabantque mundiſſimarum cauſa deflare. ¶ Translate eſt contemnere, *ſprezzare*. *Sueton. Calig. c.* 38. Julii, & Auguſti diplomata, ut vetera & obſoleta deflabat. Ita enim legunt Caſaub. Salmaſ. & Lipſius. Vulg. *Deflebat*.

Defloccatus, a. 1. 2. quod floccos amiſit, ut *Senes deflocati*, qui calvi ſunt, quia ſuos floccos, ideſt capillos amiſere. *Plaut. Epid. 3. 1. 10.* Per urbem duo deflocati ſenes quæritant me.

Deflocco, as, a. 1. eſt floccis nudare, & tranſl. privare, a *floccus*. Nonnulli in *Plaut. Aſin. 3. 3. poſt v.* 110. talem inſerunt: Perii: jam illicet homo meos hic lumbos deflocabit. h. e. atteret. ¶ *Non. c. 1. n.* 22. aliter refert. Sic enim habet. Deflocare eſt atterere, tractum e veſtibus ſine flocco. *Plaut. Caſin.* Perii, flocco habebit jam illic homo lumbos meos.

Defloratio, onis, f. proprie eſt florum hinc inde collectio. Hinc translate *Tert. adv. Valentin. c.* 12. Graculus Æſopi ex omnium defloratione conſtructus.

Defloratus, a, um, adject. flore privatus, ἀπανθισμένος. *Quintil. l. 6. præfat.* Certos, atque defloratos fructus oſtendebat. Al. leg. *Deformatos*, h. e. qui formam quidem pomorum habent, non adhuc tamen magnitudinem, & maturitatem.

Defloreo, es, n. 2. *fiorire*, flores emitto. *Col. l. 5. c. 6. ad fin.* Vitis cum ſe multa fronde cooperit, pejus defloret, nebulaſque & rores diutius continet, omnemque uvam perdit.

Defloreſco, is, ui, n. 3. florem amittere, ἀπανθεῖν, *sfiorire*, *perder'i fiori*. *Catull. carm. nupt.* 63. Idem cum tenui carptus defloruit ungue. ¶ Significat etiam flores emittere. *Colum. l. 2. c.* 12. Frumentum & hordeum ſpicam emittit, & cum totam edidit, octo diebus defloreſcit. h. e. emittit, ac demittit. ¶ Translate ſumitur pro vires, aut decorem amittere. *Auct. ad Heren. l. 4. cap.* 27. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate. *Gell.* 14. 1. Spes tibi jam defloruit.

Defloro, as, a. 1. *ſporcare*, *macchiare*, טמא, Ger. *verunreinen*, Gal. *deflourer*, Hiſp. *deflorar*, μιαίνω, conſpurco, contamino, vitio, a flos, quaſi ſit floribus, & ornatu ſpoliare. *Liv. l. 37. c.* 58. Gloriam ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas eſſe. Ita ediderunt Aldus, Scheffer. Froben. & Gruter. Gronovius mavult *præfloratam*. *Gell. l. 14. c.* 1. Futurum gaudii fructuum ſpes tibi jam defloravit. Sed hic quoque al. leg. *præfloravit*.

Defluo, is, n. 3. *ſcorrere all'ingiù*, זוב, Ger. *abflieſſen*, Gal. *s'ecouler*, Hiſp. *eſcorrerſe*, καταρρέω, deorſum fluo, & dicitur proprie de fluminibus. *Plin. l. 6. c.* 7. Defluit in Rhenum Moganus. *Virg. 3. Georg.* Multaque ſecundo defluit amni. Dicitur & de aliis rebus, ut veſtis, toga defluxit ad imos pedes. *Virg. 1. Æn.* ¶ Per translationem eſt decurrere, delabi, *traſcorrere*. *Cic. in Lælio*. Ad leves amicitias defluxit oratio. ¶ Item ætate, vel morbo ſolvi, *mancare*. Hinc folia ex arboribus, capilli ex capite defluere dicuntur. *Sal. in Jug.* Ubi per ſocordiam vires, tempus, ætas, ingenium defluxere. ¶ Item decidere, *cader giù*. *Curt. l. 7. c.* 7. Corpus ex equo defluxit in terram. *Virg.* 11. *Æn. v.* 500. Quem tota cohors imitata, relictis Ad terram defluxit equis. ¶ Significat etiam, deſinere fluere, *ceſſare di ſcorrere*. *Horat. l. 1. ep. 2. v.* 42. Ruſticus exſpectat, dum defluat amnis, at ille Labitur, & labetur in omne volubilis ævum. ¶ Translate *Cic. Fam. ep.* 2. Ubi ſalutatio defluxit, literis me involvo. ¶ Defluere ab aliquo, eſt declinare. *Quintil. l. 10. c.* 1. Amabant eum magis, quam imitabantur, tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat.

Defluvium, ii. n. capillorum fluxus. *Plin. l. 11. c.* 39. Defluvia comarum facere dicitur.

Defluus, a, um, a. 1. 2. quod defluit. *Plin. l. 20. c.* 13. Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis jubet. *Apul. 3. A. A.* Guttatim defluus. ¶ Deflua cæſaries, apud *Prudent.* eſt prolixa, promiſſa. Inquit enim in *Paſſ. Cyprian. v.* 30. Deflua cæſaries compeſcitur ad breves capillos.

Defluxio, onis, f. idem quod defluvium, *lo ſcorrer in giù*, ἀπόρρευσις. *Jul. Firmic. l. 3. c.* 7. Per gonorrhœam, ideſt defluxionem ſeminis.

Defodio, is, odi, oſſum, κατορύττω, *ſcavare*, *far' una foſſa*. *Col. l. 7. c.* 5. Scrobem defodiamus. *Cato R. R. c.* 32. Vineam defodere. h. e. fodiendo implantare. ¶ Item ſepelire, obruere, *ſotterrare*. *Liv. l. 3. c.* 33. Defodere cadaver.

Defœdus, a. 1. 2. valde fœdus. Quidam afferunt exempl. ex *Cic. l. 9. Att. ep.* 10. ubi legitur: Quod quæris a me, fugam ne fœdam an moram defœdam utiliorem putem? Sed mirum, quot hic variæ lectiones!

Defœneratus, a, um, adject. fœnore obſtrictus, *indebitato*. *Apul. Apol.* Pater ejus multis creditoribus defœneratus.

Defœnero, as, avi, atum, fœnoribus faciendis exhaurire. *Cic. Parador.* 6. Dimiſſiones libertorum ad defœnerandas, diripiendaſque Provincias.

Defomitatum lignum, dixerunt antiqui, quod a fomitibus, quibus confoveri ſolet, erat ſucciſum, ab antiquo Defomo, dedolo. *Feſtus*.

Defore, defuturum eſſe, fut. inf. a deſum. *Cic. de Leg. Agr.* Arbitrantur, non defore, qui illam reſtituerent. ¶ Uſurpatur & *deforem*, *defores*, *deforet*, & *deforent*. Cæteris caret.

Deformatio, f. 3. ἀμαύρωσις, actus deformandi. *Liv. l. 9. c.* 5. Ab illa deformatione tantæ majeſtatis. *diſonore*, *ſtrapazzo*. ¶ Item deſcriptio, delineatio, *deſcrizione*. *Vitruv. præfat. l.* 3. Uti qui ſint, & a quibus regionibus ſinguli ſpirent, deformationibus grammicis oſtendi. *Jul. Firmic. l. 1. c.* 3. Nondum corporis deformatione completa.

Deformatus, a, um, adject. formatus quidem, ſed nondum elaboratus, & perfectus, *abbozzato*, *diſegnato*, ut marmora prima manu deformata, *Quintil. l. 5. c.* 6. Sic certos & deformatos fructus oſtendere, *Id. in præfat. l.* 6. ¶ Item deſcriptus, *deſcritto*. *Plaut. Pſeud. 2. 3.* 11. Cuncta in ordine, animo ut volueram, certa, deformata habebam. ¶ Item deformis, ſine forma, *deforme*. *Cic.* 11. *Att. ep.* 20. Hunc omnibus a me pictum, & politum artis coloribus, ſubito deformatum vidi. *Gell. l. 14. c.* 2. Deformatiſſima & ſpurciſſima vita. *Cic. de Aruſp. reſp.* Deformatus artus.

Deformis, & me, a. 3. *deforme*, *ſozzo*, *brutto*, רע, Ger. *ungeſtalt*, Gal. *difforme*, Hiſp. *deforme*, ἄμορφος, turpis, fœdus, a forma. *Cic. pro Cæl.* Ut eum pœniteat non deformem eſſe natum. *Idem Marcello*, *l.* 4. Nec eam diligere minus debet, quod deformior eſt. *Gell. l. 5. c.* 11. Deformiſſima femina. ¶ Dicitur etiam de inanimis, ut deformis ægrimonia, *Horat. epod.* 13. *v.* 18. Vitium deforme, *Martial. l. 12. epigr.* 74. Deformis ager, h. e. incultus, *Cic. 5. in Verr.*

Deformitas, atis, f. *bruttezza*, רע, Ger. *ungeſtalte*, Gal. *difformité*, Hiſp. *deformidad*, ἀμορφία, turpitudo. *Cic. 1. de Orat. c.* 59. Deformitas, & vitium corporis. *Id. l. 1. de Leg. c.* 19. Deformitas animi. ¶ Sumitur & pro dedecore, *diſonore*. *Quintil. l. 6. c.* 1. Si judicibus aut gloriæ futura eſt abſolutio rei, aut deformitati damnatio. *Cic. Att. l. 9. ep.* 10. Deformitas fugæ.

Deformiter, adv. *bruttamente*, Germ. *unformlich*, Gal. *difformement*, Hiſp.

deformemente, [illegible], fœde, turpiter. *Quinct. l.* 8. *c.* 3. Junctura deformiter ſonat. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 1. *n.* 6. Abnuere ſe tam ſuppliciter, & attollere tam deformiter cogebatur.

Deformo, a. 1. fœdo, turpo, maculo, *far brutto*, *difformare*, Ger. *ungeſtalt machen*, Gal. *defigurer*, Hiſp. *deſafear*, [illegible], eſt deſtruere, ab integra forma ad corruptam traducere. *Cic. de Aruſp. reſp.* In qua Pompeium ornat, an potius deformat? *Auctor ad Heren. l.* 4. Carthaginienſes Italiam deformaverunt. *Virg.* 4. *Georg. v.* 254. Vultum deformat macies. ¶ Sæpe eſt delineare, *abbozzare*, [illegible]. *Cic. pro Cæcin. c.* 5. Quis igitur ille, quem fruſtra deformavi &c. *Cato R. R. c. prooem.* Deformare areas. ¶ Item ornare, nova forma inſignire. *Vitruv. l.* 5. *c.* 8. Tragicæ ſcenæ deformantur columnis, ſignis, & regalibus rebus.

Deformoſus, a, um, adject. deformis. *Sidon. l.* 5. *ep.* 3. Conſilio deformiore aliquid occulere.

Deformus, a. i. e. calidus, a formus, ut Exta deforma. *Feſt.*

Defoſſus, us, m. *ſcavamento*. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Area in defoſſu cavata.

Defoſſus, a, um, adject. *ſcavato*, *ſotterrato*. *Virg. Georg.* 3. *v.* 376. In defoſſis ſpecubus agere. *Id. Æn.* 10. *v.* 526. Defoſſa talenta argenti. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Talpæ defoſſæ, ſepultiſque ſimiles.

Defractus, a, um, *ſpezzato*, *rotto*, particip. a defringo. *Plin. l. & c.* 27. Defractos ramos ferere.

Defrenatus, a, um, o. t. e. *sfrenato*, [illegible], Ger. *unbendig*, Gal. *effrené*, Hiſp. *deſenfreado*, [illegible], effrenatus, quaſi ſine fræno. *Ovid.* 2. *Met. v.* 182. Et defrænata volvuntur in æquora curſu.

Defraudatio, onis, f. [illegible], *il defraudare*. *Tertul. de Anim. c.* 43. Omnis natura aut defraudatione, aut enormitate reſcinditur.

Defraudator, oris, m. [illegible], fraudator. *Senec. de benef. l.* 4. *c.* 26. Qui beneficiorum defraudator eſt. Correctiores libb. hab. *Fraudator*.

Defraudatrix, icis, f. quæ defraudat. *Tertull. de Jejun. c.* 16. Domus impudens, ſacrificiorum carnalium defraudatrix.

Defraudo, vel defrudo, per ſyncopen, a. 1. *ingannare*, [illegible], Ger. *betriegen*, Gal. *defrauder*, Hiſp. *defraudar*, [illegible], eſt per fraudem cunquam aliquid intercipere, vel circumvenire aliquem. *Plaut. Aſin.* Te ne ego defraudem, cui ipſi nihil eſt in manu? ¶ Defraudare genium, eſt naturæ, quod appetit, negere. *Ter. Phorm.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium, comparſit miſer. ¶ Defrudo pro defraudo, legitur apud *Nonium c.* 1. *n.* 130. V. Defrugo.

Defrens, entis, f. ſeges demeſſa, a frendo, rumpo. Ita vet. Gloſſ. & Voſſ. Etymol. ¶ Apud Feſtum *defrenſa* ſignificat, detrita, detonſa.

Defricate, adv. fricate. *Nav. in Tarentilla*, Facete, & defricata. *Soſipater Grammat. l.* 1.

Defricatus, a, um, adject. confricatus, *fregato*, [illegible], ut defricatæ maculæ, *Plin. l.* 18. *c.* 10. Dolia defricata, & diligenter lota, *Col. l.* 11. *c.* 2.

Defrico, as, avi, & ui, atum, & ictum, a. 1. *fregare*, [illegible], Ger. *abreyben*, Gal. *diſfrotter*, Hiſp. *fregar*, [illegible], idem quod frico. *Auct. ad Heren.* Ut in balneas venit, cœpit, poſtquam perfuſus eſt, defricari. *Plin. l.* 26. *c.* 4. Defricare pumice. ¶ Tranſlate defricare ſale, eſt ſatyrico carmine perſtringere, notare. *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. *v.* 4. *de Lucilio*: Idem quod ſale multo urbem defricuit, chartæ laudatur eadem.

Defrictus, a, um, adject. idem quod defricatus. *Apul. l.* 3. *Met.* Defrictis adeo dia popillis, an vigilarem, ſcire quærebam.

Defrigeſco, n. 3. [illegible], idem quod frigeſco, *raffreddarſi*. *Col. l.* 12. *c.* 20. Jubebis agitari quod decoxeris, uſque dum defrigeſcit.

Defringo, is, a. 3. *rompere*, *frangere*, [illegible], Ger. *abbrechen*, Gal. *rompre*, Hiſp. *quebrantar*, [illegible], idem ac frango. *Virg.* 2. *Georg. v.* 300. Summas defringe ex arbore plantas. *Cic. pro Cæc. c.* 21. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Defrudo. V. Defrugo.

Defrugatio, f. 3. actus defrugandi. *Col.* Conſtat, ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

Defrugo, a. 1. *tor via tutti i frutti*, Ger. *auſſaugen*, Gal. *degraiſſer*, Hiſp. *deſfrutar*, [illegible], eſt omnem fructum exhaurire, nimia fœtura exinanire agros, vel alio modo perdere fruges. *Plin. l.* 18. *c.* 24. Huc pertinet oraculum illud magnopere cuſtodiendum: Segetem ne defruges. *Cato R. R. c.* 5. Segetem ne defruget: nam id infelix eſt. Quo in Catonis loco alii legunt, *defrudet*, h. e. vel de aratione, vel de ſtercoratione, vel de ſemente aliquid defraudet, & detrahat. Quare cum videatur Plinius ad hunc locum reſpexiſſe, putant aliqui ipſum ex Catone emendandum, legendumque *defrudet*.

Defruor, d. 3. eſt omnem fructum percipere, ut deamo valde amare. *Feſt. Symmach. l.* 3. *epiſt.* 23. Autumnitate defruimur.

Defruſtatus, a, um, adject. in fruſta conciſus, *lacero*, *tagliato in pezzi*. *Ammian. l.* 31. *c.* 3. Sed ſemel tunica collo inſerta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata.

Defruſto, as, avi, atum, eſt fruſtatim excerpere. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 9. Volumen lectita, excerpo, maxima ex magnis capita defruſtans. ¶ Item in fruſta concidere, lacerare. *Ammian. l.* 20. *c.* 2. Defruſtandæ Meſopotamiæ opitulari.

Defrutarius, a. 2. 2. quod ad defrutum ſpectat. *Col. l.* 1. *c.* 6. Dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam.

Defruto, a. 1. *far vin cotto*, Ger. *geſottenen wein machen*, Gal. *faire du vin cuit*, Hiſp. *hazer vino cozido*, [illegible], eſt muſtum decoquere, ut inde defrutum fiat. *Col. l.* 12. *c.* 21. Sed defrutum quoque facere, & defrutare vinum licet.

Defrutum, n. 2. *vino cotto*, Ger. *geſottener wein*, Gal. *vin cuit*, Hiſp. *vino cozido*, [illegible], muſtum ex duabus partibus ad tertiam decoctum. *Col. l.* 12. *c.* 20. Muſtum quam dulciſſimum decoquitur ad tertias, & decoctum defrutum vocatur.

Defuam, as, at, pro *deſim*, *is*, *it*, uſitatum Veterib. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 5. Metuo, ne defuat oratio.

Defuga, æ, m. *fuggiaſco*, *fuggitivo*, transfuga. *Prudent. Calagurit.* 2. *v.* 41. Idolis litare nigris, eſſe Chriſti defugas.

Defugio, a. 3. *ricuſare*, [illegible], recuſo, fugio. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Defugere adminiſtrationem Reip. *Cic. in Somn. Scip.* Defugere munus. *Ter. Eun.* 2. 3. 98. Nunquam defugiam auctoritatem. h. e. non recuſabo. V. *Auctoritas*. ¶ Significat etiam deficere ab aliquo, *ribellarſi*. *Liv. l.* 24. *c.* 36. Ea pugna defugientes ab Romanis cum cohibuiſſet Siculos. Alii tamen leg. *deficientes*.

Defulguro, as, avi, atum, idem quod fulguro, *lampeggiare*. *Auſon. in Periocha* 5. *Iliad.* Undantem clypeus defulgurat ignem.

Defunctorie, [illegible], languide, & remiſſe. *Ulp. l.* 11. *ad Senatuſc. Tertul.* Quæ defunctorie petiit. *Senec. Controv.* 31. *in fin.* Defunctorie cauſam meam egiſſem.

Defunctorius, a, um, adject. non ſatis ſedulus, levis. *Petron. Satyr.* Nec ſatiatos defunctorio ictu. ¶ Apodixis defunctoria, apud eund. V. *Apodixis*.

Defunctus, us, ui, m. idem quod mors, *il morire*. *Tertull. adv. Valent. c.* 26. Defunctui ſubjacere.

Defunctus, a, um, qui peregit quod faciendum ſuſceperat, vel qui ab opere incepto deſiit, [illegible], liberatus, ſolutus. *Cic. auteg. tret to e-xil.* Defunctus pietate eximius. *che ha ſoddisfatto alla pietà*. *Liv. l.* 4. *c.* 52. Defuncta civitate plurimorum morbis. *Horat. l.* 3. *od.* 24. *v.* 15. Laboribus defunctus. *Virg.* 6. *Æneid. v.* 306. Corpora vita defuncta. h. e. mortua. ¶ Quo ſenſu Defuncti etiam abſolute dicuntur, qui ſc. vivere deſierunt, *defunti*. *Plin. l.* 9. *ep.* 9. Pleriſque amare ſe ſimulant quos florentes vident: nam miſerorum, non ſecus ac defunctorum obliviſcuntur. Adde *Tertull. de teſtim. animæ*, *c.* 4.

Defundo, a. 3. verſare, [illegible], deorſum fundo, *ſpargere*. *Petron. ſatyr.* Pierio defundes pectore verba. *Horat.* 2. *ſat.* 2. *v.* 58. Ac niſi mutatum parcit defundere vinum. *Id. l.* 4. *od.* 5. Te proſequitur mero defuſo pateris. *Defundere vinum*, proprie ſignificat, in pateram, vel cyathum fundere bibendi cauſa. At *diffundere vinum*, ſignificat e lacu in dolium, vel e dolio in cadum, vel amphoram fundere ſervandi cauſa. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 5. *v.* 4. Vina bibes iterum Tauro diffuſa. h. e. Tauro Conſule in cadis condita. *Plin. l. & c.* 14. Apothecas fuiſſe, & defundi ſolita vina, &c.

Defungor, eris, unctus ſum, depon. 3. [illegible], expedio, perago, exequor rem aliquam, a munere, vel officio, vel moleſtia liberor. *Liv. l.* 1. Defungi prælio feſtinat. Et *ibid.* Velut defuncti regis imperio. *Terent. Eun. v.* 15. Defunctus jam ſum. h. e. jam egi meas fabulas. Sic *Id. Phorm.* 5. 8. 32. Defungi in hac re cupio. Hinc Defungi cura, laboribus, *Liv. l.* 5. & *Horat. l.* 3. *od.* 24. Defungi morbo, malis, &c. *Liv. l.* 3. *Sueton. Ner. c.* 40. ¶ Defungi fato, h. e. mori, apud *Cic.* At apud *Liv. l.* 39. defungi fato ſignificat etiam malum evadere, quod fato portendebatur. Sic defungi ſomnio, apud *Juſtin. l.* 1. ¶ Defungi tribus decumis pro una. h. e. tres pro una ſolvere. *Cic. Ver.* 5. ¶ Defungi pœna, h. e. pœnam ſubire. *Liv. l.* 29. Ante omnia placuit libera corpora ſine mora Locrenſibus reſtitui, non levi defuncturum pœna, qui non reſtituiſſet. ¶ *Id. l.* 2. *c.* 55. Adeo infenſa erat plebs, ut unius pœna defungendum eſſet Patribus. *liberar tutti con la pena d' un ſolo*. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Ter. Adelph.* 3. 4. 62. Utinam hic hoc modo defunctum. ¶ V. plura in *Defunctus*.

Defuſus, a, um, adject. fuſus, *ſparſo*. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 8. Defuſa Mercurio delibamenta. *Horat. l.* 4. *od.* 5. *v.* 33. Te proſequitur mero defuſo pateris. V. *Defundo*.

Degener, is, o. 3. *traligname*, *baſtardo*, [illegible], Ger. *der auſs dem geſchlecht ſchlecht*, Gal. *forlignant*, Hiſp. *degenerante*, [illegible], qui majorum ſuorum virtuti non reſpondet. *Virg.* 2. *Æn.* Degeneremque Neoptolemum narrare memento. ¶ Jungitur genitivo, maxime apud Poetas. *Ovid.* 3. *de Pont. el.* 5. Juvenis patris non degener oris. ¶ Ponitur & pro vili, ignobili. *Virg. Æn.* 3. *v.* 13. Degeneres animos timor arguit. ¶ *Tacitus* pro ſuppoſititio uſurpat *l.* 12. *c.* 62. Pſeudophilippum vocans degenerem regem.

Degenero, as, avi, atum, a. 1. *degenerare*, *tralignare*. Ger. *auſs der art ſchlagen*, Gal. *degenerer*, Hiſp. *degenerar*, [illegible], a genere recedo, deficio. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 8. Cujus animum filia non degeneraſſent a gravitate paterna. *Liv. l.* 9. Ne degeneraverit a familia imperioſiſſima, & ſuperbiſſima. Poetæ interdum dativo jungunt. *Claud. de* 4. *Conſ. Honor. v.* 366. Et patri non degeneraret Achilles. ¶ Ad inanima quoque transfertur. *Virg.* 1. *Geor. v.* 197. Vidi lecta diu ſemina, & multo ſpectata labore, Degeneraſſe tamen. ¶ Degenerare animos, active, pro diſſimiles reddere, depravare. *Col. l.* 7. *c.* 12. *de canibus*: Si Venus teneris conceditur, carpit & corpus, & vires, animoſque degenerat. Sic *Stat.* 3. *Sylv.* 1. *v.* 160. Non degenerabit honorem. ¶ Hinc paſſive *Solin. c.* 27. Adulterinis coitibus degenerantur partes leænarum.

Degero, is, a. 3. *portare*, [illegible], gero. *Plaut. Men.* 5. 2. 53. Mea ornamenta ad meretrices degerit. *Id. ibid.* 5. 1. 41. Aurum meum domo ſuppilas uxori meæ, & tuæ degeris amicæ.

Deglabro, a. 1. *pelare*, [illegible], depilo, & glabrum facio. *Paul. JCtus l.* 5. *ff. arb. furt. cæſ.* Cingere eſt deglabrare. h. e. idem ait ac decorticare.

Deglubo, is, bi, tum, n. 3. *ſcorzare*, *ſcorticare*, [illegible], Germ. *ausſchelen*, Gal. *écorcher*, Hiſp. *deſollar*, [illegible], eſt corticem eximere. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 48. Quod in eo folliculo deglubitur granum. ¶ Item excoriare. Unde illud: *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere*. Ita reſcripſit Tiberius Præſidibus Provincias tributis onerandas ſuadentibus, apud *Suet. in ejus vit. c.* 32.

Degluptus, a, um, adject. excoriatus, pelle privatus, *pelato*. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 33. Deglupta Mæna. *Marcel. Empir. c.* 16. Mus degluptus.

Deglutino, a. 1. *diſſolvere*, *diſcollare*, Ger. *entleimen*, Gall. *décoller*, Hiſp. *deſempegar*, [illegible], eſt diſſolvere, quod glutinatum erat. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Palpebras deglutinat.

Deglutio, vel deglutto, a. 4. *inghiottire*, [illegible], eſt cibum, vel potum per gulam ad ſtomachum tranſmittere, a glutio, vel glutto. *Alcim. Avit. l.* 4. *v.* 364. Deglutire virum, fauces implere capaces.

Dego, is, degi, ſine ſup. a. 3. [illegible], idem fere ac quod ago, ut degere vitam, ætatem, tempus, vivere. *Cic. pro Sex. Roſc. c.* 49. & 52. ¶ Degere diem in foro. h. e. conterere, *conſumare*. *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 3. ¶ Degere bellum, *far guerra*. *Lucret. l.* 4. *v.* 965. Nautæ contractum cum ventis degere bellum. Alii leg. *degerere*, ut ſit verſus hypermeter. ¶ Degere, abſolute pro vivere. *Laſſon. l.* 3. Sub aliena ditione, atque imperio degere. ¶ Uſurpatur & paſſive. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ vita Deorum ſit, quodque ab iis degatur ævum. ¶ *Non. c.* 4. *n.* 127. eumque ſequuti *Lipſius*, & alii *dego* poni ajunt pro *demo*, quaſi deago, confirmantque exemplis ex *Plaut. Epid.* 1. 2. 63. *Men.* 5. 1. 41. & *Aulul.* 2. 1. 43. Item ex *Apul. in Apol.* & *Gel. l.* 17. *c.* 16. in quibus omnibus locis varia, ac dubia eſt lectio. ¶ *Degui* præterit. formavit *Symmach.* pro *degi*, *l.* 1. *epiſt.* 32. In comitatu deguimus ambo ævo diſpari.

Degrado, as, a. 1. *degradare*, gradu dignitatis moveo, honore privo. *Impp. Theodoſ. & Valent. l.* 1. *Cod. tit.* 31. *leg.* 3. Verberandi, degradandive ſenatores licentiam denegamus.

Degrandinat, imperſ. 1. *tempeſta fieramente*. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 755. Da veniam culpæ, nec, dum degrandinat, obſit.

Degraſſor, aris, d. 1. idem ac graſſor. *Stat.* 1. *Achil. v.* 406. Ubi tanta inpiria primos degraſſare duces, *dopo che i primi Duci ſono ſtati ſi maltrattati*.

Degravatus, a, um, adject. *aggravato*, ut degravatus pondere. *Pbotic. l.* 4. *ſob.* 21. Manus pondere degravatæ. *Apul. l.* 7. *A. A.*

Degravo, as, a. 1. *aggravare*, *premere*, [illegible], premo, moleſto. *Liv. l.* 4. *c.* 33. Etiam peritos nandi laſſitudo, & vulnera, & pavor degravant.

Degredior, eris, eſſus ſum, dep. 3. abeo, deſcendo, deorſum gradior, *partirſi*, *andar verſo l' ingiù*, [illegible]. *Liv. l.* 21. *c.* 32. Ubi degreſſos tumulis montanos ſenſit. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 66. Poſtquam Alpibus degreſſi ſunt. *Al. leg.* degreſſi.

Degrumor, d. 1. eſt ad grumæ menſuram dirigere. *Lucil.* Viamque degrumaris, ut in caſtris menſor facit olim. *Non. c.* 1. *n.* 316.

Degulator, oris, m. *goloſo*, qui guloſe omnia conſumit. *Apul. Apol.* Omnia in paucis annis degulator in ventrem condidit, & dilapidavit.

Degulatus, a, um, adject. *conſumato in stravizzi*. *Plaut. in fragment.* Poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus.

Degulo, as, avi, atum, a. 1. gulæ dare, ut exponit *Non. c.* 2. *n.* 223. *Afran.* Degulaſſe oportuit. Adde *Chariſ. l.* 1.

Degu-

Deguſtatio, onis, *f. il guſtare, e aſſaggiare*. *Ulp. l. 1. ff. tit. 6. l. 18.* ¶ Item pro jentaculo. *Fulgent. Placiad.* Jentaculum dicitur deguſtatio.

Deguſtatus, a, um, adject. *guſtato, aſſaggiato*, ut deguſtata vaſa, vel dolia. *Ulpian. loc. cit.*

Deguſto, as, avi, atum, a. 1. *guſtare, aſſaggiare*, ἀπογεύομαι, idem quod guſto, ſeu delibo. *Plin. l. 18. c. 2.* Ne deguſtabant quidem novas fruges, aut vina. ¶ Per translationem accipitur pro leviter attingere. *Cic. 5. Tuſc.* Viſne igitur, quoniam hæc te vita delectat, ipſis eandem deguſtare? *Lucr. l. 2. v. 192.* Ignis deguſtat tigna celeri flamma. ¶ Item pro alicujus ſententiam expiſcari. *Cic. Att. l. 4. ep. 8.* Te, velim, a Fabio, ſi quem habes aditum, odorere, & iſtum convivam tuum deguſtes. ¶ Deguſtare aliquid ſpeculæ ex ſermone alicujus. h. e. ſpem aliquam concipere. *Cic. pro Cluent.*

Dehaurio, is, a. 4. idem quod haurio, *cavare*. *Cat. c. 66.* Cum oleum ſuſtuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc, *dipoi, nell' avvenire*, מֵעַתָּה, Germ. *forbin*, Gal. *deſormais*, Hiſp. *desde*, τοὐντεῦθεν, poſthac, deinde, deinceps. *Ter. Eun. 5. 2. 33.* At nunc dehinc ſpero, æternam inter nos gratiam fore. *Virg. 1. Æneid. v. 260.* Oſcula libavit natæ, dehinc talia fatur. Hoc loco ſynæreſim patitur, ut & *verſ. 135. & l. 6. v. 678.* Aliquando tamen diſſyllaba eſt, & primam corripit, *Id. 3. Æn. v. 464.* Dona dehinc auro gravia, &c. Adde *l. 5. v. 722. l. 8. v. 337. & 3. Georg. v. 167. & Stat. l. & ſilv. 3. v. 63.* &c.

Dehiſco, is, *aprirſi, ſpalancarſi*, נִבְקַע, Ger. *zerſpalten*, Gall. *s' ouvrir*, Hiſp. *abrirſe*, ἀποχαίνω, eſt valde hiſcere, rimas agere, findi. *Senec. epiſt. 30.* Succurri non poteſt navigio dehiſcenti. *Virg. 1. Æn. v. 42.* Mihi tellus imo dehiſcat. ¶ Dehiſcere in aliquem. h. e. in aliquem erumpere, ſeu invehi. *Cic. Attic. l. 6. epiſt. 11.* Itane in D. Brutum dehiſcis? Ita referunt quidam Lexicographi. Verum ibi alii leg. *deſciſcis*, alii, *Itane in D. Brutum? Dii iſtis*, &c. ¶ Præteritum infiniti eſt *dehiſſe*. *Varr. 4. L. L. pag. 36.* A Proculo relatum, in eo loco dehiſſe terram.

Dehoneſtamentum, n. 2. *diſoneſtamento, guaſtamento*, Ger. *ſchmach*, Gal. *deſhonneur*, Hiſp. *denueſto*, αἶσχος, quod gratiam, & honeſtatem alicui rei adimit. Unde vultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans. *Gel. l. 2. 1. 27.* Quo dehoneſtamento corporis maxime lætabantur. ¶ Item contumelia, *vergogna, diſonore*. *Sen. de Conſtan. Sapien. in fin.* Contumeliæ, verba probroſa, ignominiæ, & cetera dehoneſtamenta.

Dehoneſtatio, onis, f. dedecoratio, dehoneſtamentum. *Tert. de Pudic. c. 18.* Dolores, & dehoneſtationem ſuſtinet.

Dehoneſto, as, a. 1. *diſonorare*, חִלֵּל, Ger. *entehren*, Gal. *deshonnorer*, Hiſp. *deshonrar*, ἀτιμάζω, dedecore afficio, honeſtatem adimo. *Trebel. Pol. in Gal. c. 16.* Romanum dehoneſtantes imperium.

Dehoneſtus, a, um, o. 1. 2. non honeſtus. *Gel. l. 19. c. 10.* Dehoneſtum, deculpatumque verbum.

Dehonorarius, a, um, adject. inhoneſtus. *Tertul. Apol. c. 39.* Si quod arcæ genus eſt, non dehonoraria ſumma, quaſi redemptæ religionis congregatur.

Dehonoro, as, avi, atum, are, a. 1. *diſonorare*, honore privare. *Oroſ. l. 3. 2. c.*

Dehortativus, a, um, dehortatorius, ut *dehortativum adverbium* apud *Priſcian. pag. 1020. Putſchii*.

Dehortatorius, a, um, adject. *diſſuaſivo*, ad dehortandum pertinens. *Tertul. Apol. c. 25.* Dehortatorium plane a bono.

Dehortor, aris, com. 1. *ſconſigliare, diſſuadere*, Ger. *abmahnen*, Gal. *deconſeiller*, Hiſp. *diſſuadir*, μετανοῶ, diſſuadeo. *Cic. in Piſ.* Res ipſa, & Reip. tempus aut me ipſum, aut alium quempiam aut invitabit, aut dehortabitur. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 3.* Dehortari ab aliqua re. *Ter. Phorm. 5. 7. 17.* Dehortatus eſt me, ne darem.

Dejanira, f. 1. Δηϊάνειρα, filia fuit Oenei Ætoliæ Regis, cujus Regia Calydon erat. Propter pulchritudinem e multis procis expetebatur. Tandem primo deſponſata eſt Acheloo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum eſt inter eos certamen. Sed Acheloo victo, Herculi ceſſit. Porro cum Hercules tranſiturus eſſet Evenum Ætoliæ fluvium, qui tunc temporis maxime excreverat, Neſſus Centaurus ſeipſum ultro obtulit ad tranſvehendam Dejaniram. Quam cum Neſſo commiſiſſet, ipſe primus intrepide tranavit fluvium. Neſſus autem adhuc in altera ripa ſtans novam nuptam vitiare voluit. Quod videns Hercules, ſagittis Hydræ ſanguine infectis Centaurum tranſfixit. Hic ſe moriturum ſentiens, ut hoſtem ulciſceretur, Dejaniræ veſtem ſuam proprio ſanguine perfuſam dono dedit, afferens, ei vim amatoriam ineſſe, &, ſi hac maritus indueretur, ipſum ab aliarum mulierum amore evocatum iri. Mulier itaque nimis credula munus accepit. Cum audiſſet, maritum ſuum in Eubœa amore Joles Euryti filiæ detineri, Neſſi veſtem viro perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali ſuſpicans, cum paulo poſt in Oeta monte Cœnæo Jovi ſacrificaturus eam induiſſet, tantis cruciatibus affectus eſt, ut in furorem verſus, Lycham e monte in Euboicum mare dejecerit, qui in ſcopulum mutatus eſt, ipſe autem, arcu, & ſagittis Philoctetæ commiſſis, ſe in ardentem pyram conjecerit. Quod Dejanira audiens, dolore percita, Herculis clava ſe interfecit. Ex ejus ſanguine nata eſt herba, quæ Nymphæa, item Heracleon dicitur. *Ovid. 9. Metam. v. 136.* Pervenit ad aures, Dejanira, tuas.

Deidamia, f. 1. Δηϊδάμεια, filia fuit Lycomedis Regis Scyri inſulæ, quam Achilles, cum inter Regis hujus filias ſub muliebri habitu lateret, gravidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. *Propert. l. 2. eleg. 9. v. 15.* Scyria nec viduo Deidamia toro.

Dejectio, onis, f. 3. καταβολή, actus dejiciendi. *Cic. pro Cæc. c. 20.* Quis illam vim, dejectionemque fecerit. ¶ Dejectio gradus, inter pœnas militares, cum ex ſuperiori dignitate quis dejicitur. *Leg. 3. §. 1. ff. de re milit.* ¶ Dejectio alvi, apud *Celſ. l. 1. c. 3. & l. 4. c. 14.* eſt alvi ſubductio, ſeu purgatio. Et Dejectio abſolute, eodem ſenſu, *Idem l. 4. cap. 14. & in præfat.*

Dejectiuncula, læ, f. diminut. a dejectio. *Scribon. Larg. c. 9. compoſit. 52.*

Dejecto, as, a. 1. frequentat. a dejicio. *C. Matius in Mimiambis apud Gel. l. 20. c. 9.* Dein coquenti vaſa cuncta dejectat.

Dejectus, us, m. dejectio, *il gettar in giù*. *Liv. l. 9. c. 2.* Anguſtias ſeptas dejectu arborum, ſaxorum ingentium objacente mole, invenere.

Dejectus, a, um, adject. *abbattuto, gettato a terra*, καταβληθείς, proſtratus. *Curt. l. 7. c. 1.* Quatuor millibus ferarum dejectis. ¶ Hinc pro victo, & pro mortuo ponitur. *Nepos Thraſyb. c. 2.* In ſecundo prælio cecidit Critias, hoc dejecto, Pauſanias venit Atticis auxilio. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 46.* Paucisque dejectis, reliquos ſe convertere cogunt. ¶ Tranſlate *Virg. 3. Æn.* Mulier dejecta conjuge. h. e. orbata. *Quint. l. 1. c. 11.* Oculi in terram dejecti. *Sen. Oedip.* Vultus pudore dejectus. *Stat. 3. Theb. v. 367.* Dejectus vultum. *Cæſ. l. 1. B. G.* Spe dejecti Helvetii. *Solin. c. 43.* Hiacynthus perſpicuitate dejectior. h. e. inferior.

Dejero, n. 1. *giurare*, יָשַׁע. Ger. *ſchwören, und hoch ſchwören*, Gal. *jurer, & proteſter*, Hiſp. *jurar*, ἐξόμνυμι, valde juro. *Gel. l. 1. c. 3.* Cum amicus eum rogaret, ut pro re, cauſaque ejus falſum dejeraret. *Ter. Hec. 3. 2. 5.* Bacchis dejerat perſancte.

Deificus, a, um, qui Deos facit. *Tertul. Apol. c. 11.*

Dejicio, is, jeci, ectum, a. 3. *gettare a baſſo*, הִשְׁלִיךְ, Ger. *umbwerffen*, Gal. *abatre*, Hiſp. *derribar*, καταβάλλω, deorſum jacio, vel mitto. *Liv. l. 4.* Quem cum ictum equo dejeciſſet. ¶ Interdum ponitur pro jaciendo duntaxat. *Liv. l. 1.* Alter elatam ſecurim in caput dejecit. ¶ Per tranſlationem uſurpatur pro deturbare, depellere. *Cic. 2. Ver.* Pollicitus eſt, quantum vellent pecuniæ, ſi me Ædilitate dejeciſſent. ¶ Item pro avertere, *rimovere*. *Cic. in Phil.* Nec vero uſquam, nec a Repub. oculos dejiciebam. *Id. Verr. 7. 49.* Dejicere metum. h. e. amovere. ¶ Dejicere de gradu, eſt dejicere de dignitate, vel de conſtantia deducere. *Cic. 1. Off.* Fortis, & conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. ¶ Dejicere de ſententia, eſt removere. *Cic. 2. Tuſc. c. 5.* Et me pudet tam cito de ſententia eſſe dejectum. ¶ Dejicere oculos de aliquo, *perdersi di viſta*, *Cic. Ver. 6.* Sic oculos a Repub. dejicere, *Id. Phil. 1.* ¶ Dejicere alvum, *Cat. R. R. c. 156.* Vide Dejectio. ¶ Significat etiam vim proſtrare, vincere. *Cic. Phil. 8. c. 2.* Præſidium dejicere. *Valer. Flacc. l. 1. & c.* Dejicere taurum ingentem.

Dein, adverb. ordinis, idem ac deinde per ſyncop. *Juven. Sat. 15. v. 53.* Dein clamore pari concurritur. ¶ Quæ exempla afferuntur in *Lex. Baſilii Fabr. Calep. & aliis*, incertæ lectionis ſunt.

Deinceps, *dipoi, ordinatamente*, Ger. *demnach*, Gal. *enſuite*, Hiſp. *de aqui adelante*, ἀντὶ τῶν, proprie eſt gradatim, per ordinem, per vices, a *deio*, & *capio*, id eſt, a deinde capiendo. *Liv. l. 1.* Ita duo deinceps Reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. ¶ Interdum ponitur pro poſthac, ſive in poſterum. *Cic. Att. l. 7.* Velim, deinceps meliore ſint. ¶ Interdum pro deinde, poſtea. *Liv. l. 1.* Advocato concilio, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti eſſent, cædem deinceps Tyranni, ſeque ejus auctorem oſtendit.

Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum, ut *principem* primum captum. *Feſt.* ¶ Idem deinceps, qui deinde cepit, princeps, qui primus cepit. *Idem.*

Deinde, *dipoi, poſcia, dopo*, Germ. *darnach*, Gall. *apres*, Hiſp. *deſpues*, ἔπειτα, poſtea, a *de*, & *inde*, & ſignificat ordinem, vel tempus. *Cic. ad Q. Frat. l. 3.* Quum ad te deinde literas mittemus. *Idem l. 3. Fam. epiſt. 7.* Primum App. Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde amico. ¶ Per pleonaſmum jungitur aliis particulis idem ſignificantibus, ut deinde poſtea, *Cic. pro Mil. c. 24. & Liv. l. 41. c. 24.* poſtea deinde, *Celſ. l. 7. c. 8.* deinde tum, *Varr. l. 5. de L. L. c. 6.* deinde porro, *Plaut. Trin. 5. 2. 103.* ¶ In carmine fere eſt diſſyllaba; paſſimque occurrunt exempla. Raro triſyllaba, correpta priore. *Sidon. carm. 9. v. 272.* Nec qui conſimili deinde caſu Irati fuit hiſtrionis exul. *h. e.* Juvenalis.

Deinſuper, *di ſopra*, ἄνωθεν, deſuper. *Salluſt. l. 1. Hiſt.* apud *Non. c. 15. n. 48.* Ad medium deinſuper eſtanciam manibus in mutum extollitur.

Deintegro, as, avi, atum, are, a. 1. imminuo, corrumpo. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 225.* Nomen virginis deintegravit.

Dejone, f. 1. mater Mileti, quem ex Apolline peperit. Hinc Miletus Dejonides dictus eſt. *Ovid. l. 9. Met. v. 445.*

Dejopeia, f. 1. una ex Nymphis Junonis. *Virg. 1. Æn. v. 72.*

Deipara, æ, f. quæ Deum peperit. Ita *Juſtinian. l. 1. Cod. tit. 1. leg. 6.* Latine reddit Græcum Θεοτόκος, quod de B. Virgine Maria, Dei matre dicitur.

Deiphile, f. 1. Δηϊπύλη, filia Adraſti Regis, uxor Tydei, mater Diomedis.

Deiphobe, es, f. 1. Δηϊφόβη, filia Glauci, vulgo Sibylla Cumana.

Deiphobus, m. 2. filius Priami ex Hecuba, qui interfecto Paride Helenam duxit uxorem. Helenæ dolo, & proditione interfectus eſt a Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromiſit. *Virg. 6. Æn. v. 494.*

Dejugo, as, a. 1. *diſgiungere*, ἀποζυγόω, disjungo. *Pacuv.* apud *Non. c. 2. n. 236.* Per noſtram egregiam unanimitatem, quam memoria dejugat.

Dejungo, is, a. 3. *diſgiungere*, διαζεύγνυμι, disjungo. *Cic. de Univ. c. 3.* Ut eadem ſint ea, quæ dejuncta fuerunt. *Plaut. Aſin. 3. 3. 75.* Dejungere amantes.

Dejurium, n. 2. ὁμωμοσία, jusjurandum. *Gel. l. 7. c. 18.* Quoniam dejurio vincti eſſent.

Dejuro, as, n. 1. ac dejero. *Plaut. Caſ. 3. 5. 35.* Per Deos omnes, & Deas dejuravit. *Gel. l. 11. c. 6.* Neque mulieres Romanæ per Herculem dejurant.

Dejuvo, as, a. 1. non juvo, apud antiquos. *Plaut. Trin. 2. 2. 63.* Deſerere illum, & dejuvare in rebus adverſis pudet.

Delabor, eris, d. 3. *ſcorrere a baſſo, cadere a baſſo*, נָפַל, Germ. *abfallen*, Gal. *decheoir*, Hiſp. *delizarſe*, καταπίπτω, eſt deorſum labi, decidere. *Virg. in Sileno.* Serta procul capiti tantum delapſa jacebant. ¶ Et cum prop. *Cic. 3. de Orat.* Quemadmodum ex utraque parte tecti aqua delaberetur. *Id. 1. Divin. c. 28.* Delabi in flumen. Sic delabi in morbum. *Id. Attic. l. 7. ep. 5.* ¶ Tranſlate pro deflectere. *Cic. 2. de Orat. c. 60.* Oratio eo delabitur. *l. 1. c. 21.* delabi in ſermonem. Et *l. 2. Fam. ep. 10.* Delabi ad æquitatem. ¶ Item conſumi, perire. *Cic. l. 2. Offic.* Habenda eſt ratio rei familiaris, quam delabi ſinere, flagitioſum eſt.

Delaboro, as, a. 1. idem quod laboro, vel valde laboro. *Afran.* apud *Non. c. 4. n. 423.* Hic noſter delaborat.

Delacero, as, a. 1. *ſtracciare*, σπαράττω, in partes lacero, conſcindo. *Plaut. Capt. 3. 5. 14.* Qui me, meamque rem tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis delaceravit.

Delacrymatio, f. 3. *uſcita di lagrime*, καταδάκρυσις. *Plin. l. 37. c. 11.* Vis ejus collyriis oculorum aptiſſima, & delacrymationibus mordendo proficiens. Adde *l. 20. c. 5.*

Delacrymatorius, a, um, adject. ad delacrymationem pertinens, ut delacrymatorium collyrium. *Marcel. Empir. c. 8.*

Delacrymo, n. 1. *lagrimare*, ἀποδακρύω, eſt lacrymas, vel aquam more lacrymantis demittere. *Col. l. 4. c. 9.* Ut interdum potius devexa, quam in germine delacrymet. De vite putata loquitur.

Delævo, & rectius Delevo, as, a. 1. *pianare*, λειαίνω, idem ac lævo, ſeu lævigo. *Colum. de arb. c. 6.* Plagam acutiſſimo ferro delævato.

Delambo, is, a. 3. *leccare*, λείχω, idem ac lambo. *Stat. 2. Theb. v. 682.* Molliaque ejecta delambit vellera lingua.

Delamentor, aris, d. 1. *piangere*. καταθρηνέω, defleo. *Ovid. 11. Met. v. 331.* Et natam delamentatus ademptam.

Delapidatus, a. 1. 2. *ſelciato, laſtricato*, λιθόστρωτος, quod lapide ſtratum ſit. *Feſt.*

Delapido, a. 1. eſt lapide ſternere, item lapides ex aliquo loco eximere, auferre, ſive lapidibus purgare. *Cato R. R. c. 46.* Locum bipalio vertere, delapidare, circumque ſepire.

Delapſus, a, um, adject. a delabor, *venuto giù*. *Cic. pro Leg. Manil. c. 14.* Pompeium ſicut aliquem de cœlo delapſum intuentur.

Delaſſabilis, le, adject. *ſtancabile*. *Manil. l. 4. v. 240.* Et faciles motus, nec delaſſabile pectus.

Delaſſatus, a, um, adject. *ſtanco, ſtancato*. *Plaut. Aſin. 5. 2. 22.* Delaſſatus labore.

Delaſſo, as, a. 1. *ſtancare*, κοπιάω, valde laſſo. *Horat. 1. Ser. ſat. 1. v. 14.* Loquacem delaſſare valent Fabium.

Delatio, onis, f. 3. ἀπαγωγή, actus deferendi, accuſatio, &c. *Cic. pro Cluent. c.*

ſt. Qui

Digitized by Google

8. Qui ſibi delationem nominis, & capitis periculum oſtentarat. *Tac. l. 3. hiſt. c. 10.* Delationem lactitare.

Delator, m. 3. *accuſatore, rapportatore, ſpia*, בלשן, Germ. *obren treger*, Gal. *delateur*, Hiſp. *acuſador*, ἐνδείκτης, occultus accuſator, calumniator. *Sueton. de Domit. c. 9.* Princeps, qui delatores non caſtigat, invitat. *Id. Ner. c. 10.* Præmia delatorum Pepiæ legis ad quartas redegit. *h. e.* eorum, qui accuſabant tranſgreſſores legis Pepiæ.

Delatorius, a, um, adject. ad delatorem pertinens, accuſatorius, ut delatoria curioſitas. *Ulp. l. 1. ff. de jur. & fact. ignor.*

Delatus, a, um, adject. *accuſato, denunziato. Nep. 23. 3. 1.* Id Carthaginem delatum publice comprobatum eſt. *Curt. l. 7. c. 1.* A duobus indicibus delatos. Et *l. 6. c. 9.* Delatum indicium ſopprimere.

Delavo, as, idem quod lavo. Aſſertor *Plaut. Rud. 2. 7. 21.* In mari quod delavi. Sed meliores libri habent *clavi*.

Delebilis, e. 3. *che ſi può cancellare*, Ger. *leschlich mag außgetilgt werden*, Gal. *aiſé a effacer*, Hiſp. *lo que ſe puede borrar*, ἐξαλειπτόν, quod deleri poteſt. *Mart. l. 7. epig. 83.* Caſibus hic nullis, nullis delebilis annis vivet.

Delectabilis, le, o. 3. *dilettevole*, τερπνός, quod delectat. *Tac. l. 12. Ann. c. 67.* Infuſum delectabili cibo boletorum venenum. *Apul. l. 3. Flor.* Tibia queſtu delectabilior.

Delectabiliter, *dilettevolmente*, τερπνῶς. *Gel. l. 13. c. 24.* Delectabiliter, ac decore depicta. Adde *l. 15. c. 1.*

Delectamen, inis, n. 3. *diletto*. *Petron. Pſeudepigr. 1. p. 208.* Caſſo ſaltem delectamine amare liceat, ſi potiri non licet.

Delectans, antis, particip. verbi *delector*. Hinc comparat. *delectantior*. *Gell. in proœm. ver. fin.* Sermo incorruptior, motio delectantior.

Delectamentum, ti, n. 2. idem ac delectatio, *diletto, piacere*. *Cic. in Piſon. c. 25.* Inanie delectamenta puerorum. *Ter. Heaut. 5. 1. 79.* Qui me ſibi pro ridiculo, & delectamento putat.

Delectatio, f. 3. oblectatio, jucunditas, *dilettazione, diletto*, עדנה, Ger. *beluſtigung*, Gal. *delectation, plaiſir*, Hiſp. *deleyte*, τέρψις, jucunditas, quam ex re aliqua percipimus, quam ſic definit *Cic. l. 4. Tuſc.* Delectatio eſt voluptas ſuavitate auditus animum deliniens, & qualis hæc eſt aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum, quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Delectatus, a, um, particip. *chi ſi è dilettato*. *Nep. 14. 3. 4.* Magnopere delectatus facto. ¶ Nonnunquam etiam naturam induit, & gradus habet. *Gel. in præfat. Oper.* Sermo delectatior in otio.

Delectio, onis, f. *ſcelta, elezione*, delectus, electio. *Vopiſc. in Aurelian. c. 40.* De imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum: verum ſenatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit.

Delecto, as, a. 1. *allettare, invitare*, proprie eſt allicere, a *lacio*, *Ennius*. Ut me Apollo ipſe delectat, ac ducit Delphicus. ¶ Et quoniam quæ grata, ac jucunda ſunt, nos attrahere ſolent, factum eſt, ut delectare ſit jucunditate efficere, *dilettare, dar piacere*, τέρπω. *Cic. Ruſo.* Me & ſuperiores literæ tuæ admodum delectaverunt. *Id. Pæt.* Tu te iſtic Atheniano jure delectato, ego me hic Hirciano. *Id. Att. l. 2. ep. 2.* Cum Muſis nos delectabimus.

Delector, oris, m. *chi ſceglie*, qui deligit. *Frontin. l. 4. Strategem. c. 1.* Pyrrhus delectori ſuo fertur dixiſſe: Tu grandes elige, ego eos fortes reddam. *h. e.* illi qui milites cogebat.

Delector, aris, paſſ. 1. *eſſer dilettato, dilettarſi*, εὐφραίνομαι, eſt delectatione, vel jucunditate affici. *Col. l. 1.* Matrona amœnitate aliqua delectanda erit, quo patientius moretur cum viro. *Cic. 2. Leg.* In hoc admodum delector. *Id. pro Arch.* Cogitatione quadam, ſpeque delectari. *Hor. l. 1. epiſt. 17.* Prudens dici delector.

Delectus, a, um, o. t. 2. partic. a deligor, *eletto, ſcelto*. *Cic. 3. Catil.* Et ego de Præfectura Reatina compluree delectos adoleſcentes cum gladiis miſeram.

Delectus, us, m. 4. *elezione*, ἐκλογή, electio. *Cic. 2. Agr.* Cæteri agri omnes, qui ubique ſunt, ſine ullo delectu Decemviris addicentur. ¶ Delectus militum eſt, cum Imperator, pro Imperii ſui auctoritate, quos ei viſum fuerit, ad militiam conſcribit. *Cic. 2. Catil.* Cum hoc delectu, quem in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habuit. ¶ Metonymice delectus accipitur pro diſcrimine, ſive judicio, *ſcelta*. Hinc Rhetores dicunt, in uſu verborum, & ſententiarum delectum adhibendum eſſe. *Cic. de Clar. Orat. c. 72.* Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. Hac ratione delectum facere, dixit *Quintil. in l. 1. c. 8.* Facere ſtudiorum delectum nemo diſſuaſerit.

Delegatio, f. 3. *delegazione*, ἐντολή, ἐπιτροπή, actus delegandi. *Cic. Att. l. 12. epiſt. 3.* Aut delegationem e mancipe annua die, &c. *Juſtin. Cod. de Novat. & delegat.* Delegatio debiti, niſi conſentiente, & ſtipulante promittente debitore, jure perfici non poteſt.

Delegatum, i, n. id, quod legatum eſt, ut, ex delegato pupilli pecuniam ſolvere, *Leg. 4. §. 26. ff. de doli except.*

Delegatus, m. 2. dicitur, cui cauſa committitur terminanda, vel exequenda, qui in juriſdictione nihil proprium habet, ſed vices delegantis repræſentat, ut Delegatus Principis, apud JCtos.

Delegatus, a, um, o. t. 2. miſſus, commiſſus, &c. *commeſſo, delegato*. *Cic.* Poſt delegatam mihi hanc proviſionem. *id eſt*, hoc onus mihi impoſitum. *Liv. l. 10. c. 19.* Omnis rei bene, aut ſecus geſtæ decus, dedecuſque ad eum delegatum.

Delego, as, avi, atum, a. 1. *mandare*, ἀποστέλλω, eſt mittere, legatos mittere. *Liv.* Decernunt, ut duodecim delegarentur ad Regem. *Cato R. R. c. 30.* Ubi ſementem facturus erit, ibi oves delegato. ¶ Metaleptice eſt demandare, committere, aſſignare, *deputare, aſſegnare*, הפקיד, Ger. *befelhen*, Gal. *deleguer*, Hiſp. *delegar*, ἐπιτρέπειν. *Cæl. Cic. 8. Fam. ep. 1.* Quod hunc laborem alteri delegavi. ¶ Item quemquam noſtro loco, officio, negotiove exequendo præficere. *Col. l. 4.* Imo quis non imprudentiſſimum quemque huic negotio delegat? ¶ Item apud JCtos eſt alium pro ſe debitorem dare, quo recepto a creditore, prior debitor liberatur. *Juſtin. Cod. de Novat. & delegat.* ¶ Tranſlate eſt transferre. *Cic. de Or.* Hæc ipſe, quæ nunc ad me delegare vis. *Hirt. de B. G.* Delegare cauſam peccati mortuis.

Delenificus, a, um, o. t. 2. *dolce*, lenis, blandiloquus, a delenio. *Plaut. Mil. 2. 2. 37.* Domi dolos, delenifica facta, domi fallacias.

Delenio, V. Delinio.

Deleo, es, evi, etum, a. 2. proprie eſt mundare, ab antiquo *leo*, vel a *doleo*, per ſyncopen, quod ab *oleo*, ut *aboleo*. *Cic. pro Leg. Manil.* Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuſcepta. ¶ Tranſlate eſt obliterare, *cancellare*, מחה, Germ. *außtilgen*, Gall. *effacer*, Hiſp. *borrar*, ἐξαλείφω. *Cic. pro Cluent.* Cum tabulas prehendiſſet Oppianicus, digito legata delevit. ¶ Item tollere, removere, *levare*. *Ter. Eun. 2. 3. 5.* Delebo omnes dehinc ex animo mulieres. ¶ Item evertere, *diſtruggere*. *Cic. 4. Catil. c. 10.* Duas urbes huic imperio infeſtiſſimas Carthaginem, Numantiamque delevit. Sic delere exercitum, copias, *diſfare*. *Id. pro Leg. Manil. Cæſ. l. 6. B. G.* ¶ Delere ingenium, eſt extinguere vim ingenii. *Petron. Satyr. cir. init.* Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat.

Deletilis, le, o. 3. quod delet. *Var. apud Non. c. 2. n. 212.* Sanam ſpongiam deletilem.

Deletio, onis, f. 3. *ſcancellamento, diſtruzione*, ut deletio exercitus. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 217.*

Deletitius, a. t. 2. ἐξαλειπτός, quod deleri poteſt, ut deletitia charta, in qua deleri poteſt, quod ſcriptum fuit, & rurſus ſcribi, παλίμψηστον. *Ulpian. Dig. 37. 11. 4.* Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam.

Deletrix, icis, f. 3. quæ delet. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 23.* Tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata, & pene deletrix hujus imperii ſica deprehenſa.

Deletus, a, um, adject. *cancellato, diſtrutto, disfatto*. *Cæſ. B. G. l. 6. c. 36.* Diſperſis, ac pene deletis hoſtibus. *Cic. pro Flac.* Deleta memoria.

Delevo. V. Delævo.

Deliacus, a, um, o. t. 2. Δηλιακός, ex Delo, ut Deliaca vaſa, ex ære pretioſo, ab inſula *Delo*, ubi fuit prima nobilitas æris. *Cic. pro Roſc. c. 46.* Domus Chryſogoni referta vaſis Corinthiis, & Deliacis. ¶ Deliaci etiam dicuntur gallinarum curatores. *Petron. Satyr.* Deliaci enim magna ſolertia gallinas curabant, & ex iis magnos fructus percipiebant, teſte *Var. l. 3. R. R. c. 9. & Cic. l. 2. Acad. Piſo. l. 10.* Gallinas ſaginare Deliaci cœpere.

Delibamentum, i, n. id quod libatur, libamentum. *Valer. Max. l. 2. c. 6. n. 8.* Defuſa Mercurio delibamenta.

Delibatio, nont, f. ablatio partis ab aliqua re. *Leg. 126. ff. de Legat. 1.* Legatum eſt delibatio hæreditatis.

Delibatorium, n. 2. locus delibationi accommodatus. *Plin. l. 16. c. 40.* Quæ delibatoria ſuperfuerat viginti pedibus brevior ſeſquipedali craſſitudine. Ita *Calepinus*: ſed ibi legitur *Diribitorium*.

Delibatus, a, um, adject. decerptus, deguſtatus. *Enn. apud Cic. in Brut. c. 15.* Flos delibatus populi, Suadæque medulla. ¶ Item violatus, corruptus. quod enim delibatum eſt, integrum amplius non eſt. *Gell. l. 1. c. 3.* Compenſatur leve damnum delibatæ honeſtatis. *Plaut. Moſt. 4. 2. 32.* Delibatur puer.

Deliberabundus, a, um, o. t. 2. deliberans. *Liv. l. 2. c. 45.* Conſules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

Deliberatio, f. 3. *deliberazione*, מחשבה, Germ. *rahtſchlag*, Gall. *arreſt*, Hiſp. *deliberacion*, συμβουλία, actus deliberandi. *Cic. 1. Off.* Triplex igitur eſt conſilii capiendi deliberatio. *Cic. Phil. 1. c. 1.* Ad deliberationem alios adhibere.

Deliberativus, a. t. 2. *deliberativo*, συμβουλευτικός, quod ad deliberationem ſpectat, ut Genus deliberativum. *Cic. 1. de Invent. c. 5.* Deliberativum genus eſt, quod in conſultatione poſitum habet in ſe ſuaſionem, & diſſuaſionem.

Deliberator, oris, m. 3. *chi delibera*. *Cic. pro Sex. c. 34.* Illi interea deliberatori merces, longe interpoſita nocte, duplicata eſt.

Deliberatus, a. t. 2. *diſpoſto*, quod deliberatum, ſeu conſtitutum eſt. *Horat. l. 1. carm. od. 37.* Ut atrum corpore combiberet venenum deliberata morte. *Cic. Metel. l. 5. Fam. epiſt. 2.* Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, &c. *Id. Ver. 5. c. 41.* Statutum in animo, & deliberatum habere.

Delibero, as, a. 1. *deliberare*, יעץ, Ger. *rahtſchlagen*, Gal. *deliberer*, Hiſp. *deliberar*, συμβουλεύω, eſt conſultare, perpendere, decernere, definire. *Cic. Att. l. 13.* Quamobrem ut de maxima re deliberanti, ita mihi des conſilium, velim. ¶ Deliberatur imperſ. *Cæſ. 7. B. G.* Deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. ¶ Deliberatum mihi eſt, vel deliberatum habeo, eſt conſtitui. *Cic. in Rul.* Præſertim cum mihi deliberatum ſit, & conſtitutum ita gerere Conſulatum. ¶ Pro conſulere, quærere, videtur uſurpari ab *Nepote in Themiſt. c. 2.* ubi ait: Miſerunt Delphos conſultum. deliberantibus Pythia reſpondit. Et in *Miltiad. c. 1.* Ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem.

Delibito, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a delibo. *Cic. Fam. 9. ep. 16.* Solebam antea delibitas uleis, & loganicis tuis. b. e. Tu delibabas meam famem, ac diminuebas illis primis ferculis, &c. Sic legit, & explicat *Turneb. Adverſ. l. 6. c. 1. & Parent in Lex. Crit.*

Delibo, as, a. 1. *guſtando aſſaggiare*, טעם, Germ. *abbrechen*, Gall. *gouter*, Hiſp. *guſtar*, ἀπογεύω, eſt ſumma tantum labra rigare, & leviter deguſtare, a libo. *Claud. de B. Get. v. 351.* Contentus delibaſſe cibos. ¶ Tranſlate ſumitur pro leviter attingere. *Cic. 10. Fam.* Putabam, poſſe me nec de laude ipſius hominis delibare quidquam. ¶ Item pro decarpere. *Cic. pro Sext. c. 56.* Ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam, atque delibem. *Id. 2. de Invent. c. 3c.* Delibare de gloria alicujus. ¶ Item pro violare. V. Delibatus. ¶ Item deſtringere, deterere. *Varr. R. R. l. 2. c. 2.* Ne curſitantes inter ſe teneri (agni) delibent aliquid membrorum.

Delibratus, a, um, adject. decorticatus, *ondato da ſcorza*. *Non. c. 1. n. 314.* *Pallad. l. 3. c. 17.* Ramus ad modum foraminis delibratus.

Delibro, as, avi, atum, a. 1. decorticare, a *liber*, qua corticem ſignificat, *levar la ſcorza, pelare*, Germ. *entrinden*, Gall. *peler*, Hiſp. *deſcortezar*, ἀποφλοιίζω. *Colum. l. 5. c. 6.* Antequam radix ulmi in eximendo delibretur. Et *l. 4. c. 24.* Cortex corpore tenus delibrandus eſt. ¶ Eſt etiam ponderare, *peſare a libra*. *Gel. l. 15. c. 8.* Delibrari ſibi cœnas jubeant, ne edendo detacigentur. Rectior tamen, & communior lectio habet, *delibari*. ¶ Addit *Feſtus*: Delibrare, aquam ſulco derivare. Alii tamen leg. *Delirare*.

Delibuo, is, ui, utum, madefacio, imbuo, *ungere, bagnare*, ἀναλείφω. *Solin. c. 12. de Delphinis*: Proconſul Africæ Salvianus ipſe eum (Delphinum) contigit, unguentis etiam delibuit. Hinc frequentiori in uſu eſt

Delibutus, a. t. 2. *unto*, משוח, Germ. *begoſſen*, Gal. *oint*, Hiſp. *untado*, κατακεχριμένος, unctus, quaſi oleo, aut alio liquore imbutus, a *delibuo*, humecto, irrigo. *Cic. in Bruto c. 60.* Qui devinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. ¶ Transfertur ad animum. *Ter. Phor. 5. 6. 17.* Si tu delibutum gaudio reddo. *Salluſt.* Uxor ſacrilega, ac perjuriis delibuta.

Delicate, adver. *delicatamente*, Ger. *zertiglich*, Gal. *delicatement*, Hiſp. regaladamente, τρυφερῶς. *Cic. 3. de Orat.* Ubi recubans molliter, & delicate nos avocat a roſtris. ¶ Comparat. Delicatius, *Sen. l. 3. de Ira, c. 9.*

Delicatus, a, um, o. t. 2. *delicato*, ענג, Germ. *zart*, Gal. *delicat*, Hiſp. *regalado*, τρυφερός, plenus deliciis, ſeu qui in deliciis vivere aſſuetus eſt. *Cic. 6. Ver.* Qui tam beati, quam iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus. *Id. 1. Off.* Convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. *Plin. l. 17. c. 24.* Delicatior cibus. ¶ Per metaphoram mollis, ac tener dicitur. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 40.* Delicatæ, & obſcœnæ voluptates fugiendæ ſunt. *Id. in Brut. c. 53.* Delicatus adoleſcens. ¶ Delicatiſſimus amnis. h. e. leniſſime fluens. *Plin. 10 ep.* Delicatum litus. h. e. amœnum. *Cic. Ver. ult.* ¶ Delicati, & Delicatæ dicebantur Concubini, & Concubinæ: quã de re *Turneb. l. Adverſ. 22. c. 15. & Torrent. ad Suet. Veſpaſ. c. 3. Cic.* etiam mulieroſum hominem delicatiſſimum vocat *Verr. 7. c. 27.* ¶ Veteres *delicatum* pro *dedicatum* dicebant, more tunc recepto *l* pro *d* uſurpandi. *Feſtus.*

Digitized by Google

Delicia, æ, f. 1. idem ac delicium, vel deliciæ. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 29. Ad me, delicia? ¶ Item delicia, tigni genus, quod a culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigium collocatur, quaſi deliquium, quia deliquat aquam, vel a delicio, quod inde aqua delicatur. *Feſtus*.

Deliciæ, arum, f. 1. *delizie*, [Hebrew], Germ. *ergetzung*, Gal. *delices*, Hiſp. *deleytes*, *regalos*, [Greek], oblectamentum, vel oblectamenta, quæ nobis voluptati ſunt, a delicio, quia deliciunt, & ad ſe trahunt. *Cic.* 6. *Ver.* Ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in deliciis fuit. *Suet. c.* 1. Titus amor, ac deliciæ generis humani. *Cic. Att. l.* 6. *c.* 1. Habere aliquem in deliciis. ¶ Delicias facere, eſt jocari, ludere, *ſcherzare allegramente*. *Catul. carm.* 45. *v.* 22. Uno in Septimio fidelis Acme facit delicias, libidineſque. *Plaut. Men.* 2. 3. 30. Eja, delicias facis, mi Menæchme. ¶ Dicere delicias, eſt blanda verba, & amatoria dicere. *Catul. carm.* 73. Si quis delicias diceret, aut faceret. ¶ Deliciæ appellantur quælibet res caræ. *Propert. l.* 4. *eleg.* 7. *v.* 75. Deliciæque meæ Latris, cui nomen ab uſu eſt. *Quint. l.* 1. *c.* 2. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis. h. e. Alexandrinis pueris, laſcivia, & garrulitate gratiſſimis, quam *Stat. l.* 5. *Sylv.* 5. *v.* 66. garrulas delicias appellat.

Deliciaris, & re, o. 3. quod ad deliciam, ideſt tignum ſpectat. *Cato de R. R. c.* 14. Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur. *Feſtus*.

Deliciatum, o. c. a. quod deliciam, ideſt tigni genus habet, ut Tectum deliciatum. *Feſtus*.

Delicio, is, exi, ectum, a. 3. antique pro allicio, *allettare*. *Titin.* apud *Non. c.* 4. *n.* 112. Paraſitus, qui illum ſciat delicere.

Deliciolæ, arum, f. diminut. a deliciæ, &

Deliciolum, i, n. diminut. a delicium. *Cic.* 1. *Attic. epiſt.* 7. Tullia, deliciolæ noſtræ. *Senec. ep.* 12. Populus etiam deliciolum meum factus eſt.

Delicior, aris, dep. 1. *deliciarſi*, in deliciis agere. *Ruricius epiſt.* 41. Volatilia deliciari. h. e. cum delectatione comedere.

Delicioſus, a, um, adject. deliciis plenus, *delizioſo*. *Sedul. in Orat. Domin.* Retia mundi delicioſa ſequens.

Delicium, n. 2. idem ac deliciæ. *Mart. l.* 13. *epigr.* 99. Delicium parvo donabis dorcada nato.

Delico, as, a. 1. *moſtrare*, [Greek], indico, explano, explico, interpretor. *Titin. l.* 5. ut citat *Non.* Quid iſthuc eſt, aut iſte vult ſermo? mater delice. ¶ Veteres etiam delicare, pro dedicare, quandoque dicebant, *d* in *l* abeunte. *Feſtus*.

Delictum, o. a. *delitto*, *peccato*, [Hebrew], Germ. *fehl*, Gall. *delit*, Hiſp. *delito*, [Greek], peccatum, a delinquo, quod eſt deficere, & tranſlate peccare. *Cæſ.* 7. *B. G.* Nam majore commiſſo delicto igni, atque omnibus tormentis necat.

Deliculus, a, um, diminut. a delicus. *Cato R. R. c.* 2. Vendat boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas. Al. melius leg. *reicula*, & reiculas.

Delicus, a, um, adject. a lacio, unde *lac* [Greek], *ſlattato*. *Varr. l.* 2. *R. R.* 1. 4. Cum porci depulſi ſunt a mamma, a quibuſdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur.

Delidus. V. Deliquus.

Deligatus, a, um, adject. idem quod ligatus, *legato*. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Deligata in linteolo grana. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 8. *n.* 1. Deligatis ad palum hoſtibus. ¶ Deligati, abſolute dicebantur ſervi viliores, qui & *alligati*. V. *Torrent. in Veſpaſ. n.* 3. ubi exempla affert.

Deligo, as, avi, atum, a. 1. idem ac ligo, *legare*. *Cic.* 6. *Ver.* In ea ſtatua Sopatrum divaricari, ac deligari juſſet. *Id. Ver.* 7. Deligata ad palum.

Deligo, is, egi, ectum, a. 3. *eleggere*, [Greek], eſt delectum habere, ex *de*, & *lego*. *Cic.* 2. *Off.* Eorum ſe fore ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad notandum. ¶ Uſurpatur item pro colligere. *Ovid. ep.* 4. *v.* 30. Tenui primam deligit ungue roſam. ¶ Item pro ejicere, ſeparare. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 42. Me amantem ex ædibus delegit hujus mater. V. ibi Taubm.

Delimatus, a, um, adject. lima abraſus, *limato via*. *Plin. l.* 34. *n.* 12. Delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt.

Delimis, me, adject. limus, obliquus, tranſverſus. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 81. Delime bipenne. h. e. pars bipennis obliqua.

Delimitatio, onis, f. limitum appoſitio, apud *Frontin. Goeſ. p.* 142.

Delimito, as, avi, atum, limites apponere, ut ex *Frontin.* declarat *Fabret. Inſcript. p.* 245. V. *Frontin.* apud *Goeſ. p.* 48.

Delineatio, onis, f. deſcriptio, *delineazione*. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 27. In delineationem ſuperioris Chriſti, &c.

Delineo, as, avi, atum, a. 1. *diſegnare*, Germ. *entwerffen*, Gall. *tracer*, Hiſp. *trazar*, *debuxar*, [Greek], deſigno, & rudius depingo, ex *de*, & *linea*, ut cum pictores primum quædam pingui Minerva futuri operis lineamenta ducunt. *Plin. de Apelle*, *l.* 35. *c.* 10. Arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineavit.

Delingo, is, inxi, inctum, a. 3. idem quod lingo, *leccare*. *Celſ. l.* 2. *c.* 23. Cochleare plenum paulatim delingatur. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 24. Nunquam delinget ſalem.

Delinimen, inis, n. idem quod delinimentum. *Symmach. l.* 3. *epiſt.* 11. Spectator veteris moneto ſolus ſaporum, cæteri delinimina aurium capiunt.

Delinimentum, ti, o. oblectamentum, *luſinga*, *carezze*, [Greek], ut viſiorum delinimenta, apud *Tac. Agric. c.* 21. *Liv. l.* 30. 1. 13. Delinimentis animum alicujus avertere. ¶ Item veneficium, venenum, per quod homines a mentis ſtatu dejiciuntur, poculum amatorium. *Afranius*: Si poſſent homines delinimentis capi, omnes haberent nunc amatores anus. *Cajus l.* 4. *de inoff. teſtam.* Novercalibus delinimentis, inſtigationibuſque corrupti. Sic *Liv. l.* 39. *c.* 11. Delinimenta & venena conjungit. ¶ In antiquis Cod. non raro legitur *delenimentum*: ex quo etiam patet non a *lenio*, ſed a *lenio* derivari.

Delinio, is, ivi, itum, a. 4. Germ. *beſtreichen*, Gal. *oindre*, *addoucir*, Hiſp. *untar*, *ablandir*, [Greek], demulceo, mitigo, placo, mollio, *addolcire*, *placare*, *mitigare*, a *de*, & *lenio*, a lenis. *Cic. pro Mil. n.* 35. Ut plebem tribus ſuis patrimoniis deliniret. *Cic.* 4. *Tuſc.* Delinire animum ſuavitate. ¶ Significat etiam decipere, mentem adimere. *Plaut. Ciſt. a.* 1. 45. Tu me delinis, propter te hæc pecco. *Id. Amph.* 2. 2. 214. Delinitus ſum profecto ita, ut me, qui ſim, neſciam. ¶ Scribitur & *deleno*. *Horat. l.* 3. *od.* 1. dolentem nec purpurarum ſidere clarior delenit uſus.

Delinitio, f. 3. *mitigazione*, *carezze*, Ger. *erweichung*, Gall. *addouciſſement*, Hiſp. *alago*, [Greek], mitigatio, placatio. *Cic.* 2. *Off. c.* 16. Ipſaque illa delinitio multitudinis ad breve, exiguumque ſit tempus.

Delinitor, m. 3. qui delinit, ideſt placat. *Cic. in Brut. c.* 70. Sed etiam eum judice ipſo, cujus delinitor eſſe debet Orator.

Delinitus, o. 1. 2. mollitus, particip. a delinior, *ammollito*, *effeminato*. *Cic.* 1. *fin. c.* 10. Blanditiis voluptatum deliniti, atque corrupti. Et *l.* 1. *de Or. c.* 9. Genus hominum diſertorum oratione delinitum. ¶ Item mente alienatus, deceptus, ut exponit *Non. c.* 4. *n.* 115. V. Delinio.

Delino, is, livi, vel levi, itum, a lino, corrumpo, *cancellare*, *ſporcare*. A quo eſt adject. Delitus. V. infra.

Delinquentia, æ, f. delictum. *Tertul. de reſur. carn. c.* 45. & 47. Homo delinquentiæ Antichriſtus.

Delinquo, is, deliqui, delictum, a. 3. *fallire*, *peccare*, [Hebrew], Germ. *ſundigen*, Gall. *faillir*, Hiſp. *faltar*, [Greek], proprie eſt deficere, non prætereunda prætermittere. *Feſt.* V. Deliquus. ¶ Tranſlate eſt peccare. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ut condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater, aut avus deliquiſſet. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic.* 1. *Off. c.* 41. Si quid delinquitur. ¶ Dicimus etiam delinquere in aliqua re, in aliquem, & erga aliquem. *Cic. pro Cluent.* Ne in bello delinqueret. *Plaut. Epid.* 3. 3. 9. Quaſi quid filius meus deliquiſſet me erga. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 8. In ancillam ſi quis delinquere poſſit.

Deliquo, es, delicui, o. 2. *divenir liquido*, [Hebrew], Germ. *zerſchmeltzen*, Gal. *ſe fondre en liqueur*, *devenir liquide*, Hiſp. *derretirſe*, [Greek], eſt in totum reſolvi, & diſſolvi. *Ovid.* 4. *Met. v.* 252. Protinus imbutum cæleſti nectare corpus delicuit.

Deliqueſco, o. 3. liqueſco. *Col. l.* 12. *c.* 41. Ut omnia poma deliqueſcant cum muſto. ¶ Tranſlate *Cic.* 4. *Tuſc.* Nec alacritate futili deliqueſcat. ¶ Item perire, diffluere. *Lactant. l.* 8. *c.* 12. Corpus deliqueſceret, ac periret.

Deliquiæ, arum, f. *folchi*, *o grondaja da vierrar*, *o condur l'aqua*, idem quod Colliciæ. *Vitruv. l.* 6. *c.* 3. Diſpluviata ædificia ſunt, in quibus deliquiæ ſtillicidia rejiciunt.

Deliquio, onis, m. idem ac deliquium. *Cn. Gellius* apud *Serv. in* 8. *Æneid.* item *Plaut. Capt.* 3. 4. 93. ſed apud hunc dubia eſt lectio.

Deliquium, n. a. *difetto*, *mancamento*, [Hebrew], Ger. *abgang*, Gal. *defaillance*, Hiſp. *meneſtabo*, [Greek], defectus, a *deliquus*, vel *delinquo*. *Plaut. in Capt.* 3. 2. 93. Nullam cauſam dico, quin mihi & parentum, & libertatis apud te deliquium ſit. ¶ Deliquium Solis eſt Solis eclipſis. *Plin. l.* 2. *n.* 10. ¶ Deliquium animi, cum animus linquitur, & quis animo deficit, apud Medicos, *deliquio*.

Deliquo, as, a. 1. *votare un liquore*, Ger. *abgieſſen*, Gal. *verſer*, *faire couler*, Hiſp. *derramar*, [Greek], effundo, e liquo. *Col. l.* 12. *c.* 39. In alia vaſa deliquato. *Sidon. l.* 7. *epiſt.* 2. Per cola ſubterranea deliquari.

Deliquus, a, um, adject. a delinquo, ut reliquus a relinquo, ſignificat deminutus, minor, ut exponit *Feſtus*. Veteres enim delinquere uſurpabant pro deficere. Itaque *Plaut. Caſ. a.* 2. 32. Quando tibi nil domi delicuum eſt. Ubi alii legunt *Delicuum*, ſed idem eſt ſenſus. Ducunt autem fortaſſe a *deliqueo*, diſſolvor, pereo, cujus præter. *delicui*. Alii leg. *deliquum*.

Deliramentum, n. 2. idem ac delirium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Hæc quidem deliramenta loquitur.

Deliratio, f. 3. proprie eſt declinatio extra ſulcum, ideſt a recta via. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Quod vocant lirare, operientes ſemina, unde primum appellata deliratio eſt. ¶ Tranſlate eſt ſtultitia, alienatio mentis ab ætate, vel morbo proveniens, *delirio*, *pazzie*. *Cic. de Sen.* Iſta ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet, ſenum levium eſt, non omnium.

Deliritas, f. 3. deliratio. *Laber.* apud *Non. c.* 8. *n.* 36. Quænam mea, quæ deliritas eos ſuppilatores facit.

Delirium, n. 2. *pazzia*, [Hebrew], Germ. *aberwitz*, Gal. *reverie*, Hiſp. *deſvario*, [Greek], eſt alienatio mentis proveniens ex intemperie cerebri vitiante actiones principis facultatis, qualem & in ſenibus videmus, & in iis, qui morbis ardentiſſimis infeſtantur. *Celſ. l.* 3. *c.* 18. Rarum, ſed aliquando tamen ex metu delirium naſcitur.

Deliro, as, n. 1. *partirſi dal diritto*, *errare*, *impazzire*, [Hebrew], Germ. *irregehen*, *in aberwitz kommen*, Gall. *ſortvoyer*, *rever*, Hiſp. *deſvariar*, [Greek], proprie eſt a ſulco avagari, tranſlate a recta via ad pravam declinare, inſanire. *Cic.* 1. *Tuſc.* Adeo me ignor delirare cenſes, ut iſta eſſe credam? *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Delirus, a. 1. a. *pazzo*, *colui che ſi parte dalla ragione*, [Hebrew], Germ. *aberwitzige*, Gall. *reveur*, Hiſp. *deſvariado*, [Greek], qui a recto ordine, quaſi a ſulco, & lira recedens evagatur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 18. Multos ſe deliros ſenes ſæpe vidiſſe, ſed qui magis deliraret, quam Phormio, vidiſſe neminem. *Lactant. l.* 3. *c.* 18. Quo quid delirius dici poſſit, non invenio.

Delitens, ntis, o. 3. partic. a deliteo, *naſcoſto*. *Plin. l.* 35. 1. 1. Nec ſpatia montis in cubiculo delitentia.

Deliteſco, is, itui, n. 3. *occultarſi*, *naſconderſi*, [Hebrew], Germ. *verbergen ſeyn*, Gal. *etre caché*, Hiſp. *eſtar eſcondido*, [Greek], occultor, ex de, & lateo. *Virg.* 2. *Æn.* Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva delitui. *Cic. pro Cal.* Servi in balneis delituerunt. ¶ Et tranſlate. *Cic. in Acad. l.* 4. Et in eorum auctoritate deliteſceret, qui negaſſent, quicquam ſciri poſſe.

Delitigo, as, avi, atum, n. 1. vehementer litigo, *litigare*. *Horat. ad Piſon. v.* 94. Iratuſque Chremes tumido delitigat ore.

Delitor, oris, m. *ſcancellatore*, qui delet. *Attius* apud *Priſcian. l.* 9. Scelerum fratris delitor.

Delitus, a, um, adject. ex particip. a delino, *cancellato*, *macchiato*. *Cic. ex quadam ep.* apud *Priſcian. l.* 9. *ſub fin.* Tuli moleſte, quod literæ delitæ mihi ante redditæ ſunt. *Id.* apud *Diomed.* Cæteris delitis.

Delius, o. 1. a. [Greek], qui eſt ex Delo inſula, ut Apollo Delius, *Virg.* 3. *Æn. v.* 162. Delia Dea, pro Diana. *Horat. l.* 4. *od.* 6. *v.* 33. Et Delia, abſolute, *Virg. Ecl.* 3. *v.* 67. & *Ecl.* 7. *v.* 29.

Della, V. Palus.

Delminium, Dalminium, Dimala, Dalmana, *Denna*, *Danna*, *Damnio*, *Damme*, opp. Dalmatiæ medit. Æquo prox. Nonnullis eſt Almiſſa, Sclave *Omiſc*.

Delos, vel Delus, i, f. 2. Aſteria, Cyntia, Cynetos, Chlamydia, Lagia, Ortygia, Pyrpile, *Sdiles*, *Sdilli*, [Greek], inſ. maris Ægæi, non admodum ampla, ſed princeps inter Cycladas, fere in medio earum. Dicta eſt a [Greek], manifeſtus, quod in diluvio Ogygis, quod Deucalionis fere annis præceſſit, prima inter alias ab aquis emerſerit. Olim totius Græciæ emporium fuit, & ærarium Græcorum. *Nepos Ariſt. c.* 3. Ferunt, Latonam ex Jove gravidam, metu Pythonis ſerpentis, qui eam toto terrarum orbe Junonis juſſu perſequebatur, in hanc inſulam fugiſſe, ibique Apollinem, & Dianam eodem partu peperiſſe. Hinc ille *Delius* dictus eſt, hæc *Delia*. In Delo nec parere, nec defunctos ſepelire, nec canem alere fas erat, teſte *Thucyd. lib.* 4.

Delphi, m. 2. n. pl. *Delfo*, al. *Caſtri*, al. *Salona*, urbs Phocidis, in Achaia, ad Parnaſſum M. a Delpho Neptuni filio ex Melantho Deucalionis filia. Juxta Cephiſus amnis oritur, & Caſtalius fons non longe abeſt. Delphis templum ampliſſimum fuit, Apollini dicatum, ubi reſponſa dabat, quo ex toto orbe terrarum gentes de ſuis rebus conſulturæ confluebant. Hinc Apollo Delphicus appellatus eſt. Sed *Macrobius in Saturn.* Apollinem Delphicum appellatum exiſtimat a priſca Græcorum voce [Greek], quæ ſolem ſignificat, eo, quod interdiu ſtellis omnibus obſcuratis, ſolus lucent, qua ratione etiam Sol a Latinis appellatus eſt. Delphis oracula reddebantur annulo obſignata, ea lege, ne niſi poſt triduum reſignarentur: prævaricatoribus orbitas oculorum, vel linguæ jactura, aut manus obtruncatio pœna erat. *Liv. l.* 38. 1. 48. Delphos vocat Orbis umbilicum.

Del-

Delphĭce, mare Delphici oſculi. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 556. Quid aliud eſt, quod Delphice columna litteris ſuis ἄγαν μηδὲν, &c.?

Delphĭcŏla, *æ*, m. qui Delphos colit, epith. Apollinis. *Auſon. Technop. cap. de hiſtor.* Ludit & Æacidem Parnaſia Delphicolæ ſors.

Delphĭcus, *a*, *um*, adject. a Delphis, ut Delphica laurus, *Claud. Gigantom. v.* 34. Delphicus Deus, h. e. Apollo, *Apul. l.* 2. *Mileſ.* ¶ *Delphicus gladius*, proverb. dictum de re ad quoſcumque uſus accommodata, quia Delphis eodem cultro & mactabant victimas, & ſontes ſupplicio afficiebant. V. *Chiliad. Eraſm.* Eadem ratione & Delphica vaſe dicuntur. *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 3. *c.* 16. Sed proverbium Græcum eſt, non latinum.

Delphĭn, inis, *m.* 3. vel delphinus, m. 2. *delfino*, Germ. *delphin*, Gall. *dauphin*, Hiſp. *delfin*, δελφὶν, δελφὶς, piſcis, vel potius maris bellua. *Plin.* auctor eſt, Delphinos ſimones vocari a navigantibus, quod ſint roſtro ſimo, vel a Simonis pueri nomine, quem delphinus in ſinu Bajano mirum in modum fertur adamaſſe. Ad hoc nomen vocati accurrere dicuntur. *Solin. c.* 22. Delphinus dorſo eſt repando. Habet linguam contra naturam aquatilium mobilem, ſuillæ ſimilem. Pro voce gemitum humano ſimilem edit. Velociſſimus eſt omnium animalium, etiam terreſtrium. Decem annis ad ſummam magnitudinem pervenit. Parit catulos decimo menſe: interdum & binos nutrit uberibus, ſicut balæna. Delectatur muſica ſymphonia, præſertim hydrauli ſono. ¶ Eſt etiam ſignum cæleſte. V. *Arion. Ovid. epiſt. Leandri, v.* 131. Curvi Delphines. *Horat. ad Piſon. v.* 30. Delphinum ſilvis appingit, fluctibus aprum. ¶ Dicitur & Delphis, inis. *Avien. in Arat. v.* 700. *de ſidere:* Subit inter ſidera Delphis. ¶ Delphini interdum ſignificant pondera quædam alicui rei appenſa, qualia ſunt in noſtris horologiis, *contrappeſi*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13.

Delphis, idis, f. Pythia Apollinis ſacerdos. *Martial. l.* 9. *epigr.* 43. Nec Delphis tua mentiatur illi.

Delphĭcus, a, um, idem quod delphicus. *Martial. l.* 11. *epigr.* 22. Quam quæ delphinica lapſa eſt armilla cinædo.

Delta, *æ*, f. quarta Græcorum littera triangulari figura Δ, cui reſpondet quarta item littera Latinorum D. *Auſon. in Technopaeg. c. de litt.* ¶ Hinc *Delta* appellatur pars Ægypti, ideſt, Ægyptus Superior, ita dicta, quia figura Græcæ literæ Δ ſimilis eſt, cujus vertex eſt, ubi Nilus apud Babylonem, & Memphim ſcinditur, baſis inter foſſas Nili extremas, ideſt, oſtia Canopicum, & Peluſiacum. V. *Plin.* 5. 16.

Deltōton, n. 2. ſignum cæleſte, ſupra Arietis caput, figura Græcæ literæ Δ, ideſt, trianguli. *Cic. in Arato.* Deltoton dicere Graji quod ſoliti, ſimili quia forma litteræ claret.

Delūbrum, n. 2. *tempio*, *chieſa*, היכל, Germ. *tempel*, *gotzenkirchen*, Gal. *temple*, Hiſp. *templo*, τέμενος. *Servius ad* 2. *Æn.* ait, delubrum eſſe templum commune, quod pluribus Diis dicatum eſt, ut Capitolium, quod Jovi, Junoni, & Minervæ, quia uno tecto deluitur. Feſtus, ſive potius Paulus dicit, delubrum eſſe fuſtem delibratum, quem venerabantur pro Deo, ideſt, ſimulacrum ligneum. *Varr. l.* 8. *rer. div.* ſcripſit, delubrum a *Deo* dictum eſſe, & locum eſſe, in quo Dei ſimulacrum conſtitutum fuerit, ſicut locus, in quo candelam figunt, candelabrum appellatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Eſt enim mihi tecum pro aris, & focis certamen, & pro Deorum templis, atque delubris.

Delucto, as, avi, atum, *contraſtare*. *Plaut. Trinum.* 4. 1. 30. Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro! Al. leg. *Quantas cum ærumnis deluctavi* &c.

Deluctor, idem ac luctor, *lottare*. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 4. Cum Antæo deluctari mavelim.

Deludĭfĭco, as, avi, atum, a. 1. illudo, irrideo, *burlare*, ἐμπαίζω. *Plaut. Rud.* 1. 2. 53. Deludificavit me miris modis. ¶ Deludificor deponens, eod. ſenſu: afferunt Lexicogr. pleríque exemplum ex *Plaut. Moſtell.* 4. 3. 41. Sed ibi legitur *ludificatur*.

Delūdĭum, vel diludium, ii, n. ceſſatio a ludo, vel ludi dilatio. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *ad fin.* Diſplicet ille locus; clamo, & diludia poſco. Ubi Acron vet. Scholiaſt. Diludia ſunt tempora, quæ gladiatoribus conceduntur, ut ſe ad pugnandum inſtruant.

Delūdo, is, n. 3. proprie eſt ludendi finem facere. *Varr. apud Plin. l.* 36. *c.* 27. Gladiatores, cum deluſerint, hac juvari potione. ¶ Tranſlate eſt irridere, decipere, *beffare*, לעג, Germ. *verlachen*, Gall. *ſe jouer*, *ſe mocquer*, Hiſp. *eſcarnecer*, *reirſe*, καταπαίζειν. *Cic. in Rull.* Deludi voſmetipſos diutius ab iſto patiemini? *Ter. Andr.* 3. 4. 4. Deludere dolis. ¶ Tranſlate *Propert. l.* 2. *el.* 15. *v.* 31. Terra prius falſo partu deludet arantes.

Delumbātus, a, um, adject. delumbis, debilis, *ſciancato*. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Quadrupede delumbata. ¶ Item curvatus. *Id. l.* 19. *c.* 8. Delumbatæ radices. *Vitruv. l.* 6. *c.* 3. Lacunaria curva ad circinum delumbata. h. e. curva quidem, ſed non ad perfectam rotundationem.

Delumbis, be, o. 3. *fiacco lombi*, *debole*, Germ. *der die lende ab iſt*, *ſchwach*, Gall. *ereinté*, *foible*, Hiſp. *deſlomado*, *derrencado*, ἀσθενής, quod lombis caret, & metonymice quod debile eſt. In lumbis enim vires corporis ſitæ ſunt. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Perdix prægravem, aut delumbem ſeſe ſimulans. ¶ Tranſlate ſumitur pro molli, effæminato, laſcivo. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 104. Summa delumbe ſaliva. *Sidon. l.* 8. *ep. ult.* Dictio exoſſis, tenera, delumbis.

Delumbo, as, a. 1. *indebolire*, Germ. *verrenchen*, Gall. *ereinter*, *affoiblir*, Hiſp. *deſlomar*, *enflaquecer*, ἰσχυοκλάω, lumbos loco moveo, frango. V. Delumbatus. ¶ Tranſlate ſumitur pro debilitare, diminuere. *Cic. in Orat. c.* 69. Nec minutos numeros ſequens concidat, delumbetque ſententias.

Delŭo, is, delui, utum, a. 3. *lavare*, ברר, Germ. *mit waſchen reynigen*, Gall. *laver*, *nettoyer*, Hiſp. *lavar*, *limpiar*, ἀπολούω, diligenter lavo, a verbo Græco, quod allatum eſt, vel a λύω, ſolvo. *Cato R. R. c.* 116. Laſerpitium aceto deluito. ¶ Item eſt madefaciendo delere. *Varr.* Obortæ inter legendum lacrymæ literas deluebant. ¶ Item ſolvere, ut ait *Feſtus*.

Delus. V. Delus, vel Ortygia.

Delūſus, a, um, adject. illuſus, *deluſo*, *burlato*. *Ovid.* 8. *Met. v.* 826. Exercetque cibo deluſum guttur inani.

Delutamentum, i, n. opus delutatum. *Cato de R. R.* Neque herba naſcetur, neque delutamenta ſcindent ſe.

Delūto, a. 1. *ſmaltare*, *lutare*, καταπηλόω, eſt luto aliquid obducere. *Cat. de R. R. c.* 128. Habitationem delutare cum volueris, &c.

Demadĕo, es, n. 2. idem ac madeo. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 4. *v.* 22. Et te flente ſuos demaduiſſe ſinus. Al. leg. *Emaduiſſe*.

Demădes, m. 3. Δημάδης, Athenienſis Orator, Demoſthenis æmulus, eique adverſas in Rep. partes fovens. Nihil enim aliud Demoſthenes, quam patriæ libertatem ſpectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat, & opes. Hunc jam ætate confectum, & ex nimio luxu ad ſummam jam inopiam redactum cavillatus eſt Antipater victimis ceſis ſimilem eſſe, de quibus nihil, niſi lingua, jam ſupereſt. *Plut. in vit. Demoſth.*

Demăgis, *molto più*, valde magis, ex *de*, & *magis*. *Lucil. l.* 16. *apud Non. c.* 2. *n.* 229. Solos demagis iſtos ex rumbo Arcellos. Sed Feſtus *minus expoſuit*, ut etiam eſt in manuſcripto. Fortaſſe *ornis* ſcribere voluit.

Demandātus, a, um, *commeſſo*, *impoſto*, *raccomandato*, commiſſus, concreditus, commendatus. *Suet. in Aug. c.* 10. Demandatum bellum tertio menſe confecit. *Id. in Calig. c.* 41. Proxime colluſori demandata vice ſua. *Id. in Tiber. c.* 6. Lacedæmoniis publice demandatus.

Demando, as, avi, atum, a. 1. *commettere*, הפקיד, Germ. *befehlen*, Gall. *commettre*, *charger*, Hiſp. *encomendar*, ἀναθεῖναι, committo, in totum committo. *Liv. l.* 8. *cap.* 36. Curam eorum nominatim legatis, tribuniſque demandabant. *Id. l.* 5. *c.* 27. Plures pueri unius curæ demandabantur.

Demăeo. V. Dimano.

Demarchus, m. 2. Princeps populi, Tribunus plebis, a δῆμος, populus, & ἄρχος, præfectus. *Plaut. Cur.* 2. 3. 7. *Spartian. in Adrian. c.* 19.

Demēa, nomen perſonæ ſenilis ruſticæ, ac duræ apud *Ter. in Adelph.*

Demeacŭlum, n. 2. *diſceſa*, מורד, Germ. *hinabſteigung*, Gal. *deſcente*, κατάβασις, deſcenſus in loca ſubterranea. *Apul. l.* 6. *ſub init.* Proſerpinæ nepharum demeacula.

Dememĭni, pro obliviſcor, nonnulli leg. apud *Martial. l.* 2. *epigr.* 59. illo verſu: Ipſe jubet mortis dememiniſſe Deus. Alii leg. *te meminiſſe*.

Demens, o. 3. *pazzo*, *ſtolto*, *fuor di mente*, נבל, כסיל, Germ. *unſinnig*, Gal. *inſenſé*, *hors de ſon ſens*, Hiſp. *loco*, παράφρων, ſtultus, amens. *Cic. in Off. l.* 1. *c.* 24. In tranquillo tempeſtatem adverſam optare dementis eſt. *Id. in Piſ. c.* 20. Dementior tragico Oreſte. *Id. de Aruſp. Reſp. c.* 27. Plenus inconſideratiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis. ¶ Quidam putant *amentem*, & *dementem* ita diſtingui, ut *amens* dicatur, qui omni prorſus ratione caret, *demens* vero ſit, qui non eſt quidem mente integra, retinet tamen aliquid de communi vitæ ratione. Verum hæ duæ voces promiſcue uſurpantur.

Demenſio, vel Dimenſio, onis, f. *miſura*, διαμέτρησις, dimetiendi actio, ut dimenſio quadrati, *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 24.

Demenſum, ſubſt. n. 2. menſura erat frumenti, quam ſervis admetiebantur ſingulis menſibus domini, ad totius menſis victum. *Terent. Phorm.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium, comparſit miſer. Servi enim, inquit *Donatus*, quaternos modios accipiebant frumenti in menſem.

Demenſus, vel Dimenſus, a, um, o. 1. 2. *miſurato*, נמוד, Germ. *außgemeſſen*, Gal. *meſuré*, Hiſp. *medido*, διαμετρηθείς, menſuratus, partic. a demetior. *Cic. de Orat. c.* 12. Ut verba verbis quaſi demenſa, & paria reſpondeant. *Virg.* 1. *Georg. v.* 231. Certis dimenſum partibus orbem Sol regit. ¶ Active etiam ſumitur, cum ſit partic. a verbo communi, *che ha miſurato*. *Virg.* 12. *Æn. v.* 116. Campum ad certamen dimenſi.

Dementer, adv. *ſtoltamente*, בשכלות, Germ. *thoriſch*, Gall. *folement*, Hiſp. *locamente*, ἀφρόνως, inſane. *Cic.* 3. *Cat. c.* 9. Tanta res tam dementer credita. *Senec.* 4. *de benef. c.* 27. Dementiſſime teſtatur.

Dementĭa, f. 1. *pazzia*, הוללות, Germ. *unſinnigkeit*, Gall. *folie*, Hiſp. *locura*, παράνοια, inſania. *Cic.* 3. *Tuſc.* Animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. ¶ In lemmatis controverſiarum *M. Senecæ* paſſim legitur *dementia* alio ſenſu ab eo, quem ex Ciceronis definitione modo allata habet. Significat etiam culpam, qua quis reus efficitur, & in judicium vocatur, non quod demens fuerit, ſed quod ea crimina perpetrarit, ob quæ demens puniendus tamen videri poſſit.

Dementĭo, tis, ivi, itum, n. 4. *impazzire*, *uſcir di mente*, ἐκφρονέω, de mente exeo, deliro, inſanio. *Lucret. l.* 3. *v.* 464. avius errat Sæpe animus; dementit enim, deliraque fatur.

Dementĭor, valde mentior. *Apul. in Apolog.*

Demento, as, n. idem ac demento. *Apul. in Magie.* Confeſſa eſt ſe ſe ista Magia in amorem deductam dememare.

Demĕo, as, n. 1. deorſum meo, deſcendo. *Apul. l.* 6. *A. A.* Ad Tartarum, Maneſque demeare. Et *lib.* 10. Corpus candidum, quod cælo demeat.

Demerĕo, es, rui, ritum, n. *guadagnare*, *meritare*, Germ. *verdienen*, Gall. *gaigner*, Hiſp. *ganar*, κερδαίνω, lucror. *Gell. l.* 1. *c.* 8. Lais Corinthia ob elegantiam, venuſtatemque grandem pecuniam demerebat. ¶ Eſt etiam ſuo ſibi merito aliquem devincire. *Suet. de Aug. c.* 8. Avunculum in Hiſpanias adverſus Cn. Pompeji liberos ſubſecutus magnopere demeruit. *Ovid. ad Liv. v.* 131. Numina cultu demeruiſſe.

Demerĕor, d. 2. *conciliarſi con benefizj la benevolenza d'alcuno*, רצה, Germ. *verdienen*, *beſchulden*, Gal. *meriter*, Hiſp. *merecer*, ἀξιόω, concilio, devincio, benevolum facio. *Quinct. in præfat. l.* 1. Ut plenimo obſequio demererer amantiſſimos mei. Sic demereri aliquem beneficio, officiis, benevolentia. *Liv. l.* 3. *c.* 18. *Colum. l.* 1. *c.* 4. &c.

Demergo, is, n. 3. *affondare*, שקע, Germ. *hinunder ſencken*, Gall. *plonger*, Hiſp. *abondar*, καταδύω, immergo, ſeu aqua obruo. *Ovid. ep.* 5. Obſcœnam ponto demergite puppim. *Cic.* 2. *Acad. c.* 12. In profundo veritas eſt demerſa.

Demerĭtus, a, um, adject. *meritato*, ut demeritas dare lætitias. *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 14.

Demerſĭo, onis, f. *l'affondare*. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 12. Nec temporali demerſione beneficium perpetuitatis eximitur.

Demerſus, us, ui, m. idem quod demerſio. *Apul. Apol.* Levia ſuſtentatui, gravia demerſui.

Demerſus, a, um, adject. ex partitip. *immerſo*, *affondato*. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 68. Equus demerſus una mecum. *Id. pro Syll. c.* 3. Patriam demerſam extulit. *Liv. l.* 2. *c.* 29. Ære alieno demerſus. *Horat. l.* 3. *od.* 16. *v.* 13. Domus demerſa excidio.

Demeſſus, a, um, adject. *tagliato*, *mietuto*. *Virg.* 11. *Æn. v.* 68. Flos demeſſus pollice virgineo.

Demetātus. V. Dimeto.

Demēter, f. 3. Δημήτηρ, dicta eſt Ceres, quaſi *Gemeter*, ideſt, terra mater. *Cic.* 2. *de nat. Deor.*

Demetĭor, vel Dimetior, iris, titus, vel demenſus ſum, comm. 4. *miſurare*, מדד, Germ. *meſſen*, Gal. *meſurer*, Hiſp. *medir*, διαμετρέω, idem quod metior, vel diligenter metior. *Cic. de ſenect. c.* 14. Mori videbamur in ſtudio dimetiendi cœli. *Id. in Orat. c.* 43. Demetiri, & dinumerare ſyllabas. ¶ Demetiens linea, vel dimetiens, abſolute apud *Plin.* V. *Dimetiens*. ¶ Paſſiva ſignificatione. *Vitruv. l.* 5. *c.* 9. Si Dorici generis erunt columnæ, dimetientur earum altitudines, &c. *ſi miſurino*. Adde *l.* 3. *c.* 3. ubi bis hac ratione uſurpat.

Demetītus, a, um, partic. pro demenſus, ſignif. activa. Quidam Ciceroni tribuunt *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 62. illis verbis: Eorum curſum demetiti naturales temporum varietates cognovimus. Ubi quidam libri habent, *demetati*, alii *dimetiti*. V. Parei Lex. Crit. & Borrich. pro Voſſ. adv. Scioppo. p. 273.

Demĕto, is, eſſui, eſſum, a. 3. idem quod meto, *mietere*, *tagliare*, ἀποθερίζω. *Cic. de ſenect. c.* 19. Fructus demetendi. *Catull. carm.* 63. *v.* 353. Flaventia demetit arva. ¶ Dicitur & de cædente in præliis. *Silius l.* 16. *v.* 121. Tantum acies, hominumque ferox diſcordia ferro Demetit.

De-

Demetrias, adis, f. *Dimitriade*, urbs Theſſaliæ, marit. in Magneſia, juxta ſin. Pelaſgicum, aliquando regia Macedonum, & navale, olim E. ſub A. *Lariſſeo*, nunc Metropolis, Pagaſæ proxima, inter Thebas Bœotiæ ad Auſtr. & Theſſalonicam ad Bor. ad 100. M. P. a Lariſſa ſupra 40. a Thebis Phthiotidis 50. al. via 30. *&* Cæc.

Demetrius, m. 2. filius Antigoni Macedonum Regis, & patris in Regno ſucceſſor. Ob inſignem in expugnandis urbibus virtutem Poliorcetes cognominatus eſt, ideſt, urbium expugnator. Hic poſt Alexandrum, præter alios Macedonas nomine, & virtute clarus, tranſmiſſo Euphrate Babyloniam occupavit: Athenas Caſſandri, Ptolemæique imperio liberavit: Cyprum, victo Ptolemæo, navali prælio, recepit; Pyrrhum ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Poſtremo cum bellum adverſus Antiochum ſuſcepiſſet, infeliciter pugnans, in ejus poteſtatem venit, Cherſoneſique ab eo cuſtodiæ traditus eſt, permiſſo tamen ei regio ſumptu, mollique victu, venationibus, omnibuſque voluptatibus, quibus ille uſus, minimum de ſalute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo periit. A *Plutarcho in Parallelis* cum M. Antonio Triumviro comparatur.

Demetrius Phalereus, qui ob eximias virtutes Athenienſibus præfuit annis decem, trecentiſque ſexaginta ſtatuis æreis honoratus eſt. Fuit diſcipulus Theophraſti. *Cic. in Brut. 3. de Leg. 5. Fin.* Fuit inventor ſtyli fucati. *Cic. in Brut. 2. de nat. Deor.* Pulſus in exilium ſe ad Ptolemæum contulit, & ibi multa ſcripſit. *Cic. 5. Fin.*

Demigratio, onis, f. *emigrazione, andata, partenza*. *Nepos in Miltiade*, c. 1. Cum multi ejus demigrationis peterent ſocietatem.

Demigro, as, avi, atum, n. *andar di luogo in luogo*, נדד, Ger. *von einem ort an das ander ziehen, zu hauſs ziehen*, Gal. *s'en aller d'un lieu*, Hiſp. *andar caſa de lugar en lugar*, μετοικίζω, eſt de uno loco in alium domicilium transferre. *Cic. pro Domo*. Demigrandum potius aliquo eſt, quam habitandum in ea urbe, &c. *Id. 1. Tuſc.* Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injuſſu hinc nos ſuo demigrare. *Id. pro C. Rabir.* Demigrare ex vita hominum ad deorum ſanctimoniam. *Cæſ. l. 4. B. G.* Demigrare de oppidis. *Plaut. Amph. 1. 1. 83.* Demigrare loco. *Cic. in Parad.* Demigrare ab improbis. *Id. 4. ad Attic.* Demigrare de ſtatu ſuo.

Deminuo cum derivat. V. *Diminuo*.

Demirandus, a, um, valde mirandus. *Gell. l. 16. c. 18.* Facit multa demiranda.

Demiror, d. 1. *maravigliarſi forte*, תמה, Germ. *ſich ſehr verwundern*, Gal. *s'emerveiller*, Hiſp. *maravillarſe mucho*, ὑπερθαυμάζω, valde miror. *Cic. Att. l. 14.* Etſi addis Lamiam, quod demiror equidem. ¶ Aliquando eſt neſcire, quoniam (ut Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. *Ter. Phorm. 2. 1. 4.* Quam cauſam reperiens, demiror.

Demiſſe, adv. *umilmente*, ταπεινῶς, humiliter. *Cic. 5. Tuſc. c. 8.* Non eſt auſus elate, & ample loqui, cum humiliter, demiſſeque ſentiret. *Ovid. 3. Triſt. el. 4. v. 23.* His alte, demiſſius ille volabat. *Cæſ. l. 1. B. C. 1. 84.* Demiſſiſſime, atque ſubjectiſſime exponit.

Demiſſio, f. 3. *baſſezza, viltà*, ταπείνωσις, humilitas. *Cic. 3. Tuſc.* Cadere in eundem timorem, & infractionem quandam animi, & demiſſionem. ¶ Proprie *Vitruv. l. 5. c. 10. in fin.* Ex eo clypeum æneum catenis pendeat, per cujus reductiones, & demiſſiones perficietur ſudationis temperatura.

Demiſſitius, a. 1. 2. longus, ut Demiſſitia tunica, longa, & demiſſa ad talos, & nulla zona ſuccincta. *Plaut. Pæn. 5. 5. 24.* Sane genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſſitiis.

Demiſſus, a, um, adject. *baſſo*, humilis, ταπεινός. *Ter. Eun. 2. 2. 22.* Demiſſis humeris virgo. *Plin. l. 8. ep. 18.* Tiberis demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur. Sic demiſſa veſtis, capilli, aures demiſſæ. *Horat. Virg. Ovid. Cic. pro Cluent. 4.* ¶ Tranſlate ſumitur pro abjecto & vili. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Fracto ac demiſſo animo eſſe. *Tacit. 13. Ann.* Senatus in adulationem demiſſior. *Cic. in Orat. c. 24.* Orator ornamentis & verborum, & ſententiarum demiſſior. ¶ Demiſſis manibus fugere. V. *Dimiſſus*.

Demitigo, as, a. 1. idem ac mitigo. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Noſmet, qui Lycurgi a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

Demitto, is, iſi, iſſum, a. 3. inclino, deprimo, dejicio, *mandar giù*, Ger. *abhin laſſen*, Gal. *mettre bas, abbaiſſer*, Hiſp. *embiar abaxo*, καταβάλλω, deorſum mitto. *Cic. de Divin.* Cum ipſe equum demiſiſſet in flumen. *Liv. l. 34. c. 44.* Demittere in carcerem. Sic demittere mulos, vultum, caput, &c. *abbaſſare*. *Ovid. 15. Met. & al.* immittere. *Id. Met. 8.* Plura cupit, quo plura ſuam demittit in alvum. *Cic. Att. l. 7. ep. 10.* Demittere ſe in cauſam. *Salluſt. in Jug.* Hoc in pectus tuum demitte, nunquam populum R. beneficiis victum eſſe. ¶ Tranſlate ſignificat abjicere, *avvilire*. *Cic. 3. Fin. c. 15.* Demittere animum. *Id. Tuſc. 4.* Demitti, contrahique animo. *Cæſ. l. 7. B. G. 1. 29.* Demittere ſe animo. ¶ Demittere aliquem neci, demittere corpora morti, & ſimilia poetica ſunt. *Virg. 5. Æn. Ovid. 3. Met.* &c.

Demium, n. 2. δημιόν, gemma quædam, a δημός, *pinguedo*. *Plin. l. 37. c. 7.*

Demiurgus, m. 2. δημιουργός, ſummus erat Magiſtratus in quibuſdam Græciæ civitatibus. *Liv. l. 38. c. 30.*

Demo, is, dempſi, demptum, a. 3. *detrarre, ſcemare*, גרע, Germ. *hinnemmen*, Gall. *oter*, Hiſp. *quitar*, ἀφαιρέω, detraho, eximo. *Cic. 3. de nat. Deor.* Æſculapii Epidauri barbam auream demi juſſit. *Plaut. Bacchid. 4. 4. 14.* Quantum aurum herus ſibi dempſit. Sic demere metum, ſollicitudinem, moleſtias. *Cic. Att. l. 11. ep. 13. Ter. & al.* Caput gladio alicui demere, *Curt. l. 4. c. 9.* Et demere aliquid de aliquo, *Cic. Ver. 3. & Plaut. in Trinum.*

Democriteus, a, um, adject. &

Democriticus, a, um, adject. ad Democritum pertinens, ut Democritici Philoſophi, *Cic. l. 1. de Orat. c. 10.* Pythagorei omnes, atque Democritici. *Id. de Divin. l. 2. c. 13.* Sint ſane illa Democritea vera, &c.

Democritus, m. 2. nomen Philoſophi Abderitæ. Patre locupletiſſimo natus eſt, ut qui univerſis Xerxis copiis epulum dederit. Agros, & patrimonium reliquit, & plurimas urbes terræ provinſios adipiſcendæ ſapientiæ cauſa peragravit. *Cic. 4. & 3. Tuſc. & 5. Fin.* In patriam reverſus, cum ſumma inopia, in hortulo juxta ſuæ urbis muros, rerum naturam contemplabatur. Dixit, mundos innumerabiles eſſe, qui omnibus minimis temporum punctis alii caderent, alii naſcerentur. *Cic. 2. Acad. 1. de nat. Deor.* Fuit auctor atomorum. *Cic. 1. & 2. Acad. 1. Fin.* Ejus errores ab Epicuro correcti ſunt. *Cic. 1. Fin.* Quocunque fortunæ caſu audito, in riſum erumpebat, ut Heraclitus in fletum: quare Gelaſinus nominatus eſt. Tandem oculis ſe privavit, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. *Cic. 5. Fin. & 5. Tuſc.* Agebat centeſimum & nonum annum, cum mortuus eſt.

Demæ, apud Atticos ſunt, ut apud nos pagi, Δῆμοι, *Feſt.*

Demolior, iris, itus ſum, d. 4. *disfare, ſtruggere*, נתץ, Germ. *zerſtoeren*, Gal. *demolir*, Hiſp. *derribar*, καταστρέφω, amolior, diruo, dejicio, a moles. *Cic. 3. Off.* Demoliti ſunt ea, quorum altitudo officeret auſpiciis. *Liv. l. 34.* Deſtruere, ac demoliri jus. ¶ Significat etiam refellere, amoliri. *Plaut. Bacch. 3. 2. 26.* De ſe culpam demoliri. ¶ Activa forma uſus eſt *Lactant. l. 4. c. 21.* Altaria tua demolierunt. Sic *Nev.* apud *Diomed. l. 1.* Hæc demolite. Adde *Frontin. de aquæduct. artic. 129.* Utuntur & aliqui JCti. ¶ Demolibor, pro demoliar, ἀγχανῶ, *Plaut. Bacch. 3. 1. 16.* De me culpam hanc demolibor.

Demolitio, f. 3. everſio. *Cic. 4. Ver. c. 67.* Dumque ea demolitio fieret.

Demolitor, oris, m. everſor. *Vitruv. l. 10. c. 19.* corvum demolitorem memorat. ideſt machinam ad demoliendum aptam.

Demonſtrabilis, le, adject. qui demonſtrari poteſt. *Apul.* περὶ ἑρμηνείας modos demonſtrabiles dixit.

Demonſtrantia, æ, f. affertur ex *Plin. l. 17. c. 4. vel 3. ſub init.* ſed dubia eſt lectio.

Demonſtratio, f. 3. *dimoſtrazione*, ἀπόδειξις. *Cic. 2. de Orat.* Demonſtratio defenſionum tuarum. ¶ Item genus cauſæ. *Cic. 1. de Inv.* Si deliberatio, & demonſtratio genera ſunt cauſarum.

Demonſtrative, adver. demonſtrando, *moſtrando*, ἐνδεικτικῶς. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 16.* Hunc locum demonſtrative terram dicens.

Demonſtrativus, a, um, a. 1. 2. *dimoſtrativo*, Gal. *demonſtratif*, ἐνδεικτικός, quod demonſtrat, vel demonſtratur, aut aptum eſt demonſtrari, ut digitus demonſtrativus, *Cæl. Aurel. Tard. 3. 1. 1.* ¶ Genus demonſtrativum eſt illud, in quo laudatur, vel vituperatur. *Cic. 1. de Inv. & Auct. ad Her. l. 1.* Demonſtrativum eſt, quod tribuitur in alicujus certæ perſonæ laudem, aut vituperationem. Sed tamen latius accipitur pro omni genere quæſtionis præter judicialem, & deliberativam. Inventum eſt a Thraſymacho Chalcedonio, a Gorgia Leontino, a Theodoro Byzantio. *Cic. in Orat. & in Brut.*

Demonſtrator, oris, m. ἀποδείκτης, qui demonſtrat, *chi moſtra, o inſegna*. *Cic. 2. de Or. c. 86.* Simonides demonſtrator uniuſcujuſlibet ſepeliendi.

Demonſtratus, a, um, adject. *moſtrato*. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 38.* Re demonſtrata.

Demonſtro, as, avi, atum, a. 1. *dimoſtrare, inſegnare*, הורה, Germ. *zeygen*, Gall. *demonſtrer*, Hiſp. *demonſtrar*, δείκνυμι, aperte, vel palam monſtro, indico, oſtendo, declaro. *Cic. 4. Verr.* Qui cum leges doceant, conſuetudinemque omnium annorum demonſtrent. *Id. ſomn. Scip. c. 8.* Digito demonſtrare.

Demophon, vel Demophoon, ontis, Theſei, & Phædræ filius, ad quem extat Phyllidis Thraciæ reginæ epiſtola apud *Ovid. Heroid. epiſt. 2.*

Demorator, oris, m. qui demoratur, apud *Marcian. Capel. l. 1.*

Demoratus, a. 1. 2. partic. ſignif. paſſivæ a demoror. *Gell. l. 19. c. 8.* Hiſque ipſis, quæ jam dixi, demoratos vos video.

Demordeo, es, ordi, orſum, a. 2. *mordere*, ἀποδάκνω, morſu decerpo. *Plin. l. 28. c. 4.* E ligno fulgure icto demordere aliquid.

Demorior, eris, ortuus ſum, d. 3. *morire*, מות, Germ. *abſterben*, Gall. *trepaſſer*, Hiſp. *morir*, ἀποθνήσκω, idem ac morior, vel prorſus morior. *Cic. in Ver.* Cum eſſet ex veterum numero quidam Senator demortuus. ¶ Tranſlate eſt alicujus amore ardere, cum acc. *Plaut. Mil. 4. 1. 13.* Ea demoritur te.

Demoror, aris, atus ſum, d. 1. *indugiare molto*, אחר, Germ. *lang verziehen*, Gal. *demeurer*, Hiſp. *tardar*, ἐμμένω, multum moror. *Lact. l. 4.* Cum Moſes ibidem quadraginta diebus demoraretur. ¶ Accipitur ſæpe in ſignificatione activa pro detineo, *ritardare*. *Cic. 3. de Orat.* Ne diutius vos demorer. ¶ Item pro expecto. *Virg. 10. Æn. v. 30.* Mortalia demoror arma.

Demorſico, as, avi, atum, a. 1. ἀποδάκνω, demordeo, vel ſimpliciter mordeo, *mordere*. *Apul. A. A. l. 2.* Demorſicare in alicujus. Et *l. 3.* Roſis tantum demorſicatis, exibis aſinum.

Demorſus, a, um, adject. morſus, *morſicato*. *Perſ. ſat. 1. v. 106.* Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues.

Demortuus, a. 1. 2. partic. a demorior, *defonto*. *Cic. 6. Ver.* Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. *Liv. l. 19. c. 34.* Demortuo collega.

Demoſthenes, m. 3. Græcorum Oratorum princeps. Natus eſt eo patre, qui Cultellarius cognominatus eſt, quod domi haberet officinam, & operarios cultellorum. Relictus puer in hereditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis, vix habuit, unde præceptoribus mercedem ſolveret. Fuit diſcipulus Iſocratis. Audivit etiam Platonem. Cum in clariſſimum Oratorem evaſiſſet, libertatis Græciæ defenſor, publice concionibus Philippum inſectatus eſt, utpote publicæ libertatis inſidiatorem. Poſt cujus mortem patria pulſus, tandem revocatus eſt. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præpoſito, cum manifeſtam ſibi necem imminentem videret, in Calabriam inſulam, ubi aſylum erat Neptuno ſacrum, conceſſit. Ibi manus ſibi ipſe conſcivit, ne ad Antipatrum duceretur. A *Cicerone* immenſis laudibus extollitur, & tanquam perfectæ eloquentiæ exemplar imitandus proponitur, *in Orat. De opt. gen. Orat. & in Brut.*

Demoſthenicus, a, um, adject. ad Demoſthenem pertinens. *Auſon. Profeſſ. Burd. 1. v. 19.* Demoſthenicum illud ter primum.

Demotus, a, um, adject. de loco pulſus. *Liv. l. 6. c. 32.* Quantum Romana ſe invexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Demoveo, es, ovi, otum, a. 2. *movere di luogo*, הזיז, Ger. *verrucken*, Gall. *remouer, oter d'un lieu*, Hiſp. *mover de lugar*, ἀποσείω, de loco moveo. *Cic. 4. Fin.* Ut nullis nec ſuppliciis, nec præmiis demoveri poſſit ea eo, quod rectum eſſe decreverit. *Ter. Adelph. 2. 1. 16.* Cave, nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos. *Tacit. Annal. 6. c. 32.* In inſulas demoti ſunt. h. e. relegati. *Plaut. Perſ. 3. 1. 43.* Ego de hac ſententia non demovebor. *Tac. Ann. 13. c. 14.* Nero demovet Pallantem cura rerum.

Demptio, onis, f. actus demendi, ablatio. *Var. l. 4. de L. L. cir. init.* Litterarum demptione, & additione.

Dempter, a. 1. 2. partic. a demo, *tolto via*. *Plin. l. 13. c. 17.* Demptis forcipe corruptioribus acinis. *Cic. 2. Fin. c. 27.* Dempta æternitate, nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus.

Demugio, is, n. 4. *muggire*, געה, Germ. *brumlen*, Gall. *meugler fort*, καταμυκάομαι, mugitu impleo. *Ovid. 11. Met. v. 373.* Undaque prima rubet, demugitæque paludes.

Demulceo, ces, ſi, ſum, a. 2. *toccare gentilmente*, עדן, Germ. *ſenfft machen*, Gal. *adoucir, manier doucement*, Hiſp. *ablandar*, καταψηλαφάω, leniter mulceo, blande, & molliter attrecto. *Liv. l. 9.* Ne dorſum demulceatis, cum ex equis deſcendetis. ¶ Demulcere aures, *Lactant. de ira Dei, c. 7.* Videmus in animalibus quædam ſigna lætitiæ, cum ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant. Vide *Turneb. l. 21. c. 20.*

Demum, adverb. tandem, *finalmente*, τὸ τέλος. *Ter. Adelph. 6. 8. 19.* Ego novus maritus anno demum quinto, & ſexageſimo fiam? ¶ Ponitur etiam pro omnino, *del tutto*, אך, Germ. *ſonſt*, Gall. *enfin*, Hiſp. *al cabo*, præſertim quando jungitur cum *is*, *et*, *id*, vel cum *ita*. *Cic. in Sal.* Ea demum magna voluptas, æqualem, ac parem verbis vitam agere. *Quintil. Declamat. 10.* Ita mihi demum ſatisfacies. ¶ *Igitur demum*, pro tum demum, *Plaut. Moſt. 2. 1.* Miſerum eſt opus, igitur demum fodere puteum, ubi ſitis fauces tenet. *Id. Rud. 4. 2. 25.* Jam ubi liber

ber ero, igitur demum inſtruam agrum. ¶ Tum demum, *Plaut. Mil.* 4. 8. 55. Si id facies, tum demum ſcibis. ¶ Nunc demum, *Ter. Heaut.* 1. 3. 12. Vah nunc demum intelligo.

Demurmŭro, as, avi, atum, a. 1. *dire mormorando*. *Ovid.* 14. *Met.* v. 58. Ter novies carmen magico demurmurat ore.

Demuſſātus, a. 1. a. diſſimulatus, patienter, & cum ſilentio toleratus, a muſſo, as. *Ammian. l.* 30. *c.* 1. Injuriæ, quas pertulerat, omnibus demuſſatæ. *Apul. l.* 3. *A. A.* Demuſſata contumelia.

Demutābĭlis, le, adject. *mutabile*. *Prudent. Apotheoſ. v.* 176. Non convertibilis, nec demutabilis unquam eſt Deus.

Demutātio, f. 3. mutatio. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Et ideo verſicoloris eſſe demutationis.

Demutātor, oris, m. qui mutat. *Tertul. de reſur. carn. c.* 32. Argutiſſimi demutatores oſſium.

Demutĭlo, as, idem ac mutilo, *troncare*. *Colum. de arb. c.* 11. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

Demūto, as, avi, atum, a. 1. idem quod muto, *mutare*, μεταβάλλω. *Plaut. Men.* 5. 2. 118. Imperium tuum demutas. *Tac. Ann.* 4. *c.* 16. Placitum inſtituto Flaminum nihil demutari. ¶ Neutrorum more *Apulej. in Apolog.* Quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyeſta Tragico demutet.

Denariſmus, i, m. penſio denarii, cujus mentio fit *l.* 107. & 115. *Cod. Theod. de Decurion.*

Denarius, a, um, a. 1. 2. quod decem continet, idem ac decennarius. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Si fiſtulæ denariæ erunt. ¶ Denariæ ceremoniæ erant, quibus ſacra adituris decem continuis diebus certis quibuſdam rebus carendum erat. *Feſt.* ¶ Denarius nummus, idem quod denarius. *Liv. l.* 8. *c.* 11. Denarios nummos quadringenos.

Denarius, ii, m. 2. *denaro*, Gal. *denier*, Hiſp. *dinero*, δηνάριον, nummus argenteus apud Romanos, qui primo decem aſſes valuit, h. e. viginti ſolidos Venetos; deinde ſexdecim, cujus quarta pars ſeſtertius dicebatur, qui primo duobus aſſibus, & dimidio, deinde quatuor æſtimatus eſt. Dictus eſt a *denis*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 23. An emat denario, quod ſit mille denarium? ¶ Antiqui denarii ſeptem, recentiores octo complebant unciam. ¶ Denarius olim ſuperabat drachmam Atticam proportione ſeſquiſeptima. Nam Romæ ex argenti uncia ſeptem denarios, Athenis octo drachmas percutere ſolebant. Sed poſtea idem omnino fuit, quia progreſſu temporis ex uncia argenti octo denarios ferire inſtituerunt. ¶ A veteribus etiam n. g. uſurpabatur. *Plaut. Rud.* 5. 2. 27. Quem ad Recuperatores modo damnavit centum denaria Philippea.

Denarro, a. 1. *narrare per ordine*, ספר, Gall. *raconter*, ἀπαγγέλλω, per ordinem narro. *Gel. l.* 2. Hæc nobis Favorinus ſumma cum elegantia verborum denarravit. *Ter. Phorm.* 5. 7. 51. Hæc ego illi jam denarrabo.

Denaſcor, eris, d. 3. *morire*, θνήσκω, morior. *Caſſ. Hem. apud Non.* Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci ajunt. Adde *Var. lib.* 4. *de L. L. pag.* 18.

Denăſo, as, a. 1. *levare il naſo*, ἀπορρινίζω, naſum aufero. *Plaut. Capt.* 3. 4. 73. Os denaſabit tibi mordicus.

Denatium, ii, medicina, quæ jam jam morituris datur. *Tert. Apol. c.* 23.

Denăto, a. 1. κατανήχομαι, frequent. a deno, quod eſt deorſum nato, *nuotare all' ingiù*. *Horat. l.* 3. *od.* 7. *v.* 28. Tuſco denatat alveo.

Dendrachātes, m. 1. gemma ex achatæ generibus. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Dendrītis, f. 3. δενδρῖτις, gemma, quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurim hebetari. *Plin. l.* 37. *c.* 13.

Dendrociſſos, fem. 2. δενδροκισσός, hedera ſine adminiculo ſtans inſtar arboris.

Dendroīdes, m. 3. tithymali ſpecies. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Dendrophŏri, orum, m. erant qui trabes, & univerſam rem tignariam ad ædificia militaria extruenda curabant. e δένδρον, arbor, lignum, & φέρω, fero. Horum artificum collegium Herculem præcipue colunt. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 45. *n.* 8. Herculi comiti, cuſtodi M. Caſſius Aug. Lib. Soſtratus Præf. Fabrorum collegii Dendrophororum, &c. Adde aliam apud *Fabret. c.* 9. *n.* 21. ¶ Fuere præterea *Dendrophori*, qui in honorem alicujus Dei, puta Bacchi, aut Silvani, aut Magnæ Deum Matris, arbores ſtirpitus exciſas humeris per urbes portabant. conſtituebantque veluti corpus quoddam religioſorum hominum. Hujuſmodi Dendrophororum mentio fit in *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.* 64. *n.* 7. qui quotannis in antrum Magnæ Matris pinum ferebant. V. *Juſtum Fontanin. de antiquitatib. Hortæ, l.* 2. *c.* 5.

Denĕgo, as, avi, atum, a. 1. *denegare*, *negare*, מאן, Germ. *leugnen*, Gal. *denier*, Hiſp. *negar*, ἀπαρνέομαι, dare nego, non do, dare recuſo. *Cic.* 7. *Ver. c.* 11. Ut omnia ſemper, quæ jucunda videntur eſſe, non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ, & neceſſitati denegaret. ¶ Sæpe ſumitur ſimpliciter pro negare. *Ter. And.* 1. 5. 6. Denegarat, ſe commiſſurum mihi gnatam tuam.

Deni, denæ, dena, a. 1. 2. *a dieci*, *a dieci*, Germ. *zeyhen*, Gall. *dix a dix*, Hiſp. *de diez en diez*, οἱ, αἱ, τὰ δέκα, num. diſtrib. pro decem. *Cæſ.* 5. *B. G.* Uxores habent deni, duodenique inter ſeſe communes. ¶ Uſurpatur & extra diſtributionem. *Virg.* 11. *Æneid. v.* 326. Bis denas Italo texamus robore naves.

Denicāles feriæ, quibus hominis mortui cauſa familia purgabatur, non a *denis*, quia triduanæ erant, ſed a *denece*, quod a *nece*. *Cic.* 2. *de Leg.* Nec vero tam denicales, quæ a nece appellatæ ſunt, quia reſidunt mortui, quam ceterorum cæleſtium quieti dies, feriæ nominarentur. *Colum. l.* 2. *c.* 22. Feriis denicalibus mulos jungere non licere.

Denigrātio, onis, f. nigri coloris inductio. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 2. Denigratio capillorum.

Denĭgro, as, avi, atum, a. 1. *far nero*, השחיר, Germ. *ſchwartzen*, Gal. *noircir*, Hiſp. *negrecer*, μελαίνω, nigrum facio. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 55. Amurca terram denigrat. *Plin. l.* 23. *c.* 5. Capillum denigrat ſuffitu.

Denique, *finalmente*, [illegible], Germ. *endlich*, Gall. *enfin*, Hiſp. *finalmente*, τέλος, poſtremo, ad extremum, tandem. Uſurpatur, poſtquam plura ſunt enumerata, ſignando ultimum omnium. *Ter. Heaut.* 1. 1. 16. Quin te in fundo conſpicer fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique. ¶ Præcedente unico membro, idem eſt, ac breviter, paucis, uno verbo. *Cic. in Piſon. cap.* 20. Nemo bonus, nemo denique civis eſt. Adde *Cæſ. B. G. l.* 2. *c.* 33. ¶ Pro tandem quandoque uſurpatur. *Lucr. l.* 3. *v.* 764. Quare diſſolvi quoque debent poſſe per artus, Denique ut intereant. ¶ Nunc denique, pro etiamnum, *Albinovan. eleg. ad Liv. v.* 105. Talis in umbroſis mitis nunc denique ſilvis Deflet Threïcium Daulias ales Ityn. ¶ Tum denique, pro tum demum. *Plaut. Capt.* 1. 2. 39. Tum denique homines noſtra intelligimus bona, cum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.

Denominatio, onis, f. nominis deductio. Apud Rhetores eſt quæ a propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 32.

Denominatīva, n. 2. παρώνυμα, dicuntur, quæcumque ab aliquo vocabulo habent appellationem, a quo differunt ſolo caſu, hoc eſt, ſola fine, cujuſmodi ſunt adjectiva a ſubſtantivis deducta, ut e ſtudio ſtudioſus, a robore robuſtus. Nomen enim denominativum debet communicare cum nomine univoco in principio, ſed differre in fine. A Cic. conjugata dicuntur. *Priſcian. l.* 4.

Denominatīve, adverb. *Martian. Capell. l.* 4. *pag.* 114. Situs omnis denominative dicitur, ut ſedere a ſeſſione, ſtare ab ſtatione.

Denomĭno, as, a. 1. *dar nome*, קרא, Germ. *nennen*, Gall. *nommer*, Hiſp. *nombrar*, ἐπονομάζω, nomen impono, ex *de*, & *nomino*. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Propria ſunt verba, cum id ſignificant, in quod primo denominata ſunt. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 32. Ab eo, quod continet, id, quod continetur, denominabitur.

Denormo, a. 1. *deformare*, *diſuguagliare*, Germ. *verrucken*, Gall. *faire inegal*, Hiſp. *deſordenar*, *deſconcertar*, ἀμορφόω, eſt deturpare, & inæqualem facere. *Hor. l.* 2. *Serm.* 6. *v.* 9. O ſi angulus ille proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Denotatio, onis, f. &

Denotātus, ūs, m. indicatio, demonſtratio. *Tert. de Pall. c.* 4. Quantum denotatui offert. *Id. de Cult. Fem. c.* 13. Bonum ipſa denotatione ſu exultat. *Quint. declam.* 19. *c.* 13. Omnium maledictis ſucclamatum, omnium denotatione damnatus.

Denotātus, a, um, adject. notatus, deſignatus, *notato*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 18. Res non habere denotatas. *Tertul. l.* 1. *adverſ. Nation. c.* 10. Tanto denotatur ad contumeliæ morſum.

Denŏto, as, avi, atum, a. 1. *denotare*, הגיד, German. *zeichnen*, Gall. *marquer*, Hiſp. *denotar*, σημειόομαι, noto, ſignifico, deſigno. *Cic. pro Leg. Man. c.* 3. Qui una die, tota Aſia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una litterarum ſignificatione cives Romanos necandos, trucidandoſque denotavit. *Plin. l.* 35. *c.* 17. Denotare creta pedes venalium mancipiorum. ¶ Significat etiam notare infamia, *infamare*. *Pompon. in l. Turpia. Dig. de leg.* 1. Turpia legata, quæ denotandi magis legatarii gratia ſcribuntur.

Dens, dentis, m. 3. *dente*, שן, Germ. *zahn*, Gall. *dent*, Hiſp. *diente*, ὀδούς, os in ore, quo cibus dividitur, & teritur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. de Æſculapio*. Tertius Arſippi & Arſinoæ, qui primus purgationem alvi, dentiſque evulſionem invenit. *Vitruv. l.* 8. *c.* 1. Procumbere in dentes, *cadere co i denti innanzi*. ¶ Translate dens dicitur id omne, a quo aliquid teneri, diſſecari, extrahi poteſt. *Virg.* 6. *Æn. v.* 3. Tum dente tenaci anchora fundabat naves. Sic dens vomeris, vel aratri, apud *eund. Georg.* 2. *v.* 423. & *Col. l.* 2. *c.* 4. ¶ Falx etiam dens Saturni dicitur a *Virg.* 2. *Georg. v.* 406. ¶ Item peſſulus januæ, vel clavis, a *Tibul. l.* 1. *el.* 2. *v.* 18. Seu referat fixo dente puella fores. ¶ Item ferrum venabulo præfixum, dens dicitur. *Gratius Cyneget. v.* 508. Valido venabula dente induit. ¶ Dente ſuperbo tangere, eſt faſtidire, *Horat. l.* 2. *Sat.* 6. *v.* 87. ¶ Dente maledico carpere, dente invido rodere, pro maledicere, conviciis lacerare. *Cic. pro Balb. c.* 26. *Horat. l.* 4. *od.* 3. *v.* 16. ¶ Albis dentibus ridere, h. e. effuſe, ut dentes oſtendantur. *Plaut. Epid.* 3. 3. 48. ¶ Cadere dentes quid ſit, V. *Cado*. ¶ *Dens Numida* eſt dens elephanti Numidici, & ponitur pro ebore. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 9.

Denſabĭlis, le, adject. denſans, *Cæl. Aurel. l.* 5. *c.* 7. & *Apul. de herb.* Herbæ virtutis denſabilis.

Denſatio, onis, f. 3. idem quod coactio, ſpiſſatio. *Plin. l.* 31. *cap.* 7. Prima denſatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Denſātus, a, um, partic. a denſor, *denſato*, *denſo*. *Liv. lib.* [illegible] *cap.* 5. Quæ cum Romani conferti, ut ſolent, denſatis exceperint ſcutis.

Denſe, adv. *denſamente*, πυκνῶς, ſpiſſe. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Caſtanea denſius innumero hærede proſilit. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* Bene, & quam denſiſſime calcatura.

Denſeo, es, ui, a. 2. *unire*, *inſpeſſire*, cogo, coagulo. *Horat. lib.* 1. *od.* 28. Mixta ſenum ac juvenum denſentur funera. Ita legit Lambinus, & *denſantur* (quod legitur vulgo) corruptum putat. Similiter *denſere* pro *denſare* tuetur *Priſc. l.* 8. in illo *Virg. Georg.* 1. *v.* 419. Jupiter humidus auſtris Denſet, erant quæ rara modo, & quæ denſa, relaxat. Et ſic legitur in MSS. Plura etiam in *Ovidio* loca reſtituit hac ratione *Heinſius ad l.* 3. *Faſt. v.* 820. & in *Lucretio Pareus in Indice Lucretiano*. ¶ Porro in neutra ſignificatione pro coiri, coagulari (quod Calepinus, & Paſſeratius ſcripſerunt) niſi certa exempla inveneris, ne uſurpaveris. nam quod afferunt ex *Plin. l.* 20. *c.* 14. Acceſcere denſereque lac non patitur, in melioribus lib. legitur, *denſerique*. V. *Harduin.* & *Voſſ. in Etymol.*

Denſeſco, is, ui, denſus fio. *Paulin. Petrocor. l.* 6. *de vita Martini, v.* 234. Vicinum doluit tenebris denſeſcere ſolem.

Denſĭtas, f. 3. *ſpeſſezza*, עבי, Ger. *dichte*, Gall. *epaiſſeur*, Hiſp. *eſpeſſura*, πυκνότης, crebritas, ſpiſſitudo, coarctatio nimia conjunctarum partium. *Plin. l.* 11. *c.* 3. Quamvis arcente ſpiritum denſitate.

Denſo, a. 1. *ſpeſſire*, *condenſare*, עבה, Ger. *dick machen*, Gall. *epaiſſir*, Hiſp. *eſpeſſar*, πυκνόω, cogo, ſpiſſo. *Plin. l.* 25. *c.* 11. Denſentum capillum confirmet, & denſat. *Id. l.* 11. *c.* 41. Lac denſantes in butyrum. *Virg.* 1. *Georg.* Denſentur nocte tenebræ. ¶ Denſare ictus, *raddoppiare i colpi*. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 14. Denſarent ictus, ora mucronibus quærerent. V. *Denſeo*.

Denſus, a, um, a. 1. 2. *ſpeſſo*, *denſo*, Ger. *dick*, Gal. *epais*, Hiſp. *eſpeſſo*, πυκνός, ſpiſſus, creber. *Varr. l.* 4. *de L. L.* dicit, denſum a dentibus pectinis, quibus feritur. *Cic. de nat. Deor.* Loca ſylveſtribus ſepibus denſa. *Virg.* 2. *Æn. v.* 511. Denſos fertur moriturus in hoſtes. *Id.* 1. *Georg. v.* 334. Denſiſſimus imber. *Cæſ. l.* 3. *B. G. ad fin.* Denſiores ſilvæ. *Colum. præfat. l.* 1. Sues denſæ. h. e. quæ ſetas habent denſas. *Ovid.* 12. *Metam.* Funale denſum lampadibus. *h. e.* multas habens lampades. *Virg.* 4. *Georg. v.* 347. Denſos divum numerabat amores. *h. e.* crebros, frequentes.

Dentāle, n. 3. γύης, lignum, quo vomer arandi cauſa inducitur, ſed pro vomere poni ſolet, a *dens*. *Col. l.* 2. *c.* 2. *a med.* Et dentalibus terram ſubigere. *Virg.* 1. *Georg. v.* 172. Duplici aptantur dentalia dorſo.

Dentātus, a. 1. 2. *dentato*, *dentoſo*, Ger. *etwas das zähn hat*, Gall. *denté*, Hiſp. *dentado*, ὀδοντωτός, qui magnos habet dentes, qui & dentoſus dicitur. *Plaut. Pſeud.* Non ego te ad illum duco dentatum virum. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Sues circa brumam dentatos naſci. ¶ Item generatim quod dentes habet, ſive magni, ſive parvi ſint. *Mart. l.* 1. Sic dentata ſibi videtur Ægle emptis oſſibus, Indicoque cornu. ¶ Dentata charta apud *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. eſt apri, aut etiam equi dente polita, & lævigata, ut calamus curratexpeditius. Scribit enim *Plin. l.* 13. *c.* 12. chartæ ſcabritiam lævigari dente, vel concha. ¶ Dentatus, cognomen fuit M. Curii, quod cum dentibus natus ſit. *Plin. l.* 7. *c.* 16.

Dentex, icis, m. piſcis, al. dentatus, a dentibus, quos exterius habet. In ejus cerebro gemma ſynodontides invenitur. *Plin. l.* 38. *c.* 10.

Denthar̆păga, æ, f. inſtrumentum, quo dentes evelluntur, *cavadenti*, *cane*, ὀδοντάγρα. Sic latine vult appellari *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 137. Hic bipenſiles forcipes dentharpaga.

Denticulātus, a, um, a. 1. 2. *fatto a denti*, Gall. *en façon de ſcie*, Hiſp. *dentado como la hoz*, ὀδοντωμένος, quod crebros denticulos habet, ut ſerra denticulata, & herbæ denticulatæ, quæ foliorum ambitum quibuſdam quaſi denticulis habent inciſum. *Plin.* Bina brachia denticulata forcipibus. *l.* 9. *c.* 31. Adde *Colum. l.* 2. *c.* 21.

Denticŭlus, li, m. 2. ὀδόντιον, parvus dens. *Apul. Apolog.* ¶ Eſt etiam orna-

Digitized by Google

ornamentum quoddam in columnis, a ſimilitudine ſic dictum. *Vitruv. l. 1. c. 2. & l. 3. c. ult.*

Dentidūcus, a, um, adject. qui dentes emittit. *Cal. Aurel. Tard. 2. c. 4.*

Dentifrangibilum, i, n. inſtrumentum, quo dentes effringuntur. Hinc lepida *Plaut. Bacch. 4. 2. 14.* Dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt. Et *ibid. v. 23.* Dentifrangibulum maſc. gen. vocat eum, qui dentes frangit.

Dentifricium, n. 2. *nettadenti*, Ger. *zahn grubel*, Gal. *cure dent*, Hiſp. *monda diente*, ὀδοντότριμμα, medicamentum, quo dentes fricantur, ut fiant candidi. *Plin. l. 28. c. 11.* Dentifricia utroque modo fiunt.

Dentilĕgus, i, dicitur qui ita percuſſus eſt, ut ei opus ſit ſuos dentes colligere. *Plaut. Capt. 4. c. 18.* Dentilegos eos faciam. Sed alii leg. *Dentiloquos*. h. e. illis dentes excutiam, quos expuent loco verborum.

Dentilŏquus. V. Dentilegus.

Dentio, is, ivi, itum, *n. fare i denti*, Ger. *zahnen*, Gal. *jetter les dens*, Hiſ. *nacerle a uno los dientes*, ὀδοντιάω, dentes emitto. *Plin. l. 30. c. 3.* Cutis eorum pueros tarde dentiantes adjuvat cum melle. ¶ Dentire quoque dentes dicuntur, cum fame, vel frigore crepitant. *Plaut. Mil. 1. 1. 34.* Auribus peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.

Dentiſcalpium, n. 2. *ſtuzzicadenti*, ὀδοντογλυφὶς, inſtrumentum, quo ſcalpuntur dentes. *Mart. l. 7. epigr. 52.* Et dentiſcalpia ſeptem.

Dentitio, f. 3. dentium emiſſio. *Plin. l. 28. c. 19.* Infantibus nihil butyro utilius, & in dentitione, & ad gingivas.

Dentōſus, a, um, denticulatus. *Ovid. 6. Faſt. v. 229.* dentoſo crinem depectere buxo. *h. e.* pectine buxeo.

Dentrix, icis, piſcis ille, qui a Plinio dentex dicitur, ſic appellatus a magnitudine, & multitudine dentium. *Ibid. l. 12. c. 6.*

Denūbo, is, pſi, ptum, n. idem ac nubo. *Tac. l. 7. Ann. c. 57.* Druſi filia denupſit in domum Rubellii Blandi. ¶ Tranſlate ponitur generatim pro conjungi. *Col. l. 10.* Semina depoſitis cupiunt denubere plantis.

Denudātus, a, um, adject. *ſpogliato*, *ſnudato*, Lucaſius *Cic. l. 12. Fam. ep. 15.* Cives crudeliſſime denudati ac divendati.

Denūdo, a. 1. idem ac nudo, *ſnudare*. *Cic. 2. Verr.* Ne denudetur a pectore, ne cicatrices P. R. aſpiciat.

Denumĕro. V. Dinumero.

Denuntiatio, nis, f. *predizione*, בשורה, Ger. *verkündigung*, Gal. *denonciation*, Hiſp. *denunciacion*, προάγγελσις, prædictio. *Cic. 2. de Div. c. 25.* Quæ eſt enim iſta a Diis profecta ſignificatio, & quaſi denuntiatio calamitatum. ¶ Item minitatio, *minaccia*. *Liv. l. 38. c. 14.* Hac denuntiatione perterritus. *Cic. 6. Phil.* Denuntiatio belli.

Denuntiatīvus, a, um, adject. qui denuntiat. *Cal. Aurel. Tard. 2. c. 4.* Denuntiativo motu.

Denuntiātor, oris, m. *chi denunzia*, προαγγελεύς. *Vet. Inſcript. apud Grut. p. 254. n. 4.* Denuntiatores Puteolani.

Denuntio, as, a. 1. *denunciare*, *far noto*, הגיד, Ger. *verkündigen*, Gall. *denoncer*, Hiſp. *denunciar*, ἐπαγγέλλω, futurum aliquid nuntio. *Cic. de Sen.* Quomodo Carthagini bellum inferatur, multo ante denuntio. ¶ Ponitur etiam generatim pro ſignificare. *Cic. 1. Tuſc.* Si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur, ut exeamus e vita. ¶ Denuntiare alicui teſtimonium, eſt aliquem ad judicium vocare ferendi teſtimonii gratia. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 38.* Non potaſti, me familiariſſimis tuis teſtimonia denuntiaturum. ¶ Interdum uſurpatur pro minari, *intimare*, *minacciare*. *Cic. Fam. 2. epiſt. 23.* Multos terrores jacit, atque denuntiat. ¶ Item pro rogare, jubere. *Id. Fam. 13. ep. 77.* Si quid opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo denuntiare.

Denuo, adv. *di nuovo*, *un' altra fiata*, עוד, Ger. *widerumb*, Gal. *de rechef*, Hiſp. *de nuevo*, ἐξυπαρχῆς, ruſus, a novus, quaſi de novo, de integro. *Cic. in Verr.* Sicilia te Prætore cenſa denuo eſt.

Deo, Δηώ, Ceres. Hinc Deois, patronym. Proſerpina. *Ovid. 6. Met.*

Deocco, idem quod occo, *erpegare la terra*. *Plin. l. 18. c. 15.* Vicia non farritur, non ſtercoratur, nec aliud, quam deoccatur.

Deōis, idis, f. Δηωΐς, patronym. Proſerpinæ filia Cereris, quæ Δηώ Græce appellatur: a δηῶ, invenio. *Ovid. 6. Met. v. 114. & Auſon. epiſt. 4. v. 50.*

Deonerātus, a, um, adject. *ſcaricato*. *Ammian. l. 24. c. 6.* Validiores naves deoneratas octogentis implevit armatis.

Deonĕro, as, avi, atum, are, a. 1. onere levo, exonero, ἀναφορτίζω, *ſcaricare*. *Cic. Divin. in Verr. c. 14.* Ex alicujus invidia deonerare aliquid, & in alium trajicere.

Deoperio, is, a. 4. *ſcoprire*, retego, aperio. *Celſ. l. 8. c. 4.* Os deoperire tutiſſimum eſt.

Deopto, as, avi, atum, a. 1. idem quod opto, eligo, *eleggere*. *Hygin. fab. 191.* Pater Midæ deoptandi dedit poteſtatem, ut quidquid vellet, peteret a ſe.

Deoro, a. 1. pro peroro nonnulli uſurparunt. *Feſt.*

Deorſum, *in giù*, *di ſotto*, למטה, Ger. *nider*, Gall. *en allant en bas*, Hiſp. *hazia abaxo*, κάτω, verſus partem inferiorem, a *de*, & *vorſum*, ſeu *verſum*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cum pondere, & gravitate directo deorſum feratur. ¶ *Surſum, & deorſum* uſurpantur etiam pro ultro, citroque. *Ter. Eun. 2. 2. 47.* Ne ſurſum, deorſum curſites. Tractum eſt ab Athenarum ſitu, quarum portus in imo, urbs in editiore loco ſita eſt.

Deorſus, pro Deorſum, legitur in *Apulej. l. 8. Metam.*

Deoſculātus, a, um, *baciato*, particip. a deoſculor, ſed paſſiva ſignificationis. *Apulej. l. 2. Metam.* Rurſum me deoſculato. *Et mox.* Me preſſim deoſculata.

Deoſcŭlor, idem ac oſculor, vel vehementer oſculor. *Plaut. Caſ. 2. 1. v. 48.* Sine, oculus tuum deoſculer. *Mart. l. 8. epigr. 81.* Hos amplexatur, hos deoſculatur. Al. leg. *perpſculatur*. *Valer. Max. l. 2. c. 10. n. 2.* Cuſpide Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu deoſculati.

Depaciſcor, vel potius Depeciſcor, eris, ctus ſum, dep. 3. idem quod paciſcor, pactione tranſigo, *patteggiare*. συντίθεμαι. *Cic. pro Sext. Roſc. c. 38.* Depeciſci cum hoſte. *Ter. Phorm. 1. 3. 14.* Jam depeciſci morte cupio. Al. leg. *depeciſci mortem*.

Depactus, a, um, adjectiv. a depango, *piantato*, *ficcato in terra*, καταπαγείς. *Plin. l. 2. c. 96.* Depacta in terram non extrahuntur. *Lucret. l. 5. v. 1085.* Vitæ depactus terminus alte. ¶ Aliquando eſt idem quod pactus. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 39.* Tria prædia ſibi depactus eſt.

Depalatio, onis, f. verbale a *depalo*, ſed contrariam ſignificationem habere videtur apud *Vitruv. l. 9. c. 8.* Separandæ ſunt, inquit, horologiorum rationes, & explicandæ dierum brevitates, itemque depalationes. h. e. cuneorum detractiones, ut explicat *Turneb. l. 6. Adv. c. 18.* ea enim erat illis temporibus horologiorum forma, ut diebus creſcentibus detraherent cuneos, decreſcentibus adderent, quemadmodum ſcribit ipſe *Vitruv. l. eod. c. 9.* Baldus autem in Lex. Vitruv. ſuſpicatur, *depalationes* dici Solis evagationes per Zodiacum: ut ſit a palari, h. e. vagari. Habetur præterea hæc vox in *Vet. Inſcript. apud Fabrett. p. 245.*

Depalātor, oris, m. qui palos defigit. Hinc *Tertull. l. 5. adverſ. Marc. c. 6.* D. Paulum vocat depalatorem diſciplinæ divinæ, q. d. qui velut palis defixis Dei diſciplinam ſtatuerit.

Depallio, as, pallio ſpolio, apud *Tertul. de Pall. cap. 4.* Sed lectio valde incerta eſt.

Depalmo, a. 1. *dar guanciate*, Ger. *maulſchelln geben*, Gal. *ſouffleter*, Hiſ. *boſetar*, κολαφίζω, eſt palma percutere. *Gell. l. 20. c. 1.* Quemcunque depalmaverat.

Depalo, a. 1. eſt palis impactis ſtatuere, & circuncludere. *Tertul. in Apol. c. 10.* Civitas, quam depalaverat Saturnus. Aliis *depalare* eſt palos detrahere, unde *depalatio*. de qua V. ſup. ¶ In Inſcript. apud Fabret. p. 511. idem eſt ac delimitare, limites apponere, ſuis terminis concludere.

Depango, is, depanxi, & depegi, depactum, a. 3. *piantare*, *ficcare in terra*, נטע, Ger. *ſtecken in den boden*, Gal. *ficher*, *enfoncer*, Hiſp. *plantar*, *hincar*, καταπήγνυμι, planto, ſero, humi deſigo. *Colum. l. 3. c. 16.* Eumque ſic erit medio ſpatio, quod vocant inter vites, per unam lineam depangere.

Depannis, & ne, o. 3. panno carens. *Poeta vet. apud Non. c. 8. n. 42.* ſed dubia eſt lectio.

Deparco, is, rſi, *riſparmiare*. *Solin. c. 4. (al. 10.)* Hoc collectaneum deparcitus, ut ſufficiat uſui, ubi defecerint ſcaturigines. Ita leg. *Salmaſ.*

Deparcus, a, um, o. 1. 2. φειδωλὸς, valde, vel nimium parcus. *Suet. in Ner. c. 30.* Sordidos putabat eſſe, & deparcos, quibus impenſarum ratio conſtaret.

Depaſco, is, avi, aſtum, a. 3. & depaſcor, eris, aſtus ſum, d. 3. *paſcere*, *conſumare paſcendo*, אכל, Ger. *abetzen*, Gal. *paitre*, Hiſp. *paſcer*, καταvέμομαι, paſcendo abſumo. *Col. lib. 7. cap. 5.* Si hœdi roſcidas herbas depaverint. *Plin. l. 11. c. 19.* Papilio ceras depaſcitur. ¶ Tranſlate eſt tollere, conſumere. *Cic. l. 1. de Orat.* Multo ejus oratio eſſet preſſior, in qua, ut in herbis ruſtici ſolent dicere, in ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. *Id. 1. de Legib. c. 21.* Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. Ubi nota *depaſcor* paſſiva ſignificatione uſurpari, ut & in illo *ejuſdem 2. de Orat. c. 70.* Qui a pecore ejus depaſci agros publicos dicerent.

Depaſtio, onis, f. νομὴ, actus depaſcendi. *Plin. l. 17. c. 24.* Similem rationem & depaſtio animalium habet.

Depaſtus, a, um, o. 1. 2. ἐσθιόμενος, part. a depaſco, ſignif. paſſiva, *mangiato*. *Plin. l. 17. c. 24.* Depaſtam arborem turpi facie relinquunt. *Virg. Eclog. 1. v. 55.* florem depaſta ſalicti.

Depavītus, a, um, adject. *percoſſo*, *calcato*. *Solin. c. 5.* Parcius depavita levibus veſtigiis inviare.

Depaupĕro, as, a. 1. *far povero*, רושש, Ger. *arm machen*, Gal. *appauvrir*, Hiſp. *empobrecar*, πτωχίζω, eſt facere pauperem. *Varr.* Prius, quam dominum depauperaſſet ſumptu ſuo.

Depeciſcor. V. Depaciſcor.

Depectio, onis, f. paciſcendi actio, pactio, *patto*, *accordo*. *Cod. Theodoſ. l. 2. tit. 10.* Depectionibus conſceleratis aliquem ſpoliare. Niſi forte putes, eſſe verbale a *depecto*, quod ſignificat etiam detraho, adimo.

Depecto, ctis, xui, vel xi, xum, *pettinare diligentemente*, סרק, Germ. *abſtrelen*, Gal. *peigner*, Hiſp. *peynar*, ἀποξύω, diligenter pecto. *Ovid. l. 3. Faſt.* Depexis crinibus Indos vicit. ¶ Interdum pectendo auferre. *Virg. 2. Georg.* Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. ¶ *Depectere*, vel *depexum reddere*, frequens eſt apud Comicos, pro demulcere verberibus, ſive molle reddere. *Ter. Heaut. 5. 1.* Adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivet, meminerit ſemper mei.

Depector, oris, m. qui pactum facit, ut *Depector litium*, redemptor. *Apul. in Apol.*

Depectus, a, um, adject. a depeciſcor, *pattuito*, *accordato*. *Ulpian. l. 3. Dig. de Calumn.*

Depeculaſſo, is, ere, a. 3. antiquum verb. quod ſignificat peculium rapere. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 218.*

Depeculātor, oris, m. qui depeculatur, *rubatore*. *Cic. 2. Ver. c. 1.* Depeculatorem ærarii, vexatorem Aſiæ, atque Pamphyliæ, prædatorem juris urbani.

Depeculātus, us, m. defraudatio populi. *Feſtus.*

Depeculatus, a, um, adject. ſignif. paſſiva, ſemel legitur in *Plauti Epid. 3. 4. 82.* Me impune eſſe habitum, depeculatum eis. h. e. ab eis. V. Taubman.

Depecŭlor, aris, atus ſum, dep. 1. a *de* & *peculium* compoſit. ſignificat, furari pecuniam, vel pecus (pecore enim antiquis potiores divitiæ erant) & generaliter ſpoliare, compilare, *rubare*, λαφυρεύω, σῦλάω. *Cic. 6. Verr.* Apollonium Drepanitanum omni argento optime facto ſpoliaſti, ac depeculatus es. ¶ Transfertur ad incorporea. *Cic. 4. Verr. c. 36.* Qui laudem, honoremque familiæ veſtræ depeculatus eſt. ¶ Paſſiva ſignificatione *L. Cælius* apud *Priſcian. l. 8.* Ubi Senatus intellexit, populum depeculari, ἀποσυλᾶσθαι, ut *Priſcian.* explicat.

Depello, is, depuli, depulſum, a. 3. *ſcacciare*, *rimovere*, נדח, Ger. *abtreiben*, Gal. *dechaſſer*, Hiſp. *empuxar*, ἀπελαύνω, deorſum pello, & ſimpliciter pello. *Cic. in Catil.* Simulacra Deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominum dejectæ. ¶ Eſt item removere, avertere. *Cic. in Catil.* Non facile tantam molem mali a cervicibus noſtris depuliſſem. *Id. Catil. 2. c. 7.* Depellere de ſpe. *Liv. l. 31. c. 25.* Depellere ſpe. Sic Depellere dolorem, frigus, moleſtiam ab aliquo. *Cic. Horat.* &c. ¶ *Depellere agnos a lacte*, vel *a matre*, vel ſimpliciter *depellere*, eſt ablactare, vel a lacte removere. *Varr. 2. de re ruſt. c. 2.* Cum depulſi ſunt a matribus agni. *Virgil. 1. Eclog.* Quo ſæpe ſolemus paſtores ovium teneros depellere fœtus. ¶ Depellere famem cibo, *cacciarſi la fame*, *Cic. 1. de Fin.* ¶ Depellere ſententia, & de ſententia, *far cangiar' opinione*, *Id. 2. Tuſc. & pro Ligar.*

Dependĕo, des, n. 2. *pendere*, *dependere*, דלה, Ger. *abhangen*, Gal. *dependre*, Hiſp. *eſtar colgado*, *pender*, ἐκκρέμαμαι, deorſum pendeo, de re aliqua pendeo. *Col. l. 4.* Si per unumquenque pampinum major numerus uvarum dependeat. ¶ Tranſlate *Ovid. 3. Faſt.* Diſcedunt dubii, promiſſaque tarda videntur, Dependetque fides adveniente die. *ſi ſoſpende la credenza fino al dì vegnente.*

Dependo, is, di, nſum, a. 3. Idem ac pendo, *pagare*. *Cic. l. 5. epiſt.* Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. *Cic. in Catil.* Denique ipſum latorem legis Semproniæ juſſu populi pœnas Reip. dependiſſe. ¶ Dependere caput, eſt capite pœnas luere, vitam profundere. *Luc. l. 8.* Mallem felicibus armis dependiſſe caput. ¶ *Id. l. 10. v. 80.* Tempora dependere amori. h. e. tempus in amoribus conſumere. ¶ Significat etiam examinare, penſare, ait *Scalig. l. 1. c. 17. Lect. in Auſonium*, affertque exemplum ejuſdem Auctoris, ubi alii leg. *deprendere*.

Dependŭlus, a, um, adject. *pendente all' ingiù*. *Apulej. l. 3. Metam.* Plerique columnis impleti, alii ſtatuis dependuli.

Depennātus, a, um, pennas, ſeu alas habens. *Varr. apud Fulgent. de priſco ſerm. n. 18.* Deum depennato ottollam Sermonis eloquio. Al. leg. *depinnato* eod. ſenſu.

Depenſus, a, um, adject. *pagato*, ut Depenſum pretium, *Apul. l. 8. Met.* Et, Depenſo parare, h. e. magno pretio, *Idem in Apolog.*

Deperdĭtus, a, um, adject. *perduto*. *Proper. l. 1. el. 3. v. 11.* Nondum ſenſus deperditus omnes. *Phædrus l. 1. fab. 13.* Sutor inopia deperditus.

Deperdo, is, didi, itum, a. 3. idem ac perdo, *perdere*. *Cic. 5. Tuſc.* Qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus eſſe non poterit. *Idem de prov.*

Digitized by Google

Conſ. Non ſolum bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt. *Id. pro Font.* Deperdere aliquid de exiſtimatione. ¶ Et omiſſa prӕpoſit. quӕ ineſt in ipſo verbo, *Horat. lib.* 1. *Sat.* 4. *verſ.* 32. Deperdere aliquid ſumma.

Depereo, is, ii, itum, n. 3. valde pereo, *perire affatto*. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 23. Tempeſtate deperierant naves. Item ſimpliciter, mori, *morire*. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 39. qui deperiit minor uno menſe, vel anno. ¶ Significat etiam impenſe amare. *Liv. l.* 26. *c.* 50. Amore alicujus deperire. ¶ Sӕpe in hac ſignificatione active uſurpatur cum accuſat. *Ter. Heaut.* 3. 2. 14. Minime miror, Clitia hanc ſi deperit.

Depeſſus. V. Depexus.

Depeſta, n. e. vaſa vinaria erant, quӕ in ſacris Sabinis in Deorum menſa collocari ſolebant, al. lepaſta, vel lepiſta, a δεπάζω, bibo, quod a δέπας, poculum, quod dictum eſt, quia πόμα δέχεται, potum recipit. *Varro l.* 4. *de L. L.*

Depetigo, ignis, f. λειχὴν, λέπρα, idem, ac impetigo, lepra, a peto, quia corpus petit, & infeſtat. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 700. Illuvies, ſcabies, oculos huic deque petigo conſcendere.

Depeto, is, idem quod peto, vel valde peto. *Tertul. l.* 4. *adv. Marc. c.* 20. Non depetunt ab alio, quod meminiſſent petendum ſibi a Creatore.

Depexus, a, um, adject. a depecto, *pettinato*, ut Jubæ depexæ, *Ovid. l.* 1. *de Art. am. v.* 630. Depexi crinibus Indi. *Id.* 3. *Faſt. v.* 463. ¶ Nonio depexus, eſt laceratus, *c.* 1. *n.* 23. Hinc *Terent. Heaut.* 5. 1. 78. ironice: Eum ego, ſi vivo, adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut uſque dum vivat, ſemper meminerit mei. h. e. flagris laceratum. Aliqui leg. *depeſſum*, velut a patior, vel pando, ſed non probatur.

Depictus, a, um, adject. *dipinto*, ἐπιγεγραμμένος, ut depicta tabella, *Quintil. l.* 6. *c.* 2.

Depilatus, a, um, adject. a depilo, *pelato*, *ſenza peli*, ἐκτετιλμένος, *Martial. l.* 9. *epigr.* 28. Cum depilatos, Chreſte, coleos portes.

Depilis, le, o. 3. *ſenza peli*, מרוטה, Ger. *kael*, Gall. *pelé*, Hiſp. *lampiño*, *pelado*, ἄτριχος, qui eſt ſine pilis. *Var. l.* 1. *de Vit. P. R.* Pueri glabri, ac depiles propter ӕtatem.

Depingo, is, nxi, ctum, a. 3. *dipingere*, ἀποζωγραφέω, idem eſt, ac pingo, vel perfecte pingo. *Propert. l.* 2. *el.* 6. Manus obſcœnas depinxit tabellas. ¶ Eſt item deſcribere, enarrare. *Cicer. 2. de Fin.* Illius tabulӕ, quam Cleanthes ſane commode verbis depingere ſolebat. ¶ Item cogitare, fingere. *Cic.* 4. *Academ.* Ut ea declarem, quӕ cogitatione depingimus. ¶ *Depinxti*, pro *depinxiſti* habet *Plaut. Pœn.* 5. 2. 134.

Deplango, is, n. *piangere aſſai*, θρηνέω, plango, vel vehementer plango. *Ovid.* 4. *Met. v.* 545. Cadmeida palmis deplanxere domum.

Deplano, as, a. 1. *ſpianare*, ἐξομαλύνω, complano, planum facio, in planum deduco. *Lact. l.* 4. Montes deplanabo. Adde *Veget. l.* 2. *rei veterin. c.* 22. ¶ Item explano, *ſpiegare*. *Nonius c.* 4.

Deplanto, as, a. 1. *ſvellere*, *ſpiantare*, נתש, Ger. *auſſrotten*, Gal. *deplanter*, Hiſp. *arrancar*, ἐκφυτεύω, quod plantatum erat, evello. *Plin. lib.* 17. *cap.* 16. Quӕ cortice utuntur tantum, vel levi aura ocyſſime deplantantur. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Ramum deplantare.

Depleo, ples, evi, etum, a. 2. *votare*, הריק, Germ. *abſchoͤpffen*, Gal. *vuider*, Hiſp. *vaziar*, ἐξαντλέω, exhaurio. *Cato de re ruſt. c.* 64. Oleum, ſi poteris, bis in diem depleto. *Colum. l.* 12. *c.* 5. Conchӕ ferreӕ, quibus depletur oleum, *Id. ib. c.* 50. Deplere oleum in labrum.

Deplexus, a, um, particip. deponens ab inuſit. deplector, pro complector. *Lucret. l.* 5. *v.* 1320. de leonis ſævientibus: Deplexӕque dabant in terram vulnere victos, Morſibus affixӕ validis, atque unguibus uncis. Alii volunt *deplexus* eſſe adject. & idem ſignificare ac non plexus, non ligatus, ſolutus. plecto enim ſignificat etiam implico, necto, πλέκω.

Deplorabundus, a, um, adject. qui deplorat. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 38. Homo ad Prӕtorem deplorabundus venit. Ita legit *Nonius*, *c.* 10. *n.* 37. & probat Taubman.

Deploratio, onis, f. *pianto*. *Senec. de Conſol. ad Marcian. c.* 9. Unde nobis tanta pertinacia in deploratione noſtri? Adde *Tertull. Apol. c.* 1.

Deploratus, a, um, nom. ex particip. ἀπολοφυρθείς, cui ultimum lamentum perſolutum eſt, deſperatus, cui nullo remedio ſubveniri poteſt. *Plin. l.* 26. *c.* 6. Conſtat, deplorata aurium vitia eo remedio ſanari. *Id. l.* 7. *c.* 50. Deploratus a medicis. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Suam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exſequentes. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 272. deplorata coloni vota jacent.

Deploro, a. 1. *lamentarſi piangendo*, ספד, Germ. *beweinen*, Gall. *deplorer*, Hiſp. *llor mucho*, ἀπολοφύρομαι, plorando lamentor, fletu proſequor. *Cic.* 2. *Offic.* Admonebat me res, ut hanc quoque intermiſſionem eloquentiӕ deplorarem. *Id. Verr.* 4. *c.* 4. Deplorare de ſuis miſeriis apud aliquem.

Depluit, ebat, uit, imp. 3. *piovere*, καταμβρεῖ, deorſum pluit. *Col. l.* 10. *c.* 21. Inque ſinus Matris violento depluit imbre. *Tibul. l.* 2. *el.* 5. *v.* 72. In terras deplueretque lapis.

Deplumis, me, o. 3. *ſenza piume*, *ſpennacchiato*, Germ. *ohne federen*, Gall. *ſans plumes*, Hiſp. *ſin plumas*, ἄπτερος, implumis, ſine pennis. *Plin. l.* 10. *c.* 24. Inventӕ ſunt ibi nudӕ, atque deplumes.

Depolio, is, a. 4. *polire*, *finire*, ברק, Germ. *ausſboleren*, Gall. *polir*, *parfaire*, Hiſp. *polir*, *acabar*, ἐξεργάζομαι, eſt perficere, a polio, quia politio in omni opera ultimum ſibi vendicat locum. *Feſtus*. ¶ Sed ſӕpe ponitur pro ſimplici. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Si tote depolitum eſt, nigri pavimenti uſum obtinet. ¶ Tranſlate *Plaut. Epid.* 1. 1. 83. Ubi ſenex ſenſerit, ſibi data eſſe verba, virgis dorſum depoliet meum. Eſt qui legit *deſpoliet*.

Depolitio, onis, fem. perfectio. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 339. Ex agri depolitionibus ejiciuntur. h. e. ex cultura agrorum. V. Voſſ. Etym. in verbo *Polio*.

Depolitus, a, um, adject. *Feſtus*. Depolitum, perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones vocabant.

Deponens verbum ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi, ſcilicet paſſivam ſignificationem, & futuri participium in dus, quod eſt ſignificationis paſſivӕ. *Chariſ. l.* 2. *Priſc. l.* 8.

Depono, is, ſui, ſitum, a. 3. *deponere*, *por giù*, *laſciare*, הניח, Germ. *ablegen*, Gall. *mettrebas*, Hiſpan. *poner*, *dexar*, κατατίθεμαι, eſt deorſum ponere, ut Deponere ſarcinam. *Plaut. Curc.* Ille ebibit, caput deponit. ¶ Item credere, aliquid alicujus fidei committere, & ſervandum dare, *depoſitare*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 25. Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit. *Id. pro Cœcin.* Deponere aliquid in alicujus fide. ¶ Deponere item dicuntur certantes, *mettere ſcommeſſe*, cum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum ſit victoris. *Virg. in Bucol. Ecl.* 3. *v.* 31. Ego hanc vitulam depono. ¶ Tranſlate eſt dimittere, abjicere, ut Deponere curam, inimicitias, &c. *Cic. Att.* Exiſtimavi, honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad Philoſophiam retuliſſem. *Id.* 3. *Fam.* Nunc vero ſi audierit, te ӕdificationem depoſuiſſe. ¶ Item omittere, relinquere, ut *Deponere provinciam*, quod erat, non cum quis exacto provinciali tempore Magiſtratu decedebat, ſed cum aliquis ſponte ſua Magiſtratum recuſabat, vel coacte ſe Magiſtratu ante legitimum tempus abdicabat. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 2. Ut primum in concione provinciam depoſuerim. Vide ibi *Manut.* Depoſiti etiam dicebantur aut plane deſperati ӕgri, aut etiam mortui. nam de ſublimiore lecto humi collocabantur. qua de re *Torrent. ad Horat. l.* 1. *ſat.* 9. V. Depoſitus. Simili fere ratione vino aliquem deponere, ſignificat aliquem amiſſis ſenſibus humi ſternere, ἀνατρέπειν οἰνωμένον. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 37. Scio quam rem agat, ut me deponat vino, eam affectat viam. ¶ Significat etiam plantare, in terram defigere. *Colum. lib.* 3. *cap.* 4. Viteѕ, quӕ vel vere, vel autumno tempeſtive deponuntur. ¶ Deponere rationes apud *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 17. & *l.* 5. *ep.* 2. eſt, rationes confectas, & in codice deſcriptas apud Magiſtratum deponere. ¶ Prӕterit. *depoſivi* pro *depoſui*, legitur apud *Catul. carm.* 35. *verſ.* 8. Depoſivit olivam. & apud *Plaut. Moſt.* 2. 1. 35. Depoſivit caput.

Depontani, ſenes ſexagenarii, qui de ponte dejiciebantur, hoc eſt ſuffragio, quod per pontem ferri ſolebat, privabantur. *Feſt.* ¶ De his *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 633. Pars putat ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli, Pontibus infirmos prӕcipitaſſe. V. *Sigon. l.* 1. *c.* 17. *de antiq. Jure Civ. R.*

Deponto, as, a. 1. de ponte deturbo. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 242. Acciti ſumus, ut depontaremur. Al. aliter leg.

Depopulatio, f. 3. *ſacco*, *diſtruzione*, שוד, Germ. *verheergung*, Gal. *pillage*, *degaſt*, Hiſp. *ſaco*, *robo*, πόρθησις, vaſtatio, direptio. *Cic.* 5. *Phil.* Totum iter Antonii quid habuit, niſi depopulationes, vaſtationes, cӕdes, rapinas?

Depopulator, oris, m. *ſaccheggiatore*, שודד, Ger. *verheerer*, Gall. *pilleur*, *ſaccageur*, Hiſp. *ſaqueador*, *robador*, πορθητής, vaſtator, direptor. *Cic. pro Domo c.* 5. Fori depopulator, obſeſſor patriӕ.

Depopulatus, a, um, adject. ſignif. paſſivӕ, *ſaccheggiato*. *Plin. l.* 2. *cap.* 53. Depopulatis agris. *Quintil. Declamat.* 13. Credo depopulatos agros, everſoſque reditus.

Depopulor, aris, d. 1. *ſaccheggiare*, *guaſtare*, *predare*, שדד, Germ. *verheeren*, Gal. *ſacager*, *degaſter*, Hiſp. *ſaquear*, ἐκπορθέω, eſt deſtruere, ire deprӕdari, vaſtare, & diripere. *Cic.* 5. *Verr.* Qui cum agros maximos, ac feraciſſimos per ſeipſum, hoc eſt, per Apronium, Verrem alterum depopularetur. ¶ Legitur etiam depopulo, active. *Hirt. l.* 6. *de B. Hiſp. ad fin.* Agros, veſtramque provinciam veſtro impulſu depopulavit.

Deportatio, f. 3. ἐκκομιδή, actus deportandi, *il portare*, *condotta*, κατακόμισις. *Cato c.* 144. In ſingulas deportationes. ¶ Item relegationis genus, *bando*, de quo V. in *deportatus*. *Leg.* 3. *Dig. ad Leg. Jul. peul.* In aquӕ & ignis interdictionem hodie ſucceſſit deportatio.

Deportatus, a, um, adject. *condotto*, *portato*. *Cic. pro Mur. cap.* 5. Aliquod ex Aſia deportatum flagitium, ac dedecus. ¶ Deportati dicebantur exules certӕ alicujus inſulӕ, aut alterius loci limitibus circumſcripti, quos, niſi aperto vitӕ diſcrimine, egredi non liceret. *Ulp.* Hӕc eſt differentia inter deportatos, & relegatos, quod in inſulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis poteſt, deportatos autem non accipere debemus, quibus Princeps inſulas adnotavit, vel de quibus deportandis ſcripſit.

Deporto, as, avi, atum, a. 1. *portar qualche coſa di luogo in luogo*, הוליך, Ger. *herbringen*, Gall. *tranſporter*, Hiſp. *llevar de un lugar a otro*, *tragínar*, κατακομίζω, eſt de aliquo loco in alium aliquid afferre. *Pompejus Lentulo in l.* 8. *Cic. ad Att. ep.* 12. Quӕ arma ſuperabunt, ea ſi Brunduſium jumentis deportaveritis. ¶ Tranſlate uſurpatur pro accipere, colligere, *riportare*, ut Deportare laudem, dedecus, &c. *Cic. Trebat.* Nihil ex iſta provincia potes, quod jucundius ſit, deportare. *Id. de Senect.* Teque cognomen Athenis deportaſſe. ¶ Significat etiam relegare, *bandire*. *Terent. Phorm.* 5. 7. 85. Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras? V. *Deportatus*.

Depoſco, is, depopoſci, a. 3. *domandare*, *pretendere*, שאל, &c. Germ. *fordern*, Gal. *demander*, Hiſp. *pedir*, ἐξαιτέω, eſt multum deſiderare, ratione quadam, ſeu quodam quaſi jure exigere. *Cic. Phil.* 3. *cap.* 13. Id non modo non recuſo, ſed etiam appeto, atque depoſco. *Id. pro Sext. Roſc.* Te ad iſtas partes depopoſciſſe, ut &c. *Hirt. l.* 8. *B. G. c.* 38. Depoſcere aliquem ad ſupplicium. *Cic. pro Cœl.* Non ad Reſp. pœnas, ſed ad mulieris delicias depoſcitur. *Liv. l.* 21. *c.* 6. Depoſcere in pœnam.

Depoſitarius, m. a. qui depoſitum accipit. *l.* 1. §. 36. *Dig. Depoſiti*.

Depoſitio, f. 3. παρακαταθήκη, actio, qua depoſitum aliquid apud aliquem intelligitur, ideſt, cuſtodiӕ traditum. *Ulpian. l.* 1. §. 2. *Dig. Depoſiti*. ¶ Item de gradu aliquo dignitatis dejectio. *Id. Dig. l.* 49. *tit.* 16. *l.* 8. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis depoſitionem.

Depoſitor, oris, m. qui evertit aliquem, aut evertere conatur, apud *Prudent. Apotheoſ. v.* 179. Jam cade Sabelli, Depoſitorque Patris, Natique infana, negator. ¶ Item, qui apud alterum quippiam deponit, *Ulpian. l.* 1. §. *apud Julian. ff. depoſiti*.

Depoſitum, i, ſubſt. n. 2. *depoſito*, *quello*, *che ſi dà in ſalvo*, פקדון, Ger. *das bender einen gelegt*, Gal. *depoſt*, Hiſp. *depoſito*, παρακαταθήκη, quod deponitur, hoc eſt, quod alicui ſub fide traditur. *Cic.* 3. *Off.* Si quis apud te pecuniam depoſuerit, bellum patriӕ inferat, reddas ne depoſitum?

Depoſitus, a. 1. 2. παρακαταθείς, part. a deponor, creditus, fidei traditus, *depoſitato*. *Cic. in Rull.* Miſimus, qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent. ¶ Item ſimpliciter quod depoſitum eſt, *depoſto*. *Curt. l.* 3. *c.* 5. Veſte depoſita, deſcendit in flumen. ¶ Depoſitus etiam dicitur, qui deploratus, & deſperatus eſt, aut etiam mortuus. *Virg. Æn.* 12. *verſ.* 395. Ille ut depoſiti proferret fata parentis. *Sic Cic. Verr.* 1. *cap.* 2. Mihi videor magnam, & maxime ӕgram, & prope depoſitam Reipubl. partem ſuſcepiſſe. V. Taubman. ad *Plaut. Aul.* 3. 6. 38. ¶ Item proſtratus, dejectus. *Senec. Herc. Oet. v.* 301. In taurum trucem deflecteret, ſerpente depoſita, minas.

Depoſtulator, oris, m. *chi dimanda con iſtanza*. *Tert. Apol. c.* 46. Depoſtulatores Chriſtianorum. h. e. ad ſupplicium depoſcentes.

Depoſtulo, as, a. 1. *domandare con iſtanza*, בקש, Ger. *mitanhalten*, *begeren*, Gal. *demander iſtamment*, Hiſp. *pedir encarecidamente*, ἐξαιτέω, vehementer poſtulo. *Hirt.* 6. *bell. Hiſp. c.* 1. Civitates contraria Pompejo auxilia ſibi depoſtulabant.

Deprӕdatio, onis, f. *ſaccheggio*, *preda*. *Lactant. Epitom. c.* 8. More latronum deprӕdatio, & vaſtatio fiet. Legitur hӕc vox & apud JCtos *Cod. de lucris advocat.*

Deprӕdor, d. 1. *ſaccheggiare*, שלל, Ger. *berauben*, Gall. *ſaccager*, Hiſpan. *ſaquear*, *robar*, ἀναρπάζω, depopulor. *Juſtin. l.* 24. *c.* 6. Victor Macedoniӕ agros deprӕdatur. Adde *Apul. A. A. l.* 8.

Deprӕlior, aris, d. 1. idem ac prӕlior, vel valde prӕlior. *Horat.* 1. *Carm.* 9. Qui ſimul ſtravere ventos ӕquore fervido deprӕliantes.

Deprӕſentiarum, eadem ratione, qua dicimus *Inprӕſentiarum*, *al preſente*. Legitur in *fragm. Petron. Tragurien.* Alioquin tam tibi deprӕſentiarum reddidiſſem.

Deprandus, a, um, adject. famelicus, quaſi *impranſus*. *Nӕvius apud Feſt.* in voce *Oreӕ*. Deprandi autem leonis obdas oreas.

Depranſus, a, um, adject. ſignif. paſſ. *Apul. l.* 9. *Met.* Depranſis pro prandio lacrymis.

Depravate, *falſamente*, Germ. *verderblich*, Gall. *fauſſement*, Hiſp. *falſamente*, διεφθαρμένως. *Cic.* 1. *Fin. c. ult.* De quibus neque depravate judicant, neque corrupte.

Depravatio, onis, f. *corruzione*, השחתה, Ger. *verderbung*, Gal. *corruption*, Hiſp.

Hiſp. *depravacion*, παραφθορά. *Cic.* 3. *Off.* c. 29. Depravatio, & fœditas turpificati animi. *Id. in Parad.* Depravatio verbi. *Idem* 5. *Fin.* Si peccetur diſtortione & depravatione quadam, aut motu, ſtatuve deformi.

Depravātus, a, um, adject. *depravato, corrotto*, διεφθαρμένος. *Cic.* 2. *Fin.* c. 11. Natura depravata mala diſciplina. *Id.* 2. *Leg.* c. 15. Depravati mores. *Varro*, depravata crura. h. e. diſtorta.

Deprāvo, as, avi, atum, a. 1. *falſare, corrompere*, עִוֵּת, Germ. *verbeſſern*, Gall. *corrompre, depraver*, Hiſp. *depravar*, διαφθείρω, pravum facio, vitio, corrumpo. *Cic.* 1. *de Fin.* Quæ corrigere vult, depravare mihi videtur. *Id.* 1. *ad Brut. ep.* 18. Multi ad depravandum parati ſunt. ¶ Depravare hominem, h. e. fractis membris debilitare. *Sen. ep.* 101.

Deprecabundus, a, um, adject. qui deprecatur. *Tacit. Ann.* 15. c. 53. Deprecabundus, & genibus Principis accidens.

Deprecanĕa fulmina dicuntur a *Senec. l.* 2. *qu. cap.* 49. quæ ſpeciem periculi ſine periculo afferunt.

Deprecatĭo, onis, fem. *preghiera*, παραίτησις, actus deprecandi. *Cicer. pro Cluent.* c. 3. Deprecatione uti. Et *l.* 2. *Invent.* c. 34. Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. ¶ Hac ſignificatione eſt figura rhetorica. ¶ Item averſio, amolitio. *Quint. l.* 1. *in præfat.* Sic certæ voces & carmina, quibus incendiorum vis, & hujuſmodi infortunia inhiberi, & arceri poſſe credebantur, deprecationes dicuntur. Adde *Plin. l.* 28. *c.* 2. ¶ Item imprecatio dira. *Id. ib. c.* 2. Defigi quidem diris imprecationibus nemo non metuit.

Deprecātor, oris, m. *interceſſore*, פַּרְקְלִיט, Ger. *abbitter*, Gall. *interceſſeur*, Hiſpan. *interceſſor*, παραιτητής, interceſſor. *Cic. pro Flacc.* Sperabam honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miſeriarum deprecatorem.

Deprecātrix, icis, f. *interceditrice*. *Aſcon. in Verr.* 3. c. 3. Sabinis deprecatricibus parentum bellum, maritorumque ſtatum eſt. Adde *Tertul. l.* 4. *adv. Marc. c.* 18.

Deprecātus, a, um, partic. depon. ſignif. active, *chi ha pregato*. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 49. Nihil unquam pro ſe ipſo deprecatus. ¶ Paſſive *Apul. l.* 11. *A. A.* Deprecato ſummo Numina.

Deprĕcor, aris, atus ſum, d. 1. *pregare molto, domandare in grazia*, הִתְחַנֵּן, Germ. *abbitten*, Gal. *prier*, Hiſp. *pedir con ruegos*, δέομαι, aſſi vehementer precari, & dicitur de bono, ut bonum, quo caremus, nobis detur, vel illud, quod habemus, relinquatur. *Cic.* 15. *Fam. ep.* 24. Quos Senatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denuntiandum miſerat. *Idem in Rull.* Siquid deliquero, nullæ mihi ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. *Liv. l.* 34. c. 59. Deprecari Patres inſtitit, ne feſtinarent decernere. ¶ Sæpe dicitur de malo, *divertire il male con preghiere*. Ex. gr. Deprecari mortem, eſt precari, ne mors contingat. Deprecari pœnam, vel ſupplicium, eſt judices precari, ne ſupplicium irrogetur. *Cicer. in Verr.* Qui tot ſcelera commiſit, is nullam e ſe calamitatem poterit deprecari. *Id. in Phil.* Et illam ignominiam familiæ deprecatus eſt. ¶ Eſt etiam deteſtari, execrari. *Alii. Cic.* Nec periculum eſt ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. *Ovid. l.* 1. *de Pont. el.* 2. *v.* 59. Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem, ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum. *Cic. Catil.* 1. A me quandam querimoniam deteſtor, ut deprecor. ¶ Abſoluta uſurpatur pro veniam petere. *Id. Att.* 11. *ep.* 6. Q. Fratrem audio profectum in Aſiam, ut deprecaretur. h. e. ut a Cæſare veniam peteret, quod a Pompejo ſtetiſſet.

Deprehendo, dis, endi, enſum, a. 3. *cogliere, ſopraprendere*, מָצָא, Germ. *begreiffen, erwiſchen*, Gall. *ſurprendre*, Hiſp. *coger*, καταλαμβάνω, incautum quempiam capio. *Cic.* 5. *Verr.* Quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 68. Deprehendi in adulterio. ¶ Interdum eſt animadvertere, cognoſcere, *conoſcere, comprendere*. *Cic. pro Cal.* Ego facinora oculis prius, quam opinione, manibus ante, quam ſuſpicione deprehendi. *Florus l.* 1. *cap.* 4. Experimento deprehenſum eſt. ¶ Item comprehendere, ut deprehendere feram curſu, *Senec. Herc. fur.* 4. ¶ Poetæ dicunt *deprendo* metri cauſa. *Sil. l.* 16. *v.* 564. volucreſque vaga deprendere nube Aſſuetus jaculis. Adde *Ovid.* 5. *Met. v.* 617.

Deprehenſe, f. 1. genus animadverſionis militaris in eos, qui certo in errore deprehenſi fuiſſent, caſtigatione major, ignominia minor. *Feſt.*

Deprehenſĭo, onis, f. *preſa*, הַכָּרָה, Ger. *erwiſchung*, Gall. *ſurpriſe, decouverte*, Hiſp. *deprenſion*, κατάληψις, actus comprehendendi. *Cicer. pro Cluent.* c. 18. Ad extremum manifeſta veneni deprehenſione concluſa eſt.

Deprehenſus, a, um, (& per ſyncop. deprenſus) adjectiv. *ſorpreſo, trovato ſul fatto*, καταληφθείς. *Cic. Catil.* 3. c. 5. Scelus manifeſtum, atque deprehenſum. *Virg. Æn.* 8. *v.* 247. *de Caco*: Ergo inſperata deprenſus in luce. *Catul. epigr.* 25. Deprenſa navis in mari veſaniente vento.

Depreſſe, adverb. *baſſamente*. Comparat. Depreſſius. *Colum. l.* 4. c. 1. Verior igitur cauſa eſt depreſſius paſtinandi. Adde *l.* 11. c. 3.

Depreſsĭo, onis, f. *abbaſſamento*. *Macrob. l.* 1. *Saturn. cap.* 20. Sol ſemper velut a quadam ima depreſſionis ſenecta in altitudinum ſuam, ut in robur revertitur juventutis. *Vitruv.* Depreſſiones fundamentorum.

Depreſsĭtas, atis, f. devexitas, locus depreſſus, ut depreſſitas terræ, *Apul. in Aſclep.*

Depreſſus, a, um, adject. *depreſſo, baſſo, abbaſſato*. *Cic. in Piſon.* c. 6. Altero ſublato, altero depreſſo ſupercilio. *Plin. l.* 10. c. 58. Ædes depreſſior. ¶ Tranſlate *Cic. pro Cluent.* c. 63. Depreſſa veritas. *Auct. ad Heren. l.* 3. c. 15. Sedata & depreſſa vox. *Id. ib.* c. 14. Depreſſiſſima voce uti. ſic depreſſa hoſtium claſſis. h. e. devicta. *Cic. pro Arch.*

Depretiatus, vilior factus, adject. *Paulin. Nolan. carm.* 22. Vileſcit pretio depretiatus homo. Adde *Sidon. carm.* 22. *v.* 203.

Depretio, as, a. 1. ad minus pretium redigo. *Paul. in l. proinde, ff. ad leg. Aquil.* Cætera corpora depretiata ſunt. Adde *Sidon. l.* 2. *ep.* 10. & *Tertul. ad Uxor. l.* 1. c. 3.

Deprĭmo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *abbaſſare, umiliare*, הִשְׁפִּיל, Ger. *nider truchen*, Gall. *abbaiſſer*, Hiſp. *abaxar*, ταπεινόω, dejicio, pondere premo, protero, conſulco. *Cic. pro L. Man.* Ab eodem Imperatore claſſem magnam, & ornatam ſuperatam eſſe, atque depreſſam. *Id. Tuſc.* 4. *cap.* 12. Lancem in libra deprimi. *Caſ. l.* 2. *B. Civ.* c. 6. Deprimere navem. *affondare.* ¶ Tranſlate eſt imminuere. *Cic. in Piſ.* Vos meam fortunam deprimitis, veſtram extollitis.

Deprōmo, is, umpſi, omptum, a. 3. *dar fuora*, הוֹצִיא, Ger. *herfurnemmen*, Gall. *tirer ou mettre hors*, Hiſp. *ſacar*, ἐκφέρω, extraho, profero, declaro. *Virg.* 11. *Æn.* Et ultricem pharetra deprome ſagittam. *Cic.* 2. *Off.* c. 15. Altera ex arca, altera ex virtute depromit.

Depromptus, vel depromtus, a, um, adject. *cavato fuori*, ut deprompta ex ærario pecunia. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 13.

Deproprĕro, as, a. 1. *affrettarſi*, κατασπεύδω, valde propero, properanter facio, feſtino. *Horat.* 2. *carm. od.* 7. *v.* 24. Quis udo deproperare apio coronas, curatve myrto? h. e. deproperat contexere. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 108. Prius deproperant ſedulo ſacrificare.

Depſitĭcius, vel Depſiticus, a. 1. e. ἀναφυρατός, quod depſendo, h. e. ſubigendo confectum eſt. *Cato c.* 74. Panem depſiticium ſic facito.

Depſo, is, a. 3. *fare il pane gramolando*, לוּשׁ, Germ. *knetten*, Gal. *petrir*, Hiſp. *macerar*, δέψω, eſt ſubigendo manibus aliquid molle, & tenerum reddere. *Cato de R. R. c.* 90. Manibus bene depſito. Uſurpatur & in obſcœna ſignificatione pro ſubigere, rem habere. *Cic. ad Fat. l.* 9. *ep.* 22. Batuit, inquis, impudenter: depſit multo impudentius.

Depūber, vel depubis, com. 3. qui ad pubertatis annos non potuit pervenire. Hinc depuber porcus, quem lactentem occidimus. *Feſt.*

Depudĕo, as, ui, itum, n. 2. pudorem abjicio, *non ſi vergognare, divenire sfacciato*. *Senec. de Conſtant. Sapient.* c. 17. Aſſiduis conviciis depudere didicerat. Adde *Ovid. Heroid.* 4. *v.* 155. & *l.* 3. *Amor. el.* 11. *v.* 4. ¶ Item ſimpliciter pudere, *vergognarſi*. *Velle.* 2. c. 73. 3. Cum eum non puderet, mare infeſtare piraticis ſceleribus.

Depudeſco, is, ui, idem quod pudere, vel valde pudere, *vergognarſi*. *Apul. l.* 10. *Met.* Prioſquam infamia publici ſpectaculi depudeſcerem. *Hieron. ad Euſtoch.* Non depudeſco infelicitatis meæ.

Depudĭco, as, a. 1. *tor l'onore*, עִנָּה, Germ. *ſchenden*, Gall. *deshonorer, violer*, Hiſp. *deshonrar, violar*, διαφθείρω, violo, ſtupro, pudicitiam aufero, a pudicus. *Laber. in Mimis*, teſte *Gell. l.* 16. c. 7. *in princ.*

Depugnatĭo, onis, f. idem quod pugna, certamen, depugnandi actus. *Jul. Firmic. præfat. lib.* 4. Forenſium certaminum depugnationibus liberatus. Adde *Caton.* apud *Non. c.* 3. *n.* 89. ubi alii leg. *repugnatio*.

Depugnātus, a, um, adjectiv. idem quod pugnatus. *Plaut. Men.* 5. 6. 31. Ne ſero veniam, depugnato prælio.

Depugno, as, avi, atum, *contendere, combattere*, διαγωνίζομαι, decerto, dimico. *Cic. de Sen.* Depugnavit apud Thermopylas. ¶ Depugnatur, imperſ. *Cic. Att. l.* 16. Aut quidem ante depugnabitur. ¶ Tranſlate *Id.* 4. *Acad.* Depugnat voluptas cum honeſtate.

Depulsĭo, f. 3. ἄπωσις, actus depellendi. *Cic.* 2. *Fin.* Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus.

Depulſo, as, a. 1. freq. a depello. *Plaut. Stich.* 2. 2. 13. Cubitis depulſa de via, tranquillam concinna viam.

Depulſor, m. 3. qui depellit. *Cic. Phil.* 2. c. 11. Depulſor dominatus, quam particeps eſſe maluit.

Depulſorius, a, um, adject. ad depellendum, ſeu avertendum pertinens. *Ammian. l.* 25. c. 3. Numinibus per ſacra depulſoria ſupplicant.

Depulſum, i, neut. idem quod depulſio. *Valer. Max. l.* 1. c. 1. n. 1. Majores ſolemnes cæremonias Vatum libris, portentorum depulſis explicari voluerunt.

Depulſus, a, um, adject. *cacciato, rimoſſo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Stomachus agitatione & motibus linguæ depulſum, & quaſi detruſum cibum accipit. *Auct. ad Heren. l.* 4. c. 10. In Neptunias depultus lacunas: pro depulſus. ſic enim dicebant Veteres, ut & *pulte*, pro *pulſo*.

Depultus, V. Depulſus.

Depurātus, a, um, *purgato, purificato*, purgatus. *Frontin. de aquæd. l.* 2. Lacus altitudine depuratus.

Depurgatīvus, a, um, adject. *purgante*. *Cal. Aurel. Acut.* 3. c. 16. Depurgativæ virtutis eſſe.

Depurgātus, a, um, adject. *purgato*. *Colum. l.* 12. c. 9. Caules lactucæ ab imo depurgati.

Depurgo, as, avi, atum, a. 1. *purgare*, ἐκκαθαίρω, probe purgo. *Cato de R. R.* Terram depurgato ab herba, graminibuſque. ¶ Tranſlate dicimus, Depurgare crimina, pro excuſare, & diluere. *Liv. l.* 9. *bell. Mac.* Filium mittere Romam ad depurganda crimina ſtatuit. Al. leg. purganda.

Depūro, as, a. 1. *purgare*, purum reddo. *Frontin. de aquæd. l.* 2. Lacus altitudine depuratur.

Deputātus, a, um, adject. *deputato, eletto*. *Macrob. Saturn.* 7. *cap.* 14. Ad deputatam ſibi a natura ſedem proprii ſenſus recurrunt.

Depŭto, as, avi, atum, a. 1. *tagliar via*, זָמַר, German. *abſchneiden*, Gal. *couper, tailler*, Hiſp. *cortar, podar*, κατατέμνω, eſt ab aliquo putare, h. e. ſecare, abſcindere. *Colum. l.* 3. Vineam imbecillam in brumam amputato, quam partem non deputaveris, circa Kal. Febr. repetito, & deputato. ¶ Item eſt exiſtimare, cenſere, judicare. *Cic. de Div.* Vide, ne quem tu eſſe hebetem deputes. ¶ Deputare ſecum rationes, eſt ratiocinari. *Ter. Adelph.* a. 1. Fruſtra egomet mecum has rationes deputo. ¶ Deputare peccato, deputare delicto, eſt pro peccato habere, *aſcrivere a peccato*, apud *Tertul. de pœnit.* c. 3. ¶ Deputare aliquid eſſe in lucro, *por' a conto de guadagno*. *Terent. Phorm.* a. 1. 16.

Depuvĭo, is, a. 3. *battere, percuotere*, הִכָּה, Germ. *ſchlagen*, Gall. *battre*, Hiſp. *azotar*, τύπτω, cædo, verbero, a pavio, ferio. *Lucil.* apud *Feſt.* Palmiſque miſellam depuvit me.

Deque, adverb. V. in Suſque.

Depȳgis, e, adject. qui macris eſt, vel nullis natibus, a *de*, & *pyga*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 93. Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo eſt.

Dequĕror, eris, queſtus ſum, d. 3. *lamentarſi, querelarſi molto*, μέμφομαι, valde queror. *Valer. Flac. l.* 4. *Arg. v.* 448. Ante omnes ſecum dequeſta labores. *Stat.* 1. *Theb. v.* 404. Notos dequeſtus, & imbres.

Derādo, is, a. 3. ἀποξέω, de aliquo rado, radendo aufero. *Cato R. R. c.* 121. De virga lauri deradito. Adde *Apul. l.* 5. *Met. ad fin.*

Derāſus, a, um, radendo ablatus. *Plin. l.* 16. *cap.* 11. Deraſa navibus pix. *Celſ. l.* 7. c. 6. Omnia deraſa ante, ſi capillis conteguntur.

Dercĕto, fem. 4. conſ. nomen fabuloſæ Deæ, quæ apud Joppen, auct. *Plinio*, aut, ut *Diod. l.* 1. placet, juxta Aſcalonem colitur, humana facie, reliquo corpore piſcis. Hanc Syri Atergatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam e columbis educatam ferunt. Ob id genti aves iſtæ ſacræ ſunt.

Derectarĭ, V. Directari.

Derelictĭo, onis, f. *abbandonamento*, [illegible], Ger. *verlaſſung*, Gal. *delaiſſement, abandon*, Hiſp. *deſamparo*, [illegible], actus derelinquendi. *Cic.* 3. *Off.* c. 9. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam eſt.

Derelictus, a, um, adject. ex partic. *abbandonato, laſciato*, [illegible]. *Auct. ad Her. l.* 4. Commodius eſt in derelicta, quam in celebri regione locos comparare. ¶ Pro derelicto habere, eſt derelinquere. *Cic. ad Att. lib.* 8. *epiſt.* 1. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere.

Derelictus, us, m. idem quod derelictio. *Gell. l.* 4. c. 12. Sive quis arborem ſuam, eineamque habuerit derelictui.

Derelinquo, is, iqui, ictum, *abbandonare*, עָזַב, Germ. *verlaſſen*, Gal. *abandonner*, Hiſp. *dexar deſamparar*, [illegible], aſſi prorſus, ſeu in totum relinquere, deſerere. *Cic. pro Cæc.* c. 35. Derelinquo jam communem cauſam Pop. Rom.

Derepente, *ſubito*, פִּתְאֹם, Germ. *einſwegs*, Gal. *tout d'un coup, ſoudain*, Hiſp. *luego, repentinamente*, ἐξαίφνης. *Cicer. pro Lig.* c. 3. Tu derepente irrupiſſes, & clamare cœpiſſes.

Derepentīno, adverb. idem quod derepente. *Apul. Florid. l.* 3. *poſt princ.* Quod derepentino diſtuleris. Niſi malis dividere *de repentino*, quod magis placet.

Derēpo, is, epſi, eptum, ere, n. 3. deorſum repo. *Plin. l.* 8. c. 36. *de urſis*: Ingrediuntur & bipedes: arborem averſi derepunt. *Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 12. Dii derepunt ad hominum fana.

Dereptus, a, um, adject. deorſum raptus, avulſus, *levato via, ſtaccato*, ut dereptus cortex, *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 14. *v.* 12. Derepta acus, *Ibid. v.* 18. Derepta leonis pellis, *Id. Met.* 3. *v.* 52. Ubi vide *Heinſium*.

Deridĕo, des, ſi, ſum, a. 2. *beffare*, Ger. *verlachen*, Gal. *ſe moquer*, Hiſp. *eſcarnecer*, καταγελάω, cum alterius contemptu rideo. *Cic. de Orat.* Iſtos omnes deridete, atque contemnite. Adde *pro Flac. c.* 31.

Deridicŭlum, n. 2. idem quod irriſio. *Tac.* 3. *cap.* 57. Eſſe deridiculo. *Ter. Heaut.* 5. 1. *ad fin.* Qui ſibi me pro deridiculo, & delectamento putat.

Deridicŭlus, a, um, adject. ridiculus, vel valde ridiculus, *ridicolo*. *Gel. l.* 12. *c.* 2. Deridiculos verſus facere. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 18. *ad fin.* Sequetur ut duos villicos, & duas villicas habeat, quod eſt deridiculum.

Deripio, pis, ui, eptum, a. 3. *rapire*, *pigliare preſtamente*, חטף, Germ. *hinreiſſen*, Gal. *ravir*, Hiſp. *arrebatar*, ἀφαρπάζω, abſtraho, avello, & tam in bonum, quam in malum ſumi poteſt. *Virg. l.* 2. *Georg.* Colaque prælorum fumoſis deripe tectis. id eſt properanter tectis effer. *Plaut. Men.* Quis eſt, qui capillo me huc de curſu deripit?

Deriſio, onis, f. *deriſione*, *beffa*. *Arnob. l.* 7. Deriſionis materia. *Lactant. l.* 4. *c.* 18 *ex Eſdra:* Eritis deriſio in gentibus.

Deriſor, maſc. 3. καταγελαστής, qui deridet. *Plin. l.* 11. *c.* 51. Supercilia, quibus juxta tempora inflexa, deriſores ſignificant. ¶ Deriſores etiam dicuntur conviviorum ſcurræ, *buffoni*. *Plaut. Capt.* 1. 1. 3. Quia invocatus eſſe ſoleo in convivio, ſcio, abſurde dictum hoc deriſores dicere. V. *Taubm. Sen. epiſt.* 27. Quadratus ſtultorum divitum arroſor, & quod ſequitur arriſor, & quod duobus his adjunctum eſt, deriſor. ¶ Item mimi. *Martial. l.* 1. *epigr.* 5. Qua Thymelem ſpectas, deriſoremque Latinum.

Deriſorius, a, um, adject. ad deridendum pertinens. *Martian. l.* 14. *ff. de condit. inſtit.* Conditiones, quæ contra bonos mores, vel deriſoriæ ſunt.

Deriſus, a, um, adject. *burlato*, *beffato*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 92. Deriſum beneficium, atque contemptum.

Deriſus, us, m. idem quod deriſio, *deriſione*, καταμωκία. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. A deriſu non procul abeſt riſus. *Sen. præfat. l.* 4. *Controv. Excerpt.* Incidere in ea, quæ deriſum fugere non poſſunt.

Derivatĭo, f. 3. παροχέτευσις, *deduzione* rivi. *Cic.* 2. *Off.* Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. ¶ Tranſlate eſt inflexio criminis, ab eo, ad quem pertineat, ad eum, ad quem non pertinet. *Donat.* Vide Derivo. ¶ Apud Grammaticos derivationes nominum, & verborum ſunt inflexiones. *Quintil. l.* 3. Utendum proxima derivatione verborum.

Derivatīvus, a, um. παραγωγός, quod ab alio deducitur, ut *Derivativa nomina*, apud Grammaticos, quæ invicem deducuntur. *Priſcian. l.* 7. Species ſunt verborum duæ, primitiva, & derivativa.

Derivātus, a, um, adject. *derivato*, deductus. *Cic.* 2. *Att. ep.* 31. Derivata expectatio largitionis Agrariæ in agrum Campanum. *Horat. l.* 3. *od.* 6. *v.* 19. Hoc fonte derivata clades.

Derīvo, as, avi, atum, a. 1. *derivare*, הזיל, Ger. *richten*, *leyten*, Gal. *detourner*, *faire ecouler par autre ruiſſeau*, Hiſpan. *derivar*, παροχετεύω, rivi more aquam deduco, alioque deflecto. *Colum. l.* 2. Omnem humorem in cloacas, atque inde extra ſegetes derivemus. ¶ Per tranſlationem. *Cic.* 4. *Ver.* Tu tuam culpam non modo derivare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe. *Id. pro Mil.* Dicam enim non derivandi criminis cauſa, ſed ut factum eſt. V. Derivatio. *Id. Ver.* 3. *c.* 53. Derivare alio reſponſionem ſuam.

Derōdo, odis, oſi, oſum, a. 3. idem quod rodo, *roſicare*, ἀποτρώγω. *Cic. l.* 1. *Div. c.* 44. Deroſa eſſe a muribus.

Derogatĭo, onis, f. *derogazione*, ἀφαίρεσις, diminutio, detractio. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 10. Cum duæ leges inter ſe diſcrepant, videndum eſt primum, num qua obrogatio, aut derogatio ſit. ¶ Fit autem legis derogatio, cum ejus aliqua pars tollitur. V. Abrogo.

Derogatīvus, a, um, adject. q. d. detractorius, ut præpoſitio derogativa, apud *Diomed. Grammat.*

Derogator, oris, maſc. detractor, qui invide carpit. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Beneficii importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti.

Derogatorius, a, um, adject. derogativus, ut derogatorium edictum, apud JCtus. *Julian. ff. l.* 59. *tit.* 4. *leg.* 2.

Derogĭto, as, avi, atum, a. 1. rogito, *dimandare*, *pregare*. *Plaut. Aſin.* 1. 2. 60. Plueide ergo unumquodque derogite.

Derŏgo, as, avi, atum, a. 1. proprie eſt aliquid de lege detrahere, quemadmodum *abrogo* eſt legem omnem tollere, a *rogo*, quia, ſi lex ferenda eſſet, populus rogabatur, idemque fiebat, ſi eſſet tollenda. Dicimus autem derogo legi, vel de lege, Abrogo legi, vel legem. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 45. Indignum eſt de lege aliquid derogari, vel legem abrogari. *Auct. ad Heren.* Quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum, vel derogatum ſit. ¶ Tranſlate eſt alicui rei in genere aliquid detrahere, diminuere, cui contrarium eſt arrogare, attribuere, *levar via qualche parte*, *diminuere*, ἀφαιρεῖν. *Cic. pro Flac.* Non ego nationi huic fidem derogo. *Id. pro Quin. c.* 23. Fides hujus multis locis cognita, ne perfidia Sex. Nævii derogetur, laborant. Eodem modo locutus eſt *pro Roſc. Amer. c.* 32.

Derōſus, a, um, adject. *roſicato*, *corroſo*. *Cic.* 2. *Div. c.* 27. Deroſi a muribus clypei. *Plin. l.* 11. *c.* 37. A cochleis minimis deroſa vitis.

Dertōna, fem. 1. Derton, Derthon, Darthon, Terdona, *Tortona*, urbs, & col. Liguriæ, ad Iriam fl. inter Ticinum, & Genuam ad Mer.

Deruncĭno, as, avi, atum, act. 1. *tagliare*, *fare in pezzi*, κατακερματίζω, eſt runcina ſecare. *Plaut. Cap.* 3. 4. 108. Ego deruncinatus, deartuatus ſum miſer hujus ſceleſti technis.

Derŭo, is, n. 3. *ruinare a baſſo*, הפיל, Germ. *abhinfallen*, Gall. *abbattre*, Hiſp. *abatir*, καταπίπτω, deorſum ruo, cado, decido. *Apul. l.* 7. *Metam.* Prolapſus deruiſſem. ¶ Reperitur & active pro aufero. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 11. De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Deruptus, a, um, adjectiv. abruptus, præruptus, *ſcoſceſo*, *precipitoſo*, ἀπότομος. *Tac.* 2. *Ann. c.* 80. Collis arduus, & deruptus. *Liv. l.* 21. *c.* 33. Præcipites, deruptæque utrinque anguſtiæ.

Deſăcro, a. 1. idem ac ſacro, vel conſecro. *Stat.* 9. *Theb. v.* 586. Quercus erat, Triviæ quam deſacraverat ipſa, &c.

Deſævĭo, is, n. 4. *incrudelire grandemente*, זעף, Germ. *wüthen*, *wenden*, Gall. *etre cruel*, *ou y devenir*, Hiſp. *encrueleceſe*, ἐξαγριαίνομαι, valde ſævio. *Sueton. Ner. c.* 59. Cum affatim deſæviſſet. *Virg.* 4. *Æn. verſ.* 52. Dum pelago deſævit hiems. ¶ Item ſævire deſinere. *Lucan. l.* 5. *v.* 303. Nec, dum deſæviat ira, expectat.

Deſalto, as, avi, atum, a. 1. idem quod ſalto. *Suet. in Calig. c.* 54. Cum palla, tunicaque talari proſiluit, & deſaltato cantico abiit.

Deſcapulātus, a, um, adjectiv. cui tunica a ſcapulis demiſſa eſt. *Sen. epiſt.* 115. Juvenes deſcapulatos. Ita legit *Scalig.* At *Lipſ.* & *Grut.* *de capſulatos.*

Deſcendo, is, di, enſum, n. 3. *diſcendere*, ירד, Germ. *herab gehen*, Gal. *deſcendre*, Hiſp. *deſcender*, κατέρχομαι, ex loco ſuperiore in inferiorem devenio, ex *de*, & *ſcando*. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ut enim in inferiorem ambulationem deſcendimus. Sic deſcendere equo, vel ex equo, *Liv. l.* 5. *c.* 20. Deſcendere de caſtello, *Cic. pro Cæcin.* Deſcendere ad forum, *Id. Att. l.* 1. *ep.* 13. Deſcendere nocti, *Sil. l.* 13. *v.* 708. h. e. ad noctem, nempe, ad inferos. ¶ Tranſlate dicitur de omni actione, quæ in motu aliquo, vel mutatione poſita eſt, ut deſcendere in campum, in prœlium, in cauſam, quia veluti ex loco tuto ad hujuſmodi diſcrimina devenimus. *Horat. Cic.* & *al.* Hac ratione Romani cum prodirent in publicum, dicebantur deſcendere, vel quia nobiliores in editioribus locis habitabant, vel quia fora omnia humiliora erant. *Suet. Cæſ. c.* 13. Cum ad comitia deſcenderet. ¶ Abſolute *Cic.* 5. *Phil. c.* 6. Hodie Antonius non deſcendit, *non eſce di caſa*. ¶ Significat etiam acquieſcere. *Cic.* 4. *Ver.* Placet mihi iſta defenſio, deſcendo. *Id. l.* 2. *de Invent.* Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius deſcendere, & in præſentia quieſcere oportebit. ¶ Dicimur etiam deſcendere ad ea, quæ non omnino libenter ſuſcipimus, ut deſcendere ad extrema conſilia. *Cæſ. l.* 5. *B. G.* Deſcendere ad inimicitias, & ad accuſandum, *Cic. pro Mur.* & *pro Cluent.* ¶ Qui ſecundo flumine navigant, ii quoque deſcendunt. *Suet. Tiber. c.* 12. Conſeſtim Oſtiam deſcendit. ¶ Deſcendere in ſe, eſt ſeipſum perpendere. *Perſ. Sat.* 4. *v.* 23. Ut nemo in ſe ſe tentat deſcendere! ¶ Item ædificia, quæ paulatim ſubſidunt, & ruunt. *Plin. in epiſt.* Theatrum ingentibus rimis deſcendit, & hiat. ¶ Deſcendere ab aliquo, pro deficere, *allontanarſi*. *Quint. l.* 10. *c.* 1. *de Seneca*. Tantum ab illo deſluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat. ¶ *Plin. l.* 37. *c.* 9. Deſcendit ad viciniam cryſtalli. h. e. valde ſimilis eſt.

Deſcenſĭo, onis, f. 3. idem ac deſcenſus, *diſceſa*. *Liv. l.* 1. *B. Pun.* Priuſquam in continentem deſcenſiones facerent. Adde *Plin. l.* 20. *c.* 17.

Deſcenſus, us, m. 4. *diſceſa*, κατάβασις, actus deſcendendi. *Virg.* 6. *Æn. v.* 126. Facilis deſcenſus Averni.

Deſciſco, is, ſcivi, ſcitum, n. 3. *mancare di fede*, בגד, Ger. *abfallen*, Gall. *ſe revolter*, Hiſp. *rebelarſe*, *ſeguir el vando de uno*, ἀφίσταμαι, eſt ab imperio, ductuque alicujus ſe ſubtrahere. *Liv. l.* 1. Præneſte a Latinis ad Romanos deſcivit. ¶ Tranſlate *Cic.* 4. *Fin. c.* 8. Deſciſcere ab antiqua inſtitutione. *Liv. lib.* 26. Quorum de ſententia deſcitum a Romanis conſtabat. ¶ *Plin. l.* 18. *c.* 16. Humidum ſolum deſciſcit in pratum. h. e. fit pratum.

Deſcobinātus, a, um, adject. a *de*, & *ſcobina*, abraſus, abſciſſus, κατεξεσμένος, *ſquarciato*, *lacerato*. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 536. Quanto ſatius eſt ſalvis cruribus in Circo expectare, quam his deſcobinatis in ſilva currere. *Arnob. l.* 6. Tornis raſa, limis deſcobinata.

Deſcrībo, is, ipſi, iptum, a. 3. *deſcrivere*, *ricopiare*, *dipingere*, כתב, Ger. *abſchreiben*, Gal. *decrire*, Hiſp. *deſcrevir*, ἀπογράφω, proprie eſt exſcribere, tranſcribere. *Cic. Cornif.* Dicam tuis, ut librum, ſi valint, deſcribant. ¶ Accipitur etiam pro ſimplici ſcribo. *Virg. in Daphnide.* In viridi nuper quæ cortice fagi carmina deſcripſi. ¶ Item pro delineo, vel pingo. *Plaut. Aſin.* 2. 3. 22. Non potuit pictor rectius deſcribere ejus formam. ¶ Tranſlate eſt exprimere, vel deſignare. *Cic. pro Cæl.* Si qua mulier ſit hujuſmodi, qualem ego paulo ante deſcripſi. ¶ Item diſponere, vel in ordines digerere. *Cic. pro Flac.* Qui cum omnes Aſiæ civitates in provincias deſcripſiſſet. ¶ Item dividere, partiri. *Cic. Agr.* 2. *c.* 31. Et in eo duodena deſcribit in ſingulos homines jugera. *Liv. l.* 1. *c.* 19. In XII. menſes deſcripſit annum. ¶ Item taxare. *Cic. ad Q. Fr.* Vectigal Græcis æqualiter Sylla deſcripſerat. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 42. Vecturas deſcribere civitatibus. ¶ Item ſtatuere. *Cic. pro Quint.* Quis tandem nobis iſta jura tam æqua deſcripſit? ¶ Item deſtinare, transferre. *Sen. epiſt.* 109. Non credis, animas in alia corpora, atque alia deſcribi, & migrationem eſſe, quam dicimus mortem. *Plin. l.* 28. *c.* 58. Deſcribere in deos.

Deſcriptĭo, onis, f. 3. *deſcrizione*, ספר, Ger. *abſchreibung*, Gal. *deſcription*, Hiſp. *deſcrecion*, διαγραφή, definitio, explicatio. *Cic.* 2. *de Orat.* Rerum ratio ordinem temporum deſiderat, regionum deſcriptionem. ¶ Item partitio, diſtributio. *Cic. in Rul.* Urbs & natura, & ſito, & deſcriptione ædificiorum nobilis. *Suet. Tib. c.* 30. Deſcriptio legionis.

Deſcriptiuncŭla, æ, f. dimin. a deſcriptio, *piccola deſcrizione*. *Sen. Controv.* Celebres deſcriptiunculas ſubtexere.

Deſcriptor, oris, m. qui deſcribit. *Lactant. l.* 5. *c.* 9. Seneca morum, vitiorumque publicorum & deſcriptor veriſſimus, & accuſator acerrimus fuit.

Deſcriptus, a, um, adject. *deſcritto*, ἀπογεγραμμένος. *Cic. de Senect. c.* 2. Partes ætatis bene deſcriptæ. *Id.* 3. *Fin. c.* 22. Natura nihil eſt aptius, nihil deſcriptius.

Deſculpo, is, pſi, ptum, a. 3. idem quod ſculpo, *ſcolpire*. *Tert. l.* 1. *ad Nation. c.* 12. Simulacrum ligno, ſeu lapide deſculptum.

Deſĕco, as, a. 1. *tagliare*, *ſegare*, ἀποτέμνω, ferro incido, abſcindo, amputo. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 1. Spicarum faſcem deſecat. ¶ Tranſlate eſt auferre. *Cic. Att. l.* 16. Tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis.

Deſectĭo, onis, f. *il tagliare*, ἀποτομή. *Colum. l.* 2. *c.* 3. Deſectio meſſis.

Deſectus, a, um, adject. *tagliato*. *Liv. l.* 5. *c.* 5. Deſecta cum ſtramento ſeges. *Id. l.* 31. *c.* 34. Tota cervice deſecta. *Virg.* 8. *Æn. v.* 438. deſecto vertens lumina collo.

Deſeneſco, vel deſeneo, n. 3. ſeneſco. *Sall. in Hiſt.* Niſi cum ira belli deſenuiſſet. Ita refert *Priſcian. l.* 10.

Deſĕro, is, avi, deſitum, n. 3. idem ac ſero, vel planto, *ſeminare*, *piantare*. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 23. In recentibus pomariis deſitis ſeminibus.

Deſĕro, is, rui, ertum, a. 3. *abbandonare*, עזב, Germ. *verlaſſen*, Gal. *abandonner*, Hiſp. *deſamparar*, ἀπολείπω, derelinquo. *Cic. ad Q. Fr.* Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt. *Id. Att. lib.* 3. Deſeri a mente, *perdere il ſenno*. *Idem pro Quint.* Vadimonium ſibi ait eſſe deſertum. *Plaut. Merc.* Deſerunt hunc curſorem genua. ¶ Deſerere exercitum, *diſertare*, *Cic. Ver.* 7. & *Cæſ. l.* 5. *B. G.*

Deſĕro, as, avi, atum, a. 1. aperio, reſero, *aprire*. *Apul. lib.* 1. *A. A.* Januæ ſua ſponte deſeratæ nocte fuerunt. Alii leg. *reſeratæ*.

Deſerpo, is, pſi, erptum, n. 3. deorſum ſerpo. *Apul. Apol.* Lanugo malis deſerpit. *Stat. Theb. l.* 6. *v.* 585. Deſerpitque genis lanugo.

Deſerta Bojorum, *Wienerwalds*, tractus Norici, qui olim e Vindelicis per Noricos Pannoniam uſque protenſus fuit.

Deſertĭo, onis, f. *abbandono*, ut deſertio Juris humani, *Liv. l.* 41. *c.* 24.

Deſerto, as, freq. a deſero. Afferunt Lexicographi quidam *ex Accio* hæc verba: Cum me ſolum uterque parens deſertaſſent.

Deſertor, oris, m. qui deſerit. *Cic.* 3. *Fin. c.* 19. Deſertores communis ſalutis. ¶ Deſertores, m. 3. *traditori*, λειποτάκται, milites, qui ſuos deſerunt, & ad hoſtes tranſeunt. *Cæſ.* 6. *B. G.* In deſertorum, ac proditorum numero ducuntur.

Deſertrix, icis, f. quæ deſerit. *Tertull. de habit. mulier. c.* 1. Divinæ legis prima deſertrix.

Deſertum, i, n. 2. *luogo diſabitato*, *ſolitario*, מדבר, Germ. *wüſte*, *eynod*, Gal. *deſert*, Hiſp. *deſierto*, ἔρημος, locus ſolitarius, ac inhabitatus, quaſi derelictus ab hominibus. *Virg.* 1. *Æn.* Ipſe ignotus, egens Libyæ deſerta peragro. ¶ In ſingulari numero frequens eſt apud Scriptores Eccleſiaſticos, ut congeſtis exemplis ex Tertulliano, Hieronymo, & Prudentio oſtendit *Cellar. Cur. poſter. p.* 399.

Deſertus, a, um, n. 1. 2. *abbandonato*, נעזב, Ger. *verlaſſen*, Gal. *deſert*, Hiſp. *deſierto*, ἀπολειφθείς, derelictus, deſtitutus, a deſero. *Cic.* 1. *Fam.* Et, niſi per te ſit reſtitutus, deſertum ſe, atque abjectum fore. ¶ Item aſper, incultus. *Virg.* Rupe ſub aeria deſerti ad Strymonis undam. ¶ Hinc comp. deſertior, ſup. deſertiſſimus. *Cic. in Piſ.* Ut nullius unquam reditus fuerit deſertior. *Id.* 6. *Ver.* In deſertiſſima ſolitudine.

¶ Apud

Digitized by Google

¶ Apud *Tibul. l. 1. el. 1. v. 17.* deſertus ſtipes accipitur, pro defixus humi, *impiantato*. Verba ejus ſunt: Placidam ſoleo ſpargere lacte Palem: nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris, ſeu vetus in trivio florea ſerta lapis.

Deſervio, is, ivi, itum, *ſervire umilmente, attendere*, עבד, Germ. *dienen*, Gal. *ſervir*, Hiſp. *ſervir*, θεραπεύω, eſt obtemperare, vel diligenter, aut humiliter ſervire. *Cic. Tironi*, Valetudini adhuc, dum mihi deſervis, ſerviſti non ſatis. *Id. pro Sylla, c. 19.* Deſervire amicis. Sic deſervire ſtudiis. *Plin. in epiſt. 7. l. 7.*

Deſes, deſidis, o. 3. *ozioſo*, Ger. *faul*, Gal. *pareſſeux*, Hiſp. *pereçoſo*, ῥάθυμος, otioſus, qui nihil agit, a deſideo. *Liv. l. 1.* Deſidem Romanorum Regem inter ſacella, & aras acturum eſſe regnum rati. *Col. l. 7. c. 12.* Deſidem agricolam ab opere ſuo reddit.

Deſiccativus, a, um, adject. *diſſeccante*, ut virtutis eſſe deſiccativæ, *Macer l. 2. v. 10.*

Deſicco, as, idem quod ſicco, *ſeccare, diſſeccare*. *Vitruv. l. 1. c. 4.* deſiccare humectata.

Deſideo, des, edi, eſſum, n. 2. *ſtare ozioſo*, בטל, Germ. *müſſig ſitzen*, Gal. *etre oiſif*, Hiſp. *emperezar*, ῥᾳθυμέω, otioſus ſedeo. *Ter. Hec. 5. 3. 2.* Fruſtra ibi totum deſedi diem.

Deſiderabilis, le, o. 3. *deſiderabile*, נחמד, Germ. *zubegeren*, ἐπιθυμητός, quod expetendum eſt. *Cic. 1. Fin.* Nihil enim deſiderabile concupiſcunt. *Liv. l. 24. c. 5.* Deſiderabilem efficere. *Sueton. in Tib. c. 21.* Ut tali ſucceſſore deſiderabilior ipſe quandoque fieret.

Deſideratio, f. 3. *deſiderio*, ἐπιθύμησις, actus deſiderandi. *Cic. de Sen. c. 14.* At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus, credo, ſed ne deſideratio quidem.

Deſiderativa verba dicuntur a Grammaticis, quæ deſiderium ſignificant, ut *eſurio, cœnaturio*.

Deſideratum, o. t. 2. particip. a deſideror, *bramato*. *Cic. poſt red. ad Quir. c. 1.* Sed omnia deſiderata magis, quam aſſidue percepta delectant. *Plin. l. 30. c. 1.* Blandiſſima, & deſideratiſſima promiſſa.

Deſiderium, n. 2. *deſio, deſiderio*, חמדה, Germ. *begird*, Gal. *deſir*, Hiſp. *deſſeo*, ἐπιθυμία, vehemens amor, & proprie de rebus gratis, optatis, aut amiſſis dicitur. *Cic. 4. Tuſc.* Deſiderium eſt libido ejus, qui nondum adſit, videndi. Hinc affici, flagrare, laborare deſiderio, vel ex deſiderio. *Cic. Fam. 16. epiſt. 10. & l. 2. ep. 11. &c. Id. l. 2. ad Q. Fr. ep. 14.* Faciam, ut in medio dolore, ne deſiderio mei laceris. ¶ Eſſe in deſiderio, pro deſiderare. *Id. 1. Fam. ep. 12.* ¶ Accipitur aliquando pro jactura, *perdita*; nam ea deſideramus, quæ amiſimus. *Id. de Amic.* Si Scipionis deſiderio me moveri negem. ¶ Item pro poſtulatione, *domanda*, ἀξίωσις. *Suet. Aug. c. 17.* Donec deſideria militum ordinarentur. *Id. ib. c. 53.* Adeuntium deſideria excipiens, h. e. libellos ſupplices. V. *Caſaub.* ¶ Deſiderium, vox eſt interdum, qua res charas blande appellamus. *Catul. Carm. 2.* Cum deſiderio meo nitenti lubet jocari. *Cic. ad Terent.* Meum deſiderium, mea lux. ¶ Deſiderium diſcidii apud *Cic. Philipp. 2. c. 18.* *deſiderio di ſeparazione*. Quamquam locus eſt dubius, & variis lectionibus contaminatus. Deſiderium abſentis apud *Senecam ep. 40.* hoc eſt dolor.

Deſidero, as, avi, atum, a. 1. *deſiderare*, חמד, Germ. *begeren*, Gal. *deſirer*, Hiſp. *deſſear*, ἐπιθυμέω, generatim ſumitur pro deeſſe, cum paſſive uſurpatum eſt, vel pro requirere, ſi active, & per metalepſin pro cupere. Res enim charæ, quæ defuerunt, expetuntur. *Cæſ.* In eo prælio quinquaginta millia deſiderata. *Cic. Att. l. 7. ep. ult.* Sin erit bellum, partes meæ non deſiderabuntur. *Id. in Brut.* In quo perfectiſſime Stoico ſummam eloquentiam non deſiderem. *Id. de Sen. c. 14.* Non caret is, qui non deſiderat. ¶ Aliquando eſt poſtulare, rogare, *domandare*. *Suet. Aug. c. 40.* Deſideranti conſuetudinem veterem conceſſit rurſus. V. Deſiderium.

Deſidia, æ, f. 1. *pigrezza, poltroneria*, עצלה, Ger. *faulkeit*, Gal. *pareſſe*, Hiſp. *pereza*, ῥᾳθυμία, ignavia, inertia, a deſideo. *Cic. 1. Off. c. 34.* Quam ne languori ſe, deſidiæque dedat.

Deſidiabulum, i, n. locus deſidiæ aptus. *Plaut. Bacch. 3. 1. 6.* Ut celem patrem tua damna, aut deſidiabula. Al. leg. *deſpoliabula*.

Deſidies, ei, f. idem quod deſidia. *Lucret. l. 5. v. 49.* Quid luxus deſidieſque.

Deſidioſe, adverb. *ozioſamente*, Germ. *fauleglich*, Gal. *en oiſiveté*, Hiſp. *pereçoſamente*, ῥᾳθύμως. *Lucr. l. 4. v. 1129.* Agere ætatem deſidioſe.

Deſidioſus, a, um, o. 1. 2. ῥάθυμος, qui totus deſidet, & nihil agit, *ozioſo*. *Ovid. de rem. Am. v. 161.* Quæritur, Ægiſthus quare ſit factus adulter. In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. *Cic. 2. Agr. c. 33.* Inertiſſimum, & deſidioſiſſimum otium. *Var. Proœm. l. 2. R. R.* Majores noſtri, qui in oppido ſederent, quam qui rure colerent, deſidioſiores putabant.

Deſido, is, edi, eſſum, n. 3. a ſido, proprie ſignificat ad ſedendum deſcendere, (Præter. a ſedeo mutuatur, teſte *Valla l. 5.*) Hinc honeſte pro ventrem exonerare uſurpat *Celſ. l. 4. c. 18.* ¶ Sed fere uſurpatur pro ſubſidere, *ſprofondarſi, calare all' ingiù*, ὑποχωρέω. *Cic. l. 1. Div. c. 35.* Multa oppida corruerunt, terræ deſederunt. *Val. Flac. l. 8. v. 329.* Vaſto deſedit hiatu. *Celſ. l. 2. c. 7.* Ex urina quod deſidit album eſt.

Deſidue, vel deſiduo, adverb. diuturne, aſſidue. *Var. apud Fulgent. de priſc. ſerm. n. 37.* Tam deſiduo abfuiſſe te.

Deſignatio, f. 3. notatio, ſignificatio, deſcriptio. *Cic. 1. de Orat. c. 31.* Aut de infinitæ rei quæſtione ſine deſignatione perſonarum, & temporum. *Id. 1. de nat. Deor.* Omnem totius operis deſignationem, atque apparatum. ¶ Apud *Arnob. l. 7.* legitur *Diſſignatio*.

Deſignatores, m. 3. βραβευταί, dicebantur, qui conſtituendæ funebri pompæ præerant, unicuique incedendi locum ordinemque præſcribentes, ſimile ferre munere eorum, qui Magiſtri cæremoniarum a nobis vocantur. *Cic. Att. l. 4.* Deſertus a ſuis vix jam Decimum deſignatorem retinet. ¶ *Ulpian. Dig. 3. 2. 4.* deſignatores intelligit eos, qui Victoribus in Ludis præmia diſtribuunt: inquit enim: Deſignatores, quos Græci βραβευτὰς appellant. ¶ Deſignator ſcenarum eſt, qui ſcenas ordinat. *Vet. Inſcript. apud Grut. p. 270.* ubi pro Deſignator, legitur *Diſſignator*. Ita etiam ſcribit *Lipſ. de Amphith. c. 15.* ¶ Apud *Plaut.* quoque deſignator dicitur, qui in theatro deſignat, & diſponit locos ſpectantium, quo quiſque loco ſedere debeat. *In prol. Pœn. v. 19.* Neu deſignator præter os obambulet, neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcena ſiet. Hic quoque al. leg. *diſſignator*.

Deſignatus, a, um, adject. *deſtinato, diſegnato*. Sic Conſules, Prætores, &c. deſignati dicebantur, qui in proximum annum creati erant, & nondum Magiſtratum inierant. *Cic. Fam. 11. ep. 6. Velley. lib. 2. c. 121.* Sic deſignatus Reipublicæ civis, *Cic. pro Cluent.*

Deſigno, as, avi, atum, a. 1. *ſegnare, notare*, סמן, הורה, Ger. *bezeichnen, anzeigen*, Gall. *deſigner, marquer*, Hiſp. *ſeñalar, notar*, σημειόω, eſt aliquo ſigno notare. *Cic. 1. Catil. c. 1.* Notat, & deſignat oculis ad cædem unumquemque noſtrum. ¶ Item ſignificare, denotare, & quaſi per ſigna demonſtrare. *Cic. de Orat.* Hæc ridentur, quæ notant, & deſignant turpitudinem aliquam non turpiter. ¶ Aliquando eſt decernere, & deligere. *Cic. in Rull.* Ut ii Magiſtratum habeant, quos plebs deſignaverit. ¶ Interdum deſcribere, conſtituere. *Cic. in Phil.* Locum ſepulchro pedes triginta quoquoverſus deſignat. ¶ Aliquando rem aliquam inſignem patrare, & accipitur in utramque partem, bonam, & malam. *Ter. Adelph. 1. 2. 7.* Quæ facta ſunt, omitto: modo quid deſignavit? V. ibi *Donat. Horat. l. 1. epiſt. 5. v. 16.* Quid non ebrietas deſignat? ¶ Deſignare nota ignominiæ, *infamare*. *Liv. l. 24.* Si reputabitis, nulla ignominiæ nota leviore deſignari vos potuiſſe. ¶ *Diſſigno* etiam legitur. V. Deſignator.

Deſilio, is, deſilui, vel deſilii, deſultum, n. 4. *diſcendere di ſalto*, קפץ, Ger. *abhin ſpringen*, Gal. *ſauter en bas*, Hiſp. *ſaltar hazia abaxo*, καταπηδάω, ſaltu deſcendo. *Plin. de Vir. illuſt.* Dum a templo Dianæ deſiliit, talum intorſit. *Virg. 11. Æn.* Portiſque ab equo Regina ſub ipſis deſiluit. *Horat. l. 1. ſat. 2.* Deſilire lecto. *Cic. pro Mil.* Deſilire de rheda.

Deſinatio, onis, f. ceſſatio. *Sen. epiſt. 117.* Hac deſinatione miſericordiam captans. Alii leg. *deſtinatione*, vel *deſtinatione*.

Deſino, as, n. 1. idem ac deſino, is, apud vet. *Feſt.* Alii leg. deſivare pro deſinare.

Deſino, is, ivi, vel ſii, itum, n. 3. *ceſſare, laſciare, finire*, חדל, Ger. *ablaſſen*, Gal. *ceſſer*, Hiſp. *dexar*, παύομαι, ceſſo, omitto, finem facio, ex de, & ſino. *Ovid. Met. 5.* Deſinerant imbres. *Cic. 1. Fam.* Equidem non deſinam tua decreta defendere. ¶ Reperitur cum acc. pro relinquere, renuntiare. *Cic. M. Cœl. 7. Fam.* Libenter mehercule artem deſinerem. Sed ſubintelligi poteſt, *exercere*. Eodem modo *Sueton. Tib. c. 36.* Deprecantibus (Mathematicis) ac ſe artem deſituros promittentibus veniam dedit. At *Gel. l. 2. c. 12.* Non ad augendam, ſed ad deſinendam ſeditionem, legem hanc eſſe dicebat. h. e. ad ſedandam, terminandamque. ¶ *Horat.* cum gen. junxit *l. 2. od. 9.* Deſine mollium tandem querelarum, quæ conſtructio græca eſt. ¶ Interdum ſignificat interire, perire. *Plin. l. 8. ep. 10.* Fragilia, & caduca non minus, quam ipſi homines occidunt, deſinuntque. ¶ Item terminari, finiri. *Horat. ad Piſon. v. 3.* Atrum deſinat in piſcem mulier. *Plin. l. 37. c. 9.* Gemma hæc in violam deſinit. h. e. colorem habet violæ ſimilem. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Ovid. l. 1. Art. am. v. 411.* Tunc bene deſinitur. *Cic. 2. Fin. c. 13.* Jampridem contra eos deſitum eſt diſputari.

Deſipiens, is, adject. *ignorante, ſciocco*, παράφρων. *Cic. l. 2. nat. Deor.* Deſipientis arrogantiæ eſt, &c. *Id. l. 2. de Div. c. 23.* Eſt ne quiſquam ita deſipiens, qui, &c.

Deſipientia, æ, f. *ignoranza, ſciocchezza*. *Lucret. l. 3. v. 500.* Deſipientia fit, quia vis animi, atque animai Conturbatur.

Deſipio, is, deſipui, ſine ſup. n. 3. *eſſer pazzo, impazzire*, נבער, Germ. *aberwitzig ſein*, Gall. *reſver, radoter*, Hiſp. *enloquecer*, παραφρονέω, eſt inſipientes agere, delirare, ex *de*, & *ſapio*. Eſt minus quam inſanio. *Cic. Cœl.* In quo cum objurgaret, quod nimio gaudio pene deſiperem. ¶ Reperitur etiam cum genit. *Plaut. Epid. 1. 2. 35.* Deſipiebam mentis, cum illa ſcripta mitterem. Sed græca conſtructio eſt. ¶ Active pro inſipidum facere habet *Tert. de Pudic. c. 13. & 18.* Fermentum modicum totam deſipit conſperſionem.

Deſiſto, ſtis, ſtiti, itum, n. 3. *ceſſare, laſciare*, שבת, Germ. *abſtehen*, Gal. *deſiſter*, Hiſp. *dexarſe, deſiſtir*, ἀφίσταμαι, ceſſo, abſtineo. Uſurpatur cum ablat. cum, vel ſine præpoſit. Deſiſtere incepto, cauſa, litibus. *Liv. l. 25. c. 2. Cic. 1. Fam. ep. 9. Ter. Phor. 4. 3. 29.* Et deſiſtere ab illa mente, *Cic. 5. Fam. ep. 2.* Deſiſtere de negotio, *Hirt. B. Afric. c. 45.* ¶ Et cum infinito. *Cic. Ver. 4. c. 48.* Ut aliquando de judiciis dicere deſiſtamus. Adde *Plaut. Epid. 2. 1. 38.* ¶ Paſſive *Plaut. Mil. 3. 1. 142.* Nunc jam iſtis rebus deſiſti decet. ¶ Aliquando ſignificat, ſtare in loco, morari. *Plaut. Moſt. 3. 2. 100.* Quid illic tam diu deſtitiſti? Alii leg. *ſubſtitiſti*. ¶ Item recedere. *Id. Men. 5. 2. 59.* Quid illa abs te irata deſtitit? Sed meliores edit. habent: *Quid illam iratam abs te deſtituis?*

Deſitiates, m. 3. Liburniæ populi. *Plin. l. 3. c. 21.*

Deſitudo, inis, f. ceſſatio. *Sulpic. Sev. in præfat. de vita B. Martini*: Totum id deſitudine tanti temporis perdidiſſem.

Deſitus, a, um, adject. a deſino, *laſciato, ommeſſo*, καταπαυθείς. *Gel. l. 15. c. 17.* Diſciplina tibiis canendi deſita eſt. *Suet. Aug. c. 37.* Cenſores creari deſitos longo intervallo creavit. ¶ Eſt etiam particip. a *deſero*, quod plantare ſignificat. *Varr. l. 1. R. R. c. 23.* Semina in recentibus pomariis deſita.

Deſolatus, a, um, adject. deſertus, devaſtatus, *deſolato*, ἐρημωθείς. *Stat. l. 2. Silv. 1. v. 67.* Penates deſolati. ¶ Item derelictus, *abbandonato*. *Virg. Æn. 11. v. 870.* Disjectique duces, deſolatique manipli. *Apul. l. 6. Met.* Deſolata parentibus.

Deſolo, as, avi, atum, a. 1. *diſtruggere*, השם, Germ. *verwüſten*, Gal. *deſoler*, Hiſp. *deſtruir*, ἐρημόω, ſolitarium, & deſertum facio, a ſolus. *Virg. 11. Æn. v. 367.* Ingentes & deſolavimus agros. Adde *Col. l. 1. c. 3.*

Deſolvo, is, a. 3. *pagare, sborſare*, exſolvo. *Scævola Dig. 4. 5. 41.* Reliquorum nomine id deſolutum eſt.

Deſomnis, e, adject. inſomnis, vigilans. *Petron. in fragm. Tragur. c. 47. Burman.* Solet me nocte deſomnem facere.

Deſorbeo, es, ui, & pſi, ptum, a. 2. idem quod abſorbeo, *aſſorbire*. *Tertul. de Idololatr. ad fin.* Vortex ejus ad inferos deſorbet.

Deſpectatio, onis, f. idem quod deſpectus in prima ſignific. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Deſpectationes cœnaculorum.

Deſpectator, oris, m. contemptor, *ſprezzatore*. *Tertul. l. 2. ad Uxor. c. 8.* Deſpectatores divinarum ſententiarum.

Deſpectio, f. 3. *diſprezzo*, בזיון, Ger. *verachtung*, Gal. *mepris*, Hiſp. *menoſprezzio*, καταφρόνησις, contemptus. *Cic. in Hortens.* Conſolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio. Refert *Nonius c. 4. n. 141.*

Deſpecto, as, avi, atum, a. 1. *guardare in giù*, השקיף, Ger. *nider ſehen*, Gal. *guarder en bas*, Hiſp. *mirar hazia abaxo*, καθοράω, ſæpe deorſum aſpicio. *Virg. 1. Æn. v. 396.* Nunc terras ordine longo aut capere, aut captas jam deſpectare videntur. ¶ Item contemno, deſpicio, *ſprezzare*. *Tacit. Ann. 2. c. 43.* Piſo vix Tiberio concedere, liberos ejus deſpectare.

Deſpector, oris, m. deſpectator, contemptor, *ſprezzatore*. *Tertul. l. 2. cont. Marc. c. 23.* Eligitur Saul, ſed nondum deſpector Prophetæ Samuelis.

Deſpectrix, icis, f. quæ contemnit, *ſprezzatrice*. *Tertul. de Anim. c. 23.* Virtus deſpectrix mundi.

Deſpectus, a, um, o. t. 1. *ſprezzato*, καταφρονηθείς, contemptus. *Cic. in Piſ.* Abjectus, contemptus, deſpectus ab omnibus. *Id. Ver. 5. c. 41.* Ne contemptiſſimi, & deſpectiſſimi eſſe videamur.

Deſpectus, us, m. 4. *il proſpetto d'un luogo inferiore*, Ger. *das nider ſehen*, Gal. *veue de haut en bas*, Hiſp. *el mirar abaxo*, καθέασις, proſpectus ex ſuperiori loco in inferiorem. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 45.* Erat ex oppido deſpectus in campum. ¶ Item contemptus, *diſpregio*, καταφρόνησις. *Auct. ad Her. l. 4. c. 39.* Ludibrio, & deſpectui paternis inimicis erant oppoſiti.

Deſperandus, a, um, adject. *da diſperarſi, diſperato*. *Cic. 2. Catil. c. 5.* Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen ferendi.

Deſperans, antis, adject. *chi diſpera*. *Cic. pro Mil. c. 21.* Servi deſperantes vitam domini. ¶ Paſſive pro deſperatus. *Plin. l. 22. c. 29.* Ulcera jam deſperantia cicatrice includit.

Deſperanter, *diſperatamente*, Ger. *verzagliche*, Gall. *deſeſperement*, Hiſp. *deſeſperadamente*, ἀνελπίστως. *Cic. Att. l. 14. ep. 18.* Quod deſperanter tecum locutus eſt.

Deſperâte, deſperanter. *Auguſtin. epiſt.* 237. *ad Celer.* Non deſperate ſolſitius.

Deſperatĭo, f. 3. *diſperazione*, Ger. *verzweiflung*, Gal. *deſeſpoir*, Hiſp. *deſeſperacion*, ἀθυμία, ut inquit *Cic. l.* 4. *Tuſc. c.* 8. eſt ægritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum. *Id.* 1. *Fam.* Nos erimus etiam in omni deſperatione fortes.

Deſperatus, a. 1. a. *deſperato*, ἀπηλπισμένος, qui nullam habet ſpem. *Cic.* 2. *Catil.* Si ex urbe exierint deſperatorum hominum flagitioſi greges. ¶ Item de quo nulla ſpes habetur. *Cic. pro Mur.* Ut noſtri homines deſperatas jam pecunias exigerent. Sic Reſp. ægrota, ne pene deſperata, *Id. Divinat. in Ver. c.* 21. ¶ Habet & ſuos gradus. *Cic. Fam.* 6. *ep. ult.* Hæc quamquam nihilo meliora ſunt, nunc etiam multo deſperatiora. *Id. Ver.* 4. *c.* 41. Deſperatiſſimo perfugio uti.

Deſpergo, is, erſi, erſum, a. 3. diſpergo, diſſipo. *Silius l.* 9. *v.* 167. In vacuas ſenior vitam deſperſerat auras. Ita meliores libri omnes.

Deſperno, is, evi, etum, a. 3. valde ſperno. *Colum. l.* 10. *v.* 198. Ne Corydonis opes deſpernat Alexis.

Deſpêro, as, avi, atum, n. 1. *diſperarſi*, נואש, Ger. *verzweifeln*, Gall. *deſeſperer*, Hiſp. *deſeſperar*, ἀπελπίζω, non ſpero, deſino ſperare. *Cic.* 1. *Off.* Conſiderandum eſt, ne temere deſperet propter ignaviam. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Cluent. c.* 53. Et ſimul ſaluti deſperare vetuit. ¶ Vel cum acc. *Cic.* 9. *Fam.* Domum Syllanam deſperabam. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Id. ad Attic. l.* 8. *ep.* 11. Deſperare de Rep. ¶ Vel cum *ab*. *Id. in Piſon.* Spem habere a Tribuno plebis, ſed a Senatu quidem deſperaſſe. ¶ Et cum infinito. *Cic. l.* 2. *de Divin.* Non plane deſpero, iſta eſſe vera. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Sive reſtituimur, ſive deſperamur. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Turpiter deſperatur quidquid fieri poteſt.

Deſpicabĭlis, & le, o. 3. φαῦλος, contemptibilis, *ſprezzabile*. *Ammian. l.* 26. *c.* 8. Dedignatus hominem deſpicabilem.

Deſpicatĭo, f. 3. *diſprezzo*, καταφρόνησις, contemptus. *Cic.* 1. *de Fin. c.* 20. Ut odia, invidiæ, deſpicationes adverſantur voluptatibus.

Deſpicatus, a, um, adjectiv. paſſivæ ſignific. contemptus, *ſprezzato*, ὑπερόπτος. *Ter. Eun.* 2. 3. 90. Quæ nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam. *Cic. pro Sext. c.* 16. Cœli Trib. pleb. deſpicatiſſimi hominis furori. ¶ Eſt etiam particip. activæ ſignific. a deſpicor, quod deſpicere, ſeu conſpicere ſignificat. *Aurel. de Vir. Illuſt. in Camillo, c.* 23. Primo ut Deos veneratus, deinde ut homines deſpicatus interfecere.

Deſpicâtus, us, m. *diſprezzo*, καταφρόνησις, contemptus, ut Deſpicatui ducere. id eſt, contemnere. *Cic. pro Flac. c.* 27. Quam ſi quis deſpicatui ducitur. *Plaut. Men.* 4. 3. 19. Tu me bene merentem habes deſpicatui.

Deſpicĭens, tis, nom. ex particip. qui deſpicit, *ſprezzatore*. *Cic.* 2. *de Orat.* Nemo unquam tam ſui deſpiciens fuit, qui deſperaret &c.

Deſpicientia, f. 1. *diſprezzo*, ὑπεροψία, deſpectus, deſpectio. *Cic.* 1. *Tuſc.* Totam vim bene vivendi in omnium rerum humanarum contemptione, ac deſpicientia ponamus.

Deſpicĭo, is, exi, ectum, a. 3. *guardare all' ingiù*, καθοράω, deorſum aſpicio, a ſpecio, video. *Col. lib.* 1. Area ita conſtituenda eſt, ut vel a domino, vel certe a procuratore deſpici poſſit. ¶ Eſt etiam ſimpliciter cernere. *Cic.* 4. *Fin. c.* 23. Catuli, qui deſpecturi ſunt, &c. ¶ Tranſlate uſurpatur pro contemno, ſive parvifacio, *diſprezzare*. Nam cum quis aliquem contemnit, deſpicere videtur, quaſi intra ſe aſpicere. *Cic.* 2. *Off.* Deſpiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, aut nervorum putant. ¶ Item pro negligere. *Nepos in Attic. c.* 5. Rei familiaris deſpexit fructum.

Deſpĭcor, aris, d. 1. *diſprezzare*, καταφρονεῖν, contemno. V. Deſpicatus.

Deſpicŭus, a. 2. 2. intentus, vigil, a deſpiciendo. *Apul.*

Deſpĭcus, a, um, adject. antiqu. contemptus, *diſprezzato*. *Nævius* apud *Non. c.* 2. *n.* 667. Sibi proſpica & deſpica.

Deſpoliabĭlum, locus ad deſpoliandum aptus. V. Deſidiabulum.

Deſpoliâtor, oris, m. *chi ſpoglia*. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 14. Avarus, elegans, deſpoliator.

Deſpoliatus, a, um, adject. *ſpogliato*. *Cic. Fam.* 14. *ep.* 2. In miſeram & deſpoliatam domus partem venire.

Deſpolĭo, as, avi, atum, a. 1. idem ac ſpolio, *ſpogliare*. *Cic.* 5. *Ver.* Dux iſti ad deſpoliandum Dianæ templum fuit. *Caſ. l.* 2. *B. G. c.* 31. Deſpoliare armis. Et *l.* 5. *c.* 6. Deſpoliare nobilitate.

Deſpondĕo, es, ondi, & ſpopondi, onſum, a. 2. *promettere*, יעד, Germ. *verheiſſen*, Gal. *promettre*, Hiſp. *prometer*, *deſpoſar*, ἐγγυάομαι, eſt promittere. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 8. Bibliothecam tuam cave cuiquam deſpondeas. ¶ Speciatim dicitur de nuptiis. *Donatus ad Ter. Andr.* 1. 1. 75. *Deſpondere*, inquit, dicitur pater adoleſcentis, *ſpondere* autem pater puellæ. *Ter. loc. cit.* Ad me venit, gnatam ſuam filio (meo) uxorem ut daret; Placuit, deſpondi. ¶ Verum hæc differentia non ſervatur. nam ipſe *Ter. Heaut.* 4. 5. 31. At ego illi neque do, neque deſpondeo: Inquitur pater puellæ. *Cic.* miam *l.* 1. *Attic. ep.* 3. Tulliolam Piſoni deſpondimus. ¶ *Cœlius Ciceroni l.* 8. *Fam. ep.* 7. Deſpondere ſibi alicujus filiam. h. e. aſciſcere in matrimonium. Sic Deſpondere ſibi domum alicujus. h. e. ſuam futuram domum ſibi polliceri. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 7. ¶ Deſpondere animum, eſt, ex deſperatione mortem ſibi decernere, *perderſi d' animo*, *diſperarſi*. *Plaut. Men. Prol.* 34. Pater poſtquam puerum perdidit, animum deſpondit. Et deſpondere, abſolute, eodem ſenſu. *Colum. l.* 8. *c.* 10. de turdis: Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caveis clauſi plurimi deſpondent. ¶ Deſpondere ſapientiam, eſt deſperare, ſe poſſe ſapientiam acquirere. *Colum. l.* 11. *c.* 1. In ſocordiam compelli, quia deſponderis ſapientiam. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Ter. Andr.* 5. 6. *in fine*: Ne expectetis dum exeant huc: intus deſpondebitur. ¶ Alterum præteritum deſpopondi habetur apud *Plaut. Trucul.* 4. 3. 52.

Deſponſatus, o. 1. 2. partic. a deſponſor, *promeſſo in matrimonio*. *Suet. in Caſ.* 1. 1. Sed admodum dives prætextato deſponſata fuerat.

Deſponsĭo, onis, f. promiſſio. *Cæl. Aurel. Tard. l.* 3. *c.* 18.

Deſponſo, as, a. 1. frequent. a deſpondeo. *Aurel. Vict. de Orig. Gen. Rom.* Filia jam ante deſponſata Turno fuerat.

Deſponſus, a, um, o. 1. 2. *promeſſo*, καθωμολογημένος, particip. a deſpondeor. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 5. Tulliam noſtram Craſſipedi pridie Nonas Aprilis eſſe deſponſam. *Idem de Aruſp. Reſp. c.* 3. Cui me præripere deſponſam jam, & deſtinatam laudem, valde eſſet iniquum. *Idem Attic.* 1. 16. Deſponſam homini jam Syriam ademi.

Deſprêtus, valde ſpretus. *Feſtus*.

Deſpumatĭo, onis, f. deſpumandi actus. *Tert. de Carne Chriſti*, c. 19. Deſpumationem mutatum (ſemen) in coagulum ſanguinis feminæ.

Deſpumatus, a, um, adject. a ſpuma purgatus, ut deſpumatum mel, *Celſ. l.* 3. *c.* 6. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Libramentum cote deſpumatum. h. e. lævigatum, abſterſum.

Deſpûmo, as, a. 1. *diſchiumare*, *ſchiumare*, קצף, Ger. *verſchaumen*, Gal. *eſcumer*, Hiſp. *eſpumar*, ἀφρίζω, ſpumam aufero. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 296. Et foliis undam tepidi deſpumat aheni. ¶ Tranſlate pro decoquere, *digerire*. *Perſ. ſat.* 3. Stertimus, indomitum quod deſpumare falernum ſufficiat. ¶ Neutra ſignificatione pro ſpumas deponere, a ſpuma purgari, uſus eſt *Senec. l.* 2. *de Ira*: Ut minuatur, non conſumatur calor, nimiuſque ille fervor deſpumet. ¶ Legitur & *Diſpumo*.

Deſpŭo, is, ui, utum, a. 3. רקק, Ger. *ausſpeyen*, Gal. *cracher*, Hiſp. *eſcupir*, καταπτύω, deorſum ſpuo, vel excreo, *ſputare*. *Tibul. l.* 1. *el.* 2. *ad fin.* Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus. ſc. ad faſcinum avertendum, quod veteri ſuperſtitione ter facere ſolebant. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Ubi nunc deſpui religio eſt. ¶ Tranſlate ſumitur pro contemnere, abominari. Solebant enim veteres, quæ abominarentur deſpuere. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 26. Te obſecro hercle, ut quæ locutus, deſpuas. *Catul. carm.* 47. Deſpuere preces alicujus. ¶ Putabant etiam deſpuendo comitialem morbum averti, ipſumque ſanari, qui laboraret, ſi inſpueretur. *Apul. in Apolog.* & *Plin. l.* 28. *c.* 4.

Deſquamo, a. 1. *ſcagliare*, Germ. *entſchupen*, Gal. *eſcailler*, Hiſp. *eſcamar*, ἀπολεπίζω, ſquamis exuo. *Plaut. Aulul.* 2. 9. Deſquama piſces. ¶ Dicitur etiam de arboribus, & aliis rebus. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Subarator imprudens laxavit radices, corpuſque deſquamavit. *Idem l.* 23. *c.* 7. Summo cortice deſquamato.

Deſterto, is, tui, n. 3. *finir di ronchiare*, Ger. *verſchnarchen*, Gal. *s' eveiller*, Hiſp. *deſpertarſe*. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 10. Poſtquam deſtertuit eſſe Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo.

Deſtĭco, as, n. 1. eſt ſonum edere, qualem reddunt ſorices. *Auct. Philom.* Et grillus grillat, deſticat inde ſorex.

Deſtillatĭo, onis, f. *diſtillazione*, ut deſtillatio lacrymarum, *Marcell. Empir. c.* 8. V. Diſtillatio.

Deſtillo, as, n. 1. diſtillo, a ſtilla. *Celſ. l.* 4. *c.* 2. Deſtillat humor ex capite.

Deſtimŭlo, as, avi, atum, a. 1. ut deſtimulare bona. h. e. rem familiarem quaſi ſtimulo conficere, & diſſipare. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 30. Animum fodicant, bona deſtimulant, facta & famam ſauciant. ¶ Pro ſtimulare, excitare, *ſtimolare*. *Symmach. l.* 4. *ep.* 26. Ideo exercendi ſtyli amore deſtimulor.

Deſtĭna, æ, f. vinculum, quo ædificium continetur. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* qui & *deſtinare* uſurpat pro colligare. ¶ Alii per deſtinam columnas intelligunt, quæ ædificia ſuſtinent, quas alia voce *Telamones*, & *Atlantes* dicimus. ¶ Tranſlate *Arnob. l.* 2. Poſt Atalantem bajulum, tibicinem illum, ac deſtinam cœli.

Deſtinâte, adv. *oſtinatamente*. *Ammian. l.* 18. *cap.* 3. Florentio, & Lupicino deſtinate certantibus. *Id. l.* 20. *c.* 8. Eam ad ſe prodire deſtinatius adigentes.

Deſtinatĭo, f. 3. *deliberazione*, פזן, Ger. *rathſchlag*, Gal. *deliberation*, Hiſ. *deliberacion*, προαίρεσις, deliberatio. *Plin. l.* 7. *c.* 45. Peſtilentia Urbis, fames, ſitiſque Italiæ, deſtinatio expirandi, &c. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 47. Præcipuum deſtinationis meæ documentum habete, &c.

Deſtinato, adverb. conſulto, deliberate. *Sueton. Caſ. c.* 60. Prælia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat.

Deſtinatus, o. 1. 2. ἀποτεταγμένος, certus, definitus, *deſtinato*. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. In qua fere eadem, ſed certis, deſtinatiſque perſonis quæruntur. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 21. Hora deſtinata. ¶ Item obſtinatus, *ſaldo*, *oſtinato*. *Cat. carm.* 8. At tu Catulle deſtinatus obdura. ¶ Item alligatus, *legato*, quæ notio videtur magis proprie ad hanc vocem pertinere. *Apul. l.* 6. *Mileſ.* Lorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Captus, deſtinatuſque pervenit Romam.

Deſtĭno, as, avi, atum, a. 1. *deſtinare*, *deliberare*, יעד, Ger. *beſtimmen*, Gal. *ordonner*, *deſtiner*, Hiſp. *deputar*, προορίζω, eſt conſtituere, & proprie dicitur de venditione, & emptione. *Plaut. Moſt.* 3. 1. 113. Bene hercle factum. quid? eas quanti deſtinat? *Idem Rud.* Minis triginta ſibi puellam deſtinat. ¶ Item deliberare. *Caſ. l.* 1. *B. C.* Infectis iis, quæ agere deſtinaverat, in Italiam rediit. *Liv. l.* 7. *c.* 33. Deſtinare animis. ¶ Item decernere, conſtituere. *Cic. in Off.* Cum eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinaſſet. ¶ Item parare. *Suet. de Caſ.* De ampliando imperio plura, ac majora in dies deſtinabat. ¶ Item aſſignare, adjicere, devovere. *Cic. in Fam.* Non eſt annus hic tibi deſtinatus. *Juven. ſat.* 4. *v.* 45. Deſtinat hoc monſtrum cymbæ, linique magiſter Pontificis ſummo. ¶ Item alligare. *Apul. l.* 4. *de Aſino*, Arreptum me loro quam valido ad anſulam quandam deſtinat. ¶ Item notare. *Q. Curt. l.* 6. Dioxippus conjectum oculorum, quibus ut lue deſtinabatur, ferre non potuit.

Deſtitŭo, is, ui, utum, a. 3. *abbandonare*, עזב, Ger. *verlaſſen*, Gal. *delaiſſer*, Hiſp. *deſamparar*, ἀπολείπω, derelinquo, deſero, dimitto, ex de, & ſtatuo. *Cic.* 2. *Phil.* Quid? eundem in Decemviratu non deſtituiſti? *Idem* 5. *Phil.* Deſtituere fortunas ſorti. *Ovid. Heroid. ep.* 5. Deſtitui ab arte. ¶ Interdum eſt privare, cum abl. *Col. l.* 9. Nimiam ſiccitatem deſtituere plantas naturali alimento. ¶ Interdum ſtatuere, collocare, ponere. *Plaut. Rud.* 3. 5. 43. Ita duo deſtituit ſigna hic cum clavis ſenex. *C. Gracchus Gell. lib.* 10. *cap.* 3. Palus deſtitutus eſt in foro. ¶ Sumitur & pro fallere. *Col. l.* 4. *c.* 24. Commodiſſime palmæ ſubmittentur, quæ nec ſpem vindemiæ deſtituant. Adde *Liv. lib.* 1. *cap.* 51. ¶ Hinc Deſtitutor dicitur, qui quod promiſit, non præſtat, ut debitor cum pecuniam promiſſam non ſolvit. V. *Deſtitutio*. *Turneb. l.* 4. *c.* 11. & *Abram. ad Philip.* 2. ubi contendunt, exemplum ex eod. Philip. modo allatum intelligendum eſſe de pecunia non præſtita.

Deſtitutĭo, onis, f. derelictio, ἀπόλειψις. *Cic. pro Cluent.* Ut judices deſtitutione iratos illi redderet. ¶ Speciatim dicitur cum non præſtatur id quod promiſſum eſt, maxime in pecunia, *fallimento*. *Cic. pro Quint. c.* 3. Deſtitutione illa perculſus Quintius &c. V. *Deſtituo*.

Deſtitûtor, oris, qui deſtituit. Utitur hac voce *Tibull. in Priap. car.* 83. *v.* 15. & *Tertul. l.* 2. *ad Nation. c.* 18.

Deſtitûtus, a, um, adject. *abbandonato*, ἀπολελειμμένος. *Cic. pro Quint. c.* 16. Viri boni ſæpe illuſi atque deſtituti hoc faciunt. *Liv. l.* 31. *c.* 24. Deſtitutus ſpe. *Suet. Galba*, *c.* 11. Conſternatus deſtitutoque ſimilis non multum abfuit, quin vitæ renuntiaret. ¶ Item collocatus, poſitus. *Liv. l.* 23. Ante pedes deſtitutum cauſam dicere juſſit.

Deſtrangŭlo, as, a. 1. idem quod ſtrangulo, ſuffoco. *Porc. Latro, declam. in Catil.* Deſtrangulandam penitus, & tollendam cogitavit.

Deſtricte, adverb. q. d. rigoroſe, vel aperte. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. c.* 3. Veritas Chriſtiana deſtricte pronuntiat, Deus ſi non unus, non eſt. *Leg.* 13. *Dig. de Procurat.* Deſtricte denegare.

Deſtrictivus, a. 1. 2. quod manu colligitur, ut Oleæ deſtrictivæ, quæ caducis opponuntur. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 19. Adjutorii genus deſtrictivum.

Deſtrigmentum, ti, idem quod ſtrigmentum, ſeu ramentum. *Plin. l.* 20. *c.* 34. Deſtrigmentis vel his impoſitis, vel ſeminibus.

Deſtringo, is, nxi, ictum, a. 3. *ſpiccare*, *ſtrappare*, תלש, Ger. *abbrechen*, Gal. *racler*, Hiſp. *arrancar*, ἀποσφίγγω, decerpo, amputo, excido, colligo. *Col. l.* 12. *c.* 2. Tum & olea deſtringenda eſt. *Mart. l.* 14. *epigr.* 51. Pergamus has miſit curvo deſtringere ferro. ¶ Eſt item ſtrigili abradere, extergere, quæ corpori hæreat. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 5. Dum deſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid. *Idem l.* 32. *c.* 9. Deſtringere araneas. h. e. abſtergere. ¶ Item auferre. *Plin. Paneg. c.* 37. Deſtringere, & abradere aliquid bonis alicujus. V. alias notiones in *Diſtringo*.

Deſtructibilis V. in Deſtructilis

Deſtructĭlis, n. 3. ἀθραυστος, quod deſtrui poteſt. *Lact. lib. de ira Dei*, Deſtructilia ſunt omnia, quæ manu fiunt. Al. leg. *Deſtructibilia*. Adde *Prudent. in Rom. v.* 348.

Deſtru-

Deſtructio, onis, f. *diſtruzione*. *Suet. Galb. c.* 12. Deſtructiones murorum. *Quint. l.* 10. *c.* 5. Deſtructio, & confirmatio ſententiarum.

Deſtructivus, a, um, adject. *diſtruttivo*. *Cal. Aurel. l.* 1. *Tard. c.* 4. Deſtructivum adjutorium.

Deſtructor, oris, m. qui deſtruit, *diſtruttore*. *Tertul. Apolog. c.* 46. Rerum ædificator, & deſtructor. *Inſcript. vet. apud Grut. p.* 282. Non ſumus Tuſciæ deſtructores.

Deſtructus, a, um, adject. dirutus, *diſtrutto*, ut, humana manu deſtructus, apud *Ammian.* ¶ In antiquis codicib. legitur & *deſtrictus*, ut & in Inſcript. quadam, quam affert *Heinſius ad Prudentii Apotheoſ. v.* 445. quæ ſic habet: A nefandiſſimo tyranno Totila deſtructam.

Deſtruo, is, xi, ctum, a. 3. *diſtruggere*, נתץ, Ger. *zerſtören*, Gal. *detruire*, Hiſp. *deſtruyr*, καθαιρῶ, quod ſtructum erat, corrumpo. *Cic. de ſen. c.* 20. Ut navem idem deſtruit faciliſſime, qui conſtruxit. ¶ Metaphorice deſtruere teſtes, apud *Quintil. l.* 5. *c.* 7. eſt eorum fidem, auctoritatemque infirmare. Sic deſtruere aliquem. h. e. dejicere de gradu felicitatis, & potentiæ. *Vellej. l.* 2. *c.* 48. de Pompejo: Qui ſi deceſſiſſet in Campania, defuiſſet fortunæ deſtruendi ejus locus. Adde *Tacit. Ann.* 2. *c.* 63.

Deſub præpoſit. compoſita, ut *exante*, *inante*, & ſignificat idem quod Sub. *Florus l.* 2. *c.* 3. Si deſub Alpibus, ideſt, deſub ipſis Italiæ faucibus &c.

Deſubito, idem quod ſubito. *Plaut. Moſt.* 2. 1. 63. Quamvis deſubito facile eſt facere nequiter.

Deſubulo, as, a. 1. perfadia, o ſubula. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 238. Alterum Carneadem deſubulaſſe, bona corporis ſequutum.

Deſudaſco, is, n. 3. idem ac deſudo. ¶ Deſudaſcitur, imperſ. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 33. Hujuſmodi palæſtram, ubi damnis deſudaſcitur.

Deſudatus, a, um, adject. valde ſudatus, et deſudatæ militiæ excubiæ. *Sidon. l.* 6. *ep.* 1. Deſudata judicia. h. e. ſummo labore exercitata. *Claud. in Paneg. Mall. Theod. v.* 11.

Deſudo, as, n. 1. *ſudar grandemente*, Ger. *ſehr ſchwitzen*, Gal. *ſuer beaucoup*, Hiſp. *mucho ſudar*, καθιδρόω, valde ſudo. ¶ Per tranſlationem ponitur pro laborare, *faticarſi*. *Cic. de ſenect. c.* 11. Deſudare, atque elaborare in aliqua re.

Deſuefacio, is, feci, factum, a. 3. *diſuſare*, Ger. *entwehnen*, Gal. *deſaccoutumer*, Hiſp. *deſacoſtumbrar*, ἀνεθίζω, eſt a conſuetudine abſtrahere. *Cic. pro Clu. c.* 40. Multitudinem jam deſuefactam a concionibus ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem revocaverat.

Deſuefio, fis, n. *diſuſarſi*, *laſciare l' uſanza*, Ger. *entwehnen*, Gal. *ſe deſaccoutumer*, Hiſpan. *deſacoſtumbrarſe*, ἀνεθίζομαι, conſuetudinem amitto, a conſuetudine abducor. *Varr.* 2. *de R. R. cap.* 9. Sed minutatim deſueſiunt.

Deſueſco, is, deſuevi, deſuetum, *diſuſarſi*, ἀνεθίζομαι, eſt conſuetudinem amittere. *Silius l.* 3. *v.* 576. Paulatim antiquo Patrum deſueſcit honos. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Morati in deſueſcendis. ¶ Quandoque active accipitur pro conſuetudinem ab aliquo eximere, *diſuſare*. *Titinn. apud Non. c.* 2. *n.* 199. Deſuevi illum. ¶ Calepin. & Paſſerat. addunt, deſueſco uſurpari aliquando pro *aſſueſco*, ut *de* præpoſitio augeat, afferuntque locum *Plaut. Aſin.* 1. 3. 64. Auceps offundit cibum, aves deſueſcunt. Sed meliores libri habent *aſſueſcunt*.

Deſuetudo, f. 3. *diſuſanza*, Ger. *entwehnung*, Gal. *deſaccoutumance*, Hiſp. *deluſo*, ἀνεθισμός, actus deſueſcendi. *Liv. l.* 1. *c.* 19. Mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus.

Deſuetus, a, um, adject. non ſuetus, *diſuſato*, ut deſueta corda. *Virg. Æn.* 2. *v.* 726. Deſueta arma, *Id. Æn.* 5. *v.* 309. Deſueta triumphis agmina. *Id. Æn.* 6. *v.* 814.

Deſugo, is, xi, ctum, a. 3. idem quod ſugo, vel exſugo, *ſuggere*, *ſucchiare*. *Pallad. l.* 1. *c.* 9. Si quæ ſundentur ex poculis, velociter rapta deſugent.

Deſulto, as, avi, atum, n. 1. *ſaltare*, deſilio, ſalio. *Tertul. de Anim. c.* 32. Deſultare mari.

Deſultores, m. 3. κελητισταί, qui equos eligunt, alunt, ut docent, quorum ars eſt binos trahere equos, & alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſilire, a *deſilio*. *Liv. l.* 23. *c.* 29. Quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat. ¶ Tranſlate *Ovid. l.* 1. *Amor. el.* 3. *v.* 15. Non ſum deſultor amoris.

Deſultorii, m. 1. κέλητες, equi ſine ephippiis, dicti, quod ex his facile deſiliant deſultores. duo ſingulis equitibus præſto erant, exercitatis ita militibus, ut altero de via feſſo deſilire poſſent in recentem. *Suet. in Caſ. c.* 39. Equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes. ¶ Per tranſlationem deſultorius, inſtabilis, ac identidem ab alio in aliud commeans dicitur. *Cic. pro Mur.* Qui neſcio quo pacto mihi videtur Prætorius Candidatus in Conſularem quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. *Apul. de Aſino*, Hæc ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo reſpondet.

Deſultorius. V. Deſultorii.

Deſultrix, icis, f. quæ deſilit, inſtabilis, ut deſultrix virtus, *Tertull. ad Valent. ad fin.*

Deſultura, f. 1. actus deſiliendi. *Plaut. Mil.* 2. 3. 9. Deſulturam nihil moror.

Deſum, dees, defui, n. an. *mancare*, חסר, Ger. *mangeln*, Gal. *manquer*, *faillir*, Hiſp. *faltar*, *fallecer*, ἀπεῖναι, deficio. *Cic.* 1. *de Or.* Si tibi ipſi nihil deeſt. *Id. pro Mil.* Tibi nullum a me amoris officium defuit. ¶ Cum infinito *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 80. Neque ipſe deerat arrogantia vocare offenſas, *non mancava di provocare*. ¶ Deeſſe officio ſuo, eſt officio ſuo non ſatisfacere. *Cic. Att. l.* 7. Sin bellum geretur, non deero officio, nec dignitati meæ. ¶ Deeſſe occaſioni, vel ſibi ipſi deeſſe, eſt opportunitatem rei bene gerendæ prætermittere. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Nullo momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. *Cicer. pro Roſc. Amer. cap.* 36. Vide, ne tibi deſis. ¶ Deeſſe alicui, vel ejus periculo, eſt amico in periculo exiſtenti non opitulari. *Cic. pro Mur.* Ego vero ipſe me exiſtimarem nefarium, ſi amico, crudelem, ſi miſero, ſuperbum, ſi Conſuli defuiſſem. ¶ Nonnunquam pro abeſſe accipitur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *epiſt.* 8. Huic convivio puer optimus Q. tuus, meuſque defuit. ¶ Non deeſt, pro licet, fieri poteſt. *Sil. l.* 6. *c.* 10. Nec cernere deerat. Deerat hic contrahitur in diſſyllab. quod ſæpe fit a Poetis. V. *Ovid.* 1. *Met. v.* 77. *Virg.* 7. *Æn. v.* 660. &c. Aliquando tamen diſſolvitur prima etiam producta. *Stat.* 8. *Theb. v.* 235. nullis deeſt ſua fabula menſis.

Deſumo, is, mpſi, ptum, a. 3. λαμβάνω, idem quod ſumo, ſuſcipio, *prendere*, *pigliare*. *Liv. l.* 6. *c.* 60. Deſumere ſibi hoſtem. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 81. Ingenium ſibi quod vacuas deſumpſit Athenas.

Deſuper, *di ſopra*, מלמעלה, Ger. *oben herab*, Gal. *deſſus*, Hiſp. *ſobre*, *encima*, ἄνωθεν, a ſuperiore loco, a ſuper. *Caſ.* 1. *B. G.* Qui in phalangas inſilirent, & deſuper vulnerarent. *Virg.* 4. *Æn. v.* 122. Nigrantem grandine nimbum deſuper infundam.

Deſuperne, adv. *dalla parte ſuperiore*. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Deſuperne contra capita hoſtium & ſtercoris humani, & arenæ coctæ cadentis.

Deſurgo, is, exi, ectum, n. idem quod ſurgo. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 77. Vides ut pallidus omnis Cœna deſurgat dubia? ¶ Apud *Scribon. Largum c.* 192. ſumitur pro ventris exonerandi cauſa ſeceſſum petere. Ejus verba ſunt: Teneſmus eſt irritatio ultimæ partis inteſtini directi, in qua ſæpius lubet deſurgere. V. *Turneb. l.* 17. *Adverſ. c.* 17.

Deſydero. V. Deſidero.

Detectio, onis, f. *ſcoprimento*, ut detectio mortis. *Ulpianus*.

Detector, oris, m. qui detegit, *ſcopritore*. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 3. Detector conſcientiæ.

Detectus, a, um, adject. *ſcoperto*. *Liv. l.* 22. *c.* 43. Detecta fraude. *Virg.* 10. *Æn. v.* 133. Detectum caput.

Detego, is, exi, ectum, a. 3. *ſcoprire*, גלה, Ger. *entdecken*, Gal. *decouvrir*, Hiſp. *deſcubrir*, ἀποκαλύπτω, quod tectum erat, aperio. *Plaut. Moſt.* Texit, detexitque me illico. ¶ Tranſlate eſt manifeſtare. *Liv. l.* 20. *c.* 4. Detegant nequicquam conditas inſidias.

Detendo, is, di, nſum, a. 3. relaxo, remitto, ἀνίημι, cujus contrarium eſt tendo, *rilaſſare*. *Liv. l.* 41. *c.* 3. Nautici tabernacula detendunt. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 33. Signo profectionis dato, tabernaculiſque detenſis. Quare perperam Calepinus & Paſſerat. exponunt, *extendere*.

Detentatio, onis, f. idem fere quod detentio, poſſeſſio. *Ulpian. l.* 3. *Dig. de Impenſ. in res dot.* Manebit maritus in rerum detentatione, donec ei ſatisfiat.

Detentator, oris, m. 3. *Leg.* 2. *Cod. de fund. Limotroph.* Si quiſquam fuerit detentator inventus. *Leg.* 7. *Cod. de Præſcript.* &c. Extranei ſuppoſitæ rei detentatores.

Detentio, onis, f. detinendi actio. *Ulpian. l. unica Dig. de Remiſſionib.* Non eſſe iniquum, detentionem ſervitutis dari.

Detento, as, avi, atum, a. 1. retineo, detineo, *ritenere*. *Leg.* 16. *Cod. Theodoſ. de Tironib.* Servi, quos armata militia detentat. *Fortunat. l.* 11. *carm.* 19. Nos volo, nunc abſens una detenter ut hora.

Detentor, oris, m. qui detinet. *L.* 10. *Cod. Unde vi*. Poſſeſſionis alienæ detentores.

Detentus, a, um, *trattenuto*. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 69. Piſo abire Syria ſtatuit: mox adverſa Germanici valetudine detentus, &c.

Detepeſco, is, ui, n. teporem amitto, *raffreddarſi*. *Sidon. l.* 5. *ep.* 17. Prima frigore autumnalis auroræ detepeſcebat.

Deter, ſive deterus, a. 1. 2. *ſcellerato*, *cattivo*, φαῦλος, vilis, pravus, a terendo, quia illa ſunt magis vilia, quæ magis detrita. Poſitivum hoc obſoletum eſt, ſolumque uſurpamus comparativum *deterior*, & ſuperlat. *deterrimus*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 34. Sæpe quod quis corrigere vult, deterius facit. *Id.* 2. *Verr. c.* 16. Deterrimus homo. *Id. Att. l.* 9. Deterrima via. ¶ Sæpe deterior dicitur, qui aliqua re inferior eſt, *inferiore*. *Cicer. pro Cæcin. c.* 7. Deteriore jure eſſe. Sic deterior ætas. h. e. ſenectus. *Ovid. l.* 4. *Triſt. eleg.* 8. *Nepos in Eumene, cap.* 3. Ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo deterior erat.

Detergeo, es, & detergo, is, erſi, erſum, a. 2. vel 3. *forbire*, *nettare*, *purgare*, מחה, Ger. *abſtreichen*, Gal. *nettoyer*, Hiſp. *alimpiar*, ἀπομάττω, depurgo, a ſordibus libero. *Plaut. Men.* 1. 1. 2. Menſam quando ego detergeo. *Col. l.* 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. *Liv. l.* 39. *c.* 44. Detergere cloacas. ¶ Tranſlate eſt auferre. *Col. l.* 8. *c.* 10. Detergere faſtidia. ¶ Item confringere. *Caſ.* 1. *B. C. c.* 58. Aut remos tranſcurrentes ſi detergere poſſent, contendebant. ¶ Item decerpere. *Col. l.* 4. *c.* 17. Detergere palmites. ideſt, ſupervacuos palmites amputare. ¶ *Claudian. in epithal. Pallad. & Celer. v.* 27. Et reliquum nitido terſit pollice ſomnum. h. e. terſit oculos ſomno graves.

Deterior, V. Deter.

Deterioratus, a, um, adject. *deteriorato*, *divenuto peggiore*. *Symmach. l.* 4. *ep.* 68. Deterioratæ rei æſtimatio.

Deterioro, as, avi, atum, a. 1. deteriorem facio, *deteriorare*. Verbum eſt poſterioris ævi. *Claud. Mamert. l.* 1. *de Anim. c.* 3. Quidquid deteriorari poteſt, & corrumpi profecto poteſt.

Deterius, a. 1. 2. ut Deteriæ porcæ, ideſt, macilentæ, a deter. *Feſt.*

Determinabilis, e, adject. qui determinari poteſt, ut determinabilis materia, *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 41.

Determinatio, onis, f. *determinazione*, גבול, Ger. *auffzielung*, Gal. *bornement*, *limite*, Hiſp. *determinacion*, ἀφορισμός, terminus, finis, definitio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Extrema ora, & determinatio mundi. *Id. l.* 1. *de Invent. c.* 32. Exitus, & determinatio orationis.

Determinator, oris, m. qui determinat, & definit. *Tertull. de Pudic. c.* 11. Spiritus S. diſciplinæ determinator.

Determino, as, avi, atum, a. 1. *porre i termini*, *diffinire*, גדר, German. *auffzielen*, Gall. *borner*, Hiſp. *determinar*, ἀφορίζω, terminos impono, termino, & velut limitibus quibuſdam deſigno. *Liv. l.* 1. *c.* 18. Regiones ab Oriente ad Occaſum determinavit. ¶ Tranſlate eſt definire. *Cic.* 3. *de Orat.* Id, quod dicit, ſpiritu, non arte determinat.

Detero, is, trivi, itum, a. 3. *conſumare*, *logorare*, κατατρίβω. Proprie eſt tundere, terendo dejicere, ex *de*, & *tero*. *Col. l.* 1. *c.* 6. Area optima ſilice conſtrata, quod celeriter frumenta deterantur. ¶ Tranſlate ſumitur pro uſu conſumere, deterius reddere. *Plaut. Merc.* 3. 2. 11. Calces deterit. ¶ Item pro imminuere. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 6. Laudes egregii Cæſaris, & tuas culpa deterere ingenii. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 35. Nimia cura deterit magis quam emendat.

Deterreo, es, ui, itum, a. 2. revoco, avoco, deduco, averto, *ſpaventare*, *sbigottire*, גער, Ger. *abſchrecken*, Gall. *eſpouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, καταπλήττω, valde terreo. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non deterret ſapientem mors. *Id. in Orat.* Nec vero Ariſtotelem in Philoſophia deterruit a ſcribendo amplitudo Platonis. *Id.* 1. *Fam. ep.* 7. Sed ut ego te ad certam laudem hortor, ſic a dimicatione deterreo, *el ſconſiglio*, *ni diſſuado*. *Ter. Phor. Prolog. v.* 3. Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat. Rurſus *Cic.* 2. *Divin.* Num Stoici de ſententia deterrentur? ¶ Significat etiam arcere, prohibere. *Liv. l.* 4. *c.* 24. Deterrere vim ab aliquo.

Deterritus, a, um, adject. *ſpaventato*, *rimoſſo*. *Cic.* 10. *Att. ep.* 13. Se pudore deterritum ad me non veniſſe. *Cælius Ciceroni l.* 8. *Fam. ep.* 6. Deterreat ab officio. *Tibull. l.* 1. *eleg.* 3. *v.* 13. Cuncta dabant reditus: tamen eſt deterrita nunquam, Quin fleret.

Deterſus, a, um, *netteto*, particip. a *detergeo*, tergendo ablatus. *Sil. l.* 4. *v.* 12. deterſa rubigine ſævus Induitur ferro ſplendor.

Deteſtabilis, le, o. 3. *deteſtabile*, נתעב, Germ. *abſcheuwlich*, Gall. *deteſtable*, Hiſp. *deteſtable*, βδελυκτός, abominabilis. *Cic.* 2. *Off.* Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. *Id.* 1. *Off. c.* 17. Quo deteſtabilior iſtorum eſt immanitas, qui &c.

Deteſtabiliter, adv. *deteſtabilmente*. *Lactant. l.* 5. *c.* 10. Quod nefarie, quod deteſtabiliter fecit.

Deteſtandus, a, um, *deteſtabile*, ut deteſtanda fraus. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 69. deteſtanda tellus. *Sil. l.* 17. *v.* 438.

Deteſtatio, onis, f. *deteſtazione*, *abbominazione*, תועבה, Ger. *abſcheuung*, Gal. *deteſtation*, Hiſp. *deteſtacion*, βδέλυξις, abominatio, execratio. *Cic. pro Domo*. Cum pro deteſtatione tot ſcelerum unam aram nefarie conſecraret. ¶ Item denuntiatio facta cum teſtatione. *Ulpian. Dig.* 50. 16. 40. ¶ Item genitalium abſciſſio. *Apul. l.* 7. Ob id truces adhibita tali deteſtatione manſuetos factos.

Deteſtator, oris, m. qui deteſtatur, & averſatur. *Tertul. lib.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 27. Deteſtator legis.

Dete-

Deteſtatus, a, um, adject. paſſive ſignific. *deteſtato*, *abbominato*. Horat. l. 1. od. 1. v. 24. Bella matribus deteſtata.

Deteſtor, aris, atus ſum, d. 1. *deteſtare*, זָעַם, Germ. *verfluchen*, Gal. *deteſter*, Hiſp. *deteſtar*, ἀπομνύμαι, meo teſtimonio improbo, abominor, execror. Cic. in Vat. Omnes te tanquam malum auſpicium deteſtantur. ¶ Eſt item vehementer teſtari. Plaut. Men. 5. a. 61. Jovem, Deoſque deteſtor, me neque iſti malum feciſſe mulieri. ¶ Item avertere, propulſare. Cic. Philip. 4. c. 4. O Dii immortales, avertite, & deteſtamini quæſo hoc omen. Id. Catil. 1. c. 11. Querimoniam a ſe deteſtari, ac deprecari. ¶ Item imprecari. Plin. l. 2. ep. ult. Iram Deorum in caput infelicis pueri deteſtatur. ¶ Apud JCtos eſt abſenti denuntiare cum teſtatione. Paul. JCtus l. 37. ff. de verb. ſignif. ¶ Paſſiva ſignificatione Apul. in Apol. In cubiculo deſpui quam in iſto nobiliſſimo cœtu deteſtari.

Detexo, is, ui, xtum, a. 3. idem quod texo, vel texendo abſolvo, perficio, *teſſere*, ἀπυφαίνω. Virg. Ecl. 2. v. 72. Viminibus, molliqua paras detexere junco. Cic. 2. de Orat. c. 38. Exordiri, detexere, retexere. ¶ Item detego, *ſcoprire*. Auct. ad Heren. l. 2. c. 27. Jam ego te eh ſummo detexam exordio. V. Manot. ¶ Detexere telam, allegorice apud Plaut. Pſeud. 1. 4. 7. eſt *condurre a fine una furberia*. ¶ Id. Amph. 1. 1. 137. Hoc homo denuo vult pallium detexere. h. e. me vult verberare: ductum e textoribus, qui pannum texendo tundunt.

Detextus, a, um, adject. contextus, *teſſuto*, ut linum nondum detextum, Ulp. l. 70. Dig. de Legat. Cic. 2. de Or. c. 38. Ante exorſa, & potius detexta prope retexere.

Detinĕo, es, inui, tentum, a. 2. *intrattenere*, *ritardare*, עָצַר, German. *auffhalten*, Gall. *detenir*, Hiſp. *detener*, κατέχω, teneo, ſive remoror. Ter. Eun. 2. 2. 49. Detineo te fortaſſe, tu profecturus alio fueras. Cic. 2. Invent. c. 45. Detineri in alienis negotiis. Ovid. 5. Triſt. el. 7. v. 39. Studiis animum detinere.

Detŏnat, abat, imp. 1. καταβροντᾷ, valde tonat. Ovid. l. 2. Tri. v. 33. Nunc ubi detonuit, ſtrepituque exterruit orbem. Valer. Flac. l. 4. v. 294. Ira detonat.

Detondĕo, es, detondi, ſum, a. 2. *toſare*, ἀποκείρω, penitus tondeo, a ſummo uſque ad imum tondeo. Col. l. 7. c. 4. Neque æſtum, ſi nondum detonderis, ſentiunt. ¶ Olim in præterito *detotondi* uſurparunt. Ennius apud Priſcian. l. 9. Et detotondit agros lætos, atque oppida cepit. Varro ibid. Detotonderunt forcipibus viri carpiferis.

Detonſo, as, frequent. a detondeo, eſt Fabii Pictoris apud Gell. l. 10. c. 15.

Detonſus, a, um, adject. *toſato*, ut ovis detonſa. Col. l. 7. c. 4. Detonſæ frondes, Ovid. 3. Faſt. v. 237.

Detornātus, a, um, adject. *lavorato a torno*. Tranſlate Gell. l. 9. cap. 8. Detornatæ ſententiæ, & verbis incluſæ.

Detorno, as, avi, atum, a. 1. *lavorare al torno*, Ger. *drehen*, Gal. *tourner*, Hiſp. *tornear*, ἀποτορνεύω, ex materia quapiam torno aliquid efficio. Plin. l. 13. c. 9. Ex quo talares detornant anulos.

Detorquĕo, es, ſi, tum, a. 2. *torcere*, *piegare*, עוּת, German. *krümmen*, Gal. *detordre*, *detourner*, Hiſp. *torcer*, *plegar*, ἀποστρέφω, deflecto, curvo. Col. l. 3. c. 6. Arboris ramulos manu detorquere. ¶ Per tranſlationem ponitur pro abſtraho, aliorſum torqueo, *torcere*, *rimovere*. Cic. Off. l. 2. c. 10. Voluptates blandiſſimæ dominæ majores partes animi a virtute detorquent. ¶ Item pro depravo, ſive in alium ſenſum, quam dictum, aut factum aliquid ſit, interpretor. Plin. l. 1. ep. 8. Detorquere recte facta.

Detorſus, a, um. V. Detortus.

Detortus, a, um, adject. deflexus, tortus, *torto*, *piegato*, ἀποστραμμένος. Cic. 3. Fin. c. 3. Partes corporis imminutas, aut detortas habere. ¶ Item depravatus, corruptus. Col. l. 3. c. 10. Prave detorta, & inveterata opinio ruſticorum. ¶ Quod autem pro adject. *detorſus* effertur a quibuſdam Lexicographis ex Sueton. in Galb. cap. 10. meliores libri habent: Alexandrina navis Dertoſam appulit, armis onuſta.

Detractatio. V. Detrectatio.

Detrectātus, a, um, adject. *trattato*, *effeminato*, ut Detractata, & exerta ſententia, Tertull. ad Uxor. l. 2. c. 8.

Detractio, onis, f. 3. *il togliere*, גְּרִיעָה, Germ. *abzug*, Gall. *detraction*, Hiſp. *detracion*, ἀφαίρεσις, ablatio. Cic. 3. Off. Non magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid ejuſmodi, quam detractio, aut appetitio alieni. Id. ibid. c. 33. Detractio doloris. Plin. l. 17. c. 26. Detractio ſanguinis, *cavata di ſangue*.

Detracto, as, a. 1. *dir male dell' aſſente*, καταλαλέω, eſt freq. a detraho, & ſignificat clanculum abſenti obloqui, famam alicujus lædere. Tertul. de Virgin. veland. c. 8. Lactant. de Mort. perſecut. c. 9. Exempla ex Ovidio V. in Detrecto.

Detractor, oris, m. 3. *maldicente*, רְכִיל, Germ. *verfluchet*, Gal. *medisant*, Hiſp. *maldiziente*, κατάλαλος, qui clanculum cuipiam obloquitur, ſeu abſentis famæ detrahit. V. Detrectator.

Detractus, us, m. idem quod Detractio. Senec. Suaſor. 7. Detractu, aut adjectione ſyllabæ.

Detractus, a, um, adject. *detratto*, *levato*, *tolto*, ut Detractum lumen ſolis, Lucret. l. 5. v. 979. Detractus ſanguis venis, Id. l. 3. v. 443.

Detraho, is, xi, ctum, a. 3. *tor via*, גָּרַע, Germ. *abziehen*, Gall. *oter*, Hiſp. *quitar*, ἀφαιρέω, proprie dicitur de iis, quæ manu contingi, & demi poſſunt. Terent. Heaut. Occurrunt ſervi, ſoccos detrahunt. Col. l. 8. c. 9. Detrahere corpori, *ſmagrare*. Id. 7. 5. Detrahere ſanguinem, *cavar ſangue*. Scribon. Larg. compoſ. 136. Medicamentum bilem detrahit, *purga la bile*. ¶ Fere generatim ſumitur pro quocumque modo aliquid alicui auferre. Cic. 3. Off. Nunquam committet, ut id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Ter. Heaut. 4. 1. 37. De digito annulum detrahere. Sic, detrahere & ſpoliare dignitatem alicujus. Cic. pro Cal. c. 2. Et detrahere aliquem ex poſſeſſione Italiæ, Liv. l. 30. Et, detrahere fidem verbis alicujus, Quintil. l. 5. c. 7. ¶ Detrahere alicui, vel de aliquo, eſt, obtrectare, lædere alicujus famam, *dir male*, *levar la fama*. Nepos Chabr. c. 3. Libenter de illis detrahunt, quos emergere vident altius. Ovid. 5. Triſt. el. ult. Detrahat auctori multum fortuna, licebit. ¶ Detrahere pro pertrahere. Cic. pro Cluent. Ut Oppianicum nihil ejuſmodi cogitantem ad hanc accuſationem detraheret. Id. pro Mil. Detrahere aliquem in judicium.

Detrectatio, f. 3. *rifiutamento di fare una coſa*, ἀναδύομαι. Liv. l. 6. c. 28. Sine detrectatione convenerunt. ¶ Dicitur & detractatio eod. ſenſu, Tertul. de Patient. c. 3. Apud nationes detractatio fides eſt.

Detrectator, m. 3. *chi fugge qualche impreſa*, ἀναδύων. Liv. l. 34. c. 13. Cato haud ſane detrectator laudum ſuarum. Ita vulg. legitur. At Joc. Gronov. teſtatur, in MSS. eſſe *detractor*. Auſon. tamen Idyll. 2. v. 51. Ipſe nec affectant, nec detrectator honorum. Petron. in Satyr. Detrectator miniſterii. Al. leg. *detractator* eodem ſenſu.

Detrecto, as, avi, atum, a. 1. *rifiutare*, *ricuſare*, מָאַן, Germ. *fliehen*, Gall. *refuſer*, Hiſp. *recuſar*, ἀναδύω, fere ſumitur pro recuſare, defugere, devitare. Ovid. de Ponto 3. el. 7. v. 13. Taurus detrectat aratrum. Quintil. l. 2. c. 1. Detrectare officia ſua. Sueton. in Tiber. c. 25. Quidam etiam detrectabant principem non a ſe datum. ¶ Significat etiam detrahere, obtrectare, ἀντιλαλέω, *detrarre*. Salluſt. Jug. c. 53. Adverſæ res etiam bonos detrectant. Liv. l. 38. c. 49. Detrectare virtutes. Ovid. de Remed. Amor. v. 365. Ingenium magni livor detrectat Homeri. Adde l. 4. Triſt. el. ult. ad fin. quibus Ovidii locis aliqui legunt *detracto* pro *detrecto*.

Detrimentōſus, a, um, o. 1. 2. *dannoſo*, מַזִּיק, Germ. *ſchedlich*, Gall. *dommageable*, Hiſp. *danoſo*, βλαβερός, quod affert detrimentum. Caſ. 7. B. G. c. 33. Etſi a bello, atque hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat.

Detrimentum, n. 2. *danno*, נֶזֶק, Germ. *ſchad*, Gal. *dommage*, Hiſp. *dano*, βλάβη, damnum, a tero, quod ea, quæ trita, minoris pretii ſunt. Terent. Hecyr. 1. 1. 37. Peccando detrimenti nihil fieri poteſt. Sic, detrimentum accipere, inferre, importare. Cic. pro Leg. Manil. c. 6. Et l. 2. de Orat. c. 9. Caſ. l. 1. B. C. c. 2. ¶ Provideant conſules, ne quid Reſp. detrimenti capiat: formula erat, qua Patres in Senatu Conſulibus ſummam poteſtatem tribuebant in maximis Reip. periculis. Liv. l. 3. c. 4. Cic. Salluſt.

Detrītus, a, um, adject. *logorato*, *conſumato*. Phæd. 3. fab. 8. v. 16. Collum canis a catena detritum. ¶ Tranſlate Gell. l. 15. c. 30. Ab alma vitæ genere jam detritus.

Detriumpho, as, avi, atum, a. 1. de aliquo triumpho, *trionfare*, καταθριαμβεύω. Tertull. Apolog. c. 27. Illos nunquam magis detriumphamus, quam &c.

Detrūdo, is, ſi, ſum, a. 3. *cacciare in giù*, דָּחָה, Germ. *abſtoſſen*, Gal. *debouter*, *pouſſer*, Hiſp. *empuxar*, ἀπωθέω, deorſum trudo, ſive trudendo dejicio. Liv. l. 2. Jam impetu conabantur detrudere virum. ¶ Tranſlate eſt privare, expellere. Cic. pro Quinct. De agro vi detrudi. ¶ Item impellere, compellere, mittere. Cicer. 1. de Orat. cap. 28. Hunc ad id, quod facere poſſit, detrudendum puto. Id. 1. de Orat. Detrudi, ac compingi in piſtrinum. ¶ Item dejicere, ut detrudere aliquem de ſententia. Id. Fam. 14. ep. 16. ¶ Item differre. Id. ad Attic. l. 4. Putant fore aliquem, qui comitia in adventum Cæſaris detrudat. Adde ad Q. Fr. l. 2. ep. 15.

Detrullo, as, a. 1. ex una trulla in aliam transfundere. Legitur apud Apicium, ut notat Hermolaus.

Detruncatio, f. 3. *troncamento*, κολόβωσις, actus detruncandi. Plin. l. 24. c. 9. Detruncatio ramorum.

Detruncātus, a, um, adject. *troncato*. Liv. l. 21. c. 37. Arboribus detruncatis ſtruem lignorum facere.

Detrunco, as, a. 1. *troncare*, קָצַץ, Germ. *abhauen*, Gal. *couper*, *retrancher*, Hiſp. *cortar*, *deſcabeça*, ἀποκόπτω, truncando dejicio, amputo, ſeco, a trunco abſcindo. Liv. l. 31. c. 34. Detruncata corpora brachiis abſciſſis. Colum. l. 4. c. 22. Detruncare vitem.

Detrūſus, a, um, adject. *cacciato*. Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 54. Detruſum cibum accipit. Ovid. 10. Met. v. 522. Corpus ſub Tartara detruſum.

Detūſus, a, 3. ἀποτυφθεὶς, diminutus, detunſus, a tundo. Feſt.

Detumĕo, es, ui, n. 2. *ſgonfiarſi*, Germ. *ſchwellen*, Gall. *ſe deſenfler*, Hiſ. *deſhinchar*, ἰσχναίνω, tumorem omitto, tumere deſino. Stat. 3. Theb. v. 468. Detumuere animi maris, & clementior auſter. Petron. Satyr. Odia detumeſcunt.

Detundo, is, a. 3. confringo, disjicio. Lucil. apud Non. c. 8. n. 53. Proras deſpoliate, & detundite guberna.

Detuſus, a, um, adject. a tundo, *battuto*, *ammaccato*. Apul. l. 2. Metam. Digitis pedum detuſis ob lapides.

Deturbātus, a, um, adject. depulſus, dejectus, *cacciato giù*. Curt. l. 3. c. 7. Deturbatis, qui interiora montium obſidebant, præſidiis. Id. l. 6. c. 3. Deturbati ex collibus Barbari profugiunt.

Deturbo, as, avi, atum, a. 1. *gettare a baſſo con violenza*, הָדַף, Germ. *mit gewalt hinab werffen*, Gall. *abbattre*, Hiſp. *derribar*, καταβάλλω, dejicio. Virg. 3. Æn. v. 173. Puppi deturbat ab alta. Col. l. 5. Vinitor ſupervacuos pampinos deturbet. Cic. ad Cn. Pomp. l. 3. Fam. ep. 7. Scito, tuos actores hoſtium, novos amicos vehementer literis tuis perculſos, atque a ſpe deturbatos jacere. Id. in Piſ. c. 20. Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate, & mente deturbat. ¶ Et ſine præp. Id. Fam. 15. ep. 25. Non ſolum ſpe, ſed certa re jam, & poſſeſſione deturbatus eſt.

Deturgĕo, es, urſi, n. 2. *ſgonfiarſi*, ἀποιδαίνω, turgere deſino, tumorem pono, decreſco. Plin. l. 9. c. 38. Deturgente Nilo muſculi reperiuntur. Al. leg. *detegente*.

Deturpo, as, avi, atum, a. 1. *deformare*, *imbrattare*, Germ. *verunſtalten*, Gal. *enlaidir*, Hiſp. *afear*, αἰσχύνω, turpem, ac deformem reddo. Suet. in Cal. c. 35. Pulchros, & comatos occipitio raſo deturpabat.

Devăgor. V. Divagor.

Devaſtātus, a, um, adject. prædatus, ſpoliatus, *devaſtato*, *ſaccheggiato*. Ovid. 13. Met. v. 255. Agmina ferro devaſtata.

Devaſto, as, a. 1. *dar guaſto*, *ſaccheggiare*, הֶחֱרִיב, Germ. *verheeren*, Gal. *degater*, Hiſp. *deſollar*, καταπορθέω, depopulor, deprædor. Liv. 1. bell. Pun. Marrucinos, & Pelignos devaſtat. Id. l. 4. c. 59. Summus eliquaties hac æſtate devaſtati.

Devaſtus, a, um, adject. q. d. valde vaſtus, *largo*, *grande*. Apul. l. 9. A. A. Devaſtior nodulus.

Deucaledonius, vel Duecaledonius Oceanus, *Mar Kalender*, mare Caledonium, Oceanus, qui Scotiam alluit.

Deucalion, m. 3. Δευκαλίων, filius Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Porro cum hic apud Theſſalos regnaret, ingens diluvium contigit. Quapropter arrepta navi ſolus Deucalion cum Pyrrha ſervatus, in Parnaſſum montem delatus eſt. Ceſſantibus vero aquis Themidos oraculum adiit, conſulturus de humani generis reſtitutione, quæ reſpondit, ut oſſa magnæ Matris poſt tergum jacerent. Conjectis igitur poſt tergum lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares, quos Pyrrha, in fœminas vertebantur. V. Juſtin. l. 2. c. 6. & Ovid. l. 1. Metam.

Deucalionēus, a, um, o. 1. 2. ut Deucalionei imbres, qui pro maximis, & copioſiſſimis imbribus, ſive pro univerſo totius orbis cataclyſmo a Poetis ponuntur. Luc. l. 1. Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres. Adde Ovid. l. 7. Met. v. 357.

Devecto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a deveho. Sedul. in carm. de Reſurrect. Solvere contectum, quam devectare ligatum.

Devectus, a, 1. 2. partic. a devehor, *portato*. Cic. 1. Phil. c. 4. Ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi.

Devĕho, is, xi, 3. *portar a baſſo*, הוֹרִיד, Germ. *abhinführen*, Gall. *charrier*, Hiſp. *llevar abaxo*, καταφέρω, deorſum veho, vel ſimpliciter veho, defero. Liv. l. 4. c. 52. Commeatum Tiberi devexit. Id. l. 21. c. 26. Devehere in ultimas terras.

Devello. V. Divello.

Devēlo, as, avi, atum, a. 1. *ſcoprire*, *levar il velo*, גִּלָּה, Ger. *entdecken*, Gal. *devoiler*, Hiſp. *revelar*, ἀνακαλύπτω, velum miſero, detego. Ovid. 6. Met. v. 607. Oraque develat miſeræ pudibunda ſororis.

De-

Develtus, Develton, Deſeltum, Debelium, Dibaltum, *Develto*, Bulg. *Zagora*, urbs Thraciæ, Hadrianopolim verſus. ¶ Develtos item, *Stagnata*, ſtagnum, ſeu palus apud Develtum urb.

Devenĕror, aris, d. 1. idem quod veneror. *Ovid.* 2. *ep.* v. 18. Sæpe Deos ſupplex, at tu ſcelerate valeres, ſum prece thuricremis devenerata focis. Adde *Tibul. l.* 1. *eleg.* 5. *v.* 14.

Devenio, is, eni, entum, n. 4. *ſcendere di luogo alto*, ירד, Germ. *abinkommen*, Gall. *deſcendre*, *venir*, Hiſp. *venir de arriba abaxo*, κατέρχομαι, de loco editiore deſcendo, ſed fere pro ſimplici venio ponitur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 166. Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem deveniunt. *Cic. Attic.* Nolebam, noſtram familiarem ſermonem in alienas manus devenire. ¶ Tranſlate eſt cadere, redigi. *Plaut. in Aſin.* Quid ſi forte in inſidias devenero? *Id. Ver.* 5. *c.* 47. Devenire ad Senatum. h. e. confugere. ¶ Ponitur etiam pro pervenire. *Colum. l.* 2. *c.* 12. Poſt florem ad maturitatem devenit.

Devenuſtatus, a, um, adject. deformatus, deturpatus, *sformato*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Uſque ad inimicorum dolorem devenuſtatus.

Devenuſto, as, a. 1. *imbrattare*, ἀσχημονέω, deturpo. *Gell. lib.* 12. *c.* 1. Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia devenuſtet.

Deverbĕro, as, a. 1. *percuotere*, *battere*, κατακόπτω, valde verbero. *Terent. Phor.* 2. 2. 13. Quot me cenſes homines jam deverberaſſe uſque ad necem?

Devergentia, æ, f. devexitas, declivitas, *declive*, *erto*, ἀπόκλισις. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Ea devergentia, & convexionibus mundi.

Deverra, æ, f. 1. Dea ab antiquis putata eſt, quam venerabantur, ut ſcopis domum verrere poſſent. *Aug. l.* 6. *de Civ. ex Varrone*.

Deverro, is, a. 3. *ſpazzare*, *nettare*, Ger. *abwiſchen*, Gal. *balier*, Hiſp. *barrer*, ἀποσαρόω, de loco verro, ſive probe verro. *Col. l.* 7. *c.* 4. Humorque omnis urinæ deverrendus eſt. Adde *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 491.

Deverſito, as, frequentat. a deverto. *Gell. l.* 17. *c.* 20. Ad verborum venuſtates deverſitandum. Al. leg. *Diverſitandum*.

Deverſor. V. Diverſor.

Deverſus, adv. deorſum, apud vet. quaſi deorſum verſus. *Feſt.*

Deverto, is, ti, ſum, n. 3. idem quod diverto, *divertire*, *voltare ſtrada*, ἀποτρέπομαι. *Gell. l.* 5. *c.* 9. In Syriam proficiſcentem Argos deverteſſe. ¶ Active etiam ſumitur pro vertere, mutare. *Aurel. Vict. in Caro*: Arduum fatalia devertere. *Quintil. l.* 2. Atque inde alia non minus communia ac nota devertunt.

Deveſcor, eris, dep. 3. veſcor, depaſco. *Stat.* 1. *Theb. v.* 604. animas a ſtirpe recentes Arripere altricum gremiis, morſuque cruento Deveſci.

Deveſtio, is, ivi, itum, a. 4. *ſpogliare*, veſtem exuo. *Apul. l.* 3. Jam primum omnibus laciniis ſe deveſtit. Et *l.* 4. Statim ſeſe deveſtiunt, nudatique &c.

Devēto, as, idem quod veto, *proibire*. Affertur *Senec. Declam.* 1. Sed incerta eſt lectio.

Devexatus, a, um, adject. vexatus, *travagliato*. *Cic. Fam.* 10. *epiſt.* 3. Per tot annos republica devexata. ¶ Item devexus, inclinatus, *declive*. *Frontin. de Aquæd. l.* 1.

Devexitas, f. 3. *pendenza*, אשד, Germ. *baldechte underſich*, Gal. *le penchant*, Hiſp. *acoſtamiento*, ἀπόκλισις, declivitas. *Plin. in ep.* 8. *l.* 8. Inde non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur. *Plin. alter l.* 2. *c.* 65. Aquæ feruntur, quo longiſſime devexitas paſſa ſit.

Devexo, as, a. 1. valde vexo. *Lactant. l.* 4. Corpora hominum occupant, animoſque devexant. ¶ Frequentius utimur verbo *Diveo*, quod V.

Devexus, a, um, o. 1. 2. *chino*, נכון, Germ. *niderſit hellende*, Gall. *penchant en bas*, Hiſp. *acoſtado baxo*, *abaxo*, κατωφερής, declivis, quia quaſi deorſum vehitur. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 45. Lucus in viam devexus. *Claud. de Conſ. Mall. Theod. v.* 57. Quodcumque dies devexior ambit. ¶ Tranſlate *Senec. epiſt.* 12. Jucundiſſima eſt ætas devexa jam, non tamen præceps. h. e. accedens ad ſenectam.

Devictor, oris, m. *vincitore*. Inſcript. vet. M. Antonino dicata, apud *Gruter. p.* 258. *n.* 6. Devictori omnium Gentium barbararum.

Devictus, a, um, adject. victus, *vinto*, ἡττημένος. *Nepos* 9. 2. 2. Athenienſes devicti. *Id.* 2. 5. 3. Claſſis devicta.

Devigeſco, is, ui, n. 3. marceſco, vigorem amitto. *Tertul. de Animar. c.* 27. Marceſcimus, & devigeſcimus cum lucis detrimento.

Devincĭo, is, inxi, inctum, a. 4. *legare*, אסר, Germ. *verbinden*, Gall. *lier*, *obliger*, Hiſp. *atar*, *obligar*, ἐκδέω, perfecte vincio, vehementer ligo, conſtringo. *Cic.* 3. *Offic. c.* 31. Fœderibus devincitur fides etiam cum hoſte. ¶ Frequentiſſime tranſlate ſumitur pro ligare, obligare, obnoxium reddere. *Cic. de Fato*. Hi mentem hominis voluntate libera ſpoliatam fati neceſſitate devinciunt. *Id.* 13. *Fam.* Ipſum præterea ſummo officio, & ſumma obſervantia tibi in perpetuum devinxeris. *Id. in Bruto*, *c.* 37. Devincire verba comprehenſione. *h. e.* apte colligare, & componere.

Devinco, is, ici, ictum, a. 3. *vincere*, καταγωνίζομαι, vinco, ſupero. *Cic. de Senect. c.* 13. Qui Pœnos claſſe primus devicerat.

Devinctĭo, onis, f. *legamento*. *Tertul. de Spectac. c.* 5. Homicidium magicis devinctionibus perficere.

Devinctus, a, um, adject. *legato*, *obbligato*. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 3. Cujus officiis me eſſe devinctum confiteor. *Id. in Bruto*. Devinctus faſcus. *Id. de Provinc. Conſul.* Firma pace devinctæ nationes. *Hor. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 42. Ne quis me ſit devinctior alter. *Sueton. in Aug. c.* 16. Devinctus ſomno.

Devĭo, as, avi, atum, n. 1. *traviare*, o recta via deflecto, *andar giù di ſtrada*. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 22. Si a medio deviaverit. *Id. l.* 5. *Sat. c.* 15. A gravitate Homerica deviare.

Devirginatĭo, onis, f. primus virginis concubitus. *Scribon. Larg. Compoſit.* 18.

Devirginātus, a, um, adject. corruptus primo concubitu, ut devirginata ancilla. *leg. ult. Dig. de offic. Præſid.*

Devirgĭno, as, a. 1. *ſverginare*, נאף, Germ. *ſchwaechen*, Gall. *violer*, Hiſp. *deſflorar*, διακορεύω, eſt virginitate privare, virginem vitiare. Uſus eſt *Petron. Satyr.* & *Hygin.* 21. ¶ Devirginari olim pueri dicebantur, cum in ephebis exibant, teſte *Varr.* apud *Non. c.* 6. *n.* 57.

Devitatĭo, onis, f. *ſchivamento*, הנזרה, Germ. *vermeiden*, Gall. *evitement*, Hiſpan. *apartamiento*, ἔκκλισις, actus devitandi. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 2. Facilior devitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur.

Devīto, as, a. 1. *ſchiſare*, ענם, Ger. *vermeiden*, Gal. *eviter*, Hiſp. *eſquivar*, ἐκκλίνω, declino. *Cic.* 2. *Ver.* Ut procellam temporis devitaret.

Devĭus, a, um, o. 1. 2. *fuiato*, *fuori de ſtrada*, Germ. *ab dem weeg*, Gal. *dé voyé*, Hiſp. *apartado*, *deſviado*, ἀνόδευτος, quod eſt a recta via remotum. *Cic. Att. l.* 14. Ut Trebonius itineribus deviis proficiſceretur in provinciam. *Liv. l.* 34. Devia, & ſilveſtris gens. ¶ Tranſlate ſumitur pro inſtabili, inconſtanti. *Cic. de Am.* Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo ſenſum, ac voluntatem, ſed etiam vultum, atque nutum convertitur? ¶ Item pro eo qui a recta ratione aberrat. *Id. Philip.* 5. Conſilii præcipi, & devius. Sic Devius æqui, *Silius l.* 1. Pectora devia recti. *Id. l.* 8.

Deungo, is, nxi, nctum, a. 3. idem quod ungo, *ungere*, ἀλείφω. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 85. Vino te deungis. Al. leg. *Devincis*. Priorem lectionem probant Taubman. & Pareus.

Deunx, uncis, m. menſuræ, vel ponderis ſpecies, cui duodecima deeſt uncia, ideſt, quæ undecim conſtat unciis, dictus, quaſi una uncia dempta de aſſe. *Mart. l.* 6. Miſceri ſibi protinus deunces, ſed crebros jubet. ¶ Erat etiam deunx menſura, qua veteres agros ſuos metiebantur. *Col. l.* 5. *c.* 1. ¶ Ex deunce aliquem hæredem facere, eſt alicui totam hæreditatem unica uncia detracta relinquere. *Cic. pro Cæc. c.* 6. Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, Ebutio ſextulam aſpergit.

Devŏco, as, avi, atum, a. 1. *chiamare a baſſo*, *richiamare*, Germ. *abhinberiffen*, Gall. *appeller en bas*. Hiſp. *llamar abaxo*, μετακαλέω, vocando deduco, ſive inde, aut deorſum voco. *Cic. l.* 5. *Tuſc. c.* 6. Socrates primus Philoſophiam devocavit e cœlo. *Id. pro L. Manil. c.* 14. Non avaritia ab inſtituto curſu ad prædam devocavit. *Liv. l.* 6. Devocare ad auxilium. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Devocare in dubium fortunas ſuas.

Devŏlo, as, avi, atum, n. 1. *volare d'alto*, Germ. *abhinfliegen*, Gal. *voler en bas*, Hiſp. *volar abaxo*, καθίπταμαι, ex loco ſuperiori in inferiorem volo. *Plaut. Amph.* 2. 1. 56. Devolant angues jubati deorſum in impluvium. ¶ Tranſlate pro decurro ponitur. *Liv. l.* 3. *c.* 15. Præcipites pavore in forum devolant. ¶ Item pro deſilio. *Liv. l.* 2. Devolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. ¶ Item pro diſcedo. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 17. Falſi amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt, ſimul atque hominis fortunæ inviderint, devolant omnes.

Devolvo, is, vi, lutum, a. 3. *rivolgere a baſſo*, גלל, נדף, Germ. *abhinweltzen*, Gal. *rouler en bas*, *devoler*, Hiſp. *bolver baxo abaxo*, κατακυλίω, ex loco ſuperiori volvo. *Col. l.* 2. Aqua per ſaxa præceps devolvitur. *Liv. l.* 2. *Bel. Pun.* Saxa ingentia in agmen devolvunt. ¶ Per tranſlationem eſt transferre, redigere. *Liv. l.* 5. *c.* 11. Eo devolvi rem, ut aut Patritii, aut Patritiorum aſſeclæ habendi Tribuni plebis ſint. *Colum. in proœm. l.* 1. Devolvi ad otium & inertiam. *Cic. Phil. l.* 7. Poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti. ¶ Et quoniam exſecta procidunt, & devolvuntur, hinc pro exſecare, projicere poſuit *Catul. carm.* 64. *v.* 4. *de Aty*: Devolvit illa acuta ſibi pondera ſilice. ¶ Devolvere verba. *Horat. l.* 4. *od.* 2. *de Pindaro*: Seu per audaces nova dithyrambos verba devolvit. ¶ Devolvere aliquem vita, apud *Plaut. Men.* 5. 5. 5. eſt vita privare.

Devolūtus, a, um, adject. *gettato a baſſo*, *precipitato*. *Liv. l.* 28. *c.* 6. Velut monte præcipiti devolutus torrens. *Phædr. l.* 5. *Fab.* 8. *v.* 23. Devoluta tonitrua.

Devŏmo, is, ui, itum, a. 3. idem quod vomo, *vomitare*. *Cæcilius* apud *Gel. l.* 2. *c.* 23. Ut devomas, vult.

Devoratĭo, onis, f. *il divorare*. *Tertull. de Reſur. carn. c.* 54. Devorationem ad perditionem carnis arripiunt.

Devorator, oris, m. *divoratore*, καταφαγᾶς. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 32. De ipſis devoratoribus exactio indicitur.

Devoratorius, a, um, adject. ad devorandum pertinens. *Tertul. de Idolatr. c.* 9.

Devoratus, a, um, adject. *divorato*. *Cic. in Piſon. c.* 37. Accepta, & devorata pecunia.

Devŏro, as, avi, atum, a. 1. *divorare*, בלע, Germ. *verfreſſen*, Gall. *devorer*, *avaler*, Hiſp. *tragar*, *engullir*, καταπίνω, eſt voranda abſumere, ideſt, non manſum cibum deglutire. *Cato de re ruſt. c.* 78. Bos ſi ægrotare cœperit, dato continuo ovum gallinaceum crudum, & integrum facito devoret. ¶ Uſurpatur etiam pro edo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Stomachi partes, quæ ſunt infra, quam id, quod devoratur. ¶ Oculis devorare eſt avide aſpicere. *Mart.* Oculis devorantibus draucos. ¶ Item attente audire. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 59. Auſcultate, & mea dicta devorate. ¶ Item pro audire, ſed non intelligere. *Cic. in Bruto*, *c.* 82. Ejus oratio nimia religione attenuata a multitudine devorabatur, ideſt, non intellecta tranſmittebatur, ducta metaphora ab iis, qui cibum non guſtatum deglutiunt, ſtupente palato. ¶ Item pro cupere avidiſſime. *Cic. Att. l.* 1. Ille Regis hæreditatem ſpe devorarat. ¶ Item pro celeriter conſumere. *Cic. in Salluſt.* Patrimonio non comeſo, ſed devorato. ¶ Item pro avide, vel celeriter legere. *Cic.* Quid tibi faciam, qui illos libros devoraſti? ¶ Item pro pati, perferre. *Cic. in Brut. c.* 67. Hominum ineptias, & ſtultitias, quæ nobis devorandæ ſunt, non tulit. ¶ *Plin. l.* 11. *c.* 51. In theatrorum orcheſtris ſcobe aut arena ſuperjecta devoratur vox, *ſi perde*.

Devotamentum, i, n. anathema, devotio. Eſt *Tert. adverſ. Gnoſt. c.* 2.

Devōte, adv. pie, religioſe, *divotamente*. Vox eſt minus latina præſertim in hac ſignificatione. Comparat. devotius, & ſuperlat. devotiſſimus legitur apud *Lactant. l.* 2. *c.* 6. & *Auguſt. ep.* 86.

Devotĭo, f. 3. deſtinatio, conſecratio, dedicatio, oblatio. *Cic. de Div.* Tu etiam Deciorum devotionibus placandos Deos eſſe cenſes. ¶ Item execratio, imprecatio, *maledizione*, *invocazione diabolica*, חרם, Ger. *ergebung*, Gal. *devouement*, Hiſp. *eſtremamente*, ἀνάθεμα. *Suet. in Calig. c.* 3. Quam veneficiis quoque, & devotionibus impugnari ſe comperiſſet. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 65. Cæterum objecta ſunt, quod conjugium Principis devotionibus petiviſſet, &c. h. e. incantamentis. ¶ *Devotio convicta*, & *commiſſa*, eſt votum obligatum, cum id obtinuimus, cujus cauſa vovimus. *Cic. pro Dom. c.* 57. V. Convictus. ¶ Apud Scriptor. Eccleſiaſticos devotio eſt ardens in Deum pietas, *divozione*. *Lactant. l.* 2. *c.* 12. Deo patri ſumma devotione ſervire.

Devōto, as, a. 1. freq. ex devoveo. *Cic. Parad.* 1. *c.* 3. Quæ vis patrem Decium, quæ filium devotavit, ac immiſit in armatas hoſtium copias?

Devōtus, a, um, o. 1. 2. *deſtinato*, מחרם, Germ. *gewewebt*, Gall. *dedié*, *devot*, Hiſp. *eſcrivido*, καθοσιωμένος, deſtinatus, conſecratus. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Miloni devota, & conſtituta iſta hoſtia videtur. *Horat. l.* 3. *od.* 23. Devota quercus. ¶ Accipitur & pro dira, & execrando, *crudele*, *maledetto*. *Ovid. in Epiſt. Medeæ*. Vivita devoto fœmina, virque toro. ¶ Devoti item dicuntur, qui mutuæ amicitiæ legibus ita ſe aſtrinxerunt, ut iiſdem caſibus obnoxii ſint. *Cæſ.* 3. *B. G.* Cum ſexcentis devotis, quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderunt. ¶ Item qui alicui rei immenſe addicti ſunt. *Cic.* 5. *Tuſc.* Devotus, & donatus ſtudiis. *Sueton. Calig. c.* 30. Equeſtrem ordinem, ut ſcenæ devotum, aſſidue proſcidit. *Senec.* 5. *de benef. c.* 17. Ipſa reſpublica quam ingrata in optimos, ac devotiſſimos ſibi fuerit. Vet. Inſcript. Devotiſſimus Numini ejus. V. *Gruter. Inſcript. p.* 259. *n.* 1. & *p.* 264. *n.* 2. ¶ Devotus etiam dicitur veneficio contactus, ſeu ligatus, *incantato*. *Tibul. l.* 1. *el.* 6. *v.* 6. Tum me diſcedens devotum fœmina dicat. ¶ Devotus pro religioſo, & pio, *divoto*, frequens eſt apud Eccleſiaſt. Scriptor. ut mens devota, *Firmic. de error. prof. relig.* V. *Borrich. Cogit. p.* 84.

Devŏveo, es, ovi, otum, a. 2. *far voto*, *votare*, נדר, Germ. *geloben*, Gal. *vouer*, *devouer*, Hiſp. *votar*, *ofrecer*, ἀνιερόω, ſolemniter voveo, id eſt, ſancte promitto. *Cic.* 3. *Off. c.* 25. Quid Agamemnon? cum devoviſſet Dianæ, quod in ſuo Regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, im-

molavit Iphigeniam. ¶ Interdum eſt prævio voto morti *ſeſe* dedere, præſertim pro Republica, quod fiebat certo quodam carmine, quo ſe tradebant iræ Numinum, & ſimul morti dedebant hoſtium exercitus, & ſingula interdum capita eorum. *Cic. de nat. Deor.* Quidam Imperatores ſe ipſos Diis immortalibus, capite velato, verbis certis, pro Rep. devoverunt. ¶ Hinc devovere aliquem, eſt, deteſtari, execrari, ſeu diras alicui imprecari, *deteſtare, maledire. Ovid. in Ibin. v. 93.* Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin. Adde *Nepot. in Alcibiad. c. 4.* ¶ Item alicui addicere, obſtringere, dedere. *Caeſ. l. 3. B. G.* Cujus ſe amicitiæ devoviſſet. V. *Devotus.* ¶ Item incantationibus, & veneficiis ligare. *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 91.* Devovet abſentes, ſimulacraque cerea figit. Adde *Tibul. l. 1. el. 6. v. 8.*

Deūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *abbruciare*, idem quod uro. *Liv. l. 5. Bel. Mac.* Agros Ligurum, vicoſque deuſſit, depopulatuſque eſt. ¶ Deurere etiam frigus dicitur, cum nimium eſt. *Id. l. 40. c. 45.* Hiems eo anno nive ſæva arbores deuſſit cunctas.

DEUS, m. 2. *DIO, IDDIO*, אלהים, Ger. *Gott*, Gall. *Dieu*, Hiſp. *Dios*, Θεός. Dictus, eſt a Θεός, quaſi *Theus.* ¶ Apud Gentiles, qui plures invexere, & coluere Deos, Dii alii erant majorum gentium appellati, h. e. majores, quos *Ennius* hoc diſticho complexus eſt: Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo: Alii minores, ſeu minorum gentium, ut ſunt Fauni, Nymphæ, & ii omnes, qui ex hominibus in Deorum numerum relati ſunt, ob id etiam advenæ, & adſcriptitii dicti. V. *Cic. 1. Tuſc. c. 13. Lactant. l. 1. c. 15. & Coquæum ad l. 2. Auguſtini de Civ. Dei c. 4.* ¶ Hoc nomen Deus attribuitur etiam illis qui in aliqua re excellens eſt. *Cic. l. 1. de Orat. c. 23.* Te in dicendo ſemper putavi Deum. Et *l. 4. Attic. epiſt. 15.* Feci idem, quod in Politia ſua Deus ille noſter Plato. ¶ Item illi, qui beneficus eſt, & ſervator. *Id. poſt redit. ad Quirit. c. 5.* Lentulus Conſul, parens, deus, ſalus noſtræ vitæ, fortunæ. ¶ Item qui felix eſt, & fortunatus. *Ter. Hecyr. 5. 4. 3.* Deus ſum, ſi hoc ita eſt. ¶ Latini Poetæ Græcos imitati, quibus ὁ καὶ ἡ Θεὸς dicitur, Dei nomen tam viris quam fœminis interdum tribuunt. *Virg. 2. Æn. v. 632.* Deſcendo, ac ducente Deo, &c. h. e. Venere. *Id. l. 7. v. 497.* Nec dextræ erranti Deus abfuit. *h. e.* Alecto, vel Juno. ¶ Dee, vocandi caſu, *Prudent. Hamartig. v. 931.* O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Chriſte! ¶ *Dii immortales! Dii boni! Bone Deus!* Exclamandi formulæ ſunt. *Cic. 2. Fin.* Quos, Dii immortales, ille cruciatus perferebat! *Ter. Andr. 2. 2.* Dii boni, quid porro! ¶ *Dii melius faciant*, & omiſſo verbo, *Dii melius*, vel *Dii meliora*, formulæ ſunt, quibus utimur, cum aliquid deprecamur. *Cic. de Senect.* Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam ætate confecto quæreret, uteretur ne rebus Venereis? Dii meliora! inquit. ¶ Similia ſunt illa, *Dii bene vertant*, *Dii melius duint*, &c ſæpe apud *Plaut.* & *Terent.* ¶ *Si Diis placet*, modus dicendi ironiæ ſerviens, & indignationi, *In Iddio grazia*. *Cic. pro Roſc. Amer. cap. 36.* Alter, ſi Diis immortalibus placet, teſtimonium etiam in Sex. Roſcium dicturus eſt. ¶ *Dii, deæque:* exclamatio eſt, *grand' Iddio!* *Plin. in Præfat. hiſt. natur.* ¶ In genit. plur. habet *Deum* pro *Deorum*, non ſolum apud Poetas paſſim, ſed etiam ſæpe apud Hiſtoricos. *Liv. l. 8. c. 13.* Deum benignitate ad finem venit. ¶ Dicitur *Dei* pro *Dii*, & *Deis* pro *Diis*. *Plaut. Trinum. 2. 4. 89.* Dei divites ſunt. *Liv. l. 27. c. 25.* Neque enim duobus, niſi certis Deis, rite una hoſtia fieri.

Deuſtus, a, um, adject. a deuro, *abbruciato*. *Tacit. Ann. 6. c. 45.* Deuſta pars Circi. *Caeſ. l. 7. B. G. c. 25.* Deuſtos turrium pluteos videbant.

Deuteria, æ, f. *ſeconde vino*, a δεύτερος, ſecundus. *Plin. l. 14. c. 10.* Non poſſunt jure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Cato & nos loram, maceratis aquis vinaceis.

Deūtor, eris, uſus ſum, dep. 3. idem quod abutor, male utor, *abuſare*. *Nepos Eumen. c. 11.* Non convenire Antigoni prudentiæ, ut ſic deuteretur victo. Sic legitur in MSS. Al. *ſe uteretur.*

Dextans, antis, m. decem unciæ, cum ſcilicet aſſi deeſt ſextans, ſicut deunx, cum aſſi una deeſt uncia. *Feſt. Col. 5. c. 1.* Pars dimidia, & tertia viginti quatuor millia, hoc eſt, dextans, in quo ſunt ſcrupula ccxl.

Dextella, f. 1. dimin. a dextera. *Cic. Att. l. 14. ep. 20.* Q. Filius, ut ſcribis, Antonii eſt dextella. hoc eſt, utitur eo tanquam parva dextera.

Dexter, era, & xtra, erum, & xtrum, & in plur. dexteri, & xtri, &c. n. 2. e. *deſtro*, ימין, Ger. *recht*, Gal. *prot*, *adroit*, Hiſp. *dieſtro*, *derecho*, δεξιός. *Liv. l. 3. c. 70.* Dextrum, & ſiniſtrum cornu in acie. ¶ Tranſlate accipitur pro propitio, proſpero. Hinc dextera progreſſio, & dexter pes læti ominis erant, ut notat *Barth. ad l. 3. Thebaid. Statii*. *Ovid. 1. Faſt. v. 67.* Dexter ades Patribuſque tuis Populoque Quirini. ¶ Item aptus, *atto*. *Virg. 4. Æn. v. 294.* Quæ rerum dexter modus. ¶ Comparat. eſt dexterior. *Plin. l. 25. c. 26.* Dexteriore alveo Babylonem petit. ¶ Superlat. Dextimus. *Var.* apud *Non.* Dextima via. Et *Feſtus*: Dextimum, & Siniſtimum antiqui dixerunt. ¶ *Liv. l. 9.* Rem per ſe popularem ita dexter egit, ut &c. *conduſſe l'affare con tanta deſtrezza.*

Dextĕra, vel dextra, f. 1. *man deſtra*, ימין, Germ. *rechte*, Gall. *droite*, Hiſp. *derecha*, δεξιά, præcipua manus, a δεξιτερὰ, poetice pro δεξιά. *Virg. 2. Æn.* Si Pergama dextra defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent. ¶ Antiqui per dexteram jurabant tanquam fidei ſedem, & virtutis miniſtram. *Cic. 11. Phil.* Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt, & ſcelere violatæ. ¶ Dare, vel porrigere dexteram ſæpe eſt auxilium præſtare, quia dextra validior ſiniſtra eſt. *Cic. poſt red. in Sen.* Qui mihi primus afflicto, & jacenti Conſularem fidem, dextramque porrexit. ¶ *Dextræ* pro militibus. *Claud. 2. in Rufin. v. 256.* ſpreviſſe tuas, dux optime, dexteras. ¶ *Dextra* cum accuſativo, more adverbii. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Dextra, ac ſiniſtra canalem bucculas figere.

Dextĕre, *deſtramente*, *felicemente*, Germ. *glücklich*, Gal. *adroitement*, Hiſp. *con deſtreza*, δεξιῶς, feliciter, apte, cum quadam dexteritate. *Liv. l. 1. c. 34.* Liberaliter, dextereque obeundo officia. *Hor. 2. Sat. ſat. 8. v. 45.* Nemo dexterius fortuna eſt uſus.

Dexterĭtas, tis, f. *deſtrezza*, Germ. *geſchicklichkeit*, Gal. *adreſſe*, Hiſp. *aſeo*, *deſtreza*, δεξιότης. *Liv. l. 37. c. 7.* Multa in eo & dexteritas, & humanitas erat.

Dextimus, V. in Dexter.

Dextrale, n. 3. περιδέξιον, ornamentum dextræ, commune viris, & mulieribus. *Sariſber. l. 8. c. 20.* Aſſumere dextralia. V. *Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. p. 248.*

Dextratio, f. 3. motus, qui fit a ſiniſtra ad dexteram. *Solin. c. 57.* Tarpeium Jovem terna dextratione luſtravit.

Dextratus, a, um, adject. ad dexteram ſitus, ut dextratus ager, pars dextrata, apud *Auctor. de Limitib. edit. Goeſ. p. 298.*

Dextrocherium, n. 2. muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in annuli lati formam gemmis pretioſiſſimis integebatur. *Jul. Capitol. in Maximin. c. 6.* Tam vaſto fuit pollice, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. V. ibi *Caſaub.* & *Cal. Rhodig. l. 8. antiq. lect. c. 13.*

Dextrorſum, & dextrorſus, adv. *verſo la deſtra*, Germ. *auff die rechte hand*, Gall. *à droite*, Hiſp. *hazia la mano derecha*, ἐς δεξιὰ, verſus dexteram partem, ſive a dextera parte. *Cic. 2. de Div.* Dextrorſum orbem flammeum. *Plin. lib. 24. cap. 19.* Si tres trium nationum homines perungant dextrorſus.

Dextroverſum, vel Dextrovorſum, idem ac dextrorſum. *Plaut. Curc. 1. 1. 70.* Si Deos ſalutas, dextrovorſum cenſeo.

D ANTE I.

Di, & dis, præp. quæ in compoſitione ſolum reperiuntur, a διὰ, quod in comp. idem ſignificat, ut διαφέρω, *differo*. ¶ Di in compoſitis, idem valet, ac *de*, & ubique producitur, præterquam in *dirimo*, & in *diſertus*. ¶ Dis varia ſignificat, ſed aliquando Græca dictio eſt, & ſignificat *bis*, ut *Digamus*, *didrachma*.

Diabathrarius, m. 2. qui diabathra facit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 39.*

Diabăthrum, i, n. genus græcæ ſoleæ a græcis præcipue fœminis uſurpatæ. *Feſtus. Var. l. 6. de L. L.* Diabathra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco. ¶ Eſt a διαβαίνω, *gradior*.

Diabētes, m. 1. διαβήτης, tranſitus, apud Græcos: hinc pro ſiphone uſurpatur, per quem aqua defluit. *Col. l. 3. c. 10.*

Diabŏlus, m. 2. *Diavolo*, שטן, Germ. *teuffel*, Gall. *diable*, Hiſp. *diablo*, διάβολος, calumniator, criminator, a διαβάλλω, quod proprie eſt *trajicio*, improprie, *calumnior*, vel ab Hebræo *zabulon*, quod *defluentem* interpretantur. Cognomen proprium eſt Principis Dæmonum. *Tertul. de anim. c. 35. & l. 2. adverſ. Marcion. c. 10.*

Diachĕton, n. 2. ſpina alba, al. aſphaltos, & dipſacos, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ. *Plin. l. 24. c. 13.*

Diacodion, n. 2. διακώδιον, medicamentum ex capitibus papaveris. *Plin. l. 20. c. 18. & 19.*

Diaconātus, us, m. munus, & dignitas Diaconi. *Hieron. ep. 22. ad Euſtoch. c. 16. a med.* Diaconatum, & Presbyteratum ambire.

Diacŏnus, m. 2. *miniſtro*, משרת, Germ. *diener*, Gal. *diacre*, Hiſp. *diacono*, διάκονος, miniſter, a κονίω, *feſtino*, *miniſtro*. In Chriſtiana Eccleſia Diaconus locum tenet Sacerdotis proximum, ejuſque miniſter eſt in magno Sacrificio. Legitur hæc vox in *Cod. leg. 9. de Epiſc. & Cler.* apud *Ammian. Marcell.* & *Tertul. de Præſcrip. c. 2.*

Diacŏpi, orum, m. διακόποι, ſunt in aggeribus meatus interciſi, per quos rivus tranſmittitur in arva remotiora: a διακόπτω, intercido. *Ulpian. leg. penult. Dig. de extraord. Crim.*

Diadaphnidon, genus eſt emplaſtri, quod admixtas habet lauri baccas. *Celſ. l. 5. c. 19. n. 14.*

Diadēma, atis, n. *diadema*, עטרה, Germ. *königliche kron*, Gal. *diadème*, Hiſp. *diadema*, διάδημα, candida faſcia, vitta, qua Regum frons præcingebatur, a διαδέω, *circumligo*. *Cic. 2. Phil.* Diadema oſtendis, gemitus toto foro. ¶ Veterum diadematum formam ſervant adhuc Turcæ, diciturque Ital. *turbante*. Eſt etiam Diadema, æ, f. *Apul. lib. 2. Metam.* Capiti ſtringebat diadema candida.

Diadematĭcum Forum dicebatur Piſæ locus, ubi victores Olympiorum diademate, ſeu corona, aliiſque præmiis donabantur. *Tit. Liv.* apud *Non. c. 3. n. 104.* & *Varro* apud *Turneb. l. 15. Adverſar. c. 5.*

Diademātus, a. 1. e. diademate ornatus, ut Diadematus Apollo. *Plin. l. 34. c. 8.*

Diadŏchos, m. 2. διάδοχος, gemma beryllo ſimilis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Dialŏſis, διάλυσις, figura eſt, quæ latine dicitur digeſtio, ſeu diſtributio. Vox græca eſt, & græce ſcribenda, de qua V. *Grammat.*

Diaduměnus, i, Cæſar, Macrini filius, naturali diademate inſignitus, ut ſcribit *Lamprid. in ejus vita, c. 4.* V. vocem ſeq.

Diaduměnus, a, um, adject. idem quod diadematus, diademate ornatus, διαδούμενος. *Plin. l. 34. c. 8.* Polycletus diadumenum fecit molliter juvenem. *Lampr. in vita Diadumeni Imperator. c. 4.* Quamvis non multum abhorruerit ab illo ſigno diadematis nomen Diadumeni.

Diærĕſis, f. 3. διαίρεσις, diviſio. Apud Grammaticos figura eſt, qua una ſyllaba dividitur in duas, a διαιρέω, *divido*. *Virg. 6. Æn.* Æthereum ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.

Diæta, æ, f. *dieta*, *regola di vivere*, δίαιτα, exigui cibi uſus. *Cic. ad Att. l. 4. ep. 3.* Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eſt item cubiculum, & multorum cubiculorum habitatio ſimul coeuntium, a διαιτάομαι, vitam dego, *appartamento da uſo*. *Petron. in Satyr.* Sub diæta Magiſtri. hoc eſt ſub cubiculo, in quo magiſter navis cubat. *Plin. l. 2. ep. 17.* Turris erigitur, ſub qua diætæ duæ, totidem in ipſa, præterea cœnatio. *Id. l. 7. ep. 6.* Hac adeuntur diætæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, in altera tria. In his Plinii locis, & in aliis quidam pro *diæta* leg. *zeta*, quæ vox idem ſignificat, eſtque a ζῆν. ¶ Fiebat etiam in hortis amœnitatis gratia. *Plin. l. 2. ep. 17.* Horti diæta, amores mei. Adde *leg. 43. ff. de legat. 1.* ¶ Pro cœnatione uſurpatur a *Sidonio l. 2. ep. 2.* Ex hoc triclinio fit in diætam, ſive cœnatiunculam tranſitus.

Diætarius, ii, m. is qui ſervit in diæta. *cameriere*. *Ulp. l. 35. ff. 2. 9. l. 12.* Hoſtiarii, topiarii, diætarii, aquarii domui tantum deſervientes. ¶ Quidam Lexicogr. pro cœnaculorum fure accipiunt ex lib. Dig. t. 12. l. 7. ſed ibi lege *Directarius*.

Diætetĭce, es, f. διαιτητική, pars medicæ artis, quæ victu medetur. Sed Græca vox eſt, & Græcis literis ſcribitur a *Celſ. in proœm. l. 1.*

Diaglaucion, n. 2. genus collyrii, ex glaucio herba temperatum. *Plin. l. 27. c. 10.*

Diaglyphice. V. Anaglyptice.

Diagonalis, le, adject. *diagonale*, ut diagonalis linea, de qua V. in *Diagonios*. *Vitruv. l. 9. c. 1.* Ad lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus deſcribatur.

Diagonĭcus, a, um, adject. idem quod diagonalis. *Vitruv. l. 6. c. ult.* Duo trigona linea diagonica fuerunt deſignata.

Diagonios, διαγώνιος, lineæ genus eſt, quam Latini nonnulli angularem vocaverunt, quod ab uno angulo ad alterum perducatur. *Vitruv. l. 6. c. 3. & l. 9. c. 1.*

Diagramma, tis, n. διάγραμμα, a διαγράφω, deſcribo, ſignificat cujuſcumque rei imaginem ac deſcriptionem. *Vitruv. l. 5. c. 4.* Ariſtoxeni diagramma ſubſcribam.

Diagraphĭce, es, f. *l'arte del diſegno*, ars delineandi. *Plin. l. 35. c. 10.* Hujus auctoritate effectum eſt in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc eſt picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium. Sed MSſ. omnes, ut animadvertit Harduinus, habent *graphicen*.

Dialectĭca, vel Dialectice, f. 1. *Dialettica*, διαλεκτική, lat. diſputatoria, eſt ars differendi, cujus finis eſt verum a falſo diſcernere, a διαλέγομαι, *diſſero*. *Cic. in Top.* Judicandi vias diligenter perſecuti ſunt in ſcientia, quam Dialecticen appellant. *Id. 4. Acad.* Dialectica veri, & falſi quaſi diſceptatrix, & judex. ¶ Inventa fuit a Zenone Eleate: *Diogen. Laert.* ¶ De hujus ſtudii uſu & abuſu V. *Gel. l. 16. c. 8.*

Dialectĭca, orum, n. res Dialecticæ. *Cic. Att. l. 14.* Apud Veſtorium hominem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatum.

Dialectĭce, διαλεκτικῶς, adv. more Dialecticorum. *Cic. 2. Acad.* Multa admirata ex intima Philoſophia, multa dicta Dialectice.

Dis-

Digitized by Google

Dialecticus, ctici, ſubſt. m. qui tractat Dialecticam. *Cic. 4. Acad.* Quid ſit verum, aut falſum, dialecticus judicabit.

Dialecticus, a, um, *o. dialettico*, quod pertinet ad Dialecticam. *Cic. 2. de Fin. c. 6.* Hoc ipſum providens, Dialecticas captiones.

Dialectus, f. 2. διάλεκτος, genus loquendi, vel linguæ alicujus proprietas, ſcilicet id, quod unaquæque lingua peculiare habet, & a cæteris diſtinctum. *Sueton. in Tiber. c. 56.* Cum interrogaſſet, quænam eſſet illa tam moleſta dialectus. ¶ Græcæ linguæ dialecti quinque ſunt celebratiſſimæ, Communis, Attica, Æolica, Dorica, Jonica.

Dialeucos, adject. διάλευκος, albo colore intermixtus. *Plin. l. 21. c. 6. de croco.* Eſt per ſe genus ſativi blandiſſimum vulgo, cum ſit mediocre; dialeucon vocant.

Dialis, le, o. 3. *di Giove*, quod Jovis eſt, a Ζεὺς, gen. Διὸς, Jupiter, ut Flamen Dialis, Sacerdos, qui Jovis miniſterio aſſignatus erat. *Varr. l. 4. de L. L.* dictum videtur a *Diovis*, nomen Jovis, quia die, & luce juvat. ¶ *Dialis cœna* erat, quæ lautiſſima præbebatur a Flamine Diali, quo die ſacerdotium inibat. *Senec. epiſt. 123.* Hæc qualiſcumque cœna Diali jucundior erit. ¶ *Dialis* quoque adjectivum a *die* eſſe poteſt. Hinc ſcomma Ciceronis in quendam, qui uno tantum die Conſul fuit: Solent, inquit, eſſe Flamines Diales, modo Conſules diales habemus. V. *Macrob. l. 2. Satur. c. 2. & l. 7. c. 3.*

Diallăge, f. 1. διαλλαγή, Lat. conciliatio, figura eſt, cum multa argumenta ad unum effectum deducuntur. *Quintil. l. 9. c. 2. ad fin.*

Dialogiſmus, i, m. διαλογισμός, ſermocinatio, figura eſt ſententiæ, cum orator rem ſecum ipſe volutans, ſeipſum interrogat, & reſpondet, quaſique dialogum facit. Vox Græca eſt, cujus exempla non deſunt apud Grammaticos.

Dialogiſta, æ, m. differendi peritus. *Vulcat. Gallican. in Caſſ. c. 3.*

Dialŏgus, i, m. 2. *dialogo*, Germ. *geſpræch*, Gall. *dialogue*, Hiſp. *dialogo*, διάλογος, diſputatio duorum, vel plurium inter ſe, a διαλογίζομαι, *colloquor*. *Cic. de clar. Orat.* Quum diſputatio eſt inter eos, ut eſt conſuetudo dialogorum.

Dialutenſis, ſe, adjectiv. ut purpura dialutenſis, ex genere pelagiarum. *Plin. l. 9. c. 37.* Eſt longe optimum purpuris dialutenſe, ideſt vario ſoli genere paſtum.

Dialyſma, atis, n. διάλυσμα, (vox græca, & græce ſcribenda) figura eſt, quæ rem ab re diſtinguens, utramque abſolvit ratione ſubjecta, ut: Cur ego nunc tibi quicquam objiciam? Si probus es, non meruiſti: ſin improbus, non commoveris. V. *Grammat.*

Dialyſis, f. 3. &

Dialyton, n. 2. idem ac aſyndeton, diſſolutio. Sed dialyſis dicitur etiam parentheſis. V. *Grammaticos*. ¶ Voces græcæ ſunt, & græcis literis ſcribendæ.

Diamaſtigŏſis, is, f. 3. διαμαστίγωσις, flagellatio, ſolemnitas maxima erat apud Lacedæmones, ut eſt apud *Tertul. Apol. c. 50. & ad Martyr. c. 4.* in qua ante aram nobiles adoleſcentes flagellis affligebantur, aſtantibus parentibus, & ut perſeverarent, adhortantibus.

Diamĕtros, i, f. *diametro*, Gal. *diametre*, Hiſp. *diametro*, διάμετρος, eſt recta linea figuram ex æquo ſecans, ut *diametros orbis* eſt linea, qua ſic a ſummo ad imum tenditur circulum, ut per centrum eat, a διαμετρέω, *dimetior*. *Col. l. 5. c. 2.* Eſto area rotunda, cujus diametros habeat pedes ſeptuaginta. *Vitruv. l. 10. c. 14.* Per mediam diametron.

Diamĕtrus, a, um, adject. *Jul. Firmic. l. 4. c. 1.* Si luna iſtum curſum diametra radiatione reſpexerit.

Diamœrie, es, διαμοιρία, diviſio, ſeditio, factio. *Plin. l. 10. ep. 137.* ubi alii legunt *Dianome*, quæ vox diſtributionem ſignificat, Græc. διανομή.

Diana, f. 1. *Diana*, ἄρτεμις, Jovis filia ex Latona eodem cum Apolline partu edita, quæ etiam dicitur Luna, Proſerpina, Hecate, Lucina, vel Jano Lucina, Dictynna, Noctiluca, Annivaga, Trivia, Lucifera, Pergæa, Faſcelis. Luna dicta eſt primum Jana, ut Sol Janus, ab eundo, deinde Diviana, quaſi Diva Jana, tandem Diana ex Diviana, vel ex Dejana, quaſi Dea Jana. *Var. l. 4. de L. L.* dicta Diana videtur, quaſi Diviana, quia divia in altitudinem, & latitudinem. *Cic. 2. de nat. Deor.* ſcripſit, Dianam dictam eſſe, quia noctu quaſi diem efficeret. *Macrob. l. 1. Satur. c. 9.* cenſuit, Janam prius dictam fuiſſe, deinde appoſitum *d* cauſa decoris, ut in *reditur*, *redintegratur*, &c. Hinc prima ſyllaba in hoc nomine anceps eſt. Nam poteſt eſſe brevis, quia ex Dejana eliſo *e* remanet Diana, & *i* fit vocale, & non amplius ad *a*, ſed ad *d* pertinet. Rurſus longa eſſe poteſt, *j*, conſona in vocalem abeunte, & cum *e* concreſcente in diphthongum *ei*. ¶ A *Cic. 3. de nat. Deor.* tres Dianæ numerantur, prima filia Jovis, & Proſerpinæ, quæ ex Mercurio Cupidinem primum genuit, ſecunda filia Jovis tertii, & Latonæ, tertia filia Upis, & Glauces, quam Græci ſæpe Upim paterno nomine appellant. ¶ Diana filia Jovis & Latonæ ob virginitatis amorem fertur hominum conſortia aufugiſſe, & ut a ſe libidinis pruritum amoveret, venando ſylvas incoluiſſe, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat, & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurnis induta. Ob hanc cauſam ſylvarum, & nemorum Dea putabatur. ¶ Celeberrimum templum habuit apud Epheſios conditum ab Amazonibus, quod Heroſtratus quidam incendit, ut ſibi ea re nominis immortalitatem acquireret, ea nocte, qua Alexander Magnus natus eſt. *Cic. 2. de nat. Deor. & 1. de Divin.* Habuit item templum in Taurica regione, ubi illi carne tantum humana litabatur.

Dianius, a, um, ad Dianam pertinens, ut *arma Diania*, apud *Grat. in Cyneg. v. 251.* h. e. inſtrumenta venatoria. *Turba Diania* apud *Ovid. 3. Faſt. v. 141.* h. e. canes. ¶ *Dianium*, *ii*, n. templum Dianæ, apud *Liv. l. 1. c. 48.*

Dianœa, f. 1. διάνοια, mens, intellectus, ratiocinatio. *Quintil. l. 9. c. 1.* ¶ Sed græca vox eſt, & græcis litteris ſcribenda.

Dianome. V. Diamœrie.

Diapaſma, atis, n. inſpergimen, ſiccus odor: qui in paſtillos inſpergebatur, a διαπάσσω, conſpergo. *Mart. l. 1. epigr. 88.* Quid? quod olet gravius miſtum diapaſmate virus. ¶ Hujuſmodi odoribus ſiccis corpus conſpergere etiam ſolebant ad ſudores ſiſtendos; item lectos geniales, ac veſtes fragrantiæ cauſa. *Plin. l. 21. c. 19.*

Diapăſon, n. 2. Muſicæ artis ſymphonia, conſtans ſeptem tonis, id eſt ex diapente, & diateſſaron. *Macrob. in Somn. Scip. Plin. l. 2. c. 22.*

Diapente, διαπέντε, Muſicæ menſuræ genus, tribus conſtans tonis, & hemitono minore. *Macrob. in Somn. Scip. l. 2. c. 1.*

Diaphŏra, f. 1. διαφορά, differentia, a διαφέρω, *differo*. Eſt hoc nomine ſchema rhetor. quod fit, cum verbum iteratum aliud ſignificat, ac ſignificavit prima dictum, aſtque Correctioni affinis. Vox græca eſt, & græce ſcribenda. V. *Grammat.*

Diaphragma, atis, n. *ſottotraverſo*, *pannicolo*, *diaframma*, διάφραγμα, eſt omne id, quod in re aliqua medium eſt, a διαφράττω, *interſepio*. Hinc cartilago illa, quæ nares dirimit, a Græcis diaphragma appellatur. Sed ſpeciatim, & per excellentiam hoc nomine intelligitur membrana quædam tenuis in retis ſimilitudinem facta in corpore, quæ veluti paries quidam ſepit organa ſpiritus, ideſt cor, & pulmones, & ſeparat, & diſcludit a naturalibus, ſeu ab iis, quæ inſerviunt alimenta, ideſt a jecore, & liene. Latini *præcordia* dixere, quia cordi prætenditur. *Celſo* eſt ſeptum tranſverſum, quia, ut dictum eſt, interſepit, & dirimit. *Celſ. in proœm. l. 1.* Simul atque vero ferrum ad præcordia acceſſit, & diſcrimen tranſverſum ſeptum eſt, quod membrana quadam ſuperiores partes ab inferioribus diducit, (διάφραγμα Græci vocant) homines protinus animam amittere.

Diaporēſis, διαπόρησις, addubitatio, cum dubitare nos fingimus: ut *Cic. pro Cluent.* Equidem quo me vertam, Judices, neſcio. V. *Grammaticos*.

Diarium, rii, n. *il vivere d' ogni giorno*, Ger. *tægliche ſpeiſſ*, Gal. *deſpenſe d' un jour*, *a pitance*, Hiſp. *comida de un dia*, *a lo que ſe gaſta por a la*, τὸ ἐφημερον, victus quotidianus, ideſt quod in unum diem cibi a datur. *Mart. l. 11. epigr. ult.* Puerique diaria poſcunt. ¶ Diarium etiam, vel diarium, orum, ἐφημερίς, regeſtum, *regiſtro*, libellus, in quo acta ſingulorum dierum ſcribuntur. *Gell. l. 5. c. 18.*

Diarrhœa, f. 1. διάῤῥοια, fluxio in genere, & ſpeciatim fluxio ventris. *Cic. l. 7. Fam. ep. 26.* Tanta me diarrhœa arripuit.

Diaſtēma, atis, n. διάστημα, ſpatium. *Sidon. l. 8. ep. 11.* In diaſtemate Zodiaca. & *in præf. ad carm. 14.* Mentio centri, proportionis, diaſtematum, climatum, &c. ¶ Idem alibi penultimam corripuit, cum ait *carm. 15. v. 64.* Sic placidam Paphiem ſervare diaſtema quintum. Non tamen eſt imitandus.

Diaſtŏle, f. 1. διαστολή, dilatatio; græca vox eſt, Grammaticis familiaris; & ita dici ſolet figura, qua ſyllaba natura brevis producitur, vel ſimpliciter, vel geminatione quidem conſonantis, quæ etiam *Ectaſis* dicitur. *Virg. 1. Æn.* Italiam fato profugus, Laviniaque venit litora. *Id. 2. Æn.* Religione patrum multos ſervata per annos.

Diaſtylus, i, m. locus diductioribus, laxioribuſque columnis conſtructus. *Vitruv. l. 3. c. 2.*

Diaſyrmus, m. 2. διασυρμός, diſtractio (apud Græcos) Figura, cum una dictio ad duo diverſa ſignificata diſtrahitur, vel cum magna verbis minuuntur, minora extolluntur. *Virg.* Inter ſtrepere anſer olores. ideſt malus Poeta inter bonos. V. *Grammat.*

Diaſyrticus, a, um, adject. ad Diaſyrmum pertinens, ut diaſyrticum dictum, apud *Spartian. in Caracal. c. 10.* quo ſcilicet elevamus ea, ad quæ reſpondere difficile eſt.

Diateſſaron, n. 2. διατεσσάρων, *una quarta*, Muſicæ menſura eſt, conſtans duobus tonis, & ſemitonio minore. *Macrob. & Vitruv. l. 5. c. 4.*

Diathēca, orum, n. 2. διαθήκη, teſtamentum, vel hæreditas ex teſtamento proveniens. *Martial. l. 12. epigr. 72.* O quantum diatheca valent, & quinque comati. *Turneb. adv. l. 27. c. 31.* legit *diathreta*. V. infra.

Diathĕſis, f. 3. διάθεσις, diſpoſitio, apud Architectos. *Vitruv. l. 1. c. 2.*

Diathyrum, i, n. *portiera*, *abarus*, *riparo*, *contraporta*, διάθυρον. *Vitruv. l. 6. c. 10.* eſt antiporta: alias eſt repagulum ligneum, aut lapideum arcendis equis, aut curribus, ante ædium veſtibulum. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Diatŏnus, a, um, adject. diſtentus, extentus, ut lateres diatoni. *Vitruv. l. 11. c. 4.* quos *frontatos* latine dici, ait ibidem, quia in angulis poſiti duplici fronte totam muri craſſitudinem complectuntur. Diatoni vero dicuntur ab ipſa longitudine, & extenſione. Al. leg. *Diatori* pro *Diatoni*, hoc eſt penetrantes, διατορεῖν enim penetrare ſignificat. ¶ In Muſicis diatonus dicitur duplici tono procedens. *Vitruv. l. 5. c. 4.* Diatoni ſunt duo continuati toni.

Diatretarius, ii, m. qui diatreta conficit. *leg. 1. Cod. de excuſ. artif.*

Diatrētum, n. 2. διάτρητον, poculum tornatile, al. toreuma, a διατρέω, perforo, torno conficio. *Ulp. leg. 9. §. 27. ad fin.* Si calicem diatretum faciendum dediſti. V. *Diatheca*.

Diatrība, æ, vel Diatribe, es, f. διατριβή, ſchola, locus diſputationis, & ipſa diſputatio. *Gel. l. 17. c. 20.* Recens in diatribam acceptus. *Et l. 18. c. 13.* Dialecticus quidam ex Platonis diatriba.

Diatypōſis, is, διατύπωσις. Eſt figura eadem ac hypotypōſis. Sed græca vox eſt, & græcis litteris ſcribenda. V. *Grammat.*

Diaulus, m. 2. δίαυλος, ſpatium in certamine, vel curſu, quod pedes habet mille, & ducentos. Excedebat ſtadium, quod ex ſexcentis pedibus conſtabat. *Vitruv. l. 5. c. 2.*

Diazomata. V. Balteum.

Dibalo, as, avi, atum, a. 1. ab animalium voce ductum videtur. *Varro l. 6. de L. L.* Dibalare rem. h. e. ut *Scaliger* interpretatur, κατατρώγειν τὴν οὐσίαν, *bona conſumere*.

Dibăpha, f. 1. *porpora tinta due ſiate*, [illegible], Ger. *zweymal eingetunckte purpur*, Gal. *qui a double teinture*, Hiſp. *dos vezes teñido*, δίβαφα, purpura Tyria, vel alia melioris notæ, qua utebantur Magiſtratus in prætexta, a δὶς, *bis*, & βάπτω, *intingo*, quod bis tincta eſſet. Revera adjectivum eſt, & ſubintelligitur, purpura, vel veſtis, &c. *Plin. l. 9. c. 39.* Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet. *Cic. 2. Fam. ep. 16.* Curius noſter dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur. h. e. aſpirat ad Magiſtratum, ſed qui dare poſſunt, morantur, & impediunt.

Dica, f. 1. *petizione*, *a dimanda in giudizio*, Germ. *ein anklag*, Gal. *procez*, *action*, Hiſp. *demanda*, *pleyto*, δίκη, cauſa, vel judicium, vel libellus, qui actionem continet. Dicam ſcribere, vel impingere, eſt in jus vocare, accuſare, actionem alicui intendere. *Cic. 3. Ver.* Scribitur Heraclio dica. *Ter. Phor. 2. 3. 91.* Dicam tibi impingam grandem. ¶ Dicam ſortiri, eſt judices ſortes ducere, ut, quæ prima cauſa ex urna exeat, prima agatur. *Cic. 4. Ver. c. 13.* E lege Rupilia ſortiri dicas oportere. ¶ Eſt etiam Dica Dea Judiciorum præſes, cujus miniſtri δικασταί, hoc eſt judices, & litium diremptores. *Budæus*.

Dicacitas, f. *dicacità*, [illegible], Germ. *ſpottung*, Gall. *jaſerie*, Hiſp. *dezmaſiada parleria*, γελωτολογία, ſermo cum riſu alios inceſſens, ut *Quintil. l. 6. c. 3.* definit. *Cic. in Orat. l. 2. c. 59.* Sales in dicendo, mirum, quantum valent, quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis.

Dicacŭlè, adverb. *faceramente*, *buffonſcamente*. *Apul. l. 1. Mileſ.* In eam dicacule probrum dixeras.

Dicacŭlus, o. 1. a. dim. a dicax, *faceto*, *buffone*. *Plaut. Aſin. 3. 1. 8.* Satis dicacula es amatrix. *Apul. l. 3. Mileſ.* Sermone dicaculo.

Dicæarchea, & Dicæarchēa, & Dicæarchia, Δικαιαρχεία, urbs, quæ nunc Puteoli dicitur, *Pozzuolo*, ſic dicta, quod ea civitas olim juſtiſſime regebatur. *Feſtus*.

Dicæologia, f. *giuſtificazione*, δικαιολογία, juris ſui in medium prolatia. Figura, cum jure noſtro freti æquitatem cauſæ quam breviſſime complectimur. Vox græca eſt, & græcis literis ſcribenda. De ea V. *Gram.*

Dicæus, i, δίκαιος, *giuſto*. Apollo ſic cognominatus eſt Thebis, quod cum ea urbs ab Alexandro caperetur, aurum a fugiente conditum ſinu ejus celatum eſſet. *Plin. l. 34. c. 8.* ¶ Idem cognomen habuit & Ariſtides, de quo *Nepos 3. 1.*

Dicarchæus, a, um, adjectiv. dicitur a Poetis metri cauſa pro Dicæarchæus, Δικαιαρχεῖος, a *Dicarchea*, urbe, quæ eadem eſt ac Puteoli, ita dicta a δίκη, juſtitia, & ἀρχή, principatus, quia olim juſtiſſime regebatur, ut *Feſt.* docet. Hinc *Dicarchæa urbs*, & *Dicarchæus ſinus*, apud *Sil. 14. 175. & Stat. l. 2. ſilv. 2. v. 3. & 100.* Adde *Sidon. carm. 2.*

Dicaſſis, idem ac dicas, a *dico*. *Plaut. Curc. 4. 2. 26.* Haud in me male meditantem male dicaſſis. Sed eruditi malunt legere, *male medicate male dicas ei*.

Dica-

Digitized by Google

Dicatio, f. 3. ἀνάθεσις, conſecratio, traditio. *Cic. pro Balb. c.* 11. Neque ſolum dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt civitatis fieri mutatio.

Dicatūra, æ, f. Legitur apud *Plin. in præf. hiſt. nat.* ubi al. leg. *indicatura*, ſed *dicatura* ſuſtineri poteſt. Verba *Plinii* ſunt: *Nec fiducia operis hæc eſt, ſed in dicatura multa valde pretioſe ideo videntur, quia ſunt templis dicata.* Videtur autem planior ſententia, ſi legatur: *Nec fiducia operis hæc eſt, ſed indicatura. Multa valde*, &c. Ita legit *Harduin.* cum pleriſque aliis.

Dicātus, a, um, adject. *dedicato, conſecrato*, ἀφιερωθείς. *Cic. in Or. c.* 13. Epidicticum genus gymnaſiis, & palæſtræ dicatum. In vet. Inſcrip. apud *Gruter. p.* 558. *n.* 6. & 273. *n.* 5. legitur ſuperlat. dicatiſſimus.

Dicax, *n.* 3. *maldicente*, פרוץ, Germ. *ſpeichig*, Gall. *jaſeur, railleur*, Hiſp. *parlero*, σκώπτης, qui maligne ſalibus maledicit. *Cic. in Or.* Demoſthenes non tam dicax fuit, quam facetus. *Id. c. Or. c.* 60. Granio nemo dicacior. *Petron. in Satyr.* Homo dicaciſſimus. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Senec. Med. v.* 113. Dicax Feſcenninus.

Dice, pro *dic*. *Plaut. Rud.* Tu, ſiquid opus eſt, dice.

Dichalca, δίχαλκα, neut. plur. monetæ æreæ, oboli quartam partem valentes. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Dichorēus, m. 2. pedis genus ex duobus conſtans trochæis, ut *Audiamus, civitate*, &c. V. *Grammat.*

Dicibūlum, i, n. nugamentum, nugæ. *Tertul. adv. Valent. c.* 20. Puerilia dicibula, in mari poma naſci, & in arbore piſces.

Dicis, gen. ſing. a *dix*, mos, conſuetudo, ſermo, vel a *dico, is*, vel a *dico, as*, vel a *dex*, ſeu *dix*. Sed *Chariſ. l.* 1. & *Voſſius* nomen eſſe cenſent unius caſus. *Dicis cauſa*, eſt conſuetudinis cauſa, vel verbi, ſeu ſermonis gratia, & dicis cauſa quid fieri dicitur, quod nulla alia cauſa fit, quam ut factum eſſe dicatur, ideſt, quod non ſerio, ſed perfunctorie fit, nec ut officio fungamur, ſed ut functi videamur. *Var. l.* 5. *de L. L.* Dicis cauſa fiebant quædam, neque item facta, neque item dicta ſemper. *Cic.* 6. *Ver. c.* 24. Ut aliquid illi nummulorum dicis cauſa daret.

Dico, as, avi, atum, a. 1. dedico, nuncupo, addico, conſecro, offero, *dedicare, conſagrare*, קדש, Germ. *zueignen*, Gal. *dedier*, Hiſp. *dedicar, dirigir*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ut cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt. *Id. Fam. l.* 2. Balbum quanti faciam, quemque me ei totum dicaverim, ex ipſo ſcies. ¶ Pro ſimpliciter tradere. *Id. pro Balbo.* Non eſt hujus civitatis civis, qui ſe alii civitati dicare poteſt. *Ibid.* Dicare ſe in aliquam civitatem non poteſt. ¶ Pro nunciare. *Non.* 4. 239.

Dico, is, dixi, dictum, a. 3. *dire, parlare*, דבר, Germ. *ſagen*, Gal. *dire*, Hiſp. *dezir*, λέγω, proprie eſt loqui, a δείκω, pro δεικνύω, vel δείκνυμι, oſtendo. *Cic. pro Quint.* Quid hoc iniquius dici, aut commemorari poteſt? ¶ Apud *Cic. in Orat. dicere*, & *loqui* idem non ſunt, ſed *loqui* eſt breviter, & ſine ornamentis diſſerere, quod Logicorum proprium eſt, *dicere* eſt copioſe, & ornate diſſerere, quod Oratorem. ¶ Dicimus autem dicere ad, & apud populum, dicere pro aliquo, contra, vel in aliquem, &c. *Cic. & al.* At *M. Senec. in proœm. l.* 3. *controverſiar. dicere populo* dixit pro *ad populum*. ¶ Dicere item ad pronunciare. *Cic.* 1. *de Or. c.* 61. Cumque ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere. ¶ Item creare, *eleggere*, quoties agitur de creatione Magiſtri Equitum. *Liv. l.* 5. Is ſibi Magiſtrum Equitum Poſthumium Ebutium dicit. ¶ Item promittere. *Pomp. in Pictoribus.* Nummos certos dico quinquaginta millia. *Salluſt. l.* 2. *Hiſt.* C. Curio, quibus potuit, pecuniæ dictas coegit. Sic dicere dotem, vel doti, eſt in dotem promittere. *Ter. Heaut. a.* 5. *ſc.* 1. *v.* 64. Quid dotis dicam te dixiſſe filio? *Cic. pro Flac.* Doti pecuniam ſuam omnem dixerat. V. *Dos*. ¶ *Dicere ſententiam*, vel *pro ſententia*, eſt de re aliqua judicium ſuum explicare. *Cic.* 10. *Fam.* Nec noſtræ dignitatis videtur eſſe ibi ſententiam de Rep. dicere. *Liv. 4. bel. Mac.* Et quando nemo veſtrum pro ſententia quicquam dicere vult, aut audet. ¶ Dicitur etiam *dicere* abſolute, pro ſententiam dicere. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. Jam cenſendi tempus, dicit Domitius Apollinaris conſul deſignatus, dicit Fabricius Vejento, &c. Oratores in judicio, cum ſatis verborum feciſſent, ſolebant in fine pronunciare *Dixi*. quo verbo ab utraque parte pronuntiato, aiebat Prætor, *dixerunt*, atque hoc ideo, ne reus ſe indicta cauſa damnatum queri poſſet. *Aſcon. in proœm. Act. Ver. ſub fin.* V. etiam *Terent. Phorm. a.* 3. ¶ *Dicere teſtimonium*, & *teſtimonia*, eſt teſtificari, & probare. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr.* Cum teſtimoniorum ſecundum fidem, & religionem graviſſima dixiſſem. *Id. pro Sylla.* Qui in illum teſtimonia gravia dixerunt. ¶ *Dicere pro teſtimonio*, eſt Ital. *deporre*. *Cicer.* 7. *Ver.* Dicetis pro teſtimonio de miſſione nautarum. ¶ Dicere leges, eſt imperare, *dar leggi*. Aliud eſt, quam leges ferre. Feruntur enim leges ad ſuos, dicuntur fere victis. *Liv.* Quando perinde ac victo jam ſibi leges dicerentur. ¶ *Jus dicere* ad Prætorem pertinebat, vel ad alium Magiſtratum, qui juri dicundo præeſſet. Itaque Judices a Prætore dati non jus dicebant, ſed judicabant. Eſt enim *dico* unum e tribus ſolemnibus verbis Prætoris. V. *Addico*. ¶ Dicere ſignificat interdum indicere, denunciare, *intimare*. *Ovid. l.* 2. *Triſt. el. ult.* Eſt fuga dicta mihi, non eſt fuga dicta libellis. *Ter. Andr.* Sed dico, ne temere facias. ¶ *Dicere diem* alicui, eſt, vocare in jus, & diem aſſignare, quo ad cauſam dicendam præſto ſit. *Liv. l.* 3. Cum diem Appio Virginius dixiſſet. Interdum etiam *Diem dicere* extra forum uſurpatur, & eſt certum diem conſtituere, *determinare, ordinare*. *Cic.* 3. *Ver.* Opus in acceptum retulit quadrienio poſt, quam diem operi dixerat. *Cæſ. lib.* 1. *B. G.* Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conveniant. ¶ *Dicere multam*, erat alicui multam ad populum, & in comitiis diſceptandam indicere. Proprium fuit Tribunorum pl. In eo judicio multa certari dicebatur. Populi ſuffragiis vel irrogabatur, vel abrogabatur. *Liv. l.* 25. *c.* 3. Sp. & L. Carvilii decentum millium æris multam M. Poſthumio dixerunt. ¶ Dicere cauſam, V. *Cauſa*. ¶ *Dicere ſacramento*, vel *ſacramentum* milites dicebantur, cum ad jusjurandum adigebantur, Remp. ſe non deſerturos. *Liv. 2. bel. Pun. l.* 5. Ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramento dixiſſent. *Id. l. 4. bel. Pun.* Hodie Conſules creetis, quibus ſacramento liberi noſtri dicant. *Horat.* 2. *carm. od.* 17. Non ego perfidum dixi ſacramentum. Dicere dicta, V. *Dictum*. Dicere vindicias. V. *Vindicta*. ¶ *Dicere cœnam*, eſt cœnam imperare, de cœna convenire, ſe ad cœnam invitare, &c. *Plaut. Stich.* Ædepol cœna dicta eſt. ¶ *Dicere nomen alicui*, eſt imponere. *Liv. l.* 1. Cui Aſcanium parentes dixere nomen. ¶ Dicere de ſcripto, eſt orationem legere. *Cic. pro Planc.* Recitaturque oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de ſcripto eſt. ¶ *Dicere facta alicujus*, eſt, dicendo celebrare, laudare. *Virg. Ecl.* 4. *ad fin.* Quantum ſat erit tua dicere facta. ¶ Dicere, pro narrare, ut, Galli dicamus amores. *Id. Ecl.* 10. Sic dicere arma, *Horat.* ¶ Et pro canere, ut dicere carmina, dicere verſus. *Virg.* ¶ Dicere ſalutem, *ſalutare*. *Cic. in ep. paſſim.* ¶ *Dicere honorem*, idem eſt ac honorem præfari, veniam petere, cum turpe aliquid, vel minus conveniens dicendum eſt. *Plin.* Certa quædam haud ſatis honeſte appellantur, niſi dicto prius honore. ¶ Dicere delicias, V. *Deliciæ*. ¶ *Dicere*, modo potentiali, ideſt, dicere poſſet. *Ter. And.* 1. 1. 111. Nec ſatis ad objurgandum cauſæ: diceret, quid feci? &c. ¶ *Dicere volui*, correctionis genus eſt, cum quis in loquendo falſus eſt, ac verbum unum pro altero protulit. *Plaut. Mil.* Sorbet dormiens. *Pe.* Quid ſorbet? *V.* ſtertit, volui dicere. ¶ Dicor, uſurpatur perſonaliter, ut, *videor*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quartus is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur. ¶ Interdum impers. *Cic.* 3. *de Orat.* Quamvis ſphæram in ſcenam, ut dicitur, attulerit Ennius. ¶ Dictu, ſupin. *Curt. l.* 3. *c.* 6. Haud facile dictu eſt. *Id. l.* 5. *c.* 1. Specioſa dictu ſequi. ¶ Imperativo habet *dic*, pro quo *Plaut.* interdum *dice* uſurpat, ut *Curcul.* 1. 2. 43. &c. V. *Duco* in fine. ¶ *Dicaſſis* pro dicas V. ſupra ſuo loco. ¶ *Dixti* pro dixiſti. *Plaut. Merc.* 4. 4. 14. & *dixis*, pro dixeris, *Id. Mil.* 2. 3. 12. & 3. 2. 29. ¶ *Dicebo*, pro dicam in futuro, *Nævius apud Non. c.* 10. *n.* 17.

Dicrŏtum, i, n. 2. δίκροτον, biremis, quæ duorum remorum ordinibus regitur, e prora ſc. & a puppi. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 11. Ἄφρακτα, Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum, & aliud cataſcopium habebam. *Id. l.* 16. *ep.* 4. Nam & ipſe Domitius bona plane habet dicrota.

Dictæus, a, um, adject. Cretenſis, a Dicte Cretæ monte, ut Dictæa arva, *Virg.* 3. *Æn. v.* 171. Dictææ pennæ, *Sil.* 15. *v.* 634. h. e. ſagittæ, quia Cretenſes peritiſſimi fuere ſagittandi.

Dictamnum, Dictynna, *Dittana, Dittamo*, opp. Cretæ, in ora Bor. in territ. Cydoniæ, inter Cydonem ad Or. & Calamum ad Occ. apud prom. *Capo Spada*. Ibi mons Dictynnæus, & Dictynnæum prom.

Dictamnus, m. 2. vel dictamnum, vel dictamnum, n. 2. δίκταμνον, herba pulegio ſimilis, al. artemidon, vel artemideſion, a *Dicte* monte Cretæ ubi copioſe naſcitur, *dittamo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Capras autem in Creta feras, cum eſſent confixæ venenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocaretur, quam cum guſtaviſſent, ſagittas excidere dicunt e corpore. *Plin. l.* 26. *c.* 15. Dictamnum cum mero decoctum menſes ciet.

Dictatio, onis, f. dictandi actio, *il dettare*. *Symmach. l.* 6. *ep.* 4. Dictatione properata.

Dictator, oris, m. *Dittatore*, ſummus magiſtratus apud Romanos (olim *magiſter populi*, & *prætor maximus* dictus) ſed extraordinarius, qui periculoſiſſimis reipubl. temporibus creabatur, & jus vitæ necisque habebat ſine provocatione, quemadmodum olim reges: a *dico*, quod a Conſule diceretur: vel a *dictum*, ſeu edictum, quod ejus dicto audientes omnes eſſent. Quod ſine provocatione eſſet, ſatis oſtendunt duo *Livii* loca *lib.* 2. *c.* 29. *ſub fin.* Agedum dictatorem, a quo provocatio non eſt, creemus. Et *l.* 3. *c.* 20. *extr.* Dictatore opus eſſe reipubl. ut qui ſe moverit ad ſollicitandum ſtatum civitatis, ſentiat, ſine provocatione dictaturam eſſe. Legimus quidem apud *eund. l.* 8. *c.* 33. provocatum eſſe adverſus L. Papirium Curſorem, dictatoria ſeveritate Q. Fabium Max. Rullianum magiſtrum equitum ſuum punire volentem: ſed ea provocatio magis precaria fuit, quam legitima, ut colligitur præcipue *cap.* 35. ¶ Quo anno, quibus Conſulibus, quis primus creatus ſit, non ſatis conſtat. Apud veterrimos auctores *Livius l.* 2. *c.* 18. ſcribit ſe inveniſſe, primum Dictatorem lectum creatum T. Lartium, qui erat conſul cum L. Poſthumio Cominio circa A. U. 254. Principio non niſi e Patriciis legi tas fuit: poſtea etiam ex plebe, ſed ſemper ex conſularis eligebatur. Primus de plebe creatus eſt C. Marius (*al.* Martius) Rutilius circa annum 399. bello cum Faliſcis, & Tarquinienſibus: qui etiam magiſtrum equitum primum de plebe C. Plautium dicit, ut *Liv. l.* 7. *c.* 17. docet. Dicebatur a conſule tantummodo: nec poterat e populo creari, niſi prodictator, teſte *eod. l.* 22. *c.* 8. & 31. V. etiam *l.* 27. *c.* 5. Dicebatur autem captatis auſpiciis, oriente nocte, & ſilentio, ut *Id.* docet *l.* 4. *c.* 21. *extr. l.* 8. *c.* 23. & *l.* 9. *c.* 38. Sed tamen cum aliquando Vejentes caſtra Romana cepiſſent, A. Cornelius Coſſus Tribunus militum Mamercum Æmilium dictatorem dixit, ſcilicet quia Tribuni militum erant poteſtate conſulari. *Id. l.* 4. *c.* 31. ¶ Duæ ſecures cum viginti quatuor faſcibus eum præcedebant: deſignabatque ſibi magiſtrum, qui *magiſter equitum* vocabatur, & erat dictatori, ut Tribunus Celerum Regi, Præfectus Prætorio Cæſaribus. ¶ Deſignato Dictatore, cæteri omnes magiſtratus ſuam amittebant poteſtatem, præter illos, qui tempore regum fuerant, & Tribunos plebis. ¶ Hoc imperium ſemeſtre tantum eſſe voluerunt, ut eſt in *Leg. XII. Tab.* apud *Cic.* 3. *de legib. c.* 3. & *Liv. lib.* & *cap.* 23. ne in tyrannidem verteretur: niſi aliter reipubl. neceſſitas exigeret. Nam quod L. Sulla, & C. Julius Cæſar diutius tenuere, leges palam contempſerunt. ¶ Dictator equo vehi vetabatur: idque ob eam cauſam, quod cum militiæ Romanæ robur præcipuum eſſet in pedite, debebat in legione permanere, ne locum deſereret. vel quod, cum in cæteris maxima eſſet auctoritas, & prope tyrannica, in hoc voluerint eum populo inferiorem videri. Hæc *Plutarch. in Fabio*. Ex *Livio* tamen colligimus *l.* 23. *c.* 14. ſolitos fuiſſe dictatores, ad bellum exeuntes, ferre ad populum, uti liceret equum conſcendere: quod ita eis concedi ſolitum, ut ſoli in belli cauſa equo uterentur, in omni alia juriſdictione equum habere prohiberentur. ¶ Præter imminens reipubl. grave bellum, aliæ quoque fuere cauſæ Dictatoris creandi, ut comitiorum conſularium habendorum, *Liv. l.* 7. *c.* 26. *l.* 8. *c.* 16. & 23. & *l.* 25. *c.* 5. &c. clavi figendi tempore peſtilentiæ, *Id. l.* 7. *c.* 3. & *l.* 8. *c.* 18. ſeceſſionis, aut ſeditionis cauſa, *Id. l.* 4. *c.* 13. & *l.* 7. *c.* 39. exercendæ extraordinariæ quæſtionis, *Id. l.* 9. *c.* 26 ludorum faciendorum, *Id. l.* 8. *c. ult.* & *l.* 27. *c.* 33. legendi ſenatus, *Id. l.* 23. *c.* 22. & 23. feriarum conſtituendarum, *Id. l.* 7. *c.* 28. V. etiam *l.* 30. *c.* 24. Denique ut eſſet, qui ludis Romanis ſignum mittendis quadrigis daret, Prætore ægrotante. quod tamen in dubio reliquit *Id. in fin. l.* 8. ¶ In marmoreis fragmentis Faſtorum Conſularium apud *Gruter. pag.* 290. 291. &c. quoties belli cauſa dictator creatus legitur, *rei gerundæ cauſa* creatus dicitur. ¶ Apud alios quoque Latii populos Dictatura in uſu fuit, & quidem alicubi etiam ordinarius, ut Lanuvii, teſte *Cic. pro Mil. c.* 10. Cærituum, *Inſcript.* apud *Grut. p.* 214. Albenorum, *Liv. l.* 1. *c.* 23. &c. Quin *Cato* apud *Gell. l.* 10. *c.* 20. Annibalem *Dictatorem Carthaginienſium* appellat.

Dictatorius, a, um, n. 1. 2. quod erat Dictatoris. *Liv. l.* 6. Dictatorium fulmen in ſe intentatum. *Id. l.* 4. *c.* 14. Dictatoria majeſtas. *Id. l.* 7. *c.* 4. Dictatorius juvenis. h. e. Dictatoris filius.

Dictatrix, icis, f. quæ dicit agenda, præcipit, imperat. *Plaut. Perſ.* 5. 1. 18. Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictātum, n. 2. eſt veluti thema, atque præſcriptum, quod magiſter ludi pueris præbere conſuevit, a dictando, quoniam quæ magiſtri dictant, ſæpe inculcant, ut penitus excipiantur, & ediſcantur. *Hor. l.* 1. *ep.* 18. Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro Reddere. ¶ Dicitur etiam de aliis artibus. *Juven.* Peragit dictata Magiſtri omnia. *Suet. in Cæſ. c.* 26. Ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dictata exercentibus darent. Hic per *dictata* gladiatoria themata, documentaque ſignificantur. ¶ Dictatum etiam pro epiſtola poni, obſervat *Barth. ad Claudian. pag.* 2216.

Dictatūra, f. 1. δικτατωρικὴ ἀρχή, Dictatoris dignitas. *Cicer.* 1. *Off.* Quod paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet. V. *Dictator*.

Dictātus, a, um, adject. *dettato*, ad dicendum propoſitus. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 54. Hæc Janus ſummus ab imo Perdocet, hæc recinunt pueri dictata ſeneſque.

Dicte, Dictæus mons, *Labirinto*, al. *Laſſiti*, ſeu *Laſſiti*, al. *Sethie*, mons Cretæ, in parte Or. inter Idam M. & Gnoſſum urb. ad Occ. & Samonium prom. ad Or. Dictus eſt a Dicte Nympha, quæ in eo colebatur.

Divi-

Digitized by Google

Dividitur in duo brachia, quorum alterum procurrit ad prom. Samonium, alterum ad prom. Siderum in Bor. Hinc Jupiter *Dictæus* dictus eſt, quod ibi nutritus fuerit.

Dicterium, n. 2. *motto*, *che punge*, שנינה, Germ. *ſpeyreden*, Gal. *moquerie*, Hiſp. *motejada*, σκῶμμα, jocus, dictum ſalſum, & acutum, breviter, & acute dictum. *Cic. l.* 1. *ep. ad Cornel. Nep.* Noſtri, cum omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent; quæ facete, & breviter & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt.

Dictio, onis, f. *voce*, מלה, Ger. *wort*, Gal. *mot*, Hiſp. *palabra*, λέξις, φράσις, λόγος, vocabulum, vox, verbum, pars minima orationis, ſignificativa, ex qua inſtruitur oratio, & in quam reſolvitur, apud veteres Grammaticos Scaurum, Diomed. &c. *Catonis* etiam & *Quintiliani l.* 1. *c.* 10. & *l.* 9. *c.* 1. exempla affert *Ol. Borrich. Cogit. p.* 87. ¶ Uſurpatur ſæpe pro enunciatione, & pronunciatione, *recita*, *il dire*, ut dictio ſententiæ, *Cic.* 2. *Invent. cap.* 4. Dictio cauſæ, *Id. pro Quint. c.* 10. & *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 4. Dictio teſtimonii, *Ter. Phorm.* 2. 1. 63. ¶ Dictiones etiam dicuntur Oratorum opera, & orationes. *Cic. in Bruto:* Malim mihi unam L. Craſſi pro M. Curio dictionem, quam triumphos duos &c. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Dictiones extemporales. ¶ Pro Oraculo. *Vet. poeta apud Aull. ad Heren. l.* 2. *c.* 26. Aperte fatur dictio, ſi intelligas. *Liv. l.* 8. *c.* 24. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam.

Dictiōſus, a, um, adject. verboſus, vel dicax, *loquace*. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Dictito, as, avi, atum, n. *andar dicendo*, נגד, Ger. *offt ſagen*, Gall. *dire ſouvent*, Hiſp. *dezir a menudo*, πολλάκις λέγω, freq. a dicto. *Cic.* 3. *Ver.* Ut hoc jam palam dictitent. *Id. l.* 2. *de Or.* Dictitare cauſas. ¶ Eſt etiam excuſationem prætendere, prætextus afferre, προφασίζομαι. *Liv. l.* 1. *c.* 49. Socerum gener ſepultura prohibuit, Romulum quoque inſepultum periiſſe dictitans. *Nepos Lyſand. c.* 1. Cum Lacedæmonii dictitaſſent, hanc cauſam eſſe belli.

Dicto, as, avi, atum, a. 1. *dettare*, Ger. *dictiren*, *vorſagen*, Gal. *dicter*, Hiſp. *dictar*, ὑπαγορεύω, freq. a dico. Eſt dicere, & tractim enuntiare, quod alius excipiens calamo notet. *Cic. Att. l.* 13. Non modo Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. *Id. l.* 7. *Attic. ep.* 13. Epiſtolam dictavi propter lippitudinem. ¶ Item ſuggerere, *ſuggerire*. *Quintil. l.* 3. *c.* 4. Ratio dictat. *Id. l.* 11. *c. ult.* Nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare videantur. h. e. polliceri. ¶ Dictare actionem apud JCtos eſt litem intentare, experiri cum aliquo apud Judicem. *Paul. dig.* 4. 8. 31.

Dictum, i, n. 2. *detto*, אמר, Ger. *red*, Gal. *mot*, Hiſp. *dicho*, ῥῆμα, ſermo, *Cic.* 1. *Fam.* Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæſare interceſſit. ¶ Per excellentiam eſt facete, breviter, & acute dictum, quod mimorum dictum a *Varr. l.* 5. *de L. L.* vocatur, quia illi dicta hujuſmodi affectabant. *Cic.* 2. *Phil.* Salſum omnino hominem, ſed materia facilis in te, & in tuos dicta dicere. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Potius amicum, quam dictum perdere. *piuttoſto l'amico, che la burla*. ¶ *Vernarum dictum*, vel *vernile dictum*, ſimiliter eſt dictum facetum, vel ſcurrile, quia etiam ſervi, ut mimi, hujus generis dicta ſolent effundere. *Tac. l.* 18. Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit. ¶ Dictum præterea pro maledicto uſurpatur. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. Te differam dictis meis. ¶ Item pro juſſo. *Plaut. Men.* 5. 2. 118. Imperium tuum demutat, atque dictum Apollinis. ¶ Dicto audiens, eſt obediens. *Cic.* 4. *Ver.* Dicto audientem fuiſſe Prætori. ¶ Dictis aliquem aggredi, eſt alloqui. *Virg.* 4. *Æn.* Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Cum dicto, eſt ſtatim poſt verba, & vix dum finito ſermone. *Apul.* Et cum dicto faciem ſuam obtexit. Dicto citius, *più preſto ch'io nol dico*. *Liv. l.* 23. *c.* 47. Dicto prope citius equum in viam Claudius egit. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 80. ubi dicto citius curata ſopori membra dedit. ¶ Apud Ennium, quem refert *Cic. in Bruto*, dictum accipitur pro eleganti dicendi ratione, ſeu pro eloquentia, ita enim ait Cum neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat, Nec dicti ſtudioſus erat. h. e. deerant Oratores, & Poetæ. ¶ Dictum factum. V. *Dictus*. ¶ Dictum pro factum, ut ῥῆμα Græcis, & Hebræis *verbum*. *Plaut. Caſ.* 5. 4. 17. Feci ego iſthæc dicta, quæ vos dicitis?

Dicturio, is, n. 4. dicere cupio, dicere moliar. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 2. Fortiter a ſe facta ſemper dicturiunt.

Dictus, a, um, adject. *detto*, *pronunziato*, *recitato*. *Ter. Andr.* 1. 1. 2. Dictum puta. *Id. Eun. prol. v.* 41. Nullum eſt dictum, quod non dictum ſit prius. ¶ *Dictum*, & *factum*, vel *dictum factum*, præciſa locutio eſt, quæ ſignificat ſtatim, celeriter, *detto fatto*, ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον. *Ter. And.* 2. 3. 7. Dictum ac factum invenerit aliquam cauſam, quamobrem ejiciat domo. *Id. Heaut.* 5. 1. 31. Quid poſtquam hoc eſt factum? M. Dictum factum huc abiit. ¶ *Dicto citius* V. in *Dictum*, i. ¶ Habere pro non dicto, h. e. tanquam dictum non ſit. Legitur hæc phraſis apud *Liv. l.* 23. *c.* 22. *ad fin.*

Dictynna, f. 1. cognomen Dianæ. Sed *Diodorus l.* 6. ſcribit, Dictynnam ex Jove genitam, in Creta conſuetudine Dianæ familiariſſime uſam eſſe, quæ res cauſam præbuit, ut Dictynnam, Dianamque eandem eſſe dicerent. Dicta eſt, ut Callimachus ait, a retibus piſcatoriis, quæ δίκτυα Græci dicunt, intra quæ fugiens evaſerit violentiam Minois Regis eam libidinis cauſa inſequentis. *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 632.

Dictys, Cretenſis fuit, qui bellum Trojanum, cui interfuit, deſcripſit lingua Phœnicum. Extat ea deſcriptio latine, quemadmodum & Daretis Phrygii, ſed cui auctori adjudicanda ſit, non convenit inter eruditos.

Didaſcalia, f. 1. διδασκαλία, doctrina, eruditio, a διδάσκω, doceo, inſtituo. *Col. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 3. Διδασκαλίαν quandam habeat. Hanc vocem non facile invenies latinis litteris ſcriptam.

Didaſcalicus, a, um, adject. ad magiſtrum pertinens. *Auſon. ep.* 17. Didaſcalicum aliquod opuſculum mittere.

Didaſcalus, m. 2. διδάσκαλος, præceptor, a διδάσκω, doceo. Græce habet *Cic. Fam. l.* 9. *ep.* 7.

Dido, us, f. 4. & onis, f. 3. alio nomine Eliſa, filia Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis ſacerdoti juncta fuit, quem cum Pygmalion Eliſæ frater, theſauris ejus inhians, ante aram obtruncaſſet, illa in ſomnis monita, cum iis, quibus Pygmalionem inviſum eſſe ſciebat, ablatis clam theſauris, navem conſcendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana dicitur, delata, tantum ſibi ſoli emit, quantum taurino corio poſſet circumdare. Quo in loco cum corium in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet, ſpatiumque ſatis amplum completa eſſet, urbem condidit, quam Carthaginem appellavit, arcemque in medio urbis, quam a corio bubulo Byrſam vocavit. Deinde cum Jarbas Getulus rex nuptias ejus ambiret, recuſantemque vi, & armis cogeret, ſibi ipſi manus intulit. *Virg.* 1. & 4. *Æn.* fabulatur, Æneam, capta Troja, a patria profugum vi tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatum, Eliſamque amore ejus captam, cum præter ſpem deſereretur, mortem ſibi conſciviſſe.

Dido, dis, dididi, diditum, a. 3. *diſtribuire*, *dividere*, חלק, Ger. *auſtheylen*, Gal. *diſtribuer*, Hiſp. *repartir*, διασπείρω, proprie eſt diſtribuere, ſive diffundere in multos, a *di*, vel *dis*, & *do*. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 2. Albuti ſenis exemplo dum munia didit. ideſt, dividit. ¶ Frequenter accipitur pro divulgo, ſive diſpergo. *Virg.* 7. *Æneid.* Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor.

Didōron, n. 2. duorum palmorum. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Didoron, quo utimur, longum ſeſquipedale, latum pede.

Didrachma, atis, & Didrachmum, i, n. δίδραχμον, δίδραχμα, nummus duas drachmas continens. *Sedul. l.* 3. *v.* 316. Hamum ferre jubet gerulum didrachmatis auri.

Didūco, is, xi, ctum, a. 3. *dipartire*, *guidare in diverſe parti*, פרד, Ger. *zertheylen*, Gal. *deſunidre*, *ſeparer*, Hiſp. *partir*, διαγάγω, diſtraho, diſtineo, divido, in diverſas partes, & loca duco. *Cæſ.* 6. *B. G.* Dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. *Cic. in Orat. c.* 32. Cum pugnum duxerat, & manum dilataverat. *Celſ. l.* 7. *c.* 7. n. 4. Diducendus quotidie oculus eſt, ne cicatrice inter ſe palpebræ glutinentur. *Hor. ad Piſon. v.* 325. Pueri longis rationibus aſſem Diſcunt in partes centum diducere. *Tacit.* 4. *hiſt.* In ſtudia Senatum diduxerat. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Diducere argumenta in digitos. *Juv. ſat.* 10. Diducere riſum.

Diductio, onis, f. actus diducendi, apertio. *Senec. l.* 2. *Quæſt. nat. c.* 8. Oſtendit extenſionem ſpiritus velocitas ejus, & diductio.

Diductus, a, um, adject. διαχωριζόμενος, diviſus, diſtractus, *diviſo*. *Tac. Ann.* 1. *c.* 47. Diductis terris hauriebantur. *Id.* 12. *Ann.* Foribus repente diductis. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 7. Injurias inimicorum in ſe commemorat, a quibus diductum, & depravatum Pompejum queritur. h. e. abductum.

Didymæus, m. 2. Διδυμαῖος, cognomen Apollinis, ideſt, Solis, a δίδυμος, geminus, quod gemina luce aerem illuſtrat, interdiu per ſe, noctu per Lunam, quæ ab ipſo lumen habet. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 17. Hinc Didymæum templum, Apollini dicatum, apud Miletum, & Branchidas pop. olim Oraculum Branchidarum.

Didyme, f. 1. Didyma, inſ. maris Ægæi, inter Cycladas, finitima Scyro, Andro, & Oliaro. ¶ Item *Salina*, al. *Panaro*, inſ. Siciliæ, una Æoliarum.

Diecula, f. 3. ἡμερίδιον, dim. a dies. *Cic. Att. l.* 5. *ep. ult.* Quid mali C. Julius fecerit, cum dieculam duxerit.

Directa, Directe, &

Directo, adverb. in malam rem, in malam crucem, *in mal'ora*. *Plaut. Trin.* 2. 4. Abin' hinc directe? *Id. Rud.* 4. 4. 126. I directa cum ſucula, & porculis. *Livius:* Directo arma petiſſe dicant. h. e. in ſuam perniciem. V. *Directus*.

Directus, a. 1. 2. in crucem actus, quaſi ſub dio erectus, vel quaſi die, vel in diem erectus. *Plaut. Merc.* 1. 2. 72. I hinc hodie directus, nugare in re capitali mea. *Id. Men.* 2. 3. *v.* 87. allegorice. Ducit lembum directum navis prædatoria. ¶ *Feſtus* directum ait vocari diem minime rectum, malum, ſævum, per antiphraſin.

Dies, diei, m. vel f. 5. ſed num. pl. ſolum gen. m. *giorno*, יום, Ger. *tag*, Gal. *jour*, Hiſp. *dia*, ἡμέρα, ſpatium viginti quatuor horarum, a Ζεύς, quaſi Jupiter ſit lucis auctor. Grammatici Veteres pro diverſa hujus nominis ſignificatione, diverſum genus ei tribuunt, ajunt enim, feminino genere ſignificare tempus indeterminatum, maſculino vero ſpatium 24. horarum. *Cic. Ver.* 1. *c.* 2. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulaviſſem, invenit iſte, qui ſibi in Achajam biduo breviorem diem poſtularet. *Plin. l.* 9. *c.* 59. Per aliquot dies continuos piſcator enavigat. Verum hoc diſcrimen non eſt perpetuum, præſertim apud Poetas. *Virg.* 2. *Æn. v.* 132. Jamque dies infanda aderat, mihi ſacra parari &c. *Plin.* etiam *l.* 7. *c.* 52. Jacuit in litore tota die: deinde cum adveſperaſſet &c. ¶ Dies aliquando ponitur pro luce diei. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 56. Concionanti tantum fœdarum volucrum ſupervolitavit, ut nube atra diem obtenderent. Sic admittere diem, h. e. apertis feneſtris lumen admittere. *Plin. l.* 9. *ep.* 35. ¶ Item pro actis diei. *Senec. lib.* 3. *de Ira cap.* 36. Totum diem meum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior. ¶ Item pro vita. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 4. *v.* 44. Sive diem videat, ſive tegatur humo. Hinc obire diem, eſt mori. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 12. Marcellum diem ſuum obiiſſe. ¶ Dies dubius dicitur, cum nondum plene lucet. *Plin. l.* 6. *ep.* 20. ¶ Die multo, h. e. magna ex parte acto. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 22. Multo denique die per exploratores cognovit. Sic, die illuſtri, h. e. claro, ac nitido ſole. *Curt. l.* 3. *c.* 3. ¶ De die, ſignificat interdiu. *Catul. carm.* 47 Vos convivia lauta ſumptuoſe de die facitis. h. e. ante legitimum cœnæ tempus. Sic *Sueton. in Domit. c.* 21. Lavabat de die, prandebatque ad ſatietatem. h. e. ſtatim a matutino. ¶ In diem, *di dì in dì*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 4. Barbarorum eſt in diem vivere. *Plaut. Men.* 3. 1. 10. Affatim eſt hominum qui in dies ſingulas eſcas edunt. h. e. ſemel in die: Sunt qui ſcribunt *indies* conjunctis duabus vocibus. ¶ Diem dicere. V. *Dico*. ¶ Dies interdum dicitur tempus præſtitutum alicui rei, ut dies pecuniarum, quo ſc. ſolvenda pecunia eſt. *Colum. l.* 1. *c.* 7. Sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit, tenax eſſe juris ſui debet ſicut in diebus pecuniarum, &c. Similiter & in diem emere. *Nepos in Att. c.* 9. Cum illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet. His reſpondent, proferre diem, diem laxiorem dare, ſervare, obire diem, hoc eſt, tempus ſolvendi debiti apud *Cic. Liv.* & al. ¶ *In diem*, & *præſens* opponimus. *Ter. Phorm.* 5. 2. 16. Præſens quod fuerat malum, in diem abiit. *Cic. pro Cæl. c.* 24. In diem fraudis præſentis pœnas Dii reſervant. ¶ *Die oculata emere*, eſt præſenti pecunia emere: contra vero, *emere die cæca*, dicimus, cum ſolutionem in diem proferimus. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 67. Eme die cæca hercle olivum, id vendito oculata die. ¶ Dies noctesque, pro ſemper, aſſidue, *dì, e notte*. *Cic. pro Roſc. Amer.* Dies noctesque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetant. ¶ *Alio die*, formula erat Augurum denuntiantium differendam eſſe in alium diem eam rem, pro qua cum de cœlo ſervaſſent, aves non addixiſſent. V. *Briſſon. de formul. l.* 1. ¶ Hujus nominis genitivus eſt *diei*, ſed reperitur & *die*, & *dii*. *Virg.* 11. *Æn.* Munera lætitiamque dii. *Id.* 1. *Georg.* Libra dies ſomnique pares ubi fecerit horas. ¶ Ablativ. eſt *die*, & etiam aliquando *dii*, ut diu noctuque, apud *Salluſt.* & alios pottim. ¶ *Die quinti*, *die ſeptimi*, *die craſtini*, formulæ ſunt pro die quinto, craſtino, &c. *Plaut. Moſtel.* 4. 1. 25. *Liv. Dec.* 3. V. *Agell. l.* 10. *c.* 24.

Dieſis, δίεσις, eſt quarta pars toni muſici: atque ideo ſcribitur quatuor lineolis decuſſatis. *Vitr. l.* 5. *c.* 4.

Dieſpiter, eſpitris, m. 3. *Giove*, Ζεύς, Jupiter, quaſi diei, & lucis pater. *Hor. l.* 3. *od.* 2. *v.* 29. Sæpe Dieſpiter neglectus inceſto addidit integrum.

Diffamātus, a, um, adject. *infamato*. *Ovid. Met.* 4. *v.* 236. Vul at adulterium, diffamatumque parenti indicat. *Tac. Ann.* 15. *c.* 49. A Nerone probroſis carmine diffamatus.

Diffamo, as, avi, atum, a. 1. *divulgare mala fama*, *infamare*, הלך, Ger. *verleumbden*, Gall. *diffamer*, Hiſp. *deſamer*, διαφημίζω, malam famam ſpargo. *Apulej. lib.* 1. *Mileſ.* Non ſolum me diffamat probris, ſed &c. ¶ In bonam partem pro divulgare, ut eſt *Auguſt. de morib. Eccleſ. c.* 14. *de Deo:* Quanto melius, atque diffuſius diffamatur, tanto diligitur, & amatur ardentius.

Diffarreatio, f. 3. ſacrificii genus inter virum, & uxorem, quo conjugium per confarreationem contractum diſſolvebant. *Feſtus*. V. Confarreatio.

Differens, entis, adject. o. 3. diſſimilis, *differente*, διαφέρων, *Cic. in Orat. c.* 23.

c. 23. Res plus quam opinione differunt. Et *de Fato*, c. 4. Has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas. ¶ Subſtantive pro differentia, *Quintil. lib.* 5. *cap.* 10. Finitioni ſubjecta maxime videntur genus, ſpecies, differens, proprium. ¶ Cum caſus habet, dativum regit, *Plin. lib.* 9. *cap.* 8. *de delphinis*. Lingua eſt his brevis, atque lata, haud differens ſuillæ.

Differenter, adverb. *differentemente*. *Solin. c.* 1. Inſeruimus pleraque differenter congruentia.

Differentia, f. 1. *differenza*, [illegible], Germ. *underſcheit*, Gall. *difference*, Hiſp. *diferencia*, [illegible]. *Cic.* 4. *Academ.* Ut, quanta differentia eſt in principiis naturalibus. Adde *l.* 1. *Offic. c.* 27.

Differitas, f. 3. idem ac differentia, apud vet. a differo. *Lucr. l.* 4. *v.* 637. Tantaque in his rebus diſtantia, differitaſque eſt. Adde *Arnob. l.* 2. & 5.

Differo, ers, diſtuli, dilatum, a. anom. proprie eſt diſſipare, in diverſa ferre, dividere, a dis, & fero. Hinc *Virg.* 3. *Georg.* ut, Aquilonem differre nubes, *Horat. Epod.* 5. Eorum differre fractos remos, lupos membra inſepulta. *Plaut. Rud.* c. 3. Nos cum ſcapha tempeſtas dextrorſum differt ab illis. ¶ Interdum eſt in ordinem ponere. *Virg.* 4. *Georg.* Seras in verſum diſtulit ulmos. ¶ Tranſlate eſt ſpatium temporis extendere, proferre, producere, *differire*, *prolungare*, [illegible], Ger. *verziehen*, Gal. *differer*, Hiſp. *dilatar*, [illegible]. *Cic. de Orat.* Rem commoviſti nova diſputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. ¶ Item cruciare, ſcindere, lacerare. *Ter. Adelph.* Me miſeram, differor doloribus. ¶ Eſt item verbum neutrum, & ſignificat diſtare. *Cic. in Ver.* At vide, quid differt inter meam opinionem, & tuam. *Id. in Brut.* Quo ipſi differrent ab Oratoribus. *Id.* 1. *de Invent. c.* 44. Deinde quid res cum re differat, demonſtrabitur. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Differunt in candore. ¶ Interdum ſumitur pro diffamare, divulgare, ſpargere. *Ter. Heaut. prol.* 15. Nam quod rumores diſtulerim malevoli. Et differre aliquem rumoribus, *Tac. Ann. l.* 1. *c.* 4. ¶ Differre aliquem dictis, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 124. h. e. maledictis inceſſere. Et abſolute, *Ter. And.* 2. 4. 4. Orationem ſperat inveniſſe ſe, qua differat te. h. e. laceſſat, proſcindat. Sed hæc ſignificatio ad primam referenda eſt. ¶ *Diſque tuliſſent* pro *diſtuliſſent*, habetur apud *Plaut. Trin.* 4. 1. 14.

Differtus, a, um, nom. particip. (a differcio, de quo adhuc exemple non vidimus, *pieno*, *empiuto*, fartus, impletus. *Tac. Ann.* 16. *c.* 6. Corpus differtum odoribus conditur, tumuloque infertur. *Hor. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 4. Forum Appii differtum nautis. *Id. lib.* 1. *epiſt.* 6. *verſ.* 59. Differtum tranſire forum.

Diffibulo, as, avi, atum, a. 1. *sfibbiare*, Germ. *die heffteu auffloſen*, Gall. *deboucler*, Hiſp. *quitar la hevilla*, [illegible], fibulam reſolvo, diſcingo, exſinuo, aperio. *Stat. Theb.* 6. *v.* 570. Emicat, & torve chlamydem diffibulat aure.

Difficile, adverb. *difficilmente*, [illegible], Ger. *ſchwerlich*, Gall. *difficilement*, Hiſp. *dificilmente*, [illegible], cum difficultate, ægre, vix. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Semen inter folia durum, & quod difficile evellatur. *Cicer.* 2. *de Inv. c.* 56. Difficile fieri. V. Difficiliter.

Difficilis, le, o. 3. *difficile*, *malagevole*, [illegible], Ger. *ſchwer*, Gal. *difficile*, Hiſp. *dificil*, [illegible], quod non eſt facile, quod arduum eſt, operoſum, laborioſum. *Cic.* 3. *de Orat.* Nec hæc erat difficilis ad perſequendum eſſe videantur. *Id.* 5. *Phil.* Difficillimum Reipubl. tempus. h. e. calamitoſiſſimum. *Caſ. l.* 3. *B. G. cap.* 15. Difficilioribus uti temporibus. *Liv. l.* 3. Difficile ad fidem eſt. *Virg.* 5. *Æn.* Difficiles ſcopuli. *Id.* 2. *Georg.* Difficiles terræ. ¶ Cum de perſona dicitur, refertur ad morum aſperitatem, & ponitur pro moroſo, duro, aſpero. *Cic. de Sen.* Senes moderati, nec difficiles, nec inhumani tolerabilem agunt ſenectutem. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 12. Difficilem eſſe precibus alicujus.

Difficiliter, adverb. idem ac difficile, *difficilmente*. *Cic. in Acad.* Cur deinde non, ut difficiliter a vero internoſcatur? *Col. l.* 5. *c.* 3. Difficiliter menſtrae inhibimus ægrorum. ¶ Gradus hujus adverb. communes ſunt cum adverb. Difficile, immo ab hoc oriuntur. *Plin. l.* 22. *c.* 21. Difficilius concoquitur. Et *l.* 19. *c.* 7. Omnium difficillime opium naſcitur.

Difficul, pro difficili, apud antiquos. *Var.* apud *Non.* Quod utrum ſit magnum, an parvum, facul, an difficul.

Difficultas, f. 3. *difficoltà*, [illegible], arduitas, labor, negotium. *Cic.* 1. *de Orat.* Hiſi rei quandam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem. ¶ Item inopia. *Cic.* 4. *Ver. c.* 48. Oſtendit ſe in ſumma difficultate eſſe nummaria. Sic difficultas annonæ, *Id. pro Domo*. ¶ Difficultas ſpirandi, & ſpiritus, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 1. & *l.* 5. *c.* 25. *difficoltà di reſpiro*. Sic difficultas urinæ, *Plin. l.* 20. *c.* 21. ¶ *Cic. pro Quin.* Affligi difficultatibus, *diſgrazie*.

Difficulter, idem ac difficile. *Cic. de Inv.* Quid difficulter fieri, & quid facile fieri poſſit. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 62. Difficulter, & ægre fiebat.

Diffidens, entis, adject. o. *diffidente*, *chi diſpera*. *Cic. in Piſon. c.* 36. Diffidens, & deſperans fuit rebus.

Diffidenter, adv. *con diffidenza*. *Cic. pro Cluent. in princ.* Timide, & diffidenter attingere rationem veneficii criminum.

Diffidentia, f. 1. *diffidenza*, Ger. *miſſtrauung*, Gal. *deffiance*, Hiſp. *deſconfiança*, [illegible]. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 37. Metus quoque eſt diffidentia expectati, & impendentis mali. *Id.* 1. *de Inv. c.* 54. Fidentiæ contraria eſt diffidentia, & in ea re vitium eſt.

Diffido, is, diffiſus ſum, n. 3. *diffidarſi*, *non aver fidanza*, Germ. *miſtrauen*, Gal. *ſe deffier*, Hiſp. *deſconfiarſe*, [illegible], non fido. *Sulpic. Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 5. Plura de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. *Cic. l.* 4. *Acad.* Invenire ſe poſſe quod cuperent, diffiſi ſunt. *Id. Att. l.* 12. De Othone diffido. ¶ *Diffido*, præter. pro *diffiſus ſum*, eſt apud *Quintil. Declam.* 287. Cum cauſæ patris diffidiſſet vir fortis.

Diffindo, is, diffidi, diffiſſum, a. 3. *fendere*, *tagliare in più pezzi*, [illegible], Ger. *zerſpalten*, Gal. *mettre en pieces*, Hiſp. *hender*, [illegible], in diverſas partes findo. *Cic. de Univ.* Hanc igitur omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit. *Varr. R. R. c.* 41. Diffindere medium. ¶ Diffindere diem. *Bud.* Tria erant apud antiquos pronunciandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc eſt, res in poſterum diem rejiciebatur, aut comperendinabatur, id eſt, in tertium diem differebatur, aut judex non liquere pronunciabat. *Ulpian. l.* 2. *ff. ſi quis cautor*. Et ideo etiam Lex XII. Tabul. ſi Judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, jubet diem judicii eſſe diffiſſum. *Liv. l.* 9. *c.* 38. Ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diffidit diem.

Diffingo, is, inxi, ictum, a. 3. *guaſtare*, *corrompere*, [illegible], Ger. *verbrechen*, *und anderſt machen*, Gall. *defigurer*, *difformer*, Hiſp. *gaſtar*, *deſfigurar*, [illegible], eſt corrumpere, convellere, deſtruere, quod fictum, & formatum eſt. *Horat. l.* 3. *Carm. od.* 29. Neque diffinget, infectumque reddet. ¶ Eſt item reformare. *Hor.* 1. *Carm. od.* 35. O utinam nova incude diffingas retuſum in Maſſagetas, Arabaſque ferrum. ¶ Item negare. *Horat.* 2. *Sat.* 1. Nihil hinc diffingere poſſum. id eſt, non poſſum negare, rem ſic ſe habere. Alii legunt, *Diffindere*. ¶ Item deprimere. *Id. l.* 1. *Sat.* 10. Diffingit Rheni luteum caput. Alii leg. *defingit*.

Diffinio, V. Definio.

Diffiſſio, vel Diffiſio, onis, f. prorogatio, dilatio, *dilazione*, *proroga*, n

Diffindo. *Gel. l.* 14. *c.* 2. In rerum diffiſſionibus, & comperendinationibus. Ita legit *Gravius*. Alii, *diffuſionibus*.

Diffiſſus, a, um, adject. *ſpaccato*, *feſſo in due parti*, ut Diffiſſum factum, *Cic. l.* 1. *Div. c.* 13. Ramus diffiſſus, *Var. l.* 1. *R. R. c.* 40. ¶ Item dilatus, *differito*. *Ulpian. Dig.* 2. 11. 2. Si alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, jubet diem judicii eſſe diffiſſum.

Diffiſus, a. 1. 2. [illegible], part. a diffido. *Cic. pro Mur. c.* 30. Me quoque in adoleſcentia diffiſum ingenio meo quæſiſſe adjumenta doctrinæ.

Diffiteor, e. a. *negare*, [illegible], Ger. *verneinen*, Gal. *denier*, Hiſp. *negar*, [illegible], nego, ex *dis*, & *fateor*. *Afin. Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 10. Nunquam diffitebor, multa me & ſimulaſſe invitum, & diſſimulaſſe cum dolore. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 13. Et pudor obſcœnum diffiteatur opus.

Difflo, as, a. 1. *gettare a terra ſoffiando*, [illegible], Ger. *zerblaſen*, Gall. *epandre*, Hiſp. *derribar ſoplando*, [illegible], flatu proſterno. *Plaut. Mil.* 1. 1. 17. Cujus tu legiones difflaſti ſpiritu, quaſi ventus folia.

Diffluo, is, uxi, uxum (olim fluctum, & ſlutum) neut. 3. *ſcorrere in più parti*, Ger. *zerflieſſen*, Gall. *couler de toutes parts*, Hiſp. *correr en muchas partes*, [illegible], in diverſas partes fluo. *Plin. l.* 21. *c.* 13. Ham & ſudore diffluunt. *Lucret. l.* 3. *v.* 436. Undique vaſis diffluere humorem, & laticem diſcedere cernis. ¶ Tranſlate ſumitur pro redundare, immoderatum eſſe in aliqua re. *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 30. Intelligemus, quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter vivere.

Diffractus, a, um, adject. *rotto*, *frauto*, *ſpezzato*. *Sueton. Caſ. c.* 27. Puns curru excuſſus eſt, axe diffracto. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Coloſſi baſis a veſtate diffracta.

Diffringo, is, egi, actum, a. 3. *frangere in più parti*, [illegible], Ger. *zerbrechen*, Gall. *briſer*, Hiſp. *quebrantar*, [illegible], in varias partes frango. *Plaut. Aſin. c.* 4. 68. Crura hercle diffringentur.

Diffugio, is, ugi, n. 3. [illegible], Ger. *hin*, *und her fliehen*, Gall. *fuir ca*, & *la*, Hiſp. *huir aca*, *y acullá*, [illegible], in diverſas partes fugio. *Virgil.* 3. *Georg.* Quo tota exterrita ſylvis diffugiunt armenta. ¶ Eſt item ſimpliciter fugere. *Caſ.* 8. *B. G.* Diffugiunt ad ſua præſidia. ¶ Tranſlate ponitur pro vitare. *Cic.* 5. *Ver.* Diffugerunt permulti id, quod aliis dam. ¶ Item pro refugere, renuere, *ricuſare*. *Var.* 2. *R. R. cap.* 4. Nec tamen diffugio, quin dicam, quæ ſciam de ſuillo pecore. Alii leg. *defugio*.

Diffugium, ii, n. 2. *fuga*. *Tac.* 1. *hiſt. cap.* 39. Proximorum diffugia, languentibus jam ſtudiis.

Diffulguro, as, fulgura ſpargo. *Sidon. carm.* 11. *v.* 111. Poſtes chryſolithis fulvus diffulgurat ardor.

Diffulmino, as, fulmine disjicio. *Sil. l.* 5. *v.* 277. Diffulminat omnem Obſtantum turbam.

Diffundito, as, atum, a. 1. frequent. a diffundo. *Ammian. l.* 6. *c.* 23. (al. 12.) Ubique ſe ſe diffunditans. Et *l.* 21. *c.* 3. Sol mens mundi noſtras mentes velut ſcintillas ex ſe ſe diffunditans. ¶ Tranſlate *Plautus Merc.* 1. 1. 58. Amoris vi diffunditari, ac deteri.

Diffundo, is, diffudi, diffuſum, a. 3. *verſare*, *ſpargere in più parti*, [illegible], Ger. *zerſpreiten*, Gal. *epandre*, Hiſp. *derramar*, [illegible], varie fundo, hinc inde ſpargo, dilato. *Cic.* 1. *de Orat.* Diffuſa ramis patulis platanus. *Plin. l.* 4. *ep.* 22. Morbus diffunditur e capite. *Id. Paneg. c.* 36. Oratio diffunditur in immenſum. *Cicer. de Amic.* Virtus diffunditur, & contrahitur. ¶ Eſt etiam ſimpliciter fundere. Dicimus autem diffundere vinum, & defundere, ſed cum quodam diſcrimine. V. Defundo. ¶ Tranſlate diffundere animum, eſt exhilarare. *Ovid. l.* 1. *de Art.* Diffunderque animum omnibus iſta dies. Sic *Arnob. l.* 7 *pag.* 213. Diffundi lætitia.

Diffuſe, adverb. *diffuſamente*, Ger. *ſpreiterlich*, Gal. *largement*, Hiſp. *largamente*, [illegible], diſperſe. *Cic. de Inv. l.* 1. *c.* 1. Enumeratio eſt, per quam res diſperſe, & diffuſe dictæ unum in locum coguntur. *Idem* 3. *Tuſcul. c.* 10. Latius aliquanto dicenda ſunt, & diffuſius. *Avien. Pereg. v.* 259. Latus hoc terræ diffuſius explicat agros.

Diffuſilis, le, adject. o. qui ſe diffundit. *Lucret. l.* 5. *v.* 468. Levis, ac diffuſilis æther.

Diffuſio, f. 3. *ſpargimento*, [illegible], Germ. *zerſpreitung*, Gall. *diffuſion*, Hiſp. *derramamiento*, [illegible], diſperſio, dilatatio. *Sen. de vit. beat. c.* 5. Comitaſque, & diffuſio animi. V. ibi Lipſium.

Diffuſus, a, 1. 2. [illegible], ſparſus, partic. a diffundor. *Cic.* 2. *de Orat.* Se jus Civile, quod nunc diffuſum, & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum. *Id.* 2. *Fin. c.* 34. Error longe lateque diffuſus. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Glans querna facit ſuem diffuſam, & graviſſimam. h. e. obeſam, præpinguem. *Mart. l.* 3. *epigr.* 31. Diffuſi jugera campi. h. e. ampli. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Color diffuſus ſanguine, *color ſanguigno*. *Plin. alter l.* 7. *ep.* 17. Corona diffuſior. h. e. cœtus numeroſior. ¶ Item exhilaratus. *Ovid. Met.* 3. *v.* 318. Forte Jovem memorant diffuſum nectare curas Sepoſuiſſe graves. Sic *Stat. l.* 4. *Silv.* 2. vultus diffuſus.

Diſſmutus, a, um, adject. *Catull. carm.* 29. *v.* 14.

Digamma Æolicum, dicta eſt F litera, quod duplicis gamma imaginem referre videatur. *Cic. Att. lib.* 9. *epiſt.* 9. Fundum ſuum Formianum vocat Digamma, quod nomen ejus ab F litera initium ſumeret. Deliſium (inquit) digamma venderem.

Digamus, i, m. *bigamo*, qui bis uxorem duxit. *Tertull. de Pudic. c.* 1. & *Hieron. l.* 1. *contr. Jovinian. c.* 8.

Digantia, Digentia, *Rio del Sole*, fl. Sabinorum, qui in agro Reatino oritur, ac in Tiberim per Fabarim, & Fanum Vacunæ fluit.

Digeries, f. 5. *diſpoſizione*, [illegible], digeſtio, diſpoſitio, diſtributio. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. Si digeries morſum reprehenſionis evaſit.

Digero, is, digeſſi, digeſtum, a. 3. *ordinare*, *diſporre*, [illegible], Germ. *ordnen*, Gall. *diſpoſer*, Hiſpan. *digerir*, *diſponer*, [illegible], ordino, molita, & congeſta diſpono, divido, diſtribuo. *Cic.* 3. *Ver.* Habeo iſtius tabulas omnes, quas diligentiſſime legi, atque digeſſi. *Col. l.* 10. Tu cinge comam, tu digere crines. Rurſus *Cic. pro Rabir. Poſth.* Digerere optime Rempubl. ¶ Item diluſido, interpretor. *Virg.* 2. *Æn. v.* 182. Ita digerit omnia Calchas. ¶ Item huc illuc fero, diſſipo. *Plin. in epiſt.* Diſcordantibus ventis digeruntur. ¶ Apud *Lucanum* eſt ſenſum, & quaſi per partes conſumere. ita enim ait *l.* 8. *v.* 88. Corpus tum ſolvit tabes, ac digerit artus. ¶ Item ſumitur ſæpe pro concoquere, *digerire*, quia cibus ſtomachi calore ordinate per corpus diſtribuitur. *Celſ. in præf.* Digeruntur ſibus, & potio in omnes membrorum partes. *Cic. Att. l.* 4. Concaluit, ut digerat multa cruda ſuſilius. ¶ Digerere mandata alicujus, *eſeguire con ordine*. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Fac, ut mea mandata digerac, perſequare, conficiac.

Digeſtibilis, le, adject. qui digeri, & concoqui poteſt, *facile da digerire*, ut cibus digeſtibilis, *Cal. Aurel. l.* 1. *c.* 5. Oxygarum digeſtibile. *Apic. l.* 1. *c.* 34. h. e. digeſtionem adjuvans.

Digeſtim, adverb. ordinate, diſpoſite. *Prudent. Periſteph.* 2. 169. Digeſtim aliquid ſcribere.

Digeſtio, f. 3. *digeſtione*, Germ. *verdeuung*, Gal. *digeſtion*, Hiſp. *digeſtion*, [illegible], ciborum concoctio in ventriculo. *Capitol.* in *Vero. c.* 4. Somni fuit permodici, digeſtionis facillimæ. *Celſ. in præfat.* Sive concoctio illa fit, ſive digeſtio. h. e. via, & diſpoſitio ad concoctionem. ¶ Item diſpo-

diſpoſitio, ordinatio. *Vellej. l.* 2. *c.* 53. Digeſtio annorum. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Siderum exortus dignoſcuntur digeſtione circulorum. Adde *Cic. Philip.* 5. *c.* 7. ubi tamen alii aliter legunt.

Digeſtivus, a, um, adject. ut digeſtiva virtus, *Macer l.* 1. *c.* 18.

Digeſtorius, a, um, adject. digeſtivus, ſeu qui digeſtionem facit, ut digeſtorium medicamentum, *Plin. Valer. l.* 2. *cap.* 8. Digeſtorium enbamma. *Marcell. Empir. c.* 20.

Digeſtum, i, vel Digeſta, orum, n. 2. ſic appellatur a JCtis volumen continens partem Juris civilis, eo quod plurimas leges, quæ antea confuſæ erant, in eo digeſtæ, & ordinatæ reperiuntur. Alio nomine dicitur *Pandectæ*.

Digeſtus, us, m. ordinatio, diſpoſitio, adminiſtratio. *Stat. l.* 3. *Silv.* 3. *v.* 88. tibi creditur uni Sanctarum digeſtus opum.

Digeſtus, a, um, adjectiv. ordinatus, diſpoſitus, *ordinato*. *Cicer. pro Roſc. Com. c.* 3. Nomina in codicem digeſta habere. ¶ Item in ventriculo concoctus, *digerito*. *Marcell. Empir. c.* 21. Triduo puriſſimum, & digeſtiſſimum eſſe.

Digitalis, le, n. 3. *di miſura d' un dito*, Ger. *fingermæſſig*, Gall. *de la meſure d' un doit*, Hiſp. *de la medida de un dedo*, δακτυλιαῖος, quod habet menſuram digiti. *Plin. l.* 22. Anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine. ¶ Digitale, ſubſt. neut. 3. δακτυλήθρα, digitorum tegumentum. *Var. l.* 1. *de R. R. cap.* 55. Olus, quæ digitis nudis legitur, laudabilior, quam illa, quæ cum digitalibus.

Digitatus, a, um, a. *che ha dita*, Ger. *der finger hat*, Gall. *qui a doits*, Hiſp. *el que tiene dedos*, qui digitos habet. *Plin. l.* 11. *c.* 47. Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digitellus, m. 2. dim. a digitus. Hoc nomine dicitur herba quædam, quæ alio nomine ſedum, ſive ſempervivum majus appellatur. *Plin. l.* 23. *c.* 13.

Digitulus, m. 2. *dito picciolo*, δακτυλίσκος, dim. a digitus. *Ter. Eun.* 2. 2. 33. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.

Digitus, m. 2. *dito*, אצבע, Ger. *ein finger*, Gal. *doigt*, Hiſp. *dedo*, δάκτυλος, membrum manus. *Cicer. in Acad.* Cum paulum digitos conſtrinxerat, pugnumque fecerat. ¶ Digitorum primus Veneri ſacer erat, 2. Marti, 3. Saturno, 4. Soli, 5. Mercurio. Porro primus *Pollex* dicitur, quia eo maxime pollet manus. 2. *Index*, quod eo utimur ad aliquid oſtendendum, qui & *ſalutaris* dicitur, quia eo ori admoto ſilentium indicitur, res ſaluberrima. 3. *Medius*, quia in medio poſitus, dicitur etiam *infamis* propter penis ſimilitudinem. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 33. uda labella infami digito, & luſtralibus ante ſalivis Expiat. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 45. In hunc intende digitum, hic Leno eſt. h. e. irride, contemne. ¶ Hinc, digitum medium oſtendere, eodem ſenſu. *Juven. ſat.* 10. *v.* 52. *Mart. l.* 2. *ep.* 28. ¶ 4. *Annularis* a ferendo annulo nomen habet. 5. *Auricularis*, qui *minimus* dicitur, eoque ad purgandas aures utimur. ¶ Digitus ſæpe dicitur de re, aut actione minima. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 3. Mihi certum eſt, ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam, ſupple, *diſcedere*. ¶ Hinc digitum proferre, exerere, porrigere, &c. *Idem* 5. *Fin. cap.* 17. Chryſippus ne digitum quidem ejus cauſa porrigendum dicebat. ¶ Hinc in digito mori. h. e. levi vulnere, aut morbo. *Plin. l.* 27. *c.* 2. Hinc atrox illa peroratio ejus: in digito eos mortuos. Ita refert, & explicat hæc verba *Cæl. Rhod. l.* 23. *c.* 13. atque ex eo plures Lexicographi. At Harduin. & alii leg. *peroratio ejus in digitum*. V. apud *Plin.* reliqua, unde colliges diverſum omnino ſenſum. ¶ Summis digitis colere, modus loquendi a Gentilium more ductus, qui quas res ſacrificaturi erant, ſummis digitis accipiebant. *Lactant. l.* 1. *Inſtit. c.* 20. ¶ Monſtrari digito dicitur, qui aliqua in re inſignis eſt. *Horat. l.* 4. *od.* 3. *v.* 22. Totum muneris hoc tui eſt, Quod monſtror digito prætereuntium. ¶ Digito cœlum attingere, eſt, ſumme beatum, & velut Diis proximum ſe putare. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 1. *in med.* ¶ Digito caput ſcalpere, eſt mollis & delicati hominis indicium. *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 133. ¶ Micare digitis. V. *Mico*. ¶ Digitum tollere, ſignificat favere, & ſuffragari, contra vero, digitum deprimere, eſt refragari, damnare. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 66. Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. ¶ Digitum etiam tollere, ſeu exerere dicuntur, qui ſe victos fatentur: tractum a gladiatoribus, qui victi, oſtenſione digiti veniam a populo poſtulabant, ut ait Vet. Scholiaſt. ad illud *Perſ. ſat.* 5. *v.* 119. Nil tibi conceſſit ratio: digitum exere, peccas. *Sidon. l.* 5. *ep.* 7. Hi ſunt, quorum comparatione digitum tollerent Narciſſus, Aſiaticus, Maſſa, &c. V. ibi *Savar.* ¶ Item qui in auctione aliquid emunt, quoniam ſublata manu id ſignificant. *Scaliger. ad Manil. & Hotomann. ad Aſian.* 1. *Ver. c.* 54. ¶ Eſt etiam digitus menſura quædam quatuor hordei grana in latitudinem continens. V. *Front. de qualitat. agror.* apud *Rigalt. & Var. Auctor. de menſuris* apud *Gruſ.* ¶ In aquæductibus digitus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex caſtello aqua dividitur in vicos, aut regiones, aut etiam in nobilium ædes. Habebant enim aquæductus ſua caſtella ad divortia vicorum, a quibus aqua a cuſtode per uncias, & digitos dividebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 473. *n.* 3. & *Front. de aquæd.*

Digladiabilis, le, adjectiv. *contraſtabile*. *Prudent. Cath.* 3. *v.* 147. Hoc erat aſpidis, atque hominis Digladiabile diſſidium.

Digladior, aris, atus ſum, d. 1. *far alle coltellate*, Germ. *fechten*, Gal. *ſe battre a coups de couteau*, Hiſp. *acuchillarſe*, ξιφομαχέω, eſt varie gladiis certare. *Cic.* 3. *de Leg.* Quibus digladiarentur inter ſe cives. ¶ Tranſlata eſt diſſentire, & contendere. *Cic. in Acad.* Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

Digma, atis, n. δεῖγμα, exemplum, rerum venalium ſpecimen. *C. Theod. tit. de ſuar. pecuar.* h. 2. *l.* 14. *tit.* 4. *leg.* 9.

Dignanter, adverb. *corteſemente*, *degnandoſi*. *Vopiſc. Tacit. c.* 5. Loquentem dignanter audita. *Symmach. l.* 3. *epiſt.* 65. Dignanter impertias.

Dignatio, onis, f. *ampiezza*, *onore*, *degnità*, יקר, שאת, Ger. *wirdigung*, Gal. *dignité*, Hiſp. *dignidad*, ἀξίωσις, dignitas, & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratus, vel ob oris, morumque majeſtatem. *Sueton. Aug. c.* 46. Jure ac dignatione Urbi quodammodo adæquavit. *Cic. Att. l.* 4. Nec quicquam, niſi de dignatione, laborat. ¶ Item gratia, familiaritas. *Liv. l.* 2. Appius haud ita multo poſt in principum dignationem pervenit.

Dignatus, a, um, adject. ſignif. paſſivæ, *fatto degno*, *reſo degno*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 475. Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. *Non. c.* 4. *n.* 123. Dignatus ſignificat dignus factus.

Digne, adv. *degnamente*, Ger. *würdiglich*, Gal. *dignement*, Hiſp. *dignamente*, ἀξίως, honeſte, pro meritis, ut decet. *Cic. de Sen.* Nunquam ſatis laudari digne poterit Philoſophia. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 47. Peccat uter noſtrum cruce dignius?

Dignitas, f. 3. *dignità*, מעלה, Ger. *würdigkeit*, Gal. *dignité*, Hiſp. *dignidad*, ἀξία, amplitudo quædam ob Magiſtratus adminiſtratos, rerum geſtarum magnitudinem, vitæ integritatem, & ſanctitatem. *Cic. Thermo.* Ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides, dignitaſque tua patietur. ¶ Interdum ſumitur pro virili pulchritudine. *Cic.* 1. *Off. c.* 36. Pulchritudinis duo ſunt genera, unum muliebre, quam venuſtatem appellamus, alterum virile, quam dignitatem dicimus. ¶ Dignitas item dicitur de ſermone, & pro Figura accipitur. *Auct. ad Her. l.* 4. Dignitas eſt, quæ reddit ornatam orationem varietate diſtinguens. ¶ *Pro dignitate*, h. e. ut par eſt, ut res dignitas poſtulat. *Nepos Attic. c.* 2. Facultas pro dignitate vivendi.

Dignitoſus, a, um, adject. ἀξιωματικός, ut expon. Gloſſ. Philox. *Petron. fragment. Tragur.* Homo dignitoſus, cui pluris erat unguis, quam tu totus es.

Digno, as, a. 1. *giudicar degno*, *degnare*, Ger. *würdigen*, Gal. *daigner*, Hiſp. *tener por digno*, ἀξιόω, dignum judico. *Pacuv. apud Non. c.* 7. *n.* 17. Quis Deos Infernos quibus Cæleſtes dignet decorare honoribus?

Dignor, aris, atus ſum, comm. 1. idem, ac digno, idest, dignum judico. *Suet. in Aug.* Univerſum gentis operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt. ¶ Et paſſive. *Cic. in Oecon.* Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. *Idem* 2. *Acad.* Ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat. V. *Gell. l.* 14. *c.* 13. ¶ Cum infinito *Horat. l.* 1. *epiſt.* 20. Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

Dignoſco, is, ovi, otum, a. 3. *conoſcer*, הכיר, Ger. *underſcheyden*, Gall. *diſcerner*, Hiſp. *divuſar*, *diſtinguir*, διαγινώσκω, diſcerno. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 29. Curvo dignoſcere rectum. *Juven. ſat.* 10. *v.* 2. Pauci dignoſcere poſſunt vera bona, atque illis multum diverſa. ¶ Legitur & *dinoſco* pro *dignoſco*. *Salmaſ.*

Dignus, a, um, o. 1. 2. *degno*, ראוי, Ger. *wuerth*, Gal. *digne*, Hiſp. *digno*, ἄξιος, cui aliquid merito debetur. *Cic.* 1. *de Or.* Hoc tam gravi dignus nomine. *Idem Phil.* 3. *c.* 10. Vir avo, patre, majoribus ſuis digniſſimus. *Virg. Æn.* 9. *v.* 212. Tua vita dignior ætas. ¶ Aliquando genit. jungitur. *Plaut. Trinum.* 5. 1. 19. Non ego ſum dignus ſalutis. *Phædr. fab.* 20. *l.* 4. Quicquid putabis eſſe dignum memoriæ. ¶ Cum infinito. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 89. Erat tum dignus amari. ¶ Dicimus etiam *dignus qui*, & *dignus ut*, *Cic.* & *Plaut. Mil.* 4. 4. 4. ¶ Dignum eſt, *bene ſta*, *è da dovere*. *Plaut. Mil.* 3. 1. 159. Huic homini dignum eſt divitias eſſe, qui eas ſervet.

Digredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *partirſi*, הלך, Germ. *hinweggehen*, Gall. *ſe partir*, Hiſp. *partirſe*, παραχωρέω, diſcedo. *Cic. Cornificio.* Iniquo patiebar animo, te a me digredi. *Idem de Clar. Orat.* Digredi parumper a cauſa. *Idem* 1. *de Invent.* De cauſa digredi.

Digreſſio, onis, f. *partita*, יציאה, Ger. *hingang*, Gal. *digreſſion*, Hiſp. *digreſſion*, ἔκβασις, diſceſſus. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr.* Tum congreſſio, tum vero digreſſio noſtra. ¶ Tranſlate dicitur de evagatione e propoſito. *Cic. de Or. l.* 3. *c.* 53. Ab re non longa digreſſio.

Digreſſus, a, um, a. partic. a digredior, *partito*. *Suet. in Cæſ. c.* 43. Qui digreſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat. idest, quæ divortium cum marito fecerat.

Digreſſus, us, m. 4. idem ac digreſſio. *Cic.* 2. *Tuſc.* Tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem, digreſſus autem longiſſimum.

Digrunnio, is, n. idem quod grunnio. *Phædr. l.* 5. *fab.* 6. *v.* 27. Scurra digrunnit prior.

Dijambus, m. 2. διίαμβος, pes metricus ex duobus jambis conſtans, ut *Amœnitas*, *quieſcerent*, &c.

Dijovis, m. 3. *Giove*, Jupiter, quaſi *Deus Jovis*, ut Diana, quaſi Dea Jana, vel a *dies*, & *juvo*, quia nos die, & luce quaſi vita ipſa afficiat, & juvet. *Gel. l.* 5. *c.* 12.

Dijudicatio, f. 3. διάκρισις, actus dijudicandi. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 21. Nam iſta quidem magna dijudicatio eſt.

Dijudicatrix, icis, f. quæ diſcernit, & dijudicat. *Apul. l.* 2. *de Dogm. Plat.* Virtus ſpectatrix, & dijudicatrix omnium rerum prudentia.

Dijudicatus, a, um, adjectiv. judicatus, *giudicato*, ut dijudicata lis, *Horat. l.* 3. *od.* 3. *v.* 54.

Dijudico, as, avi, atum, *giudicare diſtintamente*, שפט, Ger. *urtheylen mit underſcheidung*, Gal. *juger diſtinctement*, Hiſp. *juzgaro entre partes*, διακρίνω, diligenter, aut diviſim judico. *Cic. in Tuſc.* Utrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? ¶ Item decerno. *Cic.* 3. *Catil.* At illæ tamen omnes diſſenſiones ejuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, ſed internecione civium dijudicatæ ſint. ¶ Item diſcerno. *Cic.* 4. *Acad. c.* 33. Vera, & falſa dijudicare. *Idem in Part. ad fin.* Dijudicare vera a falſis.

Dijugatio, onis, f. ſeparatio, *ſeparazione*. *Arnob. l.* 2. Animarum a corporibus dijugatio. ¶ Legitur & *disjugatio*.

Dijunctio, nis, f. disjunctio, *ſcongiungimento*, *ſeparazione*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 28. Judicare, quæ conjunctio, quæ disjunctio vera ſit. Ita legit Gruter.

Dijungo, is, a. 3. *ſeparare*, *dividere*, הבדיל, Ger. *zertheylen*, Gal. *dejoindre*, Hiſp. *deſunir*, διαζεύγνυμι, ſepare, divido. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Dijungor a te. Ita *Gruter.*

Dilabidus, a. 1. 2. διαλυτός, quod facile diffluit. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Propter brevitatem pili dilabidas.

Dilabor, aris, lapſus ſum, d. 3. *ſcorrere*, καταρρέω, proprie eſt deorſum vatis labi, celeriter deſcendere, fluere, decurrere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Niſi eadem ſa admoto calore liquefacta, & dilapſa diffunderem. ¶ Tranſlate eſt devenire, *venire*, *diſcendere*. *Cic. de Am.* A ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio noſtra dilabitur. ¶ Item corruere, *cadere*, *rovinare*. *Cic.* 2. *Off.* Præclariſſime conſtituta Reſpublica dilaberetur. *Id.* 2. *Phil. c.* 2. Sed, ut eſt apud Poetam naſcio quem, male parta male dilabuntur. *Liv. l.* 35. Dilabitur vetuſtate navis putris. ¶ Item diffugere, clam diſcedere, *partirſi naſcoſtamente*, נפל, Ger. *hinfallen*, Gal. *s' ecouler*, Hiſp. *deslezarſe*, διολισθαίνω. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cum poſui librum, aſſenſio illa omnis dilabitur.

Dilacero, as, avi, atum, a. 1. idem, ac lacero. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Non vidit, diſtractione humanorum animorum diſcerpi, & dilacerari Deum. ¶ Tranſlate ſumitur pro conſumere, dilapidare, diſperdere, *rovinare*, *guaſtare*, *diſtruggere*. *Cic. pro Mil.* Et annum integrum ad dilacerandam Remp. quæreret.

Dilamino, as, avi, atum, a. 1. in duas laminas divido. *Ovid. de Nuce v.* 73. Has (nuces) puer aut certo rectas dilaminat ictu. h. e. in duas partes dividit.

Dilancino, as, a. 1. idem quod lancino, lacero. *Prudent. hymn. Vincent. v.* 136. Membra dilancinata interficit.

Dilaniatus, a, um, adject. *lacerata*. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 9. 52. Inornatus dilacerata comas.

Dilanio, as, avi, atum, a. 1. *ſtracciare*, פרק, Ger. *zerreiſſen*, Gal. *dechirer*, Hiſp. *deſpedazar*, διασπάω, in diverſas partes lanio. *Cic. pro Mil. c.* 13. Tu P. Clodii cruentum cadaver nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Dilapido, as, avi, atum, a. 1. *conſumare*, שחת, Germ. *vergeuden*, Gall. *diſſiper*, Hiſp. *diſſipar*, *deſperdiciar*, καταναλίσκω, proprie eſt diſſipare, diſperdere, conſumere. *Ter. Phor.* 5. 7. 4. Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas. ¶ Videtur etiam ſumi pro lapides auferre, lapidibus purgare. *Cato de R. R. c.* 46. Locum bipalio vertito, dilapidatoque. Sed caſtigatiora exemplaria habent *delapidato*.

Dilapſus, a, um, adjecl. *conſumato*, *sfatto*, *rovinato*. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor. cap.* 10. Glacies liquefacta, & dilapſa. *Virgil.* 3. *Georg. verſ.* 557. Dilapſa cada-

cadavera tabo. *Liv. lib.* 4. Ædem Jovis vetuſtate dilapſam refecit.

Dilargior, iris, itus ſum, com. 4. *donare a diverſi*, נתן, Ger. *außtrewen*, Gal. *faire largeſſe*, Hiſp. *dar a muchos*, διαδίδωμι, eſt vario, aut diverſis largiri, vel valde largiri. *Cic. de Leg. Agr.* 2. Qui omnia ſine ulla religione, quibus voluit, eſt dilargitus.

Dilargitus, a, um, particip. *a dilargior*, paſſiva ſignificatione. *Salluſt.* apud *Gell.* 15. 13. Dilargitis proſcriptorum bonis.

Dilatatio, onis, f. *allargamento*, διαστολή, actus dilatandi. *Tertull. de anim. c.* 37. *ſub fin.* Lamina major efficitur per dilatationem.

Dilatatus, a, um, adject. *dilatato*. *Cic. l.* 3. *de Leg. c.* 14. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam poteſt.

Dilatio, f. 3. *dilazione*, *prolungazione*, ἀναβολή, temporis prorogatio, ſive extenſio. *Cic.* 5. *Phil.* Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ vel minima dilatio temporis?

Dilato, as, avi, atum, a. 1. *allargare*, רחב, Ger. *erweitern*, Gal. *dilater*, Hiſp. *dilatar*, πλατύνω, latum facio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ipſius autem partes eæ, quæ ſunt infra, dilatantur, quæ autem ſupra, contrahuntur. ¶ Et tranſlate. *Cic. pro Planc. c.* 5. Non dilatabo orationem meam.

Dilator, m. 3. qui differt. *Hor. in Art. v.* 172. Dilator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri.

Dilatorius, a, um, adject. *che prolunga*, ut dilatoriæ exceptiones. *Leg.* 2. & 3. *Dig. de except. & præſcript.*

Dilatus, a. 1. a. *differito*, partic. a differo. *Cic.* 4. *Ver.* Ne Petilius privato illo judicio tranſacto, aut dilato cum cæteris in conſilium reverteretur. ¶ Item diſperſus, evulgatus, *divulgato*. *Nepos* 10. 10. 1. Celeri rumore dilato.

Dilaudo, as, a. 1. *lodare*, ἐπαινεῖν, varie, vel valde laudo. *Cic. Att. lib.* 4. *ep.* 2. Aut attingere eos libros, quos tu dilaudas.

Dilaxo, as, a. 1. dilato, laxo. *Lucil.* apud *Porphyr. Scholiaſt. Horatii* ad *ſat.* 2. *l.* 1. Cruribus crura dilaxat.

Dilectio, onis, f. amor, *amore*, ἀγάπη, ἀγαπητή. *Tertull. l.* 4. *adv. Marc. c.* 27. Oluſcula decimantes, & dilectionem Dei prætereuntes.

Dilector, oris, m. amator, *amante*. *Apul. l.* 2. *Florid.* Atque ego me dilectorem tuum profiteor. *Tertul. lib.* 4. *cont. Marc. cap.* 23. Parvulorum dilector.

Dilectus, a, um, adject. *amato*. *Virg. Æn.* 1. *v.* 348. Magno dilectus amore. *Claud.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 74. Stabat præterea luco dilectior omni laurus. *Stat.* 8. *Theb. v.* 99. Augur Apollineis modo dilectiſſimus aris. ¶ *Dilectus*, pro delectus, *ſcelta*, ſcribebant Vet. qua de re multa exempla afferunt *Pareus in Lex. Crit.* & *Danetius*.

Dilectus, us, ui, m. idem quod delectus, ut dilectus militum, apud *Feſtum. Id. in voce Lacus*: Ut in dilectu conſuque primi nominantur. ¶ Ita apud Veteres conſtanter legi, teſtantur *Pareus in Lex. Crit.* & *Danetius*.

Dilemma, atis, n. eſt argumentatio, in qua utrinque adverſarius capitur, ſive in qua utra pars ab adverſario conceſſa fuerit, reprehenditur: ut *Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas, ſin autem exorabiles, ſumma levitas*. A Cic. appellatur *complexio*, a Gellio *ſyllogiſmus cornutus*, quia ſic argumentationis cornua in eo diſponuntur, ut qui alterum effugerit, in alterum incurſat.

Diligens, o. 3. *diligente*, *aſſiduo*, זריז, Ger. *fleiſſig*, Gal. *diligent*, Hiſp. *diligente*, ἐπιμελής, gnavus, ſolers, minime ſegnis, ſtudioſus. *Cic.* 1. *Agr.* Sane eſt in eo diligens. *Id. pro Cal. c.* 30. Diligentiſſimus officii. *Nepos Epamin. c.* 3. Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. *Velles. l.* 1. *c.* 4. Diligentior ritus patrii cuſtodiæ. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 13. De ſuo certe diligentes erunt. *Cic. Catil.* 1. Diligentiſſimus ad cuſtodiendum. ¶ Diligens etiam dicitur, qui eſt parcus, & frugi in re familiari adminiſtranda. *Cic.* 4. *Ver. c.* 18. Diodorus homo frugi ac diligens, qui ſua ſervare vellet.

Diligenter, adv. *diligentemente*, Ger. *fleiſſiglich*, Gal. *ſoigneuſement*, *diligemment*, Hiſp. *diligentemente*, ἐπιμελῶς, ſtudioſe, cum cura, & ſolicitudine. *Cic.* 1. *de Or.* Itaque in iis artibus quam diligenter, & quam pene faſtidioſe judicamus? *Cæſ. l.* 5. *B. G. cap.* 35. Præceptum diligentiſſime obſervare. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 12. Omnia quo diligentius cogitata, eo facta ſunt imprudentius. ¶ Significat etiam, cum delectu. *Var. l.* 5. *L. L.* Sed quod his magis promiſcue, quam diligenter conſuetudo eſt uſa, &c.

Diligentia, f. 1. *diligenza*, זריזות, Ger. *fleiſſ*, Gall. *diligence*, *ſoin*, Hiſp. *diligencia*, ἐπιμέλεια, ſtudium, cura, ſolicitudo. Differt a cura, & opera, quia diligentia ad corpus, & ad animum refertur, cura ad animum, opera ad corpus. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 6. Adhibui diligentiam, quotieſcunque Senatus fuit, ut adeſſem. *Id. l.* 10. *ep.* 2. Diligentiam ad aliquid conferre. ¶ Diligentiam pro amore, & dilectione uſurpat *Symmach. l.* 1. *epiſt.* 37. & 41. &c. Eſt enim a *Diligo*. ¶ Accipitur interdum etiam pro parſimonia. *Auct. ad Heren. l.* 4. Non eſt iſta diligentia, ſed avaritia.

Diligo, is, dilexi, *dilectum*, a. 3. *amare*, אהב, Ger. *lieben*, Gal. *aimer*, Hiſp. *amar*, φιλεῖν, amo. Sed tamen minoris vis eſt, ut annotat *Valla*, & *Nonius c.* 5. *n.* 3. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 14. Quis erat qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. *Id.* 2. *de nat. Deor. c. ult.* Dii inter ſe diligunt, & hominibus conſulunt. Pro *diliguntur*, & eſt elegantiſſimus dicendi modus. Sic etiam *amo* uſurpatur. ¶ Apud Veteres idem eſt, ac deligo. V. *Dilectus*. ¶ Eſt item dividere. *Plaut. Curc.* 3. 54. Clypeatus elephantum machæra diligit. Ita legit *Nonius*: alii *diffecit* al. *derigit*, al. *diſſecat*.

Dilogia, f. 1. διλογία, figura, cum ambiguum dictum duas res ſignificat, *a* δίς, bis, & λόγος, ſermo. *Aſcon. in* 2. *Verrina*.

Diloricatus, a, um, adject. lorica exutus, vel ſimpliciter exutus, *ſpogliato*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Diloricatis ſtatim pannulis.

Dilorico, as, avi, atum, a. 1. *ſcingliare*, קרע, Ger. *zerzerren*, Gal. *dechirer*, Hiſp. *deſmallar*, διασπάω, proprie eſt loricam aperire; tranſlate uſurpatur de re qualibet pro diſſolvere, diſcindere. *Cic.* 2. *de Or. c.* 28. Et ejus diloricare tunicam, & judicibus cicatrices adverſas oſtendere.

Diloris, e, adject. qui duo tantum lora habet. V. *Monoloris*.

Diluceo, es, uxi, n. 2. *riſplendere*, אור, Ger. *ſcheinen*, Gal. *e'clater*, Hiſp. *luzir*, *ſer claro*, διαλάμπω, diſtincte, ſive perfecte luceo. *Gel. lib.* 2. Eo die, qui poſt eam noctem diluxerit. Adde *Horat. l.* 1. *ep.* 4. ¶ Tranſlate uſurpatur pro patere, clarum, & apertum eſſe. *Liv. l.* 3. *c.* 16. Dilucere res magis Patribus, atque Conſulibus.

Dilucescit, uxit, imp. 3. *è dì*, אור, Germ. *tagen*, *tag werden*, Gal. *il ſe fait jour*, *le jour comence a poindre*, Hiſp. *amanece*, ἡμέρα γίνεται, dies fit. *Cic. in Cat.* 3. *c.* 3. Comprehenſi ad me, cum jam dilucesceret, deducuntur.

Dilucide, adv. *chiaramente*, Ger. *klerlich*, Gal. *clairement*, Hiſp. *claramente*, σαφῶς, clare, perſpicue. *Ter. Phor.* 2. 3. 52. Dilucide expedivi, quibus me oportuit judicibus. *Ulp. l.* 19. *Dig. de Petul.* Quæſtio dilucidius tractata. *Auguſt. ep.* 69. *ad Hieron.* Dilucidiſſime convincere aliquem.

Dilucido, as, avi, atum, a. 1. *dichiarare*, בער, German. *erkrateren*, Gall. *declarer*, Hiſpan. *esclarecer*, ἐμφανίζω, declaro, clarum facio. *Auct. ad Her. l.* 3. *c.* 4. Nam quod in docenda rei dilucidandæ cauſa dolum appellavimus.

Dilucidus, a, o. *chiaro*, ἐμφανής, clarus. *Cic.* 3. *Fin. c.* 1. Noſtraque, ut mihi videtur, dilucida oratio. *Id. in Orat. c.* 5. Omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.

Diluculat, ebat, imp. 1. *farſi giorno*, *aggiornare*, ὀρθρίζω, eſt diluculum fieri. *Gel. lib.* 2. *c.* 29. Die craſtino, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant.

Diluculo, adv. *al far del giorno*, בבוקר, Ger. *angehends tags*, Gal. *a l'aube du jour*, Hiſp. *a la madrugada*, περὶ ὄρθρον, ſummo mane. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 13. Cum veniſſem diluculo ad pontem Tiretium.

Diluculum, n. 2. *alba*, *aurora*, שחר, Ger. *morgenroth*, Gal. *l'aube du jour*, Hiſpan. *el alua*, ὄρθρος, aurora, a *diluceo*, quia incipit dilucere. Eſt autem mane diluculum, quod veſperi crepuſculum. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 7. Primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 111. Ego ne hinc abii ubi te hodie cum diluculo?

Diludia. V. Deludium.

Diluo, is, lui, lutum, a. 3. *lavare*, רחץ, Ger. *ſeuberen*, Gal. *laver*, Hiſp. *lavar*, ἀπολούομαι, lavo, purgo, lavando abſtergo, a λύω. *Cæſ.* 2. *B. C.* Ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. ¶ Eſt item aquam, vel alium liquorem miſcere, temperare. *Virg. Georg.* 1. *v.* 344. Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho. *Curt.* 3. 6. Diluere medicamentum. ¶ Tranſlate eſt auferre, minuere. *Cic.* 3. *Tuſc.* Quæ cogitatio omnes moleſtias extenuat, & diluit. *Senec. ep.* 29. Diluere auctoritatem. ¶ Eſt item refellere, diſſolvere, a διαλύω, omiſſo *a*, ut in διαγιγνώσκω, *differo*, *diagnoſco*, *dignoſco*. *Cic.* 7. *Ver.* Quo facilius crimen inimicorum diluere poſſim. ¶ Item explicare, declarare. *Cic. pro Clu.* Cum ego unaquaque de re dicam, & diluam. *Plaut. Rud.* 4. 4. 64. Abſtine maledictis, & mihi, quod rogavi, dilue.

Dilute, adverb. diluendo. *Macrob.* 7. *Saturn. c.* 13. Sordidatum pallium in mari diluta lavi.

Dilutum, n. 2. id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum. *Plin. l.* 27. *c.* 7. Bibitur & madefacti abſynthii dilutum.

Dilutus, a, um, o. *miſto*, *temperata*, κεκραμένος, quod mixtum, vel temperatum eſt, ut vinum aqua mixtum. *Martial. l.* 1. *epigr.* 107. Diluti bibis unciam Falerni. *Cic. in fragm. orat. pro Font.* apud *Ammian. l.* 15. *c.* 69. Gallus poſt hæc dilutius eſſe poturos. *Celſ. l.* 1. *c.* 3. Potio quam dilutiſſima. ¶ *Dilutus odor* eſt, qui minime eſt vehemens, ſed lenis. *Plin. l.* 15. *c.* 28. ¶ *Dilutus color* dicitur, qui velut aquis adhibita, minus intenſus eſt, *dilavato*, *ſmorto*. *Gel. l.* 2. *c.* 26. Luteus color ruſo eſt dilutior. Sic urina diluta, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 4. & 6.

Diluvialis, le, adject. ad diluvium pertinens. *Solin. c.* 9. (al. 14.) Quas ſolas (montium altitudines) diluvialis irruptio inacceſſas reliquit.

Diluvies, ei, f. idem, ac diluvium, a *diluo*, quia ſignificat inundare, ſubmergere. *Hor. l.* 4. *Carm. od.* 14. Horridamque cultis diluviem minitatur agris.

Diluvio, as, a. 1. ſubmergo. *Lucr. l.* 5. *v.* 388. Ultraque minantur omnia diluviare ex alto gurgite ponti.

Diluvio, onis, f. idem ac diluvium. *Cenſorin. de die Natali*, *c.* 18. κατακλυσμὸς, quam noſtri diluvionem vocant.

Diluvium, n. 2. *diluvio*, מבול, Ger. *waſſerfluſſ*, Gall. *deluge*, Hiſp. *diluvio*, κατακλυσμός, terræ inundatio ab immodicis imbribus, vel maris, fluviive incremento proficiſcens, a *diluo*, quia ſignificat inondare, ſubmergere. Aliqui dictum putant, quia terram levat, & ſordibus purgat. *Plin. in epiſt.* 17. *l.* 8. Hic aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluvia. ¶ Metaphorice potius pro everſione, *ruina*, *diſtruzione*. *Virg.* 7. *Æn.* Diluvio ex illo diverſa per æquora vecti.

Dimachæ, arum, m. 1. Equitum genus, qui aliquando & pedites pugnant, quales ſunt apud noſtros *i dragoni*. *Curt. l.* 5. *c.* 13. Delectis equitum ſex millibus trecentis, quos Dimachas appellant, adjungit. Dorſo hi graviora arma portabant; cæterum equis vehebantur; cum res locuſque poſceret, pedeſtris acies erat.

Dimadeo, vel Dimadeſco, ie, ui, n. valde madeo. *Lucan. l.* 6. *v.* 479. Dimaduere nives. h. e. reſolutæ ſunt, ac diſſolutæ.

Dimano, as, avi, atum, n. 1. *ſcorrere in diverſe parti*, διαῤῥέω, diverſe, ſive diverſim mano. *Cic. pro Cal. c.* 3. Meus hic forenſis labor, vitæque ratio dimanavit ad exiſtimationem hominum &c. *Catul. carm.* 51. Tenuis ſub artus flamma dimanat. Al. leg. *demanat*.

Dimenſio. V. Demenſio.

Dimenſus. V. Demenſus.

Dimetatus. V. Dimeto.

Dimeter, tra, trum, δίμετρος, idem ac bimeter. *Sidon. l.* 9. *ep.* 17. *in carm.* Dimetra arte opus texere. *h. e.* duplici verſuum genere.

Dimetiens, tis, ſubſt. f. 3. διάμετρος, linea recta, figuram, qua longiſſime patet, ex æquo ſecans. *Plin. lib.* 2. *cap.* 23. Quantas dimetiens habeat ſeptimas.

Dimetior. V. Demetior.

Dimetitus, a, um. V. Demetitus.

Dimeto, as, avi, atum, a. 1. metor, ſeu fines deſcribo, dimetior, *diſegnare*, *miſurare*. *Liv. l.* 8. *c.* 38. Tum Dictator poſtquam ſine magno incommodo progredi non poteſt, eum ipſum, in quo conſtiterat, locum caſtris dimetari juſſit. *Cic. de nat. Deor.* Atque ita dimetata ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus divina ſolertia appareat. Al. leg. *dimenſa*.

Dimicatio, fem. 3. *battaglia*, ἀγωνία, actus dimicandi. *Cæſ.* 7. *Bell. Gal.* Omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet conſiſtere. *Cic. in Orat. c.* 13. In aciem dimicationemque venire. *Id. pro Rabir.* Dimicatio capitis, & famæ. h. e. diſcrimen.

Dimico, as, avi, & ui, atum, n. 1. *combattere*, ἀγωνίζομαι, pugno, rem prælio dijudico, *a* διαμαχέομαι, vel a *mico*, quia gladii in præliando fulgent. *Cic. de nat. Deor.* Cum Poſthumius cum Octavio dimicaret. Sic dimicare acie, pugna, prælio, apud *Cic.* & *Liv. Ovid.* 2. *Amor. el.* 13. *ad fin.* Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Dimicatumque pro frutice eſt.

Dimidiatim, adv. *per mezzo*, בחצי, Ger. *das halbe theil*, Gal. *par la moitie*, Hiſp. *por la mitad*, ἡμισυ, pro media parte. *Plaut. Mil.* 3. 1. 158. Sed percellunt ſe, & procumbunt, dimidiatim dum appetunt. Ita legit *Turneb. l.* 7. *Adv. c.* 6. Sed communius legitur *dimidiati*.

Dimidiatus, a, um, o. 1. a. *partito in due parti uguali*, נחצה, Germ. *in zwey gleiche theil abgetheilt*, Gall. *qui eſt a demi*, Hiſpan. *partido a medias*, *demediado*, ἡμιτελής, quod in duas partes diviſum eſt. *Cic.* 4. *Ver.* Eximunt ex anno unum, dimidiatumque menſem. *Id. Tuſc.* 5. *c.* 23. Verſiculi dimidiati. *Plin. l.* 16. *c.* 30. Luna dimidiata.

Dimidium, ii, n. pars dimidia cujuſcumque rei, *la metà*, τὸ ἥμισυ. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 37. Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Cic. de Orat.* Se dimidium ejus quod pactus eſſet, pro eo carmine daturum. *Liv. l.* 35. Dimidium militum. ¶ *Dimidium plus toto*, πλέον ἥμισυ παντός, ænigma, quo mediocritas commendatur. Sed Græcum eſt. *Plato l.* 3. *de Rep.* & 3. *de Leg.*

Dimidius, a, um, o. *mezzo*, חצי, Germ. *halb*, Gall. *demi*, Hiſp. *medio*, ἥμισυς, pars altera dimidiati, a *medium*, quaſi per medium diviſus. *Cic. pro Roſc. Amer.* Tu ſine me cum Flavio decidiſti, utrum pro dimidia parte,

Digitized by Google

te, an pro tota? *Id.* 3. *Fam. ep.* 19. Hæres ex parte dimidia. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Aquam decoquere ad dimidias, h. e. ad dimidias partes.

Diminôro, vel Deminoro, as, a. 1. idem quod diminuo. *Tert. de An. c.* 33.

Diminuo, & Deminuo, is, ui, utum, *diminuire*, [illegible], German. *mindern*, Gall. *diminuer*, Hiſp. *menguar*, μειόω, minuo. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Ne quid de bonis, quæ L. Octavii Naſonis fuiſſent, cui L. Plancus hæres eſt, diminuerent. *Ter. Eun.* 4. 7. 33. Deminuam ego caput tibi hodie, niſi abis. h. e. frangam. Adde *Plaut. Bacch.* 1. 3. 109. ¶ Interdum ſignificat alienare, quo ſenſu accipit *Pareus in Lex. Crit.* Ciceronis verba modo allata. V. *eundem Pareum* plura in bene rem congerentem.

Diminutio, vel Deminutio, onis, f. 3. *diminuzione*, μείωσις, actus diminuendi. *Cic. in Rull.* Quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis. ¶ Diminutio capitis apud JCtos eſt prioris ſtatus mutatio, cum ſcilicet aut libertatem, aut civitatem amittimus, aut per adoptionem alterius nos poteſtati ſubmittimus. *Poſt. & Juſtinian. in Inſtit. l.* 1. *tit.* 16. ¶ Item alienatio. *Cic. l.* 2. *Offic. c.* 21. Ne de bonis privatorum publice diminutio fiat. V. *Diminuo*.

Diminutive, vel Deminutive, adverb. ὑποκοριστικῶς, diminutiva forma. *Aſcon. in proœm. action. Verr.* Dies diminutive diecula dicatur. Adde *Macrob.* 5. *Somn. c.* 21. & *Ulpian. Dig.* 36. 1. 16.

Diminutivus, vel Deminutivus, a, um, *diminutivo*, quod diminutionem ſignificat, ut Nomen diminutivum, ex. gr. *doliolum*, &c. *Tertul. Apol. c.* 32. Diminutiva vox.

Diminûtus, vel Deminutus, a, um, adject. *ſminuito*, μειωθείς, ut diminuta potentia, *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 10. Deminutæ copiæ, *Ibid. l.* 7. *cap.* 31. ¶ Diminutus capite quis dicatur, V. *diminutio*. ¶ Comparat. diminutior. *Tertul. adv. Marc. l.* 2. *c.* 9. Tranſire in aliquam diminutiorem qualitatem. ¶ Significat etiam alienatus. V. *Diminuo*. *Cic. pro Sylla*: Ut quæ cauſa cæteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ poſſeſſionis, ea Eruti non fuerit, prædiis diminutis.

Dimiſſio, f. 3. ἄφεσις, actus dimittendi, *il mandar via*, *il licenziare*. *Cic.* 7. *Verr. c.* 33. Propter dimiſſionem propugnatorum, atque remigum. *Id. Parad.* 6. *c.* 2. Dimiſſiones libertorum ad fœnerandas diripiendasque provincias.

Dimiſſoriæ literæ, inquit *Modeſtin.* ſunt, quæ vulgo *apoſtoli* dicuntur, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur. Sic *Marcel. l. un. ff. de libell. dimiſſ.* Gloſſ. gr. lat. Dimiſſoria, ἀπολυτικά.

Dimiſſus, a, um, adject. ex particip. *mandato via*, *licenziato*, ut dimiſſa concio. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 24. *Senec. epiſt.* 31. Dimiſſa in populos notitia nominis, h. e. diſperſa. *Sueton. Tiber. cap.* 49. Dimiſſam Lepidam e matrimonio, h. e. repudiatam. *Cic.* 4. *Academ.* In iſta Philoſophia, quæ nunc prope dimiſſa revocatur, hoc eſt omiſſa, relicta. ¶ Dimiſſis manibus fugere, eſt celeriter fugere. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 52. Odor dimiſſis pedibus in Cœlum volat. B. Odor dimiſſis pedibus? C. Peccavi inſciens, quia enim dimiſſis manibus volui dicere. Al. *Demiſſis*. Græci dicunt παρεῖσαι τὰς χεῖρας.

Dimitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *mandare in diverſe parti*, [illegible], Ger. *hinweg ſchicken*, Gal. *renvoyer*, Hiſp. *embiar*, διαπέμπω, diverſa in loca mitto. *Salluſt.* C. Manlium Feſulas, Septimium in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimiſit. *Virg.* 1. *Æn. v.* 576. Equidem per litora certos dimittam. ¶ Accipitur etiam pro permittere, & in poteſtatem dare. *Cic.* 1. *de Rep.* Tum annui Conſules, tum dimiſſi populo faſces. ¶ Item pro relinquere, *laſciare*. *Cic. l.* 12. *ep.* Non idcirco eorum uſum dimiſeram, quod iis ſuccenſerem. *Liv. l.* 3. *c.* 3. Dimittere curam ex animo. ¶ Sæpe eſt, abire permittere, abeundi poteſtatem facere, *laſciar andare*, *licenziare*, ut dimittere concionem, Senatum, conſilium, *Cicero ſæpe*. Et Dimittere a ſe aliquem, *Id. Q. Fr. l.* 3. *Att. l.* 8.

Dimôtus, a, um, adject. loco motus, *ſmoſſo*, *commoſſo*. *Plin. l.* 36. *c.* 18. Dimota a centro ſuo tellus. *Tacit. hiſt.* 2. *c.* 49. Dimotis omnibus. *Ovid. Heroid. ep.* 17. Dimotæ murmur aquæ.

Dimovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *rimovere*, *movere*, [illegible], Germ. *verrucken*, Gal. *remouvoir*, Hiſp. *remover*, *mover*, διακινέω, removeo. *Cic. pro Cæc.* Dimoveri, & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui dejiciatur. *Id. de Leg. Agrar.* Dimovere de poſſeſſionibus. ¶ Et tranſlate. *Cic. in Parad.* Voluptas, quo eſt major, eo magis mentem ex ſua ſede, & ſtatu dimovet. *Plaut. Perſ.* Ego de hac ſententia non dimovebor. ¶ Significat etiam, in diverſas partes moveo. *Virgil.* 2. *Georgic. verſ.* 513. Aratro terram dimovere.

Dindymêne, es, f. 1. Cybele, a Dindymo M. ubi colebatur. *Martial. l.* 8. *epigr. penult.* Non per myſtica ſacra Dindymenes.

Dindymus, m. 2. & Dindyma, orum, n. pl. 2. Cybelus, Adoreus, mons Phrygiæ Magnæ, ex quo Sangarius, Hermus, & Gallus diverſis locis profluunt. *Virg.* 9. *Æn. v.* 617. Ite per alta Dindyma. *Plin. l.* 6. *c. ult.* Cujus a vertice mons Dindymus.

Dinocrâtes, Architectus fuit, qui Alexandriam in Ægypto juſſu Alexandri M. condidit. *Vitruv. præfat. l.* 2. *Ammian. l.* 22. *c.* 40.

Dinumeratio, & Denumeratio, onis, f. *enumerazione*. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. §. 10. Eadem dinumeratione hic quoque octo perſonas computabimus. ¶ Eſt etiam Figura Rhetorica, per quam multa numerantur. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 54. & *Quintil. l.* 9. *c.* 3.

Dinumĕro, as, avi, atum, a. 1. idem ac numero, *contare*. *Ter. Adelph.* Jube nunc, jam dinumeret Babylo illi viginti minas. *Plin. l.* 4. *cap.* 11. Dinumerare exercitum.

Diobolâres meretrices, quæ duobus obolis conducuntur, inquit *Feſtus*. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 58. Servulorum ſordidorum ſcorta diobolaria.

Diôcles, medicus, quem inter priſcos, maximoſque medicos fuiſſe tradit *Celſus l.* 7. *c.* 5. & *Plin. l.* 26. *c.* 2.

Diocletianus, i, Romanorum Imperator, genere Dalmata, *Diocles* dictus, antequam Imperium caperet. Poſtea nomine in Romanum morem converſo, *Diocletianus* appellatus eſt. Superbe crudeliterque imperavit, idque fuit in illo ſingulare, quod imperium ſponte depoſuit, & ad privatam vitam deſcendit. *Sex. Aurel. Victor. de Cæſ. & ejuſd. epit.*

Diocleus, a, um, adject. a Diocle medico, ut Diocleus grophiſcus, apud *Celſ. l.* 7. *c.* 5.

Diocmitæ, vel Diocomitæ. V. Diogmitæ.

Diœcēſis, f. 3. διοίκησις, gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, juriſdictio: item locus, in quo quis juriſdictionem, ſeu imperium exercet. *Cic. in ep.* 8. *l.* 3. *Fam.* Omnium illarum Diœceſium, quæ cis Taurum ſunt. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Juriſdictiones vocat. ¶ Conſtantini temporibus, & deinceps Diœceſis certum numerum provinciarum complectebatur, quæ ſimul collectæ parebant Vicario præfecturæ prætorianæ. V. *H. Valeſium ad Euſeb. l.* 4. *de vita Conſtantini*.

Diœcētes, maſc. 3. διοικητής, diſpenſator, ſeu qui procurationem Regiam, vel Magnatis alicujus ſuſcepit. *Cicer. pro Rab. Poſth. cap.* 8. Rabirius fuit diœcetes Regius. Et *c.* 10. Id facere non poterat niſi diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui a Rege eſſet conſtitutus.

Diogmitæ, arum, levis armaturæ milites, quos maxime ad frenandas latronum incurſiones in Provinciarum finibus conſtituebant imperatores. *Ammian. l.* 27. *c.* 20. (al. 9.) Adhibitis ſemiermibus paucis, quos Diogmitas appellant. *Capitolin. in Marco c.* 21. Armavit & diogmitas. ¶ Scribunt aliqui *Diocmitæ*.

Diomedēæ inſulæ, *Iſole di Tremiti*, inſ. quinque maris Hadriatici, Apuliæ adjacentes, ante Garganum M. quarum nomina ſunt, *S. Maria de Tremiti*, al. *S. Nicola*, *S. Domino*, *Gazzera*, *Caprara*, *Credazze*. Hic Diomedem diſparuiſſe, & ſocios ejus ob dolorem in aves converſos fuiſſe fabulantur.

Diomedēi campi, vocati ſunt in Apulia, qui Diomedi, in diviſione Regni, quam cum Dauno feciſſe dicitur, ceſſerunt.

Diomēdes, m. 3. Διομήδης, filius Tydei, & Deiphiles, nepos Oenei, Rex Ætoliæ, qui cum reliquis Græcia ad Trojam profectus, adeo ſtrenue ſe geſſit, ut poſt Achillem, & Ajacem Telamonium fortiſſimus haberetur. Fuit Ulyſſi amiciſſimus. Una cum illo rapuit Palladium, & cineres Laomedontis. Certamen ſingulare habuit cum Hectore, & Ænea. Martem quoque in eo bello vulneravit, Veneremque in dextra manu vulneravit, dum Æneam illa protegere conaretur. Quam ob rem Dea irata Ægialeæ uxori Diomedis tantam libidinem immiſit, ut cum Cyllabaro Stheneli filio concumberet. Hac re cognita Diomedes domum reverti noluit, ſed in Apuliam profectus a Dauno filiam in uxorem accepit, & regni partem, ibique Arpos, vel Sipontum apud Garganum M. condidit. In Apulia legationem accepit a Latino Rege Aboriginum auxilia petente adverſus Æneam. Venulo legato narravit, Græcos omnes, qui bello Trojano militaviſſent, pœnas dediſſe, itaque precatus, ne ſe ad id bellum impellerent, hortatus eſt ad pacem. *Virg.* 11. *Æn. Ovid.* 14. *Metam.* Quidam ferunt, Diomedem in Apulia repente evanuiſſe, alii ab Ænea dolo occiſum fuiſſe. Ejus ſocii in aves verſi ſunt. ¶ Diomedes alter, Rex Biſtoniæ, vel potius univerſæ Thraciæ. Hic, cum in Tyria oppido equos ſuos peregrinorum, & hoſpitum carne aleret, victus ab Hercule, equis ipſis ad devorandum objectus eſt. *Ovid. in Ibin. & 9. Met.*

Diomedēus, a, um, adject. ut Diomedei equi. *Claudian. præfat. l.* 2. *de rapt. Proſerp.* Et Diomedeos gramine pavit equos.

Dionæus, a, um, adject. ad Venerem pertinens. *Virg. Ecl.* 9. *v.* 47. Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. ¶ Dionæa etiam dicitur ipſa Venus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 19. Sacra Dionææ matri, Diviſque ferebam.

Diône, es, f. 1. Nympha, Oceani, & Tethyos filia, mater Veneris tertiæ, quæ nupſit Vulcano. Hinc Venus Dionæa, atque etiam Dione dicitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. Ovid.* 2. *Faſt.*

Dionyſia, orum, n. 2. idem, ac Bacchanalia, feſta in honorem Dionyſii, ſeu Bacchi. *Ter. Heaut.* 3. 1. 120. Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſic volo.

Dionyſias, adis, f. gemma eſt dura, ac nigra, mixtis rubentibus maculis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Dionyſius, m. 2. V. Bacchus, & Liber.

Dionyſius Heracleotes, Philoſ. Zenonis auditor. *Cic.* 2. *Acad.* 3. *Tuſc.* Deſcivit a Stoicis propter dolorem oculorum, & renum. *Cic.* 5. *Fin.* 2. *Tuſc.* ¶ Dionyſius ſuperior, vel ſenior, Tyrannus Siculorum. Electus fuit primo Imperator, ut a Carthaginienſibus patriam defenderet, deinde Rex conſtitutus eſt. Ejus vitam, & ſcelera vide apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* & 5. *Tuſc.* ¶ Dionyſius junior, fil. ſuperioris. Expulſus eſt a Dione in exilium. Corinthi pueros Grammaticam docuit. *Plato*, & *Ficin. in Epiſt. Cic.* 3. *Tuſc.* ¶ Dionyſius Halicarnaſſeus, nobiliſſimus Hiſtoricus, ætate Auguſti, qui Romanam ſcripſit hiſtoriam, item de characteribus antiquorum Oratorum, præterea de compoſitione orationis, & libellum περὶ ἑρμηνείας, quem multi Demetrio perperam tribuerunt. ¶ Dionyſius Areopagita, vir Athenienſis, D. Paulo Apoſtolo in Areopago Evangelium prædicante, in Chriſtum credidit. Itaque baptizatus eſt, & Athenienſium Eccleſiæ præfectus. Scripſit ad Timotheum Epheſi Epiſcopum librum de Divinis nominibus, item libros de Hierarchia cœleſti, præterea alia complura opuſcula.

Dioptra, æ, f. *orologio da Sole*, διόπτρα, horologium ſolare, a διόπτομαι, perſpicio. *Plin. l.* 2. *c.* 69. ubi de poſitione terræ loquitur. V. *Martianum l.* 6. *cap. de poſitione terræ*. ¶ Eſt item inſtrumentum aquis librandis aptum. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6.

Dioryges, f. 3. διώρυγες, foſſæ manufactæ in Ægypto, ad Nili aquas in agros derivandas. *Mela l.* 3. *c.* 8. *Strabo l.* 17.

Dioſcorides, is, Medicus Alexandrinus, qui floruit tempore Antonii, & Cleopatræ, teſte *Suida*, & ſcripſit de nominibus medicinarum. ¶ Alius Anazarbeus, qui floruit ætate Neronis, ſcripſitque de materia medica, & alexipharmacis. Ejus libri adhuc ſuperſunt.

Dioſcūri, m. 2. Διόσκουροι, Jovis filii, ex Διός, Jovis, & κοῦροι, pro κόροι, *juvenculi*. Multi hoc nomine a Græcis vocantur. Primi tres Athenis ex Jove Rege antiquiſſimo, & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Jove tertio nati ex Læda, Caſtor, & Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Aleo, al. Alco, Melampus, Eniolus, al. Eumelus, Atrei filii. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Præcipue tamen Caſtor & Pollux Dioſcuri vocantur. V. *Cabiri*.

Dioſcurias, adis, f. Sebaſtopolis, *Savatopoli*, urbs Colchidis, ad oſtia Corazi, ubi Ponti Euxini intimus receſſus, inter Phaſianum mare, & Caucaſeum, prope Abaſcios pop. condita ab aurigis Caſtoris, & Pollucis, indeque illorum nomine dicta, teſte *Iſidoro l.* 15. *Orig.* Superiore ſæculo aquis abſorpta periit.

Diōta, vel dyota, æ, f. 1. *vaſo da due manichi*, Ger. *ein krug mit zweien henckeln*, Gal. *vaiſſeau a deux anſes*, Hiſpan. *vaſo de dos orejas*, διώτη, vas, ſeu dolium fictile, duas anſas habens, ad ſervandum vinum accommodatum, a δύο, *duo*, & ὦτα, acc. pl. *aures*. *Hor. l.* 1. *od.* 9. *v.* 8. Deprome quadrimum Sabina, o Thaliarche, merum diota.

Dioxippus, m. 2. nobilis athleta. *Plin. l.* 35. *c.* 11. ¶ Item Poeta Comicus. *Suidas*. ¶ Item miles Alexandri M. miræ fortitudine, de quo *Ælian*.

Diphris, gemmæ ſpecies. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Diphrix, f. 3. excrementum æris in officinis ærariis. *Plin. l.* 34. *c.* 13.

Diphthongus, f. 2. *dittongo*, δίφθογγος, conglutinatio eſt duarum vocalium in eadem ſyllaba vim ſuam ſervantium, a δὶς *bis*, & φθόγγος, *ſonus*, quod duarum in ea vocalium ſonus audiatur. *Priſc. l.* 1.

Diplangium, ii, n. vas duplex. *Priſc. l.* 1. *c.* 19. Amorea diplangio cocta.

Diplinthius, a, um, adject. conſtans duorum laterum ordine, ut diplinthius paries, *muro di due pietre*, apud *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. Eſt a πλίνθος, quod laterem ſignificat.

Diplöis, idis, f. διπλοΐς, veſtis duplex, genus pallii, a διπλόος, duplex. *Sever. Sulpit. l.* 1. *c.* 35.

Diplōma, n. 3. *patente*, *bolla*, [illegible], Germ. *freibrief*, *gewalts brieff*, Gal. *lettres patentes*, Hiſp. *letras del principe*, *como privilegios*, δίπλωμα, litteræ Principum ſignis obſignatæ, cujus generis ſunt, quas *litteras patentes* vocant, a διπλόομαι, *duplicor*, quia duplicato complicantur, & lino trajiciuntur, & obſignantur. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 12. Diploma ſtatim non eſt datum. De litteris Cæſaris loquitur, quibus Balbus reſtituebatur.

Dipondiarius, vel dupondiarius, a, um, adject. quod ex duobus ponderibus conſtat. *Col. l.* 4. *c.* 30. Quæ tamen dipondiarii orbiculi craſſitudinem non excedant.

Dipondius, vel dupondius, maſc. 2. ſive dipondium, vel dupondium, n. 2. nummus bilibris, idest, qui duos aſſes valebat, e duobus ponderibus. As enim libræ pondus continebat, unde & aſſipondium dicebatur. *Var. l. 4. de L. L.* ¶ Dupondium pro menſura duorum pedum habes apud *Columel. l. 3. c. 13. l. 4. c. 1. & l. 11. c. 2.*

Dipsăcon, n. 2. ſpina alba, al. aſpalathus, & diacheton. *Plin. l. 27. c. 9.*

Dipsas, adis, f. 3. διψάς, ſitula, ſiticuloſa, vipera, ſeu aſpidis genus, e διψάω, *ſitio*, quia morſu humorem omnem conſumens ſitim maximam inducit. *Luc. l. 9. Plin. l. 32. c. 5.*

Diptĕros, o, um, adject. δίπτερος, quaſi duas alas habens. Hinc ædes dipteræ dicuntur a *Vitruv.* duplicem columnarum ordinem habentes, *l. 3. c. 1.*

Diptōta, o. n. δίπτωτα, dicuntur nomina duos tantum caſus habentia, ut *Suppetiæ, ſuppetias*. Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ tres, quatuor, quinque caſus habent. *Chariſ. l. 1. Priſc. l. 5.*

Diptychon, i, n. duplicatum, δίπτυχον. Sic appellantur tituli *Prudentii* Veteris, & Novi Teſtamenti.

Dipyrus, i, m. *abbruciato due volte*, bis uſtus. *Mart. l. 4. epigr. 47.* Encauſtus Phaethon tabula depictus in hac eſt: Quid tibi vis, dipyron qui Phaethonta facis?

Diradio, as, a. 1. ad radiorum figuram compono. *Col. l. 3. R. R. c. 6. ad fin.* Validam vitem in ramos diducere cenſeo, & tradux cibus diſpergere, atque diradiare.

Diræ, f. 1. *maledizioni*, אלה, קללה, Germ. *verfluchungen*, Gal. *malediĉtions*, Hiſp. *maldiciones*, ἀραί, execrationes, & imprecationes, quas horrende in aliquem effundebantur. Dees quoſdam inauditus compellando, quibus quiſquis devotus erat, credebatur maximo affici infortunio, a δεινός *terribilis, gravis*. Vulgo diras, quaſi Deorum iras dici ajunt. Hinc diras imprecari, δεινὰς ἀρὰς ἀρᾶσθαι, hoc eſt, terribiles preces precari. *Tacit. Ann. 6. c. 24. Cic. de Div.* M. Craſſo quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. ¶ Diræ item Dearum nomen eſt. Nam ſic dicuntur Furiæ, ſive Eumenides. Sed tamen, ſi proprie loquamur, Diræ dicuntur in Cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. *Virgil. 8. Æn. v. 700.*

Dircæus, a, 1. a. Thebanus. Nam pars Bœotiæ, in qua fons eſt Dirces, Dircæa dicta eſt. *Virg. Ecl. 2. v. 24.* Amphion Dircæus. *Horat. l. 4. od. 2. v. 25.* Cygnus Dircæus. h. e. Pindarus.

Dirce, f. 1. Δίρκη, Lyci Thebarum Regis uxor, quam ille duxerat, repudiata Antiopa. Verita, ne Antiopam revocaret, impetravit a marito, ut poſſet illam in vinculis detinere. Antiopa vero tempore partus ſoluta, gemellos, quos ex Jove conceperat, peperit, Amphionem, & Zethum. Hi Lycum interfecerunt. Dirce vero caudæ indomiti tauri alligarunt, quæ diu ita per terram reptata, tandem Deorum commiſeratione in ſui nominis fontem converſa eſt, non procul a Thebis, qui in Iſmenium fl. labitur. *Propert. l. 3.* Ab hoc fonte Thebani dicti Dircæi. ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ ſua forma tumens, cum Palladi convitiaretur, inter lavandum in piſcem converſa eſt. *Ovid. 4. Met.*

Dircenna, æ, fons Hiſpaniæ gelidiſſimus apud Bilbilim urbem, in Salonem fl. labens. *Martial. l. 1. ep. 50.* Avidam rigens Dircenna placabit ſitim.

Directarius, m. 2. qui furandi cauſa in alienas domos ſe dirigit, idest, ingreditur. *Paul. Dig. 47. 11. 7.* Qui directarii appellantur, hoc in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.

Directe, adv. *drittamente*, במישרים, Germ. *ſtracks*, Gall. *directement, tout droit*, Hiſp. *derechamente*, εὐθέως. *Cic. in Partit. c. 7.* Ut, cum ſemel dictum ſit directe. *Id. 4. Acad. c. 20.* Directius gubernare.

Directiangulus, a, um, adject. *Martian. Capel. l. 6.*

Directilineus, a, um, εὐθύγραμμος, directam habens lineam. *Martian. Capel. l. 6. pag. 219.*

Directim, adverb. directe. *Apul. l. 3. dogm. Plat.* Directim, & reflexim inferre concluſionem.

Directio, f. 3. *addirizzamento*, εὐθυσμός, ut Directio ad veritatem. *Quintil. l. 3. c. 6.*

Directo, adv. idem ac directe. *Cic. in Part. c. 13.* Alterum ad fidem directo ſpectat.

Directorius, a, um. Directoriæ litteræ ſunt, quibus quippiam aliquo dirigitur mittiturque. *Impp. Arcad. & Honor. l. 14. Cod. Theodoſ. tit. 15. leg. 3.* Frumenta attingere nullus audeat, aut, mutatis directoriis, quoquam, præter ſacram Urbem, tranſmittere.

Directura, æ, f. idem quod directio. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Quo fundatior erit ex arenato directura.

Directus, a, um, o. 1. 2. ἀπευθυνθείς, partic. a dirigor, *diritto, dirizzato*. *Cic. de nat. Deor.* Flexuoſum iter habet, nequid intrare poſſit, ſi ſimplex, & directum pateret. *Idem pro Cæc. c. 8.* Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. *Gell. 9. 1.* Ut ictus directiores fiant. ¶ Directus etiam dicitur de homine auſtero, & rigido, qui nunquam quicquam concedit. *Cic. pro Cæl. c. 16.* Huic triſti ac directo ſeni reſponderet Cælius, &c. *Al. leg.* decrepito. ¶ *Paries directus* eſt is, qui parieti communi extrema ſui parte ita adjungitur, ut figuram referat literæ T, ſcilicet, ut linea ſuperior tranſverſa ſit paries communis, inferior deorſum pendens, directus. *Cic. in Top. c. 4.* Omnibus eſt jus, parietem directum ad parietem communem adjungere. V. *Hotoman. in Lex. Juris.* ¶ *Directa oratio* apud *Juſtin. l. 38. c. 3.* eſt, quæ in aliquem dirigitur: cui opponitur *oblique*. ¶ *Locus directus* dicitur, qui ita acclivis eſt, ut aſcendi non poſſit. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 45. & l. 2. c. 24.* ¶ *Directus locus*, i. e. præruptus, *ſcoſceſo*. *Id. in Ver.* ubi tamen al. legunt *Diremptus*.

Diremptio, f. 3. διαίρεσις, diviſio, ſeparatio, productio temporis, vel rei in aliud tempus, &c. e dirimo. *Cic.* Nihil eſt, quod populo ſupplicetur, nihil, quod diremptio, nihil, quod ſupplicatio Magiſtratuum expectetur. V. Diribeo.

Diremptus, a, um, o. 1. 2. ſeparatus, partic. a dirimor. *Cic. l. 3. ad Q. Fr. ep. 4.* Cato diremptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. *Lucret. l. 1. v. 114.* Animæ morte dirempta. V. *Diribeo*.

Diremptus, us, m. idem ac diremptio. *Cicer. Tuſc. l. 1. c. 29.* Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Dirēpo, is, pſi, ptum, o. 3. diſcedo, deorſum repo. *Phædr. l. 2. fab. 5. v. 12.* Direpit ad cubile ſetoſæ ſuis.

Direptio, onis, f. *rapina*, διαρπαγή, actus diripiendi. *Cic. 4. Fam. ep. 1.* Urbem ſine legibus, ſine judiciis, ſine jure, ſine fide relictam direptioni, & incendiis.

Direptor, m. 3. *ladro*. *Cic. 3. Phil.* Cuſtos ne urbis, an direptor, & vexator eſſet Antonius. Adde *Catil. 2. c. 2.*

Direptus, a, um, adject. e diripio, *rapito, rubato*, διαρπαγείς. *Cicer. pro Leg. Manil. c. 9.* Mithridates res ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat. *Virg. 2. Æn. v. 563.* Direpta domus.

Direptus, us, ui, m. idem ac diremptio, ſeparatio, conjunctorum diviſio, apud *Cic. Tuſc. 1. c. 29.* Sed ibi alii leg. *diremptus*. Exemplum modo attulimus in V. *Diremptio*. ¶ Pro direptione, *ſaccheggio, ruberia*. *Spartian. in Severo, c. 19.* Res Romana prædonibus direptui fuit.

Diribĕo, es, ui, itum, a. 2. divido, diſtribuo, a διαιρέω, *dirimo*, in diverſas partes jacio, ut fit in rerum diſtributione. *P. Manutius Diribere, & dirimere:* illud tabellarum, hoc ſuffragiorum video proprium verbum fuiſſe, neutrum autem ſatis fuiſſe manifeſtum. Diribere tabellas, ſignificat diſtribuere. Diribebantur autem iis, qui ſuffragium laturi eſſent. Nec dubium, quin legendum ſit *Diribebantur*, non *diripiuntur*, apud Cic. in Piſonem, in eo loco, *An expectas, dum de te 75. tabellæ diripiantur?* Ita hoc verbum non in Comitiis ſolum, verum etiam in judiciis uſurpatum patebit. Nam hoc proximum exemplum ſatis plane judicium, quod Piſoni Cic. minatur, ſignificat. Plinius autem ad alias res tranſtulit hoc verbum. Ait enim lib. 36. cap. 15. *Hoc eſt illæ domitor orbis populus, qui gentes, & regna diribet*. Quod autem in Oratione pro Planc. c. 6. vir diligens, & eruditus legendum putat pro *diriptio*, *diribitio*, rectius, opinor, ſenſiſſet, ſi *diremptio* reponere maluiſſet. Cum enim populus, aut judices tabellas, voluntatis indices, in ciſtas depoſuerant, tum, ut intelligeretur quæ tabellæ legem probarent, quæ rejicerent, aut quæ reum abſolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & ſeparari neceſſe erat. Id autem *dirimere*, eaque actio *diremptio* vocabatur. Id ita eſſe, plane demonſtrat Varro de re ruſt. lib. 3. *Comitiis*, inquit, *Ædilitiis, cum ego, utque Axius ſuffragium tuliſſemus, Axius mihi, Dum diribentur, inquit, ſuffragia, vis potius Villa publica utamur umbra, quam privati Candidati tabella?* Sic enim ſcriptum eſt in veteribus libris, non ut a quibuſdam hujus verbi vim ignorantibus nimis temere eſt mutatum, *dirimentur*. In epiſt. quoque 4. lib. 3. ad Q. Fratr. *Cato*, inquit, *diremptis tabellis de circulo ſe ſubduxit*, ubi, *diremptis*, lego malim. Perſpicue autem hujus verbi ſententiam demonſtrat Lucan. l. 5. in illo verſu, *Et non admiſſæ dirimit ſuffragia plebis*, pro *dinumerat*, & *diſcernit*. Hactenus *Manut.* Adde his omnibus *Cic. in fragm. pro C. Cornel.* Dum tabellæ diribentur, dum ſitella defertur, dum æquantur ſortes, dum ſortitio fit.

Diribitio, onis, f. diſtributio. Affertur locus ex *Cic. pro Planc. cap. 6.* Sed dubia eſt lectio. V. in *Diribeo*. Gruterus quoque ex omnibus MSS. & veterib. editionib. repoſuit *direptio*.

Diribitōres, m. 3. diſtributores. Diribitores in Comitiis, & in Judiciis erant, qui tabellas dividebant, idest, ſingulis civibus, vel judicibus diſtribuebant: deinde peractis ſuffragiis tabellas omnes ſecernebant, e. g. in tres ordines, ut conſtaret, e. g. plures ne abſolverent, an condemnarent, an ampliandum putarent. *Cic. poſt red. in Sen. cap. 11.* Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodeſque vidiſtis? ¶ Diribitores in conviviis dicti ſunt, qui ſcutellas diſponerent, & cibos carperent. *Fulg. l. 2. Saturn. c. 2. Apul. l. 2. de Aſino*.

Diribitorium, n. 2. *luogo, dove ſi pagano i ſoldati*, Ger. *ein muſterplatz*, Gal. *le lieu ou paye le ſoldats*, Hiſp. *lugar adonde ſe haza el alarde*, λογιστήριον, locus, in quo recenſebatur exercitus, & ſtipendia numerabantur, a diribendo, idest, diſtribuendo. *Plin. l. 16. c. 40.* ¶ Item locus, in quo miniſtri verſabantur. *Apul. l. 2. de Aſin. Sueton in Claud. c. 18.*

Dirigĕo, es, ui, n. 2. *divenir rigido, pallido, impaurire*, Ger. *erſtarren*, Gal. *devenir roide*, Hiſp. *elarſe*, ῥιγόω, præ frigore, aut timore, aut alio caſu viribus deſtituor. *Virg. l. 8. Æn.* Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit. Adde 3. *Æn. v. 259. & Ovid. 3. Faſt. v. 332.*

Dirigo, is, exi, ectum, *dirizzare*, ישר, Germ. *richten*, Gall. *dreſſer*, Hiſp. *enderecar*, εὐθύνω, obliquum emendo, & rectum facio, ex *de*, & *rego*. *Horat. l. 4. od. 9.* Arcu tela dirigere. *Cic. pro Sex. c. 45.* Curſum ſuum aliquo dirigere. *Id. 4. Acad. c. 20.* Cogitationes ſuas ad rem aliquam dirigere. ¶ *Id. 3. Offic. c. 21.* Honeſtate dirigenda eſt utilitas, h. e. metienda. *Id. 3. Offic.* Dirigere officium utilitate. Sic *Plin. in Paneg. c. 45.* Ad vitam Principis dirigimur, ad hanc convertimur, &c. ¶ Dirigere aciem, eſt, diſponere. *Hirt. de B. Afric. c. 13.* Et, dirigere caſtella, apud *Flor. l. 4. cap. 12.* ¶ Dirigere ſe ad aliquid, pro procedere, aliquo penetrare. *Quint. l. 10. c. 1.* Ad ea ſe quiſque dirigebat effingenda, quæ poterat. *Apul.* Dirigere ſe in aſpectum. *Ulp. l. 7. Dig. de extraord. crim.* Qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, hi directarii appellantur. ¶ Pro diſcindere, *Plautum* poſuiſſe, obſervat Feſtus, *Cornel. a. 3. v. 54.* Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit. Scaliger etiam ita legit. Sed vide *Dirigo* in fine.

Dirimo, is, emi, emptum, a. 3. *ſpartire, ſeparare*, פרד, Germ. *zertheilen*, Gal. *diviſer*, Hiſp. *apartar*, διαιρέω, divido, ſeparo, ab antiquo demo, ſ in r abeunte. *Plaut. Amph. 1. 1. 90.* Prælium diremit nox. ¶ Dirimere in Comitiis, erat ſuffragia, ſeu tabellas ſuffragiorum ſeparare, & dinumerare, ut intelligeretur, quæ legem probarent, quæ rejicerent, &c. *Lucan. lib. 5.* Et non admiſſæ dirimit ſuffragia plebis. V. *Diribeo*. ¶ Dirimere litem, vel controverſiam, eſt diſſolvere, decidere. *Cic. 3. Off.* Qui ſe dirempturos controverſiam putaverunt. ¶ Dirimere tempus, eſt differre, & in aliam diem aliquid rejicere. *Cic. de Div.* Quid habet haruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? ¶ Dirimere ſocietatem humani generis, h. e. diſſolvere. *Cic. 3. Offic. & 2. Phil.*

Diripio, is, ui, eptum, a. 3. *tor per forza, rapire*, בזז, Germ. *plündern*, Gall. *piller*, Hiſp. *arrebatar*, διαρπάζω, eſt diverſa diverſe rapere, ut fit in urbium expugnatione, vel in diverſas partes rapere. *Cic. ad Tiro. l. 16.* Domos noſtras, & patriam ipſam vel diripiendam, vel inflammandam reliquimus. *Id. l. 8. Att. ep. 2.* Domus mea diripiebatur. ¶ Item in diverſas partes rapio, divido, lacero. *Ovid. 3. Faſt.* Hippolyte infelix, velles coluiſſe Dionem, cum conſternatis diriperere equis. ¶ Item educere. *Ovid. 10. Metam.* Diripere enſem vagina. ¶ Pro diripere emere, legitur in vita Perſii, cujus auctorem nonnulli Suetonium putant: Editum librum continuo mirari homines, & diripere cœperunt. ¶ Diripere de auctoritate alicujus, h. e. imminuere. *Cic. pro Sylla*.

Dirĭtas, f. 3. *crudeltà*, אכזריות, Germ. *grauſamkeit*, Gall. *cruauté*, Hiſp. *crueldad*, ὠμότης, crudelitas. *Cic. in Vatin.* Quanquam ſis omni diritate, atque immanitate deterrimus. *Sueton. Tiber. c. 21.* Diritas morum. *Id. in Ner. c. 8.* Diritas diei.

Dirumpo, & diſrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere a forza*, קרע, Ger. *zerreiſſen*, Gal. *briſer*, Hiſp. *romper por fuerca*, διαρρήγνυμι, varie rumpo, ſeu violenter ſcindo. *Plaut. Curc. a. 1. 17.* Nihil metuo, niſi medius dirumpar miſer. *Cic. in Fam. 7. ep. 1.* Dirupi pene me in judicem Galli Caninii, *ho crepato a crepare*. *Id. Att. l. 7. ep. 12.* Dirumpor dolore. ¶ Dirumpere ſocietatem, amicitiam, eſt diſſolvere. *Cic. 3. Offic. & de Amic.* ¶ Diſrumpi, abſolute dicitur, qui invidia dolet. *Cic. in Vatin.* Quem tu diſrumperis, cum Ædilitium vides.

Diruncino. V. Deruncino.

Diruncio, is, a. 4. depurgo. *Feſtus*.

Dirŭo, is, rui, rutum, a. 3. *rovinare*, הרס, Germ. *niderbrechen*, Gal. *mettre par terre*, Hiſp. *derribar*, καταβάλλω, dejicio, everto, deſtruo. *Liv. l. 1. c. 29.* Fragor tectorum, quæ diruebantur. ¶ Diruere ære, quid ſit, V. *Dirutus*.

Diruptio, onis, f. fractura, diſciſſio, *il rompere*. *Senec. l. 2. Quæſt. nat. c. 15.* Neceſſario vaſtum in tam magnorum corporum diruptione reddit ſonum.

Digitized by Google

Diruptus, a, um, particip. a dirumpor. *Cic.* 13. *Phil. c.* 12. Homo diruptus, diruptuſque Q. Cælius. *id eſt* & ære exhauſtus diſſipato patrimonio, & hernioſus. ¶ Item præruptus, præceps, *ſcoſceſo*, *precipitoſo*. *Liv. l.* 38. *c.* 2. In altiorem, diruptioremque tumulum conceſſere. *Et ibid.* Multi pavore in dirupta præcipitati. *Ammian. l.* 29. *c.* 5. Montes diruptis rupibus inacceſſi.

Dirus, a, um, o. 1. 2. *crudele*, *empio*, *fiero*, אכזר, Germ. *grauſam*, Gal. *cruel*, Hiſp. *cruel*, ἀνάρσιος, crudelis, ſævus, infeſtus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 488. Nec diri toties arſere cometæ. *Liv. l.* 27. *c.* 22. Dira execratio. *Ovid.* 5. *Met. v.* 550. Dirum omen. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 15. Quibus nihil videtur eſſe dirius. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 247. Scena quem ſenem Latina vidit diriſſimum. ¶ Poteſt etiam ſumi pro terribili, ſiquidem eſt a δεινὸς, & in hoc ſenſu explicari poſſunt aliqua ex exemplis allatis, ut & illud *Virg.* 8. *Æn.* Jam tum relligio pavidos terrebat agreſtes Dira loci.

Dirutus, a, um, ἀνδραποδὴς, partic. a diruor. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 8. Complures dirutas, ac pene deſertas per te eſſe recreatas. ¶ Ære dirutum militem dicebant, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non eſt datum, quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. *Feſt. Cic. Ver.* 7. *c.* 13. In quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt.

Dis, præpoſit. V. Di.

Dis, m. & f. dite, n. ricco, πλούσιος, idem ac dives, per ſync. *Ter. Adelph.* 5. 1. 8. Dis quidem eſſes Demea. *Val. Flac. l.* 2. *v.* 296. Nec populos, non dite ſolum, non illa parenti Regna pato. *Cic. de Amic. c.* 16. Ditior mihi, & affluentior videtur eſſe vera amicitia. *Virg.* 1. *Æn. v.* 343. Ditiſſimus agri. *Sil. l.* 3. *v.* 397. Ditiſſimus ævi. *h. e.* valde ſenex. ¶ *Dis* abſolute. *Senec. in Herc. Oet. v.* 648. O ſi pateant pectora ditum! quantos intus ſublime agit fortuna metus!

Dis, vel Ditis, is, m. 3. πλοῦτος, dictus fuit Pluto Deus inferorum, idemque Divitiarum præſes, quia opes a terra effodiuntur. *Cic. l.* 2. *Nat. Deor. c.* 26. A Luciano claudus fingitur in acceſſu, in receſſu vero alatus, quia divitiæ longo tempore, magniſque laboribus acquiruntur, & quam velociſſime labuntur, niſi caute cuſtodias. Fingitur etiam cæcus, quia divitias bonis æque ac malis, nullo habito diſcrimine, diſtribuit. *Severus in Ætna v.* 640. Illos ſepoſuit claro ſub nomine Ditis. *Petron. Satyr.* Has inter ſedes Ditis pater extulit ora. *Cic. loc. cit.* Dis, ut apud Græcos πλοῦτος. Al. leg. *Deus*. ¶ Uſurpatur etiam pro ipſis Inferis. *Virg. Æn. v.* 126. Noctes, atque dies patet atri janua Ditis.

Diſcalceo, as, a. 1. *diſcalzare*, נעל, Germ. *entſchuhen*, Gall. *deſchauſer*, Hiſp. *deſcalçar*, ἐξυπολύω, eſt calceos auferre. *Suet. in Ner. c.* 51. Prodiit in publicum ſine cinctu, & diſcalceatus.

Diſcapedino, as, avi, atum, a. 1. *aprire*, פתח, Germ. *auffſchlieſſen*, Gall. *ouvrir*, Hiſp. *abrir*, aperio, reſero, a capedine. *Apul. in Florid. l.* 1. Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinavit. *h. e.* inter canendum tibiis, manus, & digitos in certum modum flexit, claudendo, aperiendoque foramina, &c. V. *Gaſpar. Barthol. de Tib. Vet. c.* 7.

Diſcaveo, es, vi, autum, n. a. diligenter caveo. *Plaut. Men.* 2. 1. 24. Dictum facelle clarum, & diſcaveas malo.

Diſcedo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *partirſi*, הלך, Germ. *hinwegghehen*, Gall. *ſe partir*, Hiſp. *partirſe*, ἀναχωρέω, abeo, recedo, demigro, a *dis*, & *cedo*. *Cic.* 6. *Fam.* Servium diſceſſiſſe Athenis, moleſte tuli. ¶ Sæpe uſurpatur cum loco, ad quem. *Cic.* 3. *Fam.* Sed eo diſceſſiſti, quo ego te ne perſequi quidem poſſem triginta diebus. *Id. in Som. Scip.* Diſcedere cubitum. *Virg. Æn.* 12. Diſcedere ad urbem. ¶ Tranſlate ponitur pro relinquere. *Cic.* 2. *de Orat.* Mihi certum eſt a judiciis, cauſiſque diſcedere. Sic diſcedere ab armis, *Id. Phil.* 8. *ad fin.* Diſcedere vita, diſcedere a recta conſcientia, *Id. Tuſc.* 1. *c.* 34. & *l.* 13. *Attic. epiſt.* 20. ¶ Eleganter ſumitur pro excipere, *eccettuare*. *Cic. l.* 1. *Attic. epiſt.* 17. Amoris erga te mei, cum a fraterno amore domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero. ¶ Item pro divortium facere. *Cic.* 8. *Famil.* Quod inter poſtulationem, & nominis delationem uxor a Dolabella diſceſſit. ¶ Item pro dividi, hiſcere. *Cic.* 1. *Offic.* Cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 12. In duas factiones Civitas diſceſſit. ¶ Diſcedere in ſententiam, eſt alterius ſententiam probare. Mos enim fuit antiquorum, ut, cum in tanto Senatorum numero longum foret ſingulorum ſententias audire, illi tantum, qui cæteris dignitate antecellebant, ſententiam rogarentur, deinde duabus, tribuſve jam dictis ſententiis, reliqui in illorum, quorum judicio ſubſcribebant, ſedilia tranſirent. *Cic. ſæpe*, & *Liv. l.* 28. *c.* 45. Sic diſcedere in alia omnia. *h. e.* diſſentire, *Cic.* 10. *ep.* 12. V. Eo, is. *P. Manut.* Diſcedere, non eſt ſemper de loco abire. Nam *l.* 2. *Att. ep.* 16. Si poſſum, *inquit*, diſcedere, ne cauſa optima in Senatu pereat. id eſt, ſi poſſum conſequi, ſi hunc exitum res habere poteſt. Idem verbum ad eandem ſententiam tranſtulit *Terent.* apud quem ita loquitur Geta ſervus *in Phorm.* 5. 2. 8. Modo ut hoc conſilio poſſit diſcedi, ut iſtam ducat.

Diſcentia, æ, f. diſcendi actio. Vox eſt *Tertull. l. de Anim. c.* 23. & 24. ipſique relinquenda.

Diſceptatio, f. 3. *diſputa*, *conteſa*, ויכוח, Germ. *ein ſpan*, Gal. *debat*, *controverſe*, Hiſp. *contienda*, διάλεξις, diſputatio, contentio, lis, cauſa. *Cic.* 2. *de Div.* Cum quibus omnis fere nobis diſceptatio, contentioque eſt. ¶ Sumitur etiam pro arbitratu, & cognitione. *Ulp. l. cum ei*, §. *cui*, *ff. de tranſ.* Hæc omnia habent diſceptationem Prætoris.

Diſceptatiuncula, æ, f. dimin. a diſceptatio. *Gell. in præfat.* vel *c. ult.* Tempus ad colligendas memoriarum diſceptatiunculas conferre.

Diſceptator, m. 3. *giudice*, שופט, Germ. *ſchidmann*, Gall. *juge*, *arbitre*, Hiſp. *arbitrador*, *contendedor*, διαγνώμων, judex, arbiter, rei, ſententiæque moderator. *Cic. in Partit. c.* 3. Aut auſcultator eſt, qui audit, aut diſceptator. *Liv. l.* 35. *c.* 45. Reconciliatore pacis, & diſceptatore de iis, quæ in controverſia cum Pop. Rom. eſſent, utendum cenſebat. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 10 *n.* 4. Diſceptator de pace, *mediatore*.

Diſceptatrix, f. 3. quæ diſceptat, judicat. *Cic.* 4. *Acad. c.* 28. Dialecticam inventam eſſe dicitis veri, & falſi quaſi diſceptatricem, & judicem.

Diſcepto, as, avi, atum, n. 1. *diſputare*, *contendere*, נשפט, Germ. *zanchen*, Gall. *debattre*, Hiſp. *contender diſputando*, διαγωνίζομαι, diſputo, contendo, decerto. *Cic.* 4. *Fam.* Poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico. ¶ Item cognoſco, judico. *Cic. pro Mil.* Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc juſte, ſapienterque diſceptet. *Id.* 4. *Tuſc.* Diſceptare controverſias aliquorum. *Id. pro Dejot. c.* 2. Hanc, C. Cæſar, cauſam ſi in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante te. ¶ Singularem habet notionem hoc verbum apud *Cic. lib.* 10. *Fam. epiſt.* 10. Quamquam te uno prælio omnis fortuna Reipub. diſceptat. *h. e.* agitur, vel pendet.

Diſcerniculum, n. 2. idem ac diſcriminale, a diſcernendo. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Sumitur & generatim pro differentia, diſcrimine. *Gel. l.* 17. *c.* 13. Diſcerniculo coloris inſignes, candidi, & nigri.

Diſcerno, is, diſcrevi, cretum, a. 3. *dividere*, *ſeparare*, חבר, Germ. *underſcheiden*, Gall. *diſcerner*, Hiſp. *apartar*, *diviſar*, *lenzar*, ſeparo, divido. *Cic.* 3. *Tuſc.* Democritus alba, & nigra diſcernere non potuit. *Id. pro Pont. c.* 6. Ubi diſcerni poſſit ſtultus auditor a ſapiente. *Virg.* 4. *Æn.* Tenui telas diſcreverat auro. ¶ Quandoque diſtincte cognoſco. *Ter. Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? ſatis nequeo diſcernere. ¶ Quandoque judico, dirimo. *Virg. Æn.* 12. *v.* 898. Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis. Sic, diſcrevit digitus, apud *Calpurn. ecl.* 2. *v.* 27. *h. e.* micando digitis controverſia dirempta eſt.

Diſcerpo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſtrazzare*, *ſquarciare*, קרע, Germ. *zerreiſſen*, Gall. *deſchirer*, *mettre en pieces*, Hiſp. *deſpedaçar*, διασπάω, diſcindo, in partes diſtraho, ex dis, & carpo. *Cic. in Top. c.* 5. Quum res quaſi in membra diſcerpitur.

Diſcerptus, a. 1. a. diviſus, laceratus, part. a diſcerpor. *Cic.* 3. *de Orat.* Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulſa, & quaſi diſcerpta contrectant. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 86. Membra diſcerpta.

Diſceſſio, onis, f. 3. *partita*, הליכה, Germ. *hinwegweichung*, Gall. *departement*, Hiſp. *partida*, ἀναχώρησις, receſſio, ſeparatio, diviſio. *Cic.* 2. *Offic.* Eorum neque acceſſione melior vita fit, neque diſceſſione pejor. ¶ Interdum pro divortio ponitur. *Ter. Andr.* 5. 3. 35. Incommoditas huc omnis redit, ſi eveniat diſceſſio. ¶ In foro quoque dicimus diſceſſionem fieri in ſententiam alicujus, cum Senatores e ſua ſede ad eum tranſeunt, cujus ſententiam approbant. *Cic.* 6. *Ver.* Cum jam non ſolum diſceſſio facta eſſet, ſed etiam perſcriptum, atque in tabulas relatum. V. *Diſcedo*, & *Eo*, *is*.

Diſceſſus, us, m. idem ac diſceſſio. *Cic.* 1. *Fam.* Quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim. ¶ Tranſlate dicitur de morte. *Cic.* 1. *de Div. c.* 23. O præclarum diſceſſum e vita! ¶ Item de hiatu, vel diruptione. *Cic.* 2. *de Div.* Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec trajectæ ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt.

Diſceſſus, a, um, partic. paſſivum. *Cat. l.* 4. *hiſt.* apud *Priſcian.* Cuſtodibus diſceſſis, multi interficiuntur partiti.

Diſcæus, m. 2. cometa, vel ſimilis aliqua aeris impreſſio. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Diſcidium. V. Diſſidium.

Diſcinctus, a. 1. a. *diſcinto*, מפותח, Germ. *auffgegürtet*, Gall. *deſceint*, Hiſp. *deſcinido*, ἄζωνος, partic. a diſcingor. *Liv. lib.* 27. Diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit. ¶ Antiqui negligentes, & deſides appellabant *diſcinctos*, contra *accinctos* ſolertes, ſtrenuos. Quod a re ipſa deductum eſt. Molles enim demiſſis, diſcinctiſque veſtibus uti ſolent, ſtrenui vero atque induſtrii, quo ſint ad res exequendas promptiores, ſuccincti incedunt. *Perſ. ſat.* 3. *n.* 31. Non pudet ad morem diſcincti vivere Nattæ. ¶ Nepos diſcinctus, at omni luxuria diffluens. *Hor. Epod. Od.* 1. Diſcinctus aut perdam ut nepos. ¶ Diſcincti etiam dicebantur exauctorati, & cum ignominia dimiſſi a militia. *Vulcat. Gallic. in Avid. c.* 6. Si quis cinctus invenietur apud Daphen, diſcinctus redeat.

Diſcindo, is, diſcidi, diſciſſum, a. 3. *fendere*, קרע, Germ. *zerſchneiden*, Gal. *fendre*, Hiſp. *hender*, διασχίζω, divido, lacero, aperio, a dis, & ſcindo. *Cic.* 2. *de Orat.* Ut diſcinderem tunicam, ut cicatrices oſtenderem. ¶ Tranſlata eſt dirimere, diſſolvere. *Cic. de Amic. c.* 21. Tales igitur amicitiæ diſſuendæ magis, quam diſcindendæ ſunt.

Diſcingo, is, inxi, inctum, a. 3. *ſcingere*, פתח, Germ. *entgürten*, Gall. *deſceindre*, Hiſp. *deſcenir*, ἀποζωννύω, quod cinctum eſt, diſſolvo. *Cic. ad Q. Fr.* Cæſar mihi in ſinu eſt, neque ego diſcingor. ¶ Tranſlate ponitur pro enervare, ſeu confutare, vel retundere. *Sil. l.* 7. Diſcinxit rationa dolos. *Sidon. l.* 2. *ep.* 7. Diſcingere, quæ in diſceptationem veniunt. ¶ Significat etiam dignitate privare, exauctorare. V. *Diſcinctus*, & *Cingulum*.

Diſciplina, f. 1. *diſciplina*, לקח, Germ. *lehr*, Gall. *diſcipline*. Hiſp. *diſciplina*, μάθησις, inſtitutio, ars, ſcientia, a *diſco*, vel a *diſcipulus*, quaſi *diſcipulina*, per ſync. Porro *diſcipulina* legitur in nummis Hadriani. *Cic. pro Cæl.* Cujus prima ætas dedita diſciplinæ fuit. ¶ Videtur a doctrina differre, quia eadem ars diſciplina dicitur, prout a diſcipulo percipitur, doctrina, prout a doctore traditur. Sed diſciplina etiam de doctore dicitur. *Cic. pro Cæl.* Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? ¶ Diſciplina item eſt modus vivendi, vel inſtitutum, mos, conſuetudo. *Cic.* 1. *de Orat.* Nam & prima ætate incidimus in ipſam perturbationem diſciplinæ veteris. *Plaut. Aſinar.* Eadem nos diſciplina utimur. ¶ Item exemplum bene vivendi. *Plaut. Moſt.* Diſciplinæ elrie eram. ¶ Item ſecta Philoſophorum. *Cic.* 5. *Tuſc.* Omnes fere Philoſophi omnium diſciplinarum hoc eodem animo eſſe potuerunt. ¶ Dare, vel tradere ſe in diſciplinam, eſt ſe alicui inſtituendum permittere. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Is in diſciplinam Protagoræ ſe ſe dedit. Adde *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 41. ¶ Diſciplina memoriæ, *l'arte della memoria*; ars memoriæ alendæ, & conſervandæ. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 1. *n. med.*

Diſciplinabilis, le, o. 3. quod ad diſciplinam ſpectat. *Auth. ad Her. l.* 3. *c.* 3. Cujus rei aliquam diſciplinabilem ſcientiam poterimus habere.

Diſciplinatus, a, um, adject. bonis moribus per diſciplinam præditus. *African. Auct. l.* 4. *c.* 46. *de arbore degenerante*: Diſciplinatos diſſueſcit promere fructus. *Tertul. de fuga c.* 1. Diſciplinatior in jejuniis.

Diſciplinoſus, a. 1. a. qui tam bonas, quam malas artes facile diſcit. Hinc in reprehenſionem dictus eſt a Catone *diſciplinoſus gladiator*, apud *Gell. l.* 4. *c.* 9.

Diſcipula, f. 1. mulier, quæ diſcit. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Audit diſcipula intentione magna, & reddit. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 20. Dedam te diſcipulam cruci.

Diſcipulatus, us, ui, m. idem fere quod diſciplina. *Tert. de Præſcriptionib. adv. Hæret. c.* 11. In diſcipulatu, in convictu.

Diſcipulus, m. 2. *diſcepolo*, תלמיד, Germ. *lehrjung*, Gall. *diſciple*, Hiſp. *diſcipulo*, μαθητής, qui diſciplinam ab alio percipit. *Cic.* 3. *Off.* Oratur dulcis, ut Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere. ¶ Diſcipuli etiam dicuntur, qui in tabernis, vel officinis mercatorum ſerviunt, & eorum diſciplinam addiſcunt, *garzoni di bottega*. Hinc diſcipulos coquorum *Plaut.* memorat *Pſeud.* 3. 2.

Diſciſſus, a, um, adject. diſcerptus, laceratus, *lacerato*, *fracaſſato*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 514. Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus. *Stat. l.* 1. *Silv.* 1. *v.* 11. Diſciſſi muri.

Diſcludo, is, uſi, uſum, a. 3. *ſeparare*, הבדיל, Germ. *auſſchlieſſen*, *abtheilen*, Gall. *ouvrir*, *ſeparer*, Hiſp. *abrir*, *echar fuera*, *apartar*, διακλείω, excludo, ſeparo. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 8. Qui Arvernos ab Helvetiis diſcludit. ¶ Eſt item ſeparatim includere. *Cic.* 1. *Tuſc.* Iram, & cupiditatem, quas locis ſuis diſcluſit.

Diſcluſio, onis, f. ſeparatio, disjunctio, *ſeparazione*, διάκλεισις. *Apul. de Deo Socrat. circ. princ.* Non modo loci diſcluſione, verum etiam &c.

Diſcluſus, a, um, adject. ſeparatus, disjunctus, *diſgiunto*, *ſeparato*. *Virg. Georg.* 4. *v.* 147. Spatiis diſcluſus iniquis. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 33. Perturbationes ſemotas a mente, & diſcluſas Plato putat.

Diſco, is, didici, ſine ſup. a. 3. *imparare*, למד, Ger. *lehrnen*, Gal. *apprendre*, Hiſp. *aprender*, μανθάνω, rem ignotam ab aliquo docente apprehendo, vel aſſequor meditando. *Cic.* 4. *Acad.* Ab eo Dialecticam didicerat. *Id. de Senect.* Diſcere fidibus. ¶ Dicimus autem diſcere ab aliquo, vel de aliquo, vel ex aliquo. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 5. Didici ex literis tuis. *Virg. Æn.* 12. *v.* 435. Diſce puer virtutem ex me, fortunam ex aliis. *Ter. Eun.* 2. 2. 32. Ut ſibi liceret diſcere id de me. ¶ Item,

apud

apud aliquem diſcere literas. *Cic. Fam. 9. ep. 10.* ¶ Sumitur item pro ſolitum eſſe. *Plaut. Amph.* 2. 2. Vera dicere didici. Sic Græci dicunt, ἔμαθον εἶναι, ſolebam eſſe. ¶ Diſcere etiam proprie dicuntur Actores fabularum, quemadmodum Poetæ ipſi docere, & ſcribere fabulas. *Ter. prol. Hecyr. in fin.* Silentium date, ut lubeat ſcribere aliis, mihique us diſcere novas expediat. Adde *eund. in prologo Heaut. v.* 10.

Diſcobŏlus, m. 2. qui diſcum jaculatur, a diſcus, & βολή, jactus. *Quintil. l.* 2. c. 13. Quem eſt ille diſcobolus Myronis.

Diſcoctus, a, um, adject. valde coctus, *ben cotto*. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Lens magis diſcocta cœleſti aqua.

Diſcŏlor, o. 3. *di diverſi colori*, צבעוני, Ger. *von mancherley farben*, Gall. *de diverſe couleur*, Hiſp. *de differente color*, ἑτερόχροος, quod eſt diverſorum colorum. *Mart. l.* 14. Diſcolor hic gemino calculus hoſte perit. *Cic.* 2. *Ver. c.* 13. Ut diſcoloribus ſignis juratorum hominum ſententiæ noterentur.

Diſcolorius, a, um, adject. idem quod diſcolor. *Petron. Satyr.* Diſcoloria veſtis.

Diſcolōrus, a, um, adject. diſcolor. *Capel. l.* 4. *in princ.* Diſcolora venuſtate florentibus. *Prudent. Periſteph. v.* 302. Diſcolora lana.

Diſcondūcit, non conducit, non prodeſt. *Plaut. Trin.* 4. 2. 85. Sed nihil diſcondocit huic rei.

Diſconveniens, tis, adject. o. 3. *diſconveniente*. *Lactant. de ira Dei, c.* 3. Et diſconveniens, ut ejuſmodi poteſtas ſit prædita, &c.

Diſconvenientia, æ, f. *inconvenienza*. *Tertul. de teſtim. anim. c.* 6. Suſpectam habe convenientiam prædicationis in tanta diſconvenientia converſationis.

Diſconvenio, is, eni, entum, o. 4. *diſconvenire*, נחלק, Ger. *ſich ubelſchicken*, Gall. *diſconvenir*, Hiſp. *diſconvenir*, διαφωνέω, non convenio. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 1. *v.* 99. Æſtuat, & vitæ diſconvenit ordine toto.

Diſcophŏrus, i, m. δισκοφόρος, diſcum ferens. *Hieronym. in prologom. ſeu præfat. in Daniel.* vocat *diſcophorum* Habacuc, qui prandium Danieli, capillo per aëra ab Angelo ſublatus, a Palæſtina Babylonem uſque detulit, ut habetur *Dan.* 14. 35. Diſcus enim etiam vas eſcarium ſignificat.

Diſcŏquo, is, oxi, octum, n. 3. *cuocere*, ἀφέψω, coquo, vel valde coquo. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Noſtri præcipiunt arietinum in aqua cum ſale diſcoquere. Adde *l.* 29. *c.* 6.

Diſcordabilis, le, o. 3. quod diſcordet, & diſconvenit. *Plaut. Cap.* 2. 3. 42. Inter nos ſuiſſe ingenio haud diſcordabili.

Diſcordia, f. 1. *diſcordia*, מחלוקת, Germ. *zwytracht*, Gall. *diſcorde*, Hiſp. *diſcordia*, διχόνοια, diſſidium, quaſi cordium diſſenſio. *Cic.* 4. *Tuſc.* Diſcordia eſt ira acerbior, intimo odio, & corde concepta. *Id. pro Mur.* Diſcordiam concitare. Et *Philip.* 1. Diſcordiam ſedare. ¶ Eſt etiam Diſcordia una Furiarum Dea Inferorum. *Virg. Æn.* 8. *v.* 702. Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla.

Diſcordialis, o. 3. *litigioſo*, מדון, Ger. *auffrühriſch*, Gall. *diſcordant*, Hiſp. *deſacordante*, quod lites generet, & pariat. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Hyenæ pellem ſimilem abominantur diſcordialem domibus.

Diſcordiōſus, o. 1. 2. qui diſcordias, & lites ſerit. *Sall. in Jugurt. c.* 66. Vulgus Numidarum ſeditioſum, atque diſcordioſum erat.

Diſcordis, pro diſcors, dicebant Veteres. *Pomp.* Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.

Diſcordĭtas, atis, f. 3. idem ac diſcordia, apud vet. *Pacuv. apud Non.* Ex diſcorditate cladem importare familiæ.

Diſcordo, as, avi, atum, n. 1. *eſſere in diſcordia*, פלג, Ger. *zwytrechtig ſein*, Gal. *diſcorder*, Hiſp. *deſacordar*, διχοστατέω, diſſideo, diſſentio. *Cic.* 1. *Fin.* Sed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident, atque diſcordant. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 18. Diſcordare cum aliquo. *Vellej.* 2. 53. 3. Ab ſe diſcordans fortuna. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. Pectus diſcordat avaro.

Diſcors, dis, o. 3. *diſcorde*, מחולק, Ger. *zwytrechtig*, Gal. *diſcordant*, Hiſp. *diſcorde*, διχόφρων, qui corde, ideſt animo diſſidet, a *dis*, & *cor*. *Cic.* 2. *Agrar.* Non ambitione, non contentione diſcordet. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Civitas ſecum ipſa diſcors. *Vellej. l.* 2. *c.* 37. Diſcors patri. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 10. *v.* 9. Ventis diſcordibus acta. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 5. Modi diſcordes. *diſſonanze*.

Diſcrĕpans, antis, adject. diſſidens, diſcors, diſſimilis. *Solin. c.* 52. (al. 65.) In quantum mores populorum diſcrepant, habitus quoque diſcrepantiſſimus eſt.

Diſcrepantia, æ, f. 1. *diſcordanza*, διαφορά, diſſenſio, diſcordia. *Cic.* 3. *Fin. c.* 12. Majorem multo habere Stoicos, & Peripateticos rerum omnium diſcrepantiam, quam verborum.

Diſcrepatio, onis, f. idem quod diſcrepantia. *Liv. l.* 10. *c.* 18. Ea ipſa inter conſules diſcrepatio fuit.

Diſcrepito, as, o. 1. freq. a diſcrepo. *Lucr. l.* 2. *v.* 1017. Verum poſitura diſcrepitant res.

Diſcrĕpo, as, avi, & pui, atum, n. 1. *diſcordare*, פלג, Germ. *miſshellen*, Gal. *deſaccorder*, Hiſp. *diſcordar*, διαφωνέω, proprie eſt diverſo modo crepare, tranſlate non convenire, diſcordare. *Cic.* 1. *Off. c.* 40. Ut in fidibus, aut in tibiis, quamvis paulum diſcrepent, tamen id a ſciente animadverti ſolet. ¶ Tranſlate ſumitur pro diſſidere, vel differre, & conſtruitur cum abl. & præp. *a*, vel *ab*, vel *de*, vel *cum*, & cum acc. & *inter*. *Cic de Orat. l.* 3. Si qua in re diſcrepavit ab Antonii diviſione noſtra partitio. *Idem* 4. *Tuſc.* Philoſophorum de cæteris rebus diſcrepantium. *Idem* 2. *Fin.* Diſcrepant facta cum dictis. *Idem* 2. *de Invent. c.* 49. Cum inter ſe duæ videntur leges diſcrepare. ¶ Item cum Dat. *Cic.* 3. *de Orat.* Ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes. *Horat. de ar. poet. v.* 152. Divina futuri Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis. ¶ Abſolute *Liv. l.* 22. Minerva magis, adeo diſcrepare inter auctores, quam &c.

Diſcrēte, adv. *ſeparatamente*, Germ. *underſcheidenlich*, Gall. *ſeparemment*, Hiſp. *apartadamente*, κεχωρισμένως, ſeparatim, diſtincte. *Cic. de Inv. l.* 1. *c.* 30. Poſt diſcrete, & electe in genus quodque cauſæ, quid cuique conveniat, ex copia hac digeremus.

Diſcrētim, idem ac diſcrete. *Var. de re ruſt. l.* 1. *c.* 3. Quoniam diſcretim de his rebus dicendum eſt. Scaliger tamen legit *diſcretum*, quod rectius videtur, ſi ejus interpunctionem ſequamur. Habet autem *Apul. l.* 6. *A. A.* Singula Pſyche curioſe dividit, & diſcretim remota rite componit. Et *l.* 2. *Florid.* Sigillatim, ac diſcretim.

Diſcretio, f. 3. *ſeparazione*, פרוד, Germ. *underſcheidung*, Gall. *ſeparation*, Hiſp. *apartamiento*, διάκρισις, ſeparatio, a diſcerno. *Lact. lib.* 7. Quæ diſcretio mors vocatur.

Diſcretīve, adverb. diſcernendo, ſeparando. *Donat. ad Terent. Eun.* 1. 2. 45.

Diſcretīvus, a, um, ad diſcernendum, & ſeparandum aptus. *Priſc. l.* 17.

Diſcrētus, a, um, o. 1. 2. *ſeparato*, διακεχωρισμένος, ſeparatus, partic. a diſcerno. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Diſcretæ ſuis nominibus ſylvæ. *Stat. Theb.* 5. *v.* 359. Saxo diſcretus ager.

Diſcrimen, inis, o. *differenza*, *ſeparazione*, פרש, Germ. *underſcheid*, Gal. *difference*, Hiſp. *diferencia*, διάκρισις, differentia, ſeparatio. *Pontanus in Actio* ſcripſit fieri ex *diſcriminem*, per ſyncopen. *Cic.* 4. *Ver. c.* 30. Omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit. ¶ Accipitur & pro intervallo. *Cic. de L. Agr.* Duo maria pertenui diſcrimine ſeparata.

¶ Item pro diviſione capillorum, quæ fit diſcerniculo. Imo hæc propria, & prima ſignificatio nonnullis videtur. *Claud. de nupt. Hon. v.* 103. Hæc morſu numeroſi dentis eburno multifidum diſcrimen arat. hoc eſt, capillos pectit. ¶ Item pro terræ cultu, qui raſtris fit. *Colum. l.* 10. *R. R. v.* 94. Jam puro diſcrimine pectita tellus. ¶ Item pro certamine. *Virg.* 5. *Æn.* Æquo diſcrimine Priſtrix, Centaurusque locum tendunt ſuperare priorem. ¶ Item pro periculo. *Cic. Phil.* 7. *c.* 1. Adducta eſt Reſpublica in extremum pene diſcrimen. *Id. pro Leg. Man. c.* 5. Salus ſociorum in ſummum periculum, & diſcrimen vocatur. Sic devenire in diſcrimen, *Id.* 1. *de Orat. c.* 1. Verſari in diſcrimine, *Id. Fam.* 14. Dare in diſcrimen legiones, *Tacit.* 2. *Ann.* ¶ *Liv. l.* 29. In diſcrimine nunc eſt humanum genus, utrum vos, an Carthaginienſes principes orbis terrarum videat, *tutto il mondo è in bilancio*, ſe, &c.

Diſcriminatim, adv. *differentemente*, Ger. *underſchiedlich*, Gal. *differemment*, Hiſp. *diferentemente*, κεχωρισμένως, diſtincte, differenter. *Var. l.* 1. *de re ruſt. c.* 7. Niſi in loco aquoſo, aut etiam in aquis, & id diſcriminatim, ut alia in lacubus, alia in fluminibus &c.

Diſcriminatio, onis, f. diſcretio, diviſio. *Diomed. Grammat. l.* 1. Nomen eſt, quo Deus, aut homo propria diſcriminatione pronuntiatur.

Diſcriminātor, oris, m. qui diſcernit. *Tertul. l.* 1. *ad Nation. c.* 10. Diſcriminatores impendere. *Apul. de Mundo.* Diviſor, & diſcriminator.

Diſcriminatus, a. 1. 2. diſtinctus, partic. a diſcriminor. *Liv. l.* 31. *c.* 4. Vigiliarum, ſomnique nec die, nec nocte diſcriminata tempora.

Diſcrimino, as, a. 1. *dividere*, *dipartire*, הבדיל, Ger. *underſcheiden*, Gal. *ſeparer*, *diſcerner*, Hiſp. *apartar*, ἀφορίζω, eſt diſcernere. *Cic. Philip.* 12. *c.* 9. Hetruriam diſcriminat.

Diſcruciatus, us, ui, m. idem quod cruciatus, *tormento*. *Prudent. Hamartig. v.* 834. Vermibus, & flammis, & diſcruciatibus ævum immortale dedit.

Diſcrucio, as, avi, atum, a. 1. idem ac crucio, & tam ad animum, quam ad corpus refertur. *Cic.* 12. *Phil.* Ut ille Trebonium, & ſi poſſet, etiam Brutum diſcruciatos necaret. *Cæl. Cic.* 8 *Fam.* Nunc quotidie non eſſe te, ad quem conſitem, diſcrucior. ¶ Conſtruitur cum ablat. *Plaut. Caſ.* Ego diſcrucior miſer amore. ¶ A veteribus etiam cum gen. uſurpabatur. *Plaut. Aul.* Diſcrucior animi, quia domo abeundum eſt mihi. Adde *Ter. Adelph.* 4. 4.

Diſcubitorium lectus, in quo, vel ſuper quem antiqui cœnaturi diſcumbebant, apud *Plin.* Nos tamen locum non invenimus.

Diſcubĭtus, us, ui, m. diſcumbendi actus, *il porſi a ſedere*. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 1. *n.* 9. Ne ſeniores adventum diſcubitu præcurrerent.

Diſcŭbo, as, ui, itum, n. legitur in Theſ. L. L. ſed exempla, quæ afferuntur, ad *diſcumbo* referri poſſunt, cum quo commune habet præteritum.

Diſculus, i, m. diminut. a diſcus. Calep. citat pro hac voce *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 8. Cœnam paravi diſculo. At optimi Codices P. Victor. & Gronovii hæc verba ibi non agnoſcunt.

Diſcumbo, is, ui, itum, n. 3. *ſedere a menſa*, ישב, Ger. *zu tiſch ſitzen*, Gall. *s' aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe à la meſa*, ἀνακλίνομαι, menſæ accumbo. *Cic. Att.* Diſcubuimus omnes. *Virg.* 1. *Æn. v.* 700. Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro. ¶ Item *porſi a dormire*. *Plaut. Mercat. prol. v.* 100. Diſcubitum noctu ut imus, ecce &c.

Diſcuneātus, o. 1. 2. apertus, ac patens, a cuneus. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Conchæ ſe contrahunt, ſed in fruſta diſcuneatæ. ideſt quaſi immiſſo cuneo diductæ, & patefactæ. Loquitur de conchis, cum polypi iis inhiantes lapillum injiciunt, quo carnes ſecum extrahant.

Diſcupio, is, ivi, itum, a. 3. *deſiderar ardentemente*, חמד, Ger. *heftig begeren*, Gal. *deſirer ardemment*, Hiſp. *deſſear mucho*, ἐπιθυμέω, valde cupio. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. epiſt.* 15. Te videre, & omnia intima conferre diſcupio.

Diſcurro, is, urri, & cucurri, urſum, o. 3. *correre in diverſe parte*, שוט, Ger. *hin und her lauffen*, Gal. *courir ça, & là*, Hiſp. *diſcurrir*, διατρέχω, in diverſas partes curro. *Liv l.* 1. *c.* 9. Juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. *Sueton. in Calig. c.* 32. Cum palma diſcucurrit more victorum. ¶ Apud *Ammian. Marcell.* invenitur pro diſſerere, *diſcorrere*, ut & Græce διέρχεσθαι. Ejus verba ſunt *l.* 17. *c.* 6. Super quo nunc pauca diſcurram. V. *Voſſ. de vitiis. ſuſpect. c.* 14.

Diſcurſatio, onis, *il correre qua, e là*, *ſcorreria*. *Senec. de Brevit. vitæ, c.* 3. Officioſa per Urbem diſcurſatio. Al. legunt, *diſcurſatione*. *Frontin. l.* 2. *c.* 5. Magna diſcurſatione.

Diſcurſator, oris, m. qui diſcurrit. Diſcurſatores genus militum, de quo *Ammian. l.* 16. *c.* 26. Iiſdem ſparſim miſcuere pedites diſcurſatores & leves.

Diſcurſim, adverb. diſcurrendo. *Macrob. Saturn. l.* 7. *c.* 1. Diſcurſim verſantibus poculis.

Diſcurſio, f. 3. idem ac diſcurſus. *Lact. de Opific. Dei, c.* 3. Totos dies in diſcurſione conſumunt.

Diſcurſĭcatio. V. Diſcurſatio.

Diſcurſo, as, avi, atum, n. 1. frequentat. a diſcurro. *correre ſpeſſo qua, e là*. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. de Oratoris geſtu, & actione: Diſcurſare ineptiſſimum. *Florus l.* 3. *c.* 18. Inde jam paſſim ab omni parte diſcurſante populo.

Diſcurſus, us, m. *il correre qua, e là*, שוט, Ger. *hin und wider lauffung*, Gal. *courſe de ça, & de là*, Hiſp. *diſcurſo*, διαδρομή, actus diſcurrendi. *Hirt.* 8. *bell. Gall. cap.* 29. Magno clamore, diſcurſuque paſſim ſe fugæ mandat.

Diſcus, m. 2. *piatto grande*, קערה, Ger. *eine ſcheibe*, Gal. *un grand plat*, Hiſp. *grande plato*, δίσκος. Eſt quædam moles ſaxea, vel plumbea, five ferrea, cujus jactu juvenes inter ſe certabant, victorque erat, qui aut altius in ſublime, aut longius in tractu ultra deſignatum ſpatium, aut propius metam projeciſſet, a δίκω, *jacio*. Erat figura plana, & rotunda. Hinc Græci tranſlate Solem diſcum vocant. *Mart. l.* 14. *ep.* 164. Splendida cum volitent Spartani pondera diſci, eſte procul pueri. Alludit ad mortem Hyacinthi pueri, qui jactu diſci ab Apolline interfectus eſt. ¶ *Horat. de ar. poet. v.* 380. Indoctuſque pilæ, diſcive, trochive quieſcit. ¶ Diſcum, *quam Philoſophum audire malle*, proverb. de eo dictum, qui leviſſimas delectationes rebus graviſſimis antepoſuit. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 5. ¶ A Græcis ſumitur item pro lance ad cibos menſæ inferendos. Quo ſenſu *Auguſtin. expoſit. in Pſal.* 96. diſcum appellat linteum illud, quod in viſione Petro oblatum eſt variis animalibus refertum. ¶ Apud *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. diſcus dicitur quadrata tabula horologii ſolaris, in qua umbræ horæ indicantes conſpiciuntur.

Diſcuſſe, adverb. cum examine. *Capel. l.* 9. *cir. princ.* Ab ipſa virgine explorandæ diſcuſſius.

Diſcuſſio, f. 3. actus diſcutiendi, examen, *eſame*, *diſcuſſione*. *Leg.* 14. *Cod. Theodoſ. de Jure Fiſci*. Diſcuſſio pecuniæ. ¶ Item excuſſio, actus diſcutiendi. *Senec. quæſt. natur. l.* 6. *c.* 19. In dolio cantantis vox per totum cum quadam diſcuſſione percurrit, ac reſonat.

Diſcuſſor, m. 3. qui diſcutit, & diſceptat. Ita hac voce utuntur Imperatores in *Cod. l.* 10. *tit.* 30. de Diſcuſſoribus. *Vet. etiam Gloſſa* λογοθέτης, diſcuſſor, diſputator, ratiocinator. Adde *Caſſiod. l.* 4. *epiſt.* 38. & *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 21.

Diſcuſſorius, a, um, o. 1. 2. quod diſcutit, ut vis diſcuſſoria. *Pl. l.* 30. *c.* 8. Et per ſe cinis inanium cochlearum ceræ mixtus diſcuſſoriam vim habet.

Diſcuſ-

Digitized by Google

Diſcuſſus, a, um, adject. *diſſipato*, *ſgombrato*, διασχεδασθεὶς, ut diſcuſſæ umbræ. *Virg.* 12. *Æn.* v. 669. Diſcuſſa nox, *Lucan. l.* 5. v. 700. Diſcuſſa plebe, *Stat. l.* 5. *Silv.* 3. v. 182.

Diſcutio, tis, cuſſi, cuſſum, a. 3. *ſcuotere*, *dibattere*, הניע, Ger. *erſchitten*, Gall. *ebranler*, Hiſp. *ſacudir*, ἐκσείω, proprie eſt diverſas partes quatio, & dejicio, diſturbo, diſpello, ex *dis*, & *quatio*. *Liv. l.* 21. c. 12. Tribus arietibus aliquantulum muri diſcuſſit. ¶ Tranſlate ponitur pro removere, tollere, auferre, reſolvere, *diſſipare*, *ſgombrare*. *Cic.* 12. *Phil. c.* 2. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam paulo ante dixi. Sic diſcutere timorem, triſtitiam, faſtidium, *Plin. l.* 2. c. 6. & *l.* 23. c. 1. *ſub fin.* ¶ Item pro variis modis examinare, inveſtigare, refellere. *Cic.* 4. *Acad.* Ut occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captioneſque diſcutere. ¶ Medicis diſcutere eſt ulcus ſine ſuppuratione diſſipare. Nam tubercula aut diſcutiuntur, aut emittuntur. *Celſ. l.* 5. c. 11. Diſcutientur ea, quæ in aliqua parte corporis coierunt.

Diſerte, adv. *facondamente*, Germ. *mit auſſgetruckt ten vvorten*, Gal. *elegamment*, Hiſp. *eleganteménte*, ἐναργῶς, facunde, eloquenter. *Cic.* 1. *de Or.* Ut prudentibus diſerte, ſtultis etiam vere dicere videaris. *Martial. l.* 3. *ep.* 38. Cauſas, inquis, agam Cicerone diſertius ipſo. ¶ Item diſtincte, & expreſſe, *diſtintamente*. *Liv. l.* 21. *cap.* 19. Cum in fœdere Lutatii diſerte adſcriptum eſſet, id ita ratum fore, ſi populus cenſuiſſet. *Id. l.* 39. c. 28. Diſertiſſime planiſſimeque in eo ſcriptum eſt.

Diſertim, adverb. idem ac diſerte. *Plaut. Stich.* 1. 3. 87. Id nomen tibi fuit diſertim. Adde *Non. c.* 11. *n.* 3.

Diſertio, onis, f. Diſertiones *Feſtus* exponit diviſiones patrimoniorum inter conſortes.

Diſertus, a, um, o. 1. 2. *eloquente*, ברבר צחות, Ger. *vvolberede*, Gall. *diſert*, *eloquent*, Hiſp. *eloquente*, *facundo*, λόγιος, facundus, qui prudenter diſputat, a diſſero. *Cic. Att. l.* 10. Cœlius tuus diſertus eſt magis, quam ſapiens. *Id. Att. l.* 7. *epiſt.* 2. Epiſtola diſertiſſima. ¶ Differt ab eloquente. Nam *diſertus* eſt ille, qui poteſt ſatis acute, atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere. *eloquens* vero, qui mirabilius, & magnificentius augere poteſt, atque ornare, quæ velit, omneſque omnium rerum, quæ ad dicendum pertineant, fontes animo, ac memoria continet. Hinc M. Antonius in quodam ſuo libello ſcripſit, diſertos ſe cognoſſe nonnullos, eloquentem adhuc neminem. *Cic.* 1. *de Or. c.* 5. & *Phil.* 2. *c.* 43. ¶ Comparat. Diſertior. *Cic.* 3. *de Orat.* Eloquentior fuit, & diſertior Socrates. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 9. *e.* 1. Alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſertiores. ¶ Apud *Terent. Eun.* 5. 7. 10. videtur accipi pro aſtuto. At etiam, inquit, primo callidum, & diſertum credidi hominem.

Diſgregus, a, um, adject. a *dis*, & *grex*, *gis*, ſignificat, diſſimilis. *Martian. Capel.* 9. Venuſtate diſgregæ puellæ.

Diſhiaſco, is, n. 3. idem quod dehiſco. *Cato de R. R. c.* 12. Arbores comprimant, ſi diſhiaſcent.

Diſjecto, as, freq. a diſjicio. *Lucr. l.* 2. *v.* 553. Diſjectare ſolet magnum mare tranſtra, carinas, antennas, proram, &c.

Diſjectus, a. 1. 2. διεσκεδασμένος, diſperſus, diſſipatus. *Hor. l.* 1. *od.* 20. Tectaque Penthei diſjecta non levi ruina. *Ovid. Heroid. epiſt.* 12. Comæ diſjectæ. *Virg.* 1. *Æn.* Diſjecta claſſis. *Plin. l.* 2. *c.* 49. Diſjectæ nubes. *Auct. ad Heren. l.* 4. Res ſperſæ, & vage diſjectæ.

Diſjectus, us, ui, m. diſperſio, diſſipatio. *Lucret. l.* 3. v. 941. Major enim turbæ diſjectus materiai Conſequitur letho

Diſjicio, cis, jeci, jectum, a. 3. *gettar in diverſe parti*, *diſfare*, השליך, נפץ, Ger. *hinvverffen*, Gal. *jetter par terre*, Hiſp. *derribar*, διασκεδάω, in diverſas partes jacio, diſſolvo, deſtruo. *Virg.* 1. *Æneid.* Diſjecitque rates. ¶ Tranſlate eſt dirimere. *Liv. l.* 1. Si diſjicere rem poſſent. *Virg.* 7. *Æn. v.* 339. Diſjice compoſitam pacem. *Ovid.* 10. *Met.* Nubes diſjicere pondere. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 27. Rapuit, diſjecitque naves in aperta Oceani. ¶ Pareus in Lex. Crit. contendit ſcribendum eſſe *deſſicio*, non *diſjicio*: itaque legit illud *Plaut. in Curc.* 3. 1. 54. Clypeatus elephantum ubi machæra diſſicit. Et illud *Lucret. l.* 3. *v.* 640. Et diſcuſſa ſimul cum corpore diſſicietur.

Diſjugatio. V. Dijugatio.

Diſjugatus, a, um, disjunctus, diviſus. *Arnob. l.* 7. *circa init.* Qui ſunt ab his longe natura diſjugati.

Diſjunctim, adverb. *ſeparatamente*. *Feſtus Pompejus*. Nec ita appellari debere, Verrius ait, ſed disjuncte.

Disjunctim, adverb. idem quod disjuncte. *Dig.* 28. 7. 5. & 35. 1. 51.

Disjunctio, f. 3. *ſeparazione*, פרוד, Germ. *abſonderung*, Gall. *ſeparation*, Hiſp. *apartamiento*, διαζεύξις, ſeparatio. *Cic. pro Sext.* In tanto luctu meorum, in tanta disjunctione. *Id. de Prov. Conſ.* Disjunctio ſententiæ. ¶ Eſt item Figura verborum per detractionem, qua ſingulis orationis membris ſua verba propria attribuuntur. *Cic. pro Sylla*. Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adoleſcentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti.

Disjunctive, adverb. *Ulpian. Dig. l.* 30. *tit.* 1. *l.* 34. At ſi conjuncti disjunctive commiſſi ſunt, unius perſonæ poteſtate funguntur.

Disjunctivus, a. 1. 2. quod disjungit, ut Conjunctiones disjunctivæ *aut*, *vel*, *ſive*, &c. apud Grammaticos, & *l. ſi ita*, *Dig. de verb. oblig.* Adde *Aſcon. in Orat. pro M. Scauro*.

Disjunctus, a. 1. 2. partic. a disjungor, *diſgiunto*. *Cic. pro Sext.* Apud Athenienſes homines Græcos longe a noſtrorum hominum gravitate disjunctos. ¶ Hinc comp. *disjunctior*, ſup. *disjunctiſſimus*. *Cic.* 4. *Acad.* Nihil eſt ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate ſapientis, errore, levitate, temeritate disjunctius. *Plin. Paneg.* c. 15. Disjunctiſſimæ terræ. ¶ *Disjunctum*, *i*, abſolute pro disjunctiva propoſitione. *Gell.* 5. 11. Non ratum id, neque juſtum disjunctum eſſe ais. ¶ *Martian. Capell. l.* 5. *pag.* 176. ſcribit, disjunctum eſſe etiam nomen figuræ, quæ Græce διεζευγμένον appellatur.

Disjungo, is, nxi, nctum, a. 3. *diſgiungere*, *ſeparare*, הבדיל, Ger. *abſcheiden*, Gall. *desioindre*, *ſeparer*, Hiſp. *deſunir*, *apartar*, διαζεύγνυμι, ſeparo. *Cic. l.* 1. *ep.* 9. Ab orationibus disjungo me fere, referoque ad manſuetiores Muſas. *Id. ibid. ep.* 7. Intervallo locorum, & temporum disjungi. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 86. Hæc res multa maxime disjunxit illum ab illo. h. e. alienavit. ¶ Dicitur & de equis e curru ſolutis. *Cic. l.* 1. *Divin.* Ut jumenta jubeant disjungere.

Diſpalatus, a, um, adject. *diſperſo*, *vagabondo*. *Nepos* 6. c. 1. Diſpalati in agris. *Salluſt. de Rep. ordin. l.* 2. *c.* 13. Multitudo in artes, viraſque varias diſpalata.

Diſpaleſco, is, n. 3. errantium inſtar diſpergor, item divulgor, palam fio, a diſpalo. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 123. Quam illud flagitium vulgo diſpaleſcere.

Diſpalo, as, avi, atum, a. 1. *andare errando*, תעה, Germ. *landlauffen*, Gall. *vagant*, Hiſp. *vagar*, πλανάομαι, huc, illuc erro, a palare, vel palari, quod eſt vagari. *Ammian. l.* 15. c. 4. Incompoſito agmine milites huc & illuc diſpalantes. ¶ Sed *Nonio* c. 2. *n.* 450. activum eſt, & ſignificat ſeparare. *Siſenna*: Tanto plures paſſim diſpalantur. *Ammian. l.* 31. *c.* 2. Abſque lare, vel lege, aut ritu ſtabili diſpalantur.

Diſpando, dis, di, anſum, *diſtendere*, פרש, Ger. *auſſpannen*, Gal. *eſtendre*, *deployer*, Hiſp. *tender*, διατείνω, extendo, expando. *Lucret. l.* 6. *v.* 598. Non diſtracta ſuum late diſpandat hiatum.

Diſpanſus, a, um, adject. expanſus, extenſus, *ſpiegato*, *ſteſo*. *Plin. l.* 9. *c.* 4. Arbor vaſtis diſpanſa ramis. *Sueton. Domit.* c. 19. Diſpanſa manus. *Lucret. l.* 1. *v.* 306. Diſpanſæ veſtes.

Diſpar, is, o. 3. *diſſimile*, Ger. *ungleich*, Gal. *diſſemblable*, Hiſp. *deſigual*, ἀνόμοιος, inæqualis, diſſimilis, a par. *Cic. de Am.* Diſpares enim mores diſpatia ſtudia ſequuntur. *Id. de Senect.* Diſpar ſui, atque diſſimile. *Id.* 2. *Tuſc.* Diſpares inter ſe motus. *Liv. l.* 1. Diſpares viribus fratres. *Sil. l.* 8. Brutius haud diſpar animorum. *di pari coraggio*.

Diſparatio, onis, f. ſeparatio, *ſeperazione*. *Vitruv. l.* 2. c. 9. Ad diſparationem procreationis.

Diſparatus, a. 1. 2. ab aliis ſejunctus, ſeparatus. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 28. Diſparatum eſt id, quod ab aliqua re per appoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo, ſapere, & non ſapere.

Diſpareo, es, ui, n. 2. *ſparire*, cui contrar. eſt appareo. *Lactant. l.* 5. *c.* 20. Latibula ſibi parant in plures exitus diſparentia.

Diſparilis, o. 3. idem quod diſpar. *Cic.* 1. *de Div.* c. 36. Et ex diſparili aſpiratione terrarum.

Diſparilitas, atis, f. diſſimilitudo. *Varr. l.* 9. *L. L.* Propter diſparilitatem vocis figurarum. *Gell. in præfat.* Diſparilitas rerum. Et *l.* 7. *c.* 3. Diſparilitas collationis.

Diſpariliter, adverb. diſſimiliter. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 6. Hæc ad colendum diſpariliter habent momentum.

Diſparo, as, avi, atum, a. 1. *ſeparare*, הבדיל, Ger. *ſondern*, Gall. *ſeparer*, Hiſp. *apartar*, διαζεύγνυμι, ſeparo, & ſejungo. *Plaut. in Rud. Prol.* v. 10. Jupiter nos per gentes alium alia diſparat. *Gell. l.* 13. *cap.* 11. Lepide tot ſententias in eandem rem, quaſi aliud, atque aliud diceret, diſparavit.

Diſpartibilis, e, adject. diviſibilis. *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 39. Demutabilis, & diſpartibilis.

Diſpartio, & Diſpartior. V. Diſpertio.

Diſpectio, onis, f. 3. *Apul. l.* 10. *A. A.* Subita diſpectione feminæ perturbatus. Al. leg. *deſperatione*.

Diſpecto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a diſpicio. *Arnob. l.* 1. Non ex gratia, ſed ex vero diſceptationis hujus diſpectare momenta.

Diſpector, oris, m. qui diſpicit, & diſcernit. *Tertul. de Anim. c.* 15. Diſpector cordis Deus.

Diſpectus, us, m. 4. *riguardo*, השגחה, Ger. *ein ſcheydung*, Gall. *regard*, *egard*, Hiſp. *movimiento en partes diverſas*, διάσκεψις. *Sen.* 2. *de Ira*, c. 9. Quod neglecto diſpectu officiorum, ad luſus, & ineptos æqualium jocos ſpectent. *Idem epiſt.* 110. Quibus diſpectum utilitatis timor excutit.

Diſpello, lis, diſpuli, pulſum, a. 3. *ſcacciare in diverſe parti*, Ger. *zertreiben*, Gal. *dechaſſer*, Hiſp. *echar*, διωθέω, in varia loca pello, variis modis pello, diſjicio. *Liv. l.* 5. Cum equitem paſſim liberi frænis diſpuliſſent equi. ¶ Ponitur item pro ſimplici pello, vel pro expello. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 26. Ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit.

Diſpendioſus, a, um, o. 1. 2. *dannoſo*, ζημιώδης, damnoſus. *Col. l.* 2. *c.* 21. Diſpendioſa eſt cunctatio.

Diſpendium, ii, n. *danno*, *ſpeſa*, *diſcapito*, δαπάνη, detrimentum, ſumptus, damnum. *Plin. l.* 14. *cap.* 4. Majus ab eo diſpendium, non proficiente pretio. *Plaut. Merc.* 3. 2. 20. Minore nuſquam bene fui diſpendio. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 29. Ut gratiam ineat ſine ſuo diſpendio. *Virg.* 3. *Æneid.* Diſpendia moræ. *Claudian. de VI. Conſ. Honor. v.* 431. Diſpendia famæ. ¶ *Lucan. lib.* 8. *v.* 2. Æmoniæ deſerta petens diſpendia ſilvæ. h. e. vias difficiles, anfractus obliquos, & a recta via recedentes, per quos iter longius magno temporis diſpendio fit, cui ſenſus contrarium eſt compendium.

Diſpendo, dis, di, enſum, diſtineo, occupatum teneo, *tener occupato*. Ger. *zuſchaffen geben*, *mit geſcheffen auffalten*, Gal. *detenir*, Hiſp. *detener*, [illegible]. *Col. l.* 8. *c.* 2. Quæ paſtoris unius diſpendant curam. ¶ Aliquando ſignificat expandere, & tunc non a *pendo*, ſed a *pando* componitur. *Plaut. Mil.* 5. 14. Diſtendite hominem diverſum, & diſpendite. Aliqui legunt *diſpennite*.

Diſpenno, is, a. 3. idem ac diſpendo, e dis, & pando. *Non. c.* 1. *n.* 30. deducit a pennis, ut proprie ſignet pennas avi amputare, tranſlate brachia hominis abſcindere. ¶ Alii ajunt, proprie dici de avibus cum alas pandunt, tranſlate de hominibus brachia extendentibus. Exemplum V. in *Diſpendo* ex *Plaut. Mil. a.* 5. *v.* 14. ubi *diſpennere* mavult *Non. loc. c.* & *Pareus in Lex. Crit.* quam *diſpendere*.

Diſpenſatio, onis, f. ipſum diſpenſatoris munus, adminiſtratio, procuratio, *officio di diſpenſiere*, *amminiſtrazione*, οἰκονομία. *Suet. Othon.* c. 5. Servo Cæſaris pro impetrata diſpenſatione decies ſeſtertium expreſſerat. *Cic. in Verin. c.* 15. Eripuerat ærarii diſpenſationem. hoc eſt, adminiſtrationem. *Id. pro Rab.* Si curationem, & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. *Liv. l.* 4. *c.* 12. Diſpenſatio inopiæ, *maneggio*, *e partizione*.

Diſpenſator, m. 3. *diſpenſatore*, גזבר, Ger. *ſchaffner*, Gal. *deſpenſier*, Hiſp. *diſpenſero*, οἰκονόμος, qui res penſans expendit, & neceſſaria in familiam diſtribuit, a pendo. Ita *Feſtus*. ¶ Diſpenſatores ſervorum genus erant, qui domini rationes, & pecunias, imo omne patrimonium curabant, *fattori*, *economi*. *Cic. apud Non. c.* 3. *n.* 18. Rationes a diſpenſatore accipere. ¶ Erant etiam inter Miniſtros Principum Diſpenſatores, quorum munus cum admodum lucroſum eſſet, emi ſolebat. V. *Suet. Oth. c.* 5. Atque hi diſpenſatores ordinarii vocantur ab eodem *Suet. in Galb. c.* 13. V. *Pignor. de Serv.* ¶ Item Diſpenſatores Provinciarum, & diſpenſatores belli memorantur a *Plin. l.* 33. *c.* 11. & *l.* 7. c. 39. V. etiam *leg. Diſpenſatori* 51. *ff. de ſolut.* & *liberat.*

Diſpenſatus, a, um, adject. diſtributus, *diſpenſato*, *diſtribuito*. *Stat. l.* 5. *Silv.* 2. *v.* 54. Pietas per omnes diſpenſata modos. *Senec. l.* 1. *Benef. c.* 10. In petulantiam, & audaciam erumpet male diſpenſata libertas.

Diſpenſo, as, avi, atum, a. 1. *diſpenſare*, *aver cura*, [illegible], Germ. *auſſpenden*, Gal. *deſpenſer*, Hiſp. *diſpenſar*, διανέμω, diſtribuo, diſpono, ordino, freq. a diſpendo. *Cic. Att. l.* 11. De noſtris domeſticis rebus acerbiſſime afflictor, quod qui eas diſpenſavit, non adeſt. *Ovid. ad Liv. v.* 371. Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis. *Sen. de Conſol. ad Marc.* In metus, & in dolores humanum pectus diſpenſandum. ¶ Olim Veteres uſurparunt etiam *diſpenſor*, *aris*, deponentium more, teſte *Priſc. l.* 8.

Diſpercutio, utis, a. 3. percutiendo ſpargo. *Plaut. Caſ.* 3. 5. 18. Jam ſibi Iſtuc cerebrum diſpercutiam.

Diſperditio, f. 3. *diſtruzione*, ἀπώλεια, deſtructio. *Cic. Phil.* 2. *c.* 12. Ad interitum noſtrum, & ad diſperditionem urbis.

Diſperditus, a, um, adject. idem quod perditus, *perduto*. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 95. Dii hunc diſperditum lenonem volunt.

Diſperdo, is, didi, ditum, a. 3. *conſumare*, השחית, Ger. *verderben*, Gall. *perdre*, *gaſter* Hiſp. *deſperder*, *eſtragar*, διαφθείρω, varie perdo, conſumo. *Cic. in Rul.* 1. *c.* 1. Ut a majoribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat, & diſſipet. *Virg. Ecl.* 3. Miſerum diſperdere carmen.

Diſpereo, is, ii, n. 4. *perire affatto*, אבד, Germ. *gantz verderben*, Gall. *deperir*, Hiſp. *perecer en todo*, διαπόλλυμαι, vario modo, aut in totum pereo.

Digitized by Google

eo, & officio. *Var.* 3. *R. R.* Providendum, ne propter æſtum diſpereat. ¶ Diſperеam, *poſs'in morire*, jurantia vox. *Plaut. Amphitr.* Diſperеam, ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim.

Diſpergo, is, erſi, erſum, a. 3. *ſpargere in diverſe parti*, זרה, Ger. *zerſtreuen*, Gall. *epandre*, Hiſp. *eſparzir*, διασκεδάζω, in diverſas partes ſpargo. *Cic.* 4. *Acad.* Cur mortifere tam multa pernicioſe terra, marique diſperſerit. *Id. l.* 1. *Invent. c.* 21. Partes rei geſtæ diſpergere in cauſam. *Ter. Adelph.* 5. 2. 7. An tibi mavis cerebrum diſpergi huc? *Id. ib.* 3. 2. 19. Diſpergere viam cerebro. *Celſ.* Brachia, & crura inæqualiter diſpergere. *h. e.* movere, jactare.

Diſperno, is, a. 3. ſperno, vel valde ſperno. *Juvencus lib.* 2. *v.* 257. Diſpernens veterum Samaritum juſſe.

Diſperſe, adverb. *in diverſi luoghi*, Ger. *hin und wider zerſtreuet*, Gal. *ça, & là ſeparement, tout epars*, Hiſp. *eſparzidamente*, σποράδην. *Cic. Ver.* 2. *c.* 51. Quæ diſperſe a me multis locis dicentur, ut dicta ſint.

Diſperſim, idem ut diſperſe. *Var. de R. R. l.* 1. *c.* 1. Qui græce ſcripſerunt diſperſim alius de alia re. *Sueton. in Cæſ. c.* 80. Conſilia diſperſim antea habita, in unum omnes contulerunt.

Diſperſus, a, um, o. 1. 2. διεσπαρμένος, partic. a diſpergor. *Cicer. pro Leg. Man.* Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque diſperſum, &c. *Sil. l.* 16. Agmine diſperſe per agros. *Senec. Herc. Fur.* Tecta diſperſa cerebro. *h. e.* aſperſa.

Diſperſus, us, m. 4. diſperſio. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 9. Diſperſu enim illorum actio de pace ſublata eſt.

Diſpertio, is, ivi, itum, a. 4. *dividere, partire*, חלק, Germ. *außtheilen*, Gal. *departir*, Hiſp. *repartir*, διαμερίζομαι, in diverſas partes divido, huc, & illuc partes do, a *dis*, & *partior*. *Cic.* 7. *Ver.* A quibus initia vitæ, atque victus, legum, & morum exempla hominibus, & civitatibus data, ac diſpertita eſſe dicuntur. *Id.* 3. *de Orat.* Diſpertiunt eam in quatuor genera. *Liv. l.* 9. Diſpertire exercitum per oppida. *Hirt. de B. Afric.* Diſpertire tyrones inter legiones. *Nepos* 14. *in. e.* Prædarum partem ſuis diſpertit. ¶ Dicitur etiam *Diſpartio*. *Nepos Eum. cap.* 2. *n.* 1. Cum mortuo Alexandro, Regna familiaribus diſpartirentur. *Cicer.* 2. *Offic. c.* 11. Prædam æquabiliter diſpartire. ¶ Et Diſpertior, ſive Diſpartior, iris, depon. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 19. JCti quod poſitum eſt in una cognitione, in infinita diſpertiuntur.

Diſpertitus, a, um, adject. ſignif. paſſivæ, diviſus, diſtributus, *partito, diviſo*, διαμεμερισμένος. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 10. Exiſtimo, vos diſpertitos, & in ſpeculis eſſe. *Lucr. l.* 3. *v.* 588. Diſpertita animæ vis.

Diſpeſco, is, cui, a. 3. *ſeparare*, הבדיל, Germ. *ſondern*, Gall. *ſeparer*, Hiſp. *apartar*, διείργω, proprie eſt gregem in diverſa paſcua diducere, ſive gregem paſcentem dividere, ac ſegregare, a *peſco*. Sed *Feſto* eſt pecus a paſtione deducere. ¶ Tranſlate ponitur pro disjungere, ſeparare, dirimere. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Africam ab Æthiopia diſpeſcent.

Diſpeſſus, a, um, a. 1. 2. διαπεπταμένος, expanſus, a *diſpando*. *Plaut. Mil.* 2. 4. 7. Eundum actutum extra portam diſpeſſis manibus.

Diſpicio, is, exi, ectum, a. 3. *diſcernere*, הבחין, Ger. *unterſcheiden*, Gal. *diſcerner*, Hiſp. *diſcernir*, διαγινώσκω, diſcerno. *Quintil. l.* 2. Proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium. ¶ Eſt item diligenter inquirere, conſiderare. *Cic.* 2. *de Div.* Si in omnibus auſpiciis verum diſpicere non poſſint. *Terent. And.* 3. 5. 16. Jam aliquid diſpiciam.

Diſplano, as, a. 1. complano. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 66. Cui Antipatri filius rutro caput diſplanat.

Diſplicatus, a, um, *ſpiegato, allargato*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Si quando apes diſplicatæ ſunt, cymbalis reducunt in unum locum.

Diſplicentia, f. 1. *diſpiacere*, בזיון, Germ. *mißfallung*, Gal. *deplaiſance*, Hiſp. *deſagradamiento*. *Sen. de tranq. vit. c.* 2. Hinc illud tædium, & diſplicentia ſui.

Diſpliceo, es, ui, icitum, n. 2. *diſpiacere*, רע, Ger. *mißfallen*, Gal. *deplaire*, Hiſp. *deſagradar*, ἀπαρέσκω, non placeo. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 18. Diſpliceo mihi, nec ſcribo ſine ſummo dolore. ¶ *Gel. l.* 1. *c.* 21. Cum ei diſplicita eſſet inſolentia, & inſuavitas illius. pro, diſplicuiſſet.

Diſplicina, f. 1. diſplicentia. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 18. Niſi hæc diſplicina aped te quicquam ſunt. Ita legit, & tuetur *Mureſus*. Alii *diſciplina*.

Diſplico, as, cui, icitum, *diſpiegare*, פרש, Ger. *auffwigeln*, Gall. *deployer*, Hiſp. *deſpleгar*, idem quod explico, ideſt, quod plicatum erat, extendo. Hinc diſplicatæ volucres, diſgregatæ, latius diſperſæ. *Var. de R. R. l.* 3. *c.* 18. Si quando diſplicatæ ſunt, cymbalis, & plauſibus reducunt in eundem locum. De apibus loquitur.

Diſplodo, is, oſi, oſum, a. 3. *ſcoppiare, rompere con ſtrepito*, הרס, Ger. *mit einem Knall zer ſpringen*, Gal. *faire grand bruit*, Hiſp. *romper con ruido*, διαρρήσσω, in diverſas partes plodo, cum crepitu rumpo. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 9. *de canibus*: Debet eſſe pedibus magnis, & altis, & qui ingredienti ei diſplodantur.

Diſploſus, a. 1. 2. partic. a diſplodor. *Lucr. l.* 6. *v.* 130. Sæpe ita dat pariter ſonum diſploſa repente. Adde *Hor. l.* 1. *Sat.* 8. *v.* 46.

Diſpluviatus, a, um, adject. utrinque pluviam dimittens. Hinc diſpluviate tecta, *Vitruv. l.* 6. *c.* 3. vocat, quæ ſiunt trabium junctis capitibus, & imis partibus divaricatis, ut in diverſas partes aqua pluviæ defluat. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Diſpoliabulum, V. Deſidiabulum.

Diſpoliatus, a, um, adject. *ſpogliato*. *Sen. de conſol. ad Marc. c.* 24. Diſpoliatus oneribus alienis. *Apul. Apol.* Pudore diſpoliato.

Diſpolio, as, avi, atum, a. 1. ſpolio, *ſpogliare*, ἐκδύω. *Cic.* 6. *Ver. c.* 20. Ut etiam una cum cæteris Siculis diſpoliaretur.

Diſpolio, is, V. Depolio.

Diſpondeus, m. 2. διςπόνδειος, pes, qui conſtat ex duobus ſpondeis, ut *Oratores*, & *continuabant*. *Diomed. Grammat. l.* 3.

Diſpono, is, oſui, oſitum, a. 3. *ordinare, diſporre*, διατίθεμαι, ordino, in certum ordinem diſtribuo. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 34. Libros confuſos diſponere. *Liv. l.* 39. *c.* 14. Diſponere vigilias per urbem. *Mart. l.* 12. *epigr.* 84. Diſponere comas. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Diſponere tormenta in muris. *Stat.* 5. *Theb.* Diſponere in turmas. Sic diſponere claſſem, præſidia, legiones, *Cæſar* ſæpe. ¶ Diſponere diem, apud *Cic. l.* 9. *Fam. epiſt.* 37. eſt in certos actus diſtribuere, *diſtribuire le azzioni della giornata*.

Diſpoſite, adv. *diſtintamente*, Ger. *ordentlich*, Gal. *par ordre*, Hiſp. *ordinadamente*, εὐτάκτως, diſtincte, apte, concinne, commode. *Cic.* 6. *Ver. c.* 40. Non poſſum diſpoſite iſtum accuſare. ¶ *Sidon.* ſuperlativo utitur *l.* 5. *ep.* 11. Colis, ut qui ſalertiſſime; ædificas, ut qui diſpoſitiſſime.

Diſpoſitio, nis, f. 3. *diſpoſizione, ordine*, סדר, Ger. *ordnung*, Gal. *diſpoſition*, Hiſp. *diſpoſicion*, διάταξις, ordinatio, rerum in ordinem collocatio. *Col. l.* 12. *c.* 2. Quis dubitet, nihil eſſe pulchrius in omni ratione vitæ diſpoſitione, atque ordine? ¶ Eſt item ſecunda pars officii Oratoris. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 7. Diſpoſitio eſt rerum inventarum in ordinem diſtributio. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 2. Diſpoſitio eſt ordo, & diſtributio rerum, quæ demonſtrat, quid quibus in locis ſit collocandum. ¶ Accipitur & pro adminiſtratione, aut regimine. *Capitol. in Gordiano tertio*: Cujus ductu, & diſpoſitione & hæc tranſegimus, & cætera tranſigemus. Sic in Novellis legimus: Sub diſpoſitione Præfecti Præt. &c. ¶ Item pro conſilio, & ratione. *Veget. l.* 3. *de re mil. c.* 26. Magna diſpoſitio eſt, hoſtem fame magis urgere, quam ferro.

Diſpoſitor, m. 3. qui diſponit. *Senec. l.* 5. *nat. quæſt. c.* 18. Diſpoſitor ille mundi Deus aera ventis exercendum dedit.

Diſpoſitrix, icis, f. quæ diſponit, & adminiſtrat. *Fortunat. l.* 9. *carm.* 6. Floret & egregia diſpoſitrice domus.

Diſpoſitura, æ, f. idem ac diſpoſitio. *Lucret. l.* 1. *v.* 1025. Tandem deveniunt in tales diſpoſituras. Et *l.* 5. *v.* 193. Si in tales diſpoſituras Deciderunt.

Diſpoſitus, a, um, o. 1. 2. διατεταγμένος, ordinatus, partic. a diſponor. *Cic.* 10 *Ver.* Signa ad columnas, & omnibus intercolumniis diſpoſita ſub dio vidimus. *Suet. in præfat. hiſt. natur.* Hac neque formoſius eſt quidquam, nec diſpoſitius. *Lactant. de Ira Dei, c.* 10. Mundo nihil poteſt eſſe diſpoſitius ad ordinem. *Plin. l.* 3. *ep.* 1. Hominum vitæ diſpoſita, *ben regolata*. *Id. l.* 2. *ep.* 12. Vir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus. *h. e.* qui in dicendo ordinem ſervat.

Diſpoſitus, us, m. 4. idem ut diſpoſitio. *Tac. l.* 2. *hiſt. c.* 25. Diſpoſitu, proviſuque rerum civilium peritus.

Diſpudet, diſpudebat, imp. 2. *vergognarſi molto*, Ger. *ſich übel ſchemen*, Gal. *avoir grande honte*, Hiſp. *tener mucha verguença*, ἐντρέπομαι, valde pudet. *Ter. Eun.* 5. 1. 16. Diſpudet, mihi ſic data eſſe verba.

Diſpulſus, a, um, adject. expulſus, impulſus. *Cic. l.* 7. *Att. ep.* 7. Pecudes diſpulſæ ſui generis ſequuntur greges.

Diſpulvero, as, a. 1. *ridurre in polvere*, κονιορτόω, in pulverem redigo. *Novius apud Non. c.* 2. *n.* 206. Saxa, ſylvas, lapides, montes diſjicis, diſpulveras.

Diſpumo. V. Deſpumo.

Diſpunctio, onis, *il cancellare*, ἐξάλειψις, deletio, interdum ſupputatio, ideſt, datorum, & acceptorum collatio. *Ulp. l. cum plures, ff. de bon. auct. judic. poſſid. Tertul. de Teſtim. Anim. c.* 4. Diſpunctionem vitæ vocat mortem.

Diſpunctor, oris, m. 3. qui ſupputat, ἐκλογιστής. *Tert. adv. Marc. l.* 4. *c.* 17. Judex, & diſpunctor meritorum.

Diſpungo, is, xi, ctum, a. 3. *computare*, ſuppotare, ſive numerare, quaſi puncto notare. *Sen. de brev. vit.* Diſpunge, & recenſe vitæ tuæ dies. ¶ Inde diſpungere rationes, pro examinare. *Papin. ff. de verb. ſignif.* Diſpungere eſt conferre accepta, & data. ¶ Elegans eſt hujus verbi uſus apud *Velles. l.* 1. *c.* 13. Neque quiſquam Scipione elegantius intervalla negotiorum otio diſpunxit. *h. e.* diſtribuit, occupavit.

Diſputabilis, le, o. 3. *diſputabile*, quod diſputari poteſt. *Sen. ad Lucil. ep.* 88. Res diſputabilis in utranque partem.

Diſputatio, f. *diſputa*, Ger. *ein geſprech*, Gal. *diſpute*, Hiſp. *diſputa*, διάλεξις, actus diſputandi. *Cic.* 1. *de Orat.* Soleſque nonnunquam hac de re a me in diſputationibus noſtris diſſentire. *Id.* 5. *Fin. c.* 26. Diſputatio litigioſa.

Diſputatiuncula, æ, f. dimin. brevis diſputatio. *Sen. epiſt.* 117. Diſputatiunculis inanibus ſubtiliſſimam vaniſſimam agitare.

Diſputator, m. 3. *diſputatore*, Ger. *ein diſputierer*, Gal. *diſputeur*, Hiſp. *diſputador*, διαλεκτικός, qui diſputat. *Cic.* 1. *Offic.* Diſputator ſubtilis, Orator parum vehemens.

Diſputatorie, adverb. diſputando. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 9. Diſputatorie argumentoſus.

Diſputatrix, f. 3. quæ diſputat. A *Quinctil. l.* 2. *c.* 20. Dialectica dicitur.

Diſputo, as, avi, atum, a. 1. *diſputare*, משפט, Ger. *bebawen*, Gal. *diſputer*, Hiſp. *diſputar*, διαλέγομαι, eſt diſſerere, diſceptare, a *dis*, & *puto*, opinor, quia, cum diſputatur, divertit opinionibus contenditur. *Cic.* 1. *Fin.* Et rationibus conquiſitis de voluptate, & dolore diſputandum putant. *Plaut. Aul.* 3. 5. 55. Ubi diſputata eſt ratio cum argentario. ¶ Sæpe uſurpatur ſimpliciter pro loqui, vel dicere. *Cic. pro Mil.* In qua tandem orbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant?

Diſquiro, ris, a. 3. *inveſtigare, cercare diligentemente*, חקר, Ger. *fleiſſig durchſuchen*, Gal. *chercher diligemment*, Hiſp. *buſcar curioſamente*, ἐξετάζω, per omnes partes quæro. *Hor.* 2. *ſat.* 2. *v.* 7. Verum hic impranſi mecum diſquirite.

Diſquiſitio, onis, f. 3 *inquiſizione, eſame*, ἐξέτασις, diſceptatio, inquiſitio. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quanquam ad facinoris diſquiſitionem intereſt, adeſſe quamplurimos. *Liv. l.* 26. *c.* 31. In diſquiſitionem venit. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 26. In diſquiſitione poſitum eſt. *Suet. Ner. c.* 2. Ad diſquiſitionem Senatus vocavit, *chiamò a render conto*.

Diſraro, as, a. 1. *diradare*, ἀραιόω, caſtro, & diverſis modis, quod denſum eret, rarum facio. *Col. l.* 4. *c.* 32. Poteſt intercidi, & diſrarari, quod opus ruſtici caſtrationem vocant.

Diſrumpo. V. Dirumpo.

Diſſavior. V. Diſſuavior.

Diſſeco, as, ui, ectum, a. 1. *tagliare in pezzi*, בתר, Germ. *zerhawen*, Gal. *couper, tailler en pieces*, Hiſp. *hazer pedaços, cortar*, χίζω, dilanio, variis modis ſeco, in varias partes divido. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Lacedæmonii pectus diſſecuere cauſa videndi.

Diſſectus, a, um, a. 1. 2. διχοτομηθείς, quod ſectum eſt. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Unio diſſectus.

Diſſemino, as, a. 1. *ſpargere*, זרה, Ger. *hin und herſayen*, Gal. *ſemer cà, & là*, Hiſp. *ſembrar en muchas partes*, διασπείρω, ſpargo, divulgo. *Cic.* 4. *c.* 3. Latina opinione diſſeminatum eſt malum. *Id. pro Arch. c.* 12. Spargere, ac diſſeminare in urbis terræ memoriam.

Diſſenſio, f. 3. *diſcordia*, פירוד, Germ. *mißhellung*, Gal. *diſſenſion*, Hiſp. *deſacuerdo*, διχόνοια, ſententiarum diverſitas. *Cic. pro Syl.* Ut hoc diſſidio, ut diſſenſione facta oppidum in ſua poteſtate poſſet, & Pompejanos habere. *Id. Agr.* 3. *c.* 2. Commovere diſſenſionem.

Diſſenſus, us, ui, m. idem quod diſſenſio. *Claudian. l.* 1. *in Ruſin. v.* 70. Diſſenſu alitur rumor. *Stat. Theb.* 11. *v.* 558. Urbem ſcindunt diſſenſu vario.

Diſſentaneus, a 1. 2. *non corriſpondente*, ἀσύμφωνος, diſſentiens, non conveniens. *Cic. in Part. c.* 2. Aut conſentanea, aut diſſentanea.

Diſſentio, is, ſi, enſum, n. 4. *non conſentire*, חלק, Germ. *ein andere ſinn haben*, Gal. *diſſentir*, Hiſp. *deſacordar*, διαφωνέω, diverſe, ſeu aliter, quam alii, ſentio. *Cic. de Amic.* Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus. *Id.* 3. *Off. c.* 12. Diſſentire cum aliquo. *Sen. ep.* 20. Ne orationi vita diſſentiat.

Diſſentior, iris, dep. 4. idem quod diſſentio. *Caril.* apud *Priſcian. l.* 8. Qui intelligunt diſſentiuntur.

Diſſeparatio, onis, f. ſeparatio, diviſio. *Auctor inſulſæ declamation. in Catil. quæ Portio Latroni tribuitur.* Diſſeparationi eorum neque ſolem orientem unquam, neque occidentem interfuiſſe.

Diſſepimentum, n. 2. id, quo res aliqua diſſepitur, & dividitur, ut membranula in media nuce. *Feſt.*

Diſſepio, is, epſi, eptum, a. 4. *ſeparare*, Germ. *abbrechen*, Gal. *ſeparer*, Hiſp. *derribar*, διαχωρίζω, eſt, quod ſeptum erat, dirimere, & disjicere. *Stat. Theb.* 11. *v.* 880. Diſſepitque aggere rurſus utitur. ¶ Item dirimere, ſeparare. *Lucret. l.* 1. *v.* 998. Aer diſſepit colles, atque aere montes.

Digitized by Google

tes. *Ovid.* 1. *Met.* v. 68. Vix ita limitibus diſſepſerat omnia certis. Alii leg. *deſcripſerat*.

Diſſeptum, i, n. ſeptum, clauſtrum. *Lucret. l.* 6. v. 951. per diſſepta domorum ſaxea voces Pervolitant.

Diſſerenat, abat, imp. 1. *ſerenarſi*, ſerenum fit. *Liv. l.* 39. c. 46. Cum undique diſſerenaſſet. Alii *conſerenaſſet* legunt. *Plin. l.* 18. c. 35. *a med.* Si cacumina pura fient, diſſerenabit.

Diſſĕro, is, diſſevi, diſſitum, a. 3. *ſeminare*, idem ac ſero, ſeu varie ſemino. *Col. l.* 11. c. 3. Panax ſemi, & ſubacta terra rariſſime diſſeritur. *Var. l.* 5. *L. L. pag.* 61. Ut olitor diſſerit in areas ſui cujuſque generis res. ¶ Tranſlate *Tacit.* 3. *Ann. c.* 40. diſſerere ſeditioſa per conciliabula, & cœtus, *ſpargere*. *Id.* 1. *Ann. c.* 4. Diſſerere bona pacis.

Diſſĕro, is, diſſerui, diſſertum, n. 3. *diſputare*, נוכח, Germ. *ein red halten*, Gal. *diſputer*, Hiſp. *diſputar*, διαλέγομαι, diſputo, diſceptatione contendo, a *ſero*, quæ ſignat dicere. *Cic. de Amic.* Audite, quæ inter me, & Scipionem de amicitia diſſerebantur. *Id. l.* 3. *de nat. Deor. ad fin.* Quæ diſputans diſſerere malui, quam judicare. ¶ Diſſerere pro exponere, declarare. *Lamprid. in Alex. Sev.* Cum Andriani diſſerit vitam.

Diſſerpo, is, n. 3. in diverſas partes ſerpo, dividor. *Lucret. l.* 6. v. 546. Quippe cadunt toti montes, magnoque repente concuſſu late diſſerpunt inde tremores.

Diſſertabundus, o. 1. a. qui diſſertat. *Gel.* Eumque in corona aſtantium diſſertabundum invenimus. Ita Lexicographi, *ſed* nos Gellii locum invenire non potuimus.

Diſſertatio, f. 3. διαλογισμός, diſputatio. *Plin. l.* 10. c. 68. Ingenium prædictorum, & reliqua ſubtexat diſſertatio. Al. leg. *odiſſertatio*. *Gel. l.* 19. c. 12. In ea diſſertatione hujuſcemodi ſenſus eſt. Alii legunt. *Diſſertione*, & probat *Par. in Lex. Crit. Id. l.* 10. c. 4. Res in philoſophiæ diſſertationibus celebris.

Diſſertator, oris, m. 3. qui diſſerit, & diſputat. *Prud. Apotheoſ.* v. 786. Occurrat dubitans hic diſſertator, & illud Objicit.

Diſſertio. V. Diſſertatio.

Diſſerto, o. 1. freq. a diſſero. *Cato apud Peſt. in Citeria:* Quid ego cum illo diſſertem amplius? *Gel. l.* 7. c. 14. Seorſum quiſque oſtentandi gratia magno conventu hominum diſſertaverunt.

Diſſertor, oris, m. idem qui diſſertator. Utitur *Non. homo Grammaticus*, c. 4. n. 253. ubi interpretem exponit *obſcuri diſſertorem*.

Diſſicio. V. Diſjicio.

Diſſico, as, pro *deſeco* quidam legunt apud *Plaut. Curcul.* 3. 1. 54.

Diſſidens, entis, adject. o. 3. *diſcordante*. *Cic. l.* 1. *nat. Deor. c.* 2. Opiniones tam variæ, tamque inter ſe diſſidentes.

Diſſidentia, f. 1. idem ac diſſidium. *Plin. l.* 29. c. 4. Dominante illa eadem rerum diſſidentia.

Diſſĭdeo, es, edi, eſſum, n. 2. *diſcordare*, *eſſer differente*, נחלק, Germ. *ſpannig ſeyn*, Gal. *diſcorder*, Hiſp. *deſacordar*, στασιάζω, proprie eſt ſedibus diſtingui, metaleptice ſententiis diſcrepare. *Cic. in Lal.* Quum is capitali odio a Q. Pompejo diſſideret. *Plin. l.* 37. c. 4. Adamas diſſidet cum magnete lapide. Rurſus *Cic.* 2. *Off. c.* 2. Temeritas a ſapientia diſſidet plurimum. *Plin. l.* 29. c. 1. Diſſederunt hæ duæ ſcholæ. *Hor. l.* 2. *od.* 2. v. 18. Diſſidens plebi virtus. *Cic.* 1. *Fin. c.* 8. Diſſident inter ſe, atque diſcordant. ¶ Ponitur & pro diſtare. *Propert. l.* 1. *eleg.* 12. v. 3. Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Diſſidium, n. 2. *ſeparazione*, *diſcordia*, מחלקה, Gal. *differend*, Hiſp. *deſacuerdo*, διάστασις, ſegregatio, ſeparatio, a diſſideo. *Cic. l.* 4. *ad Att. ep.* 7. Cognoram, te acerbiſſime diſſidium noſtrum tuliſſe. ¶ Item diſſenſio, diſcordia. *Cic. de Aruſp. reſp.* Id poſt diſſidium Optimatium ita perturbatum, itaque permutatum eſt. ¶ *Lambinus*, & alii dicunt, *diſſidium* eſſe corporis, *diſcidium* animi. Sed hoc diſcrimen non obſervatur. Nam ipſe *Lambinus* monet in *ep.* 1. *l.* 4. *ad Att.* in vet. libris eſſe *diſcidium*, & tamen ibi ſermo eſt de corporum ſegregatione, non animorum. Præterea *Prop. l.* 1. *eleg.* 13. ſcripſit de diſſenſione animorum: Multa iſta dabunt litora diſſidium.

Diſſigno. V. Deſigno.

Diſſilio, is, ſilui, & ivi, ultum, n. 4. *ſaltare*, נתר, Germ. *von dannen ſpringen*, Gal. *reſaillir*, Hiſp. *ſaltar*, ἀναπηδάω, proprie eſt in diverſas partes ſalire, ex *dis*, & *ſalio*. *Plin. l.* 36. Silicem Tuſculanum diſſilire igni. ¶ Tranſlate eſt loco moveri. *Apul.* Veſtibulo oſſa diſſiluerant. ¶ Item crepare, frangi. *Virg.* 3. *Georg.* Æraque diſſiliunt vulgo. ¶ Item ſeparari, avelli. *Virg.* 3. *Æn.* v. 416. Hæc loca vi quondam & vaſta convulſa ruina Diſſiluiſſe ferunt. ¶ Tranſlata *Horat. l.* 1. *ep.* 18. v. 42. Gratia ſic fratrum diſſiluit.

Diſſimĭlis, le, o. 3. *diſſimile*, Ger. *ungleich*, Gal. *diſſemblable*, Hiſp. *deſemejante*, ἀνόμοιος, abſimilis, diverſus. *Cic.* 2. *de Div.* Fuſas in diſſimiles incidere naturas propter cœli diſſimilitudinem. ¶ Jungitur genit. & dat. *Velles. l.* 2. c. 73. Fide patri diſſimillimus. *Cic. pro Cluent. cap.* 16. Diſſimillimi ſuorum. *Id. in Brut.* Sui diſſimilior videbatur, &c. ¶ Et cum præpoſit. inter. *Cic. in Brut. c.* 83. Sunt inter ſe diſſimiles. ¶ *Id. Att. l.* 2. Quod non eſt diſſimile, atque ire in Solonium; h. e. quod idem eſt ac &c.

Diſſimĭlĭter, adv. *diverſamente*, diverſe. *Cic.* 4. *Tuſc.* Cæterique diſſimiliter morbi, ægrotationeſque morborum naſcantur. *Liv. l.* 27. Incerti, quorum eſſent, haud diſſimiliter navibus ſine gubernaculo vagis, *ſimili alle navi*, &c.

Diſſimilitūdo, f. 3. *diſſimilitudine*, Ger. *ungleichheit*, Gal. *diſſimilitude*, Hiſp. *deſemejança*, ἀνομοιότης, diverſitas. *Cic.* 5. *Ver.* Vides eandem æſtimationem propter temporis diſſimilitudinem in illo laudis cauſam habere, in te criminis. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 39 Habere diſſimilitudinem ab aliqua re.

Diſſimulamentum, i, n. idem quod diſſimulatio. *Apul. l.* 1. *Flor.* Diſſimulamenti gratia.

Diſſimulanter, adv. *ſimulatamente*, Ger. *verdeckter*, Gal. *ſoar faire ſemblant de rien*, Hiſp. *diſſimulando*, εἰρωνικῶς. *Cic. de Orat.* Id diſſimulanter facere, prudentia eſt. Adde *Liv. l.* 40. c. 23.

Diſſimulantia, f. 1. idem ac diſſimulatio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 67. Socratem opinor in hac ironia, diſſimulantiaque longe lepore, & humanitate omnibus præſtitiſſe.

Diſſimulatim, idem ac diſſimulanter. *Quinct. l.* 10. c. 5. Sæpe præparat diſſimulatim inſidias Orator.

Diſſimulatio, f. 3. *diſſimulazione*, העלמה, Ger. *verhelung*, Gal. *diſſimulation*, Hiſp. *diſſimulacion*, εἰρωνεία, actus diſſimulandi. *Cic.* 3. *Offic.* Ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioque tollenda eſt. *Id.* 4. *Acad.* Libenter oti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant. *Tac. Ann.* 13. c. 25. Veſte ſervili in diſſimulationem ſui compoſitus pererrabat, *per non eſſer conoſciuto*. ¶ Sumitur & pro ironia. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 67.

Diſſimulātor, m. 3. *diſſimulatore*, מכחיש, Germ. *verheler*, Gall. *diſſimulateur*, Hiſp. *diſſimulador*, εἴρων, qui diſſimulat. *Cic.* 2. *de Or.* Ut qui diſſimulatores ſtudiorum fuerint. Adde *Salluſt. Catil. c.* 5.

Diſſimulātus, a, um, adject. *diſſimulato*, ut amor diſſimulatus, & celatus. *Ter. Andr.* 2. 1. 13.

Diſſimŭlo, as, avi, atum, a. 1. *diſſimulare*, כחד, Germ. *verleugnen*, Gal. *diſſimuler*, Hiſp. *diſſimular*, εἰρωνεύω, diligenter, & aſtute celo, ne quid noſci poſſit, vel intelligi. *Cic. pro Cluent.* Neque id obſcure ferebat, nec diſſimulare ullo modo poterat. ¶ Differt a *ſimulo*. Nam ſimulamus eſſe, quæ non ſunt, diſſimulamus non eſſe, quæ ſunt. *Ovid.* Quod non eſt, ſimulo, diſſimuloque quod eſt. *Planc. ad Sceat. l.* 13. *Pam. ep.* 8. Nunquam diffitebor, multa me & ſimulaſſe invitum, & diſſimulaſſe cum dolore. ¶ Videtur *Ovid.* deponentium more uſurpaſſe, cum ait *l.* 1. *de ar. am.* v. 690. Turpe, niſi hoc matris precibus tribuiſſet, Achilles Veſte virum longa diſſimulatus erat.

Diſſipabĭlis, le, o. 3. quod diſpergi, aut ſeparari facile poteſt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 12. Aer natura cedens eſt maxime, & diſſipabilis.

Diſſipatio, onis, f. 3. διασκέδασις, diſperſio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 25. Ne interitus, & diſſipatio conſequatur.

Diſſipator, oris, m. qui diſpergit, & diſſipat. *Prudent. præfat. Pſychom.* v. 34. Abram triumphi diſſipator hoſtici.

Diſſipātus, a, um, adject. *diſperſo*, *diſſipato*, *ſeparato*, διεσκεδασμένος. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 37. Genus hominum in montibus ac ſilvis diſſipatum. *Id. Fam.* 12. *ep.* 14. Diſſipata claſſis. *Id. in Orat. c. ult.* Facilius eſt apta diſſolvere, quam diſſipata connectere. ¶ Per Tmeſim divulſit *Lucret. l.* 2. v. 650. Acrior ardor enim conductis partibus eſſet, Languidior porro diſjectis, diſque ſupatis.

Diſſipium, ii, n. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip.* Inteſtina principalia tria unum diſſipium vocatur, quod ventrem, & cætera inteſtina diſcernit, &c.

Diſſipo, as, avi, atum, a. 1. *diſſipare*, *ſpargere qua, e là*, פזר, Germ. *zerſtreuuen*, Gall. *diſſiper*, Hiſp. *diſſipar*, διασκεδάννυμι, diſpergo, diſjicio, ab antique *ſipo*, jacio, ſpargo. *Cic. pro L. Man.* Quam prædicant in fuga fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe. Sic diſſipare patrimonium, poſſeſſiones, rem familiarem, *Id. pro Flac.* & *Agrar.* 1. c. 1. ¶ Eſt etiam divulgare. *Id. Phil.* 14. c. 6. Diſſipare famam. Et *Ver.* 3. c. 6. Diſſipare ſermones.

Diſſĭtus, a, um, *ſparſo*, ἀπεχθείς, diſperſus, diſſeminatus. *Lucret. l.* 3. v. 144. Pars animæ per totum diſſita corpus. ¶ Aliquando eſt etiam remotus, *diſtante*. *Apul. in præf. Florid.* Neque longule diſſita, neque proxime adſita poſſumus cernere.

Diſſociābĭlis, le, o. 3. quod ſociari, conjungique non poteſt. *Tac. in vita Agric. c.* 3. Et quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum, & libertatem. *Horat. l.* 1. *od.* 3. v. 21. Deus abſcidit Oceano diſſociabili terras.

Diſſociatio, f. 3. διάλυσις, disjunctio. *Plin. l.* 22. c. 21. Tanta diſſociatio deprehenditur.

Diſſocio, as, a. 1. *ſcompagnare*, *ſeparare*, פלג, Germ. *abſondern*, Gal. *ſeparer*, Hiſp. *deſacompanar*, διαζεύγνυμαι, a ſocietate disjungo, ſepero, diſſolvo. *Cic. de Am. c.* 20. Morum diſſimilitudo diſſociat amicitias.

Diſſolubĭlis, le, o. 3. *diſſolubile*, Germ. *der leichtlich auffzuloſen*, Gal. *aiſé a delier*, Hiſp. *lo que ſe puede deſatar*, διαλυτός, quod facile diſſolvi poteſt. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. c. 12. Mortale igitur omne animal, & diſſolubile.

Diſſolvo, is, olvi, utum, a. 3. *ſolvere*, התיר, Germ. *auffloſen*, Gall. *delier*, Hiſp. *deſatar*, διαλύω, quod ligatum erat, ſolvo. *Cic. de Sen. c.* 20. Opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit, natura optime diſſolvit. ¶ Et tranſlate. *Cic. de Am.* Nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret. *Id.* 4. *Acad.* Cum interrogationes diſſolvere non poſſunt, deſciſcunt a veritate. *Id.* 3. *Off.* Diſtringit enim fraus pernitium, non diſſolvit. ¶ Eſt etiam expedire, *ſpedire*, *sbrigare*. *Ter. Heaut.* 3. 1. v. *ult.* Diſſolvi me nexus, operam ut tibi darem. *Plaut. Merc.* 1. 2. 34. Diſſolve jam me, nimis enim diu pendeo. ¶ Item eſt diverſis perſonis, ſeu varia debita ſolvere. *Cic.* 2. *Off.* Nunquam nec majus æs alienum fuit, nec facilius diſſolutum. Adde *Phil.* 2. c. 18. ¶ *Diſſolvere pecuniam* eſt pecuniam dare ſolvendi cauſa. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c. ult.* ¶ *Diſſoluo* pro *diſſolvo* dicunt Poetæ metri gratia. *Tibul. l.* 1. *el.* 8. v. 40. Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.

Diſſolūte, adv. *diſſolutamente*, ἀνειμένως, ſolute, negligenter. *Cic. pro Cæc. c.* 36. Quam ne jus ſuum diſſolute relinquere videretur.

Diſſolutio, onis, f. *diſſoluzione*, διάλυσις, corruptio. *Cic. l.* 1. *Fin. c.* 31. Diſſolutio naturæ mors. ¶ Item morum corruptio, licentia, *diſſolutezza*, ut diſſolutio animi, morum, &c. *Id. Fam.* 5. *ep.* 2. Diſſolutio legum. Id. 1. *Phil.* h. e. violatio. ¶ Item mollities, languor. *Senec. ep.* 3. Non eſt quies, quæ motum omnem moleſtiam judicat, ſed diſſolutio, & languor. *Plin l.* 20. c. 22. Diſſolutio ſtomachi. ¶ Propria diſſolutio eſt disjunctio, *ſcioglimento*. *Cic. in Partit.* Conſtructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. *Id. pro Cluent.* Diſſolutio criminum. h. e. purgatio. ¶ Eſt etiam ſpecies exornationis. *Auct. ad Herenn. l.* 4.

Diſſolūtor, oris, m. qui diſſolvit, ut diſſolutor ſepulcrorum, in *Cod. Theodoſ. l.* 3. *tit.* 16.

Diſſolūtrix, icis, f. quæ diſſolvit, ut mors corporis diſſolutrix, apud *Tertul. de Anim. c.* 42.

Diſſolūtus, a, um, o. 1. a. *ſciolto*, בטוח, Germ. *loſſ*, Gall. *delie*, Hiſp. *deſatado*, διαλυτός, quod ligatum non eſt. *Plin. l.* 28. c. 7. Capillo, cinctuque diſſoluto. ¶ Tranſlate *diſſolutus* dicitur, qui moribus, legibuſque ſolutus luxum vitæ ſequitur. *Cic.* 4. *Ver.* Negligentes, ac diſſoluti ſi capiamur eſſe, qui poſſumus? *Id. Ver.* 5. c. 56. Omnium hominum diſſolutiſſimus ſemper fuiſti. ¶ Item mollis, languidus, iners, officii immemor. *Id.* 1. *Catil. c.* 2. Cupio in tantis Reip. periculis non diſſolutum videri. ¶ Comparat. *Senec. in præfat. l.* 5. *Controverſ.* Libelli diſſolutiores. Al. leg. *ſolutiores*. ¶ Diſſolutus pro ſolutus, *pagato*, *ſoddisfatto*. *Cic.* 7. *Verr. c.* 13. Damna diſſoluta, & compenſata.

Diſſonantia, æ, f. *diſſonanza*, diſcrepantia. *Claud. Mamer. l.* 1. *de ſtatu Anim. c.* 21.

Diſſŏno, as, ui, itum, n. 1. diſcrepo, diſcordo, *diſcordare*, διαφωνέω, [illegible]. *Colum. l.* 1. c. 1. An univerſa hujus temporis culturæ reſpondeant, an aliqua diſſonent.

Diſſŏnus, a, um, o. 1. a. *diſcordante*, [illegible], Germ. *miſſthelend*, Gal. *deſaccordant*, Hiſp. *deſacordado*, διάφωνος, diſſimiliter ſonans, quod varia ſonat. *Liv. l.* 4. Circumagenti ſe ad diſſonos clamores, ac ſubitos tumultus. *Id. l.* 1. c. 18. Diſſonæ ſermone gentes, & moribus.

Diſſors, ortis, o. 3. quod eſt extra ſortem, ſive hæreditatem. *Ovid. l.* 2. *Amor. el.* 12. v. 11. Ab omni milite diſſors Gloria. h. e. Ducis propria. ¶ Item diſſimilis ſortis qui eſt. *Id.* 8. *Met.* v. 132. Diſſortemque utero fœtum tulit.

Diſſortio, onis, f. diviſio. *Feſtus*. Diſſortiones ſunt diviſiones patrimoniorum inter conſortes.

Diſſuadeo, es, uaſi, uaſum, a. 2. *diſſuadere*, *ſconſortare*, Germ. *miſſrathen*, Gal. *diſſuader*, Hiſp. *diſſuadir*, ἀποτρέπω, dehortor. *Cic.* 3. *Offic.* Qui non modo non cenſuerit captivos remittendos, verum etiam diſſuaſerit. *Id.* 3. *Offic.* Dum de captivis diſſuaſurus eſſet. *Id. Agrar.* 1. Diſſuadere legem.

Diſſuaſio, f. 3. *diſſuaſione*, ἀντιλογία. *Cic. pro Cluent. c.* 51. In diſſuaſione rogationis ejus, quæ contra Coloniam Narbonenſem ferebatur.

Diſ-

Diſſuaſor, m. 3. [illegible], qui diſſuadet. *Cic. ad Brut.* Cum Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilii, retuliſſet.

Diſſuavior, & Diſſavior, aris, d. 1. *baciare molto*, [illegible], cum lætitia, & voluptate quadam exoſculor. *Cic. Tiron. epiſt. ult. Fam.* Tuos oculos diſſuaviabor.

Diſſulcus, a. 1. 2. ſulcis diſtinctus, *a dis*, & *ſulcus*. Diſſulcus porcus a veteribus dicebatur, qui diviſas in cervice ſetas haberet. *Feſt.*

Diſſulto, as, avi, atum, n. 1. *ſaltare in diverſe parti*, διαχορεύω, diverſe, vel frequenter ſalto, ex dis, & ſalto. *Plin. l. 37.* Ut ferrum utrinque diſſultat. *Virg. Æn. 11. v. 953.* Nec fulmine tanti diſſultans crepitus.

Diſſuo, is, ui, utum, a. 3. *diſcucire*, Germ. [illegible], Gal. *decoudre*, Hiſp. *deſcoſer*, [illegible], diſſolvo, dirimo. *Cic. 1. Offic. n. 33.* Ut amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decore cenſeat ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente præcidere.

Diſſutus, a, um, *ſcucito*. *Ovid. 1. Faſt. v. 608.* miniſtrat Altera diſſuto pectus aperta ſinu, *slacciato*.

Diſſyllabus, a, um, *di due ſillabe*, δισύλλαβος. *Quintil. l. 1. c. 5.*

Diſtabeſco, is, bui, n. 3. idem, ac tabeſco, *ſtruggerſi*, *disfarſi*. *Cato de R. R. c. 24.* Sinito, cum muſto diſtabeſcat.

Diſtædet, imp. 2. multum, aut varie tædet. *Ter. Phorm. 5. 8. 52.* Nam me eum hoc ipſo diſtædet loqui.

Diſtans, antis, om. ex particip. *lontano*, *diſtante*, longe poſitus. *Cic. Phil. 5.* Res tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas. *Id. in Orat.* Quid tam diſtans, quam a ſeveritate comitas? ¶ Item diverſus, diſſimilis. *Cic. in Orat.* Genera dicendi multum inter ſe diſtantia. *Plin. l. 29. c. 4.* Nihil aconito diſtans.

Diſtantia, f. 1. *diſtanza*, [illegible], Germ. *weite*, Gal. *diſtance*, Hiſp. *diſtancia*, [illegible], differentia, intervallum. *Cic. de Amic. c. 20.* Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum, ſtudiorumque diſtantia. *Plin. l. 2. c. 15.* Longiſſimi diſtantiæ fines.

Diſtectus, a, um, adject. idem quod detectus, *ſcoperto*. *Alcim. Avit. l. 4. v. 408.* Diſtectum periit miſero ſpectamine corpus.

Diſtegus, i, [illegible], domicilium duas habens contignationes, a [illegible], tectum. Legitur in *vet. Inſcript. apud Gruter. pag. 857. n. 6.*

Diſtendo, dis, endi, entum, a. 3. *diſtendere*, [illegible], Germ. *auſſpannen*, Gall. *etendre çà, e là*, Hiſp. *eſtender*, [illegible], in diverſas partes tendo. *Col. l. 5.* Vinea ex utraque parte jugo devincta, pari libramento, velut anchoris quibuſdam, diſtenditur. ¶ Eſt item varie implere, tractum ab utre, qui, cum plenus eſt, tenditur, cum vacuus, relaxatur. *Virg. 4. Georg.* Et dulci diſtendunt nectare cellas. ¶ Tranſlate *Liv. l. 27. c. 40.* Conſulum diverſis itineribus profecti ab Urbe, velut in duo pariter bella, diſtenderant curas hominum.

Diſtentio, onis, f. *lo ſtendere*, *a ſtirare*, [illegible], ut diſtentia nervorum, apud *Celſ. l. 2. c. 4. & 8.* ¶ Legitur & diſtenſio, apud *Auguſtin. l. 11. Confeſſ. c. 23.* &c.

Diſtento, as, avi, atum, a. 1. idem quod diſtendo, vel ejus frequentativum. *Virg. Ecl. 9. v. 31.* Sic cythiſo paſtæ diſtentent ubera vaccæ.

Diſtentus, a, um, adject. ex particip. a diſtendo, *teſo*, *tirato*, *diſteſo*, [illegible]. Et accipitur pro pleno, ut de *diſtendo* dictum eſt. *Horat. Epod. 2. v. 46.* Diſtenta ubera. Et *l. 1. ſat. 1. v. 110.* Diſtentius uber. *Virg. Ecl. 7. v. 3.* Diſtentas lacte capellas.

Diſtentus, us, m. *gonfiamento*, diſtentio, a diſtendo. *Plin. l. 8. c. 28.* Alia ſolertia in metu melibus: ſubſidere cutis diſtentu ictus hominum, & morſus canum arcent.

Diſtentus, a, um, nom. adject. ex particip. a diſtineo, occupatus, impeditus, diſtractus curis, *occupato*, *pieno di affari*, [illegible]. *Cic. 3. nat. Deor. c. 39.* Mens diſtenta. *Id. ib. l. 15. ep. 16.* Intelligo, te eſſe diſtentiſſimum qua de Buthrotiis, qua de Bruto.

Diſterminator, oris, m. qui diſterminat, & ſeparat. *Apul. de Mundo poſt princ.* Axis diviſor, & diſterminator mundi, orbem terræ in medietate conſtituens.

Diſterminatus, a, um, adject. diviſus, ſeparatus. *Plin. l. 4. c. 20.* Diſterminati ab Auſtria Vectones.

Diſtermino, as, avi, atum, a. 1. *ſeparare*, [illegible], Germ. *zertheylen*, Gal. *ſeparer*, Hiſp. *apartar*, [illegible], ſeparo, vel diverſas res termino. *Cic. in Arat.* Quas intervallum binas diſterminat unum. *Plin. l. 11. c. 11.* Arabia Judæam ab Ægypto diſterminat.

Diſterminus, a, um, adject. idem ac diſterminatus. *Silius l. 3. v. 400.* Audit Tarteſſus latis diſtermina terris.

Diſterno, is, a. 3. ſeorſum ſterno. *Apul. l. 1. Mileſ.* Humi quam procul diſtratum fuerat grabatulum meum.

Diſtero, is, trivi, itum, a. 3. *tritare ſottilmente*, [illegible], Germ. *gantez zerreiben*, Gal. *fort broyer*, *minuiſer*, Hiſp. *trillar mucho*, [illegible], multum, ſive crebro tero, ſubtiliter, & minutim tero. *Cato de re ruſt. c. 75.* Caſei pondo duo bene diſtero in mortario.

Diſtichon, i, n. 2. carmen duorum verſuum, a δὶς, bis, & στίχος, verſus. *Martial. l. 8. epigr. 29.* Diſticha qui ſcribit, puto, vult brevitate placere. ¶ Hordeum diſtichon, apud *Col. l. 2. c. 9.* eſt, cujus ſpica duos habet ordines.

Diſtillarius, ii, m. Legunt aliqui apud *Senec. ep. 56.* Et botularium, & diſtillarium, & omnes popinarum inſtitores, & probat *Cal. Rhodig. l. 16. c. 45.* qui ait, diſtillationem etiam dici liquaminis genus, quod ad condiendum mittitur, & qui id conficiant, & vendant, Diſtillarios vocari. Verum emendatiores libri in Seneca textu *Cruſtularium* habent.

Diſtillatio, f. 3. *diſtillazione*, ἀπόσταξις, actus diſtillandi. Sumitur pro humore quodam in corpore humano, quem Græci catarrhum, coryzam, vel branchum vocant. *Plin. l. 20. c. 8.* Phthiſicis diſtillationibus longe vel ſuccus, vel ex ipſo cibus prodeſt. Adde *Senec. ep. 75. & 150.* utroque autem loco al. leg. *deſtillatio*.

Diſtillo, as, avi, atum, n. 1. *diſtillare*, [illegible], Germ. *abtraeropffen*, Gall. *diſtiller*, Hiſp. *diſtillar*, καταρρέω, paulatim fluo. *Virg. 3. Georg. v. 281.* Lentum diſtillat ab inguine virus. *Plin. l. 15. c. 19.* Diſtillant gummi modo lacrymam.

Diſtincte, adv. *diſtintamente*, Ger. *underſcheidenlich*, Gal. *diſtinctement*, Hiſp. *diſtintamente*, [illegible], ſeparatim, diviſim. *Cic. 1. Tuſc.* neque diſtincte, neque diſtribute, neque eleganter, neque ornate ſcribere. *Id. Philip. 2. c. 13.* Non fortaſſe ſatis, quæ diſtinctius dicuntur, intelligis.

Diſtinctio, f. 3. *diſtinzione*, [illegible], Germ. *underſcheidung*, Gall. *diſtinction*, Hiſp. *diſtincion*, [illegible], diviſio, ſeparatio. *Cic. de Leg. l. 2. c. 5.* Lex eſt diſtinctio juſtorum, & injuſtorum. ¶ Significat etiam ordinem, & ornatum. *Cic. l. 2. de Or. ad fin.* Ut ipſe inſtrumentum oratoris exponeret, tibi ejus diſtinctionem atque ornatum relinqueret.

Diſtinctor, oris, m. qui diſtinguit. Gloſſ. Cyrilli: diſtinctor, [illegible]. *Ammian. l. 22. c. 3.* Judices juſtorum, injuſtorumque diſtinctores.

Diſtinctus, us, ui, m. idem ac diſtinctio. *Tac. l. 3. Ann. c. 28.* Ore, ac diſtinctu pennarum a cæteris avibus diverſum.

Diſtinctus, a, um, adject. *diſtinto*, *ſeparato*, [illegible], [illegible]. *Cic. in Orat. c. 14.* Diſtincta, & interpuncta intervalla. *Liv. lib. 9. c. 19.* Macedonum phalanx immobilis, & unius generis, Romana acies diſtinctior, ex pluribus conſtans. ¶ Item ornatus, perſpicuus. *Cic. Ver. 4. c. 27.* Pocula ex auro, gemmis diſtincta clariſſimis. *Id. 1. de Or.* Oratio compoſita, & ornata, & artificio quodam, & expolitione diſtincta. *Id. 2. de nat. Deor.* Litora diſtincta tectis, & urbibus.

Diſtineo, es, ui, entum, a. 2. *tener impedito*, *occupare*, *trattenere*, Germ. *auffhalten*, Gal. *empecher*, Hiſp. *detener*, [illegible]. Proprie ſignificat diverſis partibus tenere. *Caſ. l. 1. B. G. c. 25.* Rates quaternis anchoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus moverentur. *Liv. Dec. 1.* Duæ Senatum diſtinebant ſententiæ. ¶ Item impedire, morari. *Cic. Phil. 12.* Ne imperita militum multitudo per me pacem diſtineri putet. *Liv. l. 2.* Ne quid meam vobiſcum pacem diſtineat. ¶ Item occupare. *Lucan. l. 5.* Et mare, quod late terrarum diſtinet oras. ¶ Item tranſlate, diverſis rebus, ſeu negotiis impeditum tenere. *Cic. Fam. 12. ep. 30.* Negotiis, & occupationibus diſtineri.

Diſtinguo, is, inxi, inctum, a. 3. *diſtinguere*, [illegible], Germ. *underſcheiden*, Gal. *diſtinguer*, Hiſp. *diſtinguir*, [illegible], diſcerno, divido. *Cic. in Parad. 4.* An tu civem ab hoſte natura, ac loco, non animo, factiſque diſtinguis? *Id. in Partit. c. ult.* Diſtinguere vera a falſis. *Horat. l. 1. ep. 10.* Falſum diſtinguere vero. ¶ Item ornare, & quaſi variis omnis inſignire. *Cic. l. 2. de Invent. c. 15.* Diſtinguitur autem oratio, atque illuſtratur maxime. *Plin. l. 8. c. 18.* Albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. h. e. variantibus. ¶ Diſtinguere lites eſt dijudicare. *Lamprid. in Alex. Severo c. 21.* Pontificibus tantum detulit, ut quaſdam cauſas ſacrorum a ſe finitas iterari, & aliter diſtingui pateretur.

Diſtiſus, a. 1. 2. idem ac diſtæſus, apud vet. a tædet. *Feſt.*

Diſtito, as, a. 1. freq. a diſto. *Col. l. 6. c. 2.* Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatia, ne in colluctatione alter alteri noceat. Ita Lexicographi quidam, ſed melior lectio, & vulgatior exhibet: *diſtentque inter ſe.*

Diſto, as, n. 1. *eſſer lontano*, [illegible], Ger. *davon ſtehen*, Gal. *etre ſeparé*, *ou differente*, Hiſp. *eſtar lexos*, *o apartado*, [illegible], proprie eſt abeſſe, vel disjungi. *Cic. 5. Tuſc.* Multum inter ſe aut altitudine, aut humilitate diſtantia. ¶ Tranſlate eſt differre, diſcrepare. *Cic. 2. Off. c. 4.* Tantum diſtat a victu, & cultu beſtiarum. ¶ *Horat.* dativo jungit, *l. 4. od. 9. v. 29.* Paulum ſepultæ diſtat inertiæ Celata virtus.

Diſtorqueo, es, orſi, ortum, a. 2. *diſtorcere*, [illegible], Germ. *verdrehen*, Gal. *detordre*, Hiſp. *deſtorcer*, [illegible], in diverſum torqueo. *Ter. Eun. 4. 4. 3.* Ah! illud video, os ut ſibi carnifex diſtorſit. *Horat. l. 3. ſat.* [illegible] *v. 65.* Diſtorquere oculos.

Diſtortio, onis, f. 3. *ſtorcimento*, διαστροφή. *Cic. l. 5. Fin. c. 11.* In quibus ſi peccetur diſtortione, & depravatione, aut motu, ſtatuve deformi. *Celſ. l. 4. c. 2.* Oris diſtortio.

Diſtortus, a, um, adject. ex particip. a diſtorqueo, monſtroſus, [illegible], *moſtruoſa*. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 47.* Varum diſtortis cruribus. *Cic. pro Mur. c. 29.* Solos ſapientes, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos &c. Et tranſlate. *Id. de Fato, c. 8.* Nullum eſt genus enunciandi diſtortius, quam &c.

Diſtractio, f. 3. *ſeparazione*, [illegible], Germ. *zerziehung*, Gall. *diſtraction*, Hiſp. *diſtracion*, [illegible], ſeparatio, alienatio. *Cic. 3. Off. c. 8.* Nulla enim nobis cum Tyrannis ſocietas eſt, potius ſumma diſtractio. ¶ Item venditio. *Ulp. de tranſ.* Neceſſe eſt, Prætorem de ejus diſtractione, & tranſactione arbitrari.

Diſtractus, a, um, adject. *diſtratto*, *ſeparato*, [illegible], [illegible], diffuſus, diviſus, q. d. in diverſas partes tractus. *Balbus ad Cic. l. 8. ad Attic.* Ut Cæſarem & Pompejum perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas. *Lucret. l. 4. v. 694.* Paulatim diſtractus in aeris auras. *Id. l. 4. v. 958.* Et dividitur inter ſe, & diſtractior intus. ¶ Item infirmatus, *indebolito*. *Cic. pro Dom. c. 25.* Vis tam diſtracta, & extincta. ¶ Item occupatus, diſtentus, *diſtratto*. *Velles. l. 2. c. 114.* Tanquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole, huic negotio vacaret animus.

Diſtraho, is, xi, ctum, a. 3. *tirare in diverſe parti*, [illegible], Ger. *zerziehen*, Gall. *diſtraire*, Hiſp. *diſtraher*, [illegible], disjungo, diſſipo, divello, deduco, divido. *Plin. l. 5. c. 27.* Diſtrahit medium Aſiam Taurus mons. *Cic. 3. Off.* Qui hæc natura cohærentia, opinione diſtraxiſſet. *Id. pro Planc.* Nemo eum a me divellat, ac diſtrahat. *Tacit. Ann. 1. c. 60.* Diſtrahere hoſtem. ¶ Tranſlata dicitur de animo, & eſt ad varias occupationes, vel ſententias trahere. *Cic. in Off.* In deliberando ſæpe animi in contrarias partes diſtrahuntur. ¶ Eſt item vendere, *alienare*. *Suet. in Veſp. c. 16.* Coemebat quædam tantum, ut pluris poſtea diſtraheret. ¶ Item componere, ſedare, finire, *pacificare*, *accordare*. *Cic. pro Cæc.* Omnia judicia aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. ¶ Item impedire, retardare, differre. *Caſ. l. 1. B. C.* Subjicitur L. Metellus, qui hanc rem diſtrahat, reliquaſque res, quaſcunque agere inſtituerat, impediat.

Diſtratus, a, um, idem quod ſtratus. *Apul. l. 1. Metam.* Nam & pueris extra limen humi quam procul diſtratum fuerat. *h. e.* ſtrati lectuli.

Diſtribuo, is, ui, utum, a. 3. *dividere*, [illegible], Germ. *auſſtheylen*, Gall. *diſtribuer*, Hiſp. *diſtribuir*, [illegible], diverſis hominibus, vel diverſis modis tribuo, divido, partior. *Caſ. 3. B. G.* Partiendum ſibi, ac latius diſtribuendum exercitum putavit. *Id. 5. B. G. c. 24.* Diſtribuere exercitum in civitates. *Cic. l. 2. Attic. ep. 1.* Diſtribuere commode tempora peregrinationis. *Id. 1. de Orat.* Diſtribuere partibus. *Id. 1. Tuſc.* Diſtribuere in partes.

Diſtribute, adverb. *diſtintamente*, Germ. *zertheylt*, Gall. *par parties*, *en diviſions*, Hiſp. *con repartimiento*, [illegible], diviſim. *Cic. 1. Tuſc. c. 3.* Se neque diſtincte, neque diſtribute, neque eleganter, neque ornate ſcribere. *Cic. 2. de Inv. c. 59.* Sin diſtributius tractare quis volet.

Diſtributio, f. 3. *diſtribuzione*, [illegible], diviſio. *Cic. pro Cluent.* Itaque mihi certum eſt hanc eandem diſtributionem invidiæ, & criminum ſic in defenſione ſervare. Diſtributio item Figura Rhetorica eſt, qua ſingulis rebus ſua proprietas tribuitur. *Cic. de Petit. Conſ. Auct. ad Heren. lib. 4.*

Diſtributor, m. 3. qui diſtribuit. *Cic. in Piſ.* Vos rogatores, vos diſtributores, vos cuſtodes turbæ tabularum. Sed ibi melius legitur *diribitores*. *Apul. ad Aſclep.* Deus diſtributor diſpenſatorque eſt bonorum.

Diſtributus, a, um, adject. *diſtribuito*, *partito*. *Cic. pro Flac. c. 26.* Leges in omnes terras diſtributæ. Et *l. 4. Fam. ep. 1.* Orbem terrarum imperiis diſtributis ardere bello.

Diſtricte, adv. *ſtrettamente*, *diſtrettamente*, ſtricte, ſevere. *Plin. l. 9. ep. 21.* Diſtricte minatus, nunquam me poſtea rogaturum.

Diſtrictus, a, um, adject. ſtrictus, ut diſtricti gladii in Remp. *Cic. Catil. 3. c. 1.* *sfoderati*. ¶ Item occupatus, diſtentus. *Id. l. 2. ad Q. Fr. ep. ult.* Sic habeto, nunquam me a cauſis & judiciis diſtrictiorem fuiſſe. *Id. 3. de Orat. c. 2.* Ambitionis labore vita diſtricta. *Horat. lib. 2 ſat. ult.* torqueris omni Sollicitudine diſtrictus. ¶ Diſtrictior accuſator, dicitur a *Tacito 4. Ann. c. 36.* pro ſevero, non remiſſo, non levi. Sic in *Cod. 1. 55. 6.* Diſtrictiſſimi defenſores diſciplinæ.

Diſtringo, is, inxi, ictum, a. 3. *ſtringere ſtrettamente*, [illegible], Germ. *verſtricken*, Gall. *étreindre*, Hiſp. *eſtrenir*, [illegible], arcte ſtringo, varie ſtringo.

Digitized by Google

gn. *Cic. l. 3. Off.* Fraus diſtringit, non diſſolvit perjurium. ¶ Quandoque eſt defricare, radendo ſordes detergere, ut fit poſt quietem, & in balneis. *Plin. l. 34. c. 8. de Lyſippo:* Plurima ſigna fecit fœcundiſſimæ artis, inter quæ diſtringentem ſe. Adde *Martial. l. 14. epigr. 51.* ¶ Quandoque capere, nudare, evaginare, *ſguainare, imbrandire. Cic. l. 3. Off. c. 31.* Gladium diſtrinxit, juravitque ſe illum ſtatim interfecturum. Tranſlata *Senec. l. 2. de Ira.* In ſingulos Imperatoris ſeveritas diſtringitur. *ſi fa ſentire.* ¶ Quandoque colligere, *raccogliere. Col. l. ult.* Sereno cœlo manibus diſtringi olivam oportet. ¶ Quandoque impeditum, ſeu occupatum tenere. *Plin. lib. 1. ep.* 10. Diſtringor officio, ut maximo, ita moleſtiſſimo. *Nepos in Annib. ad fin.* Diſtringi bellis. ¶ Diſtringere hoſtem, eſt, diſtrahere. *Flor. l. 2. c. 13.* Ipſi quidem ut Romanum a tergo diſtringerent. ¶ Significat etiam tradere, ſumma carpere. *Col. l. 4. c. 24.* Muſcus, qui more compedis crura vitium comprimit, diſtringendus, & eradendus eſt. ¶ Item auferre. *Martial. l. 12. ep. 29.* medios diſtringere lectos, Menſarumque pedes non timet Hermogenes. ¶ Item delere, avertere. *Flor. l. 4. c. 1.* Conſules trucidare, diſtringere incendiis orbem, diripere ærarium. ¶ Item leviter tangere, ſeu ferire. *Ovid. Met. 4. v. 561.* Diſtringunt æquora ſummis alis. *Id. l. 8. Met.* Diſtrinxit arundo ſummum corpus. ¶ Item perſtringere, dictis lacerare. *Id. 2. Triſt. el. 1.* Non ego mordaci diſtrinxi carmine quemquam. ¶ Duo hæc verba *Diſtringo*, & *Deſtringo* ſæpe in edit. cod. confuſa reperiuntur, & alterum pro altero legitur. Videtur autem ſcribi debere *deſtringo*, cum ſignificat auferre, abradere, ferire: *diſtringere* vero, cum ſignificat valde ſtringere, diſtinere, diſtrahere, &c.

Diſtrunco, as, avi, atum, a. 1. *troncare*, Germ. *abſtumpfen*, Gall. *couper juſques au trons*, Hiſp. *deſtroncar*, ἀκρωτηριάζω, mutilo, vel in partes diſſeco. *Plaut. Truc. 2. 7. 33.* Ego te hic medium diſtruncabo.

Diſtrŭo, is, a. 3. διασκευάζω, ſeparatim, vel ſeorſim ſtruo. *Suet. in Calig. c. 41.* Diſtructis, ac inſtructis, pro loci dignitate, compluribus cellis. Ita quidam Lexicographi. Verum emendati libri habent, *deſtructiſque & inſtructis*. Cæterum *diſtruo* pro deſtruo, legitur in antiq. libris quibuſdam.

Diſturbătio, f. 3. *diſturbazione, diſtruzione*, מהומה, Germ. *zerſtörung*, Gall. *déstourbement*, Hiſp. *desbaratamiento*, κατάλυσις, disjectio, demolitio. *Cic. 3. Off. c. 11.* Utilitatis ſpecie in Rep. ſæpiſſime peccatur, ut in Corinthi diſturbatione noſtri.

Diſturbātus, a, um, adject. everſus, dirutus, *rovinato*, ut diſturbata porticus, apud *Cic. pro Dom. c. 39.*

Diſturbo, as, avi, atum, a. 1. *diſturbare, deſtruggere*, נתץ, Germ. *zerſtoren*, Gall. *detourber*, Hiſp. *desbaratar*, ἀνατρέπειν, disjicio, everto. *Cic. pro Dom.* Se videre diſtrahi a complexu ſuorum, diſturbari tecta, diripi fortunas. *Id. pro Sext. Roſc.* Qui fidem lædit, diſturbat humanæ vitæ ſocietatem. ¶ Item turbare, impedire. *Id. Fam. 11. ep. 21.* Diſturbavi rem, totamque vobis integram reſervavi.

Diſulcus. V. Diſſulcus.

Diſunĭo, is, ivi, itum, a. 4. *diſunire*, unita ſeparo. *Arnob. l. 3. pag. 116.* Diſuniuntur teneacium matrimoniorum nexus.

Ditātus, a, um, adject. dives factus, *arricchito. Auct. ad Heren. l. 4. c. 33.* Urbs triumphis ditata. *Ovid. de Pont. l. 2. el. 7. v. 62.* Ditata eſt ſpoliis perfida turba meis.

Ditēſco, is, eſcere, n. 3. *arricchirſi*, עשר, Germ. *reich vverden*, Gal. *s'enricher*, Hiſp. *enriquecerſe*, πλουτεῖν, dives fio, ab inuſitato diteo. *Lucr. l. 4. v. 1246.* Partu poſſunt diteſcere dulci.

Dithyrambĭcus, a, um, adject. ad Dithyrambum pertinens, ut dithyrambicum poema. *Cic. de opt. gen. Orat. in princip.*

Dithyrambus, m. 2. διθύραμβος, verſus in honorem Bacchi, qui Dithyrambus dicitur, a δὶς, bis, & θύρα, janua, quia binis foribus ſit egreſſus, quippe bis natus, primum a Semele matre, deinde a femore Jovis, vel quia educatus ſit in antro διθύρῳ, idest *bivalvi*, aut *bifori. Hor. 4. Carm. od. 2.* Seu per audaces nova dithyrambos verba devolvit, numeriſque fertur lege ſolutis. ¶ Erat autem hoc genus carminis ita compoſitum, ut inventione, dictione, ac numeris a communi carminis ratione abiret longius, & miram licentiam audaciamque referret, utpote quod a Bacchi furore percitis cantari ſolitum. V. *Scalig. l. 1. Poet. c. 44.*

Ditĭo, nis, f. *giuriſdizione, imperio, ſignoria*, ממשלה, Germ. *herrſchafft*, Gall. *domaine*, Hiſp. *juriſdicion*, ἐπικράτεια, locus, regio, ubi quis jus, vel imperium exercet: item ipſum imperium, vel dominium. *Cic. 2. de Leg. c. 7.* Ditione, atque numine Deorum geruntur res. *Id. pro Font. c. 1.* Sub imperium ditionemque alicujus cadere. *Curt. l. 4. c. 1.* Ditioni adjicere regionem. *Cic. de Prov. Conſ. c. 13.* Redigere in ditionem. ¶ Hoc nomen uſitatum eſt in obliquis caſibus: nam recto caſu carere teſtantur *Priſcian. Diomed.* & alii Grammatici cum *Servio ad illud Æn. 1. v. 740.* Poſt alii proceres, &c.

Ditior, & ditiſſimus. V. Dives.

Ditis. V. Dis.

Ditiſſĭme, adverb. *ricchiſſimamente. Apul. de Deo Socrat.* Domos ditiſſime exornare.

Dito, as, a. 1. *arricchire*, העשיר, Germ. *reich machen*, Gal. *enricher*, Hiſp. *enriquecer*, πλουτίζω, divitem facio. Eſt a divito per ſyncop. *Liv. l. 21. c. 60.* Caſtra militem ditavere.

Ditrochæus, m. 2. διτρόχαιος, pes conſtans ex duobus trochæis, idem, ac dichoreus, ut *Civitate, dimicare*, *Diomed. l. 2.* & *3.*

Diu, *di giorno*, יומם, לעולם, Germ. *langezeit, destags*, Gall. *de jor, long tempe*, Hiſp. *de dia, longo tiempo*, καθ' ἡμέραν, abl. pro die. *Plaut. Caſ. 4. 4. 3.* Noctuque ac diu ut viro ſubdola ſies. *Id. in fragm. Aulul.* apud *Non. 2. 210.* Nec noctu, nec diu quietus. ¶ Eſt item adv. & ſignificat longo tempore. *Cic. de Sen. cap. 19.* Quanquam, o Dii boni, quid eſt in hominis vita diu? *Id. ib. c. 3.* Cum multum diuque vixeris. *Id. in Orat. c. 1.* Diu multumque dubitavi. *Id. 2. Agrar. c. 32.* De Capua multum eſt, & diu conſultum. *Id. 1. de Orat. c. 30.* Omnia, quæ diu cupimus. ¶ Habet frequenter poſt ſe particulam *tam*. *Plaut. Merc.* Nam illi quidem haud ſane diu eſt, cum dentes exciderunt. ¶ Interdum *quod*. *Plaut. Merc.* Quem accerſitum patrem, haud diu eſt, quod miſeram. Interdum *multum*. *Cic. Phil. 11. c. 5.* Hæc ſeta diu, multumque deſleta ſunt. ¶ Comp. eſt *diutius*, ſup. *diutiſſime*. *Cic. 7. Ver.* Potero hoc ego onus tantum aut in hoc judicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere? *Id. de Am.* Qui & diutiſſime ſenex fuiſſet. *Id. Verr. 3. c. 13.* Ne vos diutius teneam.

Divăgor, aris, atus ſum, d. 1. *andare vagando, vagare*, נדד, German. *umbſchvveiffen*, Gall. *vagabonder*, Hiſp. *vagar*, πλανάομαι, varie vagor, huc, atque illuc oberro. *Lact. l. 3.* Ubi animus in multa diſperſus huc, atque illuc divagatur. Et *lib. de Ira, c. 9.* Ne longius divagetur oratio. Ubi al. leg. *Devagetur*.

Divālis, le, adject. idem quod divinus. *Spartian. Caracal. c. 11.* Divale nomen. *Juſtin. in præfat. Codicis:* Divales conſtitutiones.

Divarĭcātus, a, um, adject. diſtentus, extenſus. *Prudent. Periſteph. 5. v. 252.* Divaricatis cruribus. *Ammian. l. 22. c. 28.* Divaricatis pedibus.

Divarĭco, as, avi, atum, a. 1. *dividere*, פשק, Germ. *auſſtrecken*, Gal. *étendre*, Hiſp. *eſtender*, διαχασμάζω, crura extendo, oblique eo, & tranſlate diſjungo, ſeparo, a *vorito*, quod a *voricibus*, quibus qui laborat, recta incedere non poteſt, ire oblique cogitur. *Cato.* Arbores hoc modo putentur, rami divaricentur. *Cic. Ver. 4. c. 40.* In ea (ſtatua) hominem divaricari, ac deligari jubet. *Var. l. 2. R. R. c. 3.* Nec cujus ungulæ divaricent. ubi neutra ſignificatione uſurpatum videtur.

Divello, is, velli, rectius quam vulſi, a. 3. *ſvellere, tirare, tagliare*, פרק, Germ. *abreiſſen*, Gal. *arracher*, Hiſp. *deſgajar*, διασπάω, varie vello, abſtraho. *Sal. Catil. c. 51.* Divelli liberos a complexu parentum. ¶ Tranſlate eſt diſſipare, perturbare. *Cic. 2. Off.* Commoda civium defendere, non divellere. *Gell. l. 15. c. 16.* Deducere & reſcindere quercum conatus eſt, ac mediam quidem partem diſcidit, divellitque. *Ovid. 8. Met.* Artus divellere morſu. *Horat. l. 1. ep.* 10. Curæ divellit ſomnos. *Tacit. 3. Ann. c. 14.* Effigies Piſonis traxerant in Gemonias, ac divellebant. *Cic. de Senect.* Divellere conglutinationes. *Id. 1. Fin.* Nec divelli, nec diſtrahi poteſt a voluptate. *Id. 2. Off.* Commoda civium defendere, non divellere. h. e. perturbare, evertere. *Id. in Ver.* Tot rerum tanta varietate divellor. h. e. diſtineor. ¶ Dicitur & *devello*, *is*. *Plaut. Pœn. 4. 2. 49.* Meo eſſe pennas non habent. Mi nolito ædepol develliſſe. *Pallad. in Mart. tit. 10.* Plantis de matrie radice devulſis.

Divendĭtus, a, um, adject. *venduto*. *Liv. l. 2. c. 33.* Præda divendita.

Divendo, is, endidi, itum, a. 3. διαπιπράσκω, diviſim, vel varie vendo. *Cic. de Leg. Agrar.* Ut Decemviri bona P. R. poſſint divendere. Adde *Liv. l. 3. c. 13.*

Diverbĕro, as, a. 1. *dividere*, διαιρέω, ſcindo. *Virg. 5. Æn. v. 502.* Stridente ſagitta Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras.

Diverbĭa, orum, n. 2. ἐπιρρήματα, partes comœdiarum, in quibus diverſorum perſonæ verſantur, a *dis*, & *verbum*, quia diverſi loquuntur. *Liv. l. 7. c. 2.* Diverbiaque tantum ipſorum voci relicta. *Servius* dicit, diverbium eſſe primum actum comœdiæ, qui Græcis *protaſis* dicitur. Nam quælibet comœdia dividitur in *prologum, protaſin, epitaſin*, & *cataſtrophen*. V. Canticum.

Divergĭum, n. 2. locus, ubi amnis in diverſum vergit. *Siculus Flacc. de condit. Agror. apud Gouſ.* Territoria inter Civitates alia fluminibus finiuntur, alia ſummis montium jugis, ac divergiis aquarum.

Diverſe, adv. *in diverſe parti, diverſamente*, Germ. *hin und vvider*, Gal. *en diverſes parties*, Hiſp. *diverſamente*, ἀλλοιοτρόπως, in diverſis partibus, vel diverſo modo. *Hirt. 5. B. Afr.* Horum corpora toto campo proſtrata diverſe jacent. *Salluſt. Catil. c. ult.* Pauci paulo diverſius conciderant. *Ter. Andr. 1. 5. 25.* Quæ meum animum diverſe trahunt. *Sueton. Tiber. c. 66.* Quibus diverſiſſime afficiebatur.

Diverſĭtas, f. 3. *diverſità*, שנוי, Germ. *ungleiche*, Gal. *diverſité*, Hiſp. *diverſidad*, διαφορά, diſſimilitudo, contrarietas. *Plin. in ep. 30. l. 7.* Quantum diverſitas ingeniorum poteretur.

Diverſĭto. V. Deverſito.

Diverſĭtor, oris, m. qui aliquo divertit; qui cauponam frequentat. *Petron. Satyr.* Anus inter diverſitores diutius ingurgitata.

Diverſor, aris, d. 1. *albergare*, לון, Germ. *zu herberg ſeyn*, Gal. *loger*, Hiſp. *apoſentar*, ξενίζομαι, diverto, hoſpitio alicujus utor. *Cic. 5. Tuſc. c. 8.* Quum Athenis apud eum diverſarer. *Id. 4. Ver. cap. 27.* Omnes ad eam domum, in qua iſte diverſabatur, profecti ſunt.

Diverſor, vel deverſor, oris, m. 3. *albergatore*, לן, Germ. *ein gaſt*, Gal. *hôte*, Hiſp. *hueſped*, qui in caupona hoſpitatur. *Cic. 2. de Inv. c. 4.* Cum quibuſdam diverſoribus illum, qui ante exierat, conſequitur. Pareus mavult legi *Deverſor*.

Diverſorĭŏlum, n. 2. *alberghetto*, dim. a diverſorium. *Cic. l. 12. Fam. ep. 20.* Sinueſſanum diverſoriolum contempſiſti.

Diverſorĭum, n. 2. *albergo, alleggiamento*, מלון, Germ. *ein herberg*, Gall. *hostellerie*, Hiſp. *poſada*, ξενοδοχεῖον, proprie eſt hoſpitium, a divertendo. *Cic. de Orat.* Quieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo opportuno diverſorio. ¶ Generatim ſumitur pro villa, & omni loco, ad quem non habitandi, ſed ad tempus commorandi cauſa divertimus. *Cicer. de Sen. c. 23.* Ex iſta vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim naturæ diverſorium nobis, non habitandi dedit.

Diverſorĭus, a, um, o. i. e. quod ad divertendum pertinet. *Plaut. Truc.* In tabernam ducor diverſoriam. Adde *Sueton. Ner. c. 27.*

Diverſus, a, um, o. i. e. *ſeparato*, שנוי, Germ. *abgeſondert*, Gall. *different*, Hiſp. *diverſo*, ἀνομοιότροπος, ſeparatus, vel in varias partes diſtributus. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 24.* Cum Numidas diverſos, diſſipatoſque in omnes partes fugere vidiſſent. *Liv. l. 4. c. 22.* Diverſiſſimis locis ſubire ad mœnia. ¶ Item differens, diſſimilis. *Cic. 4. Acad.* Certa cum illo, qui a te totus diverſus eſt. ¶ Item contrarius, adverſarius. *Suet. de cl. Orat.* Interrogatus a Varrone diverſæ partis advocato, quidnam ageret. *Tacit. Ann. 12. c. ult.* Mox nullo in diverſum auctore, quæ offerebantur ſecuti ſunt, *non riſpondendo alcuno, che diceſſe il contrario*. *Quint. l. 2. c. 3.* Sententia priori diverſa. ¶ Item varius. *Plin. l. 12. c. 9.* Pretia nulli diverſiora. *Liv. l. 21. c. 4.* Ingenium ad diverſiſſimas res habile. *Cic. 2. Phil.* Sunt ea innumerabilia, quæ e diverſis emebantur. *da diverſi*. ¶ Diverſus quandoque idem eſt, ac verſus, deflexus, *volgato*. *Plaut. Mil. 2. 5. v. 14.* Diſpennite hominem diverſum, & diſtendite. ¶ E diverſo, h. e. e contraria parte. *Plin. l. 4. c. 4.* In eo loco irrumpentis a diverſo maria. *Tacit. Ann. 13. c. 40.* Aſſultare ex diverſo Tiridates. ¶ Apud *Tacit. 3. Ann. cap. 2.* *diverſa oppida* ſunt, *città fuor di mano, giù di ſtrada*.

Diverticŭlum, n. 2. *divolgimento*, נתיבה, Germ. *ein abvvegikn*, Gall. *de tour ſtrada*, πάροδος, eſt via, per quam de itinere noſtro alio divertimus. *Serv.* Diverticula ſunt ſemitæ tranſverſæ, quæ ſunt a latere viæ militaris. *Ter. in Eun.* Ubi ad ipſum veni diverticulum, conſtiti. ¶ Diverticulum etiam eſt domicilium in via, ad quod divertendum ſit. *Liv. l. 1.* Quum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur. *Cic. pro Roſc. Com.* Fraudis, & inſidiarum in eodem veſtigio diverticulum reperit. ¶ Tranſlate ponitur pro digreſſione in dicendo. *Juven. ſat. 15. v. 72.* A diverticulo repetatur fabula primo. Item pro excuſatione, aut prætextu. *Cic. in Partit. c. 39.* & *Quintil. l. 9. c. 2.* Diverticula & anfractus, & ſuffragia quærere. *Quintil. l. 10. c. 3. ad fin.* Diverticula deſidiæ. ¶ Dicitur etiam de fluminibus. *Leg. Si pluſquam, Dig. de diverſ. temp. præſcrip.* Si quiſquam in fluminis diverticulis piſcatus ſit.

Diverto, is, ti, erſum, neut. 3. & divertor, eris, dep. *divertire, torcere*, פנה, Germ. *abvveichen*, Gall. *ſe detourner*, Hiſp. *apartarſe*, ἐκτρέπομαι, ab itinere deflecto. *Cic. 13. Phil.* Nunciant ſe Pompeji conveniendi cauſa divertiſſe Maſſiliam. *Plin. in Paneg.* Divertere via cogebantur. ¶ Eſt item in diverſorium, vel hoſpitium ſe recipere, *albergare*. Sed tamen cum ponitur pro commorari in hoſpitio, dicendum eſt *Divertere apud aliquem*, cum pro recipere ſe in hoſpitium, *Divertere ad aliquem*. *Cic. 1. de Divin.* Alter ad cauponem divertit, alter ad hoſpitem. *Id. pro Dejot.* Cum in domum Regis hoſpitis tui divertiſſes. *Liv. lib. 45.* Domus eorum hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet. ¶ Tranſlata eſt alio ſe

vertere, quod cœpimus, relinquere, ut aliud agamus. *Cic.* 12. *Fam.* Sed redeamus ad illud, unde divertimus. ¶ Active etiam uſurpatus pro vertere. *Lucan. l.* 2. *v.* 469. Victor fugientibus inſtat, divertitque acies. h. e. vertit, & fugat. ¶ *Plaut. Epid.* 3. 3. 32. Divertunt mores virgini longe, ac lupæ. *avvi gran differenza tra &c.*

Dives, divitis, o. 3. *ricco*, עשיר, Germ. *reich*, Gall. *riche*, Hiſpan. *rico*, πλούσιος, qui rerum abundantiam habet, quaſi *divus*, quia nullius rei indigere videtur. *Cic. in Parad.* Quem intelligamus divitem, aut hoc verbum in quo homine ponamus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit. ¶ Conſtruitur cum genitivo. *Virg.* 2. *Georg.* Dives opum variarum. ¶ Vel cum ablativo. *Cic.* 2. *Offic.* P. Craſſus tum cognomine Dives, tum copia. *Ov. lib.* 1. *de Art.* Addidit externo marmore dives opus. ¶ Compar. eſt *divitior*, ſed uſitatius *ditior*, per ſync. ſuper. *ditiſſimus*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 48. Unde ille licentius, & divitior dithyrambus fluxit. *Id. de Am.* Ditius mihi, & affluentior videtur eſſe vera amicitia. *Id. in Parad.* Ut quiſque, quod plurimi eſt, poſſidet, ita ditiſſimus habendus eſt. *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 34. Oppida ſunt regni divitiora mei.

Divexo, as, avi, atum, a. 1. *affliggere in varii modi*, עצב, Germ. *heffeig plagen*, Gall. *tourmenter, & fort affliger*, Hiſp. *affligir mucho*, κακόω, varie vexo, variis modis affligo. *Cic. in Phil.* 11. *c.* 2. Omnia divexare, atque diripere cupientis. *Plaut. Perſ.* 5. 2. 4. Corruptor rem meam divexavit, h. e. bona peſſumdedit.

Diviána, æ, f. Diana appellata apud *Var. l.* 4. *L. L. c.* 10. V. ibi *Scalig.*

Dividia, æ, f. *noia*, tædium, moleſtia, triſtitia, a dividendo. *Plaut. Bacch.* 4. 6. Nimio illæc res eſt magnæ dividiæ mihi. Sed *Feſtus* diſcordiam interpretatur. *Non. ex Accii Phœniſſis*. Ne horum dividiæ diſcordes diſſipent.

Dividicula, n. 2. dicuntur caſtella, ex quibus a rivo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit, a dividendo. *Feſt.*

Divido, dis, diviſi, ſum, a. 3. *dividere, ſeparare*, חלק, Germ. *zertheylen*, Gal. *diviſer*, Hiſp. *dividir*, διαιρέω, ſeparo, partior, a *de*, vel *dis*, & Hetruſco *iduo*, partior. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 18. Sextus pater ejus nummos vobis dividere ſolebat. *Id. pro Syll.* Dividere in provincias. *Id.* 5. *Attic.* Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. ¶ *Dividere ſententiam*, forenſis eſt locutio, quam Aſconius Pædianus interpretatur his verbis: Cum aliquis in dicenda ſententia duas, pluresve partes complectitur, ſi non omnes hæ res probantur, poſtulatur, ut dividantur, id eſt, ut de ſingulis rebus ſeorſum referatur, ut pars altera, ſi ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 2. Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur. ¶ Ponitur & pro diſtribuere, tribuere. *Cicer. pro Syll.* Dividere tabulas paſſim, & pervulgare. *Hor. l.* 1. *od.* 36. *v.* 6. Oſcula dividere ſodalibus. *Id. l.* 1. *od.* 15. *v.* 15. Imbelli cithara carmina divides. h. e. dividim per citharæ chordas: vel alternatim ſonum & cantum miſcebis. ¶ Item pro penetrare, perrumpere. *Cic. Tuſc.* 1. *de aere, & igne*. Hoc etiam magis neceſſe eſt, ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur, & dividatur craſſus hic, & concretus aer. ¶ Hinc & pro prædicare. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 4. Sic *Petron.* hoc ſenſu, dividere cum aliquo, dixit. ¶ *Diviſſe* pro *diviſiſſe* habet *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 170. ubi tamen alii leg. *didiſſe*.

Dividúe, adv. *diviſibilmente*. *Plaut. in Caſ.* 2. 2. 11. Quod tibi ægre eſt, idem mihi eſt dividue. Sed lectio hæc eſt valde dubia.

Dividuítas, vel dividitas, atis, f. idem quod diviſio. *Leg.* 80. *in fin. Dig. ad Leg. Falc.*

Dividuus, a. 1. 2. *diviſibile, ſeparabile*, נחלק, Ger. *zertheylt*, Gall. *diviſible*, Hiſp. *diviſible*, διαιρετός, quod ſeparabile, aut ſeparatum eſt. *Cic. de Univ.* Et ex ea, quæ corporibus dividua gignitur. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Dividua ferarum viſcera, h. e. diſſecta. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 9. *v.* 10. Coma dividua. h. e. diſcreta in ſummo vertice. ¶ Legitur etiam *dividus*, *a*, *um*, apud *Nonium c.* 2. *n.* 205. *ex Accion. in Andromeda*: Noſque ut ſeorſum dividos letho offerres.

Divinátio, f. 3. *indovinazione*, קסם, Germ. *weiſſagung*, Gall. *divination*, Hiſp. *adevinacion*, μαντεία, μαντική, ſcientia futurorum, quam Chryſippus definit vim cognoſcentem, & videntem, & explicantem ſigna, quæ a Diis hominibus portenduntur. *Cic.* 1. *de Div.* Verſari quandam inter homines divinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, ideſt præſentionem, & ſcientiam rerum futurarum. ¶ Dicitur etiam divinatio, judicium, ſive cognitio, quæ circa conſtitutionem accuſatoris, vel ſubſcriptoris conſiſtit, cum ſcilicet ex duobus, pluribusve accuſationem ambientibus deligendum eſt, qui maxime ſit idoneus. Ratio nominis hæc eſt, quia in aliis judiciis judex ea, quæ teſtibus, tabulis, vel argumentis probata ſunt, ſequi debet, cum autem accuſator eſt eligendus, ea res fucere indiciis, & conjecturis judicare debet, & pene divinare, quis maxime ſit idoneus ad accuſandum. Hinc prima inter Verrinas *divinatio* inſcripta eſt. Nam in accuſatione Verris certamen erat inter Ciceronem, & Cæcilium, uter in accuſando deberet præferri.

Divinátor, oris, m. *indovino*, qui divinat. *Jul. Firmic.*

Divinátrix, icis, f. a divinatus. *Tertul. de Anim. c.* 46. Præſidia divinatricum artium, & diſciplinarum.

Divinatus, a. um, o. t. 2. partic. a divinor, *indovinato*. *Ov.* 1. *de Nuce*, *v.* 80. Ut divinatas auferat Augur opes.

Divíne, adv. *divinamente*, θείως, ad Deorum ſimilitudinem, Deorum more. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 4. Aut certe nunquam, niſi de ea divine cogitaſſe. *Id.* 1. *Tuſc.* Divine prehenſa, & prædicta.

Divinípotens, n. 3. θεοδύναμος, qui in divinis poteſtatem habet. *Apul.* Saga & divinipotens Cœlum deponere.

Diviníſciens, entis, qui rerum divinarum peritus eſt. *Apul. in Apolog.* Magia pia ars, & diviniſciens.

Divínitas, atis, f. *divinità*, Ger. *gottheit*, Gall. *divinité*, Hiſp. *divinidad*, θειότης, deitas, numen, majeſtas divina, poteſtas divina. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Modo enim menti tribuit omnem divinitatem. *Id. in Orat. cap.* 19. Theophraſtus a divinitate loquendi nomen accepit. Et in plurali numer. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Quid ita divinitatibus ſplendoribuſque aſtrorum judicamus obſcuritatem objici poſſe?

Divínitus, adv. *da Dio, divinamente*, מאלהים, Germ. *von oben herab*, Gall. *divinement*, Hiſp. *divinamente*, θεόθεν, a Deo, ſive a divinis. *Virg.* 1. *Georg. verſ.* 415. Haud equidem credo, quia ſit divinitus illis ingenium. ¶ Interdum idem eſt, quod divine, ideſt humanis viribus excellentius. *Cic.* 2. *de Or.* Ille locus inductus eſt a me divinitus.

Divíno, as, a. 1. *indovinare*, קסם, Ger. *wahrſagen*, Gall. *deviner*, Hiſp. *adevinar*, μαντεύομαι, futura præſagio, a numine *divino*, quia divinum quiddam, & ſupra mortalem ſagacitatis ſortem eſſe videtur futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. *Cic. de Sen.* Quaſi jam divinarem, id quod evenit, illo extincto fore, unde diſcerem, neminem.

Divínus, a, um, o. 1. 2. *divino, coſa a Dio pertinente*, אלהי, Germ. *gottlich*, Gal. *divin*, Hiſp. *divino*, θεῖος, quod eſt Dei, vel quod ad Deum pertinet, a *divus*. *Cic.* 1. *de Div.* Ariſtoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiens, atque divinum. ¶ Rem divinam facere, & Divinæ rei operam dare, eſt Diis ſacrificare. *Cic.* 6. *Ver.* Res illum divinas apud eos Deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti. *Plaut. Curc.* Rei divinæ operam dabo. ¶ *Divina verba* interdum ſumuntur pro piacularibus quibuſdam verbis, quibus prodigia ſolent procurari. *Cato de R. R.* Si de Cœlo villa tacta ſiet, de ea re verba divina uti fiant. ¶ Interdum uſurpatur pro excellenti, præſtanti, eximio. *Cic. poſt redit. ad Quir.* Divina quædam atque inaudita auctoritas, atque virtus. *Id.* 5. *Fin. c.* 13. Ratio, qua nihil eſt in homine divinius. *Id.* 2. *de leg. c.* 18. Diviniſſima dona. ¶ Divinus, ſubſt. m. 2. *indovino*, vates qui divinat, vel prædicit, quod Dei proprium eſt futura prædicere. *Cic. de Fato*, Falli ſperat Chaldæos, cæteroſque divinos. ¶ *Avis divina*, eſt divinatrix, prænuncia. *Hor.* 3. *carm. od.* 27. *de cornice*. Antequam ſtantes repetat paludes imbrium divina avis imminentium. ¶ Divina, æ, ſubſt. mulier, quæ divinat. *Petron. Satyr. coena prope.* Cœpit me præcedere: divinam ego putabam.

Divíſe, & Diviſim, *diviſamente, ſeparatamente*, dividendo. *Gell. l.* 7. *c.* 2. Verſus ſeparatim, atque diviſe legendus. *Id. l.* 1. *cap.* 22. Diviſe pronunciandum eſt. *Apul. in Aſclep.* Creduntur eſſe quidem plurima diviſim.

Diviſio, f. 3. *diviſione, ſeparazione*, חלוקה, Ger. *theylung*, Gall. *diviſion*, Hiſp. *diviſion*, διαίρεσις, partitio. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quadripartita fuit diviſio tua, &c. ¶ Apud Rhetores diviſio eſt (ut ſcribit *Auct. ad Her. l.* 1.) per quam aperimus, quid conveniat, quid in controverſia ſit, vel per quam exponimus, quibus de rebus dicturi ſumus. ¶ Inter diviſionem, & partitionem hoc intereſſe putat, quod diviſio eſt diſtributio generis in ſpecies, partitio totius in partes. *Quintil. l.* 7. ¶ Diviſiones etiam dicebantur minora & ſportulæ, quas die natali Veteres diſtribuebant in conviviis, vel extra. *Marcian. l.* 23. *Dig. de ann. leg.* V. etiam *Lamdebrog. ad Terent. Phorm.* 1. 1. 14.

Divíſor, is, m. 3. *partitore*, חולק, Gall. *diviſeur*, Hiſp. *repartidor*, μεριστής, qui dividit. Speciatim diviſor erat apud Romanos, qui tributum diſtribuebat pecunias a Candidatis donatas ad aucupanda ſuffragia egentium. *Cic. pro Planc.* Doce, per quem ſequeſtrem, quo diviſore corrupta ſit. Hinc Nummius quidam, qui id miniſterium ſuſceperat, cognomen accepit diviſoris. *Cic.* 2. *de Or.* ¶ Eſt & diviſor, qui præpoſtere Venere pueros corrumpit, a natibus dividendis. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 22. Nam hoc ſum eſt verbum *diviſor*? an ineſt obſcœnum, &c.

Diviſúra, f. 1. idem, ac diviſio. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Folio parvo, & rotundo, ſine diviſuris.

Divíſus, us, m. 4. idem, ac diviſio. *Liv. l.* 33. *c.* 46. Vectigalia publica partim prædæ, ac diviſui principum, quibuſdam & magiſtratibus erant.

Divíſus, a, um, o. 1. 2. διαιρεθείς, particip. a divido. *Cic. de Leg.* Fluvius diviſus æqualiter in duas partes latera hæc inſulæ alluit. ¶ Comparat. Diviſior uſus eſt *Lucret. l.* 4. *v.* 958. Et diviſior inter ſe, & diſtractior intus.

Divítiæ, arum, f. 1. opulentia, amplæ fortunæ, opes, copiæ, omnium rerum abundantia, *ricchezze*, עשר, Ger. *reichtumb*, Gall. *richeſſes*, Hiſp. *riquezas*, πλοῦτος. *Cic.* 1. *Offic.* Expetuntur autem divitiæ tum ad uſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 101. Divitiem facere ea aliqua re. *Id. Trin.* 3. 2. 56. In divitiis eſſe. ¶ In ſingulari num. *Accius* apud *Non. c.* 7. *n.* 64. Æternabilem divitiam partiſſent.

Divitátio, onis, f. ditandi actus, *l'arricchire*. *Petron. Satyr.* Genus divitationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt.

Divíto, as, a. 1. *arricchire*, πλουτίζω, divitem facio. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 201. Augures verbis aures divitant alienas, ſuas ex auro locupletent domos.

Dium, n. 2. *aria, cielo*, a Διός, *Jovis*, *aeris*. *Colum. l.* 12. *c.* 12. Aquam cœleſtem vaſis includunt, & ſub dio in ſole habent. h. 2. ſub cælo, *all'aria, a cielo ſcoperto*. *Aſcon. in Ver.* 3. *c.* 19. Sub dio, hoc eſt ſub cælo. Cælum enim Græci τὸν δῖα dicunt. ¶ Dicitur & *Divum*, *i*, ut auctor eſt *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 10. Itaque ita legendum putat Torrent. illud *Horatii l.* 2. *od.* 3. Et infima De gente ſub Divo moreris. Et *l.* 1. *od.* 18. Nec variis obſita frondibus Sub divum rapiam. Et illud *Suetonii in Cæſare, c.* 72. Ac ipſe humi, & ſub divo cubuerit. Quibus locis al. leg. *ſub dio*, *ſub dium*. Cæteri caſus præter hos non ſunt in uſu.

Divodúrum, i, n. urbs Auſtraſiæ, nunc *Metz*. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 63.

Divórtium, ii, n. *divorzio, partimento*, Ger. *die verſchupfung eines eheweibs*, Gal. *divorce*, Hiſp. *divorcio*, ἀποζυγία, diverticulum, ſeu ſemita tranſverſa, qua a via regia deflectimus, a *diverto*, ſeu *diverta*. *Virg.* 9. *Æn. verſ.* 379. Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota. ¶ Item ſeparatio. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientum jugo ſunt doctrinarum facta divortia. ¶ Frequenter accipitur pro diſtractione matrimonii, quam *Terent.* diſceſſionem vocat, non a diverſitate mentium, ut quidam inter Juriſconſultos ſomniavit, ſed a *diverto*. *Cicer. in Phil.* 2. *c.* 28. Antonius cum Mima fecit divortium. ¶ Fiebat autem divortium hiſce fere verbis, *Res tuas tibi habe*, *Res tuas tibi age*. *Cic. in Phil.* Ille uxorem ſuam ſuas ſibi res habere juſſit.

Diurétĭcus, tica, um, *diuretico*, διουρητικός, ad urinam promovendam aptus, ut Diureticum vinum, *Pallad. in Octobr. tit.* 14. Diuretica medicamenta, *Cal. Aurelian. Tard.* 1. 4.

Diurno, as, n. 1. diu vivo. *Quadrig.* apud *Non.* & *Gell. l.* 17. *c.* 2. Neque optimum quemquam inter nos ſatius diurnare.

Diurnum, ni, n. 2. *giornale*, ἐφημερίς, diarium, liber, in quo ſcribuntur acta ſingulorum dierum. *Juv. ſat.* 6. *v.* 482. Longi relegit tranſacta diurni. ¶ Item victus, atque merces unius diei. *Sen. ep.* 80. vel 81. Diurnum accipit, in cœnaculo dormit.

Diurnus, a, um, n. 2. *de giorno*, Ger. *tæglich*, Gall. *de jour*, Hiſp. *de dia*, ἡμερινός, quod ad diem pertinet, a *die*, vel *diu*, ſicut nocturnus a nocte. *Cic. de Sen.* An cenſes, me tantos labores diurnos, nocturnoſque ſuſcepturum fuiſſe?

Dius, a. 1. 2. *divino*, divinus, a Διός, *Jovis*, unde Δῖος, a quo Δῖος, Lat. *Dius*. Hinc diurnum fulgur dium appellabant, quia illud putabant Jovis, ut nocturnum Summani, ſive Plutonis. *Virgil. lib.* 11. Quas ipſa decus ſibi dia Camilla delegit. *Varr. l.* 6. *L. L. pag.* 78. Dius admiſſer. ¶ Plerique putant, Latinos *Dius* pro *Deus* dixiſſe, ut conjicere eſt ex plur. *Dei*. Hinc Dius Fidius, ut nonnulli leg. in *Plaut. Aſin.* 1. 18. Per Dium Fidium quæris. ¶ *Dius* adject. dicitur etiam de inanimis, ut dia otia, apud *Lucret. lib.* 5. *verſ.* 1386. Dia ſententia, *Horat. lib.* 1. *ſat.* 2. *verſ.* 32.

Diutíne, idem, ac diu. *Plaut. Rud.* 4. 7. 15. Diutine uti bene licet partum bene.

Diutínus, a, um, o. 1. 2. *continuo*, ארך, Ger. *langwirig*, Gall. *de durée*, Hiſp. *de mucho tiempo*, πολυχρόνιος, longus, ſeu continuus. *Cicer. lib.* 11. *Fam. ep.* 8. Libertatis deſiderio, tædioque diutinæ ſervitutis.

Diutius, & diutiſſime. V. diu.

Diutúle, adv. ἐπ' ὀλίγον, aliquandiu, dim. a diu. *Apul. in princip. Flor.* Et diutule tacentem conſpicatus foret. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Cum diutule auditor fuiſſet.

Diuturne, adv. *lungo tempo*, dim. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Quo diuturnius exſpectatione penderes. V. *Diuturnus*.

Diuturnítas, atis, f. 3. *lunghezza*. ארך ימים, Germ. *langwirigheit*, Gall.

Digitized by Google

longue durée, Hiſp. *largo tiempo*, χρονιότης, longitudo temporis, *Cicer. de Sen.* Nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. *Id.* 2. *Offic.* c. 7. Malus cuſtos diuturnitatis metus. ¶ Diuturnitates in plur. habet *Arnob. l.* 6. *pag.* 202.

Diuturnus, idem ac diutinus. *Cic. de Sen.* Quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. *Id.* 6. *Fam. ep.* 13. Diuturniores moleſtiæ. *Id. Fam.* 6. *epiſt.* 10. Spondeo tibi, iſtam acerbitatem non diuturnam fore. *Al. leg.* diuturne. ¶ Superlat. legitur apud *Oroſ. in fin. l.* 5. Bellum diuturniſſimum. ¶ Sumitur etiam *diuturnus* pro eo, qui diu vixit. *Albinovan. eleg.* 1. v. 104. Accuſatque annos, ut diuturna, ſuos.

Divulgātus, a, um, adject. *divulgato*, *pubblico*. *Cic. poſt red. in Sen.* c. 5. Primum tempus ætatis palam ad omnium libidines divulgatum. *Id. l.* 10. *Famil. epiſt.* 26. Magiſtratus leviſſimi, & divulgatiſſimi præpropera feſtinatio, &c.

Divulgo, as, a. 1. *divolgare*, [illegible], Ger. *gemein machen*, Gal. *divulguer*, Hiſp. *divulgar*, ἐκφημίζω, eſt vulgo notum facere, vel rem aliquam in vulgus ſpargere. *Cicer. Balbo*, Viſum eſt occultius agendum, neque ullo modo divulgandum. *Id. pro Pomp.* c. 5. Sermonibus aliquid divulgare. Et *l.* 12. *Att. ep.* 40. Divulgare librum.

Divulſus, a, um, adject. ex particip. a divello, avulſus, convulſus. *Plin. l.* 21. c. 11. Viola divulſa. *Hor. l.* 1. *od.* 13. *v.* 19. Divulſus querimoniis amor. h. e. ſolutus, ſublatus. Eodem ſenſu *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 28. Conſenſus ordinum eſt divulſus.

Divus, i, m. 2. & Diva, æ, f. 1. *Dio*, s *Dea*, ab Æolico, vel a Cretico Δῖος, pro θεὸς, vel per epentheſin a Δῖος, quod contractum eſt a Δῖϊος. *Serv. ad* 5. *Æn.* Divos dici ait, quia diem ſuum obierint. ¶ Inter *Deos*, & *Divos* diſcrimen fuit, quia *Dii* æterni credebantur, *Divi*, qui ex hominibus in Deos relati fuiſſent, ut Heroes, Penates, Lares, Dii indigetes. *Serv. ad* 3. *Æn.* Sed *Varro*, & *Atteius Philologus* Divos perpetuos faciunt, Deos, qui tales conſecratione facti ſunt. *Liv. l.* 7. c. 26. Si Divus, ſi Diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitius adeſſet. ¶ Adjective Divus, a, um, *divino*, *ſanto*, θεῖος. *Alcim. l.* 5. v. 64. Divæ vocis Anubem. *Prudent. Pſychom. v.* 76. Diva caro. ¶ Cum dicimus, *Diva mater*, *Diva Juno*, *Divi Penates*, *Divus Auguſtus*, & ſimilia, quæ paſſim inveniuntur, putant nonnulli, eſſe duo ſubſtantiva appoſita. Itaque hujuſmodi exempla apud veteres probatos Scriptores, quæ adjectivum probent, ſuſpecta, ac dubia ſunt.

Dixe, pro dixiſſe, habet *Arnob. l.* 5. *pag.* 155.

Dixti, pro dixiſti, per ſyncopen, *Cic. Attic. lib.* 4. Sed quibus ſententiis dixti, quod & ipſi probarent. V. Dico.

D ANTE O.

Do, pro domus, per Apocopen, dixit *Ennius*, Græcos ſecutus, qui & ipſi δῶ pro δῶμα dicunt. *Diom. Gramm. l.* 1. *Auſon. in Monoſyl.*

Do, das, dedi, datum, 2. 1. *dare*, [illegible], Germ. *geben*, Gal. *donner*, Hiſp. *dar*, δίδωμι, tribuo, a δόω, δῶ. Eſt tertii ordinis activorum. *Plaut. Epid.* Dederim vobis conſilium catum. ¶ Interdum præter caſus proprios admittit accuſ. cum *in*. *Ter. Phorm.* 4. 3. 28. Dic, quid velis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus. ¶ Interdum accuſ. ſinit cum *ad*. *Cicer.* 2. *Phil.* Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negat a ſe datum. ¶ Interdum accuſ. motus ad locum. *Cic. Corn.* Literas ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim. *Plaut. Capt.* Hoc ſi ſatis, dabo in caveam. ¶ Quandoque eſt concedere, permittere. *Plin. ep.* 50. Quantum mihi tamen cernere datur. ¶ Quandoque eſt aſcribere, imponere, cum duobus dativis, quamvis alter eorum non ſemper ponatur, ſed nonnunquam ſubintelligatur. *Cic.* 1. *Off.* Nec Marco quidem Sejo vitio datum, &c. *Ter. And. prol. n.* 8. Nunc quam rem vitio dent, quæſo, animum advertite. Subintelligitur *Poetæ*. ¶ Item offerre. *Ter. Her.* Ut res dant ſe ſe, ita magni, atque humiles ſumus. ¶ Item dicere. *Ter. Heaut.* Quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item copiam ſui facere. *Mart. l.* 4. *epigr.* 71. Caſta facit, non dat, non tamen illa negat. ¶ Dare ſe etiam dicitur, qui ſe alieni adjungit, *darſi*. *Nepos Att. c.* 9. Sed etiam amici adverſariis ejus ſe dabant. *Cic. l.* 2. *Fam.* Da te homini. complectitur, mihi crede. Sic dare ſe literis, militiæ, ſtudiis, *applicarſi*, paſſim apud Latinos Scriptores. ¶ Significat etiam obſequi, gratificari. *Sulpit. Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 5. Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis, da familiaribus, da patriæ, &c. Sic dare auribus. h. e. ſervire, adulari. *Trebon. Cic. l.* 2. *Fam. epiſt.* 16. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 5. Aures ſuas alicui dare. h. e. obſequi. ¶ Item facere: ita enim exponit *Servius* illud *Virg.* 2. *Æn. v.* 482. Ingentem lato dedit ore feneſtram. ¶ Verbum etiam eſt diſputantium, & concedere ſignificat. *Cic. Tuſc.* 1. c. 32. Eo conceſſo quod volunt, conſequens id certe non dant. ¶ Item Judicum, & ſumitur pro pronunciare, ſententiam ferre. *Suet. Claud.* c. 15. Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat. *Ulp. l.* 27. *ff. de liber. cauſ.* Contra libertatem dabit. ¶ Item ludentium pilis, vel calculis. V. Dator, & Datum. ¶ Interdum conſtruitur hoc verbum cum abl. cum præp. *a*, vel *ab*, & varia ſignificat. *Plaut. Capt.* Sequere me hac, viaticum ut dem a trapezita tibi. h. e. a trapezita acceptum. *Cic.* Puero hoc a me dabis. h. e. meo nomine. *Plaut. Men.* 3. 3. 21. Da ſodes abs te, poſt ego reddidero tibi, *dagli del tuo*. ¶ Item cum accuſ. & præp. *in*, vel *ad*, ut Dare in terram, dare in lectum. *Lucret. l.* 6. v. 1247. h. e. conjicere. *Suet. Aug. c.* 96. Aquila duos corvos afflixit, & ad terram dedit. Sic apud *Tacitum*, Dare legiones in diſcrimen. ¶ Dare in fugam. *C. in Ver.* 6. c. 43. Dant ſe ſe in fugam iſtius præclari Imperatoris nocturni milites. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 49. Cæſar celeriter hoſtes dat in fugam. ¶ Sic dicimus, Dare in manus, *Ter. Phor.* 4. 3. 28. Dare ad carnificem, dare ad beſtias. h. e. damnare, tradere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 72. *Liv.* & alii. Dare ad mortem, *far morire*. *Plaut.* Dare in cuſtodiam, *metter' in prigione*. *Liv.* ¶ *Terent. Heaut.* 4. 5. 3. Næc me deambulatio ad languorem dedit. h. e. defatigavit. Dare ſe in ſermonem, *metterſi in converſazione*, *ovvero dar da dire di ſe*. *Cicer.* Dare ſervos in quæſtionem. h. e. ad quæſtionem pertrahere. *Liv.* Dare pecuniam in ſumptus, *dar danari da ſpendere*. *Terent.* ¶ Dare pœnas, ſignificat pœnas luere, *pagar il fio*. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 10. Dare pœnas temeritatis. ¶ Dare pignus cum aliquo. h. e. ſponſionem facere. *Plaut.* ¶ Dare ſe viæ, vel in viam, *metterſi in cammino*. *Cic. Fam.* 14. ¶ Dare dono, *donare*. *Virg. ecl.* 5. v. 37. ¶ *Dare*, *damnare*, *dicare rem aliquam diis*, apud *Cic. Verr.* 6. c. 29. formula eſt, qua utebantur cum Diis aliquid ſacrabant, aut ſacratum eſſe ſignificabant. Hinc ſæpiſſime in votivis lapidibus notæ illæ D. D. D. quas ex hoc loco apparet, quomodo legendæ ſint. ¶ *Do*, *dico*, *addico*, tria erant ſolemnia Prætoria verba, cum alicui aliquid adjudicabat. ¶ *Dare* enim dicebatur, cum dabat Judices, qui aliquam cauſam cognoſcerent: *dicere*, cum ipſe jus dicebat: *addicere*, cum cauſam obtinenti quidpiam adjudicabat. ¶ Plurimi alii ſunt dicendi modi, qui ad hoc verbum ſpectant, ut dare manus, operam, verba, de quibus V. *manus*, *opera*, *verbum*. ¶ Significat interdum eligere. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 5. Nunc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus. ¶ Interdum jungitur cum infinito. *Terent. And.* 3. 2. 4. Quod juſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, date. *Al. leg. bibere*. ¶ Datum eſt, pro conceſſum eſt. *Ter. Eun.* 3. 5. 5. Eſt iſtuc datum profecto mihi, ut grata ſint quæ facio omnia. ¶ *Duas*, & *duas*, pro *des* ſæpe uſurpat *Plaut.* ut *Aul.* 2. 2. 61. & alibi. Sic *duit*, *duint*, &c. V. ſuo loco.

Docĕo, es, cui, ctum, 2. 2. *inſegnare*, [illegible], Ger. *lehren*, Gall. *enſeigner*, Hiſp. *enſenar*, διδάσκω, eſt alicujus rei cognitionem alteri tradere. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 3. *de Orat.* Et habeas, qui docere fideliter poſſis. ¶ Vel cum uno accuſ. *Cic.* 1. *Off.* Studioſos dicendi erudiunt, atque docent. ¶ Vel cum duobus accuſ. *Cic.* 2. *de Or.* Eam nos tu potiſſimum docebis. ¶ Vel cum accuſ. & ablat. cum *de*. *Cic.* 3. *de Or.* Quis enim de iſto genere nos docuit? ¶ Vel cum caſibus pretii. *Cic.* 2. *Phil.* Qui te tanta mercede nihil ſapere docuit. ¶ Eſt etiam probare, oſtendere. *Cic.* 5. *Ver.* Hæc omnia doceo civitatum, & privatis primariorum virorum teſtimoniis. *Quintil. l.* 11. c. 1. Illud eſt docendum. ¶ Item admonere, vel certiorem facere. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 6. Interea ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 3. Qui de his rebus eum doceant. ¶ Docere etiam dicuntur Fabularum auctores, ut *diſcere* actores earum. *Suet. Claud. c.* 6. Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit. Adde *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 29. & *Gel. l.* 17. *c. ult.* ¶ Docere aliquem fidibus, apud *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Docere equo, armis, apud *Liv. l.* 29. *c.* 1. elliptica ſunt, & ſubintelligitur *canere*, *uti*, aut præpoſ. *in*, quemadmodum, erudire aliquem in jure civili, dixit *Cic. l.* 1. *de Or. c.* 59.

Dochĭmus, m. 2. pedis genus in numeris oratoriis, qui conſtat ex jambo, & cretico, ut *Reipublicæ*, *perhorreſcerent*. *Cic. in Orat. cap.* 64. Dochimus autem ex quinque ſyllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut eſt hoc, *Amicos tenes*, quovis loco aptus eſt, dum ſemel ponatur; iteratus, aut continuatus numerum apertum, & nimis inſignem facit.

Docibĭlis, & le, o. *Priſciano l.* 4. docibile eſt id, quod facile diſcitur, pro quo potius dicimus *perceptibile*. ¶ Utitur hac voce & *Tertul. c.* 12.

Docĭlis, o. 3. *chi facilmente impara*, [illegible], Germ. *gelehrig*, Gall. *docile*, Hiſp. *docil*, εὐμαθής, qui facile docetur, vel diſcit. *Cic. Treb. lib.* 7. *ep.* 20. O medicum ſuavem, neque docilem ad hanc diſciplinam. *Quintil. l.* 4. c. 1. Judex docilior, & intentior. *Plin. l.* 10. c. 42. Habebant luſcinias Græco, atque Latino ſermone dociles. ¶ Genitivo interdum jungitur, more Græco. *Horat. l.* 4. *od.* 6. Docilis modorum. *Sil. lib.* 3. Fallendi docilis.

Docilĭtas, f. 3. εὐμάθεια, apprehendendæ doctrinæ facilitas. *Cic. pro Sext.* Is perſpecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii. *Sueton. Tit.* c. 3. Docilitas ad omnes fere tum pacis, tum belli artes.

Docilĭter, adv. apud *Diomed. Grammat. l.* 1.

Docĭſmus, i, m. δοκισμὸς, demonſtratio, probatio, res vel argumentum, quo aliquid evidenter oſtenditur, & veluti ob oculos ponitur. *Senec. lib.* 2. *controv.* 12. Hiſpo Romanus bello docismo uſus eſt: Vultis, inquit, amici, &c.

Doctē, adv. *dottamente*, Ger. *kunſtlich*, Gall. *doctement*, Hiſp. *doctamente*, ἐπιστημόνως, erudite, ſcite. *Plaut. Mil.* 4. 2. 96. Dicito docte, & cordate. *Martial. l.* 7. *epigr.* 45. Mæonioque cupis doctius ore loqui. *Salluſt. Jug. c.* 95. Doctiſſime eruditus.

Doctĭcănus, a, um, adject. qui docte canit. *Martian. Capel. l.* 2. *in Clio*: Docticanis ſolers ludere ſenſibus.

Doctĭfĭcus, a, um, doctos faciens. *Martian. Capell. initio l.* 6. Virgo ornata, decens rerum ſapientia, Pallas, Ingenium mundi, prudentia ſacra Tonantis, Ardor doctificus, &c.

Doctĭlŏquus, a, um, adject. qui docte loquitur, *chi parla bene*. *Enn.* apud *Var. l.* 6. *L. L.* Oratores doctiloqui. *Martian. Cap. l.* 9. Doctiloquum caris juvenem complexa lacertis.

Doctĭſŏnus, a, um, adject. qui docte ſonat. *Sidon. carm.* 15. v. 18. Doctiſona arte.

Doctiuſcŭle, adverb. *alquanto dottamente*. *Gell. l.* 6. *c.* 16. Verbum deprecor. doctiuſcule poſitum in Catulli carmine.

Doctor, m. 3. *maeſtro*, *chi inſegna*, *dottore*, [illegible], Germ. *lehrer*, Gall. *docteur*, Hiſp. *doctor*, διδάσκαλος, qui docet. *Cic.* 1. *Off.* Propter ſummam & doctoris auctoritatem, & urbis. ¶ Doctores fabularum dicuntur, qui eas ſcribunt, & actoribus ad diſcendum dant. *Donat. in prolegom. ad Terent.* ¶ Laniſtas etiam doctores appellari a *Valer.* & *Quintil.* qui ſcilicet gladiatores ad ludos inſtituebant, obſervat *Lipſ. Saturn. l.* 1. *cap.* 15. Adde *Inſcript.* apud *Fabret. p.* 109.

Doctrīna, f. 1. *dottrina*, [illegible], Ger. *lehr*, Gal. *doctrine*, Hiſp. *doctrina*, διδασκαλία, eruditio, actus docendi. *Cicer. pro Mur.* Diffiſus ingenio meo. quæſivi adjumenta doctrinæ. ¶ Sumitur etiam pro ipſa arte. *Cic.* 4. *Fin.* Te autem ab initio ætatis memoria teneo ſumme omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe.

Doctrix, icis, f. quæ docet, *maeſtra*. *Serv. in Virg. Æn.* 12. *v.* 159. Quidam etiam afferunt exemplum ex *Apul. de Philoſ. Mor.* Sed alii optima exemplaria habent, *ductatrix*.

Doctus, a, um, o. 1. 2. *dotto*, [illegible], Germ. *gelehrt*, Gal. *docte*, Hiſp. *docto*, πεπαιδευμένος, eruditus, partic. a doceor, fere cum ablat. *Cicer. in Brut.* Græcis literis ſatis doctus, quod propoſuerat, explicans expedite. ¶ Interdum cum adverb. *Suet. de clar. Gramm.* Nec minus Græce, quam Latine doctus. ¶ Interdum cum accuſ. & præp. *ad*. *Cic. pro Mil.* Ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. ¶ Sæpe nomen eſt, pro ſapiente. *Cic. in Orat.* Itaque & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit. ¶ Et tunc etiam cum genit. invenitur. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Lenæum Grammaticæ artis doctiſſimum. *Gel. l.* 13. *c.* 12. Legum Populi Rom. doctus apprime. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Lucr. l.* 2. Et doctis rationem reddere dictis. Sic doctæ aures, docta manus. Docti doli, apud *Plaut. Mil.* 2. 2. 93. ¶ *Cic. l.* 1. *de Orat.* Et ſortaſſe docto, atque erudito. Si nominis vim ſpectes, plus eſt *doctus*, quam *eruditus*: nam eruditus eſt, qui ſimpliciter ruditatem exuit. Minus vero eſt *doctus*, quam *peritus*: peritus enim eſt, qui cum doctrina experientiam rei habet.

Docūmen, inis, n. idem quod documentum. *Lucret. l.* 6. *v.* 391. Documina mortalibus acre.

Documentum, n. 3. *ammaeſtramento*, [illegible], Germ. *lehr*, Gal. *enſeignement*, Hiſp. *enſenança*, δεῖγμα, admonitio, id, quod nos docet, ſive ex quo quid docemur. *Cic.* 6. *Phil.* Ex quo nos documentum capere fortuna voluit, quid eſſet victis extimeſcendum. ¶ Apud Geomaticos documenta ſunt ſigna terminorum, ſeu limitum. V. *Aggen.* & *lib.* 3. *Cod. Theodoſ. de Abolit.*

Docus, f. 2. δοκός, trabs, tignum. Dicitur de aeris impreſſione, ob trabis ſimilitudinem. *Plin. l.* 2. c. 26. Emicant & trabes ſimili modo, quas docos vocant.

Dodecathĕon, n. 2. δωδεκάθεον, genus herbæ. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Dodōna, vel Dodone, f. 1. urbs ant. Epiri, in Moloſſia, ſeu in Theſprotia, in Theſſaliæ confinio, ex quo Theſſalica dicebatur, juxta fl. Dodonem, qui poſtea cadit in Acheloum. Dicta eſt a fl. Dodone, vel a Nympha marina hujus nominis, vel a Dodone Jovis, & Europæ filia. Ibi ingens

gens ſylva fuit, tota querna, & templum Jovis, & fons, qui faces extinctas accendebat, & accenſas extinguebat. Hinc Juppiter Dodonæus cognominatus eſt.

Dodonæus, a, um, adject. ad Dodonam pertinens, ut Dodonæos lebetes apud *Virg. Æn. 3. v. 466.* ¶ Dodonæum æs, *δωδωναῖος χαλκεῖον*, proverbium Græcum eſt de homine importunæ loquacitatis, inde ortum, ut *Suidas* narrat, quod templum Jovis Dodonæi lebetibus æreis undique cinctum eſſet, ac proinde uno quopiam pulſato, omnes ſimul reſonarent, ſonitu per contactum ab uno ad alium ſuccedente. Quo referendus videtur *Juven. ſat. 6. v. 440.* Alii alias hujus proverbii rationes afferunt, quas vide apud *Eraſm. in Chil.*

Dodōne, f. 1. filia Jovis, & Europæ.

Dodonĭdes Nymphæ, quæ & Atlantides, Liberi Patris nutrices, a Dodona urbe Epiri. Harum nomina ſunt Ambroſia, Coronis, Eudora, *Paſithoe*, Plataeſis, Pytho, Tycha. *Hygin. fab.* 182.

Dodōnis, idis, adject. fem. *Valer. Flac. l. 1. v. 302.* Dodonida quercum ingredior.

Dodonĭus, a, um, adject. Dodonæus. *Claud. l. 1. de Rapt. Proſer. v. 31.* Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Dodra, f. 1. potionis genus, quæ ex novem rebus fiebat, aqua, vino, jure, oleo, ſale, pane, herbe, mella, pipere, a dodrans, menſura novem unciarum. *Auſon. ep.* 85.

Dodrans, m. 3. *ἐννεάωρος*, pondus, vel menſura conſtans ex novem unciis, a de, & *quadrans*, quod ad conficiendum aſſem deſit quadrans. *Mart. l. 8.* Solvere dodrantem nuper tibi Quincte volebat. *Nepos Att. c. 5.* Ex dodrante heres. *Colum. l. 2. c. 4.* Dodrans operæ. *Plin. l. 2. c. 14.* Dodrans horæ. h. e. tres partes unius operæ, aut horæ. ¶ Dodrans etiam dicitur *σπιθαμή*, palmus major. h. e. intervallum illud, quod eſt inter pollicem, & minimum digitum diductos. *Bud. l. 1. de Aſſe. Suet. Aug. c. 79.* Statura ejus fuit quinque pedum, & dodrantis. ¶ Eſt etiam menſura agrorum. *Col. l. 5. c. 1.* Putes tres quartæ, pedes unum, & vigintimillia, & ſexcentos, hoc eſt dodrans.

Dodrantālis, le, adject. ad dodrantem pertinens, ut dodrantalis craſſitudo. *Plin. l. 13. c. 5n.* Ramos ſpargit a radice dodrantales. *Colum. l. 5. c. 6.* Stirpem dodrantalem relinquas.

Doga, æ, f. vaſis vinarii genus. *Vopiſc. in Aurel. ad fin.* Facta erat retio dogæ cuparum, olearum, & operum. Vide ibi *Salmaſ.* & *Caſaub.*

Dogma, atis, n. 3. *δόγμα*, ſcitum, placitum, decretum. *Cic. 4. Acad. c. 9.* Sapientiæ quid futurum eſt; quæ neque dubitare debet de ſuis decretis, quæ Philoſophi *δόγματα* vocant. ¶ Speciatim dogmata ſunt uniuſcujuſque ſectæ decreta, quæ, ut inquit *Cic.* prodere ſcelus eſt, non minus, quam patriam, ſine quibus nec ſectæ Philoſophorum, nec Religionum vires conſtare poſſunt. Unde *Laert.* ait, ſectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. *Cic. 4. Tuſcul.* Quoniam id haberent Academici decretum (ſentitis enim jam hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi.

Dogmatĭcus, a, um, adject. ad dogma pertinens. *Auſon. Idyl. 17. v. 16.* Dogmaticas agitet placido certamine lites.

Dolabella, f. 1. dimin. a dolabra. *Col. l. 4. c. 24.* Semper circa crus dolabella dimovenda eſt terra. ¶ Hoc etiam cognomine uſa eſt Cornelia gens Romanorum.

Dolabelliāna pyra, n. 2. pyra longiſſimi pediculi, ſic dicta ab inſitore Dolabella. *Plin. l. 15. c. 15. Colum. l. 5. c. 10.*

Dolabra, æ, f. 1. *aſcia*, מעצד, Germ. *hobel*, Gal. *doloire*, Hiſp. *acha para dolar*, *σκέπαρνον*, inſtrumentum fabrorum, quo ligna dolant, a dolando, ut terebra a terendo. *Col. l. 3.* Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. *Curt. l. 9. c. 5.* Dolabris perfregere murum. ¶ Dicitur etiam de inſtrumento laniorum, quo carnes diſſecant. *Paul. in l. cum de lanionis, ff. de fund. inſtr. leg.*

Dolabrātus, a, um, adject. dolabra politus, lævigatus, dolatus. *Caſ. l. 7. B. G. c. 73.* Dolabratis, atque præacutis cacuminibus perpetuæ foſſæ ducebantur. ¶ *Secures dolabratas* ſimplicibus oppoſuit *Pallad. l. 1. cap. ult.*

Dolamen, inis, lævigatio dolando facta. *Apul. in princ. Florid.* Truncus dolamine effigiatus.

Dolatilis, le, adject. qui facile dolari poteſt, ut dolatiles lapides, *Auctor de Limitib. apud Goeſ. p. 270.* Charta dolatilis, apud *Venant. Fortunat.*

Dolatus, us, ui, m. idem quod dolamen. *Prudent. Pſychom. v. 837.* Multoque forata dolatu Gemma relucentis limen complectitur arcu.

Dolatus, a, um, adject. lævigatus, politus, dolabratus, *aſciato*. *Cic. 4. Tuſc. c. 31.* Non e ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus. *Juven. ſat. 10. v. 57.* Dolato confiſus ligno. ¶ Dolitus, pro dolatus, dixit *Var.* apud *Non. c. 2. n. 235.* Scyphus cælo dolitus ortum oſtentat Meatoris.

Dolendus, a, um, partic. paſſiv. *Cic. Fam. 12. ep. 23.* A te non ulciſcenda ſunt, etiam ſi non ſunt dolenda. *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 8.* Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

Dolenter, adverb. *con dolore*. *Cic. Philip. 8. c. 7.* Dolenter hoc dicam potius, quam contumelioſe. *Id. pro Sex. c. 6.* Dolentius deplorare.

Dolentia, f. 1. dolor. Semel & iterum habet *Arnobius*. Nævium etiam Poetam antiquiſſimum uſurpaſſe, teſtatur *Gel. l. 19. c. 7.*

Dolĕo, es, dolui, dolitum, n. 2. dolorem capio, mœreo, angor, *dolerſi*, כאב, Ger. *ſchmertzen*, Gal. *ſe douloir*, Hiſp. *dolerſe*, *ἀλγεῖν*, eſt dolore affici, cruciari. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro Marc. in princ.* Dolebam enim, ac vehementer angebar, cum viderem. ¶ Vel cum ablat. *Cic. pro Planc.* Nemo mea injuria doluit. ¶ Vel cum ablat. & præpoſit. *de*. *Cic. l. 12. Att. ep. 1.* De Atticæ febricula ſcilicet valde dolui. *Liv. l. 39.* Ignominia ne ſua quicquam doliturum cenſeret. Vel cum ablat. & præpoſ. *ab*. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 60.* Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. in Vat.* Quis non doluit Reip. caſum? ¶ Sæpe pars illa, in qua dolor eſt, vel res, de qua dolemus, in nominativo ponitur, perſona vero vel nulla eſt, vel in dativum migrat. *Cic. 2. Tuſc.* Fac totum dolere corpus. *Id. 8. Fam.* Nunquam tibi oculi doluiſſent. *Brut. Attico.* Doles mihi, quod tu non ſtomacharis. *Ter. Eun.* Dolet dictum imprudenti adoleſcenti. ¶ Dolere alicujus vicem, aſt ejus caſum, incommodumque dolere. *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Sed mehercule Curionis, & Pauli meorum familiarium vicem doleo.

Doliāris, & re, o. 3. quod ad dolia pertinet, vel dolii formam, ſeu magnitudinem habet. *Plaut. Pſeud. 2. 2. 64.* Apud eum illam doliarem. id eſt, ventricoſam.

Doliarium, rii, n. 2. apud JCtos poni videtur pro ipſis doliis, vel cella, in qua dolia vinaria ſunt. Sic enim ſcriptum eſt *leg. 37. §. 7. ff. de contrah. empt.* &c. Si ex doliario pars vini venierit.

Doliarius, m. 2. qui dolia facit, & componit. *Plin. l. 3. c. 6.* Sed a figlinis doliariorum.

Dolichēnus, epitheton eſt Jovis in *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 20. *n.* 4. 5. 6. &c. ab urbe Doliche in Commagene provinciæ, ubi cultus fuit.

Doliŏla, n. 2. num. plur. locus Romæ, ſic dictus, quod poſt Allienſem cladem Gallis urbem invadentibus doliola, in quibus ſacra Pontifices condiderant, eo in loco fuerint ſepulta a Flamine Quirinali. Quæ de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat. *Feſtus.*

Doliolum, n. 2. *botticino*, *πιθάκνιον*, dim. a dolium. *Colum. l. 12. c. 43.* Doliola nova ſine pice in ſole ſiccant. *Liv. l. 5. c. 30.* Condita in doliolis ſacra.

Dolĭto, as, avi, atum, n. 1. frequent. a doleo, *dolerſi ſpeſſo*. *Cato R. R. c. 156.* Omnia ſana faciet, intro quæ dolitabant.

Dolitus, V. Dolatus.

Dolium, n. 2. *botte*, שדא, Ger. *faſſer*, Gal. *tonneau*, Hiſp. *cuba*, *πίθος*, vas ingens, in quo vinum reconditur, quia dolando fabricatur. *Cic. in Brut.* Num igitur, qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis ſervabant, quæ ſi duas aures habuiſſent, diotæ dicebantur. ¶ Dolia curta quid ſint, V. Curtus.

Dolo, as, avi, atum, a. 1. *polire*, סגל, Ger. *hobelen*, Gal. *doler*, Hiſp. *dolar*, *ἀσκιάζειν*, dolabra, ſive aſcia lævigo. Nam quæ dolantur, attenuantur. *Cic. de Div. l. 2. c. 41.* Quis robur illud cecidit, dolavit, inſcripſit? ¶ Tranſlate, fuſte dolare aliquem, apud *Horat. l. 1. Sat. 5. v. 22. baſtonare*. ¶ Dolare dolum, *condurr a fine una frode*. *Plaut. Mil. 3. 3. 63.* ¶ Dolare uxorem. *Pompon.* apud *Non.* Sic *Mart. l. 7. epigr. 66.* Undenas dolat in die puellas.

Dolo, ſeu Dolon, onis, m. 3. *δόλων*, telum bellicum, ideſt ingens contus cum ferro breviſſimo, vel flagellum, intra cujus virgam latet pugio. *Virg. 7. Æn. v. 664.* Sævoſque gerunt in bella dolones. ¶ Item velum minus in navi, quod celeritatis cauſa ſolet erigi, *trinchetto*. *Liv. l. 36. c. 44.* Dolonibus erectis altum petere contendit. ¶ *Phædrus* pro muſcæ aculeo poſuit. Ita enim muſcam loquentem inducit *l. 3. Fab. 7. v. 5.* Vide, ne dolone collum compungam tibi.

Dolopeĭus, a, um, adject. ad Dolopes pertinens. *Val. Flac. l. 2. Argon.* Vidiſſe putant Dolopeia buſta.

Dolŏpes, um, m. 3. pop. Theſſaliæ, in Epiri conf. ſeu in Epiro, quorum regio Dolopia, *Ombilacho*, inter Peneum ad Or. & Acheloum ad Mer. *Virg. 2. Æn.*

Dolor, m. 3. *dolore*, *affanno*, כאב, Ger. *ſchmertz*, Gal. *douleur*, Hiſp. *dolor*, *ἄλγος*, animi, vel corporis cruciatus. *Cic. 2. Tuſc. c. 15.* Dolor eſt motus aſper in corpore, a ſenſibus alienus. *Id. Sulpic. l. 4.* Eſt omnino vix conſolabilis dolor. ¶ Hinc Dolorem capere ex aliqua re, Dolorem alicui afferre. *Cic. Tuſc. 2. c. 22. Celſ. l. 5. c. 28.* Dolore affici, *Cic. l. 6. Fam. ep. 19.* Dolore tabeſcere, *Terent. Adelph. 4. 3. 11.* ¶ Interdum pro ira ponitur. Ita enim, ut *Ariſtot.* deſcribit, eſt *ὄρεξις μετὰ λύπης*. *Corn. Nep. in Lyſand. c. 5.* Quo dolore incenſus inſtit conſilia, reges Lacedæmoniorum tollere. *Sen. Med. v. 13.* Ah melius dolor furioſe loquere. ¶ Dolores abſolute, ſæpe uſurpat *Plaut.* pro doloribus partus.

Dolorōſus, a, um, adject. dolorem afferens. *Veget. l. 4. c. 20.* Doloroſi loci. *Cal. Aurel. Tard. 4. c. 5.* Extantia renitens, & doloroſa.

Dolōſe, adverb. *aſtutamente*, *maligmamente*, בערמה, Ger. *betrieglich*, Gal. *par tromperie*, Hiſp. *enganoſamente*, *δολερῶς*. *Cic. 3. Off. c. 15.* Quicquam agi doloſe, aut malitioſe poteſt. *Aſcon. in Verrin. de Præt. Urb.* Cupidius accuſavit, & doloſiut. *per appaſſionatamente*.

Dolōſus, um, n. 1. e. *fraudolento*, *malvagio*, איש ערמה, Ger. *betrieglich*, Gal. *trompeur*, Hiſp. *enganoſo*, *δολερός*, fraudulentus. *Cic. pro Rab.* Doloſis conſiliis Romam venit. *Perſ. in Prolog.* Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi. h. e. qui per dolos, & fraudes parari ſolet. *Horat. l. 1. od. 35.* Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici, Ferre jugum pariter doloſi.

Dolus, m. 2. *inganno*, *frode*, ערמה, Germ. *betrug*, Gal. *tromperie*, Hiſp. *engano*, *δόλος*, fraus, a Græca voce, quæ allata eſt. *Cic. pro Domo.* Ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. ¶ Veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro ſolertia, & calliditate, *ſtratagemma*, quæ adverſus hoſtes adhibebatur. Unde fraudem dolum malum dixerunt diſcriminis cauſa, quod & bonus quidam dolus diceretur. *Feſtus. Ulp. de dolo malo, l. 1.* Dolum malum *Servius* quidem ita definit, Machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur, & aliud agitur. *Cic. 3. Offic.* Cum ex Aquilio quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. *Ter. Eun. 3. 3.* Erat ſuſpicio, dolo malo hæc fieri omnia. ¶ Inter dolum, & fraudem hoc intereſt, quod dolus eſt omnis callida machinatio ſive in verbis, ſive in factis, ad circumveniendum, & lædendum alterum: Fraus vero detrimentum aliquod importat, unde & pro damno accipitur, & minus late patet, quam dolus: in eo enim ſemper continetur fraus, non contra. *Cic. pro Domo*, Ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur.

Dōma, atis, n. 3. *δῶμα*, tectum planum, quod tranſverſis trabibus ſuſtentatur, ut in Ægypto, & in Palæſtina. V. Do.

Domabĭlis, le, o. 3. *domabile*, Ger. *zæmig*, Gal. *dontable*, Hiſp. *domable*, quod domari poteſt. *Hor. 4. Carm. od. 14.* Te Cantaber non ante domabilis miratur.

Domātor, m. 3. idem ac domitor. *Tibul. l. 4. ad Meſſal. v. 116.* Converſus terga domator.

Domatus, a, um, *domato*, domitus, *Petron. in Satyr. c. 74.* Curabo, domata ut ſit Caſſandra. ¶ Sed *domitus* uſitatius eſt.

Domefactus, a, um, adject. domitus, ut, Terra aratro domefacta nitet, *Petron. Satyr.*

Domeſticātim, adverb. per varias domos, item per domeſticos. *Suet. in Cæſ. c. 26.* Ea quæ ad epulum pertinerent, etiam domeſticatim apparabat.

Domeſtĭce, adverb. *domeſticamente*. *Symmach. l. 10. ep. 36.* Libellus domeſtice confectus.

Domeſtĭcus, a, um, o. s. a. *di caſa*, איש בית, Ger. *hauſſgenos*, Gall. *domeſtique*, Hiſp. *domeſtico*, *οἰκεῖος*, quod ad domum pertinet. *Cic. in Vatin.* Quis unquam in luctu domeſtico, in funere familiari cœnavit cum toga pulla? ¶ Ponitur etiam pro familiari, intimo, privato. *Cic. in Offic.* Externa libentius in talii re, quam domeſtica recordor. *Id. pro Sext. c. 45.* Malis domeſticis impediti. ¶ In *Cod. Theodoſ. l. 1. tit. 13.* & paſſim in hiſtoria Auguſta, domeſtici dicuntur milites, qui circa Principem ſunt, corpuſque ejus cuſtodiunt.

Domicĭlium, n. 2. *abitazione de lungo tempo*, מעון, Ger. *behauſung*, Gal. *domicile*, Hiſp. *domicilio*, *οἰκητήριον*, habitatio longi temporis, quaſi domicolium, ab incolenda domo. *Cic. 7. Verr.* Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilavit. ¶ Mutare domicilium dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent, tanquam illius cives futuri. Nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere, quam conduxit, domicilium autem non habet. ¶ Sumitur etiam pro ipſo loco, ubi habitatur. *Cic. de Sen.* Ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram. ¶ Tranſlate *Id. in Piſon. l. 31.* Suorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus ejus collocaverunt.

Domicœnium, n. 2. *cicorſia*, cœna, quæ fit domi. *Mart. l. 5. epigr. 78.* Si triſti domicœnio laboras.

Domidūca, æ, ſic dicebatur Juno, quod novas nuptas in domum mariti deducendas curaret. *Auguſt. l. 12. de C. D. c. 9.* Erat etiam deus Domiducus, ejuſdem rei præſes. *Id. ibid. l. 6. c. 9.*

Domĭna, æ, f. 1. *padrona*, *madonna*, גבירה, Ger. *herrin*, Gal. *maitreſſe*, Hiſp. *ſenora*, *δέσποινα*, hera, quæ in familiam, aliamve rem imperium habet. *Cic. in Parad.* Cupiditas honoris, dura domina. *Id. pro Marcel. c.*

2. Fortuna domina eſt rerum humanarum. ¶ Poſt annum decimum quartum puellis Romanis Dominarum nomen datum, notat *Tiraquell. ad l. 4. Connub. c. 11.* ¶ Amicam, dominam ſæpe appellat *Ovid. de Ar. Petron.* &c. V. Dominus. ¶ In dat. plur. facit *Dominis*, non *dominabus*. *Curt. l. 3. c. 12.* de feminis Darii captivis loquens: At iis, ut armatos conſpexere, rati actum eſſe de dominis, &c.

Dominans, antis, adjectiv. a dominus, *dominante*, *padrone*. *Cic. 1. Tuſc. c. 30.* Vetat dominans ille in nobis Deus. *Lucret. l. 3. v. 397.* Et magis eſt animus animai clauſtra coercens, & dominantior ad vitam.

Dominatio, f. 3. *ſignoria*, *δεσποτεία*, imperium. *Cic. 5. Ver.* Quæ impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe? ¶ Accipitur quandoque in malam partem pro illegitimo imperio, ſeu tyrannide. *Tac. Ann. 3. c. 26.* Poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia, ac pudore ambitio, & vis incedebat, provenere dominationes. *Velle). l. 2. c. 60.* Aperte deinde Antonii, ac Dolabellæ Coſſ. ad occupandam dominationem erupit furor.

Dominator, m. 3. *ſignore*, [illegible], Ger. *herſcheder*, Gal. *dominateur*, Hiſp. *dominador*, *ἐπικρατήτωρ*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 2.* Dominator rerum Deus hæc eo ordine diſtinxit.

Dominatrix, f. 3. *ſignora*, [illegible], Ger. *herſcherinn*, Gall. *dominatrice*, Hiſp. *dominadora*, *κυρία*. *Cic. 1. de Inv. c. 2.* Cæca, ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominatus, maſc. 4. *principato*, *κράτος*, principatus. *Cic. 4. Fin.* Tanto in dominatu locatur. ¶ Fere in malam partem accipitur pro tyrannide. *Id. 1. Div. c. 23.* Urbs a tyranno crudeli dominatu premebatur. ¶ Differunt Principatus, & Dominatus, quod hic deſpoticus eſt, atque tyrannicus, ille regius, & cum aliqua libertate conjunctus.

Dominicus, a, um, adject. *κυριακός*, ad dominum pertinens, ſeu qui domini eſt. *Sen. ep. 47.* Adjice obſonatores, quibus dominici palati ſubtilior notitia eſt. *Petron. Sat.* Vinum dominicum. *Colum. l. 9. c. 1.* Dominicæ habitationes. ¶ Apud Eccleſiæ Scriptores Dominica appellabantur templa Chriſtianorum, ut *Euſebius*, & *D. Hilar.* tradunt.

Dominium, ii, n. 2. *dominio*, [illegible], Germ. *herſchafft*, Gal. *ſeigneurie*, Hiſp. *ſeñorio*, *δεσποτεία*, imperium, principatus. *Var. 2. de R. R. c. 6.* In mercando emptionibus, traditionibus dominium mutant. Al. leg. *dominum*. *Suet. Tib. c. 59.* Impatientes domini. Adde *Valer. Max. l. 4. c. 4.*

Dominor, aris, atus ſum, d. 1. *ſignoreggiare*, [illegible], Ger. *herſchen*, Gal. *dominer*, *maitriſer*, Hiſp. *dominar*, *ſeñorear*, *δεσπόζω*, imperium gero, jus, & imperium in rem aliquam exerceo, a *dominus*. Cum ad loca refertur, ablativum exigit cum prop. *in*, ſed in nominibus propriis urbium, &c. vel genitivum, ſi num. ſing. & 1. vel 2. declin. ſunt, vel abl. ſi num. plur. vel 3. declin. *Cic. de Orat.* Uſus dicendi in omni pacato, & libera civitate dominatur. *Id. pro Rab. Poſth.* Dominatus eſt Alexandriæ. ¶ Cum ad perſonas refertur, conſtruitur cum ablat. & præpoſ. *in*, vel cum accuſ. & præpoſ. *in*, vel *inter*. *Sulpic. Cic. 4. Fam. ep. 12.* Caſus, & natura in bonis dominatur. *Cic. de Sen. c. 11.* Felix ſenectus, ſi uſque ad ultimum ſpiritum dominabitur in ſuos. *Cæſ. 2. B. G. c. 31.* Inter quos dominari conſueſſent. ¶ A Poetis uſurpatur etiam cum dat. *Virg. 1. Æn. v. 285.* Victis dominabitur Argis. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Cic. 1. Off. c. 39.* ex veteri Poeta. O domus antiqua quam diſpari domino dominaris!

Dominulus, i, m. diminut. a dominus, *Leg. 41. § 4. ff. de Legat. 3.*

Dominus, m. 2. *padrone*, *ſignore*, [illegible], Ger. *herr*, Gal. *ſeigneur*, *maitre*, Hiſp. *ſeñor*, *δεσπότης*, proprie eſt, qui domui præeſt, & in familiam imperium habet, a *domus*. Sed tamen abuſive & filii familias, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, domini vocantur. *Cic. Off. 1. c. 39.* Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. ¶ Item qui rei alicujus proprietatem habet, etſi uſusfructus alienus eſt. Sed abuſive etiam de uſufructuario dicitur. *Ulp.* ¶ Item is, qui in Regnum, vel Civitatem imperium habet, & cui populi ſubſunt. *Cic. pro Domo.* Ille, ille populus eſt dominus Regum, victor, atque imperator omnium gentium. ¶ Item maritus. *Virg. 4. Æn.* Dominum Æneam in Regna recepit. Sunt & amantium verba *dominus*, & *domina*, blanditiis apta. *Ovid.* Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. Et iterum. Nam furor in dominam temeraria brachia movit. ¶ Dominus item ponitur pro convivii exhibitore. *Cic. in Vatin.* Cum ipſe epuli dominus albatus eſſet. ¶ Item pro Deo. *Ovid.* Et domino ſolvere vota Jovi. ¶ Denique dominus dicitur, qui cuicumque rei præeſt. Hinc dominos factionum memorat *Suet. Ner. c. 5. & 22.* Sic dominus hiſtrionum *Plaut. Aſin. prol. v. 23.* ¶ Interdum dominus dicitur, qui in auctionibus bonis alicujus vendendis præeſt, & alio nomine Magiſter etiam ſolet appellari. Eſt autem fere unus ex creditoribus. *Cic. pro Quint. c. 13.* Cum magiſtri ſunt, & domini conſtituuntur, &c. ¶ Poſterioribus temporibus Domini appellabantur Imperatores, ut patet ex *Plinii epiſtolis*, qui ad Trajanum ſcribens utitur ſæpe hac compellatione, *Domine*. Antea vero qui boni Imperatores haberi volebant, hoc nomen averſabantur, ut de Auguſto refert *Suet. in ejus vita c. 53. & de Tiber. c. 27.* ¶ Officioſæ ſalutationis conſuetudine Domini appellabantur etiam quicumque obvii. *Senec. epiſt. 3.* Obvios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus.

Domiporta, fem. 1. cochlea, quod domum ſuam perpetuo circumferat. *Cic. 2. de Div. c. 64.* Ut ſumat terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam. Sed vox non ubique, neque temere adhibenda.

Domireditio, onis, f. *ritorno a caſa*, reditio domum. Legitur apud *Hygin. fab. 125.*

Domiſeda, dicitur matrona domi ſedens, & ſibi vivens, in *Inſcript.* apud *Fabret. p. 232.* Hic ſita eſt Amymone pia, pudica, frugi, caſta, domiſeda.

Domitianus, i, T. Flavius, Veſpaſiani fil. & poſt ipſum Romanorum Imperator duodecimus, crudelitate nobilis, muſcas per cubiculum venari, & ſtylo præacuto configere ſolebat. Ejus vitam habes apud *Suet.* & *Aurel. Vict.* ¶ In ejus honorem mutata ſunt duorum menſium nomina, Septembris, & Octobris; & prior quidem *Germanicus*, quod eo menſe ſuſcepiſſet imperium; alter *Domitianus*, quod eo natus eſſet, ſunt appellati: quamquam eæ appellationes non diu obtinuerunt. Hinc *Martial. l. 9. epigr. 2.* Dum Janus hyemes, Domitianus autumnos, Auguſtus annis commodabit æſtates.

Domitianus, a, um, adject. ut domitiana quæſtio. h. e. ſtulta, in *leg. 24. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Adde *Cæſar. l. 1. B. Civ. c. 22.*

Domito, as, avi, atum, a. 1. freq. a domo. *Virg. 1. Georg. v. 285.* Et prenſos domitare boves. *Id. 7. Æneid.* Domitantque in pulvere currus.

Domitor, oris, m. 3. *domatore*, [illegible], Germ. *zemer*, Gal. *dompteur*, Hiſp. *domador*, *δαμαστής*, qui domat. *Liv. l. 21.* Domitor Hiſpaniæ. *Cic. 1. Off.* Domitor equorum. *Id. pro Mil. c. 13.* Vexatorem furoris, domitorem armorum ſuorum. *Sen. Agamem.* Domitor curarum. *Tacit. 2. hiſt. c. 76.* Domitor belli.

Domitrix, icis, f. 3. *domatrice*, [illegible], Ger. *zemerin*, Gal. *celle qui dompte*, Hiſp. *domadora*. *Virg. 3. Georg. v. 44.* Domitrixque Epidaurus equorum.

Domitura, æ, f. 1. *il domare*, Ger. *zæmmung*, Gal. *domtement*, Hiſp. *domadura*, *δαμασμός*, domandi actus. *Plin. l. 8. c. 45.* Domitura boum in trimatu. Adde *Colum. l. 6. c. 2.*

Domitus, a, um, adject. ex partic. a domo, *domato*, *ſoggiogato*, *δεδαμασμένος*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 64.* Belluæ domitæ, & condocefactæ. *Id. pro Pomp. c. 1.* Bello domitus.

Domitus, us, m. 4. idem ac domitura. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 60.* Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

Domo, as, mui, mitum, a. 1. & 3. *domare*, *ſoggiogare*, [illegible], Ger. *demmen*, Gal. *dompter*, Hiſp. *domar*, *δαμάζω*, manſuefacio, domeſticum reddo, ſubigo, a *δαμάζω*, domo. *Cic. pro Marc.* Domuiſti gentes immanitate barbaras. *Sen. Hippolyt.* & *Virg. 3. Georg.* Domare equos. *Colum. l. 6. c. 22.* Domare terram aratro. *Horat. 2. Carm. od. 2.* Latius regnes avidum domando ſpiritum, quam ſi &c. h. e. refrenando. Sic domare libidines metu legum. *Cic. l. 2. de Orat.*

Domuitio, f. 3. reverſio domum, a *domus*, & *itio*. *Cic. 1. de Div. c. 32.* Claſſi propinquum reditum, ac domuitionem dari. *Auct. ad Herenn.* poetæ verba referens *l. 3. c. 21.* Jam domuitionem reges Atridæ parant. *Apul. l. 2. Milеſ.* Domuitionem capeſſere. ¶ Legitur & *domuitio*, extrita *i*. *Pacuv.* apud *Non. 2. 209.* Danaus domuitionem dedit. *Lucil. ibid.* Domuitionis cupidi.

Domuncula, æ, f. parva domus, *caſetta*. *Apul. l. 4. Mileſ.* Parva, ſed ſatis munita domuncula contentus. *Symmach. l. 3. epiſt. 66.* Ampelius domunculam Romæ mercatus eſt. Adde *Vitruv. l. 6. c. 9.*

Domus, f. anom. 4. vel 2. *caſa*, [illegible], Ger. *hauſſ*, Gal. *maiſon*, Hiſp. *caſa*, *δόμος*, proprie eſt ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto, & parietibus conſtat. *Cic. pro Domo.* Nihil ſanctius, nec omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium. *Liv. l. 45. cap. 34.* Ex domo exire. *Nepos in Dione, c. 9.* Tenere ſe domi. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 11.* Tenere ſe domo. *Id. pro Flacc. c. 6.* Domi ſtare. ¶ Generatim dicitur de quocunque habitaculo, ut de templo, de nido, &c. *Virg. 6. Æn.* Oſtia jamque domus patuere ingentia centum. *Id. 8. Æn.* Antiquaſque domos avium. ¶ Aliquando ſumitur pro familia. *Cic. Att. l. 4.* Domus te tota noſtra ſalutat. ¶ Aliquando pro tota aliqua gente. *Virg. 1. Æn.* Cum domus Aſſaraci Phthiam, clarasque Mycenas ſervitio premet. ideſt, Romani. ¶ Aliquando pro patria. *Cic. ad Q. Fr.* Hominem domi ſplendidum, gratioſum etiam extra domum. *Virg. 10. Æn. v. 183.* Qui Cærete domo, &c. ¶ Aliquando pro ſepulcro. *Tibul. l. 3. el. 2. v. 22.* Atque in marmorea ponere ſicca domo, ſc. oſſa. ¶ Hoc nomen in gen. ſing. facit *domus*, & *domi*. Sed gen. *domus* ædificium ſignificat. *Varro.* Perrexit in interiorem partem domus. At cum dicimus *domi*, locum ſignificamus, in quo quis habitet. *Ter. Adel.* Quid ais, bone vir, eſt fratri domi? Invenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitivus *domi*, pro *domus*. *Plaut. Trin. 4. 3. 20.* Commeminit domi. Sic in dativo domo, pro domui. *Cato R. R. c. 134.* Domo, familiæque meæ. Adde c. 138. & 141. Sic *Hor. l. 1. ep. 10. v. 13.* Ponendæque domo quærenda eſt area primum. ¶ In ablat. ſing. facit *domo*. Sed tamen nonnunquam *domu* legitur. *Plaut. Mil. 2. 1. 48.* Ait ſe ſe Athenas fugere cupere ex hac domu. ¶ Gen. pl. fere eſt *domorum*, nonnumquam *domuum*. *Plin. l. 8. c. 57.* Multi & hos incolas domuum poſuere autores. *Virg. l. 4. Georg.* Intra ſepta domorum. ¶ Genitivus *domi* abſolute ponitur pro *in domo*. Sic domi, militiæque, vel, domi, belloque, eſt, in bello, & in pace. *Cic. Plaut. Salluſt. Terent.* ¶ *Domi nobilis* dicitur, qui in patria ſua nobilis eſt. *Salluſt. Liv. Curt. Cic.* ¶ *Domi habere*, proverb. is dicitur, qui non habet neceſſe aliunde aliquid acquirere. *Ter. Adel. 3. 3.* Domi habet, unde diſcat. ¶ Domus avium, *nidi*. *Virg. 2. Georg.* Domus pecorum, *ſtalla*. *Stat. 1. Thebaid.*

Domuſcula, æ, f. diminut. domunculæ. *Apul. l. 4. Mileſ.* Mecum nutritus individuo contubernio domuſculæ.

Donabilis, le, adject. *Plaut. Rud. 3. 1. 40.* Infortunio hominem prædicas donabilem. h. e. donandum, tradendum infortunio.

Donarium, ii, n. 2. *ἀνάθημα*, donum, quod Deo offertur, & proprie quod ex parietibus, aut columnis ſuſpenditur. *Macrob.* Clypei, coronæ, & hujuſmodi donaria. ¶ Nonnunquam ponitur pro loco, in quo dona reponuntur, & pro ipſo etiam templo. *Virg. 3. Georg. v. 533.* Ductos alta ad donaria currus. *Apul.* Ibi Donarium Deæ perquam opulentum. ¶ Donaria militaria, *donativi*. *Tacit. Ann. 1. c. 44.*

Donatarius, ii, m. 2. cui aliquid dono datum eſt. *Leg. Etiam, & l. Alfons. Dig. de Donat.* &c.

Donaticus, a, um, adject. qui dono datur, ut Donatico coronæ, quibus victores in ludis donabantur. *Feſt.* Et donaticæ haſtæ, *Cato apud eund.* in voce *Optionatus*.

Donatio, f. 3. *dono*, *donazione*, [illegible], Ger. *gebung*, Gal. *donation*, Hiſp. *donacion*, *δόσις*, actus donandi, & proprie ſecundum Ulp. dicitur, cum quis ea mente dat, ut ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reverti, & propter nullam aliam cauſam facit, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. Quod ſi ſub conditione fiat, non eſt vera donatio. *Cic. de opt. gen. Or.* Ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro.

Donativum, i, n. 2. *ἐπίδοσις*, munus, quod a Principe, vel Imperatore militibus donatur. *Suet. in Domit.* An duplum donativum militi donaret. V. *Congiarium*.

Donativus, m. 2. qui donare poteſt. *Paul.* Si de duobus debitoribus mortis cauſa donativus creditor uni acceptum tulit. Al. leg. *donaturus*.

Donator, oris, *donatore*, qui donat. *Senec. in Hippol. v. 1217.* Donator atræ lucis, Alcide, tuum Diti remitte munus.

Donatrix, icis, f. *donatrice*. *Prudent. in paſſ. Hippolyti*, *v. 177.* Illa Sacramenti donatrix menſa.

Donatus, a, um, o. 1. 2. *δωρηθείς*, munere affectus, partic. a donor. *Virg. 5. Æn.* Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Donatus, i, Grammaticus doctiſſimus, D. Hieronymi præceptor. Scripſit de octo partibus orationis, quem librum emendatum operi ſuo adjunxit Diomedes Grammaticus. ¶ Idem Hieronymus teſtatur, ſe audiviſſe Donatum exponentem fabulas Terentii. Quemquam *Eraſmus* dubitet, utrum is fuerit, an alius, qui Hieronymum docuit, Terentiumque explicavit.

Donax, acis, m. 3. calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, longiſſimis internodiis, quem totum fungoſa replet medulla, in aquaticis naſcens, ſagittis aptiſſimus. *Plin. l. 16. c. 36.*

Donec, adv. *fin che*, [illegible], Ger. *biſſ das*, Gall. *juſque*, Hiſp. *haſta*, *μέχρι*, quod a *dum*, & *nec*, vel melius a *donicum*, & jungitur tum indicativo, tum conjunctivo, & cuivis tempori. *Plaut. Ciſt. 2. 3. 40.* Non deſtiti inſtare uſque adeo, donec adjurat ſe anus, &c. *Virg. 1. Æn.* Donec regina ſacerdos geminam partu dabit prolem. ¶ Jungitur & cum *uſque*. *Ter. Adelph. 4. 6. 6.* Certum obſidere eſt domi, uſque donec redierit. ¶ Sumitur interdum pro quamdiu. *Ovid. 1. Triſt. el. 8. v. 5.* Donec eris felix, multos numerabis amicos.

Donicum, adv. idem, ac donec. *Cato de R. R. c. 149.* Sed uſque licebit vellas, donicum ſemen videris ira. Habet & *Plautus* ſæpe, & *Cornel. Nepos in Hamilc. c. 14.*

Doniſico, as, pro dono, vel donis proſequor, vox *Hygini* eſt *Fab. 112.* & Hygino relinquenda.

Dono, as, avi, atum, a. 1. *donare*, [illegible], Ger. *ſchencken*, Gall. *donner en don*,

don, Hiſp. *donar*, δωρέομαι, eſt munus dare. Conſtruitur in 3. vel in 5. ordine. *Cic. in Piſ.* Mihi P. R. univerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatemque donavit. *Id. pro Arch.* Qui civitate multos donarit. ideſt, cives fecit. *Id. de Leg. l. 2. c. 16.* Vir nemo bonus ab improbis ſe donari vult. ¶ Significat etiam tribuere, concedere. *Silius l. 11. v. 407.* Diſamque Lyæo rebellem donare diem. *Horat. l. 1. ep. 15. v. 32.* Quidquid quæſierat, ventri donabat avaro. ¶ Item veniam dare, remittere, condonare. *Senec. l. 5. Controv.* Multa donanda ingeniis puto; ſed donanda vitia, non portenta ſunt. ¶ Donare filio patrem, apud *Juſtin. l. 32. c. 2.* eſt, patri ignoſcere propter filium. Sic *Coor. Pomul. 5. epiſt. 4.* Tuas inimicitias ut Reipublicæ donares.

Donōſus, a, um, adject. liberalis, qui facile donat. *Plaut. Epid. 2. 3. 14.* Argentum accipiam ab donoſo ſene. *Id. Truc. 1. 1. 63.* Poſtquam alium repperit, qui plus daret, donoſiorem. Utroque in loco alii leg. *donaſus*, al. *damnoſus*.

Donum, n. 2. *dono, preſente*, שׁי, Ger. *gab*, Gal. *don*, Hiſp. *don*, δῶρον, eſt id, quod propitiando Deo detur, aut hominibus ex animi liberalitate. *Ovid. 3. de Art.* Placatur donis Jupiter ipſe datis. ¶ Differt donum a *præmio*, ut *præmium* ſit, quod datur ex præcedenti merito, *donum* quodvis munus quocunque modo datum. ¶ Donatus in illud *Ter. in Eun. 5. 9. 27.* Quodvis donum, & præmium a me optato, id optatum feres: diſtinguit *donum* a *munere*, ut *donum* Deorum ſit, *munus* hominum. Quæ tamen differentia nullo modo obſervatur. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus pernicioſis. *Virg. Ecl. 6.* Quas illi Philomela dapes, quæ dona paravit. ¶ Dono dare, eſt donare. *Plaut. Amph.* Hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data eſt.

Donyſia, Donyſa, Donuſa, *Donuſſa*, inſ. parva maris Ægæi, marmore viridi abundans, inter Icariam, & Gyarum. *Virg. 3. Æn. v. 125.*

Dorcas, adis, f. δορκάς, dama, caprea, genus capræ ſylveſtris, a δέρκω, video, quia acutiſſime videt. *Martial. l. 13. epigr. 98.* Delicium parvo donabis dorcada nato.

Dorceus, i, m. canis dorcades perſequens, quaſi a δέρκω, perſpicio. Numeratur ab *Ovid. Met. 3. v. 210.* inter canes Actæonis.

Dores, ſive Dorii, dicti ſunt Achivi. V. *Doris*.

Doricus, a, um, adject. a Doride Græciæ regione, ut caſtra Dorica, *Virg. Æn. 2. v. 27.* ¶ Eſt etiam Dorius, a, um, apud *Apul. l. 1. Milef.*

Dories, Dorienſes, Dorii. V. *Doris*.

Dotion, n. 2. opp. Magneſiæ, in Theſſalia, juxta quod Thamyras citharœdus Muſas ad cantus certamen provocavit. ¶ Item opp. Achajæ vel Meſſeniæ, quod ab aliis Doris dicitur, ad Oetam M.

Doris, idis, adject. fem. Dorica, ut Doris dialectos, *Suet. in Tiber. c. 56.*

Doris, idis, f. Δωρίς, Oceani, & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupſit, eique ingentem vim marinarum Nympharum peperit, quæ Nereides dictæ ſunt. ¶ Metonymice ſumitur pro mari. *Virg. Ecl. 10. v. 5.* Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Doris, idis, f. Doris, Dorica, *Val Livadia*, regio medit. Achajæ, inter Phocidem ad Or. & Epirum ad Occ. verſus montes, & fontes Cephiſſi fl. a Doro Neptuni filio, vel a Doride filia Oceani, & Tethyos. Sed Plato 3. de Leg. ſcripſit, Dores Achivos fuiſſe, qui ex bello Trojano regreſſi ſeditione juvenum recepti non fuere, ſed acti in exilium, poſtea a Doro quodam congregati in patriam deducti ſunt, ab illo Dores dici cœpiſſe, & regionem Doridem appellaviſſe, in qua habitaverunt. Dicta etiam eſt Tetrapolis, a quatuor urbibus, Pindo, Erineo, Cytinio, Bojo, ſeu Bio, quibus adjectæ fuerunt Lilæa, & Sperchium. Pop. *Dores*, *Dorici*, *Dorii*, *Dorienſes*. Gent. *Dorienſis*, & *Doricus*. Dores natura loquaces erant. Hinc adag. *Doribus Dorice loqui*. Dorienſes virgines ſolebant diſcinctæ, & ſine tunica quandoque interdiu incedere. Hinc prov. *Dorice incedere*, in eos, qui depoſitis veſtibus magna ex parte nudi incedunt.

Doris, herba, al. anchuſa. *Plin. l. 22. c. 20.*

Dorius, V. Doricus.

Doritanium, ii, nomen propr. mulieris, ut Stephanium. Eſt autem diminutivum Græco more. *Propert. l. 4. el. 5. v. 21.* Si te Eoa, Doritanium, juvat aurea ripa.

Dormio, is, ivi, itum, n. *dormire*, ישׁן, Ger. *ſchlaffen*, Gal. *dormir*, Hiſp. *dormir*, καθεύδω, ſomnum capio. *Cic. Att.* Mane dormit ad horas tres. ¶ Aliquando cum acc. & præp. in. *Plin. in epiſt.* Nihil eſt, quod in dextram aurem, fiducia mei, dormias. ¶ Paſſive *Catull. carm. 5.* Nox eſt perpetua una dormienda. *Mart. l. 13. epigr. 59.* Tota mihi dormitur hyems. ¶ Dormire in utramvis aurem, vel in utrumvis oculum, eſt animo ſecuro, vacuoque eſſe. *Ter. Heaut. 2. 3. 101.* Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otioſe ut dormias. Sic *Plaut. Pſeud. 1. 1. 121.* De iſta re in oculum utrumvis conquieſco. ¶ Significat etiam ceſſare, otioſum eſſe. Sic *Martial. l. 10. epigr. 62.* ferulas, & ſceptra pædagogorum dormire dicit, cum non uſurpantur. *Ter. Adelph. 4. 5. 59.* Quid credebas, dormienti hæc tibi confecturos Deos. ¶ *Non omnibus dormio*, proverb. eſt apud *Cic. Fam. 7. ep. 24.*

Dormiſco, is, o. idem ac dormio. *Plaut. in Cur. 2. 3. 81.* Cum dormiſcit, ei ſubduam anulum. Al. leg. *condormiſcit*.

Dormitātor, oris, m. videtur a *Plauto* uſurpari pro nocturno fure, qui interdiu dormitat & noctu vigilat. *Trinum. 4. 2. 20.* Mira ſunt, ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius. Alii exponunt amatorem, ob eandem cauſam.

Dormitio, onis, f. *il dormire*, actus dormiendi. *Varr.* apud *Non. cap. 2. n. 139.* O ſtulta noſtri pectoris dormitio, vigilabis.

Dormito, as, avi, atum, n. 1. *aver ſonno*, נם, Ger. *beſſig ſchlaffen*, Gal. *ſommeiller*, Hiſp. *entrè dormer, y velar*, νυστάζω, dormire cupio, vel leviter dormio, freq. vel deſiderat. a *dormio*. *Cic. Att. l. 2. ep. 16.* Cœnanti mihi, etiam dormitanti, prid. Cal. Majas epiſtola illa eſt reddita. *Hor. de art. poet. v. 359.* Quandoque bonus dormitat Homerus. h. e. non ſatis diligenter ſcribit, errat &c.

Dormitor, oris, m. qui dormit, dormitator. *Martial. l. 10. epigr. 4.* Quid tibi dormitor proderit Endymion?

Dormitorium, n. 2. idem quod dormitorium cubiculum, *dormitorio*, κοιμητήριον. *Plin. l. 30. c. 6.* In pariete dormitorii, tectove.

Dormitorius, a, um, o. t. 2. *ove ſi dorme*, Ger. *das zuo ſchlaffen gehört*, Gal. *dortoir*, Hiſp. *dormitorio*, ad dormiendum pertinens, κοιμητικός, ut dormitorium cubiculum, *camera da letto, ove ſi dorme*. *Plin. l. 5. epiſt. 6. Idem l. 2. ep. 17.* Dormitorium membrum.

Doron, n. 2. δῶρον, donum; item palmus manus. *Plin. l. 35. c. 14.* Græci antiqui doron palmum vocabant, & ideo dora, munera, quia manu darentur. ¶ Ex his Plinii verbis patet, vocem hanc purum putam Græcam eſſe, nec latine facile uſurpandam.

Dorſifer, a, um, adject. qui dorſo fert. *Inſcript.* apud *Perret. in Muſ. Lapid. p. 344.* P. Craſſus mulæ ſuæ dorſiferæ & cluniferæ &c. poſuit.

Dorſualia, n. 3. *coperte di cavalli*, Germ. *roſdeck*, Gall. *couvertures*, Hiſp. *cuberturas*, ἐπινώτια, tegumenta, quibus equi, aut boves teguntur. *Trebell. Poll. in Gall. c. 8.* Boves dorſualibus ſericis diſcoloribus præfulgentes.

Dorſuālis, le, adject. ad dorſum pertinens. *Apul. l. 11. Met.* Notæ dorſuales. *Solin. c. 12. (al. 22.)* Delphini ſpinæ dorſuales. *Ammian. l. 22. c. 15.* Ferarum dorſuales cruſtæ.

Dorſuarius, vel doſſuarius, m. 2. qui dorſo geſtat. *Var. l. 2. R. R. cap. 10.* Ad quam rem habent jumenta doſſuaria.

Dorſum, vel doſſum, n. 2. & dorſus, m. *doſſo, ſchiena*, גב, Germ. *ruck*, Gal. *dos*, Hiſp. *eſpinaço, lomo*, νῶτος, tota poſterior corporis pars, a collo uſque ad os ſacrum, a *deorſum*, quod pars hæc devexa ſit deorſum. *Plaut. Mil. 2. 4. 44.* Dorſus mihi prurit. *Horat. l. 1. ſat. 9. v. 21.* Dorſo onus ſubiit. ¶ Dorſum in mari eſt arena durius compulſa & denſata fluctibus. *Virg. 10. Æn. & Serv.* Item maris ſuperficies. *Avien. Perieg. v. 217.* Obliqua maris dorſa. ¶ Dicitur etiam de montibus, ut dorſum Apenninus, *Sueton. Cæſ. c. 44.* ſic *Liv. l. 1. cap. 3. & Plin. l. 6. cap. 31. & l. 9. cap. 7.* ¶ Antiqui doſſum dicebant, ut & Itali *doſſo*. Hinc Doſſuarius.

Dorſuōſus, a, um, adject. dorſum habens. *Ammian. l. 22. cap. 20.* Pontus conſurgit in brevia dorſuoſa. Adde *Solin. c. 27. (al. 40.)*

Dorus, m. 2. Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnavit, a quo ipſi etiam populi Dorii appellati putantur.

Doryclus, m. 2. nothus Priami, quem Ajax interemit. ¶ Item frater Phinei Regis Thraciæ.

Dorycnium, ii, n. herba eſt ſic dicta, quod lancearum cuſpides ea tingerentur in prœliis. *Plin. l. 22. c. 31.*

Doryphorus, m. 2. ſpiculator, vel ſatelles, qui haſtam fert, a δόρυ, haſta, & φέρω, fero. *Plin. l. 34. c. 8. Cic. de cl. Orat. c. 86.* Ut Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus ajebat, ſic tu ſuaſionem legis Serviliæ tibi magiſtram fuiſſe.

Dos, dotis, f. *dote*, מהר, Ger. *ein eheſteur*, Gall. *dot*, Hiſp. *dote*, προίξ, proprie dicitur, quod marito cum uxore detur, a δῶς, donum, vel a *do*, *das*. *Cic. pro Quinct.* Filiæ nubili dotem conficere non poteſt. ¶ *Dotem dicere*, eſt deſtinare, *doti dicere*, eſt in dotem promittere. Formula, qua dotem dicebant, erat hujuſmodi, *Tue tibi erunt*. *Cic. pro Flac.* Quæcumque ſine authore tutore eſt dicta dos, nulla eſt. *Id. ib.* Doti omnem ſuam pecuniam dixerat. ¶ Dicitur etiam, dotis dare, h. e. dotis nomine. *Plaut. Ciſt. 2. 3. 19.* ¶ Sumitur præterea latius pro omni eo, quod alicui datum eſt vel a natura, vel ab hominibus. Unde dotes animi dicuntur, *virtù, qualità*, prudentia, juſtitia, fortitudo, & hujuſmodi: dotes corporis, *qualità del corpo*, pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia. *Cic. de Or.* Verborum eam dote locupletaſti. *Ovid. l. 2. de ar. am. v. 112.* Ingenii dotes corporis adde bonis.

Doſſuarius, V. Dorſuarius.

Dotālis, le, o. 3. *dotale*, Ger. *das zu der eheſteur gehört*, Gal. *appartenant a dot*, Hiſpan. *dotal*, προικῷος, quod ad dotem pertinet, ſive illud, in quo dos mulieris conſiſtit. *Cic. Att. l. 15. ep. 20.* Hæ ſunt mercedes dotalium prædiorum. *Plaut. Mil. 4. 4. 30.* Dotales ædes. ¶ Dotalis ſervus dicebatur, quem uxor una cum dote ad maritum adducebat, qui ideo non erat in poteſtate mariti, ſed matronæ. V. *Taubman. ad Plaut. Aſin. 1. 1. 72.*

Dotātus, a, um, adject. qui dotem habet, *dotato*. *Horat. l. 3. od. 24. v. 19.* Dotata regit virum conjux. *Plin. l. 18. cap. 28.* Dotata vite ulmus. ¶ Item qui aliquibus bonis animi, aut corporis præditus eſt. *Ovid. Met. 11. v. 302.* Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma mille procis placuit.

Doto, as, a. 1. *dotare*, מהר, Germ. *ausſteuren*, Gall. *doter*, Hiſp. *dotar*, προικίζω, dotem do. *Suet. in Veſpaſ. c. 14.* Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritavit, dotavitque etiam, & inſtruxit.

D ANTE R.

Dracæna, f. δράκαινα, draconis femina. *Serv. ad Virg. ecl. 3.* Leæna dictum, ut Dracæna.

Drachma, f. 1. *dramma*, דרכמון, Ger. *ein quintlein*, Gall. *dragme*, Hiſp. *dragma*, δραχμή, genus ponderis ex decem, & octo ſiliquis, ideſt tribus ſcrupulis conſtans. item genus numiſmatis, a δράττομαι, contineo, quia comprehendit tantum nummulorum æreorum, quantum manu quis in pugnum contracta capere, ac continere poſſit. Eſt idem, ac denarius Romanus. h. e. viginti ſolidi Veneti. Octo drachmæ, vel ſeptem, ut alii volunt, unciam efficiunt. *Cic. 1. de Div.* Quibus divitias pollicentur, ab his drachmas ipſi petunt. V. *Denarius*.

Draco, onis, m. *drago*, תנין, Ger. *ein drach*, Gal. *dragon*, Hiſp. *dragon*, δράκων, ſerpens annoſus, qui multa ætate in inſolitam magnitudinem excrevit, a δέρκω, video, quia acutiſſimi viſus eſt. Juxta *Servium in 2. Æn. v. 204.* draco dicitur in templis, ſerpens in terra, anguis in aqua. ¶ Dracones a Poetis theſaurorum cuſtodia finguntur præeſſe, ut aurei velleri Colchidis, hortis Heſperidum, &c. ¶ Erat item ſignum in ſingulis cohortibus, ſicuti aquila erat primum ſignum totius legionis. *Veget. de re milit. l. 2. c. 13.* ¶ Eſt item nomen ſigni cœleſtis, quod triginta, & una ſtellis conſtat. Fabulantur, Junonem, uxorem ſcil. Heſperi, matrem Heſperidum, in extremis Occidentis partibus amœniſſimum hortum habuiſſe, cum Atlantis filiæ frequenter poma ſurriperent, Deam ejus horti cuſtodiæ draconem præpoſuiſſe, ab Hercule interfectum fuiſſe, qui eo miſſus fuit ab Euryſtheo ad poma auferenda, Junonem ſuſtuliſſe draconem in cœlum, & inter Urſas collocaviſſe. Aliorum fabula eſt, in prælio Minervæ cum Gigantibus, ipſis ei objeciſſe immenſæ magnitudinis ſerpentem, Minervam draconem tanta vi abjeciſſe, ut, cum in cœlum uſque perveniſſet, ibi affixus fuerit. Quam contortus, & convolutus conſpicitur. ¶ Item draco marinus piſcis eſt, qui ab Italis *ragana* dicitur, a Gallis *vive*. *Plin. l. 32. c. ult.* ¶ Tranſlate dicitur de palmite vitis: qualis autem ſit, ſatis colligitur ex *Plin.* qui hæc habet *l. 17. c. 23.* Nuper repertum, draconem ſerere juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribuſque induratum annis. Hunc præciſum quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraſo cortice, quatenus obruatur (unde & raſilem vocant) deprimere ſulco, reliqua parte ad arborem erecta: ocyſſimum in vite.

Draco, m. 3. antiquiſſimus Athenienſium legiſlator, cujus leges Solon, præter illas, quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogandas curavit ob ſeveritatem. Nam una omnibus pœna conſtituta erat, ut etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui oleta ſurripuiſſent, capite plecterentur. Hinc Demades dictitabat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. *Gell. l. 18. c. 12.*

Draconarius, m. 2. ſignifer, qui vexillum portat dracone inſignitum. *Veget. de re milit. l. 2. c. 7. Ammian. l. 20. c. 4.* Torquem, quo ut Draconarius utebatur, capiti Juliani impoſuit.

Draconigĕna, æ, e dracone genitus. *Sidon. paneg. Anthem. v. 80.* Quæque draconigenæ portas non clauſerat hoſti. Sic *Ovid. 3. Faſt. v. 865.* Thebas vocat Draconigenam urbem, quia conditæ fuerunt a Cadmo, de quo V. in *Cadmus*.

Draconitis, f. 3. vel draconites, m. 1. vel dracontia, f. 1. vel dracontias, f. 3. δρακοντίας, gemma, colore tranſlucido, quæ eruitur e cerebro draconis, cum viventi caput reciſum eſt. *Plin. l. 37. c. 10. & 12.*

Dra-

Digitized by Google

Dracontarium, ii, n. 2. genus coronæ ex dracontio herba confectæ contra venena, vel ex gemmis Dracontiis. *Tert. de Cor. Mil. c. 16.*

Dracontium, u. 2. *ſerpentaria*, herba hortenſis, folio hederæ magno, & candidis notis inſigni. Alio nomine dicitur aron. Officinæ ſerpentariam, & colubrinam appellant. *Plin. l. 24. c. 16.* ¶ Item genus vitis, quod vini generoſitate cum Amminæis conferri poteſt. *Col. l. 3. c. 2.*

Dracunculus, m. 2. parvus draco. *Lamprid. in Alexandr. c. 14.* Somniavit, ſe purpureum dracunculum parere. ¶ Eſt & herbæ genus, quod Pharmacopolæ ſerpentariam appellant, idem, ac dracontium, al. arum ſerpentinum, ſeu draconinum, quia caulem habet varium, ac inſignem maculis, quæ ſerpentium ſimiles ſunt, *ſerpentaria*. *Plin. lib. 24. cap. 16. & lib. 25. cap. 2.* ¶ Eſt etiam piſcis ex concharum genere. *Plin. l. 33. cap. 11.*

Dragantum, i, n. *draganto*, gummi quoddam genus. *Veget. de re Veterin. l. 1. c. 32.*

Drama, atis, n. 3. δρᾶμα, actus, vel repræſentatio fabularum, in quibus perſona poetæ non admiſcetur, a δράω, ago. *Sidonius: Profert a* in ſcenam dramata.

Drangiāna, *Sigiſtan*, regio Aſiæ, in Regno Perſarum, cujus urbes primariæ Prophthaſia, & Ariaſpe. Pop. *Drangæ*.

Drapĕta, m. 1. δραπέτης, fugitivi, a δράω, fugio. *Plaut. Curc. 2. 3. 21.* Conferunt ſermones inter ſe drapetæ.

Draucus, m. 2. qui præpoſtera Venere alium ſubagitat, a δράω, ago. *Martial. l. 11. epigr. 73. & l. 9. epigr. 28.*

Drenſo, as, n. 1. eſt proprium vocis cygnorum. *Auct. Carm. de Philom. v. 23.* inter Ovid. opera.

Drepănis, is, f. avis quædam imbecillimis, breviſſimiſque pedibus. *Plin. l. 11. c. 47.*

Drepanitāni, orum, Drepani Siciliæ oppidi incolæ. *Cic. Ver. 6. c. 17.*

Drepănum, n. 2. *Trapani*, urbs Siciliæ, marit. in valle Mazarana, ad radices M. S. Juliani, alias in M. Erycæ, cum arce valida, *la Columbara*, & portu capaciſſimo. Nomen habuit a δρέπανον, *falx*, quia curvo ſitu eſt inſtar falcis, vel quod Saturnus amputatis virilibus Cœli patris illuc falcem projecerit.

Drepănum, n. 2. *Punta Sabia*, prom. Cyrenaicæ, in illius, & Africæ conf. ad Syrtim magnam, apud Autamalam upp. ¶ Item *Capo Melechia*, prom. Cretæ, in ora Boreali, inter Cydonem, & ſin. Amphimalim, apud Apteram urb. ¶ Item *Capo di Baffo*, prom. Cypri, in ora Occidua, apud Paphum urb.

Dreſda, f. 1. inc. *Dreſden*, Ital. *Dreſda*, Gal. *Drende*, urbs Germaniæ, caput Miſniæ, & ſedes Ducis Electoris Saxoniæ, cum arce munitiſſima, & amplo armamentario, ad Albim fl. a quo in duas partes ſecatur.

Drilo, onis, m. 3. *Drino*, *Lodrino*, *Driner*, al. *Bojano*, nomen duorum fluviorum Illyrici, quorum alter ex Scardo M. ortus, Drilo albus dicitur, alter ex Lithnide palude profluens Drilo niger vocatur. Hi ſimul coeuntes, antequam ad mare perveniant, ſe iterum dividunt, & inſulam efficiunt. Duobus oſtiis prope Liſſum urb. in mare Hadriaticum exeunt. Hinc ſinus Illyricus dicitur ſinus Drilonis, *Golfo della Drino*.

Drinus, m. 2. Drinius, *Drino*, Dalmatis *Bojana*, ſeu *Boliana*, fl. Illyrici, qui etiam Drilo vocatur. ¶ Item *Drino*, *la Drina*, *Caradrina*, fl. Illyrici, qui ex Scardo M. ortus, & auctus aliquot fluminibus, Drinopolim rigat, & Boſniam a Servia diſterminat.

Dromas, adis, f. 3. vel dromada, ſeu dromeda, ſeu dromida, æ, f. 1. vel dromedarius, ii, m. 2. δρομάς, genus camelorum, minoris quidem ſtaturæ, ſed curſus velocioris, a δρόμος, *curro*. Nam centum milliaria, & amplius uno die pergere ſolet. *Liv. l. 30. c. 40.* Et cameli, quos appellant dromadas.

Dromedarius, V. in *Dromas*. ¶ Habet hanc vocem Hieron. in vita Malchi, ſub fin.

Dromo, onis, m. δρομών, carcer parvus, a δρόμος, *curſus*, quia celerrime per ſummas aquas decurrit. *Plin. l. 32. c. ult.* Caniculæ dromones, &c.

Dromon, onis, m. genus navis longæ frumentariæ, a celeritate dictæ, cujus meminit *Caſſiod. l. 5. ep. 17. & in Cod. l. 1. tit. 27. leg. 2.* ¶ Dromones etiam dicti, qui hujuſmodi navibus præerant. *Leg. 2. Cod. de Off. præf. præt.*

Dropax, acis, maſc. unguenti genus, ad evellendos a corpore pilos. *Mart. lib. 3. epigr. 74.* Pſilothro faciemque lavas, & dropace calvam. Adde *lib. 10. ep. 65.*

Druĭdæ, ſive Druides, Magi, ſeu Philoſophi Gallorum, a δρῦς, quercus, quod in locis præſertim quernis habitarent, & omnia ſacra fronde querna facerent. Habitaverunt præcipue, ubi nunc vicus de Ruboribus, *Rouvres*, ad Vegram flu. *Cic. de Divin. Caſ. l. 6. Plin. lib. 16. cap. 44. Marcellin. l. 15. Luc. l. 1. Strabo l. 4. Vinet. ad Auſonii Profeſſores*, *P. Merula Coſmogr. p. 2. l. 3. c. 11.* ¶ Fuere item pop. Galliæ Celticæ, in finib. Carnutum, al. pars Carnutum, ubi nunc Com. Drocenſis, in Belſia, *le Conte de Dreux*.

Drungarius, m. 2. Magiſtratus in Rep. Conſtantinopolitana, ideſt Præfectus cohortis, a drungus. V. *Stewech. ad Veget. l. 3. c. 16.*

Drungus, m. 2. cuneus, ſive globus in acie. *Vopiſc. in Probo, c. 19. & Veget. l. 3. de re milit. c. 16.*

Drupa, f. 1. δρυπεπής, oliva matura, adulta, quæ in arbore cocta eſt, & ad maturitatem perducta, a δρῦς, arbor, & πέπτω, coquo, maturo. *Plin. l. 13. c. 1. & l. 19. c. 5.*

Druſianus, a, um, adject. a Druſus, ut Druſiana foſſa, *l'Iſſel*, ramus Rheni fl. in Germania inferiori, a Druſo ſic dicta. *Tacit. Annal. 2. c. 8.*

Druſinus, a, um, Druſianus. *Claud. c. 1.* Foſſas immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Druſinæ vocantur.

Druſus, Romanus, genere & eloquentia nobilis, Catonis avus. *Vellej. l. 2. c. 13.* ¶ Alius Ciceronis ſodalis fuit, cujus meminit *ipſe l. 3. de Nat. Deor.* ¶ Alius Liviæ Auguſtæ fil. cognomento Germanicus, Germania magna ex parte devicta, periit, de cujus morte extat adhuc Conſolatorium carmen ad Liviam.

Dryădes, f. 3. δρυάδες, nymphæ ſylvarum præſides, a δρῦς, *arbor*, & ſpeciatim *quercus*. *Calpurnius ecl. 2. v. 14.* Adfuerunt ſicco Dryades pede, Naiades udo.

Dryantiădes, Lycurgus dictus a Dryonte patre. *Ovid. in Ibin.*

Dryas, antis, fil. Hippolochi, cui Cluſtumina Colchida Lycurgum peperit. Bello Thebano interfuit ſtetitque a partibus Eteoclis. Cum in pugna Parthenopæum lethali ictu vulneraſſet, a Diana ſagittis confixus eſt.

Dryopĕtes, V. Dryophytes.

Dryophytes, æ, vel Dryophitus, i, m. 1. vel 2. δρυοφύτης βάτραχος, rana per arbores incedens. *Plin. l. 32. c. 7. & 10.* Ubi al. leg. Dryopetes, id eſt rana ex imbre proveniens.

Dryophŏnon, n. 2. herba. *Plin. l. 27. c. 9.*

Dryopteris, f. 3. herba filici ſimilis, in arboribus naſcens, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta. *Plin. l. 27. c. 9.*

D ANTE U.

Dua, n. pl. pro *duo*. *Quintil. l. 1. c. 5.* Dua pondo, & trepondo uſque ad noſtram ætatem dictum eſt, & recte dici Meſſala confirmat. *Cic. in Or. ex Accio Poeta*: Viden ſepulcra dua duorum corporum.

Duālis, le, o. 3. δυϊκός, quod eſt duorum. *Serv.* in illud *Virg. 2. Æn.* Conticuere omnes. Nec eſt, ut quidam dicunt, dualis numerus, quia apud Latinos nuſquam penitus invenitur. Adde *Quintil. l. 1. c. 5.*

Duas, pro *des*. *Plaut. Aul. 2. 2. 61.* At nihil eſt dotis, quod dem. M. ne duas.

Dubenus, m. 2. dominus, apud vet. *Feſt.*

Dubie, adv. *dubbioſamente*, Ger. *zweifelhafftiglich*, Gall. *douteuſement*, Hiſp. *dudoſamente*, ἀμφιβόλως. *Cic. 1. de Div. c. 55.* Ut aliquod ſignum dubie datum pro certo ſit acceptum.

Dubiēnus, a. 1. 2. idem ac dubius, apud veteres. *Feſt.*

Dubiĕtas, atis, f. *dubbio*, dubitatio. *Ammian. l. 4. c. 6.* Abſentia magiſtri equitum faciente dubietatem.

Dubio, as, n. 1. dubito, apud vet. *Feſt.*

Dubiōſus, a, um, u. 1. 2. *dubbioſo*, ἄπορος, dubius. *Gel. l. 3. c. 3.* Dubioſæ non erant. Adde *l. 5. c. 11.*

Dubitabilis, le, o. 3. dubius. *Ov. Met. 1. v. 223.* Nec erit dubitabile verum.

Dubitanter, adv. dubie. *Cæcil.* apud *Non.* Et Gallis non dubitanter imminitant. *Cic. l. 2. de Invent. c. 3.* Sine ulla affirmatione dubitanter unumquodque dicemus.

Dubitatim, adv. dubie. *Siſen.* apud *Non. c. 2. o. 232.* Hoſtem non dubitatim cum ſcalis iter facere cernebat.

Dubitatio, onis, f. 3. *dubitazione*, Ger. *zweiffelung*, Gall. *doute*, Hiſp. *duda*, ἀπορία, actus dubitandi. *Cic. 10. Fam.* Quæ res dubitationem non habet. *Id. 3. Fam. ep. 3.* Adducere in dubitationem. *Id. 4. Ver.* Dubitatione æſtuare. *Plin. l. 27. c. 8.* Sine dubitatione lactucæ folia ſimilis. ¶ Dubitatio item eſt Figura ſententiarum, cum Orator, aut Poeta quærit, an ſibi dicendum ſit, quid potiſſimum dicendum, unde incipiendum, ubi deſinendum, &c. *Quintil. l. 9. c. 2.*

Dubitatīvus, a, um, adject. ut dubitationis Conjunctio, ſc. quæ dubitationi inſervit, apud *Diomed. Grammatic.*

Dubitātor, oris, m. qui dubitat. *Tertul. adv. Hæret. c. 33.* Negatores, & dubitatores reſurrectionis.

Dubitatus, a. 1. 2. partic. a dubito. *Ovid. 2. Met. v. 20.* Venit, & intravit dubitati tecta parentis.

Dubĭto, as, avi, atum, n. 1. *dubitare*, תָּלָה, Ger. *zweifeln*, Gal. *douter*, Hiſp. *dudar*, ἀπορέω, dubius ſum, freq. ab antiquo dubio. *Cic. 4. Acad.* Vinolenti dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum. ¶ Sæpe poſt hoc verbum annectitur particula *quin*, præſertim apud *Cic. ut l. ult. ad Att. epiſt. ad Capiton.* Non dubito, quin mitere. Et *Terent. Andr. 2. 4. 2.* Non dubitat, quin neges. ¶ Etiam ſequente interrogatione. *Cic. pro Leg. Man. c. 15.* Et quiſquam dubitabit, quin huic hoc tantum bellum tranſmittendum ſit? ¶ Jungitur etiam cum an, utrum, num. *Cic. in Ver. 5.* Dubitare, utrum ſit ocius. ¶ Et cum ablat. cum præpoſit. *de*. *Cic. Fam. 13. ep. 46.* De tua erga me voluntate non dubitant. ¶ Et cum accuſat. communi. *Cic. l. 1. Offic.* Intelligi poteſt, non ſolum id homines ſolere dubitare. ¶ Et cum infinito. *Nepos in Præfat.* Non dubito, fore pleroſque &c. ¶ Sed cum regit infinitum præcedente, non, fere ſignificat, audere, *aver ardire*. *Cic. Catil. 4. c. 3.* Non dubitat mandare Lentulum vinculis. ¶ Interdum ponitur pro cogitare, ſeu deliberare. Ita enim exponit *Servius* illud *Virg. Æn. 9. v. 190.* percipe porro Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat. ¶ Item pro ancipitem & dubium eſſe. *Liv. l. 21.* Si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam fuga mortem oppetere, h. e. ſi varia, & anceps erit. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. ad Attic. l. 4.* Sed utrum fronte, an mente, dubitatur. ¶ Et paſſive, ut, *hoc dubitatur*, h. e. in dubium, & quæſtionem venit. *Cic. Ver. 4.* Præſertim aliorum auctoritate confirmatum dubitabitur.

Dubium, ii, n. tanquam ſubſtantivum affertur a Calepino: ſed omnia, quæ adducuntur exempla, adjectivum olant.

Dubius, a. 1. 2. *dubbioſo*, תָּלוּי, Ger. *zweyffelhafftig*, Gal. *douteux*, Hiſp. *dudoſo*, ἀμφίβολος, incertus, hæſitans, a *duo*, & *via*, quaſi ſit, qui duas vias habet, & utram eligat, neſcit. *Cic. pro L. Man.* Quæ cujuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit. ¶ Cœna dubia dicitur, cum tanta apponitur ciborum copia, ut cogaris dubitare, quid potiſſimum ſumas. *Ter. Phor. 2. 2. 28.* Cœna dubia apponitur. Eadem ratione *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 77.* Vides ut pallidus omnis cœna deſurgat dubia? ¶ Dies dubius. V. Dies. ¶ Dubia lux, h. e. crepuſculum. *Senec. Hippolyt.* ¶ Dubia lanugo, cum incipit apparere. *Martial. l. 2.* ¶ Argentum dubium dicitur, de cujus pondere, & bonitate dubitatur. *Plaut. Epid. 5. 1. 40.* ¶ Interdum dubius accipitur pro periculoſo. *Ter. Adelph. 2. 2. 33.* Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer. h. e. in periculum. ſic *Salluſt. Catil. c. 52.* Anima noſtra in dubio eſt. ¶ Hinc etiam res dubiæ, h. e. adverſæ, & cum periculis conjunctæ. *Plaut. Epid. 1. 2. 10.* Is amicus eſt, qui in re dubia juvat. ¶ Apud Rhet. Dubium genus eſt, cum habet in ſe cauſa & honeſtatis, & turpitudinis partem, ut ait *Auct. ad Heren. l. 1.* ¶ Uſurpatur hoc nomen ſæpe ſequente *quin*. *Cic. l. 3. de Orat. c. 8.* Non dubium eſt, quin poſſit notare. ¶ Et cum præpoſit. *de*. *Id. l. 11. Attic. ep. 6.* De Pompeji exitu mihi dubium nunquam fuit. ¶ Et cum genit. ut dubius animi, dubius vitæ. *Virg. 3. Georg. Ovid. 3. Triſt. el. 3.* Dubius ſententiæ, *Liv. l. 33. c. 25.* ¶ Cum infinito jungit *Manil. l. 4. v. 884.* An dubium eſt, habitare Deum ſub corpore noſtro? ¶ Sine dubio, *Ciceronis eſt l. 2. Fam. ep. 2.* Procul dubio, *Suetonii in Ner. c. 34.* ¶ Vocare in dubium aliquid, h. e. de aliqua re dubitare. *Liv. l. 3. c. 13. Cic. 2. de Orat. c. 34.*

Ducaliter, adverb. ducis more. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Ducaliter anteceſſuros. Et *l. 8. ep. 6.* Ferunt, nullum rem militarem ducalius C. Cæſare adminiſtraſſe.

Ducatio, onis, f. ducendi actio. *Tertul. de Coron. Mil. c. 11.* Ducatio neceſſitatis. Al. tamen leg. *Advocatio*.

Ducator, m. 3. dux, a *ducare*, pro ducere. *Ulp. l. quemadmodum, §. ſi navis, ff. ad l. Aquil.* Aut in gubernatorem, aut in ducatorem actionem competere damni injuriæ Alphenus ait.

Ducatrix, icis, f. quæ ducit. *Apul. de dog. Plat. l. 2. poſt princ.* Vitiorum ducatrices iracundia, & libido.

Ducatus, us, m. 4. ductus, actio ducendi, a ducare. *Suet. in Tiber. c. 19.* In omni ducatu expertiſſimo. ¶ Item ducis dignitas, præfectura, imperium militare, *capitanato*, ἡγεμονία. *Suet. in Ner. c. 35.* Quia ferebatur ducatus, & imperia ludere.

Ducēna, æ, f. 1. gradus, ſeu dignitas quædam. V. Centena.

Ducenarius, a. 1. 2. quod ducenta continet, ut Ducenaria pondera, ducentarum librarum. *Plin. l. 7. c. 20.*

Ducenarius, ii, m. *Suet. in Aug. c. 32.* Ad tres Judicum decurias quartam addixit ex inferiore cenſu, quæ Ducenariorum vocaretur. hoc eſt eorum,

qu

Digitized by Google

qui ducena ſeſtertia in cenſum profiterentur, non, ut Equites, quadringena. *Id. in Claud. c.* 24. Ornamenta conſularia etiam procuratoribus ducenariis indulſit. Ubi ex *Dione* docent *Caſaub.* & *Torrent.* Ducenarios dictos propter ſtipendium, quod ex procuratione in ducentis ſeſtertiis accipiebant. h. e. a numero pecuniæ ſibi commiſſæ. ¶ Fuiſſe autem gradum quemdam dignitatis, colligimus etiam ex *Euſeb. l.* 7. ubi de Samoſateno loquens, ait ... ¶ Alius Ducenarius aſt, qui duabus militum centuriis præeſt. *Veget. l.* 2. *c.* 8.

Duceni, æ, a, adject. numer. diſtributivum. Sed ſæpius abſolute uſurpatur pro ducenti, *duecento*. *Liv. l.* 9. *c.* 19. Cenſebantur ducena quinquagena millia capitum.

Ducenteſimus, a, um. Affertur ex *Sueton. Calig. c.* 16. Sed dubia eſt lectio. ¶ Ducenteſima, æ, f. vectigal, quo nummus pro ſingulis ducenis nummis penditur. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 42. Fructibus provinciæ levati poſſe centeſimæ vectigal profeſſus, ducenteſimam in poſterum ſtatuit.

Ducenti, æ, a, adject. numer. *duecento*, διακόσιοι. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Durant adhuc vina ducentis fere annis.

Ducenties, adver. *dugento volte*, διακοσιάκις, bis centies. *Cic.* 2. *Phil. c.* 16. Amplius ducenties acceptum retuli.

Duco, is, duxi, ductum, a. 3. *condurre*, נהג, Ger. *führen*, Gal. *conduire*, Hiſp. *guiar*, ἄγω, ἡγέομαι, ago. *Sen. epiſt.* 107. Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque ſignificat allicere, delectatione quadam demulcere. *Cic.* 2. *Verr.* Si quis honore, aut gloria ducitur. ¶ Quandoque cenſere, judicare, exiſtimare. *Cic.* 1. *Fam.* Quæ tu quidem antiquam tuenda duxiſti. *Idem pro Flac.* Si quis deſpicatui ducitur. ¶ Quandoque æſtimare. *Cic. pro Arch.* Omnia pericula mortis, atque exilii parvi eſſe ducenda. ¶ Quandoque attribuere, aſcribere. *Cic. in Sall.* Quæ in hiſtoriis gloriæ mihi ducis. ¶ Quandoque accipere in uxorem. *Cic.* Duxit C. Albini filiam. *Id. pro Sext.* Duxit uxorem optimi viri filiam C. Scipionis. ¶ Quandoque volvere, cogitare. *Virg.* 6. *Æn. v.* 690. Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum. ¶ Quandoque trahere, educere. *Virg.* 12. *Æn.* Et auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque ſumere, contrahere. *Virg.* 9. *Ecl.* Duceret apricis in collibus uva colorem. Sic ducere notam, apud *Horat.* ¶ Quandoque agere. *Virg.* 9. *Æn.* Nate Dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? ¶ Quandoque ſtruere, erigere. *Virg.* 1. *Æn.* Pars ducere muros, molirique arcem. ¶ Quandoque contrahere, criſpare. *Mart. l.* 1. *epigr.* 41. Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter. ¶ Quandoque in longum protrahere. *Cic. in Fam.* Ne res duceretur, fecimus, ut Herculis Antiarior in alium locum transferretur. *Idem Fam. l.* 7. *c.* 8. Ducere bellum. ¶ Quandoque gerere, facere. *Virg.* 9. *Æn.* Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoque ad ſupplicium ducere. *Suet. Calig. c.* 27. A calvo ad calvum duci imperavit. Habet & *Liv.* ſæpe. *V. l.* 6. *c.* 20. ¶ In auctionibus quoque, cum mancipium addictum eſſet, dicebant, *ducas licet*. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 63. Quanti addictus? mille nummum: nihil adde, ducas licet. ¶ Quandoque accipitur pro accipere, conſequi. *Ovid.* 12. *Met. v.* 680. Ducet ſuo præmia victor. ¶ Quandoque pro bibere, haurire. *Horat. l.* 1. *od.* 17. *v.* 21. Hic innocentis pocula Leſbii Duces ſub umbra. ¶ Item pro fallere. *Ter. And.* 4. 1. 20. Etiam nunc me ducere iſtis dictis poſtulas. ¶ Item pro effingere, efformare. *Virg.* 6. *Æn. v.* 848. Ducere de marmore vultus. ¶ Ducere ſervo pugnum, eſt, impingere. *Paul. JCtus leg.* 4. *de injur. & famoſ. libel.* ¶ Ducere lanam, eſt, facere, ſeu nere. *Ovid.* 4. *Met. v.* 33. Hinc ducere carmen, apud eundem *l.* 5. *Triſt. eleg.* 12. *v.* 63. Nec poſſum, & cupio nonnullos ducere verſus. ¶ Ducere lateres, *fare, a ſtampar mattoni*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. h. e. lateres coquendos formare. ¶ Habet etiam obſcœnum ſenſum. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 35. & alibi. ¶ Ducere ſe, eſt, ſe conferre. *Id. Amph.* 4. 3. 8. Ad regem recta me ducam. ¶ Ducere familiam. h. e. primum eſſe, & caput familiæ. *Cic. Phil.* 5. Lucius quidem frater ejus familiam ducit. Hinc Ducere claſſem, ducere exercitum, ideſt, exercitui præeſſe. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 11. Pro eo dicitur etiam, *ducere*, abſolute. *Liv. l.* 23. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret. ¶ Ducere rationem, *far' i conti*. *Cic. Att. l.* 8. Duxi meam mecum rationem. ¶ Ducere rationem, id eſt, habere rationem. *Cic. pro Sext.* Dicebant, officii rationem in omni vita, non commodi eſſe ducendam. ¶ Ducere centeſimas. V. in Centeſimus. ¶ Ducere alvum. *Celſ. lib.* 4. *c.* 40. Oportet ſolvere alvum; ſi aliter non reſpondet, etiam ducere. *h. e.* ſollicitare. ¶ Initium ducere, pro capere. *Cic.* 2. *Agr. c.* 7. Initium rerum, ac legum ſuarum hinc duxit. ¶ Ducere vitam, ſpiritum, vivere. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 12. ¶ Ducere os, vitium oratoriæ pronunciationis, *menare il capo*. *Quint. l.* 9. *c.* 4. & *Cic. in Orat.* ¶ In modo imperat. facit *duc*. quam formam ſequuntur alia tria verba, *dic*, *fac*, *fer*. *Plautus* tamen *duce* dixit ἀρχαϊκῶς, *Moſtell.* 2. 4. 10. *Trinum.* 2. 2. 103. *Epid.* 3. 3. 18. Sic *dice*, pro *dic*, *Rud.* 4. 3. 112. *Face*, pro *fac*, *Aul.* 2. 1. 30. &c.

Ductabilitas, atis, f. videtur eſſe quædam animi imbecillitas, & nimia facilitas, qua quis ſe circumduci, & circumveniri ab alio patitur. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 626. Eo plectuntur poetæ, quam ſuo vitio ſæpius, ductabilitate nimia, &c.

Ductarie, adverb. ducendo, vel trahendo. *Plaut. in fragm. Frivolaria*. Nave agere oportet, quod agas, non ductarie.

Ductarius, a, um, o. 1. 2. idem ac ductilis, ut Ductarius funis, qui per orbiculos trochleæ trajicitur, & inde ad ergatam. *Vitruv. l.* 10. *c.* 2. 3. & 5.

Ducticius, a, um, adjectiv. ductilis, ductarius, ut ducticium ferrum, *Quintil. l.* 6.

Ductilis, le, o. 3. *che facilmente ſi guida dove ſi vuole*, כבשה, Ger. *zugig*, Gal. *aisé à mener, ou conduire*, Hiſp. *el que ſe puede bolver*, ἀγωγός, quod facile ducitur. *Plin. l.* 34. *c.* 8. In Cypro et coronarium, & regulare eſt, utrumque ductile, ideſt, quod malleis obſequitur, attenuaturque in laminas. ¶ Ductilis ſcena dicebatur, cum tractis tabulatis hac, atque illac ſpecies picturæ interior videbatur. *Serv. in* 3. *Georg.*

Ductim, adverb. Apud *Plaut. Curc.* 1. 2. 14. Anus ebrioſa ita vinum alloquitur: Invergere in me liquores tuos ſine ductim. h. e. avide, ἀνέδην, ut exponit *Priſcian.* *non tirato*. Perperam itaque quidam Lexicographi explicant, cum more, paulatim. ¶ Item ductu. *Col. l.* 4. *c.* 52. Major pars operis in vineam ductim potius, quam cæſim facienda eſt, ideſt, ductu falcis, quam ictu.

Ductio, onis, f. ducendi actio, ut ductio, & reductio rudentum, *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. *Idem l.* 1. *c.* 1. Aquarum ductiones. h. e. deductiones, derivationes. *Celſ. l.* 4. *c.* 27. Alvi ductio, h. e. ſubductio.

Ductito, as, a. 1. περιάγω, ſæpe circumduco. *Plaut. Rud.* 2. 6. 26. Venales illic ductitavit. Adde *Epid.* 3. 2. 13. Exemplum *Terentii*, quod afferebatur, vide in Ducto. Sic enim legendum. ¶ Item æſtimare. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 85. Omne ego pro nihilo eſſe ductito, quod fuit.

Ducto, as, avi, atum, a. 1. frequent. a duco, *menar in queſta, o quella parte*, ἄγω, περιάγω, ſæpe duco, huc, & illuc duco. *Plaut. Capt.* 3. 4. 109. Dolis uſquam ductare. *Ter. Adelph.* 4. 7. 34. Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. *Salluſt. Catil. c.* 11. & *Jugurt. cap.* 38. Ductare exercitum, quod *Quintil. l.* 8. *c.* 3. reprehendit: *ductare* enim obſcœnum ſenſum habet. Hinc Ductare ſcortum, vel amicam. h. e. ad ſcortum accedere. *Plaut.* ſæpe, & *Ter. Phorm.* 3. 2. 15.

Ductor, ris, m. 3. *condottiere*, נגיד, Ger. *ein hauptman*, Gal. *capitaine*, Hiſp. *adalid*, ἡγεμών, στρατηγός, qui præeſt exercitui, dux belli, qui ordines in militia ducit. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non modo ductores noſtri, ſed univerſi exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt. *Virg.* 6. *Æn.* Ductor claſſis.

Ductrix, icis, f. 3. *conduttrice*. *Leg.* 1. §. 12. *ff. de exercit. action.* naves quædam *vectorum ductrices* appellantur.

Ductus, us, m, m. 4. *condotta*, מקורה, Ger. *ein führung*, Gal. *conduite*, Hiſp. *conduta*, ἀγωγή, ductio. *Liv. l.* 4. Ductu Fabii nihil dignum memoratu actum. ¶ Item derivatio. *Cic.* 3. *de Leg.* Ductus vero aquarum, quos iſti tubos, & euripos vocant, quis non irriſerit? ¶ Ductus oris, *i lineamenti del volto*. ¶ Ductus literarum ſunt formæ, & apices literarum, apud *Plin. l.* 8. *c.* 3.

Ductus, a, um, adject. *menato*, *condotto*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Per quaſdam ab inteſtino uſque ad jecur ductas, & directas vias. *Idem de clar. Orat.* Benevolentia ductus mihi tribuebat omnia. *Tac. Ann.* 6. *c.* 2. Viginti ſorte ducti, *cavati a ſorte*. *Plaut. Capt.* 4. 2. 7. Hic ille eſt ſenex ductus, cui verba data ſunt. h. e. deceptus.

Dudum, adverb. *poco fa, per ora*, כבר, Ger. *vorlangſt*, Gal. *depuis peu*, Hiſp. *poco, a*, πάλαι, nuper, modo, ex *diu*, & *dum*. *Valla* ſcripſit *l.* 2. *c.* 34. dici de exiguo tempore, ut ſpatium unius diei raro excedat. Sed etiam diem tranſcendit. *Ter. And.* Oro, Chreme, ut beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes. *Cic. l.* 11. *Att. ep.* 24. Quæ dudum ad me ſcripſiſti, ea ſentio eſſe vera. *Ter. And.* 5. 2. 9. Modo introii. Si. Quaſi ego, quam dudum, rogem, *quanto tempo ſia*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 51. Sic ſalutas, quaſi dudum non videris, *come ſe ce' era non m' aveſſi veduto*.

Duellator, m. 3. idem ac bellator, a *duellum*, bellum. *Plaut. Capt. prol.* Domi, duellique duellatores optimi.

Duellicus, a. 1. 2. bellicus. *Lucr. l.* 2. *v.* 660. Equorum duellica proles. *Plaut. Epid.* 3. 4. 14. Quem memorant arte duellica divitias magnas ſibi adeptum.

Duellis, com. 3. hoſtis, a *duellum*. *Arnob. l.* 1. Duelles cum perenne.

Duellona, f. 1. Bellona. *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 10.

Duellum, a. 2. *guerra*, πόλεμος, idem ac bellum. Veteres enim *du* ponebant pro *b*. Sic legitur *duonum* pro *bonum*, & *duis* pro *bis*, ut ait *Cic. in Orat. c.* 45. V. etiam *Quintil. l.* 1. *c.* 4. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 7. Græcia barbariæ lento colliſa duello. *Cic. l.* 2. *de Leg. cap.* 18. Æs atque ferrum duelli inſtrumenta. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 13. Quæ domi, duelliqae feciſti.

Duellus, a, um, idem quod bellus, apud Veteres. *Nævius* apud *Quint. lib.* 1. *cap.* 4. & *Titin.* apud *Non. c.* 3. *n.* 117.

Duonus, a. 1. 2. idem ac benus, ideſt bonus. V. *duonus*.

Duocenſus, a. 1. 2. bis cenſus, ſeu cenſus cum altero. h. e. cum filio, a duis, bis. *Feſt.*

Duidens, f. 3. hoſtia bidens. *Feſt.*

Dulgæ, idem quod bigæ apud Veteres. *Varr. lib.* 7. *L. L.*

Duini, idem quod bini, apud Veteres. *Varr. lib.* 7. *L. L.*

Duint, antiqui dixere, pro *dent*, vel *dederint*. *Ter. And.* At tibi Di dignum factis exitium duint. *Tac. Annal.* 4. *c.* 38. Ut mihi quietam mentem duint.

Duis, adverb. antiq. bis. *Cic. in Or. c.* 45. Ut duellum bellum, & duis bis. ¶ Eſt item verbum, pro *des*, vel *dederis*. *Plaut. Capt.* Libellum pro eo argento ne duis.

Dulcacidus, a, um, o. 1. 2. quod mixtum quendam ſaporem habet ex dulci, & acido. *Q. Seren. Sammonic. de Med. c.* 12. Crudaque dulcacido miſcebis rapa liquori. Adde *c.* 34.

Dulcatus, a, um, adject. *addolcito*, dulcis factus. *Sidon. Carm.* 2. *v.* 125. Ferunt exorto flumina melle Dulcatis cunctata vadis.

Dulce, adverb. *dolcemente*, Germ. *ſüſſiglich*, Gal. *doucement*, Hiſp. *dolcemente*, γλυκερῶς. *Plaut. Mil.* 2. 2. 38. Hercle aſtitit & dulce, & commodice. Al. leg. *dulcit*. *Cic. in Brut. c.* 19. Tum Hiſtoria quædam ſcripta dulciſſime. *Prudent. Cathem.* 3. *v.* 95. Lignum eſt, quo ſapiunt aſpera dulcius. *Prop. lib.* 1. *eleg.* 2. Et volucres nulla dulcius arte canant.

Dulcedo, f. 3. *dolcezza*, מתק, Ger. *ſüſſigkeit*, Gal. *douceur*, Hiſp. *dulcura*, *dulzor*, γλυκύτης. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 40. Dulcedo orationis. Et *ad Brut. ep.* 16. Vivendi dulcedo. *Idem pro Arch.* Dulcedine gloriæ commoveri.

Dulceſco, is, alcui, o. 3. *addolcirſi*, מתק, Germ. *ſüſs werden*, Gall. *s'adoucir*, Hiſp. *endulcerſe*, γλυκαίνομαι, dulcis fio. *Cic. de Sen. c.* 15. Primo eſt præacerba guſtu, deinde maturata dulceſcit. *Paulin. ad Nicetam*, *v.* 30. unde miſſo dulcuit ligno.

Dulcia, orum, n. 2. placentæ dulces. *Lampr. Heliog. c.* 27. Dulciarios, & lactarios tales habuit, ut illi modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. Et infra: Alia de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario.

Dulciarius, ii, m. 2. qui pones, & mellita concinnat edulia. *Lampr. Heliog. c.* 1. Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcunque coqui de diverſis edulis exhibuiſſent. In *Martial.* 14. lemmate *epigr.* 222. Dulciarius piſtor.

Dulciculus, a, um, o. 1. 2. dimin. a dulci. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 19. Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

Dulcifer, a, um, adject. dulcis. *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 18. Cantharum dulciferum propinare.

Dulcifluus, a, um, o. 1. 2. γλυκόρρους, quod dulciter fluit. *Dracont. Hexaem. v.* 49. Dulcifluui fontes.

Dulcimodus, a, um, adject. dulciſonus. *Prudent. Pſychom. v.* 666. reſultant Myſtica dulcimodis Virtutum carmina pſalmis.

Dulcinervis, e, adject. ut dulcinervis arcus, apud *Martian. Capell. l.* 9.

Dulcio, is, ire, n. 4. idem ac dulceſco. *Lucret. l.* 2. *v.* 473. Humor dulcit, ubi per terras crebrius idem Percolatur.

Dulciorilóquus, a, um, adject. qui dulci ore loquitur. Ita *Nav.* Neſtorem dixit, apud *Gel. l.* 19. *c.* 7.

Dulcis, ce, o. 3. *dolce*, *ſoave*, מתוק, Germ. *ſüſſ*, Gall. *doux*, Hiſp. *dulce*, γλυκύς, γλυκερός, ſuavis, ab antiquo delicie, quia delicit, h. e. allicit, delectat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sentit igitur calida, & frigida, dulcia, & amara. *Ovid.* 3. *Met. v.* 796. Matura dulcior uva. ¶ Translate jucundus. *Cicer. Att. l.* 5. *epiſt.* 13. Dulciſſima epiſtola. ¶ Item formoſus: eo enim ſenſu videtur *Horat. l.* 4. *od.* 1. Cupidines dulces vocare. Et *Stat. in Epithal. Stella*, *v.* 154. Mihi dulcis imago Proſiluit.

Dulciſonus, a, um, adject. γλυκύφωνος, dulce ſonans. *Sidon. Carm.* 6. *v.* 5. Dulciſonum quatitur filibus dum pectine murmur.

Dulcitas, tis, f. 3. idem ac dulcedo. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 215. Dulcitas conſpirantis animæ. *Apul. de Mund.* Dulcitas fici.

Dulciter, adverb. idem ac dulce. *Cic.* 2. *de Fin.* Quæ ſenſus dulciter, ac jucunde movet.

Dulcitudo, ois, f. 3. idem ac dulcedo. *Cic.* 3. *de Or. c.* 25. Quique dulcitudine præter cæteros ſenſus commovetur.

Dulco,

Dulco, as, a. 1. *addolcire*, המתיק, Ger. *ſüſſmachen*, Gal. *adoucir*, Hiſp. *endulcar*, *dulcorar*, γλυκαίνω, dulce efficio. *Sidon. Apoll. l. 5. ep. 4.* Offenſæ amaritudinem politis affatibus dulcare non deſinant.

Dulsor, oris, m. idem quod dulcedo. *Tert. adverſ. Marcion. lib. 3. c. 5.* Montes diſtillaturi dulcorem.

Dulice, adverb. δουλικῶς, ſerviliter. *Plaut. Mil. 2. 2. 58.* Aſſiſtit dulice, & comœdice. Alii leg. *dulce*.

Dulichium, n. 2. Δουλίχιον, inſ. maris Jonii, una Echinadum, contra oſtia Acheloi fl. non procul ab Ithaca. Hic Ulyſſes habitaſſe, vel imperaſſe fertur.

Dulichius, a, um, adject. ad Dulichium pertinens. *Virg. Ecl. 6. v. 75.* Dulichias vexaſſe rates. h. e. Ithacenſes. Ipſe etiam Ulyſſes Dulichius cognominatus eſt. V. Dulichium.

Dum, *mentre che*, *fin che*, עד, Germ. *dieweil*, *biſs*, Gal. *pendant que*, *juſque a ce que*, Hiſp. *mientras que*, *haſta que*, adv. temporis, & modo pro *quando* ponitur. *Plin. l. 7. c. 53.* Nullis evidentibus cauſis obiere, dum calceantur matutino duo Cæſares. ¶ Modo pro *donec*. *Ter. in Eun.* Expectabo, dum veniat. *Nepos Pauſan. c. 3.* Expectandum, dum ſe res ipſa aperiret. ¶ Eſt etiam conjunctio, & ſignificat *modo*, vel *dummodo*. *Salluſt. in Catil.* Neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi Regnum pareret, quicquam penſi habebat. ¶ Interdum eſt ſyllabica adjectio, & conjungitur cum *Ades*, *age*, *modo*, *tacet*, ut *Adeſdum*, *agedum*, *dummodo*, *dumtaxat*. *Ter. And.* Adeſdum paucis te volo. Cetera V. ſuis locis. ¶ Eleganter ei præponitur alia particula, ut vix, tantiſper, ne. *Terent. Heaut. 1. 1. 54.* Ego te meum dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt, facis. *Liv. l. 28. c. 14.* Vix dum ſatis certa luce. *Ter. Heaut. 3. 1. 44.* Sufferre nunquam ejus ſumptus queat, nedum tu poſſis. ¶ *Nihil dum*. h. e. nihil adhuc. *Liv. l. 24. c. 20.* Simulata lenitas nihil dum profuerat. ¶ *Necdum*, non adhuc. *Id. l. 21. c. 6.* Legatione decreta, necdum miſſa. ¶ Aliquando verbis ipſis, & nominibus etiam adjungitur, & vim quandam habet veluti excitantis. *Sen. Med. v. 987.* Perage dum facinus mane. *Plaut. Mil. 1. 2.* Mane dum. *Id. Trinum. 1. 2. 109.* Circumſpice dum. Sic, quid dum? &, qui dum? pro *cur*. *Plaut. Men. 1. c. & Amph. 4. 2. 13.* ¶ *Dum ne*, dummodo ne. *Brut. Cic. l. 11. Fam. ep. 10.* Interpellent me, quominus honoratus ſim, dum ne interpellent, quominus Reſp. a me adminiſtrari poſſit. ¶ Eodem ſenſu, dum quidem ne dixit *Plaut. Aul. 2. 2. 34.*

Dumalis, le, adject. ad dumum pertinens. *Martian. Capel. l. 3.* Dumalibus hirta ſetis.

Dumectum, n. 2. idem ac dumetum, apud vet. *Feſt.*

Dumeſco, is, q. d. dumus fio, vel dumis obducor. *Diomed. Grammat. l. 1.*

Dumētum, ti, n. 2. *ſpineto*, Germ. *ein ort da vil hecken ſtehen*, Gal. *buiſſon*, *touffe de buis epineux*, Hiſp. *eſpinal*, ἀκανθών, locus dumis, idest ſpinis obſitus, a dumis. *Cic. 5. Tuſc.* Septum undique, & veſtitum vepribus, & dumetis.

Dumicētum, n. 2. idem ac dumetum, apud vet. *Feſt.*

Dumicŏla, æ, qui in dumis degit. *Avien. Perieg. v. 895.* Dumicolas Avienos.

Dummŏdo, adverb. *purchè*, modo. *Cic. 3. Off. c. 21.* Dummodo potentiam conſequantur.

Dumōſus, a, um, *ſpinoſo*, ἀκανθώδης, ſpinoſus, vepribus plenus, frondoſus. *Virg. 1. Ecl.* Dumoſa pendere procul de rupe.

Dumus, m. 2. *ſpino*, *dumo*, סנה, Ger. *hecke*, Gal. *buiſſon*, Hiſp. *eſpinal*, *brena*, δάμνος, omnis ſpina. *Cic. 5. Tuſc.* Animadverti columellam non multum e dumis eminentem. *Virg. Æn. 9. v. 382.* Silva horrida dumis.

Duntaxat, adverb. *ſolamente*, רק, Ger. *allein*, Gal. *ſeulement*, Hiſp. *ſolamente*, μόνον, ſolum. *Cic. pro Dejot.* Quod ipſum etſi non iniquum eſt in tuo duntaxat periculo. ¶ Interdum habet ante ſe negationem, poſt ſe *ſed etiam*, aut *verum etiam*. *Liv. l. 46.* Nec annum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quæ geſſimus.

Duo, æ, o, *due*, שנים, Ger. *zwoo*, *zwey*, Gal. *deux*, Hiſp. *dos*, *dúo*, Attice δύω, nomen numerale num. plur. a Græca voce, quo allata eſt. ¶ *Duo*, & *ambo* gen. & accuſ. per 2. decl. proferunt, dat. & ablat. per 3. Sed in genitivo frequens eſt ſyncopa *duum*, pro *duorum*. Et accuſativus maſculinorum quandoque ſimilis eſt nominativo, profertur que in o, more Græco. *Virg. 11. Æn.* Si duo præterea tales Idæa tuliſſet terra viros. *Var. l. 1. R. R. c. 18.* Duo villicos habeat. Adde *Liv. l. 55. c. 2.* & *Cenotaph. P. C. Cæſaris*, ubi habetur *duo* viros creare. ¶ *Dua* pro duo, V. ſupra ſuo loco. ¶ Duum pro duorum. *Cic. Fam. 12. 15.*

Duo, is, pro do, das, dixerant Veteres. V. Duim.

Duodecennis, e, adject. & contract. Duodennis, qui duodecim annum habet. *Sulpic. Sev. Dial. 3. c. 1.* Duodecennem ab utero mutam puellam. Et *Dial. 1. c. 12.* Puer duodennis. Ita enim reperiri etiam in MSS. monet *Jo. Vorſtius*.

Duodecies, *dodeci volte*, δωδεκάκις, adverb. numeri. *Liv. l. 38. c. 28.* Tyberis duodecies Campum Martium, planaque Urbis inundavit.

Duodĕcim, *dodici*, δώδεκα, nom. num. *Cic. 2. de Leg. c. 23.* Diſcebamus enim pueri duodecim.

Duodecimo, adverb. *la duodecima volta*. *Capitolin. in Pio*, *cap. 1.* Flavio Domitiano duodecimo & Corn. Dolabella Coſſ.

Duodecĭmus, a. 1. 2. *duodecimo*, δωδέκατος, num. ordinis, a duodecim. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 23.* Duodecima legio. Et *c. 2.* Duodecimo die.

Duodemilleſimus, a, um, adject. nongenteſimus nonageſimus octavus. *Proculus JCtus 1. 80.* Ex duodemilleſimis partibus ſocius.

Duodenarius, a. 1. 2. quod duodecim continet, a duodenus. *Var. l. 4. L. L. c. 4.* Multa antiqui duodenario numero finiebant.

Duodēnus, a. 1. 2. a *dodici a dodici*, num. diſtrib. a duodecim. *Cæſ. 5. B. G.* Uxores habent deni, duodenique inter ſe communes. ¶ Sæpe accipitur pro duodecim ſine diſtributione. *Virg. 1. Georg. v. 232.* Orbem per duodena regit mundi Sol aureus aſtra. Adde *Plin. l. 11. c. 25.*

Duodennis, V. Duodecennis.

Duodenonaginta, *ottantotto*. *Plin. l. 3. c. 16.*

Duodeoctoginta, *ſettantotto*. *Plin. l. 3. c. 5.*

Duodequadragēni, æ, a, duodequadraginta. *Plin. l. 36. c. 2.* Duodequadrageni pedes.

Duodequadrageſimus, a, um, adject. trigeſimus octavus. *Liv. l. 1. c. 50.* Duodequadrageſimo ferme anno.

Duodequadraginta, triginta octo. *Cic. 5. Tuſc.*

Duodequinquagēni, æ, a, duodequinquaginta. *Plin. l. 36. c. 8.*

Duodequinquageſimus, a, um, idest, quadrageſimus octavus. *Cic. in Brut. c. 44.*

Duodequinquaginta, quadraginta octo. *Colum. l. 12. c. 5.*

Duodeſexageſimus, a, um, adject. quinquageſimus octavus. *Vellej. l. 2. c. 53.*

Duodeſexaginta, *cinquant' otto*, quinquaginta & octo. *Plin. 11. 3.* Duodeſexaginta annis nihil agere.

Duodetricies, adv. *ventotto volte*. *Cic. Ver. 3. c. 70.*

Duodetrigeſimus, vel Duodetriceſimus, a, um, adject. vigeſimus octavus. *Var.* apud *Gel. l. 3. c. 10.*

Duodetriginta, viginti octo. *Varr. l. 1. R. R. c. 1.*

Duodevicēni, æ, a, adject. diſtribut. decem & octo. *Liv. lib. 21. cap. 41.* Duodevicenis denariis.

Duodeviceſimus, a, um, adject. decimus octavus, *decimottavo*, ut duodeviceſima legio, *Tac. l. 1. hiſt. c. 55.*

Duodeviginti, *diciotto*, nom. num. decem & octo. *Liv. l. 30. c. 18.* Signa militaria duodeviginti capta.

Duoetviceſimani, dicti ſunt milites legionis vigeſimæ ſecundæ, apud *Tac. 2. hiſt. c. 55.*

Duoetviceſimus, a, um, adject. viceſimus ſecundus. *Gel. l. 5. c. 4.* Duoetviceſimo anno, poſtquam Galli Romam ceperunt.

Duonus, a, um, a. 1. 2. idem ac bonus, apud vet. *Feſt.*

Dupla, æ, f. 1. idem quod Duplum. *Var. de L. L.* V. JCtos.

Duplaris, re, o. 3. διπλοῦς, quod duplum continet. Duplares milites in veteri militia dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati duplam annonam accipiebant amplius, quam ceteri, quemadmodum Simplarii, qui annonam ſimplam accipiebant, præter eam, quæ in ſingula militum capite diſtribuebatur. *Veget. l. 2. Macrob. l. 1. in Som. Scip. c. 6.*

Duplatio, onis, f. duplex pœna, apud JCtos. Vide *lib. 31. ff. de nov. action.*

Duplex, duplicis, o. 3. *doppio*, כפול, Ger. *zweifach*, Gal. *double*, Hiſp. *doble*, *doblado*, διπλοῦς, cujus duæ ſunt partes, a *duo*, & *plico*, idest, a duabus plicis. *Virg. 1. Æn.* Duplicem gemmis, auroque coronam. *Colum. l. 1. c. 8.* Duplicia (ferramenta) quam numerus ſervorum exigit, repoſita cuſtodiat. *Plin. 19. 1.* Ideo duplex quam ceteris pretium, *il doppio di più degli altri*. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur, *due*. *Cic. 1. Tuſc.* Diſſeruit duas eſſe vias, duplicesque curſus animorum e corpore diſcedentium. ¶ *Duplices*, *triplices*, &c. porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, &c. ſunt. *Vitr. l. 5.* In duplici palæſtrarum porticu. ¶ *Duplices*, tantum num. plur. gen. maſc. tabellarum genus eſt, in quibus literæ ſecretiores amatoriæ ſcribi ſolent. V. Triplices. ¶ Duplicem pannum, pro craſſo, & villoſo dixit *Horat. l. 1. ep. 17.*

Duplicarii, vel dupliciarii, m. 2. *ſoldati*, *che anno doppia paga*, milites erant, qui duplum accipiebant ſtipendium. *Liv. l. 2. c. 59.* Ad hoc centuriones, duplicariosque virgis cæſos ſecuri percutiebat.

Duplicatio, onis, f. *il raddoppiare*. *Sen. l. 4. Quæſt. nat. c. 8.* Radiorum duplicatio proxima quæque terris calefacit.

Duplicato, adverb. *duplicatamente*. *Plin. l. 2. c. 17.* Saturni, & Jovis ſtellæ duplicato digrediuntur.

Duplicātor, oris, m. qui duplicat. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Siniſtrarum opinionum duplicatores.

Duplicātus, a, um, adject. *raddoppiato*. *Cic. pro Dom. c. 35.* Duplicata gloria diſcedere. ¶ Significat etiam, auctum, *accreſciuto*. V. Duplico. ¶ Item incurvatum, ut duplicatum frigore corpus. *Valer. Max. l. 5. c. 1.*

Duplicitas, atis, f. *doppiezza*, duplicatio, ut duplicitas aurium, *Lact. de Opif. Dei, c. 8.*

Dupliciter, adv. *doppiamente*, Ger. *zweyfſeltig*, Gall. *doublement*, Hiſp. *dobladamente*, διττῶς, duobus modis. *Cic. l. 9. Fam. ep. 20.* Dupliciter delectatus ſum tuis literis.

Duplico, as, a. 1. *raddoppiare*, כפל, Ger. *doppeln*, Gall. *doubler*, Hiſp. *doblar*, *duplicar*, διπλόω, duplicem facio, gemino. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 22.* Cum ſæpius duplicaret numerum dierum. ¶ Ponitur & pro augere, *accreſcere*. *Virg. in Bucol. Ecl. 2. v. 67.* Et Sol creſcentes decedens duplicat umbras. ¶ Ponitur & pro incurvare. V. Duplicatus.

Duplio, onis, m. 3. idem ac duplum, apud vet. *Feſt.* Hinc in leg. XII. Tab. Dupliona pœnam ſubire. V. *Roſin. Antiq. Rom. l. 8. Plin. l. 18. c. 3.* Noxamve, duplionemve Prætoris arbitratu decerni.

Duplo, as, avi, atum, a. 1. *raddoppiare*. *Leg. 14. ff. de ſerv. corrupt.* & *L. 20. ff. de liber. cauſa*.

Duplum, dupli, n. 2. *doppio*, כפלים, Ger. *zweyfſeltig*, *gedoppelt*, Gal. *double*, Hiſp. *doble*. *Cic. 3. Off.* Quæ qui infitiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret. *Id. pro Flac. c. 21.* Frater meus pro ſua æquitate decrevit, ut ſi judicatum negaret, in duplum iret. *cadeſſe in doppia pena*, *pagaſſe il doppio*.

Duplus, a, um, o. 1. 2. *doppio*, כפול, Germ. *doppelt*, Gal. *double*, Hiſp. *doble*, διπλάσιος, bis tantus, a διπλοῦς. *Cic. de Univ. c. 7.* Secundam autem primæ partis duplam.

Dupondius. V. Dipondius.

Durabĭlis, le, o. 3. *durabile*, Germ. *langwirig*, Gall. *de durée*, Hiſp. *durable*, ἐμμόνιμος, quod durare poteſt. *Ovid. Heroid. ep. 4. v. 89.* Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Durabilĭtas, atis, f. 3. *durevolezza*. *Pallad. l. 1. c. 36. & l. 12. c. 7.* Durabilitate præcipua eſſe.

Duracinus, a. 1. 2. quod durum aliquid habet, a *durus*. Nam *cinus* eſt productio vocis. Sic Duracina perſica, *perſiche*, *che non ſi ſpiccano dall' oſſo*, vel quæ dura carne ſunt. *Plin. l. 15. c. 12.* Sed perſicorum palma duracinis. ¶ Duracinæ uvæ dicuntur, quæ duram, & firmam corticem habent, a duritie corticis, vel a duris acinis. *Plin. l. 4. c. 1.* Uva non aliunde gratiur callo, ut inde poſſit inveniſſe nomen duracina. Adde *Suet. Aug. c. 76.*

Durāmen, n. 3. *ramo della vite*, Germ. *weinrebzweig*, Gall. *ſep*, *bras*, Hiſp. *tallo de vid*, brachium vitis. *Col. l. 5. c. 22.* Cujus longitudinis ſint duramina. ¶ Item induratio. *Lucret. l. 6. v. 429.* Et vis magna geli, magnum duramen aquarum.

Duramentum, n. 2. brachium vitis, idem ac duramen. *Col. lib. 5. cap. 61.* Quaternis brachiis, quæ duramenta quidam vocant. Adde *lib. 4. cap. 21.* ¶ Item firmitas, confirmatio, *forza*, *fermezza*. *Sen. de tranquil. c. 1.* Dices, tenera eſſe virtutum principia, tempore ipſis duramentum, & robur accedere.

Durateus, a, um, o. 1. 2. *di legno*, δουράτεος, δούρειος, ligneus, a δόρυ, lignum. *Lucr. l. 1. v. 746.* Nec cum durateus Trojanus Pergama partu inflammaſſet equus nocturno Grajugenarum.

Durātor, oris, m. qui durat, ſolidat, confirmat. *Pacat. in Paneg. Theodoſ. c. 33.* Ingentium corporum durator Iſter.

Durātrix, icis, f. quæ durat, ſeu durare facit, ut duratrix firmitas, *Plin. l. 14. c. 1.*

Durātus, a, um, adject. induratus, *indurato*, σκληρυνθείς. *Ovid. 4. de Pont. ep. 9. v. 85.* Duratus frigore pontus. ¶ Tranſlate *Luc. l. 5. v. 798.* Mens durata malis. *Liv. l. 7.* Duratus malis, laboribus, uſu armorum.

Dure, adverb. קשה, Ger. *hartiglich*, Gall. *durement*, Hiſp. *duramente*, σκληρῶς, ſolide, firmiter, & tranſlate eſt aſpere, acerbe, crudeliter. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* Durius accipere hoc mihi viſus eſt, quam vellem. *Hor. l. 2. epiſt. 1. v. 66.* Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure Dicere credit eos. *Cic. pro Lig. c. 6.* Durius appellare. *Tertul. de Pudic. c. 1.* Duriſſima infamantes.

Dureſco, is, durui, n. 3. *indurirſi*, σκληρύνομαι, durus fio. *Cic. 2. de nat. Deor.* Itaque & Aquilonibus, reliquiſque frigoribus adjectus dureſcit humor. *Virg. Ecl. 8. v. 80.* Limus ut hic dureſcit. *Ovid. Met. 2.* Oraque duruerant. ¶ Tranſlate *Quintil. l. 2. c. 5. ad fin.* In Gracchorum, & Catonis lectione dureſcere. h. e. duræ, & inſuavi illorum dicendi rationi aſſueſcere.

Dua-

Durita, æ, f. vas Hiſpani vocant, quo vel in balneis, vel domi, vel quovis alio loco ſedentes lavantur. *Sueton. in Aug. c.* 82. Contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod hiſpanico verbo *Duretam* vocabat, manus ad pedes alternis jactaret.

Duria, m. Doria, *Dora*, *Doria Baltea*, fl. Galliæ Subalpinæ, in Pedemontio, qui oritur ex Alpibus Graiis, al. Penninis, & per Salaſſos in Padum ſe exonerat, inter Clavaſium ad Occ. & Creſcentinum ad Or. ¶ Duria minor, fl. ejuſdem regionis, qui oritur in Alpibus Cottiis, deinde Segufium rigat, & Avillianam, & vix dimidio milliario infra Taurinum in Padum fl. cadit.

Duricordia, æ, f. durities cordis, σκληροκαρδία. *Tertul. adverſ. Marc. l.* 5. c. 4. & 13.

Duricorius, a. e. 2. *che ha il cuojo duro*, σκληρόδερμος, quod eſt duri corii, ut *Ficus duricoria*, quæ habens durum corticem. *Macrob. l.* 3. *Satur. c.* 20.

Durius. V. Durius.

Duritas, atis, f. idem ac durities. *Cic. in Or.* Alii duritatem, & ſeveritatem quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur. Adde *de Senect. c.* 18.

Duriter, adverb. idem ac dure. *Auth. ad Heren.* Aut novis, aut priſcis verbis, aut duriter aliunde translatis. ¶ Secundum Donat. *dure*, & *duriter* inter ſe differunt, quod *duriter* ad laborem, *dure* ad ſævitiam refertur, *duriter* in nos, *dure* in alterum aliquid facimus. Sed hæc differentia non eſt perpetua. *Ter. Adel.* 4. 5. 29. Factum a vobis duriter, immiſericorditerque eſt. Verba ſunt Æſchini ad Mitionem patrem, quibus cum illo expoſtulat, quod ipſe, & ſimulatus ille hoſpes Mileſius nimis duriter conſuluiſſent de virgine illa, & ejus amatore. *Idem Adelph.* 1. 1. Rure agere vitam, parce, ac duriter ſe habere.

Duritia, æ, f. 1. & Durities, ei, f. 5. *durezza*, σκληρότης, firmitas, ſoliditas, a δόρυ lignum. *Plin. l.* 13. *c.* 9. Lignum intus grandis, firmæque duritiæ. *Sueton. Ner. c.* 34. Duritia alvi. Et in plur. *Plin. l.* 24. *c.* 6. Ammoniacum duritias emollit. ¶ Transfertur ſæpe ad animum, & ponitur pro acerbitate, & ſævitia. *Tacit.* 1. *Hiſtor. cap.* 23. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii atrocius accipiebantur. *Ter. Heaut.* 3. 1. 25. Tum hac timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſit. ¶ Item pro quadam ſtupiditate, *inſenſibilità*. *Cicer. pro Dom. c.* 39. An ego tantam aut animi duritiam habere, aut oculorum impudentiam poſſim, ac poſſim intueri domum meam everſam non ab inimico meo, ſed ab hoſte communi &c. ¶ Item pro patientia laborum, & aſpera vivendi ratione. *Plaut. Moſt.* 1. 2. *ad fin.* Parſimonia, & duritia diſciplinæ aliis eram. Sic *Plin. Paneg. c.* 82. Duritia corporum, & lacertorum, hoc eſt robur, firmitaſque aſſiduitate laborum parta. ¶ Item pro impudentia. *Senec. de Conſtant. Sap. c.* 17. Si ille hoc potuit duritia uti, qui aſſiduis convitiis depellere didicerat.

Durities. V. Duritia.

Duritudo, inis, f. *Cato apud Gell. l.* 17. *c.* 2. & apud *Non.* 2. 2. n. 244. Duritudinem cum impudentia conjunxit.

Durius, a. 1. 2. δούρειος, idem ac *durateus*, ideſt ligneus. *Val. Flac.* 2. *Arg.* Manet immotis non doria fatis. Loquitur de ea nocte, qua durius equus a Trojanis exceptus, & in urbem admiſſus fuit. Sed aliqui *dorea* legunt, alii *durica*. *Aurel. Vict.* ſeu *Aſinn. Pol. in l. de Orig. Urbis Romæ*, in *princ.* E qua illud in ſecundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui equo durio digrediebantur.

Durīuſculus, a. 1. 2. dim. a durus, *duretto*. *Plin. in Præfat.* Permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit. *Plin. alter lib.* 5. *epiſt.* 16. Inſerit data opera duriuſculos quoſdam verſus.

Duro, as, avi, atum, a. 1. *far duro*, [illegible], Germ. *hart machen*, Gall. *endurcir*, Hiſp. *endurecer*, σκληρύνω, durum facio, firmo, ſolido, a durus. *Col. l.* 6. *c.* 37. Annicula mula montibus, aut feris locis paſcitur, ut ungulas duret. *Cæſ.* 6. *B. G. c.* 27. Hoc ſe labore durant adoleſcentes. ¶ Durare item fullo dicitur, cum veſtem cogendo, & inculcando duram efficit. Hinc apud *Plaut. Aſin.* 5. 2. 57. cum aſſiduo dixiſſet Artemona, *Non quo durare*, ideſt pati: ſubjecit paraſitus: Si non didiciſti fulloniam, non eſt mirandum. ¶ Translate ſumitur pro confirmare. *Quintil. l.* 1. Multa linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum pravitate durantur. ¶ Interdum neutrum eſt pro tolerare, pati. *Virg.* 1. *Æn. v.* 211. Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis. ¶ Sed tamen in hac ſignificatione quandoque jungitur accuſativo, maxime apud Poetas. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 14. Vix durare carinæ poſſunt imperioſius æquor. ¶ Item pro perſiſtere, perſeverare. *Ter. Adel.* Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt. *Plin. l.* 11. *c.* 54. Duraſſe & ultra undecimum pleroſque, certum eſt. *Vellej. lib.* 2. In longum fortiſſima pugnandi duravit conſtantia. *Virg.* 2. *Georg.* totidem durare per annos. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. durare horam.

Durus, a, um, n. 1. 2. *duro*, [illegible], Germ. *hart*, Gall. *dur*, Hiſp. *duro*, σκληρός, quod eſt ſolidum, ac firmum, a δόρυ, lignum. *Virg.* 4. *Æn.* Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 27. Dura alvus. ¶ Per translationem capitur pro patiente, ac tolerante laborum. *Virg.* 2. *Georg.* Scipiadas duros bello. Et 6. *Æn. v.* 130. Gens dura, atque aſpera cultu. ¶ Item pro aſpero, ſævo, crudeli. *Cic.* 7. *Ver.* Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te? &c. ¶ *Durus ad ſtudia*, qui ſtudiorum delectatione non capitur. *Cic. pro Arch. c.* 9. C. Mario, qui durior ad hæc ſtudia videbatur, jucundus fuit. ¶ Sæpe durus ponitur pro noxio, aſpero, ut caſus durus, durum imperium, mors, pœna, ſervitus dura. *Virg. Horat. Liv. Cicer. pro Dom. c.* 35. Duriſſima reip. tempora. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Fames duriſſima. Sic durum acetum, pro acerrimo, *Seren. Sammon. c.* 4. & duram muriam, pro ſalſiſſima, *Columel.* dixit *l.* 12. *c.* 4. ¶ Os durum, h. e. impudens, *Ter. Eun.* 4. 7. 36. ¶ Aliquando ponitur pro rudi, & quod ſine arte eſt. qua ratione *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 537. ruſticorum choreas duras dixit, & *Cic. l.* 14. *Attic. ep.* 20. Atilium Poetam duriſſimum appellat.

Duſius, m. 2. Dæmon, voce Gallica. *S. Aug. l.* 15. *de Civ. c.* 23.

Duſmoſus, a. 1. 2. idem ac dumoſus, apud vet. *Liv. Andr. apud Feſt.* Duſmoſo in loco.

Duumvir, viri, m. 2. δυάδαρχος, unus ex Magiſtratu Duumvirorum, a *duo*, & *vir*, quod duo viri in eo officio eſſent. ¶ Duumviri perduellionis Magiſtratus fuit duorum virorum, qui creabantur, ut judicarent, ſi quis in Rempub. ſe inſtar hoſtis geſſiſſet. Raro admodum creabantur, cum judicia de perduellione, & de parricidio uſque ad annum 604. plerunque vel a Quæſitoribus, vel a P. R. fierent, poſt annum 604. vel a populo, vel a Prætoribus quæſtionum perpetuarum. ¶ Duumviri capitales, vel parricidii illi erant, qui quæſtionibus de homicidiis præerant, & carceris reorum capitalium cuſtodiam agebant. Progreſſu temporis unus additus eſt. Hinc Triumviri fuere appellati. *Cic. in Orat.* Differebant a Quæſtoribus parricidii, ſive rerum capitalium, quia hi de omnibus criminibus capitalibus judicabant. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18. ¶ Duumviri navales erant, qui claſſis ornandæ, reficiendæque cauſa creabantur. *Liv. lib.* 9. & *l.* 40. *cap.* 42. ¶ Duumviri in Coloniis erat Magiſtratus ſiis par Conſulibus, vel Prætoribus urbis Romæ. *Cic.* 2. *Agr.* Appellabantur Duumviri jure dicendo. In quibuſdam Coloniis tres viri erant, in aliquibus quatuor. Hinc Triumviri, vel Quatuorviri dicebantur. *Sigon. l.* 2. *c.* 4. ¶ Duumviri Sacrorum erant, qui Oracula Sibyllina cuſtodiebant, & interpretabantur, & ſacrorum cæremoniarum antiſtites erant. Quoties prodigia magnos aliquos rerum eventus portendentia accidiſſent, Duumvirorum erat libros Sibyllinos inſpicere, & interpretari, & lectiſterniis ad pulvinaria Deorum factis, ſacrificiis eos placare, ut illorum minas averterent. Scitis etiam P. R. interpretandis præerant. Aliquando etiam data illis eſt cura corrigendorum Faſtorum. Primum duo creati ſunt. Sed cum Plebs de ſuo quoque corpore creari Conſules inſtaret, neque ad id ſatis haberet virium, obtinuit tandem, ut qui Duumviri ſacrorum in eam diem creati fuiſſent, Decemviri crearentur, quinque ex Patribus electis, totidem ex Plebe. Quare ex Duumviris Decemviri appellari cœpti ſunt. Denique ad Quindecemviros res devenit.

Duumvirālis, le, o. 3. quod ad Duumviratus munus pertinet, ut Vir Duumviralis eſt, qui aliquando Duumviratum geſſit. *Ulp. l.* 1. *ff. de albo ſcrib.* Inter Duumvirales antiquiſſimus quiſque prior.

Duumviralitas, atis, f. Duumviratus. *Leg.* 1. *Cod. de nat. liber.*

Duumvirātus, us, m. 4. dignitas Duumvirorum. *Plin. l.* 4. *ep.* 22. *ad Sempron.* Hunc agonem Trebonius in Duumviratu ſuo tollendum curavit.

Dux, ucis, comm. 3. *duce*, *capitano*, *guida*, [illegible], Germ. *führer*, Gall. *capitaine*, *duc*, Hiſp. *duque*, *capitan*, ἀγωγός, qui, vel quæ ducit. *Virg.* 1. *Æn.* Dux fœmina facti. *Cic. in Ver.* Sed tunc inopes relicti a duce, præfectoque claſſis unum neceſſario curſum tenere cœperunt. *Idem* 2. *Fam. epiſt.* 6. Dux nobis & auctor opus eſt. ¶ Dux cum pro ductore exercitus ſumitur, differt ab Imperatore. Nam *imperator* eſt, cui totius belli ſumma commiſſa eſt, *Dux*, cui peculiaris acies, vel res. *Cic.* 3. *Offic.* Attilius Regulus captus eſt duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Amilcare.

D ANTE Y.

Dyas, adis, f. numerus binarius, δυάς. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 12.

Dynămis, is, f. 3. vox græca. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 77. Dynamin olivi habent domi maximam. h. e. vim, ſeu copiam. Alii aliter legunt. V. *Olivum*.

Dynaſtes, ſtæ, m. 1. δυνάστης, dominus, primas, qui Magiſtratum gerit, vel judicus præeſt, qui in civitate plurimum poteſt, a δύναμαι, poſſum, valeo. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 9. Erit tum dynaſtis in gratia.

Dyōta. V. Diota.

Dypticum, i, n. δίπτυχον, munus, donarium, congiarium, præmium. *Symmach. l.* 5. *ep.* 14. & *in Cod. Theodoſ.* 15. 9. 1.

Dyrrhachīnus, a, um, adject. ad Dyrrhachium pertinens. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 22. Quod meı ſtudioſos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi.

Dyrrhachium, ii, *Durazzo*, Δυῤῥάχιον, Macedoniæ civitas, & portus celebris, ad oſtium fl. *Argentaro*, in mari Adriat. Dicta eſt etiam Epidamnus. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 1. Elegiſſe ſibi exilio locum Dyrrhachium.

Dyſenteria, f. 1. *fluſſo di ſangue*, Germ. *die rote ruhr*, Gal. *flu de ſang*, Hiſp. *camaras con ſangre*, δυσεντερία, inteſtinorum exulceratio, cum inflammatione, & excretione ſanguinolenta ventrem torminibus exercens, a δυς, quod difficultatem notat, & ἔντερον, inteſtinum. *Cicer. Fam. l.* 7. *ep.* 26. Sane δυσεντερίαν pertimueram. ¶ Latinis literis ſcribitur a *Plin. l.* 22. *c.* 21. & alibi.

Dyſentericus, a, um, adject. *diſenterico*, qui dyſenteria laborat. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Panicum in vino potum prodeſt dyſentericis. ¶ Item ad dyſenteriam pertinens, ut dyſenterica paſſio. *Pallad. l.* 3. *c.* 31.

Dyſĕros, δύσερως, in amore infelix. *Auſon. epigr.* 92. Suaſiſti, Venus ecce, duas dyſeros ut amarem.

Dyſphoricus, a, um, δυσφορικός, infelix. *Firmic. l.* 8. *c.* 12. Diſphorici, ac miſeri infeliciter moriuntur.

Dyſpnœa, f. 1. δύσπνοια, ſpirandi difficultas, *difficultà del reſpiro*. *Plin. l.* 26. *c.* 7. Dyſpnœæ medetur centaurium majus.

Dyſpnoīcus, m. 2. qui dyſpnœa laborat. *Plin. l.* 24. *cap.* 6. Ammoniacum prodeſt dyſpnoicis, pleuriticis, &c.

Dyſuria, f. 1. δυσουρία, difficultas, & ſuppreſſio urinæ, a δυς, quod notat difficultatem, & οὖρον, urina. *Cic.* græcis literis ſcripſit *l.* 10. *Attic. ep.* 10. [illegible] tua mihi valde moleſta.

Dyſuriacus, i, qui dyſuria laborat. *Jul. Firmic. l.* 4. *c.* 8. Dyſentericos, pleuriticos, hydropicos, dyſuriacos.

Dyſuricus, a. 1. 2. quod ad dyſuriam ſpectat. *Cic. Fam. l.* 7. *ep.* 26. Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat, δυσουρικά, καὶ δυσεντερικά πάθη, ſibi moleſta eſſe. Literis latinis non ſcribes antequam exemplum invenias.

DE LITTERA E.

E Quinta Latinorum litera, & inter vocales ſecunda, a Veteribus interdum pro i uſurpata fuit, ut *here*, pro *heri*, *Vergilius*, *Deana*, pro *Virgilius*, *Diana* &c. ¶ Tranſit in quibuſdam verbis in *o*, ut *Reor*, *ratus ſum*: In quibuſdam in *a*, ut *tego*, *toga*. ¶ Variam fuiſſe rationem pronuntiandi per *e*, & per *a*, ſatis teſtatur *Var.* qui *lib.* 6. *de L. L.* ſcribit, alios dixiſſe *ſceptrum*, alios *ſcaptrum*, partim *Fænus*, partim *fenus*. Poſterioribus tamen temporibus hæc pronuntiandi ratio penitus amiſſa eſt. Hinc apud Auctores quoſdam infimæ Latinitatis non ſolum *E* pro *Æ* ſcribebatur, ſed etiam concipiebatur, ut *hereſis*, *ſphera*, apud Prudent. *Erumna*, apud Paulin. V. *Ruegerſ. l.* 3. *var. lect. c.* 5.

E, præpoſitio. V. Ex. eoſdem enim uſus habet, niſi quod e nunquam ante vocales adhibetur.

Eale, fera eſt in Æthiopia, magnitudine equi fluviatilis, cauda elephantis. *Plin. l.* 8. *c.* 21.

Eanus, i, Janus, apud *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 9.

Eapropter, idem quod propterea, vel quapropter. *Calpurn. Flacc. declam.* 26. Eapropter omnis fretus auxiliis Deorum. *Solin. cap.* 35. Lignum attrectatum ferro ſine mora emoritur: eapropter aut vitro, aut cultellis vulneratur.

Eapſe, ea ipſa. *Scip. Afr. apud Feſt.* Eaque eapſe bene meritus fiem.

Eaſinus, a, um, adject. ab ἔαρ, vel ἦρ, ver, ſignificat vernum, ut eaſinæ oves, apud *Tertul. de habit. muliebr. c.* 8.

Eatĕnus, adv. *fin a tanto che*, [illegible], Germ. *alſo weit*, Gall. *juſqu'a ce que*, Hiſp. *haſta a tanto que*, ἐς τόσον, uſque eo, vel ad eum modum, cui reſpondet quatenus, &c. *Cajus de Inſtitoria actione*. Eatenus datur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt. *Cic.* 1. *de Leg.* Sed hoc civile quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare voluerunt. *Idem de opt. gen. Orat.* Verba perſequens eatenus, ut ea non abhorreant a more noſtro. *Col. l.* 12. *c.* 9. Caules lactucæ ab imo depurgatos cato-

eatenus, quæ tenera folia videbuntur. *Suet. in Tib.* Eatenus interveniebant, ne quid perperam fieret.

E ANTE B.

Ebacchor, aris, d. 1. valde bacchor. Aſſert Paſſeratius exemplum ex *Lamprid. in Heliogab.* in hæc verba: Matris etiam Deum ſacra accepit, & adeo ebacchatus eſt, ut &c. Verum præterquamquod codices quamplurimi habent *debacchatur*, Salmaſius ita legit: Matris etiam Deum ſacra accepit, & tauroboliatus eſt, ut &c.

Ebĕnus, i, f. vel ebenum, n. 2. *ebano*, ἔβενος, lignum intus nigrum, foris buxi aſpectu, adeo ſolidum, & ponderoſum, ut in aqua non ſuperfluitet, a voce Græca allata. Naſcitur in India, & in Meroe inſ. Æthiopiæ. *Virg.* 2. *Georg.* Sola India nigrum fert ebenum. *Plin. l. 6. c. 40.* Spiſſiſſima, ex omni materie, judicatus ebenus, & buxus. ¶ Scribitur & *Hebenus*.

Ebibĭtus, a, um, *bevuto*, bibendo exhauſtus. *Sidon. carm.* 9. *v.* 39. Atque hunc, fluminibus ſatis profundis confeſſum ebibitis, adhuc ſitiſſe.

Ebĭbo, is, bibi, itum, a. 3. ἐκπίνω, extra bibo, vel bibendo evacuo. *Plaut. Curc.* 1. 2. 65. Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem. *Plin. l. 5. c.* 15. Fluvius ille ab lacu ebibitur, h. e. excipitur, & exhauritur. ¶ Ebibere imperium alicujus, pro oblivisci, translate *Plaut. Amph.* 2. 1. 84.

Ebīto, as, exeo. Aſſert Pareus locum *Plaut. Stich.* 4. 2. 28. Sed non deſunt optimi Codices, qui *bitet* pro *eites* exhibent.

Eblandĭor, iris, itus ſum, d. 4. *togliere per luſinghe*, Germ. *mit ſchmeichlen bringen*, Gall. *impetrer par de douces paroles*, Hiſp. *qui tar por halagos*, ἐξαπατάω, eſt blanditiis aliquid impetrare, vel exprimere, extorquere. *Cic. Att. l. 16. epiſt.* 12. Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut &c.

Eblandītus, a. 1. 2. particip. ab eblandior. Reperitur paſſive pro eo, quod precibus, & blanditiis impetratum eſt, *Cic. pro Planc.* c. 4. Eblandita illa, non enucleate ſuffragia.

Ebŏlum, n. 2. Eubri, *Ebol*, *Evoli*, opp. Principatus cit. in R. Neap. Ducatus titulo clarum.

Eborarius, ii, m. artifex eboris, *chi lavora in avorio*. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. Artif.*

Eborātus. V. Eburatus.

Eborĕus, a. 1. 2. quod eſt ex ebore. *Quint. lib.* 3. *c.* 6. Cum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent translata. h. e. imagines oppidorum ex ebore.

Ebrĭa, æ, f. vas vinarium, ut ait Soſipater, a qua dictus eſt ebrius, & ebrietas. *Chariſ. l.* 1. ſcribit *Hebria*, alii *Bria* legendum cenſent.

Ebriăcus, a, um, a. 1. 2. idem ac ebrius, apud vet. *Plaut. Aul. in Fragm.* Homo ebriacus ſomno ſanari ſolet. V. Taubm.

Ebriamen, inis, n. μέθυσμα. Vertit *Tertul.* ex S. Script. *l. de Jejun.* c. 9. his verbis: De Samuele mater: Vinum, inquit, & ebriamen non bibet.

Ebriĕtas, f. 3. *ebrietà*, שכרון, Germ. *truckenheit*, Gal. *enyvrement*, Hiſp. *embriaguez*, μέθη, ſtatus ebrioſi, cum quis ſcilicet ebrius eſt. *Plin. l.* 30. *c.* 15. Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus.

Ebrĭo, as, avi, atum, a. 1. ebrium reddo, *ubbriacare*, μεθύσκω. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 6. Mulieres raro ebriantur.

Ebriolātus, a, um, adject. ebrius. *Laber. apud Non. c.* 2. *n.* 306. Ebriolati mentem hilarem accipiunt. Al. leg. *ebriolati*. Adde *Plaut. in fragment. Aulul.*

Ebriŏlus, a, dim. ab ebrius. *Plaut. Curc.* 2. 3. Triſtes, atque ebrioli incedunt. *Id. ibid.* 1. 3. 36. Etiam me vocas, ebriola?

Ebriosĭtas, f. 3. φιλοινία, propenſio in ebrietatem. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 12. Inter ebrietatem, & ebrioſitatem intereſt, aliudque eſt eſſe amatorem, aliud amantem.

Ebriōſus, a. 1. 2. *chi ſpeſſo è ubbriaco*, שכור, Ger. *trunken*, Gal. *yvrogne*, Hiſp. *borracho*, οἰνόφλυξ, qui ſæpe fit ebrius. *Cic. de Fato*. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. *Senec. epiſt.* 83. Plurimum intereſſe concedes inter ebrium & ebrioſum: Poteſt & qui ebrius eſt, tunc primum eſſe, nec habere hoc vitium, & qui ebrioſus eſt, ſæpe extra ebrietatem eſſe. *Catul. carm.* 27. Poſthumiæ ebrioſa acina ebrioſioris.

Ebriŭla. V. Ebriolatus.

Ebrĭus, a, um, a. 1. 2. *ebbro*, *ubbriaco*, שכור, Germ. *voll weines*, Gal. *yvre*, Hiſp. *embriago*, μεθύων, qui nimio potu alienatus eſt mente, ab *ebria*, vel potius *bria*, vaſe vinaria, quia multas briae hauſit. *Cic. Fat. l.* 9. Habuiſti in tua poteſtate, ex quo vel ex ſobrio, vel certe ex ebrio ſcire poſſes. *Propert. l.* 1. *el.* 2. Veſtigia ebria trahere. *Tibul. lib.* 3. *el.* 7. Verba ebria. ¶ Inter *ebrius*, & *ebrioſus* hoc intereſt, quod ebrius actum præſentem deſignat, ebrioſus habitum, & proclivitatem. ¶ Interdum ebrius ponitur pro pleno, & abundanti. *Plaut. in Caſ.* 3. 1. 19. Facito, mihi cœna ut ebria ſit. *Lucret. l.* 3. *v.* 1064. Cum ebrius urgeris multis miſer undique curis. *Horat. l.* 1. *od.* 37. Fortuna dulci ebrius.

Ebron. V. Hebron.

Ebullĭo, is, n. 4. *bollire*, רתח, Germ. *auffwallen*, Gall. *bouillir*, Hiſp. *bullir*, *hervir*, ἐκζέω, valde, ſive extra bullio, extra fundor. Tranſlate eſt jactabunde aliquid oſtentare, *vantarſi*. *Cic.* 3. *de Fin.* Dixit Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod ſolet ebullire nonnunquam. ¶ Ebullire animam, apud *Petron. in fragm.* & *Senec. in Apocolocynth.* eſt, mori. Sic *Perſ. ſat.* 2. *v.* 12. O ſi Ebullit patrui præclarum funus! Ubi al. leg. *ebullet*, velut ab *ebullo*, *as*, quod ſignificat erumpere, diſſolvi, ad modum bullæ crepantis evaneſcere.

Ebullo, as, V. Ebullio.

Ebŭlum, n. 2. ſive ebulus, m. 2. *ebulo*, *ebbio*, frutex eſt ſambuco foliis, & baccis ſimillimus, in tantam tamen altitudinem non aſſurgens, neque arboreſcens. *Virg. in Silen.* Sanguineis ebuli baccis. *Plin. lib.* 25. *cap.* 10.

Ebur, oris, n. 3. olim ebor, oris, *avorio*, שן, Germ. *helffenbein*, Gall. *yvoire*, Hiſp. *marfil*, ἐλέφας, dens, vel cornu elephantis. *Suetan. in Tib.* c. 2. Ex ebore ſtatuam equeſtrem poſuit. ¶ Per ſynecdochen ponitur pro vaſis, aut aliis rebus ex ebore. *Cic.* 4. *Ver.* Ut omne ebur ex ædibus ſacris, Deorum denique ſimulacra, quæ vellet, auferret. ¶ Item pro tibia ex ebore. *Virg.* 2. *Georg. v.* 133.

Eburātus, ſeu eboratus, a, um, adject. ebore obductus, *coperto d' avorio*, ἐλεφάντινος. *Plaut. Stich.* 2. 2. 53. Lectus eburatus. *Lamprid. Heliogab. c.* 4. Sella eburata.

Eburneŏlus, a. 1. 2. dim. ab eburneus. *Cic.* 3. *de Or. c.* 60. Cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula.

Eburnĕus, a, um, a. 1. 2. *d' avorio*, Ger. *helffen*, *beinin*, Gal. *d' yvoire*, Hiſp. *de marfil*, ἐλεφάντινος, quod eſt ex ebore. *Plin. l.* 36. *c.* 5. Jovem fecit eburneum in Metelli æde. ¶ Aut quod inſtar eboris album eſt. *Ovid.* 1. *Met.* Impubeſque genas, & eburnea colla.

Eburnus, idem ac eburneus. *Tibul. l.* 3. *el.* 4. Plectro modulatus eburno.

¶ Eburnus numerus, h. e. talus. *Ovid.* 2. *Amor.* Numeroſque manu jactabit eburnos.

Eburōnes, m. 3. Leodienſes, Tungri, pop. Germ. inf. ſeu Belgii, in Brabantia, juxta Moſam fl. inter Ebiim, & Menapios, quorum urbs Leodium, ſeu Legia, *Liege*, inter Coloniam Agrippinam, & Bruxellas.

E ANTE C.

Ecaſtor, vel Æcaſtor, *per Dio*, adv. jurandi, & ſignificat per Caſtorem, vel per ædem Caſtoris, ut aliqui volunt. *Plaut. Amph.* Ecaſtor te experior, quam facias uxorem tuam. ¶ *Ecaſtor* juramentum erat proprium fœminarum, *Hercle*, ideſt per Herculem, virorum, *Pol*, ſive *Ædepol*, ideſt per Pollucem, ſeu ædem Pollucis, erat utriſque commune. *Gel. l.* 11. *c.* 6. Sed apud *Plaut. Aſin.* 5. 2. 80. Argyrippus dicit, Ecaſtor quia ſurrepturum palam promiſit tibi.

Ecbăſis, ἔκβασις, figura eſt, quæ latine excurſus, ſeu digreſſio dicitur, cum ab oratione inſtituta obiter ad alia excurritur, quod breviſſime fieri oportere, monet *Horat. in Ar. Poet.*

Ecbatăna, n. 2. pl. *Tauris*, urbs Mediæ, nunc Regia Perſarum, inter Byzantium ad Occ. & Alexandriam Ariæ in Or.

Ecbŏla, æ, f. *ſaetta*, *dardo*, *freccia*, telum miſſile; ab ἐκβάλλω, emitto, jacio, unde ἐκβολή. *Pacuv.* apud *Var. l.* 6. *L. L. ſub fin.* Ecbolas quaſſant, ejiciunt.

Ecbŏlas, uvæ genus apud *Plin. l.* 14. *c.* 18.

Ecca. V. Ecce.

Ecce, *ecco*, הנה, Germ. *ſihe*, Gall. *voila*, Hiſp. *a qui eſtà*, *he aqui*, ἰδού, adverb. demonſtrandi, ab *en*, & ſyllabica dictione *ce*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 270. Ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi. *Cic.* 6. *Verr.* Ecce autem nova turba, atque rixa. ¶ Habet modo nominativum, modo accuſativum, modo dativum. *Cic. Att. l.* 1. Ecce alia deliciæ equitum vix ferendæ. *Id.* 2. *de Fin.* Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt. ¶ Dativus *tibi* cum *ecce* junctus plerumque redundat, & elegantiæ ſolummodo cauſa additur. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 15. Cum hæc maxime ſcriberem, ecce tibi Seboſus. Adde *pro Cluent. cap.* 58. ¶ Componitur cum variis pronominibus, ut *Eccum*, *eccam*, *eccillum*, *eccillam*, *eccistum*, *eccistam*, ideſt *ecce eum*, *ecce eam*, *ecce illum*, *ecce illam*, *ecce iſtum*, *ecce iſtam*. Quorum exempla paſſim occurrunt apud lat. Comicos. Valla tamen harum & ſimilium dictionum ſignificationem per adverbia explicat, ut ecca, idem ſit ac ecce hic; ſubintellige, fœmina, de qua loquimur. Eccum, ecce hic, ſubintellige virum, de quo ſermo eſt. &c. *Plaut. Men.* 5. 4. Eccum ipſum hominem. *Id. ibid.* 2. 2. Eccum hunc in ædulis ſalvum fero. *Id. Caſ.* 2. 1. 15. Atque ea ipſa eccam egreditur foras. *Id. Aulul.* 4. 10. 51. Eccillam domi. *Id. Rud.* 2. 7. 18. Tegillum eccillud mihi unum areſcit. *Id. Curcul.* 5. 2. 17. Certe eccillam, video. *Id. Moſtell.* 1. 3. *in fin.* Conveniunt manipulares, eccos.

Eccentros, i, m. & f. *Martian. Capell. l.* 8. Terra ſolaris circuli centrum eſt, ſed eccentros habetur. h. e. centrum aliud ab eo habet.

Eccĕre, vel Æcere, vel Ecere, νὴ τὴν Δήμητρα, adv. jurandi, & ſignificat per Cererem, vel per ædem Cereris. *Feſtus*. Sed aliquibus eſt adverb. demonſtrandi, quaſi *ecce rem*, vel *ecce rem*. *Plaut. Amph.* 2. 1. 4. Eccere, jam tu autem facis, ut tuis nulla apud te ſit fides.

Eccilla, & eccilla. V. Ecce.

Ecclesĭa, f. 1. *adunanza*, קהל, Germ. *verſamlung*, Gal. *aſſemblée*, Hiſp. *ayuntamiento*, ἐκκλησία, cœtus, concilium, concio, congregatio, ab ἐκκαλέω, evoco. Sic dicebatur Athenis cœtus congregatus ad audiendum de Reipub. negociis. *Plin. Trajano*, *l.* 10. *ep.* 111. Et bula, & eccleſia conſentiente. ¶ Similis fere ἀγορά, ab ἀγείρω, congrego. Sed primum notabat conventum populi ordinatum, perque ſuos ordines diſtinctum: ſecundum, confuſam, promiſcuamque congregationem. ¶ Apud Chriſtianos Scriptores Eccleſia eſt congregatio Fidelium. *Tertull. Lactant. Auguſtin.* &c.

Eccleſiaſterium, ii, n. ἐκκλησιαστήριον, locus, in quo homines ad colloquendum, aut aliorum ſermones audiendos conveniunt. Ita explicat *Baldus in Lex. Vitruv. ad Vitruvii l.* 7. *c.* 5.

Eccleſiaſtĭcus, a, um, adject. ad Eccleſiam pertinens. *Tertul. de Pudic. c. ult.* Pacem eccleſiaſticam alicui reddere.

Eccum. V. Ecce.

Ecdĭcus, m. 2. ἔκδικος, ultor, vindex, defenſor, a δίκη, ultio, pœna. Speciatim *Ecdici* in Municipiis erant, teſte Budæo, qui Romæ Tribuni plebis, qui ſcilicet plebis cauſam adverſus injuriam Optimatum tuebantur. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 56. Se curaturum, ut Ecdici Mileſii Romam mitterentur.

Ecfĕro, pro effero, *Pareus in Lex. Crit.* teſtatur legi in quibuſdam MSS. non modo apud *Plaut.* aliquoties, ſed etiam apud *Cic. Fam.* 9. 2. & *Att.* 8. 3.

Ecfodĭo, is, a. 3. *ſcavare*, effodio. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 2. Ecfodere rivos, humum infra moliri.

Echēa, vel Echeia, n. 2. ἠχεῖα, vaſa ærea in theatris collocata ad reddendam vocem agentium fabulas, vel canentium, & conſonantiorem faciendam, ab ἦχος, ſonus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. & *l.* 5. *c.* 3. Meminit & *Plin. l.* 11. *c.* 51. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Echenēis, f. 3. ἐχενηΐς, genus piſciculi, quem Latini remoram appellant, ab ἔχω, *habeo*, *retineo*, vel ἔχομαι, *adhæreo*, & νηῦς, Jonice, pro ναῦς, *navis*, quia per aquam ſiſtit navem, ei adhærens, quamvis immenſam, & velis, & remis concitatam, ne poſſit iter inſtitutum peragere. *Plin. l.* 9. *c.* 25. & *l.* 32. *c.* 1. *Lucan. lib.* 6. *v.* 674. Non puppim retinens, Euro tendente rudentes, In mediis echeneis aquis.

Echeuma, tis, n. ἔγχευμα, effuſio, a χέω, fundo. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 87. ibi te replebo unguentum echeumatis. Al. leg. ἐγχεύματι, litteris Græcis.

Echĭdna, f. 1. ἔχιδνα, vipera fœmina, uti mas echis, ἔχις, παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν γονὴν ἄχρι θανάτου, *quod concinet in ſe fœtum uſque ad mortem*, ideſt donec pulli nimiam moram pertæſi eroſo matris utero, parenteque necata erumpant. Nam & Latine vipera vocatur, quia vi *parit*. A Poetis accipitur pro quovis ſerpente, & præcipue pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta eſt. *Ov.* 2. *Faſt.* Sanguine centauri Lernææ ſanguis echidnæ mixtus.

Echinădes, f. 3. Echidnæ, Echinæ, *le Curzolari*, vel *Curzulari*, inſ. quinque parvæ maris Jonii, ante os ſinus Corinthiaci, inter oſtia Acheloi fl. Acarnaniæ, & Araxum prom. Peloponneſi. Harum una Dulichium, alia Same nominatur.

Echinātus, a, um, adject. operculo ſpinoſo exluti echini tectus. *Plin. l.* 15. *c.* 23. Caſtaneis armatum echinato cortice vallum eſt. *Id. l.* 27. *c.* 9. In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis. Et *l.* 22. *c.* 9. Echinata folia.

Echinomētra, f. 1. ἐχινομήτρα, echinorum genus, ſpinis longiſſimis, calycibus minimis, colore ruſo, vel vitreo. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Echinophŏra, f. 1. genus conchæ, *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Echinus, m. 2. *riccio*, קפוד, Germ. *ein meer igel*, Gall. *heriſſon*, Hiſp. *erizo*, ἐχῖνος, piſcis quidam ex cancrorum genere, cui ſpinæ pro pedibus ſunt,

Digitized by Google

ſunt, cui ingredi eſt in orbem volvi, a Græca voce allata. Capitur ſepe inter ſaxa, *Plin. l. 9. c. 31.* ¶ Item apud Græcos animal terreſtre, ſpinis undique veſtitum, al. *eres*, *erinacius*, vel *hersnaceus*, *hericius*, *herix*, *riccio*, quod *Iſid. l. 12. c. 6.* a marino nomen ſumpſiſſe ſentit. ¶ Hinc ſpinoſus caſtaneæ cortex echinatus dicitur. *V. Serv. ad Ecl. 7. v. 53.* ¶ Item ornamentum in capitulis columnarum Jonicarum, & Doricarum, quæ caſtanearum ordinatim in patentes echinos ordinatorum imaginem præ ſe ferunt. *l'ovolo. Vitruv. l. 3. c. 3. & 7.* ¶ Item genus vaſis, quod alii vas æreum volunt eſſe, in quo calices lavantur, alii ollam fictilem, alii vas ſalis, alii lignum cum uncinis, in quo calices ponuntur, alii ampullam vitream, alii ampullam ſcorteam, a rotunditate echini ſe in pilam colligentis, vel quod echini in eo ſculpi conſueverint. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 5.* Aſtat echinus vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex.

Echion, vel echiion, n. 2., ἔχιον, ἐχίειον, herba, quæ ſemina habet viperinis capitibus ſimilia. *Plin. l. 25. c. 9.*

Echionii, vel Echionidæ, m. 2. Thebani, ab Echione Cadmi ſocio.

Echites, m. 1. ἐχίτης λίθος, lapilli ſpecies, qui vipereas habet maculas, colore viridi ſubobſcuro. *Plin. l. 37. c. 2.* ¶ Item herba, quæ morſibus viperinis medetur, ſimilis ſcammonio. *Plin. l. 24. c. 15.*

Echo, f. 4. contract. *eco*, בַּת קוֹל, Ger. *wunderſchall*, Gal. *echo*, Hiſp. *eco*, ἠχώ, ſoni, vel vocis repercuſſio, ab ἠχέω, *ſono*, *reſono*. *Ovid. 3. Metam.* Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat echo. Eadem a Latinis dicitur imago. *Hor. l. 1. carm. od. 12.* Quem Deum, cujus recinit jocoſa nomen imago? ¶ Poetæ fabulantur, Echo Nympham fuiſſe, hanc a Junone breviſſimo vocis uſu eſſe punitam, quod Junonem longo ſermone tenere ſolita eſſet, ne Nymphæ a Jove amatæ ab illa deprehenderentur, cum deinde a Narciſſo, cujus amore deperibat, ſpreta fuiſſet, longo mœrore contabuiſſe, & corpore demum in ſaxum converſo, nihil, niſi vocem, retinuiſſe. *Ovid. 3. Metam.* ¶ Fit præcipue in convallibus, & locis concameratis, ubi ſcinditur reſultans aer, & acceptæ vocem numeroſiore repercuſſu multiplicantur. Non enim ibi liberum habet vagandi campum, ſed rerum objectu reflectitur. In quibuſdam locis etiam pluries multiplicantur. E. g. in urbe Cyzicu turres ſeptem acceptas voces multiplicant: & Olympiæ porticus fuit, quam *Heptaphonon* appellabant, quoniam ſepties eadem vox ibi reddebatur.

Echoicus, a, um, adject. ad Echo pertinens, ut Echoici elegi, apud *Sidon. l. 8. ep. 11.* Ita legit Sirmond. antea enim *Eſchoics* legebatur.

Eclectici, orum, dicti ſunt Philoſophi quidam, qui nulli certæ ſectæ addicti, ex omnibus optima deligebant, & ſequebantur; unde & nomen acceperunt. ἐκλέγειν enim *eligere* ſignificat.

Ecligma, ſeu Eclegma, atis, n. ἔκλειγμα, linctum, electuarium, medicamentum, quod fit lingendi gratia, non edendi, aut devorandi, ut cum aliquid in ore tenetur, & paulatim diſtillando tranſmittitur, a λείχω lambo, lingo. *Plin. l. 21. c. 3. de thymo.* Diutinæ tuſſi ecligmate facilem excreationes facere exiſtimatur.

Ecligmatium, ii, n. diminut. ab ecligma. *Theod. Priſcian. l. 1. c. 17.*

Eclipſis, f. 3. *eclyſſe*, ἔκλειψις, deliquium, defectio, ab ἐκλείπω, deficio. Hinc eclipſis Lunæ, cum Sol per interpoſitionem terræ ita Lunæ opponitur, ut illam illuminare non poſſit. eclipſis Solis, cum Luna inter Solem, & noſtrum aſpectum interponitur. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 22.*

Eclipticus, a, um, adject. ut ecliptica linea, quæ Zodiacum dividit in duas partes æquales, ſic dicta, quia Solis, vel Lunæ eclipſes nunquam contingunt, niſi ſub ea ambo hi Planetæ ponantur. ¶ Alio ſenſu *Plin. l. 2. c. 16.* Stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

Ecloga, f. ἐκλογὴ, electio, ab ἐκλέγομαι, eligo. Ita inſcribuntur colloquia quædam poetica apud Virgilium, quod ſint ex multis excerpta, quæ ille fortaſſe hoc genere ſcripſerat. Uſus obtinuit, ut Eclogæ appellentur brevia qualibet colloquia, carmine concluſa, præſertim ſi Paſtores inducantur. Etiam Horatii Odæ a *Sidonio Apollin.* eclogæ vocantur, item Polybii, Diodori, Strabonis, Cteſiæ eclogæ extant, quæ ſunt excerpta ex majore opere. *Varr.* apud *Chariſ. lib. 1.* Eclogæ ex Annali deſcriptæ. ¶ Qui ſcribunt *egloga*, ducunt ab αἰξ, αἰγὸς, capra, & λόγος, ſermo, quaſi ſit αἰγολογία. Sed iſti nimis longe abeunt a veritate.

Eclogarium, ii, n. Hoc nomine inſcripſit *Auſon.* unum a libris ſuis, quia ſeparata quædam, & ſeorſim collecta de certis quibuſdam, & ſelectis rebus poemata continet, ab ἐκλέγω, ſeligo.

Eclogarius, m. e. qui excerpit, & in breviarium confert. *Cic. Att. l. 16. ep. 2. in ſin.* De Gloria miſi tibi: ſed notentur eclogarii. Sed *Nizolius*, *Manutius*, & *Fulv. Urſinus* cenſent, *eclogarios* a Tullio dici eos, quos in libris de Gloria loquentes induxiſſet.

Eclogium. V. Elogium.

Ecnephias, adis, f. procellæ genus, quæ ex ſicca nubis diſceſſione erumpit. *Plin. l. 2. c. 48. Senec. l. 5. Quæſt. Nat. c. 12.*

Econtra, adverb. pro contra. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 39. & Serv. ad 6. Æn. v. 772.*

Ecphora, æ, f. ἐκφορὰ, prominentia, projectura in ædificiis. *Vitruv. l. 6. c. 2.* Columnarum protectione, mutulorum ecphoræ.

Ecquando, adv. *quando mai*, ἤ ποτε, idem ac quando, vel & quando, an aliquando, num aliquando? *Cic. de leg. Agr. 2. c. 7.* Quæro a populari Tribuno plebis, ecquando niſi per triginta tribus creati ſint.

Ecquis, ecqua, & ecquæ, ecquod, vel ecquid, *e chi*, *e quale*, ἆρα, numquis, vel an aliquis, ab &, & *quis*, vel ut Priſcian. docet, ab *en*, & *quis*. *Cic. Attic. 7. 8.* Quod quæris, ecqua ſpes pacificationis ſit. *Ter. Andr. 5. 2.* Ecquid te pudet? *Id. Eun. 5. 8.* Ecquis me vivit fortunatior? *Cic. Ver. 5. c. 57.* Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum. *Plaut. Bacch. 2. 3. 1.* Ibo ad portum, viſam, ecquæ advenerit navis mercatoria. ¶ *Ecquid* ſæpe ponitur pro num, numquid. *Gell. l. 1. c. 19.* Anus incognita, ecquid reliquos ſex libros eodem pretio emere vellet, regem interrogavit. *Cic. Fam. 7. ep. 16.* Ecquid in Italiam venturi ſitis, fac ſciam. *Ovid. 3. Triſt. el. 7. v. 11.* Tu quoque dic, ſtudiis communibus ecquid inhæres?

Ecquiſnam, ecquænam, ecquodnam, vel ecquidnam, *e chi mai*, *e quale mai?* idem quod ecquis. *Cic. in Vatin. c. 16.* Ecquiſnam tibi dixerit. *Id. 4. de Fin. c. 24.* Ecquænam fieri poſſit acceſſio. *Id. in Top. c. 21.* Ecquidnam honeſtum ſit.

Ecquo, adver. *e dove mai?* *Cic. Phil. 13. c. 25.* Ecquo te tua virtus provexiſſet? ecquo genus?

Ecſtaſis, f. 3. ἔκστασις, ſtupor, admiratio, exceſſus mentis, ab ἐξίσταμαι, *de ſtoro mentis dejicio*. Dionyſius vocat abſtractionem mentis a corpore ad contemplanda cœleſtia, quæ etiam ἀναγωγὴ dicitur. *Tertull. de Anim. cap. 45.* Hanc vim ecſtaſin dicimus, exceſſum mentis, & amentiæ inſtar.

Ectaſis, f. 3. ἔκτασις, productio, extenſio, ab ἐκτείνω, extendo. ¶ Speciatim eſt Figura Poetica. V. Diaſtole.

Ecthlipſis, f. 3. ἔκθλιψις apud Grammat. Chariſ. l. 4. & alios eſt Figura Poetica, qua litera *m* ſimul cum vocali præcedenti ob vocalem, vel diphthongum ſequentem eliditur, ut in illo *Perſ. ſat. 1.* O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane? ¶ Vox græca eſt, & græcis potius literis ſcribenda.

Ectrapeli, m. 2. ἐκτράπελοι, horrentes, & averſati communem, & uſitatum naturæ modum, ab ἐκ, & τρέπω, verto. *Plin. l. 7. c. 16.* de monſtroſis puerorum incrementis: Ectrapelos Græce eos vocant: in latino nomen non habent.

Ectroma, atis, n. ἔκτρωμα, abortus. Utitur hac voce *Tertul. l. de præſcript. adv. Hæret. c. 70.*

Ectropa, æ, f. *diverticolo*, ἐκτροπὴ, diverticulum; ab ἐκτρέπω, diverto. *Varr.* apud *Non. c. 4. n. 422.* Et ne erraremus, ectropas eſſe multas, omnino catum eſſe, ſed ſpiſſum iter.

Ectypus, a, um, adject. ἔκτυπος, a τύπος, figura, imago, *effigiato*, ut ectypa gemma, quæ typo impreſſa eſt, ſive figuræ in ea prominentes ſint, ſive depreſſæ, & inciſæ. *Senec. l. 3. de Benef. c. 26.* Imaginem Tib. Cæſaris habens ectypam, eminente gemma. *Plin. l. 37. c. 10.* Hæ ſunt gemmæ, quæ ad ectypas ſcalpturae aptentur.

Eculeus. V. Equuleus.

E ANTE D.

Edacitas, f. 3. *voracità*, Germ. *eſſigkeit*, Gal. *gourmandiſe*, Hiſp. *tragazon*, *bartazgo*, πολυφαγία, ingluvies, voracitas. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. ult.* Edacitatem pueri pertimeſco.

Edax, acis, o. 3. *ingordo*, *mangiatore*, זולל, Germ. *freſſig*, Gall. *gourmand*, Hiſp. *tragador*, ἀδηφάγος, vorax, ab edo. *Cic. pro Flac.* Edacem hoſpitem amiſiſti. *Colum. l. 6. c. 2.* Edaces multi cibi. *Senec. epiſt. 60.* Edaciſſima animalia. ¶ Sumitur ſæpe tranſlate, ut Curæ edaces, *Horat. l. 2. od. 11.* h. e. quæ habentem macerant, & conſumunt. Sic livor edax, *Ovid. 1. Amor. el. 15.* tempus edax rerum. *Id. 15. Metam.*

Edeatræ, qui præſunt regiis epulis. ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. *Feſtus.*

Edecumatus, ſeu edecimatus, a. 1. 2. electus, præſtans, a *decumus*, vel *decimus*, quia non niſi præſtans eſſe poteſt, ubi e bonis decimum quodque eligitur. *Feſt.*

Edentatus, a. 1. 2. *ſdentato*, Germ. *zanloſſ*, Gal. *edenté*, Hiſp. *deſdentado*, νωδωθεὶς, dentibus privatus. *Macrob. l. 7. Sat. c. 3.* Scommata minus aſpera, quaſi edentatæ belluæ morſus.

Edento, a. 1. νωδόω, edentulum facio excuſſis dentibus. *Plaut. Rud. 3. 2. ad fin.* Nimis velim, improbiſſimo homini malas edentaverint.

Edentulus, a. 1. 2. *ſenza denti*, νωδὸς, qui ſine dentibus eſt. *Plaut. Caſ. 3. 2. 20.* Propter operam illius improbi edentuli. *Id. Moſtel. 1. 3. 118.* Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. ¶ Tranſlate Vinum edentulum, apud *eund. Pæn. 3. 3. 87.* dicitur, quod vetuſtiſſimum eſt. Sic Alexis apud Euſtath. ad Odyſſ. β. Οἶνον τὸν παλαιὸν τοῦτον ὀνομάζομεν, ὅτι οὐ δάκνει, ἀλλ' ἰσχύει ποιεῖ.

Edepol. V. Epol.

Edera. V. Hedera.

Edico, is, edixi, edictum, a. 3. *comandare*, צוה, Germ. *aufſkinden*, Gal. *commander*, Hiſp. *mandar*, παραγγέλλω, jubeo, decerno aliquid fieri. *Liv. l. 2.* Edixit, ne quis civem Romanum vinctum teneret. ¶ Interdum ſimpliciter eſt dicere, enuntiare, indicare. *Cic. de Amic.* Si prius, quod maxime reprehendere Scipio ſolitus ſit, edixero. *Ter. Eun. 5. 5. 20.* Dico, edico, noſtrum eſſe illum herilem filium. ¶ Item prædicere, præmonere, denuntiare, indicere. *Cic. 2. Fin.* Eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſervaturus in jure dicendo. Hinc Edicere diem ad conveniendum, edicere conventum, edicere militibus prælium, apud *Liv.* ſæpe. ¶ *Edice* pro *edic*. *Virg. in Æneid.* Teucrorum edice maniplis.

Edictalis, le, adject. ad edictum pertinens, ut edictalis lex, edictalis bonorum poſſeſſio, h. e. edicto delata &c. apud JCtos non ſemel.

Edictio, onis, f. 3. idem ac edictum. *Plaut. Cap. 4. 2. 31.* Baſilicas edictiones, atque imperioſas habere.

Edicto, as, avi, atum, a. 1. *dire*, דבר, Germ. *auſſ kuenden*, Gal. *dire*, Hiſp. *hablar*, ἐξαγγέλλω, eloquor, enuntio, freq. ab *edico*, quod interdum pro ſimplici accipitur. *Plaut. Epid. 1. 2. 2.* Atque amorum ſummam edictavi tibi.

Edictum, n. 2. *editto*, διάταγμα, juſſum, litteræ Conſulum, Prætorum, & Ædilium Curulium, Tribunorum plebis, & aliorum Magiſtratuum, quibus aliquid imperatur, ab *edico*, quod eſt promulgare, jubere. Omnibus enim temporibus Magiſtratus tum majores, tum minores imperabant, vel prohibebant, quæ ſibi viſa eſſent, de iis rebus, quæ ad ſe pertinerent. *Cic. pro Quinct.* Quod Prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri jubet. *Id. ibid.* Si ex edicto poſſediſti. *Idem in Ver.* Edictum tulerat, ut ne quis cum telo ſervus eſſet. *Id. pro Flac.* Sanxit edicto, ne frumentum ex Aſia exportari liceret. *Id. in Off. l. 3. c. 20.* Edictum, quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit. ¶ Sed nomine Edicti potiſſimum Edicta Prætorum intelliguntur. Hi, ut ſcirent cives, quod jus de quaque re dicturi eſſent, & quomodo dicturi eſſent, formulam quandam Kal. Jan. ponebant, quæ *Edictum Prætoris* dicebatur, *Cic. 2. Fin.* & *in Ver.* Primis temporibus hæc Edicta mutare Prætoribus licuit. Sed tamen id probri loco Verri Cicero objecit, cum dixit, eum ne ex Edicto quidem ſuo jus ſemper dixiſſe. Poſt lege C. Cornelii Tribuni pleb. anno U. C. 686. cautum eſt, ut ex edictis ſuis perpetuis Prætores jus dicerent. Quod præterea formæ edixerant Prætores Urbani, id iidem ſine reprehenſione mutare in provincia, ſiquam poſtea obtinuiſſent, non potuerunt. *Cic. in Ver.* Porro præter Edictum hoc perpetuum, erant edicta Prætoris peculiaria, quæ in re peculiari dabantur. ¶ Eſt etiam edictum privati hominis, *comandamento*. *Ter. Heaut. 4. 1. 20.* Primum hoc te oro, ne quid credas me adverſus edictum tuum facere eſſe auſum. ¶ Ponitur interdum pro ſimplici enuntiatione. *Sen. epiſt. 117.* (al. 116.) Non corpus eſt, quod nunc loquor, ſed enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.

Edictus, a, um, nom. ex particip. *intimato*, *comandato*. *Plin. l. 16. c. 19.* Edicto mercatu rex vendit.

Edilis. le, o. 3. *coſa mangiativa*, Ger. *das man eſſen mag*, Gal. *mangeable*, Hiſp. *comedera coſa*, ἐδώδιμος, quod ad eſum pertinet. *Gel. l. 17. c. 11.* Ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria. Al. leg. *Edulia*.

Ediſco, is, edidici, a. 3. *imparare a mente*, למד, Germ. *auſſwendig*, *lehren*, Gal. *apprendre par cœur*, Hiſp. *aprender de memoria*, ἐκμανθάνω, memoria complector. *Cic. 1. Tuſc.* Ut non legantur modo, ſed etiam ediſcantur. *Id. 4. Acad. c. 44.* Ediſcendus ad verbum libellus. *Val. Flac. l. 1.* Ediſcere vultus alicuius.

Ediſſero, ris, erui, ertum, a. 3. *dichiarare*, פרש, Germ. *auſlegen*, Gall. *declarer*, Hiſp. *declarar*, διεξίεναι, explano, declaro. *Cic. de clar. Orat.* Quis docendo, ediſſerendoque ſubtilior?

Ediſſerto, as, a. 1. freq. ab ediſſero. *Plaut. Amph. 2. 1. 32.* Ordine omne, ut quid actum eſt, ediſſertavit.

Editio, f. 3. *pubblicazione*, Germ. *verkindigung*, Gal. *edition*, Hiſp. *edicion*, ἔκδοσις, publicatio. *Quinct. proœm. l. 1.* Librum temerario editionis honore vulgaveram. ¶ Item creatio, & promulgatio Magiſtratus, ſive

illius

Digitized by Google

illius dignitatis, quæ communibus omnium ſuffragiis decernitur. *Liv. l.* 4. Cæterum in tam diſcrepanti editione & Tubero, & Macer libros lineos auctores profitentur. Adde *Cic. pro Planc. c.* 16. ¶ Dicitur etiam de editione ludorum. *Vopiſc. in Charino, c.* 20. Cum ei quidam editionum Cari laudaret.

Editítius, a, um, 2. quod editur. Judices editítii erant illi, qui ab accuſatore in cauſis publicis, & criminalibus de ambitu, & de ſodalitiis ex omni populo eligebantur. *Cic. pro Planc. c.* 16. Neque enim quicquam aliud in hac lege, niſi editítios Judices es ſecutus. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18.

Edĭtor, oris, m. qui edit, h. e. emittit. *Lucan. l.* 1. *v.* 413. Nocturnæ editor auræ. Loquitur de fluvio nebulas gignente. *Leg.* 18. *Cod. Theodoſ. de præd. & quæſt.* Editores munerum, ſive ludorum.

Edĭtus, us, ui, m. editio, ejectio. *Ulp. l.* 35. *ff. de leg.* 3. In quibuſdam provinciis editu bubum ad hanc rem utuntur. h. e. ſtercore.

Edĭtus, a, um, adject. altus, excelſus, *alto*, ὑψηλός. *Cic.* 6. *Ver. c.* 48. Locus præcelſus, atque editus. *Cæſ. l.* 1. *c.* 7. *B. C.* Locis editioribus occupatis. *Hirt. de B. Alex. c.* 41. Editiſſimus locus. ¶ Accipitur etiam pro exhibito, promulgato, *pubblicato*, ἐκδοθείς. *Velleſ. l.* 2. *c.* 94. Editis virtutum experimentis. *Liv. l.* 6. Editus in vulgus. *Cic.* 1. *Tuſc.* Editus in lucem. ¶ Item pro electo, ut Editi judices. *Cic. pro Planc.* V. Editítius. ¶ Pro forti, *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 110. Quus viribus editior cædebat, &c.

Edo, is, it, vel es, eſt, edi, eſum, vel eſtum, a. 3. *mangiare*, אכל, Germ. *eſſen*, Gal. *manger*, Hiſp. *comer*, ἐσθίω, veſcor, ab ἔδω, edo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 66. Eſt mollis flamma medullas. *Cic. Att. lib.* 13. *epiſt. ult.* Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & jucunde, opipare ſane, & apparate. ¶ Item conſumo. *Hor.* Si quod eſt animum, differs curandi tempus in annum. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 32. Bibe, es, diſperde. ¶ Translate *Sil. l.* 13. *v.* 663. nec edunt oblivia laudem. ¶ Paſſivum eſt *edor*, *eris*, *editur*, vel *eſtur*, *eſus ſum*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Et in Ægypto propter ejus amaritudinem non eſtur. ¶ Uſurpatur & impers. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 78. Quando dies, noctesque eſtur, bibitur. ¶ Edere ſermonem, pro attente, & avide audire, eleganter dixit *Plaut. Aulul.* 3. 6. Nimium libenter edi ſermonem tuum.

Edo, edis, idi, itum, *mandare fuori*, *dar in luce*, הוציא, Germ. *er ſürbum*, *an tag bringen*, Gall. *mettre au jour*, *publier*, Hiſp. *ſacar a luz*, *publicar*, ἐκδίδωμι, eſt emittere, proferre, expromere, ab e, & do. *Cic.* 1. *de Orat.* Qui vero nihil poſſit dignum re, dignum nomine Oratoris, dignum hominum auribus efficere, uſque edere. ¶ Sæpe ponitur pro parere, producere, ut Edere partum, fœtum, fructum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Cum in terra partum ediderint. Et paſſive pro naſci. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 48. Edi in lucem. ¶ Item pro exhibere, ut Edere ſpectacula, munus gladiatorium, &c. *Suet. in Cæſ. c.* 39. *Tac.* 1. *Ann.* ¶ Edere librum, eſt librum publice legendum emittere. *Cic.* Nec ſe tenuit, quin contra doctorem ſuum librum ederet. ¶ Edere leges, eſt conſcribere, ſtatuere, imponere, promulgare. *Cic.* 2. *de Leg.* ¶ Edere oraculum, eſt divinare. *Cic.* 2. *Off.* Apollo Pythius oraculum edidit. ¶ Edere nomen, eſt imponere. *Liv. l.* 1. L. Tarquinium Priſcum edidere nomen. ¶ Edere rationes, *far conto*, facere computum cum aliquo. *Cic. Att. lib.* 7. Sed ego mihi ab illo non rationes exſpectabam, quas tibi edidit. ¶ Edere actionem, vel judicium, apud JCtos, eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & dictare. ¶ Edere ſcelus, facinus, flagitium, eſt committere, patrare. *Cic.* 13. *Phil.* Poſtea quod ſcelus, quod facinus parricida non edidit? ¶ Edere animam, vel ſpiritum, eſt mori. *Cic.* 10. *Phil. c.* 9. Cujus in complexu libenter extremum vitæ ſpiritum edidero. ¶ Edere cædem, pro facere, *Liv. l.* 5. *c.* 13. Sic edere certamen. *Id. l.* 21. *c.* 43. ¶ Edere clamorem, gemitus, hinnitus. h. e. gemere, hinnire, clamare. *Cic.* 2. *Div. c.* 31. *Lucret. l.* 4. *Ovid.* 2. *Met.* ¶ Edere corpus ſuper equum, *ſalcar' a cavallo*. *Tibull. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 125.

Edo, onis, m. 3. *mangiatore*, אכל, Germ. *eſſer*, Gall. *mangeur*, Hiſp. *comedor*, φάγος, edax, manduco. *Var.* Edones Romam, ut turba intendat annonam. *Non. c.* 1. *n.* 437.

Edŏcenter, adverb. διδασκαλικῶς, docendi more, vel ad docendum utiliter. *Gel. l.* 16. *c.* 8. In eo nihil edocenter, neque ad inſtituendum explanate ſcriptum eſt.

Edŏceo, es, cui, ctum, *inſegnare con diligenza*, לִמֵּד, Germ. *fleiſſig lehren*, Gal. *enſeigner*, Hiſp. *enſeñar con cuydado*, ἐκδιδάσκω, diligenter doceo. *Cic. in Catil.* Eadem fere, quæ Vulturtius, de parata incendia, de cæde bonorum, de itinere hoſtium Senatum edocet. *Liv. l.* 24. *c.* 24. Ordine omnia edocere.

Edoctus, a, um, nom. particip. *iſtruito*, *ammaeſtrato*. *Liv. l.* 25. Edoctus belli artes ſub magiſtro. *Salluſt. in Catil.* Edoctus omnia per legatos.

Edolătus, a, um, perfecte dolatus. *Colum. lib.* 8. *c.* 3. Partes ſummas lingulas edolatas habeant.

Edŏlo, as, avi, atum, a. 1. *polire perfettamente*, Ger. *behobeln*, Gal. *doler*, *& polir bien*, Hiſp. *mucho, y bien dolar*, κατοξέω, perfecte dolo, polio, & tranſlate perficio. *Cic. Att. l.* 13. *epiſt.* 47. Quod juſſeras, edolavi.

Edom, Idumæa, Idume, Gebalena, *Idumea*, incolis *Hidume*, regio Palæſtinæ, vicina Judææ ad Meridiem, inter Judæam, Arabiam Petræam, & Ægyptum. Aliquando Judææ pars recenſetur, quæ ſaltem Judææ ſubdita. Incipit ab Occaſu Jordanis fluvii, & extenditur verſus oram litoralem maris Mediterr. Regio eſt valde ſterilis, & arenoſa. Nomen accepit ab Edom filio Eſau, nepote Iſaac.

Edomĭtus, a, um, adject. omnino domitus, *domato*, *ſoggiogato*. *Ovid. l.* 3. *de art. Am. v.* 114. Edomiti Orbis opta poſſidere.

Edŏmo, as, ui, itum, a. 1. idem quod domo, vel omnino domo, *domare*. *Cic. de Fato*, *c.* 5. Vitioſam naturam ab eo ſic edomitam, & compreſſam eſſe doctrina.

Edon, Edonus, i, ὁ, mons Thraciæ, vel Macedoniæ, quæ Thraciæ proxima eſt. *Virg.* 12. *Æn. v.* 365. Ac velut Edoni Boreæ cum ſpiritus alto Inſonat Ægæo.

Edōnia, idis, f. Thraciæ regio, & urbs, & Antandrus dicta fuit.

Edōnis, idis, f. 3. patronym. fœmin. Ἠδωνίς. Edonides autem dictæ ſunt Bacchæ, quæ in Thracia Orgia celebrabant. *Ovid.* 11. *Met. v.* 69. Protinus in ſilvis matres Edonides omnes.

Edōnus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Edone Thraciæ monte. *Ovid. Rem. amor. v.* 593. Edono referens trieterica Baccho. *Id.* 4. *Triſt. eleg.* 1. *v.* 42. Edoni jugi. *Claudian. lib.* 1. *de Conſ. Stilic. v.* 123. Quoties ſub pellibus egit Edonas hyemes? ¶ Edoni, vel Edonii, Thraciæ populi. *Solin. & Plin.*

Edor, n. 3. *farro*, ab antiquis appellatum eſt far, quod poſtea *ador*, teſte *Feſto*, ab edendo, quod P. R. trecentis prope annis ex omni frumenti genere ſolo farre uſus fuit. *Plin. l.* 18. *c.* 7.

Edormio, is, ivi, itum, n. 4. *dormir molto*, נרדם, Germ. *ausſchlaffen*, Gall. *dormir beaucoup*, Hiſp. *dormir mucho*, κατακοιμάομαι, dormio ad ſatietatem. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 17. Cumque edormiverunt, illa viſa quam levia fuerint, intelligunt. ¶ Edormire vinum, ſive crapulam, eſt dormiendo concoquere. *Cic.* 2. *Phil. c.* 12. Edormi, inquam, crapulam, & exhala.

Edormiſco, -ſcis, n. 3. idem ac edormio. *Plaut. Amph.* Dum edormiſcat unum ſomnum. *Id. Rud.* 2. 7. 28. Ut edormiſcam hanc crapulam.

Educatio, f. 3. *nutrizione*, *educazione*, Germ. *aufferziehung*, Gal. *education*, Hiſp. *educacion*, ἐκτροφή, nutritio, & inſtitutio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 31. Inſtitutus liberaliter educatione, doctrinaque puerili. ¶ In beſtiis quoque *educationis laborem* miratur idem *Cic.* 3. *Fin. c.* 19.

Educātor, oris, m. 3. *nutritore*, אוֹמֵן, Germ. *aufferzieher*, Gal. *nourriſſeur*, Hiſp. *criador*, τροφεύς, nutritor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Omnium autem rerum, quas natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & altor eſt mundus.

Educātrix, f. 3. nutrix. *Cic.* 1. *de Leg. ſub fin.* Earum rerum parens eſt, educatrixque ſapientia.

Educātus, a, um, adject. nutritus, inſtitutus, *ammaeſtrato*, *allevato*, ἐκτραφείς, ἐκπαιδευθείς. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. Homine liberaliter educato dignum. *Id. Ver.* 5. *c.* 19. Habemus hominem in fecialium manibus educatum. *Id. Ver. ead.* Educatus ad turpitudinem.

Educātus, us, ui, m. idem ac educatio. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 60. & *Fulgent. l.* 3. *Mythol.*

Edŭco, as, avi, atum, a. 1. *allevare*, *nutrire*, *educare*, גדל, Germ. *aufferziehen*, Gall. *elever*, Hiſp. *criar*, ἐκτρέφω, nutrio. *Var.* apud *Non. c.* 5. *n.* 103. Educit obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus. *Id. Non. c. ead. n.* 5. Alere, inquit, eſt victu temporali vitam ſuſtentare, educare autem, ad ſatietatem perpetuam educere. Hinc *Plaut. Men.* 1. 1. 22. Ille homo homines non alit, verum educat, recreatque. ¶ Accipitur ſæpe pro nutriendo inſtituere. *Id. Ciſt.* 1. 3. 24. Educavit eam ſibi pro filia bene, ac pudice. *Quint. l.* 1. *proœm.* Si nobis tradatur educandus orator. ¶ Item pro proferre, gignere. *Ovid. l.* 8. *Met.* Quod pontus, quod terra, quod educat aer Poſcit.

Edūco, is, eduxi, eductum, a. 3. *menar fuori*, הוציא, Germ. *auſſziehen*, Gall. *tirer*, *mener hors*, Hiſp. *ſacar*, *traer fuera*, ἐξάγω, extra duco. *Liv. l.* 1. In aciem copias educit. ¶ Item extraho. *Virg.* 10. *Æn.* Eduxit corpore telum. *Cic.* 2. *Invent.* Educere gladium de vagina. ¶ Item erigo. *Virg.* 6. *Æn.* Aramque ſepulcbri congerere arboribus, cœloque educere certant. ¶ Item nutrio. *Cic. de Or. l.* 2. *c.* 28. Non eſt boni parentis, quem procrearit, & eduxerit, eum non & veſtire, & ornare. ¶ Eſt item verbum forenſe pro introducere. *Cic.* 5. *Ver.* Aditum eſt ad Metellum: eductus eſt Apronius, eduxit vir primarius C. Gallius Senator a L. Metello, &c. ¶ Educere, pro ducere ad ſupplicium, habet *Plaut. Truc.* 4. 3. 8. ¶ Educere noctem ludo, h. e. traducere. *Val. Flac. l.* 1.

Eductio, onis, f. 3. *il condur fuori*. *Cato* apud *Feſt. in Properam*: Tertio e caſtris eductio celeris, properaque eſt.

Eductus, a, um, adject. *condotto fuori*. *Cic. l.* 1. *Att. c.* 12. Per manus ſervulæ ſervatæ, & eductus. ¶ Item educatus, *educato*. *Ter. And.* 5. 4. 8. Libere educti adoleſcentuli. *Liv. l.* 1. *c.* 39. Puerum a parvo eductum.

Edulco, as, avi, atum, *addolcire*, המתיק, Germ. *ſüſſ machen*, Gall. *adoucir*, Hiſp. *endulcar*, *hazer dulce*, γλυκαίνω, dulce facio, a dulcis. *Cn. Martius* apud *Gel. l.* 15. *c.* 25. Quapropter edulcare convenit vitam, curaſque acerbas ſenſibus gubernare.

Edūle, is, n. 3. V. Edulium.

Edulĭca, Dea, quæ eſcam præbeat. *Aug. l.* 4. *de C. D. c.* 11.

Edūlis, le, o. 3. idem ac edilis. *Hor. l.* 2. *Ser. Sat.* 4. *v.* 43. Vinea ſubmittit capreas non ſemper edules.

Edulĭtas, atis, f. largitio rerum edulium. Bis habet *Lamprid. in Alex. c.* 22. Sed alii leg. *vilitas*.

Edulĭum, ii, n. 2. *companatico*, Germ. *eſſenſpeiſſ*, Gall. *mangeaille*, Hiſp. *condumio*, ὄψον, quicquid ad prandium, cœnamque edendi gratia apponitur, præter panem, ab edo. *Capitol. in Pertin. c.* 12. Niſi quod miſſum eſſet adulium. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Piſcis, aut edulii peregrinum vocabulum. ¶ Dicitur etiam Edula, ie, n. *Lampr. in Heliog. c.* 27. Quæcunque coqui de diverſis edulibus exhibuiſſent.

Edūre, adverb. *duramente*, *oſtinatamente*, dure. *Ovid.* 3. *de Art.* Nec tamen edure, quod petit illa, nega. Verum alia lectio habet: Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.

Edūro, as, avi, atum, a. 1. *indurare*, הִקְשָׁה, Germ. *verhärten*, Gall. *endurcir*, Hiſp. *endurecer*, σκληρόω, valde durum facio, ad laborem aſſuefacio. *Col. l.* 11. *c.* 1. A pueritia ruſticis operibus edurandus futurus villicus. Alii leg. *educandus*. ¶ Eſt etiam neutrum, pro perdurare. *Sen. de brev. vit. c.* 1. Ut quina, aut dena ſæcula edurent.

Edūrus, a, um, o. 1. a. *duro*, σκληρός, durus, valde durus. *Virgil.* 4. *Georg. v.* 144. Eduramque pyrum, & ſpinos jam pruna ferentes.

Edus, m. 2. *Sadodela*, fluviolus Liguriæ, in finibus Genuenſium, qui influit in Portiferam fluvium, apud Pontem Decimum.

Edusa, f. 1. Dea, quæ eſui præerat, ſicut Potina, Dea potus, Cuba, Dea cubandi. Hiſce tribus pueros initiare ſolebant, ubi primum e cunis, & a lacte transferent. *Non. c.* 2. *n.* 300.

Eetion, m. 3. Ἠετίων, pater Andromaches, qui apud Thebas Ciliciæ regnavit. Hinc

Eetioneus, a, um, adject. poſſeſſ. *Ovid.* 12. *Met.* Eetioneas implevit ſanguine Thebas.

E ANTE F.

Effabĭlis, le, adject. qui dici poteſt. *Apul. Apol.* Nemini effabilis. *Virg.* 3. *Æn.* Nec viſu facilis, nec dictu effabilis ulli. Alii leg. *affabilis*.

Effæcātus, a, um, adject. a fæcibus purgatus. *Apul. l.* 2. *Dogm. Plat.* Purgata, & effæcata voluptas animi.

Effafilātus, a. 1. 2. exafilatus, ideſt exertus, quia omnes exerto brachio ſunt exfilati, ideſt, extra veſtimentum filo contextum. Hæc *Feſt.*

Effāmen, inis, n. dictio, pronunciatio, effatum. *Martian. Capel. in princ. l.* 4. Hæc quoque contorta ſtringens effamina nodis.

Effarcio, vel Effercio, is, rſi, rtum, a. 3. impleo, vel valde impleo. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 23. Intervalla hæc grandibus ſaxis effarciuntur. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 62. Bibite, eſte, effercite vos, ſaginam cædite.

Effarctus, vel Effertus, a, um, adject. plenus, diſtentus. *Plaut. Capt.* 3. 2. 6. Effertus fame. *Id. ib.* 4. 1. 8. Hæreditatem effertiſſimam.

Effāri, effatus ſum, d. 1. *parlare*, *profferire*, דִּבֵּר, Germ. *auſſprechen*, Gal. *parler*, Hiſp. *hablar*, ἐκφωνεῖν, proprie eſt eloqui, quod ſpeciatim in templorum dedicationibus, & in fœderibus uſurpabatur. *Cic. pro Dom. c.* 55. Neque verbum ullum ſolemne potuit effari. *Virg.* 8. *Æn.* Nec plura effatus. ¶ Effari etiam Augures dicebantur, cum augurii ſui preces proferebant. Hinc ager poſt pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. Et effari templum Augures dicebantur, cum eſſiebantur, qui in hoc fines eſſent. *Cic. Att. l.* 13. Opinor, Augures nihil habere ad templum effandum. *Id.* 2. *de Leg. c.* 8. Urbem, & agros, &

templa liberata, & effata habento. *Liv. l.* 10. Locus templo effatus, ſacratus fuerat.

Effaſcinatio, f. 3. idem ac faſcinatio. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Eam contra effaſcinationes auxiliari volunt.

Effaſcino, idem ac faſcino. *Solin.* Quædam in terra Africa hominum familiæ ſunt, voce, atque lingua effaſcinantes. Adde *Gel. l.* 9. *c.* 4. & *Plin. l.* 7. *c.* 2.

Effatum, n. 2. *aſſioma*, enunciatio, propoſitio. *Cic.* 4. *Acad. c.* 29. Id autem appellant ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum. ¶ Effata etiam erant precationes Augurum. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 8. Alterum, quod interpretatur fatidicorum, & vatum effata incognita. V. Effari.

Effatus, a, um. V. Effari.

Effaxillo, as, *a.* 1. exero, quod exerto brachio axilla oſtendatur. *Feſt.*

Effecte, adv. perfecte. *Ammian. l.* 16. *c.* 6. Cum hæc affecta pleneque colligeret. V. Effecte. *Apul. in Florid.* Sed de hoc tunc ego perfectius, cum vos effectius.

Effectio, f. 3. efficientia. *Cic.* 5. *Fin. c.* 14. Recta igitur effectio, item convenientia, denique ipſum bonum creſcendi acceſſionem nullam habet.

Effective, adv. q. d. faciendo, vel efficienter. *Quintil. l.* 2. *c.* 18.

Effector, m. 3. *facitore*, [illegible], Germ. *verſchaffer*, Gal. *faiſeur*, Hiſp. *hazedor*, molitor, architectus. *Cic. l.* 1. *de Or. c.* 33. Stilus eſt præſtantiſſimus dicendi effector, & magiſter.

Effectrix, f. 3. *operatrice*, [illegible], Germ. *verſchafferin*, Gal. *faiſſe uſe*, Hiſp. *hazedora*. *Cicer. de Fin. lib.* 2. *cap.* 17. Pecunia eſt effectrix multarum, & magnarum voluptatum.

Effectum, n. 2. idem ac effectus. *Quinctil. l.* 8. *c.* 3. Ex cauſis, effectis, ſimilibus.

Effectus, us, m. 4. *effetto*, Ger. *ſachſelbſt*, Gal. *effet*, Hiſp. *efecto*, id quod effectum eſt. *Cic.* 5. *Fin. c.* 1. In libidine eſſe, peccatum eſt etiam ſine effectu. Et *l.* 2. *Tuſc. c.* 1. Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.

Effectus, a, um, adject. elaboratus, factus, *fatto*, *perfezionato*. *Cic.* 2. *Div.* Urbs effecta ex latere, & cæmento. *Plin. l.* 8. *ep.* 4. Non poſſe perinde inchoata placere, ut effecta. *Id. l.* 2. *ep.* 3. Syllogiſmi circumſcripti, & effecti. ¶ Effectum dare, reddere, idem eſt quod efficere. *Ter. Eun.* 2. 1. 7. *Plaut. Curc.* 2. 3. 0. 15. ¶ *Apul. l.* 2. *Florid.* Qua nihil videor affectius cognoviſſe. h. e. magis abſolutum.

Efferatio, onis, f. feracia, feritas. *Tertul. l. de Pœnit. c.* 12. Unguium aquilinum in modum efferationa, & capilli incuria horrorem præferenta.

Efferatus, a, um, adject. *inſierito*, *divenuto fiero*, afferus. *Liv. l.* 5. *c.* 27. Odio, iraque efferati. Et *l.* 34. *c.* 24. Moribus, ritibuſque efferatioribus, quam ulli barbari.

Efferció. V. Effarcio.

Effereſco, is, ferus fio, *divenire crudele*. *Ammian. l.* 18. *c.* 17. Effereſcere immanior.

Efferitas, atis, f. *crudeltà*, *fierezza*. *Lactant. l.* 9. *c.* 2. Inerat huic beſtiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano ſanguine aliena.

Effero, as, avi, atum, *a.* 1. *incrudelire*, Germ. *grim machen*, Gal. *rendre cruel*, Hiſp. *embravecer*, [illegible], efferum, vel crudelem inſtar feræ facio, feritatis ſpeciem induco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Non patiuntur, eam nos immanitate beluarum efferati. *Liv. l.* 6. *c.* 23. Promiſſa barba, & capilli efferaverant ſpeciem oris.

Effero, effers, extuli, elatum, *a.* 3. *portar fuori*, [illegible], Germ. *auſſtragen*, Gall. *enlever*, Hiſpan. *llevar a fuera*, ἐκφέρω, extra fero. *Plaut. Amph.* Efferantur ex navibus. ¶ Hinc efferre pedem, egredi, exire. *Plaut. Bacch.* Pedem ut efferres ex ædibus. ¶ Sæpe accipitur pro proferre, oſtendere, *metter fuori*. *Virg.* 8. *Æn.* Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit. ¶ Item pro extollere, ſive in altum elevare, *alzare*. *Virgil.* 5. *Æneid.* Oſtendit dexteram inſurgens Entellus, & alte extulit. ¶ Item pro erigere, quod depreſſum eſt, *ſollevare*. *Cic. pro Sylla*. Patriam demerſam extuli. ¶ Item pro provehere, magnum facere, *eſaltare*, *ingrandire*. *Cic. pro Roſc. Com.* Quæ res extulit eum? una commendatio hujus. ¶ Item pro evulgare, manifeſtum facere. *Ter. Adelph.* 4. 4. 16. Quod minime eſt opus uſquam efferri. ¶ Item pro proferre, *pronunziare*. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Decenter aliquid efferre. ¶ Efferre aliquem laudibus eſt, impenſe laudare, extollere. *Cic. l.* 9. *Famil. ep.* 14. Et 4. *Acad.* Cum tantis laudibus Philoſophiam extuleris. ¶ Efferri aliqua re, vel efferre ſe, eſt inſoleſcere, verbis, aut factis ſe extollere. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 17. Inſolenter ſe efferre. *Id.* 5. *Fin. c.* 15. Efferre ſe lætitia. Sic efferri odio, iracundia, dolore, *laſciarſi traſportare*. Idem ſæpe. *Sueton. Calig. c.* 54. Cantandi, ſaltandique voluptate ita efferebatur. ¶ Eſt etiam funebre verbum, & ſepelire ſignificat, ſeu extra domum, aut urbem ad ſepulturam ferre. Sepulcra enim apud pleraſque Gentes non in urbe, ſed extra erant conſtituta. *Nep. in Ariſt. ad fin.* In tanta paupertate decesſit, ut, qui efferretur, vix reliquerit. *Cicer. l.* 15. *ad Attic.* Lucullus matrem efferebat. ¶ Interdum etiam ſumitur pro producere. *Cic. in Brut.* Ager, qui multos annos quievit, uberiores fruges efferre ſolet. ¶ Item perferre, tolerare. *Lucr. l.* 1. *v.* 141. Quemvis efferre laborem.

Effertus. V. Effarcio.

Effervĕo, es, bui, *n.* 2. vel effervo, is, *n.* 3. *bollire*, ὑπερζέω, vehementer ferveo, ebullio. *Virg.* 4. *Georg.* Et ruptis effervere coſtis. ¶ Tranſlate *Tacit.* 1. *Ann. c.* 74. Incautius efferbuerat.

Efferveſco, is, erbui, *n.* 3. *bollire*, incipio effervere. *Col. l.* 12. *c.* 25. Ut in efferveſcendo vinum ſe bene purget. ¶ Tranſlate ſumitur pro vehementer commoveri. *Cicer. pro Planc.* Illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic efferveſcunt quodam quaſi æſtu. ¶ Nonnunquam pro egredi, erumpere. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 4. Totum Pontum armatum efferveſcentem in Aſiam, atque erumpentem. ¶ Apud eund. *l.* 9. *Fam. ep.* 2. ubi ait: Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferveſcat hæc gratulatio. poſſet accipi pro deferveſco, refrigeo: verum ea lectio dubia eſt. Alii enim legunt, *deferveſcat*.

Efferus, a, um, *o. s.* 2. *crudele*, [illegible], Ger. *grimmig*, Gal. *cruel*, Hiſp. *cruel*, [illegible], valde ferus. *Virg. Æn.* 8. *v.* 5. Sævitque juventus effera.

Efficacia, f. 1. *efficacia*, [illegible], Germ. *krafft*, Gall. *efficacité*, Hiſp. *eficacia*, ἐνέργεια, vis ad aliquid efficiendum. *Plin. l.* 11. *c.* 5. Quos efficaciæ, induſtriæque tantæ comparemus nervos.

Efficacitas, f. 3. idem ac efficacia. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Itemque viribus corporis, & nervis, & efficacitati ſimiles, ſimilibuſque verbis animi vires nominantur.

Efficaciter, adv. *efficacemente*, Germ. *kraͤfftiglic*, Gal. *avec efficacité*, Hiſp. *eficazmente*, ἐνεργῶς, cum effectu, vel efficientia, acriter, potenter. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Capitis ulcera manantia urina tauri efficaciter ſanat. *Id. l.* 26. *c.* 12. Efficaciſſime ſanare. *Plin. alter l.* 6. *ep.* 6. Efficacius rogare.

Efficax, acis, *o.* 3. *efficace*, [illegible], Ger. *kraͤfftig*, Gal. *efficace*, Hiſp. *eficaz*, ἐνεργής, quod ad agendum aliquid vim habet, quod multum efficit. *Cal. Cic.* Noſti Marcellum, quam tardus, & parum efficax ſit. *Liv. l.* 21. *c.* 15. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſſima eſſet, non convenire. *Id. l.* 1. Quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt. Sic *Horat. Epod.* 5. Herculem efficacem vocat.

h. e. ſtrenuum, & nihil non audentem. *Plin. in Paneg. c.* 84. Utrum ſit efficacius ad recte vivendum. Et *c.* 70. Efficaciſſimum genus eſt rogandi, gratias agere.

Efficiens, entis, *o.* 3. quod efficit. *Cic. in Top.* Proximus eſt locus rerum efficientium, quæ cauſæ appellantur, deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis. *Id.* 3. *Off.* Virtus efficiens eſt voluptatis. Et *l.* 1. Cauſa, & ratio efficiens magnos viros.

Efficienter, adv. idem ac efficaciter. *Cic. de Fato*, *c.* 15. Non ſic cauſa intelligi debet, ut, quod cuique antecedat, idem cauſa ſit, ſed quod cuique efficienter antecedat.

Efficientia, f. 1. ἐνέργεια, vis efficiendi. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Ejuſque tum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognoviſſent.

Efficio, is, effeci, ectum, *a.* 3. *far con effetto*, *operare*, [illegible], [illegible], Germ. *verſchaffen*, Gal. *faire*, *mettre en effet*, Hiſp. *hazer*, *acabar*, [illegible], perficio, faciendo aſſequor, præſto. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 15. Hoc nec infitius, nec effici poteſt ſine tua ope. *Id. ib. l.* 15. *ep.* 26. Heri effeci epiſtolam ad Cæſarem. ¶ Fere ponitur pro ſimplici facio. *Cic. Qu. Fr.* 3. *e.* 5. Efficere clamores. *Id.* 1. *Off.* Quibus rebus effectum eſt, ut infinita pecuniæ cupiditas eſſet. ¶ *Quintil. l.* 6. *c.* 1. In ſtudiis aliquid efficere. h. e. præſtare, proficere. ¶ Jungitur etiam infinito. *Vitruv. l.* 2. *c.* 6. Vehementer efficit ea coire. ¶ Efficere nuptias alicui, *Ter. Andr.* 5. 4. h. e. conciliare. ¶ Efficere aurum, eſt, comparare, *far ſoldo*. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 57. ¶ Efficere morbos, *cagionar malattie*. *Hirt. de B. Alex.* ¶ Efficere pro concludere, colligere. *Cic. lib.* 3. *de nat. Deor.* Innumerabilia ſunt, ex quibus effici, cogique poſſit, nihil eſſe, &c. ¶ *Effexis* pro effeceris, eſt apud *Plaut. Pœn.* 1. 3. 19.

Effictio, f. 3. actus fingendi. Figura eadem, ac Ethopœia, vel ſpecies Ethopœiæ. *Auth. ad Her. l.* 4. *c.* 49. Effictio eſt, cum exprimitur, & effingitur verbis corporis cujuſpiam forma, quoad ſatis ſit ad intelligendum.

Effictus, a, um, adject. expreſſus, efformatus, repræſentatus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 16. Hæc conficta arbitror a Porta eſſe, ut efficitos noſtros mores in alienis perſonis videremus.

Effigia, æ, f. 1. idem ac effigies. *Plaut. Rud.* 2. 4. 7. Veneris effigia hæc quidem eſt. Habet etiam *Lucret. l.* 4. *v.* 105. &c.

Effigiatus, us, m. 4. actus effigiandi. *Apul. l.* 2. *Florid.* Magna vis artis, vario effigiatu.

Effigiatus, a, um, adject. *effigiato*. *Apul. Apol.* Imagines variis artibus effigiatæ.

Effigies, ei, f. 5. *effigie*, *ſembianza*, [illegible], Germ. *ebenbild*, Gal. *image*, Hiſp. *imagen*, εἰκών, ſpecies, imago, ſimulacrum, ſignum, figura ad ejuſdem alterius ſimilitudinem, vel ad veritatis imaginem efficta tam in pictura, quam in ſculpturis, ab effingo. *Cic. in Ver.* 4. *c.* 63. Effigies illa erat, ſimulacrumque Mithridatis. ¶ Uſurpatur etiam tranſlate de animo, virtutibus, &c. *Cic. de Fin. lib.* 2. *c.* 18. Reliquit effigiem & humanitatis, & probitatis ſuæ filium. ¶ Pluraliter *Silius lib.* 17. *v.* 402. Cælarat patrias ſpirantes prælia dura effigies. ¶ Aliquando ponitur pro inſtar, *a guiſa*, *a foggia*. *Plin. l.* 21. *c.* 5. in latitudinem ſe laxantibus effigie calati.

Effigio, as, *a.* 1. *figurare*, εἰκάζω, ad effigiem formo. *Auguſt. l.* 7. *de Civ. Dei*. De materiis licet a fabro effigiatis. Adde *Prudent. in hymn. de exeq. Defunct.*

Effiguro. V. Affiguro.

Effindo, is, *a.* 3. idem quod findo. *Manil. l.* 4. *v.* 380. Et frænare ratem, fluctuſque effindere rectus.

Effingo, is, inxi, ictum, *a.* 3. *figurare*, *ritrarre*, [illegible], Germ. *nachbilden*, Gal. *portraire*, Hiſp. *pintar*, [illegible], effigiem rei alicujus ad vivum exprimo, ad alterius formam fingo. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quæ tam immenſa magnitudo, quæ illa multa poſſis effingere? *Virg.* 6. *Æn.* Caſus aliquem effingere in auro. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Effingere verba imitando. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor.* Effingere, atque efficere. *Id.* 2. *de Or. c.* 60. Effingere hominum mores. ¶ Interdum ſignificat extergere. *Cato R. R.* 1. 67. Fiſcinas ſpongia effingat. *Cic. pro Sext. c.* 35. Corporibus civium Tiberim compleri, cloacas referciri, e foro ſpongiis effingi ſanguinem. Ita legunt cum *Serv. ad* 8. *Æn. Hotoman. F. Urſin.* &c. Vulgo leg. *effundi*.

Effio, is, pro Fio, is. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 9. Hæc mihi facilia facta facta ſunt, quæ volui effieri.

Effirmo, as, *a.* 1. idem quod confirmo. *Accius* apud *Non. c.* 4. *n.* 94. Tute ipſe affirma, & compara.

Efflagitatio, f. 3. *domanda*, actus efflagitandi. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 19. Admonitio, vel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem.

Efflagitatus, us, m. 4. *domanda con iſtanza*, [illegible], Ger. *vrungenlicheitt*, Gall. *demande*, *requeſt avec inſtance*, Hiſp. *pedimento con inſtancia*, vehemens poſtulatio. *Cicer.* 7. *Ver. cap.* 29. Coactu, atque efflagitatu meo producere.

Efflagito, as, avi, atum, *a.* 1. *domandare con iſtanza*, [illegible], cum clamore, ſeu cum magna inſtantia flagito, vehementer flagito. *Cic. l.* 2. *Q. Fr. epiſt.* 10. Efflagitare convicio. *Virg.* 10. *Æn. v.* 759. notumque efflagitat enſem.

Efflatus, us, m. *lo ſpirare*, actus efflandi. *Senec. l.* 5. *quaſt. nat. c.* 14. Subterraneæ nubes apertum ad hos efflatus iter occupant. Al. leg. *afflatus*.

Efflĕo, es, evi, etum, *a.* 2. *conſumar piangendo*, Germ. *mit weynen verzehren*, Gall. *pleurere juſques a conſomer*, Hiſpan. *perderſe de mucho llorar*, flendo conſumo. *Quinctil.* 6. *Declam. c.* 4. Cognita clade, rariſſimi unus exempli, & prorſus talis filii mater, totos efflevit oculos. h. e. nimio fletu oculorum uſum amiſit.

Efflicte, adv. vehementer, impenſe, q. d. affligendo, *appaſſionatamente*, ut efflicte diligere. *Symmach. l.* 1. *ep.* 90. *Apul. l.* 5. *A. A.* Amo te efflicte, quicunque es. Alii leg. *efflictim*.

Efflictim, aliud adv. idem quod efflicte. *Plaut. Amph.* 1. 3. 19. Efflictim amare.

Efflicto, as, avi, atum, *a.* 1. idem quod afflicto, *affliggere*. *Plaut. Stich.* 4. 2. 26. Non tu ſcis, quam efflictentur homines noctu hic in via.

Efflictus, a, um, adject. idem quod afflictus. *Capitol. in Vero*, *c.* 4. *ex litteris Salonini:* Sæpe efflictum livida facie rediiſſe.

Effligo, is, ixi, ictum, *a.* 3. idem quod affligo, percutio, perdo. *Plaut. Caſ.* 2. 1. 54. Niſi pedatu tertio omnes efflixero. *Cic. l.* 9. *ad Att. ep. ult.* Miſit filium ad affligendum Pompeium. Ita leg. *Gruter. Græv. Lambin.* & cæt. V. *Taubman. ad Plaut. in Aſin.* 4. 2. 9.

Efflo, as, avi, atum, *a.* 1. *cacciare con fiato*, [illegible], Germ. *ausſblaſen*, Gall. *ſouffler hors*, Hiſp. *ſoplar fuera*, ἐκπνέω, extra flo, ſpiro, expiro. *Var. l.* 1. *de R. R.* Beſtiolæ, & quæ prope naſcuntur, aut efflantur, aut altitudine alto pereunt. ¶ Efflare animam, vel extremum halitum, eſt mori. *Cic. pro Mil.* Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquiſſet. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 9. Efflavit extremum halitum. Efflare dolorem. i. e. amittere. *Lucret. l.* 2. *v.* 831.

Effloreſco, is, ui, *n.* 3. valde floreo, *fiorire*, ἐξανθέω. *Cic. pro Cal. c.* 31. Laudibus ingenii effloreſcere. Et *l.* 1. *de Orat. c.* 6. Ex rerum cognitione effloreſcat, & redundet oportet oratio. *Id. de Amic. c.* 27. Utilitas effloreſcit ex amicitia.

Efflore-

Effluentia, f. 1. ſpargimento, זרו, Ger. auffgieſſung, Gall. ecoulement, debordement, Hiſp. derramamiento, ἐκροή, effluxus. Plin. l. 26. c. 10. Inhibet non ſolum Venerem, ſed effluentiam genituræ. Meliores tamen libri habent affluentia.

Effluo, is, uxi, uxum, n. 3. ſpargerſi, זרב, Ger. auffrinnen, Gall. s'ecouler, Hiſp. derramarſe, ἐκρέομαι, extra fluo, effundor. Cic. 1. Tuſc. Cum una cum ſanguine vitam effluere ſentiret. ¶ Tranſlate ponitur pro divulgari. Ter. Eun. 1. 2. 41. Utrumque hoc falſum eſt, effluet. ¶ Effluere etiam alicui dicitur, quod illi e memoria excidit, ſcordarſi. Cicer. Fam. 7. ep. 14. Ante quam plane ex animo tuo effluo. ¶ Significat etiam dilabi, conſumi, perire, ut ætas effluit. Id. de Senect. c. 2. Liv. l. 7. c. 33. Vires effluunt laſſitudine.

Effluvium, n. 2. ſpargimento, ἔκροια, effluendi actus, magna vis alicujus rei. Plin. l. 7. c. 51. Profundi humoris e corpore effluvium.

Effluus, a, um, adject. qui effluit. Avien. in Prognoſt. Arat. verſ. 393. Si flammis emicet ignis Effluus. Id. in Perieg. v. 1162. In pontum cadit effluus amnis.

Effluxio, onis, f. eſcreſcenza d' acque. Dig. l. 43. tit. 10. in princ. Ædiles ſtudeant, ut quæ ſecundum civitates viæ ſunt, adæquentur, & effluxiones non noceant domibus, & pontes ſana, ubicunque oportet.

Effoco, as, a. 1. ſoffocare, πνίγω, ſuffoco. Sen. de brev. vit. cap. 2. Bonis ſuis effocantur.

Effodio, is, odi, oſſum, a. 3. far foſſa, cavare, חפר, Germ. auffgraben, Gal. creuſer, Hiſp. cavar, κατορύττω, fodiendo eruo. Cic. 2. Off. c. 3. Effodere argentum penitus abditum. Ter. Eun. 4. 6. 2. Effodere oculos. ¶ Tranſlate Cic. pro Marcel. c. 4. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. mi ha paſſato il cuore.

Effodo, as, pro Effodio, is. V. in Fodo, as.

Effeminate, adverb. delicatamente, a foggia de femmine, γυναικωδῶς, modo fœminarum. Cicer. 1. Offic. cap. 4. Cave, ne quid indecore, effeminateve facias.

Effeminatio, onis, f. mollizie, delicatezza. Jul. Firmic. l. 7. Matheſ. c. 16. Impuritates cum magna corporis effeminatione decernunt. Tert. de Spectac. c. 15. Inter effeminationis modos.

Effeminatus, a, um, adject. mollis, delicatus, effeminato, molle, ἐκτεθηλυμμένος. Cic. Philip. 3. Impudicus, impurus, effeminatus. Q. Cic. ad Tiron. lib. 16. Fam. epiſt. ult. Libidinis, & languoris effeminatiſſimi animi plenos.

Effemino, as, avi, atum, a. 1. effemminare, Ger. weibiſch machen, Gall. effeminer, Hiſp. afeminar, ἀποθηλύνω, in muliebrem mollitiem, atque laſciviam converto. Cic. 1. Tuſc. c. 40. Cogitationibus molliſſimis effeminamur. Caſ. l. 4. B. G. c. 2. Remolleſcere, atque effeminari.

Effœte, vel Effete, adv. Martial. lib. 2. epigr. 27. Effœte, graviter, cito, nequiter, euge, beate. h. e. mature, ſapienter, ut Rader. interpretatur. Al. leg. effecte, h. e. plene, perfecte.

Effœtus, a, um, o. t. 2. ἐξιτήλη, quod jam fœtum edidit. Col. l. 7. c. 12. Primus effœtæ partus ummovendus eſt. ¶ Item fœtus, qui emiſſus eſt. Col. l. 8. c. 5. Cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. ¶ Effœta quoque dicitur, quæ parere deſiit, quaſi frequenti partu laſſata. Plin. l. 10. c. 53. Eſt tanta gallinis fœcunditas, ut aliquæ ſexagena pariant ova, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ intantum, ut effœtæ moriantur. ¶ Et generatim effœtum eſt omne id, quod continua fertilitate laſſatum eſt, & exhauſtum. Virg. 1. Georg. Effœtos cinerem immundum jactare per agros. ¶ Hinc tranſlata ponitur pro debili, infirmo, enervato. Cic. de Sen. c. 9. Libidinoſa adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Virg. 5. Æn. v. 396. Eriguntque effœtæ in corpore vires. idest elanguentes priſtino vigore amiſſo. Apul. l. ult. Florid. Ne argumentis ſit effœtior. Cum genit. Salluſt. in Catil. in fine. Reſpublica effœta parentum. Al. leg. parente. ¶ Scribitur & effetus ſine diphthongo.

Effoſſio, onis, f. ſcavamento, actus effodiendi. In Cod. Juſtin. 11. 6. 3. Saxorum venam laborioſis effoſſionibus perſequi.

Efforo, a. 1. idem ac perforo. Col. l. 9. c. 1. Compluribus locis per latus efforatus.

Effoſſus, a, um, adject. cavato, ſcavato, ἐξορυχθείς. Virg. 4. Georg. v. 42. Effoſſis latebris ſub terra fodere. Velleſ. l. 2. c. 52. Effoſſum alterum impetu lumen.

Effractarius, ii, m. 2. qui effringit, effractor. Sen. ep. 69. Aperta effractarius præterit.

Effractor, m. 3. qui fracto oſtio, aut fera in ædes, vel arcam alienam irrumpit. Paul. l. 3. ff. de Offic. Præfect. Vigil. Cognoſcit Præfectus Vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus.

Effractura, æ, f. effractoris effectus. Paul. l. cit. in Effractor.

Effractus, a, um, adject. rotto, ſpezzato. Horat. l. 1. ep. 17. v. 54. Ciſta effracta. Stat. Theb. 9. v. 556. Effracta Urbs.

Effrænate, adv. sfrenatamente, diſſolutamente, Germ. ohne zaum, Gall. ſans retenue, Hiſp. deſenfrenadamente, ἀχαλινώτως, diſſolute. Cic. de Sen. c. 12. Cum voluptatibus avidæ libidines temere, & effrænate ad potandum incitarentur. Id. Phil. 14. c. 9. Effrænatius in hoſtem irrumpere. ¶ Scribitur & ſine diphth.

Effrænatio, f. 3. sfrenatezza, Ger. unbændigkeit, Gal. inſolence, effronterie, Hiſp. deſenfrenamiento, diſſolutio. Cic. 5. Phil. c. 8. Quæ effrænatio impotentis animi? Scribitur & effrenatio.

Effrænatus, a. t. 2. sfrenato, פרוע, Ger. unbændig, Gal. effrené, Hiſp. deſenfrenado, ἀχάλινος, quod frænum detrectat, & pro arbitrio noſtro regi non poteſt. Tranſlata dicitur de re, quæ omnem egreditur modum. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 1. Cujus ego de effrænato, & præcipiti furore quid dicam? Id. 1. Off. Homines ſecundis rebus effrænati. Id. de Aruſp. Reſp. c. 1. Vox quædam libera, atque etiam effrænatior. Senec. ep. 88. Affectibus effrænatiſſimis abſtrahi. ¶ Scribitur etiam ſine diphthongo.

Effrænus, a, um, n. 1. 2. vel effrænis, & ne, o. 3. che non ha freno, Ger. ohne zaum, Gal. ſans frein, Hiſpan. ſin freno, ἀχάλινος, carens fræno, cui frænum detractum eſt. Liv. l. 4. v. 382. Effræno equo in medios ignes infertur. ¶ Tranſlate dicitur de indomito, ſævo, barbaro. Virg. 3. Georg. v. 382. Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro.

Effrico, as, cui, ictum, & catum, a. 1. fricando excutio. Sen. ep. 96. At illis diu rubigo animorum effricanda eſt. Scribitur & Exfrico. Apul. l. 1. Met.

Effringo, is, egi, actum, a. 3. rompere, frangere, שבר, Ger. mit gewalt erbrechen, Gal. briſer, Hiſp. quebrantar, ἐκρήγνυμι, eſt vi quadam, & impetu frangere. Cic. 6. Ver. Cum viderent effringi multorum fores, revelli clauſtra. Adde Ter. Adelph. 1. 2. 7. ¶ Effringere animam. h. e. vi de corpore expellere. Senec. in Herc. Oet. ¶ Neutrorum more, Sil. l. 2. v. 647. fluctus veſtras effringet in orbes. h. e. franget ſe.

Effrondeſco, is, vel Effrondeo, es, ui, n. frondes emitto. Tranſlate Vopiſc. in Probo, c. 19. Crocus gratia novi viroris effrondu it.

Effrons, ontis, adject. 3. impudens, temerarius, quaſi ſine fronte, sfrontato, petulante. Vopiſc. in Numer. c. 13. Conſilii ſemper alti, numquam tamen effrontis, ſed prudentis. Salmaſ. legit pudentis.

Effrutico, as, avi, atum, in fruticem evado, vel fruticem emitto, pullulo, produco. Tertul. de Anim. cap. 27. Semina hominem ex utraque ſubſtantia effruticant. Et l. 1. ad Nation. c. 5. Ut nævus aliquis effruticet, aut verrucula exurgat.

Effugia, æ, f. dicebatur hoſtia, quæ effugiſſet ob aris. Serv. in Virg. Æn. 2. verſ. 140.

Effugio, is, ugi, neut. 3. fugio, evado, vito, elabor, fuggire, ברח, Germ. entfliehen, Gall. s'enfuir, Hiſp. huir, ἐκφεύγω, idem ac fugio. Cicer. 3. Ver. Quo offenſionem negligentiæ vitare, atque effugere non poſſim. Id. pro leg. Man. c. 9. Effugere e manibus. Et Phil. 2. c. 19. Effugere de prælio. Virg. Ecl. 3. Nunquam hodie effugies. Plaut. Merc. 3. 4. 75. Clam patria hac effugiem.

Effugium, n. 2. ſcampo, מנוס, Ger. zuflucht, Gal. fuite, ſalut, Hiſp. acogida, ἀπόφευξις, evaſio, via, vel modus effugiendi. Cic. 2. de nat. Deor. Habere effugia pennarum. Liv. l. 24. c. 26. Ut, ſi effugium pateret, impleturæ urbem tumultu fuerint. h. e. locus effugiendi. Sic Tacit. lib. 3. Effugia inſidere. ¶ Ponitur & ſimpliciter pro fuga. Virg. 2. Æn. v. 140. Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent Effugia.

Effulgeo, es, ulſi, neut. 2. riſplendere grandemente, ἀπαστράπτω, vehementer fulgeo. Liv. lib. 8. Bel. Pun. Qualis inter graves imbre nubes effulget. ¶ Virg. in 3. conjug. uſurpavit Æn. 8. v. 677. auroque effulgere fluctus.

Effultus, a, um, adject. fultus, appoggiato. Virg. 7. Æn. v. 94. Atque harum effultus tergo, ſtratiſque jacebat Velleribus. Apul. l. 2. Met. Effultus in cubitum.

Effumigatus, a, um, adject. Tertull. ad Martyr. cap. 1. Fugiat conſpectum veſtrum, tamquam coluber excantatus, aut effumigatus. h. e. fumo extra coactus.

Effumo, as, a. 1. fumum emitto. Sever. in Ætna v. 498. Effumat moles.

Effundo, is, udi, uſum, a. 3. ſpargere, ſpandere fuori, שפך, Germ. auſſgieſſen, Gal. epandre, Hiſpan. derramar, ἐκχέω, extra ſpargo. Cicer. pro Planc. c. 42. Præter lacrymas, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. ¶ Tranſlate ponitur pro conſumere. Cic. 2. Off. c. 15. Multi patrimonia effuderunt, inconſulte largiendo. Id. Tuſc. 3. Effundere ærarium. ¶ Item pro erumpere, & magna cupiditate egredi. Cicer. ad Brut. Timore quodam percuſſa civitas tota eſt te ſe cum conjugibus, & liberis effundebat. ¶ Item pro emittere Id. Phil. 14. c. 12. Effundere extremum ſpiritum. Virg. Æn. 1. v. 98. Effundere animam. ¶ Effundere iram in aliquem, sfogare la collera contra qualcuno. Liv. l. 39. c. 34. ¶ Effundere pavorem alicui, metter paura. Id. l. 10. ¶ Significat etiam profligare, fugare, proſternere. Salluſt. Effuſo, ac profligato peditatu, paulatim retrocedere cœpit. ¶ Item abunde loqui. Cicer. Att. l. 6. Effudi illa omnia, quæ tacuerat. ¶ Effundere ſe, h. e. ſe immittere, pronum ire. Cic. in Paradox. Se in aliqua libidine effundere. Liv. l. 34. Ne matronæ effundantur in luxuriam. Sueton. in Aug. c. 99. Effundi in jocos. ¶ Effundere oculum, eſt, ejicere. Julian. l. 46. Dig. Si tam vehementer cervicem percuſſerit, ut ei oculus effunderetur. Velleſ. l. 2. c. 52. Effuſum alterum R. imperii lumen. Al. leg. effoſſum.

Effuſe, adv. immodice, prodigamente, ſmoderatamente, ἐκκεχυμένως. Cic. pro Roſc. Amer. cap. 8. Non pauca ſuis adjutoribus large, effuſeque donabat. Id. in Piſon. Effuſe peculans. Liv. l. 34. c. 16. Effuſius prædati ſunt. Plin. l. 1. ep. 10. Effuſius dicere. i. e. copioſius. Id. in Paneg. c. 84. Effuſiſſime diligere.

Effuſio, onis, f. ſpargimento, שפך, Ger. auſſgieſſung, Gal. effuſion, Hiſp. derramamiento, ἔκχυσις, actus effundendi. Cic. 2. de nat. Deor. c. 10. Primum ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. ¶ Tranſlate ſumitur pro prodigalitate, conſumptione. Cic. pro Roſc. Am. c. 46. Quos ſumptus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis? ¶ Item irruptio, vel eruptio. Cic. in Piſon. c. 2. Effuſiones hominum ex oppidis. ¶ Effuſio animi in lætitia apud eund. Tuſc. 4. c. 31. troppo sfogo.

Effuſorie, adv. ſparſamente, effundendo ſe. Ammian. l. 31. c. 16. Exinde digreſſi ſunt effuſorie per Arctoas provincias.

Effuſus, a, um, adject. ſparſo, diffuſo, ἐκχυθείς. Virg. Æn. 6. v. 311. Effuſus nubibus imber. Liv. l. 7. Effuſa fuga. Virg. l. 4. crines effuſa ſacerdos. ¶ Tranſlate varios habet uſus, ut effuſa lætitia, effuſus riſus. Liv. l. 35. c. 43. Claud. l. 3. Rapt. Proſ. v. 110. Effuſæ largitiones. hoc eſt immodicæ. Nepos Att. c. 6. Effuſi honores. Id. Milt. c. 6. Effuſa civitas obviam. Velleſ. l. 2. cap. 43. ¶ Habet etiam ſuos gradus, ut Effuſior fuga. Liv. l. 3. c. 5. Et l. 37. c. 5. Effuſiſſime habent ſtationes hoſtium invadit. ¶ Effuſus in amorem, in lacrymas, in luxum &c. dicitur qui immodice amat, luget, luxui inſervit. Tacit. l. 4. Annal. & 4. hiſtor.

Effutio, is, ivi, itum, a. parlar imprudentemente, Ger. auſſchwaetzen, Gall. parler à la volée, Hiſp. hablar boverias, ἐκλαλέω, inaniter fundo, a futio, effundo. Tranſlate eſt inepte, & inconſulta loqui, dicere cum mendacio. Ter. Phor. 5. 1. 17. Ne eum forte imprudentes foris effutiretis. Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 37. Ita temere effutiunt de mundo.

Effutitius, a, um, adject. quod effutitur. Varr. l. 6. L. L. Euax verbum nihil ſignificat, ſed effutitium naturaliter eſt.

Effutitus, a. t. 2. partic. ab effutior. Cic. 2. de Div. c. 55. Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere.

Effutuo, is, a. 3. In carm. vetuſto in Cæſarem, apud Sueton. in ejus vita, c. 51. Aurum in Gallia effutuiſti. h. e. ſcortando dilapidaviſti.

E ANTE G.

Egelatus, a. 1. 2. partic. ab egelo. Cœl. Aurel. Tard. lib. 4. c. 3. Non frigidum, ſed leviter egelatum, quod galactodes appellant.

Egelido, as, avi, atum, a. 1. diſghiacciare, quod gelatum eſt, diſſolvo, ab egelidus. Sidon. l. 4. ep. 1. Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus, a, um, n. 1. 2. tepido, Germ. laulich, Gall. tiede, Hiſpan. tibio, χλιαρός, quod de ſummo gelu aliquid remiſit, a gelidus. Ovid. 2. Amor. el. 11. v. 10. Et gelidum Borean, egelidumque Notum. Colum. l. 10. v. 282. Nunc ver egelidum, nunc eſt molliſſimus annus. ¶ Servius pro valde frigido exponit, explicans locum illum Virg. 8. Æn. v. 610. Egelido ſecretum flumine vidit.

Egelo, as, avi, atum, a. 1. de ſummo gelu aliquid remitto, a gelu. Cœl. Aurel. lib. 3. acut. morb. c. 5. Cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor eſſet fuerit egelari.

Egens, tis, o. 3. biſognoſo, ἐνδεής, pauper, tenuis, cui deſunt neceſſaria ad vivendum, partic. ab egeo. Cic. de Am. Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilli valent. ¶ Comp. egentior, ſup. egentiſſimus. Id. Att. l. 6. ep. 1. Nihil illo Regno ſpoliatius, nihil Rege egentius. Id. l. 9. ad Quint. ep. 7. Egeſtates tot egentiſſimorum hominum. Et cum ablat. Cic. 6. Fam. ep. ult. Egent rebus omnibus. ¶ Et cum genit. Plaut. Rud. 1. 5. 16. Egentes opum. Horat. l. 4. od. 8. Animus deliciarum egens.

Egenus, a. 1. 2. biſognoſo, אביון, Germ. dürfftig, Gall. neceſſiteux, Hiſp. menesteroſo, ἄπορος, cui deſunt vitæ neceſſaria. Liv. l. 9. Omnium egena corpora humi proſtraverunt. Sil. l. 8. verſ. 12. Egenus rerum cunctarum. Virg. 8. Æn. rebuſque veni non aſper egenis.

Egeo, es, gui, n. 2. aver biſogno, חסר, Germ. noth haben, Gall. avoir beſoin,

ſità, Hiſp. tener meneſter, ἀπορέω, alicujus rei inopia laboro. Conſtruitur abſolute. Cic. pro Roſc. Com. Egebat? immo locuples erat. ¶ Vel cum gen. vel abl. Cic. 9. Fam. Gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus. Id. 2. Tuſc. Nec bibliothecis quidam Græcis indigebimus. ¶ Vel cum accuſat. communi. Cato apud Gell. l. 13. c. 22. Multa egeo. Plaut. Men. 1. 2. 10. Nec quicquam eges. ¶ Particip. egiturus legitur apud Tertul. l. 4. adv. Marc. c. 24. (eſt enim ibi particip. non nomen ſubſtantivum) ubi Scioppius in notis ineditis ad Tertull. legit egiturus.

Egeria, f. 1. Dea, quæ parientibus præerat, fortaſſe eadem, quæ Ægeria. Feſt. Egeriæ Nymphæ ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptum alvum egerere.

Egeries, ei, f. ab egero, excrementorum emiſſio, vel ipſa excrementa. Solin. c. 53. (al. 40.) de Bonaſo animali: Cum in fugam vertitur, fimum egerit, cujus ardor quidquid attigerit, adurit: ita egerie noxia ſummovet inſequentes.

Egeri, orum, Romanis dicebantur pauperes, qui nihil proprii haberent. Liv. l. 1. c. 34. Puero in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen.

Egermino, as, idem ac germino. Col. l. 4. c. 17. Quæ infra trunci caput egerminaverint.

Egero, is, eſſi, eſtum, a. 3. extra gero, ſive porto, emitto, ejicio, portar fuori, ἐκφέρω, ἐκκομίζω. Plin. l. 8. epiſt. 20. Lacus in flumen egeritur. Solin. c. 53. (al. 40.) Ventris fimum egerere. Liv. l. 6. c. 3. Prædam ex hoſtium tectis egerere. Ovid. 4. Triſt. el. 3. v. 38. Expletur lacrymis, egeriturque dolor. h. e. ejicitur, minuitur. Sic Stat. l. 4. Silv. 4. Egerere iras. Valer. Flac. l. 8. Dies egeritur querelis. h. e. tranſigitur. ¶ Interdum ponitur pro digerere, diſponere. Senec. epiſt. 67. (al. 66.) Multi nobis ſermones fuerunt, quos ſubinde egeram, & ad te mittam.

Egeſta. V. Crimiſus, & Segeſta.

Egeſtas, f. 3. povertà, ἔνδεια, indigentia, paupertas, ab egeo. Cic. in Par. Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. Virg. 1. Georg. v. 145. Duris urgens in rebus egeſtas.

Egeſtio, f. 3. exportatio, ab egero. Plin. l. 8. ep. 6. Si Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egeſtione contingeret.

Egeſtivus, a, um, adject. quod egerendi, & ejiciendi vim habet, ut vis egeſtiva. Macer l. 1. c. 65.

Egeſtoſus, & Egeſtuoſus, a, um, adject. egenus, biſognoſo. Aurel. Vict. Epit. c. 24. de Nerva: Natos parentibus egeſtoſis (al. egeſtuoſis) ſumptu publico ali juſſit. Adde Auguſtin. ep. 254.

Egeſtus, us, m. 4. idem ac egeſtio. Sen. 3. Nat. Quæſt. c. 30. Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum venter exhaurit.

Egeſtus, a, um, cavato fuori. Colum. l. 2. c. 2. Scrobibus egeſtam humum recondere.

Egigno, is, enui, enitum, a. 3. extra gigno, egero. Lucret. l. 2. v. 702. & altos interdum ramos egigni corpore vivo.

Egnatia, f. 1. Cnatia, Gnazzi, Nazzi, Torre d' Anaſſo, urbs ext. R. Neap. in Prov. Bariana.

Ego, mei, mihi, me, io, אני, Germ. ich, Gal. je, Hiſp. yo, ἐγώ, pronom. 1. perſonæ. Cic. in Catil. Ego ſum ille Conſul. Terent. Andr. 5. 2. 28. Nonne te miſereret mei? Plaut. Moſt. 4. 2. 5. Vide ut faſtidit ſimia! Ph. Mihi ſum, libet eſſe, quid id curas? V. Mihi ſuo loco. Ter. Andr. 2. 2. 13. Nihil pericli eſt, me vide. V. Video. ¶ Invenitur etiam mi pro mihi. Varr. R. R. l. 2. c. 5. Tu vero, Murri, veni mi advocatus. Lucret. l. 3. v. 106. In quo mi diverſi errare videntur. Adde Virg. 6. Æn. ¶ Item me, pro mihi, Enn. l. 2. Si quid me fuerit humanitus. Lucil. Ut quæ me res impendet agatur. Hæc Feſtus. Huc referri poteſt illud Terent. Eun. 2. 2. 16. Nimis me indulgeo. ¶ Egomet, pro ego ipſe. Virg. 3. Æn. v. 623. Vidi egomet. ¶ Ego ne, interrogat. Ter. Eun. 1. 1. 60. Egone illam? ¶ In pl. num. nos V. ſuo loco.

Egranatus, a, um, adject. granis privatus, ut egranatæ caricæ. Plin. Valer. l. 3. c. 14.

Egredior, eris, eſſus ſum, d. 3. uſcir fuori, יצא, Germ. auſſgehen, Gall. ſortir, Hiſp. ſalir, ἐξέρχομαι, extra gredior, exeo. Cic. 2. Catil. Ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. Ter. Andr. 1. 3. Egreditor ab ea. h. e. de domo ejus. Cæſ. l. 1. B. C. Egredi ex caſtris. Cic. pro Quint. Extra fines egredi. Id. Att. l. 13. ep. 16. Nos pedem e villa adhuc egreſſi non ſumus. Ter. Phorm. 4. 5. 10. Dicat, nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe. ¶ Cum accuſat. Plin. l. 7. ep. ult. Nam nec hiſtoria debet egredi veritatem. V. Egreſſus. ¶ Pro digredi. Cic. de clar. Orat. Ut egrederetur e propoſito ornandi cauſa. ¶ Eſt etiam verbum navigantium, pro deſcendere navi, ſmontare, fare sbarco. Cæſ. l. 4. B. G. c. 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves convenirent, in anchoris expectavit.

Egregiatus, us, m. dignitatis quidam gradus. Exemplum V. in Comitiva.

Egregie, adv. eccellentemente, ἐξόχως, excellenter, item valde, nimis. Cic. l. 1. ad Q. Fr. ep. 1. Servus egregie fidelis. Id. 2. Fin. c. 6. Egregie loqui Græce. Ter. Heaut. 3. 1. 11. Egregie ad miſeriam natus. ¶ Comparat. egregius. Juven. ſat. 16. v. 12. Egregius cœnat meliuſque miſerrimus horum. V. Egregius.

Egregius, a, um, n. 1. 2. eccellente, nobile, נכבד, Germ. ausbündig, Gal. excellent, Hiſp. bravo, ſeñalado, ἐξαίρετος, excellens, præſtans, eminens, quaſi ex toto grege electus. Cic. 1. de Orat. Non poſſum dicere eum non egregium quendam hominem, atque admirandum fore. Ter. Andr. 1. 1. 45. Egregia forma. Sic egregium facinus, opus, egregia & præclara indoles. Cic. & Liv. ¶ Egregium publicum, eſt decus publicum. Tacit. Ann. 3. cap. 70. Capite inſignitior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehoneſtaviſſet. Adde Sulpit. Sev. l. 2. hiſt. ſacræ, ſub fin. ¶ Egregia in plur. pro virtutibus accipit idem Tacit. Ann. 14. c. 60. Poſtquam, inquit, cuncta ſcelerum ſuorum pro egregiis accipi vidit. ¶ Comparat. & ſuperl. minus uſitata ſunt. Lucret. tamen l. 4. v. 468. Nihil egregius eſt, quam res diſcernere. Cato apud Priſcian. l. 3. habet egregiiſſimus. Adde Gell. l. 14. c. 5.

Egreſſio, onis, fem. actus egrediendi, ἔξοδος. Tranſlate pro digreſſione in dicendo uſurpatur a Quintil. l. 3. c. 12. (al. 9.) ubi inquit: Egreſſio vero, vel quod uſitatius eſſe cœpit, Exceſſus, ſive eſt extra cauſam &c. Id. l. 4. c. 3. Hanc partem παρέκβασιν Græci vocant, Latini egreſſum, vel egreſſionem.

Egreſſus, us, m. 4. egrediendi actus, uſcita, l' uſcire, ἔξοδος. Cicer. in Piſ. c. 23. Frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando. Tacit. Ann. 15. cap. 53. Cæſar rarus egreſſu, domoque aut hortis clauſus. ¶ Item egreſſus e navi. Cæſ. l. 5. B. G. c. 8. Remis contendit, ut eam partem inſulæ caperet, quam optimum eſſe egreſſum cognoverat. ¶ Item digreſſio in dicendo. Quintil. l. 4. c. 3.

Egreſſus, a, um, particip. ab egredior, uſcito. Salluſt. l. 1. hiſt. apud Serv. Gens raro egreſſa fines ſuos. Tacit. 3. hiſt. c. 30. Tecta altitudinem murorum egreſſa. Id. Ann. 16. c. 22. Aliquando ſenatu egreſſa, voce infenſa clamitabat, ſuperando ſi feſſe. ¶ De eo, qui navi deſcendit, Nepos Datam. c. 4.

Egula, f. 1. ſulfur, lanis ſuffitu molliciem, candoremque inducens. Plin. l. 35. c. 15.

Egurgito, as, avi, atum, a. 1. evomo, effundo. Plaut. Epid. 4. 2. 22. Egurgitare argentum. ¶ Legitur & exurgito.

E ANTE H, & I.

Ehe, Interject. mentis conſternatæ. Ennius: Ehe, ipſe clypeus cecidit. V. Taubman. ad Plaut. Truc. 2. 2.

Ehem, ah, ἆ, interjectio ſubito aliquid deprehendentis. Ter. Eun. 5. 2. Quis hic loquitur? ehem, tu ne eras hic mi Phædria?

Eheu, ah, ah, ἰώ, interjectio dolentis. Cic. ante exil. Eheu conditionem temporis hujus. Adde Ter. Heaut. 1. 1. 31.

Eho, olà, ὤ, interjectio ad ſe vocantis. Interdum etiam excitativa particula eſt, qua attentionem nobis paramus ejus, cum quo loquimur. Ter. Andr. 5. 4. 48. Propero ad filiam, eho mecum Crito. Et v. 5. Eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais? Id. Hecyr. 2. 2. 25. Eho, num quidnam accuſat virum?

Ehodum, ὤ, interjectio attentionem, & animadverſionem poſcentis. Ter. And. Ehodum, dic mihi, num quidnam amplius tibi cum illa fuit?

Eja, orsù via, הבה, Germ. wolan, Gal. ea, Hiſp. ea pues, εἶα, interjectio adhortantis. Mart. lib. 2. Eja age, rumpe moras. ¶ Interdum corripientis. Ter. Eun. 5. 8. 35. Eja, ſic decet. Plaut. Rud. 2. 2. 9. Eja vero.

Ejaculo, as, a. 1. ejaculor, aris, d. 1. lanciare, ירה, Ger. auſſchieſſen, Gal. lancer, darder, Hiſp. lançar, ἐκβάλλω, emitto, ſeu longe jaculor. Gell. l. 16. c. 19. Se in ſalum ejaculaverat. Plin. lib. 4. c. 12. In cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbram. Ovid. 4. Metam. v. 123. tenues ſtridente foramine longe ejaculatur aquas.

Ejectamentum, i, n. 2. excrementum. Tacit. de morib. Germ. de ſuccino, c. 45. Diu quin etiam inter cætera ejectamenta maris jacebat.

Ejectatus, a, um, adject. ejectus; ut ejectata favilla. Ovid. 2. Metam. v. 231.

Ejectio, onis, f. ejiciendi actio, expulſio, ἐκβολή. Cic. l. 2. Attic. ep. 18. Mortem & ejectionem timemus.

Ejectitius, a, um, a. 1. 2. ἐκβόλιμος, quod ejicit, vel quod ejicitur. Plin. l. 11. c. 37. Vulva ejectitia.

Ejectiuncula, æ, diminut. Marcel. Empir. c. 10. Ad ejectiunculas facere.

Ejecto, as, avi, atum, a. 1. cacciar fuori, frequentat. ab ejicio, ἐκβάλλω, expello. Ovid. l. 5. Metam. v. 353. Arenas ejectat. Sil. l. 10. v. 320. Aufidus undis Ejectat, redditque furens ſua corpora ripis.

Ejectus, a, um, adject. expulſus, & ſæpe de naufragio dicitur. Senec. ep. 9. Ejectus in deſertum litus. Virg. Æn. 4. Ejectum litore, egentem excepi. ¶ Lucret. l. 4. v. 920. Anima perturbata, ejectaque foras. Cic. de Orat. Ejecta lingua. h. e. extra os exerta.

Ejectus, us, us, m. idem quod ejectio. Lucret. l. 4. v. 957. Animai altior, atque largior ejectus.

Ejeratio, ejuratio. Apud Tertul. de Spectac. c. 4.

Ejero, eras, idem quod ejuro, legitur apud Tertul. de Spect. c. 24. & de Idol. c. 18.

Ejicio, is, eci, ectum, a. 3. ſcacciar fuori, גרש, Germ. auſſtoſſen, Gall. jetter hors, Hiſp. echar fuera, ἐκβάλλω, extra jacio, expello. Cic. Trebatio, l. 14. Fam. Ejicere nos magnum fuit, excludere facile. Id. in Parad. Ejicere in exilium. Id. pro Quint. Ejicere a Diis Penatibus. Id. pro Roſc. Amer. Ejicere ex animo amorem. ¶ Ponitur interdum pro extendere, diſtendere. Virg. 10. Æn. Ejectoque incumbit cernuus armo. ¶ Ejicere abſolute, ponitur pro ejicere fœtum. Ulp. Dig. 9. 2. 27. Si mulier pugno, vel equa ictu a te percuſſa ejecerit, Brutus ait, Aquilia teneri.

Ejulatio, f. 3. pianto, יללה, Ger. heulung, Gal. cry en ſe plaignant, Hiſp. grita con quexas, ὀλολυγμός, planctus cum vociferatione, ploratus ſummiſſus expers. Plaut. Capt. Ejulatione haud opus eſt. Adde Cicer. 2. leg. c. 23.

Ejulatus, m. 4. idem ac ejulatio. Cic. 2. Tuſc. c. 23. Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum eſt, idque raro, ejulatus vero ne mulieri quidem.

Ejulito, as, frequenter ejulo. Lucil. apud Non. cap. 1.

Ejulo, as, avi, atum, n. 1. piangere forte, יילל, Ger. heulen, Gall. crier en ſe plaignant, Hiſp. dar alaridos, ὀλολύζω, eſt voce in altum ſublata plorare, a ſono, ideſt ab ei, vel ah eheu. Quidam heiulo dici malunt, ut ſonus magis exaudiatur, a voce plorantium, hei, hei. Cic. 2. Tuſc. c. 7. Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem. ¶ Cum accuſativo Apulej. lib. 3. Metam. Fortunas meas ejulabam. Et lib. 4. Alius ejulans ſe.

Ejuneſco, is, n. 3. in juncum evado. Plin. l. 17. c. 22. Vitis ejuneſcit. Harduin. leg. evaneſcit.

Ejuncidus, a, um, adject. tenuis inſtar junci. Var. R. R. l. 1. c. 31. Sarmentum ejuncidum. Gloſſ. gr. lat. Ejuncidum, ἰσχνοειδές.

Ejuratio, onis, f. renunciatio. Valer. Max. l. 2. c. 7. n. 7. Ignominioſa Conſulum ejuratione.

Ejuro, as, avi, atum, a. 1. ejero, abjicio, deteſtor, giurare, אלה, Germ. ſchwören, Gal. jurer, Hiſp. jurar, ἐξόμνυμι, eſt præſtito ante juramento ſe re aliqua liberare. E. g. ejurare judicem iniquum, eſt interpoſito juramento, ſibi judicem ſuſpectum eſſe nomine iniquitatis, ejus juriſdictionem declinare. Ejurare forum iniquum, eſt juriſdictionem fori alicujus detrectare, interpoſito prius juramento, ſe in eo foro jus ſuum tueri poſſe. Ejurare bonam copiam, eſt jurare, ſibi non ſuppetere copiam, aut facultates ad faciendum impendium, v. g. cœnæ, quam quiſ a nobis petit, &c. Cic. 12. Phil. Sic me iniquum ejurabant, ut me querebantur. Id. 3. Ver. Negociatores putant eſſe turpe id forum ſibi, in quo negocientur, iniquum ejurare. Id. ad Pæt. l. 9. Fam. ep. 16. Tu autem, quod mihi bonam copiam ejures, nihil eſt. ¶ Ejurare imperium, militiam, eſt renunciare, recuſare, apud Plaut. & Tacitum. Ejurare liberos, h. e. negare, ſuos eſſe, apud Senec. Conſol. ad Marc. c. 19. ¶ Ejurare Magiſtratum, pro deponere, recuſare. Plin. l. 1. epiſt. 23. Quod quidem fiebat, fractis ante faſcibus, ut habet Dio. l. 59.

Ejuſdemmodi, della medeſima maniera. Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1. 1. 4. Alios diſſimiles, alios ejuſdemmodi mundos eſſe. Id. Verr. 4. c. 72. Ejuſdemmodi totum jus Prætorium, ejuſdemmodi omnis res judiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore.

Ejuſmodi, di cotal maniera, כזה, Ger. alſo, Gal. auſſi, Hiſp. aſſi, τοιοῦτος, talis, duo genitivi conjuncti in modum adverbii. Cic. pro L. Man. c. 2. Genus eſt enim ejuſmodi. ¶ Idem etiam valet ac ſic. Cic. pro Cæl. Ejuſmodi cupidus, ut magis &c. Verr. 3. in fin. Ejuſmodi exegit. V. Manut. ibi.

E ANTE L.

Elabor, eris, apſus ſum, dep. 3. fuggir dalle mani, ſdrucciolare, ſcorrere, διαφεύγω, ὑπεκδύω, effugio, evado. Cic. 2. de Orat. c. 56. Elabi e manibus, & ad Attic. l. 2. ep. 16. da manibus. Cæſ. l. 3. B. G. c. 15. Ex prælio elabi. Liv. lib. 1. cap. 53. Elabi inter tela, & gladios. ¶ Tranſlate, elabi e memoria. Auct. ad Heren. l. 3. c. 22. Elapſa eſt ſpes. Plaut. Capt.

Capo. 3. 5. Sic *Cicer. pro Flac.* Elabitur mos de manibus. ¶ Et ſine præpoſit. *Id. Verr.* 3. *c.* 39. Elabi omni ſuſpicione. ¶ Et cum dativo. *Senec. ep.* 77. Elabi vitæ.

Elaboratio, onis, f. *fatica*, *diligenza*, *attenzione*. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 22. Hæc non videntur fieri poſſe ſine elaboratione, & operæ conſumptione.

Elaborātus, us, ui, m. idem quod elaboratio. *Apul. in Florid.* Elaboratu mirandus.

Elaborātus, a, um. ἐκπονηθείς, factus cum labore, & diligentia, politus, excultus, exornatus, partic. ab elaboro. *Cic. pro L. Man.* Nihil huc, niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria afferri oportere.

Elabōro, as, avi, atum, n. 1. *affaticarſi molto*, *sforzarſi*, יגע, Ger. *bearbeiten*, Gall. *s' efforcer*, Hiſp. *trabajar mucho*, ἐκπονέω, enitor, conor, contendo, operam do. *Cic. pro Marc. c.* 9. In hoc tibi elaborandum eſt, Remp. ut conſtituas. ¶ Et paſſive pro efficere. *Cic. in Pan.* Quam ille ipſa, propter quæ elaborantur. *Id. in Phil.* Omnia enim curriculum induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. ¶ Active Elaborare aliquid eſt artificioſe excolere. *Plin. l.* 34. *c.* 3. Candelabrorum ſuperficiem elaboravit. Hinc elaborata oratio, elaborati verſus, apud *Cic. in Orat.* & *pro Cal.*

Elacatæum, n. 2. mons Theſſaliæ, ubi templum Jovis Elacatæi, *Steph.*

Elacăte, ſive elacatena, fœm. 1. piſcis ex thynnorum genere, qui ſaliri ſolet, unde eſt, quod Feſto dicitur ſalſamenti genus. Nomen ex eo habuit, quia refert ἠλακάτην, hoc eſt, colum muliebrem. *Col. l.* 8. *c.* 17.

Elactēſco, n. 3. *imbiancarſi*, λευκαίνομαι, eſt album fieri ad modum lactis. *Plin. l.* 20. *c.* 21. Addenſari ſub dio, atque elacteſcere. Melior lectio habet, *lacteſcere*.

Elæa, fœm. 1. Elea, *d' Alea*, urbs Aſiæ minoris, in Myſiæ majore, in conf. Æolidis, a Pergamo patria Zenonis, & Parmenidis. ¶ Elæa quoque, *Riſa Carpaſſo*, prom. Cypri, in ora ad Or. inter Salaminem, & Carpaſſum. ¶ Item portus Epiri, prope oſtia Acherontis fl. ¶ Item urbs ext. Cretæ inſ. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Elæmporia, æ, f. ἐλαιεμπορία, olei emendi cura. *leg. ult.* §. 10. *Dig. de Mun. & hon.*

Elæomĕli, n. indeclin. oleum ſaporis mellei, ex olea. *Plin. lib.* 23. *c.* 4.

Elæothesīum, ii, n. olei, & aliorum unguentorum repoſitorium, ubi loturi, & certaturi ungebantur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 11.

Elamentabilis, le, *lamentevole*. *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 24. Sin erit ille gemitus elamentabilis, ſi imbecillus, ſi abjectus. *Al. leg.* lamentabilis. Priorem tamen lectionem acriter tuentur Eruditi ex MSS.

Elamitæ, maſc. 1. pop. Arabiæ Felicis, cum opp. cogn. apud oram mar.

Elangueſco, is, gui, n. 3. idem quod langueo, vel valde langueo, languore tabeſco, *illanguidire*, *indebolirſi*, ἐκλύομαι. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. in Annibale*: Cum Urbem capere poſſet, in Campania deliciis elanguit. *Liv. l.* 35. *c.* 45. Non eſſe elangueſcendum.

Elanguĭdus, a, um, adject. valde languidus. *Fortunat.* 6. *Mart.* Paulatimque focis elanguida ligna reſorbet.

Elăpe, f. 1. genus ſerpentis. *Plin. l.* 30. *c.* 5.

Elaphītes, f. 3. tres inſulæ parvæ maris Hadriatici, ſive Illyrici, quarum prima dicitur *Calamota*, altera *Iſola di mezzo*, tertia *Giuppana*, a Meſita 10. M. P. non longe a Ciſſa inſ.

Elaphoboſcon, n. 2. herba, al. pabulum cervi, & gratia Dei, ferulacea geniculata, digiti craſſitudine, ſemine corymbi, dependentibus foliis oluſatri, commendata in cibis contra ſerpentium morſus, ab ἔλαφος, cervus, & βόσκω, paſco. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Elapidātus, a, um, *purgato da ſaſſi*, lapidibus purgatus. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Solum elapidatum, purgatumque ſubigitur. Adde *l.* 17. *c.* 10.

Elaqueātus, a, um, *ſciolto da' lacci*, laqueis exſolutus. *Ammian. l.* 30. *c.* 1. Princeps antedicta fuga perculſus, quem elaqueatum fidem rupturum exiſtimabat.

Elaquĕo, as, a. 1. expedio, laqueis exſolvo. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach.* v. 147. Elaqueandi ſomni conſtantia, ne retinaclis prematur. *Sidon. l.* 8. *ep.* 9. A vinculo incurſi angoris elaqueat.

Elargior, iris, itus ſum, dep. 4. *donare largamente*, δωρέομαι. *Perſ. ſat.* 3. v. 70. Patriæ cariſque propinquis Quantum elargiri deceat.

Elaſſeſco, is, idem, ac laſſeſco. laſſitudine deficio. *Plin. l.* 16. *c.* 25. In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit.

Elāte, es, f. 1. genus palmæ, al. ſpathe. *Plin. l.* 23. *c.* 5.

Elāte, adv. *altamente*, גבוה, Ger. *hoch tragendlich*, Gall. *hautement*, Hiſp. *altivamente*, ἀλαζονικῶς, alte, ample, graviter, ſuperbe. *Cic. in Or.* Ut Demoſthenes certe poſſit ſummiſſe dicere, elate Lyſias fortaſſe non poſſit. *Nepos in Pauſan. c.* 4. Elatius ſe gerere cœpit. h. e. inſolentius. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 79. Fama elatius inflatiuſque percrebuerat.

Elateīus, a, um, adjectiv. ab Elato, qui fuit pater Cenei, ut Elateia proles. *Ovid. Metam.* 12. v. 189.

Elaterīum, n. 2. ἐλατήριον, medicamenti genus, al. agitatorium, ex ſylveſtri cucumere confectum ad purgandum alvum. *Plin. lib.* 20. *cap.* 1.

Elatīne, f. 1. herba, quæ folia helxines habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramuſculis, ſenisve, a radice ſtatim folioſis. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Elatio, f. 3. *altezza*, *il ſollevare*, elevatio, ab effero. *Cic. in Top.* Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem. ¶ Tranſlate ſumitur pro altitudine, vel ſuperbia animi, ſublimitate ſtyli, &c. *Cic.* 1. *Off.* In hac elatione, & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur.

Elatites, m. 1. genus lapilli. *Plin. l.* 36. *c.* 20.

Elatorie, adv. hyperbolice, jactanter, *iperbolicamente*. *Aſcon. Pedian. in Divin. Verr. cap.* 1.

Elātro, as, n. 1. idem, ac latro, vel valde latro. *Hor.* 1. *epiſt.* 18. v. 18. Ut non acriter elatrem.

Elātus, a, um, adject. altus, excelſus, *alto*, ἐπαρθείς. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Modo in elatiora, modo in depreſſiora clivi ſegi ſulcum oportebit. *Tertul. Apol. c.* 35. Elatiſſimæ lucernæ. ¶ Metaphorice eſt, inflatus, ſuperbus, *ſuperbo*, *gonfio*. *Cic. Agrar.* 2. Quibus illi rebus elati, & inflati. *Id. in Orat.* Elatis verbis intenſa oratio. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 59. Elati barbara arrogantia deſpiciebant ſuos. ¶ Item ſepultus. *Manil. l.* 4. *verſ.* 71. Ex ipſis quidam elati rediere ſepulcris. ¶ Item evulgatus. *Nepos in Dion. c.* 8. Res, multis conſciis, elata refertur ad Ariſtomachen. ¶ Item ſublatus. *Liv. l.* 7. Corvus e conſpectu elatus Orientem petit.

Elaudare, plus eſt, quam nominare, inquit *Feſtus*.

Elāvo, as, avi, a. 1. idem, ac lavo. *Col. l.* 10. *c.* 50. Sed cum fuerit oliva elota. ¶ Elavere ſe bonis, per tranſlationem, eſt ſpoliare. *Plaut. Aſin.* 1. 2. 9. In mari reperi, hic elavi bonis.

Elautus, a, um, adject. bene lotus. *Plaut. Rud.* 3. 3. 37. Quæ ambæ elautæ ſumus opera Neptuni. *Id. Pæn.* 1. 2. 22. Nam quæ elauta eſt, niſi perculta eſt, meo quidem animo, quaſi illauta eſt.

Elbii Vicus, *Vico*, vicus parvus Thuſciæ apud lac. Ciminium, inter Viterbum, & Roncilonem opp. in via, quæ Romam ducit.

Elea. V. Elæa.

Eleātæ, Lucaniæ pop. Eleam urbem incolentes, quæ mox Elia, deinde Velia dicta eſt

Tom. I.

Electōres argentariæ, meretrices, ab eliciendo argento. *Plaut. Men.* 2. 3. 26. & *Trucul.* 1. 2. 81.

Electe, adv. cum electione, *con ſcielta*. *Cic. l.* 1. *Invent. c.* 30. Diſcrete, & electe digeremus. *Gel. l.* 18. *c.* 7. Veteres, qui electius locuti ſunt.

Electibilis, le, adverb. qui eligi poteſt. *Apul. l.* 10. *Met.* Electibiles partes nuſquam comparent.

Electilis, le, adject. ſelectus, *eletto*. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 41. Vino, & victu, & piſcatu probo, & electili vitam colitis.

Electio, onis, fœm. *elezione*, בחירה, Ger. *ein wahl*, Gal. *election*, Hiſp. *eleccion*, ἐκλογή, ſelectio, approbatio. *Cicer. in Orat.* Id autem eſt judicium, electioque verborum. *Velley. l.* 2. *c.* 72. Electionem dare.

Electo, as, avi, atum, a. 1. freq. ab elicio. *Plaut. Merc.* 1. 3. 111. Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret, hoc eſt, rem totam interrogando, eblandiendoque ex te reſciſceret. *Id. Aſin.* 1. 2. 18. Electabo quidquid eſt. ¶ Eſt etiam frequentativum ab eligo. *Id. Trucul.* 2. 6. 27. Jamne electat legionem, quam ſpoliare velit?

Elector, oris, m. *elettore*, בוחר, Germ. *erwehler*, Gall. *electeur*, Hiſp. *elector*, qui eligit. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 4. Quam aliorum boni electores exiſtimentur.

Electra, f. 1. filia Atlantis, ex Pleione, vel Æthra filia Oceani, & Tethyos, ut alii volunt, quæ Jovi Dardanum peperit. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 31.

Electrĕus, a, um, adject. ex Electro factus. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 25. Alexandri habitu nummos figuravit, & quidem electreos aliquantos, ſed plurimos tamen aureos.

Electrifer, a, um, adject. Electri ferax. *Claudian. in Feſcen.* v. 35. de ſororibus Phaethontis. Et Padus electriferis Admoduletur alvis.

Electrinus, a, um, adject. electreus, ut electrina patera, *Trebel. Pol. in Quiet.* Electrina vaſa, *leg.* 32. §. 5. *Dig. de aur. arg.* Electrini anouli. *Marcell. Empir. c.* 8. *ante med.*

Electrius, a, um, ad Electram pertinens. *Val. Flacc. l.* 2. v. 431. Electria tellus Threicus arcana ſacris. *h. e.* Samothrace, ita dicta ab Electra Dardani matre.

Electrix, icis, f. quæ eligis. Affertur locus *Plauti in Mil.* 3. 1. 194. Sed lectio varia eſt.

Electrum, n. 2. ἤλεκτρον, ſuccinum, ab ἠλέκτωρ, Sol, quia Solis fulgorem refert. V. Succinum. *Ovid. l.* 2. *Metam.* v. 364. Stillataque ſole rigeſcunt De ramis electra novis. ¶ Eſt etiam metalli genus, de quo *Plin. l.* 33. *c.* 4. Omni, inquit, auro ineſt argentum vario pondere, ubicumque quinta argenti portio eſt, electrum vocatur.

Electus, us, m. 4. electio. *Ovid.* 5. *Epiſt.* v. 144. In necis electu parva futura mora eſt.

Electus, a, um, adject. ἐκλεκτός, *eletto*, *ſcelto*, ut electi coloni. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 25. Princeps electus. *Sueton. Galb. c.* 14. Viri electiſſimi civitatis. *Cic. pro Quint. c.* 2. ¶ Comparat. utitur *Auguſt. l.* 2. *de Civ. Dei c.* 19. ¶ Electa, neut. plur. ſubſtant. dicuntur libri ſelectarum rerum, & excerptarum. *Plin. l.* 3. *ep.* 5. Electorum commentarios mihi reliquit.

Eleemosyna, f. 1. *limoſina*, צדקה, Germ. *ein almuſen*, Gal. *aumone*, Hiſp. *limoſna*, ἐλεημοσύνη, miſeratio, beneficium pauperibus præſtitum, ſtips pauperibus data, ab ἐλεήμων, miſer. *Tertul. de Patient. c.* 7. Exemplum autem, quod afferunt ex *Spartian. in Caracal.* quidam Lexicographi, eo loco non invenitur.

Elēgans, antis, o. 3. *elegante*, *polito*, יפה, נאה, Germ. *ſauber*, Gal. *joly*, Hiſp. *lindo*, χαρίεις, cultus, ornatus, politus, ab *eligendo*, ut ſcripſit *Cic.* 2. *de nat. Deor.* ¶ *Id.* 6. *Ver.* Te, atque iſtum, qui ſe elegantes dici volunt. *Ter. Eun.* Quam elegans formarum ſpectator ſiem. Ubi *Donatus*: Elegans ſpectator eſt, qui fit cunctantis, & faſtidioſi judicii, cui non quodvis placet facile. ¶ Elegans homo (inquit *Gel. l.* 11. *c.* 2.) non dicebatur cum laude, ſed id fere verbum ad ætatem M. Catonis vitii, non laudis fuit. Sic *Plaut. Trinum.* 2. 1. 14. Mendax, cuppes, avarus, elegans, deſpoliator, &c. Quippe elegans is dicebatur, qui nimio cultu, & victu eſſet. Ital. *pomposetto*, *delicato*, *chi ſi dà troppo bel tempo*. ¶ Cum de eloquentia ſermo eſt, elegans dicitur, qui verbis electis, & pura conſtructione utitur, diſertus, ut Elegans in dicendo. *Cic. in Brut. c.* 68. *Gel. l.* 13. *c.* 20. Elegantior vocis ſonus. *Nepos Attic.* 12. Multo elegantiſſimus.

Eleganter, adv. *elegantemente*, Ger. *zierlich*, Gal. *elegamment*, Hiſp. *elegantemente*, χαριέντως, polite, & proprie. *Ci. Luceio l.* 5. *Fam.* Quo eleganter, copioſeque collegiſti. *Id.* 2. *Fin.* Hoc ipſum elegantius poni, meliuſque potuit. *Id. ad Brut.* Qui & optime omnia novit, & elegantiſſime expedire, & deferre ad te poteſt. ¶ Et in malam partem, *Salluſt. Catil. c.* 26. Saltare elegantius, quam neceſſe eſt probæ.

Elegantia, f. 1. *eleganza*, *politezza*, *nettezza*, הדרה, Germ. *zierlikeit*, *ſchonheit*, Gal. *elegance*, *bonne grace*, Hiſp. *lindeza*, *elegancia*, φιλοκαλία, κομψότης, munditia, lautitia, ornatus, cultus. *Cic.* 3. *Fin.* Agricultura abhorret ab omni politiore elegantia. *Id. pro Syll.* Cum ſumma elegantia, atque integritate vivere. ¶ Elegantia in oratione virtus eſt, quæ facit, ut unumquodque pure, & aperte dici videatur. Hæc diſtribuitur in latinitatem, & explanationem. Latinitas eſt, quæ ſermonem purum conſervet ab omni vitio remotum. Explanatio eſt, quæ reddit apertam, & dilucidam orationem. *Auct. ad Her. l.* 4. *Cic. in Or.* Fucati vero medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur, elegantia modo, & munditia remanebit. *Id.* 2. *Fin.* Contemnit enim diſſerendi elegantiam, confuſe loquitur.

Elegātus, i, m. piſcis genus. *Auſon. ep.* 4. v. 59. male tecti ſpina elegati. *Turneb. Adv. l.* 1. *c.* 23. legit *Eleoati*, quem reprehendit *Scal. in not. ad Auſon.*

Elegīa, f. 1. & elegeia, per quinque ſyllabas, apud Poetas, *elegia*, *verſo lagrimevole*, Ger. *traurgedicht*, Gal. *elegie*, Hiſp. *elegia*, ἐλεγεῖα, ἐλεγεῖον, carmen flebile, ex alternis verſibus hexametris, & pentametris, ab ἒ, ἒ, he, he, interjectio dolentis, quæ geminari ſolet, & λέγω, dico, vel ab ἔλεγος, luctus. *Ovid.* 3. *de Art.* *el.* 1. Flebilis indignos elegeia ſolve capillos: heu nimis ex vero nunc tibi nomen ineſt. ¶ Sed tamen etiam in rebus lætis uſurpari cœpit. *Horat. de Art.* Verſibus impariter junctis querimonia primum, poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos. ¶ Elegia vocatur a quibuſdam arundo obliqua, fruticis modo ſe ſpargens. *Plin. l.* 16. *c.* 36.

Elegīa, orum, n. 2. carmina elegiaca. *Plaut. Merc.* 2. 3. 74. Meæ impleantur carbonibus elegiorum fores. Sed legendum eſt, *elogiorum*.

Elegīăcus, a, um, o. 1. 2. quod ad elegiam ſpectat, ut elegiacum carmen, apud Grammaticos. *Diomed. l.* 3. & *Serv. de metr.*

Elegidarĭum, ii, n. idem quod Elegidion. *Petron. Satyr.* Cœpit capillorum elegidarion dicere.

Elegīdion, n. 2. ἐλεγίδιον, dimin. ab elegis. *Perſ. ſat.* 1. v. 52. Non ſi qua elegidia crudi dictarunt proceres.

Elegion, pro elegidion, vel elegia, legitur apud *Auſon. epigr. de. el.* 94.

Elĕgus, i, m. 2. verſus elegiacus, elegia. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 3. Neu miſerabiles decantes elegos.

Eleleïdes, f. 3. mulieres bacchantes, ab ἐλελίζω, clamo, vociferor. *Ovid. ep.* 4. Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ. Alii leg. *Eleides*, ut ſit adject. ab Elide urbe Peloponneſi.

Digitized by Google

Eleleus, m. 2. Ἐλελεὺς, cognomen Bacchi, ab ἐλελίζω, vociferor clamore bellico. *Ovid. 4. Met.* Nyctelïuſque, Eleleuſque parens, & Jaccbus, & Evan. ¶ Heleleus, m. 2. Sol, ab ἑλίσσω, *volvo*, quia æterno circa terram curſu volvitur. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 17.*

Elementa, orum, n. 2. *elementi*, יסודות, Germ. *die elementen*, Gal. *les elemens*, Hiſp. *elementos*, στοιχεῖα, ſunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, & in quæ reſolvuntur. Quibuſdam elementum dictum videtur, quaſi alimentum, quia viventia aluntur iiſdem, ex quibus componuntur, & in quæ reſolvuntur. Quatuor ſunt, terra, aqua, aer, ignis. *Cic. 1. Acad.* Ergo illa initia, ut a Græco vertam, elementa dicuntur. ¶ Item notæ literarum, quia ſunt prima principia orationis. Nam ex literis ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus oratio conficitur. *Quintil. l. 1. c. 1.* ¶ Item prima principia Artium, ut Geometriæ, Dialecticæ, &c. Ex iis enim Artes oriuntur, & in ea reſolvuntur. *Cic. l. 4. Acad. c. 18.* Elementa loquendi. *Horat. l. 1. ſat. 1. v. 25.* Elementa prima diſcere. ¶ Tranſlate *Silius l. 3. v. 71.* Vagitumque gravem, atque irarum elementa mearum. *Juven. ſat. 14.* Elementa vitiorum.

Elementarius, a, um, adject. ad elementum pertinens, ut elementarius puer, qui ſcil. prima literarum elementa diſcit. Sic elementarius ſenex, quem turpem, & ridiculam rem eſſe, ſcribit *Sen. ep. 36. Capitolin. in Pertin. c. 2.* Puer literis elementariis, & calculo imbutus.

Elementitius, a, um, adject. Elementaris. *Tertul. de Anim. c. 32.* Ex elementitiis ſubſtantiis cenſeri.

Elenchicus, a. 1. 2. quod ſpectat ad coarguendum. *Quintil. l. 2. c. 6.*

Elenchus, m. 2. ἔλεγχος, unio, ſeu margarita grandis, & oblonga. *Plin. l. 9. c. 35. Juven. ſat. 6. v. 458.* ¶ Apud Græcos elenchus eſt tabula, ſeu index libri. Poſt *præfat. Plinii in lib. nat. hiſt.* ſtatim leguntur verba hæc: C. Plinii Secundi naturalis hiſtoriæ elenchos.

Eleo, es, evi, etum, n. 2. *nettare*, *mondare*, mundo, ab antiquo leo. *Lucil. l. 6.* Si hic veſtimenta elevit luto. *Non.* expoſuit, maculavit. Sed hallucinatus eſt. Fortaſſe *Lucilius* ſcripſerat, *elavit*, vel *eluit*. *Voſſ. Etym.*

Elephantiacus, a. 1. 2. *leproſo*, צרוע, Ger. *auſſetzig*, Gal. *lepreux*, Hiſp. *leproſo*, ἐλεφαντιακὸς, qui morbo elephantiæ laborat. *Firmic. l. 8. c. 19.*

Elephantiaſis, f. 3. vel elephantia, æ, f. 1. vel elephantiaſmus, m. 2. vel elephas, antis, m. 3. *lepra*, צרעת, Ger. *auſſatz*, Gal. *lepre*, Hiſp. *lebra*, ἐλεφαντίασις, cancer totius corporis, genus lepræ, quia maculis, ac tumoribus ſimilem reddit cutem elephantis. *Valla* rationem reddit, quia inter morbos tantum præſtet, quantum elephas inter beſtias. *Plin. l. 26.* Elephantiaſis non fuit in Italia ante Cn. Pompeji tempora. Adde *Celſ. l. 3. c. 25.*

Elephantiacus, a, um, adject. qui elephantiaſi laborat. *Jul. Firmic. l. 8. c. 28.*

Elephantinus, a. 1. 2. quod ad elephantem ſpectat. Elephantinum emplaſtrum dictum eſt, quia eſt percandidum. *V. Celſ. l. 5. c. 19.* ¶ Elephantini libri, apud *Vopiſc. in Tac. c. 8.* ſunt, quos codices eboreos *Ulpian.* vocat. Facti erant ex ebore ſectili. Alii aliam afferunt hujus appellationis rationem. *V. Iſid. l. 6. Orig. c. 2.*

Elephantioſus, a, um, adject. elephantiacus. *Veget. l. 1. c. 19. Priſcian. l. 1. c. 3.*

Elephantis, idis, Poetria, quæ libellos ſcripſit, quibus varia genera concubitus complexa eſt. *Mart. l. 12. epigr. 43.* Nec molles Elephantidis libelli. ¶ Item Nili inſula. *Plin. l. 5. c. 9. & l. 24. c. 17.*

Elephantus, ti, m. & f. 2. idem ac elephas, a gen. elephantis, ut Titanus a Titanis, hebdomada ab hebdomadis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Manus etiam data elephantis, &c. *Plaut. Stich. 2. 1. 24.* (*al. 1. 3. 24.*) Solere elephantum gravidam perpetuos decem eſſe annos.

Elephas, antis, m. 3. *elefante*, פיל בהמות, Ger. *elephant*, Gal. *elephante*, ἐλέφας, animal in Aſia, & in Africa, omnium terreſtrium maximum. *Var. l. 6. de L. L. Plin. l. 8. c. 6.* Elephantos enim primum vidit Italia Pyrrhi Regis bello in Lucanis, & boves Lucas nominavit. Duos habet dentes, vel potius cornua, quæ ebur dicuntur, & ex quibus fiunt opera eburnea. Biennio utero graveſcit, nec amplius, quam ſemel gignit, nec plures, quam ſingulos. Vivere dicitur annos 300. *Cic. de Sen.* Nec nunc quidem vires deſidero adoleſcentis, non plus, quam adoleſcens tauri, aut elephantis deſiderabam. ¶ Metonymice pro ebore a Poetis ponitur. *Virg. 3. Georg.* In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto.

Elevatio, onis, f. ἐπιεικισμὸς, eſt ſchema oratorium, quo rem aliquam dicendo minuimus, & elevamus. *Quintil. l. 9. c. 2.* Et illæ elevationes, videlicet, *Scilicet is ſuperis labor eſt*.

Elevi. V. Elino.

Elevo, as, avi, atum, a. 1. *levare*, *alzare*, הרים, Ger. *erheben*, Gal. *lever bon haut*, Hiſp. *levantar*, μετεωρίζω, ſurſum levo, in altum tollo. *Claudian. in Eutrop. v. 293.* hunc arbore figit, Elevat hunc pluma, ſquamis hunc fabula veſtit. ¶ Item tollere, colligere. *Colum. l. 2. c. 21.* Elevare fructum ſerum cum præcoce. ¶ Eſt item rem aliquam extenuare, minuere. *Cic. in Tuſc.* Nihil eſt, quod tam obtundat, elevetque ægritudinem. *Id. Fam. 3. ep. 14.* Elevare ſollicitudines. ¶ Item verbis deprimere, imminuere, extenuare. *Liv. l. 28.* Q. Fabius res geſtas in Hiſpania elevavit. *Cic. de Amic. c. 24.* Cauſas ſuſpicionum elevare. *Liv. l. 26. in fi.* Elevare aliquid verbis. *Id. ibid. c. 27.* Elevare indicem, indiciumque.

Eleus, a, um, adject. ab Elide Peloponneſi urbe. *Ovid. epiſt. 18. v. 166.* Ut celer Eleo carcere miſſus equus.

Eleuſinius, vel Eleuſinus, a, um, adject. Eleuſinia ſunt ſacra Cereris, de quibus V. Eleuſis. *Tert. adv. Gent. c. 7. & adv. Valent. c. 1.* ¶ Eadem *Juſtin. l. 2. c. 7.* Eleuſina ſacra vocat. ¶ Eleuſina mater eſt Ceres. *Virg. 1. Georg. v. 163.* Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra. ¶ Eleuſini, ſunt pop. Eleuſis incolæ.

Eleuſis, & Eleuſin, inis, f. 3. *Lepſina*, opp. marit. Atticæ, inter Megaram, ſeu Nyſæam urb. & Piræum port. Athenienſium, in quo regnavit Eleuſius, qui cum Cererem filiam quærentem liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro munere oſtendit ei omne genus agriculturæ, filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, cumque grandiuſculus factus eſſet, curru ſuo, quem alati trahebant ſerpentes, impoſitum per totum orbem miſit ad uſum frumentorum hominibus indicandum. Ob hujus beneficii memoriam Cereri templum dedicatum fuit, & ſolemnia ſacra inſtituta ſunt, quæ Sacra Eleuſina, & Theſmophoria appellabantur, in quibus matronæ in curribus per jocum ſibi mutuo, & libere conviciari ſolebant. Hinc græcum prov. de plauſtro loqui, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν.

Eleutheria, n. 2. ἐλευθέρια, ſolemnia libertatis. *Plaut. Perſ. 1. 1. 29.* Baſilice ago eleutheria. ¶ Eleutheria, æ, f. eſt ipſa libertas, vel libertatis Dea. *Id. Stich. 3. 1. 2.* Volo me Eleutheriam capere advenientem domum.

Elides, um, f. 3. epithet. equarum in Olympicis ludis velociſſimarum. *Virg. 1. Georg. v. 59.* Eliadum palmas Epirus equarum. Apud Elidem enim urbem hi ludi celebrabantur.

Elices, m. 3. *foſſi nel campi*, תעלה, Germ. *furchen im acker da das waſſer abrinnet*, Gal. *rayes*, *petits foſſez*, Hiſp. *ſulcos*, αὔλακες, ſulci aquarii, terra aratione facti ad aquam ex agro deducendam, ab elicio, extraho. *Col. l. 2. c. 8.* Sulcos aquarios nonnulli elices vocant.

Elicio, is, cui, citum, a. 3. *dedurre*, *cavare*, הוציא, Germ. *herfür ziehen*, Gal. *attraire*, *deduire*, Hiſp. *ſacar*, *atraer*, ἐξάγω, educo, extraho, a lacio. *Cic. 1. de Orat.* Verbum ex eo nunquam elicere potui de vi, ac ratione dicendi. *Id. Tuſc. 1. 48.* Elicere ſanguinem. *Liv. l. 40. c. 23.* Elicere arcana alicujus, *cavar di bocca*. *Id. l. 5. c. 15.* Elicere ad pugnam. *Cic. de Orat. l. 2. c. 3.* Elicere ad diſputandum. *Id. 1. Tuſc. c. 48.* Elicere ſanguinem. *Caſ. l. 5. B. G.* Elicere in inſidias. *Plin. l. 19. c. 5.* Elicere eluvium, *h. e.* ſubducere, ciere. ¶ Præteritum *elexi* pro *elicui* habet *Arnob. l. 5. pag. 155.*

Elicius, m. 2. cognomen Jovis, ab eliciendo, quod eum Cœlo Numæ rogatu Picus, & Faunus quadam die elicuere, ut doceret ritum piandi fulminis. *Ovid. 3. Faſt. v. 327. Liv. l. 1. c. 20.* Alii ſic dictum putant ab eliciendis, & evocandis fulminibus.

Elido, dis, ſi, ſum, a. 3. *fracaſſare*, *ſtrozzare*, *uccidere*, דכך, German. *auſſchlagen*, Gall. *rompre*, *caſſer*, *fracaſſer*, Hiſp. *quebrar*, ἐκθλάω, effringo, præfoco, occido. *Cic. 3. Tuſc.* Ægritudines, ipſa trunco everſo, omnes elidendæ ſunt. *Virg. 8. Æn.* Geminoſque premens eliſit angues. ¶ Item exprimo, excludo. *Plin. l. 11. c. 37.* Cæteris oſſibus ineſt tanta duritia, ut ignis elidatur, velut a ſilice.

Eligo, is, egi, ectum, a. 3. *eleggere*, *far elezione*, ברר, Germ. *auſerleſen*, Gal. *choiſir*, *elire*, Hiſp. *eſcoger*, ἐκλέγω, eſt de quovis numero, & quavis multitudine electionem facere. *Cic. 4. Acad.* Quam potiſſimum ſententiam, & diſciplinam melius eliget? *Id. Div. in Ver. c. 14.* Optionem alicui facere, ut eligat, utrum velit.

Elimatio, onis, f. purgatio. *Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 11.* Elimatio carnis. *Ad de Juſtinian. in præfat. 3. de* emendatione Codicis.

Elimator, oris, m. qui elimat, & purgat. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 35.* Chriſtus elimator humanarum ſordium.

Elimatus, a, um, adject. expolitus, lima abraſus. *Plin. l. 34. c. 18.* Scobe elimata. *Cic. l. 4. Acad. c. 20.* Rationes latiore ſpecie, non ad tenue elimatæ.

Eliminatus, a, um, adject. *bandito*, ἐξορισθείς. *Sidon. l. 4. epiſt. 10.* Soli patriis finibus eliminatus.

Elimino, as, avi, atum, a. 1. *cacciar*, *mandar fuori*, גרש, Germ. *zum hauſſ hinauſſ ſtoſſen*, Gal. *chaſſer du logis*, *de l'entrée*, Hiſp. *deſterrar*, *echar de caſa*, ἐξελαύνω, extra limen ejicio, excludo. *Pomp. ap. Non. c. 1. n. 179.* Eliminabo extra ædes conjugem. ¶ Tranſlate ponitur pro enunciare. *Horat. in ep. 5. l. 1. v. 25.* Ne fidos inter amicos ſit, qui dicta foras eliminet.

Elimo, as, avi, atum, a. 1. e limus, eſt purgare a ſordibus, *nettare*. *Tert. l. de Pænit. c. 11.* Cedo pulverem dentibus elimandis. ¶ Item polire, abradere, a lima. V. Elimatus. ¶ Tranſlate ponitur pro abſolvere, perficere. *Gel. l. 17. c. 10. de Virgilio:* Oravit a ſuis, ut Æneide, quam nondum ſatis elimaſſet, adolerent. *Cic. Att. l. 16.* Velim, σχόλιον aliquod elimes ad me. *Auguſtin. l. 2. contra Academ. c. 7.* Elimare uſimum.

Elingo, is, a. 3. *leccare*, idem quod lingo. *Plin. l. 25. c. 13.* Si oculus ſubinde elingatur.

Elinguis, gue, o. 3. *ſenza lingua*, Germ. *der kein zung hat*, *ſtammler*, Gal. *qui n'a point de langue*, *muet*, Hiſpan. *el que no tiene lengua*, *mudo*, ἄγλωσσος, ἄφωνος, qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etiamſi linguam habeat. *Cic. pro Flac. c. 10.* Convicit, & elinguem reddidit.

Elinguo, as, avi, atum, *privare della lingua*, ἐκγλωττίζω, linguam extraho, lingua privo. *Plaut. Aul. 2. 2. 72.* Si ego te elinguandam dedero uſque ab radicibus.

Elino, is, levi, a. 3. purgo, mundo, emaculo. *Lucil.* apud *Non. c. 4. n. 173.* Hic veſtimenta elevit luto. ¶ Quidam putant *elevi* eſſe præteritum ab *eleo*, *es*, obſoleto pro deleo, Poſſis etiam legere *elavit*.

Eliquamen, n. 3. *ſalamoje*, רבב, Ger. *peckel*, Gal. *ſaumure*, Hiſp. *ſalmuera*, ἐκχύλισμα, quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piſcibus. *Col. l. 9. c. 14.* Ut ſunt ſalſamenta, & eorum omnia eliquamina.

Eliquatus, a, um, adject. *liquefatto*. *Sid. l. 2. epiſt. 3.* Fluentum de ſupercilio montis eliquatum.

Eliqueſco, is, n. 3. *disfarſi*, נמס, Ger. *verſchmeltzen*, Gal. *ſe fondre*, Hiſp. *derretirſe*, liquidus fio. *Var. l. 1. de R. R. c. 55.* Alia ad cibum eligitur, alia, ut eliqueſcat.

Eliquium, ii, n. *ſcolamento*, ut, eliquia erumpentis Oceani. *Solin. c. 38.* (*al. 18.*)

Eliquo, as, avi, atum, a. 1. liquidum reddo, purgo, *purgare*, *liquefare*, ἐκτήκω. *Colum. l. 12. c. 12.* Cum in alia vaſa tranſfuderint, & eliquaverint. *Id. l. 12. c. 30.* Eliquare oleum in labrum. *Sen. l. 3. Quæſt. Nat. c. 26.* Fons fœda quadam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus, eliquatuſque eſt. ¶ Tranſlate eliquare verba, eſt delicate, & molliter pronunciare, & quaſi eliquando vocem effundere. *Perſ. ſat. 1. v. 35.* vatum & plorabile ſi quid Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

Elis, idis, Elea, Cauconia, *Jalea*, *Belvedere*, ἦλις, regio Peloponneſi, inter Arcadiam, & Achajam, & mare Jonium ad Occ. Sed *Belvedere* latius patet, quia & Elidem, & Meſſeniam continet. Urbs primaria Elis eſt celebris certaminibus Olympicis, quæ in honorem Jovis ibi habebantur.

Eliſa, & Eliſſa, æ, nomen Didonis. *Virg. Æn. 4. v. 335.* Nec me meminiſſe pigebit Eliſſæ. V. Dido.

Eliſæus, & Eliſſæus, a, um, adject. ab Eliſa, h. e. Didone, ut Eliſæi patres, pro Senatoribus Carthaginienſibus, apud *Silium l. 6. v. 346.* Eliſa enim Carthaginem condidit. Adde *l. 15. v. 524.*

Eliſio, onis, f. actus elidendi, expreſſio. *Sen. ep. 99.* (*al. 98.*) Hæ lacrymæ per eliſionem cadunt, nolentibus nobis.

Eliſus, a, um, adject. *rotto*, *fracaſſato*, ἐκτεθλιμμένος. *Suet. in Cæſ. 39.* Sæpe præ turba eliſi, & exanimati ſunt plurimi. *Id. in Tiber. c. 39.* Ingentia ſaxa delapſa ſunt, multis eliſis.

Elius, a, um, Ἠλεῖος, ad Elim urbem Peloponneſi pertinens: qui & *Alius* dicitur. *Cic. 2. de Div. c. 52.* Aruſpices Hetruſci, Elii, Ægyptii, Pœni.

Elix, V. Elices.

Elixatim, adv. *Apic. l. 5. in fin.* Elixatim ſumpto ſemine cum ovis.

Elixo, as, avi, atum, a. 1. aqua coquo, *leſſare*, ἕψω. *Apic. l. 3. c. 9.* Coliculus elixatus mediabis.

Elixura, vel Elixatura, æ, f. quod aqua coctum eſt. *Apic. lib. 9. in princ.* Jus adjicere ſinapis in elixaturis. *Macer l. 1. c. 22.* Illius elixatura vertigo fugatur.

Elixus, a, um, o. t. 2. *leſſo*, מבושל, Germ. *geſotten*, Gall. *bouilly*, Hiſp. *cozido*, ἑφθός, quod aqua mollitum, & decoctum eſt. *Hor. 2. Serm. Sat. 2. v. 73.* At ſimul aſſis miſcueris elixa. ¶ Tranſlate ponitur pro madefacto. *Var.* At in humum calceos facis elixos.

Ellaborum. V. Helleborum.

Ellipſis, ἔλλειψις, figura eſt, cum aliqua vox deeſt orationi; ab ἐλλείπω, deficio, ut illud *Salluſt. in Catil.* Rem omnem aperit, cujus mittebantur, h. e. cujus gratia. V. Grammat.

Ellops. V. Helops.

Elluo,

Digitized by Google

Ellum, ellam, accuſ. ſing. en illum, en illam. *Ter. And.* 5. 2. 14. & *Adelph.* 2. 3. 7.

Ellychnium, n. 2. *ſloppino, lucignole*, Germ. *wiechea, dacht*, Gall. *meche*, Hiſp. *mecha*, ἐλλύχνιον, funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, cannabinuſeu, aut ſtupeus in lychno, qui oleo affuſo incenſus flammam nutrit, & lumen præſtat. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Et e medulla ejus elegantium lucernarum ellychnia ſunt. Adde *Stat. l.* 4. *Silv.* 9. *v.* 29.

Elóco, adv. antiq. pro illico, ſtatim. *Plaut. Caſ.* 3. 3. 13.

Eloco, as, avi, atum, a. 1. idem quod loco, *dare ad affitto*, ἐκμισθόω. *Cic. Ver.* 5. *c.* 22. Fundum elocatum eſſe dicebat. *Plin. l.* 21. *c.* 3. Elocare ſumus. ¶ Putant etiam Lexicographi quidam, hoc verbum idem ſignificare, ac *loco movere*, confirmantque auctoritate *Cic. pro Flac. cap.* 28. *de gente Judæorum:* Quam cara Diis immortalibus eſſet, docuit, quod eſt victa, quod elocata, quod ſervata. Sed ibi nec una lectio eſt, & multiplex interpretatio. V. *Plaut. Epid.* 1. 2. 41. & ibi *Taubman.*

Elocutílis, vel Eloquutilis, le, adject. ad eloquendum pertinens. *Apul. lib.* 11. *Metam.* Copia eloquutilis facundiæ.

Elocutio, f. 3. tertia pars officii Oratoris, qua res inventæ, & in ordinem diſpoſitæ ornamentis rerum, & verborum exornantur. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 7. & *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 12. Elocutio eſt idoneorum verborum, & ſententiarum ad inventionem accommodatio.

Elocútor, oris, m. 3. qui enarrat. *Ennod. l.* 1. *c.* 1.

Elocutorius, a, um, adject. V. in Elocutrix.

Elocútrix, icis, f. 3. ab elocutor. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Oratoria ſic efferetur, ut elocutoria, oratrix, ut elocutrix.

Elogium, vel melius elogium, neut. 2. *elogio, teſtimonianza*, עדות, Ger. *ſirmenliche zeugnuſſ*, Gal. *eloge*, Hiſp. *teſtimonio en bonra, o vituperacion*, ἐγκώμιον, omnis brevis ſcriptio, ſive ſit titulus rei alicujus, quales in ſtatuis erant, ſive quæpiam ſimplex expoſitio ſententiæ, ab ἐλλόγιον, quod ab ἐλλόγω vel ab ἐλεγεῖον, *titulus ſepulcri*, qui nomen ſortitur, & encomium ejus complectebatur. Aliquibus dictum videtur quaſi eulogium, ab εὖ, *bene*, & λέγω, *dico*, ut ſit teſtificatio honorifica, aliis quaſi ἐκλογεῖον, ab ἐκλογὴ, *electio*. *Cic. de Sen. c.* 20. In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. *Idem Tuſc.* 1. *c.* 14. Quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant? *Suet. in Calig. c.* 24. Tres gladios in necem ſuam præparatos Marti ultori, addito elogio, conſecravit. *h. e.* inſcriptione rei cauſam indicante. ¶ Aliquando accipitur pro ſimplici ſententiæ teſtificatione, ait *Vall. l.* 4. *c.* 66. affertque illud *Cic. de Seneſt. c.* 20. Solonis elogium eſt, quo ſe negat velle, ſuam mortem dolore amicorum, lamentiſque carere. ¶ Interdum in malam partem accipitur, pro teſtificatione vituperationis cauſa. *Quint. in declam.* Nullum adjecit ad exheredationem juvenis elogium. *Id. lib.* 7. *cap.* 5. Si exhæredatum a ſe patar filium teſtatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amaverit. Plura leges apud *Briſſon. de form. R. l.* 7.

Elongo, as, a. 1. *prolungare*, האריך, Germ. *verlengen*, Gal. *alonger*, Hiſp. *alargar*, παρέλκω, protraho, differo, Gloſſ. Cyrilli, & Onomaſt. Elongo, μακρύνω, & ἀφίσταμαι. ¶ Forum Romanum *Plinio* neſcio cui tribuit illa verba: *Quo maxime tempore dies elongantur*, Nolo temere uti.

Elops, V. Helope.

Elóquens, entis, o. 3. qui in dicendi ratione perfectus eſt, *eloquente*. *Cic. in Orat.* Erit igitur eloquens is, qui in foro, cauſiſque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. Et *inferius*. Is enim eſt eloquens, qui & humilia ſubtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate poteſt dicere. V. Diſertus. *Suet. Galb. c.* 3. Serg. Galba ſuorum temporum eloquentiſſimus.

Eloquenter, adv. cum eloquentia, *eloquentemente*, λογίως. *Plin. lib.* 3. *ep.* 18. Eloquentius ſcribere. *Id. l.* 2. *ep.* 11. Eloquentiſſime reſpondere.

Eloquentia, f. 1. *eloquenza*, מליצה, Germ. *wolredenheit*, Gall. *eloquence*, Hiſp. *eloquencia*, λογιότης, εὐγλωττία, facultas copioſe, apte, & ornate dicendi. *Cic. in Partit. c.* 23. Nihil aliud eſt eloquentia, quam copioſe loquens ſapientia. *Id.* 2. *Off. c.* 14. Nihil eſt tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad ſalutem, & conſervationem datam, ad bonorum peſtem, perniciemque convertere. ¶ De variis Eloquentiæ generibus V. *Cic. l.* 2. *de Or. in Brut.* & *l.* 2. *Tuſc.*

Eloquium, n. 2. *parlare, facondia, eloquenza*, דברה, Germ. *die red*, Gall. *diſcours*, Hiſp. *habla*, λόγος, ſermo, facundia. *Plaut.* Dulci, ac blando eloquio animum ſolatus. *Juven. Sat.* 10. *verſ.* 114. Eloquium, ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis, &c. *Vellej. l.* 2. *cap.* 68. Vir in eloquio perfectior.

Elóquor, eris, quutus ſum, d. 3. *parlar apertamente*, דבר, Germ. *reden*, Gal. *parler*, Hiſp. *hablar*, ἀναφωνέω, clare, & aperte animi ſenſa explico, aperte loquor, effero. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 158. Eloquere nobis, & quid tibi eſt, & quid velis. *Id. Men.* 1. 4. 6. Elocuta ſum convivas. *Cicer.* 3. *Off. de emptore, & venditore:* Uterque ſi ad eloquendum venerit, non plus quam ſemel eloquatur. *h. e.* quod pretium exigit, vel exhibet, ſemel ſine contentione exponat. ¶ Sæpe uſurpatur pro ornate, & copioſe dicere. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 21. Oratoris nihil vis eſſe, niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui.

Elórum, n. 2. Elorus, opp. exc. Siciliæ, ad oſt. Elori fl. inter Syracuſas, & Pachynum. Manet turris, quæ *Sta ro pace* dicitur.

Elórus, m. 2. Elorum, Helorus, *Acellaro, Atellaro, Abyſo*, Ἕλωρος, fl. Siciliæ, in valle Netina, qui Medicam rigat, & prope Neetum labitur, & paulo poſt in mare Jonium ſe exonerat juxta rudera Elori urbis. *Sil. l.* 14. *v.* 470.

Elótes, a, um, adject. ab elavo, ut elota oliva. *Col. l.* 12. *c.* 50.

Elpénor, m. 3. Ἐλπήνωρ, comes Ulyſſis. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 4. *Juven. ſat.* 15. *v.* 22.

Elutrum labrum, apud *Caton. R. R. c.* 10. 11. eſt vas ad eluendum idoneum.

Elúceo, es, xi, idem ac luceo, vel multum luceo. Translate *Cicer. de Amic.* Si qua ſignificatio virtutis eluceat. *Suet. Tib. c.* 37. Sæva, & lenta natura aliquanto magis in Principe eluxit.

Elucéſco, neut. 3. *rilucere*, eſt lucidum fieri. Ex analogia tuetur *Scioppius:* exemplis autem antiquis vix probari poteſt. V. *Voſſ. de art. form. l.* 1. *c.* 23. & *Cellar. cur. poſter. p.* 302. ¶ Utitur hac voce *Auguſtin. lib.* 1. *Retract. c.* 13. & *Hieron.*

Elucifacio, is, a. 3. *fare riſplendere*, lucidum facio. *Laber.* apud *Non. c.* 2. *n.* 293. Splendore pecuniæ volo elucifacere exitum ætatis meæ.

Elucífico, a. 1. *privar de luce, aſcurare*, ζοφόω, luce privo, elucum reddo, ab *elucus*. *Laber.* apud *Gel. l.* 10. *cap.* 17. Volo elucificare exitum ætatis meæ. Alii leg. *elucifacere*.

Eluctabílis, le, adject. q. d. luctando ſuperabilis. *Sen. Qu. Nat. l.* 6. *c.* 8. Lacus nec pedibus eluctabilis, nec navigio.

Eluctátio, onis, f. actus eluctandi, conatus expediendi ſe ex re aliqua. *Lactant. lib.* 3. *cap.* 12. *a med.* Eluctatio adverſus mala, quibus hæc vita plena eſt.

Eluctor, aris, atus ſum, dep. 1. *uſcire con isforzo*, luctando, & conando exeo. *Plin. l.* 34. *c.* 10. In ore fornacium, qua flammæ eluctantur. *Virg.* 2. *Georg.* aqua eluctabitur omnis. *Liv. l.* 24. Tenentibuſque cum tot, ac tam validæ eluctandæ manus eſſent, ſe ſe eripuerunt. *Sen. controv.* 6. Eluctari per impedimenta. *Tac. hiſt.* 3. *cap.* 59. Quieto agmine nives eluctantibus. *Id.* 4. *Ann. c.* 31. Verba eluctantia, *parole mendicate, e ſtentate*. ¶ Reperitur etiam elucto, as. *Plaut. Trinem.* apud *Non.* Cum hiſce ærumnis eluctavit.

Elucubrátus, a, um, adject. elaboratus, cum diligentia confectus. *Cic. in Brut. c.* 9. Orationes non minus diligenter elaboratas, quam elucubratas afferebamus, q. d. ad lucernam elaboratas.

Elucúbro, as, a. 1. & elucubror, aris, d. 1. *far qualche coſa a lume di lucerna*, Germ. *zu nacht etwas arbeiten*, Gal. *faire quelque choſe en veillant la nuit*, Hiſp. *velar, trabajar velando*, παννυχίζω, lucubrationibus, id eſt vigiliis conficio. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 19. Epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. *Colum. præf. l.* 10. Quidquid eſt iſtud, quod elucubravimus, propriam ſibi laudem non vindicat.

Elúcus, vel helucus, o. 1. 2. languidus, ac ſemiſomnus. Aliqui intelligunt nugarum amatorem, alii tarditatem quandam animi, ac ſtuporem, alii allucinatorem, ab ἀλύω, unde allucinor, alii ſine luce, a *lux, cis*. *Feſt. Gel. l.* 16. *c.* 2. *Apul. Apol.*

Elúdo, is, uſi, uſum, a. 3. proprie ſignificat ludendi finem facere. Unde illa litoris definitio ab Aquilio data, apud *Cic. in Top. c.* 7. *qua fluctus eluderet*. *Donat. ad Ter. Eun.* 1. 1. 10. Eludere gladiatorum eſt, cum vicerunt, & ludo finem impoſuerunt. ¶ Sic dicimus, *eludere aliquid*, cum ludendo vincimus, & aliquid obtinemus. *Plaut. Curc.* 3. 2. 30. Dicas, unde illum habeas annulum, Quem paraſitus hic te eluſit. *Prop. l.* 4. *eleg.* 1. *verſ.* 139. Nam tibi victrices, quaſcunque labore paraſti, Eludet palmas una puella tuas. hoc eſt extorquebit, eripiet. ¶ Eludere etiam dicuntur gladiatores, qui flexu corporis ictus adverſarii evitant, *ſcanſare, ſchivare*. *Mart. l.* 3. *v.* 163. Ille cito motu rigidos eludere caſtus. ¶ Translate *Quintil. l.* 4. *c.* 5. Cujus tamen diviſionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit. ¶ Sæpe uſurpatur pro decipere, illudere, *ingannare, burlare*, ἐμπαίζω. *Cic.* 4. *Acad. c.* 39. Sed & eos ab illo irridemini, & ipſi viciſſim illum eludetis. *Tibul. l.* 2. *el.* 1. Seges ludit meſſem fallacibus herbis. ¶ Pro ſimplici ludere, translate *Cic. de opt. gen. Orat. n.* 6. Non enim in acie verſatur, & ferro, ſed quaſi rudibus ejus eludit oratio.

Eluéla, V. Helvela.

Elúgeo, es, xi, n. 2. *laſciare il pianto*, Germ. *vertrauren*, Gall. *ceſſer de pleurer*, Hiſp. *dexar del llorar*, ἀποπενθέω, lugere deſino, vel luctum depono, expleto tempore juſti luctus. *Liv. l.* 34. *c.* 2. Quid aliud, cum eluxerunt, ſumunt? *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 20. Patriam eluxi jam & gravius, & diutius, quam mater unicum filium.

Elvína, f. 1. *Cerere*, Ceres, ab Elvio oppido, ubi colebatur. *Juv. Sat.* 3.

Elumbis, be, o. 3. qui evulſum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate ſe ſe erigere non poteſt. ¶ Translate accipitur pro molli, parum virili, effœminato. *Dial. de Orat. c.* 18. Tanquam fractum, atque elumbem. *Feſt.* Elumbem, evulſo lumbo.

Elúo, is, elui, elutum, a. 3. *lavorare, purgare lavando*, רחץ, Germ. *auſſwaeſchen*, Gal. *laver, nettoyer*, Hiſp. *lavar, limpiar*, ἐκλούω, lavo, lavando purgo. *Celſ. l.* 7. *c.* 21. Eluere ex aqua, quæ ſalem adjectum habeat. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Eluere maculam veſtium. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Leg. c.* 10. Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec amnibus ullis eflui poteſt. ¶ Eluere ſe bonis, dicuntur decoctores, qui patrimonium diſſipant, & eluere, abſolvere, apud *Plaut. Rud.* 2. 7. 21. ducta metaphora ab iis, qui naufragium patiuntur.

Eluſcátus, a, um, adject. *loſco*. *Ulp. l.* 3. *ff. de medic. triticiar.*

Eluſco, as, a. 1. *far loſco*, τυφλόω τὸν ὀφθαλμόν, eſt luſcum facere, ideſt, alterius oculi lumine ſpoliare. Apud *JCtos ad l. Aquil.* ſcribitur: Aquiliæ eum teneri, qui eluſcaverit diſcipulum in diſciplina.

Elútia, orum, n. 2. metalla auraria, quia aquæ eluuntur. Hac enim immiſſa ſordes abluuntur, & verum aurum comparet. *Plin. l.* 34. *c.* 16.

Elútio, onis, f. eluendi actus. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 1. Panis calida elutione purgatus.

Elútrio, as, a. 1. *tramutare di uno in un altro vaſo*, Germ. *ablaſſen*, Gall. *ſoutirer*, Hiſp. *traſegar*, μεταγγίζω, eſt diffundere, hoc eſt, de vaſe in vas fundere, ab *eluo*, vel a *lutum*, quaſi ſit luto purgare. *Plin. lib.* 14. *cap.* 17. Sufferveſactis decies non elutriatis. Adde *Gell. lib.* 16. *cap.* 17. *ex Laberio*.

Elútus, a, um, adject. purgatus, lotus, *lavato, purgato*, ἐκλουσθείς. *Colum. l.* 6. *c.* 34. Eluta, & ſicca vinaria. *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. *v.* 16. Irriguo nihil eſt elutius horto. *h. e.* magis inſipidum. V. text.

Eluvies, ei, f. 5. *inondazione, voragine*, Germ. *uberlauffung*, Gall. *inondation*, Hiſpan. *avenida*, κατακλυσμός, inundatio, item vorago, item id, quod expurgatur aquarum fluxu. *Curt. l.* 6. Torrenteſque, atque eluvies iter morabantur. Adde *l.* 3. *c.* 4. ¶ Ponitur etiam pro quavis calamitate. *Cic. pro Domo, c.* 20. Tu ad illam labem, atque eluviem civitatis ſine ſumma vi pervenire potuiſti? ¶ Accipitur etiam pro egeſtione ſordium ex urbe. *Plin. l.* 2. *c.* 82. ait, quædam oppida minus quati terræmotu, quia ſunt crebris ad eluviem cuniculis caveta. ¶ Et pro purgatione. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 274. Eluviem facere per ventrem. Al. leg. *eluviem*, ducuntque a præterito *elevi*, verbi *eluo*, vel a verbo *eluo, is*, eodem tamen ſenſu.

Eluvio, onis, f. diluvium, inundatio. *Cic. in Somn. Scip. c.* 7. Propter eluviones, exuſtioneſque terrarum.

Eluxatus, a. 1. 2. idem, ac luxatus, loco motus. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Sic enim fiſtulæ eluxatas, & tumores revocari.

Eluxurior, aris, d. 1. idem ac luxurior, vel valde luxurior. Translate *Col. de arborib. c.* 3. Pampinis magis eluxuriabuntur.

Elyſii Campi, vel Elyſium, ii, n. 2. Ἠλύσιον, ſecundum fabulas, locus, ubi animæ habitant, a λύσις, ſolutio, quaſi animæ poſt ſolutionem vinculi corporei eo deveniant. *Virg.* 5. *Æn. v.* 734. Sed amœna piorum concilia, Elyſiumque colo. ¶ Platonici duplices faciunt Elyſios Campos, alios terrenos in plaga ſublimibus terræ, alios cœleſtes in cœlo octavo. *Ficin. in Dial.* 10. *Platonis de Repub.* ¶ Sunt & Elyſii Campi in Bœotia, circa Thebas, ut inquit Lycophron: de quibus ſenſiſſe videtur *Virg. l.* 2. *Georg.* cum ait. Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.

Elyſius, a, um, adjectiv. ut Elyſia vallis, *Ovid.* 3. *Amor. el.* 9. *v.* 60. V. Elyſii.

E ANTE M.

Em, pro eum, ab en quod eſt is. Hinc apud *Feſt.* emem, eundem. *in Leg. XII. Tab.* apud *Gell. l.* 20. *c.* 1. *ad fin.* Quis endo em jure vindicit. Et mox. Qui em vinctum habebit.

Emacéo, V. Emacreſco.

Emacerátus, a, um, adjectiv. attenuatus, conſumptus, *conſunto, magro, eſtenuato*. *Senec. Conſol. ad Marc. c.* 10. Morborum variis generibus emaceratos.

Emaciátus, a, um, adject. *ſmagrito*. *Col. l.* 8. *c.* 10. Emaciatæ vineæ. Et *c.* 11. Emaciatum armentum.

Emacio, as, a. 1. *ſmagrare, diſmagrare*, Ger. *auſſmagern*, Gal. *amaigrir*, Hiſp. *enmagrecere*, ἰσχναίνω, macrum, ſive aridum reddo. *Col. l. 2. c. 14.* Aliis juvari, & ſtercorari agros, aliis rurſus peruri, & emaciari.

Emacitas, f. 3. *deſiderio di comprare*, ὠνητικὴ, inclinatio voluntaria emendi. *Col. l. 4. c. 3.* Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipiis cura.

Emacreſco, is, ui, n. 3. valde macreſco, *ſmagrire*, ἰσχναίνομαι. *Celſ. l. 2. c. 4.* Mali morbi ſignum eſt, nimia celeriter emacreſcere. *Id. ib. c. 6.* Ubi aliquis contra conſuetudinem emacruit. Al. leg. *Emarcuit*, ut ſit ab *emarceo*, vel *emarceſco*, eodem ſenſu.

Emacror, aris, paſſ. 1. *ſmagrirſi*, כחש, Ger. *mager werden*, Gal. *devenir maigre*, Hiſp. *enmagrecerſe*, λεπτύνομαι, macer fio. *Plin. l. 18. c. 10.* Terram emacrari exiſtimantes hoc ſatu. Lectio hæc tamen eſt dubia. V. Harduin.

Emaculo, as, a. 1. *levar le macchie*, נקה, Ger. *maſen vertreiben*, Gal. *oter les taches*, Hiſp. *quitar las manchas*, ἀποσμήχω, eſt maculas auferre. *Plin. l. 21. c. 19.* Nigras vitiligines emaculat.

Emadeo, es, vel Emadeſco, is, n. idem quod madeo, valde madeo. *Ovid. 3. Triſt. el. 4. v. 40.* Et te flente, ſuos emaduiſſe ſinus. Ita *Heinſ.* Alii *demaduiſſe*, alii *immaduiſſe*.

Emancipatio, f. 3. actus emancipandi. Apud JCtos, & *Gell. l. 15. c. 27.* & *Quintil. l. 11. c. 1.* & *Plin. l. 10. ep. 3.*

Emancipator, oris, m. qui emancipat. *Gloſſ. gr. lat.* Ἐξωχειρωτής. *Prudent. hymn. jejunant. v. 184.* Emancipator ſervientis plaſmatis.

Emancipatus, a. 1. a. qui ex patris jure exiit, item qui alieni dominii factus eſt, ab emancipor. *Feſt.* ¶ Tranſlate eſt deditiitius, & veluti in mancipium adſcriptus. *Apul. l. 10.* Et aſſumpto ſtatim nequiſſimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali ſervulo perfidiæ ſuæ conſilia communicat. *Hor. Epod. 9.* Romanus (eheu poſteri negabitis) emancipatus fœminæ fert vallum, & arma miles.

Emancipo, as, avi, atum, a. 1. *far libero, a franco*, שחרר, Ger. *befreyen*, Gall. *emanciper*, Hiſp. *emancipar*, ἐκχειρίζω, eum, quem in poteſtate habeo, ſui juris efficio, quaſi extra mancipium, ideſt, dominium meum pono. Dicitur proprie de filiis, & aliis liberis. Nam ſervi manumittuntur. *Plin. ep. 2. l. 4.* Hunc pater emancipavit, ut hæres matris exiſteret. ¶ Emancipare agrum, eſt alienare, e mancipio, ideſt, dominio, & poſſeſſione ſua emittere, & alteri poſſidendum tradere. *Plin. l. 7. epiſt. 18.* Pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumque promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico emancipavi. Alii leg. *mancipavi*. ¶ Per tranſlationem emancipare ſe alicui, ſive, ut veteres loquebantur, emancupare, eſt ſe totum alicui tradere, & veluti in mancipium illius transferre, *offerirſi al ſervigio d' alcuno*. *Plaut. Bacch. 1. 1. 60.* Nunc mulier tibi me emancupo, tuus ſum. *Cic. de Sen. c. 11.* Ita ſenectus nimis honeſta eſt, ſi jus ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt. Utroque loco alii leg. *mancipo*, pro emancipo.

Emanco, as, a. 1. *tagliare le mani*, manus præcido, mancum facio. *Labien. apud Sen. Controv. 33. l. 5.*

Emaneo, es, n. 2. verbum eſt militare. Proprie enim dicuntur emanere milites, qui diutius ſine legitimo Imperatoris commeatu abſunt a caſtris. *Modeſt. l. deſertorem, ff. de re milit.* Is, qui in exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, capite puniendus eſt.

Emano, as, n. 1. *uſcire, ſtillare*, נבע, Ger. *auſſflieſſen*, Gal. *ſortir, s' écouler*, Hiſp. *manar*, ἐκρέω, extra mano, effluo, exeo. *Colum. l. 5.* Sale cum adipe defricatur, dum ſaniei vis emanet. ¶ Tranſlate ſumitur pro oriri. *Cic. Att. l. 7. ep. 51.* Mala noſtra iſtinc emanarunt. ¶ Item pro diſſeminari, ſerpere, percrebreſcere. *Cic. Att. l. 3.* Ut nunquam emanatura putarem. *Id. pro Roſc. Am. c. 1.* Nequaquam oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. ¶ Conſtruitur etiam cum accuſat. more activorum. *Plin. l. 23. c. 3.* Succus foliorum oleæ oculis ſaniem emanantibus.

Emanſio, onis, f. *Leg. 4. Dig. de re milit.* Quid ſignificet, vide in *Emaneo*, & *Emanſor*.

Emanſor, m. 3. miles, qui ultra tempus commeatus ab Imperatore impetrati abeſt a caſtris. *Modeſt. l. 1. §. deſertorem, ff. de re mil.*

Emarceſco, is, cui, n. 3. idem quod marceo, languidus, vel gravis ac tardus ſum. *Plin. l. 15. c. 29.* Languida auctoritas Patrum facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit majeſtas.

Emarcum, n. 2. genus uvæ a Gallis ſic appellatæ. *Col. l. 3. c. 2.*

Emargino, as, a. 1. *ſtraſtare*, eſt cruſtas, & pulvillos, & margines ulcerum adimere. *Plin. l. 28. c. 9.* Item equarum, præterquam virginum, erodit, & emarginat ulcera.

Emaſculator, oris, m. qui emaſculat. *Apul. Apolog.* Emaſculatoribus ſuis morigerus.

Emaſculo, as, a. 1. *caſtrare*, Ἐκτομίζω, caſtro, virilitatem aufero. *Apul. l. 7. Metam.* Diſſectis femoribus emaſculare. Habet etiam Servius Grammat.

Emathia, æ, prov. Macedoniæ, ad Or. quæ etiam propria Macedonia dicitur, ab Æmathione Rege fratre Memnonis, qui fuit filius Auroræ, & Tithoni. Habet a Sept. Pelagoniam, & Mygdoniam, ab Auſt. Theſſaliam, ab Or. Pieriam, & ſin. Thermaicum, ab Occ. mare Ægæum. Sed aliqui Pieriam ei ad Auſt. ſtatuunt. A Poetis pro tota Macedonia, item pro Theſſalia, & Pharſalia uſurpatur. *Virg. 1. Georg. v. 491.*

Emathius, a, um, adject. ab Emathia, ut Emathii campi, apud *Lucan. in princip. l. 1.*

Ematureſco, is, rui, n. 3. idem, ac matureſco, vel perfecte matureſco, *maturarſi*. *Gel. l. 2.* Et vides ne, inquit, hæc ematuruiſſe? ¶ Tranſlate eſt miteſcere. *Ovid. 2. Triſt. v. 132.* Si modo læſi ematuruerit Cæſaris ira.

Emax, acis, o. 3. ὠνητικός, qui, vel quæ facile inclinatur ad emendum. *Cic. 1. Parad.* Non eſſe cupidum pecuniæ, non emacem, vectigal eſt. *Perſ. ſat. 2. v. 3.* Poſcere prece emaci. h. e. hoſtiis opimis, & magno comparatis, ut videantur a Diis munera emere, non petere.

Embænetice, es, f. *marinareſca*, ars navicularia. *Cic. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Q. Pompejum Baulis embæneticam facere. ¶ Eſt ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν, inſcendere navim. Al. aliter legunt.

Embamma, atis, n. *guazzetto, ſapore*, Ger. *ſüpplein, brühlein ſaltzen*, Gal. *ragout, hachis*, Hiſp. *badulaque, guiſadillo*, ἔμβαμμα, intinctus, condimentum, quod ad condienda obſonia fit, item ipſa immerſio, qua panis, vel obſonium in vaſculis re liquida repletis intingitur, ab ἐμβάπτω, immergo, intingo. *Col. l. 12. c. 55.* Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo uteris.

Embates, tis, m. ἐμβάτης, modulus, ſeu menſura ad dimetiendas proportiones ædificii. *Vitruv. l. 1. c. 2.* & *l. 4. c. 3.*

Embater, eris, ἐμβατήρ, baliſtæ foramen, ita dictum, quia in illud aliquid ἐμβαίνει. *Vitruv. l. 1. c. 2.* V. ibi *Bald. Lex.*

Emblema, atis, n. 3. *opera di muſaico, opera intarſiata*, Ger. *eingelegte kunſtſtuck*, Gall. *ouvrage à la moſaïque*, Hiſp. *moſayco*, ἔμβλημα, id, quod alteri operi inſeritur, atque alligatur, & opus ipſum, quod ea rebus inſertis conſtat, ab ἐμβάλλω, conſerto, inſero. Emblemata quædam muſiva, ſeu vermiculata dicuntur, ut quæ in parietibus ſiunt, quæ minutis quibuſdam veluti vermiculis diſtincta ſunt: quædam *teſſellata*, ut quæ in pavimentis, quæ ex teſſellis ſtructa ſunt: quædam *ſegmentata*, ut quæ in lignis, quæ conſtant ex ſegmentis. Sed ſæpe confunduntur. *Lucil. apud Cic. in Orat.* Quam lepide lexes compoſtæ, ut teſſerulæ omnes arte pavimento, atque emblemate vermiculato. *Cicer. in Brut. c. 79.* Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ſtructum verbum videres. ¶ Emblemata etiam ornamenta erant apud veteres in vaſis argenteis, aureis, Corinthiis, quæ & inſeri, & eximi poterant. *Cic. Ver. 6. c. 22.* & 23. Vaſa autem ad Verrem deferuntur, Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant, quæ probarent, iis cruſtæ, aut emblemata detrahebantur. ¶ Metaphorice ponitur pro ornamento orationis. *Quintil. l. 2. c. 4.* Ut extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur.

Embolarius, a, um, adject. ſcenicus, *da ſcena*. *Plin. 7. c. 48.* Galeria Copiola Embolaria reducta eſt in ſcenam. V. *Embolium*.

Embolicus, a, um, adject. ut embolicæ ſpecies, apud *Vopiſc. in Aurel. c. 45.* Ita legit *Turneb. l. 18. Adverſ. c. 17.* & intelligit ſpecies, quæ ex Ægypto oneratis navibus, annuo vectigali, Romam mittebantur.

Embolimæus, V. Emboliſmalis.

Emboliſmalis, le, & Emboliſmæus, a, um, adject. ἐμβολισμαῖος, ἐμβολιμαῖος, intercalaris, inſititius, inſertus, ab ἐμβάλλω. *Auſon. ecl. de rat. dier. anni vet. v. 13.* Menſe Numæ extremo nomen capit Emboliſmi. Sic dies emboliſmalis, qui quarto quoque anno Februario inſeritur. Annus emboliſmalis, qui tredecim Lunæ curſus continet.

Emboliſmus, m. 2. ἐμβολισμός, intercalatio, quæ fieri ſolet, ut annorum ratio cum Solis curſu conveniat. V. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 13.*

Embolium, ii, n. 2. *intermedio della commedia*, Ger. *allerley kurtzweil*, Gal. *intermede*, Hiſp. *entremes*, ἐμβόλιον, pars fabulæ, cum aliquid interponitur, ab ἐμβάλλω, conjicio, interſero. Aliqui argumentum, & ingreſſum ſcenicum interpretantur. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. ad fin.* Mirificum embolium cogito in ſecundum meorum librorum includere. *Id. pro Sext. c. 54.* Qui omnia ſororis embolia novit.

Embolum, i, n. ἔμβολον, pars adunca, & ærata in navi, Latine roſtrum. *Petron. Satyr.* Faſcium imam partem quaſi embolum navis æneum finiebat. ¶ Emboli maſculi torno politi, a *Vitruv. l. 10. c. 12.* dicuntur certa ligna in machinis aquam attollentibus.

Embractum, intriti genus, cujus condiendi rationem docet *Apicius lib. 4. in fine*.

Emedullo, as, a. 1. ἐκμυελίζω, medullam eximo, extraho. *Plin. l. 21. c. 25.* Alarum graveolentiam emendat radicis emedullatæ uncia. ¶ Per tranſlationem pro declaro ponitur. *Plaut.* Narra jam rem nobis omnem, atque emedulla. Ita refert Perottus. Nos Plauti locum non invenimus.

Emendabilis, le, adject. emendari qui poteſt, *emendabile*. *Liv. l. 44. c. 10.* In errorem emendabilem lapſus.

Emendate, adv. *correttamente*, Ger. *ohn fäl*, Gal. *correctement*, Hiſp. *corregidamente*, ἐπανορθωτικῶς. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 2.* Pure, & emendate loquamur, quod eſt Latine. *Plin. lib. 34. c. 8.* Primus hic videtur capillum & pubem non emendatius ſeciſſe, quam &c. *Vitru. lib. 10. c. 11.* Emendate deſtribere.

Emendatio, f. 3. *correzione*, תקון. Ger. *verbeſſerung*, Gal. *correction*, Hiſp. *correction*, ἐπανόρθωσις, correctio. *Cic. 4. Fin. c. 9.* Hæc eſt correctio Philoſophiæ veteris, & emendatio. *Quintil. l. 2. c. 4.* docet, nimia emendationis ſeveritate deficere puerorum ingenia.

Emendator, m. 3. *correttore*, מתקן, Germ. *verbeſſerer*, Gal. *correcteur*, Hiſp. *corregidor*, ἐπανορθωτής, corrector. *Cic. pro Balbo.* O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem, atque emendatorem noſtræ civitatis.

Emendatrix, f. 3. *correttrice*, מתקנת, Ger. *verbeſſerin*, Gal. *correctrice*, Hiſp. *corregidora*, ἐπανορθώτρια, correctrix. *Cic. 1. de Leg. c. 22.* Vitiorum emendatricem legem eſſe oportet.

Emendatus, a, um, adject. *emendato, corretto*, ἐπανορθωθείς. *Cic. in Brut. c. 74.* Emendata locutio & latina. *Id. de Amic. c. 17.* Emendati mores. *Petron. Sat.* Mulier omnibus ſimulacris emendatior. *Quintil. in ep. ad Tryphon.* Ut libri in manus hominum quam emendatiſſimi veniant.

Emendicatus, a. 1. a. quod abjectis, & humilibus precibus impetratur, extorquetur, *mendicato*. *Suet. in Caſ. c. 54.* Emendicata pecunia. *Leg. 14. C. de accuſation.* Emendicata ſuffragia.

Emendico, as, a. 1. *mendicare*, שאל, Germ. *erbetteln*, Gal. *mendier*, Hiſp. *mendigar*, ἐπαιτέω, more mendicantium aliquid peto. *Sueton. Auguſt. c. 91.* Stipem quotannis die certo emendicabat a populo.

Emendo, as, avi, atum, a. 1. *correggere*, תקן, Ger. *beſſern*, Gal. *amender, corriger*, Hiſp. *enmendar, corregir*, ἐπανορθόω, corrigo, quaſi e menda purgo. *Cic. Att. l. 2. ep. 16.* Ut annales ſuos emendem, & edam. *Id. 3. Leg. cap. 13.* Civitas emendari & corrigi ſolet principum continentia. ¶ Pro curare, ſanare ſæpe uſurpat *Plin.* ut *l. 20. c. 16.* Dolores capitis emendantur contrito naſturtio. Sic *l. 24. c. 10.* emendare alvum etiam.

Emenſus, a, um, adject. ſignif. paſſ. *miſurato, paſſato miſurando*. *Liv. l. 21. c. 30.* Multo majorem partem itineris emenſam cernunt.

Ementior, iris, itus ſum, d. 4. idem, ac mentior, vel palam mentior, *mentire*, ψεύδομαι. *Cic. in Piſ.* Alii id ementiti ſunt in eos, quos oderant. ¶ Accipitur etiam non ineleganter pro ſimulare, vel aſſimulare, effingere, ut Ementiri vocem, vel manum alicujus, &c. *Cic. pro Domo.* Qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem. *Id. ibid.* Satis ne tibi videtur a Senatu judicatum, me non modo non ementitum eſſe auctoritatem ejus ordinis?

Ementitus, a, um, adject. paſſ. ſignif. *mentito, falſificato, finto*. *Cic. Philip. 2. c. 35.* Quod me de ementitis auſpiciis putares eſſe dicturum. Adde *l. 2. de Nat. Deor. c. 21.*

Emercor, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod mercor, *comperare*. *Tacit. Ann. 13. c. 44.* Ingentibus donis adulterium emercatur. Et *Ann. 16. c. 1.* Principis aditum emercatus.

Emereo, es, ui, itum, a. 2. idem quod mereo, *meritare*, προσκτάομαι. *Vell. l. 2. c. 66.* Malebant ſibi nuntiari, quid emeruiſſent. *Plaut. Aul. 4. 10. 5.* Quid ego emerui adoleſcens mali? *Cic. Attic. l. 6. ep. 2.* Annuæ mihi operæ a. d. 3. Cal. Sext. emerentur. h. e. annuam adminiſtrationem claudo.

Emereor, eris, itus ſum, dep. 2. idem quod mereor, vel emereo. *Quintil. proœm. l. 1.* Altior ſollicitudo, quale judicium hominum emererer, acceſſit.

Emergo, is, erſi, erſum, n. 3. *ſorgere*, עלה, Ger. *aufſtehen*, Gal. *ſourdre, ſortir*, Hiſp. *ſalir debaxo de l' agua*, ἀναδύομαι, eſt eum, qui ſubter aquam merſus fuit, rurſus in lucem redire. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæ tum emerſiſſent, piſtemque cepiſſent. ¶ Tranſlate eſt evadere, liberare ſe ex aliqua calamitate. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Emergere a fluctibus ſervitutis. *Id. Ver. 5.* Quamobrem iſtum nolim ex paternis probris ac vitiis emergere. ¶ Vel ſimpliciter exire. *Id. pro Leg. Man.* Emergere e patrio regno. *Colum. l. 11. c. 3.* Si ſuper terram emerſerit. ¶ Active etiam uſurpatur. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Iſta ſerpens, quæ tum hic deliteſcit, tum ſe emergit,

& ſe-

Digitized by Google

& fertur illuc. *Nepos Attic. c.* 21. Quibus ex malis ut ſe emerſerat. ¶ Item abſolute. *Juven. ſat.* 3. *v.* 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. *Cic. pro Cæl. c.* 10. Emergere, & ad bonam frugem ſe recipere.

Emerita Auguſta, *Merida*, urbs Hiſpaniæ, colonia Auguſti in ripa Anæ Luſitanicæ, in quam milites emeritos deduxit. Hinc

Emeritenſis, ſe, adject. qui Emeritæ eſt incola. *Auſon. epiſt.* 24. *v.* 74. Emeritenſis Anæ, lataque fluenta Garumnæ.

Emeritum, i, n. dicebatur præmium, vel pecunia, quæ emeritis militibus dabatur. *Modeſtin. l.* 3. *Dig. de re milit.*

Emeritus, a, um, o. 1. 2. partic. ab emereor. Emeritum ſtipendium, paſſive, dicitur, quod peractum eſt, cum jam milites miſſionem, ut veterani, impetraverunt. *Liv. l.* 39. *c.* 19. Translate *Cic. de Sen.* Animum tanquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, ſecumque, ut dicitur, vivere. ¶ Militem emeriti, vel emeritis ſtipendiis ſunt, qui militia perfuncti, ab eaque abſoluti vacationem jam habent. *Lucan. l.* 1. Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, quas noſter veteranus aret? quæ mœnia feſſis? ¶ Emerita arma, victricia, & finem belli imponentia *Ovid.* 4. *Triſt.* Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis. ¶ Translate emeriti boves dicuntur defeſſi, & opere, ac labore ſuluti. Sic emeriti canes, apud *Stat. l.* 3. *ſil.* 1. ¶ Emeriti ſenes, qui laboribus ſuis functi ſunt, & alios habent, qui pro ſe laborent. *Valer. l.* 5. ¶ Emeritæ apes, quæ feſſæ ſunt. *Plin. l.* 11. *c.* 11. ¶ Emeriti anni, jam exacti. *Martial. l.* 7. *epigr.* 62. Emeritos Muſis, & Phœbo tradidit annos.

Emerſus, us, ui, m. emergendi actus, *uſcita*, *il ſorgere*. *Plin. l.* 18. *c.* 25. de ortu heliaco: Emerſum hoc melius, quam exortum conſuetudo dixiſſet. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Neque certum locum ſcire poterant, quo emerſum facturi fuiſſent hoſtes.

Emerſus, a, um, adject. qui emerſit, *uſcito*, *riſorto*. *Cic. in Vatin. c.* 7. Unus in emerſus e cœno. *Liv. l.* 1. *c.* 13. Ex profunda emerſus palude equus. *Id. l.* 8. Emerſus ab admiratione animus.

Emetior, iris, itus ſum, dep. 4. idem ac metior. Sumitur fere pro conficere, & quaſi emetiendo tranſire. *Virg. Æn.* 7. *v.* 160. Jamque iter emenſi. *Liv. l.* 31. *c.* 24. Emetiri uno die ſpatium ingens. *Cic. de cl. Orat. cap.* 4. Ego voluntatem tibi profecto emetior; ſed rem ipſam nondum poſſe videor. h. e. cumulate præſtabo, ſatisfaciam.

Emeto, tis, n. 3. meto, extra meto, valde meto, *mietere*. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. *v.* 21. Ne plus frumenti emetor agris.

Emicans, antis, adject. 3. qui emicat, & ſe attollit. *Tert. adv. Hermog. c.* 29. Segregatis aquis in cavationem ſinum emicantior facta eſt arida.

Emicatio, onis, f. actus emicandi, & ſe ſe attollendi. *Apul. de Mundo*: Torrentium curſus, & humores undarum, emicationeſque ſilvarum.

Emico, as, cui, n. 1. *riſplendere*, נגה, Ger. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *reſplandecer*, ἐκλάμπω, effulgeo, reſplendeo. *Plaut.* Ex oculis quaſi radii emicant Solis. ¶ Translate eſt excellere. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Poſt eum emicuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius. ¶ Eſt item exilire, extra ſalire. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cæcinæ Volaterrano dracones emicuiſſe de extis læto prodigio traditur. ¶ Item attollere ſe ſe, & erigere. *Col. l.* 4. *c.* 20. Quæ protinus emicet in jugum. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Multis calamis ex una radice emicantibus. ¶ Item ſubſilire, ſubſultare. *Plaut. Aul.* 4. 3. 4. Meum cor cœpit artem facere ludicram, Atque in pectus emicare. *Curt. l.* 9. *c.* 5. Magna vi ſanguinis emicante. h. e. exilienta crebro motu. Sic *Virg. Æn.* 5. *v.* 337. Emicat Euryalus. Atque horum omnium metaphora ab igne ducitur, qui crebris motibus attollitur, & micat.

Emigratio, onis, f. *andata altrove*, *partita*, actus emigrandi. *Ulpian. Dig.* 39. 2. 28. Detrimentum propter emigrationem inquilinorum.

Emigro, as, avi, atum, n. 1. idem, ac migro, *partirſi*. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Emigrare finibus ſuis. *Cic.* 4. *Ver.* Ex illa domo ſic emigror, ut, &c. ¶ Emigrare e vita, eſt mori. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 19. Ad vicem ejus, qui e vita emigraverit. ¶ Tranſitive uſurpatur a *Titinio apud Non.* his verbis: Ex meis ædibus ſe emigrarunt. Habet & *Tert. de cor. milit. c.* 1.

Eminatio, f. 3. idem, ac minatio, *minaccia*. *Plaut. Cap.* 4. 2. 19. Quæ illæc eminatio eſt?

Eminens, o. 3. ἐξέχων, quod cæteris altius eſt, *alto*, *eminente*. *Cic.* 3. *Tuſc.* Eminens effigies virtutis. *Cæſ.* 2. *B. C.* Has trabes paulo longiores, atque eminentiores effecerunt. *Velles. l.* 2. *c.* 72. Eminentiſſimæ ſimplicitatis vir. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Auctores eminentiſſimi. Appellatio Eminentiſſimi ſub poſterioribus Imperatoribus tribuebatur Præfectis prætorio, & Magiſtris militum. *Imp. Conſtantin. lib.* 12. *Cod. tit.* 47. *leg.* 1. & *Impp. Diocles. & Maximian. lib.* 9. *tit.* 41. *leg.* 11. *& alibi.*

Eminenter, adv. *altamente*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 11. Non eminentius, quam municipaliter natus.

Eminentia, f. 1. *eccellenza*, *eminenza*, רוממות, Ger. *fürtrefflichkeit*, Gal. *eminence*, Hiſp. *eminencia*, ἐξοχή, altitudo partium, & tranſlate excellentia. *Cic.* 2. *Acad.* Quam multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus? *Plin. l.* 37. *c.* 10. Habere eminentiae ſimiles verrucæ.

Emineo, es, nui, n. 2. *ſovraſtare*, גבה, Ger. *fürauſſgehen*, Gal. *ſurpaſſer*, Hiſp. *ſobrepujar*, ὑπερέχω, cæteris altior ſum, magis expoſitus ſum. *Cæſ.* 2. *B. C.* Nequid emineret, ubi ignis hoſtium adhæreſceret. ¶ Fere abl. habet cum præp. *e*, vel *ex*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Globus terræ eminens e mari. ¶ Vel acc. cum *extra*. *Plin. l.* 19. *c.* 21. Duo oculi extra terram emineant. ¶ Vel acc. cum *per*. *Liv.* Eminet ferrum per coſtas. ¶ Item cum ſolo accuſativo, more activorum, quod tamen perrarum eſt. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Jamque paululum moles aquam eminebat, & ſimul aggeris latitudo creſcebat. ¶ Translate eſt conſpicuum eſſe, apparere. *Cic.* 2. *Tuſc.* Amplitudo animi maxime eminet contemnendis doloribus. ¶ Item cæteris antecellere. *Cic. in Or. c.* 29. Demoſthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. *Flor. l.* 4. *c.* 2. Pompejus ſuper utrumque eminebat.

Eminor, d. 1. idem ac minor, *minacciare*. *Plaut. Cap.* 4. 2. 11. Eminor, interminorque, nequis obſtiterit obviam.

Eminulus, o. 1. 2. *non troppa alto*, ὑπερεχόμενος, parum eminens. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Rectis dentibus, & eminulis, diſtantibus inter ſe.

Eminus, adv. *da lungi*, מרחוק, Ger. *von ferne*, Gal. *de loin*, Hiſp. *de lexos*, πόῤῥωθεν, e longinquo loco, e manu. Cominus enim dicimus, cum gladiis pugnamus, eminus, cum lanceis, quia gladius e manu non recedit, lancea e manibus emittitur. *Cic. de Sen. c.* 6. Nec excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladiis uteretur. ¶ Differt a longe, quia ſignificat tacite quendam motum de loco. Non enim recte dixeris, *Eminus habito*, ut *Longe habito*, ſed bene *Eminus jacula mitto*. Similiter Cominus differt a prope, quia ſignificat a loco propinquo, non in loco propinquo. Dicimus enim, *Cominus te percutiam*, non *cominus ſedeo*. Nihilominus tamen *Aſcon. Pedian.* Eminus eſt, inquit, Vulturnus Capua tria millia paſſuum.

Emiror, aris, atus ſum, dep. 1. demiror, valde miror, *maravigliarſi forte*, ἀποθαυμάζω. *Horat. l.* 1. *od.* 5. *v.* 8. Nigris æquora ventis Emirabitur inſolens.

Emiſceo, es, 2. 2. idem quod miſceo. *Manil. l.* 5. *v.* 244. nec parce vina recepta Hauriet emiſcens. Al. aliter leg.

Emiſſarium, n. 2. *condotto d'acqua*, Ger. *Auſſlaſſeines ſees*, *oder waſſers*, Gal. *lieu ou on evuide les étangs*, *ou les lacs*, Hiſp. *alvanal*, διῶρυξ, locus, per quem aqua e lacu, aut ſtagno emittitur. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 18. Nullum apricum hortum, nullum emiſſarium, nulla maceria. ¶ Speciatim ſumitur pro foramine, quod in caſtello fit ad aquam inde emittendam, & diſtribuendam. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. & ibi *Bald. in Lex.* Alii leg. *immiſſarium*.

Emiſſarius, rii, m. 2. *ſpia*, a *corridor*, Ger. *botenlauffer*, Gal. *meſſager*, *aſpion*, Hiſp. *eſpia*, *menſagero*, γραμματοφόρος, κατάσκοπος, qui ante exercitum emittitur, vel ad explorandum, vel ad prælium laceſſendum. *Vellej. l.* 1. *c.* 18. Per emiſſarios ſuæ factionis. ¶ Item calumniator ſubmiſſus, & ſubornatus ab inimicis. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 2. Perſuaſerat nonnullis invidis meis, ut me emiſſarium ſemper fore. ¶ Item furtorum conciliator, ſicut Aſcon. docet, atque internuntius, quia ſcilicet emittitur, ut exploret res furto opportunas. *Cic.* 5. *Ver.* Quo iſte emiſſario hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit. ¶ Item palmes, qui emiſſus ex deputatione inſeritur imis ſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. *Plin. l.* 17. *c.* 23. Et emiſſario uno, qui ſubeat, uſque quo placuerit. ¶ Item equus, aries, & hujuſmodi, qui ad generandam ſobolem emittitur. *Plaut. Mil.* 4. 3. 26. ubi melius *admiſſarius* legitur.

Emiſſio, onis, f. ἄφεσις, actus emittendi. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 24. Ut enim baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Citra ſagittæ emiſſionem.

Emiſſitia, f. 1. haſta, lancea, ſica, ab emitto, vibro. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 9. C. vero Gracchus ruinis, & emiſſitiis, quas ipſe ſe projeciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe cives, nonne omnem Reip. ſtatum permutavit? At longe melior lectio habet, *& iis ſicis*.

Emiſſitius, a, um, n. 1. 2. qui emittitur, ut Oculi emiſſitii, extra educti, & foras porrecti, vel qui huc, & illuc aſpectant, & veluti ſe ſe ejaculentur. *Plaut. Aul.* 1. 1. 2. Exeundum hercle tibi hinc eſt foras circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis.

Emiſſus, a, um, adject. *mandato fuori*, ἐξαποσταλμένος. *Virg.* 4. *Georg. v.* 58. Emiſſum caveis agmen. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 71. Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.

Emitto, tis, ſi, iſſum, a. 3. *mandar fuori*, שלח, Ger. *auſſlaſſen*, Gal. *pouſſer hors*, *envoyer*, Hiſp. *embiar*, *echar fuera*, ἐκπέμπω, extra, vel foras mitto. *Plin. l.* 26. *c.* 5. Emittere venis ſanguinem. *Cic.* 2. *de Div.* Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. ¶ Fere conſtruitur cum præp. *e*, *ex*, *de*. *Cic.* 3. *Cat.* Ut abs te non emiſſus ex urbe, ſed in urbem immiſſus videatur. *Id.* 6. *Ver.* Cur hunc eundem repente de carcere emitti juſſerit. ¶ Item cum præp. *ad*, *in*, *per*. *Cic. Att. l.* 2. Emittat ad me Publius, qui obſignent. *Liv. l.* 24. Primos equites clamore ſublato in hoſtem emiſit. *Cæſ.* 1. *B. C.* Emittunt noctu per vallum. ¶ Sæpe eſt vibrare. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quin ea tela, quæ conjecerit inimicus, quam ea, quæ collega patim emiſit, leviora, atque hebetiora eſſe videantur. ¶ Item dimittere, *laſciar andare*, ut Emittere lacum, emittere aquam ex lacu, vel piſcina. *Cic. Att. l.* 4. Lacus Velinus a M. Curio emiſſus. ¶ Item ventrem purgare. *Plin. l.* 10. *c.* 33. de hirundinibus. Adultioreſque circumagi docent, & ventris ſaturitatem emittere. ¶ Item edere in lucem. *Cic.* 7. *Fam. ep. ult.* Ut etiam, ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus. ¶ Item libertate donare. *Ter. Adel.* 5. 9. 19. Haud dubium eſt, quin emitti æquum ſiet. *Plaut. Cap.* 2. 3. 48. Non erit tam avarus, quin te gratis emittat manu. ¶ Item proferre, loqui. *Cic. pro Planc. c.* 23. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Emittere vocem.

Emo, is, emi, emptum, a. 3. *comperare*, קנה, Germ. *kauffen*, Gall. *acheter*, Hiſp. *comprar*, ἀγοράζω, eſt aliquid ſibi comparare pecunia, vel alia re. Eſt 2. ordinis, & cum abl. pretii certi, & definiti conſtruitur. *Cic. in Fam.* Emi ipſam domum millibus nummum triginta quinque. ¶ Vel cum uno ex his ablativis pretii incerti, *Magno*, *permagno*, *minimo*, *plurimo*, *parvo*, *minimo*, *paululo*, *dimidio*, &c. ſub quo intelligitur pretio. *Cic. ad Att.* Emimus vel magno: ſin minus, ne parvo quidem poſſumus. *Id. pro Domo*. Emit domum prope dimidio carius, quam æſtimabat. ¶ Vel cum uno ex his genitivis pretii incerti, *Tanti*, *quanti*, *pluris*, *minoris*, *tantidem*, *quanticunque*. *Cic. ad Att.* Minoris etiam empturum, ſi Veſtinium rogaſſem. ¶ Adjicitur etiam ablat. perſonæ, a qua emimus, cum præp. *a*, vel *ab*, vel *e*, *ex*, *de*. *Cic. pro Roſc. Am.* Bona hujus de L. Sylla duobus millibus nummum ſe ſe emiſſe, dicit Chryſogonus. ¶ *Bene emere* eſt parvo pretio emere, apud *Plaut. Moſtel.* 1. 3. 139. Contra *male emere*, magno emere. *Id. ib.* 3. 2. 112. ¶ Emere per æs, & libram, V. *Mancipium*. ¶ Antique etiam tollere ſignabat. *Feſt.* Hinc comp. *Abemo*, quod eſt auferre.

Emoderor, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod moderor. *Ovid. l.* 1. *de Remed. amor. v.* 131. Ille dolor verbis emoderandus erit.

Emodulor, d. 1. idem ac modulor, *cantare*. *Ovid.* 2. *Am. el.* 1. *v.* 30. Muſa per undenos emodulanda pedes.

Emolimentum, i, n. molitio, opus, ſtructura. *Cod. Theodoſ. l.* 19. *de Op. public.*

Emolior, iris, itus ſum, dep. 4. q. d. perfecte molior, ad finem perduco, conficio. *Plaut. Bacch.* 4. 5. 2. Magnum molior negotium, metuoque ut hodie poſſim emolirier. ¶ Sæpius uſurpatur pro excreare, expellere. *Celſ. l.* 4. *c.* 9. Sicca tuſſis, quæ nihil emolitur. *Col. l.* 8. *c.* 5. Per nares emoliri pituitam nauſeam. ¶ Emoliri fretum venti dicuntur, qui illud commovent, & excitant, apud *Senec. Agamemn. v.* 478.

Emolitus, a, um, adject. *macinato*, a molo, is, ut emolitum hordeum, *Veget. l.* 3. *c.* 24.

Emolleſco, is, n. 3. mollis fio. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Sine ulla vi clavus emolleſcit.

Emollidus, a, um, adject. *tenero*, *molle*. *Liv. l.* 34. *c.* 47. Labor, & ſitis emollida, & fluida corpora Gallorum reddit. Al. leg. *mollia*.

Emollio, is, ivi, itum, a. 4. *far molle*, idem ac mollio, ideſt, molle facio. *Liv. l.* 37. Humor arcus, fundaſque, & jaculorum amenta emollierat. ¶ Metaleptice eſt laxare. *Plin. l.* 22. *c.* 9. Alvum leniter emollit lapſana. ¶ Translate eſt effœminatum reddere. *Liv. l.* 25. Metuens, ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret.

Emollitus, a. 1. 2. part. ab emollior, *effeminato*, *molle*. *Liv. l.* 31. Degener, & emollitus amœnitate Aſiæ hoſtis.

Emolo, is, ui, itum, a. 3. idem quod molo, *macinare*. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 26. Meſſe tenus propria vive, & granaria (fas eſt) Emole. h. e. molendo exhauri, & liberaliter inſumendo.

Emolumentum, ti, n. 2. *utilità*, ריוח, Ger. *nutz*, Gal. *utilité*, Hiſp. *provecho*, ὠφέλεια, utilitas, e *molo*, quia proprie ſic dicuntur, quæ emolumur, ut fruges. *Cic. pro Mil. c.* 12. Boni nullo emolumento impelluntur ad fraudem, improbi ſæpe parvo. *Juven. ſat.* 3. *v.* 21. Artibus honeſtis nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum. ¶ *Cæſ. l.* 1. *B. G.*

B. G. c. 34. Neque exercitum ſine magno commeatu, atque emolumento in unum locum contrahere poſſe. h. e. ſine magna frugum copia. Ital. *provianda, e foraggi*. Alii leg. *molimento*, h. e. conamine. *Victorius l.* 22. *variar. lect. c.* 10. retinet *emolumentum*, ſed pro molimento uſurpari putat. ¶ Item pro effectu, ſeu exitu alicujus rei. *Juſtin. l.* 9. *c.* 1. Bellum toti Græciæ inferre ſtatuit; ad cujus rei emolumentum pertinere ratus, ſi Byzantium in poteſtatem redegiſſet.

Emonĕo, es, ui, idem quod moneo. In Theſ. L. L. affertur locus *Plauti Aſin.* 4. 1. 17. cujus vera lectio pro *emone*, habet ut *me mone*.

Emorior, d. 3. idem ac morior, *morire*. *Cic. Att. l.* 7. Pro quo emori cum pie poſſum, tam libenter. ¶ Reperitur & in 4. conjug. *Ter. Eun.* Riſu omnes, qui aderant, emoriri. Adde *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 124.

Emortuālis dies, quo quis mortuus eſt. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 136. Certum eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Emortŭus, a, um, adject. idem quod mortuus, *morto*. *Plaut. Pæn.* 4. 2. 18. Emortuo verba facere. *Id. Aulul.* 4. 5. 1. Emortuum ego me mavelim letho malo.

Emovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *movere*, [Hebrew], Germ. *verrucken*, Gall. *emouvoir*, Hiſp. *mover*. ἀνάγω, eſt e loco movere. *Liv. l.* 6. *c.* 38. Lictorem, qui plebem de medio emoveret. *Ovid.* 3. *Faſt.* totum jam ſol emoverat orbem. h. e. extra horizontem extulerat.

Emōtus, a, um, adject. loco motus, *rimoſſo, tolto via*, [Greek]. *Virg. Æn.* 6. *v.* 382. Curis emotæ. *Id. Æn.* 2. *v.* 493. Emoti cardine poſtes.

Empanda, f. 1. Paganorum Dea, ſic dicta, quod patentibus pagis, non clauſis more urbium præeſſet. *Feſt.*

Empedŏcles, m. 3. Ἐμπεδοκλῆς, Philoſophus Agrigentinus. *Cic. de Amic.* De rebus naturalibus verſibus ſcripſit, & egregium poema fecit. *Id.* 1. *de Orat.* Dicit, ex concordia, & amicitia elementorum cuncta conſtare, eorum diſcordia, & inimicitia diſſipari, & diſſolvi. De Empedoclis morte narrant, illum clam relictis ſociis Ætnam Siciliæ montem aſcendiſſe, & in ardentem ejus craterem ſe conjeciſſe, eo conſilio, ut, cum nunquam appareret, crederetur factus eſſe immortalis, ſed ejectis impetu ignis ferreis ejus crepidis rem fuiſſe deprehenſam.

Empedoclēus, a, um, adject. ad Empedoclem pertinens. *Cic. l.* 2. *Q. Fr. ep.* 12. Si Salluſtii Empedoclea legeris.

Empenetĭca, æ, f. [Greek], ars ſtrenue eſuriendi. Ita legit *Turneb. Adverſ. l.* 13. *c.* 20. locum *Cic. lib.* 8. *Fam. epiſt.* 1. quem locum ſupra retulimus in Embæneticа.

Emphăſis, f. 3. ἔμφασις, ſignificatio, expreſſio, Figura, cum plus intelligendum relinquitur, quam exprimitur, ut *Proſpice tu, qui plurimum cernis*. *Auct. ad Her. l.* 4. ¶ Eſt etiam Emphaſis in una tantum voce, quæ ſignificantior ſit, & gravior cæteris. V. *Voſſ. l.* 4. *Inſtit. Orat.*

Emphractum, V. Embractum.

Emphragma, atis, n. 3. ſeptum, cancellus. *Veget. l.* 1. *c.* 47.

Emphyteuma, atis, n. 3. ἐμφύτευμα, plantatio, inſitio, & præcipue opera diligens ejus, qui Emphyteuta eſt, circa fundum emphyteuticum, vulg. *melioratio*. *L. ult. Cod. de Jur. Emphyt.*

Emphyteuſis, f. 3. ἐμφύτευσις, inſitio, ſive plantatio. Apud JCtos *l.* 4. &c. *Cod. de jur. emphyt.* eſt contractus juris civilis, *livello*, quo prædium quoad dominium utile alteri ad longum tempus, vel in perpetuum conceditur, ea conditione, ut certam penſionem ſolvat. Olim agri inculti, ac minus fructiferi hoc modo dabantur, ut plantatione, & cultu meliores, ubelioreſque redderentur. Poſtea uſus obtinuit, ut etiam agri fœcundi in emphyteuſim darentur.

Emphyteuta, æ, m. *livellario*, qui fundum, vel agrum alicujus in emphyteuſim acceptum colit. *Leg.* 4. *Cod. de jur. emphyt.*

Emphyteuticarĭus, ii, m. 2. idem qui emphyteuta. *Leg.* 1. *Cod. de mancip. col.* Emphyteuticarios gravant coloni.

Emphyteutĭcus, a, um, adject. ad emphyteuſim pertinens, ut emphyteuticum prædium. *Leg.* 13. *Cod. de præd. & al.* Fundi emphyteutici, *Leg.* 2. *Cod. de mancip. & colon.*

Empirĭce, f. 1. Medicinæ pars, quæ ſola experientia curat. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Alia factio ab experimentis ſe cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia.

Empirĭcus, m. 2. qui ſola experientia medetur, a πειράω, experior. *Celſ. in præfat.* Qui ſe Empiricos ab experientia nominant.

Emplaſtratio, onis, f. 3. unctio per emplaſtrum. Tranſlata dicitur de arboribus, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore, *impiaſtramento, l'innestare a occhio*. *Col. l.* 11. *c.* 2. Emplaſtrationem facere. Adde *Plin. l.* 17. *c.* 16. & *Pallad. l.* 3. *c.* 17.

Emplaſtro, as, a. 1. eſt emplaſtra ungere. Tranſlate inoculare. *Col. l.* 11. *c.* 2. Poſſunt, ſi jam librum remittunt, inſeri oleæ, vel emplaſtrari. Adde *l.* 5. *c.* 11.

Emplaſtrum, n. 2. *empiaſtro*, [Hebrew], Germ. *pflaſter*, Gall. *emplastre*, Hiſp. *emplaſto*, ἔμπλαστρον, medicamentum, quod ex variis rebus ſtringitur, & formatur, al. cataplaſma, ab ἐν, & πλάττω, *fingo, formo*, quia formatur, ut ne vulnere illinantur. *Plin. l.* 21. *c.* 4. Imponuntur emplaſtra vulneribus, malagmata ſuper integram cutem injiciuntur. Adde *Celſ. l.* 5. *c.* 18.

Emplecton, ſtructuræ muri genus, in quo frontibus tantummodo expolitis, interiora temere farciuntur, & replentur. *Plin. l.* 36. *c.* 22. *Vitr. l.* 11. *c.* 8.

Emporetĭca charta eſt, in qua merces a mercatoribus involvuntur, quæ ſcribendo inutilis eſt, ab ἐμπορητικός, ad mercaturam pertinens. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Nam emporetica inutilis ſcribendo, &c.

Emporiæ, f. 1. *Ampurias*, olim urbs Indigetanorum, maritima, in Hiſp. Tarrac. nunc opp. Cataloniæ, in ora lit. maris Medit. ¶ Emporiæ item, Tibule, *Caſtel Aragoneſe*, urbs Sardiniæ, prope oſtia Termi fl. cum arce, & portu capaci.

Emporĭŏlum, n. 2. Empoliæ, *Empoli*, opp. agri Florentini, ad Arnum fl. ¶ Emporium item, *Ponte Nura*, pag. Æmyliæ, ad Nuram fl. apud Placentiam.

Emporĭum, n. 2. *mercato*, Germ. *kauffſtadt*, Gal. *marche*, Hiſp. *emporio*, ἐμπόριον, locus mercatus, forum nundinarium, ubi res venales exponuntur, ab ἔμπορος, mercator, vel ab ἐμπορεύω, negotior. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 2. Cum per emporium Puteolanorum iter facerent.

Empſitio, V. Emptito.

Emptĭo, vel Emtio, onis, f. *compera*, ὠνή. *Cic. pro Cæc. c.* 6. Emptionem facere. *Id. Att. l.* 12. Tres habet conditiones, aut emptionem ob haſtam. ¶ *Emptio per æs, & libram* quid ſit, V. Libripens.

Emptionālis, le, adject. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 29. Si inter emptionales ſenes venale proſcripſeris. Sed legendum eſt *Coemptionales*, quam vocem V. ſuo loco. Legitur tamen *emptionalis* non ſemel in *Cod. Juſtinianeo*.

Emptitātus, a, um, adject. frequent. *comperato*. *Col. l.* 8. *c.* 10. Ternis denariis ſinguli emptitati.

Emptitĭus, a, 1. 2. *che ſi compera*, Germ. *gekaufft*, Gal. *ce qu'on achete*, Hiſp. *compradico*, quod eſt de numero eorum, quæ empta ſunt, vel emi ſolent. *Var. l.* 3 *de R. R. c.* 2. Hic aprum glans cum paſcit emptitia, facit pinguem. *Petron. Frag.* Servus emptitius.

Emptĭto, as, a. 1. frequenter emo. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Alias coriis boum, alios ferro, captivorumque rebus emptitaſſe tradit. *Plaut. Caſ.* 2. 5. 39. Non ego iſtud verbum tritivilitio emptitem. Alii leg. *empſitem*. Plures *emiſſim tritivilitio*. h. e. emerim.

Emptor, ris, m. 3. *compratore*, [Hebrew], Germ. *kauffer*, Gal. *acheteur*, Hiſp. *comprador*, ὠνητής, qui emit. *Cic.* 3. *Off. c.* 12. Ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret.

Emptrix, icis, f. quæ emit. *Leg.* 63. *ff. de evict. & dupl. ſtipul.* Cum emptrix non provocaverat.

Empturĭo, is, n. 4. cupio emere. *Varr. in proœm. l.* 2. *de R. R.* properea quod te empturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes.

Emptus, vel Emtus (ſic etiam ſcribi poſſunt ab emo derivata) a, um, *comperato*, ἐωνημένος. *Cic. in Piſ. c.* 15. De lapide emptus. *Lucan. l.* 10. *v.* 107. Pax donis ingentibus empta.

Empyi, vel Empyici, ægroti, quibus in thorace ſuppuratio fit. *Marni. Empyr. c.* 16. & *Theod. Priſcian. lib.* 2. *par.* 2. *c.* 10.

Emucĭdus, a, um, adject. idem quod mucidus. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 31. Emucidum ſarmentum. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Emucida vitis. Sed utroque in loco *Scalig.* & *Harduin.* *ejuncidum* reponunt.

Emugio, is, ivi, itum, ἀναμυκάομαι, idem ac mugio, vel cum mugitu profero. *Quint. l.* 2. *c.* 12. Clamant ubique, & omnia levata manu emugiunt.

Emulgĕo, es, ulſi, ulſum, a. 2. *ſmungere*, ἐξαμέλγω, mulgeo, emulgendo tollo. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Sed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt.

Emulſus, a, um, nom. eſt particip. ab emulgeo. *Catull. carm.* 67. *v.* 110. Siccari emulſa pingue palude ſolum.

Emunctĭo, f. 3. actus emungendi, *lo ſmungere*. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Cum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur.

Emunctus, a, 1. 2. purgatus, & tranſlate exhauſtus, pecuniis denudatus. *Plaut. Bacch.* Miſerum me auro eſſe emunctum. *Horat. de Art. poet. v.* 398. Pythias emuncto lucrata Simone talentum. ¶ *Emunctæ naris* &c. V. Naris.

Emundātus, a, um, adject. *mondato*. *Col. l.* 3. *c.* 15. Seritur ergo prius in emundata paſtinatione.

Emundo, as, avi, atum, a. 1. *mondare, nettare*, ἐκκαθαρίζω. *Col. l.* 1. *c.* 15. Quædam pluviis diebus, ut bubilia, & ovilia debent emundari.

Emungo, is, emunxi, emunctum, a. 3. *nettarſi il naſo, ſoffiarſi il naſo, moccare*, [Hebrew], Germ. *die naſen butzen*, Gal. *ſe moucher*, Hiſp. *ſonarſe las narizes*, ἀπομύττω, nares purgo, quod fit, cum mucus ex eis detrahitur. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Pinxit Theodorus juvenem emungentem. ¶ Per tranſlationem emungere ponitur pro ſpoliare, ſeu fraude extorquere. *Ter. Phor.* 4. 4. Emunxi argento ſenes. ¶ *Cubito ſe emungere*, ſcomma eſt proverbiale, quod in eos dici conſuevit, qui artem aliquam immundam exercent. Illi enim, cum manus ſemper habeant inquinatas, cubito digitorum loco utuntur. *Auct. ad Heren. l.* 4. Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat. ¶ *Emunxti*, pro emunxiſti, legitur apud *Plaut. Moſt.* 5. 1. 60.

Emunĭo, is, idem ac munio, *munire*. *Tac. in vit. Agric. c.* 31. Corpora ipſa, ac manus ſylvis, ac paludibus emuniendis verbera inter ac contumelias conterunt. *Virg.* 8. *Æn. v.* 228. Fultoſque emunit obice poſtes.

Emunĭtas, atis, f. 3. immunitas. Uſus eſt *Tert. de Reſur. c.* 48.

Emunitus, a, um, adject. *fortificato, munito*, [Greek]. *Liv. l.* 24. *c.* 21. Locus arcis in modum emunitus. *Id. l.* 21. *c.* 7. Murus ſupra cæterum modum altitudinis emunitus.

Emuſco, as, a. 1. muſcum adimo, purgo. *Col. l.* 11. *c.* 2. Oleæ putantur, & emuſcantur.

Emuſſitatus, adamuſſim factus. *Feſt.*

Emutātus, a, um, adject. mutatus. *mutato*. *Quintil. l.* 8. *c.* 2. Emutatis in perverſum dictis.

Emutio, is, n. 4. *ammutire*, γρύζω, ſileo. *Plaut. Merc.* 5. 2. 55. Etiam emutis? omnia commonſtrabo. Ita quidam Lexicographi. At meliores libri habent, *etiam mutus*? quod etiam magis convenit iis, quæ ibi dicuntur.

Emūto, as, a. 1. *mutare*, idem quod muto. *Manil. l.* 5. *v.* 147. appoſitis caput emutare capillis.

E ANTE N.

En, *ecco*, ecce, ἰδού. Conſtruitur cum nomin. vel accuſ. *Cic. pro Dejot. c.* 6. En crimen, en cauſa, cur Regem fugitivus, dominum ſervus accuſet. *Plaut. Amph.* En tabulum, en regulus, en obductas fores. ¶ Sæpe verbis jungitur. *Cic. ad Q. Fratr.* En mediocri me dolore putas affici. ¶ Item aliis partibus orationis. *Cic. pro Sext.* En, cur cæteri Reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. ¶ En unquam pro unquamne? *Liv. l.* 9. *c.* 10. En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? *Virg. Ecl.* 8. *v.* 7. En erit unquam ille dies? ¶ *En ecce* per pleonaſmum interdum ponitur, vel ad majorem oſtendendi vim. *Sen. in Oedip.* En ecce rapido ſæva proripuit gradu. *Ariſtophanes* quoque eadem ratione ἰδοὺ ἰδοὺ dixit.

Enallăge, ἐναλλαγή, ſcil. permutatio; figura eſt, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia permutantur. V. Grammaticos.

Enargia, æ, f. 1. ἐνάργεια, evidentia, ſive repræſentatio, illuſtratio, Figura, cum res ita deſcribitur, ut cerni videatur. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Sunt, qui adjiciant his *evidentiam*, quæ ἐνάργεια græce vocatur. Conſtat deſcriptione rerum, locorum, & perſonarum.

Enarrabĭlis, le, o. 3. quod enarrari poteſt. *Quint. l.* 6. *c.* 3. Motu animi quodam, neſcio, an enarrabili indicatur.

Enarrāte, adverb. narrando, explicando. Ejus comparat. *Enarratius* aliquoties utitur *Gel.* ut *l.* 10. *c.* 1. Tiro enarratius ſcripſit.

Enarratĭo, f. 3. ἐξήγησις, narratio. *Quint. l.* 2. *c.* 5. Exigitur a Grammaticis Poetarum enarratio. h. e. interpretatio.

Enarrātor, oris, m. qui enarrat. *Gel. l.* 18. *c.* 9. Enarrator Salluſtii. h. e. interpres. Et c. 6. Idonei rerum antiquarum enarratores.

Enarro, as, a. 1. *narrare perfettamente*, ἐξηγέομαι, perfecte, vel ad finem narro, vel omnia narratione complector. *Cic. pro Marc.* Quæ non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit. *Ter. Adel.* 3. 3. 11. Omnem rem modo ſeni, quo pacto ſe haberet, enarramus ordine.

Enaſcor, eris, d. 3. idem quod naſcor, ſive ex alio naſcor, *naſcere*. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 2. En multis meis miſerrimis curis eſt una enata. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 41. Ex ſemine tardius enaſcebatur.

Enăto, as, n. 1. *nuotare*, ἐκνήχομαι, natando evado. *Hirt. de B. Alex. c.* 18. Octingentorum paſſuum ſpatio ad oppidum enataverunt. ¶ Tranſlate eſt ſe ſe expedire. *Cic.* 5. *Tuſc.* Enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c.

Enavigātus, a, um, adject. *navigato*, ut ſinus enavigatus, *Plin. l.* 9. *c.* 5. Enavigato Malæo, *Symm. l.* 8. *ep.* 61.

Enavātus, a, um, adject. diligenter confectus, *fatto con diligenza*. *Tac. l.* 3.

Digitized by Google

l. 3. *hiſt. c.* 74. Præmia enavatæ operæ petebant. Vulgati libri multi habent, *navatæ*.

Enavĭgo, as, n. 1. *navigare*, ἐκπλέω, navigando evado, navigio trajicio. *Plin. l.* 6. *cap.* 17. Nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare. ¶ Tranſlate ponitur pro egredi, exire. *Cic.* 4. *Tuſc. cap.* 14. A quibus tanquam e ſcopuloſis cotibus enavigavit oratio.

Encænia, orum, n. ἐγκαίνια, feſtus dies propter dedicationem alicujus novi operis celebratus, a καινός, novus. Affertur hæc vox ex *Quint. l.* 7. ſed Græcis literis ſcripta. Uſus eſt & *Auguſt. tract.* 84. *in Joan.* ubi ait: Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur. Jam & uſus habet hoc verbum: ſi quis nova tunica induatur, encæniare dicitur, &c.

Encardia, f. 1. gemma, in qua nigri cordis effigies eminet. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Encarpe, orum, vel Encarpus, i, apud *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. dicitur florum, frondiumque, & pomorum implexus, atque contextus, ornatus cauſa alicubi pictus, vel ſculptus. Encarpia, inquit, pro crinibus diſpoſitis frontem ornaverunt.

Encauſtes, m. 1. ἐγκαύστης, qui igni adhibito aliquid fingit. *Vitr. l.* 7. *c.* 9. Quod facere ab encauſte didicerat.

Encauſtĭce, es, f. 1. *pittura a fuoco*, ἐγκαυστική, genus picturæ, in quo ignem adhibebant, ab ἐγκαίω, inuro. In ebore enim, aut cornu utebantur ceſtro, ſeu vericulo ignito: januis, ac tabulis ceras diſcolores inducebant, quas poſtea inurebant, vel illiquefactis igne ceris penicillo pingebant. *Plin. l.* 35. *c.* 11. & *Apul.*

Encauſtĭcus, a, um, o. 1. 2. quod per encauſticen factum eſt. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere.

Encauſtum, n. 2. ἔγκαυστον, inuſtum, materia aduſta ad picturam apta. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Figulinum opus encauſto pingere.

Encauſtus, a, um, o. 1. 2. quod encauſtice pictum eſt. *Mart. l.* 3. *epigr.* 67. Encauſtus Phaethon tabula depictus in hac eſt.

Encelădus, m. 2. ἐγκέλαδος, Gigantum maximus, Titanis, & Terræ filius, quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti ſuppoſuit; cujus corpore ſemiuſto, pars ut, quæ vivit, ignem ſpirat præ ira, ac furore. *Virg.* 3. *Æn. v.* 578.

Enchiridĭon, n. 2. ἐγχειρίδιον, manuale, exiguus quivis libellus, ab ἐν, & χείρ, *manus*, quia manu nullo negotio circumferri poteſt. Extat hujuſmodi libellus *Auguſtini* ad Laurentium inſcriptus. *Pompon.* quoque Juriſconſultus librum *enchiridii* titulo ſcripſit, ut legitur in lemmata legis 2. *tit. c. leg.* 1. *Digeſt.* & alibi. ¶ Item brevis pugio, & remi pars illa, quæ manu comprehenditur, apud Scriptores Græcos.

Encimibomata, ſeu encombomata, n. 3. veſtes puellares. *Cæc.* Ut puellæ habent potius in veſtitu chlamydas, encimibomata, & parnacidas, quam togas. Alii legunt, *Encombomata*. *Var. apud Non. c.* 14. *n.* 38.

Enclima, atis, n. 3. ἔγκλιμα, inclinatio, curvatura. *Vitr. l.* 9. *c.* 9.

Enclitĭcus, a, um, 2. ἐγκλιτικός, inclinativus, ut Conjunctiones encliticæ, *que, ve, ne*, quoniam accentum ad ſe inclinant, apud Grammat.

Encolpiæ, m. c. ἐγκολπίαι, venti, qui e mari veniunt per ſinus. *Apul. de Mundo*.

Encolpiſmus, i, m. clyſter uterinus. *Priſc. l.* 3. *c.* 3. Encolpiſmo uti. Eſt a κόλπος, ſinus, uterus.

Encombomata, V. Encimibomata.

Encyclĭus, a, um, o. 1. 2. ἐγκύκλιος, orbicularis. Sumitur pro ſcientia circulari, & ex omnium diſciplinarum orbe confecta. *Vitruv. lib.* 6. *in præfat.*, Encyclius, doctrinarum omnium diſciplina dicitur. ¶ Encycliæ commentationes ſunt, in quibus de rebus omnibus tanquam in circulo paſſim quæritur, quas Cicero quæſtiones *populares*, Gellius *circulares*, hoc eſt, *circoicas*, Martianus *cyclicas* vocat, ut ſunt libri Problematum, &c. Sed vox Græca eſt, nec temere latinis literis ſcribenda.

Encyclopædia, f. 1. ἐγκυκλοπαιδεία, orbiculata diſciplinarum ſeries, ſive doctrinæ orbis, quaſi ἐγκύκλιος παιδεία, orbicularis doctrina. *Quintil.* Ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. ¶ Græca vox eſt, Græciſque literis ſcribenda.

Endelechia. V. Entelechia.

Endiadys, ys, f. 3. Figura, cum una res unius cauſa in duas dividitur, ut apud *Virg.* Molemque, & montes inſuper altos. pro molem montium. *Serv. in* 1. *Æn.* Sed ibi legendum eſt ἓν διὰ δυοῖν, *unum per duo*. V. *Voſſ. l.* 3. *Inſtit. Orat.*

Endiœrum, V. Eudiœrum.

Endo, præp. in, apud vet. ab ἐν τῷ, *in hoc*, vel ab ἔνδον, *intus*. *Cic. c. de Leg.* Ollos, quos endo Cœlum merita vocaverint, al. *cœlo Cæli merito locaverunt*. *Feſt.* Endo procinctu. *Lucret. l.* 2. *v.* 1094. Endo manu.

Endoitium, n. 2. initium, apud vet. *Feſt.*

Endopedio, V. Indupedio.

Endoplōro, a. 1. imploro, apud vet. *Feſt.*

Endotercīſus, a, um, adject. V. Intercīſus.

Endromidatus, a. 1. endromide veſtitus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 1. Tu endromidatus exterior, intrinſecus faſceatus.

Endrŏmis, idis, f. 3. veſtis hirſuta longiore villo, al. ſolox, burrus, burra, a δρόμος, curſus, quod illa in curſu uterentur, vel ſcil. poſt exercitationem calefacta corpora refrigeſcerent. *Juven. Sat.* 3. *v.* 103. Igniculum brumæ ſi tempore poſcas, Accipit endromidem.

Endymĭon, onis, m. 3. nomen ejus, qui primus Lunæ curſum invenit. Fabulantur, hunc a Luna adamatum fuiſſe, & ab ea in Latmio Cariæ monte conſopitum, ut eum dormientem oſcularetur, & nondum experrectum adhuc dormire. Hinc prov. Somnus Endymionis. *Plato in Phædone*, *Cic.* 5. *Fin.* & 1. *Tuſc. c.* 38.

Endymionēus, a, um, adject. ab Endymione. *Auſon. Idyl.* 6. *v.* 40. Endymioneos ſolita affectare ſopores, Cum face, & aſtrigero diademate Luna bicornis.

Enecātrix, icis, f. quæ enecat. *Tert. adv. Marc. l.* 1. *c.* 29. Duritia Pharaonis naſcentium enecatrix.

Enĕco, (Veteribus enico) as, avi, atum, a. c. idem quod neco, *ammazzare*, *ſtrangolare*, ἀποκτείνω. *Plaut. Amph.* 5. 1. 67. Puer ambos angues enecat. *Col. l.* 11. *c.* 3. Ne herbis enecetur ruta. ¶ Enecare aliquem, tranſlate ſumitur pro valde moleſtum eſſe, obtundere, obruere. *Ter. Eun.* 3. 5. 6. Rogitando aliquem enecare. ¶ Apud *Plaut.* eſt *Enico* antiquo more, *Merc.* 3. 2. 14. Jam jurgio enicabit, ſi intro rediero.

Enectus, a, um, adject. ſignificat non tam mortuum, quam propemodum mortuum, ut inquit *Val. l.* 6. *c.* 8. *ſmunto*, *conſumato*, *mezzo morto*, διεφθαρμένος, ἐξαντληθείς, ut enectus fame. *Cic.* 2. *Divin. c.* 35. Siti enectus. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 5. Enectus inopia. *Id. l.* 1. *Divin. c.* 26. Provincia enecta. *Id. Attic. l.* 6. *ep.* 1. ¶ Ponitur & pro mortuo. *Plin. lib.* 7. *c.* 9. Auſpicatius enecta parente gignuntur. Loquitur de iis, qui a cæſo matris utero prodeunt.

Energēma, atis, n. ἐνέργημα, opus, effectus, ſeu ἀποτέλεσμα, quod operationem ſequitur. V. *Tertul. de Præſcript. c.* 30. & *de car. Chriſti*, *c.* 34.

Enervatio, onis, f. *debolezza*, *fiacchezza*, virium defectus. *Arnob. lib.* 3. Voluptatis enervatione langueſcere.

Enervātus, a, um, adject. *ſnervato*. ¶ Sæpe tranſlate ponitur pro homine ſine animo. *Cic. pro Sext.* Cum hominibus enervatis, atque exanguibus Conſulatus tanquam gladius eſſet datus. ¶ Item pro levi, infirmo. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 17. Mollis, & *enervata* putanda eſt Peripateticorum ratio, & oratio.

Enervis, ve, o. 3. vel enervus, a, um, *debole*, חלש, Germ. *ſchwach*, *unmenſch*, Gal. *foible*, *mol*, Hiſp. *flaco*, *ſin nervos*, ἄνευρος, debilis, quaſi ſine nervo. *Quint. l.* 9. *c.* 4. Duram potius, atque aſperam compoſitionem malim eſſe, quam effœminatam, & enervem. *Apul. lib.* 1. *Met.* Enerva ſaltatio. id eſt, quæ ſinuoſis flexibus, & corpore plicatili fit.

Enervo, as, a. 1. *indebolire*, *ſnervare*, חלש, Germ. *ſchwächen*, Gal. *enerver*, Hiſp. *enflaquecer*, ἐκνευρίζω, debilito, quaſi nervis, & robore ſpolio. *Cic. de Sen. c.* 10. Non plane me enervavit ſenectus.

Enervus, a, um, enervis. *Apulej. poſt init. l.* 1. *Metam.* Enervam, & exoſſam ſaltationem explicat. Ita leg. *Elmenhorſt*. Alii *enervem*, & *exoſſem*.

Engibăta, quid ſint apud *Vitruv. lib.* 10. *c.* 12. non ſatis conſtat. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Engonăſi, indecl. ſideris nomen, al. Ingeniculus, quaſi ἐν γόνασι, in genibus. Ab Ovidio *genu nixus* dicitur. *Manil. lib.* 5. *v.* 645. Nixa genu ſpecies, & Graio nomine dicta Engonaſi. ¶ Eſt etiam Engonaſis, is. *Cic. in Arat.* Engonaſim vocitant, genibus quod nixa feratur.

Engonăton, i, n. ἐγγόνατον, genus horologii Solaris portatilis, de quo *Vitruv. l.* 9. *c.* 9.

Enharmonĭcus, a, um, ἐναρμόνιος, concinnus, harmonicus. *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip. c.* 4. Melodiæ muſicæ tria ſunt genera, enharmonicum, diatonum, & chromaticum.

Enhydris, idis, f. 3. vel enhydros, i, maſc. a. ἐνυδρίς, ἔνυδρος, coluber in aquis vivens. *Plin. l.* 33. *c.* 7. & *c.* 9. & *l.* 30. *c.* 3. ¶ Item gemma, in qua aqueus liquor fluctuare videtur. *Plin. l. ult. c. antep.*

Enĭber, vel eneber, bra, brum. V. Inebræ aves.

Enico. V. Eneco.

Enim, *perciocchè*, כי, Germ. *dann*, Gal. *car*, Hiſp. *porque*, γάρ, nam, conjunctio cauſalis. Fere ſemper poſtponitur. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor.* Terra enim profecto pars mundi eſt. *Idem Ver.* 4. Attendite enim diligenter. ¶ Interdum invenitur in principio orationis, ſed rarius. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 23. Enim iſtic captio eſt. Atque ita multis aliis in locis, quæ colligit *Pareus in Lex. Crit.* *Tac.* 4. *hiſt. c.* 11. Aſiaticus (enim is libertus) malam potentiam ſervili ſupplicio expiavit. ¶ Neque ſemper probandi cauſa, ſed etiam pro *autem* uſurpatur, ut in allato Taciti exemplo videre eſt, & *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 7. Dumnorix cum equitibus Æduorum, inſciente Cæſare, domum diſcedere cœpit, &c. Ille enim revocatus reſiſtere, ac ſe manu defendere cœpit. ¶ Habet etiam vim affirmandi, ut *enimvero*. *Plaut. Caſ.* c. 4. Te, uxor aiebat tua, me vocare. St. Ego enim vocare juſſi. *Ter. Adelph.* 2. 2. 14. At enim non ſinam. ¶ Aliquando non cauſam, ſed effectum ſignificat, ſumiturque pro ideo. *Virg. Georg.* 3. *v.* 70. Semper erunt, quarum mutari corpora malis, Semper enim refice. ¶ Interdum redundat ad elegantiam. *Virg.* 1. *Æn. v.* 23. Progeniem ſed enim Trojano e ſanguine duci Audierat. *Plaut. Amph.* 2. 2. 34. Quid tibi iſtuc in mentem venit? So. Quia enim ſero advenimus.

Enimvero, adv. ſignificat certe, *certamente*, ναὶ μάλιστα, & fere ponitur in principio. *Ter. And.* 1. 3. Enimvero, Dave, nihil loci eſt ſocordiæ. Ubi *Donatus* notat, hoc adverb. ſignificationem habere animum permoti, ac irritati animi. Sic *Cic. Ver.* 3. *c.* 66. Enimvero ferendum hoc non eſt. ¶ Interdum poſtponitur. *Ter. Eun.* 2. 3. 37. Incommode hercle. Ch. Immo enimvero infeliciter.

Enipeus, m. c. flu. parvus Theſſaliæ, qui ex Olympo monte profluit, Pharſalum urbem alluit, ac in Peneum Apidano mixtus delabitur. ¶ Enipeus item, Empheus, Barnichius, fl. Peloponneſi, qui in Alpheum fluit. *Luc. l.* 7. *v.* 116. Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

Eniſis, m. 3. *Niſi*, flu. parvus Siciliæ, in valle Demonæ, qui in fretum Siculum cadit ex adverſo prom. Leucopetræ.

Enitĕo, es, ui, n. 2. *riſplendere*, ἐκλάμπω, clare, ſeu valde niteo. ¶ Tranſlate *Auct. ad Her. l.* 4. Unum potuiſſe in omnibus elocutionis partibus enitere. *Cic. pro Flac. c.* 7. Athenæ non ſolum in Græcia, ſed prope cunctis gentibus enitebant. *Liv. l.* 1. In eo bello virtus enituit Tullii.

Eniteſco, is, ui, n. 3. idem quod eniteo, *riſplendere*, *comparire*. *Col. l.* 9. *c.* 14. Mel optimæ notæ eniteſcit Autumni Æquinoctio. *Gel. l.* 17. *c. ult.* Jam fama, virtuſque felicitatis Romanæ apud exteras gentes eniteſcere incœptabat.

Enitor, eris, eniſus, vel enixus ſum, d. 3. *sforzarſi*, ἐπιχειρέω, eſt conari, elaborare, multo conamine, & labore aliquid perficere. *Cic. in Piſo. l.* 3. *ep.* 10. Illud pugna, & enitere, ne quid temporis mihi prorogetur. *Id. de Amic.* Eniti, & efficere, ut, &c. *Id.* 2. *de Orat.* Eniti in aliqua re. ¶ Ponitur & pro, cum difficultate in altum aſcendere. *Curt. l.* 8. *c.* 11. Nihil tam altum natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Per ardua eniſus. *Tac. Ann.* 2. *c.* 20. Ut pars æquo aditu in ſilvam incederet, pars objectum aggerem eniteretur. ¶ Metonymice ponitur pro parere, *partorire*, quia mulieres pariendo valde laborant. *Plaut. Amph.* Geminos Alcmena enititur. *Liv. l.* 40. *c.* 4. Theoxena plures enixa partus. *Colum. l.* 8. *c.* 11. Gallinæ ova enitentes.

Enixe, adverb. *ſtudioſamente*, Germ. *mit allem fleiſſ*, Gall. *avec toute diligence*, *avec effort*, Hiſp. *muy cuydoſamente*, φιλοτίμως, ſtudioſe, & cum magno conatu. *Cic. pro Sext. c.* 16. Meam cauſam omnes boni enixe ſuſceperant. *Suet. Tiber. c.* 50. Quo enixius opem ferrent. *Id. in Cæſ. c.* 3. Auctores reſtituendæ Tribunitiæ poteſtatis enixiſſime juvit.

Enixim, adverb. idem quod enixe. *Siſen. apud Non. c.* 2. *n.* 301. Enixim omnia facere, ac dicere contra fortunas, atque honores hujus ordinis.

Enixus, us, ui, m. partus, *parto*. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Poſt unum ab enixu annum.

Enixus, a, um, adject. qui enititur, & conatur; item qui ſedit aliqua re. *Tac. Ann.* 14. *c.* 27. Fratris opibus enixus. ¶ Enixa mulier dicitur, quæ peperit, & partu levata eſt. V. *Non. c.* 1. *n.* 281. & *c.* 4. *n.* 166. *Virg. Æn.* 3. *v.* 391. Sus triginta capitum fœtus enixa. ¶ Paſſiva ſignificatione, *partorito*. *Juſtin. l.* 43. *c.* 2. Pueri in luco Martis enixi ſunt. ¶ Tranſlate eſt vehemens, intentus. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Conſcii ſibi enixioris operæ.

Enna, f. 1. *Caſtro Joanni*, urbs Siciliæ, in umbilico inſulæ, in monte, al. in valle Neutina, inter Leontium, & Panormum ad Occ. ab Enno Syracuſano condita, olim templo Cereris clara, ubi Proſerpinam raptam fabulantur. V. *Cic.* 6. *Ver. c.* 48.

Enneacrūnos, ἐννεάκρουνος, hoc eſt novem habens ſcaturigines: ab ἐννέα, novem, & κρουνός, ſcaturigo. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Ennæus, a, um, adject. ab Enna. *Sil. l.* 14. *v.* 246. Cum rapta præceps Ennæa virginis flexit. h. e. Proſerpina.

Ennem, ἔγωγε, etiam ne, apud vet. *Feſt.*

Enneapharmăcum, i, n. ἐννεαφάρμακον, emplaſtrum conſtans ex novem rebus,

bus, cera, melle, ſevo, reſina, myrrha, roſa, medulla vel cervina, vel vitulina, vel bubula, hyſſopo, & hmyro: ab ἐννέα, novem, & φάρμακον, medicamentum. *Celſ. in ſummario c. 19. l. 5.*

Enneaphyllon, n. 2. ἐννεάφυλλον, herba naturæ cauſticæ, foliis longis novenis, lumborum doloribus, & coxendicum utiliſſima. *Plin. l. 27. c. 9.*

Ennehemimĕris, f. 3. apud Grammat. eſt ſectio verſus Heroici, cum cæſura fit poſt quartum pedem, & in nonam fere ſyllabam incidit, ab ἐννέα, novem, ἥμισυς, ſemis, & μέρος, pars. Sed vox Græca eſt, & græce uſurpanda.

Ennenſes, ium, Ennæ urbis incolæ. *Cic. Ver. 6.* Ennenſium nemus, Siciliæ umbilicus.

Ennianiſta, æ, m. 1. Ennii imitator. *Gel. l. 18. c. 5.* Eamus auditum neſcio quem iſtum ennianiſtam.

Ennianus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Ennio, ut Ennianus populus. *Gel. l. 12. c. 2.* Ennianum hemiſtichium, *Aſcon. in Ver. 5. c. 18.*

Ennius, m. 2. Ἔννιος, Poeta Latinus. Natus eſt Rudiis opp. Calabriæ, in Salentinis. *Cic. pro Arch.* Sed Euſebius Tarentinum facit. Natus eſt Q. Valerio, & C. Manlio Coſs. anno U. C. 510. ætate M. Catonis. *Cic. 1. Tuſc.* Charus fuit Africano ſuperiori. *Cic. pro Arch.* Multas fabulas ſcripſit, Thyeſtem, Medeam, Andromacham, &c. *Cic. in Bruto, 1. Fin. 1. de Divin.* Scripſit Annales, bellum Punicum ſecundum hexametris, & alia. Ejus ſcripta omnia penitus interierunt. Sententiarum gravitate excelluit, ſed cui verborum cultus minime reſponderet. Fertur Virgilius ex Ennii ſcriptis nonnulla ſumpſiſſe, & aliquando interrogatus, quid ageret, reſpondiſſe, *ſe aurum ex Ennii ſterquilinio colligere*. Periit articulari morbo, quem ex immodico vini uſu contraxerat. Mortem obiit Q. Marcio, Cn. Servilio Coſſ. *Cic. in Bruto.*

Ennoſigæus, maſc. 2. ἐννοσίγαιος, Neptunus terræ quaſſator, ab ἐνόω, moveo, & γαῖα, terra. *Juv. ſat. 10. v. 182.* de Xerſe, Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum. Scribitur & *Enoſigæus*, unico n.

Eno, as, n. 1. *nuotare*, שחה, Germ. *Auſſchwimmen*, Gall. *ſe ſauver en nageant*, Hiſp. *ſalir de l'agua nadando*, ἐκνήχομαι, natatione evado, nando aliquo pervenio. *Liv. l. 53. c. 41.* Ut nemo ad terram enaverit. *Cic. Fin. l. 5. c. 19.* It, qui enat e concha.

Enodāte, adv. *chiaramente*, היטב, באר, Germ. *klerlich*, Gal. *clairement*, Hiſp. *claramente*, δηλῶς, clare, perſpicue. *Cic. de Inv. l. 1. c. 21.* Sua diligenter, & enodate narrando. *Id. 3. Fin. c. 9.* Hæc nobis enodatius explicanda ſunt. *Auguſt. l. 5. Confeſſ. c. 6.* Enodatiſſime expedire.

Enodatio, f. 3. purgatio a nodis. ¶ Tranſlate explicatio, expoſitio. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 24.* Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Enodātor, oris, m. qui enodat, & explicat. *Tertull. de Pall. in fine.* Primus enodator vocis. Al. leg. *Edomator*.

Enodātus, a. 1. 2. partic. ab enodo, *ſpiegato*. *Cic. 2. de Inv. c. 2.* Perſpicue conſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit.

Enōdis, de, n. 3. *ſenza nodo*, Germ. *ohne knof*, Gall. *ſans noeuds*, Hiſp. *ſin nudos, deſanudado*, ἀνόζωτος, planus, ſine nodo. *Virg. 2. Georg. v. 78.* Aut rurſum enodes trunci reſecantur. ¶ Tranſlate ponitur pro eo, quod ſine difficultate eſt. *Plin. in Ep.* Fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiam.

Enōdo, as, a. 1. *ſnodare*, Germ. *knopffen ſtubern*, Gall. *oter les noeuds*, Hiſp. *deſanudar*, ἐξαμματόω, nodis purgo, nodis exſolvo. *Col. l. 5. c. 6.* Ulmi ſummæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro explicare, declarare. *Auth. ad Her. l. 2. c. 10.* Contrariæ legis enodabimus voluntatem.

Enorchis, f. 3. gemma, quæ diviſa fragmentis teſtium effigiem repræſentat. *Plin. l. 37. c. 10.*

Enormis, me, o. 3. *enorme, ſmiſurato*, Germ. *ungeſtalt*, Gal. *enorme, exceſſif*, Hiſp. *enorme*, ἀνώμαλος, quod eſt ſine norma; & tranſlate vaſtum, nimium, ſine menſura. *Plin. l. 9. epiſt. 17.* Dijudicandum eſt, immodicum ſit, an grande, altum, an enorme. *Spartian. in Vero, c. 1.* Enormior prologus, quam fabula.

Enormĭtas, f. 3. deformitas, *enormità, ſtranezza*, quaſi extra normam. *Quintil. l. 9. c. 4.* In ſtructura ſaxorum rudium etiam ipſa enormitas invenit, cui applicari, & in quo poſſit inſiſtere. *h. e.* ſaxa nullam figuram regularem habentia. *Senec. de conſtant. Sap. c. 18.* Exilitas crurum, enormitas pedum. ¶ Tranſlate *Tertul. de Anim. c. 45.* Omnis natura aut defraudatione, aut enormitate reſcinditur. *h. e.* exceſſo.

Enormĭter, adv. *ſmoderatamente*, Germ. *unmeſſiglich*, Gall. *enormement*, Hiſp. *enormemente*, ἀμέτρως, ſine menſura, nimis. *Plin. l. 37. c. 6.* Si ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

Enoteſco, is, tui, n. 3. *farſi noto*, נודע, Germ. *bekant werden*, Gall. *venir en connoiſſance*, Hiſp. *hazerſe conocer*, γνωρίζομαι, notus fio. *Suet. in Oth. c. 3.* Qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit. Adde *Plin. l. 2. ep. 10.*

Enŏto, as, avi, atum, a. 1. idem quod noto, *notare*. *Plin. l. 1. ep. 6.* Meditabar aliquid enotabamque. Adde *l. 6. epiſt. 16.*

Enovātus, a, um, adject. innovatus, *rinnovato*. *Petron. in Cæna.* Et pictis anas enovata pennis. Alii malunt *enotata*.

Enŏvo, as, avi, atum, a. 1. innovo, *rinnovare*. *Cic. Acad. 1. c. 5.* Hæc, ne obſoleſcerent, enovabam, cum licebat, legendo. Al. leg. renovabam.

Ens, entis, o. 3. partic. a *ſum*, apud vet. *Priſc. l. 18.* Hinc comp. præſens, abſens, potens. ¶ Apud Philoſophos *ens*, & pl. *entia*, idem fere eſt, ac res. *Quintil. l. 8. c. 3.* Multa ex Græco formata nova, ac plurima a Ser. Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut *ens* & *eſſentia*, quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, &c.

Enſicŭlus, m. 2. ξιφίδιον, dim. ab enſis. *Plaut. Rud. 4. 4. 115.* Io en enſiculo literarum quid eſt?

Enſĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *ſpadaccino*, Germ. *ſchwerter, reger*, Gal. *celuy qui porte eſpee*, Hiſp. *el que trae eſpada*, qui enſem fert. *Ovid. 2. de Art. v. 56.* Enſifer Orion aſpiciendus erit. Al. leg. *Enſiger*. *Stat. 4. Theb. v. 521.* Enſiferas inter potes ire catervas.

Enſĭger, a, um, adject. enſifer, qui enſem portat. *Ovid. 4. Faſt. v. 388.* Enſiger Orion æquore merſus erit.

Enſipŏtens, entis, adject. n. 3. fortis, ſtrenuus, qui enſe valet. *Coripp. l. 4. v. 365.* Nec non enſipotens membrorum robore conſtans.

Enſis, m. 3. *ſpada*, חרב, Germ. *ein ſchwerd*, Gall. *eſpee*, Hiſp. *eſpada*, ξίφος, gladius. *Cic. 2. de nat. Deor.* Auſaque funeſtum prima eſt fabricarier enſem. *Ovid. 3. Met. v. 70.* Enſem adigem in pectus.

Entelechia, f. 1. ἐντελέχεια, perfectio, vis ex ſe movens. Hoc nomen ab Ariſtotele effictum fuit, quo animam appellaret, l. 2. de Anima. *Cic. 1. Tuſc. c. 10.* Quintum genus adhibet vacans nomine, & ſic ipſum animum ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quaſi quandam continuatam motionem, & perennem, ideſt naturam immortalem, ac ſempiternam, & ſemper ſine intermiſſione moventem. Sed Græca vox eſt, & Græcis literis ſcribenda.

Entella, f. 1. *Entella*, urbs Siciliæ, apud Caſtrum veteranum, condita ab Entello Trojano Æneæ comite, & exciſa a Federico II. Auguſto, in monte, medio inter Salemium ad Occ. & Julianam ad Or. ¶ Item *Entella, Lavagna*, fl. Liguriæ, qui oritur ex Apennino M. & in mare Medit. cadit inter Clavarium, & Lavaniam in ora Orientali Genuenſi.

Enterocēle, f. 1. ἐντεροκήλη, hernia inteſtinalis, quando inteſtina prolabuntur vel ad inguina, vel ad ſcrotum, ob rupturam peritonæi, & tumorem gignunt, ab ἔντερον, *inteſtinum*, & κήλη, *tumor ſcroti*. *Celſ. l. 7. c. 18. Martial. l. 11. epigr. 83.* Mitior implicitas Arcon ſecat enterocelas.

Enterocelĭcus, qui enterocela laborat. *Plin. l. 26. c. 8.*

Entheātus, a, um, adject. ab *entheo* inſtit. numine afflatus, entheus. *Martial. l. 12. epigr. 57.* Turba entheata Bellonæ.

Enthēca, orum, n. 2. ἔνθηκα, arma ruſtica, ab ἐντίθημι, impono, quia agri cauſa imponuntur, *l. 2. §. ult. ff. de inſtr. vel inſtr. l. ult. C. de bon. proſcript. l. 28. §. ult. ff. de leg. 3.* ¶ Entheca, æ, f. *ſcrigno*, ἐνθήκη, repoſitorium pecuniæ. *Auguſtin. ſerm. 1. de vita, & morib. Clericor. qui eſt 42. de diverſ.* Enthecam nobis habere non licet. Non enim eſt Epiſcopi ſervare aurum, &c.

Entheus, a. 1. 2. ἔνθεος, divino numine plenus. *Senec. Med. v. 382.* Incerta, qualis entheos curſus tulit. *Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 227.* Hic enthea lauro tempora premis.

Enthymēma, atis, n. *concetto, penſiero, ſentenza, argomento, entimema*, ἐνθύμημα, ab ἐνθυμέομαι, in animo verſo, perpendo, cogito, a θυμός, animus. *Quint. l. 5. c. 10.* Enthymema (quod nos commentum ſane, aut commentationem interpretamur, quia aliter non poſſumus, Græco melius uſuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta ſignificat: alterum, quo ſententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti concluſionem vel ex conſequentibus, vel ex repugnantibus. ¶ Prima ſignificatio tota Græca eſt: ſecunda refertur ad argumentum: tertia ad argumentationem, hoc eſt ad argumenti elocutionem & figuram, *Id. ibid. c. 14.* Igitur enthymema & argumentum ipſum, ideſt rem, quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam vero dixi duplicem: ex conſequentibus, quod habet propoſitionem, conjunctamque ei protinus probationem: quale pro Ligario (*cap. 2.*) *Cauſa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari poſſet, nunc melior certe ea eſt, quam etiam dii adjuverunt.* Habet enim propoſitionem, probationemque: non habet concluſionem. Ita eſt ille imperfectus ſyllogiſmus. Ex pugnantibus vero, quod etiam ſolum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio eſt. Tale eſt Ciceronis pro Milone (*cap. 29.*) *Ejus igitur mortis ſedetis ultores, cujus vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis.* Hactenus *Quintilian.* ¶ Itaque enthymema dicitur imperfectus ſyllogiſmus, vel ideo dicitur, quia per pauca effertur, ſive deſit propoſitio, ſive aſſumptio, ſive concluſio: vel ideo dicitur, quia non neceſſario concludit. *Id. l. 5. c. 14.* Apodixis eſt evidens probatio. Hanc & ab Epicheremate differre Cæcilius putat ſolo genere concluſionis, & eſſe apodixim imperfectam, epicherema, eadem cauſa, qua diximus, enthymema a ſyllogiſmo differre. ¶ Enthymemata præcipue Rhetorum ſunt, & ex contrariis fiunt. *Cic. in Top. c. 15.* Ex hoc illa Rhetorum ſunt ex contrariis concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant: non quod non omnis ſententia proprio nomine enthymema dicatur; ſed ut Homerus propter excellentiam commune Poetarum nomen efficit apud Græcos ſuum; ſic cum omnis ſententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficitur, acutiſſima, ſola proprie nomen commune poſſidet. Ejus generis hæc ſunt: *hunc metuere, alterum in metu non ponere. Eam, quam nihil accuſas, damnas. Bene quam meritam eſſe autumas, dicis male mereri. Id quod ſcis, prodeſt nihil, id quod neſcis, obeſt.* Hæc Cicero. Adde aliud exemplum ex eodem apud *Gell. l. 1. c. 4.* ¶ Hoc genus argumenti adhibens interdum etiam Philoſophi, ut docet *Cicero 1. Top. c. 14.* *Juvenal.* Dialecticæ tribuit, *Sat. 6. v. 447.* Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit, Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes.

Enthymēſis, is, f. animatio, vel cogitatio, commentum. Vox græca eſt, ab ἐνθυμέω, cogito; qua utitur *Tertul.* bis, vel ter, in *lib. adverſ. Valent. c. 14.* &c.

Enubilātus, a, um, adject. ſine nubibus, ſerenus, clarus. *Paulin. ad Cyther. v. 667.* Enubilatam veritatem cernimus.

Enubĭlo, as, avi, atum, a. 1. a nubibus purgo, clarum facio. *Tert. l. 4. adverſ. Marc. c. 36.* Clariſſimis lucernis veſtibula enubilabant.

Enūbo, is, pſi, ptum, *maritarſi fuori dell' ordine, o grado ſuo*, ἐγγαμίζω, eſt extra ſuum ordinem nubere. *Liv. l. 10. c. 23.* Virginiam A. F. patriciam plebejo nuptam L. Volumnio Coſ. quod e patribus enupſiſſet, matronæ ſacris arcuerunt. Adde *lib. 4. c. 4.*

Enucleāte, adv. *apertamente, diligentemente*, Germ. *offentlich*, Gall. *clairement*, Hiſp. *claramente*, διακεκριμένως, purgate, exquiſite, clare, diligenter, perfecte. *Cicer. 4. Tuſcul.* Quæ de perturbationibus enucleate diſputat.

Enucleātus, a, um, adject. cui nucleus extractus eſt, ut enucleata uva, *Theod. Priſcian. lib. 1. cap. 20.* Enucleata baccæ, *Marcel. Empir. cap. 20.* ¶ Tranſlate *Cic. pro Planc. c. 4.* Suffragia eblandita, non enucleata. h. e. ſtudio, & blanditiis, non judicio, & ratione data. *Id. l. 3. de Orat. c. 9.* Genus dicendi acre, acutum, enucleatum. h. e. politum, elaboratum, perſpicuum.

Enucleo, as, avi, atum, a. 1. *aprire le noci*, Germ. *ein nuſſ auſthun*, Gal. *cerner*, Hiſp. *ſacar el meollo de las nuezes*, aperio, & nucleum e putamine extraho, ideſt, tenerum illud, quod in nuce includitur. *Apic. l. 4. ad fin.* Duracina enucleabis. ¶ Tranſlata ſumitur pro explicare declarare. *Cic. in Partit. c. 17.* Nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum eſt.

Enūdo, a. 1. idem ac nudo. Tranſlate ponitur pro exponere, interpretari. *Cic. 1. de Leg. c. 9.* Et rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligentias enudavit.

Enumeratio, fœm. 3. ἀπαρίθμησις, actus enumerandi. Figura Rhetorica. *Cic. 5. de Leg.* Malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio. ¶ Apud Oratores enumeratio eſt, per quam res diſperſe & diffuſe dictæ unum in locum coguntur, & reminiſcendi cauſa unum ſub aſpectum ſubjiciuntur. *Cic. 1. de Invent. c. 52. Quintil. l. 5. c. 1.*

Enumerātus, a, um, adject. recenſitus. *Liv. l. 3. c. 58.* Septem, & viginti enumeratis ſtipendiis.

Enumĕro, as, a. 1. *numerare*, ἐξαριθμέομαι, eſt multas res ſimul numerare, & recenſere. *Cic. 4. Ver.* Me non omnium iſtius, quæ in hoc genere eſſent, enumeraturum.

Enundĭno, as, avi, atum, a. 1. mercari, *comprare al mercato*. *Tertul. de Idolol. c. 9.* Spiritum Sanctum enundinare.

Enuntiatio, onis, f. ἀξίωμα, enuntiatum, effatum, propoſitio. *Cic. de Fato, cir. princ.* Explicanda vis eſt, ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.

Enuntiatīvus, a, um, o. 1. 2. quod enuntiat. *Sen. ep. 118.* Sequuntur deinde motus animorum, enuntiativi corporum.

Enuntiātrix, icis, f. quæ enuntiat. *Quintil. l. 2. c. 15.* Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix. h. e. Rhetorica.

Enuntiātum, n. 2. idem ac enuntiatio, ſeu propoſitio. *Cic. de Fato, c. 9.*

Neque,

Digitized by Google

Neque, ſi omnia enuntiatum aut verum eſt, aut falſum, ſequitur illico, cauſas eſſe immutabiles.

Enuntiatus, o. 1. a. partic. ab enuntior. *Quinct. l. 2. c. 5.* Sermo rectus, & ſecundum naturam enuntiatus.

Enuntio, as, a. 1. idem ac nuntio, vel e longinquo nuntio, ſeu ſignifico. *Cic. Att. l. 1.* Qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Eſt item eloqui, proferre, exprimere. *Cic. 2. Fin.* Graviſſimæ ſunt ad beate vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ. ¶ Item divulgare, & quod arcanum erat, detegere. *Cic. de Or.* Enuntiare myſteria dicendi.

Enuptio, f. 3. actus enubendi. *Liv. l. 39. c. 19.* Ut Hiſpalæ Feceniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet, &c. V. *Enubo*.

Enutrio, is, ivi, itum, a. 4. idem quod nutrio, *andrire*, ἐκτρέφω. *Colum. l. 3. c. 3.* Sata non ita enutriunt, ut convaleſcant. *Plin. l. 22. c. 1.* Ut mero infuſo enutriantur.

Enyalius, m. 2. Mars, vel alius belli Deus, ab ἐνύω, occido. Aliquibus dictus videtur Bellonæ filius, ab ἐνυώ, *Enyo*, & υἱός, *filius*. *Macrob. lib. 1. Sat. c. 9.*

Enyo, f. 4. contract. ἐνυώ, Bellona Dea belli, ab ἐνύω, *occido*. Metonymice accipitur pro bello, vel prælio. *Mart. l. de Spectac. epigr. 24.* Nec te decipiat ratibus navalis Enyo.

E ANTE O.

Eo, is, ivi, vel ii, itum, n. anom. *andare*, הלך, Germ. *gehen*, Gal. *aller*, Hiſp. *ir*, *andar*, πορεύομαι, vado, proficiſcor, pergo, iter facio. *Cic. Attic. lib. 4.* Iens in Pompejanum, bene mane hæc ſcripſi. *Liv. l. 42. c. 34.* A Tiberio Graccho rogatus in provinciam ii. *Id. l. 44. c. 43.* Quia recta expedita via ibant. *Virg. 5. Æn. v. 451.* It clamor cœlo. *h. e.* in cœlum. Sic *Sil. l. 15. v. 387.* Ira ſorori. ¶ *Ire*, *redire* contraria ſunt. *Id. Philip. 2. c. 32.* Cæſari obviam proceſſiſti, iſti, rediſti &c. ¶ Interdum ſignificat venire. *Virg. 2. Æn. v. 375.* Vos celſis nunc primum a navibus itis. ¶ *Ire pedibus*, eſt pedibus iter facere. *Plaut. Stich.* Nam pedibus ire non queo. ¶ *Ire in ſententiam pedibus*, eſt alterius ſententiam approbare, & ad eam accedere non verbo ſolum, ſed etiam corpore. Hæc ratio inventa eſt, quod nonnunquam longum erat audire ſingulos, dum plurimi erant. Cum igitur duæ, treſque ſententiæ dictæ erant ab iis, qui primi rogabantur, reliqui in illorum, cum quibus ſentiebant, ſedilia tranſibant, ut res expeditius ageretur. Aliquando ne pedibus quidem, præ multitudine, ad ſententiam ire poſſumus, ideoque manu ſententiam ſignificamus, quod *Quinctil.* intelligit, ubi ait, *Manibus, pedibuſque imus in ſententiam neceſſitatis*. Cum hoc modo ſententiæ ferebantur, ſolebat Conſul ita pronuntiare: Qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in eam partem ite, qua ſentitis. *Feſt.* & *Plin. l. 8. ep. 14.* ¶ Hinc ire, vel diſcedere, vel tranſire in alia omnia, eſt ab auctore ſententiæ alicujus diſſentire, *eſſer d' altro parere*. *Cic. 1. Fam. epiſt. 2.* De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ *Ire in conſilium*, eſt de re deliberare, inter ſe conſulere, inſtrumenta litis percenſere, &c. *Cic. 3. Ver.* Si poſt Cal. Jan. in conſilium iretur. ¶ *Navigio ire*, eſt navigare. *Cic. Att. l. 10.* Navigio eſſe te iturum trans mare. ¶ *Ire rectis ſenſibus*, eſt recte ſentire. *Cic. 13. Phil.* Si me rectis ſenſibus euntem Dii immortales adjuverint. ¶ *Bene ire* eſt ſuccedere. *Cic. Att. 14. 15.* Incipit res melius ire quam putabam. ¶ *Ire inficias*, eſt negare. *Ter. Adel.* Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat. ¶ *Ire in articulum* dicitur ſeges, cum nodos veluti articulos quoſdam acquirit. *Plin. l. 18. c. 17.* Si in articulum ſeges ire cœperit. ¶ *Ire in duplum*, &c. eſt creſcere, extendi. *Cic. pro Flac.* Ut ſi judicatum negaret, in duplum iret. ¶ *Rem ire*, eſt ſuccedere, agi, expediri. *Cic. Att. l. 14.* Prorſus ibat res. ideſt, facilior, & expeditior erat. *Id. ib. ep. 15.* Incipit res melius ire, quam putaram. ¶ *Diem ire*, eſt præterire, elabi, *il tempo paſſa*. *fugge*. *Plaut. Rud.* Verba facimus, it dies. ¶ Itur, imperſ. *Cic. pro Cluent.* Itum eſt in conſilium. ¶ Hoc verbum, præter naturam verborum quartæ conjugationis, facit futurum in *bo*. *Virg. Ecl. 10.* Ibo, & carmina modulabor. ¶ *Ire in aliquem*, eſt aggredi, *aſſalire*. *Id. Æn. 9. v. 424.* Simul enſe decoro ibat in Euryalum. ¶ *I nunc*, *ire nunc*, formula increpantis. *Id. Æn. 7. v. 425.* I nunc, ingratis offer te irriſe periclis. Eodem ſenſu invenitur *eat*, apud *Sil. l. 11. v. 392.* Eat nunc improba Juno. ¶ Hoc verbum junctum cum ſupinis aliorum verborum idem, quod ipſa, ſignificat, ut ire ereptum, h. e. eripere, ire opitulatum, opitulari. *Ter. Andr. 1. 1. 107.* Cur te is perditum? *Cato apud Feſt.* Quod tui prohibitum irem, meo labori non parſi. ¶ Jungitur interdum cum infinitis. *Ter. Hecyr. 1. 2. 114.* It viſere ad eam. *Propert. l. 1. el. 2.* Auſonias ibis frænare cohortes. ¶ Ponitur & inter funebria. *Ter. Andr. 1. 1. 90.* Effertur, imus. Ubi *Donatus*: ire, propria ad exequias. Hinc ire exequias. V. *Exequiæ*. ¶ *Iri*, paſſiv. *Plaut. Truc. 4. 2. 39.* Iri non poteſt. h. e. adiri.

Eo, *alla*, *là*, *colà*, εἰς τοῦτο, illuc, adv. motus ad locum. *Liv. l. 2.* Ipſa veſtigia quærentem dominum eo deductura erant. ¶ Item uſque ad id. *Liv. in proœm.* Eo crevit, ut jam magnitudine laboret ſua. ¶ Dicimus etiam *Eo magnitudinis*, *ſapientiæ*, *conditionis*, &c. ideſt, uſque ad eam magnitudinem, &c. ¶ Eſt etiam adv. quantitatis, & ponitur pro tanto, τοσούτῳ, cui reſpondet, *quo*, ideſt, quanto, ὅσῳ, & conjungitur cum comparativis, *tanto*, *quanto*. *Cic. pro Roſc. Am.* Tenuitas hujus eo magis elucet, quo magis occultatur. ¶ Vel pro ideo, cum partic. *quod*, *quia*, ut. *Cic. Att.* Eo maxime id curandum eſt, quod &c. *Ter. Eun. 3. 1. 25.* Eo ne ferox, quia habes imperium in belluas? *Plaut. Aul. 1. 2. 63.* Eo dico, ne cenſeas &c.

Eodem, adverb. *là*, *in quel medeſimo luogo*. *Cic. Attic. l. 1.* Res eodem loci eſt, quo reliquiſti. *Nepos Timol. c. 3.* Eodem, quo profectus erat, ſe recepit.

Eopſe, eo ipſo. *Plaut. Curc. 4. 3. 6.* Infortunio eopſe illo, quo mactare ſoleo &c.

Eos, Eois, Eoi, Eoa, ἠώς, Græca vox auroram ſignificans, ab αὔω, ſplendeo. *Ov. 3. Faſt. v. 77.* Tres ubi luciferos veniens præmiſerit Eos. ¶ Poteſt etiam prima ſyllaba corripi, quia græce ἕως quoque ſcribitur.

Eous, a, um, o. 1. a. *Orientale*, מזרחי, Germ. *Morgenlich*, Gall. *Oriental*, Hiſp. *Oriental*, ἑῷος, vel ἠῷος, Orientalis, ab ἠώς, vel ἕως, vel ἕως, Aurora. *Virg. 2. Æn.* Confligunt Zephyruſque, Notuſque, & lætus Eois Eurus equis. *Propert. l. 3. el. 11.* Felix Eois lex funeris una maritis. ¶ Eous, ſubſt. m. 2. p. p. Lucifer. *Virg. 2. Georg.* Aut cum Sole novo terras irrorat Eous. ¶ Item equus Solis. *Ovid. 2. Met.* Interea volucres Pyroeis, & Eous, & Æthon Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras flammiferis implent.

Eous Oceanus, Orientalis, Indicus, *Mar della China*, *o del Giapone*, pars Oceani, qui Aſiam ab Oriente alluit prope Sinas, Japoniam, & Inſulas Philippinas. Aliquibus eſt Mare Pacificum, & Mare Auſtrinum, *Mar del Zur*. Sed longe ab his diſtat in Occ.

Eouſque, adverb. *in tanto*, ἐπὶ τοσοῦτον, uſque eo, in tantum. *Val. Max. l. 1. c. 7. de Cyro*: Natam vitem eouſque creviſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes inumbraret. *Hirt. l. 5.* Eouſque, ut ab oppido abduci non poſſit.

E ANTE P.

Epagōge, ἐπαγωγή, figura eſt, quæ fit rerum ſimilium collatione. *Virg. 2. Æn.* Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi &c. Haud ſecus Androgeos viſu tremefactus abibat. *Quintil. l. 5. c. 10.* græcis literis ſcribit.

Epagon, ontis, vel Epago, onis, m. ἐπάγων, artemon navis, ſive trochlea, qua funes, & cætera navis armamenta explicantur. *Vitruv. l. 10. c. 3.*

Epaminondas, m. 1. Ἐπαμεινώνδας, nobilis Thebanus, filius Polymni, ſummus vir omnis Græciæ. Incertum fuit, vir melior, an dux eſſet. Poſt multa clariſſima facinora edita, apud Mantineam graviter vulneratus eſt. Ut relatus in caſtra, ſemianimis vocem, ſpiritumque collegit, id unum a circumſtantibus requiſivit, num cadenti ſibi ſcutum ademiſſet hoſtis: quod ut ſervatum audivit, allatumque velut laborum, gloriæque ſocium oſculatus eſt, iterum quæſivit, utri viciſſent: ut audivit Thebanos, bene habere ſe rem dixit, atque ita veluti gratulabundus patriæ expiravit. Gloria Thebanorum cum Epaminonda & nata, & extincta eſt. Nam poſt ejus interitum devoluti ſunt in priſtinam ſervitutem. *Cic. 2. Fin.* & *1. Tuſc. Juſtin. l. 6. Nepos in ejus vita.*

Epanadiplōſis, is, ἐπαναδίπλωσις, figura eſt repetitionis, cum verbum aliquod, quod verſus initium fuit, eundem claudit, ut, *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit*. Vox græca, & græce uſurpanda. V. Grammatic.

Epanalepſis, ἐπανάληψις, repetitio ſententiæ poſt aliqua interjecta. Exemplum habes apud *Virg. 2. Georg. in princ.* ubi ait: Huc pater o Lenæe &c. *Chariſ. l. 4.* V. etiam *Auct. ad Heren. l. 4. c. 14.* Sed vox græca eſt, & græcis literis ſcribenda.

Epanaphŏra, æ, ἐπαναφορά, (græca vox) repetitionis ſpecies eſt, cum ſcilicet ab uno verbo plures ſententiæ inchoantur. *Virg. Ecl. 10.* Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori, Hic nemus &c. V. Grammatic.

Epanaſtrŏphe, ἐπαναστροφή, repetitio, cum verbum in fine præcedentis, & in principio ſequentis ſententiæ repetitur. *Virg. Ecl. 8.* Sit Tityrus Orpheus, Orpheus in ſilvis &c. Apud Grammaticos. Vox græca, & græce ſcribenda.

Epanŏdos, i, ἐπάνοδος, vox græca, regreſſio eſt ad eandem vocem, diverſum quiddam in partibus per τρίκωλον ſignificans, ut *Virgil. Æn. 2. v. 434.* Divellimur inde Iphitus, & Pelias mecum, quorum Iphitus ævo Jam gravior. V. Grammat.

Epanorthōſis, is, ἐπανόρθωσις, Correctio, quæ interdum verbum, interdum ſententia tollitur, ut *Cic. pro Planc. c. 41.* Brundiſium, vel potius ad mœnia acceſſi. *Id. 2. Offic. c. 21.* Italiam ornare, quam domum ſuam maluit, quamquam Italia ornata domus ipſa mihi videtur ornatior. ¶ Vox græca eſt, & græcis literis ſcribenda.

Epaphæreſis, ἐπαφαίρεσις, apud Græcos eſt ablatio, detractio, ab ἀφαιρέω, *tollo*. Transfertur ad tonſionem capillorum. *Martial. l. 8. epigr. 52.* Expingitque cutem, facitque longam Detonſis epaphæreſim capillis.

Epaſtus, a, um, particip. *che s' è paſciuto*. *Ovid. in Halieut. v. 109.* Ut ſcarus, epaſtas ſolus qui ruminat herbas.

Ependȳtes, æ, m. amictus, veſtis quæ ſuper alias induitur. *Hieronym. in vita Hilarionis*. Pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat.

Epenthĕſis, ἐπένθεσις, (vox græca, & græcis literis ſcribenda) figura dictionis eſt, qua in medio vocis ſyllaba, vel litera apponitur, ut Mavors, pro Mars, Relliquiæ, pro reliquiæ. V. Grammat. Donat. de ſchematib. &c.

Epexegēſis, ἐπεξήγησις, græce eſt appoſitio, figura Syntaxeos, ut Urbs Roma. *Serv. ad Æn. 6. v. 7.*

Ephalmātor, oris, m. ſaltator, ab ἅλλομαι, ſalio. *Jul. Firmic. l. 8. c. 15.* Petaminarius, ephalmator, orcheſtropalarius.

Ephebātus, a, um, adject. ephebus factus. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 552.* Ephebatum mulieravit.

Ephebēum, i, n. ἐφηβεῖον, locus in palæſtra, ubi puberes exercebantur. *Vitruv. l. 5. c. 11.* & *Palladius*. Al. leg. *ephebium*.

Ephebia, æ, f. *pubertà*. *Donat. ad Terent. Andr. 1. 1. 24.* Ephebia prima ætas adoleſcentium eſt; adoleſcentia extrema pueritiæ. V. *Conſorin. de die Natali c. 3.*

Ephebĭcus, a, um, adject. ad ephebum pertinens, puerilis. *Apul. l. 10. A. A.* Adeſt luculentus puer nudus, niſi quod ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum.

Ephebium. V. Ephebeum.

Ephēbus, m. *giovanetto di prima barba*, נער, Ger. *jungling*, *ein ab*, Gal. *jouvenceau*, Hiſp. *joven*, ἔφηβος, pubes, ſeu qui jam ad annos pubertatis pervenit, ex ἐπί, & ἥβη, *pubes*, *juvenius*. *Cic. 1. de nat. Deor.* E gregibus ephehorum vix ſinguli reperiebantur. *Ter. Andr. 1. 1. 24.* Excedere ex ephebis. ¶ *Cenſorinus de die natali*, *c. 3.* ſtatuit, ephebum proprie dici eum, qui decimum ſextum annum attigerit. V. *Ephebia*.

Ephectĭon, i, ἑβδομον, ſeptenarius numerus, qui ſenarium continet, & unitatem impoſitam. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Ephĕdra, æ, *coda di cavallo*, genus herbæ arbores ſcandens, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris multis, radice pallida. *Plin. l. 26. c. 7.*

Ephemĕris, f. 3. *giornale*, Germ. *buch*, *darinn man teglich auffgeb*, *oder geſchicht ſchreibet*, Gal. *regiſtre*, *& papier journal*, Hiſp. *libro de caxa*, *diario*, ἐφημερίς, diarium, acta diurna, calendarium, adverſaria, liber, in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur, ab ἐπί, & ἡμέρα, dies. *Cic. pro Quinct. c. 18.* Ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis. *Propert. l. 3. el. 21.* Et ponit duras inter ephemerides.

Ephemĕron, n. 2. ἐφήμερον, animal in Sarmatia Europæa, apud Hypanim fl. eodem, quo natum eſt, die moriens. *Ariſtot. l. 5. Anim.* ¶ Item genus herbæ. *Plin. l. 25. c. 13.*

Epheſinus, a, um, &

Epheſius, a, um, adject. *di Efeſo*, ut Diana Epheſia, *Cic. 1. de Div. c. 23.* Sic Epheſia mulier. *Id. Philip. 3.* ¶ Epheſiæ literæ dicebantur quædam notulæ magicæ, & ſuperſtitioſæ, quibus Epheſii in omni negotio utebantur. V. *Clem. Alex. 3. Stromat.*

Ephĕſus, f. 2. *Efeſo*, Turc. *Figena*, urbs Aſiæ min. in Jonia, in ora lit. maris Ægæi, & ſin. Jonii, verſus oſtia Caÿſtri fl. Condita fuit ab Amazonibus anno 40. a Troja incenſa, cum templo magnificentiſſimo in honorem Dianæ. Hoc templum ducentis viginti annis a tota Aſia extructum fuit, in ſolo paluſtri, ne terræmotus ſentiret. In eo centum viginti ſeptem columnæ fuerunt ſingulæ a ſingulis Regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine, inter quas triginta ſex cælatæ miro artificio fuerunt. Ab Heroſtrato quodam incenſum, ut ſe hac re immortalem faceret, totum conflagravit ea nocte, qua Alexander M. natus eſt.

Ephialtes, æ, Neptuni, aut Aloei filius, Oeti frater, quos ambos, cum ingenti corporis mole & viribus confiſi in cœlum aſcendere niterentur, Apollo & Diana ſagittis confixerunt. *Virg. 1. Georg.* ¶ Ephialtes etiam dicitur incubo, ſeu incubus, h. e. morbus, quo dormientes vi qua-

dum opprimi ſe, & pene ſuffocari videtur, ob ἐφιάλτην, inſiliri. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 3.*

Ephippia, orum, n. 2. *ſelle di cavalli*, כר, Germ. *ſattel*, Gal. *ſelles*, Hiſp. *ſillas*, ἐφίππεια, tegmina, ſeu ſtragula, quibus equi ſternuntur, vel ſellæ equis ad inſidendum impoſitæ, ab ἐπί, *ſuper*, & ἵππος, *equus*. *Hor. in Epiſt. 14. l. 1. v. 44.* Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. ¶ In ſingulari num. legitur apud *Varron. l. 2. R. R. c. 7. ad fin.*

Ephippiati equites, qui ephippia habent in equis. *Caeſ. l. 4. B. G. c. 2.* Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum quamvis pauci adire audent.

Ephŏdus, i, ἔφοδος, græce eſt inſinuatio, h. e. oratio per ſimulationem, & circuitionem obſcura ſubiens auditoris animum. ¶ *Jul. Firmic. l. 6. c. 32.* Generales cujuſque genituræ ephodi, h. e. ingreſſiones, initia, inſtitutiones.

Ephŏri, m. 2. Magiſtratus Spartanorum a Theopompo inſtitutus ad refrænandam potentiam Regis, & Senatus, ut apud Romanos Tribuni plebis Conſulibus oppoſiti fuere, ab ἐφορᾶν, *intueri*, quod ad civitatis ſalutem oculos intentos haberent. Horum poteſtas tyrannica fuit, quæ tanta erat, ut nec Regi aſſurgerent, ac Regem etiam in vincula conjicere poſſent. *Cic. 3. de Leg. & 1. Tuſc.*

Ephŏrus, m. 2. Cumanus, diſcipulus Iſocratis. In Ephoro opus fuit calcaribus, in Theopompo frænis, *Cic. 3. de Or. in Bruto*. Rhetoricam ſcripſit. *Cic. in Or.*

Ephraim, Tribus Judææ, inter Tribum Beniamin ad Auſt. & Tribum Manaſſes ad Bor. mare Syriacum ad Occ. Jordanem fl. ad Or.

Ephyra, æ, vel Ephyre, es, Corinthus primum dicta fuit, ἐφύρα. *Plin. l. 4. c. 4.*

Ephyreias, adis, Patronym. Corinthia. *Claudian. de bello Get. v. 629.* Sciſcet Argolicas, Ephyreiadeſque puellas Ceperat, & pulcras jam faſtidire Lacænas.

Ephyreius, Ephyræus, & Ephyrēus, a, um, adject. Corinthius. *Lucan. l. 6. v. 17.* Ephyreaque mœnia ſervat. h. e. Dyrrhachium, quod coloni Corinthiorum Corcyræ condidere. *Silius l. 14. v. 181.* Ephyræa ad mœnia vertit. Ubi Syracuſæ intelliguntur a Corinthiis conditæ. *Virg. 2. Georg. v. 464.* Illuſaſque auro veſtes, Ephyreiaque æra.

Epibădes, um, f. 3. vel potius Epibatæ, ut Bayſius cenſet, naves oneraria ſolis vectoribus tranſvehendis ſervientes. *Leg. 1. §. 12. Dig. de Exercit. act.* Al. aliter leg.

Epibăta, æ, m. miles in navibus merens, claſſiarius. *Hirt. de Bel. Alex. c. 11. & Afric. c. 20. 63. & 93.*

Epicharmus, m. 2. Philoſophus Syracuſanus, filius Tityri, vel Chimari, auditor Pythagoræ. Scripſit de natura rerum, & medicina. A Hierone propter comœdiæ obſcœnitatem in exilium pulſus eſt.

Epichirēma, atis, n. ἐπιχείρημα, ab ἐπιχειρεῖν, argumentis adſtruere, & tueri conor, ſi vim nominis ſpectes, ſignificat conatum mentis excogitantis aliquid, quod probationem & fidem faciat. Itaque *Virg.* apud *Quint. l. 5. c. 10.* Aggreſſionem vocat. Eſt autem, ſi Logice accipiatur, argumentatio, quæ opponitur demonſtrationi, quatenus demonſtratio per propria & neceſſaria rem manifeſtat, epichirema per communia & probabilia. Differt porro ab enthymemate, quemadmodum demonſtratio a ſyllogiſmo, quia videlicet demonſtratio, & epichirema propria ad materiam referuntur, ſyllogiſmus & enthymema ad formam. *Quintil. l. 5. c. 10.* Ἀπόδειξις, eſt evidens probatio. Hanc & ab epichiremate differre Cæcilius putat ſolo genere concluſionis: & eſſe apodixim imperfectam, epichirema: eadem cauſa, qua diximus, & enthymema a ſyllogiſmo diſtare. Al. perperam leg. *eſſe apodixim imperfectum epichirema*. Hinc apparet, cur Rhetores argumentationes ſuas enthymemata, & epichiremata vocent. Utroque enim nomina ſignificatur argumentatio concluſionis non neceſſariæ: ſed primum refertur ad formam, ſecundum ad materiam. Ceterum & alterum pro altero, & utrumque vera ſignificatione ab iis adhibetur, ut eſt apud eund. *ibid. c. 14.* Celeberrima eſt illa, qua epichirema ſumitur pro tota aliqua argumentatione, pluribus membris, & earum probationibus conflata, unde eſt fortaſſe ratio nominis. V. *ibid.* ¶ Scribitur & *Epicherema*.

Epichyſis, is, ἐπίχυσις, vas vinarium, e quo in cyathos vinum effundebatur. *Plaut. Rud. 5. 2. 32. Var. de L. L. 4. c. 26.*

Epicœnum, ἐπίκοινον, vox græca, apud Grammatic. eſt promiſcuum genus eorum nominum, in quibus ſexus uterque per alterum apparet, ut loquitur *Quintil. l. 1. c. 4.* ut lepus, paſſer, &c.

Epicōpus, a, um, adject. ἐπίκωπος, vox græca. *Epicopus Phaſelus* in quibuſdam editionib. apud *Cic. l. 14. ad Attic. ep. 16.* dicitur, qui in procinctu eſt ad navigandum. Al. leg. Epiſcopus, & aliter explicant. V. *Epiſcopius*.

Epicrătes, ἐπικράτης, princeps Athenienſium fuit, teſte *Cic. Fam. 16. ep. 21. Id. Attic. l. 2. ep. 3.* ſcribit: Epicrates verti poteſt, qui omnia tenet. Atque idem in ead. epiſt. eo nomine videtur appellare Pompejum, qui tunc in Rom. Rep. primas agebat.

Epicrŏcum, n. 2. genus veſtimenti, croceo colore tinctum, tenue, & pellucidum. *Feſt. Nov. apud Var. l. 6. de L. L.* Diabathra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco.

Epictētus, m. 2. ἐπίκτητος, nomen Philoſophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari ſervivit, atque ad Marci uſque Antonini tempora pervenit: Domitiano autem imperante, cujus dominatu offenſus, Roma Hierapolim migravit, ratus verum eſſe, quod eſt apud Tragicum: *patriam eſſe ubicumque, ubi quis recte agere*. Scripſit Enchiridion, opus utile ad recte vivendum, quod Angelus Politianus Latinum fecit. Tanta apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob ejus auctoritatem veniſſe tradat.

Epicurēus, a, um, adject. ἐπικούρειος, ad Epicurum pertinens, ut Epicurei Philoſophi, Epicuri ſectatores, & medicamenta Epicurea, apud *Cic. 3. Tuſc. 1. 21. & 2. Fin. c. 7.* ¶ Vulgari notione Epicureus pro voluptatibus dedito uſurpatur. *Sidon. Carm. 15. v. 125.* Aſt Epicureos eliminat undique virtus.

Epicūrus, m. 2. fil. Neoclis. Sami natus, vel educatus eſt. *Cic. 1. de nat. Deor.* Poſuit ſummum bonum, non in voluptate mobili, quæ ſenſibus percipitur, ut Ariſtippus, ſed in voluptate ſtabili, quæ in animo potiſſimum ſita eſt, nullo dolore nec præſente, nec impendente. *Cic. de Fin. in Tuſc. de Leg. &c.* Ejus diſcipuli *Epicurei* appellati ſunt.

Epicus, a, um, o. 1. 2. quod eſt carminis heroici, ab ἔπος, carmen, proprie hexametrum, ſeu heroicum, ab ἔπω, *dico*, ut Poeta Epicus, qui verſibus heroicis ſcribit: Poema Epicum, quod heroicis carminibus contextum eſt. *Cic. de Opt. gen. Or. c. 1.*

Epidamnius, a, um, adject. qui ex Epidamno eſt, ut Epidamnia natio, *Plaut. Men. 2. 1. 33.*

Epidamnus, Dyrrhachium, *Durazzo*, ἐπίδαμνος, urbs Macedoniæ, in Albania, in ora occidentali maris Jonii. Dicta eſt Epidamnus ab Epidamno Rege conditore, & Dyrrhachium a Dyrrhacho ejus nepote ex filia, qui portum urbi adjecit.

Epidaurius, a, um, idem quod Epidaurus. *Avien. in Arat. v. 209.*

Epidaurius, a, um, adject. poſſeſſ. ab Epidauro, urbe Peloponneſi. *Ovid. l. 1. Pont. el. 3. v. 21.* Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas, h. e. Æſculapius, qui Epidauri colebatur. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 25.* tam cernis acutum, quam aquila, aut ſerpens Epidaurius. h. e. draco. dicuntur autem dracones eſſe oculatiſſimi, unde & nomen habent. nam δέρκειν eſt videre. Addit autem *Epidaurius*, quia circa Epidaurum frequentes dracones erant.

Epidaurus, vel Epidaurum, *Raguſa*, *Raguſ*, Turc. *Dobravnicha*, urbs Dalmatiæ, in ora, ad mare Adriaticum, ſui juris, & Reipublicæ caput, ritus Latini, cum portu capaci, & arce dicta S. Laurentii dicta. ¶ Epidaurus altera, poſtea Monembaſia, al. Limera, *Malvaſia*, urbs Peloponneſi, in Laconia, ad initium ſin. Argolici, cum ſin. cogn. ¶ Epidaurus item, al. Limera, *Eſculapio*, al. *Pigrado*, al. *Chenaiſ*, urbs Peloponneſi, in ora Argiæ ad Or. in litore, apud Spiræum prom. & ſin. Saronicum, ubi amplum Æſculapii templum fuit, qui inde Epidaurius cognominatus eſt.

Epidemetici, orum, dicuntur metatores hoſpitiorum in urbibus. h. e. qui in valvis januarum inſcriptionem ponunt ſignificantem, quis in eo hoſpitio ſit habitaturus. Extat de his Titulus apud *Juſtinian.*

Epidicticus, a, um, o. 1. 2. ἐπιδεικτικός, demonſtrativus, ab ἐπιδείκνυμι. Epidictica Eloquentia eſt, quæ verſatur circa laudationes, vituperationes, ſuaſiones, ſeu præceptiones, ſcriptiones, ſeu hiſtorias, & alia omnia præter quæſtiones judiciales, & deliberativas, quæ non a Philoſophis, ſed ab Oratoribus, vel a Sophiſtis, vel ab aliis artificibus tractantur. Dicta eſt a demonſtrando, ſeu probando. Nam cum tria Orator debeat facere, docere, movere, & delectare, quemadmodum movere proprium eſt Eloquentiæ Oratoriæ, ſeu Forenſis, ita docere, & delectare proprium eſt Eloquentiæ Epidicticæ. Denominata vero eſt a docendo, quia docere magis præcipuum eſt, quam delectare. *Cic. in Orat. c. 13. ad fin.*

Epidipnides, f. epulæ, quæ in extremo prandio, vel cœna afferuntur. *Martial. l. 11. ep. 32.* Hinc ſeras epidipnidas parabit. ¶ Eſt a δεῖπνον cœna.

Epidrŏmus, i, ἐπίδρομος, funis quo retia explicantur & contrahuntur. *Plin. l. 19. c. 1.* Vidimuſque jam tantæ laxitatis, ut anulum hominis, cum epidromis tranſirent, uno portante multitudinem, qua ſaltus cingerentur.

Epiglottis, ſeu epiglottis, idis, f. 3. lingula, quæ aſperæ arteriæ meatum obtruit, ne ex cibo, & potu aliquid in eam decidat. *Plin. l. 11. c. 37.*

Epigoni, ἐπίγονοι, ab ἐπίγονος, *fætus*. Ita dicti ſunt ii, quos ſuſceperunt milites Alexandri M. ex Aſiaticis fœminis. *Juſtin. l. 12. c. 4.*

Epigramma, atis, n. ἐπίγραμμα, proprie dicitur inſcriptio, elogium, ſeu titulus, qui donis inſcribebatur, quæ Diis ſacrabant. *Nepos in Pauſan. c. 1.* Cum ex præda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate ſcripto, cujus hæc erat ſententia: *ſuo ductu Barbaros eſſe deletos*. Hinc etiam illa, quæ ſervis fugitivis inurebantur, *fugitivorum epigrammata* dicuntur a *Petron. in Satyr.* ¶ Quoniam autem hujuſmodi tituli verſibus plerumque conſtabant, hinc epigramma ponitur pro brevi aliquo poemate. *Cic. pro Arch. c. 10.* Epigramma in eum fecit tantummodo alternis verſibus longiuſculis. ¶ In dativo, & ablat. plur. habet *epigrammatis*. *Cic. Attic. l. 1. ep. 16. ad fin.* Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus.

Epigrammatarius, ii, m. qui epigrammata ſcribit. *Vopiſc. in Florian. c. 3.* Quidam epigrammatarius in eum ita luſit.

Epigrammaticus, a, um, adject. ad epigramma pertinens. *Spartian. in Ælio Vero, c. 5.* Martialis epigrammaticus poeta.

Epigrammatium, ii, n. *breve epigramma*, ἐπιγραμμάτιον. *Varr. l. 6. L. L.* Idem oſtendit Papinii epigrammatium, quod in adoleſcentem fecerat Caſcam.

Epigrammiſta, æ, m. idem ac epigrammatarius. *Sidon. l. 4. ep. 1.* Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, epigrammiſta laſcivum conſiderent. Al. leg. *Epigrammatiſta*.

Epilepſia, æ, f. *epilepſia*, *mal caduco*, morbus comitialis, & ſonticus, quo totius corporis conſtitutio convellitur, & vexatur. *Lamprid. in Heliogab. c. 10.* Quod qui ederet, ab epilepſia tutus diceretur.

Epilumma, genus viliſſimi unguenti, quo pauci utebantur. *Feſt.*

Epilogus, m. 2. *concluſione*, Ger. *beſchluſſred*, Gal. *concluſion*, Hiſp. *concluſion*, ἐπίλογος, cumulus, concluſio, peroratio, poſtrema pars orationis. *Cic. 4. Tuſc.* Num etiam Rhetorum epilogum deſideramus? *Auct. ad Herenn. l. 2. c. 30.*

Epimelas, m. 1. gemma candida, nigricante ſuperne colore. *Plin. l. 37. c. 10.*

Epimenia, o. 3. ἐπιμήνια, dona, quæ Romanis Afri ſingulis mittebant menſibus, ab ἐπιμήνιος, *menſtruus*. *Juv. ſat. 7. v. 120.* Veteres, Maurorum epimenia, bulbi. V. *Epimenidium*.

Epimenides, m. 3. ἐπιμενίδης, Poeta Epicureus fuit, patria Cretenſis, ætate Pythagoræ, qui a patre Agiarcho in agrum ad cuſtodiendum pecus miſſus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. Hinc emanavit proverbium, *Epimenidis ſomnum dormire*, in eos dictum, qui perpetuum agunt otium. *Cic. 2. de Div. 2. de Leg. Apul. l. c. Flor.* Poſt ſomnum vates factus eſt.

Epimenidium, n. 2. ſpecies bulbi, folio anguſtiore, & minus aſpero. Quidam ſic leg. locum *Juven. ſat. 7. v. 120.* Veteres, Maurorum epimenidia, bulbi. Ut *epimenide* dixerit per ſyncop. pro *epimenidea*. V. *Epimenia*.

Epimŏne, ἐπιμονή, h. e. perſeverantia. Hoc nomine appellatur figura quædam, qua ejuſdem dictionis ſine intervallo geminatio fit, cum impetu pronunciationis, ſecundum Diomedem. ut *Virg. 9. Æn. v. 428.* Me, me, adſum qui feci, in me convertite ferrum. Et *Æn. 4. v. 660.* Sic moriamur, ait, ſic ſic juvat ire ſub umbras. ¶ Vox græca eſt.

Epinephridium, ἐπινεφρίδιον, pinguedo in renibus. *Ful. l. 2. Mythol.* Epinephridia fovendis fœtibus apponuntur.

Epinicia, orum, n. *gravache*, e *feſte per la vittoria*, celebritates pro parta victoria, ut ignes nocturni, ſolemnes ſupplicationes, carmina, &c. ab ἐπί, in, ſuper, & νικᾶν, vinco. *Suet. in Ner. c. 43.* Sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia.

Epinyctides, f. 3. puſtulæ minutæ, ſpecies exanthematis, a, νύξ, nox, vel quod noctu oriantur, vel quod nocte potiſſimum infeſtent. *Plin. l. 32. c. 8.* ¶ Accipitur etiam pro oculorum morbo. *Plin. l. 20. c. 6.* Illitis foliis ſanantur & ambuſta, & epinyctides: ita vocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epiphanea, ſeu Epiphania, urbs Ciliciæ ſub Amano monte, cujus meminit *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* ¶ Sunt & aliæ duæ hoc nomine, altera in Syria, cujus incolas *Epiphanenſes* vocat *Plin. l. 5. c. 29.* altera ad Euphratem. *Id. ib. c. 24.*

Epiphania, f. 1. *apparizione*, ἐπιφάνεια, Græce eſt apparitio, ſeu manifeſtatio, ab ἐπιφαίνομαι, *appareo*. Feſtum Chriſtianorum, quod incidit in diem ſextum Januarii, quod eo die Chriſtus ſtella indice Magis apparuerit. item quod in baptiſmo audita ſit vox Dei Patris de Chriſto: Hic eſt Filius meus dilectus. *Iſid. l. 6. Orig. c. 18.*

Epiphonēma, n. 3. ἐπιφώνημα, Figura ſententiarum, qua ſumma acclamatio fit ſuper aliqua re narrata, vel probata, ab ἐπιφωνέω, acclamo. *Quintil. l. 8. c. 5.* Eſt enim epiphonema rei narratæ, vel probatæ ſumma acclamatio. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Epi-

Digitized by Google

Epiphŏra, æ, f. *diſtillazione*, *fluſſione*, ἐπιφορά, humoris diſtillatio, & in aliquam corporis partem excurſus. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 23. Veruntamen Balbus ad me ſcripſit, tanta ſe epiphora oppreſſum, ut loqui non poſſit. *Plin. l.* 20. *c.* 1. Caro peponum epiphoris oculorum, & dolentibus imponitur. *Id. l.* 23. *c.* 13. Epiphoræ teſtium.

Epirhedium, ſeu epirrhedium, n. 2. vehiculi genus, non diſſimile bennæ, ex ἐπὶ, & rheda. *Juven. ſat.* 8. *v.* 66. Tritoque trahunt epirhedia collo. Vet. Scholiaſt. ad hunc locum Juvenalis notat, epirhedia ſignificare etiam ornamenta currus.

Epirenſis, ſe, adject. Epiroticus. *Liv. l.* 8. *c.* 17. Samnites bellum Alexandri Epirenſis in Lucanos traxit.

Epirōtæ, arum, m. 1. Epiri incolæ. *Liv. l.* 29. *c.* 12. & alibi paſſim. ¶ In ſingulari num. *Epirotes*, *æ*, m. & f. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 33.

Epiroticus, a, um, o. 1. 2. Ἠπειρωτικός, ex Epiro. *Cic. Att.* l. 12. Niſi te Epiroticæ litteræ impedient. ¶ Epirotica mala, *Plin. l.* 15. *c.* 14. quæ & orbicularia dicuntur a figura.

Epirus, f. 2. Albania inferior, prov. Europæ, inter mare Jonium ad Occ. Theſſaliam ad Or. Macedoniam ad Bor. Achajam ad Or. & Mer. Dicta eſt a Pyrrho Achillis F. Antea Reges habuerat proprios, poſtea Macedoniæ annexa fuit.

Epiſcenium, ii, n. ἐπισκήνιον, quod ſupra ſcenam extruitur, ſcil. columnarum, ſeu contignationis ordo. *Vitr. l.* 7. *c.* 3.

Epiſcopālis, le, adject. ad Epiſcopum pertinens, ut Epiſcopale ſolium, *Prudent. in Cypriano. v.* 33.

Epiſcopatus, us, m. 4. officium, vel dignitas Epiſcopi. *Ammian. l.* 27. *c.* 3. (al. 6.) Ad rapiendam Epiſcopatus ſedem ardentes. Alii legunt, Epiſcopalem ſedem.

Epiſcopius, a, um, adject. ut epiſcopius phaſelus. h. e. exploratorius, ab ἐπισκοπέω, exploro, apud *Cic. ad Att. l.* 14. *ep.* 16. Alii aliter leg. V. Epiſcopus.

Epiſcŏpus, m. 2. *Veſcovo*, מבקר. Ger. *Biſchoff*, Gal. *Eveque*, Hiſp. *Obiſpo*, ἐπίσκοπος, inſpector, ab ἔσκοπα, præt. med. verbi σκέπτομαι, *circumſpicio*. Apud Athenienſes Epiſcopi nomen erat Magiſtratus, ad quem delectus, provinciarumque negocia referebantur. Atque etiam adoleſcentes ab anno 18. uſque ad 20. dicebantur Epiſcopi regionis, quia hoc tempore luſtrabant regionem, ut ingruente neceſſitate, eſſent regionis, ac earum, locorumque gnari. *Cic. Att. l.* 7. *epiſt.* 1. Quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & negotii ſumma referatur. ¶ Hodie hoc nomine appellantur ſacri Antiſtites, qui populo alicujus urbis, & agri, qui ad eam urbem pertinet, in rebus ſacris præſunt. *Tertul. de corona militis, c.* 9. *& alibi*. ¶ Olim Epiſcopi etiam dicebantur, qui paniſicio, & rebus venalibus, quæ civitatum populis quotidiano uſui ſunt, præerant, ut conſtat ex *Dig. l.* 50. *tit.* 4. *leg.* 18.

Epiſcynium, ἐπισκύνιον, ſupercilium cum nota ſeveritatis. *Tertull. de Pall. c.* 4. Cenſoriæ intentionis Epiſcynio diſperſo. Lege *Turneb. Adverſ. l.* 7. *c.* 10.

Epiſtates, æ, m. 1. ἐπιστάτης, procurator, villicus, præpoſitus rei faciendæ, ab ἐφίστημι, ſto. *Cato de R. R. c.* 56. Villico, villicæ, epiſtatæ, opilioni. Ita legit *Popma*. Alii inter *villicæ*, & *epiſtatæ* non interpungunt, quaſi *epiſtata* fœmininum ſit, & cum *villicæ* connexum. Sed ſtandum a *Popma*.

Epiſtŏla, æ. f. 1. *lettera*, אגרת, Ger. *einſendbrieff*, Gal. *lettre*, Hiſp. *carta*, ἐπιστολή, ſcriptum, quod ad abſentes mittitur, ab ἐπιστέλλω, *mitto*. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 13. Illud, quod eſt epiſtolæ proprium, ut is, ad quem ſcribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat. ¶ Dicimus epiſtolam ſcribere, texere, tradere, reddere, reſignare, ſolvere, complicare, &c. *Cic. ſæpe*, & *Curt.* ¶ *Ab Epiſtolis* dicitur ille miniſter, vel ſervus, qui epiſtolis præeſt, ut videre eſt in multis Vet. Inſcript. & nummis, in quibus etiam ſæpe legas *Epiſtula* pro *Epiſtola*, quod etiam monet *Manut. in Orthograph.* Immo Clariſſ. *Panciroius in l.* 1. *de Antiquitatib. Horte*, *c.* 8. contendit, ita ſcriptum fuiſſe etiam optimis latinæ linguæ temporibus uſque ad ſæculum ſextum.

Epiſtolāris, re, adject. ad epiſtolam pertinens, ut epiſtolaris charta. *Martial. in lemmate epigr.* 11. *l.* 14.

Epiſtolĭcus, a, um, adject. epiſtolaris, ut epiſtolicæ quæſtiones, *Gell. l.* 14. *c.* 7.

Epiſtolium, n. 2. ἐπιστόλιον, parva epiſtola. *Catul. epigr.* 69. Conſcriptum hoc mittis epiſtolium.

Epiſtomium, n. 2. ἐπιστόμιον, inſtrumentum æneum, vel alterius materiæ, in quo eſt vertibulum pertuſum, quo, prout hoc, aut illo modo verſatur, clauduntur, & aperiuntur ora ſalientium, ac fiſtularum, ab ἐπιστομίζω, *os obſtruo*, quod ab ἐπὶ, & στόμα, *os*. *Sen. epiſt.* 86. Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint. Quidam ſcribunt *epiſtomium*.

Epiſtrŏphe, ἐπιστροφή, figura eſt, cum in eadem verba plures deſinunt ſententiæ. V. *Voſſ. l.* 5. *Inſtit. Orat.*

Epiſtylium, ii, n. *architrave*, membrum architecturæ, quod ſupra capitulum columnæ ſedet. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. & 2. & *l.* 3. *c.* 3.

Epiſynalœphe, f. 1. V. Synæreſis.

Epitaphiſta, æ, m. epitaphiorum ſcriptor. *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 9. Epitaphiſtarum næniæ.

Epitaphium, n. 2. *epitaffio*, Ger. *grabſchrifft*, Gal. *epitaphe*, Hiſp. *epitafio*, ἐπιτάφιον, inſcriptio, quæ ſepulcris inciditur in laudem defunctorum, ab ἐπὶ, *ſuper*, & τάφος, *ſepulcrum*. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 12. Quid vero in epitaphio? quomodo idem? &c.

Epităſis, is, ἐπίτασις, exaggerationem ſignificat apud Grammaticos. ¶ In Comœdiis dicitur illa pars turbulenta, & contentioſa ante Cataſtrophen. Sed vox Græca eſt, & græcis literis ſcribenda.

Epithalamium, n. 2. ἐπιθαλάμιον, carmen nuptiale, ab ἐπὶ, *ſuper*, & θάλαμος, *thalamus*. *Quintil. l.* 9. *c.* 3.

Epithēca, æ, f. ἐπιθήκη, additio, adjectio, *aggiunta*. *Plaut. Trin.* 4. 3. 18. Niſi etiam laborem ad damnum apponam, epithecam inſuper.

Epithĕma, atis, n. quod alicui rei ad operiendum imponitur, ut in medicamentis, quod exterius ſupra vulnus adjicitur. *Scribon. Larg. compoſ.* 160. Poſt epithemate uti oportet.

Epithematium, ἐπιθεμάτιον, medicamentum, quod exterius imponitur. *Priſcian. l.* 2. Epithematium adhibere. Adde *Marcell. Empir. c.* 20.

Epithĕſis, is, ἐπίθεσις, impoſitio, inſcriptio in fraudem alicujus facta. *Ulp. l.* 5. §. 10. *ff. de injur. & famoſ. libel.* Epitheſim in notam aliquorum producere. h. e. inſcriptionem contumelioſam.

Epithĕton, n. 2. *epiteto*, ἐπίθετον, appoſitum, adjectivum, ab ἐπιτίθημι, impono, quia nominibus ſubſtantivis adjungitur. V. *Quintil. l.* 8. *c. ult.* & *l.* 9. *c.* 1.

Epithymum, n. 2. involucrum, herba, quæ thymo ſe involvit. *Plin. l.* 26. *c.* 3. Sed *Iſidoro* eſt flos thymi, qui eſt ſimilis thymbræ.

Epitimia, æ, ἐπιτιμία, fama uniuſcujuſque integra, & nulla infamiæ nota læſa. *Modeſtin. in l. ſcire*, *ff. de tut. & curat.* ¶ Eſt a τιμὴ, honor.

Epitogium, n. 2. genus pallii, quod ſuper togam ferebatur, ab ἐπὶ, ſuper, & toga. *Quintil. l.* 2. *c.* 5.

Epitomātus, a, um, adject. *compendiato*, in compendium redactus. *Veget. de re milit. c.* 8. Quæ diſperſa ſunt, velut epitomata conſcribo.

Epitŏme, es, & Epitoma, mæ, f. 1. *abbreviamento*, ἐπιτομή, breviarium, abbreviatio, vel compendium, ab ἐπιτέμνω, ſeco. *Cic. Att. l.* 12. *epiſt.* 3. An Bruti epitomen Fannianorum?

Epitŏmo, as, avi, atum, a. 1. epitomen facio, *compendiare*. *Trebel. Pol. de Zenob.* Ut eam (hiſtoriam) epitomaſſe dicatur.

Epitonium, n. 2. inſtrumentum, quo funes intenduntur, ut rota puteo applumbata, per quam dimiſſo fune aqua hauritur, ab ἐπιτείνομαι, intendo. *Var. R. R. l.* 3. *c.* 5. ¶ Quidam *Epiſtomium* ſcribunt.

Epitoxis, idis, f. ἐπιτοξίς, a *Vitruv.* dicitur ea pars cava in catapulta, quæ telum ſuſcipit, *l.* 10. *c.* 15. ¶ A τόξον, quod arcum ſignificat, derivatur.

Epitritus, m. 2. genus pedis. V. Hippus. ¶ Item numerus, qui continet aliquem numerum, & ejus tertiam partem, ut duodecim ad novem. *Gell. l.* 18. *c.* 14. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Epitrochaſmus, ἐπιτροχασμός, eſt figura, qua res magnas diverſaſque celeritate quadam percurrimus, a τρέχω, curro. Tale eſt illud *Cæſaris* apud *Suet. c.* 35. Veni, vidi, vici. V. Grammat.

Epityrum, n. 2. ἐπίτυρον, cibi genus ex oleis conciſis, addito oleo, aceto, coriandro, cumino, fœniculo, ruta, menta. *Var. l.* 3. *de L. L. Cato R. R. c.* 21. *Colum. l.* 12. *c.* 47. *Plaut. Mil.* 1. 1. 24. ¶ Nomen habet a τυρός, caſeus, non quod caſeo eſſet permixtum, ſed quod in menſis ante ſtatim, vel poſt caſeum apponeretur. V. *Taub. in Plaut. loc. cit.*

Epiūrus, ἐπίουρος, m. apud Græcos inſpectorem, & cuſtodem ſignificat. ¶ Eſt etiam paxillus, qui alicujus rei ſervandæ, & ſuſtentandæ cauſa affigitur. *Pallad. l.* 11. *tit.* 7. Oleaſtri apiurum inſige radici.

Epizeuxis, f. 3. ἐπίζευξις, conduplicatio, combinatio. Eadem eſt ac *Epimone*, de qua ſupra. V. Grammat.

Epizygis, idis, f. ἐπιζυγίς, foramen arcus baliſtarii, ſeu fibula illa oſſea, & tranſverſa clavicula, quæ adductum nervum recipit, & retinet. *Vitr. l.* 10. *c.* 17.

Epōdes, um, m. piſces marini lati generis, quorum nude meminere *Ovid. in Halieut. v.* 126. & ex eo *Plin. ſub fin. l.* 32.

Epodos, i, ἐπῳδός, ab ἐπὶ, & ἀείδω, cano. *Diomed. l.* 3. *p.* 482. *Putſch.* Epodi dicuntur verſus quolibet modo ſcripti, & ſequentes clauſulas habentes particularum, quales ſunt Epodi Horatii, in quibus ſingulis verſibus ſingulæ clauſulæ adjiciuntur, ut (*Epod.* 15. *v.* 1.) *Nox erat*, *& cœlo fulgebat luna ſereno Inter minora ſidera*. Et (*Epod.* 16. *v.* 1.) *Altera jam bellis teritur civilibus ætas*. deinde *Suis & ipſa Roma viribus ruit*: & quicumque ſunt ſimiles. Dicti autem Epodi παρακαταλογικῶς a partibus verſuum, quæ legitimis & integris verſibus ἐπᾴδονται, id eſt accinuntur. Hæc *Diomed.* cui accedit *Terentian. de metr. pag.* 2425. Talis epodos erat: *Tibia docta, precor, tandem mihi dicere verſus Deſine Mænalios. Hunc doctum Archilochum tradunt genuiſſe magiſtri: tu mihi, Flacce, ſat es.* Aliter *Mar. Victor. l.* 1. *Grammat. p.* 2501. Antiqui deorum laudes carminibus comprehenſas, circum aras eorum euntes, canebant: cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra, στροφὴν, ſtrophen vocabant: reverſionem autem ſiniſtrorſum factam, completo primo orbe, antiſtrophon appellabant. Dein in conſpectu deorum ſoliti conſiſtere, cantici reliqua proſequebantur, appellantes id Epodon. Nam Epodos eſt tertia pars, aut periodus Lyricæ odes. Igitur quæ poſt στροφὴν ſtrophen, & ἀντιστροφὴν antiſtrophen, ἐπῳδὸν dicebant. Ἐπᾴδειν quidem eſt ſupercanere. hinc ſumptum vocabulum in has Epodos, quæ binos verſus impares habent. Nam ut illæ canticum finiebant, ſic hæ ſenſum verſu inferiori. Hactenus *Victorin.* Verum hoc, quod ad *Horat.* ſpectat, improbat *Scalig. l.* 1. *Poet. c.* 44. Ideo autem ait, *Epodon* inſcribi librum *Horatii*, quia poſt quatuor Odarum libros illum addidit, quaſi *poſt Odas*: ab ἐπὶ poſt, ᾠδὴ, ode. *Terentius* vero, rejecta Scaligeri ſententia, quod conſtet multas priorum librorum, & omnes fere libri quarti odas poſt Epodon ab *Horatio* fuiſſe editas, opinatur nomen habere ab incantationibus, quæ in eo libro (*od.* 5. 17. & 18.) deſcribuntur. Nam ἐπῳδὸς Græce incantator dicitur, & ἐπᾴδειν eſt etiam incantare. Alii putant, quod *Horat.* in prioribus libris Alcæum, & Sapphonem imitatus ſit, in iſto autem Archilochum, qui primus dicitur Epodos inveniſſe. Dubium tamen eſt, *Horatius* ne, an alii titulum illum ei libro appoſuerint. In eo quoque titulo lis eſt, utrum ſit *Epodon* ἐπῳδῶν genitivo, an *Epodos* ἐπῳδός. *Victorinus loc. cit.* ſemel atque iterum effert feminino genere: *Auſon. epiſt.* 16. maſculino, ubi *pauces epodos* appellat carmen Iambicum conſtans centum amplius Iambis dimetris, cujuſmodi ſunt breviores verſiculi in Epodis Horatianis. ¶ In recto caſu ſingulari *epodos* habetur apud *Quintil. l.* 10. *c.* 1. cujus loci dubia eſt lectio, & ſignificatio.

Epogdous numerus (ἐπόγδοος, h. e. ſuper octavus) eſt qui intra ſe habet minorem numerum, & inſuper ejus octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem & octo ſunt, & inſuper octava pars eorum, ſcilicet unum. *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip. c.* 1. *a med.*

Epol, adverb. jurandi, per Pollucem, per ſyncop. ab Edepol, Veteres enim ſine diphthongo ſcripſere, ut Ecaſtor, Equirine, &c. *Feſt. & Chariſ. l.* 2. ¶ Epol legitur apud *Plaut.* multis in locis, ut *Aſin.* 4. 2. 24. & alibi, quæ loca omnia collegit *Pareus in Lex. Crit.* item apud *Non. c.* 2. *n.* 354. & *Terent. Eun.* 5. 3. 7. Ubique tamen, collatis exemplaribus, certam lectionem invenimus.

Epŏna, Dea equorum præſes. *Juv. ſat.* 8. *v.* 157. Jurat Solam Eponam, & facies olida ad præſepia pictas. Meminere hujus Deæ *Apul. l.* 3. *Metam. Tertul. Apol. c.* 16. & *Minut. Felix c.* 28. ¶ Alii legunt: *Jurat Hipponam*, *& facies*, &c. ſed male.

Epopta, m. 1. ἐπόπτης, inſpector, & ſpeciatim qui admiſſus eſſet ad Eleuſinia majora. Nam admiſſi ad minora, quæ præcedere ſolebant, myſtæ dicebantur. *Tertul. adv. Valentin. c.* 1. ut legit *Scalig.* Alii aliter ab ὄπτομαι, *video*.

Eporedica, m. 1. domitores equorum, lingua Gallica. *Plin. l.* 3. *c.* 17.

Epos, n. 3. ἔπος, verbum, verſus, poema, & ſpeciatim carmen hexametrum, vel heroicum, quo res humanæ, heroicæ, & divinæ comprehenduntur. *Horat.* 1. *Serm. Sat.* 10. *v.* 44. Forte epos acer, ut nemo, Varius.

Epoſtraciſmus, m. 2. ἐποστρακισμός, ludus, qui fit teſtulis, lapillis, & hujuſmodi, ab ὄστρακον, teſta. *Min. Felix in Octav. cap.* 3. accurate deſcribit.

Epōto, as, avi, atum, a. 1. potando exhaurio. *Mart. l.* 2. *epigr.* 29. Quamque Tyron totam epotavere lacernæ.

Epōtus, a, um, o. 1. 2. partic. ab epoto, *bevuto*. *Cic. pro Cluent.* Quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis.

Epŭlæ, arum, f. 1. *vivande*, מטעמים, Ger. *ſpeiſſ*, Gall. *viandes*, Hiſp. *manjar*, δαῖτες, cibi in quotidianum hominum uſum comparati, ab *edendo*, quaſi *edipulæ*. *Cic.* 3. *Phil.* Vino, & epulis retentus, & alea eſt, ſi epulæ potius, quam Popinæ nominandæ ſunt. ¶ Dicitur etiam hæc vox de cibo quotidiano beſtiarum. *Virg.* 4. *Æn.* Epulaſque draconi quæ dabat. ¶ Epulum vero ſignificat ſolenniores cibos, & propria publicum convivium in propatulo civibus adhibitum, ſive in dedicatione templi, ſive in triumpho, ſive in funere, ſive ludorum cauſa. *Cicer. pro Mur.* Cum epulum Qu. Maximus Africani patrui ſui nomine daret. ¶ Sed confunduntur quandoque. Nam epulum pro privato convivio invenitur,

& epulæ pro convivio publico. *Cic. pro Planc.* Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum hominum audaciſſimorum conventu, epuloque celebratum eſt. *Idem de Clar. Orat.* Carmina in epulis cantata a ſingulis convivis de clarorum virorum laudibus. ¶ Veteres etiam epula in ſingulari numero dixere. *Feſtus*. ¶ Tranſlate *Cic.* 5. *de Div.* Mens ſaturata bonarum cogitationum epulis.

Epularis, re, o. 3. θοινητικός, quod ad epulas pertinet. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 8. Ut illud ludorum epulare ſacrificium facerent. ¶ Hinc Epulares, m. 3. ὁμοτράπεζοι, qui in ſacris quibuſdam ſimul epulabantur. *Feſtus*.

Epulatio, f. 3. *convito*, ἑστίασις, comeſſio. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 87. Epulatio Jovis omnipotentis. *Colum. l.* 12. c. 3. Quæ ad menſam quotidianam, atque epulationem pertinerent.

Epulo, onis, m. 3. & antique epulonus, i, m. 2. δαιτυμών, conviva, qui epulis intereſt. *Apul. l.* 2. *Mileſ.* Frequens ibi numerus epulonum. ¶ Epulones, qui Jovi, cæteriſque Diis epulas inſtruebant. In ipſis enim templis interdum Diis, præcipue Jovi, Junoni, Minervæ, tanquam epulaturis, lecti ſternebantur, unde *lectiſternium* dictum eſt, & ad epulas ſolemni ritu invitabantur. Primum ipſi Pontifices procurare ſolebant epulare ludorum ſacrificium: poſt ab iis creati Treſviri Epulones, qui illas publicorum ludorum epulas curarent. Progreſſu temporis Quinqueviri facti ſunt, poſtea Septemviri, tandem a Julio Cæſare Decemviri. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 19. *Liv. l.* 33. c. 42. & *Feſt.* ¶ In ſingulari num. legitur apud *Liv.* 40. 42.

Epulor, aris, d. 1. *far convito*, Ger. *zechen*, Gall. *banqueter*, Hiſp. *comer, en combite*, εὐωχέομαι, eſt convivari. *Cicer.* 2. *de Fin.* Cum in voluptate ſint, qui epulentur. *Id. l.* 5. *ad Att. ep.* 9. Salutem in modum epulari. *Sen. Thyeſt. v.* 750. Avibus, feriſque epulandum aliquem trahere. ¶ Veteres dixere etiam *Epulo*, *as*, teſte *Priſcian. l.* 8.

Epulum, V. Epulæ.

E ANTE Q.

Equa, f. 1. *cavalla*, סוסה, Ger. *ſtude*, Gal. *jument*, Hiſp. *yegua*, ἵππος. *Hor. l.* 1. *od.* 12. Tibi tollit hinnitum apta quadrigis equa. ¶ In dat. plur. facit *equis*. *Var. l.* 2. *R. R.* c. 1. de equabus Luſitanis e vento concipientibus inquit. Sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. *Priſcian.* tamen *l.* 7. cum aliis Grammaticis veteribus declinat *equabus*, cui (præſertim ſi diſcriminis opus ſit) aſſentitur *Voſſ. l.* 4. *de Analog.* & *Valla l.* 1. *elegant.* c. 1.

Equaria, f. 1. *razza di cavalli*, Germ. *ein hauffen roſſ*, Gall. *haras*, Hiſp. *hato de cavallos*, equile, vel potius equorum grex. *Var. in proœm.* 2. *de R. R.* Quod & ipſi pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias, & Reatino equarias.

Equarius, ii, m. qui equorum curam habet. *Solin. c.* 45. (al. 57.) *de bucephala*. Cum ab equario ſuo alias etiam molliter ſederetur.

Equarius, a. 1. 2. quod ad equum pertinet. *Val. Max. l.* 9. c. 15. n. 1. Herophilus equarius medicus C. Marium ſepties Conſulem avum ſibi vendicando ſe extulit.

Eques, itis, com. 3. *cavaliere*, o *ſoldato a cavallo*, פרש, Ger. *reuter*, Gal. *chevalier*, Hiſp. *cavallero*, ἱππεύς, homo equo inſidens. *Virg.* 8. *Æn.* Interea præmiſſi equites ex urbe Latina. ¶ Sumitur quandoque pro ipſo equo. *Virg.* 3. *Georg. v.* 116. Impoſiti dorſo atque equitem docuere ſub armis inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. V. *Gel. l.* 18. *cap.* 5. ¶ Per ſynecdochen eques ponitur eleganter pro equitatu ſeu equeſtri exercitu, *cavalleria*. *Tac. Ann.* 1. c. 60. Simul pedes, eques, claſſis apud prædictum amnem convenere. Adde *Flor. l.* 2. *cap.* 6. ¶ Eques etiam dicitur, qui eſt Equeſtris ordinis. *Cic. pro Ruſc. Com.* Quem tu ſi ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt. V. Equites. *P. Manutius*. Tria genera loquendi Latini Scriptores uſurpant. *Equeſtris Ordinis*, & *Equeſtri loco natus*: quæ utrum idem ſignificent, an vero differant, & quatenus differant, conſiderandum. *Eques*, & *Equeſtris ordinis* idem ſunt. Nam Eques quicumque dicitur, idem Equeſtris ordinis dicitur, & contra. Quod ſi Eques patre natus eſt Equite, qui nunquam Senator fuerit, is Equeſtri loco natus dicitur; ſin patre natus eſt Senatore, Eques quidem, ſed non Equeſtri loco natus dicitur. Qui vero, cum Eques fuiſſet, in Senatum eſt allectus, Eques non amplius dicitur, ſed aſſumpto nobilioris Ordinis nomine, Senator: ornamenta tamen retinet Equeſtria, annulum aureum, & equum publicum. Itaque M. C. cum Equite Romano natus eſſet, poſteaquam in Senatum pervenit, non Eques appellabatur, ſed Senator. Atque ipſe ſuis in ſcriptis, cum de Ordine Senatorio loquitur, noſtrum appellat: cum de Equeſtri, non item. Hactenus *Manutius*. ¶ Spectare in equite, eſt, inter equites in Theatro ſedere ad ſpectandum. *Suet. in Domit. cap.* 8. Licentiam theatralem promiſcue in equite ſpectandi compeſcuit.

Equeſter, ſtris, vel equeſtris, & ſtre, o. 3. *da cavallo*, ἱππικός, quod pertinet ad equitem, ut equeſtris pugna. *Cic. Ver.* 2. c. 55. Copiæ equeſtres. *Id.* 2. *Fin. c.* 34. ¶ Ordo equeſtris Romæ medius erat inter Senatores, & plebem. V. Equites. *Cic. pro Planc. c.* 35. Aderat mecum cunctus equeſter ordo.

Equeſtria, orum, n. 2. ἱππικά, quatuordecim ordines graduum in Orcheſtra, in quibus ſedebant Equites. *Sen. l.* 7. *de Benef. c.* 12. Equeſtria omnia Equitum Romanorum ſunt.

Equidem, *in vero*, *certamente*, אכן, Ger. *zwar*, Gall. *certes*, Hiſp. *ciertamente*, γὲ, & ἔγωγε μὲν, certe, utique, & *quidem*, vel *ego*, & *quidem*; & recte jungitur cum primis perſonis, ut ait *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 1. *v.* 580. Equidem per litora certos Dimittam. *Cic. de Sen. c.* 21. Equidem non video, cur, &c. ¶ Jungitur tamen & aliis perſonis. *Cic.* 1. *de Div. c.* 70. Huic equidem Antipho, Tu vero, inquit, &c. *Paul. Manut.* ſuſpicatur hoc loco tuendum eſſe, quod cum tertia perſona jungi non ſoleat. *Perſ. Sat.* 5. *v.* 45. Non equidem hoc dubites. *Cic. Att. l.* 5. Equidem me valde pœnitet. *Perſ.* rurſus *Sat.* 1. *v.* 110. Per me equidem ſint omnia protinus alba. ¶ Conjungitur ſæpe cum *ego*. *Salluſt. in Jug.* Ego equidem regnum vobis trado firmum.

Equiferus, ri, m. 2. equus ferus. *Plin. l.* 28. c. 23. In primis efficax equiferorum ſanguis.

Equila, V. Equula.

Equile, n. 3. *ſtalla di cavalli*, Ger. *roſſ ſtall*, Gall. *ecurie*, Hiſp. *cavalleriza*, ἱπποστάσιον, ſtabulum equorum. *Var. l.* 2. c. 7. *R. R.* Si frigus erit in equili, faciendus ignis. Adde *Cat. R. R. c.* 14.

Equimentum, n. 2. merces, quæ datur pro admiſſura equi. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 9. An quantum popoſciſſes, dediſſem equimenti? ¶ Scribitur & *Æquimentum*.

Equimulga, æ, vel Equimulgus, i, m. 1. vel 2. qui equum mulget. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. Equimulgæ Geloni. Alii leg. *Equimulgi*.

Equinus, a. 1. 2. ἵππειος, quod ad equum ſpectat. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 20. Gladius ſeta equina appenſus. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Pecus equinum.

Equio, is, n. 4. ἱππομανέω, de equis dicitur, cum coitum appetunt. *Col. l.* 7. Equienti mulæ cruda braſſica datur. *Plin. l.* 10. c. 63. Equas domitas 60. diebus equire.

Equiria, um, n. 3. ludi a Romulo inſtituti in honorem Martis, ab equorum curſu, quod in iis equi currebant. Duplicia fuere. Prima celebrabantur 3. Cal. Martii, altera pridie Idus. Fiebant in Campo Martio, vel in parte Montis Cœlii, ſi Campum Martium aquæ occupaſſent. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 859. Ex vero poſitum permanet Equiria nomen.

Equirine, adverb. jurandi per Quirinum. *Feſt.*

Equiſetum, i, herba quædam folio pilis ſimili, vel potius equinis ſetis, unde & nomen traxit, hippuris a Græcis dicta, hoc eſt cauda equina. *Plin. l.* 26. *c.* 13.

Equiſo, onis, m. 3. *cozzone da cavalli*, Germ. *roſſbereiter*, Gall. *piqueur de chevaux*, Hiſp. *picador*, ἱπποκόμος, equorum domitor. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 288. Ut equiſo docent ſolutim incedere. *Val. Max. l.* 7. *c.* 3. *extern. n.* 2. Darius acumine equiſonis ſui proſperum exoptatæ rei effectum conſecutus eſt.

Equitabilis, le, o. 3. ἱππάσιμος, in quo equi facile inambulare poſſunt. *Curt. l.* 4. *c.* 9. Equitabiles, & vaſta planities.

Equitatio, f. 3. *il cavalcare*, ἱππεία, actus equitandi. *Plin. lib.* 28. *cap.* 4. Equitatio ſtomacho, & coxis utiliſſima.

Equitatus, us, m. 4. *cavalleria*, רכב, Germ. *rei ſiger zeug*, Gal. *chevalerie*, Hiſp. *cavalleria*, τὸ ἱππικόν, equitum turma. *Tac. l.* 19. Nutantem exercitum victor equitatus incurſat. *Cic. Phil. l.* 5. *c.* 2. Inſtruere aliquem equitatu, peditatuque copiis. ¶ Item equitatio. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Femina equitatu atteri, & aduri, notum eſt. ¶ Item equeſtris Ordo. *Plin. l.* 33. *cap.* 2. Equitum nomen ipſum ſæpe variatum eſt, in iis quoque, qui ad equitatum trahebantur. Sic *Auſon.* Martia Roma triplex, equitatu, plebe, Senatu.

Equites, maſc. 3. ſecundus Ordo Civium Romanorum, medius inter Plebejum, & Senatorium, ſic dicti, quod equo militarent, ſive publico mererent. Sed poſtea Equites dicebantur, qui cenſum equeſtrem habebant, etſi non militarent. ¶ Habuerunt originem a Romulo. Nam elegit 300. Equites ex familiis illuſtriſſimis, qui corpus Regis cuſtodirent, & ad Reipub. neceſſitates prompti eſſent. Primum Celeres, deinde Flexumenes, tertio Troſſuli, quarto Equites, vel Equites militares appellati ſunt. Celeres dicti fuere a Fabio Celere primo Tribuno, vel Præfecto, vel, ut meminiſſent, ſe celeres eſſe debere in omnibus, quæ ſibi imperarentur. Vide cætera ſuis locis. Supremus eorum dux vocabatur Tribunus, vel Præfectus Celerum. Deinde ſingulas Centurias tres duces inferiores regebant, qui Centuriones nuncupabantur. ¶ Inſignia equitum Rom. fuere *equus publicus*, quo ab equitibus diſtinguebantur, qui equo privato merebant, *annulus aureus*, quo a Plebe, *anguſtus clavus*, quo a Senatoribus. ¶ Equum publicum a Cenſoribus accipiebant. Aſſignare equum publicum, erat de publico conſtituere ſtipendium tum emendi, tum alendi equi cenſa. ¶ Notabantur a Cenſoribus ademptione equi publici, quo adempto, reliqua omnia inſignia, & jura amittebant. ¶ Cenſus Equitis erat minor duplo cenſu Senatorio, id eſt, quadringentorum ſeſtertiorum. V. Cenſus.

Equitiarius, ii, m. qui Equitio præeſt, ἱπποφορβός. *Jul. Firmic. lib.* 8. *Aſtrol. c.* 13. Aut mulomedicus, aut equitiarius.

Equitium, o. 2. *mandra di cavalli*, Germ. *ſchaar roſſ*, Gall. *troupeau de chevaux*, Hiſp. *manada de cavallos*, ἱπποφόρβιον, equorum armentum. *Tac. de Germ.* Mos eſt civitatibus ultro equitium conferre Principibus. *Ulp. l.* 1. *ff. de rei vindic.* Idem de armento, & equitio, cæteriſque, quæ gregatim habentur, dicendum eſt.

Equito, as, n. 1. *cavalcare*, רכב, Germ. *reiten*, Gall. *chevaucher*, Hiſpan. *cavalgar*, ἱππεύω, equo iter facio. *Cic. pro Dom.* Cum is in illo noſtro exercitu equitaret cum ſuis delectis equitibus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 248. Equitare in arundine longa. ¶ Paſſive *Plin. l.* 8. *c.* 18. *de camelis*: Omnes autem jumentorum in iis terris dorſo funguntur, atque etiam equitantur in prœliis. ¶ Equitare etiam dicitur ipſis equis incedens. *Lucil.* apud *Gel. l.* 18. *c.* 5. V. ¶ Equitare etiam dicebant Veteres, pro equo publico mereri. *Feſt.*

Equula, æ, f. 1. *cavallina*, parva equa. *Var.* apud *Non. c.* 2. *num.* 300. Quin ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſaliat equulam. Al. leg. *Equilam*.

Equuleus, m. 2. *polledro*, *ronzino*, עיר, Germ. *jung füllin*, Gall. *poulain*, Hiſp. *potro*, ἱππάριον, pullus equinus. *Cic. Ver.* 6. Jactabit ſe, & in his equitabit equuleis. ¶ Equuleus item, vel Eculeus tormenti genus eſt, nempe machina lignea in equi modum compacta, *un cavalletto*, in qua diſtendebantur, & torquebantur ii, de quibus alicujus criminis quæſtio habebatur. V. *Gallon. de cruciat. Mart. c.* 3. *Curt. l.* 6. *c.* 10. Tot cruciatus in equuleum quidem impoſiti verum fatebuntur. *Cic. pro Mil. c.* 21. Facti in equuleo quæſtio eſt, juris in judicio. *Sen. ep.* 8. Paulus equuleo longior.

Equulus, m. 2. *cavallino*, dimin. ab equus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 14. Omnia in perfectis, & maturis docet eſſe meliora, ut in equo, quam equulo, in cane, quam catulo.

Equus, m. 2. *cavallo*, סוס. Ger. *roſs*, Gal. *cheval*, Hiſp. *cavallo*, ἵππος, animal, quo vehimur. *Cic. de Amic.* Nemo eſt, qui non equo, quo conſuevit, libentius utatur, quam intractato, & novo. ¶ Equorum alii *gradarii*, qui molli gradu ſine ſucceſſura incedunt, alii *ſuccuſſatores*, qui ſeſſorem frequenter inquietant, alii dicuntur *veredi*, in curſu velociſſimi, quibus majores uſi ſunt in venatione. ¶ Equus funalis. V. Funalis. ¶ *Equus Trojanus*, proverbiali ſchemate, de occultis latebris conſpirationibuſque ad perniciem alicujus tendentibus. *Cic. pro Mur.* Intus, intus, inquam, eſt equus Trojanus, a quo nunquam me Conſule dormientes opprimemini. ¶ *Equis, & quadrigis*, eſt omni conatu. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Curſu corrigam tarditatem cum equis, tum vero quadrigis poeticis. Sic *velis*, *equiſque*. *Cic.* 3. *Off. c.* 33. Cum his velis, equiſque (ut dicitur) decertandum eſt. ¶ Item *equis*, *viriſque*. *Cic. l.* 3. *Off. c. ult.* *Flor. l.* 2. *c.* 7. ¶ Equi in cœlo duo ſunt, minor, & major. Minor, qui & primus dicitur, quatuor ſidera tantum habet in capite, ita exigua, exiguique fulgoris, ut nebuloſa, atque occulta ab Aſtronomis nuncupentur. Major, quem & ſecundum, & alatum, & Pegaſum vocant, viginti ſtellis conſtat. V. Pegaſus.

E ANTE R.

Eradicitus, adverb. *dalla radici*, vim majorem videtur habere, quam *radicitus*. *Plaut. Moſt.* 5. 1. 6. Malefacta repetere non radicitus quidem, verum etiam eradicitus.

Eradico, as, avi, atum, a. 1. *ſradicare*, *eſtirpare*, עקר, Germ. *auſſwurtzen*, Gall. *arracher*, Hiſp. *deſarraigar*, ἐκριζόω, una cum radice evello. ¶ Tranſlate *Ter. Heaut.* 3. 3. 28. Dii te eradicent, h. e. perdant funditus. *Plaut. Epid.* 3. 3. 33. Eradicare aures hominum pugnis.

Erado, is, ſi, ſum, a. 3. *radere*, *levar via*, גרד, Germ. *abſchaben*, Gal. *racler*, Hiſp. *raer*, *borrar*, ἀποξύω, aufero, amputo, ſeco, rado. *Col. l.* 5. Surculos eradito tam alte, quam cuneum immiſiſti. ¶ Tranſlate eſt delere, expungere. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 42. Merulam Senatorio albo eraſit. *Horat. l.* 3. *od.* 24. Eradenda elementa pravi cupidinis.

Eraſinus, i, *Raſino*, fluvius Arcadiæ, qui a Stymphalide palude ortus (unde &

Digitized by Google

de & Stymphalus dicitur) poſteaquam terras ſubiit, rurſus in Argolico agro erumpit, atque Eraſinus appellatur. *Ovid.* 15. *Metam.* Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapſus Redditur Argolicis ingens Eraſinus in arvis.

Eraſus, a. 1. a. partic. ab erador. *Plin. in Paneg. c.* 25. In locum eraſorum ſubditi fuerant.

Eranos, i, ἔρανος, collecta, ſive collatio publica. *Plin. l.* 10. *ep.* 93. *&* 94.

Eraſiſtrătus, m. 2. Medicus eximius, qui ex familia Ariſtotelis natus dicitur.

Erăto, f. 4. contr. ἐρατώ, una Muſarum, ab ἐράω, amo, quod rebus amatoriis præſit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 37. Nunc age qui reges, Erato, quæ tempora rerum. V. Muſæ.

Eratoſthĕnes, m. 3. vir Cyrenæus, diſcipulus Ariſtonis Chii, & Callimachi poetæ. Plato minor a quibuſdam ob doctrinam vocitatus eſt. Præfuit bibliothecæ Regiæ. Scripſit præter Philoſophiam, poemata, hiſtorias, aſtronomica, dialogos de feſtis. *Quintil. l.* 1. *c.* 1.

Erciſco, V. Herciſco.

Erctum, V. Herctum.

Erebēus, a, um, adject. ab Erebo. *Ovid. in Ibin. v.* 227. Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.

Erĕbus, m. 2. ἔρεβος, ſedes Inferorum, filius Demogorgonis, & Terræ, ab ἔρα, *terra*, quaſi ſubterraneus, vel ab ἐρέφω, *tego*. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* Æther, & dies, eorumque fratres, & ſorores, qui a genealogis antiquis ſic nominantur, amor, dolus, metus, labor, invidentia, fatum, ſenectus, mors, tenebræ, miſeria, querela, gratia, fraus, pertinacia, Parcæ, Heſperides, ſomnia, quos omnes Erebo, & Nocte natos ferunt.

Erechtēus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Erechteo Rege, ut Erechteum litus. *Val. Max. l.* 6. *c.* 1. *n. extern.* 1. Erechteæ arces. h. e. Athenæ: ut legit *Heinſ.* apud *Ovid.* 8. *Met. v.* 547.

Erecte, adverb. cujus comparat. legitur apud *Ammian. l.* 15. *c.* 10. Erectius jam loquebatur. h. e. liberius.

Erectĭo, onis, actus erigendi, *erezione*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 5. Sine tignorum erectionibus.

Erectus, a, um, adject. *eretto*, *ſollevato*, ἀνορθωθείς. *Cicer. pro Dejot. cap.* 13. Animus magnus, alacer, erectus. *Id. ad Brut. epiſt.* 10. Erectior Senatus erat.

Eremĭgo, as, neut. 1. enavigo, emetior. *Plin. lib.* 2. *cap.* 67. Quam totus hinc, aut illinc Septentrio eremigatus. *Sil. l.* 14. *v.* 192. Pedibus tacitas remigat undas.

Eremitæ, m. 1. ἐρημῖται, qui locum ſolitarium incolunt. *Sulpit. Sever.* V. Anachoreta.

Eremĭtis, idis, f. 3. quæ eſt ab eremo. *Sidon. l.* 9. *ep.* 3. Palæſtra congregationis eremitidis.

Eremodicium, ii, n. ἐρημοδίκιον, vadimonium deſertum, vel deſertio cauſæ negligentia partium facta, & pœna, quæ pro tali deſertione infligitur. *Leg.* 11. *Cod. Juſtin. de judic. lib.* 3. Etiam abſente reo eremodicium contrahatur.

Erĕpo, is, pſi, ptum, a. 3. ἐξερπύζω, ex loco abdito in lucem repo. *Plaut. Aul.* Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo. ¶ Interdum eſt loca ardua, & prærupta aſcendere, ubi non modo pedibus, ſed etiam manibus ad aſcendendum opus ſit, tanquam opus ſit repere magis, quam ambulare. *Suet. in Tib.* Quod is a tergo inſulæ per aſpera, & devia erepſiſſet ad ſe. Adde *Hor. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 79.

Ereptio, onis, f. *il togliere per forza*. *Cic. Ver.* 4. *c.* 5. Putabat ereptionem eſſe, non emptionem.

Erepto, as, avi, atum, n. 1. frequent. ab erepo. *Sen. ep.* 101. *ſub init.* Pecunia circa paupertatem plurimum moræ habet, dum ex illa ereptat.

Ereptor, oris, m. qui eripit, *rattore*, *ladro*. *Cic. pro Quinct. c.* 8. Iſte homo acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor. *Tacit.* 13. *Ann. cap.* 55. Terrarum ereptores.

Ereptus, a, um, adject. *tolto via*, *rapito*, ut ereptus oculis. *Ovid. ep.* 10. *v.* 43. Ereptus periculis, *ſottratto*. *Virg. Æn.* 3. *v.* 711. Ereptus Conſul, h. e. mortuus. *Auctor ad Liviam, v.* 200.

Eres, is, m. erinaceus, ſeu ericius. *Nemeſ. in Cyneget. v.* 57. Implicitumque ſinu ſpinoſi corporis erem Ferre domum. ¶ *Salmaſ. in Solin.* hanc vocem agnoſcit etiam in *Plaut. Capt.* 1. 2. 81. ubi alii *ericium* legunt. Verba Plauti ſunt: I modo, venare leporem, nunc erem tenes. ¶ Scribitur & *Heres*.

Eretīnus, a, um, ad Eretum oppidum pertinens, ut Eretinus ager. *Tibull. lib.* 4. *eleg.* 8.

Eretrĭa, f. 1. ceruſſæ genus, ab Eretria urbe Eubœæ inſ. *Plin. lib.* 35. *c.* 6. Hinc Eretricus, vel Eretrius, a, um. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 39.

Eretriacus, a, um, adject. *Eretriaci* Philoſophi denominati ſunt a Menedemo, qui Eretriam Eubœæ urbem patriam habuit, quique docuit, omne hominis bonum in mente poſitum eſſe, ut ſcribit *Cic.* 5. *Acad. c.* 42. ¶ Iidem & *Eretrici* dicuntur ab eod. 3. *de Orat. c.* 17.

Eretrĭas, ātis, qui eſt ex Eretria urbe, ut Menedemus Eretrias. *Cic.* 4. *Acad. c.* 42.

Eretum, n. 2. *Monte Ritondo*, opp. Sabinorum, in Italia, in via Salaria, ubi ea Nomentanæ conjungitur, in colle.

Erga, *verſo*, נֶגֶד, Ger. *gegen*, Gall. *envers*, Hiſp. *cerca*, πρός, in, adverſum, præp. quæ benevolentiam notat. *Cic. Att.* Tua voluntas erga me, meaque erga te par, atque mutua eſt. *Id. de Amic. cap.* 16. Affecti erga amicum ſimus eodem modo, quo erga noſmetipſos. ¶ Accipitur etiam pro adverſus, contra. *Nepos in Datam. c.* 10. Ut non beneficiis mutuis, ſed odio communi, quod erga regem ſuſceperant, contineri viderentur. ¶ Significat etiam e regione, *a dirimpetto*. *Plaut. Truc.* 2. 4. 58. Tonſtricem Suram noviſti noſtram, quæ modo erga ædes habet? V. Taubman.

Ergaſterĭum, n. 2. ἐργαστήριον, officina, ubi aliquid operamur. *Decr. d.* 44. Nulli Clerico liceat ergaſterium habere.

Ergaſtulāris, re, adject. ad ergaſtulum pertinens. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. In tenebris ergaſtularibus conſtitutus.

Ergaſtularĭus, m. 2. ergaſtuli præfectus. *Col. l.* 1. *c.* 8. *de R. R.*

Ergaſtularius, a, um, adject. ergaſtularis. *Ammian. l.* 14. *c. ult.* Ergaſtularios ſervos ductavit in Sicilia fugitivos.

Ergaſtŭlum, ἐργαστήριον, carcer ruſticus, locus ſc. in agris, ubi ſervi ad faciendum opus vincti detinebantur, ab ἐργάζομαι, operor, ut ergaſtuli mancipia, apud *Col. l.* 1. *c.* 8. & *l.* 11. *c.* 1. ¶ *Apul. Apolog.* Quindecim liberi homines, populus eſt, totidem ſervi, familia, totidem vincti, ergaſtulum. *Brutus Cic. Fam. l.* 11. *epiſt.* 13. Quacumque ivit, ergaſtula ſolvit. *Juven. ſat.* 14. *v.* 24. Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula, carcer Ruſticus. Quibus Bruti, & Juvenalis locis ergaſtulum accipi poteſt pro ſervo in ergaſtulo vincto.

Ergaſtŭlus, li, m. 2. ſervus, qui ergaſtulo incluſus, vel ex vinculis, aut compedibus opus facit. *Lucil.* apud *Non. c.* 5. *n.* 102. Ut nemo ſententiam libere, quaſi ergaſtulus, poſſit dicere. *Nonius* interpretatus ergaſtuli cuſtodem, ſed improbat *Lipſius*.

Ergăta, æ, ἐργάτης, machina tractoria, axe recto, quam ambientibus, & obnitentibus vectiariis verſatur: exonerandis præcipue navibus, aliiſque magnis ponderibus inſervit, Ital. *argano*. *Vitruv. lib.* 10. *cap.* 4. Alter funis refertur ad ergatam.

Ergo, *dunque*, *adunque*, לָכֵן, Ger. *darumb*, Gal. *donc*, Hiſp. *pues*, *luego*, ἄρα, igitur, conjunctio illativa. *Cic. lib.* 2. *Acad.* Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus? ¶ Aliquando eſt indignantis. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 17. Ergo hæc veteranus miles facere poterit, vir ſapiens non poterit? ¶ Aliquando hortativa, εἶα ἄγε. *Virg.* 2. *Æn.* Ergo age, care pater. ¶ Ergo ult. p. adv. eſt vim nominis habens, & ponitur pro *gratia*, vel *cauſa* cum gen. ab ἔργον, *opus*. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 7. Eum donari virtutis ergo, benevolentiæque, quam erga Pop. Athenienſem haberet. ¶ Interdum ponitur pro *at*, *verum*. *Albinovan. de obitu Mecœn. v.* 113. Redditur arboribus florens revirentibus ætas, Ergo non homini, quod fuit ante, redit. *Id. ib.* Nec mihi, Mecænas, tecum fuit uſus amici. Lollius hoc ergo conciliavit opus. ¶ Item pro *deinde*. *Propert. l.* 3. *el.* 2. *v.* 30. Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis, Pendebantque cavis tympana pumicibus. Ergo Muſarum, & Sileni patris imago &c. ¶ Item pro *merito*. *Virgil. Ecl.* 5. *v.* 58. Ergo alacres ſilvas & cætera rura voluptas Panaque, Paſtoreſque tenet. Ita exponit *Serv.* ¶ Interdum redundat. *Plaut. Trin.* 3. 3. 27. Quo pacto ergo igitur? *Apul. cir. princ. l.* 1. *Mileſ.* Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus.

Ergolăbus, i, m. operarius, qui opus aliquod faciendum conducit, redemptor, apud JCtos, *leg. un. Cod. de Monopol.*

Eriberĭa, f. 1. Heriberia, *Rubera*, opp. Galliæ Togatæ, apud Gabellum fl. cum arce munitiſſima, medium inter Regium, & Mutinam ſupra 7. M. P.

Erīca, vel erice, f. 1. p. com. ἐρίκη, vel ἐρείκη, frutex ſimilis myricæ, colore, & folio roriſmarini, qui autumno floret, ab ἐρείκω, ſive ἐρέκω, *frango*, *ſcindo*, quia hanc eam habet ergo veſicæ calculus. *Plin. l.* 24. *c.* 9.

Ericæum mel, ἐρεικαῖον, quod ab apibus fit ericæ floribus. *Plin. l.* 11. *c.* 16.

Erichtheus, m. 2. V. Erichthonius.

Erichtho, f. 4. contr. maga Theſſalica. *Ovid. in Epiſt. Sapphus, v.* 139.

Erichthonĭus, maſc. 2. ἐριχθόνιος, vel Erichtheus, ἐρεχθεύς, Athenienſium Rex, e ſemine Vulcani in terram projecto editus, ab ἔρις, *lis*, & χθών, *terra*. Nam cum Vulcanus Diis arma feciſſet, eique Jupiter optionem dediſſet præmii, quod vellet, poſtulandi, juraſſetque per infernam paludem, ſe nihil negaturum, tum ille Minervæ nuptias poſtulavit. Hic Jupiter abnuere non potuit, Minervam tamen monuit repugnare pudicitiamque defendere. In illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe ajunt ſemen, atque inde editum eſſe puerum draconum pedibus nomine Erichthonium. Minerva puerum e rure ſuſcepit, educavit, & Athenienſibus Regem dedit. Hinc Athenæ Erichtheæ, Athenienſes Erichthonii dicti ſunt. Cum adoleviſſet, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus uſum adinvenit. Filios reliquit Procrin, Orithyiam, Pandionem. *Serv. in* 3. *Georg.* Poſt mortem in Cælum translatus eſt, factumque Sidus ex tredecim ſtellis conſtans: quod alio nomine *auriga* dicitur.

Ericĭus, vel Eritius, ii, m. idem ac Erinaceus, ἐχῖνος. ¶ Item machina militaris, ſc. trabs prominentibus ferreis aculeis munita, (ita dicta a ſimilitudine ericii) quæ tranſverſim portæ prætenſa aditum præcludebat. *Cæſ. lib.* 3. *B. C. cap.* 67. Erat objectus portis ericius. Adde *Siſen.* apud *Non.*

Eridănus, i, m. Padus, fl. *il Pò*. *Virg. l.* 4. *Georg. v.* 371. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior influit amnis. ¶ Eſt etiam ſignum cœleſte, quod, ut ait *Claudian. Paneg.* 4. Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona. V. *Cic. in Arat.* & *Hygin.*

Erigĕron, ſenecio, herbæ genus. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Erigĭdus, a, um, rigidus, vel valde rigidus. *Petron. Satyr.* Erigidus ſtrictis qui regnat in oſſibus horror.

Erĭgo, is, erexi, erectum, a. 3. *drizzare*, *alzare*, זָקַף, Ger. *auffrichten*, Gal. *dreſſer*, *elever*, Hiſpan. *alçar*, ἐγείρω, tollo, extollo, ab e, & rego. *Cicer. pro Roſc. Am.* Quem ſimul atque erexi, ſtatim homo ſe erexit. ¶ Tranſlata ponitur pro conſolari, ſublevare. *Cic. pro L. Man.* Diffidentem rebus ſuis confirmavit, & afflictum erexit. *Tacit.* 1. *hiſt.* Erigi in ſpem. *Cic. pro Dom.* Erigere ſe ad ſpem. *Id. pro Cluent. cap.* 21. Erigere animum. ¶ Erigere aures, eſt diligenter attendere. *Cic. Verr.* 3. ¶ Erigere etiam de rebellantibus dicitur. *Flor. l.* 2. *c.* 18. Dum aliæ aliæque Gentes Syriaci belli ſequuntur ruinam, Macedonia ſe rurſus erexit. Et *cap.* 17. Luſitanos Viriatus erexit. h. e. concitavit, ad rebellandum impulit.

Erigŏne, es, f. cœleſte ſidus, de qua V. *Virgo*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 33. Qua locus Erigonem inter chelaſque ſequentes Panditur.

Erigonēĭus, a, um, adject. ad Erigonem pertinens. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 723. Nocte ſequente diem Canis Erigoneius exit.

Erigōnus, m. 2. Erigon, *Viſtrizza*, fl. Macedoniæ, qui oritur in Pæonia ſupra Deborum, deinde per Deſſaretios, Deuripes, & Emathiam fluens, auctus Rhodia, & aliis multis fluviolis, infra Ædeſſam in Axium cadit.

Erigŏo, as. V. Erivo.

Erimanthus, i, nom. propr. eſt cujuſdam Mathematici, ſeu divini, quaſi contentionum vates. *Juven. ſat.* 3. *v.* 180.

Erinacĕus, i, m. *riccio*, ἐχῖνος, animal ſpinis horridum, qui ubi venatores ſenſerit, contractis ore, & pedibus convolvitur in formam pilæ, ne quid præter aculeos comprehendi poſſit. *Plin. l.* 8. *c.* 37. Præparant hyemi & Erinacei cibos, ac volutati ſuper jacentia poma, affixa ſpinis, unum amplius tenentes ore portant in cavas arbores. ¶ Scribitur & *Herinaceus* cum aſpiratione.

Erineus, m. 2. Orinus, *Miranda*, *Fiume di Noti*, fl. parvus Siciliæ, in valla Neetina, qui in mare Jonium ſe exonerat.

Erineus, f. 2. Erineus, *Erinio*, urbs Doridis, in Achaja, ſub Parnaſſo M. Lilææ, & Lebadeæ finitima, haud procul a Pindi M. radicibus, & Cephiſi fl. fonte.

Erinna, æ, vel Erinne, es, ἤριννα, Poetria fuit, Sapphus contemporanea: ſcripſit ἠλακάτην, & epigrammata. *Propert. l.* 2. *el.* 3. *v.* 22. Carminaque Erinnes non putat æqua ſuis.

Erinnys, fem. 3. ἐριννύς, Furia infernalis, ab ἔρα, *terra*, & ναίω, *habito*, vel ab ἐρέω, *corrumpo*, & νοῦς, *mens*, quia mentem corrumpit. ¶ In genit. facit Erinnyos, & Erinnys, in accuſ. Erinnyn, in plur. Erinnyes. *Virg.* 2. *Æn. v.* 573. Helena appellatur Trojæ & patriæ communis Erinnys.

Erioxylon, i, n. lana, quæ ab arboribus producitur. *Ulp. l. ſi cui lana, ff. de leg.* 3.

Eriphȳle, vel Eriphila, vel Eripyle, f. 1. ſoror Adraſti, uxor Amphiarai, quæ accepto a Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, ubi ſe moriturum ſciebat, proficiſci cogeretur, Polynici prodidit. *Cic.* 6. *Ver. c.* 18. *Virg.* 6. *Æn.*

Eriphylæus, a, um, ad Eriphylem pertinens, ut *Eriphylæi Penates*, *Stat.* 4. *Theb. v.* 211.

Erĭpĭo, pis, pui, eptum, a. 3. *rapire*, *torre per forza*, גָּזַל, Germ. *herauſſ reiſſen*, Gal. *ravir*, Hiſp. *arrebatar*, ἐξαρπάζω, eſt vi tollere, &, ut ait *Pomp. Jurisc.* de manibus alicujus quidpiam auferre per raptum. Conſtruitur in 5. vel in 6. ordine. *Cic. in Rull.* Id totum eripere nobis, atque a manibus extorquere conatus eſt. *Id.* 2. *Fam.* Vereor, ne eripiatur

a nobis cauſa Regia. ¶ Ponitur etiam pro adimere, detrahere. Cic. in Catil. Hunc mihi timorem eripe. ¶ Item pro liberare, ſottrarre. Virg. Æn. 6. v. 365. Eripere aliquem malis. Cic. pro Mur. c. 38. Eripe ex inſidiis. Id. l. 9. Fam. ep. 13. Eripere a miſeria.

Eris, idis, Ἔρις, Dea contentionis, quæ inter accumbentes convivio Deas projecit pomum inſcriptum, Detur pulcherrimæ. Lucian.

Eriſichthon, onis, m. Theſſalus quidam, qui cum nemus Cereri conſecratum excidiſſet, unamque præcipue quercum, in qua illa habitabat, irata Cerere, tanta fame correptus fuit, ut ſua ipſius membra comederet. Ovid. 8. Met. in fine.

Eriſma, æ, f. anteris, pila, ſeu columna lapidea, aut lignea, quæ muris objicitur, ut eorum ponderi renitendo fabricam fulciat, ab ἔρεισμα, firmamentum, fulcimentum. Vitr. l. 6. c. 11.

Erithăce. V. Erythace.

Erithăcus, i. V. Erythacus.

Erithales, f. 3. ἐριθαλὲς, ſedum, ſpecies aizoi herbæ. Plin. l. 25. c. 13.

Eritius. V. Ericius.

Eritūdo, inis, f. ſervitus. Feſtus. V. Erus.

Erīvo, as, avi, atum, a. 1. rivis factis educo, evacuo. Plin. l. 17. c. 26. Etiam pluvias Autumni aquas erivari convenit. Salmaſ. in Solin. legit eriguare, eodem fere ſenſu, a rigo, as, vel a riguus.

Ero, onis, V. Hero.

Erōdo, a. 3. idem, ac rodo, rodere. Col. l. 10. v. 323. Teneras audens erodere frondes.

Erogatio, onis, fem. largitio, ut erogatio pecuniarum. Cic. lib. 15. Attic. epiſt. 2. ¶ Erogatio legis apud Tertull. de Idol. c. 5. idem eſt ac derogatio, abolitio.

Erogātor, oris, m. qui largitur. Apud Tertul. l. de Pudic. c. 16. erogator virginis dicitur, qui nuptui tradit, ὁ ἐκγαμίζων. ſic enim inquit: Sic melius facere pronunciat virginis conſervatorem, quam erogatorem.

Erogatorius, a, um, adjectiv. Frontin. de Aquæduct. Erogatorium modulum opponit acceptorio.

Erogātus, a, um, adject. ut pecunia ex ærario erogata, h. e. diſtributa, expenſa. Cic. 5. Ver. ¶ Item valde rogatus, pregato, ut erogatus precibus. Apul. l. 3. Metam.

Erogito, as, avi, atum, a. 1. vehementer rogo, ἐπιπυνθάνομαι. Plaut. Capt. 5. 1. 32. Ego ex hac ſtatua verberea volo erogitare. h. e. rogando extorquere. Adde Silium l. 10. v. 475.

Erōgo, as, a. 1. diſtribuire, ſpendere, חלק, Ger. auſſgeben, Gal. diſtribuer, Hiſp. diſtribuir, ἀναλίσκω, diſtribuo, expendo. Cic. in Vatin. cap. 12. Erogare pecunias ex ærario. Liv. l. 1. c. 20. Unde in eos ſumptus pecunia erogaretur.

Eroſio, onis, f. corroſione, actus erodendi. Plin. l. 23. cap. 3. Succus olearum & veteres lacrymationes ſanat, & genarum eroſiones.

Erōſus, a, um, adject. roſo, corroſo, ut ſale eroſus. Plin. l. 12. c. 9.

Eroticus, a, um, adjectiv. ἐρωτικός, amatorius. Gell. l. 19. c. 9. Ἐλεγεῖα quædam erotica, & venuſta accinerunt.

Erotopægnium, ii, n. ἐρωτοπαίγνιον, opus, ſeu carmen ludicrum de amoribus puerorum. Gell. l. 2. c. 24. & Auſon. Idyll. 13.

Erotundātus, a, um, adject. fatto rotondo. Sidon. l. 9. ep. 7. Structuræ modis omnibus erotundatæ.

Erotylos, m. 2. gemma ſilici ſimilis. Plin. l. 37. c. 10.

Errabilis, le, adject. erraticus, ut errabiles ſoni, apud Loſſeor.

Errabundus, a. 1. 2. πλανώμενος, aſſatim, vel valde errans, vagabundus, qui ſcilicet certa ſede carens errat, & vagatur. Liv. l. 5. c. 29. Errabundi domos ſuas pervagarentur.

Errans, antis, nom. ex particip. errante. Virg. Ecl. 4. Hederæ errantes. Lucan. l. 1. Domus errantes, abitazione, a paeſe incerto. Alluſum ad Scythas, qui domos ſuas huc illuc circumferunt. Plin. l. 2. c. 6. Sidera errantia.

Errantia, æ, f. erratio. Accius apud Non. c. 3. n. 86. Neque ego errantia animi prave morigerabor.

Erraticus, a. 1. 2. πλανητὴς, idem, ac errabundus. Gell. l. 9. c. 2. Erraticum eſſe hominem dicerent. ¶ Tranſlate dicitur de herbis, & fruticibus, qui non ſunt ſativi, ſed ubique ſua ſponte late ſerpunt, ut Erratica braſſica, erraticum intubum, ideſt, cichorium. Cic. de Sen. Vitem ſerpentem multiplici lapſu, & erratico. Plin. l. 19. c. 8. Papaver erraticum. ¶ Erratica Delos dicitur ab Ovid. 6. Metam. v. 333. quod per mare Ægæum errabunda vagari quondam credebatur.

Erratio, f. 3. errore, πλάνησις, actus errandi. Cic. de Univ. Itaque cum ab omni erratione liberavit. Terent. Adelph. 4. 2. 41. Minor eſt erratio.

Errātum, ti, n. 2. errore, ἁμάρτημα, error, peccatum. Cic. Tiron. Tantum mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata meæ ætatis, ut, &c. Id. l. 6. Att. ep. 1. Erratum commune.

Errātus, us, m. erratio. Plin. l. 37. c. 5. Vitia demonſtrari oportet in tam proclivi erratu.

Errātus, a, um, adject. fallato. Virg. Æn. 10. v. 690. Errata litora. Ovid. 3. Faſt. v. 655. Protinus erratis læti veſcuntur in agris.

Erro, as, n. 1. errare, תעה, [illegible], Ger. irren, irrgehen, Gall. aller ca, & la s'egarer, Hiſp. errar, πλανάομαι, eo huc, illuc, quo nos fortuna fert, divagor. Virg. Æn. 1. v. 332. Ignari hominumque locorumque erramus. Cic. Tuſc. 3. ex Hom. Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis. ¶ Errare etiam dicuntur armenta paſcentia, ut Virg. Ecl. 1. Ille meas errare boves, &c. Adde Ecl. 2. ¶ Translate eſt decipi, falli. Cic. 12. Phil. c. 2. Cujuſvis eſt hominis errare, nullius, niſi inſipientis, perſeverare in errore. Ter. Eun. 2. 2. 14. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via, s' inganni di gran lunga. Eodem ſenſu dicimus, errare tota re. Cic. Phil. 2. &, errare toto cœlo. Macrob. l. 3. Saturn. c. 12. ¶ Plaut. Mil. 3. 1. 98. Erro, quam inſiſtas viam. h. e. ignoro.

Erro, onis, m. 3. vago, vagabondo, errante, πλανήτης, vagabundus, ab erro. Sappho apud Ovid. in Ep. Nec vos erronem tellure admittite noſtrum. Ulp. l. 17. ff. de Ædil. edict. Errones appellantur ſervi, qui non quidem fugiunt, ſed frequenter ſine cauſa vagantur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt.

Erroneus, a, um, adject. vagabondo, qui huc illuc errat, ſeu vagatur. Columel. lib. 7. cap. 12. de canibus. Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec errones, ſed aſſidui, & circumſpecti magis, quam temerarii.

Error, oris, maſc. 3. errore, משגה, Germ. fehl, Gall. faute, Hiſp. error, falta, πλάνη, eſt deflectere a via, cum ſcil. viæ ignari, extra inſtitutum iter deflectimus. Liv. l. 24. c. 17. Id errore viarum exequi non potuit. Virg. 6. Æn. 532. Pelagi ne venis erroribus actus? ¶ Translate eſt deceptio, erratum. Cicer. 1. Acad. Etſi aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus. Id. l. 1. de nat. Deor. c. 1. In ſummo errore verſari. Sic in errorem rapi, inducere, errore duci, per errorem labi, &c. Id. multis in locis. Sic errorem alicui adimere, detrahere, &c. Horat. Cic. & alii. ¶ Mentis errore affici, impazzire. Cic. Att. l. 3. ep. 13.

Erubeſcentia, æ, f. verecundia, pudor, erubeſcenza. Tert. ad Nation. l. 1. c. 16. Exemplum erubeſcentiæ ſcelerum.

Erubeſco, ſcis, erubui, n. 3. rubeus fio, rubore ſuffundor, vergognarſi. Ovid. 2. Amor. eleg. 8. Sentit ſe totis erubuiſſe genis. ¶ Translate ponitur pro pudere, quia quos alicujus rei pudet, fere rubore ſuffunduntur. Cic. 1. de Leg. Erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia. Ter. Adelph. 4. 5. 9. Erubuit, ſalva res eſt. ¶ Jungitur fere ablat. Curt. l. 4. cap. 5. Paucitate erubeſcendum. ¶ Interdum & accuſat. Auct. in Salluſt. Nec erubuit ora veſtra. Quintil. l. 6. c. 3. Nonnunquam accidit, ut in noſtra credulitate aliena ſtudia erubeſcamus. ¶ Addunt quidam Lexicographi uſurpari etiam cum genit. afferuntque illud Curt. l. 5. c. 5. Dignum eſſe omni malo, qui erubeſceret fortunæ. At optimi Codices habent fortuna. ¶ Dicimus etiam erubeſcere in aliqua re. Cic. 1. Leg. O rem dignam, in qua docti erubeſcant! ¶ Cum dativo uſurpat Tertul. de teſtim. animæ, c. 1. Sed non imitandus. ¶ Particip. erubeſcendus, vergognoſo, da vergognarſi. Horat. l. 1. od. 27. Quæ te cumque domat Venus, non erubeſcendis adurit ignibus.

Erūca, æ, f. 1. genus vermis, qui in olerum folia repit, abroditque præſertim braſſicas, a rodendo, vel a rugis, quia reptans ſe corrugat, & erugat. Colum. lib. 11. cap. 3. ¶ Eſt etiam herba Venerem excitans, ab urendo, quaſi urica, vel ab erodendo, quia linguam rodit acrimonia ſua, rucchetta. Colum. l. 10. v. 372. & Virg. in Moreto. ¶ Scribitur & Æruca.

Eructatio, onis, f. actus eructandi. Apul. de Mundo: Exhalatio terrenis eructationibus ſurgit. Adde Firmic. l. 4. Matheſ. c. 12.

Eructo, as, a. 1. ruttare, rutteggiare, [illegible], Germ. gorbſen, Gal. roter, Hiſp. regoldar, ἐξερεύγω, freq. ructando aliquid ejicio, emitto, a ructo, ſed aliqui cenſent eructo ſimplex eſſe, & ex eo ructo fieri per aphæreſin. Virg. 3. Æn. v. 632. de Polyph. Saniem eructans, ac fruſta. ¶ Per translationem accipitur pro quovis modo ejicere. Virg. 6. Æn. Atque omnem Cocyto eructat arenam.

Eructus, a, um, adject. eructatus. Gel. l. 11. c. 7. Vinum eructum, & fœtidum potare. ¶ Vinum eructum dicitur, quod eſt e vinaceis expreſſum, & veluti fæx vini.

Eruderatus, a, um, adject. purgato da ſaſſi, ut eruderatum ſolum. Var. l. 1. R. R. c. 2.

Erudĕro, as, a. 1. purgare, nettare, סקל, Germ. ſeubern von ſteine, Gall. epierrer, Hiſp. deſpedrar, [illegible], ruderibus expurgo. Sidon. l. 3. ep. 7. Aures ſuſurronum fæce completas ruderat. h. e. expurgat, metaphorice. V. Eruderatus.

Erudio, is, ivi, itum, a. 4. doceo, inſtituo, ad humanitatem informo, ammaeſtrare, השכיל, Germ. underweiſen, Gal. inſtruire, Hiſp. inſtruyr, παιδεύω, ex rudi doctum facio. Cic. 1. Tuſc. Philoſophia ad modeſtiam, magnitudinemque animi nos erudivit. Liv. l. 1. c. 39. Erudire puerum artibus. Cic. Fam. ep. 12. Erudire de omni Republica. Id. l. 1. de Or. c. 59. Oratorem erudire in jure civili. Ovid. ep. 1. Penelop. v. 111. qui mollibus annis in patrias artes erudiendus erat. Idem l. 2. Art. Am. Aves infirmas mater erudit artes. Sil. l. 11. An triſtia vincla, Et Decius non erudiunt componere mentes? ¶ Gerundium erudiendi paſſiva ſignificatione. Juſtin. l. 17. c. 3. Athenas erudiendi gratia miſſus. h. e. ut erudiretur.

Erudite, adverb. dottamente, eruditamente. Colum. lib. 1. cap. 1. Volumina compoſita facetius, eruditius poſteritati tradenda curavit. Cic. de Senect. c. 1. Qui ſi eruditius videbitur diſputare. Id. in Orat. Litteræ eruditiſſime ſcriptæ.

Eruditio, f. 3. erudizione, παιδεία, inſtructio, doctrina. Cic. 1. Fin. Nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam juvaret. Quintil. l. 1. c. 3. Sed potior eruditio in ſcholis, quam domi. ¶ Sumitur etiam pro cultu animi ex inſtitutione, ac ſtudio comparato. Cic. lib. 2. de Or. in princ. Eruditionis omnis expers, atque ignarus. ¶ In plurali Vitruv. l. 1. c. 1. Abundans eruditionibus variis, ac pluribus.

Eruditrix, icis, f. quæ erudit. Flor. l. 2. c. 6. Africa Annibalis eruditrix.

Eruditŭlus, a. 1. 2. dim. ab eruditus. Catul. in Mamur. & Caſ. epigr. 58. Morboſi pariter, gemelli utrique, uno in lectulo, erudituli ambo.

Eruditus, a. 1. 2. inſtructus, doctus, ſciens, dotto, erudito, πεπαιδευμένος. Cic. Q. Fr. l. 1. Ea diuturna ſervitute ad nimiam aſſentationem eruditi. ¶ Voſſius dicit, aliud eſſe eruditum, aliud doctum, illud ad litteraturam, ac humanitatis ſtudia pertinere, hoc ad graves diſciplinas. Apul. in Apolog. Virum accuratiſſime doctum, atque eruditum. Sed hæc differentia non obſervatur. ¶ Comp. eruditior, ſuperl. eruditiſſimus. Cic. 1. de Or. c. 39. Homo omnium & diſciplina Juris Civilis eruditiſſimus, & ingenio, prudentiaque acutiſſimus. Id. in Piſon. cap. 26. Tu eruditior, quam Piſo? ¶ Tribuitur & inanimis, ut erudita oratio, eruditum carmen. Cic. proœm. Parad. &, erudita tempora. Id. Att. l. 2. ep. 18. ¶ Cum infinito, Tac. in Agric. c. 8. Eruditus utilia honeſtis miſcere.

Erugatio, f. 3. cutis extenſio, rugæ ſublatio. Plin. l. 28. c. 12.

Erugo, as, a. 1. diſtendere, diſcreſpare, Germ. die runtzlen vertreiben, Gall. oster les rides, Hiſp. deſarrugar, [illegible], eſt cutem extendere, & rugas tollere. Plin. l. 21. c. 19. Lilii radices erugant corpora.

Erugo, is, a. 3. eſt ructum ſemel emittere, ἀπερεύγω, eructare ſæpius. Feſt.

Ervila, vel Ervilia, æ, f. 1. genus leguminis, ſalio, quam faba, longiore, flore apibus gratiſſima. Var. l. 1. R. R. c. 32. Col. l. 2.

Erumpo, is, upi, uptum, n. 3. uſcire fuori con impeto, בקע, Ger. herauſſe brechen, Gall. ſaillir, ſortir avec violence, Hiſp. ſalir con impeto, ἐκρήγνυμι, cum impetu exeo. Cæſ. 1. B. C. Quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſive noctu, ſive interdiu erumperent. ¶ Et translate. Cic. 1. Catil. Omnium ſcelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in noſtri Conſulatus tempus erupit. ¶ Invenitur interdum active poſitum cum accuſativo. Ter. Eun. 3. 5. 2. Jam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? Cæſ. l. 2. B. C. c. 14. Portis ſe foras erumpunt. ¶ Hinc paſſive Lucret. lib. 6. verſ. 582. incita cum vis exagitata foras erumpitur. ¶ Erumpere in actum, venir' a i fatti, metter' in eſecuzione. Cicer. pro Dom. ¶ Terent. Phorm. 2. 2. 12. Erumpet in nervum iſthæc fortitudo. h. e. in cauſa erit, cur in carcerem conjiciaris. Vide Donat.

Erunco, as, a. 1. purgare l'erbe, Ger. jeten, Gal. ſarcler, Hiſp. eſcar, ſachar, eſcardar la tierra, ἐκβοτανίζω, herbas noxias, & ſpinas, fruticeſque exſtirpo. Colum. l. 2. c. 11. Omnes alterius generis herbas eruncato.

Eruo, is, ui, utum, a. 3. cavare, tirar fuori, הציל, Ger. auſſreiſſen, Gal. oster, Hiſp. ſacar, ἐξορύσσω, extraho. Lact. l. 2. Ipſe ſibi oculos eruat, ut omnes cæci ſint. ¶ Interdum eſt in totum deſtruere. Virgil. 2. Æn. Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum eruerint Danai. ¶ Eſt etiam perſcrutando invenire, & veluti ex latebris in lucem proferre. Cicer. pro Mur. c. 7. Ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. Id. 2. de Or. Eruere argumenta.

Eruptio, f. 3. correria, ſortita, פרץ, Ger. auſsbruch, Gal. ſortie, irruption, Hiſp. correria, acometimiento, [illegible], eſt, cum milites ex urbe, vel caſtris impetum in hoſtes faciunt. Cæſ. 1. B. C. cap. 81. Non ſolum ab eruptionibus caveant. Id. l. 5. B. G. c. 49. Omnibus portis eruptione facta.

Eruptor, oris, m. 3. qui erumpit, ſeu eruptionem facit. Ammian. l. 24. c. 5. Eruptores perterriti reverterunt.

Eruptus, a, um, uſcito, partic. paſſivum ab erumpo. Lucret. l. 2. v. 724. Faucibus eruptus iterum vis evomat ignes.

Erutus, a, um, adject. *cavato fuori*, ut mortuus erutus. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 27. *Virg.* 3. *Æn. v.* 449. Radicibus eruta pinus. *Stat. l.* 4. *Silv.* 7. *v.* 15. Erutum aurum terra.

Ervum, n. 2. *orobo*, *rubiglia*, *veggiolo*, *lero*, genus leguminis, ſiliqua cylindracea, fructu lignoſo, quo armenta pingueſcunt, ab ὄροβος, *ervum*. *Virg.* 3. *Eclog. v.* 100. Eheu, quam pingui macer eſt mihi taurus in arvo! Alii legunt *arvo*. *Plin. l.* 8. *c.* 13. Nec ervi operoſa cura eſt. Adde *Colum. l.* 6. *c.* 3.

Eryce, es, opp. Siciliæ, in quo templum habuit Venus magnificum, & theſauris opulentum, quod Amilcar Afer magno ſuo, & ſuorum damno ſpoliavit. V. *Ælian. h. A. l.* 10. *c. ult.*

Erycinus, a, um, adject. ab Eryce opp. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 160. Idaliaſque domos, Erycinaque templa ſubiret. ¶ Erycina etiam dicebatur Venus a templo ei in opp. Eryce dicato; eoque nomine culta Romæ. *Sueton. in Claud. c.* 25.

Erycus, i, idem ac Eryx mons Siciliæ. *Cic. Ver.* 4. *c.* 8. Qui Erycum montem obtinebat.

Erymanthæus, & Erymanthius, a, um, adject. ab Erymantho, ut Erymanthius aper. *Cic. Ver.* 6. *c.* 45. Erymanthæum monſtrum. *Val. Flac. l.* 1. *v.* 374.

Erymanthis, idis, f. patronym. pro ipſa Arcadia. V. Erymanthus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 300. Nexilibuſque plagis ſylvas Erymanthidos ambit. ¶ Et adject. *Id.* 1. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 103. Cuſtos Erymanthidos urſæ, h. e. Arctophylax.

Erymanthus, *Dimizana*, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, ubi Hercules aprum immanem, & furioſum interfecit. ¶ Item fl. qui in Alpheum defertur. ¶ Item opp. Tegeæ finitimum.

Eryngē, f. 1. vel Eryngion, n. 2. ἠρύγγιον, herba aculeata mordacitatis, ſpinoſa, veluti carduus, ſativa. *Plin. l.* 22. *c.* 7. & *l.* 21. *c.* 15. & 16.

Eryſipĕlas, atis, n. 3. & Eryſipelæ, arum, *riſipola*, ἐρυσίπελας, ἐρυθροπέλας, morbus, cum ſuper inflammationem rubor ulcus ambit, iſque cum dolore procedit, ab ἐρύω, *traho*, & πέλας, *prope*, quia attrahit partes vicinas, vel ab ἐρυθρός, *ruber*, & πελιός, aut πελιδνός, *niger*, *lividus*, quia rubedini nonnihil alterius admixtum eſt coloris. *Celſ. l.* 5. *c.* 26.

Erythāca, f. 1. ἐριθάκη, herba, quam alii ſandaracham, alii cerinthum nominant, ab ἐρύθημα, *rubedo*, propter colorem. Hic eſt apum, dum operantur, cibus, ſaporis amari, ſed plenus humoris, teſte *Plin. l.* 11. *c.* 7. *Var.* 3. *de R. R. c.* 16. Erythacen vocant, qua favos extremos inter ſe conglutinant. Scribunt & *Erithace*.

Erythăcus, m. 2. *pettiroſſo*, ἐριθακός, ſpecies avis, pectore rubeo, ab ἐρυθραίνομαι, *rubeo*. *Plin. l.* 10. *c.* 29.

Erythēa, vel Erythia, ἐρύθεια, inſula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules. *Propert. l.* 4. *eleg.* 10.

Erythēis, idis, f. patronym. ab Erythea. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 649. ſecumque boves Erytheida prædam Abſtraxit.

Erythræ, f. 1. Erythrea, *Coltre*, al. *Stolar*, urbs Joniæ, apud Argenum prom. inter Clazomenas, & Teon urb. Gent. *Erythræus*, ut Sibylla Erythræa. ¶ Item opp. Achaiæ, in Bœotia, ad Cithæronem montem. ¶ Item opp. Theſſaliæ, ad Peneum fl.

Erythræum mare, ſeu Rubrum, *Mare Roſſo*, pars Oceani inter ſinum Perſicum, & ſinum Arabicum, & inter oram Carmaniæ, & Aromata prom. quod Arabiam Felicem alluit ad Or. Aliis eſt ipſe ſinus Arabicus, qui Aſiam ab Africa ſeparat, & extenditur inter Arabiam ad Or. & Troglodyticam, & Ægyptum ad Occ. Dictum eſt ab Erythro Rege Perſei, & Andromedes filio. V. *Strab. l.* 16.

Erythræus, a, um, adject. ab Erythra. *Mart. l.* 10. *epigr.* 16. Quidquid Erythræa niger invenit Indus in alga. *Stat. l.* 4. *Silv.* 6. *v.* 18. Lapilli Erythræi. *Colum. l.* 7. *c.* 2. *ad fin.* Erythræus color. h. e. rubeus.

Erythrodănus, i, f. 2. herba eſt rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. *Plin. l.* 24. *c.* 11.

Erythros, m. 2. herba, al. ſtrychnium, & neuris, omnibus morbis ſalutaris. *Plin. l.* 24. *c.* 11.

Eryx, ycis, m. 3. *Monte di S. Giuliano*, Ἔρυξ, mons Siciliæ, in ora Bor. & Occ. a Drepano a. M. P. ¶ Item urbs, *Trapani del Monte*, in valle Mazara. Nomen habuit ab Eryce conditore. Ibi fuit templum ampliſſimum Veneris, quæ inde Erycina dicta eſt. ¶ Item Rex quidam Siciliæ. *Virg.* 1. *Æn. v.* 574.

E ANTE S.

Eſca, f. 1. *eſca*, *cibo*, אכל, Ger. *ſpeiſſ*, Gal. *viande*, Hiſp. *comida*, βρῶμα, cibus omnium animalium, ab eſum, ſup. verbi *edo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Sus vero quid habet, præter eſcam? ¶ Accipitur præterea pro eo, quod datur avibus, piſcibuſve, decipiendi gratia. *Cic. de Sen. c.* 13. Divine enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces.

Eſcālis, le, adject. ad eſcam pertinens, ſeu ad edendum, ut, eſcale, vel potorium argentum, *l.* 1. *ff. de ſupellect. leg.*

Eſcarius, a. 1. 2. *coſe mangiative*, Ger. *ſpeiſlich*, Gal. *choſe bonne a manger*, Hiſp. *comedera coſa*, σιτηρὸς, quod ad eſcam pertinet. *Plin. l.* 36. *c.* 36. Ad eſcaria vaſa totum rubens vitrum, non tranſlucens. ¶ Eſcaria menſa, dicitur quadrata, in qua homines epulantur. *Feſt.* ¶ Eſcaria, abſolute pro vaſis eſcariis. *Juven. Sat.* 12. *v.* 46. Adde & baſcaudas, & mille eſcaria, multum cælati, &c.

Eſcatilis, le, adject. eſcarius. *Tertul. de Patient. c.* 3. Poſt mannæ eſcatilem pluviam.

Eſcendo, is, n. 3. pro aſcendo, *aſcendere*, uſurpaſſe optimæ notæ Auctores, ſed in pleriſque editionibus eſſe immutatum in *aſcendere*, vel *deſcendere*, *Gruterus*, & alii docti viri iſtantur. Itaque ſic legendum ſenſent ex MS. v. g. apud *Nepot. Themiſt. c.* 8. Hic in navim omnibus ignotus eſcendit. & apud *Liv. l.* 29. *c.* 11. Legati Aſiam petentes protinus Delphos cum eſcendiſſent. Et apud *Cic.* 3. *Off. c.* 20. Ut omnes ſimul in roſtra poſt meridiem eſcenderent. Ita enim his legi oportere, docet *P. Victor. var. l.* 5. *c.* 3. ¶ Obſervandus tamen eſt locus *Livii*, ubi alii pro *eſcendere*, legunt *deſcendere*: verba ſunt *l.* 8. *c.* 10. Ubi illud ſignum defoſſum erit, eo Magiſtratum R. eſcendere fas non eſſe.

Eſcenſus, us, m. *aſceſa*, *ſalita*. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 39. Capta eſcenſu munimenta.

Eſchara, æ, f. *eſcara*, cruſta ulceris. *Cal. Aurelian. Tard.* 5. 1.

Eſcit, pro erit, antiqui dixere. *Feſt. Lucret. l.* 1. *v.* 612.

Eſco, as, n. 1. pro veſcor, *cibarſi*. *Solin. c.* 53. (*al.* 41.) Ciconiæ ſerpentes eſcandi gratia inſectantur.

Eſcŭla, æ, f. diminut. ab eſca. *Plaut. Men.* 3. 2. 30. In dies qui ſingulas eſculas edunt. Alii leg. *eſcas*.

Eſculentus, a, um, n. 1. 2. τρώξιμος, quod eſui aptum eſt. *Cic. de nat. Deor. c.* 56. Quæ eſculentis, & poculentis iter natura patefecit. Adde *Philip.* 2. *c.* 25. ¶ Comparat. uſus eſt *Tertul. de jejun. c.* 5. Tunc ingratis gratiora, & eſculentiora quæque detracta ſunt.

Eſcŭlus cum derivat. V. Æſculus.

Eſdrēlon, Campus Magnus, *Campo di Faba*, campus Palæſtinæ, inter Samariam cum Monte Ephraim ad Auſt. lacum Geneſara ad Or. Carmelum M. ad Occ. Libanum M. ad Bor.

Eſĕbon, flu. Moabitarum, in confin. Palæſtinæ, & Arabiæ Petrææ. ¶ Eſebon item, Eſbuta, Ptolemais, *Esbur*, *Sabaſant*, urbs Amorrhæorum, inter Sebaſtem urbem Samariæ, & Emmaum urbem Judææ.

Eſernia, Eſernius, V. Æſernia.

Eſitia, orum, n. 2. apud *Apic. l.* 5. *c.* 3. ſunt genus liquaminis, *insingolo*, *mantarreto*, quod *l.* 2. *c.* 1. hyſitia vocat, ejuſque conficiendi rationem docet. Hinc

Eſitiatus, vel hyſitiatus, a, um, adject. eſitiis conditus, ut eſitiatus pullus, *Apic. l.* 8. *c.* 7. Lepus eſitiatus, *ibid. c.* 8.

Eſĭto, as, avi, atum, a. 1. frequent. ab edo, *mangiare ſpeſſo*, κατεσθίω. *Gel. l.* 12. *c.* 7. Furfureum panem eſitare. *Id. l.* 4. *c.* 11. Eſitare ex animalibus.

Eſox, ocis, m. ἴσοξ, genus piſcis, quem alii Lucium, alii Salmonem eſſe putant. *Plin. l.* 9. *c.* 15. ¶ *Iſidorus* iſocem vocat *l.* 20. *c.* 2.

Eſquiliæ. V. Exquiliæ.

Eſſedarius, m. 2. qui eſſeda regit, aut ex eſſedis pugnat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 6. Ne ab eſſedariis capiaris, caveto. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 19. Millibus circiter eſſedariorum relictis.

Eſſĕdum, n. 2. vel eſſeda, æ, f. 1. vehiculum Gallorum, Britannorumque apud Belgas primo repertum, quo pugnare ſoliti ſunt. Nam tria erant vehiculorum genera, alia ſacra, ut thenſa: alia geſtatoria, ut carruca, ciſium, eſſedum, rheda, petoritum, ſtraticulum: alia oneraria, ut carpentum, carrus, plauſtrum, ſarratum. *Cic. Att. l.* 6. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus eſſedis, & rheda equis juncta, & lectica, familia magna. *Senec. ep.* 57. In iis, quæ me ſine avocatione circumſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono.

Eſſentia, f. 1. idem eſt quod eſſe, a ſum, *eſſenza*, *natura*, οὐσία, φύσις. Vox eſt a Philoſophis præcipue uſurpata: de qua ſic habet *Quint. l.* 8. *c.* 3. Multa ex græco formata nova ſunt, ut *ens*, & *eſſentia*, quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, niſi quod iniqui judices adverſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus. *Id. l.* 3. *c.* 6. Οὐσίαν, quam Flavius eſſentiam vocat: neque ſane aliud eſt ejus nomen Latinum. ¶ *Sidon. in epiſt.* quæ carmini 14. annectitur, & *Sen. ep.* 58. teſtantur, ipſum etiam *Ciceronem* hoc vocabulo uſum, & poſtquam ſcripſiſſet, ſubdidiſſe ſtatim: *licet enim novis rebus nova nomina imponere*. Quæ ſi vera ſunt, non eſt cur ab hac voce tantopere abhorrere debeat is, qui, quod Græci οὐσίαν dicunt, latine velit explicare.

Eſt, erat, fuit, imperſ. anom. *appartenere*, *eſſere ufficio*, δέον ἐστι, munus eſt, officium eſt, opus eſt, intereſt, refert, pertinet. *Cic. pro L. Man.* Eſt igitur humanitatis veſtræ magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. *Liv. l.* 5. Etſi prodendæ patriæ, diſſolvendæque Reipublicæ eſt. idest, pertinet ad prodendam patriam, &c. ¶ Accipitur etiam pro proprium eſſe. *Plaut. Capt.* Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atque invideant bonis. ¶ Item pro convenire. *Valer. Max. l.* 1. Non eſt inter patrem, & filium ullius rei comparationem fieri, præſertim divinitatis faſtigio junctus. ¶ Item pro poſſibile eſſe, licere. *Virg.* 6. *Æn.* Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. *Cic. pro Sext.* Quem enim deprecari eſſet, cum omnes eſſent ſordidati? ¶ Item pro evenire, contingere. *Ter. Hec.* 3. 1. Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt. Alia vide in *Sum*.

Eſther, mulier Hebræa, a *ſter*, ſtella lingua Perſica.

Eſtrix, eſtricis, f. 3. quæ valde edit, ab edo. *Plaut. Caſ.* 4. 1. 20. Ego novi ambas illas eſtrices.

Eſtur. V. Edo.

Eſula, f. 1. Aſyla, *Iſola*, urbs lit. Magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ult. inter Crotonem, & Lacinium prom.

Eſuriāles feriæ, quibus ab edendo feriamur. *Plaut. Capt.* 3. *c.* 8. Ita venter, gutturque reſident eſuriales ferias. V. *Reſideo*.

Eſurienter, adverb. *con fame*. *Apul. l.* 10. *Metam.* Eſurienter eſcas appetere.

Eſuries, ei, f. 5. *fame*, רעב, Ger. *hunger*, Gal. *faim*, Hiſp. *hambre*, σιτοδεία, fames, edendi aviditas, ab *eſum* ſup. verbi *edo*. *Cælius Ciceroni* 8. *Fam. ep.* 1. Ut ego miſererer ejus eſuriei.

Eſurīgo, inis, f. 3. idem, ac eſuries. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 291. Quod eſurigo findebat coſtas.

Eſŭrio, is, ivi, itum, n. 4. *aver fame*, רעב, Ger. *hungern*, Gal. *avoir faim*, Hiſp. *tener hambre*, πεινάω, cupio edere, cibum appeto, fame premor. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep. ult.* Noſtri valde depugnata, & facile algere, & eſurire conſuerunt. *Plaut. Stich.* 1. 3. 63. Ridiculus æque nullus eſt, quam dum eſurit.

Eſŭrio, onis, m. 3. *chi ha fame*, רעב, Ger. *hungeriger*, Gal. *affamé*, Hiſp. *hambriento*, πεινάλεος, qui eſurit. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 21. Nam eſurio venio, non advenio ſaturio.

Eſurītio, f. 3. idem, ac eſuries. *Gell. l.* 16. *c.* 3. Eſuritionem faciunt inanes, patenteſque inteſtinorum fibræ. *Catul. carm.* 23. *ad Furium*: Sole, & frigore, & eſuritione.

Eſurītor, m. 3. qui eſurit. *Martial. l.* 3. *epigr.* 14. Romam petebat eſuritor Tuccius.

Eſus, us, m. *il mangiare*, אכל, Ger. *das eſſen*, Gal. *le manger*, Hiſp. *manjar*, actus edendi. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Ut ne eo eſu alluantur. *Gel. l.* 4. *c.* 2. Quæ eſui, & potui forent. Affertur & locus *Plin. l.* 20. *c.* 7. Sed ibi legitur, *in eo eſu*, pro *eſu*.

E ANTE T.

Et, ϗ, conjunctio eſt copulativa. *Cic. pro Cæc.* Non alia cauſa eſt æquitatis in uno, & in pluribus. ¶ Interdum interrogativa. *Virg.* 1. *Ecl.* Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? ¶ Interdum indignatiex. *Cic. pro Mil.* Et ſunt, qui de Appia via loquantur, taceant de Curia? ¶ Plerumque ſententiarum initiis competit. *Quinctil.* Et finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur. ¶ Sæpe duplicatur. *Cic. de Orat.* Quorum pater & ſæpe alias, & maxime Cenſor ſaluti Reip. fuit. ¶ Accipitur item pro *etiam*. *Virg. Æn.* 2. Quorum Iphitus ævo jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulyſſi. ¶ Item pro quamvis, *Cic. de Sen.* Defendi legem Voconiam magna voce, boniſque lateribus, & videtis annos meos. idest, quamvis ſim jam ſenex. ¶ Interdum eleganter poſt *&* ſequitur *nec*, vel *neque*. *Cic. pro Flac. c.* 20. Sextus & rem agnoſcit, neque hominem ignorat. ¶ Interdum etiam negatio præcedit. *Id.* 10. *Fam. ep.* 1. Nec miror, & gaudeo. Et *Tuſc.* 1. *c.* 23. Neque nata, & æterna eſt. ¶ Et vero, & quidem v. in *Vero*, *Quidem*. ¶ Aliquando particula hæc prætermittitur. *Cic. Fam. l.* 13. *ep.* 18. Ut judices, homini te gratiſſimo, jucundiſſimo benigne feciſſe.

Etĕnim, conjunct. *perciocchè*, Ger. *dann*, Gal. *puiſque*, Hiſp. *porque*, καὶ γάρ, enim, nam, quia, & modo primum locum, modo ſecundum obtinet in oratione. *Cic.* 2. *de Div.* Etenim ex diviſione hoc ſecundum eſt. *Id. de Off.* ex vetere Poeta. Vos etenim, juvenes, animos geritis muliebres. ¶ Accipitur aliquando pro quippe. *Cic. pro Flac.* Neque in toto Æmo-

nenſium

nenſium teſtimonio commovebor, etenim quibus ego iſtam laudationem remittam. ¶ Nonnunquam diviſa compoſitione per duas dictiones effertur. *Cic. de Clar. Orat.* Et dicere enim bene nemo poteſt.

Eteocles. V. Polynices.

Eteſiæ, arum, m. 1. *ἐτησίαι*, venti quidam ſtatis temporibus quotannis flantes, ab ἔτος, annus, a quo *ἐτήσιος*, annuus. Aliqui deducunt ab *αἰτέω*, poſtulo, quaſi *αἰτησίαι*, eo quod Ariſtæus eos a Jove poſtulaverit. Eſt enim in fabulis, ut narrat *Hyginus l. 2. Aſt. c. 4.* Cum Athenienſium regio maximis Caniculæ caloribus adureretur, hominesque una tum ſatis omnibus nimio æſtu conficerentur, Ariſtæum ita ab Apolline patre edoctum, ab Jove petiiſſe, ut quo tempore Canicula oriretur, per dies quadraginta ventum daret, quo flante æſtus minueretur: itaque factum, Jove annuente. ¶ Hujuſmodi ventos *Strabo l. 3.* Subſolanos vocat, *Ariſtoteles*, & *Plin. l. 2. c. 47.* Aquilones appellant. Teſtatur præterea idem Ariſtoteles, nonnunquam eos in Zephyros mutari: quare vere ſcripſit *Gel. l. 2. c. 22.* Eteſias alia, atque alia parte Cœli ſpirare: & *Apul. de Mund.* Sunt, inquit, Eteſiæ ſpirantes ex omni parte eo tempore æſtatis, quo Canis oritur. ¶ Plerumque tamen ab Occidente perflant. *Tacit. 2. hiſt. c. 98.* Mare quoque Eteſiæ flabant: harum flatu in orientem navigantibus ſecundum, inde adverſum erat. *Caſ. l. 3. B. C.* Ipſe Eteſiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus ſunt adverſiſſimi. Hinc *Cic. l. 6. Att. ep. 2.* Rhodum volo puerorum cauſa, inde quamprimum Athenas, etſi Eteſiæ valde reflant. ¶ Multa die flare incipiunt, & ad meridiem vergente. *Senec. l. 5. quaſt. nat. c. 11.* Eteſiæ ob hoc ſomniculoſi a nautis, & delicati vocantur, quod mane neſciunt ſurgere. V. *Manut. de quaſit. per ep. p. 2.*

Eteſius, m. 2. lapis, ex quo mortaria confici ſolent. *Plin. l. 36. c. 22.*

Eteſius, a, um, adject. annuus, ab ἔτος, annus, ut, eteſia flabra Aquilonum, apud *Lucret. l. 5. v. 741.*

Ethice, es, vel Ethica, cæ, f. 1. *Etica*, pars Philoſophiæ, quæ ad mores pertinet. *Cic. de Fato*, & *Quintil. l. 12. c. 2.*

Ethicus, a, um, *morale*, *ἠθικός*, moralis. *Senec. l. 2. controv. 10.* Declamabat Naſo raro controverſias, ſed non niſi Ethicas. Adde *Lact. l. 3. c. 13.*

Ethnicalis, le, adject. idem quod Ethnicus. *Tertul. de Spectac. c. 5.*

Ethnice, adverb. more Gentium, ut ethnice vivere. *Tert. de Pud. c. 9.*

Ethnicismus, a *Prudentio* dicitur cultus falſorum Deorum, *in paſſ. Laurent. verſ. 498.*

Ethnicus, a, um, o. 1. 2. *ἐθνικός*, gentilis, ab ἔθνος, gens, & natio. *Hieron. contra Jovin.* Chriſtianas tantum accipi juberet, an Ethnicas?

Ethologia, f. 1. eſt morum, ac affectuum cujuſque perſonæ effictio. *Quintil. l. 1. c. 9.*

Ethologus, m. 2. *ἠθολόγος*, morum expreſſor, qui geſtu ipſo corporis, & ſono vocis ita exprimit mores hominum, ut geſtiban loqui videatur. *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Mimorum eſt enim, & ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas, &c.

Ethopœia, f. 1. apud Rhetores eſt figura ſententiarum, al. Effictio, Imago, Notatio, qua vita, & mores alicujus deſcribuntur, ab ἦθος, mos, & ποιέω, *facio*, fingo. *Cic. 2. Agr.* Jam deſignatus alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido, capillatior, quam ante, barbaque majore, ut oculis, & aſpectu denuntiare vim Tribunitiam, & minitari Reip. videretur. Sed vox græca eſt, & græcis literis ſcribenda.

Etiam, *ancora*, *ezjandio*, גם, Ger. *auch*, Gal. *auſſi*, Hiſp. *aun*, *tambien*, καί, conjunctio, eadem, ac quoque. Primum copulæ nota eſt. *Cic. de cl. Orat.* Voce, motu, forma etiam magnifica. ¶ Poſt particulas *non modo*, *non ſolum*, *non tantum*, ſequitur *ſed etiam*; qua de re paſſim exempla. Inverſo ordine *Cic. 4. Fam. ep. 14.* Secundas etiam res noſtras, non modo adverſas pertimeſcebam. ¶ Habet præterea varios uſus varie uſurpata. *Ter. Andr. 1. 1. 89.* Nihil ſuſpicans etiam mali. h. e. adhuc. *Id. ib. 2. 2. 31.* Etiam puerum abiens conveni Chremis. h. e. præterea. *Plin. Paneg. c. 77.* Nullius auctoritas imminuta eſt, aucta etiam. h. e. quin potius. ¶ Interdum eſt affirmantis particula. *Plaut. Amph. 1. 3. 46* Nunquid vis? A. Etiam. ¶ Interdum increpantis, & indignantis. *Plaut. Perſ. 4. 4.* Scelerate, etiam reſpicis? Et 1. 4. 7. Etiamne dicit, ubi ſit, venefice? h. e. nondum. *Ter. Heaut. 2. 2. 6.* Etiam caves, ne videat forte hic te a patre aliquis exiens? hoc eſt, quin caves? &c. ¶ Etiam atque etiam, idem eſt ac, *valde*, *magnopere*, ut etiam atque etiam cogitare. *Id. Eun. 1. 1. 11.* Etiam atque etiam rogare. *Cic.* ſæpe. ¶ Etiam quoque, dixit *Plaut. Pſeud. 1. 3. 118.* Fateor. C. nempe conceptis verbis. B. etiam conſultis quoque.

Etiamdum, *perancor*, adhuc. *Ter. Heaut. 2. 1. 17.* Neque etiamdum ſcit pater.

Etiamne, *ancora*, partic. interrogandi. *Cic. Att. l. 10.* Etiamne Balbus in Senatum venire cogitat?

Etiamnum, adhuc, uſque nunc, uſque ad hoc tempus, *fino ad ora*. *Plaut. Pan. prolog. v. 99.* Neque quicquam cum ea fecit etiamnum ſtupri. ¶ Ponitur & pro etiam nunc. *Id. Trucul. 2. 6. 58.* Etiamnum me vilipendit.

Etiamſi, conjunct. *benchè*, εἰ καί, etſi, quanquam, quamvis. Conſtruitur & cum conjunctivo, & cum indicativo, ſed frequentius cum conjunctivo reperitur. *Q. Cic. Tironi l. 16. ep. 26.* Etiamſi, quod ſcribas, non habebis, ſcribito tamen. *Cic. Fam. 11. ep. 21.* Etiamſi timidi eſſemus, tamen &c.

Etiamtum, adv. uſque ad id tempus, *ſin' allora*. *Cic. de Orat.* Omnes etiamtum retinebant illum Periclis ſuccum.

Etruria. V. Hetruria.

Etſi, conjunct. *benchè*, *ancorchè*, אף כי, Ger. *wiewol*, Gall. *bienque*, Hiſp. *bienque*, *ancor que*, καίτοι, quanquam. *Cic. pro Mil.* Etſi vereor, Judices, &c. ¶ Interdum cum ſubjunct. invenitur. *Cic. de Amic.* Etſi aliis plane orbatus eſſem.

Etymologia, f. 1. *ἐτυμολογία*, oratio, qua nominis ratio exponitur, ab ἔτυμος, & λόγος. *Cic. 1. Acad.* Verborum etiam explicatio probabatur, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata, quam etymologiam appellabant.

Etymologice, es, f. idem ac etymologia. *Varr. l. 6. L. L.* Cum dicat etymologice non omnium morborum poſſe dici cauſas.

Etymologicus, a, um, adjectiv. *ἐτυμολογικός*, ut etymologica ratio. *Gell. l. 1. c. 18.*

Etymus, mi, n. 2. vera nominis, ſive appellationis ratio, vel quæ ſaltem pro vera affertur, ab ἔτυμος, vel ἐτεός, verus. *Var. l. 1. de R. R. c. 48.* Videtur vocabulum etymus habere a glubendo.

E ANTE V.

Eu, particula approbantis, ſeu laudantis, & ſignificat, bene, recte, optime, εὖ. *Plaut. Moſt. 1. 4. 31.* Eu Philolaches, ſalve amiciſſime.

Evacuatio, onis, f. actus evacuandi, *evacuazione*. *Tertul. l. 4. adverſ. Marc. c. 24.* Fidei evacuatio.

Evacuatus, a, um, adject. *voto*, *evacuato*, ut evacuatæ obligationis vires reparare, *leg. 4. Cod. de Solut.*

Evacuo, as, avi, atum, a. 1. *votare*, κενόω, exinanio. *Plin. l. 20. c. 6.* Aut in fico duplici ad evacuandam alvum.

Evadne, f. 1. *Εὐάδνη*, Martis filia ex Thebe uxore Aſopi, conjux Capanei, quem incredibili amore dilexit. Cum audiſſet, maritum apud Thebas cecidiſſe, fere in mortis ſtuporem diriguit, deinde cum celebraretur funus, ſe in rogum projecit. Filium Sthenelum reliquit. *Virg. 6. Æn.*

Evado, dis, ſi, ſum, *ſcampare*, *fuggire*, נמלט, נס, Ger. *entgehen*, *entrinnen*, Gall. *échaper*, *venir au deſſus*, Hiſp. *ſalir de peligro*, *eſcapar*, ἀναφεύγω, extra vado, exeo, erumpo, evolo. *Cic. pro Cal.* Si evaſiſſent ſubito a balneis mulieris amici. ¶ Eſt item effugere, liberari. *Virg. 9. Æn.* Noſtras ne evadere demens ſperaſti te poſſe manus? *Cic. de Sen.* Nec vero tum animum eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore evaſiſſet. ¶ Item evenire, exitum habere. *Cic. Att. l. 16.* Quoad audiamus, hæc, quæ commota ſunt, quorſum evadant. *Plaut. Pæn. 1. 1. 44.* Intelligo hercle, ſed quo evadas neſcio. h. e. *dove tu vada a finire con queſto raccont.* ¶ Item fieri, *diventare*. *Cic. in Bruto, c. 35.* Perfectus Epicureus evaſerat. *Ter. Adel. 3. 4. 68.* Verum nimia illæc licentia profecto evadet in aliquod magnum malum. ¶ Item aſcendere. *Virg. 2. Æn.* Evado ad ſummi faſtigia culminis. Sic evadere in, & ad muros. *Liv. l. 4. & 25.* ¶ Item apparere. *Virg. 6. Æn.* Ut tandem ante oculos evaſit, & ora parentis. ¶ *Evadere vitam*, apud *Apul. l. 4. Met.* eſt mori, hoc eſt extra vitam vadere, vita exire. ¶ *Evaſti* pro *Evaſiſti*. *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 28.* *Evaſſet* pro evaſiſſet. *Silius l. 15.*

Evagatio, f. 3. actus evagandi. *Plin. l. 2. c. 17.* Ac ſpatia longitudinis latitudinem evagatione pandant.

Evaginatio, onis, f. *lo sfoderare*. Apud *Arnob. l. 1.* ſumitur pro ulceris alicujus ſpatio, ſeu intercapedine. ait enim: Contumaciam canceris ſeroi ad ſubeundam cicatricem circumſcriptis evaginationibus compulerunt.

Evaginatus, a, um, adject. e vagina eductus, *sfoderato*. *Juſtin. l. 1. c. 9.* Ipſe gladio ſuo ſponte evaginato vulneratus. *Hygin. fab. 164.* Evaginato gladio aliquem perſequi.

Evagor, aris, atus ſum, d. 1. idem ac vagor, ſeu latius vagor, expatire, *vagare*, *περιφέρομαι*. *Liv. l. 22.* Quia nullo circa ad evagandum relicto ſpatio. ¶ Translate eſt a mediocritate recedere. *Cic. in Off.* Nam qui appetitus longius evagantur. ¶ Item aliquid extra propoſitum dicere, & veluti a via inſtituta declinare. *Quinct. l. 2. c. 4.* Verum lætioribus evagari latis fuerit.

Evaleſco, is, lui, n. 3. *ingagliardirſi*, *potere*, חזק, Ger. *vermöglich werden*, Gal. *ſe renforcer*, Hiſp. *bolverſe rezio*, *arreziarſe*, ἐνισχύω, validior fio. *Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 79.* Pocula, lethaleque manu componere ſuccos Evaluit. *Quintil. l. 2. c. 8.* Adjuta cura natura magis evaleſcit. *Plin. l. 17. c. 25.* Cum evaluiſſent flagella pedes binos. hoc eſt cum creviſſent. ¶ Pro ſimplici valeo. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 17.* Cum margarita centies ſeſtertium evaluiſſet.

Evallefacio, is, eci, actum, a. 3. expello, & quaſi extra vallum ejicio. *Var.* apud *Non. c. 3. num. 158.* Retrimenta cibi, quæ exierant per poſticum, evallefecerunt.

Evallo, as, avi, atum, a. 1. *cacciar fuori*, ἐκβάλλω, quaſi extra vallum ejicio. *Non. c. 2. n. 259.* allatis exemplis Titinnii, & Varronis.

Evallo, is, ere, a. 3. vallo, ſeu vanno purgo, *crivellare*, *vagliare*, λικμίζω. *Plin. l. 18. c. 10.* Triticum ante perfundi aqua munda jubet, poſtea evalli.

Evan, antis, maſc. 3. unum ex Bacchi cognominibus, ab Evæ, vel Eube, vel Evohe, vel heuhn. *Ovid. 4. Met. v. 15.*

Evander, vel Evandrus, i, m. 2. Rex, vel potius unus ex nobilibus Arcadiæ. Patrem habuit Mercurium filium primi Jovis, matrem Nicoſtratam filiam Jonii Regis Arcadiæ, quæ a Græcis Themis, a Latinis Carmenta, a rerum futurarum prædictione, vocitata eſt. *Dionyſ. Hal. l. 1. Ant. Rom.* Sed a Theodontio, Leontio, Servio, & aliis ſcriptum eſt, eum fuiſſe vel filium, vel nepotem, vel pronepotem Pallantis Regis Arcadiæ, dictum autem Mercurii filium, quod eſſet eloquentiſſimus, a Mercurio inventore, & Deo eloquentiæ. *Virg. 8. Æn.* Filium genuit, quem appellavit Pallantem, & filiam nomine Pallantiam. *Id. ibid.* Sed apud Dionyſium legas, Pallantem Evandri nepotem fuiſſe, filiam vero Dynam eſſe appellatam. Cum patrem caſu occidiſſet, ſeditione populi facta, patriam, quæ Pallantium urbs fuit, una cum matre reliquit, 60. fere annis ante bellum Trojanum. Venit in Italiam, & humaniſſime a Fauno exceptus, habitavit non longe a Tiberi, in eo colle, qui poſtea Palatinus mons, & Palatium dictus eſt, ibique oppidum Pallantium, ſeu Pallanteum condidit. Poſt mortem in numero Deorum habitus, & cultus fuit. Habuit aram apud Aventinum collem, non procul a porta Trigemina.

Evandrus, i, m. 2. cælator egregius Athenienſis, qui inter captivos M. Antonii Romam venit. *Hor. l. 1. ſerm. ſat. 18.*

Evandrius, a, um, n. 1. 2. quod ad Evandrum ſpectat, ut Collis Evandrius, unus ex 7. collibus Romæ, in quo Evander habitavit, qui poſtea Palatinus appellatus eſt.

Evaneſco, is, ui, itum, n. 3. *ſvanire*, *ſparire*, נדף, Ger. *vergehen*, Gall. *evanouir*, Hiſp. *deſvanecerſe*, ἀφανίζομαι, e conſpectu abeo, vanus fio, in nihilum redigor. *Cicer. de clar. Or.* Iſque & orationes reliquit, quæ jam evanuerunt. *Ovid. 2. Faſt.* In tenuem evanuit auras. Rurſus *Cic. 1. Div.* Vinum evaneſcit vetuſtate. *perde la ſua forza*. *Id. Att. 9. epiſt. 13.* Extenuatur, & evaneſcit ſpes. ¶ Hinc particip. evaniturus. *Lactant. l. 5. c. 4.* Evanituras brevi religiones falſas.

Evangelicus, a, um, adject. ad Evangelium pertinens. *Tertul. lib. 4. cont. Marcion. c. 39.*

Evangeliſta, ſcriptor Evangelii. *Prudent. Cath. 6. v. 77.*

Evangelium, n. 2. græce eſt bonus, ſive lætus nuntius, ab εὖ, bene, feliciter, & ἀγγέλλω, nuncius. Hinc Chriſtiani Evangelium appellarunt Chriſti ſermonem, & doctrinam, quia in ea paſſim felicitas æterna iis annuntiatur. *Tertul. l. 4. cont. Marcion. cap. 3.* ¶ Evangelia, orum, n. 2. ſacrificia, & ſupplicationes, quæ pro jucundo nuntio decerni conſueverant, vel merces allati jucundi nuntii. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* O ſuaves epiſtolas, quibus εὐαγγέλια debere fateor. *Ulp. l. ſi ſalſus, ff. de furtis.* Ergo ſi ea, quæ dicunt Græci evangelia, petat; ideſt, mercedem pro rei inventæ, vel repertæ nuncio.

Evangelizator, oris, m. 3. qui Evangelium publice prædicat. *Tertul. de Cor. mil. c. 9.*

Evangelus, i, m. *εὐάγγελος*, lætus nuntius. *Vitr. l. 10. c. 7.* Nomen mutaverunt, ut pro Pixodaro Evangelus nominaretur.

Evanidus, a, um, n. 1. 2. *fragile*, *vano*, *caduco*, הבל, Germ. *hinfällig*, Gal. *qui ſoudain s'evanouit*, *periſſable*, Hiſp. *caduco*, *fragil*, *deſvanecido*, ἐξίτηλος, inanis, caducus, cito periturus. *Col. de Arb. c. 17.* Nam quæ in proceritatem extenduntur, evanidæ ſunt, &c. *Senec. epiſt. 35.* Leve & evanidum gaudium. *Ovid. Met. 5. v. 435.* Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.

Evanno, as, avi, atum, a. 1. *ſventolare*, הניף, Ger. *auſſwannen*, Gal. *vanner*, Hiſp. *avantar*, λικμάω, eſt vanno fruges, aut legumina movere, ac ventilare. *Var. l. 1. de R. R. c. 52.* Ut quod leviſſimum eſt in eo, evannetur foras extra aream. ¶ Translate eſt amovere, foras ejicere. *Pomp. Pan.* apud *Non.* Evannetur, & mea ocyus opera ut fiet, fecero.

Evans, antis, f. *Baccante*, Baccha. *Sil. Ital. l. 1. v. 101.* Non ille Evantis Maſſylæ palluit iras. *Virg. Æn. 6. v. 517.* evantes Orgia circum Ducebat Phrygias.

Evan-

Evanthia, f. 1. *Elautia*, opp. Achajæ, in ora Locrorum Ozolorum, inter Naupactum, & Chalcon, Cyrrham verſus.

Evaporatio, f. 3. *ſvaporamento*, ἀναθυμίασις, humoris exhalatio. *Sen. l.* 1. *nat. quæſt.* c. 5. Si terris omnes generis, & varia evaporatio eſt.

Evaporativus, a, um, adject. *coſa che ſvapora*. *Cal. Aurel. Acut.* 3. *cap.* 8. Evaporativa virtus.

Evaporo, as, avi, atum, a. 1. vaporem exhalo, *ſvaporare*. *Solin. c.* 8. Calor olim acrior exhalatus per tempora evaporavit. *Gell. l.* 19. *c.* 5. Id in et leviſſimum eſt, quod evaporatur.

Evaſto, as, a. 1. idem, ac vaſto. *Liv. l.* 10. *c.* 15. Omnia quinque menſium ſpatio evaſtaverunt.

Evax, εὖγε, interjectio exultantis. *Plaut. Men.* 5. 2. 18. Evax, jurgio uxorem tandem abegi. ¶ Eſt ab Evoe, εὐοῖ.

Eubœa, fem. 1. Chalcis, Abantis, *Negroponte*, inſ. Græciæ, Achajæ adjacens ab Oc. ab ea anguſto freto Euripo dicto diviſa. Ponte jungitur continenti Achajæ. Inſignis eſt duobus promontoriis, Gerœſto ad Atticam vergente, & Caphareo ad Helleſpontum.

Eubœus, a, um, adjectiv. ab Eubœa, ut plebs Eubœa. *Stat. l.* 5. *Silv.* 3. *verſ.* 136.

Euboicus, a, um, o. 1. 2. quod ad Eubœam inſ. ſpectat, ut Sibylla Euboica, quæ eadem, ac Cumæa. Nam Cumæ ab Eubœenſibus conditæ fuerunt. *Virg.* 6. *Æn.* Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. ¶ Euboicum mare, vel Sinus Euboicus, Oetæus, Opuntius, *Golfo di Negroponte*, ſinus maris Ægæi, qui Eubœæ adjacet. ¶ Item ſinus maris Campani, ſeu Thuſci, qui Cumarum, Bajarumque alluit oram, ab Euboicis advenis Cumarum conditoribus. *Propert. l.* 2. *el.* 18. *verſ.* 38. Et Danaum Euboico littore mille rates.

Eucarpia, f. 1. urbs Phrygiæ Magnæ, ad Hermum fl. verſus confinia Lydiæ.

Eucharistia, orum, n. εὐχαριστήρια, ab εὐχαριστεῖν, *grazie ago*, apud *Tertul. adverſ. Haret. cap.* 47. Ipſum introducunt ad benedicenda euchariſtia ſua. Sed alii legunt *euchariſtica*. h. e. oblationes pro gratiarum actione. ¶ Euchariſtia, æ, f. Græce εὐχαριστία, ab eadem radice, a Catholicis Scriptoribus adhibetur pro auguſtiſſimo Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. J. C.

Eucharisticus. V. Euchariſtia.

Euclides, m. 3. Εὐκλείδης, Philoſophus Megarenſis, auditor Socratis, qui, cum Megarenſibus interdictum fuiſſet Athenas ingredi, veſte muliebri utebatur, ne noſceretur. Scripſit pluſimos Dialogos. *Suid. Laer.* ¶ Euclides alter, Philoſophus Platonicus, & Geometra inſignis, tempore Ptolemæi, poſterior aliquanto iis, qui Platonis ætate vixerunt, antiquior vero Eratoſthene, & Archimede. Hic multa de Geometria, & Muſica ſcripſit, quæ etiam nunc extant.

Eudiaon, εὐδίαιον, linteum filum, quod medici extremo in clyſterio relinquunt, per quod clyſmus emittitur. *Feſtus.* ¶ Græci hoc nomine vocant foramen in navi, per quod ſentina evacuatur.

Eudora, f. 1. Εὐδώρα, Nympha filia Oceani, & Tethyos. ¶ Item una Atlantidum.

Eudoxus, m. 2. vir Gnidius, Geometra, & Aſtrologus peritiſſimus, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ curſum ordinavit. Libros edidit de Geometria, & Aſtrologia, item de legibus. *Cic.* 2. *de Div.*

Evectio, f. 3. actus evehendi. *Apul. lib.* 3. *Metam.* Sublimis evectio. ¶ Speciatim eſt diploma, ſive chartula ſigno Principis obſignata, qua poteſtas permittitur alicui utendi jumentis curſui publico deſtinatis, *licenza di andar per le poſte*. Nam ſine licentia Principis nemini privato licebat curſum publicum currere, qui inſtitutus fuerat ſolummodo ad Principis commoditatem, ut quam cito poſſet & nuntios mittere per provincias, & ea, quæ longe ab Urbe gerebantur, cognoſcere, ut eſt apud *Sueton. in Aug. c.* 49. V. Codicis *l.* 12. *tit.* 51. qui eſt *de curſu publico*, ubi multa habentur de jure evectionum. *Symmach. l.* 4. *ep.* 6. Evectiones impetraſſe me gaudeo.

Evectus, us, m. 4. idem ac evectio. *Plin. l.* 18. *c.* 5. Ut navigiorum evectus, vel invectum.

Evectus, a, um, adject. *portato*, *innalzato*. *Cic.* 1. *Ver. c.* 20. Omnia ex fanis plauſtris evecta, aſportataque. *Vellej. l.* 2. *c.* 33. In id evectus, ſupra quod aſcendi non poteſt. *Tacit. Ann.* 14. 52. Privatum modum evectæ opes.

Eveho, is, xi, ctum, a. 3. ἐξάγω, extra veho, effero. *Cic. de Clar. Orat.* Ut ſemel e Piræeo eloquentia evecta eſt. *Liv. l.* 1. Equo evehi. *Id. l.* 23. Ubi primum tranquillitas maris in altum evexiſſet. *Id. l.* 1. *c.* 38. Evehere aquas ex planis locis. *portar fuori*. ¶ Significat etiam in altum vehere, extollere. *Virg.* 6. *Æn.* ardens evexit ad æthera virtus. *Vellej. l.* 2. *c.* 90. Quem uſque in tertium Conſulatum amicitia Principis evexerat.

Evelatus, a, um, o. 1. 2. eventilatus, apud *vet. Feſtus:* Evelatum, Eventilatum. Unde celabra, quibus frumenta ventilantur.

Evello, is, evelli, rectius quam evulſi, evulſum, a. 3. *ſterpare*, נתש, Ger. *auſſrupfen*, Gal. *arracher*, Hiſp. *arrancar*, ἀνατίλλω, vi quadam vello, extirpo. *Cic.* 3. *Tuſc.* Perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi avellere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 53. Tamen eorum importunitatem ex eorum mentibus evelliſſet vis orationis tuæ. *Curt. l.* 4. *c.* 6. Sagitta telum eſt, quam Philippus evellit. ¶ Translate eſt adimere, *auferre*. *Cic. pro Roſc. Am.* Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctesque ſtimulat, ac pungit, ut evellatis, poſtulas. *Id. pro Cluent. c.* 2. Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus inſitam, tam vetuſtam? ¶ Partic. Evulſus V. ſuo loco.

Evenio, is, eni, entum, n. 4. extra venio, accedo, ἀποβαίνω. *Plaut. Rud.* 3. 2. 17. Eam eventuram Capuam ſalvam, & ſoſpitem. *Id. Caſ.* 2. 8. 1. Sane modo mi eveniat. Hic tamen alii leg. *veniat*. ¶ Significat etiam exitum habere, *riuſcire*. *Id. Moſt.* 2. 1. 48. Hæc blanda dicta quo eveniant, madeo metu. ¶ Sæpiſſime ſumitur pro accidere, *accadere:* ſed in hac ſignificatione plerumque impersonaliter uſurpatur. V. *Evenit*.

Evenit, iebat, evenit, imp. 4. *accadere*, קרה, Ger. *begegnen*, Gal. *arriver*, Hiſp. *acontecer*, συμβαίνει, eſt accidere, obtingere, & tum in malam, quam in bonam partem accipi ſolet. *Cic. Att.* Nihil nobis adverſi evenire poteſt. *Id. in Fam. ep.* 10. *l.* 2. Ne idem eveniat in meas litteras. *Id. in Tuſc.* Quibus jam evenit, ut moreremur. *Ter. Heaut.* 4. 3. Evenit illi commodum. ¶ Quandoque eſt ſorte alicui obtingere. *Sall. in Jug.* Metelloque Numidia evenit.

Eventilatus, a, um, adject. ut Frumenta eventilata mundiora ſunt. *Col. l.* 1. *c.* 6.

Eventilo, as, a. 1. *crivellare*, *ſventolare*, זרה, Germ. *ſieben*, *auſſbeuteln*, Gal. *vanner*, Hiſp. *aventar*, ἐκλικμάω, extra ventilo, ventilatione purgo. *Plin. l.* 31. *c.* 31. Graviorem iterum emendant aſſiduo linteorum jactatu eventilando. *Sid. l.* 1. *ep.* 9. Opes imperii eventilare. h. e. diſſipare.

Eventum, ti, n. 2. *avvenimento*, τὸ συμβαῖνον, quod caſu, aut fortuna nobis evenit, tam in malum, quam in bonum. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 5. Semper cauſæ eventorum magis movent, quam ipſa eventa. *Id. Fam.* 7. *ep.* 1. Ut te ex noſtris eventis communibus admonendum putarem. ¶ Late autem patet hujus vocis notio, de qua ſic *Lucret. l.* 1. *v.* 455. Servitium, libertas, divitiæque, paupertas, bellum, concordia, cætera, quorum adventu manet incolumis natura, abituque, Hæc ſoliti ſumus, ut par eſt, eventa vocare.

Eventurus, a, um, adject. particip. *Tibul. l.* 2. *el.* 5. *v.* 11. Tu procul eventura vides.

Eventus, us, m. 4. *accidente*, *caſo*, *avvenimento*, מקרה, Germ. *auſſgang*, Gal. *accident*, *evenement*, Hiſp. *acontecimiento*, τὸ συμβαῖνον, caſus, quod caſu, aut fortuna nobis evenit, tam in bonum, quam in malum. *Cic.* 1. *de Or.* Ita maxime dicendi difficultatem, variosque eventus orationis, hominumque judicia pertimeſcit. ¶ *Eventum præſtare*, eſt periculum alicujus rei in ſe recipere. V. *Præſto*. ¶ Aliquando etiam eventus ſinis rei dicitur. *Cic. in Pam.* Ex evento homines de tuo conſilio exiſtimaturi ſunt. ¶ Erat etiam Eventus apud Romanos unus ex 12. Diis, Agricolarum præſidibus, quos Conſentes appellabant. Hinc *Plin. l.* 36. *c.* 5. refert, fuiſſe Romæ ſimulacra boni Eventus, & bonæ Fortunæ. *Var. l.* 1. *c.* 1. *R. R.* Nec non precor bonum Eventum, quoniam ſine ſucceſſu ac bono eventu miſera eſt agricultura.

Evenus, or. 2. Lycormus, *Phidari*, *Fidari*, Εὔηνος, fl. Ætoliæ, qui ex Callidromo M. oritur, ac inter Ætolos, & Locros mare Jonium petit, haud procul ab ora ſin. Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Dictus eſt ab Eveno Martis filio, Marpiſſæ patre, qui ſe in eundem præcipitavit.

Evenus, m. 2. Εὔηνος, Philoſophus, qui ignem optimum ciborum condimentum eſſe dicere ſolebat. *Plut.*

Everberatus, a, um, adject. *battuto*, *sbattuto*. *Senec. l.* 5. *Quæſt. Nat. c.* 12. Spiritus cum everberatus curſu parum libero incalent.

Everbero, a. 1. idem ac verbero, *battere*. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Qui os, oculoſque hoſtis Galli roſtro, atque alis everberaret. *Virg.* 12. *Æn. v.* 866. Clypeumque everberat alis.

Evergandæ trabes, h. e. affabre politæ, & compactæ, ab εὐεργής. *Vitruv. l.* 5. *c.* 1.

Evergetes, m. 3. Εὐεργέτης, cognomen Ptolemæi Regis Ægyptiorum, qui Philadelpho ſucceſſit, quod beneficum ſonat, ex maximis ejus in Græcas civitates meritis impoſitum.

Evergo, is, a. 3. effundo, emitto, *mandar fuori*, ἐκβάλλω. *Liv. l.* 44. *c.* 33. Montes ſpem faciebant, quia nullos aperſos evergerent rivos, occultos continere latices.

Everræ, arum, f. 1. dicuntur purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito. *Feſtus*.

Everriator, oris, m. qui everrit. Apud *Feſtum* everriator dicitur, qui accepta hæreditate juſta facere defuncto debet; quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbaverit, ſuo capite luat. V. *Everræ*

Everriculum, n. 2. *rete da peſcare*, *erpicatojo*, *ſtraſcino*, Ger. *ein ſtreggarn der fiſcher*, Gal. *verveil*, *ſeine*, Hiſp. *red barredera*, σαγήνη, rete piſcatorium, a verrenda aqua, vel quod, ſi quid fuerit piſcium nactum, everrat. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 17. Cum neque everriculo illi in litus educere poſſent vivaria ſaginam plebejæ cœnæ piſces. ¶ Translate ponitur pro expilatore. *Cic. Verr.* 4. *c.* 24. Quod unquam hujuſcemodi everriculum ulla in provincia fuit? ¶ Dicitur item de actione de dolo, quia ea everruntur fraudes hominum e vita civili. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 30. Inde everriculum malitiarum omnium judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noſter protulit.

Everro, is, ri, ſum, *ſcopare*, *ſpazzare*, בער. Ger. *auſkwiſchen*, Gal. *balayer*, Hiſp. *barrer*, ἐκσαίρω, valde verro, ſcopis expurgo, verrendo nitidum facio. *Col. l.* 7. *c.* 4. Stabula frequenter everrenda, & purganda. *Id. ſub fin. l.* 8. Everrere purgamenta officinis. ¶ Translate accipitur pro expilare, *rubare*, *ſaccheggiare*. *Cic. Ver.* 2. *c.* 21. Etenim quam tu domum, quam tu urbem adiiſti, quod fanum denique, quod non everſum, atque extersum reliqueris? ¶ Everrere ſermones alicujus, pro expiſcari, curioſe inquirere, *Senec. l.* 3. *de ira*, *c.* 11.

Everſio, f. 3. *diſtruzione*, *ruina*, מהפכה, Germ. *umkerung*, Gal. *renverſement*, *deſtruction*, Hiſp. *abatimiento*, *deſtrucion*, ἀνατροπή, deſtructio, excidium. *Cic.* 1. *Phil. c.* 2. Taliſque everſio illius exſecratæ columnæ. *Id. de Sen. c.* 12. Hinc patriæ proditiones, hinc Rerumpublicarum everſiones.

Everſor, oris, m. *diſtruttore*, מהרס, Ger. *umbkerer*, Gal. *deſtructeur*, Hiſp. *deſtruydor*, ἀνατροπεύς, qui evertit. *Cic. pro Sext.* Hoccine ego appellem nomine everſores hujus Imperii? *Plin. l.* 28. *c.* 1. Everſor juris humani.

Everſus, a, um, adject. ab everto, *rovinato*, *diſtrutto*, *atterrato*, ut Everſæ funditus provinciæ, *Cic. Ver.* 1. *c.* 3. Everſa vi tempeſtatis quercus. *Plin. l.* 10. *c.* 31. ¶ Item verrendo purgatus, ab everro. quod vide. ¶ Everſa cervix quid ſit, V. *Everto*.

Everto, is, ti, ſum, a. 3. *rovesciare*, הפך, Ger. *umbkeren*, Gall. *renverſer*, Hiſp. *deſtruyr*, ἀνατρέπω, propria eſt in ſtatum contrarium vertere. *Cic.* 2. *de Or.* Qui duorum ſcalmorum naviculam in portu everterit. ¶ Translate eſt excindere, *diruere*, demoliri. *Cic.* 1. *Off.* De evertendis autem, diripiendiſque urbibus valde illud conſiderandum eſt. ¶ Item proſternere, de ſtatu aliquem dejicere, *abbattere*. *Cic.* 5. *Fam.* Quam me vi, atque impreſſione evertere. ¶ Item perturbare, tollere. *Cic. Att. l.* 16. Is, quantum in ipſo fuit, Remp. evertit. ¶ Item expellere. *Cic.* 3. *Ver.* Ne per ſummam injuriam pupillum Junium fortunis patris conetur evertere. ¶ Item refellere, *ribattere*. *Cic. de Or.* Sua confirmare, adverſaria evertere. ¶ Evertere cervicem, eſt jactare, in aliam partem violento motu vertere. *Ter. Heaut.* 2. 3. 131. Inverſa verba, everſas cervices tuas.

Eveſtigatus, a, um, adject. ab eveſtigo, *inveſtigato*, *ſcoperto*. *Senec. controv.* 9. Tu, Craſſe, poſt eveſtigata illa fugitivorum arma ditiſſimus.

Eveſtigio. V. Veſtigium.

Euganei, græce εὐγενεῖς, a nobilitate ſic dicti, populi Venetiæ, ubi nunc Patavini. Antenor enim, iis expulſis, Patavium Urbem & populos ſuos ſtatuit. *Liv. l.* 1. De his etiam *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Euganei colles, *i monti di Padova*, ſeptem fere paſſuum millibus Patavio diſtantes. Fama eſt Euganeorum Urbem ad horum radices fuiſſe, & ibidem Geryonis templum a Græcis conditum. Horum altiſſimus *Venda* dicitur, in quo Monachorum Olivetanorum Cœnobium non contemnendum. Nobiliſſimi autem *Tirulum*, & *Arquadum*, quod in eo T. Livius, in hoc F. Petrarcha ædes, & prædia ad ruſticandum habuerint. Inter utrumque *Taurilia* eſt ſita, cultuque præter cæteros inſignis. Ibi Fratrum S. Mariæ de Monte Ortone perpulcrum hoſpitium, vulgo *Merabello*, Monachorum S. Benedicti parvum Cœnobium, vulgo *Caſtelletto*, & princeps Eremitarum Camaldulenſium Eremus, vulgo *Rua*. V. *Scardeon. de Antiq. Urbis Patavinæ*.

Euganeus, a, um, adject. gentile, ut Euganea tellus, *Sil. l.* 8. *v.* 604. Euganea agna, *Juven.*

Euge, εὖγε, interjectio aſſentientis, laudantis, & gratulantis. *Plaut. Epid.* Euge, corpulentior videre, atque agilior. Adde *Ter. Adelph.* 5. 7. 13.

Eugeniæ, f. 1. uvæ quædam, a generoſitate ſic dictæ. Nam εὐγένεια, nobilitas eſt. *Col. l.* 3. *c.* 2. Sicut eugeniæ, dum ſunt in Albano colle.

Eugepe, interject. exultantis, & approbantis. *Plaut. Amph.* 4. 2. 10. & alibi.

Eu-

Eugium, n. 2. εὐγεῖον, eſt pars media inter naturalia muliebria, ſeu pelliculа, quæ ſignum virginitatis habetur, ab εὔγεως, fertus. *Laber.* Cum cano eugio puellitarier. Adde eund. apud *Non. c.* 2. *n.* 304.

Euhyus, unum ex cognominibus Bacchi, εὖ υἱός, hoc eſt, bonus filius. Cum enim Gigantes in Jovem moviſſent bellum, cæteris Diis exterritis, fabulantur Poetæ, Liberum Patrem ſe in leonem transformaſſe, unumque ex Gigantibus interfeciſſe, atque ob egregie navatam operam hoc nomine ab Jove fuiſſe appellatum. *Stat. l.* 2. *Theb.* Præcepti cum te tenes Euhye partus Tranſmiſere patri. Hinc

Euias, vel Euhyas, adis, f. 3. Bacchi ſacerdos. *Horat. l.* 3. *od.* 25. Exſomnis ſtupet Eujas.

Evibro, as, avi, atum, a. 1. vibro, vel extra vibro, *vibrare*. Translate *Gellius l.* 1. *c.* 2. Nam iis excitarentur, atque evibrarentur animi, quod cornua, & litui moliuntur.

Evictio, onis, f. vox JCtorum eſt, qua ſignificatur legitima probatio, rem aliquam ſuam eſſe, quæ ab adverſario acquiſita ſit. *Leg. Non tamen, Dig. de evictionib.*

Evictus, a, um, adject. convictus, *convinto*, *vinto*. *Cic. Ver.* 2. *c.* 2. Tam multis teſtibus evictus. *Sil. l.* 3. *v.* 581. Virtus paulatim evicta ſeneſcit. h. e. enecta, & debellata.

Evidens, o. 3. *evidente*, *manifeſto*, ברור, Germ. *ſcheinbar*, Gall. *evident*, Hiſp. *evidente*, *manifiesto*, ἐναργής, quod aperte videtur, & intelligitur. *Cic. de Un.* Ut eſſet menſura quædam evidens. *Id. l.* 3. *de Nat. Deor. c.* 4. Evidens eſt, de quo inter omnes convenit. *Celſ. l.* 7. *in princ.* Evidentiſſimi effectus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* Quid enim eſt hoc evidentius?

Evidenter, adv. *manifeſtamente*, Ger. *klerlich*, Gal. *evidamment*, Hiſp. *claramente*, ἐμφανῶς, perſpicue. *Liv. l.* 7. *c.* 26. Cum tam evidenter pœnituerit. ¶ Comparat. *evidentius*, & ſuperlat. *evidentiſſime*, loquuntur *leg.* 11. *Dig. de liber. & poſth.* & *leg.* 25. *Dig. quæ ſatiſd. cog.*

Evidentia, f. 1. *evidenza*, ἐνάργεια, perſpicuitas. *Cic.* 4. *Acad.* Propterea quod nihil clarius ἐναργείᾳ, ut Græci, perſpicuitatem, aut evidentiam, ſi placet, nominemus. Adde *Quintil. l.* 6. *c.* 2.

Evigilatus, o. 1. a. part. ab evigilo, vigilando confectus. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 12. At quam honeſta? at quam expedita tua conſilia? quam evigilata tuis cogitationibus, quæ itineris, quæ navigationis!

Evigilo, as, avi, atum, n. 1. *deſtarſi*, *ſvegliarſi*, ננור, Ger. *auffwachen*, Gal. *etre veillé*, *s'eveiller*, Hiſp. *velar*, *eſtar velando*, ἐγείρομαι, expergiſcor, vigil fio. *Plin. ep.* 5. Evigilaveram, nuntiat a Spurina. ¶ Hon- nunquam eſt elucubrare, & per vigilias aliquid conficere. *Ov. Triſt. l.* 1. *el.* 1. *v.* 107. Quos ſtudium cunctos evigilavit idem. ¶ Translate eſt prudenter agere, proſpicere. *Cic. in Par.* Aut in quo evigilaverunt curæ, & cogitationes meæ?

Evigoratus, a, um, adject. vigore privatus. *Tertull. de Pall. c.* 4.

Evileſco, is, lui, n. 3. vileſco, *divenir vile*, *avvilire*, Φαυλίζομαι. *Sueton. in Claud. c.* 15. Uſque eo eviluit, ut paſſim ac palam contemptui eſſet. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 4. *n.* 7. Nullis ſordibus pretium caræ pietatis evileſcit.

Evincio, is, nxi, nctum, a. 4. idem ac vincio, vel valde vincio, circumdo, *legare*, *circondare*, ἀναδέω. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 42. Inſigni regio Tiridatem evinxit. h. e. diadema impoſuit.

Evinco, is, ici, ictum, a. 3. obtineo, vinco, *convincere*, *vincere*, *attenere*, ἐκνικάω. *Liv. l.* 2. Evincuntque inſtando, ut litteræ ſibi ad Tarquinios darentur. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 150. Ratio evincet. ¶ Item *ſuperare*, *ſormontare*. *Virg.* 2. *Æn.* Amnis oppoſitas evincit gurgite moles. *Horat. lib.* 2. *od.* 15. Platanuſque cælebs evincet ulmos. *Ovid.* 1. *Met.* Evincere ſomnos. *Senec. in Med.* precibus aliquem evincere, *pregarlo*. *Colum. l.* 6. *c.* 5. Evincendi autem ſunt quamvis peſtiferi morbi, & propulſandi. ¶ Apud JCtos evincere, eſt rem ſuam ab alio acquiſitam jure repetere. *Ulp. l.* 1. *Dig. de evictionib.*

Evinctus, a, um, adject. vinctus, circumdatus, *circondato*, *legato*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 364. Evinctis attollere brachia palmis. *Id.* 6. *Æn. v.* 286. Evinctus tempora ramis.

Eviolo, as, a. 1. idem quod violo, lædo. *Propert. l.* 1. *eleg.* 7. Quod nolim noſtros evioláſſe duos. Al. leg. *te violaſſe*: Alii *evoluiſſe*, quod ſit præteritum ab *evolvo*, h. e. in fatis diſpoſuiſſe, vel quod ſit idem quod *voluiſſe*, a *volo*, *vis*.

Eviratio, f. 3. *caſtrazione*, virilium exſectio. Metaleptice ponitur pro depilatione. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Eviratio pilorum.

Eviratus, a, um, o. 1. a. *caſtrato*, ἀπεχειρισμένος, caſtratus, & translate laſcivus, & effeminatus. *Martial. l.* 5. *epigr.* 42. Eviratos ſpadone.

Evireſco, is, n. 3. virorem amitto, expalleſco. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 258. Atque exſanguibus dolore evireſcit color.

Eviro, as, a. 1. *caſtrare*, סרס, Ger. *machen*, Gal. *chatrer*, Hiſp. *caſtrar*, εὐνουχίζω, caſtro, virilitatem execo, & translate effeminatum reddo. *Var.* apud *Non. c.* 1. *n.* 213. Eviravit omnes Venere vaga pueros.

Eviſceratus, o. 1. a. cui viſcera exempta ſunt, *ſventrato*. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 44. *ex Enn.* Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis, eviſceratus latere pendens. ¶ Item quod ex viſceribus alicujus rei extrahitur, ut Unio a concha eviſceratur. *Solin. c.* 55. (*al.* 66.)

Eviſcero, as, a. 1. *ſventrare*, Ger. *entweyden*, Gal. *ebouëller*, *oter les entrailles*, Hiſp. *deſentrañar*, ἐξεντερίζω, exentero, viſcera extraho, viſceribus ſpolio. *Virg.* 11. *Æn.* Pedibuſque eviſcerat uncis.

Evitabilis, le, o. 3. quod evitari poteſt. *Ovid.* 6. *Met. v.* 234. Fræna tamen dantem non evitabile telum.

Evitatio, onis, f. actus evitandi, *lo ſchivare*, ἀλεύρωσις, ut evitatio malorum, *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 2. Faſtidii evitatio, *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 25.

Evitatus, o. 1. a. part. ab evitor, *ſchivato*. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 1. Metaque fervidis evitata rotis.

Evito, as, avi, atum, a. 1. *ſchivare*, idem, ac vito, ideſt fugio, effugio, caveo. *Cic. de Amic.* Quas tum evitare, tum levare, tum ferre ſapientis eſt. ¶ Evito etiam verbum antiquum eſt, compoſitum a vita, & ſignificat vitam eripere, vita ſpoliare. *Enn. apud Cic.* 3. *Tuſc. v.* 19. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari.

Evius, ii, m. Bacchi cognomen, quaſi bonus filius. V. Euhyus. *Horat. l.* 2. *od.* 11. *n.* 17. Diſſipat Evius curas edaces. *Colum. l.* 10. *R. R. v.* 224. Evie, Evie pæan. ¶ Eſt etiam adject. ideſt Bacchicus. *Stat. Achil.* 2. *v.* 154. Quater Evia pulſant Terga manu. h. e. tympana.

Eumeces, n. 3. balſami genus levi cortice, ab εὐμήκης, *bene longus*, quod cæteris ſit procerius. *Plin. l.* 12. *c.* 25.

Eumenides, um, f. Furiæ infernales, ſic dictæ per antiphraſim, εὐμενίδες, quaſi benevolæ, cum revera ſint δυσμενεῖς. Hoc autem nomen ab Oreſte acceperunt, qui Palladis conſilio illas placaverat, cum prius Eurymedes dicerentur, ut docet *Sophocl. in Oedip. Virg.* 4. *Æn.* Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus. ¶ In ſingulari Eumenis, idis. *Sil. l.* 2. *v.* 559. Dejectaque crinem Eumenis in medios irrumpit. V. *Furiæ*.

Eumetris, f. 3. gemma, ſilici ſimilis, quæ capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Eumolpidæ. V. Eumolpus.

Eumolpus, m. 2. fil. Muſæi, vel Orphei. Hinc Eumolpidæ, Sacerdotes præſides nocturnorum quorundam ſacrificiorum in honorem Bacchi, quod ab Eumolpo inſtituti fuerint. *Cic.* 2. *de Leg.*

Eunuchinus, a, um, adject. ad Eunuchum pertinens, ut Eunuchina facies, apud *Hieronym. ep.* 22. *de cuſt. Virg.*

Eunuchiſmus, i, m. eviratio, ut eunuchiſmum facere, apud *Cal. Aurel. Tard. l.* 1. *c.* 4.

Eunuchizo, as, eviro, apud *Hieron. cont. Jovinian.*

Eunucho, as, a. 1. *caſtrare*, εὐνουχίζω, caſtro. *Var. in lege Mævia*, apud *Non. c.* 2. *n.* 289. Qui ſeu eunuchat, aut alibi liberos producit.

Eunuchus, m. 2. *caſtrato*, סריס, Ger. *verſchnitter*, Gal. *eunuque*, *chatré*, Hiſp. *caſtrado*, *capado*, εὐνοῦχος, caſtratus, ab εὐνή, *cubile*, & ἔχειν, *admiſſarium admiſſum*, quaſi expers concubitus. *Cic. in Or.* Eunuchi in Syria, Ægyptoque. *Juven. Sat.* 6. quas eunuchi imbelles, ut mollia ſemper Oſcula delectent, & deſperatio barbæ. *Id. ſim.* 12. Eunuchum ſe facere. ¶ Eſt etiam titulus comœdiæ Terentianæ, in cujus prologo, *v.* 32. *Terent.* dixit *Eunuchum ſuam*, ſubaudiendo *fabulam*.

Evocati, m. 2. erant milites veterani, qui expletis ſtipendiis in gratiam Conſulum, Ducumque militiam ſumebant, ab *evocando*, quod rogatione ac precibus, ſæpeque litteris, ac nuntiis nominatim evocabantur ad militiam, quam jure detrectare poterant. Singuli eorum honore Centurionum, & inſignibus afficiebantur. Unde vitem geſtabant. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 6. Antonium Præfectum Evocatorum miſi ad te. V. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 15.

Evocatio, onis, f. actus evocandi, ἔκκλησις, *il chiamar fuori*, ut inferorum evocatio, *Plin. l.* 30. *c.* 1. ¶ Evocatio etiam dicebatur genus militiæ per tumultum in re ſubita collecti, ubi Dux alloquitur cives: Qui Remp. ſalvam vultis, me ſequimini. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 2. Vis decernitur per exercitus, claſſes, arma, tormenta, evocationes hominum, & alias hujuſmodi res. Adde *Donat. ad Terent. Eun.* 4. 7. 2.

Evocator, oris, m. qui evocat. Item qui tumultuarium, & ſubitum militem cogit. *Cic. Catil.* 1. *c.* 11. Principem conjurationis, evocatorem ſervorum, & civium perditorum exire patieris?

Evocatorie, adv. ut evocatorie curare, *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 15.

Evocatorius, a, um, adject. qui evocat, ut evocatoriæ litteræ, apud *Sidon.*

Evocatus, a, um, adject. *chiamato fuori*. Hinc Evocati milites, de quibus V. *Evocati*.

Evoco, as, avi, atum, a. 1. *chiamar fuora*, קרא, Ger. *herauſſ berüffen*, Gal. *appeller*, *hucher*, Hiſp. *llamar fuera*, *atraer*, ἐκκαλέω, extra voco. *Teren. in Eun.* 2. 2. 52. Num quem evocari hinc vis foras? ¶ Eſt etiam accerſere ad aliquem locum. *Liv. l.* 5. Evocare ad colloquium. Sic qui in provinciis erant, ſæpe ad dicendum cauſam Romam evocabantur. *Cic. in Ver.* Periclei Epheſius Romam evocatus eſt, quod auctor injuriæ illius fuiſſe argueretur. ¶ Item ad ſubitam, tumultuariamque militiam vocare. *Cæſ.* 1. *B. C.* Magnus numerus equitum R. & decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. ¶ Evocare Deos veteres dicebant, pro precibus elicere Numina illa, in quorum eſſe tutela urbs obſeſſa putabatur, ut ea relicta, in eorum, qui obſidebant, urbem tranſirent. *Macrob. Saturn. l.* 3. *c.* 9. ¶ Per translationem eſt quaſi extrahere, retrahere. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cum a Rep. cum a negotiis omnis evocamus animum. ¶ *Plin. l.* 14. *c.* 1. Vis earum (vitium) omnis evocatur in palmitem. h. e. exit, ſe diffundit.

Evohe, & Evoe, & Evæ diſſyllab. εὐοῖ, vox bacchantium, & Liberum Patrem inclamantium, & invocantium, quaſi εὖ οἱ, bene illi. *Virg.* 7. *Æn. v.* 389. Evohe Bacche fremens. *Ovid.* 4. *Met. v.* 524. Evohe Bacche ſonat. *Catul. Argon. v.* 61. Saxea ut effigies bacchantis proſpicit evæ.

Evolaticus, a, um, adiectiv. qui volat, ut evolatici homines, apud *Plaut. Pan.* 2. 2. *v.* 27. Al. tamen leg. *volatici*.

Evolito, as, n. 1. freq. a volo. *Col. l.* 8. *c.* 8. Per quas ad requirendos cibos evolitant.

Evolo, as, avi, atum, n. 1. *volar fuori*, עוף, פרח, Ger. *auſſfliegen*, Gal. *s'envoler*, Hiſp. *volar*, ἐκπέτομαι, extra, vel in altum volo. *Cic. in Bruto.* Ut evolare, non excurrere videretur. ¶ Translate eſt progredi, ad honores altius vehi, aſcendere. *Cic.* 1. *Fam.* Quem illi eſſe in principibus facile ſunt paſſi, evolare altius certe noluerunt. ¶ Item eripere ſe, aufugere. *Cic. in Somn.* Qui ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt. ¶ Item vitare, effugere. *Cic. de Prov. Conſ.* Quam pœnam ſi cum aliorum opibus, non ſuis evolarunt. *Id.* 3. *Ver.* Evolet ex veſtra ſeveritate.

Evolo, as, a. 1. *rubare*, *rapire*, גזל, Ger. *rauben*, Gal. *voler*, Hiſ. *hurtar*, ἁρπάζω, eſt furari, rapere, quaſi in volam recipere. *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 65. Ciſtellam adoleſcens hic mihi evolavit. Alii ſic leg. Ciſtella mihi hic, mi adoleſcens, evolavit.

Evolvo, is, olvi, utum, a. 3. *rivolgere*, גלל, Ger. *rollen*, Gal. *deplier*, *derouiller*, Hiſp. *ſacar bolviendo*, ἀνατυλίσσω, de loco volvo. *Lucan. l.* 3. Nudis evolvunt ſaxa lacertis. ¶ Hinc evolvere ſe dicuntur flumina decurrentia. *Virg.* 5. *Æn.* in mare ſe fluvii evolvunt. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Danubius ſex fluminibus in Pontum evolvitur. ¶ Translate evolvere eſt meditari. *Virg.* 4. *Georg.* Flevisse, & gelidis hæc evolviſſe ſub antris. ¶ Item legere. *Cic.* 1. *Tuſc.* Evolve diligenter ejus eum librum, qui eſt de animo. ¶ Item explicare, exponere. *Cic. pro Cæl. c.* 25. Reliquum eſt crimen de veneno, cujus ego neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſum. Sic, naturam rerum evolvere, *Id. l.* 4. *Acad.* ¶ Evolvere ſe, eſt evadere, & ſe expedire. *Ter. Phorm.* Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his turbis. ¶ Evolvere argentum, pro eruere, reperire, *trovar fuore*, *procacciare*. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 53. Aut terra, aut mari alicunde evolvam id argentum tibi.

Evolutio, onis, f. evolvendi actio, explicatio, lectio. *Cic. l.* 2. *Fin. c.* 7. Quid hiſtoria, cognitioque rerum, quid Poetarum evolutio?

Evolutus, a, um, adjectiv. ἀναπεπτωμένος, *diſpiegata*, *ſviluppato*, et evoluta ſerpens, & ex oculis elapſa, *Liv. l.* 26. Evolutum furfure panicum, apud *Colum. l.* 2. *c.* 9. h. e. exutum, purgatum. Evolutos bonis, h. e. deturbatus, *Senec. ep.* 73. Evolutus nudatuſque tegumentis diſſimulationis, *Cic. l.* 2. *de Or.* 1. 26.

Evomo, is, ui, itum, a. 3. *vomitare*, הקיא, Ger. *auſſkotzen*, Gal. *vomir*, Hiſp. *gomitar*, *rebeſar*, ἐξεμέω, extra vomo, vomendo ejicio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eaſque, cum ſtomacho concoxerit, evomere. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Evomit ſe Nilus in mare. ¶ Translate eſt emittere. *Cic. de Am.* Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. *Ter. Adelph.* 3. 2. Evomere iram in aliquem.

Evonymus, f. 2. *Pane votto*, inſ. Siciliæ facie parva, inter Liparam ad Auſtr. & Strongylen ad Bor. in mari Tyrrheno. Aliis eſt *Liſca Bianca*, aliis *Vulcanetto*, aliis *Strombolo*.

Eupatoria, f. 1. urbs Paphlagoniæ, Regia Mithridatis, ab eo condita, quæ poſtea Pompejopolis ex Pompeji Magni nomine dicta eſt, apud *Ammianum*.

Eupatorium, n. 2. ſive eupatoria, f. 1. herba, al. agrimonia, ab Eupatore Rege. *Plin. l.* 25. *c.* 6.

Eupheme, es, f. 1. mater Croti, & nutrix Muſarum.

Eupho-

Euphemiſmus, εὐφημισμός, figura rhetorica, qua res ingratas, & odioſas mitioribus vocabulis exprimimus, vel ironice, ut cum Furiæ Eumenides vocantur, vel extra ironiam, ut *Velley. l.* 2. c. 93. Si quid accidiſſet Cæſari. h. e. ſi mortuus eſſet. V. *Voſſ. Inſtit. Orat. p.* 2.

Euphonia, εὐφωνία, quam *vocaliſatem* vertit *Quintil.* eſt ſonus vocum jucundior, ſuaviorque verborum prolatio. Uſurpat *Palæmon Grammaticus*.

Euphorbus, viri Trojani nomen e Menelao occiſi, cujus animam Pythagoras, qui metempſychoſim commentus eſt, habere ſe jactabat, *Ovid.* 15. *Met. v.* 160. Hinc ſapiens Euphorbus pro Pythagora ſumitur ab *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 50.

Euphorion, Poeta Chalcidenſis, qui varia ſcripſit. Elegorum ejus teſtis eſt *Diomed. l.* 3. Poema etiam aliud, in quo multa de Agricultura, affert *Suid.* Quam ob cauſam forte Varro, & Columella eum inter ſcriptores ruſticos celebrant. Hujus græca carmina Gallum latine vertiſſe, auctor eſt *Serv.* Unde *Virg. in Bucol.* Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu &c. V. *Quintil. l.* 10. c. 1.

Euphranor, m. 3. ſtatuarius Iſthmius, qui de ſymmetria, & coloribus aliquot volumina edidit. *Plin. l.* 34. c. 8.

Euphrates, m. 3. *Frat*, fl. Aſiæ. Oritur ex Niphate M. Armeniæ majoris, in Tigrim cadit, & cum ipſo paulo poſt in ſin. Perſicum ſe exonerat. Dictus creditur ab εὐφραίνω, *exhilaro*, quia aquis ſuis agros circumjacentes fertiliſſimos reddit.

Euphratis, idis, f. quæ ad Euphratem poſita eſt, ut ripa Euphratis, apud *Sidon. in carmine ſubjecto epiſt.* 9. *l.* 8.

Euphroſyne, es, f. 1. Εὐφροσύνη, una Gratiarum, ab hilaritate. V. *Gratia*.

Euphroſynum, i, herba, alio nomine bugloſſum. *Plin. l.* 25. c. 8.

Eupilis, m. 3. *Lago di Puſiano*, lacus Inſubriæ, per quem Lambrus fluit, cum pago cogn. Leucum verſus in Bor. *Plin. l.* 3. c. 19.

Euplœa, f. 1. *Gajola*, inſ. parva Campaniæ, in ſinu Puteolano, inter Neapolim, & Puteolos, juxta Pauſilypum prom. haud procul a Margellene. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 79.

Euplocamus, adject. εὐπλόκαμος, caluniſtratus. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 155. Euplocamus catullus.

Eupolis, m. 3. antiquus Poeta Comicus, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus. Scripſit comœdias decem, & ſeptem, ex quibus novem victoriam meruerunt. Periit in prælio navali inter Lacedæmonios, & Athenienſes commiſſo. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, illud oſtendit, quod publico edicto cautum fuit, ne poetis in poſterum militare liceret.

Euröus, a, um, adject. ab Euro, orientalis, *orientale*. *Colum. l.* 11. c. 2. Incipit occidere ventus urinus.

Euripides, m. 3. Εὐριπίδης, Poeta Tragicus Athenienſis. Natus eſt eo die, quo Xerxis exercitus ab Athenienſibus fuſus eſt. Fuit primum in Rhetorica Prodici diſcipulus, deinde Socratis in Philoſophia, ſecutus eſt etiam Anaxagoram. Athenis diſcedens venit ad Archelaum Macedoniæ Regem, apud quem ſummo in honore fuit. Scripſit fabulas ſeptuaginta quinque, ex quibus quinque tantum victoriam meruerunt. Caſtitate vitæ tanta fuit, ut vulgo μισογύνης, h. e. oſor mulierum, cognominatus ſit. Duxit tamen uxores duas. Exceſſit noctu diſcerptus e canibus annum agens in penultimum quintum. Oſſa ejus Regis juſſu Pellam translata, repulſis Athenienſium precibus, qui ſæpe per legatos tentaverant ut civis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceret.

Euripidēus, a, um, adject. ad Euripidem pertinens, ut Euripideum carmen, *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 25.

Euripus, m. 2. εὔριπος, fretum anguſtum, ab εὖ, & ῥιπίζω, ventilo, quod a ῥίπτω, projicio, quia facile projicitur, & huc, atque illuc jactatur. Variis fretis hæc vox tribuitur. Maxime tamen nobilis euripus inter Eubœam, & Bœotiam, qui Chalcidicus, & Euboicus, & ſimpliciter Euripus nominatur, *Stretto di Negroponte*. Is ſepties die, ac ſepties nocte, ut *Mela l.* 2. c. 7. auctor eſt, fluctibus invicem verſis adeo immodice fluit, ut navigia plenis velis ventis repugnantibus ſecum rapiat. Sed Strabo, Seneca, Plinius, & alii ſepties tantum 24. horarum ſpatio reciprocare volunt. Imo *Antiphilus Byzantius l.* 1. *epigr.* ſexies ſolum curſum mutare ait. Denique *Liv. lib.* 38. ſcribit, non ſepties die temporibus ſtatis reciprocare, ſed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutum torrentem, rapi. ¶ Euripi item dicuntur alvei magnifico opere, qui aquas in morem fluviorum deducunt, quo in genere etiam canales recenſendi ſunt, quibus aquæ in ſublime ſaliunt, & in domos privatas aſcendunt, *gore*. Differunt a nilis, quod euripi exiliores ſunt, nili majores. *Cic.* 2. *de Leg.* Ductus vero aquarum, quos iſti nilos, & euripos vocant. ¶ Item lacunæ aquarum inertium in circo, vel arenæ. *Plin. l.* 8. c. 7. Poſtea ſimile ſpectaculum editurus euripis arenam circumdedit.

Euroauſter, tri, m. ventus ſpirans inter Auſtrum, & Eurum. *Colum. l.* 11. c. 2. *Inſcrip.* apud *Gruter. p.* 137.

Euronŏtus, m. 2. *Scirocco*, ventus, qui ab oriente hyberno flat, inter Eurum, & Notum. *Apul. de Mundo*, & *Colum. l.* 11. c. 2.

Eurōpa, f. 1. Εὐρώπη, filia Agenoris Phœnicum Regis, quam Jupiter in bovem transformatus raptam abduxit in Cretam, ex qua genuit Minoem, & Rhadamanthum. *Plato in Min. Ovid.* 2. & 3. *Met.*

Eurōpa, f. 1. *Europa*, una ex præcipuis partibus orbis terrarum, ſic dicta ab Europe Agenoris filia. Habet a Sept. & Occ. Oceanum, a Mer. Mare Mediterraneum, ab Or. Aſiam. Separatur ab Africa Mari Med. Africo, Sardoo, & Iberico, ab Aſia Tanai fl. Ponto Euxino, & mari Ægæo.

Europæus, a, um, adject. *Europeo*. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 23. Noverat ante alios faciem ducis Europæi. h. e. Europæ filii. *Nepos Eumene, c.* 3. Illum unum oppoſuerat Europæis adverſariis.

Europenſis, ſe, adject. Europæus. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 21. Aureliano rebus Europenſibus occupato.

Eurōtas, m. 1. Hymetus, Marathon, Neris, *Basilipotamo*, fl. Peloponneſi, lauris abundans, qui oritur in Arcadia, non procul ab Alpheo, in vico Aſea, prope Megalopolim, longe a Stymphalo M. in Auſt. per Laconiam in Mer. fluit, Lacedæmonem alluit, & in ſin. Laconicum ſe exonerat. *Virg.* 1. *Æneid.*

Eurotĭas, æ, m. gemma, quæ ſitu, inquit *Plin. l.* 37. c. 10. videtur operire nigritiam. Eſt ab εὐρώς ſitus, mucor, putredo.

Eurōus, a, um, ad Eurum pertinens. Orientalis. *Virg.* 3. *Æn. v.* 533. Portus ab Euroo fluctu curvatur in arcum. *Pier. Valerian.* ita ſe legiſſe teſtatur in omnibus pene codicib. antiquis, quos verſarit. Al. tamen *Eoo*, quod eſt magis uſu receptum.

Eurus, m. 2. εὖρος, ventus, al. Subſolanus, qui flat ab ortu verno, ſeu æquinoctiali, ab ἠῶ ῥέων, vel ab εὖ, & ῥέων, a bene fluendo. *Ovidius*: Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu. ¶ Sæpe a Poetis ponitur pro parte Orbis orientali. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 538. regio, quæ immenſo deſcendit ab Euro.

Euryăle, f. 1. Εὐρυάλη, fuit Regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Prœti Argivorum Regis filia. ¶ Tertia una ex Gorgonibus.

Eurydĭce, es, f. uxor Orphei, pro qua recuperanda ad inferos deſcendit. *Virg. l.* 4. *Georg. v.* 486. Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras. Fabulam V. in *Orpheus*.

Eurylŏchus, ſocius Ulyſſis, qui ſolus Circes pocula non guſtavit, neque in ſuis figuram eſt transformatus. *Ovid.* 14. *Met. v.* 287. Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.

Eurymĕdon, ontis, pater Peribœæ, ex qua Neptunus ſuſcepit Nauſithoum Regem Phæacum, & Alcinoi Patrem. *Homer. Odyſſ.* 7. ¶ Item filius Fauni, de quo *Stat.* 11. *Theb. v.* 32. ¶ Item flumen, qui ex Tauri jugis ortus Pamphyliam ſecat. *Mela l.* 1.

Eurynŏme, es, Oceani, & Tethyos filia, uxor Orchami Achemeniorum Regis, mater Leucothoes. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 210. ¶ Item Apollinis filia, quæ Adraſtum Argivorum regem, & Euryphylum Amphiarai conjugem peperit.

Eurypylus, Herculis filius, augur peritiſſimus inter Græcos, qui regnavit in Coo inſula. *Ovid.* 7. *Met. Virg.* 2. *Æn.*

Euryſtheus, triſyllab. m. 2. Εὐρυσθεύς, Sthenoli Mycenarum Regis filius, qui Junonis inſtinctu imperabat Herculi, ut varia monſtra ſuperaret, quo poſſet perire. Quare eum *Virg.* durum appellat, 3. *Georg. in princ.*

Euryſthæus, a, um, ad Euryſtheum pertinens, *Euriſteo*. *Stat.* 6. *Thebaid.* 311. bella Euryſthea gerentem Amphitryoniadem.

Eurythmia, æ, f. εὐρυθμία, concinnitas, convenientia, apta diſpoſitio. *Vitruv. l.* 1. c. 2. Architectura conſtat ex ordinatione, ex diſpoſitione, eurythmia, & ſymmetria.

Eurytis, idos, f. patronym. filia Euryti, Εὐρυτίς, h. e. Iole. *Ovid. heroid. ep.* 9. *v.* 133. Eurytidoſque Joles, atque inſani Alcidæ. Adde *Met.* 9. *v.* 395.

Eurythus, m. 2. Εὔρυτος, Oechaliæ Rex, pater Joles, ab Hercule victus & occiſus, cum filiam certaminis lege promiſſam nollet tradere. ¶ Item Mercurii filius, comes Argonautarum. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 538. & *l.* 3. *v.* 472. & *l.* 6. *v.* 570.

Euſchēme, adverb. εὐσχήμως, decore, ſpecioſe. vox græca, qua utitur *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. & *Trinum.* 3. 1. 24.

Euſtylos, i. εὔστυλος, concinne columnis diſpoſitis extructus. *Vitruv. l.* 3. c. 2.

Euterpe, f. 1. una ex Muſis, quæ tibias invenit, ab εὖ, bene, & τέρπω, delecto, ideſt, a concentus ſuavitate. *Horat. l.* 1. *od.* 1.

Euthygrammus, i, m. εὐθύγραμμος, quaſi recta linea, regula eſt Architectorum, de qua *Vitruv. l.* 1. c. 1.

Eutyches, etis, & chis, monachus Conſtantinopolitanus, hæreſiarcha, qui in Chriſto duas naturas negavit, damnatus in Synodo Chalcedonenſi, Marciano Imp. Vixit circa A. C. 450.

Evulgo, as, a. 1. *devulgare*, *pubblicare*, פרסם, Ger. *auſſbreiten*, Gal. *publier*, *divulguer*, Hiſp. *divulgar*, *pregonar*, ἐξαγγέλλω, in vulgus edo. *Liv. l.* 9. c. 46. Civile jus repoſitum in penetralibus Pontificum evulgavit.

Evulſio, onis, fem. *lo ſradicare*, *e ſtaccare*, ἔκσπασις. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. Qui primus purgationes alvi, dentiſque evulſionem invenit.

Evulſus, a, um, adject. ab evello, *ſtaccato*, *sbarbicato*, ἐκσπασθείς. *Cic. l.* 15. *Att. ep.* 4. Arbor exciſa, non evulſa. *Senec. Med. v.* 947. Sinu matris evulſi filii.

Euxinus Pontus, Euxinum Mare, *Mar Maggiore*, *Mar Negro*, mare illud, quod incipiens a Boſphoro Thracio vergit in Or. & Sep. ambitus 25. M. ſtad. long. 5. M. lat. 3. M. Prius ἄξενος, Pontus Axenus dictus eſt, id eſt inhoſpitalis, propter immanitatem eorum, qui ejus maris litora incolebant. Illi enim hoſpites immolare ſolebant, & carnibus peruſis ex calvis eorum ſibi pocula conficere. Poſtea cum in locis maritimis Jones aliquot oppida condidiſſent, exuta Scytharum aſſueto latrocinio, receptoque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus, hoc eſt, hoſpitalis, appellatus eſt. *Strabo l.* 7. *vid.* 4. *Triſt. el.* 4. *v.* 55. Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. ¶ Proprie eſt adject. non ſubſtant. ut Euxinum litus, *Id.* 4. *de Pont. el.* 3. *v.* 51. Euxinæ undæ, *l.* 4. *el.* 7. *in princip.*

Euzōmon, n. 2. εὔζωμον, eruca, herba, quia εὔζωμος eſt, h. e. idonea ad gratiam conciliandam juri, quod græce ζωμὸς dicitur. *Plin. l.* 20. c. 9.

E ANTE X.

Ex, & e, *da*, מן, Germ. *von*, Gal. *de*, Hiſp. *de*, ἐκ, ἐξ, præpoſ. unæ ex iis, quæ ablat. regunt. *Cic. in Brut.* Cum percontaretur ex quadam anicula. *Ter. Eun.* 3. 2. E flamma petere cibum. ¶ Variis verbis, & nominibus juncta varias habet ſignificationes. Interdum enim notat locum, ut *Plaut. Aſin.* 1. 2. 4. Jam ex hoc loco ibo ad tres viros. *Ter. Eun.* 3. 2. 18. Ex Æthiopia eſt uſque hæc. Sic, laborare ex capite, e renibus, &c. *Cic. Terent.* ¶ Interdum tempus, & ſignificat poſt, *dopo*. *Cic. Phil.* 1. Ex eo die, quo in Ædem Telluris convocati ſumus. *Virg.* 2. *Æn.* Ex illo fluere ſpes Danaum. h. e. poſt illud tempus. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 32. Quod Provinciam ex Prætura habuerat, h. e. poſt Præturam. Huc etiam illa pertinent: aliam rem ex alia cogitare, ex alio aliud accedere. *Ter. Heaut.* 3. 3. 73. & *Eun.* 4. 2. Sic *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 70. Ex magnis rupibus nactus planitiem. h. e. poſt magnas rupes. ¶ Item materiam, ex qua quid fit, ut ſtatua ex ære facta, poculum ex auro. *Cicer.* & *alii paſſim*. ¶ Item cauſam, & ſignificat propter. *Sen. de Benef.* Nec ex hoc æs alienum profitebor. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro cum. *Plaut. Merc.* 1. 2. 28. Reſinam ex melle Ægyptiam vorato. ¶ *Quintil. l.* 5. c. 6. Adjicis ex abundanti hanc quoque fiduciam. *id eſt*, præter neceſſitatem. *Liv. l.* 8. *Bel. Pun.* Cum ex inſperato repente miſiſſet nobis huc P. Scipionem. ideſt, præter ſpem, & opinionem. ¶ Interdum pro ſecundum. *Ter. Adelph.* 2. 1. 11. Ornatus eſſet ex tuis virtutibus. Hinc *Ex animo*, ſecundum animi ſententiam, *ſinceramente*. *Ter. Eun.* Utinam iſtuc verbum ex animo, & vere diceres. ¶ *Ex decreto*, *in vigor del decreto*. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 13. Decedere ex provincia ex ſenatus conſulto. ¶ *Ex ſententia*, vel *ex animi ſententia*, ſecundum conceptum mentis. *Cic.* 3. *Offic.* Sed quod ex animi tui ſententia juraveris. *Idem* 1. *Fam.* Sane feliciter, & ex mea ſententia Rempub. geſſimus. ¶ *Ex fide*, ſecundum fidem, fideliter *Suet. in Galba*. Nummulario non ex fide verſanti pecuniam manus amputavit. ¶ *Ex æquo*, ſecundum æqualitatem, æqualiter. *Tac. l.* 2. *hiſt.* Diſcrimen, ac periculum ex æquo patiemur. ¶ Vel ſecundum æquitatem. *Liv. l.* 42. Ut ex æquo fœdus fieret. ¶ *Ex conſuetudine*, ſecundum conſuetudinem. *Plin. Epiſt. l.* 1 Hunc, oro, ex conſuetudine tua & legas, & relegas. ¶ *Ex dignitate*, ſecundum dignitatem, pro dignitate, ut dignitas poſtulat. *Cic. Lucio.* 5. *Fam.* Et, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. ¶ *Ex præſcripto*, ſecundum id, quod nobis præſcriptum eſt. *Col. l.* 1. c. 8. Neque enim ſemper eundem, velut ex præſcripto, habitum gerunt. ¶ *Ex compoſito*, ſecundum id, quod compoſitum eſt, ut convenerat, dedita opera, *ſecondo l' accordo*, *a l' ordine*. *Liv. l.* 1. Tum ex compoſito orta vis. ¶ *Ex profeſſo*, ſecundum id, quod profitemur, ex profeſſione, ſerio, non diſſimulate, *daddovero*. *Quint. l.* 12. c. 2. Ex profeſſo Philoſophiam oſtentantibus parum decori ſunt pleraque orationis ornatus. ¶ *Ex toto*, i. e. omnino. *Senec. c.* 9. *de conſol. ad Polyb.* Ex toto prohibere dolorem.

¶ In-

¶ Interdum reſolvit adverbia. Hinc *ex continenti*, continenter, ſtatim, *ſubitamente*. *Juſt. l.* 1. Qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam ſpatio res per quemquam enarraretur, &c. ¶ *Ex integro*, vel de integro, denuo, *di nuovo*. *Plin. in epiſt.* Datumque a Senatu jus omnibus ex integro agendi. ¶ *Ex facili*, facile. *Plin. l.* 10. *c.* 15. Quoniam lubrica ex facili hauriretur. ¶ *Ex vero*, pro vere. *Ovid. in mort. Tibul.* ¶ *Ex induſtria*, induſtrie, dedita opera, a *poſta*, *ſtudioſamente*. *Liv. l.* 1. Ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ. ¶ *Ex tempore*, improviſo, abſque ulla præcedente meditatione. *Plin. in Epiſt.* Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. ¶ Accipitur etiam pro inter. *Plin. epiſt.* Librum, quem tibi miſi, ex omnibus meis vel maxime placere ſignificas. *Plaut. Moſt.* 1. 4. 49. Illi ex omnibus optime volo. ¶ Jungitur interdum cum aliis præpoſitionibus, ut ex ante. V. *Ante*. ¶ Aliquando redundat. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 54. Expreſſam in cera ex anulo ſuo imaginem. *Id. Merc.* 1. 2. 1. Ex ſummis opibus, viribuſque uſque experire.

Exacerbatus, a, um, adject. *irritato*, *eſacerbato*. *Liv. l.* 8. *c.* 33. Cum affirmarent infeſtius Papiſiorum exarſurum, agitatum contentione ipſa, exacerbatumque. *Suet. Tib. c.* 62. Auxit ſævitiam exacerbatus indicio de morte filii.

Exacerbeſco, ſcis, n. 3. *inacerbirſi*, *farſi aſpro*, מר, Germ. *erzürnt machen*, Gal. *devenir apre*, Hiſp. *exaſperarſe*, valde acerbus fio. *Apul. in Apol.* Quis eſt tam mitis, quin exacerbeſcat?

Exacerbo, as, a. 1. *adirare*, *irritare*, מרר, Germ. *verbitteren*, Gal. *irriter, aigrir*, Hiſp. *exaſperar*, παροξύνω, irrito, ad iracundiam provoco. *Suet. in Galb. c.* 16. Atque ut quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbavit.

Exaceſco, is, ui, n. 3. *inacetirſi*, [illegible], Germ. *ſaur werden*, Gall. *devenir aigre*, Hiſp. *hazerſe agrio*, ὀξύνομαι, acidus fio. *Col. l.* 12. *c.* 17. Deinde eum exacuit, & remiſit liquorem.

Exacte, adverb. accurate, diligenter, *eſattamente*, ἀκριβῶς. *Sidon. l.* 7. *ep.* 2. Ut exacte perorantibus mos eſt. *Gel. l.* 2. *c.* 3. Theophraſtus ſuper hac re exactius, quam Cicero, diſſerit.

Exactio, onis, f. 3. ἀπαίτησις, acerba, & imperioſa petitio, cujuſmodi eſt vectigalium, & tributorum collectio, *eſazione*. *Cic.* 2. *de Leg.* Eaque pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione. ¶ Exactio operis dicitur, cum certum penſum in ſingulos dies exigitur. *Col. l.* 1. *c.* 8. Nulla eſt autem major vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quam operis exactio. ¶ Significat etiam ejectionem, expulſionem, *ſcacciamentum*, ut exactio Regum, apud *Cic. l.* 1. *de Orat.* ¶ Item operis abſolutionem, & perfectionem. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. Ut etiam in operum perfectionibus ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat commenſus exactionem.

Exactor, oris, m. 3. qui aliquid exigit, *eſattore*. *Cæſ.* 3. *B. C. n.* 32. Erat plena lictorum, & imperiorum provincia, confecta præfectis, & exactoribus. ¶ Item expulſor. *Liv. l.* 9. *c.* 17. Ita deinde exactores Regum Junii, Valeriique. ¶ Item qui aliquid exequitur, & peragit, ut exactor ſupplicii, qui ſupplicium ſumit, apud *Liv. l.* 2. *c.* 5. Sic exactor operis. *Colum. l.* 3. *R. R. c.* 13. Opus eſt autem perito, & vigilante exactore. ¶ Exactor ſtudiorum, apud *Quintil. l.* 1. *c.* 3. eſt qui inſtat, & penſum ſtudiorum exigit.

Exactus, a, um, nom. ex particip. *ſcacciato*, expulſus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 9. Exactis regibus. ¶ Item exagitatus, *agitato*. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 4. Oreſtem Exactus furiis venerat ipſe ſuis. ¶ Item præteritus, *paſſato*. *Virg.* 3. *Georg.* At tribus exactis, ubi quarta acceſſerit æſtas. ¶ Item completus, *finito*. *Id.* 6. *Æn.* His demum exactis, perfecto munere Divæ, devenere locos lætos. *Liv. l.* 1. Venerabilis viri, atque adeo exacta jam ætatis, *di età avanzata*. ¶ Item adactus. *Senec. in Herc. Oet.* Eat per artus enſis exactus meos. ¶ Item perfectus, elaboratus, *eſatto*, *perfezionato*. *Propert. l.* 3. *eleg.* 1. Exactus tenui pumice verſus eat. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 9. Exacta fides. *Mart. l.* 4. *epigr.* 42. Nihil exactius, eruditiuſque. *Plin. l.* 8. *ep.* 23. Quod ille obſequium Serviano exactiſſimo viro præſtitit.

Exactus, us, m. 4. ſumitur pro venditione, quia merx, dum venditur, exigitur a nobis, ideſt, emittitur. *Quintil. Declam.* 19. Sacroſanctus mercator opportunum mercis exactum, puto, invenit.

Exacuo, is, cui, cutum, a. 3. idem quod acuo, hoc eſt, acutum facio, *aguzzare*. *Virg.* 3. *Georg.* Ipſe ruit, denteſque Sabellicus exacuit ſus. ¶ Translate eſt acutiorem, & perſpicaciorem reddere. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Naſturtium Venerem inhibet, animum exacuit. *Cicer.* 1. *de Leg.* Exacuere aciem oculorum, & ingenii. ¶ Item incitare, inflammare. *Cic. Att. lib.* 12. Velim, cohortere, & exacuas Clustium.

Exacutio, f. 3. actus exacuendi. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Calami exacutio medullam ne oudet.

Exacutior, o. 1. *c.* acutus, *aguzzo*. *Plin. l.* 18. *c.* 18. Exacutior in mucronem faſtigiata. *Id. l.* 17. *c.* 68. Exacuto falcea.

Exadverſo, V. *Adverſus*, adject.

Exadvocatus, i, qui aliquando advocati munere functus eſt. *Auguſtin. de Civ. Dei l.* 22. *c.* 8.

Exædificatio, onis, f. idem ac ædificatio, vel ædificationis abſolutio. ¶ Translate *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 35. Ipſa autem exædificatio poſita eſt in rebus, ac verbis.

Exædificatus, a, um, *fabbricato*, ædificatus. *Salluſt. in Catil. cap.* 12. Villæ in urbium modum exædificatæ.

Exædifico, as, avi, atum, a. 1. *fabbricare compiutamente*, בנה, Germ. *auffbauen*, Gall. *bâtir, achever de bâtir*, Hiſp. *edificar*, ἐξοικοδομέω, perfecte ædifico, vel ædificium abſolvo. *Cæſ.* 1. *B. C.* Quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia exædificaverat. ¶ Translate eſt quodcumque opus perficere. *Cic.* 2. *de Orat.* Non gravere exædificare id opus, quod inſtitueris. *Plaut. Trin.* 1. 2. 95. Qui exædificaſſet ſuam inchoatam ignaviam. ¶ Uſurpat pro domo ejicere *Plaut. Trin.* 5. 2. 3. Nam exædificaſſet me ex his ædibus.

Exæquatio, onis, actus exæquandi. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* Super eam exæquationem. ¶ Item æqualitas, *agguaglianza*. *Liv. l.* 34. *c.* 4. Hanc ipſam exæquationem non fero.

Exæquatus, a, um, *agguagliato*, idem ac æquatus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 49. Cortex cum vertice exæquatus. *Lucr. l.* 5. *v.* 1296. Exæquata certamina belli.

Exæquo, as, avi, atum, a. 1. *fare uguale*, *agguagliare*, השוה, Ger. *gleich machen*, Gall. *égaler*, Hiſp. *igualar*, ἰσόω, æqualem facio. *Cic. poſt red. in Sen.* Propterea quod ſuperiorem eſſe contra improbos minus eſt negotii, quam bonis exæquari. *Id. de Amic. c.* 20. Exæquare ſe cum inferioribus. ¶ Quidam Lexicographi addunt *Exæquor*, *aris*, deponens, allato exemplo *Ovid. in Paneg. ad Piſon.* (quod legitur inter op. *Lucani*, vel *Claud.*) *v.* 25. Sed ibi pro *exæquamur*, *exæquamus*, al. leg.

Exæſtuo, as, avi, atum, n. 1. *ondeggiare*, *inondare*, [illegible], æſtuando exundo. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Exæſtuare ſemper fretum. ¶ Translate *Virg.* 9. *Æn.* Mens exæſtuat ira.

Exævio, V. Exſævio.

Exaggeratio, f. 3. *accreſcimento*, *amplificazione*, [illegible], Gall. *accroiſſement*, *exaggeration*, Hiſpan. *acrecentamiento*, *exageracion*, αὔξησις, magna coacervatio, cum terra in aggerem erecta ſuſtollitur in faſtigium. ¶ Translate ponitur pro altitudine, & excellentia. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 26. Hoc tibi propone, amplitudinem, & quaſi quandam exaggerationem quam altiſſimam animi, qui maxime eminet in contemnendis, & deſpiciendis doloribus, unam eſſe omnium rem pulcherrimam. ¶ Item pro amplificatione oratoria, cum pluribus verbis una, eademque res vehementer dicitur. *Gel. l.* 13. *c.* 24. Num onerandi, vel exprobrandi criminis cauſa exaggerationem aliquam ſpecioſam facit? *Et paulo poſt.* Apud Homerum ejuſdem rei, atque ſententiæ luculenta exaggeratio eſt.

Exaggeratus, a, um, cumulatus, auctus. *Cic. de clar. Orat.* Altius exaggerata oratio. *Id.* 6. *ſeu* 5. *Parad.* Si quidem animo excelſo, alto, & virtutibus exaggerato ſumus. *Id.* 4. *Catil. c.* 9. Auctæ, exaggerataeque fortunæ. *Gell. l.* 13. *c.* 23. Neque ornatius fit, neque exaggeratius.

Exaggero, as, avi, atum, a. 1. *accreſcere*, *amplificare*, הגדיל, Ger. *auffhauffen*, Gal. *exagerer*, Hiſp. *acrecentar*, *exagerar*, σωρεύω, in unum aggerem congero, & coacervo. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Exaggerando aliam accumulet. Rem familiarem omni ratione exaggerantes. ¶ Translate eſt amplificare, extollere. *Cic.* 5. *Tuſc.* Exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cætera. *Id.* 1. *Offic.* Exaggerare rem familiarem. *Id.* 1. *de Orat.* Niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes. *Quint. l.* 6. *c.* 2. Injuriam noſtram exaggeramus. *Velley. l.* 2. *c.* 129. Juventam Germanici exaggeravit honoribus.

Exagitator, m. 3. qui exagitat, & inſectatur. *Cic. in Orat. c.* 13. Et quidem exagitator omnium Rhetorum hunc miratur unum.

Exagitatus, a. 1. *c.* adject. ab exagitor. *Cic. poſt red. in Sen.* Qui cauſam Senatus exagitatam concionibus improborum ſic ſua diligentia multitudini commendavit. h. e. ſæpe tractatam, & diſputatam.

Exagito, as, avi, atum, a. 1. *turbare*, [illegible], Germ. *umbtreiben*, Gal. *travailler*, Hiſp. *turbar*, *moleſtar*, διαταράσσω, vehementer agito, vexo. *Lact. Inſt. l.* 6. Poetæ tres Furias eſſe dixerunt, quæ mentes hominum exagitent. *Horat. l.* 2. *Sat.* 6. *v.* 54. Dii exagitent me. ¶ Eſt item exaſperare, & ad iram provocare. *Salluſt. in Catil.* Tali tempore tanta vis hominis magis leniendа, quam exagitanda videbatur. ¶ Item exaurire, examinare. *Cic. pro Cluen.* Exagitabantur omnes ejus fraudes, atque fallaciæ. ¶ Item inſectari, & redarguere, ut exagitare aliquem diſputationibus, & concionibus. *Cic. in Orat. c.* 3.

Exagium, ii, n. examen, ſeu examinatio libræ per pondera, penſatio. *Vet. Inſcript.* Ratio docuit, ſub exagio potius pecora vendere. h. e. appenſa ad libram pecora vendere. *Cuiac.* Exagium exponit trutinam, & certæ ponderationis genus, quod conſtabat ſiliquis.

Exagoga, æ, vel exagoge, es, f. 1. ἐξαγωγή, exportatio, ſeu evectio mercium. *Feſt. Plaut. Rud.* 3. 2. 17. Eamque eventuram exagogam Capuam ſalvam. *Id. Truc.* 4. 2. 6. Iſte dum ſic faciat domum ad te exagogam. ¶ Exagoga, æ, ἐξαγωγεύς, m. 1. exportator. *Plaut. Truc.* 2. 7. 2. Damnigeruli foras gerones, bonorum exagogæ. Alii legunt, *hamaxagogæ*, h. e. qui vehiculis bona exportant, ab ἅμαξα, currus.

Exalbeſco, is, ui, n. 3. *diventar bianco*, *impallidire*, הלבין, Germ. *weiß werden*, Gal. *blêmir*, Hiſp. *hazerſe blanco*, eſt palleſcere, & colorem priſtinum in album commutare. *Cic.* 1. *de Or. c.* 26. Ut exalbeſcam in principiis dicendi.

Exalbidus, a, um, o. 1. 2. *bianchiccio*, albidus, aliquantum albus. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Folia urticæ in medio exalbida.

Exalburno, as, a. 1. eſt alburnum detrahere, ideſt eam partem, quæ proxima eſt cortici. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Deinde robur exalburnatum, cui nigricans color.

Exaltatio, onis, f. *eſaltazione*. *Tertul. de cult. fem. c.* 3. Exaltatio non congruit profeſſoribus humilitatis.

Exalto, as, a. 1. *eſaltare*, *alzare*, הרים, Ger. *erheben*, Gall. *élever*, Hiſp. *enalçar*, μετεωρίζω, in altum elevo. *Col. l.* 3. *c.* 13. Fodiuntque (ſulcos) & exaltant in tres pedes.

Exaluminatus, a, um, o. 1. *c.* ad colorem aluminis accedens. *Plin. l.* 9. *c.* 35. *de unionibus*, Summa laus coloris eſt exaluminatos vocari.

Exambio, is, ivi, itum, a. 4. per ambitum quærere, tentare, *brogliare*. *Arnob. l.* 3. Nunquid rex poli hinc nunc aliquo exambitur, aut hoſtia?

Examen, inis, n. 3. *ſchiera d' api*, עדת דבורים, Germ. *immenſchwarm*, Gall. *eſſaim*, Hiſp. *enxambre*, ἑσμός, novæ apum ſoboles, quam parentes ex ſuis alvearibus ad novas ſedes quærendas exire cogunt. *Cic. de Sen.* Nec ſegetibus ſolum res ruſtica læta ſunt, ſed hortis etiam, & apum examinibus. ¶ Translate dicitur de piſcibus. *Plin. l.* 31. *c.* 1. Rapiunt enim ſecum piſcium examina. ¶ Item de hominibus. *Horat. l.* 1. *od.* 35. *v.* 30. Et juvenum recens examen. ¶ Examen item filum eſt, ſeu ſtylus, quo trutina regitur, al. ſtateræ lingua, quæ per mediam ejus anſam vertitur, & cum in neutram partem inclinatur, æquilibrium indicat. *Virg.* 9. *Æn.* Jupiter ipſe duas æquato examine lances ſuſtinet. ¶ Hinc translate ponitur pro exacto judicio, & penſiculata alicujus rei inveſtigatione. *Perſ. in princ. Sat.* 1. Examenve improbum in illa caſtiges trutina. Ubi *Vet. Scholiaſt.* Examen eſt lingua, vel lignum, quod mediam haſtam ad pondera adæquanda tenet: trutina vero eſt foramen, intra quod eſt lingula, de qua examinatio eſt. *Stat. l.* 3. *Silv.* 3. *v.* 203. Vitam moriens, longæque examine vitæ Poſcam.

Examinate, adverb. cum examine, & judicio. *Ammian. l.* 25. *c.* 11. Dum deliberatur examinatius, quid fieri deberet. Adde *Tertul. de præſcription. adverſ. Hæres. c.* 20.

Examinatio, onis, f. *eſame*, *inquiſizione*, examen, inveſtigatio. *Ulp. l.* 1. *de Abig.* §. 4. Ad examinationem civilem remittendus eſt. ¶ Proprie *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. Per ſcapi librationem, & examinationem. h. e. ponderationem, æquilibrationem.

Examinator, oris, m. *eſaminatore*, qui inquirit, vel ponderat. *Caſſiod. l.* 6. *ep.* 18. Pari pondere æquus examinator intende.

Examinatorius, a, um, adject. ad examinandum pertinens, ut, myſteria Fidei examinatoria. *Tert. adv. Gnoſt. c.* 7.

Examinatus, a, um, *peſato*, examine ſeu ſtatera penſus. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 12. Utuntur taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo.

Examino, as, avi, atum, n. 1. eſt ſciamare. *Col. l.* 11. *c.* 24. Ab ortu Vergiliarum ad ſolſtitium examinant alvei. h. e. per novam fœtuum procreationem creſcunt. ¶ Eſt etiam act. & ſignificat trutina expendere, & translate ponitur pro ſcrutari, inveſtigare, *eſaminare*, *conſiderare*, חקר, Germ. *erforſchen*, Gal. *examiner*, Hiſp. *examinar*, ἐξετάζω. *Cic.* 2. *de Orat.* Quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. *Hor. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 8. male verum examinat omnis Corruptus judex. ¶ *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. *de vecti.* Cogit preſſionibus examinare paucis manibus oneris maximi pondus, *ſo, che poca forza premendo equilibra, e ſolleva un grandiſſimo peſo*.

Examo, valde amo, ὑπεραγαπάω. Affertur a quibuſdam Lexicographis ex *Plauto*, cujus verba non invenire non potuimus.

Examplexor, aris, atus ſum, depon. 1. amplexor, complector. *Auſt. ad Her. l.* 4. *c.* 58. Et tu per deos, inquit, hunc examplexare.

Examurco, as, avi, atum, a. 1. *levar la feccia all' oglio*, [illegible], eſt ſublata amurca oleum defæcatum reddere. ¶ Ad alia transfert *Apul. l.* 4. *A. A.* de corio urſæ detracto: Soli ſiccandum tradimus, ac dum cœleſtis

leſtis vaporis flammæ examuſcatur, &c.

Examuſſim, adverb. examinato, recte, caſtigate, perfecte, ab amuſſim. *Plaut. Amph.* 2. 2. 213. Examuſſim eſt optima.

Exancio, V. Exanclo.

Exanguis, & exſanguis, gue, o. 3. *ſenza ſangue*, Germ. *blutloſs*, Gall. *sans ſang*, Hiſp. *ſin ſangre*, ἄναιμος, ſine ſanguine. *Cic. pro Sext.* Quem cum jacentem, & conciſum pluribus vulneribus extremo ſpiritu exanguem, & confectum viderent. ¶ Accipitur etiam pro pallido, quod pallentes videantur ſanguine carere. *Ovid.* 3. *Triſt.* Aſpicies exangui chartam pallere colore. *Hor. epiſt.* 1. Biberent exangue cuminum, ſcil. quia ſemen illius epotum pallidos reddit. *Ovid.* 9. *Met.* Exanguis metu.

Exanimabiliter, adverb. *con timore*, *palpitando*, *effendo mezzo eſanimato*. *Nov.* apud *Non. c.* 4. *n.* 384. Ubi vidi exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi.

Exanimālis, o. 3. *ſenza anima*, ἄψυχος, quod non eſt animal, vel quod eſt ſine anima. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 7. Ni illum exanimalem faxo. ¶ Item metonymice id, quod animam eripit. *Plaut. Rud.* 1. 4. 2. Ita multæ ſunt in pectore curæ exanimales.

Exanimatio, f. 3. ἔκπληξις, interfectio, vel perturbatio, quæ ſubſequitur metum, & eſt comes pavoris, ut *Cicer.* definit 4. *Tuſc. Id.* 1. *Off. c.* 30. Ne in perturbationes, atque exanimationes incidamus.

Exanimātus, o. 1. 2. mortuus, *eſanimato*. *Liv. l.* 22. Alteram mœſtam ſedentem ad primum conſpectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. ¶ Item exterritus, perturbatus. *Ter. Andr.* 1. 1. 104. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat. V. Exanimo.

Exanimis, V. Exanimus.

Exanimo, as, avi, atum, a. 1. *eſanimare*, φονεύω, anima privo, neco, occido. *Curt. l.* 7. *c.* 3. Multos exanimavit rigor inſolitus nivis. ¶ Eſt item perterrere, perturbare, *ſpaventare*, *sbigottire*, *impaurire*, *diſanimare*, [illegible], Ger. *erſchrecken*, Gal. *oter le coeur*, Hiſp. *deſmayar*, ἐκπλήττω. *Ter. Andr.* 1. 5. Oratio hæc me miſeram exanimavit metu. ¶ Significat etiam ſpiritum, ſeu halitum intercipere, quod iis evenire ſolet, qui nimio curſu fatigantur. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 92. Prædixerat, fore, ut duplicato curſu milites exanimarentur, & laſſitudine conficerentur.

Exanimus, a, um, o. 1. 2. & exanimis, me, o. 3. *morto*, ἄψυχος, mortuus. *Virg. l.* 1. *Æn.* Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. *Liv. l.* 8. Ut uno ictu exanimem equo præcipitaret. ¶ Item exterritus, & veluti animi deliquio conſternatus, *sbigottito*, *ſpaventato*, ἔκπληκτος. *Virg. l.* 4. *Æn.* Audiit exanimis, trepidoque exterrita curſu per medios ruit.

Exanio, V. Exſanio.

Exante, V. Ante.

Exanthemāta, n. 3. ἐξανθήματα, a Medicis dicuntur leves humorum eruptiones vel in cute ſubſidentes, ut morbilli puerorum, & maculæ peſtilentes, item lenticulares, & pulicares, vel cutem ſuperantes, ut variolæ puerorum, omniumque ætatum vari, quaſi efflorescentiæ, ab ἐξανθέω, effloreſco, pullulo, quod ab ἄνθος, flos. *Marcell. Empir. c.* 19. & *Æmil. Macer de herbis*, *cap. de porro*. Antiquioris tamen ævi ſcriptor *Celſus* græcis literis hanc vocem ſcribit.

Exantlatus, o. c. 2. partic. ab exantlor, *ſuperato*, *tollerato*. *Cic.* 4. *Acad.* Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade. *Id.* 2. *Tuſc.* Quæ corpore exantlarit, atque animo pertulit. V. Exanclo.

Exantlo, as, avi, atum, a. 1. *cavar fuori*, [illegible], Germ. *auſſchöpfen*, Gall. *épuiſer*, Hiſp. *ſacar*, *padecer haſta el cabo*, ἐξαντλέω, proprie eſt exhaurire ſentinam, & generatim exhaurire, a verbo græco allato, quod ab ἄντλος, ſeu ἀντλὸς, vel ἀντλία, ſentina. *Plaut. Stich.* 1. 3. 116. Iſte vinum poculo pauxillulo ſæpe exantlavit. ¶ Translate eſt perpeti, ſuperare. Sed fortaſſe in hac ſignificatione nulla eſt translatio, quia factum eſt ab ἐξαντλέω, quod ab ἀντλέω, quaſi ἀνατλάω, perfero. *Cic.* 1. *Tuſc. c. ult.* Quod, cum exantlaviſſet omnes labores, ture incideret in mortis malum ſempiternum. *Id.* 2. *de Divin. c.* 30. ex *Poeta*. Tot nos ad Trojam belli exantlabimus annos. ¶ Scribitur etiam *Exanclo*, quod nonnulli putant vocem latinam eſſe, & ab *anculo* eſſe factum, *exantlo* vero Græcam. *Budæus* tamen exiſtimat, utroque modo ſcriptam Græcæ originis eſſe, ut quemadmodum e πλέκτω fit *plecto*, ita etiam ab ἐξαντλέω, fieri poſſit *exanclo*. In Vet. lib. promiſcue legitur, & cum *c*, & cum *t*. ¶ *Quint. l.* 1. *c.* 6. verbum hoc inter obſoleta referendum putat, ſed obſtat huic opinioni *Ciceronis* auctoritas.

Exapto, as, a. 1. ἐξάπτω, idem quod apto. *Apulej. l.* 11. *Met.* Viſus eſt quiete proximo, dum magno deo coronas exaptat. *h. e.* apte imponit: vel apte nectit Dei capiti imponendas.

Exaptus, a. 1. 2. aptus, *atto*, apud vet. *Lucr. l.* 4. *v.* 827. Brachia nec porro validis exapta lacertis eſſe. ¶ Item appenſus. *Lucil. l.* 10. *apud Paræum in Lexic. Lucret.* Pellicula extrema exaptum pendere opus ingens. V. Aptus.

Exaqueſco, is, o. 3. *inumidirſi*, humorem concipio. *Cenſorin. de die nat. cap.* 18. Tum exigueſcere, tum exaqueſcere.

Exaratio, onis, f. actus exarandi. *Martian. Capell. l.* 9. Ipſius Taygeti exaratio. ¶ Item ſcriptum, ſcriptura. *Sidon. carm.* 9. *v.* 335. Iſtis exarationi applicare theta.

Exarchātus, us, m. ea Italiæ pars, quæ Exarchis paruit; cujus metropolis Ravenna. Complectebatur autem Æmiliam, Flaminiam, & Picenum. Ejus fines deſcribuntur a *Platina* in *vita Stephani II.* his verbis: Redditus Romanis Exarchatus eſt, quidquid Padum, & Apenninum interjacet a Placentinis uſque ad ſtagna Venetorum, & quidquid inter Iſaurum flumen, Apenninum, & Adriaticum continetur. ¶ Dictus eſt *Exarchatus*, quia ad eas provincias regendas mittebatur ab Imperatoribus Romanis Conſtantinopoli reſidentibus unus, qui *Exarchus* appellabatur.

Exarchiātrus, i, m. qui Archiatri dignitate functus eſt, & a Palatio dimiſſus, *L. un. Cod. tit.* 52. *leg.* 6. *de Prof.*

Exarchus, i, m. ἔξαρχος, h. e. princeps, eximius, inter proceres excellens. Exarchi dicti ſunt, qui ab Imperatoribus Romanis, translata (poſt occupatam a Barbaris Italiam) Conſtantinopolim Imperii ſede, in Italiam mittebantur adminiſtraturi eas provincias, quæ adhuc eorum Ditioni ſuberant. Ravennæ autem morabantur jura daturi. ¶ Fuit etiam hoc nomine gradus dignitatis in militia. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 528. *n.* 7. Aurelio Januario Signif. ex numer. Dalmat. fort. & Aurelio Valentiano Exarcho poſuit Aurel. Juſt. *&c.* Ipſa nomina propria hujus Inſcriptionis ſatis indicant, ſequioris ævi eam eſſe.

Exardeſco, is, arſi, n. 3. valde ardeo, valde inflammatus ſum, *infiammarſi*, ἐκκαίομαι. *Cic. l.* 2. *de Orat.* Nulla materia tam facilis ad exardeſcendum. Et translate, *Id. de Aruſp. Reſp.* In me illa flamma illorum temporum conjiciebatur: excepi, & pro patria ſolus exarſi. ¶ Metaphorice etiam ſæpe accipitur pro excandeſcere, animo erigi, & excitari, *accenderſi*, *riſcaldarſi*, ut exardeſcere iracundia. *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. *Id. de Amic.* Ex quo eorum exardeſcit ſive amor, ſive amicitia. h. e. creſcit. *Id. Phil.* 4. Ad ſpem libertatis exarſimus. *Id. Tuſc.* 5. Contra quorum diſciplinam ingenium ejus exarſerat. ¶ *Idem pro Rabir. Poſt.* Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat. ¶ Exardeſcere pretia dicuntur, cum augentur. *Sueton. Tiber. c.* 34. Corinthiorum vaſorum pretia in immenſum exarſiſſe, graviter conqueſtus eſt.

Exareſio, n. paſ. *ſeccarſi*, ἀποξηραίνομαι, exareſco, aridus fio. *Plin. lib.* 26. *c.* 10. Articulus morborum impoſitus, antequam exareſiat.

Exarēno, as, a. 1. *purgare*, purgo, & velut arenas aufero. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Poſtea exarenatur, iteromque exhalatur igni.

Exareſco, is, arui, n. 3. *ſeccarſi*, [illegible], Germ. *auſſdörren*, Gall. *tarir*, *devenir ſec*, Hiſp. *ſeccarſe*, *ponerſe ſeco*, ἀποξηραίνομαι, aridus fio. *Col. l.* 4. Et ſole, ac vento penitus ſiccari, atque exareſcere. ¶ Translate ponitur pro deficere. *Cic. l.* 9. *epiſt.* 18. Deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, exaruiſſet. *Id.* 3. *Tuſc.* Opinio illa vetuſtate exaruit. *Id. Att. l.* 10. Exaruit diuturna miſeria fletus.

Exarmātus, a, um, adject. *diſarmato*, ἀφωπλισμένος, armis ſpoliatus, ut exarmata navis, *Senec. de conſol. ad Helvid. c. ult.* Exarmati leones. h. e. ſine unguibus, & dentibus. *Lamprid. in Heliog. c.* 21. ¶ Translate *Claudian. epigr.* 33. *de porto Smyrnensi*. Hic exarmatum terris cingentibus æquor Clauditur, & placidam diſcit ſervare quietem.

Exarmo, as, a. 1. *diſarmare*, Ger. *wehrloſs machen*, Gall. *deſarmer*, Hiſp. *deſarmar*, ἀφοπλίζω, armis ſpolio. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 31. Milites Longinum manibus coercent, exarmantque. *Sil. l.* 1. *v.* 411. Serpentes diro exarmare veneno Doctus. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 9. Ut accuſationem exarmaret. h. e. debilitaret, infirmaret.

Exāro, as, avi, atum, a. 1. *cavar fuori arando*, [illegible], Germ. *auſſackern*, Gal. *recueillir en labourant*, Hiſp. *ſacar fuera arando*, ἐξαρόω, arando eruo. *Cic.* 2. *de Div. c.* 23. Eſtne quiſquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe, Deum dicam, an hominem? *Aurel. Victor. de Vir. Illuſt. c.* 3. In Janiculo ſepultus eſt, ubi poſt multos annos arcula cum libris exarata. ¶ Item ex aratione percipio. *Cic.* 5. *Ver. c.* 18. Quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant. ¶ Translate eſt ſcribere. Qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, ii quaſi ſulcos more aratorum ducere videntur. *Cic. Coraſſ.* Hæc, cum eſſem in Senatu, exaravi. ¶ Sumitur etiam pro ſimplici *aro*. Unde translate *Horat. Epod.* 8. Cum rugis vetus Frontem ſenectus exaret.

Exartuo, as, a. 1. idem ac deartuo, ideſt, per articulos diſſeco. ¶ Hoc verbum apud *Cic.* obſervavit *Boſius in not. ad epiſt. l.* 7. *Att. ep.* 2.

Exaſcio, as, avi, atum, a. 1. *pianare*, [illegible], Germ. *behauwen*, Gall. *ébaucher*, *raboter*, Hiſp. *dolar*, *labrar de azuela*, eſt dedolare, dolabra, & aſcia præparare, & translate diſponere, more fabrorum lignariorum, qui ligna prius aſcia dolant, deinde poliunt. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 90. Jam hoc opus eſt exaſciatum, ideſt, utcunque dolatum, nondum tamen expolitum undequaque.

Exaſperātus, a, um, adject. irritatus, incitatus, *inaſprito*, ut exaſperati animi. *Liv. l.* 43. *Colum. l.* 9. *c.* 15. Neque convenit æſtu medio exaſperatas apes laceſſiri.

Exaſpero, as, avi, atum, a. 1. *inaſprire*, *incrudelire*, [illegible], Germ. *ſcharff machen*, Gall. *irriter*, Hiſp. *enſanar*, ἐξαγριόω, valde aſperum facio. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Fauces exaſperat, & venena omnia hebetat. ¶ Eſt etiam acuere. *Sil. l.* 4. *verſ.* 19. Saxoque exaſperat enſem. ¶ Translate eſt irritare, concitare. *Liv. l.* 28. *c.* 25. Ad quorum primum adventum exaſperati animi, mox placido ſermone laniti ſunt. *Curt. l.* 8. *c.* 1. Alexander magis exaſperabatur.

Exatio, V. Exſatio.

Exatūro, V. Exſaturo.

Exauctorātus, a, um, adject. quaſi auctoramento privatus. Exauctorati milites dicebantur, qui e militia removebantur, data miſſione honeſta, vel ignominioſa. V. Exauctoro. *Liv. l.* 36. *c.* 40. Poſtero die concione advocata, de rebus abs ſe geſtis cum diſſeruiſſet, milites exauctoratos dimiſit. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 20. Exauctorati per eos dies Tribuni. ¶ Translata *Exauctorata verba*, h. e. obſoleta, quæ in deſuetudinem abierunt. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 5.

Exauctōro, as, avi, atum, a. 1. *diſobligare*, Germ. *des eydſs erlaſſen*, Gal. *caſſer les gens de guerre*, Hiſp. *ſoltar el juramento al que juro*, ἀπολύω, eſt ab auctoramento, ideſt obligatione militari, & juramento ſoluere, & liberare, & ſæpe de ignominioſa miſſione intelligitur. *Ulp. l.* 2. *ff. de his*, *qui not. infam. §.* 2. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 12. narrat, eum Imperatorem legionem tumultuantem exauctoraſſe. Et apud *Plin. l.* 6. *ep.* 31. Trajanus Centurionem adulteræ reum exauctoravit, atque etiam relegavit. ¶ Dicitur etiam de illa miſſione, cum expletis ſtipendiis militantes omni militiæ onere levabantur, excepta tamen pugna in hoſtis, ut notat *Lipſ. l.* 5. *Milit. Rom. Dial.* 19. *Suet. in Tib.* Neque tam parvum quidquam fuit, de quo non ad Patres referret, etiam de legendo, vel exauctorando milite. Ital. *riformar la milizia*. *Curt. l.* 10. *c.* 4. Bello inutiles exauctoravit, magnificentiſſimeque donatus dimiſit.

Exaudio, is, ivi, itum, a. 4. *udire*, [illegible], Germ. *erhören*, Gall. *exaucer*, Hiſp. *oyr*, ἐξακούω, idem ac audio. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 8. Dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudiſſe videor. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 30. Et id clamore voce, ut magna pars militum exaudiret. ¶ Interdum ſignificat precibus annuere, & concedere quod petitur, *eſaudire*. *Ov.* 13. *Metam. v.* 856. precesque Supplicis exaudi.

Exaudītus, a, um, adject. *udito*, *eſaudito*, εἰσακουσθείς. *Cic. l.* 1. *Att.* Clamores exauditi. *Stat.* 11. *Theb.* Vota exaudita parentis. Adde *Virg.* 1. *Æn.*

Exaugeo, es, xi, ctum, a. 2. *accreſcere*, [illegible], Germ. *beſſer machen*, Gal. *accroître*, Hiſp. *acrecentar mucho*, ἐξαύξω, valde augeo. *Terent. Heaut.* 2. 2. 2. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant.

Exauguratio, f. 3. *profanazione*, actus exaugurandi. *Liv. l.* 1. *c.* 55. Nam cum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves.

Exauguro, as, a. 1. *ſconſacrare*, Germ. *entweihen*, Gal. *deſſacrer*, Hiſp. *deſconſagrar*, *deſagraviar*, e ſacro profanum facio. *Liv. l.* 1. *c.* 55. Exaugurare fana, ſacellaque ſtatuit.

Exauſpico, as, avi, atum, n. 1. *Plaut. Capt.* 3. 5. 108. Exauſpicavi ex vinculis: nunc intelligo redauſpicandum eſſe in catenas denuo. h. e. Auſpicium hujus itineris ex vinculis duxi: nunc ad vincula mihi denuo redeundum eſt.

Exballiſto, a. 1. balliſta proſterno. *Plaut. Pſeud.* 2. 1. 10. Ego hunc exballiſtabo lepide.

Exbibo, is, a. 3. idem quod bibo. *Plaut. Mil.* 3. 1. 19. Neque ille hic calidum exbibit in prandium.

Exbromo, as, a. 1. emundo, purgo. *Apic. l.* 6. *c.* 2. Rapas, ut exbromari poſſint, levabis de olla. V. *Salmaſ.*

Exbuæ, f. 1. vinolentæ, quæ ebiberunt, a bua, potio. *Feſt.*

Exbuœres, ſive exbares, idem ac exbuæ. *Feſt.*

Excæcātus, a, um, adject. *acciecato*. Translate *Celſ. l.* 7. *c.* 7. Excæcata itinera pituitæ. h. e. obſtructa, oblimata. *Ovid.* 15. *Met. v.* 272. Flumina proſiliunt, aut excæcata reſidunt.

Excæco, as, a. 1. *acciecare*, [illegible], Ger. *blind machen*, Gal. *aveugler*, Hiſp. *cegar*, τυφλόω, valde cæco. *Cic.* 4. *Acad. c.* 25. Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus? *Plin. l.* 17. *c.* 22. *de palmite vitis:* Quidam excæcant etiam ſirpina falce auferendo oculos. ¶ Significat etiam occludere, obſtruere. *Ov.* 4. *Pont. eleg.* 2. *v.* 17. Scilicet ut limus venas excæcat in undis.

Excalceatus, a, um, adject. *ſcalzo*. *Suet. Veſp. c.* 8. Juſſit excalceatos curſitare.

tate. *Sen. ep.* 8. Quam multa Publii non excalceatis ſed cothurnatis dicenda ſunt! h. e. non Mimis, ſed Tragœdis, qui cothurnis utuntur.

Excalceo, as, a. 1. *diſcalzare*, [illegible], Ger. *entſchuhen*, Gal. *dechauſſer*, Hiſp. *deſcalçar*, [illegible], calceos detraho. *Suet. in Vitel. c.* 2. Ut ſibi pedes præberet excalceandos. ¶ Reperitur etiam *Excalceor*, *aris* deponentis forma. *Var. apud Non. cap.* 9. *n.* 86. Ut utroeat, nemo ſe excalceatur. ¶ Scribitur & *excalcio*.

Excalceus, h. e. excalceatus, aſt Paulini Nolani *poem.* 21. *ad Cyther. v.* 31.

Excaldatio, onis, f. [illegible], calefactio in calida aqua. *Vulcat. Gallic. in Caſſ. c.* 3. *Capitol. in Albin. c.* 5. Excaldationes pueriles.

Excaldatus, a, um, adject. calida lotus, & calefactus. *Apic. lib.* 4. Excaldatus caſeus. *Marcel. Empir. c.* 26. Amygdalæ excaldatæ.

Excaldo, as, a. 1. calida perfundo, & calefacio. *Vulcat. Gallic. in Caſſ. c.* 5. Legiones totæ excaldantes ſe.

Excalefacio, & excalfacio, is, eci, actum, *riſcaldare*, a. 3. idem ac calefacio. *Plin. l.* 21. *c.* 20. Urinas magis excalefacit, quam crocum ipſum. *Id. ib.* Medice hic tamen utendum eſt, quoniam excalfaciunt. Adde *l.* 24. *c.* 7.

Excalfactio, onis, f. *il riſcaldare*. *Plin. l.* 31. *c.* 9. Sal additur ad excalfactiones.

Excalfactorius, a, um, quod habet vim excalefaciendi. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Vis ejus excalfactoria. Adde *l.* 21. *c.* 58.

Excalfactus, a, um, *riſcaldato*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Calorem tenet excalfacta igni. *Id. ib. c.* 2. Lacus Sole excalfactus.

Excalfio, is, actus ſum, o. valde calefio. *Plin. l.* 24. *c.* 7. Cum quid ſiccari, excalfierive opus ſit.

Excalpo, V. Exſcalpo.

Excandefacio, is, eci, actum, a. 3. incendo. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 2. Triumphus, & collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macelli. h. e. pretium annonæ augebant, incendebant. V. Incendo.

Excandeſcentia, æ, f. *eſcandeſcenza*, *collera*, [illegible]. *Cic.* 4. *Tuſc. l.* 9. Excandeſcentia ſit ira naſcens, & modo deſiſtens. *Id. ibid.* Ira, excandeſcentia, odium, inimicitiæ.

Excandeſco, is, ui, o. 3. *accenderſi*, [illegible], Germ. *zyrnen*, Gal. *s'enflammer*, *ſe courroucer*, Hiſp. *encenderſe*, [illegible], incendor, inflammor. *Cato de R. R. c.* 95. Nam ſi in tecto coquas, excandeſcet. ¶ Translate accipitur pro iraſci, quod ira, velut igne quodam, animus ſolent incendi. *Cæl. Cic. l.* 8. *epiſt.* 12. Id poſtquam reſcivit, excanduit. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 19. Nec nullam vim habeat, niſi ira excanduit fortitudo.

Excantatus, a, um, adject. *incantato*, *ammaliato*, veneficiis, & magicis artibus obſtrictus. nam incantamenta plurumque carminibus, & cantionibus fiunt. *Horat. Epod.* 5. *v.* 45. Quæ ſidera excantata voce Theſſala, Lunamque cœlo deripit.

Excanto, as, avi, atum, a. 1. *incantare*, *ammaliare*, [illegible], Germ. verzaubern, Gal. *enchanter*, Hiſp. *encantar*, eſt idem ac incanto, five incantationibus perniciem affero. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Qui fruges excantaſſet. ¶ Eſt item incantatione e loco aliquo evocare. *Propert. lib.* 3. *eleg.* 3. Ut per te clauſas ſciat excantare puellas.

Excarnificatus, a, um, adject. *ſcarnificato*, dilaniatus. *Cic. lib.* 3. *de nat. Deor.* Anaxarchus a Tyranno excarnificatus.

Excarnifico, as, avi, atum, a. 1. *ſtracciare*, *tagliare a pezzi*, [illegible], Ger. *auffmartern*, Gal. *dechirer*, *mettre en pieces au tourmentant*, Hiſp. *atormentar*, [illegible], dilanio, carnem diſſeco, in partes divido. *Suet. in Vitel. c.* 17. Minutiſſimis ictibus excarnificatus, atque confectus eſt. ¶ Translate pro cruciare ponitur. *Ter. Heaut.* Nuiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me excarnifices.

Excaſtratus, a, um, adject. caſtratus, exſectus, *caſtrato*. *Gel. lib.* 9. *c.* 9. Auctore M. Varrone, is demum latine caper dicitur, qui excaſtratus eſt.

Excavatio, onis, f. actus excavandi. *ſcavamento*, [illegible]. *Sen. l.* 4. *nat. Quæſt. c.* 3. Stillicidii caſus lapidem cavat, & hæc ipſa excavatio rotunda fit.

Excavatus, a, um, adject. cavatus, *cavo*, *ſcavato*. *Cic. Ver.* 6. *cap.* 27. Trulla excavata cum manubrio aureo.

Excavo, as, avi, atum, a. 1. *ſcavare*, *far concavo*, [illegible]. *Plin. l.* 10. *c.* 33. *de hirundinibus*. Tertium eſt earum genus, quæ ripas excavant.

Excedo, dis, eſſi, eſſum, n. 3. *partirſi*, [illegible], Germ. *auſſziehen*, Gall. *ſe partir*, *s'en aller*, Hiſp. *partirſe*, [illegible], diſcedo, egredior, exeo. *Cic. ad Brut.* Vos fortaſſe ſapientius exceſſiſtis urbe. *Brut. Cic.* 11. *Fam.* Ego, niſi valde neceſſe fuerit, ex Italia non excedam. ¶ Excedere e vita, mori, *uſcir di vita*, *partire da queſta vita*. *Cic. in Bruto*, *c.* 75. *extr.* Sed ad eos, qui vita exceſſerunt, revertamur. ¶ Et abſolute *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 826. procul horruit Æſon Excedens, memoremque tulit ſub nubibus umbram. *Plin. l.* 7. *c.* 13. Auguſtus neptis ſuæ nepotem vidit genitum, quo exceſſit anno. ¶ Eſt etiam ſuperare, *eccedere*. *Curt. l.* 4. *c.* 11. Navigia, quæ modum excedunt, regi nequeunt. *Velleius lib.* 2. *c.* 68. In hoc principiis ira exceſſit, ut, &c. ¶ Hinc excedere fidem. *Plin. l.* 38. *c.* 5. h. e. incredibilem eſſe. ¶ *Colum. l.* 6. *c.* 21. Exceſſit annos decem, *paſsò dieci anni*. ¶ *Liv. l.* 25. Exceſſit res ad publicam querimoniam. h. e. adeo crevit, ut publicæ querelæ fierent.

Excellens, entis, adject. præſtans, inſignis, *eccellente*, [illegible]. *Cic. Acad. l.* 1. *c.* 3. Excellens omni genere laudis. *Nepos in Alcibiad. in princ.* Nihil Alcibiade fuit excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *Cic. l.* 1. *nat. Deor. c.* 2. Una excellentiſſima virtus, juſtitia. *Id. de clar. Orat.* Excellens inter omnes æquales. *Id.* 3. *Fin.* Excellens omnibus vir.

Excellenter, adverb. *eccellentemente*, Germ. *fürtreffenlich*, Gall. *excellement*, Hiſp. *excellentemente*, [illegible]. *Cic.* 1. *Offic. c.* 18. Quæ magno animo fortiter excellenterque geſta ſunt. *Id. pro Sext.* In republica ſe excellentius gerere.

Excellentia, f. 1. *eccellenza*, [illegible], Germ. *fürtreffenheit*, Gall. *excellence*, Hiſp. *excellencia*, [illegible], præſtantia, magnitudo, nobilitas. *Cic.* 1. *Offic. c.* 28. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia, præſtantiaque animantium reliquorum.

Excello, is, lui, elſum, a. 3. *ſuperare*, *ſopravanzare*, [illegible], Germ. *übertreffen*, Gall. *exceller*, Hiſp. *ſobrepujar*, [illegible], eſt altitudine, vel ſtatura eminere. *Auct. ante exil.* Dii, Deæque immortales, qui excelſo tumulo civitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutum. ¶ Translate eſt ſuperare, præſtare, cum dat. vel accuſ. *Cic.* 2. *de Inv. ſub init.* Qui tum longe cæteris excellere pictoribus exiſtimabatur. *Lactant. l.* 7. Qui omnes eloquentia excelluerit. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *inter*. *Cic. in Brut.* Quantum inter omnes unus excellit. ¶ Conſtruitur & cum ablat. exceſſus, vel ſine præpoſ. vel cum præpoſit. *in*. *Cic. de Amic.* Nunc Lælius & ſapiens, & amicitiæ gloria excellens de amicitia loquitur. *Id.* 1. *de Orat.* In quibus tu longe aliis mea ſententia excellis. ¶ Sæpe eſt abſolutum, pro præſtantem eſſe, florere. *Cic.* 2. *de Orat.* Nam & Siculi in eo genere, & Rhodii, & Byzantii, & præter ceteros Attici excellunt. ¶ Accipitur quandoque in malam partem. *Cic. l.* 1. *Leg. c.* 19. Eos, qui ſingulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus, miſeros eſſe dicamus. ¶ Invenitur etiam uſurpetum pro creſcere, in altum extolli. *M. Cato apud Gel. l.* 13. *c.* 23. Scio ſolere pleriſque hominibus in rebus ſecundis animum excellere, atque ſuperbiam, atque ferocitatem augeſcere.

Excelſe, adv. *magnanimamente*, [illegible], Germ. *herrlich*, Gall. *hautement*, Hiſp. *altamente*, [illegible], alte, ſublimiter. *Col. l.* 4. *c.* 1. Si ſcandit excelſius, plus alimenti deſiderat. ¶ Et translate. *Cic. de Orat. c.* 34. Omnia profecto excelſius, magnificentiuſque & dicet, & ſentiet. *Velleius l.* 1. *c.* 6. Sparta excelſiſſima floruit. *Plin. lib.* 2. *ep.* 3. Pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe.

Excelſitas, f. 3. *altezza*, [illegible], Germ. *hochheit*, Gal. *hauteſſe*, Hiſp. *altezza*, [illegible], altitudo. *Plin. l.* 21. *c.* 5. Ad eam excelſitatem, ut in orbes montes levarentur. ¶ Et translate. *Cic.* 3. *Offic. c.* 5. Multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi, & magnitudo.

Excelſus, a, um, a. *alto*, *eccelſo*, [illegible], Germ. *hoch*, Gall. *haut*, Hiſp. *alto*, *enalçado*, [illegible], altus, editus, magnus. *Cic.* 2. *Tuſc.* Te natura excelſum quendam videlicet, & altum, & humana deſpicientem genuit. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Mons excelſus. *Hirt. B. Alexand. c.* 28. Excelſior locus, planitia ſubjecta. *Id. B. G. lib.* 8. *cap.* 33. Excelſiſſimo loco caſtra fecit. ¶ Excelſus animus. h. e. magnanimus. *Cic. Offic.* 1. *c.* 13. Et abſolute, *Salluſt. Catil. c.* 51. In excelſo ætatem agere.

Excenturio, as, a. 1. ex centuria ejicio, exauctoro. Verbum fictum a *Plaut. Curc.* 4. 4. 29. Ali leg. *centurio*.

Exceptaculum, i, n. id quo aliquid excipitur, *ricettacolo*. *Tertul. de Spect. c.* 2. Non ſumpſimus aures ad exceptaculum maliloquii.

Exceptio, onis, f. 3. *eccettione*, *differenza*, Germ. *auſſnemmung*, Gall. *exception*, Hiſp. *exception*, [illegible], exemptio. *Cic. de Amic.* Tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum, & voluntatum ſine ulla exceptione communitas. ¶ Apud JCtos eſt excluſio actionis, id eſt depoſitio adverſus petitionem actoris. *Cic.* 2. *de Invent.* Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. V. *Inſtit. l.* 4. *tit.* 13.

Exceptitius, a, um, o. 1. a. quod excipitur. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Bromos, ſiligo exceptitia, & tragos. *Id. l. eod. c.* 11. Alica, quæ in eo (cribro) remanſit, exceptitia appellatur.

Exceptiuncula, æ, f. diminut. parva exceptio. *Senec. epiſt.* 20. Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum ſit, quod velis.

Excepto, as, avi, atum, a. 1. *pigliare*, *tirare*, Germ. *aufffaſſen*, Gal. *excepter*, Hiſp. *exceptuar*, [illegible], ſæpe extra capio, vel ad me frequenter traho, freq. a capio. *Cic. in Parad.* 5. *c.* 2. Barbatulos mullulos exceptantem de piſcina, & pertractantem. ¶ Item excipere, in ſe recipere. *Silius l.* 9. *v.* 388. per pectora ſævus Exceptant mortes.

Exceptor, oris, m. qui dicta excipit. *Ulp. l.* 19. *ff. loc. & cond.*

Exceptorius, a, um, adject. qui aliquid excipit. *Ulp. l. Inſtrum. ff. de Inſtruct. vel Inſtrum. leg.*

Exceptus, a, um, adject. *accettato*, *accolto*. *Curt. l.* 8. *c.* 10. Rex benigne exceptos ſequi juſſit. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 11. Qui unum ſcaphis excepti refugerent. ¶ Item *eccettuare*. *Cic. Fam. l.* 5. *ep.* 1. Is, excepta hac cauſa regia, ſe in defenſorem fore oſtendit. Hinc *excepto quod* quaſi adverb. uſurpatum, *eccettuato*. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 1. Iter commode explicui, excepto quod quidam ex meis adverſam valetudinem contraxerint.

Excerno, nis, excrevi, etum, a. 3. *purgare*, [illegible], Germ. *auſſrabern*, Gal. *ſeparer*, *purger*, Hiſp. *apartar*, *purgar*, [illegible], purgo. *Col. l.* 2. *cap.* 21. In area detrita frumenta ſic aggeranda, ut omni flatu poſſint excerni. ¶ Speciatim eſt onus ventris dejicere. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. In inferiores partes ex, quæ excreturi ſumus, emittit.

Excerpo, pis, pſi, ptum, a. 3. *cavar fuori cernendo*, [illegible], Germ. *auſſklauben*, Gal. *extraire*, *elire*, Hiſp. *eſcoger*, *coger*, [illegible], ſecernendo extraho. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 1. Non ſolum ex malis eligere minima oportet, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 5. Nihil unquam legit, quod non excerperet. ¶ Item eximere, auferre. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. Primum ego me illorum excerpam numero. *Sen. epiſt.* 5. Excerpere ſe humanæ conſuetudini.

Excerptio, onis, f. actus excerpendi. *Gel. l.* 17. *c.* 21. Nunc excerptiones variis, diverſiſque in locis factas curſim digeſſimus.

Excerptor, oris, m. Elogium dedicatoris in Simulacro Fortunæ Romæ, L. Aurelius Marcellianus Aug. libertus Excerptor.

Exceſſus, us, m. 4. *uſcita*, *partita*, [illegible], Germ. *hinwegziehung*, Gal. *département*, Hiſp. *partida*, [illegible], egreſſio, diſceſſio, ab excedo. Speciatim ponitur pro morte. *Cic.* 1. *de Leg.* Certe non longe a tuis ædibus inambulans poſt exceſſum ſuum Romulus Julio Proculo dixerit ſe Deum eſſe. *Id.* 3. *Fin.* In his exceſſum e vita, & in vita manſionem. *Id.* 1. *Tuſc.* Neque exceſſu vitæ ſic deleri hominem. ¶ Accipitur etiam pro digreſſione in oratione. *Plin. l.* 9. *ep.* 26. *de Demoſthenis orat.* Quid audentius illo pulcherrimo, & longiſſimo exceſſu? ¶ Item pro peccato. *Val. Max. l.* 8. *c.* 2. *in fine*. Verecundiam illius ſæculi laudemus, in quo tam minuti a pudore exceſſus puniebantur.

Excetra, æ, f. 1. Hydra Lernæa, ab excreſco, quod uno cæſo capite tria excreſcebant. *Plaut. Perſ.* 1. 1. Nam cum Leone, & cum Excetra delectari mavelim, quam cum amore. ¶ Apud *Liv. lib.* 39. *c.* 11. *excetra* convicium eſt in fœminam nefariam, ubi ait: Illius excetræ delinimentis, & venenis imbutum nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere. Adde *Plaut. Pſeud.* 1. 2.

Excidio, onis, f. everſio, excidium, *rovina*, *eccidio*. *Feſtus*. Excidionem urbis a cædendo dictam manifeſtum eſt. *Plaut. Curc.* 4. 3. 2. Excidionem facere oppidis.

Excidium, n. 2. *ruina*, [illegible], Ger. *zerſtörung*, Gal. *deſtruction*, Hiſp. *deſtruicion*, [illegible], everſio, & quaſi nex urbis, aut provinciæ, cum cuius hominibus mœnia ad ſolum deducuntur. *Liv. l.* 27. Magnum ſe excidio ejus urbis terrorem cæteris earum injecturum. *Virg. Æn.* 11. *v.* 43. Per everſæ fumantia Trojæ Excidia obteſtor. ¶ Sunt qui originem ducunt hujus vocis a cædo, quemadmodum de *excidione* ait Feſtus, qua ratione ſecundam produceret; verum cum Poetæ fere corripiant, a *cado* potius, vel a *ſcindo* derivanda eſt. Hinc *Prudentius* pro occaſu poſuit, *Apotheoſ. v.* 627. Rota lurida Solis Hæret, & excidium ſamet jam jamque futurum.

Excido, is, excidi, n. 3. *cadere*, [illegible], Ger. *auſſfallen*, Gal. *tomber*, Hiſp. *caer*, [illegible], ex loco, vel ex re aliqua ſublimiori cado. *Cic. Att. l.* 9. Sol excidiſſe mihi a mundo videtur. ¶ Translate eſt oblivisci, ex animo, & memoria effluere. *Cic.* 1. *de Leg.* At mihi iſta exciderunt. *Virg.* 1. *Æn.* Necdum etiam cauſæ irarum, ſævique dolores exciderant animo. *Liv. l.* 29. Excidit hujus rei memoria. *Id. lib.* 7. Hæc res a memoria excidit. ¶ Item imprudenter proferri vel enuntiari, *ſcampar di bocca*. *Cic. pro Sylla*. Verbum ecquod unquam ex hujus ore excidit, unde quiſquam poſſet offendi? ¶ Item caſu, & nobis imprudentibus edere, & edi in lucem. *Cic.* 1. *de Or.* Quendam in libello, qui me imprudente, & invito excidit. ¶ Item amitti. *Cic. ad Brut.* Deinde tot multa peccata, ut quodam modo victoria excideret e manibus. *Ter. And.* 2. 5. 12. Nerus, quantum intelligo, uxore excidit. id eſt, ambitæ uxoris ſpem amiſit. Sic *Ovid. Met.* 2. *v.* 328. Quæ ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

Excido,

Excīdo, is, di, ciſum, a. 3. *tagliare*, כרת, Ger. *hauſſhawen*, Gall. *couper*, Hiſp. *cortar*, ἐκκόπτω, excindo, vel eruo, a cædo. *Cic.* 2. *Off.* Nec lapides ex terræ excideremur. *Craſſus* apud *Cic.* 3. *de Or.* c. 1. Excidere linguam. ¶ Item penitus deſtruo. *Cic. pro Dom.* c. 23. Hoſtium urbes non præda adducti, ſed odio ſolemus excidere. ¶ Tranſlate *Id. de Provinc. Conſul.* Si ex rerum natura non poſſem evellere, ex animo quidem certe exciderem.

Excindo. V. Exſcindo.

Excio, is, ivi, itum, a. 4. foras moveo, commoveo, elicio, excutio. *Stat.* 4. *Theb.* Suus excit in arma antiquam Tirynthia Deus. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 114. Et mihi excivisti lacrymas. Sic, a ſomno excire. *Liv. lib.* 4. ¶ Eſt item evocare, *chiamare*, קרא, Ger. *beruffen*, Gall. *emouvoir*, *faire lever*, & *ſortir*, Hiſp. *llamar*, *mover*, ἐκκαλεῖν. *Cic. Phil.* 12. 1. 7. Juventutem omnem ex Italia excire. *Liv. l.* 2. c. 30. Excire hoſtem ad dimicandum. *Id. l.* 3. Excire tumultum. *far' una ſollevazione.* ¶ Excire molem in undis, eſt commovere, procellam excitare, apud *Virg.* 5. *Æn.* ¶ Exciet, pro *excutiet* dixerunt Veteres. *Feſtus*.

Excĭpio, is, epi, eptum, a. 3. *pigliare*, קבל, Ger. *empfahen*, Gal. *recevoir*, Hiſp. *recebir*, ἐκλαμβάνω, extra capio, eximo, ad me traho. *Plaut. Rud.* 4. 4. 140. Qui illuc hodie excepi vidulum. ¶ Eſt item accipere, recipere, paſſim apud Script. Hinc Excipere brachiis, gremio, oculo, clamoribus, gladio, Excipere tela, cicatrices adverſo corpore, &c. *Cic. pro Mil.* O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit. *Martial. l.* 1. *ep.* 38. Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro. ¶ Item aliquo dictante deſcribere, *copiare*. *Suet. Tit.* Notis quoque excipere velociſſime ſolitum. *Manil. l.* 4. v. 199. Excipiens longas nova per compendia voces. ¶ Item accipere, ut excipere vulnus. *Sueton. Aug.* c. 20. Excipere labores. *Cic. in Brut.* c. 69. Excipere invidiam aulicorum, h. e. ſubire. *Nepos* 14. c. 5. Excipere fortunam. *Cic. de Prov. Conſ.* c. 17. ¶ Excipere etiam dicuntur hoſpites, *accogliere*, *alloggiare*. *Senec. ep.* 21. Hic hoſpes te polenta excipiet. *Tacit. de Germ. cap.* 21. Quemcumque mortalium pro fortuna quiſque apparatis epulis excipit. ¶ Item Venatores dicuntur feras excipere, & conficere. *Horat. l.* 3. *od.* 15. aliud latitantem fruticeto excipere aprum. *Senec. de Provid.* c. 2. Adoleſcens conſtantis animi irruentem feram venabulo excipit. ¶ Parentes etiam cum filiorum primam barbam detonſam ſervabant Deo alicui ſacraturi, excipere dicebantur. *Sueton. in Ner.* c. 34. Et illa (Neronis nutrix) tractans lanuginem ejus, ut aſſolet, per blanditias forte dixiſſet: ſimul hanc exceperō, mori volo. ¶ Eſt etiam, inopinato aliquem accipere, & opprimere. *Celſ. in præfat.* Viator a latronibus exceptus. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 21. De Pompeio ſcio nihil: namque, niſi in navim ſe contulerit, exceptum iri puto. Ita ſæpe *Cæſar*, & *Curt.* ¶ Item furari, dolo intercipere. *Virg. Ecl.* 3. v. 18. Non ego te vidi caprum excipere inſidiis? ¶ Hinc & qui clam auſcultant, & ſermones aliorum captant, excipere dicuntur. *Cic. pro Dejot.* c. 9. Mittebas, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. ¶ Sæpe accipitur pro eximere. *eccettuare*. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Ut in ſummis tuis laudibus unam excipiant iracundiam. *Virg.* 9. *Æneid.* Clypeum, ariſtaſque rubentes excipiam ſorti. ¶ Et pro nominatim cavere. *Cic. loc. cit.* Cum lex nominatim exciperet, ut liceret, &c. *Id. pro Balbo*. Quorum in fœderibus exceptum eſt, ne quis &c. In hac ſignificatione ſæpe uſurpatur a JCtis. ¶ Significat aliquando ſequi. *Cic. pro Sex.* c. 68. Herculis vitam, & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur. *Liv. l.* 2. c. 61. Turbulentior inde annus excepit. ¶ Item extrahere, ut excipere dentes. *Celſ. l.* 7. c. 12. *Cic. l.* 4. *de Rep.* apud *Non.* Quos ex mari excipere non potuiſſent. ¶ Excipere ſe in pedes, eſt, ſe erigere. *Liv. l.* 4. Haſta innixus ſe in pedes excepit. *Curt. l.* 9. c. 5. Ita libraverat corpus, ut ſe pedibus exciperet. *cadde in piedi*. ¶ *Excepto quod*. V. Exceptus.

Excipŭlum, n. 2. vel excipulus, m. 2. (ut leg. in Gloſſ.) *recipiente*, ἐκδοχεῖον, genus vaſis, quo liquor excipitur. *Plin. l.* 25. c. 7. Inciſæ cortici ſubditur excipulus, ventriculo hædino. ¶ Item inſtrumentum, quo aliquid intercipitur, & incautum comprehenditur, ut ſeptum ex viminibus contextum, *naſſa*, vel toſſa depreſſior in ripa, ad capiendos piſces. *Plin. l.* 9. *cap.* 22. Ut in excipulis ejus ſummas ſingulorum millium globi reperiantur.

Excipuus, a, um, n. 1. a. quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur. *Feſt.*

Excīſio, f. 3. deſtructio, *rovina*, *eccidio*, o cæſo, ἐκκοπή. *Cic. pro Dom.* c. 58. Exciſionem, inflammationem, everſionem, depopulationem, vaſtitatem eam ſua cum præda meis omnibus tectis, atque agris intulerunt.

Exciſorius, a. t. 2. *da tagliare*, ut Exciſorius ſcalper, quo vitioſa exciditur caro. *Celſ. l.* 8. c. 3.

Exciſſatus (ita ſcribit *Nonius*, alii *exciſatus*) a, um, dilaniatus, laceratus. *Plaut. Ciſtel. apud Non.* c. 2. n. 309. Capillo ſciſſo, atque excillatis auribus.

Excīſus, a. t. 2. *rovinato*, ἐκτετμημένος. *Cic. de Sen.* De Carthagine veteri non ante deſinam, quam illam exciſam cognovero.

Excitāte, adv. *grandemente*, vehementer. *Plin. l.* 37. *cap.* 7. In his autem mares excitatius fulgent. *Ammian. l.* 18. c. 19. Excitatius clamitare.

Excitatio, onis, f. 3. actus excitandi, *lo ſvegliare*. *Arnob. l.* 7. Quid ſibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutinas?

Excitātor, oris, m. qui excitat, *ſvegliatore*. *Prudent. hymn.* 1. *ad galli cant.* Curidus excitator mentium.

Excitatus, a, um, adject. *eccitato*, *incitato*, ἐξεγηγερμένος. *Cicer. l.* 2. *Fam. ep.* 16. Ab excitata fortuna ad inclinatam deſciſcere. *Id. l.* 2. *de nat. Deor.* Quæ primum eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit. *Id. in Somn. Scip.* Acutus, & excitatus ſonus. *Liv. l.* 4. c. 37. Clamor excitatior, crebriorque ab hoſte ſublatus. *Plin. l.* 20. c. 17. Excitatiſſimi odoris. h. e. vehementiſſimi.

Excito, ac, avi, atum, a. 1. frequentat. ab Excio, *eccitare*, *chiamar fuori*. *Silius l.* 5. v. 191. cau ductor ad arma Exciret Tyrios. Adde *Lucan. l.* 2. v. 48.

Excĭto, as, avi, atum, a. 1. incito, allicio, commoveo, concio, ſtimulo, alicio, *eccitare*, *ſtimolare*, עורר, Ger. *bewegen*, Gal. *exciter*, Hiſp. *excitar*, ἐγείρω, commoveo, a *cieo*, quod *citare*. *Cic.* 1. *de Or.* Non ut vos, qui mihi ſtudio pene præcurritis, excitarem. *Id. pro Planc.* Sed ut nos, & noſtros liberos ad laborem, & laudem excitaret. *Ter. Heaut.* 5. 3. 10. Non vides, quantum mali ex ea re excites? ¶ Eſt item evocare. *Cic. pro Fonț.* Excitandus nobis erit ab inferis C. Marius. ¶ Item expergefacere. *Cic.* 2. *Acad.* Sequitur enim, qui te e ſomno excitet. ¶ Item conſolari, recreare. *Cic. de Amic.* Ut amici jacentem animum excitet. ¶ Item erigere, ædificare. *Sen. ep.* 53. Puta, duo ædificia excitata eſſe, ambo paria, atque excelſa, ac magnifica. *Cic. l.* 2. *Leg.* c. *ult.* Excitare ſepulchrum e lapide. ¶ Aliquando ſignificat expellere, *ſcacciare*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 9. Qui hoc noctis me e portu excitavit. *Quintil. l.* 3. c. 6. Si excitatus fuerit de ſpectaculis. ¶ Item movere, ut excitare riſum, iram, ſermones de re aliqua, fletum, &c. *Cic. Virg.* & al.

Excitus, a, um, adject. ab excieo, *eccitato*, *commoſſo*. *Virg.* 4. *Æn.* v. 301. Commotis excita ſacris. *Ovid.* 2. *Met.* Vigilantibus excita curis. ¶ Excitus, a, um, ab excio, *chiamato fuori*, *eccitato*. *Virg.* 10. *Æn.* v. 38. Ventoſque furentes Æolia excitos. *Lucan. l.* 1. Stratis excita juventus.

Exclamatio, f. 3. *grido*, צעקה, Ger. *auffſchreyung*, Gall. *exclamation*, Hiſp. *exclamacion*, ἀναφώνησις, actus exclamandi. *Auct. ad Her. l.* 3. c. 12. Acutas vocis exclamationes vitare debemus. ¶ Item Figura ſententiarum. *Auct. ad Her. l.* 4. c. 15. Exclamatio eſt, quæ conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicujus, per hominis, aut urbis, aut rei cujuſpiam compellationem.

Exclamo, as, avi, atum, n. 1. *eſclamare*, *gridare*, ἀναβοάω, eſt vociferari, & quaſi e medio pectore vocem maximam emittere, quod aut doloris, aut indignationis cauſa fieri ſolet. *Cic.* 2. *de Orat.* Non poſſum quin exclamem. ¶ Tranſitive cum accuſ. uſurpat *Plaut. Amph.* 5. 1. 68. Voce magna exclamat uxorem tuam. *Cic. Phil.* 2. Ciceronem nominatim exclamavit. *Plin. l.* 34. c. 18. Exclamare cantica.

Exclāro, as, avi, atum, a. 1. *illuminare*. *Vitruv. l.* 1. c. 2. Ea cœli regio neque exclaratur, neque obſcuratur ſolis curſu.

Exclūdo, is, excluſi, ſum, a. 3. *eſcludere*, *ſerrar fuori*, הוציא, Ger. *auſſchlieſſen*, Gal. *exclurre*, Hiſp. *excluir*, *echar*, ἐκκλείω, extra claudo, repello, prohibeo. *Cic. pro Corn. Balbo*. Gaditani Pœnos mœnibus excluſerunt. ¶ Eſt item incubando pullos emittere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 52. Ex quibus pullos cum excluſerint. ¶ Tranſlate *Cic.* 1. *Fam.* Craſſus tres legatos decernit, nec excludit Pompejum. ¶ Item impedire. *Cic. in Ver.* 3. c. 56. Anguſtiis temporis excluduntur omnes. ¶ Item non admittere, quod petitur, ſed rejicere. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Quod anno ante frater Metellus, & concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompejo ſententiam dicenti excluſerat. ¶ Excludere ſe ſervitute, *metterſi in libertà*. *Accius ap. Nonio*. ¶ Excludere alicui oculos, eſt ejicere. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 93. Excludam mihi hercle oculum, ſi dedero.

Excluſio, onis, f. *eſcluſione*. *Terent. Eun.* 2. c. 8. De excluſione verbum nullum. *Macrob. lib.* 2. *Somn. Scip.* c. 20. Excluſione luminis tenebras in terram refundit. Al. leg. *concluſione*.

Excluſorius, a, um, ad excludendum pertinens, ut excluſoria actio, apud *JCtos leg.* 2. §. 2. *Dig. de except.* ¶ Excluſorium medicamentum vocatur a Medicis, quod abortum facit. *Theod. Priſc. l.* 3. c. 6.

Excluſus, a. 1. 2. adject. *eſcluſo*. *Cicer. pro Cluent.* Cum vagus, & exul erraret, atque undique excluſus. *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 15. Excluſus regionibus. ¶ *Excluſiſſimus* ſiexit *Plaut. Men.* 4. 5. Abiit intro, occluſit ædes, nunc ego ſum excluſiſſimus.

Excoctio, onis, f. *il cuocere*, ut excoctio calcis, *in Cod.* 10. 16. 3. & excoctio panis, *ibid.* 12. 39. 1.

Excodico, as, act. 1. eſt circa vitium radicem dolabra terram aperire, & velut lacus efficere, ut Solis calore, & imbribus provocentur, ut exponit *Pallad. l.* 2. *in princip.* ¶ Dictum eſt a *caudex*, vel *codex*, quia ex ratione trunci, & frutices, qui circa ſunt, extirpantur. *Feſtus*: Repaſtinari ager dicitur, cum ſylveſter excodicatur. ¶ Legitur etiam *Excaudico*, apud *Tertull. de Pudic.* c. 16.

Excogitatio, f. 3. *invenzione*, *penſiero*, ἐπίνοια, actus excogitandi. *Cic.* 1. *Tuſc.* c. 25. Quid illa vis, quæ tandem eſt, quæ inveſtigat occulta, quæ inventio, atque excogitatio dicitur?

Excogitator, m. 3. qui excogitat, *inventore*. *Quint. decl.* 10. Sic magnum protinus, neſcia matre, excogitator hic mortis alterius advocat. *Arnob. l.* 3. Verborum excogitator, & nominum.

Excogitatus, a, um, a. 1. 2. *inventata*, *penſata*. *Cic. pro Cluent.* c. 13. Ratio excogitata Latinæ eſt. ¶ Interdum pro exquiſito ponitur. *Suet. in Calig.* Et Sacerdotes, & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit.

Excogitatus, us, m. idem quod excogitatio. *Gell. l.* 5. c. 10. Captionis aſtutæ excogitatu fruſtratus.

Excogito, as, a. 1. *immaginarſi*, חשב, Ger. *erdencken*, Gall. *penſer*, Hiſp. *hallar penſando*, ἐπινοέω, eſt perfecte cogitare, vehementer cogitare. *Cic. Attic. l.* 9. Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita, quemvis eventum fortius feram, quam hunc dolorem. ¶ Eſt item invenire. *Cic.* 6. *Ver.* Novum, ac ſingulare ſupplicii genus excogitavit.

Excŏlo, is, olui, ultum, a. 3. *ornare*, *polire*, עבד, Ger. *wolbawen*, Gal. *exorner*, *orner*, Hiſp. *ornar*, *componer*, ἐπικοσμέω, orno, polio. *Cic. in Par.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. *Id. pro Arch.* c. 6. Animum doctrina excolere.

Excōlo, as, a. 1. *colare*, percolo. *Pallad. in Jul.* c. 8. Adjecta ſquilla acetum diligentius excolabis.

Exconſul, m. 3. Conſulatis, qui ſcil. aliquando Conſulatum geſſit. *l.* 2. *C. de vet. jure enucl.* Exquæſtori ſacri noſtri Palatii, & Exconſuli. ¶ Exconſule, pro Exconſul dixit Juſtinian. in epiſt. 2. & 3. Pandectis præfixa. V. Exquæſtor.

Excŏquo, is, oxi, octum, a. 3. *cuocere molto*, Ger. *auſſkochen*, Gal. *bien cuire*, Hiſp. *cozer bien*, ὀπτάω, valde coquo. *Ter. Adelph.* 5. 3. Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo eſt. ¶ Metaleptice eſt expurgare. *Virg.* 1. *Georg.* Sive illis omne per ignem excoquitur vitium. ¶ Tranſlate ponitur pro excogitare, & ad tempus præparare. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 53. Uſque dum domi ero, dum excoxero lenoni malum.

Excornis, e, adject. qui eſt ſine cornibus. *Tertul. de Pall.* c. 5. Beſtia exunguis, & excornis.

Excors, dis, o. 3. *pazzo*, *ſciocco*, חסר לב, Ger. *thorechtig*, Gal. *inſensé*, Hiſp. *ſin ſeſo*, ἄκαρδος, ſtultus, amens, quaſi extra cor, vel ſine corde. Non defuerunt enim, qui cor in homine mentis domicilium eſſe putarent. *Cic. Philip.* 5. 1. 2. Aperte adulantem nemo non videt, niſi admodum eſt excors. *Plaut. Merc. prol.* v. 27. Excors immodeſtis.

Excrementum, n. 2. ἐκχώρημα, purgamentum, ſtercus, id quod egeritur e cibo, potuque. *Tac. l.* 4. *hiſt.* 1. 81. Ut genas, & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. ¶ Item quod cribro ex frumento excernitur, *vagliatura*. *Colum. l.* 8. *cap.* 5. Adjectis interdum tritici excrementis.

Excrēo. V. Exſcreo.

Excreſcentia, æ, f. excreſcendi actio, vel id quod excrevit, *eſcreſcenza*, ut excreſcentia vulnerum. *Plin. l.* 34. c. 18.

Excreſco, is, evi, etum, n. 3. *creſcer in alto*, גדל, Ger. *heffrig wachſen*, Gal. *croître par deſſus*, Hiſp. *crecer mucho*, ἐκφύομαι, valde, ſive in altum creſco. *Quintil. l.* 4. *cap.* 1. Ne in caput excreviſſe viderer. *Plin. l.* 32. c. 7. Carnes excreſcentes. *Lucan. l.* 4. v. 11. denique excrevit in altum Pingue ſolum tumulo.

Excreta, æ, f. id quod excernitur. *Vitruv. l.* 7. *cap.* 6. Cæmenta marmorea, ſive aſſulæ pilis ferreis contunduntur, cribroque excernuntur, eæ autem excretæ, &c. Al. leg. *exerta*.

Excrētus, a. 1. 2. ἐκκριθείς, ſeparatus, expurgatus, egeſtus, part. ab excerno. *Col. l.* 8. c. 4. Furfures a farina excreti. ¶ Excretum, ſubſt. n. 2. purgamentum, quod incerniculo a frumento ſeparatur. *Col. ib.* Excreta tritici minuta commode dantur gallinis. ¶ Excretus, a, um, etiam partic. eſt ab excreſco, idem, ac adultum, vel quod multum crevit. *Virg. Georg.* 3. v. 397. Excretos prohibent a matribus hædos.

Exſcribo. V. Exſcribo.

Excruciabilis, le, o. 3. dignus, qui excrucietur, vel qui excruciat. Plaut. Ciſt. 6. 1. 1. Nullam ego me vidiſſe credo magis anum excruciabilem.

Excruciatus, us, m. idem quod cruciatus, tormento. Prudent. in paſſ. Agnet. v. 19. Corpuſque duris excruciatibus Ultro offerebat.

Excrucio, as, avi, atum, a. 1. tormentare, βασανίζω, valde crucio, cruciatu eneco. Cic. 3. Ver. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, P. R. ſummum, atque amicum, fame excruciatum, ſemivivum reliquit. ¶ Translate eſt moleſtia afficere. Cic. in Piſ. Hæc tibi dolori eſſe certo ſcio, me quidem excruciant. Ter. Phorm. 1. 4. Tum me Antiphi excruciat animi.

Excubatio, f. 3. actus excubandi, ſeu vigilandi. Val. Max. lib. 4. Pro dignitate, & ſalute amicorum perpetuam excubationem.

Excubiæ, arum, f. vigilie, veggbie, guardia, אשמורה, Ger. die wachten, Gal. le guet de nuit, Hiſp. eſcuchas, velas de noche, φυλακή, vigiliæ. Sed vigiliæ tantum nocturnæ dicuntur, excubiæ & diurnæ, & nocturnæ. Cic. pro Marc. Non modo excubias, & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus, & corporum pollicemur. Sueton. Galb. c. 10. Excubias agere. ¶ Item ii ipſi, qui excubias agunt. Claudian. de nupt. Honor. madentes vino excubiæ.

Excubicularius, ii, m. qui Cubicularii officio functus eſt. Leg. 13. de excuſ. libert. l. 10. Cod. Juſtinian.

Excubitor, m. 3. φρουρός, qui excubat, & vigilat ad cuſtodiam. Cæſ. 7. B. G. Hæc eadem noctu excubitoribus, ac firmis præſidiis tenebantur. ¶ Dicitur non ſolum de militibus, ſed etiam de præfectis militaribus. Unde Excubitorem Tribunum dicit Sueton. in Claud. c. 42. qui ſcil. pro tempore Excubitorum ſtationi præerat.

Excubitus, us, m. idem, ut excubiæ. Hirt. de B. Hiſp. c. 6. Partim, ut pedeſtres copiæ in ſtatione, & excubitu caſtris præſidio eſſent.

Excubo, as, cubui, bitum, neut. 1. vegghiare, far guardia, שקד, שמר, Germ. wachen, hüten, Gall. faire le guet, c'ere au guet, Hiſp. velar eſtacher, φρουρεῖν, vigilo, cuſtodiam ſervo, quaſi foris cubo, ut milites, qui extra caſtra, vel extra tentorium ad Imperatoris cuſtodiam noctu armati conſident. Cic. de Div. Armatique in agris excubarent. Liv. l. 5. Excubare pro portis. ¶ Eſt etiam fovere ova ad pullos excludendos, covare. Colum. l. 8. c. 5. ¶ Translate eſt proſpicere, vigilantem eſſe. Cic. 4. Tuſc. Qui ſemper animo ſic excubat, ut ei nihil improviſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino novum.

Excudo, is, excudi, ſum, a. 3. percotendo trar fuori, צור, Germ. auſſchlagen, Gal. forger, Hiſp. hiriendo ſacar fuera, ἐκκρούω, cudendo elicio. Virg. 1. Æn. v. 174. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. ¶ Accipitur etiam pro cudendo conficere. Virgil. 6. Æn. v. 847. Excudent alii ſpirantia mollius æra. ¶ Translate eſt componere, ſtudioſe invenire. Cic. Att. l. 15. ep. 27. Excudam aliquid Ἡρακλείδειον, quod lateat in theſauris tuis. ¶ Item vi, vel precibus aliquid extorquere. Col. l. 11. c. 1. Excudit mihi, cultus hortorum proſa ut oratione conſcriberem. ¶ Item excludere. Col. l. 9. Negat anſer aliena excudere ova, niſi ſubjecta ſua quoque habuerit. Al. leg. excludere. Habet & Var. l. 2. R. R. c. 9. ut legitur in edit. Scalig.

Exculcator, oris, maſc. qui exculcat. In Notitia Imperii Occident. memorantur inter auxilia Palatina Exculcatores ſeniores, Exculcatores juniores, &c. qui iidem ſunt atque excurſatores, qui hoſtium itinera explorant. Quare hanc vocem quidam Vegetio l. 2. c. 15. reſtituunt. Turneb. Stevvech & alii.

Exculcatus, a, um, obſoleti, rejectus, exploſus, particip. ab exculco. Gel. l. 11. c. 7. Verbis obſoletis, exculcatiſque.

Exculco, as, a. 1. calpeſtare, דרך, Ger. zertretten, Gall. fouler aux pieds, Hiſp. hollar, calcando exprimo. Plaut. Capt. 4. 2. 30. Ex ipſiſne domini meis pugnis exculcabo furfures. Cæſ. l. 7. B. G. c. 73. Singuli ab infimo ſolo pedes terra exculcabantur. h. e. calcando firmabantur.

Exculpo. V. Exſculpo.

Excultor, oris, m. qui excolit. Tertul. de Monog. c. 16. Florum excultor.

Excultrix, ut, m. idem ac cultor. Feſt. in voce Contum, ubi al. leg. cultor.

Excultus, a, um, adject. ab excolo, colto, diſciplinato, dotto, ut excultus doctrina, diſciplina, ſtudiis. Cic. l. 12. Att. ep. 46. Exculto animo nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. Id. lib. 2. Offic. Artibus exculta hominum vita. ¶ Dicitur & de inanimis. Propert. l. 4. el. 2. v. 130. Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

Excuneatus, a. 1. 2. cui non eſt locus ſedendi in cuneis theatralibus, velut excluſus extra cuneum. Apul. l. 3. A. A. V. Salmaſ. in Solin.

Excuratus, a, um, a. 1. 2. exquiſitus, quaſi cum cura paratus, ab obſoleto excuro. Plaut. Pſeud. 5. 1. Ita excurato victu, ita magnis deliciis. ¶ Excuratus homo. Plaut. Caſ. 3. 6. 6. Lepide mecum iti excuratus.

Excurio, as, a. 1. extra curiam ejicio. Var. apud Non. c. 1. n. 164. Apollonium ideo excuriavit, quia nihil habebat.

Excurro, is, excurri, & interdum apud vet. excucurri, rſum, n. 3. ſcorrere, traſcorrere, רץ, Ger. auſslauffen, Gal. courir, diſcourir, Hiſp. diſcurrir, eſcurrir, ἐκτρέχω, extra locum aliquem curro. Liv. l. 2. Cum plures igni, quam ferro, minati excurriſſent. ¶ Eſt item per agrum hoſtium currere, & cum latrocinantium more populari, fare ſcorrerie. Liv. l. 1. c. 15. In fines Romanos excucurrerunt populabundi magis, quam juſti more belli. ¶ Translate eſt ordinem, aut modum egredi, traſandare. Paul. l. Publia Mævia, ff. Depoſ. vel contra. Item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit. Veget. l. 1. c. 28. Viginti annorum, & quod excurrit, pax. Cic. in Or. Productoria alia, & quaſi immoderatius excurrentia. ¶ Item aliqua ſui parte in mare procedi. Liv. l. 26. Ab intimo ſinu peninſula excurrit. ¶ Præterit. excucurri. Plaut. Moſt. 2. 1. 2. Primus qui in crucem excucurrerit. Adde Bacch. 2. 3. 125.

Excurſatio, onis, fem. idem quod excurſio, καταδρομή. Veler. Max. l. 2. c. 3. n. 3.

Excurſator, oris, m. excurſor. Ammian. l. 24. ſub init. Excurſatores præire juſſit.

Excurſio, onis, f. 3. correria, actus excurrendi, ac ſpeciatim ſubita irruptio militum in agrum hoſtium. Cic. pro L. Man. Cum una excurſio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre poſſit. ¶ Translate Id. l. c. Divin. c. 10. Sed hæc fuerit nobis tamquam levis armaturæ, prima orationis excurſio.

Excurſor, m. 3. ſcorridore, qui excurrit. Cic. 4. Phil. Eſt igitur Populo R. victori omnium gentium omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco.

Excurſus, us, m. 4. παρέκβασις, excurſio. Cæſ. 3. B. C. Ut primus excurſus, viſque militum infringeretur. ¶ Metaphorice excurſus in dicendo, aut ſcribendo eſt digreſſio, digreſſione. Plin. l. 5. ep. 6. Vides, ut Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur, modum tamen ſervat, non enim excurſus hic ejus, ſed opus ipſum eſt.

Excurſus, a, um, ſcorſo, traſcorſo. Terent. Adelph. 5. 4. 6. Vitam duram, quam vixi uſque adhuc, prope jam excurſo ſpatio mitto.

Excuſabilis, le, o. 3. ſcuſabile, Germ. entſchuldigeut wertb, Gall. digne d'excuſe, Hiſp. el que buenamente ſe puede eſcuſar, eſcuſable, συγγνωστός, quod excuſatione dignum eſt. Ovid. 2. de Ponto, el. 8. Quod niſi delicti pars excuſabilis eſſet. Val. Max. l. 8. c. 11. n. 4. Quo excuſabilior eſt error equi.

Excuſabundus, a, um, adject. Apul. Apol. Liu magnam me dixiſſet, poſſet videri excuſabunda.

Excuſate, adverb. con ſcuſa, cum excuſatione, citra culpam. Quintil. l. 2. c. 1. Et fieri id videtur excuſate. Juſtin. l. 32. c. 4. Excuſatius ſacrilegia commiſſurum.

Excuſatio, f. 3. ſcuſa, Germ. entſchuldigung, Gall. excuſe, Hiſpan. eſcuſa, ἀπολογία, purgatio, actus excuſandi. Cic. de Am. Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaveris. Id. 2. de Orat. Cum excuſationem oculorum a me non acciperet.

Excuſatus, a, um, adject. ſcuſato. Martial. l. 2. epigr. 79. Excuſatum habeas me, rogo, cœno domi. Senec. l. 1. Controv. 4. quo excuſatior ſis. Adde Plin. l. 9. ep. 14. Alter Sen. de Or. Sap. c. 19. Excuſatiſſimus eſſem.

Excuſo, as, avi, atum, a. 1. ſcuſare, הצטדק, Germ. entſchuldigen, Gall. excuſer, Hiſp. excuſar, ἀπολογέομαι, objectum crimen purgo, & a me repello: a Cauſa. Cic. Brut. Collegæ mandaſti, ut te mihi per literas excuſaret. Id. 12. ad Att. Excuſare aliquem apud aliquem. ¶ Quandoque eſt afferre in excuſationem id, quod peccandi cauſam præbuit, dar la colpa. Cic. 10 Phil. Antequam ſententiam diceret, propinquitatem excuſavit. Liv. l. 31. 11. Excuſare errorem, adoleſcentiamque. Sic excuſare valetudinem. Liv. Suet. & al. ¶ Tacit. 1. Annal. c. 44. Reditum Agrippinæ excuſavit ob imminentem partum. h. e. cauſam attulit, cur Agrippina non rediret, &c.

Excuſor, m. 3. qui aliquid excudit, ut vaſcularius, qui ex metallo aliquo vaſcula excudit, typographus, qui libros excudit ſuis typis, &c. Quint. l. 2. cap. 21. Si quæram, quæ ſit materia excuſoris, ſimiliter æs reſpondeant.

Excuſſatus, a, um, adject. pro Excuſſus. Paul. JCtus l. 46. §. 6. Dig. de admin. tut. Ubi al. leg. Excuſſi.

Excuſſe, adv. diligenter. Sen. de Benef. l. 2. c. 17. Si cum tyrone, & indocto, non tam rigide, nec tam excuſſe.

Excuſſo, as, a. 1. frequent. ab excutio. Habet Tertul. de Virg. Vel. c. 7.

Excuſſorius, a, um, o. 1. 2. quod ad excutiendum pertinet, ut Excuſſorium cribrum, quod tranſmittit farinam ignobiliorem. Plin. l. 18. c. 11. Cribrorum genera Galli ex ſetis equorum invenere, Hiſpani e lino excuſſoria, & pollinaria.

Excuſſus, us, m. sbattimento, ſcotimento. Prudent. Periſteph. v. 226. Scintillat excuſſus ſalis.

Excuſſus, a, um, adject. sbattuto, ſcoſſo. Cicer. de Aruſp. Reſp. c. 18. Tu Judices emiſerunt excuſſum, & exhauſtum. h. e. nudum, & vacuum, ducta metaphora ab iis, qui in latrones inciderunt. Id. pro Syll. c. 10. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. Ovid. l. 1. Triſt. el. 1. v. 78. Agna excuſſa dentibus lupi. Id. 1. Faſt. v. 547. excuſſus ſomno. Virg. 10. Æn. v. 590. Excuſſus curru. Sic excuſſus patria, apud eund. 7. Æn. v. 290. h. e. expulſus. Ovid. heroid. ep. 4. v. 43. Excuſſo lacerto vibrare aliquid, h. e. brachio magna vi jactato. Sic Petron. in Satyr. c. 95. Os alicujus palma excuſſiſſima pulſare.

Excutia, f. 1. ſcopæ parvæ, quibus pulvis a veſtibus excutitur. Ita legit & explicat Lambin. apud Plaut. Curc. 4. 4. 22. Alii aliter.

Excutio, is, uſſi, uſſum, a. 3. ſcuotere, נער, Germ. auſſchwingen, Gal. ſecouer, Hiſp. ſacudir, ἐκτινάσσω, proprie eſt quatiendo dejicere, ab ex, & quatio, & ſæpe cum accuſ. rei conſtruitur. Cic. 2. de nat. Deor. Poſſe ex his in terram excuſſis annales Ennii effici. ¶ Eſt item elicere. Plin. lib. 16. c. 40. Quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Ter. Heaut. 1. 1. 115. Lacrymas excuſſit miſer. ¶ Item eruere, ut Oculos excutere. Plaut. Perſ. 5. 2. 10. ¶ Item expellere, evellere. Cic. pro Sylla. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. ¶ Item concutere, commovere. Plaut. Aul. Qua mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror. ¶ Item rejicere, abjicere. Perſ. ſat. 3. v. 101. calidumque triental excutit e manibus. ¶ Excutere jugum, eſt detrectare imperium, & nolle obedire. Plin. Paneg. c. 11. ¶ Item deponere, ut excutere metum. Ovid. 1. Faſt. ¶ Item adimere, ut excutere alicui mentem, buttar già di ſenno. Senec. epiſt. 7. ¶ Item inquirere, ſcrutari. Suet. in Claud. Culcitaſque, & ſtragulas prætentatis, & excuſſis. ideſt, diligenter contrectatis, & diventilatis, ut, ſi in eis gladius tegeretur, excideret. Ulp. l. ſi mandavero 42. ff. mandati. Si tibi mandavero, ut vires excutares hæreditatis. ¶ Item excitare. Cic. Off. 3. c. 20. Explica, atque excute intelligentiam tuam. ideſt, tum ſpiritus, ſenſuſque omnes ad intelligentiam collige, & excita. ¶ Item dejicere, in terram proſternere. Plin. Excuſſo Circenſibus auriga. ¶ Item pro expellere. Plin. Paneg. cap. 81. Excutere cubilibus feras. ¶ Item pro examinare, inquirere. Cic. pro Roſc. Nihil eſt quod metuas, non excutio te. Quint. l. 7. c. 2. Excuſſerunt illi patrem, & aurum in ſinu ejus invenerunt. ¶ Excutere debitorem, frequens eſt apud jurisconſultos, pro auctionem bonorum ejus facere, & experiri, an ſit ſolvendo. Unde jure noviſſimo ſancitum eſt, ne fidejuſſori moleſti ſimus, niſi prius excuſſo debitore.

Exdecimo, as, a. 1. eligo decimum quemque, decimare. Feſt.

Exdorſuo, as, a. 1. ἀποραχίζω, dorſum confringo, vel adimo. Plaut. in Aul. 2. 9. 2. Tu Machærio congrum, murænam exdorſua, quantum potes.

Exdutæ, ſeu exdutæ, f. 1. exuviæ, ab exduo, vel exduo, exuo, quod ab [illegible], exuo. Feſt.

Execo. V. Exſeco.

Exeeror, cum derivatis. V. Exſecror.

Executio, vel Exſecutio, onis, f. eſecuzione, Ger. volſtreckung, Gal. execution, Hiſp. execucion, ἐκπλήρωσις, actus exequendi. Tac. Ann. 15. c. 59. Executionem alicujus negotii ſuſcipere. Plin. l. 35. c. 8. Neque enim inſtituti operis eſt talis executio.

Executor, vel Exſecutor, oris, m. eſecutore, Germ. volſtrecker, Gal. executeur, Hiſp. eſecutor, eſecudador, ἐκπρακτής, qui exequitur. Sueton. in Veſpaſ. cap. 14. Offenſarum, inimicitiarumque minime memor, executorque. h. e. ultor. Sic Vellej. l. 2. c. 45. Malorum propoſitorum executor acerrimus. ¶ Martian. Imp. l. cum clericis, Cod. de Epiſc. & cler. Executores vocat Apparitores, qui juſſu Magiſtratuum reos in jus vocant; quod Magiſtratus ſententiam exequantur.

Executus, vel Exſecutus, a, um, particip. ab exequor, paſſiva ſignificatione. Juſtin. l. 7. c. 3. Exſecuto regis imperio, ubi idem poſtulabat.

Exedo, is, edi, eſum, a. 3. mangiare, אכל, Germ. auffeſſen, Gal. manger, conſumer, Hiſp. gaſtar, roer, κατεσθίω, erodo, conſumo. Ter. Phorm. 2. c. 4. Tibi omne eſt exedendum. Var. l. 1. R. R. cap. 63. Frumentum exeſſe incipiunt. ¶ Translate Cic. 3. Tuſc. c. 13. Ægritudo lacerat, exedit animum, planeque conficit. Lucret. l. 3. v. 1007. Quem exeſt anxius angor. Virg. 5. Æn. Exedere urbem odiis.

Exedra, f. 1. ἐξέδρα, locus erat in porticibus patens, & Soli pervius, plurimas habens ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetoreſque, & reliqui, qui ſtudiis delectabantur, ſedentes diſputare ſolebant, ab ἐξ, & ἕδρα, ſella, quaſi ſeſſio e loco aliquo educta, a ſedium frequentia, & ſedendi commoditate, quo circunquaque ſedes haberet. Cic. 1. de nat. Deor. Offendi eum ſedentem in exedra, & cum C. Vellejo Senatore diſputantem.

Exe-

Exedrium, ii, n. 2. parva exedra. Cic. Fam. 7. epiſt. 23. Exedria quædam mihi nova ſunt inſtituta in porticula Tuſculani.

Exedum, i, n. herba, quæ veterno liberat. Plin. l. 24. c. 19.

Exefficio, is, a. 3. plane efficio, perficio. Plaut. Curcul. 4. 3. 85. Quando illud, quod cupio exeffecero. Id. Trucul. a. 5. v. 17. Qui iſtuc exefficias opus. ¶ Utroque loco al. leg. efficio.

Exegetice, es, f. ἐξηγητική, pars eſt Grammaticæ narrativa, quæ pertinet ad officia lectionis. Diomed. l. 2. pag. 421. Putſch.

Exemplar, aris, n. 3. idem ac exemplum, eſemplare, eſempio. Feſtus dicit, exemplum eſſe illud, quod ſequimur, exemplar, ex quo ſimile facimus. Sed hæc nomina promiſcue uſurpata inveniuntur. Cic. pro Mur. Domeſticum tu habere dixiſti exemplum ad imitandum. Et paucis interjectis: Ad imitandum vero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt, quam tibi. ¶ Ponitur ſæpe pro eo, quod ex aliquo ſcripto tranſcribitur, copia, ἀντίγραφον. Aſin. Pollio Cic. Ex litteris, quas Panſæ miſi, cognoſces omnia, nam tibi earum exemplar miſi. Adde Horat. in Art. poet. v. 268.

Exemplare, is, n. 3. exemplar, apud vet. Lucret. l. 2. v. 122. Duntaxat rerum magnarum parva poteſt res exemplare dare.

Exemplaris, re, eſemplare, adject. qui eſt ſecundum exemplar. Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 8. Virtutes exemplares ſunt, quæ in ipſa divina mente conſiſtunt, & quarum exemplo reliquæ omnes defluunt.

Exemplarium, ii, n. 2. exemplar, ſeu exemplum. Arnob. lib. 6. & Hieronym. adv. Helvid. c. 8.

Exemplatus, a, um, adject. ad exemplum factus, ut exemplatus libellus, apud Sidon. l. 4. ep. 16.

Exemplum, i, n. 2. eſempio, [illegible], Ger. exempel, Gall. exemple, Hiſp. exemplo, παράδειγμα, id, quod nobis imitandum proponitur. Cic. 5. Ver. Vetus eſt, quod dicam, & propter ſeveritatem exempli omnibus veſtrum fortaſſe inauditum. ¶ Ponitur aliquando pro exſcriptione, copia, ἀντίγραφον. Cic. Appio. Ex literis, quarum ad me exemplum miſiſti. Paul. Dig. 49. 14. 45. Actorum exemplum, copia del proceſſo. ¶ Item pro gravi pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. Cic. ad Q. Fr. l. 1. Simile in ſuperiore parte Provinciæ edere exemplum ſeveritatis tuæ. V. Donat. ad Eun. Terent. 5. 5. 4. ¶ Item pro Figura Rhetorica. Auct. ad Her. lib. 4. Exemplum eſt alicujus facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propoſitio. ¶ Item pro ſpecimine alicujus rei, quam venalem habemus, la moſtra. Auct. ad Her. l. 4. Si quis purpuram vendens dicat, Sume a me, ſed hujus exemplum aliunde rogabo, tibi quod oſtendam. ¶ Exempli cauſa, & exempli gratia. Cic. in Offic. Exempli cauſa ponatur aliquid, quod pateat latius. Plin. l. 2. c. 17. Exempli gratia, in Martis ſidere, &c. Adde Cic. pro Sext. Roſc. c. 10. & Quintil. l. 6. c. 3. ¶ Exemplum pro inſtar. Ovid. 4. Metam. v. 621. Exemplo nubis aquoſæ, a guiſa di, &c.

Exemptibilis, vel potius

Exemptilis, le, o. 3. quod eximi, vel auferri poteſt. Col. l. 8. cap. 11. Sed idcirco ſunt exemptiles. Alii leg. exemptibiles.

Exemptio, f. 3. actus eximendi, il tor via. Col. l. 3. c. 18. Cum enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ ſunt.

Exemptor, oris, m. qui aliquid eximit. Plin. l. 36. c. 15. Exemptores quoque effrinant, complent ſponte illa montium altera. De lapidum fodinis loquitur, & exemptores vocat eos, qui lapides, ſeu marmora eruunt. Apul. Apol. Teſtium exemptor.

Exemptus, us, m. idem quod exemptio, ablatio. Vitruv. l. 9. c. 9. Cuneorum adjectus, aut exemptus perficere cogit.

Exemptus, a, um, adject. ἐξῃρημένος, ſublatus, ablatus, tolto via, levato. Virg. 1. Æn. v. 220. Fames exempta epulis. Horat. l. 2. ep. 3. v. 18. De ſpinis pluribus una exempta.

Exenteratus, a, um, adject. ſventrato, viſceribus ſpoliatus. Juſtin. l. 1. c. 5. Epiſtola exenterato lepori inſeritur. Voſſ. in Etymol. teſtatur, in quibuſdam vet. codicib. legi exinteratur, quaſi ſit intus.

Exentero, as, a. 1. ſventrare, Germ. das eingeweid auſſnemmen, Gal. oster les entrailles, Hiſp. ſacar las tripas, ἐξεντερίζω, eviſcero, interiora aufero. ab ἔντερον, inteſtinum. V. Exenteratus. ¶ Tranſlate ſumitur pro evacuare. Plaut. Epid. 2. 2. Acutum cultrum habeo, qui ſenis exenterem marſupium. ¶ Item pro cruciare. Plaut. Epid. 3. 1. 6. Expectando exedor miſer, atque exenteror.

Exeo, is, ivi, & exii, exitum, n. anom. יצא, Ger. auſſgehen, Gall. ſortir, Hiſp. ſalir, ἐξέρχομαι, extra eo, egredior. Cic. 4. Fam. Ne aut tibi exire ex urbe neceſſe ſit. ¶ Conſtruitur etiam cum accuſat. ut Exeo domum, id eſt, extra domum. Propert. l. 3. eleg. 4. v. 59. Curvo ſuos fines altum non exeat æquor. ¶ Habet etiam ſignificationem motus ad locum. Cic. in Vatin. Exieriſne legatus in ulteriorem Hiſpaniam. ¶ Exire Oſtiæ, apud eund. 9. Fam. ep. 6. eſt Oſtiæ e navi deſcendere, sbarcare ad Oſtia. ¶ Per tranſlationem eſt liberari. Cicer. Ut tandem ex tot ærumnis, atque miſeriis exeamus. Sic exire ære alieno. Id. Phil. 11. c. 6. ¶ Item vitare. Virgil. 5. Æn. v. 439. Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. Lucret. lib. 5. verſ. 1329. feros exibant dentis adactus. ¶ Item erumpere. Virg. 2. Æn. Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis exiit. ¶ Item fieri, vel effici, ut Exit in laudem, in vituperium, in acta, in ſabellas, &c. Lactant. Potuerunt libri aboleri, & tamen res in memoriam exire. id eſt, fieri memorabiles. Plin. l. 7. c. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam. ¶ Item erigi, extolli. Plin. l. 13. c. 4. Religant comas, ut in altitudinem exeant. Virg. 2. Georg. Exit ad cœlum ramis felicibus arbos. ¶ Item edi, evulgari. Cælius. Cic. 8. Fam. Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat. ¶ Item differri. Plin. Jun. epiſt. 11. lib. 2. Itaque in tertium diem probationes exierunt. ¶ Item extrahi, educi. Cic. Att. l. 1. Cum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet. ¶ Exire ex poteſtate, eſt inſanire. Cicer. 3. Tuſc. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis. ¶ Exire e vita, eſt mori. Cic. 1. Fin. Æque animo e vita, tanquam a theatro exeamus. ¶ Annum, vel diem exire, eſt præterire. Sen. epiſt. 8. Nullus mihi per otium dies exit. ¶ Exire a Patriciis, eſt plebejum fieri. Cic. pro Domo. Sed ut e Patriciis exeat. ¶ Exire in eaſdem litteras, eſt terminari. Quintil. l. 1. c. 5. Quorum prima poſitio in eaſdem, quas Caſtor, literas exit. ¶ Exire ſuper aliquem, eſt ſuperare, eminere. Stat. 6. Theb. hominem ſuper improbus exit. ¶ Exire ex animo dicitur aliqua res pro excidere, effluere. Cicer. 3. de nat. Deor. Mihi ex animo exire non poteſt eſſe Deos.

Exequens, vel Exſequens, entis, adject. qui exequitur, & ſectatur aliquid. Gel. l. 10. c. 12. Philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus. h. e. peritiſſimus antiquitatis.

Exequiæ, vel Exſequiæ, arum, f. 1. eſequie, pompe funerali, קבורה, Ger. leichbeſtattung, Gal. funerailles, Hiſpan. exequias, ἐπικήδεια, juſta, parentalia, funebre officium, quod ſcilicet in funere exequimur. Cicer. pro Cluent. cap. ult. Mater exequias illius funeris proſecuta eſt. Id. pro Quinct. c. 15. Quo non amici convenirent ad exequias cohoneſtandas. ¶ Ducere exequias, eſt celebrare. Plin. l. 8. cap. 42. Propter quæ Rex defuncto ei duxit exequias. ¶ Ire exequias, pro, ire ad exequias, andar' a mor-to. Silius l. 15. v. 395. Vos ita ſuperbæ exequias animæ, & cinerem donate ſupremo Muneris officio. Erat etiam vetus formula indicandi exequias his verbis: Exequias ire, cui commodum eſt, jam tempus eſt, Ollus effertur. Ter. Phor. 5. 8. 37. Exequias Chremeti, quibus commodum eſt, ire, jam tempus eſt. Reddere alicui exſequias apud Albinov. eleg. 1. v. 218. eſt celebrare, ducere.

Exequialis, le, o. 3. quod ad exequias pertinet. Ovid. 14. Met. v. 435. Carmina jam moriens canit exequialia cygnus. Adde Stat. Theb. 11. v. 610.

Exequior, d. 1. exequias facio, vel exequiis convivor. Var. apud Non. c. 2. n. 298. Ipſum propter jus liberti ſumiatrati exequiantur.

Exequor, vel exſequor, is, cutus ſum, eſeguire, fornire, mandare ad eſecutione, [illegible], Ger. uben, Gal. exercer, Hiſp. executar, ἐκτελέω, perficio, conficio, abſolvo, executioni mando. Cicer. pro Rab. Difficile eſt, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad extremum. ¶ Eſt item ſequi. Cic. Att. l. 9. Cur non omnes fatum illius una executi ſumus? ¶ Item perſequi, ulciſci, vindicare. Liv. l. 3. c. 10. Deorum, hominumque ſimul violata jura exequemur. Id. l. 5. c. 11. Exſequi publicum privatumque dolorem. Plin. l. 3. epiſt. Priores noſtros eſſe ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus variis executos. ¶ Item exponere, narrare. Cic. Varroni. Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi poſſum. Adde Liv. l. 27. c. 27. ad fin. ¶ Exequi ærumnam, eſt pati, apud Plaut. Capt. 2. 1. 2.

Exerceo, es, cui, citum, a. 2. eſercitare, [illegible], Germ. uben, Gall. exercer, Hiſp. exercitar, γυμνάζω, eſt ſolicitare, angere, fatigare, premere. Cic. pro Arch. Quæ quidem detracta, quid eſt, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi tantis nos laboribus exerceamus? Id. Att. Te de prædio Avio exerceri moleſte fero. Id. Tuſc. 5. cap. 1. Fortuna me multis caſibus exercuit. Ter. Adelph. 4. 2. 48. Ego te hodie exercebo, ut dignus es. Fere eſt tractare, factitare, verſari in aliqua arte. Cic. ad Brut. Multaque arte ſe exercuit in veriſſimo genere dicendi. Id. pro Cluent. Inſtructam ei continuo, & ornatam Larini, medicinæ exercendæ cauſa, tabernam dedit. ¶ Quandoque eſt in opus cogere, far lavorare. Virg. 3. Georg. Exercete viri tauros. Sic exercere ſervos, remiges, jumenta. Terent. Nepos, &c. ¶ Hinc metaphorice dicimus, exercere corpus, ingenium, memoriam. Cic. de Senect. cap. 7. Memoria minuitur, niſi exerceas. Sic, exercere ſtilum. Plin. lib. 8. ep. 14. ¶ Exercere Principem, eſt Principem agere, Principis poteſtate uti. Suet. in Tib. c. 33. Paulatim Principem exercuit, præſtititque. Alii leg. exeruit. ¶ Exercere agros, ſeu tellurem, eſt diligenter colere, coltivare. Virg. 1. Georg. v. 99. Tac. Germ. cap. 26. ¶ Exercere diem, eſt eum per diem opere faciendo exercere. Virg. 10. Æn. v. 808. ¶ Exercere vectigalia, eſt adminiſtrare, publicanum agere. Cic. pro Leg. Manil. ¶ Ex vere victum, eſt parare. Ter. Heaut. 1. 1. 91. Servos, niſi eos, qui opere ruſtico faciundo facile victum exercerent ſuum, Omnes vendidi. Alii aliter legunt, & explicant. V. Exſorceo. ¶ Habet præterea hoc verbum tertios, & elegantes uſus, ut exercere inimicitias, odia, iracundiam in aliquem, aver delle inimicizie, &c. Cic. Divin. Ver. cap. 4. & ad Brut. epiſt. 2. Salluſt. proœm. Jug. Diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebat. ¶ Id. de repub. ordin. ad Cæſ. Militia præmiis exercetur. h. e. nutritur, fovetur.

Exercio. V. Exſarcio.

Exercitamentum, i, n. idem quod exercitatio. Apul. l. 2. Florid. Mentium documenta, corporum exercitamenta.

Exercitate, adverb. cum exercitatione. Senec. ep. 90. Multa facis aut peritius, aut exercitatius. Arnob. l. 3. Præcepta habens cognita, & rationem tenens exercitatiſſime comprehenſam.

Exercitatio, f. 3. eſercizio, l' eſercitarſi, γυμνασία, μελέτη, ἄσκησις, aſſiduus uſus, & conſuetudo in aliqua re, ab exercitatus. Cicer. 2. de Orat. Quid tibi Juris Civilis exercitatio profuerit. Id. in Brut. c. ult. Exercitatio dicendi linguam acuit.

Exercitator, m. 3. qui exercitat. Plin. l. 35. c. 10. Lecythion agilitatis exercitator. Id. l. 23. c. 7. Pythagoras exercitator.

Exercitatrix, icis, fem. 3. quæ exercitat. Quintil. lib. 2. cap. 15. Duas partes civilitatis corpori aſſignat, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.

Exercitatus, a, um, adject. eſercitato, pratico, qui in aliqua re ſe exercuit, & in ea peritus eſt, ἀσκητής. Cic. pro Quint. c. 1. Homo exercitatus, & verſatus in cauſis. Nepos 15. 5. Exercitatus bello. Et ibid. Exercitatus in dicendo. Cic. 2. Off. c. 15. Exercitatiores ad bene promerendum. Id. in Somn. Scip. Curis exercitatus animus. Cæſ. l. 3. B. C. cap. 73. Peritiſſimi atque exercitatiſſimi duces. ¶ Item vexatus, agitatus. Horat. Epod. 9. Exercitatas aut petit ſyrtes Notus.

Exercitio, onis, f. 3. idem quod exercitium, eſercizio. Cat. apud Gel. l. 11. c. 2. Inertia, atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio. Ulp. l. 1. §. 20. ff. de exercit. act. Ad ſummam remp. navium exercitio pertinet. ¶ Affert hanc vocem etiam Feſtus.

Exercitium, ii, n. 2. eſercizio, Germ. ubung, Gal. exercice, Hiſpan. exercicio, γυμνασία, actus, & uſus exercendi, atque operandi. Gel. lib. 17. cap. 2. Eſtque hoc ſane quam utile exercitium, &c. Id. lib. 6. cap. 15. Exercitia ludicra.

Exercito, as, a. 1. ſæpe exerceo. Pomp. Mela lib. 2. c. 1. Achilles ſe, ac ſuos curru exercitaviſſe dicitur.

Exercitor, m. 3. qui alterum in re aliqua exercet, a ſup. exercitum. Plaut. Trin. 4. 3. 9. Curculio eſt exercitor, is hunc hominem curſuram docet. Id. ibid. 2. 1. 3. Magiſter mihi exercitor animus hic eſt. ¶ Exercitor etiam dicitur, qui quæſtus cauſa aliquam artem exercet, ut navem, cauponam, &c. Ulp. l. 1. §. 15. ff. de exercit. act. Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones, & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis ſit, &c.

Exercitorius, a, um. quod ad exercitorem ſpectat, ut Navis exercitoria, actio exercitoria. African. in leg. 1. exercitorem, ff. de exercit. act. ¶ Item ad exercendum pertinens, ut exercitoria jacula. Tertullian. de Pœnit. cap. ult.

Exercitualis, ad Exercitum pertinens, ut exercituales impenſæ. Caſſiod. lib. 9. cap. 40.

Exercitus, a, um, o. 1. 2. eſercitato, [illegible], Ger. geübt, Gall. exercé, Hiſp. exercitado, partic. ab exerceor. Cicer. pro Mil. Quid magis ſolicitum, magis exercitum dici, aut fingi poteſt? ¶ Aliquando ſumitur pro fatigato, & laboribus perferendis aſſueto. Cic. pro Planc. Qui quidem etiam magis ſum, non dicam miſer, ſed certe exercitus. Ovid. 5. Triſt. eleg. 5. Adverſis probitas exercita rebus. Ita exercitam militiam dixit Tac. Ann. 1. c. 35. h. e. aſperam, laborioſam, gravem. ¶ Comparat. exercitior. Tertul. adv. Valent. c. 18. Agendis rebus exercitior. Superl. exercitiſſimus, legitur apud Feſt. & Plin. l. 9. c. 15.

Exercitus, us, m. 4. eſercito, צבא, Germ. kriegsheer, Gal. armée, Hiſpan. exercito, στρατός, militum copiæ, ab exercendo, vel quia (ut inquit Var.) exercendo fit melior, vel quia hoſtem arcet, & expellit. Cic. 10. Fam. Quod exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. ¶ Ponitur etiam pro angore, & cruciatu, qui nos exercet. Plaut. Ciſt. 1. 1. 60. Noli, obſecro, lacrymis tuis mihi exercitum imperare. ¶ Item pro quolibet

bet exercitio. *Plaut. Rud. 2. c. 7.* Pro exercito gymnaſtico, & palæſtrico, hoc habemus, echinos, oſtreas captamus, &c.

Exſero, vel Exſero, is, ui, ertum, a. 3. *tirar fuori*, הוציא, Germ. *auſſtrichen*, Gal. *tirer*, Hiſp. *ſacar*, ἐξαίρω, extraho, emitto, ab ex, & ſero. *Plin. l. 9. c. 32.* Exerit ſe domicilio cochlea. Sic, Exerere enſem, manum, linguam, caput. *Lov. Senec. Stat.* ¶ Exerere jus ſuum in aliquid, apud *Plin. jun. epiſt. 160. moſtrare il ſuo jus ſopra qualche coſa.* ¶ Exerere Principem. h. e. ſe Principem facto oſtendere, eleganter dixit *Suet. in Tiber. c. 33.* ut nonnulli legunt. Alii legunt, *exercere*. Vide Exerceo.

Exerto, as, n. 1. extra erro, pererro. *Stat. 6. Theb. v. 446.* Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

Exerte, vel Exſerte, adverb. ut exerte clamitare. *Apul. lib. 1. A. A.* Sic exerte jubere. *Tert. l. 2. ad Uxor. cap. 1.* ¶ Tribunatum ſeveriſſime, exertiſſimeque agere. h. e. exactiſſima. *Spartian. in Sever. c. 3.*

Exerto, vel Exſerto, as, a. 1. freq. ab exero. *Virg. 3. Æn. verſ. 425.* At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris ora exertantem.

Exertus, vel Exſertus, *cavato fuori*, o. 1. 2. ab exeror, ut exerti dentes, extra os producti. *Plin. l. 11. c. 37.* Dentes exerti apro, hippopotamo, elephanto. *Ovid. 3. Faſt. v. 814.* Enſibus exertis bellica læta Dea eſt. *Virg. 1. Æn. v. 496.* Exerta mamma. ¶ Comparat. *exſertior* eſt apud *Pacat. in paneg. c. 35.*

Exerūgo, is, a. 3. *uscir fuori*. Vetus quidam Grammaticus afferens *eructo* ab *eruga* derivari, producit hinc *Ennii* verſum: Contempſit fontes, quibus exerugit aqua vis.

Exeſor, m. 3. qui exedit. *Lucret. l. 4. v. 220.* Æſtus ab undis æquoris exeſor murorum litora circum.

Exeſto, extra eſto. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitabat: hoſtis, vinctus, mulier, virgo exeſto. Scilicet intereſſe prohibebantur.

Exēſus, a. 1. c. partic. ab exedor, *reſamato, roſo*. *Cic. 4. Tuſc.* Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum, dimidiatis fere.

Exfilatus, o. 1. c. qui brachio eſt exerto, a filum, quia eſt extra veſtimentum filo contextum. *Feſt.*

Exfīro, a. 3. expurgo. *Feſt.*

Exfir, o. 3. pergamentum. *Feſt.*

Exfolio, as, a. 1. *sfogliare*, folia decerpo. *Apic. l. 4. c. c.* Exfoliare roſas.

Exfundatus, a, um, funditus everſus. *Cæl. Antipater* apud *Non. c. c. n. 307.* Exfundato pulcherrimo oppido.

Exſcutor, a, um, *Carol. com. 6. ad Flavium.*

Exgrumino, V. ſeq. dictionem.

Exgrūmo, as, n. 1. grumos eruo, & ex grumis exilio. *Var. 3. de R. R. c. 14.* Ipſæ exgrumantes ad propalam vitam diu producunt. Alii leg. *Exgrumenantes*. Alii *Exremenantes*.

Fxurgito, V. Egurgito.

Exhæredatio, onis, f. hæreditatis privatio, *diſeredazione*, ἀποκήρυξις. *Quintil. Declam. c.* Exhæredationem impetrare. *Leg. co. ff. de bon. poſſeſſ. cont. tab.* Exhæredatio nullius eſt momenti. Adde *Quintil. l. 7. c. c.*

Exhærēdo, as, a. 1. *diſeredare*, Ger. *enterben*, Gal. *desheriter*, Hiſp. *desheredar*, ἀποκηρύττω, hæreditate ſpolio, extra hæreditatem abjicio. *Cic. pro Cluent. c. 48.* Illa cum filium exhæredaret. ¶ Proprie filii exhæredantur mortuo patre; nam ſi paternis bonis priventur patre vivo, abdicari dicuntur. Quare improprie locutus eſt *Nepos in Themiſtocl.* cum ſcribit c. 1. eum a patre exhæredatum eſſe. Quam eandem rem narrans *Val. Max. l. 6. c. 9. abdicatum* dixit. ¶ *Exhæredare aliquam rem* eſt hæredi auferre. *Plin. l. 37. c. c.* Petronius conſularis moriturus, invidia Neronis Principis, ut menſam ejus exhæredaret, trullam murrhinam trecentis talentis emptam fregit.

Exhæres, edis, com. 3. *diſeredato*, Ger. *enterbt*, Gal. *desherité*, Hiſp. *desheredado*, ἀποκήρυκτος, qui privatus eſt hæreditate, quæ ad eum pertinebat. *Cic. 1. de Orat. c. 37.* Poſſetne paternorum bonorum exhæres eſſe filius. *Plaut. Bacch. 4. 8. 8.* Ni illum exhæredem fecero vitæ ſuæ. h. e. occidero.

Exhæresimus dies, exempſilis, quod ex menſe eximi ſolebat, ut annus cum Solis, ac Lunæ ratione congrueret. *Cic. 4. Ver.* Quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant. Sed vox Græca eſt, & Græcis literis ſcribenda.

Exhalatio, f. 3. *esalazione*, הבל, Ger. *ein dampf*, Gal. *exhalaiſon*, Hiſp. *exhalacion*, *baho*, ἀτμίς, anhelitus, afflatus, expiratio, ſpiritus tenuis, qui per æſtum maximum terra diffuſa exhalatur, & ſurſum in aerem fertur. *Cic. 1. Tuſc. c. 19.* Quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

Exhalo, as, avi, atum, a. 1. *eſalare*, הפיח, Ger. *auſdempfen*, Gal. *exhaler*, Hiſp. *exalar*, *baear*, ἐξατμίζω, expiro, & velati per halitum aerem emitto. *Virg. 7. Æn.* Sævamque exhalat opaca Mephitim. ¶ Translate ponitur pro emittere, evomere. *Cic. 4. Ver.* Qui nondum etiam Apronianı convivii crapulam exhalaſſent. ¶ *Exhalare animam*, vel *vitam*, eſt mori. *Ovid. c. Met.* Animam ſimul exhalarunt. *Virg. c. Æn.* Regem ac quævum crudeli funere vidi Vitam exhalantem. Sic exhalare lucem ſupremam. *Sil. l. 10.*

Exhaurio, is, ſi, ſtum, a. 4. exinanio, exſicco, conſumo, *votare*, *trar fuora*, רוקן, Ger. *erſchöpfen*, Gal. *epuiſer*, Hiſp. *ſacar*, ἐξαντλέω, aliquid vacuum facio, & dicitur exhauriri tam id, quod extrahitur, quam id, a quo extractio fit. *Cic. c. Phil.* Tantum vini exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet in Pop. R. conſpectu vomere poſtridie. *Id. pro Cluen.* It, exhauſto illo poculo, eſt mortuus. *Id. in Vatin.* Ærarium exhaurire, Remp. compilare. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* M. Craſſus eadem ſibi manu vitam exhauſit, qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus. ¶ Ponitur & pro delere. *Cic. Att. l. c.* Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet injuria. Item pro finire. *Cic. ad Q. Fr. l. 1.* Exhauſtus enim eſt ſermo hominum, ideſt, de ea re jam loqui eſt deſitum. ¶ Item pro deponere. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Multa ſunt, quæ me ſolicitent, anguntque, quæ mihi videor aures nactus tuas unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe. ¶ Item pro exantlare, perferre, ut exhaurire labores. *Sil. l. 17. v. 335. Plin. l. 3. ep. 9. Virg.* etiam 4. *Æn.* quæ bella exhauſta canebat? ¶ Exhaurire humum ligonibus, *Horat. Epod. 5. v. 30.* h. e. effodere. ¶ Exhaurire mandata, *eſeguire appieno*. *Cic. Att. l. 5.* Ut antequam proficiſcatur, mandata noſtra exhaurias. ¶ *Lucan. l. 2.* Eridenus fractas devolvit in æquora ſilvas, Heſperiamque exhaurit aquis. h. e. omnia ſecum trahit, & depopulatur. ¶ Exhaurire ictus, *Stat. Theb. 5.* pro excipere.

Fxhauſtant, efferunt. *Feſt.*

Exhauſtus, a, um, adject. ἐξηντλημένος, evacuatus, vacuus, *voto*, *eſauſto*. *Cic. 5. Ver. c. 70.* Inops, & exhauſtum ærarium. *Liv. l. 1.* Exhauſtus magnificentia publicorum operum. ¶ Item fatigatus. *Virg. 1. Æn. v. 603.* Omnibus exhauſti caſibus, omnium egeni. *Lucan. l. 8.* Curſu exhauſtus equus.

Exhebēnus, ur. 2. ἐξέβενος, gemma candida, qua aurifices aurum poliunt. *Plin. l. 37. c. 10.*

Exherbo, a. 1. *ſtirpare l'erbe*, ἐκβοτανίζω, eſt herbas extirpare. *Col. l. 11. c. 3.* Cum ſationis appropinquabit tempus, ante quantum diem exherbandus erit locus.

Exhibĕo, es, ui, itum, a. 2. *dare in publico*, הראה, Ger. *auſſgeben*, Gal. *exiber*, Hiſp. *dar*, *tracr publicamente*, ἀναφαίνω, protero, & in publicum deduco. *Cic. 6. Ver.* Ut omnino ſervus in familia non erat, eum ſtatim exhiberi jubet. ¶ *Exhibere reum*, eſt ſiſtere, & præſentare. *L. ſi quis, de exhib. reor.* Si quis reum criminis, de quo ſcieſcdeſt, non exhibuerit. ¶ Eſt item apud JCtos vitæ neceſſaria ſuppeditare. *Paul. in l. Neſennius, ff. de negot. geſt.* Et matrem tam filium, quam filiam ejus exhibuiſſe. ¶ *Exhibere negotium*, *laborem*, *moleſtiam*, eſt labore, vel moleſtia afficere. *Cic. 3. Offic.* Cum audiſſet adoleſcens, negotium exhiberi patri. ¶ *Plin. l. 15. c. 13.* Faciem parentis exhibere, *raſſomigliare le fattezze del padre*. ¶ *Plaut. Caſ. c. 6. 57.* Me vivo mea uxor imperium exhibet. h. e. exercet.

Exhibitio, f. 3. actus exhibendi. *Gel. l. 14. c. 2.* Menſæ rationibus, chirographi exhibitionibus. ¶ *Tertul. de Monogam. c. 8.* Victuaria exhibitio. h. e. ſuſtentatio.

Exhibitor, oris, m. 3. qui exhibet, ut exhibitor ludorum. *Arnobius l. 7.*

Exhibitorius, a, um, adject. ad exhibitionem pertinens, ut exhibitoria interdicta. *Ulp. lib. 3. ff. de lib. hom. exhib.*

Exhilaratus, a, um, adject. *rallegrato*. *Cic. l. 9. Fam. epiſt. ult.* Exhilarata ſervitus. *Colum. l. 6. c. 24.* Pecudes pabulo exhilaratæ.

Exhilăro, idem ac hilaro, ideſt, hilarem, ac lætum facio, *rallegrare*. *Plin. l. 16. c. 23.* Neque ilex picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur. *Mart. l. 8. epigr. 50.* Exhilarant ipſos gaudia noſtra Deos.

Exhinc, adverb. ex hoc tempore, poſthac, deinde, *d' indi in poi*, *dipoi*. *Suet. Tib. c. 9.* Exhinc Rhæticum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum geſſit.

Exhorreſco, is, ui, n. 3. *tremare da paura*, *ſpaventarſi*, רגז, Ger. *erſchrecken*, Gal. *s'effrayer*, Hiſp. *eſpantarſe*, φρίττω, præ timore horreo, & contremiſco. *Plancus Ciceroni l. 10. Fam. ep. 18.* Non poſſum non exhorreſcere. ¶ Tranſitive *Virg. 7. Æn.* vultus nave exhorreſcat amicos. *Ovid. 4. Metam.* Exhorruit æquoris inſtar, quod tremuit, exigua cum ſummum ſtringitur aura.

Exhortamentum, i, n. exhortatio. *Nonius in voce Portiſculus*; Excurſum, & exhortamenta moderari.

Exhortatio, onis, f. actus exhortandi, *eſortazione*, προτροπή, παράκλησις. *Colum. lib. 11. cap. 1.* Variis exhortationibus in opere ipſo exhilarare laborantes.

Exhortativus, a, um, adject. ad exhortandum pertinens. Ita vertit *Quint.* græca verba, προτρεπτικὸς, & προτρεπτικαὶ, *l. 3. c. 6.* ubi de Statu agit.

Exhortator, oris, m. προτρέπων, *eſortatore*. *Tertul. de fug. Perſec. ad fin.* Exhortator omnium tolerantiarum.

Exhortatus, a, 1. c. partic. ab exhortor. *Virg. 12. Æn.* Sic exhortata reliquit incertam. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic. de Sen.* Exhortatus eſt in convivio a ſcurto, us, &c.

Exhortor, aris, d. 1. *eſortare*, הזהיר, Ger. *anhalten*, Gal. *exhorter*, Hiſp. *exortar*, προτρέπω, vehementer hortor. *Cic. 1. Acad. c. 4.* In omnibus hominibus ad virtutis ſtudium exhortandis conſumebatur. *Ovid. Met. 13. v. 234.* cives exhortatur in hoſtem.

Exhubĕro, V. Exubero.

Exibilo, V. Exſibilo.

Exicco, V. Exſicco.

Exicia. V. Axicia.

Exigneſco, is, n. 3. *accenderſi*, ignem concipio. *Cenſorin. de die nat. c. 18.* Mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur.

Exĭgo, is, egi, actum, a. 3. *eſcludere*, *ſerrar fuori*, גרש, Germ. *auſſtreiben*, Gall. *dechaſſer*, Hiſp. *echar fuera*, ἐξάγω, excludo, ejicio, expello, quaſi extra ago. *Cic. 2. de Or.* Neque Reges ex hac civitate exigi potuiſſe. Sic exigere tabulas, pro tenere, non admittere, dixit *Terent. prol. Andr. & Hecyr.* Exigere urtum, *Horat. l. 4. od. ult.* ¶ Item extra mittere, *mandar fuori*, ut exigere ſues paſtum, *Varr. l. c. R. R. c. 4.* ¶ Item agere, ut exigere radices. *Celſ. l. 5. c. ult.* Myrmecia, quæ radices altius exigunt. ¶ Sæpe ſumitur pro poſtulare, flagitare, *pretendere*, *dimandare*. *Sueton. Veſpaſ. c. 11.* Ne fœneratoribus exigendi crediti jus eſſet. *Cic. 2. Offic.* Convenit in dando munificum eſſe, in exigendo non acerbum. Sic exigere mercedem, *Id. Ver. 3.* Exigere nomina, *Id. ib.* h. e. ad ſolutionem cogere. ¶ Item pro tranſigere, conſumere. *Plin. ep. 45.* Neſcio an ullum tempus jucundius exegerim. ¶ Præterea ſignificat abſolvere, perficere. *Horat. l. 3. od. ult.* Exegi monumentum ære perennius. *Ovid. 1. Metam.* Perque hyemes, æſtuſque, & inæquales autumnos, Et breve ver ſpatiis exegit quatuor annum. h. e. complevit, compoſuit. ¶ Exigere de re aliqua, apud *Plin. ep. 123.* eſt diſceptare, diſputare. ¶ Exigere enſem per medium aliquem, dixit *Virg. 10. Æn. v. 815.* & *Flor. l. 4. c. 2.* h. e. aliquem enſe tranſfodere, *paſſare da parte a parte*. ¶ Eſt etiam uſus aliquis hujus verbi in æſtimationibus, & ponderationibus, ut exigere columnas ad perpendiculum, *Cic. Ver. 3. c. 51.* Exigere pondus margaritarum. *Sueton. Caſ. c. 47.* ¶ Ex quo translata *Ovid. 1. c. de ar. am. v. 30c.* opus ad vires ſuas exigere. Et *Liv. l. 34. c. 31.* Nolite ad veſtras leges & inſtituta exigere, quæ Lacedæmone fiunt. ¶ Significat etiam examinare, ponderare. *Quint. l. 1. c. 5.* An cuiuslibet auris eſt exigere literarum ſonos? h. e. dijudicare. *Virg. 4. Æn.* Decrevitque mori, tempus ſecum ipſa modumque exigit. ¶ *Exigere ſtilo*, eſt ſcribere. *Quintil. l. 1. c. 15.* Deinde eandem gracilitatem exigere ſtilo condiſcant. ¶ Exigere ærumnam, eſt perferre, pati. *Plaut. Capt. 3. 4. 10.* Tu, cujus cauſa hanc ærumnam exigo. ¶ Exigere pœnam, exigere ſupplicium ab aliquo, *punire*. *Ovid. 4. Metam. & 5. Triſt. el. 9. Plin. de Vir. illuſtr.* ¶ Exigere opera dicuntur Magiſtratus, cum opera publica quam diligentiſſime inſpiciunt, teſte *Aſcon.* qui affert exemplum ex *Ver. 1.* Sic, exigere ſarta tecta. *Liv. l. 29.* Cenſores ſarta tecta acriter, & ſumma cum fide exegerunt.

Exigŭe, adv. *poco*, *leggermente*, מעט, Germ. *wenig*, Gall. *peu*, Hiſp. *poco*, ὀλίγως, parce, & tenuiter. *Cic. 3. de Or.* Cum de duabus primis celeriter, exigueque dixiſſes. *Ter. Heaut. 1. 2. 33.* Frumentum exigue præbent.

Exiguitas, is, f. *piccolezza*, *difetto*, מיעוט, Ger. *wenigheit*, Gal. *petiteſſe*, Hiſp. *pequeneza*, ὀλιγότης, parvitas, tenuitas. *Cæl. Cic. l. 8. ep. 10.* Exiguitas copiarum. *Liv. l. 24. c. 17.* Exiguitas temporis.

Exiguum, adverb. idem, ac exigue. *Plin. Ep. 6. l. 3.* In hac certe perquam exiguum ſapio. *Plin. alter l. 10. c. ult.* Exiguum dormire.

Exiguus, a, um, o. 1. 2. *piccolo*, קטן, Ger. *klein*, Gal. *petit*, Hiſp. *pequeno*, ὀλίγος, parvus. *Cic. pro Dejot.* Copias exiguas vix tueri poteſt. ¶ Reperitur cum gen. *Claud. in Eutrop.* Abundans corporis, exiguuſque animi. ¶ Comparat. *exiguior*, & ſuperl. *exiguiſſimus* rara ſint: habet tamen *Ulp. l. 1. §. 15. Dig. de flum.* Si derivetur aqua, ut exiguior facta, minus ſit navigabilis. *Ovid. Heroid. epiſt. 14. v. 115.* De fratrum populo pars exiguiſſima reſtas. ¶ *Exiguum*, i, more ſubſtant. uſurpatur, ut exiguum aquæ, *Ovid. 5. Triſt. el. c. v. 20.*

Exilica cauſa, quæ adverſus exulem agitur. *Feſt.*

Exilio, V. Exſilio.

Exilis, le, o. 3. *ſottile*, דק, Ger. *klein*, *ran*, Gal. *grêle*, *ſubtil*, Hiſp. *ſutil*, *delgado*, λεπτός, tenuis. *Cic. Agr. 2. c. 25.* Quod ſolum tam exile, & ma-

macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? *Plin. l.* 18. *c.* 31. Vox exilior fœminis, quam maribus. ¶ Tranſlate *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 38. Genus ſermonis exile, aridum &c. *Nepos Eumen. c.* 5. Exiles res. h. e. fractæ & calamitoſæ.

Exilitas, f. 3. *ſottigliezza*, [illegible], Ger. *kleine dinne*, Gall. *gré leſſe*, *ſenuité*, *ſubtilité*, Hiſp. *ſutileza*, *delgadez*, [illegible], tenuitas. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Foliorum exilitate uſque in fila extenuata. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Exilitas vocis. *Colum. l.* 8. *c.* 16. Exilitas ſoli. ¶ Tranſlata, exilitas dicendi, *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 12. cui opponitur copia.

Exiliter, adv. *ſottilmente*, Ger. *kleinfüglich*, Gal. *deliement*, Hiſp. *delgadamente*, [illegible], tenuiter, & tranſlate humiliter. *Cic. de Or.* Videmus iiſdem de rebus jejune quoſdam, & exiliter diſputaviſſe. *Varr. initio l.* 4. *de L. L.* De quibus duabus rebus promiſcue dicam, ſed exilius de poſteriore.

Exilium, n. 2. *eſilio*, *bando*, [illegible], Ger. *vertreibung*, Gal. *exil*, *banniſſement*, Hiſp. *deſtierro*, [illegible], mutatio, ſeu privatio ſoli patrii, ab exul, quaſi extra ſolum. In exilium pellere, ejicere, ire, proficiſci, apud *Cic.* ſæpe. In exilio vivere, de exilio reducere, exilio afficere, *Cic. Parad.* 4. *Velles.* &c. Agere in exilium, pro pellere, *Plin. l.* 50. *c.* 30. *Liv. l.* 35. ¶ Exilii cauſa ſolum vertere, idem eſt ac in exilium proficiſci. *Cic.* 5. *Philip.* ¶ Exilii triplex eſt genus: nam aut certorum locorum interdictio eſt, aut lata fuga, ſc. omnium, præter certum locum, aut relegatio in inſulam. V. JCtos. ¶ Rurſus duo fuere exilii genera, voluntarium, & legitimum. Voluntarium exilium erat, cum reus vel ante latam ſententiam ſponte in exilium abibat, ut legum pœnas vitaret, quod Verres feciſſe legitur; vel cum poſt latam damnationis ſententiam, quia mulctam ſolvere non poſſet, ex urbe diſcedebat. Hinc *Cic. pro Cæc.* Exilium non ſupplicium eſt, ſed perfugium portuſque ſupplicii. Lege ibi, quæ ſequuntur. Legitimum exilium dicebatur, cum reus, non ille quidem verbo (nam nulla in lege R. reperitur, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum, ut ait *Cic. loc. cit.*) re tamen ipſa in exilium mittebatur. Vetus enim conſuetudo fuit inducta legibus, non modo in Rep. ſed etiam Imperatorum temporibus, ut ſi quis exilii pœna dignus videretur, ei, nulla facta exilii mentione, tecto, aqua, igni interdiceretur. Ita earum rerum, quæ maxime ſunt ad vitam neceſſariæ, uſu privatus, cum uno aeris alimento vivere non poſſet, abire cogebatur. *Cic. in Or. & pro Dom.* Erat autem, ut neque flagitiorum, ita neque exilii pœna æqualis. Aliis enim tantum intra urbem, aliis longius aqua & igni interdicebatur. Item aliis x. annorum, ut damnatis de ambitu, aliis per univerſum vitæ tempus, ut corrupti judicii reis, exilii tempus præſcribebatur. *P. Manut. de Leg. Rom.*

Eximie, adverb. *eccellentemente*, Ger. *fürtreffenlich*, Gall. *par excellence*, Hiſp. *ſenaladamente*, [illegible], excellenter. *Cic. pro Arch. c.* 9. Marius L. Plotium eximie dilexit. *Juv. ſat.* 11. Eximie cœnare.

Eximietas, atis, f. præſtantia. *Symmach. l.* 3. *ep.* 3. Spondeo tuam eximietatem reperire poſſe multa, quæ tacui.

Eximius, a, um, o. 1. 2. *eccellente*, [illegible], Ger. *fürtreffenlich*, Gal. *excellent*, Hiſp. *excellente*, [illegible], excellens, egregius, quaſi exemptus, & extra cæteros poſitus, & proprie dicebatur de animalibus ad ſacrificium electis, quia in ſacrificiis optimum pecus a grege eximebatur, teſte *Feſto*, & adhuc magis proprie de porcis majoribus, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcebantur. Nam boves, qui ad hoc electi erant, egregii dicebantur, & oves lectæ. *Donat. ad Terent. Hecyr.* 1. 1. Sed hæc nomina ſæpe indifferenter uſurpantur. *Virg.* 4. *Georg.* Quatuor eximios præſtanti corpore tauros. ¶ Sæpe pro inſigni ponitur. *Cic. Lent.* 1. *Fam.* Lentulum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem. *Cic. Ver.* 7. *c.* 31. Eximia facies. ¶ Sumitur & in malam partem. *Cic. in Ver.* Tam eximiam injuriam, tam acerbam. ¶ *Ter. Hecyr.* 1. 1. 9. Utin' eximium neminem habeam. h. e. neminem eximam, excipiam.

Eximo, is, emi, emptum, a. 3. *cavar fuori*, [illegible], Ger. *auſſnemmen*, Gal. *oster*, *tirer*, Hiſp. *ſacar*, [illegible], aufero, extraho, eruo, cum dat. vel abl. & præp. *e*, *ex*, *de*, vel ſine præp. *Cato c.* 12. Ubi triduum præterierit, eximito de dolio. *Plaut. Merc.* 1. 2. 17. Nunquam omnes balneæ mihi hanc laſſitudinem eximent. *Cic. de Am.* Si exemeris ex rerum natura amicitiam. ¶ Item ſubtraho, libero. *Liv. l.* 8. *c.* 35. Non noxæ eximitur Fabius. *Gel. l.* 4. *c.* 20. Notæ jam deſtinatæ exemptus eſt a Cenſoribus. ¶ *Eximere honoribus*, eſt privare. *Plin. epiſt.* 12. *l.* 2. Quid miſerius, quam exactum, & exemptum honoribus Senatoriis, laboribus, & moleſtia non carere? ¶ *Eximere numero*, eſt rejicere, & tanquam indignum ab aliorum numero excludere. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Auctorum alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. ¶ *Eximere metu*, eſt metu liberare. *Plaut. Rud.* 1. 4. 13. Exime hoc miſeram metu. ¶ *Eximere diem*, vel *horam*, eſt extrahere, protrahere. *Cic. ad Q. Fr.* Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit. *Id.* 5. *Phil.* Horam eximere nullam in tali cive liberando ſine ſcelere non poſſumus.

Exin, idem, ac exinde, per apocopen. *Virg.* 6. *Æn. prope fin.* Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda. *Tacit. Ann.* 5. *c.* 36. Exin promptum, quod multorum queſtibus tegebatur.

Exinanio, is, ivi, itum, a. 4. *votare*, [illegible], Ger. *auſſlerre*, Gal. *vuider*, Hiſp. *vaziar*, [illegible], evacuo, attenuo, ad nihilum redigo, ab ex, & inanio. *Cic.* 7. *Ver.* Nox illa tota exinanienda navi conſumitur. *Id. Ver.* 5. *cap.* 30. Veſtare, & exinanire agros. *Plin. lib.* 33. *c.* 9. Exinanire alvum.

Exinanitio, f. 3. evacuatio, [illegible]. *Plin. l.* 13. *c.* 22. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.

Exinanitus, a, um, adject. *votato*, *eſinanito*, [illegible]. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 27. Regibus, atque omnibus gentibus exinanitis. *Id. Ver.* 5. *c.* 40. Habet conſtratam navem, & minus exinanitam.

Exinde, adverb. *dappoi*, [illegible], Ger. *darnach*, Gal. *en apres*, Hiſp. *deſde*, *deſpues*, [illegible], deinde, ab ex, & inde. *Cic.* 2. *de natur. Deor. c.* 39. Exinde mari finitimus aer die, ac nocte diſtinguitur.

Exinſulo, a. 1. exeo, ab inſula. *Feſt.*

Exintero. V. Exentero.

Exiſtimatio, onis, f. 3. *lo ſtimare*, actus exiſtimandi, opinio hominum, quam de nobis conceperunt. *Cic. ad Q. Fr.* Non eſt tibi iis ſolis utendum exiſtimationibus, ac judiciis, qui nunc ſunt, hominum, ſed iis etiam, qui futuri ſunt. ¶ Fere eſt paſſivæ ſignificationis, & ſumitur pro bona fama, opinione, auctoritate, honeſtate, *buona fama*, [illegible], Ger. *achtbarkeit*, Gal. *reputation*, Hiſp. *eſtima*, *buena fama*, [illegible]. *Paul. Juriſconſ.* Exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus, ac moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro, auctoritate legum aut minuitur, aut conſumitur. *Cic.* 13. *Fam.* Niſi quid exiſtimat in ea re violari exiſtimationem tuam. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 40. Bona exiſtimatio pecuniis præſtat.

Exiſtimator, m. 3. qui exiſtimat. *Cic in Orat. c.* 31. Ut exiſtimatores videamur loqui, non magiſtri. *Id. l.* 3. *de Orat. c.* 22. Stultus alieni artificii exiſtimator.

Exiſtimo, as, a. 1. *penſare*, [illegible], Ger. *meynen*, Gal. *eſtimer*, *penſer*, Hiſp. *penſar*, *juzgar*, [illegible], puto, judico, ab *ex*, & *æſtimo*, ut ſit quaſi ex æſtimatione ſtatuere. *Cic.* 4. *Ver. c.* 7. Quo facilius de ſingulari ejus impudentia exiſtimare poſſitis. *Id. Ver.* 2. *c.* 3. De omnibus bonis male exiſtimat. *Plin. l.* 6. *c.* 13. Exiſtimatur in probro.

Exiſto, vel exſiſto, is, extiti, n. 3. *apparire*, *uſcire*, [illegible], Ger. *entſtehen*, Gal. *être*, Hiſp. *ſer*, *exiſtir*, [illegible], eſt repente apparere, eminere, prodire, a ſiſto. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ut etiamſi præter conſuetudinem extiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere. *Id. de Div.* Submerſus equus voraginibus non extitit. *Id. Verr.* 6. *c.* 28. Exiſtere loco aliquo. *h. e.* ex loco aliquo, omiſſa propoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. ¶ Tranſlate *Id. pro Roſc. c.* 28. Ex luxuria exiſtat avaritia, neceſſe eſt; ex avaritia erumpat audacia. *Id. pro Corn. Balbo:* Exiſtat ille vir parumper cogitatione veſtræ, quoniam re non poteſt.

Exitiabilis, le, adject. idem ac exitialis, *dannoſo*. *Cic. l.* 10. *Attic. ep.* 4. Bellum exitiabile. *Liv. l.* 29. *c.* 17. Tyrannus exitiabilis.

Exitialis, le, o. 3. *mortifero*, Ger. *verderblich*, Gal. *pernicieux*, Hiſp. *deſaſtrado*, *danoſo*, [illegible], mortiferus, perniciosus, calamitoſus. *Cic.* 6. *Ver. c.* 6. Hos ſolent exitus exitiales habere.

Exitio, onis, f. exitus, *uſcita*. *Plaut. Truc.* 2. 6. 30. Quid illi ex utero exitio eſt?

Exitioſe, pernicioſe. *Auguſtin. epiſt.* 8. *c.* 5. Videtur mihi exitioſiſſime credi.

Exitioſus, a, um, o. 1. 2. quod exitium, & perniciem affert, *dannoſo*, ut exitioſa conjuratio, *Cic. Catil.* 4. *c.* 3. Exitioſior diſcordia. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 12. Exitioſiſſima Helena Priamo, *Tertull. de Anim. c.* 34.

Exitium, tii, n. 2. *ruina*, [illegible], Ger. *verderbnuſſ*, Gal. *malsbur*, Hiſp. *deſaſtre*, [illegible], pernicies, clades, calamitas, ab exeo. Antiqui enim (ait Feſtus) exitium pro exitu ponebant, nunc exitium, peſſimum exitum dicimus. *Cic.* 1. *Catil. c.* 4. Qui de hujus urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. *Id. pro Mil. c.* 2. Omnibus exitia publica. ¶ *Exitio dare*, eſt perdere, labefactare. *Lucret. l.* 5. *v.* 398. Una dies multa virum exitio dabat. Adde *Horat. l.* 1. *od.* 16. ¶ Eſſe exitio alicui, eod. ſenſu, *Virg.* 3. *Georg.*

Exitus, a, um, o. 1. 2. partic. paſſ. ab exeo apud vet. *Feſt.* Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.

Exitus, us, m. 4. *fine*, *eſito*, [illegible], Germ. *außgang*, Gal. *iſſue*, *ſortie*, Hiſp. *fin*, *ſalida*, [illegible], egreſſio, finis, eventus, caſus. *Plin. l.* 21. *c.* 14. Exitus alveorum. *Cic. pro L. Man.* Hujus autem orationis difficilius eſt exitum, quam principium invenire. *Id. Sulpitio*, 4. *Fam.* Sed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. *Id. l.* 2. *ep.* 10. Hæc æſtas habuit hunc exitum ſatis felicem. ¶ *Exitum facere*, pro exitum habere, *Sueton. Ner. c.* 46. Cum recitaretur in Senatu, daturos pœnas ſceleratos, & brevi dignum exitum facturos. Adde *Sen. ep.* 115. ¶ Sumitur etiam pro morte. *Tac.* 2. *hiſt. c.* 5. Exitu Neronis, poſitis odiis in medium conſuluere.

Exjuro, as, n. 1. *affermare con giuramento*, [illegible], pro juramento affero, & affirmo. *Plaut. Amph.* 3. 3. 18. Quando exjuraſti, te mihi dixiſſe per jocum. Ita *Nonius c.* 1. *n.* 286. Sed in quibuſdam editionibus hic verſus deeſt.

Exlætus, a, um, adject. valde lætus. *Apul. l.* 3. *Met.* Venire exlæta facie.

Exlex, exlegis, com. 3. *ſenza legge*, [illegible], Germ. *der ohn ein geſatzeſt*, Gal. *dereglé*, *ſans loy*, Hiſp. *ſin ley*, [illegible], expers legis, ſine lege, qui extra legem vivit. *Cic. pro Cluent. c.* 34. Non quo illi exlegem eſſe Syllam putarent. Adde *Liv. l.* 9. *c.* 34.

Exmoveo, es, a. 2. emoveo. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 53. Suum nomen omne ex pectore exmovit meo.

Exobrutus, a, um. *diſ ſoterrato*, *cavato fuori*, erutus. *Apulej. l.* 9. *Metam.* Dolium exobrutum protinus tradatur emptori.

Exobſecro, as, a. 1. *pregare molto*, [illegible], valde obſecro. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 93. Supplicabo, exobſecrabo, ut quemque amicum videro.

Exocætus, i, m. 2. [illegible], piſcis, ita dictus, quod in ſiccum dormiendi cauſa exeat, apud *Plin. l.* 9. *c.* 19. ab [illegible], extra, & [illegible], cubile, vel ſomnus.

Exochadium, ii, n. tuberculum in ano. *Marcel. Emp. c.* 30. Exochadia aceto illinere. Adde *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 30. ¶ Eſt ab [illegible], *eminentia*.

Exoculaſſo. V. Exoculo.

Exoculatus, a, um, adject. cui oculi effoſſi ſunt, cæcus. *Apul. l.* 7. *Mileſ.* Cæcam, & prorſus exoculatam eſſe fortunam.

Exoculo, as, a. 1. *cavar gli occhi*, [illegible], Ger. *blind machen*, Gal. *aveugler*, Hiſp. *quitar los ojos*, [illegible], eſt privare oculis, excæcare. *Plaut. Rud.* 3. 4. 26. Si ne in caput exoculaſſitis, ego vos virgis circumvinciam. pro, *exoculaveritis*. ¶ Quidam Lexicographi ex hoc Plauti loco formant *Exoculaſſo*, *is*: ſed inepte.

Exodiarius, m. 2. mimus, qui in fine tragœdiæ intrabat. *Ammian. l.* 28. *c.* 4. & *Scholiaſt. Juven. ad Sat.* 3. *v.* 174. ubi affert etiam auctoritatem Lucilii.

Exodium, n. 2. [illegible], exitus, finis, ab [illegible], exitus, [illegible], idest extra viam: *Feſtus:* Exodium (vel exodus, vel, ut vult Manut. in Orthogr. exhodus) exitus. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 12. Cum in publicis vinculis eſſet, & jam bibiſſet [illegible] in exodium vitæ. ¶ Exodia etiam dicebantur ridicula quædam intexta verſibus, & Atellanis fabulis conſerta, quibus, poſt Tragœdiæ caſus triſtitiæ lacrymaſque moventes, Mimi exhilarabant ſpectatorum animos, *intermezzo*; ita dicta vel quod omnino ad totam fabulam, quæ agebatur, nihil pertinerent; vel quod in fine fabulæ recitarentur, ut ait *Scholiaſt. Juven.* ad illud *Sat.* 3. *verſ.* 174. tandemque redit ad pulpita notum Exodium. *Sueton. Domit. c.* 10. Quod quaſi ſcenico exodio, ſub perſona Paridis, & Oenones divortium ſuum cum uxore taxaſſet.

Exodoratus, a, um, adject. odore privatus. *Tertul. de Pal. c.* 4. Exuvias beſtiæ exodoratas.

Exodus, pro Exodium, apud *Feſtum*. V. Exodium.

Exoleſco, is, evi, etum, & itum, n. 3. [illegible], vetuſtate deficio, evaneſco, *andar' in deſuſo*, *finire*. *Colum. l.* 2. *c.* 18. Multa ſunt, quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 2[illegible]. Nondum is dolor exoleverat. *Sueton. Aug. c.* 7. Litteris pene jam exoleſcentibus ſcriptum. ¶ Item, deſino creſcere. V. Exoletus.

Exoletus, a, um, adject. [illegible], adultus, ſeu qui jam creſcere deſiit, ut expon. *Feſtus*, ab exoleſco. *Plaut. in Fragm.* apud *Priſc. l.* 10. Domi reliqui exoletam virginem. ¶ Hinc exoleta dicuntur ſcorta maſcula jam adulta, ut exoletus hiſtrio, apud *Velley. l.* 2. *c.* 28. Et ſubſtant. Exoletus, i, eod. ſenſu. *Cic. pro Mil. c.* 21. Semper ſecum ſcorta, ſemper exoletos ducebat. ¶ Exoletus etiam dicitur, qui deſiit in uſu eſſe, antiquus, obſoletus, *deſuſato*. *Liv. l.* 27. *c.* 15. Exoleta annalium vetuſtate exempla, Sic exoleta ſtirps, memoria, &c. apud *eund. l. c.* & 47.

Exolvo. V. Exſolvo.

Exomis, idis, f. 3. [illegible], veſtis ſubſtricta, & brevis, propria veterum Romanorum, & comicorum, ſine manicis, ab [illegible], humerus, ſive quod ex ea humeri exererentur, ſive quod illa ex humeris penderet, vel ab [illegible], quod expedita eſſet. *Feſt.*

Exomium, ii, n. tunica brevis ab [illegible], humerus. *Quintil. lib.* 5. *cap.* 10. Exomium pullum.

Exoneratio, onis, f. *ſcarico*, ut exoneratio mercis, *Ulp. l.* 15. §. 7. *Dig. loc. cond.*

Exo-

Exonerator, oris, m. *ſcaricatore*, qui exonerat. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1117. n. 5. Sex. Cornelio Vitalioni exoneratori calcariario, homini dulciſſimo, &c.

Exoneratus, a, um, *ſcaricato*, *alleggerito*, onere levatus. *Plin. l.* 9. *c.* 49. Emiſſa omni aqua, exinde exoneratus ſentina, facile navigat. ¶ Item depoſitus. *Tacit.* 5. *hiſt. c.* 2. Exundantem per Ægyptum multitudinem proximas in terras exoneratam.

Exonero, as, avi, atum, a. 1. *ſcaricare*, הוריד, Ger. *entladen*, Gal. *decharger*, Hiſp. *deſcargar*, ἀποφορτίζω, onere levo. *Ter. Hec.* Ceſſo, quin hunc humerum exonerem pallio. *Mart. l.* 10. *ep.* 48. Exoneraturas ventrem mihi villica malvas attulit. ¶ Translate *Ter. Phorm.* 5. 6. 3. Nos exonerastis metu. *Senec. epiſt.* 3. Exonerare aliquid in aurem alicujus. *Liv. l.* 40. Exonerare fidem ſuam. h. e. promiſſa præſtare.

Exoptabilis, e. 3. deſiderabilis. *Sil. l.* 11. *v.* 387. Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus. *Lucil.* apud *Non.* 2. 2. *n.* 418. Neque inimicis invidioſam, neque amicis exoptabilem.

Exoptatus, a, um, adject. valde optatus, *deſiderato aſſai*, ἀγαπητός. *Cic. pro Roſc. c.* 7. Exoptatum nuntium afferre. *Id. l.* 5. *Att. ep.* 15. Nihil exoptatius, nihil carius. *Id. l.* 4. *ep.* 1. Exoptatiſſima gratulatio.

Exoptio, onis, f. *renuntia*, idem quod Optio, in re militari. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 536. *n.* 6.

Exopto, as, a. 1. *deſiderare molto*, *bramare*, חבר, Germ. *erwünſchen*, Gal. *ſouhaiter*, Hiſp. *deſſear*, ἐκδέχομαι, exinde opto, expeto, exinde deſidero. *Cic.* 1. *Offic.* Quæ majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant.

Exorabilis, le, o. 3. *eſorabile*, εὐπαραίτητος, qui exorari poteſt, & a quo facile obtinemus, quod petimus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Iracundiæ ſi exorabiles, ſumma eſt lenitas. *Senec. l.* 2. *de Clem. c.* 20. In ſuis, quam in alienis exorabilior injuriis.

Exorabula, n. 2. num. pl. artificialia argumenta, quibus Orator vi eloquentiæ judices exorat. *Plaut. Truc.* 1. 1. 6. Quotquot exoretur exorabulis. *Apul. l.* 4. *Florid.* Cuncta exorabula judicantium facile perdidicit.

Exoratio, onis, f. actus exorandi. *Auct. declam. quæ inſcribitur Tribunus Marianus.* Quid nocentiſſimo parricidæ meritum prodeſt exoratio paternorum?

Exorator, oris, m. qui exorat, ſeu orando impetrat, καταδεόμενος. *Ter. prol. Hecyr. v.* 10. Sinite, exorator ſim.

Exoratus, a, um, adject. valde oratus, *pregato molto*, πολυλιτής. *Ovid.* 9. *Met. v.* 698. Dea ſum auxiliaris, opemque Exorata fero. ¶ Item precibus victus. *Propert. l.* 4. *el.* 12. *v.* 4. Non exorato ſtant adamante viæ.

Exorbeo. V. Exſorbeo.

Exorbitatio, onis, f. actus exorbitandi, a recta alicujus rei ratione digreſſio. *Tertul. de Idololatr. c.* 14. Exorbitatio diſciplinæ.

Exorbitator, oris, m. qui exorbitat. *Tertul. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 6. Judaiſmi exorbitator, & deſtructor.

Exorbito, tas, n. 1. *ſviarſi*, הוטה, Germ. *verirren*, Gal. *s'égarer*, Hiſp. *errar*, *apartarſe*, ab eo, quod rectum eſt, aberro, ex orbita recedo. *Auguſtin. de Civ. Dei, l.* 21. *c.* 8. Exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant. *Lactant. l.* 2. *c.* 5. Exorbitare ſtellæ a præſtitutis itineribus non licet. *Tertul. adverſ. Marcion. l.* 3. *c.* 2. Suſpectum habebitur omne, quod exorbitarit a regula.

Exorbo, V. Exſorbeo.

Exorciſmus, maſc. 2. *ſcongiuro*, ἐξορκισμός, adjuratio, cum Dæmoni magico carmine, vel efficacibus ſacræ Scripturæ verbis neceſſitas imponitur proloquendi ea, de quibus rogatur. *Tert. de Cor. Mil. c.* 11.

Exorcizo, as, avi, atum, a. 1. *ſcongiurare*, ἐξορκίζω, verbum noti uſus apud Eccleſiaſticos. Uſurpant *Tert. de Idolol. c.* 11. & *Ulp. Dig.* 50. 13. 1.

Exordior, iris, exorſus ſum, d. 4. ordior, exordium capio, principium duco, incipio, auſpicor, *cominciare*, *dar principio*, הדל, Ger. *anheben*, Gal. *commencer*, Hiſp. *començar*, προοιμιάζομαι, proprie eſt verbum textorum, & ſignificat incipere texere, translate ſumitur pro incipere generatim, & aliquid operis inchoare. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 102. Et ibi conſilium exordiar. *Cic.* 1. *de Fin.* Tum dicere exorſus eſt. ¶ Spectatim ſumitur pro orationem auſpicari, vel proœmio uti. *Cic.* 2. *de Orat.* Jubent exordiri ita, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus, & docilem, & attentum.

Exordium, ii, n. 2. *eſordio*, *principio*, הדלר, Germ. *anfang*, Gall. *commencement*, *entrée*, Hiſp. *comienço*, *prologo*, ἀρχή, προοίμιον, initium, principium, ab ordior. *Cic. de Fin.* A quo totius vitæ ducat exordium. *Lucret. l.* 3. cunctarum exordia rerum. h. e. elementa. ¶ Spectatim eſt prima pars orationis. *Auct. ad Her. lib.* 1. Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris, aut judicis conſtituitur, vel apparatur ad audiendum.

Exoriens, tis, adject. 3. qui exoritur, *naſcente*, ut Sol exoriens. *Virg. Georg.* 1. *v.* 438. Annus exoriens, *Lucret. l.* 6. *v.* 713. Annus exoriens, *Tibul. l.* 3. *eleg.* 1. ¶ Ponitur etiam pro regione Cæli, in qua Sol oritur, *levante*. *Colum. de arborib. c.* 3. *ad fin.*

Exorior, iris, ortus ſum, d. 4. est exorior, eris, ortus ſum, d. 3. *naſcere*, *uſcir fuori*, זרח, Ger. *entſtehen*, Gal. *naître*, Hiſp. *nacer*, ἀνατέλλομαι, naſcor, appareo. *Cic. de Divin.* Poſt ſolſtitium Canicula exoritur. ¶ Item exurgere, inſurgere. *Cic.* 3. *Off.* Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. *Virg.* 2. *Æn.* Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum. ¶ Item reſpirare, excitari, recreari. *Cic. Att. l.* 7. Nunc paulum exorior, & maxime quidem his litteris, quæ Roma afferuntur. ¶ Item repente, & præter opinionem fieri. *Cic.* 3. *Off.* Sed repente amuli beneficio Rex exortus eſt Lydiæ. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 16. Tu ſola exorere, quæ perturbes hæc. h. e. exiliis, reperiris.

Exornatio, f. 3. *ornamento*, תפארה, Germ. *zierung*, Gall. *ornement*, Hiſp. *atavio*, κόσμησις, exornandi actus, ornamentum. *Col. l.* 12. *c.* 3. Quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad menſam quotidianam, atque epulationem pertinerent. ¶ Speciatim de oratione dicitur. *Auct. ad Her. l.* 4. Hæc in verborum, & ſententiarum exornationem dividitur.

Exornator, m. 3. qui exornat. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 12. Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

Exornatus, a, um, adject. *fornito*, *adornato*, ἐκκεκοσμημένος, valde ornatus. *Ter. Eun.* 4. 4. 16. Exornatus varia veſte. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 47. Exornatiſſima auro cithara. ¶ Jocoſe *Ter. Heaut.* 5. 1. Adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit mei. h. e. probe verberatum. ¶ *Exornatam*, & *naufragam*. h. e. ornatu privatum, dixit *Ter. de cul. fem. c.* 9.

Exorno, as, avi, atum, a. 1. *adornare*, יפה, Ger. *zieren*, Gal. *parer*, *orner*, Hiſp. *ornar*, *afeytar*, διακοσμίζω, valde orno, magnifice apparo, inſtruo. *Cic. Fabio Gallo* 7. *Fam.* Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palæſtra locum. ¶ Significat etiam inſtruere, ut exornare aciem, apud *Salluſt. in Jug. cap.* 51. Exornare nuptias, apud *Plaut. Aulul.* 4. 10. 54.

Exoro, as, a. 1. vehementer oro. *Plaut. Mil.* 4. 6. 13. Tandemque exoro, & quæſo, ut ejus mihi ſit copia. Alii leg. *& oro.* ¶ Eſt item orando impetrare, *impetrare pregando*, ἐξαιτέομαι. *Cic.* 8. *Phil.* Ut nunc ſic populares, exorare non poſſumus. *Ter. And.* 3. 4. 13. Gnatam dei, oro, vixque id exoro. *Cic.* 1. *Leg.* Exoremus ut ſileat. *Plin. l.* 2. *ep.* 5. Triſtitiam alicujus exorare. h. e. dicendo efficere, ut triſtitiam deponat. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 10. Facta merent odium, facies exorat amorem. h. e. digna eſt, quæ ametur. *Sueton. in Tib. cap.* 11. Exorare filiæ patrem. h. e. reconciliare, placare.

Exors. V. Exſors.

Exorſum, i, n. 2. idem ac exordium. *Virg.* 2. *Georg. v.* 45. Non hic te carmine ficto, atque per ambages, & longa exorſa tenebo.

Exorſus, a, um, o. 1. e. partic. ab exordior, *chi ha principiato*. *Cic. pro Cæl. c.* 15. Quid clamore exorſa verbis parvam rem magnam facis? ¶ Paſſive *Plaut. Bacch.* 2. 3. 116. Exorſa hæc tela non male omnino mihi eſt.

Exorſus, us, m. 4. idem ac exordium. *Cic. pro Leg. Man. c.* 4. Quoniam is eſt exorſus orationis meæ.

Exortivus, a. 1. a. quod ad ortum ſpectat. *Plin. l.* 7. *c.* 49. Quemquam nonaginta partium exortivam menſuram tranſgredi. ¶ Ponitur & pro orientali. *Plin. l.* 18. *c.* 34. A parte exortiva ſolſtitialem habebit exortum.

Exortus, a, um, adject. *nato*, *uſcito fuori*, ut exorta paſtis, *Plin. l.* 10. *c.* 50. Jubare exorto, *Virg.* 4. *Æn. v.* 130.

Exortus, us, m. 4. ἀνατολή, actus exoriendi, *il naſcere*. *Auct. ad Her. l.* 3. Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur. Adde *Plin. l.* 11. *c.* 11.

Exos, exoſſis, o. 3. *ſenza oſſo*, ἄνοστεος, ſine oſſe. *Lucr. l.* 3. *v.* 721. Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus.

Exoſculatio, onis, f. *baciamento*, καταφίλησις. *Plin. lib.* 10. *c.* 34. *de columbis:* Mox in ſatisfactione exoſculatio.

Exoſculor, aris, atus ſum, dep. 1. καταφιλέω, idem quod oſculor, vel valde oſculor, *baciare*. *Suet. Ner. cap.* 28. Sporum identidem exoſculans. *Gel. l.* 2. *c.* 26. Scientiam, verborumque ejus elegantiam exoſculatus. h. e. blande approbans.

Exoſſatim, adverb. ſine oſſibus. V. Exoſſatus.

Exoſſatus, a, um, adject. oſſibus privatus, *diſoſſato*, *ſenz' oſſo*, ἐξοστεωμένος. *Plaut. Amph.* 1. 1. 163. Exoſſarent os eſſe oportet, quem probe percuſſerit. *Lucret. l.* 4. *v.* 1264. Atque exoſſato ciet omni pectore fluctus. h. e. pectore ita inflexo, & incurvato, ut ſine oſſibus eſſe videatur. Alii leg. *exoſſatum*, quod eundem facit ſenſum. ¶ Exoſſatus ager, eſt probe cultus, & lapidibus purgatus, qui ſunt veluti oſſa terræ. *Perſ. Sat.* 6. *v.* 51. Non adeo, inquis, Exoſſatus ager juxta eſt.

Exoſſo, as, a. 1. *cavar l' oſſo*, גרם, Ger. *ausgraten*, Gal. *oter les os*, Hiſp. *quitar los gueſſos*, ἐξοστεΐζω, oſſa detraho, ab exos. *Ter. Adel.* 3. 3. 24. Congrum iſtum in aqua ſinito ludere, ubi ego venero, exoſſabitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 163. Hinc me quaſi murænam exoſſare cogitat.

Exoſtra, machina lignea in ſcena, qua quæ intus geruntur, rotarum verſatione ſpectatoribus oſtenduntur. *Cic. de prov. Conſ.* Jam in exoſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat. Ita legit *Turneb.* Al. *orcheſtra*. ¶ Numeratur & inter machinas militares oppugnatorias a *Vegetio*.

Exoſus, a, um, o. 1. a. *che odia*, qui odio habet. *Virg.* 5. *Æn. v.* 687. Si nondum exoſus ad unum Trojanos. ¶ Aliquando paſſive ſumitur, *odioſo*, *eſoſo*. *Gel. l.* 2. *c.* 18. Non omnes modo Diis exoſos eſſe.

Exotericus, a, um, adject. ut exotericæ lectiones, q. d. exteriores, omnibus patentes, & intellectu faciles: quibus opponuntur *Acroatica*, quæ privatæ ſunt, & ſingulares. Hinc *Gel. l.* 20. *c.* 4. (*al.* 5.) Ariſtotelis libros diſtinguit in Acroaticos, & Exotericos, quos græco ἐξωτερικοὺς dixit *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 16. ¶ Latine *exotericus* legitur etiam apud *Var. lib.* 6. *L. L. pag.* 86.

Exoticus, a, um, o. 1. 2. *foreſtiero*, נכרי, Ger. *ausländiſch*, Gal. *etranger*, Hiſp. *eſtrangero*, ἐξωτικός, peregrinus, adventitius, ab ἐξ, extra, & οὖς, *auris*, quaſi alienus a noſtris auribus. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 41. Non omnes poſſunt olere unguenta exotica. *Id. Menaech.* 2. 1. 11. magnam Græciam exoticam vocat, quod Græci ipſi ἐξωτικοὺς, & barbaros vocabant Græcos Italos, tanquam a ſe diverſos, & aliis omnibus utentes.

Expalleſco, is, lui, n. 3. *divenir pallido*, *impallidirſi*, חלבין, Ger. *erbleichen*, Gall. *devenir*, *ou etre pale*, Hiſp. *hazerſe*, *o ſer amarillo*, ὠχριάω, pallidus ſum, pallidior fio. *Plin. epiſt.* 5. Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 5. Expalluiſſe ſignum eſt conſcientiæ.

Expalliatus, a, um, pallio ſpoliatus. *Plaut. Caſ.* 5. 3. 6. Expalliatus ſum, miſer.

Expallidus, a, um, adject. valde pallidus. *Tertul. de reſur. carn. c.* 57. Corpus frigidum, & expallidum.

Expallio, as, a. 1. pallium aufero. *Plaut. Caſ. v.* 10. 6. Expalliatus ſum miſer.

Expalpo, as, avi, atum, a. 1. valde palpo, blandior, blandiendo extorqueo, *accarezzare*, *cavare con carezze*. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 144. Exora, blandire, expalpa. *Pompon.* Si quid expalpare poſſim ab illo. ¶ Apud *Non. c.* 3. *n.* 477. deponenti forma legitur: Servus argentum a patre expalpabitur.

Expalponides nummorum dicitur a *Plauto Perſ.* 4. 6. 12. qui blanditiis, & fallaciis nummos ab aliquo extorquet.

Expanditor, m. 3. qui expandit. *Plin. in Paneg. cap.* 30. *de Nilo:* Neque enim ſolum vagus ille expanditur amnis intra uſurpata ſemper collium ſubſtiterat, atque hæſerat. ideſt, qui ſe extra alveum ſuum expandit, & effundit.

Expando, is, andi, aſſum, & anſum, a. 3. *ſpandere*, *ſpiegare*, *aprire*, פרש, Germ. *ausſtreiten*, Gal. *epandre*, Hiſp. *tender*, *abrir*, ἀναπετάννυμι, extendo, explico, aperio. *Col. l.* 11. *c.* 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & ſub umbram expanduntur. ¶ Translate ſumitur pro explicare, ideſt, declarare. *Lucret. l.* 1. *v.* 126. Et rerum naturam expandere dictis.

Expango, is, a. 3. figo, conſtituo. *Plin. l.* 2. *c.* 26. Ac ſidera ad normam expangere.

Expanſus, a, um, adject. idem ac expaſſus, ab expando. *Plin. l.* 2. *c.* 103. Supra fontem frigidum expanſæ veſtes accenduntur. *Id. l.* 9. *c.* 33. In obliquum, in rectum expanſa. Et *l.* 31. *c.* 6. Expanſa vellera circa navim.

Expapillo, as, a. 1. *ſcoprire ſin' alle mammelle*, uſque ad papillam denudo. *Plaut. Mil.* 4. 4. 44. Lævo expapillato brachio. ideſt, exerto, uſque ad papillam denudato. Ita *Non. c.* 2. *n.* 266. & *Feſtus*. Alii tamen alia leg. V. *Taubman.*

Expaſſus, a, um, nom. ex particip. ab expando, *aperto*, *ſpalancato*. *Tacit.* 5. *hiſt. c.* 13. Expaſſæ delubri fores. *Cæcil.* apud *Gel. l.* 15. *c.* 15. Flammeum expaſſum.

Expatior, V. Exſpatior.

Expatro, as, a. 1. in locum patentem me do, vel in ſpatium me confero. *Feſtus*. *Pacuv.* Expatant ſe omnes, publiceque oſtenduntur. Obſoletum.

Expatro, as, a. 1. idem ac patro. *Catul. carm.* 30. Parum expatravit? an parum helluatus eſt? V. tamen interp. & præcipue *Scalig.* ¶ Eſt item perficere. *Catul. in Cæſ. car.* 27. Quid? an hæc ſiniſtra liberalitas parum expatravit?

Expavefacio, is, eci, actum, a. 3. *ſpaventare*, φοβέω, terreo, terrefacio. *Sen. ep.* Expavefacere hominem.

Expavefactus, a, um, adject. *ſpaventato*. *Hygin. fab.* 47. Equi expavefacti Hippolytum diſtraxerunt.

Ex-

Digitized by Google

Expaveo, es, avi, n. 2. &

Expaveſco, ſcis, n. 3. *ſmarrirſi*, *aver timore*, חרד, Ger. *erſchrecken*, Gal. *s'epouvanter*, Hiſp. *eſpantarſe*, ἐκπλήσσομαι, terreor. *Liv. l. 6. c. 34.* Cum ad id morse ejus inſueta expavidet minor Fabia. *Plin. l. 13. c. 24.* Non æſtuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expaveſcit. *Horat. l. 1. od. 37.* Nec muliebriter expavit enſem. *Stat. in præfat. l. 3. Silvar.* Cum hanc audaciam ſtili noſtri frequenter expaveas.

Expavidus, a, um, adject. valde pavidus. *Gel. l. 1. c. 8.* Expavidus, iſtiuſque pecuniæ magnitudine.

Expecto, as, V. Exſpecto.

Expecto, is, 2. 3. de quo verbo *Quintil. l. 1. c. 7.* Ut ex præpoſitionem ſi verbum *ſpecto* ſequeretur, adjecta *ſ* litera *exſpecto*, ſed ſi *pecto*, remota *ſ*, *expecto* ſcriberemus.

Expectŏro, as, a. 1. *mandar fuori del petto*, ἀποστηθίζω, extra pectus ejicio, *Cic. 4. Tuſc. c. 8. ex Ennio*: Tum pavor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat. ¶ Cæterum hoc verbum, ut nimis antiquum, rejicit *Quintil. l. 8. c. 3.*

Expeculiatus, m. e. ſervi peculio exhauſti. *Plaut. Pers. 4. 2. 21.*

Expedio, is, ivi, itum, a. 4. *ſpedire*, *ſciogliere*, חלץ, Germ. *entledigen*, Gal. *depeſcher*, Hiſp. *deſempachar*, λύω, libero, extrico, *a pes*, quaſi ſit pedem retentum liberare, pedum ligamina diſſolvere. *Cic. 4. Verr.* Hic videte, in quos laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe unquam expediet. *Liv. l. 24.* Expedire ferrum, *sfoderare*. *Ovid. l. 1. de ar. amat.* Expedire merces, *metter' in viſta*. ¶ Tranſlate eſt conficere, ab occupationibus ſe liberare. *Cic. 7. Fam.* Si, quæ colo, expediero. *Id. l. 9.* Sed ſi me expediero. ¶ Item explicare, enunciare. *Cicer. de Senect.* Brevi expediam. *Ter. Eun.* Agedum hoc mihi expedi primum. ¶ Eſt etiam verbum militare, & ſignificat ad bellum proficiſci, *andar' in eſpedizione*. *Tac. lib. 1. hiſt. c. 10.* Nimiæ voluptatis, cum vacaret; quoties expediret, magnæ virtutis. *Plaut. Amph. 1. 1. 152.* Cingitur, certe expedit ſe. In quibus dicendi modis ellipſis eſt, & ſupplendum *ad arma*, *ad pugnam*, &c. ¶ Eſt item parare, profcrre, *preparare*. *Virg. 1. Æn. v. 705.* Cereremque caniſtris expediunt. *Hirt. de B. Alex.* Claſſem expediri jubet. ¶ *Expedire nomina*, eſt rationes ita conficere, ut omnia aperte conſtent, *liquidar' i conti*, *e i debiti*. *Cic. l. 16. Att. ep. 6.* Nomina mea, per Deos, expedi, exſolve. ¶ Expedire alimenta arcu, *procacciarſi il vitto colla caccia*. *Tacit. Ann. 6. c. 43.* ¶ Expedire ſalutem, *metter la ſalute in ſicuro*. *Cic. pro Mil.* ¶ Expedire adatue aggere, & cratibus, *fare ſtrada*. *Cæſ. l. 7. B. G.*

Expĕdit, iebat, imp. 4. συμφέρει, utile eſt, bonum, ac neceſſarium eſt, *torna a conto*, *giova*. *Cic. 13. Phil.* Omnibus expedit ſalvam eſſe Rempublicam. *Velleſ. l. 2. c. 58.* Pacto ejus expediebat.

Expedīte, adv. *facilmente*, *ſpeditamente*, Ger. *füglich*, Gal. *aiſement*, Hiſp. *ligeramente*, λύτως, celeriter, facile. *Cic. in Brut. cap. 67.* Quod propoſuerat, explicans expedite. *Id. 2. de Inv.* Sed ut expeditius ratio tradatur. *Plin. l. 6. ep. 2c.* Expeditiſſime defenſus.

Expeditio, f. 3. *ſpedizione*, *viaggio da guerra*, גדוד, Germ. *zug kriegsrüſtung*, Gal. *depeche*, *exploit*, Hiſp. *deſpacho*, στρατεία, actus expediendi, & ſpeciatim apparatus ad rem bellicam, vel militare iter, vel ipſa militiæ exercitatio. *Cæſ. l. 5. c. 10. B. G.* Poſtridie ejus diei mane tripartito milites, equiteſque in expeditionem miſit. *Liv. 1. Dec. cap. 33.* Educere exercitum in expeditionem. *Salluſt. in Jug.* In expeditionem proficiſci. *Plin. l. 7. c. c.* Conficere expeditionem ternis menſibus, *compir la campagna in tre meſi*. ¶ Eſt item Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. lib. 4.* Expeditio eſt, cum rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, cæteræ tolluntur, una relinquitur, quam nos intendimus.

Expeditionalis, le, adject. ad militarem expeditionem pertinens. *Spartian. in Nigro, c. 10.* Juſſit omne argentum ſubmoveri de uſu expeditionali. *Ammian. l. 31. c. 16.* Ad fortem expeditionalium rerum nobilis.

Expeditus, a, um, o. 1. c. adject. *ſpedito*, *pronto*, *facile*, חלוץ, German. *fertig*, Gall. *preſt*, Hiſp. *aparejado*, ἄνετος, promptus, paratus, facilis, ſine impedimentis. *Cic. pro Quinct.* Ut expeditus in Galliam proficiſci poſſet. *Id. Att. l. 16.* Ne ad me iter expeditum tibi ſit. ¶ *Expediti legio*, *expeditus exercitus*, *expedita ſubſidia*, *expediti milites*, levis armaturæ, & qui facile huc, illuc perducuntur. *Cæſ. c. B. G.* Cæſar ſex legiones expeditas ducebat. ¶ Expedita cœna, brevis, & ſuccincta. *Plin. in epiſt. 12. lib. 3.* ¶ Comp. *expeditior*, ſuperl. *expeditiſſimus*. *Cic. de Amic.* Iiſque redireus ad cœlum patere, optimoque, & juſtiſſimo cuique expeditiſſimum eſſe. *Pallad. l. 4. rep. 9.* Muro navium expeditior. ¶ Expeditæ rationes dicuntur liquidæ, & minime conturbatæ, *conti liquidi*, quibus opponuntur *impeditæ*. *Cicer. l. 10. Fam. ep. 25.* ¶ In expedito eſſe. h. e. in promptu, ad manum eſſe. *Plin. l. 4. cap. ult.* Nequid non in expedito ſit noſcere volentibus.

Expello, lis, expuli, ulſum, a. 3. *cacciar fuori*, *ſcacciare*, גרש, German. *auſſtreiben*, Gal. *chaſſer*, Hiſp. *empuxar*, ἐκβάλλω, ejicio, exturbo, extrudo. *Cic. Att. l. 10.* Qui niſi me civitate expuliſſent. *Id. in Rul.* Exturbari, & expelli plebem ex agris. *Id. Fam. 6. ep. 6.* Expellere aliquem ex republica. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 137.* Expellere helleboro morbum.

Expendo, dis, di, ſum, a. 3. *miſurare a peſo*, *peſare*, שקל, Ger. *auſſwegen*, Gal. *peſer*, Hiſp. *peſar*, σταθμάω, pondero, *ab ex*, & *pendo*. *Plaut. Aſin. 2. 2. 34.* Quot pendo te cenſes eſſe nudum? at pol ego, qui te expendi, ſcio. ¶ Tranſlate eſt exacte examinare, exquirere, conſiderare. *Cic. in Orat.* Nec vero utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet, ac ſeliget. ¶ Item impendere, *ſpendere*. *Sil. l. 7. v. 713.* Dignum pretium expendere. ¶ Item luere, perſolvere. *Virg. 11. Æn. v. 258.* Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes.

Expenſa, æ, f. 1. idem quod expenſum, *ſpeſa*. *Claud. Paneg. 2.* Non indecores expenſæ laxant æraria.

Expenſilatio, vel diviſim Expenſi latio, onis, f. eſt relatio in expenſum, apud JCtos, & *Gel. l. 14. c. 2.* cui reſpondet Acceptilatio.

Expenſo, as, avi, atum, a. 1. expenſum ferre in conficiendis rationibus, *far i creditore*, *dar conto delle ſpeſe*. *Scæv. l. 21. ff. de fideicom. liber.* Nummos exactos expenſavit tutoribus. Et pro ſimplici expendo, *ſpendere*. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 32.* Res rationeſque heri curo, argentum accepio, expenſo, &, cui debet, dato.

Expenſum, i, n. 3. *ſpeſa*, Ger. *auſsgab*, Gal. *depenſe*, Hiſp. *eſpenſo*, δαπάνη, ſumptus, id eſt, quod in uſum aliquem erogatur. *a* pendo. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 3.* Codex accepti, & expenſi, *libro delle partite*, *ſcartafaccio de' debiti, e de' crediti*. *Plaut. Truc. 1. 1. 54.* Accepta, & expenſa meretricia ¶ Expenſum ferre. V. Expenſus.

Expenſus, a, um, o. 1. c. *peſato*, *ſpeſo*, ponderatus, vel impenſus, erogatus, partic. ab *expendor*. Expenſum ferre, eſt ſcribere, ſe pecuniam dediſſe, *ſcriverſi creditore*, *dar debito*. *Cic. 1. Ver. c. 39.* Si quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referret. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Cœl. Cic. l. 8. Fam. ep. 4.* Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit C. Cæſari Pompejus. *Plin. l. 2. c. 7.* Hinc omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta. ¶ Expenſum aurum, *peſato*. *Cic. pro Flac. c. 28.* ¶ Expenſo gradu ire. *Propert. l. 2. eleg. 3. v. 6.* *camminare con paſſo peſato*.

Expergefacio, is, eci, actum, a. 3. *deſtare*, *ſvegliare*, העיר, Ger. *auffwecken*, Gal. *eveiller*, Hiſp. *deſpertar*, ἐξεγείρω, excito e ſomno. ¶ Tranſlate eſt excitare, generatim. *Cic. 7. Ver. c. 15.* Si forte expergefacere te poſſes. *Auct. ad Her. l. 4.* Terrore ſubito expergefacit Italiam tumultus.

Expergefactus, a, 1. 2. partic. ab expergefacio, ſeu expergefio, *deſtato*, *ſvegliato*. *Lucret. l. 5. v. 128.* Ille quoque expergefactum caput erigere infit. *Sueton. Calig. c. 38.* Somno expergefactus.

Expergefio, is, actus ſum, *deſtarſi*, *ſvegliarſi*. V. Expergefactus.

Expergiſco, is, a. 3. idem ac expergefacio. *Plin. l. 22. c. 15.* Urtica lethargicus expergiſcis tactis cruribus. Alii rectius legunt, *Expergiſci*. ¶ Videtur etiam uſurpatum neutraliter. *Pompon. Agam. apud Non. c. 7. n. 40.* Cum tam clare tonuerit, ut, ſi quis dormitaret, expergiſceret.

Expergiſcor, eris, experrectus ſum, d. 3. vel paſſ. 3. *ſvegliarſi*, *deſtarſi*, עור, Germ. *ſich auffwecken*, Gal. *s'eveiller*, Hiſp. *deſpertarſe*, ἐξεγείρομαι, e ſomno excitor. *Hor. l. 1. ep. 2.* Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris. *Cic. Att. l. 13. ep. 38.* Simul cum Sole experrectus eſſem.

Expergiſſico, as, a. 1. expergefacio, *deſtare*. *Gell. l. 17. c. 12.* Ingenia expergificando idoneum.

Expergiſicus, a, um, adjectiv. qui expergefacit. *che deſta*. *Apul. in Flor.* Galli expergifico carmine occinunt.

Expergite, adv. *vegliando*. *Apul. l. 8. A. A.* Expergite auſcultare. Et *l. 11.* Expergite munus obire.

Expergitus, a. 1. c. partic. ab *expergor*, *Feſtus* expergitum, & experrectum ita diſtinguit, ut experrectus ſit, qui per ſe vigilare cœpit, expergitus ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum. Sed diſcrimen hoc ab antiquis non obſervatur. *Lucret. l. 3. v. 943.* Nec quiſquam expergitus extat, Frigida quem ſemel eſt vitai pauſa ſecuta.

Expergo, is, experrexi, ectum, a. 3. *ſvegliare*, *deſtare*, ἀνεγείρω, a ſomno excito. *Accius in Antig. apud Non. c. 2. n. 278.* Heu vigiles properate, expergite pectora tarda, ſopore exurgite. ¶ Significat etiam emittere, extra mittere, diſpergere. *Lucret. l. 3. v. 818.* Nec porro natura loci, ſpatiumque profundi Deficit, expergi quo poſſit eis Animai, aut alia quavis poſſit vi pelſe perire. Alii leg. *expergi*, velut *a ſpargo*, eodem ſenſu. Nam *Id. Auctor l. 5. v. 371.* iiſdem verſibus repetitis habet. Exſpargi quo poſſint mœnia mundi, Aut alia &c.

Experiens, entis, adject. o. 3. *pratico*, *eſperto*, qui multa expertus eſt, callidus, ἔμπειρος, *intraprendente*. *Ovid. l. 14. Metam. v. 164.* Comes experientis Ulyſſei. *Cic. Ver. 3. c. 21.* Homo gnavus, & induſtrius, experientiſſimus, ac diligentiſſimus arator.

Experientia, f. 1. *ſperienza*, חקר, Germ. *erfahrung*, Gal. *experience*, Hiſp. *experiencia*, ἐμπειρία, cognitio nullo docente per uſum reperta. *Col. l. 1. c. 1.* Uſus, & experientia dominantur in artibus. *Cic. pro Rab. Poſth. c. 16.* Experientia patrimonii amplificandi. h. e. ſcientia.

Experimentatus, a, um, adject. *ſperimentato*, ab

Experimento, as, a. 1. periculum facio, experior, *ſperimentare*. *Veget. de re milit. lib. 3. cap. c.* Experimentare remedium. ¶ Hinc experimentatus. *Theod. Priſcian. l. 3. cap. 5.* Omnibus uſibus experimentatum remedium.

Experimentum, i, n. idem quod experientia, periculum, *prova*, *ſperimento*, πεῖρα. *Plin. l. 13. c. 2.* Experimentum unguentorum inverſa manu capitur. *Quintil. l. 3. c. 8.* Faciliime ad conſentiendum homines ducuntur experimentis.

Experior, riris, expertus ſum, d. 4. *provare*, *fare eſperienza*, בחן, נסה, Ger. *erfahren*, Gal. *experimenter*, *eprouver*, Hiſp. *experimentar*, πειράομαι, probo, tento, periculum facio, ab antiquo *periri*, quod erat conari, factum a πειράω vel πειράομαι. *Virg. Ecl. 3. v. 28.* Vis ergo, inter nos, quid poſſit uterque, vicifſim Experiamur? *Terent. Phorm. 3. 3. 5.* Rurſum ea experiamur reddere. *Cic. l. 1. de Orat. c. 26.* In me ipſo experior, ut exalbeſcam, &c. ¶ Jungitur cum accuſ. & varia ſignificat. *Nepos Hamil. c. ult.* Ut interiret, quam non Romanos experiri mallet. h. e. explorare, commiſſo prælio. *Ter. And. 2. 1. 13.* Omnia experiri certum eſt, priuſquam pereo. h. e. tentare. *Liv. l. 2. c. 59.* Experiri imperium, metter' a ripentaglio il comando. *Salluſt. Catil. c. 26.* Extrema experiri. Sic, experiri fidem alicujus, etiam veneni, terram facilem colendo, & ſexcenta alia, *far prova*. *Plaut. Virg. Cic.* &c. ¶ Experiri jus, & experiri, abſolute eſt jus ſuum ad rem aliquam in judicio exponere. *Paul. l. 1. ff. de in jus voc.* In jus vocare, eſt juris experiundi cauſa vocare. *Ulp. l. 4. ff. de in bon. rapt.* Cum primum de ea re experiundi poteſtas fuerit. ¶ Huic affine eſt, Experiri legibus, vel jure, *andar per via di giudizio*, judicio agere. *Nepos Timol. c. 5.* Hanc enim ſpeciem libertatis eſſe, ſi omnibus, quod quiſque vellet, legibus experiri liceret. *Cicer. pro Quint.* Si quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur. ¶ Experiri cum aliquo. h. e. contendere. *Plaut. Ciſtel. 2. 1. 21.* Maritimis moribus mecum experitur. ¶ Reperitur & *Experio* altera forma, ſi vera eſt lectio. *Scalig.* illo *Catulli* loco *carm. 21.* Hærens ad latus omnia experibis.

Experitus, imperitus, quaſi qui peritiam exuit. *Feſt.*

Experjūro, as, n. 1. valde juro, vel pejero. *Afran. apud Non. c. 7. n. 45.* Experjurabant, exſecrabant ſe, ac ſuos.

Experrectus, a, um, adject. excitatus, *ſvegliato*, *deſto*. V. Expergitus. Tranſlate ſumitur pro vigilanti, attento, acri. *Cic. in Piſon.* Experrecta virtus remp. recuperavit. *Col. l. 9. c. 7.* Ut ſint apes experrectiores. nam frigus ignaviam creat.

Expers, tis, o. 3. *ſenza parte*, *non partecipe*, חסר, Ger. *unthail affig*, Gal. *qui n'a point*, Hiſp. *el que no tiene parte*, ἄμοιρος, qui rei alicujus nullam habet partem, ab *ex*, & *pars*. *Cicer. 2. de Or.* Antonium omnino omnis eruditionis expertem, atque ignarum fuiſſe. ¶ Jungitur etiam ablativo. *Plaut. Perſ. 4. 3. 40.* Ea res me domo expertem facit. ¶ Significat etiam participem, quia præpoſ. *ex* interdum auget. *Catul. carm. 65. v. 77.* Omnibus expers unguentis. Sed vide Interpretes ad hunc locum, quorum alii aliter explicant. Eſt tamen in *Perſii Sat. 6. v. 38.* Poſtquam ſapere urbi Cum pipere, & palmis venit noſtrum hoc maris expers.

Expertio, onis, f. verbale ab experior, experimentum, probatio, *prova*. *Vitruv. l. 8. c. 5.* Expertiones, & probationes eorum ſic ſunt procedendæ.

Expertor, oris, m. qui tentat, & experitur. *Sil. l. 12. v. 302.* Turbarum expertor. Sed Viris doctis valde ſuſpectus eſt locus. V. *Dauſq.* & *Barth.*

Expertus, a, um, adject. ab experior, ἔμπειρος, experientia doctus, *pratico*, *eſperto*. *Virg. 12. Æn. verſ. 173.* Expertus belli juvenes. ¶ Item experimento probatus, cognitus, *ſperimentato*. *Liv. l. 1. cap. 14.* Per omnia expertus, tutor etiam inſtruitur. *Id. l. 3. c. 44.* Vir expertæ virtutis. *Suet. Tib. c. 19.* Confidens oſtento, ſibi, ac majoribus ſuis in omni ducatu experiſſimo.

Expes. V. Exſpes.

Expeteſſo, vel Expetiſſo, is, a. 3. antique pro expeto. *Plaut. Mil. 4. 13.* Tuam expetiſſit pulchritudinem. *Id. Trinum. 2. 1. 4.* Artem expeteſſam.

Expetibilis, le, adject. optabilis, *deſiderabile*. *Tac. Ann. 16. c. 21.* Parum expetibilem operam præbuerat.

Expetiſſo. V. Expeteſſo.

Expe-

Expetitor, oris, m. qui expetit. *Symmach. l. 8. ep. 46.* Jamdudum hos animus meus veſtri expetitor efflagitat.

Expetitus, a, um, adject. valde petitus, optatus, *bramato*. *Sen. Thyeſt. v. 509.* Complexus mihi redde expetitos.

Expĕto, is, ivi, itum, a. 3. *deſiderare*, חמד, Ger. *faſt begehren*, Gal. *deſirer*, *convoiter*, Hiſp. *deſſear*, *codiciar*, ἐνθυμέω, avide cupio. *Cicer. 1. Off.* Expetuntur autem divitiæ cum ad uſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. *Plaut. prol. Caſ.* Studioſe expetere vos Plautinas fabulas. ¶ Expetere pœnas, eſt punire, *caſtigare*. *Cicer. pro L. Man.* Etiamſi pœnas a Pop. Rom. ob aliquod delictum expetiverint. *Liv. l. 26.* Tanta aviditas ſupplicii expetendi. ¶ Item evenire, ſicut *appetere* ſignificat advenire. *Plaut. Amph. 1. 1. 10.* Ergo in ſervitute expetunt multa iniqua. ¶ Item recidere, *cadere*. *Id. ibid. 2. v. 30.* Delictum ſuum, ſuamque culpam expetere in mortalem ut ſinat. Et cum dat. *ibid. 3. 2. 14.* Num autem inſonti mihi illius ira in hanc, & maledicta expetent. Adde *ibid. 3. 2. 11.* ¶ *Expetere ætatem*, eſt durare. *Plaut. Pan. 3. 3. 13.* Malo ſi quid benefacias, beneficium interit, bono ſi quid malefacias, ætatem expetit. ¶ *Expetere conſilia*, eſt capere. *Id. Moſt. 4. 1. 4.* Stulta ſibi expetunt conſilia. ¶ *Expetere preces*, eſt invocare, precari. *Nepos in fragm. c. 12.* Non pudet te eorum Deorum preces expetere, quos vivos, atque præſentes relictos, atque deſertos habueris? Adde *Plaut. Rud. 1. 5. 1.*

Expiabilis, le, o. 3. ἀφοσιωτός, purgabilis, & facilis expiatu. *Cic. 13. Phil. c. 1.* An ſit aliquod bellum expiabile. Sed ibi *Manut. Lamben. Graev.* cæterique optimæ notæ interpretes legunt *inexpiabile*.

Expiatio, f. 3. *purgazione*, כפור, Ger. *reinigung*, Gal. *expiation*, Hiſp. *purgacion*, ἀγνισμός, purgatio. *Cic. 1. de Leg.* At vero ſcelerum in homines, atque impietatum nulla expiatio eſt. *Liv. l. 9. init.* Fœderis expiatio.

Expiātor, oris, m. qui expiat, & purgat. *Tertul. de Pudic. c. 15.* Impuritatis expiator.

Expiatrix, icis, f. quæ luſtrat, & expiat. *Feſt.* in voce *Piatrix*: Piatrix erat ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam alii expiatricem vocant.

Expiatus, us, m. idem ac expiatio. *Tertul. adv. Valentin. c. 13.* Continet hic ordo enthymeſeos, & conjunctæ paſſionis expiatum.

Expiatus, a, um, adject. purgatus, ſacrificiis a ſcelere liberatus, καθαρθείς, *purgato*. *Cic. Phil. 1. c. 12.* Expiato foro, diſſipato concurſu impiorum. *Horat. l. 2. od. 1. v. 4.* Arma nondum expiatis uncta cruoribus.

Expictus, a, um, adject. pictus, *dipinto al vivo*. *Cic. 5. Tuſc. c. 39.* Motus hominum expicti.

Expilatio, f. 3. *ruberia*, גזל, Ger. *beraubung*, Gal. *pillement*, Hiſp. *robo*, περιαίρεσις, actus expilandi. *Cic. 2. Off. c. 21.* Tanta ſublatis legibus, & judiciis expilatio, direptioque ſociorum.

Expilātor, m. 3. *ladro*, *rubatore*, גנב, Ger. *rauber*, Gall. *pilleur*, Hiſp. *robador*, συλητής, fur, prædator, direptor. *Aſcon. Ped.* Expilatores ſunt atrociores fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore ſpoliatorum. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 2.* Cum domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur.

Expilatus, a. 1. 2. part. ab expilor, *rubato*, *ſpogliato*. *Cic. pro Cluent. c. 64.* Armarium expilatum, penuria ablata.

Expilo, as, a. 1. *rubare*, שלל, Ger. *auſſplundern*, Gal. *piller*, Hiſp. *robar*, περισυλάω, diripio, deprædor. *Cic. in Parad.* Si ſocios ſpolias, ærarium expilas.

Expingo, is, inxi, ictum, a. 3. idem quod pingo, vel cum quadam majore vi, cum ea augeat, *dipinger' al vivo*. *Ter. l. de cul. fæm. c. 10.* Thamar ſe expinxerat, & ornaverat. *Plin. l. 35. c. 7.* Quoniam & pericula expungimus, ne quis miretur & rogos pingi. V. Expictus.

Expinſo, is, a. 3. idem quod pinſo, contundo, tero. *Cato c. 2. R. R.* Spinas runcari, expinſi far, munditias fieri.

Expio, as, a. 1. *purgare*, *mondare*, *nettare*, כפר, Ger. *reinigen*, Gal. *expier*, Hiſp. *purgar*, ἀγνίζω, eſt purgare, & mundum, ac purum facere, a pior. *Cic. pro Roſc. Am.* Mari omnia, quæ violata ſunt, expiari putantur. ¶ Item placare. *Cic. in Ver.* Cereris numen iſtiuſ ſupplicio expiari volebant. ¶ Item punire. *Cic. in Piſ. c. 35.* Tua ſcelera Dii immortales in noſtros milites expiaverunt. Sic *Liv. l. 1. c. 26.* Imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. ¶ Exemplum expiationis videre eſt apud *Herodot. l. 1.*

Expiro, V. Exſpiro.

Expiſcor, aris, atus ſum, dep. 1. *indagare*, diligenter inquiro, indago. *Cic. Fam. 9. ep. 19.* Neſcis me ab illo omnia expiſcatum? *Ter. Phorm. 2. 3. 35.* Proinde expiſcare, quaſi non noris.

Explanabilis, le, adject. explanatus, diſtincte prolatus, *intelligibile*. *Sen. l. 1. de ira, c. 3.* Vox eſt quidem, ſed non explanabilis, & perturbata, & inefficax.

Explanāte, adv. *chiaramente*, *apertamente*, באר, Ger. *klerlich*, Gal. *clairement*, Hiſp. *claramente*, σαφῶς, aperte. *Cic. in Or. c. 33.* Et cum explanatius, tum etiam uberius. *Gell. l. 16. c. 8.* Explanate ſcriptum.

Explanatio, f. 3. *dichiarazione*, פירוש, Ger. *erklarung*, Gal. *expoſition*, Hiſp. *explicacion*, ἐξήγησις, explicatio. *Cic. 1. de Div. c. 51.* Item igitur ſomniis, vaticinationibus, oraculis explanationes adhibitæ ſunt interpretum. ¶ Speciatim explanatio eſt virtus orationis. *Auct. ad Heren. l. 4.* Explanatio eſt, quæ reddit apertam, & dilucidam orationem.

Explanātor, oris, m. 3. *interprete*, *dichiaratore*, מבאר, Ger. *auſsleger*, Gall. *expoſiteur*, Hiſp. *declarador*, ἐξηγητής, qui interpretatur, & exponit. *Cic. l. 1. de Div. c. 51.* Sunt enim explanatores, ut Grammatici Poetarum.

Explanatorius, a, um, adject. qui explanat, *dichiaratorio*. *Cæl. Aurel. Tard. 3. c. 1.* Liber explanatorius Aphoriſmorum Hippocratis.

Explanātus, a, um, adject. *ſpiegato*, *chiaro*, ut explanata vocum impreſſio. *Cic. 1. Acad. c. 5.* ¶ Item expanſus. *Plin. l. 16. c. 8.* Explanatus in denos pedes cortex.

Explāno, as, avi, atum, a. 1. *ſpianare*, ישר, יצב, Ger. *glenen*, *ebnen*, Gal. *applanir*, Hiſp. *allanar*, καταλεαίνω, planum facio. Tranſlate eſt explicare, illuſtrare, exponere. *Cic. 1. Off.* Quale differentia ſit honeſti, & decori, facilius intelligi, quam explanari poteſt. ¶ Explanare verba, apud *Plin. in Paneg.* eſt diſtincte pronunciare.

Explanto, as, a. 1. *ſpiantare*, ἐκριζόω, plantas evello. *Col. l. 4. c. 14.* Ne vernis explantentur.

Explaudo, is, ſi, ſum, idem quod plaudo, ut explaudere alas, ſimul colliſere, & ſtrepitum facere. *Lucret. l. 4. v. 711.* Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis Auroram clara conſuetum voce vocare. ¶ Item explodere. *Auſon. in 7. Sapient. in Thalete.* Pars plaudite, pars offenſi explaudite.

Explebilis, le, o. 3. *ſaziabile*, quod expleri poteſt. *Cic. 4. Tuſc. c. 9.* Indigentia libido explebilis. Alii leg. *Inexplebilis*.

Explementum, n. 2. idem ac expletio. *Sen. epiſt. 112.* Si ſcieris, cacumina arborum explementum eſſe ventris. *Plaut. Stich. 1. 3. 19.* (*al. c. 1. 19.*) Inanimentis explementum quæritò.

Explendeſco. V. Exſplendeſco.

Explĕno, is, n. 2. expleo, a pleo, apud vet. *Feſt.*

Explĕo, es, evi, etum, a. 2. *empire*, מלא, Ger. *erfüllen*, Gall. *remplir*, Hiſp. *llenar*, ἐκπληρόω, perfecte impleo, a pleo. *Cic. in Orat.* Neque inferciens verba, quaſi rimas expleat. ¶ Eſt item ſatiare. *Cic. de Or.* Quorum crudelitas noſtro ſanguine non potuit expleri. ¶ Item complere, perficere. *Cic. 3. Off.* Hanc igitur partem relictam explebimus. *Plin. l. 7. c. 48.* Explere annos ducentos. ¶ Item conſolari. *Ter. Heaut.* Item tot mei ſolius ſolicitis ſunt cauſa, ut me unum expleant. ¶ Item exonerare. Nam ex quandoque privativum eſt. *Ennius apud Serv.* Navibus explebant ſe ſe, terraſque replebant. ¶ *Explere animum*, interdum eſt animo ſatisfacere. *Ter. And.* Sivi, animum ut expleret ſuum. ¶ Interdum curis exonerare. *Ter. Hec. 5. 1.* Exple animum, teque hoc crimine expedi. *Donat.* ¶ Explere munus ſuum, *compire il ſuo obbligo*. *Cic. de Prov. Conſ.* ¶ Explere conſilium, *metter' in pratica il ſuo diſegno*. *Caſ. l. 1. B. C.* ¶ Explere ſupremum diem, *finir la vita*. *Tac. Ann. 1. c. 6.* Explere condemnationem, eſt complere numerum judicum, qui requiritur ad aliquem condemnandum. *Cic. pro Cæcin. c. 10.* Non ad cognoſcendam cauſam, ſed ad condemnationem explendam præſto fuiſſe. Sic explere Tribus, h. e. omnia Tribuum ſuffragia obtinere. V. Tribus. Sic explere centurias. *Liv. l. 37. ad fin.* ¶ *Explere damnum*, pro reficere, *riſarcire*. *Liv. l. 3. c. 67.* ¶ Explere laborem, pro perferre. *Velleį. l. 2. c. 23.* Plurimo circa Piræi portus munitiones labore expleto.

Expletio, onis, f. 3. *empimento*, ἐκπλήρωσις, impletio, ſatietas. *Cic. 5. Fin. c. 14.* In eaque expletione naturæ ſummi boni finem conſiſtere.

Explētus, a, um, adject. *pieno*, *ſazio*, *compito*, πλήρης, ἐκπεπληρωμένος. *Virg. 3. Æn. v. 630.* Expletus dapibus. *Stat. l. 2. Silv. 1. v. 15.* Flendi expleta voluptas. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 13.* Perfectus, expletuſque omnibus ſuis numeris, & partibus. *Lucret. l. 6. v. 1201.* Sanguis expletis naribus ibat. *Stat. Achil. 1. v. ep1.* Finis expletus pudoris. h. e. anni virginitatis finiti.

Explicabilis, le, o. 3. quod explicari poteſt. *Plin. l. 4. c. 13.* Haud explicabili menſura.

Explicabiliter, adv. q. d. explicabili ratione. Refert *Diomed. Grammat. l. 1. de Adverb.*

Explicate, adverb. *chiaramente*, *apertamente*, δῆλον, clare, & aperte. *Cic. 3. de Or. c. 14.* Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter & rebus, & verbis dicant.

Explicatio, f. 3. *ſpiegamento*, ביאור, Ger. *erklarung*, Gal. *explication*, Hiſp. *explicacion*, ἀνάπτυξις, actus explicandi. *Cic. 1. de Div. c. 56.* Sed eſt quaſi rudentis explicatio. ¶ Tranſlata ſumitur pro declaratione, *ſpiegazione*. *Cic. 3. de Fin.* Multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua iſta profecerit.

Explicator, m. 3. *interprete*, *dichiaratore*, מבאר, Ger. *erklerer*, Gall. *qui explique*, Hiſp. *explicador*, qui aliquid explicat. *Cic. l. 2. Inv. c. 2.* Sed ita, ut rerum explicator prudens, ſeverus, gravis.

Explicatrix, f. 3. quæ explicat. *Cic. 1. Acad. c. 8.* Huic quaſi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommodatæ.

Explicātus, us, m. 4. idem ac explicatio. *Plin. l. 8. c. 42.* Sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *Cic. l. 3. nat. Deor. c. 39.* Quam eſſet obſcura, & quam difficiles explicatus haberet.

Explicātus, a, um, adject. ἀναπτυχθείς, expanſus. *Cic. Agrar. 2.* Planiſſimo loco explicata urbs. ¶ Tranſlate ſumitur pro explanato, facili. *Cic. pro Planc. c. 2.* Facilis, & explicata cauſa. *Id. Acad. l. 1. c. 2.* Philoſophia diligentiſſime græcis litteris explicata. *Senec. de Tranquil. c. 2.* Ex gravi & longa valetudine explicati. h. e. liberati. ¶ Explicatæ rationes, explicata negotia, h. e. expedita, *negozi, a conti liquidi, e facili da sbrigare*. *Cic. Att. l. 16.* & alibi. *Id. Att. l. 9. ep. 7.* Salutares in eum miſiſſe litteras, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius.

Explicit, h. e. deſinit, completus eſt, *finiſce*, *è finito*. Frequens eſt vox in fine librorum præſertim manu ſcriptorum, ut *Explicit liber*, *Explicit feliciter* &c. Videtur autem eſſe ab *explico*, quod ſignificat etiam ad finem adducere, complere. Hinc *Car. du Freſn. in Gloſſar.* notat, elegantiores notæ codices adſcriptum ferre *Explicitus eſt liber* &c. Qua ratione *Orosius in fi. l. 7.* appoſuit *Explicui*, *adjuvante Chriſto*, &c. *Hieron. epiſt. 138. ad Marcel.* Solemus, completis opuſculis, ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere *Explicit*, aut *Feliciter*, aut aliquid hujuſmodi.

Explicĭtus, a. 1. 2. *dichiarato*, partic. ab explicor. *Cic. Att. l. 9.* Quanquam a te ejus quoque rei juſta defenſio eſt explicita. ¶ Interdum ponitur pro abſoluto, *finito*, *compito*. *Mart. l. 14. ep. 1.* Verſibus explicitum eſt omne duobus opus. *Caſ. l. 3. B. C. c. 75.* His explicitis rebus. h. e. expeditis, peractis. *Id. l. 1. B. C. c. 78.* Ex propoſitis conſiliis explicitius videbatur Ilerdam reverti. h. e. facilius, expeditius.

Explĭco, as, avi, atum, & cui, citum, a. 1. *ſpiegare*, *diſtendere*, פרש, Ger. *erkleren*, Gal. *expliquer*, Hiſp. *explicar*, ἀναπτύσσω, extendo, aperio, & propriæ de iis rebus dicitur, quæ plicis involutæ ſunt, ut Explicare veſtem, velum, plagas, alas, litteras, epiſtolam, volumen, frondes, &c. *Cic. 1. de Or.* Non explicata veſte, neque propoſito argento. *Id. pro Roſc. Am.* Explicet ſuum volumen illud. ¶ Tranſlata *Cic. 1. de Or.* Ut Craſſus hæc, quæ coarctavit, & peranguſte refercit in oratione ſua, dilatet nobis, atque explicet. ¶ Hinc Explicare aciem, ſive ordines, ſive agmen, per metaphoram, dicuntur Imperatores, cum milites ſuos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. *Liv. l. 4.* Sed ad explicandas utrinque acies ſatis amplam habebant. ¶ Item explanare, ſeu illuſtrare. *Cic. Att. l. 13.* Ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda. ¶ Item rem aliquam expedire, & faciliorem reddere. *Caſ. v. B. G.* Quas ibi explicandæ rei frumentariæ cauſa relictas ſuperiore commentario demonſtravimus. Sic apud JCtos *explicare annonam*, *pecuniam*, eſt, curare, ut præſto ſit, & expedita. Quo pertinet illud *Cic. ad Att. 13. 2.* Si Faberius nobis nomen illud explicat, *ſe trova modo di pagarci*. *Id. ibid.* Si Faberianum explicas. h. e. ſi pecuniam mihi expedis a Faberio debitam. ¶ Item exprimere, enarrare, exponere. *Cic. Att. l. 10.* Meas cogitationes omnes explicavi tibi ſuperioribus litteris. *Id. de Un.* Hæc ſi verbis explicare conemur, fruſtra laboremus. *Vitr. l. 10. c. 12.* De ſcorpionibus & catapultis, a quibus eſſent inventa, & quemadmodum fieri deberent, explicui. ¶ Item expedire, liberare. *Cic. pro Cæl.* Qui ſe nunquam profecto, ſi in iſtum locum proceſſerint, explicabunt. Sic explicari morbo dicuntur, qui liberantur. V. *Explicatus*. ¶ Item abſolvere, perficere, *condurr' a fine*, *sbrigare*. *Flor. l. 1. c. 17.* Fabium periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicavit. V. *Explicitus*. ¶ *Stat. Theb. 1.* late nitebant Atria congeſtos ſatis explicitura clientes. h. e. facile admiſſura. ¶ *Martial. l. 1. ep. 56.* Anſa ſocum plenas explicuiſſe plagas.

Explōdo, dis, ſi, ſum, a. 3. *ſcacciare*, Ger. *mit einem geſchrey auſtreiben*, *oder verwerffen*, Gal. *huer*, & *ſiffler*, Hiſp. *patear*, *echar con ſilvando*, ἐκβάλλω, eſt excutere, cum ſono ejicere, ac ſpeciatim rem, quæ non placuit, clamore, & geſtu, ac ſtrepitu damnare. *Cic. 1. de Or. c. 61.* At Æſopum, ſi paulum irrauſerit, explodi video. ¶ Tranſlata *Cic. 2. de Div.* Sed hoc genus divinationis vita jam communis explosit. *Senec. de conſol. ad Marc. c. 10.* Ne in arenam quidem, aut lites explodet.

Digitized by Google

Exploranter, adverb. explorate, explorando. *Ammian. l. 16. c. 6.* Exploranter curabat.

Explorate, adv. *certamente*, manifeſte, plane. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 14.* Hæc ſic ſentio, judico, & ad te explorate ſcribo. *Id. Fam. 6. ep. 1.* Explorațius promittere. *Ammian. l. 18. c. 15.* Miſſus ego, exploratius noſcendi gratia, quæ gerebantur.

Exploratio, onis, f. inquiſitio, vel probatio, ut adulterii exploratio. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 2.*

Explorátor, m. 3. *ſpia*, [illegible], qui explorat. *Plin. l. 16. c. 9.* Scribit in recenti ad duces exploratos. *Silius l. 16. v. 80.* prænuntius affert explorator eques.

Exploratorius, a, um, adject. ad explorandum pertinens. *Sueton. Calig. c. 45.* Coronas diſtinctas ſolis, ac lunæ ſiderumque ſpecies, exploratorias appellavit.

Exploratus, a. 2. 2. *certo*, *manifeſto*, [illegible], Ger. *erkundigt*, Gal. *certain*, *aſſuré*, Hiſp. *cierto*, ut *dunſo*, [illegible], prorſus cognitus, & perſpectus, manifeſtus, certus, adject. *Cic. ad Ap.* Quam et exploratam ſpeio ſalutis oſtenderem. ¶ Exploratum habeo, vel Exploratum mihi eſt, idem valet, ac certo ſcio. *Cic. Att.* Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. *Id. de Sen.* Quis eſt tam ſtultus, cui ut exploratum, ſe ad veſperam uſque eſſe victurum? ¶ Comparat. explorátior, ſup. exploratiſſimus. *Cic. Att.* Quid exploratius, quam illius animus in Rempub.? *Id. poſt redit. c. 6.* Cum mihi eſſet exploratiſſimum, P. Lentulum Conſulem futurum. ¶ *Cic. l. 3. Att. ep. 17.* Litteræ exploratæ a timore, h. e. quæ omnem timorem auferunt. ¶ *Ante explorato*, h. e. rebus prius exploratis. *Liv. l. 23. c. 42.*

Explóro, as, avi, atum, a. 1. *gridare*, [illegible], exclamo. *Var.* Gemit, explorat, turbam omnem concitat. *Feſtus:* Explorare antiqui pro exclamare uſi ſunt. ¶ Sæpius uſurpatur pro inquirere ad cognoſcendum, *indagare*, *tentare*, *cercare*. *Cic. Att. l. 7.* Ut quid agatur, quoad poteris, explores. *Virg. 1. Æn.* Exire, locoſque explorare novos. *Liv. l. 3.* Explorare iter. ¶ Item periculum facere, experiri. *Col. l. 1. c. 8.* Bonitatem panis explorare guſtu. *Virg. 2. Georg. v. 175.* Suſpenſa focis explorat robora fumus. h. e. probet, an ſint optima, quod ex eo noſcitur, ſi fumo ſiccata rimas non contrahant.

Exploſio, onis, f. actus explodendi, *il cacciare*, *a rigettare*. *Cælius Ciceroni l. 8. Fam. ep. 11.* Multa tranſi, in primis ludorum exploſiones, & funerum &c.

Explóſus, a, um, adject. *ſcacciato*, *rigettato*. *Cic. l. 5. Fin. c. 8.* Exploſæ, ejectæque ſententiæ.

Expolio, as, V. Exſpolio.

Expolio, is, ivi, itum, a. 4. *polire*, *adornare*, [illegible], Ger. *zieren*, Gal. *polir*, *accomoder*, Hiſp. *pulir mucho*, [illegible], perfecte polio, extremam manum impono, exorno. *Cic. 2. de Inv.* Nihil ſimplici in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. *Id. 3. de Orat. cap. 34.* Doctrinis aliquem expolire. ¶ Proprie *Plin. l. 34. c. 4.* Expolire unguium ſcabritias.

Expolitio, f. 3. [illegible], exornatio, perfectio, *ornamento*, *ultima perfezione*, *e compimento*. *Cic. l. 1. Invent. c. 40.* Expolitio orationis. *Vitruv. l. 6. c. ult.* Expolitiones ædificiorum. ¶ Eſt etiam ſchema rhetoricum, ideſt explicatio, & variatio ejuſdem ſententiæ verbis commutatis. V. *Auct. ad Heren. l. 4.*

Expolitus, a, um, adject. *forbito*, *polito*, *compito*, [illegible], [illegible], perfectus, exornatus, completus. *Catul. carm. 1.* Libellus pumice expolitus. *Id. carm. 40.* Dens expolitior. *Cic. in Orat.* Pictum, atque expolitum orationis genus. *Scipio apud Gel. l. 2. c. 20.* Ubi villas expolitiſſimas vidiſſet.

Expóno, nis, ſui, ſitum, a. 3. *mettere fuori*, [illegible], Ger. *ausſlegen*, Gal. *expoſer*, Hiſp. *exponer*, [illegible], eſt emittere, & quaſi extra ponere, ab ex, & pono. *Cic. 6. Ver.* Exponit ea, quibus abundabat, plurima, ac pulcherrima vaſa argentea. *Col. l. 12. cap. 18.* Exponere in ſole fœnum, ut ſiceſcat. ¶ Significat etiam abjicere, a ſe removere. Hinc exponere filios dicebantur parentes, qui eos educare nollent, nec unquam filios habere. *Liv. l. 1. c. 4.* In proxima alluvie pueros exponunt. *Sueton. Claud. c. 27.* Claudiam exponi ad matris januam, & nudam juſſit abjici. ¶ Exponere etiam dicuntur nautæ, cum aliquem e navi dimittunt, *sbarcare*. *Nepos Themiſt. c. 8.* Inde Epheſum pervenit, ibidemque Themiſtoclem expoſuit. Frequentiſſimus eſt hujus verbi uſus, cum pro referre, & explicare uſurpatur, *eſporre*, *raccontare*. *Cic. de Amic. c. 1.* De re aliqua exponere ſermonem. *Liv. l. 30. c. 17.* Exponere omnia ordine. Sic memoriter exponere, vel ex memoria, *recitar a mente*. *Cic. Catil. 3. c. 6. & l. 4. Fin. in princip.* ¶ Significat etiam ſubjicere. *Cic. Ver. 3.* tibi omnia expoſita eſſet ad prædandum Pamphylia. ¶ *Cubito exponere*, eſt cubito dejicere, proſternere. *Plaut. Caſ. 4. 4. 27.* Ut valentula eſt! pene expoſivit cubito. *Id. Truc. 3. 1. 14.* Iſtos amator hoc ictu exponam, atque omnes ejiciam foras. In priore exemplo notandum eſt præterit. *expoſivit*, quod ſæpe legitur apud Plautum, & alios in hoc verbo, & ejus compoſitis. V. *Depono*.

Expopulatio, f. 3. populatio, *ſaccheggio*. *Col. l. 9. c. 2.* Quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Exporgo, is, a. 3. idem ac exporrigo, per ſync. *Ter. Adel. 5. 3. 53.* Da te mihi hodie, exporge frontem.

Exporrectus, a, um, adject. Idem fere quod Experrectus. Nam ita leg. nonnulli apud Feſt. verba quæ ſupra retulimus in *Expergitus*. Dicitur autem a porrigendo ſe, quod facimus recentes a ſomno. Hinc *Prudent. Hamartig. v. 856.* Illic purpureo latus exporrecta cubili. h. e. proſtrata, *diſteſe*. V. Exporrigo.

Exporrigo, is, porrexi, ectum, a. 3. *porgere*, *ſtendere*, [illegible], Ger. *ausſtrecken*, Gal. *étendre*, *donner*, [illegible], extendo. Feſtus derivat a *porro*, & *ago*. *Pomp. Mela lib. 1. c. ult.* Hinc orti montes longo ſe jugo exporrigunt. *Senec. de vit. beat. c. 9.* Quid in tanta temporum fuga menſes tibi, & annos, & longam ſeriem exporrigis? ¶ *Exporrigere frontem*, eſt hilareſcere, *ſtar' allegro*, cui opponitur contrahere. V. Exporgo.

Exportatio, f. 3. *eſportazione*, [illegible], Ger. *ausſtragung*, Gal. *tranſport*, Hiſp. *tragin*, [illegible], actus exportandi. *Cic. 2. Off. c. 3.* Jam vero earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, invectio certe nulla eſſet. ¶ Interdum ſumitur pro exilio. *Sen. de tranquil. vitæ.* Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augurale, & loca patritia comitentur & ſordes, & exportatio.

Exporto, as, a. 1. *portar fuora*, [illegible], Ger. *ausſtragen*, Gal. *tranſporter*, *porter dehors*, Hiſp. *traginar*, [illegible], extra porto, aufero. *Cic. 6. Ver. n. 10.* Per iſtum, quæ exibat, in navem clam imponenda, occulte exportanda, curabat. *Id. pro Flac. c. 28.* Cum frumentum quotannis ex Italia, atque ex omnibus provinciis exportaretur.

Expoſco, is, expopoſci, a. 3. *domandar con iſtanza*, [illegible], Ger. *heftig begehren*, Gal. *demander inſtamment*, Hiſp. *pedir con inſtancia*, [illegible], enixe peto. *Cic. pro Mil.* Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem repugnante hoc & imploro, & expoſco. *Liv. l. 1. c. 16.* Expoſcere precibus pacem. *Id. l. 7. c. 40.* Quod deos immortales inter nuncupanda vota expopoſci. ¶ Aliquando ſignificat ad pœnam poſcere. *Nepos Themiſt. c. 8.* Cum ab Athenienſibus expoſceretur publice, ſupplicem non prodidit.

Expoſite, adverb. explanate, explicate. *Gel. l. 3. c. 2.* Non expoſite, & aperte oſtendere.

Expoſitio, onis, f. *eſpoſizione*, [illegible], Ger. *Auslegung*, Gall. *expoſition*, Hiſp. *declaracion*, *expoſicion*, [illegible], actus exponendi, explicatio. *Auct. ad Her. l. 1.* Narratio defenſoris brevem, & ſimplicem expoſitionem habere debet. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Expoſitio ſententiæ ſuæ.

Expoſititius, a, um, adject. expoſitus, abjectus, ut expoſititia puella. *Plaut. Caſ. Prol. v. 79.*

Expoſitus, a. 1. 2. *eſpoſto*, [illegible], adject. *Celſ. l. 5. c. 28.* Expoſitus oculis. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 23.* Expoſitæ ante oculos. *Id. in Partition.* Vita innocentium ingeniis criminoſorum hominum expoſita. *Id. 3. Ver.* Provincia ad prædandum expoſita. ¶ Item explicatus. *Id. pro Cluent.* Dicta, expoſita, & demonſtrata omnia. ¶ Interdum ſumitur pro affabili, humano, quaſi qui omnibus obvius, *affabile*, *corteſe*, *benigno*. *Plin. l. 1. ep. 10.* Amari ab eo laboravi; etſi non erat laborandum: eſt enim obvius, & expoſitus, plenuſque humanitate. *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 246.* expoſiti mores. ¶ *Expoſtus* per ſyncopen. *Virg. 10. Æn. v. 694.* Obvia ventorum furiis, expoſtaque Ponto.

Expoſtulatio, f. 3. *querela*, [illegible], Germ. *verweiſung*, Gal. *requête*, Hiſp. *queja*, *demanda*, [illegible], actus expoſtulandi, ac ſpeciatim querela adverſus illum ipſum, qui peccaverit. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 1.* Fuere nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompejo.

Expoſtulatus, us, ui, m. *lamento*, expoſtulatio. *Symmach. l. 9. ep. 13.* Expoſtulatibus modum facere.

Expoſtulo, as, a. 1. *domandare con iſtanza*, [illegible], Germ. *erfordern*, Gal. *requerir*, *prier*, Hiſp. *demandar*, *pedir con inſtancia*, [illegible], vehementer prex. *Cic. pro Sex. Roſc.* Vix medius fidius, tu Fanni, hoc a Balliona expoſtulare auderes. *Tacit. l. 1. hiſt. c. 73.* Expoſtulare aliquem ad ſupplicium. ¶ Item conqueror cum eo ipſo, qui fecit injuriam, *lamentarſi*, cum abl. perſonæ, & præp. *cum*, & interdum alio abl. rei, & præp. *de*. *Cic. Metel. Cel. l. 5. Fam. ep. 2.* Qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulem. ¶ Reperitur etiam cum acc. rei. *Terent. And. 4. 1. 15.* Adeam ne, & cum eo injuriam hanc expoſtulem.

Expotus, a. 1. 2. epotus, apud vet. *Plaut. Trin. 2. 4. 5.* Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis.

Expreſſe, adv. *manifeſtamente*, Ger. *ausſtrucklich*, Gall. *expreſſement*, Hiſp. *eſpreſſamente*, [illegible], manifeſte. *Plin. epiſt. 14. l. 2.* Ut mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur. *Col. l. 11. c. 1.* Expreſſius ſignificare.

Expreſſim, adv. expreſſe. *Paul. JCtus l. 98. Dig. de ſolut. & liberat. §. 5.* Si hoc ipſum expreſſim ageretur.

Expreſſio, f. 3. *eſpreſſione*, *ſcultura*, [illegible], actus exprimendi. *Pallad. Junio, c. 7.* Nobilius mel erit, quod ante expreſſionem ſecundam, velut ſponte profluxerit. ¶ *Vitruv. l. 8. c. 7.* expreſſiones vocat loca eminentia. & *lib. 4. c. 4.* eminentes expreſſiones dicit in lapidibus, Ital. *rilievi*. V. *Expreſſus*.

Expreſſor, oris, m. qui exprimit, & extrahit. *Tertul. Apol. c. 46.* Veritatis interpolator, & expreſſor.

Expreſſus, us, ui, m. *Vitruv. l. 8. c. 7.* expreſſum vocat violentum aquarum aſcenſum per fiſtulas. Ejus verba ſunt: Ita per fiſtulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus belliſſime poterunt efficere & decurſus, & circumductiones, & ventres, & expreſſus.

Expreſſus, a, um, adject. *eſpreſſo*, *manifeſto*, [illegible], manifeſtus, apertus. *Cic. 3. Offic. c. 17.* Nos veri juris, germanæque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. *Id. Lentulo in Fam. ep.* Hæc profecto, vides, quanto expreſſiora, & illuſtriora futura ſint. ¶ Significat etiam extractum vi, extortum, *cavato a forza*. *Liv. l. 8. c. 2.* Deditio neceſſitate expreſſa. *Cicer. de Divin. lib. 2. cap. 19.* Nubium conflictu ardor expreſſus.

Exprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *ſpremere*, [illegible], Ger. *ausſtrucken*, Gall. *exprimer*, *epreindre*, Hiſp. *exprimir*, [illegible], premendo extraho, & elicio. *Plin. l. 28. cap. 9.* Liquetur per lintea exprimuntur. ¶ Translate eſt extorquere, vi impetrare, & auferre. *Cic. in Ver.* Poſtquam ille exprimere ab equitibus nihil ulla vi potuit. *Id. Ver. 3.* Expreſſi, ut negaret. *Plin. l. 4. ep. 7.* Exprimere riſum alicui. ¶ Item *imitare*, imitari. *Cic. Att. l. 8.* Quanta vis illius viri, quam noſtris libris ſatis diligenter expreſſimus. ¶ Item eloqui, exponere. *Plin. in Epiſt.* Illud parum expreſſi. *Cic. pro Roſc. Com.* Expreſſæ ſunt enim ex uniuſcujuſque damno, incommodo, calamitate, injuria publice a Prætore formulæ. *Id. 1. Divin.* Exprimere aliquid verſibus. *Idem 4. Acad.* Verbum e verbo exprimere. *tradurre a parola per parola*. ¶ Interdum ſignificat extollere, elevare, cui contrarium eſt *deprimere*. *Caſ. l. 7. B. G. cap. 22.* Nollentium turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expreſſerat, commiſſis ſuarum turrium malis adæquabant. *Vitruv.* etiam *l. 8. c. 7.* exprimere aquam in altitudinem ſummi clivi, dixit. h. e. in altum ducere, & ad aſcendendum cogere.

Exprobratio, f. 3. *rinfacciamento*, [illegible], Ger. *verweiſung*, Gall. *reproche*, Hiſp. *zaherimiento*, [illegible], actus exprobrandi. *Ter. Andr. 1. 1. 17.* Iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.

Exprobrátor, oris, m. qui exprobrat, *chi rinfaccia*. *Senec. l. 1. Benef. c. 1.* Exprobratores, & exactores. Et *Controv. 21.* Oderunt me patres, quaſi exprobratorem.

Exprobrátrix, icis, f. ab exprobrator. *Senec. l. 7. Benef. c. 22.* Ut hæc nimia, & exprobratrix memoria ſubſideret, oblivisci eum qui dedit, juſſimus.

Exprôbro, as, avi, atum, a. 1. *rimproverare*, *rinfacciare*, [illegible], Ger. *verweiſen*, Gall. *reprocher*, Hiſp. *zaherir*, [illegible], quæ alias præſtiti, commemorans objicio, ſeu impropero. *Cic. de Amic. c. 20.* Odioſum genus hominum officia exprobrantium. ¶ Sumitur tamen pro qualemcumque culpam objicere. *Ovid. l. 12. Met.* Trepidoque fugam exprobrant amico.

Expromiſſor, m. 3. fidejuſſor, ſponſor, *ſicurtà*. *Pomp. de verb. oblig. l. 5.* Satis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoque ab eo petantur.

Expromitto, is, a. 3. *prometter per altri*, [illegible], Ger. *verbürgen*, Gal. *pleiger*, Hiſp. *fiar*, pro aliquo promitto, fidejubeo. *Ulp. de jur. dot.* Debitor mulieris juſſu ejus pecuniam viro ſuo expromiſit.

Exprômo, is, ompſi, omptum, vel omtum, a. 3. *trar fuori*, *produrre*, [illegible], Ger. *ausſnemmen*, Gall. *tirer*, *produire*, *mettre hors*, Hiſp. *ſacar fuera*, [illegible], extra promo, effero, educo. *Plaut. Mil. 3. 2. 18.* Neque equidem heminas octo exprompſi in urceum. ¶ Translate eſt dicere, enuntiare. *Cic. 4. Acad.* Expromam primum illa invidioſa. *Liv. l. 39. c. 1.* Expromerent, quid ſentirent.

Exprómptus, a. 1. 2. in medium prolatus, *cavato fuori*. *Ter. And. 4. 3. 8.* Nunc opus eſt tua mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Exproperatus, a, um, valde properatus. *Gruter. Inſcript. p. 669. n. 10.* in veteri epitaph. Hic Aquilæ cineres miſerabilis urna ſepultos Contegit, & fatis exproperata nimis Occidit &c.

Expro-

Exproximus, i, m. qui Proximatus dignitate functus eſt. *Leg. unic. Cod. de magiſtr. ſacr. ſerin.*

Expudoratus, a, um, adject. qui omnem pudorem exuit, *sfrontato*. *Petron. Fragm. Tragur.* Habet frontem expudoratam.

Expugnabilis, le, o. 3. *eſpugnabile*, ἁλώσιμος, quod expugnari poteſt. *Stat. 4. Theb.* Et nullo ruis expugnabilia aſtro.

Expugnans, antis, adject. o. qui expugnat. *Ovid. 14. Met. v. 21.* Sine expugnantior herba eſt. h. e. efficacior.

Expugnatio, onis, f. ἐκπολιόρκησις, actus expugnandi, *eſpugnazione*. *Cic. pro L. Man.* Ut ipſorum adventus in urbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differant.

Expugnator, m. 3. πολιορκητής, qui expugnat. *Cic. 5. Ver. c. 3.* Expugnator pudicitiæ. Et *l. 1. Inv. c. 50.* Urbium expugnator.

Expugnatus, a, um, adject. *eſpugnato*, *vinto*, ut Expugnata mœnia. *Lucret. l. 2. v. 1144.* Mens expugnata fatiſcit. *Stat. Theb. 4. v. 187.*

Expugno, as, a. 1. *vincer in battaglia*, כבש, Ger. *beſtreiten*, Gal. *gaigner*, *vaincre*, *prendre*, Hiſp. *tomar*, *ganar*, ἐκπολιορκέω, pugnando capio, & evinco. *Caſ. 2. B. G.* Id ex itinere oppugnare conatus expugnare non potuit. ¶ Translate eſt vi extorquere, exprimere. *Cic. 4. Ver.* Quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnavit? ¶ Illa quoque translata ſunt: Expugnare fortunas alicujus, *renderſi per forza padrone*. *Cic. pro Cluent.* Expugnare alicujus pertinaciam, apud *Liv. l. 37.* Expugnare propoſitum alicujus poſtulatione frequenti. *Colum. l. 10. in præfat.* &c. ¶ *Expugnaſſere*, pro expugnaturum eſſe. *Plaut. Amph. 1. 1. 54.* Sic alter ſicut animati, ſe ſe ſumma vi oppidum expugnaſſere.

Expulſatus, a, um, adject. pulſatus, vexatus, afflictus. *Ammian. l. 23. c. 6.* Seleucia per duces expulſata.

Expulſim, adv. *cacciando*, antiqui dixerunt pro expellando, ut cæſim pro cædendo. *Var.* apud *Non. cap. 2. num. 281.* Videbis pueros pila expulſim ludere.

Expulſio, onis, f. 3. actus expellendi, *eſpulſione*, ἔξωσις. *Cicer. in Parad.* Qui expulſiones vicinorum, qui latrocinia in agris, &c.

Expulſo, as, a. 1. frequenter pulſando excutio, freq. ab *expello*. *Martial. l. 14. ep. 46.* Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris.

Expulſor, oris, m. *ſcacciatore*, qui expellit. *Cic. pro Quint. c. 8.* Iſte homo acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor annum, & fax menſes nihil petit.

Expulſus, a, um, adject. *ſcacciato*. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Expulſa, atque exturbata filia. *Virg. 1. Æn. v. 624.* Finibus expulſus paternis.

Expultrix, icis, f. *diſcacciatrice*, quæ expellit. *Cicer. 5. Tuſc. c. 2.* O vitæ Philoſophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Expumico, a. 1. pumice polio. *Tertul. adv. Prax. c. 16.* Ab omnibus injuriis paſſionis expumicat.

Expumo. V. Exſpumo.

Expunctio, onis, f. actus expungendi, & expellendi. *Tertul. adv. Prax. c. 16.* Operæ meæ expunctio.

Expunctor, oris, m. qui expungit, & delet, ἀπαλείπτης. *Tert. de Orat. c. 1.* Expunctor totius retro vetuſtatis.

Expunctus, a, um, adject. deletus, amotus, expulſus, *cancellato*, *rimoſſo*. *Plaut. Curc. 4. 4. 19.* Miles pulcre centuriatus expuncto in manipulo.

Expungo, is, nxi, nctum, a. 3. *cancellare*, מחה, Germ. *auſſtreichen*, Gall. *effacer*, *caſſer*, Hiſp. *raer*, ἐξαλείφω, quod ſcriptum eſt, deleo. Hinc milites expungi dicuntur a militia, cum nomina eorum ex albo eraduntur, & ipſi a militia removentur: item judices dicuntur expungi, quando amoventur a judicando, veluti eraſi ex albo judicum: id enim fiebat punctis circumſcriptis. *Plaut. Ciſt. 1. 3. 41.* Volo perſolvere, ut expungatur nomen, nequid debeam. ¶ Translate eſt extrudere, expellere, loco movere. *Perſ. ſat. 2.* Pupillumve utinam, quem proximus hæres impello, expungam. ¶ Expungere rationes, eſt ultimam manum eis imponere. *Hermog. leg. 13. de diverſ. temp. præſcr.* Reipublicæ rationes ſubſcriptæ, & expunctæ, adverſus eum quidem, qui adminiſtraverit, ultra viginti, adverſus vero hæredem ultra decem annos retractari non poſſunt. ¶ Apud *Plaut. Amph. Di veſtram fidem, v. 27.* expungere gluttium partam, eſt, auferre. ¶ Expungere milites, apud *Tertul. de Cor. Mil. in princ.* legitur alio ſenſu, quam ſupra dictum eſt. loquit enim: Proxime facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum Imperatorum: expungebantur milites laureati. h. e. donabantur ab Imperatoribus milites; eorum autem nomina, qui donativum accepiſſent, notabantur, ne bis quis acciperet. Atque hoc ſenſu ſæpe uſum ipſum hunc Auctorem, monent ibi Interpretes. Sic apud *Sueton. Claud. c. 15.* Decurias judicum expungere, eſt diſcutere & ordinare, qui retinendi eſſent, quive dimittendi, ducta metaphora ab expungendis rationibus, de quo modo diximus.

Expuo. V. Exſpuo.

Expurgatio, onis, f. actus expurgandi, *lo ſpurgare*. *Plaut. Amph. 3. 3. 10.* Habui expurgationem, facta pax eſt. h. e. excuſationem. V. *Expurgo*.

Expurgo, as, avi, atum, a. 1. perfecte purgo, *ſpurgare*, ἀνακαθαίρω. *Cic. in Brut. c. 74.* Expurgare ſermonem. ¶ Translate ſignificat, ſe innocentem oſtendere, *ſcuſarſi*, *purgarſi*. *Plaut. Capt. 3. 4. 87.* Sed hunc primum me expurgare tibi volo.

Exputatus, a, um, *tagliato*, putatus, reſecatus. *Colum. 11. 1. 2.* Exputatos palus acuere.

Exputeſco, is, n. 3. *puzzare*, putorem emitto. *Plaut. Curcul. 2. c. 26.*

Exputo, as, avi, atum, a. 1. *tagliare*, זמר, Germ. *auſſchneiden*, Gall. *tailler*, *pouer*, Hiſp. *podar*, *cortar*, ἀποτέμνω, eſt ramos ſuperfluos ex arboribus, vel ſarmenta ex vitibus reſecare, ab *ex*, & *puto*. *Colum. l. 3. c. 15.* Velut veteranam vitem totam exputare. ¶ Translate ponitur pro cogitare, mente volvere, perpendere, ratiocinari. *Planc. ad Cic. 10. Fam. ep. 24.* Quæ mens eum, aut quorum conſilia a tanta gloria avocarint, exputare non poſſum.

Exputreſco, is, trui, n. 3. *putrefarſi*, καταςήπομαι, penitus putreſco. *Plaut. Curc. 2. 1. 26.* Dum inteſtina exputreſcunt tibi.

Exquæro, pro exquiro. *Plaut. Captiv. 2. 2. 43.* Eadem ego ex hoc, quæ volo, exquæſivero.

Exquæſitum, ſupin. ab exquæro, pro exquiro. *Plaut. Stic. 1. 2. 50.* Quid iſtuc eſt, quod huc exquæſitum mulierum mores venis?

Exquæſtor, oris, m. qui Quæſtura functus eſt, ut Exconſul, qui conſulatum geſſit. *leg. x. Cod. de vet. jur. enucl.* Triboniano Exquæſtori ſacri palatii. ¶ *Exquæſtore* pro exquæſtor. *Juſtin. ep. 2. præfixa Pandectis.* Per Tribonianum Exquæſtore, & Exconſule perfecta ſunt.

Exquiliæ, ſeu Eſquiliæ, f. 1. num. pl. Exquilinus Mons, *Monte di S. Maria Maggiore*, unus ex 7. urbis Romæ collibus, ab *excubiis* Tulli Hoſtilii Regis, qui hunc collem urbi adjecit, & in eum, ut frequentius habitaretur, domicilium ſuum tranſtulit. Aliqui ab *excolendo* deducunt, quod ea pars urbis, cum antea neglecta jacuiſſet, a Tullo Rege fuerit exculta. *Juv. ſat. 3. v. 71.*

Exquilinus, a, um, adject. ad Exquilias pertinens. *Horat. Epod. 5. v. 90.* Poſt inſepulta membra different lupi, Et Exquilinæ alites. h. e. vultures, qui circa ea loca volitare ſolent. ¶ Exquilina Tribus urbana apud Romanos, locum, & nomen ab Exquiliis habuit, & dignitatis ordine tertia fuit. *Plin. l. 18. c. 3.* ¶ Exquilina Porta, *Porta di S. Lorenzo*, *Porta Maggiore*, una ex portis urbis Romæ, quæ & Prænestina dicta eſt, quod ab urbe Roma Præneſte uſque duceret. Sed aliqui dicunt, hanc portam nunc clauſam eſſe, fuiſſe autem inter Portam S. Laurentii, & Portam Majorem, in Exquiliis.

Exquilius, a, um, idem quod Exquilinus. *Ovid. 2. Faſt. v. 435.* Monte ſub Exquilio.

Exquiro, is, ſivi, itum, a. 3. *cercare diligentemente*, בקש, Germ. *fleiſſig nachſuchen*, Gall. *s'enquerir*, Hiſp. *buſcar con cuydado*, ἀναζητέω, diligenter inquiro. *Cic. 4. Acad.* Neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus. *Id. pro Leg. Man. c. 17.* Exquirere veritatem. *Id. Ver. 6.* Non debes facta hujus hominis ad antiquæ religionis rationem exquirere.

Exquiſite, adv. ἀκριβῶς, *diligentemente*, cum ſelectione, accurate, diligenter. *Cic. in Brut.* De quo eo crimine accurate, atque exquiſite diſputaviſſet. *Id. in Tuſc.* Rationes a Philoſophis exquiſitius colliguntur. *Gel. l. 14. c. 3.* Omnia exquiſitiſſime ſcribere.

Exquiſitim, adv. idem ac exquiſite. *Var. apud Non. c. 2. n. 35.* Stramentitio ære æger medicos exquiſitim convocabas.

Exquiſitio, onis, f. inquiſitio. *Cod. l. 5. tit. 9. leg. 9. & l. 7. tit. 17. leg. 1.*

Exquiſitus, a, um, adject. diligenter quæſitus, electus, *ſcelto*, *ſquiſito*, ἐξεζητημένος, ἐξηταςμένος. *Cic. 3. Offic. c. 27.* exquiſita ſupplicia. *Plin. l. 9. c. 35.* Epulæ exquiſitæ. *Cic. in Brut. c. 93.* Exquiſitius, & minime vulgare orationis genus. Et *Philip. 4. c. 3.* Exquiſitiſſimis verbis aliquem laudare. ¶ *Plaut. Capt. 3. 4. 103.* Satin' iſtuc mihi exquiſitum eſt, fuiſſe hunc ſervum? h. e. certum. *Id. Amph. 2. 2. 159.* Opus ut eſt iſtuc exquiſito. h. e. opus eſt ut exquiram.

Exradico, as, a. 1. una cum radice evello. *Var. l. 1. de re ruſt. c. 27.* Ut ſint exradicata. ¶ Frequentius uſurpamus *Eradico*.

Exrogo, as, a. 1. eſt ex lege vetere per novam aliquid eximere. *Feſt.*

Exrumino. V. Egrumo.

Exſacrifico, as, avi, atum, a. 1. idem quod ſacrifico. *Enn. apud Cic. l. 1. de Divin. c. 21.* Exſacrificabat hoſtiis balantibus.

Exſævio, is, vii, itum, n. 4. ſævire deſino, *ceſſar d'infuriare*. *Liv. l. 30. c. 39.* Stetit ibi, dum reliquum tempeſtatis exſæviret.

Exſanguinatus, a, um, adject. exſanguis, imbecillus, *debole*. *Vitruv. l. 8. proœm.* Animalia ſi fuerint ſine humoris poteſtate exſanguinata, atque exucta.

Exſanguis. V. Exanguis.

Exſanio, vel Exanio, as, avi, atum, a. 1. *votare*, *mandar fuori*, ἰχωρόω, ſaniem, vel aliquid ſimile emittere. *Colum. l. 12. c. 47.* Preſſam baccam velut exſaniari. Adde *Celſ. lib. 5. c. 27.*

Exſarcio, vel Exarcio, vel Exſercio, is, arſi, artum, a. 3. a *farcio*, & fere ejuſdem cum eo ſignificationis, *riſarcire*, *compenſare*. *Feſtus.* Exarcirent, ſarcirent. *Ter. Heaut. 1. 1. 91.* Servos, niſi eos qui opere ſuo in dando facile ſumptum exarcirent (vel, ut leg. Muretus, exſercirent) omnes vendidi. Al. leg. *facile victum exercent*. V. Exarcio. *Q. Cic. de Petit. Conſ. c. 12.* Cum id petitur, quod honeſte promittere non poſſumus, belle negandum eſt, ut oſtendas neceſſitudinem, demonſtres, quam moleſte feras, aliis te id rebus exſarturum perſuadeas. Ita leg. Lambinus & Muretus: Alii aliter.

Exſatiatus, a, um, adject. *ſaziato*, *ſazio*. *Ovid. 8. Metam. v. 542.* Cæde exſatiata Diana.

Exſatio, vel Exatio, as, avi, atum, a. 1. (Manutius probat Exſatio) *ſaziare*, idem ac ſatio, ἀποπίμπλημι. *Liv. l. 38. c. 54.* Ne morte quidem alicujus exſatiari poſſe. *Sil. l. 7. v. 535.* Multo cruore exſatiare enſes.

Exſaturo, as, avi, atum, a. 1. exſatio, ſaturo, κορέω, *ſaziare*. *Cic. Ver. 5. c. 27.* Animum exſaturare alicujus ſupplicio.

Exſcalpo, is, pſi, ptum, a. 3. ſcalpo, excavo, ἐγγλύφω, *incavare*, *ſcavare*. *Cato de R. R. c. 18.* Foramina exſcalpta digitos ſex.

Exſcendo, is, di, enſum, n. 3. *diſcendere*, ἀναβαίνω. *Liv. lib. 29.* Legati Aſiam petentes cum exſcendiſſent.

Exſcenſio, onis, f. deſcenſio, *diſceſa*, κατάβασις, & præcipue dicitur de deſcenſione ex navi, *sbarco*. *Liv. l. 27. c. 29.* Ad Cleopeam urbem Ætolorum exſcenſionem fecit. Adde *eund. l. 28. c. 8.*

Exſcenſus, us, m. idem quod exſcenſio. *Liv. l. 22. c. 20.* Exſcenſu a navibus in terram facto. Al. leg. *exſcenſione facta*.

Exſcindo, vel Excindo, is, idi, iſſum, a. 3. *rovinare*, *tagliare*, Germ. *zerſtören*, Gal. *deſtruir*, *ruiner*, Hiſp. *deſtruir*, ἀναιρέω, excido, diruo, deſtruo. *Virg. 1. Æn. v. 177.* Exſcindere urbem. *Cic. l. 3. de Orat. c. 1.* Hæc tibi exſcindenda lingua &c. *Virg. 9. Æn. v. 137.* Gentem aliquam ferro exſcindere. *Tacit. Agric. c. 19.* Cauſas bellorum exſcindere.

Exſcreabilis, le, adject. quod exſcreari poteſt, *ſputabile*, ἀναπτυστός. *Plin. lib. 39. c. 14.* Pulmonum vitia exſcreabilia facit.

Exſcreatio, onis, f. actus exſcreandi cum vi quadam, *lo ſputare con veemenza*, ἀπόχρεμψις, ut Exſcreatio ſanguinis, Exſcreatio cruenta, *Plin. lib. 20. c. 22.*

Exſcreatus, us, m. idem quod exſcreatio. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 11.* Cum quodam exſcreatu deſpuitur.

Exſcreo, as, avi, atum, a. 1. cum impetu exſpuo, *ſputare con forza*, ἀναχρέμπτομαι, ἐγχρέμπτομαι. *Plaut. in ſuppoſitis ad Amphitr.* Ut cum dentibus linguam exſcreas. *Ovid. epiſt. 2.* Exſcream, & ficta dat moda ſigna note.

Exſcribo, vel Excribo, is, pſi, ptum, a. 3. deſcribo, ex aliquo exemplari ſcribo, *copiare*, ἀντιγράφω. *Cic. Ver. 4. c. 77.* Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. *Plin. l. 5. ep. 16.* Filia tamen patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. ¶ Dicitur etiam *exſcribere*, qui pictam tabulam penniculo deſcribit, *copiar un quadro*. *Plin. l. 4. ep. 28.*

Exſcriptor, oris, m. qui exſcribit, *copiatore*. Hinc *Lucilius apud Cicer. Fin. l. 1. c. 2.* de Attilio ita loquitur. Ferreum ſcriptorem verum opinor, exſcriptorem tamen, ut legendus ſit.

Exſcriptus, a, um, adject. *deſcritto*, *copiato*. *Var. l. 1. R. R. c. 16.* Complura exſcripta e Magonis libris. ¶ Item ſimpliciter ſcriptus. *Plaut. Rud. prol. v. 13.* Factum referimus nomina exſcripta ad Jovem. Et *v. 21.* Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.

Exſculpo, is, pſi, ulptum, a. 3. *ſculpire*, Germ. *auſgraben*, Gal. *graver*, Hiſp. *eſculpir*, ἐκγλύφω, perfecte ſculpo. *Cic. l. 13. ad Att. ep. 28.* Exſculpere aliquid e quercu. *Quint. l. 2. c. 19.* Exſculpere ſignum ex lapide. ¶ Significat etiam extrahere, extorquere, *cavar fuori*. *Ter. Eun. 4. 4. 45.* Poſſum ne hodie ex ore exſculpere verum? *Lucil. apud Feſt.* Leoni ex ore exſculpere prædam. ¶ Apud *Nepotem* ſumitur pro delere quod inſculptum eſt, abradere. Ita enim in *Pauſan. c. 1.* Cum tripodem aureum Delphis poſuiſſet, in quo erat hæc ſententia ...... hos verſus Lacedæmonii exſculpſerunt. ¶ Exſculpere alicui oculum, apud *Ter. Phorm. 5. 7. in fine*, eſt ejicere. Alii tamen leg. *excludere*.

Exſeco, & Execo, as, ui, ctum, a. 1. *tagliar via*, ἀποτέμνω. Germ. *auſſchneiden*, Gall. *couper*, Hiſp. *cortar*, excido, extra ſeco. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Non minus eſſet probanda medicina, quæ ſanaret vitioſas partes reip. quam quæ exſecaret. *Id. Agrar. 2. c. 33.* Exſecare nervos Reip.

Reip. ¶ Legitur etiam Exſico, as, pro Exſeco. *Plaut. Rud.* 1. 2. 34. Quin tu in paludem is, exſicaſque arundines, qui pertegamus villam, dum ſudum eſt?

Exſecrabilis, le, adject. exſecratione dignus, deteſtabilis, *eſecrando, deteſtabile*, ἀπευκταῖος. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 13. Exſecrabile, ut dirum ſolum. *Plin. l.* 9. *c.* 48. Sed nihil exſecrabilius &c. ¶ Item qui cum exſecratione conjunctus eſt, ut odium exſecrabile. *Liv. l.* 9. *c.* 26. Exſecrabile carmen. *Id. l.* 31. *c.* 17.

Exſecrabilitas, otis, f. abominatio. *Apul. l.* 2. *Dog. Plat.* Vitia pariunt exſecrabilitatem.

Exſecramentum, i, n. idem ut exſecratio. *Tertul. Apol. c.* 22. & alibi.

Exſecrandus, a, um, adjectiv. *deteſtabile, eſecrando*, ἐνάγιστος. *Cic.* 2. *Phil. c.* 16. Exſecrandus populo, & deteſtabilis. ¶ Superlat. exſecrandiſſimus, *Salviani* eſt *l.* 7. *de Gubernat.*

Exſecratio, onis, f. *maledizzione, eſecrazione*, Germ. *fluch*, Gal. *execration*, Hiſp. *maldicion*, ἀρά, κατάρα, deteſtatio, certa imprecatio. *Cic. Att. l.* *c.* Habet etiam Campana lex exſecrationem in concione candidatorum, ſi &c. ¶ Speciatim ſumitur pro ſacramenti genere, quo quis diras capiti ſuo imprecatur, ſi pejeraverit. *Salluſt. Catil.* Inde, cum poſt exſecrationem omnes deguſtaviſſent, aperuiſſe conſilium ſuum. *Cic.* 3. *Off. c.* 13. Exſecrationibus publicis ſancitum eſt.

Exſecrator, oris, m. qui exſecratur, & deteſtatur. *Tertul. de Pudic. c.* 13. Exſecratus impuritatis.

Exſecratus, a, um, particip. præteriti temp. ab exſecror. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 2. *n.* 20. Seipſum & ſuos exſecratus. h. e. devovens. ¶ Paſſive etiam uſurpatur, & adject. eſt, *eſecrando, deteſtabile*, ἀπευκταῖος. *Cic. Phil.* 1. *c.* 2. Everſio exſecratæ columnæ. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Exſecratiſſima auguria.

Exſecror, aris, atus ſum, dep. 1. deteſtor, abominor, exitium imprecor, *eſecrare, deteſtare*, Germ. *verfluchen*, Gal. *execrer*, Hiſp. *aborrecer*, ἐπαρᾶσθαι. *Cic. l.* 3. *Offic.* Socratem exſecrari ſolitum eos, qui &c. *Liv. lib.* 39. *c.* 51. Exſecratus deinde in caput regnumque Pruſiæ, & hoſpitales Deos violatæ ab eo fidei teſtes invocans, poculum exhauſit. ¶ Reperitur etiam *Exſecro, as*, activa forma. *Afran.* apud *Non. c.* 7. *n.* 45. Ex perjurabant, exſecrabant ſe, ac ſuos.

Exſectio, onis, f. ἐκτομή, actus exſecandi, *il tagliar via*, ut exſectio linguæ. *Cic. pro Cluent. c.* 67. & *c.* 64. Cum exſectio illa fundi in armario animadverteretur. ¶ Sumitur & pro caſtratione. *Arnob. l.* 5.

Exſector, oris, m. qui exſecat, ſeu caſtrat. *Apul. l.* 8. *Met.* Deteſtabilis exſector virilitatis.

Exſectus, a, um, adject. amputatus, excisus, *tagliato via*, ἀποτμηθείς. *Cic. pro Cluent. c.* 66. Stratonem in crucem actum exſecta ſcitote lingua. *Horat. l.* 1. *Sat.* 5. Cornu exſectum. ¶ Exſecti etiam dicuntur, quibus virilia abraſa ſunt, ſpadones. Hinc *Lucan. l.* 10. *v.* 134. Juventus exſecta. ¶ Item qui exſecto utero emortuæ matris ſunt extracti. *Paul. JCtus l. minor. Dig. de verb. & rer. ſignif.*

Exſenſus, a, um, adject. qui eſt ſine ſenſo, *inſenſato*. Sic *exſenſam mentem* dixit *Nævius* apud *Gel. l.* 19. *c.* 7. *Non. c.* 4. *n.* 345.

Exſequor cum derivatis V. Exequor.

Exſero. V. Exero.

Exſibilo, as, avi, atum, a. 1. *cacciare collo ſiſchiare*, ſibilis explodo, derideo, ἐκσυρίττω, Germ. *auſſpfeiffen*, Gal. *chaſſer en ſifflant*, Hiſp. *ſilvar*. *Cic. Paradox.* 3. *in fi.* Hiſtrio, ſi paululum ſe movit extra numerum, exſibilatur.

Exſiccatus, a, um, adject. *ſecco, inaridito*, ξηρανθείς. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 14. Arbores hyemali tempore exſiccatæ. *Id. in Brut. c.* 84. Exſiccatum orationis genus.

Exſiccesco, is, n. 3. *ſeccarſi*, aridus fio. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Uti per eam exſiccescat ſtillando ſuccus.

Exſicco, vel Exiceo, as, avi, atum, a. 1. *ſeccare*, omnino ſicco, ξηραίνω. *Plin. l.* 28. *c.* 26. Sulcos inſecuti æſtus exſiccant. ¶ Jocoſa translatione ponitur pro exhaurire. *Horat. l.* 1. *od.* 31. Dives aureis mercator exſiccet culullis vina. *Q. Cic. Fam.* 16. *ep.* 26. Lagenæ exſiccatæ.

Exſico. V. Exſeco.

Exſigno, as, avi, atum, a. 1. σφίζω, idem quod ſigno, vel obſigno, *ſegnare, notare*. *Liv. l.* 1. *c.* 32. Et ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit.

Exſilio, vel Exilio, is, ivi, & lii, & lui, ſultum, n. 4. *ſaltar fuori*, Ger. *herauſſpringen*, Gal. *ſortir, ſauter hors*, Hiſp. *ſaltar fuera*, ἐξάλλομαι, ſaltando egredior, vel erumpo. *Plaut. Amph.* 5. 1. 63. Poſtquam Conſpexit angues, citus e cunis exſilit. *Cic. Ver.* 4. Properans e ſella exſilui. ¶ Accipitur etiam pro vehementer gaudere, *eſultare*. *Id. Fam.* 19. *ep.* 26. Tuis literis perlectis, exſilui gaudio. ¶ Exſilire ad aliquem, eſt properare. *Terent. Heaut.* 3. 1. 41.

Exſinceratus, a, um, adject. corruptus, labefactatus. *Plaut. Moſt.* 4. 1. 11. Libet cavere malam rem prius, quam ut meum tergum exſinceratum fiat. h. e. verberibus laceratum, fœdatum.

Exſinuo, as, avi, atum, a. 1. ſinum collectum explico, expando, vel e ſinu emitto. *Auſon. Idyll.* 14. *v.* 29. Collectos illa exſinuabat amictus. *Pruden. Hippol. v.* 222. Qui laterum ſeriem jugiter exſinuone.

Exſiſto. V. Exiſto.

Exſolvo, & Exolvo, is, vi, utum, a. 3. *ſciorre, slegare*, Germ. *auſſlöſen*, Gal. *deſlier*, Hiſp. *deſatar, pagar*, λύω, quod ligatum erat, ſolvo, expedio, cum accuſat. & cum accuſat. ſimul & ablat. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 1. Si me occupationibus relaxavero: nam ut plane exſolvam, non poſtulo. *Plaut. Truc.* 4. 3. 10. At, ſi rerum erunt falſæ, vinculis exſolvemini. ¶ Exſolvere aliquem religione, *torgli ogni ſcrupolo*. *Liv. l.* 9. *c.* 8. Exſolvamus religione populum Rom. ¶ Exſolvere nodum erroris, *levare ogni dubbio*, διαλύειν. *Id. l.* 40. *c.* 55. ¶ Significat etiam ſolvere debita, ſatisfacere, *pagare*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 20. Tantum decumanis, quantum iſte imperavit, exſolvit. *Plin. l.* 3. *ep.* 11. Æs alienum exſolvere. Et tranſlate *Liv. l.* 26. *c.* 40. Exſolvere pœnas pro merito. ¶ Exſolvere fidem eſt fidem liberare, præſtare promiſſa. *Liv. l.* 24. *c.* 16. & *l.* 26. *c.* 31. ¶ Exſolvere grates, apud *Tacit. Ann.* 14. *c.* 13. & *Valer. Flac. l.* 7. *v.* 284. *ringraziare*.

Exſolutio, onis, f. *pagamento*. *Scævola l.* 31. *Dig. de pignor.* Exſolutio vectigalis. Adde *Tertul. de Anim. c.* 35.

Exſolutus, a, um, adject. ſolutus, *ſciolto*. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 6. *v.* 4. Compede exſoluta. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 28. Exſolutis legis nexus. h. e. explanata obſcuritas. *Id. Ann.* 13. *c.* 13. Exſoluta alvus. h. e. diffluens.

Exſomnis, e, adject. inſomnis, vigilans, *vigilante*, ἄυπνος. *Vellej. l.* 2. *c.* 88. Vir ſane exſomnis, ubi res vigiliam exigeret. Et *c.* 127. animo exſomnis.

Exſono, as, ui, itum, n. 1. *riſuonare*, perſono. *Petron. Satyr.* Omnis minimo eſu exſonuerant.

Exſorbeo, es, ui, & pſi, orptum, a. 2. *ſorbire*, Ger. *auſſſupffen*, Gal. *avaller*, Hiſp. *ſorber*, ἐκροφέω, ſorbendo exhaurio, ut exſorbere ovum, *Plin. l.* 28. *c.* 2. *Phil.* 2. 1. 29. Exſorbere ſanguinem civium. ¶ Apud eund. *pro Mur. c.* 9. Exſorbere difficultatem, eſt, ſuperare, & nullo negotio ſolvere. ¶ Exſorbere animam alicujus, pro enecare, interficere. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 28. ubi alii leg. *exorbare*, hoc eſt privare, adimere.

Tom. I.

Exſordeſco, is, ui, n. 3. valde ſordeſco, in ſordibus jaceo. *Gel. l.* 9. *c.* 2. Nomen philoſophi exſordeſcit.

Exſors, ortis, omn. gen. *fuori di ſorte*, ἄκληρος, qui extra ſortem eſt, qui ſorti non committitur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 552. Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva; Ducunt exſortem Æneæ. h. e. electum de induſtria, non qui ſorte ei contigerit. *Id. l.* 5. *v.* 534. exſortem ducere honorem. *Valer. Flac. l.* 4. *v.* 340. exſortia terga Laconi Præcipiunt pecudum. ¶ Item non particeps, expers, *privo*. *Liv. l.* 23. *c.* 10. Exſors amicitiæ, & fœderis. *Id. l.* 22. *c.* 44. Omnis culpæ exſors. *Tacit.* 6. *Ann. c.* 10. Ne feminæ quidem exſortes periculi.

Exſortium, ii, n. privatio ſortis, ſeu hæreditatis. *Apul. de Deo Socrat.* Incerta vacatione, ceu quodam exſortio puniuntur.

Exſpargo. V. Exſpergo.

Exſpatior, aris, atus ſum, dep. 1. excurro, evagor, *allargarſi, ſcorrere quà, e là*, Germ. *auſſſpacieren*, Gal. *ſe promener*, Hiſp. *paſſearſe*, πλανάομαι. *Ovid.* 2. *Met.* Exſpatiantur equi, nulloque inhibente per auras &c. ¶ Tranſlate *Quintil. l.* 2. *c.* 12. Poetica themata juvenibus pertractare permittimus, ut exſpatientur, & gaudeant materia.

Exſpectamen, inis, n. *Claudian. Mamert. l.* 2. *c.* 12.

Exſpectatio, onis, f. *aſpettazione, deſiderio, ſperanza*, Germ. *wartung*, Gal. *attente deſir*, Hiſp. *expectacion*, προσδοκία, ἐλπίς. *Cic.* in *Brut. c.* 96. Præteritorum recordatio acerba eſt, & acerbior exſpectatio reliquorum. *Nepos Alcib.* Tanta fuit exſpectatio viſendi Alcibiadis. *Cic. Ver.* 7. *c.* 5. Exſpectationem omnium vincere, hoc eſt opinionem, ſpem. Sic exſpectationem ſui facere, exſpectationem concitare de re aliqua. Exſpectationem afferre alicui de aliquo; Exſpectationem decipere &c. ſæpe apud optim. Scrip. ¶ *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 15. Varronis ſermo facit exſpectationem Cæſaris. h. e. facit ut a Cæſare opem ſperemus. V. *Manut.* ¶ Præter exſpectationem, *fuor dell' opinione*. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 70.

Exſpectator, oris, m. qui exſpectat. *Paulin. Nolan. epiſt.* 31. (*al.* 11.) *n.* 5. Exſpectatores ſuos redivivos inceſſit. *Senec. in Med. v.* 28. ſpectat hoc noſtri ſator Sol generis? exſpectator, & curru inſidens per ſolita puri ſpatia decurrit poli? ita legitur in *Cod.* MS. apud nos. Alii aliter.

Exſpectatrix, icis, f. quæ exſpectat. *Tertul. adv. Marc. l.* 4. *c.* 16. Proinde patientiam docet vindictæ exſpectatricem.

Exſpectatum, i, n. *coſa aſpettata, ſperanza*. *Vellej. l.* 2. *c.* 75. Quis non diverſa præſentibus, contrariaque exſpectatis aut ſperet, aut timeat? *Id. l.* 2. *c.* 123. Exſpectato maturius. ¶ *Ante exſpectatum*, h. e. citius exſpectatione, ex inopinato: quod *Serv.* notat ad *Virg.* 3. *Georg. v.* 348.

Exſpectatus, a, um, adject. *aſpettato, bramato*, προσδοκηθείς, ποθεινός. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 1. Charus omnibus, exſpectatuſque venies. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 18. Exſpectatior illo nemo venit. *Cic. loc. cit. ep.* 9. Mihi a te exſpectatiſſimas literas reddidit. ¶ *Ter. Adelph.* 1. 2. 29. Ubi te exſpectatum ejeciſſet foras. h. e. cujus mors exſpectatur, ut Donat. interpretatur. loquitur enim de ſene.

Exſpecto, vel Expecto, as, avi, atum, *aſpettare*, Germ. *warten*, Gal. *attendre*, Hiſp. *eſperar*, περιμένω, προσδοκάω, præſtolor, opperior, a ſpecto, quia dum aliquem exſpectamus, ſæpe aſpicimus. *Terent. Andr.* 1. 1. 7. Exſpecto, quid velis. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Exſpectare in aliud tempus. ¶ Sæpe ſignificat cupere, optare. *Cic. Parad.* 6. *c.* 1. Exſpectare teſtamentum. ¶ Item metuere. *Ter. Phorm.* 1. 4. 16. Neſcio quod magnum hoc nuntio exſpecto malum. ¶ Adhibetur etiam pro ſimplici *ſpecto*. *Stat. l.* 5. *Silv.* 2. qualis per jugera Circi, Cum pulcher viſu, titulis generoſus avitis Exſpectatur equus. ¶ Scribendum eſſe *exſpecto*, inſerto *ſ*, probat *Manut. in orthog. ex lib. vet.*

Exſpergo, is, erſi, erſum, a. 3. valde aſpergo, madefacio, e ſpargo, *bagnare*, ἐκραίνω. V. vocem ſequentem. ¶ Ponitur & pro ſpergere, diſſipare. *Lucret. l.* 3. *v.* 808. Exſpergi quo poſſit vis animai.

Exſperſus, a, um, adject. *ben bagnato*, ab Exſpergo, is. *Virg.* 3. *Æn. v.* 625. Sanieque exſperſa natarent limina. V. ibi *Serv.* qui vulgatam lectionem *aſperſa* rejicit.

Exſpes, adject. ſpe deſtitutus, *privo di ſperanza*, ἀνέλπιστος, cum genit. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 24. Mox ubi exſpes vitæ fuit. *Horat. ad Piſon. v.* 20. Si fractis enatat exſpes Navibus. ¶ In obliquis caſibus non facile occurrent exempla.

Exſpiratio, onis, *lo ſpirare*, Germ. *auſsblaſung*, Gal. *expiration*, Hiſp. *reſpiracion*, ἐκπνοή, actus expirandi. *Cic. l.* 2. *nat. Deor. c.* 32. Terræ exſpirationibus aer alitur.

Exſpiro, as, avi, atum, a. 1. *mandar fuori il fiato, reſpirare*, Ger. *auſsblaſen*, Gal. *expirer*, Hiſp. *eſpirar*, ἐκπνέω, ſpiritum emitto. *Virg.* 3. *Æn. v.* 580. Ætna exſpirat flammam caminis. *Id.* 11. *Æn. v.* 883. Confixi exſpirant animas. h. e. moriuntur. Quo ſenſu etiam abſolute uſurpatur. *Liv. l.* 2. *c.* 20. Inter primam curationem exſpiravit. Tranſlate *Plin. Paneg. c.* 57. Exſpiravit libertas. ¶ Exſpirare odorem, eſt, emittere, exhalare. *Lucret. l.* 4. *v.* 112. De corpore odorem Exſpirant acrem. Adde *Catul. carm. de nupt. Pel. & Thetid.*

Exſpiſſo, as, avi, atum, a. 1. ſpiſſum facio, *ſpeſſire*, πυκνόω. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Necat ſanguinem exſpiſſando. Al. tamen leg. ſpiſſando.

Exſplendeſco, is, ndui, n. 3. valde ſplendeſco. Tranſlate *Nepos in Att. c.* 1. Clarius exſplendeſcebat, quam generoſi condiſcipuli æquo animo ferre poſſent. *Sueton. in Tito c.* 3. In puero ſtatim animi dotes exſplenduerunt.

Exſpolio, as, avi, atum, a. 1. idem ac ſpolio, ſeu omnino ſpolio, *ſpogliare*, σκυλεύω. *Cic. l.* 10. *Attic. ep.* 1. Exſpoliare aliquem provincia & exercitu. *Salluſt. Catil. c.* 51. Exſpoliare fana, atque domos. ¶ Olim etiam *expolior* deponentis formæ uſurpatum fuit. *Claud. Quadrigar.* *Non. c.* 7. *n.* 100. Ita per ſexennium agrum Campanum expoliabantur.

Exſpuitio, onis, f. *lo ſputar fuori*, ut exſpuitio ſanguinis. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Exſpumo, as, avi, atum, n. 1. *fare ſchiuma*, ἐξαφρίζομαι, ſpumando emano. *Celſ. l.* 6. *c.* 7. Donec inde humor aliquis exſpumet.

Exſpuo, is, ui, utum, a. 3. *ſputar fuori*, Germ. *auſſpeyen*, Gal. *cracher*, Hiſp. *eſcupir*, ἐκπτύω, ſalivam, vel aliud quidpiam ore emitto. *Plin. l.* 7. *c.* 23. Exſpuit in os tyranni. ¶ *Scribon. Larg. compoſ.* 193. Exſpuere ſanguinem ab ore. ¶ Tranſlate eſt ejicere, deponere. *Ter. Eun.* 3. 1. 16. Illam ubi exſpueret miſeriam ex animo. *Catul. in Argon.* Exſpuit illum mare. ¶ Comice & licenter *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 74. *Exſpuere lacrymas*, dixit.

Exſtans, vel Extans, antis, adject. o. eminens, porrectus, *eminente, che ſta fuori degli altri*. *Virg. Æn.* 6. *v.* 668. Humeris exſtantem ſuſpicit altis. *Stat. Theb.* 9. *v.* 435. Jamque ſuper ripas utroque exſtantior ibat Aggere.

Exſtantia, vel Extantia, f. eminentia, altitudo, *altezza, eminenza*, ἐξοχή. *Colum. l.* 3. *c.* 3. Capita ſine ulla exſtantia neque aratro, neque bubus obnoxia. *Cœl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 5. Ventris exſtantia.

Exſternatus, a, um, adject. conſternatus, *coſternato, impaurito*. *Ovid. l.* 2. *Metam. v.* 76. Exſternato fugam fruſtra tentabat.

Exſterno, as, avi, atum, a. 1. præ conſternatione dementem facio, *coſternare*, a ſterno. *Catul. carm.* 53. *ſeu Argon. v.* 71. Ah miſeram aſſiduis quam luctibus exſternavit! ¶ Pro externum facere, ſeu exhæreda-

E e re.

re. *Apul. Apol.* Filiam Rufini mali compertam non modo hæredem non reliquit ..... ut intelligeretur potius exhæredare, quam oblitum præteriſſe. Al. leg. Extraneaſſe. ¶ In hac ſignificatione eſt ab extra, & ſcribendum eſt ſine *ſ*.

Exſtillo, as, avi, atum, n. 1. *ſtillare*, ἐκσταλάζω, guttatim defluo. *Columell. l.* 12. *c.* 48. Atque omnem amurcam exſtillare. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 29. Sinapi, oculi ut exſtillent, facit. *Ter. Phorm.* 5. 7. 82. Exſtillaſſe lacrymis.

Exſtimulātor, oris, m. qui exſtimulat, & excitat, ut acerrimus exſtimulator. *Tacit. l.* 3. *Ann. c.* 40.

Exſtimŭlo, as, avi, atum, a. 1. valde ſtimulo, *ſtimolare*, κεντέω. *Col. l.* 6. *c.* 27. Armentum exſtimulatur furiis. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 588. Dictis aliquem exſtimulare. *Id. Met.* 5 *v.* 164. Tigris exſtimulata fame.

Exſtinguo. V. Extinguo.

Exſtirpatĭo, onis, f. *eſtirpazione*, *ſterpamento*, actus exſtirpandi, eradicatio, ἀνεῤῥίζωσις. *Col. l.* 2. *c.* 2. Filicis exſtirpatio vel aratro fieri poteſt.

Exſtirpo, as, avi, atum, a. 1. una cum ſtirpe, ſeu radice evello, *ſterpare*, ἀνεῤῥιζόω, Ger. *auſſreutten*, Gal. *arracher*, Hiſp. *arrancar*. *Martial. l.* 6. *epigr.* 56. Exſtirpa, mihi crede, pilos de corpore toto. ¶ Translate eſt, funditus evertere, omnino tollere. *Cic. de Fato c.* 5. Vitia ex naturalibus cauſis nata exſtirpari, & funditus tolli non poſſunt. *Id. de Amic. c.* 13. Niſi ex ejus animo exſtirpatam humanitatem arbitremur.

Exſto, vel Exto, as, titi, atum, n. 1. *ſtare*, *ſopraſtare*, *eſſer eminente*, Germ. *uberig ſeyn*, Gall. *etre*, *apparoitre*, Hiſp. *eſtar*, *ſobrepujar*, ἐξέχω, emineo, extra ſto. *Virg.* 3. *Georg. v.* 370. Summis vix cornibus exſtant. *Caeſ. l.* 5. *B. G.* 1. 18. Exſtare capite ſolo ex aqua. *Ovid.* 6. *Met. v.* 236. Exſtabat nudum de gutture ferrum. ¶ Sæpe uſurpatur pro exiſtere, eſſe, *eſſere*. *Cic. pro Arch.* Per ſe ipſos & moderatos, & graves exſtitiſſe fateor. *Id. ad Brut.* Conſules, quales tibi ſcripſi, exſtiterunt. ¶ Item pro ſupereſſe, permanere, apparere. Sic, Exſtant libri, orationes, ſcripta, monumenta, &c. *Cic. de clar. Orat. ad Brut.* 1. 9. & alibi, *Liv. l.* 1. *c.* 18. &c. Ruſus *Cic. Fam.* 1. *ep.* 8. Studium noſtrum exſtabit in conveniendis Magiſtratibus. ¶ Cum accuſat. interdum uſurpatur pro antecellere, *ſuperare*. *Stat. in Epital. Stellæ, v.* 116. Quantum egomet Nereidas exſto. ¶ *Exſtaturus*, a ſupino *exſtatum*, *Plin. l.* 17. *c.* 21. Exſtatura etiamnum duabus gemmis.

Exſtringo, is, nxi, ctum, a. 3. idem quod ſtringo, vel valde ſtringo. *Cic.* 4. *Acad.* Cum paulum digitos exſtrinxerat. Rectius tamen legitur *conſtrinxerat*.

Exſtructĭo, onis, f. *fabbrica*, συσκευή, actus exſtruendi. *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 60. Exſtructio tectorum. *Id. Phil.* 14. Eaque exſtructione, quæ ſit ad memoriam æternitatis. ¶ Apud *Tertul.* accipitur pro exornatione, *l.* 2. *ad Uxor. c.* 3.

Exſtructōrius, a, um, adject. qui exſtruit. *Tertul. de Carn. Chriſti, c.* 17. Dei verbum exſtructorium vitæ.

Exſtructus, a, um, adject. *fabbricato*, *fornito*, *preparato*, συντεταγμένος, *Nepos* 2. 6. Cum ſatis altitudo muri exſtructa videretur. *Ovid. Met.* 11. *v.* 119. Menſas exſtructas dapibus. *Apul. de Deo Socrat. ſub fin.* Exſtructiſſimæ, & ornatiſſimæ ædificiorum ſpecies.

Exſtrŭo, vel Extruo, is, xi, uctum, a. 3. *fabbricare*, Germ. *auffbawen*, Gall. *batir*, Hiſp. *edificar*, ἀνοικοδομέω, conſtruo, ædifico, e ſtruo. *Cic. pro Mil. c.* 27. Exſtruere ædificium in alieno. *Id.* 5. *Fin.* Altitudinem excellentiamque virtutum animo exſtruere. ¶ Item in congeriem ſtruere. *Caeſ. l.* 3. *B. G.* Omnem eam materiam pro vallo ad utrumque latus exſtruebat. *Colum. l.* 6. *c.* 3. Exſtruere ſtramenta in acervum. ¶ Ponitur & pro apparare, inſtruere, *apparecchiare*, *ornare*. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 21. Menſas exſtruere epulis. ¶ *Auct. ad Heren. l.* 4. Exſtruere verba in numerum.

Exſucco, as, avi, atum, a. 1. ſuccum extraho, exſicco. *Coel. Aurel. Tard.* 2. *c.* 13. Exſuccare mala. *Macer l.* 4. *v.* 4. Temporibus veris exſuccari ſolet.

Exſuccus, a, um, adject. ſine ſucco, *che è ſenza ſugo*, *ſecco*. ἄχυμος. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Aridi, exſucci, exſangues. *Senec. epiſt.* 30. Infirmi ſemper, & exſucci corporis ſcis illum fuiſſe.

Exſuctus, a, um, adject. ex particip. ab exſugo, *ſucchiato*, *aſciutto*, *ſmunto*. *Gell. l.* 20. *c.* 7. Luna nunc videlicet ſeneſcit, ea re oſtrea quoque tenuia, exſuctaque ſunt. *Colum. l.* 1. *præfat.* Exſucto ſudore ſitim quærimus.

Exſudātus, a, um, adject. ut exſudati labores. h. e. ſudore exantlati. *Ammian. l.* 15. *c.* 5. Poſt exſudatos magnos pro Republ. labores. Adde *Sil. l.* 3. 531.

Exſūdo, vel Exudo, as, avi, atum, a. 1. *mandar fuori per ſudore*, *traſudare*, per ſudorem emitto, ἐξιδρόω. *Col. l.* 12. *c.* 48. Cum oliva, quidquid habuit amaræ, exſudavit. ¶ Exſudare labores, eſt labores ſudando perferre, apud *Liv. l.* 5. *c.* 3. Et exſudare cauſas, pro magno labore agere, apud *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. *v.* 28. ¶ Neutro etiam modo uſurpatur. *Virg.* 1. *Georg.* Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

Exſūgo, vel Exugo, is, xi, uctum, *ſucchiar fuori*, ἐκθηλάζω, ſugendo elicio. *Col. l.* 4. *c.* 24. Ab uno latere exſugitur. *Plaut. Pæn.* 3. *c. in fin.* Nam ego illi egredienti ſanguinem exſugam procul. ¶ Reperitur & fut. *exſugebo*, quaſi ab *Exſugeo*, *es*, 2. conjugat. *Plaut. Epid.* 2. 2. 5. Atque eorum exſugebo ſanguinem, Senatus qui columen cluent.

Exſultabundus, a, um, adject. *eſultante*, exſultans. *Solin. c.* 5. (*al.* 11.) Exſultabundos ad cantum elevatur. *Juſtin. l.* 18. *c.* 7. Auſuſne es mœſta et lugentia caſtra velut exſultabundus intrare?

Exſultans, antis, adject. o. qui exſilit, *ſaltellante*, ἐνάλλων. *Cic.* 1. *Off. c.* 26. Equi ferocitate exſultantes. *Lucret. l.* 2. *v.* 195. Sanguis alta exſultans e corpore. ¶ Translate ſignificat ſuperbientem, & ſucceſſu aliquo elatum, *baldanzoſo*. *Cic. de Senect.* Annibalem juveniliter exſultantem patientia ſua molliebat. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Verbum alioqui ſit exſultantiſſimum.

Exſultanter, adv. *baldanzoſamente*, *allegramente*, σκιρτητικῶς. *Plin. l.* 3. *ep.* 18. Quæ hilarius, & quaſi exſultantius ſcripſi. *Ammian. l.* 23. *c.* 10. exſultantius incedere.

Exſultantia, æ, f. actus exſultandi, exſultatio. *Gel. l.* 22. *c.* 5. Cum petulantia mirabi, doloriſque exſultantia colluctantem. *Prudent. ad Cother. v.* 364. ludibrium hoſtilis exſultantiæ.

Exſultatĭo, onis, f. geſtus exſultantis præ lætitia, *baldanza*, *allegrezza*, ἐπίχαρμα, σκίρτημα. *Plin. l.* 8. *c.* 54. Simiæ lunam novam exſultatione adorant. *Hist. de B. Afric. c.* 31. Conſtituerat gloriam exſultationemque eorum pati.

Exſultim, adv. ſaltando, exſultando. *Horat. l.* 3. *od.* 11. *v.* 10. Quæ velut latis equa trima campis, ludit exſultim, metuitque tangi.

Exſulto, vel Exulto, as, avi, atum, n. 1. *ſaltare*, *ſaltellare*, ἐνάλλομαι, exſilio, ſalto, ab *ex*, & *ſalto*. *Nepos Eumen.* 1. 5. Poſt verberibus cogebat exſultare (equos) & calces remittere. ¶ Hinc ad motum animi transfertur, & ſignificat efferri, geſtire, *eſultare*, *eſſer baldanzoſo*, & accipitur fere in malam partem, rarius in bonam. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 15. Improbitas exſultat in victoria. *Id. Catil.* 2. *c.* 2. In quo exſultat, & triumphat oratio mea. ¶ Dicitur etiam, exſultare gaudio, lætitia, &c. *Cic. Top. c.* 22. & *Philip.* 2. *c.* 27. Sic *Tacit. Agric. c.* 8. Exſultare geſtis in ſuam famam.

Exſuperabĭlis, le, adject. *ſuperabile*, ὑπερβλητός, quod ſuperari poteſt. *Claudian. l.* 2. *in Rufin. v.* 127. Vallum non exſuperabile. *Virg.* 3. *Georg.* Non exſuperabile ſaxum.

Exſupĕrans, antis, adject. o. *præſtans*, excellente, *che ſupera*, ὑπερέχων. *Gel. l.* 14. *c.* 3. De iis apud alios, uter eſſet exſuperantior, certabatur. *Apul. l.* 1. *dogm. Plat.* Providentia eſt ſummi, exſuperantiſſimique Deorum.

Exſuperantĭa, æ, f. exſuperatio. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 36. Omnem exſuperantiam virtutis oderunt. ¶ *Gel.* exſuperantiæ nomen hyperbolę tribuit, *l.* 14. *c.* 1.

Exſuperatĭo, onis, f. ὑπερβολή, ὑπεροχή, eminentia, præſtantia, ut exſuperatio ſignificationis. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 33.

Exſupĕro, vel exupero, as, avi, atum, a. 1. ὑπερβάλλω, *ſopravanzare*, *ſuperare*, idem ac ſupero. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 4. *v.* 56. Exſuperare aliquas vires. *Cic. poſt redit. in Sen.* Dum anima exſuperabo mea. h. e. dum ſuperſtes ero.

Exſuppūro, as, a. 1. pus amoveo. *Tertul. de Pal. ſub fin.* Non facile quis has purulentas civitates eliciet, & exſuppurabit.

Exſurdātus, a, um, adject. *aſſordato*, ut exſurdatus clamoribus, *Senec. epiſt.* 94.

Exſurdo, as, avi, atum, a. 1. *aſſordare*, Ger. *daub machen*, Gal. *aſſourdir*, Hiſp. *enſordar*, ἐκκωφόω, ſurdum reddo. *Val. Max. l.* 2. *c.* 2. *n.* 3. Gratis actionibus aures Curiæ exſurdantur. ¶ Translate *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 38. Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum. h. e. hebetant.

Exſurgo, vel Exurgo, is, urrexi, ectum, n. 3. idem quod ſurgo, *levarſi*, *alzarſi in piè*, ἐξανίσταμαι. *Virg.* 6. *Æn. v.* 606. Exſurgitque facem attollens. *Plaut. Rud.* 4. 2. 10. Ut de nocte multa impigreque exſurrexi. *Liv. l.* 6. *c.* 4. Et Roma cum frequentia creſcere, tum tota ſimul exſurgere ædificiis. *Cic. de leg. Agrar.* Exſurgere, atque erigere ſe.

Exſuſcitatĭo, onis, f. *lo ſvegliare*, *o far ſorgere*, actus exſuſcitandi. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 43. Si ſententiam trajiciemus aut ad ſermocinationem, aut ad exſuſcitationem.

Exſuſcĭto, vel Exuſcito, as, avi, atum, a. 1. idem quod ſuſcito, addita ex intenſivo, *ſvegliare*, *eccitare*, *far riſorgere*, ἀνεγείρω. *Liv. l.* 21. *c.* 3. Parvus ignis magnum incendium exſuſcitat. ¶ Translate eſt animos dare, excitare. *Brutus Cicer. ep.* 16. Magis tute exſuſcita, ut &c.

Exta, orum, n. 2. *l'interiora*, קרבים, Ger. *gebœner*, Gal. *entrailles*, Hiſp. *entrañas*, σπλάγχνα, viſcera, ut præſertim cor, pulmo, jecur, lien. *Feſtus*, Exta, inquit, dicta, quod ea Diis proſecantur, quæ maxime extant, eminentque. *Cic.* 2. *de Div.* Si nullam eſſe convenientiam naturæ cum extis conceſſero. ¶ Ab extis multa ſolebant divinare Veteres. Inſpiciebantur enim cæſæ hoſtiæ viſcera, quæ ſi felicia eſſent (feliciſſima autem habebantur, ſi duplicia apparerent; item ſi integra, ſana, &c. contra vero triſtia, ſi aliqua confecta tabe, aut ſi eorum aliquid deeſſet) coquebantur in foco, deinde ſecabantur partes, quæ Diis eſſent immolandæ, & quæ ad veſcendum ſacrificulis eſſent relinquendæ. Hinc exta inſpicere, conſulere, apud *Cic. Virg.* &c. ¶ Hæc divinandi ratio extiſpicium appellabatur. Vid. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.*

Extabeſco, ſcis, tabui, n. 3. *marcirſi*, *infiſtirſi*, דבש, Ger. *verſchwinen*, Gal. *devenir ſec*, & *ethique*, Hiſp. *dolerſe*, ἐκτήκομαι, tabe conficior, & veluti emarceſco. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 12. Corpus macie extabuit. ¶ Translate eſt evaneſcere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 2. Etenim videmus, cæteras opiniones fictas, atque vanas diuturnitate extabuiſſe.

Extantĭa. V. Exſtantia.

Extāris, re, adject. ad exta pertinens. *Plaut. Rud.* 1. 2. 47. Semper petunt aut cultrum, aut vero, aut aulam extarem. h. e. ollam extis coquendis.

Extemplo, adv. *ſubito*, *incontanente*, פתאם, Ger. *geſchwind*, Gall. *ſoudain*, Hiſp. *luego*, αὐτίκα, ſtatim, e templo. Nam dimiſſo Senatu præco dicebat ex temple, ut templo exirent, vel *ilicet*, quaſi ire licet: ut indicaret Senatores abire jam poſſe: quæ vero hæc vocibus pronuntiata cito dicebatur, inde utrumque uſurpari cœptum eſt pro cito, & celeriter. *Cic. pro Roſc. Com.* Quid reſpondeat, neſcit, quid fingat extemplo, non habet. *Liv. l.* 1. *c.* 6. Extemplo concilium advocare.

Extemporālis, le, adject. qui extemplo fit, repentinus, *improvviſo*, αὐτοσχέδιος, ut extemporalis oratio. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Extemporalis rhetor, *Martial. l.* 5. *epigr.* 54.

Extemporalĭtas, f. 3. αὐτοσχεδιασμός, promptitudo, facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. *Suet. in Tito, c.* 3. Latine, Græceque lingua vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus, faciliſque vel ad extemporalitatem uſque.

Extemporālĭter, adverb. *all'improvviſo*, extemplo. *Sidon. l.* 9. *ep.* 14. Extemporaliter ſcribere.

Extempŏre. V. Tempus.

Extempŭlo, adverb. pro Extemplo, legitur aliquoties apud *Plaut.* ut *Aulul.* 1. 2. 15. *Ciſt.* 1. 1. 98. & alibi.

Extendo, dis, di, ſum, vel tum, a. 3. *ſtendere*, *porgere*, פשט, Ger. *auſſtrecken*, Gal. *étendre*, Hiſp. *eſtender*, ἐκτείνω, extra, ſeu ultra tendo, porrigo, explico. *Col. lib.* 5. Quare cum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt. *Horat. de art. poet. v.* 208. extendere agros. h. e. amplificare. Sic extendere ævum, apud *Sil. l.* 3. *allungar la vita*. Extendere conſulatum, *Plin. Paneg.* Extendere pugnam in longum ſpatium. *Liv. l.* 27. Virtutem extendere factis, *Virg.* 6. *Æn.* ¶ Extendere epiſtolam, apud *Plin. l.* 7. *epiſt.* 9. quod Ital. *ſtender' una lettera*. Al. leg. Epiſtola ſe extendere, *eſſer lungo nella lettera*. ¶ Translate *Liv. l.* 7. Extendere omnes imperii vires Conſules delectu habendo juſſit.

Extenĕbro, as, a. 1. e tenebris eruo, inveſtigo, ſcrutor. *Var.* Atque omnia alto perquirit, atque extenebrat artes. Al. leg. *Exterebrat*.

Extenſe, late, ample. *Tertull. de Idolol. cap.* 2 Dominus extenſius iſta diſponit.

Extentĭpes, apud *Diomed. l.* 3. *pag.* 475. *Putſch.* nomen eſt pedis Moloſſi, qui tribus longis conſtat.

Extenſīvus, a, um, qui extenditur, vel extendi poteſt. *Paul. Digeſt. lib.* 38. *tit.* 17. *leg.* 6. Cum verba extenſiva ſunt, pœnitentia ejus uſque ad annum admittenda eſt.

Extenſus, a, um, adject. *eſteſo*, *ſteſo*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 47. Extenſis digitis adverſam manum oſtenderat. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Manus extenſiores. *Liv. l.* 21. *c.* 32. Caſtra quam extenſiſſima poteſt valle collocat.

Extente, adverb. extendendo. *Ammian. l.* 23. *c.* 7. de baliſta: Quadratus eminet ſtylus extentius.

Extentĭo, onis, *eſtenſione*. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Radiis extentionibus porrectis.

Extento, as, avi, atum, a. 1. experior, *tentare*, *ſperimentare*, ab *ex*, & *tento*. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 1. Quænam iſtæc eſt pultatio? Quæ te mala crux agitat, ad iſtum qui modum Alieno vires tuas extentet oſtio? *Id. Moſt.* 3. 1. 65. Quid tu te homo omnium teterrime veniſti huc extentatum? h. e. ut vires laterum tuorum clamando experireris, atque oſtenderes.

Extentus, a, um, adject. diſtentus, longus, extenſus, *ſteſo*, *ſtirato*, *lungo*, ἐκτεταμένος. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 59. Extento brachio paululum etiam de gra-

...adhi-

Digitized by Google

addidit. *Liv. l.* 30. *c.* 19. Extentis itineribus profectus. *Horat. l.* 2. *od.* 2. *v.* 5. Ævo extento vivere. *Liv. lib.* 21. *c.* 32. Extentiſſima vallis. *Al. leg.* extentiſſima. *Solin. c.* 52. Extentiſſima ſpatia.

Extenuatio, onis, f. *diminuzione*, *aſſottigliamento*, λέπτυνσις, actus extenuandi. *Plin. l.* 17. *c.* 26. Vitium extenuatio, & diminutura palmitum. ¶ Eſt item hoc nomine figura rhetorica ſententiarum, quæ res extenuamus dicendo, & imminuimus, Græcis ἐλάττωσις, μείωσις, ἐξουθενισμός. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Et diſtincte conciſa brevitas, & extenuatio.

Extenuatrix, icis, f. quæ extenuat. *Macer l.* 4. *v.* 19. Virtus eſt ejus, ut dicunt, extenuatrix.

Extenuatus, a, um, adject. *aſſottigliato*, *aſſottigliato*, *indebolito*, λεπτυνθείς, attenuatus, diminutus. *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 39. Aer extenuatus in ſublime fertur. *Brutus ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 13. Extenuatiſſimæ copiolæ.

Extenuiſſime, adverb. valde tenuiter. *Senec. Controv.* 4. *l.* 1.

Extenuo, as, avi, atum, a. 1. *aſſottigliare*, *aſſtenuare*, דקק, Ger. *klein machen*, Gal. *attenuer*; Hiſp. *amenguar*, λεπτύνω, valde tenue facio, minuo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 54. Atque ab his extenuatur, & molitur cibus. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Extenuare in pulverem. *Liv. l.* 41. Extenuare aciem. *indebolir le file*. *Plin. l.* 15. *c.* 3. Extenuare corpus, *ſmagrire*. ¶ Extenuare mala ferendo, eſt fortitudine leviora reddere. *Ovid.* 3. *Triſt.* Extenuat forti mala corde ferendo. ¶ Extenuare rem aliquam verbis, eſt minorem facere, quam revera ſit. *Cic.* 2. *Off.* Neque vero verbis auget munus ſuum, ſed extenuat.

Exter, ra, um, idem, ac externus, ſeu extraneus. *Stat. Theb.* 11. *v.* 429. Exter honos. Ita leg. *Priſcian. ſub init. l.* 3. *Paulin. ad Cyther. v.* 507. Nunc iſte vobis exter, & exſter manet.

Exterebro, as, a. 1. *trivellare*, *pertugiare*, Ger. *auſſbohren*, Gal. *pertuiſer*, Hiſp. *horadar*, *barrenar*, ἐκτρυπάω, terebrando extraho. *Cic.* 1. *de Div.* Ex eo auro, quod exterebratum eſſet. ¶ Translata eſt extorquere. *Plaut. Perſ.* 2. 55. Nonnunquam hercle exterebrabis, tu ne ſis pejor, quam ego ſiem. ¶ Nonnunquam perſcrutari, curioſius quærere. *Varro apud Non. c.* 1. *n.* 315. Atque omnes adeo perquirit, atque exterebrat artes. Al. leg. *Exenterat*.

Extergeo, es, ſi, ſum, a. 2. idem, ac extergo. *Cato* 2. *de R. R. cap.* 162. Die tertia extergeo ſpongia bene. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Ut ex facili extergeantur.

Extergo, is, ſi, ſum, a. 3. *nettare*, *forbire*, *pulire*, מחה, Ger. *auſſwiſchen*, Gal. *nettoyer*, Hiſp. *limpiar*, ἀπομόργνυμαι, eſt tergendo purgare. *Cato de R. R.* Et ſalem omnem detergito, & ſuſpendito in ventum biduum, tertio extergito. Adde *Plaut. Moſt.* 1. 3. 110.

Exterior, m. comparat. *eſteriore*, ἐξώτερος, & ſuperl. Extremus, a, um, *eſtremo*, *ultimo*, ἔσχατος, adject. ſunt ab extra deducta, ut Exterior orbis, *Cic. de Univ. c.* 7. Exterior comes, *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 17. qui ſc. it loco minus honorato. V. *Interior*. ¶ *Cic.* 2. *Divin. c.* 42. Cœlum extremum, atque ultimum mundi eſt. *Liv. l.* 2. *c.* 64. Extremo anno, *nel fine dell' anno*. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 27. Extremo anni, *eodem ſenſu*. *Cic.* 1. *Divin. c.* 5. Ut in extremo tertio ſcribis. *h. e.* in fine libri tertii. *Id. in Brut. c.* 33. Manus extrema non acceſſit ejus operibus. *h. e.* opera ſua non complevit. ¶ Extremus dies eſt dies mortis. *Sil. l.* 3. *v.* 135. Sic, hora extrema, apud *Virg.* 8. *Æn.* ¶ Extrema pati, ad extrema deſcendere, in extremum adducere, *ſopportare l' ultime neceſſità*, *ridurre all' eſtremo* &c. *Cic. Tacit. Ovid.* &c. ¶ Ad extremum, adverbii loco poſitum, *alla per fine*. *Cic. ad Att.* Ad extremum illud te & oro, & hortor. *Id. ad Brut.* Conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. ¶ Significat etiam in extrema parte. *Liv. l.* 31. Miſſile telum haſtili oblonga, & cætera tereti, præterquam ad extremum. ¶ Pro eo dicitur etiam, in extremo. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 16. In equo Trojano ſcis eſſe in extremo, Sero ſapiunt. ¶ Dicitur etiam *extremo* pro *ad extremum*. *Nepos in Hamilc. c.* 2. Sed extremo cum prope jam ad deſperationem perveniſſent. ¶ Extremus aliquando ponitur pro maximo. *Senec.* In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia. ¶ Extrema, neut. plu. ſubſtantivi more, h. e. mors. *Tac.* 2. *hiſt. c.* 45. Plura de extremis loqui, pars ignaviæ eſt. ¶ Ab hoc ſuperlativo comparat. aliud format *Apul. l.* 1. *Met.* Si quid eſt noviſſimo extremius. & *l.* 7. Quod novis eſt extremius. ¶ *Tertul.* vero aliud ſuperlativum *extremiſſimus*. in *Apolog. c.* 19. Prophetæ extremiſſimi.

Exterius, adverb. *dalla parte di fuori*. *Colum. l.* 12. *c.* 43. Vaſa intrinſecus, & exterius craſſa picare. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 421. Exteriuſque ſitis bimari ſpectantur ab Iſthmo.

Exterminator, m. 3. *diſtruttore*, everſor, deſtructor. *Cic. pro Domo c.* 34. Obverſabatur ante oculos exterminatoris ſui.

Exterminatus, a, um, adject. *cacciato*, *eſterminato*, extra terminos miſſus, ut ait *Non. c.* 1. *n.* 110. *Cic. pro Domo c.* 55. Reſp. exterminata mecum.

Exterminium, ii, n. everſio, expulſio, *eſterminio*. *Tertul. adverſ. Judæos, c.* 8. Exterminium civitatis Jeruſalem.

Extermino, as, avi, atum, a. 1. *eſterminare*, *cacciar fuori*, גרש, Ger. *auſſtreiben*, *chaſſer*, *bannir*, Hiſp. *exterminar*, *deſterrar*, ἐξορίζω, extra terminos ejicio, a terminis, finibuſque prohibeo. *Cicer.* 3. *Offic.* Hoc omne genus peſtiferum ex hominum communitate exterminandum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Urbe atque agro eſt exterminatus. ¶ Translate eſt abjicere, depellere. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Ragium quoque morbum in vino exterminat apozum. ¶ Ponitur etiam pro demoliri, & avertere. *Cic. poſt red. ad Quir.* Itaque neque Reſpub. exterminata mihi locum in hac urbe eſſe dabat.

Exterminus, a, um, adject. qui eſt extra terminum, exul, expulſus. *Tertul. de Sodom. c.* 3. Atque hinc exterminus ito.

Externo. V. Eſterno.

Externus, a, um, n. 1. 2. *eſterno*, *ſtraniero*, נכרי, Ger. *auſſlandiſch*, *etranger*, Hiſp. *eſtrangero*, ἐξωτερικός, quicquid ab exteriori parte eſt, ab extra, cui internus opponitur. *Cic.* 2. *Offic.* Homines externos non egere, ornamento eſt Reipublicæ. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 69. Externo marmore dives opus, *marmo foraſtiero*. ¶ Externa bona dicuntur bona corporis. *Id.* 2. *Pont. el.* 3. *v.* 36. Externis virtutis incomitata bonis. Sic *Cic. in Top.* Externa commoda.

Extero, is, trivi, itum, a. 3. valde tero, terendo excutio, comminuo, *fregare*, *peſtare*, ἐκτρίβω. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 52. E ſpica exteruntur grana. *Cic. l.* 2. *Nat. Deor. c.* 54. Alvus calore multo cibum exterit. *Phædr. l.* 1. 21. *v.* 9. Calcibus frontem exterere. ¶ Item delere, expungere. *Var. l.* 4. *L. L. c.* 19. A quo poſt balare dicunt, extrita a litera, ut fit in multis. *Quintil. l.* 10. *c.* 4. Opus poliat lima, non exterat.

Exterraneus, a, um, adject. *ſtraniero*, qui eſt ex alia terra. *Feſtus*. ¶ Exterraneus etiam dicitur, qui ante tempus uetus, vel potius ejectus eſt, quod eum mater exterrita alvo ejecit. *Idem*. Al. tamen leg. *Exterricineus*.

Exterreo, es, ui, itum, a. 2. valde terreo, *ſpaventare*, καταπλήσσω. *Cic.* 2. *Offic. c.* 10. Dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur. *Liv. l.* 4. *c.* 53. Exterrere metu.

Exterricineus. V. Exterraneus.

Exterritus, a, um adject. valde territus, *ſpaventato*, *sbigottito*, ἐκπλαγείς. *Curt. l.* 10. *c.* 9. Nova re exterritus. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 20. *ex vet. Poet.* lacrymis exterrita ſomno.

Tom. I.

Exterſus, a, um, adject. ab extergeo, *terſo*, *forbito*. *Plin. l.* 34. *cap.* 9. Exterſa æra ærugineam celerius trahunt. *Cic.* 2. *Ver. c.* 21. Everſum, atque exterſum relinquere fanum.

Exterſus, us, m. m. actus extergendi. *Plaut. Curc.* 4. 4. 22. Linteumque exterſui, h. e. ad extergendum aptum. Al. leg. *exterſum*. Vide Taubman.

Exterus, a, um, n. 1. 2. *foraſtiero*, *d' altro paeſe*, ἐξωτερικός, quod alibi eſt natum, vel quod aliunde advenit. *Cic. in Cat.* Exterus hoſtis, atque longinquus. *Id. pro Leg. Manil. c.* 16. Apud exteras nationes. ¶ Comparat. *Exterior*, ſuperl. *Extremus*, ſi hinc ducenda ſunt, V. in *Exterior*.

Extexo, is, ui, xtum, a. 3. *ruinare*, *diſtruggere*, Ger. *zerbrechen*, Gal. *deffaire*, Hiſp. *deſtexer*, *derbazar*, καταλύω, retexo, deſtruo, quod textum eſt. Translate *Plaut. Bacch.* 2. 3. 5. Extexam ego illum pulchre jam, ſi Dii volunt. h. e. illum eum ſpoliabo: vel, omnia ejus conſilia & rationes pervertam, & deſtruam.

Extillo. Exſtillo.

Extimeo, es, a. 2. &

Extimeſco, is, mui, a. 3. *temere grandemente*, פחד, Ger. *ſehr*, *forchten*, *entſetzen*, Gal. *avoir grand peur*, Hiſp. *temer mucho*, καταδειμαίνω, valde timeo. Et modo abſolute accipitur. *Ter. Hec.* 5. 3. Extimui illico. ¶ Modo active. *Cic. de Sen.* Quod adoleſcentes indocti contemnunt, id docti ſenes extimeſcent? *Id. pro Dejot. c.* 1. De fortunis communibus extimeſcere. Et *Phil.* 7. *c.* 1. Ab Antonio majus periculum extimeſcendum eſt. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 71. Quaſi principem non quidem odiſſent, ſed tamen extimeſcerent.

Extimulo, V. Exſtimulo.

Extimus, a, um, adject. ſuperlat. ab *extra*, vel ab *exterus*, *eſtremo*, *eſteriore*, ἐξώτατος. *Plin. l.* 2. *c.* 78. Quæ nunquam extimis gentibus fuerint. *Cic. de Somn. Scip. c.* 4. Orbium unus eſt extimus, qui reliquos omnes complectitur.

Extinctio, f. 3. *eſtinzione*, כבוי, Germ. *auſsleſchung*, Gal. *eſteinte*, *extinction*, Hiſp. *apagamiento*, ἀπόσβεσις, actus extinguendi. *Cicer.* 1. *Tuſc. c. ult.* Nam ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed commutationem affert loci.

Extinctor, m. 3. qui extinguit. *Cic. in Piſon. c.* 11. Prope a meis ædibus ſedebas non extinctor, ſed auctor incendii. ¶ Translate pro deſtructore ponitur. *Cic. pro Cæl.* Ne extinctor patriæ, ne proditor appelletur.

Extinctus, us, ui, m. idem quod extinctio. *Plin. l.* 7. *c.* 7. A lucernarum extinctu.

Extinctus, a, um, adject. *eſtinto*, *morto*, ἀποσβεσθείς. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 77. Extincta flamma. *Virg. Ecl.* 5. Extinctum crudeli funere Daphnim. *Id. Æn.* 4. *v.* 322. Extinctus pudor.

Extinguibilis, le, adject. qui extingui poteſt, *eſtinguibile*. *Lactant. l.* 7. *c.* 20. Si non extinguibiles, tamen cruciabiles fiant.

Extinguo, vel Exſtinguo, is, xi, ctum, a. 3. *eſtinguere*, *ammorzare*, *ſpegnere*, כבה, Ger. *auſsleſchen*, Gal. *eſteindre*, Hiſp. *apagar*, σβέννυμι, eſt tingendo, ſeu immergendo delere, quod accenſum eſt, a *tingo*. Extinguuntur autem proprie, quæ ardent, ut ignis, flamma, incendium, item quæ calorem inducunt, ut ſitis, a ſimilitudine: item quæ vivunt, ut anima, vita. *Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 13. Quibus adjutoribus illud incendium extinximus. *Ter. Adelph.* 3. 2. 16. Seni animam primum extinguerem ipſi. Sic extinguere ſitim, apud *Ovid.* 7. *Met. v.* 569. ¶ Extingui abſolute eſt mori. *Cic. de Senect.* Extingui hominem ſuo tempore, optabile eſt. ¶ Hinc ad alia plurima transfertur, quæ corrumpi, & amitti poſſunt. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 27. Formæ dignitas vetuſtate extinguitur. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 1. Gratiam noſtram extinguit hominum ſuſpicio. Sic extinguere amicitias, famam, bellum. extinguere & opprimere alicujus potentiam, &c. *Cic.* ſæpe, & alii. Extingui oblivione, *andar' in obblio*. *Id. in Somn. Scip.*

Extirpo. V. Exſtirpo.

Extiſpices, m. 3. ἱεροσκόποι, haruſpices, qui extis inſpectis futura prædicunt. *Cic.* 2. *de Div.* Extiſpicum, eorumque, qui ex fulguribus, oſtentiſque prædicerent.

Extiſpicium, n. 2. extorum inſpectio, haruſpicium. *Accius in Med.* Extiſpicium ex prodigiis congruens ars te arguit. *Sueton. Ner. c.* 56. Attendit & extiſpicio.

Exto. V. Exſto.

Extollo, is, tuli, elatum, a. 3. *alzare*, רומם, Ger. *erhöhen*, Gal. *elever*, *hauſſer*. Hiſp. *enſalçar*, ἐξαίρω, in altum elevo, educo, affero, excito. *Cic.* 5. *Fin.* Quæ commendat, amputet, arrigat, extollat. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 10. Extollere onera in jumenta. ¶ Translate eſt augere, magnum facere, laudare, &c. *Cic. pro Domo.* Quem virtutis gloria ad cœlum extulit. *Id. de Aruſp. Reſp.* Niſi nos in cœlum ſuis laudibus extolleret. Ab antiquis uſurpatum fuit pro differre. *Plaut. Pœn.* 2. 2. *v.* 52. Res ſerias omnes extollo ex hoc die in alium diem. ¶ Extollere lumbos, apud *eund. Epid. in fin.* eſt ſurgere, erigi, *levarſi in piedi*. ¶ Extollere animum, *inſuperbirſi*. *Cic. in Partition.*

Extorqueo, es, torſi, tortum, a. 2. *rapire*, *torre per forza*, Ger. *abtringen*, Gal. *ravir*, *oter*, Hiſp. *arrebatar*, ἐξωθέω, eſt tormentis, vel alia quavis vi aliquid exprimere, elicere, auferre. *Cic. in Cat.* 2. *c.* 1. Quod ei ferrum de manibus extorſimus. *Liv. l.* 25. *c.* 4. Extorquere per vim ſuffragium populi. *Cic.* 1. *Tuſc.* Extorſiſti, ut faterer. ¶ Proprie ſignificat valde torquere, *ſtirare*, *ſtorcere*. *Senec. ep.* 104. Fregit aliquis crus, aut extorſit articulum, advocat medicum, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur.

Extorreo, es, ui, oſtum, a. 2. valde torreo, *abbruciare*. *Celſ. l.* 3. *c.* 8. Si febris extorret, nulla medicamenti danda potio.

Extorris, n. 3. *cacciato dalla patria*, *fuoruſcito*, גר, Ger. *bandit*, Gal. *banni*, Hiſp. *deſterrado*, ἄποικος, qui ejectus eſt extra terram, ſeu patriam, quaſi exterris, a *terra*. *Cicer.* 5. *Ver.* Hinc centum triginta ſeptem patresfamilias extorres profugerunt. ¶ Jungitur autem fere ablat. *Virg.* 4. *Æn. v.* 616. Finibus extorris. ¶ Et addita præpoſit. *Liv. l.* 3. *c.* 30. Exul atque extorris ab ſolo patrio.

Extortor, m. 3. qui vi capit, & aufert. *Ter. Phorm.* 2. 3. 27. Bonorum extortor, legum contortor.

Extortus, a. 1. 2. ereptus, adject. *tolto per forza*. *Cic. in Piſon.* Si quidem poteſt vi, aut metu extortum honorarium nominari. ¶ Ponitur item pro excruciato. *Sen. epiſt.* 67. Aut per longam nervorum contractionem extortus minutatim.

Extra, *fuori*, חוץ, Germ. *auſſerhalb*, Gal. *hors*, Hiſp. *fuera*, ἔξω, præp. contraria præp. *intra*. Servit accuſativo. *Cicer.* 1. *Off.* Ne extra modum ſumptu, & magnificentia prodeas. ¶ Ponitur etiam pro præter. *Ter. Phor.* 1. 2. 84. Neque cognatum extra unam aniculam quiſquam aderat. ¶ Item pro ſine, ut, *Extra jocum*, *ſenza giuoco*, ſerio. *Cicer. Treb. l.* 7 *Fam. ep.* 32. Sed mehercule extra jocum homo bellus es. *Id. Ver.* 7. *c.* 51. Extra culpam eſſe. ¶ Uſurpatur etiam adverbialiter. *Cic. de Un.* Ut nulla pars hujuſce generis excederet extra. ¶ *Extra quam* ponebatur pro *niſi*, in exceptionibus concipiendis. *Cic.* 1. *de Inv.* Poſtulat is, quicum agitur, a Prætore exceptionem, extra quam ſi in reum capitis præ-

judicium fiat. ¶ Extra pretium eſſe, apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 119. eſt, omne pretium excedere.

Extraclūſus, a, um, nom. ex particip. relictus, non aſſignatus, ut ager, vel locus extraclusus. *Frontin. apud Goeſ. p.* 39. & *Aggenus ibid. p.* 60. Extraclusa regio. *Hygin. ibid. p.* 189. h. e. extra limites poſita.

Extractorius, a, um, adject. ἐξελκυστικός, qui extrahit. *Plin. lib.* 24. *c.* 11. Vulgaris arundo extractoriam vim habet.

Extractus, a, um, *portato innanzi, differito*, particip. ab extraho. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 28. Tractandis conditionibus extracto primo noctis tempore. *Liv. l.* 4. *c.* 41. Uſque ad noctem extractum certamen. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 11. Rure extractus in urbem. V. *Extraho*.

Extrăho, is, xi, ctum, a. 3. *trar fuori*, חלץ, Germ. *auſziehen*, Gal. *tirer*, Hiſp. *ſacar*, ἐξέλκω, extra traho, elicio. *Cic. pro Cluent. cap.* 13. Extrahitur domo Oppianicus a Manlio. *Id. in Acad.* Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. ¶ Tranſlate ponitur pro liberare, ut Extrahere ſe ex aliquo negocio. *Ter. Phor.* 1. 4. 3. Neque quo modo me inde extraham. ¶ Eſt item conſumere. *Cæſ.* 1. *B. Civ.* Catone acerrime repugnante, & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahente. ¶ Item differre. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt. ¶ Item ſubducere, liberare. *Nepos Eumen. c.* 5. Seque ac ſuos omnes extraxit incolumes. ¶ Item ſuſpenſum tenere. *Stat.* 1. *Theb. v.* 323. Spes anxia mentem Extrahit. & *l.* 3. *v.* 574. populumque, ducesque Extrahit incertis.

Extramurānus, a, um, adject. qui extra murum eſt, cui opponitur intramuranus. *Lamprid. Heliogab. c.* 27. Exoleti extramurani, & intramurani. *Aſcon. Pedian. in Verr.* 4. *c.* 6. Magiſtratus intramuranus.

Extranĕus, a. 1. 2. *ſtraniero, foraſtiero*, ἀλλότριος, qui eſt ex altera terra, quaſi exterraneus, vel ſimpliciter ab *extra*. *Auct. ad Her. l.* 4. Aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus. *Suet. Claud. c.* 4. Haud extraneus.

Extraordinarius, a. 1. 2. *ſtraordinario*, Ger. *auſſer der ordnung*, Gal. *extraordinaire*, Hiſp. *extraordinario*, ἔκτακτος, quod eſt præter ordinem. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. *ſub fin.* Extraordinariæ fructuum ſpecies. *Cic. Philip.* 11. *c.* 7. Extraordinarium imperium. *Id. in Brut. c.* 63. Conſulatus petitio extraordinaria. *Liv. l.* 40. *c.* 31. Extraordinarii equites.

Extrarius, a, um, a. 1. 2. *foreſtiero*, ἀλλότριος, alienus, alienigena, hoc eſt, qui ex ea, in qua agimus, civitate oriundus non eſt, aut qui ex noſtra familia non eſt, ab *extra*. *Feſtus:* Extrarius ab extraneo ſic diſtinguitur: extrarius eſt, qui extra focum, ſacramentum, juſque ſit, extraneus ex altera terra, quaſi exterraneus. *Ter. Phorm.* 4. 2. 13. Hanc conditionem ſi cui tulero extrario. *Suet. Veſpaſ. c.* 5. Canis extrarius. ¶ Extrarium etiam dicitur, quicquid extra rem, de qua agitur. *Auct. ad Her. l.* 2. Sine ulla aſſumptione extraria defenſionis.

Extremadūra, f. 1. *Eſtremadura*, Prov. Hiſpaniæ, pars Regni Legionis, inter ipſum ad Bor. Andaluziam ad Mer. Portugalliam ad Occ. & Caſtellam N. ad Or. ¶ Extremadura Portugallica, prov. R. Portugalliæ, verſus oſtia Tagi fl.

Extremiſco, is, mui, n. 3. tremiſco, *tremare*. *Sedul. l.* 4. *v.* 286. Extremuit lethale chaos. Quidam tribuunt etiam *Minucio Felici c.* 28. ſed alii pro *extremiſcant*, legunt *contremiſcant*.

Extremĭtas, f. 3. *eſtremità*, קצה, Ger. *das ende*, Gal. *la fin, le bout*, Hiſ. *el fin, el cabo*, τὸ ἔσχατον, id, quod in quaque re extremum eſt. *Cic.* 2. *Fin.* Infinitaſque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Extremitas circuli. *Id. l.* 35. *c.* 10. Extremitas picturæ. *il dintorno, il contorno*.

Extrēmo, adv. *ultimamente*, באחרונה, Ger. *letzlichen*, Gal. *en fin*, Hiſp. *ultimadamente, en fin*, τελευταῖον, ultimo, in fine. *Cic. Att. l.* 12. Quod enim ſcribis extremo. *Nepos* 22. *c.* 2. Extremo cum ad deſperationem perveniſſent.

Extrēmum, adverb. *l'ultima volta*, extremo. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 15. Alloquor extremum mæſtos abiturus amicos.

Extrēmus. V. Exterior.

Extricabĭlis, le, adject. Quidam Lexicographi afferunt loc. *Plin. l.* 36. *c.* 13. ſed ibi lege *Inextricabilis*.

Extricatus, a, um, adject. explicatus, expeditus, *ſviluppato*. *Horat. l.* 3. *od.* 3. Extricata denſis cerva plagis. *Ulp. l.* 27. *Dig. ad leg. Aquil.* §. 19. Extricatæ margaritæ. h. e. purgatæ, perpolitæ.

Extrĭco, as, avi, atum, a. 1. *deſtricare*, Ger. *entwirren*, Gal. *developer*, Hiſp. *deſembolver*, ἐξελίττω, explico, libero a tricis. *Varro. Cic.* 5. *Fam. ep.* 10. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico. *Plaut. Epid.* 1. 2. 49. Aliqua ope me exſolvam, extricabo me aliqua. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 88. Mercedem, aut nummos unde unde extricat. h. e. parat, eruit, *trova fuori*.

Extrilĭdus, a, um, adject. impavidus, infractus, quaſi qui extra læſionem eſt, ab *extra*, & *lædo*. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Hominem conſpicimus impavidum, & extrilidum. ¶ Alii extrilidum interpretantur exalbidum, timore pallentem. V. ipſum Gellii locum.

Extrinsĕcus, adv. *di fuori*, מחוץ, Germ. *von auſſen*, Gall. *au dehors*, Hiſp. *deſuera*, ἔξωθεν, externe, ab exteriori parte, ab *externus*, & *ſecus*, quod interdum ſignificat prope, quaſi *ſecus externa*. *Cic.* 4. *Acad.* Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines, nobis dormientibus. ¶ Recentiores adjective uſurpant, ut *Tertull. de Pall. c.* 1. ſed non ſunt imitandi.

Extrītus, a, um, exterendo elicitus, expreſſus. *Lucret. l.* 5. *v.* 1097. Exprimitur validis extritus viribus ignis. ¶ Item contritus, eliſus. *Senec. ep.* 57. *a med.* Animam hominis magno pondere extriti permeare non poſſe. ¶ Item extractus, exemptus, ut extrita ſyllaba, *Varr. ſub fin. l.* 9. *de L. L.*

Extro, as, n. 1. *uſcire*, exeo, apud vet. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 279. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

Extrūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *cacciar fuori*, דחה, Ger. *auſſtoſſen*, Gal. *chaſſer, pouſſer hors*, Hiſp. *echar*, ἐξωθεῖν, extra trudo, per vim expello. *Cic.* 7. *Fam.* Quo in numero tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 3. Me extruſiſti ex ædibus. Et *verſ.* 31. Decem die uno ſæpe extrudit ædibus. ¶ Pro vendere, *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 11. Laudat venales, qui vult extrudere, merces, *ſpacciar la ſua mercanzia*.

Extrŭo. V. Exſtruo.

Extrūſus, a, um, *cacciato fuori*. *Lucret. l.* 3. *v.* 978. Cedit enim rerum novitate extruſa vetuſtas.

Extuberatĭo, f. 3. tuberculorum eruptio. *Plin. l.* 31. *c.* 9. Luxatis imponitur, item extuberationibus.

Extuberātus, a, um, adject. *gonfiato*. *Ammian. l.* 22. *c.* 15. Aviditate nimia extuberatus venter. *Solin. c.* 27. (al. 40.) Enormi corpulentia extuberatus.

Extubĕro, as, avi, atum, n. 1. *gonfiarſi*, נפח, Ger. *ſich auffblaſen*, Gal. *s'enfler*, Hiſp. *hincharſe*, ἐξογκοῦμαι, intumeſco, exereſco. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Radice folioſa, ex qua media veluti extuberat. ¶ Nonnumquam active ponitur pro tuberibus inæquale aliquid reddere. *Sen. l.* 6. *nat. quæſt.* Deſtrit montem, ſubrigat plana, valles extuberat.

Extŭlo, is, dicebant Antiqui pro extra fero. Itaque legunt nonnulli in *Plaut. Moſt.* 1. 2. 41. Emulant, parant ſedulo &c. Alii *extollunt*.

Extumĕo, es, ui, n. 2. *gonfiarſi*, ἐξοιδέω. *Plaut. Truc.* 1. 2. 96. Uterum illi nunquam extumere ſenſi.

Extumeſco, is, ui, n. 3. idem quod extumeo. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Perſicos illos extumeſcentes pinguiter.

Extumĭdus, a. 1. 2. idem ac tumidus, *gonfiato, ſollevato*. *Varro de re ruſt. l.* 1. *c.* 51. Potiſſimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

Extunc, adverb. ex illo tempore, *da quel tempo*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Extunc pœnæ reſervatus.

Extundo, is, tudi, tuſum, a. 3. *sforzare*, ἀποθλίβω, vi, vel blanditiis aliquid extorqueo. *Suet. Veſpaſ. c.* 2. Ea demum extudit magis convicio, quam precibus. ¶ Ponitur etiam pro ſtudioſe facere, invenire. *Virg.* 1. *Georg. v.* 133. Ut varias uſus meditando extunderet artes. ¶ *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 24. Cum labor extuderit faſtidia. h. e. removerit, excuſſerit. ¶ Reperitur etiam pro valde tundere. *Senec. Controv. l.* 6. Alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.

Exturbātus, a, um, adject. expulſus, dejectus, *cacciato fuori, abbattuto*. *Cic. Ver.* 4. *c.* 30. Antiochus princeps provincia exturbatus. *Catul. carm.* 63. *v.* 108. Pinus radicibus exturbata.

Exturbo, as, avi, atum, a. 1. *ſcacciare*, גרש, Germ. *hinauſſ ſtürmen*, Gal. *chaſſer*, Hiſp. *arrojar, echar*, ἐκβάλλω, extra turbo, expello, per vim ejicio. *Cic. in Rul.* Exturbari, & expelli plebem ex agris, non conſtitui, & collocari. *Id. pro Quint.* Miſerum fortunis omnibus exturbari. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 169. Niſi illi maſtigiæ exturbo oculos, atque dentes. ¶ Eſt etiam valde turbare. *Cic. Q. Fr.* 1. *ep.* 4. Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam. *Liv. l.* 6. Hæc nova injuria ſpem pacis exturbavit. ¶ *Aſcon. in argum. orat. pro Mil.* Milo exturbari tabernam juſſit. h. e. perfringi.

Extuſsĭo, is, ivi, itum, a. 4. eſt tuſſiendo aliquid ejicere. *Plin. l.* 33. *c.* 25. Purulenta quoque extuſſientibus. *Celſ. l.* 2. *c.* 8. Vomicam excitat, ſic ut extuſſiatur.

Extuſſĭtus, a, um, adject. tuſſiendo ejectus, ut extuſſita ſputa, *Cal. Aurel. Acut.* 2. *c.* 13.

Exubĕrans, antis, adject. o. 3. uberius abundans. *Col. l.* 3. *c.* 9. Vigoreque, & colore exuberantiſſimo.

Exuberantĭa, æ, f. exuberatio. *Gell. l.* 2. *c.* 6. Phœniceus color exuberantiam ſignificat ruboris.

Exuberatĭo, onis, f. abundantia. *Vitruv. l.* 2. *c.* 4. Exuberationibus, aut defectionibus laborare.

Exubĕres, com. 3. infantes ab uberibus remoti, ſeu ablactati. *Feſtus*.

Exubĕro, as, n. 1. *abbondare*, יתר, Ger. *überflüſſig ſeyn*, Gal. *abonder*, Hiſp. *abundar, ſobrar*, εὐθηνέω, ſuperabundo, ab adject. *uber*, plenus, fœcundus, fertilis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 516. Pomiſque exuberat arbor. ¶ Reperitur etiam active. *Col. l.* 9. *c.* 4. Quæ favorum ceras exuberant. hoc eſt, uberes reddunt.

Exuccus. V. Exſuccus.

Exūdo. V. Exſudo.

Exvēlo, as, avi, atum, a. 1. develo, detego, *ſvelare*. *Propert. l.* 3. *el.* 14. *v.* 3. Ut mihi prætextæ pudor exvelatus amictu. Ita leg. *Scalig.* Alii, *eſt velatus*.

Exverræ, vel exverriæ, f. 1. purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fiebat per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab *everrendo*, hoc eſt, purgando. *Feſt.* Vel, quod idem eſt, Exverriæ erant ſebrui genus, quo purgabant familiam juſta facientes ad digitum, quem mortuo abſciderant, antequam reliquum corpus combureretur. *Joſ. Scalig. ad loc. Feſt.*

Exverto, is, erti, ſum, a. 3. *prevenire*, eſt prævenire, præoccupare. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 52. Cito homo exverti poteſt. Optimi Codices habent, *perverti*.

Exūgo, V. Exſugo.

Exvibriſſo, as, a. 1. idem ac vibriſſo. *Titin.* apud *Feſt.* Si erit tibi cantandum, facito uſque exvibriſſes.

Exul, ulis, com. 3. *eſule, bandito*, גר, Ger. *vertriebener*, Gal. *banny*, Hiſ. *deſterrado*, φυγάς, exilio mulctatus, extorris, ejectus, quaſi *ex ſolo*, ſeu ejectus extra ſolum. *Cic. pro Dom. c.* 27. Quid enim exul? ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis. *Horat. l.* 2. *od.* 16. Patriæ quis exul ſe quoque fugit? *Tacit. Ann.* 14. *c.* 63. Alia exul. ¶ Tranſlate *Ovid. Metam.* 9. *v.* 410. Attonituſque malis, exul mentiſque, domuſque. ¶ Aliqui ſcribunt *exſul*.

Exularis, re, adject. ad exulem pertinens, ſeu ad exilium. *Ammian. l.* 15. *c.* 3. Exulari pœna damnare aliquem. Adde *l.* 14. *c.* 5.

Exulatĭo, onis, f. *bando*, idem ac exilium. *Flor. l.* 1. *c.* 22. Inde clariſſimos Principes exulatione mulctavit.

Exulceratĭo, f. 3. *piaga*, ἕλκωσις, plaga. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Et interaneorum, veſicarumque exulcerationibus. *Celſ. lib.* 4. *cap.* 23. Si nulla exulceratio eſt.

Exulceratorĭus, a. 1. 2. *che impiaga*, exulcerandi vim habens. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Exulceratorium medicamentum.

Exulcerātrix, icis, quæ exulcerat. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Vis ei ſiptica, & exulceratrix.

Exulcerātus, a. 1. 2. partic. ab exulceror, *piagato*. Tranſlate *Cic. pro Dejot.* Ut in exulcerato animo facile fictum crimen reſideret. Adde *l.* 1. *Fam. epiſt.* 1. *ſub fin.*

Exulcĕro, as, avi, atum, a. 1. *impiagare*, כוה, Germ. *dieſchwerend machen*, Gall. *exulcerer, bleſſer*, Hiſp. *llagar, enconar*, ἀφελκόω, ulcus induco. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Lepram, lichenas, lentigines exulcerat. ¶ Tranſlate ponitur pro exaſperare, vel exacerbare. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 75. Quæ ſanare nequeunt, exulcerant. *Idem de clar. Orat.* Exulcerare gratiam alicujus.

Exŭlo, as, avi, atum, n. 1. *eſſer bandito*, גלה, Ger. *verbannet ſeyn*, Gall. *etre banny*, Hiſp. *eſtar deſterrado*, φεύγω, patria privatus ſum. & duobus modis dicitur, de loco, in quo exul eſt, & de quo ejectus eſt. *Cic.* 2. *de Div.* Cum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret. *Ter. Eun.* 3. 3. 62. Domo exulo. *Plaut. Merc.* 3. 4. 39. Exulatum ire. ¶ Tranſlate *Id. ib. prol. v.* 43. Res exulatum ad illam (meretricem) abibat clam patris.

Exulto cum derivat. V. Exſulto.

Exululātus, a. 1. 2. partic. ab exululo, ſub voce paſſiva active ſignificans. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 1. *v.* 42. Dum ſuper Idæis exululata jugis.

Exulŭlo, as, n. 1. *urlare forte*, ἐξολολύζω, valde ululo. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 233. Nactuſque ſilentia ruris exululat.

Exſum, V. Exeſto.

Exundatĭo, f. 3. *inondazione*, ὑπερπλήρωσις, ſuperaffluentia. *Plin. l.* 19. *c.* 9. Niſi exundatione fluminum invecto ſemine a Tiaris.

Exundo, as, avi, atum, n. 1. *ſoprabbondare*, Ger. *überlauffen*, Gal. *ſe deborder*, Hiſ. *ſobrepujar, ſalirſe*, ἐκπλημμυρέω, alveum exeo, extra alveum undas effundo, extra alveum effluo. *Col. l.* 8. *c.* 16. Rivis, per quos exundat piſcina, præfigantur ænei cancelli. ¶ Tranſlate eſt copioſum eſſe, abundanter effluere. *Tac. in Dial. de Orat.* Exundat, atque exuberat elo-

admirabilis illa eloquentia. *Sen. Oedip.* Dolor exundat alte merſus. *Id. Hippol.* Vapor exundat anteo.

Exungo, is, a. 3. idem ac ungo. *Plaut. Rud.* 2. 7. 22. Eluas tu, an exungare, circum non interduim.

Exunguis, e, adject. qui ungue caret. *Tertul. de Pal. c.* 5. Beſtia edentula, & exunguis, & excornis.

Exungŭlo, as, a. 1. ἐξονυχίζω, ungues aufero. Affertur locus ex *Plaut. Truc.* 2. 2. 57. Sed ibi mira eſt lectionis varietas. ¶ Exungulare, neut. ſignif. pro ungues amittere, habet *Veget. l.* 2. c. 57. Si exungulaverit jumentum.

Exŭo, is, exui, tum, a. 3. *ſpogliare*, פשט, Germ. *ausziehen*, Gall. *depouiller*, Hiſp. *deſpojar*, ἀποδύω, indumenta detraho, ſpolio, denudo, ab ἐκδύω, exuo. Nonnulli a *ſuo* derivant, & ſcribunt *exſuo*. *Senec. ep.* 91. Alicui veſtem exuere. *Virg.* 5. *Æn.* Magna oſſa, lacertoſque exuit. ¶ Translate ſignificat auferre, privare. *Liv. l.* 1. Primo ſe agro paterno, avitoque exuiſſe, deinde reliquis fortunis. ¶ Item deponere, abjicere, *deporre*. *Cic. pro Lig. c.* 5. Nonne omnem humanitatem exuiſtis? *Tac.* 1. *Ann. c.* 75. Exuere virtutes. Et *l.* 6. *c.* 20. Exuere vitia. ¶ Exuere jugum, eſt ſervitute ſe liberare. *Liv. l.* 35. *c.* 17. ¶ Exuere mores antiquos, *deporre gli antichi coſtumi*. *Id. l.* 37. ¶ Exuere vultus ſeveros, *Ovid.* 3. *Amor. el.* 4. ¶ Exuere animam, *morire*. *Id.* 14. *Metam.*

Exupĕro cum derivat. V. Exſupero.

Exurdo, V. Exſurdo.

Exurgĕo, es, a. 2. *cavar fuori*, exprimo, elicio, ductum a ſpongia, quæ ut humorem reddat, urgetur, & comprimitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 69. Exurgebo quidquid humoris tibi eſt. *Cato.* Exurgeto ſuccum, &c.

Exurgo, V. Exſurgo.

Exūro, is, exuſſi, ſtum, a. 3. *abbruciare*, שרף, Ger. *verbrennen*, Gal. *bruler*, Hiſp. *quemar*, κατακαίω, idem ac uro, vel igne prorſus conſumo. *Cic. in Piſ. c.* 4. Locri, Photii Bœotii exuſti. *Lucret. l.* 3. *v.* 931. Sitis exurit miſeros. ¶ Translate eſt delere, ut *inuro* eſt imprimere. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 3. Mihi quidem ex animo exuri non poteſt, eſſe Deos. Sunt qui aliter legunt ex conjectura.

Exuſcito, V. Exſuſcito.

Exuſtio, f. 3. *abbruciamento*, שריפה, Germ. *brunſt*, Gall. *brulement*, Hiſp. *quemadura*, ἔκκαυσις, uſtio. *Cic. in Som. c.* 7. Propter eluviones, exuſtioneſque terrarum.

Exuſtus, a, um, adject. *abbruciato*, ut exuſtus ager, apud *Virgil.* 1. *Georg. v.* 107. Sole exuſtus caſeus, apud *Colum. l.* 7. *c.* 8.

Exūtus, a, um, adject. *ſpogliato*, *privato*. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Herculem exuta mortalitate in cœlum euntem. *Virg.* 11. *Æn. v.* 395. Exuti Arcades armis. *Tac. Ann. l.* 4. exutus bonis.

Exuvĭæ, arum, f. 1. *ſpoglie*, שלל, Germ. *raub*, *beut*, Gal. *depouilles*, Hiſp. *deſpojos*, τὰ σκῦλα, veſtes exutæ, ab *exuo*. *Virg.* 8. *Ecl.* Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit. ¶ Speciatim ſumitur pro ſpoliis hoſtibus detractis. *Cic. pro L. Man. c.* 18. Cum eum vobis majores veſtri exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. ¶ Dicuntur etiam de tegminibus brutorum animantium, ut de veteri ſerpentis pelle. *Virg.* 2. *Georg.* Cum poſitis novus exuviis, nitiduſque juventa Volvitur. ¶ Exuviæ bubulæ, apud *Plaut. Moſt.* 4. 1. 26. ſunt lora ex corio bubulo, ad ſervos cædendos. Mane, inquit, caſtigabit eos bubulis exuviis.

DE LITTERA F.

F Litera a Priſciano inter mutas numeratur: ab aliis inter ſemivocales, eo quod a vocali incipiat, & in ſeipſam terminetur. Hæc alio nomine dicta eſt digamma Æolicum, quod duplex gamma imagine referat. Eundem ſonum habet, quem apud Græcos φ. Unde etiam dictiones aliquæ Græcæ in Latinorum uſum receptæ, quæ apud illos per φ ſcribuntur, apud Latinos ſcribuntur per F, ut *Fama*, *Fanum*, & ſimilia. Vetuſtiſſimi hac litera loco aſpirationis uti ſolebant. Dicebant enim *Fordeum*, *ſraſo*, *veſo*, pro *Hordeum*, *trabo*, *veho*. Fuerunt præterea apud antiquiſſimos, qui loco F uterentur B, *Bruges* dicentes pro eo, quod poſteri *Fruges* dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæſar inverſam u conſonantis vicem voluit præſtare, quod etiam hodie in pleriſque vetuſtis monumentis conſpicitur: nunquam tamen efficere potuit, ut omnium conſenſu reciperetur.

F ANTE A.

Faba, æ, f. 1. *fava*, פול, Ger. *bone*, Gal. *feve*, Hiſp. *heva*, κύαμος, genus leguminis. *Cic.* 1. *de Div.* Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quærenti vera contrariam. *Plaut. Aulul.* 5. 1. 9. Quid reperiſti? Str. Non quod pueri clamitant in faba ſe repeiſſe. h. e. non rem nihili, puta vermiculum in faba naſcentem, quem *midam* vocant. *Ter. Eun.* 2. 3. 89. At enim iſtæc in me cudetur faba, h. e. in me hoc malum recidet, quemadmodum cum faba cuditur, laborat ſolum, in quo cuditur. ¶ Faba Græca λωτὸς dicitur. *Plin. l.* 18. *c.* 12. ¶ Faba porcina, herba eſt, quam vulgo corrupto vocabulo *Juſquiamum* appellant. V. Hyoſcyamus.

Fabacĕus, a, um, *di fava*, fabalis. *Pallad. in Novembr. tit.* 1. Calamos fabaceæ meſſis eduxit.

Fabacĭa, æ, f. 1. κυαμεῖον, genus libi ex fabis. *Plin. l.* 18. *c.* 20. ¶ *Apicio l.* 5. *c.* 6. Fabaciæ virides, ſunt caules, fruticeſque fabarum.

Fabagĭnus, a, um, adject. qui eſt ex faba, ut fabaginum acus. *Cato R. R. c.* 54.

Faballa, ium, n. 3. *ſtoppie di fava*, Ger. *bonenſtroh*, Gal. *chaumes de feves*, Hiſp. *canas de hevas*, ſtipulæ fabarum, hoc eſt, culmi illi, ex quibus ſiliquæ fabaceæ dependent. *Col. l.* 2. *c.* 10. Malle ſe matura fabalia, quam trimeſtrem fructum. *Tertul. de Anim. cap.* 31. Pythagoras, ne per fabalia quidem tranſeundum, ſuis tradidit.

Fabālis, & le, o. 3. *di fava*, quod ad fabam ſpectat. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 725. Stipulamque fabalem ſæpe tuli. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Fabales ſiliquæ.

Fabāris, is, m. Italiæ flu. per Sabinos tranſiens, qui & Farfarus dicitur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 715. Qui Tiberim Fabarimque bibunt. *Ovid.* 14. *Met. v.* 330. Et amœnæ Farfarus umbræ.

Fabarĭus, a, um, adject. fabalis, ad fabam pertinens, ut fabaria inſula, *Borkum*, apud *Plin. l.* 14. *c.* 13. ita dicta a frugis ſimilitudine ſponte ibi proveniente. ¶ Fabariæ calendæ dicebantur Juniæ, quod in iis fabæ recentes rebus divinis adhibebantur. *Macrob. Sat. l.* 1. *c.* 12. ¶ Fabaria pila, vas concavum, in quo fabæ tunduntur. *Cat. c.* 12. *R. R.*

Fabatarĭum, ii, n. genus vaſis, in quo fabarum grana, vel fabata reponuntur. *Lamp. Heliog. c.* 20. Ut exhiberet plenis fabatariis, & diſcis.

Fabella, f. 1. dim. a fabula. *Cic.* 2. *de Div. c.* 38. Nihil debet eſſe in Philoſophia commentitiis fabellis loci. *Phædr. l.* 4. *fab.* 6. *v.* 22. Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ. h. e. nec fabuloſæ narratiunculæ breviores, qualis ſunt Æſopiæ, nec longiores, & graviores, ut Tragœdiæ.

Faber, fabri, m. 2. *fabbro*, אומן, Germ. *werckman*, Gal. *ouvrier en quelque matiere que ce ſoit*, Hiſp. *oficial*, τεχνίτης, omnis artifex, qui e quavis duriore materia facit aliquid, a *facio*. Nam qui ex gypſo, argilla, aut cera aliquid conficit, *plaſtes* vocatur. Habet amplam ſignificationem, quæ tamen limitatur ex ſignificatione adjectivi adjuncti, ut *faber ferrarius*, qui aliquid ex ferro conficit, *faber tignarius*, qui tigna ad ædificia conjungit, *faber aurarius*, qui ex auro aliquid excudit, & ſic de cæteris. *Cic. in Bruto c.* 73. Ego me Phidiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. ¶ In gen. plur. uſitatius eſt *fabrum*, quam *fabrorum*. *Cic. in Orat. cap.* 46. Fabrum, & procum audeo dicere, non fabrorum, & procorum. *Id. Att. l.* 9. Jam duo præfecti fabrum Pompeji in meam poteſtatem venerunt. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 54. Frugi uſque, & probus fui, in fabrorum poteſtate dum fui. ¶ Translate *Salluſt. ad Cæſ. de Republ. ord.* Res docuit, id verum eſſe, quod in carminibus Appius ait, fabrum eſſe quemque fortunæ ſuæ. ¶ Faber eſt etiam piſcis genus, alio nomine Zeus. *Plin. l.* 9. *c.* 18.

Faber, a, um, adject. fabrilis, ad fabrum pertinens, *fabbrile*, *ingegnoſo*. *Ovid.* 8. *Met. v.* 159. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Apul. l.* 1. *Florid.* Annulus aureus faberrimo ſignaculo.

Fabiānus, a, um, o. 1. a. quod ad Fabium pertinet, ut Arcus Fabianus, qui conſtructus eſt juxta regiam in via ſacra. Et Fabiani milites, apud *Nep.* 11. 2.

Fabienſes, m. 3. populi Latii, finitimi Albanis. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Fabĭi, maſc. 2. olim Flavii, gens Romæ nobiliſſima, dicta a *fabæ* ſatione, quod eo tempore, quo Romani pene omnes agriculturam exercebant, primus, qui hoc nomine appellatus eſt, in faba ſerenda excelleret. Aliqui volunt, dictos eſſe a *fovea*, ſeu antiquo *favia*, vel *fovea*, quod Herculis matrem ejus, unde genus hoc cœpit, ad foveam compreſſerit. ¶ Fabiorum tanta Romæ potentia fuit, ut bellum adverſus Vejentes ſoli cum ſuis clientibus, & ſervis in ſe ſe receperint. Sed cum ex levibus aliquot præliis ſæpius victoriam reportaſſent, tandem ad Alliam flu. inſidiis circumventi, ad unum omnes cæſi ſunt. Erant autem ſex, & trecenti. Ex tanta clade unus tantum ſuperfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in Urbe relictus erat, ex cujus ſanguine per longam nepotum ſeriem natus Fabius ille Maximus, qui Dictator adverſus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus reſtituit. Fuit & alius Fabius Allobrox cognominatus, a Rege Allobrogum ad Iſaram flu. interempto.

Fabĭus Pictor, Patricius Romanus, peritiſſimus Juris Civilis, litterarum, & antiquitatis. *Cic. in Bruto.*

Fabĭus, a, um, adject. ut Fabia tribus, de qua meminit *Suet. in Aug. c.* 40. Fuit una ex Ruſticis.

Fabraterĭa, f. 1. *Pavoteria*, *Falvaterra*, Col. & opp. Volſcorum, in Latio, prope Lirim fl. in ditione Pontificia, & in ipſo confinio Regni Neapolitani, inter Aquinum, & Fregellas. Pop. Fabraterni, apud *Liv.* & *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Fabre, adverb. *artifizioſamente*, Ger. *werckleich*, Gal. *artificieuſement*, Hiſp. *artificioſamente*, κατατεχνικῶς, artificioſe, a faber. *Plaut. Men.* 1. 2. 23. Hoc factum eſt fabre. *Apul. l.* 1. *A. A.* navis faberrime facta.

Fabrefacĭo, is, a. 3. *edificare*, *fabbricare con artifizio*, Ger. *werckleich machen*, Gal. *faire artificieuſement*, Hiſpan. *obrar con artificio*, τεχνάομαι, ædifico, artificioſe compono. *Plin. de Vir. illuſt. c.* 38. Claſſem magis validam, quam decoram fabrefecit.

Fabrefactus, a, um, partic. *fabbricato*, *fatto artifizioſamente*. *Plaut. Caſ.* 5. 1. 8. Hac fallaciam aſtutiorem ullam fecerit, atque ut hæc eſt fabrefacta a nobis. *Ammian. l.* 29. *c.* 1. Lanx ex diverſis materiis fabrefacta.

Fabriānum, neut. 2. *Fabriano*, opp. ampliſſimum Piceni, unum ex quatuor maximis caſtellis Italiæ, in ditione Pontificia, & in Marchia Anconitana, ad radices Apennini Montis, in limite Ducatus Urbini inter Sentinæ rudera ad Occ. & Matelicam ad Or. Hic optima charta.

Fabrĭca, æ, f. 1. *bottega del fabbro*, Ger. *werckſtatt*, Gal. *batiment*, *forge*, Hiſp. *fabrica*, *botica*, ἐργαστήριον, proprie eſt fabri officina. Hinc quas *officinas armorum* Cæſar dixit, eas *Veget. l.* 2. *c.* 11. *fabricas armorum* vocat, quas publicas per ſingulas provincias Romani habebant: privatim enim exercere vetitum erat, ut ex *Notis Imperii*, & *Novell.* 85. conſtat. Qui hujuſmodi fabricas exercebant ad arma publica cudenda, *Fabricenſes* dicebantur, quique præerant, *Præfecti Fabrorum*. *Veget. loc. cit.* ¶ Eſt etiam fabrica ipſa ars fabrilis. Hinc fabrica materiaria, apud *Plin.* & ferraria, *l.* 7. *c.* 56. h. e. ars ducendi ferrum, &c. *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 11. Pictura, & fabrica, cæteræque artes habent quendam abſoluti operis effectum. ¶ Item opus ipſum fabricatum, *fabbrica*. *Id. ib. cap.* 47. Admirabilis fabrica membrorum animantium. ¶ Translate pro dolo, ſeu machinatione accipitur. *Ter. Heaut.* 3. 2. 34. Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? *Plaut. Ciſt.* 2. 2. 5. Quot adinvenivi illi fabricas, quot fallacias!

Fabricatĭo, f. 3. *fabbrica*, *compoſizione*, בנייה, Ger. *machung*, Gal. *forgement*, *façon*, Hiſp. *fabricacion*, κτίσις, actus fabricandi, item ipſa fabrica. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 53. Si erit tota hominis fabricatio perſpecta.

Fabricātor, is, m. 3. *fabbricatore*, חרש, Germ. *ſchmid*, Gall. *forgeur*, *ouvrier*, Hiſp. *fabricador*, τεχνίτης, qui fabricat. *Cic. de Un.* Utrum ille fabricator tanti operis ſit imitatus exemplar. *Virg. Æneid.* 2. Doli fabricatus.

Fabricātrix, icis, quæ fabricat. *Lactant. l.* 6. *c.* 22. Mortis fabricatrix voluptas.

Fabricātus, us, m. 4. idem quod fabricatio. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Hoc fabricatu amicitiarum culmen ædificat.

Fabricatus, a, um, adject. *fabbricato*, *fatto con artifizio*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 46. machina fabricata. *Ovid. Met.* 8. *v.* 669. Pocula fabricata fago. *Velleſ. l.* 2. *c.* 27. Cuniculi miro opere fabricati.

Fabricenſes, ium, m. 3. qui in publicis fabricis ad arma cudenda exercentur. V. Fabrica.

Fabricĭus pons, *Ponte di quattro capi*, unus ex pontibus urbis Romæ, a Fabricio Conſule, a quo extructus eſt.

C. Fabricĭus Luſcinus, Civis Romanus, frugaliſſimus, exemplar paupertatis, in cujus domo ex argento patella tantum, & ſalinum fuit colendorum Deorum cauſſa, ita tamen, ut patella corneo pediculo ſuſtineretur. *Val. Max. l.* 4. *c.* 4. *n.* 3. A Samnitibus, quos univerſos in clientelam habebat, decem æris, & quindecim pondo argenti, totidemque ſervos ſibi miſſos in Samnium remiſit. *Id. l.* 4. *cap.* 3. *n.* 6. Cenſor P. Cornelium Rufinum duobus Conſulatibus, & Dictatura functum e Senatu ejecit, quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet. *Id. l.* 2. *cap.* 9. *n.* 4. *Liv. l.* 14. Ejus filiæ ob paupertatem de publico dotatæ fuerunt. Legatus ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, quendam Athenienſem clarum ſapientia ſuadere, ne quid aliud homines, quam voluptatis cauſſa, facere vellent, pro monſtro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho, & Samnitibus iſtam ſapientiam deprecatus eſt. *Id. l.* 4. *c.* 3. *n.* 6. Fuit præſtantiſſimus Imperator. Adverſus Pyrrhum, & Samnites graviſſima bella geſſit. Medicum Pyrrhi domini ſui mortem per venenum pollicentem vinctum ad Regem remiſit. *Liv. l.* 13.

Fabrĭco, as, a. 1. & fabricor, aris, d. 1. *fabbricare*, פעל, Germ. *bauwen*, Gal. *forger*, Hiſp. *labrar*, *fabricar*, τεκταίνομαι, fabrili arte aliquid conficio. *Ovid.* 13. *Met.* Craterem Æneæ, quem jam fabricaverat Alcon. *Cic.* 3. *de Orat.* Capitolii faſtigium illud, & cæterarum ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. ¶ Tranſlate *Sen. epiſt.* 16. Philoſophia animum format, & fabricat. *Cic.* 4. *Acad.* Fabricare verba.

Fabrĭcus, a, um, adject. fabrilis. *Paul. JCtus l.* 19. *ff. de inſtruct. & inſtrum.* Servus arte fabrica peritus.

Fabrificatĭo, onis, f. *Tertul. Apol.* c. 12. Non ſentiunt injurias, & contumelias ſuæ fabrificationis Dii veſtri.

Fabrīlis, le, o. 3. *di fabbro*, τεκτονικός, quod eſt fabri, ſive quod ad fabrum pertinet. *Cicer. Att. l.* 6. ſerratum fabrila putavi. ¶ Fabrilia, ium, o. 3. res fabrorum. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 116. Tractant fabrilia fabri.

Fabrīliter, adv. artificioſe, more fabri. *Prudent. Apotheoſ. verſ.* 519. Opifex fabriliter aptans compoſuit.

Fabŭla, æ, f. 1. *favola*, *novella*, משל, Ger. *fabel*, Gal. *fable*, Hiſp. *fabula*, μῦθος, quod in ore omnium verſatur, rumor populi, res paſſim divulgata, ſive vere, ſive ficta ſit, a *fari*. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 13. *v.* 9. Ne vulgi fabula fiam. Sic *Teren. Hec.* 4. 3. Nos fabulæ ſumus. *Suet. in Aug. cap.* 70. Cœna ejus ſecretior fuit in fabulis. ¶ Speciatim fabula dicitur narratio ad delectationem, & utilitatem inventa, rerum confictarum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Jam vero quid vos illa delectant, explicatio fabularum, & enodatio nominum, exſectum a filio Cœlum, victum itidem a filio Saturnum? ¶ Hujus generis ſunt, quæ in Tragœdiis, & Comœdiis exhibentur. *Cic. in Bruto.* Atque hic Livius, qui primus fabulam C. Clodio Cæci F. & M. Tuditano Coſſ. docuit. ¶ Hujuſmodi autem fabulæ diverſa ſortiuntur nomina pro habitu, & qualitate perſonarum, quæ in iis introducuntur. Aliæ enim *Togatæ* dicebantur, quarum perſonæ togis, & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ *Palliatæ*, cum perſonæ Græco more palliis indutæ in ſcenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, ut Romanis toga. Deinde togatarum genera quatuor erant, *Prætextatæ*, *Tabernariæ*, *Atellanæ*, *Planipediæ*. *Prætextatæ* erant, in quibus Regum, vel Magiſtratuum, qui prætexta induti erant, acta comprehendebantur. *Tabernariæ* illæ erant, quibus humiles, & privatæ perſonæ inducebantur, quales fere ſunt mercatores, & inſtitores, qui in tabernis merces ſuas vendere conſueverunt. *Atellanæ* erant, in quibus ridiculæ perſonæ inducebantur, jocis, & ſalibus vellicantes, dictæ ab Atella Campaniæ oppido, in quo plurimæ actitatæ ſunt. *Planipediæ* dictæ ſunt a planis hiſtrionum pedibus, qui ob humilitatem argumenti, & vilitatem perſonarum neque cothurnis utebantur, neque ſoccis. ¶ Docere fabulas dicuntur, qui fabulas, ſeu comœdias componunt, & agendas dant hiſtrionibus. *Cic. de Clar. Or.* cujus verba modo attulimus. V. Doceo. ¶ Dare fabulam eodem fere ſenſu dicitur. *Idem* 1. *Tuſc.* Annis fere 510. poſt Romam conditam Livius fabulam dedit. *Ter. in prol. Hec.* Hecyra eſt huic nomen fabulæ; hæc cum data eſt nova, &c. ubi *Donatus*: Ita dicitur, data eſt fabula, ut, data eſt cœna, datum eſt prandium. Et, dari dicitur fabula, cum agitur. ¶ Lupus in fabula, proverb. eſt, quo utimur, cum is ipſe, de quo adhuc collocuti ſumus, repente adeſt, atque ob eam cauſam ſermonem abrumpimus. *Ter. Adel.* 4. 1. 21. Eodem ſenſu *Plaut.* dixit *Stich.* 4. 1. 71. Atque eccum tibi lupum in ſermone. ¶ Eſt etiam fabula diminut. a *faba*. *Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Hoc convivium eſt, nucibus, fabulis, ficulis.

Fabulāris, re, o. 3. idem ac fabuloſus, ut Hiſtoria fabularis, in qua multa falſa. *Suet. in Tib. c.* 70. Maxime tamen curavit hiſtoriæ fabularis notitiam.

Fabulātor, m. 3. *novellatore*, מספר, Germ. *ſchwætzer*, Gall. *faiſeur de contes*, Hiſp. *dezidor de cuentos*, facetus collocutor. *Suet. in Aug.* c. 78. Lectoribus, aut fabulatoribus acceſſitis reſumebat. *Gel. l.* 2. *c.* 29. Æſopus ille e Phrygia fabulator.

Fabulīnus, m. 2. Deus, qui pueris primo fari incipientibus præeſſe putabatur, cui etiam Romani ſacrificabant, cum primum liberi eorum fari incipiebant. *Non.* c. 2. *n.* 56. *ex Varrone.*

Fabŭlo, as, avi, atum, a. 1. idem quod fabulor. *Plaut. Mil.* 2. 4. 18. Quæ cum hoc inſano fabulem. Et *ibid.* a. 5. 33. Stulta, quæ vobiſcum fabulem. Alii tamen his locis legunt *fabuler*. ¶ Hinc paſſiva fabularier, pro dici. *Id. in Suppoſit. ad Amph. fr. Dii veſtr. fid. v.* 5. Verum eſt, quod olim eſt auditum fabularier.

Fabŭlo, onis, m. congerro, qui nugas loquitur; item fabularum inventor, ut legitur in *Gloſſ. Iſid. Macrob. lib.* 2. *Satur. cap.* 1. Planipes, & fabulo impudica verba jaciens. Ita reſtituit *Salmaſ. ad Sueton.* Vulgo leg. *fabula*.

Fabŭlor, aris, d. 1. *ragionare*, *favellare*, *favoleggiare*, דבר, German. *ſchwætzen*, Gall. *conter de fables*, Hiſp. *dezir cuentos*, μυθολογέω, loquor, a fando. *Plaut. Capt.* 3. 4. 5. Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? ¶ Speciatim eſt inepte garrire. *Liv. l.* 45. *c.* 39. Quid de Imperatore Paulo Senatus decreverit potius, quam quid Ser. Galba fabuletur, audi.

Fabulōſe, adverb. *favoloſamente*, μυθικῶς, cum fabula. *Plin. l.* 32. *c.* 21. Accedat his Taprobana, inſulæque aliæ Oceani fabuloſe narratæ. ¶ Comp. fabuloſius, ſup. fabuloſiſſime. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Coloniæ a Claudio Cæſare facta Lixos vel fabuloſiſſime ab antiquis narrata. *Ammian. l.* 15. *c.* 25. Ut Homerus fabuloſius canit.

Fabuloſĭtas, tis, f. 3. *ciancie*, fabulantium vanitas. *Plin. l.* 7. *c.* 35. Corvi effigie magna quidem fabuloſitate. Et *cap.* 48. Si recipiatur poetica fabuloſitas.

Fabulōſus, a. 1. 2. *favoloſo*, Germ. *erdicht*, Gall. *fabuleux*, Hiſp. *fabuloſo*, μυθώδης, quod commentitium eſt, vel quod fabulis, & figmentis celebratur, vel de quo multa finguntur. *Horat. l.* 1. *Carm.* 22. Vel quæ loca fabuloſus lambit Hydaſpes. ¶ Comp. fabuloſior, ſup. fabuloſiſſimus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Gygis quidem anulum quis non etiam fabuloſiorem fateatur? *Id. l.* 5. *c.* 1. Atlas fabuloſiſſimus.

Fabŭlum, li, o. 2. faba. *Gel. l.* 4. *c.* 11. Pythagoram Philoſophum non eſitaviſſe ex animalibus, item abſtinuiſſe fabulo.

Facēla, æ, fem. oluſculum, quod aceto maceratum apponitur. *Vetus Epigram.* Quem recreat ſeſſum gillo, facela, melo. Vox tamen eſt incertæ auctoritatis.

Facelāre, is, n. acetarium, *inſalata*. *Lamprid. Heliog. c.* 20. Barbas mullorum pro naſturtiis, apiaſtris, & facelaribus adhibuit. Alii legunt *faſelaribus*. h. e. faſelos conditos.

Facesso, is, faceſſi, itum, a. 3. facio, ago, exequor, a *facio*, ut capeſſo a *capio*. *Virg.* 4. *Georg. prop. fin.* Continuo matris præcepta faceſſit. ¶ Eſt item exhibere, inferre, ut Negotium faceſſere, *eſſer noioſo*. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 10. De temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. ¶ Item diſcedere, abire. *Cic. de Leg.* Ab omni ſocietate Reip. pauliſper faceſſant. *Liv. l.* 1. *c.* 47. Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum.

Facēte, adv. *piacevolmente*, *feſtevamente*, Germ. *ſchimpflich*, Gall. *plaiſamment*, Hiſpan. *donoſamente*, ἀστείως, ſalſe, venuſte, urbane, eleganter. *Cic.* 6. *Ver.* Nunquam tantum mali eſt Siculis, quin aliquid facete, & commode dicant. ¶ Comp. facetius, ſup. facetiſſime. *Cic. pro Roſc. Am.* Noſque ab iſto nebulone facetius eludimur. *Id.* 2. *de Or. c.* 55. Facetiſſime tres libellos tribus legendos dedit.

Facetiæ, arum, fem. 1. jocus, ſal, lepos, cavillatio, dicacitas, urbanitas, feſtivitas, argutia, *facezie*, *burle*, *piacevolezze*, Ger. *ſchimpfreden*, Gall. *railleries*, Hiſp. *donayres*, εὐτραπελία, ſunt dicta arguta, & ſalſa, quæ riſum movere poſſunt, deliciæ quædam ſermonis, & dicta urbana ſine ſcurrilitate. *Cic. in Brut. c.* 34. Scipio omnes ſale, facetiiſque ſuperabat. ¶ Uſurpantur etiam facetiæ de dictis mordacibus, & contumelioſis. *Tac. Ann.* 5. *c.* 2. Dicax idem, & Tiberium acerbis facetiis irridere ſolitus. Hinc illudere, & inſectari facetiis aliquem, apud *eund. Ann.* 15. *c.* 15. &c. ¶ In ſingulari numero uſus eſt *Apul. in Apol.* ubi ait: Scio, Æmilianum iſtum faceciæ ſibi habere, res divinas deridere. ¶ De vario genere, & riſu facetiarum apud *Cic. l.* 2. *de Orat.*

Facetĭor, aris, dep. 1. facetiis utor. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam inceſſant, granditer ſibi videntur facetiari.

Facetōſus, a, um, o. 1. 2. idem ac facetus. *Cic.* 2. *Fin. c.* 31. Et in quantam hominum facetoſam urbanitatem incurratis. Alii rectius leg. *fautorum*.

Facētus, o. 1. 2. urbanus, ſalſus, dicax, feſtivus, argutus, *faceto*, Germ. *ſchimpflich*, Gal. *facetieux*, Hiſp. *donoſo*, εὐτράπελος, ἀστεῖος, qui ſalibus, & ſermonis urbanitate, citra ſcurrilitatem tamen, abundat. *Cic. in Pam.* Tibi facetum videtur, quicquid ego dixi. ¶ Interdum ſumitur pro venuſto, & eleganti. *Cic. in Or.* Alii in eadem jejunitate concinniores, id eſt faceti, florentes etiam, & leviter ornati. ¶ Comp. facetior, ſup. facetiſſimus. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 15. Facetiſſimus Poeta veteris Academiæ Ariſtophanes. *Lucil.* apud *Feſt. in Redarguiſſe*. Quo facetior videare, & ſcire plus quam cæteri.

Facies, ei, fem. 5. *faccia*, פנים, Germ. *angeſicht*, Gall. *face*, Hiſp. *cara*, πρόσωπον, pars anterior capitis humani conſtans ex fronte, oculis, naſo, malis, ore, mento. *Cic.* 2. *Phil.* L. Turſelius qua facie fuerit, qua ſtatura. ¶ Sæpe facies ſumitur pro totius corporis forma. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 151. Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas, & dicitur de ingenito cujuſque rei aſpectu, & ſuperficie, ut Facies terræ, facies maris. *Salluſt. l.* 2. *Hiſt.* Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani. ¶ Dicitur etiam de rebus corporis experatibus, & ſumitur pro ſpecie. *Cic.* 1. *Off. c.* 5. Formam quidem ipſam, & tanquam faciem honeſti vides. ¶ Denique pro ſtatu uſurpatur. *Salluſt.* Atque immutata urbis facies erat. ¶ Antiqui declinabant, *hæ facies*, *hujus facies*, vel *facii*. *Gel. l.* 9. *c.* 14. Sed hoc omnibus ejuſdem quintæ declinationis commune fuit. ¶ Vertere ſe in omnes facies, eſt experiri omnia ſua conſilia, aut vires. *Virgil.* 12. *Æn.* Verte omnes te te in facies, & contrahe quicquid ſive animis, ſive arte vales. ¶ De facie aliquem noſſe, *conoſcer di viſta*. *Cicer. in Piſon.* Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem noſti, ut, &c. ¶ Prima facie, a primo viſu. *Cajus JCtus leg. Aliquando, ff. ad Senatuſconſ. Velle.* Prima facie quidem alienam, revera autem ſuam obligationem ſuſcipit. ¶ Facies pacis, *apparenza di pace*. *Tac. Ann.* 13. *c.* 38. Dum poſitis telis, & galeis in faciem pacis veniretur. ¶ Faciem perfricare, eſt pudorem abjicere, & quaſi manu e vultu abſtergere. *Plin. in præfat. nat. hiſt. ſub init.* Perfricui faciem, nec tamen profeci.

Facĭle, adv. *facilmente*, *agevolmente*, Germ. *leichtlich*, Gall. *facilement*, Hiſp. *facilmente*, ῥᾳδίως, nullo negotio, ſine labore. *Cic.* 1. *Fam.* Contra injurias, quæ propoſitæ ſunt a Catone, facile reſiſtemus. ¶ Eſt etiam confirmantis adverbium, & ſignificat haud dubie, jungiturque cum nominibus ſuperlativis, vel ſuperlativi vim habentibus, item nominibus diverſitatis, item verbis, quæ excellentiam ſignificant, & aliis. *Cic.* 6. *Fam.* Tum certe ordinis tui facile princeps. *Id. pro Rab. cap.* 9. Totius Græciæ facile doctiſſimum. ¶ Nonnunquam pro libenter ponitur. *Cic.* 4. *Tuſc.* Sed ita aberrare propoſito, facile patiebar. id eſt non invitus. ¶ Comp. facilius, ſup. faciliime. *Cic.* 2. *de Or.* Et dici ornatiſſime poſſunt, & audiri facillime. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 2. Id facilius eis perſuaſit. ¶ Facile vivere, agere, eſſe, ſignificat commodam vitam agere, ſine ſordibus, laute, ex ſententia, *ſtar bene*, *viver comodo*. *Plaut. Curc.* 5. 2. 6. Nugas garris. C. Soleo. nam propter eas vivo facilius. *Id. Epid.* 2. 2. 59. Quam facile, & quam fortunate evenit illi! *Ter. Adel.* 5. 4. 56. Cum animo cogites, quam vos facillime agitis, quam eſtis maxume potentes, dites, &c.

Facĭlis, le, o. 3. *facile*, קל, Germ. *leicht*, Gall. *facile*, *aiſé*, Hiſp. *facil*, εὔκολος, quod eſt ſine labore, a facio, ut agilis ab ago. *Cic.* 2. *de Orat.* Utriuſque rei facilis eſt, & prompta defenſio. ¶ Cum ad perſonam refertur, ſignificat lenem, humanum, exorabilem. *Cic. lib.* 1. *ad Q. Fr.* Facilem te in rebus cognoſcendis, & in hominibus audiendis, admittendiſque præbere. *Id.* 7. *Fam.* Si tam facilem populum haberem, quam Æſopus habuit. *Id. de Amic.* Quid dicam de moribus facillimis? ¶ Aliquando expeditum, & clare explicantem. *Cic. in Bruto.* T. Junius fuit facilis, & expeditus ad dicendum. ¶ *Ex facili*, eſt facile. *Col. l.* 6. *c.* 1. Quæ vitanda non ex facili dixerim. ¶ Res faciles dicuntur, quæ ex ſententia procedunt. *Liv. l.* 23. *c.* 11. Res veſtræ meliores, facilioreſque erunt, magiſque ex ſententia. ¶ Facilis etiam dicitur celer, agilis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 310. Faciles oculos fert omnia circum. ¶ *Claudian. de laudib. Serenæ*, *v.* 54. Hiſpania facilis frugum. h. e. fertilis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 223. Terram pecori facilem. h. e. idoneam pecori aptam. *Sil. l.* 15. *v.* 741. Milites ſoli faciles. h. e. aptos ad ferendum ſolis æſtum.

Facilĭtas, atis, f. 3. *facilità*, *agevolezza*, Ger. *leichte*, Gal. *facilité*, Hiſp. *facilidad*, εὐκολία, habitus, quo quis aliquid facile facit. *Cic.* 4. *Tuſcul.* Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur. ¶ Sumitur etiam pro humanitate, qua nos facile exorabiles præbemus, *amanità*, *piacevolezza*. *Cic. pro Mur.* 31. Si illius comitatem, facilitatemque tuæ gravitati, ſeveritatique aſperſeris. Sic *facilitatem imperii* dixit *Tac. Agric. c.* 13. ¶ *Facilitates* in plur. numero habet *Quintil. l.* 9. *c.* 4.

Facilĭter, adv. *facilmente*, facile, ῥᾳδίως. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. *ſub fin.* Itaque faciliter contra eas diſciplinas diſputare poſſunt. Adde *l.* 2. *c.* 1. Hoc adverb. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. non probat quidem, ſed permittit.

Facinorōſus, a, um, o. 1. 2. *ſcellerato*, ſceleſtus, flagitioſus. *Cic. in Catil.* Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum. *Juſtin. l.* 16. *c.* 4. Exilio facinoroſior redditus. *Cic. pro Sext. c.* 38. Cum rempub. a facinoroſiſſimis ſicariis oppreſſam videretis.

Facĭnus, oris, n. 3. *azione*, *opera*, ἀνδραγάθημα, inſigne aliquod factum, a facio, & accipitur tam in bonam partem, quam in malam. *Salluſt. Jug. c.* 2. Ingenii egregia facinora, ſicut animus, immortalia ſunt. *Cic. l.* 2. *de Fin.* Vide, ne facinus facias, cum mori ſuadeas. *Id. pro Mil.* Scelus, & facinus manibus cruentis præ ſe ferre, & confiteri.

Facĭo, cis, feci, factum, a. 3. *fare*, עשה, Ger. *machen*, Gal. *faire*, Hiſp. *hazer*, ποιέω, propria eſt efficere, ut aliquid ſit. Eſt autem hoc verbum lætiſſimæ ſignificationis, accommodaturque omnibus fere actionibus, quarum præcipuas tantum hic ſubtexemus. Itaque prima, vulgataque notione ſignificat *fare*, ut facere divitias. *Plaut.* Facere rem, eodem ſenſu,

Terent.

Terent. Facere ſacrificium, facere rem divinam, facere ſacre, Cic. Facere vota. Id. Facere rem veneream: quo ſenſu etiam facere abſolute uſurpatur apud Plaut. & Petron. Sic Sen. epiſt. 115. Una felicitas eſt bonæ vitæ, facere, eſſe, habere, ſui patrimonii. Cic. pro Sext. c. 13. Quid hoc homine facias? ¶ Facere proventum, h. e. fructum dare, Col. Facere quæſtum, lucrum, Cic. Facere ratum, h. e. confirmare, Liv. Facere gratum alicui, far coſa grata, Ter. & Cic. Facere bellum, Nepos. Facere initium, facere finem, Cic. & Plaut. Facere convicium. h. e. conviciari, Plaut. Facere injuriam alicui, Ter. Cic. & alii. ¶ Significat etiam ſcribere, componere. Cic. l. 1. Or. Empedocles egregium poema fecit. ¶ Item æſtimare, & conſtruitur more verborum æſtimandi, ſtimare. Cic. Fam. Pompejum faciebam plurimi. ¶ Item ſacrificare, far ſacrifizio. Virg. Ecl. 3. Cum faciam vitula pro frugibus. Cic. pro Mur. Junonis Soſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt. Col. l. 2. c. ult. Facere catulo. ¶ Item conſentire, favere. Cic. pro Cæc. Rem, & ſententiam interdicti ſecum facere fatebatur. Nep. Eumen. c. 8. Non minus eos cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint. ¶ Item colligere, ut facere manum, far ſoldati. Cic. Ver. Facere quamplurimum gnatis. h. e. multas divitias pro filiis accumulare, Terent. ¶ Item prodeſſe, aut convenire, Propert. l. 3. el. 1. v. 20. Non faciet capiti dura corona meo. Ovid. 1. Triſt. 8. 33. Nec cœlum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ. non mi conferiſcono. Plin. l. 20. c. 18. Facit ad difficultatem urinæ. ¶ Item inducere, introdurre, quo in ſenſu non conjunct. ſed infinitum regit. Perſ. Sat. 1. v. 44. Quiſquis es o, modo quem ex adverſo dicere feci. Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 16. Quem Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulyſſe. Sic facere nomina in Dialogis, introdur perſonaggi a parlare. Cic. Si nomina facta ſunt, mutari poſſunt. ¶ Item exercere, profiteri, exercitare, ut facere medicinam, apud Cic. Fam. 14. ep. 7. facere mercaturas, Id. Ver. 5. c. 28. ¶ Item pati, ſubire. Cic. 2. Fin. c. 24. Si jacturæ rerum familiarium erunt faciundæ. Plaut. Capt. 2. 2. 77. Eſt, ubi profecto damnum præſtet facere, quam lucrum. Sic paries vitium facere dicitur, cum vetuſtate, aut motu aliquo labefactatur. Cic. in Top. c. 3. ¶ Item aliquo ire, Terent. Huc te fac. h. e. huc accede, ut explicat Donat. Apul. l. 5. Met. ſub init. Paulo fidentior intra limen ſe ſe fecit. ¶ Item gignere, Var. l. 3. R. R. c. 22. Plerumque pullos ſimiles ſui faciunt. ¶ Item agere. Cic. Att. l. 5. ep. 20. Apameæ quinque dies morati, Iconii decem fecimus. ¶ Item creare, Cic. de Sen. Anno undevigeſimo hi Conſules facti ſunt. ¶ Item diſponere, ſtatuere. Cic. Ver. 3. Quid hoc homine faciatis? Id. ad Att. Feci de Fabio, ut ſcribis. Sic facere in aliquem, pro in aliquem ſtatuere, animadvertere. Ter. Heaut. 1. 2. 24. Vereor ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater. Et cum dat. Id. Eun. 5. 6. in fin. ¶ Præterea cum variis nominibus conjunctum varias, & elegantes notiones habet, ut facere alicui animum, far' animo. Liv. l. 25. ¶ Facere alicui copiam, vel poteſtatem alicujus rei. Liv. l. 7. Facere copiam pugnandi. Cic. Phil. 8. Facere omnibus ſui conveniendi poteſtatem. ¶ Facere fidem, probare, Cic. in Catil. Quoniam auribus veſtris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum ad aliquid, paſſare a qualche coſa, promoveri, progredi. Cic. Ver. 4. Ex hac provincia in Africam gradus imperii factus eſt. Significat etiam ſimpliciter ambulare. Plaut. Curc. & Cic. de Orat. ¶ Facere gratiam, diſpenſare. V. Gratia. ¶ Facere modum alicujus rei, moderare, finire. Cic. de Leg. Ut aliquando controverſiæ facerent modum. At facere modos, eſt modulari, vel carmina componere. V. Modus. ¶ Facere negotium alicui, travagliare qualcuno. Quintil. l. 5. c. 11. Negotium innocenti facit. ¶ Facere nomen, dar' il nome. Item famam acquirere, farſi fama. Facere nomina, far partite, far debiti. V. Nomen. ¶ Facere alicui otium. h. e. dare. Virg. Ecl. 1. Deus nobis hæc otia fecit. ¶ Pedem facere, in re nautica eſt dimidio vento navigare. V. Pes. ¶ Facere periculum, far' eſperienza, tentare. Cic. 2. Ver. Facere periculum diligentiæ. Ter. Eun. 5. 2. Fac periculum in litteris. ¶ Facere periculum alicui, porre a pericolo. Tac. l. 5. Tanquam inſonti periculum feciſſet. ¶ Facere promiſſum, mantener la promeſſa. Cic. l. 3. Off. Promiſſum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum. ¶ Facere reum, accuſare qualcuno, e farlo reo. Cic. ad Q. Fr. P. Sylla Gabinium de ambitu reum fecit. ¶ Facere ſanguinem, far ſangue, effundere. Liv. l. 45. Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem uſquam factum vidiſſent. ¶ Facere ſatis, ſoddisfare, pagare, ubbidire. Cic. in Brut. Ego vero, ſi potero, faciam vobis ſatis. V. Satisfacio. ¶ Facere ſtipendia, militare. Liv. l. [illegible] Equis ſuis ſe ſtipendia facturos promittunt. ¶ Facere ſtipendiarios, farſi tributarj. Cæſ. l. 1. B. G. Heduos ſibi ſtipendiarios factos. ¶ Facere ſtomachum, fare ſtomaco, o faſtidio. Cic. l. 1. Fam. Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent. ¶ Facere ſumptum, far delle ſpeſe. Cic. l. 5. ad Attic. Quod nolles fit ſumptus in nos, neque in legatum, &c. ¶ Facere vadimonium, promettere di comparire in giudizio. Cic. pro Quint. Quo die vadimonium iſtud factum eſſe dicit? ¶ Facere teſtes, chiamar teſtimonj. Liv. l. 44. Se Deos, hominesque teſtes facere invitos, &c. ¶ Facere vela, far vela, navigare. Cic. 5. Tuſc. Utrum mavis, ſtatim ne nos vela facere, an &c. ¶ Verba facere, parlare. Ter. Phorm. 5. 8. 25. Verba fiunt mortuo. ¶ Facere fugam, metterſi in fuga. Liv. l. 8. c. 9. Conſternatæ cohortes Latinorum fugam, & vaſtitatem late fecerunt. Significat etiam fugare, metter in fuga. Cic. pro Dom. c. 25. Quas iſte tum cædes, quas fugas fecerit, vidiſtis. ¶ Facere delicias. V. Deliciæ. ¶ Facere volupe animo ſuo, darſi ſpaſſo. Plaut. Aſin. ¶ Facere ludos, far' i giuochi, ludos edere, exhibere. Cic. ad Q. Fr. Item ludere, ſcherzare. Ter. Phor. 5. 7. 53. Dicitur etiam ludos facere, qui ludum de ſe aliis præbet. Plaut. multis in loc. ¶ Facere auſpicium dicitur avis, ex qua illud capitur, far' augurio. Liv. l. 1. Eam alitem circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe. ¶ Tranſlate Hor. l. 1. ep. 1. Cui ſi vitioſa libido fecerit auſpicium. ¶ Facere exemplum in aliquem, caſtigare. Plaut. Moſt. 5. 1. 67. Exempla edepol faciam ego in te. ¶ Facere officium ſuum, far' il ſuo dovere. Ter. & Plaut. Stich. 1. 1. 58. ¶ Facere juſta, far' i funerali. Cic. pro Flac. Juſta Catilinæ facta ſunt. ¶ Facere compendii. V. Compendium. ¶ Facere bene, vel male alicui. Ter. Phor. Dii tibi male faciant. Calvus apud Chariſ. l. 2. Ita mihi Jovem velim bene feciſſe. ¶ Sæpe hoc verbum alia verba reſolvit, & eandem, quam ipſa, ſignificationem habet. Cic. de Senect. Invitus feci, ut C. Flaminium de Senatu ejicerem. h. e. invitus ejeci. Plaut. Moſt. 1. 3. 59. Facito cogites. h. e. cogita. ¶ Miſſum facere aliquid, pro præterire. Ter. Eun. 5. 2. 25. Miſſa hæc faciamus. Item pro mittere, Pompejus M. in ep. ad Att. l. 8. Ut cohortes, quæ fortunas ſuas reliquerunt, ad me miſſum facias. h. e. mittendas cures. ¶ Facere omnia, tentar' ogni mezzo. Cic. Fam. 16. ep. 17. Valetudo tua me valde ſollicitat, ſed inſervi, & fac omnia. ¶ Junctum cum aliis verbis ſubjunctivum amat. Cic. Att. Et ſi non potuiſti facere, ut illam epiſtolam non mitteres, ſe non hai potuto far di meno di non, &c. Ter. Eun. 2. 3. Fac, ſis, promiſſa appareant. Cic. Att. l. 1. Fac ut ſciam. ¶ Cum infinito ſignificat concedere, dare. Cic. Fam. 9. ep. 16. Verum fac, eſſe omnia, diamo, che tutto ſia, &c. ¶ Item in cauſa eſſe, ſeu efficere, & quidem cum infinito. Liv. l. 22. c. 13. Caſilinum pro Caſino ducem accipere fecit. Col. l. 12. c. 38. Mel ter infervere facito. Virg. 2. Æn. v. 538. Qui nati coram me cernere lethum feciſti. ¶ Bene facis, formula eſt beneficium teſtantis, & gratias agentis; item approbantis. Ter. Eun. 1. 2. 106. Merito te amo. Ph. Bene facis. ¶ Par, ſi facis, proverbiale eſt eodem ſenſu, quo dicimus, age quod agis. Mart. l. 1. epigr. 47. Sic Plaut. Perſ. 1. 3. 66. Hoc ſi facturus, face. Senec. l. 2. de Benef. c. 5. Fac, ſi quid facis. ¶ Factum velle, eſt favere, bene cupere. Ter. Adelph. 5. 7. 20. Dii tibi, Demea, bene faciant, cum te video noſtræ familiæ tam ex animo factum velle. ¶ Abſolute uſurpatum eſt a Veteribus in Inſcriptionibus Sepulcrorum, ut fecit, fieri curavit, &c. h. e. tumulum poſuit. Prætores etiam, & Quæſtores in publicis criminibus cognoſcendis, reo damnato, pronunciare ſolebant feciſſe videtur. Cic. in Piſon. c. 40. Hinc in ambiguo ſenſu ludit Martial. l. 9. ep. 16. Inſcripſit tumulo ſeptem ſcelerata virorum, ſe feciſſe, Chloe, quid pote ſimplicius? h. e. ſe feciſſe tumulum, ſed revera occidiſſe. ¶ Facior in paſſivo Veteres dixiſſe, patet partim ex particip. factus, partim ex compoſitis afficior & efficior, partim ex Non. c. 10. n. 17. ubi Nigid. [illegible] reddit facitur, & Tit. ait, conſilium parvi facitur. Sed pro hoc antiquato nunc fio utimur. ¶ Imperat. eſt fac, vel facito. Sæpiſſime tamen apud Plaut. legas face.

Factio, onis, f. 3. operazione, [illegible], actio, confectio, poteſtas conficiendi. Cic. in Top. c. 11. Quas ie inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. ¶ Item ordo, ſocietas, ut Factio hiſtrionum, factio quadrigariorum. Quatuor apud antiquos fuere aurigantium factiones, Veneta, Praſina, Alba, Roſea, a coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harum factionum cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus virenti Veri dicatus erat, Roſeus flammeæ Æſtati, Venetus nubilæ Hyemi, Albus pruinoſo Autumno. Suetonius ſcribit, his addidiſſe Domitianum duas, alteram aurati, alteram purpurei panni. Hæ pernicitate curſus inter ſe decertabant, favoreque popularis, ſive Imperatorio victoriæ præmia adjudicabantur eis, quæ viciſſent. ¶ Item eorum conſenſus, & conſpiratio, qui ſe principes, & primarios in civitate efficere conantur, fazione, ſetta, congiura, [illegible], Ger. [illegible], Gal. faction, party, Hiſp. vando, [illegible], ut factio Pompeji, factio Cæſaris. Cæſ. 1. B. C. Ut ſe, & Pop. Rom. paucorum factione oppreſſum in libertatem vindicaret. ¶ Item nobilitas, potentia, & auctoritas alicujus in civitate, quia qui iſta habent, facere multa & poſſunt, & ſolent. Plaut. Ciſt. 2. 1. 17. Neque nos tanta factione ſumus, neque opes noſtræ tam ſunt validæ.

Factionarius, ii, m. Factionarii dicuntur, qui præſunt factionibus aurigarum. Impp. Valentinian. Val. & Gratian. l. 15. Cod. Theodoſ. tit. 10. leg. 2. Equos vendendi ſolitam factionariis copiam non negamus.

Factioſus, a, um, o. 1. 2. fazioſo, [illegible], princeps ille, qui factionem exercet. Nepos Lyſand. c. 1. Semper factioſus, audaxque. ¶ Item opulentus, & potens, etiam in bonam partem. Plaut. Aulul. 2. 2. 50. Venit hoc mihi in mentem, te eſſe hominem divitem, factioſum, me item eſſe hominem pauperum pauperrimum. ¶ Item impiger, aptuſque ad res gerendas. Id. Bacch. 3. 6. 13. Lingua factioſi, inertes opera. ¶ Comparat. factioſior legitur apud Aurel. Vict. in Caracal. ſuperlat. factioſiſſimus, apud Plin. l. 4. ep. 9.

Factitatio, onis, f. actus factitandi, ut factitatio corporum, apud Tert. adv. Hermog. c. 32.

Factitator, oris, m. qui factitat. Tertul. adv. Prax. c. 18. Idolorum factitatores, atque cultores.

Factitatus, a, um, fatto ſpeſſo, praticato. Cic. l. 1. Offic. c. 24. Hæc apud majores noſtros factitata. Id. in Orat. Alterum factitatum eſt, alterum novum.

Factitius, a, um, o. 1. 2. fattizio, [illegible], Ger. gemacht, Gal. factif, Hiſp. hechizo, [illegible], quod arte aliqua effectum eſt, hoc eſt, quod naturale non eſt. Plin. l. 10. c. 17. Ergo in utraque gente bina laudavi genera, terrenum, & factitium. ¶ Factitia verba dicuntur, quæ & fictitia appellantur, quæ ad ſoni alicujus ſimilitudinem efficta ſunt, ut crocire, hinnire, &c.

Factito, as, a. 1. fare ſpeſſo, praticare, [illegible], ſæpe facio. Ter. Eun. 4. 7. 13. Idem Pyrrhus factitavit. Hor. in Ar. poet. v. 470. Verſus factitare. Quintil. l. 7. c. 4. Factitare medicinam. Cic. de clar. Orat. Factitare accuſationem.

Facto, as, a. 1. frequent. a facio. Plaut. Merc. prol. v. 94. Omnes merces, ut volui, vendidi ex ſententia, Lucrum ingens facto.

Factor, oris, m. 3. fattore, [illegible], Ger. macher, Gal. faiſeur, Hiſp. hazedor, [illegible], qui efficit. Pallad. l. 1. R. R. c. 6. Cuparum, doliorumque factores. Lactant. l. 2. c. 8. Dei poteſtas, quæ fine, ac modo caret, ſicut vita factoris. h. e. creatoris rerum omnium. ¶ Veteres de iis hoc nomen uſurparunt, qui oleum, aut vinum conficerent. Cato R. R. c. 64. Factores volunt, ut olea in tabulato diu ſit, ut fracida ſit, quo facilius oleum efficiant. Adde eund. c. 13. & 66. ¶ Factor etiam dicitur, qui criminis alicujus reus eſt, apud JCtos. Marc. l. 7. ff. de cuſt. & exhib. reor. ¶ Factores in pilæ ludo dicuntur, qui pilam regerunt, & reddunt, ſicut datores, qui dant, & mittunt. Plaut. Curc. 2. 3. 18. Tum iſti, qui ludunt datatim, & datores, & factores omnes ſubdam ſub ſolum.

Factorium, ii, n. inſtrumentum, quo oleum fit. Pallad. in Octobr. tit. 20. Ubi vero compleveris modum factorii.

Factum, ti, n. 2. fatto, [illegible], Ger. that, Gal. fait, Hiſp. hecho, [illegible], actio, res geſta. Cic. 1. Fin. De clarorum hominum factis illuſtribus, & glorioſis ſatis hoc loco dictum ſit. Virg. 10. Æn. v. 468. Sed famam extendere factis, hoc virtutis opus.

Factura, æ, f. 1. fattura, [illegible], Ger. machung, Gal. facture, façon, Hiſp. hechura, [illegible], compoſitio rei, quam facimus. Plin. l. 34. c. 14. Alibi vena bonitatem hanc præſtat, alibi factura. ¶ Item opus ipſum factum. Prudent. Apotheoſ. v. 792. Anima factura Dei eſt.

Factus, us, m. 4. fattura, [illegible], confectio. Unde factus olei dicitur, quantum una vice conficitur. Cato de R. R. c. 67. Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios. ¶ Factus villæ, ſtructura, opus. Var. l. 3. de R. R. c. 1. Quo exornatior villa eſſe poſſet fructu, quam facto. V. eund. l. 1. c. 24.

Factus, a, um, adject. particip. fatto, lavorato, [illegible]. Cic. 4. Ver. c. 18. Pocula Mentoris manu ſummo artificio facta. Horat. l. 1. ſat. 5. v. 33. Ad unguem factus homo. h. e. perfectus. Cic. 6. Ver. Argentum factum. Sic oratio facta. h. e. elaborata, polita. Cic. l. 3. de Orat. ¶ Factum velle alicui, V. in Facio.

Facul, idem quod facilis, vel faciliter, apud Veteres. Pacuv. apud Non. c. 2. n. 331. Haud facul femina invenietur bona. Et Var. Utrum ſit magnum, an parvum, facul, an difficul.

Facula, æ, f. 1. facella, [illegible], parva fax. Prop. l. 2. eleg. 20. v. 5. Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas. ¶ Tranſlate Plaut. Perſ. 4. 5. 46. Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. h. e. occaſionem, viamque lucrandi.

Facultas, tis, f. 3. potenza, forza, arbitrio, poteſtà, [illegible], Ger. facultet, Gal. faculté, Hiſp. facultad, [illegible], proprie eſt facultas agendi, ab antiquo

facul, pro facilis. Hinc omnis ars facultas appellatur, quia dat regulas, & rationem faciendi aliquid. *Ter. Andr.* Dii date facultatem huic pariendi. *Cic. 1. de Inv.* Facultates ſunt, aut quibus facilius fit, aut ſine quibus aliquid confici non poteſt. ¶ Sed *Plinius* facultatem a facilitate diſtinguit, illam vocans gratiam, ac virtutem faciendi, hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim inquit *epiſt.* 115. Quia nimia aſſiduitate facilitas magis, quam facultas, nec fiducia, ſed temeritas paratur. ¶ Sæpe pro poteſtate ponitur, ἐξουσία. *Cic. pro Rab.* Utinam mihi hanc facultatem cauſa concederet, &c. Hinc *facultates* num. plur. pro opibus, copiis, divitiis ſumuntur, quia per divitias omnia facillime fiunt. *Cic. ad Q. Fr.* Quæ vero me non tuæ facultates ſuſtinebunt. *Caſ. l. 1. B. G. c.* 38. Omnium rerum, quæ ad bellum uſui erant, ſumma erat in oppido facultas. hoc eſt, abundantia.

Faculter, adverb. facile. *Feſt.*

Facunde, adverb. *eloquentemente*, Ger. *beredt ſamlich*, Gal. *facondement*, Hiſp. *facundamente*, λογίως, diſerte. *Liv. l.* 38. c. 18. Ut hoſtem etiam infeſtiſſimum facunde alloquendo ſibi conciliaret. *Val. Max. l.* 3. c. 3. Totius mundi naturam prudentiſſime, & facundiſſime exprompſit.

Facundia, f. 1. *eloquenza*, מליצה, Ger. *beredſamkeit*, Gal. *facondité*, Hiſp. *facundia*, λογιότης, facultas diſſerendi. *Plin. l. 7. c.* 30. Facundiæ, Latiarumque literarum parens Cicero. *Quintil. l.* 1. *proœm. ſub fin.* Alere facundiam, vires augere eloquentiæ.

Facundioſus, a. 1. 2. idem ac facundus, apud vet. *Semp. Aſel.* referente *Gel. lib.* 4. c. 9. Si minus facundioſa eſſent.

Facunditas, atis, f. 3. idem quod facundia, ſed minus uſitatum. *Plaut. Truc.* 2. 6. 13. Facile ſibi facunditatem virtus argutam invenit.

Facundus, a. 1. 2. *facondo*, *eloquente*, מליץ, Ger. *wolberedt*, Gal. *facond*, *eloquent*, Hiſp. *facundo*, ἐλλόγιμος, diſertus, a *fando*. *Ovid. l.* 2. *art. aman. v.* 123. Non formoſus erat, ſed erat facundus Ulyſſes. ¶ Comp. facundior, ſup. facundiſſimus. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. In omnibus gentibus alius alio facundior habetur. *Id. l. eod.* c. 2. *ſub fin.* Facundiſſimum quemque ſibi ad imitandum proponet.

Fæcariæ ſportæ, apud *Cat. R. R. c.* 11. (ubi tamen al. leg. *fecariæ*) ſunt, quibus incluſa fæx prælo ſupponitur, ut vinum fæcatum exprimatur, quod explicatur ab *eodem c.* 153.

Fæcatus, a, um, o. 1. 2. *quel che ſi trae dalla feccia*, τρυγίτης, quod e fæcibus expreſſum eſt. *Cat.* c. 153. Vinum fæcatum ſic facito. Adde *Plin. l.* 14. *c.* 10.

Fæcinæ uvæ, vel fæciniæ, quæ plus, quam ceteræ, fæcis afferunt. Alio nomine a colore Rubellanæ, & a loco Nomentanæ vocantur. *Col. l.* 3. *c.* 2. Sic vinum fæcinum. *Id. l.* 12. c. 45.

Fæcoſus, a, um, adject. qui fæce abundat. *Mart. l.* 13. *epigr.* 102. Accipe fæcoſum munera chara garum. Garum enim fæx quædam eſt liquore denſo, quare quo magis fæce abundat, eo eſt pretioſius. Alii leg. *faſtoſum*. h. e. dite homine dignum.

Fæcula, f. 1. dim. a fæx. Hoc nomine appellatur condimentum quoddam ex Coi vini ſedimento. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 9. Siſer, alec, fæcula Coa. Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 430.

Fæculentia, æ, f. fæcis abundantia. *Sidon. lib.* 3. *epiſt.* 13. Fæculentia per cloacali.

Fæculentus, a. 1. 2. *pien di feccia*, Ger. *beſechtig*, Gal. *plein de lie*, *ou de bourbe*, Hiſp. *lleno de hezes*, τρυγώδης, fæcibus plenus, ut fæculenta aqua. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. Fæculentum pus. *Colum. l.* 2. *c.* 1. Fæculentum vinum. *Salvi. c.* 46. Fæculentior ſuperficies. *Auguſt. de ver. relig. c.* 40. Quorum aliud fæculentiſſimum redditur.

Fæcutinus, a. 1. 2. idem quod fæcatus. *Gel. l.* 13. c. 29. Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas Grammaticas ſpectaveris. Alii leg. *Fætotinas*, a fæteo.

Fæx, cis, f. 3. *feccia*, שמר, Germ. *heſen*, Gal. *lie*, *fondrille*, Hiſp. *hez*, τρύξ, excrementum cujuſque rei. Aliqui a *facio* derivant, & ſine diphthongo ſcribunt. Sed *Manut. ex lib. vet.* diphthongum retinet. V. *Voſſ. Etymol.* ¶ Fæces unguentorum *magmata* dicuntur, fæces olearum *fraces*, fæces vini communiter *fæces*, a Columella *floces*. *Horat.* 1. *carm. od.* 35. Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici. ¶ Tranſlate dicitur de hominibus vilibus, & abjectis. *Cic. pro Flac. c.* 8. Opifices, & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum quid eſt negotii concitare? Adde ad *Att. l.* 2. *ep.* 1.

Fagĕus, a. 1. 2. quod eſt ex fago arbore. *Plin. l.* 16. c. 5. Alia fageæ glandis figura, alia querneæ.

Faginĕus, a. 1. 2. ex fago. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 656. Bis ſua faginea tempora fronde tegit. *Colum. l.* 12. c. 45. Arculæ fagineæ.

Faginus, a. 1. 2. ex fago. *Virg.* 3. *Georg.* Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis.

Fagus, i, f. 2. *faggio*, Ger. *buchbaum*, Gal. *fau*, Hiſp. *haya*, φηγός, arbor glandifera, quales præter eam ſunt tres aliæ, robur, quercus, æſculus. *Virg.* 1. *Ecl.* Patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Fagūtal, n. 3. Romæ ſacellum Jovis, in quo erat fagus arbor, Jovi ſacra. Hinc Jupiter Fagutalis, & lacus Fagutalis. *Plin. l.* 16. *c.* 10. *Var. l.* 4. *L. L.*

Fala. V. Phala.

Falăcer, cris, m. unus ex quindecim Flaminibus, quos Romani, aucta civitate, atque adeo & ſacerdotiis, conſtituerunt. Nomen habuit a Falacre, qui pomorum Deus habitus eſt, quia ejus ſacris operabatur. *Var. l.* 4. & 6. *L. L.*

Falarica, V. *Phalarica*.

Falarienſes, m. 3. pop. Piceni, quorum opp. Falaria etc. adhuc *Faleriane*, apud Tignum opp. inter Firmum, & Fanum S. Geneſii.

Falarium, ii. 2. *Roſocolmo*, prom. Siciliæ, inter Pelorum prom. & Mylas opp.

Falcarius, ii, m. qui falce utitur, vel qui falces conficit, δρεπανουργός. Hinc factum nomen vico cuidam Romæ, quod ibi falcarii habitarent. *Cic. Catil.* 1. *c.* 4. Dico, te priori nocte veniſſe inter falcarios.

Falcātus, a, um, o. 1. 2. *ſimile a falce*, Ger. *krum wie ein ſichel*, Gal. *courbé comme une faux*, Hiſp. *encorbado en manera de hoz*, δρεπανοειδής, quod formam falcis habet. *Plin. l.* 10. *c.* 21. In ſublime caudam quoque falcatam erigens. *Id. l.* 17. c. 10. Serendas (amygdalas) quam maxime falcatas, & a novella. Lexicographi adhuc interpretati ſunt, *falce amputatas*, ſed durior interpretatio eſt, nec facile defendi poteſt. ¶ Item falcibus armatus, ut falcati currus. *Liv. l.* 37. c. 41. Falcatæ quadrigæ. *Curt. l.* 4. *c.* 9.

Falcicŭla, & per ſyncop. Falcula, æ, diminut. parva falx, *picciola falce*, δρεπάνιον. *Pallad. l.* 1. *ad fin.* Falciculæ breviſſimæ. *Col. l.* 12. *c.* 18. Falculæ, & ungues ferrei parandi. ¶ Falculæ dicuntur etiam de ungulis beſtiarum, ob ſimilitudinem. *Plin. l.* 8. c. 15. Mirum, pardos, pantheras, & leones, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ingredi, averſiſque falculis currere, nec niſi appetendo protendere.

Falcidĭa lex, fuit lex lata a P. Falcidio Trib. pl. in Triumviratu Auguſti, ut ne liceret teſtamento legare ultra dodrantem, ideſt, novem uncias, adeo, ut ſemper quarta pars hæreditatis hæredi conſervaretur, quod ſi teſtator dodrantem exceſſiſſet, liceret hæredi minuere legata, & quartam ſuam implere. *l.* 1. *ff. ad l. Falcid.*

Falcifer, a, um, o. 1. 2. falcem ferens. Speciatim eſt cognomen Saturni, quod primus in Italia agriculturæ uſum credatur indicaſſe. *Ovid.* 1. *Faſt.* Ante pererrato falcifer orbe Deus. *Mart. l.* 5. *epigr.* 16. Falciferi defendere templa Tonantis.

Falcĭger, a, um, adject. idem ac falcifer, & eodem uſu. *Auſon. Ecl. de Fer. Rom. v.* 36. Falcigerum placant ſanguine Cœligenam.

Falcipedius, a, um, qui pedes habet curvos ad modum falcis. *Petron. in ſatyr. c.* 75.

Falco, nis, c. 3. *falcone*, Ger. *falck*, Gal. *faucon*, Hiſp. *falcon*, ἱέραξ, avis ex accipitrum genere, quod ungues more falcis habeat introrſum flexos. *Jul. Firmic. l.* 5. *Matheſ. c.* 7. *ſub fin.* & *Servius ad Æn.* 10. *v.* 145. ¶ Falcones etiam illi homines dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro ſunt curvati, a ſimilitudine falcis. *Feſt.*

Facula. V. Falcicula.

Faltic, n. 3. verbum eſt architecturæ. *Var. de re ruſt. l.* 3. *c.* 5. Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a falere, pedem, & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum a ſtagno, latum ad quinque. Ad quem loc. Scalig. Falere vocat id, quod magis proprie eſſet pila, χῶμα vocat Thucydides, Virgilius ſaxeam pilam. Suſtinet autem falere omne penſilis onus, & ſtagno oppoſitum, & oppilatum eſt. Itaque pilæ lateribus immobiles a veteribus *Falerea* dicuntur, quia ante *Halerea* dicerentur παρὰ τὸν ἅλα, ſal. Argumento, quod Falerii populi ita dicti ſunt, quia apud eos ſal fieret, antea Halerii dicti, auctore Feſto. Niſi ſit, quod omnia alta φάλαρα vocabant Græci.

Faleria, Falerii, Faleris, Falaris, Phaleria, Phalerium, Phalaris, *Falere*, *Falare*, urbs exc. Etruriæ, in Faliſcorum finibus, a Feſcennio, ſeu Urbe Caſtellana 7. M. P. Viterbium verſus. Condita fuit a Falerio Argivo. Sed alii dicunt, olim fuiſſe in eo loco, ubi nunc Civitas Caſtellana, deinde deſtructa veteri novam urbem conditam fuiſſe ab eo loco uno milliario, & dimidio, in planitie, tandem nova urbe everſa, incolas iterum ſe recepiſſe in locum urbis veteris, ubi templum Junonis Faliſcæ remanſerat cum luco, tanquam in validum caſtellum, inde Civitatem Caſtellanam dictam eſſe.

Falerīna Tribus ruſtica, in Campania poſita, dicta eſt ab agro Falerno, deſcripta & conſtituta anno U. C. 435.

Falernum, i, n. 2. vinum generoſiſſimum, & apud Romanos celeberrimum, in Falerno agro proveniens, quod acre, forte, ardens, &c. vocat Horatius variis locis. ¶ Reperitur etiam Falernus maſc. gen. *Tibul. l.* 2. *el.* 1. *v.* 47. Nunc mihi fumoſos veteris proferte falernos Conſulis. Optimæ tamen edition. hab. fumoſum falernum. ¶ De Falerno V. *Silium l.* 7. *v.* 166. & *ſeq.*

Falernus, ager, & mons Campaniæ, inter Calenum, & Sinueſſam, ex quibus ager frumenti ferax eſt, mons, qui eſt Maſſico junctus, vini generoſiſſimi. *Macrob. l.* 3. *Sat.* c. 16. Sed aliqui Falernum montem Puteolis proximum faciunt.

Falernus, a, um, adject. ut falernæ vites, falerna vina. *Horat. l.* 1. *od.* 20. & *l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 55. Falernæ cellæ, apud *Virg.* 2. *Georg.*

Faliſca, Faliſcum, *Galeſe*, Col. & urbs Etruriæ, metrop. Faliſcorum, apud Tiberim fl. inter Feſcenniam, ſeu Urbem Caſtellanam, & Hortam.

Faliſci, Phaliſci, pop. Etruriæ, inter Ciminum M. & Tiberim fl. quorum urbs Faliſca, Faleria, Feſcennia, & Horta. *Virg.* 7. *Æn. v.* 695. æquos Faliſcos appellat, h. e. legum cuſtodes, quia jura & legum XII. Tab. ſupplementa apud eos aſſervabantur.

Faliſcorum Mons, Soractes, *Monte S. Oreſte*, & *Monte di S. Silveſtro*, mons Etruriæ, in finibus Faliſcorum, ad Tiberim fl. in Prov. Patrimonii S. Petri, & a regione Sabinæ provinciæ. Alius eſt urbs Mons Phiſco, *Monte Fiaſcone*.

Faliſcus, a, um, adject. ut Præſepes faliſcæ, apud *Cat. de R. R. c.* 4. quæ ſc. ex ligno faliſco optimæ fiebant. ¶ Faliſcus venter, vel faliſcus ſimpliciter genus erat farciminis, quod Romani a Faliſcis didicerant. *Martial. l.* 4. *epigr.* 46. Et lucanica ventre cum faliſco. *Stat. l.* 4. *Silv.* Non lucanicæ, non graves Faliſci.

Falla, æ, f. antiquum nomen, idem ac fallacia. *Vet. Poeta apud Non. c.* 2. *n.* 316. Me non vocavit, ob eam rem hanc feci fallam.

Fallacia, f. 1. *inganno*, מרמה, Ger. *betrug*, Gal. *tromperie*, Hiſp. *engano*, δόλος, techna, dolus malus, ſermo compoſitus ad fallendum. *Var. l.* 5. *de L. L.* deducit a fando. Et adjungit, ſi quis te fallat, in hoc non proprio nomine fallaciam eſſe, ſed tranſlatione. *Ter. Andr.* 4. 4. 39. Fallacia alia aliam trudit. *Cic.* 2. *de Div.* Tota res eſt inventa fallaciis aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. *Colum. l.* 11. c. 2. *circa med.* Nonnulli guſtu explorare uvæ maturitatem tentaverunt: ſed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

Fallacĭes, ei, f. 5. fallacia. *Apul. l.* 5. *Met.* Fallacia germanitatis inducta.

Fallaciloquentĭa, æ, f. 1. ſermo fallax. *Cic. de Fin. l.* 4. *c.* 25. Ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

Fallacĭōſus, a, um, o. 1. 2. *ingannatore*, ἀπατηλός, fallaciis plenus. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Quibus hujuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

Fallacĭter, adv. *con inganno*, במרמה, Ger. *betrieglicher weiſe*, Gal. *fauſſement*, *par tromperie*, Hiſp. *enganoſamente*, δολερῶς, fraudulenter. *Cic.* 2. *de Div. c.* 18. Fallaciter portenta interpretari. ¶ Comp. fallacius, ſup. fallaciſſime. *Cic. de Aruſp. reſp.* Fallaciſſime ſe illis venditabat.

Fallax, cis, o. 3. *fallace*, *ingannatore*, Ger. *betrieglich*, Gal. *trompeur*, Hiſp. *enganoſo*, ἀπατηλός, doloſus, qui conſuevit fallere, a fallo. *Cic.* 4. *Acad. c.* 46. Fallax imitatio ſimulatioque virtutis. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 799. Fallacior undis. *Cic. pro Dom. c.* 9. Homo fallaciſſimus. *Id. pro Rabir. Poſth.* Merces fallaces, & fucoſæ. ¶ *Fallacum* in genitivo plur. *Catull. carm.* 30. *ad Alphen.* Facta impia fallacum hominum.

Fallo, lis, fefelli, falſum, a. 3. *ingannare*, רמה, Germ. *betriegen*, Gall. *decevoir*, *tromper*, Hiſp. *enganar*, ἐξαπατᾶν, decipio, a σφάλλω, quod proprie eſt ſupplanto. *Var. l.* 5. *de L. L.* derivat a *fando*, quia fando aliquem decipimus, & contra quam diximus, facimus. *Cic. Catil.* 4. *c.* 11. Si vis improborum ſpem meam fefellerit. *Ter. Heaut.* 3. 1. 61. Falli te ſinas technis per ſervulum. *Plin. l.* 7. *c.* 37. Fallere mandata. h. e. non exequi. *Curt. l.* 7. *c.* 10. Fallere promiſſum. *Id. l.* 4. *c.* 5. Opinio me fefellit. *Id. ib. c.* 9. Cum ſaxa lubrica veſtigium fallerent. *Cic. l.* 2. *de Invent.* Opinionem tuam fefellit ea res. ¶ *Fallere ſermonem*, pro ſermone, & *Falli animo*, pro animo, illud eſt *Plauti Epid.* 2. 2. 55. & *Terentii Eun.* 2. 1. 63. hoc *Lucretii l.* 5. *v.* 98. ¶ Ponitur & pro latere, *fuor uſanſa*. *Livius*. Speculator Carthaginienſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſus. Huc ſpectat etiam illud proverbium, *vivens falle*, λάθε βιώσας, *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 10. Non vixit male, qui vivus, moriensque fefellit. h. e. adeo obſcure vixit, ut ab hominibus ignoraretur. ¶ *Fallere liberos parentibus*, affertur a nonnullis Lexicographis pro abducere liberos a parentibus, adducuntque locum *Plauti Rud.* 3. 4. 42. Sed ibi optimæ notæ Critici ita legunt: Tu ne hic feles virginalis liberas parentibus Sublectos habebis? V. *Feles*. ¶ Interdum ſumitur pro evitare. *Ovid. ep.* 19. Fallere retia. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Fallere curas ſomno. ¶ *Ovid.*

vid. l. 3. de ar. am. Litera fallit oculos. h. effugit. Sic apud eund. l. 4. Triſt. eleg. 1. Gaudia me fallunt. ¶ Neque hoc te, Craſſe, fallit. Cic. de Orat. hoc eſt non te latet. ¶ Fallere alicujus faciem, Virg. Æn. 1. h. e. vultus alicujus ſumere. Tu, inquit, faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo & notos pueri indue vultus. ¶ Fallere arte moras, fallere horas ſermonibus, fallere tempus narrando, Ovid. 3. Triſt. el. 3. & Heroid. epiſt. 18. render non noioſa la tardanza, paſſar il tempo m. ¶ Niſi fallor, ſe non m' inganno, formula, qua utimur, cum quæ narramus, certo nobis non conſtant. Virg. 5. Æn. Sic, niſi me fallo. Cic. Phil. 12. Niſi me fallit animus. ¶ Si ſciens fallo, tum me Jupiter lovo afficiat: formula erat ſolemnis jurantis, & ſibi mala imprecantis, ſi juramentum non ſervaſſet, quæ legitur aliquoties apud Livium.

Falſarius, o. t. 2. falſario, Germ. falſcher, Gall. fauſſaire, Hiſp. falſario, ῥαδιουργός, qui decipiendi gratia ſcripta publica falſificat, ut teſtamenta &c. Suet. in Ner. c. 16. Adverſus falſarios tum primum repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina trajecto obſignarentur.

Falſatio, onis, falſificamento, actus falſandi. Hieronym. l. 2. in Rufin. c. 5.

Falſatus, a, um, adject. falſificato, falſo. Sulpic. Sev. Dial. de virt. monach. c. 3. Cum legentium fides facile poſſet habere diſcrimen, ne falſata ſequeretur. Adde Hier. 2. in Rufin. c. 5.

Falſe, adv. falſamente, Germ. falſchlich, Gal. fauſſement, Hiſp. falſamente, ψευδῶς, fallaciter, inaniter. Cic. in Acad. l. 4. c. 46. Aſſentiri falſe nulli rei debemus. Superlat. Falſiſſime legitur apud Auguſt. Conf. l. 10. c. 13. & epiſt. 222.

Falſidicus, o. 1. 2. ψευδολόγος, qui falſa conſuevit dicere. Plaut. Capt. 3. 5. 13. Me, meamque rem tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilaceraviſti.

Falſificus, o. 1. 2. falſario, ψευδοποιός, qui facit fallacias. Plaut. Mil. 2. 2. 36. Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſijurium.

Falſijurius, ii, m. qui falſa jurat, ſpergiuro, ψευδόμνυμος. V. Falſificus.

Falſiloquus, a, um, o. 1. 2. ψευδολόγος, qui falſa loqui conſuevit. V. Falſificus.

Falſimonia, vel falſimonium, n. 2. frode, fallacia, [illegible], Germ. falſchheit, Gal. fraude, fallace, Hiſp. engano, ἐξαπάτη, fraus, fallacia. Plaut. Bacch. 3. 4. 12. Quos tum cenſeas tibi amicos, repertos eſſe falſimonios.

Falſiparens, tis, c. 3. qui falſum habet parentem, id eſt, cujus pater is eſſe creditur, qui minime eſt. Catul. epig. 63. Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis auſus falſiparens Amphitryoniades.

Falſitas, f. 3. falſità, שקר, Germ. falſchheit, Gal. fauſſeté, Hiſp. falſedad, ψεῦδος, vitium, quo id aſſerimus eſſe, quod non eſt. Cic. pro Cluent. c. 1. Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falſitas habet. Arnob. l. 1. Inditæ ſcriptis falſitates.

Falſo, as, a. 1. falſificare, falſum facio. Mod. l. pen. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Qui pondera, aut menſuras falſaſſent.

Falſo, adver. falſamente, ψευδῶς, non vere. Cic. pro L. Man. Hoc incredibile omnibus, & falſo memoriæ proditum videbatur. Nepos 7. 9. Alcibiades in Thraciam ſe abdidit, ſperans ibi facillime fortunam ſuam occuli poſſe. Falſo: Nam Thraces inſidias ei fecerunt &c.

Falſum, i, n. res falſa, coſa falſa. Hor. l. 1. ep. 10. v. 29. Vero diſtinguere falſum. Adde Lucret. l. 4. v. 478.

Falſus, a, um, particip. e fallo, chi ſi è ingannato. Ter. Eun. 2. 2. 43. Ut falſus eſt animi! ¶ Active etiam ſumitur pro eo, qui decipit, ingannatore, vano, mendace, ψευδής. Andr. 1. 5. 12. Cenſen', me putuiſſe proloqui ullam cauſam ineptam ſaltem, falſam, iniquam? Cic. 15. Phil. c. 2. Spes falſa, & fallax. Sic falſum gaudium, Ter. Andr. 1. 2. Lingua falſa, Ovid. 2. Met. Falſus ſodalibus. h. e. qui ſodales fallit, Catul. ep. 30. ¶ In illo Cic. 3. de Or. c. 25. Quanto molliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ, quam certæ, & ſeveræ! falſæ voculæ ſunt, quas Itali vocant falſetti, quibus opponuntur ſeveræ. ¶ Item fictus, ſimulatus. Salluſt. Catil. 1. c. 10. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere. ¶ De comparat. ſic Feſtus: Falſius, & falſior cum rationabiliter dici poſſint, non tamen ſunt in conſuetudine. Auguſt. tamen l. 7. C. D c. 5. Quanto eſt abjectior, & falſior. Col. l. 1. c. 6. Id falſiſſimum eſt. ¶ Falſum habere, eſt decipere. Salluſt. in Jugurt. Neque ea res me falſum habuit.

Falx, cis, f. 3. falce, מגל, Germ. ſichel, Gal. faux, Hiſp. hoz, δρέπανον, ἄρπη. ferramentum aduncum, quo ſegetes, & herbæ ſecantur, item illud, quo vites & arbores putantur, pennato. Cic. 5. Tuſc. Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. ¶ Falcium multa ſunt genera, fœnariæ, ſtramentariæ, arborariæ, vineaticæ, ſylvaticæ, ruſcariæ. Cato c. 10. & 11. ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina, quæ adunco præfigebatur ferro, dicta, quod incurvata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherentur. Cæſ. B. G. l. 3. c. 14. Falces præacutæ, inſertæ, affixæque longuriis, non abſimili forma muralium falcium.

Fama, f. 1. fama, שמע, Germ. geſchrey, Gal. renommee, Hiſp. fama, φήμη, idem, ac rumor, ideſt, quicquid de aliquo divulgatur, ſive in bonum, ſive in malum, a Dorico φάμα pro φήμη, quod a φημὶ, dico. Cic. Att. l. 7. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama eſt. ¶ Dicitur etiam de re inveterata, firmataque in hominum opinione, quamvis incerta. Martial. de ſpect. ep. 5. Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Item de nominis celebritate, & exiſtimatione. Cic. pro Cæl. Ab his fontibus profluxi ad hominum famam. Id. pro Quint. c. 15. Poſſidem famam, & exiſtimationem. ¶ Famæ in plural. legitur apud Salluſt. ſemel, & apud Arnob. Hinc Seneca Aruntium quendam reprehendit, quod affectate in Salluſtio imitaretur tam rarum dicendi modum. V. eund. epiſt. 114. a med.

Famelicoſus, o. 1. 2. βουλιμώδης, frequenter famelicus. Unde famelicoſam, terram paluſtrem vocabant. Feſt.

Famelicus, o. 1. 2. affamato, רעב, Germ. hungerig, Gal. affamé, Hiſp. hambriento, διψαλέος, qui fame laborat. Plaut. Caſ. Poſt id, cum laſſus fueris, & famelicus. Adde Ter. Eun. 2. 2. 29.

Famella, f. 1. dim. a fama. Feſt.

Fames, famis, f. 3. fame, רעב, Germ. hunger, Gal. faim, Hiſp. hambre, λιμός, edendi cupiditas, a φάγω, edo, quia qui fame laborat, cupit edere. Cic. pro Cluent. Ut etiam beſtiæ fame dominante plerumque ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, revertantur. ¶ Sumitur etiam pro caritate ex penuria annonæ, careſtia. Cic. Terentiæ. Ne brevi tempore fames in urbe ſit. ¶ Translate dicitur de quovis deſiderio. Virg. 3. Æn. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?

Famiger, m. 2. qui fert famam. Var. l. 5. de L. L.

Famigerabilis, o. 3. conoſciuto per fama, celebris, clarus, fama notus. Apul. de Aſino. Satis famigerabilis conjector.

Famigeratio, f. 3. διαβοήσις, famæ diſſeminatio. Plaut. Trin. 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honeſtet, me collutulet.

Famigerator, m. 3. qui fert famam, qui rei alicujus famam ſpargit. Plaut. Trin. 1. 2. 178. Ego de verbis eorum famigeratorum inſcius proſilui.

Famigeratus, a. 1. 2. divulgatus, celebris. Apul. l. 2. Florid. Famigeratum antiquitus fanum. Pomp. Mela l. 2. c. 7. Multis famigerata fabulis.

Famigero, as, a. 1. famam divulgo, celebrem ac notum reddo, διαφημίζω. V. Famigeratus.

Familia, æ, f. 1. famiglia, משפחה, Germ. hauſſgeſind, Gal. famille, Hiſp. familia, οἰκία, proprie eſt cœtus ſervorum. Hirt. de bello Hiſp. Familiam, & libertos convocavit. ¶ Sed paulatim uſus invaluit, ut quicunque ſub unius patrisfamilias jure viverent, & ſervi, & liberi, familiæ nomine comprehenderentur. Cic. 2. de Orat. Unum putabis ſatis eſſe in una familia Rhetorem. ¶ Poſt hæc ad eos quoque hoc nomen extenſum eſt, qui ex eadem ſunt cognatione, ut Familia Cæſarum, Familia Scipionum, & in hac acceptione dicebatur tantum, teſte Feſto, de liberis hominibus, deinde etiam de ſervis dici cœpit. Cic. in Brut. Ut dudum de Læliorum, & Muciorum familiis audiebamus. ¶ Denique ad ſectam translatum eſt. Cicer. de Divin. A Platone, Ariſtotele, Theophraſtoque, totaque Peripateticorum familia tractatus aberrime. ¶ Familiam ducere dicitur is, qui familiæ caput eſt, & princeps. Translata Cic. l. 7. Fam. ep. 5. Accedit etiam, quod familiam ducit in jure civili.

Familiareſco, is, a. 3. divenir familiare. Sidon. l. 7. ep. 3. Agnoſat, innoteſcere, familiareſcere.

Familiaricus, o. 1. 2. quod ad familiam ſpectat. Sella familiarica erat eadem, ac patrociana, ideſt quæ inſerviret neceſſitati naturæ. Pal. l. 1. de R. R. c. 13. ¶ Cella familiarica apud Vitruv. l. 6. c. 10. eſt ea, quæ a Catone R. R. c. 14. appellatur cella familiæ, hoc eſt cubiculum, in quo habitant ſervi. Quidam legunt ſella, ſed minus recte.

Familiaris, re, o. 3. famigliare, Germ. hauſſgenoſſ, Gal. familier, Hiſp. familiar, οἰκεῖος, qui ex eadem familia eſt. Plaut. Amph. prol. v. 128. Ne qui eſſem, familiares quærerent. ¶ Item quod ad familiam pertinet. Auct. ad Her. in præf. Negociis familiaribus impediti. ¶ Hinc ſervi etiam familiares dicuntur. Senec. epiſt. 47. Dominum patremfamilias appellarunt, ſervos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. ¶ Ponitur etiam pro amico, neceſſario, intimo. Cic. 7. Fam. ſcio, quia ſcit tuum familiarem eſſe. Id. l. 6. Perfice, ut ſis in familiaribus Cæſaris. ¶ Item pro eo, quod frequens eſt, vel quod paſſim creſcit in aliqua regione. Plin. l. 13. c. 5. Utramque jam familiarem Italiæ videmus. ¶ Comp. familiarior, ſup. familiariſſimus. Liv. l. 24. Quibus ſolis aditus in domum familiarior erat. Cic. 13. Fam. M. Æmilius unus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis. ¶ In extis hoſtiæ cæſæ duas partes haruſpices diſtinguebant, familiarem vitalemque unam, inimicam alteram: utramque porro fiſſum appellabant. Cic. l. 2. de Divin. Quæ pars inimici, quæ familiaris eſſet. Et mox. Fiſſum familiare, & vitale tractent, caput jecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant. Liv. l. 8. c. 9. Decio caput jecinoris a familiari parte cæſum aruſpex dicitur oſtendiſſe.

Familiaritas, atis, f. famigliarità, domeſtichezza, Germ. freundſchafft, Gal. familiarité, Hiſp. familiaridad, συνήθεια, conſuetudo inter familiares, & amicos. Cic. 13. Fam. Cum Antipatro Derbete mihi non ſolum officium, verum etiam ſumma familiaritas intercedit. Cic. Offic. 2. c. 8. Familiaritatem fidas habere amantium.

Familiariter, adv. famigliarmente, Germ. freundtlich, Gall. familiarment, Hiſp. familiarmente, οἰκείως, domeſtice. Cic. 6. Ver. Cum in L. Siſenna tam familiariter uteretur. ¶ Familiariter ferre mortem alicujus, eſt graviter, & moleſte, nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt cara. Ter. Andr. 1. 1. 84. Hujus mortem tam fert familiariter. ¶ Comparat. familiarius. Cic. pro Cæl. c. 13. Licentius, liberius, familiarius cum domina vivere. Superlat. familiariſſime. Id. Divin. in Ver. c. 9. Cum illo familiariſſime, atque amiciſſime vivere.

Famino, a. 1. dico, apud vet. Feſt.

Famis, is, f. idem quod fames. Var. l. 2. R. R. c. 5. Algor eas, & famis macreſcere cogit.

Famoſe, adverb. cum fama. Tertull. l. 2. adv. Marc. c. 22. Quid de tali medico judicabis, qui nutriat morbum, quo pretioſius, aut famoſius curet?

Famoſitas, atis, f. 3. fama, celebritas. Tertul. de Spectac. c. 23. Damnandi in quendam ſcopulum famoſitatis.

Famoſus, o. 1. 2. famoſo, Germ. berümbt, Gall. fameux, Hiſp. famoſo, ἔνδοξος, celebris, qui famam habet. Tac. l. 2. Sed quia famoſæ urbis ſupremum diem tradituri ſumus. ¶ Sæpius in deteriorem partem accipitur, pro infami. Salluſt. Largitionem famoſam, impudentemque. Inde famoſa mulier dicitur, quæ eſt fama parum integræ. Cic. 2. de Orat. Non ma ad famoſas vetuit mater accedere. ¶ Interdum in activa ſignificatione ſumitur, pro eo, quod vulgo dicitur diffamatorium. Hinc famoſi libelli apud JCtos, qui alicujus famam lædunt. Sueton. Aug. c. 55. Sparſos de ſe famoſos libellos nec expavit, &c. ¶ Accipitur interdum etiam in bonam partem. Apul. l. 11. Metam. Vir gravis, & ſobrim religionis obſervatione famoſus. ¶ Superlat. famoſiſſimus Gellio eſt l. 7. c. 3. Apuleji in Apol. &c.

Famul, idem ac famulus, apud vet. Enn. apud Feſ. Sext. ad Cor. E ſummo ut Regno famul ultimus adet. Sed id factum videtur ab Ennio per Ecthlipſin, & Synalœpham.

Famula, æ, f. 1. ſerva, ancilla, fanteſca. Cic. 5. Tuſc. Sin autem virtus ſubjecta ſub varios, incertoſque caſus, famula fortunæ eſt. Virg. 8. Æn. v. 411. Famulas ad lumina longo exercet penſo.

Famulabundus, a, um, adject. famulatorius. Tertul. adv. Marc. l. 3. c. 7. ex Daniel. c. 7. Omnis gloria famulabunda.

Famulans, antis, chi ſerve, qui famulatur. Claudian. de B. Get. v. 513. fortuna famulante. Stat. 3. ſilv. 3. v. 58. famulantis fiſtula Phœbi.

Famulanter, adv. ſervilmente, Germ. wie diener, Gall. ſervilement, Hiſp. ſervilmente, ſuppliciter, in modum famuli. Attius apud Non. c. 2. n. 332. Netum aſſare, & famulanter pete.

Famulam, adv. ſerviliter, more famuli. Stat. 3. Sylv. 2. v. 39. Nec turbidus ire, nec famulare timaus.

Famularis, re, o. 3. pertinente a ſervitore, δουλικός, quod pertinet ad famulum, ſive famulam. Cic. 1. Tuſc. c. penult. Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte. Stat. 2. Achil. v. 67. Turba famularis menſas inſtruit. ¶ Jura famularia dare, eſt imperare populo Regia poteſtate. Ovid. 13. Met. Si Romam intravit, famularia jura daturum.

Famulatio, f. 3. famiglia, famulorum, famularumque multitudo. Apul. l. 2. Mil. Et ecce mulierem quampiam frequenti ſtipatam famulatione.

Famulatorius, a, um, adject. ſervile, ut famulatoria mendicitas, Tertul. l. 2. ad Nation. c. 14.

Famulatrix, icis, f. quæ famulatur, ſerva. Donat. ad Ter. Andr. 2. 1. 3. Coquina medicinæ famulatrix eſt.

Famulatus, us, m. 4. ſervitù, עבדות, Germ. dienſt, Gal. ſervitude, Hiſp. ſervidumbre, δουλεία, ſervitus. Cic. de Amic. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerint. Id. Offic. 3. c. 33. Quam miſer virtutis famulatus ſervientis voluptati!

Famulitas, atis, f. ſervitus. Attius apud Non. c. 2. n. 319. Poſtquam parvos vos oppreſſit famulitas.

Famulitium, o. 2. ſervitus. Varro. Apud ignavum dominum duro famulitio aſtrictus. Adde Feſtum. ¶ Item ſervorum copia. Macrob. l. 1. Sat.

Sat. c. 7. Unus a famulitio, cui provincia erat admittere volentes dominum convenire. Adde *Apul. in Apolog.*

Famŭlor, aris, d. 1. *ſervire*, עבד, Germ. *dienen*, Gal. *ſervir*, Hiſp. *ſervir*, ſervio, famuli officio fungar. *Plin. l. 2. c. 63.* Ut alimentis noſtris famuletur. *Cic. 3. de Rep. apud Non.* Eſt genus injuſtæ ſervitutis, cum hi famulantur, &c. ¶ Apud *Tertul.* legitur *famulo*, *as*, & accipitur pro famulos conſtituere, pro famulis uti. Inquit enim *Apolog. c. 21.* Cum elementa ipſa Chriſtus famularet.

Famŭlus, m. 2. *ſervo*, *famiglio*, עבד, Ger. *diener*, *knecht*, Gal. *ſerviteur*, *valet*, Hiſp. *ſervidor*, *criado*, ὑπηρέτης, ſervus. *Cic. de Amic.* Farare pecuniam, equos, famulos.

Famŭlus, a, um, n. 1. a. famularis, ſervilis. *Ov. 2. de Pon.* Cæſareum famulo vertice ferre pedem. Adde 1. *Faſt. v. 286.*

Fanatĭce, adverb. furioſe, *da fanatico*. *Apul. l. 8. A. A.* Abſonis ululatibus conſtrepentem fanatice pervolant.

Fanatĭcus, a, um, n. 1. e. *furioſo*, *fanatico*, ἱερομανής, ἔνθεος, proprie dicebatur de Sacerdotibus, e *fanum*, ſed quia hi Oraculorum æditui divino furore corripi putabantur, eamque opinionem crebra capitis quaſſatione, ac aliis inſanientium indiciis adjuvabant, inde eſt, quod fanaticus etiam ſumitur pro furioſo, atque inſano. *In vet. lap. extra Romam.* Q. Cælio Apollinari Fanatico de æde Bellonæ. *Cic. pro Dom. c. 60.* Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo fanatice, ſacrificium, quod alienæ domi fieret, inviſere? *Liv. l. 39.* Viros velut mente captos cum jactatione fanatica corporis vaticinari. ¶ Fanatica etiam dicitur arbor fulmine icta, auctore *Feſto*.

Fando, gerund. a verbo *Fari* defectivo, paſſive eleganter accipitur. *Cic. l. 1. nat. Deor. c. 29.* At vero ne fando quidem auditum eſt, crocodilum violatum ab Ægyptio. ¶ Item active. *Virg. 2. Æn. v. 6.* Quis talia fando temperet a lacrymis?

Fandus, a, um, n. 1. a. *da dire*, ῥητέος, quod eſt fatu dignum, quod juſtum, æquumque eſt. *Cic. 1. de Divin.* Neque me Apollo fatis fandis invitum ciet. *Virg. 1. Æn. v. 543.* At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Fannia lex, ſumptuaria, quæ lata eſt a Fannio Conſule anno U. C. 588. ad nimium conviviorum luxum compeſcendum. Hæc ludis Romanis, item ludis plebejis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi concedit, decemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos, cæteris omnibus diebus denos. *Macrob. l. 2. c. 24.* *Gel. l. 2. c. 24.*

Fanniānus, a, um, ad Fannium (quod eſt nomen proprium Romanum) pertinens. *Cic. Attic. l. 12. ep. 5.* Fanniana epitome Bruti.

Fano, as, a. 1. dico. *Var. l. 5. de L. L.* Atque inde Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, ut fani lege ſit, id dicitur.

Fans, antis, particip. qui loquitur. *Propert. l. 3. el. 7. v. 65.* Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus. *Plaut. Perſ. 2. 1. 7.* Tu meum ingenium fans non edidiciſti, atque infans.

Fanŭlum, parvum fanum. *Feſt.*

Fanum, ni, n. 2. *tempio*, *chieſa*, היכל, Germ. *tempel*, Gal. *temple*, Hiſp. *templo*, ἱερόν, templum. Aliqui derivant a *fando*, quod a templis fata petuntur, id eſt, oracula, vel quia Pontifex, dum dedicat, certa verba fatur. Alii ſcribunt per *ph*, & deducunt a φαίνω, *manifeſtus*, quod e fanis reſponſa dabantur. *Cic. 2. de Leg.* Athenis fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. ¶ *Fanus*, *i*, maſc. gen. recte dici contendit *Iſaac. Voſſ. ad Melam*, quia in ipſius antiquiſſimo codice *Cic. 3. de nat. Deor. c. 18.* legatur: Eumenidum Athenis fanus eſt. *Cic. Catil. 4.* De aris ac focis, & fanis ac templis. *Sueton. in Cæſ.* In Galliæ fana templaque Deum donis referta. Sed hæc fere ſemper confunduntur.

Fanum Fortunæ, Fanum ſimpliciter, Fanenſis Colonia, *Fano*, urbs Umbriæ, in ora Senonum litorea, ditionis Pontificiæ, in Duc. Urbinate, inter Piſaurum ad Occ. & Senogalliam in Or.

Fanum Vacunæ, *Vacone*, vicus prov. Sabinæ, in ditione Pontificia, intra montes, in conf. Umbriæ.

Far, farris, n. 3. *farro*, חטה, Germ. *korn*, Gal. *blé*, *froment*, Hiſp. *farro*, *eſcandia*, ζεά, eſt ſpecies frumenti, al. *adoream*, ſed pro quovis frumento accipitur. *Plin. l. 1. c. 18.* Vulgatiſſima frumenti genera far, quod adoream veteres appellavere, ſiligo, & triticum. *Colum. l. 8. c. 5.* Et farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino aſperſo modice alendi. *Virg. 1. Georg. v. 73.* Flava feres mutato ſidere farra. ¶ Videtur ſumi pro farina apud *Colum. l. 8. c. 4.* ubi de cibariis gallinarum diſſerens ait: Poteſt etiam lolium decoctum objici, nec minus furfures modice e farina excreti, qui ſi nihil habent farris, non ſunt idonei, nec tantum appetuntur.

Farcimen, inis, n. 3. *ſalſiccia*, *lucanica*, Germ. *wurſt*, Gal. *ſauciſſe*, *boudin*, Hiſp. *longaniza*, *ſalchicha*, ἀλλᾶς, inteſtinum varie, ac minutim conciſa carne refertum, a farciendo. *Var. l. 4. de L. L.* A fartura in extis farciminæ appellata.

Farcino, as, a. 1. farcio, confercio. *Martian. Capel. l. 9. s. ult.* Fandis tacenda farcinat.

Farcio, is, farſi, fartum, a. 4. *empire*, מלא, Germ. *füllen*, *meſten*, Gall. *farcir*, *remplir*, Hiſp. *embutir*, *recalcar*, ἐμπαραττω, impleo. *Plin. in Ep.* Quæ ſint cæmento medio farta, nec teſtaceo opere præcincta. ¶ Farcire alicui centonem, eſt eum glorioſis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis explere. *Plaut. Epid. 3. 4. 19.* Quin tu alium quæras, cui centones farcias. ¶ Metaleptice ponitur pro ſaginare, pinguefacere. *Col. l. 8. c. 7.* Hæc cum fere communis eſt cum farcientium. *Cato R. R. c. 89.* Farcire anſeres.

Farctus. V. Fartus.

Farentīnum. a. 2. *Ferentola*, urbs exc. Apuliæ Dauniæ, a Luceria 8. M. P. in Occ. Teanum verſus.

Farfarus, Parfar, Pharphar, Chryſorrhoas, *Adagele*, *Farfar*, *Ferne*, fl. Syriæ, qui per Damaſcum fluit. ¶ Farfarus item, Fabar, Fabaris, *Farfaro*, *Farfa*, fl. Sabinorum, qui oritur ex Severo M. al. prope Mompeum, in eo loco, qui dicitur *Capo Farfa*, fluit in Mer. juxta Farfenſe Cœnobium, & in Tiberim labitur ad Felicianum opp. & montem Faliſcorum.

Farfarus, farferus, farfenus, farſenus, m. 2. herba, ſeu virgultum, al. farfugium, bechion, tuſſilago, foliis ſubtus albis, circa fluvios naſcens, a Farfaro fl. Sabinorum, juxta quem maxime viget. Sed aliqui arborem eſſe cenſent chamæleucen, folio populi, ſed ampliore, alii eam eſſe, quæ populus alba vulgo dicitur. *Plin. l. 24. c. 15.* & *Feſtus*.

Farfugium, ii, n. *Plin. l. 24. c. 15.* Chamæleucen apud nos farfarum, ſive farfugium vocant. V. Farfarus.

Fari, verbum. V. Faris.

Farīna, æ, f. 1. *farina*, קמח, Germ. *mehl*, Gall. *farine*, Hiſp. *harina*, ἄλευρον, frumentum molis comminutum, & in pulverem redactum, a farre. *Ovid. de Med. faciei*. Nam quæ pulverea fuerint confuſa farinæ. *Plin. l. 18. c. 7.* In ſubtilem farinam molere. ¶ Dicitur etiam de pulvere aliarum rerum contritarum, ut farina marmoris, *Plin. l. 32. c. 7.* farina caminorum, h. e. fuligo, *fuliggine*, *Id. l. 28. c. 7.* Sic *l. 23. c. ult.* Folia ſiccantur in farinam, quæ inſpergitur ulceribus. ¶ Translate *Perſ. ſat. 5. v. 115.* Si tu, cum fueris noſtræ paulo ante farinæ, h. e. noſtri generis, aut gregis, plane ſimilis.

Farinarius, a, um, n. 1. a. *da farina*, quod ad farinam pertinet. *Plin. l. 18. c. 11. ſub fin.* Farinario cribro ſecernunt.

Farinōſus, a, um, adject. farina conſperſus, *infarinato*. *Veget. l. 2. c. 30.* Farinoſa congeries.

Farinulentus, a, um, adject. farinoſus. *Apul. l. 9. Metam.* Farinulento cinere ſordide candidati.

Fario, onis, m. piſcis alio nomine trutta. *Auſon. Moſel. v. 130.* Amborum medio fario intercepte ſub ævo.

Farior, aris, dico, pro fari, fatur, veteres uſos fuiſſe, teſtatur *Diomed.* V. *Roſin. Antiq. Rom. l. 8.*

Faris, vel fare, fatus, fatus ſum, d. a. *parlare*, Germ. *reden*, Gal. *parler*, Hiſp. *hablar*, φάναι, loquor, a φάω, φῶ, dico. Veteres enim *for* pro *ſo* dixere. Varronis ſententia proprium eſt puerorum, cum primum vocem edere incipiunt, quæ intelligi poteſt. Sed dicitur generatim de omni ætate. *Virg. 6. Æn.* Sic fatur lacrymans. *Cic. 2. Tuſc.* Non poteſt hæc fari tantum dictis, quantum &c. *Id. de Univerſ.* Fari ad aliquem. *Virg. 3. Æn. v. 365.* Fare age. *Id. 12. Æn. v. 225.* doctiſſima fandi.

Farnus, i, f. arbor de genere quercuum. *Vitruv. l. 7. c. 1. Pallad. l. 1. tit. 9.*

Farraceus, a, um, adject. qui eſt ex farre, ut pollen farraceum, *Plin. l. 24. c. 7.*

Farraginaria, orum, n. 2. farragines, ſeu variæ frumentorum genera ſimul commixta ad pecora per hyemem paſcenda. *Colum. lib. 11. c. 2. poſt med.* Farraginaria quoque pecori futura per hyemem præſidio.

Farrāgo, ginis, f. 3. *farragine*, [illegible], Germ. *vermiſchung von mancherley dingen*, Gal. *mélange*, Hiſp. *mezcla*, παμμιγία, pabulum pecorum, a *farre*, quia ex recrementis farris fit admixto hordeo, vel vicia. *Plin. l. 18. c. 16.* *Varro l. 1. R. R. c. 31.* Far ferro cæſum farrago dictum, aut quod primum in farracia ſegete ſeri cœptum. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque commixtione diverſarum rerum. *Juv. ſat. 1. v. 85.* Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

Farrarium, ii, n. locus farri reponendo aptus, ut granarium a grano. *Vitruv. l. 6. c. 9.* Horrea, fœnilia, farraria.

Farrarius, a, um, adject. ad far pertinens, ut farrariæ pila, in qua ſc. far pinſitur. *Cato de R. R.* Farrarius ager, *l. Defuncta*, *Dig. de uſufr.*

Farratus, a, um, adject. *Perſ. ſat. 4. v. 31.* Farrata olla, h. e. Puls ex farre in olla cocta, metonymice.

Farreatio, f. 3. genus ſacrificii erat, quo Sacerdotum matrimonia contrahebantur, ſicut diffarreatione diſſolvebantur, a *farreum*, genus libi ex farre factum, quia farreum ei adhibebatur. *Cic. in Top. Plin. l. 18. c. 3.* V. *Confarreatio*.

Farreum, rei, n. 2. τὸ ζεάϊον, genus libi ex farre factum. *Feſt. Plin. l. 18. c. 3.* Novæ nuptæ farreum præferebant.

Farreus, a, um, n. 1. a. *de farro*, quicquid ex farre confectum eſt. *Col. l. 7. c. 12.* Farreo, vel triticeo pane ſatiandi ſunt.

Farricŭlum, i, n. parvum farreum. *Pallad. in Octobr. tit. 21.* Ex novo tritico purgato farriculum facias.

Farſilis, le, adject. idem ac fartilis, ut farſilis, porcellus apud *Apic. l. 8. c. 7.*

Farſūra, æ, f. idem quod fartura. *Tertull. adverſ. Valentinian. c. 27.* Mareſcit reliqua farſura.

Farſus, a, um, idem quod fartus. *Hygin. fab. 126.* Victor capiet ventriculum farſum. *Apic. l. 8. c. 8.* Lepus farſus.

Fartĭlis, le, n. 3. quod farcitur, ſaginatur, *Plin. l. 10. c. 52.* Fartilibus jecur in magnam amplitudinem creſcit.

Fartim, adv. acervatim, cumulatim. *Apul. l. 3. Mileſ.* Adytus etiam, & tectum omne fartim ſtipaverant.

Fartōres, m. *ſalſicciai*, *che fanno ſalſiccie*, Germ. *wurſtmacher*, Gall. *pâtiſſiers*, *faiſeurs de ſauciſſes*, Hiſp. *los que hazen las ſalchichas*, ἀλλαντοποιοί, qui fercimina faciunt, item qui aves macras ab aucupibus emptas lucri gratia farciunt, id eſt ſaginant. *Colum. l. 8. c. 7.* Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non ruſtici ſit officium. *Cic. in Offic.* Cetarii, lanii, coqui, fartores. Adde *Ter. Eun. 2. 2. 26.* ¶ Tranſlate hoc nomine nomenclatores dicti ſunt, quod clam velut infarciunt nomina civium in aurem Candidati. *Feſt.*

Fartum, vel farctum, i, n. vel fartus, us, m. quidquid farcit, ac implet. *Col. de Arbor. c. 21.* Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fit ſpecioſius, ac planius. *Id. l. 5. c. 10. R. R.* Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorem & meliorem. Quod autem hic vocat fartum fici, *Palladius in Martio* pulpam fici appellat. ¶ *Fartum veſtis* dicunt corpus ipſum veſtitum. *Plaut. Moſtel. 1. 3. 13.* Non veſtem amatores mulieris amant, ſed veſtis fartum. ¶ *Fartum facere*, eſt farcire. *Id. Mil. 1. 1. 18.* Machæra geſtit fartum facere ex hoſtibus. h. e. ita minutatim concidere, ut ſolent coqui carnes diſſecare farciminibus faciendis. Al. leg. *fratrem facere*. *V. Taubman.*

Fartūra, vel farctura, æ, f. actus farciendi, impletio, farcimen. *Col. l. 8. c. 7.* Si faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ proceſſerint. h. e. ſaginationis. ¶ Dicitur & de quavis interna oppletione, præſertim parietum. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Tres ſuſtinentur in ſtructura cruſtæ, duæ frontium, & una media farcturæ. Et *paulo ante:* Monumenta facta e marmore, intrinſecus calcata farcturis.

Fartus, us. V. Fartum.

Fartus, vel Farctus, a, um, adject. *empiuto*. *Cic. 3. Ver. c. 11.* Pulvinus Melitenſi roſa fartus. *Plin. l. 10. ep. 40.* Parietes cæmento medio farti.

Fas, nom. indecl. *ciò*, *che è giuſto*, *lecito*, *ed oneſto*, Germ. *billich*, Gall. *loiſible*, *licite*, *permis*, Hiſp. *lo que es licito*, θέμις, quod eſt pium, religioſum, & fari dignum: ad Deos refertur, ut jus ad homines. *Virg. 1. Georg.* Fas, & jura ſinunt. *id eſt* divina, ut humana jura permittunt. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 18.* Contra jus, faſque. ¶ *Fas eſt*, licitum eſt. *Cic. pro Mil.* Cladium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. ¶ *Fas eſt*, fieri poteſt. *Ovid. 3. Triſt. el. 12. v. 41.* Fas quoque, ab ore freti, longæque Propontidos undis, Huc aliquem certo vela dediſſe noto.

Faſcelīnus, a, um, adject. ut faſcelina ſedes, apud *Sil. l. 14. v. 261.* ſc. locus, in quo templum Dianæ Faſcelidis.

Faſcelis, idis, f. Diana, a faſce lignorum, in quo abſconditum ejus ſimulacrum Oreſtes, & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt. *Serv. ad Æn. 2. v. 116.*

Faſcia, æ, f. 1. *faſcia*, [illegible], Germ. *binde*, Gall. *bande*, Hiſp. *faxa*, ἐπίδεσμος, genus linteoli, quo pueri, vel aliud quid ligari ſolet. *Cic. 2. de Div.* Ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. ¶ Ponitur etiam pro tegumento crurum, pedumque. *Plin. l. 8.* Arroſis faſciis, quibus in calceatu utebatur. Hinc faſciæ crurales, peduleſque dicuntur. *Ulp.* Faſciæ crurales, peduleſque veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. ¶ Faſcia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. *Mart. l. 14.*

Digitized by Google

l. 14. *epigr.* 134. ¶ Item faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis zonæ, ſive plagæ appellantur. *Martian.* Orbis terris in quinque zonas, ſive melius faſcias diſcernitur. ¶ Aliquando etiam faſcia ponitur pro nube in modum faſciæ cœlum percurrente. *Juven. ſat.* 14. Nil color hic cœli, nil faſcia nigra minatur. ¶ Faſciæ etiam dicuntur ornamenta quædam, quæ inſtar taniarum gradatim diſpoſitæ, epiſtyliorum frontes ornant. *Vitruv. l.* 31. *c.* 3.

Faſciātim, vel faſceatim, adv. a faſce, ideſt *per faſces*, vel a *faſcia*. *Quinct. l.* 1. *c.* 4. Adiciebant & aſſeverationem, ut *heu*, & attractionem, ut *faſciatim*: quæ mihi non approbantur.

Faſciātus, a, 2. 2. part. a faſcior, *faſciato*. *Martial. l.* 10. *epigr.* 57. Nec faſciato naufragus loquar trunco.

Faſcicŭlus, li, m. 2. *faſcia picciolo*, חבילה, Ger. *bund*, *buſchel*, Gal. *faiſſeau*, *fardeau*, Hiſp. *haz*, *δεσμὶς*, parvus faſcis, ut faſciculus literarum. *Cic. ad Tiron.* Quod faſciculus alter ad me jam ſine tuis literis perlatus eſt. *Id. l.* 3. *Tuſc. c.* 18. Faſciculum (ſc. florum) ad nares admovebis.

Faſcinamentum, i, n. faſcinatio. *Apuleius.*

Faſcinatio, f. 3. *malia*, כשף, Germ. *verzauberung*, Gal. *ſorcelerie*, Hiſp. *hechizo*, *βασκανία*, actus faſcinandi. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus?

Faſcĭno, as, a. 1. *ammaliare*, כשף, Ger. *verzaubern*, Gal. *enſorceler*, Hiſp. *hechizar*, *βασκαίνω*, eſt maleſico aſpectu alicui nocere. Translate invidere, criminari: & dicitur quaſi *φάεσι καίνω*, *oculis occido*. *Virg.* 3. *Ecl. v.* 103. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. *Catul. carm.* 7. Mala faſcinare lingua.

Faſcinōſus, i, m. qui magno Priapo eſt præditus. *Priap. Carm.* Non aſt poeta faſcinoſior noſtro.

Faſcĭnum, n. 2. *malia*, *incantamento*, *ſtregamento*, *βασκανία*, quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpeque ad extremam maciem deveniant, a *βασκαίνω*. V. *Faſcino*. *Plin. l.* 7. *c.* 2. ſcribit ex Cic. mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas, oculis faſcinum circumferre. *Symmach. l.* 1. *ep.* 13. Nullo faſcino felicitas publica mordeatur. ¶ Uſurpatur etiam pro veretro, quia veteres adverſus faſcinationem veretro utebantur. Nam omnia turpia malos invidorum oculos ab inſtituto avertunt, atque avocant. Ut igitur aves inauſpicatæ foribus affixæ amoliri infortunium credebantur, ſic veretra, quorum in faſcinando uſus erat, faſcinum etiam depellere cenſebantur. Hinc pueris figura veretri pro amuleto de collo ſuſpendebatur. *Var. l.* 6. *de L. L.* Hinc *Plin. l.* 19. *c.* 4. ſcribit, hortos, & fores adverſus invidentium effaſcinationes dicari, & in remedio eſſe Satyrica ſigna, ideſt ſotenta veretra Satyrorum. Et *Cal. Rhod. Ant. Lect. l.* 4. *c.* 7. narrat, in ſacris Bacchi veretrum magna celebritate plauſtris per agros, & per urbes circumferri ſolitum fuiſſe, ut faſcinatio a plantis, & ſegetibus, ab agnis, & aliis beſtiis, ab hominibus averteretur. *Hor. Epod.* 8. Minuſve languet faſcinum. ¶ Eſt etiam faſcinus, i, m. g. *Auct. carm. Priap.* Non me vocabis pulcra per Corythia ad ſeriatos faſcinos.

Faſcĭnus, i, m. Dei nomen apud Veteres, de quo ſic *Plin. l.* 28. *c.* 4. Religione tutatur & Faſcinus, Imperatorum quoque, non ſolum infantium cuſtos, qui Deus inter ſacra Romana a Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit, medicus invidiæ &c. V. *Faſcinum*.

Faſcio, a. 1. *faſciare*, חתל, Germ. *binden*, Gall. *bander*, Hiſp. *fajar*, *σπαργανόω*, eſt faſcia ligare. *Capitolin. de Anton. Pio*, c. *ult.* Tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectus incederet.

Faſciŏla, f. 1. *picciola faſcia*, *ἀνδεσμίδιον*, parva faſcia. *Cic. de Aruſp. reſp.* c. 21. A mulierbribus ſoleis, purpureiſque faſciolis.

Faſcis, faſcis, m. 3. *faſcio*, *δεσμὸς*, lignorum, aut alterius cujuſque rei congeries, quæ ligando fit. *Caſ.* 8. *B. G.* Faſces ſtramentorum, ac virgultorum. *Virg. in Buc. ecl.* 9. *v.* 69. Ego hoc te faſce levabo. ¶ Apud Romanos faſces erant faſciculi virgarum ex betula arbore, Magiſtratuum inſignia, qui illis a lictoribus præferebantur, Conſulibus duodeni, Proconſulibus, & Prætoribus Provincialibus ſeni, Prætoribus Urbanis bini, Dictatori viginti quatuor, quibus obligata erat ſecuris, ita, ut ferrum in ſummo extaret. Id eo conſilio a majoribus fuit excogitatum (ut docet Plutarchus in Problematibus) ut oſtenderent, Magiſtratuum iram in ſumendo ſupplicio non debere eſſe præcipitem, eoſque faſces habere, ſed tamen ligatos, quique ſine juſta cauſa non deberent diſſolvi: præterea ſi ſubito in aliquem Magiſtratus exarſiſſet, ut ea mora, dum virgæ, aut ſecuris expediretur, furor illa aliqua parte ſubſideret. Qui corrigi poterant, virgis caſtigabantur, qui erant malitia deplorata, ſecuri feriebantur. Faſcis etiam pro Magiſtratu metonymice ponitur. *Virg.* 2. *Georg.* Non illum populi faſces, non purpura Regum flexit. Hinc *Faſces ſubmittere*, mat alicui honorem habere, cedere. *Liv. l.* 2. de Poplicola, & *Plin. l.* 7. *c.* 30. de Cn. Pompejo.

Faſēlus. V. Phaſelus.

Faſeŏlus. V. Phaſeolus.

Faſiānum, n. 2. *Fagiano*, opp. Apuliæ Peucetiæ, in ora, a Monopoli 9. M. P. in Or. Brundiſium verſus 31.

Faſti, orum, m. 2. erant libri, iidem ac Annales, in quibus Pontifex Maximus ſcribebat res geſtas P. R. tum belli, tum pacis, ſingulis annis, & ſingulis diebus, quemadmodum acciderant. Dicti ſunt a diebus Faſtis. V. *Annales*. Hinc Ovidius opus ſuum Faſtos inſcripſit, quod materiam ex libris Faſtorum, ideſt ex priſcis Annalibus deſumpſiſſet. Sed Voſſii ſententia Faſti Ovidiani ſic dicuntur, quia in iis referantur dies Faſti, qui longe plures, quam Nefaſti. Nam a potiori denominatio facienda eſt. Hoc nomen etiam in 4. decl. uſurpatum reperitur. *Lucan. l.* 10. *v.* 187. Nec meus Eudoxi vincatur Faſtibus annus. ¶ Dies faſti illi erant, quibus Prætoribus licebat lege agere, ideſt juriſdictionem exercere, & abſolvere, ac condemnare. Dicti ſunt Faſti a *fando*, quod illis diebus permiſſum erat Prætoribus fari tria illa verba ſolemnia in juriſdictione exercenda, *Do*, *Dico*, *Addico*. ¶ Faſti dies alii erant feſti, alii profeſti, alii Senatorii, alii non Senatorii, alii comitiales, alii non comitiales. Sed diviſio celebrior eſt, quæ in tres ſpecies dividuntur. Prima erat eorum, qui erant *Faſti proprie*, & *toti*: proprie, quia Prætor ſemper & poterat, & ſolebat lege agere, niſi cum caſus aliquis extra ordinem interveniebat: toti, quia horis omnibus lege agere licebat. Hi ſimpliciter Faſti dicebantur, & in Calendario litera F. ſignabantur. Erant in toto anno 38. Secunda eorum erat, qui *proprie*, *ſed non toti Faſti* erant, ſiquidem Prætor omnibus his diebus quidem, ſed non omnibus horis poterat lege agere. Notabantur his literis Fp. Np. En. Q. Rex C. F. Q. St. Df. ideſt, *Faſtus primo*, *Nefaſtus primo*, *Endotercīſus*, *Quando Rex Comitio fugit*, *Quando ſtercus defertur*. Erant 63. Tertia eorum, qui *non proprie ſed uſu Faſti* erant, cujus generis erant Comitiales. Interdum enim Comitia non habebantur, & tunc lege agere licebat. Hi interdum erant Faſti toti, ideſt, cum nulla Comitia habebantur, interdum ex parte, ideſt, cum Comitia fiebant, ſed non toto die. Erant 184. Ex Manut. De veterum dierum ratione. ¶ Dies Faſti a Cn. Flavio Ap. Cæci ſcriba invitis Patribus evulgati ſunt: quod adeo gratum P. R. fuit, ut illum primo Trib. pl. deinde etiam Ædilem Curulem crearent.

Faſtīdĭbĭlis, le, adject. faſtidium afferens, ut faſtidibilis judicia, *Tertull. de anim. c.* 33.

Faſtidienter, adverb. faſtidioſe. *Apul. l.* 5. *A. A.* Parentibus faſtidienter appellatæ.

Faſtidĭlĭter, adverb. faſtidioſe. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 336. Ardeat habere, & non habere faſtidiliter, inconſtanti pectore.

Faſtīdĭo, is, ivi, itum, a. 4. *aver in faſtidio*, *faſtidire*, מאס, Germ. *verachten*, Gal. *ſe facher*, *ſe degouter*, Hiſp. *enfadar*, *hazer haſtio*, *ἀποστρέφομαι*, reſpuo, abhorreo, faſtidio afficior, a faſtus, quod proprie ſit cum faſtu aſpernari. Conſtruitur cum accuſativo. *Hor. l.* 1. *ſer. ſat.* 2. Nam eſuriens faſtidis omnia præter pavonem, rhombumque? ¶ Vel cum infinitivo. *Quinct. l.* 5. *c.* 2. Qui faſtidiant præſtare hanc inferioribus curam. ¶ Eſt etiam verbum neutrum. Nam reperitur abſolute quaſi verbum 1. ord. neutrorum. *Plaut. Caſ.* 3. 6. Mane vero, quamquam faſtidis. ¶ Item ab antiquis in 2. neutrorum ordine uſurpabatur. *Lucil. l.* 3. Difficiles ſumus, faſtidimus bonorum. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 67. Abiit, neque me certiorem fecit: faſtidit mei. ¶ Item reperitur uſurpatum in 3. neutrorum ordine. *Cic. pro Mil.* Qui non modo improbitati iraſcuntur Candidatorum, ſed etiam recte factis ſæpe faſtidiunt. Sed aliqui dicunt eſſe ablativum communem cauſæ, aliqui legunt *in recte factis*, & aſſerunt, non verbi, ſed præpoſitionis caſum eſſe.

Faſtidioſe, adv. *faſtidioſamente*, בזיון, Ger. *verechtlich*, Gal. *par dedain*, *arrogamment*, Hiſp. *con aſtio*, *arrogantemente*, *ὑπερηφάνως*, cum faſtidio. *Cic. pro Planc.* Huic ego jam ſtomachans faſtidioſe, Imo ex Sicilia, inquam. *Id.* 2. *de Or.* Nolo enim dicere de tam ſuavi homine faſtidioſius.

Faſtidiōſus, a, um, adject. qui faſtidit, *faſtidioſo*, *ὑπεροπτικός*. *Cic. in Brut. c.* 70. Faſtidioſus literarum latinarum. *Id. ib. c.* 37. Antonius facilis in cauſis recipiendis erat, faſtidioſior Craſſus. *Auct. ad Heren. l.* 4. In æquos, & pares faſtidioſus. *Id. id. c.* 23. Aurium ſenſus faſtidioſiſſimus.

Faſtīdītus, a, um, adject. *noioſo*, *faſtidito*, *ſprezzato*, *ἀπεστραμμένος*, faſtidio habitus. *Plin. in præfat.* Res ardua, vetuſtis novitatem dare, faſtiditis gratiam. *Lucan. l.* 7. *v.* 844. Pars Senatus faſtidita jacet.

Faſtīdium, dii, n. 3. *faſtidio*, *tedio*, *ſprezzamento*, בוז, Germ. *verachtung*, *verdruſſ*, Gal. *mepris degout*, Hiſp. *haſtio*, *aborrecimiento*, *ἀποστροφή*, contemptus, tædium, nauſea. *Cic. in Phil.* Quorum, ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. *Sueton. in Aug. c.* 44. Exegit ingenti faſtidio, & acerbitate omnium aſperum, aurum ad obruſſam. *Senec. ep.* 9. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. ¶ Movere faſtidium, *far noja*, *Quintil.* & *Hurat.* ¶ Eſſe in faſtidio. h. e. faſtidio haberi, contemni. *Plin. l.* 22. *c.* 19. ¶ Adducere rem aliquam in faſtidium, *Id. in præfat. l.* 6.

Faſtīgātio, f. 3. actus faſtigandi. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Ut faſtigatio levi deſcendat cuneo.

Faſtīgātus, & faſtigiatus, a, um, adject. in faſtigium erectus, cacuminatus, *aguzzo*, *tirato in punta*, *ὀξυκόρυφος*. *Liv. l.* 37. *c.* 27. Collis in modum metæ in acutum cacumen faſtigatus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 3. Ad arcem faſtigatiſſimæ felicitatis evectus. ¶ *Iſaac Voſſ. ad Pompon. Mel.* negat *faſtigiatus*, & *faſtigiare* recte dici, cum in MSS. paſſim legatur *faſtigare*, & *faſtigatus*, non enim *faſtigo* eſt a *faſtigium*, ſed hoc ab illo.

Faſtīgio, as, V. Faſtigatus.

Faſtīgium, gii, n. *ſommità*, *acutezza*, ראש, Germ. *ſpitz*, Gall. *ſommet*, Hiſp. *cumbre*, *κορυφή*, altitudo, & ſummitas operis, quæ a latitudine ſurgens inſpiens paulatim tollitur in acumen. Dici ſolet de tectis faſtigiatis, quæ templis imponuntur, vulgo *cupole*. *Virg.* 9. *Æn.* Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. *Cic.* 2. *Phil.* c. 43. Quem is honorem majorem conſecutus erat, quam ut haberet pulvinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem? Ubi *Cicero* loquitur de Cæſare, cui divini honores decreti erant, de quo etiam *Flor. l.* 4. c. 2. ¶ Hinc translate *Cic.* 3. *Off.* Quoniam operi inchoato, prope tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. ¶ Generatim accipitur pro ſummitate cujuſque rei. *Virg.* 2. *Æn.* Et faſtigia ſuſpicit urbis. ¶ Item pro profunditate. *Id.* 2. *Georg. v.* 288. Scrobibus quæ ſint faſtigia quæras. ¶ Item pro dignitate, ſeu ſtatu alicujus. *Velles. lib.* 2. c. 69. In conſulare faſtigium provectus. *Nepos Att.* c. 14. Pari faſtigio ſtetit in utraque fortuna. *Tac. Ann.* 3. 2. 84. Ejuſdem faſtigii vir, *del medeſimo rango*. *Plin. in Paneg.* Faſtigium tenere inter homines. h. e. Imperatoriam dignitatem. ¶ Apud *Var. l.* 1. *R. R. cap.* 6. Tria terræ, ſeu agrorum faſtigia. h. e. tria genera. ¶ Summa ſequi faſtigia rerum, apud *Virg.* 1. *Æn.* eſt ſumma rerum capita narrando percurrere.

Faſtīgo, as, a. 1. *aguzzare*, *tirare in punta*, *ὀξύνω*, acumino, & quaſi in faſtigium erigo. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Frumenta hyeme in herba ſunt, verno tempore faſtigantur in ſtipulam. *Sil. l.* 3. *v.* 49. Senſim faſtigans compreſſa cacumina nectit. ¶ An etiam *faſtigio* dicatur, V. Faſtigatus.

Faſtōſus, a, um, adject. ſuperbus, faſtu plenus, *faſtoſo*, *arrogante*, *ὑπερήφανος*. *Mart. l.* 10. *epigr.* 13. Ad nocturna jaces faſtoſæ limina mœchæ. *Auct. Paneg. ad Piſon. inter op. Ovid. vel Lucani.* Domus faſtoſa.

Faſtus, us, m. 4. *faſto*, *ſuperbia*, *ἀλαζονεία*, indigna ſui ipſius per ſuperbiam exiſtimatio cum contemptu aliorum. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Superbo ſimul, ac procaci faſtu, ut Regina meretrix. *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 457. Faſtus ineſt pulcris, ſequiturque ſuperbia formam. ¶ Ponitur & pro contemptu. *Tac.* 2. *Ann. c.* 2. Accendebat dedignantes & ipſe diverſus a majorum inſtitutis, raro venatu, ſegni equorum cura, quoties per urbes incederet, lecticæ geſtamine, faſtuque erga patrias epulas.

Fātālis, le, a. 3. *fatale*, Germ. *von gott verhengt*, Gal. *fatal*, Hiſp. *fatal*, *forçoſo*, *εἱμαρμένος*, quicquid nobis a fato impendet, aut deſtinatum eſt, & tam de iis dicitur, quæ exitium aſſerunt, quam de iis, quæ ſalutem. *Cic. Catil.* 4. c. 1. Meus Conſulatus ad ſalutem Reipubl. prope fatalis fuit. Et *Catil.* 3. *c.* 4. Hic annus fatalis eſt ad interitum hujus Urbis. *Cic. Philip.* 6. Fuit aliquis fatalis caſus . . . nunc ſi quis erit, erit voluntarius.

Fātālĭter, adverb. ſecundum fata, vel ex fatis, *fatalmente*, *per fatalità*, *πεπρωμένως*. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 7. Ex omni æternitate dicis definita eſſe fataliter.

Fătĕor, eris, faſſus ſum, d. 2. *confeſſare*, הודה, Ger. *bekennen*, Gal. *confeſſer*, *avouer*, Hiſp. *confeſſar*, *ὁμολογέω*, ſponte affirmo, a *fateor*, ſive *fari*. Proprie fateri dicitur is, qui in culpa eſt, & qui cogitur: ut fateri peccatum, *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. *v.* 4. Et *Auct. anteq. iret in exil.* Cum de ſcelere fateretur. Et in particip. *Ovid.* 1. *de Pont. eleg.* 8. Da veniam faſſo. ¶ Paſſive uſurpat *Cic. Agrar.* 2. c. 21. Quæ eſt iſta æquitas, cæteris, etiamſi privati ſint, permittere, ut publici judicentur, hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur?

Fatĭcănus, a. 1. 2. *indovino*, qui fata canit, ideſt, futura prædicit. *Ovid.* 9. *Met. v.* 417. Hæc ubi faticano venturi præſcia dixit ore Themis.

Fatĭcĭnus, a. 1. 2. idem ac faticanus. *Ovid.* 13. *Met. v.* 436. Sic dicere vates, faticinaſque ferunt ſortes.

Fātĭdĭcus, a, um, n. 1. 2. *μάντις*, qui fatalem cuique ſortem dicit, & quid omni vita futurum ſit, a *fato dicendo*. *Virg.* 8. *Æn. v.* 340. Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima, futuros Æneadas magnos. *Cic. lib.* 1. *nat. Deor. cap.* 8. Anus fatidica Stoicorum Pronœa. ¶ Fatidici Dii apud Ethnicos

tot dicebantur, qui per ſe, vel per ſuos miniſtros futura prædicebant: inter quos præcipui fuerunt Jupiter Dodonæus, & Hammonius, Apollo Pythius, & Delius, Latona, Mars, Minerva, &c. in Ægypto oracula reddentes: qui tamen omnes ſub adventum Jeſu Chriſti Salvatoris conticuerunt.

Fatĭfer, a, um. *a.* 1. 2. *mortifero*, *μόρσιμος*, mortifer, quaſi fatum, ideſt, mortem afferens. *Virg.* 8. *Æn. v.* 621. fatiferumque enſem.

Fatigatĭo, f. 3. *ſtanchezza*, *κάματος*, laſſitudo. *Col. l.* 4. *c.* 15. Minoribus modulis conſita fatigationem veluti minuit. ¶ Fatigationem pro facetiis, & dicteriis uſurpat *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 8. cum inquit: Morari me Romæ, congratularis, id tamen facete, & fatigationum ſalibus admixtis.

Fatigatorĭus, a, um, adject. *Sidon. lib.* 5. *epiſt.* 17. Verba erant dulcia, jocoſa, fatigatoria. h. e. faceta. V. Fatigatio.

Fatigātus, a, um, adject. *ſtancato*, *ſtanco*, *κατακοπωθείς*. *Vellej. l.* 2. *c.* 69. Quem fortuna veluti fatigata deſtituit. ¶ Pro recreato, & refecto volunt nonnulli intelligendum illud *Horat. l.* 3. *od.* 4. *v.* 11. Me ludo fatigatumque ſomno, &c. Sic Vet. Gloſſæ *fatigare*, exponunt *ἐμιλλᾶν*.

Fatīgo, as, a. 1. *ſtancare*, הבריח, Ger. *bemühen*, Gall. *laſſer*, Hiſp. *canſar*, *acaſſar*, *καταπονέω*, laſſo. *Liv. l.* 8. Qui aliquandiu pugna atroci cum & ſemet ipſi fatigaſſent. ¶ Aliquando eſt percutere. *Virg.* 9. *Æn.* Verſaque juvencum terga fatigamus haſta. ¶ Aliquando perturbare, commovere. *Virg.* 1. *Æn.* Quæ mare nunc, terraſque metu, cœlumque fatigat. ¶ Aliquando excitare. *Virg. Æn.* 4. *v.* 572. Sociosque fatigat, Præcipites vigilate viri. ¶ Aliquando cohibere. *Cic.* 3. *Off.* Qui non verbis ſunt, & diſputationis Philoſophorum, ſed vinculis, & carcere fatigandi. ¶ Item torquere, vexare, moleſtia afficere. *Nepos Eumen. c.* 12. Fatigari fame. *Cic. Top. c.* 20. Verberibus tortis, igne fatigati. *Virg.* 7. *Æn.* Undique collecti coeunt, Martemque fatigant. h. e. magno ardore prælium depoſcunt, quaſi Martem ipſum vexantes, & fatigantes.

Fatilĕgus, a, um, adject. q. d. fatum, ſeu mortem colligens. *Lucan. l.* 9. *v.* 821. Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

Fatilŏquus, a. 1. 2. idem ac fatidicus. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.

Fatim, adverb. abundanter. *Serv.* ad *Æn.* 1. *v.* 127. & *Fulgent. l.* 2. *Mythol.*

Fatiſco, is, n. 3. *aprirſi grandemente*, פתח, Germ. *auſſpalten*, Gall. *s'ouvrir*, Hiſp. *abrirſe*, *henderſe*, *χαίνω*, eſt abundanter aperiri, a *fatim*, & *hiſco*. *Gel. l.* 17. *c.* 2. ex *l.* 1. *Annal. Q. Claudii*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 123. Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt. *Solin. c.* 35. *a med.* Fatiſcere in pulverem. ¶ Accipitur etiam pro deficere. *Tac. l.* 14. Ipſe, exercituſque ejus per inopiam, & labores fatiſcebant. *Id.* 3. *hiſt. c.* 9. Donec fatiſceret ſeditio. *Colum. lib.* 7. *c.* 3. Ovis fatiſcit poſt annum ſeptimum. *h. e.* parere deſinit. ¶ Olim & *fatiſcor* deponens in uſu fuit. *Accius* apud *Non. c.* 7. *n.* 91. Tamen haud fatiſcar, quin tuam implorem fidem. *Pacuv. ibid.* Si unquam fatiſcar facere quidquam. Adde *Priſcian. lib.* 8.

Fator, aris, d. 1. multum loquor, freq. a fari. *Feſt.* Fatantur, multa fantur.

Fatŭa, V. Fauna.

Fatŭe, adverb. *pazzamente*, ſtulte, ſtolide. *Varr. l.* 5. *L. L.* & *Quintil. l.* 6. *c.* 4. (*al.* 5.) *Martial. lib.* 4. *ep.* 72. Non inquis, faciam tam fatue: nec ego.

Fatuellus, li, m. deus idem qui Fatuus, & Faunus, & Inuus, & Græce Ἐφιάλτης. *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 776. & *ad Æn.* 7. *v.* 47. ubi Fatuam ei uxorem aſſignat.

Fatuĭtas, atis, f. 3. *ſciocchezza*, *ἀβελτηρία*, inſipientia, ſtultitia, ſtoliditas. *Cic. Att. l.* 11. Ego hujus miſerrima fatuitate conflictor. Adde *l.* 2. *Invent. c.* 32.

Fatum, ti, n. 2. *fato*, *deſtino*, Ger. *gottes verhengnus*, *verſehung*, Gal. *deſtin*, *deſtinee*, Hiſp. *hado*, *εἱμαρμένη*, decretum, voluntas Dei, a *fando*, quia nihil aliud eſt, quam quod de unoquoque noſtrum Deus fatus eſt. *Virg.* 5. *Æn.* Oblitus fatorum, Italaſne capeſſeret oras. ¶ Hujuſmodi fati Veteres etymi cauſam afferebant, quia Jupiter voluntatem ſuam fatus eſſet Parcis, quæ illam æneis inſcripſere tabulis, & quod Parcæ fatæ eſſent, id continuo eveniret mortalibus. ¶ Aliud eſt fatum phyſicum, de quo ſic *Cic. l.* 1. *de Div.* Fatum autem id appello, quod Græci *εἱμαρμένην*, ideſt, ordinem, ſerieſque cauſarum, cum cauſæ cauſa nexa rem ex ſe gignat. Ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna. ¶ Aliud dicitur Aſtrologicum, ſeu Mathematicum. *Suet. Tiber. c.* 69. Circa Deos, ac religiones negligentior, quippe addictus Mathematicæ, perſuaſioniſque plenus, cuncta fato agi. ¶ Stoicum fatum eſt, quo etiam ſcelera neceſſitate quadam inevitabili patrari, Stoici docuerunt: quod non modo a ſana Religionis doctrina, ſed etiam a cæterorum Philoſophorum placitis valde abhorret. ¶ Interdum ſumitur pro morte. Sic fato fungi, *Quintil.* 3. 7. Fato concedere, *Plin. Paneg. c.* 11. ¶ Quia fatum eſt naturæ ordo, ideo de morte violenta dixit *Cic. Phil.* 1. Multa autem impendere videntur præter naturam etiam, præterque fatum. Et *Virg.* 4. *Æn.* Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. *Tac. Ann.* 6. *c.* 10. Fato obiet, *morire di ſua buona morte*. ¶ Fati nomine aliquando etiam caſus, & calamitas qualibet ſignificatur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 4. Uno meo fato & tu, & omnes mei corruiſtis. Alii leg. *facto*. *Id. Catil.* 2. *c.* 5. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, & pœnas jamdiu improbitati inſtare. ¶ Fata etiam dicuntur ea, ex quibus ſalus, aut exitium alicujus pendet: Sic fata Trojæ dicebantur conſervatio Palladii, vita Troili, & ſepulcrum Laomedontis. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 29. Ilio tria fuiſſe audivi fata. ¶ Libri etiam, in quibus perſcripta ſunt oracula, & reſponſa Deorum, fata vocantur. *Cic. Catil.* 3. Lentulus autem confirmavit ex fatis Sibyllinis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, &c. *Id. l.* 2. *de divin. c.* 44. In iiſdem fatis ſcriptum erat. ¶ *Fata inſcribere*, ſeu *fata ſcribenda advocare* dicebantur Veteres eo die quo filiis nomina imponebant, cum bona omina caperent & ex nomine, & ex iis omnibus, quæ ab eorum nativitate ad eam uſque diem contigerant. V. *Tert. de Anim. cap.* 37. & 39. & *Scalig. Lect. Auſon. l.* 2. *cap.* 22.

Fatŭor, aris, d. 1. eſt divino furore corripi, a Fatua uxore Fauni. *Juſtin. l.* 43. *cap.* 1. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ aſſidue divino ſpiritu impleta velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inſpirari ſolent, fatuari dicuntur. ¶ Eſt item ineptire. *Sen. de morte Claudii*. Audi me, & deſine fatuari.

Fatus, a, um, particip. a fari. V. Faris.

Fatŭus, a. 1. 2. *ſciocco*, *balordo*, נבל, Ger. *ungeſchickt*, Gall. *fou*, Hiſp. *loco*, *ἠλίθιος*, inſipiens, ſtultus, inſulſus, a *fando*, quo notat vaticinari. Nam veteres vates ſuos *Fatuos* a fatu vocabant, quomodo & ipſum nomen vates eſt a *θεῖος*: ſed quia vates furore correpti vaticinarentur, inde *Fatuus* pro veſano ſumi cœpit. Fatuus, & ſtultus differunt, quia ſtultus eſt obtuſis ſenſibus, fatuus nullis. *Cic.* 2. *de Orat.* Nec præceptum eſt magis monitoris non fatui, quam eruditi magiſtri. *Ter. Eun.* 5. 8. 49. Fatuus eſt, inſulſus, tardus. ¶ Translate de cibis dicitur. Sed aliqui contra exiſtimant, *fatuus* proprie dici de cibis inſipidis, metaphorice ad homines inſipientes transferri. *Martial. l.* 13. *epigr.* 13. Ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.

Fauces, V. Faux.

Faventĭa, *Faenza*, urbs Galliæ Togatæ, in Æmilia, media inter Forum Cornelii, & Forum Livii, 10. M. ad Anemonem fl. a quo interluitur.

Faventĭa, æ, f. bonam ominationem ſignificat, ut tradit *Feſtus*. Item favorem. *Accius Non. c.* 3. *n.* 93. Adhibere faventiam.

Faventīnus, a, um, adject. qui eſt a Faventia, *Plin. l.* 3. *c.* 15.

Favĕo, es, favi, fautum, n. 2. ſtudeo, amo, amplector, *favoreggiare*, *favorire*, עזר, Germ. *gunnen*, Gal. *favoriſer*, Hiſp. *favorecer*, *εὐνοεῖν*, eſt favore adjuvare. *Cic. l.* 1. *Fam. epiſt.* 7. Favere alicujus dignitati, laudi, honori. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 83. Favere ſententiæ alicui. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 4. Etſi non magis mihi faveo in noſtra amicitia tuenda, quam tibi. *h. e.* non minus a me ipſo amicitiæ officia expeſco erga te. *Idem pro Planc. c.* 1. Cum audirem, meos inimicos huic accuſationi eſſe fauturos. ¶ *Favete linguis*, formula erat, qua in ſacris ſilentium indicebatur, ut rite peragi poſſent, nulla voce mala obſtrepente, ut ait *Sen. de vit. beat. c.* 27. & *Cic. l.* 1. *Div.* Eodem modo dicitur *ore favere*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 71. ¶ Adhibebatur hæc formula etiam in theatris, eadem ſc. ſilentii faciendi ratione. *Ter. prol. Andr.* &c. ¶ Sciendum tamen, ea formula non tam ſilentium indici, quam ut fauſta verba, & boni ominis dicantur. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 1. Dicamus bona verba: venit natalis ad aras: Quiſquis ades, lingua vir, mulierque favete. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 71. Proſpera lux oritur, linguis, animiſque favete. Nunc dicenda bono ſunt bona verba die. ¶ Uſurpatur hoc verbum etiam impersonaliter. *Cic.* 2. *Off.* Non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur.

Favilla, æ, f. *cenere*, *fuliggine*, *αἰθάλη*, *ἰγνύς*, cinis ille tenuior ac levior, quæ, extincto igne, remanet, fuligo. *Ovid.* 7. *Met. v.* 79. Ut ſolet a ventis alimenta reſumere, quæque Parva ſub inducta latuit ſcintilla favilla, creſcere, & in veteres agitata reſurgere vires. *Terent. Adelph.* 5. 3. 60. Atque ibi favillæ plena, fumi, ac pollinis coquendo ſit, fame, & molendo. *Plin. ſub fin. l.* 18. Cum contectus ignis ex ſe favillam diſcutit, ſcintillamve emittit. ¶ Sæpe dicitur de rogi cineribus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 227. Relliquias vino, & bibulam lavere favillam. *Horat. l.* 2. *od.* 6. *extr.* ibi tu calentem Debita ſparges lacryma favillam Vatis amici. ¶ Eſt etiam ignis favilla rectus, cinis igne mixtus, *favilla*, *ſcintilla*, *fumo*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 53. Ova tenui verſata favilla. *Claudian. de B. Get. v.* 24. Et juga taurorum flagrantis ambuſta favillis. ¶ Translate *Propert. l.* 1. *el.* 9. *v.* 17. Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni. Hæc eſt venturi prima favilla mali. ¶ *Favilla ſalis* apud *Plin. l.* 31. *c.* 7. *ad fin.* eſt pars ejus leviſſima, & candidiſſima. ¶ Item ignis ſcintilla, *favilla*. *Stat. l.* 2. *Silv.* 1. *v.* 2. Ante rogos, & adhuc vivente favilla.

Favillacĕus, & Favillaticus, a, um, adject. a favilla, ut fuligo favillacea, *Solin. c.* 48. Favillatica humus, *Id. c.* 27.

Favilleſco, is, n. 3. favillas ſpargo. *Fulgent. de contin. Virg.* hujuſmodi ſepulta in oblivionis cinere favilleſcit.

Faviſſæ, f. 1. *θησαυροί*, ciſternæ templi, quarum uſus ad aquam, item cellæ ciſternis ſimiles, ubi reponi ſolebant ſigna vetera, quæ ex templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſa a donariis conſecratis, quæ vetuſtate facta eſſent inutilia, ab antiquo *favo*, pro fovea, vel fodio. *Valer. Soran.* dici putat, quaſi *flaviſſas*, quod iis flata, ſignataque pecunia conderetur. *Feſt.* & *Var. apud Gel. l.* 2. *c.* 10.

Favĭtor, m. 3. fautor, apud vet. a favitum. *Plaut. prol. Amph.* Sat habet favitorum ſemper qui recte facit. Adde *Lucil. apud Non. c.* 2. *v.* 326.

Fauna, Fatua, Senta Fauna, Bona Dea, filia Pici, ſoror, & uxor Fauni. Dicta eſt Fauna a *φάω*, vel *φῶ*, *loquor*, & Fatua a *φάτις*, *loquax*, quod mulieribus fata canere conſueviſſet. Dicta eſt Bona Dea, quia, *Varrone* teſte, tanta fuit pudicitia, ut perpetuo gynecæo, hoc eſt, mulierum conclavi, incluſa, nullum unquam virum præter maritum aſpexerit. Poſt mortem Dea habita eſt. Ei a Romanis matronis in operto ſacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab ejus ſacris arcebantur, ut vel in ædem ejus inſpexiſſe capitale haberetur. Sed alii narrant, filiam Fauni fuiſſe, Faunum ejus amore captum eam inebriaviſſe, ut ſibi gratificaretur. Faunam patris libidini repugnantem ab eo virgis myrteis cæſam fuiſſe, tandem a patre deceptam eſſe in ſerpentem converſo, ideo virgas myrteas in ejus templum inferre nefas fuiſſe, in templo ſerpentes apparuiſſe, qui nec nocerent, nec extimeſcerent &c. *Corn. Labeo* ſcripſit, hanc Majam dictam fuiſſe, eandem eſſe ac Opim, ſeu Tellurem, ſeu Terram, dictam eſſe Fatuam a *fando*, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam terram attigerint: Faunam, quod omni uſui animantium *favet*: Opem, quod ipſius *ope* vita conſtet. Bonam Deam, quod omnium nobis ad vitam *bonorum* cauſa eſt. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 12.

Fauni, Fanes, Satyri, Sylvani, filii Fauni, vel Saturni, ut alii volunt, qui ab Ethnicis Dii agrorum, montium, ſylvarum habiti ſunt, ſed credebantur poſt longum tempus interire, quod & ipſi a terra geniti eſſent. Inter ſe ſic diſtinguuntur, ut Fauni, & Panes eſſent Dii agrorum, Satyri ſylvarum campeſtrium, Sylvani ſylvarum, quæ ſunt in montibus. Fortaſſe Fauno hi filii fuere, Faunus, Pan, Satyrus, Sylvanus, quorum filii Fauni, Fanes, Satyri, Sylvani appellati ſunt. Nati autem ſunt Dii agrorum, &c. quod in agris, montibus, ſylvis ſibi a Rege patre aſſignatis habitaſſent. Sed veriſimilius eſt, hos Deos Arcadum fuiſſe, dici autem filios Fauni, quod cum Picus Evandrum excepiſſet, in cauſa fuit, ut hi Dii in Italia conſecrarentur. *Boccat. l.* 8. *Gen.* ¶ Faunos eoſdem eſſe ac incubos credebant Antiqui, ab iiſque infeſtari dormientes, & opprimi. *Aug. l.* 15. *de Civ. Dei cap.* 23.

Faunigĕnæ, arum, m. 1. Italiæ ſex Latii pop. a Fauno Rege. *Sil. l.* 8. *v.* 357. Faunigenæ ſocio bella invaſere Sicano.

Faunus, Fatuus, Fatuellus. Fan, Ægipan, Sylvanus, Inuus, filius Pici, nepos Saturni, Rex Aboriginum, a *φάω*, vel *φῶ*, quod eſt fari, quoniam viris fata canere conſueviſſet, ut Fauna mulieribus. Ex uxore Fauna, vel Fatua, quam quidam illi etiam ſororem, alii filiam fuiſſe aiunt, genuiſſe fertur Faunos, Fanes, Satyros, & Sylvanos, item Acim ex Symæthide Nympha, item Eurymedontem, item, ut aliqui volunt, Sentam Faunam, item Latinum ex Nympha Marica. *Boccat. l.* 8. *Gen.* Sed *Juſtin. l.* 43. ſcripſit, Latinum ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore victo Geryone armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat, ſtupro procreatum fuiſſe. Poſt mortem Deus habitus eſt.

Favoniana pyra, genus pyrorum rubrorum, a Favonio inſitore. *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Favonĭus, m. 2. *Zefiro*, *ζέφυρος*, ventus, al. Zephyrus, qui ſpirat ab occaſu æquinoctiali, contra Subſolanum, a *favendo*, quia favet genituræ, hic quidem eſt ſpiritus genitalis mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ reviviſcunt, & quo hauſto quædam animalia concipere exiſtimantur. Aliqui derivant a *fovendo*, quaſi Fovonium, quia foveat ſata. *Plin. l.* 18. *c.* 34. *Sen. l.* 5. *nat. quæſt. c.* 16. *Gel. l.* 2. *c.* 22. Sed *Veget. l.* 4. *c.* 38. Zephyrum, & Favonium diſtinguit, his verbis: Occidentalem vero cardinem tenet Ζέφυρος, ideſt, Subveſpertinus, huic a dextra jungitur Λίψ, five Africus, a ſiniſtra Ἰάπυξ, ſive Favonius. Ab hoc vento ſpurii Favonii dicuntur; quia patrem neſciunt, eoque matres eorum ſimiles ſunt animantibus, quæ Favonii venti hauſtu concipere creduntur. *Iſid. l.* 10. *c.* 3.

Favor, oris, m. 3. *favore*, חן, Germ. *gunſt*, Gall. *faveur*, Hiſp. *favor*, *εὔνοια*, voluntas, ſtudium, a faveo. Vox hæc nova erat Ciceronis ætate. Ita enim legitur in *fragm. epiſt. ad Brut.* apud *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Bonum amo-

amorem, & eum, ut his verbis utar, favorem in conſilium advocabo. ¶ Utitur tamen ipſe *Cic. pro Roſc. Com. c.* 10. Favorem ſecum in ſcenam attulit. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Favorem facere, & emereri. Et *l.* 6. *c.* 1. Favorem ex aliquo ſe captare.

Favorabilis, e. 3. *favoreſo, grato*, יְצִר, Germ. *gunſtreich*, Gall. *favorable*, Hiſp. *favorable*, ἐπίχαρις, qui gratioſus, ut favoris plenus eſt apud omnes. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Ut quiſque honeſtus, invidioſus, favorabilis erit. ¶ Dicitur etiam active, pro eo, qui favet. *Liv. l.* 22. *c.* 26. Auram favorabilis populi ex Dictatoria invidia petit. ¶ Comp. favorabilior. *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 2. Eloquio favorabilior habetus. Alii tamen leg. *favorabilis. Plin.* 22. 8. Oleo perunctos favorabiliores fieri. *Quintil.* 12. 10. Favorabilior eloquentia.

Favorabiliter, adverb. *favorabilmente*, Ger. *mitgunſt*, Gal. *favorablement*, Hiſp. *favorablemente*, ἐπιχαρίτως, plauſibiliter. *Quintil. l.* 4. *c.* 3. In aliquem latum, atque plauſibilem luſum, quam maxime poſſint, favorabiliter excurrere. *Suet. Ner. c.* 7. Trojam favorabiliter luſit. *Paul. Dig.* 40. 4. 10. Tunc favorabilius reſpondetur, liberum fore.

Favorinus, m. 2. Philoſophus ex Arelate opp. Galliæ Narbon. eunuchus, qui in Græciam profectus ſub Dione Philoſophiæ operam dedit. Hadriano Principi infenſus fuit. Hæc tria in ſe dicebat ſe admirari, quod, Gallus cum eſſet, græciſſaret, quod eunuchus in adulterii ſuſpicionem aliquibus veniret, quod cum Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen viveret. In diſputatione quadam Hadriano ceſſit, admirantibuſque proximis: Nonne ſedam, inquit, ei, qui viginti habeat legiones? Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare, hæreſque librorum ab eo factus eſt. *Philoſtr. Gel. Ælian.*

Fauſte, adverb. *felicemente*, Ger. *glücklich*, Gal. *heureuſement*, Hiſp. *dichoſamente*, ἀιτυχῶς, feliciter. *Cic. pro Mur. c.* 1. Ut his hominibus ea res fauſte, feliciter, proſpereque eveniret.

Fauſtianum vinum, quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in ſummis jugis naſcebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Fauſtianum: quod in radice, Falernum. *Plin. l.* 14. *c.* 6.

Fauſtinianus, a, um, ad Fauſtinam pertinens. *Capitolin. in Pio*, *c.* 8.

Fauſtitas, atis, f. 3. *felicità*, אֹשֶׁר, Germ. *glückſeligkeit*, Gall. *bonheur*, Hiſp. *dicha*, ἀιτυχία, felicitas. *Horat. l.* 4. *Carm. od.* 5. *v.* 18. Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas.

Fauſtulus, a, um, o. r. 2. dimin. a fauſtus. *Feſt.* Fauſtulus porcellus, fortunæ puerorum.

Fauſtulus, m. 2. paſtor Remi, & Romuli nutritor. *Liv. l.* 1.

Fauſtus, a, um, n. 1. 2. *proſpero*, *felice*, מְאֻשָּׁר, Ger. *glückhafftig*, Gall. *heureux*, Hiſp. *dichoſo*, ἀιτυχής, proſper, felix, cui fortuna favet, a faveo. *Cic.* 1. *de Div. c.* 45. Idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur. *Liv. l.* 7. *c.* 25. Fauſtum omen.

Fautor, m. 3. *fautore*, συλλήπτωρ, qui alteri bene cupit, a fautum ſup. verbi *faveo*, vel ab antiquo favitor, per ſync. *Cic. pro Roſc. Amer.* Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuiſſet.

Fautrix, icis. f. 3. quæ favet. *Cic. pro Planc.* Et fidelis, & ſimplex, & fautrix ſuorum regio. Adde *l.* 1. *Fin. c.* 20.

Favus, m. 2. κηρίον, apum domus, ſeu cellula, quæ eſt ſex angulorum, quot habet apis ipſa pedes. *Cic.* 1. *Off.* Non fingendorum favorum cauſa congregantur. ¶ Hanc vocem *Vitruv.* uſurpat ad exprimendam figuram hexagonam, *l.* 7. *c.* 1. V. *Bald. Lex.*

Faux, cis, vel potius in plur. num. fauces, faucium, f. 3. *fauci*, גָּרוֹן, Ger. *ſchlund*, Gal. *gorge*, Hiſp. *garganta*, φάρυγξ, ſuperior pars gulæ mento propinqua, ſed interior, ubi os anguſtatur, a fundendis vocibus, vel a fando, vel a φάω, ſeu φῶ, *dico*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterumve, & pulmonum vi & figura poteſt. ¶ Fauces per tranſlationem dicuntur ſtricti ingreſſus vallium ſeu alterius loci. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 32. Corinthus erat ſita in anguſtiis, atque in faucibus Græciæ. ¶ Tranſlate fauces ponuntur pro diſcrimine, & periculo. *Cic. pro Arch. c.* 9. Urbs totius belli ore, & faucibus erepta.

Fax, facis, f. 3. *face*, *facella*, δᾴς, λαμπάς, fuſtis inciſus, & cera, vel oleo injunctus, ac compoſitus ad lumen faciendum, fitque præcipue ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus, cujuſmodi ſunt tæda, & larix. *Var. de vit. P. R. l.* 2. Quum a nova nupta ignis in face afferretur de foco ejus ſumptus, fax ex pinu ablata eſſet, in eam puer ingenuus afferret. ¶ Per tranſlationem accipitur pro incitamento, item pro auctore alicujus facinoris. *Plin. in ep.* Theophanes, fax accuſationis, & origo. *Cic. pro Domo.* Ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. ¶ *Addere faces alicui*, eſt eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 24. Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat Mævius. ¶ *Primam facem*, noctis principium vocitabant, quod tum primum uti face incipiamus. *Gel. l.* 12. *c.* 1. Sed cum jam prima fax noctis, & denſiores eſſe tenebræ cœpiſſent, diſceſſimus. ¶ Facem in nuptiis præferre ſolebant, ſive ad obſervandam antiquam conſuetudinem, quod non niſi noctu duci novas nuptas a ſponſis mos erat, ſive in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proſerpina geſtaverat, ſive ut nova nupta ignem, & aquam, quæ duo ſunt in vita maxime neceſſaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aſpergi ſolebat, ut caſta, puraque ad ſponſum duceretur. *Virg. Ecl.* 8. Mopſe, novas incide faces, tibi ducitur uxor.

Faxo, ſignificat facere, & verbum eſt defectivum, quod tantum habet futurum indicativi, nec id omnino integrum ad hunc modum, *Faxo*, *is*, *it*, & in numero plurali *faxunt*, & futurum optativi, & præſens ſubjunctivi, *Faxim*, *is*, *it*, *faximus*, *itis*, *faxint*. *Virg.* 12. *Æn.* Ego fœdera faxo firma manu. *Ter. Heaut.* Utinam Dii faxint. *Enn. apud Cic. de Sen.* Nemo me lacrymis decoret, nec funera faxit. *Liv. l.* 29. *c.* 27. Dii, hoſtium ulciſcendorum copiam faxitis. ¶ *Faxem* pro feciſſem. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 84. Piſtrinum in mundo ſcibam, ſi id faxem, mihi.

F ANTE E.

Febreſco, is, n. febri laboro. *Solin. c.* 31. Patuit, nunquam eos hinnulos febreſcere.

Febribilis, is, adiect. febrilis. *Cœl. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 8. Vivi lumbrici febribiles.

Febricito, as, n. 1. *aver la febbre*, πυρέττω, febri laboro, febri corripior. *Col. l.* 7. Febricitanti bovi convenit abſtinere cibo uno die. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Scire oportet, non febricitare eum, cujus venæ naturaliter ordinatæ ſunt.

Febricitus, a, um, adject. *febbricitante*. *Veget. l.* 1. *c.* 38.

Febricula, æ, f. 1. πυρέτιον, parva febris. *Plaut. Cic. Fam. l.* 12. *ep.* 12. Qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam.

Febriculentus, a, um, adject. febricoſus. *Marc. Emp. c.* 21. Febriculento potionem dare.

Febriculoſus, a. 1. 2. πυρετώδης, qui habet febrem. *Catull. carm.* 6. Febriculoſum ſcortum. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Non morbus his febriculoſus, aut nimium gravis.

Febrilis, is, o. 3. πυρετικός, ad febrem pertinens. *Apul.* Ardore æſtuans febrili.

Febrio, is, ivi, itum, n. 4. *aver la febbre*, Germ. *das kaltwee haben*, Gal. *avoir la fievre*, Hiſp. *tener fiebre*, πυρέττω, febrem patior. *Celſ. l.* 6. *c.* 11. Potiones, ſi febrim puer, aquæ.

Febris, is, f. 3. *febbre*, קַדַּחַת, Ger. *kaltwee*, Gal. *fievre*, Hiſp. *fiebre*, *calentura*, πυρετός, eſt intemperies calida totius corporis, a *ferveo*, ſeu *ferbeo*, unde eſt *ferbis*, & per metatheſin *febris*. *Cic. ad Tiron.* Is mihi nuntiavit, te plane febri carere. ¶ Febres periodicæ dicuntur, quæ ſtati temporis periodo accedunt, & recedunt, ut quotidianæ, tertianæ, quartanæ, quæ quotidie, tertia, vel quarta quaque die. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. ¶ Dicimus, febri laborare, affici, corripi, &c. *Celſ. Cic. & alii*. Item febris accedit, decedit, evaneſcit, deſinit, &c. *Idem*. ¶ Febris Romanis pro Dea eſt habita, ne noceret. *Plin. l.* 2. *c.* 7.

Februa, orum, n. 2. καθάρσια, dicebantur ſacra expiatoria, & omne id, quod vim purgandi habere exiſtimabatur, a *ferveo*, ſeu *ferbeo*, unde eſt *ferbuum*, & trajectis literis *februum*. Nam luſtratio fiebat plurimum igne, aut undis ferventibus. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 19. Februa Romani dixere piamina patres.

Februalis, V. Februalis.

Februamentum, ti, n. expiatio, purgatio. *Cenſorin. de die Nat. c.* 22.

Februarius, m. 2. *Febbraio*, Φεβρουάριος, unus eſt ex menſibus anni, dictus a *februis*, quod tum febraaretur populus, ideſt, expurgaretur. Nam Luperci primo die, qui februatus dicebatur, omnem urbem veterem pelles caprinas in manibus geſtantes circumcurſabant, idque piamen cenſebatur. Præterea duodecim diebus continuis pro defunctorum manibus februa, ideſt, ſacrificia expiatoria fiebant. Sed aliqui dictum putant a Deo Februo, ideſt, Plutone, vel Plutonis patre, cui eo menſe ſacrificabatur. Nam Januarium Diis ſuperis, Februarium Diis manibus conſecraverunt. ¶ Hic menſis a Numa Pompilio in fine anni collocatus fuit. *Ov.* 2. *Faſt.* Deinde Duumviri Sacrorum poſt Januarium poſuerunt.

Februatio, onis, f. luſtratio, purgatio. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Februatus, a, um, adject. luſtratus, purgatus. *Var. l.* 5. *de L. L.* & *Feſtus*.

Februlis, vel Februalis dicta eſt Juno a Romanis, quod ipſi Februario menſe ſacra fiebant. *Feſt.* ¶ Apud *Arnob. l.* 3. legitur *Februtis*.

Februo, as, a. 1. *purgare*, καθαρίζω, luſtro, expio, purgo, expurgo, a februis. *Var. de vit. P. R.* In eorum enim ſacris, liba cum ſint facta, incerere ſolent farris ſemine, ac dicere, ſe ea februare, ideſt, pura facere.

Februus, m. 2. Pluto, vel pater Plutonis. *Iſid. l.* 5. *c.* 33. *Serv. in* 1. *Georg. Macrob. lib.* 1. *Saturn. c.* 13. ſcribit, ſic appellari Deum quendam, qui februationibus, ſeu expiationibus præſit.

Feciales, m. 3. *Araldi*, Σπονδοφόροι (*Manut.* ſcribit Fetiales) erant Sacerdotes, ſeu Legati Romani, penes quos belli, paciſque faciendæ jus erat, dicti a faciendo, quod pacem facerent, vel quaſi *Fœdales*, a *fœdere*, quod fœdus ferirent. Dubium eſt, utrum a Tullo Hoſtilio, an a Numa Pompilio inſtituti fuerint. Fecialium erat, miſſis prius quatuor legatis ad res repetendas, bellum indicere, & bello, fide pacis fœdere conſtituta, finem imponere. Neque juſtum aliquod bellum eſſe cenſebatur, niſi Feciales ex juſta cauſa ſuſcipi declaraviſſent, & iidem indixiſſent. Bella tarde ſuſcipiebant, quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere. *V. Liv. l.* 1. *c.* 33.

Fecialis, & le, o. 3. quod ad Feciales ſpectat. *Cic.* 1. *Off. c.* 11. Belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali P. R. jure præſcripta eſt.

Fecundus, V. fœcundus.

Fel, fellis, n. 3. *fiele*, מְרֵרָה, Ger. *die gall*, Gal. *fiel*, Hiſp. *hiel*, χολή, flava bilis, humor flavus in corpore ſub infima hepatis parte in capſula quadam contentus, quam ciſtulam fellis appellant. *Cic.* 2. *de Div.* Non dicam gallinaceum fel, ſed tauri opimi jecur, &c. ¶ Aliquando fel, quod ſit amariſſimus humor, pro animi amaritudine ponitur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 76. Corda in felle ſunt ſita. ¶ Fel terræ, genus herbæ, ſic dictum propter ſummam amaritudinem. *Plin. l.* 25. *c.* 6. ¶ Fel pro veneno poſuit *Seren. Sammon. c.* 47. *Ovid.* 3. *Pont.* &c. ¶ Sales felle ſuffuſi, *motti piccanti*, *e mordaci*. *Ovid.* 2. *Triſt.*

Feles (rectius quam felis) is, f. 3. *gatto*, Ger. *katz*, Gal. *chat*, Hiſp. *gato*, αἴλουρος, animal quadrupes, quod nobiſcum in domibus tenemus ad murium venatum. *Phædr. fab.* 35. Felis cavernam naucta. *Id. ibid.* Felis catulis præbuerunt dapem. *Plin. lib.* 10. *c.* 73. Feles quo ſilentio, quam levibus veſtigiis obrepunt avibus, quam occulte ſpeculatæ in muſculos exiliunt? ¶ Tranſlate ſumitur pro raptore, aut fure, ut Feles virginaria, vel virginalis, pro lenone virginum raptore, apud *Plaut. Perſ.* 4. 9. 14. & *Rud.* 3. 4. 45. V. ſup. in Fallo. ¶ In aliquibus Plauti editionibus legitur *Felles* duplici *ll*.

Felicitas, atis, f. 3. *felicità*, אֹשֶׁר, Ger. *glückſeligkeit*, Gal. *proſperité*, *bonheur*, Hiſp. *dicha*, *bienaventurança*, εὐδαιμονία, beatitudo, ſummum bonum, extremum rerum omnium expetendarum. *Cic. in Brut.* Summam ejus felicitatem non ſatis grato animo interpretamur. ¶ Ponitur etiam pro proſperitate, *fortuna*. *Cic. pro Font.* Quorum cognita virtus, induſtria, felicitas in re militari. ¶ Item pro fœcunditate, fertilitate, ut felicitas terræ, apud *Plin. in epiſt.* ¶ *Felicitates* in plur. num. leg. apud *Terent.* 5. 3. 33. ubi ait. Nec quemquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adverſæ ſient. ¶ Felicitas fuit Dea a Romanis colta ad impetrandos proſperos rerum ſucceſſus. *Auguſt. l.* 4. *de C. D.*

Feliciter, adverb. *felicemente*, εὐδαιμόνως, proſpere, beate, fortunate. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 7. Omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate vivere. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 7. Rempub. feliciſſime geſſiſſe. ¶ Feliciter vox erat in bonis ominationibus, & acclamationibus familiaris: cujus rei exempla leges apud *Cic. Att.* 13. 22. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 119. *Sueton. in Claud. c.* 7. &c. ¶ Interdum idem eſt ac fertiliter, feraciter. *Virg.* 1. *Georg. v.* 54. Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ.

Felineus, a, um, adject. *di gatto*, ut felinei oculi, apud *Serv. in* 3. *Georg. v.* 82.

Felinus, a, um, adject. idem quod felineus. *Celſ. lib.* 5. *c.* 18. Malagma, quod habet viſci, felini ſtercoris, reſinæ, ſulphuris pares portiones. Alii leg. *viſci ſeminis*, *ſtercoris*, &c.

Felio, is, n. 4. verbum exprimens vocem pardi. *Auct. carm. de philom. v.* 50. Panther caurit amans, pardus hiando felit.

Felix, icis, o. 3. *felice*, *fortunato*, εὐδαίμων, proſper, beatus, fortunatus. *Cic.* 1. *Phil. c.* 26. Mea autem ſententia ſi quis Reip. ſit infelix, felix eſſe non poteſt. *Salluſt. in Jugurth. c.* 95. Feliciſſimus omnium. ¶ Jungitur ſæpe ablativo. *Virg.* 6. *Æn. v.* 784. Felix prole virum. ¶ Interdum additur præpoſit. *ab*. *Cic. in Bruto*, *c.* 26. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. ¶ Sæpius cum præpoſit. *in*. *Id. Q. Fr.* 1. 1. 10. Aſia in re retinendo ſuis felicior. ¶ Habet & genitivum, præſertim apud Poetas. *Sil. l.* 4. *v.* 349. Felix oteri. *Et v.* 398. Felix lethi. Et *Plin. in proœm. l.* 14. Felix gratiæ. ¶ In omnibus rebus agendis, præſertim quæ magni eſſent momenti, ſolemnis erat illa præfandi formula, *Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit*, ut eſt apud *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 45. ¶ Interdum *felix* eſt propitius, ſeu qui alios facit eſſe felices. *Virg.* 1. *Æn.* 334. Sis felix, noſtrumque leves quemcumque laborem. ¶ Aliquando utilis, ſive commodus. *Mart. l.* 1. *epigr.* 105. Et felix domino, notaque Cæſaribus. ¶ Aliquando ferax, fertilis. *Liv. l.* 5. *c.* 24. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. ¶ Felices aliquando dicuntur mortui, ut græce μακαρίται, vel μακαρίτης. *Hor. l.* 1. *Sat.* 9. *v.* 27.

v. 27. Haud mihi quiſquam . omnes compoſui felices . ¶ Sunt qui ſcribunt *fœlix*. *Manut. in Orthogr.* hanc ſcribendi rationem tuetur, quam nos ſequimur, ſine diphthongo.

Fellātor, m. 3. qui fellat. Dicitus de corvo, quia corvos ora coire, & parere vulgus arbitratur. *Mart. l. 14. epigr. 74.*

Fellēbris, e, adject. a fellando. *Solin. c. 8 de Boa ſerpente*: Uberibus bovis ſe innectit, ſuctuque continuo ſaginata, ita fellebri ſatietate extuberatur, ut &c. h. e. copioſi lactis ſuctu. Alii legunt, *celebri*, alii, *funebri*.

Fellĕus, a, um, o. 1. a. *di fiele*, χολώδης, quod ad fel ſpectat. *Plin. l.* 20. *c.* 12. Sudores felleos movent.

Fellĭco, as, freq. a fello, ut vellico a vello. *Solin. c.* 47. Nequaquam mater pullo ubera præbet fellicanda. Alii leg. *Pellicanda*.

Fellidŭlcus, a, um, adject. a felle, ut fellidulca medicamenta, apud *Cal. Aurel. Tard. l.* 3. *c.* 4.

Fellifluus, a, um, adject. felle fluens. *Cal. Aurel. Acut. l.* 3. *c.* 19. *de cholera*: Felliflua paſſio.

Fellĭto, as, a. 1. freq. a fello, ut cenito a ceno. V. Fellico.

Fellĭtus, &

Fellōſus, a, um, adject. felle imbutus, felle abundans. *Feſt. Avien. ep. ad Flavian. Myrmec. apud Pythæum l.* 4. *Collect. epigr. vet.* Fellitur amarans Ora ſapor. *Cal. Aurel. Tard.* 4. 6. Felloſus, & ſanioſus.

Fello, ſeu felo, as, a. 1. *succhiare*, *poppare*, θηλάζω, lac exugo, ab Æolico φηλάω, pro θηλάω, *mammam ſugo*. Quidam deducunt a *fele*, alii a φιλέω, amo. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 344. Tum eum lac humanum fellaſſe. ¶ Translate dicitur de obſcœna libidinis actione eorum, qui virilia exſugunt. *Martial. l.* 2. *epigr.* 61. *& alibi*.

Felsĭna, æ, f. 1. eadem ac Bononia. *Plin. l.* 3. *c.* 15. Intus colonia Bononia, Felſina vocitata.

Feltrĭa, f. 1. *Feltre*, urbs Venetiæ, ſeu Marchiæ Tarviſinæ, intra Alpes Tridentinas, ad Alonem fl. *Gruter. Inſcript. pag.* 409. *n.* 8. ¶ Populi dicuntur Feltrini a *Caſſiodoro*, a *Plinio* vero *lib.* 3. *c.* 19. Fertini. Ita enim in libris omnibus legitur, teſte *Harduino*.

Femen, inis, n. *coſcia*, παραμήριον, idem quod femur. *Valla* tamen putat, femina dici partes poſteriores, mollioreſque, femora vero interiores. *Plin. l.* 28. *c.* 15. Femina atteri, adurique equitatu, notum eſt. ¶ Verum hæc differentia non ſervatur, & promiſcua femur, & femen uſurpantur: immo hoc in ſing. num. nominatıvo caret, ut *Serv. Chariſ.* & *Valla l.* 4. *c.* 37. docent. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 35. Manibus, pedibus, feminibus, cruribus.

Feminal. V. Feminal.

Feminālis, ium, n. 3. περιμήρια, περισκελίδες, tegumenta feminum, & ſubligacula. *Suet. Aug. c.* 82. Hyeme quaternis tunicis, & feminalibus (al. *femoralibus*) & tibialibus muniebatur. Ubi notat *Caſaubon.* per *feminalia*, & *tibialia* non intelligi, quod hodie *braccas* & *tibialia* dicimus (*calzoni*, *e calze*) ſed faſcias, quibus antiqui pedes, tibias, & femina tegebant vel valetudinis, vel mollitiei, vel inclementis cœli cauſa: neque enim tunc in uſu fuiſſe, ut braccati, & calceati eſſent. V. *eund. l. c.* Confirmat *Ferrar. s. Elector. c.* 2.

Femorālia, ium, n. 3. idem quod feminalia. V. dict. præced.

Femur, vel femor, oris, n. 3. *coſcia*, ירך, Ger. *hüfte*, Gal. *cuiſſe*, Hiſp. *muslo*, μηρός, coxendix, ſed pars exterior, & anterior. *Cic. de Clar. Orat. c.* 80. Frons non percuſſa, non femur. *Ovid.* 8. *Met.* Et conata femur mœrenti plangere dextra. V. Femen. ¶ Femur bubulum herba eſt nervis utilis. *Plin. l.* 27. *c.* 9. ¶ Apud Architectos femora dicuntur in triglypho plana illa, quæ inter canaliculorum cavitates eminent. *Vitr. l.* 4. *c.* 3.

Fendicæ, arum, f. 1. diræ, imprecationes. *Arnob. l.* 7. *cir. med.*

Fendo, a. 3. ad iram concito, apud vet. Verbum eſt obſoletum, cujus compoſita *offendo*, & *defendo* ſunt in uſu. *Priſcian. l.* 11. ¶ In Gloſſar. Iſid. legitur *fenſus*, iratus.

Fenēbris, V. Funebris.

Feneſtella, f. 1. *fineſtretta*, θυρίδιον, dimin. a feneſtra. *Colum. l.* 6. *c.* 1. Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Adde *l.* 8. *c.* 3.

Feneſtella, Lucius Feneſtella hiſtoricus fuit Auguſti tempore, cujus teſtimonio ſæpe utitur *Plinius*. Dictus eſt Feneſtella a calvitie capitis: qui enim in medio capite calvi eſſent, eos antiqui Feneſtellas appellabant, quod feneſtræ ſimilitudinem præ ſe ferrent. *Alciat. l.* 11. *parerg.* ¶ Alter Feneſtella, cujus tractatus extat de Sacerdotiis, & Magiſtratibus Rom. recentior eſt. Plinium enim ipſum citat; præterea meminit Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum: quæ voces Plinio ignotæ fuere.

Feneſtra, æ, f. 1. *fineſtra*, חלון, Ger. *fenſter*, Gall. *feneſtre*, Hiſp. *ventana*, θυρίς, foramen in pariete, ad ædem illuſtrandam, a φαίνω, *luceo*, quaſi phæneſtra, vel ab antiqua φαίνω, vel e φαίνω, quod a φαίνω, unde φαινέστρα. *Cic. in Tuſc.* Eæ partes quaſi feneſtræ ſunt animi. ¶ Tranſlate ponitur pro aditu, via, & occaſione. *Ter. Heaut.* 3. 1. 72. Hui, quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris!

Feneſtrālis, le, o. 3. quod eſt feneſtræ. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 578. Porta feneſtralis. Alii leg. *Feneſtella*.

Feneſtrātus, a. 1. 2. θυρωτός, apertus, perforatus. *Vitruv. proœm. l.* 3. Pectora feneſtrata, & aperta.

Feneſtro, as, a. 1. *aprir fineſtre*, feneſtras aperio, feneſtram facio. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Media oculorum cornea feneſtravit pupilla.

Fera, æ, f. 1. belua, beſtia, θήρ, *fiera*, animal non manſuefactum, & quod feritatem habet, ut lupi, leones, tigres, &c. a voce græca, qua allata eſt, vel a *fero*, quod impetu, & naturali inſtinctu ferantur. *Cic. l.* 1. *Off. c.* 16. Expertes rationis, & orationis feræ. *Id. ib. c.* 16. Excitare, & agitare feras. ¶ *Belua* feræ dicuntur de magnis feris, ut Elephanto, Leone: *fera* de quibuſcunque.

Ferabĭtis, f. 3. vitis agreſtis, a feritate. *Siſen.* apud *Non. l.* 4. Et partim ferabite, partim lauro, & arbuſto, ac multa pinu, ac myrteis abundat. Sed legendum eſt, *fera vite*.

Ferācĭtas, f. 3. *fertilità*, εὐφορία, fertilitas. *Col. l.* 3. *c.* 6. Ubi multa invitabunt regionis commoda, ſequamur feracitatem.

Ferācĭter, adverb. *feracemente*, *fertilmente*. *Liv. l.* 6. *c.* 1. Ab ſecunda origine, velut ab ſtirpibus, lætius, feraciuſque renata urbs.

Ferālĭa, orum, n. 3. prima com. dies ſacrati Diis manibus, in menſe Februario, ideſt, dies 21. & 23. quibus epulas ad ſepulchra in cœnam ferebant, a *ferendo*. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 569. Hanc, quia juſta ferunt, dixere feralia, lucem.

Ferālis, le, o. 3. *funebre*, *mortale*, Germ. *tödlich*, Gal. *mortel*, Hiſp. *mortal*, νεκρικός, funeſtus, dirus, exitialis, quidquid ad mortuos pertinet, ut Ferales præcones, qui funus indicunt, &c. Aliqui derivant a Feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum ſepulchra inferebantur. *Virg.* 4. *Æn.* Solaque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri. *Ovid.* 2. *Faſtor.* Tum cum Ferales præteriere dies. ¶ Feralis arbor, apud *Plin. l.* 16. *c.* 10. eſt picea, vel cupreſſus in funeribus adhiberi ſolita. ¶ Ferale neutrum adverbialiter poſitum. *Claudian.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 130. Si buxus inflare velim, ferale gemiſcunt.

Ferālĭter, adverb. *Fulgent. l.* 3. *Mythol. c.* 1. Dum amor noviter venit, ut leo feraliter invadit.

Ferax, cis, o. 3. *fertile*, פורה, Germ. *fruchtbar*, Gall. *fertil*, Hiſp. *fertil*, εὔφορος, fertilis, fœcundus, frugifer, a ferendo. *Ovid. l.* 1. *Amor. el.* 16. Terra ferax Cereris, multoque feracior uvis. *Cic. Ver.* 5. Agri feraciſſimi. *Pallad. l.* 3. *c.* 9. Feraciſſimæ nux. ¶ Tranſlate *Cic.* 3. *Off. c.* 2. Nullus feracior in philoſophia locus eſt, nec uberior, quam de officiis. *Plin. l.* 5. *ep.* 15. Ferax bonis artibus ſæculum.

Fercŭlum, n. 2. *vivande*, Ger. *tracht*, Gall. *met de viande*, Hiſp. *manjar*, ἔδεσμα, miſſus ciborum, a *fero*, quia menſæ infertur. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 6. Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna. Ubi lances ciborum ſignificari videntur. ¶ Sumitur etiam pro repoſitorio multarum lancium, quæ uno, eodemque miſſu inferuntur. *Petron. in Satyr.* Laudationem ferculum inſecutum eſt plane non pro expectatione magnum. V. ibi cætera. ¶ Sæpe ſumitur pro geſtamine, quo pompa triumphalis deferri ſolet, quo nomine continentur ſimulacra oppidorum, ſpolia hoſtium, coronæ, machinæ, & id genus alia. item pro geſtamine, ſeu pulpito, in quo Deorum ſimulacra reponebantur, quæ in celebritate ludorum Circenſium ferebantur. *Cic.* 1. *Off. c.* 36. Cavendum eſt, ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur. *Suet. Caſ. c.* 37. Inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, *Veni*, *Vidi*, *Vici*.

Fere, adverb. *quaſi*, כמעט, Germ. *ſchier*, Gall. *perſeque*, Hiſp. *quaſi*, παρὰ μικρόν, pene, ferme, prope, propemodum. *Terent. Heaut.* 1. 1. 70. Domum revertor mœſtus, animo fere perturbato. *Cicer. Att. lib.* 14. Eadem fere hora, qua veni. ¶ Item plerumque, *per l'ordinario*, *per lo più*. *Terent. Phorm.* 1. 2. 39. Hic ſolebamus fere plerumque eam opperiri. *Cicer.* 2. *de Invent.* Ut fere fit. *Idem* 2. *de Orat.* Semper fere cum aliquo ruſticari. ¶ *Id.* 7. *Att. epiſt.* 1. Hæc fere ſunt in illa epiſtola. *poco più*, *poco meno*.

Ferens, entis, *chi porta*, particip. a fero, fers. *Virg.* 2. *Æn.* capita alta ferentes. *Ovid. Amor. eleg.* 8. Surda ſit oranti tua janua, laxa ferenti. h. e. ferenti munera. *Plin. in paneg. c.* 31. Ventos ferentes, & brevem curſum optare. h. e. ſecundos, & qui eo ferant, quo tendimus. Sic *Virg.* 4. *Æn. v.* 430. Exſpectet facilemque fugam, ventoſque ferentes. ¶ Item tolerans, perferens, *tollerante*. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 139. Animum ſpe ſinis dura ferens. *Tac.* 5. *hiſt. c.* 6. Corpora hominum ſalubria, & ferentia laborum.

Ferentārii, orum, m. 2. ἀκροβολισταί, levis armaturæ milites, a *ferendo*, quia ea tantum arma habebant, quæ feruntur, non quæ tenentur, quippe qui fundis, lapidibuſque, vel arcu, & telis pugnabant, vel a *feriendo*, quod primi pugnam laceſſerent. Sed Nonius Ferentarios vocat milites levis armaturæ auxiliatores, enſe, & telis inſtructos, a ferendo auxilio, quia, quicquid opus erat, opem ferebant, & tela pugnantibus miniſtrabant. Hi & Velati vocabantur, ut inquit Feſtus, quia veſtiti inermes ſequerentur exercitum. *Salluſt. Catil. c.* 60. Poſtquam eo ventum eſt, ut a ferentariis prælium committi poſſet. ¶ Ferentarius amicus. *Plaut. Trin.* 2. 4. 55. dicitur, qui celer, & expeditus eſt ad opem ferendam.

Ferentīna, Dea cujuſdam quæ, ab oppido Ferentino ſic dicta. Ejus meminit *Liv. l.* 1. *c.* 1.

Ferentinātes, Ferentini incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 4.

Ferentīnum, n. 2. *Ferentino*, *Fiorentino*, urbs Latii, in fin. Hernicorum, ſub dominio Summi Pontificis, parva, in colle.

Ferentum, opp. Apuliæ, cujus incolæ Ferentani dicuntur. *Horat. l.* 3. *od.* 4. humile vocat, a ſitu.

Ferōlla, fem. 1. genus vitis fœcundæ, a ferendo, non a feritate. *Colum. lib.* 3. *cap.* 2.

Feretrĭus, maſc. 2. *Giove*, Φερέτριος, Jovis cognomen, quod illi a Romulo impoſitum eſt, non a pace *ferenda* (ut quibuſdam viſum eſt) ſed a *ferendis* ſpoliis: Nam Romulus devictis Ceninenſibus, hoſtium ſpolia, ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu ſuſpenſa Jovi conſecravit, eodemque in loco Jovi Feretrio templum condidit, auctorque fuit poſteris, ut eo capta ex Regibus, Ducibuſque hoſtium opima ſpolia deferrent. *Liv. l.* 1.

Ferĕtrum, n. 2. *bara*, *cataletto*, Germ. *todtenbahr*, Gal. *cercueil*, Hiſpan. *ataud*, φέρετρον, capulus, inſtrumentum inſtar cratis, cui lectus imponebatur, in quo mortuus efferebatur, a Græca voce allata. *Plin. l.* 7. *c.* 52. Quendam, qui efferretur feretro, domum remeaſſe pedibus. Adde *Virg.* 6. *Æn. v.* 222. ¶ Item ferculum, ſeu trophæum, ſc. lignea crux, cui ſpolia affigebantur, portabanturque in triumphis. *Tertul. de Patient. c.* 14. Quale in illo viro (Job) feretrum Deus de diabolo extruxit.

Feriæ, arum, f. 1. *ferie*, *giorni quieti*, *di feſtivi*, חגים, Germ. *feyrtag*, Gal. *feries*, *jours de fete*, Hiſp. *dias de feria*, ἑορταί ἡμέραι, dies ceſſationum ab opere. V. feſtus. Aliquibus dictæ videntur a *feriendis* victimis: Aliis ab epulis *ferendis*, quod in iis fiebant epulationes, ex proventu fœtus pecudum, & frugum. *Cic.* 2. *de Leg.* Feriis jurgia amovento. ¶ Aliæ erant cum feſto, ut *Saturnalia*, quibus epulationes adjungebantur, aliæ ſine feſto, ut *Nundinæ*. Deinde aliæ erant publicæ, aliæ privatæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, *ſtativæ*, *conceptivæ*, *imperativæ*, *nundinæ*. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 16. *Stativæ*, univerſi populi communes erant, quæ certis, conſtitutis, & fixis diebus quotannis fiebant, & eodem ſemper die in Faſtis annotabantur, ut *Agonalia*, *Carmentalia*, *Lupercalia*. *Conceptivæ* erant, quæ quotannis a Magiſtratibus, vel Sacerdotibus concipiebantur in certos, ſive in incertos dies, ut *Latinæ*, *Sementinæ*, *Paganalia*, *Compitalia*. Non quotannis quidem fiebant, ſed modo hoc, modo illo tempore, ut Magiſtratibus, vel Sacerdotibus videbatur. *Imperativæ* erant, quæ non omnibus annis fiebant, ſed extra ordinem a Magiſtratibus, ut a Conſulibus, vel Prætoribus, pro arbitrio imperabantur, & indicebantur propter imminens periculum pro ſalute Reip. vel ob rem feliciter geſtam, vel propter valetudinem Principis, &c. *Nundinæ* feriæ erant ruſticorum cauſa nono quoque die inſtitutæ, ut, cum octo diebus in agris fuiſſent, ad emenda neceſſaria nono die in Urbem convenirent. Privatæ feriæ erant vel propriæ quibuſdam familiis, vel propriæ ſingulorum hominum. Feriæ propriæ familiarum erant, quas quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſervabat, ut *Feriæ Claudiæ*, *Æmiliæ*, &c. Propriæ ſingulorum erant, ut natalium dierum, quæ natalitiæ dicebantur, expiationes fulgurum, & funerum. *Liv. l.* 3. *c.* 5. Ferias indicere. *Cic.* 2. *Leg. c.* 22. Habere triduum ferias. *Gel. l.* 1. *c.* 25. Feriæ belli, *ſoſpenſione d'armi*, *tregua*. *Liv. l.* 1. Ferias celebrare. *Plaut. Cap.* 3. 1. 8. Venter, gutturque reſident eſuriales ferias. h. e. jejunant.

Feriatĭcus, a, um, adject. idem quod feriatus, ſeu feſtus, ut feriaticii dies. *Ulp. l.* 2. *Dig. de feriis*.

Feriātus, a. 1. 2. qui otioſus, & quietus eſt, & nihil agit, vel in quo nihil agitur, a *feriis*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere. *Id.* 3. *de Orat.* Feriatus a negocius publicis. ¶ Feriati dies ſunt, in quibus feriæ aguntur. *giorni di feſta*. *Plin. ep.* 14. *l.* 3. Et ſequens menſis complures dies feriatos habet. ¶ Male feriatus dicitur, qui ignavo ocio deditus eſt. *Hor. l.* 4. *od.* 6. Male feriatos Troas, & lætam Priami choreis Falleres aulam.

Ferīnus, a, um, o. 1. 2. *di fiera*, θήρειος, quod ferarum eſt. *Cic. l.* 1. *Invent. cap.* 2. Cum homines ſibi victu ferino vitam propagabant. *Salluſt. Jug.*

Jug. c. 18. Ferina caro. Et abſolute *Virg.* 1. *Æn.* v. 215. Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ.

Ferio, it, ſine præterito, & ſup. a. 4. *ferire*, הכה, Germ. *ſchlagen*, Gall. *bleſſer*, Hiſp. *herir*, τύπτω, percutio. *Cic.* 3. *Ver.* Inſtat, ut ſecuri ambo feriantur. ¶ Eſt item pulſare. *Plaut. Men.* 2. 2. 63. Ferio fores? M. feri. ¶ Metonymice eſt facere, ſancire, firmare, ut *Fœdus ferire*, quia cum antiqui fœdus & pacem ſolemniter cum hoſtibus inibant, porcum ſaxo ſilice feriebant. *Cicer. pro Dom.* Fœdere feriebantur provinciarum. ¶ Translate eſt movere, excitare. *Cic.* 15. *Fam.* Hic ſpectris, etiamſi oculi poſſent feriri, animus qui poſſit, non video. Adde *l.* 2. *de Or. c.* 48. ¶ *Ferire munera*, eſt munus emungere. *Ter. Phor.* 2. 1. 12. Porro autem Geta ferietur alio munere. ¶ Ferire pecuniam, *batter moneta*. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Conſtitutumque, ut aſſes ſextario pondere ferirentur. ¶ *Virg.* 5. *Æn.* Ferit æthera clamor. ¶ Ferire frontem. V. *Frons*.

Ferior, aris, d. 1. *far feria*, *far vacanza*, שבת, Germ. *feyren*, Gall. *faire feries*, *vaquer*, Hiſp. *acabar*, *tener vacationes*, *vacar*, σχολάζω, eſt ferias celebrare, item otiari, quia feriis ab opere ceſſabant. *Treban. Cicer.* 12. *Fam. ep.* 16. Ne putes, in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. *Id.* apud *Macrob. l.* 4. *Somn. Scip. c.* 4. Tertium jam diem feriati ſumus. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 7. Achilles ab armis cum ſuo milite feriebatur. ¶ *Voſſ. de Vit. ſerm. l.* 4. *c.* 8. notat hoc verbum a Cicerone, & aliis primæ notæ Scriptoribus uſurpari tantummodo in præterito.

Feritas, atis, f. *ferezza*, *crudeltà*, Ger. *wildheit*, Gal. *fierté*, Hiſp. *fiereza*, *crueldad*, ἀγριότης, naturæ quædam aſperitas contraria manſuetudini. *Cic. pro Sext. c.* 42. Eoſque ex feritate illa ad juſtitiam, manſuetudinemque tranſtulerunt. ¶ Pro fertilitate uſurpat *Tertul. in carm. de Sodoma*, *c.* 4. eoque pacto eſt a *ferendo*.

Ferito, as, a. 1. frequentat. a ferio. *Solin. cap.* 56. Palmete caryotas feritantio.

Ferme, adv. quaſi, σχεδὸν, fere, prope, propemodum. *Cicer. in Brut.* Ut eo nihil ferme quiſquam poſſit addere. ¶ Ponitur quandoque pro facile. *Terent. Andr.* 3. 1. 1. Fidelem haud ferme mulieri invenias virum. *Plaut. Pan.* 4. 2. 40. Facio, quod manifeſto mœchi facere haud ferme ſolent: refero vaſa ſalva.

Fermentatus, a, um, adject. *fermentato*, *fatto di lievito*, fermento imbutus, ut panis fermentatus, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 25. Is magis alere dicitur, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 11. ¶ Translate fermentati mores, h. e. mali, acerbi, vel corrupti. *Prudent. Apotheoſ. v.* 354. Fermentatum ſolum, quod ſe, velut fermento quodam intumeſcit. *Col. l.* 4. *c.* 1.

Fermenteſco, is, n. ζυμόομαι, eſt creſcere, & tareſcere, addito fermento, & proprie de pane dicitur. Translate dicitur de terra, cum denſitas illa glebarum rareſit, & reſolvitur. *Plin. l.* 18. *c.* 8. Cum teretur inter digitos, fermenteſcente.

Fermento, as, a. 1. *fermentare*, חמץ, Ger. *heſlen*, Gal. *faire*, *ou mettre le levain*, *faire*, *lever*, Hiſp. *levadar*, *lleudar*, ζυμόω, fermento miſceo, ſeu creſcere facio. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Cum fieret panis hordeaceus, ervorum farinæ admixtione fermentabatur. ¶ Translate eſt reſolvere, rarefacere, inflare. *Var. lib.* 1. *de R. R. cap.* 38. De his præſtare columbinum, quod calidiſſimum ſit, & fermentare poſſit terram. Adde *Colum. lib.* 2. *cap.* 15.

Fermentum, ti, n. *fermento*, *lievito*, שאר, Ger. *heſel*, Gall. *levain*, Hiſp. *levadura*, ζύμη, intritum ex farina aqua ſubacta, & macerata ſine ſale, donec aceſcat, a *fervendo*, quaſi fervimentum, quia maſſam ad panificium ſubactam, cui injicitur, quaſi ferveſacit, & attollit, turgidamque reddit. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Spuma item concreta pro fermento utuntur. ¶ Translate dicitur de eo, quod terram reſolvit, & raram, ac tumidam reddit. *Col. l.* 4. *c.* 1. Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſolvitur, laxataque velut fermento quodam intumeſcit. ¶ Item de ira, quia animus ira tanquam fermento & aceſcit, & turgeſcit. *Plaut. Merc.* 5. 3. 14. Tota in fermento jacet.

Fero, fers, tuli, latum, a. anomal. *portare*, נשא, סבל, Germ. *tragen*, Gall. *porter*, Hiſp. *llevar*, *traer*, φέρω, porto, a verbo græco, quod allatum eſt. Differunt tamen *fero*, *ago*, & *porto*. nam *ferre* proprie eſt corpore ſuo bajulare, *portare*, lectica aut jumento vehere, *agere*, ante ſe pellere. *Liv. l.* 39. Poſtremo omnia, quæ ferrent, agerentve, adempta. Et *l.* 33. Saucios vehiculis tolli, portarique jubet. Plerumque tamen hæc verba promiſcue uſurpantur. *Ovid.* 2. *Metam.* Mediique per æquora ponti fert prædam. ¶ Ferre auxilium, & opem alicui, *portar ajuto*. *Cic. l.* 8. *ad Attic.* Ferre opem, & auxilium afflictæ Reipublicæ. ¶ Uſurpatur ſæpe pro tolerare. *Nepos Timol.* 4. 1. Ferre calamitatem moderate. Sic ægre, moleſte, ſapienter, æquo animo ferre, *ſopportar di buona*, *e di mala voglia*. *Cic. Terent. Cæſ. Virg.* & al. ¶ Et pro gignere, *produrre*. *Virg. ecl.* 4. *v.* 39. Omnis feret omnia tellus. ¶ Item pro dicere. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 26. Timuiſſe ſe Paulinus ferebat. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor.* Apollinem Delphos ferunt adveniſſe. *Id. l.* 2. *de Orat.* Si ornate locutus eſt, ut fertur. ¶ Item pro auferre, *togliere*. *Virg. ecl.* 9. *v.* 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *Id. ecl.* 5. *v.* 28. Poſtquam te fata tulerunt. ¶ Item referre, recipere, *riportare*, *conſeguire*. *Cicer. Tuſc.* 5. *c.* 19. A vano populo repulſam fert. *Id. in Brut.* Cotta, & Sulpicius facile primas tulerunt. *Ter. Eun.* 5. 8. 28. Quodvis donum a me optato; id optatum feres. ¶ Fuit etiam hoc verbum inter ſolemnia populi Romani. Ferre enim ad populum dicebantur Magiſtratus, cum pro concione de re aliqua interrogabant. *Cicer. Liv.* & alii. Cum vero Senatum conſulerent, verbo *referre* utebantur. V. *Briſſon. de formul. R.* Sic ferre legem, *promulgare una legge*. *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. *ad fin.* Si licitum eſſet legem curiatam ferre. Et ferre abſolute, *portar una parte*. *Id.* Cum, ut abſentis ratio haberetur, ferebamus. ¶ Variis nominibus adjunctum varias habet ſignificationes. Nam ferre aliquem in cœlum laudibus, *portar' alle ſtelle lodando*. *Cic. Attic. l.* 2. *Virg. Ecl.* 5. Daphnim ad aſtra ferremus. ¶ Ferre in oculis, eſt impenſe amare. *Ter. Eun.* 2. 1. 12. Rex se ergo in oculis ferebat. ¶ Ferre ſententiam, eſt pronuntiare. *Cic. pro Cluent.* Vos autem, Judices, de hominum fortunis ſententiam fertis. ¶ Ferre ſuffragium, *dar' il ſuo voto*. *Id. pro Sext.* Se adfuiſſe, & ſuffragium de ſalute mea tuliſſe. Significat etiam ſuffragia conſequi. *Cicer. pro Planc.* Te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. ¶ Ferre ſacra, *far ſacrifizj*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 20. Sacra Dionææ matri, Diviſque ferebam. ¶ Ferre Tribum, aut Centuriam, eſt habere Tribum, vel Centuriam ſibi ſuffragantem in alicujus Magiſtratus petitione. *Cic. Phil.* 3. An te unam Tribum ſine Curione ferre potuiſſes? Hinc *Horat. de Art. Poet. v.* 343. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. V. *Punctum*. ¶ Ferre expenſum, V. *Expenſus*. ¶ Ferre ventrem, *eſſer gravida*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4. Sus bis parit in anno; quaternis menſibus fert ventrem. Adde *Liv. l.* 1. ¶ Ferre pedem, *accoſtarſi*: & translate adeſſe, opem ferre. *Virg.* 1. *Georg. v.* 11. Vos agreſtum præſentia numina Fauni, ferte ſimul Faunique pedem, Dryadeſque puellæ. ¶ Ferre acceptum, V. *Acceptum*. ¶ Præ ſe ferre, ſignificat dicto, vel facto, vel geſtu aliquid oſtendere, & profiteri. *Cic. Att. lib.* 8. *ep.* 11. Præ me tuli, me nihil malle, quam

pacem. Et abſolute. *Cic. Att. l.* 14. Lætitiam apertiſſime tulimus omnes, hoc eſt, aperte lætati ſumus. ¶ Ferre ſe, eſt incedere, ire. *Sueton. Aug. c.* 32. Graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro. *Nepos Datam. c.* 4. Quem procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem, pertimeſcit. ¶ Ferre conditionem, pro offerre. *Cic. pro Quint.* Conditionem tuli, ſi vellet pecuniam petere. Eodem modo dicimus, Ferre judicem alicui. *Cic. pro Q. Roſcio*: Quem ergo ſi ferrem judicem, refugere non deberet, cum teſtem producam, reprehendere audebit? ¶ Significat etiam cujuſcumque judicio acquieſcere, quod fieri ſolet in maxima cauſæ fiducia. *Cic.* & *Liv.* ¶ Ferre perſonam alienam, *rappreſentare*. *Liv. l.* 3. Ille finis Appio alienæ perſonæ ferendæ fuit. ¶ Ferre palam, *divulgare*. *Plaut. Mil.* Nos palam ferre nunc per orbem hæc omnia. Contra *Liv. l.* 30. Haud clam tulit iram adverſus Prætorem. h. e. non diſſimulavit. Et ferre vultu. *Tacit. l.* 20. Quos ſpiritus geſſiſſet, vultu ferebat. ¶ Ferre fallaciam, pro fallacia uti, fallere. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 67. Villicum perdoceamus, hanc uti ferat fallaciam. Al. leg. *ferat*. ¶ Ferre inultum, ferre impune, *paſſarſela ſenza caſtigo*. *Ter. Heaut.* 5. 1. 45. Illud haud inultum, ſi vivo, ferent. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 14. Quod, tamdiu ſe impune tuliſſe injurias, admirarentur. ¶ Ferre annum, aut vetuſtatem dicitur res aliqua, quæ vetuſtate non corrumpitur. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint, ſic & annos ferent, & vetuſtate proficient. *Cic. de Amic.* Vina, quæ vetuſtatem ferunt. ¶ Fert animus aliquid facere, *ho in penſiero*, *ho voglia*, &c. *Ovid. init. Metam.* In nova fert animus mutatas dicere formas corpora. ¶ Fert conſuetudo, fert ætas, fert tempus, *così porta il coſtume*, *o l'età*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 28. Quæ fert adoleſcentia, ea ne me celet, conſueſeci filium. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 2. Meæ rationes ita tulerunt. ¶ Ferri, eſt rapi, *eſſer traſportato*, ut ferri rebus. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Fertur moriturus in hoſtes. *Virg.* 2. *Æn.* ¶ Item differri, diſtrahi, diſpergi. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 5. Exanimor, feror, differor, diſtrahor. ¶ Præteritum habet, *tuli*, pro quo legitur & *tetuli*, tamquam a *tulo* inuſit. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 58. ex *Poeta*, & *Plaut.* non ſemel. ¶ Particip. *Latus* V. ſuo loco.

Ferocia, f. 1. idem ac ferocitas. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 1. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compreſſi. Accipitur etiam in bonam partem, pro virtute, *valore*. *Liv. l.* 9. *c.* 6. Habere Samnites victoriam, non præclaram ſolum, ſed etiam perpetuam: cepiſſe enim non Romam, ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque.

Ferocio, is, n. 4. *eſſer feroce*, זדון, Germ. *frech ſeyn*, Gall. *être farouche*, *& fier*, Hiſp. *embravecer*, ἀγριαίνω, ferox ſim, vel ferociam exerceo. *Gel. l.* 1. *c.* 11. Quam ſi permulcti ſonis initioribus non immodice ferocirent. Adde *Apul. l.* 9. *A. A.* & *Tertul. Apol. c.* 5.

Ferocitas, atis, f. אכזריות, Germ. *grimme*, Gall. *fierté*, Hiſp. *fiereza*, ἀγριότης, ſævitia, crudelitas, ſuperbia, elatio animi. *Cic.* 1. *Offic.* Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent. *Id. pro Marcel. c.* 6. Vidi eum cum inſolentiam certorum hominum, tum ipſius victoriæ ferocitatem extimeſcentem. ¶ Accipitur etiam in bonam partem. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 2. *n.* 9. Theogeni ad virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra, gentis ſuæ ferocitas extitit.

Ferociter, adv. *ferocemente*, ἀγρίως, cum ferocia, ſuperbe. *Cic. pro Planc. cap.* 13. Publicanorum in Q. Scævolam aſpere, & ferociter, & libere dicta commemorem? ¶ Comp. ferocius, ſup. ferociſſime. *Cicer. ad Q. Fratr. lib.* 2. C. noſter Lamia paulo ferocius exagitatus eſt. *Liv. lib.* 23. *cap.* 8. Cum qua ferociſſime pro Romana ſocietate adverſum Punicum fœdus ſteterat.

Feroculus, a. 1. 2. dim. a ferox. *Hirt. de bell. Afr. c.* 16. Quid tu miles tyro tam feroculus es?

Feronia, f. 1. φερωνία, nemorum Dea. Colebatur præſertim in Etruria, ubi lucum habuit in Cimino monte, & templum in agro Lucenſi. Origo hæc traditur. Lacedæmonii quidam, quo tempore Lycurgus leges condebat, illam legum ſeveritatem moleſte ferentes ex urbe exceſſerunt, deinde longo maris tractu enavigato voverunt, quo terrarum primum appuliſſent, ſe ibi habitaturos: delati ad Campos Pomptinos agrum Feroniam vocarunt ob ipſa maris navigatione, in qua ipſis contigerat, ut illuc ferrentur, & Deæ Feroniæ templum erexere, cui vota nuncuparant. *Dionyſ. l.* 2. Tradunt, cum aliquando lucus arſiſſet fortuito incendio, & ob id transferre inde Deæ ſimulacrum incolæ vellent, nemus ſubito viruiſſe. *Virg.* 7. *Æn. v.* 800. viridi gaudens Feronia luco. ¶ Fuit hæc etiam Dea libertorum, in cujus templo ſervi, raſo capite, pileum libertatis inſigne accipiebant. V. *Alex. ab Alex. l.* 4. *c.* 10.

Ferox, ocis, o. 3. *feroce*, עזז, Ger. *ſtoltz*, *grimmig*, Gal. *fier*, Hiſp. *fiero*, θρασύς, ſævus, elatus. *Ferox*, & *ferus* differunt, quia ferum eſt id animal, quod nullo ſepto, aut cuſtode ſervatur, ferox ad mores pertinet. *Cic. in Vatin. c.* 2. Nimium es vehemens, feroxque naturæ. *Id.* 4. *Fam. ep.* 9. Reddit hominem ferociorem impotentioremque victoria. ¶ Accipitur & in bonam partem pro bellicoſo, & forti. *Liv. l.* 1. *c.* 12. In eum Romulus cum globo ferociſſimorum juvenum impetum facit. ¶ Eſt etiam crudelis, ferus. *Virg. Æn.* 10. *v.* 711. *de apro*: Infremuitque ferox, & inhorruit armos.

Ferramentarius, ii, m. qui ferramenta conficit. *Firmic. l.* 3. *c.* 13. Ærarios, ferramentarios, ſtatuarios.

Ferramentum, i, n. σιδήριον, quodvis inſtrumentum ex ferro. *Martial. in lemmate l.* 14. *epigr.* 36. ferramenta vocat inſtrumenta tonſoria. *Cic.* ferramenta pro armis poſuit *Catil.* 3. *c.* 5. Pro ſecuribus *Liv. l.* 1. *c.* 40. *Horatius* vero de fabrilibus inſtrumentis utitur. *l.* 1. *ep.* 1. *v.* 85. Denique pro falce exhibent *Colum. l.* 2. *c.* 18.

Ferraria, æ, f. 1. *miniera di ferro*, Ger. *eiſengrub*, Gal. *mine de fer*, Hiſp. *herrería*, σιδηρεῖον, locus, in quo ferrum foditur. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 22. Apud eos magnæ ſunt ferrariæ.

Ferraria, f. 1. Forum Allieni, olim Ferrariola; *Ferrara*, urbs Æmiliæ, ad ramum Padi minimum, qui dicitur *Po morto*, cum arce permunita, medie inter Mutinam ad Occ. & Comaclum ad Or.

Ferrarius, a, um, a. 1. 2. *di ferro*, σιδηρικός, quod ad ferrum pertinet, ut Faber ferrarius. *Plin. l.* 34. *c.* 4. Officina ferraria. *Id. l.* 8. *c.* 57. Aqua ferraria, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. *Id. l.* 28. *c.* 16. ¶ Invenitur etiam ferrarius, ii, abſolute, pro fabro ferrario, ut Collegium ferrariorum, in vet. inſcript. apud *Spon. Miſcel. Erud. Antiq. p.* 66.

Ferratilis, le, o. 3. quod ferrum habet, ut Ferratile genus, ſervi ferreis compedibus vincti. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 17.

Ferratus, a, um, o. 1. 2. *ferrata*, Ger. *mit eiſen beſchlagen*, Gal. *ferré*, Hiſp. *herrado*, σιδηρόδετος, id, cui ferrum inductum eſt. *Virg.* 1. *Georg.* Undique jam tergo ferratos ſuſtinet orbes. *Liv. l.* 2. *c.* 30. Haſta ferrata. *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 30. Ferrata agmina. ¶ Ferrati, abſolute dicuntur milites cataphracti, *uomini d'arme*. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 45. In fronte ſtatueret ferratos, in cornibus cohortes. ¶ Ferratus ſervus, h. e. ferreis catenis vinctus. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 21. ¶ Ferratuſque in piſtrino ætatem conterat. ¶ Aquæ ferratæ dicuntur, quæ acidulæ ſunt, & ferri qualitate infectæ. *Scribon. Larg. Compoſit.* 146.

Ferrĕus, a, um, o. t. 2. *di ferro*, כן ברזל, Ger. *eiſen*, Gall. *de fer*, Hiſp. *de hierro*, [illegible], quod eſt ex ferri materia. *Plin. l. 10. c. 42.* Ferreo verberatus radio. ¶ Tranſlate pro duro, & inexorabili ponitur. *Cic. Att. l. 13.* O te ferreum, qui illius periculis non moveris! ¶ Item pro impudenti. *Id. in Piſon. c. 26.* Os ferreum. ¶ Ferreus ſcriptor dicitur, qui utitur duro ſtyli genere. *Id. 1. de Fin.*

Ferricrepĭnæ inſulæ dicuntur jocularitèr a *Plauto Aſin. c. 1. 21.* ergaſtula, ubi ſervi ferreis vinculis compediti laborabant.

Ferrifodĭna, æ, f. ferraria, ubi ferrum foditur. *Var. l. 7. de L. L.*

Ferriterium, ii, n. locus, ubi ferrum teritur, h. e. ubi ſervi compedibus ferreis vincti aſſervantur. *Plaut. Moſt. 3. 2. 33.* Inde in ferriterium, poſtea in crucem recta.

Ferritĕrus, o. t. 2. ſervus vinctus ferreis compedibus, quia ferrum terit. *Plaut. Trinum. 4. 3. 14.*

Ferritrĭbax, acis, o. idem ac ferriterus. *Plaut. Moſt. 2. 1. 9.*

Ferrugĭnans, antis, adject. o. ferrum ſapore referens. *Tertul. adv. Valent. c. 13.* Guttæ bituminoſæ, ferruginantes, & ſulphurantes.

Ferrugĭnĕus, a, um, o. t. 2. *de color di ruggine, ferrigno*, Germ. *eiſenfarb*, Gal. *de couleur de rouille de fer*, Hiſp. *herrumbre*, [illegible], qui eſt colore ferruginis, hoc eſt colorem habet ferri longa rubigine exeſi, qui ex rufo, & nigro commixtus eſt. Interdum hic color dicitur *thalaſſicus*, quod nautæ, & piſcatores eo uti ſoleant in mari. *Plaut. Mil. 4. 4. 43.* Palliolum habeas ferrugineum; nam is color eſt thalaſſicus. ¶ Interdum ponitur pro lugubri, & funeſto, quia lugentes veſtibus ferruginei coloris utuntur, quod fuſcus ſit, & ſubobſcurus. Hinc *Virg. 4. Georg. v. 183.* hyacinthos vocat ferrugineos, alludens ad fabulam Hyacinthi pueri ab Apolline jactu diſci occiſi, ex cujus ſanguine hyacinthus flos primum natus eſt. ¶ Interdum pro colore, qui aliqua ex parte ad ferrugineum accedit. Hinc a *Claudiano l. 2. de rapta Proſerp.* violæ ferrugineæ vocantur.

Ferrūgo, inis, f. 3. *ruggine del ferro*, Germ. *eiſenroſt*, Gall. *rouille de fer*, Hiſp. *herrumbre*, [illegible], rubigo ferri. *Plin. l. 23. c. 8.* Illitaque inde ferrugo incipientes lichenas ſanat. ¶ Tranſlate ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, ſimilitudine coloris ferri rubigine exeſi. *Virg. 9. Æn. v. 582.* Ferrugine clarus Ibera.

Ferrum, ri, n. 2. *ferro*, ברזל, Ger. *eiſen*, Gal. *fer*, Hiſp. *hierro*, [illegible], ſpecies metalli. *Cicer. de nat. Deor.* Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus. ¶ Per ſynecdochen ponitur pro re facta ex ferro, ut pro gladio, compedibus, &c. *Cic. 1. Tuſc.* In ſervorum ferrum, & manus incidiſſe. *Id. 7. Ver.* In ferrum, atque in vincula conjecti. *Id. pro Cæcin.* Inſtructi, & certis locis cum ferro homines collocati. ¶ Ferrum recipere proprie dicebantur gladiatores, qui in ludis jubebantur a populo ſe præbere jugulandos. *Cic. Tuſc. 2.* Quis mediocris gladiator ferrum juſſus recipere, collum contraxit? ¶ Pro vomere *Virg. 1. Georg. v. 50.* Prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor. ¶ *Ferrum tuum in igne eſt*: proverb. quo utitur *Senec. in Apocolocynth.* h. e. tuum negotium agitur.

Ferrūmen, inis, n. 3. *ſaldatura*, דבק, Ger. *loehmetall*, Gal. *ſoudure de fer*, Hiſp. *ſoldadura*, [illegible], quoddam quaſi gluten, junctura, qua ferrum ferro jungitur, & generatim qua etiam aliæ res conſolidari ſolent. Quia enim ferrum interius eſt viſcidum, eo fit, ut partes divulſæ, igni injectæ, & in incude percuſſæ, exiguo negotio coaleſcant. *Plin. l. 30. c. 23.* Quod furto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur.

Ferruminatio, f. 3. [illegible], actus ferruminandi. *Paul. l. in cum actio, §. item quæcumque, ff. de rei vend.* Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura non idem efficit.

Ferruminatus, a, um, adject. ferrumine conglutinatus. *Plin. l. 11. c. 33.* Ferruminatio alvi glutino. *Id. l. 35. c. 15.* Calcis quoque uſum præbuit, iis ferruminatis Babylonis muris.

Ferrumino, as, a. 1. *ſaldare, congiungere*, דבק, Germ. *loten*, Gall. *ſonder le fer*, Hiſp. *ſoldar*, [illegible], jungo, conſolido, partes glutino, & proprie dicitur de metallis, tranſlate ſumitur pro glutinare, conjungere in genere. *Pomp. Juriſc.* Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaveris, argento ferruminaveris, non dubitatur, tuum ſcyphum eſſe. *Plin. lib. 36. c. 26.* Vitrum ſulphuri mixtum ferruminatur in lapides. ideſt, glutinatur in formam lapidis. *Plaut. Mil. 4. 8. 25.* Labra labellis ferruminant.

Fertĭlis, le, o. 3. *fertile, abbondante, fruttuoſo*, פורה, Germ. *fruchtbar*, Gal. *fertile*, Hiſp. *fertil*, [illegible], ferax, fecundus, uber, fructuoſus. *Cic. 5. Ver.* Agros latos, ac fertiles deſererent. *Liv. l. 5. c. 34.* Fertilis hominum, frugumque Gallia. *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 349.* Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. *Liv. l. 29. c. 23.* Fertiliſſimus ager.

Fertilĭtas, atis, fem. *fertilità*, שבע, Germ. *fruchtbarkeit*, Gall. *fertilité*, Hiſpan. *fertilidad*, [illegible], feracitas, ubertas, fœcunditas, abundantia. *Cicer. 1. de Divin. cap. penult.* Quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura.

Fertilĭter, adverb. *fertilmente*. *Plin. l. 34. c. 17. ſub fin.* Derelicta fertilius reviviſcunt.

Fertini, V. in Feltria.

Fertor, oris, m. 3. qui ferto libat. *Var. l. 7. de L. L.*

Fertorius, a, um, adject. ad ferendum aptus, ut lectus, ſella fertoria. *Cal. Aurel. Tard. l. 1. c. 4. & l. 3. c. 10.*

Fertum, ſeu ferctum, n. 2. libi opimi genus, a *fertu*, ſeu *ferctus*, bonus, apud vet. vel a *ferendo*, quod pluribus, variiſque rebus farciretur. *Perſ. ſat. 2. v. 48.* Attamen hic extis, & opima vivere ferto intendit. *Feſtus*, & *Iſid. l. 6. c. 19.*

Fertus, a, um, adject. idem ac fertilis. *Vet. Poeta* apud *Cic. in Orat. c. 49.* Frugifera, & ferta arva Aſiæ tenet.

Fervefacio, is, eci, actum, a. 3. *far bollire*, רתח, Germ. *ſieden machen*, Gal. *faire bouillir*, Hiſp. *hazer hervir*, [illegible], bullire facio. *Cato cap. 123.* Eam fervefacito cum congio vini veteris. ¶ Ponitur item pro calefacere. *Plaut. Pſeud. 3. 2. 44.* Ex ipſis ſe patinæ fervefaciunt illico.

Fervefactus, a. 1. c. partic. a fervefacio. *Cæſ. 3. B. G.* Fervefacta jacula. *Plin. l. 20. c. 3.* Vinum fervefactum.

Fervens, entis, o. 3. quod fervet, *fervido, bollente*. *Plin. l. 7. c. 2.* Ut ferventis aquæ contactum fugere. *Cic. 1. Off. c. 15.* Nam fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec ſapiente ferventior plerumque eſt. *Colum. l. 12. c. 30.* Aqua ferventiſſima.

Ferventer, adv. *caldamente*, Germ. *hitziglich*, Gall. *fervement*, Hiſp. *hervientemente*, [illegible], cum fervore. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 8.* Et de damnatione ferventer loqui eſt cœptum. *Id. ibid. ep. 6.* Curio ferventiſſime concerpitur. *Auguſt. de Geneſ. ad litter. c. 5. l. 2.* Ferventius agere. *Cæl. ad Cic. Fam. 8. ep. 6.* Ferventiſſime concerpi.

Fervĕo, es, fervi, vel ferbui, ſine ſup. n. 2. *bollire*, רתח, Ger. *heiſſ ſein*, Gal. *bouillir*, Hiſpan. *hervir*, [illegible], eſt ex igne ſuppoſito calere, ut ignis commoveri, & agitari. Tranſlate dicitur de iis quæ quovis modo calefiunt, ſive aliquo æſtu agitantur. Sic vinum fervere dicimus, cum ex muſto tranſit in vinum. *Plin. lib. 14. cap. 9.* Quoniam fervere prohibetur. ¶ Sic etiam mare fervere dicitur, cum æſtu, & fluctibus agitatur. *Ovid. 11. Met.* Pontus vertigine fervet. ¶ Item de iis, quæ ſtudio, & diligentia elaborantur. *Virg. 1. Æneid.* Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. ¶ Item de hominibus, cum ira, odio, avaritia, aut alia perturbatione agitantur, ſeu incenſi ſunt. *Cicer. pro Quinct.* Uſque eo fervet, ferturque avaritia. *Ovid. 2. Metamor.* Fervere ab ira. ¶ Legitur & fervo, is, 3. conjug. *Ter. Adelph. 4. 1. 18.* Cum fervit maxime, tam placidum, quam ovem reddo. Sic *Virg.* ſæpe infinitum *fervere* corripit.

Ferveſco, is, n. 3. incipio fervere. *Lucr. lib. 6. verſ. 851.* Terræ ferveſcunt ſole.

Fervĭde, adv. *fervorosamente*, [illegible]. *Plaut. Truc. 2. 4. 2.* Fervide ut tota floret! Sed al. rectius leg. *Ver vide, ut tota floret!*

Fervĭdus, a, um, o. t. 2. *bollente*, רתח, Germ. *heiſſ*, Gall. *bouillant*, Hiſp. *hirviente*, [illegible], fervens, & maxime calidus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Reliqua quarta pars mundi tota natura fervida eſt. ideſt, ardens maxime. ¶ Ponitur & tranſlata pro vehementi, feroci, diligenti. *Cicer. in Brut. c. 27.* Ap. Claudius volubilis, ſed paulo fervidior erat oratio. Et *cap. 68.* Fervidum dicendi genus. *Sil. l. 17.* Fervidus ingenii Maſanaſſa, & fervidus ævi. ¶ Superlat. fervidiſſimus. *Curt. l. 3. c. 5.* Dum fervidiſſimum tempus caperat.

Ferŭla, læ, f. 1. frutex externus, *canna d' India*, qui lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungoſam intus medullam, a *feriendo*, quod ſeſſibus propter levitatem loco ſcipionis feratur, ut ait *Plin. l. 13. cap. 22.* Græce [illegible] dicitur. ¶ Item ſubtilis ſurculus, ſeu ramus arborum. *Plin. l. 17. c. 21. de vitibus.* Ferulæ ipſæ breves, & ad ſumma breviores. ¶ Hinc ferula dicitur virga illa, qua Magiſtri ad cædendos pueros utuntur, *bacchetta*, שבט, *Martial. l. 10. epigr. 62.* Ferulæque triſtes, ſceptra pædagogorum. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 120.* Ut ferula cædas meritum majora ſubire verbera. ¶ Præterea ferulæ dicuntur cabellæ ligneæ, quibus oſſa fracta includuntur a chirurgis. *Celſ. l. 8. cap. 10.* Ferulæ ſuperaccommodandæ ſunt, quæ circumpoſitæ oſſa in ſua ſede contineant.

Ferulacĕus, a, um, o. 1. c. [illegible], in modum ferulæ factus, ut ferulaceus caulis. *Plin. l. 23. c. 3.*

Ferulāgo, inis, frutex, quem ferula humiliorem, cetera omnino ſimilem Theophraſtus tradit. *Cal. Aurel. Acut. l. 2. c. 16.* Thapſia, quam nos ferulaginem dicimus.

Ferulĕus, a, um, adject. ex ferula factus. *Cal. Aurel. Tard. l. 2. c. 1.* ſolearis tabella, aut ferulea.

Fervo, is. V. Ferveo.

Fervor, oris, m. 3. *bollore, fervore*, חום, Germ. *hitz*, Gall. *ferveur*, Hiſp. *hervor*, [illegible], calor vehemens, qualis eſt ignis, vel Solis æſtus. *Cic. de nat. Deor.* Mundi fervor ille purior. *Plin. l. 13. c. 4.* Fervores capitis, *infiammazione di capo*. ¶ Tranſlate ſumitur pro impetu, amore, &c. *Hor. 1. Carm. od. 16.* Me quoque pectoris tentavit in dulci juventa fervor. *Cicer. de Senect. cap. 13.* Fervor ætatis. Et *lib. 1. de Orat. cap. 52.* Fervor mentis.

Ferus, a, um, o. t. 2. *fiero, ſelvatico*, פרא, Germ. *grimm*, Gal. *fier, ſauvage*, Hiſp. *fiero, ſelvaje*, [illegible], agreſtis, indomitus, cui oppoſitur cicur, a φὴρ Æolico, *fera*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 64.* Jam vero immanes, & feras belluas nanciſcimur venando. ¶ Tranſlate ſumitur pro inhumani, barbaro, crudeli. *Cic. pro Roſc. Am. c. 13.* Et mores feros, immanemque naturam. *Id. Att. l. 10.* O fera tempora, cum dubitet Curtius Conſulatum petere! ¶ Item pro intractabili, ut Fera ulcera, fera ſcabies, feræ papulæ, quæ manum chirurgicam non admittunt. *Celſus.* ¶ Ferus ager dicitur, qui incultus eſt. *Feſtus.* Fera hyems, h. e. aſpera. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 1. v. 42.* ¶ *Ferus*, i, abſolute interdum pro fera ponitur. *Phædr. lib. 1. Fab. 13.* Silva tum excepit ferum. hoc eſt aprum. *Virg. 2. Æn. v. 51.* de equo Trojano, In latus, inque feri curvam compagibus alvum. *Id. 7. Æn. v. 489.* Pectebatque ferum.

Feſcennia, Feſcennium, Feſcennium, *Città Caſtellana*, urbs Hetruriæ, Ocriculum verſus. Sed aliis eſt *Galeſe*, opp. & Duc. provinciæ Patrimonii S. Petri, ad Tiberim fl. medium inter Hortam ad bor. & Civitatem Caſtellanam ad Auſt. Tudertum verſus. *Plin. l. 3. c. 3.*

Feſcennini verſus, carminis genus omni obſcœnitate, & opprobrio plenum, a Feſcennia urbe, unde allati ſunt. Aliqui derivant a faſcinum, quod in nuptiis ad laudes adderentur ad faſcinum avertendum. *Liv. l. 7. c. 2.* Inter nuptiales feſcenninos.

Feſcenninus, a, um, o. t. 2. quod ad Feſcenniam urb. ſpectat. *Virg. 7. Æn. v. 695.* Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos &c.

Feſſŭlus, a, um, adject. diminut. a feſſus, *alquanto ſtanco*. *Pſeudepigr. Petronius*: Anima feſſula.

Feſſus, a, um, o. t. 2. *ſtanco, laſſo*, עיף, Germ. *ermidt*, Gal. *las*, Hiſp. *canſado*, [illegible], fatigatus, ut docet *Priſcian.* jungitur ſæpe ablativo. *Senec. Hippolyt.* Feſſus curis. *Tacit. 3. hiſt. cap. 2.* Feſſus valetudinibus. ¶ Et addita præpoſit. *Cic. Somn. Scip. c. 1.* Feſſus de via. ¶ Cum genit. etiam reperitur. *Virg. Æn. 2. v. 182.* Cerealiaque arma expediunt feſſi rerum. *h. e.* penuria fatigati, eſurientes. *Serv.*

Feſtatus, a, um, adject. q. d. ad feſtum paratus, *Fabius Pictor* apud *Gel. l. 10. c. 15.* Dialis quotidie feſtatus eſt.

Feſtive, adverb. feſtiviter, læte, hilariter. *Var.* apud *Non. c. 6. n. 22.*

Feſtinabundus, a, um, adject. feſtinans. *Valer. Max. l. 2. c. 8. n. 3.* Feſtinabunda manu.

Feſtinanter, adv. *velocemente*, [illegible], Ger. *eilentz*, Gal. *hâtivement*, Hiſp. *appreſſuradamente*, [illegible], celeriter, cito, a feſtinans. *Cic. 3. Fin. cap. 66.* Illud mihi a te nimium feſtinanter dictum videtur. *Plin. l. 15. c. 11.* Quia feſtinantius germinant. *Aug. epiſt. 230. ſub fin.* Feſtinantiſſime reſpondiſſe.

Feſtinatim, adverb. feſtinanter. *Non. c. 11. n. 37.* exempla profert ex Titian. & Siſenna.

Feſtinatio, f. 3. *fretta*, [illegible], Germ. *eilung*, Gall. *hâte*, Hiſpan. *prieſſa*, [illegible], properatio. *Cic. pro Mil.* Quid afferebat feſtinationem? *Liv. l. 5. ad fin.* Feſtinatio eorum eximit.

Feſtinato, vel Feſtinate, adverb. idem quod feſtinanter. *Quintil. l. 4. c. 2.* Nihil feſtinato feciſſe videtur Milo. *Gell. l. 10. c. 16.* Coactius quid factum & feſtinatius.

Feſtinātor, oris, m. qui feſtinat. *Quintil. declam. 2.* Fores trepide feſtinantis effringuntur impulſu.

Feſtinatus, a, um, adject. *affrettato, fatto preſto*. *Quintil. proœm. l. 6.* Feſtinata maturitas celerius occidit. *Lucan. l. 8. v. 24.* Honores feſtinati.

Feſtine, adv. idem ac feſtinanter. *Cic. Att. l. 4. ep. 14.* Feſtina odoratis.

Feſtinus, a, adject. feſtinus. *Titin.* apud *Non. c. 8. n. 9.* Hæc res me facit feſtinum.

Feſtino, as, avi, atum, n. 1. *affrettarſi*, מהר, Germ. *eilen*, Gal. *ſe hâter*, Hiſp. *apreſurarſe, darſe prieſſa*, [illegible], propero. *Cic. Att. lib. 6.* Hæc feſtinans ſcripſi in itinere, atque agmine. *Id. 7. Fam.* Nihil eſt, ut magnus tantopere feſtines. *Plin. l. 7. c. 20.* Feſtinat ad fratrem. *Quintil. l. 8. cap. 3.* Feſtinare in provinciam. ¶ Interdum eſt trepidare, & turbari. *Salluſt.* Feſtinantibus in ſumma inopia Patribus. ¶ Interdum ſatagere. *Horat. l. 4. od. 11.* Cuncta feſtinat domus, huc & illuc curſitant mixtæ pueris puellæ. ¶ Cum accuſat. etiam uſurpatur more activi. ut feſtinare fugam. *Virg. 4. Æn. v. 575.* Hinc paſſivum feſtinor. *Tac. de Germ. c. 20.* Nec virgines feſtinantur, hoc eſt non tam cito nuptui collocantur.

Digitized by Google

tantur. ¶ Feſtina lenta, σπεῦδε βραδέως, proverb. eſt, quo ſignificatur, ſedulitate in rebus agendis opus eſſe, quæ tamen ſit cum conſilii maturitate conjuncta. Hoc proverb. ſæpe uſurpabat Auguſtus, teſte *Sueton. in ejus vita, c. 25.*

Feſtinus, a. 1. a. *veloce*, מהיר, Germ. *eilend*, Gall. *haſtif*, Hiſpan. *preſto*, *preſſuroſo*, ταχύς, celer. *Cic. Att. l. 9.* Feſtino enim ſimillimus docetero. *Ovid. 11. Met. v. 348.* Curſu feſtinus anhelo. *Stat. 9. Theb.* Cruda feſtinaque virtus. ¶ Cum genitivo legitur apud *eund. lib. 5. Sil. 3. v. 135. & 6. Theb. v. 75.*

Feſtive, adv. *piacevolmente*, Germ. *lieblich*, Gal. *plaiſamment*, Hiſp. *condonayre*, χαριέντως, lepide, facete, jucunde. *Cic. l. 2. ad Q. Fr.* Quanquam a te actam fabellam video eſſe feſtive. *Gel. l. 9. c. 15.* Atque ibi Julianus feſtiviſſime, Nolite quærere, inquit, &c.

Feſtivitas, f. 3. *piacevolezza*, גיל, Ger. *lieblighkeit*, Gall. *plaiſance*, *joyeuſeté*, Hiſp. *donayre*, ἀστειότης, lepos, & urbanitas ſermonis, jucunditas, & lætitia quædam in dictis, a *feſtivus*. *Cic. in Brut.* Feſtivitate igitur, & facetiis C. Julius L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit. *Id. in Orat.* Abuti inſolentius feſtivitatibus. *Ter. Eun. 5. 9. 18.* An fortunam collaudem, an mei patris feſtivitatem, & facilitatem? Ubi *Donat.* Feſtivitatem, quæ amatori non obſtitit, & facilitatem, quæ ignavit: unde feſtivitas in dictis, facilitas vero in animo, & factis &c. ¶ Pro feſto die. *D. Auguſtinus ep. 55. al. 119. Iſidorus l. 1. de Offic. Eccleſ. c. 30.*

Feſtiviter, adv. idem ac feſtive. *Gel. l. 1. c. 2.* Feſtiviter ſe junxit. *Nævius apud Non. c. 12. n. 10.* Domus parata feſtiviter.

Feſtivus, a, um, o. 1. a. *piacevole*, *faceto*, גיל, Germ. *luſtig*, *lieblich*, Gal. *plaiſant*, *joly*, Hiſp. *gracioſo*, *donoſo*, ἀστεῖος, lepidus, urbanus, facetus, a *feſtus*, quia feſtis diebus cuncta ſolent eſſe læta, & hilaria. *Cicer. Att. l. 1.* Puer feſtivus Anagnoſtes noſter deceſſerat. ¶ Comp. feſtivior, ſup. feſtiviſſimus. *Cicer. Att.* Ab iis præſertim pueris, quibus nihil poteſt eſſe feſtivius. *Ter. Adelph. 5. 9. 26.* O mi pater feſtiviſſime.

Feſtra, f. 1. minuſculum ſacrarii oſtium, a feneſtra per ſync. quia feneſtræ magis, quam oſtii ſimilitudinem habebat, vel quaſi φαῖςρα a φαίνω, *luceo*. ¶ Hinc Scalig. hanc vocem reſtituit *Macrob. Saturn. 3. c. 12.* ubi ait: Gnipho diſputat, quod ſit feſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario, quo verbo etiam Ennius uſus eſt. Sic etiam Interpretes legendum cenſent, illud *Plauti Caſ. 1. 1. 44.* Concludere in feſtram firmiter.

Feſtūca, f. 1. *feſtuca*, קיס, Ger. *ſplitter*, Gal. *fetu*, Hiſp. *pajilla*, κάρφος, pullulus arboris novellus, & cujuſque ſati. *Col. l. 8. c. 15.* Per quos feſtucæ, ſurculique in aviariis paſſim ſpargendi ſunt. ¶ Feſtuca item fuit virga Prætoris, al. *vindicta*, quæ manumittendis a lictore imponebatur. *Plaut. Mil. 4. 1. 15.* Ingenua, an feſtuca facta? ſerva, an libera ſit?

Feſtucarius, a. 1. a. καρφολόγος, quod ſpectat ad feſtucam. *Gel. l. 20. c. 9.* Conferens vim illam civilem, & feſtucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

Feſtucŭla, æ, f. 1. parva feſtuca. *Pallad. l. 5. c. 8.*

Feſtum, i, o. dies feſtus, *giorno feſtivo*, ἑορτή. *Ovid. l. 10. Met. v. 431.* Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres.

Feſtus, a. 1. a. *feſtivo*, *de feſta*, חג, Ger. *feyerlich*, Gal. *jour de feſte*, Hiſp. *feſtivo*, *dia de fieſta*, ἑορτάσιμος, ad feſtum pertinens, ſolemniter lætus, & feriatus: ut dies Feſti, qui honori Deorum dedicati erant, ab ἑστιάω, quod eſt *diem feſtum agere*, & factum eſt ab ἑστία, quod tum larem, ſive focum, tum Veſtam foci præſidem ſignificat. *Cic. 6. Ver.* Feſtos dies anniverſarios agunt celeberrimo virorum, mulierumque conventu. ¶ Dies feſti alii erant *faſti*, alii *nefaſti*, &c. V. *Faſti.* ¶ *Feſtus dies* blandiendi eſt formula. *Plaut. Caſ. 2. 1. v. 49.* Sine, amabo, te amari, meus feſtus dies, meus pullus, paſſer &c. *Ter. Eun. 3. 5. 12.* O feſtus dies hominis, amice, ſalve. ¶ Tribuitur hoc adject. etiam aliis rebus, ut feſtus clamor. *Plin. epiſt. 17. l. 2.* Choreæ feſtæ. *Ovid. 8. Met.* Arces feſtæ Palladis. h. e. in quibus Palladis feſta celebrantur. *Id. 2. Met.* Aures feſtæ, hoc eſt jocis, & feſtivis ſermonibus audiendis accommodatæ, apud *Claudian. de bello Get.* ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Id. de Conſ. III. Honor. v. 3.* Feſtior annus erat. *Vopiſc. in Tacit. c. 11.* Feſtiſſimi dies.

Feſtus, i, Sext. Pompejus Feſtus Grammaticus ſub Chriſtianis Imperatoribus floruit, ut plerique Critici putant, & ſcripta Verrii Flacci in compendium redegit, cujus operis reliquiæ adhuc extant in alphabeti ordinem digeſtæ, & a Paulo Diacono interpolatæ. Solum autem e littera M aliquid *Feſt.* ſupereſt: cætera ante ſunt omnia ex ſtylo *Pauli.*

Feſūlæ, Peſula, Fæſulæ, *Fieſole*, Col. & urbs olim Etruriæ, in colle, a Florentia 2. M. P.

Feſulānus, a, um, adject. *di Fieſole*, ut Feſulana plebs, apud *Plin. l. 7. c. 15.*

Fex. V. Fæx.

F ANTE I.

Fi, fi, vox eſt, qua fœtida abiguntur. *Plaut. Caſ. 3. 6. 7.* Fi fi, fœtet tuus mihi ſermo. Al. aliter leg. ¶ Fi, imperat. V. *Fio.*

Fiber, bri, maſc. *caſtoro*, *bievero*, κάστωρ, animal quadrupes, amphibium, in Ponto, al. *caſtor*, & *canis Ponticus*, a φιβρός, Æolice pro ψιβρός, *mollis*, quia pilum pluma molliorem habet. Habet caudam piſcis, cæterum ſpeciem lutræ. Differt a cane fluviali. Nam hic lutra eſt. Vivit in riparum cavernis, in quibus gradus binos, aut ternos facit, ut creſcente aqua aſcendat, decreſcente deſcendat. Noctu in primis teveris exit, ac tum fructibus, ac corticibus arborum veſcitur, tum flumine etiam ſe mergit, ac piſces captat. *Feſt.* Fiber genus beſtiæ quadrupes incitatiſſimum. V. *Plin. l. 8. c. 30.*

Fiblatorius. V. Fibulatorius.

Fibræ, arum, f. 1. *fibre*, ἶνες, λοβοί, rei cujuſque extremitates, ſed propriæ rei inciſæ, a *fiber*, *bra*, *um*, extremus, quod a *finis*. *Celſ. l. 4. c. 1.* Pulmo in duas fibras ungulæ modo dividitur. ¶ Sæpe hoc nomen dicitur de venis, quæ in rebus extrinſecus diffiſæ ſunt. *Plin. l. 11. c. 37.* Murium jecuſculis fibræ ad numerum Lunæ dierum in menſe congruere dicuntur, totidemque inveniri. ¶ Item de minutis radicibus, ſeu capillamentis arborum, & herbarum. *Virg. 1. Georg.* Et amaris intuba fibris. *Cicer. in Tuſc. 3. c. 6.* Non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere. ¶ Interdum de toto viſcere. *Perſ. ſat. 1.* Nec enim mihi cornea fibra eſt. ideſt, non ſunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar. ¶ Dicitur etiam fibra de ora extrema fluminis. *Feſt. in Fiber.*

Fibratus, a. 1. a. quod fibras habet. *Plin. lib. 25. cap. 5.* Fibrata radix caparum modo.

Fibrīnus, a, um, a. 1. a. ex fibro, ut fibrinæ pellis. *Plin. l. 17. c. 26.*

Fibŭla, æ, f. *fibbia*, רכס, Germ. *heffte*, Gal. *boucle*, Hiſp. *hevilla*, πόρπη, id, quo longiora veſtimenta ſolent ſubnecti, ornamentum cinguli ad veſtem ſubligandam, a *fibra*, quia nectit veſtium fibras, hoc eſt, extremitates. *Iſid. l. 19. c. 33.* derivat a φίβλη, *fibula*. Sed Græci ipſi hanc vocem a Romanis accepere, quia Romani per ſync. pro *fibula* dicebant *fibla*. *Virgil. Æn. 4. verſ. 139.* Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. ¶ Olim milites aurea fibula donabantur. *Liv. l. 9. Bell. Mac.* Quinctius alter Prætor ſuos equites catellis, ac fibulis donavit. ¶ Quandoque ponitur pro circulo. *Col. l. 6. c. 5. de bobus.* Ænea fibula pars ulceroſa latiſſima circumſcribitur. ¶ Et ſpeciatim pro circulo illo æneo, quo adoleſcentulorum virilia ſolent coerceri conſervandæ vocis gratia, quo item hiſtriones utuntur, cui generi hominum potiſſimum vocalitas neceſſaria eſt. *Mart. l. 7. ep. 81.* Menophili penem tam grandis fibula veſtit, ut ſit comœdis omnibus una ſatis. V. *Celſ. l. 7. c. 25.* ¶ Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta, quibus tigna conjunguntur. *Cæſ. 4. B. G.* Binis utrinque fibulis ab extrema parte diſtinebantur. Adde *Vitruv. l. 10. cap. 6.* ¶ Denique fibulæ dicuntur ligamina quædam, quibus medici vulnera conſtringunt difficile coeuntia. *Celſ. lib. 5. c. 26.* ¶ *Fibla* per ſyncop. pro *fibula* legitur apud *Apic.* auctorem culinarium, *l. 8. c. 7.*

Fibulatio, onis, f. conjunctio per fibulam. *Vitruv. l. 10. c. 3.* Utendum tignorum fibulationibus.

Fibulatorius, & fiblatorius, a, um, adject. qui fibula ſtringitur, ut fibulatorium ſaga, apud *Trebel. Poll. in 30. Tyrann.*

Fibulatus, a, um, adject. fibulas habens. *Vopiſc. in Probo, c. 4.* Huic dari jubebis pallia Gallica duo fibulata.

Fibŭlo, & fiblo, as, a. 1. *affibbiare*, חבר, Ger. *heffsen*, *rincken*, Gall. *boucler*, *agrafer*, Hiſp. *abrochar*, πορπάω, conjungo, fulcio. *Col. l. 2. c. 6.* Omneſque parietum, & ſoli juncturas teſtaceis pulvinis fibulamus.

Ficaria, f. 1. *Serpentaria*, *Serpentera*, inſ. parva Sardiniæ, oræ adjacens Orientali, apud Carbonariam prom.

Ficarie, æ, f. 1. locus ficis arboribus conſitus. *Pallad. l. 4. c. 10.* Aliqui inter ficarias caprifici arborem ſerunt.

Ficarius, a, um, a. 1. a. quod ex ficu eſt, aut ad ficum attinet. *Pl. l. 11. c. 35.* Ficarios culices caprificus generat. *Cat. R. R. c. 48.* Ficariæ crates.

Ficedŭla, f. 1. *beccafico*, Ger. *ſchnepff*, Gal. *bec figue*, Hiſp. *comehigos*, συκαλίς, avis eſt quæ ficuum eſu pingueſcit. Aliqui exiſtimant, autumno ficedulam, aliis temporibus melancoryphum, ſeu atricapillam vocari. *Plin. l. 10. c. 29.* Alia ratio ficedulis: nam formam ſimul, coloremque mutant. *Martial. l. 13. epigr. 5.* Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. ¶ Ficedulam etiam eruditi tradunt vicum urbis Romæ.

Ficedulenſis, ſe, adject. a ficedula, ſive avem ſignificet, ſive vicum. Hinc milites ficedulenſes *Plaut.* appellat *Capt. 1. 2. 60.* jocoſe & ambigue. h. e. guloſos, & ficedularum hoſtes. V. *Piſtorienſis.*

Ficētum, ti, a. 2. *ficajo*, Ger. *garten von feigenbeumen*, Gal. *lieu*, *ou il y a quantite de figuiers*, Hiſp. *higueral*, συκών, locus, ubi ficus conſitæ ſunt. *Var. l. 1. R. R. 1. 41.* Ut in locis frigidis ficeta fieri non poſſunt. ¶ Tranſlate ponitur pro obſcœnis partibus ficoſis, ideſt, multis ulceribus, quæ ficos vocant, abſitis. *Martial. l. 12. epigr. 33.* Nil, niſi ficetum, nunc Labienus habet.

Ficĭtas, fem. 3. ficorum fructuum abundantia. *Næv.* apud *Non. c. 2. n. 217.*

Ficĭtor, m. 3. συκολόγος, ficorum amator, ſeu ficorum collector. *Nævius* apud *Non. loc. cit.* Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficolenſes, m. 3. pop. Latii, Fabraternis, & Fregellanis finitimi. *Pl. l. 3. c. 4.* ¶ Item pop. Samnii, proximi Æſernuis, & Sepinatibus proximi. *Plin. l. 3. c. 12.*

Ficōſus, a. 1. a. ficis, hoc eſt, ulceribus, & tuberculis plenus. *Martial. l. 7. epigr. 72.* Ficoſa eſt uxor, ficoſus & ipſe maritus. *Priap. carm. 50.* Ficoſiſſima puella.

Ficte, adv. *fintamente*, Ger. *erdichtlich*, Gal. *avec feinte*, Hiſp. *fingidamente*, πεπλασμένως. *Cic. l. 5. Fam. ep. 13.* Ne cui ſuſpicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem.

Fictĭlis, le, a. 3. *di terra*, Ger. *irden*, Gall. *de terre*, Hiſp. *de barro*, πλαστός, quod a figulo factum eſt. *Cic. Att. l. 6.* Quid te in vaſis fictilibus appoſiturum putem? *Id. l. 1. nat. Deor. c. 26.* Fingere aliquid fictilibus figuris. ¶ Fictilia, um, abſolute pro fictilibus vaſis. *Juven. ſat. 10. v. 25.* Nulla aconita bibuntur fictilibus.

Fictio, onis, f. actus fingendi, & plaſmandi, *finzione*, *formazione*, πλάσις. *Lactant. l. 2. c. 12.* Elementorum omnis ratio in noſtri corporis fictione concluſa eſt. *Id. l. 1. c. 11.* Non exiga, et aliquis poetarum fictionibus credat. *Quintil. l. 9. c. 3.* proſopopœiam perſonarum fictionem appellat.

Fictitius, a, um, adjectiv. fictus, formatus: item fictus, ſimulatus. *Plin. l. 13. c. 1.* Fictitium non poteſt videri. *Jul. Firmic. de error. prof. relig.* Videtis, ut veſtros ementitos, & fictitios Deos turbulentus error excogitaverit.

Fictor, m. 3. πλάστης, figulus, qui fingit, ideſt, qui ex creta, atque argilla opera facit. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 29.* Quæ pictores, fictoreſque voluerunt. ¶ Fictores etiam dicuntur qui Deorum ſimulacra ornant. Hinc Fictores Pontificum, Fictores Veſtalium leguntur in *Vet. Inſcriptionibus*; qui etiam ex pane, vel cera ſimulatas hoſtias faciebant pro victimis, præterea ipſos miniſteria ſacrorum liba fingebant. *Var. l. 6. de L. L.* Fictores dicuntur a fingendis libis. ¶ Fictor legum, h. e. conditor. *Plaut. Epid. 3. 4. 86.*

Fictrix, icis, f. quæ fingit. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 39.* Ejus univerſæ materiæ fictrix, & moderatrix Divina eſt Providentia.

Fictūra, æ, f. fictio. *Gel. l. 10. c. 5.* Eademque eſſe fictura, quæ eſt amarus.

Fictus, a. 1. a. *formato*, *finto*, יצור, Ger. *gemacht*, Gal. *formé*, Hiſp. *hecho*, *compueſto*, πλαστός, formatus, partic. a fingor. *Cic. 1. de Or.* Ut non nati, ſed ab aliquo Deo ficti eſſe videantur. ¶ Item excogitatus, falſus. *Cic. pro Mur.* Ex rebus fictis, commentitiiſque conſtat.

Ficulnenſis via olim dicta eſt, quæ poſtea Nomentana. *Liv. l. 10. c. 3.*

Ficulnĕus, a. 1. a. σύκινος, quod eſt ex ficu arbore. *Plin. l. 25. c. 28.* Sunt & ficulnei caules. *Col. l. 5. c. 11.* Ad crus arboris ficulneæ religa.

Ficulnus, a. 1. a. idem ac ficulneus. *Hor. 1. ſerm. ſat. 8.* Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Ficŭlus, m. 2. dim. a ficus, pro fructu. *Plaut. Stich. 5. 4. 8.* Nucibus, fabulis, ficulis. Adde *Curt. l. 4. c. 1.*

Ficus, ci, f. 2. vel fici, os, f. 4. *fico*, Ger. *feigenbaum*, Gal. *figuier*, Hiſp. *higuera*, συκῆ, arbor, quæ ficos fructus profert. Eſt ſemper g. f. & tum 2. tum 4. decl. *Plin. l. 16. c. 31.* Quid coarguunt fici, quarum radices longiſſimæ ſunt. *Cic. in Brut.* Uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu. ¶ Ficus item, *fico*, σῦκον, fructus eſt fici arboris. Inflectitur & per 2. & per 4. declinationem, & in 2. declin. eſt tam gen. maſc. quam fem. in 4. eſt ſolum gen. fœminini. *Macrob. l. 3. c. 20.* Groſſi appellantur fici, qui non matureſcunt. *Var. l. 1. de re ruſt. c. 41.* Fini ſemen naturale intus in eo fico, quam edimus. *Martial. l. 1. ep. 66.* Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci. ¶ Ficus item, *fico*, *porrafico*, σῦκον, σύκωσις, genus ulceris, quod naſcitur in capite tum in capillo, tum in barba, item in locis obſcœnis, quæ pilis integuntur, quia deſuper fundit ſeſe ad fici fructus ſimilitudinem. Eſt g. m. & 2. decl. *Celſ. l. 6. c. 3. Martial. l. 1. ep. 66.* Dicemus ficos Cæciliane tuos. ¶ Ficus item, f. 2. vel 4. frutex eſt marinus, ſine foliis, rubro cortice, a ſimilitudine fructus. *Plin. l. 13. c. 25.*

Fidamen, inis, n. fiducia. *Tertul. carm. ad Senat. v. 63.* Corrige delictum fidamine.

Fide, adverb. *fedelmente*, fideliter, πιστῶς. *Cic. Cul. c. Fam. epiſt. 16.* Quæ mihi a te ad timorem fidiſſime, atque amantiſſime proponuntur.

Fideicommiſſarius, m. 2. cui fideicommiſſum cedit. *Ulp. l. Fideicommiſſ. Dig.*

de Leger. 3. Ut fideicommiſſarium privaret fideicommiſſo. ¶ Eſt etiam adject. ut fidei commiſſaria hæreditas, quæ ſc. ex fidei commiſſo eſt, *leg.* 77. §. 24. *ff. de Legat.* 3.

Fideicommiſſum, i, n. 2. ſpecies diſpoſitionis ultimæ voluntatis, cum teſtator alicujus fidei aliquid committit, quod alteri traditurus ſit. Dictum eſt fideicommiſſum, quia ex fide ejus, cui committebatur, pendebat. Sed poſtea fideicommiſſa, ut omnis fraudis humanæ occaſio amputaretur, ab Auguſto ad neceſſitatem juris ſunt retracta, juſtiſque legatis exæquata. V. JCtus.

Fideicommiſſus, a, um, o. r. e. quod fideicommiſſo relictum eſt. *Ulp. in l. Titius, ff. de act. empt.* Fideicommiſſam libertatem petiſſent.

Fideicommitto, is, a. 3. alterius fidei committere. *Dig. l.* 31. *leg.* 36. *initio.*

Fidejubĕo, es, juſſi, juſſum, *promettere per altri*, ערב, Ger. *verbürgen*, Gal. *pleger*, Hiſp. *fiar*, ἐγγυάομαι, pro alio promitto. *Ulp. l. ſi dubitet, §. filius fam. ff. de fidej uſſ.* Filius familias pro patre poterit fidejubere. ¶ Dicitur etiam diviſum, Fide mea eſſe jubeo. *Paul. l. ubi autem, de verb. oblig.* Si filius familias ita ſtipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe jubes?

Fidejuſsĭo, f. 3. ἐγγύησις, ſponſio pro alio facta. *Javol. l. ſed etſi, ff. de fidejuſſ.* Cum ſervus fidejuſſionis nomine obligari non poſſit.

Fidejuſſor, m. 3. *mallevadore, chi promette per altri*, ערב, Ger. *verbürger*, Gall. *pleige*, Hiſp. *fiador*, ἐγγυητής, ſponſor, qui pro alio aliquid promittit. *Donat.* Fidejuſſor eſt auctor credendi, alium aliquid daturum, facturumve ſua fide, ſuoque periculo promittens. *Ulpian. in tract. de fidejuſſ.* Si quis Stichum ſtipulatus fuerit, & fidejuſſorem ita acceperit.

Fidejuſſorĭus, a, um, adject. ad fidejuſſorem, ſeu fidejuſſionem pertinens, ut fidejuſſoria cauſa, *leg.* 38. §. *ult. ff. de ſolut.*

Fidēle, adverb. idem ac fideliter. *Plaut. Capt.* 2. 3. 79. Fac, fidele ſis fidelis. Verum alii rectius leg. *Fac fideli ſis fidelis.* *Prudent.* tamen in *Rom.* v. 426. Nunquam aliter precabor, quam fidele ut militent. Quæ poteſt eſſe Enallage, ut *dulce ridere.*

Fidelĭa, f. 1. κεράμιον, genus vaſis ſamii ad plurimos uſus accommodati, quæ fideliter ſervat recondita. *Col. l.* 12. *c.* 38. In fictili fidelia ſacro loco reponuntur. *Id. l.* 12. *c.* 23. Sal in fundis fideliarum ſubſternitur. ¶ *De eadem fidelia duos dealbare parietes*, eſt eadem opera duas velle demereri, tractum ab iis, qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. *Curius Cicer. l.* 7. *Fam. ep.* 29. Nec ſolere duos parietes de eadem dealbare fidelia.

Fidēlis, le, o. 3. *fedele*, נאמן, Ger. *treuw*, Gal. *fidele*, Hiſp. *fiel*, πιστός, qui ſervat fidem, vel cui tuto fidem adhibere poſſumus. *Cic. Sulp.* 4. *Fam.* Aut ſi quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. *Id. l.* 1. *Q. Fr. epiſt.* 3. Conjux fideliſſima. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. *Plin. in l.* 16. *c.* 36. *de arundinum comis*, Glutino tenacior rimiſque explendis fidelior pice.

Fidelĭtas, f. 3. *fedeltà*, אמונה, Ger. *treuw*, Gal. *fidelité*, Hiſp. *fidelidad*, πιστότης, obſervatio fidei. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Quibus in rebus etiamſi fidelitas ſumma eſt.

Fidelĭter, adverb. *fedelmente*, Ger. *treuwlich*, Gal. *fidelement*, Hiſp. *lealmente*, πιστῶς. *Liv. l.* 33. *c.* 35. Conſtanter, & fideliter permanere in amicitia Populi Romani. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 12. Quo fidelius ad te litteræ perferantur. *Gel. l.* 17. *c.* 12. Fidelius, conſtantiuſque valere. *Plin. Paneg. c.* 56. Fideliſſime narrare.

Fidēnæ, Fidenæ, Fidene, *Caſtel Jubileo*, Col. & urb. Latii, nunc vicus Sabinæ prov. ad Tiberim fl. Condita fuit ab Aſcanio Æneæ filio una cum Alba Longa, & Antio. Funditus everſa eſt a M. Æmilio, quod a Romanis rebellaſſet. ¶ Primam hujus vocis producunt *Horat. l.* 1. *epiſt.* 11. v. 8. & *Juven. Sat.* 6. v. 56. & *Sat.* 10. v. 100. *Virg.* vero corripit 6. *Æn.* v. 773.

Fidēnas, atis, ſubſtant. Fidenarum incola, aut civis. *Plin. l.* 3. *c.* 12. Item adject. ut bellum Fidenas. *Liv. l.* 1. *c.* 15.

Fidens, entis, adject. qui fidit, *audace, animoſo.* *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 7. Qui fortis eſt, idem eſt fidens (quoniam confidens male loquendi conſuetudine in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt) qui autem eſt fidens, is profecto non extimeſcit. *Apul. l.* 5. *Met.* Pſyche paulo fidentior intra limen ſeſe facit. *Ammian. l.* 27. *c.* 24. Fidentiſſimo impetu. ¶ Conſtruitur cum ablat. *Cic.* 1. *Off. c.* 23. Animus prudentia, conſilioque fidens. ¶ Et cum genit. *Virg.* 2. *Æn.* Fidens animi. ¶ Et cum dat. *Cic. Att. l.* 6. Puer bene ſibi fidens.

Fidenter, adverb. *arditamente*, לבטח, Ger. *vertreuwlich*, Gal. *aſſurement*, Hiſp. *ſeguramente*, τεθαῤῥηκότως, intrepide, cum fiducia. *Cic.* 2. *de Div. c.* 31. Timide fortaſſe ſignifer evellebat, quod fidenter infixerat. *Idem Att.* 6. *epiſt.* 1. Paulo vellem fidentius. *Ammian. l.* 27. *c.* 2. Auſi omnes accedere fidentiſſime.

Fidentĭa, æ, f. 1. *fidanza*, בטחה, Ger. *trauwung*, Gal. *confiance*, Hiſp. *confianza*, θάρσος, firma animi confiſio, & fortitudinis pars, ut *Cic.* 2. *de Invent. c.* 54. definit, per quam magnis, & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocavit. *Id.* 4. *Tuſc. c.* 37. Et, ſi fidentia, id eſt, firma animi confiſio ſcientia quædam eſt, & opinio gravis, non temere aſſentientis, metus quoque eſt diffidentia expectati, & impendentis mali.

Fidentĭa, f. 1. Julia, Julia Fidentia, *Borgo di S. Donnino*, urbs Galliæ Togatæ, in Lombardia Ciſpadana, in Duc. Parmenſi, inter Placentiam, & Parmam ad Or.

Fidentĭŏla, f. 1. *Fiorenzuola*, opp. Galliæ Togatæ, inter Fidentiam, & Placentiam.

Fides, fidei, f. 5. *fede*, אמונה, Ger. *glaub*, Gal. *foy*, Hiſp. *fe*, πίστις, eſt dictorum, conventorumque conſtantia, & veritas, ut *Cic.* definit 1. *Off. c.* 7. dicta, ut idem ibidem interpretatur, a *fio*, quia fiat, quod dictum eſt. *Cic. de Sen.* Ille vir haud magna cum re, ſed fidei plenus. ¶ Specialiter eſt vocabulum negotiatoribus proprium, pro conſtantia illa promiſſorum, quæ debitores ſuo loco, & tempore præſtant, quod promiſerunt, ſeu pro opinione, atque exiſtimatione fidelitatis, æquitatis, conſtantiæque in re contracta ſervandæ, *fede, credito.* *Cic. pro Leg. Manil. c.* 7. Scimus, Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. *Cæſ.* 3. *B. C. c.* 1. Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur. ¶ Uſurpatur etiam pro promiſſione. *Cic. Lent.* 1. *Fam.* Pompeji fides, quam de me Cæſari dederat. ¶ Item pro auctoritate. *Cic. pro Archia.* Omnem tabularum fidem reſignaſſet. ¶ Item pro ope, auxilio. *Cic. pro Rab.* Sed jam quoniam fidem, quam potui, tibi præſtiti. *Id. pro Quinct.* Deum, atque hominum fidem implorabis. ¶ Item pro patrocinio. *Cicer.* 7. *Famil.* Cum te, & adoleſcentiam tuam in amicitiam, & fidem meam contuliſſes. Sic *Salluſt. Jug.* Tradere in fidem. *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 11. Recipere in fidem devictas bello nationes. ¶ Item pro fiducia, *fidanza.* *Ter. Andr.* Triſtis ſeveritas ineſt in voltu, atque in verbis fides. ¶ *Bona fide*, eſt recta mente, ſyncere, ſerio. *Plaut. Aul.* Dic bona fide, tu id aurum non ſurripuiſti? ¶ *Bonæ fidei homo* vocatur, cui res tuto creditur, *dabbene, fedele, leale.* *Suet. in Aug.* Populo promiſſum congiarium repoſcenti bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. ¶ *Fidem dare, fidem interponere, fidem obligare*, eſt promittere. *Cic.* 2. *Fin.* Propter fidem, quam dederat hoſti. *Id. in Bruto.* Luſitanis a Sergio Galba Prætore contra interpoſitam fidem interfectis. *Id.* 5. *Phil.* Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis Populoque Romano. ¶ *Habere fidem alicui, Adjungere fidem, Tribuere fidem*, eſt credere. *Cic.* 5. *Fam.* Si fides, majorem tibi habui, quam pene ipſi mihi. Et paſſive. *Idem* 6. *Fam.* Debet habere fidem noſtra prædictio. id eſt, digna eſt, cui credatur. *Id.* 2. *Acad.* Viſis non omnibus adjungebat fidem. *Id. pro Sylla.* Nec teſtimonio fidem tribui convenerit. ¶ *Fidem colere, fidem ſervare, fidem præſtare, fidem tenere, in fide ſtare*, eſt ſtare promiſſis, facere, quod promiſſum eſt. *Cic. in Verr.* Tum quæro, ſervariſne ei eo fidem. *Id.* 1. *Fam.* Si Rex amicus fuit, qui pecunias ei crediderint, fidem ſuam præſtitiſſet. *Idem* 12. *Phil.* Non tamen omnino colloquium illud fidem. *Id. pro Flac.* Teſtimoniorum fidem, & religionem nunquam iſta natio coluit. *Id. pro Rab.* Idemque violavit, ſi in fide non ſtetit. ¶ *Fidem liberare, fidem ſolvere*, eſt promiſſo ſatisfacere. *Cic. pro Flac. c.* 20. Hermippus Fufius ſatisfacit, & fidem ſuam liberet. *Idem* 10. *Fam.* Videam, ne fallat ſuam fidem ſolutam eſſe. ¶ *Fidem mutare, fidem fallere, fidem violare, fidem frangere, fidem infirmare*, eſt pactum reſcindere, violare promiſſum. *Salluſt. in Jug.* Profecto cuncti, aut magna pars Carthenſium fidem mutaviſſent. *Cic.* 1. *Off.* Ad ſupplicium ire maluit, quam fidem hoſti datam fallere. *Id.* 3. *Off.* Qui jusjurandum violat, is fidem violat. *Id. pro Roſc. Com.* Perfidioſum, & nefarium eſt fidem frangere. *Id. Att. l.* 15. An fidem infirmet Silia. *Fidem facere*, eſt probare. *Cic. Att. l.* 7. An mihi metus tuus non faceret fidem? ¶ *Fidem imminuere, derogare, abrogare*, eſt incredibile facere. *Cic. de Orat.* Suſpicio artificii imminuit & Oratoris authoritatem, & orationis fidem. *Id. pro Font.* Suſpicio iniquitatum derogat fidem in teſtimonio dicendo. *Id. in Acad.* His viſis, inter quæ nihil intereſt, æqualiter omnibus abrogatur fides. ¶ *Accipere fidem*, eſt promiſſionem accipere. *Virg.* 8. *Æn.* Accipe, daque fidem. ¶ *Dare, interponere fidem publicam*, eſt publico nomine ſecuritatem, vel immunitatem promittere, *dare il ſalvocondotto.* *Cic.* 3. *Catil. c.* 3. Fidem ei publicam juſſu Senatus dedi. *Sall. in Jug.* Eumque interpoſita fide publica Romam duceret. Sic *id. ib. c.* 32. Comes ejus, qui Romam fide publica venerat. h. e. *con ſalvocondotto.* ¶ *Græca fide mercari*, eſt præſenti pecunia mercari. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 47. Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento non emo, cætera quæque volumus uti, Græca mercamur fide. ¶ Veteres Fidem pro Dea coluerunt. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 14. Si repertero, o Fides, mulſi congialem faciam tibi fideliam. Adde *Juven.* & *Horat. ode* 1. *ad.* 35. ¶ Fides, & Fidelitas in eo differunt, quod fides animo, fidelitas re ſpectatur. *Plaut. Trinum.* 5. 2. 2. Cui fides, fidelitaſque amicum erga æquiperet ſuum.

Fides, fidis, f. 3. *cetera, lira*, כנור, Ger. *harpf*, Gal. *luc, lire*, Hiſp. *citara, lira*, χορδή, κιθάρα, lyra, ſive cithara, aliudve inſtrumentum muſicum in chordis habens harmoniam, a σφίδες, *chorda.* Item ipſa chorda. *Feſto* dicta videtur a fide humana, quod tantum inter ſe chordæ ejus concordent, quantum fides inter homines. *Ovid. in Epiſt. Oenones* 5. v. 139. Me fide conſpicuus Trojæ munitor amavit. *Id.* 11. *Metam.* v. 167. Inſtructamque fidem gemmis. ¶ Sed Oratores in num. plur. uſurpant. *Cic. de Or.* Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant. Hinc diſcere fidibus, ſcire fidibus, *imparare, e ſaper ſonare.* *Cicer. de Seneſt. c.* 8. *Ter. Eun.* 1. 2. 53. Fidibus canere. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. ¶ Eſt etiam Fides, vel Fidis, is, ſignum cæleſte. V. Lyra. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Cal. Febr. Fidis incipit occidere. *Cic. in Arat.* Cedit clara Fides Cyllenia.

Fidĭcen, inis, maſc. 3. κιθαρῳδός, qui cithara, lyrave canit, a *fides*, & *cano.* *Cic. l.* 6. *ep.* 22. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

Fidicĭna, f. 1. quæ fidibus canit. *Ter. Eun.* 3. 2. 4. De fidicina hac.

Fidicinĭus, a, um, o. r. 2. κιθαρῳδικός, quod ad fidicinem pertinet. *Plaut. Rud. Prol.* v. 43. Eam vidit ire e ludo fidicinio domum.

Fidicĭno, as, n. 1. fidibus cano, λυρίζω. *Martian. Capel. l.* 9. *pag.* 314. & *Gloſ. gr. lat.*

Fidicŭla, æ, f. 1. *cetrina, cetretta*, λύριον, parva cithara, dim. a *fide*, ſeu *fidibus.* *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 8. Quid, ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes? ¶ Item ſignum cæleſte. V. Lyra. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *Plin. lib.* 18. *cap.* 26. ¶ Fidiculæ, arum, f. 1. num. plur. inſtrumentum torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compactum, a *fide*, quia iis rei in equuleo torquebantur, ut fides, & veritas inveniretur. *Senec. l.* 3. *de Ira, c.* 3. Equuleus, & fidiculæ, & ergaſtula, & cruces. *Suet. Calig. c.* 33. Exquiſiturum ſe vel fidiculis de Cæſonia.

Fidĭus, V. Medius Fidius.

Fido, is, fiſus ſum, n. paſſ. *confidarſi, fidarſi*, בטח, Ger. *trauwen*, Gal. *ſe fier*, Hiſp. *fiarſe*, θαρσέω, fidem habeo, credo, ſpem pono, a πείθω, credo, aſſentior. Conſtruitur cum dat. vel ablat. *Virg.* 7. *Æn.* v. 290. Jam fidere terræ. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 41. *Aratum vertens.* Eundem cæli verticem luſtrat parva Cynoſura, Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto. ¶ *Fidebo*, pro *fidam*, *Nov.* apud *Non. c.* 10. *n.* 36. Tibi cum fidebo, fidelis ero.

Fiducĭa, æ, f. 1. *fiducia, fede, fidanza*, בטחון, Germ. *vertrauweng*, Gall. *fiance, aſſurance*, Hiſp. *confianza*, θάρσος, idem pene quod fidentia. h. e. certa quædam opinio, & ſpes de ſe, vel de aliis concepta, ſumiturque tam in meliorem partem, quam in deteriorem. *Bithyn. Cic.* 6. *Fam.* Noſtra ipſorum amicitia, cujus fiducia peto a te, &c. ¶ Accipitur etiam pro contractu, quo res aliqua alicui traditur, ea lege, ut aliquando reſtituat, & metonymice pro ipſa re, quæ tradita eſt, *pegno, ipoteca.* *Cic. pro Flac. c.* 21. Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupaſti: hanc fiduciam tibi commiſſam tenes hodie, atque poſſides. ¶ Hinc *fiduciæ* in plur. ſunt pignora, & hypothecæ. *Cic.* 3. *Off.* Fidei bonæ nomen exiſtimabant manare latiſſime, idque verſari in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. ¶ Fiduciæ judicium apud JCtos eſt, quod *Tribonianus* dixit pigneratitium judicium. V. *Salmaſ. de Modo uſur. c.* 14.

Fiduciarĭus, a, um, o. r. e. quod ad fiduciæ contractum ſpectat. *Res fiduciaria* eſt, quæ alteri ea lege traditur, ut poſtea tradenti reddatur. *Liv. l.* 32. *c.* 38. Eam Nabidi veluti fiduciariam dare. Hinc *Cæſar* 2. *B. Civ.* operam Legati vocat fiduciariam; quia Legatus poteſtatem ſuam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere. Adde *Curt. l.* 5. *c.* 9. ¶ *Fiduciarius hæres* eſt, qui nunc fideicommiſſarius diceretur, quod hæreditatem velut fiduciam videtur accepiſſe, quam mox alteri traditurus ſit. *Javol. l. Sejus, ad Trebel.*

Fiduciātus, a, um, adject. *ipotecato, impegnato.* *Tertul. de Idolol. c.* 23. Pignore fiduciata. *Gloſſ. vet.* Fiduciatus, ὑποτεθειμένος.

Fiducĭo, as, a. 1. fiduciæ contractu aliquid dare, *impegnare, ipotecare.* Verbum eſt JCtorum Veterum. Legitur etiam in quadam vet. *Inſcript. in villa Card. Carpenſis.* M. Ulpius .... fecit ea conditione, ne fiduciaret, ne venderet &c. V. *Gruter. Inſcript. p.* 638. *n.* 4. Adde etiam *Tertul. de Idololatr. c.* 23.

Fīdus, a, um, o. r. 2. *fedele*, נאמן, Ger. *treuw*, Gal. *fidele*, Hiſp. *fiel*, πιστός, cui fidendum eſt. *Cic. de Amic.* Se intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, & quos infidos. *Id. Fam.* 14. *epiſt.* 4. Fidiſſima conjux. *Juſtin. l.* 16. *c.* 3. Ut eos ſibi fidiores redderet. *Virg.* 6. *Æn.* v. 524. Fidus erat.

¶ *Fidus*,

¶ *Fidus*, & *fidelis* ita diſtinguuntur, ut *fidum* amicum dicamus, *fidelem* ſervum, vel *fidum* in majoribus, *fidelem* in minoribus negotiis. *Plaut. Trin.* 4. 4. 3. Amico mea commendavi bona, probo, & fideli, & fido, &c. Attamen ſæpiſſime hæc duo promiſcue accipiuntur.

Fidulus, a, um, o. 1. a. quod fidei eſt, apud vet. *Feſt.*

Figlinus, V. Figulinus.

Figmen, inis, n. 3. figmentum, ſimulacrum. *Prudent. Apotheoſ. v.* 798. Factor utroque hominem meditans de figmine junctum Ædificare ſui ſimilem. Adde v. 1035.

Figmentum, i, n. πλάσμα, proprie res ficta, & formata, ſimulacrum; tranſlate vero commentum. *Gel. l.* 5. *c.* 12. Ejuſque animalis figmentum juxta ſimulacrum fiat. *Lactant. l.* 7. *c.* 22. Figmenta poetarum. *Apul. l.* 4. *Met.* Figmenta ſomniorum. Exempla autem, quæ afferunt quidam Lexicographi ex *Plin. l.* 10. *c.* 54. & ex *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 45. nihil huc pertinent. Nam apud *Plin.* pro *figmentis* legendum eſt *fimetis*; apud *Cic.* vero *pigmentis*.

Figo, is, xi, xum, a. 3. *ficcare*, תקע, Ger. *ſtecken*, Gal. *ficher*, Hiſp. *hincar*, πήγνυμι, eſt immittere. *Plaut. Mil.* 4. 4. 4. Ut figam palum in parietem. ¶ Item plantare. *Virg.* 4. *Georg. v.* 115. Ipſe feraces figat humo plantas. ¶ Figere arma dicebantur milites, & gladiatores jam emeriti, cum arma ſua ad templi parietem, aut columnam ſuſpendebant. *Horat. l.* 1. *Epiſt.* Veianius armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro. ¶ Item ferire. *Juven. Sat.* 1. Mævia Tuſcum figat aprum. ¶ Hinc figere aliquem maledictis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* ¶ Tranſlate ponitur pro firmare. *Cic. Att. l.* 8. Et ſimul ſcito, labare meum conſilium illud, quod jam ſatis fixum videbatur. ¶ *Figere beneficium clavo trabali*, proverbialis locutio eſt, pro operam dare, ut perpetua beneficii extet memoria. *Cic.* 7. *Ver.* Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret. ¶ *Figere legem*, eſt conſtituere, ferre, *far una legge*. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 12. Antonius fixit legem, a dictatore comitiis latam. *Virg.* 6. *Æn. v.* 622. Leges fixit pretio, atque refixit. ¶ Uſurpatur hoc verbum etiam pro collocare, ponere. *Cic. Fam.* 2. *epiſt.* 6. Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis conſulatu fixi. *Horat. l.* 3. *od.* 13. *v.* 1. Figere modum alicui rei. h. e. imponere. ¶ Figere oculos in terram. *Senec. epiſt.* 11. ¶ Figere oſcula. *Virg.* 2. *Æn.* *Albinovan.* ad Liv. &c. ¶ *Virg.* 10. *Æn.* hæc mea figite dicta. h. e. animo percipite. Sic *Juven. Sat.* 9. tacitus noſtras intra te fige querelas.

Figularis, re, o. 3. κεραμικός, quod ad figulum pertinet. *Plaut. Epid.* 3. 2. 35. Verſatior eſt, quam rota figularis. *Col. l.* 8. *c.* 2. Figularis creta.

Figulatio, onis, f. compoſitio. *Tertul. de reſur. car. c.* 5. Tota hominis figulatio.

Figulaturio, is, n. 4. Figulum (quod eſt nomen proprium civis Romani) imitor, aut colo. Verbum fictum ab Aſinio, quemadmodum & *Fimbriaturio*, apud *Quintil. l.* 8. *c.* 3.

Figulatus, a, um, adject. afformatus, fictus. *Tertul. de car. Chr. cap.* 9. Corpus hoc noſtrum de limo figulatum.

Figulina, & figlina, per ſyncop. ars, & officina figulorum. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 2. Figulinæ exercendæ. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Figlinas Chorœbus primus invenit.

Figulinus, & figlinus, a, um, adject. ad figulum pertinens. *Var. R. R. l.* 2. *c.* 9. Creta figlina. *Plin. l.* 32. *c.* 3. Opus figlinum. *Arnob. l.* 6. Fornacibus incocta figulinis.

Figulnenſis porta. V. Nomentana.

Figulus, li, m. 2. κεραμεύς, fictor, qui ex argilla, ſeu creta opera facit, a fingo. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Dibutades Sicyonius figulus primus invenit ex argilla fingere ſimilitudines.

Figura, f. 1. *figura*, *aſpetto*, תמונה, Ger. *ein figur*, Gal. *figure*, Hiſp. *figura*, σχῆμα, forma, ſpecies, aſpectus, qualitas. *Cic.* 5. *Fin.* Figura eſt forma, & ſtatura corporis noſtri ad naturam apta. ¶ Apud Grammaticos, & Rhetoricos Figura eſt modus loquendi diverſus a ſermone vulgi, per quem res artificioſe, & ornate exprimuntur, a fingo. A *Cic.* & ab *Auth. ad Her.* appellatur Exornatio. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Figura eſt conformatio quædam orationis, remota a communi, & primum ſe offerente ratione. ¶ Figuræ duplicis generis ſunt, aliæ verborum, aliæ rerum, ſive ſententiarum. *Auth. ad Her. l.* 4. ¶ Enumerationes Figurarum utriuſque generis duæ præclariſſimæ extant apud *Cic.* 3. *de Or.* & *in Orat.* ¶ Figuræ aliquando accipiuntur pro ſcommatibus, & cavillationibus. *Suet. Veſp. c.* 13. Amicorum libertatem, cauſidicorum figuras, ac philoſophorum contumaciam leniſſime tulit. Adde *eund. in Domit. c.* 10.

Figuraliter, adverb. ἐσχηματισμένως, figurate. *Tertul. de teſtim. anim. c.* 2. *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 14.

Figuranter, figurate. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Figurate, adverb. per figuram. *Aſcon. Pædian. præam. act. Ver.* Figurate dixit. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 8. Figuratius quem pungere.

Figuratio, f. 3. σχηματισμός, delineatio, compoſitio. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ut in unoquoque poſcit figuratio. ¶ Item imaginatio. *Quintil. Declam.* 6. Si quiſquam figuratione quadam in hac malorum conditione judicem ponat. ¶ Item figura dicendi. *Lactant. l.* 1. *c.* 11. Officium poetæ eſt in eo, ut quæ geſta ſunt vere, in aliquas ſpecies obliquas figurationibus cum decore aliquo converſa traducat.

Figurato, adv. figurate. *Tertul. adv. Jud. c.* 9. & *l.* 3. *adv. Marc. c.* 14.

Figurator, oris, m. qui figurat, & fingit. *Arnob. l.* 6. Vobis ductoribus, & figuratoribus, luna fœmina eſt.

Figuratus, a, um, adject. *figurato*, *effigiato*. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Quorum ipſa terga declarant, non eſſe ad onus accipiendum figurata. ¶ Item figuris oratoriis ornatus, ut figurata oratio. *Quintil. l.* 9. *c.* 1.

Figuro, as, a. 1. *figurare*, *formare*, יצר, Ger. *geſtalten*, Gal. *figurer*, Hiſp. *figurar*, σχηματίζω, formo, & figuram induco. *Cic. de Un.* Hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 126. Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat. ¶ Item rhetoricis ornamentis exornare. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Tam tranſlatis verbis, quam propriis figuratur oratio. ¶ Figurare aliquid animo, *immaginarſi*. *Curt. l.* 7. *c.* 1. Utinam prudentius eſſet ſollicita pro filio, & non inanes quoque ſpecies anxio animo figuraret.

Filatim, adverb. filorum in modum. *Lucret. l.* 2. *v.* 830. Filatim dum diſtrahitur, deperditur omnis.

Filia, æ, f. 1. *figlia*, בת. Ger. *ein dochter*, Gal. *fille*, Hiſp. *hija*, θυγάτηρ, proles fœminea. *Cic. pro Cluen. c.* 64. Deſpondit ei filiam ſuam. *Colum. l.* 4. *c.* 3. Collocare nuptui filiam. ¶ *Paulin. ad Cyther v.* 103. Sed propter inde poſita Gallorum ſolo Maſſilia Graium filia. h. e. Græcorum colonia. ¶ In Dat. plur. *filiabus* ſcribebant in teſtamentis ad diſcrimen ſexus, ut ait *Plin.* apud *Chariſ. l.* 1. Cæterum ubi diſcrimen aliunde conſtet, *filiis* potius dixerim, quam *filiabus*. *Liv. l.* 28. *c.* 36. Hinc Gracchum minorem ex duabus filiis nuptam fuiſſe, convenit. ¶ Nihilominus reperitur etiam *filiabus*, ubi diſcriminis nulla cauſa eſt. *Id. l.* 34. *c.* 24. In ſacrarium confugit cum duabus filiabus virginibus.

Filiafamilias, filiæfamilias, f. *figliuola di famiglia*. *Ulp. an. leg.* 8. ad *Edictum*. Sed & filiafamilias poterit dare procuratorem ad injuriarum actionem. Adde *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 14.

Filicatus, a, um, adject. a filice, ut filicata vaſa, quæ ad filicis herbæ ſpeciem cælata ſunt. *Cic. Att. l.* 6. *epiſt.* 1. Sed heus tu, quid cogitas? in filicatis lancibus, & ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis nos ſoles paſcere. *Id. in Parad. c.* 3. Minus ne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas, quam filicatas aliorum pateras arbitramur?

Filicones, al. felicones, m. 3. mali, & nullius uſus, a filice herba, al. felice. *Feſt.*

Filictum, n. 2. locus filice herba conſitus. *Col. l.* 2. *c.* 2. An filictis, aliiſve frutetis impeditus.

Filicula, læ, herba quædam, quam polypodium vocant. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Filiola, æ, f. 1. *figliuoletta*, θυγάτριον, parva filia. *Cic.* 1. *de Div. c.* 46. Filiolam ſuam Tertiam animadvertit eſſe triſticulam.

Filiolus, li, m. 2. *figliuolino*, τεκνίον, dimin. a filio. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 2. Filiolo me auctum ſcito.

Filius, lii, m. 2. *figlio*, *figliuolo*, בן, Germ. *ſohn*, Gal. *fils*, Hiſp. *hijo*, υἱός, proles maſculina. *Cic.* 2. *Fin. c.* 18. Reliquit effigiem & humanitatis, & probitatis ſuæ filium. ¶ Filii familias, vel familiarum ſunt, in quos patres familias patriam poteſtatem retinent. *Cic. pro Cæl.* Illum filium familias patre parco, & tenaci habere tuis copiis devinctum non potes. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 26. Nunquam ne niſi ad ſe filios familiarum venturos? Dicuntur autem *filii familiarum* in plur. qui diverſarum familiarum ſunt; at filii familias, qui ſunt ejuſdem familiæ. ¶ *Terræ filius* interdum dicitur de ignobili, qui obſcuro, ignotoque genere natus ſit, quod terra ſit omnium animantis parens. *Cic. Att. lib.* 1. Et huic terræ filio neſcio cui committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. ¶ Interdum dicitur de homine nobiliſſimo, vel quia ex ipſa terra, idest urbe natus eſt, non aliunde ex Barbaris advenit, vel quia ea eſt antiquitate, ut ejus primi parentes, præter terram, aſſignari non poſſint. *Plato* etiam *in Menexeno* Athenienſes a nobilitate laudans, dicit, eos ex terra ſua ſponte progenitos fuiſſe, cum aliæ terræ beſtias, terra Attica homines gigneret. *Cic.* 7. *Fam.* Cn. Octavius tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius. ¶ *Fortunæ filius* dicitur, cui omnia proſpero fortunæ eventu ſuccedunt. *Hor.* 2. *Serm. Sat.* 6. *v.* 49. Luſerat in campo fortunæ filius omnes. ¶ Filius dicitur etiam de brutis. *Colum. l.* 6. *c.* 37. Ejuſmodi admiſſarius nepotibus, quam filiis utilior. ¶ In vocat. facit *fili*. Quod autem *Priſcian.* citat ex *Livio*: *Jupiter Saturni filie*, antiquum eſt.

Filiusfamilias, filiifamilias, m. *figliuolo di famiglia*. *Cic. pro Cæl. c.* 15. Illum filiumfamilias habere devinctum. *Salluſt. in Catil. c.* 43. in plurali num. dixit *filiosfamiliarum*, quia de plurium familiarum filiis loquitur: ceterum ſi de filiis unius familiæ ſermo ſit, *filiifamilias* recte dicitur.

Filix, cis, f. 3. *felce*, πτέρις, herba eſt ſine caule, ſine ſlore, & ſine ſemine. *Virg.* 3. *Georg.* Et filicem curvis inviſam paſcit aratris. *Hor. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 37. Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Filo, as, a. 1. *filare*, filum duco. *Fortunat. l.* 3. *de Mart. v.* 122.

Filum, li, n. 2. *filo*, חוט, Germ. *faden*, Gal. *fil*, *filet*, Hiſp. *hilo*, νῆμα, quod ex lino, lanave trahendo ducitur. *Ovid.* 4. *Met.* E quibus una levi deducens pollice filum. *Id.* 10. *Met.* Fila ſonantia, *le corde*. ¶ Aliquando ponitur pro linea fabrorum. *Varro*. Sumptoque atramento ſutorio filum duxit. ¶ Aliquando pro lineamentis faciei, & venuſtate formæ, *lineamenti*. *Gel. l.* 14. *c.* 4. Forma, ex filo virginali dicit imaginem juſtitiæ fieri ſolitam. ¶ Transfertur ad ſtylum, & phraſim orationis, a textoribus telarum. *Cic. de Amic.* Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. *Horat. lib.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 223. Tenui deducta poemata filo. *Cic. l.* 9. *Fam. epiſt.* 12. Amico munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo.

Filus, i, m. idem quod filum. *Arnob. l.* 1. *pag.* 36.

Fimbria, f. 1. *fimbria*, ציצית. Germ. *ſaleyſe*, Gall. *frange*, Hiſp. *bordadura*, κράσπεδον, veſtium extremitas, quæ inciſuras habebat ſerræ dentibus non abſimiles. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Jam ſigna lethalia in furoris morbo riſum, ſapientiæ vero ægritudine fimbriarum curam, & ſtragulæ veſtis plicaturas. ¶ Dicitur etiam de quacunque alia extremitate. *Cic. in Piſ. c.* 11. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Fimbriaturio, is, n. 4. verbum effictum a Fimbria (quod eſt nomen Romanum) & ſignificat Fimbriam impenſe ſequi, aut colere, aut imitari. *Quintil. l.* 8. *c.* 3.

Fimbriatus, a. 1. 2. θυσανωτός, inciſus per caſuras. *Suet. in Cæſ. cap.* 45. Uſum ferunt lato clavo ad manus fimbriato. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Fimbriata radix multis capillamentis.

Fimetum, ti, n. 2. *letamajo*, דמן, Ger. *miſtgrub*, Gal. *fumier*, Hiſp. *muladar*, κοπρών, ſterquilinium, quo fimus congeritur. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Fimeta ſub dio, concavo loco, & qui humorem colligat.

Fimus, mi, m. 2. *letame*, דמן, Ger. *miſt*, Gall. *fiens*, Hiſp. *hiendo*, κόπρος, lutamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri ſtercorantur, a φορμός, contaminatio. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Principatum dat turdorum fimo ex aviariis. ¶ Reperitur & in gen. fœm. *Apul. l.* 7. *M. A. in fi.* Liquida fimo ſtrictim egeſta. ¶ Item in gen. n. *Plin. l.* 29. *c.* 5. Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur.

Finalis, le, o. 3. *finale*, τελευταῖος, quod ad finem pertinet, ut Finales quæſtiones, quæ ad controverſias de finibus agrorum dirimendas pertinent. *Leg.* 11. *ff. Finium regund.* ¶ Item in fine alicujus rei poſitus. *Macrob. lib.* 2. *in Somn. Scip. c.* 5. Sphæram dividit horizon, ideſt finalis circulus.

Findo, dis, idi, ſſum, a. 3. *ſpezzare*, *fendere*, בקע, Germ. *ſpalten*, Gal. *fendre*, Hiſp. *hender*, σχίζω, ſcindo, & divido, ab antiquo *fido*, quod ab *ſio*. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 7. Cœlum finditur aratro. *Cic.* 2. *de Leg.* Findere, & dividere. *Tibul. lib.* 1. *eleg.* 8. *v.* 51. Arentes cum findit Sirius agros. ¶ Mare findere, eſt navigare. *Propert. lib.* 3. *eleg.* 9. *v.* 33. Non ego velifera tumidum mare findo carina. ¶ Findere aera, *volare*. *Ovid. Met. v.* 666. Motis talaribus aera findit.

Fingo, is, finxi, fictum, a. 3. *fingere*, *formare*, צור, יצר, Germ. *machen*, Gall. *feindre*, Hiſp. *fingir*, πλάττω, eſt verbum generale ad omnia, quæ ingenio, & manu artificioſe formantur, & ſignificat formare, rem veram imitatione exprimere, componere, efficere, a πήγω, ſeu πηγνύω. *Cic. l.* 5. *Fam. epiſt.* 2. Ab Apelle pingi, a Lyſippo fingi volebat. *Id.* 1. *Offic. c.* 44. Apes fingendorum favorum cauſa congregantur. *Id. pro Mur. cap.* 29. Natura te finxit ad honeſtatem. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 9. Ex natura ſua cæteros fingere. *Horat. de ar. poet.* Fingere verſus. ¶ Significat etiam ſimulare. *Cic.* 3. *Fam. epiſt.* 12. Suſcipe meas partes, & eum te eſſe finge, qui ego ſum. ¶ Item docere, inſtituere. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 64. Fingit equum tenera docilem cervice magiſter ire viam. ¶ Item imaginari. *Cic.* 4. *Acad.* Finge, aliquem nunc fieri ſapientem. *Id. pro Mil.* Fingere cogitatione. ¶ Item excogitare, comminiſci. *Ter. Eun.* 1. 2. 58. Fingit cauſas, ne det. *Plaut. Aſin.* 2. 1. 2. Argento comparando fingere fallaciam. ¶ Item ornare, excolere. *Ovid. l.* 1. *Remed. v.* 341. Proderit & ſubito, cum ſe non finxerit illi, Ad dominam celeres mane tuliſſe gradus. V. Fictor. ¶ Item tergere, exterge-

tergere. *Afranius*: Accede ad te, ut tibi cervicem fingam linteo. Hoc etiam ſenſu explicat *Serv.* illud *Virg.* 8. *Æn.* v. 634. corpora fingere lingue. V. Effingo. ¶ Fingere fugam, pro meditari. *Plaut. Capt.* 2. 1. 13. At fugam fingitis. C. Nos fugiamus? Sic, fingere parricidia, *Sen. de conſol. ad Marc. c.* 26.

Finio, is, ivi, itum. a. 4. *compire*, *finire*, השלים, Germ. *enden*, Gal. *finir*, Hiſp. *acabar*, τελέω, eſt rei inceptæ finem imponere. *Plin. de Vir. Illuſt.* Cum inter Romanos, & Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio, & Suffetio placuit rem paucorum certamine finire. *Plin. alter l.* 8. *ep.* 40. Finire vitam inedia. ¶ Hinc pro mori ponitur. *Tac. l.* 5. Sic Tiberius finivit octavo, & ſeptuageſimo ætatis anno. *Ovid.* 7. *Met.* Non exoratis animam finivit in aris. ¶ Aliquando eſt temporis terminum ponere, tempus præſcribere. *Cic. Att. l.* 8. Marcelloque Conſuli finienti provincias Gallias Cal. Martiis reſtitit. ¶ Aliquando præfigere terminum magnitudinis, limites præſcribere. *Liv. l.* 1. Signum, contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finivit. ¶ Accipitur etiam pro definire, id eſt, explicare, quid aliqua res ſit. *Quintil. l.* 2. *c.* 13. Ante omnia quid ſit Rhetorice, quæ finitur quidem varie. ¶ Item pro decernere. *Liv. l.* 40. *c.* 44. *ad fin.* De pecunia finitur, ne major cauſa ludorum conſumeretur, quam &c.

Finis, is, m. 3. *fine*, *termine*, [illegible], Germ. *das end*, Gall. *fin*, Hiſp. *fin*, τέλος, eſt terminus, ſive extremitas in unaquaque re. *Virg.* 4. *Æn.* Imponere finem curis. *Ter. Heaut. prol.* Finem facere maledictis. *Cic.* 3. *Ver.* Finem controverſiæ conſtituere. *Ter. Andr.* 5. 1. Orandi finem facere. *Cic. in Somn. c.* 8. Quod ipſum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat neceſſe eſt. *Id. Catil.* 1. *c.* 1. Quem ad finem? *h. e.* quamdiu? *Id.* 1. *de nat. Deor.* Ad eum finem. *h. e.* tamdiu. *Hirt. de B. Afric. c.* 83. Per mare umbilici fine ingreſſi terram petebant. *fino al bellico*. Sic *Salluſt. in fragm. l.* 3. *hiſtor.* fine inguinum. ¶ Sumitur & pro fine agendi, ſeu intentionis. *Cic.* 1. *de Leg.* Ad finem bonorum, quo referuntur, & cujus cauſa facienda ſunt omnia. ¶ Item pro definitione. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Hic igitur frequentiſſimus finis, Rhetoricen eſſe vim perſuadendi. ¶ Item pro morte. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 35. Septem a Neronis fine menſes ſunt. ¶ Item terminus, limes: qua notione fere in plur. uſurpatur. *Terent. Heaut.* 3. 1. 93. Vicini noſtri ambigunt de finibus. *Cic. pro Mur. c.* 9. Fines imperii propagare. ¶ Aliquando etiam in ſingulari. *Liv. l.* 43. Redeuntes inde Ligurum extremo fine. ¶ Finem facere, conſtituere, imponere alicui rei, *por fine*. *Ter. Cic.* & al. ¶ Eſt etiam gen. fœm. *Virg.* 2. *Æn.* v. 554. Hæc finis Priami fatorum. *Cic.* 5. *de Leg. c.* 22. Quæ finis honeſtæ familiæ. ¶ In ablat. facit fine: legitur tamen & *fini*, apud *Gel. l.* 7. *c.* 3. & *l.* 13. *c.* 20.

Finite, adv. cum limitatione, moderatione. *Cic.* 2. *Fin. c.* 9. Ergo & avarus erit, ſed finite, & adulter, verum habebit modum.

Finitimus, a, um. *vicino*, שכן, Germ. *unſaſſer*, Gall. *voiſin*, *prochain*, Hiſp. *cercano*, *comarcano*, πρόσορος, vicinus, propinquus, proximus, qui fines noſtros attingit. *Cic. pro L. Man.* Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſes. *Id. ibid.* Regnum Ariobarzanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus. ¶ Tranſlate ponitur pro ſimili. *Cic.* 4. *Acad. c.* 21. Ita finitima ſunt falſa veris.

Finitio, f. 3. *definizione*, ὁρισμός, idem ac definitio. *Quint. l.* 2. *c.* 16. Huic ſubſtantiæ maxime convenit finitio. Adde *l.* 7. *c.* 3. ¶ Item terminatio, diviſio. *Hygin. l.* 1. *Aſtronom. c.* 6. Si non in partes hemiſphærium dividatur, ſed in alias quaslibet finitiones.

Finitivus, a, um, adject. qui definit. Hinc finitivus ſtatus apud Rhetores dicitur, in quo quæritur, quid quis fecerit. *Quint. l.* 3. *c.* 6. & 8.

Finitor, oris, m. ὁρίζων, terræ menſor, aut etiam aliis arbiter, qui lite de agrorum finibus exorta ſuos cuique limites præſcribit. *Cic. de L. Agr.* 2. *c.* 13. Quæſtori permittant, finitorem mittant. ¶ Finitor item eſt unus ex circulis Cœli. *Senec. l.* 5. *Q. nat. c.* 7. Hanc lineam, quæ inter aperta & occulta eſt, Græci ὁρίζοντα vocant, noſtri finitorem dixere, alii Finientem. ¶ Finitor etiam dicitur, qui cuicumque rei quocumque modo finem facit. *Stat.* 8. *Theb.* v. 19. *de Plutone*: O cunctis finitor maxime rerum.

Finitus, a, um, adject. *finito*, ut finitum frigus, *Plin. l.* 16. *c.* 27. finita ætas, *Ovid.* 5. *Faſt.* v. 63. *Cic. l.* 2. *nat. Deor. c.* 39. Lingua finita dentibus, h. e. circumſcripta. *Florus l.* 2. *c.* 15. Finita Carthago, *h. e.* everſa. ¶ *Finito*, h. e. re finita. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 13.

Fio, fis, factus ſum, n. paſſ. *eſſer fatto*, *divenire*, נעשה, Germ. *werden*, Gal. *être fait*, Hiſp. *ſer echo*, γίγνομαι, efficior, a φύω, gigno, naſcor, unde & antiquum fuo. Habet vocem neutram, ſignificationem paſſivam. Eſt enim Paſſivum verbi *facio*. Veteres *facior* dicebant voce paſſiva. *Titin. apud Non. c.* 10. *n.* 19. Petunt, ut parvi faciatur. Hinc *fio* retinet præteritum *factus ſum*. In temporibus a præſenti formatis ſequitur inflexionem verborum quartæ conjugationis, ſed in præſenti, & præterito imp. optativi, in imp. conjunctivi, in præſ. & imp. inf. aſſumit a literam inter *i*, & *r*, ut *fierem*, pro *firem*, & *fieri* pro *firi*. *Hor. l.* 4. *Car. ode* 13. Fis anus, & tamen vis formoſa videri. *Cic. pro Dom.* Quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? ¶ Ponitur quandoque pro æſtimari. *Cic. de Am.* Ut quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ Item in tertiis perſonis pro evenire, contingere. *Auct. ad Her.* Sæpe fit, ut de eadem re aliud alii judici videatur. ¶ Item pro conflari, cum abl. ſine præp. vel cum præp. *de*, vel cum dat. *Ter. And.* Nunc primum audio, quid illo ſit factum. *Cic. Att. l.* 10. Quid de Clodio fiat, reſcribe. *Id. in Ver.* Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? ¶ Item gigni. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 12. de leporibus: in Gallia fiunt permagni, in Italia mediocres. ¶ Item pro ſacrificare. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 13. Cum apud Cæſarem pro populo fieret. ¶ Fieri poteſt, poſſibile eſt. *Cic. de Am.* Neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio, disjunctioque facienda ſit. ¶ *Fit tibi acceptum*, pro refertur. *Plin. epiſt.* 120. Tu tamen meruiſti, ut acceptum tibi fieret. ¶ *Fient in illum exempla*, pro exhibebuntur. *Ter. Eun.* Quid ais? in quem exempla fient? ¶ *Fiat*, particula eſt aliquid permittentis, ac concedentis, vel annuentis. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 146. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Ut fit, *come s' uſa*, *come accade*. *Cic. in Orat. c.* 53. ¶ *Fimus* apud *Ter. Heaut.* 3. 1. 74. Deteriores omnes ſimus licentia. Ita legit Muret. al. *ſumus*. ¶ *Fi* imperat. *Plaut. Curc.* 1. 1. 87. Fi mihi obſequens. Et *fite*, *ibid.* v. 89. Fite mihi volentes propitiæ. Adde *Non. c.* 17. *n.* 60. Et *fitote*. *Plaut. Amph. in Suppoſit. ſc.* Quis tam, v. 59. Amphitruones fitote gemini. ¶ *Fiebantur* pro fiebant, *Cato apud Priſcian.*

Firmamen, inis, n. *fermezza*. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 491. Porrigitur radix longi firmamine trunci.

Firmamentum, a. 2. *fermezza*, [illegible], Germ. *beveſtigung*, Gall. *fermeté*, Hiſp. *firmeza*, στήριγμα, ſoliditas, ſtabilimentum, a ſup. firmatum verbi firmo. *Cic. pro L. Man.* Eum certe Ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum Ordinum recte eſſe dicemus. *Id. pro Flac.* Ponere firmamentum in aliquo. ¶ Rhetores etiam firmamentum appellant, quod a Quinctiliano vocatur *Continens cauſæ*, a Græcis συνέχον, ideſt cardinem illum, circa quem totius cauſæ deciſio verſatur, vulgo *il punto della cauſa*. Ab *Auctore ad Her. l.* 1. firmamentum appellatur id, quod accuſator affert ad rationem rei labefactandam. Sed a *Cic. l.* 1. *de Invent.* accipitur pro eo, quod reus affert ad ſuam rationem confirmandam. V. *eund. loc. cit.*

Firmanorum Caſtellum, *Firmiano*, caſtr. Piceni, Firmo urbi propinquum.

Firmator, m. 3. *confermatore*, [illegible], Germ. *beveſtiger*, Gall. *confirmateur*, Hiſp. *confirmador*, qui firmat. *Tac. l.* 2. *Ann. c.* 46. Miſſus tamen Druſus pacis firmator.

Firmatus, a, um, adject. *ſtabilito*, *confermato*. *Cic. l.* 1. *Div. c.* 1. Vetus opinio eſt, omnium gentium firmata conſenſu. *Virg. ecl.* 4. *v.* 37. Ætas firmata, *età virile*. *Cic. pro Cluent.* Animus conſilio, & ratione firmatus.

Firme, adv. *fermamente*, βεβαίως, ſtabiliter, inconcuſſe. *Cic. Att. l.* 11. Satis firme animo concipere, & comprehendere. *Id. l.* 10. *Att. ep.* 14. Firmiſſime aſſeverant. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Ut firmius durent.

Firmitas, f. 3. *fermezza*, [illegible], Germ. *beſtändigkeit*, Gal. *fermeté*, Hiſp. *firmeza*, βεβαιότης, ſtabilitas, conſtantia. *Cic. Dolabel.* Firmitatem tamen, & conſtantiam eandem cognoſces, quam reliquis. ¶ Item ſoliditas, robur. *Cic.* 2. *Phil. c.* 25. Gladiatoria totius corporis firmitas. *Plaut. Moſt.* 3. *c.* 133. Age, ſpecta poſtes, cujuſmodi, quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine. ¶ Firmitas vini, eſt potentia, durabilitas. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Principatus datur Amineis propter firmitatem, ſenioque proficientem vini ejus ubique naturam.

Firmiter, adv. idem ac firme. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 110. Eum promiſiſſe firmiter dixit mihi. Adde *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 26.

Firmitudo, inis, f. 3. idem ac firmitas. *Cic. Att. l.* 10. Tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari. Adde *l.* 5. *Fam. ep.* 13.

Firmium. V. Firmum.

Firmo, as, avi, atum, a. 1. *ſtabilire*, [illegible], Ger. *beveſtigen*, Gall. *établir*, *confirmer*, Hiſp. *firmar*, *eſtablecer*, στερεόω, ſtabilio, a firmus. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Firmare agrum ſepibus. *Id. l.* 24. *c.* 18. Firmare alvum. *h. e.* aſtringere. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 23. Firmare fidem ſanctius. *Cic. pro Syll. c.* 11. Firmare imperium in aliquo. *Id. Tuſc.* 2. *c.* 13. Firmare corpora juvenum labore. Et *ibid.* Firmare animum ad dolorem ferendum. *Liv. l.* 27. Firmare corpora cibo. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 50. Charicles tamen, labi ſpiritum, nec ultra biduum duraturum, Macroni firmavit. h. e. affirmavit. Adde *ibid. c.* 6.

Firmum, n. & Firmium, *Fermo*, col. & urbs A. Piceni, in Marchia Anconitana, in ditione Pontificia, apud oram maris Hadriatici, media fere inter Lauretum, & Aſculum. Pop. Firmani, vel Firmanus.

Firmus, a, um. *fermo*, *ſtabile*, [illegible], Germ. *ſteiff*, Gall. *ferme*, Hiſp. *firme*, βέβαιος, quod ſtabile eſt, conſtans, fixum. *Cic. pro L. Man.* Quis locus tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet? ¶ Ponitur ſæpe pro munito. *Planc. Cic.* Quod & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur. ¶ Tranſlate accipitur pro ſano, robuſto. *Cic.* 16. *Fam.* Effice, ut valeas, & ad nos firmus, ac valens quam primum venias. ¶ Firmus cibus dicitur, qui validus eſt, & alibilis, ut *Varro* loquitur *l.* 2. *de re ruſt. l.* 10. ¶ Firma potio, ideſt, multi nutrimenti. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Firmior ex frumento potio eſt. ¶ Firmum vinum, potens, & durabile. *Virg.* 2. *Georg.* Sunt etiam Amineæ vites, firmiſſima vina. ¶ Accipitur etiam pro conſtanti, ut firmus propoſito, *Velley. l.* 2. *c.* 63. *Cic. pro Balb. c.* 27. Sunt fortaſſe in ſententia firmiores. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 47. Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus. h. e. qui non eſt conſtans in fructibus reddendis in annuum victum.

Fiſcalis, le, a. 3. quod ad fiſcum pertinet, ut Jus fiſcale, cauſa fiſcalis. *leg.* 40. *Dig. de Pact.* ¶ Fiſcales calumniæ dicebantur delatorum, quod qui alios accuſabant, eis dabatur ex fiſco mulctæ pars, qua accuſati mulctabantur. *Sueton. Domit. c.* 9. Fiſcales calumnias magna calumniantium pœna repreſſit. ¶ *Fiſcalis curſus* apud *Spartian. in Adriano*, *c.* 7. eſt curſus publicus, *h. e.* vehicula per provincias diſpoſita, quibus nuntii, & alii ſervi publici negotia Principis obeuntes huc illuc tranſmittuntur. *pubbliche poſte*.

Fiſcarius, ii, m. fiſci curam gerens. *Firmic. l.* 3. *c.* 13. Annuas fiſcariorum fiſcationes.

Fiſcella, f. 1. *ceſtello*, [illegible], Germ. *geſ*, *korb*, Gall. *panier*, *corbeille*, Hiſp. *eſpuerta*, *canaſta*, τάλαρος, vas vimineum, aut ex juncis. Speciatim ſumitur pro eo vaſe, in quo caſeus exprimitur, & per quod ſerum defluit, vel in quo caſeus fertur. V. *Colum.* 12. 17. *Tibul. l.* 2. *el.* 3. Tunc fiſcella levi detexta eſt vimine junci. ¶ Item pro eo, quod e viminibus, aut funiculis contexitur ad capiſtranda boum ora, ne gramina decerpant. *Cato de re ruſt. c.* 54. Boves fiſcellas habere oportet, ne herbas ſectentur, cum arabunt. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 19.

Fiſcellus, m. 2. vel fiſcellum, i, n. 2. idem ac fiſcella, dim. a fiſcus. *Col. l.* 12. *c.* 38. Fiſcello ligneo incluſas exprimito. ¶ Ponitur item pro caſei mollis appetitore, a fiſcella. *Feſtus*.

Fiſcellus Mons, *Monte Fiſcello*, *Monte di Norcia*, *Monte della Sibilla*, fragmentum Apennini M. in Umbria, juxta Piceni, & Sabinorum confinia, ex quo Nar. fl. profluit, ubi etiam antrum Sibyllæ eſſe fertur.

Fiſcina, æ, f. omne vaſis genus, quod contextum eſt ex vimine, aut junco, aut ſparto, aut ſimili materia, a *fiſcus*. Sed *Priſcian. l.* 2. dubitat, utrum *fiſcina* ſit a *fiſcus*, an *fiſcus* a *fiſcina*, an neutrum a neutro. Et *Cerdanus* in 10. *Ecl.* ſcribit, fiſcinam vel ſuæ, vel incertæ eſſe originis. *Cic. pro Flac. c.* 17. Homini Phrygi fiſcinam ficorum objeciſti. *Virg.* 1. *Georg. v.* 266. Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga.

Fiſcus, m. 2. *paniere*, *ceſto*, τάλαρος, vas ex viminibus, juncis, & ſimili materia. Speciatim ponitur pro vaſe, ubi majoris ſummæ pecunias aſſervabant. Unde quia major ſumma eſt pecuniæ publicæ, quam privatæ, ut pro cenſu privato loculos, & arcam, & ſacculos dicimus, ſic pro ærario, ubi theſaurus publicus ſervatur, dicitur fiſcus, *fiſco*, Germ. *gemeiner ſchatz*, Gall. *fiſc*, Hiſp. *fiſcal*, φίσκος, *Aſcon. in Divin.* & *Cic. Ver.* 2. *c.* 8. Sed alii dicunt, fiſcum Principis eſſe, ærarium Reipublicæ. Hinc *Plin. Paneg. c.* 36. At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium cohibes, imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. ¶ Item pro quolo oleario, qui certis tenſularis ſupponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant, vel etiam in quo olivæ ponuntur, cum prælo ſupponuntur, ut amurca aliquantiſper exudet, & per vimina perfluat. *Col. l.* 12. *c.* 47. Et novo fiſco incluſa prælo ſupponitur.

Fiſon. V. Phiſon.

Fiſſiculo, as, avi, atum, a. 1. findendo rimor. *Apul. de Deo Socrat.* Vel ſomniis confirmanda, vel extis fiſſiculanda.

Fiſſilis, le, o. 3. σχιστός, quod fiſſum eſt, vel quod eſt aptum, ut findatur. *Plin. l.* 16. Hæc fiſſilia, alia frangi celeriora, quam findi. *Virg.* 6. *Æn. v.* 181. Cuneis & fiſſile robur ſcinditur.

Fiſſio, f. 3. σχίσις, actus findendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Quibus cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum.

Fiſſipes, edis, com. gen. qui pedes ſeu ungulas fiſſas habet. *Auſon. epiſt.* 5. *v.* 1. Fiſſipedes juvencæ. Et *epiſt.* 7. *v.* 40. Fiſſipes calamus.

Fiſſum, i, n. fiſſura. *Celſ. l.* 7. *cap.* 30. Si qua fiſſa in eo (ano) induruerunt. ¶ *Fiſſum* quoque appellatum eſt jecur extæ victimæ, cum ab haruſpicibus inſpiciebatur. V. dicta in voce *Familiaris*.

Fiſſura,

Digitized by Google

Fiſſura, æ, f. *feſſurà*, בקיע, Germ. *ſpalt*, Gal. *fente*, Hiſp. *hendedura*, σχίσμα, rima, vel diviſio, quæ fit findendo. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Quorum in digitis pedum fiſſura diviſa eſt. Adde *Colum. l.* 4. *c.* 29.

Fiſſus, a, um, a. *feſſo*. *Ovid.* 4. *Met. v.* 65. Fiſſus erat tenui rima, &c.

Fiſus, us, m. fiſſura, diviſura. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 6. Quis invenit fiſſum jecoris?

Fiſtūca, æ. f. 1. machina, qua pavitores utuntur, utrinque anſata, qua pali magna vi in terram adiguntur, ab ἵστάω, *ſtatuo*, vel quaſi *figiſtuca*, vel *figiſtuca*, quod infigit terræ. *Cæſ. B. G. l.* 4. *c.* 17. Hæc cum machinationibus immiſſa in flumen defixerat, fiſtucisque adegerat. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Pavimenta fiſtucis pavita.

Fiſtucatio, f. 3. exæquatio areæ per fiſtucam. *Vitruv. l.* 10. *c.* 3. Pali reſupinati defodiantur, & circum fiſtucatione ſolidentur.

Fiſtucātus, a, um, adject. fiſtuca æquatus, vel pavitus. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Solo fiſtucato. ¶ *Fiſtucatum* abſolute pro fiſtucatione poſuit *Plin. l.* 17. *c.* 11. Terra circa radices fiſtucato ſpiſſanda. Quod & pro adverb. accipi poteſt.

Fiſtūco, as, avi, atum, a. 1. fiſtuca pinſo, vel æquo. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Neceſſarium pedali craſſitudine fiſtucari.

Fiſtŭla, æ, f. *fiſtola*, חליל, Ger. *roehel*, Gall. *tuyau*, *fiſtule*, Hiſp. *flauta*, σύριγξ, inſtrumentum muſicum, quod flatu canitur, item canalis, per quem aqua educitur. Aliud autem eſt fiſtula, aliud calamus. Nam fiſtula veterum e pluribus calamis compingebatur. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 60. Quem ſervum ſibi ille habuit ad manum, cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula. *Id. pro Rab.* Et, ſi C. Marius, quod fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Jovis Opt. Max. templis, ac ſedibus, præcidi imperarat. ¶ Muſici inſtrumenti Pan inventor fuiſſe dicitur. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Duæ etiam in homine fiſtulæ appellantur, una cibalis, al. *interior gula*, qua cibus, potuſque deſcendit, altera ſpiritalis, al. *trachea*, & *aſpera arteria*, qua ſpiritus meat. *Lact. de Opif.* *Plin. in l.* 9. *c.* 7. Fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. ¶ Fiſtula item a Medicis appellatur ulcus altum, anguſtum, ſinuoſum in corpore, ſive ex vulnere ortum ſit, ſive ex vitio, quod ad ſuppurationem venerit. *Plin. in l.* 20. *c.* 6. Extrahit fiſtulis vitia.

Fiſtularis, re, adject. ad fiſtulam pertinens, ut fiſtulare medicamentum, *Veget. l.* 2. *c.* 13. ¶ Fiſtularis verſus apud Diomed. dicitur qui ab una ſyllaba ad plures ſurgit.

Fiſtularius, ii, m. qui fiſtula canit. *Vet. Inſcript. apud Fabret. p.* 605. Q. Griſidio fiſtulario, cantori, &c.

Fiſtulatim, adverb. q. d. per fiſtulas. *Apul. l.* 4. *Metam.* Fimus fiſtulatim excuſſus.

Fiſtulator, m. 3. *trombetta*, חלל, Germ. *pfeiffer*, Gall. *joueur de flute*, Hiſp. *flautador*, συριστής, tibicen. *Cic.* 3. *de Orat. c. ult.* Sed fiſtulatorem domi relinquetis.

Fiſtulatorius, a, um, adject. ad fiſtulatorem pertinens, ut fiſtulatoriæ artes, *Arnob. l. c.*

Fiſtulātus, a, um, adject. cavatus in morem fiſtulæ. *Arnob. l. c.* Vuæ fiſtulatæ, & commeabiles. *Sidon. in carm. poſt epiſt.* 13. *l.* 9. Æra fiſtulata. Adde *Sueton. Ner. c.* 31. ex lectione *Salmaſ. ad Vopiſc.* Al. leg. *fiſtulis*.

Fiſtŭlo, as, n. 1. συρίζω, fiſtulam ago, in modum ſpongiæ cavernulas habeo. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Inferior bibula, & pumicis fiſtulans vice.

Fiſtulōſus, a, um, o. 1. 2. σηραγγώδης, foraminibus plenus, ſpongiæ modo factus, ut Caſeus fiſtuloſus, cum eſt parum preſſus, apud *Col. l.* 7. *c.* 8. Fiſtuloſa terra, apud *Plin. l.* 17. *c.* 5. Fiſtuloſus cancer, morbus, apud *Cat. c.* 157. *R. R.*

Fiſus, a, um, *chi ſi conſida*, confidens. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 9. *v.* 78. Hic arcu fiſos terruit enſe Getas. *Id. Met.* 15. *v.* 867. tædæ non bene fiſe. *Lucan. l.* 5. *v.* 577. Fiſus, cuncta ſibi ceſſura pericula, Cæſar.

Fitilla, æ, f. pultis ſpecies in ſacrificiis adhibita. *Arnob. l. c.* Fitilla da milii. Et *l.* 7. Quid fitilla, quid frumen.

Fixe, figendo, inhærendo. *Auguſtin. epiſt.* 6. *extr.* Ubi tenacius habitabis, & fixius.

Fixŭla, f. 1. fibula, apud vet. a figendo. *Feſt.*

Fixus, a, um, adject. *fiſſa*, *ſtabile*, ratus, firmus. *Cic. pro Balb. ad fin.* Illud fixum in animis veſtris tenetote. *Id. Att. l.* 8. *epiſt.* 14. Meum conſilium, quod jam ſatis fixum videbatur. *Id. pro Mur.* Fixum, & ſtatutum eſt. *Arator in Act. Apoſt. c.* 4. Arva tremunt concuſſa lucis, tu fixior hæres.

F ANTE L.

Flabellifer, a, um, adject. Flabelliferæ ancillæ, quæ flabellum ferunt, & ventilationem faciunt. *Plaut. Trin. a.* 1. *c.* 2. Flabelliferæ, ſcandaligerulæ, Cantrices, &c.

Flabella, as. *Tertul. de Pal. c.* 4. Cum in affectationem flabellatur.

Flabellŭlum, i, n. diminut. parvum flabellum. *Ter. Eun.* 3. 5. 50. ubi al. leg. *flabellum*.

Flabellum, li, n. 2. *ventola*, *parmoſcle*, *ventaglio*, Germ. *wedel*, Gal. *eventail*, Hiſp. *avanilla*, ῥιπίδιον, inſtrumentum, quo fit ventilatio per æſtatem ad refrigerandum corpus, dim. a flabrum. *Ovid. de Arte* Profuit & tenui ventos moviſſe flabello. ¶ Translate dicitur de eo, quod excitat. *Cic. pro Flac. c.* 23. Cujus lingua, quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentium concio ventilata.

Flabĭlis, le, o. 3. ſpirabilis, aereus. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 27. Nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum?

Flabrālis, la, adject. flabilis, ad flabrum pertinens. *Prudent. Apotheoſ. v.* 741. Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum ſpiritus exiliit.

Flabrum, i, n. 2. πνοή, flatus, flamen venti, a ſup. *flatum* verbi *flo*. *Servius ad Georg.* 2. *v.* 293. ait tantum pl. dici flabra, orum. *Propert.* Neque hic Boreæ flabra, neque arma timet.

Flaccĕo, es, cui, n. 2. *divenir fiacco*, נבל, Germ. *welck ſein*, Gal. *ſe flaitrir*, Hiſp. *marchitarſe*, *enflaquecerſe*, χαλάω, langueo, a χαλαρός, mollities. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 323. An ſceptra jam flaccent? *Claud. Mamert. l.* 1. *c.* 5. Flaccente ſententia.

Flaccēſco, is, cui, n. 3. μαραίνομαι, languidus fio. *Col. l.* 3. Paucis horis, dum flacceſcat, in Sole habeto. ¶ Tranſlate *Cic. de cl. Orat. c.* 24. Flacceſcebat oratio.

Flacci, gens Romana, a *flaccis*, hoc eſt mobilibus auribus, ſeu deorſum pendentibus, quod princeps ejus gentis hujuſmodi aures habuerit. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Flaccĭdus, a, um, n. 1. 2. *languido*, *fiacco*, נבל, Germ. *welck*, Gal. *flétry*, Hiſp. *marchito*, χαλαρός, quod languidum eſt, quod ob debilitatem pendulum eſt, a *flacceo*, & dicitur de foliis, quæ marcida ſunt, item de auribus. *Plin. l.* 18. *c.* 39. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque, & albicante. *Col. l.* 8. Caper flaccidis, & prægravantibus auribus. ¶ Tranſlate *Apul. l.* 7. Sumpta veſte muliebri florida, in ſinus flaccidos abundanti. ¶ Apud *Lucret. lib.* 5. *v.* 651. flaccidiore turbine ferri, *h. e.* curſu tardiore.

Flaccus, a, um, o. 1. 2. languidus, & ſpeciatim qui aures pendulas habet, ut flaccæ aures, *Cato R. R. l.* 2. *c.* 9. *Cic.* 1. *nat. Deor. c.* 29. Redeo ad Deos: ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis? V. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Flaces. V. floces.

Flagello, as, a. 1. *flagellare*, *battere*, *sferzare*, חבט, Germ. *geiſlen*, Gal. *fouetter*, Hiſp. *azotar*, μαστίζω, flagello cædo. *Plin. l.* 18. *c.* 30. Meſſem perticis flagellare. *Martial. l.* 4. *epigr.* 42. Lumina ſideribus certent, molleſque flagellent ora comæ. ¶ Flagellare annonam, *tenere i viveri*: inde ductum, quia avari opes ſuas apud ſe retinent, & quaſi flagellis coercent. *Plin. l.* 33. *c.* 13. Pretia non ignoramus alia in aliis locis eſſe, & mutari, prout navigationes conſtiterint, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Sic *Martial. l.* 5. *epigr.* 13. At tua centenis incumbunt tecta columnis, Et libertinas arca flagellat opes.

Flagellum, n. 2. *sferza*, שוט, Germ. *geiſſ*, Gal. *fleau*, *fouet*, Hiſp. *azote*, μάστιξ, lorum, ſeu aliud quodvis verber, quo ſervos nudatos cædere ſolebant, quod pœnæ genus gravius erat, quam fuſtibus cædi, dim. a *flagrum*. *Cic. pro Rab.* Porcia lex virgas ab omnium civium R. corpore amovit, hic miſericors flagella retulit. *Marcel. l. in ſervorum*, *ff. de pœnis*, Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſervus flagellis cædi, & domino reddi jubetur. ¶ Dicitur etiam de ſcutica, qua aurigæ utuntur, quæ excuſſa clarum reddit ſonum. *Virg.* 5. *Æn.* Signum clamore paratis Epitides longe dedit, inſonuitque flagello. ¶ Item de ſumma palmitis parte, & de virgis aliarum arborum, *tralcio*, *capo di vite*, βλαστός, a *flagellum*, quo notat lorum, quia ſarmentorum, & virgarum uſus in cædendo ſuit. *Var. l.* 1. *de re ruſt. c.* 51. deducit a flatu venti, quod ſummæ arborum partes crebros ventorum flatus ſuſtineant. *Col. l.* 5. In ordinariis vitibus obtinendum eſt, ne pluribus flagellis emacientur. ¶ Item de brachiis, ſeu chelis cancrorum, polypurum, & ſimilium. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 367. Utque ſub æquoribus deprenſum polypus hoſtem Continet, ex omni dimiſſis parte flagellis.

Flagitatio, onis, f. *iſtanza*, *dimanda*, actus flagitandi. *Cic. in Top. c.* 1. Nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. *Juſtin. l.* 1. *c.* 3. Uxorum flagitatione revocantur.

Flagitātor, m. 3. qui aſſidue petit. *Cic. in Brut. c.* 5. Nam hunc, qui negat, video flagitatorem, non illum quidem tibi moleſtum, ſed aſſiduum tamen, & acrem fore. ¶ Speciatim ſumitur pro fœneratore, ſeu creditore, quod fœnus cum convicius, aut tumultu poſcat. *Plaut. Prol. Caſ. v.* 24. Nequis formidet flagitatorem ſuum.

Flagitātus, a, um, adject. *Feſtus Pomp.* Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent. *Cato apud Scalig. ad Feſt. ea voce Occentare.* Intercutibus ſtupris flagitatus. h. e. infamatus.

Flagitiōſe, adv. *ſcelleratamente*, ἀσώτως, inique, ſcelerate. *Cic.* 1. *de Orat.* Non modo parum commode, ſed etiam turpiter, & flagitioſe dicta eſſe dicebat. ¶ Comp. flagitioſius, ſup. flagitioſiſſime. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 4. Aliorum amori flagitioſiſſime ſerviebat. *Arnob. l.* 4. Flagitioſius liberos procreeſſe.

Flagitiōſus, a, um, o. 1. 2. *malvagio*, ἐξάγιστος, ſceleratus, infamis. *Cic.* 4. *Ver.* Reperiebam hunc Timarchidem ad iſtius flagitioſas libidines, ſingularemque nequitiam natum. *Id. ibid. c. ult.* Homo flagitioſiſſimus. *Salluſt. Jug. c.* 85. Quanto vita illorum præclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior.

Flagitium, tii, n. 2. proprie eſt efflagitatio, hoc eſt, acris poſtulatio cum clamore, aut convicio, e *flagito*. *Plaut. Epid.* 3. 4. 7. Abiero, flagitio cum majore poſt reddes tamen. V. *Taubm.* ¶ Quia vero ante amicarum oſtia maxime hæc flagitia fiebant, hinc factum eſt, ut *flagitii*, & *flagitandi* voces prius quidem ardentem amatoriam ſollicitationem ad ſtuprum, poſtea autem ſtuprum ipſum ſignificarent, omniaque ea, quæ mollitie, ac libidine committerentur. *Non. c.* 4. *n.* 215. Flagitium veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt. ¶ Per ſynecdochen pro quavis ignominia accipitur. *Lex* 12. *Tab.* Si quis carmen occentaſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto. *Liv. l.* 25. *c.* 15. Simul & ingens flagitium imperio dempturos. ¶ Imo ſumitur pro quocumque ſcelere, *ſcelleraggine*, *ribalderia*, תועבה, Germ. *groſslaſter*, Gall. *mechanceté*, Hiſp. *maldad*, *vellaqueria*, ὕβρις, ἀσέλγεια. *Cic. poſt red. in Sen.* Ut frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret. ¶ Item pro errore. *Id. in Brut.* Ut ne legens quidem ſenſerit, quantum flagitii admiſiſſet.

Flagĭto, as, avi, atum, a. 1. *domandare con iſtanza*, תבע, Germ. *erfordern*, *begeren*, Gal. *demander*, Hiſp. *pedir preguntar*, ἀπαιτέω, plus eſt, quam *poſtulo*, & ſignificat vehementer, & acriter poſtulare, idque interdum cum clamore, aut convicio. *Cicer. pro Quinct.* Tametſi cauſa poſtulet, tamen, quia poſtulat, non flagitat, præteribo. ¶ Speciatim ſumitur pro ardenter ad ſtuprum ſollicitare, imo pro ſtuprare. *Apul. l.* 8. Nudatum, ſupinatumque juvenem exſecrandis urediinbus flagitabant. ¶ Interdum pro accuſare. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 53. Ut peculatorem flagitari juſſit. ¶ Eſt tum 1. tum 4. tum 6. ordinis. *Cic.* 9. *Fam.* Qui, metuo, ne te forte flagitent, ego autem mandavi, ut rogarent. *Id. in Phil.* Facilius apparabitis ea, quæ tempus, & neceſſitas flagitat. *Id. pro Dom.* Illi me frumentum flagitabant. *Id.* 4. *Fam.* Quid acta tua vita, quid ſtudia, quid artes, quibus a pueritia floruiſti, a te flagitent. ¶ Uſurpatur etiam pro infamare. V. *Flagitatus*.

Flagrans, antis, adject. o. *ardente*, qui flagrat, φλεγόμενος. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 32. Noctu flagrantes onerarias, quas incenderant milites, videbatis. *Liv. l.* 44. *c.* 36. Flagrantiſſimo æſtu. ¶ Item ſplendidus, nitens. *Virg. Æn.* 12. ſidereo flagrans clypeo. ¶ Item cupidus, vehemens. *Juven. ſat.* 15. *v.* 11. Flagrantior æquo non debet eſſe dolor viri. *Cic. pro Mar. c.* 31. Recentibus præceptorum ſtudiis flagrantem uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Sic flagrans amore, deſiderio. *Id. & Quintil.*

Flagranter, adv. *ardentemente*, *cupidamente*, Germ. *eiubrinſtiglich*, Gal. *ardemment*, Hiſp. *encendidamente*, ἐμπύρως, ardenter. *Tac. l.* 1. *c.* 5. Deſtinare Conſules ſpecie recuſantis flagrantiſſime concupiverat. *Ammian. l.* 31. *c.* 16. Exarſere flagrantius.

Flagrantia, f. 1. *ardore*, בערה, Ger. *brunſt*, Gal. *ardeur*, Hiſp. *ardor*, φλογμός, actus flagrandi, ardor. *Gel. l.* 17. *c.* 1. *de Ætna*: Quod de natura, atque flagrantia montis ejus compoſitum eſt. ¶ Et tranſlate: *Cic. pro Cal. c.* 20. Non ſolum flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu. *Gel. l.* 12. *c.* 1. Vigor maternæ flagrantiæ, *ardente amor materno*. *Plaut. Rud.* 3. 4. 28. Etiam vim opprobras, flagitii flagrantia?

Flagrātor, m. 3. qui mercede flagris cædi ſe permittit. *Feſt.*

Flagrĭfer, e, um, adject. qui flagrum geſtat. *Auſon. ep.* 14. *v.* 10. Flagrifer Automedon.

Flagriōnes, m. 3. dicti ſunt ſervi, quod flagris ſubjecti ſint. *Non. c.* 1. *n.* 187.

Flagritrĭba, æ, m. qui aſſidue flagris teritur. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 5. Eo ingenio ſunt flagritribæ.

Flagro, as, avi, atum, n. 1. *ardere*, דלק, Ger. *brennen*, Gal. *bruler*, Hiſp. *arder*, φλέγομαι, ardeo, φλέγω. *Plin. l.* 14. *c.* 20. Fæx vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. ¶ Tranſlate variis affectuum nominibus junctum, eorum ſignificationem habet, ut flagrare amore, *amor aſſai*: flagrare cupiditate, *bramare ardentemente*; flagrare amentia,

mentia, *eſſer mattiſſimo*. Sic flagrant odio, cupiditate &c. quæ omnia paſſim leguntur apud *Cic. Pliu. Ovid. Horat.* & al. His adde, flagrare invidia, *eſſer' invidiato*. *Cic. pro Cluent.* Flagrare gratia, *eſſer ben voluto*. *Tacit. l.* 11. ¶ Flagrare bello, *arder di guerra*. *Cic. l.* 7. *Attic. ep.* 17. ¶ Flagrare infamia, *eſſer' infame*. *Id. l.* 4. *Att. ep.* 18. ¶ Pro vigere, vehementem eſſe. *Cic. pro Cal.* Flagrabant vitia libidinis apud illum. *Id. Ver.* 6. Flagrant convivia ſtupris, & flagitiis.

Flagrum, gri, n. 2. *sferza*, φραγέλλιον, lorum, quo cædi conſueverunt ſervi, a flagro, quia cædendo inflammat. *Liv. l.* 28. *c.* 11. Ob quam cauſam cæſa flagro eſt Veſtalis.

Flamen, inis, m. 3. Sacerdos apud Romanos, qui ſingillatim unius alicujus Dei ſacra curabat, ut Jovis, vel Martis, &c. *Cic. de Leg.* Divis aliis alii Sacerdotes, omnibus Pontifices, ſingulis Flamines ſunto. ¶ Tres primum Flamines a Numa inſtituti fuere, unus Jovi, unus Marti, unus Quirino, tandem quindecim. Sed aliqui ſcripſere, Numam quatuor Flamines, unum Jovi, Marti duos, Quirino unum inſtituiſſe. Ab aliis ſcriptum eſt, Dialem, & Martialem a Romulo inſtitutos fuiſſe, a Numa additum eſſe Quirinalem. Progreſſu temporis incertum eſt, quot Flamines eſſent. Totidem enim Flaminibus, quot Deos colerent, veteres uſos fuiſſe, *M. Varro* teſtis eſt. Imo ſingulis Imperatoribus inter Deos relatis ſinguli Flamines ultimis temporibus dati ſunt. ¶ Dicti Flamines fuere, quaſi *Pileamines*, ut *Plutarcho* placuit, a *pileo*, quem geſtabant. *Varr. lib.* 4. *de L. L. Serv.* 118. *Æn. Feſto*, & aliis dicti videntur a *filo*, quaſi *Filamines*, quod eorum pileis filum annexum eſſet (nam in pileo erat brevis virga deſuper habens lanæ aliquid) & urgente æſtu, cum pileum portare non poſſent, filo caput ſibi cingerent. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. ¶ Sumebant autem Flamines cognomina ab eo Deo, cui ſacra faciebant, ut Flamen Dialis a Διός, *Jovis*, Flamen Martialis, a *Marte*, Flamen Quirinalis a *Quirino*, &c. ¶ Tres tantum patritii erant, Dialis, Martialis, Quirinalis: reliqui plebeji. Majores dicebantur, qui ex Patritiis, minores, qui ex plebeiis creabantur. ¶ Inſigne Flaminum pileus erat, de quo ſupra. V. etiam *Flammeum*. ¶ De variis ritibus, & legibus ad Flaminem Dialem pertinentibus V. *Gell. l.* 10. *c.* 15.

Flamen, inis, n. 3. flatus, ventus, a flo, *aria*, *vento*, ἄνεμος. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 18. Dum licet, & ſpirant flamina, navis eat. *Horat. l.* 3. *od.* 19. Cur Berecynthiæ cedant flamina tibiæ?

Flamĕum. V. Flammeum.

Flamĭna, æ, f. 1. Flaminis uxor. *Inſcript. apud Reineſ.* c. 49. Flavia Flamina Flavialis.

Flamiŏla, æ, f. 1. domus Flaminis. *Gel. l.* 10. *c.* 15. ¶ Flamiolæ item dicebantur miniſtræ Flaminicarum. A nonnullis ſpeciatim Flamiola definitur, puella patrima, & matrima, quæ Flaminicæ Diali miniſtrabat. *Feſt.*

Flaminĭa, f. 1. al. Romandiola, *la Romagna*, regio Galliæ Togatæ, ſive Æmiliæ, cujus metrop. Ravenna, & Bononia recens metrop. primaria.

Flaminĭa via, ſtrata eſt a T. Flaminio Conſule, qui ad lacum Traſimenum ab Annibale cæſus eſt, ab urbe Roma Ariminum uſque, per Otriculum, Narniam, Spoletium, Forum Flaminii, Helvillum, Callem, Forum Sempronii, Fanum Fortunæ, & Piſaurum. ¶ Secundum hanc viam frequentia erant ſepulcra Romanorum. V. *Juven. Sat.* 1. *in fin.*

Flaminiānus, a, um, adject. ad Flaminios pertinens, ut Flaminiana oſtenta. *Cic. l.* 2. *de Div. c.* 21.

Flaminĭca, f. 1. al. Flaminea, uxor Flaminis. *Gel. l.* 10. *c.* 15. ¶ Veteri cæremoniarum jure præceptum fuit, ut Flaminica Dialis haberet arculum, ideſt, virgam ex malo Punico incurvatam coronæ inſtar alligatam vinculo laneo, item rigam, ſeu ricam, genus veſtis, item venenatum, ideſt, pallium infectum, item fibulam ex auro. *Serv.* 104. *Æn.*

Flaminius, m. 2. familia Romæ nobilis. Ex hac fuit Titus ille, qui Flaminiam viam ſtravit, & ab Annibale ad Traſimenum cum exercitu cæſus eſt.

Flaminĭum, vel Flamonium, n. 2. Sacerdotium Flaminis. *Liv. l.* 26. *c.* 23. C. Claudius Flamen Dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. ideſt, Sacerdotium depoſuit. Adde *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 7.

Flaminius, a, um, o. 1. 2. quod ad Flaminem ſpectat, ut Flaminius Camillus, Flaminius lictor, Flaminiæ ædes. *Feſt.*

Flamma, ſeu flama, æ, f. 1. *fiamma*, להב, Ger. *feuerflamme*, Gall. *flamme*, Hiſp. *llama*, φλόξ, vapor accenſus, qui vel in, quæ ardet, egreditur, a ſono, quem emittit, vel a φλέγω, *ardeo*. *Virg.* 8. *Ecl.* Corripuit tremulis altaria flammis. *Liv. l.* 30. *c.* 6. Flamma, ferroque abſumpti. *Ter. Eun.* 3. 2. 38. E flamma cibum petere. h. e. quidvis audere, & facere victus cauſa. ¶ Tranſlata ſunt illa: flamma judicii. h. e. periculum. *Cic.* 2. *Tuſ.* Flamma amoris. *Id. Ver.* 7. Flamma invidiæ. *Id.* 3. *de Orat.* &c. aſſumere novas flammas. h. e. novo amore flagrare. *Ovid. l.* 2. *de remed. amor.* Flamma gulæ, *fame inſaziabile*. *Id.* 8. *Met. v.* 846. ¶ Flamma fumo eſt proxima, proverb. apud *Plaut. Curc.* 1. 1. 53.

Flammans, antis, adject. flammatus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 433. Flammantia lumina torquens.

Flammātus, a. 1. 2. incenſus, incitatus, *acceſo*, *infiammato*. *Virg.* 1. *Æn.* Talia flammato ſecum Dea corde volutans. ¶ Flammatus Jupiter, flammam dextra manu tenens pro ſceptro. Ita enim apud antiquos pingebatur. *Cic.* 1. *de Div. c.* 11. Principio æthereo flammatus Jupiter igni vertitur. ¶ Apud *Martial. l.* 5. *ep.* 30. Flammata toga, eſt purpurea, a flammeo colore. Sic *Valer. Flac. l.* 2. Juventus flammata pudore.

Flammĕŏla, æ, f. 1. violæ genus, quam Galli candelariam vocant. *Plin. l.* 3. *c.* 37.

Flammearius, m. 2. infector flammei coloris, vel flammeorum confector, aut venditor. *Plaut. Aul.* 3. 5. 35. Ciniflones, patagiarii, induſiarii, flammearii, violarii.

Flammeŏlum, n. 2. dimin. a flammeum. *Juven. ſat.* 10. *v.* 333. Sedet illa parato flammeolo.

Flammeŏlus, a. 1. 2. quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamen, dimin. a flammeus. *Col. l.* 10. *v.* 307. Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha.

Flammeſco, is, n. 3. flammam concipio, igneſco, fulgeo. *Lucret. l.* 6. *v.* 669. Flammeſcere cœlum.

Flammĕum, vel flameum, n. 2. κρόκεον πέπλον, genus veli crocei, ſeu lutei, quo ſponſæ utebantur, ne proderetur virginis pudor, aut ſi quis rubor animadverteretur, is e velo, non e genis eſſe putaretur. Dictum eſt, quia flammæ colorem referret. Nonnullis placet, flammeum dici a Flaminica Flaminis uxore, quæ, ut *Feſtus* ait, ſemper flammeo utebatur: hinc inſtitutum fuiſſe, ut etiam novæ nuptæ hoc amiculi genus geſtarent boni ominis cauſa, & in ſignum indiſſolubilis conjugii, quia Flamini non erat permiſſum cum uxore divortium facere. Aliqui dicunt, flammeum fuiſſe albogalerum, ſeu velamentum capitis, quo Flamen Dialis utebatur, vocatum fuiſſe flammeum a flammeo colore; hujus coloris fuiſſe, quia erat Sacerdos Jovis Tonantis, cui is color convenit propter telum fulminis: item veſtimentum Flaminicæ Dialis, quæ & ipſa Jovi ſacra faciebat. Aliis flammeum erat pileus, quem Flamines omnes generatim geſtabant, & deſinebat in conum, hic *apex* dicebatur, ſummum faſtigium vocabatur *tutulum*, infra mentum amenta pileum retinebant, quæ erant *offendices*. Sed non flammeum a Flaminibus, ſeu Flaminicis, ſed Flamines, & Flaminicæ a flammeo dicebantur. *Lucan. l.* 2. *v.* 361. Lutea demiſſos velarunt flammea vultus. ¶ Apud *Non. c.* 14. *n.* 31. legitur *Flammeus*, i, gen. maſc. ¶ Per unicam m in vet. libris ſcriptum reperiri, teſtatur *Manut. in Orthogr.*

Flammĕus, a, um, o. 1. 2. *di fiamma*, *fiammeggiante*, Ger. *flammenig*, Gal. *de flamme*, Hiſp. *de llama*, φλογινὸς, ignitus, accenſus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 46. Sunt ſtellæ natura flammeæ. *Col. l.* 3. *c.* 5. Velut flammeo halitu fluctus uritur. ¶ Tranſlate *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 341. Flammea prævortet celeris veſtigia cervæ. h. e. concitata. *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 7. Acres, & flammei viri.

Flammicŏmans, antis, o. 3. &

Flammicŏmus, a, um, adject. flammeas comas habens. *Prudent. Pſychom. v.* 776. Flammicomi ignes. *Juvenc. Matth.* 25. Tædæ flammicomantes.

Flammicrĕmus, a, um, adject. q. d. flammis crematus. *Fortunat. lib.* 1. *carm.* 15. *v.* 47. Nullaque flammicremæ ſenſerunt damna ruinæ.

Flammĭdus, a, um, adject. idem quod flammeus. *Apul. de Mun.* Glacialibus flammida confundit. Et *l.* 11. *Met.* Roſeo rubore flammida.

Flammĭfer, a, um, o. 1. 2. flammam afferens, inflammatus. *Cicer.* 4. *Acad. ex vet. Poet.* Peſtem abige a me, flammiferam hanc vim, quæ me excruciat. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 4. Flammifero conſedit Olympo.

Flammĭger, a, um, o. 1. 2. ut Sol flammiger. *Val.* 5. *Arg. v.* 581.

Flammigĕro, n. 1. flammas produco, & emitto. *Gell. l.* 17. *c.* 10. Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigerare. Alii leg. *flammigeram*.

Flammĭgo, V. Flammigero.

Flammĭpes, edis, qui ignitos pedes habet. *Juvenc. l.* 2. *in Matth. cap.* 11. Flammipedes quadrijugi.

Flammĭpŏtens, entis, Vulcani cognomen. *Arnob. l.* 3. Flammipotens Vulcanus fabricatus enſes.

Flammivŏlus, a, um, adject. cum flammis volans. *Arator in Act. Apoſt. c.* 18. Flammivolo ſub ſole jacet.

Flammivŏmus, a, um, o. 1. 2. πυρίπνοος, quod flammas vomit. *Juvenc. in proœm.* Flammivoma deſcendit nube coruſcans Judex.

Flammo, as, avi, atum, a. 1. *infiammare*, להב, Germ. *entzünden*, Gall. *enflammer*, Hiſp. *encender en llamas*, φλογίζω, inflammo, incendo, incito. *Tac. l.* 2. *hiſt. c.* 74. Namque omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium a Vitellio militum. *Sil. l.* 1. *v.* 55. Juvenes facta ad Mavortia flammat. ¶ Interdum abſolute pro exardere, ut *Flammantia lumina*, a quibus quidam quaſi flammæ color emicat, quod irato accidere ſolet. *Virg.* 3. *Georg.* Et flammantia lumina torquens ſævit agris. ¶ Paſſive *Apulej. de Mundo*. Ignes illi immortales Dei virtutibus flammantur. Adde *Stat. l.* 1. *Achill. v.* 297.

Flammŭla, æ, f. 1. φλόγιον, dimin. a flamma. *Col. l.* 9. *c.* 14. Papiliones, dum circa flammulam volitant, aduruntur. ¶ Flammulæ etiam dicuntur vexilla equitum contis ſuſpenſa. *Veget. l.* 3. *c.* 5.

Flamonĭum. V. Flaminium.

Flanatĭcus ſinus, Flanoticus, Polaticus, Liburnicus, *il Quarnero*, ſinus maris Adriatici, inter Iſtriam, & Liburniam. Pop. Flanates.

Flandrĭa, f. 1. *Fiandra*, inc. *Vlaenderen*, provincia Belgii maxima, & ditiſſima, Comitatus titulo inſignita. Habet a Septent. Oceanum Germ. & Zelandiam, ab Or. Brabantiam, ab Occ. Picardiam, & Artefiam, a Merid. Hannoniam. Dividitur in tres partes, in Flandriam Teutonicam, ſeu propriam, quæ ad Occ. in Flandriam Gallicam, quæ ad Merid. & in Flandriam Imperialem, quæ ad Or. Totius regionis caput eſt Gandavum.

Flatĭlis, le, adject. idem quod flabilis. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Flatili ſonitu. h. e. qui flando fit. *Arnob. l.* 6. *pag.* 201. Laminarum flatilium crates.

Flato, as, n. 1. frequent. a flo. *Arnob. l.* 2. Tibia, calamoque flatantes.

Flator, m. 3. tibicen, a *flo*, quod tibias inflet. *Feſt.* ¶ Item qui conflat. *Pompon. l.* 2. *de orig. jur.* §. 30. Æris, argenti, auri flatores.

Flatūra, æ, f. idem quod conflatura. *Vitruv. l.* 2. *c.* 7. In æris flatura.

Flatuālis, le, adject. ad flaturam pertinens. *Tert. de Anim. c.* 10. Quoniam ſpiritu carent, quia flaturalibus artubus ſtructa non ſunt.

Flatuarius, ii, maſc. qui monetam cudit: hoc enim fit flando, & liquefaciendo metalla. *Ulp. l.* 9. *ff. de Leg. Corn. de falſ.* & *leg.* 5. *Cod. Theodoſ. de falſa moneta*.

Flatus, us, m. 4. *vento*, *fiato*, נשב, Ger. *blaaſt*, Gall. *ſouflement*, Hiſp. *ſoplo*, πνοή, ſpiritus, ventus, flamen. *Cic. in Arato*. Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. *Et paulo poſt*. Æſtiferus validis erumpit flatibus ignes. ¶ Tranſlate pro favore ponitur. *Cic.* 2. *Offic. c.* 6. Nam cum proſpero flatu ejus utimur. ¶ Item pro faſtu, ſuperbia. *Sil. l.* 17. *v.* 120. jactarat talia vecors, ſed jam claudebat flatus. Adde *Claud. l.* 2. *de laud. Stilic. v.* 159. ¶ Flatum ventris emittere, eſt pedere. *Suet. Claud. c.* 32.

Flatus, a, um, adject. *ſoffiato*. *Hirt. de B. Afric. c.* 52. Pulvis vento flatus omnium proſpectus offecit. ¶ Item conflatus. *Gal. l.* 2. *c.* 10. Flata, ſignataque pecunia conderetur.

Flavĕo, es, n. 2. *biondeggiare*, *eſſer di color d' oro*, זהב, Germ. *gelb ſeyn*, Gal. *jaunir*, Hiſp. *ſer rubio*, ξανθίζω, flavus ſum, id eſt, ejus coloris, cujus eſt aurum. *Col. l.* 2. *c.* 21. Flaventibus jam ſatis meſſis facienda eſt. Et *l.* 10. *v.* 311. Sed cum maturis flavebit meſſis ariſtis.

Flaveſco, n. 3. *biondeggiare*, ξανθίζομαι, eſt flavum fieri. *Virg.* 4. *Ecl. v.* 28. Molli paulatim flaveſcet campus ariſta.

Flavia, f. 1. Neapolis, col. & urbs Palæſtinæ, in Samaria, patria Juſtini Philoſophi, & Martyris. Alias eſt Cæſarea.

Flavia Æduorum, Auguſtodunum, urbs Galliæ Celt. in Burgundiæ Comitatu. Nonnullis *Flavigny* eſſe videtur. Sed hoc eſt Flaviniacum, inter Divionem, & Semurium.

Flaviālis, le, adject. Flamines flaviales dicti ſunt Sacerdotes Divorum Gentis Flaviæ. V. *Inſcript. Grut. p.* 359. & *Spon. Miſcel. p.* 177.

Flaviānus, a, um, adject. a Flaviis deductum, ut Flavianæ partes, apud *Tac.* 2. *hiſt. c.* 67. & *l.* 3. *c.* 1.

Flavicŏmans, antis, adject. o. &

Flavicŏmus, a, um, *che ha chioma bionda*. *Petron.* Flavicomum corymbion. *Prudent. Apotheoſ. v.* 495. Armiger e cuneo puerorum flavicomantum.

Flavĭdus, a, um, adjectiv. idem quod flavus, ut ſal flavidum. *Col. Aurel. Acut.* 3. *c.* 20.

Flavii, m. 2. familia Romana plebeja, a flavedine capillorum. Hinc Imperatores Veſpaſianus, Titus, Domitianus.

Flavīna, æ, opp. Etruriæ, ſub Soracte monte.

Flaviniānum, n. 2. Flaviſonum, Flavinum, *Fiano*, opp. Hetruriæ, ad Tiberim, in fin. Faliſcorum.

Flavinius, a, um, adject. a Flavina opp. *Virg.* 7. *Æn. v.* 696. Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.

Flavillæ, V. Faviſſæ.

Flavōna, fem. 1. Flanona, *Fianona*, opp. alias Liburniæ, nunc Iſtriæ, in ora maris Adriatici, & ſinu Flanatici, ſub dominio Venetorum, cum portu capaci.

Flavus, a, um, o. 1. 2. *biondo*, *di color d' oro*, *giallo*, זהב, Germ. *gelb*, Gal. *jaune*, Hiſp. *rubio*, ξανθὸς, qui eſt flavi coloris, qui propriè dicitur

tur de ſpicis maturis, translate de auro, melle, capillis, & aliis. *Virg. 1. Georgic.* Flava Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo. Ubi Servius. *Flava Ceres* dicitur propter ariſtarum maturitatem. *Horat. l. 1. od. 2.* Tiberis flavus, ſc. propter arenas flavas. *Val. Fl. l. 6. v. 205.* Flava cæſaries. *Mart. l. 12. ep. 66.* Aut de moneta Cæſaris decem flavos. h. e. decem aureos nummos: nam aurum flavum eſt. Alii putant *flavos* poſitum eſſe pro *Flavios*, hoc eſt decem monetas habentes imaginem Flavii Domitiani.

Flebĭlis, le, o. 3. *degno d'eſſer pianto*, Germ. *bewaynlich*, Gall. *pleignant*, *pleureux*, Hiſp. *lloroſo*, *digno de ſer llorado*, πολύκλαυτος, quod dignum eſt ut defleatur. *Cic. 11. Phil.* Ponite ante oculos miſeram quidem illam, & flebilem ſpeciem. *Horat. l. 1. od. 24.* Multis ille quidem flebilis occidit, nulli flebilior, quam tibi, Virgili. ¶ Item qui deflet, mœſtus, ut flebilis elegeia. *Ovid. 3. Amor. eleg. 8.* Sis carmen flebile, cantus flebilis, modi flebiles, apud *eund.* ¶ *Flebile* neutrum adverbialiter poſitum pro flebiliter. *Maximian. Gallus eleg. 1. v. 200. de infante.* Et per ſordentem flebile ſcripſit humum.

Flebĭlĭter, adv. *con pianto*, cum fletu. *Cic. 2. Tuſc.* Vide, quam flebiliter reſpondeat. *Id. ib. lib. 1. c. 35.* Flebiliter canere. *Paulin. Nol. Felic. 7. v. 62.* Flebiliſque ululant.

Flecto, is, xi, xum, a. 3. *piegare*, *torcere*, עוּת, Germ. *biegen*, Gall. *flechir*, Hiſp. *doblegar*, *torcer*, κάμπτω, torqueo, curvo, a πλέκω, *plico*. *Cic. 2. de Div.* Omne animal membra, quo vult, flectit, & contorquet. *Id. 2. Div.* Qui navigant, maxime animadvertant, cum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas ſæpe ſentiunt, *vel girare una punta di terra*. ¶ Translate eſt devertere, vel declinare, & uſurpatur abſolute, vel tranſitive. *Cic. Att. l. 5.* Sed Leucatem flectere moleſtum videbatur. h. e. curſum ad Leucatem dirigere. ¶ *Flectere promontorium* eſt navigando prætergredi, *voltar' e paſſar' un Capo*. *Cic. 2. de Div. c. 45.* Qui navigant, in flectendis promontoriis ventorum mutationes maxime ſentiunt. Κάμπτειν ἄκραν Græci dicunt eodem ſenſu. ¶ *Flectere iter* aliquo, *pigliar la ſtrada di qualche luogo*. *Liv. l. 5.* Ad Brundiſium flexit iter. ¶ Item avertere. *Cic. in Catil.* Niſi Dii immortales omni ratione placati ſuo numine prope fata ipſa flexiſſent. ¶ Item a conſilio inito, & ſuſcepto abducere. *Cic. pro Mil.* Ut eam plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat, non modo virtute flecteret. ¶ Item convertere. *Cic. pro Corn. Balbo.* Ab omni ſtudio, ſenſuque Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum Imperium, nomenque flexerunt. ¶ Item movere, exorare. *Cic. pro Sylla.* Quibus ego ita flectebar animo, atque frangebar. *Idem 4. Acad.* Si te oratio Luculli flexit. ¶ Item deducere, derivare. *Gel. l. 4. c. 3.* Hoc vocabulum eſt de Græco flexum. ¶ Flectere cantum, *inflettere la voce*. *Lucret. lib. 5. v. 1045.* Ducere multimodis voces, & flectere cantus.

Flemĭna, o. 3. dicuntur, cum ex labore viæ ſanguis effluit circa talos. *Feſt.* Dicta ſunt a Φλέγμονη, *tumor*. Quidam autumant, flemina idem eſſe ac varices, & dici quaſi flegmina e *flectendo*, ut quæ flexuoſa ſunt, & obtorta. *Perottus* credidit flemina dici a *fluendo*, quaſi fluomina. *Plaut. Epid. 5. 2. 5.* Laſſitudine invaſerunt miſero in genua flemina.

Flendus, a, um, *da piangere*, flebilis. *Ovid. 3. Triſt. 11. 37.* Carnifici fortuna poteſt mea flenda videri.

Fleo, es, evi, etum, n. 2. *lagrimare*, *piangere*, בכה, Ger. *weynen*, Gall. *pleurer*, Hiſp. *llorar*, δακρύω, lacrymas emitto. *Cic. 2. Ver.* Flebat uterque non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filii morte, de patris filius. *Ovid. in Ibin.* Non patitur miſeri funera flere viri. ¶ Fletur, imperſ. *Sil. l. 5.* Longo ævo fletur. Adde *Ter. Andr. 1. 1. 103.*

Flētĭfer, a, um, adject. qui flet, vel fletus cauſa eſt. *Auſon. Idyl. 6. v. 74.* Gemmea fletiferis jaculatur ſuccina truncis.

Flētus, us, m. 4. *pianto*, בכי, Ger. *weynung*, Gall. *pleur*, Hiſpan. *lloro*, κλαυθμός, planctus, ploratus. *Cic. pro Roſc. Amer.* Ut urbe tota fletus, gemituſque fieret.

Flētus, a, um, adject. *pianto*, *compianto*. *Virgil. 6. Æn. v. 481.* Hic multum fleti ad ſuperos, belloque caduci Dardanidæ. ¶ Sanguine fleti. h. e. reſperſi. apud *Lucret.* V. Flexus. ¶ *Fleta mulier* dicitur ab *Apuleio*, quæ valde flet, *l. 7. Metam.*

Flexănĭmus, a, um, o. 1. 3. quod animum flectere poteſt. *Cic. 1. de Orat.* Quæ recte a bono Poeta dicta eſt flexanima, atque omnium regina rerum. *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v. 330.* Quæ tibi flexanimo mentem perfundat amore.

Flexĭbĭlis, le, o. 3. *pieghevole*, Germ. *biegig*, Gall. *ployable*, Hiſp. *que ſe puede torcer*, καμπτός, quod torqueri, & facile in quamvis partem curvari poteſt. *Ovid. 3. Amor.* Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus. ¶ Translate ſumitur pro mutabili, molli. *Cic. 3. de Orat.* Nihil eſt tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facile ſequatur, quocumque ducas, quam oratio. *Id. ad Brut. ep. 18.* Videtur in eo eſſe bona indoles, ſed flexibilis ætas. *Id. 2. de nat. Deor.* Flexibilis vocis genus. ¶ Item pro vario, inconſtanti. *Cic. pro Mil.* Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, ſenſuſque civium.

Flexĭbĭlĭtas, as, atis, f. 3. *fleſſibilità*, facilitas flectendi. *Solin. c. 85.* (al. 8.) Circumferunt cornua flexibilitate.

Flexĭbŭla, fem. 1. Satyræ nomen apud *Var.* aliquoties a *Nonio* citatæ, quæ vox ex Latino *flectere*, & Græco βουλή coaluiſſe videtur, ut ſit Flexibula, quaſi conſilium flectens.

Flexĭlis, le, o. 3. *pieghevole*, καμπύλος, quod facile flecti poteſt. *Virgil. 5. Æn. v. 559.* It pectore ſummo flexilis obtorti per collum circulus auri.

Flexĭlŏquus, o. 1. 2. qui ambigua, & obſcura loquitur. *Cic. 2. de Div. c. 56.* Partim falſis, partim caſu veris, partim flexiloquis, & obſcuris.

Flexio, f. 3. *piegamento*, καμψις, flectendi actus. *Cic. in Piſon. c. 22.* Quæ diverticula, flexioneſque quæſiſti? *Id. in Orat. cap. 18.* Alter alteri obiicit vocis flexiones. *Id. lib. 3. de Orat.* Quanto molliores ſunt, & delicatiores meant flexiones, & falſæ voculæ, quam certæ, & ſeveræ.

Flexĭpes, edis, qui flexis eſt, & curvis pedibus. *Ovid. 10. Met. v. 99.* Vos quoque flexipedes hederæ.

Flexĭvĭce, adv. flexa cervice. *Pomp.* apud *Non. c. 4. n. 68.* Nihil conjecturæ quivi interpretarier, quorſum flexivice contenderet.

Flexo, as, a. 1. *piegare*, curvo, inflecto. *Cato R. R. c. 49.* Eodem modo vineam ſtatuito, alligato, flexatoque.

Flexŭmĭnes, m. 3. equites Romani erant, a flectendis equis dicti. *Plin. l. 33. c. 2.* Celeres ſub Romulo, Regibuſque appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli.

Flexŭōſe, adv. cum flexu. *Plin. l. 18. c. 35.* Si flexuoſe volitet flamma.

Flexŭōſus, a, um, o. 1. 2. *fleſſuoſo*, עקלקל, Germ. *voll kruemmen*, Gall. *tortu tournoyant*, Hiſp. *que va doblegando*, *doblegable*, καμπύλος, quod varios, vel multos habet flexus. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 57.* Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit. *Plin. l. 11. c. 37.* Hominique flexuoſiſſimis orbibus.

Flexūra, æ, f. 1. idem ac flexus, vel curvatio. *Col. l. 3. c. 5.* Ut flexura materias profundat. *Lucret. l. 4. v. 312.* Lateris flexura. *Sen. ep. 71.* Virtus recta eſt, flexuram non recipit.

Flexus, us, m. 4. *piega*, καμψις, curvatio, converſio. *Quintil. l. 9. c. 2.* Qui curſu parem valent, flexu eludunt. *Id. lib. 1. cap. 10.* Flexus vocis. *Cic. Att. lib. 16.* Flexus itineris. ¶ *Flexus ætatis*, cum ætas vergere incipit, & inclinari. *Cic. 1. de Orat.* Si infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio decurſu honorum etiam ætatis flexu conſtitiſſet. Adde *pro Cæl. c. 30.*

Flexus, a, um, adject. *torto*, *piegato*, κεκαμμένος. *Virg. 5. Æn. verſ. 500.* Arcus flexos incurvant. *Ovid. 4. Met. v. 340.* Flexum genu ſubmittere. *Tac. 3. Ann. c. 16.* Os in mœſtitiam flexum. *Id. Ann. 1. c. 16.* Flexo in veſperam die. *Cic. 3. de Orat.* Flexus ſonus.

Flictus, us, maſc. percuſſio, colliſio, afflictus. *Virg. Æn. 9. v. 667.* Dant ſonitum galeæ flictu. *Sil. l. 9. v. 322.* Galea horrida flictu adverſæ ardeſcit galeæ.

Fligo, is, xi, ctum, a. 3. *percuotere*, הכה, Germ. *ſchlagen*, Gal. *frapper*, Hiſp. *golpear*, *herir*, θλίβω, percutio. *Liv. Andr. in Ægyſtho* apud *Non. c. 2. n. 328.* Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens. *Lucr. l. 2. v. 85.* Obvia cum flixere, fit, ut diverſa repente Diſſiliant.

Flo, as, avi, atum, n. 1. *ſpirare*, *ſoffiare*, נשב, Germ. *blaſen*, Gal. *ſouffler*, Hiſp. *ſoplar*, πνέω, ſpiro. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.* Ita belle nobis flavit ab Epiro leniſſimus Auſter, & mitis. ¶ *Flare ſimul*, *& ſorbere*, proverb. pro eo, quod eſt, duabus rebus diverſiſſimis, omninoque disjunctis eodem tempore operam dare. *Plaut. Moſt. 3. 2. 104.* Simul flare, ſorbereque haud factu facile eſt. ¶ Paſſive *Var. l. 5. de L. L.* Anima, quæ flatur. ¶ Aliquando flare, ſignare eſt: hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. V. Flatus.

Floccĭdus, a, um, adject. flocces abundans. Hoc adject. leg. quidam apud *Apul. l. 7. Metam.* V. Flaccidus.

Floccĭfacteon. Hanc vocem affert *Theſau. L. L. Cic. l. 1. Att. ep. 16. ad fin.* neque explicat. Eſt autem ibi inſignis lectionum varietas.

Floccōſus, a, um, adject. flocci plenus. *Apul. de herb. cap. 60.* Floccoſis, vel lanugineis adnaſcentibus.

Floccŭlus, maſc. 2. dimin. a floccus. *Plin. l. 16. c. 7.* Naſcuntur in robore pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles. Alii legunt *floccos*.

Floccus, m. 2. *fiocco*, Germ. *woll*, Gal. *flec*, *flocon*, Hiſpan. *floco*, κροκίς, lanarum particula diviſa a velleribus inutiliter evolans. *Var. l. 2. R. R. c. 11.* Diligentiores tegeticulis ſubjectis oves tondere ſolent, neque flocci intereant. ¶ Dicitur etiam de veſtium villis, ideſt, de particulis quibuſdam lanæ eminentioribus. Hinc *Celſus* ſcribit, ſignum mortis eſſe, ſi quis in febre, & acuto morbo manibus in veſte floccos legit, fimbriaſque deducit. ¶ Translate ſumitur pro re nullius pretii. Hinc *flocci facere*, *flocci pendere*, pro contemnere. *Cic. Att. l. 4. ep. 15.* Totam denique Rempubl. flocci non facere. *Ter. Eun. 3. 1. 21.* Ego flocci pendere.

Floces, f. 3. *feccia di vino*, שמרים, Ger. *weinhefe*, Gal. *lie du vin*, Hiſp. *hezes del vino*, ὀτρύγη, fæx, & ſpeciatim vini ex vinaceis expreſſa, quia ei inſint flocci quidam, & panni. *Gel. l. 11. c. 7.* Hic Eques Romanus apludam edit, & floces bibit. *Cæcil.* apud *Non. c. 2. n. 354.* Neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo.

Flora, æ, f. 1. *Flora*, χλωρίς, Dea quædam Romanorum, a Græco nomine, vel a flore. *Ovid. Faſt. 5. v. 195.* Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino nominis eſt noſtri litera Græca ſono. Hanc meretricem fuiſſe aiunt, quæ, cum magnas opes turpiori quæſtu quæſiviſſet, Pop. R. ſcripſit hæredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum, qui appellarentur *Floralia*, vel *ludi Florales*. quod quia Senatui flagitioſum tractu temporis viſum eſt, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, & Deam finxerunt eſſe, quæ Floribus præeſſet, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus bene, proſpereque floreſcerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laſcivia, convenienter memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam oudebantur, flagitante populo, meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conſpectu multitudinis ad ſatietatem uſque impudicis motibus detinebantur. Hæc de Flora affert *Lactant. l. 1. c. 20.*

Flōrālĭa, um, n. ἀνθεστήρια, dies Feſti, ludique in honorem Floræ inſtituti, quæ florum Dea habita fuit. *Ovid. 4. Faſt.* V. Flora. ¶ Floralia etiam dicuntur loca, in quibus ſunt flores. *Var. l. 1. de R. R. c. 23.* Ut quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Flōrālis, e, adject. ad Floram pertinens, ut Floralis Flamen. *Var. l. 6. R. L.* Florale feſtum. *Ovid. 5. Faſt.*

Flōrālĭtĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad Floralia pertinet. *Mart. l. 8. epigr. 66.* Et Floralitias laſſet arena feras.

Flōrens, entis, adject. *fiorito*, ἀνθῶν, floridus. *Virg. Ecl. 10.* Florentes ferulas, & grandia lilia quaſſans. ¶ Translate florens dicitur, qui aliqua re viget, & abundat. *Cic. Fam. l. 2. ep. 13.* M. Brutum vocat hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, amicis. *Id. Att. l. 16. ep. 11.* Quæ mihi florentiora viſa ſunt. *Id. pro Sex. Roſc. c. 18.* Majores noſtri ex minima, tenuiſſimaque Rep. maximam, & florentiſſimam nobis reliquerunt. ¶ Florens etiam dicitur, qui ſplendet, & nitet. *Virg. 7. Æn. v. 804.* Florentes ære catervas. *Lucret. l. 4. v. 451.* Florentia lumina flammis.

Flōrentĭa, f. 1. *Fiorenza*, *Firenze*, Col. & urbs Etruriæ caput, Arno fl. diviſa, cum duplici arce. Condita fuit a Syllæ militibus anno U. C. 645. facta Colonia a Triumviris Auguſto, Antonio, Lepido. Pop. Florentini, al. Fluentini. Gent. Florentinus, a, um.

Flōreo, es, rui, n. 2. floreſco, *fiorire*, פרח, Germ. *bluenen*, Gall. *fleurir*, Hiſp. *florecer*, ἀνθέω. *Cic. 1. Tuſc.* Florere omnia, fontes ſcatere. ¶ Per translationem eſt vigere, excellere, abundare, proſpere vivere. *Cic. 2. de Inv.* Crotoniatæ quondam, cum florerent omnibus copiis. *Idem 1. Fam.* In ſententiis ſenatoriis, & in omni actione, atque adminiſtratione Reip. floruiſſemus. Sic florere ingenio, forma, ætate, exiſtimatione, auctoritate, gloria, &c. *Cic. ſæpe*, *Liv.* & alii. ¶ Item nitere, ſplendeſcere. V. Florens.

Flōreſco, is, n. 3. *fioreggiare*, *fiorire*, ἀνθέομαι, eſt floridum fieri. *Colum. l. 5.* Multumque venti ad floreſcendum, & ad bonitatem vini conferunt. ¶ Translate uſurpatur pro creſcere, augeri. *Cic. pro Cæl.* Nolite hunc nunc primum floreſcentem, firmata jam ſtirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate pervertere.

Flōreus, a, um, o. 1. 2. *di fiore*, ἀνθηρός, quod eſt ex floribus. *Virgil. 1. Æn. v. 434.* Florea rura.

Flōrĭānus, m. 2. Imp. Rom. qui Tacito ſucceſſit. Dolens Probum militiæ peritum a magna exercitus parte eſſe electum, ſibi ipſi venas incidit, effuſoque ſanguine conſumptus eſt.

Flōrĭcŏlor, oris, adject. o. qui florum colorem habet. *Petron.* Hoc tibi luſit de fluminis floricolore.

Flōrĭcŏmus, a, um, adject. floridas comas habens. *Auſon. ep. 4. verſ. 47.* Floricoma Ætna.

Flōrĭde, adv. *fioritamente*. *Apul. l. 11. Met. ſub fin.* Veſtie floride depicta. *Lactant. de Mort. Perſec. c. 3.* Eccleſia clarius, ac floridius enituit.

Flōrĭdŭlus, o. 1. 2. dimin. a floridus. *Catul. in Epithal. Juliæ, carm. 62.* Ore floridulo nitens.

Flo-

Floridus, a, um, o. 1. 2. di fiori, fiorite, Germ. vvolblaſt, Gall. fleuriſſant, Hiſp. florido, ἀνθηρός, quod floret, quod floribus abundat, quod ex floribus eſt. Tibul. lib. 1. eleg. 5. Cum poſſi florida terra daram. Cic. de Clar. Orat. cap. 85. At eſt floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lyſias. Catul. carm. 69. Jucundum cum ætas florida ver ageret. ¶ Floridus color eſt color vivo, color laſtivo: cui opponitur auſterus, hoc eſt forte, a carico.

Florifer, a, um, o. 1. 2. che produce fiori, ἀνθοφόρος, ferens flores, ut Saltus floriferi, apud Lucret. l. 3. v. 11.

Floriſertum, n. 2. ἀνθοφορία, dies erat feſtus apud Romanos, ita dictus, quod eo die ſpicæ ad ſacrarium Cereris ferebantur. Feſt.

Floriges, idem ac florifer. Lucan. l. 9. de apibus, ſtudiumque laboris Florigeri repetunt, & ſparſi mellis amorem. Sedul. l. 2. car. 1031. Expuleret primogenitum ſæviſſimus anguis Florigera de ſede virum.

Florilĕgus, a, um, o. 1. 2. che coglie fiori, ἀνθολόγος, qui flores legit. Ovid. 15. Metam. v. 366. Florilegæ naſcuntur apes.

Floripărus, a, um, adject. qui flores parit, ut floriparum ver, Auſon. Technop. in Vere.

Florulentus, o. 1. 2. pien di fiori, ἀνθώδης, floribus plenus. Pervigil. Veneris, de roſis: In pudorem florulentæ prodieruos purpuræ. Solin. c. 7. (al. 12.) Florulentus Hymettus. Adde Auguſt. ſerm. 246. de Temp.

Florus, a, um, adject. antiq. pro floreus. Pacuv. apud Feſt. in voce Genu: Nunc primum opacas flora lanugo genas. Decimus Laber. apud Macrob. l. 2. Saturn. c. 7. Florum cacumen noſtræ famæ frangere. Ita quoque legunt aliqui apud Virg. 12. Æn. v. 605. Floros Lavinia crines, & roſeas laceſata genas.

Flos, oris, m. 3. fiore, פרח, Ger. blum, bluſt, Gal. fleur, Hiſp. flor, ἄνθος, germen herbæ, vel arboris. Cic. 6. Ver. Circa quam luci ſunt pluriſmi, & lectiſſimi flores omni tempore anni. ¶ Translate ſumitur pro eo, quod præſtans, & excellens eſt in omni re, ut Flos æris, flos ſalis, flos ætatis, flos juventutis, flos virginitatis, &c. Cic. in Brut. Virum excellentem illi florem populi eſſe dixerunt. Id in Orat. c. 10. Flos civium. Pallad. l. 2. tit. 41. Flos calcis. ¶ Flos vini dicitur exigua quædam quaſi ſpuma, quæ vino in doliis ſupernatare ſolet in modum pollinis farinæ, eodem fere tempore, cum in vitibus florent futuri racemi. Plin. l. 14. c. 21. Flos vini candidus probatur, rubens triſte ſignum eſt, ſi non is vini color ſit. ¶ Aliquando accipitur pro vini odore. Plaut. Cur. 1. 2. Flos veteris vini naribus meis objectus eſt. ¶ In floribus ipſis, proverbiale dictum. h. e. in ipſa voluptate. Lucret. l. 4. v. 1157. Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat. ¶ Flores etiam dicuntur excerpta, ut flores Poetarum Lipſii. hoc eſt excerpta e Poetis a Lipſio, quemadmodum Cic. Att. l. 16. ep. 11. dixit: noſtrum opus tibi probari lætor: ex quo ἄνθη ipſa poſuiſti.

Floſcellus, i, m. diminut. idem quod floſculus. Apul. de herb. c. 49. Ad ſolis curſum floſcelli ſe vertunt.

Floſcŭlus, m. 2. ἀνθύλλιον, dimin. a flos. Cic. 2. Off. c. 12. Ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt. Quintil. proœm. l. 6. Floſculi orationis.

Fluctĭcŏla, æ, in fluctibus habitans. Sidon. carm. 10. Fluctĭcolæ cum feſtinares Pegaſæa per arva, &c.

Fluctĭcŭlus, i, m. picciol onda, a flutto. Apul. Apol. Quamlibet leviter motis flucticulis.

Fluctifrăgus, a, um, o. 1. 2. che rompe l' onde, fluctus frangens. Lucr. l. 1. v. 306. Fluctifrago ſuſpenſæ in litore veſtes.

Fluctigĕna, æ, in fluctibus natus. Martian. Cap. l. 1. carm. 2. Fluctigena ſpectans qualis ſub gurgite Nereus.

Fluctigĕnus, a, um, adject. fluctigena. Avien. in Arat. v. 1159. Fluctigeni ſpeciem monſtri ſuperinvehis auſter.

Fluctĭger, a, um, adjectiv. fluctum ferens, vel fluctum patiens. Ex fragment. Cicer. refert Iſid. hunc verſum l. 19. Orig. c. 1. Tum ſe fluctigero tradit, mandatque paroni.

Fluctiſŏnus, a, um, adject. fluctibus ſonans, & ſtrepens. Sil. l. 12. v. 355. Inſula fluctiſono circumvallata profundo.

Fluctivăgus, a, um, o. 1. 2. ποντοπόρος, quod fluctibus vagatur, aut agitatur, ut Nautæ fluctivagi, unda fluctivaga. Stat. l. 9. Silv. 1. v. 84. & Theb. 1. v. 271.

Fluctuatim, adv. ondeggiando, con travaglio, Ger. ungeſtimm miglich, Gal. en maniere de flot, Hiſp. como ondas, jactanter, ſolute. Afran. apud Non. c. 2. n. 333. Volo fluctuatim ire ad illum.

Fluctuatio, f. 3. ondeggiamento, ἀνωμαλία, actus fluctuandi, perturbatio, confuſio. Liv. l. 9. c. 25. In ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe. Plin. l. 31. c. 11. Fluctuatio occulta.

Fluctŭo, n. 1. & fluctuor, aris, d. 1. ondeggiare, גלש, Ger. ſchwenken, Gal. flotter, Hiſp. fluctuar, κυματίζομαι, fluctibus agitor. Cic. 7. Ver. Quadriremenque in ſalo fluctuantem reliquerat. ¶ Accipitur etiam pro fluitare, & ſupernatare. Plin. l. 36. c. 17. Lapidem e Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Id. l. 4. 2. 12. Delos diu fluctuata. ¶ Per Metaphoram uſurpatur pro dubitare, & diverſis cogitationum quaſi fluctibus, veluti magno quodam æſtu, agitari. Curt. l. 4. c. 12. Fluctuari animo Rex, & modo ſuum, modo Parmenonis conſilium expendere. Liv. l. 33. Fluctuare animo. Cicer. Att. l. 1. ep. 20. Genus orationis fluctuans, & diſſolutum. Virg. 8. Æn. magno curarum fluctuat æſtu.

Fluctuoſus, o. 1. 2. procelloſo, tempeſtoſo, Ger. vvellechtig, Gall. plein de vagues, Hiſp. tempeſtuoſo, ondoſo, κυματώδης, undoſus, inquietus, ut Mare fluctuoſum. Plaut. Rud. 4. 2. 5. Gemmæ fluctuoſæ, quæ maculas habent fluctuum quandam ſimilitudinem referentes. Plin. l. 37. c. 5. de ſmaragdis. Ii ſunt fluctuoſi, & rerum imagines complexi, ut v. g. papaverum, aut avium, pinnarumque, vel catulorum, & ſimilium.

Fluctus, us, m. 4. onda, גל, Ger. vvellen des vvaſſers, Gall. flot, Hiſp. ola, onda, κῦμα, unda, motus aquarum, ab antiquo ſupino fluctum verbi fluo. Cic. 6. Ver. Qui fluctu totus operiretur, niſi manſione, ac mole lapidum in mari disjunctus eſſet. ¶ Translate ponitur pro agitatione, perturbatione. Plin. l. 5. c. 17. Quos vita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. Cic. pro Mil. c. 2. Fluctus concionum. Id. pro Flac. c. 26. Maſſilia Barbariæ fluctibus alluitur. h. e. finitimorum Barbarorum excurſionibus agitatur.

Fluens, entis, adject. o. che ſcorre. Ovid. 3. de Ar. am. v. 62. Eunt anni more fluentis aquæ. Id. ib. v. 301. Fluentes tunicæ, h. e. ſinuoſæ. Cic. de clar. Orat. Fluens oratio. Id. 2. de Orat. c. 66. Pictum Gallum diſtortum, ejecta lingua, buccis fluentibus. h. e. laxis, & utrinque diffluentibus. Virg. 2. Georg. v. 370. fluentes ramos diait, h. e. nimium exreſcentes. ¶ Item mollis, effeminatus. Velley. l. 2. c. 88. Otio, ac mollitie pene ultra fœminam fluens. Curt. l. 8. 2. 14. Fluentia membra, h. e. languentia. ¶ Comparat. fluentior legitur apud Ambroſ. ſerm. 81.

Fluenter, adverb. fluendo. Apul. l. 2. A. A. Capilli fluenter undante. Lucret. l. 4. v. 226. Omnibus ab rebus res quæque fluenter fertur. ¶ Nonnulli hanc vocem etiam Ciceroni tribuunt, l. 7. Att. ep. 14. ubi ait: Cum fluenter lippirem, has literas dedi. Vulg. leg. leviter.

Fluentia, æ, f. 1. profluenza. Amm. l 30. c. 12. (al. 4.) Eloquentiam ſinis quædam imitatur fluentia loquendi. Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 3. Fluentiam retinere.

Fluentini, orum, m. Fiorentini, Italiæ populi, ita dicti, quod præfluenti Arno appoſiti ſunt, ut ait Plin. l. 3. c. 5. ita enim ibi legitur in MSS. pleriſque, libriſque editis, itemque in quodam decreto Deſiderii regis Italiæ, quod eſt apud Gruter. p. 220. his verbis: Palantes Fluentinos colligimus. Alii tamen in loco Plinii leg. Florentini.

Fluentiſonus, a, um, o. 1. 2. quod fluctibus ſonas. Catul. 10 Arg. v. 52. Litus fluentiſonum.

Fluentum, ti, n. 2. fiumicello, corrente, נחלים, Ger. fluſſ, vvaſſerfluſſ, Gal. cours d' eau, petite riviere, Hiſp. el rio, o corriente del agua, ῥεῖθρον, parvum flumen, ſive decurſus aquæ. Virg. 4. Æn. v. 144. Xanthique fluenta deſerit.

Fluesco, is, n. liquefarſi, fluidus fio, liqueſco. Auguſtin. lib. 21. de Civit. Dei, c. 5. ad fin. Salem in aqua flueſcere. Et cap. 7. a med. Palam flueſcere nivem non finis.

Fluibundus, a, um, adject. fluidus, diffluens. Martian. Capel. ſub fin. l. 1. Fluibunda luxu puella.

Fluĭdo, as, avi, atum, a. 1. fluidum reddo. Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 12. Liquore fluidantur.

Fluĭdus, a, um, o. 1. 2. ſdrucciolevole, fluens, vel humectus, fluido. Plin. l. 9. c. 30. Unum hoc animal fluida carne non habet callum. ¶ Nonnunquam pro languido, ſeu marcido ponitur. Liv. l. 34. Corpora Gallorum emollida, & fluida. Adde Virg. 3. Georg.

Fluĭto, as, avi, atum, n. 1. ſcorrere di continuo, ondeggiare, Germ. ſtaeg flieſſen, Gal. flotter, Hiſp. eſcorrer, reſoalar, ῥέω, ſæpe, ſive continuo fluo. Liv. l. 1. Cum fluitantem alveum, in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro ſupernatare. Plin. l. 9. c. 21. de anguillis. Exanimes piſcium ſolæ fluitant. Id. lib. 31. cap. 2. In lacu Apeſcidamo omnia fluitant, nihil mergitur. ¶ Translate ſumitur pro nutare, dubium eſſe. Tacit. 1. Hiſt. 1. 93. Creditur Cæcinæ fides fluitaſſe. Horat. l. 1. epiſt. 18. ad fin. Neu fluitem dubia ſpe pendulus horæ. ¶ Item perturbari, agitari. Cic. de Univ. Non tranquillum & quietum, ſed agitatum, & fluitans.

Flumen, inis, n. 3. fiume, נהר, Ger. vvaſſerfluſſ, Gal. fleuve, riviere, Hiſp. rio, ποταμός, fluvius, aquæ decurrens, & perennis, ab antiquo ſupino flutum verbi fluo. Differt a rivo, quia rivus minor eſt, a torrente, quia torrens æſtate ſiccatur. Cæſ. 7. B. G. Et ſecundo flumine Luteciam iter facere cœpit. Id. ib. Et magnum ire agmen adverſo flumine. ¶ Hyperbolice de lacrymis. Virg. 1. Æn. v. 465. Largo humectat flumine vultum. ¶ Pro fluminis curſu uſurpat Virg. 2. Æn. rapidus montano flumine torrens. Martial. l. de ſpectac. ep. 3. Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili. la ſorgente. ¶ Translate ſumitur pro copia, ut flumen ingenii. Cic. pro Marcel. c. 2. Orationis, & verborum flumen. Id. 2. de Orat. c. 15. & 45.

Flumentāna, Porta, Porta del Popolo, porta urbis Romæ, unde viæ Flaminia, Caſſia, & Claudia incipiunt, quam Tyberis, urbem intrans, a ſiniſtræ ripæ parte relinquit, ita dicta, quod pere Tyberis per eam partem, ubi nunc hæc porta ſita eſt, fluaiſſe creditur. Feſt.

Fluminālis, le, adject. flumineus, ut fluminalis navigatio. Cæl. Aurel. Tard. l. 1. c. 1. Fluminales cancri. Id. ibi. c. 4.

Flumineus, a, um, o. 1. 2. di fiume, ποτάμιος, ex flumine. Ovid. 4. Faſt. Ne ſua fluminea corpora mergat aqua.

Fluo, is, xi, xum, o. 3. correre, ſcorrere, נזל, Ger. flieſſen, Gal. couler, Hiſp. eſcorrer, ſim, decurro, mano, labor. Cic. 1. de Div. Flumina in contrarias partes fluxerint. Id. 6. Ver. Qui per Aſſyriorum agros fluit. ¶ Translate ſumitur pro latius, atque uberius excreſcere. Cic. 1. Teſt. Pythagoræ autem diſciplina cum longe, lateque flueret. ¶ Item pro naſci, exire. Cic. de nat. Deor. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. ¶ Item pro tendere. Cic. l. 6. Fam. Videamus illius conſilia quorſum fluant. ¶ Item pro ſuccedere, evenire. Cic. 1. Off. 2. 26. Atque etiam in rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus. ¶ Item pro dilabi, excidere. Cic. Phil. 12. c. 3. Excidunt gladii, fluent arma de manibus. ¶ Item pro deficere, interire. Cic. de Or. Cetera fluere, ibi, nec dubitaris eſſe uno, & eodem ſtatu. ¶ Item pro mollitie, & vitiis ſe dedere, diffluere. Cic. Tuſc. 4. c. 32. Voluptate liqueſcere, & fluere mollitia. Curt. l. 10. c. 3. Luxu omnia fluere. Plaut. Mil. 4. 9. 12. Fluere ſucetiis. h. e. abundare.

Fluonia, f. 1. Juno, quam mulieres colebant, quod ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Feſt. Apud Arnob. eſt Fluvionia.

Fluor, oris, m. 3. fluxus, a fluo. Celſ. l. 4. c. 19. Fluor ventris. Apul. l. 2. Florid. Fluores amnium.

Fluſtrum, ſtri, o. 2. bonaccia, μαλακία, ſtatus, & tranquillitas maris, cum fluctibus non agitatur, a fluo, quia fluor maris ſiſtitur. Feſtus. Tertull. de Pal. c. 2.

Fluta, f. 1. anguilla, πλωτή, anguilla, ſeu muræna, a voce Græca πλωτὴ, quaſi pluta, vel a flutum antiquo ſupino verbi fluo. Var. in Gallo, Macrob. l. 3. Sat. 2. 15. & alii accipiunt flutas ſpeciatim pro murænis Siculæ, quæ in ſummo ſupernatantes Sole torrefactæ curvare ſe, & in aquam mergere deſinunt, atque ita faciles captu fiunt. Col. l. 8. c. 17. Item flutas, quæ maxime probantur.

Fluto, as, n. 1. idem quod fluito. Lucret. l. 3. v. 192. Namque movetur aqua, & tantillo momine flutat. Al. leg. fluctat, vel fluitat.

Fluvia, æ, f. dim. idem quod fluvius. Siſen. apud Non. c. 3. n. 100. Oppidum in excelſo loco inter duas fluvias. Id. ib. Tranſgreſſus fluviam, quæ ad mare pertinebat.

Fluvialis, le, o. 3. fluviale, di fiume, Ger. des auſſdem fluſſ iſt, Gall. de fleuve, Hiſp. fluvial, ποτάμιος, quod ex fluvio eſt. Virg. 2. Geor. Vimina per ſylvam, & ripis fluvialis arundo cæditur.

Fluviatĭcus, o. 1. 2. idem ac fluvialis. Col. l. 8. c. 15. Fluviaticis animalibus inſidientur.

Fluviatĭlis, le, o. 3. idem quod fluvialis. Cic. 2. de nat. Deor. Veluti crocodili, fluviatileſque teſtudines. Liv. l. 10. 2. 2. Fluviatiles naves.

Fluviatus, a. 1. 2. maceratus in flumine. Plin. l. 16. c. 39. Hæ, quæ diximus, ratione fluviata decorticantur.

Fluĭdus, o. 1. 2. idem ac fluidus, apud vet. ab antiquo præterito fluxi verbi fluo. Lucr. l. 2. v. 463. Sed quod amara vides eadem, quæ fluvida conſtant.

Fluvĭto, as, pro fluito, legit Salmaſius in Solino c. 36. & in Plin. l. 16. c. 40.

Fluvĭus, m. 2. fiume, ποταμός, amnis, a fluo, ideſt, ab antiquo ejus præterito fluvi. Cic. 2. de nat. Deor. Atque etiam cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deviciſſent. Virg. Æn. 1. v. 607. In freta dum fluvii current.

Fluxe, adv. abbondevolmente, Ger. uberfluſſiglich, Gall. abondamment, Hiſp. en abundancia, ἄφθονα, affluenter, abundanter. Var. l. 2. de R. R. c. 11. Et eo magis fluxe ex herba, &c. ¶ Item remiſſe, lente. Ammian. l. 18. More vitæ remiſſioris fluxe agens.

Fluxipila veſtis apud Avien. in Arat. v. 187. (ſi modo ſalva eſt lectio) videtur eſſe veſtis fluxo pilo.

Flu-

Fluxio, nis, f. *fluſſo*, Ger. *fluſſung*, Gal. *fluxion*, *flux*, Hiſp. *corrimiento*, [illegible], actus fluendi, profluvium, curſus. *Cic. 1. de Div. c. 49.* Nam & natura futura præſentiunt, ut aquarum fluxiones. *Plin. l. 21. c. 13.* Fluxiones alvi. Et *l. 27. c. 9.* Fluxiones oculorum.

Fluxus, a, um, o. 1. 2. *che ſcorre*, *che paſſa toſto*, [illegible], Ger. *fluſſig*, Gal. *coulant*, Hiſp. *fluido*, [illegible], quod perpetuo fluit, a ſup. *fluxum* verbi *fluo*. *Plin. l. 9. c. 38.* Cum fruticavere, fluxos habent ſuccos. ¶ Per translationem accipitur pro eo, quod eſt inſtabile, & cito periturum, *tranſitorio*, [illegible]. *Sal. in Cat.* Nam divitiarum, & formæ gloria fluxa, & fragilis habetur. ¶ Aliquando pro laxo, & minime adſtricto, *largo*. *Lucan. l. 8.* Illic & laxas veſtes, & fluxa virorum velamenta vides. *Suet. in Caſ. c. 45.* Fluxiore cinctura cingeretur. ¶ Et fluxi dicuntur ſoluti, molles, effeminati, *laſcivi*. *Suet. in Tib. c. 52.* Druſus animi fluxioris, remiſſiorisque vitæ erat. ¶ Fidem fluxam gerere, *eſſer di fedeltà dubbioſa*. *Plaut. Capt. 2. 3. 79.* Fac, fidelis ſis fidelis, cave, fidem fluxam geras. *Salluſt. Jug. c. 111.* Fide fluxa uti. ¶ Corpora fluxa. h. e. imbecilla, ferendis laboribus inepta. *Tacit. 2. hiſt. c. 32.* ¶ Fluxa decreta, pro irrita. *Id. 15. Ann. c. 63.* ¶ Accipitur etiam paſſive. *Apul. l. 2. A. A.* Fontanos latices de corporibus humanis fluxos.

Fluxus, us, m. idem quod fluxio, *[illegible]*, *fluſſione*, *fluſſo*. *Quintil. l. 11. c. 3.* Fluxus aquarum. *Tertul. de Pal. c. 4.* Si quis Menandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat.

F ANTE O.

Focale, is, n. 3. [illegible], faſcia, qua ægroti obvolvebant fauces, ſive collum, a *faux*, *faucis*. *Hor. 2. Serm. ſat. 3. v. 254.* Ponas inſignia morbi, faſciolas, cubitale, focalia. *Quintil. l. 11. c. 3.* Faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta ſola excuſare poteſt aletudo. ¶ Pro ligamento aurium. *Martial. l. 14. ep. 142.* Hoc focale tuas afferat auriculas. ¶ Aliqui per focale intelligunt etiam veſtem, qua ad focum utebantur, cui ſententiæ locus Horat. allatus ſuffragari videtur, in quo prima hujus vocis corripitur. quamquam alii leg. *cubital*, *focalia*.

Focaneus palmes, qui ſolet in bifurco medius prorepere, a *faux*, quod inter duo brachia, qua ſe dividit vitis, enatus velut fauces obſidet. *Col. l. 4. c. 24.*

Focaria, æ, f. 1. mulier concubina, quia eodem cum patrefamilias foco, ac lare utitur. *l. 5. C. de don. inter vir. & ux.* Donationiſque cauſa focariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum.

Focarius, a, um, o. 1. 2. quod ad focum pertinet, ut focarius panis, apud *Iſid.* ¶ Focarius, ii, m. 2. ſervus mediaſtinus, cui foci cura incumbit. *l. 1. §. caupones*, *ff. nau. caup. ſtab.*

Focillatio, f. 3. actus focillandi, a focillo, foveo, calefacio. *Feſt.*

Focillatus, a, um, adject. fotus. *Sueton. Aug. c. 17.* M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam, & incertam, variiſque reconciliationibus male focillatam abrupit.

Focillo, as, a. 1. & focillor, aris, d. 1. *riſcaldare*, *riſtorare*, Ger. *erwärmen*, Gall. *echauffer*, *recréer*, Hiſpan. *recrear*, *calentar*, [illegible], foveo, calefacio, recreo, inſtauro, a *focus*. *Senec. epiſt. 13.* Fudet me ſic tecum loqui, & tam levibus remediis te focillare. *Varr. de vita P. R.* apud *Non. c. 7. n. 108.* Sed ſuum quiſque diverſi commodum focillantur. h. e. fovent.

Focilo, as, avi, atum, a. 1. idem quod focillo, foveo, [illegible]. Caſaub. derivat a faucibus, ut proprie ſit ægras fauces appoſita lana fovere. *Priap. ad Piſon.* quod *Lucano* tribuitur, *v. 114.* Sed miſerum parva ſtipe focilat, ut pudibundos &c. Ubi *Scalig.* legit *munerat*.

Focula, orum, n. 2. [illegible], nutrimenta ignis, teſte *Nonio c. 1. num. 31.* *Plaut. Perſ. 1. 3. 24.* Intus ventris fumant focula. *Id. Capt. 4. 2. 67.* Lardum, atque epulas foveri foculis ferventibus. Quidam hoc loco *foculos* intelligunt. Al. leg. *coculis*.

Foculo, as, a. 1. eſt calorem foculo reſtituere, fovere. *Non. c. 1. n. 31.*

Foculus, li, m. 2. *focarello*, [illegible], Ger. *klein fewer*, Gall. *petit feu*, Hiſp. *fuego pequeño*, [illegible], dim. a focus. *Juven. ſat. 3. v. 266.* Bucca foculum excitat.

Focunates, m. 3. pop. Alpini, in Italia, quorum tractus eſt Foſſiniacum, *Fouſigny*, *Poſſigny*, *Pouſſigny*, in Duc. Sabaudiæ ad radices Alpium, in conf. Valeſiæ ſeq. Simlero eſt vallis *Suls*, quæ & S. Bartholomæi dicitus, inter Tridentinos, & Venetos.

Focus, ci, m. 2. *focolare*, [illegible], Ger. *fewrſtatt*, Gal. *foyer*, Hiſp. *hogar*, [illegible], id, in quo ignis ſervatur, a [illegible], ſeu [illegible], vel [illegible]. *Ovid. l. 6. Faſt. v. 301.* At focus a flammis, & quod fovet omnia, dictus. *Tibul. l. 1. el. 1. init.* Dum meus aſſiduo luceat igne focus. ¶ Ponitur & pro privatis domibus. *Horat. l. 1. ep. 14. v. 2.* Agellus habitatus quinque focis. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 40.* Certare pro aris & focis.

Fodens, entis, pro fodiens. *Enn.* apud *Feſt. in voce Sibina*. ficis, ſibiniſque fodente.

Fodico, as, a. 1. *cavare*, [illegible], Germ. *grublen*, Gal. *piquer*, Hiſp. *picar*, *punçar*, [illegible], freq. a *fodio*, ſed fere ponitur pro ſtimulare, pungere. *Hor. l. 1. ep. 6. v. 51.* Erramus, qui fodicet latus. Al. leg. *fodiat*. ¶ Per translationem pro angere, ſive dolore afficere. *Cic. 3. Tuſc. c. 16.* Non eſt enim in noſtra poteſtate, fodicantibus iis rebus, quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio, vel oblivio. *Plaut. Bacch. 1. 1. 30.* Eadem in uſu, atque ubi periculum facias, aculeata ſunt, animum fodicant.

Fodina, æ, fem. *miniera*, [illegible], Germ. *grub*, Gall. *mine*, *carriere*, Hiſp. *mina*, [illegible], locus, ubi quid effoditur. *Plin. l. 33. c. 6.* Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus. *Ulpian. Dig. c. 7. n. 3.* Si pupillus aliqua metalla habuerit, vel ſi cretæ, argenti fodinas &c.

Fodio, dis, fodi, foſſum, a. 3. *cavare*, [illegible], Ger. *graben*, Gal. *creuſer*, Hiſp. *cavar*, [illegible], pala, aliove ferramento terram, aliudve quid eruo. *Plaut. Rud.* Noſtro illum puteum periculo, & ferramentis fodimus. *Liv. l. 8.* Argentum etiam incolæ fodiunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro ferire, percutere, ut Fodere enſe jugulum. *Martial. Spect. ep. 7.* ¶ Item pro pungere, ut Fodere ſtimulis, vel calcaribus. *Virgil. 6. Æneid.* Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. ¶ Reperitur etiam in 4. conjug. *Col. l. 11. c. 2.* Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Adde *Caton. c. 2. R. R.* ¶ Fodere latus. V. *Latus*.

Fodo, as, a. 1. pro fodio, is, dixere Veteres. *Feſt.* Hinc effodo, as, legunt aliqui apud *Plaut. Captiv. 3. 5. 66.*

Fœcunde, adv. *abbondevolmente*, Ger. *fruchtbarlich*, Gal. *fecondement*, Hiſp. *fertilmente*, [illegible], fertiliter. *Plin. l. 16. c. 36.* Atque etiam reciſa fœcundius reſurgit. *Id. 19. 4.* Naſcuntur fœcundiſſime in fraxino.

Fœcunditas, atis, f. *fertilità*, *abbondanza*, [illegible], feracitas, fertilitas, ubertas. *Cicer. 2. Philip.* O miſeræ mulieris fœcunditatem calamitoſam! ¶ Et tranſlate. *Cic. 2. de Orat. cap. 21.* Volo, ſe efferat in adoleſcente fœcunditas.

Fœcundito, as, avi, atum, a. 1. idem ac fœcundo. Hoc verbum habetur in fragmentis vetuſtiſſimæ orationis funebris apud *Fabrett. Inſcript. p. 169.*

Fœcundo, as, a. 1. *far' abbondante*, *fertile*, [illegible], Ger. *fruchtbar machen*, Gal. *faire fertil*, *feconde*, Hiſp. *hazer fecundo*, [illegible], abundantem, ſeu fructiferum facio. *Virg. 4. Georg. v. 290.* Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Fœcundus, vel fecundus, a, um, (ut probat Manut. in Orthogr. ex Var.) o. 1. 2. *fecondo*, *fertile*, *abbondante*, [illegible], Ger. *fruchtbar*, Gal. *fecond*, Hiſp. *fecundo*, [illegible], ferax, fertilis, fructuoſus. *Cic. in Brut.* Segetes fœcundæ, & uberes. *Plin. l. 33. c. 4.* Terra metallorum fœcunda. *Cic. l. 2. nat. Deor. c. 83.* Sua nihil genuit natura fœcundius. ¶ Item copioſus, abundans. *Horat. l. 1. ep. 5. v. 19.* Fœcundi calices quem non fecere diſertum? *Plaut. Ciſt. 1. 1. 72.* Amor & melle, & felle eſt fœcundiſſimus.

Fœdatus, a, um, *imbrattato*, *contaminato*, pollutus, violatus. *Cicer. de Haruſp. reſp. c. 15.* Sacella ſumma turpitudine fœdata. *Virg. 7. Æn. v. 575.* fœdatique ora Galeſi. *Ovid. 14. Met. v. 190.* fœdataque brachia tabo.

Fœde, adv. *bruttamente*, Ger. *unflätig*, Gal. *vilainement*, Hiſp. *feamente*, [illegible], turpiter. *Liv. l. 2.* Quam quod nova fama de Virginia adeo fœde ad libidinem petita accenderat. ¶ Sumitur etiam pro crudeliter. *Cic. 10. Tuſc.* Fœde divexari. *Cic. Att. l. 9. ep. 7.* Fœdiſſima cauſam agere. *Liv. l. 2. c. 51.* Fœdius inde pulſus, quam pridie pepulerat.

Fœderaticum, i, o. 2. ſtipendium fœderatorum. *Novel. Juſt. 147.*

Fœderatus, a, um, o. 1. 2. *confederato*, *unito*, [illegible], Ger. *bundſgenoſſen*, Gal. *confederé*, *allié*, Hiſp. *confederado*, *aliado*, [illegible], qui fœdere icto cum alio in ſocietatem coivit. *Cicer. 1. de Orat.* Signis apud nos ſerviſſet ex populo fœderato. *Id. pro Arch.* Si qui fœderatis civitatibus aſcripti eſſent. ¶ Fœderatæ Civitates, vel Fœderata Oppida erant, quæ cum Populo R. amicitiam aliquo fœdere contraxerant, ſed ſuis legibus, & Magiſtratibus vivebant. A Sigonio, & Panvinio per negationem definiuntur hoc modo: Oppida Fœderata erant, quæ neque Coloniæ, neque Municipia, neque Præfecturæ erant. Nam nullum aliud jus habebant, quam ſocietatis, & fœderis. ¶ Harum Civitatum aliquæ erant omnino liberæ, aliquæ vectigales, aliquæ ſtipendiariæ. Deinde aliquæ erant fœderatæ fœdere, ſeu jure Latii, ut Præneſte, & Tibur, aliquæ fœdere Italico, ut Heraclea, Neapolis, Velia, aliquæ fœdere Provinciæ Galliæ, ut Ravenna. ¶ Quælibet Urbs Fœderata ſuam Remp. habebat ab aliis diſtinctam. Sed Urbes Fœderatæ Provinciæ Galliæ minore erant libertate, & dignitate, quam Latii, & Italiæ. Nam præter ſuos Magiſtratus communem Prætorem Romanum, vel Proconſulem habebant, qui imperium, & juriſdictionem exerceret.

Fœdero, as, avi, atum, a. 1. fœdus facio, concilio. *Ammian. l. 31. c. 12.* Cum fœderaretur concordia. *Et l. 25. c. 12.* Fœderata pace.

Fœdifragus, a. 1. 2. *che rompe i patti*, Ger. *bundtbrüchig*, Gal. *qui rompt l' alliance*, Hiſp. *quebrantador de liga*, *de pazes*, [illegible], qui fœdera frangit. *Cic. 1. Off. c. 12.* Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœditas, atis, f. *bruttezza*, [illegible], Ger. *heſſlichkeit*, Gal. *ſaleté*, *laideur*, Hiſp. *fealdad*, *ſuzidad*, [illegible], turpitudo. *Cic. 3. Fin. c. 11.* Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. *Liv. l. 1.* Avertere omnes a tanta fœditate ſpectaculi oculos. *Cic. Philip. 10. c. 6.* Fœditas veſtitus. *Id. 2. nat. Deor. c. 56.* Fœditas erroris. *Id. l. eod.* Fœditas odoris.

Fœdo, as, avi, atum, a. 1. *bruttare*, *imbrattare*, [illegible], Ger. *verunreinigen*, Gal. *ſouiller*, Hiſp. *enſuziar*, *manzar*, [illegible], polluo, inquino. *Virg. 2. Æn.* Quæ cauſa indigna ſerenos fœdavit vultus? ¶ Tranſlate accipitur pro dehoneſtare, turpitudinem inurere. *Cic. de Haruſp. reſp.* Qui togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdavit. ¶ Accipitur & pro frangere, vel corrumpere. *Liv. l. 3.* Fœdati agri, terror injectus urbi eſt. *Virg. Æn. 3. v. 55.* Fœdare unguibus ora.

Fœdus, a, um, o. 1. 2. *deforme*, *brutto*, [illegible], Ger. *heſſlig*, Gal. *laid*, *vilain*, Hiſp. *feo*, *ſuzio*, [illegible], deformis, a *fœtidus*, quod a *fœteo*. Sed uſus ita diſcrevit, ut *fœtidus* ad odorem referatur, *fœdus* ad omne, a quo ut turpi animus abhorret. *Cic. Att. l. 15.* Parum ne fœda perſona eſt ſenectutis? ¶ Ponitur quandoque pro execrando, *maledetto*. *Virg. 7. Æn.* Averſique refugit fœda miniſteria. ¶ Quandoque pro crudeli. *Ter. Eun.* O facinus fœdum! ¶ Fœdum exemplum, crudelitatis, & turpitudinis plenum. *Liv. l. 7. B. Pun.* Et multo fœdioris exempli cum ipſum creari, qui comitia haberet. *Cic. 1. Offic. c. 34.* Fœdiſſima luxuria.

Fœdus, eris, n. 3. pactum, fides, amicitia Regum, & populorum lege, & religione ſancita, *confederazione*, *patto*, [illegible], Ger. *bundt*, Gall. *alliance*, Hiſp. *liga*, *alianza*, [illegible], eſt pax, quæ fit inter dimicantes, a *fide*. Nam Ennius *fidus* pro *fœdus* dixit. *Cic. de Senect.* Cum ſententia Senatum inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho. ¶ Amicitiæ, ac ſocietatis, qua ſe P. R. cum Italis, cæteriſque populis obſtringebat, tria jura fuere, *ſponſio*, *pactio*, & *fœdus*. Sed *induciæ* etiam numerandæ ſunt, quæ ſæpe ab Imperatoribus, ſæpe etiam a Populo dabantur. Fœdus pactio quædam erat ſocietatis juſſu Populi, & Senatus auctoritate firmata, in perpetuum, per Fecialem publicum P. R. nuntium, ſolemni precatione adhibita, *per quam populum feriri*, *quominus dictis legibus ſtaretur*, *ut eum Jupiter ita feriret*, *quemadmodum a Fecialibus porcus feriebatur*. Pactio erat quidam ſocietatis conſenſus, arbitrio Imperatoris factus, per ſponſores, datis, & acceptis obſidibus. Sponſio erat quidem conſenſus ſocietatis factus Imperatoris arbitrio per ſponſores ſine obſidibus. Induciæ ſunt quidam ſocietatis conſenſus, factus vel arbitrio Imperatoris, vel auctoritate Senatus, & juſſu Populi, quo a bello, & ab omnibus rebus hoſtilibus ad tempus ceſſatur. Hæc inter ſe differunt. Nam fœdus fiebat auctoritate Senatus, & juſſu Populi, pactio, & ſponſio arbitrio Imperatoris, induciæ plerumque Imperatoris arbitrio, interdum auctoritate Senatus, & juſſu populi. fœdus per Fecialem, pactio, ſponſio, & induciæ per ſponſores. fœdus ſacrificio, & precatione ſolemni, pactio obſidibus, ſponſio, & induciæ ſimplici juramento. fœdus in perpetuum, induciæ ad tempus, pactio, & ſponſio ſine mentione temporis, ut aliqui exiſtimant. Fœdus & induciæ ſumma religione obſervabantur, ita ut qui ea violaſſet, jus gentium violaviſſe diceretur: pactione, & ſponſione Pop. Rom. ſe non teneri dicebat, & duo hæc interdum a populo deditione Imperatoris, & aliorum, a quibus facta fuerant, infirmabantur. Pactionem autem ſponſione firmiorem fuiſſe, inde liquet, quod in pactione obſides dabantur, in ſponſione non dabantur. Sed tamen frequenter pactio, & ſponſio fœderis nomine appellantur, ut patet de C. Lutatio, & C. Mancino. ¶ Tria erant fœderum genera, primum inter victores, & victos, alterum inter pares, tertium inter eos, qui nunquam ſibi hoſtes fuiſſent. Differunt inter ſe, quia victores arbitratu ſuo leges imponebant, victi accipiebant, pares imponebant, & accipiebant, qui nunquam hoſtes fuerant, nec imponebant, nec accipiebant. Fœdus inter eos, qui nunquam hoſtes fuerant, vel pares bello fuerant, æquiſſimum fuit, quia ab utraque parte cavebatur, & pari jure ſocietas utrinque, & amicitia ſtabiliebatur. Iniquiſſima autem fœderis conditione uſi ſunt dediticii, adeo ut non in fœdere, ſed in ditione eſſe dicerentur. Deditis enim omnibus rebus, in arbitrio populi victoris erat, quaſnam ex iis rebus populus victus haberet, quibus privaretur. ¶ Ratio fœderis faciendi hæc erat. Auditis legationibus, facto S. C. facta lege, qui fœdus facturi erant, quique intereſſe volebant, primo diluculo, vel ante meridiem in publicum aliquem locum congregabantur, ex. gr. in forum, & Rege ſedente, vel

Conſulibus, Fecialis rogabat, *Jubeſne me, Rex, cum Patre Patrato Populi, e. g. Albani, fœdus ferire?* Jubente Rege, *Sagmina*, inquiebat, *te, Rex, poſco*, Rex ajebat, *Pura tollito*. Fecialis ex arce Capitolina verbenam afferebat. Poſtea Regem ita rogabat, *Rex facisne me tu Regium nuntium P. R. Quiritium? vaſa comiteſque meos?* Rex reſpondebat, *Quod ſine fraude mea Populique Romani Quiritium fiat, facio*. Tunc Patrem Patratum faciebat, verbena caput, capilloſque ejus tangens, qui teſtis eſſet jurisjurandi habendi a Feciali alterius populi, e. g. Albanorum. Idem ab alterius populi Feciali peragebatur. Tunc Feciales leges in duabus tabulis ſcribebant, quarum altera apud Pop. R. ſervaretur, altera apud Populum fœderatum, e. g. Albanum. Deinde recitabant. Legibus recitatis ex utraque tabula Fecialis P. R. præſente Patre Patrato, e. g. Albanorum, ſic jurabat. *Audi Jupiter, audi Pater Patrate populi Albani, audi tu Populus Albanus, ut illa palam prima, poſtrema, ex illis tabulis, cerave recitata ſunt ſine dolo malo, utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt, illis legibus P. R. prior non deficiet: ſi prior defexit publico conſilio, dolo malo, tum illo die Jupiter P. R. ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque*. Id ubi dixerat, porcum ſaxo ſilice percutiebat. Idem juramentum Fecialis alterius Populi faciebat. Poſtremo Feciales, & Patres Patrati porcum Jovi immolabant. Progreſſu temporis inſtitutum eſt, ut fœdus lapidis jactu fieret. Fecialis lapidem dextra tenens dicebat: *Si ſciens fallo, cæteris omnibus ſalvis in ſuis civitatibus, legibus, laribus, delubris, ſepulchris, ſolus ego concidam, ut lapis e manibus meis decidet*. Tunc ſinebat, lapidem ſibi a manu cadere. Vel hæc verba dicebat. *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalva urbe, arceque bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem*. Tunc lapidem abjiciebat. Ex *Liv. l. 1. c. 24.* & *Sigon. de ant. jur. Italiæ, l. 1. c. 1.* ¶ Tranſlate fœdus accipitur pro quocunque pacto, & pro cujuſcunque neceſſitudinis vinculo, ut Fœdus amicitiæ, fœdus amoris, fœdus conjugale, fœdus lecti, tori, &c. *Cic. pro Cæl. c. 14.* Ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? ¶ Item pro lege. *Virg. 1. Æn.* Regemque dedit, qui fœdere certo & premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas. ¶ Dicimus, fœdus facere cum aliquo. *Cic. Phil. 13. c. 2.* Fœdus icere. *Liv. l. 21. cap. 18.* Fœdere alicui jungi. *Id. l. 26. c. 24.* Fœdus percutere, ferire, h. e. facere. *Cic. pro Cæl.* & *Hirt. de B. Afric.* Sic ſancire fœdus. *Virg. 12. Æn.* Contra fœdus violare, negligere, rumpere, infirmare, & ſimilia, apud *Cicer. Virg. Liv.* & alios.

Fœlix. V. Felix.

Fœmella, æ, f. *femminella*, γύναιον, dimin. a fœmina. *Catul. carm. 53. v. 7.* Fœmellas omnes, amice, prendi.

Fœmen. V. Femen.

Fœmina, vel femina (ut vult *Manut.*) f. 1. *femmina*, נקבה, Germ. *fravv, vveib*, Gal. *femelle, femme*, Hiſp. *hembra, muger*, γυνὴ, mulier. *Iſid. l. 2. c. 1.* deducit a feminum mollitia, ſive feminum partibus, quibus a viro diſtinguitur. Latius patet, quam mulier. Nam non ſolum de hominum genere, ſed etiam de beſtiis, & plantis dicitur. *Cicer. 2. de nat. Deor.* In mare, & in fœmina commiſcendorum corporum miræ ſunt libidines.

Fœminal, alis, n. 3. genitale, ſive id, quo aliqua fœmina eſt. *Apul. l. 2. Met.* Glabellum fœminal. Al. leg. *glabella femina*.

Fœmineus, a. 1. 2. *femminile*, θηλυκός, quod ad fœminam ſpectat. *Virgil. 11. Æn.* Fœmineo prædæ, & ſpoliorum ardebat amore. id eſt, impatienti, irrationabili.

Fœminine, adv. fœminino genere. *Chariſ. Grammat. l. 2.* & *Arnob. l. 1. pag. 36.*

Fœmininus, a. 1. 2. quod ad ſexum muliebrem ſpectat. *Quintil. lib. 1. c. 4.* Aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant. Adde *Plin. l. 27. cap. 2.*

Fœmino, as, a. 1. idem quod effœmino. *Cœl. Aurel. l. 4. Tard. c. ult.*

Fœnarius, a, um, o. 1. 2. *coſa da fieno*, χορταῖος, quod ad fœnum pertinet, ut Falces fœnariæ, quibus fœnum ſecamus. *Var. l. 4. L. L.*

Fœnebris, bre, o. 3. δανειστικός, quod ad fœnus pertinet, ut Fœnebris res, uſura. Lex fœnebris, qua fœneratorum avaritia coercetur. *Liv. l. 3. Bel. Maced.* Cum multis fœnebribus legibus conſtricta avaritia eſſet. *Suet. Caſ. c. 41.* Pecunia fœnebris. *Tac. 6. Ann. c. 16.* Fœnebre malum.

Fœneralia, orum, n. 2. tempus, quo fœnus ceſſabat, & finiebatur, reddebaturque pecunia. *Liv. l. 35. c. 7.* Fœneralia, quæ proxima fuiſſent. Alii leg. *feralia*. V. *Gronov. ad hunc loc.*

Fœneratio, f. 3. *uſura*, δανεισμός, fœnerandi actus. *Cic. pro Flac. cap. 23.* Hæc pecunia ab honoribus tranſlata eſt in quæſtum, & fœnerationem.

Fœnerato, adv. *con uſura*, ἐπὶ τόκῳ, cum fœnore. *Plaut. in Men. 4. 2.* Næ illam fœnerato abſtuliſti. h. e. ſub gravi uſura, velut a fœneratore.

Fœnerator, oris, m. 3. *uſuraio*, נשך, Ger. *vvucherer*, Gall. *uſurier*, Hiſp. *uſurero, logrero*, δανειστής, qui dat ad fœnus. *Cic. 1. Off.* Improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, & fœneratorum. Adde *Horat. Epod. 2.*

Fœneratorius, a, um, adject. ad fœnus, vel fœneratorem pertinens. *Valer. Max. l. 5. c. 6. n. 10.* Avara, & fœneratoria Gallorum Philoſophia.

Fœneratrix, icis, f. quæ fœnus exercet. *Val. Max. l. 8. c. 2. n. 2.* Ex amica obſequenti, ſubito diſtrictam fœneratricem agere cœpit.

Fœneratus, a. 1. 2. cum fœnore redditus, multiplicatus, partic. a fœneror. *Ter. Phor. 3. 2. 8.* Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchre dices.

Fœnero, as, a. 1. & fœneror, aris, d. 1. *dare, e preſtare ad uſura*, הלוה, Germ. *vvuchern*, Gal. *bailler a uſure*, Hiſp. *dar a logro, e a uſura*, δανείζω, ad uſuram do, cum accuſ. & dat. *Plin. l. 2. c. 6.* Fœnerat Sol lumen ſuum cæteris ſideribus. *Cic. de Amic. c. 9.* Neque enim beneficium fœneramus. ¶ Interdum eſt cum fœnore reddere. *Ter. Adel. 2. 2.* Metuiſti, ne non tibi iſtud fœneraret. ¶ Interdum ad uſuram accipere, cum abl. & præp. *a* vel *ab*. *Dig. l. 31.* Poteſtatem habens vendere coheredi ſuo, & fœnerari ab eo. *Cic. Ver. 2. 70.* Idem pecunias iſtius grandes ſuo nomine fœnerabatur.

Fœneus, a, um, adject. *di fieno*. *Cic. pro Cornel. de Majeſt.* apud *Aſcon. Pæd.* Homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. Erant autem homines fœnei ſimulacra ex fœno facta ad irritandos tauros in ſpectaculis.

Fœnicularium, ii, vel fœnicularius, a, um, adject. ad fœnum pertinens. *Cic. Att. l. 12. ep. 9.* Utrum Cæſar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet. *Manut.* putat, ita appellari a *Cicerone* campum Martium cum irriſione, quod, imperante Cæſare, nulla jam eſſet comitiorum auctoritas, & videretur fœno duntaxat gignendo inſervire. *Lipſius Elect. l. 2. c. 20.* ex *Strabone* contendit, Fœniculariurn locum eſſe in Hiſpania, ubi fortaſſe Cæſar Caſtra habebat.

Fœniculum, ſeu feniculum, n. 2. *finocchio*, Germ. *fenchel*, Gall. *fenouil*, Hiſp. *hinojo*, μάραθρον, herbæ ſpecies. *Plin. l. 20. c. 23.* Fœniculum nobilitavere ſerpentes guſtatu ſenectam exuendo, oculorumque aciem ſucco ejus reficiendo. Unde intellectum eſt, hominum quoque caliginem præcipue eo levari.

Fœnile, lis, n. 3. *fenile*, Germ. *ſcheuren*, Gall. *fenil*, Hiſp. *henil*, χορτοθήκη, locus, in quo aſſervatur fœnum. *Virg. 3. Georg.* Nec tota claudas fœnilia bruma.

Fœniſeca, m. 1. idem ac fœniſex. *Col. lib. 2. c. 19.* Ita necubi ferramentum fœniſecæ poſſint offendere. *Perſ. Satyr. 6. verſ. 40.* Fœniſecas pro ruſticis uſurpat.

Fœniſecia, ſeu fœniſicia, æ, f. 1. idem ac fœniſecium. *Var. de R. R. l. 1. c. 49.* Atque addere fœniſiciæ cumulum.

Fœniſecium, vel feniſicium, cii, neut. 2. *la raccolta del fieno*, Germ. *der hevvmat*, Gall. *fauchement de prez*, Hiſp. *ſegazon del heno*, χορτοκοπία, fœni ſectio, & veluti meſſis fœni. *Col. l. 2. c. 18.* Altero tamen anno minora pecora poſt fœniſecem permittemus admitti.

Fœniſector, oris, maſc. idem qui fœniſex. *Colum. lib. 11. cap. 1.* Arator repertus aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœniſector. ¶ Scribitur & *fœni ſector* diviſim.

Fœniſex, cis, m. 3. *ſegatore di fieno, fenajolo*, Germ. *macher*, Gall. *faucheur de prez*, Hiſp. *el que ſiega el heno, ſegador*, χορτοκόπος, qui fœnum ſecat. *Plin. l. 18. c. 28.* Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat.

Fœnogræcum, vel Fœnum Græcum, plantæ genus, de quo *Plin. l. 21. c. 7.* *Colum. l. 11. c. 2.*

Fœnum, vel melius fenum (ut ait *Voſſ. in Etymol.*) neut. 2. *fieno*, חציר, Germ. *hevv*, Gall. *foin*, Hiſp. *heno*, χόρτος, herba in pabulum reſecta. *Colum. l. 2. c. 19.* Fœnum defenditur a pluviis. *Apul. l. 3. Metam. ad fin.* In aſini faciem fœna rodebam. ¶ *Fœnum habet in cornu*, quod dicitur de mordaci homine, & de proclivi ad ultionem, ac feroci: ductum a bobus cornupetis, in quorum cornu ruſtici fœnum alligare ſolebant, ut admonerent obvios, ut caverent. *Horat. l. 1. Sat. 4. v. 34.* Fœnum habet in cornu, longe fuge. ¶ Fœnum græcum. V. Fœnogræcum.

Fœnus, vel melius fenus (quod placet & *Manut. in Orth.*) oris, n. 3. *uſura*, נשך, Germ. *vvucher*, Gall. *uſure*, Hiſp. *uſura, logro*, τόκος, idem eſt quod uſura, a *fœtu*, vel antiquo *feo*, quia eſt fœtus pecuniæ. Dicitur autem fœnus lucrum, quod ex credita pecunia provenit: item ipſa pecunia credita. *Cic. Ver. 4. c. 7.* Dare pecuniam fœnori. *Id. Att. 4. epiſt. 13.* Fœnus ex trienta factum erat beſſibus. V. ibi *Manut. Id. Ver. 5.* Accipere fœnus ab aliquo. *Plaut. Aſin. 1. 3. 95.* Si mutuas non potero, certum eſt ſumam fœnore. ¶ Uſurpatur tranſlate de quocunque proventu, ſeu lucro. *Ovid. 1. Faſt.* Horreaque ingenti fœnore reddat ager. *Prop. l. 1. el. 7.* Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Fœnuſculum, neut. 2. diminut. a fœnore. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 33.* Adderes fœnuſculum.

Fœteo, vel feteo, es, n. 2. *puzzare*, באש, Ger. *ſtincken*, Gal. *puir*, Hiſp. *heder*, ὄζω, male oleo. *Mart. lib. 3. epigr. 4.* Fœtere multo Myrtale ſolet vino. *Plaut. Aſin. 5. 2. 44.* An fœtet anima uxori tuæ.

Fœtiditas, f. 3. idem ac fœtor. *Sen. ep. 191.* At mehercule iſta ſolitine ferentata, carieque condita, cum ventrem ſubierint, una atque eadem fœditas occupavit. Meliores tamen libri habent *fœditas*.

Fœtido, as, a. 1. fœtidum reddo. *Plaut. Merc. 3. 3. 13.* Jejunitatis plenus animam fœtidas. Ita legit *Pareus in Lex. Crit.* Alii: Jam plenus ætatis, animaque fœtida.

Fœtidus, a. 1. 2. *fetido, puzzolente*, באוש, Germ. *ſtinckend*, Gall. *puant*, Hiſp. *hediondo*, δυσώδης, male olens. *Cicer. in Piſon. cap. 6.* Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. *Celſ. lib. 3. cap. 2.* Fœtidiores dejectiones.

Fœtifer, a, um, adject. fœtus pariens, fœcundum faciens. *Plin. l. 7. cap. 3.* Fœtifer potu Nilus.

Fœtifico, as, a. 1. *partorire*, הוליד, Germ. *gebæren*, Gall. *faire ſes petits, enfanter*, Hiſp. *parir*, γεννάω, fœtum facio, pario. *Plin. lib. 10. c. 8.* Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificant. Adde *Solin. c. 52.*

Fœtificus, a. 1. 2. fœcundus, fertilis. *Plin. l. 9. c. 31.* Humorem iis fœtificum lactis modo effluere.

Fœto, as, a. 1. *partorire*, τίκτω, fœtum emitto. *Col. l. 8. c. 8.* Nec ſæpius fœtans. Et c. 12. In ſervitute non fœtant.

Fœtor, oris, m. 3. *puzzore*, באש, Germ. *geſtanck*, Gall. *puanteur*, Hiſpan. *hedor*, δυσωδία, malus odor. *Colum. l. 12. c. 18.* Ne quem redoleat fœtorem, acoremque. *Plin. l. 28. c. 8.* Fœtores oris emendare.

Fœtulenter, adv. cum fœtore, ut fœtulenter mingere. *Veget. l. 3. c. 4.*

Fœtulentus, a, um, adject. fœtidus. *Arnob. l. 7.* Fœtulenta viſcera.

Fœtura, æ, f. 1. *il parto, e il tempo da partorire*, [illegible], Germ. *das geberung*, Gall. *portee*, Hiſp. *parizon*, γονή, genitura, totum tempus ab admiſſione, ſive a conceptu ad partum uſque. *Var. lib. 2. R. R. c. 1.* Appello fœturam a conceptu ad partum; hi enim primi prægnationis, & extremi fines. ¶ Ponitur etiam pro animalium proventu. *Virg. 7. Ecl. v. 36.* Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto. ¶ Transfertur ad inanimata. *Plin. in Præf. totius operis*. Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epiſtola narrare conſtitui.

Fœturatus, a, um, adject. *Tertul. adverſ. Valent. c. 23.* Semen fœturatum in corpore.

Fœtus, us, (vel fetus, ut ex vet. libris ſcribit *Manut.*) m. 4. *parto*, נולד, Ger. *junge frucht*, Gal. *portée, fruit*, Hiſp. *parto, fruto*, γονή, id quod genitum eſt, a *feturn*, ſup. verbi *feo*. Dicitur univerſim de partu non ſolum animantium, ſed etiam rerum inanimatarum, ut Arbores fœtus. *Virg. 1. Georg. v. 55.* *Cic. Tuſc. 5. c. 24.* Ex quo triplex ille animi fœtus exiſtit. *Virg. Ecl. 1.* teneros ovium depellere fœtus. *Plaut. Amph. 1. 2. 25.* Uno fœtu. h. e. uno partu. *Plin. l. 10. c. 31.* Fœtus facere.

Fœtus, a, um, a. 1. 2. *pieno, gravido, pregno*, הרה, Ger. *tragend*, Gall. *gros*, Hiſp. *preñado*, ἔγκυος, quod gravidum eſt. *Virg. 1. Ecl.* Non inſueta graves tentabunt pabula fœtas. ¶ Fœta etiam partu liberata dicitur, ſeu quæ peperit. *Virg. 9. Æn. v. 630.* Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro procubuiſſe lupam. ¶ Transfertur & ad alia. *Cic. de nat. Deor. c. 62.* Terra fœta frugibus. ¶ Et ſæpe pro pleno uſurpatur. *Virg. 1. Æn. v. 55.* Loca fœta furentibus Auſtris.

Foliaceus, a, um, a. 1. 2. φυλλώδης, quod ex foliis factum, vel foliis ſimile eſt. *Plin. l. 19. c. 7.* Paucis foliacea, & lata, ut atriplici, ſunt ſemina.

Foliatilis, le, adject. *di foglia*. *Portun. l. 4. de vit. Mart. v. 335.* Vento motus iners ſimulans foliatilis umbræ.

Foliatum, i, n. φύλλινον, unguenti genus, al. nardinum, a nardi folio, quo confectum eſt. Conſtat omphacio, balanino, junco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo. *Martial. lib. 11. epigr. 28.* At mea me libram foliati poſcat amica. Adde *Plin. l. 13. c. 1.*

Foliatura, æ, f. ratio, & modus foliorum. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Arboris ejus ſunt ſimiles cupreſſeæ foliaturæ.

Foliatus, a, um, adject. *fronzuto, fogliuto, foglioſo*, folia habens, ut foliati rami. *Pallad. l. 4. c. 10.* Arbores prolixæ foliatæ. *Apul. A. A. l. 4. ſub init.* ¶ Foliata ſitis apud *Martial. l. 14. epigr. 110.* dicitur ejus, qui foliatum ſitis, & bibere ſoles. nam & unguenta potare in luxu fuit.

Folioſus, a, um, a. 1. 2. φυλλώδης, foliis plenus. *Plin. l. 24. c. 13.* Chamæcidos ramulis quinis fere folioſa. *Id. l. 12. c. 11.* Arbor folioſior.

Folium, lii, n. 2. *foglia*, עלה, Ger. *blatt*, Gall. *feuille*, Hiſp. *hoja*, φύλλον, germen arborum, herbarum, & florum, a græca voce, quæ allata eſt, quia duobus λλ concurrentibus Latini poſterius in *i* mutant, ut ἄλλος, *alius*. *Cic. 3. de Orat.* Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt denique, niſi ad ſuam retinendam, conſervandamque

que naturam. *Apul. l.* 1. *A. A.* Folia ſunt artis, & nugæ meræ. hoc eſt res vanæ, & nullius pretii. Adde *Plaut. Men.* 2. 3. 24. ¶ *Juven. Sat.* 8. v. 126. Credite, me vobis folium recitare Sibyllæ. h. e. rem certam proponere. Sibylla enim oracula ſua foliis inſcribebat, ut eſt apud *Virg.* 6. *Æn.* ¶ Hinc folia dicuntur paginæ librorum, ut ſcribit *Iſid. l.* 6. *c.* 13. neque tamen hac notione ullum apud probatos Scriptores exemplum adhuc invenimus.

Follĕo, es, n. 2. tumeo, vel laxus ſum. *Hieronym. ep.* 22. *ad Euſtoch. cap.* 11. Si pes laxa pelle non folleat. *Al. aliter leg.*

Follico, as, n. 1. nares reciproco ſpiritu, inſtar follium, agito, *ſoffiare col naſo*. *Apul. lib.* 9. *Met.* Follicantes nares languidas. ¶ Item tumere apud *Hieron. ad Euſtoch. ep.* 22. Laxæ manicæ, caligæ follicantes.

Folliculare, n. 3. pars remi, quæ folliculo tecta eſt, a quo vitta folliculatis dicta eſt. *Feſt.*

Follicularis, e, adject. a folliculo, ut follicularis vitta, apud *Feſt.*

Follicŭlus, li, m. 2. [illegible], dim. a follis, & generatim accipitur pro omni eo, quod turgidum eſt, & laxum in morem follis, ſpecietim pro majore pilæ genere, quod ex aluta conficitur, & ſolo vento impletur, quod tamen follis frequentius appellatur, *pallone*. *Suet. in Aug. c.* 83. Poſt bella civilia ad pilam, folliculumque tranſit. ¶ Item pro ſacculo, & ſæpe pro *ſacco coriaceo*. *Liv. l.* 9. *c.* 3. Eques in caſtra folliculis frumentum veheret. *Auct. ad Her. l.* 1. Statim folliculo lupino os obvolutum eſt. ¶ Tranſlata dicitur de theca, ſeu ſiliquis frumenti, leguminum, & cujuslibet alterius rei, quæ granum continet involutum. *Col. l.* 2. *cap.* 8. Quoniam folliculum, quo continetur, firmum, & durabilem adverſus longioris temporis humorem habet. ¶ Item de cute in corpore humano. *Lucil. l.* 26. apud *Non. c.* 2. *n.* 327. Et quo folliculo nunc ſum indutus, non queo. ¶ Item pro vulva, quia fœtum continet. *Serv. in* 3. *Georg.*

Follis, is, m. 3. *mantice*, *folle*, *borſa*, [illegible], Germ. *blasbalg*, Gall. *ſoufflet*, Hiſp. *fuelles*, [illegible], inſtrumentum, quo attrahitur ventus, atque emittitur ad ignem excitandum, e ſono, quem ſufflando edit. *Cic. de nat. Deor.* Formæ, quas vos effici ſine follibus, & ſine incudibus non putatis. ¶ Eſt item follis, pilæ genus omnium maximum, conſtans ex aluta vento inflata, quod etiam hodie Italis plurimo eſt in uſu, ita dictum, quod inſtar fabrilis, vel coquinarii follis vento turget, *pallone*. *Mart. l.* 14. *epigr.* 47. Folle decet pueros ludere, folle ſenes. ¶ Quoniam vero hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoque vocatur. *Plaut. Rud.* 3. 4. 26. Ego te follem pugillatorium faciam. ¶ Quandoque accipitur pro marſupio, receptaculoque nummorum, ex pelle, aut corio confecto. *Juven. Sat.* 14. v. 281. Et tenſo folle reverti inde domum poſſis. h. e. pleno ſacculo. *Veget. l.* 2. *c.* 20. auctor eſt, ex diſciplinæ militaris conſuetudine decem folles, h. e. decem ſaccos, per ſingulas cohortes ſolere diſponi, in quibus militum pecuniæ condebatur. ¶ Tranſlate *Juven. Sat.* 7. v. 111. *de cauſidicis*. Tunc immenſa cavi ſpirant mendacia folles. h. e. pulmones, vel buccæ, & fauces magno ſpiritu cauſas perorantes.

Follitim, adv. q. d. cum folle. *Plaut. Epid.* 3. 2. 23. Nihil moror vetera, & vulgata verba, peratim ductare; at ego follitim ductitabo. Eſt autem *follitim ductitare*, argento circumducere, quod in folle geſtatur. Sed vide hic Interpretes, & præſertim *Taubman.* Nam varia eſt hujus loci & lectio, & interpretatio.

Follitus, a, um, folle, aut corio obvolutus. *Plaut. Epid.* 3. 2. 15. ex lectione *Lambini*. V. Follitim.

Fomentatio, onis, f. idem ac fomentum. *Ulp. l.* 68. §. 7. *de legat.* 3. Nec ea quidem, quæ fomentationis gratia parata ſunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.

Fomento, as, avi, atum, a. 1. fomenta admoveo, foveo. *Veget. l.* 2. *cap.* 8. Caput fomentando vaporare. *Cal. Aurel. Acut. lib.* 1. *cap.* 9. Caput oleo fomentare.

Fomentum, ti, *fomentazione*, [illegible], Ger. *wärme*, Gall. *fomentation*, Hiſp. *fomentazion*, [illegible], calefactio, nutritio, a fovendo. Hinc apud Medicos fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum, & humidarum ad partes corporis læſas, medendi gratia. *Celſ. l.* 2. *c.* 17. Fomenta calida. *Col. l.* 6. *c.* 30. Adhibere fomenta. ¶ Tranſlate ponitur pro remedio, & mitigatione. *Cic.* 2. *Tuſc. cap.* 24. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum.

Fomes, itis, m. 3. *eſca*, Germ. *zundel*, Gall. *meche*, Hiſp. *yeſca*, [illegible], materia arida, idonea, ut facile igneſcat, a *foveo*, quia ignem fovet, & alit. *Feſtus* ait, Fomites eſſe aſſulas ex arboribus, dum cæduntur, excuſſas, dictas, quod in eo opere occupati cibis, potuque confoveantur. *Opilius* aduſtas jam vites vocari exiſtimat fomites. Alii vocari putant ſcintillas, quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur, quia igni ſunt confotæ. *Virg.* 1. *Æn.* v. 77. Rapuitque in fomite flammam. ¶ Per tranſlationem fomes dicitur, quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. *ſtimolo*, *ragione*. *Gell. l.* 13. *cap.* 1. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii, virtutiſque. *Apul. l.* 2. *Florid. ſub fin.* Fomites diſciplinarum.

Fons, tis, m. 3. *fonte*, *fontana*, [illegible], Ger. *brunn*, Gal. *fontaine*, Hiſp. *fuente*, [illegible], locus, ubi aqua naſcitur, a fundendo, quia aquam vivam fundit. *Cæſ.* 8. *B. G.* Sub ipſius oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Per Synecdochen pro aqua ponitur. *Virg.* 12. *Æn.* Fontemque, ignemque ferebant. ¶ Tranſlata accipitur pro principio, origine, cauſa. *Cic.* 3. *Tuſc.* Non rem ipſam cauſam, atque fontem eſſe mœroris. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Ex eodem fonte hæc omnia fluxerunt. *Id. ad Brut. ep.* 10. Conſiliorum fontes. *Id.* 2. *de Or.* Fontes argumentorum.

Fontālia. V. Fontanalis.

Fontanalia, ſeu Fontinalia, neut. 3. feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari ſolebant. *Var. lib.* 5. *de L. L.* & *Feſtus*.

Fontanālis, ſeu Fontinalis, e, adject. fontanus. *Vitruv. lib.* 8. *c.* 3. Fontanalis aqua. *Feſt.* Fontinalis porta Romæ. h. e. Capena, juxta quam fontis delubrum fuit. ¶ Fontinalis, ſubſtant. pro Deo fontium. *Plaut. Stich.* 5. 4. 17. Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis. Eſt qui legit *Fontali*, quod improbat *Taubman.*

Fontanĕus, a, um, adject. idem ac fontanus. *Solin. c.* 3. (al. 37.) Enydros (gemma) exſudat, ut clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem.

Fontānus, a, um, o. 1. 2. *di fontana*, *di fonte*, [illegible], Germ. *von brunnen*, Gal. *de fontaine*, Hiſp. *de fuente*, [illegible], quod ex fonte eſt. *Col. l.* 12. *c.* 9. Et aqua fontana quam recentiſſima refrigerare. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 260. Ora fontana. h. e. fontium ſcaturigines.

Fontejānus, a, um, ad Fontejum pertinens, quod eſt nomen proprium civis Romani, ut Fontejanum nomen. *Cic. de haruſp. reſp. c.* 27.

Fonticŏla, æ, m. & f. qui ad fontem incolit. *Auguſtin. l.* 3. *de Muſic. c.* 7. Ita igitur Camenæ, fonticolæ puellæ.

Fonticŭlus, li, m. 2. *fonticello*, [illegible], dimin. a fonte, parvus fons. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Exiliante dulci fonticulo. *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. v. 55. Ex fonticulo tantundem ſumere.

Fontigĕnæ, arum, Muſæ, Nymphæ, quod circa fontes libenter habitent, vel ex fontibus ortum trahant. *Martian. l.* 6. *carm.* 1. O ſacra doctarum prudentia fontigenarum.

Fontĭger, a, um, adject. fontes habens, ut Numen fontigerum, in *Inſcript.* apud *Ferr.* in *Muſ. Lapid. p.* 32.

Fontinalis. V. Fontanalis.

For, V. Faris.

Forabĭlis, le, o. 3. quod forari poteſt. *Ovid.* 12. *Met.* v. 170. Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu.

Forāgo, f. 3. filum eſt, auctore *Feſto*, quo textrices opus diurnum diſtinguunt, a forando dictum, quia forabant eo filo telam, ut ſigno hoc diſtinguerent penſa. *Symmach. l.* 6. *epiſt.* 97. Reſidens inter penſa, & foragines puellarum.

Forāmen, nis, f. 3. *forame*, *buco*, [illegible], Ger. *loch*, Gal. *trou*, Hiſp. *agujero*, [illegible], parva apertura, a foro. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 20. Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore.

Foraminatus, a, um, adject. a foramine inuſitat. *forato*, *pertugiato*, ut foraminatus paries. *Salon. l.* 2. *ep.* 2.

Foraminōſus, a, um, o. 1. 2. *forato*, [illegible], foraminibus abundans. *Tertul. de Patient. c.* 14. foraminoſa caro.

Foras, adverb. *fuora*, *fuori*, [illegible], Germ. *hinauſſ*, Gall. *hors*, Hiſp. *fuera*, [illegible], adverb. motus ad locum. *Cic. pro Cæl. c.* 23. Domus, in qua nihil geratur, quod foras proferendum ſit. *Ter. Phor.* 5. 8. 26. Agelli eſt hic ſub urbe paululum, quod locitas foras. huic demus. *Cic. Att.* 13. 23. Dare ſcripta foras. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 180. Ite foras.

Foras-gerones, m. 3. qui omnia foras deportant. *Plaut. Truc.* 2. 7. 1. Ite damnigeruli, foras-gerones, bonorum hamaxagogæ.

Forātus, us, m. 4. *forazione*, [illegible], actus forandi. *Lactant. l. de Opif. c.* 8. A quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimavit.

Forātus, a, um, adject. *forato*. *Col. l.* 3. *c.* 10. *ſub fin.* Forata arbor. *Macrob. Sat.* 7. *c.* 3. Bene foratas habere aures.

Forbea, f. 1. [illegible], vel [illegible], omne genus cibi, a voce græca allata, quæ a [illegible], *paſco*, quod dicitur quaſi [illegible], victum fero. *Feſt.*

Forceps, cipis, f. 3. *tenaglia*, [illegible], Ger. *eine zange*, Gall. *tenailles*, Hiſp. *tenazas*, [illegible], inſtrumentum fabrorum, item chirurgorum, a *ferrum*, & *rapio*, quaſi *ferriceps*, h. e. ferrum, quo quid capimus, ſive prehendimus. *Col. l.* 16. *c.* 24. Duabus anguſtis ligneis regulis, veluti forcipibus, apprehendere teſtium nervos. *Ovid.* 12. *Met.* v. 277. Quod forcipe curva cum faber eduxit. ¶ Forcipem Cynira Cyprius Agrippæ F. invenit. *Plin. l.* 7. *cap.* 56. ¶ Tranſlate dicitur de extremitatibus brachiorum, & veluti manibus in cancris, ſcorpionibus, & quibuſdam locuſtis. *Plin. lib.* 9. *cap.* 31. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ Alius hujus vocis uſus V. in *Forfex*. ¶ Dubii generis hanc vocem eſſe, ſcribit *Priſcian.* Itaque in quibuſdam *Celſi* editionibus *lib.* 7. *c.* 12. legitur: Recta forceps ducendus eſt, ut inflexus, &c. In aliis eſt *ducenda*. Et *l.* 8. *c.* 4. ad id facto forcipe. in aliis *facta*.

Forconium, n. 2. Avia, Havia, urbs ext. Veſtinorum, in Aprutio.

Forcŭlus, m. 2. Deus apud vet. qui foribus præerat, a foris, quaſi Foriculus. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. c.* 8.

Forda, æ, & antiquitus horda, f. 1. *vacca pregna*, Germ. *eine trächtige kuhe*, Gall. *vache pleine*, Hiſp. *vaca preñada*, [illegible], bos prægnans, a *ferendo*, quia fert in ventre, vel ab accuſ. [illegible], *beſtiam gravidam*. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 631. *Col. l.* 6. *c.* 24. Poſt unum coitum forda non admittit taurum.

Fordicīdium, n. 2. ſacrificium, quo boves fordæ, ideſt, gravidæ immolabuntur, a *forda*, & *cædo*. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Fore, [illegible], futurum infinitivi anomal. verbi *ſum*. *Cæſ. de B. G.* Nonnulli Cæſari nuntiabant, non fore dicto audientes milites. *Cicer.* 3. *de Or.* Fore dicis? Ego vero eſſe jam judico. *Salluſt. Jug. c.* 110. Nunquam ego ratus ſum fore, ut &c. ¶ Interdum nullam futuri temporis ſignificationem habet, & ponitur pro eſſe. Eſt enim *fore* (ſi Etymologis credimus) pro *foro*, ſeu *fuere*, quod eſt præſens infiniti ab inuſit. *fuo*, ſum. *Gel. l.* 13. *c.* 1. Si quid poſſet remedii fore, ut ne tam aſſidue domus Romæ arderent. *Cic. Att. l.* 5. *ep. ult. non longe a princ.* Deinde addis, ſi quid ſecus, te ad me fore venturum.

Forem, es, es, & in 3. perſ. n. plur. forent, idem eſt ac eſſem. *Salluſt. in Jug.* Vellem, ut & hæc quæ ſcribo, vana forent. *Nepos Lyſand. c.* 3. Quam vera de eo foret judicatum.

Forenſis, & ſe, o. 3. *cib*, *che al foro giudiziale s'appartiene*, [illegible], quod ad forum judiciale pertinet, ut *Forenſes cauſæ*, quæ in foro judiciali agitantur. *Forenſis homo*, qui in foro verſatur, & cauſas agere conſuevit. *Forenſis Rhetorica*, quæ foro, judiciiſque eſt accommodata. *Cic.* 1. *fin.* Sed hæc Rhetorica Philoſophorum, non noſtra illa forenſis. *Ovid.* 4. *Pont. eleg.* 6. Marte forenſi valere. h. e. eloquentia. *Quintil. lib.* 5. *cap.* 10. Ruſticus, forenſis, negotiator, miles aliud, atque aliud efficiunt? ¶ *Forenſis turba* dicebatur ingens hominum numerus, qui præter æs, lucemque nihil poſſidebant, dicti forenſes, quia in foro otioſi, quaſi agrariis, & frumentariis largitionibus inhiantes, verſabantur, & ſeditioſiſſimo cuique Magiſtratui facile ſe dedebant. His adjutoribus P. Clodius Ciceronem ex urbe expulit. ¶ *Forenſia veſtimenta* erant, quibus in forum prodeuntes utebantur; *abito da Città*: his opponuntur domeſtica. *Sueton. Aug. cap.* 73. Forenſia autem, & calceos nunquam non intra cubiculum habuit.

Forentāni, m. 2. pop. Apuliæ, ſive Lucaniæ, in confinio, quorum opp. Forentum, ſive Ferentum, *Ferrazo*.

Fores, V. Foris.

Forfex, icis, f. 3. *forbice*, [illegible], Ger. *ſcheer*, Gal. *ciſeaux*, Hiſp. *tixeras*, [illegible], inſtrumentum ferreum, quo filum, telam, pannos, & alia incidimus. Differt a *forcipe*, quia *forfex* ſutorum eſt, *forcipe* fabrorum, *forfice* incidimus, *forcipe* capimus. *Col. l.* 12. *c.* 43. Alii, cum legerunt uvam, ſiqua ſunt in ea vitioſa grana, forficibus amputant. *Calpurn. Ecl.* 5. ne ſit acuta Forfice læſa cutis. ¶ Quamquam hæc differentia non eſt perpetua: nam *forfex* pro *forcipe* paſſim legitur. *Celſus* enim *l.* 7. *c.* 12. forficem vocat inſtrumentum, quo dentes evelluntur. Et *Vitruv. l.* 10. *cap.* 2. ferreos forfices (& maſc. genere uſurpat) appellat ferrea manubria, quæ in ſaxa forata immittuntur ad ea tractoriis machinis ſublevanda. Non deſunt tamen, qui apud utrumque auctorem aliter legant, & præſertim apud *Celſum*, ubi caſtigatæ quædam Editiones *forceps* reponunt. ¶ Eſt etiam forfex genus aciei inſtructæ in militia, ad figuram forficis, & cuneo opponitur. *Gel. l.* 10. *c.* 9. *Veget. l.* 3. *c.* 19.

Forficŭla, læ, f. *forbicetta*, [illegible], dim. a forfex. *Plin. lib.* 25. *cap.* 3. Quod inciſum forficulis cribrant. ¶ Tranſlate dicitur de extremitatibus brachiorum, & veluti manibus in cancris, ſcorpionibus, & quibuſdam locuſtis. *Plin. l.* 32. *c.* 11. Præterea brachia duo binis articulis ſingaliſque forficibus denticulatis.

Fori, orum, m. 2. *la corſia*, num. plur. [illegible], ſunt tabulata navium, vel locus in navi apertior, qui iter navem perambulantibus præbet. *Iſid. l.* 19. *c.* 11. ſcripſit, Fori, navium latera concava, a ferendo onere dicta; ſive tabulata navium, quæ ſternuntur, dicta ab eo, quod inceſſus ferant, vel foris emineant. Sunt igitur parvæ illæ ſemitæ intra naves, per quas nautæ ultro citroque diſcurrunt. *Cic. de Sen. c.* 6. Cum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent. ¶ Item fori dicuntur

Circenſim ſpectacula, id eſt, loca erecta, ut ex iis ſpectetur, *palchi*, *palchetti*. *Liv. l.* 1. *c.* 45. Ubi ſibi ſpectacula quiſque faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in agris ſunt anguſtiores quidam ſulci, & oblongi, qui iter præbent circum porcas. *Col. l.* 10. *v.* 92. Auguſtoſque foros adverſo limite ducens. ¶ Legitur etiam *forus* ſing. num. *Gel. l.* 17. *c. ult.* Stans in ſummæ puppis foro carmen, quod Orthium dicitur, voce ſublatiſſima cantavit.

Foria, orum, n. 2. *ſterco liquido*, מוצאות, Ger. *ducaner dreck*, Gall. *foire*, Hiſp. *camaras*, ſtercora liquidiora, quod facile ferantur foras. *Non. c.* 2. *num.* 351.

Forica, f. 1. *condotto*, *chiavica*, Ger. *gemein heimlich*, Gall. *retraict public*, Hiſp. *los privadas*, ἀφεδρῶνες, locus, in quem alvi ſtercora dejicimus, & proprie de publicis dicitur, ut latrina de privatis, a *foris*. Aliqui a *foro* derivant, quod publica ſit. *Juven. ſat.* 3. *v.* 38. Inde reverſi conducunt foricas.

Foricarius, ii, m. foricarum conductor. *Scæv. JCtus l.* 17. §. 5. *Dig. de Uſur.*

Foricula, f. 1. *porticella*, θυρίον, dim. a foris. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 59. Neque tamen ſina foriculis, ne, cum humorem amiſerint, pertinaci vento vieta fiant.

Foricillus. V. Forculus.

Forinæ, arum, f. tubi, ſeu canales, per quos ſordes, & foria ex urbe a foricis emittuntur. De his ſit mentio in Inſcript. apud *Gruter. p.* 9. *n.* 5.

Forinſecus, adv. *di fuori*, מבחוץ, Ger. *drauſſen*, Gal. *par de hors*, Hiſp. *de fuera*, ἔξωθεν, ab exteriori parte, a *foris*, ut intrinſecus ab *intra*. *Plin. l.* 15. *c.* 22. Lignum omnes corticis loco habent, hoc eſt, forinſecus.

Forio, is, n. 4. *cacar liquido*, ventrem deoneto, excrementa liquida ejicio, a *foras*, quia ſtercus liquidum foras facile ejicitur, vel a φορέω, φορύσσω, φορύνω, *fœdo*. *Vet. Scholiaſt. Juven. ad ſat.* 3. *v.* 38.

Foriolus, li, m. 2. qui ventre ſoluto eſt, & foria facile mittit, a foriis. *Labor. apud Non. c.* 2. *num.* 352. Foriolus eſſe videris, in colees cacas.

Foris, is, & pl. fores, ium, f. 3. *porta*, דלים דלת, Ger. *thueren*, Gal. *huis*, *porte*, Hiſp. *puerta*, θύρα, janua exterior, ab adv. *foras*, quia foras aperitur. *Cic. in fragm. pro Corn.* Aperuit forem ſcalarum. *Id. pro Cal. c.* 16. Fores effregit, reſtituentur. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 738. cuſtos in fore nullus erat. ¶ Uſitatius vero eſt hoc nomen in plur. quam in ſing. *Terent. Heaut.* 2. 3. 37. Foribus peſſulum obdere. *Plaut. Curc.* 1. 3. 1. Sonitum prohibe forum, & crepitum cardinum. *Liv. l.* 1. *c.* 14. Priuſquam fores portarum objicerentur. ¶ *Plutarchus* narrat, priſcum Valerio fratri Poplicolæ, cum de Sabinis triumphaſſet, domum publice poſitam, cujus fores extra aperirentur, cum antea cæterarum ædium intro referendo impellerentur, ut ex hac conceſſione honoris appareret, quotidie eam domum aliquid publice admiſſuram. ¶ *Fores aperire*, ἀνοίγειν τὰς θύρας, proverbio dicitur, qui rei cujuſpiam ingreſſum, initiumque patefacit. *Plin. lib.* 2. *cap.* 8. ¶ Percutere forem, *batter alla porta*. *Liv. l.* 6. *cap.* 34. ¶ Translate *Cic. Fam.* 13. 10. Aperire fores amicitiæ.

Foris, adv. *di fuori*, *fuori*, ἔξωθεν, extrinſecus, adv. eſt ſtatus in loco, vel motus de loco. *Terent. Eun.* 5. 4. 12. Foris ſunt. *Plaut. Stich.* 1. 3. 36. Foris cœnare. *Cic. in Partit.* Foris ad ſe delata tamen arte tractat. *Id. ad Q. Fr.* Foris valde plauditur. h. e. in vulgus, non in Senatu ſolum. ¶ Jungitur & cum præpoſit. *Plin. l.* 17. *c.* 24. In ulcus penetrat omnis a foris injuria.

Forma, æ, f. 1. *forma*, *bellezza*, *faccia*, *apparenza*, הואר, Germ. *form*, *geſtalt*, Gall. *forme*, *beauté*, Hiſp. *forma*, *hermoſura*, σχῆμα, μορφή, τύπος, figura, ſive facies uniuſcujuſque rei. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Omnium animantium formam vincit hominum figura. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus, ex plania autem circulus. ¶ Speciatim pro pulchritudine ponitur. *Cic. pro Cal.* Adoleſcens, in quo forma, & ſpecies ſit liberalis. ¶ Stata forma eſt pulchritudo mediocris, ſeu media inter ſummam pulchritudinem, & extremam deformitatem. *Gel. l.* 5. *c.* 11. Eas fere fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. ¶ Transfertur etiam ad incorporea, pro effigie quadam, ſeu idea, quam de re quapiam mente concipimus. *Cic. l.* 1. *Off.* Formam quidem ipſam, & tanquam faciem honeſti vides. ¶ Forma item dicitur inſtrumentum, in quo exprimitur caſeus. *Col. l.* 7. *c.* 8. Liquor in fiſcellas, aut in calathos, vel formas transferendus eſt. ¶ Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. *Quintil. l.* 7. *c.* 5. Abdicationum formæ ſunt duæ, altera criminis perfecti, altera imperfecti. ¶ Sumitur item pro regula, ſeu lege. *Virg.* 6. *Æn.* Quæ pœna, aut quæ forma viros, fortunave merſit? Ubi Servius, *Forma*, *regula*. Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano. ¶ Item pro ſimilitudine. *Polit. l.* 2. *c.* 61. In formam juſſi coire exercitus. ¶ Eſt etiam Architectorum vox, qua ſignificatur ratio, ſeu diſpoſitio ædificiorum, *il diſegno*. *Auſon. Moſel. v.* 298. Quis potis . . . . . pandere tectonicas per ſingula prædia formas? *Liv. l.* 25. *c.* 31. Archimedes intentus formis, quas in pulvere deſcripſerat. ¶ Translate *Cic. e. Pom. ep.* 8. Ex tuis litteris cum formam Reip. viderim, quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſim. ¶ Item monetas cudentium, forma enim dicitur tum ipſe nummus, tum ſignaculum archetypum, quo imprimitur. Hinc *formas quinarias*, *& denarias*, legimus apud *Lamprid. in Alexand. Sev. c.* 39. h. e. monetas quinque, vel decem aureos valentes. V. in *Salmaſ.* ¶ Translate *Senec. epiſt.* 34. *ad fin.* Omnia facta, dictaque tua inter ſe congruant, & una forma percuſſa ſint. ¶ Formas etiam dicimus ligneos pedes, quibus ſutores ad faciendos calceos utuntur. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 106. Si ſcalpra, & formas non ſutor &c. *Ulp. l.* 5. *Dig. ad leg. Aquil.* Forma calcei cervicem percuſſit. ¶ Denique forma dicitur canalis ſtructilis, a terra, vel lapidibus aggeſtis, quo rivi deducuntur, aquæductus, quia ſubditis ligneis formis conſtruitur, ut notat *Sirmondus ad illud Sidonii l.* 1. *ep.* 5. Patuit & Roma conſpectui, cujus mihi non ſolum formas, verum etiam naumachias videbar epotaturus. Hinc formas aquarum, legere eſt apud *Caſſiod. l.* 3. *Var. ep.* 31. qui idem *l.* 7. *ep.* 53. Romam, dicit, formarum inundatione ditiſſimam. h. e. aquæductibus abundantem.

Formabilis, le, *formabile*, adject. qui formari poteſt. *Prudent. Apotheoſ. v.* 1034. Solus homo meruit Domini formabile dextra os capere. *Aug. l.* 11. *Trinit. c.* 2. Primordia formabiliora. Formaceus paries, h. e. terra conſtructus. *Plin. l.* 35. *c.* 14. In Africa, Hiſpaniaque e terra parietes formaceos appellant, quoniam in forma circumdatis utrinque duabus tabulis, inferciuntur verius, quam inſtruuntur.

Formalis, le, o. 3. *formale*, quod ad formam ſit. *Plin. l.* 34. *c.* 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi. *Suet. in Dom. c.* 13. Cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam. *ideſt*, quæ certa forma, qua dictabatur, excipiebatur a ſcribis.

Formamentum, i, n. forma, ſimulacrum. *Lucret. l.* 2. *v.* 817. Formamenta principiorum. *Arnob. l.* 3. Formamenta divina.

Formatio, onis, f. *formazione*, *forma*. *Vitr. lib.* 5. *c.* 1. Ita enim oblongæ erit ejus formatio, & ad ſpectaculorum rationem utilis diſpoſitio. *Id. l.* 4. *c.* 1. Columnarum formationes. Et *c.* 16. Ædium ſacrarum formationes. ¶ Translate *Senec. ep.* 117. Iſta jam a formatione morum receſſerunt.

Formator, m. 3. qui format, & inſtruit. *Col. in Præfat. l.* 1. Denique animi ſibi quiſque formatorem, præceptoremque arceſſat. *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 8. Quiſquis formator univerſi fuit.

Formatrix, icis, f. quæ format. *Tertul. de Monogam. c. ult.* de Didone loquens: Regina tantæ civitatis formatrix.

Formatura, æ, f. *forma*, μόρφωσις, conformatio, vel forma uniuſcujuſque rei. *Lucret. l.* 4. *v.* 554. Formaturaque labrorum pro parte figurat.

Formatus, a, um, adject. *formato*, *fatto*. *Col. l.* 6. *c.* 25. Herba formata in offam. *Ovid.* 5. *Met. v.* 419. Signum formatum e pario lapide. *Id.* 1. *Faſt. v.* 151. Et modo formatis operitur fructibus arbor. h. e. formam quidem ſuam habentibus, nondum tamen plane maturis. Sic *Plin. l.* 7. *ep.* 12. Formatum libellum vocat, qui confectus ſit, ſed nondum limatus.

Formella, læ, f. *Apic. l.* 9. *c.* 11. in formella piſcem formabis.

Formiæ, Formia, Phormiæ, Hormiæ, Col. & urbs in Latio Novo, nunc in Campaniæ ora lit. antiqua Læſtrygonum ſedes, condita a Laconibus, excisa a Saracenis, inter Cajetam & Minturnas, ubi nunc *Mola*, pagus, qui non eſt ipſæ Formiæ, ſed Molæ Formianæ a Cic. memoratæ. Hinc ſinus Formianus, *Golfo di Gaeta*. V. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Formianum, villa Cic. in agro Formiano. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 4.

Formianus, a, um, adject. a Formiis, ut Formiani colles, *Horat. l.* 1. *od.* 20.

Formica, æ, f. *formica*, נמלה, Germ. *ameiſſ*, Gal. *fourmy*, Hiſp. *hormiga*, μύρμηξ, ſpecies animalis a *ferendis micis*, vel ſimpliciter a *ferendo*, quod nullum animal frequentius pondera convehat, neque, ſi menſuram corporis reſpicias, majora. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Num idcirco exiſtimas, formicam anteponendam eſſe huic pulcherrimæ urbi, quod in urbe ſenſus ſit nullus, in formica non modo ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria? ¶ Formicæ Indicæ, animalia Ægypti lupi magnitudine, & felium colore, ſed cornuta. V. *Plin. l.* 11. *c.* 30.

Formicabilis, & Formicalis, e, adject. formicans. *Cal. Aurel. Acut.* 2. *c.* 27. Pulſus latens, aut formicabilis. *Id. Tard.* 2. *c.* 14. Formicalis pulſus.

Formicans, tis, o. 3. μυρμηκίζων, quod formicarum modo currit, ut Formicans pulſus, exiguus, debilis, & frequens, omniumque maxime lethalis, ita dictus, quod veluti formicas per arteriam diſcurrentes tactu repræſentet. *Pl. l.* 7. *c.* 51. Venarum inæqualis, aut formicans percuſſu.

Formicatio, onis, f. *mal delle formica*, *informicolamento*, μυρμηκία, extuberatio quædam eſt parva, & calloſa, in ſumma cute latiſſimis radicibus inhærens, ſuperne anguſtior, quæ inter ſcalpendum mordentis formicæ ſenſum præbet. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Sanguinem ſiſtit illico, & formicationem corporum.

Formicinus, a, um, o. 1. 2. *ſimile a formica*, μυρμήκειος, quod ad formicam pertinet. *Plaut. Men.* 5. 3. 19. Incedit, movet formicinum gradum. hoc eſt, incedit more formicæ, tarde.

Formico, as, avi, atum, n. 1. formicationem contraho. *Plin. l.* 30. *c.* 13. In ſole, donec formicet cutis, toleranda ſunt.

Formicoſus, a, um, o. 1. 2. *pieno di formiche*, μυρμηκώδης, plenus formicis. *Plin. l.* 10. *c.* 74. Formicoſam arborem ſorices cavam.

Formicula, æ, f. diminut. parva formica, μυρμήκιον. *Arnob. l.* 7. Nec inter formiculam, & ſe ſe plurimum eſſe diſcriminis.

Formidabilis, le, o. 3. *formidabile*, *ſpaventevole*, φοβερός, quod eſt formidandum. *Ovid.* 6. *Met.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Formidamen, inis, o. formido, terror, ſpectrum. *Apul. Apol.* Buſtorum formidamine, ſepulcrorum terriculamenta.

Formidatio, onis, f. formido, metus, *paura*. Tribuitur a nonnullis *Ciceroni in Partit. Orat. c.* 4. Meliores tamen edit. habent *reformidatio*, vel *reformatio*.

Formidatus, a, um, adject. *temuto*. *Virg. Æn.* 3. *v.* 275. nautis formidatus Apollo. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 256. Formidata Parthis Roma.

Formido, as, avi, atum, a. 1. *aver gran paura*, *temer forte*, יגר, Germ. *heffig forchten*, Gall. *redouter*, Hiſp. *temer mucho*, φρίσσω, vehementer timeo, metuo, vereor. *Cic.* 2. *Phil.* Unus inventus eſt, qui id auderet, quod omnium fugiſſet, & formidaſſet audacia. *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 80. Intus paveo, formido foris. *Id. Pſeud.* 1. 3. 81. Si iſti formidas credere.

Formido, inis, f. *paura*, פחד, Germ. *forcht*, *ſchrecken*, Gal. *crainte*, *peur*, Hiſp. *miedo*, *demaſiado temor*, φόβος, id eſt vehementior pavor. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. Formidinem metum permanentem definiunt. *Id. Att. l.* 8. Nullum fuiſſe tempus poſt has fugas, & formidines. ¶ Item rete linea varia pluma, pennisque contextum, quia feras, ac in primis cervos inter venandum formidinem incutit, adeo ut vel in retia, vel in ſagittas incidant. *Lucr. l.* 4. Dum pavidos formidine cervos claudat odoratæ metuentes aera pennæ. Adde *Senec. l.* 1. *de Ira*, *c.* 12.

Formidoloſe, adv. *pauroſamente*. *Cic. pro Sext. c.* 19. Opponi omnibus concionibus falſo, ſed formidoloſe tamen. Comparat. formidoloſius, legitur in Orat. Catonis de Conſulatu ſuo, apud *Chariſ. l.* 2.

Formidoloſus, a, um, o. 1. 2. *pauroſo*, *terribile*, ירא, נורא, Germ. *forchtſam*, Gall. *craintif*, *redoutable*, Hiſp. *medroſo*, *eſpantable*, ἐπίφοβος, qui timet, & qui timetur. *Col. l.* 6. *c.* 2. Nec ad ingredienda flumina formidoloſi. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 21. Bellum formidoloſiſſimum. *Id. in Piſon. c.* 24. Horribilis, & formidoloſus locus. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 62. Formidoloſior hoſtium exercitus.

Formidus, o. 1. 2. idem ac formus, h. e. calidus. *Cato apud Feſt.* Æſtate frigido, hyeme formido.

Formio, onis, m. 3. *Riſano*, fl. parvus Iſtriæ, qui in mare Hadriaticum, & ſinum Tergeſtinum cadit.

Formo, as, a. 1. *formare*, *fare*, *fabbricare*, יצר, Germ. *formier*, Gall. *former*, *façonner*, Hiſp. *formar*, χαράττω, τυπόω, μορφόω, formam rei alicui induco. *Cic.* 4. *Acad.* Parmenides ignem, qui moveat terram, quæ ab eo formetur. ¶ Formare juventutem, *riformare*, eſt inſtituere, & veluti a rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. *Plin. in Paneg.* Quid vitam? quid mores juventutis, quam principaliter formas? *Hor. l.* 2. *od.* 25. Teneras mentes formandas ſtudiis. ¶ Habet præterea varios, atque elegantes uſus. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 49. Exercitatione, ac ſtylo formanda nobis oratio eſt. *Sueton. Domit. c.* 20. Epiſtolas, orationeſque, & edicta alieno formabat ingenio. hoc eſt in iis componendis aliorum opera utebatur. *Horat. Art. poet. v.* 125. Siquid inexpertum ſcenæ committis, & audes Perſonam formare novam. h. e. inducere, fingere, novam fabulam componere. *Virg. Æn.* 9. *v.* 80. Formare claſſem. h. e. parare. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Verba recte formare. h. e. proferre. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 6. Formare gaudia mente. h. e. imaginari. *Id.* 3. *Met.* Formare dicta ignarum. h. e. docere, *iſtruire*. ¶ Formare etiam dicuntur qui nummos cudunt. V. Forma, & *Salmaſ. ad hiſt. Aug.*

Formoſe, adverb. *bellemente*, pulchre. *Propert. l.* 1. *el.* 2. Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris. *Apul. l.* 6. *Metam.* Formoſe ſaltare. & *l.* 5. Vidit Cupidinem formoſum Deum formoſe cubantem. *Auguſt. Conf. l.* 1. *c.* 7. Formoſiſſime qui formas omnia.

Formoſitas, atis, f. *bellezza*, יפי, Germ. *wolgeſtaltung*, Gal. *beauté*, Hiſp. *hermoſura*, εὐμορφία, pulchritudo. *Cic.* 1. *Off. c.* 35. Idque poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formoſulus, a, um, *belluccio*. *Var.* apud *Non. c.* 1. *e.* 109. Formoſula uxor.

Formoſus, a, um, o. 1. 2. *bello*, יפה, Ger. *wolgeſtalt*, Gal. *beau*, Hiſp. *hermoſo*, εὔμορφος, pulcher, ſpecioſus, e forma. *Cicer.* 1. *de nat. Deor.*

Quotus

Quotus enim quiſque formoſus eſt? *Ovid.* 13. *Met.* v. 798. Riguo formoſior horto. *Virgil. Ecl.* 3. v. 57. Nunc formoſiſſimus annus.

Formucalis, e, adject. ut formucales forcipes, ita dictæ, quod forma capiant, h. e. ferventia. *Feſtus.*

Formŭla, æ, f. dim. a forma. *Frontin. de aquæd. artic.* 36. Formula moduli. ¶ Dicitur etiam de pulchritudine. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 47. Tempori hanc vigilare oportet formulam, atque ætatulam meam. ¶ Sæpe accipitur pro lege, vel melius pro certa norma, & ratione, quæ lege præſcripta eſt, ut Formulæ teſtamentorum, &c. *Cic.* 3. *Off.* Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. ¶ Item pro ſtylo, & ratione loquendi. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 5. Ad quam eos quaſi dicendi formulam revocent. ¶ Item pro quadam politica vivendi regula, *maſſima di politica*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. v. 44. hæc populos, hæc magnos formula reges, Excepto ſapiente, tenet. ¶ *Formulam intendere*, eſt dicam impingere, vel dictare actionem. *Suet. in Vitel. c.* 7. Cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti injuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet. ¶ *Cadere formula*, vel *excidere formula*, eſt aliquid de conceptis formulæ verbis immutare, & conſequenter cauſa cadere, ſeu cauſam amittere. Erant enim juris formulæ certis quibuſdam verbis conceptæ, a quibus ſi quis vel minimum receſſiſſet, cauſa cadebat. *Quintil. l.* 3. Cum in omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones. Adde *Sueton. in Claud. c.* 14.

Formularius, ii, m. 2. dicebatur cauſidicus, qui ex formula juris agere conſuevit. *Quintil. l.* 12. *c.* 3. Quorum alii ad rubricas, vel ad album ſe transtulerunt, & formularii, vel ut ait Cicero, leguleji eſſe maluerunt.

Formus, a. 1. a. *caldo*, apud vet. ab Æolico φορμός, pro θερμός, calidus. *Feſtus. Arnob. l.* 2. Nec in formis erubeſcerent calamiſtris maſculorum vibrare cæſariem. Alii legunt *informes*. idest valde calidis.

Fornacalia, um, n. ſacra Deæ Fornacis, quia ad fornacem, quæ in piſtrinis erat, & in qua fruges torrebant, ſacrificium facerent. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 527. *Plin. l.* 18. *c.* 2. Numa & Fornacalia inſtituit, farris torrendi ferias. *Lactant. l.* 1. *c.* 20. Doctum virum celebrandis fornacalibus operari.

Fornacalis, le, adject. ut Fornacalis Dea, apud *Ovid.* 6. *Faſt.* v. 315. ſc. Fornax, quæ a Numa inter Deas conſtituta eſt.

Fornacarius, a, um, adject. ut fornacarius ſervus, *fornaro*, אופה, Germ. *becker*, Gal. *fournier*, Hiſp. *hornero*, ἰπνευτής, ſervus piſtrinarius, qui fruges torrebat, e *fornace*. Nam antiquitus prius fruges torrebant, deinde in pila conterebant, quod pinſere vocabant. Poſtea inventæ ſunt molæ truſatiles, hoc eſt, hominum opera verſatiles. *Ulp. l. ſi fornacarius, ff. ad leg. Aquil.*

Fornacator, oris, m. qui fornacem balnei ſuccendit. *Paul. JCtus. l.* 14. *Dig. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Ita enim ibi legendum eſt, non *fornicator*.

Fornaceus, a, um, o. quod eſt factum in modum fornacis. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Parietes, quos appellant fornaceos.

Fornacŭla, f. 1. dim. a fornax. *Juven. ſat.* 10. v. 82. Magna eſt fornacula.

Fornax, cis, f. *fornace*, כבשן, Germ. *ofen*, Gall. *fournaiſe*, Hiſp. *hornaza*, κάμινος, ædificium, quod rei alicujus coquendæ, aut calefaciendæ gratia igni ſuccenditur, cujuſmodi ſunt, quibus calx, aut lateres coquuntur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Apparentque in ardentibus fornacibus ſæpe volitantes. *Plin. l.* 11. *c.* 36. Fornax æraria. *Id. l.* 19. *c.* 9. Fornax calcaria. ¶ Fornax etiam Dea fuit, cujus in honorem Numa Fornacalia inſtituit, h. e. farris torrendi ferias. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 525. Facta Dea eſt Fornax: læti Fornacem coloni Orant, ut fruges temperet illa ſuas. V. *Plin. l.* 2.

Fornicarius, ii, m. opifex, propola, inſtitor, qui tabernas a fiſco conducit ſub fornicibus, ut ibi merces ſuas venales habeat. *In Pandectis, l. cum quidam, de uſuris.* Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet a fornicariis, qui tardius pecunias inferunt. *Bud. in Annot.*

Fornicatio, onis, f. *edificio in volto*, Germ. *ſchwibogen*, *gewelb*, Gall. *voute*, *ouvrage en voute*, Hiſp. *obra de boveda*, καμάρωσις, fornicis ſtructura. *Senec. epiſt.* 95. Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Parietum fornicatio. ¶ Eſt etiam ſcortatio, apud Eccleſ. Scriptor. *Tertul. de Pudic. c.* 1. & *cont. Marc. l.* 5. *c.* 7.

Fornicator, oris, m. &

Fornicatrix, icis, f. qui, vel quæ ſcortatur. Voces ſunt Eccleſiaſticis Scriptoribus uſitatæ. Meretrices enim ſub fornicibus proſtabant. Hinc Fornicatores dicti, qui illuc conveniebant. *Iſid. l.* 10. *Orig. Tert. de Pudic. c.* 1.

Fornicatus, a, um, adject. in modum fornicis fabricatus, *fatto a volta*, concameratus, arcuatus. *Cic. in Top. c.* 4. Parietem directum ad communem parietem adjungere vel ſolidum, vel fornicatum. *Plin. l.* 12. *c.* 5. Fornicato ambitu.

Fornico, as, a. 1. *fabbricare a volta*, Germ. *gewelben*, Gal. *vouter*, Hiſp. *bovedar*, καμαρόω, fornices extruo, vel fornicis figuram rei alicui indueo. *l.* 16. *c.* 45. Populus contra omnia inferiora panditur, palma e contrario fornicatur. hoc eſt, ſurſum incurvatur, cum fornicis cornua deorſum ſoleant inclinari.

Fornix, cis, m. *volto*, *arco*, קמרון, עולם, Germ. *ſchwibogen*, Gal. *voute*, Hiſp. *boveda*, καμάρα, arcus, ſeu pars tecti camerati. quamvis aliquando pro toto tecto accipitur. Differt a *camera*, quæ totum tectum fornicatum, & concavum ſignificat. *Salluſt. in Catil. in fine.* Locum muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus juncta. *Cic. in Top. c.* 4. Non debebit præſtare, quod fornix vitium fecerit. ¶ *Fornix*, *teſtudo*, & *concha* ſunt diverſa cameræ genera. Nam ſi tectum eſſet ſimile hemicylindro, hoc eſt, rotundum, & oblongum, ad modum navis, vocabatur *fornix*, at *teſtudo* habuit formam hemiſphærii: *concha* referebat quartam partem ſphæræ. ¶ Speciatim fornices erant arcus in memoriam rerum a triumphalibus viris geſtarum extructi, quaſi monumenta victoriarum, cujuſmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos Arcus Triumphales vulgo vocant, quorum antiquiſſimus eſt Veſpaſiani nomine erectus in Triumpho Judaico, & alii duo maxime inſignes, quorum alter Septimii Severi, alter Conſtantini honori erectus eſt. *Cic.* 2. *de Orat.* Ut in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. ¶ Tranſlate fornix ponitur pro lupanari, ſeu meretricia cella, quia meretrices ſub fornicibus habitare conſueverunt. Unde Curio Cæſarem Bithynicum fornicem vocat, apud *Sueton. in Cæſ. c.* 49. *Juven. ſat.* 3. v. 156. Lenonum pueri quocumque in fornice nati.

Foro, as, a. 1. *forare*, *pertugiare*, נקב, Germ. *boren*, Gall. *percer*, Hiſp. *horadar*, τιτράω, pertundo, penetro, a *foro*, meatus, qui forando fit. *Col. l.* 5. *c.* 9. Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 53. Forabunt te per vias ſtimulis. *Macrob. Saturn.* 7. *c.* 3. Forare aurem.

Forpex, icis, f. inſtrumentum, quo a tonſoribus pili inciduntur, *forbice*. *Voſſ.* & alii de latinitate hujus vocis dubitant. Habet quidem *Iſid. l.* 20. *Orig. c.* 13. & *Caſſiod. Orthograph. c.* 4. ubi ambo diſcrimen afferunt inter forficem, & forpicem, quod hæc tonſoria ſit, illa ſutoris. *Sidon.* etiam *Polemii Epithalam. carm.* 15. v. 184. Rupit odoratum redolenti forpice barbam. Ita ſcriptum eſt in caſtigatiſſimis libris *Vvovverii*, *Elmenhorſtii*, *Savaronis*, & *Sirmondi*.

Fors, fortis, f. *fortuna*, *caſo*, גד, Germ. *ungfal*, Gall. *fortune*, Hiſp. *fortuna*, τύχη, caſus extemporalis, a *ferendo*, quia fors eſt, prout res fert. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 13. Fors in aliquibus rebus plus, quam ratio poteſt. ¶ Videtur a *fortuna* differre, quia *fors* caſus eſt, *fortuna* ipſa Dea, ut annotavit *Nonius*, citans locum *Accii in Andromeda*: Multi, quibus natura prava magis, quam fors, aut fortuna obtulit. ¶ Interdum tamen pro ipſa fortuna ponitur. *Cic. Att. l.* 4. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſiquis eſt, qui curet, Deus. *Teren. Hec.* Fors pol fuat. idest fors hoc feras, vel fortuna faveat. ¶ Interdum ponitur adverbialiter. *Priſc. l.* 15. ex *Virg.* 12. *Æn.* v. 50. Fors & vota facit, cumulatque altaria donis. ¶ Uſurpatur etiam in obliquis caſibus. *Velley. l.* 2. *c.* 66. Vel forte, vel providentia, vel utcumque conſtitutum. *Liv. l.* 1. *c.* 4. Forte quadam, an divinitus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 381. Nos forte ſua tempeſtas appulit. ¶ *Fors fortuna*, bona fortuna, vel eventus bonæ fortunæ, *buona fortuna*. *Ter. Eun.* 1. 2. 54. Forte fortuna adfuit hic meus amicus, *per buona fortuna*. *Id. Hecyr.* 33. 26. Quæque fors fortuna eſt, quæ nobis te hodie obtulit. *Colum. l.* 10. v. 316. Et celebris Fortis fortunæ dicite laudes. *Ovid.* 6. *Faſt.* v. 773. Deam læti Fortem celebrate Quirites. *Ter. Phorm.* 5. 6. 1. O Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc onerastis diem! *Donatus* ad hunc loc. ſcribit, Fortis fortunæ templum trans Tiberim fuiſſe, cujus feſtum colebant, qui ſine arte vivebant: illi etiam gratias agebant, quibus aliquid ſucceſſerat. Eo igitur vocabulo ſignificatur magna vis fortunæ. ¶ *Forte* adverb. ſeu potius hujus nominis ablativus, *a caſo*. V. *infra ſuo loco*.

Forſan, adverb. *forſe*, אולי, Germ. *villeicht*, Gall. *par aventure*, Hiſp. *por a ventura*, ἴσως, dubitandi adverbium eſt, a fors. *Virg.* 1. *Æn.* v. 203. Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.

Forſit, fors ſit, ferat hoc fors, a *fors*, & *ſit*. *Lucr. l.* 6. v. 735. Forſit & Æthiopum penitus de montibus altis creſcat. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. v. 49. Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſit honorem Jure mihi invideat. h. e. fortaſſe.

Forſĭtan, adverb. *forſe*, idem ac forſan, ex *forſit*, & *an*, quaſi an fors ſit, ſive an ferat hoc fors. *Cic. de Orat.* Major ars aliqua forſitan eſſet requirenda. *Ter. Eun.* 1. 2. 117. Forſitan hic mihi parvam habeat fidem.

Fortaſſe. V. Fortaſſis.

Fortaſſean, adv. idem ac forſan, a *fortaſſe*, addito *an*. *Gell. l.* 11. *cap.* 9. Fortaſſean annalis petendi gratia. *Senec. epiſt.* 49. Intermittentur fortaſſean, & deſinent. V. *Pareí Lex. Crit.*

Fortaſſis, adv. ſive fortaſſe, idem ac forſan, a *forte*. *Priſc. l.* 15. hoc pacto diſtinguit. *Fors* quidem, *forſan*, & *forſitan* dubitandi ſunt, *fors* vero eventus, *fortaſſe* autem, & *fortaſſis* pro temere. Sed promiſcue uſurpantur. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 16. Sed ego fortaſſis vaticinor. *Id. ep.* 16. *l.* 7. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quam velles. ¶ Quoties antecedunt particulæ, *ſi*, *ſin*, *niſi*, *ne*, *num*, *an*, aut aliæ particulæ interrogationis, non habet locum neque *fortaſſe*, neque *fortaſſis*, neque *forſitan*, ſed duntaxat *forte*. *Plaut.* tamen *Cap.* 3. 4. 96. An tu fortaſſe fuiſti meæ matri obſtetrix?

Fortax, acis. *Cato R. R. c.* 38. Facito, fortax totam fornacem infimam complectatur. *h. e.* (ſi ſana eſt lectio) totus camini gyrus & pavimentum lapide ſtratum: ducto verbo a *fortitudine*, ut putat *Turneb. l.* 11. *adverſ. c.* 13. quia totam fornacem ſuſtentat, & munit.

Forte, adv. *per avventura*, τυχὸν, fortuito, caſu, & veluti per ſortem. Voſſius dicit, adverbium non eſſe, ſed ablativum a recto *fors* poſitum adverbialiter. *Cic.* 2. *de Orat.* Forte evenit, ut in Privernati eſſemus. ¶ Aliquando dubitandi adverbium eſt. *Cic.* 5. *de Orat. c.* 46. Ne forte hoc magnum, ac memorabile videatur. *Id. de Fato c.* 16. Niſi forte volumus &c. *Nepos* 12. *c.* 9. Si forte conſiliis obſtitiſſet fortunæ. V. *Fortaſſis*.

Forteſco, n. 3. *fortificarſi*, התחזק, Germ. *ſtarck werden*, Gall. *devenir fort*, Hiſp. *fortalecerſe*, κρατύνομαι, fortis fio. *Nævius* apud *Gel. l.* 19. *c.* 7. Creſcit annis, & forteſcunt vires. Ipſe tamen Gell. hanc vocem improbat.

Forticŭlus, a. 1. a. dim. a fortis. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 19. Quamvis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbeat.

Fortifico, as, a. 1. *fortificare*, חזק, Germ. *ſtercken*, Gal. *fortifier*, Hiſp. *fortalecer*, ἰσχυρίζω, fortem facio. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 39. Vina ſufficientia fortificare. ¶ Quod ex *Plauto* affertur a quibuſdam Lexicographis, ſuſpectum eſt.

Fortis, te, o. 3. *forte*, *gagliardo*, חזק, Ger. *ſtarck*, Gall. *fort*, Hiſp. *fuerte*, ἀνδρεῖος, valens, potens, qui validis viribus præditus eſt, a *fero*, quia fortitudo eſt virtus perferendarum rerum. Fere de animo dicitur, quia fortitudo animi eſt, robur corporis. *Cic. l.* 1. *Off. c.* 23. Fortis animi eſt, & conſtantis, non perturbari in rebus adverſis. *Salluſt. Jug. c.* 95. de Sylla: Multi dubitavere, fortior, an felicior eſſet. *Cic. l.* 3. *de Orat.* Impetus animi fortiſſimus. ¶ Fortia facta. h. e. fortiter patrate. *Virg.* 1. *Æn.* Fortia facta patrum. Adde *Liv. l.* 56. ¶ Interdum & de corporis robore uſurpatur. *robuſto*, *gagliardo*. Sic *Colum. l.* 1. *c.* 8. Villicum fortem appellat. *Virg.* 11. *Æn.* Si fœmina forti fidis equo. h. e. curſu præſtanti. *Id.* 1. *Georg.* Tauri fortes. ¶ Habet etiam alias his affines notiones. *Ter. Andr.* 2. 6. 13. Cavit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet. h. e. honeſtum, *uomo d'onore*. *Plaut. Trinum.* 5. 2. 9. Sororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam. h. e. divitem, & bene audientem. *Id. Mil.* 4. 3. 13. *de quadam muliere*: Ecquid fortis viſa eſt? h. e. formoſa, ut interpretantur *Nonius*, *Serv. ſ. Caſ. Scalig. de Cauſ. ling. lat. l.* 1. *c.* 22. Alii fortem hoc loco interpretantur, h. e. ætate integram, & ad Venereas res idoneam. Quæ quidem interpretatio magis congruere videtur. ¶ Uſurpatur etiam fortis pro munito, & firmo. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Eæ vites minus fertiles vino, canis, & fæce nimia, contra pruinas fortiſſimæ ſunt. *Cæſ. B. C. l.* 2. Fortiſſima ligna. *Pallad. l.* 1. *c.* 4. Fortiores caules. Plura in hanc rem exempla affert *Borrich. Cogit. pag.* 188. inter quæ & illud ex *Cic. Phil.* 12. *c.* 3. Illi, illi urbi fortiſſimæ conanti e manibus ereptus eſt Antonius. Verum hoc loco longe melior lectio eſt, *fortiſſime conanti*.

Fortĭter, adv. *fortemente*, בחוזק, Ger. *ſterlich*, Gall. *fortement*, Hiſp. *fuertemente*, ἰσχυρῶς, animoſe, conſtanter, ſtrenue. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 23. Fortiter adſtringere. *Cic.* 4. *Phil. c.* 2. Nec ſolum id animoſe, & fortiter, ſed conſiderate etiam, ſapienterque fecerunt. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 26. Fortius pugnare cœperunt. Et *l.* 4. *c.* 12. Fortiſſime reſiſtere. *Quint. l.* 2. *c.* 4. *in fi.* Fortiſſime affirmare. *Pompon. Dig. l.* 32. *leg.* 83. Fortiter defendere aliquid.

Fortitūdo, inis, f. *fortezza*, חוזק, Germ. *ſtercke*, Gall. *force*, Hiſp. *fortaleza*, ἀνδρεία, eſt virtus animi, qua labores conſiderate ſuſcipiuntur, & dolores conſtanter perferuntur. *Cic.* 2. *de Inv.* Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. *Id.* 3. *Off.* Fortitudo, quæ eſt dolorum, laborumque contemptio. Et *paulo inferius*. Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris. ¶ Uſurpatur etiam num. pl. *Cic.* 1. *Off.* Sunt ergo domeſticæ fortitudines non inferiores militaribus. ¶ Fortitudinis comites ſunt animi magnitudo, gravitas, patientia, ut ſcribit idem *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 13.

Fortuĭto, adverb. *a caſo*, *per ſorte*, Germ. *glücklich*, Gall. *par aventure*,

Hiſp. *por aventura*, κατὰ τύχην, caſu, temere, forte, a *fortuitus*. *Voſſius* ait, non tam adverbium eſſe, quam quaſi adverbium. Nam intelligitur *caſu*. Adjungit, interdum junctum legi, *Caſu, & fortuito*, ſed tunc potius *fortuito* ſcribendum eſſe, ut eſt in melioribus libris. *Cic. 1. de Orat.* Fortuito in eum ſermonem incidimus. *Caſ. l. 7. B. G. c. 20.* Fortuito, aut ſine conſilio. *Tac. Ann. 2. c. 77.* Fortuito multa in melius caduat.

Fortuītu, *a caſo*, idem ac fortuito, ſine conſilio. Legitur in multis Editionibus apud *Cic. Philip. 10.* item *l. 2. Div. c. 7. & 28.* ſed non ubique lectio conſtans eſt.

Fortuĭtus, a, um, o. *cid*, *che accade per forte*, Germ. *ungefähr*, Gal. *fortuit*, Hiſp. *fortuito*, τυχαῖος, quod caſu accidit, vel in fortuna poſitum eſt, a forte. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ex his effectum eſſe cœlum, atque terras, nulla cogente natura, ſed concurſu quodam fortuito. *Id. l. 3. de nat. Deor. c. 36.* Boni fortuiti quippiam nacti ſumus. ¶ *Fortuito* abſolute pro rebus fortuitis. *Tac. hiſt. l. 4. c. 5.* Firmior adverſus fortuita. ¶ Fere penultimam corripit, interdum tamen producit. *Horat. l. 2. od. 15.* Nec fortuitum ſpernere ceſpitem.

Fortūna, æ, f. *fortuna*, τύχη, eſt ſubitus, & inopinatus eventus rerum accidentium. *Cic. 2. de Leg.* derivat ab *ope ferenda*, vel a *forum* (aliqui legunt *fors*) in quo incerti caſus magis ſignificantur. *Cic. 2. de Divin. c. 6.* Quid eſt enim aliud ſors, quid fortuna, quid caſus, quid eventus, niſi cum ſic aliquid cecidit, ſic evenit, ut vel non cadere, atque evenire, vel aliter cadere, atque evenire potuerit? ¶ Sæpe pro eventu proſpero ſumitur. *Cic. in Famil.* Ea iis rebus, quas tibi fortuna largita eſt. ¶ Sæpe pro triſti rerum eventu. *Cic. in Familiar.* Ut impudentia videatur eandem fortunam, ſi res cogat, recuſare. ¶ Sed frequenter etiam epithetis ſecundæ, & adverſæ diſtinguitur. *Cic. in Familiar.* Vidimus aliquoties, ſecundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea te laudem adipiſci, fac, aliquando intelligamus, adverſam quoque te æque ferre poſſe. ¶ Fortuna ab antiquis Dea credita eſt. In Italia apud Prænestinos præcipue, & Antiates colebatur. Romæ item Fors Fortuna, ideſt, bonæ Fortunæ eventus, trans Tiberim ædem habuit. V. Fors. *Cic. de Amic. c. 15.* Non enim ſolum ipſa Fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt. *Fortes fortuna ſupplex adjuvat*, proverb. eſt apud *Cic. l. 3. de Fin. c. 4.* ¶ Accipitur etiam pro rerum ſtatu. *Cic. pro Sylla.* Hic vos orat parvus, ut ſe aliquando, ſi non integra fortuna, at afflicta, patri ſuo gratulari ſinatis. ¶ Item proſperitate, & felicitate. *Ter. Andr. 1. 1. 69.* Omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. ¶ Item pro divitiis. *Cic. Div. in Ver.* Cur, de quibus in provincia non optime es meritus, eos nunc plane fortunis omnibus conaris evertere? *Id. de Amic. c. 16.* Sæpe enim quibuſdam aut animus abjectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior. ¶ Per fortunas, locutio eſt opem alicujus omni prece implorantis. *Cic. Att. l. 5.* Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum adest, quicquid provideri poteſt, provide. ¶ *Fortuna Imperii*, *Fortuna Populi Rom.* non ſolum ſignificat felicitatem, ſed & auſpicium majeſtatis notat. *Tacit. 3. hiſt. c. 46. & l. 4. c. 37.* ¶ Infimæ fortunæ homo, *di baſſa condizione*. *Cic. 5. de Fin.*

Fortunatæ Inſulæ, al. Atlanticæ, & Canariæ, *le Canarie*, inſ. Africæ, in mari Atlantico. Dictæ ſunt a terræ fertilitate, & aeris temperie. Olim ſex erant, nunc ſeptem, una earum in duas maris æſtu diviſa. Earum nomina ſunt *Canaria*, *Caſperia*, *Centuria*, *Theode*, *Nivaria*, *Pluitalia*, ſeu *Pluvialia*, *Capraria*. Earum Orientalior eſt *Caſperia*, Occidentalior *Pluitalia*, Princeps eſt *Canaria*, ſic dicta a canum multitudine, & magnitudine.

Fortunāte, adverb. *felicemente*, Ger. *glückhaftig*, Gall. *heureuſement*, Hiſp. *fortunadamente*, *dichoſamente*, εὐτυχῶς, feliciter, proſpere. *Cic. 3. Fin. c. 7.* Neceſſario ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate vivere. *Colum. proœm. l. 1. ante med.* Fortunatius a catenato repulſam janitore.

Fortunātim, adverb. idem quod fortunate. *Enn. apud Non. c. 2. n. 33. 4.* Fortunatim, feliciter, ac bene vortat.

Fortunātus, a. 1. a. *felice*, *avventuroſo*, מאושר, Germ. *glückhaftig*, Gall. *heureux*, Hiſp. *dichoſo*, *bienaventurado*, εὐδαίμων, εὐτυχής, felix, & cujus votis fortuna reſpondet. *Cic. de Orat. l. 2. c. 86.* Scopas fortunatus homo, & nobilis. *Id. l. 1. Q. Fr. epiſt. 14.* Nihil eſt nobis fortunatius. *Vellej. l. 2. c. 12.* Fortunatiſſimo decertare prælio. ¶ Interdum eſt idem ac proſper. *Afran.* Deos ego omnes, ut fortunati ſint, precor. ¶ Fortunatorum Inſulæ. h. e. Fortunatæ apud *Plaut. Trin. 2. 2. 4. 148.* V. ſup.

Fortūno, as, a. 1. *felicitare*, *proſperare*, הצליח, Germ. *glücken*, Gal. *fortuner*, Hiſp. *hacer bien aventurado*, εὐδαιμονίζω, proſpero, ſecundo. *Cic. l. 2. Fam. epiſt. 2.* Tibi patrimonium Dii fortunent. *Id. l. 15. ep. 7.* Eumque honorem Deos tibi fortunare volo.

Forŭli, m. 2. dimin. a fori, *Feſt.* Fori, Circenſia ſpectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. ¶ Foruli item ſunt librorum armaria, ſeu armariola, vel capſulæ. *Suet. in Aug. c. 31.* Hos quoque delectu habito condidit duobus forulis auratis ſub Latini Apollinis baſi.

Forŭli, orum, m. 2. *Forulo*, vicus Sabinorum, in rupe prærupta, apud Marſorum confinia, ad Himellæ ortum. *Virg. 7. Æn. v. 714.* Caſperiamque colunt, foruloſque, & flumen Himellæ.

Forum, o. 2. *foro*, *piazza*, *palazzo*, שוק, Germ. *gerichtsplatz*, *markt*, Gall. *barreau*, *marché*, Hiſp. *mercado*, *palacio*, ἀγορά, locus in quo res venduntur, item in quo cauſæ civiles aguntur, a *fero*, quia res venales in forum negotiantium, & controverſiæ in forum judicantium afferuntur. Multa erant Romæ fora rerum venalium, ut *Forum ſuarium*, in quo ſues vendebantur, *boarium*, in quo boves, *piſcarium*, in quo piſces, *olitorium*, in quo olera, *vinarium*, in quo vinum (*Varr. R. R. l. 1. c. 54.*) *Forum cupedinis*, in quo cupedines, ſeu lautiores cibi. Poſtea hæc omnia in unum locum ſunt contracta, quem *macellum* appellaverunt. *Var. l. 2. de L. L.* ¶ Deinde ſumitur pro loco juris, ideſt, in quo juriſdictio exercetur, ſeu cauſæ civiles aguntur. *Cic. Att.* Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. ¶ Fora tria judiciaria antiquitus Romæ fuiſſe manifeſtum eſt, *Forum Latium*, ſive Romanum antiquiſſimum, *Forum Cæſaris Dictatoris*, in quo loricatam ſibi fieri ſtatuam paſſus eſt, & *Forum Auguſti*, quod cum æde Martis Ultoris extruxit. ¶ Forum differt a *ſubſelliis*, quia *forum* eſt, ubi cauſæ civiles agebantur; *ſubſellia*, ubi judicia publica exercebantur. *Cic. 1. de Orat.* Age vero, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamque meditetur, ideſt, cauſas civiles, publica judicia, conciones, & ſententias in Senatu dicendas. ¶ *Foro uti*, prov. eſt præſentem rerum ſtatum boni conſulere, &, utcunque ſe ſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. *Ter. Phorm. 1. 2. 29.* Sciſti uti foro. Huic contrarium eſt, de foro decedere. *Nepos Attic. c. 14.* ¶ Cedere foro dicuntur, qui ære alieno oppreſſi ſolvendo non ſunt. *Juven. Sat. 11. v. 50. fallire.* ¶ Forum etiam erat urbs, vel oppidum, vel vicus in Provinciis, in quo Prætores juriſdictionem exercebant, ideſt, cauſis civilibus præerant. Nam quæſtiones publicæ, ideſt, de criminibus, quæ in Italia admiſſa eſſent, Romæ agebantur, non in Foris, niſi extra ordinem. Ab aliquibus Forum definitur urbs, vel oppidum, vel vicus, quem Prætores, vel Cenſores ad nundinationem aſſignaverant, quo undique mercatores convenire ſolebant ad emendum, aut vendendum. Sed hujuſmodi locus proprio vocabulo Conciliabulum vocabatur. ¶ In Italia multa fora erant, quorum pleraque infra ſubnectemus, quæ conſtituta fuere vel a Prætoribus, ſeu Proconſulibus, cum bellum gererent, vel Provincias adminiſtrarent, vel a Cenſoribus, cum vias ſternerent, vel ad jus ſimul, & nundinationem, & nominata ſunt ex eorum nomine, a quibus conſtituta ſunt. ¶ *Indicere Forum*, erat promulgare urbem, vel vicum in Provincia ubi juriſdictio exerceretur. *Agere Forum*, erat urbi, aut vico in Provincia præeſſe, quo homines litium cauſa conveniebant. *Cic. Att. l. 5.* Forum inſtitueram agere Laodiceæ. *Virg. 5. Æn.* Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis. ¶ Prætores ver, æſtatem, autumnum in bello inſumebant, hyeme judiciis operam dabant. Judicia tamen per Judices exercebant, ipſi ultimo conventus die jus dicebant. Modus hic fuit. Complures eligebant Judices, qui tota hyeme cauſas audirent, & controverſias dirimerent, qui Recuperatores vocabantur, extremo conventus die, quo conſilium habebatur, in locum judicii procedebant, ubi judicibus aſſidentibus, pro tribunali jus dicebant, ideſt, ſuas cuique res ſecundum Judicum ſententiam aſſignabant. ¶ Fora etiam vaſa erant, in quibus vinum transfundebatur, & a lacubus in aulеos demittebatur, aut alio comportabatur, i *ſ*... *rendo*. *Col. l. 12. c. 18.* Tum lacus vinarii, & torcularia, & fora, omniaque vaſa, ſi vicinum eſt mare, aqua marina, ſin minus, dulci eluenda ſunt.

Forum Appii, *Cale nove*, ſeu *Caſe nuove*, *il Mercato*, *Foſſa nuova*, urbs exc. Latii, in finibus Volſcorum, juxta Pontinas paludes. Alii eſt *S. Donato*, olim urbs Volſcorum, intra Paludes Pontinas, prope Aſturam ſl. Forum factum eſt ab Appio Claudio Cæco Cenſore.

Forum Aurelii, opp. Etruriæ, exc. medium inter Centum Cellas, & Coſam, in ora, apud Graviſcas. Forum factum eſt a C. Aurelio Cotta cenſore.

Forum Cornelii, Cornelium, *Imola*, urbs Lingonum, in Æmilia, ſeu Gallia Togata Ciſpadana, nunc in Romandiola, in limine agri Bononienſis, & Duc. Ferrarienſis. Sic dictum a P. Cornelio Scipione Naſica Prætore. Sed aliqui cenſent, hoc Forum a Sylla Dictatore conſtitutum fuiſſe, & Forum Syllæ alio nomine appellant. Pop. Forocornelienſes. *Plin.*

Forum Julii, vel Forum Julium, Colonia Octavianorum, *Frejus*, urbs Galliæ Narbon. conſtituta a C. J. Cæſare Proconſule. ¶ Forum Julium item, Caſtrum Julienſe, *Cividal d' Auſtria* alias, nunc *Cividal del Friuli*, Colonia, & urbs Carnorum, ad Natiſonem flu. ad radices Alpium. Hinc ipſa Carnia Forum Julium dicta eſt, *Friuli*, *Patria del Friuli*, regio Italiæ, Venetiæ pars, inter Marchiam Tarviſinam, Iſtriam, & Noricum, cujus Utinum caput eſt, & conventus juridicus. Pop. Forojulienſes, *Furlani*.

Forum Livii, *Forlì*, urbs Galliæ Togatæ, in Romandiola, in via Æmilia, media inter Faventiam, & Ceſenam. Conſtituta eſt a M. Livio Salinatore Prætore. Pop. Forolivienſes.

Forus, i, m. 2. V. Fori.

Forvus, vel forbus, a. 1. a. calidus, apud vet. a ferbeo. *Serv. in 4. Æn.*

Foſſa, æ, f. 1. *foſſa*, גומץ, Ger. *grube*, Gal. *foſſé*, Hiſ. *hoyo*, *cava*, τάφρος, locus, unde eruta eſt terra, a *foſſum*, ſup. verbi *fodio*. *Cic. 5. Tuſc.* Ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet. ¶ Specialiter ſumitur pro receptaculo aquæ manufacto ad urbes, oppida, caſtra, aut alia hujuſmodi munienda. *Cic. Attic. l. 4.* Populi R. exercitus Cn. Pompejum circumſidet, foſſa, & vallo ſeptum tenet.

Foſsātum, i, n. poſterioris latinitatis vox eſt, & ſignificat vel foſſam, vel munimentum foſſa factum, *foſſa*. *Pallad. l. 1. c. 13. de hortis:* Circummunire foſſato vel luto ſtructis parietibus. *Capitol. in Gord. c. 28.* Caſtra omnia foſſato circuibat. ¶ Sunt qui afferunt etiam verba *Plin. l. 17. c. 22.* ubi ait: Foſſatum purgari, & extendi, ne crudum relinquatur. At *Harduin.* legit *foſſum*. ¶ Eſt etiam foſſatus, i, m. terminus in agris in ipſa foſſa poſitus, apud Scriptores rei agrariæ, *Goeſ. pag. 154. & 167.*

Foſsĭlis, le, o. 3. *cid*, *che ſi può cavare*, Germ. *das gut zugraben iſt*, Gal. *qu' on peut creuſer*, Hiſp. *cavadero*, ὀρυκτός, quod foditur, ſeu quod fodi poteſt. *Plin. l. 36. c. 18.* Theophraſtus auctor eſt, & ebur foſſile candido, & nigro colore inveniri.

Foſsĭo, f. 3. *cavamento*, ὄρυξις, fodiendi actio. *Cic. de Sen. c. 15.* Quid agri foſſiones, repaſtinationeſque proferam?

Foſſĭtius, a, um, o. 1. 2. ὀρυκτός, idem quod foſſilis. *Plin. l. 36. c. 13.* Arenæ tria genera, foſſitia, fluviatilis, & marina. *Pallad. l. 1. c. 10.* Arenæ foſſitiæ tria ſunt genera, nigra, cana, rufa.

Foſſo, us, a. 1. idem ac fodio. *Enn. apud Var. l. 6. de L. L.* Decretum eſt foſſare corpora telis.

Foſſor, m. 3. *zappatore*, חופר, Ger. *graber*, Gal. *pionnier*, Hiſp. *cavador*, ὀρυκτήρ, qui fodit. *Virg. 2. Georg. v. 264.* Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor. ¶ Translate dicitur de homine agreſti, & imperito. *Perſ. Sat. 5. v. 122.* Cum ſis cætera foſſor.

Foſsŭla, f. 1. *foſſetta*, ὀρυγμάτιον, dimin. a foſſa. *Cato de R. R. c. 161.* Deinde foſſulas facito, qua radices aſparagi demittas. *Colum. l. 11. c. 3.* Locum circumdare foſſula.

Foſsūra, æ, f. 1. *cavatura*, Ger. *grabung*, Gal. *fouiſſement*, Hiſp. *cavazon*, ὄρυγμα, foſſio. *Colum. l. 5.* Hanc planam foſſuram maxime nos probamus. *Sueton. Calig. c. 37.* Complanata foſſuris montium juga. Adde *Plin.* ... *l. 8. c. 1.*

Foſſus, a, um, *zappato*, *cavato*, ὀρυκτός. *Plin. l. 19. c. 6.* Cæpas ter foſſo ſolo ſeri jubent. *Martial. l. 14. epigr. 49.* Exercet melius vinea foſſa viros. *Pallad. in Novembr. tit. 6.* Terra foſſa, & ſubacta.

Foſtiam pro hoſtia, &

Foſtim pro hoſte Antiqui dicebant, teſte *Feſto* in *Pedum*.

Fotus, a, um, adject. a foveo, *riſcaldato*, *fomentato*, θαλφθείς. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 48.* Pulli a matribus excluſi, fotique. *Arnob. l. 1.* Honoribus fotum aliquem ſuſcipere.

Fotus, m. 4. fovendi actus, fomentum, *riſcaldamento*, *fomento*, [illegible]. *Plin. l. 23. c. 9.* Utilis eſt igni ſacro, fotu. Et c. 1. *ejuſd. lib.* Decoctura eorum cœliacos juvat, & potione, & fotu.

Fovĕa, f. 1. *foſſa*, *caverna*, [illegible], ſcrobs, ſpelunca, a priſco *fovo*, pro *fodio*. Veteres pro *fovea* etiam *fovea* dixere. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 30.* Cautus enim metuit foveam lupus. *Cic. Phil. 4. c. 5.* Bellua in foveam incidit. ¶ Hinc pro fraude, & inſidiis uſurpatur. *Plaut. 4. 4. 45.* Ego ille doctus leno pena in foveam incidi.

Fovĕo, es, vi, tum, a. 2. *tener caldo*, *covare*, חמם, Ger. *erhalten*, Gall. *entretenir en chaleur*, *couver*, *eſchauffer*, Hiſp. *calentar*, θάλπω, proprie eſt calorem, vigoremque nativum procurare, ac tueri, calefacere, a *focus*. *Plin. l. 8. c. 36.* Fetus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu, quam ova volucres. ¶ Specialiter eſt Medicorum vocabulum pro partem læſam humidis, calidiſque fomentis applicatis aſpergere, tepefacere, & dolorem lenire. *Virg. 12. Æn.* Fovit ea vulnus lympha longævus Japis. ¶ Aliquando eſt nutrire, provehere, alere. *Cic. Q. Fr. l. 3. epiſt. 1. c. 3.* Scribis de ſummo Cæſaris in nos amore, hunc tu fovebis. *Id. l. 12. Att. epiſt. 18.* Fovebam meos dolores. *Tibul. l. 2. eleg. 7. v. 2.*

v. 4. Credula vitam ſpes fovet. Sic dicimus fovere bellum, arma, fovere gaudia mente, fovere vota animo, *Ovid. Virg. & alii.* ¶ Fovere aliquid in pectore, pro cogitare. *Plaut. Bacch. 4. 10. 1.* ¶ Fovere caſtra, pro tueri. *Virg. 9. Æn.* Non obvia ferre arma viros, ſed caſtra fovere. ¶ Fovere partes alicujus, pro adjuvare. *Tac. 1. hiſt. c. 13.* ¶ Fovere aliquem. h. e. amplecti, tueri. *Quintil. l. 1. c. 1.* Fovere aliquem in ſuam gloriam.

F A N T E R.

Frabaterni, V. Frabateria.

Fracēo, n. 2. & fraceſco, is, n. 3. *guaſtarſi*, נבאש, Ger. *faul werden*, Gal. *ſe flétrir*, Hiſp. *podrirſe*, ἐξίτηλος, corrumpor, quaſi vetuſtate putreſo, de priore ſtatu degenero. *Var. de R. R. l. 2. c. 55.* Uti ibi mediocriter fraceſcat. *Colum. l. 1. c. 6.* Oleum, quod minus provenit, ſi congelatur, fraceſcet. ¶ Tranſlate *fracebunt*, h. e. *diſplicebunt*, inquit *Feſtus*.

Fraces, vel frages, f. 3. *polpa d'oliva*, *feccia d'oglio*, מגולה, עכרים, Ger. *oel truſen*, Gal. *marc*, *lie*, Hiſp. *borras de azeite*, τρύγες, olearum fractarum, contuſarumque fragmenta, ac reliquiæ quædam, carnes, & fæces olivarum, quæ in oleo ſubſidunt, ab antiquo *frago* pro *frango*. *Col. l. 6. c. 3.* Quidam fraces vino, & adipe commiſcent. Adde *Plin. l. 15. c. 6.* & *Gel. l. 11. c. 6.*

Fracĭdus, a, um, o. 1. 2. *che comincia a guaſtarſi*, *marcio*, נבאש, Germ. *faul*, Gall. *flétry*, Hiſp. *rancioſo*, ὑπέσαπρος, pluſquam maturus, & jam putreſcens. *Cat. de R. R. c. 64.* Ut fracida ſit, quo facilius efficiant.

Fractūra, f. 1. *rottura*, κλάσις, actus frangendi. *Plin. l. 29. c. 6.* Item minutæ, & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle.

Fractus, a, um, adject. ex partic. a frango, *rotto*, *ſpezzato*, κατεαγμένος. *Horat. ad Piſon. v. 20.* Si fractis enatat expes Navibus. *Virg. Æn. 2. v. 556.* Fractas ad litora voces. h. e. repercuſſas. *Horat. l. 1. epiſt. 17. v. 58.* Crus fractum. ¶ Tranſlate ſumitur pro debilitato, imbecilli, *abbattuto*. *Velles. l. 2. c. 74.* Fractis Brutianis partibus. Sic fractæ vires, fractæ opes, apud *Virg. Æn. 2. v. 170.* & *Æn. 3. v. 53.* *Cic. pro Dom. c. 36.* Fractus, & debilitatus animus. *Id. Att. l. 11. epiſt. 18.* Quod me audis fractiorem animo eſſe. *Id. de Amic. c. 16.* Spes amplificandæ fortunæ fractior, animus abjectior. ¶ Fracta pronuntiatio, apud *Plin. l. 2. ep. 14.* eſt mollis, effœminata. Hinc ſimile eſt illud *Cic. in Brut.* Quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa concinnitate puerile?

Frænātor, vel frenator, oris, m. qui frænat, & continet, χαλινωγωγός. *Plin. Paneg. c. 55.* Infinitæ poteſtatis domitor, & frænator animus. *Stat. Theb. l. 1. v. 27.* Ignipedum frænator equorum.

Frænatus, a, um, adject. *frenato*, χαλινωτός. *Cæſ. l. 8. c. 15. B. G.* Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. *Horat. l. 1. od. 15.* Os equi frænatum. *Sil. l. 11. v. 264.* Acies frænata.

Frænĭger, a, um, adject. qui frænum habet. *Stat. l. 5. Silv. 2. v. 98.* Quiſnam frænigeræ ſignum dare dignior alæ?

Fræno, vel melius freno, as, avi, atum, a. 1. *frenare*, בלם, Ger. *zaumen*, Gal. *brider*, Hiſp. *enfrenar*, χαλινόω, equo frænum injicio, fræno equum cohibeo. V. Frænatus. ¶ Tranſlate eſt cohibere, *raffrenare*, *moderare*. *Cic. 5. Ver. c. 57.* Cum animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris. avaritiæque ſuæ frænaret. *Virg. 1. Æn. v. 523.* Juſtitia gentes frænare ſuperbas.

Frænum, ni, n. 2. *freno*, רסן, Ger. *zaum*, Gal. *frein*, Hiſ. *freno*, χαλινός, inſtrumentum, quo equus coercetur. *Manut. in Orthogr.* ſcribit ſine diphthongo, vetuſtis monumentis fretus. ¶ In num. ſing. eſt g. n. in plur. & n. & m. *Ovid. 1. de Art.* Tempore lenta pati fræna docentur equi. *Virg. 3. Georg.* Et ſtabulo frænos audire ſonantes. *Liv. l. 34. c. 2. ad fin.* Dare frænos alicui, *rallentare il freno*. *Cic. Attic. l. 6.* Alter frænis eget, alter calcaribus. ¶ Fræna Pelethronii invenere, qui & ſtrata equorum primi monſtraverunt. *Plin. l. 6. c. 56.* ¶ *Frænum mordere*, eſt obluctari, & oſtendere, nos graviter aliquid ferre, quod tamen ferendum eſt, tranſlatione ſumpta ab equis, qui cum frænum excutere non poſſunt, perpetuo tamen mordent, & arrodunt. *D. Brut. ad Cic.* Si frænum momorderis, peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. ¶ *Accipere frænum*, eſt dedere ſe alicui, *arrenderſi*. *Virg. 12. Æn.* Ni frænum accipere, & victi parere fatentur. ¶ *Ponere*, *injicere frænum*, eſt cohibere. *Juven. Sat. 8. v. 88.* Pone iræ fræna, modumque, Pone & avaritiæ. *Val. Max. l. 2. c. 9. n. 5.* Fræni ſunt injecti vobis. ¶ Fræni rerum. h. e. imperium. *Sil. l. 3. v. 226.* Auſa ſibi Libye rerum depoſcere frænos. ¶ Frænum apud *Celſ. l. 7. c. 25.* pars eſt penis.

Frăga, orum, n. *fragole*, κόμαρον, morum herbarum humi repentium, colore rubeo, guſtu ſuaviſſimum. *Virg. Georg. 3. v. 92.* Humi naſcentia fraga. *Ovid. Met. 1. v. 104.* Montanaque fraga legebant. ¶ In ſingulari numero caret exemplis.

Frages, V. Fraces.

Frageſco, n. 3. χαυνόω, frangor, langueſco, ab antiquo *frago*. *Accius Ægyſto*, ut *citat Nonius*, *c. 2. n. 329.* Neque fera hominum pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint imperii.

Fragĭlis, le, o. 3. נשבר, Ger. *zerbrechlich*, Gal. *fragile*, Hiſp. *fragil*, *quebradizo*, εὔθραυστος, quod facile frangi poteſt, a *frago* pro *frango*. *Plin. l. 12. c. 8.* Saccharum eſt mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. ¶ Per tranſlationem accipitur pro fluxo, ſeu caduco. *Cic. de Amic. c. ult.* Res humanæ fragiles, caducæque ſunt. ¶ Comp. fragilior, ſup. fragiliſſimus. *Plin. l. 12. c. 7.* Quod vocatur gariophyllon, grandius, fragiliuſque. *Hieron. in c. 4. Ezech.* Urbs fragiliſſimo lateri comparatur.

Fragilĭtas, atis, f. 3. *fragilità*, השברות, Ger. *zerbrechligkeit*, Gal. *fragilité*, Hiſp. *fragilidad*, εὐθραυστία, facilitas frangendi. *Plin. l. 34. c. 14.* Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. ¶ Tranſlate pro imbecillitate accipitur. *Cic. 5. Tuſc. c. 1.* Interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemque extimeſcere.

Fragiſco, n. 3. frangor. *Pacuv.* Fragiſcit animus miſeriis.

Fragium, ii, n. idem ac fractio. Uſurpatur fere junctum cum aliis nominibus, ut crurifragium. At *Apul. l. 9. Metam.* ſolum ponit, ubi ait: Crurum ei fragium obominata.

Fragmen, inis, n. 3. *pezzo*, *frammento*, פלח, Ger. *ſtuck*, Gal. *piece*, Hiſp. *pedaço*, *fragmento*, κλάσμα, pars rei fractæ. *Virg. 11. Æn.* Fulva reſplendent fragmina arena.

Fragmentum, ti, n. 2. idem ac fragmen. *Cic. pro Sex.* Hunc adoriuntur fragmentis ſeptorum, & fuſtibus.

Fragor, oris, m. 3. *ſtrepito*, *che fa alcuna coſa*, *che ſi frange*, רעש, Germ. *knall*, Gal. *bruit*, Hiſp. *ruydo*, κτύπος, ſonitus, qui ex arbore, aut alia re inter frangendum redditur, a *frago* pro *frango*. *Virg. l. 1. Georg.* Et horridus altis montibus audiri fragor. *Liv. l. 1. c. 29.* Jam fragor tectorum, quæ diruebantur.

Fragōſe, adv. ſonore, cum ſtrepitu. *Plin. l. 16. c. 10.* Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt.

Fragōſus, a, um, o. 1. 2. *aſpro*, *duro*, τραχύς, ſumitur pro aſpero, & tranſlate pro rudi, inculto, impolito. *Quintil. l. 9. c. 4.* Aures fragoſis offenduntur, & lævibus mulcentur. ¶ Item fragoris plenus. *Virg. 7. Æn.* Torrens fragoſus.

Fragrans, antis, adject. odorem ſpirans, *fragrante*. *Virg. 1. Æn. v. 436.* Redolentque thymo fragrantia mella. *Sidon. l. 8. epiſt. 14.* Caſtitatis fragrantiſſimum incenſum in thuribulis cordis adolere.

Fragranter, *odoroſamente*, cum fragrantia. *Solin. c. 38.* (*al. 51.*) Crocum ſpirat fragrantius.

Fragrantĭa, f. 1. *fragranza*, εὐωδία, exhalatio magni odoris. *Val. Max. l. 2. c. 9. 10 extern.* Unguentum fragrantia.

Fragro, as, n. 1. *rendere odore*, נתן ריח, Germ. *riechen*, Gall. *rendre grande odeur*, Hiſ. *oler*, *echar buen olor*, ὄζω, oleo, redoleo, odorem emitto. *Mart. l. 1. epigr. 87.* Ne gravis heſterno fragres, Feſcennia, vino, Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.

Fragum, i, arbuti genus, Græcis κόμαρον. *Apul. de herbis c. 37.* Italice *corvezzolo*.

Framĕa, æ, f. lancea, vel haſta Germanica. *Juven. Sat. 13. v. 78.* Jurat per Martis frameam. *Tac. de Germ. c. 6.* Haſtas, vel ipſorum vocabulo, frameas gerunt. ¶ Vetus Criticus in Gloſſar. frameam interpretatur ῥομφαίαν, gladium. Cui aſſentitur & *Iſid. l. 18. Orig. c. 6.*

Franci, orum, Germaniæ populi, qui conſpirantes inter ſe a Romanorum ſervitute in libertatem ſe vindicarunt, itaque Francos ſe vocavere, quod *francus* eorum lingua liberum ſignificat. V. *Philip. Cluver. de Antiquit. Germ. c. 2.* & *Iſaac Pont. l. 1. & 2. de Orig. Franc.* qui tamen a Cluverii opinione diſſentit. V. etiam Franconia, infra.

Francia, V. Franconia. Apud *Hieron. in vit. Hilarion.* pro Germania accipitur, quia Franci pop. Germaniæ fuere. *Claud. de laud. Stilic. l. 1. v. 236.* Provinciæ miſſos Expellet citius, fallax quam Francia, reges.

Franconia, antea Francia Orientalis, *la Franconia*, inc. *Franckenlandt*, regio Germaniæ Magnæ, circa Mœnum fl. Habet a Septen. Saxoniam, & Thuringiam, ab Or. Palatinatum ſup. a Mer. partem Bavariæ, & Sueviam, ab Occ. Palatinatum inf. ſeu Rheni. Ejus primaria eſt Herbipolis, *Wirtzbourg*, ad Mœnum fl. Franconia eſt primus Imperii Circulus. ¶ Pop. *Francs*, ſeu *Francones*. Hi Imperio Romano cadente occuparunt totum tractum a mari ad Rhenum, & in Galliam trajicientes illi nomen Franciæ indiderent. Hinc Francia Occidentalis, quæ eſt pars Galliæ inter Ligerim, & Sequanam. Sed vulgo tota Gallia Francia vocatur, excepta magna Belgicæ parte, & pop. Franci, *Franceſi*. ¶ Fuerunt & Franci in Germ. inf. al. Sicambri, quorum opp. adhuc permanet, *Francken*, in Duc. Bergenſi, ſeu in Com. Marchenſi. ¶ Item in Friſia, ubi *Francker*, urbs, apud oram Bor.

Francōnes liberi, Germaniæ populi, primi fuerunt auctores regni in Gallia. Horum meminit & *Cic. l. 14. Attic. epiſt. 10.* (ut volunt nonnulli) ubi ait. Reden ad Tebaſſos, Scævas, Francones. Sed lectio anceps eſt.

Francus, a, um, ad Franciam pertinens. *Hieronym. in vita Hilarion.* Qui Francam tantum, & Latinam linguam noverat.

Frango, gis, fregi, fractum, a. 3. infringo, perrumpo, comminuo, contundo, *ſpezzare*, *rompere*, *frangere*, שבר, Ger. *brechen*, Gal. *briſer*, Hiſ. *quebrar*, κλάω. *Cic. 6. Ver.* Annulus aureus, quem habebat, fractus eſt, & comminutus. *Plin. l. 18. c. 7.* Frangere molis hordeum. *Quintil. l. 1. c. 6.* Frangere comam in gradus. h. e. mutato, & fracto naturali capillorum flexu, in gradus ornare. ¶ *Frangere cervices*, eſt ſtrangulare, occidere, & ſumitur tam active de eo, qui alteri per vim cervices rumpit, quam paſſive de eo, cui cervices franguntur. *Cic. in Vatin.* Fregiſti cervices in carcere ipſi Vectio. *Id. 7. Ver.* Prætorem tu accuſas? frange cervicem. Similiter tum active, tum paſſive ſumuntur, Frangere navem, brachium, & alia hujuſmodi. *Teren. Andr.* Is fregit navem apud Andrum. *Cicer. 2. de Orat.* Excuſavit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret. ¶ Tranſlata ſumitur pro dejicere, proſternere, infirmare. *Cic. pro Marc.* Nulla eſt tanta vis, quæ non debilitari, & frangi poſſit. *Id. 3. Off.* Qua quidem re audita fractum animum Annibalis ſcribit. *Id. 1. de Orat.* Si calor fraugit. ¶ Et paſſive pro debilitari, *avvilirſi*, ut Frangi dolore, metu, pudore, &c. *Cic. 2. Fin.* Turpe eſſe viro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere. *Id. in Off. l. 1. c. 20.* Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. ¶ Item pro reprimere, ut Frangere audaciam, conſilia, &c. *Cic. Lent.* Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere. *Plin. l. 1. epiſt. 12. n. 5.* Morbum frangere abſtinentia. ¶ Frangere fidem, fœdus, leges &c. eſt violare. *Cic. pro Roſc. Com. in Piſon. & alibi.* ¶ Frangere ſententiam alicujus, eſt refutare, rejicere. *Id. ad Lent. l. 1. epiſt. 4.* ¶ Frangere diem renovantem mero, h. e. diurnos labores abrumpere, & partem aliquam diei genio indulgere, *Horat. l. 1. od. 7.* qui eodem ſenſu *l. 2. od. 1.* dixit, partem ſolido demere de die.

Frater, tris, m. 3. *fratello*, אח, Germ. *bruder*, Gal. *frere*, Hiſp. *hermano*, ἀδελφός, qui iiſdem parentibus genitus eſt, ab Æolico φράτηρ pro φρατήρ, ſodalis. *Plin. epiſt. 164.* Cum affectum tuum erga fratris filiam cognoſcerem. ¶ Fratrum tria ſunt genera: alii *germani* dicuntur, qui ex iiſdem parentibus nati ſunt, alii *conſanguinei*, qui ex eodem patre, non ex eadem matre, alii *uterini*, qui ex eadem matre, non ex eodem patre. Sed ſæpe conſanguineus ſimpliciter pro fratre uſurpatur. *Cic. 3. Ver.* Dixit C. Fannius Eques Rom. frater germanus Q. Titinii judicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. ¶ *Fratres gemini*, duo eodem partu editi, quos minus recte *geminos fratres* converſo ordine appelles, ut docet *Quintil. l. 9. c. 4.* *Cic. pro Cluent.* C. & L. Fabricii, fratres gemini fuerunt ex municipio Aleterinate. ¶ Fratres patrueles, *cugini*, ſororeſque patrueles dicuntur, qui, quæve duobus ex fratribus progenerantur. *Suet. in Cæſ.* Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat. ¶ Fratres olim etiam amicos vocabant. *Cic. 7. Fam. epiſt. 11.* Fratres noſtri Hædui. ¶ Et in malam partem. *Martial. l. 2. epigr. 4.* Fratrem te vocat, & ſoror vocatur: Cur vos nomina nequiora tangunt? V. etiam *epigr. 65. l. 10.* Sic *Petron.* ſæpe fratrem vocat mollem virum. ¶ Frater (inquit *Pat. in Lexic. Crit.* & alii) verbum etiam eſt ſacrorum, & uſurpatur de iſitiis ex carne conciſa. *Arnob. l. 7.* Cupientes addiſcere, quid cum pultibus Deo ſit, quid cum libis, quid cum diverſis fratribus. Alii tamen leg. *fartis*. *Plaut. Mil. 1. 1. 8.* Machæra geſtit fratrem facere ex hoſtibus. h. e. ut explicat *Camerar.* hoſtium ſanguini ſe immiſcere, & veluti conſanguineam fieri. V. Fartum. ¶ Tranſlate fratres, & ſorores dicuntur, quæ ſimilia ſunt. *Solin. c. 27.* Exſurgit montibus ſeptem, qui a ſimilitudine fratres appellantur. *Plaut. Pœn. 1. 3.* Obſecro te, Milphio, per hanc dexteram, perque hanc ſororem lævam. ibi *Taubman.* ¶ Fratres arvales erant duodecim Sacerdotes ſacra publica facientes, ut frugibus arva abundarent. *Var. L. L. l. 4. c. 15.* Inſtituti fuere a Romulo in memoriam duodecim filiorum Accæ Laurentiæ, quæ fertur magnam vim auri collectam quæſtu corporis populo Rom. legaſſe; atque ob id in grati animi argumentum hic ei honos a Romulo habitus eſt. V. Arvales. ¶ Olim omnes Chriſtiani *Fratres* appellabantur, & eorum congregatio, ſeu Eccleſia, Fraternitas. *Tert. in Apol. c. 39.* Sed quod fratres nos vocamus, infamant. *Id. de præſcript. adverſ. hær. c. 20.* Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejuſdem ſacramenti una traditio.

Fra-

Digitized by Google

Fraterculo, as, n. 1. idem ac fratro, a *fraterculus*. *Plaut. in Frivolar. citante Feſto*; Tunc papillæ primitus Fraterculabant: illud volui dicere, Sororiabant. Ita hos verſus emendat *Scalig.*

Fraterculus, li, m. 2. *fratellino*, *fratello*, ἀδελφίδιον, parvus frater. *Cic. Ver. 3. c. 66.* Volo, mihi fraterculo tuo credas. *Juven. ſat. 4. v. 98.* Unde fit, ut malim fraterculus eſſe Gigantum. ideſt, homo obſcurus, cujus majores ſint incogniti, tanquam a terra ſubito enatus, ut de Gigantibus Poetæ fabulantur.

Fraterne, adv. *fraternamente*, Germ. *brüderlich*, Gal. *fraternellement*, Hiſp. *con hermandad*, φιλαδέλφως, amore fraterno, ad ſimilitudinem fratrum. *Cic. l. 2. ad Q. Fr.* Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. *Id. Attic. l. 3. ep. 5.* Tibi perſuadeas, te a me fraterne amari.

Fraternitas, atis, *fraternità*, Ger. *bruderſchafft*, Gall. *fraternité*, Hiſp. *hermandad*, ἀδελφότης, fraterni amoris conjunctio. *Quin. Decl. 16.* Habet aliquem fraternitatis affectum. *Tacit. Ann. 11. c. 25.* Ædui fraternitatis nomen cum populo R. uſurpant. V. etiam *Frater* in fine.

Fraternus, a. 1. 2. *fraterno*, Germ. *brüderlich*, Gal. *fraternel*, Hiſp. *de hermano*, ἀδελφικός, quod ad fratrem ſpectat. *Cic. pro Cluent.* In ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum videtur. *Id. Q. Fr. lib. 1. ep. 1. c. 3.* Fraternus amor. *Juſtin. l. 10. c. 2.* Fraternum bellum. ¶ Fraternas acies dixit *Stat. l. 1. Theb.* eadem tellure natorum.

Fratilli, m. 2. villi dependentes de tapetibus, vel aliis pannis. *Feſtus.*

Fratria, æ, f. *moglie de fratello*, יבמה, Ger. *des bruders fraw*, Gal. *belle ſoeur*, Hiſp. *cuñada*, εἰνάτηρ, uxor fratris. *Feſt. Nonii* ſententia 1. 50. n. 6. uxores fratrum ſe fratrias inter ſe appellant. ¶ Præterea fratria eſt vocabulum ſignificans partem hominum, inquit *Var. l. 4. L. L.* Eſt autem a Græcis ductum, apud quos φρατρίαι ſunt hominum ſodalitates, vel conventicula, quaſi pagi, aut vici. Sic Athenis φρατρία dicebatur tertia pars tribus, teſte *Polluce l. 8.*

Fratricida, æ, c. 1. *fratricida*, ἀδελφοκτόνος, qui fratrem occidit. *Cic. pro Dom. c. 10.* Quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, non extra ordinem tuliſti? Adde *Nep. Timol. c. 1.*

Fratro, as, n. 1. eſt creſcere, tumeſcere, quod de puerorum mammis dicitur, quia velut fratres pares videantur, & fratrum inſtar pariter creſcant, quod etiam in frumento ſpica facere videtur. *Feſt.*

Fratrueles, ſunt duorum fratrum filii. *Hieronym. ep. 22. ad Euſtoch. de cuſtod. Virginit. c. 11. a med. ex Cantic. 5. 2.* ubi Vulgata habet *Vox dilecti mei*, legit *fratruelis mei*. Adde *in proœm. in Iſai. ex Cantic. 7. 13.*

Fraudatio, onis, f. *inganno*, *frode*, עשק, Germ. *betrug*, Gall. *tromperie*, Hiſp. *engaño*, ἀπάτη, actus fraudandi. *Cic. 3. Offic. c. 17.* Inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione. *Id. Catil. l. 2. c. 11.* Hinc fides, illinc fraudatio.

Fraudator, oris, m. *ingannatore*, עושק, Germ. *betrieger*, Gall. *trompeur*, Hiſp. *engañador*, ἀποστερητής, qui fraudat. *Cic. pro Planc. c. 20.* Non unam, & eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum, & inficiatorum impudentiam. Et *Phil. 13. c. 12.* Fraudator creditorum.

Fraudatorius, a, um, adject. ut *fraudatorium edictum*, quo ſcil. Prætor ea, quæ in fraudem cujuſpiam geſta ſunt, reſcindit, *l. 96. Dig. de ſolut. & l. 69. Dig. ad SC. Tr.*

Fraudatrix, icis, f. quæ fraudat. *Tertul. de Reſur. carn. c. 12.* Mira ratio; de fraudatrice ſervatrix.

Fraudatus, a, um, adject. *defraudato*, *privato*. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 124.* Ungor olivo, non quo fraudatis immundus Natta lucernis. *Cic. Offic. 3. c. 17.* Uti ne propter te, fidemve tuam captus, fraudatuſque ſiem.

Fraudo, as, avi, atum, a. 1. *fraudare*, *ingannare*, עשק, Ger. *betriegen*, Gal. *tromper*, Hiſp. *engañar*, ἀποστερέω, decipio, fallo. Habet autem ut plurimum poſt ſe accuſativum perſonæ cum ablativo rei. *Cic. de Fin.* Fraudare illum ſuo veteri nomine iniquum eſſet. *Id. 1. Att. ep. 1.* Cum Cæcilius a Vario magna pecunia fraudaretur. ¶ Aliquando ſolo accuſativo contentum eſt, omiſſa re, qua quis fraudatus dicitur. *Cicer. pro Roſc. Com.* Et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit. ¶ Interdum etiam invenitur cum accuſativo rei. *Caſ. 3. B. C. c. 59.* Fraudabat ſtipendium militum. ¶ *Fraudare genium*, eſt non ſatisfacere neceſſitati naturæ, appetitui, & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur naturæ, & voluptatis Deus. *Plaut. Aul. 4. 9. 15.* Egomet me fraudavi, animumque meum, geniumque meum. Alii leg. *defraudavi*. ¶ Reperitur etiam *frauder*, *aris*, dep. 1. V. *Frauſus*.

Fraudulenter, adv. *aſtutamente*, בנכלה, Germ. *trüglich*, Gal. *par tromperie*, Hiſp. *engañoſamente*, δολερῶς, cum fraude, doloſe. *Col. l. 1. c. 8.* Qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtent. *Plin. l. 30. cap. 10.* Nullum animal fraudulentius invadere hominem tradunt.

Fraudulentia, æ, f. idem quod fraus, vel aſtus, *aſtuzia*, *frode*. *Plaut. Pſeud. 2. 1. 7.* Fretus malitia, fraudulentia. *Id. Mil. 2. 2. 34.* Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, audaciam, fraudulentiam.

Fraudulentus, a, um, o. 1. 2. *pieno d'inganni*, *aſtuto*, נכל, Ger. *trughafft*, Gal. *grand trompeur*, Hiſp. *lleno de engaños*, δολερός, fraudis plenus, doloſus, fallax. *Cic. 2. Offic.* Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. *Plaut. Capt. 2. 1. 38.* Eu bonis peſſimi, & fraudulentiſſimi. Comparat. fraudulentior, hab. *Aug. l. 3. Confeſſ. c. 3.*

Fraus, fraudis, f. 3. *fraude*, *inganno*, מרמה, Germ. *betrug*, Gal. *fraude*, *tromperie*, Hiſp. *engaño*, ἀπάτη, *decepto*, quo aliquem circumvenimus, a φράζω, dico. Proprie ſignificat detrimentum, aut damnum alteri quocumque modo illatum, doloſam actionem, qua quis aliquid ſibi acquirit vel ſe, vel alterum fraudando. Quo autem pacto a Dolo differat, V. *Dolus*. *Liv. l. 1. c. 47.* Metu, ne, non veniſſe, fraudi eſſet. *Cic. Phil. 5.* Iis, qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, *non apporti loro pregiudizio*. *Id. l. 7. Fam. ep. ult.* Id mihi fraudem tulit. *Id. Attic. 4. ep. 10.* Facere fraudem alicui. ¶ Accipitur ſæpe pro quavis fallacia, aut deceptione. *Nepos 10. 8.* Ad fraudem acutus. *Cic. de Petit. conſul.* Fraudis atque inſidiarum plena ſunt omnia. ¶ Sine fraude, *ſinceramente*. *Caſ. l. 1. B. C. c. 22.* Maſſilienſes ſe ſe dedere ſine fraude conſtituunt. ¶ Ponitur etiam pro culpa, & crimine. *Ulp. l. 130. Dig. de V. S.* Aliud fraus eſt, aliud pœna: fraus enim ſine pœna eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non poteſt. fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ præparatio. Hinc, capitalem fraudem admittere, *Cic. pro Rab. perduel. reo c. 9. Id. Tuſc. 1. c. 30.* Fraudes inexpiabiles concipere. Hoc ſenſu etiam dicitur fraudi aſſignare. h. e. dare crimini. *Tacit. 2. hiſt. c. 9.* Et fraudi eſſe, *Cic. pro Mur. c. 15.* ¶ Item pro periculo. *Virg. 10. Æn. v. 72.* Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra Egit? *Serv.* ¶ In bonam partem etiam uſurpari, notat *Barth. Adverſ. l. 12. c. 11.* Sed is de re affert exemplum ſequioris Latinitatis.

Frauſus, o. 1. 2. antiquum participium activæ ſignificationis, quo ſignificatur is, qui fraudem commiſit, ut Feſtus, & Nonius annotarunt, a *frauder*, *aris*, depon. apud eund. *Non. c. 2. n. 339. Liv. l. 23. c. 14.* Qui capitalem fraudem frauſi. *Al. leg.* auſi. *Plaut. Aſin. 2. 2. 19.* Metuo, ne quam fraudem frauſus ſit.

Frax. V. Fraces.

Fraxineus, a, um, o. 1. 2. *di fraſſino*, Ger. *eſchin*, Gal. *de frêne*, Hiſp. *de freſno*, μέλινος, quod eſt ex fraxino. *Col. l. 12. c. 2.* Fraxineam frondem recte præbebimus. *Virg. 2. Æn. v. 359.* Fraxineæ ſudes.

Fraxinus, ni, f. *fraſſino*, ברוש, Germ. *eſchen*, Gal. *frêne*, Hiſp. *freſno*, μελία, genus arboris, cujus umbra uſque adeo inviſa eſt ſerpentibus, ut citius in ignem confugiant, quam ad fraxinum. *Plin. l. 16. cap. 13. Virg. Ecl. 7. v. 65.* Fraxinus in ſilvis pulcherrima, pinus in hortis.

Fraxinus, a, um, o. 1. 2. idem ac fraxineus. *Ovid. ep. 11. v. 76.* Ut quatitur tepido fraxina virga Noto.

Fraxo, as, n. 1. vigilias obeo, a φράττω, *munio*, quia vigilias qui obit, munit eos, pro quibus obit. *Feſt.* & ad eum *Scalig.*

Fregellæ, *Ponte Corvo*, olim Col. & urbs Latii, nunc opp. in Campania, apud Lirim fl. Aquino finit. ubi Epiſc. Aquinas reſidet. Exciſæ fuere a L. Opimio anno U. C. 360. quod a Romanis defeciſſent. *Sil. l. 8. v. 476.* Obſeſſæ campo ſqualente Fregellæ.

Fregellanus, a, um, adject. ad Fregellas pertinens, ut Fregellana vitis, apud *Colum. l. 3. c. 2.* Fregellani populi, *Plin. l. 3. c. 5.*

Fremebundus, o. 1. 2. valde fremens. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 37. ex Attio*: Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti ſonitu, & ſtrepitu. *Ovid. Metam. 12. v. 128.* Curru fremebundus ab alto deſilit. h. e. indignabundus.

Fremendus, a, um, idem quod fremens, fremitu plenus. *Stat. 12. Theb. v. 731.* Se ſolum votis, ſolum clamore fremendo Omnibus in turmis optat.

Fremidus, a, um, fremens. *Ovid. 5. Metam. v. 2.* Fremida turba. *Al. aliter leg.*

Fremitus, us, m. 4. *ſtrepito*, *rumore*, המיה, Germ. *geſauſſ*, Gal. *frémiſſement*, Hiſp. *bramido*, βρόμος, ſonus, murmur, ſtrepitus. *Virg. 2. Georg. v. 160.* Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino. *Cic. Att.* Qui fremitus hominum? quam irati animi? *Caſ. l. 3. B. C.* Fremitus equorum. *Cic. de Aruſp. reſp.* Fremitus armorum. ¶ Dicitur etiam de canibus. *Colum. l. 7. 1. 12.*

Fremo, mis, mui, mitum, n. 3. *fremere*, *fare ſtrepito*, המה, Germ. *toben*, Gal. *frémir*, Hiſp. *bramar*, βρέμω, ſonitum edo, ut in tonitru, fluctibus maris, &c. a verbo Græco allato. *Virg. 1. Æn. de ventis*: Circum clauſtra fremunt. *Stat. 12. Theb.* Montes, undæque fremunt. ¶ Propria ſignificat vocem irati leonis, *ruggire*, ut notat *Var. lib. 6. L. L.* ſub finem ad illud *Ennii*: pauſam fecere fremendi. Eadem ratione uſurpat *Plin. l. 8. c. 16.* & *Virg. 9. Æn.* Sed tribuitur & aliis, ut lyncibus ab auctore *Carm. de Philomela*, & equis a *Virg. 1. Georg.* ¶ Translate eſt murmurare, & voce indignationem oſtendere. *Cic. Attic. l. 2. ep. 7.* Fremit, ſibi ereptum conſulatum. *Id. l. 1. Orat. c. 44.* Fremant omnes licet, dicam quod ſentio.

Fremor, oris, m. fremitus, murmur. *Virg. 11. Æn. v. 296.* variuſque per ora cucurrit Auſonidum turbata fremor.

Frendeo, es, dui, freſſum, n. 2. *frangere*, *fremere co' denti*, חרק, Germ. *kirren von zorn*, Gall. *grincer les dents*, Hiſp. *regañar*, θήγω, proprie notat ſonum edere dentibus colliſis, ut in gemitu, & in iracundia, & metonymice frangere. *Plaut. Capt. 4. 4. 5.* Ita frendebat dentibus. *Cic. in Tuſc.* Nemæus leo frendens. ¶ Reperitur etiam in 3. conjugat. *Plaut. Truc. 2. 7. 41.* Dentibus frendit, icit femur. *Accius apud Non. c. 5. n. 113.* Saxo fruges frendas.

Frendor, oris, m. dentium colliſio, frendendi actio. *Veget. l. 3. cap. 31.* Tremorem, frendoremque pati. Adde *Tertull. de reſurrect. carn. c. 35.*

Frentani, & Ferentani, pop. Italiæ, in ora, inter Marrucinos ad Occ. & Apulos ad Or. Quorum urbs Ferentanum, & Frentanum Teano Apulorum proxima fuit. Nunc caput regionis eſt *Anxanum*.

Frento, m. *Fortore*, fl. Frentanorum, illos ab Apulis Daunis diſterminans, qui Larinum orb. alluit.

Frenum. V. Frænum.

Frequens, tis, o. 3. *frequente*, *ſpeſſo*, תדיר, Ger. *embſig*, Gal. *fréquent*, Hiſp. *frequentando*, συχνός, creber, multus, copioſus. Dicitur de perſona, ſeu de re animata, pro aſſiduo, *Cic. pro Roſc. Am.* Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens. ¶ Cum jungitur ſubſtantivis numeri pl. vel nominibus collectivis, ſignificat multum, numeroſum. *Cic. 2. Ver.* Frequenter præterea cives, atque ſocios, quibus ipſe inſignes injurias fecerit. *Id. de Aruſp. reſp.* Nunquam tam frequens Collegium judicavit. ¶ Dicitur item de re inanimata. *Cic. de Sen.* Caret epulis, extructiſque menſis, & frequentibus poculis. ideſt crebris, numeroſis. ¶ Sic *Frequens locus*, ideſt quem frequentare multi ſolent, *Oppidum frequens*, ubi multi homines habitant, *Platea frequens*, ubi multi diverſantur. *Cicer. pro Planc. c. 8.* Hujus Præfectura plena virorum fortiſſimorum ſic, ut nulla tota Italia frequentior dici poſſit. *Id. l. 1. Divin. c. 28.* Frequentiſſimum theatrum.

Frequentamentum, n. 2. genus modulationis muſicæ. *Gel. l. 1. c. 11.* Numeros, & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incinebat. Adde *l. 5. a. 1.*

Frequentarius, o. 1. 2. frequens, apud vet. *Feſt.*

Frequentatio, onis, f. *frequenza*, דירה, Ger. *beſuchung*, Gall. *fréquentation*, Hiſp. *frequentacion*, actus frequentandi, coacervatio, condenſatio. *Cic. in Part.* Frequentatio argumentorum, & coacervatio univerſa ſic conſtrui debet. ¶ Speciatim eſt Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l. 4.* Frequentatio eſt, cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo gravior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit.

Frequentativus, a, um, adject. aſſiduitatem ſignificans, ut frequentativa verba, apud Grammaticos, *Priſcian. l. 8. & Gel. l. 9. c. 6.*

Frequentator, oris, m. qui frequentat. *Apul. in Triſmeg.* Sol frequentator, & diſpenſator animationis vitalium. *Tertul. de Monogam. c. 8.* Conviviorum frequentator.

Frequentatus, a, um, adjectiv. frequens, celebratus, *frequentato*. *Cic. in Brut. c. 95.* Aliud genus eſt non tam ſententiis frequentatum. *Id. l. 3. de Orat. c. 38.* Translatio inſtituta inopiæ cauſa, frequentata delectationis.

Frequenter, adv. *ſpeſſo*, תדיר, Ger. *nachfolgend*, Gal. *ſouvent*, Hiſp. *muchas vezes*, συχνῶς, πολλάκις, ſæpe, crebro. *Auct. ad Her. l. 4.* Ut frequenter, & aſſidue conſequamur artis rationem ſtudio, & exercitatione. *Cic. in Or. c. 54.* Qua frequentiſſime ſermo omnis utitur. *Valer. Max. l. 6. cap. de dicendi libertate*: Frequentius aliena venia, quam ſua providentia tuta.

Frequentia, tiæ, f. *frequenza*, *concorſo*, *moltitudine*, דירה, Germ. *menge volcks*, Gal. *fréquence*, *grande aſſemblée*, Hiſp. *concurſo*, πλῆθος, crebritas, multitudo, qualiſcunque ſit, ſive hominum, ſive rerum. *Cic. de Amic.* Ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret. *Id. l. 4. Attic. ep. 16.* De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo.

Frequento, as, a. 1. *frequentare*, הדריך, Germ. *viel brauchen*, *gewohnen*, Gal. *hanter*, *fréquenter*, Hiſp. *frequentar*, *hazer à menudo*, φοιτάω, frequenter adeo, venito, viſito, ſæpius cum aliquo ſum. *Cic. Offic. c. 4.* Urbes ſine cœtu hominum nec ædificari, nec frequentari potuiſſent. *Salluſt. Catil. c. 14.* Juventus domum Catilinæ frequentabat. Sic frequentare exequias, *ludum*, *ſcholas*, *templum*. ¶ Ponitur etiam pro celebrare; quemadmodum & *celebro* pro frequentare uſurpatur. *Sulpicia in Satyr.* Muſa, quibus numeris heroas & arma frequentas. *Priap. carm. 75.* Æterno Cererem nurus frequentent. ¶ Item pro coacervare, congregare. *Cic. Catil. 4. c. 7.* Quos cum caſu hic dies ad ærarium frequentaſſet. ¶ Item pro

pro implere, frequentem facere. *Sueton. Aug. c.* 46. Italiam triginta coloniarum numero frequentavit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 52. Diſtinguenda, & frequentanda eſt oratio luminibus verborum. ¶ Frequentam alicui, pro frequentem operam dare, *Plauti* eſt *Ciſt.* 1. 1. 9. Pol iſtoc quidem nos pretio eſt facile frequentam tibi.

Frequentum, n. 2. Fricentum, *Fricenti*, urbs Hirpinorum paulo remotior ab Abellino, apud Jeſualdum opp. Pop. Frequentinates.

Freſſus, & Freſus, a, um, adject. ex particip. a frendeo, quæ ſignificat frangere, *peſto, macinato leggiermente*, ut faba freſſa, apud *Feſt.* & *Celſ. l.* 5. *c.* 18. h. e. ſaxo leviter fracta, *fave franto*. *Colum. l.* 2. *c.* 11. Cicera bubus, ervi loco, freſſa datur. Adde *l.* 6. *c.* 3.

Fretalis, le, adject. ad fretum pertinens. *Ammian. l.* 28. *c.* 14. A Rhætiarum exordio adusque fretalem Oceanum. h. e. fretum Britannicum. ¶ Fretale, lis, n. ſubſtant. genus eſt ſartaginis. *Apic. l.* 7. *c.* 5. Infunditur in fretali piper.

Fretenſis, ſe, adject. fretalis, ut Fretenſis legio, quæ ſc. vel ſcripta eſt ex freti accolis, ut expon. *Turneb. l.* 8. *Adverſ. c.* 10. vel ad fretum ſtativa habuit. Ejus ſæpe mentio fit in *Inſcript. apud Gruter. v. g. p.* 194. *n.* 2. Leg. X. Fretens.

Fretum, ti, n. 2. *ſtretto di mare*, ים, Ger. *die enge des meers*, Gal. *détroit, bras de mer*, Hiſp. *eſtrecho de mar*, πορθμός, maris anguſtiæ, a fervendo dictum, quaſi fervetum, quod eo ſemper concurrant æſtus, & effervescant, ut ait *Var. l.* 6. *L. L. Cic. l.* 3. *nat. Deor. cap.* 10. Fretum Siculenſe. *Ovid.* 7. *Metam.* Fretum Charybdis. *Horat. l.* 2. *od.* 7. Fretum æſtuoſum. ¶ Ponitur & pro ipſo mari. *Virg.* 1. *Æn. v.* 607. In freta dum fluvii current. ¶ Tranſlate ponitur pro fervore, & commotione. *Florus l.* 1. *c. ult.* Talis pace belloque populus Rom. fretum illud Adoleſcentiæ, ideſt ſecundam imperii ætatem habuit. *Lucr. l.* 4. *v.* 1024. Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur. ¶ Reperitur & fretus, us, m. 4. *Id. l.* 6. *v.* 363. Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus, & æſtus. Adde *lib.* 1. *v.* 720. & *Cic. Ver.* 7. *c.* 66. quemadmodum refert *Gel. l.* 13. *c.* 20.

Fretus, a, um, n. 1. 2. *confidato*, Germ. *vertrauend*, Gall. *ſe confiant, aſſuré*, Hiſp. *confiado*, πεποιθώς, confiſus, nixus, fultus, & jungitur abl. *Ter. Phorm.* 2. 1. 53. Malitia fretus ſua inſidias fecit. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 7. Hæc ſcripſi ad te liberius fretus conſcientia officii mei, benevolentiaque.

Friabilis, le, n. 3. *che facilmente ſi può frangere*, Germ. *das leicht zerzerreiblich iſt*, Gall. *facile a mettre en poudre*, Hiſp. *que ſe puede deſmenuzar*, ψαθυρός, quod facile friatur, & minutim teri poteſt. *Plin. lib.* 17. *c.* 4. Totus natura friabilis. *Id. l.* 34. *cap. ult.* Sandaracha pura, friabiliſque.

Friatus, a, um, adject. tritus, comminutus. *Lucret. l.* 1. *v.* 886. Scilicet & glebis terrarum ſæpe friatis.

Fribolum, i, n. apud *Iſid. l.* 10. *c.* 8. dicitur genus divortii, cum conjuges eo animo ſeparantur, ut rurſum ad ſe invicem revertantur. Deſtituitur autem hæc vox auctoritate Auctoris Latini. Hinc tamen eſt

Fribuſculum, i, n. diminut. quod in *leg.* 32. *Dig. de don. int. vir.* dicitur eſſe leve jurgium inter maritum, & uxorem. V. etiam *l.* 31. *Dig. de jur. dot.* & *l.* 27. *Dig. de pact. dotal.* Alii leg. *Friguſculum*. V.

Fricamentum, i, n. fricatio. *Cal. Aurel. Acut.* 2. 6. Blando articulorum fricamento uti.

Fricatio, f. 3. *fregagione*, actus fricandi. *Col. l.* 6. *c.* 12. Fricatione aſſidua diſcutitur. ¶ Olim fricatio erat inter quotidianas corporis curas, ut ex *Sueton. Veſpaſ. c.* 20. diſcimus. ¶ Adhibetur etiam in politionibus parietum. *Vitruv. l.* 7. *c.* 6. Quibus inductis, & diligenti tectoriorum fricatione lævigatis.

Fricatura, æ, f. fricatio. *Vitr. l.* 7. *c.* 1. Super fricaturam incernatur marmor.

Fricatus, us, m. 4. idem ac fricatio. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Emendat dentium vitia crebro fricatu.

Frico, as, cui, ctum, & fricavi, fricatum, a. 1. *fregare*, ירך, Germ. *kratzen*, Gall. *frotter*, Hiſp. *fregar*, ψώχω, notæ ſignificationis eſt. *Virg.* 3. *Georg. v.* 256. Fricat arbore coſtas. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Fricatur lapis vento. *Martial. l.* 4. *epigr.* 90. Oleo fricare corpus. ¶ *Fricare frontem*, idem eſt ac perfricare, pudorem abjicere. V. *Perfrico*. ¶ *Fricare genua*, ſupplicantis eſt. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 4.

Frictio, onis, f. *fregagione*, idem ac fricatio. *Celſ. l.* 2. *c.* 3. In ipſo quoque itinere frequens frictio. Adde *Plin. l.* 23. *c.* 2.

Frictrix, icis, f. quæ fricat. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 16. & *de Pal. c.* 4.

Frictus, us, m. 4. idem, ac frictio, ſeu fricatio. *Juven. ſat.* 6. *v.* 382. Frictum criſſantis adorat.

Frictus, a, um, adject. fricatus, *fregato*. *Juven. ſat.* 6. *v.* 577. Si prurit frictus ocelli angulus. *Cato R. R. c.* 156. Cuminoi fricti tantum quod oleat. ¶ Eſt etiam adject. a frigo, *fritto*. *Horat. de Ar. poet. v.* 249. Frictum cicer. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 113. Frictæ nuces. *mandorle abbruciate*. ¶ Dicitur & *frixus*. *Celſ. l.* 2. *c.* 28. Res eadem magis alit jurulenta, quam aſſa, magis aſſa, quam frixa.

Frigedo, dinis, f. 3. frigus, apud vet. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 554. Aquiloniam ſervat frigedinem.

Frigefacto, as, a. 1. frequentativum, *raffreddare*, Germ. *erkälten*, Gall. *refroidir*, Hiſp. *enfriar*, ψύχω, frigidum facio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 14. Os nunc frigefactas.

Frigeo, es, gui, & frixi, ſecundum *Donatum*, *raffreddarſi*, Ger. *frieren*, Gal. *avoir froid*, Hiſp. *tener frio*, καταψύχομαι, frigidus ſum, a ῥιγέω, *horreo*. *Virg.* 6. *Æn. v.* 219. Corpuſque lavant frigentis, & ungunt. ¶ Tranſlate eſt languere, vel ſegnem eſſe. *Ter. Eun.* 4. 5. 6. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. *Cic. Att. l.* 1. Cum Romæ a judiciis forum friaerit. *Ter. Eun.* 2. 2. 37. Nimirum hic homines frigent. h. e. inopia laborant. *Id. ib.* 3. 3. 21. Ubi friget, huc evaſit. h. e. ubi hæret in ſermone.

Frigerans, antis, o. frigus afferens, particip. a *frigero*, quod in uſu non eſt. *Catul. carm.* 62. Frigerans Aganippe.

Frigeſco, is, n. *divenir freddo*, Germ. *erkalten*, Gall. *ſe refroidir*, Hiſp. *reſfriarſe*, ἀποψύχομαι, frigidus fio. *Cato de re ruſt. c.* 4. Ubi erit tam craſſum, quam viſcum, ſinito, frigeſcat. ¶ Tranſlata eſt otioſum eſſe, langueſcere. *Cæl. Cic.* Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic frigore frigeſcimus. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Frigeſcit opus.

Frigidarium, ii, n. 2. *rinfreſcatojo*, λουτὴρ ψυχρὸς, ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur, ſicut caldarium, quo calida, & tepidarium, quo tepida. *Gloſſ. Vet.* Frigidarium, ὑδροψύχιον, ψυχρῷον. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. Ahena ſuper hypocauſtum tria, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium.

Frigidarius, a, um, adject. ut frigidaria cella in balneo, ubi frigida lavabatur. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *Pallad. R. R. l.* 1. *tit.* 41. Balneæ frigidariæ.

Frigide, adv. *freddamente*, ψυχρῶς. Tranſlate ſignificat exigue, remiſſe. *Gel. l.* 19. *c.* 3. Exigue atque frigide laudari. *Quintil. l.* 6. *c.* 5. Ille alioqui vir facundus inopinatæ rei caſu obmutuit, & infantem ſuum frigidiſſime importavit. *Id. ibid. c.* 3. Frigidius dicere.

Frigidefacto, as, a. 1. frigefacto. *Plaut. Rud.* 5. 2. 39. V. in voce *Girb.*

Frigidiuſculus, a, um, adject. diminut. *Gell. l.* 3. *ſ.* 10. Sed alia ibidem congerit frigidiuſcula. *Tertul. de Ani. c.* 25. *ſub fin.* ſcripſit *friguſculus*, ut leg. *Froben. Rigalt.* & al.

Frigido, as, avi, atum, a. 1. frigidum facio. Uſus eſt *Lucil.* & *Cal. Aurel. Acut.* 3. *c.* 17. Frigidare corpus tactu.

Frigidulus, a. 1. 2. *freddarello*, ψυχρός, dim. a *frigidus*, ſubfrigidus, qui aliquantum frigidus eſt. *Catul. Argon. n.* 131. Frigidulos udo ſingultus ore cientem.

Frigidus, a, um, n. 1. 2. *freddo*, *che ha freddo*, קר, Germ. *kalt*, Gall. *froid*, Hiſp. *frio*, ψυχρός, quod habet frigus. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 12. Frigidior fons, & purior. ¶ Tranſlate ponitur pro languido, remiſſo, ſegni, ut *Frigidus homo*, qui omnia nimis remiſſe agit, cui opponitur fervidus, & vehemens. *Joci frigidi*, qui parum vehementiæ habent ad excitandum riſum. *Virg.* 12. *Æn.* Sed frigida bello dextera. *Cic.* 3. *in Ver.* Alii etiam frigidiores, ſed quia ſtomachabantur, ridiculi videbantur eſſe. *Id. Q. Fr.* 3. *ep.* 3. Frigidiſſimi accuſatores. ¶ Interdum pro pernicioſo, Servio teſte, vel pro maligno. *Virg. Ecl.* 3. Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. *Id.* 1. *Georg.* Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet. ¶ *Frigida*, per ſe poſitum, accipitur pro aqua, quæ calida non eſt, aut tepida. *Plin. in epiſt.* 3. *l.* 3. Per Solem plerumque frigida lavabatur. ¶ Unde *Frigidam ſuffundere*, proverbio dicimus, pro rem aliquam inflammare. Tractum eſt prov. a fabris ferrariis, qui igni ſuo frigidam aſpergunt, quo vehementius ardeat. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 37. Si occaſio ulquam eſt, aquam frigidam ſubdole ſuffundunt. ¶ Frigida negotia. h. e. nullius momenti. *Plin. l.* 9. *ep.* 2.

Frigilla. V. Fringilla.

Frigo, is, xi, xum, vel ctum, a. 3. *friggere*, קלה, Germ. *roſten*, Gall. *frire*, Hiſp. *freir*, φρύγω, torreo, a verbo Græco allato. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Poſtera die frigunt, deinde molis frangunt.

Frigor, oris, m. idem quod frigus, apud *Theod. Priſcian.* qui *l.* 2. *c.* 29. *moleſtiſſimum frigorem* dixit.

Frigorificus, a, um, o. 1. 2. ψυχροποιός, frigus inducens. *Gel. l.* 17. *c.* 8. Acetum omnium maxime frigorificum eſt.

Frigoro, as, avi, atum, a. 1. frigidum facio, *raffreddare*, *rinfreſcare*. *Cal. Aurel. Tard.* 4. 4. Frigorare corpus. *Id. Acut.* 3. *c.* 21. Frigorandos ait cholericos.

Frigulo, as, n. 1. verbum exprimens vocem graculi. *Auctor Carm. de Philom. v.* 28. Graculus at frigulat.

Frigultio. V. Friguttio.

Frigus, oris, n. 3. *freddo*, קרה, German. *kelte*, Gall. *froid*, Hiſp. *frio*, ψῦχος, qualitas contraria calori, a ῥῖγος, vel a φρίκη, *horror*, quæ frigoris peſtio eſt. *Virg.* 1. *Georg.* Friguſque, caloremque inter. ¶ Frigus etiam dicitur ipſa aeris natura. *Virg.* 2. *Georg.* At ſceleratum exquirere frigus difficile eſt. *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 51. Frigore mori. *morir di freddo*. ¶ Aliquando pro metu ponitur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 96. Extemplo Æneæ ſolvuntur frigore membra. ¶ Frigus id etiam appellatur, cum pro riſu, & gratia, vel favore ſperato, res in diverſum exit. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Tantum fuit frigus, ut populi convicio nos coactus ſit dimittere. *Quint. l.* 6. Et imperitia, & ruſticitas, & rigor, & deformitas afferunt frigus. Ubi obſurdam rei ſpeciem ſignificat, quam incommodus eventus conſequitur. ¶ Ponitur & pro languore, ſive remiſſione in aliqua re. *Plin. l.* 6. *ep.* 15. Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. *Quintil. l.* 2. *c.* 12. Argumentorum frigus. Adde *Sueton. Aug. c.* 66. ¶ Frigore aliquem ferire, eſt, occidere; nam mortuum corpus frigidum eſt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 62. majorum ne quis amicus Frigore te feriat.

Friguſculum, o. 2. dim. a frigus. Tranſlate dicitur, quando conjugalis amor ex diſſidio aliquo nonnihil de vehementi fervore remiſit. *Ulp. l. cum hic, de donat. inter virum, & uxorem*, §. 12. Quod ſi divortium non intercesſerit, ſed friguſculum, profecto valebit donatio, ſi friguſculum quievit. ¶ Aliqui leg. *Fribolum*.

Friguttio, vel friguttio, vel frigultio, vel fringulsio, vel fringuttio, n. 4. eſt cantare proprium fringillæ avis, a ſono, ut fritinnia eſt hirundinis. *Feſtus, Nonius*. ¶ Tranſlate dicitur de hominibus, qui quaſi fracto gutture loquuntur. *Fulgentius de Serm. priſco*. Friguttire dicitur ſubtiliter adgarrire. *Apul. in Apol.* Vix ſyllabas ſingulas fringultientem.

Fringilla, vel frigilla, f. 1. vel fringillus, m. 2. *fringuello*, σπίζα, avis ſpecies, ita dicta a ſono, quem cantando edit. *Feſt. Martial. l.* 9. *epigr.* 55. Nunc ſturnos inopes, fringillarumque querelas audit.

Frio, as, a. 1. *ſtritolare*, פרר, Ger. *reiben*, Gal. *mettre en poudre*, Hiſp. *deſmenuzar*, λεπτοποιέω, tero, comminuo. *Plin. l.* 14. *c.* 4. In Æthiopia friatur hæc, & farinæ modo ſpiſſatur in panem. Adde *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9.

Frit, indecl. dicitur illud in ſumma ſpica jam matura, quod eſt minus, quam granum, a frio, quia facile friatur. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 48.

Fritilla, æ, f. 1. pultis genus, apud *Arnob. l.* 7. Quid fritilla, quid frumen, quid africia, &c. *Plin. l.* 18. *c.* 8. Hodie ſacra priſca, atque nataliura pulte fritilla conficiuntur. Alii leg. *frictilla*, ut ſit a *frige*.

Fritillus, li, m. 2. πύργος, idem ac pyrgus, ideſt, turricula rotunda, per quam tali mittuntur, ne digitis ita a quoquam componi poſſint, ut cadant ad jacentis voluntatem, qui fritillos intus trochleatim erat effictus, certoſque habebat exciſos gradus, quibus tali impingentes ſonum, ſtrepitumque ederent, fritinnientium, ſive fritillantium avium vuci non omnino abſimilem. *Juven. Sat.* 14. *v.* 5. Parvoque eadem movet arma fritillo. *Mart. l.* 4. *epigr.* 14. Incertis ſonat hinc & hinc fritillis. ¶ Nonnulli fritillum exponunt luſoriam tabulam.

Fritinnio, is, n. 4. eſt cantare proprium hirundinum, aliarumque minutarum avicularum, a ſono. *Var. l.* 6. *de L. L.* Ejuſdem Ennii ab hirundine, Neſtrude fritinnit ſuaviter. *Auct. carm. de Philom.* cicadis tribuit, *v.* 35. Fritinnit rauca cicada. ¶ Tranſlate dicitur de infantibus loqui incipientibus, & garrientibus. *Epigr.* 8. *inter op. Senecæ*. Sic dulci Marcus qui nunc ſermone fritinnit.

Frivolaria, f. 1. Plautinæ Comœdiæ nomen, quæ amiſſa eſt.

Frivolus, n. 1. 2. *di nun momento*, *da niente*, פחז, Germ. *nichts ſollend*, Gal. *frivole*, Hiſp. *frivolo*, ψυχαγωγός, quod eſt inane, leve, ludicrum, ineptum, futile, nulliuſve momenti. Aliqui fribolum dicunt, & explicant fere obolo dignum. Sic frivolus labor, *Sen. epiſt.* 51. Frivolum auſpicium, *Sueton. Ner. c.* 12. *Id. Claud. c.* 14. Modo circumſpectus, & ſagax, nonnunquam frivolus, amentique ſimilis. *Plin. l.* 7. *c.* 7. Quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo. h. e. fragilis, infirma. ¶ Frivola verba apud *Feſt.* ſunt, quæ parvam habent fidem. Sic *Juven. Sat.* 3. *v.* 58. Romanorum omnia regum frivola. ¶ *Frivola* abſolute dicuntur viles res, nullius pretii ſupellex, *ſtraccie*. *Ulp. l.* 11. §. 5. *ff. de pignorat. act.* Ut ad univerſam penſionem inſulæ frivola mea tenerentur. *Senec. de Tranquill. c.* 1. Nec inter illa frivola mea tam lætus incedo.

Frixorium, vel frictorium, n. 2. *padella*, τήγανον, ſartago, in qua quid frigitur, a ſupino frixum, vel frictum. *Vet. Gloſſ.* Frixorium, τηγάνιον. Habet etiam *Plin. Valer. l.* 2. *c.* 7.

Frixus, V. Frictus, a, um.

Frondarius, n. 1. 2. *di fronde*, Ger. *das zu den zweigen gehoert*, Gal. *appartenant a des feuilles*, Hiſp. *pertenecientes a las hojas*, φυλλικός, quod ex frondibus eſt, vel ad frondes pertinet. *Plin. l.* 18. *c.* 31. Unus frondator quatuor frondarias fiſcinas complere in die juſtum habet.

Frondatio, f. 3. φυλλοτομία, frondium, & ramorum redundantium reſectio.

Col.

Col. l. 5. *c.* 4. In frondatione cavendum, ne proliſiores pollices fiant.

Frondator, oris, m. 3. *sfrondatore*, עַלְוָן, Germ. *der die aeſt erhauet, und ſaubert*, Gall. *émondeur*, Hiſp. *el que quita las hojas*, φυλλοτόμος, qui arborum ramos ſupervacuos amputat, & qui a frondibus manipulos facit ad pabulum animantium, & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis uvam maturiorem reddat. *Virg.* 1. *Ecl.* Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras. ¶ Dicitur etiam de ave, quæ in frondibus habitat, vel nidificat. *Serv. in* 1. *Ecl.*

Frondĕo, es, ui, n. 2. *avere frondi*, עָלָה, Germ. *gruenen bletter haben*, Gal. *porter des feuilles*, Hiſp. *echar, tener hojas*, φυλλοφορέω, frondes habeo. *Virg.* 3. *Ecl.* Nunc frondent ſylvæ.

Frondeſco, n. 3. φυλλίζομαι, eſt frondes emittere, in frondes abire, frondibus conveſtiri. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cœlum oriſcere, arbores frondeſcere. *Virg.* 6. *Æn. v.* 144. Simili frondeſcit virga metallo.

Frondĕus, a. 1. 2. *di fronde*, φύλλινος, quod totum ex frondibus eſt, ut Frondea corona. *Plin. l.* 16. *c.* 4. *Virg.* 1. *Æn. v.* 191. Nemora frondea.

Frondicŏmus, a, um, adject. frondes habens quaſi comas. *Prudent.* 3. *Cathem. v.* 105. Frondicomis habitare lucis.

Frondĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *fronzuto*, φυλλοφόρος, frondes ferens. *Luc. l.* 2. *v.* 459. Frondiferaſque domos avium.

Frondifluus, a, um, adject. id, cujus cauſa frondes cadunt. *Boet. l.* 1. *metr.* 5. Frondifluæ frigore brumæ.

Frondōſus, a, um, o. 1. 2. *fronzuto*, πολύφυλλος, quod frondibus abundat. *Virg.* 4. *Georg.* Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.

Frons, tis, f. 3. *fronte*, מֵצַח, Ger. *ſtirn*, Gal. *front*, Hiſp. *frente*, μέτωπον, pars altiſſima faciei, a dextra & ſiniſtra temporibus, a ſuperiore parte capillorum radice, ab inferiore ſuperciliis terminata. Frons animi motibus inſervit, & ipſorum animi motuum tabula velut quædam eſt, in qua vel hilaritatis, vel triſtitiæ, vel gravitatis, vel levitatis ſigna notantur, atque obſervantur. Hinc ſæpe accipitur pro vultu, & pro animi noſtri affectu, quem fronte oſtendimus. *Cic. Att. l.* 4. Pompejus Scauro ſtudet, ſed utrum fronte, an mente, dubitatur. *Id. poſt Redit.* Tu ne auſus es iſta fronte cum Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ? id eſt, iſta audacia, impudentia. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas, & ponitur pro principio, vel parte anteriore cujuſque rei. *Virg.* 1. *Æneid.* Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum, &c. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. Sic in acie frons dicitur anterior pars hoſti oppoſita. *Gel. l.* 10. *c.* 9. *Salluſt. Catil. c.* 59. Octo cohortes in fronte conſtituit. *Liv. l.* 36. *c.* 44. Æqua fronte ad pugnam accedere. ¶ Item in ædificiis *la facciata*, *Vitruv. l.* 2. ¶ Item in libris exterior, interiorque voluminis pars frons dicebatur, quæ ornari ſolebat ebore, cedro, buxo, aliave materia. *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 1. ¶ Item in ſcenis exterior facies. *Virg.* 3. *Georg. v.* 24. vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus. ¶ Frontem dilatare, explicare, porrigere, exporrigere dicimur, cum hilareſcimus; Frontem obducere, corrugare, contrahere, caperare, cum mœremus, & iraſcimur. Sic etiam dicitur Frons explicata, explicita, porrecta, exporrecta, ſerena, pro hilari vultu. Frons obducta, corrugata, contracta, nubila pro mœſto vultu. *Ter. Adel.* Exporge frontem. h. e. vive hilariter. *Hor. l.* 3. *Carm.* Sollicitam explicuere frontem. *Plaut. Caſ.* 2. 4. 3. Porrectiore fronte mecum loquaris, oportet. ¶ Frontem perfricare, eſt pudorem expellere, deponere: & Homo perfrictæ frontis eſt, qui pudorem abjecit. Mos enim eſt eorum, qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, aſtutia ipſa ad id impellente, quaſi ad abigendum ſanguinem, qui ex præcordiis ad faciei ſuperficiem confluit. *Calv. apud Quintil. l.* 9. *c.* 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quam Catonem. ¶ Frontem perire, eſt pudorem abjici. *Perſ. Sat.* 5. *v.* 103. Exclamet Melicerta, periſſe frontem de rebus. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui ſupra modum indignantur. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. Puto, te eo te riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias. ¶ *Frons occipitio prior*, proverb. eſt, de quo V. Occipitium. ¶ Prima fronte, *a prima viſta*. *Quint. l.* 7. *c.* 2. Dura prima fronte quæſtio. ¶ *Cæcil. apud Gel. l.* 15. *c.* 9. maſc. gen. uſurpavit: Nam, inquit, hi ſunt inimici peſſimi, fronte hilaro, corde triſti.

Frons, frondis, f. *fronda*, עָלֶה, Germ. *laubaſt*, Gall. *feuille*, Hiſp. *hoja*, φύλλον, germen arborum, herbarum, & florum. *Cic. pro Cæl. c.* 18. Via interclusa frondibus, & virgultis. *Virg.* 2. *Æn. v.* 249. Feſta fronde.

Frontāle, lis, n. *frontale*, προμετωπίδιον, eſt ornamentum frontis, præcipue in equis, & elephantis. *Liv. l.* 37. *c.* 40. Ingentes ipſi erant, addebant ſpeciem frontalia, & criſtæ, & tergo impoſitæ turres. Adde *Plin. l.* 37. *c.* 12.

Frontātus, a, um, o. 1. 2. *che ha la fronte*, quod frontem habet, vel quod in fronte rei alicujus eſt poſitum, ut Frontati lapides, qui per latitudinem totam porrecti utramque parietis frontem conficiunt. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Vel tecta coctilibus laterculis, frontatiſque. Adde *Vitr. l.* 2. *c.* 8.

Fronto, onis, m. *chi ha gran fronte*, Germ. *der ein breite ſtirn hat*, Gall. *qui a grand front*, Hiſp. *el que tiene gran frente*, μετωπίας, latam habens frontem. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 29. Ecquos nævum habere, ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones?

Fronto, onis, m. præceptor M. Antonini Imp. in Philoſophia ſimul, & in Eloquentia, adeo ab illo dilectus, ut ei ſtatuam erigi a Senatu peteret. ¶ Fronto alter, vir clarus rebus tum militaribus, tum urbanis, tempore Neronis.

Frontōſus, a, um, multas habens frontes. *Auguſtin. l.* 7. *de Civ. Dei*, *c.* 4. *extr. de Jove*. Ut quanto iſte innocentior eſſet, tanto frontoſior appareret.

Fructētum, i, o. locus arboribus pomiferis conſitus. Legitur apud *Aug. lib.* 1. *de Civ. Dei*, *cap.* 10.

Fructĭfer, a, um, o. 1. *fruttifero*, פּוֹרֶה, Germ. *fruchtbar*, Gall. *portant fruit*, Hiſp. *que lleva fruto*, καρποφόρος, quod fert fructum, fœcundum, fertile. *Plin. l.* 12. *c.* 3. Dicentur inter fructiferas.

Fructĭficatio, onis. f. fructuum emiſſio. *Tertul. l.* 4. *contr. Marc. c.* 39. Fructificationes arbuſcularum ſignum æſtivo tempori præſtant.

Fructĭfico, n. 1. fructum emitto. *Tertul. de reſur. carn. c.* 52. & *de Præſcript. cap.* 36.

Fructuārius, o. 1. 2. ἐγκάρπιος, quod fert fructum. *Var. l.* 2. *R. R.* 2. 4. Sus fructuaria. *Colum. lib.* 5. *c.* 6. Palmes fructuarius. *Pallad. l.* 3. *c.* 12. Decidit male natis, & veteribus (ramis) novellos, & fructuarios ſerva. ¶ Item ad fructum pertinens, ut fructuaria cella, ubi fructus reponuntur. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Hinc apud JCtos fructuarius ſervus, cujus ſc. quis uſum tantum habet, proprietatem alius. *Cæl. ad Cic. l.* 8. *Fam. epiſt.* 9. Agros quos fructuarios habent. Sic ſtipulatio fructuaria &c. V. *l.* 5. *Dig. de penul.* & *leg.* 4. *Dig. de Verb. obligat.* ¶ Agri fructuarii ſunt vectigales. *Cæl. in Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9. Agros, quos fructuarios habent civitates, vult immunes eſſe.

Fructuōſus, a, um, o. 1. 2. *fruttuoſo*, *utile*, פּוֹרֶה, Germ. *fruchtbar*, Gal. *fructueux*, Hiſp. *fructuoſo*, πολύκαρπος, fœcundus, utilis, fructum afferens. *Cic.* 2. *Tuſc.* Ager quamvis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Vult ſe hominem frugi probare, quia utilis multis, id eſt fructuoſus. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Fructuoſiſſima ars Medicinæ. *Senec. epiſt.* 9. Fructuoſior eſt adoleſcentia liberorum.

Fructus, us, m. 4. *frutto*, פְּרִי, Germ. *frucht*, Gall. *fruit*, Hiſp. *fruto*, *fructo*, καρπός, omne illud, quod in fundo naſcitur, a *fruendo*, quia *fruor* non tantum *fruitus* facit, ſed & *fructus*, per ſync. *Cic. Att. l.* 11. In quot ſumptus abeunt fructus prædiorum! *Id. in Parad.* Suis fructibus exercitum alere. a *ſua ſpeſe*. *Col. l.* 3. *c.* 6. Quia quæ pars palmitis præcipitata eſt, fructu induitur. ¶ Translate dicitur de fœtu animalium. *Cic.* 2. *de nat. Deor. de avibus*. Quæ quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent. ¶ Item de commodo, & utilitate. *Cic. de Am.* Ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. *Liv. l.* 34. *c.* 36. Fuerat ei magno fructui mare. ¶ Olim dicebant in gen. *fructi*, & *fructuis*. *Ter. Adel.* 5. 4. 13. Nunc hic fructi pro labore illis fero. *Varro*. Quæro, utrum fructus, an delectationis cauſa vendatis.

Fructus, a, um, o. 1. 2. idem ac fruitus per ſync. partic. a fruor. *Lucr. lib.* 3. *v.* 954. Sin ea, quæ fructus cumque es, periere profuſa. Adde *Velle. l.* 2. *c.* 104.

Fruendus, a, um, partic. a fruor. *Cic.* 1. *Fin. c.* 1. Non paranda ſolum nobis, ſed fruenda etiam ſapientia eſt. *Id.* 2. *Q. Fr. ep.* 14. Suavitatis noſtræ fruendæ cauſa. *Liv. l.* 31. *c.* 7. Locare aliquid fruendum.

Frugālis, le, o. 3. *ſobrio*, *temperato*, צָנוּעַ, Germ. *ziemlig*, Gal. *épargnant*, Hiſp. *templado*, χρηστός, moderatus, prudens, abſtinens, temperans, a *frugi*. *Ter. Heaut.* Dedo me patri nunc jam, ut frugalior ſim, quam vult. *Cic. pro Flac.* Homines ſunt tota Aſia frugaliſſimi. *Id.* 2. *de Orat. c.* 71. Optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 1. Hæc villa frugalior, ut melius eſt, quam tua illa perpolita. ¶ Poſitivi gradus rarus apud optimos ſcriptores, & fortaſſe nullus eſt uſus, nam hi pro *frugali homine frugi* dicunt. Habet *Apul. l. de Mundo*, ſed alio ſenſu: *frugales maturitas*, h. e. frugum.

Frugālitas, f. 3. *parſimonia*, Germ. *ziemligkeit*, Gal. *frugalité*, Hiſp. *templanza*, σωφροσύνη, moderatio, temperantia, a *frugalis*. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 8. Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam, ſed haud ſcio, an recte ea virtus frugalitas appellari poſſit. *Id. pro Dejot.* Omnes ſunt in illo Rege virtutes, ſed præcipue ſingularis, & admiranda frugalitas: etſi hoc verbo ſcio laudari Reges non ſolere. *Plin. l.* 4. *ep.* 4. Quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur.

Frugālĭter, adv. *modeſtamente*, *frugalmente*, Ger. *maeſſiglich*, Gal. *ſobrement*, Hiſp. *templadamente*, σωφρόνως, ſobrie, & modeſte. *Cic. pro Dom.* Itaque omnia ſigna, tabulas, ornamentorum quod ſuperfuit in fanis, & communibus locis, tota a Græcia, atque inſulis omnibus honoris? & cauſa ſuam frugaliter domum ſuam deportavit. *Lactant. de Ira Dei cap.* 20. Strictius, & frugalius vivunt. *Quintil. Declam.* 260. Frugalius vivere.

Frugamenta, orum, a frugibus appellata. *Feſtus*.

Fruges. V. Frux.

Frugi, nomen indecl. n. g. *buono*, *utile*, *neceſſario*, χρηστός, utilis, & neceſſarius, a *frux*, ut proprie ſit, unde frugem poſſimus habere, five quo frui queamus. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 8. Sed quia nec qui propter metum præſidium reliquit, quod eſt ignaviæ, nec qui propter avaritiam clam depoſitum non reddidit, quod eſt injuſtitiæ, nec qui propter temeritatem male rem geſſit, quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet, eo tres virtutes, fortitudinem, juſtitiam, prudentiam frugalitas complexa eſt. *Id.* 5. *Fam.* Illum hominem frugi, & tibi amicum exiſtimabam. ¶ Antiqui ſervum laudare volentes frugi dicebant, tanquam ſobrium, utilem, & neceſſarium, qui diligenter domini utilitati, commodiſque ſerviret. *Cic. pro Cluent.* Servus frugi, atque integer. ¶ Sumitur etiam pro eo, qui in victu, veſtitu, ſimilibuſque temperans, & parcus eſt, & generaliter pro moderato, modeſto, innocente. *Cic. in Verr.* Homines ſatis fortes, & ſatis plane frugi, ac ſobrii. A *Plauto* etiam *Aul.* 2. 3. 13 Frugi leæna dicitur, quæ ſuis catonibus bene conſulit. ¶ Item pro eo, quod modica impenſa fit. *Quint. l.* 5. *c.* 10. Frugi victus. *Juven. Sat.* 7. *v.* 167. Frugi cœnula. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Atrium frugi, nec tamen ſordidum. ¶ Dicitur etiam frugi eſſe, frugi fieri. *Ter. Eun.* 3. 5. 60. Paratum eſt. A. frugi es. *Cic. Phil.* 12. *c.* 28. Frugi factus eſt. ¶ Apud *Plautum* vox hæc videtur eſſe ſubſtantiva. habet enim in *Truc.* 1. 1. 13 & alibi ſæpe *homo bonæ frugi*. idem habetur *Dig. l.* 11. *tit.* 3. niſi forte ubique legendum eſt *frugis*, quod tamen affirmare non auſim. Quidam tamen *frugi* pro *frugis* dictum antiquo more putant, quemadmodum *ſenis* pro *ſenis* dicebatur, ut eſt apud *Voſſ. l.* 1. *de Analog. c.* 46.

Frugĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *che produce frutto*, *fruttifero*, καρποφόρος, fructus ferens. *Ovid.* 5. *Met.* Frugiferas meſſes, alimentaque mitia reddat. ¶ Per tranſlationem ponitur pro eo, quod utilitatem affert, *utile*. *Cic.* 3. *Off. c.* 2. Cum tota Philoſophia frugifera, & fructuoſa, nec ulla pars ejus inculta, ac deſerta ſit.

Frugĭfĕrens, entis, o. 3. frugifer. *Lucr. l.* 1. *v.* 3. Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes concelebras.

Frugĭlĕgus, a, um, o. 1. 2. σιτολόγος, quod fruges colligit. *Ovid.* 7. *Met. v.* 625. Hic nos frugilegas aſpeximus ordine longo grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frugĭpărens, entis, adject. frugifer. *Fortunat. l.* 3. *carm.* 11. Frugiparenſque manet.

Frugĭpărus, a, um, adject. qui fructus parit. *Avien. Phænom. Arat. v.* 1034. Singula frugiparos attollunt tempora fructus.

Frugĭperda, arbor, quæ facile fruges amittit. *Plin. l.* 16. *c.* 26. Oxyſime ſalix amittit ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat, ob id dicta ab Homero frugiperda.

Fruiſcor, eris, d. 3. idem ac fruor, unde formatum eſt. *Metell. ad Domitios*, *apud Gel. l.* 17. *c.* 2. Ego neque aqua, neque igni careo, ſed ſumma gloria fruiſcor.

Fruitūrus, o. 1. 2. partic. temporis futuri a *fruor*. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 17. Qui præſentibus voluptatibus frueretur, conſideretque, ſe eſſe fruiturum.

Fruitus, a, um, particip. a verbo *fruor*. *Senec. epiſt.* 93. Omnium rerum cognitione fruiti ſumus. *Ulp. l.* 59. *Dig. Quib. mod. uſusfr.* Non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt.

Frumen, inis, o. λάρυγξ, ſumma pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem. *Serv. in* 1. *Æn.* Frumen, eminens ſub mento gutturis pars, laryngen Græci vocant, Latini, & Celſus fauces. ¶ Eſt etiam pultis genus, apud *Arnob. l.* 7.

Frumentacĕus, a, um, o. 1. 2. *di formento*, σιτώδης, quod ex frumento eſt. *Veget. l.* 2. *c.* 57. Farina frumentacea.

Frumentārius, a, um, o. 1. 2. *cio, che a formento ſi conviene*, σιτηγικός, quod ad frumentum pertinet. *Varr. R. R.* 1. 7. Frumentarius campus. *Cic.* 5. *Ver. c.* 5. Omnem utilitatem, opportunitatemque provinciæ Siciliæ conſiſtere in re frumentaria maxime. *Id. in Brut. c.* 62. Frumentaria lex. ¶ Frumentarii dicuntur negotiatores frumenti, *mercanti de biade*. *Cic.* 3. *Off.* Frumentarius ille Rhodius. ¶ Frumentarii etiam dicebantur Imperatorum temporibus, quos Agentes in rebus vocant JCti in *Cod.* ſæpe. V. *Agentes*, & *Curioſus*.

Fru-

Frumentatio, f. *raccolta di formento*, Germ. *auffſamblung des getreyds*, Gal. *proviſion de blé, qu'on va faire dehors*, Hiſ. *proviſion de trigo*, σιτολογία, frumenti collectio, & ſpeciatim egreſſio militum ad frumentum in caſtra congerendum. *Caſ. 7. B. G.* Noſtras pabulationes, frumentationeſque obſervabat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur diſtributio frumenti, quæ Romæ fiebat, poſtquam Principes receperant curam publicæ annonæ, σιτομετρία. *Suet. in Aug. c. 42.* Impetum ſe cepiſſe ſcribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frumentator, m. 3. *frumentiere*, σιτολόγος, qui frumentatum proficiſcitur. *Liv. l. 31. c. 36.* Copiis diviſis, ad conſectandos vagos frumentatores emiſit. ¶ Item qui frumentum mercatur, frumentarius. *Id. l. 2. c. 34.* In Volſcis ne emi quidem potuit: periculum quoque ipſis frumentatoribus fuit.

Frumentor, aris, d. 1. *raccogliere formento*, [illegible], Germ. *korn ſamlen*, Gal. *faire proviſion de blé*, Hiſp. *coger trigo*, σιτολογέω, frumentum colligo, & fere de militibus dicitur. Pompejus Domitio inter *epiſt. Cic. ad Att. lib. 8.* Neque ſolus ſuſtinere poteris, ut frumentatum eas. *Liv. l. 31. c. 36.* Cum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frumentum, ti, n. 2. *fromento*, *formento*, [illegible], Ger. *korn*, Gal. *blé*, *froment*, Hiſp. *panes*, *trigo*, σῖτος, ſeges cujuſlibet generis, a *fruendo*, quaſi *fruimentum*, quia eſt fructus terræ, quo alimur, fruimurque. Porro frumenta dicuntur, quæcunque emittunt ariſtas. *Serv.* Hinc frumenti genera numerantur, far, quod adoreum dixerunt, ſiligo, triticum, hordeum, a *Plin. l. 18. c. 8.* *Cic. 5. Att. ep. 18.* Locus copioſus a frumento. *Caſ. l. 3. B. C. c. 49.* Major ſpes maturitate frumentorum proponitur. ¶ *Plin. l. 15. c. 19. & l. 17. c. 27.* frumenta vocat minuta grana in ficis.

Fruniſcor, eris, itus ſum, dep. 3. *fruire*, *godere*, idem quod *fruor*. Verbum eſt antiquum, & pene obſoletum. *Plaut. Rud. 4. 3. 73.* Hic tu, niſi malum, fruniſci nihil potes. Al. leg. *fruiſci*. Et ſane a *fruor* veriſimilius eſt *fruiſcor* fieri, quam *fruniſcor*. Tamen conſtanter legitur apud *Gell.* qui de eo ſic habet *l. 17. c. 2.* Fruniſci rarius fuit in ætate M. Tullii, ac deinceps infra rariſſimum: dubitatumque eſt ab imperitis Latinitatis, an Latinum foret. Non modo autem Latinum, ſed jucundius amœniuſque etiam verbum eſt *fruniſcor*, quam *fruor*. Deinde ſubdit exemplum *Q. Metelli Numidici*, qui caſte pureque lingua uſus Latina videtur; & *Novii in Atellana*. Adde *Lucil.* & *Cal.* apud *Non. c. 2. n. 343.* ubi alii *fruiſcor* reponunt. *Feſtus* quoque hæc habet: Fruniſcor, & frunitum dixit Cato: noſque cum adhuc dicamus infrunitum, certum eſt, antiquos dixiſſe frunitum. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 12. n. 121.* & *Fabret. pag. 237.* filiis ſuis infeliciſſimis, qui ætate ſua fruniti non ſunt. *Petron. in fragm. Tragur. c. 43.* Burm. Frunitus eſt, quamdiu vixit. *Et cap. 44.* Ita meos fruniſcar.

Frunitus. V. vocem præced.

Fruor, eris, fruitus, vel fructus ſum, per ſync. d. 3. *godere*, *fruire*, [illegible], Germ. *nutzen*, Gall. *jouir*, Hiſp. *gozar*, ἀπολαύω, potior, fructum, voluptatemque percipio. Conſuetudo fructum ab uſu diſtinxit, ita ut *uti* ſit ad commoditatem, & utilitatem, *frui* non ad uſum modo, ſed etiam ad quæſtum, vel delectationem, ut Juriſconſulti docent. *Flor. l. 2. c. 6. de Annibale.* Victoria cum poſſet uti, frui maluit. *Senec. de vita beata, c. 10.* Tu voluptate frueris, ego utor. ¶ *Donat. in Eun. 2. 4. ſc. 7.* ſcripſit, Frui eſt veſci, a frumine, quæ eſt ſumma pars gulæ, a qua re etiam his, quæ nec cibo, nec poculo ſunt, frui dicimur [illegible], utpote rebus Venereis, & delectatione odoris, viſus, auditus, & cæteris. *Cic. 1. Fin. c. 59.* Sapiens fruitur præſentibus. *Ter. Phor. 1. 3. 13.* Ita me Dii ament, ut mihi liceat quod amo frui. ¶ Interdum uſurpatur pro delectari. *Claud. Paneg. Mall. v. 224.* Qui fruitur pœna, ferus eſt. *Tacit. 3. hiſt. cap. 83.* Exſultabant, fruebantur, nulla partium cura malis publicis læti. ¶ Olim quarto caſui jungebatur, ut ſæpe legitur apud *Plaut.* & apud *Apul. l. 8. Met.* ¶ Particip. *fructus ſum* legitur apud *Velleſ. l. 2. c. 104.*

Fruſino, Fruſinum, Phruſino, Fruſinona Colonia, *Froſolone*, al. *Fruſlone*, urbs olim Latii, in Hernicis, nunc app. in Campania Romana, in colle, verſus confinia R. Neap. apud Coſam flu. Verulo propinq. *Juven. ſat. 3. Plin. l. 3. c. 5.*

Fruſtatim, adv. *a pezzo a pezzo*, Germ. *ſtueck vveiſe*, Gall. *par piece*, Hiſp. *a pedaços*, κατὰ μέρη, per fruſta. *Plin. l. 20. c. 19.* Aut fruſtatim in patinis. Adde *Pompon. Non. c. 2. n. 337.* *Apic. l. 4. c. 2.* & *Prudent. Pſychom. v. 720.*

Fruſtillatim, adv. κατὰ λεπτὰ μέρη, per fruſtilla. *Plaut. Curc. 4. 4. 20.* Ut hæ formicæ te fruſtillatim differant.

Fruſtillum, i, n. diminut. a fruſtum, *pezzetto*. *Arnob. lib. 2.* Fruſtilla ignea, & *l. 7.* Fruſtilla parvula.

Fruſto, es, avi, atum, a. 1. in fruſta concidere. *Flor. lib. 2. c. 2.* Cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis inſuliſque fruſtarentur, & ſuitarunt. Ita *Salmaſ. Grav.* Alii leg. *fruſtrarentur*. h. e. portum nullum tenere poſſent.

Fruſtra, adv. *in vano*, [illegible], Germ. *umbſonſt*, Gal. *en vain*, Hiſp. *en valde*, *en vano*, μάτην, incaſſum, nequidquam, a *fraude*, pro *fraude*. quia quod fruſtra fit, fraudes deſiderium ejus, qui id facit. *Cic. de Sen.* Ita vixi, ut non fruſtra me natum exiſtimem. ¶ Fruſtra habere aliquem eſt decipere, circumvenire. *Plaut. Amph. argum. 2. v. 5.* Is ſervum, & dominum fruſtra habet. ¶ Fruſtra eſſe dicitur, quod exitum ſperatum non habet, quodque ex ſententia non evenit. *Sall.* Cujus neque conſilium ullum, neque inceptum fruſtra erat. ¶ Item fruſtrari, falli, errare. *Plaut. Perſ. 1. 3. 60.* Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne fruſtra ſies. *Salluſt. Jug. c. 85.* Ut neque vos capiamini, neque illi fruſtra ſint. Facete *Ennius in Satyr. apud Gel. lib. 18. c. 2.* Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari, Quem fruſtratur, fruſtra eum dicit fruſtra eſſe, &c. h. e. ut *Popma* explicat *de differ. verb. l. 2.* & *Par. in Lex. Crit.* Qui ſtudet alium fallere, non ſtatim poteſt dicere, eludi & falli eum, quem ipſe fallere vult, &c.

Fruſtrabilis, le, adject. vanus, inanis. *Arnob. l. 2.* Res fruſtrabili exſpectatione præſumpta. Et *l. 6.* Res vacua imaginatione fruſtrabiles.

Fruſtratio, onis, f. *inganno*, [illegible], Germ. *betriegung*, Gall. *abuſement*, *fruſtration*, Hiſp. *engaño*, ἀπάτη, deceptio, eventus præter opinionem. *Plauc. Cic. 10. Fam. ep. 23.* Tanto majorem his fruſtratio dolorem attulit. *Plaut. Amph. 3. 2. 14.* In horum familiam fruſtrationem hodie injiciam maximam. *Liv. l. 25. cap. 25.* Cum longo ſermone habito dilatus per fruſtrationem eſſet. *Id. l. 38. c. 25.* Fruſtratio Gallorum eo ſpectabat, ut tempus tererent.

Fruſtrator, oris, m. qui fruſtratur, decipit. *Symmach. l. 10. ep. 51.* Fruſtrator judicum. *Leg. 19. Dig. de re &c.* Fruſtrator debitor conſtitutus eſt.

Fruſtratorius, a, um, adject. vanus, fallax. *Tertul. de Anim. c. 47.* Fruſtratoria ſomnia. Adde *Arnob. l. 7.*

Fruſtratus, us, ui, m. *Plaut. Men. 4. 3. 21.* Aliam poſthac invenito, quam tu habeas fruſtratui. h. e. quam fruſtra habeas, decipias.

Fruſtratus, a, um, particip. qui decepit, & eluſit. *Liv. l. 2. c. 13.* Clœlia fruſtrata cuſtodes. *Solin. c. 1.* Fruſtratus vincula. ¶ Et paſſiva ſignif. *Velles. l. 2. c. 43.* Intellexit fruſtratum eſſe viſum ſuum.

Fruſtro, as, avi, atum, a. 1. idem quod fruſtror. *Diomed. l. 1. ex Cæſaris fragmento*: Non fruſtrabo vos milites. Aliud exemplum ex *Ennio apud Gel. l. 18. c. 2.* V. in Fruſtra. ¶ Uſitatius tamen eſt

Fruſtror, aris, atus ſum, dep. 1. *ingannare*, *defraudare*, Ger. *betriegen*, Gal. *fruſtrer*, *abuſer*, Hiſp. *falſar*, *engañar*, ψεύδομαι, decipio, fallo, a fruſtra. *Ter. Andr. 2. 3. in fi.* Hæc ſpes me fruſtrata eſt. *Cic. 4. Acad. c. 20.* Seipſum fruſtrari. *Col. l. 1. c. 1.* Cum imprudenter facte operi fruſtramur expenſas. *Id. præfat. lib. 1.* Fruſtrari laborem, *gettar la fatica in darno*. ¶ Paſſiva ſignificatione *Aurel. Vict. de Viris illuſt. c. 42. de Annib.* Primum a Fabio Maximo fruſtratus, deinde a Valer. Flacco repulſus. Alii rectius legunt *fractus*.

Fruſtulentus, a, um, o. 1. 2. *pieno di pezzi*, plenus fruſtis. *Plaut. Curc. 2. 3. 34.* Si fruſtulenta eſt, da, obſecro, hercle ſorbeam.

Fruſtulum, li, n. 2. ψωμίχιον, dimin. a fruſtum. *Apul. 1. l. Mileſ.* Fruſtulum panis.

Fruſtum, ſti, n. 2. *pezzo*, *particella*, [illegible], Ger. *ſtueck*, Gal. *piece*, Hiſp. *pedaço*, ψωμός, rei cujuſque particula. *Virg. 1. Æn. v. 212.* Pars in fruſta ſecant. *Cic. Phil. 2. c. 25.* Fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal implevit. *M. Cato apud Gel. l. 1. c. 15.* Fruſto panis conduci poteſt, vel uti taceat, vel uti loquatur. h. e. vili pretio. ¶ Fruſtum hominis, fruſtum pueri, convicium eſt. *Plaut. Perſ. 5. 2. 67.* Loquere tu etiam, fruſtum pueri?

Frutectum. V. Frutetum.

Frutetoſus, ſive frutectoſus, o. 1. 2. θαμνώδης, fruticibus abundans. *Plin. l. 19. c. 1.* Siccis hæc, & ſabuloſis locis, frutetoſiſque naſcuntur. Adde *Col. l. 3. c. 1.*

Frutetum, ſive melius frutectum, n. 2. θαμνών, locus, ubi multi frutices ſunt, a fruticetum, per ſync. *Plin. l. 18.* Fruteta igni optime tolluntur. *Col. l. 6. c. 28.* Frutetis, & carectis durantur ungulæ.

Frutex, ticis, m. 3. θάμνος, dicitur, qui ad juſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neque areſcit, ut herba. *Plin. l. 16. c. 36.* Inter ea, quæ frigidis gaudent, aquaticos frutices dicere convenit. ¶ Aliquando ponitur pro ſtirpe. *Suet. in Veſp.* Singulos repente ramos a frutice dedit. ¶ Translate dicitur de ſtupido. *Plaut. Moſt. 1. 1.* Nec veri ſimile loquere, nec verum, frutex.

Fruticatio, f. 3. in arboribus dicitur, cum multos ramos fruticantes producunt. *Plin. l. 17. c. 2.* Ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis.

Fruteſco, n. 3. θαμνίζομαι, eſt frutices emittere. *Plin. l. 17. c. 27.* Quia celeriter fruteſcunt.

Fruticetum, i, n. *macchia*, *ceſpuglio*, *boſcaglia*, locus fruticibus plenus, arbuſculis ſeſe implicantibus impeditus. *Horat. l. 3. od. 12.* Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

Frutico, as, n. 1. & fruticor, aris, d. 1. *germogliare*, [illegible], Ger. *vvachſen*, *auffſchieſſen*, Gal. *germer*, *bourgeonner*, Hiſp. *brotar*, θαμνίζω, frutices emitto, pullulo. *Plin. l. 17.* E matris radi jubetur, ne fruticet. *Col. l. 2. c. 9.* Ubi ex uno ſemine pluribus culmis fruticavit. *Cic. Att. 13. ep. 4.* Exciſa eſt arbor, non evulſa; itaque, quam fruticetur, vides.

Fruticoſus, a, um, o. 1. 2. θαμνώδης, quod longe lateque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. *Plin. l. 21. c. 13.* Latiora ſativæ folia, rami fruticoſiores. hoc eſt foliis, ac ſurculis abundantiores. *Id. l. 16. c. 36.* Fruticoſiſſimus calamus. *Ovid. 6. Met. v. 344.* Viminis fruticoſa.

Fruti, vel Frutis, f. 3. cognomen Veneris, a fruendo, nempe a *fruitur*. Scaliger cenſet eſſe ex ἀφροδίτη, per aphæreſin. *Solin. c. 8.* *Aug. de Civ. l. 4. c. 21.* V. *Frutinal*.

Frutinal, n. 3. templum Veneris Frutis. *Feſt.* Sed aliqui cenſent, Feſtum incidiſſe in codices vitioſos, ubi *Frutinal* eſſet exaratum pro *Erucinal*, idque eſſe ab Erycina Venere, cum nullam eſſe Venerem *Fruti*, ſed ſcriptum fuiſſe *Eryci*, unde fecerint *Fruti*: proinde apud Solinum pro *Fruti* debere *Erycis* reponi.

Frux, frugis, f. *frutto della terra*, καρπός, omne illud, quod ex fructu terræ in alimoniam vertimus, & dicitur non ſolum de frumentis, ut de tritico, hordeo, &c. ſed etiam de leguminibus, ut de faba, cicere, &c. iterum de eo, quod ex vino, ex ſylvis carduis, ex cretæ fodinis, & lapidicinis capitur, a *fruendo*. V. *Paul. JCtum l. 77. Dig. de V. S.* *Auſon. in Monoſyl.* Ante equidem campis, quam ſpicea ſuppeteret frux. *Cic. in Or.* Quæ eſt in hominibus tanta perverſitas, ut, inventis frugibus, glande veſcantur? *Id. pro Roſc. Amer.* Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſis. *Id. 5. Ver.* L. Octavio, & C. Cotta Conſulibus Senatus permiſit, ut vini, & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te Quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent. Loquitur de leguminibus, quæ minores fruges dicuntur ratione pretii, ac dignitatis, ut *Servius* ſcripſit *in 1. Æn.* Sed fortaſſis, ut Voſſius interpretatur, Cicero non legumina ſolum, ſed etiam frumentum complexus eſt, quia minores ſunt fruges, ſi conferantur cum arborum fructibus. ¶ Frequentiſſime ad homines transfertur, & ſignificat rectam, honeſtamque vivendi rationem. V. *Frugi*. *Cic. pro Cæl. c. 12.* Emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe. *Plaut. Trin. 2. 2. 81.* Quin eum reſtituis? quin ad frugem corrigis? ¶ *Perſ. ſat. 5. v. 63.* purgatas inſeris aures fruge Cleanthea. h. e. diſciplina, & præceptis Stoicorum.

F ANTE U.

Fuam, as, at, pro *ſim*, vel *fuerim*, aut *fiam*, verb. defect. frequens eſt apud *Plaut.* ut *Bacch. 1. 2. 48.* Metuo, ne Phœnix fuam. *Capt. 2. 3. 71.* Caveto mihi iratus fuas. *Virg. Æneid. 10. v. 48.* Tros, Rutuluſve fuat. Et *fueret*, pro eſſet. *Lucret. l. 3. v. 840.* In dubio fueret.

Fucæ, arum, f. maculæ in facie. *Col. l. 10. v. 124.* lacrymoſaque cepa Ponitur, & lactis guſtum quæ condiat herba Dejectura quidem fronti data ſigna fucarum. Ita leg. quidam, & interpretantur maculas in facie. Sed vera lectio eſt *fugarum*, h. e. ſtigmatum, quæ fugitivis ſervis in fronte inuruntur, metonym. Eſt enim ſermo de lepidio, quæ herba eſt vim habens tollendi de cute cicatrices, ut *Plin. l. 20. c. 17.* docet.

Fucate, adverb. cum fuco. *Auſon.* in proſa poſt *Idyl. 3. ad Heſper. fil.* Fucatius concinnata.

Fucatus, a, um, o. 1. 2. φυκωθείς, fuco tinctus, ut Fucatæ mulieres, quæ medicamentis quibuſdam colorantur, & vitia corporis inductis coloribus tegunt. *Cic. in Brut.* In quo naturalis ineſſet, non fucatus nitor. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ficto, & ſimulato. *Cic. de Am.* Secerni autem blandus amicus a vero, & internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quam omnia fucata, & ſimulata a ſynceris, atque veris. *Id. pro Plan. c. 9.* Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis. ¶ Alio ſenſu *Gell. l. 13. c. 23.* Eſſe videtur verſus Homeri ſimplicior, & ſincerior. Vergilii autem νεωτερικώτερος, & quodam quaſi ferrumine immiſſo fucatior. *più abbellito.*

Fucalis, le, o. 3. fucatus, falſus, a fucus. *Feſt.*

Fucinus, m. 2. *Lago di Celano*, *di Marſo*, *di Tagliacozzo*, lacus Latii, in finibus Marſorum, ab opp. vicino. Hinc Aqua Martia Romam perducta. *Virg. 7. Æn.*

Fuco,

Fuco, cas, a. 1. *colorare*, *imbellettare*, Ger. *ferben*, Gall. *farder*, Hiſp. *afeytar*, *embolvegar*, [illegible], pingo, fucum rei alicui induco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Formare, fucare, colorare, amicire non poſſent. *Gel.* *l.* 7. *c.* 14. Genus orationis cum fucatur, atque prælinitur, præſtigioſum fit.

Fucōſus, a. 1. 2. *fuſo*, [illegible], Ger. *gefaelſcht*, *mit einen farb angeſtrichen*, Gal. *fardé*, *deguisé*, Hiſp. *afeytado*, *arrebolado*, [illegible], non ſyncerus, quaſi fuco tectus, & adulteratus. *Cic. pro Rab. Poſt. c.* 14. Auditæ, viſæque merces fallaces quidem, & fucoſæ, chartis, & linteis, & vitro delatæ. ¶ Fucoſa amicitia, ambitioſa, ac ſpecie ſplendida. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. Illæ ambitioſæ noſtræ, fucoſæque amicitiæ ſunt in quodam ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent.

Fucus, ci, m. 2. *fuco*, Germ. *farb*, Gall. *fard*, Hiſp. *afeyte*, [illegible], herbæ marinæ genus, qua veſtes tinguntur, & eſt inter maris ejectamenta, uti & muſcus, ſeu muſcum marinum. Aliqui algam appellant. Sed *Plin. l.* 13. *c.* 25. negat Linguam Latinam habere nomen, quo Græcum [illegible] exprimat. Eſt colore rutilante, & quodammodo Puniceo. Accipitur autem frequentiſſime pro colore hujus herbæ, & generatim pro quavis tinctura, e. g. pro eo medicamine, quo mulieres faciem ſinguot, et vitia corporis occultent, & candorem, ac ruborem inducant. *Cic.* 3. *de Or.* Nis tribus Figuris inſidere quidam venoſtatis, non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet color. ¶ Tranſlate uſurpatur pro ornamento extrinſeco levi, & inani. *Cic.* 2. *de Or.* Sententiæ vero ſine pigmentis, fucoque puerili. ¶ Item pro fraude, aſtutia, inſidiis, in quibus veritas occultatur. Hinc *Facere fucum*, idem eſt quod decipere. *Cic. de petit. Conſ.* Si eum, qui tibi promiſerit, fucum, ut dicitur, facere velle ſenſeris. Et *Sine fuco*, idem eſt, quod ſimpliciter, & ſine fraude. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. Prenſat Galba ſine fuco, ac fallaciis, more majorum. ¶ Fucus item, genus eſt inſecti, apis ſimilitudine, ſed majore corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere (niſi quod ad fovendos fœtus concalefaciendo adjuvat) & conſumit alimenta, quæ apes congeſſerunt. *Plin. l.* 11. *c.* 5. & 11. *Virg. Georg.* 4. *v.* 168. Ignavum fucus pecus a præſepibus arcent. ¶ Denique genus eſt ceræ, ſeu glutinis, quo apes alvearia circumliniunt. *Virg.* 4. *Georg. v.* 38. tenuia cero Spiramenta linunt, fucoque, & floribus oras explent.

Fue, interjectio ructum emittentis. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 37. Quam confidenter loquitur! fue. Tr. At te Jupiter, Dique omnes perdant, oboluiſti allium.

Fuga, æ, f. *fuga*, [illegible], Germ. *ein flucht*, Gal. *fuite*, Hiſp. *huyda*, [illegible], fugiendi actus, a Græca voce aliata. *Cic. Att. l.* 7. Mitto illam fugam ab urbe turpiſſimam. ¶ Sumitur etiam pro curſu. *Virg.* 1. *Æn.* Volucremque fuga prævertitur Hebrum. ¶ Item pro evitatione, declinatione. *Liv. l.* 3. Hanc ignominiam, ſi non alia honeſta fuga fuiſſet, vel exilio, vel morte vitaſſem. *Cic. pro Mur. c.* 4. Laboris fuga deſidiam arguit. ¶ Item pro exilio. *Id.* 3. *de Orat.* Cum exilium & fugam deprecaretur. Hinc lata fuga, h. e. exilium vagum. *Marcian. JCtus l. Exilium Dig. de interd. & releg.* Vide Exilium. ¶ Fugæ ſe dare, vel fugam capere, in fugam ſe conjicere, *porſi in fuga*. *Caſ. Cic.* & al. ¶ Fugam facere, duplicem habet ſenſum. V. *Facio*.

Fugaciter, adv. *fuggendo*. *Liv. l.* 28. *c.* 8. Utrum ab ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.

Fugalia, n. 2. vel 3. Feſtum Romæ in memoriam fugatorum Regum. *Auguſt. l.* 2. *de Civ. c.* 6. Sed aliquis dicuat, fuiſſe ſacra, quæ exulet Jovi faciebant, & Græce fuiſſe appellata [illegible], quippe [illegible], pœles exulum, qui [illegible] dicuntur. V *Fugia*.

Fugator, oris, m. qui fugat. *Tertull. in carm. adverſ. Marcion. l.* 5. *c.* 10. Mundator carnis letæ, mortiſque fugator.

Fugatrix, icis, f. quæ fugat. *Tert. adv. Gnoſt. c.* 12. Dilectio fugatrix timoris.

Fugatus, a, um, *fugato*, *poſto in fuga*. *Cic.* 3. *Off. c.* 31. Latini fuſi, & fugati. *Caſ.* 7. *B. G. c.* 68. Fugato equitatu.

Fugax, cis, o. 3. *fugace*, [illegible], Ger. *flüchtig*, Gal. *fuyant*, Hiſp. *fugaz*, *huydor*, [illegible], qui facile fugit, a *fugio*. *Virg.* 10. *Æn.* Si forte fugacem conſpexit capream. ¶ Invenitur aliquando pro *fugiens*. *Senec.* 4. *Benef. c.* 32. Fugaciſſimus gloriæ. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 10. Fugax ambitionis. *Id. Triſt. l.* 3. *el.* 2. *v.* 9. Fugax rerum. ¶ Item pro veloci, celeri. *Virg. l.* 10. Cum quo Latagum, Palmumque fugacem. ¶ Tranſlate ponitur pro eo, quod cito præterit, quod cito perit, ut *Anni fugaces*, qui cito elabuntur. *Horat. l.* 2. *od.* 14. *Perſica fugacia*, quæ decerpta facillime corrumpuntur. *Plin. l.* 15. *c.* 12.

Fugēla, æ, f. idem quod fuga. *Apul. Apol.* Ab iis omne magnæ fugelo in gantum fugit. Sic et Catonis fragmentis apud Popmam legitur *maxima fugela*.

Fugia, f. 1. Dea, a *fugando*, quod fugaret hoſtes. L. Viv. ad Auguſt. l. 2. Civ. D. c. 6.

Fugiens, entis, o. 3. quod fugit. *Caſ.* 1. *B. C. c.* 69. Nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris. ¶ Vinum fugiens dicitur, quod non facile annos fert, ſed cito corrumpitur. *Cic.* 3. *Off. c.* 23. Qui vinum fugiens vendat ſciens. ¶ Apud JCtos fugiens accipitur aliquando pro reo, quem & Græci [illegible] dicunt. *Juſtin. l.* 2. *Cod. de Juram. propt. cal.*

Fugio, is, fugi, n. 3. [illegible], Ger. *fliehen*, Gal. *fuir*, Hiſp. *huyr*, [illegible], cum curſu, & celeritate diſcedo, in fugam me conjicio, a verbo Græco quod allatum eſt. *Cic.* 10. *Fam.* Fugiſſe eorum ex prælio Mutinenſi dicuntur notiſſimi latronum duces. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 10. Fugere a foro. ¶ Sumitur etiam pro vitare, vel declinare, cum acc. *Cic. de Leg. Agr.* Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. *Id. in Piſon.* Fugere aliquem oculis, *ſchivarſi dal mirare*. ¶ Item cavere, nolle. *Horat. l.* 1. *od.* 9. Quid ſit futurum cras, fuge quærere. ¶ Fugere etiam dicuntur, qui celeriter iter faciunt. *Virg.* 3. *Æn.* Tenduot vela Noti, fugimus ſpumantibus undis. ¶ Vinum fugiens. V. *Fugiens*. ¶ Particip. *fugiturus*. *Ovid. epiſt.* 2. *v.* 47. Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires. ¶ Fugere pro oblivisci. F. *Fugit*.

Fugit, iebat, imp. 3. eſt neſcire, non recordari, *ſcordarſi*, *non ſapere*. *Cic.* 4. *Fam.* Neque doctiſſimorum, quos ſemper coluiſti, præcepta te fugiunt. *Id. l.* 13. Cum me non fugiat, quanta ſit in Prætore auctoritas. *Id. ad Q. Fr.* De Cæſare fugerat me ad te ſcribere.

Fugitans, antis, o. adject. *chi fugge*. *Ter. Phor.* 4. 3. 18. Herus meus liberalis eſt, & fugitans litium.

Fugitivarius, ii, m. Fugitivarii apud antiquum fugitivorum ſervorum reprehenſores erant, qui eam operam profitebantur, ut fugitivos inveſtigatos reducerent. *In Pandectis in l. ſi apud te, ff. de ſerv. fug.* Non enim ambo pecuniam, ego, & fugitivarius depoſuimus. *Flor. l.* 3. *c.* 19. Qui per fugitivarios retrahi debuiſſent. ¶ Tranſlate dicitur de quocunque, qui rem fugientem cohibet, & perſequitur. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 14. *de cochleis*. Aquæ, inquam, claudendæ, ne fugitivarius ſit parandus: ideſt, ne, ſi locus fugæ pateat cochleis, cogaris poſtea, tanquam fugitivos ſervos, ſic cochleas fugitivas perſequi, & uti miniſterio reprehenſorum.

Fugitīvus, a, um, o. 1. 2. *fuggitivo*, [illegible], Ger. *entloffener*, Gal. *fugitif*, Hiſp. *huydo*, [illegible], qui aufugit. *Ter. Heaut.* 4. 2. Rationem me ad illud fugitivum argentum. *Cic.* 6. *Ver. c.* 50. Fugitivus a domino. *Id. ib.* Fugitivus a jure, & legibus. *Ovid.* 2. *de remed. amor.* Fugitivus amor. *Martial. l.* 7. *ep.* 46. Fugitiva gaudia. *Plin. l.* 18. *c.* 16. In tantum columbis grata (farrago) ut paſtas ea negent illius loci fugitivas fieri. ¶ Fugitivus ſervus dicitur, qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamſi, mutato poſtea conſilio, ad eum revertatur. *Cic.* 5. *Taſc.* Vivebat cum fugitivis, cum facinoroſis, cum barbaris. ¶ *Fugitivus*, *& perfuga* differunt: nam ille eſt ſervus, hic miles ſigna deſerens. *Liv. l.* 30. *c.* 37. Perfugas, fugitivoſque, & captivos omnes redderent Romanis. Adde c. 43. *extr.* Nihilominus *fugitivum* de milite dixit *Claud. Saturnin. Dig. l.* 4. 8. *tit.* 19. *leg.* 6. Tempus diſcernit emanſorem a fugitivo.

Fugito, as, a. 1. *fuggire in diverſe parti*, [illegible], huc, illuc fugio. *Ter. Eun.* Fugitandi fugi, ne quis me cognoſceret. *Plaut. Aſin.* Herum noſmet fugitare cenſet? ¶ Eſt etiam verbum activum pro ejicere, freq. a *fugo*. *Plaut. prol. Pſeud. v.* 8. Semper oduiſtis malos, & lege, & legionibus hos fugitaſtis, Quirites.

Fugitor, oris, maſc. qui fugit. *Plaut. Trin.* 3. 2. 97. Credo, acrem fugitorem fore.

Fugo, as, avi, atum, a. 1. *fugare*, *mettere in fuga*, *cacciare*, [illegible], Germ. *verjagen*, Gall. *chaſſer*, *mettre en fuite*, Hiſp. *ahuyentar*, [illegible], in fugam aliquem converto, & fugientem inſequor, expello, ejicio. *Cic. de Aruſp. Reſp. cap.* 4. Armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret.

Fulcimen, inis, o. idem quod fulcimentum. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 269. Terra pilæ ſimilis, nullo fulcimine nixa.

Fulcimentum, ti, n. 2. *ſoſtegno*, *ſoſtenimento*, [illegible], Germ. *underſatz*, Gal. *appuy*, *ſupport*, Hiſp. *ſoſtenimiento*, [illegible], quod aliquid fulcit, & ſuſtinet. *Solin. c.* 13. Dum fera aſſuetis fulcimentis innititur. *Macrob. lib.* 7. *Saturn. c.* 9. Deſertum fulcimentis ſuis labitur in ruinam. Quidam Lexicographi etiam *Plauto* adſcribunt *Trinum.* 3. 2. 94. ſed varia eſt lectio. V. *Fulmenta*.

Fulcio, is, ſi, tum, a. 4. *ſoſtentare*, *fortificare*, [illegible], Germ. *underſetzen*, Gal. *ſouſtenir*, Hiſp. *ſoſtener*, [illegible], munio, ſuſtento. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Fulcire cibis vaccas fœtas. *Cic.* 4. *Academ.* Qui fulcire putatur porticum Stoicorum. *Id. poſt red. in Sen.* Horum Conſulum ruinas vos Conſules veſtra virtute fulſiſtis. *Id. pro Rab. Poſth. c.* 16. Labentem fulſit re, fortuna, fide. *Id.* 3. *Offic. c.* 22. Imperium debet benevolentia fultum eſſe.

Fulcitus, a, um, fultus. *Cæl. Aurel. Chron.* 2. *c.* 1. Fulciti ex utroque alarum latere miniſtrorum officio, deambulationem tentent.

Fulcrum, cri, neut. *ſoſtegno*, *lettiera*, [illegible], Germ. *bettſtoll*, Gall. *chalit*, Hiſp. *pie della cama*, [illegible], fulcimentum, & ſpeciatim illud, quo lectus ſuſtinetur, a *fultum* ſup. verbi *fulcio*. *Suet. in Claud. cap.* 32. Qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. ¶ Per ſynecdoch. pro ipſo lecto ponitur. *Juvenal. ſat.* 6. *verſ.* 22. Sacri Genium contemnere fulcri.

Fulgens, entis, adjectiv. o. 3. nitidus, ſplendens, *ſplendido*, *lucente*. *Horat. lib.* 2. *od.* 12. Fulgentes oculi. *Virg.* 2. *Æn. v.* 749. Arma fulgentia. *Velley. l.* 2. *c.* 71. Fulgentiſſimus juvenis, h. e. ſpectatiſſimus. *Horat. l.* 3. *od.* 16. Fulgens imperio.

Fulgenter, adverb. *lucidamente*. *Plin. l.* 10. *c.* 20. Colores pavonis fulgentius radiant.

Fulgentius Placiades, qui putatur fuiſſe Epiſcop. Carthaginienſis, floruit circa ſæculum VI. Ejus ſunt de Mythologia tres libri: item de Allegoria Virgilii liber unus.

Fulgeo, es, ſi, o. 2. *riſplendere*, [illegible], Germ. *ſcheinen*, Gall. *reluire*, Hiſp. *reſplandecer*, [illegible], luceo, ſplendorem emitto. *Cic. in Catil.* Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. ¶ Accipitur & pro fulgurare. *Cic. in Vatin.* Jove fulgente, cum populo agi netas eſſe. Adde 2. *nat. Deor.* & 2. *Divin.* ¶ Tranſlate ſignificat apparere, eminere. *Nepos Eum. c.* 1. Fulgebat in adoleſcentulo indoles virtutis. ¶ Fulgere etiam pro ferire dixere Veteres. *Feſt.* ¶ Reperitur & fulgo, is, 3. conjug. *Virg.* 6. *Æn. v.* 826. Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis. *Lucret. l.* 6. *v.* 173. tremulo tempeſtas impete fulgit. Adde *Non. c.* 10. *n.* 18. V. *Senecam l.* 2. *Natur. Quæſt. c.* 56.

Fulgerator, oris, m. fulgurator, Jovis cognomentum. *Grut. Inſcript. ep.* 21. *n.* 3. Aram Jovi fulgeratori dedicaverunt.

Fulgeſco, is, n. fulgeo. *Jul. Firm. l.* 1. *c.* 4. Solis radiatione fulgeſcere. Et in fragm. Halieut. quod dedit Heſſelius ad novam Ennii edition. p. 154. Crebris nubes fulgeſcere flammis.

Fulgĕtra, æ, f. idem quod fulgetrum. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.

Fulgĕtrum, tri, o. 2. idem ac fulgur, a *fulgeo*, *lampo*. *Plin. l.* 2. *cap.* 54. Fulgetrum prius cerni, quam tonitruum audiri, cum ſimul fiant, certum eſt. *Id. lib.* 2. *cap.* 43. Edi tonitrua, fulmina, fulgetra. V. *Senec. Quæſt. Nat. lib.* 2. *cap.* 56.

Fulgĭdus, a, um, o. 1. 2. *chiaro*, *ſplendido*, [illegible], clarus, ſplendidus. *Lucr. l.* 5. *v.* 363. Fulgida, præſertim cum cernere ſæpe nequimus Lumina. *Fortunat. l.* 8 *carm.* 5. *ſub fin.* Fulgidior radio, dulcior ore ſuo.

Fulginas, atis, m. & f. qui eſt ex Fulginio oppido. *Cic. in fragm. pro Vareno.* Ancharium e municipio Fulginate. ¶ *Fulginates*, tum, ejus oppidi incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Fulginium, Fulginia, Fulcinium, Fullinium, *Foligno*, *Fuligno*, urbs Umbriæ in valle, ad radices Apennini M. ad Timiam fl. intermeantem inter Peruſiam ad Occ. & Spoletum in Eur. Pop. *Fulginates*. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Fulgor, oris, m. 3. *ſplendore*, [illegible], Ger. *ſchein*, Gal. *eclat*, Hiſp. *reſplandor*, [illegible], ſplendor, a *fulgeo*. *Cic.* 6. *Ver.* Cujus fulgore collucere, atque illuſtrari Jovis O. M. templum oportebat. *Horat. lib.* 2. *od.* 1. Jam fulgor armorum fugaces Terret equos. *Plin. l.* 7. *cap* 26. Æquato magni Alexandri rerum fulgore, h. e. gloria. ¶ Accipitur etiam pro fulgure. *Cic.* 2. *de Div.* Tum fulgores, & tonitrua exiſtere. Al. leg. *fulgura*.

Fulgŏra, æ, f. Dea fulguris. *Auguſt. l.* 6. *de Civ. Dei*, *c.* 10.

Fulgur, uris, n. 3. *lampo*, *baleno*, *folgore*, [illegible], Germ. *blitz*, Gal. *eclair*, Hiſp. *relampago*, [illegible], flamma inter nubes coruſcans, quæ tonitru præcedere ſolet, a *fulgeo*. *Cic.* 2. *de Div.* Valet autem in fulguribus obſervatio diuturna, in oſtentis ratio, plerunque conjectura adhibetur. ¶ Differt a fulmine, quod fulmen eſt ignita exhalatio, fulgur eſt ſplendor fulminis. *Cic* 2. *Divin. c.* 19 Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi ſint, cum ſe in nubem induerint, ejuſque tenuiſſimam quamque partem cœperint dividere, atque diſrumpere, idque crebrius facere, & vehementius, tum fulgura, & tonitrua exiſtere, ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. ¶ Sed diſcrimen harum vocum non obſervatur, & ſæpe fulmen pro fulgure, & fulgur pro fulmine ſumitur. *Sueton. Domit. c.* 15. Continuis octo menſibus tot fulgura facta nuntiataque ſunt, ut exclamaverit: feriat jam quem volet. *Virg.* 1. *Georg. v.* 488. Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno fulgura. Adde *Cic.* 2. *de Div.* ¶ *Fulgur condere* dicebatur Pontifex, cum ea, quæ fulmine icta eſſent, ſub terra defoderet, quod certa precum formula fiebat. *Juven. ſat.* 6. *v.* 586. aliquis ſenior, qui publica fulgura condit. ¶ Fulgur galeæ, h. e. fulgor. *Claudian. de* 3. *Conſ. Honor. v.* 3. galeæ nec terrific timendum fulgur. Sic *Lucr. l.* 6. *v.* 163. Tempore, quo ſolis pervolgant fulgura cælum, h. e. cum ſol cælum lumine complet.

Fo-

Digitized by Google

Fulgurālis, le, o. 3. quod ad fulgura ſpectat, ut libri fulgurales, in quibus agitur de fulgurum inſpectione, ſeu, ut Veteres definit, qui tractant de fulmine condendo, & aliis ritibus. *Cic. 1. de Div. cap.* 33. Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.

Fulgŏrat, abat, imperat. 1. *folgorare, lampeggiare, balenare*, ברק, Germ. *wetterleychen*, Gal. *eclairer, faire des eclairs*, Hiſpan. *relampaguear*, ἀστράπτει, eſt fulgur emittere. *Cic. 2. de Div. c.* 18. Jove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. ¶ Et tranſlate. *Cic. in Orat.* Qui ſi tenui genere uteretur, nunquam ab Ariſtophane Poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet. *Stat. 4. Theb.* Auro fulgurat domus.

Fulguratĭo, f. 3. *ſplendore*, ἀστραπή, actus fulgurandi. *Sen. 2. Nat. Quæſt. c.* 12. Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurātor, m. 3. fulgurum inſpector. *Cic. 2. Div. c.* 53. Nonne intelligis, eadem uti poſſe & aruſpices, & fulguratores, & interpretes oſtentorum?

Fulguratūra, æ, f. fulguratio, *Serv. ad l. 1, Æn. v.* 46. Ut teſtantur Etruſci libri de Fulguratura.

Fulgurātus, a, um, fulgure ictus, ut Fulguratus locus. *Var. l. 4. L. L.*

Fulgurĕus, a, um, adject. ad fulgur ſpectans, ut fulgurea nubes, apud *Martian. Capel. l.* 5.

Fulgurĭo, is, a. 4. *gettar folgore*, ברק, Ger. *blitzen*, Gal. *frapper d' eclair*, Hiſp. *echar relampagos*, ἐσράπτω, fulgur jacio, fulmine ferio. *Nev.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 324. Sane ſuo tonitru claro fulgurivit Jupiter.

Fulgurĭtas, atis, f. ſplendor apud vet. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 324. Luporum atrem claram, & fulguritatem arborum.

Fulguritaſſo, o. 3. fulgure percutior. *Plaut. Trin.* 2. 4. 138. Nam fulguritaſſunt alternæ arbores. Ita *Calepin. & Paſſerat.* Verum ea lectio mendoſa eſt. Ita enim opt. Codd. Nam fulguritæ ſunt hic alternæ arbores.

Fulgurītus, a, um, o. 1. 2. *folgorato, tocco dal folgore*, κεραυνωθείς, fulmine ictus, partic. a *fulgurio*, ut Arbor fulgurita. *Plaut. Trin.* 2. 4. 138. ¶ Fulguritus locus, fulgure percuſſus, qui ſtatim fieri religioſus putabatur, quod eum Deus ſibi dicaſſe videretur. *Feſt.* Aliter vocabatur *bidental*.

Fulgŭro. V. Fulgurat.

Fulĭca, æ, f. 1. vel fulix, icis, f. 3. *folica*, Ger. *ein taucher*, Gal. *foulque*, Hiſp. *cerceta*, ἐρωδιός, aliter αἴθυια, avis aquatica anate paulo minor, ſed corporis forma conſimilis. *Cic. in Arat. l. 1. Div. c.* 8. Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti nuntiat horribiles clamans inſtare procellas. Hic ἐρωδιὸν, & αἴθυιαν confundit. Sed ἐρωδιὸς Maroni mergus, Plinio, & Avieno ardea eſt: αἴθυια Maroni ardea eſt, Avieno ſturnus, aliis fulica. *Virg. 1. Georg. v.* 363. marinæ in ſicco ludunt fulicæ.

Fulignātus, a, um, fuligine aſperſus. *Hieronym. ep.* 10. *ad Furiam*. Orbes (*oculorum*) ſtibio fuliginati.

Fuligĭnĕus, a, um, adject. fuligioſus. *Petron. in Satyr. c.* 108. Omnia lineamenta fuliginea nube confundere.

Fuliginōſus, a. 1. 2. *fuligginoſo*, λιγνυώδης, plenus fuliginis. *Prudent. Rom. v.* 261. Fuliginoſi thure placantur Lares.

Fulīgo, nis, f. *fuliggine*, Germ. *ruſs*, Gal. *ſuye*, Hiſp. *ollin*, λιγνύς, nigrum illud, quod ex pingui rerum uſtarum fumo condenſatur, & caminis, vel parietibus adhæret. *Feſtus* deducit a *furvus*, niger. *Cic. 2. Phil. c.* 36. Idem tamen, quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatuſconſulta feciſti. *Virg. Ecl. 7. v.* 50. Aſſidua poſtes fuligine nigri. *Gel. l.* 1. *c.* 2. Verborum, & argutiarum fuliginem ob oculos audientium jacere. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Fuligo lucubrationum oratori bibenda.

Fulix, V. Fulica.

Fullo, nis, m. *purgatore*, כבס, Ger. *walcker*, Gall. *foulon*, Hiſp. *lavandero de panos*, γναφεύς, qui veſtes pedum inſultu cogit, & denſat, eaſdemque polit, ideſt creta candefacit. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Urina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negent. ¶ Eſt etiam hoc nomine ſcarabæi quoddam genus, albis guttis diſtinctum. *Id. l.* 30. *c.* 11.

Fullonica, æ, f. vel fullonia, γναφεῖον, ars fullonum, cujus duplex eſt officium, primum veſtem pedum inſultu cogere, & denſare, alterum polire, ideſt creta candefacere. *Plaut. Aſin.* Si non didiciſti fullonicam, non mirandum eſt. *Plin. l. 7. c.* 56. Fulloniam artem Nicia Megarenſis invenit. ¶ Item officina fullonis, *purgo*. *Cat. R. R. c.* 14. *Ulp. l.* apud *Trebatium, ff. de aqua pluv. arcen.* Eum, qui fullonicas circa pontem inſtituiſſet. ¶ Legitur & fullonica n. gen. & pl. num. pro fullonum officinis, a nom. ſing. fullonicum. *Ulp. l. ſi cujus, ff. de uſufr.*

Fullonĭum, ii, n. officina fullonis. *Ammian. l.* 14. *ad fin.* Fortuna Adramyſenum Andriſcum in fullonio natum evexit.

Fullonĭus, a, um, o. 1. 2. γναφευτικός, quod ad fullonem attinet. *Plin. l.* 8. *c.* 56. Ars fullonia, quæ & fullonica dicitur a *Vitruv. proœm. lib.* 6. *Plaut. Pſeud.* 3. 1. 15. Cras mihi potandus fluctus eſt fullonius.

Fulmen, nis, n. *fulmine, ſaetta*, ברק, Ger. *ſtraal ſchieſſen*, Gall. *foudre*, Hiſpan. *rayo*, κεραυνός, ignis, ſeu ignita exhalatio, quæ abruptis nubibus in terram decidit, a *fulgeo*. *Cic. de Div.* Non puto te eſſe eum, qui Jovi fulmen fabricatos eſſe Cyclopas in Ætna putes. *Id. l.* 2. *Divin. c.* 21. Romulus lacteus fulmine ictus fuit. ¶ Tria ſunt fulminum genera, inquit *Serv. in* 2. *Æn.* quod afflat, quod incendit, quod findit. Alibi tamen quatuor, alibi plura recenſet. V. *Plin. l.* 2. *c.* 2. & *Sen. Qu. Nat.* 2. *c.* 31. ¶ Tranſlate fulmina dicuntur gravia infortunia, quæ ex improviſo accidunt, & affligunt. *Liv. l.* 45. *c.* 41. Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint. *Cic. Tuſc.* 2. *c. ult.* Fulmina fortunæ contemnere. *Juven. ſat.* 10. *v.* 92. quo fulmine juſto Et Capito, & Numitor ruerint damnante Senatu. h. e. pœna, ac damnatione. ¶ Fulmina verborum. h. e. vis, impetus. *Cic. 9. Fam. epiſt.* 21. Inſanire tibi videris, quod imitere verborum meorum fulmina. ¶ Sed & ſtrenui Duces, quod inſtar fulminis omnia pervadant, ac terreant, fulmina dicuntur. *Virg. 6. Æn. v.* 842. Duo fulmina belli Scipiades.

Fulmenta, æ, f. ſolea, quæ calceo ſuppingitur, ὑπόθεμα, a fulcio. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 98. Fulmentas clavis mutis ſubcudere. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 94. Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis. V. *Taubm.*

Fulmentum, i, n. fulcrum, a *fulcio*. Vetus prov. apud *Var.* & *Non. c.* 3. *n.* 98. Fulmenta lectum ſcandunt, cum præeſſe vult, in quem imperium habeant. *Sidon. l.* 2. *ep.* 10. *in carm.* Porticus fulmentis Aquitanicis ſuperba. h. e. columnis.

Fulminandus, a, um, fulmine percutiendus. *Senec. in Herc. Oet. v.* 6. Fregimus quidquid fuit tibi fulminandum.

Fulminatĭo, onis, f. fulminis emiſſio. *Senec. l.* 2. *Q. N. c.* 12. Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit.

Fulminātor, oris, m. qui fulminat. *Arnob. l.* 6. Ubinam fulminator (Jupiter) tempore illo fuit?

Fulminātrix, icis, f. quæ fulminat. In *Inſcript. antiq.* apud *Gruter. p.* 547. *n.* 6. & *p.* 567. *n.* 10. Leg. XII. Fulminat. Ubi nihil aliud quam *fulminatrix* legi poſſe videtur. V. *Cellar. program. p.* 44.

Fulminātus, a, um, o. 1. 2. κεραυνωθείς, fulmine ictus. *Plin. l.* 2. *c.* 54. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Fulminĕus, a. 1. 2. quod eſt fulminis, *fulminante*. *Ovid.* 2. *de Pont.* Et qui fulmineo ſæpe ſine igne tonat. ¶ Tranſlate ſumitur pro celeri, rapido, vehementi. *Ovid.* 2. *Faſt.* Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

Fulmĭno, as, a. 1. vel fulminat, abat, imp. 1. *fulminare*, ברק, Ger. *ſtraal ſchieſſen*, Gal. *foudroyer*, Hiſp. *herir con rayo*, κεραυνόω, eſt fulmen jacere, vel fulmine afflare. *Sen.* Minore igne ad fulgurandum, quam ad fulminandum opus eſt. *Virg. 1. Georg. verſ.* 370. Boreæ de parte trucis cum fulminat. ¶ Tranſlate *Virg. 4. Georg. v.* 560. Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem. *Propert. l. 4. el.* 9. Fulminat illa oculis.

Fultor, oris, m. *ſoſtenitore*. *Venant. Fortun. l. 2. carm.* 16. Eccleſiæ fultor, laus regni, paſtor egentum.

Fultūra, æ, f. idem ac fulcimentum, vel ſuſtentatio, *puntello*. *Col. l.* 1. *c.* 5. Pro fultura, & ſubſtructione funguntur. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 154. ni cibus, atque ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.

Fultus, a, um, o. 1. partic. a fulcior, *ſoſtenuto*. *Cic. de Sen.* Vitis, quæ natura caduca eſt, niſi fulta ſit, ad terram fertur. ¶ Et tranſlate. *Cic. ante Exil.* Partim potentia amicorum fulti. *Virg. Ecl. 6. v.* 53. Ille latus niveum molli fultus hyacintho. ubi Serv. apud Veteres unuſquiſque eo, ſuper quod jacebat, fultus dicebatur.

Fulvaſter, a, um, adject. ad fulvum colorem accedens, ut fulvaſtra radix. *Apul. de herbis*.

Fulviana, f. 1. herba urinæ ciendæ utilis ab inventum. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Fulviānus, a, um, adject. gentil. a Fulvio, ut Fulviana inſula. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 5. *n.* 2.

Fulvioiaſter, Fulvium imitans. *Cic. Attic. l.* 12. *epiſt.* 44. Solet omnino eſſe Fulvioiaſter. Al. leg. *Fulviaſter*, quod propius accedit ad analogiam nominis *Fulvius*.

Fulvius Flaccus, Civis Rom. qui Cenſor tectum marmoreum Junonis Laciniæ ſpoliavit, ut ædem, quam dedicaverat Equeſtri Fortunæ, tegeret. *Liv. l.* 42.

Fulvus, a, um, o. 1. 2. *color di leone*, ξανθός, coloris fulvi, qui ex rufo & viridi videtur eſſe mixtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens, a *fulgendo*. Nam dicitur de leone, de aquila, de auro, de jaſpide, de arena, & aliis. Scalig. deducit a furvo, quod ſit furvo propior. *Virg. 4. Æn.* Stellatus jaſpide fulva enſis erat. *Cic. de Leg.* Nuncia fulva Jovis miranda viſa figura. *Ovid. 11. Metam. v.* 771. Fulvus lupus.

Fumarĭa, æ. fem. *fumoſterno*, herba, quæ fumi inſtar lacrymas prolicit. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque, inde nomen.

Fumariŏlum, li, n. 2. dim. parvum fumarium, locus ubi ignis aſſervatur, & accenditur. *Tertul. de Pœnit. c. ult.*

Fumarĭum, rii, n. καπνιστήριον, locus, ubi vina fumo condiebantur. *Mart. epigr.* 36. *l.* 10. Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt, accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius vetuſteſcunt, ut docet *Col. l.* 6. *c.* 6.

Fumĕus, a, um, o. 1. 2. quod eſt ex fumo, *di fumo, affumicato*. *Macrob. l. 7. Saturn. c.* 10. Fumeus flatus. *Valer. Flac. l. 4. v.* 595. Acheron exſudat fumalis. *Martial. l.* 13. *epigr.* 123. Fumea Maſſiliæ ponere vina potes. h. e. fumo condita. V. *Fumarium*.

Fumĭcus, a, um, adject. fumidus. *Sidon. l. 6. ep.* 11. Fumicæ culinæ.

Fumĭdus, a. 1. 2. *affumicato*, fumum referens. *Plin. l.* 14. *c.* 20. Vitia præter ſupradicta acor, aut fumidum virus, aut picis adultio. Adde *Virg. 9. Æn. v.* 75.

Fumĭfer, ra, rum, o. *fumoſo*, afferens fumum, fumoſus. *Virg. 6. Æn. v.* 322. Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.

Fumĭfico, a. 1. idem quod fumigo, vel ſuffio. *Plaut. Mil.* 2. 5. Eique ut Arabico fumificem odore.

Fumĭfĭcus, o. 1. 2. quod fumum emittit. *Ovid. 7. Met. v.* 114. Fumificiſque locum mugitibus impleverant.

Fumigĭum, ii, n. ſuffitus. *Theod. Priſcian. l. 3. cap.* 5. Fumigia vaporatis partibus ſupponere.

Fumĭgo, as, a. 1. *profumare, ſuffumicare*, קטר, Ger. *beraucken*, Gall. *parfumer*, Hiſp. *ahumar*, θυμιάω, ſuffio, a *fumus*. *Var. 3. de re ruſt. c.* 16. Verno tempore, & æſtivo ter in menſe mellarius inſpicere debet, fumigans leniter. *Apul. Apol.* parietes fumigari.

Fumo, as, n. 1. *far fumo, fumare*, עשן, Ger. *rauchen*, Gal. *fumer*, Hiſp. *humear*, καπνίζω, fumum emitto, a θυμιάω, *ſuffio*, odores incendo. *Cic. 7. Ver.* Cum fumantes etiam noſtras naves reliquiſſent. ¶ Fumare aper dicitur, vel urſus, cum e naribus denſum ſpiritum emittit inſtar fumi. *Mart. l.* 14. Fumantem vivi naſum ne læſeris urſi.

Fumōſus, a, um, o. 1. 2. *fumoſo*, עשן, Ger. *rauchig*, Gal. *fumeux*, Hiſp. *humoſo*, καπνώδης, quod fumum emittit. *Cato de re ruſt. c.* 130. Neque fumoſa erunt, & bene ardebunt. ¶ Interdum etiam fumoſum dicitur, quod fumo tinctum eſt, ut *Fumoſæ imagines*, ſtemmata majorum, quæ a nobilioribus domi aſſervabantur, jam ob vetuſtatem fumo denigrata. *Cic. in Piſon. n.* 1. Commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil, præter colorem. Ad hoc etiam alludit *Juven. ſat.* 8. *v.* 8. Fumoſos Equitum cum Dictatore Magiſtros.

Fumus, mi, m. *fumo*, עשן, Ger. *rauch*, Gal. *fumée*, Hiſp. *humo*, καπνός, vapor niger ex igne exhalans, a θυμὸς Æolica pro θυμός, *ſuffitus*, *vapor*. *Cic. in Piſon.* Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. ¶ Tranſlate accipitur pro ſplendidis, & magnificis pollicitationibus, quæ ſuo tamen carent effectu. Inde *vendere fumos*, dixit *Mart. l. 4. epigr.* 5. Et apud *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 36. Alexandri Severi tempore Thurinus quidam, qui cum nihil apud Principem aut gratia, aut auctoritate valeret, ſimulata tamen Principis amicitia, non modica clientes pecunia emungebat, ſed tandem deprehenſo facto, ut criminis reſponderet ſupplicium, alligatus palo, juſſu Principis viridium lignorum fumo eſt enectus, pronunciante præcone, *Fumo punitur, qui fumos vendidit*. ¶ Dicebatur etiam, Fumis vendere, & per fumum vendere. *Id. Heliog. c.* 10. Omnia Heliogabali dicta & facta venderet fumis. *Capitolin. in Pio c.* 2. Nunquam de eo per fumum aliquid vendiderunt. ¶ *De fumo ad flammam* proverbio dicitur de eo, qui e minori in majus periculum incidit. *Ammian. l.* 14. *c.* 11. (*al.* 36.)

Funāle, is, n. *candeliere*, Germ. *fackel*, *wefchen*, Gall. *torche*, *flambeau*, Hiſp. *acha*, *antorcha*, λαμπάς, λαμπτήρ, candelabrum, in quo funis pice vel cera illitus infigitur. *Cic. de Senect. c.* 13. Duillius delectabatur crebro funali, & tibicine. *Horat. l. 3. od.* 26. Hic ponite lucida funalia. ¶ Item funis, *corda*. *Liv. l.* 42. *c.* 65. Funda media duo funalia imparia habebat.

Funālis, & le, o. 3. quod eſt ex fune, vel quod fune ligatum eſt. ¶ Funalis equus dicitur, qui, duobus ad currum junctis, tertius antecedens adjungitur, vel qui latus claudit ſive a dextra, ſive a ſiniſtra, duobus jugalibus mediis: ita dictus, quod non jugo, ſed fune, ſeu habena continetur. *Stat. 6. Theb. v.* 460. Funalemque Thoen. *Sueton. Tiber. c.* 6. Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, cum Marcellus dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus, *torcia*, funis cera, aut pice illitus ad lumen faciendum. *Val. Max. l. 3. c. 6. num.* 4. Quotieſcunque epulaturus erat, ad funalem cereum a cœna domum reverti ſolitus eſt.

Digitized by Google

Funambŭlus, i, m. 2. [illegible Greek], qui graditur per funes. *Terent. in Prol. Hec.* Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo animum occuparat.

Funarius, ii, m. qui funem tractat. Unde cognomen Gratiano Imper. patri Valentis, & Valentiniani, apud *Aurel. Victor. in Epit.* c. 69. & *Ammian. l.* 30. c. 24. ¶ Funarii etiam dicti currus, a genere vinculi, quo alligabantur. *Iſid. l.* 17. *Orig. c.* 33.

Functio, onis, f. 3. *funzione*, [illegible Greek], actus fungendi. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 13. Labor eſt functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis, vel muneris. *Id.* 5. *Ver. c.* 6. Ut iis jucundior eſſet muneris illius functio.

Functus, a, um, o. 1. c. [illegible Greek], partic. *a* fungor. *Horat. lib.* 2. *od.* 18. Functus laboribus. h. e. qui exantlavit. *Id. lib.* 4. *od.* 13. Functi virtute duces. *Caſ. l.* 8. *B. G.* Legio functa ſtipendio. *Nepos* c. 4. 7. Functi ſummis honoribus. *Stat. l.* 6. *Silv.* 1. v. 209. Omnia functa, h. e. mortua, aut moritura video.

Funda, æ, f. 1. *fromba*, [illegible Greek], inſtrumentum e funiculis factum, quo funduntur, h. e. jactantur lapides. *Virg.* 1. *Georg.* Stupea torquentem Balearis verbera fundæ. Vocat Poeta fundam Balearem, quod duæ inſulæ Baleares peritos in primis mittebant funditores. ¶ Eſt etiam retis piſcatorii genus, quod in orbem ſpargitur, [illegible Greek], quod & retiaculum dici ſolet, ita dictum, quod in fundum mittatur, ſive quod in amnem fundatur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 141. Atque alius latum funda jam verberat amnem. ¶ Accipitur item pro ſacculo in modum retis facto, in quo pecuniæ, & alia geruntur, e ſimilitudine fundæ, qua lapides jaciuntur. Porro ut zona divitum, ita funda, ſive loculus pauperum fuiſſe videtur. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 4. Demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro anuli pala, vel pro circulo ex auro, ſive alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum non niſi margines amplectatur, idque Græcorum exemplo, quibus ſimiliter dicitur [illegible Greek]. *Plin. l.* 37. *c.* 9. *de chryſolithis*. Funda includuntur perſpicuæ.

Fundalis, le, adject. ad fundam pertinens. *Prudent. Pſychom.* v. 294. Dextera fundali torſit ſtridore lapillum. Loquitur de Davide adverſ. Goliath pugnante.

Fundāmen, inis, n. 3. idem ac fundamentum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 161. Et lentum de cortice gluten Prima favis ponunt fundamina.

Fundamentum, ti, n. 2. *fondamento*, [Hebrew], Germ. *pfulment*, Gall. *fondement*, Hiſpan. *cimiento*, [illegible Greek], id ſuper quod quid fundatur. *Plin. l.* 36. c. 14. Rurſus ne in lubrico, atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur. ¶ Translate ſumitur pro principio cujuſcunque rei. *Cicer. pro Sext.* Quibus initiis, ac fundamentis hæ tantæ laudes excitatæ ſunt. *Id. pro Planc. c.* 12. Pietas fundamentum eſt omnium virtutum. Apud recent. paſſim leges, *Agere, ponere, jacere fundamenta alicujus rei.* h. e. rei alicui quaſi principium dare. *Virg.* 1. *Æn.* v. 428. Fundamenta locant alii, &c. Contra, convellere fundamenta, *rovinar i fondamenti*. *Col. l.* 1. c. 4. *Nep. Timol. c.* 3. Arcem Syracuſis a fundamentis disjecit.

Fundamentaliter, adverb. *dal fondamento*. *Sidon. l.* 3. *ep.* 8. Fundamentaliter eruere.

Fundatio, onis, f. actus fundandi, *il fondare*. *Vitruv. l.* 5. *ad fin.* In theatrorum, & muri fundationibus.

Fundator, oris, m. qui fundat, *fondatore*. *Virg.* 7. *Æn.* v. 678. Prænestinæ fundator Urbis. *Inſcript. apud Grut. p.* 36. *num.* 3. *&* 6. tempora Severi Imp. inciſa, Fundatoris Imperii Rom.

Fundātus, a, um, o. 1. 2. adject. *fondato, appoggiato ſu i fondamenti*, [illegible Greek]. *Cic. Parad.* 1. c. 3. Reſp. præclare fundata. *Id. pro Dom.* Deflevi ſubitas fundatiſſimæ familiæ ruinas. *Horat. l.* 1. *ep.* 13. *ad fin.* Nitidis fundata pecunia villis. *Arnob. l.* 3. Fundatiſſima imperia. *Vitruv. l.* 7. c. 3. Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ſoliditas tectorii. ¶ Navis fundata eſt, quæ fundum, & carinam habet. *Plaut. Mil.* 3. 3. 42. Facile eſſe navem facere, ubi fundata, & conſtituta eſt.

Fundi, orum, m. 2. *Fondi*, col. & urbs Latii, in Regni Neapolitani initio, primum ex urbe Roma Neapolim proficiſcentibus occurrens, media inter illam, & Formias. Gent. Fundanus, a, um.

Fundibalātor, V. Fuſtibalator.

Fundĭto, as, a. 1. *ſpargere ſpeſſo*, [illegible Greek], crebro fundo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 61. Tantula (mulier) tanta verba funditat. *Id. Merc. Prol.* v. 58. Omni quod modo me rem viderer funditare, ac perdere. Al. leg. *diffunditare*. ¶ Item funda peto, jaculor, percutio. *Plaut. Pœn.* 2. 1. v. 33. In fundas indebant grandiculos globos, eo illos volantes juſſi funditarier.

Fundĭtor, m. 3. *frombolatore*, [Hebrew], Ger. *der in krieg ein ſchleuder brauchet*, Gal. *frondeur*, Hiſp. *hondador*, [illegible Greek], qui funda dimicat. *Salluſt. Jug. c.* 93. Hoſtem ſagittariis, & funditoribus eminus terrere. *Caſ.* 2. *B. G. c.* 7. Funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit.

Fundĭtus, adv. *dal fondo, da' fondamenti*, [Hebrew], Ger. *von boden auff*, Gall. *de fond en comble, du tout*, Hiſp. *de quaxo*, [illegible Greek], ab ipſo fundo, ab ipſis fundamentis. *Cic.* 6. *Ver.* Qui non obſtruſiſſet aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtuliſſet, ac deleviſſet. ¶ Transfertur ad alia pro penitus, prorſus, omnino, *in tutto*. *Cic. de Amic.* Quæ domus tam ſtabilis, quæ tam firma civitas eſt, quæ non odiis, atque diſſidiis funditus poſſit everti? *Id. Orat. c.* 64. Ne ſpondeus quidem funditus eſt repudiandus.

Fundo, as, avi, atum, a. 1. *fondare, fare il fondamento*, [Hebrew], Germ. *befeſtigen*, Gal. *fonder*, Hiſp. *fundar*, [illegible Greek], fundamenta jacio. *Virg.* 8. *Æn.* Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto urbis Agyllinæ ſedes. ¶ Transfertur ad alia, pro firmo, ſive ſtabili. *Cic. Cornif.* Illud maxime noſtrum fundavit Imperium. *Virg.* 6. *Æn.* v. 810. legibus urbem fundare. *Id.* 6. *Æn.* dente tenaci anchora fundabat naves. ¶ Fundare navem alio ſenſu. V. Fundatus.

Fundo, dis, fudi, fuſum, a. 3. *fondere, liquefare*, [Hebrew], Ger. *gieſſen, ſchmeltzen*, Gal. *fondre, verſer*, Hiſpan. *derramar, hundir*, [illegible Greek], liquefacio, a *fundus*, quaſi eſt in fundum jacere. Hinc metalla fuſa dicuntur, cum liquefacta ſunt vi caloris. *Celſ. in præfat.* Hinc pro conflare ponitur, ſeu arte fuſoria aliquid efficere. *gettare*. *Plin. l.* 34. *cap.* 8. Theodorus, qui Labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit. ¶ Apud Medicos fundere alvum, eſt laxare, ſolvere. *Celſ. in præfat.* ¶ Sæpe ſignificat ſpargere, diffundere, & proprie de liquidis dicitur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 348. Lacrymas verba inter ſingula fundit. *Plin. l.* 4. c. 10. Funditur in ſeptem lacus Strymon, priuſquam dirigat curſum. ¶ Item large præbere, effundere. *Virg.* 4. *Ecl.* Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶ Item gignere. *Cic. de Sen. cap.* 15. Fundere frugem. ¶ Fundere verba, eſt loqui. *Virg.* 3. *Æn.* Talia fundebat lacrymans. *Cic. in Orat.* Sæpe in amplificanda re funditur numeroſe, & volubiliter oratio. Sic fundere verſus, *far verſi*. *Cic. l.* 3. *de Orat.* c. 50. Fundere oracula. *Id. l.* 1. *de Div.* & *l.* 1. *de nat. Deor.* ¶ Sumitur & pro proſternere, profligare, ut fundere exercitum, copias, &c. paſſim apud Latinos Scriptores. Sic fundere corpora humi, apud *Virg.* 1. *Æn.* ¶ Interdum & pro dilatare, extendere. *Cic. de Fin.* Juſtitia ipſa ſe fundit uſu in exteras civitates.

Fundŭla, æ, f. angiportus. Fundulæ, inquit *Var. lib.* 4. *de L. L.* dicuntur viæ, quæ exitum non habent.

Fundŭlus, i, m. A *Vitruv. l.* 10. c. 3. *funduli ambulatiles* vocantur in machinis hydraulicis emboli, qui per modiolorum cavitatem ſurſum deorſum moventur, ſimiles illis ligneis lanceis, quas Itali dicunt *tagliere*. Vide *Bald. Lex. Vitruv.*

Fundus, i, m. ima pars cujuſque rei, *fondo, profondo*, Germ. *der boden*, Gal. *fond*, Hiſp. *hondo*, [illegible Greek]. *Virg.* 2. *Æn.* Imo ciet æquora fundo. *Cic.* 2. *Off. c.* 15. Largitio fundum non habet. h. e. homines largitionibus nunquam implentur. *Serv. ad* 2. *Æn.* ad verba illa *litus agens ecce*. De imo fundus, de ſummo faſtigium dicitur. ¶ Sunt, qui afferant in ſuis Lexicis *fundum*, i, n. ſed latino exemplo non confirmant.

Fundus, di, m. *fondo, poſſeſſione, podere*, [Hebrew], Germ. *erbgut*, Gal. *fonds*, Hiſp. *heredad*, *o poſſeſſion de tierras*, [illegible Greek], eſt quævis poſſeſſio ruſtica. Proprie ſignificat agrum cum ædificio, ut definiunt JCti, quamquam & de ſolo agro dicitur. *Var. l.* 4. *de L. L.* & alibi derivat vel a *fundendo*, quod pecudum, ac pecuniæ ſit fundamentum, vel e *fundendo*, quia quotannis fundat multa. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 58. Cui noſtrum non licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inviſere? *Vetus Auct. de limit.* apud *Rigalt.* Hi duo fundi juncti jugerum definiunt. ¶ De poſſeſſione etiam urbana uſurpari, notant JCti. ¶ Accipitur per translationem pro cujuſvis negotii fundamento, *capo fondamento*. *Plaut. Trin.* 5. 1. 7. Ut quæ cum ejus filia egi, ei rei fundus pater ſit potior eo. h. e. fundamentum, auctor, approbator. Hinc Populum fundum fieri, teſte *Feſto*, eſt populum ejus rei, quam alienat, fieri auctorem. *Cic. pro Balbo*. Quid dici potuit imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? V. ibi multa ad hanc rem pertinentia toto *cap.* 8. *& ſeq.* Adde & *Sigon. de antiq. Jure Ital. l.* 1. c. 4.

Funĕbris, bre, o. 3. *funeſto, funebre*, Germ. *leylig*, Gall. *funebre*, Hiſpan. *funebre*, *endec ſa*, [illegible Greek], quod ad funus pertinet, ut Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur, quas Flamini audire putabant illicitum, funebris pompa, funebris oratio, funebre carmen, funebris cœna, cupreſſi funebres, funebre veſtimentum, &c. *Feſtus*, *Horat. Cic.* 2. *Leg.* c. 23. *Quintil. lib.* 3. *cap.* 7. *& al.* ¶ Ab *Horat. lib.* 2. *ep.* 20. funebre bellum dicitur, quia multorum funerum cauſa eſt. ¶ Funebria juſta, *i funerali*. *Liv. l.* 3.

Funĕre, arum, fem. 1. mulieres, ad quas funus pertinet, quaſi funereæ, ut ſunt mater, uxor, ſorores, filiæ, aliæve ſanguine proxime junctæ. Nam præficæ erant planctus principes, non doloris. *Enn. apud Cicer. de Senect. cap.* 20. Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletum faxit. Ita enim *Veſſius* legendum putat. *Virg.* 9. *Æneid.* v. 487. Nec te tua funera mater produxi, preſſive oculos. Ita videtur exponere *Servius*. verum alii aliter.

Funeratĭus, a, um, quod ad funerationem pertinet. *Ulp. l. at ſi quis ff. de rel. & ſumpt. fun.* Qui mandato alterius funeravit, non habet actionem funerariam.

Funeratĭcum, i, n. pecunia funeribus impenſa. *Inſcript. apud Spon. Miſcel. erud. ant. ſect.* 2. *art.* 11. *p.* 54. Interunt partem dimidiam funeratici.

Funeratĭo, onis, f. [illegible Greek], funus. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 214. ubi al. leg. *funeratio*.

Funeratĭtius, a, um, adject. idem quod funerarius, ut funeratitia actio. *Pompon. l.* 30. *de Relig.*

Funeratus, a, um, *eſequiato*, funere elatus. *Suet. in Calig. c.* 15. Pro concione laudatus, & funeratur ampliſſime. ¶ Item necatus, *ucciſo*. *Horat. l.* 3. *od.* 8. v. 7. prope funeratus Arboris ictu.

Funerĕus, a, um, idem ac funebris. *Virgil.* 4. *Æneid.* & fronde coronat Funerea.

Funĕro, as, a. 1. *ſeppellire, far il funerale*, [illegible Greek], ſepelio, juſta mortuo perſolvo, pompam funebrem duco. *Plin. l.* 33. c. 10. Qui funerari ſe juſſit ſeſtertiis undecim millibus. *Sueton. Domit. cap.* 17. Per veſpillones exportatum nutrix in ſuburbano funeravit. ¶ Deponentis forma uſus eſt *Capitol. in Pertin. cap.* 14. Corpus ejus quanto potuit honore funeratus eſt.

Funeſto, as, a. 1. *funeſtare*, [illegible Greek], cæde polluo, funere inquino. *Cic. pro Pont. c.* 10. Eorum aras, ac templa funeſtans.

Funeſtus, a, um, *funeſto*, [illegible Greek], quod mortem affert, quod pernicioſum, exitiale, mortiferum eſt, *a funus*. *Cic. l.* 12. *Fam.* Quam cum pauciores funeſtam orbi terrarum victoriam pateremur. ¶ Item quod funere inquinatum eſt, quod funeribus adhibetur, ut *Funeſta tibia*, qua ad funera canebant, *Funeſta arbor*, cypreſſus, cujus ramus pone ante domum funeream ſolitus erat, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur. *Auct. ante Excl.* Qui in ſuo Magiſtratu funeſtam facem e vectris repulit templis. ¶ Comp. funeſtior, ſuperl. funeſtiſſimus. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 5. Majores noſtri funeſtiorem eſſe voluerunt diem Allienſis pugnæ, quam urbis captæ. *Eutrop. lib.* 7. *cap.* 7. Caligula ſceleratiſſimus, ac funeſtiſſimus. ¶ Funeſta familia eſt, quæ funus celebrat, *famiglia in duolo*. *Liv. l.* 2. & *leg. ſi ex re, ff. de ſtipul. ſervor.*

Funētum, i, n. arcus ex vitibus, cum breviores palmites ſarmento junguntur inter ſe funium modo. *Plin. l.* 17. c. 22.

Fungīnus, a, um, adjectiv. *di fungo*. *Plaut. Trin.* 4. 2. 9. Fungino genere eſt; capite ſe totum tegit.

Fungor, eris, functus ſum, d. 3. *fare, eſercitare officio, uſare*, [Hebrew], Ger. *ein ampt verwalten, auſſrichten*, Gall. *exercer quelque charge*, Hiſp. *uſar de algun oficio*, *o exercitarlo*, [illegible Greek], proprie eſt perficere, ac perducere ad finem, ſed generatim ſumitur pro officium aliquod exercere, munus obire. ¶ Conſtruitur cum ablat. ſine præpoſit. *Cic.* 3. *Fin.* In ſenſibus hæc eſt ſua cujuſque virtus, ut ne quis impediat, quominus ſuo quiſque ſenſus munere fungatur. *Id.* 2. *Offic. cap.* 13. Juſtitiæ fungatur officiis. ¶ Reperitur etiam cum accuſativo. *Nepos Datam. c.* 1. Militare munus fungens. Adde *Plaut. Suet.* & *Terent.* ¶ *Diem fungi*, eſt mori. *Juſtin. l.* 19. *cap.* 1. Mago, cum imperium Pœnorum condidiſſet, diem fungitur, relictis duobus filiis. *Velley. l.* 2. c. 49. Morte quieta fungi, *morire placidamente*. ¶ *Vita fungi*, ſignificat mori. *Papin. l. Pi. luuſam. ff. de caſtr. pecul.* ¶ Fungi fortuna proſpera, eſt uti, *aver buona fortuna*. *Cic. de Clar. Orat.* ¶ *Colum. l.* 1. *cap.* 3. Fundamenta pro fulcra, & ſubſtructione funguntur, *ſerviranno de ſoſtegno*. ¶ Fungi, pro ſtatui, conſtitui. *Paul. l.* 63. *ff. ad leg. Falcid.* Pretia rerum non affectu, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur. Adde *l.* 33. *ff. ad leg. Aquil.* ¶ Alia V. in *Functus*.

Fungoſĭtas, atis, f. 3. *leggerezza*, raritas, & levitas, qualis in fungis, & in ſpongiis apparet. *Plin.* Tota fungoſitas detraſa. Ita Lexicographi, ſed nihil ejuſmodi in Plinio apparet.

Fungōſus, a, um, o. 1. 2. [illegible Greek], quod eſt rarum, & leve ad ſimilitudinem fungi. *Plin. l.* 16. c. 36. Arundo fungoſior. *Col. l.* 4. c. 29. Fungoſa medulla.

Fungŭlus, li, m. parvus fungus. Eſt *Apicii l.* 5. c. 6.

Fungus, i, m. *fungo*, [illegible Greek], excrementum terræ, vel arborum, varia forma, ac figura. *Plin. lib.* 22. *cap.* 23. Fungorum lentior natura, & numeroſa genera. *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. v. 2. Pratenſibus optima fungis Natura eſt. ¶ Fungus etiam dicitur exuſta papyri pars in lucerna. *Virgil.* 1. *Georg.* v. 392. Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos. ¶ *Plaut. Bacch.* 4. 7. 23. & 3. 1. 2. *fungum* vocat hominem ſtupidum, ſtolidum, & inſi-

Digitized by Google

inutilem. ¶ Dicitur & fungus morbi quoddam genus in arboribus. V. Plin. l. 17. c. 24.

Funicŭlus, li, m. 2. cordicella, funicella, Ger. ein klein ſeyl, ſchnur, Gall. cordelettes, Hiſp. cuerdecilla, [Greek], dim. a fune. Cicer. 2. de Inv. c. 51. Funiculo, qui e puppi religatus erat.

Funirĕpus, pi, m. 2. funambulus, qui per funes repit. Apul. lib. 4. Florid. in princ. Funirepus periclitatur.

Funis, maſc. 3. corda, fune, [Hebrew], Germ. ſeyl, Gal. corde, Hiſp. cuerda, [Greek], reſtis ex cannabe, aut alia materia contorta. Virgil. 5. Æneid. Trajecto in fune columbam, quo tendunt ferrum, malo ſuſpendit ab alto. ¶ A veteribus etiam in gen. fem. uſurpabatur. Lucr. lib. 2. v. 1153. apud Gel. lib. 13. c. 19. Haud, ut opinor, enim mortalia ſæcla ſuperne aurea de cœlo demiſit funis in arva. Adde Non. c. 3. n. 91. V. & Quintil. l. 1. cap. 6. ¶ Reducere funem, eſt opinionem mutare, aut conſilium: ductum a jumentis, quæ habenis adductis ſiſtimus. Perſ. Sat. 5. v. 118. Quæ dederam ſupra, repeto, funemque reduco. ¶ Ducere funem metaphorice dicitur pro vincere, & imperare. Horat. lib. 1. epiſt. 10. ad fin. de pecunia: Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem, videtur ſumpta metaphora a ludo puerorum, de quo Tertul. de Pudic. c. 2. Non decet ultra de auctoritate Scripturarum ejuſmodi funem contentioſum alterno ductu in diverſa diſtendere.

Funus, eris, n. 3. funerale, pompa funebre, [Hebrew], Germ. ein leich, Gall. funerailles, Hiſp. exequias, obſequias, [Greek], pompa, quæ fit in exequiis mortuorum, a [Greek], cædes. Donat. in Andr. a. 1. ſc. 1. Serv. in 1. & 6. Æn. Iſid. lib. 20. cap. 10. dici ajunt a funalibus, ſive funibus accenſis, quia cadavera noctu efferebantur cum faculis, propter factorum celebrationem diurnam. Cic. de Amic. Quam civitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum eſt. Sic dicimus, funus celebrare. Liv. Funus ducere. Cic. In funus prodire. Terent. Funus alicui facere. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. &c. ¶ Interdum pro ipſo mortuo ponitur. Lucan. l. 7. v. 820. Inhumatum funus. Virg. 2. Æn. verſ. 539. patrios fœdaſti funere vultus, h. e. nece filii mei patrata. ¶ Interdum pro morte. Virgil. Ecl. 5. v. 20. Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant. Id. 6. Æn. v. 429. Funere merſit acerbo. ¶ Et pro extinctione cujuſque rei. Lucan. lib. 4. v. 231. Proh dira pudoris Funera! ¶ Funerum pompam apud antiq. eleganter perſequitur Virg. 6. Æn. de Miſeno. ¶ Facere funus prandio, h. e. totum prandium conſumere. Plaut. Men. 3. 2. 27.

Fur, furis, com. 3. ladro, rubatore, [Hebrew], Ger. dieb, Gal. voleur, Hiſp. ladron, [Greek], qui aliena clam aufert, a Græca voce allata. Cicer. pro Mil. c. 3. Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impune voluerunt. Plaut. 5. 4. 25. de duabus meretricibus loquens: Fures ambæ. Sueton. de clar. Gramm. Fur priſcorum verborum. ¶ De ſervis etiam uſurpabant Veteres. Virg. Ecl. 3. v. 16. Quid domini faciant, audent cum talia fures? Ita Serv. exponit. ¶ Fur etiam dicitur fucus, qui inter apes degit. Var. lib. 3. R. R. cap. 16. Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter eſt lato ventre.

Furacĭtas, f. 3. [Greek], proclivitas, ſeu inclinatio ad furandum. Plin. l. 10. c. 29. Cui ſoli avi furacitas auri, argentique præcipue mira eſt.

Furacĭter, adverb. da ladro, Germ. mit laſt zuſtelen, Gall. en maniere de voleur, avec envie dérober, Hiſp. en manera de ladron, con gana de hurtar, [Greek], more furum. Cic. in Vatin. c. 5. Cumque omnium domos, apothecas, naves furaciſſime ſcrutarere.

Furātor, oris, m. qui furatur, ladro. Tertul. Apol. c. 46. Furator veritatis Philoſophus.

Furatrīna, æ, f. furacitas, furture. Apul. l. 6. A. A. Furatrina facili. Et l. 10. Ea pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium.

Furatriſour, dictus eſt Mercurius, ut notat Beroald. ad Var. l. 4. 4. L. L. quod ſit furum præſes.

Furax, cis, o. 3. furace, dato al rubare, [Hebrew], Ger. deibiſch, Gall. adonné, enclin a voler, Hiſp. hurtador, que tiene mucha gana de hurtar, [Greek], qui proclivis eſt ad furandum. Cic. 2. de Orat. Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſervo, ſolum eſſe, cui domi nihil ſit nec obſignatum, nec occluſum. ¶ Comp. furacior, ſuperl. furaciſſimus. Cic. in Piſ. Nam furaciſſimis manibus detractam cruentis facibus lauream. Mart. l. 8. epigr. 59. Nihil eſt furacius illo.

Furca, æ, f. 1. forca, forcina, [Hebrew], Germ. ein gabel, Gal. fourche, Hiſp. horca, [Greek], inſtrumentum, quo ſtramenta moventur, vel feruntur, a ferendo. Virg. 2. Georg. v. 359. Exacuunt alii vallos, furcaſque bicornes. ¶ Generatim etiam furca dicitur omne id, quo quid ſuſtentatur, in modum furcæ factum. Plin. l. 9. c. 8. Tunc piſcatores circundant retia, furciſque ſublevant. ¶ Furca item eſt genus ſupplicii, quo ſervi afficiebantur, quia ſimilis erat furcæ ruſticæ. Plaut. Caſ. 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem, & furcam feras. Plin. l. 29. c. 4. Vivi in furca ſambucea arbore fixi. V. Lipſ. de Cruce l. 3. c. 4.

Furcĭfer, eri, maſc. 2. [Greek], ſervus, qui ob delictum cogebatur a domino ignominiæ magis, quam ſupplicii cauſa circa vicinos furcam, id eſt, plauſtri lignum, cui temo affigitur, in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum, ſimulque monere cæteros, nequid ſimile admitterent. Plut. in vit. Coriol. Hinc erat ſolemne ſervorum convicium, ut apud Plaut. paſſim legitur. Cicer. in Vatin. cap. 6. Id tu tibi, furcifer, ſumes? ¶ Furcifera, æ, f. legitur apud Petron. in Satyr. c. 132. in carmine.

Furcilla, æ, f. 1. forcina, parva furca, dim. a furcula. Var. l. 1. de R. R. c. 49. Herba ſubſecari falcibus debet, &, quoad pereſiccat, furcillis verſari. Catul. carm. 103. Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt.

Furcillātus, a, um, adject. a furcilla. Varr. lib. 4. L. L. Vallum dictum, quod ſingula extrema bacilla furcillata habent figuram litteræ V.

Furcilles, ſive Furcillæ, quibus homines ſuſpendebant. Feſt.

Furcillo, as, avi, atum, a. 1. Plaut. Pſeud. 2. 2. 36. Væ tibi! tu inventus vero, qui meam furcilles fidem; Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoli ſoleant credier? Qui quidem locus valde eſt obſcurus. Pareus in Lex. crit. furcillare fidem exponit infirmam judicare, ideoque quaſi furcillis ſtabilire, & ſuſtentare. Alii interpretantur, fidem in dubium revocare, & quaſi furcillis abigere, & rejicere. V. Taubman.

Furconium, n. 2. Avia, Forcone, urbs exc. Veſtinorum, ex cujus ruinis, & Amiterni coaluit Aquila urbs.

Furcŭla, æ, f. dim. parva furca. Liv. l. 9. cap. 2. Altera via per Furculas Caudinas brevior. Adde Colum. & Var.

Furens, tis, adject. infuriato. Virg. 1. Æn. v. 495. Pentheſilea furens. Vellej. l. 2. c. 111. Intra ſe furens exercitus. Claud. in Piſonem v. 26. Quis belluarum cæde furentior?

Furenter, adverb. furioſamente, [Greek], more furioſi. Cic. Att. l. 6. epiſt. 1. Pueri autem, eum furenter iraſci.

Furfur, uris, m. 3. ſemola, cruſca, [Hebrew], Germ. kleyen, Gall. ſon, Hiſp. ſalvado, o ſalvados, [Greek], purgamentum farinæ, a [Greek]. Plaut. Capt. 4. 2. 27. Qui alunt furfure ſues. Camerar. & Taubman. leg. furfuri, qui ablativus animadverſione dignus eſt. ¶ Furfures item, [Greek], eſt porrigo, vitium capitis, vel faciei, cum fuliginoſa excrementa ſicca, & alba ſuper poros colliguntur, in capillo, barba, ſuperciliis, quæ quaſi furfuraceæ ſquamulæ in pectendo, aut ſcalpendo, ſine ulceratione a cute reſolvuntur, & decidunt. Plin. l. 20. c. 9. Furfures capitis, & ulcera manantia.

Furfuracŭlum, i, n. terebra, apud Arnob. l. 6. ut legit Salmaſ. in Solin. & ſic dictum putat, quod furfures, ſeu ſcrobem furfuribus ſimilem in ligno perforando faciat.

Furfurarius, a, um, ad furfurem pertinens. Inſcript. apud Gruter. pag. 128. n. 5. Ædiculam vetuſtate corruptam adampliavit ex pecunia furfuraria. Al. aliter leg.

Furfurĕus, a, um, adject. qui eſt ex furfure, ut furfureum panem alitare, pan di cruſca. Gel. l. 11. c. 7.

Furfurĭcŭla, æ, f. dim. a furfur. Marcel. Empir. c. 5.

Furfurōſus, a, um, n. 1. 2. [Greek], quod furfures habet admiſtos, aut quandam furfurum ſimilitudinem refert. Plin. 12. 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfuroſus.

Furiæ, f. 1. Furie, [Greek], Deæ furoris, Acherontis, & Noctis filiæ, quæ tres numerantur, Alecto, Tiſiphone, Megæra, uno partu editæ. Virg. 12. Æn. Cic. 3. de nat. Deor. Dictæ ſunt a furo. ¶ Poetæ fabulantur, Furiarum numen circa ſcelerum cognitionem, ultionemque, & in animorum male conſciorum exagitatione verſari. Sapientes interpretantur, Furiarum nomine a Poetis nihil aliud ſignificari, quam animum ſibi male conſcium, & ſcelerum quibuſdam quaſi ſtimulis aſſidue exagitatum. Cicer. 3. de nat. Deor. Sin hæc Dea eſt, cur non Eumenides? Quæ ſi Deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ, Furiæ Deæ ſunt ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum, & ſcelerum. Id. 2. de Leg. Ut eos agitent, inſectenturque Furiæ, non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu. ¶ Furiæ tres eſſe dicuntur. Serv. in 4. Æneid. cauſam affert, quia & in cœlo reperiuntur, ubi Diræ vocantur, & in terris, ubi Furiæ, & apud inferos, ubi Eumenides. Alii tres Furias ſignificant tres animi affectus, iram, cupiditatem, libidinem, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, ex quibus ira ultionem deſiderat, cupiditas opes, libido voluptates. Lactant. lib. 6. cap. 19. Hinc furiis ſcelerum agitatur. Virg. 3. Æn. Malis furiis actus. Horat. l. 2. Sat. 3. Concipere furias. Virg. 4. Æn. Furiis accenſus. Id. 12. Æn. ¶ Furiæ honeſtæ dicuntur a Statio impetus animi ſervitutem, & infamiam abhorrentes. Sic enim habet l. 4. Silv. 6. 83. Immeritaſque domos, ac templa Sagunti Polluit, & populis furias immiſit honeſtas. Sc. Saguntini maluerunt ſe ipſos perdere, & fidem Romanis ſervare, quam in Annibalis poteſtatem fœde venire. ¶ Uſurpatur etiam Furia in ſing. num. Cic. Q. Fr. l. 3. epiſt. 1. cap. 4. Ut illum ad illam Furiam (Clodium intelligit) verbum reſcriberet. Id. pro Sext. Furia, ac peſtis patriæ.

Furiālis, le, o. 3. furiale, [Hebrew], Germ. wuetig, Gall. furieux, forſené, Hiſp. furibundo, furioſo, [Greek], quod eſt proprium furentium, & inſanorum. Cic. pro Planc. c. 35. Vox furialis. Liv. l. 7. c. 17. Furialis inceſſus. Cic. 2. Tuſc. c. 8. Furialis veſtis, h. e. quæ ſanguine Neſſi Centauri imbuta Herculem in furorem vertit. Ovid. 11. Met. Auſa furialia. Hor. l. 3. od. 11. Furiale caput Cerberi. ¶ Furiale adverbii more poſitum pro furialiter. Claudian. de B. Get. v. 326. de leone. incituſque per altas incedit furiale nives. Adde Stat. 6. Theb. v. 430.

Furiālĭter, adv. [Greek], furioſe. Ovid. 3. Faſt. v. 637. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furianus, a, um, ad Furium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani hominis, ut Furiana poemata apud Gel. l. 18. c. 11. h. e. Furii Antiatis, antiqui Poetæ. Furiani milites ſub Furio Camillo militantes. Liv. lib. 8. c. 9. ſub fin.

Furiatĭlis, le, adject. furioſus, efferus. Fortunat. 3. Mart. Furiatile cornu.

Furiātus, a, um, o. 1. 2. furioſo, [Hebrew], Germ. zu grimm bewegt, Gall. entré en furie, Hiſp. deſatinado, [Greek], furore concitatus. Virg. 2. Æn. v. 407. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus.

Furibundus, a, 1. 2. furibondo, infuriato grandemente, [Hebrew], Ger. heftig wuetend, Gall. furieux, Hiſp. furibundo, [Greek], qui vehementer furit. Cic. pro Sext. c. 7. Cum ille furibundus incitata illa ſua vecordi mente veniſſet.

Furina, f. 1. Dea apud Romanos, eadem ac furia, a furo. Cicer. 3. de nat. Deor. Et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ.

Furinalia, lium, n. 3. ſacra Furinæ Deæ. Var. l. 5. L. L.

Furinalis, la, o. 3. quod ad Furinam Deam ſpectat, ut Flamen Furinalis, Sacerdos, qui Furinæ ſacra peragebat. Furinales Feriæ, feſta Deæ Furinæ. Var. l. 4. & 6. L. L.

Furinus, a, um, o. 1. 2. quod ad furem pertinet. Plaut. Pſeud. 3. 2. 2. Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.

Furio, as, a. 1. infuriare, [Hebrew], Germ. unſinnig machen, Gall. mettre en furie faire, enrager, Hiſp. hazer enloquecer, o deſatinar, [Greek], furore concito, in furorem ago. Horat. l. 1. Carm. od. 25. Quæ ſolet matres furiare equorum.

Furiōſe, adv. furioſamente, Ger. wuetiklich, Gal. furieuſement, Hiſp. furioſamente, [Greek], dementer, inſane. Cic. ad Attic. l. 8. ep. 5. Fieri ſolet cum, cum aliquid furioſe fecit, pœnitere. Id. Fam. 12. ep. 8. Furioſius dicit. Spartian. in Adrian. c. 12. Servo in ſe cum gladio furioſe irruenti.

Furiōſus, a, um, o. 1. 2. furioſo, pazzo, [Hebrew], Germ. wuetig, Gal. furieux, Hiſp. furioſo, [Greek], qui furoris vitio vexatur. Cic. pro Cluent. Mulier jam non morbo, ſed ſcelere furioſa. Ovid. 9. Met. v. 736. Amor furioſior. Cic. Att. l. 4. epiſt. 3. Furioſiſſimæ conciones Publii. Liv. l. 36. c. 34. Furioſum inceptum. ¶ Differt furioſus a mente capto, & ab inſano, cum mente captus quietus eſt, & nulla furoris ſigna oſtendit, inſanus eſt, cui mentis ſanitas non ſatis conſtat, ita tamen ut officium tueri poſſit, & communem vitæ cultum, furioſus autem, qui omnino mente alienatus eſt, & rabie quadam animi agitur. V. Cic. 3. Tuſc. Promiſcue tamen hæc ſæpe uſurpantur.

Furippus, i, magnus fur, [Greek] enim Græce interdum in compoſit. intenſiva eſt. Auſon. epigr. 115. Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum, Altera producens, altera corripiens. Elige utrum malis; aut tenda, aut corripe nomen. Conveniet quodvis, fur furioſe, tibi.

Furius, ii, inter Romana nomina fuit, ut Furius Camillus. Prima ſyllaba in hac voce producitur. Ovid. Faſt. 1. v. 641. Martial. l. 6. epigr. 17.

Furnacĕus, a, um, o. 1. 2. [Greek], quod ad furnum ſpectat, ut Furnacei panes, qui in furno coquuntur. Plin. l. 18. c. 11. Panis varia genera, ut furnacei, a coquendi ratione, &c.

Furnaria, æ, f. 1. l' arte del fornaro, Germ. das brodbacken handtwerck, Gal. boulenberie, Hiſpan. horneria, [Greek], ars in forno coquendi. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno quæſtum facit. Sueton. in Vitel. cap. 2. Ex muliere vulgari Antiochi cujuſdam furnariam exercentis filia.

Furnarius, ii, m. 2. [Greek], qui furnariam artem exercet. Ulp. l. 24. §. 6. ff. de dam. inf. Furnarii culpa damnum datum.

Furniāna vaſa, genus vaſorum, a Furnio inventore. Plin. l. 33. c. 11. Nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc Anaglypta, &c.

Furnus, ni, m. 2. forno, [Hebrew], Ger. ofen, Gal. four, Hiſp. horno, [Greek],

[illegible], locus, in quo panis coquitur. Differt a *clibano*, quia *clibanus* minor eſt, & quaſi parvus furnus, mobilis, fere ex metallo, interdum etiam ex lapide, inſervit non tam pani, quam aliis dapibus coquendis, *furnus* magnus eſt, immobilis, ex cæmento, & calce, factus ad panem coquendum. *Plin. l.* 23. *proœm.* Uritur in furno, donec panis percoquetur.

Furo, is, ſine præter. & ſup. n. 3. *eſſer furioſo*, [illegible], Ger. *wuten*, Gal. *forcener*, Hiſp. *enloquecer*, *embravecerſe*, [illegible], furioſus ſum, furore exagitor. *Cic.* 2. *de Div.* Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. ¶ Aliquando eſt vehementius iraſci, & præ iræ magnitudine furioſo ſimilem fieri. *Cic. Q. Fr.* Clodius furabat, a Racilio ſe contumaciter vexatum. ¶ Dicimus, furere audacia, aut ſcelere, aut libidine. *Cic.* 2. *Catil.* L. Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem. ¶ Pro immodice, & impotenter lætari. *Horat. l.* 2. *od.* 7. Recepto dulce mihi furere eſt amico. ¶ *Sedulius* præteritum etiam format, *l.* 1. *de Daniele:* Furuerunt juſſa tyranni. Adde *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 45.

Furor, aris, d. 1. *rubare*, [illegible], Ger. *ſtehlen*, *rauben*, Gal. *voler*, *dérober*, Hiſp. *hurtar*, [illegible], furtum facio, clam alienum aufero. *Cic. Ver.* 5. *c.* 0a. Verres ſolet hæc, quæ rapuit, & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. ¶ Tranſlatum *Virg.* 5. *Æn.* Pone caput, feſſoſque oculos furare labori, h. e. ſubtrahe, laborem intermitte. ¶ Furari civitatem, eſt clam, & dolo in civitatem irrepere. *Id. pro Balb.* c. 2. Non enim furatus eſſe civitatem dicitur. ¶ Activa forma *Plaut. Rud.* 1. 2. 23. An quo furatum venias mox, veſtigas loca?

Furor, oris, m. 3. *furore*, [illegible], Ger. *wuetigkeit*, Gal. *fureur*, Hiſp. *furor*, [illegible], gravius, diuturniorque mentis alienatio. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 18. A Diis quidem immortalibus quæ poteſt homini major eſſe pœna furore, atque dementia? ¶ Differt ab inſania, quia furor major eſt. V. Furioſus. ¶ Aliquando accipitur pro mentis concitatione, quæ divinitus fit, qualis eſt furor Poetarum. *Cicer.* 1. *de Divin.* Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus: ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur. *Et infra.* Negat enim ſine furore Democritus quenquam Poetam magnum eſſe poſſe. ¶ Aliquando pro vehementi ira, vel alia animi perturbatione. *Cic. pro Domo.* Et ab iſtius inflammato, atque ignito furore jam tum me, ſeque repetebas. ¶ *Furorem impendiorum*, hoc eſt profuſam, et nimiam libidinem impendendi, *pazza prodigalità*, dixit *Suet. Ner.* c. 31.

Furtificus, a, um, o. s. a. *che fuol far furto*, [illegible], furax. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 97. Furtificæ manus. *Id. Epid.* 1. 1. 10. Minus jam furtificus ſum, quam antea: rapio propalam.

Furtim, adverb. *naſcoſamente*, *celatamente*, [illegible], Germ. *verſtolen*, Gall. *en cachette*, Hiſp. *a eſcondidas*, *a eſcondillas*, [illegible], latenter. *Cic. de Leg. Agrar.* Ut occulte latet, ut recondita eſt, ut furtim tota Decemviris traditur.

Furtive, adverb. idem ac furtim. *Plaut. Pæn.* 5. 0. 62. Ne quid furtive clam accepiſſe cenſeas.

Furtivus, a, um, o. 1. a. *furtivo*, *rubato*, [illegible], Ger. *bedecktlich*, Gal. *furtif*, *fait en cachette*, Hiſp. *eſcondido*, *clandeſtino*, [illegible], quod furto ablatum eſt. *Plaut. Curc.* Qui ſcias mercari furtivas, atque ingenuas virgines. ¶ Quandoque furtivum dicitur clandeſtinum. *Cic. in Piſon. c.* 40. Occultus adventus, furtivum iter per Italiam. Hinc *Furtivæ literæ*, & *furtiva ſcripta*, quæ artificio quodam fiunt, ne legi poſſint ab alio, quam ab eo, ad quem ſcribuntur, quales erant, quas Lacedæmonii [illegible] vocabant. *Gel. l.* 17. *c.* 9. Res quaſdam occultas nuntiare Regi furtivo ſcripta volebat.

Furtum, i, n. 2. *furta*, Germ. *diebſtall*, Gall. *larcin*, Hiſp. *hurto*, [illegible], clandeſtina ablatio rei alienæ. *Cic. pro Cluent. c.* 64. Furtum facere. *Id. pro Plac. c.* 18. Furti damnari. ¶ Item res, quæ furto ablata eſt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. Dum furta ligurit. ¶ Furtum etiam dicimus quicquid clam agitur. *Vellej. l.* 2. *c.* 63. Pontifex in ejus locum furto creatus. *Virg. Æn.* 4. *v.* 337. Furto fugam abſcondere. ¶ Hinc & pro fraudibus & inſidiis ponitur. *Ovid.* 13. *Metam. verſ.* 8a. Furtis incautum decipit hoſtem. *Curt. l.* 4. *c.* 13. Furto, non prælio opus eſſe cenſebat. ¶ Sæpe etiam pro clandeſtino, & illicito concubitu. *Tibul. l.* 1. *el.* 2. *v.* 34. Celari vult ſua furta Venus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 336. Martiſque dolos, & dulcia furta. ¶ Quin & unus flagitium clam perpetratum furti nomine venit. *Ter. Eun.* 4. 7. 39. Hic furti ſe alligat. ¶ *Cicer. Fam.* 16. *ep.* 26. Etiamſi quod ſcribas, non habebis, ſcribito tamen, ut furtum ceſſationis quæſiviſſe videaris, h. e. furtivam cauſam ceſſandi.

Furunculus, m. 2. *ladroncello*, Ger. *kleiner dieb*, Gall. *larronneau*, Hiſp. *ladroncillo*, dim. a fur. *Cic. in Piſ. c.* 27. Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Eſt etiam tuberculum in cute, & ulcus. *Plin. l.* 20. *c.* 15. de quo & *Celſus l.* 5. *c.* 28. Furunculus, inquit, eſt tuberculum acutum, cum inflammatione, & dolore, maximeque ubi jam in pus vergit. ¶ In vitibus etiam furunculus dicitur palmes juxta alium palmitem enatus, quod veluti ſuccum vicinis partibus furetur: vel extuberantia quædam, in modum verrucæ. *Colum. l.* 4. *c.* 22.

Furvus, a, um, o. 1. 2. *oſcuro*, *nero*, *bruno*, [illegible], Ger. *ſchwartz*, Gal. *noir*, Hiſp. *negro*, [illegible], niger, ater, obſcurus. *Ovid.* 5. *Met.* Ex Acheronte ſua furvis peperiſſe ſub antris. ¶ Hinc hoſtiæ furvæ ſternebantur, quæ nigri erant coloris, quod hoſtiarum genus Diis inferis gratiſſimum putabatur. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 4. *n.* 5.

Fuſcator, oris, m. *offuſcatore*, Ger. *der da ſchwartz lecht machet*, Gal. *celuy qui offuſque*, Hiſp. *el que embaça*, qui fuſcat. *Lucr. l.* 4. *v.* 80. Quicquid cœli fuſcator Eoi inſulerat Corus.

Fuſcatus, a, um, adject. *foſco*, *offuſcato*. *Alcim. Avit. l.* 4. *v.* 430. Fuſcati lumina ſolis.

Fuſcina, æ, f. *tridente*, [illegible], Ger. *gabelein*, Gal. *fourchette*, Hiſp. *horquilla*, [illegible], telum tridens, ſive triſulcum, aut biſulcum, quo piſcatores figunt anguillas, & ea, quæ in imo aquæ fundo natant. Erat autem hoc inſigne, & veluti ſceptrum Neptuni. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Dant etiam Deo arcum, haſtam, clypeum, fuſcinam, fulmen. ¶ Fuſcina etiam utebantur retiarii in gladiatoriis pugnis. *Juven. Sat.* 2. *v.* 134. Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

Fuſcitas, atis, f. fuſcus color. *Apul. dogm. Plat. ſub fin.* Ab omni fuſcitate liberum cœlum.

Fuſco, as, a. 1. *far foſco*, Ger. *ſchwartzlecht machen*, Gal. *offuſquer*, Hiſp. *embaçar*, [illegible], fuſcum, hoc eſt, ſubnigrum facio. *Ovid.* 1. *de Arte*, *v.* 515. Fuſcantur corpora campo.

Fuſcus, a, um, o. 2. 2. *foſco*, [illegible], Ger. *braunſchwartz*, Gall. *obſcur*, *trouble*, Hiſp. *baço*, [illegible], quod eſt coloris ſubnigri, ideſt, non plane nigri, qualis eſt Indorum meridionalium, & Æthiopum, [illegible], *aſtula*. *Ovid.* 2. *Faſt.* Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo. ¶ Fuſca vox eſt, quæ clara, aut canora non eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Et vocis genera permulta, canorum, fuſcum, læve, aſperum, &c. Fuſcæ aves dicuntur ab *Apul. l.* 2. *A. A.* quæ malum omen habent. ¶ Comparat. *fuſcior*. *Apul. de Mundo*: Cutis fuſcior, & *de dogm. Plat.* Animæ fuſciores.

Fuſe, adv. *copioſamente*, *largamente*, Ger. *uberflüſſiglich*, Gal. *abondamment*, *a foiſon*, Hiſp. *abundantemente*, [illegible], late, abundanter, & copioſe. *Cic.* 4. *Tuſc.* De cujus excellentia multa quidem dici quamvis fuſe, lateque poſſint. *Id.* 2. *Nat. Deor. c.* 7. Cum uberius diſputantur, & fuſius.

Fuſilis, le, o. 3. [illegible], quod fundi poteſt, vel quod pronum eſt ad fundendum, ut Fuſilia vaſa, & fuſilia ſigna, quæ ex metallo aliquo fuſa ſunt. *Ovid.* 11. *Met. v.* 126. Fuſile per rictus aurum fluitare videres.

Fuſio, ais, f. *fuſione*, [illegible], Ger. *gieſſung*, Gal. *fuſion*, Hiſp. *derramamiento*, [illegible], diffuſio, extenſio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. Ipſumque mundum Deum dicit eſſe, & ejus animi fuſionem univerſam.

Fuſius, pro Furius antiqui dixerunt. *Feſt.*

Fuſor, oris, m. qui æs, vel aliud metallum fundit. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. artific.* & *Pallad. l.* 1. *tit.* 17.

Fuſorium, ii, o. *fonderio*; locus in quo metalla funduntur. *Pallad. l.* 1. *tit.* 37. Longe ab apium caſtris ſint omnia odoris horrendi, balnea, ſtabula, coquinæ, fuſoria.

Fuſterna, æ, f. pars abietis ſuperior, durior, & nodoſior. Nam inferior, minuſque nodoſa *ſapinus* dicitur. *Plin. l.* 16. *c.* 39. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. ſed hic leg. *fuſternæ*. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Fuſtiarius, ii, m. qui fuſte verberat, [illegible]. *Vet. Gloſſ.* ¶ Adjective invenitur in *Inſcript. Fabret. pag.* 529. Fuſtiario ſupplicio ſe noverit eſſe ſubdendum.

Fuſtibalator, oris, m. qui Fuſtibalo jaculatur. Ita legitur in MSS. *Veget. l.* 3. *c.* 14. ut notat *Stewech.* Vulgo legitur *Fundibalator*; quod idem eſſet ac funditor.

Fuſtibalus, i, m. fuſtis eſt longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & utraque manu impulſus prope inſtar onagri dirigit ſaxa. Ita deſcribit *Veget. de re milit. l.* 3. *c.* 14.

Fuſticulus, li, m. parvus fuſtis, ſcapus, cauliculus. *Pallad. l.* 1. *tit.* 35. Fuſticulos alii comburere.

Fuſtigatio, f. genus ſupplicii, quo fuſte delinquentes percutiebantur, proprium liberorum, ut *caſtigatio*, ſeu *flagellatio* ſervorum. *D.* 48. *tit.* 19. *l.* 10. Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſervus flagellis cæditur, & domino reddi jubetur. ¶ Quamquam autem licet nudis, fuſtes veſtitis inferebantur, interdum tamen fuſtigatio flagellatione gravior erat, nempe cum ad mortem uſque fuſtibus cæderentur.

Fuſtim, adv. cum fuſte. *Val. Max. l.* 6. *c.* 3. *n.* 9. Uxorem fuſtim interemit.

Fuſtis, is, m. *baſtone*, [illegible], Ger. *kolb*, Gal. *baton*, Hiſp. *palo*, [illegible], baculus, ſtipes, ſudes, lignum teres, & interdum acutum. *Cic. pro Cæc.* Si glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. lumboſque ſaligno fuſte dolat. *Id. ib. ſat.* 3. Nec fuſte coerces. *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. Fuſti pectito.

Fuſtitudo, inis, f. vox ridicule a *Plauto* ficta *Aſin.* 1. 1. 21. a tundendis fuſtibus.

Fuſtuarium, rii, n. [illegible], idem ac fuſtigatio, ideſt, pœna, quæ fuſte infligitur. *Cic.* 3. *Phil. c.* 6. Fuſtuarium meruerunt legiones, quæ Conſulem reliquerunt.

Fuſura, æ, f. *liquefazione*, [illegible], Ger. *guſſ*, Gal. *fonte*, Hiſp. *fundicion*, [illegible], fuſio, ſive liquefactio. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Molybditis plumbi ipſius fuſura, quæ fit Puteolis, & unde habet nomen.

Fuſus, a, um, b. 1. 2. *ſparſo*, *liquefatto*, [illegible], Ger. *gegoſſen*, Gal. *fondu*, Hiſp. *fundido*, [illegible], conflatus, vel liquefactus, a fundo. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 77. ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illæ res in orationibus fuſæ eſſe debebunt. *Id. pro Sext. c.* 41. Homines fuſi per agros. *Liv. l.* 38. Fuſa, & candida corpora, ut quæ nunquam, niſi in pugna, nudentur. hoc eſt lævia, non rugoſa. ¶ Item fugatus, profligatus. *Id. Phil.* 4. *c.* 1. Hoſtium exercitum cæſum fuſumque cognovi. *Liv. l.* 2. Fuſi, fugatique. ¶ Item *coricato*. *Virg.* 1. *Æn.* fuſique per herbam. *Martial. l.* 8. *ep.* 33. jacuit toto corpore fuſus humi. *Id. l.* 9. *ep.* 55. inter menſas largo jam nectare fuſus. h. e. madidus, & ideo jacens. ¶ Item copioſus, abundans. *Gell. l.* 2. *c.* 26. Græca lingua prolixior, fuſiorque, quam noſtra. ¶ Apud *Celſ. l.* 1. *c.* 3. Alvus fuſa, eſt, profluvio laborans.

Fuſus, i, m. 2. *fuſo*, [illegible], inſtrumentum, quod mulieres nendo digitis volvunt, a *fundendo*, quia per ipſum funduntur fila. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant.

Fuſus, us, m. actus fundendi, fuſio. *Var. l.* 4. *L. L.*

Futatim, adverb. profuſim. *Plaut. Truc.* 4. 4. 29. Id quoque interim futatim nomen commemorabitur. h. e. ſæpe.

Futile, is, n. 3. vas quoddam lato ore, fundo anguſto, & acuto, quo utebantur in ſacris Deæ Veſtæ, a *fundendo*, quod illud miniſtri ſacrorum non deponerent, ſed inſtabile eſſet, &, ſi poſitum eſſet, ſtatim aqua funderetur. Aqua enim ad ſacra Veſtæ in terra non ponebatur, quod ſi fieret, piaculum erat. Igitur excogitatum eſt vas, quod ſtare non poſſet. *Placid. Lact.* in 8. *Theb. Donat. in Andr. a.* 3. & *in Phorm. a.* 5. *ſc.* 1.

Futile, adverb. idem quod futiliter. *Plaut. Stich.* 2. 3. 75. Enimvero, Geloſime, opinor, provenit futile. Adde *Ennium apud Non.*

Futilis, & le, a. 3. [illegible], quod plenum rimarum eſt, hac, atque illac perfluit, quod liquorem ſibi commiſſum non ſatis fideliter continet, ſed protinus effundit. Hinc de canibus mιſſo concacantibus *Phædr. fab.* 74. *v.* 33. Illi autem qui miſerunt vos tam futiles. V. totum Phædri locum. ¶ Tranſlate dicitur ſuperfluus, loquax, vanus, qui continere tacenda non poteſt, ſed ea effundit, a *futili* vaſe. *Ter. Andr.* Servo a' fortunas meas me commiſiſſe futili. ¶ Item dicitur de levi, inutili, nullius momenti. *Cic. de Div.* Aruſpices vanos, futileſque eſſe dicamus. *Id.* 5. *Tuſc. c.* 6. Nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

Futilitas, atis, f. *pazzia*, [illegible], Ger. *leichtfertigkeit*, Gal. *legereté*, *vanité*, Hiſp. *locura*, *vanidad*, [illegible], vanitas, levitas, inutilitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 83. Et plena ſunt futilitatis, ſummæque levitatis.

Futiliter, adverb. vane, inutiliter, fruſtra. *Apul. Apol. poſt princ.* Futiliter blaterata. Adde *Non. c.* 15. *n.* 39.

Futo, ſæpius ſum, freq. ab antiquo *fuo*. Eſt item redarguere. *Feſtus.*

Futum, i, n. vaſis aquarii genus, quo in triclinium allatam aquam infundebant. *Var. de L. L. l.* 4.

Futuo, is, tui, utum, a. 3. [illegible], eſt Veneri operam dare, a *φυτεύω*, planto. *Mart. l.* 3. *ep.* 72. Vis futui, nec vis mecum Lauſella lavari. *Auct. Priap. carm.* 12. Præcidere, puer, moneo, futuere puella.

Futurus, a, um, o. 1. 2. *ciò*, *che ſarà*, [illegible], quod erit, quod eventurum eſt, partic. verbi *ſum*, ab antiquo *fuo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Signa oſtenduntur a Diis rerum futurarum. *Id.* 2. *Offic.* c. p. Futura proſpicere. *Virg. Æn.* 4. *v.* 508. Haud ignara futuri.

Fututio, onis, f. actus futuendi. *Martial. l.* 1. *ep.* 107.

Fututor, oris, m. qui futuit. *Martial. l.* 1. *ep.* 91.

Fututrix, icis, f. quæ futuit. *Martial. l.* 11. *epigr.* 63.

Fututus, a, um, particip. paſſ. ſignif. *Martial. l.* 3. *epigr.* 87.

De

DE LITTERA G.

G Septima Latinorum litera, una ex iis, quæ mutæ vocantur, quam ſcribit *Plutarchus in Problem.* a Carbilio Spurio inventam eſſe, valde affinis eſt literæ C, & pro ea aliquando adhiberi ſolita eſt in quibuſdam vocibus, ut *Caius*, *Cneus*, quæ Latini pronuntiaſſe dicuntur *Gajus*, *Gneus*. ¶ Olim Veteres G pro N uſurparunt, teſte *Var. l. 1. de orig. L. L.* ſcribebant enim *aggulus*, *aggens*, pro *angulus*, *angens*.

G A N T E A.

Gabalium, ii, n. genus plantæ aromaticæ apud Arabes. *Plin. l. 12. c. 21.*

Gabălus, m. 2. σταυρὸς, crux, ſive patibulum. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 373.* Nos barbari, quod ſocentes in gabalum ſuffigimus homines, vos non barbari, quod noxios abſolvitis? ¶ Gabalus etiam dicitur homo ſceleratus, & cruce dignus. *Capitolin. in Macrin. c. 11.* Qualis Latinus gabalus iſte fuit.

Gabaon, Saulis, *Gabaa*, *Gavaadavid*, olim urbs Palæſtinæ, in colle, in ſecunda parte Tribus Benjamin, ampla, & una ex Civitatibus Regalibus, nunc pagus, inter Hieroſolymam, & Machmas ad Bor. Pop. *Gabaonitæ*.

Gabaonitĭcus, a, um, ad Gabaonitas pertinens, de quibus in voce præced. *Sidon. lib. 9. ep. 8.* Ut agminibus veſtris famulaturi, vel ſub Gabaoniticæ ſervitutis occaſione jungamur. V. *Biblia Joſ. 9.*

Gabbăræ, vel Gabbares, cadavera apud Ægyptios pollinctorum arte delibuta, areſacta, & a corruptione immunia, *mummie*, teſte *Auguſtino*. V. *Kirkman. de funerib. Rom. l. 1. c. 8.* & *Aringhi Roma ſubterr. p. 1. l. 1. c. 2.* ¶ Gabbarus in *gloſſ. Iſid.* exponitur inſulſus, barbarus.

Gabătæ, arum, f. 1. γάβαθα, vaſa concava, edaliis, pulmentariiſque apta, a *cavus*, quaſi *cavata*, non a voce Græca allata, quia hanc poſteriores Græci a Romanis acceperunt. *Martial. l. 7. epigr. 47.* Tranſcurrunt gabatæ volantque lances.

Gabellus, m. 2. Sicla, *Secchia*, fl. Galliæ Togatæ, qui oritur ex Apennino M. deinde Saxuolum rigat, & inter Mutinam ad Or. & Rubieram ad Occ. labens, aliquot leucis infra in Padum ſe exonerat prope cœnobium S. Benedicti in ditione Mantuana.

Gabienſis, e, adject. ad Gabios pertinens, ut Gabienſis ager. *Plin. l. 2. c. 94.*

Gabiănum, n. 2. Caſtra Gabiena, *Gabiano*, opp. Liguriæ, al. Galliæ Ciſalpinæ, in Duc. Montisferrati, in conf. Pedemontii, in colle.

Gabĭi, m. 2. Gabina urbs, Col. & urbs olim Latii, in via Præneſtina, medis inter Romam ad Occ. & Præneſte ad Or. ad 12. M. P. ubi nunc *Campo Gabio*, inter Columnam, & Montem Portium, caſtra Campaniæ Romanæ. Aliqui credunt, Gabios fuiſſe haud longe a diverſoria paludis circa Oſam fl. in iis collibus, ubi nunc Caſtelli S. Juliani rudera cernuntur, ad ſiniſtram viæ Præneſtinæ Roma euntibus Præneſte. Conditi fuere a Siculis, ideſt, a Galacto, & Bio fratribus. *Solin. Virg. 6. Æn. v. 768.*

Gabinianus, a, um, adject. ad Gabinium pertinens, ut Gabiniani milites. *Valer. Max. l. 4. c. 1. n. 14.*

Gabinĭus, a, um, adject. Gabinianus, ut Gabinia lex. *Cic. de Leg. l. 3. c. 16.* & alibi.

Gabinĭus, ii, m. nomen Romanum, præſertim conſulis illius, ſub quo Cicero in exilium miſſus fuit. Hic proconſul Syriæ Ptolemæum Auleten in regnum reduxit. *Cic. poſt redit. ad Quir.* & *Fam. l. 1. ep. 1.*

Gabīnus, a, um, o. 1. 2. quod ſpectat ad Gabios, ut Urbs Gabina, Juno Gabina. *Ovid. 2. Faſt. v. 709.* ¶ *Gabinus cinctus*, toga erat, ut docet Servius, ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingeret. *Virg. 7. Æn. v. 612.* Ipſa Quirinali trabea, cinctuque Gabino inſignis. V. *Cinctus*, *us*. ¶ Olim ſcribebatur *Cabinus* per *c*, ut videre eſt in *Cenotaph. Piſan. Mar. Victorio. cap. de orthogr.*

Gades, dium, f. n. pl. Gadira, Erythia, Cotinuſa, Tarteſſos, *Calice*, inc. *Cadiz*, Pœnis *Gaddir* ſive *Gadir*, inſula parva Hiſpaniæ Bæticæ, in meri Oceano, & in ora Andaluſiæ, proxima continenti, eidem juncta ponte, *la Puente de Suaco*, contra Cæſarianam, & Portum Mneſthei, cum urbe cogn. olim Col. R. dicta Gaditana Julia Colonia, parva, ſed munita, in parte Occ. inſulæ, condita a Tyriis, cum arce, & portu capaciſſimo, ubi emporium celebre. Aliqui dicunt, duas inſulas eſſe, majorem Erythiam dictam diſtare fraſa 700. pedum a continente; minorem huic adjacere, unius tantum ſtadii euripo interlabente, in qua mira eſt pabuli lætitia. *Plin. l. 4. c. 22.* Hinc addunt, Gadis num. ſing. dici pro alterutra harum inſularum, Gades n. pl. cum de utraque ſermo eſt. *Plin. l. 4. c. 22.* ¶ In Gadibus Geryon regnaſſe fertur. *Plinius* vult, Geryonem in majore inſ. habitaſſe, *Strabo l. 3.* in minore.

Gadis, f. 3. Continuſa, Tarteſſos, urbs Gadium inſ. a *gadir* voce Punica, quæ ſeptum notat. V. *Gades*. Reperitur etiam in g. n. *Salluſt. l. 2. Hiſt.* Quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.

Gaditānus, a. c. 2. gentile a Gades, ut *Gaditana puella*, quæ laſciviæ nomine olim in pretio fuerunt. *Gaditanum fretum*, idem ac Herculeum. *Gaditanus ſinus*, *Golfo de las Yeguas*. *Plin. l. 4. c. 13. Liv. l. 28. c. 2.* ¶ Gaditani, abſolute, Gadium incolæ. *Cic. pro Balb. c. 16. Cæſ. l. 2. B. C. c. 18.*

Gæſatæ, arum, vel ut al. leg. Gæſatores, orum, mercenariorum militum Gallorum nomen. *Oroſ. l. 4. c. 15. circa princip.*

Gæſi, m. 2. viri fortes a Gallis dicuntur, a *gæſum*. *Serv. in Æn. 8. v. 662.*

Gæſum, i, n. 2. γαισὸν, γαισὸς, jaculum grande longe feriens, proprium Gallorum. *Cæſ. l. 3. B. G. c. 4.* Gæſa in vallum conjicere. *Virg. l. 8. Æn. v. 661.* Alpina gæſa. ¶ *Pollux l. 7. c. 33.* vocat ὅλον σιδηροῦν, haſtam pure ferream.

Gætūli, m. 2. Autololes, γαιτοῦλοι, pop. Libyæ interioris, vagi, nullo certo loco conſidentes, qui propterea variis in locis deſcribuntur, a Plinio in Cæſarienſi Mauritania, proximi Maſſeſylis, a Ptol. in Libya interiore apud Daras, ab Honorio inter Carthaginem, & Numidiam, a Dionyſio Afro inter Marmaridas, & Nigrites. Primi omnium Africam tenuerunt. Carne ferina, & terræ pabulo victitant.

Gætulĭa, æ, f. Gætulorum regio in Africa. *Plin. l. 5. c. 4.*

Gætulĭcus, a, um, adject. Gætulus. *Plin. l. 6. c. 31.* Juba Gætulicam purpuram tingere inſtituerat.

Gætūlus, a, um, ad Gætuliam pertinens. *Virg. 4. Æn. v. 40.* Gætulæ urbes. *Horat. l. 2. ep. ult. v. 181.* Gætulus murex, *h. e.* purpura. Sic *Sil. l. 16. v. 177.* Gætulum ahenum.

Gagătes, m. 1. γαγάτης, lapis ſic dictus a Gago fl. Lyciæ, ubi invenitur, qui igni admotus, flammam continet, ac bitumen redolet. Ea accenſo morbum caducum explorari, ſcribit *Apul. Apol.* V. *Plin. l. 36. c. 19.*

Galactītes, m. 1. γαλακτίτης, lapis pretioſus. *Dioſc. l. 5. c. 150.* Galactites vocatus eſt, quia ſuccum emittit lacteum, eſt alioqui cinericei coloris. Vide de eodem *Plin. l. 37. c. 10.*

Galactopŏta, æ, m. γαλακτοπότης, lactis potor. vox græca eſt, & græcis literis ſcribenda. *Col. l. 7. c. 2.* Quibuſdam nationibus frumenti expertibus lac victum commodat; ex quo Nomadum, Getarumque plurimi γαλακτοπόται dicuntur.

Galăta, f. 1. Galatha, Calatha, Calathe, inſ. maris Africi, cujus terra ſcorpiones necat. ¶ Galata item, Calata, Galeata, *Galati*, urbs Siciliæ, medit. inter Pactas urb. & Trajanopolim. Pop. Galatæi. *Pomp. Mela*. ¶ Galata etiam, Pera, *Pera*, urbs Thraciæ, ſeu verius ſuburbium Conſtantinopolis, ubi Latini fere omnes commorantur, primum e Genuenſibus culta, in Boſphori ripa.

Galătæ. V. Galatia.

Galatæi, m. 2. pop. Siciliæ, quorum opp. Galata.

Galatēa, f. 1. γαλάτεια, Nympha marina, Nerei, & Doridos filia, a γάλα, *lac*, propter candorem. V. *Boccat. 7. Gen. Ovid. Metam. 13.*

Galatĭa, Gallogræcia, *Chiangare*, Turc. *Geloz*, prov. Aſiæ. Habet ab Occ. Bithyniam, ab Or. Cappadociam, a Mer. Phrygiam Magnam, a Sept. Paphlagoniam. Dicta eſt a Gallis, qui Galatæ a Græcis appellantur, a γάλα, *lac*, ob lacteum candorem. Nam cum Gallia multitudine abundaret, multi populi Alpes tranſgreſſi Italiam invaſerunt, Græciam implerunt, Macedoniam occuparunt, in Aſiam tranſierunt. Ex his igitur Tectoſagæ, a Narbonenſi Gallia profecti, Toliſtobogii, & Trocmi e Celtica, duce Leonorio, in Aſiam cum veniſſent, Phrygiæ partem Cappadociæ, & Paphlagoniæ vicinam occupavere, & Gallogræciam mixti ex Gallis, Græciſque vocabulo cognominarunt. Pop. Galatæ, Gallogræci, Tectoſagæ, Toliſtobogii, Trocmi. *Cic. Attic. 6. ep. 5.*

Galatĭcāri, dep. 1. Galatarum more Judaicas ceremonias Chriſtianis ritibus admiſcere. Verbum fictum a *Tertul. adverſ. Pſych. c. 14.* quemadmodum Latini *græcari* dixerunt.

Galatĭcus, a, um, ad Galatiam pertinens. *Galaticum hordeum* eſt quod Itali dicunt *ſcandella*. *Colum. l. 2. c. 9.*

Galaxĭas, m. 1. γαλαξίας, lapis Ægyptius, al. galactites, lactei coloris, quæ græce vocatur λιθάργυρον, λιθαργυρίδιον, μόροχθος, cujus uſus erat in veſtibus dealbandis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Galba, æ, f. vermiculus ex quercu exulitatus, qui naſcitur in eſculis, a colore galbo. *Sueton. in Galba c. 3.* qui ibidem addit, galbas a Gallis appellari homines prepingues. ¶ Hinc nomen inditum Sergio Galbæ ſeptimo Rom. Imp. V. eund. *Sueton. loc. cit.*

Galbăna. V. Galbina.

Galbanātus, a, um, galbano indutus. *Martial. l. 3. epigr. 82.* Jacet occupato galbanatus in lecto.

Galbanēus, a. 1. 2. *di galbano*, ex galbano. *Virg. 4. Georg. v. 264.* Hinc jam galbaneos ſuadebo incendere odores.

Galbanum, ni, n. 2. γάλβανη, χαλβάνη, ſuccus, ſive lacryma e galbano ferula, ejuſdem nominis, thuris effigie. *Plin. l. 12. c. 25. Suet. in Galba c. 3. Luc. l. 9.* Hic ebulum ſtridet, peregrinaque galbana ſudant. ¶ Præterea galbanum genus eſt veſtimenti delicatioris, tranſlucidi, & ſine pilis. *Juv. ſat. 2. v. 97.* Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.

Galbēi, orum, m. 2. tori ſunt lana, aut tomento farti, ut explicat *Caſaub. ad Sueton. Galb. c. 3.* Alii putant eſſe armillas ita dictas a pertuſis galbulis, h. e. parvis pilis aureis. *Feſtus* etiam galbeos interpretatur armillas, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur: item ornamentum muliebre.

Galbĭna, orum, n. genus veſtimenti, colore ſubviridi, ſeu luteo, villis raſis, quo delicatiores utebantur. *Juven. ſat. 2. v. 97.* Cærulea indutus ſcutulata, aut galbina raſa. Al leg. *Galbana*.

Galbinatus, vel Galbanatus, a, um, 1. 2. qui fert galbina. Tranſlata accipitur pro molli, & effœminato. *Mart. l. 3. epigr. 82.* Jacet occupato galbinatus in lecto.

Galbinĕus, a, um, o. 1. 2. idem ac galbus. *Veget. de re veterinaria*, *l. 3. c. 2.* ubi eryngium herbam in litore naſcentem ait florem habere coloris galbinei, quem *Turnebus l. 17. c. 8.* ſcribit ab eruditiſſimo herbario ſe accepiſſe coloris eſſe cærulei dilutioris, & palleſcentis: ſed Salmaſius obſervat ex Dioſcoride colorem ejus fuiſſe viridem, vel album, vel cyaneum, ſeu cæruleum, atque hic viridem accipit.

Galbĭnus, o. 1. 2. idem ac galbus. *Fl. Vopiſc. in Aurel.* Tetricus chlamyde coccinea, tunica galbina. ¶ Quia vero molles, & effœminati galbinis veſtibus utebantur, hinc galbini mores pro mollibus, & laſcivis ſumuntur. *Martial. l. 1. epigr. 97.* Fuſcos colores, galbinos habet mores. Aliqui *galbanos* legunt.

Galbŭla, f. 1. *rigoigolo*, ἴκτερος, avicula, quæ uvis matureſcentibus calamis, & retibus capitur, a *galbulus*, quia galbi, hoc eſt viridis coloris eſt. *Plin. l. 30. c. 11.* *galgulum* videtur appellare, quem eundem facit, ac ἴκτερον. Sed Plinii locus corruptus eſt, & *galbulus* reponi debet. *Martial. l. 13. epigr. 68.* Galbula decipitur calamis, & retibus ales, turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

Galbulus, li, ſubſt. m. 2. pilula cupreſſi arboris, in qua ſemen reconditur. *Var. l. 1. de R. R. c. 40.* Non enim galbuli, qui naſcuntur, &c. ¶ Item avis. V. *galbula*.

Galbŭlus, a, um, adject. diminut. a galbus, ut galbula avis, apud Martial. V. Galbula.

Galĕa, æ, f. *celata*, *elmo*, כובע, Ger. *ein helm*, Gal. *heaume*, Hiſ. *yelmo*, κράνος, inſtrumentum ferreum ad capitis munitionem inventum. *Cic. in Ver.* Galeas æneas. ¶ Inventa eſt a Lacedæmoniis. *Plin. l. 7. c. 59.* Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonii invenere. ¶ Scribit *Iſidor. l. 18. Orig. c. 14.* Galeas etiam a corio fieri antiquitus conſueviſſe, quod Poetæ Græci oſtendunt, qui κυνέας, a pelle ſc. canina, & λυκέας, a lupina, appellant.

Galearis, re, ad galeam pertinens, ut galearia reticula, *Claud. Quadrigar.* apud *Non. c. 3. n. 188.*

Galearĭus, ii, m. militiæ genus, quod inter calones ponitur a *Veget. l. 3. c. 6.* Varia tamen ibi eſt lectio. V. *Stevv. ad Veget. l. 1. c. 10.*

Galeātus, o. 1. 2. κορυθαίολος, galea indutus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 36.* Et barbati quidem Jovis, galeatæ Minervæ. ¶ Galeatus prologus dicitur proœmium quoddam pluribus libris commune, quemadmodum galeæ tegumen pluribus commune eſt. Hinc Hieronymi Præfat. in libros ſacræ Scripturæ hoc nomine appellatur. *Turneb. Adv. 3. c. 18. Voſſ. Inſt. Orat. l. 3.*

Galēna, f. 1. μολύβδαινα, plumbi, & argenti vena communis, ut ait *Plin. l. 34. c. 18. Id. c. 16.* Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua provenit vena, nec quidquam aliud ex ſe parit, aut cum argento naſcitur, mixtiſque venis conflatur. Ejus, qui primus fluit in fornacibus, liquor ſtannum appellatur, qui ſecundus, argentum, qui remanſit in fornacibus, galena.

Galĕo, as, a. 1. *porre la celata*, Ger. *helm auffſetzen*, Gall. *s'armer ſe couvrir d'un heaume*, Hiſp. *armarſe con yelmo*, eſt galea tegere, induere. *Hirt. 5. B. Afr. c. 12.* Milites in campo jubet galeari, & ad pugnam parari.

Galeŏla, æ, f. κύλιξ, vas ſinuoſum, a galeæ ſimilitudine. *Varr. de vita P. R.* apud *Non. c. 15. n. 34.* Ubi erat vinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſini?

Galĕus, vel galeos, m. 2. γαλεὸς, piſcis genus, al. muſtela, quod a Rhodiis olim in maximo pretio habitum eſt. *Plin. l. 32. c. 2.* Nihil venenatius, quam in mari paſtinaca: hanc tamen perſequitur galeos.

Galeōtæ, m. 1. γαλεῶται, vates quidam in Sicilia, & Attica, a Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſſi ejus fuiſſe traditur, qui Telmeſſum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. *Cic. 1. de Div.* Huic inter-

Digitized by Google

interpretes portentorum, qui Galeotæ (al. Galleotæ) tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, &c.

Galeotes, æ, m. 1. γαλεώτης, ſpecies eſt ſtellionis, al. colotes, & aſcalabotes, qui Plinii ætate in Italia non naſcebatur. *Plin. l. 29. c. 4.*

Galeſia, vel Galeſa, nomen Tribus ruſticæ apud Romanos, fortaſſe fuit in Hetruria, a Galeſo fluvio ſic dicta.

Galericulum, i, n. 2. *perrucchino*, πιλίδιον, dim. a galerus. *Suet. in Othone, c. 12.* Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo. vulgo *perrucchino*.

Galerita, æ, f. ſc. avis, eadem quæ alauda, ita dicta quod in capite criſtam galeri inſtar gerat, *lodola*, κορυδαλίς. *Plin. l. 11. c. 37.* ¶ *Varro l. 4. L. L. c. 11.* galeritum vocat, gen. maſc. V. *Alauda*.

Galeritus, a, um, adject. galero tectus. *Propert. l. 4. el. 1. v. 29.* Prima galeritus poſuit prætoria Lucmo. Sic galerita avis, ſc. alauda. V. *Galerita*.

Galerus, i, m. 2. vel galerum, i, n. 2. *cappello*, [illegible], Ger. *hut*, Gall. *chapeau*, Hiſp. *ſombrero*, πέτασος, πίλημα, pileus, a galea, quod ſit inſtar galeæ. Eo potiſſimum apud Romanos Sacerdotes utebantur. *Apul. Apol.* Hoc Diogeni pera, quod regibus diadema, quod Pontificibus galerum, quod lituus auguribus. ¶ Ruſticos etiam eo uſos, conſtat ex illo *Virgil. 7. Æn. v. 688.* Fulvoſque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti. ¶ C. Gracchus apud Cenſores fœm. gen. uſus eſt, cum inquit. Cum galera viſi ſunt. *Chariſ. l. 1. Inſt. Gram. de Anal.* ¶ Galerum item vocarunt pellem habentem appoſitos crines humanos tanto artificio, ut, cum eam capiti applicuiſſent, pellis hæc vera hominis cutis, crineſque ejus veri hominis crines, non adſcititii viderentur. *perrucca*. *Juven. Sat. 6. v. 120.* Et nigrum flavo crinem abſcondente galero, intravit calidum veteri centone lupanar. ¶ Alius quoque galeri uſus erat palæſtritis, nempe ne vari capilli inquinarentur ceromate, quod a luto, cera, oleoque fiebat. *Martial. l. 14. diſt. 50.* ubi de galericulo ſic ait: Ne lutet in mundum nitidos ceroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas.

Galeſus, m. 2. *Galaſo*, fl. Magnæ Græciæ, qui per agrum Tarentinum fluit, ac in ſin. Tarentinum deſinit. *Virg. 4. Georg. v. 126.*

Galgulus, li, m. 2. ἴκτερος, avis eſt, quæ ſi ſpectetur a quopiam morbo regio laborante, ipſa moritur, æger ſanatur. *Plin. l. 23. c. 11.*

Galilæa, f. 1. *Galilea*, regio Paleſtinæ. Habet ab Occ. mare Syrium, ſeu Mare Magnum, ſeu Mediterraneum, ab Or. Geneſarum lac. al. Jordanem fl. a Mer. Samariam, & Carmelum M. a Sept. Cœleſyrium, al. Syriam, ſeu Phœniciam, interjacente Libano M. Dicta eſt a γάλα, *lac*, quia ejus populi præ cæteris candore præditi ſunt. Septentrionalem obtinet totius Judææ partem, quatuor amplexa Tribus, Aſer, Nephthalim, Zabulon, & Iſachar, quarum duæ primæ Phœnicibus, & Syris intermixtæ, Septentrioni etiam, & Jordanis fontibus viciniores, ſub Galilæa Gentium, ſeu, & melius, ſub Galilæa ſuperiore, reliquæ ſub inferiore ut plurimum intelliguntur.

Galilæus, a, um, Γαλιλαῖος, ad Galilæam pertinens. Secunda ſyllaba variæ eſt quantitatis. *Sedul. l. 4. v. 188.* Cœperat interea Dominus Galilæa per arva, &c. *Juvenc. l. 3. in Matt. c. 15.* Inde Galilæas repedat Salvator in oras.

Galla, f. 1. κηκίς, fructus quercuum. *Plin. l. 20. c. 22.* Cervicis dolores cum galla, & lini ſemine pari menſura ſedat. ¶ Item genus vini, ita dictum, quia atrum, aſperumque eſſet inſtar gallæ, quæ eſt fructus quercuum. *Lucil. apud Non. c. 3. v. 97.* Gallam bibere, & rugas conducere ventri. quo monet, ventrem coarctandum eſſe, ideſt parſimonia utendum, gulæ non indulgendum. ¶ Item ſubula, inſtrumentum ſutorum. Hinc apud *Macrob. l. 2. Satur. c. 2.* ſutor quidam in hac voce luſit, qui dicebat Planco gallam ſe ſubigere, cum Plancus male audiret, quod Maviam Gallam alii nuptam ſubagitaret.

Gallæ, arum, f. Sacerdotes Cybeles ita appellati, quod muliebri & habitu, & more uterentur. *Catul. Carm. de Aty, v. 12.* Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora ſimul.

Gallæci, orum, m. Καλλαϊκοί, populi Gallæciæ in Hiſpania Tarraconenſi extrema. *Plin. l. 3. c. 3. & l. 4. c. 20.*

Gallæcia, f. 1. *Galicia*, pars Hiſpaniæ Tarrac. maxime in Occ. extenſa. Habet ab Occ. & Sept. Oceanum Atlanticum, a Mer. Portugalliam, ab Or. Aſturias, & Regnum Legionis. Subeſt tota dominio Regis Hiſpaniæ. *Plin. 4. 20. & 19. 1. & Ptol. 2. 17.*

Gallæcus, a, um, Gallaicus. A Brutus, Gallæcis perdomitis, Gallæci cognomen meruit, inquit *Velles. l. 2. c. 5.*

Gallaicus, a, um, ad Gallæciam pertinens, Callaicus. *Plin. l. 8. c. 42.* Gallaica gens.

Galleotæ. V. Galeotæ.

Galli, m. 2. Sacerdotes Berecynthiæ, ſive Cybeles, ſive Matris Deorum tum in Phrygia, tum in urbe Roma, quos more Deæ vetuſto ſpadones eſſe oportebat, in memoriam Atys pueri, Gallo primo Sacerdote, vel a Gallo Phrygiæ fluvio, qui templo hujus Deæ vicinus erat, unde aquam ad ſacrificia eruebant. Feſti ſententia dicti ſunt a Gallo Phrygiæ fluvio, non quod inde aquam acciperent ſacrificii cauſa, ſed quod caſtrati eſſent, quia qui ex eo bibiſſent, in hoc furere incipiebant, ut ſe privarent virilitatis parte. *Ovid. 4. Faſt. v. 361.* D. Hieron. in c. 4. Oſeæ dicit, hos Sacerdotes appellatos Gallos fuiſſe, quod Romani ſolerent homines Gentis Gallicæ Deæ Cybele mancipare, & *effeminare*, ſeu caſtrare in honorem Atys, quoniam vellent eam gentem ignominia afficere, quæ olim urbem Romam cepiſſet. Sed Romani hoc ipſum, quod Sacerdotes Cybeles vocabant Gallos, a Græcis acceperant, qui ſic appellabant. V. *Cybele*. Princeps Sacerdotum Cybeles Archigallus vocabatur. In ſacris utebantur tunica in modum organi utrinque decreſcentibus virgulis purpureis. His ſolis ſtipem colligere licebat, cum reliquis Sacerdotum generibus id eſſet prohibitum.

Galli, orum, m. Franci, *Franceſi*. Galliæ incolæ, Germ. *Frantzoſen*, Gall. *François*, Hiſp. *Franceſes*. *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 9.* Robore valent Galli. ¶ De eorum origine, bellis, &c. V. Geographos, & *Sigon. de ant. Jur. Ital. l. 1.*

Gallia, Francia, *Francia*, inc. & Anglis *la France*, Ger. *Franckreich*, regio Europæ. Habet ab Occ. Oceanum Aquitanicum, ab Or. Rhenum fluv. quo ſeparatur a Germania, & Alpes, quibus ab Italia, a Septen. mare Britannicum, & partem Belgii Hiſpano ſubditam, a Mer. mare Mediterraneum, & montes Pyrenæos, quibus ab Hiſpania ſejungitur. Ejus longitudo eſt leucarum Francicarum 240. ab Occ. in Or. latitudo 237. a Sept. in Mer. ¶ Sed hoc nomen etiam de parte Italiæ uſurpatur, quod olim variis temporibus varii Galliæ populi in Italiam venerint, ibique conſederint. Igitur Gallia duplex eſt, Tranſalpina, & Ciſalpina. Tranſalpina, quæ hactenus deſcripta eſt, quæ & propria, & vere Gallia eſt, in quatuor Provincias diſtribuitur, Aquitaniam, Galliam Narbonenſem, Galliam Celticam, ſive Lugdunenſem, & Galliam Belgicam. ¶ Gallia Ciſalpina, Gallia Italica, Italia Gallica, Gallia citerior, Gallia Togata, eſt pars Italiæ, inter Alpes, quibus a Tranſalpina diſcluditur, & mare Adriaticum, quod inter Anconam, & Tanarum fl. fluit, ac inter Apenninum M. & Alpes Rhæticas, & Julias, ſeu Noricas. Dividitur in Ciſpadanam, *Lombardia di qua dal Pò*, & in Tranſpadanam, *Lombardia di là dal Pò*. Dividuntur inter ſe flumine Pado. Galliæ Ciſpadanæ populi fuere Ligures, Anamani, Boii, Lingones, & Senones. Tranſpadanæ fuere Cenomani, Euganei, Inſubres, Orobii, Lepontii, Salaſſi, Libici, Lævi, Taurini, & Seguſini. Iſtri vero, Carni, & Veneti a quibuſdam Galliæ Tranſpadanæ accenſentur, ab aliis omnino ab ea excluduntur. ¶ Alia etiam Galliæ univerſæ diviſio circumfertur, & eſt in Togatam, Braccatam, Comatam. Gallia Braccata eadem fuit, quæ Narbonenſis, Romanorum Provincia, a braccis villoſæ veſtis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. Comata dicta eſt reliqua omnis Tranſalpina Gallia, a comæ nutriendæ ſtudio, quam diviſerunt in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica ante vocata eſt. Togata eſt pars Ciſalpinæ in Ciſpadana, a Placentia Anconam uſque urb. & Rubiconem fl. protenſa, in qua Æmilia, & pars Umbriæ, in ora Senonum, Adriatico mari expoſita, inter Apenninum M. ad Mer. & Padum fl. ad Bor. perſtricta. *Sigon. de antiq. jure Italiæ l. 3. c. 4.* dicit appellatam eſſe Galliam Togatam primum eam regionem, quæ Senonum fuit, deinde illam etiam, quæ Boiorum. Cauſa appellationis fuit, quod a Civibus Romanis, qui toga utebantur, magis, quam ulla alia Italiæ regio, habitaretur. Sed *Dio* ſcripſit, hoc nomine eſſe appellatam, vel quia multo pacatior erat, quam Tranſalpina, vel quia P. R. togæ uſum incolis conceſſerat. Erant autem in Gallia Togata multa Municipia, & multæ Coloniæ Romanæ, quæ jus ſuffragii habebant. *Manut. in comment. ep. ad Att.* ¶ Denique duæ aliæ Galliæ nominantur, Novempopulana, & Subalpina. Gallia Novempopulana, vel Novempopulonia, *le Gaſcogne*, eſt pars Aquitaniæ inter Garumnam fl. Pyrenæum M. & Oceanum, dicta a novem populis in illa præcipuis. Gallia Subalpina eſt pars Ciſalpinæ Alpibus ſubjecta, alio nomine Regio Pedemontana, & Principatus Pedemontanus, *il Piemonte*. ¶ *Juven. Sat. 7. v. 16.* Gallogræciam *alteram Galliam* vocat.

Galliambus, V. Gallijambus.

Galliſcæ, arum, f. 1. *galloſce*, genus calceamenti, quo utuntur Galli pluvioſo tempore. *Cic. 2. Phil. c. 30.* Num quod quærebas, quomodo rediſſem, primum luce, non tenebris, deinde cum calceis, & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Qui tamen in loco omnia pene exemplaria habent, *caligis*, ſed corrupte, ut ſatis conſtat ex *Aul. Gel. l. 13. c. 20.*

Gallicanus, a, um, o. 1. 2. idem quod Gallicus. *Cic. pro Quinct. c. 4.* De tota illa ratione, atque re Gallicana.

Gallicanus Mons, Gallicanus Saltus, *Garro*, mons Campaniæ, idem ac Maſſicus, & Gaurus, Sueſſæ finitimus, inter Sueſſam, & Sinueſſam urb. cum pago, qui *Caſcano* dicitur.

Gallice, adverb. Gallorum more. *M. Var. apud Gel. l. 2. c. 25.* A Gallo, & Mauro Gallice, & Maurice dicimus.

Gallicinium, n. 2. *quella parte della notte, quando cantano i galli*, ἀλεκτοροφωνία, pars noctis, qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia. *Apul. de Aſin. l. 1. in princ.* Noctis gallicinio venit quidam juvenis proxima civitate. *Ammian. l. 22. c. 33.* Secundis gallicinius videtur primi Solis exortus.

Gallicrus, uris, n. 3. herba, cujus cacumen pedi galli ſimile eſt. *Apul. de Herb.*

Gallicus, a, um, adject. ad Galliam pertinens. *Ovid. 4. Faſt. v. 362.* Cum tantum Phrygia Gallica diſtet humus. *Martial. l. 1. epigr. 93.* Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Gallijambus, vel Galliambus, i, genus carminis, quod a Gallis Cybeles Sacerdotibus canebatur, conſtat autem iambico metro peculiari, ut *Super alta vectus Atys celeri rate maria*. V. Grammaticos. *Martial. l. 2. epigr. 86.* Mollem debilitata Galliambum.

Gallina, æ, f. 1. *gallina*, Ger. *henne*, Gal. *poule*, Hiſ. *gallina*, ἀλεκτορίς, avis domeſtica. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 28.* An, obſecro hercle, habent quoque gallinæ manus? nam hæc quidem gallina ſcripſit. *Var. l. 3. R. R. c. 9.* Sunt gallinæ generum trium, villaticæ, & ruſticæ, & Africanæ, &c. V. *Colum. l. 8. c. 2.* ¶ Gallina vox eſt etiam inter blanditias amantium apud *Plaut. Aſin. 3. 3. 76.* Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, &c. ¶ *Gallinæ albæ filius*. h. e. felix, fortunatus, nobilis. *Juven. Sat. 13. v. 141.* Quia tu gallinæ filius albæ, Nos viles pulli nati infelicibus ovis. ¶ Gallina canens ex priſcorum ſuperſtitione notabat, in illa domo uxorem marito ſuperiorem fore. *V. Ter. Phorm. 4. 4. 27.*

Gallinaceus, a, um, o. 1. 2. *di gallina*, ἀλεκτρυόνειος, quod ex gallinis eſt. *Var. 3. de R. R. c. 9.* Gallinaceis enim pullis his deni dies opus ſunt. *Cic. pro Mur. c. 29.* Gallus gallinaceus, pro quo dicitur & *gallinaceus* abſolute. *Plin. l. 37. c. 10.* Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas. ¶ *Gallinaceum lac*, proverbium eſt, quo rerum omnium copia ſignificatur. *Plin. in proœm. Oper.* Ut vel lactis gallinacei ſperare poſſis hauſtum.

Gallinaria, æ, *Iſola d' Albenga*, inſula, vel potius ſcopulus in Liguſtico mari, dicta a gallinarum copia. *Var. l. 3. R. R. c. 9.* ¶ Item ſilva prope Cumas, *la Pineta di Patria*. *Cic. Fam. l. 9. epiſt. 23. Strabo l. 5.*

Gallinarium, rii, n. 2. *pollaio*, Ger. *hunerhauſs*, Gal. *poullier*, Hiſp. *gallinero*, ὀρνιθών, locus, in quo aluntur gallinæ. *Col. l. 8. c. 3.* Gallinaria conſtitui debent in parte villæ, quæ hybernum ſpectat Orientem.

Gallinarius, rii, m. 2. *gallinaro*. Germ. *man ſo die hennen verſorgt*, Gall. *poullailler*, Hiſp. *gallinero*, ὀρνιθοκόμος, qui gallinas curat. *Plin. l. 10. c. 55.* Traditur quædam ars gallinarii cujuſdam dicentis, quid ex quoque eſſet. Adde *Cic. 4. Acad. c. 26.*

Gallinarius, a, um, adject. ad gallinas pertinens. *Var. R. R. l. 3. c. 9.* Gallinarius curator. *Celſ. l. 8. c. 15.* Scala gallinaria.

Gallinula, æ, f. *gallinella*, dimin. parva Gallina. *Arnob. l. 7.* Gallinulam vitulum concremare. *Avien. in Prognoſt. Arat. v. 387.* Pectora cum curvo purgat gallinula roſtro.

Gallipolis, Callipolis, *Gallipoli*, urbs munitiſſima Salentinorum maritima, in ora, inter Tarentum 30. & Japygium prom. in Or. 30. in peninſula.

Galliræ, *Chieſtre*, pop. & opp. Alpium maritimarum, ubi Cottiæ municipium, in Delphinatu, ad Druentiam fl.

Gallo, as, a. 1. βακχεύω, bacchor, inſanio, a Gallis Cybeles Sacerdotibus. *Var. Eudem. apud Non. c. 2. v. 382.* Et Deam gallantes vario vetanebant ſtudio.

Gallogræcia, V. Galatia.

Gallulaſco, is, n. 3. ſignificat pubeſcere, hirquitallire; dicitur etiam de voce puerorum, quæ circa pubertatem craſſior fit, ſimiliſque voci galli gallinacei. *Nov. apud Non. c. 2. v. 368.* Puer, cujus vox gallulaſcit.

Gallulus, a, um, adject. diminut. a Gallus. h. e. Gallicus. *Auſon. de Urbib. epigr. 7.* Gallula Roma, Arelas.

Gallus, li, m. 2. *gallo*, Ger. *han*, Gal. *coq*, Hiſp. *gallo*, ἀλέκτωρ, avis domeſtica, quam vulgo gallum gallinaceum vocant, ut illum diſtinguant a Gallis populis, ſeu Francis, item a Gallis Sacerdotibus, a γάλλος, palea, ideſt rubens illud, quod de mento gallorum barbæ inſtar propendet. *Cic. 2. de Div.* Cauſam explicat, cur ante lucem galli canant. *Mart. l. 9. epigr. 68.* Nondum criſtati rupere ſilentia Galli. ¶ Gallus Martis fuit,

fuit,

Digitized by Google

fuit, quia valde pugnax eſt. ¶ Item Æſculapio. *Lactant. lib. 3. cap. 20.* ¶ *Gallus in ſterquilinio ſuo plurimum poteſt*: proverb. de eo, qui domi prævalet. *Senec. in Apocolocynt.* ¶ Gallus Cybeles Sacerdos: item Gallus, *h. e.* Galliæ incola. V. Galli.

Gallus, m. 2. *Gerippo*, fl. ingens Bithyniæ, ex Celænis Montibus Phrygiæ Magnæ oriens, Peſſinunteraque urbem alluens, atque in Sangarium labens, cujus aquæ large epotæ in furorem vertere feruntur, parce vero ſanitatem conferre. *Ovid. 4. Faſt.*

Cornelius Gallus, præſtantiſſimus Poeta, cujus etiam hodie aliquot fragmenta extant. Hic primus Ægypti Præfectus fuit, Auguſto Cæſari familiariſſimus. Sed tandem ejus juſſu, cum in proditionis ſuſpicionem veniſſet, interfectus eſt.

Gallus, a, um, adject. Gallicus. *Salluſt. Fragm. l. 4. hiſt.* Duæ Gallæ mulieres conventum vitantes. Adde *Martial. lib. 3. ep. 1.* ¶ Affertur hic a quibuſdam Lexicographis locus ex *Catullo*, ſed V. Gallæ.

Galumma, atis, n. velamen. *Martian. Capel. l. 1.* Galumma lacteum.

Gamba, æ, f. crus, ſive ungula jumenti. *Veget. l. 3. c. 19.* Si gamba tumere cœperit. *Id. l. 1. c. 27.* Si laccæ in gambis fuerint. V. *Salmaſ. ad hiſt. Auguſt.*

Gamboſus, a, um, adject. qui gambam tumidam habet. *Veget. lib. 3. c. 20.* Si gamboſum factum fuerit animal.

Gamelion, onis, γαμηλιών, nomen menſis apud Atticos, qui Januario reſpondere dicitur, & ſacer eſſe Junoni, quæ nuptiis præeſt: a γαμήλιος, nuptialis. Alii volunt reſpondere Octobri. Latine ſcriptum legitur *lib. 2. de Fin. c. 31.* ubi *Cicero* Epicuri teſtamentum e Græco interpretatur.

Gamma, æ, f. tertia Græcorum, & ſeptima Latinorum littera. *Auſon. in Technopægn.* Prævaluit poſtquam gammæ vice functa prius C. ¶ Item figura hujus literæ apud Agrimenſores. Hinc apud *Auctor. de Limit. Goeſ. pag. 278.* Fundus in *gamma jacere* dicitur, qui ea eſt forma. Et *p. 309.* Termini ſi tranſverſi poſiti fuerint, gammam faciunt.

Gammarus, V. Cammarus.

Gammatus, a, um, adject. Gammæ figuram habens, ut gammatus limes, *Auctor de Limit. apud Goeſ. p. 258. 255. & 271.*

Gamphaſantes, m. 3. populi Libyæ Æthiopicæ, ſine ullis veſtibus viventes, qui a præliis abſtinent. *Plin. l. 5. c. 8.*

Gandavum, i, n. 2. ante Ganda, & olim Clarinea, *Gant*, inc. *Ghendt*, urbs maxima Belgii, Flandriæ caput, cum arce munita, Caroli V. Imper. patria. Abeſt a litore 4. l. Lyſa fl. intermeante, ad Schaldim fl. qui ibi Lyſam recipit. Pop. Gorduni.

Gandari, m. 2. pop. Aſiæ, trans Margianam in Or. apud Choraſmios. *Plin. l. 6. c. 16.*

Ganea, æ, f. & ganeum, i, n. *bordello*, Germ. *hurenhauſſ*, Gal. *bordeau*, *bordeliere*, Hiſp. *burdel*, πορνεῖον, taberna meritoria, ubi gulæ opera navatur, & lupanar meretricium, ἀπὸ τῆς γῆς, *terra*, quod hujuſmodi loca ſubterranea eſſent. *Cic. in Piſon.* Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo. *Terent. Adelph. 3. 3. 5.* Credo, abductum in ganeum. ¶ Accipitur etiam pro ipſa ingluvie, cibariiſque. *Plin. l. 8. c. 51. de porco.* Neque alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

Ganearius, a, um, ad ganeam pertinens. *Triclinium ganearium* dicitur, ubi exquiſitioribus epulis gulæ ſtudioſi operam dant. *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* Gallinæ Africanæ in triclinium ganearium introieruot e culina.

Ganeo, onis, m. 3. *bordelliere*, Ger. *hurenſucher*, Gal. *bordelier*, *hanteur de tavernes*, Hiſp. *el que anda al burdel*, ἄσωτος, qui ganeas frequentat. *Cic. in Catil.* Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor juventutis? *Id. pro Sext. c. 52.* Ganeo egentiſſimus.

Gangabæ, arum, m. *facchini*, bajuli, Perſarum lingua. *Curt. l. 3. c. 13.* Gangabas Perſæ vocant humeris onera portantes.

Gangaridæ, m. 1. pop. Aſiæ inter Aſſyriam, & Indiam, juxta Gangem. *Curt. l. 9. c. 2. Virg. 3. Georg.* ¶ Item pop. Albaniæ, quorum urbs Gangara, in ora maris Caſpii, inter oſtia Cyrrhi, & Albani fl.

Ganges, gis, & Gangetis, m. 3. *Ganga*. *Ganga*, γάγγης, fl. maximus Indiæ ulterioris, qui illam a citeriore determinat, ex quo India citerior intra Gangem, ulterior extra Gangem appellatur. Dictus eſt a Gange Æthiopum Rege. *Suid.* Naſcitur ex Emodis M. Scythiæ, al. ex Imao, al. ex M. *Dalanguer*, in confinio Tartariæ, in tractu *Kakskes*, & fluens in Mer. per ditiones Magni Mogolis Prayam, & Gourum urbes rigat, & auctus fl. Karda, Perſelio, Semana, & Tarotza, aliiſque plurimis ditionis Magni Mogolis, in Oceanum Indicum, in ſinum ab eo Gangeticum dictum ſe exonerat duobus extremis oſtiis 80. l. Hiſpanicis inter ſe diſtantibus, al. quinque oſtiis. ¶ In Gange anguillæ inuſitatæ magnitudinis triginta pedum reperiuntur. *Solin. Plin. l. 9. c. 3.*

Gangeticus, a, um, adject. ad Gangem pertinens. *Col. l. 8. c. 8.* Gangeticæ aves. *Sen. Med. v. 865.* Gangeticum onmus. ¶ Gangeticus ſinus, *Golfo di Bengala*, ubi Ganges in mare profluit. ¶ Gangetica tellus, *Regno di Bengala*, regio circa Gangem.

Gangetis, idos, f. patronym. *Avien. Perieges. v. 1363.* Campos intrant Gangetidos oræ.

Ganglion, ſive Ganglium, n. 2. γάγγλιον, tumor in capite, vel in collo. *Celſ. l. 7. c. 6.* ¶ Item nervi alicujus vel ex ictu, vel ex laſſitudine contortio, multis quidem omnino partibus corporis, ſed præcipue mollibus, ut in extremitate manuum, atque pedum. V. *Veget. l. 2. c. 30.*

Gangra, orum, vel Gangra, æ, Theodoſia Gangrorum, *Cangria*, *Tosia*, Turc. *Kengara*, urbs Paphlagoniæ, in mediterraneis.

Gangræna, æ, f. 1. *gangrena*, Ger. *der krebs*, Gal. *gangrene*, Hiſp. *cancer*, γάγγραινα, al. ignis S. Antonii, S. Marcelli, &c. eſt partis alicujus incipiens mortificatio, & corruptio ob inflammationis, quæ conflictatur, magnitudinem, vel, ut *Galenus* definit, eſt mutatio coloris e ſtatu naturali in alienum, & mortificatio membri cum, vel ſine ulcere, a γράω, edo, vel ab antiquo γάγγρος, cancer. *Lucil. lib. 1. Sat.* Serpere uti gangræna mala. Ex *Non. c. 2. n. 375.* ¶ Tranſlate *Var. apud eund. ibid.* Animadvertitur, per omnes artus populi hanc mali gangrænam permeaſſe. V. *Celſ. l. 5. c. 26. &c.*

Gannio, is, n. 4. *far voce di volpe*, Germ. *baellen*, Gal. *glappir*, *japper*, Hiſp. *ganir*, κνυζᾶσθαι, proprie vulpium eſt, ut ait *Donatus ad Terent. Adelph. 4. 2. 18.* V. *Var. de L. L. l. 6. ſub fin.* & *Non. c. 4. n. 10.* ¶ *Feſtus* gannire exponit de querula canum voce, *guaiolare*. Hinc *Lucret. l. 5. v. 966.* de canibus lambentibus, aut lactantibus catulos: Longe alio pacto gannitu vocis adulant. ¶ Transfertur & ad homines. *Terent. loc. cit.* Quid ille gannit? h. e. murmurat. *Perſ. ſat. 5. v. 96.* Secretam gannit in aurem. Alii leg. *garris*.

Gannitio, onis, f. 3. idem ac gannitus. *Feſt.*

Gannitus, us, m. 4. κνυζηθμός, actus ganniendi. *Martial. l. 5. epigr. 61.* Et gannitibus improbis laceſſas. Adde *Lucret. loc. cit. in Gannio.*

Ganymedes, m. 3. γανυμήδης, filius Trois Regis Troadis, nepos Erichthonii, pronepos Dardani, frater Aſſaraci, & Ili, formoſiſſimus puer, quem cum Jupiter deperiret, juſſit in cœlum ab aquila portari, & ſibi a cyathis eſſe, repudiato miniſterio Hebes, quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat. Inter ſidera tranſlatus traditur conficere ſignum illud, quod Aquarium vocamus, quia ſtellæ ſuo ſitu aquam fundentis imaginem videantur referre.

Ganymedeus, a, um, adject. ad Ganymedem pertinens. *Martial. l. 9. epigr. 17.* Nec Ganymedeas mallet habere comas.

Ganza, æ, f. anſer. *Plin. l. 10. c. 23.*

Garamantes, m. 3. pop. Libyæ interioris, qui circa fontes Cinyphi fl. incolunt, & Syrtim parvam attingunt, quorum regio *Gaongaara*, *Lempta*, & *Theragan*. Metrop. *Garama*, apud ortum fl. prædicti, ab Hammonis Oraculo itinere 12. dierum. Dicti ſunt a Garamante Apollinis F. qui Garamam urbem condidit. Mulieres habent communes. Apud eos dipſades ſerpentes maxime reperiuntur. *Virg. Ecl. 8. v. 44.* Aut extremi Garamantes. Et in ſing. num. *Senec. Herc. Oet. v. 1101.* Quidquid ſparſus Garamar tenet. Adde *Sil. l. 6. v. 705.* ¶ Garamantes, is, m. 3. Rex Phœniciæ fuit, cujus filiam Garamantida Jupiter apud Bagradam fluv. compreſſit, & ex ea genuit Hiarbam.

Garamanticus, a, um, o, quod ſpectat ad Garamantes, ut Garamantica ſigna. *Sil. l. 1. v. 142.*

Garamantis, idis, f. patronym. *Virg. 4. Æn. v. 198.* Hic Ammone ſatus rapta Garamantide Nympha. *Silius l. 14. v. 409.* Garamantide prole.

Garganus, m. 2. *Monte Gargano*, & *Monte di S. Angelo*, mons Apuliæ Dauniæ, ubi Archangelus Michael apparuit, inter Sipontum, & Hycium. Ibi opp. S. Angeli, ab ora maris Adriatici 5. M. P. *Horat. l. 2. od. 9.* Querceta Gargani laborant. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 106.* Garganum Alpinis, Apenniniſque ovalem.

Gargaricus, a, um, adject. ad Gargarum montem pertinens, ut Gargaricus lucus, *Auſon. epiſt. 25. v. 16.*

Gargarido, as, eſt gutture eliquare, vel proferre aliquid ſono, qualis ſolet eſſe ad fauces colluentium, a *gargarizo*, vel a γαργαρεών, *gurgulio*. *Var. epiſt. ad Fuſium apud Non. c. 2. n. 171.* Quinctipores Clodiani foriae, ac poemata ejus gargaridians, dicens, o fortuna, o fors fortuna. h. e. garriens. ¶ Alii leg. *gargariſſo*, ac.

Gargariſmatium, ii, γαργαρισμάτιον, gargarizatio. *Marcel. Empir. c. 23.* Aliqua ra pro gargariſmatio uti. *Theod. Priſcian. l. 1. c. 12.* Gargariſmatium adhibere.

Gargarizatio, f. 3. actus gargarizandi. *Plin. l. 21. c. 19. Celſ. l. 4. c. 7.*

Gargarizatus, us, m. 4. idem ac gargarizatio. *Plin. l. 30 c. 4. & l. 28. c. 12.*

Gargarizatus, a, um, n. partic. a gargarizo. *Plin. l. 20. c. 17.* Sedat anginas gargarizatum.

Gargarizo, as. n. 1. *gargarizzare*, Ger. *gurgeln*, Gal. *gargarizer*, *gargouiller*, Hiſp. *gargarizar*, γαργαρίζω, eſt liquorem ore hauſtum ſæpe ad gurgulionem, ideſt, guttur revocare, a γαργαρεών, *gurgulio*. *Celſ. l. 4. c. 2.* In vetuſto capitis dolore commoda ſunt ſternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his, quæ ſalivam movent. *Plin. l. 20. c. 9.* Et qui gargarizatur uva tumente.

Gargarus, i, m. & Gargara, orum, n. 2. cacumen montis Idæ, in Troade, ubi opp. ejuſdem nominis, apud Ilium urb. Pergamis prox. quod agrum frugum omnium feraciſſimum habet. *Euſtathius* ait, hoc promontorium a ſono nomen accepiſſe, fortaſſis quia plurimis fontibus irrigatur. In proverbium abiit pro infinito rei alicujus numero. *Virg. 1. Georg. v. 103.* Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Gargettius, ii, gentile nomen, γαργήττιος. Apud *Stat. l. 1. Silv. 3. v. 94.* Epicurus vocatur *ſenex Gargettius*; a pago, ubi natus.

Gargilianus, a, um, ad Gargilium pertinens, quod eſt nomen viri proprium, ut Gargilianus fundus, *Scævola Dig. l. 32. leg. 39.*

Garrio, is, n. 4. *ciarlare*, *ragionare inettamente*, *garrire*, פטפט, Germ. *ſchwatzen*, Gall. *babiller*, Hiſp. *gorgear*, *parlar*, στωμύλλομαι, proprie dicitur de avibus. *Apul. in Florid. v. 17.* (*al. l. 3.*) Luſciniæ canticum adoleſcentiæ garriunt. De ranis uſurpat *Mart. l. 3. epigr. 93.* Meliuſque ranæ garriant Ravennates. ¶ Transfertur ad homines, & ſignificat inepte loqui, magis moleſtis obſtrepere. *Cic. in Or.* In gymnaſiis Philoſophi garrire cœperunt. *Plaut. Curc. 5. 2. 6.* Nugas garris.

Garridio, as, idem ac garrio. Ita leg. quidam in loco *Varronis*, quem in *Gargaridio* attulimus.

Garritus, us, m. 4. *cicalamento*. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Garritui frena ſtringere.

Garrulitas, tis, f. *cicaleccio*, פטפוט, Germ. *klapperhert*, Gall. *caquet*, Hiſp. *parleria*, ἀδολεσχία, actus ipſe garriendi. *Martial. l. 5. epigr. 53.* Auctoris pereunt garrulitate ſui. ¶ In pueris feſtivitas eſt. *Sueton. Aug. c. 83.* Pueros garrulitate amabiles. Adde *Senec. de conſol. ad Helvid. c. 16.*

Garrulus, a, um, n. *cicalatore*, *ciarlone*, פטפטן, Germ. *ſchwetzer*, Gal. *babilleur*, Hiſp. *hablador*, *parlador*, ἀδολέσχης, loquax, ineptus, qui inanibus verbis abundat. Proprie de avibus dicitur. *Virg. 4. Georg. v. 307.* Garrula cum tignis nidum ſuſpendit hirundo. ¶ Hinc ad alia transfertur. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 69.* Percontatorem fugias: nam garrulus idem eſt. *Ovid. 2. Faſt. v. 316.* Garrulus rivus. *Id. 2. Amor. el. 2.* Lingua garrula.

Garum, ri, n. 2. γάρον, liquamen eſt ex inteſtinis piſcium ſale maceratis. Dictum eſt, quod olim ex garo piſce fieret. Nunc fit ex infinito piſcium genere. *Iſid. l. 20. c. 3. Plin. l. 3. c. 7. & 8.* Differt a muria, quod garum olim fiebat ex garo, poſtea ex ſcombro, & divitum erat, ſed muria e thunnis, & pauperum. *Mart. l. 13.* Nobile nunc ſitio luxurioſa garum. ¶ *Garum ſociorum*, incertum eſt, unde dictum ſit, utrum quia in ſodalitatibus, ac conviviis eo uterentur, an quia a ſociis Populi R. initio mitti ſoleret. *Harduin.* putat ita dictum a ſocietate publicanorum, qui vectigal illi impoſitum exigerent. Laudatiſſimum fiebat e ſcombro piſce, ut docet *Plin. l. 31. c. 8.* in cetariis Carthaginis novæ. Ejus meminit etiam *Senec. ep. 95.*

Garumna, *la Garonne*, fl. maximus Aquitaniæ, quam in duas dividit. Oritur ex Pyrenæo M. in montibus Aure, in confinio Aragoniæ. Eum diligenter deſcribit *Pomp. Mela l. 3. c. 2.* *Auſon. Moſel. v. 483.* Æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Garus, ri, γάρος, m. piſcis ex genere locuſtarum, ex cujus inteſtinis garum fiebat. *Plin. l. 31. c. 8. & l. 32. c. 21.*

Garyophyllon, i, n. *garofano*, *gherofano*, καρυόφυλλον, genus aromatis in India naſcentis, piperis grano ſimile, ſed grandius, & fragilius. Tradunt, in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. Ita *Plin. l. 12. c. 7.* ubi notat *Harduin.* quod eodem nomine ad nos affertur, & in condituris adhibetur, aliud omnino eſſe ab hoc, quod *Plin.* deſcribit: fortaſſe autem eſſe illud, quod *cubebæ* ab aliis appellatur. V. *Cluſium*, & *Dalecamp.* ¶ Flos ille, qui eodem nomine apud nos gignitur, a ſimilitudine odoris appellationem traxit.

Gaſter, eris, & ſtri, m. *ventre*, γαστήρ, venter. Græca vox. *Cæl. Aurelian. 3. Tard. c. 8.* Rotunda, atque extans inflatio ſecundum gaſtere. ¶ Item genus vaſis ventricoſi. *Petron. in Sat. cap. 79.* per omnes ſcrupos, gaſtrorumque eminentium fragmenta. Al. aliter leg.

Gau, pro gaudium, dixiſſe *Enn.* oſtendit *Auſon in Monoſyl.* illo verſu: Ennius ut memorat, replet te lætificum gau.

Gaudebundus, a, um, adject. gaudio geſtiens. *Apul. l. 8. poſt init.* Futuræ ſoboli gaudebundus. Legitur & *gaudibundus*

Gaudeo, es, gaviſus ſum, n. 1. *allegrarſi*, *dilettarſi*, שמח, Germ. *ſich freuwen*, Gal. *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, χαίρω, eſt ſecum, & apud ſe lætari, a Dorico γαθέω, γηθέω. Differt a *gratulor*, quia *gaudeo* eſt ſecum

Digitized by Google

tum, & apud ſe lætari, neque reſpicit alium, gratulor eſt alterius cauſa lætari. Item differt a lætor. Nam gaudere dicimur, cum in aliqua exhilaratur animus, nullum tamen ejus foris apparet indicium, contra lætari quis dicitur, cum ita movetur animus, ut in vultu, & geſtibus lætitiæ ſigna prodantur. *Cic. 6. Fam. ep. 13.* Mihi gaudeo, tibi gratulor. *Id. 3. Tuſc. c. 21.* Atque ut confidere decet, timere non decet, ſic quidem gaudere decet, lætari non decet. ¶ Interdum habet poſt ſe accuſ. gaudium. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 2.* Ut ſuum gaudium gauderemus. ¶ Ponitur etiam pro delectari, cum ablat. *Virg. in Bucol.* Numero Deus impare gaudet. Et addita præp. de. *Cic. Fam. 7. ep. 1.* De Burſa te gaudere, certo ſcio. ¶ Gaudeo voti, ſignificat, ex animo gaudeo, te voti comperem factum eſſe. *Apul. lib. 1.* Sed quid illud? voti gaudeo. ¶ Gaudere in ſinu, proverbialis locutio, ſignificat ſecum, & cum ſuis lætari. *Cic. 3. Tuſc.* Quoniam plauſibilia non hæc ſunt, ut in ſinu gaudeans, glorioſe loqui deſinant. Adde *Tibul. l. 4. eleg. 13.* ¶ Olim præteritum habuit gaviſi. *Liv. in Odyſſ.* apud *Priſcian. l. 9. pag. 868. Putſch.* Quoniam audivi paucis, gaviſi. *L. Caſſ. Heminus, ibid.* Idque admiratum eſſe gaviſi.

Gaudendus, a, um, partic. paſſ. a gaudeo. *Paul. Petrocor. l. 4. v. 291.* Gaudendos lugete triumphos. *Symmach. l. 3. ep. 29.* Iſta pars gaudenda mihi potius eſt, quam, &c.

Gaudialis, le, adject. ad gaudium pertinens. *Apul. l. 8. A. A.* Gaudiales inſtruunt dapes.

Gaudibundus. V. Gaudebundus.

Gaudimonium, ii, n. gaudium. *Petron. fragm. Tragur.* Jamdudum gaudimonio diſſilio.

Gaudium, dii, n. 2. lætitia, *allegrezza, gaudio*, שמחה, Ger. *freud*, Gal. *rejouiſſance*, Hiſp. *alegria*, χαρά, χάρμα, eſt affectio animi alicujus præſentis boni opinione concepta, & proprie cum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Differt a lætitia, quia, ut ait *Cic. 4. Tuſc. c. 6.* cum ratione animus movetur placide, atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem & inaniter, & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. *Id. Fam. 9. ep. 14.* Cumulari gaudio. *Id. 3. Fin. c. 24.* Afficere gaudio. *Id. Catil. 1. c. 10.* Gaudiis exultare. *Id. Fam. 10.* Gaudio exſilire, gaudio efferri. ¶ Dicitur & de Venerea voluptate. *Propert. l. 2. eleg. 11. v. p. Horat. l. 3. od. 6. v. 17. Lucret. l. 5. v. 852.* &c.

Gaudos, al. Gozo, inſ. Cretæ adjacens, ad Occ. e regione Criumetopi, ſeu Frontis Arietis prom. Cretæ in Auſtr. Eſt parvi circuitus. ¶ Gaudos item, ſeu Gaulos, inſ. Africæ, in mari Medit. a Melita 5. M. P. in Occ. Siciliam verſus, al. verſus prom. Mercurii, ubi arx in monte edito, cui burgus ſubjacet. Serpentes, & ſcorpiones non fert, & ejus pulvis eos alibi fugat, & necat. *Plin. l. 4. c. 12.*

Gavia, f. 1. κηυξ, καύης, avis aquatica in petris ædificans, a ſono καῦ καῦ, quem in canendo edit. *Apul. l. 5.*

Gavianus, a, um, ad Gavium pertinens, quod eſt nomen R. civis proprium. *Lactant. l. 4. c. 18.* Non enim Gavianam crucem deſcribimus, quam M. Tullius, &c. V. *Verrin. 7. cap. 61. 62 & 63.*

Gaulus, m. 2. genus navigii Phœnicii, lingua Phœnicum. *Feſt. Gel. l. 10. c. 23.* ¶ Item poculi genus, quia erat forma cymbii. *Plaut. Rud. 5. 2. 32.*

Gaunace, es, f. 1. vel gaunacum, ci, n. 2. ſtragulum, aut opertimentum altera parte villoſum. *Varr. l. 4. de L. L. Scalig.* legit Gaunacumma. Sed vox eſt peregrina, ipſo *Varrone* teſte.

Gauranus, a, um, adject. ad Gaurum pertinens, ut Gaurani ſinus, Gauranus mons. *Stat. l. 8. Theb. & l. 4. Silv. 5.*

Gaurus, Gaurani Montes, *Monte Barbaro*, Mons Campaniæ, apud Puteolos urb. ¶ Item *Gerro*, ſeu *Garro*, mons alter Campaniæ, Maſſico, Gallicano, & Falerno junctus. Hic vinum præcipuæ bonitatis naſcitur, quod Gauranum dicitur. *Stat. l. 3. ſilv. 5.*

Gauſapatus, a, 1. a. gauſape indutus. *Sen. in epiſt. 53.* Mitto me in mare, quomodo pſychrolutam decet, gauſapatus.

Gauſape, e indecl. vel gauſape, is, n. vel gauſapum, pi, m. 2. γαυσάπης, peridroma, quo menſa tegebatur, a voce Græca allata. Aliqui dicunt, fuiſſe militare ſtragulum utrinque villos habens, vel una tantum parte, quod pro lecto in caſtris ſterneretur, primo ex ſtramento conſueviſſe fieri, poſtea ex lana, majoribus villis. *Plin. l. 8. c. 48.* Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. *Hor. l. 1. ſat. 8. v. 11.* Gauſape purpureo menſam perterſit. *Perſ. ſat. 6. v. 46.* Jam chlamydas regum, jam lutea gauſapa captas. ¶ Pro barba hirſuta, & prolixa *Perſ. ſat. 4. v. 37.* Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas. ¶ Dicitur etiam *gauſapa, æ*, f. teſte *Varr.* apud *Chariſ. & Priſcian.* & hac ratione uſurpatur a *Petron. in Satyr. c. 28.* Involutus coccina gauſapa.

Gauſapila, æ, f. quaſi diminut. a gauſapina. *Petron. Satyr.* Cinædus ſuperveniт myrtea ſubornatus gauſapila.

Gauſapina, f. 1. vel gauſapina penula, villoſæ veſtis genus, quo hyberno tempore, & frigido utebantur. *Mart. l. 6. epigr. 59.* Propter ſexcentas, Baccare, gauſapinas.

Gaza, æ, f. *ricchezze*, אוצר, Germ. *ſchatz*, Gal. *richeſſe*, Hiſp. *riqueza*, γάζα, pecunia Regia, lingua Perſarum. *Pomp. Mela.* Gazam Perſæ ærarium vocant. *Curt. l. 3.* Ante Solis ortum pecuniam Regiam (gazam Perſæ vocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet. *Cic. 2. Off.* Omni Macedonum gaza potitus eſt Paulus. ¶ Sumitur etiam generatim pro opibus, ſupellectile, & omni, quod privatim poſſidemus. *Virg. 3. Æn.* Et gaza lætus agreſti. ¶ In plur. *Horat. l. 1. od. 29.* Beatis Arabum invides Gazis.

Gaza, f. 1. *Gaza, Azzo*, urbs Palæſtinæ, in Tribu Judæ, una ex quinque Satrapiis Philiſtinorum, Ægyptum verſus ultima. Dicta eſt ex eo, quod Cambyſes in Ægyptum proficiſcens in ea belli opes, & pecuniam depoſuit. *Pomp. Mela.* ¶ Gaza item, Agaza, *Ozon*, urbs Mediæ, in Atropatia, olim Regia, ab Ecbatanis 450. ſtad.

Gazæus, a, um, adject. &

Gazeticus, a, um, adject. ad Gazam Palæſtinæ urbem pertinens, ut Gazæa, vel Gazetica vina, quæ optima circa illius urbis loca gignebantur. *Sidon. carm. 17. v. 15.* Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna. Adde *Pomp. Mel.*

G ANTE E.

Gebala, f. 1. tertia Palæſtinæ portio. Gent. Gebalenus.

Gebalena, f. 1. regio Palæſtinæ, in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ, m. 1. pop. maris Rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum caput Thomna, unde genus myrrhæ Gebaniticum.

Gebenna, Gebennæ, Gebennæ Montes, *Cevennes*, mons Galliæ in longum extenſus inter Rhodanum, & Garumnam fl. qui Arvernos ab Helvetiis ſeparat. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 8. Sueton. in Cæſ. c. 25.* ponit inter fines Galliæ.

Gebennicus, a, um, adject. ad Gebennam pertinens, ut Gebennici montes, *Pomp. Mela l. 2. c. 5.*

Gehenna, vel Geenna, f. 1. γέεννα, vallis apud Hieroſolymam, ad radices Moria M. in quibus Siloa ſons, ubi Baal colebatur, ubi ipſi Hebræi filios ſuos immolaverunt. Dicta eſt quaſi Vallis filiorum Ennon. Tranſlate ſumitur pro loco futurorum ſuppliciorum, & pœnarum perpetuarum, quibus improbi cruciandi ſunt, quia Deus minatus fuerat, ſe vallem illam impiorum cadaveribus mortuorum. *Hieron. Tertul. Prudent. Sedul.*

Gela, f. 1. Alica, al. *Cherza*, al. *Terra nuova*, urbs Siciliæ in ora Auſtrali, in valle Neatica, cum arce, & portu, ad Gelæ fl. oſt. Condita poſt Syracuſas a Rhodiis, poſt Romam anno 61. *Virg. 3. Æn. v. 702.* Apparet Camerina procul, campique Geloi, Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.

Gelas, m. Gela, Himera, *Salſo*, fl. Siciliæ maximus, qui oritur ex Nebrode M. apud Petram opp. ac in Mer. ad Gelam urb. fluit in mare. Sed aliis eſt *Fiume di terra nuova*, qui fauces habet apud Pergeſum lac.

Gelaſco, ſi, n. 3. *agghiacciarſi*, Germ. *gefrieren*, Gal. *ſe geler*, Hiſp. *elarſe*, πήγνυμαι, eſt in gelu aſtringi. *Gell. l. 17. c. 7.* Vina raſcetur congelaſcant. Adde *Plin. l. 14. c. 21.*

Gelaſianus, i, m. *buffone*, mimus. *Sidon. Carm. 23. v. 301.* Mimos ſchænobatas, gelaſianos.

Gelaſinus, i, γελασῖνος, q. d. ridiculus, a γελάω, rideo. Gelaſini dicuntur quatuor dentes anteriores, qui ridendo nudantur. *Martial. l. 7. epigr. 24.* Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt. quod quidam intelligunt de lineis, quæ ridendo efficiuntur in vultu.

Gelatio, f. 3. ἔκπηξις, actus gelandi, gelu, & ipſa concretio aquæ. *Plin. l. 17. c. 24.* Si protinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt.

Gelatus, a. 1. 2. *gelato, congelato*, πηγείς, frigore affectus, partic. a gelo. *Martial. l. 5. ep. 9.* manus Aquilone gelatæ. *Col. l. 10. c. 38.* Gelatum lac. *Id. l. 7. c. 8.* Gelatus caleus.

Gelicidium, dii, n. idem, ac gelu, ſeu concretio aquæ. *Col. l. 2. c. 8.* Quam hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruinifque inteſtentur.

Gelide, adv. *freddamente*, ψυχρῶς, frigide. Tranſlate *Hor. in Art. v. 171.* Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat.

Gelidus, a, um, a. 1. 2. *gelido, fredda, gelato*, Germ. *eiſskalt*, Gal. *gelé*, Hiſp. *elado*, κρυερός, frigidus, a gelu. *Virg. 3. Æn.* Geliduſque coit formidine ſanguis. *Plin. l. 2. c. 103.* Fontes æſtate gelidiores. *Id. l. 31. c. 2.* Aquæ gelidiſſimæ. ¶ Gelida, abſolute pro aqua gelida uſurpatur, ut calida. *Horat. l. 2. ſat. 7.* Foribuſque repulſum perfundat gelida.

A. Gellius, a nonnullis Agellius dictus, Grammaticus celeberrimus ſub Adriano Imp. auditor fuit Corn. Frontonis: librum conſcripſit varia eruditione concinnatum, quem Noctes Atticas nuncupavit. V. *Lipſ. in Quæſtionib. Epiſtol. l. 5. ep. 8.*

Gelo, as, avi, atum, a. 1. *agghiacciare*, Ger. *gefroren machen*, Gal. *geler*, Hiſp. *elar*, ἀγυιόζω, frigore aſtringo. *Plin. l. 15. c. 6.* Si geleni frigora, quarto die (olivam) premendam. *Col. l. 9. c. 6.* Alvearia fictilia accenduntur æſtatis vaporibus, & gelantur hyemis vaporibus. ¶ Uſurpatur & abſolute a *Plin. l. 14. c. 3.* Nec ante demetuntur, quam gelaverit h. e. anni tempus gelidum factum fuerit. *Lucan. l. 9. v. 681.* viſuque gelaſſent Perſeos adverſi. ¶ Tranſlate *Juven. ſat. 6. v. 95.* Pavidoque gelantur pectore.

Geloni, Gelones, Budini, Bodens, Vidini, pop. Myſiæ inf. inter Thraces, & Getas, ſeu potius Scythiæ Europææ, apud Boryſthenem fl. Neuris finitimi, proximi Turcis, & Agathyrſis. Horum regio eſt *Podolia*. Ibi Bodinus mons. Dicti ſunt a Gelono Herculis filio. Sanguinem equinum cum lacte mixtum bibebant. *Virg. 2. Georg. v. 115.* Eoaſque domos Arabum, pictoſque Gelonos.

Gelous, a, um, adject. a Gela Siciliæ urbe, & fluvio. *Virg. 3. Æn. v. 701.* Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Gelu, n. 4. *gelo, ghiaccio*, קרח, Ger. *eiß*, Gall. *gelee*, Hiſp. *yelo*, κρύος, κρύσταλ, glacies, hoc eſt, aqua frigore concreta, indeclinabile eſt, & caret plurali. *Virg. 3. Georg. v. 443.* Horrida bruma gelu. *Plin. Panegyr. c. 12.* Cum Danubii ripas gelu jungit. ¶ Antiqui uſurparunt gelus, i, m. & gelum, i, n. *Lucret. l. 6. v. 877.* Sæpe gelum, quod continet in ſe, Mittit. & *v. 155.* Sæpe geli multus fragor. *Cat. R. R. c. 40.* Ne gelus noceat. V. *Non. c. 8. n. 26. & 70.* ¶ Tranſlate *Virg. 8. Æn.* tarda gelu ſenectus.

Gemebundus, a. 1. a. *gemebondo*, נאנח, Germ. *heftig ſeuffzend*, Gal. *gemiſſant*, Hiſp. *gemebundo*, ἐπίστονος, valde gemens. *Ovid. 14. Met. v. 193.* Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam.

Gemellar, ris, n. 3. vaſis genus, quod geminam menſuram contineret. *Col. l. 12. c. 50.* Nam id melius eſt, quam plumbeum quadratum, aut gemellar.

Gemellaria, æ, f. idem quod gemellar. *Auguſt. in Pſalm. 136.* Citrum in gemellaria non videas.

Gemellipara, f. 1. διδυματόκος, quæ uno partu duos edit in lucem. Dicitur de Latona, quæ Apollinem, & Dianam uno partu edidit. *Ovid. 5. Faſt. v. 342.* Curva gemelliparæ ſpicula ſecre Deæ.

Gemellus, a, um, a. 1. 2. *gemello*, תאומים, Germ. *zwilling*, Gall. *gemeau*, Hiſp. *gemelo*, δίδυμος, dim. a geminus. *Virg. 1. Ecl.* Modo namque gemellos, ſpem gregis, ah! ſilice in nuda connixa reliquit. ¶ Ponitur & pro valde ſimili. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 243.* Par nobile fratrum Nequitia, & nugis, pravorum & amore gemellum. Et *l. 1. ep. 10. v. 3.* Ad cætera pene gemelli. ¶ *Cæſ. l. 3. B. C. c. 4.* Gemellam legionem vocat, quæ de duabus una facta eſt. ¶ Gemellæ vites dicuntur, quæ geminas uvas eodem pediculo junctas producunt. *Plin. l. 14. c. 3. Col. l. 3. c. 1.*

Geminatim, adverb. διδύμως, duplicando, vel per geminos. *Diomed. Grammat. l. 1.*

Geminatio, f. 3. ἐπαναδίπλωσις, duplicatio, repetitio. *Cic. 3. de Or. c. 54.* Geminatio verborum habet interdum vim, interdum leporem. *Quintil. l. 1.* Uti geminatione, *repeter una coſa due volte*.

Geminatus, a, um, adject. partic. *raddoppiato*, duplicatus. *Liv. l. 1. c. 25.* Geminata victoria. *Cic. l. 2. nat. Deor. c. 5.* Geminato ſole. *Ovid. 12. Met. v. 181.* Ebrietas geminata cupidine regnat.

Geminiani Fanum, *S. Gemiſiano*, opp. Hetruriæ, apud Boviſium, a Florentia in Auſtr. ſupra 20. M. P.

Geminitudo, inis, f. 3. idem quod geminatio. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 366.*

Gemino, as, avi, atum, a. 1. *raddoppiare*, כפל, Germ. *zweifaltigen*, Gal. *doubler*, Hiſp. *doblar*, διπλόω, duplico, a *geminus*. *Var. 3. de R. R. c. 16.* Cum plenas alvos habent, & cum illas geminaverint. *Ter. Adelph. 2. 1. 19.* Geminabit, niſi caves. *Ovid. 3. Met. v. 586.* Labor geminaverat æſtum. ¶ Interdum ſignificat augere, copulare. *Horat. in Art. poet. v. 13.* Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Geminus Lacus, *Geminaga*, pag. agri Mediolanenſis, apud Verbanum lac.

Geminus, a, um, a. 1. 2. *doppio*, תאומים, Germ. *zweyfach*, Gal. *double*, Hiſp. *doble*, δίδυμος, proprie dicitur de duobus fratribus, qui ex uno utero uno die editi ſunt. *Virg. l. 8. Æn.* Geminos huic ubera circum ludere pendentes pueros. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 41.* Gratia ſic fratrum geminorum. Sæpe pro *duplex* uſurpatur. *Virg. 6. Æn.* Sunt geminæ ſomni portæ. ¶ Tranſlate dicitur de ſimili, quia fratrum geminorum ſere ſumma ſimilitudo eſt. *Cicer. pro Roſc. Amer. c. 40.* Par eſt avaritia, ſimilis improbitas,

Digitized by Google

bitas, eadem impudentia, gemina audacia. *Id. pro Roſc. Com. c.* 18. Simillima, & maxime gemina ſocietas hæreditatis eſt. ¶ Geminus etiam Jani epithetum eſt, quod gemina facie pingi ſolet. V. *Janus*. ¶ Gemini denique ſunt ſignum cœleſte, quod ex 25. ſideribus conſtat. V. *Pollux*. ¶ Superlat. Geminiſſimus finxit *Plaut. Perſ.* 5. 2. 49. ¶ Nonnulli putant, cum de duobus fratribus uno partu editis ſermo eſt, dicendum eſſe *Fratres gemini*, non *Gemini fratres*; nam hoc poſterius intelligi etiam poſſe de duobus fratribus, qui gemelli non ſint. Atqui *Plaut. Perſ.* 5. 2. 50. geminum fratrem dixit de gemellis loquens, & *Liv. l.* 1. *c.* 5. Cum audiſſet geminos eſſe fratres.

Gemiſco, is, n. 3. idem, ac gemo. *Claudian.* 3. *de Raptu Proſerp. v.* 130. Si buxum inflare velis, ferale gemiſcunt.

Gemites, æ, m. 1. gemma, quæ veluti candidas manus inter ſe complexas habet. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Gemitus, us, m. 4. *gemito*, *ſoſpiro*, Ger. *ſeufftz*, Gal. *gemiſſement*, Hiſp. *gemido*, *στεναγμος*, gemendi actus. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 9. Fit ſtetus, gemituſque tota urbe. *Virg.* 6. *Æn.* Ducere gemitus imo de pectore. ¶ In genit. *gemini ἀρχαϊκῶς* dixit *Plaut. Aulul.* 4. 9. 11.

Gemma, æ, f. *gemma*, *pietra pretioſa*, אבן יקרה, Germ. *edelgeſtein*, Gal. *pierre precieuſe*, Hiſp. *piedra precioſa*, λίθος, lapillus pretioſus, & magis proprie de pellucidis dicitur, unde transfertur ad oculum vitis, quem primo emittit. Sed *Jul. Scalig.* contra cenſuit, gemmam proprie de vitibus dici, translate de lapillis pretioſis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 335. Pampinus trudit gemmas, & frondes explicat omnes. *Cic. Ver.* 6. *c.* 27. Pocula ex auro, gemmis diſtincta clariſſimis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 506. Ut gemma bibat. h. e. poculo ex gemma facto. ¶ Translate ponitur pro præcipuo ornamento. *Martial. l.* 5. *epigr.* 11. Multas in digitis, plures in carmine gemmas invenies.

Gemmans, antis, particip. in modum gemmæ ſplendeſcens. *Martial. l.* 13. *epigr.* 70. Miraris, quoties gemmantes explicat alas. *Lucret. l.* 2. *v.* 319. Invitant herbæ gemmantes rore recenti.

Gemmaſco, is, n. 3. eſt gemmas emittere, pullulare, *germogliare*, ὀφθαλμίζειν. *Plin. l.* 17. *c.* 15. Ut gemmaſcere incipient, ligetur calamus. *Col. lib.* 5. *cap.* 10. Nucem Græcam ſerito circa Cal. Februar. quia prima gemmaſcit.

Gemmatus, a, um, o. 1. 2. *ornato di gemme*, Germ. *mit edelgeſtein gezieret*, Gal. *enrichy*, *orné de pierreries*, Hiſp. *ornado de joyas*, gemmis inſtructus, & ornatus. *Liv. l.* 1. *c.* 11. Gemmati annuli. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 113. Gemmæ monilia. *Plin. lib.* 37. *cap.* 2. Gemmata potoria.

Gemmeſco, is, n. 3. gemma fio. *Plin. lib.* 37. *cap.* 10. de draconite gemma: Sed niſi viventibus abſciſſo nunquam gemmeſcit.

Gemmeus, a, um, o. 1. 2. *di gemma*, Ger. *edelgeſteinen*, Gal. *de pierres precieuſes*, Hiſp. *de piedras precioſas*, λίθινος, quod ex gemma eſt. *Cic.* 6. *Ver. c.* 27. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Radix gemmeæ rotunditatis. id eſt rotunda in modum gemmæ.

Gemmifer, a, um, o. 1. 2. quod gemmas fert. *Plin. lib.* 37. *c.* 13. Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus, & Ganges. Adde *Plin. lib.* 3. *c.* 4.

Gemmo, as, n. 1. *germogliare*, *far la gemma*, dicitur de vitibus, aliiſque plantis gemmam emittentibus: non tamen proprie, ſed translate. *Cic.* enim *l.* 3. *de Orat. c.* 38. & *in Orat. c.* 24. τὸ *gemmare vites* enumerat inter translationes, quæ vulgo etiam a ruſticis uſurpantur: & *Quintil. l.* 8. *c.* 6. neceſſitate, inquit, ruſtici dicunt gemmam in vitibus. Ex quo colligitur, *gemmam* proprie de lapillis, ex Tullii, & Quintil. ſententia, translate de vitibus dici: quod alii contra docuerunt, ut in *Gemma* dictum eſt. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 40. Id fit ante quam gemmare, aut florere quid incipit. *Colum. l.* 4. *c.* 27. Ante quam gemment, per divortium veris atque hiemis, quam altiſſime fodiendæ vineæ ſunt. Quædam MSS. his duob. locis habent *germinare*. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Gemmantem vineam confodi vetant. decuti enim oculum. *Colum. lib.* 4. *cap.* 24. Gemmantem oculum excæcare. *Pallad. in Februar. c.* 32. Sarmenta gemmantia. *Et in Novembr. c.* 11. Surculi roſarum gemmantes. ¶ Item more gemmæ nitens. V. *Gemmans*.

Gemmoſus, a, um, o. 1. 2. quod multis gemmis exornatum eſt. *Apul. l.* 5. *A. A.* Auro facto, gemmoſiſque monilibus onuſtam.

Gemmula, f. 1. dim. a gemma. *Apul. l.* 10. *Met.* Quod ver in ipſo ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gemo, is, ui, itum, a. 3. *gemere*, נאנח, Germ. *ſeufftzen*, Gal. *gemir*, Hiſp. *gemir*, στενάζω, eſt præ animi anguſtia in ſonum prorumpere, a ſoni ſimilitudine. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 5. Malum ſuum occulte gemere. *Plaut. Amph.* 5. 1. 47. Uxorem tuam neque gementem neque plorantem noſtrum quiſquam audivimus. *Cic. Attic.* Virtutem iſtam veniet tempus, cum graviter gemes. *Virg.* 6. *Æn. v.* 413. Gemuit ſub pondere cymba. *Horat. l.* 4. *od.* 12. gemens flebiliter Itym. ¶ Legitur etiam *gemor* paſſ. pro deploror. *Cic. Att. l.* 2. Atque hic ſtatus una voce omnium gemitur. ¶ Quandoque pro *canere* ponitur, de iis ſolum avibus, quæ flebilem cantum habent, ut turtur, & columba. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 59. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo.

Gemoniæ ſcalæ, ἀναβαθμοὶ, ὀνειδιστικοὶ, puteus Romæ, in quem gradibus deſcendebatur, & in quem facinoroſi unco pertracti præcipites dari ſolebant. Dictæ ſunt non tam a *Gemonio* quodam, quam a gemitu. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 74. Collaceratum corpus Sabini in Gemonias trahunt.

Gemulus, a, um, adject. gemebundus, gemens. *Apul. lib.* 2. *Florid.* Bubones occinunt gemulo carmine.

Gemurſa, f. 1. tuberculum ſub pedum digitis naſcens, ita dictum, quod gemere faciat eum, qui id gerit. *Poſt. Plin. l.* 26. *c.* 14. Sicut & ille, quem gemurſam appellavere priſci inter digitos pedum naſcentem.

Gena, æ, f. *guancia*, *gota*, לחי, Germ. *wange*, Gal. *joue*, Hiſp. *mexilla*, *carillo*, γένυς, primum dicitur de malis, ideſt, de partibus illis ab oculis ad mentum, quæ barba veſtiuntur, deinde de membranis tam ſuperioribus, quam inferioribus, quæ tegunt oculos, a voce Græca allata. Sed aliqui contra cenſent, genas primum dici de membranis oculorum, deinde de malis. *Sen. Hippolyt. v.* 364. Lapſæ genæ lucem recuſant. *Cic. in Piſon. c.* 1. Piloſæ genæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Piſces non habent genas, nec integunt oculos. ¶ Uſurpatur etiam in ſingul. *Enn. apud Serv. in* 6. *Æn.* Imprimitque genæ genam. *Sueton. in Claud. c.* 15. Ut genam non leviter perſtringeret.

Genabenſis, ſe, adject. ad Genabum pertinens, ut Genabenſis cædes, *Caſ. l.* 7. *B. G. c.* 28. ¶ Genabenſes, Genabi incolæ. *Id. ibid. cap.* 11.

Genabum, i, Urbs Carnutum ad Ligerim in Gallia. *Caſ. l.* 7. *B. G. c.* 2. &c. ¶ Aliis eadem eſt, ac Aurelia, *Orleans*: aliis Gyen oppidum.

Genealogia, æ, f. *genealogia*, γενεαλογία, ſermo de origine, ſeu generatione. Vox græca eſt, quam quidam Lexicographi perperam Ciceroni tribuunt l. 3. de nat. Deor. c. 17. V. *Genealogus*. Habet tamen *Meſſala Corvin.* (incertæ auctoritatis ſcriptor) *in lib. de progenie Auguſti*.

Genealogus, i, m. qui genealogiam enarrat, aut ſcribit. *Cic. lib.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. Qui a genealogis antiquis ſic nominantur.

Gener, ri, m. 2. *genero*, חתן, Ger. *tochterman*, Gal. *gendre*, Hiſp. *yerno*, γαμβρὸς, filiæ meæ vir, a *genus*, quaſi generis propagator. *Cic.* 1. *Off.* Cum ſoceris generi non lavantur. ¶ Apud *Nepot. in Pauſan. c.* 2. Gener accipitur pro marito ſororis, ſi credimus *Cujacio l.* 6. *Obſervat. c.* 19. & aliis. Item apud *Juſtin. l.* 18. *c.* 4. ¶ Apud *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 136. pro marito neptis, & proneptis. ¶ In ſexto caſu plurali *generibus* pro *generis* dixit *Accius* apud *Non. c.* 8. *n.* 33.

Generabilis, le, o. 3. *generabile*, Germ. *das leichtlich geboren wird*, Gal. *qui ſe engendre facilement*, Hiſp. *que ſe engendra*, γεννητὸς, quod facile generatur. *Plin. l.* 3. *c.* 43. Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus.

Generalis, le, o. 3. *generale*, כללי, Germ. *allgemein*, Gall. *general*, Hiſp. *general*, γενικὸς, καθολικὸς, univerſalis, ad omnes pertinens. *Cic.* 1. *Off. c.* 27. Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate verſatur, & aliud huic ſubjectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. ¶ Item quod pertinet ad genus. *Cic. l.* 1. *Invent. c.* 8. Cum qualis ſit res, quæritur, quia & de vi, & de genere negotii controverſia eſt, conſtitutio generalis vocatur. *Sen. ep.* 58. *genus generale* appellat, quod Philoſophi dicunt genus generaliſſimum.

Generaliter, adv. *generalmente*, Germ. *allgemeinlich*, Gall. *generalement*, Hiſp. *generalmente*, γενικῶς, univerſaliter, ſimul omnia ſub genere amplectendo. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 26. Nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt. *Plin. lib.* 1. *epiſt.* 8. Generaliter quædam annotare.

Generamen, inis, n. idem quod generatio. *Strabo Gallus in Roſa*: Flos tibi ſceptrigero venit generamine Jeſſe.

Generaſco, is, n. 3. *naſcere*, γίγνομαι, naſcor. *Lucr. l.* 3. *v.* 746. Cur omnia membris ex ineunte ævo generaſcunt, ingenioque?

Generatim, adv. κατὰ γένη, per ſingula genera, ſeu per ſingulas ſpecies. *Cic.* 4. *Acad.* Exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipſi etiam illa ſolent non confuſe loqui. ¶ Aliquando generatim dicitur non per ſingula genera, ſed generaliter, confuſe, & indeterminate. *Cic.* 2. *de Or.* Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo, Expetenda ne eſſet eloquentia, expetendi ne honores.

Generatio, f. 3. *generazione*, הולדה, Germ. *geburt*, Gal. *generation*, Hiſp. *generacion*, γένεσις, actus generandi. *Plin. lib.* 10. *c.* 52. Avium generatio ſimplex videtur eſſe.

Generator, oris, m. 3. *generatore*, *padre*, γεννήτης, genitor, procreator. *Cic. de Univ. cap.* 11. Noſſe autem generatores ſuos optime poterant. *Virg.* 3. *Æn. v.* 704. Magnanimum quondam generator equorum.

Generatorius, a, um, adject. ad generationem, vel ad generatorem pertinens. *Tertul. adverſ. Valent. c.* 27. Generatorio more.

Generatrix, icis, f. quæ generat. *Pomp. Mela l.* 1. *c.* 9. *in princ.* Ægyptus hominum, aliorumque animalium perfecunda generatrix.

Generatus, a, um, nom. partic. *generato*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 61. Troja generatus Aceſtes. *Curt. l.* 9. *c.* 1. Specim arboris ex ſua radice generatæ.

Genero, as, avi, atum, a. 1. *generare*, הוליד, Germ. *gebaren*, Gall. *engendrer*, Hiſp. *engendrar*, γεννάω, gigno, fœtum procreo, & proprie de maribus dicitur, a *gener*, quaſi genus propago. *Cic. in Partit.* Diſcutiendum eſt, quemadmodum quiſque generatus ſit, quemadmodum educatus. ¶ Invenitur tamen etiam de fœminis. *Plin. l.* 8. *c.* 43. Ut quæ non primo initio generare cœperit. ¶ Et de herbis. *Gel. l.* 5. *c.* 6. Ut fieret a gramine, quod in olea generatum eſſet. ¶ Per translationem accipitur pro invenire. *Quint. lib.* 10. *c.* 2. Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarent.

Generoſe, adv. *generoſamente*, Germ. *adelich*, Gall. *genereuſement*, Hiſp. *generoſamente*, γενναίως, fortiter, magno animo. *Horat. lib.* 1. *Carm. od.* 38. Generoſius perire.

Generoſitas, atis, f. *generoſità*, magnanimitas, animi magnitudo, quæ vel a genere, vel a virtute habetur. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Tauris generoſitas eſt in aſpectu. ¶ Generoſitas ſurculorum, apud *Pallad. l.* 14. *c.* 3. & generoſitas vitium, apud *Col. l.* 3. eſt fœcunditas, fertilitas. *vite di buona razza*. ¶ Generoſitas vini, *la forza*. *Plin. l.* 14. *c.* 6.

Generoſus, a, um, o. 1. 2. *generoſo*, *nobile*, בן חורים, Germ. *edel*, Gal. *genereux*, Hiſp. *generoſo*, γενναῖος, εὐγενὴς, nobili, & præclaro genere ortus. Inter *generoſum*, & *nobile* quidem ita diſtinguunt, ut nobile ſit, quod ex bono prodiit genere, generoſum autem, quod a ſua natura non degenerat. *Cic. de Div. lib.* 2. *c.* 12. Generoſa ſtirpe profectus eſt. *Id. in Parad.* Quam ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa, ac nobili virgine. ¶ Per translationem accipitur pro magnanimo. *Cic.* 1. *Off.* Cum de Imperio certamen eſſet cum Rege generoſo, atque potenti. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut Arbor generoſa, vinum generoſum. *Col. l.* 4. Ut nobilem ſtirpem conſeramus, generoſam requiremus. ¶ Comp. generoſior, ſup. generoſiſſimus. *Suet. in Tib. c.* 49. Condemnatam & generoſiſſimam fœminam Lepidam. *Prudent. l.* 1. *adverſ. Symmach. v.* 19. Pars humanis generoſior.

Geneſara, Geneſar, Geneſareth, mare Tyberiadis, mare Galilææ, *mer de Tabarie*, lacus Paleſtinæ, in finibus Galilææ, in quem Jordanis fl. ingreditur apud Capharnaum, & apud Bethſaidam, ſeu Bethſan, ſeu Scythopolim egreditur, dictus a Geneſara opp. quod poſtea Tyberias appellatum eſt. Dicitur mare Hebræorum more, qui congregationes omnes aquarum, ſive ſalſæ, ſive dulces ſint, maria vocant.

Geneſis, ſeos, f. 3. *generazione*, γένεσις, generatio, nativitas. Accipitur & pro ſidere natalitio, quod converſione cœli oritur eo momento, quo quis naſcitur. *Suet. in Veſp. c.* 14. Quod vulgo crederetur geneſim habere Imperatoriam. *Juven. ſat.* 14. *v.* 248. Nota Mathematicis geneſis tua.

Genethliaci, orum, m. 2. *coloro*, *che pronoſticano della natività*, חוזים, Ger. *warſageren*, Gal. *aſtrologues pronoſtiqueurs*, Hiſp. *pronoſticadores*, *aſtrologos*, γενεθλιακοὶ, qui ex die, & hora nativitatis, quas *horoſcopos* vocant, fortunam hominis, & ſucceſſum pronuntiant. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Adverſum iſtos, qui ſe Chaldæos, ſeu Genethliacos appellant.

Genethliologia, f. 1. γενεθλιολογία, ars Genethliacorum. *Vitruv. l.* 9. *c.* 7. Propria eſt Chaldæorum genethliologiæ ratio.

Genetrix. V. Genitrix.

Genialis, & le, o. 3. quod ad Genium naturæ, & voluptatis Deum pertinet, ut Genialis dies, lætus, & voluptarius apud *Juven. ſat.* 4. *v.* 66. Genialis torus, ſive lectus, qui in nuptiis ſternitur in honorem Genii, & Junonis; Genialis homo, hoſpitalis, dapſilis, promptior ad invitandum, & largius apparandum. Geniales Dii, quatuor elementorum præſides, ex quibus omnia gignuntur. *Cicero pro Cluent. cap.* 5. Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat. ¶ Idem lectus Genialis dicebatur etiam *adverſus*; qua de re V. *Lectus*.

Genialitas, atis, feſtivitas, jucunditas. *Ammian lib.* 30. *c.* 5. Genialitas menſæ.

Genialiter, adv. *ſplendidamente*, Ger. *frolich*, Gal. *joyeuſement*, *avec bonne chere*, Hiſp. *deleytoſamente*, *eſplendidamente*, τρυφερῶς, opipare, & laute. *Ovid.* 11. *Met. v.* 96. Hoſpitis adventu feſtum genialiter egit.

Geniana, f. 1. gemma, quam inimicorum pœnas efficere ajunt. *Plin. l. ult. c.* 10.

Geniatus, a, um, adject. genium referens: item amabilis, venuſtus. *Capitolin. in Vero, c.* 10. Vultu geniatus. V. *Gruter.* & *Salmaſ. ad eum loc.* Sic in principio Silvarum Statii, ubi vulgo legitur *moles geminata*, vel *gemmata*, Barthius *geniata* reponit. Adde *Caſſiod. l.* 6. *ep.* 12.

Geniculatim, adv. *di nodo in nodo*, κατὰ γόνυ, per genicula. *Plin. l.* 21. *c.* 12. Foliis geniculatim circundata.

Geni-

Geniculâtio, f. 3. actus geniculandi, genuflexio. *Tertul. ad Scapul. c. 4.* Quando non geniculationibus, & jejunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ.

Geniculâtor, i, m. idem quod Ingeniculus, ſc. ſidus Herculis dextro genu flexo ſuper Draconis caput innixi. *Vitr. l. 9. c. 6.*

Geniculâtus, a. ſ. 2. πολυγόνατος, quod frequentibus geniculis conſtat, ut heliotropium, quæ ob id genicularis herba vocatur. *Cic. de Sen. c. 15.* Culmoque erecta geniculato, vaginis jam quaſi pubeſcens includitur.

Geniculo, as, n. 1. in genua procumbo, a geniculum. *Vet. Gloſſ.* geniculat, γονυκλίνει. ¶ Item genicule produco. *Plin. l. 18. c. 16.* Antequam ſeges geniculaeret.

Geniculum, li, n. 2. γόνυ, dim. a genu. *Tertul. de cor. Mil. c. 6.* De geniculis adorare. ¶ Translate genicula dicuntur ſtipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli, ac nodi quidam. *Plin. l. 18. c. 7.* Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona.

Geniſta, f. 1. *ginestra*, רתם, Ger. *vvaabolder*, Gal. *geneſt*, Hiſp. *hiniesta*, σπάρτος, arbuſcula quædam humilis eſt, fronde minuta, flore luteo, apibuſque gratiſſimo, ſemine lenticulis haud abſimili, quod phaſeolorum modo ſiliquis innaſcitur, forte e genu, quia facile flectitur. *Mart. l. 1. epigr. 43.* Non pyra, quæ lenta pendent religata geniſta. V. *Plin. l. 21. c. 9.*

Genitâbilis, le, adject. idem quod genitalis, ſeu genitivus. *Lucret.* apud *Var. l. 4. L. L.* Ætheris, & terræ genitabile quærere tempus. *Arnob. l. 4.* Genitabiles partes. *h. e.* genitalia.

Genitâlis, & le, o. 3. *generativo*, Ger. *gebærig*, Gall. *qui ſert à engendrer*, Hiſp. *pertenaciente á la generacion*, γεννητικός, idem eſt, quod natalis, vel ſpectans ad generationem, ut *Genitale ſolum*, patria, in qua nati ſumus, quod & *natale ſolum* appellatur, *genitalis dies*, quo in lucem editi fuimus. *Plin. l. 9. c. 35.* *genitalia ſemina*, quibus aliquid procreatur, & gignitur, *genitalia membra*, ſive *genitales partes*, quæ tam in mare, quam in fœmina generationi inſerviunt, *genitales trunci*, qui fertiliter ſunt, & copioſe generant. *Col. l. 3. c. 6.* Ut ex iis partibus trunci ſumentur, qui & genitales ſint, & maxime fertiles. *Id. l. 7.* Quod ex illis genitales partes dependent. ¶ Genitale, is, ſubſt. n. 3. membrum virile hominis, vel brutorum. *Plin. l. 10. c. 53.* Cuniculis everſa ſunt genitalia. ¶ Item gignens, producens. *Colum. l. 9. c. 9.* Fœminas exlvæ ferro exulcerantur, ne genitales ſint. ¶ Hinc *Genitales Deos* appellavit *Ennius*, ut eſt apud *Cic. l. 1. Tuſc. quæſt.* hoc eſt *omnia generantes*, ut explicat *Voſſius l. 1. de Gent. Theol. c. 12.* Sic apud *Ovid. 15. Metam.* corpore quatuor genitalia. *h. e.* quatuor elementa, ex quibus omnia conſtant.

Genitâliter, adv. γεννητικῶς, fœcunde, fertiliter. *Lucr. l. 4. v. 1251.* Ut feminæ poſſint ſeminibus commiſceri genitaliter apta.

Genitîvus, a, um, o. 1. c. *ingenito*, *naturale*, *innato*, ἐγγενόμενος. Sumitur pro genitali, a natura ingenito, ut *Genitiva notæ*, quæ ſunt maculæ a natura ingenitæ. *Suet. de Aug. c. 80.* Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus, atque alvum genitivis notis, in modum, & ordinem, & numerum ſtellarum cœleſtis Urſæ. ¶ Interdum pro gentilitio. *Ovid. 3. de Pont. ep. 2. v. 107.* Adjectique probent genitiva agnomina Cottæ. ¶ Genitivus item unus eſt ex caſibus apud Grammaticos, qui etiam *patrius* dicitur, & *interrogandi caſus*, quod fiat in hoc caſu interrogatio de patre, & de genere, e. g. Cujus filius es? Cujus familiæ? *Quintil. Diomed. Priſcian.* & *Gel. l. 4. c. 16.*

Genitor, oris, m. 3. *genitore*, *padre*, מוליד, Ger. *gebærer*, Gal. *geniteur*, Hiſp. *engendrador*, γεννήτωρ, pater, qui ſc. genuit, a *geno* pro *gigno*. *Cic. de Univ.* Quo nihil ab optimo, & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. *Ovid. 5. Met.* Occidit Aſtreus matre Palæſtina dubio genitore creatus. ¶ Genitor Deorum, ideſt Jupiter. *Ovid. 2. Triſt.* Jure igitur Genitorque Deum, rectorque vocatur.

Genitrix, icis, f. *genitrice*, *madre*, γενέτειρα, mater, ſc. quæ genuit, a genitor. Reperitus etiam *genetrix* per e in antiquis marmoribus, ac libris, & ita a veteribus Grammaticis ſcribitur. *Cic. 2. de Div.* Nam ſuper tremulo genitrix clangore volabat. ¶ *Frugum Genitrix*, Ceres frugum inventrix. *Ovid. 5. Met. v. 490.* Et frugum Genitrix. immenſos ſiſte labores.

Genitûra, f. *generazione*, תולדה, Ger. *gebærung*, Gal. *engendrement*, Hiſp. *generacion*, γένεσις, generatio. *Plin. l. 18. c. 24.* In alitum, quadrupedumque genitura eſſe quoſdam ad conceptum impetus terræ. ¶ Accipitur etiam pro ſemine humano, quod Græce ſperma vocamus. *Plin. l. 20. c. 20.* Datur & contra profluvia genituræ viris. ¶ Item pro horoſcopo, ſeu geneſi. *Suet. Auguſt. c. 94.* Reticere ipſe genituram ſuam perſeverabat. *Ammian. l. 29. c. 2.* Fatorum per genituram interpres.

Genitus, a, um, o. 1. c. *generato*, *nato*, נולד, Ger. *geboren*, Gal. *engendré*, Hiſp. *engendrado*, γεννηθείς, procreatus, natus, particip. a gignor. *Plin. l. 21. c. 37.* Septimo menſe genitis ſæpenumero fœminæ aurium, & narium defuere. *Virg. Æn. 9. v. 642.* Dis genite, & geniture Deos.

Genitus, us, m. generatio. *Apul. Apol.* Qui plurimum librum de animalium genitu reliquerunt.

Genius, nii, m. 2. *Genio*, δαίμων, Deus, vel melius Angelus, Mens expers corporis, ab antiquo *geno*, hoc eſt *gigno*, quia vim habet rerum gignendarum. Aliquorum opinio eſt, Genium, & Lares, & Penates eoſdem antiquis fuiſſe. Cenſorinus ſcribit, Genium dictum, quia, ut gignamur, curent, ſive quod una gignantur nobiſcum, quod impium, & hæreticum eſt, vel etiam quia nos genitos ſuſcipiant, ac tueantur. Alii cenſuerunt, Genium eſſe rerum ſemina, elementaque, terram, aquam, ignem, aerem, duodecim quoque Zodiaci ſigna, item Solem, & Lunam, & a gerendo primum Gerulos, deinde Genios dictos eſſe, quod multa gerere poſſint. Ab aliis Genius dicitur Deus naturæ, voluptatis, & hoſpitalitatis. Denique nonnulli Genium animum uniuſcujuſque eſſe tradunt, quem Plato, Cicero, & alii Philoſophi tanquam Deum quendam coli voluerunt. Nam fit a Deo per creationem, ſed, cum introducitur in corpus, quodammodo, ut Voſſius ait, cum homine gignitur. Cæterum Euclides Socraticus duplicem omnibus nobis Genium dixit appoſitum fuiſſe, bonum, & malum. *Ter. Andr.* Quod ego per hanc te dexteram oro, & Genium tuum, per tuam fidem, &c. ¶ Reperitur etiam genius pro gratia, aut venuſtate alicujus rei, *grazia*, *leggiadria*. *Martial. l. 6. epigr. 60.* Victurus genium debet habere liber. ¶ *Indulgere Genio*, eſt operam dare voluptati, & quo quemque natura trahat ſubſequi. *Perſ. ſat. 5. v. 151.* Indulge genio, carpamus dulcia. ¶ *Defraudare genium*, eſt negare naturæ, quod appetit. *Ter. Phor. 1. 1. 10.* Quod ille unciatim vix demenſo de ſuo ſuum defraudans genium comparſit miſer, id illa univerſum abripiet. ¶ *Belligerare cum geniis ſuis*, idem quod defraudare genium. *Plaut. Truc. 1. 2. 81.* Sed illis, qui cum geniis ſuis belligerant.

Geno, is, genui, nitum, a. 3. idem, ac gigno, ſeu genero, apud vet. a γείνω, vel γένω, vel γεννάω. *Varro in Andab.* Sed quod hæc loca aliquid genunt. *Lucr. l. 3. v. 790.* Totum poſſe extra corpus durare, genique.

Gens, gentis, f. *gente*, עם, Ger. *volck*, Gal. *gens*, Hiſ. *gente*, ἔθνος, eſt multitudo hominum, quæ ex pluribus familiis conſtat, ex *genere* per ſyncop. vel ex *genus*, ſeu γένος. Differt a *familia*, quia *gens* eſt inſtar totius, *familia* inſtar partis, cum gens plures familias complectatur, quæ ab eodem progenitore deſcendunt. Deinde *gens* ad nomen, *familia* ad cognomen refertur. Ex. g. omnes *Cornelii* unius eſſe gentis dicebantur, quia omnes uno appellabantur nomine, ſed diverſarum erant familiarum, quæ cognominum varietate diſtinguebantur. *Gens* enim *Cornelia* dividebatur in *Cinnas*, *Dolabellas*, *Lentulos*, *Scipiones*, *Syllas*. In Republica Rom. duo gentium genera fuere, Patritiorum, & Plebejorum. Initio tamen ſoli Patritii gentem habuerunt, quippe qui ſoli ingenui erant, cum Plebeji vel ſervi, vel filii ſervorum eſſent. Plebeji gentem habere cœperunt, cum patres indicare potuerunt, ideſt ſe ex ingenuis natos eſſe. Ille enim dicitur gentem habere, qui ſe ſe ex ingenuis eſſe natum poteſt oſtendere. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 7.* ¶ Gens item late ſumitur pro aliquo populo, ideſt pro univerſis Civibus alicujus urbis, ut *Gens Larinatium*, *Gens Campanorum*, *Gens Faliſcorum*, & latius pro natione, ideſt, pro pluribus populis alicujus Provinciæ, ut *Gens Hetruſcorum*, *Gens Umbrorum*, & latiſſime pro una ex nationibus majoribus orbis terrarum, ſeu pro populis univerſis alicujus regionis, ut *Gens Gallorum*, *Gens Germanorum*, *Gens Indorum*, &c. Nam conjugium in familiam dilatatum eſt, familia in gentem, gens in civitatem, civitas in provinciam, provincia in regionem. *Plin. de Vir. Illuſtr.* Mithridates Rex Ponti duarum, & viginti gentium ore loquebatur. ¶ *Gens*, & *natio* differre aliquibus videntur, quod *gens* latius, quam *natio* extendatur. Nam *gens* eſt tanquam genus, *natio* ſpecies. Gens enim Itala habet Hetruſcos, Umbros, Picentes, & hujuſmodi. *Cic. 1. Offic.* Propior eſt ejuſdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime conjunguntur. *Id. de nat. Deor.* Epicurus dicebat, Deum non curare ſingulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes. ¶ Gens etiam dicitur de brutis, ut de apibus, de piſcibus. *Col. l. 9. c. 9. de apibus.* Inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. *Virg. Georg. 3. v. 73. de equis.* Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis. ¶ Sine gente eſſe is dicitur, qui ignobilis eſt. *Horat. l. 2. ſat. 5. v. 15.* Qui quamvis perjurus erit, ſine gente, cruentus Sanguine fraterno. ¶ Quandoque gens uſurpatur de uno ex gente. *Virg. 10. Æn. v. 228.* Vigilaſne, Deum gens, Ænea? vigila. *Silius l. 7. v. 35. de Fabio:* Tirynthia gens eſt. ¶ Item de regione. *Nepos Datam. c. 4.* Ut Aſpim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat, quæ gens jacet ſupra Ciliciam, confinis Cappadociæ. *Arnob. l. 1.* Gentes viduatas eſſe ſuis cultoribus, & deſolatas. ¶ *Majorum gentium Patricii* Romæ dicebantur, qui ex gente eorum erant, quos primum Romulus in Patres elegerat. minorum gentium vero, qui ab iis deſcenderent, quos poſtea ex plebe Tarquinius ad Senatum augendum conſcripſerat. *Liv. l. 1. c. 35. & 47. Cic. l. 11. Fam. ep. 21.* ¶ Hinc & ad Deos tranſlata eſt hæc loquendi formula. V. *Deus.* ¶ Genitivus plur. *gentium* eleganter jungitur aliquibus adverbiis loci. *Cic. 7. Ver. c. 55.* Ubique terrarum, & gentium. *Id. 1. Catil. c. 4.* Ubinam gentium ſumus? *Ter. Adelph. 4. 2.* Nuſquam gentium, &c. ¶ Gentes ab Eccleſiaſticis Scriptoribus, & in vulgata Scripturæ verſione paſſim pro Gentilibus, h. e. iis qui extra Chriſtianam religionem ſunt, uſurpantur. Hinc Arnobii libri *adverſus Gentes* inſcribuntur.

Gentiâna, f. 1. *genziana*, herba amara, a Gentio Rege inventore, cujus radix anheloſis medetur. *Plin. l. 25. c. 7.*

Genticus, a. 1. c. idem, quod gentilis, *nazionale*. *Tac. l. 3.* Quibus more gentico continuum ferri tegimen. Adde *6. Ann. c. 33.*

Gentîlis, & le, o. 3. *proprio di qualche gente*, ἐθνικός, quod eſt gentis alicujus peculiare, & proprium, ut Gentilia tympana. *Suet. de Tib.* Capillo pone occipitium ſubmiſſiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in eo videbatur. ¶ Gentiles, lium, ſubſt. com. 3. *della medeſima gente, e famiglia*, בני עם, Ger. *de eines geſchlechts iſt*, Gal. *de meme race, ou maiſon*, Hiſp. *de la meſma familia*, ἐθνικοί, qui ſunt ejuſdem gentis. *Cic. in Top. c. 6.* Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem ſunt nomine, ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo ſervitute ſervivit, & qui capite diminuti non ſunt. *Auct. ad Her. l. 1.* Si pater familias inteſtato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque eſto. ¶ *Gentiles ab agnatis* differunt, ut gens a familia, quia quemadmodum familia nos propius attingit, quam gens, ſic *agnati* arctiore nobiſcum, quam *gentiles*, neceſſitudine juncti ſunt. Nam agnati ſunt vel ejuſdem familiæ, vel proximæ. Hinc lex 12. Tabul. furioſorum tutelam primum agnatis, deinde gentilibus commiſit, eademque patrisfamilias ab inteſtato mortui pecuniam primum ad agnatos, poſt ad gentiles voluit pervenire. *Cic. 2. de Leg.* Ut homines Deorum agnatione, & gente teneantur. ¶ Interdum Gentiles dicuntur, qui ſunt ejuſdem nominis, etiamſi ex eadem familia non ſint oriundi. *Cic. 1. Tuſc.* Fuit enim meo regnante gentili. h. e. Servio Tullio, qui ejuſdem nominis erat. Hinc etiam ſervi dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine vocabantur. *Plin. l. 33. c. 1.* Singuli Marcipores, Lucipores ve dominorum gentiles omnes victum in promiſcuo habebant. h. eſt pueri Marci, pueri Lucii. ¶ Gentiles denique, al. Pagani, & Ethnici, ab Hebræis vocati ſunt, qui religionem ſequebantur, quæ eſſet inter *gentes*, qua voce in Sacris Libris omnes, excepta Judæa, nationes deſignantur. Solis enim Judæis limitibus vera religio circumſcribebatur. Hinc poſt Evangelii enuntiationem nos quoque Hebræorum ritu Gentiles vocamus omnes, qui de Deo aliter, quam nos, vel Hebræi ſentiunt. *Hieron. epiſt. 22. & Epheſ. 5. v. 20.* V. Gens. ¶ Apud Romanos quoque poſterioribus temporibus Gentiles appellati ſunt Barbari, & quicumque Romano Imperio non eſſent ſubjecti. V. in *Cod. Theodoſ. l. 1. C. de nupt.* & *Alcim. Paneg. Jul. l. 1. c. 13.*

Gentîlitas, tis, f. 3. *gentilità*, משפחה, Ger. *verwandſchafft des geſchlechtes*, Gal. *parenté*, *affinité*, Hiſ. *gentilidad*, *communidad de gente*, ἡ τῶν ἀνδρῶν οἰκειότης, gentilium conjunctio, & neceſſitudo, quæ dicitur de hominibus ingenuis, qui ſunt ejuſdem nominis. Nam ſervorum, aut libertinorum nulla gentilitas erat. *Cic. 1. de Or.* Nonne in ea cauſa fuit Oratoribus de toto ſtirpis, & gentilitatis jure dicendum? ¶ Gentilitas Nobilium olim ſignificabatur imaginibus, hodie gentilitiis inſignibus, quæ *arma* vocant, partim quia armis parta, partim quia armis, clypeo nempe, cui galea ſuperimpoſita, inſcribantur. ¶ Jus gentilitatis erat jus privatum proprium Patriciorum, & Plebeiorum, ne Patricii, & Plebeii inter ſe connubia miſcerent, ut agnatis deficientibus furioſorum tutelam ſuſciperent, & patrisfamilias ab inteſtato mortui pecuniæ potirentur. Habuit originem a Romulo, qui primus auctor fuit duarum generum, Patriciorum, & Plebeiorum. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 9.* Sed anno 311. U. C. M. Genutio, C. Curtio Coſſ. a C. Canuleio Trib. pleb. lex de communicandis connubiis perlata eſt. *Sigon. l. 1. c. 9.* ¶ Interdum accipitur pro ipſis gentilibus, h. e. pro multitudine ipſa vel familiæ, vel gentis, ſive nationis alicujus. *Plin. de Vir. Illuſtr.* Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. *Plin. in Paneg.* Sparſas, atque laceras gentilitates colligere. ¶ Translate *Plin. l. 12. c. 13.* Cinnamomo proxima gentilitas erat. *h. e.* ſimilitudo, & propinquitas cum amomo, & cardamomo, de quibus ibi agit *Plin.* ¶ Apud Eccleſiæ Scriptores Gentilitas dicitur de iis, qui Chriſtiani non ſunt, aut Hebræi. *Prudent. periſteph. 14. v. 1086.* Has ferre pœnas cogitur Gentilitas.

Gentîliter, adv. ſecundum gentis conſuetudinem, patrio, & gentili ſermone. *Solin. c. 16.* Cretes Dianam Βριτόμαρτιν gentiliter nominant. Adde *c. 15.*

Gentilitius, a, um, o. 1. 2. quod eſt ex gente, aut familia, ut *Gentilitium*

nomi-

Digitized by Google

nomina, quæ originem gentis, vel familiæ declarant, ut *Porcius*, *Cornelius*; *Gentilicia ſacra*, quæ genti alicui, ſeu familiæ peculiaria erant; *Gentilitium Sacerdotium*, quod ad jus gentis, ſeu familiæ pertinebat, quod hodie Jus patronatus vocant. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 15. Multi ſunt etiam in hoc ordine, qui gentilitia ſacra factitarint. ¶ Gentilitium hoc illi eſt, ideſt, hoc illi a gente ſua proprium eſt. *Plin. l.* 19. c. 1. In Serranorum familia gentilitium eſſe, fœminas linea veſte non uti. ¶ Interdum gentilitium latius accipitur pro eo, quod alicui populo, aut nationi eſt peculiare. *Plin. in epiſt.* Paſſienus Paulus ſcribit elegos, gentilitium hoc illi, eſt enim municeps Propertii, atque etiam inter majores ſuos Propertium numerat. *Gel. l.* 14. c. 1. Vulgus autem, quod gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.

Gentilĭtus, adv. idem quod gentiliter. *Tertul. de Pal. c.* 3.

Genu, u, n. 4. *ginocchio*, ברך, Ger. *die knye*, Gal. *genouil*, Hiſp. *rodilla*, γόνυ, curvatura illa, qua crus, & femur committuntur, a voce græca allata. In num. ſing. indeclinabile eſt, in plur. declinatur *genua*, *genuum*, *genibus*, & *genubus*. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Hominis genibus religio quædam ineſt, obſervatione gentium, hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortaſſis, quia ineſt iis vitalitas. Namque in ipſa genu utriuſque commiſſura, dextera, lævaque, a priori parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu jugulo, ſpiritus fugit. *Virg.* 5. *Æn.* Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus. ¶ Genua ſubmittere, eſt flectere. *Plin. l.* 8. *c.* 1. Regem adorant, genua ſubmittunt. ¶ Veteres declinaverunt, *genus*, *us*, g. m. per 2. decl. *Lucil. l.* 4. *ſat.* apud *Non. c.* 3. *n.* 103. Atque articulis novus ut taliſque, genuſque. ¶ Legitur etiam *genus*, *generis*, in gen. neu. & 3. declin. in eadem ſignificatione. *Priſcian. ex Cic. in Arat.* At propter lævum genus omni ex parte locatas parvas Vergilias tenui cum luce videbis.

Genŭa, Janua, f. 1. *Genova*, inc. *Zena*, Gal. *Gennes*, urbs Liguriæ clariſſima, emp. & Reſp. perampla, & in modum theatri leniter in collem aſſurgens, cum portu capaci, e cujus regione excurrit promontorium, cui impoſita pharus operis elegantis. Dicta eſt vel a Jano conditore, vel a Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidiſſe, vel a Genuino Phaethontis ſocio. Pop. *Genuenſes*, & *Genuates*. Gent. *Genuenſis*, ſe.

Genualĭa, ium, n. 3. indumenta genuum. *Ovid.* 10. *Met. v.* 593. Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

Genuarĭus, ii, m. nummus Genuæ excuſus, *genuino*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. *ad fin.* Genuarios a Cæſare per Herodem, talente Attica L. extorſiſſe? Ita referunt quidam Lexicographi, & explicat *Manut.* Alii *Jam ne vos a Cæſare per Herodem*, &c.

Genuine, adv. *ſinceramente*, *ſchiettamente*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep. penult.* De quo petis, ut ad te, nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil tibi indulgens, genuine, fraterneque reſcribam. Al. leg. *germane*.

Genuīnus, a, um, o. c. a. *nativo*, *domeſtico*, ימבע, Ger. *naturlich*, Gal. *naif*, Hiſp. *natural*, γνήσιος, nativus, ac peculiaris. *Gel. l.* 5. *c.* 2. Tum inter filium magiſtratum, & patrem privatum publicos honores ceſſare, genuinos, ac naturales exoriri. *Id. l.* 3. *c.* 3. Genuina Plauti fabula. ¶ Genuini dentes, σωφρονιστῆρες, κραντῆρες, dentes poſteriores, qui in extrema gingiva in homine gignuntur noviſſimi. Gignuntur enim, teſte *Plin. l.* 11. *c.* 37. circiter vigeſimum annum, multis etiam circiter octogeſimum. Dicti genuini, a *gigno*, vel quod e *genis* dependeant. Sed interdum genuini cum molaribus confunduntur. *Cic.* 2. *de nat Deor. c.* 54. Eorum adverſi acuti morſu dividunt eſcas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. ¶ Hinc tranſlate *genuino rodere*, *genuinum in aliquo frangere*, eſt alicui dicendo detrahere, dictis mordere. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 115. Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Genus, eris, n. 3. *genere*, *lignaggio*, *generazione*, זרע, מין, Ger. *geſchlecht*, Gal. *genré*, *race*, Hiſp. *genero*, *linajo*, γένος, proprie principium eſt uniuſcujuſque generationis, vel ab eo, qui genuit, vel a loco, in quo quis genitus eſt, ut Oreſtes a Tantalo ducit genus, & Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim generationis uniuſcujuſque principium eſt, quemadmodum & parentum, ab antiquo *geno*, vel a γένω, quod idem ſignificat. *Plin. de Vir. illuſt.* Pyrrhus Rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. *Cic.* 7. *Ver. c.* 70. Nobili genere natus. *Plaut. Moſt.* 5. 2. 20. Nati ſummis generibus. ¶ Sumitur etiam pro multitudine aliquorum, qui ad unum aliquod principium, unde orti ſunt, & ad ſe invicem quadam cognatione referuntur, quæ e cæteris rebus diſtinguuntur, ut *Genus humanum*, vel *genus hominum*, *Genus Romanorum*, &c. *Cic. de Am.* Quod ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliavit ipſa natura, ita contracta res eſt, &c. *Id. in Phil.* Virtus eſt propria Romani generis, atque ſeminis. ¶ Item pro primo ex univerſalibus, quod plures ſpecies complectitur, ut ſunt Animal, quod & hominem, & beſtias complectitur, Virtus, quæ virtutes ingenii, & virtutes morum, Arbor, quæ platanum, cupreſſum, & alias. *Cic. l.* 1. *Invent. c.* 58. Genus eſt, quod partes aliquas complectitur, ut cupiditas, pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut cupiditati amor, avaritia. ¶ Item pro ſpecie, etiam infima, & pro forma, aut qualitate. *Id. de Amic. cap.* 17. Sunt conſtantes eligendi amici, cujus generis magna penuria eſt. *Ter. Eun.* 2. 2. 17. Eſt genus hominum, qui ſe primos eſſe omnium rerum volunt. Sic dicimus genus marmoris, coloris, vitæ, mortis, &c. ¶ Item pro ſobole, prole, liberis. *Catul. Epithal. Jul. & Mal.* 10 *prior.* Hymen Uraniæ genus. ¶ Item pro natione, ſeu gente. *Salluſt. l.* 1. *hiſt.* Genus armis ferox, & ſervitii inſolitum. *Flor. l.* 2. *c.* 3. Ligures durum, ac velox genus. ¶ Dicitur & de animantibus. *Lucret. l.* 5. *v.* 860. Genus acre leonum. *Horat. l.* 1. *od.* 2. Piſcium & ſumma genus hæſit ulmo.

Genūſus, Genuſium, m. c. *Vajuſſa*, fl. Macedoniæ, qui in Mare Jonium influit inter Apolloniam, & Dyrrhachium. *Lucan. l.* 5.

Geographĭa, f. 1. *deſcrizione della terra*, Ger. *beſchreibung des erdt richs*, Gal. *Geographie*, Hiſp. *Geografia*, Γεωγραφία, terræ deſcriptio, a γῆ, *terra*, & γράφω, *ſcribo*. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 4. De Geographia dabo operam, ut tibi ſatisfaciam.

Geographĭcus, a, um, adject. ad geographiam pertinens. *Ammian. l.* 23. *c.* 18. Stylus geographicus. *Id. l.* 31. *c.* 5. Geographica perplexitas.

Geomĕtra, & Geometer, træ, m. 1. vel Geometres, æ, m. 1. terræ menſor, ſeu diviſor, ex γῆ, terra, & μέτρον, menſura. *Cic.* 4. *Acad.* Quomodo aut Geometres ea cernere poteſt, quæ aut nulla ſunt, aut internoſci a falſis non poſſunt? *Id. ibid.* Geometræ provideant, qui ſe profitentur non perſuadere, ſed cogere. *Senec. epiſt.* 88. Illud tibi geometer poteſt dicere. ¶ Synæreſis eſt in illo *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 76. Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. Secunda enim ſyllaba corripi non poteſt. Quare non eſt imitandus *Sidon.* qui in *carmine ep.* 11. *l.* 4. & *carm.* 23. *v.* 113. eam corripuit in hendecaſyllabo, in quo ſynæreſis locum habere non poteſt.

Geometrĭa, f. 1. *Geometria*, Ger. *die kunſt das feldt zu meſſen*, Gal. *Geometrie*, Hiſp. *Geometria*, Γεωμετρία, terræ menſuratio, vel ars ipſa terram dimetiendi, a γαῖα, & contracte γῆ, *terra*, & μετρέω, *metior*. Sed tamen ars hæc non tantum in terra dimetienda uſum habet, ſed & in aquis, in ſupramontanis diſtantiis, atque intervallis, ipſiſque corporibus cœleſtibus. Cauſam nomini præbuit, quod a terræ menſuratione ars hæc cæperit. *Cic.* 4. *Acad.* Quid Polyænus, qui magnus Mathematicus fuiſſe dicitur? is, poſteaquam Epicuro aſſentiens totam Geometriam eſſe falſam credidit, num illa etiam quæ ſciebat, oblitus eſt? ¶ *Serv. ad* 3. *Ecl.* ſcripſit, inventam fuiſſe quodam tempore, cum Nilus plus æquo creſcens confudiſſet terminos poſſeſſionum, ad quos innovandos adhibiti ſunt Philoſophi, qui lineis agros diviſerunt. ¶ Apud Græcos ſummo in honore fuit. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 2.

Geometrĭca, orum, n. 2. res Geometricæ, ipſa Geometria. *Cic.* 1. *Tuſc.* Puſionem quendam Socrates interrogat quædam Geometrica de dimenſione quadrati. *Id. ibid. c.* 24. Ut gradatim reſpondens eo perveniat, quaſi Geometrica didiciſſet.

Geometrĭce, es, f. 1. idem ac Geometria. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue Arithmetice, & Geometrice, ſine quibus negabat artem percipi poſſe.

Geometrĭce, adv. γεωμετρικῶς, ex Geometria, more Geometrarum. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Geometrice eruditus.

Geometrĭcus, a, um, o. c. a. quod ad Geometriam ſpectat. *Cic.* 2. *de Div.* Si velim Geometricum quiddam, aut Phyſicum, aut Dialecticum explicare. *Id.* 4. *Acad. c.* 36. Geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ vim afferunt in docendo.

Georgĭca, orum, n. 2. libri, in quibus agitur de iis, quæ ad agrorum cultum pertinent, a γῆ, *terra*, & ἔργον, *opus*. Libri Virgilii quatuor ita inſcribuntur.

Georgĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ad agriculturam ſpectat, quod ruſticum eſt. *Col. l.* 7. *c.* 5. Sed Georgicum carmen affirmat, nullam eſſe præſtantiorem medicinam. ideſt Virgilianum.

Geranĭa, f. 1. *Carruca*, urbs Thraciæ, a γέρανος, *grus*, quod inde Pygmæi e gruibus pulſi fuerint. *Solin. c.* 35. ¶ Item mons, & promont. Megaridis regionis Achaiæ, inter Megara, & Corinthum, locus olim Athenienſium valde adverſus Corinthios munitus. *Thucyd.*

Geranītes, m. 1. γερανίτης λίθος, genus lapilli, a γέρανος, grus. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Geranĭum, n. 2. γεράνιον, herba, a γέρανος, *grus*, quia inter ejus folia in cacuminibus capitula ſunt gruum. *Plin. l.* 26. *c.* 11.

Gerarĭa, æ, f. quæ gerit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 100. Jampridem quia nihil abſtulerit, ſuccenſet geraria. Alii leg. *cerario*, & intelligunt ancillam, quæ cereos ad ſacrificia parat. alii *cellaria*, h. e. cellæ cuſtodem.

Gerdĭus, ii, m. ſecundum nonnullos textor eſt; ſecundum alios bajulus. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 379. Curate, domi ſint gerdius, ancillæ, pueri. Habet etiam *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 25.

Gereuſa, f. 1. Gerania, Enope, *Paſava*, al. *Sidariſo*, al. *Betania*, opp. Laconicæ, in Peloponneſo, Cardemylæ proximum. ¶ Gerenia item, Gerunium, Geryon, *Gerione*, opp. exc. Apuliæ Dauniæ, apud Phiternum fl. inter Teanum, & Larinum.

Gerens, entis, o. 3. nom. ex particip. a gero. *Cic. pro Quint. c.* 19. Sui negotii bene gerens.

Gerĭtio. V. Geſtio, onis.

Germāne, adv. ἀδελφικῶς, ſyncere, & in modum germani fratris. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. De quo petis, ut ad te nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil indulgens, germane, fraterneque reſcribam.

Germāni, m. 2. *Tedeſchi*, populi Europæ, quorum regio Germania, ita vocati a Romanis Latino vocabulo, quia ipſi ſe mutuo ſua lingua fratres vocarent, uti & hodie mos obtinet. Nonnulli tradunt, hoc nomen a Romanis inventum eſſe, quoniam, cum primum Rhenum devictis Gallis tranſgreſſi fuiſſent, videntes populum & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flavo, forma præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis ſimillimos, germanos eos, hoc eſt, fratres Gallorum eſſe exiſtimaverunt. Ex *Strab. l.* 7. Sunt, qui Germanum dici velint, quaſi *gar man*, hoc eſt, plane virum. Antea Teutones appellabantur, a Teutono Deo eorum, quem terra ortum exiſtimabant, ſive a Teutono antiquiſſimo oppido, cujus adhuc tenues ſuperſunt reliquiæ, & nomen etiam hodie ſervant. Plura V. apud Geographos.

Germanĭa, f. 1. *Germania*, *Alemagna*, regiõ Europæ, cognomento Magna, ad aliarum Germaniarum differentiam. Antiquitus ſeparata fuit a Gallia Rheno fl. qui in Bor. decurrit, a Rhætia, Vindelicia, & Norico Danubio, qui fluit in Or. a Jazygibus Metanaſtis, ſeu ab Hungaria Tranſilvaniæ montibus, qui Carpatii ſunt pars, a Sarmatia Viſtula fl. a Scandinavia, & aliis regionibus ad Sept. Oceano Germanico, & Mari Baltico. Nunc valde diverſos habet limites. A Septent. habet Mare Balticum, & Jutiam Meridionalem, ab Or. Hungariam, Pruſſiam Regiam, & Poloniam ſup. & inf. quæ pro majore parte ſunt cis Viſtulam fl. a Mer. Alpes, & Italiam, ab Occ. Friſiam Occidentalem, Gueldriam, Tranſiſalaniam, & Groningam, quæ erant in Germania, nunc ſunt in Belgio. ¶ Germania Superior, pars Galliæ Belgicæ verſus Rhenum fl. ubi nunc Alſatia, Briſgovia, & Palatinatus Inferior. Aliqui addunt Helvetiam. Sed hæc erat in Gallia Lugdunenſi. Dividitur a Germania Magna Rheno fl. Germania inferiore Moſella fl. a reliqua Gallia Jura, & Vogeſo M. ad Occ. ¶ Germania Inferior, olim erat pars Galliæ Belgicæ, juxta Rhenum fl. a Moſella, qua a Germania Superiore dividitur, uſque ad Oceanum in Arctos porrecta, in qua Ditio Trevirenſis, Colonienſis, Julia, Clivia, Geldria Duc. & Hollandia Com. computantur. Aliis erat verſus Rhenum, & Moſam fl. in eo tractu, ubi nunc Ditiones Colonienſis, Juliacenſis, Clivenſis, Gueldria, & pars Or. & Bor. Brabantiæ, & Ditionis Leodienſis, non autem Tractus Trevirenſis. A recentioribus Germania Inferior proprie dicitur Belgium, vulgo *Paeſi Baſſi*, inc. *Nederlands*, & illius pars Sept. *l' Hollanda*, a prov. præcipua, & pars Merid. *la Fiandra* ab una ex provinciis. ¶ Plura de Germania V. apud Geographos. *Horat. Epod.* 16. Nec fera cærulea domuit Germania pube.

Germaniciānus, a, um, adject. &

Germanicĭus, a, um, adject. Ita vocantur a *Suetonio*, qui in Germania militabant. V. *eund. in Tiber. c.* 25. in *Galba c.* 20. & in *Othone c.* 8. Quibus in locis alii pro *germanicius* legunt *germanicus*, & pro *germanicianus*, *germanicanus*.

Germanicum mare, ſeu Oceanus Germanicus, mare Occiduum, quod Germaniam alluit, inter oſtia Rheni, & Albis flu. in quo Gleſariæ inſ. & Thule. Variis nominibus diſtinguitur, & a variis varie promovetur in Or. & Bor. A quibuſdam terminatur ad prom. Schanuvium. In Sept. excurrit ad prom. Boreale *Noore caep*, atque hinc ſpargitur in oras Norvegicam, & Anglicam.

Germanĭcus, a, um, adject. ad Germaniam pertinens, ut ab Italia Italicus, Hiſpanicus ab Hiſpania. *Ovid. ad Liv.* Signa Germanica. *Cic. Att. l.* 5. Negotiator Germanicus. ¶ Germanicum mare, ſeu Oceanus Germanicus, qui Germaniam alluit, inter oſtia Rheni, & Albis fl. ¶ Germanici cognominati ſunt multi Romani Imperatores, quod Germanos populos debellaſſent.

Germanĭtas, atis, f. 3. *fratellanza*, אחוה, Ger. *freundſchafft*, Gal. *fraternité*, Hiſp. *hermandad*, ἀδελφότης, conjunctio, & vinculum neceſſitudinis inter fratres, vel quale ſolet eſſe inter fratres. *Cic. pro Lig. c.* 12. Moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas.

Germanĭtus, adv. germane. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 381. Amicus gaudet, ſi quid

Digitized by Google

ſi quid ei boni evenit, cui amicus eſt germanitus.

Germanus, a. 1. c. *fratello*, אח, Ger. *bruder*, Gal. *frere*, Hiſp. *hermano*, αὐτάδελφος, frater, tum qui eodem patre, eademque matre natus eſt, tum qui ex eodem quidem patre, ſed matre diverſe, vel contra. *Cic. e. Fin.* Et L. Cicero frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. *Id. pro Pont.* Cum præſertim virgo germana fratrem complexa teneat. ¶ Sæpe frater, vel ſoror additur. *Cic. in Ver.* Dixit C. Fannius frater germanus Q. Titinii. *Id. 1. de Div.* Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. Adde *Nepot. in Præfat.* ¶ Translate ſumitur pro mero, vero, ſyncero. *Cic. in Or.* Hanc ego judico formam ſubmiſſi Oratoris, ſed magni tamen, & germani Attici. *Id. 3. Off.* Nos veri juris, germanæque juſtitiæ ſolidam, & expreſſam effigiem nullam tenemus. *Id. 4. Acad. c. 43.* Erat quidem, ſi perpauca mutaviſſet, germaniſſimus Stoicus. ¶ Germanus etiam dicitur, qui ex Germania eſt. *Tac. de Germ. c. 2. & alibi.* V. Germani.

Germen, inis, n. 3. *germe*, *germoglio*, צמח, Ger. *zweig*, Gal. *germe*, Hiſp. *renuevo*, βλαστὸς, quod e ſemine pullulat, atque aſſurgit; item illud in ſemine, cui vis ineſt genitalis, unde quid pullulare incipit, a *genendo*, quaſi *genimen*. Antique enim *e*, & *r* ſæpe commutabantur. Item quod ex arborum oculis naſcitur, ſurculus prægnans. *Virg. 3. Georg.* Huc aliena ex arbore germen includunt. *Plin. l. 7. c. 15.* Germina hortorum exuruntur. ¶ Accipitur & pro origine. *Prudent. hymn. 10. cathem. v. 24. de anima:* Quæ germen ab æthere traxit.

Germinatio, f. 3. *il germogliare*, βλάστησις, pullulatio. *Plin. l. 16. c. 23.* Tardius aliqua, & diutius gravida partus gerunt, quod germinatio ideo vocatur. *Col. l. 4. c. 24.* Palmes, quem mox in germinatione citaveris, imbecillis erit. ¶ Item ipſa planta germinans. *Plin. 17. 17.*

Germinatus, us, m. 4. idem ac germinatio. *Plin. l. 15. c. 8.* Oleam, ſi capra depaverit primo germinatu, ſterileſcere, auctor eſt Marcus Varro.

Germino, as, n. 1. *germogliare*, צמח, Ger. *wachſen*, Gal. *germer*, Hiſp. *brotar*, βλαστάνω, germen emitto, pullulo. *Plin. l. 13. c. 55.* Germinare pennas, *far le penne*.

Gero, ris, geſſi, geſtum, a. 3. fero, adminiſtro, tracto, facio, *portare*, *avere il carico*, *fare*, &c. נשא, Ger. *tragen*, Gal. *porter*, Hiſp. *traer*, φέρω, πράττω, proprie ſignificat portare. *Nepos Datam. c. 3.* Gerens in capite galeam venatoriam, dextera manu clavam. ¶ Sæpiſſime ſumitur pro agere, adminiſtrare, ut Gerere Remp. gerere bellum. *Virg. 7. Æn.* Bella manu, lethumque gero. *Cic. pro Roſc. Amer.* Cum ſolus Remp. gereret, orbemque terrarum gubernaret. *Id. 4. Fam.* Conſulatum magnificentiſſime, atque optime geſſeris. ¶ Cum accuſativo reciproco ſignificat vivere, hoc, aut illo modo ſe habere, *diportarſi*. *Cic. de Amic.* Qui ita ſe gerunt, ut eorum probetur fides. *Id. 1. Off. c. 26.* Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus. *Id. pro Arch. c. 5.* Gerere ſe pro cive. ¶ Interdum ſignificat exercere. *Ter. Hecyr. 3. 1. 30.* Pueri inter ſe quam pro levibus noxis iras gerunt? *Cic. Fam. 3. ep. 8.* De amicitia gerenda præclariſſime ſcripti libri. *Id. Div. Ver. c. 21.* Gerere inimicitias cum aliquo. ¶ Item agere, repræſentare, exhibere. *Cic. 1. Off.* Eſt proprium Magiſtratus intelligere, ſe gerere perſonam civitatis. *Claud. de 4. Conſ. Honor. v. 294.* Tu civem, patremque geras. *Sen. Troad. v. 713.* Excidat Hector: gere captivum. ¶ Gerere morem alicui, eſt obſequi, *obbedire*. *Cic. 1. Tuſc.* Geram tibi morem. *Plaut. Ciſt. 1. 5. 86.* Obſecuta eſt, de ea re geſſit morem mihi. ¶ Gerere rem, *attendere a' fatti ſuoi*. *Plaut. Perſ. 4. 3. 34.* Ego valeo recte, & rem gero, & facio lucrum. ¶ Bene, vel male rem gerere, *far bene*, *e male i fatti ſuoi*, adverſa, vel proſpera in negotiis fortuna uti. *Hor. l. 2. ſat. 3. v. 37.* Male re geſta cum vellem mittere operto me capite in flumen. *Cic. Curioni l. 2. Fam.* Feliciter, & ex ſententia rem gerere. ¶ *Gerere bellum cum aliquo*, h. e. contra aliquem. *Cic. Att.* Ut ſe duce bellum geratur cum Antonio. Adde *l. 1. de Div. c. 46.* ¶ *Gerere bellum cum aliquo*, h. e. ſimul cum aliquo. *Nepos in Chabr. c. 3.* Quod Chabrias adverſus regem bellum gereret cum Ægyptiis. ¶ Habet præterea cæteros uſus. *Virg. Æn. 2.* Et nos aliquod nomenque decuſque geſſimus. *h. e.* habuimus. Sic gerere animum muliebrem, gerere fidem fluxam, gerere mentem injuratam, &c. *Plaut. Cic. & al.* ¶ Gerere tempus, pro agere. *Sueton. Domitian. c. 1.* Adoleſcentiæ tempus tanta inopia geſſiſſe fertur, ut &c. ¶ Res gerendæ, i. e. ipſa negotia, *negozj*, *faccende*. *Cic. de ſenect. c. 6.* A rebus gerendis ſenectus abſtrahit? ¶ Quid inter ſe differant *agere*, *facere*, & *gerere*, docet *Var. l. 5. L. L.* his verbis: Poteſt aliquis facere, & non agere, ut poeta facit fabulam, & non agit; contra actor agit, & non facit; contra Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, ſed gerit, ideſt ſuſtinet: translatum ab iis, qui onera gerunt. Hæc *Varro*. Vide etiam *l. 18. ff. de V. S.*

Gero, onis, m. qui gerit, bajulus. *Plaut. Truc. 2. 7. 1.* more comico hanc vocem cum *foras* compoſuit, inquiens: Ita damnigeruli foraſgerones, h. e. bona domo exportantes.

Gerontodidaſcalus, i, m. *maeſtro de' vecchi*, γεροντοδιδάσκαλος, præceptor ſenum: vox Græca a γέρων, ſenex, & διδάσκαλος, doctor, qua unam e Satyris ſuis *Varro* inſcripſit.

Gerontotrophium, ii, n. γεροντοτροφεῖον, locus in quo pauperes aluntur ſenes, *oſpitale de vecchi*. *Cod. Juſtin. l. 1. tit. 2. qui eſt de ſacroſ. Eccleſ. leg. 16.*

Gerræ, arum, f. 1. γέῤῥα, crates vimineæ, ſcuta Perſica e viminibus texta, a voce græca allata. *Feſt.* ¶ Translate gerræ dicuntur nugæ, nugamenta, res frivolæ, *ciance*, Ger. *fabeln*, Gal. *coquilleries*, *badineries*, Hiſp. *nonerias*, λῆροι. Origo hæc a *Feſto* narratur. Gerrones, inquit, leves, & inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adverſus Athenienſes cratibus pro ſcutis ſunt uſi, quas Græci γέῤῥας appellant. *Plaut. Pœn.* Tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet, *gerræ* germanæ. h. e. meræ nugæ. *Auſon. ad Symmach.* Miſi itaque ad te frivola gerris Siculis vaniora. ¶ Item gerræ uſurpantur pro gerronibus, ſeu congerronibus. *Plaut. Aſin. 3. 3. 10.* Gerræ, qui ſe ſe parere apparent hujus legibus.

Gerres, ium, m. 3. piſces ſaliti, ac inveterati, & nullius pretii. *Plin. l. 32. c. 11.* *Martial. l. 12. epigr. 32.* Fuiſſe gerres, aut inutiles mænas, Odor impudicus urcei fatebatur.

Gerro, onis, m. nugator apud *Feſt.* V. Gerræ. *Terent. Hecyr. 5. 4. 10.* Gerro, iners, fraus, helluo. Adde *Plaut. Moſt. 3. 2. 83.*

Gerula, æ, f. geſtatrix, nutrix puerorum. *Tertul. de Anim. c. 19. & adverſ. Jud. c. 9.*

Geruliſigulus, i, vox ficta a *Plaut. Bacc. 3. 1. 14.* Affines tuos feciſti geruliſigulos flagitii. h. e. docentes, & patrantes flagitia.

Gerulo, onis, m. 3. idem ac gerulus. V. Gerulus, §.

Gerulus, a, um, adject. portans. *Solin. c. 1.* Navis gerula ſacrorum. *Id. c. 22.* Cornua potuum gerula.

Gerulus, i, m. 2. *facchino*, *portatore*, φορεὺς, portator, qui fert aliquod onus, & fere pro bajulo accipitur, ideſt, pro eo, qui mercedis gratia onera ferre conſuevit. *Suet. in Calig.* Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava exigebatur. *Apul. l. 3. Mileſ. ſub fin.* Geſtaminum modus numerum gerulorum excedit. *Elmenhorſt.* legit *gerulorum*. ¶ Gerulus etiam dicitur, qui aliquid efficit, ut notat *Scalig. ad Feſt.* Hinc vet. *Gloſſ.* Gerulus, ὁ ἐργάτης, ὁ πράκτωρ.

Gerundium, ii, n. modus verborum ſub una voce activam, & paſſivum ſenſum gerens. V. Grammat.

Geruſia, f. 1. *Senato*, γερουσία, Senatus, conventus ſenum, a γερούσιος, *ad ſenes pertinens*, quod a γέρων, *ſenex*. *Plin. l. 35. c. 14.* Sic extruxere domum Regiam Attali Trallibus, & item Sardibus Crœſi, quam Geruſiam fecere. Adde *Vitruv. l. 2. c. 8.*

Geryon, onis, m. 3. vel Geryones, æ, m. 1. vel Geryoneus, i, m. 2. γηρυών, γηρυόνης, γηρυονεὺς, Rex Hiſpaniæ, a γῆρυς, vox, quod eloquentia præſtiterit. Fabulantur, Geryonem paſtorem tricorporem fuiſſe. Origo fabulæ inde fuit, quod tres fratres tantæ concordiæ extitere, ut uno animo omnes regi viderentur. *Juſtin. l. 44.* Alii dicunt, tricorporem fictum fuiſſe ob triplex Regnum, quod præfuerit tribus inſulis, quæ adjacent Hiſpaniæ, Balearicæ majori, & minori, & Ebuſæ. Fingitur etiam bicipitem habuiſſe canem, quia & terreſtri, & navali certamine plurimum potuit. In illis inſulis, in quibus Geryon regnavit, tanta pabuli lætitia eſt, ut, niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit, pecora rumpantur. Inde armenta Geryonis, quæ illis temporibus ſolæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Aſia prædæ magnitudine illexerint. Non igitur Geryon, & fratres bellum Herculi ſua ſponte intulerunt, ſed, cum armenta ſua rapi vidiſſent, amiſſa bello repetierunt. Ab Hercule victi ſunt. *Juſtin. loc. cit. Virg. 8. Æn.* Tergemini nece Geryonæ. *Lucr. l. 5. verſ. 28.* Quidve tripectora tergemini vis Geryonai? Quo in loco *Geryonai* antiquus eſt genitivus primæ declinationis, per diviſionem diphthongi factus.

Geryonaceus, a. 1. 2. γηρυόνειος, quod ad Geryonem ſpectat. *Plaut. Aul. 3. 6. 18.* Qui mihi intromiſiſti in ædibus quingentos coquos cum ſenis manibus, genere Geryonaceo.

Geryoneus, a, um, adject. idem quod Geryonaceus, ut Geryonea cædes. *Apul. l. 2. A. A. ad fin.*

Geſoreta, æ, f. navigii ſpeculatorii genus, a Brutiis inventum, quod quidam idem putant ac *proſumia*. *Gel. l. 10. c. 25.*

Geſta, orum, n. res geſtæ, facinora, acta, *fatti*, *impreſe*, *azioni*, πράγματα. *Nepos 14. c. 1.* Obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque. ¶ Quidam inter *acta*, & *geſta* hanc ſtatuunt differentiam, ut geſta ſint publica hominis, acta privati. Promiſcue tamen uſurpantur.

Geſtabilis, le, adject. qui geſtari poteſt. Eſt *Caſſiod. l. 1. epiſt. 45.*

Geſtamen, inis, n. 3. *portamento*, משא, Ger. *buerde*, *bundel*, Gal. *faix*, *porter*, Hiſp. *lo que ſe trae*, φόρημα, quicquid geritur, ut veſtes, arma, ſceptrum. *Virg. 3. Æn. v. 286.* Clypeum magni geſtamen Abantis.

Geſtatio, onis, f. 3. *il portare*, משא, Ger. *tragung*, Gal. *portement*, Hiſp. *llevamiento*, φορά, vectio, portatio. *Celſ. l. 2. c. 14.* Geſtatio etiam longis, & jam inclinatis morbis aptiſſima eſt. ¶ Geſtatio item erat locus arboribus denſis opacus, & per quem a ſuccollantibus ſervis valetudinis, aut voluptatis cauſa geſtabantur, ea forma, qua cœnatio dicta eſt locus, ubi cœna capiebatur, ambulatio, locus, ubi deambulabatur. *Plin. in ep. l. 5.* Ab his geſtatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humileſque, ac retentas manu arbuſculas circuit.

Geſtator, oris, m. qui geſtat. *Plin. l. 9. ep. 33.* Delphinus geſtator, & colluſor puerorum. ¶ Quemadmodum *geſtatio*, & *geſtans* paſſive ſumitur, ita & *geſtator* pro eo, qui curru aut lectica vehitur: qui & *vector* eadem ratione dicitur. *Martial. l. 4. epigr. 64. v. 18.* Illic Flaminiæ, Salariæque Geſtator patet, eſſedo tacente.

Geſtatorium, ii, n. 2. *lettica*, Ger. *ein ſeſſel*, Gall. *litiere*, Hiſpan. *litera*, φορεῖον, lectica, ſella, carruca, & omne id, in quo geſtamur. *Suet. de Claud. cap. 33.* Solitus etiam in geſtatorio ludere. Verum alii legunt *in geſtatione*.

Geſtatorius, a, um, a. 1. 2. id, in quo aliquid geritur. *Suet. in Ner. c. 26.* Geſtatoria ſella delatus in theatrum.

Geſtatrix, icis, f. 3. quæ geſtat. *Val. Flac. l. 4. v. 605.* Divaque Gorgonei geſtatrix ſpectabis monſtri.

Geſtatus, us, m. 4. idem ac geſtatio. *Plin. l. 25. cap. 23.* Adeo teneris, ut geſtatum non tolerent.

Geſticularia, æ, f. 1. ὀρχήστρια, mima, vel geſticulatrix, quæ ſcilicet corporis geſticulatione populum oblectat. *Gel. l. 1. c. 5.* Non jam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam, Dionyſiamque.

Geſticularius, ii, m. geſticulator, mimus. *Ammian. l. 24. c. 6.* Motum puerum oblatum ſuſcepit ſibi geſticularium, multa quæ callebat, nutibus venuſtiſſimis explicantem.

Geſticulatio, onis, f. 3. ὄρχησις, μίμησις, geſticulandi actus. *Sueton. Tiber. cap. 68.* Nec ſine molli quadam digitorum geſticulatione. Adde *Apul. l. 10. A. A.*

Geſticulator, oris, m. 3. *che giuoca di mano*, *o di perſona*, μῖμος, χειρονόμος, qui corporis geſtu populum oblectat. *Colum. in Præf. l. 1.* Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſime requirunt ſaltationis, aut muſicæ artis ſtudioſi.

Geſticulatus, a, um, adject. mimicus. *Solin. c. 27.* (al. 40.) Geſticulatis motibus inquietum.

Geſticulor, aris, d. 1. *atteggiare*, *giocolare*, Ger. *gaukeln*, Gall. *folatrer*, *jouer*, *de gobelets*, Hiſp. *hazer geſtos*, χειρονομέω, geſtum facio. *Suet. in Ner.* Joculariæ in defectionis duces carmina, laſciveque modulata etiam geſticulatus eſt. ideſt ad eorum numeros ſaltavit.

Geſticulus, i, m. geſtus, geſticulatio. *Tertul. Apol. c. 10.* Digitorum ſupputarii geſticuli.

Geſtio, is, ivi, itum, n. 4. *rallegrarſi*, *far feſta*, גיל, Ger. *frolocken*, Gal. *treſſaillir de joye*, Hiſp. *dar brincos de contento*, γαυριάω, eſt lætitiam præ ſe ferre, vel lætitiam animi aliquo corporis motu, & ſigno indicare, a geſtibus. *Cic. 1. Fin.* Quorum alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur. ¶ Interdum eſt vehementer cupere, & geſtibus cupiditatem præ ſe ferre. *Cic. pro Mar.* Parietes hujus curiæ tibi gratias agere geſtiunt. *Id. ad Att.* Geſtio ſcire omnia. *Plaut. Amph. 1. 1. 167.* Geſtiunt pugni mihi. hoc eſt cupiunt verberare.

Geſtio, onis, f. *amminiſtrazione*, Ger. *ein handlung*, Gall. *adminiſtration*, Hiſp. *adminiſtracion*, διοίκησις, curatio, & adminiſtratio. *Cic. 1. de Inv.* Partim in negotii geſtione conſiderantur. Adde *Ulp. l. 14. Dig. de Relig.* &c. Ubi quidam legebant *geſtura*.

Geſtito, as, a. 1. freq. a geſto. *Plaut. in Ciſt. 4. 3. 84. & 85.* Mea hæc herilis geſtitavit, non tua.

Geſto, as, a. 1. *portare*, נשא, Germ. *tragen*, Gall. *porter*, Hiſp. *llevar*, φορέω, ſæpe, vel continue, vel aſſidue gero. *Suet. in Aug.* Caput geſtari juſſit in pilo. *Ter. Adelph.* Hiccine non geſtandus in ſinu eſt? h. e. vehementer amandus. ¶ Paſſiva ſignificatione legitur apud *Suet. Domit. c. 11.* Aretinum Clementem in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad noviſſime ſimul geſtanti, inquit &c.

Geſtor, oris, m. 3. qui gerit. *Plaut. Pſeud. 1. 5. 14.* Omnes pendeant, geſtores linguis, auditores auribus.

Geſtuoſus, a, um, a. 1. 2. ὑποκριτικός, qui multos geſtus velut mimus facit. *Gel. l. 1. c. 5.* Geſtuoſus Hortenſii manus, & argutas.

Geſturio, is, n. 4. valde geſtio, appeto. *Ammian. l. 16. c. 12.* Geſturientes barritum ciere vel maximum. Plerique tamen leg. *geſta terrentes*.

Geſtus, a, um, a. 1. 2. πεπραγμένος, partic. a gero, *fatto*, *operato*. *Cic.*

pro

pro L. Man. Lucullum magnis rebus geſtis ab eo bello diſcedere.

Geſtus, us, m. 4. *geſto*, מִנְהָג, Germ. *die geberde*, Gall. *geſte*, Hiſp. *geſto*, ὑπόκρισις, eſt actio quædam, & quaſi pronuntiatio corporis, a ſup. *geſtum* verb. *gero*, quia eo indicatur, quid geratur. *Cic. 2. de nat. Deor.* In corporum etiam motione, atque geſtu multa cernunt ſubtilius. ¶ *Geſtum agere*, eſt certis quibuſdam corporis motibus uti vel ad lætitiam, vel ad alios quoslibet animi affectus, impetusve deſignandos. *Cicer. pro Quint. c. 24.* Miror eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum, inſpectante Roſcio.

Getæ, m. 1. Daci, Gothi, *Moldavi*, al. *Vualacher*, pop. Daciæ, in Scythiæ confinio. Thucyd. illos Æmi M. in Myſia inſ. incolas facit. Nominativus ſingularis eſt *Geta*, vel *Getes*. *Ovid. l. 2. Pont. el. 7. verſ. 31.* Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. *Id. ib. l. 4. el. 2.* Eſſet, crede mihi, factus & ipſe Getes.

Gethyum, yi, n. *ſcalogna*, γήθυον, cæpe condimentarium, pene ſine capite, cervicis tantum longæ, & ideo totum in fronde, ſæpiuſque reſecatur, ut porrum. Latini pallacanam vocant. Hæc *Plin. l. 19. c. 6.*

Getice, adv. Getarum more, vel lingua. *Ovid. 5. Triſt. el. 12. v. 58.* Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

Geticus, a, um, adject. ad Getas pertinens. *Virgil. 3. Æn. v. 35.* Geticis qui præſidet arvis.

Getuli. V. Gætuli.

G ANTE I.

Gibba, æ, f. tumor dorſi, aut pectoris, *gobba*, κύφωσις. *Sueton. Domit. cap. ult.* Ferunt ſomniaſſe, gibbam ſibi, pone cervicem, auream enatam. *Ammian. l. 23. c. 4.* Prominere in gibbas.

Gibber, eri, m. 2. idem quod gibba. *Var. l. 2. R. R. c. 5.* Gibberi ſpina leviter remiſſa. ¶ Invenitur etiam Gibber, eris. *Plin. l. 34. cap. 2.* Cleſippus fullo, gibbere præterea, & alio fœdus aſpectu.

Gibber, a, um, adject. &

Gibberoſus, a, um, adject. gibbus, *gobbo*, κυρτός, κυρτὸς, cui flexa ſpina tumorem in dorſo creavit. *Var. l. 2. R. R. c. 9.* Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ. *Sueton. de Illuſt. Grammat. c. 9.* Gibberoſos ſe de Sole in umbram transferre, reſpondit.

Gibbus, bi, m. *tumore*, tumor in aliqua corporis parte. *Juven. ſat. 6. v. 109.* Mediſque in naribus ingens gibbus.

Gibbus, a, um, o. 1. 2. *gobbo*, גִּבֵּן, Ger. *gebogen*, Gall. *boſſu*, Hiſp. *corcovado*, κυρτός, incurvus, inflexus, a κυρτός, quod a κάπτω, pronum eſſe, propendere. ¶ Translate ſumitur pro convexo. *Celſ. lib. 8. c. 1.* Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinſecus gibba, utrinque lævis.

Giganteus, a, um, o. 1. 2. γιγάντειος, quod ad gigantem ſpectat. *Ovid. 2. Triſt. v. 71.* Cumque gigantæi memorantur prælia belli.

Gigantomachia, æ, f. *guerra de' Giganti*, bellum Gigantum, γιγαντομαχία. Ita inſcribitur *Claudiani* carmen, in quo deſcribitur pugna Gigantum cum Diis.

Gigas, antis, m. 3. *gigante*, נְפִיל, Ger. *held*, Gall. *geant*, Hiſp. *gigante*, γίγας, homo excelſiſſimæ ſtaturæ, quaſi γηγενής, terrigena, a γίνομαι, fio, & Dorice γᾶ pro γῆ, terra, quod Gigantes e terra nati ſint. In Fabulis eſt, Gigantes ex Titanum ſanguine & ex Terra genitos fuiſſe, excelſiſſima ſtatura, draconum pedibus, in Deorum perniciem, ut ſcil. Superis bellum inferrent, Jovemque de Cœli poſſeſſione dejicerent, eos Olympo monti Oſſam, Oſſæ Pelium impoſuiſſe, & cum Jove certaviſſe, a Jove fulminibus ac a Vulcano facibus percuſſos eſſe, & interfectos, ex his Typhœum omnium maximum fulmine dejectum ſub Ætna Siciliæ M. jacere, ejuſque partem ſuperiorem inferiore extincta adhuc vivere, ignemque illum perpetuum ex ira, & furore efflare. Alii hoc bellum aliter narrant, Gigantes non ante bellum cum Diis ſuſcepiſſe, quam Ægle uxor Panis pulcherrima mulier in eorum ſpecu a matre abdita eſſet, Deos a Gigantibus in Ægyptum uſque mutata ſpecie eſſe fugatos, ab Oraculis Jovi reſponſum eſſe, victorem fore, ſi clypeum imagine Ægles, caput forma Gorgonis Meduſæ tegeret, id cum feciſſet, coram Pallade Gigantes victos, & ad infimam terræ ſedem detruſos fuiſſe. Sed id de uno Typhœo a Poetis fictum videtur, Typhœum ex imis terræ ſedibus emiſſum, ſecundo fortaſſe bello, Diis metum feciſſe, adeo, ut in Ægyptum uſque fugerent, Gigantem eo quoque veniſſe, cum Dii in convivio epularentur, Deos ſe ſe mentitis figuris celaviſſe, Jovem forma arietis, al. aquilæ, Apollinem corvi, Bacchum capri, Dianam felis, Junonem vaccæ albæ, Venerem piſcis, al. anguillæ, Mercurium ibidis, Cybelam merulæ, Panem ſe in fluvium projeciſſe, ſuique inferiorem partem in piſcem, ſuperiorem in caprum vertiſſe. *Ovid. 1. Faſt. & 5. Met. Cic. de Senect. c. 2.* Nunquid eſt aliud gigantum more bellare cum Diis, niſi naturæ repugnare? *Macr. l. 1. Satur. c. 20.* Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quandam impiam gentem Deos negantem, & ideo exiſtimatam, Deos pellere de cœleſti ſede voluiſſe? *V. totum illud cap.*

Gigeria, orum, n. 2. teſte *Nonio c. 2. n. 309.* inteſtina ſunt gallinarum, & quæ cum his coquuntur. *Lucil. l. 8.* Gigeria ſunt ſine alio.

Gignentia, ium, o. ea quæ oriuntur a terra, & ex ſe alia gignunt, ut, herbæ, arbores, &c. τὰ φυόμενα, τὰ φυτά. *Salluſt. in Jug. c. 79.* Loca nuda gignentium. *Id. ibid. c. 93.* Ilex aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert.

Gigno, is, genui, genitum, a. 3. *generare*, יָלַד, Germ. *gebaren*, Gal. *engendrer*, Hiſpan. *engendrar*, γεννάω, genero, procreo, ab antiquo *geno*. *Tacit. 13. Ann. c. 45.* Poppæa ex Ruſo Criſpino filium genuerat. *Cic. l. 1. Offic. c. 7.* Quæ in terris gignuntur, ad uſus hominum omnia creari. *Plin. l. 10. c. 51.* Et quadrupedes ova gignunt. ¶ Gigni pedibus, eſt naſcendo pedes primum proferre. *Plin. l. 7. c. 8.* Neronem quoque pedibus genitum, parens ejus ſcribit Agrippina. ¶ Translate *Cicer. de Univ. c. 8.* Animum ex ſua mente, & divinitate genuit Deus. *Auct. ad Heren. l. 4.* Novas præceptiones gignere.

Gilvus, o. 1. 2. *cenerigio*, ἀργὸς ἀνθίνης, quod eſt coloris cinericei, qualis eſt in aſinis, ab Æolico ἀργὸς pro κιῤῥός, *gilvus*. *Iſidor. l. 12. Orig. c. 1. & Serv. in 3. Georg.* dicunt gilvum eſſe colorem melinum ſubalbidum, ſeu medium inter album, & rufum, *melare*. *Virg. 3. Georg. v. 83.* Color deterrimus albis, & gilvo. ¶ Vinum gilvum, *vin chiaretto*. *Gel. l. 13. cap. ult.*

Gingeriator. V. Gingrinator.

Gingiber. V. Zingiber.

Gingiva, æ, f. *gengiva*, Ger. *das zanfleiſch*, Gall. *gengive*, Hiſp. *encia*, οὖλον, pars oris, cui dentes inhærent, a *gigno*, ideſt a gignendis dentibus. *Juv. Sat. 10. v. 200.* Frangendus miſero gingiva panis inermi.

Gingivula, f. 1. dim. a gingiva. *Apul. in Apol.* Magiæ complanatorem tumidæ gingivulæ.

Gingrina, æ, f. genus quoddam tibiarum exiguarum, a gingritu anſerum. *Feſt. Solin. c. 5.* de Sicilia, in variis generibus tibiarum numerat *gingrinas, quæ breviores licet, ſubtilioribus tamen modis inſonant*. Ubi nonnulli *gingrinas* adjective accipiunt, ut ſubintelligatur *fiſtulas*.

Tom. I.

Gingrinator, m. 3. tibicen, a gingrina. *Feſt.* In quibuſdam codicibus eſt *gingeriator*, in aliis *grenator*, in aliis *gingriator*.

Gingrinus, a, um, adject. ſtridulus. V. *Gingrina*.

Gingrio, is, n. 4. *far la voce dell' oca*. Eſt vociferari proprium anſerum. *Feſt.*

Gingritor, m. 3. tibicen, a gingrio. *Feſt. ex emend. Salmaſ.*

Gingritus, us, m. 4. cantus anſerum. *Arnob. l. 6.* In anſerum ponere, & collocare gingritibus.

Gingunum, n. 2. Ginguntus, *Monte Cerugnone*, ſeu *Monte Cenagnone*, mons parvus Umbriæ, cum vico cogn. in ditione Pontificia.

Ginnus. V. Hinnus.

Gith, n. *git*, *gittaione*, *gitterone*, μελάνθιον, genus ſeminis, quod vulgo nigellam Romanam appellant. Ruellius credit eſſe ſemen illud, quod ruſtici in Gallia ſua lingua vocant *poivretum*, quaſi minutum piper, eo quod tenuiores hoc ſemine cibos condire ſoleant vice piperis. *Plin. l. 20. c. 17.* Gith ex Græcis alii melanthion, alii melaſpermon vocant. *Col. l. 7.* Interdum faſtidio ciborum langueſcit pecus, ejus remedium genus ſeminis, quod gith appellatur. *Plaut. Rud. 5. 2. 39.* Is calet tibi: num gith frigefactas? Quæ proverbialis locutio eſt. Ex gith enim calidum pulmentum conficiebant, quod in ore frigefaciebant, ne edendo guttur ureret. Dicitur itaque de iis, qui trepide, & ſummis duntaxat labiis loquuntur, & parce promittunt, quod perinde os contrahere ſolent, ac ſi injectam calidam offam bucca refrigerare velint.

G ANTE L.

Glabella, f. 1. μεσόφρυον, interſtitium ſupercilia ſupra naſum diſterminans, quia ſine pilis eſſe conſuevit. *Capella l. 2.* Ubi pubem ciliorum diſterminat glabellæ medietas.

Glabellus, a, um, adject. diminut. a glaber, *liſcietto*. *Apul. l. 5. A. A.* Corpus glabellum. Et *l. 1. Florid.* Apollo intonſus, & genis gratus, & corpore glabellus.

Glaber, ra, rum, o. 1. 2. *liſcio*, קֵרֵחַ, Ger. *kaal*, Gal. *ſans poil*, Hiſp. *lampino*, ψιλός, λεῖος, φαλακρός, quod eſt læve, & ſine pilis, a *glubo*, ut *faber* a *facio*. *Var. de re ruſt. c. 2. l. 2.* Si quem glabrum facere velis. *Plaut. Aul. 2. 9. 6.* Tu iſtum gallum glabriorem reddes mihi, quam Volſcus Ludius. Quem locum explicans *Nonius de Doctorum indagine*, Legitur (inquit) quod Ludii præſulis pueri eſſent glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui Ludios appellabant.

Glabraria, æ, f. ovis tonſa. Translate de fœmina dicitur a *Mart. l. 4. ep. 28.* Væ glabraria, væ tibi miſella. Nudam te ſtatuet tuus Lupercus.

Glabrarius, ii, m. &

Glabrator, oris, m. Glabratores, ſeu Glabrarii erant ſervi inter officia domus Auguſtæ, qui pice, & pſilothro lævigabant corpora. V. *Scalig. ad Manil. l. 5. v. 151.*

Glabreo, es, n. 2. *eſſer pelato*, קָלַח, Ger. *glatt ſeyn*, Gal. *être ſans poil*, Hiſp. *ſer ſin pelos*, φαλακρόομαι, glaber ſum, & depilis. Transfertur ad terram, quæ glabrere dicitur, ubi ſatis, ſtirpibuſque nuda eſt. *Col. l. 2. c. 9.* Et locis glabrentibus ſine ulla ſtirpe ſeminum arens reddit.

Glabreſco, is, n. 2. ψιλοῦμαι, glaber, hoc eſt, ſine pilis, aut capillis, aut plumis fio. Translate Glabreſcere dicitur area, cum herbis attritis, vel avulſis complanatur. *Col. l. 2. c. 20.* Atque ita glabreſcit, & fit idonea ſeminibus area.

Glabreta, orum, n. 2. ψιλώματα, loca ſatis, ſtirpibuſque nuda, quæ & calveta a nonnullis appellantur, in quibus ſcilic. propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. *Col. l. 2. c. 9.* Ea glabreta ſignis adhibitis notari convenit.

Glabriones, um, m. Aciliorum familiæ R. cognomen fuit, ab habitu corporis uni alicui impoſitum, quod depilis eſſet, & ab eo ad ſuos poſteros propagatum. Glabri enim depiles dicuntur.

Glabritas, atis, f. lævitas cutis, vel alterius rei. *Arnob. l. 3.* Calvitiis, & glabritatibus caſi.

Glabro, as, a. 1. *pelare*, ψιλόω, pilos aufero. *Col. l. 12. c. 53.* Et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glacialis, le, o. 3. *di ghiaccio*, Ger. *eiſſechtig*, Gal. *glacé*, *de glace*, Hiſp. *de yelo*, κρυσταλλώδης, quod in glaciem aſtringi ſolet. *Juv. ſat. 2.* Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.

Glaciatus, a, um, o. 1. 2. partic. a glacior. *Plin. l. 14. c. 21.* Glaciatæ moles prodigii modo. ¶ Caſeus glaciatus, ideſt, coagulatus, & concretus. *Col. l. 7. c. 8.* Nec dubium, quin ſiſsi ramulis glaciatus caſeus jucundiſſime ſapiat.

Glacies, ei, f. 5. *ghiaccio*, קֶרַח, Ger. *eiſſ*, Gal. *glace*, Hiſp. *yelo*, κρύσταλλος, aqua concreta gelu, quaſi gelacies. *Plin. l. 5. c. 18.* Aure ad glaciem appoſita. *Virg. 10. Ecl.* Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. ¶ In plurali nu. *cruſtas glacierum* dixit *Sidon. l. 4. ep. 6. ad fin.*

Glacio, as, a. 1. *agghiacciare*, Ger. *zu eiſſ machen*, Gal. *glacer*, Hiſp. *elar*, πήγνυμι, in glaciem converto. *Hor. car. l. 3. od. 10.* Et poſitas ut glaciet nives puro numine Jupiter. *Plin. l. 8. c. 38.* Humor glaciatur in gemmas.

Glacito, n. 1. idem ac gingrio, proprium vocis anſerum. *Auctor Philom. v. 19.* Hinc glacitat improbus anſer. Alii al. leg.

Gladiatores, m. *ſchermitori*, μονομάχοι, ſervi erant, quos laniſtæ armorum artem edocebant, ut poſtea populi delectandi cauſa in arena depugnarent. *Cic. pro Roſc. Am. c. 6.* Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur; hic autem nuper ſe ad laniſtam contulit. ¶ De gladiatorum origine, ac cauſa *Jul. Cap.* Multi dicunt apud veteres hanc devotionem contra hoſtes factam, ut civium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent: alii hoc litteris tradunt, quod veriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter ſe coeuntes, ne in bello armatos hoſtes timerent, aut vulnera, & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur, ut Imperatores ad bellum proficiſcentes munus darent gladiatorium. ¶ Ablat. plur. *Gladiatoribus*, idem eſt ac tempore, quo ludi gladiatorii fiunt. *Aſin. Poll. Ciceroni l. 10. Fam. ep. 32.* Gladiatoribus Fadium quendam abſtractum defodit in ludo, & vivum combuſſit. ¶ Ex P. M. Plura genera gladiatorum erant, Samnites, Provocatores, Retiarii, Mirmillones. Ex his oppoſiti in pugnis Samnites, & Provocatores, quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio videntur oſtendere. *Cum ut de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatoriis ornaret, & ſortito alios Samnites, alios Provocatores fecerit.* Retiarii autem, & Mirmillones componebantur, quod Valerius Maximus l. 1. & Quinctilianus l. 6. declarant. Samnites ad pugnandum primo lenti: Provocatores ex re nomen ſumpſerunt, quia certaminis initio provocare adverſarios ſolerent. Unde Horatius in epiſt. quadam, *Lento Samnites ad lumina prima duello*. Mirmillones etiam Secutores dicebantur. Quod, ſi quis Feſtum, & Quinctilianum l. 6. & Suetonium in Caligula legerit, facile poterit cognoſcere. De Secutoribus meminit & Cic. l. 7. ad Att. & Juven. Sat. 8.

Gladiatorie, adver. gladiatorum more. *Lamprid. in Commod. c. 15.* Quæ gladiatorie faceret.

Gladiatoritius, a, um, adject. inſtar gladii factus, ut gladiatoritia herba. *Marcel. Empir. c. 16.*

Gladiatorius, a, um, adj. *da, che a' ſchermitori s' appartiene*, μονομαχικός, quod ad gladiatores pertinet, ut Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. *Cic. in Cat.* Nam in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. ¶ *Gladiatorium dare*, Pædianus dixit, cum munus ſubintelligeret. Et *gladiatorium accipere*, h. e. mercedem pro gladiatoria opera. *Liv. l. 44. c. 31.* ¶ *Animus gladiatorius*, eſt animus tam pertinax, ut vel magno ſui periculo rem aliquam perficere non dubitet. Gladiatoribus enim, ubi ſemel in arenam deſcenderint, ea neceſſitas imponitur, ut adverſarium victum occidant, aut idem ab illo expectent. *Ter. Phor. 5. 7. 71.* Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. ¶ *Gladiatoria familia*, cœtus gladiatorum. *Sall.* Ut gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera Municipia diſtribuerentur. ¶ *Gladiatorium eſt*, proprium gladiatorum. *Cic. 4. Tuſc.* An vero vir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt fortis eſſe? gladiatorium id quidem.

Gladiatūra, æ, f. *ſcherma*, Germ. *fechtkunſt*, Gall. *eſcrime*, Hiſp. *eſgrima*, μονομαχία, ars, vel congreſſus gladiatorum. *Tac. l. 3. Ann. c. 43.* Addunt e ſervitiis gladiaturæ deſtinati.

Gladiŏla, æ, f. pro *gladiolus* dixit *Meſſala*, qui ob id reprehenditur a *Quintil. l. 1. c. 6.*

Gladiŏlus, li, m. 2. *coltellino*, Ger. *ſchwertlin*, *deglin*, Gal. *coutelet*, Hiſp. *eſpadilla*, *cuchillico*, ξιφίδιον, parvus gladius. *Apul. l. 2. Mileſ.* Gladiolo ſolito cinctus. Adde *Plin. l. 21. c. 17.* ¶ Hoc etiam nomine duæ herbæ a Romanis appellantur, quarum altera Græcis eſt ξυρίς, & ἀγρία, eadem ac iris, altera ξίφιον, vel φάσγανον, ſeu αὐτ..., μαχαιρώνιον, quæ folium habet gladii figuram referens, Iridi perſimilis, niſi quod folio minore eſt, & anguſtiore, & gladii modo mucronato, nervoſumque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digeſti, *ghiaggiuolo*. *Plin. l. 21. c. 11. & 17. & l. 25. c. 11.*

Gladius, dii, m. *ſpada*, *coltella*, *pugnale*, חרב, שלח, Ger. *ein ſchwert*, Gal. *epée*, *couteau*, *poignard*, Hiſp. *eſpada*, *cuchillo*, *puñal*, ξίφος, μάχαιρα, enſis, a *clade*, quaſi *cladius*, quod ſit ad hoſtium cladem. *Caſ. 7. B. G.* Gladiis diſtrictis portas occupaverunt. *Cic. Inv. 2. c. 4.* Stricto gladio aliquem inſequi. ¶ Tranſlate ſumitur pro cauſa, vel materia exitii. *Plaut. Trin.* Dediſtine hoc pacto ei gladium, quo ſe occideret? i. e. miniſtraſti materiam ad perniciem. ¶ Suo gladio, ſuove telo jugulari dicitur, qui ſuo invento, dolove capitur, vel qui ſuis ipſius dictis revincitur, tranſlata metaphora ab iis, qui in pugna ſuis ipſorum telis confodiuntur. *Ter. Adelph. 5. 8. ad fin.* Suo ſibi hunc gladio jugulo. ¶ *Gladio plumbeo jugulare*, eſt futili, levique argumento, nulloque negotio convincere quempiam. *Cic. ad Attic.* Cum illud plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. ¶ *Gladii poteſtas* apud Juriſc. eſt poteſtas in facinoroſos animadvertendi. Quare gladius inſigne erat Præfecti Prætorio. Et in libera Rep. ſolebat gladius Imperatori exercitus proficiſcenti dari. *Appian. l. 2. Belli Civ.* ¶ Antiquiſſimi etiam gladium dixerunt in neutro genere. *Lucil. apud Var.* Hærebat gladium mucrone in pectore totum. ¶ Eſt & gladius, ξιφίας, genus piſcis marini, roſtro mucronato, quo naves perfodit, & demergit, in Atlantico Oceano, *glaue*. *Plin. l. 32. c. 4. & 11.*

Glaſum. V. Gleſſum.

Glandarius, a, um, o. quod ad glandem ſpectat, ut Glandaria ſylva, quæ ſervatur glandis ferendæ cauſa. *Cato de R. R. c. 1.* Octavo arbuſtum, nona glandaria ſylva.

Glandia, orum, n. 2. partes in ſue calloſæ, quæ in homine ſunt tonſillæ, hoc eſt, partes illæ faucium, quæ utrinque juxta gargareonem ſitæ a Græcis παρίσθμια appellantur, a glandium duritia, ac figura. *Plin. l. 11. c. 37.* *Plaut. Capt. 4. 4. 7.* Prætruncat tribus tergoribus glandia.

Glandĭfer, ra, rum, *ghiandiſero*, Germ. *das eycheln tregt*, Gall. *qui porte gland*, Hiſp. *qui trae*, *o cria bellotas*, βαλανοφόρος, quod glandes producit. *Cic. 1. de Leg. c. 1.* Quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit nuntia fulva Jovis. ¶ Accipi etiam videtur pro fœcundo, & fertili fructuum. *Cic. 2. Phil.* Quandoquidem hæ quondam arationes Campani, & Leontini agri in P. R. patrimonio glandiferæ, & fructuoſæ ferebantur.

Glandionida, f. i. caro ſuilla, ex glandiis. *Plaut. Men. 1. 3. 27.* Al. aliter legunt.

Glandium. V. Glandia.

Glando inis, f. idem ac glans. *Avien. in Orbis terræ deſcript. v. 285.* Cibus aſpera glando. Et v. 1283. Pingui dependens ſubere glando.

Glandŭla, æ, f. *glandula*, *ghiandola*, ἀδήν, dim. a glans. *Celſ. l. 4. c. 12.* Fit ex unguentariis glandulis. Alii alit. legunt. ¶ Tranſlate eſt corpus quoddam carnoſum, laxum, fungoſum, molle, friabile, ex materia ſpermatica factum, una communi membrana univerſum, & frequenter pluribus privatis fruſtulatim coagmentatis incluſum, in vaſorum diviſionibus, quod partim ſeparationi, partim ſecretioni, partim etiam elaborationi inſervit, *glandula*. *Celſ. l. 4. c. 1.* In ipſis cervicibus glandulæ poſitæ ſunt. ¶ Item pars animalis glanduloſa, quæ eſt circa cervicem, vel ipſa cervix. In hac enim glandulæ poſitæ ſunt. *Martial. l. 7.* Ter poſcit apri glandulas, quater lumbum.

Glandulōſus, a, um, *glanduloſo*, ἀδενώδης, plenus glandibus. *Col. l. 7. c. 9.* de ſue: Qui eſt amplæ, & glanduloſæ cervicis.

Glanis, is, m. vel glanus, i, m. 2. piſcis genus, ſilurus parvus. *Plin. l. 9. c. 43.* Cautius, qui & glanis vocatur, averſos mordet hamos, nec devorat, ſed eſca ſpoliat. *Id. l. 32. c. 10.* Verrucas tollit glani jecur illitum.

Glans, dis, f. *ghianda*, Ger. *ein eychel*, Gal. *gland*, Hiſp. *velleta*, βάλανος, fructus quercus, roboris, eſculi, cerri, ilicis, fagi, ſuberis, & ſi quæ ſunt ſimiles, a Dorico γάλανος, per ſync. pro βάλανος. *Cic. in Or.* Quæ eſt in hominibus tanta perverſitas, ut inventis frugibus, glande veſcantur? ¶ Per Synecdochen, quia ex glandibus homines quondam vivebant, glandis appellatione (ut Ulpianus ſentit) omnes fructus continentur. ¶ Tranſlate glans dicitur plumbum, quod eſt in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum in hoſtem torquebant. *Sal. in Jug. c. 57.* Pars eminus glande, aut lapidibus oppugnare. ¶ Erant enim glandes ex argilla, quas ad incendendum mittebant: quibus fortaſſe ſimiles ſunt, quas Itali vocant *granate*. *V. Lipſ. l. 4. Poliorcet. Dial. 1. & 3.* ¶ Glans denique dicitur pars ſumma colis, quæ præputio tegitur, a glandis ſimilitudine. *Celſ. l. 7. c. 25.* ¶ Dicitur etiam *Glande*, *inis*, V. ſuo loco.

Glarĕa, æ, f. *ghiaja*, Ger. *kiſ*, Gal. *gravier*, Hiſp. *caſcajo*, ψηφίς, terra lapidoſa, qualis in fluviorum ripis, vel maris litoribus eſſe ſolet, a χάλιξ. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Eo loci pulvis, non glarea eſt invecta.

Glareſtum, n. 2. *Galliera*, opp. amplum agri Medioloneſis, in Inſubria, abſque mœnibus.

Glareŏla, æ. diminut. exigua glarea. *Plaut.* Glareolam manu effundens. Ita Lexicographi plerique, ſed nos nihil ejuſmodi in Plauto invenimus.

Glareōſus, a, um, o. *ghiaroſo*, quod plenum eſt glarea. *Varr. l. 1. R. R. c. 9.* Terra cretoſa, aut glareoſa. *Colum. de arb.* Glareoſa, & ſaxoſa amat ficus. *Plin. l. 26. c. 8.* Glareoſi rivi.

Glaſtum, ſti, n. *glaſto*, *guado*, al. gaſtum, vel guaſtum, ἴσατις, herba ſimilis plantagini, ſeu genus lactucæ agreſtis, & ſponte naſcens, al. vitrum, quo infectores lanarum utuntur, dum colore vitreo, ſeu hyalino, cæruleo, ſubnigro tingunt, quo item Britanni ſe inficiebant, inſcribentes etiam corporibus puerorum animalium figuras, ut in bello aſpectu horridiores eſſent, denique & eorum mulieres quibuſdam in ſacris. *Caſ. l. 5. B. G. c. 14.* *Plin. l. 20. c. 7. & l. 22. c. 1.* Sed aliqui volunt, glaſtum eſſe quidem idem, ac ἴσατιν, ſed ſtatim ſativam intelligunt.

Glaucēus, a, um. Glauceus ſuccus apud *Scribon. Larg. compoſ. 22.* eſt ſuccus herbæ cujuſdam, quæ & *glaucion* dicitur: cujus uſus eſt in collyriis, quod *diaglaucium* vocatur. *Rhodius* mavult legi *glaucius*. ¶ Glaucea, neut. plur. & penult. prod. τὰ γλαύκεια, herbam eandem ſignificant. V. *Glaucion*. *Colum. l. 10. v. 103.* Nunc medica panacea lacryma, ſuccoque ſalubri Glaucea, & profugos vinctura papavera ſomnos ſpargite.

Glaucicŏmans, antis, adject. o. glaucam comam habens. *Juvenc. in Matth. c. 27.* Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ.

Glaucīnus, a. 1. a. quod glaucum habet colorem. *Martial. lib. 9. epigr. 27.* Pallia donavit glaucina, Coſme, ſibi.

Glaucion, ii, neut. γλαύκιον, herba humilis in Syria & Parthia naſcens, denſis foliis fere papaveris, minoribus tamen ſordidioribuſque, odoris tetri, guſtus amari cum adſtrictione. Granum habet crocei coloris, quod in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt, deinde exempto ſuccum exprimunt ejuſdem nominis. Uſus eſt & ſucci, & foliorum, ſi terantur, adverſus epiphoras. Hinc temperatur collyrium, quod Medici Diaglaucion vocant. Hæc *Plin. l. 27. c. 10.*

Glauciſcus, i, m. piſcis aculeatus, dorſo cæruleo, ventre candidiſſimo. *Plin. l. 32. c. 10. & 11.*

Glaucĭto, as, a. 1. eſt proprium vocis catulorum. *Auct. Carm. de Philom. v. 60.* Glaucitat & catulus, at lepores vagiunt.

Glaucōma, tis, n. 3. vel glaucoma, æ, f. 1. vel glaucoſis, is, f. 3. γλαύκωμα, vitium, quo color naturalis in oculo, ac ſpeciatim color humoris cryſtallini in præternaturalem, & glaucum mutatur, quod provenit ab illius humoris nimia ſiccitate, & concretione. Differt a *ſuffuſione*, quia in *glaucomate* peccat humoris cryſtallini condenſatio, & reſiccatio, in *ſuffuſione* concretio extranei humoris, & aliunde affluentis. *Plin. l. 29. c. 6.* Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli ſeptem dierum emendari. *Plaut. Mil. 2. 1. 70.* Glaucomam ob oculos objiciemus.

Glaucomatĭcus, a, um, adject. glaucoma laborans. Legitur in Notis Tironis (ut vocant) a Grutero editis in calce Inſcriptionum.

Glaucōpis, idis, f. avis quædam, alio nomine alula, ſeu bubo. V. Lagopus.

Glaucus, a, um, o. *colore celeſte*, *miſchio tra 'l bianco*, *e 'l verde*, תכלת, Ger. *grawblaw*, Gal. *verd de mer*, *celadon*, Hiſp. *verde*, *claro*, γλαυκός, quod eſt colore cæſio, ſeu cæruleo, id eſt, ſubviridi, qui admixtum habet viriditati alborem, qualis apparet in oculis noctuarum, felium, leonum, quorundam equorum, & hominum, a nomine Græco allata. *Plin. l. 8. c. 21.* Oculis glaucis, colore ſanguineo.

Glaucus, i. m. genus piſcis. *Plin. l. 9. c. 16.* Quidam rurſus æſtus impatientia mediis fervoribus ſexagenis diebus latent, ut glaucus, aſelli, auratæ.

Glaucus, m. 2. piſcator, qui, cum piſces captos in ripa explicuiſſet, & illi ſubito contacta quadam herba ſe colligentes in mare proſiluiſſent, admiratus herbæ illius vim & ipſe deguſtavit, piſces ſecutus in aquam inſiluit, mariſque Deus factus eſt. Alii aliter referunt hanc fabulam, Glaucum inſignem urinatorem fuiſſe, ſæpius inſpectantibus ſuis municipibus in fluvium ſe dejeciſſe, diuque ſub aqua moratum ſemper emerſiſſe, tandem quodam die illis expectantibus non rediiſſe, creditum eſſe, Deum maris factum fuiſſe. ¶ Glaucus item Hippolochi filius, qui Trojano bello Priamo ſuppetias tulit, homo tam ſtupidus, ut cum Diomede armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Hinc etiam hodie *Glauci, & Diomedis permutatio* proverbio celebratur, cum permutatarum rerum inæqualitas ſignatur. *Plin. l. 3. ep. 2.* ¶ Item Siſyphi fil. qui, cum equas ſuas humana carne paſceret, ab illis ipſe etiam devoratus eſt. *Virg. 3. Georg. v. 267.*

Glaux, cis, γλαύξ, herba folia habens cytiſo, & lenticulæ ſimilia. *Plin. l. 27. c. 9.*

Gleba, æ, f. *zolla*, רגבים, Ger. *ein ſchollen erden*, Gal. *motte de terre*, Hiſp. *el terron de tierra*, βῶλος, fruſtum terræ. *Cic. pro Cæc. c. 21.* Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris? ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut gleba marmoris. *Plin. l. 36. c. 6.* gleba thuris. *Lucret. l. 3. v. 318.* glebæ niveæ lactis. *Nemeſian. ecl. 3. ad fin.*

Glebalis, le, adject. ad glebam pertinens, *di zolla*, ut glebalis agger. *Ammian. l. 23. c. 5.* Adde *Cod. Theodoſ. l. 13. tit. 3. leg. 16. & 19.*

Glebarii, dicebantur boves valentes, fortes, a glebis facile proſcindendis. *Varr. l. 6. de L. L.*

Glebatim, adv. per glebas, ut agros glebatim metiri. *Lactant. de mort. perſecut. c. 23.*

Glebōſus, a, um, *zolloſo*, quod glebæ in morem eſt convolutum, vel quod glebis abundat. *Plin. l. 35. c. 15. de ſulphure.* Vivum naſcitur ſolidum, hoc eſt gleboſum. Et c. 16. Terra glebo..r.

Glebŭla, æ, f. *zolletta*, dim. a gleba. *Col. l. 1. c. 6.* Lapilliſque carent, & glebulis. *Scribon. Larg. Compoſit. 199.* Glebulæ nitri. *Vitruv. 8. 3.* Glebulis myrrhæ.

Glebulentus, a. 1. 2. glebis refertus. *Apul. de Deo Socratis.*

Glechonites, γληχωνίτης, vinum pulejo conditum, apud *Colum. l. 12. c. 35.*

Glemōna, f. 1. *Gemona*, opp. Italiæ, in prov. Forojulienſi, prope Tilaventum fl. ab Alpibus, & conf. Germaniæ 4. M. P.

Gleſſaria, vel Glæſaria, Auſtravia, al. Auſtrania *Leſſe*, inſ. apud Cimbricam Cherſoneſum, inter illam, & Hollandiam, a *gleſſo*, id eſt ſuccino, quo abundat. *Plin. l. 37. c. 3.*

Gleſſum, ſeu gleſum, a. 2. ἤλεκτρον, electrum, ſuccinum, voce Germanica, fortaſſe a perſpicuitate vitrea, quia Germanis *glas* vitrum eſt. *Plin. l. 37. c. 3.* Certum eſt gigni in inſulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari glæſum, itaque & a noſtris unam inſularum ob id appellatam Glæſariam, Germanico Cæſare ibi res gerente, Auſtraviam a Barbaris dictam. *Tacit. de Germ. c. 45.* Soli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſum vocant, legunt.

Gleva, pro *gleba*, &

Glevālis pro *glebalis* leguntur in *Cod. Theodoſ. 6. 2. 8. & 15. & alibi.*

Gleucinum n. 2. γλεύκινον, olei factitii genus, muſtum, & aromata admixta habens, a γλεῦκος, *muſtum*. Aliqui definiunt oleum muſtum, hoc eſt expreſſum, antequam olivæ in torculari ſubigantur. *V. Col. l. 12. c. 51.* *Plin. l. 15. c. 7.*

Glinon, n. 2. aceris genus, al. craſſivenium, campeſtre, candidum, nec criſpum. *Plin. l. 16. c. 10.*

Glirarium, n. 2. ἐλειοί, locus, in quo glires nutriuntur. *Varr. l. 3. de R. R. c. 15.* Glirarium diſſimili ratione habetur, quod non aqua, ſed maceria locus ſepitur.

Glis, gliris, m. *ghiro*, ἐλειός, animal muri ſimile, majori tamen corpore, quod nutritur in arboribus, & bonam anni partem ſomno conſumere dicitur, a *gliſco*, creſco, qui hyeme tota dormiens pingueſcit. *Martial. l. 3. epigr. 58.* Somniculoſos ille porrigit glires. *Laber. apud Non. c. 2. n. 391.*

Digitized by Google

391. Opprimitur glis. Adde *Plin. l.* 8. *c.* 57. ¶ Glires ſilveſtres a domeſtico genere diſcreti eſui erant apud Veteres. Itaque *Apic. l.* 8. *c.* 9. eorum condiendorum rationem tradit. *Varro* autem *l.* 3. *R. R. c.* 15. vivaria ad eos nutriendos quomodo fieri oporteat, oſtendit, & *gliraria* vocat. Adde *Plin. loc. cit.* ubi ſcribit, non minus eos, quam oſtrea, & peregrinas aves, in deliciis aliquando fuiſſe.

Gliſcĕrus, a, um, adject. creſcens, copioſus, opimus, a gliſco, ut gliſceræ menſæ. h. e. creſcentes per inſtructionem epularum. *Feſtus*.

Gliſces, teſticuli porcorum. *Nævius*, cujus verba refert *Turneb. l.* 15. *c.* 4.

Gliſco, ſcis, n. 3. & gliſcor, eris, d. 3. ſine præter. & ſup. *creſcere*, גדל, Ger. *vvachſen*, Gal. *croitre*, Hiſp. *crecer*, αὐξάνω, creſco, augeor, invaleſco. *Gel. l.* 2. *c.* 7. Eadem ipſa, quæ creſcente Luna gliſcunt, deficiente contra Luna deficiunt. *Liv. l.* 6. *c.* 14. Gliſcente in dies ſeditione. *Semp. Aſell.* apud *Non. cap.* 7. *num.* 107. Ut major invidia Lepido gliſceretur. ¶ Gliſcere etiam terra dicitur, cum pingueſcit. *Col. l. c.* Stercorare terram convenit, nam eo quaſi pabulo gliſcit. ¶ Ponitur etiam pro vehementer cupere. *Stat. l.* 3. *Theb. v.* 72. dum pellere leges, Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus exule.

Globātim, adv. per globos. *Ammian. l.* 27. *c.* 9. Globatim per vicina digreſſi prædones.

Globātus, a, um, adject. in modum globi factus. *Plin. l.* 2. *c.* 2. Formam Mundi in ſpeciem orbis globatam eſſe. *Solin. c.* 12. Globatæ vehementius properant.

Globo, as, avi, atum, a. 1. *gomitolare*, Ger. *rund machen*, *vvirkeln*, Gal. *faire rond*, *faire en pelotons*, Hiſp. *redondear*, *ovillar*, σφαιρόω, eſt aliquid ſolidum in rotunditatem componere. *Plin. l.* 2. *c.* 65. Dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus.

Globosĭtas, atis, f. rotunditas. *Macr. Somn. Scip. l.* 1. *c.* 16. Terræ globoſitas.

Globōſus, a, um, o. *rotondo*, Ger. *rund*, Gal. *rond*, Hiſp. *redondo*, σφαιροειδής, rotundus, & ſpiſſatus. *Cic. de Un.* Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Liv. l.* 38. *c.* 29. Globoſe ſaxa.

Globŭlus, m. 2. σφαιρίδιον, parvus globus. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Et liquidam, globulis ſudore reſolutis. ¶ Accipitur & pro genere edulii in globi modum convoluti. *Cato de R. R. cap.* 79. Globulos ſic facito, caſeum cum alica ad eundem modum miſceto.

Globus, bi, m. *globo*, *sfera*, כדור, Ger. *kugel*, Gal. *globe*, Hiſp. *globo*, σφαῖρα, eſt corpus ſolidum, & unica ſuperficie contentum, undequaque rotundum, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Cic. de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis circulus. ¶ Dicitur non ſolum de ſphæris cæleſtibus, & de terra, ſed de omnibus rebus rotundis non concavis. *Plaut. Pœn.* 2. 1. *v.* 35. In fundas indebant grandiculos globos. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum, ſive aliorum animalium, aut alterius cujuſcunque rei ſimilis in unum collecta, & quaſi conglobata, σύστημα. *Liv. lib.* 8. Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Glocĭdo. V. Glocito.

Glocio, is, n. 4. *chiocciare*, Ger. *gagſen*, *kluchen*, Gal. *gloſſer*, *cluper*, Hiſp. *cloquear*, κλώζω, proprium eſt vocis gallinarum, cum ovis incubituræ ſunt, quod fit crebris ſingultibus, interjecta voce acuta, a verbo Græco allato, quod a ſono factum eſt. Pro eodem etiam *gracille* dicitur. *Feſt. Col. l.* 9. *c.* 5. Ut ova quam recentiſſima ſupponantur glocientibus.

Glocito, as, n. 1. freq. a glocio. *Feſtus*

Glocĭtoro, as, n. 1. verbum exprimens vocem ciconiæ. *Auct. Carm. de Philom. v.* 19. Glocitorat immenſo de turre ciconia roſtro.

Glomerabĭlis, le, qui glomeratur, ſeu in globum formatur. *Manil. l.* 1. *v.* 220. Te teſtem dat Luna ſui glomerabilis orbis. *Id. l.* 4. Glomerabile ſidus.

Glomerāmen, inis, n. 3. *viluppo*. *Lucr. l.* 2. *v.* 685. Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unum conveniunt.

Glomerarĭus, ii, m. qui glomerat. *Senec. Controverſ. ult. l. c.*

Glomerātim, adv. turmatim, conglobatim, involute. *Macrob. l.* 6. *Satur. c.* 4. Homines glomeratim incedentes. *Auſon. Paneg. Theod. c.* 29. Quis oratorum facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius aut dixit, aut cogitavit?

Glomeratĭo, onis, f. *inviluppamento*, σφαίρωσις, actus glomerandi. *Plin. l.* 8. *c.* 43. Sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glomeratus, a, um, adject. conglobatus, confuſus, turbatus. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 10. Clades glomerata. *Lucret. l.* 3. *v.* 494. Semina vocis Ejiciuntur, & ore foras glomerata feruntur.

Glomĕro, as, a. 1. *invilupparе*, *avviluppare*, גלם, Ger. *auffvvinden*, Gal. *amaſſer en peloton*, *envelopper*, Hiſp. *emboluer en redondo*, *devanar*, σφαιρόω, implico, & in globi ſpeciem formo, ſive filum in globi figuram convolvo, a *glomus*. *Ovid. Met.* 6. *v.* 19. Lanam glomerabat in orbes. ¶ Translate ponitur pro congregare, cogere, *ammucchiare*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 315. Sed glomerare manum bello. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 31. Legiones in teſtudinem glomerabantur. ¶ Equi etiam greſſus glomerare dicuntur, cum celeri paſſu, & convoluto gradu incedunt. *Virg.* 3. *Georg. v.* 117. Equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Glomerōſus, a, um, glomeris, ſeu globi figuram habens. *Col. l.* 9. *c.* 3. Ariſtoteles apum genera complura demonſtrat, earumque alias vaſtas, ſed glomeroſas, &c.

Glomus, glomi, m. 2. & glomus, ſeu glomer, eris, m. 3. *gomitolo*, *gomicciolo*, גלום, Ger. *Knevvle faden*, Gal. *peloton*, Hiſp. *ovillo*, ἀγαθίς, filum, vel aliquid ſimile in globi figuram convolutum. *Plin. l.* 36. *c.* 13. *de Labyrintho*. Quo ſi quis improperet, ſine glomere lini exitum invenire nequeat. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 3. *v.* 13. Ut vinoſa glomus furtivæ Pyrrhia lanæ:

Glorĭa, æ, f. claritas, ſplendor, lux, amplitudo, *gloria*, כבוד, Ger. *lob*, *rhum*, Gal. *gloire*, Hiſp. *gloria*, κλέος, δόξα, eſt fama ingens cum laude de alicujus virtute, ac meritis, a κλέος. *Cic. pro Marcello*, *c.* 8. Gloria eſt illuſtris, ac pervagata multorum ac magnorum vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus humanum fama meritorum. *Id. in Piſon. c.* 24. Fructus veræ virtutis gloria eſt. Hinc gloriam appetere, gloria duci, gloriam ſibi parere, gloria præſtare, in gloria ducere &c. *Cic.* paſſim, *Plin. Terent.* & al. ¶ Accipitur etiam pro gloriatione, *il vantarſi*. *P. Syrus in Mimis:* Cita ignominia fit ſuperbi gloria. *Gell. l.* 1. *c.* 1. Flare inanes glorias. Ubi nota plur. numerum. Sic & *Tacit.* 3. *Ann. c.* 45. Memorare veteres Gallorum glorias.

Gloriabundus, a. 1. a. *vantatore*, αὐχηματίας, qui abunde gloriatur. *Gel. l.* 5. *c.* 5. Contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aſpicit.

Gloriandus, a. 1. c. gloria, & prædicatione dignus, partic. vel ger. a *glorior*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Nec in miſera vita quidquam eſt prædicabile, aut gloriandum. Et *infra cap.* 17. Quod ſi beata vita glorianda, & prædicanda, & præ ſe ferenda eſt.

Gloriatĭo, f. 3. καύχησις, glorioſa prædicatio. *Cic.* 3. *Fin. c.* 8. Virtus eſt digna gloriatione.

Gloriātor, oris, m. qui gloriatur. *Apul.* 3. *Florid.* Magis ſum amicitiæ cupidus, quam gloriator.

Glorifĭco, as, avi, atum, a. 1. *glorificare*, *lodare*, glorioſum reddo, δοξάζω. *Coripp. l.* 4. *v.* 289. Glorificavit opus. *Tertul. de Idolol. c.* 22. Deus potius glorificetur.

Glorifĭcus, a, um, *glorioſo*, gloriam afferens. *In Cod. l.* 2. *tit.* 8. *leg.* 7. Relicta obſervatione glorificæ tuæ ſedis.

Gloriŏla, æ, f. δοξάριον, dim. a gloria. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Et noſmetipſi vivi gloriola noſtra perfruamur.

Glorĭor, aris, d. 1. *gloriarſi*, התהלל, Ger. *ſich rhuemen*, Gal. *ſe vanter*, *ſe glorifier*, Hiſp. *gloriarſe*, καυχάομαι, eſt gloria, & prædicatione ſe efferre, aut aliquid jactanter de ſe pronuntiare: interdum abſolute conſtruitur. *Cic.* 5. *Ver.* Ut tu in multis epiſtolis tuis ad amicos gloriaris. ¶ Interdum cum præp. *de*. *Cic.* 3. *Fin. c.* 8. Quis aut de miſera vita poſſit gloriari, aut non de beata? ¶ Interdum cum præp. *in*. *Cic. in Offic.* Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. ¶ Interdum cum accuſativo communi. *Cicer. de Sen. c.* 10. Equidem poſſe vellem idem gloriari, quod Cyrus. ¶ Et cum ſolo ablat. *Cic. in Orat. c.* 70. Nominibus veterum gloriantur. ¶ Et cum dat. *Id. in Piſon.* Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum. h. e. apud, vel coram me.

Glorioſe, adv. *glorioſamente*, Ger. *ehrlich*, Gal. *glorieuſement*, Hiſp. *glorioſamente*, ἐνδόξως, cum gloria, & laude. *Cic. Cæl.* In qua ſatis glorioſe triumpharent. ¶ Accipitur & in malam partem. *Cic.* 2. *Fin.* Quid ergo attinet glorioſe loqui, niſi conſtanter loquare? ¶ Comparat. glorioſius, ſuperlat. glorioſiſſimus. *Cic. pro Dom. c.* 35. Glorioſius de ſe prædicant. *Vellej. l.* 2. *c.* 3. Vitam glorioſiſſime degere.

Gloriōſus, a, um, o. 1. c. *glorioſo*, Ger. *lobreich*, Gal. *glorieux*, Hiſp. *glorioſo*, ἔνδοξος, præclarus, excellens, cui omnes plurimum laudis & gloriæ tribuunt, ut glorioſus homo, glorioſus triumphus. *Cic.* 1. *de Divin.* Magnificum etiam illud, Romaniſque hominibus glorioſius. *Id.* 2. *Phil. c.* 12. Glorioſiſſimum factum. *Val. Max. l.* 3. *c.* 2. Soſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet. ¶ Interdum in malam partem accipitur, ut glorioſus dicatur, qui ſe inaniter jactat, & laudari quærit, *vantatore*. Hinc Plauti comœdia *Miles glorioſus* inſcribitur. *Plin. in epiſt.* 9. *l.* 3. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam jactantes, & glorioſas. Adde *Nepot. Timol. c.* 4.

Glos, f. 3. *cognata*, γάλως, mariti ſoror, atque item fratris uxor, a voce græca allata. *Non. c.* 19. *n.* 4. & *Feſt.* ¶ In genit. facit *gloris*, non *glotis*. *Priſcian. l.* 6.

Gloſſa, æ, f. *lingua*, לשון, Germ. *ſprache*, Gall. *langue*, Hiſpan. *lengua*, γλῶσσα, Att. γλῶττα, lingua. Græca vox eſt, & Græcis literis ſcribenda. ¶ Metonymice accipitur pro ſermone. Sed propria gloſſæ vocantur vocabula obſcuriora, & minus uſitata, quæ interpretatione indigent, cujuſmodi ſunt ea, quæ certæ ſunt dialecti propria, eoque aliena a lingua communi, unde & ξένικα dicuntur, quaſi peregrina. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediſcere. ¶ Accipitur etiam pro interpretatione, ſeu explicatione eorum, quæ ab aliis obſcure ſcripta fuere, quia vice linguæ, h. e. vice doctoris, fungitur. *Hinc Gloſſæ Accurſii*, *Philoxeni*, *Iſidori*, &c.

Gloſſarium, ii, n. *Dizzionario*. *Gel. l.* 18. *c.* 7. Vos, Philoſophi, eſtis mera (ut M. Cato ait) mortuaria gloſſaria.

Gloſſēma, neut. 3. γλώσσημα, al. gloſſa, eſt vox occultior, abſtruſior, & minus uſitata, quæ ſcilicet interpretatione eget, quales ſunt voces aliquot in tragœdiis, heroicis verſibus, & ſimili genere graviori poematis. *Var. l.* 5. *de L. L.* exponens verſum Ennii, *Caliton Camilla expectata advenit*, Camillam, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerunt adminiſtram. hos eſt qui voces priſcas, & minus uſitatas ſunt interpretati. *Quintilian. lib.* 1. *cap.* 8. (al. 14.) Circa gloſſemata etiam, id eſt voces minus uſitatas, non ultima ejus profeſſionis diligentia eſt. Adde *Sueton. de illuſt. Grammat. c.* 22.

Gloſſopĕtra, f. 1. gemmæ ſpecies linguæ humanæ ſimilis, quam Magi credunt non naſci in terra, ſed deficiente Luna cælo decidere, ea Lunares motus excitari, ventos comprimi, illam memoriæ prodeſſe, &c. a γλῶσσα, *lingua*, & πέτρα, *lapis*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *Solin. c.* 39. *Iſid. l.* 16. *c.* 14.

Glottis, idis, f. apud *Plin. l.* 10. *c.* 23. eſt avis e genere coturnicum, a lingua prælonga, quam exerit: unde & *Lingulaca* dicitur.

Glubo, is, bi, bitum, a. 3. *ſcorticare*, *ſcorzare*, קלף, Ger. *ſchinden*, Gal. *ecorcer*, Hiſp. *deſollar*, ἀποδέρω, proprie eſt corticem detrahere, arbores cortice denudare, a λέπω, *decortico*, vel a γλύφω, *ſcalpo*. *Cato de R. R. cap.* 31. Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arcteque alligato, librum conſervato. *Var. l.* 1. *R. R. cap.* 55. Melior eſt olea, quæ digitis nudis legitur, quam quæ cum digitalibus: durities enim eorum non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit, & relinquit ad gelicidium detectos. ¶ Neutrorum more *Cato R. R. c.* 31. Quæ materies (*arborum*) ſemen non habebit, cum glubet, tempeſtiva erit. *h. c.* cum glubet ſe, & corticem deponet, erit apta ad cædendum. ¶ Significat etiam pellem detrahere, ut glubere pecus apud *Feſtum*. Hinc obſceno ſenſu *Catul. carm.* 58. *ad Cælium*, *de Lesbia*. Nunc in quadriviis, & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.

Glucidātes, dulcis, ſuavis, a γλυκύς. *Feſtus*.

Gluma, æ, f. *pula*, *lolla*, *lopa*, λέπος, folliculus grani frumentarii, a glubendo, quod eo folliculo deglubatur granum. h. e. decorticatur. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 48. *de frumento*. Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum; gluma, qui eſt folliculus ejus, ariſta, quæ, ut acus tenuis, longa eminet e gluma, proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta.

Glus, vel glux, glutis, f. γλοιός. gluten, a voce græca allata. *Auſon. in Monoſ.* Tergora dic clypeis accommoda quid faciat? glux.

Gluten, inis, n. 3. vel glutinum, ni, n. 2. *colla*, דבק, Germ. *leim*, Gal. *glu*, Hiſp. *engrudo*, κόλλα, materia viſcida, & tenax, qua res conjunguntur, a glus. *Plin. l.* 11. *cap.* 39. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumque, & id præcipuum. *Lucret. l.* 6. *v.* 1066. Glutine materies taurino jungitur una.

Glutinamentum, ti, n. *incollamento*, התחברות, Ger. *leymung*, Gal. *collement*, *collure*, Hiſp. *engrudamiento*, κόλλησις, compactio, conjunctio. *Plin. lib.* 13. *cap.* 12. *de chartis*. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutinamentis tænia.

Glutinatio, onis, f. conglutinatio, glutinamentum. *Celſ. l.* 7. *c.* 27. Neque deſperari debet ſolida glutinatio vulneris.

Glutinātor, oris, m. *incollatore*, מחבר, Germ. *leimer*, Gall. *colleur*, Hiſp. *engrudador*, κολλητής, qui res glutinat, ſeu glutine conjungit. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 4. Mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.

Glutinātus, a, um, glutino conjunctus. *Celſ. l.* 7. *c.* 28. Inter ſe glutinatis naturalibus oris. *h. e.* conjunctis, conſtrictis.

Glutinĕus, a, um, glutinoſus. *Rutil. in Itiner. lib.* 1. *v.* 610. *de Harpyiis*. Quæ pede glutineo, quod tetigere, trahunt.

Glutinium, ii, n. gluten. *Apul. Aſclep.* Individuo glutinio connexus.

Glutĭno, as, a. 1. *incollare*, הדביק, Ger. *leimen*, Gall. *coller*, *gluer*, Hiſp. *engrudar*, κολλάω, συνάπτω, conjungo, ferrumino. *Plin. l.* 35. *c.* 15. Quo genere ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur.

Digitized by Google

Glutinoſus, a, um, o. *tenace*, κολλώδης, tenax. *Col. in præf. l.* 1. In Aſia, Myſiaque denſe, etiam glutinoſa, terra maxime exuberat. *Id. l.* 3. *cap.* 11. Terra glutinoſiſſima. *Celſ. lib.* 5. *cap.* 25. Pus glutinoſius & ſanguine, & ſanie.

Glutinum, V. Gluten.

Glutio, ſeu gluttio, is, a. 4. *inghiottire*, בלע, Ger. *ſchlucken*, Gal. *engloutir*, Hiſp. *tragar*, γλύζω, devoro, a verbo Græco, quod allatum eſt. Aliqui deducunt a *glutus*, ſeu *gluttus*. *Juv. Sat.* 4. *v.* 28. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem? *Plin. l.* 10. *cap.* 12. *de corvis*. Peſſima eorum ſignificatio, cum glutiunt vocem, velut ſtrangulati.

Glutto, ſeu gluto, onis, maſc. λαιμαργος, guloſus, non a gula, ut *Iſidorus* ſcripſit *l.* 10. *Orig.* ſed a *gluttus*, ideſt, pars colli, qua cibus tranſmittitur. *Feſt.*

Gluttus, ſeu glutus, maſc. 2. βρόγχος, pars colli, qua cibus traſmittitur, a ſono *glut glut*, quem liquor anguſto means tramite edit. *Feſt. Perſ. Sat.* 5. *v.* 112. Non gluttoſorbere ſalivam Mercurialem. ideſt non avide vorare lucrum.

Glutus, ſeu gluttus, ſeu glittus, a, um, o. unitus, bene ſubactus, cohærens, inſtar eorum, quæ glutino conjuncta ſunt, a *glut*. *Cato c.* 45. Locus bipalio ſubactus, beneque glutus ſiet. Eadem habet *Plin. l.* 17. *c.* 18.

Glycyrrhiza, æ, f. *liquirizia*, *regolizia*, γλυκύῤῥιζα, radix dulcis, herbæ genus. *Pallad. l.* 10. *c.* 14.

Glycyrrhizites, γλυκυῤῥιζίτης, vinum glycyrrhiza conditum. *Col. l.* 12. *c.* 35.

G ANTE N.

Gnaphalium, n. 2. γναφάλιον, herba, al. chamæzelon, cujus foliis albis, & mollibus pro tomento utebantur. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Gnarigavit ſignificat apud Livium narravit. *Feſt.*

Gnaritas, atis, f. ſcientia, notitia. *Sal. in frag. l.* 3. *hiſt.* Alii fiducia gnaritatis locorum fuga ſparſi. *Ammian. l.* 16. *c.* 3. Juvante locorum gnaritate.

Gnaruris, re, adject. uſurparunt Vet. pro gnarus. *Plaut. Moſt.* 1. *c.* 17. Simul gnarures vos volo hanc rem mecum, Adde *Auſon. epiſt.* 22. *v.* 19. & *Arnob. lib.* 3.

Gnarus, olim narus, o. 1. 2. *dotto*, *perito*, *eſperto*, יודע, חכם, Germ. *erfahren*, Gal. *ſçavant*, *bien entendant*, Hiſp. *ſabio*, *eſperimentado*, ἐπιστήμων, ſciens, peritus. *Cic. in Or.* Pericles gnarus, quibus orationis modis animi moveantur. *Id. in Brut. c.* 64. Silenus Reip. gnarus. ¶ Accipitur aliquando paſſive, pro cognito. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 63. Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſciis. *Id. l.* 15. *Ann. c.* 61. Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.

Gnatho, onis, m. nomen paraſiti apud *Terent.* a γνάθος, maxilla.

Gnathonicus, a, um, ad Gnathonem pertinens. *Ter. Eun.* 2. 2. 32. Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula, paraſiti itidem ut Gnathonici vocentur.

Gnata, æ, f. nata, filia. *Plaut. Truc.* 4. 3. 67. *Ter. And.* 3. 3. 8.

Gnatus, a, um, adject. natus. *Plaut.* multis in locis, ut *Truc.* 5. 1. 70. *Aul.* 4. 10. 47. & alibi.

Gnatus, ti, m. *figliuolo*, בן, Germ. *ſohn*, Gall. *fils*, Hiſp. *hijo*, υἱός, filius. *Ter. Heaut.* 1. 1. 78. Gnatum unicum ejeci hinc.

Gnavitas, etis, f. diligentia, ſtudium. *Arnob. l.* 1. Gnavitas ſtudioſa.

Gnaviter, adv. *diligentemente*, *ſollecitamente*. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 24. Conſilium agendi gnaviter.

Gnavus, ſive navus, o. 1. 2. *preſto*, *diligente*, אביר, שוקד, Germ. *embſig*, *fertig*, Gal. *habil*, *diligent*, Hiſp. *prompto*, *preſto*, δραστικός, induſtrius, ſtrenuus, celer, a *navus*, per protheſin. Sed aliqui cenſent, *gnavus* prius fuiſſe, ex eo *navus* fieri per aphæreſin. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 18. *verſ.* 90. Oderunt agilem, gnavumque remiſſi. *Ammian. l.* 26. In inquirendis rebus gnaviores.

Gnephoſus, obſcurus, a κνέφας, tenebræ. *Feſt.*

Gneus. V. Cneus.

Gnidius, a, um, o. quod eſt ex Gnido urbe, ut Gnidia Venus, quæ in ea colebatur. *Cic. de Div.* Gnidium granum. *Plin. lib.* 13. *cap.* 4. ¶ Scribitur & *Cnidus*.

Gnidus, Gnidos, Cnidus, *Gnido*, al. *Stadia*, al. *Chio*, urbs Doridis, in Caria, cum prom. cognom. *Capo Crio*, quod inter oram Auſtralem, & Occiduam in mare velut peninſula procurrit contra Niſyrum inſ. inter Ceramicum ſin. & mare Carpathium. Hic Venus colebatur, ſimulacro ſculpto mira arte e Praxitele. *Plin. l.* 30. *c.* 10.

Gnoma, γνώμη, apud Græcos ſignificat ſententiam quandam memorabilem omnium conſenſu approbatam. *Quint. l.* 8. *c.* 5. ¶ Gnoma etiam dicitur machinula quædam, qua regiones agrorum dignoſcuntur. *Feſtus*.

Gnomon, onis, m. *ſaetta*, *moſtra*, γνώμων, index, cognitor, omne id, cujus indicio aliquid cognoſcitur, & ſpeciatim horologii ſciotericі ſtylus, per quem cognoſcuntur umbræ, & ex umbris horæ, quem *Plinius* umbilicum Solis vocat, a γνῶ, ſeu γινώσκω, *noſco*. *Plin. l.* 2. *c.* 72. Solis ictuque umbilici, quem gnomonem appellant.

Gnomonice, es, & Gnomonica, æ, f. 1. pars Architecturæ, quam *Vitruvius* dividit in Ædificationem, Gnomonicen, & Machinationem: verſatur autem in conficiendis horologiis ſolaribus. V. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. & *l.* 9. *c.* 4. *Plin. l.* 2. *c.* 76. Umbrarum rationem, & quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Mileſius. Adde *Gell. l.* 2. *c.* 9.

Gnomonici, m. 2. qui Gnomonicen profitentur. *Solin. c.* 40. Quod Gnomonici ſimilibus parallelis accidere contendunt.

Gnomonicus, a, um, ad gnomonem pertinens. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Molitiones organicæ & gnomonicæ. *Id. l.* 9. *c.* 4. Gnomonicæ rationes.

Gnoſco, a. 3. idem ac noſco, apud vet. *Diomed. Gramm. l.* 1.

Gnoſſiacus, a, um, adject. ad Gnoſſon pertinens, ut Gnoſſiaca regna. *Ovid.* 9. *Metam. v.* 668.

Gnoſis, vel Gnoſſis, idis, patronym. f. a Gnoſſo, hoc eſt Ariadna, quæ filia fuit Minois regis Cretæ. *Ovid. Heroid. epiſt.* 15. *v.* 25. Gnoſida Bacchus amavit.

Gnoſius, a, um, adject. a Gnoſſo, ut Gnoſia regna. *Virg.* 3. *Æn. v.* 115.

Gnoſſos, Gnoſos, Cnoſſos, al. Cerathus, *Ginoſa*, urbs exc. Cretæ, olim primaria, Regia, nunc pagus, apud Idam M. inter Gortynam 100. ſtad. & Lyctum 120. a litore 25. Regia fuit Minois Regis Cretæ.

Gnoſtici, hæretici altero poſt Chriſtum ſæculo, qui in rebus divinis τελείαν γνῶσιν, *perfectam intelligentiam* ſibi arrogabant, dicere ſoliti (ut Origenes Celſo exprobrat) omnia novimus. *Epiphan. Iren.* &c.

Gnoſius, a, um, adjectiv. Gnoſius. *Lucan. l.* 3. *v.* 185. Gnoſias agitare pharetras. Niſi forte legendum eſt *gnoſias*, contracta tamen ſyllaba per ſynæreſim.

Gnotus, a, um, adject. notus. *Feſt.*

G ANTE O.

Gobius, ii, m. 2. vel gobio, onis, m. 3. *ghiozzo*, Ger. *gob*, Gal. *goujon*, Hiſp. *gobio*, κωβιός, genus piſcis, a nomine græco, quod allatum eſt. *Mart. l.* 13. *epigr.* 88. Principium cœnæ gobius eſſe ſolet. *Juven. Sat.* 11. *v.* 37. Cum ſit tibi gobio tantum in loculis. ¶ Legitur & cobio apud *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Gomorrha, fem. 1. urbs Judææ, in ora lac. Aſphaltitis, propinqua Sodomis, quæ una cum illis de cœlo tacta, ac in aquis ſubmerſa eſt. Gent. *Gomorrhæus*, a, um. ¶ Dicitur & *Gomorrhum*. *Solin. c.* 38. & *Tertull. in Apolog. c.* 40.

Gomphus, i, m. γόμφος, clavus ligneus. Quidam ſibulam ferream exponunt. *Stat. l.* 4. *Silv.* 3. *v.* 48. Et crebris iter alligare gomphis.

Gonarche, es, horologii Solaris ſpecies apud *Vitruv. l.* 9. *c.* 9.

Gonorrhæa, æ, fem. *ſcolazione*, γονόῤῥοια, involuntaria, & vitioſa ſeminis profuſio. *Jul. Firm. l.* 3. *c.* 7.

Gordianus, m. 2. Imp. Rom. quam dignitatem filius, & nepos ejuſdem nominis adepti ſunt.

Gordius, m. 2. Phrygiæ Rex, genere ruſticus, & ignobilis. Cum Phryges de rege creando oracula conſulerent, admoniti ſunt, eum Regem obſervare, quem reverſi primum in templum Jovis euntem plauſtro reperiſſent. Obvius illis Gordius fuit, qui ad arandum conductis bobus mane properabat; ſtatimque eum Regem conſalutant. Ille plauſtrum, quod ſibi dicenti Regnum delatum fuerat, in templo Jovis poſitum majeſtati Regiæ conſecravit. In loris illius plauſtri erat nodus adeo perplexus, ut indiſſolubilis putaretur. Oracula cecinerunt, ſi quis nexum Gordium ſolviſſet, eum tota Aſia regnaturum. Aliquot poſt ſæculis Alexander Macedo, capta urbe, cum in templum Jovis veniſſet, jugum plauſtri requiſivit, quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodus abſcondita reperire non poſſet, violentius Oraculo uſus, gladio loramenta cædit, atque ita reſolutis nexibus latentia in nodis capita invenit. *Juſtin. l.* 11. *Curt. l.* 3. Hinc *Nodus Gordius* proverbio dicitur de rebus indiſſolubilibus.

Gorgias, m. 1. Γοργίας, Leontinus Rhetor, diſcipulus Empedoclis, præceptor Iſocratis. Profeſſus eſt de omni re, quæcunque in diſceptationem, quæſtionemque vocaretur, ſe copioſiſſime dicturum eſſe. & princeps ex omnibus auſus eſt in conventu poſcere, quo de re quiſque vellet audire. Hinc nota eſt illa conſuetudo Græcorum, qui, cum in ſchola aſſediſſent, ex magna hominum frequentia dicere jubebant, ſi quis quid quæreret. *Plato in Gorgia*. *Cic.* 1. & 3. *de Orat.* & *l. Fin.* Thraſymachus Chalcedonius, Leontinus Gorgias, Theodorus Byzantius primi tractaſſe dicuntur Eloquentiam Epidicticam, quæ non ad judiciorum certamen, ſed ad voluptatem aurium apta eſt. *Cic. in Orat.* Gorgiæ tantus honor habitus eſt a Græcia, ſoli ut ex omnibus Delphis non inaurata ſtatua, ſed aurea ſtatueretur. *Cic.* 3. *de Orat.* Vixit centum, & ſeptem annos. *Cic. de Sen.*

Gorgon, onis, f. 3. Urgo, *la Gorgona*, inſ. parva Italiæ, tota montuoſa, inter oram Thuſciæ, & Corſicam. In ea eſt tantum vicus cum turri.

Gorgona, æ, f. 1. eadem ac Gorgon, onis. *Prudent. Rom. v.* 178. Tremunt venenum ſibilantis Gorgonæ.

Gorgones, f. 3. γοργόνες, Phorci filiæ, *Meduſa*, *Stheno*, & *Euryale*, (alii quartam addunt *Scyllam*) quæ Dorcadas inſulas in Oceano Æthiopico, ſeu in mari Atlantico ſitas habitaſſe dicuntur, contra Heſperidum hortos. Dictæ ſunt a γοργών, quod eſt animal noxium in Africa. Poetæ fabulantur, omnes unum oculum habuiſſe, quo invicem uterentur, & terribiles fuiſſe oris deformitate, & crinibus ſerpentinis, quas qui vidiſſent, verterentur in lapidem. Aliqui interpretantur, puellas fuiſſe unius pulchritudinis, quas cum aſpicerent adoleſcentes, ſtupore torpebant, vixiſſe autem in inſulis, quæ ſerpentibus abundarent. *Diodorus* ſcribit, feminas fuiſſe in Africa bellicoſas, adverſus quas Perſeus bellum geſſerit, & earum Reginam Meduſam debellaverit, ac interfecerit. *Cic. in Ver.* 6. *c.* 56. Gorgonis os pulcherrimum crinitum anguibus. ¶ In ſingulari num. eſt Gorgon, onis. *Martial. lib.* 9. *epigr.* 26. tanquam ſibi poſcat Gorgon porrigat. ¶ Interdum etiam *Gorgo*. *Sidon. carm.* 15. *v.* 7. Gorgo tenet pectus medium.

Gorgones, Gorgades, f. 3. Inſulæ Capitis viridis, *Iſole di capo verde*, decem Inſulæ Oceani Atlantici, in Africa, Libyæ interioris oræ Occiduæ adjacentes, e regione Cornu Heſperii, ſeu Arſinarii prom. ſeu capitis viridis. Dictæ ſunt a Gorgonibus Phorci filiabus, quæ ibi regnaverunt.

Gorgoneus, a, um, adject. ad Gorgones pertinens. *Ovid. de art. am. l.* 3. *v.* 104. Lumina Gorgoneo ſævius angue micant.

Gorgonia, f. 1. γοργόνια, *corallium*, a gen. γόργονος, quod e ſanguine Meduſæ Gorgonis natum ſit, vel quia ex aquis exemptum protinus in duritiem lapidis convertatur, quemadmodum illi qui Gorgonas aſpexerant. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Gorgophorus, a, um, Gorgonem ferens, epithetum Palladis, in cujus ſcuto Meduſæ Gorgonis caput pictum eſt. *Auctor Orat. antequam Cic. iret in exil. c.* 10. Teque Tritonia armipotens, Gorgophora Pallas, Minerva, cæterique Dii, Deæque immortales, &c.

Gortyna, Cortyna, Gortys, Gortyn, *Gortyn*, olim urbs, nunc pagus Cretæ, ad Lenceum fl. Gnoſſo finit. ab ora lit. 12. M. P. ab Ida M. 10. ¶ Eſt etiam oppidum Arcadiæ in Peloponneſo ad Gortyniam fl.

Gortynis, idis, f. patronym. ut arundo Gortynis, pro ſagitta, apud *Lucan. l.* 7. *v.* 214.

Gortynius, a, um, adject. ad Gortynam pertinens, ut Gortynia ſtabula. *Virgil. Ecl.* 6. *v.* 60. Gortynia ſpicula. *Stat. l.* 5. *Theb. v.* 361. Gortynius aliger, h. e. Dædalus. *Auſon. in Moſell. v.* 300.

Goſſipium, n. 2. *bambagia*, *bambagio*, *cotone*, γοσσύπιον ξύλον, fruſex in ſuperiore parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit, item in Tylo Arabici maris inſula, item in pleriſque Mediterr. maris inſulis, uti Melita, Creta, aliiſque aliis ad Auſtrum vergentibus, quæ eum gignit, & in ea lanuginem molliſſimam, unde veſtes efficiuntur. *Plin. l.* 19. *c.* 1.

Gothi, orum, immaniſſimi fuerunt populi, quorum antiquæ fuere ſedes in Dania, Suecia, & Germaniæ parte ſeptentrionali: inde egreſſi in Pannoniam, Mœſiam, & Daciam, & tandem in ipſam Italiam, Galliam Narbonenſem, & Hiſpaniam, acerrimis bellis afflixere populos, pluramaſque urbes clariſſimas devaſtarunt. V. *Cluver. Germ. Ant. l.* 3. *c.* 34.

Gothia, f. 1. *la Gothia*, *Gotlandt*, pars Scandinaviæ, finitima Daniæ, & Sueciæ, al. pars Auſtralis Regni Sueciæ, inter Sueciam propriam, Norvegiam, & Mare Balticum. Dividitur in tres partes, in Occidentalem, *Veſtrogotlandt*, Orientalem, *Oſtrogotlandt*, & Meridionalem, *Sudergotlandt*. *Ammian. lib.* 30. *cap.* 7. ¶ Gothia item, *Oſia*, regio Sarmatiæ Europææ, in latere Boreali maris Euxini, inter Tyram, & Boryſthenem, in quo Metrop. Gothia. Populi olim *Getæ*, deinde *Gothi*, ſeu *Getæ*, nunc *Poloni*.

Gothicus, a, um, adject. Aurelianus Imperator ob reportatam de Gothis victoriam Gothicus cognominatus eſt. *Inſcript.* apud *Grut. p.* 77. *n.* 4.

Gothini, orum, pop. Germaniæ, cujus eam partem incolunt, quæ nunc Sileſia dicitur. *Tacit. de Germ. c.* 43.

Gothuni, orum, pop. Sarmatiæ Europææ, ex Gothis, & Hunnis commixti. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. verſ.* 625. Auſi Danubium quondam tranare Gothyni. *Id. l.* 2. *in Eutrop. v.* 153. Oſtrogothis colitur, multiſque Gothynis Phryx ager. In quibuſdam editionibus legitur Grauthungi. Sed iidem ſunt. item *Gothuni*. Sed hæc lectio eſt eorum, qui Latinorum more ſemper ſcripti y in u vertunt.

G ANTE R.

Grabātus, ti, m. 2. *letticello*, עֶרֶשׂ, Germ. *lotterbett*, Gal. *petit lit*, Hiſp. *lecho pequeno*, κράβϐατος, lectus exiguus, humilis, portatilis, a voce Græca, quæ allata eſt. Fere pro lecto pauperum, & mendicantium accipi ſolet. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 63. Deos ne immortales concurſare omnium mortalium, qui ubique ſunt, non modo lectus, verum etiam grabatus. *Virg. in Mor.* Membra locat ſenſim vili demiſſa grabato.

Gracchānus, a, um, adject. ad Gracchus pertinens. *Val. Max. l.* 3. *c.* 2. *n.* 1. Gracchano tumultu moniti. *Quintil. l.* 3. *c.* 1. Gracchanum illud: quo me miſer conferam?

Gracchi, Romanorum familia. In hac fuit Tib. Sempronius P. F. qui bis conſulatum geſſit, deinde Cenſuram. Proconſul in Hiſpaniam miſſus Celtiberos in deditionem accepit. Ex Cornelia filia Africani ſuperioris duos filios habuit, Tiberium, & Cajum, qui matris diligentia omnibus liberalibus artibus eruditi, præſtantes Oratores extiterunt. Hi cum plebi ſtuderent, & leges Reip. perniciosas, præcipue agrarias, in ejus gratiam ferrent, creatique Tribuni pleb. omnia perturbarent, gravi excitata ſeditione, tandem occiſi ſunt. *Cic. l.* 1. *&* 2. *Offic.* & alibi ſæpe.

Gracchuris, urbs Iberiæ, a Sempronio Graccho ita appellata, poſtquam Celtiberos in deditionem accepiſſet. Antea Ilurcis dicebatur. *Feſtus.*

Graclo, V. Gracentes.

Grăciliens, tis, o. idem quod gracilis. *Nov. in Proteſilao*, apud *Non. c.* 2. *n.* 364. Demum gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.

Gracilentus, a, um, o. 1. 2. idem ac gracilis. *Enn. l.* 7. apud *Non. c.* 2. *n.* 364. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Adde *Gell. l.* 4. *c.* 12.

Gracileſco, is, n. 3. *aſſottigliarſi*, *ſmagrirſi*, כָּחַשׁ, Germ. *ran werden*, Gall. *devenir grêle*, Hiſp. *enflaquecer*, *enmagrecer*, ἰσχναίνομαι, λεπτύνομαι, gracilis, & tenuis fio. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Cum alias feſtinatione pariendi gracileſcat.

Gracilĭpes, edis, adject. o. pedes graciles habens. *Petron. Sat.* Ciconia gracilipes.

Gracĭlis, le, o. 3. *ſottile*, *magro*, *ſcarmo*, *tenue*, דַּל, Germ. ran, Gall. *grêle*, Hiſp. *delgado*, ἰσχνός, λεπτός, tenuis, ab antiquo *gracus*, ſeu *cracens*. *Ter. Eun.* 2. 3. 21. Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient. *Plin. l.* 8. *ep.* 15. Gracilis vindemia. *Mart. l.* 8. Timido, gracilique libello. *Hor.* 1. *Carm. od.* 5. Quis multa gracilis te puer in roſa, &c.? h. e. mollis, delicatus. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 14. Comæ graciles inſtar lanuginis. ¶ Gradus ſunt *gracilior*, *gracillimus*. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Corpora graciliora, ſiccioraque. *Sueton. Ner. c.* 51. Fuit gracillimis cruribus.

Gracĭlĭtas, atis, *ſottigliezza*, דַּלּוּת, Ger. *ranheit*, Gal. *grêlité*, Hiſp. *delgadez*, ἰσχνότης, corporis habitus tenuior. *Cic. de Clar. Orat. c.* 91. Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur.

Gracilitūdo, inis f. idem ac gracilitas. *Accius in Amph.* apud *Non. c.* 2. *n.* 364. Iſta tua gracilitudo, & propemodum luctus facit, ne dubitem.

Gracillo, n. 1. idem ac glocio, proprium vocis gallinæ, a ſono. *Auct. Philom. v.* 25. Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat.

Gracŭlus, i, m. κορώνη, κολοιός, *cornacchia*. *Plin. l.* 11. *c.* 29. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. *Feſt.* &c. ¶ *Nihil graculo cum fidibus*, proverbium eſt de rebus valde inter ſe diſſimilibus. *Gell. in præfat. ad fin.*

Gradālis, le, adject. qui per gradus fit, ut gradalis pugna, apud *Diomed. l.* 3. *de Pedibus*.

Gradarius, a, um, o. *ambler va d'ambio*, quod gradatim incedit. Hinc gradarius equus, qui ſine ſuccuſſatione alterno greſſu molliter explicat pedes. *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 60. Equus non formoſus, gradarius, optimus vector. ¶ Translate *Sen. epiſt.* 40. Cicero noſter, a quo Romana eloquentia extitit, gradarius fuit. h. e. non curſor, ſed lenis, & lenta oratione utens. ¶ Gradarius annus, V. *Gradus*.

Gradātim, adverb. *a paſſo a paſſo*, Ger. *fuſſ fur fuſſ*, *gemæchlich*, Gal. *par degrez petit a petit*, Hiſp. *de paſſo en paſſo*, *paſſo a paſſo*, βάδην, per gradus. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Foſſæ ſternuntur gradatim. ¶ Translate ponitur pro paulatim, & ordinate. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ut gradatim reſpondens eo perveniat, quaſi Geometrica didiciſſet.

Gradatio, f. 3. κλῖμαξ, aſcenſio de uno gradu ad alium. Apud Rhetores Figura eſt vel verborum, vel ſententiarum, qua gradatim ab uno vocabulo ad aliud aſcenditur, vel ex prima ſententia ſecunda oritur, ex ſecunda tertia, atque ita deinceps, ut, Africano induſtria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. *Cic.* 3. *de Orat. Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 25. ¶ Eſt etiam graduum diſpoſitio in Theatris. *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Lapideis, & marmoreis copiis gradationes ab ſubſtructione fieri debent.

Gradātus, a, um, n. 1. 2. *a grado*, Ger. *wie die ſtaffelen gemacht*, Gal. *faites degrez*, Hiſp. *ech a eſcalones*, κλιμακωτός, in modum graduum factus. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Denſis, gradatiſque corticum pollicibus.

Gradĭlis, le, adject. qui habet gradus, ut gradile Genii templum. h. e. quod gradibus adibatur. *Ammian. l.* 13. *c.* 2. ¶ *Panis gradilis* dicebatur, qui diſtribuebatur populo in gradibus Amphitheatri, aut ad piſtrina, non alibi. De eo mentio eſt *l.* 3. *Cod. Theodoſ. de annon. civ. & pan. grad.*

Gradior, eris, greſſus ſum, d. 3. *andare*, *paſſeggiare*, הָלַךְ, Germ. *gehen*, Gall. *aller*, Hiſp. *andar*, βαίνω, vado, incedo, ambulo, eo, progredior. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 46. Fidenti animo gradietur ad mortem. *Virg. Æn.* 1. *v.* 315. Ipſe uno graditur comitatus Achate. *Id. Æn.* 6. *v.* 633. Greſſi per opaca viarum.

Gradivicola, æ, m. qui colit Martem. *Sil. l.* 4. *v.* 222. Et gradivicolam celſo de colle Tudertem.

Gradīvus, m. 2. Martis cognomen, a *gradiendo*, quod qui pugnant, impigre gradiuntur. Aliqui Gradivum, non Latinum, nec Græcum, ſed Thracium vocabulum eſſe, & ſignificare bellicoſum, ac fortem dicunt. *Virg.* 3. *Æn.* Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arvis. ¶ Idem Mars, ſi *Servio* credimus *loc. cit. Virgilii*, & Gradivus, & Quirinus dicebatur, Gradivus, cum ſæviebat, Quirinus, cum tranquillus erat. Et apud Romanos duo ejus erant templa, unum Quirini intra Urbem, quaſi cuſtodis, & tranquilli, alterum Gradivi, in Appia via extr. Urbem prope portam, quaſi bellatoris. ¶ Hujus vocis prima ſyllaba communis eſt, producit enim *Virg.* at corripiunt *Silius* 15. 15. & *Ovid.*

Gradus, us, m. 4. *ſcaglione*, *grado*, מַעֲלָה, Ger. *ſtaffel*, Gal. *degré*, Hiſp. *paſſo*, *eſcalon*, κλῖμαξ, pars ſcalarum, ex qua ſcalæ conſtant, & qua ad ædificiorum altiora conſcenditur, a *gradiendo*, quod per eos eatur. *Cic. Att. l.* 4. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. ¶ Gradus etiam idem eſt, ac greſſus, βῆμα, h. e. viciſſitudo pedum gradientium. *Cic. de Univ.* Ad hanc igitur converſionem, quæ pedibus, & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit. ¶ Translate dicitur de conditione, loco, vel ſede honoris, *poſto*. *Cic. de Aruſ. Reſp.* Deteriore autem ſtatu ut ſimus, unus eſt inferior gradus aut interitus, aut ſervitutis. *Id. in Catil.* Qui te tam mature ad ſummum imperium per omnes honorum gradus extulit. ¶ Transfertur etiam ad cognationem, ſeu conſanguinitatem, in qua gradus quidam eſſe finguntur, ad ſimilitudinem ſcalarum, locorumve declivium, quos ita ingredimur, ut a proximo ad proximum veniamus. V. JCtos. *Suet. in Galb. c.* 2. Neroni Galba ſucceſſit, nullo gradu contingens Cæſarum domum. ¶ *Addere gradum*, eſt accelerare. *Liv.* 3. *Dec. l.* 6. Alacreſque milites alius alium, ut addaret gradum, hortabantur. ¶ *Dejicere de gradu*, eſt dejicere de dignitate, vel deducere de conſtantia, & propoſito. Sic *Dejici de gradu*, eſt amittere dignitatem, vel conſtantiam, & animi magnitudinem. *Cic.* 1. *Offic.* Fortis vero animi, & conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. ¶ *Facere gradum*, eſt aſcendere, progredi, tranſitum facere. *Cic.* 2. *de Orat.* Ut, quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. *Id.* 4. *Ver.* Itaque majoribus in Africam ex hac provincia gradus imperii factus eſt. ¶ *Facere gradum ad aliquam rem*, eſt ingreſſum facere. *Cic. in Rull.* Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligetis. ¶ *Inferre gradum*, eſt progredi, *avanzarſi*. *Liv.* Tandem gradum Romani acrius intulerunt, acceſſitque Luſitanus. Adde *l.* 9. *Movere gradu*, eſt propellere retrorſum. *Liv.* Primum gradu moverunt hoſtem, deinde pepulerunt. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 14. Sed mori malunt, quam tantummodo de dignitatis gradu dimoveri. h. e. quam indignum ſe ſe aliquid admittere. ¶ *Venire gradibus*, eſt per gradus aſcendere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te veniſſe gradibus. ¶ A Mathematicis gradus dicuntur partes circuli in ſphæra, quas Græci μοίρας appellant. Hoc ſenſu uſurpat non ſemel *Manil.* ut *l.* 1. *v.* 575. *l.* 3. *v.* 717. & alibi. ¶ Item climacteres annorum. Unde & ipſi Climacterici anni *gradarii* dicuntur a *Jul. Firmic.*

Græcanĭce, adv. *alla greca*, Græce. *Varr. l.* 8. *L. L.* Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus; cum oppidum, græcanice hoc Argos.

Græcanĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ex Græcia eſt. *Plin. l.* 34. *c.* 9. Maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græcatim, adv. Græcorum more. *Tertul. de Pal. c.* 4. Græcatim depilari magis, quam amiciri.

Græcātus, a, um, adject. Græcæ imitatus, unde græcatioc epiſtola, apud *Apul. Apolog.*

Græce, adv. *grecamente*, ἑλληνιστί. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 35. Cum ea, quæ legerem græce, latine redderem.

Græci, orum, m. 2. *Greci*, Ἕλληνες, pop. Græciæ. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Artibus Græci, Galli robore, Hiſpani numero, Pœni calliditate valent. V. *Græcia*.

Græcia, f. 1. Hellas, Achaja, *Grecia*, Turc. *Rumeli*, ſeu *Rumelia*, & *Hanomili*, Ἑλλάς, regio ampla Europæ. Dicta eſt a Græco primo Rege. Habet a Sept. Theſſaliam, a Mer. Peloponneſum, ſeu Iſthmum Corinthiacum, ab Or. mare Ægæum, ab Occ. Epirum. Dividitur in plures provincias, Atticam, Bœotiam, Phocidem, Doridem, Locros, & Megaridem. Sed aliorum deſcriptione Græcia alia eſt antiqua, alia recens, deinde antiqua & late, & ſtricte ſumitur. Cum late accipitur, continet Græciam veram, & Regnum Macedonicum. Stricte ſumpta continet tantum Græciam veram, ſeu propriam, ubi Achaja, ſeu Hellas, Peloponneſus, & Inſulæ. Græcia recens complectitur Thraciam, *Romania*, Macedoniam, *Macedonia*, Livadiam, *Livadia*, quæ eſt Achaja antiquorum, & Peloponneſum, *Morea*, cum Inſulis, quæ dictæ ſunt. ¶ Olim & doctrina, ſtudiiſque omnium ingenuarum artium, & imperio, ac bellica laude florentiſſima fuit. A Græcia artes liberales ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. *Cic. pro Flacc.* & 2. *de Fin.* Nunc omni illo veteri ſplendore amiſſo Græcia prorſus jacet, poſtquam a Turcis ſubacta eorum tyrannidi parere coacta eſt. ¶ Pop. *Græci*, & poetice *Graji*, ſeu *Grajugenæ*, in quibus numerantur varii populi. Sed tria Græcorum genera erant vere, quorum uni erant *Athenienſes*, quæ gens Jonum habebatur, *Æoles* alteri, *Dores* tertii nominabantur. *Cic. pro Flac.* Græci perfidiæ nomine notati ſunt. Hinc adag. *Græca fides*. V. Græcus.

Græcia Magna, regio Italiæ meridionalis, apud oram ſinus Scyllacii, & Tarentini, a mari Tyrrheno uſque ad Adriaticum, inter Brutios ad Mer. & Salentinos ad Bor. in longum extenſa 82. M. P. dicta ab illis Græcis, qui poſt bellum Trojanum in Italiam venere. Ejus pars minor nunc in Calabria ulteriore, major in citeriore continetur. Sed aliorum deſcriptione ſub Græcia Magna Lucanis, Meſſapia, & Brutii comprehendebantur, ubi nunc ſunt Calabria citerior, & ulterior, Baſilicata, pars auſtralis Principatus citerioris. Terra Bariana, & Terra Hydruntina, provinciæ Regni Neapolitani. Olim floruit potentiſſimis, & maximis urbibus, in quibus recenſentur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, &c. *Cic.* 2. *de Or. &* 4. *Tuſc.*

Græcienſis, ſe, o. 3. quod ex Græcia venit. *Gell. l.* 19. *c.* 10. Offendimus eum cubantem in ſympodio Græcienſi.

Græcigĕna, æ, qui genere Græcus eſt. *Auguſtin. l.* 18. *de C. D. c.* 18. Blandiuntur Græcigenis, alienigenas perſequuntur.

Græciſſo, as, n. 1. Græcos imitor. *Plaut. Men. prol. v.* 11. Hoc argumentum græciſſat, tamen non atticiſſat.

Græcĭtas, atis, f. literatura Græcorum, & præcipue Græcus ſermo. *l.* 3. *Cod. Theodoſ. de ſtud. liberal.* &c.

Græcor, aris, d. 1. *imitare i Greci*, ἑλληνίζω, Græcos imitari, vel conviviis, & libidinibus operam dare, a Græcis, quod illi liberius ſe haberent in conviviis. Nam quandoque verba a moribus nationum trahuntur. *Hor.* 2. *ſer. ſat.* 2. *v.* 11. Vel ſi Romana fatiget militia aſſuetum græcari.

Græcoſtadium, ii, o. idem ac Græcoſtaſis. *Capitolin. in Pio*, *c.* 8. Græcoſtadium poſt incendium reſtitutum.

Græcoſtăſis, f. 3. γυμνάσιον, Græcorum ſtatio, locus Romæ, ad dexteram Comitii, ubi nationum Legati, qui ad Senatum erant miſſi, ſubſiſtebant. *Varr. l.* 5. *de L. L. Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Deinde ejus operæ repente a Græcoſtaſi, & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

Græcŭlus, a, um, o. 1. 2. dim. a Græcus, & uſurpatur per contemptum. *Cic.* 1. *de Or.* Quid mihi nunc vos tanquam alicui Græculo otioſo, & loquaci, & fortaſſe docto, atque erudito quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? ¶ *Græcula mala*, genus malorum, a regione, unde advecta ſunt. *Plin. l.* 15. *c.* 14. Sic Græculæ vites, apud *Col. l.* 3. *c.* 2. ¶ Græcula roſa foliis eſt ita convoluta, ut, niſi manibus coarctentur, apertam roſam non oſtendant. *Plin. l.* 21. *c.* 4.

Græcus, a, um, adject. o. 1. 2. ἑλληνικός, quod ad Græcos ſpectat. *Cic. in Brut.* Qui maxime omnium nobilium Græcis literis ſtuduit. *Id.* 3. *Ver.* Fit invitatio, ut Græco more biberent. ¶ Græca roſa, λυχνίς, ſpecies roſæ, non niſi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo. *Plin. l.* 21. *c.* 4. ¶ Græca fide mercari. V. Fides. ¶ Græcæ calendæ. V. Calendæ.

Grajugĕnæ, arum, m. 1. Græci. *Cic.* 2. *de nat. Deor. ex Pacuvio*, Grajugena de iſto aperit ipſa oratio. Adde *Virg.* 3. *Æn. v.* 550.

Grajus, a, um, adject. idem quod Græcus, vel ad Græcos pertinens. *Cic. Juvenc. l.* 2. *c.* 23. Graji de Grajis æternum inimicitiarum monumentum ſtatuerunt. *Horat. l.* 2. *od.* 16. Graja Camœna. *Nepos* 23. *c.* 3. Is hodie Grajus ſaltus appellatur.

Grallæ, rum, f. 1. *zanche*, *trampoli*, Germ. *ſtelzen*, Gal. *echaſſes*, Hiſp. *zancos*, τὰ κωλόβαθρα, ligneæ perticæ furculas habentes, quibus innituntur, qui iis incedunt, a *gradiendo*, unde *grada*, *gradulla*, *gral-*

la. Inventæ ſunt a pantomimis ad Panas, ſive Ægipanas repræſentandos, quorum exſucci pedes, ac crura non aliter melius repræſentari poterant, quam ligneis illis pedibus, ac cruribus grallatorum. *Feſt. Non. 2. 2. n. 361.*

Grallātor, m. 3. καλοβάτης, qui grallis graditur. Speciatim grallatores pantomimi appellabantur, qui, ut Ægipanas in ſaltatione imitarentur, grallis incedebant. *Feſt. Plaut. Pœn. 3. 1. 27.* Vinceretis cervum curſu, vel grallatorem gradu.

Grallatorius, a, um, o. 1. 2. quod grallatoris proprium eſt, ut Grallatorius gradus. ideſt magnus, qualem ſolent eſſe grallatorum. *Plaut. Amph. 4. 3. 51.* Sive grallatorius, ſive teſtudineus fuerit.

Gramen, inis, n. 3. *gramigna*, γράστις, ſeu κρῶστις, herba in genere, ouſui jumentorum pabulum, ſed in primis farrago. *Iſid. l. 17. c. 9.* dictum videtur quaſi germen. *Virgil. in Bucol.* Nulla neque amnem libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *Liv. l. 1.* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. *Martial. l. 9.* Sit in gramine floreo reclivis. ideſt, in floribus.

Gramia, vel glama, f. 1. γλάμα, γλάμη, λήμη, lippitudo, ſeu pituita oculorum, quæ palpebras velut conglutinat, a Græcis vocibus allatis. *Feſt. Non. Plin. lib. 25. cap. 13.* Crethmos agrios gramias tollit oculorum impoſitus.

Gramineus, a, um, o. 1. 2. *graminoſo, di gramigna*, χλοηφόρος, quod ex gramine factum eſt. *Virg. 12. Æn. v. 118.* Graminea ara. *Gel. l. 5. c. 6.* Obſidionalis corona eſt, quam ii, qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci, qui liberavit: ea corona graminea eſt, obſervarique ſolitum, ut fieret a gramine, quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant, qui obſidebantur.

Graminōſus, o. 1. 2. *pieno di gramigna*, χορτώδης, plenus gramine. *Col. in præf. l. 1.* Quid ſylveſter ager, quid humidus, & graminoſus, quid ſiccus, & ſpurcus recuſaret.

Gramiōſus, vel gramoſus, o. 1. 2. γλαμυρός, qui gramia laborat. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 389.* Gramioſis oculis ipſa, atratis dentibus.

Grammateus, i, m. 2. γραμματεύς, ſcriba, arcanorum particeps, notarius, qui rationes publicas in tabulis ſcribit. *Apul. l. 11. A. A.* Tum ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant.

Grammatias, m. 1. πολύγραμμος, gemma, al. polygrammos, ex jaſpidum genere, ſimilis ſmaragdo, per tranſverſum linea alba præcincta, quæ ob Orientalibus populis pro amuleto geſtari ſolet. *Plin. l. 37. c. 9.*

Grammatica, æ, vel Grammatice, es, f. 1. *Grammatica*, γραμματική, eſt ars emendate loquendi, & ſcribendi; ideſt ſine ſolœciſmis, barbariſmis, erroribus pronuntiationis, & orthographiæ, & aliis vitiis orationis barbaræ, obſcuræ, inornatæ, a γράμμα, *litera*. Voſſii ſententia Grammatica a *literis* dicta eſt, quia veteribus eo nomine cenſebatur γραμματιστική, hoc eſt, ars legendi, ſcribendique. Sero enim præcepta recte loquendi obſervata, inque artem congeſta ſunt. *Cic. 3. Fin. c. 2.* Quamquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica, quanquam latine ea dici poterant, tamen, quoniam uſu percepta ſunt, noſtra ducamus. *Quintil. l. 1. c. 1.* Et Grammatice, quam in Latinum transferentes Literaturam vocaverunt.

Grammatica, orum, n. 2. res grammaticæ, ſtudium literarum. *Cic. 1. de Or.* In Grammaticis Poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, &c.

Grammaticālis, le, adject. *grammaticale*, ad grammaticam ſpectans, ut Grammaticales figuræ, *Sidon. l. 7. epiſt. 9.*

Grammaticaliter, adverb. *grammaticalmente*, more Grammaticorum. *Trebell. Poll. in Regilliano*: Cœpit quaſi grammaticaliter declinare.

Grammatica, f. 1. γραμματική, nomen Græcæ Tragœdiæ, quam argumento ex literis ducto Callias Athenienſis ſcripſit. *Athen. in X. Caſ. Scalig. l. 1. de re Poet. c. 8.*

Grammatice, adv. *grammaticalmente*, γραμματικῶς, more Grammaticorum, vel ex regulis Grammaticæ. Grammatice loqui, eſt, ubi cura ſermonis vitium non admittitur, Latine loqui, ubi elocutione & numero elucaſcit oratio. *Quintil. l. 1. c. 6.* Quare mihi non invenuſte dixiſſe videtur, aliud eſſe Latine, aliud Grammatice loqui.

Grammaticomaſtix, igis, m. flagrum, ſeu flagellum Grammaticorum. Legitur inter titulos *Idyll. 12. apud Auſon.*

Grammaticus, ci, m. 2. γραμματικός, qui Grammaticam docet. *Cic. 2. Tuſc.* Ut enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur. ¶ Grammatici, olim Literati, vulgo appellantur, qui aliquid diligenter, & acute ſcribere poſſunt, aut dicere: ſed proprie dicti ſunt viri eruditiſſimi, atque elegantiſſimi, non qui Grammaticam docerent, ſed qui Poetas, Hiſtoricos, Oratores interpretarentur, ut Donatus, Feſtus, Nonius, Aſconius, & alii, qui fabularum Græciæ, Antiquitatum Romanarum, legum, omnium denique rerum cognitione & ſcientia præſtiterunt. Dicti Grammatici fuere, quod in Poetis, & aliis verba obſcura explicarent. Iidem *Critici* vocabantur, a κρίνω, *judico*, quod de omni genere ſcriptorum judicarent. *Suet. de Cl. Grammat. Cic. 1. de Div.* Sunt enim harum rerum explanatores, ut Grammatici Poetarum. ¶ Differunt a *Grammatiſtis*, ſeu *Literatoribus*, etſi eos etiam Literatores vocitatos fuiſſe Meſſala Corvinus author eſt. Nam *Grammatici*, ſeu *Literati* abſolute, & perfecte docti erant, *Grammatiſtæ*, ſeu *Literatores* tenuiter eruditi erant, & in malam partem appellabantur.

Grammaticus, a, um, o. 1. 2. *Grammatico*, γραμματικός, quod ad Grammaticam pertinet, ut Figuræ Grammaticæ, Grammaticus ſtylus, Grammatica oratio, ars Grammatica. *Auct. ad Her. l. 4.* Hæc quæ ratione vitare poſſimus, in arte Grammatica dilucide diſcemus. *Horat. l. 1. epiſt. 19. v. 40.* Grammaticæ tribus. h. e. multitudo Grammaticorum.

Grammatiſta, æ, m. 1. γραμματιστής, qui mediocriter grammatica eſt eruditus. *Sueton. de Illuſtr. Grammatic. c. 4.* Grammaticum abſolute, Grammatiſtam mediocriter doctum putant.

Grammatophylacium, cii, n. 2. *Cancellaria*, γραμματοφυλάκιον, tabularium, locus, ubi tabulæ, & inſtrumenta publica aſſervantur, a γράμματα, *litera*, & φυλάσσω, *cuſtodio*. *Ulp. Dig. 48. tt. p.* Archiu forte, vel Grammatophylacin.

Grammicus, a, um, adject. linearis, a γραμμή, *linea*, ut deformationes grammicæ, h. e. deſignationes, quæ per lineas fiunt. *Vitr. præfat. l. 3. Id. l. 9. c. 1.* Grammicis rationibus explicare.

Granarium, rii, n. 2. *granaio*, מִסְכְּנָה, Germ. *kornhauſſ*, Gall. *grenier*, Hiſp. *granero*, *troxe*, σιτοβολεῖον, locus in horreis ſervandis ſeminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur, quod aliqui *horreum* ab hordeo, alii *farreum* a farre vocant. *Var. 1. de R. R. c. 57.* Triticum condi oportet in granaria ſublimia. *Perſ. ſat. 5. v. 110.* Jam nunc granaria laxes.

Granātim, adverb. per grana. *Apul. 6. Met.* Acervum granatim digerere.

Granātum, ti, n. 2. *pomo granato*, רִמּוֹן, Germ. *granatapfel*, Gal. *grenade*, Hiſp. *granada*, *o granado*, *ſera*, malum Punicum. *Plin. l. 20. c. 14.* Singultus, & vomitus ſiſtit cum ſucco granati.

Granātus, a, um, o. 1. 2. *granoſo*, *che ha molti grani*, Ger. *das vill kornhat*, Gal. *grenu*, Hiſp. *granado*, κοκκώδης, quod abundat granis. *Colum. l. 12. c. 41.* Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur.

Granātus, us, ui, m. *Cato de R. R. c. 60.* Granatum videto uti ſatis viciæ ſeras. h. e. non modo ſeras ut viride pabulum jumentorum ſecetur, ſed & ut ad granum, & frugem perveniat. *Turneb. l. 6. Adverſ. c. 23.*

Grandævitas, atis, f. *età provetta*, Ger. *alter*, Gal. *vieilleſſe*, Hiſp. *viejez*, γεροντία, ætas provectior. *Acc. apud Non.* Nec quia nec vos, nec illa impune irrideret meam grandævitatem.

Grandævus, a, um, o. 1. 2. *di molta età*, זָקֵן, Germ. *alt*, Gall. *fort agé*, Hiſp. *muy viejo*, *grande de edad*, γεραιός, quod eſt grandis ævi, ſeu provectioris ætatis. *Virg. 1. Æn. v. 125.* Grandævus Alethes. *Ovid. 7. Met. v. 160.* Grandævi patres.

Grandeſco, is, o. 3. *creſcere*, *divenir grande*, גָּדַל, Ger. *groſſwerden*, Gal. *devenir grand*, *croiſtre*, Hiſp. *hazerſe grande*, μεγαλύνομαι, creſco, grandis fio. *Cic. 1. de Div.* Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu.

Grandicŭlus, a, um, adject. diminut. a grandis, *grandetto*. *Plaut. Pœn. 4. 2. 35.* Grandiculi globi.

Grandĭfer, a, um, adject. grandis, vel grandia ferens. *Nazar. Paneg. Conſtant. cap. 3.* Facta jam grandifera, maximorumque fructuum maturæ perceptio.

Grandĭfĭcus, a, um, adject. grandifer. *Ammian. l. 18. c. 13.* (al. *c. 6.*) Grumbates rex, ætate quidem media, rugoſiſque membris, ſed mente quadam grandifica, multiſque victoriarum inſignibus nobilis.

Grandigro, as, n. 1. grandi gradu eo, apud vet. *Plaut. Truc. 2. 2. 31.* Abire hinc ne propere grandigras. Adde *Lucret.* & *Plin.* Ita Lexicographi plerique: ſed legendum eſt. *Abire hinc ne properas grandi gradu.*

Grandilŏquus, a. 1. 2. *che ragiona di coſe grandi*, μεγαλορρήμων, eloquens, qui cum quadam verborum magnificentia loquitur, grandi, & ſublimi dicendi genere utitur. *Cic. in Orat. c. 5.* Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla & ſententiarum gravitate, & majeſtate verborum.

Grandĭnat, abat, imp. 1. *grandinare*, *cadere grandine*, verb. imperſ. *Senec. l. 4. Quaeſt. Nat. c. 4.* Quæritur, quare hyeme ningat, non grandinet.

Grandineus, a, um, adject. grandinoſus. *Alcim. l. 3. v. 319.* Grandineos pavidis fuderunt nubila nimbos.

Grandinōſus, o. 1. 2. *tempeſtoſo*, *che abbonda di tempeſta*, Germ. *wo der hagel geuciget*, Gall. *qui grele ſouvent*, Hiſp. *el que abunda de granizo*, χαλαζώδης, quod abundat grandine. *Col. l. 3. c. 1.* Siccam, vel roſidam, grandinoſam, ventoſamque.

Grandio, is, 2. 4. *aggrandire*, αὐξάνω, grandem facio. *Plaut. Aul. 1. 1. 10.* Iſtum tibi ego grandibo gradum. h. e. faciam, ut majora gradiendo ſpatia facias. *Cato R. R. c. 141.* Mars Pater, frumenta, vineta, virgultaque grandire ſinas.

Grandis, de, o. 3. *grande*, גָּדוֹל, Germ. *groſſ*, Gall. *grand*, Hiſp. *grande*, μεγαλεῖος, magnus; & proprie de ſegetibus dicitur: tranſlate autem de aliis rebus. *Macrob. l. 5. c. 20.* Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes. *Cic. pro Cluent.* Reliquit hunc annos XV. natum, grandem autem, & nubilem filiam. *Id. pro Rab.* Is Regi Alexandrino grandem pecuniam credidit. *Id. ad Att.* Ad Hircium dederam epiſtolam ſane grandem. *Id. in Verr.* Hydria præclaro opere, grandi pondere. ¶ Cum ad ætatem refertur, ſæpe abl. *natu* additur. *Cic. pro Roſc. Com.* Ordoes Senatores, ætate grandes natu. *di età avanzata*, *un però vecchi*. Adde *l. 1. de Invent. c. 15.* ¶ Tranſlate dicitur de elatiore dicendi genere. *Cic. in Brut.* Fuit Sulpitius vel maxime omnium grandis, &, ut ita dicam, tragicus Orator. ¶ Comp. grandior, ſup. grandiſſimus. *Cic. in Ver.* In qua baſi grandiſſimis literis P. Africani nomen erat inciſum. *Plin. l. 15. c. 3.* Grandiſſimæ olivæ.

Grandiſcapius, a, um, adject. ſcapum grandem habens. *Senec. epiſt. 86.* Arbores, ut ita dicam, grandiſcapiæ. Paulo ante dixerat: magnarum arborum truncos cum ſcapo ſuo transferri.

Grandiſŏnus, a, um, adject. qui grandem ſonum edit. *Sedul. l. 1. v. 2.* Figmenta grandiſonis pompare modis.

Granditas, tis, f. *grandezza*, גֹּדֶל, Ger. *groſſe*, Gal. *grandeur*, Hiſp. *grandeza*, μέγεθος, magnitudo. *Cic. in Brut. c. 31.* Idque apparet ex genere, & granditate verborum. *Siſenna l. 4. Hiſtor.* Neque ætatis granditatem, neque ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.

Granditer, adv. *grandemente*, μεγάλως, ample, excelſe. *Sidon. l. 7. epiſt. 2.* Pater iſtius granditer frugi. Et *epiſt. 4.* Illud mihi inter maxima granditer cordi eſt. *Ovid. Heroid. ep. 15. v. 29.* Nec plus Alcæus conſors patriæque, lyræque Laudis habet, quamvis grandius ille ſonet.

Grandiuſcŭlus, a, um, o. 1. 2. *grandetto*, *grandicello*, dim. a grandis. *Ter. Andr. 4. 5. 19.* Nam fere grandiuſcula profecta eſt illinc.

Grando, inis, f. *tempeſta*, *grandine*, בָּרָד, Germ. *hagel*, Gal. *grêle*, Hiſp. *granizo*, χάλαζα, pluvia in aere congelata. *Cic. 3. de Nat. Deor.* Nec, ſi uredo, aut grando quidpiam nocuit. *Virg. 1. Georg. v. 449.* Crepitans ſalit horrida grando.

Grane, es, Nymphæ nomen. *Ovid. 6. Faſt. v. 107.* Inde ſata eſt Nymphe: Granen dixere priores.

Granĕa, æ, f. *Cato R. R. c. 86.* Graneam triticeam facere. *Hieronym. in Paralipom.* ſcribit, hoc nomine ſignificari cibum e primitiis ſpicarum, & granis toſtis.

Grani, orum, m. 2. *Salmaſius in Solin.* ait eſſe capillos ſparſos, & diſcriminatos, qui in fine criſpati granorum figuram exhibent. *Iſid. l. 19. Orig. c. 23.* ut Germanis cirrus, ita Gothis granos tribuit. ¶ Latina auctoritate hactenus caret.

Granicus, m. 2. *Granico*, Λογγαρά, fl. Troadis, ſeu Phrygiæ minoris, qui ex Ida M. in Propontidem influit inter Parium, & Lampſacum, el. medius inter Cyzicum ad Or. & Lampſacum ad Occ. ¶ Item fl. Myſiæ, juxta quem Alexander Perſas vicit. *Juſtin. l. 1.* ¶ Hoc nomen Ovidio reſtituit Heinſius *l. 11. Met. v. 763.* Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni.

Granĭfer, a, um, o. 1. 2. ferens granum. *Ovid. 7. Met. v. 638. de formicis.* Graniferumque agmen ſubjectis ſpargere in arvis.

Granōſus, a, um, o. 1. 2. *granoſo*, κοκκώδης, quod intus habet grana. *Plin. l. 21. c. 31.* Cui acini coccinei, granoſi folliculi.

Granum, n. 2. *grano*, *granello*, גַּרְגֵּר, Ger. *korn*, Gal. *grain*, Hiſp. *grano*, κόκκος, proprie ſemen frugum dicitur, ut tritici, hordei, & hujuſmodi. *Var. l. 1. de R. R. c. 48.* deducis a gerendo; quia ſeritur, ut ſpica gerat frumentum. *Cic. 1. de Div.* Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. ¶ Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo, quod minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Unde & mali Punici acinos grana, ipſumque malum granatum dicimus. Fructus quoque cocci, quo panni tinguntur, granum dicitur, quod quia copioſiſſime naſcitur in Bætica provincia, factum eſt, ut ea regio ab eo *Granata* dicatur. ¶ De acinis uvæ uſurpet *Ovid. 4. Triſt. el. 6. v. 20.*

Graphiarium, rii, n. 2. *pennaiuolo*, קֶסֶת, Ger. *ſchreibzeug*, Gal. *eſcritoire*, Hiſp. *cañudo eſcrivanias*, γραφιοθήκη, theca, in qua ſtyli reponebantur, quibus & ſcribere ſimul, & pingere ſolebant, antequam penicilli, & colores invenirentur, a γραφεῖον, *ſtylus*. *Martial. l. 14. ep. 21.* Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

Gra-

Graphiarius, a, um, adject. ut graphiaria theca, *pennaiuolo*, graphiarium. *Sueton. Aug. c.* 35. & *Claud. c.* 35.

Graphice, es, f. 1. γραφική, ars pingendi, quæ Pictura Latinis dicitur. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam, in buxo docerentur. Al. leg. *Diagraphicen*.

Graphice, adv. *politamente*, Germ. *zierlich*, Gal. *naïvement*, *fort bien*, Hiſp. *lindamente*, γραφικῶς, egregie, eleganter, polite. *Plaut. Perſ.* 1. 5. 5. Huic ego graphice facetus fiam. *Id. Trinum.* 3. 3. 38. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum.

Graphicus, a, um, o. t. o. *perfetto*, Germ. *einwolgeſtalter menſch ... aecher vergeſſen iſt*, Gal. *bien*, & *naïvement fait*, Hiſp. *bien*, *y perfectamente hecho*, *e compueſto*, γραφικός, ſcitus, & elegans, perfectus, abſolutus, ad unguem factus, a γράφω, quod pingere notat, quaſi pictoris manu expolitus, quia picta ſunt elegantiora nativis. *Plaut. Epid.* 3. 3. 49. Næ tu habes ſervum graphicum, & quantivis pretii, & ſervat fidem. *Id. Trinum.* 4. 3. 17. Fur graphicus. *Vitruv. l.* 4. *c.* 4. Graphicoteram aſpectu efficient delectationem.

Graphis, dis, f. γραφίς, penicillus pictorum, a γράφω, quod pingere notat, item lineandi peritia. *Vitr. l.* 1. *c.* 1. Architectum oportet graphidos ſcientiam habere. ¶ Item, ut aliqui volunt, ipſa delineatio, ſeu primus linearum ductus, *diſegno*, *abbozzamento*, Germ. *entwerffung*, Gall. *crayon*, Hiſp. *debuxo*, γραφή. *Plin. lib.* 35. *cap.* 10. Graphidis veſtigia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, ii, n. 2. *ſtilo*, Germ. *ein griffel*, Gall. *pinceau*, Hiſp. *punzon*, γραφεῖον, ſtylus ferreus, quo veteres in cereis tabulis ſolebant ſcribere, a γράφω, quod ſcribere ſignificat. V. Stylus. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 11. *v.* 23. Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo? *Sueton. Cæſ. c.* 82. Caſſii brachium graphio trajecit.

Graſſatio, f. 3. *aſſaſſinamento*, גזלה, Germ. *das vouten*, Gall. *detrouſſement*, *briganderies*, Hiſp. *ſalteamiento*, λωποδυσία, actus graſſandi. *Plin. l.* 3. *c.* 22. Nocturnis graſſationibus converberatam faciem illinens ſibi cum thure, ceraque.

Graſſator, oris, m. 3. *malandrino*, *ladrone*, *aſſaſſino da ſtrada*, Ger. *rauber*, Gal. *brigand*, *gueteur de chemins*, Hiſp. *ſalteador*, λωποδύτης, proprie dicitur, qui urbis vicos obſidens obvios aut veſtibus, aut pecunia ſpoliat, a graſſor. *Suet. in Aug. c.* 32. Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit. ¶ Sed generatim dicitur de quocunque viarum obſeſſore ſive in urbe, ſive extra urbem. *Cic. de Fato.* Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus cauſa foret, cur a graſſatore ſpoliaretur. ¶ Olim ſumebatur pro adulatore, quod paraſiti, atque adulatores per plateas otioſi graſſarentur, ideſt deambularent, alienum ſectantes cibum. Hinc poetæ quoque graſſatorum nomine notati fuere, quod & ipſi otioſe verſibus operam dantes fere hac in re peccarent. *Cato in Carmine de moribus*, *apud Gell. l.* 11. *c.* 2. Poeticæ artis honos non erat: ſi quis in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, graſſator vocabatur.

Graſſatūra, æ, f. idem, ac graſſatio. *Suet. in Tib. c.* 37. In primis tuendæ pacis a graſſaturis, & latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit.

Graſſor, aris, atus ſum, d. 1. eſt cum impetu, & vehementia, & pleno gradu incedere, ambulare, freq. a *gradior*. *Sall. in Jug. c.* 1. Quibus ubique ad gloriam virtutis via graſſatur. *Titin. Veliterna*, *apud Non.* Sine eam pedibus graſſari. *Liv. l.* 3. Se jure graſſari, non vi. hoc eſt, jure procedere. *Id. l.* 10. *c.* 14. Conſilio graſſandum, ſi nihil vires juvant. ¶ Sæpius in deteriorem partem accipitur pro vias obſidere, & obvios injuriæ opportunos adoriri, eos veſtibus, pecunia, & alia quavis re ſpoliare, *aſſaſſinare*, *aſſaltare*, גזל, Ger. *vvueten*, Gal. *brigander*, *detrouſſer*, Hiſp. *ſaltear*, *acometer*, λωποδυτεῖν. *Liv. l.* 8. Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in ea hac via graſſaremur. ¶ A veteribus uſurpabatur pro adulari. Nam paraſiti, atque adulatores per plateas otioſi alienum ſectantes cibum gradiebantur. V. *Graſſator*. Hinc graſſari obſequio, apud *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. hoc eſt obſequiis & adulationibus alicujus gratiam captare. Ejus verba ſunt: Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti, Obſequio graſſare &c.

Gratabundus, a. 1. 2. gratulabundus. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 18. Et proximi militum gratabundi reſpondent. Ita Lexicographi plerique. At pleræque Taciti editiones, atque optimæ habent *grata auditu*.

Gratanter, adverb. lubenter, gratulando. *Capitolin. in Macrin. c.* 7. Senatus gratanter accepit. *Id. in Maxim. c.* 14. Miſit literas, quæ gratanter acceptæ ſunt. Adde *Ammian. l.* 17. *c.* 6. & *Aurel. Vict. Epit. in Nerva*, &c.

Gratatorius, a, um, adject. gratulatorius. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 16. Ampliatos proſapiæ tuæ titulos ego feſtinus gratatoriis apicibus inſcripſi.

Grate, adv. *gratamente*, Ger. *danckbarlich*, Gall. *avec reconnoiſſance*, Hiſp. *gratamente*, ἀγαπητῶς, jucunde. *Cic.* 1. *Fin.* Nam & præterita grate meminerunt. ¶ Item animo grato. *Cic. pro Planc. c.* 41. Confiteorque aliquando, quod faciam, me grate, & pie facere. ¶ Superlat. gratiſſime. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 2. Pericula prætetita qui evaſit, gratiſſime provocatur. *Plin. l.* 7. *c. ult.* Id munus gratiſſime acceptum eſt. ¶ Comparat. *gratius*. *Cic.* 2. *de Or.* Themiſtoclem reſpondit, gratius ſibi illum eſſe facturum, ſi, &c.

Grateŏlens, entis, adject. *chi ha grato odore*. *Apul. de Mundo*: Civitas ſpirans odoribus, & grateolentibus cænis.

Grates, f. 3. χάριτες, gratiæ quæ pro accepto beneficio referuntur. *Cic. in Somn. Scip. c.* 1. Grates tibi ago, ſumme Sol. *Curt. l.* 5. *c.* 13. Dignas tibi grates referre nequeo: at referat Alexander. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 69. Grates, & laudes habere legionibus reverſis. Adde *Virg. Æn.* 1. *v.* 604. & alibi. ¶ Falſum autem eſt quod plerique Lexicographi notant, in ſolo nominat. & accuſ. plurali hoc nomen uſurpari. Nam *Tacit. Ann.* 12. *c.* 37. Agrippinam laudibus, gratibuſque veneratis ſunt.

Gratia, æ, f. 1. *grazia*, חן, Ger. *danck*, Gal. *grace*, Hiſ. *gratia*, χάρις, venuſtas, a *gratus*. Gratia enim eſt, quæ gratos, & amabiles facit. Frequentiſſime ſumitur pro favore, amore, benevolentia, & quidem paſſive. *Cic. pro Planc.* Summum in Præfectura florentiſſima gradum tenuerunt & dignitatis, & gratiæ. *Id. pro Sex. Roſc.* Gratia, atque hoſpitiis hominum nobiliſſimorum florebat. *Id. pro Leg. Man.* Neque quo Cn. Pompeji gratiam mihi per hanc cauſam conciliari putem. *Id. pro Mur.* L. Murenæ provincia multas bonas gratias cum optima exiſtimatione attulit. ¶ Sæpe etiam active accipitur pro benevolentia, que quis diligit. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Deinde, ſi maxime talis eſt Deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur. Hinc *recipere in gratiam* cum dicimus, qui vult nobis reconciliari, cum aliquando inimicus fuerit. *Cic. pro Rab.* Quem enim ex inotis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim. ¶ Sæpe pro mutua amicitia, benevolentia, concordia. *Cic.* 8. *Fam.* Nam mihi cum hominibus his & gratia, & neceſſitudo eſt. ¶ *Gratiam inire*, eſt amicitiam alicujus ſibi conciliare, *metterſi in grazia d' alcuno*, & conſtruitur vel abſolute, vel cum ablat. & præpoſ. *a*, *ab*, *cum*, vel cum accuſ. & præpoſ. *apud*, *ad*. *Cic. Att. l.* 1. Craſſum inire eam gratiam, quam ipſe prætermiſiſſet. *Id.* 3. *Ver.* Ut idem Pompejus non ab homine ſolum, ſed etiam a provincia tota ſe hujus abſolutione inire gratiam arbitraretur. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 9. Jam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Al. leg. *a bonis omnibus*. *Liv. de B. Pun.* Gratiam magnam apud Annibalem inituros. *Id. l.* 33. *c.* 46. Quantam eo facto ad plebem inierat gratiam. ¶ *Redire in gratiam*, eſt reconciliari. *Cic. Att. l.* 1. Cum Luceio in gratiam redi. *Id.* 3. *Fam.* Cum vero reditum noſtrum in gratiam uterque expetiſſet. ¶ *Gratiam alicujus ſequi*, eſt alicujus amicitiam ambitioſius captare, vel ambire. *Cæſ.* In Cæſarem reſpiciant, atque ejus gratiam ſequantur. ¶ Dicimus etiam *mala gratia*, pro offenſione, acerbitate. *Cic. in Piſon.* Nulla Senatus mala gratia comitiorum ratione privari. *Ter. Phorm.* Sic hæc potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala. ¶ Interdum gratia ſumi videtur pro auctoritate, vel quodam gradu auctoritatis, qui favore, & plauſu acquiſitus eſt. *Cic.* 14. *Fam.* Omnia, quæ potui in hac ſumma gratia tua ac potentia a te impetrare. ¶ Gratia etiam beneficium ſignificat, præſertim illud, quod nobis gratia datur. *Cic.* 1. *Fam.* Cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam vel non capere animus meus, vel in accipiendo, vel remunerando, cumulandoque illuſtrare poſſet. ¶ Accipitur etiam pro beneficio, quod redditur, vel pro memoria accepti beneficii, animo grato, voluntate referendæ gratiæ, ſeu reddendi beneficii. *Cic. pro Planc.* Niſi qui meritam Diis immortalibus gratiam juſtis honoribus, & memori mente perſolvunt. *Id.* 3. *Fin.* Scribit enim ipſe mihi, te ſibi gratias debere. *Ter. Andr.* Poſtulare, id gratiæ apponi ſibi. *h. e.* ut ſibi gratia habeatur. ¶ *Habere gratiam*, vel gratias, pertinet ad animum, & ſignificat memorem accepti beneficii mentem, animumque habere, & gratificandi voluntatem. *Cic.* 1. *Fam.* Quare habeo gratiam Trebatio familiari noſtro. *Ter. Andr.* 4. 5. 31. Diis pol habeo gratias. ¶ *Agere gratias*, ſemper num. plur. eſt verbis oſtendere, nobis aliquid fuiſſe gratum, vel beneficium verbis exornare, *ringraziare*. *Cic.* 4. *Catil.* Mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis. ¶ *Referre gratiam*, eſt facto aliquo acceptum beneficium remetiri, ſeu compenſare. *Cic.* 2. *Off. c.* 20. Gratiam autem & qui retulerit, habere, & qui habeat, retuliſſe. ¶ Accipitur *Referre gratiam* etiam in malam partem, pro injuriam reddere, injuriam injuria compenſare. *Ter. Eun.* 2. 3. 93. Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam. ¶ *Eſt gratia*, ſignificat ago gratias. *Plaut. Men.* Tibi gratia eſt. Nonnunquam gratia capitur pro indulgentia, venia. Hinc *Facere gratiam* eſt ex juris ſtrictiore aliquid imminuere, vel remittere aliquid, quod ſibi debeatur, ex. gr. *Facere gratiam juriſjurandi*, eſt juſjurandum remittere. *Liv. l.* 3. Omnium tibi, quæ impie, nefarieque per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam tibi facio. *Plaut. Rud.* Juriſjurandi, volo, gratiam facias. ¶ Utimur etiam gratia pro cauſa, ut Animi gratia, ludi gratia, &c. *Ter. And.* 2. 6. Et ex me hic teſtatiſſe gratia. *Cic. pro Cæl.* Quæ accuſatores deformandi hujus cauſa, detrahendæ, ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt. ¶ Item pro elegantia, pulchritudine, ſuavitate. *Ovid.* 3. *de Ar. aman. v.* 400. Non erit ignotæ gratia magna lyræ. *Apul. l.* 2. *A. A.* Ampli calices variæ quidem gratiæ, ſed pretioſitatis unius. Sic gratia cutis, gratia villæ, gratia corporis, ciborum, odoris, &c. legitur apud *Plin. utrumque*. ¶ Ablat. plur. *Gratiis* peculiarem habet ſignificationem. V. ſuo loco.

Gratiæ, f. 1. χάριτες, Deæ pulchritudinis, fil. Herebi, & Noctis. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sed alii tradunt, filias fuiſſe Jovis, & Autonoes, alii Jovis, & Eurynomes, alii Liberi Patris, & Veneris. ¶ Dictæ ſunt a *gratia*, ideſt, ob ea gratiæ notione, qua pro venuſtate, ac lepore accipitur. Græce dicuntur χάριτες, a χαίρω, quod a χαρά, *gaudium*. ¶ Tres ſunt, *Aglaie*, *Thalia*, *Euphroſyne*. *Ficin. in Conv. Platon.* Aliquando pro *Aglaia* & *Thalia* Ægiala, & Paſithea leguntur. *Boccac. l.* 5. *Gen.* Aliorum interpretatione Gratiæ Deæ ſunt, quæ beneficentiæ præſunt. Tres eſſe finguntur, quod una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat, ſeu quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorum beneficia ſuſcipere, & iis, qui in nos liberales fuerunt, retribuere: *dare* autem, *accipere*, & *referre* tres actus ſunt inter ſe diſtincti. Ex his una *Aglaie* nominatur, ab ἀγλαΐα, *ſplendor*, quia ſplendide, & magnifice præſtandum eſt beneficium, altera *Thalia*, a θάλλω, *germen*, ramus virens, quia beneficii memoria ſemper virere debet, & nunquam marceſcere: tertia *Euphroſyne*, ob εὐφροσύνη, *lætitia*, quia & in accipiendo, & in dando beneficia lætari, & delectari congruum eſt. Harum una averſa pingitur, duæ ad nos converſæ, quia pro accepto beneficio duplicem gratiam rependi oportet. Virgines ſunt, quia pura beneficia eſſe debent, ſine ſpe retributionis, ſeu quia nihil turpe rogare licet. Nudæ, quod beneficia inter amicos minime decet eſſe fucata. Juvenes, quia beneficii accepti memoria ſeneſcere non debet, ſed perpetuo virere. Hilares, & ridentes, quod hilariter beneficium dandum eſt. Connexæ, quia perpetuum debet eſſe benevolentiæ fœdus, & quia beneficium ſemper beneficium parit. In Acidalio Orchomeni fonte lavantur, qui dictus eſt ab ἀκηδεῖ, nullam curam gerens, quod ab α, part. priv. & κῆδος, *cura*, quia conferens oblivisci beneficii dati debet, vel certe curam omnem abjicere de remuneratione. *Horat. l.* 1. *od.* 30. Solutis Gratiæ zonis. V. *Senec. l.* 1. *Benef. c.* 3.

Gratificatio, onis, f. 3. χάρισμα, actus gratificandi, *piacere*, *Il far coſa grata*. *Cic. de Leg. Agrar.* 3. *c.* 3. Conjungitur impudens gratificatio cum acerbe injuria.

Gratificor, aris, d. 1. *gratificare*, *far coſa grata*, גמל, Ger. *ein dienſt thun*, Gal. *faire plaiſir*, *grace*, *au gre*, Hiſ. *gratificar*, χαρίζομαι, rem gratam facio. *Cic.* 1. *Fam.* Quod Pompejo ſe gratificari putant. ¶ Reperitur etiam cum accuſ. item cum accuſ. & dat. *Cic. in Tuſc.* Neque concupita præbendo perverſam gratiam gratificans. *Id. l.* 1. *Fam.* Cur enim tibi hoc non gratificer, neſcio. *Sall. in Jug. c.* 3. Potentiæ paucorum decus, atque libertatem ſuam gratificari. h. e. gratificando aliis decus, & libertatem ſuam prodigere. ¶ Et cum ablat. & præpoſit. *pro*. *Liv. l.* 21. *c.* 9. Ut præpararent ſuorum animos, ne quid altera pars gratificari pro Romanis poſſet. ¶ Dicimus etiam gratificari alicui de re aliqua. *Cic.* 3. *Fin. c.* 15. De eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt. ¶ Et gratificari aliquid alicui, apud *Plin. l.* 34. *c.* 6. pro gratis donare.

Gratiis, ablat. plur. a gratia ſæpe adverbii more uſurpatur, præſertim a *Plaut.*, & *Terentio*, & ſignificat idem quod gratis. *Ter. Phorm.* 3. 2. 13. Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis. *Id. Adelph.* 4. 7. 26. Aliquo abiicienda eſt, ſi non pretio, gratiis. *Plaut. Pan.* 4. 2. 47. Neque triobolum ullum amice das, & ductas gratiis.

Gratillo, æ, f. ſpecies libi, apud *Arnob. l.* 7.

Gratiŏla, læ, f. diminut. a gratia. *Diomed. Gramm. l.* 1. *c. ult. de Nom.*

Gratiŏſe, adverb. *graziosamente*, Ger. *mit gunſt*, Gal. *gracieuſement*, Hiſp. *gracioſamente*, χαριέντως, cum gratia. *Ulp. l.* 7. §. 2. ff. *de admin. & peric. tut.* Si neque ſordide, neque gratioſe, ſed non bonam conditionem elegerint. *Aſcon. Ped. in Verrin. de Præf. Urb.* Hoc fecit gratioſius in Decumanos.

Gratioſĭtas, atis, f. gratia, *grazioſità*. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. c.* 9. Naturalem novitatis gratioſitatem volui repercutere.

Gratiŏſus, a, um, o. t. 2. *grato*, *amato*, *che ha molte amicizie*, חנון, Ger. *gunſtreich*, Gal. *gratieux*, *agreable*, Hiſp. *gracioſo*, χαρίεις, qui gratia apud omnes plurimum valet, vel qui omnium gratiam, & favorem ſibi facile conciliat. *Cic. pro Planc.* Semper fuerunt viri boni, qui apud tribules

Digitized by Google

bules ſuos gratioſi eſſe vellent. *Id. Ver. 6. c. 10.* Homini honeſto, ſed non gratioſiori, quam Cn. Calidius eſt. *Id. pro Quint. c. 1.* Cum adverſario gratioſiſſimo contendere. ¶ Aliquando, ſed rarius, ſignificat eum, qui proclivis eſt ad gratificandum. *Gel. l. 9. c. 12.* Gratioſus, quod plus unicuique, quam meretur, tribuit. *Cic. in Brut.* Scribæ gratioſi ſint in dando, & cedendo loco. ¶ Gratioſa miſſio dicitur, quæ ante juſta ſtipendia emerita datur. *Liv. l. 43.* Et quorum ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet, eos milites fieri juſſuros. ¶ Gratioſus pro jucundo, & grato. *Plin. l. 16. c. 33.* Cupreſſus odore violenta, ac ne umbra quidem gratioſa.

Gratis, adverb. *ſenza premio*, *ſenza pagamento*, חנם, Ger. *umbſonſt*, Gal. *gratis*, Hiſp. *gratis*, δωρεὰν, gratuito, ſine præmio, aut pretio, a *gratiis* per ſync. *Cic. 2. Fin.* Ut virtutes omnes per ſe ipſas gratis diligant. *Id. pro Roſc. Com.* Communem factum eſſe gratis cum Roſcio, qui pretio prius fuiſſet Fannii.

Gratitūdo, inis, f. pro grato animo, *gratitudine*, barbarum eſt. Perperam enim a quibuſdam legitur in titulo c. 2. & 3. *l. 5. Valer. Max.* ubi optimi Cod., *de gratis*, & *ingratis*, habent. ¶ Gratitudo pro grato ſapore, habetur apud *Apic.* auctorem culinarium, *l. 3. c. 4.*

Gratito, as, n. 1. idem ac gingrio, quod proprium eſt anſeris, a ſono. Nam ſonus hic variis vocibus aliter, atque aliter exprimitur, quia eſt inarticulatus, nec ſemper ejuſmodi. *Auct. Philom. v. 19.* Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anſer.

Grator, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod gratulor. *Virg. 4. Æn. v. 478.* Inveni, germana, viam, gratare ſorori. *Tacit. l. 2. hiſt. c. 25.* Verſi in lætitiam laudantes, gratanteſque. ¶ Interdum ſignificat gratias agere, vel potius ſupplicari, ait *Valla l. 5. c. 42. Ovid. 3. Faſt. v. 417.* Quiſquis ades, caſtæque colis penetralia Veſtæ, Gratare, Iliacis thuraque pone focis. Alii tamen leg. *cremate*.

Gratuīto, adverb. *ſenza premio*, Germ. *vergebens*, Gall. *pour neant*, Hiſp. *debalde*, ἀμισθὶ, gratis. *Cic. 2. Off. c. 19.* Multorum cauſas & non gravate, & gratuito defendentis.

Gratuītus, a, um, o. 1. a. *ſenza premio*, ἄμισθος, quod datur gratis, id eſt, ſine præmio, aut pretio, a *gratis*. *Cic. 1. de Leg. c. 18.* Quid liberalitas? gratuita ne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio benigna eſt, gratuita, ſi cum mercede, mercenaria. *Plin. l. 35. c. 9.* Hoſpitium gratuitum. *Cic. pro Planc. & ad Att. l. 4.* Gratuita ſuffragia. h. e. libera, non pretio extorta. ¶ Penultimam hujus vocis fere corripimus. *Stat. l. 2. Silv. 6. v. 16.* Largis gratuitum cadit rapinis. ¶ Produci tamen etiam poſſe, putant nonnulli, nam & in *fortuitus* producta eſt ab *Horat. l. 2. od. 15.*

Gratulabundus, a, um, o. 1. 2. valde gratulans. *Liv. l. 7. c. 33.* Quo ſe omnis multitudo gratulabunda effudit. *Juſtin. l. 6. c. 8.* Velut gratulabundus patriæ exſpiravit.

Gratulatio, onis, f. 3. *allegrezza*, *congratulazione*, ברכה, Ger. *frolockung*, Gal. *joye*, *rejouiſſance*, Hiſp. *parabien*, συγχάρμα, teſtatio gaudii ob felicem alicujus rei ſucceſſum. *Cic. 5. Fam.* Res eas geſſi, quarum aliquam in tuis litteris & noſtræ neceſſitudinis, & Reip. cauſa gratulationem expectavi. ¶ Item gratiarum actio, quæ a Senatu nomine alicujus Imperatoris, qui rem in bello feliciter geſſerat, ad omnium Deorum templa ſolebat decerni. *Cic. 4. Catil.* Mihi uni conſervatæ Reip. gratulationem decreviſtis. *Id. Phil. 14. c. 3.* Grata vero noſtræ Diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ.

Gratulātor, oris, m. *che ſi congratula*. *Cic. l. 2. Fin. c. 33.* Fit, ut gratulator lætior ſit, quam is, cui gratuletur.

Gratulatorie, adverb. gratulantis more. *Auguſtin. l. 8. Confeſſ. c. 6.* Gratulatorie mirari.

Gratulatorius, a, um, adject. ad gratulationem pertinens. *Capitolin. in Max. & Balbin. c. 17.* gratulatoriam epiſtolam ſubdidi.

Gratŭlor, aris, d. 1. *rallegrarſi*, *congratularſi*, ברך, Ger. *frolocken*, Gal. *congratuler*, *ſe rejouir avec quelqu' un*, Hiſp. *alegrarſe dar el parabien*, συγχαίρω, eſt teſtari verbis, ſe gaudere de fortuna, & felicitate alterius, a *gratus*, quia qui gratulatur, alienam felicitatem ſibi gratam, & jucundam eſſe verbis oſtendit. Conſtruitur cum accuſat. & dat. *Cic. in Ver.* Et ei voce maxima victoriam gratulatur. ¶ Vel cum ſolo dativo. *Id. 3. Fam.* Gratulari magis virtuti tuæ debeo, quam conſolari dolorem tuum. ¶ Vel cum ſolo accuſ. ſed tamen dat. ſubintellecto. *Ter. Eun.* Ad cœnam vocant, adventum gratulantur. ¶ Vel cum dat. & ablat. *Cic. Att. l. 5.* Qui mihi etiam gratulatus es illius diei celebritate. ¶ Vel cum dat. & ablat. & præpoſ. *de*, vel *in*. *Cic. Att. l. 4.* Quam ut tibi abſenti de reditu noſtro gratularer. *Idem Fam. 6. epiſt. 11.* Qua in re tibi gratulor vehementer. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *apud*. *Suetan. in Claud. c. 6.* Cum oppreſſum Sejanum apud eoſdem gratularetur. ¶ Vel cum particula *quod*. *Cic. 15. Fam. epiſt. 14.* Tibique gratulor, quod te de patria decedentem ſumma laus, & ſumma gratia provinciæ proſecuta eſt. ¶ Accipitur præterea *gratulari*, pro Superis pro re bene geſta gratias agere. *Liv.* Triumphantes in Capitolium aſcendebant Jovi Opt. Max. cæteriſque Diis gratulaturi. Adde *Terent. Heaut. 5. 1. 6.*

Grātus, a, um, o. 1. a. *grata*, הפיך, ברודונן, Ger. *danckbar*, Gal. *reconnoiſſant*, *agreable*, Hiſp. *grato*, *agradecido*, ἡδὺς, jucundus, acceptus. *Cic. 3. Fam.* Id ſi correxeris, valde mihi gratum erit. *Id. Att. l. 2.* Quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, ſed etiam in vulgus gratum eſſe ſentimus. ¶ Gratum facere, eſt obſequi, inſervire, *far piacere*. *Cic. in Fam.* Feceris igitur commode, & mihi gratum, ſi, &c. *Idem 13. Fam.* Tam mihi erit gratum, quam quod gratiſſimum. ¶ Sæpe gratus ſumitur pro eo, qui gratiam pro beneficio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficii, εὐγνώμων. *Cic. 1. de Leg.* Ubi graves, ſi non eum ipſum, cui referunt gratiam, ipſi ternunt grati? *Id. ibid.* Quo autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, & beneficii memorem diligit? *Brutus Cic. l. 2. Fam.* Gratiorem me eſſe in te poſſe, quam iſti perverſi ſint in me, exploratum habes.

Gravabĭlis, is, adject. gravis, moleſtus. *Cal. Aurel. Tard. 4. c. 3.* Vomitus gravabilis capiti.

Gravāmen, inis, o. 3. moleſtia. *Caſſiod. l. 9. epiſt. 2.* Si viſceribus ſanis gravamen nullum ſentiat læſionis.

Gravaſtellus, V. Ravaſtellus.

Gravāte, adv. *gravoſamente*, *difficilmente*, בעצלתים, Ger. *mit beſchwaerd*, Gal. *a regret*, Hiſp. *de mala gana*. ἀκουσίως, δυσχερῶς, cum labore, cum moleſtia, invite, non libenter. *Cic. pro Balbo.* Qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non gravate.

Gravātim, idem quod gravate. *Liv. l. 2. c. 2.* Haud gravatim ſocia arma Rutulis junxit.

Gravātus, a, um, o. 1. a. *aggravato*, βεβαρημένος, pondere preſſus, gravedine, vel moleſtia affectus. *Cel. l. 4. c. 9.* Signa febricitantis, manantes lacrymæ, gravatum caput, oculi compreſſi. *Plin. l. 26. c. 1.* Gravatus vino. *Curt. l. 6. c. 11.* Gravatus ſomno. *Liv. l. 40.* Gravatus vulneribus.

Gravedinōſus, a, um, o. 1. 2. κορυζώδης, qui gravedine infeſtatur, & qui ad eum morbum eſt proclivior. *Cic. 4. Tuſc. c. 12.* Itaque dicimus quoſdam gravedinoſos, quoſdam torminoſos, non quia jam ſint, ſed quia ſæpe ſint.

¶ Metonymice ponitur pro eo, quod gravedinem facit. *Plin. l. 18. c. 15.* Ervum gravedinoſum.

Gravēdo, inis, f. 3. κόρυζα, ponderoſitas, & ſpeciatim capitis morbus, cum humor craſſior ex cerebro in nares ſluit, eaſque claudit, vocem obtundens, & tuſſim ſiccam movens, a *gravis*, quia pectori gravis eſt. *Celſ. l. 4. c. 2. Cic. Att. l. 16. ep. 14.* Gravedini, quæſo, omni ratione ſubveni.

Graveŏlens, entis, o. 3. *puzzolente*, בואש, Ger. *übel riechend*, Gal. *qui ſent mal*, Hiſp. *alqueo hiede*, δυσώδης, quod male olet. *Virg. Æn. 6. v. 201.* Ad fauces graveolentis Averni.

Graveolentia, f. 1. *puzza*, באש, Ger. *geſtanck*, Gal. *mauvaiſe odeur*, Hiſp. *hedor*, *mal olor*, δυσωδία, odor gravis, malus. *Plin. l. 20. c. 9.* Et oris graveolentiam tollit. Adde *l. 28. c. 12.*

Gravēſco, ſcis, n. 3. *farſi grave*, כבד, Ger. *ſchwaer werden*, Gal. *devenir peſant*, Hiſp. *hazerſe grave*, *peſado*, βαρύνομαι, gravis fio, oneror. *Virg. 2. Georg.* Nec minus interea fœtu nemus omne graveſcit. ideſt oneratur. ¶ Sæpe ponitur pro gravidum, ſeu prægnantem fieri. *Plin. l. 11. c. 41.* Cameli lac habent, donec iterum graveſcant. ¶ Item pro gravius fieri, ſive augeri. *Tac. l. 1. Ann. c. 5.* Graveſcere valetudo Auguſti.

Gravidātus, a, um, o. partic. a gravidor. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 32.* Quæ gravidata ſeminibus omnia pariat, & fundat ex ſe ſe.

Gravĭdĭtas, atis, f. *gravidanza*, הריון, Ger. *ſchwangerheit*, Gal. *groſſeſſe*, Hiſp. *preñez*, κύησις, prægnatio, conceptio. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 46.* Ab eoque Luna illuminata graviditates, & partus afferat, maturitateſque gignendi.

Gravĭdo, as, a. 1. *ingravidare*, עבר Ger. *ſchwængern*, Gal. *engroſſer*, Hiſp. *empreñar*, ἔγκυον ποιέω, gravidum facio, onero, impleo. *Epitom. Sex. Aurel. Vict. c. 14.* Ne ex eo gravidaretur. ¶ Tranſlate *Catul. Tythe*, Per myſteria hic te inhoneſta gravidavit probro. h. e. oneravit. *Victor. in Adriano*, *Epit.* Gravidari ex aliquo.

Gravĭdus, a, um, o. 1. 2. *carico*, *gravido*, מעבר, Ger. *ſchwaer*, Gal. *plein*, *peſant*, Hiſp. *peſado*, *lleno*, ἔμφορτος, ponderoſus, onuſtus, plenus, a *gravis*, vel a *grave*. *Plaut. Truc. 1. 2. 3.* Nec qui manus attulerit ſteriles intro ad nos, gravidas foras exportet. *Ovid. 2. Am. eleg. 14.* Si Venus Æneam gravida temeraſſet in alvo. ¶ Cum genitivo. *Sil. l. 2. v. 220.* Mellis apes gravidæ. ¶ Frequentius tamen ablativum habet. *Hor. l. 1. od. 22.* Gravida ſagittis pharetra. ¶ Speciatim mulier dicitur gravida, ἔγκυος, quæ jam concepto fœtu gravatur. *Cic. pro Cluen.* Cum mulier eſſet gravida, & jam appropinquare partus videretur. *Ter. Andr. 3. 2.* Hæc ſe a Pamphilo gravidam dixit eſſe. *Id. ibid. 3. 4.* Gravidam facere.

Gravīna, f. 1. *Gravina*, urbs, & Ducatus Apuliæ Peucetiæ, in confin. Lucaniæ.

Grăvis, & ve, o. 3. *grave*, *ponderoſo*, כבד, Ger. *gewichtig*, Gal. *peſant*, *facheux*, *grief*, Hiſp. *grave*, *moleſto*, βαρύς, εῖα, ύ, quod eſt ponderoſum, ſcilicet ſuapte natura deorſum fertur, cui opponitur leve, cujus natura eſt ſurſum ferri. *Virg. 1. Georg.* Vomis, & inflexi primum grave robur aratri. ¶ Nonnunquam gravidum ſignificat. *Virg. 1. Æn.* Donec Regina Sacerdos Marte gravis. ¶ *Æs grave* eſt æs rude in laminas librales diſſectum, & diſtributum: ſive informe ſit, quali ante ſignatam pecuniam Romani pecuniæ loco uſi ſunt: ſive cuſum in aſſes libræ pondere, ſignatumque nota pecudis: quod primum Romæ factum eſt ſub Servio Tullo, teſte *Plin. l. 33. c. 3.* circa annum CC poſt U. C. Dictum eſt *grave* a pondere librali, quo appendebatur, ut *Feſtus* docet. Sic *Plin. loc. cit.* Populus R. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem devictum uſus eſt. Librales appendebantur aſſes. Quare æris gravis pœna dicta. *Liv. l. 4. c. penult.* Et quia nondum argentum ſignatum erat, æs grave plauſtris quidam (e *Patribus*) ad ærarium convehentes, ſpecioſam etiam collationem (*tributi*) faciebant. ¶ Cauſa autem, cur *grave* dictum ſit, eſt, quia bello Punico primo, teſte *Plin. ibid.* (ſecundo, legitur apud *Feſt. in Sextantarii*: Sed major habenda eſt *Plinio* fides) aſſis pondus ad ſextantarium, h. e. ad duas uncias ponderis ex duodecim imminutum fuit, ita Reipubl. rationibus poſtulantibus: deinceps vero etiam ad minus pondus redactum. Quare *æris gravis* nomine deſignabatur pecunia, quæ aſſes illos priores ac librales non numero, ſed pondere æquaret: ita ut v. g. *mille æris gravis* eſſent non mille aſſes numero, ſed multo plures, tot ſcilicet, quot æquarent mille antiquos aſſes libræ pondo. *Liv. l. 10. c. 46.* Æris gravis tranſvecta vicies centies millies: id æs redactum ex captivis dicebatur. *Id. l. 22. c. 33.* Indiſi data libertas, & æris gravis viginti millia. ¶ *Argentum grave* apud *Senecam* eſt ſolidum, & magni ponderis. Inquit enim *cap. 1. de tranquil. anim.* Placet miniſter incultus, & rudis vernula, argentum grave ruſtici patris, ſine ullo opere, & nomine artificis. ¶ Per tranſlationem uſurpatur pro moleſto, *noioſo*, ut Morbus gravis, ſenectus gravis. *Cic. 13. Fam.* Nunquam tamen me gravem vobis eſſe voluiſſe. *Id. de Sen.* Quod nunquam ſenectutem tibi gravem eſſe ſenſerim. *Celſ. l. 2. c. 3.* Gravis locus, *d' aria groſſa*, *e mal ſana*. ¶ Item pro triſti. *Virg. 8. Æn.* Gravior ne nuntius aures vulneret. ¶ Item pro pernicioſo, acerbo, *nocivo*. *Cic. 3. Off.* Et gravem adverſarium imperii ſuſtuliſſent. *Liv. l. 7. c. 6.* Grave tempus, & forte annus peſtilens erat. ¶ Sic odor gravis, gravis halitus, grave pretium, *Salluſt. Col. Plin.* ¶ Item pro ſerio, ſevero, prudente, & conſequenter venerabili, magnæ auctoritatis, *autorevole*, quod Græci dicunt σεμνόν. *Cic. 1. de Or.* Quorum pater homo prudens, & gravis, haudquaquam eloquens & ſæpe alias, & maxime Cenſor ſaluti Reip. fuit. *Id. in Catil.* Habemus S. C. in te vehemens, & grave. *Id. 5. Ver.* Graviore verbo appellare aliquem. ¶ Item pro grandævo. *Virg. 5. Æn.* Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. ¶ Item pro eloquente ſublimi genere dicendi. *Cic. in Hort.* Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide gravius? ¶ Item pro firmo, conſtanti, quod momentum habet, & in re aliqua valet. *Cic. pro Roſc. Com.* Quod apud omnes leve, & infirmum eſt, id apud Judicem grave, & ſanctum eſſe ducetur? *Id. pro Deiot.* Quæ mihi ad ſpem obtinendæ veritatis graviſſima ſunt. ideſt, maximi momenti, ſeu efficacitatis. ¶ Denique uſurpatur pro languido, infirmo. *Vellej. l. 2. c. 76.* Gravis vulnere. *Curt. l. 7. c. 5.* Graves deinde avide hauſto humore non ſuſtinere arma, non ingredi poterant. ¶ Annona gravis, *ſcarſezza di viveri*, *Sueton. in Aug. c. 25.*

Graviſcæ, *Monte alto*, urbs olim, & Col. Etruriæ, nunc oppidulum, inter Centumcellas, & Portum Herculis. Alii dicunt, urbem fuiſſe, nunc omnino exciſam, ex ejus ruinis creviſſe Cornuetum urbem in vicinio. *Virg. Æn. 10. v. 184.*

Graviſtellus, V. Ravaſtellus.

Grăvĭtas, atis, f. 3. *gravezza*, *peſo*, כבד, Germ. *ſchwaere*, Gal. *gravité*, *peſanteur*, Hiſp. *graveza*, *peſadumbre*, βάρος, βαρύτης, pondus, ponderoſitas. *Cic. 1. de nat. Deor.* Tanta contentio gravitatis, & ponderum. ¶ Tranſlate ſumitur pro firmitate, & conſtantia animi, & quadam ſeveritate in vultu, moribus, verbis, σεμνότης. *Cic. Att. l. 10.* Tu cum Sexto ſervaſti gravitatem eandem, quam mihi præcipis. ¶ Item pro ſublimitate ſtyli. *Cic. 2. de Orat. c. 17.* Sententiarum gravitate, verborum pondere utendum eſt. ¶ Item pro moleſtia, & magnitudine, ut Gravitas odoris, morbi, doloris, ſomni. *Cic. 9. Fam.* Gravitas morbi faſit, ut medicina non egeamus. *Tacit. 5. hiſt. c. 6.* Lacus gravitate odoris

tis peſtifer. ¶ Item pro intemperie. *Cic. Att. l.* 11. *epiſt.* 22. Corpore vix ſuſtineo gravitatem Cœli hujus. *queſto cattiva aria.* ¶ *Gravitas animæ* apud *Plin.* eſt *puzza del fiato.*

Gravĭter, adverb. *gravemente*, Germ. *ſchwerlich*, Gall. *grievement*, *gravement*, Hiſp. *gravemẽte*, *y peſadamente*, βαρέως, ponderoſe, & tranſlate moleſte. *Sal. in Cic.* Graviter, & iniquo animo pateter maledicta tua. *Cic. Att.* 7. 2. Graviter ſe habere, *ſtar' aſſai male.* ¶ Item pro ſevere, aſpere. *Cic. pro Cal.* Utrum me ſecum ſevere, & graviter, & priſce agere malit, an remiſſe, ac leniter, & urbane. ¶ Item pro valde, acriter. *Cic.* 1. *Off.* Graviter qui inimicis iraſcendum putant. *Id. ibid.* Atque interim graviter ægrotare filius cœperit. ¶ Item pro ſapienter, mature. *Cic. de Fin.* Siquid prudenter, ſiquid graviter factum eſt. ¶ Item pro ſublimi ſtylo, honorifice, & cum quadam auctoritate. *Cic. de Orat.* Thucydides res geſtas narrat graviter ſane, & probe. ¶ *Virg.* 4. *Georg.* graviter ſpirantis copia thymbræ. *h. e.* vehementem odorem emittentis. ¶ Gradus ſunt *gravius*, *graviſſime*. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 95. Accuſare gravius. *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 31. Graviſſime affligi.

Gravĭtūdo, inis, f. gravitas, pondus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Gravitudo, tuſſis, pleuritis. *Attic. l.* 3. *c.* 6. Sine ructu, & gravitudine. ¶ Utroque loco ſignificat gravedinem, quæ eſt morbus capitis.

Gravĭuſcŭlus, a, um, adject. diminut. a *gravis*, ut graviuſculus ſonus. *Gel. l.* 1. *c.* 11.

Gravo, as, a. 1. *gravare*, *caricare*, הִכְבִּיר, Germ. *beſchwæren*, Gal. *aggraver*, *charger*, Hiſp. *agravar*, βαρύνω, onero, ſive grave reddo. *Cic.* 1. *de Div.* Semperque gravata lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. ¶ Interdum accipitur pro moleſtia afficere, *affliggere*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 708. Nec me labor iſte gravabit. ¶ Nonnunquam etiam pro gravius, & moleſtius aliquid reddere. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 11. At tu fortunam, cujus vocor exul ab ore, nomine mendaci parce gravare meam. ¶ Gravari, paſſive ſignificat ex infirmitate languere. *Capitol. in Pio*, *c.* 12. Altera die febri commotus eſt, tertia cum ſe gravari videret, M. Antonino Rempub. commendavit. ¶ Item offendi, graviter ferre, cum infinito, vel etiam abſolute. *Cic. l.* 1. *Or. c.* 23. Non gravabor breviter dicere, quid ſentiam. *Id. de Amic. c.* 5. Ego non gravarer, ſi mihi ipſi confiderem. ¶ Jungitur etiam cum accuſ. & accipitur pro ægre ferre, recuſare. *Lucan. l.* 5. *v.* 258. Romanos odere omnes, dominoſque gravantur. *Sueton. Ner. c.* 34. Matrem hactenus gravabatur. Quibus in exemplis ſubintelligitur præpoſit. *ob* vel *propter*, ideoque non eſt neceſſe verbum hoc inter Deponentia ponere. ¶ *Gravare ſyllabam*, h. e. gravi accentu notare, *Priſcian. l.* 17. *p.* 1055. *Putſch.*

Grazo, vel crazo, n. 3. κράζω, clamo, a verbo græco allato. *Plaut. prol. Aſin.* Age nunc reſide, cave modo, ne gravis. Sed alii legunt gratiis.

Gregālis, le, o. 3. *di uno ſteſſo gregge*, *compagno*, Germ. *auſſ der ſchar*, Gal. *du meme troupeau*, Hiſp. *de un meſmo grey*, ἀγελαῖος, ex eodem grege. *Var. l.* 2. *R. R.* Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. ¶ Dicitur quoque de hominibus, idque fere in deteriorem partem. *Cic. pro Dom.* Quod vos Catilinæ gregales dicere ſolebatis. *Id. de Aruſp. Reſp.* Nec Clodius, nec quiſquam de gregalibus ejus. ¶ Item de aliis rebus, ut gregalia poma. h. e. vulgaria, *Senec. l.* 1. *Benef. c.* 12.

Gregārius, a, um, o. 1. a. *di gregge*, Germ. *auſſ der ſchar*, Gall. *de troupeau*, Hiſp. *de manada*, ἀγελαῖος, ex grege, vulgaris, ut *Gregarius bos*, qui adhuc in grege paſcitur, nondum jugo domitus. *Gregarius miles*, non electus, ſed tumultuarie undecunque collectus. *Cic. pro Planc. c.* 30. At id etiam gregarii milites faciunt inviti. *Juſtin. l.* 22. *c.* 1. Gregariam militiam ſortitur. ¶ In *Vet. Gloſſ.* Gregarius exponitur, ἀγελάρχης, qui gregi præeſt. Et *Colum. l.* 6. *in princ. gregarios paſtores* dixit. Adde *Apul. l.* 7. *Metam.*

Gregātim, adverb. *a ſchiera*, Germ. *ſcharenweiſe*, Gall. *par troupeau*, Hiſp. *a manadas*, ἀγεληδόν, per greges, ideſt conjunctim. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. ¶ Transfertur & ad homines. *Cic.* 7. *Ver. c.* 57. Cives Romanos gregatim conjectos in lautumias.

Gregātus, a, um, adject. congregatus. *Stat. l.* 1. *Achil. v.* 372. Qualiter Idaliæ volucres, ubi mollia frangunt Nubila, jam longum cæloque, domoque gregatæ.

Grego, as, a. 1. *congregare*, *aggregare*, *raccogliere*, ἀγείρω, colligo, congrego, a *grex*. *Paulin. ad Nicetam*, *v.* 106. Nunc oves facti, duce te, gregantur Pacis in aulam.

Gremiālis, V. Cremialis.

Gremium, n. 2. *grembo*, *ſeno*, חֵיק, Germ. *ſchoſſ*, Gal. *giron*, Hiſp. *gremio*, *regaço*, κόλπος, pars inter complexum femorum, feminumve, in quo complexu mulieres concipere ſolent. *Cic. in Bruto.* Apparet, filios non tam in gremio educatos, quam in ſermone matris. ¶ Differt a ſinu, quoniam ſinus eſt intra pectoris, brachiorumque complexum. Quare cum lactantur infantes, ad ſinum admoventur, pueri vero jam facti a ſedentibus matribus, utique cum illis blandiuntur, ad gremium accipi ſolent. *Virg.* 4. *Æn.* Gremio foves inſcia Dido. Quin etiam matres, nutriceſve, cum ſuper genua collocant infantem, aut extremis veſtibus repoſitum, & ad uterum uſque ſublatum geſtant, in gremio magis, quam in ſinu geſtare dicuntur. *Virg.* 1. *Æn.* Et fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos. ¶ Tranſlate dicitur de terra, quæ ſemina ſuſcipit, conceptaque retinet, viventes fœtus poſtea paritura. *Cic. de Senect. c.* 15. Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit. Tranſlatum etiam eſt illud ejuſd. *Cic. pro Cal. c.* 24. Cum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu, gremioque Patriæ.

Greſſio, onis, f. idem ac greſſus. *Macrob. l.* 6. *Satur. c.* 5. *ex Pacuvio*: Caprigeno pecori grandior greſſio eſt.

Greſſus, us, m. 4. *l' andare*, דֶּרֶךְ, Germ. *gang*, *tritt*, Gall. *marche*, *demarche*, Hiſp. *paſſo*, *ida*, βάδισμα, inceſſus, ambulatio. *Cic.* 1. *Off.* Ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 117. Et greſſus glomerare ſuperbos.

Grex, gregis, m. 3. *gregge*, *greggia*, עֵדֶר, Germ. *ſchar*, Gal. *troupeau*, Hiſp. *grey*, ἀγέλη, multitudo beſtiarum, a Græca voce allata, teſte Feſto. *Virg.* 3. *Georg.* Lanigeros agitare greges. ¶ Gregis appellatio generalior eſt, quam armenti. *Armentum* enim de majoribus duntaxat animalibus dicitur, *grex* autem, quoties ſolum ponitur, fere de minoribus, cum adjuncto etiam de majoribus. *Ovid.* 4. *Met.* Mille greges illi, totidemque armenta per herbas paſcebant. *Cic.* 3. *Phil.* Cædi greges armentorum, reliquique pecoris quodcunque nactus eſt. *Id.* 3. *Ver.* Præterea greges equarum ejus iſtum abigendos curaſſe. ¶ Neque ſolum pro quadrupedum congregatione, verum etiam pro avium multitudine ponitur. *Hor.* 1. *lib. ep.* 3. Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim grex avium plumas, &c. ¶ Tranſlate etiam uſurpatur de multitudine hominum. *Ter. Eun. ſc. ult. v.* 24. Ut me in gregem veſtrum recipiatis. *Cic. l.* 1. *Attic. ep.* 18. Cum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. ¶ Sæpe de vili hominum multitudine uſurpatur. *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 66. Grex venalium ſervorum. *Hor. l.* 1. *ep.* 4. *in fin.* Epicuri de grege porcum. ¶ Duo greges virgarum ulmearum. hoc eſt duo faſces, dixit *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 99. ¶ Grex, abſolute de grege mimorum uſurpatur. *Petron. Satyr.* Grex agit in ſcena mimum. Adde *Plaut. Caſ. prol. v.* 22. & alibi.

Griceña, vel Gricenna, funis craſſus. *Feſtus.*

Grillus. V. Gryllus.

Griphus, phi, m. 2. γρῖφος, vox eſt tranſlata a rete piſcatorio, & ponitur pro ænigmate, hoc eſt, ſermone ita implicito, atque intricato, ut facile diſſolvi non queat. *Gel. l.* 1. *c.* 2. Aliuſque id genus griphos neminem poſſe dicens, niſi ſe, diſſolvere.

Grocĭo, is, n. 4. verbum exprimens vocem corvorum. *Apul. l.* 2. *Florid.* Corvus groccire adortus.

Groma, ſeu gruma, æ, f. 1. γνώμων, γρῶμα, γρῶμα, genus machinulæ cujuſdem, teſte Feſto, quo regiones agri cujuſque cognoſci poſſunt, vel ut *Nonius* definit *c.* 1. *n.* 36. menſura quædam, qua ſextæ viæ ad lineam dirigumtur, ut eſt agrimenſorum, a Græcis vocibus, quæ allatæ ſunt. *Enn. l.* 17. *apud Non.* Gruma dirigere, degrumare ferro, h. e. ad lineam dirigere, & ferramento capere menſuram agrorum, vel caſtrorum, quod fiebat dioptrico organo, quod γνώμονα, ſive grumam dixere. ¶ In caſtris quoque gruma erat locus medius, ubi gromæ organum a metatore ponebatur, ut quatuor faceret angulos normales, & ita divideret caſtra in quatuor partes, quarum viæ in grumæ loco conveniebant. Erat prope Prætorium. *Non. loc. cit.* Grumæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conveniunt viæ. *Hygin. in Gromatico.* Gruma ponitur in tetrantem.

Gromatĭca, æ, vel Gromatice, es, f. 1. γεωδαισία, ars dimetiendi, a *groma*. *Caſſiodor. l.* 3. *variar. ep.* 52. Duplex eſt, altera circa agros, altera circa caſtra verſatur, ut gromæ uſus duplex eſt, in agris, & in caſtris. Hinc *Hyginus* tum *Gromaticum* ſcripſit de limitibus conſtituendis, tum *Gromaticum* de caſtrorum metatione.

Gromatĭci, m. 2. γεωδαῖται, qui agros, vel caſtra metiuntur. *Hygin.*

Gromatĭcus, a, um, o. 1. 2. γρωματικός, quod ad menſuram ſpectat, ut Diſciplina gromatica, quæ agrorum menſuram docet. *Caſſiod. l.* 3. *var. ep.* 52. de eligendo agrimenſore. Hoc enim per Geometricas figuras, & gromaticam diſciplinam ita diligenter agnoſcitur.

Gromphēna, æ, f. avis in Sardinia grui ſimilis. *Plin. l.* 30. *c.* 5.

Groſphus, i, m. γρόσφος, caſpis haſtæ. *Arnob. l.* 6.

Groſſŭlus, m. 2. dim. a groſſus. *Col. de Arbor. cap.* 21. Cum groſſuli minuti erunt.

Groſſus, m. & f. 2. *fico non maturo*, פַּגִּים, Germ. *eine unzeitige feige*, Gal. *figue verte*, Hiſp. *higo verde*, ὄλυνθος, ficus immatura. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Dispreheniaſque in his hyeme groſſos. Adde *Celſ. l.* 5.

Grumentum, n. 2. *Agromento*, olim urbs, nunc caſtr. Lucaniæ, ad Acirim flu. in Baſilicata, paulo ſupra *Turſi* opp. prope *Lagarium* urb. a Soponaria opp. haud longe.

Grumŭlus, m. 2. dim. a grumus. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Caſtellatimque grumulis imponi diſtantibus inter ſe pedes ternos.

Grumus, vel grummus, mi, m. 2. *mucchio*, *monticello*, גַּל, Germ. *ein bühelin*, Gall. *grumeau*, *petit monceau*, Hiſp. *cerro*, *monton de tierra*, θρόμβος, terræ collectio, minor tumulo, quem etiam clivulum vocamus; item acervus lapidum, aut aliarum rerum, quæ ex pluribus concreſcunt, & coaleſcunt. *Col. l.* 12. *c.* 18. Grumos, quos ad verſuram plerumque tractæ faciunt crates, diſſipabimus. *Plin. lib.* 33. *c.* 4. Torretur & cum ſalis grumo pondere triplici. *Harduin.* tamen ex MSS. aliter legit.

Grundĭlis, vel grundŭlis, le, adject. quod alii a *grunda*, alii a *grunnio* derivant. Hinc grundiles Lares, animæ mortuorum. *Arnob. l.* 1. Nam antiqui parentes in ſuggrundiis ſepeliebant, eorumque animas converti putabant in Lares. Atque etiam, cum parentes deſiiſſent ſepelire in ſuggrunda, infantes tamen in ea ſepeliebant, qui nondum exegiſſent diem quadrageſimum. Sed *Nonius*, & *Diomed.* ex *Caſſio Hemina l.* 2. *Hiſt.* dicunt, fanum Laribus grundilibus factum in memoriam ſcrophæ, quæ triginta erat fœtus enixa. Quare videntur ita dicti e grundiis pecore, ideſt, a ſue. Ac Laribus quoque porco faciebant rem divinam.

Grundio, is, n. 4. idem ac grunnio, apud vet. *Claud. l.* 15. *Annal.* Grundibat graviter pecus ſuillum. V. *Non. c.* 6. *n.* 46.

Grunnio, is, n. 4. *grugnire*, Ger. *ſchreyen grunnen*, Gall. *gronder*, Hiſp. *grunir*, γρυλίζω, proprium eſt vocis porcorum, e verbo græco allato, quod a ſono, qui eſt γρῦ, gru. *Juven. Sat.* 15. *v.* 22. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis. Adde *Var.* & *Laber.* apud *Non. c.* 2. *n.* 356.

Grunnītus, us, m. 4. *grugnito*, Ger. *das grunnen*, Gall. *grondement*, Hiſp. *grunido*, γρυλλισμός, vociferatio porci. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 40. Nec grunnitum audit, cum mactatur ſus.

Gruo, is, n. 3. *far la voce di grue*, Germ. *wie ein kranch ſchreyen*, Gall. *gruir*, *chanter comme la grue*, Hiſp. *grullar*, γερανίζω, κλαγγάζω, eſt vociferari proprium gruis. *Auct. Carm. de Philom. v.* 23. *Feſt.* Grus gruit. Adde *Feſt.*

Grus, is, m. & f. 3. *gru*, *grue*, *grua*, סוּס, Ger. *grey*, *kranch*, Gal. *grue*, Hiſp. *grulla*, γέρανος, ſpecies avis, minime ſolivaga, quæ non ſe ſegregat, ſive cum volat, ſive cum paſcitur, a ſono vocis. Grues volantes ordine quodam y literam faciunt. Hoc Palamedes primus deprehendiſſe fertur. Hinc Palamedis aves appellantur a *Martial. lib.* 13. *epigr.* 75. Regem e ſuo cœtu eligunt. Mira vigilantia ſunt, excubias nocte dividunt, capite ſubter alam condito dormiunt, alternis pedibus inſiſtentes, quorum in altero, qui elevatus eſt, lapidem tenent, ut eo cadente expergiſcantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Grues in tergo prævolantium capite reponunt. *Horat. l.* 2. *Sat. ult. ad fin.* Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra gruis ſparſi multo ſale. ¶ Legitur & *gruis* in recto caſu. *Phædr. l.* 1. *fab.* 8. *v.* 7. Tandem perſuaſa eſt jurejurando gruis. ¶ Eſt etiam hoc nomine machina quædam, quam dicunt *corvum demolitorem*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. Vide Corvus.

Gruthungi, V. Gothyni.

Gryllo, vel grillo, as, n. 1. vocem grylli exprimens verbum. *Auct. Carm. de Philom. v.* 62. Et gryllus gryllat.

Gryllus, li, m. 2. *grillo*, Germ. *gryll*, Gall. *grillon*, Hiſp. *gril*, γρύλλος, genus eſt locuſtæ, ſimile cicadæ, longiori tamen corpore, a ſono, quem edit. Retro ambulat, terram terebrat, & noctu ſtridet. *Plin. l.* 29. *cap.* 6. Auribus prodeſt gryllus cum ſua terra effoſſus, & illitus. ¶ Grylli etiam dicuntur picturæ quædam ridiculæ. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *ſub fin.* Idem jocoſo nomine gryllum ridiculi habitus pinxit. Unde genus hoc picturæ Grylli vocantur.

Gryne, Grynia, Grynium, poſtea Clazomenæ, ſeu Clazomene, *Grine*, al. *Uria*, urbs Æolidis, vel Joniæ, in ora maris Ægæi, & ſinus Smyrnæi, inter Smyrnam, & Erythras proximas urbes. al. inter Smyrnam ad Or. & Chium ad Occ. non longe a Clazomenis, ſeu Marathuſſa inſ. Gent. *Grynæus*, *a*, *um*. Hinc

Grynæa, æ, f. 1. Sacerdos Apollinis. *Sil. l.* 13. *v.* 400. Sic ad Grynæam, quæ ſum ſub nomine Phœbi Autonoe tripodas ſacros, antrumque tenebat, &c.

Grynæus, a, um, adject. Apollinis cognomentum a Grynæo nemore prope Grynam. *Virg.* 4. *Æn.* Grynæus Apollo. *Id. Ecl.* 6. *v.* 72. Hinc tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

Gry-

Grynæus, maſc. 2. per duas ſyllabas, γρυνεὺς, nomen Centauri. *Ovid.* 12. *Metamor.*

Gryps, gryphis, m. 3. vel gryphus, i, m. *griſo*, [illegible], Germ. *greyf*, Gal. *griffon*, Hiſp. *gripho*, γρὺψ, avis fabuloſa, animal quadrupes, & pennatum, omni ex parte leo, alis tantum, & facie aquilæ ſimile, equis vehementer infeſtum, a γρυπὸς, *incurvus*, *aduncus naſo*, propter roſtri aduncitatem. Sed aliqui contra γρυπὸς a gryps derivant. *Plin. l.* 10. *c.* 49. Pegaſos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate roſtri fabuloſas reor, illas in Scythia, has in Æthiopia. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 27. Jungentur jam gryphes equis. *Pomp. Mela in deſcript. Scythiæ Europ.* Gryphi ſævum, & pertinax ferarum genus. ¶ De bello Gryphorum cum Arimaſpis ob auri cuſtodiam V. *Plin. l.* 7. *c.* 2.

G ANTE U.

Guaſtum. V. Glaſtum.

Guberna, orum, n. 2. gubernacula, apud vet. *Lucil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 39. Proras deſpoliate, & detondete guberna. Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 553.

Gubernaculum, li, n. 2. *timone*, Ger. *ſchiffruder*, Gal. *gouvernail*, Hiſp. *governal*, πηδάλιον, clavus navis, quo illa gubernatur, & regitur. *Cic.* 2. *de Invent.* Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit. ¶ Translate ponitur pro adminiſtratione. *Cic. pro Domo.* Cum Senatum a gubernaculis dejeciſſet, populum e navi exturbaſſes. *Id. pro Sext.* Clavum tanti Imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare. ¶ Legitur & gubernaclum, per ſync. *Virg.* 6. *Æn.* Namque gubernaclum multa vi forte revulſum.

Gubernatio, onis, f. 3. *governo*, *amminiſtrazione*, [illegible], Germ. *herſchung*, Gall. *gouvernement*, Hiſp. *governo*, κυβέρνησις, navis directio. *Cic.* 4. *Fin.* Et, ſi in ipſa gubernatione negligentia navis eſt everſa. ¶ Translate capitur pro quavis adminiſtratione. *Cic.* 3. *Catil.* Vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe.

Gubernator, ris, m. 3. *timoniero*, *governatore*, [illegible], Germ. *ſteirman*, Gal. *gouverneur*, Hiſp. *governador*, κυβερνήτης, rector, & moderator navis. *Cic. de Senect. cap.* 6. Gubernator clavum tenens ſedet in puppi. ¶ Translate ponitur pro quocunque rectore. *Cic. pro Rab.* Cæteros pari dignitate præditos cuſtodes, gubernatoreſque Reip. quo modo mortuos defendemus? *Quintil. l.* 8. *c.* 6. *de equorum agitatore*, Gubernator magna contorſit equum vi.

Gubernatrix, icis, f. 3. *governatrice*, [illegible], Ger. *verwalterin*, Gal. *gouvernante*, Hiſp. *governadora*, κυβερνήτειρα, quæ gubernat. *Cicer.* 1. *de Orat. c.* 9. Iſta præclara gubernatrice civitatum Remp. diſſipaverunt.

Gubernatus, a, um, adject. *governato*. *Cic. ad Brut. epiſt.* 10. Cæſarem meis conſiliis adhuc gubernatum quidam impulerunt.

Gubernium, ii, idem quod gubernatio. *Nov.* apud *Gel. l.* 16. *c.* 7.

Guberno, as, a. 1. *reggere*, *governare*, *amminiſtrare*, Germ. *regieren*, Gal. *gouverner*, Hiſp. *governar*, κυβερνάω, proprie eſt navim regere, a verbo græco allato. *Cic.* 1. *Off.* Ut ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret. ¶ Translate ſumitur pro adminiſtrare in genere, regere, moderari. *Cic. Curioni.* Teque hortor, ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. *Id. Att. l.* 6. Sed hæc Deus aliquis gubernabit.

Gubernum, ni, n. idem quod gubernaculum. *Lucil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 39. Proras deſpoliate, & detondete guberna. *Lucret. l.* 2. *v.* 555. Disjectare ſolet magnum mare tranſtra, guberna.

Gugga, æ, m. Afer, homo ex Lybia. Legunt aliqui in *Plaut. Pœn.* 5. 2. 17. Facies quidem edepol Punica eſt, gugga eſt homo.

Gula, æ, f. 1. *gola*, [illegible], Germ. *der ſchlund*, *die kael*, Gal. *gueule*, Hiſp. *gorgenta*, οἰσοφάγος, eſt fiſtula colli interior, conſtans ex carne, & nervo, per quam cibus, & potus in ventriculum defluit. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ex cartilagine, & carne arteria, gula carne, & nervo conſtat. Invenitur nonnunquam gula poſita pro anteriore parte colli, quam jugulum vocamus. *Cicer.* 6. *Ver.* Quem obtorta gula in vincula abripi juſſit. ¶ Translate accipitur pro voracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu. *Sueton. Vitel. c.* 7. Puſſe provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam. *Martial. l.* 14. *epigr.* 220. Cocus domini debet habere gulam. ¶ Gula follis, *la canna*. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 24. Cum is dormitum, follem obſtringit ob gulam, ne quid animæ forte amittat dormiens.

Gulo, onis, m. gulosus, lurco, *ghiottone*, *goloſo*, γαστρίμαργος. *Apul. Apol.* Gulones omnes, qui impenſo pretio a piſcatoribus mercantur. Adde *Macrob. Sat.* 7. *c.* 12. & *Feſt.* in *v. Ingluvies*.

Guloſe, adverb. *goloſamente*, γαστριμάργως, avide, voraciter. *Colum.* in *Præfat. l.* 1. Guloſius condiendi cibos, & luxurioſius fercula ſtruendi. *Tertul. de reſur. car. c.* 1. Guloſiſſime nutrit.

Guloſus, a, um, o. 1. 2. *goloſo*, [illegible], Germ. *freſſig*, Gal. *goulu*, *gourmand*, Hiſp. *goloſo*, *glotón*, γαστρίμαργος, qui eſt deditus gulæ vitio. *Martial. l.* 8. *epigr.* 23. Eſſe tibi videor ſævus, nimiumque guloſus. *Id. l.* 7. *epigr.* 19. Nil eſt miſerius, nec guloſius Sanctra. ¶ Translate. *Id. l.* 10. *epigr.* 59. Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo.

Gumiæ, m. 1. guloſi, a γόμφος, *ſaburra*, ut mulieres ſaturatæ dicuntur ſaburratæ a ſaburra. *Lucil.* apud *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Compellans gumias ex ordine noſtros. *Id. l.* 3. Quo veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ. Alii legunt *gamæ*, alii *gluviæ*.

Gummitæ arbores dicuntur, quæ gummi producunt. *Pallad.* In ceraſis hoc ſervandum eſt, & in omnibus gummatis.

Gummeus, a, um, adject. gummoſus. *Auſon. Idyl.* 6. *v.* 74. Gummea fletiferi ſuccinis trunci. h. e. inſtar gummi defluentia. Alii legunt *Gemmea*.

Gummi, n. indecl. vel gummis, is, f. 3. *gomma*, Ger. *gummi*, Gal. *gomme*, Hiſp. *goma*, κόμμι, gutta viſcoſa ex arboribus quibuſdam per corticem diffluens. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Gummi optimum eſſe ex Ægyptia ſpina convenit. *Col. l.* 12. *c.* 50. Nova dolia liquida gummi perluere. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Gummium modo candidum. *Martian. Capella* in genit. ſing. *gummeos* dixit græca terminatione, *l.* 3. *de Gram. in prior.*

Gummoſo, as, n. 1. gummi emitto. *Pallad. l.* 2. *tit.* 16. Prunus inſerenda eſt, antequam gummunet, in ſe, aut in pyro.

Gumminoſus, V. Gummoſus.

Gummitio, f. 3. κόμμωσις, illinitio quædam ex glutinoſo arborum ſucco, quo dolia fieri ſolebat. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Multi, tum ſemel nova dolia, vel ſerias craſſa gummi liverunt, ona in perpetuum gummitione contenti ſunt.

Gummoſus, a, um, o. 1. 2. *gommoſo*, quod multum gummi habet. *Plin. l.* 12. *c.* 9. Facilius hoc, & cruſtoſius, amariuſque, ac gummoſum. Alii leg. *Gumminoſum*.

Gurdus, n. 1. 2. *balordo*, [illegible], Germ. *vvurbel*, Gall. *gouſſe*, Hiſp. *remanſe*, *remoſitus*, pinguis, & translate ſtolidus, vox Hiſpanica. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. Gurdos, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audivi. Adde *Laber.* apud *Gel. l.* 17. *c.* 7.

Gurges, itis, m. 3. *gorge*, δίνη, proprie locus eſt in flumine profundus, in quo aqua vertitur, ſed generaliter de omni aquarum congerie dicitur, & de ipſo etiam mari, a ſono. *Cic. in Piſon.* Non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 27. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet? ¶ Ponitur etiam translate pro homine inſatiabili. *Cic. in Piſon. c.* 17. Ille gurges, atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi, atque gloriæ.

Gurgulio. V. Curculio.

Gurguſtiolum, n. 2. dim. a gurguſtium. *Apul. l.* 1. *Metam.* Brevitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas.

Gurguſtium, ſtii, n. 2. οἴκιον, genus habitationis anguſtum, a curculione verme. *Servius* docet, gurguſtium eſſe obſcuram, & latentem tabernam. *Cic. in Piſon. c.* 6. Quia gurguſtio te prodim.

Guſtatio, onis, f. γεῦσις, verbale a guſtando, prima pars cœnæ, *gli antipaſti*. *Petron. in Satyr. c.* 21. Juſſi diſcubuimus, & guſtatione mirifica initiati vino etiam Falerno inundamur: Extapti etiam pluribus ferculis, &c.

Guſtatorium, ii, n. menſa contecta putaminibus teſtudinum, ita dicta, quod in ea guſtare aliquid, ſeu jentare ſolerent ante juſtam cœnam. Alii exponunt cubiculum ad guſtandum idoneum, ut cœnatio ad cœnandum. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 6. Guſtatorium, graviorque cœnatio margini imponitur.

Guſtatus, us, m. 4. idem ac guſtus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Guſtatus, qui ſentire eorum, quibus veſcimur, genera debet. ¶ Item ipſe actus guſtandi. *Id. ibid. c.* 63. Varietas pomorum, eorumque jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, & aſpectus.

Guſto, as, avi, atum, a. 1. *guſtare*, [illegible], Ger. *koſten*, Gall. *gouter*, Hiſp. *guſtar*, γεύομαι, libo, labris primoribus attingo, a γεῦσις, guſtatio. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 26. Cum quidem biduum ita jejunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. ¶ Per translationem *Cic. pro M. Cal.* Nec modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ, & extrema, ut dicitur, digitis attigiſſent. *Id. in Piſ. c.* 24. Non guſtarat iſtam Philoſophiam. ¶ Guſtare etiam dicebant, cum ante cœnam leviter, & parce veſcebantur, jentare, *far colezione*. *Plin. l.* 3. *ep.* 5. & *l.* 6. *ep.* 16. ubi vide Varior. notas. Item *Sueton. Aug. cap.* 76. ¶ Guſtare ſermonem alicujus, pro aucupari, clam excipere, dixit *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 13.

Guſtulus, vel guſtulum, i, n. vel m. diminut. a guſtus. *Apul. l.* 2. *A. A.* Dulcem amarum guſtulum carpis. Alii leg. *dulce*, & *amarum*. ¶ *Id. l.* 9. *a med.* *guſtulum* vocat ovum recens natum, quod matutino jentaculo ſorberi hujuſmodi ova ſoleant. *Guſtus* autem pro jentaculo etiam uſurpari videtur. V. Guſtatio.

Guſtum, i, n. 2. idem quod guſtatio, jentaculum, vel prima pars cœnæ. *Apic. l.* 4. *c.* 5. Guſtum verſatile ſic facies.

Guſtus, us, m. 4. *guſto*, [illegible], Ger. *der geſchmack*, Gal. *le gout*, Hiſp. *el guſto*, γεῦσις, unus ex quinque ſenſibus exterioribus, quo ſaporum diverſitatem diſcernimus. *Cic. de Sen.* Uva & ſucco terræ, & calore Solis augeſcens primo eſt peracerba guſtu. ¶ Translate ſumitur pro delectatione. *Cic. Phil.* 3. *c.* 45. Sic libidinoſi, avari, facinoroſi veræ laudis guſtum non habent. *Senec. ep.* 114. Guſtum tibi dare volui. ¶ Guſtus etiam dicebatur prima pars cœnæ, *gli antipaſti*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 32. & 53. quæ loca lege.

Gutta, æ, f. *goccia*, *gocciola*, [illegible], Ger. *die tropffen*, Gal. *goutte*, Hiſp. *gota*, σταλαγμὸς, minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, quaſi chuta, ſeu χυτὴ, a χέω, *fundo*. *Cic.* 3. *de Or.* Quam in cadentibus guttis, quod intervallis diſtinguitur, notare poſſumus. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 76. Guttam haud habeo ſanguinis. ¶ Translate *Plaut. Pſeud.* 1. 4. 4. Cui neque parata gutta conſilii, neque adeo argenti. ¶ Guttæ apud architect. genus ſunt ornamenti Dorici. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. V. ibi Baldum.

Guttans, tis, o. σταλάζων, guttatim ſtillans. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Ambuſtis utilia, guttantia aſtringunt. *Harduin.* tamen ex MSS. legit, guttantium ius aſtringunt.

Guttatim, adverb. *a goccia a goccia*, Germ. *tropffenweiſſ*, Gall. *goutte a goutte*, Hiſp. *gota a gota*, κατὰ σταγόνα, per ſingulas guttas. *Plaut. Merc.* 1. 2. 95. Cor edepol miſerum meum, quod guttatim contabeſcit.

Guttatus, a, um, n. *pomellato*, *gocciolato*, quod colorem habet maculis quibuſdam in modum guttarum diſtinctum, a. q. quod album ad nigra intervenientibus punctis, quia puncta illa guttarum inſtar ſunt aſperſa, ut Equus guttatus, gallinæ guttatæ, &c. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Et picta perdix, Numidicæque guttatæ. Adde *Pallad. l.* 4. *c.* 13.

Guttula, æ, f. ſταγόνιον, dim. a gutta. *Plaut. Epid.* 4. 27. Ah guttula pulchra mihi ardens aſperſiſti.

Guttulus, i, m. dim. parvus guttus. Aſſeruntur a Lexicographis quibuſdam hæc Plauti verba: Ut guttulam hauriret ex guttulo. Hunc tamen locum nos in Plauto non vidimus.

Guttur, uris, n. *gola*, *canna della gola*, [illegible], Ger. *kael*, Gal. *goſier*, Hiſp. *garganta*, *garguero*, βρόγχος, pars illa, quæ eſt a faucibus ad jugulum, ſive exterior, ſive interior ſit. *Cic. pro Cal.* Quod quidem, vitium ventris, & gutturis non modo non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. ¶ Accipitur etiam pro ea fiſtula, qua ſpiritus a pulmone ad os tranſmittitur, quæ in homine aſpera arteria appellatur. *Cic.* 2. *de Div.* Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. ¶ Olim erat m. gen. *Plaut. Aul.* 2. 4. 25. Obturat inferiorem gutturem, nequid animæ emittat dormiens. ideſt anum.

Gutturnium, ii, n. πρόχοος, idem fortaſſe, ac guttus, vas, ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo, quod propter anguſtias guttatim fluat. *Feſtus*.

Gutturoſus, a, um, o. 1. 2. *gozzuto*, Ger. *kropffig*, Gal. *qui a un gros goſier*, Hiſp. *papudo*, dicitur, cujus guttur tanquam ſpongia quædam intumeſcit, quod vitii genus Græci βρογχοκήλην appellant, cum ſcilicet inter cutem, & aſperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor naſcitur, qui modo hebetem carnem, modo humorem melli ſimilem includit, interdum etiam minuta oſſa pilis admixta. Huic vitio peculiariter obnoxii accolæ Alpium ſunt, qui aquam bibunt ex nive reſolutam. *Ulp. de ædil. edic.* Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat.

Guttus, ti, m. 2. πρόχοος, ἐπίχυσις, vaſis genus, anguſto collo, a gutta, quod vinum eo funderent guttatim, quod Græci dicunt ἐπιλεβίζειν, Latini irrorare. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Speciatim hoc nomine hoc vas, quo in ſacrificiis utebantur. *Plin. l.* 6. *c.* 38. Cerinum juravit, ſe ex præda nihil attigiſſe præter guttum faginum, quo ſacrificaret. ¶ Item vas, in quo oleum aſſervabatur. *Gell. l.* 17. *c.* 8. Guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam ineſſet oleum, affert. ¶ Utebantur etiam gutto in balneis ad conſervanda unguenta. *Juven. ſat.* 11. *v.* 158.

G ANTE Y.

Gyaros, f. 2. vel Gyara, æ, f. 2. vel Gyari, orum, m. pl. 2. *Ioro*, al. *Caloiero*, al. *Sirapodia*, al. *Stenoſa*, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, inter Ceam, & Scyrum, deſerta, ac prorſus inculta, in quam facinoroſi a Romanis deportabantur. Hinc cum facinus aliquod pœna non mediocri dignum dicere volumus, *Gyaro dignum* dicimus. Incolæ a muribus fugati ſunt. *Plin. l.* 8. *c.* 29. *Juven. ſat.* 1. *v.* 73.

Gygæus, m. 1. Coloe, lacus Lydiæ, apud Exuſtam, & Sardes urb. inde 41. ſtad. juxta quem Halyattis erat ſepulcrum. ¶ Eſt etiam adject. a Gyge rege. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Gygemorus, m. a. mons Thraciæ. *Plin. l. 4. c. 21.*

Gyges, maſc. 3. Γύγης, gigas maximus, & centimanus, filius Cœli, & Terræ, frater Briarei. Sunt tamen, qui Briareum, Gygem, & Ægeona eoſdem putent. *Ovid. 4. Triſt.* Centimanumque Gygen, ſemibovemque virum. ¶ Alius fuit Gyges paſtor Candauli Lydorum Regis, cui cum Rex uxorem ſuam, de cujus pulchritudine gloriabatur, nudam oſtendiſſet, illa adverſus maritum indignata, Gygem ad cædem ejus impulit, ſeſeque cum Regno Lydiæ illi tradidit. *Herod. l. 1. Juſtin. l. 1. Plato 2. & 10. de Rep.* Ad Regnum ſic aſcendiſſe dicitur. Cum magnis quibuſdam imbribus terra hiatum feciſſet in ea regione, ubi ille armenta paſcebat, in hiatum deſcendit, conſpexit equum æneum concavum, cujus in lateribus feneſtræ erant, illis apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata, quod nihil habebat aliud præter aureum in digito anulum, eum detraxit, abiit, ac tum in concilium paſtorum ſe recepit, quod ea in fieri ſolebat, ut de rebus peculii ad Regem per ſingulos menſes referrent, juxtaque alios aſſedit. Accidit, ut, cum forte palam ejus anuli ad palmam convertiſſet, a nullo videretur, aliique de illo tanquam abſente loquerentur. Admiratus ergo denuo contrectans anulum palam in lucem convertit, quo facto rurſus apparuit. Hoc ille animadvertens diligentius, periculum fecit, utrum hanc anulus vim haberet. Atque ita illi compertum fuit, quod verſa ad ſe gemma a nemine videretur, verſa autem ad alios conſpicuus fieret. Itaque curavit, ut legatus ad Regem una cum aliis mitteretur, profectuſque Reginæ ſtuprum intulit, eaque adjutrice Regem dominum interemit, ſuſtulitque, quos obſtare arbitrabatur. Nec in his quiſquam eum facinoribus potuit videre. Sic repente anuli beneficio Rex exortus eſt Lydiæ. *Plato 2. de Rep. Cic. 3. Off.* Hinc prov. *Gygis anulus*, γύγου δακτύλιος, in homines inconſtantibus moribus, vel in fortunatos, qui quicquid optant, id ſuo arbitrio conſequuntur. ¶ Eſt item nomen formoſi pueri ex Gnido inſ. *Hor. l. 2. Carm.* ¶ Item nomen Trojani, qui a Turno in Italia interfectus eſt. *Virg. 9. Æn.*

Gymnas, adis, fœm. *eſercizio*, γυμνάς, exercitium. *Stat. 4. Syl. 2. v. 47.* Sic lubrica ponit membra Therapnæa reſolutus gymnade Pollux.

Gymnaſiæ inſulæ, Baleares, a γυμνάζω, exerceo, quod earum incolæ præcipue ſe funda exercerent. *Strabo l. 14. Plin. l. 3. c. 5.*

Gymnaſiarchus, i, & Gymnaſiarcha, æ, m. γυμνασιάρχης, præſes gymnaſii, ideſt loci, in quo athletæ nudi exercebantur. *Cic. 6. Ver. c. 42.* Demoliendum curavit Demetrius Gymnaſiarchus, quod is in loco præerat. *Valer. Max. l. 9. c. 10. n. 2. extern.* Taxillo gymnaſiarchæ permiſit, ut, &c.

Gymnaſium, ſii, n. *luogo da eſercitarſi*, Germ. *ein ort da vvelchem man ſich ertvverian ubt*, Gall. *lieu d'exercice*, Hiſp. *lugar de exercicio*, *aula*, γυμνάσιον, locus, in quo fit aliquod exercitii, ac ſpeciatim in quo athletæ ſe in palæſtra, ſeu lucta exercent, a γυμνάζω, *nudum me exerceo*, quod a γυμνός, *nudus*. Nam athletæ omnino nudi certabant, ſolum oleo inuncti, & pulvere, arenaque conſperſi, ut illud ſatis argumento eſt, quod Auguſtus Cæſar vetuit, ne fœminæ ejuſmodi ſpectaculis intereſſent. *Plaut. Amph. 4. 1. 3.* Omnes plateas perreptavi, gymnaſia, myropolia. Quo loco balnea intelligunt Interpretes: nam & hæc gymnaſia vocantur. ¶ Dicitur etiam de ſchola, ſeu ludo literario, non tam metaphorice, quam quod Philoſophi olim ea ad philoſophandum loca elegiſſent, in quibus in palæſtra juventus exerceri ſolita erat. *Cic. 2. de Orat.* Omnia iſta ego alio modo interpretor, qui primum palæſtram, & ſedes, & porticus etiam ipſos Græcos exercitationis & delectationis cauſa, non diſputationis inveniſſe arbitror. Nam & ſæculis multis ante gymnaſia inventa ſunt, quam in his Philoſophi garrire cœperunt, & hoc ipſo tempore, cum omnia gymnaſia Philoſophi teneant, tamen eorum auditores diſcum audire, quam Philoſophum malunt, qui ſimul os increpuit, in media oratione de maximis rebus, & graviſſimis diſputantem Philoſophum omnes unctionis cauſa relinquunt. *Cic. 1. de Orat.* Clamabunt, credo, omnia gymnaſia, atque omnes Philoſophorum ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia propria. ¶ Fuerunt etiam Gymnaſia loca quædam ſepulturis deſtinata. *Nepos Timol. in fi.* In Gymnaſio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia, ſepultus eſt. *Sulpic. ad Cic. l. 4. Fam. epiſt. 12.* Uti in quo vellemus gymnaſio, eum ſepeliremus, nobis permiſerunt.

Gymnaſiæ dicuntur quidam Indiæ populi, qui centenos vitæ annos excedunt. *Plin. l. 7. c. 2.*

Gymnaſticus, a, um, adject. *ginnaſtico*, ad exercitationem pertinens, γυμναστικός, a γυμνάζω, exerceo, ut gymnaſticum exercitium, gymnaſtico ars, qua pueri corpore exercentur, & ſtudia militaria docentur. *Plaut. Rud. 2. 1. 7.* Pro exercitu gymnaſtico, & palæſtrico hoc habemus, echinos, oſtreas captamus &c. *Id. Moſt. 1. 2. 72.* Arte gymnaſtica, diſco, haſta, pila.

Gymnicus, a, um, *ginnico*, γυμνικός, quod ad ſpectaculorum certamen pertinet. Unde Gymnica certamina, ſeu Gymnici ludi, ἀγῶνες γυμνικοί, erant publicæ concertationes, ut curſus, lucta, gladiatura, & hujuſmodi, ad populum oblectandum. *Cic. 2. Tuſc. c. 26.* Videmus ne, apud quos eorum ludorum, qui Gymnici nominantur, magnus honos ſit, nullum ab iis, qui in id certamen deſcendant, devitari dolorem? ¶ Originem habuere a Lycaone Rege Arcadiæ. *Plin. l. 7. c. 56.*

Gymnoſophiſtæ, m. 1. Philoſophi, & Sacerdotes Ægyptiorum, & Æthiopum, ut Brachmanæ, ſeu Brachmanes Indorum, ſic dicti, quaſi γυμνοὶ σοφισταί, nudi Philoſophi, quod nudi incederent per opacas ſolitudines, ſummamque ad tolerantiam ſe exercerent. *Hieron. in Ezechiel. c. 13. & ad Lætam. Sidon. l. 8. ep. 3.* Sed *Tertul. in Apol.* hæc nomina confundit. *Auguſtin.* item *l. 15. de Civ.* Indorum Gymnoſophiſtas appellat. Denique Bardeſanes Babylonius Gymnoſophiſtas in duo dogmata dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samanæos. ¶ Cœlibem vitam vivebant. Ab exortu ad occaſum ferventibus arenis alternis pedibus inſiſtentes Solem immobilibus oculis contuebantur. Oryza, & fructibus arborum vivebant. *Plin. l. 7. c. 2. Auguſt. l. 15. de Civ.* ¶ Eadem fuit vita Philoſophorum Indiæ, ſive Brachmanæ, ſive Gymnoſophiſtæ vocentur. *Cic. 5. Tuſcul.* Quæ Barbaria India vaſtior, aut agreſtior? in ea tamen gente primum ii, qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucaſi nives, hyemalemque vim perferunt ſine dolore, cumque ad flammam ſe applicuerint, ſine gemitu aduruntur.

Gynæceum, cei, n. 2. γυναικεῖον, locus ſecretior in ædibus, ubi ſolæ mulieres habitant, a voce Græca allata, quæ a γυνή, αικός, mulier. *Cic. 2. Philip.* Syngrapha ſeſtertii centies facta eſt in gynæceo.

Gynæconitis, idis, f. γυναικωνῖτις, idem, ac gynæceum. *Nepos in præfat.* Niſi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis dicitur.

Gypſatus, a, um, o. 1. 2. *ingeſſato*, *imbiancato*, Germ. *in gips gegoſſen*, Gal. *emplaſtré*, Hiſpan. *geſſado*, γυψωτός, gypſo illitus, infectus, tectus. *Ovid. 1. Amor eleg. 8.* Deſpice gypſati crimen inane pedis, ideſt ſervilis. Nam pedes venalium trans mare advectorum gypſo, ſeu creta notare mos erat. *Cic. l. 7. Fam. ep. 6.* Quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi illæ vitio verterent, quod abeſſet a patria. Manibus gypſatiſſimis, hoc eſt, dolis ac fraudibus aliqua honeſti ſpecie prætextis.

Gypſeus, a, um, o. 1. 2. quod ex gypſo eſt, *di geſſo*, γύψινος. *Spartian. in Severo c. 22.* Tres Victoriæ gypſeæ cum palmis, h. e. tres Victoriæ ſimulacra ex gypſo.

Gypſo, as, avi, atum, a. 1. *ingeſſare*, *imbiancbire*, γυψόω, gypſo inficio, ſeu tego. *Apic. lib. 1. c. 1.* Vas, in quod uvas mittes, picari pariter, & gypſari facies.

Gypſoplaſtes, æ, maſc. γυψοπλάστης, qui gypſum inducit. *Caſſiod. lib. 7. ep. 5.*

Gypſum, pſi, n. 2. *geſſo*, Ger. *gips*, Gal. *platre*, Hiſp. *yeſſo*, γύψος, materia calci ſimilis, ex lapidibus exuſtis ut plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & ſigna arte plaſtica conficiuntur. *Plin. l. 36. c. 24.* Cognata calci res gypſum eſt. *Juv. ſat. 2. v. 4.* Quamquam plena omnia gypſo Chryſippi invenias, h. e. ſtatuis Chryſippi, vel aliorum Philoſophorum, ex gypſo.

Gyratus, a, um, adject. *circondato*, in gyrum poſitus, vel factus. *Plin. l. 5. c. 10.* Chlamys orbe gyrato laciniosa.

Gyrinus, i, m. informis ranarum partus, γυρῖνος. *Plin. l. 9. c. 51.* Ranæ pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant.

Gyrus, ri, m. *giro*, *circuito*, Germ. *ring*, *kreiſſ*, Gall. *tour*, Hiſp. *buelta*, γῦρος, circumvolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus, a voce Græca allata. *Ovid. l. 3. Ar. am. v. 384.* In gyros ire coactus equus. *Senec. ep. 12.* Anguſtiſſimum habet dies gyrum. ¶ *Compellere*, ſeu *ducere in gyrum*, eſt anguſtis quibuſdam limitibus coarctare, & non ſinere latius evagari, quæ translatio tracta eſt ab equis, qui cum fræno diſcunt parere, non in liberum ducuntur campum, ſed in ſpatium aliquod anguſtius, ubi ſæpius ſit flectendum, quod & ipſum gyrus appellatur. *Cic. 3. de Or. c. 19.* Ex ingenti quodam Oratorem, immenſoque campo in exiguum ſane gyrum compellitis. *Id. 1. Off.* Homines ſecundis rebus effrænatos, ſibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere.

Gythium, i, oppid. in Laconia juxta Eurotam fluv. erat navale Lacedæmoniorum. *Cic. 3. Offic. c. 11.*

DE LITTERA H.

H Sit ne litera, an aſpirationis nota, inter Grammaticos controverſum eſt. Utcunque ſit, in verſu non conſideratur. Sed tamen interdum conſonantis officio fungitur. *Cledonius*, & *Diomedes* dicunt, quoties ultimam vocalem dictionis antecedentis adjuvat, ut ex brevi fiat longa, eſſe conſonantem, quoties non adjuvat, notam aſpirationis eſſe. ¶ Finalis in ſyllaba eſſe non poteſt, præterquam in *ah*, & *vah*, interjectionibus, quæ vel per Apocopen dictæ ſunt, cum completæ ſint *aha*, & *vaha*, vel quia abſcondita voce ſolent proferri interjectiones. ¶ Jungitur autem vocabulis omnibus, & quatuor conſonantibus, *c*, *p*, *r*, *t*, & hoc, ut valentius ſonet dictio. Ante Ciceronis tempora, ut ipſe in Orat. teſtatur, ſolis vocalibus addebatur aſpiratio, non autem conſonantibus, quemadmodum hodie, quorum etiam pronuntiationem ipſe aliquandiu ſe fuiſſe ſequutum fatetur. Quin ego ipſe (inquit) cum ſcirem, ita majores locutos eſſe, ut nuſquam, niſi in vocali, aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Cartaginem* dicerem, aliquando, idque ſero, convicio aurium cum extorta mihi veritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi. ¶ *Gell. l. 2. c. 3.* auctor eſt, in pleriſque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem addi aſpirationem, quod crederent, ſonum firmiorem reddi, & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ civitatum multas dictiones aſpirant. ¶ Aſpiratio autem (ut idem *Gellius* auctor eſt) non ſolebat literis interſeri; quemadmodum nos hodie facere conſuevimus, ſed more Græcorum ſupra literas annotari, quod & ipſum ſe vidiſſe affirmat in quodam vetuſtiſſimo codice, quem Virgilii autographon fuiſſe putat. ¶ In Vet. Inſcriptionib. reperitur interdum H pro ſpiritu aſpero Græcorum adſcripta.

H ANTE A.

Ha, interjectio exultantis, & læti animi. *Plaut. Cap. 2. 2. 45. V. Joann. Gebhart. Crepund. l. 2. c. 2.* ¶ Item corripientis, ſeu admonentis, ut quid fiet. *Id. Trinum. 4. 3. 53.*

Ha, ha, hæ, interjectio ridentis eſt. *Ter. Eun. 3. 1. 36.* ¶ Item irridentis. *Plaut. Pœn. 3. 5. 23. &c.*

Habe, pro *ave*, legitur in quibuſdam antiquis Inſcriptionib.

Habena, æ, f. *briglia*, רסן, Germ. *ein zaum*, Gall. *rener*, Hiſp. *rienda* ἡνία, retinaculum, & lorum illud, quo equi reguntur, ab habeo, quia ea equi inhibentur. *Virg. 12. Æn.* manibuſque undantes flectit habenas. *Id. 3. Georg.* liber habenis equus. ¶ Item quodcumque lorum, nam habenæ ex loro fiunt plerumque. *Id. 9. Æn. v. 588. de funda:* Ipſe ter adducta circum caput egit habena. *Horat. lib. 2. ep. 2.* In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ. hoc eſt ſcuticæ ex loro. ¶ Translate *Cic. 3. Or. c. 41.* Legum habenæ. *Id. de Amic. c. 13.* Laxiſſimæ habenæ amicitiæ. *Silius l. 1. v. 144.* Interea rerum Aſdrubali traduntur habenæ. *Virg. 12. Æn.* omnes irarum effudit habenas. *Id. 5. Æn.* immiſſis habenis furit Vulcanus. *Id. 6. Æn.* claſſique immittit habenas.

Habentia, æ, f. *l'avere*, divitiæ, apud vet. ab *habeo*, ut ſapientia a *ſapio*. *Claud. 7. Ann.* ut citat *Non. c. 2. n. 392.* Verebar etiam, ne animos eorum inflaret habentia. Adde *Plaut. Truc. prol. v. 20.*

Habenula, æ, f. dim. ab habena. *Celſ. l. 7. c. 20.* Ab ora quoque ejus vulneris, quod in inguine eſt, demenda habenula paulo latior eſt, quo major plaga ſit.

Habeo, es, bui, bitum, a. 2. *avere*, בעל, Ger. *haben*, Gall. *avoir*, Hiſp. *aver tener*, ἔχω, poſſideo, teneo. *Plaut. Rud. 5. 2. 34.* Miſerum iſtuc verbum, & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere. *Cic. pro Dom. c. 29.* Habere poteſtatem in aliquo. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 25.* Habere aliquid in poteſtatem. ¶ Eſt item occupare. *Virg. 2. Æn.* Hoſtis habet muros. *Sall. in Jug.* Animus incorruptus, æternus rector humani generis agit, atque habet cuncta, neque ipſe habetur. ¶ Item ſervare, detinere. *Sall. in Cat.* In cuſtodiis haberentur. *Cic. Fam. 7. ep. 25.* Secreto hoc audi: tecum habeto, *tienlo ſecreto*. ¶ Item adhibere, uti. *Ovid. 1. Amor. el. 8. v. 51.* Æra nitent uſu, veſtis bona quærit haberi. ¶ Item ferre, tolerare. *Salluſt.* Neque cuiquam mortalium injuriæ ſuæ parvæ videntur, multi eas gravius æquo habuere. ¶ Item dominare. *Salluſt. in Jugurtha*. Quæ res eos magno, diuturnoque bello inter ſe habuit. ¶ Item exiſtimare, reputare, judicare. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut Deos æternos, & beatos haberemus. *Id. pro Arch.* Qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti, atque dicti. *Curt. l. 6. c. 2.* Haberi pro hoſte. ¶ Item ſcire, ſibi perſuadere. *Cicer. ad Tiron.* Sic habeto, neminem eſſe, qui me amet, &c. ¶ Item intelligere. *Cic. Att. l. 5.* Habes conſilia noſtra, nunc cognoſce de Bruto. *Id. de Amic.* Sic habendum eſt, nullam in amicitia peſtem eſſe majorem, quam adulationem, blanditias, aſſentationem. ¶ Item habitare. *Plaut. Men. prol. v. 69.* Ille geminus, qui Syracuſis habet. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 22.* Is, qui ſub terris habet. Al. leg. habetur. Adde *Var. l. 4. L. L.* ¶ Item tractare. *Ter. Heaut. 2. 3. 6.* Nunquam ſecus habuit

bui illam, ac ſi ex me nata eſſet. *Caſ. l. 1. B. C. c. 63.* Male habere aliquem. h. e. clade afficere. ¶ Item præbere, exhibere. *Sall. in Cic.* Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſe ſe, ac fortunas ſuas venales habeat. ¶ Item eſſe. *Cic. de Sen.* Quod quidem ni ita ſe haberet, ut animi immortales eſſent. ¶ Item accidere. *Sall. in Catil.* Sicuti pleraque mortalium habentur. *id eſt* ut ſolet accidere plerunque rebus hominum. *Habet* item per ſe poſitum, ſignificat percuſſus eſt, ut *Donatus* inquit, & proprie de gladiatoribus dicitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 56. Certe captus eſt, habet. ¶ Eleganter *habeo* ponitur in peroratione operis. *Cic. in Lælio.* Hæc habui de amicitia quæ dicerem. ¶ *Ægre habere*, eſt ægre ferre. *Liv. l.* 7. Ita ægre habuit, filium id pro parente auſum. ¶ *Belle habere*, *Bene habere*, eſt bene valere, incolumem eſſe, *Male habere*, eſt infirmum, & ægrotum eſſe. *Cic.* & al. ¶ *Res bene*, vel *male habet*, vel abſolute *bene habet*, vel *male habet*, eſt feliciter, vel infeliciter cedit, *va bene*, *va male*. *Liv. l.* 8. Bene habet, vicit diſciplina militaris. ¶ Delectum habere. V. Delectus. ¶ *In deliciis habere*, eſt vehementer amare. *Cic.* 1. *de Divin.* Simia, quam Rex Moloſſorum in deliciis habebat. ¶ *Derelictui habere*, eſt deſerere, relinquere incultum. *Gel. l.* 4. *cap.* 12. Si quis arborem ſuam, vineamque habuerit derelictui. Habere aliquid pro derelicto, eſt curam ejus nullam gerere. *Cic. Att. l.* 8. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. ¶ *Deſpicatui habere*, vel *deſpicatum*, eſt deſpicere. *Plaut. Men.* 4. 3. 19. Quando tu me bene merentem tibi habes deſpicatui. *Ter. Eun.* Quæ nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam. ¶ *Dictum habere*, eſt dixiſſe. *Plaut. Perſ.* Satis jam habeo dictum. ¶ *Habere aliquem* dicimur, cum reperimus, vel deprehendimus. *Ter. Eun.* 4. 4. 7. Habes ne hominem? Adde *Plaut. Caſ.* 2. 8. 36. & V. *ibi Taubman.* ¶ *Ter. Andr.* 1. 1. 58. Quis heri habuit Chryſidem? h. e. cum Chryſide rem habuit? *Muretus.* ¶ Sæpe uſurpatur pro facere, ſuſcipere, celebrare, ut habere Comitia, cenſum, Senatum, concionem, &c. *Cic. Caſ. Salluſt.* & al. ¶ *Ter. Eun.* 1. 2. 39. Ego cum illo, quocum tum uno rem habebam, hoſpite Abii hoc. h. e. habebam conſuetudinem, coibam. ¶ Habere mare infeſtum, eſt *tener' il mare infeſtato*. *Cic. in fragm. l.* 3. *de Rep.* Cum quæreretur ex eo, quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum? eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Sic habere anxium, ſollicitum, occupatum, pro reddere. *Cic. & Plaut.* ¶ Habere rationem cum terra. *i. e.* terram colere. Et habere rationem cum Muſis. *h. e.* literis incumbere. *Cic. Att. l.* 2. & *de Senect.* ¶ Habere rationem alicujus rei, *tener conto*, *aver cura di qualche coſa*. *Cic. de Sen. c.* 11. Habenda eſt ratio valetudinis. ¶ Interdum cum infinito uſurpatur pro poſſe. *Cicer. l.* 1. *Fam. epiſt.* 5. Tantum habeo tibi polliceri, me tibi cumulate ſatisfacturum. ¶ Proprio etiam ſenſu infinito jungitur. *Id. l.* 2. *Attic. ep.* 22. De Rep. nihil habeo ad te ſcribere. ¶ Item cum Gerundio. *Plin. l.* 1. *ep.* 7. Accepiſſe me caryotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certandum habent. *h. e.* quibus cum ficis certandum eſt. ¶ Item cum conjunctivo. *Cic. pro Mur.* Quid huic reſpondeas, non habebis. ¶ Junctum ſubſtantivis eorum ſignificationem induit. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 10. Vobis hanc habeo edictionem. h. e. edico. *Id. Merc.* 5. 3. 4. Ego expurgationem habebo. *h. e.* purgabo. Sic habere timorem, pro timere. *Nepos* 7. *c.* 3. *Propert. l.* 3. *el.* 11. ¶ *Res tuas tibi habe*, formula ſolemnis divortii. *Plaut. Amph.* 3. 2. 47. *Apul.* 5. *A. A.* ¶ *Habere ætatem*, pro agere, *vivere*. *Sall. in Cat.* Habere ætatem procul a Republica. ¶ Habere honorem alicui, *onorare*. *Cic. Fam.* 16. Curio miſi, ut medico honos haberetur. ¶ Habeſſit pro habeat, V. loco ſuo.

Habeſſini. V. Abyſſini.

Habeſſit, pro habeat, apud vet. *Lex XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *de Leg. c.* 8. Separatim nemo habeſſit Deos.

Habeſſus, Lyciæ urbs, poſtea Antiphellus dicta. *Plin. l.* 5. *c.* 27.

Habĭlis, le, o. 3. *abile*, *atto*, *acconcio*, *conveniente*, *deſtro*, נבון, Ger. *gebendiſan*, Gall. *habile*, Hiſp. *habil*, ἐπιτήδειος, quod eſt aptum, & optime quadrat, cum dat. vel acc. & præp. *ad*. *Martial. l.* 13. Non habilis cyathis, & inutilis uva Lyæo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 54. Quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem. De calceis loquitur. *Virg. Æn.* 9. *v.* 306. Atque habilem (enſem) vaginæ aptarat eburna. *Liv. l.* 21. *c.* 4. Nunquam ingenium idem ad res diverſiſſimas, parendum, & imperandum habilius fuit. *Celſ. l.* 2. *c.* 1. Corpus habiliſſimum quadratum eſt.

Habĭlĭtas, f. *abilità*, *attitudine*, *deſtrezza*, מיריבנות, Ger. *bequemung*, Gal. *habileté*, Hiſp. *habilidad*, ἐπιτηδειότης, convenientia, aptitudo. *Cicer.* 1. *de Leg. c.* 9. Omitto opportunitates, habilitateſque reliqui corporis.

Habĭlĭter, adv. *acconciamente*, *facilmente*. *Pomp. Mela l.* 3. *c.* 7. Ut elephantis, ſicut nos equis, facile atque habiliter utantur. *Paul. JCtus l.* 20. *Dig. d. aur. arg.* &c. Ut habiliter gemmæ geri poſſint, auro incluſæ ſunt.

Habĭtābĭlis, le, o. 3. *abitabile*, בוישב, Germ. *wonhaffi*, Gall. *habitable*, Hiſpan. *que ſe puede habitar*, *habitable*, οἰκήσιμος, quod habitari poteſt. *Cic. 1. Tuſc. cap.* 20. Tum & habitabiles regiones, & rurſum omni cultu propter vim frigoris, aut caloris vacantes.

Habĭtācŭlum, li, n. 2. idem ac habitatio, ſeu locus, quem habitamus, *abitazione*. *Gel. l.* 5. *c.* 14. Habitaculum leonis. *Prudent. hymn. Exequiar.* Habitacula priſtina geſtet.

Habĭtans, antis, *abitatore*, *abitante*, incola. *Ovid.* 14. *Met. v.* 89. ſteriliquis locatas Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Habĭtātĭo, f. *abitazione*, מגורים, Ger. *wohnung*, Gall. *habitation*, *demeure*, Hiſp. *habitacion*, *morada*, οἴκησις, actus habitandi. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 21. Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. Adde *Sueton. Caſ. c.* 38. ¶ Item domus, in qua habitamus. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Villico juxta januam fiat habitatio.

Habĭtātor, m. 3. *abitatore*, יושב, Ger. *wohner*, Gall. *habitant*, Hiſp. *morador*, οἰκήτωρ, incola. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Sunt enim e terra homines non ut incolæ, atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum, atque cœleſtium.

Habĭtātrix, icis, f. *abitatrice*. *Auſon. Moſel. verſ.* 82. Flumineis habitatrix Naïs in oris.

Habĭtātus, a, um, adject. *abitato*. *Virg.* 3. *Georg. verſ.* 340. Raris habitata mapalia tectis.

Habĭtĭo, onis, f. actus habendi. *Gell. l.* 1. *c.* 4. Debitio gratiæ, non habitio, cum pecunia confertur.

Habĭto, as, avi, atum, a. 1. freq. ab habeo, & ſignificat proprie frequenter, vel paſſim habere. *Var. l.* 16. *Rer. Div.* apud *Non.* Hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe. ¶ Sed fere ſumitur pro domicilium in aliquo loco habere, locum aliquem incolere, *abitare*, *dimorare*, ישב, Ger. *wohnen*, *inhaben*, Gal. *habiter*, *demeurer*, Hiſp. *morar*, *poſar*, οἰκέω. Differt a commoror, quod habitare eſt perpetuum, commorari ad tempus. *Cic. de Senec. c. ult.* Commorandi natura diverſorium nobis, non habitandi dedit. Sed hæc differentia ſæpe confunditur. ¶ Melius Servii ſententia in 2. Ecl. conſtruitur cum acc. quam cum abl. & præp. *in*, quia verbum principale *habeo* acc. regit. *Virg.* 2. *Ecl.* Atque humiles habitare caſas. *Cic. pro Domo.* Quam habitandum in ea urbe, in qua trophæa & de me, & de Rep. videam conſtituta. ¶ Uſurpatur etiam cum ablat. ſine præp. Qui ſub terra ſemper habitaviſſent bonis, & illuſtribus domiciliis. ¶ Cum nominibus propriis urbium, &c. generalem regulam de ſtatu in loco ſequitur. *Cic.* 6. *Ver.* Is Lilybæi multos jam annos habitat. ¶ Item cum accuſ. & præp. *apud*. *Cic. in Catil.* Quid, quod vitandæ ſuſpicionis cauſa apud M. Lepidum te habitare velle dixiſti? ¶ Item cum abl. & præp. *cum*. *Cic.* 7. *Fam.* Ut non modo prope me, ſed plane mecum habitare poſſes. ¶ Item cum tabibus pretiis. *Cic. pro Cæl.* Triginta millibus dixiſtis eum habitare. ¶ Item abſolute. *Cic. pro Domo.* Habitare laxe, & magnifice voluit. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic.* 6. *Ver.* Coliturque ea pars, & habitatur frequentiſſime. ¶ Tranſlate ponitur pro eſſe, exiſtere. *Cic.* 2. *Fin.* Quo poteſt igitur habitare in beata vita ſummi mali metus? ¶ Item pro verſari, frequentem, & crebrum eſſe. *Cic. de Orat.* Illi habitarunt in hac una ratione tractanda. Hinc, *Habitare in oculis*, apud eund. *Att. l.* 4. Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare, ut præſentem me viderent: habitavi in oculis. ¶ *Habitare in vultu*, ideſt ab alicujus vultu contemplando oculos nunquam dimovere, vel dejicere. *Cic.* 12. *Phil.* Hic enim fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei. ¶ *Habitare in foro*, ideſt in forenſi commentatione, & exercitatione aſſiduum eſſe. *Cic. pro Mur.* Cum iis, qui in foro habitarunt. ¶ *Habitare in roſtris*, ideſt ſuam dicendi vim, & Eloquentiæ facultatem in roſtris exercere. *Cic. in Bruto.* Et ii quidem habitabant in roſtris. ¶ *In bonis ſuis habitare*, eſt ſuis bonis uti, vel in ſuis bonis oſtendendis frequentem eſſe. *Cic. de Orat.* Alioqui quonam modo vis ille bonus in bonis hæreret, & habitabit ſuis? ¶ *Secum habitare*, eſt ſuam conditionem perſpicere, ſuo ſe pede metiri. *Perſ. ſat.* 4. *in fi.* Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex.

Habĭtūdo, dinis, f. *abitudine*, *compleſſione*, Ger. *die eygenſchafft*, Gal. *habitude*, Hiſp. *diſpoſicion*, *abitud*, ἕξις, κρᾶσις, ipſe corporis habitus, quem barbari vocant complexionem, ab *habeo*. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 10. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe. Adde *Ter. Eun.* 2. 2. 11.

Habĭtŭo, as, a. 1. *abituare*, habitum inducere. *Cal. Aurel. Tard.* 4. *c.* 8. Ægrotantium vires fortitudine habituantus.

Habĭtŭrĭo, is, a. 4. habere cupio. *Plaut. Truc.* 1. 2. 49. Si mutones habituris.

Habĭtus, us, m. 4. *abito*, *qualità*, *forma*, תכונה, Ger. *weiſe*, *geſtalt*, Gal. *habit*, *qualité*, Hiſp. *habito*, *qualidad*, σχῆμα, corporis permanens affectio, forma, figura in hominibus, vel beſtiis. *Cic. pro Cæl.* Cum florerent integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Oris quidem habitus ad vitæ firmitatem nihil pertinet. ¶ Dicitur etiam de forma cujuſcunque alterius rei corporeæ. *Virg.* 1. *Georg.* Coloſque, habituſque locorum. ¶ A Philoſophis fere de animo dicitur, & definitur conſtans, & abſoluta in aliqua re perfectio, quæ frequentibus actionibus comparata eſt, ut ſunt virtutes omnes. *Cic.* 2. *de Inv.* Juſtitia eſt habitus animi communi utilitate conſervata, ſuam cuique tribuens dignitatem. ¶ Oratorie uſurpatur etiam pro naturali facultate, ſeu potentia. *Cicer. pro Arch.* Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope divino, per ſe ipſos moderatos, & graves extitiſſe fateor. ¶ Habitus item eſt cultus exterior corporis, ac præſertim veſtimentum, & ornatus veſtium. *Cic.* 5. *Ver.* Erant præterea duo ſigna non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu, atque veſtitu. ¶ Et tranſlate pro ornamento & genere ſumitur. *Cic.* 3. *de Or.* Si habitum etiam orationis, & quaſi colorem aliquem requiritis. ¶ Denique ſi vocis originem ſpectes, habitus idem eſt ac habitio, ſeu actus habendi, *l' avere*. *Liv. l.* 1. *c.* 42. Belli pacique munia non viritim, ſed pro habitu pecuniarum ſiunt.

Habĭtus, a, um, o. t. 2. *avuto*, partic. ab habeor. Habet varias ſignificationes, quemadmodum verbum, a quo deſcendit. *Ter. Heaut.* 2. 4. 12. Ut patrem tuum vidi eſſe habitum. h. e. affectum, ſeu comparatum. *Id. Hecyr.* 4. 1. 16. Ludibrio habitus. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 52. Habita eſt hæc fides. ¶ Significat etiam bona membrorum & totius corporis conſtitutione præditum, *ben formato*, *che è ben in carne*. *Ter. Eun.* 2. 3. 13. Si quæ habitior paulo, pugilem eſſe ajunt, deducunt cibum. *Plaut. Epid.* 1. 1. 8. Corpulentior hercule, atque habitior. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Equum nimis ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum, & habitiſſimum viderunt.

Hac, *per di qua*, בזה, Ger. *hierdurch*, Gal. *par icy*, Hiſp. *por aca*, ταύτῃ, adv. motus per locum. *Cic. ad Q. Fr.* Hac iter fecit Pompejus. *Ter. Heaut.* 3. 2. Hac illac circumcurſa.

Hactĕnus, adv. *ſin qui*, *ſino a qui*, עד הנה, Ger. *biſſher*, Gal. *juſqu' icy*, Hiſp. *haſta aqui*, μέχρι τούτου, hucuſque, ab *hac*, & *tenus*, quaſi uſque ad hunc finem. Plerumque eſt adver. ordinis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 1. Hactenus arvorum cultus, & ſidera cœli. *Cicer.* 2. *Divin. cap.* 24. Sed hæc hactenus: nunc ad oſtenta veniamus. ¶ Aliquando etiam temporis. *Liv. l.* 7. *c.* 26. Hactenus quietæ utrinque ſtationes fuere. ¶ Dividit per Tmeſim *Virg.* 6. *Æn. v.* 62. Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta. Adde 5. *Æn. v.* 603. ¶ Junctum particulis *ut*, *quoad*, *quod*, *ne*, *ſi*, ſignificat *cotanto*, aut *in tanto*. *Cic.* 2. *Orat. c.* 27. Hæc artem, & præcepta hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. *Plin. l.* 9. *ep.* 37. Patrem familiæ hactenus ago, quod aliquam partem prædiorum perambulo. *Cic.* Hactenus exiſtimo conſolationem noſtram recte adhibitam eſſe, quoad certior fieres &c. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 4. Etiam ne hæc mihi curanda eſt? Curandus autem? hactenus ne quid ad Senatum. *Senec. epiſt.* 88. Meritoria officia ſunt, hactenus utilia, ſi præparant ingenium, non detinent.

Hadria, V. Adria.

Hadriani Moles, Hadriani Sepulchrum, aut Mauſolæum, alias Arx Creſcentii, *Caſtel S. Angelo*, arx permunita urbis Romæ, juxta Tyberim & Pontem Ælium.

Hadrianus, i, Rom. Imperator XV. cujus vitam habes apud *Spartian. Xiphilin. Victor.* &c. ¶ Scribunt & Adrianus; ſed in veteribus monumentis aſpiratio conſtans eſt. V. *Manut. Orthograph.*

Hadriaticum mare. V. Adriaticus.

Hadrobōlum, n. 2. gummi genus nigrum, & in offas convolutum, in Bactriana, India, Media, Babylonia, quod in fimetis vino perfundi ſolebat, ut eſſet odoratius. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Hadroſphærum, ἁδρόσφαιρον, genus nardi foliis amplis. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Hadrumentum. V. Adrumetum.

Hæbūdæ, Hæbudes, Æbudæ, Ebudæ, Ebudes, Eboniæ, Hebriedes, Gallis, ſeu *Weſternes*, inſ. Scotiæ adjacentes ad Occ. A quibuſdam quinque eſſe dicuntur, ab aliis quadraginta quatuor. Duæ proprie Ebudæ nominantur, orientalior *Skye*, & occidentalior *Lewis*. Aliæ ſunt Ricina, ſeu Rechenea. *Argirei*, al. *Raglins*, ſeu *Rachim*, verſus Hiberniam, Lendrubia, *Lender*, Maleos, *Mula*, ſeu *Mul*, Epidium, *Tie*, ſive *Ille* ſive Salangus, Jona *ſuna*, deinde *Buſt*, *Toriſh*, *Col*, *Colonſa*, &c. *Solin. c.* 35.

Hædīle, n. 3. *ſtalla di capretti*, Ger. *geiſſſtal*, Gal. *étable à chevreaux*, Hiſp. *eſtab a para cabritos*, ἐριφοτροφεῖον, hædorum ſtabulum. *Hor.* 3. *Carm. od.* 17. Nec Martiales hædilia lupos.

Hædillus, m. 2. dim. ab hædus, ſeu hædulus. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 77. Agnellum, hædillum me tuum dic eſſe, vel vitellum.

Digitized by Google

Hædinus, a, um, o. t. 2. *di capretto*, ἐρίφειος, ex hædo. *Cic. pro Mur. c.* 36. Stravit pelliculis hædinis lectulum Punicanos.

Hædŭlus, m. 2. ἐρίφιον, dimin. ab hædus. *Juven. Sat.* 11. *v.* 65. Et Tiburtino veniet pinguiſſimus agro hædulus.

Hædus, i, m. 2. *capretto*, גדי, Germ. *giſſ*, Gall. *chevreau*, Hiſp. *cabrito*, ἔριφος, fœtus capræ. Scribi per æ, probat *Manut. in Orthographia*. *Cic. de Senect.* Villa abundat porco, agno, hædo. ¶ Hædi ſunt ſignum Celeſte, cujus ortus pluvias ſignificat. Sunt autem duæ ſtellæ parvæ in ſiniſtra Erichthonii, in cujus ſiniſtro humero inſidet Capra Amalthea. Dicuntur fuiſſe filii ejuſdem Capræ, ab Jove ſimul cum matre in Cælum tranſlati. *Virg.* 1. *Georg. v.* 205. & *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 117.

Hæmachātes, m. 1. αἱμαχάτης, lapis ſanguinei coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hæmatĭnum vitrum, αἱμάτινον, vitri genus totum rubens, non pellucidum, ex quo eſcaria vaſa veteres conficiebant. *Plin. l.* 36. *c.* 26.

Hæmatītes, æ, m. *amatita*, *matita*, lapis ſanguinei coloris, qui etiam ſanguinem ſiſtit, ab αἷμα, ſanguis. *Plin. l.* 36. *c.* 16.

Hæmatopŏdes, f. 3. αἱματόποδες, aves, quæ pedibus rubent, ab αἷμα, *ſanguis*, & πούς, *pes*. *Plin. l.* 10. *c.* 47. Alii leg. *himantopodes*. h. e. pedes habentes in modum lori contortos, ab ἱμάς, ἄντος, lorum.

Hæmĭmons, tis, regio Thraciæ ad Hæmum montem. *Sex. Ruf. c.* 9. Hinc Hæmimontani, Thraces Hæmum incolentes. *Sex. Ruf. c.* 9.

Hæmon, onis, m. Thebanus juvenis, qui, cum amore incredibili Antigonem Oedipi, & Jocaſtæ filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem ſibi conſcivit. *Propert. l.* 2. *eleg.* 8. *Ovid. in Ibin. v.* 561.

Hæmonia, V. Æmonia.

Hæmonius, a, um, adject. ab Hæmo monte. *Sil. l.* 10. *v.* 10. velocius inde Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat.

Hæmoptyĭcus, i, qui ſanguinem exſpuit, αἱμοπτυϊκός, *Marc.*

Hæmorrhagia, æ, f. 1. *fluſſo di ſangue*, αἱμοῤῥαγία, copioſus, & immoderatus ſanguinis fluxus, & ſpeciatim ille, qui per nares fit. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Folia ejus trita illita hæmorrhagiam ſiſtunt.

Hæmorrhoĭcus, a, um, adject. qui hæmorrhoide laborat. *Firmic. l.* 3. *c.* 3.

Hæmorrhŏis, idis, f. *moroide*, *morice*, αἱμοῤῥοΐς, profluvium ſanguinis ex venis, quæ ſunt in ano, vel tumor illarum venarum abſque ſanguinis eruptione, ab αἷμα, *ſanguis*, & ῥόος, *fluxus*. V. *Celſ. l.* 6. *c.* 18. *Plin. l.* 20. *c.* 7. ¶ Hæmorrhois item, f. 3. ſeu hæmorrhoia, genus aſpidis eſt, vel ſerpens aſpidi ſimilis, ſic dictus, quod mordens efficit αἷματος ῥεῖν, ſanguinis fluxum, ſeu ſudorem. *Luc. l.* 9. Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo. Adde *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Hæmus, m. 2. *Catena del Mondo*, & *Monte Argentaro*, al. *Coſtegnazzo*, *Praſone*, inc. *Kruiezor*, Scl. *Cumonizo*, Turc. *Balkan*, mons Thraciæ maximus, illam a Myſia inf. dividens, in longum protenſus, & ad Meſembriam urbem deſinens, adeo excelſus, ut ex jugis utrumque mare, Euxinum, & Adriaticum conſpiciatur. Dictus eſt ab Hæmo Boreæ, & Orithyiæ filio. Hujus pars Scombrus ab Ariſtotele, & Scomius a Thucydide appellatur, unde Strymon, Neſſus, & Hebrus effluunt. In eo Poetæ domicilium Martis conſtituerunt. *Claudian. in Conſ. Probi*, & *Olyb. v.* 120. Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo. ¶ Scribitur & *Æmus*.

Hæredĭŏlum, o. 2. ἀγρίδιον, parvum hæredium, ideſt, parvum prædium, quod nobis ex hæreditate provenit. *Colum. in præfat. l.* 1. Ad eoſdem juvencos, & quatuor jugerum avitum hærediolum redierit.

Hæredipĕta, æ, c. 1. κληρονομάδης, qui blanditiis, & muneribus, vel aliis artibus captat gratiam ſenum, & viduarum, ut eis illis hæres inſtituatur. *Petron. Satyr.* Incidimus in turbam hæredipetarum.

Hæreditarius, a, um, o. *ereditario*, Ger. *erblich*, Gal. *hereditaire*, Hiſp. *coſa de herencia*, κληρονομικός, quod ad hæreditatem pertinet, ut Bona hæreditaria, ſucceſſio hæreditaria, morbi etiam hæreditarii, qui parentum vitio nobis obtingunt. *Cic.* 6. *Ver.* Omnia illa abſtuliſt ſimul cum cæteris Chelidonis hæreditariis ornamentis. *Id.* 5. *Ver.* Iterum geſſit hæreditariam Quæſturam cum Dolabella.

Hæredĭtas, tis, f. 3. *eredità*, *ſucceſſione*, ירושה, Ger. *erbſchafft*, Gal. *heritage*, Hiſp. *heredad*, κληρονομία, ſucceſſio eſt in univerſum jus, quod defunctus habebat tempore mortis. Et apud antiquos dividebatur in duodecim uncias, quæ aliis nomine continentur. *Cic.* 1. *Off. c.* 33. Optima autem hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis, rerumque geſtarum. *Id. Agrar.* 1. *c.* 5. Hæreditatem obire. Et *Agrar.* 2. *c.* 16. Hæreditatem cernere, &c. ¶ Hæreditas cum ſacris, vel ſine ſacris quæ ſit V. Coemptionalis. ¶ In genit. plur. *hæreditatium* pro *hæreditatum* legitur in quadam *Inſcript.* apud *Fabret. p.* 99. ¶ An ſine diphthongo ſcribenda ſit hæc vox, V. Hæres.

Hæredium, vel heredium, n. 2. χωρίδιον, parvum prædium, quod nobis ex hæreditate provenit, ab hæres. *Corn. Nepos in Porcio Catone*, *c.* 1. Quod ibi hæredium a patre relictum habebat. Adde *Var. l.* 1. *R. R. c.* 10.

Hærĕo, es, ſi, ſum, n. 2. *eſſere ſtrettamente congiunto*, *ad unito*, דבק, Ger. *hangen*, Gal. *tenir contre*, *être joint*, Hiſp. *eſtar allegado*, ἅπτομαι, συμφύομαι, arcte rei inſideo, & conjunctus ſum, ab αἱρέω, *capio*, per Metalepſin, quia prius res prehenditur, deinde ei adhæretur. *Cic. pro Dejot.* Quod hærere in equo ſenex poſſet, admirari ſolebamus. *Virg.* 2. *Æn.* Hærent parietibus ſcalæ. ¶ Quandoque eſt ſimpliciter eſſe, manere, inſidere. *Ter. Hec.* In te hæret omnis culpa. *Virg.* 4. *Æn.* Hærent infixi pectore vultus. ¶ Tranſlate uſurpatur pro dubitare, ancipitem eſſe, quia qui in aliqua re dubitant, non moventur, ideoque hærent, ac ſuſpenſi eſſe videntur. *Cic. Phil.* 2. *c.* 29. Hærebat nebulo, quo ſe verteret, non habebat. *Plaut. Trinum.* 4. *c.* 59. Hæret hæc res, ſiquidem ego abſens ſum, &c. h. e. res eſt in ambiguo. ¶ Item pro aſſidue verſari, frequentem eſſe. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 22. Diu in urbe hæreo. *Plaut. Epid.* Hærere apud meretricem. *Cic. ad Att.* Hærere in ſcribendo. *Id.* 7. *Ver.* Hærere in iniquitatibus. ¶ Hærere alicui, pro valde addictum eſſe. *Sueton. de Gramm. c.* 14. Nicia hæſit Cn. Pompeio, & C. Memmio. ¶ Aqua hæret. V. Aqua.

Hæres, vel heres, edis (pro diverſa derivatione ab hæreo, vel ab herus, *Manut.* tamen tuetur *heres* ſine diphthongo) com. 3. *erede*, *ſucceſſore*, יורש, Ger. *erb*, Gal. *heritier*, Hiſp. *heredero*, κληρονόμος, qui defuncto ſuccedit in jus univerſum, quod habebat. *Cic. pro Quinct.* Hæredem teſtamento reliquit hunc P. Quinctium. *Id. Fam.* 13. *ep.* 26. Hæredem eſſe alicui. ¶ Secundus hæres dicitur, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur, ut inquit *Boethius in Comment. in Topica Ciceronis*, ea lege, ut, ſi prior hæreditatem non adeat, devolvatur ad ſecundum. *Cic. pro Cluent.* Quod ab hæredibus ſecundis accepta pecunia parum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet. ¶ Hæredes arboris, ſurculi, & rami. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Caſſaque denſius innumero hærede proſilit. ¶ Hæredem pro domino dixit *Plaut. Men.* 3. 2. 11. his verbis: Abſtuli hanc, cujus hæres nunquam erit poſt hunc diem. Adde *Feſt.* in voce Hæres. ¶ Hæres ex Aſſe. V. As.

Hæres, f. 3. nomen Deæ, cui veteres poſt acceptam hæreditatem rem divinam faciebant. *Feſt.*

Hæreſco, is, n. 3. συμφύομαι, hæreo, adhæreo, affixus maneo, *ſtar' attaccato*. *Lucret. l.* 2. *v.* 476. In terris hæreſcere.

Hærĕſis, is, f. 3. *ereſia*, *opinione*, כת, Ger. *meynung*, Gal. *hereſie*, Hiſp.

heregia, αἵρεσις, electio, optio, ſecta, & ſpeciatim electio dogmatis, quod a כתה, *eligo*. *Cic. in præfat. Parad.* Et ea ſentit, quæ non ſane probantur in vulgus, & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, &c. ¶ Chriſtianis eſt dogma adverſans principiis Religionis Chriſtianæ. *Auguſt. l.* 2. *cont. Creſcon. c.* 3. *Tertul. adverſ. Prax. c.* 8. ¶ Prima hujus vocis ſyllaba corripitur a *Prudentio*, abjecta altera vocali diphthongi, *in Pſychom. v.* 725. Dividitur, ruptis Hereſis perit horrida membris.

Hærĕtĭcus, m. 2. αἱρετικός, qui ſectam aliquam diverſam a recepta Philoſophia, vel Religione aut inſtituit, aut ſectatur. ¶ A Chriſtiana Theologia hæreticus dicitur, qui a Catholica Fide in aliqua re deſciſcit. *Tertul. adverſ. Hermog. c.* 19. ¶ Eſt etiam adject. hæreticus, a, um. *Arat. in Act. Apoſt. c.* 19. hæretica nigredine plenum.

Hærix, icis, V. Erinaceus.

Hæſitabundus, a, um, o. 1. e. dubius, cunctabundus. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 3. Hæſitabundus interrogavi, non ut tibi nocerem.

Hæſitantia, æ, f. 1. *balbutimento*, Ger. *zweiffel*, Gal. *heſitation*, Hiſp. *tartamudeamiento*, ἀπορία, titubatio, balbuties, & difficultas explicandi, quod ſentias. *Cic.* 3. *Phil. c.* 6. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit.

Hæſitatio, nis, f. 3. *dubitazione*, *dubbio*, Ger. *zweiffelung*, Gal. *doute*, Hiſp. *duda*, ἀπορία, dubitatio, cunctatio, perplexitas. *Cic.* 3. *Fam. epiſt.* 12. Noli ignoſcere hæſitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæſitantia. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 50. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tractuſque verborum?

Hæſitator, ris, m. 3. *chi dubita*, *o titubea*, *tardo*, ?, Ger. *zweiffler*, Gal. *qui doute*, Hiſp. *el que mucho duda*, μελλητής, cunctator, vel dubitator. *Plin. in epiſt.* 11. *l.* 3. Sum ipſe in edendo hæſitator, tu tamen meam quoque cunctationem, tarditatemque viciſti.

Hæſĭto, as, o. 1. *dimorare*, *eſitare*, ?, Ger. *zweiffeln*, Gal. *heſiter*, Hiſp. *dudar*, ἐπέχομαι, identidem, & multum hæreo, & progredi non poſſum, freq. ab *hæreo*. *Cic. in Catil.* Cum hæſitaret, cum cunctaretur. ¶ *Hæſitare in eodem luto*, proverbio dicitur, hoc eſt ita implicitum eſſe alicui negocio, ut te commode explicare non poſſis, ſed ſemper in ſimile, aut deterius incidas, tractum a viatoribus, qui ſimul atque in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Aptiſſime autem competit in eos, qui verſuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno ſe non liberant. *Ter. Phorm.* 5. 2. 15. In eodem luto hæſitat. ¶ Accipitur etiam hæſitare pro dubitare, titubare, timere. *Cic.* 1. *de Orat.* Hæſitantem in majorum inſtitutis, rudem in Jure Civili. ¶ Item pro balbutire. *Cicer.* 1. *de Orat. c.* 25. Sed ſunt quidam aut ita linguæ hæſitantes, aut ita voce abſoni.

Hagiogrăpha, orum, n. *libri ſanti*, ἁγιόγραφα, ſancta ſcripta, ſacri libri: ab ἅγιος, ſanctus, & γράφω. Quidam ita diſtinguunt S. Scripturæ veteris Teſtamenti libros, ut alii ſint *legis*, ſcil. Pentateuchus: alii *prophetiæ*, ut Prophetarum: alii denique, quia neutrum continent, & peculiare nomen non habent, communi *Hagiographa* appellentur. Ita *Hieronym. epiſt.* 106. quæ eſt præfatio in libros Regum, ubi fuſe hac de re, item *epiſt.* 100.

Hagnus, V. Agnus.

Halabarches, V. Arabarches.

Halalcomenæ, V. Alalcomenæ.

Halcedo, V. Alcedo.

Halcyone, V. Alcyone.

Halcyone, f. 1. opp. Theſſaliæ, ad ſin. Maliacum.

Halcyonia, f. 1. inſ. duæ Macedoniæ, apud Pallenem peninſ. vel circa Halcyonem opp. Theſſaliæ, ad ſin. Maliacum, quarum una Pallene, altera Poſthonia a *Suida*, & *Stephano* dicitur.

Halec, V. Alec.

Halecŭla, V. Alecula.

Halēſa, & Aleſa, Haleſina Civitas, urbs exc. Siciliæ, in ora Bor. & Occ. ubi nunc *Caronia*, caſtr. media inter Cephaledium ad Mer. & Agathyrſum ad Sept. Pop. Haleſini. *Cic. Ver.* 5. ¶ In agro Haleſino fons erat ad ſonum tibiarum exultans. *Solin.*

Halĭa, f. 1. Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, ab ἅλς.

Haliacmon, onis, m. 3. Aliacmon, Aliagmon, *Peleca*, al. *Platamona*, fl. rapidiſſimus Macedoniæ, qui illam a Theſſalia ſeparat, ac in Ægæum mare inter Pydnam, & Dium fluit.

Haliætus, ſive haliætus, m. 2. ἁλιαιετός, ſeu ἁλιαίετος, genus aquilæ, al. falco, al. accipiter, al. niſus, ab ἅλς, *mare*, & ἀετός, ſeu αἰετός, *aquila*, quaſi aquila marina. *Plin. l.* 10. *c.* 3. *Ovid.* 8. *Met. v.* 146.

Haliartus, f. 2. Aliartus, opp. Bœotiæ, ad Copaidem lac. juxta Permeſſum fl. Coroneæ, & Plateis proximum. ¶ Item *Navcaſtro*, opp. Peloponneſi, in ora Meſſeniæ, apud Meſſenen.

Halica. V. Alica.

Halicacăbus, f. 2. herba, al. ſolana, al. ſtrychnon, al. veſicaria. *Plin. l.* 21. *c.* 31. Aſpidum naturæ halicacabum adverſam.

Halicarius, a, um, adject. Halicariæ meretrices dicebantur, quæ in Campania ante piſtrina Halicariorum (h. e. eorum, qui halicam conficiunt) ſedebant quæſtus gratia. *Feſtus*. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 55. An te ibi vis verſarier inter iſtas proſedas, piſtorum amicas, reliquias halicarias? h. e. meretrices macie, & egeſtate confectas, &c. V. *Taubman.*

Halicarius, ii, m. qui halicam conficit. *Lucil. Sat.* 15. apud *Chariſ. l.* 1. Nemo eſt halicarius poſterior te.

Halicarnaſſēus, a, um, &

Halicarnaſſius, a, um, adject. ab Halicarnaſſo. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Scylax Halicarnaſſeus. *Corn. Nep. l.* 2. *c.* 1. Civis Halicarnaſſia.

Halicarnaſſus, Halycarnaſſus, Halicarneſſus, f. 2. *Meſi*, *Meſſi*, al. *Caſtel di S. Pietro*, urbs Cariæ maritima, ad ſin. Ceramicum, alias Regia, inter Jaſum ad Bor. & Gnidum ad Auſtr. ¶ Patria fuit Herodoti, & Dionyſii hiſtoricorum.

Halicaſtrum, i, o. genus farris adorei. *Col. l.* 2. *c.* 6. Semen trimeſtre, quod dicitur halicaſtrum.

Helienſis, f. 3. liber Apitii de piſcibus.

Halieutĭca, orum, n. 2. libri, in quibus tractatur de piſcibus. *Plin. l.* 32. *c.* 2. In eo volumine, quod Halieuticon inſcribitur.

Halieutĭcus, a, um, adject. piſcatorius, *peſcherecio*. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 17. Boletar halieuticum argenteum.

Halĭmus, m. 2. ἅλιμος, herbæ ſpecies, ab ἅλιμος, *marinus*, quia ſalſa eſt, ac juxta mare creſcit. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Diverſa eſt ab alimo, ἄλιμος, quæ dicta eſt ab α partic. priv. & λιμός, *fames*, quia admorſa diurnam famem prohibet. *Solin. de Creta inſula*.

Halipleumon, onis, m. 3. ἁλιπλεύμων, marinus pulmo, genus piſcis. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Halĭto, as, o. 1. *ſpirare*, נפח, Ger. *heffig athmen*, Gal. *halener*, *haleter*, Hiſp. *reſollar*, ἀναπνέω, ſæpe ſpiritum emitto, freq. ab halo. *Ennius*. Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

Halĭtus, ūs, m. 4. *alito*, *ſpirito*, *vento*, *fiato*, נשמה, Ger. *athem*, Gall. *haleine*, Hiſp. *aliento*, *baho*, ἀναπνοή, ſpiritus, ab halo. *Cic.* 2. *Tuſ. c.* 9. Veſtro ne preſſu quondam Nemeus leo frendens efflavit graviter extremum

halitum? ¶ Halitus terræ eſt vapor, qui per terræ rimulas ſurſum aſcendit. *Plin. l. 11. c. 12.* Obvio terræ halitu infectus. ¶ Halitus Solis, eſt vapor, & calor. *Colum. l. 2. c. 3.* Ne Solis halitu vires amittat.

Halizones, m. 3. Halyzones, Halezones, pop. Scythiæ Europææ, ita dicti, quod undique mari circundentur. *Herod. l. 4.* Sed hos *Plin. l. 5. c. ult.* memorat inter Bithyniam, & Aſiam: *Stephanus* inter Myſiam, Lydiam, & Cariam.

Hallucinatio, vel Allucinatio, onis, f. *errore*, *abbaglio*, παράβλεψις, verbale ab hallucinor. *Senec. de vita beata*, *c. 26.* Veſtras hallucinationes fero. *Arnob. l. 6.* Puerili hallucinatione ludatis.

Hallucinator, oris, m. nugarum amator. *Feſtus.*

Hallucinor, ſeu allucinor, ſeu alucinor, aris, atus ſum, d. 1. *abbagliarſi*, *vacillare*, שגה, Ger. *fehlen*, Gal. *s'abuſer*, *ſe tromper*, Hiſp. *enganarſe*, παραβλέπειν, proprie eſt illidere pedem, metaphorice vero ſumitur pro errare, quomodo impingere pro eodem uſurpatur, ab *Hallus*, vel *allex*, *pollex*, al. digitus magnus pedis. *Col. l. 8.* Ne fur, aut beſtia hallucinantem paſtorem decipiat. ¶ Transfertur & ad animum, pro a vero judicio aberrare, *fallare*, *ingannarſi*. *Cic. Attic. l. 16.* Ego tamen ſuſpicor, hunc, ut ſolet, hallucinari. ¶ Interdum pro levia loqui. *Cic. ad Q. F. l. 2. ep. 10.* Sed quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum hallucinari. idest, quemadmodum cum una ſumus, quicquid in buccam venit, pro noſtra familiaritate garrimus, ita inania ſcribere argumenti inopia aliquando neceſſe eſt. ¶ Plura de origine hujus vocis habes apud *Gell. l. 16. c. 12.* & *Voſſ. in Etymol.*

Hallus, vel allus, i, m. 2. vel hallux, ucis, vel hallex, vel allex, ucis, m. 3. ἀντίχειρ, vel melius ποδὸς μέγας δάκτυλος, *pollex*, vel potius digitus pedis ſcandens ſuper proximum, ab ἄλλομαι, *ſalio*. Aliqui interpretantur pollicem in manu, quod conſtricta manu ſolus proximum digitum ſcandat. *Feſtus.*

Halo, as, n. 1. *ſpirare*, *mandar fuori odore*, נפח, Ger. *riechen*, Gal. *flairer*, Hiſp. *echar de ſi baho*, πνεῖν, ἐκπνεῖν, ſpiro, vel odorem emitto, ab ἄω, *ſpiro*, inſerto *l*, vel a χαλάω, *laxo*, quia qui reſpirat, ſpiritum laxat, & remittit. *Virg. 4. Georg. v. 109.* Invitent croceis halantes floribus horti. ¶ Cum dativo *Lucret. l. 2. v. 847.* Et nardi florem, nectar qui naribus halat.

Halo, onis, f. *alone*, *cinto*, ἅλως, area, corona, ſeu circulus circa lunam, aut ſolem, *alone*. *Senec. l. 1. Quæſt. Nat. c. 2. Plin. l. 2. c. 29.*

Halo, onis, m. male ſobrius, heſterno vino languens. *Feſtus.*

Halone, f. 1. inſ. Propontidis, ante Cyzicum urb. apud Proconneſum. *Plin. l. 5. c. ult.*

Halonnēſus, f. 2. inſ. parva maris Ægæi, inter Samothraciam ad Occ & Cherſoneſum Thraciæ ad Or. In ea olim ſolas fœminas, interfectis omnibus maribus, habitaſſe, refert *Mela*. ¶ Halonneſus altera, inſ. maris Ægæi, Magneſiæ, ſeu Joniæ adjacens, apud Erythras, inter Corycum, & Argenum prom.

Halophanta, m. 1. hominum genus nequam, idem fere ac ſycophanta, ab ἅλς, *mare*, & φαίνομαι, *appareo*, ob veſtitum nauticum. *Feſt.* halapanta dicit, hoc eſt, omnia mentiens, ab ἄλη, ſeu ἄλη, *error*, & ἅπαντα, *omnia*. *Non. c. 2. n. 396.* definit genus hominum, quod ob fuendi mendacia miſerrime mercede conducitur, ab ἄλη, *error*, & ὑφαίνω, *texo*. *Turneb. l. 2. c. 5.* holophantam vocat, h. e. ὅλον φαντ, quaſi qui ſit totus in oſtentatione. *Plaut. Curc. 4. 1. 8.* Halophantam, an ſycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio. ¶ *Scalig. ad Feſt.* ſuſpicatur, hunc ſcripſiſſe *halopenta*, ut, παρὰ τὴν ἅλα ſimiliter faceret, quemadmodum παρὰ τὰ σῦκα factum eſt *ſycophanta*: *halopantam* autem nihil ſignificare, ſed Comicæ, & tempore luſiſſe *Plautum* propter habitum marinum ejus, de quo ibi loquitur. V. *Calophanta*.

Halōſis, f. 3. *preſa*, *eſpugnazione*, ἅλωσις, captio, ſive expugnatio. *Suet. in Neron. c. 38.* Lætuſque flammæ, ut ajebat, pulchritudine, haloſin Ilii decantavit. Optimi tamen Codices habent ἅλωσιν, græcis literis.

Halter. V. Alter.

Halus, m. 2. Gallis herba eſt, quæ Venetis cotonea, ſimilis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, & ſitim ſedans. *Plin. l. 26. c. 7.*

Halyatta. }
Halyatticus. } V. Alyattes.

Halys, Calis, m. 3. *Lali*, *Coſilirmac*, & interius *Oiemagiuchi*, & Turc. *Aysoxy*, fl. ingens Aſiæ min. Profluit ex Tauro M. fontes habet in Galatia, Paphlagoniam a Cappadocia dirimit, ſoterlus Archelaidem urb. juxta Gangre labitur, rigatis aliquot urbibus Galatiæ, & Paphlagoniæ, in Euxinum mare cadit. ¶ Eſt & Halys fl. Lydiæ, juxta quem Crœſus a Cyro victus, & captus eſt, suo deceptus eſſet ambiguo Oraculi ſenſu: Crœſus Halym ſuperans magnam pervertet opum vim. V. *Cic. de Divin. l. 2. c. 36.*

Hama, f. 1. vas, quo aquam hauriebant ad incendia reſtinguenda, ἄμη. *Plin. l. 10. ep. 42.* Nullus in publico ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda. *Juven. ſat. 14. v. 304.* Diſpoſitis prædives hamis vigilare cohortes Servorum noctu Licinus jubet. ¶ Hinc hamis inſtructus, & dolabris per urbem noctu ſtabat Præfectus Vigilum, quorum cohortes ſeptem arcendis ignibus Auguſtus inſtituerat. V. in *Dig. tit. de Offic. Præf. Vig.* ¶ In antiq. libris legitur & *Ama*, ſine aſpiratione.

Hamæ, f. 1. opp. Campaniæ, in monte, ubi ſylva adhuc nomen retinens, *Selva de Hemi*, a Cumis 3. M. P. a lacu Tripolino non longe.

Hamadryădes, f. 3. ἁμαδρυάδες, Nymphæ ſylvarum, eædem ac Viræ Querquetulanæ, quas vetuſtas credidit cum arboribus naſci, & interire, ab ἅμα, ſimul, & δρῦς, arbor, ſpeciatim quercus, ſeu robur. *Virg. 10. Ecl.* Jam neque Hamadryades rurſus, nec carmina nobis ipſa placent. V. *Ovid. l. 8. Metam. v. 758.* ¶ In ſingulari numero, *Stat. l. 1. Silv. 3. v. 63.* Et non abruptos tibi reddet Hamadryas annos.

Hamatĭlis, le, o. 3. ἀγκιστρώδης, quod ad hamum pertinet. *Plaut. Rud. 2. 2. 10.* Poſt id hamatilem piſcatum, ſaxatilemque aggredimur. *Tertull. adverſ. Gnoſt. in princip.* Hamatile ſpiculum.

Hamātus, a, um, o. 1. 2. *amato*, *pieno di ami*, ἀγκιστρωτός, hamo inſtructus, & munitus, vel habens figuram hami. *Cic. 4. Acad.* Hamatis, uncinatiſque corpuſculis. *Ovid. 2. Met.* Hamatiſque viri laniaverat unguibus ora. ¶ *Hamatæ tegulæ* dicuntur a *Vitruv. l. 7. c. 4.* quæ ita formatæ ſunt, ut habeant margines utrinque exſtantes, quibus tamquam hamis inter ſe colligari poſſint. Ita enim eo loco legunt multi cum *Philandro*. At *Salmaſ. ad Vopiſc. in Probo c. 21.* ex quibuſdam MSS. contendit legendum eſſe *animatæ*: eas autem eſſe interpretatur, quæ in modum canaliculi factæ ſunt, & utrinque ſpiramenta habent, h. e. foramina, per quæ humor, & humidus aer ibi collectus exire poſſit. ¶ *Hamata munera*, quæ ita dantur, ut alia ſubinde dona ad ſe alliciant. *Plin. ep. 30. l. 9.* Hos ego viſcatis, hamatiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.

Hamaxa, f. 1. ἅμαξα, ſignum in Cœlo, Al. Arctos, Urſa, Septentrio, ita dictum, quod currus effigiem habet, currus autem Græce ἅμαξα dicitur. *Gell. l. 2. c. 21.*

Hamaxagōga, æ, m. 1. ἁμαξαγωγός, qui plauſtris aliquid exportat, ab ἅμαξα, *plauſtrum*, & ἄγω, *veho*. V. Exagoga.

Hamaxo, as, a. 1. ſub jugum mitto currui, ab ἅμαξα, currus. *Plaut. Trucul. 2. 2. 21.* Ita me amabit ſarculum, ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem, cumque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem, quem &c.

Hamaxobii, aut Hamaxobitæ, ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβῖται, populi Sarmatiæ in plauſtris habitantes. V. *Plin. l. 4. c. 12. Tertul. l. 1. adv. Marc. c. 1.* Hamaxobio inſtabilior.

Hamiōta, ſeu hamiota, æ, m. 1. qui hamo ad piſcandum utitur. *Plaut. Rud. 2. c. 3.* Salvete fures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ.

Hammītes, m. 1. gemma ſimilis ovis piſcium. *Plin. l. 37. c. 10.*

Hammochryſus, i, ἀμμόχρυσος, gemma ſimilis auro arenis mixto. *Plin. l. 37. c. 3. Solin. c. 30.*

Hammon. V. Ammon.

Hammoniăcum, vel ammoniacum, n. 2. ammoniaci lacryma, ferulæ ſuccus, quam juxta Cyrenen Africa gignit, ab ἄμμος, arena, quod ab arbore ſua diſtillans incidat in arenas, inque iis in grumos quoſdam thuris modo concreſcat, vel potius ab Ammonia Libyæ regione, in qua templum erat Jovis Ammonis, juxta quod iſthoc ferulæ genus in primis naſcebatur. *Plin. l. 12. c. 23.* ¶ Sumitur etiam pro ſale Ammoniaco, ab eadem origine. Nam & in arenis invenitur, & optimum juxta Ammonis Oraculum ab accolis effoditur. *Plin. l. 31. c. 7. Dioſc. l. 3. c. 85.*

Hammonitrum. V. Ammonitrum.

Hammonium, n. 2. coloris genus tendentis in ſubruſum. *Varro de re ruſt. l. 3. c. 2.* Num tibi vides hic citrum, aut aurum? num minium, aut hammonium? Aliqui Armenium legunt.

Hamo, as, avi, atum, a. 1. hamo utor, capto, *peſcare coll' amo*, ἀγκιστρεύω. ¶ Item curvo in modum hami, ἀγκιστρίζω. ¶ Utroque ſenſu caret latino exemplo. Nam quod ex Petron. Satyr. cir. princ. affert Theſaurus Fabri, his verbis: Artis ſeveræ ſi quis hamat effectus: plures ſunt qui legunt *amat* ſine aſpiratione. Quod autem cæteri Lexicographi adducunt ex *Claudiano l. 2. in Rufin. v. 338.* Flexilis inductis hamatur lamina membris: meliores Codices habent *animatur*, & id videtur ſenſus ipſe poſtulare.

Hamotrahones, m. 3. piſcatores, vel qui cadavera hamo in Gemonias ſcalas trahebant. *Feſtus.*

Hamŭla, f. 1. dim. ab hama. *Col. l. 10. v. 387.* Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam.

Hamŭlus, i, m. dim. ab hamus. *Plaut. Stich. 2. 1. 17.* Fert hamulum piſcatorium. ¶ Item uncinus, quo Medici Chirurgi pterygion ex oculo eximunt. *Celſ. l. 5.* Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo.

Hamus, m. 2. *amo*, חכה, Germ. *hatten*, Gall. *hameçon*, Hiſp. *anzuelo*, ἄγκιστρον, uncus, ex quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces, ab ἅμμα, *vinculum*, quod ab ἅπτω, *necto*, quia hamo velut ferreo vinculo aliquid adnectitur. *Cic. de Sen.* Eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces. ¶ Accipitur etiam pro catena. Imo aliqui exiſtimant, hanc priſcam eſſe ſignificationem, ab ἅμμα, *vinculum*, ut dictum eſt. *Virg. 3. Æn. v. 467.* Loricam conſertam hamis, auroque trilicem, hoc eſt, catenulis aureis. ¶ Item pro inſtrumento ferreo, quo linum pectitur. *Plin. lib. 19. cap. 1.* Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Item pro opere dulciario. *Apul. l. 10. A. A.*

Hannĭbal, (melius quam Annibal) alis, m. vir Carthaginenſis, filius Aſdrubalis. Ob rem male geſtam a Carthaginienſibus lapidibus obrutus fuit. *Oroſ. l. 4.* Livius ſcripſit, cruci fuiſſe affixum. ¶ Fuit item Hannibal hujus filius, qui miſſus eſt ab Amilcone, ſeu Himilcone duce in Lilybæum, quod a Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos. *Polyb.* ¶ Fuit præterea Hannibal alius Rhodius, dux item Carthaginienſis in eodem bello, qui tandem a Romanis interceptus eſt. *Polyb.* ¶ Fuit poſtremo Hannibal Amilcaris filius, qui omnes illos fama, virtuteque ſuperavit. Hunc adhuc impuberem jurejurando ante aræ pater aſtrinxiſſe fertur, ut, quam primum per ætatem liceret, arma contra Romanos ſumeret. Igitur in Hiſpaniam trajecit, & Saguntum, aliaſque urbes expugnavit. Inde ſuperatis Alpibus in Italiam venit, ubi multis cladibus Romano populo illatis, quas accurate perſequitur *Liv. Dec. 3.* tandem in Africam revocatus, ibique a Scipione Africano ſuperiore devictus, primo Epheſum ad Antiochum Regem, poſtea in Bithyniam ad Regem Pruſiam profugit. a quo ne Romanis eum petentibus dederetur, ipſe ſibi mortem conſcivit, veneno abſumpto, quod in anulo ſervabat. Vide *Nepotem in ejus vita*.

Hanno, onis, m. nomen trium virorum Carthaginienſium. Horum primus temporibus Philippi Macedonum regis privatis opibus potens, in libera Republica regnum affectavit, ſed poſt varios conatus, inſidiaſque civibus paratas, ab iiſdem captus, virgis cæſus, deinde effoſſis oculis, manibus cruribuſque fractis, cruci affixus eſt. *Juſtin. l. 21. c. 4.* Hanno alter a Carthaginienſibus cum exercitu miſſus contra Agathoclem Siciliæ tyrannum, in pugna interfectus eſt. *Juſtin. l. 22. c. 6.* Tertius Hanno fuit factionis Barchinæ, tempore belli Punici ſecundi, cumque auctor pacis ſemper eſſet, nequaquam exauditus eſt, inquit *Liv. l. 21.*

Hanŭlum, o. 2. idem, ac fanulum, apud vet. dim. ab hanum, ideſt, fanum. *Feſtus.*

Hapalar. V. Apalar.

Haphe, es, ἁφή, inſperſio pulveris, quo athletæ membra perfundebant, poſtquam ceromate uncti eſſent, ut in lucta prehendere adverſarium commodius poſſent. Hoc modo illita corpora flavum colorem induebant. *Martial. l. 7. ep. 66.* Harpaſto quoque ſubligata ludit, Et flaveſcit aphe. *Senec. ep. 57.* A ceromate nos aphe excepit. ¶ Origo vocis eſt ab ἥφα præterit. verbi ἅπτομαι, tango.

Happalopſis, idis, nomen condimenti fictum a joculari coquo, apud *Plaut. Pſeud. 3. 2. 47.*

Hapſus, m. 2. ἅψος, vinculum, aut cingulum, quo pars affecta velatur, cingiturque, ideſt, glomus ſtuparum, filamentorum, lanæ, quantum manu capi poteſt, ab ἅμμα, nexus, vinculum, quod ab ἅπτω, necto, alligo. *Celſ. l. 7. c. 26.* Inducenduſque hapſus lanæ mollis tepido oleo repletus.

Hara, æ, f. *ſtalla di porci*, porcorum ſtabulum. *Cic. in Piſ. c. 16.* E hara producte, non ex ſchola. *Ovid. ep. 11. v. 104.* Tertius immunda cura fidelis haræ. ¶ *Haræ ſus*, convicium eſt in ſordidum & impurum hominem. *Plaut. Moſt. 1. 1. 39.* ¶ Dicitur etiam de ſepto, in quo includuntur anſeres. *Varr. l. 3. R. R. c. 10. de anſeribus.* Singulis, ubi pariant, faciunt haras quadratas. *Colum. l. 8. c. 14.* Anſer paſcitur in hara clauſus cum matre.

Haringa. V. Harviga.

Hariŏla, æ, f. 1. mulier, quæ hariolatur. *Plaut. Mil. 3. 1. 98.* Quod dem hariolæ, atque haruſpicæ.

Hariolatio, f. 3. *partnia*, actus hariolandi. *Cic. 1. de Div. c. 31.* Miſſa ſum ſuperſtitioſis hariolationibus.

Hariŏlor, aris, d. 1. *profetare*, *indovinare*, נבא, Ger. *vorſagen*, Gal. *deviner*, Hiſp. *adevinar*, μαντεύομαι, divino, vaticinor, ab hariolus. *Cic. 3.*

de

de Div. Neque eos, qui quæſtus cauſa hariolantur. *Id. Att. l.* 8. Non hariolans, ut illa, cui nemo credidit, ſed conjectura proſpiciens. Adde *Ter. Phorm.* 3. 2. 7.

Hariolus, li, m. 2. *profeta*, *indovino*, חוזה, Ger. *vvarſeger*, Gal. *devin*, Hiſp. *adevino*, μάντις, futurorum divinator, qui divina menta fatur, quæ ventura ſunt, ab antiquo *fariolus*, quod a fari. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 2. Ex quo genere ſæpe hariolorum etiam, & vatum furibundæ prædictiones.

Harmedone. V. Hermedone.

Harmonia, f. 1. *armonia*, *concordanza*, Germ. *vvollautung*, Gall. *harmonie*, Hiſp. *harmonia*, ἁρμονία, apta omnis commiſſura, ac compages, compoſitio, concordia, convenientia, ab ἁρμόζω, *apto*. *Quint. l.* 1. *c.* 10. Nec illa modo contenti diſſimilium concordia, quam vocant harmoniam. ¶ Tranſlata ſumitur pro ſymphonia, ſeu concentu. *Cicer.* 1. *Tuſc. c.* 18. Harmoniam autem ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiam harmonias efficit plures. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Canere ad harmoniam.

Harmonia, f. 1. filia Gelonis, uxor Themiſtii. ¶ Item Martis, & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale monile dedit, eo quod ex conjugis adulterio fuiſſet progonata. *Ovid. l.* 4. *Met.*

Harmonica, es, f. *armonia*, ars harmonica. *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Theatrorum per harmonicem ad augendam vocem ratiocinationes ab antiquis ſunt conſtitutæ.

Harmonicus, a, um, o. 1. *armonico*, ἁρμονικός, quod ad harmoniam attinet. *Plin. l.* 2. *c.* 109. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere. Adde *Varr. l.* 9. *L. L.*

Harmoge, es, ἁρμογή, *unione de' colori nella pittura*, ars ſeu ratio, qua unus color cum altero apte conjungitur, ut paulatim minuantur, miſceanturque ſic, ut tranſire alter in alterum in confinio videatur. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Commiſſuras colorum, & tranſitus harmogen appellaverunt.

Harpa, æ, f. 1. inſtrumentum muſicum. *Venant.* Romanuſque lyra plaudat tibi, barbarus harpa.

Harpa, acis. V. Harpe.

Harpaction, ſeu harpacticon, n. 2. genus gummi, ab ἁρπάζω, *rapio*, ob celeritatem avellendi. *Plin. l.* 33. *c.* 16.

Harpage, es, f. ἁρπαγή, inſtrumentum, quo muros oppugnabant. *Siſen. apud Non.* Falces injectas comminuunt, pluteos propius collocatis harpagis dejiciunt.

Harpaginetulus, i, m. diminut. parvus harpago. *Vitruv. l.* 7. *c.* 5. Harpaginetuli ſtriati. Ita Theſaur. Fabr. Verum hoc Vitruvii loco mire torquentur Interpretes, quorum alii alias reponunt lectiones, alii verba prope deſperata putant. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ubi omnium congeſſit ſententias.

Harpago, onis, m. *uncino*, *con che ſi legano le navi inſieme alla guerra*, Ger. *ſchiffhacken*, Gal. *croc*, Hiſp. *cloque*, ἅρπαξ, inſtrumentum ferreum, in fine aduncum, quo in navalibus præliis apprehenduntur naves, & tanquam in continenti coguntur dimicare, ab ἁρπάζω, *rapio*. *Liv. l.* 30. *c.* 10. Aſſeres ferreo unco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanos cœpti. *Curt. l.* 4. Ferreæ manus (harpagonas vocant) quas operibus hoſtium injicerent. ¶ Eſt & aliud inſtrumentum hoc nomine, quo ea, quæ in puteum, vel fluvium deciderint, extrahuntur. Hujus inventor traditur fuiſſe Anacharſis Philoſophus. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Harpago etiam eſt inſtrumentum ferreum, quod a nonnullis canis vocatur, quo vaſa vinaria conſtringuntur, ut commodius inducantur circi. ¶ Denique harpago raptorem, aut furem ſignificat. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 13.

Harpago, as, a. 1. *rapire*, *rampinare*, ἁρπάζω, rapio, ab ἁρπαγή, raptus, rapina, quod ab ἁρπάζω, rapio. *Plaut. Aul.* 2. 2. *ſc.* 2. *v.* 24. Hei miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt.

Harpalica, f. 1. mulier Harpali Thracum Regis filia, quæ patrem a Getis captum liberavit. *Serv. in* 1. *Æn. v.* 317.

Harpalus, m. 2. nomen prædonis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Et canis apud *Ovid.*

Harpaſtum, n. 2. *palla del calcio*, ἁρπαστόν, genus pilæ grandioris, quam pila paganica, minoris tamen, quam follis, ab ἁρπάζω, *rapio*, quod plures projectum harpaſtum conentur arripere, & extra ſuos limites ejicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, ſed cum multi ludentes in duas partes diviſi ſunt, quiſque annititur pilam arripere, & ad ſuos, qui poſt ſe ſunt eminentes limitibus, tranſmittere, ejuſque partis victoria eſt, quæ pilam extra limites adverſariæ partis ejecerit. Laborioſus ludi genus eſt, grandioribuſque tantum conveniens. Cum enim multi ſimul pilam arripere conantur, in terram ſe invicem proſternunt, pulvereque, & ſudore infecti flaveſcunt. *Mart. l.* 4. *epigr.* 19. Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona, ſive harpaſta manu pulverulenta rapis.

Harpax, gis, vel gos, f. 3. ἅρπαξ, verticillus ex electro, ab ἁρπάζω, *rapio*, quod folia, & feſtucas raptat. *Plin. l.* 37. *c.* 2. *de electro.* In Syria fœminas verticillos inde facere, & vocare harpaga, quia folia, & paleas, veſtiumque fimbrias raptat.

Harpe, es, vel Harpa, æ, fem. 1. ἅρπη, enſis in ſummitate falcatus, quo Mercurius uſus fertur in occidendo Argo, & Perſeus in amputando Meduſæ capite. *Ovid.* 5. *Met. v.* 69. Vertit in hunc harpen madefactam cæde Meduſæ. ¶ Eſt etiam harpa, vel harpe avis rapax, ex vulturum genere. *Alciat. Emblem.* 142. *Plin. l.* 10. *c.* 74.

Harpocrates, maſc. 3. Ἁρποκράτης, Græcus Philoſophus, cujus eruditio, ac præcepta in id maxime tendebant, ut ſilentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Habitus eſt Deus ſilentii. Hujus ſimulacrum in ſacris Iſidis, & Serapidis adhibebatur, quod digito labiis impreſſo admonere videbatur, ut ſilentium fieret. Hinc prov. *Reddere Harpocratem*, pro ſilentium imponere. *Catul. in Gell. carm.* 73. Patrui perdeſpuit ipſam uxorem, & patruum reddidit Harpocratem

Harpyiæ, fem. 1. *Arpie*, Ἅρπυιαι, aves, filiæ Neptuni, ſeu Ponti, & Terræ, al. Thaumantis, & Electræ, quæ tres numerantur, Aello, Ocypete, Celæno, ab ἁρπάζω, *rapio*. A Suida rapaces Dæmones vocantur. Incolebant Strophades inſ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 216. Homerus Celeno Podargen vocat, & ex ea dicit Zephyrum genuiſſe Achillis equos Balium, & Xanthum genuiſſe.

Haruga, vel Aruga, vel Arviga, vel Haringa (totidem enim modis legitur) hoſtia, cujus adhærentia inſpiciebantur exta. *Feſt. & Donat. ad Terent. Phorm.* 44. V. *Arvige*.

Harundulatio. V. in litera A.

Haruſpex, vel aruſpex, icis, m. 3. *Indovino*, *Profeta*, קוסם, Germ. *vvarſager*, Gall. *devin*, Hiſpan. *adevino*, ἱεροσκόπος, μάντις, qui hoſtiis inſpectis, futura prædicit. *Cic. Phil.* 3. *c.* 8. Cum Haruſpices ex tota Hetruria conveniſſent. ¶ *Donatus ad Terent. Phorm.* 4. 5. derivat ab *Haruga*: alii aliunde.

Haruſpica, æ, f. *indovinatrice*, מכשפה, Ger. *vvarſagerin*, Gal. *devine*. Hiſp. *adevinadora*, divinatrix. *Plaut. Mil.* 3. 1. 98. Da, quod dem hariolæ, atque Haruſpicæ.

Haruſpicina, fem. 1. *l'arte d'indovinare*, קסם, Germ. *kunſt des vvarſegens*, Gall. *l'art de deviner*, Hiſp. *el arte de devinar*, ἱεροσκοπία, ars divinandi ex cæſarum hoſtiarum extis. *Cic.* 2. *de Div.* Ut ordiar ab Haruſpicina, quam ego Reipub. cauſa, communiſque religionis colendam cenſeo. ¶ Haruſpicinam facere, eſt exercere. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 18. Cum qui hodie Haruſpicinam facerent, in Senatum Romæ legerentur.

Haruſpicinus, a, um, o. 1. 2. quod ad Haruſpicinam ſpectat, ut Libri haruſpicini, qui de Haruſpicina, h. e. Haruſpicum arte præcepta tradunt. *Cic.* 1. *de Div. c.* 33. Quod Hetruſcorum declarant & Haruſpicini, & Fulgurales, & Rituales libri.

Haruſpicium, n. 2. actus divinandi ex inſpectione extorum, & ponitur etiam pro ipſa arte. *Catul. carm.* 89. Et diſcat Perſicum haruſpicium.

Haſta, æ, f. *aſta*, *lancia*, חנית, רמח, Ger. *ein ſpieſſ*, Gal. *lance*, *pique*, Hiſp. *lança*, *pica*, δόρυ, λόγχη, inſtrumentum ex ligno teretе, cuſpide præferrata, quo milites in bello utuntur. *Cic.* 2. *de Fin.* Evelli juſſit eam, qua tranſfixus erat, haſtam. ¶ Haſtæ uſus etiam in nuptiis fuit. Sponſus enim comam ſponſæ cuſpide haſtæ diſtinguebat. Hujus rei cauſam Plutarchus ad matrimonii felicitatem traducit. Ab aliquibus ſcriptum eſt, ſupra ſponſæ caput haſtam de corpore gladiatoris eductam poni ſolitam fuiſſe, vel ut oſtenderetur, promptum eſſe ſupplicium, ſi conjugii fidem violaſſet, vel ut declararetur, ſponſam nuptiarum jure viri imperio ſubjici, quia haſta imperii ſymbolum eſt, vel quoniam matronæ in tutela Junonis *Curitis* eſſent, quæ ita vocabatur ab haſta ferenda, quæ Sabinorum lingua *curis* dicebatur. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 9. *Ovid.* 2. *Faſt.* Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri, comat virgineas haſta recurva comas. ¶ *Haſtam abjicere*, proc. locutio eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere, ducta tranſlatione a militia, in qua qui deſperant, & fugiunt, arma abjiciunt. *Cic. pro Mur. c.* 21. Videſne tu illum triſtem, demiſſum? jacet, diffidit, abjecit haſtam. ¶ Ponitur etiam pro auctione, *incanto*, quia auctio cum eſſet, haſta erigebatur. Hinc *Haſtæ ſubjicere bona alicujus*, eſt ea publica auctione vendere, apud *Feſt.* &, locare ad haſtam, apud *Colum. præfat. l.* 1. Sed aliqui dicunt, auctionem fuiſſe, cum fieret publica venditio, & res traderetur plus offerenti, ab augendo pretio, venditionem vero haſtæ fuiſſe alienationem publicam bonorum eorum, qui damnati, proſcriptive fuiſſent. *Cicer. Ph.* 8. Itaque haſtam ſemper videre cupiunt ii, qui noſtris bonis imminent. ¶ Haſta pura dicitur, quæ ſine ferro eſt, & ſignum eſt pacis. Hac donabantur milites, qui in bello fortiter feciſſent. *Sueton. Claud. c.* 28. Poſidem ſpadonem Britannico triumpho inter militares viros haſta pura donavit. ¶ Erat etiam haſta inſigne judiciorum decemviralium, & centumviralium: nam hujuſmodi judices haſta in foro poſita judicabant. *Martial. l.* 7. *ep.* 53. Centum gravis haſta virorum. ¶ Tranſlata haſtæ dicuntur argumenta oratoria. *Cic. l.* 1. *Orat. c.* 57. Non eſt difficile Oratori auctorem aliquem invenire, a quo cum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoriis lacertis viribuſque torquebit.

Haſtarium, ii, n. auctio, quæ ſub haſta fit: vel locus, ubi fit auctio: vel liber, in quo auctiones perſcribuntur. Totidem enim modis interpretantur illud *Tertulliani in Apolog. c.* 13. Deos in haſtario vectigales habetis.

Haſtarius, ii, m. 2. miles haſta armatus. *Ammian. l.* 27. *c.* 2. Cum paucis captus ab haſtariis. Al. tamen leg. Aſcariis.

Haſtatus, a. 1. 2. λογχοφόρος, αἰχμητής, qui utitur haſta, vel qui haſta armatus eſt. Haſtati apud Romanos erat unum ex quatuor peditum generibus (nam pedites alii erant velites, alii haſtati, alii principes, alii triarii) qui primo quidem haſtis pugnare ſoliti ſunt, & iis non jaculatoriis, ſed ſtabilibus, hoc eſt contis. poſtea vero pila etiam, & gladios adhibuerunt. In acie ſecundum obtinebant locum, ſcilicet poſt velites, & ante principes, primique ſtatariam, & gravem pugnam inibant. Vide *Lipſ. de milit. Rom. l.* 2. *Dial.* 2. & *l.* 4. *Dial.* 1. *Liv. l.* 22. Pugna exorta eſt, non illa ordinaria per principes, haſtatoſque, & triarios. ¶ Primus haſtatus erat, qui duas centurias, ideſt ducentos homines ducebat in acie ſecunda, quem & Ducenarium appellaverunt. *Veget. l.* 2. *de re milit. cap.* 8. Secundus haſtatus centuriam, & ſemis, ideſt centum & quinquaginta milites gubernabat. *Id. ibid.* ¶ Apud *Cic. l.* 1. *de Divin. cap.* 33. videtur ſignificare primam haſtatorum centuriam: Hæc ſunt ejus verba: Cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. Adde *l.* 2. *c.* 31.

Haſticus, a, um, adject. ab haſta. V. Aſtycus.

Haſtifer, a, um, qui haſtam fert. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 1. *n.* 163.

Haſtile, is, n. 3. *fuſto a guiſa d'aſta*, Ger. *ſpieſſtang*, Gal. *fuſt en forme de lance*, Hiſpan. *haſtil*, *haſta*, λόγχη, ſcapus, lignum haſtæ, & generatim quod ad haſtæ formam factum eſt, hoc eſt lignum teres, & oblongum, cujuſmodi eſt haſta. *Virg.* 5. *Æn.* Præfixa haſtilia ferro. *Cicer. pro Rab.* Mancus, & membris omnibus captus, ac debilis, haſtili innixus, &c.

Haſtula regia, a Latinis dicitur radix, & bulbus aſphodeli, ut *Plin.* 21. 22. docet. tota item herba ita appellatur, ut *Apul. de herb. cap.* 32. innuit. Quam Latini fortaſſe ſic appellarunt, quia florens regii ſceptri, quod brevis quodammodo haſta eſt, ſpeciem refert: vel quia eſt herbarum clariſſima, quam ob cauſam & heroïon, ἡρώϊον, dicta eſt, ut ſcribit *Plin.* 22. 22. Quare rectius *haſtula*, quam aſtula ſcribi videtur. ¶ *Haſtula* pro aſſula, ſeu aſtula. V. in lit. A.

Hau, V. Au.

Haud, adv. *non*, οὐ, οὐκ, non, ob οὔτε, & per apoſtrophum οὔτ', vel potius ab οὐδὲ, vel οὐδ', *neque*. Antiqui pro *haud* dicebant *aud*, & *aut*. Eodem enim modo & disjunctivam, & negantem particulam ſcribebant. Poſt diſcriminis cauſa pro negandi adverbio ſcripſere *haut*, vel *haud*. *Scalig. de cauſ. L. L.* putat ſcribendum ſemper *haut*. *Victorio. Lambio. Lipſ.* & alii cenſent ſcribendum *haut*, ſi ſequatur conſona, *haud*, ſi vocalis. Ceterum in antiquis libb. editis, & MSS. promiſcuus eſt uſus. Conſuetudo obtinuiſſe videtur, ut *haud* ſemper ſcribatur. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 15. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum. *Virg. Æn.* 3. *v.* 236. Haud ſecus ac juſſi faciunt. *Ter. Eun.* 2. 3. Haud diu eſt.

Haudquaquam, adv. *in niun modo*, οὐ μή, nequaquam, nullo pacto, nullo modo. *Cic.* 2. *de Or. c.* 33. Haudquaquam id eſt difficile Craſſo. *Liv. l.* 28. *c.* 6. Haudquaquam ad ſpem eventus reſpondit.

Haveo. V. Aveo.

Haurio, is, hauſi, hauſtum, a. 4. *tirar fuori*, שאב, Germ. *ſchoepfen*, Gal. *tirer*, *puiſer*, Hiſp. *ſacar*, ἀντλέω, ἀρύω, extraho humorem, & educo ex profundo aliquo loco, ab αὔω, inſtar in more Æolum, quod ab αὔω, *traho*. *Cic. in Acad.* Ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulos conſectentur. *Id. in Bruto*, Si ſe potare velis, de dolio ſibi hauriendum putet. ¶ Per metalepſin conſequentia eſt vacuare, conſumere, ut Poculum haurire, &c. *Virg.* 1. *Æn.* Ille impiger hauſit ſpumantem pateram. *Cic. de Ar. Reſp.* Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet? ¶ Tranſlate ſumitur pro accipere, percipere. *Cicer. in Rull.* Sumptum hauſit ex ærario. *Id. in Bruto*: Artes, quas domi haurire non poſſes, arceſſivit ex urbe Athenarum. *Id. pro Cæl.* Vidi, & illum hauſi dolorem vel acerbiſſimum in vita. ¶ Item pro conſumere. *Liv. l.* 5. *c.* 7. Tam longi temporis opus incendium hauſit. ¶ Item pro perferre, ducta metaphora a poculis, ſeu a potione rerum amararum. *Cicer. in Tuſc.* In propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates! ¶ Item pro peragere, percurrere. *Virg.* 4. *Georg.* Et medium Sol igneus urbem hauſerat. ¶ Item pro confodere, vulnerare. *Virg.* 10. *Æneid.*

Digitized by Google

v. 314. Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum. ¶ Haurire auribus, eſt audire. *Virg.* 4. *Æn.* v. 359. Vocemque his auribus hauſi. ¶ Haurire oculis, eſt aſpicere, videre. *Virg.* 4. *Æn.* v. 661. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. ¶ Haurire cœlum, *inſpirare*. *Id. Æn.* 10. ¶ Haurire lucem, *venir' alla luce*. *Id. Georg.* 2. ¶ Haurire animo eſt percipere, recipere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 26. Simul hæc animo hauri. ¶ *Haurire ſupplicia*, eſt pœnas luere. *Virgil.* 4. *Æn.* v. 383. Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt, ſupplicia hauſurum ſcopulis. ¶ *Haurire cibum*, eſt vorare. *Colum. l.* 8. *c.* 17. Quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. ¶ Apud *Virg.* 3. *Georg.* v. 106. Exultantiaque haurit Corda pavor pulſans. hoc eſt ferit, defatigat, percellit. ¶ Hauriri gurgitibus, pro mergi, undis opprimi. *Liv. l.* 1. In paludibus quidam conjecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. ¶ Invenitur præterit. *haurivi*, vel *hauſi*. *Var. Priſcian. l.* 10. Cum idem quoque haurierit. ¶ Hinc ſupinum *hauritum*: item *hauſum*. *Juvenc. in Joan.* 4. Hauritura cavis putei penetralibus undas. *Apul. l.* 2. *A. A.* Lagena facilis hauritu. *Virg. Æn.* 4. v. 383. Supplicia hauſurum, &c.

Hauſtor, oris, m. qui haurit, aut bibit. *Lucan. l.* 9. v. 591. Ultimus hauſtor aquæ.

Hauſtrum, i, neut. 2. ἄντλιον, machinæ genus eſt, teſte Budæo, rotam habens, quæ calcata aquam e puteis, vel fluminibus haurimus, quod & tympanum vocatur, a ſup. *hauſtum*. Sed *Nonius c.* 1. *n.* 43. mavult, hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt ſitulas, in hujuſmodi machinis, quibus aqua hauritur. Voſſius docet, hauſtra Nonium cados, & ἄντλια exponere, ſed parum commode, hauſtra enim vocari, quæ Vitruvio ſunt modioli rotæ additi ad aquam hauriendam. *Lucr. l.* 5. v. 517. Ut fluvios verſare rotas, atque hauſtra videmus.

Hauſtus, a, um, n. extractus a loco profundo, partic. ab haurior. *Cic. Div.* Aqua e puteo hauſta. ¶ Ponitur item pro accepto. *Cic.* 1. *de Div.* A qua hauſtus animos, & delibatos habemus. ¶ Item pro abſumpto, devorato, *conſumato*, *divorato*, καταποθείς. *Liv.* 3. *bell. Mac.* Multæ naves ejectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enaverit.

Hauſtus, us, m. 4. *cavamento*, *aſtrazione*, ἄντλησις, eductio liquoris ex aliquo loco. *Col. l.* 1. Putealis quæratur aqua, quæ non ſit hauſtus profundi. *Ovid.* 6. *Met.* v. 356. Hauſtus aquæ mihi nectar erit. *Curt. l.* 5. *c.* 5. Alium domi eſſe cœli hauſtum, alium lucis aſpectum. *altra aria*, *altro clima*. *Virg.* 4. *Georg.* v. 220. Eſſe apibus partem divinæ mentis, & hauſtus Ætherios dixere. *h. e.* divinos ſpiritus. ¶ A Juriſconſultis *hauſtus* dicitur jus hauriendi aquam a puteo vicini. *Cic. pro Cæcin. c.* 26. Aquæductus, hauſtus, iter, actus. Adde *Pompon. leg. ſi mihi. Dig. de ſervit. prædior. ruſtic.* ¶ Hauſtus mentio fit etiam in lapidibus ſepulcralibus, in quibus de *itu*, *aditu*, & *abitu*. Nam præter tria hæc jura, aliquando jus *hauſtus* addebatur propter uſum aquæ in inferiis, & ſacrificiis mortuorum adhiberi ſolitæ.

H ANTE E.

Heautontimorumĕnos, f. 2. ἑαυτοντιμωρούμενος, nomen eſt comœdiæ Terentianæ, quod nos *Seipſum excrucianteæ* interpretari poſſumus, ab ἑαυτόν, *ſeipſum*, & τιμωρέομαι, *punio*, *excrucio*, *il Macerante ſi*. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum excrucians, quod filium Cliniam duritia ſua in militiam proficiſci compulerit.

Hebdomăda, æ, idem ac hebdomas, *ſettimana*, ab acc. Græco hebdomada, ut *Narbona* a Narbon, *Thebaida* a Thebas. *Gell. l.* 3. *c.* 10. Tum ibi addit, ſe quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe. V. *Hebdomas*.

Hebdomadălis, le, adject. ad hebdomadam pertinens. *Sidon. l.* 9. *ep.* 3. Eccleſia dedicata feſtis hebdomadalibus.

Hebdŏmas, adis, f. 3. *ſettimana*, שבוע, *Ger. ein woche*, Gall. *ſemaine*, Hiſp. *ſemana*, ἑβδομάς. Sumitur generatim pro numero ſeptenario, ſicut *ogdoas* pro octonario, *ennas* pro novenario, *decas* pro denario. Quam non ſolum de diebus dicimus, ſed etiam de annis, & quibuſcumque rebus, quæ ſeptenario numero comprehenduntur. *Gell. l.* 3. *c.* 10. Hi, qui juſtiſſime in utero ſunt, quadrageſima denique hebdomada ita naſcuntur, &c. *h. e.* poſt dies ducentos, & octuaginta. ¶ Uſurpatur etiam de critico Medicorum die, qui in morbis certa vel ſalutis, vel mortis ſigna afferre ſolet. *Cicer. Famil.* 16. *epiſt.* 9. Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomada incideres. Manut. legit *hebdomadem*, quæ terminatio Latina eſt: alii *hebdomadam*, tamquam a recto *hebdomada*. V. *Gell. loc. cit.*

Hebdomaticus, a, um, adject. ad hebdomadam pertinens. *Jul. Firmic. l.* 4. *c.* 14. Septeni, & noveni anni a Græcis hebdomatici dicuntur.

Hebe, fem. 1. ἥβη, Latine Juventas, Dea juventutis, citior ætatis, a voce Græca allata. Filia fuit Jovis, & Junonis. Sed Latini Poetæ afferunt, filiam fuiſſe Junonis abſque patre. Apollo enim, cum Junoni novercæ convivium in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit, quas cum Juno avide comediſſet, illico uſque tunc ſterilis, prægnans effecta eſt, peperitque Heben. Eam poſtea Jupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernæ aſſumpſit, Deamque juventutis effecit. Fingunt enim Poetæ, Heben Diis pocula miniſtrare, quo innuunt, Deos non ſeneſcere. Tandem cum Jupiter una cum cæteris Diis apud Æthiopes comeſſaturus iviſſet, contigit, ut Hebe adminiſtrans eis pocula, perque lubricum minus caute incedens caderet, revolutiſque veſtibus obſcœna Superis monſtraret. Quamobrem ab officio eſt amota, ejuſque loco Ganymedes ſubrogatus. Sed Homerus ſcripſit, Heben non omnino ab officio eſſe remotam, ſed illam cæterorum Deorum deinceps pincernam fuiſſe, Ganymedem ſolius Jovis. Poſtremo Herculi in Deos relato uxor data eſt. V. *Boccat. l.* 9. *Gen.*

Hebĕnus. V. Ebenus.

Hebĕo, es, n. 2. *eſſer ottuſo*, *pigro*, ἀμβλύνομαι, hebes ſum. *Liv. l.* 23. *c.* 45. Num ferrum hebet, an dexteræ torpent? *Virg.* 5. *Æn.* v. 396. Sanguis gelidus hebet.

Hebes, tis, o. 3. *ottuſo*, *groſſo*, כהה, Ger. *ſtumpff*, *toll*, Gal. *reboucbé*, *lourd*, *groſſier*, Hiſp. *boto*, *groſſero*, *rude*, ἀμβλύς, obtuſus, craſſus, minime acutus. Hebes per Metaphoram de hominibus dicitur, proprie autem competit corporibus obtuſis, vel etiam craſſis. *Cic. c. Acad.* Quid? Lunæ quæ lineamenta ſunt, poteſt ne dicere? cujus & naſcentis alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. ¶ Tranſlate, ut dictum eſt, ſumitur pro ſtupido, tardo, acumine carente. *Cic.* 10. *Phil. c.* 8. Scilicet hæc Panſa aut non videt (hebeti enim ingenio eſt) aut negligit. *Id. de Div. c.* 30. Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere ſolent Stoici. *Id. pro Planc. c.* 27. Aures hebetiores. *Plin. l.* 9. *c.* 3. Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt.

Hebeſco, is, n. 3. *divenir ottuſo*, כהה, Germ. *ſtumpff*, *oder toll werden*, Gal. *ſe reboucher*, *devenir groſſier*. Hiſp. *embotarſe*, *bolverſe ruda*, ἀμβλύνομαι, hebes fio. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 30. Sic mentis acies ſe ipſa intuens nonnunquam hebeſcit. ¶ Sumitur etiam pro langueſcere, deſidiorem, & remiſſiorem fieri. *Sal. in Catil.* Poſtquam divitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere virtus cœpit.

Hebetatĭo, f. 3. idem quod hebetudo. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebetātrix, icis, f. quæ hebetat, & obtundit. *Plin. lib.* 2. *cap.* 13. Umbra hebetatrix.

Hebetatus, a, um, adject. tardus, obtuſus, *ottuſo*, *ſtupido*. *Suet. Claud. c.* 2. Animo ſimul & corpore hebetato. *Juſtin. l.* 6. *c.* 8. Reipub. vires hebetatæ.

Hebeteſco, is, n. 3. frequent. ab hebeſco. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Certum eſt, aciem in cultris tonſorum hebeteſcere.

Hebĕto, as, a. 1. *rendere ottuſo*, Germ. *ſtumpff*, *oder toll machen*, Gall. *reboucher*, Hiſp. *embotar*, ἀμβλύνω, obtundo. *Liv. l.* 8. *c.* 10. Cum haſtas aut perfregiſſent, aut hebetaſſent. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Porrum oculorum aciem hebetat. *Id. l.* 2. *c.* 13. Lunam convenit umbra terræ hebetari.

Hebetūdo, f. 3. ἀμβλύτης, obtuſitas rei alicujus carentis acumine, & tranſlata ſtupiditas, vel tarditas mentis, ſeu ingenii, viſus, & ſimilium. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 14. Hebetudo ſenſuum.

Hebræi, m. 2. *Ebrei*, Ἑβραῖοι, Judæi, ab Hebere Semi pronepote, quia eo tempore, quando linguarum facta eſt varietas, in ſola familia Heber lingua, quæ antea fuit, remanſit. *Joſeph. lib.* 1. *Antiq. Jud. cap.* 14. *Euſeb. de præp. Evang. lib.* 2. *cap.* 4. *Theophilus lib.* 3. *contra Gentes*, & alii. Sed *Ambroſ. in c.* 13. *ad Philip.* cenſet dici quaſi Abræos ab Abrahamo auctore gentis. *Hieronym. Theodoret.* & quidam alii Hebræos dici volunt ab עבר, *trans*, *citra*, *ſuper*, quaſi tranſitores, quia Abraham, cum prius in Meſopotamia habitaret, divino juſſu, patris domo relicta, trajecit Euphratem, &c.

Hebræus, a, um, adject. ab Hebræis. *Stat. l.* 4. *Silv.* 1. *v.* 215. prærepta que templis Thura, Palæſtini ſimul, Hebræique liquores; ubi videtur balſamum intelligere.

Hebraice, adverb. Hebræorum more. *Lactant. l.* 4. *c.* 5. *ſub fin.* Hebraice Meſſias dicitur.

Hebron, Ebron, Eleutheropolis, antea Carieth Arbe, ſeu Tetrapolis, *Hebron*, al. *Calil*, urbs Palæſtinæ antiquiſſima, 7. annis ante Tanim Ægypti condita, ſub Chananæis urbs Regia, poſtea in Tribu Juda, & Levitis data, totius Tribus maxima, & Davidis Regis per 7. annos ſedes. Sed alii Eleutheropolim diſſert ab Hebron, a qua diſtat 8. *M. P.* in Occ. a Hieroſolymis 20. Gazam verſus, Veteri urbe exciſa, nova Hebron in vicino loco conſtructa eſt.

Hebrus, m. 2. *Mariza*, fl. ingens Thraciæ, qui ex Hæmo monte, al. ex Rhodope oritur, ac in Ægæum mare, rigatis Philippopoli, Hadrianopoli, & Trajanopoli urb. inter Maroniam, & Ænon urb. al. a regione Samothraciæ inſ. cadit. Celebratur propter aurum, quod ex arena ejus colligitur. Cognominatus Oeagrius ab Oeagro, Orphei patre, quia in eum Orphei caput a Ciconum mulieribus bacchantibus interfecti projectum fuit. *Ovid.* 11. *Met.* v. 50.

Hecale, f. 1. anus paupercula, a Callimacho juſto volumine decantata. Hæc Theſeum adoleſcentem hoſpitio excepit. *Apul. l.* 1. *Metam. Plin. lib.* 22. *c.* 22. ¶ Ob eam rem ei ſacrificia fuere inſtituta, quæ Hecaleſia dicebantur. *Plutarch. in Theſ. Petron. in Satyr.* & ibi *Salmaſ.*

Hecatæus, m. 2. Hiſtoricus Mileſius, Protagoræ auditor, qui primus hiſtoriam ſoluta oratione ſcripſit. *Suidas*. ¶ Item ſculptor nobilis, apud *Plin. l.* 33. *c.* 12.

Hecăte, es, f. 1. & Latina terminatione *Hecata* apud *Plaut. Ciſtell.* 1. 1. 50. in antiquis inſcriptiona Æcate, Ἑκάτη, Jovis, & Latonæ filia, ſoror Apollinis. Apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* ſcriptum eſt, Hecatem fuiſſe filiam Aſteriæ, ſororem Latonæ, his verbis: Quomodo autem potes, ſi Latonam Deam putes, Hecatem non putare, quæ matre Aſteria eſt, ſorore Latonæ? Sed aliqui legunt, *Cujus matertera Aſteria eſt*, *mater Latona*. Huic triplex numen, ſeu poteſtas attribuitur, in cœlo, in terris, apud inferos. Idcirco a Poetis Tergemina, & Triformis vocatur. In Cœlo appellatur *Luna*, in terris *Diana*, apud inferos *Proſerpina*. Dicta eſt Hecate ab ἑκάς, *longe*, quia procul a nobis abſit, vel ab ἑκατόν, *centum*, propter plurimas virtutes, ſive quod victimis centum placaretur, vel quod inſepultorum animas cogeret centum annos errare, vel a nomine fratris, idest ab ἑκάτος, *Apollo*, ſicut Phœbe a Phœbus, quod ab ἑκάεργος, *procul*, idest a jaculando procul, vel ab ἵω, *mitto*, ob radios, quos emittit. Triceps etiam, τρικέφαλος, dicitur, quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis. Vide *Cal. Rhod. l.* 20. *Ant. lect. c.* 6. *Lil. Gyrald. Syntag.* 11. *Natal. Com. l.* 3. *Mythol. c.* 15. ¶ Alia etiam fuit Hecate, filia Perſæ, qui fuit filius Solis, & frater Æetæ, a quo Perſeæ, & Perſeja cognominatur. Regnavit in Taurica Cherſoneſo. Fuit peritiſſima herbarum, ac veneficiorum.

Hecatēĭus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Hecate. *Ovid.* 14. *Met.* v. 44. Horrendis infamia gramina ſuccis Conterit, & tritis Hecateia carmina miſcet.

Hecatombe, f. 1. ἑκατόμβη, ſacrificium centum boum, & generatim centenarum quarumcunque victimarum, ſed tamen unius generis, ut centum ſuum, centum ovium, &c. quæ ad centum aras uno loco conſtructas ex cæſpite mactabantur, ab ἑκατόν, *centum*, & βοῦς, *bos*. Aliqui dicunt, centum pro multis poni. Aliquorum opinio eſt, hecatomben dictam eſſe a numero ſacrificantium, quod centum Peloponneſi urbes eam facerent, ſive centum victimas, ſive unam immolarent. Si Imperatorium ſacrificium eſſet, centum leones, vel centum aquilæ, aut centum alia animalia præſtantis generis feriebantur. *Jul. Capit. in Maximo*, & *Balbino*. ¶ Hecatombas vovere, Græcis & Romanis antiquus moris fuit, cum peſtilentia affligerentur. V. *Alex. ab Alex. l.* 3. *c.* 22.

Hecatompŏlis, f. 3. Creta inſ. ab ἑκατόν, *centum*, & πόλις, *urbs*, quod Minoe regnante centum urbibus conſtaret.

Hecatompylos, f. 2. *Hiſpahan*, al. *Jee*, al. *Jendi*, urbs Parthiæ maxima, & Regia, dicta ab ἑκατόν, centum, & πύλαι, ſeu πύλη, porta, quod centum portas haberet, inter Ecbatana ad Occ. 150. M. P. & Alexandriam Ariæ in Or. 565. ¶ Item urbs Ægypti, alio nomine Thebæ, a numero portarum.

Hecta, vel hetta, f. 1. puſula, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, & tranſlata res minimi pretii. *Feſtus*. Hinc *Pompon.* Hic homo hectæ me facit, & multibibam vocat, ideſt, parvi me æſtimat.

Hector, oris, m. 3. *Ettore*, Ἕκτωρ, filius Priami ex Hecuba, omnium Trojanorum fortiſſimus, univerſi Græci exercitus terror. Eſt nomen fictum eſt ab Homero, & derivatur ab ἔχω, *defendo*, auctore Platone. In ejus enim vita maxime Trojæ fatum poſitum erat. Itaque cum patriam decem annos ſtrenue a Græcorum armis defendiſſet, tandem ab Achille occiſus eſt, ejuſque cadaver Priamus pater auro redemptum ſepelivit. *Ovid. lib.* 1. *de Art. am.* v. 441. Hectora donabat Priamo prece motus Achilles.

Hectorĕus, a, um, o. 1. 2. quod ad Hectorem ſpectat. *Virg.* 3. *Æn.* Maneſque vocabat Hectoreum ad tumulum. ¶ Sumitur etiam pro Trojano. *Virg.* 1. *Æn.* Hic jam tercentum totos regnabitur annos gente ſub Hectorea.

Hecŭba, æ, & Hecube, es, f. 1. Ἑκάβη, filia Dymantis, vel Ciſſei Regis Thraciæ, uxor Priami Regis Troadis. Deformi facie fuiſſe fertur. Hinc adag. *Foris Helena*, *intus Hecuba*, de iis, qui pulchritudine corporis præſtantes animo vitiis inquinati ſunt. Cum incenſa Troja a Græcis captiva ab-

Digitized by Google

va abduceretur, & in Biſtonia, ſeu Pallene Thraciæ regione filii ſui Polydori primi corpus in litore jacens agnoviſſet, quem Priamus cum ingenti auri vi belli initio Polymneſtori genero alendum, & ſervandum commiſerat, hic autem propter auri cupiditatem poſt Ilii excidium gladio interfecerat, vel, ut alii ſcripſere, in litore ambulantem ſagittis transfixerat, Polymneſtorem adiit, colloquium petiit, dixit, ſe aurum relictum monſtrare velle, deducta in ædem ſecretam, aliis fœminis captivis invocatis, oculos Tyranno eruit: cum in eam ſervi lapidem, & tela jacerent, in canem verſa eſt. *Ovid.* 13. *Metam.* Aliqui dicunt, fabulam inde ortam quod viſo Polydori corpore, quoniam aliter injuriam ulciſci non poſſet, Græcos manibus laceſſiverit conviciis, quare propter animi acerbitatem, & rabiem in canem eſſe converſam fingi. *Cic. de Pa.* 10, 1. *de Div.* 3. *Tuſc.* V. Polydorus. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 423. Sic Hecube poſtquam cum luctu miſcuit iram.

Hecyra, f. 1. ἑκυρὰ, ſocrus. Hoc nomine Terentii comœdia dicta eſt.

Hedĕra, æ, olim hædera, f. 1. *edera*, *ellera*, Germ. *ebheu*, Gall. *lierre*, *ivre*, Hiſp. *yedra*, κισσὸς, herba perpetuo virens, quæ cum per ſe ſtare non poſſit, arboribus, & muris adhæret. In tutela Liberi Patris putabatur eſſe, quia, ut ille juvenis ſemper, ita hæc ſemper viret. Hujus tria præcipua ſunt genera. Quædam enim a baccarum albedine candida dicitur: altera nigra, quod baccas ferat ſubnigras, aut certe croceas, quæ & Dionyſia appellatur: tertia helix dicitur, fructum nullum gignens, ſed albas habens viticulas, & folia parva, ac anguloſa, & reliquis generibus multo concinniora. *Virg.* 7. *Ecl.* Candidior cygnis, hedera formoſior alba. ¶ Hedera coronabantur Poetæ. *Horat. l.* 1. *od.* 1. Doctarum hederæ præmia frontium.

Hederacĕus, a, um, o. 2. a. *di ellera*, κίσσινος, quod ex hedera eſt. *Cato*, *c.* 3. Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, nec ne, vaſculum facito de materia hederacea. Adde *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Hederātus, a, um, adject. idem quod hederaceus. *Trebel. Pol. in Claud. cap.* 17. Miſſi patinam argenteam hederatam. h. e. in modum hederæ exſculptam.

Hederĭger, a, um, adject. qui hederam gerit. *Catul. carm.* 64. Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.

Hederōſus, a, um, adject. hedera abundans. *Propert. l.* 4. *c.* 4. *v.* 3. Locus erat felix hederoſo conditus antro.

Hedŭi. V. Ædui.

Hedychrum, vel hedychroum, ἥδυχρον, ἡδύχροον, magma per paſtillos digeſtum, multis aromatis conſtans, quod primum ab Andromacho inventum proditur, ab ἡδὺς, *ſuavitas*, & χροία, *color*, id eſt a ſuavitate coloris, quem faciei illitum induxit. *Cic.* 3. *Tuſc. cap.* 19. Pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus. Sed alii legunt, *Cedrum incendamus*.

Hedyoſmos, m. 2. ἡδύοσμος, ſpecies menthæ, ab ἡδὺς, *ſuavitas*, & ὀσμὴ, vel ὀσμὴ, *odor*, propter odoris ſuavitatem. *Plin. l.* 35. *c.* 15.

Hedypnŏis, idis, f. 3. ἡδύπνοις, intybus ſilveſtris folii latioris. *Plin. l.* 20. *c.* 8.

Hedyſma, atis, ἥδυσμα, genus unguenti. *Plin. l.* 13. *c.* 1.

Hegeſias, æ, Ἡγησίας, Philoſophus Cyrenaicus fuit tanta eloquentia, ut cum de vitæ malis diſſereret, cupiditatem voluntariæ mortis appetendæ auditorum animis inderet. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 9. ¶ Alius Maronites ſcripſit de agricultura, teſte *Col. l.* 1. *c.* 1.

Hegeſippus, i, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, & præſertim Hieroſolymorum excidium. V. *Voſſ. de hiſtor. Gr. l.* 2. *c.* 14. *l.* 3.

Hegeſiſtratus, i, Epheſius in exilium pulſus a ſuis, Delphis oraculum conſuluit, ubinam terrarum poſſet conſiſtere; a quo admonitus, ut ibi ſedem figeret, ubi ruſticos ſaltantes cum coronis oleagineis vidiſſet, profectus in Aſiam Elæam urbem condidit. *Plutarch. in paral. min.*

Hei, *ohimè*, οἴμοι, interjectio dolentis, ſive ingemiſcentis. *Cic. in Piſ.* Hei mihi, non poſſum hoc ſine lacrymis commemorare. *Plaut. Aul.* Hei Megadore, quod indecorum factis tuis factis facis!

Heia, interject. reprehendentis, aut irridentis. *Plaut. Ciſtell.* 2. 1. 44.

Helciarii, m. 2. qui adverſo amne funibus navigia cernui trahunt. *Martial. l.* 4. *ep.* 64. Nec clamor valet helciariorum.

Helcium, o. 2. ἕλκιον, funis, quo equi, vel homines naves, currus, oneraque trahunt, ab ἕλκω, *traho*. Aliqui interpretantur inſtrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, cui funes annectuntur. *Apul. l.* 9. *Met.* Defectum aliquis me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præſepio.

Helcyſma, atis, ἕλκυσμα. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Scoriam in argento Græci vocant helcyſma.

Helĕna, æ, ſive Helene, es, f. 1. Ἑλένη, filia Jovis, ſeu Tyndari Regis Oechaliæ, & Ledæ, ſoror Caſtoris, Pollucis, & Clytemneſtræ. Fabulantur, Ledam duo ova peperiſſe ex Jovis ſatu cygni ſpecie, ex altero Pollucem, & Helenam immortales, ex altero Caſtorem, & Clytemneſtram mortales natos fuiſſe. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præſtabat, a multis amata eſt. Igitur primum a Theſeo Athenienſium Rege anno 16. Regni ſui rapta fuit, adhuc virguncula, dum in palæſtra cum aliis puellis luderet. Sed poſtea abſente Theſeo ab ejus matre Caſtori, & Polluci repetentibus citra injuriam reſtituta eſt. Mox adulta Menelao Lacedæmoniorum Regi nupſit. Denique a Paride Priami Trojani filio iterum rapta, cauſa fuit evertendæ Trojæ. *Cic. Phil.* 2. Ut Helena Trojanis, ſic iſte cauſa belli exitiique fuit. ¶ *Euripides in Helena* ſcribit, non ipſam Helenam raptam a Paride, ſed ejus imaginem. ¶ Fuit & Flavia Julia Helena uxor Conſtantii, mater Conſtantini Magni, cui Ambroſius in funebri Oratione, qua Theodoſium laudat, Dominicæ Crucis inventionem adſcripſit. V. *Baron. A. C.* 326. *n.* 34.

Helĕne, es, f. 1. inſ. maris Myrtoi, Eubœæ proxima, inter Sunium Atticæ prom. ad Occ. & Ceam inſ. ad Or. ita dicta ab Helena ibi a Paride ſtuprata, teſte Mela. Stephano eſt Macris, & Sophiano *Macronisi*. Sed Macris ab Helena diverſa 3. M. P. abeſt, a Sunio prom. 7.

Heleniſum, ii, o. ἑλένιον, planta, quæ Latinis Inula dicitur, quam e lacrymis Helenæ natam fabulantur. *Plin. l.* 21. *c.* 10.

Helĕnus, i, Priami filius, vates. V. *Virg. Æn.* 3. *v.* 295.

Heleoſelinum, vel Helioſelinum, i, ἑλειοσέλινον, n. 2. apii genus molli folio, & caule tenero. *Pallad. l.* 5. *tit.* 3. *Plin. l.* 19. *c.* 8. & *l.* 20. *c.* 5.

Helepolis, vel helepolis, is, f. 3. machina bellica, utilis ad urbium expugnationem, ab ἑλεῖν, *capio*, & πόλις, *urbs*. *Vitr. lib.* 10. *c. ult. Plut. in Demetr. Diod. Sic. l.* 20. *Ammian. l.* 23. *Juſt. Lipſ. l.* 4. *Poliorc. Dial.* 1. Hinc Iphigenia, quæ diruendis Ilii mœnibus deſtinata erat victima, ab Euripide ἑλέπτολις Ilii dicitur.

Helernus, i, m. lucus Tiberino adjacens. *Ovid. Faſt.* 6. *v.* 105. V. ibi Heinſ.

Heliācus. V. Coſmicus.

Heliădes f. 3. Ἡλιάδες, tres filiæ Solis, & Clymenes, ſorores Phaethontis, quarum nomina ſunt, Phaethuſa, Lampetuſa, & Lampetie, a nomine patris, qui græce Ἥλιος dicitur. Eædem & Phaethontiades appellantur, a fratre Phaethonte. Hæ juxta Padum mortem Phaethontis fulmine dejecti flentes in arbores, quas populos, ſeu alnos vocant, verſæ finguntur. *Ovid.* 2. *Met.* Cauſa fabulæ eſt, quia hæ arbores humore quodam flavo electri ſpecie aſſidue manant. *Boccat. l.* 7. *Gen.*

Heliæum, o. 2. ἡλιαία, unum ex foris Athenarum, ab ἥλιος, *Sol*, quia ſub Sole, ſive ſub dio judicia exercerentur. Aliqui derivant ab ἁλίζω, *congrego*, quod maxima multitudo hominum, pluresque judices eo congregerentur. Græca vox eſt, non Latina.

Helicaon, ŏnis, m. filius Antenoris, Patavii conditoris. *Martial. l.* 10. *epigr.* 93. Si prior Euganeas Clemens Helicaonis oras, Pictaque pampineis videris arva jugis.

Helicaonĭus, a, um, adject. ad Helicaonem pertinens, & ponitur pro Patavino. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 152. Lodices mittet docti tibi terra Catulli: Nos Helicaonia de regione ſumus.

Helĭce, es, f. 1. Urſa major, ab Helice urbe. V. Arctos. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 107. Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur Sidoniis, Helicen Graja carina notet.

Helĭce, es, f. 1. *Niora*, opp. Peloponneſi, in ora Achajæ, Buræ proximum, aquis abſorptum, teſte *Ovid.* 15. *Met.*

Helĭcon, m. 3. Helycon, *Elicona*, Ἑλικών, mons Bœotiæ, Parnaſſo vicinus, inter Ilium, & Thebas, Muſis, & Apollini ſacer. Dictus eſt ab Helicone, qui ibi cum Cithærone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur. ¶ Item lucus, qui Thebas attingit. ¶ Item fl. Macedoniæ, qui Dium urb. præterfluit. ¶ Item fl. Siciliæ, *Olivieri*, *Olivario*, inter Mylen, & Tyndarium.

Heliconiădes, & Heliconides, um, f. 3. dicuntur Muſæ, quibus Helicon mons ſacer eſt. *Lucret. l.* 3. *v.* 1050. Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus. *Perſ. proœm. v.* 4. Heliconidaſque, pallidamque Pyrenem.

Heliconĭus, a, um, adject. ad Heliconem pertinens. *Catul. Epithal. Jul. & Manl.* Collis Heliconii cultor. *Claudian. de laudib. Serenæ*, *v.* 10. Heliconia mella.

Heliocamīnus, m. 2. ἡλιοκάμινος, ſolaris fornax, vaporarium ſolare, hoc eſt locus concameratus, & ſoli expoſitus, ac hyberno tempore calorem ex illo concipiens, ab ἥλιος, ſol, & κάμινος, fornax. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *Ulp. l. ſi arborem, Dig. de ſerv. urb. præd.*

Heliochryſus, m. 2. & Heliochryſon, i, o. ἡλιόχρυσος, herba aureo flore. *Plin. l.* 21. *c.* 11. *Dioſc. l.* 4. *c.* 60.

Helion, ii, n. ſambuci genus. *Plin. l.* 24. *c.* 8.

Heliopŏlis, is, f. 3. Ἡλιούπολις, urbs Ægypti: unde Heliopolites Nomos, h. e. Præfectura Ægyptica apud *Plin. l.* 5. *c.* 9. ¶ Item urbs Phœniciæ prope Libanum.

Heliopolitæ, arum, m. 1. cives Heliopolis. *Plin. l.* 36. *c.* 26. Heliopolitarum cærimoniæ.

Helioſcopium, a. 2. ἡλιοσκόπιον, tithymali genus, columbis gratiſſimum, quod uva nigreſcente colligitur. *Plin. l.* 26. *c.* 8. *Dioſc. l.* 4. *c.* 172.

Helioſelinum, V. Heleoſelinum.

Heliotropium, a. 2. ἡλιοτρόπιον, *Giraſole*, herba ſolaris, ab ἥλιος, *Sol*, & τρέπω, *verto*, quia Solem intuetur ſemper, cumque eo vertitur, etiam nubilo die. *Plin. l.* 2. *c.* 41. & *l.* 22. *c.* 21. *Dioſc. l.* 4. *c.* 203. ¶ Item gemma, dicta, quod Solis naturam vertere, & immutare videatur, quia aliter eum exhibet vaſi aquæ injecta, aliter extra aquam. Nam aquæ immiſſa auget Solis fulgorem ſanguineo repercuſſu, extra aquam radios, ſive fulgorem quaſi evertit, Solemque velut in ſpeculo exhibet. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Helis. V. Elis.

Heliſſus, i, m. fluvius Atticæ regionis. *Stat. Theb.* 4. *v.* 52. Anfractu riparum curvus Heliſſus.

Helix, icis, f. ἕλιξ, hederæ ſpecies, quæ folia multo minora habet, quam reliquæ, neque unquam fructum fert. *Plin. lib.* 16. *cap.* 34. & 37. ¶ Helices, cum, m. gen. a *Vitruv. l.* 4. 2. 1. dicuntur intortæ quædam figuræ florum, vel foliorum, quæ ſub majori voluta in capitulis columnarum ad ornatum collocantur, Italice *feſtoni*.

Helladĭcus, a, um, adject. græcus, grecanicus, ab Hellas. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Picturæ duo genera fuere, Helladicum &c.

Helles, adis, Ἑλλάς, Græcia, ab Hellene Deucalionis filio ſic dicta, auctore Mela. V. *Achaia*, & *Græcia*.

Helle, es, Athamantis regis Thebanorum filia. V. *Phryxus*. *Col. l.* 10. *v.* 155. Mox ubi nubigenæ Phryxi nec portitor Helles.

Helleborandus, a, um, particip. ſine verbo. *Cæl. Aurel. Tard.* 4. 3. Helleborandus æger. h. e. veratro purgandus.

Helleborine, æ, ἑλλεβορίνη, herba ſimilis helleboro. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Helleborites, vinum ex helleboro confectum. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Helleboroſus, a, um, adject. qui plus hellebori ſumpſit, quam par eſt. Hinc & pro inſano ponitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 67. Homo helleboroſus.

Hellebŏrus, ſeu Elleborus, i, m. & helleborum, ſeu elleborum, i, o. ἑλλέβορος, ἑλλέβορον, herbæ ſpecies, al. melampodion, veratrum. Naſcitur optima in Anticyra inſ. ſinus Maliaci contra Oetam M. Habet vim purgandi. Præcipuus ejus uſus eſt in educendis noxiis humoribus principis animæ facultatis ſedem infeſtantibus, & melancholicis, furioſis, & comitiali morbo laborantibus dari ſolet. Hinc factum eſt, ut qui haud ſano ſint animo, helleboro egere dicantur. Duo ſunt ejus genera, album, quod vomitione cauſas morborum extrahit, & nigrum, quod per alvum quicquid noxium eſt dejicit. *Virg.* 3. *Georg.* Helleboroſque graves, nigrumque bitumen. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Efficacius helleborum ad vomitiones, & ad bilem nigram extrahendam. *Plaut. Pſeud.* 4. 8. 89. Helleborum hiſce hominibus opus eſt.

Hellen, enis, m. 3. Ἕλλην, Deucalionis filius, a quo Græci Hellenes nominati ſunt. *Pomp. Mela.*

Helleniſmus, i, m. ἑλληνισμὸς, Græciſmus, Græca conſtructio. V. *Grammaticos.*

Helleſpontiăcus, a, um, &

Helleſpontĭus, a, um, adject. ab Helleſponto mari, vel regione. *Virg. Georg.* 4. *v.* 111. Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi. *Catul. carm.* 18. Nam te præcipue in ſuis urbibus colit ora Helleſpontia. Adde *Plin. l.* 5. *c.* 3. ubi Helleſpontios populos recenſet.

Helleſpontus, m. 2. *Stretto de Gallipoli*, *Braccio di S. Giorgio*, Ἑλλήσποντος, fretum, ſeu anguſtiæ maris inter Thraciam, & Aſiam minorem. Extenditur a Sept. in Mer. per 45. M. P. nempe a Propontide uſque ad mare Ægæum. Maxime autem reſtringitur ad Auſt. inter Seſtum urbem Thraciæ in Europa, & Abydum urbem Phrygiæ in Aſia, arces Turcarum, *li Dardanelli*, quæ 7. vel 8. tantum ſtadiis inter ſe diſtant. Nomen habet ab Helle filia Athamantis Regis Thebarum, quæ ibi decidens ſubmerſa eſt. ¶ Helleſpontus quoque, regio Aſiæ para Myſiæ, mari prædicto expoſita, inter Bithyniam, & Phrygiam, in qua urbes ſunt Cyzicus, Parium, Lampſacus, Abydus, Dardanum. *Sext. Ruf. de Provinc. Rom. c.* 10.

Hellŏpes, m. 3. pop. Epiri, circa Dodonam, quorum regio Hellopia, *Lopeſia*.

Helluatĭo, ſeu heluatio, onis, f. 3. λαφυγμὸς, voracitas, *gozzoviglia*. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 6. Cur in luſtris, & heluationibus hujus calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tandiu ceſſavit?

Hellŭo, ſeu heluo, onis, m. 3. *mangione*, *divoratore*, זולל, Germ. *fraſſ*, Gall

Digitized by Google

Gall. *gourmand*, Hiſp. *tragador*, κατωφαγὴς, ἄσωτος, homo immoderatæ voracitatis, inſatiabilis, qui gulæ, ventrique deditus immoderate ſua bona ingurgitat. Dictus eſt ab *aluendo*, unde primum *eluo*, *onis*, poſtea *helluo*. Igitur non natura aſpirationem habet, ſed uſu, ut aviditas magis exprobretur. Fit enim vox incitatior. *Feſt. Cic. 16. Fam.* Helluo nequiſſimus ſeſtertia ducenta dabat, &c. ¶ Tranſlate dicitur de omni eo, qui ſatiari non poteſt, etiam in bonam partem. *Cic. 3. Fin. c. 2.* Quo magis tum in ſummo otio, maximaque copia quaſi helluo librorum (ſi hoc verbo in tam præclara re utendum eſt) videbatur. ¶ Helluo patriæ eſt, qui ſuis ſceleribus illam perdit, vel infamat, vel illius bona prodigit ac devorat. *Cic. pro Sext. c. 12.* Helluo patriæ, helluo patrimonii.

Hellŭor, vel heluor, aris, d. 1. *divorare*, *conſumare*, בלע, Ger. *fraeſſen*, Gal. *gourmander*, Hiſp. *tragar*, λαφύσσω, voro, devoro, conſumo. *Cic. pro Sext.* Quid? tu meo periculo gurges, ac vorago patrimonii helluabere? *Id. pro Domo.* Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum Reip. ſanguinem.

Helops, opis, & Helope, es, piſcis genus delicatiſſimi ſaporis, in mari Pamphylio. *Col. l. 8. c. 16. Plin. l. 9. c. 17. & l. 32. c. 7. Gell. l. 7. c. 6. Ovid. etiam in fragm. Halieut. v. 96.* Et pretioſus Helops noſtris incognitus undis. ¶ Scribitur & Elops, & Ellops, a Græc. ἔλλοψ, ἔλλοψ.

Helōrus, i, m. fluvius Siciliæ. *Virg. 3. Æn. v. 698.* Præpingue ſolum ſtagnantis Helori.

Helōtes, εἵλωτες, ſervi publici Lacedæmoniorum arandis agris præpoſiti, ſic dicti ab Ἕλος opp. Peloponneſi. *Nepos Pauſan. c. 3.*

Heluacĕum, ſeu, heluacium, n. 2. genus ornamenti Lydii, ab heluus. *Feſt.*

Helueus. V. Elucus.

Eluēla, ſeu heluella, f. 1. λαχανάριον, olus minutum, ab antiquo *helus* pro *holus*, ſeu *olus*. *Cic. l. 7. Fam. ep. 27.* Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.

Helvenacĭus, vel Helvenneus, a, um, adject. idem ac helvolus. *Col. l. 3. c. 2.* Vites helvenaciæ. *Id. l. 5. c. 5.* Helvenaci generis palmites.

Helvetĭus, a, um, adject. *appartenente agli Svizzeri*. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 12.* Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt.

Helvetĭi, m. 2. Suitii, *Svizzeri*, Germ. *Schwitzer*, pop. olim Galliæ Lugdunenſis, nunc Germaniæ ſuperioris, quorum regio Helvetia, *Schwitzerlandt*, lacubus, & montibus plana. Habent ab Or. & Sept. lacum Brigantinum, & Rhenum fl. quo ſeparantur a reliqua Germania, ab Occ. Comitatum Burgundiæ, a Mer. Lemanum lacum, & Valeſiam. Olim diviſi fuerant in Tigurinos, Tugenos, Ambrones, & Urbigenos. *Cic. de Prov. Conſul. c. 13.* Acerrima, & maxima Helvetiorum natio.

Helŭo. V. Helluo.

Helvŏlus, vel helveolus, a, um, o. quod neque purpureum, neque nigrum eſt, ſeu quod accedit ad helvum colorem, ſed tamen dilutiorem, ut plus ex albo participet, quam ex ruſo, *chiaretto*. *Col. l. 3. c. 2. de uvis*. Sunt & helvolæ, quas nonnulli varias vocant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo, ni fallor, colore vocitatæ. Adde *Caton. R. R. cap. 24.*

Helus, eris, o. 3. idem ac holus, ſeu olus, apud vet. *Feſt.*

Helŭſa, n. 2. olera, apud vet. *Feſt.*

Helvus, a, um, o. quod eſt pallentis rubedinis, hoc eſt, coloris medii inter album, & rubrum, ὠχρός, ſive ab Æolico ἐλλὸς, ſubniger, pallidus. *Var. l. 2. de R. R. c. 5.* Corium attactu non aſperum, ac durum, colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio helvo, quarto albo.

Helxine, es, f. 1. ἑλξίνη, ſpecies herbæ, quam alii perdicium, alii parietariam, muralium, muralem, alii urceolarem vocant; ab ἕλκω, *traho*, quia veſtes attrahit prætereuntium. *Plin. l. 21. c. 17.*

Hem, interject. ἦ, *oh*, *ah*, variis ſervit affectibus, ut admonentis. *Ter. Andr. 2. 5. 5.* Hem ſerva. ¶ Oſtendentis. *Id. ib. 2. 2.* Obſecro te, hoc me libera metu. D. Hem, libero. *Plaut. Trin. 2. 4. 140.* Oves tam glabræ, hem, quam hæc eſt manus, *vedi*, *come queſta mano*. ¶ Indignantis. *Apul.* Hem hominis audaciam. ¶ Exultantis. *Ter. Heaut. 4. 7.* Hem, iſtuc volueram. ¶ Habet præterea alios uſus, quos paſſim legere eſt apud *Terent. & Plaut.*

Hemereſios, ἡμερήσιος, *di un giorno*. *Plin. l. 35. c. 11.* Abſolvit uno die tabellam, quæ vocata eſt hemereſios.

Hemĕris, idis, f. 3. ἡμερίς, genus arboris glandiferæ. *Plin. l. 16. c. 6.*

Hemerobius, m. 2. ἡμερόβιος, vermiculus ad Hypanim Ponti fl. ultra diem unum non vivens, teſte *Plin. l. 11. c. 36.* ab ἡμέρα, dies, & βίος, vita.

Hemerocallis, is, f. ἡμεροκαλλὶς, herba caule & folio lilii, eadem ac lilium, rubeum miniatum Cluſii, apud *Plin. l. 21. c. 21.* ¶ Ejus flos diem tantum durat: unde & nomen.

Hemerodrŏmi, m. 2. ἡμεροδρόμοι, *corrieri*, *lacchè*, dicuntur curſores, qui die uno ingens ſpatium curſu emetiuntur. *Liv. l. 31. c. 24.* Nuſ ſpeculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die uno curſu emetiens ſpatium, contemplatus Regium agmen e ſpecula quadam prægreſſus nocte media Athenas perveniſſet. ¶ Inter hemerodromos clariſſimus fuit Philonides, Alexandri Magni curſor.

Hemicillus, i, m. dimidius aſinus: vox conviciis apta, quæ a quibuſdam legitur apud *Cic. Att. l. 13. ep. 37.*

Hemicyclĭum, ii, o. idem quod hemicyclus. *Vitruv. l. 9. c. 8.* Deſcribuntur Hemicyclia duo. ¶ Item horologii quædam ſpecies, forma ſemicirculari. *Id. l. 9. c. 9.* ¶ Item menſa ſemicircularis, aut etiam locus pluribus ſellis diſpoſitis in modum ſemicirculi, ubi ſedere ſolebant confabulantes. *Sidon. Apol. l. 11. ep. 2.* Excepto ſolii caparis hemicyclio.

Hemicyclos, m. 2. ἡμικύκλος, ſemicirculus, qua voce Mathematici ſæpe utuntur, *ſemicircolo*. *Plin. l. 5. ep. 6.* Rectus hippodromi limes in extrema parte hemicyclo frangitur, mutatque faciem. ¶ Hemicyclus etiam dicitur locus in conclavi, vel porticu, ubi ſellæ diſponuntur in ſemicirculi formam ad colloquendum. *Cic. de Amic. c. 1.* Cum ſæpe multa, tum memini domi in hemicyclo ſedentem in eum ſermonem incidere.

Hemicylindrus, i, ἡμικύλινδρος, dimidiatus cylindrus. *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Hemina, f. 1. κοτύλη, genus menſuræ, al. cotyla, dimidia pars ſextarii, ab ἡμι, ſemi. *Feſtus*. *Plaut. Mil. 3. 2. 18.* Heminas octo exprompſi in urceum. *Perſ. ſat. 1. v. 130.* Fregerit heminas Areti Ædilis iniquas.

Heminarĭus, a, um, o. κοτυλιαῖος, quod heminæ menſuram habet, & per tranſlationem accipitur pro exiguo. *Quinct. l. 6. c. 4.* Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem heminaria eſſe dixit.

Hemiolĭus, m. 2. ἡμιόλιος, Arithmetica quædam proportio continens aliquem totum numerum, & ejus dimidium, ut ſe habent tria ad duo, & quindecim ad decem. *Gell. l. 18. c. 14. Vitruv. l. 3. c. 1.*

Hemipenthemimĕris, cæſura, vel ſemipes poſt duos pedes, ἡμιπενθημιμερὴς, ut *Nunc oro, Penelope*, ab ἡμι, dimidium, πέντε, quinque, & μέρος, pars. V. Grammat.

Hemiſphærium, n. 2. *mezza sfera*, *emisfero*, ἡμισφαίριον, dimidia ſphæra, & q. dimidia pars cœli, aut terræ. *Var. l. 3. de R. R. c. 5.* Ita circumeunt ad infimum hemiſphærium, ac moventur.

Hemiſtichium, ii, n. *mezzo verſo*, ἡμιστίχιον, dimidiatus verſus. *Aſcon. in Verr. 3. c. 18.*

Hemitonium, ii, n. *ſemituono*, dimidium toni, ἡμιτόνιον. *Vitruv. l. 5. c. 4.* Intervalla tonorum, & hemitoniorum.

Hemitriglyphus, i, dimidium triglyphi. *Vitruv. l. 4. c. 3.* V. Triglyphus.

Hemitritæus, m. 2. ἡμιτριταῖος, febris ſemitertiana. Ab aliquibus definitur, quæ tertio quoque die redit, non tamen diem unum perſert integrum, ſed inter horas 36. plus, vel minus porrigitur. *Mart. l. 12. epigr. 91.* Cui gravis, & fervens hemitritæus erat.

Hemitritaicus, a, um, adject. ſemitertianus, ut hemitritaica febris, *Marcel. Empir. c. 30. Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 10.*

Hendecaſyllăbus, a, um, adject. ut hendecaſyllabus verſus, *verſo di undeci ſillabe*, ἑνδεκασύλλαβος, verſus undecim ſyllabarum, qui *Phalæcius* dicitur ab inventore, qualis ille Catullianus; Paſſer deliciæ meæ puellæ. *Auſon. ep. 4. v. 81.*

Hendiădys. V. Endiadys.

Henĕti. V. Veneti.

Heniŏchi, m. Henioschi, *Caitachi*, pop. Sarmatiæ Aſiaticæ, circa Coracem M. in ora Ponti Euxini, ubi hodie Avogaſia, regio Circaſſiæ. *Vellej. l. 2. c. 40. Valer. Flac. l. 6. v. 44.*

Heniŏchus, i, ἡνίοχος, Latine *Auriga*, dictus eſt Erichthonius propter curruſ inventionem, poſtquam in cœlum ſublatus eſt, & inter ſidera poſitus. *Hygin. l. 3. Aſtron. c. 12.*

Henippe, es, f. 1. pro habena videtur uſurpari a *Flacco l. 6. v. 377.* Illa bentis equi tendentem fræna, & henippen.

Hepar, atis, piſcis, ex genere locuſtarum. *Plin. l. 32. c. 11.* ¶ Hepar autem pro jecore Græca vox eſt, non Latina, ab ἧπαρ. Legitur nihilominus apud *Æmil. Macrum c. ult.* Verum is auctor incertæ eſt auctoritatis.

Hapatarius, a, um, n. 2. c. ἡπατικὸς, quod ad hepar pertinet. *Plaut. Curc. 2. 1. 24.* Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hepaticus, i, m. ἡπατικὸς, qui hepatis morbo laborat, *fegatoſo*. *Plin. l. 20. c. 14.* Hepaticis cum melle, & ſale bibendum datur. ¶ Adjective hepaticus morbus, apud *Celſ. l. 4. c. 15.*

Hepatites, m. 1. ἡπατίτης, gemma hepatis figura. *Plin. l. 37. c. 11.*

Hephæſtion, onis, unus ex Alexandri M. ducibus mirum in modum ab eo adamatus. V. *Curt. l. 3. c. 12. & 16. & l. 10. c. 4. &c.* ¶ Alter Alexandrinus Grammaticus. *Suid.*

Haphæſtites, gemma, quæ inſtar ſpeculi imagines reddit. *Plin. l. 37. c. 10.*

Hepsēma, atis, ἕψημα, ſapa, muſtum ad tertiam partem decoctum. *Plin. l. 14. c. 9.*

Heptaphōnos, f. 2. porticus Olympiæ ea arte confecta, ut eadem vox in ea ſepties redderetur. *Plin. l. 36. c. 10.*

Heptēres, is, f. ἑπτήρης, navis, quæ ſeptem remorum ordines habet. *Liv. l. 37. c. 23.* Maxime excelluit hepteres Regia, a minore Rhodia nave uno ictu demerſa.

Hepthemimĕris, f. 3. ſemiſeptenaria, ſpecies cæſuræ in verſibus heroicis, quæ continet tres pedes, & ſyllabam, quæ dictionem finiat, quæ interdum etiamſi natura brevis ſit, licentia tamen Poetica producitur, ab ἑπτὰ, *ſeptem*, ἡμισυ, *ſemi*, & μέρος, *diviſio*, vel *pars*, quaſi ſeptima dimidia diviſio, vel dimidium ſeptem pedum. *Virg. 12. Æn.* Congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. V. Grammat.

Hera, æ, f. *padrona*, *donna*, גבירה, Germ. *herrin*, Gall. *maiſtreſſe*, Hiſp. *duena*, *ſenora*, δέσποινα, domina. *Ov. epiſt. 9.* Æquaque formoſæ penſa rependis heræ. *Enn. apud Cic. 1. Off. c. 12.* Vos ne velit, an me regnare hera, quidve ferat ſors. Quo loco aliqui Fortunam, aliqui Junonem intelligunt. Sed Hera pro Junone habet pr. longam, Gr. Ἥρα.

Heraclēa, f. 1. antea Siris, *Pelicoro*, Ἡράκλεια, urb. ext. Magnæ Græciæ, in Lucania, ad Aciris fl. oſtia, apud ſin. Tarentinum inter Thurios ad Mer. & Tarentum in Bor. Hujus navale etiam Heraclea vocatur a Strabone, ab urbe 24. ſtad. diſtans, hodie *Amendolara* opp. ¶ Heraclea Ponti, *Penderachi*, urbs Aſiæ min. in Bithynia, Mariandynorum Metrop. ab Hercule condita in ora maris Euxini.

Heracleopŏlis, f. 3. Heracleæ Navale, opp. Magnæ Græciæ, in ora ſin. Tarentini, ab oſt. fl. Siris, juxta Amygdalariam opp.

Heracleos, Herculis herba. *Plin. l. 20. c. 25. & alibi.*

Heracleōtes, ſive Heracleota, c. 1. Ἡρακλεώτης, qui eſt ex Heraclea urbe. *Cic. 4. Acad.* Cum quæreret Dionyſius ille Heracleotes.

Heracleoticus, a, um, o. 1. a. Ἡρακλεωτικὸς, quod ad Heracleam ſpectat, ut Heracleoticum origanum, *Plin. l. 25. c. 4.* Heracleotica nux, ideſt, caſtanea. Heracleoticum oſtium Nili, al. Naucraticum, &c.

Heraclĕus, a, um, adject. Ἡράκλειος, ad Heracleam pertinens, ut Heracleus lapis, h. e. magnes, qui circa Heracleam Magneſiæ urbem laudatiſſimus naſcitur. *Plin. l. 36. c. 16.*

Heraclīdes, m. 3. Ἡρακλείδης, Philoſophus ex Heraclea Ponti, Platonis, & Ariſtotelis auditor, vir inſigni ingenio, ſed habitu adeo molli, ut pro Pontico *Pompicus* diceretur. *Laert.* Reliquit ingenii ſui monumenta non pauca, quæ non extant. *Cicer. 1. de Nat. Deor.* Doctiſſimus, & eruditiſſimus fuit. ¶ Heraclidæ, poſteri Herculis, qui Peloponneſi imperium tenuerunt. *Vellej. l. 1. c. 2.*

Heraclīdēus, a, um, ad Heraclidem pertinens, ut Heraclideum ſcribendi genus. *v. Cic. Att. l. 15. ep. 13. & 27.*

Heracliēnſis, a, adject. Heracleus. *Cic. pro Arch.* Heraclienſes legati.

Heraclion, ſeu heraclēon, o. 2. Ἡράκλειον, herba, quam alii origanum Heracleoticum ſylveſtre dicunt, quia origano ſimilis eſt, alii tithymalum. Dicta eſt ab *Herculis*, quia ab Hercule inventa. Naſcitur in aquoſis locis, foliis magnis, & in ſumma aqua, flore lilio ſimili, &, cum defluxerit, capitis papaveris. *Plin. l. 25. c. 4. & l. 20. c. 16.*

Heraclītus, m. 2. Ἡράκλειτος, Philoſophus Epheſius, qui, ut tradit Suidas, nullum invenitur habuiſſe præceptorem, tantum natura, & diligentia ſola profecit. Quidam tamen audiſſe Xenocratem & Hippaſum Pythagoreum volunt. Floruit temporibus ultimi Darii. Scripſit poetice multa, quæ ab Ariſtotele ſæpe pro teſtimoniis citantur. Cognominatus eſt σκοτεινὸς, *tenebricoſus*. De induſtria enim adeo obſcurabat ſtylum, ut ejus volumina Philoſophi vix intelligerent. *Cic. in Acad.* Quoties domo egrediebatur, flebat, ſicut Democritus ridebat; quod alteri omnia, quæ agimus, miſeriæ, alteri ineptiæ viderentur. Narrant, Heraclitum, cum hydropicus eſſet, ſpretis Medicis, oblitum bubulo ſevo Soli ſiccandum ſe præbuiſſe, dormientemque a canibus dilaceratum eſſe. *Suid.*

Heraclĭus, a, um, adjectiv. idem ac Heracleus, ut Heraclius lapis, h. e. qui ferrum trahit. Sed *Plin. lib. 33. cap. 8.* eundem facit ac Lydium, quo aurum exploramus. Dictus eſt ab Heraclea urbe Lydiæ, ubi invenitur.

Heraclĭus, Imperator Orient. Phocæ ſucceſſor, quo imperante Saraceni, Mahomete duce, caput attollere cœperunt.

Herba, f. 1. *erba*, עשב, Ger. *kraut*, Gal. *herbe*, Hiſp. *yerva*, βοτάνη, gramen, germen terræ. *Cic. 1. de Orat.* Et quod ille duriſſimis pedibus fecit, ut ſe abjiceret in herba. ¶ *Herbam porrigere*, ſive *dare*, prov. pro eo, quod eſt ſe victum fateri, & adverſarium ſuum victorem agnoſcere, tractum (ut indicat Feſtus) ab eo, quod olim paſtores curſu, aut viribus certantes, cum ſuperati eſſent, herbam ex eodem loco ſtatim decerptam adverſario porrigebant, victoriæ agnitæ ſymbolum. *Serv. in 8. Æn.*

Digitized by Google

Æn. v. *caſt.* proverbium ducit ex certamine Minervæ & Neptuni, affertque Varronis locum in lib. Αἴτιον, cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, & fatetur eſſe meliorem. *Plin. l.* 22. *ſ.* 4. Herbam porrigere interpretatur loco excedere. Inquit enim: Namque ſummum apud antiquos ſignum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc eſt terra, & altrice ipſa humo, & humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio. ¶ *In herba eſſe* dicuntur ſegetes adhuc virides, & nondum maturæ. *Caſ. l.* 1. *B. C.* c. 48. Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Translate *Ovid. epiſt. Helenæ, in fi.* Sed nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt.

Herbacĕus, a, um, o. *di erba*, βοτανώδης, quod ex herba eſt, aut quod in herbam excreſcit, & aſſurgit. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Herbaceum amomum pejus.

Herbanum, n. 2. Oropitum, Urbs Vetus, *Orvieto*, urbs Hetruriæ, ſub dominio Summi Pontificis, undequaque rupibus, & præcipitiis vallata, prope Paliam fl. ubi Clanium excipit.

Herbarĭus, a, um, o. *ciò che all' erbe s' appartiene*, βοτανικὸς, quod ad herbas pertinet, ut Ars herbaria, qua herbarum virtutes dignoſcuntur. V. *Plin. l.* 7. c. 56.

Herbarĭus, ii, m. 2. ſubſt. *erbaiuolo, erbolaio, ſemplicista*, Ger. *kreutler*, Gall. *herboriſte, herbier*, Hiſp. *herbolario*, βοτανολόγος, qui herbas, earumque vires cognoſcit, & ex iis medicamenta efficit. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

Herbaſco, is, n. 3. herba veſtior, idem ac herbeſco. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Quin & ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbaſceret. hoc eſt herbas emitteret. Harduinus tamen pro *herbaſceret*, legit *herbas creet*.

Herbatĭcus, a, um, adject. ut herbatica animalia, quæ ſc. herbis paſcuntur. *Vopiſc. in Probo c.* 19. Oves feræ, & cætera herbatica animalia.

Herbĕo, es, n. 2. *verdeggiare*, viridis ſum. *Apul. lib.* 9. *A. A.* Prata herbentia.

Herbeſco, is, n. 3. *produrre erba, verdeggiare, convertirſi in erba*, Germ. *zu kraut wachſen*, Gall. *ſe former en herbe*, Hiſp. *herbolecer*, χλοάζω, eſt herbam producere, vel in herbam converti. *Cic. de Senect. cap.* 15. Et elicit herbeſcentem ex eo viriditatem.

Herbĕus, a. 1. e. *verde, di color d' erba*, χλοώδης, herbæ colorem habens, viridis. *Plaut. Curc.* 2. 1. 17. Cum collativo ventre, atque oculis herbeis.

Herbĭdo, as, a. 1. herbidum facio, ut herbidare terras. *Martian. Capel. lib.* 1.

Herbĭdus, a, um, o. idem ac herboſus, hoc eſt plenus herbis. *Liv. l.* 9. c. 2. Campus herbidus. ¶ Sumitur etiam pro viridi, ut Herbidus color, viridis, qui herbam refert. *Plin. l.* 12. *c.* 14.

Herbĭfer, ra, rum, o. herbam producens. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 9. Herbiferi colles. *Plin. l.* 25. *c.* 8. Alioqui herbiferum eſſe & Pelium montem in Theſſalia.

Herbigrădus, a, um, o. quod in herba graditur. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 64. Ut ſumat terrigenam, herbigradam, domiportam, ſanguine caſſam.

Herbĭlis, le, o. 3. ποηφάγος, quod herba paſtum eſt. *Feſt.* Herbilis anſer, herba paſtus, qui gracilior eſt, quam frumento altus. *Lucil. apud Serv.* Anſeris herbilis virus.

Herbipŏlis, f. 3. Marcopolis, Paapolis, Artaunum, *Herbipoli*, incolis *Wurtzburg*, urbs Germaniæ, præcipua Franconiæ, ad Mœnum fl. amœna, populoſa, cum caſtro permunito ex adverſa parte flu. dicto *Marienberg*, cum Academia.

Herbita, æ, f. 1. *Cittadella*, urbs exc. Siciliæ, inter Ennam 12. M. P. & Plutiam in Eur. 6. Cluverio eſt *Nicoſia*, opp. in Valle Demonæ, intra montes, ab Enna 12. M. in Bor. a Traina 9. in Occ. Pop. Herbitenſes.

Herbōſus, a, um, o. *erboſo*, Germ. *krauterbig*, Gall. *herbu*, Hiſpan. *herboſo*, βοτανώδης, plenus herbis, abundans herbis. *Plin. l.* 33. c. 4. Et cinis ejus lavatur ſubſtrato cæſpite herboſo. *Cato c.* 54. Herboſiſſima ſtramenta.

Herbŭla, f. 1. *erbetta*, βοτάνιον, dim. ab herba. *Cic. de nat. Deor. cap.* 50. Perpurgant ſe ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur.

Herbum, i, n. videtur eſſe idem ac ervum. 4. *Pallad. l.* 2. *tit.* 24. Si hordeum torrefactum, vel fabam, vel herbum ſæpe conſumant. *Et mox.* Herbum fœtus gratia menſibus præbemus hibernis.

Herbuſcŭla, æ, f. 1. *erbetta*, herbula. *Capel. l.* 6. Herbuſculas prælegere.

Herceus, m. 2. ἑρκεῖος, cognomen Jovis, qui intra conſeptum domus cujuſque colebatur, quem etiam Penetralem vocabant, ab ἕρκος, ſeptum, clauſtrum. *Ovid in Ibin*, v. 284. Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.

Hercĭſco, vel Erciſco, ut eſt in Pandect. Florent. a. 3. divido, *dividere, partire*, antiquum verbum juris, cujus tamen nulla vox, niſi gerundiva, in uſu eſt. *Cic. l.* 1. *de Orat.* c. 56. Nec ſi parvi navigii, & magni eadem eſt in gubernando ſcientia, idcirco qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, neſciat, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. *Apul. l.* 6. *A. A. ſub fin.* In cauſa finali de proprietate ſoli, immo viæ herciſcundæ contendentes. Adde *Tit. Dig.* Familiæ herciſcundæ. ¶ Verbum hoc, quod injuria damnat *Salmaſius in Solin. p.* 1160. dictum eſt a voce *Herctum*, & *Ciſco*, quod pro *Cio*, divido, uſurpatur. *Gloſ.* Cienda, διαιρετέα. Ergo Herciſco eſt quaſi *Herctum ciſco*, h. e. patrimonium divido, & Familia ſeu hæreditas herciſcunda, eſt hæreditas dividunda. V. Herctum.

Hercle, adv. idem ac hercule, per Syncopen. *Cic. lib.* 2. *Fam. epiſt.* 18. Et hercle ſine dubio erit ignominiæ.

Herctum, ſive Erctum, ſive Horctum, ut quidam dixere, *patrimonio, eredità*. *Feſtus*: Horctum, & Forctum pro bono dicebant. *Donat.* apud *Serv. in* 8. *Æn.* Herctum non citum, hoc eſt patrimonium non diviſum: Herctum ciendum, hæreditas dividenda. Qui modus dicendi habetur etiam apud *Feſt.* Herctum citum fit inter conſortes. Gloſſ. Herctus citus, διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων. Ubi etiam genus hujus vocis animadvertendum eſt. Et in quibuſdam *Gellii Edition. l.* 1. *c.* 9. *in fin.* appellabatur κοινόβιον hercto non cito. h. e. bonis non diviſis. Et apud *Cic. loc. cit.* in Herciſco, ubi qui aliter legunt, ſatis impegerunt ſunt a *Pet. Victor. Var. Lect. lib.* 35. *c.* 1. V. alia quædam in Voſſ. Etymol.

Herculanenſis, e, adject. ut Herculanenſis fundus, apud *Cic. Fam.* 9. *ep.* 25.

Herculaneum, n. Herculanium, Herculanum, *Torre del Greco*, opp. olim Campaniæ, nunc vicus cum caſtro, in ora ſin. Neapolitani, inter Neapolim 8. M. P. & Stabias 10, a Turri Annuntiatæ, quæ magis tendit ad Auſtr. 3. *Vell. l.* 2. *c.* 16.

Herculanĕus, &

Herculānus, a, um, adject. ad Herculem pertinens, *di Ercole*, Herculeus, ἡρακλεῖος, ut Herculanæ formicæ, h. e. maximæ. *Plin. l.* 30. *c.* 4. Sic Herculanus pes. *Gel. l.* 1. c. 1. ¶ Herculanea pars, h. e. pars decima, quam multi Herculi conſecrabant. *Plaut. Truc.* a. 7. 11. De una mina demicui modo quinque nummos; mihi detraxi partem Herculaneam. V. Hercules.

Hercŭle, & Hercules, *certamente*, μὰ τὸν Ἡρακλέα, per Herculem, certe, profecto, adverb. jurandi. *Cic. pro Quinct.* Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad ſe in privatam domum ſevocabat. *Velle. l.* 2. c. 32. Neque hercules quidquam ſalubrius fuit. ¶ Hæc jurandi formula virorum propria erat, quemadmodum mulieres jurabant per Junonem. Apud *Plaut.* tamen *Trucul.* 2. 1. 1. ancilla quædam, Ha ha ha, inquit, hercle quievi &c.

Hercŭles, is, m. 3. ἡρακλῆς, Heros Thebanus, filius Jovis tertii ex Alcmena uxore Amphytrionis, nepos Alcei, frater Iphicli. *Dion. Halic. l.* 1. *Antiq. Rom. Boccat. l.* 13. *Gen. Deor.* ¶ Non ſolus autem Alcmenæ filius ita appellatus eſt, ſed plures Hercules extitere. A *Cic. lib.* 3. *de nat. Deor.* ſex numerantur. Primus Athenienſis filius Jovis primi ex Lyſito, ille, qui cum Apolline de tripode, i. e. de arte divinandi, certavit. *Boc. l.* 2. *Gen. Deor.* Secundus Ægyptius, filius Nili, quem dicunt Phrygum characteres inveniſſe. *Boc. l.* 7. *Gen.* Tertius indigena montis Idæ in Troade, cui ſoleriarum inventionem attribuunt. Quartus Phœnix, vel Lybycus, filius Jovis ſecundi ex Aſterie ſorore Latonæ, qui a Tyriis colebatur, filiamque habuit nomine Carthaginem. *Boc. lib.* 5. Quintus indigena Indiæ, ille, qui etiam Belus eſt appellatus. Sextus Argivus, vel Thebanus, filius Jovis tertii ex Alcmena Amphitryonis uxore. *Boc. l.* 13. *Gen. Varro* tres, & quadraginta Hercules nominat: veruntamen omnes, qui robore præſtiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuiſſe affirmat. *Diodorus* tres Hercules fuiſſe ſcribit. Cæterum, etſi multi fuere Hercules, qui variis temporibus floruerunt omnes heroica virtute, rerumque geſtarum magnitudine inſignes, tamen, cum incertum ſit, quibus temporibus ſinguli vixerint, & quas res quiſque geſſerit, hinc factum eſt, ut uni Thebano Herculi reliquorum omnium labores, & res geſtæ tribuerentur. *Boc. l.* 13. *Gen.* ¶ In fabulis eſt, Euryſtheum Mycenarum Regem Herculi imperitaviſſe, quod Junonis fraude Euryſtheus ante Herculem natus fuiſſet. Hoc ideo fictum eſt, quia Hercules ſubditus fuit, & tamen Regno erat dignior, quam Euryſtheus. Juno etiam fertur Herculem odiſſe implacabili odio, quod ex Jovis conjugis adulterio natus eſſet, & illum perdere cupiens, novos ſemper labores Euryſtheo ſuggeſſiſſe, quos ille Herculi imperaret, ut interiret, quæ res expectationem ejus maxime fefellit. Hercules enim undique victoriam referens, immortale ſibi decus peperit, adeo ut prius Juno jubendo, quam Hercules laborando, defatigaretur. ¶ Hercules fuit omnium gigantium maximus, quippe qui, *Solino* auctore, ad ſeptem pedum altitudinem pervenit. ¶ Res fortiter, & præclare geſtæ ab eo, quas labores Herculis vocant, plurimæ fuerunt, ſed celebriores feruntur duodecim. Primo enim aprum in Erymantho Arcadiæ monte omnia devaſtantem vivum cepit, & ad Euryſtheum pertraxit. 2. Eodem pacto taurum, cui Neptunus furorem immiſerat, ut Cretam vaſtaret, edomuit, & abduxit. 3. Leonem inuſitatæ magnitudinis in Nemea ſylva jugulavit, detractamque pellem tota vita pro inſigni geſtavit. 4. Hydram in Lerna palude, ſeptem capita habentem, clava occidit. 5. Cervam æripedem, & aureis cornibus in Mænalo monte curſu defatigatam comprehendit. 6. Stymphalidas aves ſagittis interfecit; vel ut alii volunt, æneis crepitaculis ſonitu uſque ad Arecıada inſulam fugavit. 7. Ad inferos cum deſcendiſſet, ut Theſeum amicum inde educeret, Cerberum canem aditum prohibentem ternis catenis vinctum ad ſuperos traxit. 8. Augiæ ſtabulum tria millia boum capiens expurgavit. 9. Amazonas bellicoſiſſimas fœminas debellavit. 10. Aurea mala in Heſperidum hortis, Dracone cuſtode interempto, abſtulit. 11. Geryonem Hiſpaniæ regem tricorporem bello devicit. 12. Calpem, & Abylam montes antea conjunctos diviſit, interjecto mari. Nec tamen cum Orbem terrarum eo uſque victor peragraſſet, ulterius provehi eſt auſus: quare eo loci Columnæ Herculis eſſe dicuntur, quas is tanquam terminum vel laborum ſuorum, vel, ut tum fere credebatur, totius orbis ſtatuerit. *Curt. l.* 10. c. 1. Cætera ejus latiniore V. apud Mythologos. ¶ Uxores habuit, in Græcia primum Megaram filiam Creontis Regis Thebarum, deinde Dejaniram filiam Oenei Regis Ætoliæ, in Italia Pallantiam, ſeu Dynam, ſeu Laviniam, filiam Evandri Regis Arcadum. Cæterum ſe ſe cum multis aliis fœminis commiſcuit; in Græcia cum 50. filiabus Theſpii, dum in Italiam navigabat cum virgine Hyperborea, quam a patre ad fidem acceperat, & ſecum caſte uſque ad id temporis duxerat, poſt bellum Italiæ, in Lydia cum Omphale, in Græcia cum Jole. *Dionyſ. l.* 1. *Boc. l.* 13. ¶ Filios primum quinquaginta ſuſcepit ex Theſpii filiabus, deinde alios ex aliis. ¶ Herculis mors hoc modo accidit. Cum Dejanira reſciviſſet, maritum ſuum Joles amore detineri, per Lycham ſervum miſit illi, dum in Oeta monte ſacrificaturus erat, veſtem Neſſi Centauri ſanguine infectam, futurum rata, quod Centaurus ab Hercule ſagitta transfixus, & moriens illi per dolum perſuaſerat, ut ea ratione languentem viri amorem excitaret, eumque ab aliis avulſum ad ſe unam revocaret. Itaque Hercules veſtem illam induit, & ubi veneni vis in ejus viſcera pervaſit, in rabiem verſus, ſe ſe in pyram accenſam injecit. Ante tamen Philoctetem jurejurando adegit, ſe nemini unquam mortem, & ſepulcrum Herculis indicaturum, illique dono dedit pharetram, & ſagittas tinctas felle Hydræ Lernææ. ¶ Poſt mortem ob fortitudinem, & gloriam militarem in Deorum numerum relatus fuiſſe a gentibus creditus eſt. Igitur in omnibus fere orbis regionibus ædificaverunt Herculi templa, & aras, in urbibus, in pagis, in viis publicis. *Dionyſ. l.* 1. Imo & vivens ſacrificiis cultus fuit. *Dionyſ. l.* 1. *Liv. l.* 1. ¶ Herculi decimas offerebant. Cauſa fuit, quia is putabatur gaudere honorum exuberantium imminutione, ut qui victu nec lauto, nec immodico uſus eſſet. *Varro l.* 5. *de L. L. Cic.* 3. *de nat. Deor.* Neque Herculi quiſquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet. ¶ Herculem theſauris reconditis præeſſe credebant. *Perſ. ſat.* 2. O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria, dextro Hercule! ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, proverb. dicitur de inepte applicatis, ut ſi quis rem humilem oratione tragica proſequatur. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. ¶ Herculem laceſſere, eſt fortiorem irritare. *Vet. Inſcript. apud Grut. p.* 123. *n.* 3. Nonne dixi tibi, Decebale, funeſtum eſt Herculem laceſſere? ¶ Nec Hercules adverſus duos: h. e. nemo tantis eſt viribus, ut contra plures par eſſe poſſit. Dicitur proverb. ex eo, quod Hercules adverſus Hydram ſimul & Cancrum pugnaturus, Jolai nepotis imploravit auxilium. Quo reſpexit *Catul. in Carm. de nupt. v.* 64. Noli pugnare duobus. ¶ Herculem *nutricem* invocabant Paraſiti, quod cum publice epulæ in Herculis honorem inſtruebantur, ii præſertim, tanquam peculiares ejus Dei ſervi, convivio adhibebantur, & laute accipiebantur. *Plaut. Curc.* a. 3. 79. V. ibi *Taub.* aut *Lipſ. antiq. l.* 1. c. 2. & *l.* 3. ¶ Hercules, adverb. V. *Hercule*. ¶ Herculis quæſtum conterere, h. e. valde prodigum eſſe, & vel decimas Herculi debitas prodigere. *Plaut. Moſt.* 4. 2. 68.

Herculĕus, a, um, o. 1. 2. *di Hercole*, ἡρακλεῖος, quod ad Herculem ſpectat. *Prop. l.* 4. *el.* 9. Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ? *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 3. Perrupit Acheronta Herculeus labor. *Juſtin. in præfat.* Pompejus Herculea audacia orbem terrarum aggreſſus.

Herculis Columnæ, turres duæ Hiſpaniæ, in Gaditana inſ. V. *Columnæ Herculis*.

Herculis Inſula, *Linaria*, inſ. Sardiniæ, in ora Occidua. Aliis eſt *Aſinara*.

Hercynĭa, f. 1. Hercinia, Hercynium nemus, Orcynium, Saltus Germaniæ, ſylva Germaniæ maxima, longa itinere 60. dierum, teſte Mela

lata

Digitized by Google

lata 9. teſte Cæſare, cujus partes ſunt Bacenis, Bohemica, Gabreta, Martiana, Semana. Sed multis in locis exciſa fuit, ubi urbes, & oppida, & pagi nunc ſunt. Secundum Baudrandum hodie Bohemiam pene circumdat.

Hercyniſus, a, um, adjectiv. ab Hercynia ſylva, ut Hercynius ſaltus, *Tacit. Germ. c.* 30. Hercynius locus, *Senec. Med. v.* 712.

Here. V. Heri.

Herĕbus. V. Erebus.

Herenniānus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Herennio. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 6. Herennianı heredes.

Herennius, ii, m. nomen Romanum, ut M. Herennius, L. Herennius, C. Herennius, apud *Cic.* variis in locis.

Herem Martiam colebant Antiqui, accepta hereditate; quæ una ex Martis comitibus putabatur. *Feſtus*.

Heres. V. Hæres.

Heres, hernaceus. V. Hæsix.

Heri, adv. *ieri*, הַמּוֹל, אֶתְמוֹל, Germ. *geſtern*, Gall. *hier*, Hiſpan. *ayer*, χθὲς, ἐχθὲς, heſterno die. *Cic.* 2. *Phil.* Neſcis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuiſſe? *Id. Att. l.* 13. *ep.* 47. Lepidus ad me heri veſperi literas miſit Antio. ¶ Ob ſummam cognationem inter *i*, & *e* veteres dixere *here* pro *heri*. *Quinct. l.* 1. *c.* 7. *Donat. ad Phorm. a.* 1. *ſc.* 1. *Ovid.* 3. *Faſt. Juven. ſat.* 6. *Martial. l.* 2. *epigr.* 44. *l.* 4. *epigr.* 7. *Ter. Eun.* Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here. ¶ Heri pro paucis ante diebus. *Tertul. Apolog. c.* 4. Vaniſſimas Papias leges heri Severus conſtantiſſimus principum excluſit.

Hericius. V. Ericius.

Herifŭga, com. 1. *che fugge il padrone*, fugiens herum. *Catull. carm.* 63. *v.* 51. Dominos ut herifugæ famuli ſolent.

Herilis, le, o. 3. *del padrone*, δεσποτικὸς, quod ad herum pertinet. *Ter. Andr.* 3. 4. 25. Herum feſelli, in nuptias conjeci herilem filium. *Plaut. Amph.* Non ſoleo ego ſomniculoſe herilia imperia perſequi.

Herillus, m. 2. Philoſophus Chalcedonius, Zenonis diſcipulus. Poſuit ſummum bonum in ſcientia. *Cic.* 4. *Acad. c.* 42. 2. *Fin.* 1. *Off.*

Herma, æ, vel Hermes, m. 1. ἑρμῆς, ſtatua, ſive ſignum, tum ex marmore, tum ex trunco arboris, ita dictum ab Hermete, ideſt, Mercurio, quo plerunque ſtatuæ Mercurii efficerentur. Fiebant ſæpe ex lapide quadrato ſine manibus, & pedibus. *Juven. Sat.* 8. *v.* 53. Truncoque ſimillimus Hermæ. V. *Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p.* 9. ubi figuras exhibet. ¶ His figuris ſignificabatur, Eloquentiam, cujus Mercurius præſes eſt, non indigere corporis viribus, ſed ſine iis opera ſua conficere. ¶ Sæpe ad Alcibiadis vultum effingebantur, quod omnium ætatis ſuæ formoſiſſimus fuiſſet. *Clemens Alex. Admonit. ad Gent.* ¶ Has in vicis ad januas ædium, item circa ſepulcra, gymnaſia, & aſylos ad ornatum erigebant. *Cic.* 2. *Leg. c.* 26. *Nep. Alcibiad. c.* 3.

Hermagŏras, æ, Æglides rhetor, docuit Romæ temporibus Auguſti. *Cic. in Brut. c.* 76. *c.* 78. &c.

Hermandūri, m. 2. Hermunduri, Ἑρμόνδουροι, pop. Germaniæ, ubi nunc Vuitglandia, & pars Auſtralis Thuringiæ, & pars ſuperior Franconiæ. Ab aliis collocantur in Miſnia prov. Saxoniæ ſup. *Plin. l.* 4. *c.* 41. *Tacit. Germ.*

Hermaphrodītus, m. 2. *Ermafrodito*, Ἑρμαφρόδιτος, Mercurii, & Veneris filius, ab Ἑρμῆς, *Mercurius*, & Ἀφροδίτη, *Venus*. Hic cum vagabundus in Cariam ad limpidiſſimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, perveniſſet, illa ſubito ejus amore correpta (erat enim adoleſcens formoſiſſimus) cum neque blanditiis, neque precibus ad concubitum flectere poſſet, ſimulato receſſu poſt vepres latuit. Is autem Nympham abiiſſe ratus, fontem nudus intravit. Quod videns Salmacis, ſubito accurrit, & abjectis veſtibus arctiſſime eum complexa eſt. Sed cum ne tunc quidem obſtinatum exorare poſſet, a Diis petiit, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. Cujus precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo ſexus uterque remanebat integer. Quod cum vidiſſet Hermaphroditus, a Superis petiiſſe dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, ideſt, utrumque ſexum adeptus exiret. Hinc omnes androgyni vocantur Hermaphroditi. *Ovid.* 4. *Metam.*

Hermathēna, æ, f. 1. ſtatua duplex, Mercurii, & Minervæ, ab Hermes, Mercurius, & Ἀθηνᾶ, Minerva. Solebant enim Romani Mercurii, ac Minervæ ſtatuas conjungere in gymnaſiis, dicareque. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 2. Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerva ſingulare eſt inſigne ejus gymnaſii.

Hermedōne, ſeu Hermidone, es, ἑρμηδόνη, quid ſit, docet *Vitruv. l.* 9. *c.* 7. Arieti & Piſcibus Cetus eſt ſubjectus, a cujus criſta ordinate utriſque Piſcibus diſpoſita eſt tenuis fuſio ſtellarum, quæ græce vocatur Hermidone. Ubi *Bald. in Lex. Vitruv.* legendum putat Harmedone, ab ἁρμόζω, aptu, quaſi ſit nodus, ſeu coaptatio, qua Piſcis Piſci colligatur: Græci dixere etiam σύνδεσμον, id eſt vinculum, ut eſt in Arato.

Hermerăclus, is, m. ſtatua Mercurii, & Herculis in eadem baſi. *Cic. ad Attic. l.* 1.

Hermes, is, & etis, m. 3. Mercurius, ἑρμῆς, ab ἑρμηνεία, *interpretatio*, quod is interpres ſit, & nuntius Deorum, teſte *Virg.* 4. *Æn. v.* 356. V. ibi Serv. ¶ Sumitur & pro ſtatua Mercurii. V. *Herma*. ¶ Hermes Triſmegiſtus, Philoſophus Ægyptius fuit poſt Moyſen, quem ſæpe SS. Patres producunt, & laudant, tanquam ſanæ Philoſophiæ eruditiſſimum. Scripſit enim Dialogum, in quo unum omnium rerum omnium conditorem Deum aſſerit, fateturque majorum ſuorum errorem, qui ſuperſtitiones idolorum invenerunt. *Aug. de Civ. Dei*, *Suid.* & *al.* ¶ Triſmegiſti, h. e. ter maximi, cognomen accepit ob virtutem, & multarum artium ſcientiam. Fuit enim maximus Philoſophus, maximus ſacerdos, & Ægypti rex maximus. V. *Caſaub. Exerc.* 1. *cont. Baron. ſect.* 10.

Herminones, m. 3. pop. Germaniæ, valde potentes, & ex tribus præcipuis populis illius regionis. *Tacit. de German. c.* 2.

Hermiŏne, es, Cadmi uxor, Martis, & Veneris filia. ¶ Altera Menelai filia ex Helena, Pyrrhi primum ſponſa, deinde Oreſtis. ¶ Eſt etiam hoc nomine oppidum Achajæ, *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Hermionĭcus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Hermione opp. ut Hermionicus ager, *Liv. l.* 31. *c.* 44.

Hermodōrus, i, Ἑρμόδωρος, Philoſophus Platonis auditor, cui vitio datum eſt, quod quæſtui Philoſophiam habuerit, dictata, quæ ab præceptore audierat, colligendo, & deinde in Sicilia venditando. V. *Cic. ad Att. l.* 13. *epiſt.* 21.

Hermundūri, V. Hermanduri.

Hermupŏa, æ, f. ἑρμοῦ ποά, herba paſſim in vineis naſcens, quam & Mercurialem vocant. *Plin. l.* 25. *c.* 5.

Hermus, m. 2. *Sarabat*, fl. Aſiæ, qui ex Phrygia Magna per Lydiam, & Æolidem fluit, apud Docimæum, ac in Ægæum pelagus inter Phocæam, & Smyrnam una cum Pactolo labitur. Auro nobilis eſt. *Virg.* 2. *Georg. v.* 137. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Hernĭa, *Ernia*, Germ. *der bruch*, Gal. *hergne*, *hernie*, Hiſp. *potra*, κήλη, ἐντεροκήλη, tumor præternaturalis umbilici, inguinum, ſcroti, obortus ex relaxatione, aut ruptura peritonæi, cujus cauſa inteſtina vel omentum, vel humor aliquis in partes inferiores deſcendit. *Martial. l.* 3. *epigr.* 24. Ingens iratis apparuit hernia ſacris. ¶ De variis herniæ ſpeciebus V. *Celſ. l.* 7. *c.* 18. &c. ¶ Derivatur ab ἔρνος, *ramus*, quia cum inteſtinum incidere incipit in ſcrotum, videtur ramum facere. *Voſſ. Etymol.*

Hernĭci, m. 2. pop. Italiæ in Latio, verſus montes, ad fontes Liris, & Amenis, inter Volſcos, Æquos, & Marſos, ubi nunc pars Campaniæ Romanæ, ſub dominio Summi Pontificis, in conf. R. Neap. quorum urbes Anagnia, Alatrium, Verulæ, Ferentinum. *Juven. ſat.* 14. *v.* 180. O pueri, Marſus dicebat, & Hernicus olim.

Hernĭcus, a, um, adject. ad Hernicos populos, vel eorum regionem pertinens. *Virg.* 7. *Æn. v.* 683. & roſcida rivis Hernica ſaxa colunt.

Herniōſus, a, um, qui herniam patitur. *Lamprid. Heliog. c.* 25. Dum ſummi eſſet ortus, quanti hernioſi eſſent in Urbe Roma.

Hero, us, puella formoſiſſima ex Seſto Thraciæ urbe ad Helleſpontum ſita, & Veneris ſacerdos. Hanc adamabat Leander Abydenus, noctuque ejus cauſa Helleſpontum ſolebat nando trajicere. Qui cum aliquando mari ventis agitato ſe commiſiſſet, ſubmerſus eſt: cujus morte cognita Hero quoque ſe ſe in mare præcipitem dedit. Extat in *Ovid.* epiſtola Herus Leandri moras quærentis, & ad ſe invitantis.

Herodius. V. Erodius.

Herodŏtus, i, Halicarnaſſenſis, ſcripſit hiſtoriam tanta ſuavitate, ut Muſarum nomina ſingulis ejus libris pro titulo præfixerint docti illi, apud quos eam in frequenti conventu Græciæ in Olympiis recitavit. Orſus eſt ibi, ubi Hieremias deſinit, ſc. a Cyro rege Perſarum. Floruit Olympiad. 84. *Cic. l.* 1. *Leg. c.* 1. Patrem hiſtoriæ appellat.

Heroĭce, adv. heroico modo. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 14. *de Virgilio Homeri verſus imitante*. Hos quoque (*verſus*) tamquam heroica incompta admavit.

Heroĭcus, a, um, *Eroico*, ἡρωϊκὸς, quod ad Heroes ſpectat, ut Heroica ætas, in qua Heroes floruerunt. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 3. Etiam heroicis ætatibus Ulyſſem, & Neſtorem accepimus & fuiſſe, & habitos eſſe ſapientes. ¶ Heroicus verſus idem eſt, qui hexameter, ita dictus, quod eo genere carminis heroum geſta deſcribantur. *Cic.* 2. *de Leg.* Ne plus quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius.

Heroīna, æ, f. ἡρωΐνη, fœmina illuſtris, ut ſunt heroum uxores, & filiæ. *Prop. l.* 1. *el.* 12. Illa ſit Inachiis & blandior heroinis.

Herōis, idis, f. 3. *eroina*, *donna illuſtre*, ἡρωῒς, fœmina illuſtris, quales ſunt heroum uxores, & filiæ. *Sueton. Ner. c.* 21. Heroidas, ac Deorum perſonis effictis. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 4. *v.* 33. Tu quia tam longa es, veteres heroidas æquas.

Hero, onis. V. Æro.

Herophĭle, f. 1. Sibylla Erythræa, tempore Tarquinii Priſci. *Suid.* ¶ Euſeb. putat Herophilam eſſe Sibyllam Samiam. *Tibul. l.* 2. *el.* 5. Herophile Phœbo grata quod admonuit.

Herophĭlus, medicus celebris, apud *Plin. l.* 11. *c.* 47. *Tertull. de Anim. c.* 10.

Herus, ōis, m. *eroe*, *uomo illuſtre*, ἥρως, vir nobilis, & illuſtris, & magnus ſupra humanæ naturæ conditionem, qui mortalis cum eſſet, rerum tamen a ſe geſtarum magnitudine quam proxime ad cœleſtium numen acceſſit, utque apud vulgus opinionem emeruit, ut poſt mortem in Deorum numerum relatus exiſtimetur. Item præcipue vocati ſunt ſemidei, qui altero parente Deo, altero homine nati credebantur. ¶ Unde dicantur, non convenit. *Serv. in Ecl.* 4. ducit a terra, quæ ἔρα dicta eſt, vel ab aere: alii ab ἔρως, *amor*, quia Heroes nati ſunt ab amore Deorum, & hominum. *Virg. Ecl.* 4. Ille Deum vitam accipiet, Diviſque videbit permixtos Heroas. *Plin.* 35. 11. Pinxit & heroa nudum, *heroa* accuſativus eſt Græcæ poſitionis pro *heroem*. ¶ Antiquiſſimis temporibus Heroes iidem erant ac Dæmones, h. e. Genii, & Lares, de quibus multa *Apul. in l. de Deo Socrat.* ¶ Animæ etiam hominum a corporibus ſeparatæ Heroes dictæ ſunt. Quo fortaſſe reſpexit *Virg.* 6. *Æn. v.* 672. Atque huic reſponſum paucis ita reddidit Heros. *h. e.* Muſæus Vatis animus. ¶ Heroum filii noxæ, proverb. ex eo ductum, quod illuſtrium virorum filii plerumque improbi evadunt, & rudes, paternaſque virtutes minime referunt. V. *Spartian. in Severo*, *cap.* 20. & 21.

Heroſtrătus, i, Ἡρόστρατος, Epheſius, cupiditate incenſus ſuum nomen aliquo inſigni facinore propagandi, cum virtute non poſſet, ſcelere voti compos factus eſt, incendium ipſe manibus ſuis Dianæ Epheſiæ magnifico Templo inferens, quo tot Regum divitiæ, populorumque labores abſumpti ſunt. *Solin. c.* 40. (*al.* 33.)

Herōum, i, n. ἡρῷον, monumentum Heroi poſitum. *Cic.* 2. *Leg. c.* 24. Ubi tamen *Gruter. cum Turnebo* legit *Forum* pro *heroum*.

Herōus, a, um, ἡρῷος, idem, quod heroicus, ut Heroi pedes, quibus in carmine heroico utimur. *Cic.* 3. *de Or.* Quare primum ad heroum nos dactyli, & anapæſti, & ſpondæi pedem invitat.

Herpes, etis, m. 3. ἕρπης, ητος, tumor eryſipelaceus, puſtuloſus, ſive cum exulceratione, proveniens a portionibus ichoroſis, ſeu ſeroſis, & lacrimaſis ſanguinis corrodentibus, ſive exulcerantibus, unde etiam ulterius depaſcentibus, ab ἕρπω, *ſerpo*, quia ejus intemperies ad vicinas partes proſerpit, eaſque ſæpe uſque ad oſſa exedit. *Scribon.* & *Celſ.* ¶ Item animalis genus, ita dictum, quod eo ulcera ſerpentia ſanentur. *Plin. l.* 34. *c.* 13.

Herpeſtĭcus, a, um, *ſerpeggiante*, adject. ſerpens, ab *herpes*. *Lamprid. apud Non. c.* 2. *n.* 375. Serpere uti gangræna malo ad quem herpeſtica poſſet.

Herſilia, æ, Romuli uxor, quæ poſt mariti mortem & ipſa Dea facta eſt, & Hora, vel *Ora* appellata. *Ovid. Metam.* 14. *fab. ult.* Colebatur ut Dea juventutis, & pulchritudinis. *Enn.*

Herthus, i, terra, tanquam Dea olim culta a Germanis. *Tacit. de Germ. cap.* 40.

Herŭli, m. 2. pop. Scandinaviæ, qui inde egreſſi ad Mæotidem habitarunt, poſteaque Longobardi appellati, in Pannonia, ac Norico, & demum in Italia conſederunt. Horum quoque regio Mechelburgia Duc. putatur. *Sidon. carm.* 7. *v.* 236. Curſu Herulus, Chunus jaculis, Francuſque natatu.

Herus, m. 2. *padrone*, *ſignore*, אֲדוֹן, בַּעַל, Germ. *herr*, Gall. *maitre*, *ſeigneur*, Hiſp. *dueño*, *ſenor*, δεσπότης, dominus, ab *heros*, quæ vox ab antiquis pro domino ponebatur. *Cic. Offic.* 2. *c.* 7. Sit ſane adhibenda ſævitia, ut heris in famulos. *Catul. c.* 64. Hoſtia cœleſtes pacificaſſet heros. ¶ Herus major dicitur paterfamilias, herus vero minor, ejuſdem filius. *Plaut. Capt.* 5. 3. 30. & *Aſin.* 2. 2. 62.

Heſiodēus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Heſiodo, hoc eſt ad Heſiodum pertinens. *Cic. in Brut. c.* 4. Illud Heſiodeum laudetur a doctis. *Sidon. carm.* 9. *v.* 213. Non hic Heſiodea pinguis Aſcræ ſpectes carmina.

Heſiŏdus, m. 2. Poeta vetus, & templi Muſarum ſacerdos, ex Aſcra vico Bœotiæ, unde & Aſcræus dictus eſt. Scripſit poemata, Theogoniam, ἔργα, καὶ ἡμέρας, ideſt Opera, & dies. Primus de agricultura verſibus ſcripſit, quem Virgilius imitatus eſt. *Plin. l.* 14. Fabularum item auctor fuit. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. Scripſit item παραινετικὸν librum, & moralem, quem græci pueri ediſcere ſolebant. ¶ Fuit poſterior Homero 100. annis, ut auctor eſt *Velley. l.* 1. *c.* 7. Alii majorem Homero tradiderunt, nonnulli æqualem. V. *Gell. l.* 3. *c.* 11. & *l.* 17. *c.* 21. ¶ Occiſus eſt a quibuſdam adoleſcentibus Locrenſibus, & in mare demerſus, cujus cadaver Del-

phi-

Digitized by Google

phines ad litus deportarunt. Interfectores vero a cane proditi in mare demerſi ſunt. *Plutarch. in Convivio ſept. Sapient.* &c.

Heſiŏne, es, Laomedontis Trojæ regis filia, quam Hercules a monſtro marino, cui objecta erat, liberavit, & Telamoni dedit uxorem. *Ovid. Metam. 11. fabul. 7.*

Heſperia, æ, f. 1. Hiſpania, quæ ad Italiæ differentiam etiam Heſperia extrema, vel ultima dici ſolet. Nomen accepit ab Heſpero Rege Atlantis fratre, vel ab Heſpero ſtella Veneris. *Hor. l. 1. Carm. ode 36.* Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima. ¶ Heſperia item, Italia, quam Virgilius Magnam Heſperiam vocat. Ratio nominis eadem eſt. Nam vel dicta eſt ab Heſpero, qui a fratre pulſus ex Hiſpania in Italiam venit: vel ita vocata eſt ab Heſpero ſtella, quod occaſui ſubjecta ſit. Ut enim Itali Hiſpaniam appellant Heſperiam, quod ſibi ſit ad Occidentem, ita Græci eodem nomine ob eandem cauſam Italiam nominant. *Virg. 1. Æn. v. 530.* Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt.

Heſperĭdes, f. 3. *Ἑσπερίδες*, tres filiæ Heſperi fratris Atlantis, Ægle, Arethuſa, Heſperethuſa. Hæ amœniſſimos hortos poſſidere dicebantur in Africa, juxta Lixon coloniam a Claudio Cæſare deductam, in quibus erat auriferum nemus cum aureis malis, quæ a pervigili dracone cuſtodiebantur. Hercules tamen eo penetravit, juſſu Euryſthei, & interfecto dracone, aurea mala ad Regem attulit. Varro per mala aurea oves ſignificari dicit purpuream lanam ferentes, quas Hercules ex Africa in Græciam exportaverit. Nam *μῆλον* apud Græcos ſignificat & pomum, & ovem, ſive pecudem. Hinc *μηλωταὶ* dictæ veſtes ex pellibus ovium confectæ. Aliter tradit Diodorus l. 5. Bibliothecæ, quem videre potes. Quod ad draconem ſpectat, *Plinius*, & *Solinus* c. 24. interpretantur, fuiſſe æſtuarium maris meatu flexuoſo inſtar draconis, quod hortos Heſperidum amplectebatur: tidam, præter oleaſtrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. ¶ Hoc nomine item dictæ ſunt inſulæ Africæ in Oceano Atlantico. V. Gorgones.

Heſpĕri, m. 2. Heſperii Æthiopes, pop. Æthiopiæ, in Africa, in Æthiopia Inf. ubi nunc Regnum Congi, cum annexis Regnis Loangi, & Anzicanorum in illo tractu. Ab aliis collocantur in ora Occidua Æthiopiæ, ubi Manicongum Regnum, qui *Pangelongos* a Luſitanis dicuntur.

Heſpĕris, idis, adject. fœmin. ab Heſperia. *Virg. 8. Æn. v. 77. de Tiberi.* Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum. h. e. Italicarum. V. *Heſperia*. ¶ Eſt etiam Heſperis herba quædam apud *Plin. l. 21. c. 7.* ſic dicta, quod noctu magis oleat.

Heſperĭus, a, um, adject. ad Heſperiam pertinens. *Ovid. Metam.* Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat Heſperium temone fretum. h. e. Oceanum occidentale.

Heſperŭgo, inis, f. idem quod Heſperus ſtella. *Senec. Med. verſ. 877.* Merget diem timendum Dux noctis Heſperugo.

Heſpĕrus, i, m. *Eſpero*, *Ἕσπερος*, ſtella, quæ & veſper, & veſperugo dicitur, eadem, quæ Lucifer, & Venus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.* Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris, quæ *Φωσφόρος* Græca, Latine Lucifer dicitur, cum antegreditur Solem, cum ſubſequitur autem, Heſperus. *Virg. 7. Ecl.* Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.

Heſpĕrus, i, m. 2. *Ἕσπερος*, filius Japeti, & Aſiæ, frater Atlantis, Epimethei, & Promethei. Diodorus ſcribit, hunc Heſperum conſcendiſſe cacumen Atlantis M. ad curſus aſtrorum obſervandos, & nunquam deinde compariſſe, eo vulgus honores divinos exhibuiſſe, aſtrumque lucidiſſimum ejus nomine appellaviſſe. Sed ab aliis ſcriptum eſt, Heſperum una cum Atlante fratre in Mauritaniam migraſſe, deinde in Hiſpaniam, tandem a fratre ex Hiſpania expulſum veniſſe in Italiam. Habuit tres filias, Æglen, Arethuſam, Heſperethuſam, quæ Heſperides vocatæ ſunt.

Heſſēni, *Ἐσσηνοί*, Palæſtinæ populi ſine ulla fœmina viventes, omnique prorſus Venere abſtinentes, ut ſcribit *Plin. l. 5. c. 17.*

Heſterno, adverb. heri, heſterno die. *Auſon. epig. 73.* Alcon heſterno ſignum Jovis attigit.

Heſternus, a, um, o. s. 2. *di jeri*, *χθεσινὸς*, quod heri fuit, vel factum eſt. *Cic. de nat. Deor.* Veluti a te ipſo heſterno die dictum eſt. *Ovid. ep. 19. v. 72.* Heſterna nocte. *Cic. 2. Tuſc. c. 4.* Heſterna diſputatio. *Celſ. l. 2.* Panis heſternus, *pane d'un dì*.

Heſus, Hebraica lingua fortem ſignificat: itaque hoc nomine Veteres Martem coluere; quem Galli etiam humano cruore placabant. *Lucan. l. 1. v. 445.* horrenſque feris altaribus Heſus. *Lactant. l. 1. c. 21.*

Heſychius, ii, *Ἡσύχιος*, Mileſius hiſtoricus tempore Anaſtaſii Imperat. ſcripſit ſex libros de Romanorum, aliarumque Gentium Principibus: item græcum Dictionarium, quo ſe uſum teſtatur *Suidas*.

Hetæria, æ, f. *ἑταιρία*, ſodalitas, collegium, ſocietas. Apud *Plin. l. 10. epiſt. 43. & 97.* in quibuſdam Codicibus legitur hæc vox græce ſcripta, in quibuſdam vero latine.

Hetærice, es, ita vocabatur, honoris cauſa, ala equitum apud Macedones, ab amicitia, & quaſi ſodalitate regia. *Nep. Eumen. c. 1.*

Heterocliſus, a, um, o. *ἑτερόκλιτος*, quod alieno, & novo quodam modo declinatur, ab *ἕτερος*, *alter*, & *κλίνω*, *inclino*, *flecto*. V. Grammaticos.

Heterocranea, æ, f. morbus capitis, cum inæqualiter dolet, tumetque, & inter capillos ulcuſcula erumpunt, & pus mali odoris. *Plin. l. 31. c. 9.* *Marcel. Emp. c. 2.*

Heterogenĕus, a, um, o. *ἑτερογενὴς*, quod eſt alterius generis. Itaque a Grammaticis heterogenea nomina dicuntur, quorum genus variat.

Hetriculum, ii. 2. *Latarico*, opp. Brutiorum, in Calabria cit. in S. Marci Diœceſi.

Hetrurĭa, (vel Etruria, ut probat *Manut. in Orthogr.*) *la Toſcana*, pars Italiæ, ſatis ampla, inter mare Tyrrhenum ad Occ. & Mer. Apenninum ad Sept. Tiberim fl. ad Or. Ejus pars major eſt, quæ ad Occ. extenditur, cujus partes ſunt quatuor, ditio Florentina, ditio Piſana, ditio Senenſis, quæ parent Magno Duci Hetruriæ, & ditio Lucenſis, quæ Rempublicam ſeparatam facit. Minor Hetruriæ portio magis ad Ortum extenditur, & ſubeſt Summo Pontifici, in qua ſunt Provincia Patrimonii S. Petri, Ducatus Caſtrenſis, territorium Urbevetanum, territorium Peruſinum. ¶ Olim Romani Aruſpices ex Hetruria advocabant, quod id ſuperſtitionis genus ibi floreret. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Aruſpices ex Hetruria acciendos puto.

Hetruſcus (vel potius Etruſcus) a, um, adjectiv. qui eſt ex Hetruria, *Toſcano*. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Hetruſca diſciplina. h. e. Aruſpicium. V. *Plin. l. 28. c. 3.*

Hetta, res minimi pretii. Aliqui dicunt eſſe puſulam, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere. *Feſtus*.

Hettemaricus, a, um, adject. *ἡττημένος*, inferior, deterior, & qui genera ſui præſtantiam non eſt aſſequutus. *Jul. Firmic. l. 4. c. 3.*

Heheu, interject. idem quod Eheu. *Plaut. in Captiv. & in Pœn.*

Heu, *oimè*, *ahi*, *φεῦ*, *αἶ*, interjectio dolentis, interdum exprobrantis, a Græc. *φεῦ*, vel a ſono. Conſtruitur cum nominativo, vel potius cum vocativo. *Virg. 6. Æn. v. 878.* Heu pietas, heu priſca fides. ¶ Item cum accuſat. *Cic. in Tuſc.* Heu me infelicem. ¶ Item cum dativo. *Plaut. Mil.* Hex mihi, nequeo, quin fleam. ¶ Interdum geminatur, ſed tunc fere ponitur ſine caſu. *Plaut. Pſeud.* Heu, heu, quam ego malis modis perdidi, quod tibi detuli.

Heurĕtes, æ, m. 1. *εὑρετὴς*, inventor. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 9.* Heuretes mihi es.

Heus, *olà*, *ὦ*, adverb. vocandi, a ſono. *Cic. in Fam.* Sed heus tu, quid agis? ¶ Aliqui addunt, nonnunquam eſſe interjectionem dolentis, *Virg. 7. Æn.* Heus etiam menſas conſumimus.

Hexachordos, adject. *ἑξάχορδος*, ſex chordas habens. *Vitruv. l. 10. c. 13.*

Hexaclinon, i, n. *ἑξάκλινον*, ſtibadium, cœnatio ſex cœnatorios lectulos capiens. *Martial. l. 9. epigr. 60.* Et teſtudineum menſus quater hexaclinon. ¶ Eſt ab *ἕξ*, *ſex*, & *κλίνη*, *lectus*.

Hexagōnum, n. *ſeſſagono*, *ἑξάγωνον*, figura ſex angulorum. *Col. l. 5. c. 2.* Eſto hexagonum quoquoverſus lineis pedum triginta.

Hexagōnus, a, um, adject. *ſeſſagono*, *ἑξάγωνος*, ſex angulos habens, ab *ἕξ*, *ſex*, & *γωνία*, *angulus*, ut hexagonus ager. *Colum. l. 3. c. 2.* *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Hexamĕter, tra, trum, o. s. 2. *di ſei miſure*, *di ſei piedi*, *ἑξάμετρον*, quod eſt ſex menſurarum, ſive pedum, ab *ἕξ*, *ſex*, & *μέτρον*, *menſura*. Verſus hexameter, al. heroicus eſt, qui ſex conſtat pedibus partim dactylis, partim ſpondæis, cujus generis omnes Virgiliani ſunt. *Cic. 3. de Orat.* Solitus eſt verſus hexametros, alioſque variis modis, atque numeris fundere ex tempore.

Hexaphŏri, orum, ſeni homines lecticam portantes, ab *ἕξ*, *ſex*, & *φέρω*, *fero*. *Vitruv. l. 10. c. 8.* ¶ Iidem, ſi quatuor ſint, *tetraphori* vocantur. *Id. ibid.*

Hexaphŏron, i, n. *ἑξάφορον*, lectica, quæ a ſex ſervis ferebatur. *Martial. l. 6. epigr. 77.* Non debet ferri mortuus hexaphoro.

Hexaſtichum, i, n. *ἑξάστιχον*, hordei genus, cujus ſpicæ ſex habent ordines. *Col. l. 2. c. 9.* ¶ Hexaſtica etiam dicuntur epigrammata ſex verſibus conſtantia. V. *Grammaticos*.

Hexaſtylos, i, gen. comm. ſex columnas habens. *ἑξάστυλος*. *Vitruv. l. 3. c. 2.*

Hexecontalĭthos, i, *ἑξηκοντάλιθος*, lapis adeo diverſis inſignitus notis, ut ſexaginta gemmarum colores referas. *Solin. c. 44.* *Plin. l. 37. c. 10.*

Hexēris, is, f. *ἑξήρης*, navis ſex remorum ordines habens. *Liv. l. 37. c. 23.* Regia claſſis tres hapteres, & quatuor hexeres habebat.

H ANTE I.

Hiagnis, is, Marſyæ tibicinis pater, & Muſicæ magiſter: de quo V. *Apul. l. 1. Florid. poſt init.*

Hians, antis. V. Hio.

Hiantĭa, æ, f. hiatus, *apertura*. *Tertul. de anim. c. 10.* Tubam pariter, & hiantiam oris illius oſtende.

Hiarbas. V. Jarbas.

Hiaſco, is, n. 3. *aprirſi*, *χαίνω*, aperior, apud vet. pro *hiſco*, ab *hio*. *Cato de R. R. c. 17.* Ubi primum incipiunt hiaſcere, tum legi oportet.

Hiatu. V. Hieto.

Hiātus, us, m. 3. *iato*, *apertura*, *χάσμα*, propria aſt apertio oris. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 47.* Cibumque partim oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt. ¶ Tranſlate accipitur pro terræ chaſmate, aliarumque rerum apertione. *Plin. l. 37. c. 13.* Hauriri urbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor eſt. ¶ Hiatus in oratione dicitur, cum plures vocales concurrunt. *Cic. in Orat. c. 23.* Verba verbis quaſi coagmentare negligat. habet enim ille tanquam hiatus concurſu vocalium molle quid, &c.

Hiberna, orum, n. 3. *luogo dove ſvernano i ſoldati*, *quartieri d'inverno*, Germ. *winterlaeger*, Gal. *quartier d'hiver*, Hiſp. *invernadero*, *τὰ χειμαδικὰ χωρία*, loca, in quibus milites hieme ſtationem habent. *Cic. Fam. 15. ep. 4.* Exercitum in hiberna dimiſi. *Pollio Cic. l. 10. Fam. ep. 33.* In hibernis legiones collocare. ¶ *Varr. l. 1. R. R. c. 1. ad fin.* hiberna vocat villas, in quibus per hiemem domini degere ſolent. ¶ Sunt qui hyberna per *y* ſcribunt, ſed pro iota ſtat *Manut. in Orthograph.*

Hibernacŭla, orum, n. tentoria, ſub quibus milites degunt hibernorum tempore. *Liv. l. 25. c. 35.* Hibernacula mature communire. ¶ Apud Græcos hibernacula erant pars domus, in qua hiberno tempore diverſabantur, *appartamenti d'inverno*. *Vitruv. l. 7. c. 4.*

Hibernĭa, f. 1. Iverna, Juverna, Jerna, Iris, Scotia, Britannia minor, Ital. *Irlanda*, inſ. ampla Europæ, ſed minor Anglia, extenſa a Sept. in Mer. per 250. M. P. ab Or. in Oc. per 120. M. ¶ Ejus incolæ Hiberni dicuntur.

Hiberno, as, avi, atum, n. 1. *ſvernare*, *paſſar l'inverno*, Ger. *das winterlaeger haben*, Gal. *hiverner*, *paſſer l'hiver*, Hiſp. *invernar*, *χειμάζω*, hiemem agere, ſtationem habere hiberno tempore. *Cic. pro Leg. Manil. c. 13.* Jam vero quomodo milites hibernent. *Perſ. ſat. 6. v. 7.* Mihi nunc Ligus ora Intepet, hibernatque meum mare. h. e. ſævit. hieme enim tempeſtates frequentes ſunt: vel quieſcit, & a navigiis vacat, quemadmodum milites in hibernis otiantur.

Hibernus, a, um, adject. *invernale*, *d'inverno*, Germ. *winterlich*, Gall. *d'hiver*, Hiſp. *invernal*, *χειμερινὸς*, hiemalis, ut hiberni menſes, *Cic. Ver. 7. c. 10.* Hiberna navigatio, *Id. Att. l. 15. ep. 23.* Hibernum mare, h. e. procelloſum, *Horat. epod. 15. v. 7.*

Hibiſcum, vel Ibiſcum, vel Ebiſcum, i, n. *malvaviſchio*, Gal. *paudis ſauvage*, herba hortenſis, quæ a Dodonæo paſtinaca latifolia ſilveſtris appellatur. *Plin. l. 19. c. 6.* Hibiſcum a paſtinaca gracilitate diſtat. *Id. l. 20. c. 4.* Paſtinacæ hibiſcum ſimile, quod molochen agriam vocant, & aliqui piſtolochiam. ¶ Ejus capræ avidiſſimæ ſunt. *Virgil. Ecl. 2.* Hædorumque greges viridi compellere hibiſco.

Hibris. V. Ibrida.

Hibus. V. Hia.

Hic, hæc, hoc, m. f. n. *queſto*, *e queſta*, הוּ, הִיא, Germ. *dieſer*, *dieſs*, *das*, Gall. *cettuy cy*, *cecy*, Hiſp. *aqueſto*, *aqueſta*, *οὗτος*, *αὕτη*, *τοῦτο*, pron. demonſtrativum. Hic, iſte, *queſto*, *coteſto*, differunt in hunc modum, ut *hic* dicatur de perſona, aut re loquentis, *iſte* magis ſpectet perſonam audientis, vel rem ei, cui loquimur, proximam. *Cic. l. 2. Fam. ep. 11.* Putares ne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed etiam hæc levia noſtratia? Sed hæc differentia non ſemper obſervatur. *Cic. Parad. 1.* Mihi iſta *παράδοξα* videntur eſſe veriſimilia. ¶ Interdum relative pro *is* accipitur. *Cic. 1. Tuſc.* Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat. ¶ Interdum pro talis. *Horat. l. 3. od. 6.* Non his juventus orta parentibus Infecit æquor ſanguine Punico. ¶ A Poetis maſculinum *hic* corripitur, & producitur. *Virg. 4. Æn.* Solus hic inflexit ſenſus, animumque labantem. *Id. 2. Æn.* Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum ſorte tulit. ¶ *Hoc erat*, elegans eſt formula ſuccenſentis, & expoſtulantis. *Virg. Æn. 2. v. 664.* Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis, ut &c. V. *Hoc*. ¶ *Huic* aliquando metri cauſa in duas ſyllabas dividitur. *Stat. l. 1. Silv.* Serus huic dono videas dare thura nepotes. *Sidon. carm. 7. v. 245.* Aſſurrexit huia, &c. ¶ *Hibus* pro *his* uſurpavit *Plaut. Curc. 4. 2. 20.*

Hic, (antique heic) *qui*, *in queſto luogo*, *ἐνταῦθα*, *ἐνθάδε*, adverb. ſtatus

in

Digitized by Google

in loco. Hic, iſtic, illic, *qui*, *coſtì*, *lì*, differunt, quod *hic* denotat locum, in quo ſum ego, qui loquor, aut ſcribo; *iſtic* locum, ubi tu es, cui loquor, aut ſcribo, *illic* remotum quendam locum, in quo neque ego ſum, neque tu. *Cic. ad Att.* Hic nihil actum eſt, quod ad te perlatum non putem. *Id. in Fam. 1. epiſt. ult.* Ibique malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare. ¶ Interdum accipitur pro hoc tempore. *Virgil. 1. Æn.* Hic Regina gravem gemmis, auroque popoſcit, implevitque mero pateram. ¶ Item pro *in hac re*. *Plaut. Bacch. 1. 2. 3.* Lycurgus mihi videtur poſſe hic ad nequitiam adduci.

Hicce, Hæcce, Hocce, m. f. n. idem, *ac* hic, hæc, hoc, adjuncta ſyllaba *ce*. *Plaut. Cap.* Hisce autem inter ſe confinxerunt dolum. *Ter. Heaut. 5. 5. 3.* Hiſce oculis vidi.

Hiccine, hæccine, hoccine, m. f. n. μὴν ἆρα, οὗτος, τοῦτο, interrogativum pronom. quaſi hic ne? hæc ne? hoc ne? *Cic. in Verr.* Hunccine hominem, hanccine impudentiam, hanccine audaciam feremus?

Hiemālis, le, adject. ad hiemem pertinens, *invernale*, *d'inverno*, χειμερινὸς, hibernus, ut hiemalis dies, *Colum. l. 11. c. 1.* Hiemalis navigatio. *Cic. Fam. 6. ep. 20.* ¶ *Hiemalia*, *lium*, abſolute dicuntur loca, in quibus milites hieme morantur, *quartieri d'inverno*. *Vopiſc. in Aurel. c. 11.* Hiemalia, & æſtiva diſponere.

Hiematio, onis, f. χειμασία, hiemis traductio, *invernata*. *Varr. lib. 3. R. R. cap. 17.* Ne plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquetur.

Hiĕmo, as, avi, atum, n. 1. *invernare*, *svernare*, παραχειμάζω, hiemem traduco, hiberno, in hibernis ago. *Caſ. l. 1. B. C. c. 37.* Legiones, quæ longius hiemabant, ſubſequi jubet. *Nepos Ageſil. c. 3.* Epheſum hiematum exercitum traduxit. ¶ Significat etiam hiemem eſſe, frigus vigere, & fere impersonaliter uſurpatur, *far freddo*. *Col. l. 11. c. 2.* Fidicula exoritur, hiemat, & pluit. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 17.* Et atrum Defendens piſces hiemat mare. h. e. procellis concitatum navigationem, & piſcationem impedit. ¶ Hiemantes aquas, hoc eſt, tempeſtates commotas, dixit *Salluſt.* apud *Senec. epiſt. 114.* ¶ *Hiemare lacus*. h. e. hieme, & frigore concretus. *Plin. l. 9. c. 22.* Octobri menſe, Autumnali ſidere, hiemante lacu. *Al. leg.* hiemato. ¶ Hiemare, pro hiemis incommodis affligi. *Suet. Aug. c. 72.* Quamvis parum ſalubrem valetudini ſuæ urbem experiretur, aſſidueque in urbe (al. in vere) hiemaret.

Hiems, emis, f. *inverno*, Ger. *winter*, Gal. *hiver*, Hiſp. *invierno*, χειμών, pars anni frigidiſſima inter autumnum & ver. Videtur quibuſdam eſſe ab ὕω, *pluo*, unde per *p* ſcribunt, ſed aliter invenitur in vett. libris, & monumentis, ut probat *Manut. in Orthogr. & Voſſ. in Etymol. Cic. pro Rabir. Poſth. c. 15.* Hieme omnia bella conquieſcunt. ¶ Ponitur & pro quavis impetuoſa & pluvia tempeſtate. *Nepos in Attic. c. 10.* Gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervavit. *Virg. 1. Æn. v. 129.* Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus.

Hiĕra, æ, ex græco ἱερὸς, *ſacer*; vox eſt non ſatis cognita, præſertim illo loco *Senecæ epiſt. 83.* ubi ait: Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit, quæris? quod raro curſoribus evenit, Hieram fecimus. *Muretus* hieram interpretatur lineam in medio ſtadio, ſic appellatam quod ſacra eſſet. *Lipſius* morem fuiſſe ſuſpicatur, ut in ambigua victoria, cum certantes pares eſſent, Deo ſacraretur corona; quod Græci ἱερὸν ποιεῖσθαι dicunt, h. e. νίκησαι, *Senecam* autem *hieram* dixiſſe, ſc. *coronam*. ¶ Hiera pro Cybele, apud *Virg. Æn. 9. v. 673.* Quos Jovis eduxit luco ſilveſtris Hiera. Sed quia eo loco penult. habet longam, *Turneb. Adverſ. l. 22. c. 7.* legendum ſuſpicatur *Hyæna*.

Hieracia, æ, lactucæ genus, cujus ſucco accipitres obſcuritatem ſentientes, oculos tingunt. *Plin. l. 20. c. 7.*

Hieracites, æ, ἱερακίτης, gemma a colore accipitris ſic vocata. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Hieracium, ἱεράκιον, collyrium. *Plin. l. 34. c. 11.*

Hierapŏlis, f. 3. Bambyca, Bambyce, *Aleppo*, urbs Syriæ A. ſub P. Antiocheno, in Cyrreſtica reg. maxima, ex primis Turcici Imperii, emporium celeberrimum, a Damaſco itinere 10. dierum in Bor. ab Edeſſa 50. ¶ Hierapolis altera, Turc. *Sendeſcheher*, urbs Phrygiæ Magnæ, A. ſub P. Conſtantinopolitano, a Laodicea 6. M. P. Tripolim verſus 10. a Philadelphia 45. in Mer. Pop. Hierapolitæ.

Hierapolitanus, a, um, adject. a Hierapoli urbe, ut Hierapolitani, ejus urbis incolæ. *Leg. 1. Dig. de aqu. quotid.*

Hieratica, f. 1. ἱερατική, chartæ quoddam genus ſubtilius, religioſis tantum voluminibus dicatum, quod ab adulatione Cæſaris Auguſti nomen accepit. *Plin. l. 13. c. 11.*

Hiĕrax, acis, m. ἱέραξ, accipiter. *Juſtin. l. 27. c. 2.* Antiochus hierax eſt cognominatus, quia non hominis, ſed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam ſectaretur.

Hiericus, untis, f. 3. *Jerico*, urbs Palæſtinæ, in Tribu Benjamin, ab Hieroſolymis 20. M. P. *Plin. l. 5. c. 14.*

Hierobotăne, es, ἱεροβοτάνη, verbena, ita dicta quod ſacra ſit. *Plin. lib. 25. cap. 9.*

Hierŏcles, is, Ἱεροκλῆς, Philoſophus Alexandrinus. Scripſit commentarium in Pythagoræ aurea carmina. *Lactant. l. 5. c. 2.*

Hierodūlus, i, ἱερόδουλος, miniſter ſacrorum. *Firmic. l. 8. c. 21.*

Hieroglyphice, es, ἱερογλυφική, ars ſcribendi non per literas, ſed per ſculptas animalium, aliarumque rerum figuras, ut inde aliquid ſignificetur. Quæ apud Ægyptios maxime in uſu fuit, ut narrat *Tacit. hiſt. l. 11. c. 14.* Hinc

Hieroglyphĭcus, a, um, adject. *Ammian. l. 17. c. 7.* Formarum innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas. *Macrob. l. 1. Sat. c. 21.* Oſirim Ægyptii, ut ſolem eſſe aſſerant, quoties hieroglyphicis literis ſuis exprimere volunt, inſculpunt ſceptrum &c. V. *Hieroglyphice*.

Hieronīcæ, arum, m. 1. victores in ſacris certaminibus, a νίκη, *victoria*, & ἱερὸς, *ſacer*. Sic appellabantur, qui in Nemæis, Pythiis, Iſthmiis, & Olympiis viciſſent. Illa enim ſacra certamina dicebantur. Hujuſmodi victoribus publici honores habebantur, ut ait *Vitruv.* & *Suetōn. Ner. cap. 25.* Neapolim albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos Hieronicarum eſt.

Hieronĭcus, a, um, adject. poſſeſſ. a Hierone rege Syracuſarum, ut Hieronica lex. frumentaria, ab eo lata. *Cic. Verr. 2. c. 13. & 60.*

Hierŏnymus, m. 2. Philoſophus Rhodius, qui ſummum bonum poſuit in indolentia. *Cic. Fin. l. 2. c. 3.* ¶ Item unus ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Doctoribus S. Eccleſiæ.

Hierophantа, ſeu Hierophantes, æ, ἱεροφάντης, ſacrorum ceremoniarum magiſter, eorumque interpres. *Arnob. l. 5.* Caduceatores, Hierophantæ, atque præcones. Adde *Nepos in Phoc. c. 3.*

Hierophylax, acis, m. ἱεροφύλαξ, cuſtos ſacrorum. *Leg. 10. Dig. de mun. leg.*

Hieroſolyma, æ, f. ſeu Hieroſolyma, orum, n. 2. ſeu Hieruſalem, f. indecl. antea Jebus, *Geruſalemme*, Turc. *Cotz*, ſeu *Cherz*, urbs Metropolis Judææ, in Tribu Benjamin, longe clariſſima totius Orientis, inter Damaſcum 160. M. P. & Babylonem Ægypti 300. Everſa fuit a Tito Imp. Rom. Deinde ab Ælio Hadriano reſtaurata alio in loco. *Ælia* etiam dicta eſt. Sed parvi eſt circuitus, vix decem mille incolas continens, deficitque in dies propter excurſiones Arabum.

Hieroſolymarius, m. 2. cognomen Pompeji Magni ab Hieroſolyma expugnata. *Cic. Att. l. 2. ep. 9.* Ubi ſciat hic noſter Hieroſolymarius traducitur ad Plebem, &c.

Hiſco, as, avi, atum, n. 1. *aprirſi*, frequentativum ab *hio*. Dicitur de oſcitantibus, quia ſæpe ore hiant. *Plaut. Men. 3. 1. 3.* In concionem mediam me immerſi miſer: ubi ego dum hieto, Menæchmus ſe ſubterduxit mihi. *mentre sbadiglio*. Et in *fragm.* apud *Diomed. l. 1. pag. 336.* *Poeſſit.* Si qua forte mentem eſt, ubi eum hietare nondum in mentem venit. *Cæcil. ibid.* Pro hercle tu, qui mihi oſcitans hietanſque reſtas. *Cn. Matt. ibid.* Ille hietans herbam moribundo tenuit ore. *aprendo la bocca*. Paſſive *Laber. ibid.* Hietamus fores. *s' aprono*. ¶ Etiam *hieto* Veteres dixere, teſte *Diomed. ibid.*

Hila. V. Hilla.

Hilarātus, a, um, nom. ex partic. *rallegrato*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 40.* Terra cum cœlo hilarata.

Hilăre, adv. *allegramente*, *giocondamente*, *lietamente*, בשמחה, Ger. *frölich*, Gal. *gayement*, Hiſp. *alegremente*, φαιδρῶς, læte, ſeu cum hilaritate. *Cic. 5. Fin. c. 30.* Hilare vivere. *Id. 3. Tuſc. c. 27.* Hilarius loqui. *Plaut. Men. 1. 2. 40.* Ecquid audes de tuo iſtuc addere? P. atque hilariſſime.

Hilareſco, n. 3. *farſi allegro*, *allegrarſi*, שמח, Ger. *ſich frewen*, Gal. *devenir aiſe*, *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, ἱλαρύνομαι, hilaris fio. *Var. apud Non. c. 2. n. 104.* Cum amicorum ſomnus ſumat, hilareſco.

Hilaria, ium, n. 3. ἱλάρια, dies æquinoctii verni, quem antiqui celebrabant tanquam lætitiæ exordium, nempe octavus Kalendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit, ab *hilaris*. *Macrob. l. 1. Sat. c. 21. Vopiſc. in Aureliano*, *Quintil. l. 6. c. 4.*

Hilăris, re, n. 3. *allegro*, *giocondo*, *lieto*, שמח, Germ. *frölich*, Gal. *gay*, Hiſp. *alegre*, ἱλαρὸς, φαιδρός, jucundus, lætuſque, ab ἱλάω, *placo*. *Cic. ad Q. Fr.* Teque hilari animo eſſe, & prompto ad jocandum. *Id. in Brut. c. 5.* Animadverti paulo te hilariorem. *Plaut. Mil. 3. 1. 71.* Hilariſſimus conviva.

Hilaritas, f. 3. *allegrezza*, *genialità*, הילצות, Ger. *frölighcit*, Gal. *joye*, *gayeté*, Hiſp. *alegria*, ἱλαρότης, lætitia, jucunditas, feſtivitas. *Cic. Dolabellæ.* Sed tamen hilaritas illa noſtra, & ſuavitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt. *Adde l. 1. Offic. c. 30.*

Hilariter, adv. idem, ac hilare. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 14.* Modo acriter, tum clementer, mœſte, hilariter &c.

Hilaritūdo, inis, f. idem quod hilaritas, *allegrezza*. *Plaut. Mil. 3. 1. 83.* Bibe, animo obſequere meum, atque onera te hilaritudine. Ubi perperam antea legebatur, *onerato hilaritas me*. *Id. Rud. 2. 4. 8.* Ut in oculis hilaritudo eſt!

Hilarĭtus. V. Hilaritudo.

Hilăro, as, a. 1. *rallegrare*, שמח, Ger. *mutig machen*, Gal. *rejouir*, Hiſp. *alegrar*, φαιδρύνω, ἱλαρύνω, lætitiam, jucunditatemque do, lætifico. *Cic. 2. Fin. c. 3.* Omnem jucundum motum, quo ſenſus hilaretur.

Hilarōdus, i, laſcivi, & delicati carminis cantor. *Feſtus.*

Hilarŭlus, a. 1. 2. dim. ab hilarus. *Cic. Att. l. 16. ep. 11.* Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuavium des.

Hilărus, a, um, n. 1. 2. idem, ac hilaris. *Plaut. Mil. 4. 4. 62.* Hilarus exit, impetravit. *Cic. 5. Fin. c. 30.* Hilara vita amiſſa eſt. *Id. Att. 5. ep. 20.* Hilara ſane Saturnalia.

Hillæ, vel Hilæ, arum, f. inteſtina inferiora. *Plin. l. 11. c. 35.* Ab hoc ventriculo lactes in homine, & ove, per quas delabitur cibus, in cæteris hillæ. ¶ Pro inteſtino recto quod in anum deſinit. *Laber. apud Non. c. 2. n. 410.* Adoleſcenti noſtro hillas ſudit. ¶ Pro inteſtinis fartis, vel ſalitis, *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 60.* Perna magis, ac magis hillis. Ubi *Acron*. Hilla (neutro gen.) dicuntur ſalſa inteſtina hirci.

Hillus, pro Hirrus, (quod & nom. propr.) jocando dixit *Cicero* quaſi balbutiens *in epiſt. 10. l. 2.* ut reſponderet Cœlii verbis in *epiſt. 4. lib. 8.* Spero te celeriter, & de nobis quod ſperaſti, & de Hillo, quod vix ſperare auſus es, auditurum.

Hilum, li, n. 2. *il negro della fava*, parvum illud nigrum, quod in ſummitate fabæ adhæret. *Feſtus.* ¶ Tranſlate ſumitur pro re exigua, quæ parvi, vel nullius pretii eſt, quod Græci dicunt γρῦ. *Cic. Tuſc. l. 1. c. 4.* Quod Siſyphus verſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum. id eſt quicquam.

Himantopŏdes, um, Latine Loripedes, Æthiopiæ populi ſerpendo ingredientes. *Solin. c. 43.* ab ἱμάς, ἄντος, *lorum*, & ποῦς, *pes*, ἱμαντόποδες. ¶ Item aves cruribus gracilioribus. *Plin. l. 5. c. 8.*

Himella, f. 1. *Imella*, *Aggia*, fl. parvus Sabinorum, qui ex Severo M. per Cures fluens in Tiberim labitur 6. M. P. infra Manlianam. *Virg. 7. Æneid.*

Himĕra, m. 1. Gelas, *Salſo*, fl. Siciliæ, ex præcipuis, qui ex Nebroide M. apud Petram opp. oriens, in Auſtr. fluit, mareque apud Gelam urb. ſubit. ¶ Himera item, *Termine*, *fiume grande*, fl. ingens Siciliæ, qui non longe a priore ex eodem monte manat.

Himĕra, f. 1. urbs Siciliæ, apud oſtia Himeræ fl. & Thermas, condita a Zanclæis, & everſa ab Annibale Carthaginienſi, patria Steſichori poetæ, ex qua Thermæ urbs vicine cognominatur.

Hinc, *di qua*, ἐντεῦθεν, adv. motus de loco. *Cic. de Orat.* Scævolam hinc abeuntem inveni. ¶ Adhibetur in partitionibus. *Cic. in Catil.* Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, &c. ¶ Item pro ex hoc. *Cic. in Off. l. 3. c. 8.* Hinc ſicæ, hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur.

Hinnibĭlis, le, adject. hinniens. *Cal. Aurel. lib. 1. cap. 20.* Exſecratus hinnibilis.

Hinnibunde, adverb. hinniendo. *Claudius in Annalib. apud Non. cap. 2. n. 411.* Equi hinnibunde inter ſe ſpargentes terram calcibus.

Hinnĭlito, as, n. 1. idem quod hinnio. *Lucil. apud Varr. l. 6. L. L.* Hinc inquam rudet ex roſtris, atque hinnilitabat.

Hinnĭo, is, n. 4. *annitrire*, *rignare*, *ringhiare*, [illegible], Germ. *wihelen*, Gal. *hennir*, Hiſp. *relinchar*, χρεμετίζω, proprium eſt vocis equorum, a ſono, vel ab *hio*, inſerto n. *Quinctil. l. 1. c. 5.* Jam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus.

Hinnitus, us, m. *lo annitrire*, *rigno*, [illegible], Germ. *roſſgeſchrey*, Gal. *hanniſſement*, Hiſp. *relincho*, χρεμετισμός, vociferatio equi. *Cic. 1. de Div.* Subito exaudivit hinnitum, reſpexitque, & equum alacrem aſpexit.

Hinnulĕus, m. 2. νεβρὸς, cervus anniculus, cui needum cornua ſunt, quippe quæ ſecundo anno erumpere incipiunt, ab ἴννος, *pullus animantium*. *Horat. l. 1. od. 23.* Vitas hinnuleo me ſimilis, Chloe. *Plin. l. 28. c. 9.* Summis remediis præfertur hinnulei coagulum.

Hinnŭlus, i, m. pullus ex equo & aſina genitus. *Plin. l. 8. c. 44.* Equo & aſina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant; contraque mulos, quos aſini, & equæ generarent. *Harduinus* contendit legendum *hinnos*.

Hinnus, ni, m. 2. ἴννος, vel ἄννος, vel γίννος, animal, quod ex equo, & aſina

aſina naſcitur; a prima voce Græca ellata. *Col. l. 6. cap.* 37. deducit ab *hinnire*, non quia hinniat ipſe, ſed quia hinnienta animali natus ſit. Differt a mulo, quod hinnus naſcitur ex equo, & aſina, mulus ex aſino, & equa. *Varr. l. 2. de R. R.* 2. 18. *Col. l. 6. c.* 37. *Plin. l. 8. c.* 44.

Hio, as, avi, atum, n. 1. *sbadagliare, ſpirare con la bocca aperta*, פְּעַר, Germ. *gepen*, Gal. *bailler*, Hiſp. *boſtezar*, χαίνω, ore aperto ſpiritum emitto. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æſtuant. ¶ Accipitur etiam pro ſponte, vel aliqua vi externa aperiri, ſive ſcindi, ut ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. *Sall. l. 4. hiſt. apud Non. c. 4. n.* 228. Atque hiavit humus multa vaſta, & profunda. *Propert. l. 4. eleg.* 2. Nec ſua ullus hiat pretiis. ¶ Hinc & pro patere, manifeſtum eſſe. *Apul. Apol.* Patent artes tuæ, Rufine, fraudes hiant, detectum mendacium eſt. ¶ Hiare ſermo, ſeu oratio dicitur, cum crebro vocalium concurſu, quæ non eliduntur, veluti diſſolvitur, & hiulco ore proferenda eſt. *Auct. ad Heren. l. 4. c.* 12. Crebri concurſus vocalium hiantem orationem reddunt. h. e. male connexam. *Cic. in Orat. c.* 45. Qui ut verſum facerent, ſæpe hiabant, ut Nævius; vos qui accolitis &c. h. e. vocales non elidebant, ſed omnes pronuntiabant. *Id. ibid. c.* 9. Mutila quædam & hiantia locuti ſunt. ¶ Hiare ad aliquid ſignificat concupiſcere, & quaſi aperto ore appetere. *Senec. epiſt.* 72. Canis quidquid accipit, protinus devorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat. Sic emptor hians, h. e. cupidus. *Horat. l. 1. ſat.* 2, *v.* 88. Avaritia hians, *Cic. Ver.* 4.

Hippace, f. 1. ἱππάκη, caſeus ex lacte equino coagulatus. *Plin. lib.* 28. *cap.* 9. Sextius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit, hunc vocant hippacen.

Hippeo, as, n. 1. animam celeriter duco, ab ἵππος, equus, ideſt, ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus. *Feſt.*

Hippago, inis, f. ἱππαγωγὸ, genus navigii convehendis equis deſtinatum, ab ἵππος, equus, & ἄγω, duco. *Feſt.*

Hippagogus, i, idem ac hippago. *Iſid. l. 19. c. 1. Liv. l. 4. c.* 28. Quinque, & triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectæ.

Hippagus, i, idem, ac hippago. *Plin. l. 7. c.* 56. Hippagum Samii, aut Pericles Athenienſis invenit.

Hippei, m. 2. cometæ, qui jubas equinas habent, celerrimi motus, ab ἵππος, equus. *Plin. l. 2. c.* 25.

Hippi, ἵπποι, cancrorum genus apud Phœnices, equorum prope celeritatem adæquans. *Plin. l. 9. c.* 31.

Hippias, m. 1. ἱππίας, Sophiſta Eleus, qui in ludis Olympicis publice glorìatus eſt, nullam eſſe artem, quam ipſe neſciret. *Cic. 3. de Or.*

Hippice, es, f. 1. herba, quæ in equis famem, ſitimque tollit, ab ἵππος, equus. *Plin. l. 25. c.* 8.

Hippius, a, um, adject. equeſtris, ab ἵππος: ita cognominatus eſt Neptunus, quod tridentis ictu equum terra excitarit. *Feſtus.*

Hippius, ſeu antiſpaſtus, m. 2. genus pedis pæoni contrarium, quod conſtat ex tribus ſyllabis longis, & una brevi. V. *Grammaticos.*

Hippo, onis, m. & f. 3. ἱππών, Africæ urbs, Auguſtini epiſcopatu nobilis. *Sil. l. 3. v.* 259. Tum vaga, & antiquis dilectus Regibus Hippo. Ubi cum *vaga* dixit, & *dilectus*, maſculini & fœminini genus notat, ſimulque oſtendit duas eſſe in Africa hoc nomine urbes; alteram, quam diximus, quæ & *Hippo regius* appellatur; alteram vero, quæ & *Diarrhytus* dicitur, in paluſtri loco ſitam: quam ideo *vagam* cognominat. V. *Plin. l. 6. c. ult.*

Hippocamelus, i, m. ἱπποκάμηλος, animal ex equo & camelo compoſitum, vel magnus camelus. ἵππος enim in compoſitione auget. *Auſon. epigr.* 70. Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus.

Hippocampinus, a, um, adject. ab hippocampo, ut hippocampinus cinis, *Plin. l.* 32. *c.* 7.

Hippocampus, i, m. *cavallo marino*, ἱππόκαμπος, & ἱππόκαμπος, piſcis marinus, capite & juba inſtar equi, cauda vero erucæ. *Plin. l. 31. c. 11. Non. c. 2. v.* 397. ¶ *Lucilio* hippocampus ſcutica eſt.

Hippocentaurus, i, m. equorum ſtimulator. *Diodorus* hoc nomine appellat ſilios Centaurorum, quia primi equitationem exercuerunt. Itaque cum primum equis inſidentes viſi ſunt, rudes homines ex equo & homine conflatos crediderunt. *Cic. l. 2. Nat. Deor.* Quis Hippocentaurum fuiſſe, aut Chimæram putat? V. *Centauri.*

Hippocomus, i, m. ἱππόκομος, equiſo, equorum curator. *Cod. Theodoſ. l.* 8. *tit.* 5. Hippocomorum ſagum uſurpare.

Hippocoum, i, n. vinum generoſum ex Coo inſula. *Feſtus.*

Hippocrates, m. 3. Ἱπποκράτης, Medicus excellentiſſimus ex Coo inſ. cui tanta fuit artis peritia, ut vulgo crederetur Æſculapio prognatus. Ejus libri ubique celebrantur. Suſcepit filios Theſſalum, & Draconem. Exceſſit a vita annos natus 104. *Suid.*

Hippocraticus, a, um, adject. ad Hippocratem pertinens. *Prudent. Roman. v.* 498. Lanienа quando ſævit Hippocratica? h. e. medicorum ſectiones.

Hippocrene, es, m. 1. Fons Caballinus, ἱππόκρήνη, fons in Bœotia, non procul a Thebis, apud Heliconem M. quem Poetæ fabulantur factum eſſe ungula Pegaſi equi alati. ab ἵππος, *equus*, & κρήνη, *fons*. Hinc fabulæ occaſionem videtur miniſtraſſe Cadmus, qui, cum in Bœotiam locum urbi condendæ quæreret, huc, illuc obequitans hunc fontem primus creditur inveniſſe, ut ſcribit *Solin. cap.* 7. Muſis ſacrum eſſe dixerunt. Nam Cadmus ſapiens, & aliquot Græcarum literarum inventor fuit. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 7. fontes Aganippidos Hippocrenes.

Hippocreneus, a, um, adject. ab Hippocrene. *Anonym. de laudib. Herculis, vater op. Claudiam*, *v.* 5. Hippocrenæos victorem inſiſtere fontes.

Hippocreniſatus, a, um, adject. *Sidon. carm.* 22. *v.* 81. Hippocreniſatas jungebas Pegaſus alas. Ita leg. *Savar.* & *Savar.* At *Sirmond.* & VVowerius, *Hic & crinitatas.*

Hippodame, es, f. 1. vel Hippodamia, æ, f. 1. ἱπποδάμη, ἱπποδάμεια, filia Oenomai Regis Elidis, & Piſarum, qui cum ex Oraculo ſe a genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen a multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis inſtituit cum ipſa (habebat enim equos velociſſimos, qui ex ventorum flatu creati dicebantur) ea lege, ut qui vinceret, filiam haberet, victus ſubiret mortem. Tredecim victis, & occiſis, Pelope Tantali filius viſa puella ejus amore protinus exarſit: cujus nuptias ut aſſequeretur, Myrtilum ejus aurigam promiſſis corrupit, ſic, ut ille axes cereos, i. e. infirmos, & fragiles ſubjiceret, vel, ut alii volunt, obicem axi non objecerit. Atque hoc modo Pelops & puella, & Regno potitus eſt. *Bocc. l. 2. Gen. Deor.* ¶ Hippodame altera, quam *Ovid. Heroid.* 17. *v.* 248. Hippodamiam, at *Metam.* 12. *v.* 210. Hippodamen vocat: *Plutarchus* vero in Theſeo Deidamiam: tandem *Propert. l. 2. eleg. 2. v.* 9. Iſchomacheo. Hæc filia fuit cujuſdam Atracis, ſeu Atracis, & nupſit Pirithoo Lapitharum Regi. *Ovid.* 12. *Met.* ¶ Hoc item nomine fuit filia Briſeæ, quæ vulgo patronymice Briſeis appellatur, quam Achilles, Lyrneſſo expugnata, captivam in caſtra abduxit, quam poſtea Agamemnon Achilli eripuit, ex quo celebre illud inter Agamemnonem, & Achillem diſſidium exarſit. ¶ Item filia Anchiſæ, ſoror Æneæ, quæ Alcathoo Trojano in uxorem data eſt, quem poſtea Idomeneus Cretenſis in pugna occidit. *Boc. l.* 6.

Hippodromos, m. 2. *lungo, dove corrono i cavalli*, ἱππόδρομος, theatrum, ubi agitantur equi, equorum curriculum, hoc eſt, ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ ſimulacrum, ab ἵππος, *equus*, & δρόμος, *curſus*. Nam ſtadium, in quo equites imaginario prælio concurrere ſolent, *catadromus*, κατάδρομος, dicebatur. *Martial. l.* 12. *epigr.* 50. Pulvereumque fugax hippodromon ungula pulſat.

Hippogloſſa, f. 1. herba ſpinoſa, folia habens myrti ſylveſtris, linguæ equinæ ſimilitudine, ab ἵππος, *equus*, & γλῶσσα, *lingua*. *Plin. l. 27. c.* 11.

Hippoglottion, n. 2. herba, quam alii daphnitin, alii carpophyllon, & Alexandrinam laurum vocant. *Plin. l.* 15. *c.* 30.

Hippolapathum, n. 2. ἱππολάπαθον, herba, lapatho ſativo major, candidiorque, ac ſpiſſior. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Hippolyte, es, f. 1. ſoror Antiopæ, & Orithyiæ Reginarum Amazonum, quo bello, quod Græci cum Amazonibus duce Hercule geſſerunt, ſimul cum Menalippe ſorore capta eſt. Menalippe ab Hercule capta fuit, Hippolyte a Theſeo. Hercules poſt victoriam Menalippen ſorori Antiopæ reddidit, Orithyia tunc foris bellum gerente, & pretium arma Reginæ accepit, ſed Theſeus obtentam in præmium captivam, eandem in matrimonium aſſumpſit, & ex ea genuit Hippolytum. *Juſtin. l.* 2. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acaſti filii Peliæ, Magnetum, ſeu Theſſalorum Regis uxor, quam quidam Cretheidem vocant, quæ, cum Peleum amaret, neque ille hujus amori obſequi vellet, eum ultro de ſtupri appellatione apud virum accuſavit. Itaque Acaſtus Peleum ceu venationis cauſa in ſaltum Pelii montis abductum, ibique omnibus armis ſpoliatum, feris lacerandum præbuit. Verum Chiron, ſive ut Mercurius fuit, interveniens, accepta Vulcani machæra, Peleum liberavit, qui poſtea domum reverſus Acaſtum cum uxore interfecit.

Hippolytus, m. 2. ἱππόλυτος, Theſei, & Hippolytæ Amazonis filius, nepos Ægei, pronepos Neptuni, frater Demophoontis, & Antigoni. A Phædra noverca apud Patrem ſtupri accuſatus, immiſſis a Neptuno marinis monſtris (ut Pater optaverat) cum curru veheretur, ab exterritis equis diſcerptus eſt, poſtea ab Æſculapio in vitam revocatus in Italiam profugit, & Virbius appellatus fuit, quaſi bis vir. V. *Ovid.* 15. *Metam. Lactant. l. 1. c.* 17. &c.

Hippomanes, is, n. 3. ἱππομανές, humor in inguine equarum ortus ex libidinis ardore, qui in humana viſcera deſcendens furorem facit, ab ἵππος, *equus*, & μανία, *furor*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 281. Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. ¶ Item herba, qua comeſa equæ incipiunt furere. *Serv. in* 3. *Georg.* ex Heſiodo, vel potius ex Theocrito. Sed Theocritus in Pharmaceutria non id dicit, ea herba comeſa inſanire equos, ſed ejus edendæ inſano teneri amore. ¶ Item caruncula in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro, quam ſtatim edito partu mater dentibus avellit, & devorat, quam ſi quis præripuerit, ſeu prius abſtulerit, pullum ad ubera non admittit. Hæc caruncula amoris veneficium eſt, hac mulieres medicamenta componentes vertere homines feruntur in furorem. Sed generaliter hippomanes dicitur venenum omne amatorium, quod equinæ cupidinis ſimilem mortalibus amorem accendat. *Plin. l. 8. c.* 42. *Virg.* 4. *Æn. v.* 515. Quæritur & naſcentis equi de fronte revulſus, & matri præreptus amor.

Hippomarathrum, n. 2. ἱππομάραθρον, herba foliis marathro majoribus, & guſtu acriore, cujus ſuccus auribus inſtillatur, vermiculoſque in iis necat. Alii myrſenum vocant. *Plin. l.* 22. *c.* 23.

Hippomeneus, a, um, ad Hippomenen pertinens. *Ovid. in Ibin*, 1. *v.* 83.

Hippomenes, is, Magarei filius ex progenie Neptuni, qui Atalantam curſu victam uxorem obtinuit. *Ovid.* 10. *Metam.* V. Atalanta.

Hippona, V. Epona.

Hipponacteus, a, um, adject. ut Hipponacteum carmen; de quo V. in *Hipponax*. Hipponacteum præconium, h. e. convicium, ſeu carmen maledicum. *Cic. Fam. 7. ep.* 24.

Hipponax, actis, m. ἱππῶναξ, Poeta, tanta deformitate, & fœditate vultus, ut ejus effigies a pictoribus quibuſdam publice propoſita fuerit deridenda. Ille indignatus tam amare in illos eſt invectus, ut aliquos ex iis credatur compuliſſe ad ſuſpendium. Dicitur inveniſſe verſum jambicum ſcazontem, quem ab ejus nomine Hipponacticum vocamus, ſive Hipponacteum. *Plin. l. 36. c.* 5.

Hipponenſis, adject. ab Hippona Africæ urbe, ut Hipponenſis colonia, *Plin. l. 9. epiſt.* 33.

Hippopera, f. 1. *ſacchetto, biſaccia, bolgia*, Ger. *ein bulgen*, Gal. *bougette*, *male*, Hiſp. *talega*, *alforja*, ἱπποπήρα, ſacculus, quo eques neceſſaria itineri ſecum circumfert, ab ἵππος, *equus*, & πήρα, *pera*, *ſaccus*. *Sen. ep.* 87. *ad Lucil.* M. Cato Cenſorius cantherio vehebatur hippoperis quibuſdam impoſitis, ut ſecum utenſilia portaret.

Hippophaes, m. 1. frutex in maritimis locis naſcens. Eo utuntur fullones ad veſtes interpolandas. *Plin. l. 21. c.* 15. *& l. 22. c.* 12.

Hippophæſton, n. 2. ſpinæ fulloniæ genus, quod in maritimis, fabuloſiſque locis provenit. *Plin. l. 16. c. ult.*

Hippopodes, m. 3. pop. Septentrionales in inſula, apud Baſiliam, ſive Baltiam, ſic dicti a pedibus equinis. *Plin. l. 4. c.* 13.

Hippopotamus, m. 2. equus fluvialis, ſeu aquatilis in Nilo præcipue naſcens, binis ungulis, quales ſunt bobus, dorſo equi, & juba, & hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis. *Plin. l. 8. c.* 25.

Hipposelinum, n. 2. ἱπποσέλινον, apii herbæ genus in ſiccis naſcens, ita dictum, quod inter apii genera longe maximum ſit, quia ἵππος, & βοῦς ſæpe in compoſitione augent, quemadmodum ὑπὸ minuit. *Plin. l. 20. c.* 12.

Hippotades, æ, dicitur Æolus ventorum rex, quia nepos Hippotæ Trojani ex Segeſta filia. *Ovid. 4. Met. v.* 663. Clauſerat Hippotades æterno carcere ventos.

Hippotoxotæ, arum, m. 1. ἱπποτοξόται, ſagittarii equeſtres, *arcieri a cavallo*, ab ἵππος, *equus*, & τόξον, *arcus*. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c.* 4.

Hippuris, f. 3. ἵππουρις, barba, al. equiſetum, cauda equina, ab ἵππος, *equus*, & οὐρά, *cauda*. *Plin. l. 26. c.* 13.

Hippurus, i. ἵππουρος, piſcis ex genere locuſtarum. *Plin. l. 6. c.* 16.

Hir, n. 3. θέναρ, vola manus, a χείρ, manus, per Synecdochen. *Lucil. apud Cic. 2. Fin. Scalig. in Conjectan.*

Hira, f. 1. inteſtinum jejunum, quod per dim. hilla, & hillum dicitur. *Feſt.*

Hircinus, a, um, n. τράγειος, quod ad hircum ſpectat. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 12. Heus tu, qui cum hircina ſtas barba.

Hircipes, edis, hircinos habens pedes. *Martian. Capell. l.* 9.

Hircipilus, a. 1. 2. qui pilos habet ſimiles hircinis, ideſt, duros, ut aliqui interpretantur, denſos, ut alii. Sunt enim hirco pili tum denſi, tum duri, atque aſperi. *Feſt. Al. leg. Herbipilus.*

Hircoſus, a, um, n. 1. 2. *che ſente di becco*, Ger. *bockelechtig*, Gal. *qui ſent le bouquin*, Hiſp. *elaque ſabe a cabron*, τραγοειδὴς, qui hircinum odorem olet, & ſpeciatim qui olet virus alarum, ſeu cujus alæ fœtidum ſpirant odorem. *Perſ. Sat.* 5. Dixeris hæc inter hircoſos centuriones, ideſt, ruſticos, olidos, & omnis nitoris expertes. Adde *Plaut. Merc.* 3. 3. 14.

Hirculus, m. 2. τράγος, nardi ſpecies, ab *hircus*, ob odoris gravitatem. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Hir-

Hircus, ci, vel hirquus, m. *capro*, *caprone*, *becco*, שעיר, Ger. *bock*, Gall. *bouc*, Hiſp. *cabron*, τράγος, caprarum admiſſarius, hoc eſt, caper, qui jam coire, & fœtere cœperit, e priſco *fircus*, lingua Sabinorum. *Hor. Epod. od.* 16. Ametque ſalſa lævis hircus æquora. ¶ Tranſlate dicitur de homine immundo, & libidinoſo. *Plaut. Caſin.* 3. 1. 20. Propter operam illius hirqui improbi, edentuli. ¶ *Mulgere hircos*, proverbium eſt de re abſurda. *Virg.* 3. *Ecl. v.* 91. Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos. ¶ Accipitur præterea hircus pro gravi alarum odore, qui ſic dicitur a fœtore hirci animalis, quemadmodum etiam Græci τράγον tum de animali, tum de alarum graveolentia uſurpant. *Hor. Epod. od.* 12. Gravis hirſutis cubat hircus in alis. ¶ Denique hircus, ſive hirquus dicitur de angulo oculi, ducta ſignificatione ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem obliquis oculis capras aſpiciunt, *coda dell' occhio*. *Virg. Ecl.* 3. Tranſverſa tuentibus hirquis. Alii leg. *hircis*. Cæterum hoc loco & pro angulis oculorum, & pro hircis accipi poteſt.

Hirnĕa, æ, f. genus vaſis, ſive poculi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 273. Cadus erat vini plenus: inde implevi hirneam. *Et v.* 276. Vini hirneam ebiberim meri. Al. leg. *irneam*: & putat *Scalig. in Catalect. Virgil.* olim dictam eſſe *erneam* ἀπὸ τὸ ἔρνος, quod ejus figuram imitaretur. *Non. c.* 15. *n.* 29. legit *cirneam*, vel ut eſt in quibuſdam editionib. *cyrneam*.

Hirpex, V. Irpex.

Hirpi, m. 2. pop. Sabinorum, qui in agro Faliſco ad montem Soractem habitabant, ab *hirpus*, lupus, quaſi lupi. *Serv. in* 11. *Æn.* hæc ſcripſit, Soractis mons eſt Hirpinorum in Flaminia collocatus. In hoc autem monte cum aliquando Diti patri ſacrum perſolveretur (nam Diis manibus conſecratus eſt) ſubito venientes lupi exta de igni rapuerunt, quos cum diu paſtores ſequerentur, delati ſunt ad quandam ſpeluncam halitum ex ſe peſtiferum emittentem, adeo ut juxta ſtantes necaret, & exinde orta eſt peſtilentia, quia fuerant lupos ſecuti, de qua reſponſum eſt, poſſe eam ſedari, ſi lupos imitarentur, ideſt, rapto viverent. Quod poſtquam factum eſt, dicti ſunt ipſi populi Sorani. Nam lupi Sabinorum lingua *hirpi* vocantur. Plane *Servius* videtur Hirpos in agro Faliſco cum Hirpinis Samnitum confundere. ¶ Hirpi etiam, ſive Hirpini, ſeu Hirpiæ familiæ, fuere quædam familiæ ex Hirpis populis, in Faliſcorum agro, quæ in ſacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes ſuper ambuſtam ſtruem lignorum non adurebantur. *Plin. l.* 7. *c.* 2.

Hirpiæ familiæ, V. Hirpi.

Hirpini, ſeu Irpini, m. 2. *Principato ultra*, pop. & regio Italiæ, in Regno Neapolitano, inter Samnites, quorum caput, & metropolis eſt Beneventum. Dicti ſunt ab *hirpus*, lupus, quod lupum ducem ſecuti agros occupaverint, & luporum inſtar ex rapto viverent. Nempe primum id nomen acceperunt ab iis, quorum agros prædabantur. *Voſſ.* Vel fortaſſe dicti ſunt ab Hirpis, quod ab iis originem traherent. V. Hirpi.

Hirpīnus, m. 2. mons in Sabinis, in agro Faliſco, idem ac Soractes, ab Hirpis pop. qui juxta illum habitabant.

Hirpīnus, a, um, adject. ab Hirpis, ſeu Hirpinis populis, ut Hirpina pubes, apud *Silium l.* 6.

Hirpus, m. 2. lupus lingua Sabinorum, ut *Strabo l.* 5. & *Serv. in* 11. *Æn.* ſcribunt, vel Samnitum, ut *Feſtus*, ab ἅρπαξ, ſeu ἅρπαξ, *rapax*, ita dictus ob rapacitatem.

Hirquīnus, a, um, adject. pro Hircinus apud Vet. & ita legitur in loco *Plauti*, quem adduximus, in Hircinus. Adde *Pan.* 4. 1. 30.

Hirquitallĭo, n. 4. τραγίζω, eſt hircum laſcivia, odore, voce imitari, ab *hirquus* pro *hircus* apud vet. *Cenſorin. c.* 14. In ſecunda hebdomade, vel incipiente tertia vocem craſſiorem, & inæquabilem fieri, quod Ariſtoteles appellat τραγίζειν, antiqui noſtri hirquitallire, & inde ipſos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat.

Hirquitallus puer, qui primum ad virilitatem accedit, ſeu virilitatem ſuam experitur, ab *hirquus*, quia pueri pubeſcentes Veneri inhiant, hircum incipiunt olere, vocem edunt gravem, ſubraucam, hircinæ non diſſimilem. *Cenſorin. c.* 14. & *Feſt.*

Hirquus. V. Hircus.

Hirrĭo, ſeu Irrio, n. 4. proprium eſt vocis canum, cum provocantur, quia R multæ ſonent. *Sidon. lib.* 7. *ep.* 3. Veluti eſt canibus ſonatum, ut, etſi non latrant, tamen hirriant.

Hirrītus, us, m. vox canum, cum irritantur. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 16. Prodat hirritu rabiem canino.

Hirſūtia, æ, f. forma hirſuta, *iſpidezza*. *Solin. c.* 38. (al. 25.) Setarum hirſutiæ nulla. & *c.* 42. Hirſutia pili.

Hirſūtus, a, um, o. 2. *peloſo*, שעיר, Ger. *haar rauhig*, Gal. *velu*, Hiſp. *velloſo*, τριχώδης, λάσιος, piloſus, ſetoſus, pilis horridus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. *Virg.* 7. *Ecl.* Stant & juniperi, & caſtaneæ hirſutæ, ideſt, quæ adhuc ſuis echinis includuntur. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 259. Sumpſerit annales, nihil eſt hirſutius illis. Ubi pro auſtero, & inamœno accipitur.

Hirtiānus, a, um, adject. ad Hirtium pertinens, ut Hirtianum jus, apud *Cic.* 9. *Fam. ep.* 18.

Hirtius, vel Hircius, ii, Conſul fuit Romæ cum Panſa, quocum ab Antonio cæſus eſt, cum ad Mutinam obſidione liberandam acceſſiſſet. Hic auctor ſit libri de bello Cæſaris Hiſpanienſi, item de bello Africano, & Alexandrino, quanquam *Suet. in Cæſ. c.* 56. ſcribat, dubitatum eſſe, Hirtii ne, an Oppii cujuſdam eſſent. V. *Lipſ. Bibl. lib.* 2. *cap.* 22.

Hirtus, a, um. o. 1. 2. *peloſo*, λάσιος, hirſutus, pilis horridus, a ſono quem ſetæ horrentia edunt. *Curt. l.* 4. *c.* 13. Bactriani hirta ora. *Corn. Nepos* 14. *cap.* 3. Hirta tunica. *Virg.* 3. *Georg. verſ.* 287. Hirtæ capellæ. ¶ Tranſlate *Horat. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 22. Ingenium non incultum eſt, non turpiter hirtum. h. e. ruſticum.

Hirūdo, inis, f. *ſanguiſuga*, *ſanguettola*, עלוקה, Germ. *egel*, Gall. *ſangſue*, Hiſp. *ſangueſuela*, *o ſanguijuela*, βδέλλα, ſanguiſuga, ab hæreo, quod hæreat carni. *Plin. l.* 32. *cap.* 10. Hirudinum, quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. ¶ Tranſlate ponitur pro omni eo, quod exhaurit. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Quod illa concionalis hirudo ærarii, miſera, & jejuna plebecula me ab hoc Magno unice diligi putat.

Hirundinīnus, a, um, o. quod eſt hirundinis. *Martial. l.* 21. *epigr.* 19. In nido ſeges eſt hirundinino. Adde *Plin. l.* 30. *c.* 14.

Hirundo, inis, f. 3. *la rondine*, דרור, Ger. *ſchwalb*, Gal. *hirondelle*, Hiſp. *golondrina*, χελιδών, avis in tectis nidificans, ſub initium veris ad nos tranſvolans. *Plin. lib.* 10. *c.* 24. Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne veſcens avis ex iis, quæ aduncos ungues non habent. ¶ Eſt etiam in blanditiis amatoriis. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 103. Dic me hirundinem, monedulam, &c. ¶ *Una hirundo non facit ver*, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Prov. Græcum eſt, quo ſignificatur, judicium abſtrusi negotii ex uno re fieri non poſſe.

Hiſarni, m. 2. Hiſarii, pop. Inſubriæ, Alpini, quorum pagi *Iſorſe*, & *Arciſate*.

Hiſco, is. n. 3. *aprire la bocca*, פער, Germ. *das maul auffſperren*, Gall. *bailler*, Hiſp. *bozezar*, χαίνω, ab hio, eſt, os ad loquendum aperire. *Cic. Phil.* 2. *c.* 43. Reſponderene ad hæc, aut omnino hiſcere audebis? ¶ Item pro trepide, & hæſitanter loqui. *Virg.* 3. *Æn. v.* 314. Et raris turbatus vocibus hiſco. ¶ Item metonymice pro hæſitare, dubitare. *Nævius*, Hiſcit, dubius eſt, quid agat. ¶ Tranſlate dicitur de aliis quibuſcis rebus pro aperiri, patefieri. Unde terra etiam hiſcere dicitur, cum præ nimio æſtu aperitur, & rimas agit. *Ovid.* 6. *epiſt. v.* 144. Hiſcere nempe tibi terra roganda foret. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 42. Tace, ædes hiſcunt.

Hiſpalenſis, e, adject. ad Hiſpalim pertinens. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 78. ubi al. leg. *Hiſpalienſis*.

Hiſpalis, f. 3. Hiſpal, Iſpalis, Colonia Romulenſis, *Siviglia*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, caput Vandaliæ, Emp. Acad. & Conventus juridicus totius provinciæ, ampliſſima, in regione ferrari, ad Bætim fl. Ab Hercule Libyco, Geryonibus victis, condita fertur.

Hiſpane, adv. *alla Spagnuola*, more Hiſpano. *Ennius apud Charif. l.* 2. Hiſpane, non Romane memoretis loqui me.

Hiſpania, f. 1. Hiſpaniæ, arum, poetice Heſperia ultima, *Spagna*, Ger. *Hiſpanien*, Gal. *Eſpagne*, Hiſp. *Eſpana*, Ἱσπανία, Ἰβηρία, regio ampliſſima Europæ. Omnis Hiſpania primum dicta eſt Iberia ab Ibero fl. poſtea Heſperia ab Heſpero Atlantis fratre, ſive, ut alii malunt, ab Heſpero ſtella lucidiſſima, quæ veſpertino tempore in Occidente apparet, Solem ſubſequens, tertio Hiſpalia ab Hiſpali urbe ad fretum Atlanticum ſita, poſtremo litera una immutata Hiſpania. ¶ Eſt inſtar peninſulæ. Alluitur enim Oceano ad Bor. ad Occid. ad Merid. & Mediterraneo ad Mer. & ad Or. Iſthmus ejus eſt Pyrene mons ad Bor. qui 80. l. Hiſp. inter duo maria, Oceanum, & Mediterraneum, inter occaſum, & ortum decurrit, quo ſeparatur a Gallia. ¶ Corio bovino figura ſimilis, ac quadrilatera peream termæ latitudinem longitudini habet 800. M. P. Apud Strabonem longa 6000. ſtadiis, lata 5000. legitur. Ut Appianus ſcribit, decem millia ſtadiis Hiſpaniæ latitudo commenſuratur, longitudo prorſus eadem eſſe videtur. ¶ Refert Varro, in Hiſpaniis equas ex vento concipere, quod equos habeat hæc regio curſu tam veloces, ut merito ex ventis concepti fingantur. ¶ Apud veteres primum in duas Hiſpanias Ibero fl. diſtincta fuit, Citeriorem, & Ulteriorem. Poſtea diviſa fuit in tres, Tarraconenſem, Bæticam, & Luſitaniam. Ex his Tarraconenſis eadem eſt, ac Hiſpania Citerior, eſtque omnium maxima, quippe quæ reliquas ſimul acceptas magnitudine ſuperat. Bætica, & Luſitania ſunt in Hiſpania Ulteriore, & Ana fl. magna ex parte inter ſe dirimuntur. Poſt Imperii Romani declinationem diviſa eſt in quatuor Regna, Legionis, ſeu Caſtellæ, Navarræ, Aragoniæ, Portugalliæ. Nunc dividitur in quatuordecim partes, quæ ad tres Coronas, ſeu tria Regna reducuntur, Caſtellæ, Aragoniæ, Portugalliæ. Sed de his V. Geographos.

Hiſpanienſis, ſe, o. 3. ἰβηρικός, quod ad Hiſpaniam ſpectat. Hiſpanus, & Hiſpanienſis differunt, quia Hiſpanus dicitur, qui in Hiſpania natus eſt, Hiſpanienſis, qui alibi ortus, in ea verſatur, ut Hiſpanienſes negotiatores, qui in Hiſpania negotiantur, Hiſpanienſis exercitus, qui in Hiſpania militat. *Cic. pro L. Man.* Civile, Africanum, Hiſpanienſe mixtum ex civitatibus, atque ex bellicoſiſſimis nationibus. *Martial. in epiſt. præfixa l.* 12. Ne Romam non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum. ¶ Nec tamen hæc differentia perpetua eſt. *Plinius* enim *l.* 37. *c.* 10. Oceanum Hiſpanienſem dixit, & *l.* 33. *cap.* 6. Spuma argenti Hiſpanienſis.

Hiſpanĭcus, a, um, adject. idem quod Hiſpanus. *Sueton. Aug. c.* 82. Hiſpanicum verbum.

Hiſpānus, a, um, o. 1. 2. ἴβηρ, quod in Hiſpania natum eſt, ſive quod eſt ex Hiſpania, *Iſpano*, *Spagnuolo*. *Martial. l.* 7. *epigr.* 87. Hiſpano ſi me Tagus impleat auro.

Hiſpanus, i, m. homo ex Hiſpania. *Spagnuolo*. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos ſuperavimus.

Hiſpellum, n. 2. Colonia Julia, Hiſpella, *Spello*, *Spelle*, olim urbs, nunc caſtrum Umbriæ, in ditione Pontificia. Patria fuit Propertii. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Hiſpĭdo, as, a. 1. hiſpidum facio. *Solin. c.* 59. Folium aculeatum ſpinoſis faſtigiis hiſpidatur.

Hiſpĭdōſus, a, um, n. idem quod hiſpidus. *Catul. epigr.* 16. Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.

Hiſpĭdus, a, um, o. *peloſo*, *aſpro*, שעיר, Germ. *rauch von haar*, Gal. *velu*, *de groſs*, *& rude poil*, Hiſp. *velloſo*, λάσιος, δασύς, hirſutus, aſper, ſetoſus, horridus, a ſono, quem edunt ſetæ horrentia, ut hiſpida facies. *Horat. l.* 4. *od.* 10. Hiſpida frons. *Virg.* 10. *Æn. v.* 210. Hiſpida membra. *Juven. Sat.* 2. *v.* 210. Hiſpida rura, h. e. ruſtica, rudis. *Gel. l.* 10. *c.* 3.

Hiſter, m. 2. idem ac hiſtrio, i. e. ludio, Hetruſcorum lingua. *Liv. l.* 7. *c.* 2.

Hiſtōnes, um, m. telæ textores: a Græca voce ἱστός, quæ tum telam, tum telæ textorem ſignificat. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Ut ſi habeas plures in fundo textores, & inſtituas hiſtonas, ſic & alios artifices. ¶ Niſi forte legendum eſt *hiſtoronas*, vel *hiſtorones*, ab ἱστός, licium, & τείνω, extendo.

Hiſtoria, æ, f. *iſtoria*, דברי הימים, Ger. *hiſtory*, Gal. *hiſtoire*, Hiſp. *hiſtoria*, ἱστορία, narratio, & rerum geſtarum expoſitio, ab ἴστωρ, *ſciens*, ſpiritu mutato. *Cic.* 4. *Acad.* Sane doctum hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græce. ¶ Apud Romanos ab initio rerum Romanarum uſque ad P. Mutium Scævolam Pont. Max. hiſtoria nihil aliud fuit, niſi annalium confectio, qui a Pontifice Maximo fiebant, qui res omnes ſingulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. Iique Annales Maximi nominabantur. Poſt Scævolam hiſtoria ſcribi cœpta eſt a M. Catone, a Fabio Pictore, ab Antiſtio Piſone. Sed hi veterem ſimilitudinem ſcribendi ſecuti ſine ullis ornamentis, monumenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Primus, qui ornata hiſtoriam ſcriberet, Cœlius Antipater extitit, qui fuit familiaris L. Craſſi Oratoris. *Cic.* 2. *de Orat.* V. Annales. ¶ Accipitur etiam pro quovis deſcriptione, interpretatione, ſeu expoſitione. Unde *Plinii* opus de *Hiſtoria naturali* inſcribitur.

Hiſtoriale opus dicitur in hortis varia arborum, aut herbarum diſpoſitio, qua venationes, animalia, ædificia, & hujuſmodi aſpectu grata repræſentantur. *Plin. l.* 16. *c.* 33. *de cupreſſu*. Trahiturque etiam in picturas operis hiſtorialis. *Harduin.* legit *topiarii*, neque tamen alteram lectionem damnat.

Hiſtorice, es, Grammaticæ pars, quæ in enarratione factorum occupatur. Ita *Quintil. l.* 1. *c.* 9.

Hiſtorice, adv. *iſtoricamente*, hiſtorico more. *Plin. l.* 1. *ep.* 5. Deſcriptiones locorum non hiſtorice tantum, ſed prope poetice proſequi fas eſt.

Hiſtorĭcus, m. 2. *iſtorico*, ἱστοριογράφος, hiſtoriarum ſcriptor. *Cic. pro Mur.* Tua nobilitas, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior, populo, & ſuffragatoribus obſcurior. ¶ De claris Hiſtoricis vide *Cic.* 2. *de Orat.*

Hiſtorĭcus, a, um, o. ἱστορικός, quod hiſtoriæ proprium eſt. *Cic. de clar. Orat. c.* 83. Nec tam hiſtorico, quam oratorio genere perſcripſit.

Hiſtoriogrăphus, i, m. qui hiſtorias conſcribit. *Capitolin. in Gordiano II. prope fin.* Ea debent in hiſtoria poni ab hiſtoriographo, quæ aut fugienda ſint, aut ſequenda.

Hi-

Digitized by Google

Hiſtria. V. Iſtria.

Hiſtrĭcus, a, um, o. ὑποκριτικός, quod ad hiſtrum, hoc eſt, ad hiſtrionem pertinet. *Plaut. prol. Pæn. v. 4.* Audire vos jubet imperator hiſtricus. id eſt, præfectus hiſtrionum, vel hiſtriis imperans.

Hiſtrĭo, onis, m. 3. *iſtrione, che recita le commedie, commediante*, Ger. *comedienſpieler*, Gal. *joueur de farces*, Hiſp. *comediante, repreſentador de perſonas*, ὑποκριτής, μῖμος, ludio, qui perſonatus in ſcenis fabulas agit. Dictus eſt ab *hiſter*, quæ vox Thuſcis ſignificabat ἀρχηστήν, h. e. ſaltatorem, qui & ludio vocatur. A Thuſcis enim rem, & vocem Romani accepere. *Liv. l. 7. Val. Max. l. 2. cap. 4. Cic. 4. Tuſc.* Aguntur iſta præclare, & ab oratore quidem melius, quam ab ullo hiſtrione. ¶ Hiſtriones omnes, præter Attellanos, a ſtipendiis militaribus repulſi fuere. *Liv. l. 7.* Quod ſi aliquando ad arma vocati ſunt, non niſi cogente neceſſitate in dubiis rebus Reip. vocati ſunt. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 15.*

Hiſtrionālis, le, o. 3. ad hiſtrionem pertinens. *Cic. de Orat.* Ut laſcivia verborum, gravitate ſententiarum, licentia compoſitionis hiſtrionales modos exprimant. Adde *Tac. Ann. 1. c. 16.*

Hiſtrionĭa, niæ, vel hiſtrionica, cæ, f. 1. ὑποκριτική, ars hiſtrionum. *Plaut. Amph. prol. v. 90.* Jovem facere hiſtrioniam.

Hiſtrix. V. Hyſtrix.

Hittĭo, n. 4. ἰχνεύω, proprium vocis canum, cum veſtigia indagant. *Feſt. & Plaut.*

Hittus, us, m. vox ea, quam canes veſtigia indagantes edunt. *Feſtus.*

Hiulcātus, a, um, adject. hiulcus, apertus. *Fortunat. Carm. 5.* Et per hiulcatum fervor anhelat agros.

Hiulce, adv. διακεχηνότως, aperte. *Cic. de Orat. l. 3. c. 12.* Ex quo ſic locutum eſſe ejus patrem judico, ſic majores, non aſpere, non vaſte, non ruſtica, non hiulce, ſed preſſe, & æquabiliter, & leniter.

Hiulco, as, a. 1. *aprire, fendere*, σχίζω, διασχίζω, hiulcum facio, aperio, findo. *Catul. carm. 69. v. 62.* Æſtus hiulcat agros.

Hiulcus, a, um, o. 1. 2. *feſſo, aperto*, פתוח, נבקע, Ger. *geſpalten*, Gal. *fendu*, Hiſp. *hendido*, διακεχηνώς, fiſſus, fatiſcens. *Virg. 2. Georg.* Hoc ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arva. ¶ Per tranſlationem oratio dicitur hiulca, quæ male cohæret. *Cic. de Orat. l. 3. cap. 43.* Nec aſper verborum concurſus ſit, neve hiulcus. Item hiulci verſus a Diomede appellantur, qui exiles ſunt, & quaſi in media parte hiant.

H A N T E O.

Hoc, *queſto*, τοῦτο, pron. demonſt. gen. n. cujus maſc. eſt *hic*, fœm. *hæc*. *Virg. 4. Æn.* Hoc illud germana fuit? ¶ Interdum migrat in adverbium, idemque ſignificat, quod huc. *Virg. 8. Æn. v. 423.* Hoc tunc Ignipotens cœlo deſcendit ab alto. Sic enim *Priſcianus* legit. ¶ Sæpe pro tanto ponitur. *Cic. in Tuſc.* Plaga hoc gravior eſt, quo eſt miſſa contentius. ¶ Hoc lucis, noctis, ſceleris, pro hac luce, &c. *Terent. Plaut.* & al. ¶ *Hoc eſt*, explicandi formula, *cioè*. *Cic. pro Cæcin.* Quadriennium, hoc eſt, ex quo tempore fundus venit, poſſedit. V. *Hic*.

Hodŏdŏcos, vel potius hododocus, m. 2. latro, atque obſeſſor viarum, ab ὁδός, via, & δοκέω, obſervo, expecto. *Feſt.*

Hodie, adv. *oggi, oggidì*, היום, Ger. *heut*, Gal. *aujourdhuy*, Hiſp. *oy*, σήμερον, hoc die. *Cic. 14. Phil.* Me per idus Quinctiles, quæ dies hodie eſt, cum faſcibus deſcenſurum. ¶ Accipitur item pro nunc, ſive hoc tempore, hac ætate. *Cic. pro Domo.* Hodieque Volaterrani non modo cives, ſed etiam optimi cives fruuntur nobiſcum ſimul hac civitate. ¶ Hodie, pro hac nocte. *Ovid. 1. Faſt. v. 75.* Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultus, Dicet, ubi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri? ¶ *Hodieque*, adv. pro hodie quoque, *anche al preſente*, vox latina eſt ætatis argenteæ. *Velley. l. 1. c. 4.* Vires autem veteres earum urbium hodieque magnitudo oſtentat mœnium. Adde *Sueton. in Claud. c. 19.* ¶ Aureæ etiam ætatis eſſe voluerunt *Gronov. Borrich. & Cellar.* afferentes exempla ex *Livio l. 1. c. 17. & l. 42. c. 34.* Quin ipſe *Gronovius* pro *hodie quoque* reponendum putavit *hodieque etiam l. 1. cap. 26. & l. 31. c. 7. ejuſd. Liv.* Verum ea omnia loca ſi recte expendantur, nihil probant. Ubique enim *hodieque* ponitur non pro *hodie quoque*, ſed pro *& hodie*.

Hodiernus, a, um, o. *de oggi*, היום, Ger. *heutig*, Gal. *d'aujourdhuy*, Hiſp. *de oy*, quod ad hunc diem ſpectat. *Cic. in Catil.* Neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. *Id. 4. Phil.* Quod ex hodierno ejus edicto perſpicere potuiſtis.

Hœdus, V. Hædus.

Hoi, *aimè*, interjectio lugentis. *Ter. Phorm. 4. 3. 58.* Hui, hui, nimium eſt. ¶ Scribitur & *oi* ſine aſpirat. *Id. Eun. 4. 4. 48.*

Holcus, m. 2. ὁλκός, herbæ ſpecies, al. ariſtida, ab ἕλκω, traho, quia circa caput alligata, vel circa lacertum educit corpore ariſtas. *Plin. l. 27. c. 10.*

Hollandia, f. 1. *Ollanda*, una ex 17. Provin. Germ. infer. cum titulo Comitatus, ampla, rure rigua, & fertilis. Habet ab Occ. mare Germanicum, a Sept. mare Auſtrinum, ab Or. mare Auſtrinum, & Dominium Ultrajectum, a Mer. Zelandiam, & Brabantiam ex parte. Eſt ſub dominio Statuum Prov. unitarum Belgii, qui ab ea perſæpe dicuntur *Status Hollandiæ*. Dividitur in Auſtralem, ubi olim Batavi pop. & in Septentrionalem, quæ & VVeſt-Friſia dicitur. Complectitur plures Provincias, de quibus V. Geographos.

Holocauſtum, n. 2. *olocauſto*, ὁλόκαυστον, ſacrificii genus, quo tota comburebatur victima, non ſola exta, ab ὅλον, totum, & καίω, uro. *Prud. Apotheoſ. v. 536.* At tua congeſtæ cumulant holocauſta ruinæ.

Holochryſus, i, ὁλόχρυσος, nomen floris, a colore, quaſi totus aureus. *Plin. l. 21. c. 8.*

Holographus, a, um, o. ὁλόγραφος, totus ſcriptus, ut Teſtamentum holographum, quod totum teſtatoris manu ſcriptum eſt. V. JCtos. *Hier. cont. Ruf.* Quæ epiſtola holographa tenetur ab iis, ad quos perlata eſt. Adde *Sidon. l. 9. ep. 11.*

Holophanta. V. Halophanta.

Holoſchœnus, i. ὁλόσχοινος, junci quoddam genus craſſum, & carnoſum. *Plin. l. 21. c. 18.*

Holoſerĭcus, a, um, o. *tutto di ſeta*, ὁλοσηρικός, quod totum eſt ex ſerico, nulla alia admixta materia, ab ὅλον, totum. Uſus veſtis holoſericæ apud veteres rariſſimus fuit, & ſumma ejus caritas. *Vopiſc. in Aurelian. c. 45.* Veſtem holoſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam permiſit. ¶ Primus Romanorum holoſerica veſte Heliogabalus uſus eſt, *Lampridio* teſte *in ejus vita*, c. 26. cum jam ſubſerica in uſu eſſent. Tacitus Imperator holoſericæ veſtis uſum viris omnibus interdixit. *Vopiſc. in Tac. c. 10.*

Holoſidērus, a, um, adject. totus ferreus, ὁλοσίδηρος, ut holoſiderea ſpatula. *Theod. Priſc. l. 1. c. 28.*

Holoſphyrātus, a, um, adject. ὁλοσφύρατος, totus malleo ductus, ſolidus, non conflatus, ut holoſphyrata ſtatua. *Plin. l. 33. c. 4.*

Holoſtĕon, n. 2. ὁλόστεον, herbæ ſpecies, ab ὅλος, totum, & ὀστοῦν, os, oſſis, per antiphraſim, cum careat omni duritie. *Plin. l. 27. c. 10.*

Homellum, pilei genus. *Feſt.*

Homerĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ad Homerum ſpectat. *Quinct. l. 2. c. 3.* Qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. Adde *Cic. 3. Tuſc.*

Homerocentōnes vocari ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera ex multis hinc inde compoſitis in unum farciunt corpus. Hæc *Tertul. de præſcriptionib. c. 39.* V. *Cento*.

Homeromaſtix, igis, m. 3. Ὁμηρομάστιξ, Homeri flagellum, cognomen Zoili cujuſdam, qui Homerum libris adverſus eum editis auſus eſt inſcitiæ arguere, quos libros cum Ptolemæo Ægypti Regi obtuliſſet, Rex tum quidem diſſimulavit indignationem, quam ex hominis impudentia conceperat, ſed poſt aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quo inopiam ſublevaret, Mirum, inquit, te inopia premi, qui multo Homero es doctior, cum ille, qui ante annos mille fato functus eſt, etiam hodie tot hominum millia paſcat. Tandem parricidii accuſatus, juſſu Regis in crucem ſublatus eſt. V. *Vitruv. in præfat. l. 7.* ¶ Per Synecdochen dicitur de omnibus detractoribus, qui inſatiabili reprehendendi libidine optima quæque lacerant. *Plin. in Proœm. operis.* Ut obiter caveam iſtos Homeromaſtigas. V. *Maſtix*.

Homeronides, æ, patronym. quaſi Homeri imitator. *Plaut. Trin. 2. 6. 4.*

Homērus, ri, m. 2. Ὅμηρος, nomen Poetæ Græci excellentiſſimi, qui bellum Trojanum, & Ulyſſis errores deſcripſit, quorum operum alterum *Ilias*, alterum *Odyſſea* ab illo inſcriptum fuit. Natus eſt in Mæonia, ſeu Lydia. De ejus patria nihil certi traditur. Multi Græciæ populi, Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnæi Homerum certatim ſibi vindicabant. Smyrnæi etiam delubrum ejus in oppido dedicavere. *Cic. pro Arch.* Aliqui dicunt, prius *Meleſigenem* fuiſſe vocatum, quod ad Meletem fl. Joniæ natus eſſet. Cæcum fuiſſe aiunt, imo ob cæcitatem Homerum dictum eſſe, quod Cumæi, & Jones cæcos appellent Ὁμήρους. *Velleius* tamen *l. 1. c. 5.* eum omnibus ſenſibus orbum eſſe cenſet, qui Homerum cæcum natum eſſe crediderit. *Heraclides* ſcripſit, eum ex morbo in cæcitatem incidiſſe. ¶ Vixit ætate Lycurgi ſuperioris, ante Heſiodum, & ante VII. Sapientes, anno circiter 168. poſt bellum Trojanum, & tandem fere ante Romam conditam: itaque non procul abfuit ab Iſaiæ Prophetæ temporibus. ¶ Pauperrimus fuit, & per urbes erravit. Quin & fame tandem abſumptum, ſcripſit Sotades apud Stobæum. ¶ Poſt mortem divini ei honores ſunt habiti: obtinetque adhuc, & obtinebit in poſterum doctrinæ & eruditionis principatum. Omnium enim rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ ſolum, ſed etiam ſapientiæ veſtigia aut expreſſa, aut recondita in ejus ſcriptis ſunt. V. *Herodot. & Plutarch.*

Homĭcida, æ, *omicida, micidiale*, רוצח, German. *todſchlager*, Gall. *meurtrier*, Hiſp. *homiciano*, ἀνδροφόνος, qui hominem necat, ab *homo*, & *caedo*, per ſync. pro hominicida. *Cic. 2. Phil.* Fateor, eos plus, quam ſicarios, plus, quam homicidas, plus etiam, quam parricidas eſſe. ¶ De fœmina *Senec. Controv. 2.* Quid ſi tantum homicida? quid ſi tantum rea fuiſſes? Interdum cum laude dicitur de viro forti, qui in bello multos occiderit. *Horat. Epod. 17. v. 11.* Luxere matres Iliæ addictum feris Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem.

Homicidiarius, a, um, adject. *micidiale*, ut homicidiarius ſanguis, apud incert. *Aut. Paneg. ad Conſtantin. c. 4.* ubi alii leg. *homicidarius*.

Homicīdium, dii, n. 2. *omicidio*, רציחה, Germ. *todſchlag*, Gall. *meurtre*, Hiſp. *homicidio*, ἀνδροφονία, hominis necatio. *Cic. 2. Phil. c. 12.* Homicidæ rei ſunt, an vindices libertatis?

Homo, inis, c. 3. *uomo*, אדם, אנוש, Germ. *menſch*, Gal. *homme*, Hiſp. *hombre*, ἄνθρωπος, animal rationale, ab *humus*, ut Varro ſenſit, quia Empedocles homines e terra natos eſſe aſſerebat, & re vera primus homo a Deo ex terra procreatus eſt. *Cic. de Leg.* Animal hoc providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & conſilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſt a ſupremo Deo. *Sulp. ad Cic. 4. Fam. ep. 5.* Quæ ſi hoc tempore non ſuum diem obiiſſet, paucis poſt annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. *Plin. l. 28. c. 9.* Dulciſſimum ab hominis camelinum lac. ¶ Frequentius κατ' ἐξοχήν homo de viro dicitur. *Plaut. Ciſt. 4. 2. 52.* Mi homo, & mea mulier, vos ſaluto. ¶ Hinc non raro *bonus homo* dicitur, quod alias *bonus vir*. *Cic. l. 16. Fam. ep. 18.* Bonus homo, & nobis amicus. ¶ *Homo es*, h. e. vir es, ſtrenuus, prudens. *Plaut. Epid. 3. 4. 57.* Euge, Epidice, pugnaſti, homo es. Similiter *Cic. 2. de Or. c. 10.* Nox te nobis expoliavit, & hominem reddidit. ¶ Adde *Ter. Adelph. 1. 2. 27.* Interdum eleganter *homo* pronominis vice ponitur. *Nepos Eumen.* Hunc Perdiccas adjunxerat, quod in homine fidem & induſtriam videbat. *Terent. Eun. 2. 2. 30.* Ibi homo cœpit me obſecrare. ¶ Aliquando homo de ſervo dicitur, quemadmodum Italice. *Cic. pro Quint. c. 19.* Hominem P. Quintii deprehendis, in publicum conaris abducere. ¶ Flagitium hominis, pro homo flagitioſus, monſtrum hominis, pro homo monſtroſus, portentum hominis, &c. *Sueton. Cic. Terent. Plaut.* ¶ Quid hominis es? pro Quis homo es? *Ter. Eun. 5. 17.* Quid hoc hominis eſt? *Id. Eun. 3. 4. 8.* ¶ Veteres declinabant *homo, onis*, ut ait *Priſcian.* Hinc *Ennius:* Vulturis in ſilvis miſerum mandebat homonem.

Homœomeria, f. 1. ὁμοιομέρεια, ſimilitudo partium. *Lucr. l. 1. v. 829.* Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriam. *Serv.* ſuper illud *4. Æn.* Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor: Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, id eſt omnium rerum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis.

Homole, es, f. 1. Omole, Homolus, mons Theſſaliæ, excelſus, pars Pelii, Othry M. vicinus, ſedes Centaurorum, ubi urbs ejuſdem nominis. Incolæ Homoles. *Virg. 7. Æn.*

Homoloïdes, um, f. Thebæ juxta Homolen montem ſitæ, vel ſeptem Thebarum portæ. *Stat. 7. Theb. v. 252.* per ingentes Homoloidas exeat Hæmon. Al. leg. *Homoloidas*.

Homonȳma, orum, n. 2. ὁμώνυμα, quæ idem nomen habent, ut taurus animalis nomen eſt, & montis, & ſideris, & quandoque alicujus hominis. *Quintil. l. 8. c. 2.*

Homotŏnus, a, um, ὁμότονος, qui eſt ejuſdem tenſionis. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Homūllus, & Homullus, i, m. homunculus, *omiciuo*, diminut. *Cic. in Piſ. c. 25.* Quid ceſſat hic homullus ex argilla, & luto fictus? *Lucret. l. 3. v. 928.* Brevis hic eſt fructus homullis.

Homuncĭo, onis, m. diminut. parvus, aut vilis homo, *omicciattolo*. *Cic. 4. Acad. c. 43.* Homuncio hic, qui multa putat præter virtutem homini cara eſſe.

Homuncŭlus, i, m. idem ac homuncio. *Cic. 2. Tuſc. c. 9.* Ut homunculus e multis, probabilia conjectura ſequens.

Honeſtamentum, i, n. ornatus, decus, *ornamento*. *Senec. epiſt. 66.* Nullo honeſtamento eget virtus: ipſa magnum ſui decus eſt. *Apul. Apol.* Gratiam corporis motuum honeſtamentis ornare.

Honeſtas, atis, f. 3. *oneſtà*, הדר, Ger. *ehrſamkeit*, Gall. *honneſteté*, Hiſp. *honeſtidad*, καλόν, dignitas, decus, laus virtute comparata. *Cic. in Off.* In officio excolendo ſita vitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. *Id. pro Mur.* Nolite eum ante partis honeſtatibus, atque omni dignitate, fortunaque privare. ¶ Item bonitas, humanitas. *Sueton. de illuſtr. Gramm. c. 23.* Sunt, qui tradant, tanta eum honeſtate præditum,

Digitized by Google

ut temporibus Syllanis proſcriptorum liberos gratis, & ſine ulla mercede in diſciplinam receperit. *Cic. pro S. Roſc. c. 6.* Honeſtas familiæ.

Honeſte, adv. *oneſtamente, onorevolmente*, Ger. *ehrlich*, Gall. *honnêtement*, Hiſp. *honeſtamente*, καλῶς, cum honore, & dignitate, ſine dedecore, ſine reprehenſione. *Cic. de Am.* Quamvis honeſte id facerent, jus tamen amicitiæ deſerere arguerentur. *Id. ib. c. 26.* Quæ in noſtris rebus non ſatis honeſta, in amicorum ſiunt honeſtiſſima. *Senec. l. 2. controv. 12.* Quem honeſtius ſubjecit meretrix, quam peperit.

Honeſtitūdo, inis, f. honeſtas. *Accius* apud *Non. c. 401.*

Honeſto, as, a. 1. *fare onore, onorare*, τιμάω, ἐγκαλλωπίζω, decoro, honore afficio. *Cic. 1. Offic. c. 39.* Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. *Auct. ad Heren. l. 4. ſub fin.* Omnes rationes honeſtandæ elocutionis collegimus. h. e. ornandæ. *Curt. l. 3. c. 6.* Ætas quoque vix tantis matura rebus omnia ejus opera honeſtabat. h. e. commendabat.

Honeſtum, ſti, n. *ciò ch'è oneſto, virtù, oneſtà*, τὸ καλόν, adjectivum neutr. pro ſubſtant. honeſtas, virtus, probitas, qua cavetur, ne quid turpiter fiat, dicatur, cogitetur. *Cic. 2. Fin.* Honeſtum igitur id intelligimus, quod tale eſt, ut detracta omni utilitate, ſine ullis præmiis, fructibuſque per ſe ipſum poſſit jure laudari. *Id. 3. Off.* Tanta vis eſt honeſti, ut ſpeciem utilitatis obſcuret.

Honeſtus, a, um, o. 1. a. *oneſto, onorato, onorevole*, נכבד, Germ. *ehrlich*, Gal. *honnête*, Hiſp. *honeſto*, καλός, ἔντιμος, σεμνός, honore, & dignitate plenus, probus, ab *honor*, ut modeſtus, a *modus*. *Cic. in Brut. c. 81.* Qui honorem ſententiis & ſuffragiis adeptus eſt, is mihi & honeſtus, & honoratus videtur. *Plaut. Captiv. 2. 3. 34.* Qui me honore honeſtiorem ſemper fecit. *Plin. Paneg. c. 85.* Diligis, cum diligaris, & in eo, quod utrique honeſtiſſimum eſt, tota gloria tua eſt. *Ter. Andr. 1. 1. 114.* Honeſta oratio eſt. h. e. virum bonum decens. *Cic. 5. Tuſc.* Honeſto loco natus. ¶ Honeſtum ſæpiſſime dicitur id, quod eſt virtuti conforme. *Cic. Offic. 3. c. 7.* Nihil præter id, quod honeſtum ſit, propter ſe eſt expetendum. ¶ Furiæ honeſtæ apud *Statium*. V. *Furia*. ¶ Honeſtus etiam pro pulcro ponitur. *Ter. Eun. 4. 3.* Ita me Dii ament, honeſtus eſt. *Virg. 3. Georg. v. 82.* honeſti Spadices, glaucique, color deterrimus albis. ¶ Item pro divite, fortunato, non calamitoſo, quia divitiæ honorem afferunt. *Aſcon. in 3. Verr.* V. *Honeſtum*.

Honor, oris, vel honos, oris, maſc. (olim onor, & onos) *onore*, הדר, כבוד, Germ. *ehr*, Gall. *honneur*, Hiſp. *honra*, τιμή, reverentia, quam alicui exhibemus in virtutis teſtimonium. *Cic. in Brut. c. 81.* Honor eſt præmium virtutis judicio, ſtudioque civico delatum ad aliquem. ¶ Dicimus autem Honorem alicui præſtare, habere in honore, honore afficere, honori eſſe, &c. *Cic. ſæpe, Curt. Liv. & al.* ¶ Sæpe ſumitur pro magiſtratu. Sic honor Præturæ, *Suet. Claud. c. 1.* honor Quæſturæ, *Id. in Tit. c. 4.* Et abſolute, honores petere, *Nepos Attic. c. 7.* Honoribus operam dare, *Id. Caton. c. 1.* Ad honores aſcendere. *Cic. in Brut.* Honore abire, *Sueton. Aug. c. 26.* h. e. Magiſtratu ſe abdicare. ¶ Interdum ſumitur pro munere, ſeu præmio. *Cic. Fam. 16. ep. 9.* Curio miſi, ut medico honos habeatur. Adde *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 21.* ¶ Item pro ſacrificiis, quæ in Deorum honorem fiunt. *Virg. 3. Æn. v. 118.* Meritos aris mactavit honores. *Ovid. 8. Metam. v. 745.* Aris adoleret honores. ¶ Item pro pulchritudine, ſeu ornamento. *Virg. 1. Æn. v. 591.* Lætos oculis afflarat honores. *Id. 2. Georg.* Frigidus & ſilvis Aquilo decuſſit honorem. ¶ Honorem malum alicui habere, pro injuria afficere, eſt apud *Gell. l. 12. c. 9.* ¶ *Honorem præfari*, eſt deprecari veniam, cum turpe aliquid dicendum eſt. *Cic. 9. Fam. ep. 22.* Cætera addit Epicurus, quæ ſi appelles, honos præfandus ſit. Eodem modo dicimus, honorem habere auribus. *Quint. Declam. 3.* Ut in medio belli ſtrepitu (tuis honor ſit habitus ſanctiſſimis auribus) juberet proſtare, &c. Sic *Plin. l. 28. c. 8.* Hæc ſunt, quæ retuliſſe fas ſit, & pleraque ex his non niſi honore dicto. *Curt. l. 5. c. 1.* Ad ultimum (honor auribus ſit) ima corporum velamenta projiciunt. ¶ Honoris cauſa aliquem appellare, aut nominare, h. e. laudandi cauſa. *Cic. pro Roſc. Com. c. 6.* Toties hunc & virum bonum eſſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti. *Id. pro Roſc. Amer. c. 2.* De viro fortiſſimo L. Sylla, quem honoris cauſa nomino. ¶ Romani honori ædem ſacrarunt tanquam Deo, & tum Virtutis templo junxerunt, ut ſcribit *Valer. Max. l. 1. c. 1. & Auguſt. de Civ. D. l. 4. c. 21.* ¶ Ejus ſacrificia aperto capite peragebantur, cum in cæteris caput tegerent.

Honorabĭlis, le, o. 3. *degno d'onore, onorevole*, נכבד, Germ. *ehrwürdig*, Gall. *honorable*, Hiſp. *honrable, digno de honra*, ἀξιότιμος, honore dignus. *Cic. de Sen. c. 18.* Hæc ipſa ſunt honorabilia. *Liv. l. 4.* Honorabilem faciebant.

Honorabĭlĭter, adverb. *onorevolmente*, cum honore. *Capit. Maxim. c. 5.* Honorabiliter ſepelire. *Ammian. l. 29. c. 13.* Honorabiliter colebatur.

Honorārĭum, n. 2. *onorario*, γέρας, quod datur ab eo, qui honorem aliquem adeptus eſt. *Trajan. ad Plin. l. 10. epiſt. 114.* Honorarium Decurionatus omnes, qui Decuriones ſiunt, inferre debeant, necne &c. ¶ Merces etiam, quæ Juriſconſultis, medicis, liberalium artium profeſſoribus datur pro navata opera, *honorarium* dicitur a JCtis, ut videre eſt *l. 1. Dig. de extraord. cognition. l. 3. Cod. de poſtulat. l. 1. Dig. Si menſ. falſ. & l. 13. Cod. de Judic.*

Honorārĭus, a, um, o. quod ad honorem pertinet. ¶ Honorarii ludi (etiam Liberalia appellati, teſte *Feſto*) dicebantur, quos edebant Magiſtratus honoris ſeu Magiſtratus collati cauſa. *Sueton. in Aug. c. 32.* Dies, qui honorariis ludis occupabantur. V. ibi *Cauſab.* ¶ Honorarium jus erat jus Prætoris in Urbe, quod a Conſulibus (qui olim in Urbe jus dicebant) in externis Reip. bellis occupatis, Prætoribus attributum fuerat. Dictum eſt honorarium, quia ab iis, qui in honore, h. e. Magiſtratu erant, proficiſcebatur. *V. l. 7. Dig. de Juſt. & jur. & Pomp. l. 2. Dig. de orig. Jur.* &c. Sic Honoraria actio, honorariæ obligationes, honorarii ſucceſſores, &c. dicebantur, quorum ratio e Prætorum edictis naſcebatur. *Modeſtin. & Ulpian JCti.* Sic honorarius arbiter, qui ab ipſo Prætore datur & honoraria arbitria, apud *Cic. pro Roſc. Com. c. 5. & 5. Tuſcul. c. ult.* Hinc ipſum Prætorem *honoratum* appellat *Ovid. 1. Faſt. v. 52.* ¶ Honorarium frumentum erat, quod Magiſtratibus euntibus in provinciam ſine pretio dabatur. *Cic. in Piſon. cap. 35.* ¶ Honorarium eſt, h. e. liberale eſt. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 1.* Docere, debitum eſt, delectare, honorarium, permovere, neceſſarium.

Honorāte, adverb. *onoratamente*, ἐντίμως, cum honore, & dignitate. *Valer. Max. l. 2. c. 10.* Honoratiſſime aliquem excipere. *Velley. l. 2. c. 129.* Quam illum honorate, nec ſecure continet. *Juſtin. l. 5. c. 4.* Utrum contumelioſius expulerint, an revocaverint honoratior.

Honorātus, a, um, o. *che ha avuto Magiſtrati, onorato, oneſto, illuſtre*, ἔντιμος, honeſtus, qui in honore eſt, qui in honore habetur. item qui Magiſtratus geſſit, ut vir honoratus, apud *Cic. & Liv. Sueton. Tiber. c. 3.* Veteri & honorata familia. *Liv. l. 4. c. 35.* Honoratior apud plebem. *Id. l. 3. c. 58.* Vir honoratiſſimæ imaginis. ¶ Item præmiis affectus, *premiato*. *Velley. l. 2. c. 21.* Honoratus equeſtri ſtatua. ¶ Prætor honoratus. V. *honorarius*.

Honorĭădes, æ, patronym. Ita vocatur a Claudiano filius Honorii Imperat. R. *Carm. de nupt. Honor. in fi. Id. de laudib. Serenæ v. 192.* Sorores Honoriades.

Honorĭfĭce, adv. idem ac honorate. *Cic. 6. Ver.* Itaque in curiam venimus, honorifice ſane conſurgitur. *Id. l. 6. Fam. ep. 6.* Nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat. *Id. in Piſon. c. 15.* Nemini triumphus honorificentius, quam mihi &c.

Honorĭfĭcentĭa, æ, f. 1. honor, decus, dignitas, *onorificenza, onore*. *Vopiſc. Aurel. c. 25.* Templum ſoli poſuit, majore honorificentia conſecratum. Adde *Symmach. l. 6. ep. 35.*

Honorĭfĭco, as, a. 1. *onorare*, כבד, Ger. *ehr anthun*, Gal. *honnorer*, Hiſp. *honrar*, τιμάω, honore afficio. *Lact. l. 7. c. 24.* Ut adorent, & honorificent Regem magnum.

Honorĭfĭcus, a, um, o. *ciò che fa onore, onorifico*, יקר, Germ. *das ehr bringt*, Gal. *qui fait honneur*, Hiſp. *que honra*, τίμιος, quod honorem confert. *Cic. ad Q. Fr.* Nunquam ab eo mentio de me, niſi honorifica, niſi plena amiciſſimi deſiderii. *Id. ad Brut.* Quod quanquam videbatur illi ætati honorificum. ¶ Comp. honorificentior, ſup. honorificentiſſimus. *Cic. ad Q. Fr.* Nihil unquam honorificentius nobis accidit. *Id. Fam. 15. ep. 10.* Honorificentiſſimum Senatuſconſultum.

Honorĭger, a, um, adject. honoratus, honores gerens. *Tertull. de Virg. Veland. c. 12.* Honorigeram notam virginitatis præ ſe ferre.

Honorĭpĕta, æ, m. qui honores, & dignitates captat. *Apul. l. 2. dogm. Plat.* Culpabilium virorum quatuor formæ ſunt, quarum prima eſt honoripetarum, &c.

Honorĭus, ii, Theodoſii fil. R. Imperator cum fratre Arcadio, ſummis laudibus extollitur a Claudiano, qui eo imperante floruit.

Honōro, as, avi, atum, a. 1. *onorare*, τιμάω, honore afficio. *Cic. de Div.* Amphiaraum autem ſic honoravit fama Græciæ, Deus ut haberetur. ¶ Item præmio afficio, *premiare*. *Velley. l. 2. c. 129.* Populum congiariis honoravit. *Curt. l. 7. c. 1.* Cum donis honoramur.

Honōrus, a, um, o. *onorevole*, τίμιος, decorus, honorificus. *Tac. lib. 3.* Quæ in Druſum patrem Germanici honora, & magnifica Auguſtus fecisſet. Adde *Ovid. de Remed. Amo. v. 393.*

Honos, oris, m. idem ac honor. V. *Honor*.

Hoplītis, tidis, f. Græce ſignificat armatam, ὁπλῖτις. Hinc *Hoplitides* dicuntur ſtatuæ fœminarum armatarum, *Plin. l. 35. c. 5.*

Hoplomăchus, m. 2. ὁπλομάχος, gladiator, qui ſcuto reliquiſque armis inſtructus, in arenam deſcendit, ab ὅπλον, ſcutum, arma. *Martial. l. 8. epigr. 74.* Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante. V. *Lipſ. 2. Saturn. c. 11.*

Hora, æ, f. 1. *ora*, Ger. *ſtunde*, Gal. *heure*, Hiſp. *hora*, ὥρα, priore, & antiquiore acceptione, tum apud Græcos, tum apud Latinos, ſignificat generatim tempeſtatem, ſive tempus, recentiore acceptione viceſimam quartam diei partem. Neque enim in Platonis, Ariſtotelis, vel æqualium ſcriptis, nedum antiquiorum, ὥρα unquam pro diei parte viceſima quarta reperitur. Primo igitur hora pro tempore, ſeu tempeſtate abſolute ponitur. Hinc quatuor illæ anni partes, ver, æſtas, autumnus, hyems, anni horæ dictæ ſunt. *Plin. l. 9. c. 35.* Has ubi genitalis anni ſtimulaverit hora. *Hor. l. 3. od. 13.* Te flagrantis hora Caniculæ Neſcit tangere. *Cic. de clar. Orat. c. 34.* Mittere ad horas, *mandar' a vedere, che ora ſia*. ¶ Quandoque accipitur pro ſtatuto quodam, & certo tempore. *Cic. 3. Ver.* Ut, cum horis noſtris nos eſſemus uſi, tu binis ludis interpoſitis quadrageſimo poſt die reſponderes. Ubi *Aſcon.* Horas ſuas vocat viginti dies, qui accuſatori debentur, ad accuſandum legitimi, totidemque defenſori. ¶ Item pro die. *Virg. 1. Georg.* Nunquam te craſtina fallet hora. ¶ Item pro quovis indefinito tempore. *Horat. l. 1. ep. 11. v. 22.* Tu quamcumque Deus tibi fortunaverit horam, Grata ſume manu. ¶ Hodie uſurpatur pro æqualibus illis ſpatiis, in quæ dies dividitur. *Ter. Eun.* Dum hæc dicit, abiit hora. *Cic. pro Mil.* Fit obviam ei Clodius hora fere undecima, aut non multo ſecus. ¶ *Omnium horarum hominem* veteres appellabant eum, qui ſeriis pariter, ac jocis eſſet accommodatus, & cum quo aſſidue liberet convivere. Atque ita appellatum Aſinium Pollionem auctor eſt *Fabius, l. 6. c. 4. circa finem*. Adde *Sueton. Tiber. c. 42.* ¶ Singulæ dies horæ diverſis officiis tranſigebantur, quæ enumerat *Martial. lib. 4. ep. 8.* Prima ſalutantes, atque altera continet hora, &c. ¶ Hora κατ' ἐξοχὴν ſumitur pro horoſcopo, ſeu momento, quo nati ſumus. *Senec. Apocolocynth.* Et tamen non eſt mirum ſi errant, horam ejus nemo novit. ¶ Hora extrema eſt hora mortis. *Virg. Ecl. 8.* ¶ Poetis Horæ quatuor Deæ ſunt, quas Heſiodus ait eſſe filias Jovis, & Themidis. Sunt autem numinis ſolis. *Ovid. 2. Met. v. 118.* Jungere equos Titan velocibus imperat horis: Juſſa Deæ celeres peragunt. *Homer. Iliad.* E. facit eas cuſtodes portarum cæleſtium. Quatuor eſſe dicuntur, quia præſunt quatuor anni tempeſtatibus. ¶ Hora, vel Ora, Dea juventutis. V. *Herſilia*.

Horæum, i, n. ὡραῖον, genus ſalſamenti ex pelamide piſce, ita dictum ab ὥρα ver, quod veris tempore condiri ſoleat. *Plaut. Captiv. 4. 2. 72.* Horæum, ſcombrum, & trigonum &c. ¶ Quod autem addunt quidam Lexicographi ex *Plin. l. 11. c. 14.* de horæo melle, hanc vocem ibi *Plin.* Græcis literis ſcribit.

Horārĭum, rii, n. horologium. *Cenſorin. c. 23.* P. Corn. Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium.

Horārĭus, a, um, o. *di una ora*, quod eſt unius horæ. *Suet. in Domit. c. 3.* Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat.

Horātĭus, a, um, adject. ad Horatium pertinens, ut Horatia lex, *Liv. l. 3. c. 55.* Horatia gens, *Id. l. 1. c. 26.*

Horātĭus, m. 2. Ὁράτιος, Poeta Venuſinus, Lyricorum, & Satyrarum ſcriptor. Anno Imperii Auguſti Cæſaris 33. ætatis vero ſuæ 63. moriens, Auguſtum reliquit hæredem. Maxima pompa apud Mecœnatem in Exquiliis ſepultus eſt. *Ovid.* Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures.

Horctus, a, um, o. idem ac forctus, ſeu forctis, id eſt bonus. *Feſt.* V. *Horctum*.

Horda, æ, f. 1. vacca prægnans, idem ac forda. *Varro l. 2. de R. R. c. 5.* Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur, quæ prægnans, horda.

Hordeacĕus, a, um, o. *di orzo*, Ger. *von gerſten*, Gal. *d'orge*, Hiſp. *de cevada*, κρίθινος, quod eſt ex materia hordei, ut Panis hordeaceus, *Plin. l. 18. c. 11.* ¶ *Hordeacea pyra* dicuntur a *Colum. l. 5. c. 10.* eadem ratione, qua a *Plinio* hordearia pruna. V. vocem ſequent.

Hordeārĭus, a, um, o. κρίθινος, qui hordeo veſcit. *Plin. l. 18. cap. 7.* Et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. ¶ Æs hordearium, quod pro hordeo Equiti Romano dabatur. *Feſt.* Nam Romani non ſerebant avenam, ſed ſolum agnoſcebant avenæ illud genus, quod agreſte eſt, ac ſponte provenit, eſtque ſterile. Quare pro avena jumentis hordeum dabant. ¶ Hordearia pruna. *Plin. l. 15. c. 13.* Hordearia appellata a comitatu frugis ejus.

Hordeius, a, um, adject. pro hordeaceus, legitur apud *Plaut. Caſ. 2. 8. 62.* Varia tamen eſt ejus loci & lectio, & interpretatio. V. *Taubman. & Lambin.*

Hordeŏlus, i, m. *orzaiuolo*, apoſtema naſcens in extremitate palpebræ. *Marcell. Emp. l. 8.* Hordeoli oculis infeſti.

Hordeum, olim fordeum, n. 2. *orzo*, Ger. *gerſten*, Gal. *orge*, Hiſp. *cevada*, κριθή, genus frumenti, a φέρω, alo, nutrio, vel a κριθή, dim. a κρίθη, hordeum, per metatheſin. *Plin. l. 18. c. 7.* Hordeum frugum omnium mol-

Digitized by Google

molliſſimum eſt. *Virg. Ecl.* 5. Grandia ſæpe quibus mandavimus hordea ſulcis. ¶ A Romanis ignominiæ cauſa militi dabatur, quaſi cum equis conjungendus eſſet, quod pœnæ genus κριθοφαγία Polybio dicitur. *Liv. l.* 27. Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum dari juſſit. *Sigon. l.* 1. *c.* 15. V. *Hordearius*.

Hordicalia, orum, n. 2. dies feſtus apud Romanos, ab horda, prægnans, quod eo die vaccæ hordæ immolabantur. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 5.

Hordicidia, idem quod Hordicalia, apud *Feſt.*

Horia, æ, f. navicula piſcatoria. *Non. c.* 13. *n.* 3. & *Feſt. Plaut. Rud.* 4. 2. 5. Salute horiæ, quæ in mari fluctuoſo piſcatu me uberi compotivit.

Horiŏla, æ, f. diminut. ab horia. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 100. Horiola advecti ſumus per amnem. ¶ Legitur & *Oriola*.

Horizon, ontis, m. 3. *orizonte*, ὁρίζων, finitor, terminator, ut vocat *Cic.* 2. *Div. c.* 44. & *Martian. Capell.* unus eſt ex majoribus ſphæræ circulis, qui cœlum in duas ſecat partes, quarum altera nobis conſpicua eſt, altera abſcondita. *Cic. loc. cit.* Illi orbes, qui cœlum quaſi medium dividunt, qui a Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectiſſime vocari poſſunt. *Hyginus*: Horizon eſt is, qui terminat ea, quæ perſpici aut non videri poſſunt.

Hormeſion, n. 2. gemmæ, quæ ex igneo colore radiat auro portante ſecum in extremitate candidam lucem. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Horminodes, m. 2. gemma vehementis viriditatis, ambiente circulo aurei coloris, ab ὁρμάω, *impetu feror*, ἰνώω, propter augmentum viriditatis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Horminum, n. 2. herba hortenſis, vulgo ſalvia transmarina, dodrantali altitudine, folio marrubii, ſemine cymino ſimilis, cætera porro, odoris optimi. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Horno, adver. hoc anno, cui opponitur adv. *anno*, pridem, quaſi jam ante annum. *Lucil. l.* 28. apud *Non.* Utrum anno, an horno te abſtuleris a viro. Adde *Plaut. Moſt.* 1. 3. 3.

Hornotĭnus, a, um, o. idem ac hornus, ab *horno*, ut diutinus a *diu*. *Cic.* 5. *Verr. cap.* 18. Hæ literæ L. Metelli hoc, quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt.

Hornus, a, um, o. *di un' anno*, *e di queſt' anno*, αὐτοετής, quod eſt ipſius anni, hujus anni, vel quod eſt unius anni, ab ὥρα, hora, qua tempus, ac ſpeciatim annum ſignificat. *Hor. in Epodo* 2. Et horna dulci vina promens dolio. ¶ Horni agni, h. e. anniculi. *Propert. l.* 4. *el.* 3. Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.

Horologĭum, gii, n. 2. *orologio*, *oriolo*, אורלוגין, Ger. *uhr*, Gall. *horologe*, Hiſp. *relox*, ὡρολόγιον, horarium, inſtrumentum indicans horas, vel quod horas metitur, ab ὥρα, *tempus*, & λέγω, *dico*. Primus Anaximenes Mileſius horologium, quod appellant ſciothericon, *da ombra*, Lacedæmone oſtendit. *Plin. l.* 2. *c.* 9. ¶ Olim horologium *ſolarium* dicebatur, quia in Sole tantum horarum ratio conſpiciebatur. *Plin. l.* 7. *c.* 60. ¶ Poſtea excogitatum fuit, ut ſine Sole etiam ipſo fonitu horæ denuntiarentur. ¶ De horologiis ſcripſere Vitruvius *l.* 9. *c.* 9. Clavius, Voellus, & alii.

Horoſcŏpans, antis, horam indicans, horoſcopum faciens. *Jul. Firm. l.* 5. *c.* 1. Ariete horoſcopante in Cancro.

Horoſcopĭcus, a, um, adject. ad horam natalis pertinens, ut Horoſcopici libri, *Fulgent. l.* 1. *Mythol.*

Horoſcopĭum, ii, o. ὡροσκοπεῖον, inſtrumentum ad indagandam horam natalem pertinens. *Sidon. l.* 4. *ep.* 3. Tenere cum Euphrate horoſcopium.

Horoſcŏpo, as, o. 1. horoſcopum facio. *Manil. lib.* 3. *v.* 305. Jam facile eſt, ſi quod quandoque horoſcopat aſtrum, Noſcere. Uſus eſt & *Jul. Firmic.* non ſemel.

Horoſcŏpus, a, um, adject. V. *Horoſcopus*, 2.

Horoſcŏpus, pi, m. *oroſcopo*, *aſcendente*, ὡροσκόπος. Cœli pars, quæ nativitatis tempore ab Oriente emergit, ex cujus obſervatione natalitiæ divinationes fiunt, ab ὥρα, quo nomine non intelligitur particula diei, ſed abſolute tempus, nempe tempus illud, quo quis primum exit in lucem, & a σκοπέω, *ſpeculor*, nempe a conſideranda Cœli parte, quæ tempore nativitatis ſurgit. Aliqui horoſcopon definiunt eam Cœli partem, quæ hora qualibet ab inferiore hemiſphærio ſurgit ab Oriente, deinde addunt, horoſcopo item id temporis momentum ſignificari, quo quiſque naſcitur, quaſi horæ inſpectionem, & notationem. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 18. Geminos horoſcope varo producis genio. ¶ Interdum adjective ſumitur, ut Inſtrumenta horoſcopa, & Vaſa horoſcopa, in quibus horæ dignoſcuntur. *Plin. l.* 2. *c.* 72. Vaſa horoſcopa non ubique eidem ſunt uſui, &c.

Horrĕa, æ, f. idem ac horreum, apud priſcos. *Claud.* apud *Non. cap.* 3. *n.* 110.

Horrearĭus, m. 2. *chi ha cura del granajo*, ταμίας, cuſtos hordei. *Ulp. l.* 5. §. 3. *Dig. de his qui effud.* Si horrearius aliquid dejecerit.

Horreatĭcus, a, um, adject. ad horreum pertinens, ut Horreaticæ ſpecies, h. e. fruges, quæ in horreo aſſervantur. *Cod. Theodoſ. l.* 2. *de condit. in horr. publ.*

Horrendum, adverbii more poſitum, *orrendamente*. *Virg. Æn.* 6. *v.* 288. Bellua horrendum ſtridens.

Horrendus, a, um, o. 1. 2. *orrendo*, נורא, Ger. *abſcheulich*, Gal. *horrible*, Hiſp. *eſpantable*, *orrez*, φοβερός, horribilis, horrificus, timendus, abominandus. *Cic. in Tuſc.* Nihil habet mors, quod ſit horrendum. ¶ Sumitur etiam pro venerando. *Virg.* 6. *Æn. v.* 10. Horrendæque procul ſecreta Sibyllæ. ¶ Item adverbii loco. V. *Horrendum*.

Horrens, entis, o. 3. nom. ex partic. *orrido*, *orribile*, φρικτός. *Virg. init. Æneid.* At nunc horrentia Martis Arma virumque cano. *Id. ibid.* Horrenti nemus umbra. hoc eſt religioſum timorem incutiente.

Horrentĭa, æ, f. 1. horror. *Tertull.* 4. *cont. Marcion. c.* 24. Pulverem jubet excuti ad horrentiam terræ illorum.

Horrĕo, es, rui, n. 2. *aver' orrore*, *paura*, נחת, חרד, Ger. *froſtelen*, Gal. *friſſonner*, *avoir horreur*, Hiſp. *eſpeluzarſe*, *tener horror*, φρίττω, eſt horrore corripior, & dicitur, cum ſpiritus verſus cor fugit, & inde provenit corporis rigor, & aſperitas pilorum. *Ter. Eun.* 1. 2. 4. Totus horreo. ¶ Metonymice ponitur pro frigere, quia horror aliquando ex frigore naſcitur. *Juven. Sat.* 1. *v.* 93. Et horrenti tunicam non reddere ſervo. ¶ Item pro timere, formidare. Nam ex timore animalia ſæpe horreſcunt, ſiquidem timorem frigus, & frigus horror ſequitur. Et in hac ſignificatione conſtruitur cum accuſativo, vel cum acc. & dat. vel cum infinitivo. *Cic. in Verr.* Cum eſſes impius, jam tum judicium, & crimen horrebas. *Plin. in Paneg.* Nemo jam parem filio niſi fragilitatis humanæ vices horret. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Quod ſacrificium nemo unquam vir aſpicere non horruit. ¶ Item pro ſtupere, admirari. Nam horror etiam ex admiratione naſci videtur. *Cic. de Orat.* Quæ ego, cum a te tractantur in cauſis, horrere ſoleo. ¶ Inanima etiam horrere dicuntur, quæ horrida ſunt, vel horrorem incutiunt. *Tibul. l.* 2. *el.* 3. *v.* 23. Sæpe horrere ſacros doluit Latona capillos. *Virg.* 11. *Æn. v.* 66. Ferreus haſtis horret ager. *Col. l.* 1. *c.* 4. Sunt quædam loca, quæ ſolſtitiis minus concaleſcunt, ſed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.

Horreŏlum, i, n. *piccicl granajo*. *Val. Max. l.* 7. *c.* 1. Uſus neceſſarii horreolum.

Horreſco, is, n. 3. *farſi orrido*, *inorridire*, כבר, Ger. *ſich fuerchten*, Gal. *trembler de peur*, *craindre*, Hiſp. *volverſe horrido*, φρίττειν, horridus fio, ut cum quis intrinſecus algorem, ſeu tremorem in ſe excitari, & creſcere ſentit, pavore, ſtupore aut febri incaleſcente. *Virg. l.* 6. *Æn.* Horreſcit viſo ſubito, cauſaſque requirit. ¶ Eſt item expaveſcere, timere. *Cic. de Fin.* Qui ſibi injecto terrore mortis horreſcunt. *Virg.* 3. *Æn. v.* 394. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. ¶ Item contremiſcere. *Virg.* 3. *Georg.* Tum ſegetes altæ, campique natantes lenibus horreſcunt flabris.

Horrĕum, i, n. 2. *granajo*, אסם, Ger. *hornſpeicher*, Gal. *grenier*, Hiſp. *alhondiga*, σιτοβολεῖον, ἀποθήκη, locus, in quo ſegetes poſt meſſem reponuntur, ab *hordeum*, quod horreum proprie fuerit locus hordeo aſſervando accommodatus, ut *farreum* locus, in quo reponeretur far, ſed poſtea dici cœpit de quarumlibet frugum repoſitorio. *Virg.* 1. *Georg. v.* 49. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. *Cic. in Rull.* Illi Capuam cellam, atque horreum agri Campani eſſe voluerunt. ¶ Sumitur etiam pro loco ad cuſtodiam rerum aliarum, quæ a quotidiano uſu reponuntur. *Apul. in Met.* Demonſtrat horreum, ubi veſpere ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Adde *Horat. l.* 3. *od.* 28.

Horribĭlis, le, o. 3. *orribile*, נורא, Ger. *grewlich*, Gal. *horrible*, Hiſp. *horrible*, φρικτός, φοβερός, horrendus, horrificus, formidabilis. *Cic. pro Quint. c.* 31. Horribile eſt cauſam capitis dicere, horribilius, priore loco dicere.

Horricŏmis, e, adject. qui horridus pilos, vel comam habet, ut horricomes canes, apud *Apul. A. A. l.* 4. & 7.

Horride, adv. *rozzamente*, *aſpramente*, Ger. *rauchlich*, Gal. *rudement*, *aprement*, Hiſp. *toſcamente*, *aſperamente*, φρικτῶς, aſpere, & inculte. *Cic. in Orat.* 1. 9. Putant enim, qui horride, inculteque dicat, modo id eleganter, enucleateque faciat, eum ſolum Attice dicere. *Tacit. l.* 1. *hiſtor. c.* 82. Allocuti ſunt ex ſuo quiſque ingenio, mitius, aut horridius.

Horridĭtas, atis, f. idem ac horror. *Nævius*. Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridŭlus, a, um, o. ſubhorridus, parum bene cultus, alique ex parte horridus, dim. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 1. Quanquam illa horridula mihi, atque incompta viſa ſunt.

Horrĭdus, a, um, o. *orrido*, *aſpro*, *peloſo*, שעיר, Germ. *ſchewtzlich*, *rauch*, Gall. *rude*, *hideux*, Hiſpan. *horrido*, δασύς, λάσιος, hiſpidus, aſper, hirſutus, piloſus. *Virg.* 8. *Æn.* Et glacie riget horrida barba. ¶ Interdum etiam accipitur pro inculto, & inornato, cui *nitidus* opponitur. *Cic. poſt red. in Sen.* Cum eum incultum, horridum, mæſtumque vidiſſent. *Id. de clar. Orat. c.* 17. Antiquus ſermo, & horridiora verba. ¶ Horrendum, horrificum. *Virg.* 3. *Æn.* ¶ Horridus ſapor. h. e. valde amarus, ingratus. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Hæc aceto acceptio odorem æris præſtat, & ſi tangatur linguæ, ſaporem horridum. ¶ Horrida oratio. h. e. rudis. *Cic. de clar. Orat.*

Horrĭfer, a, um, o. *orribile*, מחריד, Ger. *dasfroſt bringt*, Gal. *effrayant*, Hiſp. *horrifico*, horrorem inculcans. *Cic.* 1. *Tuſc. ex Poet.* Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives. Adde *Lucret. l.* 5. *v.* 994.

Horrificabĭlis, e, idem ac horrificus. *Acc.* apud *Non. cap.* 3. *n.* 231. Operta eſt ſquaitate, luctu horrificabili.

Horrifĭce, adv. *Lucret. l.* 4. *v.* 609. Horrifice fertur divinæ Matris imago. h. e. cum religioſa quadam formidine. Adde *l.* 4. *v.* 40.

Horrifĭco, as, avi, atum, הדריד, Ger. *erſchrecken*, Gal. *effrayer*, *epouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, φρικόω, horrorem incutio. *Virg.* 4. *Æn. v.* 465. Terribili monitu horrificant. ¶ *Flor. l.* 3. *c.* 21. Carcer, catenæ, furca, exilium horrificaverunt dignitatem. h. e. horribilem effecerunt.

Horrifĭcus, a, um, o. *ſpaventevole*, אים, Germ. *das forcht macht*, Gal. *epouvantable*, Hiſp. *horrible*, φρικτικός, quod horrorem facit. *Cic. pro Domo, cap.* 23. Qui parietibus, qui tectis, qui columnis, ac poſtibus meis horrificum quoddam, & nefarium, & omni imbutum odio bellum intuliſtis.

Horripĭlo, as, n. 1. eſt horridiore, aſperioreque pilo fruticare. *Apul. l.* 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

Horriſŏnus, a, um, o. *che ha ſuono orrido*, *terribile*, φρικτὸν ἠχῶν, quod cum horrore ſonat, ſive quod horridum ſonum habet. *Virg. e. Æn. v.* 55. Fremituque ſequuntur horriſono. *Cic.* 2. *Toſc. c.* 10. Horriſonum fretum.

Horror, oris, m. 3. *orrore*, *ſpavento*, רעד, Ger. *ſchauderung*, Gal. *horreur*, Hiſp. *horror*, φρίκη, perturbatio illa, cum ſpiritus ad cor confugit, & pili, ac ſetæ eriguntur. *Virg.* 4. *Æn.* Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæſit. *Cic. ad Att. l.* 8. *ep.* 6. Dii immortales, qui me horror perfudit! ¶ Metonymice ponitur pro pavore, trepidatione. *Apul.* Quam cum aſpexiſſet, horrore hominis deterritus ſtatim retroceſſit. ¶ Item pro veneratione, ſeu metu illo, qui ex religione incutitur. *Lucan.* 3. *v.* 411. Arboribus ſuus horror ineſt. ¶ Item pro tremore, cum totum corpus vel frigore, vel pavore intremiſcit, & ſuccuſſatur. *Celſ. l.* 3. *c.* 3. Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt, horrorem, ubi totum corpus intremiſcit. *Virg.* 3. *Æn* Mihi frigidus horror membra quatit.

Horſum, adv. *verſo qua*, δεῦρο, verſus hunc locum, eb hac, & verſum, quaſi hoc verſum. *Ter. Hec.* 3. 4. 36. At at, eccum Philippum, & patrem video, horſum pergunt.

Hortamen, inis, n. idem ac hortamentum. *Liv. l.* 10. *c.* 29. Ubi audivit P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro Rep. audenda.

Hortamentum, ti, o. *eſortazione*, παρέγγυημα, excitamentum. *Liv. l.* 7. *c.* 11. In conſpectu parentum, conjugumque, ac liberorum, quæ magna etiam abſentibus hortamenta animi, &c.

Hortānum, n. 2. Orta, *Orte*, *Orta*, olim urbs, nunc opp. Faliſcorum, in Hetruria, in Prov. Patrimonii S. Petri, in colle, prope Tiberim fl. ubi recipit Nerum amnem, ex adverſo Ocriculi.

Hortatĭo, onis, f. *eſortazione*, *conforto*, Ger. *ermahnung*, Gal. *exhortation*, Hiſp. *exortacion*, παραίνεσις, hortandi actus. *Cic.* 5. *Fin.* Tamen mihi grata eſt hortatio tua. Adde ad *Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 14.

Hortatīvus, a, um, o. προτρεπτικός, quod ad hortationem ſpectat. *Quint. l.* 5. *c.* 10. Hæc ad hortativum genus maxime pertinent.

Hortātor, ris, m. 3. *eſortatore*, *confortatore*, מסית, Ger. *ermahner*, Gal. *qui exhorte*, Hiſp. *exortador*, προτρεπτικός, qui hortatur, & ſuadet, ut aliquid fiat. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 55. Cum ejus ſtudii ſibi & hortator, & magiſter eſſet.

Hortātrix, icis, f. quæ hortatur, *eſortatrice*. *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 727. Gloria hortatrix animoſi lethi.

Hortātus, us, m. adhortatio, monitio. *Cic. pro Arch. c.* 2. Quod ſi hæc vox hujus hortatu, præceptiſque confirmata nonnullis aliquando ſaluti fuit. *Sil. l.* 8. *v.* 19. Blandis hortatibus implet.

Hortenſiānus, a, um, adject. ab horto, idem quod hortenſis, *di orto*. *Plin. l.* 21. *c.* 15. Fraga, batin hortenſianam, quam alii aſparagum gallicum vocant. ¶ Item adject. ab Hortenſio Oratore, ut Hortenſiana eloquentia, *Valer. Max. l.* 8. *c.* 8. *n.* 3.

Hortenſis, ſe, vel potius

Hortenſius, a, um, adject. *ortenſe*, in hortis naſcens. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Beta hortenſiorum leviſſima eſt. *Id. l.* 19. *c.* 10. Hortenſia quoque morbos ſentiunt, ſicut reliqua terræ ſata.

Hortenſius, ii, prænomine Quintus, Orator nobiliſſimus Romæ fuit, Ciceronis ætate, & eloquentia fere æqualis, quem ipſe Cicero teſtatur in omnibus Oratoris laudibus floruiſſe, laudaſque ſuspenſe in omnibus ſcriptis ſuis, ac præſertim in Bruto. ¶ Filiam habuit nomine Hortenſiam, & ipſam eloquentiæ laude claram: quæ, cum matronarum ordo a Triumviris Octavio, Antonio, & Lepido gravi tributi onere premeretur, ipſa communem cauſam conſtanter egit, obtinuitque dicendo, ut major illius pecuniæ pars illis remitteretur. Ejus orationis capita refert *Appianus*.

Hortinus, a, um, ad Hortam, ſeu Hortanum Tuſciæ oppidum pertinens. *Virg. 7. Æn. v. 716.*

Hortor, aris, atus ſum, d. 1. *eſortare, confortare*, הוֹרִיד, Ger. *ermahnen*, Gal. *exhorter*, Hiſp. *exortar*, παρακαλεῖν, eſt verbis quempiam ad aliquid faciendum impellere, vel conſilium dare ad rem aliquam aggrediendam, ab *orior, excito, impello*, ſiquidem monentes conſilio, hortamur impulſu, ut ait *Don. in Hor. a. 1. ſc. 1. v. 7. Cic. 6. Fam.* Ut te ſæpe per litteras hortatus ſum. *Id. 9. Fam. ep. 14.* Quare quid eſt, quod ego te horter, ut dignitati, & gloriæ ſervias? *Id. 4. Fam. ep. 9.* Iiſdem de rebus te hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum. *Id. Att. 7. ep. 14.* Pacem quidem hortari non deſino. *Id. de Prov. conſ. 2. 4.* Hortari milites ad laudem. *Liv. l. 6. c. 15.* Sed quid ego vos, de veſtro impendatis, hortor? *Terent. Heaut. 1. 1. 7.* Hortor, ne cujuſquam miſereat, quin ſpolies. *Cic. 10 Fam.* Quid eſt, quod te horter, ut dignitati, & gloriæ ſervias? ¶ Cum Infinito. *Nepos in Phoc. 2. 1.* Cum a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, Legatique hortarentur accipere. ¶ Hortari milites eſt oratione ad prælium firmare. *Nepos 1. 6. 3.* is hortaretur milites, præliumque committeret. ¶ Hortari canes. *h. e.* ad venandum voce incitare. *Ovid. 10. Metam. v. 537.* Hortaturque canes, tutæque animalia prædæ, Aut pronos lepores agitat &c. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Tacit. Ann. 12. c. 9.* Sententiam expromere, quæ hortaretur Claudius, Octaviam deſpondere Domitio. Quidem tamen Cod. habent orantur. *Varr.* apud *Priſcian. l. 8.* Ab amitia hortaretur. ¶ Reperiri etiam *horto, as*, aſſerit *Pareus* in *Lex. Crit.* aſſerens *Plauti* exempla, & *Cic.* in quibus tamen lectio dubia eſt.

Hortulanus, m. c. qui hortum olerum curat, & excolit, olitor, *ortolano*. *Macr. l. 7. Sat. 2. 3.* Tharſius Ampinas, cum ex hortulano potens eſſet. Adde *Apul. l. 9. & 10. Metam.*

Hortulanus, a, um, adject. ad hortos pertinens. *Tertull. de Pallio. 2. 21.* Hortulanus maritimuſque receſſus. *Apul. l. 8. c. 7.* Porcellus hortulanus. h. e. oleribus fartus.

Hortulus, li, m. 2. *orticello, giardinetto*, κηπίον, dim. ab hortus. *Cic. 1. de nat. Deor. 2. 43.* Cujus fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit.

Hortus, ti, m. *orto, giardino*, גן, Ger. *garten*, Gal. *jardin*, Hiſp. *huerto*, κῆπος, locus in agro, ſive etiam in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur. *Cic. 13. Phil.* Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigravit. ¶ *Valla l. 3. 2. 9.* putat vocem hanc in ſingulari, & plurali numero dici de loco, ubi oleta naſcuntur, hoc eſt quævis herbæ ſativæ, quibus veſcimur, in plurali vero de re, qui arboribus conſitus eſt, & voluptatis cauſa comparatus. Hæc tamen differentia, etſi frequentius vera eſt, non ſemper obſervatur. *Plin. l. 2. ep. 7.* Horti diæta, Ital. *casino*. ¶ Horti penſiles ſunt, qui ſupra ædificia facti, vel ſupra columnas erecti pendent. *Plin. l. 36. c. 14.* Leguntur & penſiles hortos, imo vero totum oppidum feciſſe Ægyptiæ Thebæ. Apud veteres etiam accipiebatur pro villa, ut Feſto placet. Imo in *leg. 12.* Tabularum villa per hortum ſemper intelligitur, teſte *Plin. l. 19. c. 4.* De hortorum cultura ſcripſit *Colum. librum 10. R. R. heroico carmine*.

Horunc, pro horum, ἀρχαϊκῶς dixit *Plaut. Caſ. 1. 1. 53. & Pan. 5. 2. 48.*

Horus, m. 2. Ὧρος, Apollo, ſive Sol apud Ægyptios. *Macrob. l. 1. Sat. c. 21.* deducit ab ὥρα *tempus*, quia ejus curſu anni tempore diſtinguuntur. ¶ Horus item fuit Iſidis filius, quem cum illa amiſiſſet, verita ne illi obveniret, quod Oſiri patri acciderat, multum flevit, ſed re inventa, mœrorem in lætitiam convertit. ¶ Fuit & Horus Rex Aſſyriorum. *Plin. l. 30. c. 15.*

Hoſpes, itis, c. 3. *albergatore, foreſtiere*, לן, גר, Germ. *wirth*, Gal. *hote*, Hiſp. *hueſped*, ξένος, ξενοδόχος, qui, quive alterum hoſpitio ſuſcipit, vel ab eo excipitur, & proprie dicitur de amicis diverſarum patriarum, qui ſe mutuo recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus eſt. *Cic. pro Dejot. c. 3.* Per dextram te iſtam oro, quam Regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti. ¶ Hoſpes item pro peregrino accipitur. *Cic. 1. Acad.* Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hoſpites tui libri quaſi domum deduxerunt. Adde *pro Rabir. c. 10.* ¶ *Hoſpitium* pro *hoſpitum* in gen. plurali legitur apud *Sever. in Ætna, v. 128.*

Hoſpita, æ, f. 1. *oſtiera*, מלונה, Ger. *wirthin*, Gal. *hoteſſe*, Hiſp. *hueſpeda*, ξένη, ξενοδόχος, quæ aliquem hoſpitio excipit. *Cic. 4. Ver. c. 38.* Quod verum multo magis figuræ, & lineamentis hoſpitæ delectabere. ¶ Accipitur & pro peregrina. *Ter. Andr. 1. 1. 8.* Hujuſce propter conſuetudinem hoſpitæ.

Hoſpitaculum, i, n. hoſpitium. *Ulp. l. 5. Dig. de his, qui effud.* Si quis hoſpitaculi partem habeat.

Hoſpitalia, orum, n. 2. ξενῶνες, ædes, quæ hoſpitibus recipiendis deſtinatæ erant. *Vitruv. l. 6. c. 10.* Ut hoſpites advenientes non in periſtylia, ſed in hoſpitalia recipiantur. ¶ Præterea cum in ſcena tres eſſent januæ, in media, utpote nobiliori, erant aulæ regiæ, utrinque vero hoſpitalia, h. e. fores repræſentantes domus hoſpitibus, & peregre advenientibus in ſcenam deſtinatæ, *Foreſtiere*. *Id. l. 5. c. 7.*

Hoſpitalis, & le, o. 3. ξένιος, quod eſt hoſpitis, ſive quod ad hoſpitem pertinet. *Cic. in Rull.* Illam ipſam ſedem hoſpitalem, in quam erit deductus, publicam P. R. eſſe dicet. ¶ Hoſpitalis teſſera, quam hoſpes hoſpiti dabat. Fuit enim antiqui moris, teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuo agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquam amicus, & vetus hoſpes. Hoc jus neceſſitudinis ad poſteros tranſibat. Propterea teſſeram hoſpitalem diligenter obſervabant. Qui jus hoſpitii violabat, is teſſeram hoſpitalem fregiſſe dicebatur. *Plaut. Pæn. 5. 1. 25.* Deum hoſpitalem, & teſſeram mecum fero. ¶ Accipitur item hoſpitalis pro liberali, & facili ad ſuſcipiendum hoſpitem hoſpitio, qui & genialis dicitur. *Cic. 2. Off.* Quendam Cimonem Atheniſ etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. *Id. 3. Ver. c. 26.* Hoſpitaliſſimus, & amiciſſimus. *Flor. l. 1. 2. 16.* Nihil mollius cœlo, denique bis floribus vernat: nihil uberius ſolo; ideo Liberi Cererisque certamen dicitur: nihil hoſpitalius mari; hic illi nobiles, &c. ¶ Item pro re, qui hoſpitii præſes, & vindex eſt, ut Jupiter hoſpitalis, quod in ejus tutela hoſpites eſſe credebantur. *Cic. ad Q. Fratr.* Non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Jovis hoſpitalis.

Hoſpitalitas, atis, f. 3. *oſpitalità*, ξενία, φιλοξενία, benignitas, & facilitas in excipiendis hoſpitibus. *Cic. 2. Off. c. 18.* Recte utiam a Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas.

Hoſpitaliter, adv. *oſpitalmente*, ξενικῶς, benigne, liberaliter. *Liv. 1. c. 9.* Invitatis hoſpitaliter per domos.

Hoſpitator, oris, m. qui hoſpites excipit. *Apul. l. 4. A. A.* Fideliſſimi mei hoſpitatores.

Hoſpitiolum, i, diminut. parvum hoſpitium. *Ulp. l. 1. §. Dig. de his, qui effund.* Si quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit.

Hoſpitium, hoſpitii, n. 2. *oſpizio, alloggiamento, albergo*, מלון, Ger. *herberg, wirtshauſs*, Gall. *logis, hotelerie*, Hiſp. *hoſpicio, hoſpital*, ξενία, actus hoſpites ſuſcipiendi. *Cic. 7. Verr.* Decernunt ſtatim, ut fratri non hoſpitium publice fieret. ¶ Item amicitia, conſuetudo, familiaritas, quæ inter hoſpites intercedit, jus ſe invicem hoſpitio ſuſcipiendi, lex hoſpitalitatis. *Cic. 7. Verr.* Num te ejus lacrymæ, num ſenectus, num hoſpitii jus, atque nomen a ſcelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit? ¶ Item locus, ubi diverſamur, domus, quæ gratis liberaliterque venienti hoſpiti patet, *oſpizio, albergo*, ξενοδοχεῖον. *Cic. de Sen. c. ult.* Ex ex hac vita diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. *Id. Att. l. 11.* Te in Arpinati videbimus, & hoſpitio agreſti accipiemus. ¶ Antiqui inſtituti fuit, ut hoſpitii neceſſitudo non modo inter privatos, ſed etiam inter populos contraheretur. Amicitiam inter populos, ſeu civitates Græci προξενίαν, Latini *hoſpitium publicum* vocaverunt. Quæ inter privatos contrahebatur, Græce ἰδιοξενία, Latine privatum *hoſpitium* dicebatur. *Liv. l. 7. bell. Mac.* Cum quo non maxime Regum & privatum ſingulis, & publicum civitati noſtræ hoſpitium eſt. ¶ Hoſpitium ſummæ religionis fuit. Ejus nota, pignuſque erat teſſera. V. *hoſpitalis*. Si quem contracti hoſpitii pœnituiſſet, renuntiare hoſpitium ſolebat, ne hoſpitii jus violaret, neve Hoſpitalem Deum offenderet, quia hoſpitium perennis credebatur. Hunc *Cic. l. 2. Q. Fr. ep. 11.* Jovem Hoſpitalem appellat. V. *eund. 4. Verr.* & *Liv. l. 5. B. Pun.*

Hoſpitor, aris, d. 1. *eſſer alloggiato, eſſer albergato*, ξενίζομαι, hoſpitio utor. *Sen. de beata vita, c. 23.* Quid enim eſt, cur illis bonum locum invideat? veniat, hoſpitetur. ¶ Translate ponitur pro in alieno ſolo creſcere. *Plin. l. 17. c. 20. de caſtanea.* Sed translata neſcit hoſpitari, pervetque novitatem. ¶ Item pro interquieſcere. *Id. l. 6. c. 18. de Gange.* Ubi primum molles planities contingat, in quodam lacu hoſpitari, inde lenem fluere.

Hoſpitus, a, um, ξενικός, *Foraſtiero*, peregrinus, advena. *Ovid. 1. Faſt.* Acta per æquoreas hoſpita navis aquas. *Virg. 2. Æn. v. 377.* Quo tunc hoſpita luſtres æquora. ¶ Item hoſpitalis, hoſpitium præbens. *Virg. 3. Æn. v. 539. de Italia.* Bellum, o terra hoſpita, portas. *Valer. Flac. l. 2. v. 655.* Tecta hoſpita. *Id. l. 1. v. 44.* hoſpita vina. h. e. quæ hoſpitibus dantur. *Stat. 3. Thebaid.* Flumine hoſpita. h. e. per quæ navigari tuto poteſt. ¶ Alios hujus vocis caſus, & alia genera non facile invenies.

Hoſtia, æ, f. 1. *oſtia, vittima*, זבח, Ger. *ſchlachtopffer*, Gal. *ſacrifice*, Hiſp. *ſacrificio*, θῦμα, animal, quod immolabatur ab iis, qui in hoſtem pergebant, vel ab iis, qui hoſtem viciſſent. Aliqui putant, hoſtiam fuiſſe ſacrificium, quod Laribus immolabatur, quia ab illis hoſtes arceri crederentur. Unde & ipſos Lares dicunt Hoſtiolos dictos eſſe. Sed fortaſſe hi Lares Grundiles erant, & dicebantur Oſtioli, non Hoſtioli, ab oſtium, janua. Feſto, ſive Verrio videtur hoſtia dicta ab antiquo hoſtio, quod eſt ferire, vel ab hoſtio, quod eſt placare, quia hoſtiis Dii placabantur. *Cic. pro Pont.* Barbaræ iſtæ gentes humanis hoſtiis Deos placant. ¶ Inter hoſtiam, & victimam hoc intererat, quod hoſtia a quovis Sacerdote immolabatur, victima tantum ejus manu, qui hoſtem ipſe viciſſet. *Ovid. 1. Faſt. v. 335.* Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur. Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet. Præterea hoſtia erat minor, ut agnus, victima major, ut vitulus. Maxima oſtia herat omnis pecoris, maxima victima taurus erat. *Feſt.* Sed hæc nomina fere confunduntur. *Cic. ad Att.* Ego te arbitror cæſis apud Amaltheam tuam victimis ſtatim eſſe ad Sipronem oppugnandum profectum. ¶ Et extra bellum etiam utrumque inveniuntur pro omni re, quod Diis offerebatur. *Cic. de Div.* Cum Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur. *Id. pro Flacco.* Quam poteſtis P. Lentulo mactare victimam gratiorem? ¶ Eſt etiam *hoſtia*, ſignum in Cœlo, ſeu potius pars ſigni Centauri. Fingitur enim is tenere hoſtiam, quæ eſt animal quadrupes, *quod nos uno donavit nomine* Græcum, ut ait *Cic. in Arat. v. 211.* Conſtat autem ſtellis decem, teſte *Hygin. l. 3. Poet. Aſtron. 2. 37.*

Hoſtie. V. Oſtia.

Hoſtiatus, a, um, adject. hoſtiis inſtructus. *Plaut. Rud. 1. 5. 11.* Equum vos erat Candidatas venire, hoſtiataſque ad hoc fanum.

Hoſticapax, hoſtium captor. *Feſtus*.

Hoſticus, a, um, idem ac hoſtilis. *Col. in præf. l. 1.* Quanquam inter ferrum, & ignem hoſticis incurſionibus vaſtatæ fruges. ¶ Hoſticum, abſoluta, pro agro, ſeu loco hoſtium. *Liv. l. 8. c. 38.* Caſtra in hoſtico incurioſe poſita. *Plin. Paneg. c. 29.* Raptæ ne hoſtico meſſes.

Hoſtifer, a, um, adject. hoſtilis. *Manil. l. 1. v. 420.* Hoſtiferum nullum ſibi quemquam Numina norant.

Hoſtifice, adverb. *oſtilmente*, hoſtiliter. *Acc.* apud *Non. c. 3. n. 103.* Hoſtifice ſanguine ſanguen miſcere.

Hoſtificus, a, um, *oſtile*, hoſtilis, nocens, perniciosus. *Acc.* apud *Non. c. 8. n. 15.* O dirum, hoſtificumque diem!

Hoſtilia, f. 1. *Oſtiglia*, *Oſtia*, oppidulum Venetiæ, apud Padum in agro Mantuano, medium inter Mantuam ad Occ. & Ferrariam ad Or.

Hoſtilis, le, o. 3. *cio. ch' è da nemico, oſtile*, Germ. *feindlich*, Gal. *d'ennemy*, Hiſp. *de enemigo*, πολεμικός, quod eſt hoſtis. *Cic. pro Cluent.* Tamesſi in hunc hoſtili odio, & crudelitate eſt. *Id. ad Brut. ep. 4.* Hoſtilis animus. *Id. 1. Invent. 2. 55.* Terra hoſtilis. *Liv. l. 21. c. 16.* Lapis retulerunt, omnia hoſtilia eſſe. *Tacit. 12. Ann. 2. 40.* Etiam adverſis ex hoſtilia induerat.

Hoſtilitas, atis, f. 3. *oſtilità*. *Senec. de otio Sap. c. ult.* Adverſus hoſtes inhumana crudelitas, etiam adverſus ſuos hoſtilitas.

Hoſtiliter, adv. *oſtilmente, da nemico*, Ger. *feindlich*, Gal. *en ennemy*, Hiſp. *enemigablemente*, πολεμικῶς, ad modum hoſtium. *Cic. 5. Phil.* Quid ille fecit hoſtiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet? *Liv. l. 9. c. 38.* Caſtella hoſtiliter deleta.

Hoſtimentum, ti, n. *ricompenſa*, שִׁלּוּם, Ger. *widergeltung*, Gal. *recompenſe*, Hiſp. *recompenſa*, ἀμοιβή, ἀντάμειψις, æquipendium, beneficii compenſatio. *Plaut. Aſin. 1. 1. ſc. 3. v. 20.* Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. V. *Non. c. 3. n. 11.*

Hoſtio, is, n. 4. *ricompenſare*, שִׁלֵּם, Germ. *widergelten*, Gal. *recompenſer*, Hiſp. *recompenſar*, ἀμείβω, eſt æquam reddere, compenſare, ab hoſtus, genus certæ menſuræ in re olearia. Nonius deducit ab *hoſtia*. *Plaut. Aſin. 2. 1. ſc. 2. v. 110.* Quin promitto, inquam, hoſtire contra, ut merueris, ideſt, æque reddere, talionem referre. ¶ Videtur etiam ſumi pro coercere, comprimere. *Pacuvius, Teucr.* apud *Feſt.* Niſi coerceo protervitatem, atque hoſtiero ferociam. ¶ Item pro cædere, vulnerare. *Enn. Hectoris lytris*, apud *Feſt.* Quam mea comminus machæra, atque haſta hoſtivit e manu. hoc eſt percuſſit eminus. ¶ Item pro offendere. *Pacuv. Erotopægnion l. 2.* apud *Non.* Nunc id mihi moleſtum eſt, quod hoſtit voluntatem tuam.

Hoſtis, is, c. 3. *nemico*, אוֹיֵב, Germ. *feind*, Gall. *ennemy*, Hiſp. *enemigo*, ἐχθρός, πολέμιος, is, cum quo publice bellum habemus, ab antiqua notione, qua apud veteres peregrinum ſignabat. Quem enim nos peregrinum

num vocarent, illi hoſtem dicebant, quem nos hoſtem, illi perduellem. Poſtea inſtitutum eſt, ut peregrinus, hoſpes, perduellis, hoſtis, quaſi extraneus, mitiore vocabulo ad rei triſtitiam mitigandam vocaretur. *Varro l. 4. de L. L. Cic.* 1. *Offic. c.* 12. & *Feſt.* ¶ *Cic. pro Dom. c.* 25. Iſte non hominibus, ſed virtutibus hoſtis ſemper fuit. *Quint. l.* 2. *c.* 2. Conſuetudo pernicioſiſſima ſtudiorum hoſtis eſt. *Senec. in Herc. Oet. v.* 21. Hoſtis Thermodontia. *Ov.* 2. *de ar. am. v.* 461. cum certa videbitur hoſtis. ¶ *Hoſtes* & *inimicus* differunt, quod *hoſtis* eſt, cum quo publice bellum gerimus, *inimicus*, cum quo privata odia exercemus. Voſſius hoc diſcrimen tradit, quod ad inimicum requiritur, ut quis oderit, ad hoſtem, ut oppugnet. Itaque apud *Sall. in Catil.* dicitur alius amicum, alius inimicum reperiſſe inter buſtum cadavera: & apud Curtium quoque Barbari quidam ſe Alexandri non inimicos, ſed hoſtes fuiſſe aiunt. Sed hæc nomina interdum promiſcue uſurpantur. *Cic.* 3. *Fam. epiſt.* 10. Quibus, etiamſi tibi, cui ſum amiciſſimus, hoſtis eſſem, placarer tamen. ¶ Hoſtem pro peregrino uſurpat *Plaut. Curc.* 1. 2. 5. &c.

Hoſtorium, rii, n. *raſiera*, *ξυςτρον*, radius, lignum æquatorium, baculus, quo modii cumulus, & ceteræ menſuræ æquantur, ab *hoſtio*, æquo. *Priſcian. l.* 6. & *Salmaſ. in Solin. c.* 19.

Hoſtus, ti, m. 2. certæ menſuræ genus in re olearia, ideſt, tantum olei, quantum ex uno factu conficitur, a χυεὶς, ſeu χῦμα, *acervus*. *Varro de R. R. l.* 1. *c.* 24. *Cato de re ruſt. c.* 6. Sin in loco craſſo, aut caldo ſeveris, hoſtus nequam erit, & ferundo arbor peribit. Ex hoc nomine fit *inhoſtus* adjectivum, quod V.

H ANTE U.

Hu, interject. olfacientis. *Plaut. Mil.* 4. 6. 43. Hu, hu, olet profecto.

Huber, hubertas, &c. V. uber, ubertas, &c.

Huc, *qua*, Ger. *herbey*, Gal. *ci*, Hiſp. *acà*, ἐνθάδε, adv. motus ad locum. *Ter. Hec.* Huc raro in urbem commeat. *Id. Andr.* 1. 1. Commigravit huc viciniæ, *in queſto vicinato*. ¶ Uſurpatur etiam extra motum pro ad hanc rem, ad hunc ſtatum, & hujuſmodi, ut *Huc adde*, *Huc pertinet*, *Huc accedit*, &c. *Cic.* 10 *Fam.* Huc te pares, huc cogites, ad hæc te exerceas. *Id. in Catil.* 2. *c.* 2. Rem huc adduxi, ut, &c. ¶ Huc, & illuc ſæpe conjunguntur, & ſignificant iter incertum, vel varietatem, & inconſtantiam, *qua*, *e là*. *Cic. ad Att. l.* 9. *ep.* 9. Ne curiem huc, & illuc deterrima via. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 56. Huc illuc ferens arma.

Huccine, adv. idem ac huc, ſed interrogativum, ab huc, & ne, interpoſita ſyllaba ci. *Cic.* 7. *Verr. c.* 63. Huccine tandem omnia reciderunt?

Hucuſque, adv. *fino a qui*, μέχρι τοῦδε, uſque ad hunc locum, vel uſque ad hoc tempus. *Plin. l.* 6. *c.* 26. Hucuſque Seſoſtris exercitum duxit.

Hui, *hui*, *oh*, *βαβαὶ*, ὦ, φεῦ, interjectio admirantis, vel iraſcentis. *Cic. ad Att. l.* 5. *ep.* 11. Hui, toties ne me litteras dediſſe Romam, cum ad te nullas darem?

Hujuſmodi, & hujuſcemodi, *di queſta guiſa*, *di queſto maniera*, כזה, Ger. *ſolcherley*, Gal. *de ceste ſorte*, Hiſp. *deſta manera*, τοιοῦτος, nomina adjective, omnis generis, indeclinabilia, compoſita ex genitivis, *hujus*, & *hujuſce*, & *modi*, quæ pro talis, & tale uſurpantur. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 2. Nec miror, ſed mæreo caſum hujuſmodi. *Nepos* 20. 7. Id hujuſmodi erat. *Ter. Heaut.* 2. 3. 98. Hujuſmodi, obſecro, aliquod reperi.

Humane, adv. *umanamente*, Ger. *menſchlich*, Gal. *humainement*, *courtoiſement*, Hiſpan. *humana*, *y benignamente*, ἀνθρωπίνως, pro conditione, & forte humanæ naturæ, more humano. *Ter. Adelph.* 1. 2. 65. Vix humane patitur. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 27. Si qui forte aliquid fecerunt humanius, aut hilarius locuti ſunt. ¶ Item humaniter, benigne, comiter. *Cic. Att.* 12. *ep.* 44. Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me ſcripſiſſe, facile patior, fecit enim humane. *Petron. Satyr.* Ducem ſe itineris humaniſſime promiſit.

Humanitas, atis, f. 3. *umanità*, אנושות, Germ. *menſchheit*, Gall. *humanite*, Hiſp. *humanidad*, ἀνθρωπότης, natura humana, ſeu natura hominis. Sumitur pro illo affectu, qui propria hominis eſt erga hominem, & Græce φιλανθρωπία appellatur, quemadmodum civilitas erga cives eſt. Poteſt autem definiri neceſſitudo quædam nobiſcum ſimul genita, per univerſum diffuſa genus humanum, qua viciſſim ſe homines tuentur, opemque ferunt, hoc duntaxat nomine, quod homines ſunt, eademque corporis forma, eodem rationis lumine præditi. *Cicer. pro Quint.* Obſecravit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis &c. ut aliquando miſericordiam caperet aliquam, ſi non propinquitatis, at ætatis ſuæ, ſi non hominis, ut humanitatis rationem haberet. *Id. pro Roſc. Amer.* Magna eſt vis humanitatis, multum valet communio ſanguinis, natura ipſa. ¶ Ex hac humanitate communi oritur illa virtus, quæ & ipſa humanitas dicitur, qua benigni ſumus, comes, & faciles in eos, quibuſcum agimus, *benignità*, *bontà*. *Cic. pro Leg. Manil. cap.* 14. Humanitata tanta eſt, ut difficile dictu ſit, utrum hoſtes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an manſuetudinem victi dilexerint. *Plin. l.* 9. *ep.* 5. Humanitatis præcipua pars eſt, honeſtiſſimum quemque complecti &c. Et quia ad hanc virtutem præcipue facit animi cultura, literarum ſtudiis acquiſita, ideo ea ipſa ſtudia, & eruditio *humanitas* appellatur, *umanità*, *erudizione*. *Cic.* 2. *de Or.* Homo non hebet, neque inexercitatus, neque communium literarum, & politioris humanitatis expers. *Id.* 1. *de Orat.* In omni recto ſtudio, atque humanitate verſari. V. *Gell. l.* 14. *c.* 16. ¶ Pro ipſo hominum genere. *Minuc. Fel. in Octav.* Timorem omnem, quo humanitas regitur, ſuſtulerunt. *Senec. epiſt.* 65. Homines quidem pereunt, ipſa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet. Agit autem ibi *Seneca de Ideis*.

Humaniter, adverb. *umanamente*, φιλανθρώπως, more hominum. *Cic. Att. l.* 1. Sin aliter acciderit, humaniter feremus, ideſt æquo animo, honeſte, decenter, convenienter naturæ humanæ. ¶ Item urbane, cum humanitate. *Cicer. Mario, l.* 7. *Fam.* Docebo profecto, quid ſit humaniter vivere. V. *Humane*.

Humanitus, adverb. *da uomo*, ἀνθρωπίνως, more humano, ſecundum humanam conditionem, & ſortem. *Cic.* 1. *Phil. c.* 4. Si quid mihi humanitus accidiſſet, ideſt ſi mortuus eſſem. *Plin. l.* 10. *c.* 36. Urſi autem coirent humanitus ſtrati, h. e. ut homines ſolent. ¶ Item humaniter, benigne. *Ter. Heaut.* 1. 1. 47. Ubi rem reſcivi, cœpi, non humanitus, neque ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli, tractare. *Diomed. Grammat.* legebat *humaniter*.

Humanus, a, um, *umano*, אנושי, Germ. *menſchlich*, Gall. *humain*, Hiſp. *humano*, ἀνθρώπινος, quod eſt hominis, vel quod ad hominem ſpectat, ab *homo*. *Cic.* 4. *Verr.* Quod eſt aliud in illa provincia genus humanum? *Id. pro Roſc. Amer.* Eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, &c. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod ab hominis natura non abhorret, *da uomo*. *Ter. Adel.* 3. 4. 24. Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: humanum eſt. *Cic. in Verr.* 7. *c.* 44. Metum virgarum navarchus nobiliſſimæ civitatis pretio redemit? humanum. ¶ Item pro urbano, civili. *Cic.* 1 *de Or.* Aut a fera, agreſtique vita ad hunc humanum cultum, civilemque deducere. ¶ Item pro leni, miti, benigno, quem Græci φιλάνθρωπον dicunt, *Cic. de Sen.* Cæteris in rebus comis erga Lyſandrum, atque humanus fuit. Item pro culto, erudito. *Cic.* 4. *Verr. c.* 44. Hæc Scipio ille non intelligebat homo doctiſſimus, atque humaniſſimus: tu ſine ulla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine litteris intelligis & judicas. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 260. Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini eſt paulum modo humaniori ignotus. V. *Gell. l.* 13. *c.* 16. ¶ Humanus, ſubſtantivum, pro homine. *Varro*. Natura humanis omnia ſunt paria. *Lucr. l.* 3. *v.* 79. Et ſæpe uſque adeo mortis formidine, vitæ Percipit humanos odium, lucisque videndæ, Ut ſibi conſciſcant mœrenti pectore lethum.

Humatio, onis, f. *ſepoltura*, קבורה, Ger. *begrabnuſſ*, Gall. *enterrement*, Hiſp. *enterramiento*, ταφή, actus humandi. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 43. Totaque de ratione humationis unum tenendum eſt, ad corpus illam pertinere, ſive occiderit animus, ſive vigeat.

Humator, oris, m. qui humat, & ſepelit, *chi ſeppelliſce*. *Lucan. lib.* 7. *v.* 799. Pœnus humator Conſulis.

Humatus, a, um, *ſeppellito*, ταφείς, ſepultus, partic. ab *humo*. Primis Romanorum temporibus de iis tantum dicebatur, quibus poſt denicale ſacrum gleba injecta erat, poſtea de omnibus ſepultis dici cœpit. *Cicer.* 2. *de Leg. c.* 22. Quod nunc in omnibus ſepultis ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret. Adde *Plin. l.* 7. *c.* 54.

Humectatus, a, um, nom. ex particip. *umettato*, *bagnato*. *Silius l.* 8. *v.* 438. Itaque humectata Vulturnum Adria.

Humecto, as, a. 1. *bagnare*, *far umido*, רטוב, Germ. *naſſ machen*, Gall. *mouiller*, Hiſp. *humedecer*, *mojar*, βρέχω, humidum facio. *Virg. l.* 3. *Georg.* Qua niger humectat flaventia culta Galeſus. *Lucret. l.* 1. *v.* 918. Et lacrymis ſalſis humectent ora genaſque.

Humectus, a, um, *umido*, רטוב, Germ. *naſſ*, Gall. *humide*, Hiſp. *humedo*, humidus, ut Humectus locus. *Var.* 1. *de re ruſt. c.* 24. Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ſerunde, & arundinetum. *Apul. de Deo Socrat.* Aquæ humectiores humilius meant. *Macrob. Sat.* 7. *cap.* 6. Humectiſſimo corpore eſſe.

Humeo, es, ui, n. 2. *eſſer umido*, *bagnato*, רטב, Germ. *naſſ ſeyn*, Gall. *eſtre humide*, Hiſp. *ſer humedo*, ὑγρὸς εἶναι, νοτίζομαι, madidus ſum. *Ovid.* 10. *Met. v.* 509. Lacrymiſque cadentibus humet. *Plin. Paneg. c.* 30. Humentes terræ.

Humerale, lis, n. 3. humerorum tegumentum, ut tibiale, tegumentum tibiarum. *Paul. l.* 14. *Dig. de re milit.* Nam ſi tibiale, vel humerale miles alienavit.

Humeroſus, a, um, *chi ha larghe ſpalle*, εὐώμος, quod latos humeros habet, & tranſlata dicitur de loco alto. *Col. l.* 3. *c.* 10. Ut a prædictis locis, quos humeroſos ruſtici vocant.

Humerus, ri, m. 2. *omero*, *ſpalla*, שכם, Ger. *ſchulter*, Gal. *épaule*, Hiſp. *eſpalda*, *ombro*, ὦμος, pars illa corporis, a qua dependent brachia, a Græca voce a lata. *Cic. in Verr.* Ab humero pendebant ſagittæ. ¶ Dicitur etiam de bobus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid de bobus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata, cervices autem natæ ad jugum, tum vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda. ¶ Item de partibus illis in avibus, a quibus dependent alæ. *Col. l.* 8. *c.* 2. *de gallinaceis*. Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ per colla, cervicesque in humeros diffuſæ.

Humeſco, is, n. 3. *divenir umido*, רטב, Ger. *naſſ werden*, Gall. *devenir humide*, Hiſp. *humedecerſe*, ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι, humectus fio. *Virg.* 1. *Georg. v.* 111. Humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum, &c.

Humide, adverb. *umidamente*. *Plaut. Moſt.* 4. 1. 67. Hæc ſigna humide putrent. In quibuſdam MSS. legitur *humida*.

Humido, as, avi, atum, a. 1. humidum reddo. *Celſ. l.* 1. *c.* 3. Humidant autem corpus labor minor, quam ex conſuetudine, frequens balneum, cibus plenior, &c. Al. leg. *humidum autem corpus reddit labor*, &c.

Humidulus, a, um, *umidetto*, aliquantum humidus. Incerta valde lectio eſt in illo *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 629. Fallet, & humiduli quæ fiet acumine lini, &c. Certa autem in illo *Auſonii epigr.* 106. Humidulis ſpumas ſtringit utraque (*manu*) comis.

Humidus, a, um, o. 1. 2. *umido*, ὑγρὸς, quod humorem habet, ab *humor*. *Cic. in Verr.* Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco anguſto fieri. ¶ Item quod humorem inducit. *Virg.* 2. *Æn.* Et jam nox humida cœlo præcipitet. Habet & gradus. *Vitruv. l.* 8. *c.* 2. Auſter, & reliqui, qui a Solis curſu impetum faciunt, ſunt humidiſſimi. *Apul. lib.* 1. *dogm. Plat.* Guſtatus ſenſus humidioribus commodatus. ¶ Humida in plur. ſubſtantive pro mari dixit *Avien. in Arat. v.* 792.

Humifer, a, um, *umido*, νοτίζιμος, humorem efferens. *Cic.* 1. *de Div. c.* 9. *ex poeta:* Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum.

Humifico, as, a. 1. humecto, *far umido*. *Auſon. Idyll.* 8. *v.* 22. Sementem Notus humificet, ſit bruma nivalis.

Humificus, a, um, adject. humectans. *Plin. l.* 2. *c.* 101. Spiritus Lunæ humificus.

Humigatus, o. 1. 2. *bagnato*, *βεβρεγμένος*, humore perfuſus. *Apul. lib.* 1. *Flor.* Vel cæſpes libamine humigatus.

Humiliatio, onis, f. 3. *umiliazione*, *abbaſſamento*, ταπείνωσις, demiſſio, actus humiliandi. *Tert. adverſ. Hermog. c.* 7. & *de Patient. c.* 13.

Humiliatus, a, um, *abbaſſato*, *umiliato*, demiſſus. *Tertull. de orat. c.* 13. Publicanus non tantum prece, ſed & vultu humiliatus atque dejectus. *Sidon. lib.* 5. *ep.* 14. *ad fin.* Humiliatæ cervicem. ¶ Qui *Ciceroni* tribuunt, *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 47. fruſtra ſunt.

Humilifico, as, a. 1. idem quod humilio. *Tertull. de Pænit. c.* 9. Exomologeſis proſternendi & humilificandi diſciplina eſt.

Humilio, as, a. 1. *umiliare*, *abbaſſare*, ταπεινόω, humilem facio, abjectum, ac vilem. *Tertull. adverſ. Marcion. l.* 5. *c.* 20. Reſurget corpus noſtrum, quod humiliatur in paſſionibus. *Ammian. l.* 30. *cap.* 12. Ad humiliandum celſitudinem poteſtatis.

Humilis, e, o. 3. *umile*, *baſſo*, שפל, Germ. *nider*, Gal. *humble*, Hiſp. *humilde*, ταπεινὸς, quod eſt humi declive, quod a terra non alta tollitur, ab *humus*. *Cic. Tuſc.* 5. Arbores, & vites, & ea, quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt. ¶ Tranſlate pro vili & abjecto, & dicitur de animo, & de fortuna. *Cic.* 1. *Fin. cap.* 15. Succumbere doloribus, eoſque humili animo, imbecilliſque ferre, miſerum eſt. *Liv. l.* 3. *c.* 19. Humillimus homo de plebe. ¶ Uſurpatur etiam in bonam partem. *Cicer.* 1. *Inv. c.* 16. Humili, & ſupplice obſecratione utendum erat.

Humilitas, tis, f. 3. *umiltà*, *baſſezza*, שפלות, Germ. *nidere*, Gall. *baſſeſſe*, *humilite*, Hiſp. *vileza humildad*, ταπεινότης, qualitas contraria altitudini. *Cic.* 5. *Tuſc.* Septem alia ſuos quæque tenere curſus multum inter ſe aut altitudine, aut humilitate diſtantia. *Id.* 2. *de Nat. Deor. c.* 47. Humilitas animalium. V. *Humilio*. ¶ Tranſlate ponitur pro demiſſione, ignobilitate, paupertate. *Cic.* 1. *Offic.* Quorum prima ætas propter humilitatem, & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur. *Id.* 13. *Phil.* In autem humilitatem deſpicere audet cujuſquam, qui ex eadem ſuſtulerit liberum? Pro virtute Superbiæ oppoſita, qua quis de ſe demiſſe ſentit, Latini non uſurpant hanc vocem, ſed *modeſtiam*.

Humiliter, adv. *umilmente*, *baſſamente*, Ger. *nider*, Gall. *baſſement*, Hiſp. *baxa-*

humiliter, ταπεινῶς, demiſſe. *Liv. l.* 24. *c.* 25. Hæc natura multitudinis eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbe dominatur. *Plin. in Epiſt.* 24. *l.* 6. Aut tolluntur altiſſime, aut humillime deprimuntur. *Pallad. l.* 3. *c.* 13. In loco clivoſo humiliter rami arborum ſervandi ſunt.

Humiproſtratio. V. Humiſubatio.

Humo, as, a. 1. *ſeppellire, coprire di terra*, קבר, Ger. *begraben*, Gall. *enterrer*, Hiſp. *enterrar*, θάπτω, humo contego, ſepelio, ab *humus*. Olim dicebatur de iis ſolis, qui humo tegerentur. Sed poſtea pro ſepelire generatim uſurpari cœpit. *Cic.* 1. *Tuſc.* In terram enim cadentibus corporibus, hiſque humo tectis, ex quo dictum eſt humari, ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum. V. *Humatus*. ¶ Humare taleas apud *Colum. l.* 5. *c.* 9. eſt terræ mandare, *pangere*.

Humor, oris, m. 3. *umore, liquore*, לח, Ger. *feuchte*, Gall. *humeur*, Hiſp. *humor*, *ucio*, ὑγρότης, aqua, liquor, ab ὕω, *pluo*. *Varro l.* 4. *de L. L.* deducit ab *humus*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Et terrenis, marinisque humoribus longo intervallo extenuatis aluntur. *Virg.* 2. *Georg. verſ.* 143. Bacchi Maſſicus humor. ¶ *Humor corporis ſaccatus*, vocatur lotium a *Lucr. l.* 4. *v.* 1022. quod idem a *Plin. l.* 7. *c.* 51. dicitur *humor profundus*.

Humoróſus, a, um, idem quod humidus. *Colum. l.* 3. *c.* 10. & *Apulej. de herb. c.* 5.

Humus, i, f. 2. *terra*, אדמה, Germ. *derd*, Gall. *terre*, Hiſp. *tierra*, γῆ, terra. *Cic. de Leg. c.* 22. Quos humus injecta contegeret. ¶ Gen. *humi* fere de verbis quietis dicitur. *Cic.* 2. *de Or.* Hoc videtur eſſe altius, quam ut id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. ¶ Videtur etiam cum verbis motus ad locum conjungi. *Ovid.* 5. *Met.* Sternit humi juvenem. *Virg.* 1. *Æn. v.* 193. Quam ſeptem ingentia victor corpore fundat humi.

Hungaria, f. 1. *loc. Megiar*, Slavis *Vougerſka*, Germ. *Hungerland*, Gall. *Hongrie*, Hiſp. & Ital. *Ongaria*, Regnum Europæ ſatis amplum. Habet a Sept. Poloniam ſup. a qua ſeparatur Carpatho M. & Ruſſiam nigram, a Mer. Croatiam, Boſniam, & Serviam, a quibus ſecernitur Savo fl. ab Or. Tranſylvaniam, ab Occ. Moraviam, Auſtriam, & Stiriam. Nomen accepit ab Hunnis pop. Sarmatiæ in Regno Moſchorum. Danubio fl. in duas partes dividitur, Ciſdanubianam, & Tranſdanubianam. Ciſdanubiana Danubio ad Bor. & Savo ad Auſtr. terminatur, & complectitur utramque Pannoniam, ſuperiorem, & inferiorem. Tranſdanubiana Danubio ad Auſtr. & Carpatho M. ad Bor. continetur, & Jazyges Metanaſtas, & Daciæ partem inter Tibiſcum, & Mariſum fl. complectitur. Incolæ *Hungari*. Adject. poſſeſſ. *Hungaricus, a, um*.

Hunni, m. 2. Huni, Abares, Avares, Pop. Sarmatiæ, circa Mæotidem, qui inde egreſſi in Pannonias migrarunt, unde nomen Hungariæ. Eorum pars, Attila duce, in Italiam, & in Galliam venit. Sed cum ibi grandi clade affecti fuiſſent in Catalaunicis campis a Meroveo Francorum Rege, & Ætio Romanorum Duce, in Pannonias redire coacti ſunt.

Hurpex. V. Irpex.

H ANTE Y.

Hyacinthia, orum, n. 2. *ſacra in honorem Hyacinthi pueri*, a Laconibus trium dierum ſpatio celebrata. *Athen. l.* 4. *c.* 4. *Ovid.* 10. *Met. v.* 219.

Hyacinthĭnus, a, um, quod habet colorem hyacinthi. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 32. Cui circum humeros hyacinthina læna eſt.

Hyacinthizontes, m. 3. ὑακινθίζοντες, ſmaragdi, qui hyacinthi colorem imitantur. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hyacinthus, m. 2. *giacinto*, ὑάκινθος, genus violæ vernæ, colore obſcuræ purpuræ. A Romanis vaccinium appellatur, teſte *Dioſcoride*. Hoc violæ genus venis quibuſdam nigris eſt diſtinctum, ita diſcurrentibus lineis, ut duarum Græcarum literarum, α, & ι, figuram referant, quæ res Poetis duplici fabulæ occaſionem præbuit. Poetæ enim volunt huic flori a Hyacintho puero nomen inditum fuiſſe, & fabulantur, Apollinem, cum inter ludendum diſco imprudens Hyacinthum occidiſſet, e cruore ejus in terram effuſo produxiſſe ejuſdem nominis florem, ac ad gemitus ſuos teſtandos illi inſcripſiſſe *ai, ai, hei, hei*, quæ eſt interjectio dolentis. Fabulantur item, Ajacem in eundem florem eſſe converſum, cum ſe ipſe interemiſſet, indeque primam ejus nominis ſyllabam in hoc flore inveniri. *Ovid.* 10. & 13. *Met. Virg.* 3. *Ecl. Plin. l.* 21. *c.* 11. ¶ Hyacinthus etiam fem. 2. cum Græcis, tum Latinis gemmæ nomen eſt, ſic dictæ a colore floris hyacinthi. Nam huic gemmæ velut ex carbunculo quidem in purpura leviter roſeus color, & fulgor violaceus dilutus refulget. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Hyacinthi Indicæ.

Hyades, f. 3. ὑάδες, ſeptem filiæ Atlantis ex Æthra uxore, ſorores Hyantis, quarum hæc ſunt nomina, Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexauris, Pytho, Tyche. Hæ, cum fratrem a leone interemptum lugerent, magnitudine doloris extabuerunt. Jupiter miſeratione motus in ſtellas convertit, & in capite Tauri collocavit. Ut autem perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimonium, a fratris nomine Hyades ſunt appellatæ. *Ovid.* 5. *Faſt.* Sed *Euſtathius* in Iliad. Σ hanc opinionem rejicit. Alii dicunt, has ſtellas olim fuiſſe Nymphas Dodonidas, ex Dodona urbe Epiri, Bacchi nutrices, quæ, cum Junonis iram vererentur, fugerentque Lycurgi ſævitiam, a Jove in cœlum tranſlatæ ſunt. Denique multis dictæ creduntur ab ὕειν, pluere. *Cic. de nat. Deor. Ovid.* 5. *Faſt. v.* 165. *Plin. l.* 2. *c.* 39. & *l.* 18 *c.* 26. Hempe ſidus hoc vehemens eſt, & terra, marique turbidum, tamque in ortu ſuo, quam in occaſu, tempeſtates, largoſque imbres concitat. A Latinis Suculæ appellantur, & Hœdi. Diverſæ ſunt a Plejadibus. Nam Plejades fuere filiæ Atlantis ex Plejone Nympha, & harum nomina ſunt, Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Aſterope, Taygete, Merope. *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 3. Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.

Hyæna, f. 1. *iena*, animal in genere luporum, quod colore lupi eſt, ſed magis hirtum, jubamque habet toto tergo perpetuam, inſtar equi, ſed duriore ſeta, quo porcum refert, ab ὗς, *porca*, propter duritiem ſetarum. Narrant, hyænam utriuſque eſſe naturæ, & alternis annis marem, alternis fœminam fieri. Parere ſine mare vulgus credit, Ariſtoteles negat. Fera eſt, & crudelis, ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimilat, nomenque alicujus addiſcit, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitatur ad ſollicitandos canes, quos invadet. *Ariſt. l.* 2. *Hiſt. Anim. c.* 32. & *l.* 8. *c.* 5. *Ovid.* 15. *Met. Plin. l.* 8. *c.* 30. ¶ Eſt & hyæna piſcis vaſto corpore, ſic dictus, quia hyænæ terreſtri ſimilis eſt. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Hyænia, æ, f. vel hyænium, ii, n. lapis, qui in oculis hyænæ invenitur. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hyalĭnus, a, um, viridis, ab hyalus. *Fulgent.* 1. *Mythol.* Hyalinæ ſphæræ cavitas.

Hyaliſos, V. Jalyſus.

Hyălus, m. 2. *vetro*, ὕαλος, vitrum, ab ὕω, *pluo*, quod aquæ pluviæ habeat colorem. Hinc color hyali dicitur color viridis. *Virgil.* 4. *Georg.* Mileſia vellera nymphæ carpebant hyali ſaturo fucata colore. Ita *Ser.*

Hyampŏlis, is, f. *Jampoli*, urbs Phocidis prope Bœotiam. *Plin. l.* 4. *c.* 7. *Stat.* 7. *Theb. v.* 345. Et valles, Lebadea, tuas, & Hyampolin, &c.

Hyantes, m. 3. ſeu Hyantiæ, m. 1. pop. Bœotiæ, quorum urbs Hyantia, ab Hyante Rege. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Hyantēus, vel Hyantius, a, um, adject. Bœotius. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 147. Participes operum compellat Hyantius ore. Ubi Actæonem intelligit Cadmi Bœotiæ regis filium. *Id. l.* 8. *Metam. v.* 310. Cumque Pheretiade, & Hyanteo Jolao.

Hyas, antis, maſc. 3. Atlantis fil. ex Æthra uxore, qui a leone devoratus eſt. *Ovid.* 5. *Faſt.* ¶ Fuit etiam Bœotiæ Rex, a quo Bœoti Hyantes vocati. *Strab. l.* 7. ¶ Denique *Hyas*, f. apud *Stat. l.* 1. *ſilv. ult. v.* 22. eſt una ex Hyadibus. V. *Hyades*.

Hybernus, V. Hibernus.

Hybla minor, opp. exc. Siciliæ, in monte cognom. dictum ab Hyblone Rege, conditum a Doricnſibus, ubi nunc locus *Judice*, inter Catinam, & Centuripas thymo, & melle memorabile, ubi ingens falcium copia. Vel eſt *Meliſſi*, ſeu *Meliſſi*, a Megara urbe exc. apud Auguſtam 4. M. P. Vel eſt ipſa Megara, quæ teſte Thucydide Hybla prius, & Megara poſtea dicta eſt. Hybla major, *Avola*, opp. Siciliæ, apud Netum, inter illud, & Regusium oppid. ¶ Hybla parva, opp. exc. Siciliæ, in finibus Gelenſium, inter Claromontum, & Buterium opp. non longe a Buterio. Pop. *Hyblæi*, vel *Hyblenſes*, ſeu *Hyblenſes*. Sed alias Hybla minor eſt Herea, nunc *Raguſa*, in valle Neetina. ¶ Hybla major eſt *Paterno*, ad radices Ætnæ M. prope Simethum fl. Hybla parva eſt Megara, in ora Or. ad oſt. Allebi fl. inter Auguſtam ad Bor. & Syracuſas ad Auſtr. ¶ In recto caſu dicitur etiam *Hyble* Græca poſitione. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 150.

Hyblæus, a, um, a. 1. c. quod ſpectat ad Hyblam urb. vel montem, ut Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte, ubi thymi copia eſt, paſcuntur. *Virg.* 1. *Ecl.* Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

Hybrida, V. Ibrida.

Hybris, idis, V. Ibrida.

Hyccara, f. 1. *Carbolangi, Garbolangi, Cariní*, urbs olim Siciliæ, condita a Sicanis, nunc everſa, ubi hodie Carinum, inter Panormum, & Elymam.

Hydaſpes, is, maſc. flur. Indiæ in Regno Pori, inter Indum, & Aceſinem medius, qui poſtea cum aliis in Indum ſe exonerat. *Lucan. l.* 8. *v.* 227. vocat Hydaſpem Nyſæum, quia Nyſam urbem alluit. *Horat. l.* 1. *od.* 22. fabuloſum appellat, quod multa de eo fabuloſa dicebantur. ¶ Eſt etiam hoc nomine fl. Perſiæ, ſeu Mediæ, cui *Virg.* 4. *Georg. v.* 211. & *Curtio l.* 4. *c.* 5. fides habenda eſt. Fortaſſe, cum fabuloſum Hydaſpen dixit *Horatius*, eo reſpexit, quod nihil certi de hoc fluvio illis temporibus eſſet. Geographi putant Choaſpen eſſe, de quo hi Auctores loquuntur, eoſque falſos ſimilitudine nominis unum pro alio uſurpaſſe.

Hydaſpēus, a, um, adjective. ad Hydaſpen pertinens. *Claud. de III. Conſ. Honor. v.* 4. Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.

Hydĕros, m. 2. ὕδερος, hydrops, genus morbi, cum cutis aqua diſtenditur. *Cel.* Sed vox græca eſt, & græce ſcribenda.

Hydra, f. 1. vel hydrus, m. 2. *idra*, ὕδρα, ὕδρος, natrix, anguis genus in aqua vivens, ab ὕδωρ, *aqua*. *Plin. l.* 29. *c.* 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua vivit, hydri vocantur, nullis ſerpentium inferiores veneno. ¶ Hydra Lernæa apud Poetas ſerpens fuit ſeptem capitibus in Lerna palude, cum qua Hercules pugnavit, quæ, cum Hercules ei unum caput abſcidiſſet, continuo aliis ſeptem augebatur, tandem ferro, & igne victa, & interfecta eſt, adhibito Jolao, qui inciſam cervicem ardente face e veſtigio inureret. Alio nomine Excetra dicta eſt, quod uno cæſo capite, tria, ſeu, ut dicimus, ſeptem, ideſt, multa excreſcebant. *Iſid. l.* 11. *Orig. c.* 3. *Serv. in* 6. *Æn. Ovid.* 9. *Met. v.* 69. Sed ſecundum Hiſtoricos conſtat, Hydram paludem fuiſſe in Lerna Argivorum regione aquas evomentem, quæ vaſtabant agros vicinarum urbium, in qua uno meatu clauſo, multi erumpebant. Hercules igitur avertit in alias partes flumina, quæ in paludem excurrebant, atque ita paludem exſiccavit. ¶ Hydræ imago in Cœlum tranſlata eſt, & quadragintaduobus ſideribus conſtat. *Plato in Euthydemo* ſcripſit, Hydram fuiſſe calidiſſimam Sophiſtriam, cui propter ſapientiam pro uno ſermonis capite amputato multa repullulabant, ſeu quæ ita quæſtiones ſolebat proponere, ut uno ſoluto dubio multa ſubnaſcerentur. ¶ *Hydram ſecare*, ὕδραν τέμνειν, prov. Græcum eſt, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in ejus locum alia plura recipias.

Hydragogia, æ, fem. aquæ deductio in aliquem locum. *Varr.* apud *Non. cap.* 3. *num.* 174.

Hydrargyrum, i, n. *argento vivo*, ὑδράργυρον, ſeu ὑδράργυρος, aqua argentea, genus metalli, ab ἄργυρος, *argentum*, & ὕδωρ, *aqua*, quia colore quidem eſt argenteo, nec tamen ut argentum uno loco conſiſtit, ſed aquæ inſtar diffluit. Interdum hydrargyrum preſſius ſumitur pro factitio, non pro nativo argento vivo; ſed utrique eadem natura, & facultas ineſt. *Plin. lib.* 33. *cap.* 3. Æs inaurari argento vivo, aut hydrargyro legitimum erat.

Hydraula, æ, idem ac hydraulus. *Vitruv. l.* 10. *c.* 10. Eadem ratione verſantur hydraulæ. At *Salmaſ. in Solin.* legit *Hydromylæ*. h. e. molæ, quæ vi aquæ rotantur.

Hydraules, vel Hydraula, æ, maſc. 1. *organiſta*, peritus organi hydraulici pulſandi. *Suet. Ner. cap.* 54. Voverat, proditurum ſe etiam hydraulam, & choraulam, &c.

Hydraulĭcus, a, um, quod ad hydraulum ſpectat. *Plin. l.* 7. *c.* 37. Laudatur Cteſibius pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Adde *Suet. Ner. c.* 41. ¶ Hydraulicæ machinæ dicuntur, quibus aqua per fiſtulas exprimitur, & in ſublime pellitur. Hæ partim fiunt ad aquarum ludos faciendos, partim ad Hydromylas verſandas, partim ad excitandas in muſicis organis harmonias, ad horologiorum motus, &c. De his V. *Vitruv. l.* 9. & 10. & *Turneb. l.* 1. *c.* 22.

Hydraulus, m. 2. ὕδραυλις, ſeu ὕδραυλος, *organo*, inſtrumentum muſicum aquæ decurſu ſonum reddens, ab ὕδωρ, *aqua*, & αὐλός, *tibia*. Simile eſt ei, quod nunc appellatur organum, niſi quod hujus fiſtulæ ventis ſolum inflantur, in hydraulicis aquæ decurſu ſonus redditur. *Plin. l.* 9. *c.* 8. *de delphino*. Mulcetur ſymphoniæ cantu, & præcipue hydrauli ſono. ¶ Item inſtrumentum extrahendæ a profundo aquæ idoneum. *Vitr. l.* 10. *c.* 13.

Hydræum, i, n. idem ac hydreuma, apud *Solin.* & *Plin. l.* 6. *c.* 23. Vide *Salmaſ. in Exercit. Plin. pag.* 1183.

Hydreuma, atis, n. 3. ὕδρευμα, aquationum ratione diſpoſita manſio, ab ὑδρεύειν, *aquari*. *Plin. l.* 6. *c.* 23. A Copto camelis itur, aquationum ratione manſionibus diſpoſitis: prima appellatur hydreuma XXXIIM. ſecunda in monte diei itinere.

Hydria, f. 1. *urna d'acqua*, כד, Germ. *ein waſſer krug*, Gal. *cruche*, Hiſp. *tinaja*, *bibrea*, ὑδρία, aqualis, ideſt, vas aquarium, urna, ab ὕδωρ, *aqua*. *Cic.* 4. *Ver. c.* 19. Dicebant, ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretioſam veſtem ſtragulam, multa mancipia pretioſa Verri data eſſe.

Hydrīnus, a, um, adject. ab hydra, vel hydro, ut hydrina vulnera. *Prudent. Periſteph.* 14. *v.* 185. Hydrina vulnera.

Hydrius, ii, m. aquarius. Hydrus puer eſt Aquarius, cœleſte ſidus. *Prudent. Apotheoſ. v.* 822.

Hydrocēle, f. 1. ὑδροκήλη, hernia aquoſa, cum ſcilicet aqua in ſcroto colligitur, ſeu, ut alii definiunt, cum in alterum e teſtibus humor confluit, ab ὕδωρ, *aqua*, & κήλη, quod ſpeciatim ſcroti tumorem ſignificat. *Voſſiu. ra-*

micem

Digitized by Google

micem appellat. Alii ſpeciem herniæ faciunt, non ramicis. *Mart. l.* 12. *epigr.* 84. Diceoteu tumidas in hydroceelas.

Hydrocelicus, a, um, ὑδροκηλικός, qui hydrocele laborat. *Plin. l.* 30. *c.* 8. Hydrocelicis ſtelliones mire prodeſſe tradunt.

Hydrochôus, m. 2. ὑδροχόος, Aquarius, ſeu Ganymedes, ſignum cœleſte, ab ὕδωρ, *aqua*, & χέω, *fundo*, quia in menſa Deorum miſcendæ nectari aquæ præpoſitus fuiſſe fingitur. Vox Græca eſt, & Græce ſcribenda.

Hydrogarâtus, *a*, um, adject. hydrogaro conditus, ut iſicia hydrogarata, apud *Apic. l.* 2. *c.* 2.

Hydrogărum, i, n. genus liquaminis inter cupedias Veterum. *Lamprid. Heliogab. c.* 29. Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit.

Hydrolapăthum, n. 2. ὑδρολάπαθον, lapathi genus, quod in aqua naſcitur. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Hydromantia, f. 1. ὑδρομαντεία, divinatio, quæ fit per aquam. *Auguſt. l.* 7. *de Civ.* ſcribit, Numam Pompilium hydromantiam feciſſe, ut videret imagines Deorum, vel ludificationes Dæmonum, a quibus audiret, quid in ſacris conſtituere, atque obſervare deberet. Quod genus divinationis *Varro* a Perſis dicit illatum, quo & ipſum Numam, & Pythagoram Philoſophum fuiſſe uſum commemorat. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. *Iſidorus* legit *necromantia*.

Hydromĕli, n. 3. *acqua mellata*, ὑδρόμελι, aquæ mulſæ genus, ex imbre puriſſimo, & melle temperatum, & jam vetuſtate vini ſaporem referens, ab ὕδωρ, *aqua*, & μέλι, *mel*. Nam quod recens eſt, & ad præſentem uſum confectum, melicraton potius nominatur, a μέλι, *mel*, & κεράννυμι, *miſceo*. *Plin. l.* 14. *c.* 17. & *l.* 31. *c.* 6. *Col. l.* 12. *c.* 12.

Hydromyla, æ, f. 1. V. Hydraula.

Hydrophobia, f. 1. ὑδροφοβία, aquæ fuga, miſerrimum genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti, & aquæ metu cruciatur, quod ſolet accidere iis, qui a rabido cane fuerint morſi, ab ὕδωρ, *aqua*, & φόβος, *timor*. *Cæl. Aurel. l.* 3. *c.* 9. 10. 11. & 10. Hydrophobiam ſignat *Ovid. de Pont. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 23. Solvere nodoſam neſcit medicina podagram, nec formidatis auxiliatur aquis.

Hydrophŏbi, m. 2. ὑδροφόβοι, aquafugæ, ægri, quos canis rabidus momorderit, qui aquam expaveſcunt, a φοβέομαι, *timeo*, & ὕδωρ, *aqua*. *Plin. l.* 13. *c.* 5. Eſt limus ſalivæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur.

Hydrophobicus, a, um, adject. ut Hydrophobica paſſio, apud *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 8. V. Hydrophobia.

Hydropĭcus, a, um, *idropico*, ὑδρωπικός, qui hydrope laborat. *Hor. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 34. Si noles ſanus, curres hydropicus. ¶ Secundam ſyllabam in hac voce corripuit *Æmil. Macer c. de Allio*; non imitandus.

Hydropiſis, is, f. 3. idem ac hydrops. *Plin. l.* 20. *c.* 1. Si & contra phthiriaſim bibitur, & hydropiſim.

Hydrops, opis, m. 3. *idropiſia*, Ger. *die waſſerſucht*, Gal. *hydropiſie*. Hiſp. *hidropeſia*, ὕδρωψ, ωπος, genus morbi, quo aqua præter naturam ſub cute naſcitur, qua corpus turgeſcit, ab ὕδωρ, *aqua*, & ὤψ, *facies*. *Hor. l.* 2. *Carm. od.* 2. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi fugerit venis. *Celſ. l.* 3. *c.* 21. Ea quartana in hydropa decidere. *Æmil. Macer l.* 5. *c.* 19. Cum mulſa potus purgando reſolvit hydropem. ¶ Hujus tria ſunt genera, quæ V. apud *Celſ. l.* 3. *c.* 21.

Hydruntum, i, n. 2. Hydrus, untis, m. 3. *Otranto*, urbs A. Salentinorum, in R. Neap. in ora maris Hadriatici, permunita, cum caſtro, & portu capaci. *Cic.* 15. *Att. ep.* 21. *Plin. l.* 3. *c.* 11. ¶ Hinc adject. Hydruntinus.

Hydrus, V. Hydra.

Hyems cum derivat. V. Hiems.

Hygēa, vel Hygia, æ, ὑγεία, filia Æſculapii, ſanitatis Dea. *Plin. l.* 34. *c.* 8. & *l.* 35. *c.* 11. *Mart. l.* 11. *epigr.* 61. Quod ſanare Criton, non quod Hygia poteſt.

Hyginus, i, (C. Julius) libertus Auguſti, a quo advectus Romam præfuit Bibliothecæ Palatinæ. Multa ſcripſit, e quibus ſuperſunt Fabulæ, & Poetica Aſtronomica. Sunt tamen, qui Auguſti ætate indigna ea ſcripta putant propter ſtyli inelegantiam, ideoque alteri tribuunt Hygino, qui circa Antoninorum ætatem floruerit. ¶ Alter Hyginus ſcripſit de Limitibus conſtituendis, ſub Trajani imperio.

Hygremplaſtra, n. 2. emplaſtra liquida. *Plin. l.* 34. *c.* 15.

Hyla, vel Hylas, æ, m. 1. ὕλας, fil. Theodamantis, comes fuit Herculis, cui in finibus Joniis amiſſo quotannis ſacra inſtituit, in quibus crebro ejus nomen appellabatur. Quo reſpexit *Virgil.* illo *Ecl.* 6. *v.* 44. Ut litus Hyla Hyla omne ſonaret. V. ibi *Serv.* & *Propert. lib.* 1. *el.* 20. Fabulati ſunt Poetæ, eum a Nymphis pulchritudine ejus captis raptum, dum in Aſcanio flumine urna aquam hauriret. *Juvenal. Sat.* 1. Et multum quæſitus Hylas, urnamque ſecutus.

Hyllus, m. 2. ſimplici *l*, filius Herculis ex Dejanira, qui Jolen patre mortuo uxorem duxit. *Ovid. l.* 9. *Met.* Hic poſtea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule ſuperſtites fuerunt, ab Euryſtheo pulſus, Athenas confugit, ibique Miſericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & acceptum ab Athenienſibus beneficii teſtimonium, & miſeris in poſterum aſylum eſſet, & perfugium.

Hymen, enis, vel hymenæus, i, ὑμήν, vel ὑμέναιος, carmen nuptiale, hymnus virginalium nuptiarum, a præt. ὕμαι verbi ὕω, ſeu ὕδω, *cano*, vel ab Æolico ὑμάναιν, *una habita*. *Stat. l.* 2. *Sylv. ult. v.* 87. Et veſtros Hymenæon enis poſtes Feſtis cantibus ipſa perſonabo. ¶ Item, apud Græcos, membrana, qua fœtus involvitur, ſed ſpeciatim eugium, ſeu membranula in inguine muliebri, quæ clauſtrum virginitatis eſt. Aliqui volunt, hanc eſſe primam hujus vocis notionem, & inde carmen nuptiale, & Deum nuptiarum præſidem appellatum a veteribus fuiſſe. ¶ Item Hymen, vel Hymenæus, vel conjunctim Hymen Hymenæus Deus nuptiarum præſes habitus fuit, ut dictum eſt. Hunc aliqui Liberi, & Veneris filium fuiſſe volunt, alii Apollinis, & Calliopes, alii Uraniæ, alii Clius: primum certas inſtituiſſe nuptias, eoque hunc ei honorem habitum, ut in virginalibus nuptiis memoria ejus celebraretur. Alii virum fortem Atticum dicunt fuiſſe, qui raptas a prædonibus virgines, oppreſſis latronibus, parentibus intactas reſtituit. *Donat. ad Adelph. a.* 5. *ſc.* 7. Vel qui inter bella ſæviſſima virgines liberaverit. *Serv. in* 2. *Æn.* Hanc ob cauſam in nuptiis traductus e Græcis, eorumque imitatione a Latinis ejus numen ſolitum fuiſſe invocari, quaſi liberatoria virginitatis, ut Romani in nuptiis virginalibus invocabant Talaſſum, ſeu Talaſſium, ſeu Talaſſionem. *Plut. in Quæſt. Rom. probl.* 31. *Serv. in* 1. *Æn.* Sed *Sigonio* referente *l.* 1. *de ant. jure C. R. c.* 9. apud Romanos, cum ſponſa duceretur, omnes, reſpondentibus viciſſim pueris, puellisque, clara voce conclamabant, *Hymen, o Hymenæe*, ingrediente vero ſponſa mariti ædium limen, *Talaſſio* magna voce clamabatur, quod in rapto Sabinarum ea vox celebrata virginem præſtantiſſima forma ab impetu aliorum defendiſſet. *Catul. Carm.* 62. Hymen o Hymenæe, Hymen ades o Hymenæe. ¶ Metonymice Hymenæus, vel Hymen uſurpatur pro ipſis nuptiis. *Virg. Æn.* 1. *v.* 651. Pergama cum peteret, inconceſſoſque Hymenæos. ¶ De Hymenæo varias fabulas tradit *Serv. in Virg. Ecl.* 8. & *in* 4. *Æn.*

Hymenēius, a, um, ad Hymenæum pertinens, ut Hymeneia lex. *Martian. Capell. l.* 7.

Himettius, a, um, ὑμήττιος, ex Hymetto monte. *Plin. l.* 36. *c.* 3. L. Craſſus Orator primus peregrini marmoris columnas habuit Himettias. Ideſt ex Hymetto monte exciſas. Adde *Horat. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 13.

Hymettus, m. 2. Cecropias, *Imetto*, *Monte di Settimo*, mons Atticæ, Athenis proximus, melle abundans. *Mart. l.* 7. *epigr.* 87. Paſcat & Hyblæos, paſcat Hymettus apes.

Hymnidĭcus, a, um, adject. hymnos canens. *Alcim. carm.* 178. Hymnidicæ laudes. ¶ *Jul. Firm. l.* 8. *c.* 23. habet *Hymnodicus*.

Hymnĭfer, a, um, qui hymnos componit, ſeu cantat. *Ovid.* 11. *Met. v.* 58. Et hymniferos inhiat divellere vultus.

Hymnio, is, n. 4. ὑμνέω, hymnos cano. *Prudent. paſſ. Calagur. ſub fin.* State nunc, hymnita, matres, pro receptis parvulis.

Hymnolŏgus, i, m. laudator, hymnis celebrans. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 6. Sive templorum conditores, aut hymnologos.

Hymnus, m. 2. *lode*, ־ומזמ, Ger. *lobgeſang*, Gall. *hymne*, Hiſp. *himno*, ὕμνος, proprie eſt canticum in Deum, ſed ſimpliciter pro cantico, & laude accipitur, ab ὕδω, *cano*, *celebro*. *Prudent. præfat. Cathemer. v.* 37. Hymnis continuet dies, Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat. Exemplum autem ex *Martial. lib.* 10. *epigr.* 76. quod affertur a quibuſdam Lexicographis, non facit ad rem, quia *Hymnus* eſt nomen proprium pueri cujuſdam.

Hyoſciamĭnus, *a*, um, quod eſt ex hyoſciamo, ut Oleum hyoſciaminum, quod ex hyoſciamo decoquitur. *Plin. l.* 23. *c.* 4.

Hyoſciamus, m. 2. *juſquiamo*, *giuſquiamo*, ὑοσκύαμος, genus herbæ, quam vulgus juſquiamum, & fabam porcinam, Latini Altercum, vel Apollinarem vocant. *Col. l.* 7. *Plin. l.* 20. *c.* 17.

Hyoſiris, f. 3. herba intubo ſimilis, ſed minor, & tactu aſperior, quæ contuſa vulneribus præclare medetur. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Hypæpa, f. 1. Hypæpæ, *Ipepo*, urbs Lydiæ, Thiatiræ proxima, inter Tmolum M. & Cayſtrum fl. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 153.

Hypæthrus, *a*, um, adject. *ſcoperto*, ὕπαιθρος, ſub dio poſitus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. Jovi, Fulguri, & Cœlo, Soli, & Lunæ ædificia ſub dio, hypæthraque conſtituuntur. *Id. l.* 5. *c.* 9. Hypæthræ ambulationes.

Hypallage, f. 1. ὑπαλλαγή, ſuppoſitio, ſubmutatio, cum unum pro altero ſubjicitur, ſeu cum aliquid præpoſtere effertur, ut *Agere pro pavi*, aut contra. *Trade rati ventos*, pro *Trade ventis ratem*. V. Grammaticos.

Hypalus, ſeu Hippalus, m. 2. ventus inter Favonios, ſeu Zephyros certo anni tempore ſpirans, ita appellatus a navigantibus in mari Indico voce Arabica, vel ab ejuſdem nominis gubernatore. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Hypănis, is, m. flu. Poloniæ, qui a Podolia in Boryſthenem, & mox in Euxinum Pontem influit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 370. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 39.

Hypăte, es, ὑπάτη, ſumma chorda in fidibus, quæ acutiſſimum ſonum reddit. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4.

Hypelates, m. 1. lauri ſpecies, al. daphne, carpophyllum, laurus Alexandrina. *Plin. l.* 15. *c. ult.*

Hypenemia ova, ὠὰ ὑπηνέμια, ova irrita, & ventoſa, ex quibus nihil gignitur, al. zephyria, ab ὑπό, *ſub*, *ſubter*, & ἄνεμος, *ventus*. *Plin. l.* 10. *cap.* 60.

Hyperbăſis, is, f. ὑπέρβασις, &

Hyperbăton, i. ὑπερβατόν, tranſgreſſio, Figura Grammaticalis, & Rhetorica, per quam partes orationis, neglecta ſimplici, & vulgari diſpoſitione, varie, & artificioſe inter ſe commutantur, aliis in locum aliarum abeuntibus, ab ὑπερβαίνω, *tranſgredior*. Oratio enim eſt *aſpera*, & dura, vel ſaltem diſſoluta, & hians, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur. *Quinct. l.* 8. *c.* 6. *Auct. ad Her. l.* 4. Plures habet ſpecies, quas vide ſuis locis.

Hyperbŏle, es, f. 1. ὑπερβολή, exuperantia, exceſſus, ab ὑπερβάλλω, *excello*, *ſupero*. Speciatim eſt Tropus, qui a Cicerone dicitur *Superlatio*, a Quinctiliano *Superjectio*, quo aliqua res præter veritatem augetur, vel minuitur. *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 23. In hoc omnis hyperbola excedit, ut ad verum mendacio veniat. *Id. ibid.* paulo poſt *hyperbola* dixit in recto caſu.

Hyperbŏrĕi, m. 2. pop. Sarmatiæ, ubi nunc *Petzora*, prov. in parte Sept. Moſchoviæ, verſus Vveigatium fretum, & Obyum fl. V. *Macrob. l.* 2. *de ſomn. Scip. c.* 7. & *Feſt.*

Hyperbŏrĕus, a, um, adject. *Settentrionale*, ὑπερβόρεος, ut Montes hyperborei, glacies hyperborea. *Virg.* 4. *Georg. v.* 517.

Hypercatalecticus verſus, ὑπερκατάληκτος μέτρον, eſt, in quo ſyllaba, vel pes redundat, ut in illo *Virg.* 1. *Æn.* O qui res hominumque, Deorumque. V. *Grammaticos*.

Hyperĭcon, *Erba di S. Giovanni*, herba odore reſinam redolens. *Plin. l.* 26. *cap.* 8. & 10.

Hyperides, idis, ὑπερείδης, unus ex præcipuis Oratoribus Athenienſibus, qui ab Antipatro interfectus eſt. *Plutarch. in Demoſt.* & *Suid.*

Hyperion, onis, m. 3. ὑπερίων, filius Titani, & Terræ, nepos Cœli, pater Solis, & Lunæ, ab ὑπέρ, *ſuper*, & ἰών, *gradiens*, quod vir præſtantiſſimus fuerit. Diodorus ſcribit, Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cœli filium, qui Solis, & Lunæ, aliorumque aſtrorum motus, horaſque primum ſumma cura, obſervationeque a ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit, ideoque horum parentem nominatum eſſe, veluti ipſorum naturæ contemplatorem. ¶ Accipitur etiam pro Sole, quod ſupra nos graditur. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 385. Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

Hyperionius, *a*, um, adject. ad Hyperionem, ſeu Solem pertinens. *Sil. l.* 15. *v.* 214. Jamque Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens. *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 34. Hyperionius currus.

Hypermĕter, & Hypermetrus, m. 2. verſus idem, vel prope idem ac hypercatalecticus, abundans una ſyllaba, quæ plerumque a prima ſyllaba ſubſequentis verſus abſumitur, ut in illo *Virg.* 1. *Georg.* Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem, & foliis undam.

Hypermneſtra, æ, una ex quinquaginta Danai filiis, quæ ſororibus ſuis prima nuptiarum nocte maritos ſuos occidentibus, uni Lino ſponſo ſuo pepercit. V. *Danaus*.

Hyperŏcha, æ, f. ὑπεροχή, exuperantia, exceſſus. In *Pandect. Flor. leg. penult. Dig. qui potior. in pign.* Aliæ editiones habent *hypotheca*.

Hyperthĕſis, tranſpoſitio literæ, figura apud Grammaticos.

Hyperthyria. idis, f. 3. ὑπερθυρίς, &

Hyperthyrum, i, n. 2. *ſoprafrontale*, ὑπέρθυρον, pars ſuperior oſtii, q. d. ſuperportale, ſeu *fregium*, ut barbari loquuntur, quod ſuper cymatium oſtii ponitur. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Supra cymatium collocandum eſt hyperthyrum. & *infra*: in Doricis hyperthyridibus. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Hyphĕar, atos, ὕφεαρ, viſci genus in abiete, larice, & quercu naſcens. *Plin. l.* 16. *c. ult.*

Hyphen, n. 3. ὑφέν, q. d. ſubunio, cum duæ dictiones proferuntur ſub uno accentu, ab ὑπό, *ſub*, & ἕν, *unum*. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primam ſequentis ſubducta. *Virg.* 1. *Æn.* Neque enim ignari ſumus ante malorum. Ubi *Serv.* Antemalorum ὑφέν eſt.

Hypnales, f. 3. ὑπναλίς, aſpidum, ab ὕπνος, *ſomnus*, quia morſu ſomnum inducunt. Cleopatra, teſte *Solino*, *c.* 40. hypnalem aſpida adhibuit ad morſum, ut ita ſomno extingueretur.

Hypnŏ-

Hypnoticus, a, um, adject. *ſonnifero*, ſomnum concilians. *Theod. Priſcian. l. 2. c. 31.* Hypnotica ſufficienter conveniunt.

Hypobrychium, ii, n. 2. ὑποβρύχιον, vorago in aqua, vel mari, devorans & exſorbens homines, & navigia, a βρύχω, *devoro*. *Tertul. de Idol. cap. ult.* Irreſpirabile devoratis hypobrychium in idololatria.

Hypocauſis, is, f. ὑπόκαυσις, idem ac hypocauſtum. *Vitruv. l. 5. cap. 10.* Teſtudines alveolorum ex communi hypocauſi calefacientur.

Hypocauſtum, ſti, n. 2. *ſtuffa*, *fornello*, ὑπόκαυστον, vaporarium, locus in thermis concameratus, & fornicatus, qui igne caleſit, quaſi ſubaccenſum, ab ὑπὸ, *ſub*, & καίω, ſive καύω, *accendo*. Iovemum fuit præcipuos ad ſudandum. *Cic. ad Q. Fr.* In balneariis hypocauſta in alterum apodyterii angulum promovi. *Plin. lib. 2. ep. 17.* Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet.

Hypochondrium, n. 2. ὑποχόνδριον, ea pars corporis quæ ſub coſtis nothis, ſeu ſpuriis ad ilia uſque utrinque protenditur, non ſolum muſculos, ſed & interna viſcera comprehendens, ab ὑπὸ *ſub*, & χόνδρος, *cartilago*, quaſi ſubcartilagium, quia ſub cartilagine conſiſtit. Dividitur in dextrum, & ſiniſtrum. Sed hypochondrion ſimpliciter ſumptum per excellentiam pro dextro accipitur. A Latinis hæc hypochondria dicuntur præcordia. *Plin. lib. 30. cap. 3.* Præcordia vocamus uno nomine exta in homine: Græci, quoniam ſub chondro, hoc eſt, cartilagine ſunt, hypochondria vocant. ¶ Hinc hypochondriacus morbus, de quo V. *Medicos*.

Hypochyſis, is, f. ὑπόχυσις, morbus oculorum, qui *ſuffuſio* Latine a *Celſo l. 6. c. 6.* appellatur. *Plin. l. 25. c. 12.*

Hypociſthis, idis, f. ὑποκιστίς, herba eſt ſub ciſtho naſcens (unde & nomen) duorum generum, candida, & rufa, malo granato immaturo ſimilis. *Plin. l. 24. c. 10. ad fin.* & *l. 26. c. 8.* item *l. 28. c. 16.* ubi in quarto caſu *hypociſthida* habet, & *c. 11. a med.* ubi hypociſthidem.

Hypocoriſma, atis, n. ὑποκόρισμα, forma, quam habent nomina, quæ diminutiva appellantur. *Chariſ. l. 1. pag. 24. Putſch.* Monoptota hypocoriſmata non recipiunt.

Hypocriſis, is, f. *ipocriſia*, *ſimulazione*, ὑπόκρισις, ſimulatio, fictio alienæ perſonæ. Apud Eccleſiaſticos Scriptores eſt ſimulata pietas, fucata virtus. *Auguſt. Hieron. Ambroſ.*

Hypocrita, & Hypocrites, æ, m. *ipocrita*, ὑποκριτής, ſimulator alienæ perſonæ. Item qui pietatem, ac virtutem ſimulat. *Quintil. l. 2. c. 17.*

Hypodiaconus, i, m. ὑποδιάκονος, qui ſub diacono miniſtrat. *Hieronym. epiſt. 18. & 82.*

Hypodidaſcalus, m. 2. *repetitore*, *ſottomaeſtro*, ὑποδιδάσκαλος, dicitur is, quem vulgus in ludo literario ſubmonitorem vocat, vel coadjutorem, παρὰ τὸ ὑφ' ἑτέρῳ διδάσκειν. *Cic. l. 9. Fam. ep. 18.* Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidaſcalo.

Hypogæum, vel hypogæum, n. 2. *luogo ſotterraneo*, ὑπόγειον, ſeu ὑπόγαιον, locus ſubterraneus, ab ὑπὸ, *ſub*, & γῆ, *terra*. Speciatim pro ſepulchro accipitur, quia eſt ſpelunca ſubterranea. *Petron. Satyr.* Poſitumque in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus, diebuſque cœpit. Ubi Græco more ait, quia apud Græcos cadavera non comburebantur, ſed integra in ſepulchro condebantur. *Vitruv.* etiam hanc vocem uſurpavit *l. 6. c. 11.*

Hypomelis, idis, f. *lazzeruolo*, arbor pomifera, cujus fructus dulcis eſt cum ſapore acuto permixto, eodemque appellatur nomine *lazzeruola*. *Pallad. in Decembr. tit. 4.*

Hypomnēma, atis, n. 3. *interpretazione*, *e commentazione*, ὑπόμνημα, interpretatio, commentarius, ab ὑπομιμνήσκω, *in memoriam revoco*. *Cic. Pil. ad Tiron. l. 16. Fam. ep. 21.* Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.

Hypomnematographus, i, ὑπομνηματογράφος, qui commentaria ſcribit. *Cod. Theodoſ. l. 12. tit. 5. Leg. ult.*

Hypomochlium, ii, n. ὑπομόχλιον, id quod vecti ſubjicitur, ut obniſu ſuo vectem adjuvet. *Vitruv. l. 10. c. 8.*

Hypothēca, f. 1. *pegno*, משכון, Ger. *pfand*, Gal. *gage*, Hiſp. *prenda*, ὑποθήκη, pignus. *Cic. l. 13. Fam. ep. 56.* Cures, velim, ut aut de hypothecis decedat, eaſque procuratoribus Cluvii tradat, aut pecuniam ſolvat. *Martian. l. 5. de pignor.* Inter pignus, & hypothecam tantum nominis ſonus differt.

Hypothecarius, a, um, adject. ad hypothecam pertinens, ut hypothecarius creditor. *Ulp. l. 1. Dig. de ſeparationib.* ¶ Hypothecarius, ii, qui ſuper hypotheca pecuniam alicui credit. *Id. Ulp.*

Hypotheſis, is, f. ὑπόθεσις, ab ὑποτίθημι. A Rhetoribus hypotheſis dicitur quæſtio definita, & certa, quæ verſatur circa particulares actiones, aut perſonas: quod ſi infinita ſit, theſis dicitur. V. g. ſi quæratur, Num omnino uxor ducenda ſit, theſis dicitur, ſin hoc in controverſiam veniat, an Catoni Martia ducenda ſit, hypotheſis vocatur. *Cic. in Top. c. 21.* Quæſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum: definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Græci, nos cauſam, infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. ¶ Apud *eund. ad Attic. l. 14. ep. ult.* ὑπόθεσις pro prætextu uſurpatur, ſed ubique græcis litteris ſcribitur.

Hypothyrum, i, n. ὑπόθυρον, ipſum vacuum oſtii, *lo ſpazio, o lume della porta*. *Vitruv. l. 4. c. 6.*

Hypotrachelium, ii, n. ὑποτραχήλιον, pars colli infra cervicem, ab ὑπὸ, *ſub*, & τράχηλος, *collum*. Tranſlate dicitur ea columnæ pars, quæ ſub aſtragalo leniter contrahitur, & ſic uſurpatur a *Vitruvio l. 3. c. 2.* Italice *il collarino*.

Hypotypōſis, is, f. ὑποτύπωσις, figura oratoria, eſt rei alicujus narratio ad vivum expreſſa. *Cic.* vocat ſubjectionem ſub aſpectum, *Quintil.* formam rerum verbis expreſſam. *Ariſtotel. Rhet. l. 3.* τὸ πρὸ ὀμμάτων.

Hypozeuxis, is, f. ὑπόζευξις, figura locutionis, cum diverſæ clauſulæ ſingulis verbis redduntur, ut *Virg. 10. Æn. v. 419.* Regem adit, & Regi memorat nomenque genuſque, &c. V. *Grammaticos*.

Hypſa, m. 1. *Belici*, *Belici*, fl. Siciliæ, qui in oram Auſtr. fluit, inter Thermas, & Selinuntem urb.

Hypſipyle, es, f. 1. Ὑψιπύλη, filia Thoantis, Regina Lemni, quæ, cum reliquæ mulieres ejus inſulæ omnes viros ex communi ſententia occidiſſent, ut ſuis legibus libere viverent, ſola patrem ſervavit, & navi impoſitum nocte in Chium inſ. miſit, & accenſo rogo ſimulavit ſe cadaver comburere. Jaſonem principem Argonautarum, qui in Colchidem navigantes Lemnum cepere, vel ob negatum hoſpitium, vel ad ulciſcendam cædem virorum, Regiis ædibus excepit, ex quo duos filios ſuſcepit, Thoantem, & Euneum. Aliquanto poſt Regno expulſa eſt, cum reliquæ mulieres illius pietatem erga patrem detexiſſent. In litore jacens capta fuit a piratis, & Nemeo ſeu Lycurgo Thraciæ Regi vendita, qui eam liberaliter habuit, eique Opheltem, ſeu Archemorum filium nutriendum tradidit. Eo bello, quod Adraſtus Rex Argivorum cum Thebanis geſſit, cum eſſet in ſylva Nemea, ut Argivis ſiti laborantibus fontem Langiam oſtenderet, puerum Regium in prato reliquit. Aderant ejus filii Thoas, & Euneus, imo etiam pater, ut aliqui narrant, a quibus, dum caſus ſuos enarrat, agnita eſt. Illa abſente Opheltes inter herbas, & flores ludens morſu ſerpentis interiit. A Lycurgi ſævitia ab Adraſto, & filiis defenſa eſt. *Stat. in Theb. Ovid. in Heroid.*

Hypſipylæus, a, um, ad Hypſipylen pertinens: & ponitur etiam pro Lemnius. *Ovid. 3. Faſtor. verſ. 82.* Vulcanum tellus Hypſipylæa colit.

Hyrcania, f. 1. *Diorgumens*, *Strava*, *Caſſon*, *Hyrcas*, *Maſandran*, *Corcan*, regio Aſiæ, pars Parthiæ late ſumptæ, nunc prov. Perſidis. Antiquitus terminabatur a Sept. mari Caſpio, ſeu Hyrcano, a Mer. Parthia, ab Or. Margiana, ab Occ. Media. Nunc eſt, ubi *Tabareſtan*, *Gilan*, & *Gorgian*, partes Perſidis. Summæ fertilitatis eſt, maxime vini, & frumenti, ob planitiem.

Hyrcānus, a, um, quod ſpectat ad Hyrcaniam. *Virg. 4. Æn. v. 367.* Hyrcanæque admorunt ubera tigres. Sic Hyrcanum mare, quod & Caſpium dicitur. *Propert. l. 2. el. 23.*

Hyria, æ, vel Hyrie, es, f. 1. Bœotiæ regio prope Aulidem, cum oppido, & lacu cognomine. *Ovid. 7. Metam. v. 372.* Inde lacus Hyries videt, & Cycneia Tempe.

Hyriēus, a, um. *Ovid. 6. Faſt. v. 796.* Tollit humo validos proles Hyriea lacertos. *h. e.* Orion filius Hyriei Neptuni filii. Ὑριεύς, & adject. Ὑριεῖος.

Hyrtacides, æ, m. patronymicum ab Hyrtaco. *Virg. 9. Æneid. v. 176.* Niſus erat portæ cuſtos, acerrimus armis, Hyrtacides.

Hyſginum, vel hyſginus color, quid ſit, non convenit inter Scriptores: quidam putant eſſe hyacinthinum, & vaccinium; quidam eum quem nos *guado* dicimus. Nicander plantam eſſe ait flavi coloris ad violaceam tincturam accommodam. V. *Plin. l. 26. c. 18. Salmaſ. in Solin. pag. 372.* & *Bal. in Lex. Vitruv.*

Hyſitia. V. Eſitia.

Hyſſopites, æ, m. 1. & figurate g. n. vinum factitium ex hyſſopo. *Colum. l. 12. c. 35.*

Hyſsōpus, i, f. vel hyſſopum, i, n. *iſopo*, אזוב, Ger. *iſop*, *oder iſpen*, Gal. *hyſſope*, Hiſp. *hyſſopo*, ὕσσωπος, ſpecies herbæ pulmoni valde utilis, ab אזוב, hyſſopus. *Plin. l. 25. c. 11.* Hyſſopum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, & prurigini in capite. ¶ Reperitur etiam *hyſopum* cum *ſ*, & p. c. *Macer.* Eſt hyſopum ſiccum, calidumque, & tertius illi eſt in utriſque gradus.

Hyſtericus, a, um, ut hyſtericæ fœminæ, ὑστερικαὶ γυναῖκες, obnoxiæ uteri ſuffocationi, ab ὑστέρα, *matrix*. *Martial. l. 11. epig. 72.* Hyſtericam vetulo ſe dixerat eſſe marito Leda. *Id. ib. epigr. 8.* Dices & hyſtericam ſe forſitan. Utroque loco al. leg. *ıſtericam*.

Hyſterologia, f. 1. ὑστερολογία, locutio præpoſtera, Figura, al. Hyſteron proteron, cum ſententia ordine commutatur, ſc. cum id, quod priore loco dicendum erat, poſteriore dicitur, ut *Æn. 3. v. 662.* Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. Nam prius ad æquora venit.

Hyſtricoſus, a, um, ſpinoſus, aculeatus, hiſpidus. Tranſlate Hieronym. l. 2. *adverſ. Rufin. poſt med.* Hyſtricoſæ, & lividæ mentis homo. Eſt qui *aliter* legit.

Hyſtriculus, i, pilis veſtitus, ut hyſtriculus puer, apud Tertul. & Pat. c. 4. ut legit *Salmaſ.* Alii aliter.

Hyſtrix, vel hiſtrix, icis. f. 3. *porco ſpinoſo*, ὕστριξ, ὕστριχος, ἰδέα, ὕστριχος, animal ſpinis contectum ex herinaceorum genere, a vocibus Græcis allatis, quæ ab ὗς, *ſus*, & θρίξ, *pilus*. *Iſid. l. 12. c. 2.* ſcripſit, animal eſſe in Africa erinacei ſimile, vocatum a ſpinarum ſtridore, quas ſæpe laxatas emittit, ut canes inſequentes vulneret. *Plin. l. 8. c. 35.* Hyſtrices generat India, & Africa ſpina contectas ex herinaceorum genere, ſed hyſtrici longiores aculei, & cum intendit cutem, miſſiles. Ora urgentium figit canum, & paulo longius jaculatur. Hybernis autem ſe menſibus condit, &c. *Calpurn. ecl. 6. v. 15.* Venit & hirſuta ſpinoſior hyſtrice tecta.

DE LITTERA I.

I Litera vocalis eſt. Sed quando aliis vocalibus præponitur, & cum illis cohæret in eandem ſyllabam, ſeu illas in unam ſyllabam conſtringit, conſonans fit, tum in principio dictionis, ut *Janus*, *jam*, *jocus*, *judex*, tum in media voce, ut *Conjicio*, *conjuro*, *ſejungo* &c. Præterea quando inter duas vocales ponitur, conſonans fit, & duplicis valet, ut *Ajo*, *ejicio*, *major*, *pejor*. In dictionibus tamen compoſitis ex nominibus, *i* inter duas vocales poſita fere ſimplex conſonans eſt, ut *Bijugus*, *quadrijugus*. ¶ In vocibus, quæ ex lingua Græca acceptæ fuere, *i* ſemper vocalis eſt, ſive conſonantibus præponatur, ſive aliis vocalibus. Hinc *Jambus*, *Jaſon*, *jaſpis*, & ſimilia triſyllaba ſunt. ¶ In vocibus, quæ ex lingua Hebraica originem habent, *i* ſemper eſt conſonans, cum vocalibus præponitur. Quare *Hieroſolyma* eſt quinque ſyllabarum, *Johannes*, & *Jacobus* trium, *Jeſus* duarum. *Hor. l. 1. ſat. 5.* Credat Judæus apella. Ab aliquibus more Græcorum ut vocalis effertur. *Claudian. epigr. 27.* Ne lacerat verſus, dux Jacobe, meos. ¶ Veteres nonnunquam in *u* mutabant, ut *optumus*, *decumus*, pro optimus, decimus. Item in e, ut *here* pro *heri*, *mage* pro *magis*. ¶ Cum nota numeralis eſt, valet unum: ſi poſtponatur notæ majori, unitatem addit, ut VI. ſex, ſi vero anteponatur, unitatem demit, ut IV. quatuor, IIX. octo, &c.

I ANTE A.

Ia, o. plur. *viole*, τὰ ἴα, genus violarum ſponte naſcentium in apricis, & macris locis, purpureum, latiore folio, ſtatimque ab radice carnoſo: e quibus Ianthina veſtis dicta eſt. *Plin. l. 21. c. 6.*

Jacchus, m. 2. *Bacco*, Bacchi cognomen, a ἰάχω, *clamo*, quia clamoſus, & tumultuoſus eſt, vel quia qui Baccho ſacrificabant, ululatibus, & clamoribus omnia implere ſolebant. *Virg. 7. Ecl.* Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Jaccho. ¶ Metonymice ponitur quandoque pro vino. *Virg. 6. Ecl. v. 15.* Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Jaccho.

Jacens, entis, *giacente*, *proſteſo*, *abbattuto*, κείμενος, cubans, poſitum. *Horat. l. 2. od. 11. v. 13.* Cur non ſub alta vel platano, vel hac Pinu jacentes ſic temere, &c. potamus? *ſdrajati*. *Senec. in Thyeſt. v. 970.* Carpere dapes humi jacentem, *coricato*. *Ovid. 6. Met. v. 200.* Jacens humi. *Id. heroid. ep. 12. v. 83.* Jacens in averſa ora, *bocconi*. Et *epiſt. 15. v. 142.* Crinis in collo jacens. *Id. 2. Met. v. 209.* Lora jacentia. h. e. remiſſa, & equorum tergis ſedentia. ¶ Item æger, *ammalato*. *Cic. in fi. ep. 20. l. 9. Fam.* Cura, ut valeas, ne ego, te jacente, bona tua comedim. ¶ Item mortuus, *morto*. *Valer. Flacc. l. 2. v. 216.* fata jacentum. ¶ Item ſitus, poſitus, *ſituato*, *poſto*. *Plin l. 18. c. 25.* Ad Heſperum jacentes terræ. *Ovid. 4. Met. v. 772.* locus gelido ſub Atlante jacens. ¶ Item humilis, depreſſus, imus, *baſſo*. *Cic. pro Scauro*, *in Orat. l. 67.* Depreſſa, cæca, jacens domus. *Tacit. 1. hiſt. c. 86.* Subita inundatione Tiberis non modo jacentia & plana urbis loca, ſed ſecura hujuſmodi cladium implevit. *Ovid. 2. Met. v. 178.* ſummo deſpexit ab æthere terras Infelix Phaethon, penitus penituſque jacentes. ¶ Item demiſſus, depreſſus. *Ovid. 4. Met. v. 144.* Vultuſque attollit jacentes. *Ecl. 12. v. 618.* de Senect. tardaque diu gravitate jacentes Vix oculos tollens. ¶ Item tacitus, deſtitutus.

deflueus, demiſſus. *Senec. in Hippol. v.* 824. Coma nulla lege jacens. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 13. *v.* 24. Præverrunt latas veſte jacente vias. ¶ *Pontus jacens* apud *Valer. Flac. l.* 4. *v.* 712. eſt tranquillus. Sic *ſtagna jacentia* apud *Sil. l.* 5. *v.* 583. ¶ *Jacentes piſces* apud *Colum. l.* 8. *c. ult. & med.* ſunt, quos *ibid.* proſtratos, cubantesque vocat, & *Plin. l.* 9. *c.* 20. planos: cujuſmodi ſunt rhombi, ſoleæ, paſſeres. ¶ Urbane, & tranſlate eſt afflictus, oppreſſus, abjectus, perculſus. *Cic.* 10. *Phil. c.* 2. Si jacens vobiſcum aliquid ageret, auderem fortaſſe: ſtanti reſiſtendum eſt. *Id. de haruſp. reſp. c.* 24. Homo afflictus, ac jacens. *Id. de amic. c.* 16. Amici jacentem animum excitare. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 27. inſultare jacenti. *Id.* 2. *Triſt. el.* 8. *v.* 13. jacentem ſolari.

Jaceo, ces, cui, n. 2. *giacere*, *ſtar giù*, [illegible], Germ. *liegen*, Gall. *être couché*, Hiſp. *eſtar echado*, *o acoſtado*, [illegible], cubo, decumbo. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. Ad quartam jaceo. *Cic.* 7. *Verr.* Mihi ad pedes miſere jacuit. *Id. pro Quinct.* Quorum ſæpe, ac diu ad pedes jacui ſtratus. *Id. in Phil.* Cum pater Curio mœrens jaceret in lecto. ¶ Quandoque accipitur pro ſitum eſſe, *eſſere poſto*. *Brut. ad Cic.* Quem locum volo tibi eſſe notum, jacet inter Apenninum, & Alpes. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Jacentes terræ ad Heſperum. ¶ Quandoque etiam accipitur pro mortuum eſſe, aut ſepultum. *Lucan. lib.* 8. Ille jacet, latæ paci quem prætulit orbis. ¶ Tranſlata uſurpatur pro deſidere, torpere, nihil prorſus agere. *Cic. Attic. l.* 7. Cneus noſter (o rem miſeram, & incredibilem!) ut totus jacet? *Id.* 4. *Offic.* C. Marius cum a ſpe Conſulatus longe abeſſet, & ſeptimum annum poſt Præturam jaceret. ¶ Item pro dejectum eſſe de priore ſtatu, male ſe habere. *Cic. Att.* Jacet in ſordibus, ac luctu. *Id.* 4. *Fam.* Perculſa, & proſtrata fœdiſſimo bello jacent omnia. *Id.* 2. *Fin.* Maximas vero virtutes jacere neceſſe eſt, voluptate dominante. ¶ Item pro vileſcere animo, deſperare, mœrore opprimi. *Cic. Att. l.* 12. Scias, me ita dolere, ut non jaceam. *Id. de Amic.* Sed potius uti, & efficere, ut amici jacentem animum excitet. ¶ Item pro vilem eſſe. *Cic. pro Roſc. Com.* Cum jacent pretia prædiorum. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 2. Jacent ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur. ¶ Jacere etiam dicimus abſolute pro ægrotum eſſe, *eſſere malato*. *Stat.* 2. *Silv.* 1. *v.* 155. Sed non mors lenta jacentis Exedit puerile decus. ¶ Jacere præterea dicitur mare, cum tranquillum eſt, *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 632. *Lucan. l.* 3. *v.* 523. ¶ Denique ponitur pro ſitum eſſe. *Ovid. Metam.* 15. *v.* 830. Gentes ab utroque jacentes Oceano.

Jacio, cis, jeci, jactum, a. 3. *trarre*, *lanciare*, [illegible], Ger. *werffen*, Gal. *jetter*, *lancer*, Hiſp. *echar*, *arrojar*, [illegible], emitto. *Cic.* 6. *Verr.* In quem ſcyphum de manu jacere conatus eſt. Item projicere. *Plaut. Trin.* 4. 3. 27. Scuta jacere, fugereque hoſtes. ¶ Tranſlate uſurpatur pro enunciare, ſive ſpargere in vulgus. *Tac. l.* 1. Quædam de habitu, cultuque, & inſtitutis ejus jecerat. *Id. l.* 4. Neque raro, neque apud paucos talia jaciebat. ¶ Item pro dicere aliquid in aliquem, injuria afficere, &c. *Liv. l.* 4. *bell. Mac.* Reum defendam, non nos, in quos jecit magis hoc Conſul. *Cic. pro Sylla.* In quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam jacere potueras. ¶ Jacere fundamenta, eſt ponere, vel collocare lapides, quibus ædificium ſuperſtruatur, *gettare fondamenti*. *Suet. in Cajo.* In area Capitolina novæ domus fundamenta jecit. ¶ Per tranſlationem autem accipitur pro inchoare. *Cic.* 1. *Phil.* In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis. ¶ Gradum jacere, atque aditum ad cætera, idem eſt, quod viam parare. *Cic.* 1. *Agrar.* Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligetis. ¶ Jacere verba, jacere minas, *Propert. l.* 2. *el.* 1. Taliaque illacrymans mutæ jace verba favillæ. *Liv. l.* 2. *c.* 12. Quas inſidiarum ſibi minas per ambages jaceret. ¶ Jacere ſermonem, *piantare*, *e metter diſcorſo*. & jacere abſolute eodem ſenſu. *Liv. l.* 5. *c.* 15. Quod primo temere jactum agitari deinde ſermonibus cœpit. ¶ Eſt etiam frequens hujus verbi uſus in talorum ludo. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 16. Ita jacere talum, ut rectus aſſiſtat. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Jacere talos in medium. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 34. Talos cum jaciet.

Jactabundus, a, um, adject. jactans, & jactatus. *Gell. lib.* 19. *in prior.* Jactabundum mare. *Idem lib.* 15. *cap.* 2. In græcæ facundiæ gloria jactabundus.

Jactans, antis, adject. *millantatore*, *vantatore*, [illegible]. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 9. Jactantes, & glorioſæ epiſtolæ. *Quintil. lib.* 11. *c.* 1. Quem tumidum, ac ſui jactantem videat. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 50. Jactantior hic paulo eſt. *Spartian. Hadrian. c.* 17. Jactantiſſimus amator.

Jactanter, adv. *con ſuperbia*, *ambizioſamente*, Germ. *ſtoltzjglich*, Gall. *jactance*, Hiſp. *con jactancia*, [illegible], inſolenter, cum jactantia, ſeu oſtentatione. *Tacit. l.* 2. *Ann. cap.* 77. Periiſſe Germanicum, nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur. *Ammian. lib.* 27. *c.* 2. Minæ jactanter ſonantes.

Jactantia, æ, f. *jattanza*, *vanto*, *ſuperbia*, [illegible], Ger. *ruhmung*, Gal. *jactance*, *vanterie*, Hiſp. *jactancia*, [illegible], oſtentatio, immoderata gloriatio. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Veritus opinionem jactantiæ.

Jactatio, onis, f. *agitazione*, [illegible], Germ. *bewegung*, Gall. *agitation*, Hiſp. *meneamiento*, [illegible], actus jactandi, agitatio, motus. *Cic. pro Marc.* Quo tandem animo me eſſe oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem, &c.? *Id. in Orat. c.* 25. Actio modica jactatione corporis conſtat. *Liv. l.* 10. *bel. Pun.* Leviorem in cauſatione, quam in via jactationem vulneris fore. ¶ Sumitur etiam pro jactantia, oſtentatione. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Jactatio eſt voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. *Id. pro Cluent.* Tum homines ſe non jactatione popolari, ſed dignitate, atque innocentia tuebantur. *Id.* 11. *Fam.* Jactatione verborum, & denuntiatione periculi. ¶ In bonam partem adhibetur a *Cic. in Orat. c.* 3. Sed tamen ornata verbis, atque ſententiis jactationem habuit in populo.

Jactator, oris, m. *vantatore*, *vanaglorioſo*, [illegible], Germ. *ruhmer*, Gall. *vanteur*, Hiſp. *jactancioſo*, [illegible], glorioſus, inſolenter ſe venditans. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Is quidem rerum a ſe geſtarum major, quam eloquentiæ, fuit in orationibus utique jactator.

Jactatus, a, um, *agitato*, partic. a jactor. *Virg.* 1. *Æn.* Multum ille & terris jactatus, & alto. *Liv. l.* 22. *c.* 53. Sæpius jactata in ſenatu re.

Jactatus, us, m. idem ac jactatio. *Ovid. Metam.* 6. *v.* 703. Excuſſit pennas, quarum jactatibus omnis Afflata eſt tellus. Adde *Plin. l.* 14. *c.* 18.

Jactitabundus, a, um, adject. jactabundus. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. *in fi.* Citra nitorem honeſtatis jactitabundis.

Jactito, as, a. 1. [illegible], freq. a jacto. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit.

Jacto, as, a. 1. *lanciare*, [illegible], Germ. *werffen*, Gall. *jetter*, Hiſp. *lançar*, [illegible], frequenter, & multum jacio. *Cicer. de Aruſp. Reſp. c.* 18. Cum ardentes faces in viſinos jactas. ¶ Tranſlate eſt diſpergere, inaniter loqui, temere verba jacere. *Cic. in Catil.* Jactantur enim voces, quæ perveniunt ad aures meas. *Cal. Cic.* 8. *Fam.* Neque hæc incerta quidem tamen vulgo jactantur. ¶ *Jactare ſe alicui* pro in aliquem corpore ſe inclinare, & incumbere. *Liv. l.* 39. *c.* 43. Jactare ſe ſcorto. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 62. Ipſe lacernatæ cum ſe jactaret amicæ. ¶ Eſt etiam *jactare* frequenter emittere, ejaculari. *Virg.* 2. *Georg.* Et, ſi non alium late jactaret odorem, laurus erat. ¶ Item agitare, movere, concutere. *Cic. pro Roſc. Amer.* Ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur. *Id. in Bruto*, Qui ſe niſi ſuo more jactaviſſet. *Id.* 5. *Verr.* Tamen ne putamus, patronum tuum in hac cruore cerviculam jactaturum? ¶ Item tractare, verſare. *Cic. pro Mer.* Poſtea vero pervulgata, atque in manibus jactata, & exceſſa inaniſſima prudentiæ reperta ſunt. *Virg.* 3. *Georg.* Haud unquam manibus jactata fatiſcit. ¶ Item vexare, exagitare. *Cic. in Catil.* Cum æſtu, febrique jactantur. *Id.* 2. *Verr.* Jactatur domi ſuæ vir primarius, & homo honeſtiſſimus. *Lact. l.* 5. Qui patrem Regno expulit, bello perſecutus eſt, exulem toto orbe jactavit. ¶ Item conſiderare, ſæpe, multumque animo volvere. *Virg.* 11. *Æn.* Atque illum talet jactantem pectore curas. ¶ Item exercere. *Cic.* 1. *de Orat.* Utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio ſit opere jactatus. *Id. ad Q. Fr.* Aut forenſi labore jactari, aut domeſticis literis ſuſtentari. ¶ Item inferre, obiicere. *Cic. pro Quinct.* Minæ jactentur, pericula intendantur. *Liv. l.* 4. Jactare dicta jocoſa in adverſarios. ¶ Item oſtentare, ambitioſius gloriari, verbis efferre. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 21. Se magnifice jactat, atque oſtentat. *Cic.* 6. *Ver. c.* 21. Jactat ſe jamdudum de Calidio. ¶ Item projicere, ut jactare pecunias ſuas, *Paul. l.* 25. *Dig. de prob. & præſumpt.* ¶ Jactare ſe in aliqua re ſignificat etiam ſatagere, & multum elaborare, *maneggiarſi con calore*. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 15. Ipſa Rep. nihil mihi eſt carius: in qua tu non valde te jactas. *Cal. Cic. l.* 8. *ep.* 10. Curionem video ſe dupliciter jactaturum. primum ut aliquid Cæſari adimat &c.

Jactor, aris, atus ſum, depon. 1. idem quod jacto. *Cornel. Sever. in Ætna v.* 23. Quidquid in antiquum jactata eſt fabula crimen.

Jactuoſus, a, um, adject. ſitus *Non. c.* 2. *n.* 473. locum Ciceronis in Orat. c. 38. Verum ibi Mſpti libri omnes habent *aſtuoſos*.

Jactura, æ, f. *perdita*, *danno*, [illegible], Germ. *ein außwurff*, *verluſt*, Gall. *perte*, *dommage*, Hiſp. *perdida*, *daño*, [illegible], proprie dicitur, quod jactatur ex onere navis, & per Synecdochen conſequenter damnum illud, quod ex jactu ſequitur, hoc eſt ex projectione mercium in mare, quæ fieri ſolet in magnis tempeſtatibus ad exonerandam navem. *Cic.* 3. *Off.* Quærit, ſi in mari jactura facienda ſit, equi ne pretioſi potius jacturam faciat, an ſervuli viliſ. ¶ Tranſlate ſumitur pro quovis damno, aut ſumptu, *ſpeſa*, *ſcapito*. *Cic. ad Brut.* Eſt rei familiaris jactura tolerabilis. *Id.* 2. *Offic.* In his immanibus jacturis, infinitiſque ſumptibus. *Liv. l.* 39. *c.* 4. Jacturam temporis facere.

Jactus, a, um, nom. ex particip. *gettato*, ut jacti lapides, *Virg. Ecl.* 6. *v.* 41. Conditionum jacta mentio. *Vellej. l.* 2. *c.* 65.

Jactus, us, m. 2. *tiro*, *tratto*, [illegible], Ger. *wurff*, Gal. *jet*, *trait*, Hiſp. *lance*, *tiro*, [illegible], actus jaciendi, ut Jactus teſſerarum, jactus fulminum, jactus mercium in mare, &c. *Cic. Catil. l.* 3. *c.* 8. Ut illa omittam, viſas nocturno tempore faces, ardoremque cœli, ut fulminum jactus. ¶ Jactus abſolute pro jactu retis reperitur. *Valer. l.* 4. *c.* 1. A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. ¶ Ad teli jactum, *a tiro di freccia*. *Curt. l.* 3. *c.* 10. Extra teli jactum eſſe. *Id. ib. c.* 11. Ad teli jactum pervenerant.

Jaculabilis, le, o. 3. *che ſi può lanciare*, [illegible], quod jaculari, hoc eſt, longe projici poteſt. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 680. Sed non formoſius iſto videront oculi telum jaculabile noſtri.

Jaculatio, onis, f. 3. actus jaculandi, *il gettare*, *lanciamento*, [illegible]. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Jaculationes ſaxorum. *Minut. Felix in Octav. c.* 3. Teſtarum in mare jaculationibus ludere. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Diximus in libro de jaculatione equeſtri condito. ¶ Tranſlate *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Jaculatio verborum.

Jaculator, is, m. 3. *tiratore*, *lanciatore*, [illegible], Germ. *ſchutz*, *werffer*, Gall. *dardeur*, *archer*, Hiſp. *tirador*, *lançador*, [illegible], qui jaculum emittit. *Liv. lib.* 27. Per equites, peditumque jaculatores levia certamina ſerens.

Jaculatorius, a, um, adject. ad jaculandum inſerviens, ut jaculatorius campus, *Ulpian. l.* 9. *Dig. ad l. Aquil.* Jaculatoriæ preces, *Auguſtin. epiſt.* 120.

Jaculatrix, cis, f. *ſaettatrice*, *lanciatrice*, [illegible], mulier, quæ jaculatur. *Ovid.* 5. *Met. v.* 375. Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam abſceſſiſſe mihi?

Jaculo, as, pro jaculor, aris, afferunt plerique Lexicographi, confirmantque exemplo *Claudiani*, Latis jaculabat in arvis. Sed nos exemplum hoc invenire non potuimus.

Jaculor, aris, d. 1. *tirare*, *lanciare*, [illegible], Germ. *ſchieſſen*, *werffen*, Gall. *darder*, *jetter*, Hiſp. *tirar*, *lançar*, [illegible], projicio, jaculum, vel aliud emitto, telum conjicio, immitto. *Ovid.* 1. *Metam.* Qua fera terribili jaculatur fulmina dextra. *Cic.* 2. *de Orat.* Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquando collineet? ¶ Item cum accuſat, ret, quæ jaculando petitur. *Horat. l.* 1. *od.* 2. dextra ſacras jaculatus arces. ¶ Jaculari ſe eſt impetu ferri, *lanciarſi*. *Flor. l.* 1. *cap.* 14. In confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus. ¶ *Horat. l.* 2. *od.* 16. Quid brevi fortes jaculamur ævo multa? hoc eſt deſignamus, proponimus, quaſi jaculando petimus.

Jaculum, li, n. 2. *dardo*, [illegible], Germ. *pfeil*, Gal. *dard*, Hiſp. *garrocha*, [illegible], quidquid jaci in longum poteſt, aut ſit ut jaciatur; ſpeciatim telum, ſive haſtile, quod manu jaculari poteſt. *Cic.* 4. *Fin.* Si Annibal ad portas veniſſet, murumque jaculo trajeciſſet. Item rete piſcatorium, apud *Plaut.* V. infra. ¶ Item rete gladiatorium, quo retiarii utebantur, teſte *Iſid. l.* 18. *c.* 54. ¶ Non abſurde quidam volunt hanc vocem revera adjectivam eſſe. Nam *Plaut. Aſin.* 1. 1. 86. *rete jaculum* dixit, h. e. jaculatorium, quod alio nomine *funda* dicitur, & *Plin. l.* 8. *c.* 23. *jaculus ſerpens*, de quo V. *Jaculus*. Quare cum *jaculum* abſolute dicimus, ſubintelligendum erit *telum*, &c.

Jaculus, li, m. *ſaetta*, [illegible], ſerpentis genus, arbores ſubiens, a quibus vi maxima ſe jaculatur, penetratque, quodcunque animal obvium fecerit fortuna. *Luc. l.* 9. *v.* 720. Et natrix violator aquæ, jaculique volucres. V. *Jaculum*.

Jalyſus, i, m. 2. canis pictus, opus Protogenis admirabile, ac prope divinum. Nomen ab Jalyſo opp. Rhodi accepit, vel quod ibi hæc pictura facta fuerit, vel quod ibi aſſervaretur. Imaginem hanc ſeptem annorum ſpatio arte ſimul, & caſu pinxit. Nam Protogenes, cum in ſpuma anhelantis canis exprimenda ſibi nunquam ſatisfaceret, iratus arti ſpongiam, qua colores ſæpius abſterſerat, impegit inviſo loco tabulæ, quæ excepit colores, quales cura optarat. Huic picturæ quater colorem induxit ſubſidio injuriæ, & vetuſtatis, ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet. Fertur Demetrius Poliorcetes hujus imaginis obtinendæ cauſa bellum Rhodiis intuliſſe, & Jalyſum oppugnaviſſe. Imago erat in ædibus extra muros oppidi. Cum ædes illas vellet incendere, auditis legatis, qui illi turpe eſſe dicebant, bellum cum Protogene mortuo gerere, oppugnatione omiſſa, & imagini, & oppido pepercit. Poſtea imago Rhodum, ac tandem Romam in templum Pacis tranſlata eſt. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *Gell. l.* 15. *c.* 31. *Cic. in Orat.* Qui aut Jalyſi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari.

Jam, *già*, *ormai*, *ora*, כבר, Germ. *jetzund*, Gal. *deja*, Hiſp. *ya*, ἤδε, adv. temporis præteriti, præſentis, & futuri. *Cic. pro Mur. c. 38.* Omnia, quæ per hoc biennium agitata ſunt, jam ab eo tempore in hoc tempus erumpunt. *Id. Att. l. 1. ep. 3.* Nuper quidem, cum te jam adventare arbitraremur. *Ter. Adelph. c. 6.* Tace, egomet conveniam jam ipſum. ¶ Interdum hortantis eſt, & velut moram increpantis. *Ter. Eun. 3. 2.* Jamne imus? ¶ Interdum capitur pro modo. *ora. Virg. 4. Æn.* Jamque hos curſu, jam præterit illos, hoc eſt, modo hos, modo illos. ¶ Sæpiſſime nodus quidam eſt, qui ſententias conjungit, & ſumitur pro *autem*, *vero*, *præterea*. *Cic. in Philip.* Jam illud cujus eſt, non dico audaciæ, ſed ſtultitiæ? ¶ Interdum abundat. *Tacit. de Germ. c. 45.* Ergo jam dextero Suevici maris litore Æſtyorum gentes alluuntur. ¶ Interdum geminatur *jam jam*; & præterea multis aliis particulis eleganter jungitur. V. ſuis locis.

Jam antea, & jam ante, adverb. etiam antea, præterea ante. *Cic. Att. l. 7. ep. 4.* Ejus ſermo erat jam antea ad me perſcriptus. *Id.* Id mihi jam ante erat notum.

Jambēus, a, um, adject. idem quod Jambicus. *Horat. de ar. poet. v. 252.* Trimetris accreſcere juſſit nomen Jambeis.

Jambĭcus, a, um, adject. qui ex jambis conſtat, ut jambicus verſus; cujus variam rationem V. apud *Diomed. l. 3.* & alios Grammaticos. ¶ Jambico carmine fere utuntur Poetæ in conviciis, & maledictis. V. *Jambus*.

Jamblicus, m. 2. Philoſophus Pythagoricus, e Chalcide Syriæ, diſcipulus Porphyrii, tempore Conſtantini Magni. Brevi tempore tantum profecit, ut ſecundas poſt præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam videretur differre doctrina, niſi quod ille melior facilitate, candoreque orationis, hic paulo durior habebatur, ac, ut de Xenocrate Plato dicebat, Venere dicendi carebat. Moribus adeo probatus fuit, ut ejus vitæ abſtinentia, modeſtiaque ac temperantia nulli non cognita fuerit.

Jambus, m. 2. *giambo*, ἴαμβος, pes metricus conſtans ex priore brevi, & poſteriore longa, ut *Viros*, *rogas*, &c. Quidam derivant ab Jambe Celei famula, quæ cum vidiſſet Cererem ob amiſſam filiam dolere, ſaltans, & verſus jambico metro canens Deam conſolata eſt: alii ab Jambe puella quadam, quæ turpiter contumelia affecta ſuſpendio vitam finierit: alii ab Jambe anu, quæ, cum Hipponax lavanti ſibi moleſtiam faceſſeret, verſu hoc eum amolita ſit, [illegible], *Vir recede, ſcapham ſubvertis*, quo poſtea Poeta delectatus eſt. *Horat. de Ar. poet. v. 251.* Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur jambus. *Id. l. 1. od. 4.* Jambi criminoſi.

Jam diu. V. Jamdiu.

Jam dudum, adverb. *già tempo*. Dicitur fere de parvo tempore, ut *jampridem* de longiore, ut monet *Valla l. 2. c. 34.* & fere indicativo præſenti gaudet. *Horat. l. 2. Sat. 7.* Jam dudum auſculto. *Cic. 2. de Orat. c. 7.* Quem jamdudum Cotta, & Sulpicius exſpectant. ¶ Interdum jungitur aliis temporibus. *Id. de Amic.* Ea, quam jamdudum tractabamus, ſtabilitas amicitiæ. *Plaut. Trinum. 4. 3. 3.* jamdudum factum eſt, cum abiſti domo. ¶ Ponitur & pro cito, quamprimum. *Virg. 2. Æn. v. 103.* Jamdudum ſumite pœnas. *Serv.* Sic *Stat. 6. Theb. ad fin.* Jamdudum ætherias eadem reditura ſub auras. *ben toſto*.

Jam jam, adv. *or ora*, αὐτίκα μάλα, repente, ſine mora. *Ter. Adelph. 5. 3. 67.* Jam jam deſino. *Cic. l. 3. de Orat. cap. 24.* Jam jam intelligo, Craſſe, quid dicas. ¶ Sæpe figurate per indignationem accipitur. *Virg. Æn. 4.* Jam jam nec maxima Juno, nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. ¶ Et per commiſerationem. *Salluſt. in Jug.* Jam jam animo meo, chariſſime frater, lætandum magis, quam dolendum puto caſum tuum. ¶ Et per exhortationem. *Quintil. in declam.* Jam jam cum milito, quicunque auſus manet, etiamſi Imperator damnaturus eſt, habes ſolatium.

Jam jamque. adv. celeriter, quamprimum. *Cic. ad Brut.* Tibi jam jamque ad faciendum eſt. *Id. ad Att. l. 7. ep. 21.* Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque veniret in Apuliam.

Jam inde, adv. ab illo tempore. *Cic. Fam. 13. ep. 38.* Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia jam inde a Quæſtura mea Siciliensi. *Liv. lib. 1. cap. 1.* Jam inde ab initio. ¶ Interdum additur *uſque*. *Ter. Heaut. 1. 1. 9.* Mihi magna cum eo jam inde uſque a pueritia fuit ſemper familiaritas.

Jam nunc, & nunc jam, adverb. idem fere quod nunc, *fin da ora*. *Cic. de Divin.* Jam nunc mente, & cogitatione perſpicio, quæ ſtudia hominum future ſint. *Ovid. 3. de ar. am. v. 59.* Venturæ memores jam nunc eſtote ſenectæ. *Ter. Andr. 1. 2. in fin.* Eamus nunc jam intro.

Jam olim, vel olim jam, adv. *per lo paſſato*, *d'aſſai tempo*, ἐκ πάλαι, jam a longo tempore. *Cicer.* Jam olim a principio illud ſtatueram. *Quintil. l. 8.* Olim jam Imperator inter fulgentes virtutes livor locum quærit. ideſt a longo tempore. ¶ Sumitur etiam pro aliquando. *Virg. 2. Georg.* Et jam olim ſeras poſuit cum vinea frondes.

Jam porro. V. in *Jam vero*.

Jam pridem, adverb. *già da gran tempo*, πολὺν ἤδη χρόνον, πάλαι, fere de longiore tempore dicitur, ut *jamdudum* de brevi. *Vall. l. 2. c. 34. Cic. Att. l. 2. Ter. Hecyr. 2. 1. 22.* Jampridem equidem audivi.

Jamprimum, adv. idem ac primum. *Liv. lib. 1.* Jam primum omnium ſatis conſtat.

Jam tum, adv. *allora*, *fin d'allora*, ἐξ ἐκείνου, ex eo tempore. *Virg. 8. Æn.* Jam tum relligio pavidos terrebat agreſtes. *Cic. pro Arch.* Ita ſe jam tum geſſiſſe pro cive. ¶ Eleganter poſt jam tum ſequitur, *cum*. *Cic. Famil. 13. ep. 17.* Ejus libertum jam tum equidem, cum ille viveret, magni faciebam.

Jam vero, adverb. ἔτι, ἔτι δέ, præterea vero, ſed jam: & aptiſſime ſervit tranſitionibus. *Cic. pro Leg. Manil.* Jam vero ita faciles aditus ad eum, &c. ¶ Eodem ſenſu uſurpatur *jam porro*. *Id. pro Roſc. Amer. c. 4.* Videte jam porro cætera.

Jam uſque, adv. μέχρι, idem ac uſque. *Cic. 1. de Div.* Vetus opinio eſt jam uſque ab heroicis ducta temporibus.

Jana, æ, f. ſic olim ipſa Diana vocabatur, teſte *Nigidio*.

Janālis, le, o. 3. quod ad Janum ſpectat. *Ovid. 2. Faſt.* Virgaque Janalis de ſpina ſumitur alba. ¶ *Janalis porta*, janua templi Jani, vel, ut aliqui exiſtimant, una ex portis urbis Romæ, quæ & Belli porta vocabatur, ubi Jani ſignum poſitum fuit, quam Numa ea lege inſtituit, ut eſſet clauſa ſemper, niſi cum bellum foret. ¶ Legitur & *Janualis*.

Jandiu, vel jamdiu, adv. *già molto tempo*, *gran tempo fa*, כבר, Germ. *vorlangeſt*, Gall. *des long temps*, Hiſp. *deſde mucho tiempo*, *mucho tiempo haze*, πάλαι, multo jam tempore. *Cic. 2. Fam.* Nam jandiu propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

Jandūdum. V. Jam dudum.

Janĕus, m. 2. idem ac janitor, apud vet. *Feſt.*

Janicula, æ, f. ſic quondam dicta eſt Italia ab Jano, qui poſt Diluvium primus in ea regnavit. & ſunt qui hunc Janum putent fuiſſe Noe.

Janicŭlum, n. 2. *Montorio*, unus ex ſeptem urbis Romæ collibus, trans Tyberim, uſque ad pontem Milvium extra porrectus, ubi olim fuit Janiculum opp. e Jano, qui ibi regnavit. Aliqui oppidum dictum ferebant a janua, quod tanquam janua eſſet Romanis in Etruriam proficiſcentibus. Hunc montem Ancus muro cinxit, ſed tamen pomœrio non incluſit. Noſtra ætate in illo colle ſunt templa S. Petri in Montorio, & S. Honuphrii. *Ovid. 1. Faſt. Virg. 8. Æn. Macrob. l. 1. Sat. c. 7. Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 2.*

Janigĕna, æ, com. 1. Jani filius. *Ovid. l. 4. Metam.* Janigenam ſervabant fata Canentem.

Janĭtor, oris, m. 3. *portiere*, *portinajo*, שוער, Germ. *portner*, Gal. *portier*, Hiſp. *portero*, θυρωρός, cui januæ cuſtodia eſt commiſſa. *Cic. 5. Verr.* Hunc veſtri janitores, hunc cubicularii diligunt. ¶ Romani ſervos, quibus janitoris officium mandabant, ſolebant catenis vinctos prope ipſam januam ſervare. unde inter viliſſima mancipia erant. V. *Pignor. de ſerv. &c. Colum. in præfat.* Portunaſius a catenato repulſum janitore ſæpe ſera nocte adjacere. ¶ Janitor inferorum eſt Cerberus, *Virg. 6. Æn. v. 400.*

Janĭtrix, f. 3. *portinaja*, θυρωρός, mulier, cui januæ cuſtodia eſt commiſſa. *Plaut. Curc. 1. 1. 76.* Anus hic ſolet cubitare, cuſtos, janitrix. ¶ Janitrices etiam dicebantur duorum fratrum uxores, non quod eandem januam pulſarent, ſed quod pariter adverſum lectum januæ ſibi ſternerent, inque eo tanquam cuſtodiæ cauſa cubare ſolerent. Nam apud Romanos ea conſuetudo fuit, ut quæ uxor primum in manum viri conveniſſet, ea ſibi in atrio domus ante ipſam januam lectum ſterneret, qui idcirco adverſus dictus eſt. *Modeſt. l. 4. §. ad fines, in ſi. de grad. & adfin.* ¶ Denique janitrix dicitur de omni re, quæ eſt ante januam. *Plin. l. 15. c. 30.* Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, janitrix Cæſarum, Pontificumque. ideſt, quæ ſolet plantari ante domus Cæſarum, & Pontificum.

Janthe, es, virgo Cretenſis, laudatiſſima forma. *Ovid. 9. Metam. v. 714.*

Janthĭnus, a, um, *violato*, ἰάνθινος, violaceus, colorem floris violæ referens, purpurei coloris, ab ἴανθον, flos quidam, & color purpureus, quod ab ἴον, viola, & ἄνθος. *Plin. l. 21. c. 6.* Ab his Janthina veſtis. ¶ Janthina, orum, ſubſt. n. 2. veſtes violacei coloris. *Mart. l. 2. epigr. 39.* Coccina formoſæ donas, & Janthina mœchæ.

Janthum, i, neut. ἴανθον, herba vel flos purpurei coloris. *Marcel. Emp. cap. 17.*

Janua, æ, f. 1. *porta*, שער, Germ. *einthür*, Gall. *porte*, Hiſp. *puerta*, θύρα, primus ingreſſus ad interiora domus, a *Jano*, quod Janus januis præeſſet, vel quod huic Deo conſecratum erat omne principium. *Cic. 2. de nat. Deor.* Principem in ſacrificando Janum eſſe voluerunt, quod ab eundo nomen eſt deductum, ex quo tranſitiones perviæ jani, foreſque in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. *Idem 3. Ver.* Servis ſuis imperat Rubrius, ut januam clauderent. ¶ Differt a porta, quia janua eſt parietis, atque domorum, porta murorum, munitionumque, atque caſtrorum. *Valla l. 4. c. 8.* ¶ Item differt ab oſtio, quia proprie janua eſt domus, oſtium eſt partium domus, ut cubiculorum. Sed tamen hæc nomina confunduntur. *Cic. 2. de Orat.* Eique ab oſtio quærenti Ennium ancilla dixiſſet, domi non eſſe. Et *infra*. Paucis poſt diebus, cum ad Naſicam veniſſet Ennius, & eum a janua quæreret. ¶ Tranſlate ponitur pro aditu, & occaſione. *Cic. pro Planc. c. 3.* Qua volui janua ingreſſus ſum in cauſam. *Ovid. 3. Amor. el. 1. v. 46.* Hæc eſt blanditiis janua laxa meis.

Janual, n. 3. libi genus, quod Jano tantummodo libabatur. *Feſt.*

Januālis, V. Janalis.

Januarĭus, ii, m. 2. *Gennaro*, *Genaio*, ἰαννουάριος, γαμηλιών, primus anni menſis, ita dictus, quod Jano eſſet ſacer. *Varro l. 5. de L. L. Ovid. 1. Faſt. Iſid. l. 5. c. 33.* Additus fuit anno Romano una cum Februario a Numa Pompilio. Nam prius annus decem menſibus conſtabat. Januarium voluit primum anni menſem eſſe, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem, & proſpicientem tranſacti anni finem, futurique principia. *Ovid. 2. Faſt.* ¶ Primus dies Januarii Romanis lætiſſimus, celeberrimuſque fuit. Illo enim die, qui deſignati fuerant, magiſtratum inibant, & quidem qui Curulis fuerant ornati Magiſtratu, curribus, in quibus ſellæ erant ebore tectæ, in Tarpejam arcem, ſeu in Capitolium, univerſo populo ſequente, novis induto veſtibus, vehebantur, ad ſacrificium in Jani honorem peragendum. Illo die ab amicis felicitatis auguria dabantur, & accipiebantur. Prima enim in omnibus rebus maximam vim habere cenſebant. Cæterum hoc ipſo die mos fuit ſingulos aliquid attingere in ea arte, quam exercebant. *Ovid. 1. Faſt.* ¶ Hæc vox revera adjectiv. eſt, & cum abſolute uſurpatur, ſubintelligitur *menſis*. *Cic. 1. Attic. ep. 2.* Januario menſe cura ut Romæ ſis.

Janus, i, m. 2. *Giano*, Ἰανός, Apollo, ſive Sol. Nam etiam Luna primo Jana, deinde Diana appellata eſt. *Macrob. l. 1. Sat. c. 9.* ex Nigidio. Dictus eſt ab eundo, quaſi Eanus, quia ſemper movetur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aliqui Mundum, ideſt Cœlum, ſeu Mentem Cœli præſidem Jani nomine intelligunt, dictumque volunt & ipſum ab eundo, quod cœlum ſemper eat, dum in orbem volvitur, & ex ſe initium faciens in ſe refertur. Sunt etiam, qui Jani nomine annum ſignificari velint. Ratio nominis ſimiliter fuerit a verbo eo. Nam tempus in perpetuo motu verſatur. Aliqui interpretantur antiquum chaos rerum. *Ov. 1. Faſt.* Hiſtorici ſcripſere, Janum Regem antiquiſſimum Italiæ fuiſſe. Regnavit in Latio, & in agro Romano, condita arce, quam de ſuo nomine Janiculum nuncupavit, in eo monte, quem poſteri & ipſum Janiculum appellavere, nunc *Montorio*, trans Tyberim. *Ovid. 1. Faſt. Virg. 8. Æn.* Sed in aliquibus libris reperitur eum in Hetruria regnaviſſe, in aliquibus in Umbria. Primus in Italia Diis templa fecit, rituſque ſacrorum inſtituit. Idcirco in ſacrificiis præfationem meruit perpetuam. *Macrob. l. 1. c. 7. & 9.* Saturnum a Jove filio ex Creta expulſum, claſſeque in Italiam advectum ſuſcepit hoſpitio, & quoniam ab eo rursus agriculturam edoctus eſt, Regni partem illi conceſſit. Saturnus urbem condidit, quam Saturniam appellavit, in monte Tarpejo, ſeu Capitolino. *Ovid. 1. Faſt. Virg. 8. Æn.* Sed de hoc etiam Rege ingens diſſenſio eſt. *V. Voſſ. Etymol. & Gallæum ad Lactant.* ubi contendit Janum eundem fuiſſe ac Noe. ¶ Quidquid veteres Jani nomine intelligerent, ſive Solem, ſive Mundum, vel Cœlum, vel Mentem Cœli præſidem, ſive annum, ſive chaos &c. Romani & omnes Itali Janum Deum quendam eſſe credebant totius mundi cuſtodem, illum Cœli januis præſidere, ideſt, parti orientali, atque occidentali, præeſſe etiam omnium ædium foribus, item viis omnibus tum in urbibus, tum extra urbes, illum Cœlum, aerem, aquam, terram, res omnes hujus univerſitatis claudere, & aperire, pacem, & bellum in ſua poteſtate habere. *Ovid. 1. Faſt.* ¶ Duas illi facies tribuebant, alteram anteriorem, alteram a tergo. Unde geminus, biſrons, & biceps dicebatur. Cauſam *Ovid. 1. Faſt.* affert, quia Cœlo præſideret, & utramque partem, orientalem, & occidentalem, reſpiceret, item ædium januis præeſſet, quæ quidem januæ duas facies habent, quarum altera ad ædium partem internam verſa eſt, altera ad externam. Qui Solem intelliguat, rationem reddunt, vel quia potentiam habet in utramque Cœli januam, ideſt, in partem orientalem, & in occidentalem, &, dum oritur, mundum aperit, dum occidit, claudit; vel quia ſuperorum, atque inferorum janitor exiſtit, ideſt, utrumque hemiſphærium illuſtrat. Qui Janum pro anno accipiunt, illud hujus

ſictio-

Digitized by Google

fictionis cauſam fuiſſe ajunt, quod annus a ſe initium faciens fini occurrat. Quid Regem Italiæ Janum cenſent fuiſſe, faciem geminam ad Jani prudentiam, ſolertiamque referunt, qui & præterita noſceret, atque proſpiceret futura. Ejus figura admodum confuſa erat. Cauſa ab *Ovid.* 1. *Faſt.* allata eſt, quod Janus fuerit antiquum chaos, in quo omnia elementa, terra, aqua, aer, ignis permixta erant. Solebant etiam Janum quadrigeminum, ſeu quadrifrontem fingere. Cœli enim quatuor facies, ideſt cardines, ſunt Oriens, Occidens, Septentrio, Auſter. Cum clave, & virga figurabatur, quaſi omnium & portarum cuſtos, & rector viarum. ¶ In Jani nummis in altera parte facies gemina, in altera figura navis imprimebatur. Navis figura nummi ſignabantur in Saturni memoriam, qui regnante Jano cum claſſe in Italiam venit, eumque, & omnes Italos docuit agriculturam. *Ovid.* 1. *Faſt.* ¶ Jani templum erat ad infimum Argilletum, juxta Palatium, vel, ut alii ſcripſere, juxta Capitolium, ſeu Tarpejum montem, a Numa Pompilio poſitum, vel a Romulo, & Tatio. Loci cauſa fuit, quia, cum Sabini Capitolium Tarpejæ virginis proditione occupaturi eſſent, calida aqua repente ex eo loco erupit, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hoc templum pacis tempore clauſum aſſervabatur. Conſtat autem ter fuiſſe clauſum, primum regnante Numa, iterum poſt bellum Punicum ſecundum, tertio poſt bellum Actiacum ab Auguſto. ¶ Romani Jano ante omnes alios Deos rem divinam faciebant. In omnibus enim rebus prima, & extrema vim habent maximam. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ovidius hanc cauſam attulit 1. *Faſt.* quod Janus eſſet mediator Deorum, & hominum. Sacrificabant thure, melle, ficubus, farre, vino, & aliis hujuſmodi. Cauſa rerum dulcium erat, ut annus feliciter cœptum curſum perageret. Cauſa farris, & vini fuit, ut illo anno frugum copia eſſet. Stipem præterea offerebant, ideſt, nummum æreum, in memoriam ejus pecuniæ, qua veteres uſi fuerant. Sacra etiam Jano faciebant die nono Januarii, quæ Agonalia appellabantur. *Ovid.* 1. *Faſt.* ¶ Janus item erat locus Romæ, ubi fœneratores conſiſtebant, a regione Baſilicæ, ita dictus, quoniam in eo Jani ſimulacra collocata viſebantur. *Ovid.* Qui puteal, Janumque timet, celereſque calendas. Prima hujus vici pars, ubi pecunia fœnori dabatur, *ſummus Janus*, ultima *imus*, media *medius Janus* dicebatur. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 44. Hæc Janus ſummus ab imum perdocet. *Id. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 18. Poſtquam omnis res mea Janum ad medium fracta eſt. ¶ Jani denique dicebantur omnes tranſitiones perviæ, five ædificia fornicata quadrata, aut *arcus*, quos Dio ἁψῖδα appellat, cujuſmodi plures per omnes urbis regiones Domitianum extruxiſſe ſcribit *Sueton. in ejus vita c.* 13. *volto*, *a portici fatti a volta*. *Id. Aug. c.* 31. Pompeji ſtatuam marmoreo Jano ſuppoſuit. ¶ Ita autem appellabantur, quia Janus omnibus januis, & viis præeſſe credebatur, ut dictum eſt.

Januſpiter, olim junctis vocibus dicebatur, ut *Marſpater*, *Saturnuſpater*, teſte *Gell. l.* 5. *c.* 12.

Japetionides, m. 1. patron. pro Japetides, Atlas, vel alius ex filiis Japeti. *Ovid.* 4. *Met. v.* 630. Japetionides Atlas fuit, ultima tellus.

Japetidus, is, idem quod Japetionides. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 111. Tu quoque Japetides, non hos adhibendus in uſus. Alii tamen aliter leg.

Japĕtus, m. 2. Ἰαπετός, idem ac Japhet filius Noe, frater Sem, & Cham. Heſiodi deſcriptione filius fuit Cœli, ſeu Titani, & Terræ, vir quidem potens apud Theſſalos, ſed protervi ingenii, magiſque filiorum, quam ſua virtute clarus. Aſiam Nympham uxorem duxit, & ex ea Heſperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum ſuſcepit. *Horat. l.* 1. *od.* 3. *v.* 27. Audax Japeti genus.

Japidia. V. Japis.

Japis, idis, m. ab ἰᾶσθαι, mederi, dictus eſt medicus, qui Æneam ſagitta ictum curavit. *Virg. Æn.* 12. *v.* 391. ¶ Ille ad Timavum flu. in Italia oppidum condidit, cujus regio Japidia dicta eſt. *Tibul. l.* 4. *el.* 1. *v.* 109. Fertus Japidiæ miles. *Virg. Georg.* 3. *v.* 475. Norica ſi quis Caſtella in tumulis, & Japidis arva Timavi.

Japygia. V. Salentini.

Japygium promontorium. V. Salentinum.

Japyx, ygis, m. 3. ventus, qui ſpirat ab occaſu ſolſtitiali. Dubium eſt, num idem ſit, qui Caurus, an qui Zephyrus. *Gell. l.* 2. *c.* 22. Caurum eſſe ait. Sed ſibi contradicit, cum Japyga ſpirare dicit adverſus Eurum, Caurum vero adverſus Aquilonem. Dictus eſt Japyx, quod a Japygia ſpirare videatur. Quare & commodiſſimus eſt ex Italia in Græciam navigantibus. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 3. Ventorumque regat Pater obſtrictis aliis præter Japyga. ¶ Adjective etiam uſurpatur pro eo, qui eſt ex Apulia. *Ovid. Met.* 14. Sub Japyge maxima Dauno Mœnia condiderat.

Jarbas, æ, m. 1. filius Jovis, & Garamantidis Nymphæ, Rex Getulorum, vel Maxitanorum. *Boccat. l.* 11. *Gen.* V. *Dido*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 36. Non ante Tyro deſpectus Jarbas. ¶ Dicitur etiam Jarba, æ, aliſis. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 552. Et potitur capta Maurus Jarba domo.

Jaſides, æ, patronym. ab Jaſio. *Virg.* 5. *Æn. v.* 843. Jaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem.

Jaſion. V. Jaſius.

Jaſione, es, fem. Ἰασιώνη, herba aſi unius tantum folii, ſed ita implicati, ut plura videantur, in terra repens, cum lacte multo, flore candido. Latine conſilium vocant. *Plin. l.* 21. *c.* 17. & *l.* 22. *c.* 22.

Jaſis, idis, fem. 3. Atalanta, filia Jaſii aut Jaſionis Jovis & Electræ filii. *Propert. l.* 1. *el.* 1. *v.* 10. Sævitiam duræ contudit Jaſidos.

Jaſius, vel Jaſion, m. 2. vel 3. filius Abantis Regis Argivorum. ¶ Item filius Coriti ex Electra, frater uterinus Dardani, qui ex Jove, & Electra procreatus eſt. *Serv. in* 3. *Æn.*

Jăſon, onis, m. 3. Ἰάσων, filius Æſonis Regis Theſſaliæ ex Alcimede, ſeu ex Polymila, nepos Crithei, ſeu Crithei, pronepos Æoli, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendavit, tradito etiam Regno, ea tamen lege, ut illud adulto Jaſoni reſtitueret. Sed mater Alcimede ſuſpectum habens Peliam, Jaſonem Chironi alendum dedit. Jaſon adultus ad repetendum paternum Regnum venit. Verum Pelias, commentus fraudem, Jaſonem Colchos ad auferendum aureum vellus navigare juſſit. Quæ res licet primo fieri non poſſe videretur, tamen præparata Argo navi cum omnibus fere adoleſcentibus Græcia principibus Colchos profectus eſt. Inter navigandum primum ad Lemnum inſ. appulit, ubi ab Hypſipyle, & hoſpitio, & thalamo ſuſceptus eſt. Deinde appulit ad Phineum Regem Thraciæ, al. Arcadiæ, al. Paphlagoniæ, quem ab Harpyis liberavit, miſſis Calai, & Zethe fratribus alatis, qui eas uſque ad Strophades inſ. fugarunt: a quo muneris loco edoctus eſt, quomodo per Cyaneas petras inter ſe concurrentes ad Colchos uſque tuto navigare poſſet. Quo cum perveniſſet, Medea Colchorum Regis filia, forma ejus capta, a certiſſimo eum exitio, oſtenſa ratione, qua æripedes tauros poſſet perdomare, & draconem pervigilem ſopire. Ejus itaque conſilia ſecutus Jaſon aureum vellus ſuſtulit, & inde clam cum ſociis, & Medea fugam arripiens, ad Iſtri oſtium pervenit, adverſoque flumine ſubiens, cum eum tandem in locum perveniſſet, ubi Danubius Liburniæ montibus proximus eſt, navim, qua vectus erat, ſuis, ſociorumque humeris, ſuperatis montibus, in mare Hadriaticum deportavit, tandemque ſoſpes in patriam revectus eſt. Duos ex Medea filios ſuſcepit. Sed cum poſtea Creuſæ Corinthiorum Regis filiæ amore flagrans, eam uxorem duxiſſet, Medea ægre ferens divortium, Creuſam cum regia exuſſit. Sunt, qui tradant, Medeæ poſtea reconciliatum Jaſonem, Æetem ſocerum a fratre Perſa pulſum in Regnum reſtituiſſe, multaque alia præclara geſſiſſe, adeo ut divinos in Aſia honores promeritus fuerit. Hæc fabula deſcribitur ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. *Ov.* 7. *Met.* Multaque perpeſſi claro ſub Jaſone tandem, &c.

Jaſonides, æ, patronym. a Jaſone. *Stat. Theb.* 6. *v.* 340.

Jaſonius, a, um, adject. ad Jaſonem pertinens. *Avien. Arat. Phænom. v.* 808. Jaſoniæ depictaque terga carinæ.

Jaſpideus, a, um, o. 1. 2. quod jaſpidis colorem refert. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Multis coloribus tranſlucentes, alias vitreæ, alias cryſtallinæ, alias jaſpideæ.

Jaſpis, idis, m. 3. ἴασπις, gemma viridis inſtar ſmaragdi, ſed craſſi coloris, a יָשְׁפֵה, jaſpis. *Plin. l.* 37. *c.* 8. ¶ In vocativo *Jaſpi*. *Auguſtus* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 4. Cilniorum ſmaragde, jaſpi figulorum, berylle Porſenæ.

Jaſponyx, ychis, f. 3. gemma nivis colorem referens. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Jatraleptes, vel Jatralepta, æ, f. ἰατραλείπτης, medicus jatraleptica arte curans, quem *Plin. lib.* 29. *c.* 1. *unctorem* vocat. *Celſ. l.* 1. *c.* 1. Neque medico, neque jatralepta egere. Adde *Plin. l.* 10. *ep.* 4.

Jatraleptice, es, medicinæ genus, quæ unguentis, & perfrictionibus curat. *Plin. l.* 26. *c.* 1. ¶ Dicitur & Jatraliptice. nam ει græcum & in i latinum tranſit, & in e.

Jatromæa, æ, ἰατρομαῖα, mulier medica, & obſtetrix. *Vet. Inſcript.* apud *Gruter. p.* 1110. *n.* 1. Valeriæ Verecundæ jatromææ regionis ſuæ primæ.

Jatronicenſis, e, adject. a ἰατρὸς, medicus, & νίκη, victoria, q. d. ad medicorum victoriam pertinens. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Monumento ſuo jatronicenſe inſcripſit, ſubintellige *carmen*, aut quid ſimile, quo ſignificabatur, ſe omnes medicos peritia ejus artis ſuperaſſe.

Jaxamatæ, m. 1. populi Sarmatiæ, ad Mæoticam pal. apud Tanaim fl. Exomatis, & Sathareis finitimi. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 148.

Jazyges, um, maſc. 3. Sarmatica gens Danubii accola, inter Marcomanos, & Getas. Sarmatas Jazyges *Tacit.* vocat *l.* 12. *cap.* 29. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 191. Jazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque. Et in ſing. num. *Id. de Pont. eleg.* 7. Feros ut durat Jazyx Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas.

I ANTE B.

Iber, eris, m. idem ac Iberus, ſeu Hiſpanus. *Lucan. l.* 6. *v.* 258. Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet Cantaber. ¶ Item *Georgiano*. *Val. Flac. l.* 5. *v.* 166. Armeniæ prætentus Iber. V. *Iberia*.

Iberia, f. 1. *Georgiana*, *Gurgiſtan*, Ἰβηρία, regio Aſiæ. Habet ab Or. Albaniam, a qua Caſpio M. dividitur, ab Occ. Colchidem, a qua Moſchicis montibus, a Mer. Armeniam majorem, a Sept. Caucaſios montes. Sed tamen *Georgiana* magnam Armeniæ partem complectitur. Subeſt dominio proprii Principis, ſub clientela tamen Regis Perſarum. Pop. Ibēres, vel Ibēri, *Georgiani*. ¶ Hiſpaniam item veteres Iberiam ab Ibero amne cognominaverunt. *Juſtin. l.* 44. Sed aliquorum opinione Iberia primum appellata fuit Hiſpaniæ regio utrinque Ibero fluvio proxima, quam Celtæ Galliæ populi occupatam, compoſito ex regione, & ex gentis nomine, Celtiberiam nuncupaverunt, poſtea Iberiæ nomen ad univerſam Hiſpaniam extenſum eſt. *Varro* ſcripſit, ex Iberia Aſiæ regione populos veniſſe in Hiſpaniam, & ab illis Hiſpaniam Iberiam & fluvium Hiſpaniæ Iberum dictum fuiſſe. *Dionyſius* contra ſcripſit, Iberos Hiſpaniæ populos a Pyrenæis montibus profectos in Aſia ſedes poſuiſſe, inde eam partem Aſiæ Iberiam nuncupari. Denique *aliqui* tradunt, Hiſpaniam nomen Iberiæ accepiſſe ab Ibero Rege. Hinc Hiſpani etiam Iberi, vel Iberes vocantur.

Iberiacus, a, um, adject. Iberus, Hiſpanicus. *Silius l.* 13. *v.* 510. Omen Iberiacis victa Carthagine terris.

Iberica herba, ſparti genus, quod in Iberia, ideſt, Hiſpania, naſcitur. *Quinct. l.* 8. *c.* 2.

Ibericus, a, um, adject. Hiſpanicus. *Sidon. carm.* 2. *v.* 164. Terrarum indigenas Ibericarum. *Horat. Epod.* 4. *v.* 3. Ibericis peruſte funibus latus, h. e. ſparteis. nam ſparti copia in Hiſpania.

Ibĕris, idis, f. 3. herbæ genus, al. lepidium ſylveſtre. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Ibērus, a, um, quod eſt ex Iberia. *Virg.* 9. *Æn. v.* 582. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. ideſt Hiſpanica. *Serv.* tamen explicat de Aſiatica regione. V. *Iberia*.

Ibērus, i, m. Hiſpanus, *Spagnuolo*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 408. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.

Ibērus, m. 2. *Ebro*, fl. Hiſp. Tarr. qui oritur in Caſtella veteri, in confinio Auſtrali, juxta vicum *Fuentibre*, deinde partem Borealem Caſtellæ veteris rigat, & Navarræ Regnum, poſtea Aragoniam bifariam ſecans, juxta Cæſaraugustam labitur, tandem per partem Occidentalem Cataloniæ fluens, ibi paulo infra Dertoſam in mare Medit. ſe exonerat. ¶ Iberus alter, *Rio tinto*, *Azeeb*, fl. Hiſp. Bæt. qui per Vandaliam fluit. ¶ Item fl. Iberiæ reg. Aſiæ, qui ex Caucaſo M. in Cyrum fl. majorem defluit.

Ibex, icis, m. *ſtambecco*, ἴβιξ, αἴξ, genus capræ, quod in rupibus habitat, a prima voce Græca allata, quæ ab Æolico αἴγιξ, *capra*, vel ab ἴβῶν, *ferro*, quia non raro cum magno impetu in venatorem fertur, eumque præcipitat. *Plin. l.* 8. *c.* 53. Sunt capreæ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ.

Ibi, *ivi*, *in quel luogo*, שָׁם, Germ. *daſelbſt*, Gall. *là*, *en ce lieu là*, Hiſp. *oy*, *alli*, ἐκεῖ, in eo loco, adverb. ſtatus in loco. *Cic. pro L. Man.* Qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat. ¶ Accipitur aliquando pro adverbio temporis, idemque valet, quod tunc, *allora*. *Terent. Andr.* 2. 5. 19. Ubi te non invenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum. ¶ *Id. Heaut.* 3. 1. 62. Subſenſi id quoque, illos ibi eſſe &c. h. e. in eo conſilio, ſeu ſententia. Sic *id. ibid.* 5. 2. 30. Ibi nunc ſum. h. e. id puto, cogito, molior. ¶ Aliquando vicem gerit relativi. *Salluſt. in Catil. c.* 5. Huic bella, cædes, rapinæ, diſcordia civilis grata fuere, ibique juventutem ſuam exercuit. *h. e.* in iis.

Ibidem, adverb. *nel medeſimo luogo*, Germ. *eben daſelbſt*, Gal. *la meme*, *en ce meme lieu*, Hiſp. *el meſmo lugar*, αὐτόθι, in eodem loco. *Cic. in Fam.* Ibidem me opperiare, velim. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 57. Ibidem loci res erit. ¶ Item in eadem re. *Cicer. pro Cæc.* Læſit in eo Cæcinnam, ſublevavit ibidem.

Ibis, idis, f. ἶβις, avis Ægypti, quæ ſerpentibus veſcitur. Hæc (ut Hier. ſcribit) duplex eſt, altera nigra tota eſt, altera ciconiæ non abſimilis, diverſa tamen a ciconia. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 36. Ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, cum ſint aves excelſæ, rigidis cruribus, corneo, proceroque roſtro: avertunt peſtem ab Ægypto, cum volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt, atque conſumunt, ex quo fit, ut illæ nec morſu vivæ noceant, nec odore mortuæ. ¶ Traditur autem ibis clyſteris uſum primo commonſtraſſe, quod conſuetudinem habet ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. *Plin. l.* 8. *c.* 27. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quod vomitione canes, alvo ſe ibes Ægyptiæ curant. ¶ Ibin maledico ſuo carmine Callimachus

machus vocat Apollonium Rhodium, diſcipulum ingratum, teſte *Suida*. Hunc imitatus Ovidius *Ibis* nomine perſtringit Elegiaco carmine adverſarium ſuum, quem nonnulli Hyginum ſuſpicantur. ¶ Legitur & Ibes, Ibidis. *Ovid. in Ib. v. 57.* Illius ambages imitatus in Ibide dicar.

Ibiſcum. V. Hibiſcus.

Ibrida, æ, com. 1. al. hybride, æ, vel hybris, vel Hibris, idis, eſt animal imparibus natum parentibus, & dicitur generatim de omnibus beſtiis, immo etiam de hominibus ſpuriis, ſpeciatim de ſuibus natis ex apris, & porcis. Aliqui deducunt ab ὕβρις, quod exponunt adulterium, quia videtur eſſe quædam quaſi adulterii ſpecies, cum aliquod animal cum alterius generis animali habet conſuetudinem. Sed ὕβρις, generatim injuriam, ſeu contumeliam notat. Aliqui ab ὗς, ſus, originem arceſſunt, quia cenſent, hac voce proprie notari ſues prognatos ex altero fero, & altero domeſtico. *Plin. l. 8. c. 53.* In nullo genere æque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ſeu ſemiferos, ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu collegam, appellatione tranſlata. ¶ Tranſlate Ibris, vel Ibrida vox dicitur a Grammaticis, quæ tanquam partus monſtroſus ex duabus diverſis linguis conflatur, q. d. ſpuria, ut *monoculus*, quia a μόνος græca, & *oculus* latina voce componitur: & *philogræcus*, a φίλος, & *Græcus*.

Ibycus, i, Poeta fuit Lyricus, de quo meminit *Cicer. 4. Tuſc. cap. 33.* Hic cum a latronibus impeteretur, grues forte ſupervolantes obteſtatus eſt, quibus conſpectis latrones, qui eum occiderant, ſa ſe ipſi prodiderunt. Hinc *Auſon. Idyll. 5. v. 8.* Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus. V. *Eraſm. Chiliad.*

I ANTE C.

Icadius, ii. m. 2. prædo inſignis, cui ſaxum ex ſpelunca cadens crure confregit. *Cic. de Fato, c. 3.*

Icaria, æ. f. 1. Icaros, Ichthyoeſſa, *Nicoria*, inſ. parva maris Ægæi, inter Samum ad Or. & Naxum ad Occ. ſeu inter Chium ad Bor. & Pathmum ad Auſtr. Sic dicta ab Icaro, quem volantem ibi decidiſſe amiſſis alis fabulantur.

Icariotis, idis, f. 3. quod ad Penelopen ſpectat. Nam Penelope Icarii filia fuit. *Ovid. 3. de Pont. el. 1. v. 112.* Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide tela. ¶ Item ipſa Penelope. *Propert. l. 3. el. 13. v. 10.* Quæque terunt faſtus, Icarioti, tuos.

Icaris, idis, f. 3. Ἰκαρίς, Penelope, filia Icarii. *Ovid. in Ibin.* Et velut Icaridis famulæ periere, procique.

Icarius, ii, m. 2. ſive Icarus filius Oebali Laconum Regis, nepos Argoli, pronepos Amiclatis, abnepos Lacedæmonis, atnepos Jovis ſecundi, frater Tyndari, pater Erigones, Iphtimæ, & Penelopes. *Ovid. in Epiſt. Helenæ.* Me pater Icarius viduam diſcedere lecto cogit. Narrant, hunc ſocium Liberi Patris fuiſſe, ab eoque vinum accepiſſe mortalibus diſtribuendum: cum paſtoribus, aut ſuis agricolis diſtribuiſſet, illique ex nimio potu ebrii facti eſſent, ab illis interfectum fuiſſe, apud Marathonem, in venatione, quod ſibi venenum eſſe datum arbitrarentur: canem Icarii diu ad cadaveris cuſtodiam remanſiſſe, tandem fame coactum domum rediiſſe, acceptoque pane rurſus ſe ad dominum contuliſſe: Erigonem canem eſſe ſecutam, conſpecto patris cadavere incredibilem in modum doluiſſe, ejus precibus Icarium una cum cane in Cœlum tranſlatum eſſe: Icarium Booten eſſe, canem illum, qui Sirius dicitur, tandem Erigonem doloris impatientia laqueo vitam finiviſſe, Deorum miſeratione receptam eſſe in Cœlum, ſignumque efficere Virginis. Sed *Boccatius l. 5. Gen. Deor.* cenſet, Icarum patrem Erigones alium eſſe ab Icaro filio Oebali, & patre Penelopes. *Tibul. l. 4. ad Meſſalam.* Cunctis Baccho jucundior hoſpes Icarus, ut puro teſtantur ſidera Cœlo.

Icarius, a, um, adject. ab Icaro. V. Icarus.

Icarus, m. 2. Ἴκαρος, Dædali filius fuit, qui una cum patre e Creta fugiens alarum artificio, cum alarum fiducia fretus ultra patris juſſa altius evolaſſet, Soliſque ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta eſſet, ita ut ab alis deflueret, decidit in mare, quod eſt inter Samum, & Myconem, quod ab ejus nomine Icarium dictum eſt, ut Poetæ fabulantur. *Ovid. 3. Triſt. el. 2. v. 90.* Icarus Icarias nomine fecit aquas. ¶ Verius tamen eſt, Icarium mare nomen accepiſſe ab Icaria inſula.

Ichneumon, m. 3. *ſorice d' India*, ἰχνεύμων, ἰχνευτής, ὕδρος, animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris, vulgo mus Indicus, quod naſcitur in Ægypto, & cum aſpide pugnat, ab ἰχνεύω, *inveſtigo*, ſive quod inſtar canis venatici inveſtiget crocodilum, & aſpidem, ovaque eorum obſervet, ſive potius quod roſtro ſuo, quod eſt ſimile roſtro ſuillo, cibum ruſpetur, & inveſtiget. Ichneumona Ægyptii adorant, quoniam ova crocodilorum conterat, & luto convolutus, cum os aperiunt, ita in ventres eorum inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis eos interimat. *Plin. lib. 8. cap. 24. Cicer. 2. de nat. Deor.* Poſſum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere.

Ichnographia, ἰχνογραφία, veſtigii, areæ, ſeu plani deſcriptio, vel, ut Barbari dicunt, planæ formæ delineatio, *deſcrizzione della pianta d' un edifizio*. *Vitruv. l. 1. c. 2.* ¶ Eſt ab ἴχνος, planta, vel plantæ veſtigium.

Ichnuſa. V. Sardinia.

Ichor, ōris, m. ἰχώρ, ῶρος, ſanies, cruor. *Celſ. l. 5. c. 26. n. 20.* Ichor tenuis ſubalbidus ex malo ulcere exit.

Ichthyocolla, æ, ἰχθυοκόλλα, piſcis corio glutinoſo. Item gluten ex eo piſce. *Plin. l. 32. c. 7. & l. 7. c. 59.*

Ichthyoeſſa. V. Icaria.

Ichthyophagi, orum, ἰχθυοφάγοι, Æthiopiæ gentes, quæ piſcibus vivunt. *Ptolem. Strab.*

Ichthyotrophium, ii, n. *peſchiera*, ἰχθυοτροφεῖον, vivarium, in quo piſces nutriuntur. *Colum. l. 8. c. 3.* habet græcis literis.

Ico, is, ci, ctum, a. 3. *percuotere, ferire*, נכה, Ger. *ſchlagen*, Gall. *frapper*, Hiſp. *herir, dar golpes*, παίειν, ferio, percutio. *Lucret. l. 3. v. 161.* corpus propellit, & icit. *Cic. 2. de Div.* Cum Ptolemæus familiaris ejus in prælio telo venenato ictus eſſet. *Plin. l. 16. c. 30.* Arborum manu ſatarum, receptarumque in domos fulmine laurus ſola non icitur. ¶ *Icere colaphum*, eſt impingere alicui colaphum. *Plaut. Perſ. 5. 2. 65.* Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit. ¶ Icere fœdus eſt amicitiam cum aliquo jungere. *Cicer. in Piſ.* Tu fœdus, quod meo ſanguine in pactione provinciarum iceras, frangere voluiſti.

Icon, onis, f. *immagine, effigie*, צלם, Germ. *bildnuſſ*, Gall. *image*, Hiſp. *imagen*, εἰκών, effigies, imago, ſtatua ex membris ipſis a pictoribus, ſeu ſtatuariis expreſſa, ab εἴκω, ſimilis ſum. *Plin. l. 34. c. 4.* Eorum vero, qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. Sed Voſſius apud Grammatic. & pleriſque omnes leg. *iconicas*. ¶ Icon item, eſt Figura Rhetorica. V. *Ethopœia*.

Iconicus, a, um, o. 2. 2. *dipinto, ſcolpito*, Germ. *das eigent lich abgebildet iſt*, Gall. *tiré au vif, peint ſur le vif*, Hiſp. *dibuxado, ſacado del natural*, εἰκονικός, quod eſt ita pictum, ſive ſculptum, ut vivam rei alicujus effigiem, membrorumque omnium ſimilitudinem referat. *Suet. in Calig. c. 22.* Simulacrum ſtabat in templo aureum, iconicum, amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe uteretur. *Plin. lib. 35. cap. 8.* Ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium Miltiadem, Callimachum, Cynegirum, Barbarorum Darium, Tiſſaphernem.

Iconiſmus, us. c. εἰκονισμός, Figura Rhetorum, quando ad vivum alicujus rei formam ob oculos ponimus, ab εἰκονίζω, *aſſimilo, exprimo*. *Sen. ep. 95.* Deſcriptiones has, & (ut publicanorum *utar* verbo, εἰκονισμούς, ex uſu eſſe confitens. V. *Ethopœia*.

Iconium, ii. n. 2. *Cogni, Cogno*, urbs Lycaoniæ, ampla, & probe munita, caput Caramaniæ late ſumptæ, nunc ſedes Præfecti Turcarum.

Ictericus, a, um, adjectiv. ἰκτερικός, qui icteri morbo laborat, *itterico*. *Juven. ſat. 6. v. 564.* Conſulit ictericæ lento de funere matris. Adde *Plin. l. 29. c. 9.*

Icterus, avicula flavi coloris, quam Latini *galgulum*, vel *galbulum*, vel *galbulam* vocant, ſolo aſpectu ictericum, ſeu regium morbum ſanans. *Plin. l. 30. c. 11.*

Ictis, idis, f. *martora, martorello*, ἰκτίς, muſtellæ ſilveſtris genus, magnitudine Melitenſis catelli, ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtellæ ſimile. Martem ſpeciali vocabulo vocant. *Plin. l. 29. c. 4.*

Ictus, a, um, *percoſſo*, percuſſus, partic. ab icor. *Cic. l. 1. de Div. c. 10.* E cœlo ictus, *fulminato*. *Id. de Aruſp. Reſp.* Vos me primum ictum pro vobis, fumantemque vidiſtis. *Liv. l. 1.* Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictus, us, m. 4. *colpo, percoſſa*, מכה, Ger. *ſtraich*, Gall. *coup*, Hiſp. *golpe*, πληγή, percuſſio, ab ico. *Cic. 3. Off.* Ictu fulminis deflagravit. *Aurel. Vict. in Epitom. c. 16.* Ictus ſanguinis, *colpo d' apopleſſia*. ¶ Et tranſlate. *Cic. poſt red.* Cum ego una cum Rep. non Tribunitio, ſed Conſulari ictu concidiſſem. ¶ Olim etiam *ictus, i*, per ſecundam flectebatur. *Quadrig.* apud *Gell. l. 9. c. 13.* Ne Gallus impetum icti haberet. ¶ Sub ictu eſſe, eſt eo loci eſſe, ubi ici quis poſſit. *Senec. de Conſol. ad Marc. c. 9.* Ille damnatus eſt, & tua innocentia ſub ictu eſt. ¶ Sub ictum dare, *eſporre a pericolo*. *Tacit. Ann. 13. c. 39.* Si amnem Araxem tranſgrederentur, ſub ictum dabantur.

Icuncula, f. 1. imaguncula, parva imago, dim. ab icon. *Suet. Ner. c. 56.* Icuncula puellaris.

I ANTE D.

Id, *ciò, queſto*, הזה, Germ. *das*, Gall. *cela*, Hiſp. *eſſo, ello*, τοῦτο, neut. genus pronominis *is*. Eleganter adjunctum habet genitivum, ut Id ætatis, id temporis, ideſt, ea ætate, eo tempore. *Cicer. in Pam.* Id ætatis jam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. *Liv. l. 43. c. 5.* Id locorum. ¶ *Id, quod res eſt*, idem eſt, ac ſi diceremus, quod verum eſt. *Ter. Adel.* Verum cogito id, quod res eſt. ¶ *Id ipſum*, idem eſt, quod hoc. *Cic. Leno.* Multi rogabantur, atque id ipſum Conſulibus invitis. ¶ In reſponſionibus vim habet affirmandi. *Cic. Attic. l. 4. ep. 16.* ¶ Id pro ideo, ſeu propter id, ſæpe uſurpat *Plaut.* ut *Rudent. 2. 3. 66.* Credo aliquem immeritiſſe id miſera merita eſt. Sic *Cic. l. 3. ad Q. Fr.* Teneo ab accuſando eum me, ſed tamen teneo, id quod judices nullus habemus. Adde *Liv. & Ter.* ¶ *Id eſt* formula explicantis, *cioè*. *Cic. Attic. l. 7.* Senatus hodie futurus erat, ideſt Cal. Octob.

Ida, æ, f. 1. vel Ide, es, f. 1. Ἴδη, mons Phrygiæ, ſeu Troadis, in Aſia minore, altiſſimus, ab Ilio 3. M. P. cujus latus Septentrionale ex anguſtiis Abyd. uſque ad Æſapum flu. & Cyzicenum agrum ad Propontidem pertinet, Occidentale ad Helleſpontum reſpicit, Auſtrale promontorium facit, quod Lectum appellatur, Orientale ad Myſos declinat. Vertex hujus Gargarus dictus eſt, in quo urbs erat, quæ Gargara n. pl. vocabatur. Ex hoc monte olim quindecim amnes effluebant, ſed Plinii ætate plurimi eorum exaruerant. Gent. Idæus, a, um. ¶ Ida item, vel Idæus, *Pſiloriti*, mons Cretæ, qui propter celſitatem ut plurimum nive conſperſus eſt. Dictus eſt a Dactylis Idæis, qui cum ex Phrygia in Cretam veniſſent, montem hunc, in quo conſederunt, patrii montis nomine appellarunt.

Idæus, a, um, adject. ad Idam pertinens, ut Idæi campi. *Virgil. 7. Æn.* Idæa mater, h. e. Cybele, quæ in Ida monte, in quo præcipue colebatur, vel ab Idæo Dardani filio, qui in montibus Troadis ei templum extruxit. ¶ Idæi Dactyli, Sacerdotes Cybeles, ab Ida Phrygiæ monte, quem primi coluerunt. Aliqui dicunt, eos filios fuiſſe Solis, & Minervæ, alii Saturni, & Alciopes. V. *Corybantes*. ¶ Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quas dactylos Idæos nominant. *Plin. l. 37. c. 10.*

Idæus, i, mons Cretæ. V. Ida.

Idalium, n. 2. *Boerg Dalim*, Ἰδάλιον, opp. olim, nunc pagus Cypri, ad Idalum M. Nomen ab eventu accepit. Nam cum oraculum Chalcenori datum eſſet, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem Solem conſpicaretur, unus e comitibus, qui forte aſtabat, ad eum converſus, ἴδον ἅλιον, inquit, ideſt *vidi Solem*, arreptoque Chalcenor omine urbem extruxit, & ab ea voce Idalium nominavit. *Steph.*

Idalius, a, um, o. 1. 2. Ἰδάλιος, quod ſpectat ad Idalum M. vel ad Idalium opp. Cypri, ut Venus Idalia, nemus Idalium, &c. *Virg. 10. Æn.* Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera, Idaliæque domus, &c.

Idalus, m. 2. mons Cypri, olim Veneri ſacer, unde Idalia dicta eſt, ad cujus radices Idalium opp. ſitum erat.

Idas. V. Marpiſſa.

Idcirco, vel iccirco, *perciò, per la qual coſa*, על כן, Germ. *darumb*, Gall. *pour cela*, Hiſp. *por eſſo*, διόπερ, conjunctio, idem quod ideo ſignificans. *Cic. 7. Ver.* Reperietis idcirco hæc in uno homine conſtituta, &c.

Idēa, æ, f. 1. *idea, ſpecie*, Ger. *geſtalt*, Gal. *idée*, Hiſp. *idea*, ἰδέα, vel εἶδος, ſpecies, ſeu forma, ſeu exemplar alicujus rei, quæ facienda, vel facta eſt, ab εἴδω, *video*, quaſi id, quod intueri oporteat ad dignoſcendum, aut imitandum. *Cic. in Top. c. 7.* Formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant: noſtri, ſi qui hæc forte tractant, ſpecies appellant: non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. nolim enim, ne ſi latine dici quidem poſſit, *ſpecierum*, & *ſpeciebus* dicere: & ſæpe his caſibus utendum eſt: at *formis*, & *formarum* velim. Hæc *Cic.* qui alibi *exemplar*, & *exemplum* vertit. ¶ Ex quo colligimus, ἰδέαν aptius latine verti *formam*, quam *ſpeciem*. ¶ Uſurpatur tamen & ipſa vox idea latina formatione. *Cic. in Orat. c. 3.* Has rerum formas ille ideas appellat. Niſi forte & hic ἰδέας ſcripſit *Cic.* græcis literis, quod vero valde ſimile eſt. *Senec. ep. 58.* Idea eſt eorum, quæ natura ſunt, exemplar æternum. Adde *Apul. l. 1. dogm. Plat.*

Idem, eadem, idem, us. f. n. *l' iſteſſo, il medeſimo*, עצם, Germ. *ebender*, Gal. *meme*, Hiſp. *meſmo*, αὐτός, ή, ό, ipſe, pronomen, ab *is, ea, id*. Declinatur ut ſimplex *is, ea, id*, ſolo diſcrimine in ultima ſyllaba *dem*. Sed in g. m. nominativi literam ſ abjicit. In g. m. & f. accuſativi mutat *m* ante *d* in *n* euphoniæ cauſa, ut *Eundem, eandem*. In dat. & abl. pl. habet *eiſdem*, vel iiſdem. Sed *iiſdem* multo uſitatius eſt. *Cic. in Or. Id. 1. Off.* Iiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia. In nom. pl. olim dicebatur *ei*, & *eidem*. *Priſc.* ¶ In maſc. gen. nominativi ſing. producit priorem, quam in neut. gen. corripit, tam in nominat. quam accuſat. *Virgil. 4. Æn.* Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet. *Juven. ſat. 4. verſ. 12.* Si feciſſet idem, caderet ſub judice morum.

¶ Porte

¶ Poetæ ſolent duo *is* in nom. dat. & abl. plur. in unum per Synæreſin contrahere. Unde *iidem*, & *iiſdem* in carmine ſunt diſſyllaba. *Tibul. lib.* 4. Iuſſpe, non iidem tibi ſunt. ¶ Idem conſtruitur cum relativo, *qui*, *quæ*, *quod*, in eodem fere caſu. *Cic.* 2. *Offic.* Peripatetici quondam iidem erant, qui Academici. ¶ Vel cum particulis *&*, *ac*, *atque*, *ut*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Dianam, & Lunam eandem eſſe putant. *Id. pro Sylla*, Idem valere debet, ac ſi pater dijudicaret. *Id. pro Domo*, Hoc unum, & idem videtur eſſe, atque illud, quod de me ipſo nominatim tuliſti. *Id.* 1. *Off.* In eadem ſunt injuſtitia, ut ſi in ſuam rem alienam convertant. ¶ Item cum præpoſit. *cum*, & ablativo. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 3. Eodem mecum patre genitus. ¶ A Poetis cum dat. uſurpatur, Græcorum more. *Hor. in Arte*, *v.* 467. Invitum qui ſervat, idem facit occidenti. ¶ *Idem in me*, formula juramenti, qua utebantur, qui poſt alios conceptis verbis jurabant. *Feſt. Turneb. adv. l.* 3. *c.* 10.

Identĭdem, adv. *ſovente*, *ſpeſſe fiate*, *di quando in quando*, פְּעָמִים, Germ. *ſtets*, Gal. *ſouventes fois*, Hiſp. *muchas vezes*, αὖθις, καὶ αὖθις, ἑξῆς, ἀεί, ſubinde, frequenter, &, ut *Valla lib.* 2. inquit, cum quodam intervallo. *Cicer. pro Rab.* Recitabatur identidem Pompeji teſtimonium. *Id. pro Domo*, Identidem ſe ipſe revocabat.

Identĭtas, atis, f. ταὐτότης, convenientia cum aliquo. Vox eſt minus latina, quam uſurpat ſequioris ævi ſcriptor *Jo. Sariber. l.* 3. *c.* 6.

Idĕo, *perciocchè*, *per la qual coſa*, עַל כֵּן, Germ. *derhalben*, Gal. *pourtant*, Hiſp. *por eſſo*, διό, διὰ τοῦτο, idcirco, conjunctio collectiva ſive rationalis. *Cic. in Ver.* 6. *c.* 4. Ideo Claudius retulit, ut iſte auferret. *Id. Fam.* 1. *ep.* 8. Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quod &c.

Ideſt. V. Id.

Idæus, a, um, o. t. 3. quod eſt ex Ida M. *Plin. l.* 16. Idæarum cedrorum. Veteres tamen Idæas cedros pro montanis omnibus ſumebant, ut inquit Nicander.

Idiogrăphus, a, um, adject. ἰδιόγραφος, propria manu ſcriptus. *Gell. l.* 9. *c.* 14. Qui ſcripſerunt, idiographum librum Virgilii ſe inſpexiſſe.

Idiōta, æ, ſeu idiotes, æ, m. 1. *idiota*, *ignorante*, Ger. *ein ſchlechte perſon*, Gal. *idiot*, Hiſp. *ydioto*, ἰδιώτης, proprie notat hominem privatum, ſeu nullo munere publico fungentem, ſed quia qui e vulgo ſunt fere imperiti, indoctique eſſe conſueverunt, accipitur fere a Latinis pro illiterato, indocto, imperito, ab ἴδιος, *privatus*, *proprius*. *Cicer.* 7. *Ver.* Quæ non modo iſtum hominem ingenioſum, atque intelligentem, verum etiam quemvis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. *Id. pro Sext. c.* 51. Rem paternam ab idiotarum divitiis ad philoſophorum regulam perduxit.

Idiotĭcus, a, um, adjectiv. Idem ac idiota, ignarus, rudis. *Tertul. cont. Gent. c.* 1. Rudem, impolitam, & idioticam compellere.

Idiotiſmus, i, m. ἰδιωτισμός, peculiare loquendi genus a vulgo ſumptum, proprium alicujus linguæ character. *Senec. Controverſ. l.* 7. *in præfat.* Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes res, quæ raro procedit &c.

Idolīum. V. Idolium.

Idolĭcus, a, um, adjectiv. ad idola pertinens, ut idolicæ res. *Tertull. de Idol. cap.* 13.

Idolīum, vel Idoleum, n. 2. εἰδωλεῖον, templum, in quo reponitur idolum, ab εἴδωλον, *idolum*, *ſimulacrum*, ut delubrum, in quo Deus ſtatuitur, juxta Varronis etymologiam. *Tertul. de cor. mil. c.* 10. In idoleo recumbere alienum eſt a fide. ¶ A Poetis interdum ſecunda, & tertia corripiuntur. *Prudent. in Apotheoſ. v.* 254. Et quis in idolio recubans, inter ſacra mille.

Idololătres, vel Idololatra, æ, m. & f. *Idolatro*, εἰδωλολάτρης, idolorum cultor. *Tertul. de Pudic. c.* 5. Idololatram, & homicidam ſemel damnat.

Idololatrīa, æ, f. *idolatria*, εἰδωλολατρεία, eſt, cum cultus divinus exhibetur alii, quam Deo, ſive id res ſit vere exiſtens, ſive ab humano conficta intellectu, ab εἴδωλον, *idolum*, *ſimulacrum*, & λατρεύω, *ſervio*, quaſi idoli ſervitus. *Tertul. de Anim. c.* 39.

Idololătris, idis, f. 3. quæ idola colit. *Prudent. Hamartig. v.* 405. Incerat lapides famoſos idololatris religio. Ita leg. *Gron.* & *Heinſ.* Vulgo hab. *idololatria*, quod neque græcæ, neque latinæ terminationis eſt.

Idolothytum, i, εἰδωλόθυτον, quod idolis immolatum eſt, ab εἴδωλον, *idolum*, & θύω, ſacrifico. *Tertul. de Idolol. c.* 13. Quid participas idolothyta ſolemnia? ¶ Et adjective, *Id. de Spectac. c.* 13. Oculos & aures ab idolothytis voluptatibus abſtinere.

Idōlum, li, n. 2. *idolo*, *ſimolacro*, אֱלִיל, Germ. *bild*, Gall. *idole*, Hiſpan. *ydolo*, εἴδωλον, ſimulacrum, imago rei alicujus, quam veteres in honore habebant, ab εἴδω, *video*, quia in idolo quodammodo videmus id, cujus eſt imago. *Cic.* 1. *Fin. c.* 6. Imagines, quæ idola nominant. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſpectro, ſive phantaſmate, *fantaſma*. *Plin. in ep.* 27. *l.* 7. Mox apparebat idolon, ſenex macie, & ſqualore confectus, promiſſa barba. ¶ Penultima hujus vocis ſine controverſia longa eſt. *Prudentius* tamen corripit: in quo non rationem quantitatis ſyllabicæ, ſed Græci accentus ſequitur. *Id. hymn. de paſſione Eulal. v.* 74. Idola protero ſub pedibus, pectore, & ore Deum fateor.

Idomĕne, f. 1. Idomene, opp. Macedoniæ, in Æmathia, Europo proximum, inter Doberum, & Atalantam. Pop. Idomenenſes. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Idomeneus, m. 2. Ἰδομενεύς, filius Deucalionis, nepos Minois, Cretenſium Rex, qui contra Trojanos ſtrenue dimicavit. Troja everſa, cum in patriam renavigaret, ſubita orta tempeſtate, ſolemne votum concepit, ſi ſe Neptunus incolumem in patriam reduceret, ſe illi immolaturum, quod primum ſibi occurreret. Contigit autem, ut filius ejus ei primus obvius fieret: quem cum immolare vellet, aut immolaviſſet, ut aliqui narrant, a ſuis pulſus fugit in Calabriam, ubi juxta Salentinum prom. oppidum condidit, quod Petiliam vocavit. *Virg. & Serv. in* 3. *Æn. Bocc. l.* 11. *Gen. Deor.*

Idonĕe, adverb. *convenevolmente*, Ger. *geſchicklich*, Gal. *proprement*, Hiſp. *decentemente*, *ydoneamente*, ἱκανῶς, apte, commode. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 15. Exordium eſt oratio auditoris animum idonee comparans ad reliquam dictionem. ¶ Comparat. idonius, habet *Tertull. de Pall. c.* 3.

Idonĕus, a, um, o. t. 2. *atto*, *conveniente*, הָגוּן, Ger. *geſchickt*, Gal. *idoine*, *propre*, *habil*, Hiſp. *ydoneo*, ἐπιτήδειος, conveniens, aptus, accommodatus, congruens, ab ἱκανός, idoneus, ut κ abeat in δ, vel a δεινός, ſolers, peritus, ingenio ad aliquid aptus, vel ſimpliciter ab ἴδιος, *proprius*, quia quod cuique rei proprium, id ei maxime aptum, & conveniens. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 1. *de Or.* Cum minus idoneis verbis uti conſueſcerem. ¶ Vel cum dat. *Cic.* 6. *Fam.* Ejus Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diverſorio. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. pro Cluent.* Non eſſem ad ullam cauſam idoneus. ¶ Vel cum relativo *qui*, *quæ*, *quod*. *Cic. pro L. Man.* Non erit idoneus, qui ad bellum Aſiaticum mittatur. *Terent. Andr.* 4. 4. Adeone videmur vobis idonei, in quibus ſic illudatis? ¶ Vel cum conjunctione *ut*. *Cic. pro Domo.* Nemo ne horum idoneus tibi viſus eſt, ut cum eo dedicationem communicares? ¶ Sumitur etiam pro pio, probo. *Cic.* 2. *Off.* Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum eſt. ¶ Item pro fideli, ſufficienti. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. Non mihi ſatis idonei ſunt auctores ii, qui a te probantur. ¶ Apud Grammaticos quoque idonei Auctores appellantur veteres, quibus opponuntur neoterici, ut obſervat *Salmaſ. in prolegom. Exercit. Plin.* ¶ Apud *Suet. in Ner. c.* 44. idoneus dicitur, qui honeſte, & ex legibus militare poteſt. ¶ Caret gradibus; & cum comparatione opus eſt, dicimus, magis, minus idoneus, &c. Neque enim facile uſurpaverim comparat. *idonior*, ſeu *idoneior*, quod legitur apud *Tertul. de Anim. c.* 18. *Paul. l.* 2. *Dig. de popul. act. & Ulp.*

Iduarii, & Iduaria, leguntur in antiqua *Inſcriptione*. Iduaria dicebantur fœnuratorum tabulæ, in quibus apochæ receptæ pecuniæ condebantur. Harum tabularum conditores dicti ſunt iduarii.

Idulia ſacra, erant ſacrificia, quæ idibus ſingulorum menſium Jovi Capitolino a Flamine Diali fiebant, ab idus. *Ovid.* 1. *Faſt. Varro l.* 5. *de L. L. Feſt. Voſſ.*

Idŭlis ovis, quæ omnibus idibus Jovi mactabatur, ab idus. *Ovid.* 1. *Faſt. Feſt. Voſſ.*

Idūma, æ, f. eadem quæ Edom, & Idumæa, regio Palæſtinæ. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 12. verſam proles tua pandet Idumen.

Idumæus, a, um, quod eſt ex Idumæa regione Palæſtinæ. *Virgil.* 3. *Georg.* Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. Nam illa regio palmis abundat.

Idŭo, as, a. 1. divido, lingua Hetruſca, ab εἰς, *in*, & δύω, *duo*, vel ab ἴδιος, proprius, ut ſignet ponere ἰδίᾳ, ſive κατ' ἰδίαν, hoc eſt, privatim, ſeorſim.

Idus, iduum, idibus, *idi*, εἰδοί, dies decimus quintus menſis in Martio, Majo, Julio, Octobri, XIII. in reliquis, ab *iduo* verbo Hetruſcorum, quod erat dividere, quia menſem in duas partes fere æquales dividunt, ut quæ plurimum medium menſem attingunt. *Macrob. l.* 1. *Sat. cap.* 15. *Horat. l.* 4. *od.* 11. Idus ſunt tibi agendæ, Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem. *Cic. Attic. l.* 15. Iduum Martiarum ſtulta eſt conſolatio. *Id. ib. l.* 14. Hæc idibus mane ſcripſi.

Idyllĭum, n. 2, εἶδος, εἰδύλλιον, poematia, ſeu opuſcula metrica, in quibus novum ſemper argumentum tractatur, ab εἶδος, ſpecies, quia qui opuſcula ſua hoc pacto inſcribit, is nihil dicit de materia totius, ſed ad ſingulas partes remittit. Sic Pindari poemata olim εἴδη inſcribebantur. ſic opuſcula ſua Theocritus, & Auſonius εἰδύλλια inſcripſerunt. ¶ Sunt qui ſcribunt *Edyllia*, extrita nempe ſecunda vocali diphthongi.

I ANTE E.

Jecinorōſus, a, um, &

Jecoriſcus, a, um, &

Jecorōſus, a, um, adjectiva ſunt e *jecur*. Primum eſt Scribonii Largi, quo ſignificat eum qui jecinoris vitio laborat; alterum *Marcelli Emp. cap.* 20. Tertium *Sidonii l.* 5. *ep.* 14.

Jecur, jecoris, & jecinoris, n. 3. *fegato*, כָּבֵד, Ger. *die leber*, Gal. *le foye*, Hiſp. *higado*, ἧπαρ, viſcus illud maximum abdominis, quod ſitum eſt in dextro hypochondrio, venarum omnium principium, & primum ſanguinis generandi inſtrumentum, ab antiquo *jecinus*, vel *jecinor*. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Ad eaſdemque portas jecoris confluunt. *Id.* 5. *de Div.* Singulis jecorum fiſſis non interfuit Deus. ¶ Jecur a Platonicis dicitur eſſe ſedes præcipuorum affectuum, ut amoris, iræ, &c. Hinc *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 72. Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve. *Juven. Sat.* 1. *v.* 45. Quid referam, quanta ſiccum jecur ardeat ira? ¶ Sumitur etiam pro prudentia. *Sueton. in Ill. Gramm. c.* 11. *in quodam epigrammo.* En cor Zenodoti, en jecur Cratetis. ¶ Apud veteres e ſpecialiariis olim in deliciis erat jecur anſeris, ſuis, mulli, &c. V. *Plin. l.* 10. *c.* 20. *Martial. l.* 13. *epigr.* 58. & *Sueton. in Vitell. c.* 13.

Jecuſcŭlum, li, n. 2. *fegatello*, ἡπάτιον, parvum jecur, dim. a jecur. *Cic.* 2. *de Div. c.* 14. Muſculorum jecuſcula bruma dicuntur augeri.

Jejunatio, onis, f. jejunium, actus jejunandi, *digiuno*. *Tertull. de Jejun. c.* 13. Jejunationibus operari.

Jejunātor, oris, m. qui jejunat. *Auguſtin. epiſt.* 86. *ad Caſulan.* Qui ventricolus tanquam magnum jejunator accuſat.

Jejūne, adv. *a ſtomaco digiuno*, ἀσιτί, cum jejunio. Tranſlate ponitur pro tenuiter, exiliter, frigide, languide admodum. *Cic.* 1. *de Or.* Iiſdem de rebus jejune quoſdam, & exiliter diſputaviſſe. *Id. de Fin. l.* 3. *c.* 5. Hæc dicuntur fuſtaſſe jejunius.

Jejunioſus, a, um, *digiuno*, adject. jejunus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 6. Neque jejunioſiorem, neque magis effertum fame vidi, *più famato*.

Jejunitas, atis, f. 3. *digiuno*, νηστεία, privatio cibi. *Plaut. Merc.* 3. 3. 13. ut legit *Nonius c.* 4. *n.* 0. ¶ Tranſlate uſurpatur pro tenuitate, inopia, exilitate orationis, cui contraria eſt ubertas, & copia. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 1. Et cum obruerentur copia ſententiarum, atque verborum, jejunitatem, & famem ſe malle, quam ubertatem, & copiam, dicerent.

Jejunium, ii, n. 2. *digiuno*, צוֹם, Ger. *faſtung*, Gall. *juns*, Hiſp. *ayuno*, νηστεία, abſtinentia a cibo, vel dies, quibus a cibo abſtinemus. *Liv. l.* 36. *c.* 37. Renuntiaverunt, jejunium inſtituendum Cereri eſſe. *Ovid.* 13. *Met.* Carne levo ſedam jejunia.

Jejūno, n. 1. *digiunare*, νηστεύω, a cibis abſtineo. *Tertul. de Jejun. cap.* 13. ¶ Non facile invenias, niſi apud Eccleſiaſticos Scriptor.

Jejūnus, a, um, o. t. 2. *digiuno*, *che non ha ancora mangiato*, צָם, Germ. *nuchtern*, Gall. *jeun*, Hiſp. *ayuno*, ἄσιτος, qui cibum nondum guſtavit. *Plaut. Pſeud.* In cunam qui jejunus venerit, aut ſitiens. ¶ Jejuna aviditas, maxima, & qualis jejunis eſſe ſolet. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Ea jejunæ ſemper aviditatis, A querulæ murmurationis. ¶ Jejuna ſaliva eſt, quæ ab homine jejuno expuitur. *Colum. l.* 6. *c.* 33. ¶ Tranſlate dicitur de languido, & imbecillo, quoniam qui jejuni ſunt, minimum habent virium. *Cic.* 4. *Phil.* Ut quoſdam nimis jejuno animo, & anguſto monerem. ¶ *Jejuna oratio*, tenuis, arida, exanguis, cui opponitur copioſa, & plena. *Cic.* 3. *Or.* Stoici orationis genus habent fortaſſe ſubtile, & certe acutum, ſed ut in Oratore exile, inuſitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obſcurum, inane, jejunum. ¶ *Jejuna glarea*, ſicca, & ſterilis terra. *Virg.* 2. *Georg.* Nam jejuna quidem clivoſi glarea ruris, &c. Sic *jejuna humus* eſt infecunda. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Omnis humus, quamvis lætiſſima, tamen inferiorem partem jejuniorem habet. ¶ *Jejunum inteſtinum*, νῆστις, ſecundum inteſtinum, medium inter ecphyſin, & ileon, quod veteres hiram, & per diminutionem bilam, ſeu hillam, & neutro genere hilum, ſeu hilium dixerunt. Dictum eſt ex eo, quod perpetuo inane reperitur. Nunquam enim quod accipit, continet, ſed protinus ad inferiora tranſmittit, affluentis in ſe bilis acrimonia laceſſitum. *Celſus l.* 4. *c.* 1.

Jens, euntis, particip. ab eo, is, *che va*, ἰὼν, ἐρχόμενος. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 9. Jens in Pompejanum bene mane hæc ſcripſi. *Virg. Æn.* 7. Dat euntibus ingens ſilvæ locum.

Jentacŭlum, li, n. 2. *colazione*, Germ. *morgenſupp*, Gal. *le dejeuner*, Hiſp. *almuerzo*, ἀκράτισμα, comeſtio illa, quæ fit ante prandium, ut a pueris, & ab intemperantibus. *Suet. in Vitel.* Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpartiebat, in jentacula, & prandia, & cœnas, comeſſationeſque. ¶ Latinis jentaculum vocabatur ſilatum, quod jejuni abſorberent vinum ſili conditum. *Feſt.* Non tamen hæc perpetua jentaculi ratio fuit. ¶ Accipitur etiam pro ipſo cibo, qui ante pran-

dium ſumitur. *Mart. in Diſt. ult. l. 14.* Surgite, jam vendit pueris jentacula piſtor.

Jentatio, onis, f. actus jentandi, jentaculum. *Jul. Firmic. l. 8. c. 20.*

Jento, as, a. 1. *far colazione*, Germ. *zu morgen eſſen*, Gal. *dejeuner*, Hiſp. *almorzar*, ἀκρατίζομαι, aliquid ante prandium guſto. *Varr. apud Non. c. 2. n. 440.* Quod pulli jentent. *Afran. ibid.* Jentare nulla invitat.

Jerna. V. Juernia.

Jeruſalem, Jerico. V. in lit. H.

Jeſrael, f. indeclin. Jezrael, *Toranie*, urbs Galilææ, in Tribu Iſachar, in lim. Tribus Manaſſe. ¶ Item urbs ſexta tmoctava parte Tribus Judæ, inter Joſa, & Juradam, apud Gelboe M. & Campum magnum Eſdrelon.

JESUS, m. 4. *Gesù*, ישוע, Germ. *Jeſs*, Gall. *Jeſus*, Hiſp. *Jeſus*, Ἰησοῦς, Soſpitator, ſervator, nomen ſacroſanctum Filii Dei, & Salvatoris noſtri, a ישוע, Jeſus, quod ישוע, *ſalus*, quia ſalvos fecit homines e peccatis ipſorum. ¶ Caret numero plurali. In gen. & dat. ſing. deſinit in u, non in us, & ui, ut cætera nomina quartæ declinationis.

Jete, f. 1. Jeta, Jetas, *Jato*, caſtr. Siciliæ, in Valle Mazaræ, juxta Grimiſum fl. non longe a Juliano, a Panormo 30. fere M.

I ANTE G.

Igitur, *adunque*, *dunque*, לכן, Germ. *darumb*, Gall. *donc*, Hiſpan. *luego*, *pues*, ἄρα, τοιγαροῦν, collectiva, vel rationalis conjunctio eſt, ex præcedentibus concluſionem inferens, adhibeturque (ut inquit Valla) brevioribus concluſionibus. *Cicer. pro Lig.* Habes igitur, Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum, confitentem reum. ¶ Veteribus non tantum ergo notabat, ſed etiam inde, poſtea, tum. *Ter. Eun.* Quid igitur faciam? *Plaut. Amph. 1. 1. 54.* Sin aliter ſient animati, neque dent, quæ petat, ſeſe igitur ſumme vi, viriſque eorum oppidum expugnaſſere. ¶ Pro enim uſurpat *Plaut. Moſtel. 5. 1. 53.* Surge dum huc: eſt conſulere igitur quiddam quod tecum volo. ¶ . *Ergo igitur*, dixit *Apul. in prim. l. 1. Mileſ.*

Ignarius, a, um, qui ignem continet, ut ignarius lapis, *pietra focaia*. *Marcell. Empir. c. 33.* niſi forte legendum eſt *igniarius*.

Ignarùris, e, idem quod ignarus. *Plaut. Pan. Prol. v. 47.* Æque ut meorum ſitis ignarures.

Ignarus, a, um, o. 1. 2. *ignorante*, לא יודע, Germ. *unwiſſenhafft*, Gall. *ignorant*, Hiſp. *ignorante*, ἀγνοῶν, neſcius, inſcius, indoctus, rudis, imperitus. *Cic. Att. lib. 5.* Nec hercule unquam tendio ignarus rerum mearum fui. *Id. 1. de Orat.* Ignaruſque ſit facundiæ, ac poliendæ orationis. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 62.* Juxta cum ignariſſimus. ¶ Item imprudens. *Virg. 3. Æn.* Aut quis te ignarum noſtris Deus appulit oris? ¶ Item immemor. *Virg. 1. Æn.* Neque enim ignari ſumus ante malorum. ¶ Sæpe paſſive ſumitur pro ignoto, vel ignorato. *Ovid. 7. Met.* Jamque aderat Theſeus proles ignara parenti. *Tacit. Ann. 15. cap. 11.* Clementiamque ut juſtitiam quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capeſſeret. Al. leg. *ignota*; alii, ſed prave, *ignorantiora*. *Senec. 3. de Ira, c. 2.* Quibus agreſtis vita eſt, circumſcriptio ignara.

Ignave, adv. *pigramente*, *lentamente*, Ger. *faullich*, Gal. *lachement*, Hiſp. *perezoſamente*, ῥᾳθύμως, lente, & ſegniter. *Cic. 2. Tuſc. c. 23.* Ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid ſerviliter, muliebriterve faciamus. *Virg. 3. Georg. v. 465.* Carpentem ignavius herbas.

Ignaveſco, is, n. 3. ignavus fio. *Tertull. de Anim. c. 43.* Anima nec quieſcit, nec ignaveſcit.

Ignavia, æ, f. *pigrizia*, *dapocaggine*, עצלות, Ger. *faulheit*, Gall. *pareſſe*, *couardiſe*, Hiſp. *pereza*, ῥᾳθυμία, timiditas, tenuitas animi, vitium contrarium fortitudini, cum quod ratio aggredi fortiter ſuadet, id nos formido aggredi diſſuadet, & ab audendo retinet. *Cic. pro Rab.* Atque ignaviam ſuam tenebrarum, ac parietum cuſtodiis tegere. *Id. 1. Invent. c. 54.* Contraria ſunt fortitudini ignavia, juſtitiæ injuſtitia. ¶ Tranſlate, ignavia odoris, hoc eſt odor remiſſus. *Plin. l. 16. c. 25.*

Ignavio, is, a. 4. ignavum reddo. *Accius apud Non. c. 2. n. 441.* Sæpe ignavit fortem in ſpe expectatio. Obſoletum eſt.

Ignavo, onis, m. ignavus homo. *Gell. l. 16. c. 14. ex Varr. Plut.* Illi ignavonum, qui nihil perficere poſſunt. Ita leg. Lipſ. at alii *ignavorum*.

Ignavitas, atis, f. idem ac ignavia. *Juſtin. l. 43. c. 3.* Ignavitate, & macie terræ. Sed alii leg. *anguſtiæ*.

Ignaviter, adv. idem ac ignave. *Hirt. Cic. ad Att. l. 13. ep. 6.* Quæris, an ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam.

Ignavus, a, um, o. 1. 2. *vile*, *da poco*, עצל, Germ. *faul*, Gal. *lache*, *pareſſeux*, Hiſp. *perezoſo*, ῥᾴθυμος, remiſſus, iners, qui non eſt induſtrius. Ducitur ab in, & *navus*, ſeu *gnavus*, quem ponunt Latini pro induſtrio, ſtrenuo, diligenti, celeri. *Virg. 4. Georg.* Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent. ideſt inutile, & nullius artis. *Cic. de Sen.* Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignavæ, ſomniculoſæ ſenectutis. *Liv. lib. 5. c. ult.* Fuſos eſſe ab ignaviſſimo, & fugaciſſimo hoſte. *Salluſt. in Orat. Philippi cont. Lepid.* Pejor, an ignavior ſis, deliberari non poteſt. ¶ Ignavum etiam dicitur id, quod ignavos facit, ut ignavum frigus, ignavus dolor, &c. apud *Ovid. 2. Met. & Plin. l. 11. c. 18.* ¶ Ignavi anni dicuntur, quos otioſe tranſigimus. *Ovid. 1. Amor. el. 15. v. 1.* Quid mihi, livor edax, ignavos objicis annos? ¶ *Ignavus fucus* eſt qui omnem vim amiſit. *Plin. l. 20. c. 18.* Succus papaveris multum opio ignavior.

Ignefactus, a, um, adject. *infocato*. *Theod. Priſcian. l. 1. c. ult.* Lapides ignefacti aceto extinguuntur.

Igneolus, a, um, adject. diminut. ab *igneus*. *Prudent. Cathem. 3. v. 186.* Oris opus, vigor igneolus non moritur.

Igneſco, ſcis, n. *divenir di fuoco*, בער, Ger. *feurig werden*, Gall. *s'embraſer*, Hiſp. *encenderſe*, πυροῦμαι, ignitus fio, in ignem convertor. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 46.* Ex quo eventurum noſtri putant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret. *Virg. 9. Æn. v. 66.* Rutulo muros, & caſtra tuenti igneſcunt iræ, h. e. vehementer accenduntur. ¶ *Igneſcor* pro *igneſco*, deponentis forma dixit *Labor. apud Non. c. 7. n. 108.*

Igneus, a, um, o. 1. 2. *di fuoco*, Ger. *feurig*, Gall. *de feu*, Hiſp. *de fuego*, πύρινος, quod in ſe habet vim ignis, vel quod ex igne eſt. *Cic. de nat. Deor.* Nam omne, quod eſt calidum, & igneum, cietur, & agitur motu ſuo. ¶ *Igneus color*, qui ignem imitatur. *Plin. l. 8. c. 38.* Arceſunt in gemmas carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes. ¶ Tranſlate ignea virtus, h. e. divina, vehemens. *Lucan. l. 9.*

Ignia, n. 2. quædam vaſorum fictilium vitia, quæ coquendo contrahuntur. *Feſtus*.

Igniarium, ii, n. 2. *focile*, *battifuoco*, Germ. *feurzeug*, Gall. *fuſil*, Hiſp. *eſlabon de pedernal*, πυρεῖον, idem ac ignitabulum, ideſt id, quo ignis elicitur. *Plin. l. 16. c. 40.* Calidæ morus, laurus, edera, & omnes e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris, paſtorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu. Hæc *Plin.*

Ignicolòrus, a, um, adject. *di color di fuoco*. *Juvenc. in Matth. 26. v. 64.* Sub nubibus ignicoloris.

Ignicòmens, antis, adject. &

Ignicomus, a, um, adjectiv. igneas comas habens. *Auſon. epiſt. 7. verſ. 8.* Ignicomus Sol. *Avien. Prognoſt. Arat. v. 8.* calor ignicomantum Hauſit ſtellarum.

Igniculus, m. 2. πυρίδιον, parvus ignis, diminut. ab *ignis*. *Juven. Sat. 3.* Igniculum brumæ ſi tempore poſcas. ¶ Per metaphoram dicitur de deſiderio. *Cic. Trebon. l. 15. Fam.* Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui. ¶ Item ſumitur pro ſigno, indicio, &c. *Cic. Att. l. 15.* Nonnullos interdum jacit igniculos viriles. ¶ Item pro incitamento, & ſtimulo quodam, quo accendimur, ſeu incitamur ad capeſſendam virtutem. *Cic. 3. Tuſc.* Parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibuſque depravatis ſic reſtinguimus, ut nuſquam naturæ lumen appareat.

Ignifer, a, um, *che porta fuoco*, πυροφόρος, ferens ignem. *Ovid. 2. Metam.* Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe me valet excepto.

Ignifluus, a, um, quod igne fluit, ut Cavernæ ignifluæ, apud *Claud. de 3. Conſ. Honor. v. 196.*

Ignigena, æ, m. in igne genitus. Epithetum eſt Bacchi, quia fulminis iſtu genitus eſt. *Ovid. Met. 4. v. 12.* Ignigenamque, ſatumque iterum.

Ignigenus, a, um, ignem gignens. *Apulej. lib. 7. Metam.* Quouſque fruſtra paſcemus ignigenum iſtum?

Ignio, is, a. 4. *infiammare*, accendo, ignitum facio. *Prudent. Rom. 1077.* Acus minutas ingerunt fornacibus, His membra pergunt urere, ut igniverint.

Ignipes, edis, o. 3. *che ha piedi di fuoco*, πυρόπους, igneos pedes habens. *Ovid. 4. Met.* Ignipedum vires expertus equorum.

Ignipotens, tis, m. *Vulcano*, πυροδυνάστης, dictus eſt Vulcanus, quod ignis poteſtatem habeat. *Virg. 8. Æn.* Illam inter cædes pallentem morte futura fecerat Ignipotens, &c.

Ignis, is, m. 3. *fuoco*, אש, Germ. *feuer*, Gall. *feu*, Hiſp. *fuego*, πῦρ, unum ex quatuor elementis, quaſi ingenis, quia ex eo nihil gignitur, ut *Iſid. l. 19. c. 6.* cenſet. *Cic. 3. Verr. c. 27.* Ligna, & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere cœperunt. ¶ Tranſlate accipitur pro amore. *Virg. 4. Æn.* Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. ¶ Interdum pro eo, vel ea, quam amamus, quod amantes amore veluti flagrent, & urantur. *Virg. 3. Ecl.* At mihi ſeſe ultro offert meus ignis Amyntas. ¶ Item pro ardore, & cupiditate animi. *Id. 2. Æn. v. 575.* Exarſere ignes animo. ¶ Subjicere ignem alicui, h. e. invidiæ materiam ſuggerere. *Cic. pro Rab. Poſth.* Et quanquam etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat, tamen cum odium non reſtingueretis, huic ordini ignem novum ſubjici non ſiviſtis. ¶ In ablat. facit *igne*, & *igni*, ut paſſim legitur apud Poet. ¶ Ignis lambens, ignis fatuus meteora ſunt. V. *Virg. 2. Æn. v. 680. & Plin. lib. 36. c. 27.* &c. ¶ Ignes aſtrorum, h. e. ſplendores. *Virg. 3. Æn.* ¶ Ignis ſacer, morbus eſt, quem alio nomine *ignem S. Antonii* vocant, *eryſipela*. Plura ejus ſunt genera, quæ V. apud *Plin. l. 26. cap. 11.* &c. *Virg. 3. Georg. ad fin.* contactos artus ſacer ignis edebat. Ubi *Serv.* ſacrum ignem exponit ἱερὰν νόσον, quem reprehendit *Mercurial. l. 4. var. lect. c. 9.* quod ἱερὰ νόσος idem ſit ac epilepſia, ignis vero ſacer apud Latinos ſit, qui a *Plin. Zoſter* & *Circinus*, a Scribonio *Zona*, ab Arabibus *Formica*, a Græcis denique *Herpes* appellatur. V. *Turneb. ad l. c. Virg.*

Ignifpicium, ii, n. 2. *l'arte dell' indovinare dal fuoco*, πυρομαντεία, πυροσκοπία, divinationis genus, quod ab ignis inſpectione ſumebatur. *Plin. l. 7. c. 56.* Aruſpicium Delphus, ignifpicia Amphiaraus, auſpicia avium Tireſias Thebanus invenit.

Ignitabulum, n. 2. πυροῖον, πυρεῖον, igniarium, ignis receptaculum, lignum, quod altero ligno atteritur, ut ignem concipiat. *Feſt.* ¶ Ignitabula in Delo inſ. inventa ſunt, quæ idcirco inter alia nomine etiam Pyrpole dicta eſt. *Solin. c. 18.*

Ignitulus, a, um, adject. diminut. ab ignitus. *Tert. l. 1. ad Nation. c. 10.* Mercurius in calvitio pennatulus, in caduceo ignitulus.

Ignitus, a, um, *infocato*, Gal. *embraſé*, *ardent*, Hiſp. *encendido*, πύρινος, accenſus, candens, partic. ab *ignio*, ut ferrum ignitum. *Sidon. l. 1. ep. 11.* Igniti dentis morſu. *Gell. l. 17. c. 8.* Vinum natura ignitius.

Ignivomus, a. 1. 2. *che vomita fuoco*, πυρπνόος, ignem vomens. *Lactant. in Car. de Reſurrect. Dom.* Altius ignivomum Solem cœli orbita ducit. Alii hoc carmen non Lactantio, ſed Venantio tribuunt.

Ignobilis, le, o. 3. *ignobile*, *vile*, ἀγεννής, ignotus, incognitus, cui contrarium eſt nobilis. *Cic. 3. Tuſc.* Quod inglorius ſit, atque ignobilis ad ſupremum diem perventurus. ¶ Item vilis, abjectus in contemptum. *Cic. in Bruto.* Eodem tempore Athenis apud Demetrium Syrum veterem, & non ignobilem dicendi magiſtrum ſtudioſe exerceri ſolebam. ¶ Item obſcuris ortus parentibus, infimo loco natus, *ignobile*, δυσγενής, ἀγενής. *Cic. 7. Verr.* Quo in oppido non ſibi ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier eſſet. ¶ Apud Romanos ignobiles erant, qui omnino imaginibus carebant, i. e. qui in ea familia nati erant, in qua Curules Magiſtratus nunquam extiterant, nec ipſi aliquem hujus generis Magiſtratum geſſerant. *Sigon. de antiq. jure C. R. l. 2. c. 20.* Talis fuit gens Flavia. *Suet. in Veſp.* ¶ Alii ignobiles erant, quia Magiſtratus Curules obtinere non poterant, ut libertini, & filii libertinorum. alii, quia non petebant, ut patet de T. Pomponio Attico, de majoribus Serv. Sulpitii, Ciceronis, Octaviani Auguſti, & aliis. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. c. 3.* ¶ Ignobiles non iidem erant, ac plebeji. Nam etiam patritii aliquo erant ignobiles, & multi plebeji nobiles erant. Nobilitas enim non in claritate ſanguinis, ſed in imaginibus poſita fuit, ſive in Magiſtratibus Curulibus, qui etiam Plebejo Ordini patebant. *Sigon. l. c. c. 20.* ¶ Comparat. *ignobilior*, ſuperl. *ignobiliſſimus*. *Plin. l. 23. c. 1.* Innocentius jam eſt, quodcumque & ignobilius. *Id. l. 35. c. 4.* Ignobiliſſimus alioquin ſenatus ſpectat.

Ignobilitas, atis, fem. 3. *ignobiltà*, *viltà*, Germ. *unedelſame*, Gal. *baſſe condition*, Hiſp. *baxo linage*, δυσγένεια, humilitas, obſcuritas, conditio, atque fortuna hominum infimorum. *Cicer. 3. Tuſcul.* Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? *Id. pro Mur. c. 8.* Multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiiceretur.

Ignobiliter, adv. *ignobilmente*. *Solin. c. ult.* Ædes ignobiliter faſtigiatæ.

Ignominia, æ, fem. 1. *infamia*, *vituperio*, *vergogna*, *biaſimo*, הדר מר, Germ. *ſchmach*, Gal. *honte*, Hiſp. *infamia*, *ignominia*, ἀτιμία, δυσφημία, nominis nota, infamia, dedecus, probrum, ex in, & *nomen*, quaſi boni nominis privatio. *Cic. 4. de Rep.* Itaque cum omnis ea judicatio verſetur tantummodo in nomine, animadverſio illa ignominia dicta eſt. ¶ Ignominia notare, *infamare*. *Cic. Philip. 7. c. 9.* ¶ Differt ignominia ab infamia, in eo, quod ignominia imponitur ab eo tantum, qui animadverſione notare poteſt, infamia vero ex multorum ſermone naſcitur. Præterea ignominia minus eſt quam infamia, quia ignominioſi non ſunt infames. V. *JCtus*.

Ignominio, as, a. 1. *far vergogna*, *far vituperio*, חרף, Germ. *ſchmahen*, Gall. *diffamer*, *deshonorer*, Hiſp. *afrentar*, *hazer ignominia*, ἀτιμάζω, ignominia afficio, apud recentiores. *Gel. l. 9. cap. ult. al. l. 8.* Quibus modis ignominiatus, tractatuſque ſit a C. Cæſare Laberius poeta. Sunt tamen qui contendunt, hæc verba *Gellii* non eſſe.

Igno-

Digitized by Google

Ignominiōſe, adverb. *vergognoſamente*, *con infamia*, Ger. *ſchmaehlich*, Gal. *ignominieuſement*, Hiſpan. *ignominioſamente*, ἀτίμως, cum ignominia, & dedecore. *Arnob. l.* 4. Ignominioſius tractari. *Eutrop. l.* 4. *c.* 10. Ignominioſe turpare. *Oroſ. l.* 7. *c.* 7. Ignominioſiſſime fugere.

Ignominiōſus, a, um, *vituperato*, *ſvergognato*, חֵרוּף, Germ. *ſchandlich*, Gal. *ignominieux*, Hiſp. *ignominioſo*, ἄτιμος, notatus infamia. *Quinct. l.* 7. *cap.* 2. Exul enim eras, & ignominioſus. ¶ Accipitur & pro eo quod affert ignominiam. *Liv. l.* 3. *c.* 23. Hos ignominioſa fuga domum ſe recipientes Romanus Conſul Algido conſecutus ad unum omnes occidit. *Tertul. Apol. c.* 15. Ignominioſiſſimum caput.

Ignorabĭlis, le, o. 3. *incognito*, ἀγνώριστος, quod non cognoſcitur, vel quod facile ignorari poteſt. *Cic.* 2. *de Inv.* Quod levius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit. *Gell. l.* 9. *c.* 12. Alterum autem illud ignorabilius obſcuriuſque eſt.

Ignorabilĭter, adverb. cum ignoratione. *Apul.* 3. *Metam.* Laminis ignorabiliter literatis.

Ignorantĭa, æ, f. 1. *ignoranza*, ἄγνοια, ignoratio, inſcitia. *Cic. pro Flacco cap.* 20. Ubi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. ¶ Aliqui ignorantiam ab ignoratione conantur diſtinguere, ſed nihil certi afferunt. ¶ Inter ignorantiam, & imprudentiam *Donatus in Terent. Eun.* 1. 2. 56. hoc diſcrimen ſtatuit, quod imprudentia ſit per ſe, ignorantia, ſeu ignoratio per alios.

Ignorantior. V. Ignarus.

Ignoratĭo, onis, fem. 3. *ignoranza*, ἄγνοια, actus ignorandi, ignorantia, inſcitia. *Cic.* 2. *de Divin.* Cauſarum enim ignoratio in re nova mirationem facit, eadem ignoratio ſi in rebus uſitatis ſit, non miramur. *Id. pro Cluent.* Quod erat odium, Dii immortales? quæ ſuperbia? quanta ignoratio ſui?

Ignorātus, a, um, adject. ex particip. *ignoto*, ignotus, non cognitus. *Salluſt. Jug. c.* 54. Nocturnis, & aviis itineribus ignoratus Romanos aggreditur. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 23. Cujus ego ignoratum ab Syracuſanis indagavi ſepulcrum.

Ignōro, as, avi, atum, a. 1. *non ſapere*, לֹא יָדַע, Ger. *nichtwiſſen*, Gall. *ignorer*, Hiſp. *ignorar*, ἀγνοέω, neſcio, non cognoſco, non cognitum habeo, parum exploratum, & perſpectum habeo, ab ignarus. *Cic. pro Mil.* An vero tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac urbe verſaris? tuæ peregrinantur aures? *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 4. Ignoraretur forſitan iſta fides. *Ter. Heaut.* 5. 1. 52. Erras, ſi id credis, & me ignoras, Clinia. *Id. Phorm.* 2. 3. 10. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens. h. e. non agnoſcitur, ignorarique fingitur.

Ignoſcens, entis, o. 3. *che facilmente perdona*, qui facile condonat, & ignoſcit. *Ter. Heaut.* 4. 1. 32. Te obſecro, quanto tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior ut meæ ſtultitiæ juſtitia tua ſit aliquid præſidi.

Ignoſcentĭa, æ, f. 1. *perdono*, מְחִילָה, Ger. *verzeyhung*, Gal. *pardon*, Hiſp. *pardon*, συγγνώμη, condonatio peccati. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Ignoſcentias utiles eſſe rebus humanis docet.

Ignoſcibĭlis, le, o. 3. *veniale*, συγγνωστός, venia dignus. *Gell. l.* 13. *c.* 20. De multo jam uſu ignoſcibilis eſt.

Ignoſco, ſcis, vi, tum, n. 3. *perdonare*, מָחַל, Ger. *verzeihen*, Gal. *pardonner*, Hiſp. *perdonar*, συγγινώσκω, eſt parcere, veniam dare, excuſatum habere, ab *in*, partic. priv. & *gnoſco*. Eſt tertii ordinis neutrorum. Quod ſi accuſativum exprimere neceſſe ſit, ad verbum *condono*, vel *remitto*, vel alia confugiendum eſt. *Cic. in Pam.* Tamen ignoſcas, velim, huic feſtinationi meæ. ¶ Sed tamen accuſativum communem, ut alia verba, non reſpuit. *Cic. in Phil.* Hoc ignoſcant Dii immortales, velim, & Populo Romano, & huic Ordini. ¶ Invenitur etiam cum accuſat. non communi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 101. Orant, ignoſcamus peccatum ſuum. *Propert. l.* 2. *el.* 2. *v.* 55. Jupiter, ignoſco priſtina furta tua. Alii legunt *ignoro*. ¶ Uſurpatur ſæpe imperſonaliter. *Cic. de Inv.* Quibus in ſimili excuſatione non ſit ignotum. ¶ Etiam imperſonaliter futuro. *Cic. ad Att.* Eſt, quod a te mihi ignoſci pervelim. ¶ Reperitur etiam in ſignificatione ignorandi, non intelligendi. *Lact. l.* 5. Tum quid legerint, ignoverunt. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Contra patriam (inquit Cicero) arma pro amico ſumenda non ſunt, hoc profecto nemo ignovit. Alii leg. *ignoravit*. ¶ Aliqui addunt, a veteribus uſurpatum fuiſſe pro valde noſcere, & diſcere. *Varro*, Adeſte, adeſte, quæ ſeramque, ignoſcite, donum ut letatis a theatro literas. *Voſſ.* tamen legit *ignoſcite*: alii *agnoſcite*. ¶ Particip. futuri *ignoturus* affert ex *Cic. Priſcian. l.* 10. Legitur & *ignoſciturus*, ſed obſoletum eſt. ¶ Particip. paſſiv. *ignoſcendus*. *Macrob. l.* 2. *Sat. c.* 13. Sed hæc & alia ignoſcenda Virgilio.

Ignotitia, æ, f. ignorantia. *Gell. l.* 16. *c.* 13. Jura, quibus uti per ignotitiam non queunt. Ita legit ex MSS. *Pareus in Lex. Crit.* Vulgo legitur *ignorantiam*.

Ignōtus, a, um, o. t. 2. *incognito*, *non conoſciuto*, לֹא יָדוּעַ, Ger. *unbekant*, Gal. *inconnu*, Hiſp. *no conocido*, ἀγνωστος, incognitus, idest, qui ignoratur, partic. ab ignoſco, quo notat ignorare, non intelligere. *Virg.* 3. *Æn.* Ignoti nova forma viri. ¶ Interdum active ponitur pro eo, qui non novit. *Cic. ep.* 12. *l.* 5. *Fam.* Simulacra corporis ignotis nota faciebant. *Nepos Ageſil. cap.* 8. Ignoti faciem ejus cum intueremur, contemnebant: qui autem virtutes ejus noverant, non poterant admirari ſatis. Adde *Curt. l.* 5. *c.* 12. ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Liv. l.* 5. *c.* 30. Longinqua, eoque ignotior gens erat. *Cic. pro Flacc. c.* 17. Dubitatis, quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum civem vindicetis.

Iguvĭum, n. 2. Iginium, poſtea Eugubium, *Gubio*, urbs Umbriæ, Ducatus Urbini, in amœna planitie. Pop. Iguvini, Iguvini, Igunii.

I ANTE L.

Il Il, vox balbutientis, & verbo proferre conantis. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 62. V. ibi *Taubm.*

Ila, V. Ilia.

Ile, is, n. 3. idem ac ilia: *Voſſ. Serv. ad Virg. ecl.* 7. & omnes Medici. Sed *Plin. l.* 11. *c.* 37. eſt ἴλεον, primum inteſtinum, immediate ventriculo adhærens, per quod cibus labitur a ventriculo in alvum. Afferit autem, in homine, & ove lactes, in cæteris ile nominari. In Onomaſtico vetere ſcriptum eſt, Ile, κῶλον, Colon vero eſt ex craſſis inteſtinis, quintum ordine inter inteſtina.

Ileon. V. Ileum.

Ileos, vel Ileus, maſc. 2. εἰλεός, volvulus, chordapſus, paſſio iliaca, dolor acerbiſſimus inteſtini ilei, ſeu ſubtilis, vel etiam ſecundum nonnullos cæci, cum conſtipatione alvi, tumore ventris chordæ inſtar tenſivo, ſubſequente etiam rejectione fæcum per os, aliiſque graviſſimis ſymptomatibus, proveniens ab inflammatione quandoque gangrænoſa, aut alia graviore ſolutione continui dictæ partis per ſanguinis motum impeditum oborta, inteſtinorum motum periſtalticum invertente. V. *Plin. l.* 30. *c.* 7. & *Celſ. l.* 4. *c.* 13.

Ileōſus. V. Ilioſus.

Ilercaōnes, m. 3. Ilercaonenſes, Illurgavonenſes, pop. Hiſp. Tarr. ubi nunc pars Cataloniæ prov. trans Iberum, & pars Septent. R. Valentiæ. Habebant Sedetanos, & Edetanos ad Occ. Eorum urbes Dertoſa, & Carthago vetus.

Ilerda, f. 1. *Lerida*, Hiſp. *Lleida*, urbs Cataloniæ, ad Sicorim fl. permunita. *Luc. l.* 4. *c.* 33.

Ilergētes, m. 3. pop. Hiſp. cit. circa Ilerdam urb. quorum oppida Ilerda, & Oſca, urbes Iturtina, Bergidum, Bergaſia, Celſa.

Ilex, icis, f. *leccio*, πρῖνος, arbor glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, lævis cortice. *Gell. l.* 5. *c.* 6. Civica corona fit e fronde querna: etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt. *Virg. Ecl.* 7. ſub arguta conſederat ilice.

Ilia, ilium, n. 3. *i fianchi*, λαγών, κενεών, cavitates laterales hypogaſtrii, ſeu, quod idem eſt, laterum mollitudines, & inanitates, quæ præcordiis ſubſunt, & reſpiratione maxime concutiuntur, in quibus meſenterium, & tenuia inteſtina continentur. Aliqui ilia accipiunt totam illam alvi cavitatem, quæ a coxis ad oſſa ilii, ſeu ad pubem ſubtenditur. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. definit ilia partes corporis, quæ inter coxas, & pubem in imo ventre poſitæ ſunt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ilia appellat arterias quaſdam, quæ inter veſicam, & alvum ſitæ tendunt ad pubem. *Perſ. Sat.* 4. *v.* 43. Ilia ſubter cæcum vulnus habes. ¶ Ilia, orum, n. 2. oſſa innominata, quæ oſſi ſacro adjacent ad latus, & per cartilagines junguntur, quæ tria ſunt, & conjunctim ſumpta carent nomine proprio, ſed diviſim accepta appellantur ilium, os pubis, & iſchium. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa ilia fœminæ latera ſua innectit. Al. leg. *ilibus*: alii *ilia* retinent, & tamen de ilibus intelligunt, at hæc vox uno ſenſu ſit 2. & 3. declin. ¶ *Virg. Ecl.* 7. *v.* 26. Invidia rumpantur ut ilia Codro. h. e. adeo Codrus invidendo tabeſcat, ut ei ilia rumpantur. Adde *Cic. in Vatin. c.* 4. ilia ducere eſt anhelantium, & præ fatigatione crebro reſpirantium. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 9. Sic ilia trahere, apud *Plin. l.* 26. *c.* 6.

Ilia, æ, alio nomine Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, Romuli, & Remi mater. *Virg.* 1. *Æn.* 278. Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem. V. Rhea.

Iliăcus, a, um, *Trojano*, quod eſt ex Ilio urbe, quod ad Trojam ſpectat *Virg.* 1. *Æn.* Me ne Iliacis occumbere campis non potuiſſe?

Iliădes, æ, patronym. filius Iliæ, ſeu Rheæ. *Ovid* 3. *Amor. eleg.* 4. *v.* 40. Romulus Iliades, Iliadeſque Remus.

Ilias, adis, f. 3. Ἰλιάς, Homeri opus clariſſimum, omnium, quotquot unquam extiterunt, Poetarum ſcriptis citra controverſiam prælatum, quo bellum Trojanum deſcripſit, ab urbe Ilio, quæ fuit primaria Troadis, circa quam bellum geſtum eſt. Poema eſt in primis prolixum, 24. continens volumina. Hinc factum eſt, ut, cum opus aliquod valde prolixum indicare volumus, dicamus, id Iliade prolixius eſſe. In hoc opere nullum mali genus eſt, quod non recenſeatur. Hinc prov. *Ilias malorum*, Ἰλιὰς κακῶν, pro ingenti calamitate, vel pro multitudine ærumnarum. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 11. Non poſſum enim ſecus vaticinari: tanta impendet malorum Ilias. ¶ *Ovid. l.* 3. *de Ar. am. v.* 413. quis noſſet Homerum, Ilias æternum ſi latuiſſet opus?

Iliăs, adis, f. adject. ab Ilio, mulier Trojana. *Virg.* 3. *Æn. v.* 65. Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.

Ilĭcet, adv. *ſubito*, מִיָּד, Germ. *alſobald*, Gall. *ſoudain*, Hiſp. *luego*, παραχρῆμα, ſtatim, confeſtim, ex *ire licet*, per ſync. ut ſcilicet ex *ſcire licet*, videlicet ex *videre licet*. Nam apud Romanos præco hanc vocem uſurpabat, ad finem rei ſignificandum, ut *Actum eſt*, in ſacrificiis, in dimittendo Senatu, in dimittendis judicibus de conſilio, & hujuſmodi. *Donat. in Phorm.* 2. 1. *ſc.* 4. *Serv. in* 2. *Æn.* Hac etiam voce præfica in funeribus, cadavere ululato, cæteriſque rite peractis, utebatur. *Serv. in* 6. *Æn.* Quia igitur hac voce pronuntiata cito diſcedebatur, inde uſurpari cœpta eſt pro cito, celeriter, ſtatim, confeſtim. Male autem quidam *illicet* ſcribunt geminato *l*. Nam quod ajunt e vocis *ire* extrito relinqui *rlicet*, ſed r ſequente *l*, mutari in *l*, ut fit in *pellicio*, *pellego*, *intelligo*, & alia, id nihil ad rem facit, quia in *ilicet* non eſt mutatio, ſed totius ſyllabæ ſyncope, ut fit in *ſcilicet*, & *videlicet*, ubi eadem ſyllaba *re* eliditur. *Virg.* 2. *Æn.* Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti volvitur. ¶ Videtur etiam eſſe adverbium affirmantis. *Plaut. Epid.* Ilicet iſ vadimonium mihi hic ultro facit. *Id. Curc.* Ilicet pariter hos perire amando video. ¶ *Feſt.* ilicet exponit ſine dubio.

Ilicētum, ti, n. *lecceto*, πρινών, locus ilicibus conſitus. *Mart. l.* 12. *epigr.* 18. E cathedra ſargentem focus excipit ſuperba vicini ſtrue cultus iliceti.

Ilicĕus, a, um, *di elce*, πρίνινος, quod eſt materiatum ex ilice. *Stat. l.* 6. *Theb. v.* 102. Ornique, iliceæque trabes.

Ilienſes, m. 3. pop. Sardiniæ circa mediam Inſulam, quorum tractus *Ilena*.

Ilienſis, ſe, o. 3. quod ad Ilium ſpectat. *Sueton. Tiber. c.* 52. Ilienſibus legatis paulo ſerius conſolantibus, ſe quoque reſpondit vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amiſiſſent.

Iligneus, a, um, *di elce*, πρίνινος, idem quod iliceus. *Col. l.* 11. *c.* 2. Ilignearn frondem bubus recte præbebimus.

Ilignus, a, um, idem ac iligneus. *Ter. Adel.* 4. 2. 46. Lectulos ilignis pedibus faciundos. *Al. leguut* iligneis. *Virg.* 3. *Georg. v.* 330. Currentem ilignis potare canalibus undam.

Ilĭōna, æ, f. Hecuba Priami uxor, apud *Horat. l.* 2. *Sat.* 3.

Ilĭōne, f. 1. maxima filiarum Priami, & Hecubæ, uxor Polymneſtoris Regis Biſtoniæ, vel Pallenes, in Thracia. *Virg.* 1. *Æn.*

Ilĭoneus, m. 2. Ἰλιονεύς, Trojanus vir, fil. Phorbantis, eloquentia excellens, qui deleto Ilio cum Ænea fugit, & naufragio in Africam delatus, cum Didone loqui pro Trojanis fingitur. *Virg.* 1. *Æn.*

Ilĭos, fem. 2. pro Ilio urbe, apud *Horat. l.* 4. *od.* 9. Non ſemel Ilios vexata. Et apud *Ovid.* 14. *Met.* poſtquam alta cremata eſt Ilios.

Ilĭōſus, a, um, qui ex ilibus laborat, quod morbi genus Græci λαγονόπονον, *Plin. l.* 20. *c.* 4. ¶ Sunt qui legant *ileoſus*, & ducunt ab *ileos*.

Iliſſus, m. 2. fl. Atticæ, cum opp. cognom. qui per fines Athenienſium fluit, ipſas Athenas ex adverſo Cephiſi alluit, mari ad Pyreæum excipitur. ¶ Item fl. Imbri inſ.

Ilithyĭa, f. 1. Diana, Juno Lucina, Dea, quæ parientibus adſiſtere putabatur. *Ovid.* 9. *Met. v.* 283. Propoſitam timidis parient ius Ilithyiam. *Horat. carm. ſæc.* Lenis Ilithyia tuere matres. Græca ſcribitur Εἰλείθυια; ex quo colligitur eſſe vocem quadriſyllabam, & verſum Ovidii allatum eſſe ſpondeicum.

Ilĭturgis, Illiturgis, Ilíturgi, Ilurgis, *Lietor*, al. *Andujar el viejo*, urbs Hiſp. Bæticæ, quæ *Plinio* Forum Julium cognominatur, in Vandalia, apud Bætim fl. Everſa fuit a Scipione una cum Caſtulone, quod ad Pœnos defeciſſent. Aliis eſt *Jaen*, al. *Aldea del Rio*.

Ilĭum, ii, n. 2. primum oſſium innominatorum, inde dictum, quod ilia, ſeu cavitatem ilei continet, & inteſtinum ileum recipit. *Barthol. l.* 4. *Anat. c.* 16. *Marullus Mimographus* apud *Serv.* æquivoce, & joci gratia: Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. h. e. a ventre, & abdomine.

Ilĭum, ii, n. 2. urbs Troadis, *Troja*, a Dardano condita, ab Ilo rege & augmentum, & nomen accepit: proprieque dicitur ipſa Trojana civitas, nam Troja regionem ſignificat, licet & pro Ilio ſæpe uſurpetur. *Virg.* 3. *Æn.*

Digitized by Google

Æn. v. 3. ceciditque ſuperbum Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja. *Id.* 1. *Æn.* v. 72. Ilium in Italiam portans. V. Troja.

Ilius, a, um, idem ac Iliacus, ſeu Trojanus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 285. Quam miſeram tenuit non Ilia tellus. *Id. Æn.* 1. v. 274. dum res ſtetit Ilia regno.

Illa, vel ila, æ, f. 1. diminut. ab ima, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima. *Feſtus.*

Illa, adverb. pro illac, *per quel luogo*. *Tac. Hiſt. l.* 3. *c.* 8. Ne pervium illa Germanicis exercitibus foret. *Id. Ann.* 2. *c.* 17. Incubueratque ſagittariis, illa rupturus.

Illabefactus, a, um, adject. non labefactus, *incorrotto*, *non guaſto*, *non diſtrutto*, ἀκλόνητος. *Ovid. de Pont. l.* 4. *ep.* 8. v. 10. Quæ ſemper maneant illabefacta precor.

Illābor, eris, apſus ſum, d. 3. *cadere*, *ſcorrere*, נפל, Germ. *hinein fallen*, Gal. *ſe couler*, *couler dedans*, Hiſp. *deſlizarſe*, *reſvalar*, εἰσολισθάνω, ἐμπίπτω, incido, influo. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Ad decimum a Mileto ſtadium lenis illabitur mari. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* In ſtomachum primo illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore. *Id.* 2. *Fin. c.* 11. Si ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuavitate afflueret, & illaberetur.

Illaboratus, a, um, ἀκατέργαστος, quod ſine labore, & diligentia confectum eſt. *Quinctil. l.* 10. *c.* 3. Tum interim hæc omnia, quæ vix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata. *Sen. epiſt.* 90. Terra illaborata. h. e. aratro non culta.

Illabōro, as, avi, atum, a. 1. in re laboro, ut præpoſit. *in* epitatica ſit, non privativa, ἐναγωνίζομαι. *Tac. de Germ. ad fin.* Venari beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus.

Illac, *per quel luogo*, Germ. *da durch*, Gall. *par là*, Hiſp. *por allà*, ἐκεῖ, ἐκείνῃ, adv. motus per locum. *Cic. Att.* Non illac me tranſiturum puto.

Illacerabĭlis, le, adject. qui lacerari non poteſt. *Silius l.* 5. v. 137. Spolium, quod rege ſuperbus Bojorum cæſo capiti illacerabile victor Aptarat.

Illaceſſītus, a, um, adject. non laceſſitus, *non provocato*. *Tac. Agric. c.* 20. Ut nulla Britanniæ nova pars illaceſſita tranſierit.

Illacrymabĭlis, & le, o. 3. *che non ſi muove a pietà*, *crudele*, ἄδακρυς, inexorabilis, qui tam durus eſt, ut ad lacrymas, aut ad miſericordiam commoveri non poſſit. *Horat. l.* 2. *Carm. od.* 14. Non ſi tricenis, quotquot eunt dies, amice, places illacrymabilem Plutona tauris. *Id. l.* 4. *od.* 9. Sed omnes illacrymabiles Urgentur, ignotique longa nocte. h. e. lacrymis non decorati. *non compianti.*

Illacrȳmo, as, n. 1. & illacrymor, aris, d. 1. ἐπιδακρύω, idem fere quod lacrymo. *Liv. l.* 25. Illacrymaſſe dicitur partim gaudio, &c. ¶ Illacrymare morti, vel errori alicujus, eſt propter ejus mortem, vel errorem lacrymas emittere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quid dicam de Socrate? cujus morti illacrymari ſoleo Platonem legens. *Liv.* 10. *bel. Mac.* Qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illacrymaſti. ¶ Dicitur & de rebus inſenſibilibus pro exudare, ſeu humorem emittere. *Virg.* 2. *Georg.* Illacrymat mœſtum templis ebur, æraque ſudant.

Illactĕnus, adverb. *fino a quel ſegno a luogo*. *Gel. l.* 16. *c.* 19. Precum ejus commiſeratum illactenus, ut ei necem afferre temperarent. Alii leg. *Illatenus.*

Illæc, illa hæc. *Ter. Adel.* 3. 4. 58. Nimia illæc licentia.

Illæſĭbĭlis, le, adject. qui lædi non poteſt. *Lactant. de Ira Dei*, *c.* 17. Ira in Deo eſſe non poteſt, quia illæſibilis eſt.

Illæſus, a, um, o. 1. a. *non offeſo*, Germ. *unverletzt*, Gall. *ſans bleſſures*, *ſain*, & *entier*, Hiſp. *no ofendido*, ἀβλαβής, non læſus, partic. ab *illædor*, quod ab *in*, & *lædor*. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Gallinam conſpicui candoris ſedens aquila ex alto abjecit in gremium illæſam.

Illætabĭlis, & le, o. 3. *triſto*, *malinconioſo*, ἄχαρις, non lætus, injucundus, triſtis. *Virg.* 3. *Æn.* Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora accipit.

Illævigatus, a, um, adject. non lævigatus, ut illævigatus ſonus. h. e. inconditus, apud *Diomed. l.* 3.

Illapſus, us, m. actus illabendi, influxus, εἴσροια. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ne præcludatur humoris illapſu, atque exitu.

Illapſus, a, um, partic. ab illabor. *Cic.* 2. *Leg. c.* 15. Pernicies illapſa civium animos. *Virg.* 2. *Æn.* v. 377. Senſit medios illapſus in hoſtes. *Horat. l.* 2. *od.* 17. Me truncus illapſus cerebro Suſtulerat, niſi, &c.

Illaqueatus, a, um, adject. *allacciato*. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 4. Illaqueatum omnium legum periculis.

Illaqueo, as, a. 1. *allacciare*, עקש, Germ. *verſtricken*, Gall. *enlacer*, Hiſp. *enlazar*, ἐμπαγιδεύω, laqueo conſtringo. *Prudent. Cathem.* 3. v. 41. Callidus illaqueat volucres, aut pedicis dolis, aut maculis.

Illatabĭlis, le, adject. *che non ha larghezza*, ἀπλατής. *Gell. l.* 1. *c.* 20. Euclides, γραμμή, inquit, eſt μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno verbo Latine non queas, niſi audeas dicere illatabile.

Illatenus, V. Illactenus.

Illatĕbra, æ, f. locus, ubi celari nihil poteſt. *Plaut.* apud *Macrob. Satur.* 3. *c.* 16. Cujus ego latus illatebras reddam meis dentibus, & manibus. h. e. Diſcerpam, lacerabo.

Illatĕbro, as, a. 1. *aſcondere dentro*, טמן, Ger. *verbergen*, *verſtecken*, Gall. *cacher*, Hiſp. *eſconder dentro*, ἐγκατακρύπτω, in latebris abſcondo, intus abſcondo. *Gel. l.* 17. *c.* 2. *ex* 5. *Annal. Q. Claudii*. Arma plerique abjiciunt, atque inermes illatebrant ſe ſe.

Illatio, onis, f. actus inferendi, *il portar dentro*, εἰσφορά. *Ulp. l.* 2. *ff. de Relig. & ſumpt. Fun.* De ea illatione Prætor ſenſit. ¶ Item ſolutio tributorum, apud *Caſſiod. l.* 2. *ep.* 16. ¶ A Philoſophis illatio dicitur concluſio ſyllogiſmi, *illazione*. *Apul. l.* 3. *de dogm. Plat.* Dico illationem, vel illativum rogamentum, quod acceptionibus colligitur, & infertur.

Illatīvus, a, um, adject. inferens, aut concludens, ut illativum rogamentum, V. in Illatio.

Illātro, as, n. 1. latro, vel intus latro. *Sil. l.* 13. v. 845. Illatrat jejunis faucibus Orcus. Adde *Lucan. l.* 6. v. 729.

Illātus, a, um, adject. ex particip. ab infero, ers, *portare dentro*, εἰσφερόμενος. *Curt. l.* 8. *c.* 2. Interiora, niſi lumina illata obſcura ſunt. *Id. l.* 8. *c.* 1. Parmenionis cum honore mentio illata.

Illaudabĭlis, le, o. 3. *indegno di lode*, ἀνεγκωμίαστος, quod non eſt dignum ut laudetur. *Stat.* 5. *Syl.* Carmen illaudabile fundera. Adde *Gel. l.* 2. *c.* 6.

Illaudandus, a, um, non laudandus, illaudabilis. *Cyprian. Tertull. carm.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 6. plebis facta illaudanda revolvit.

Illaudatus, a, um, o. 1. a. idem ac illaudabilis. *Virg.* 3. *Georg.* Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.

Illautus, V. Illotus.

Ille, illa, illud, *quello*, *colui*, הוא ,הוא, Ger. *der*, *dieſer*, *das*, Gal. *celuy*, *cetui*, *cela*, Hiſp. *aquel*, *aquella*, *aquello*, ἐκεῖνος, pronomen demonſtrativum tertiam deſignans perſonam, tam a loquente, quam ab audiente remotam. *Cic.* 1. *de Or.* Qui cum illis una ipſum illum Carneadem diligentius audierat. ¶ Interdum in oratione uſurpatur cum emphaſi, & vehementiæ gratia. *Cic. pro L. Mur.* Ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur. ¶ Interdum ponitur ad majorem expreſſionem, & jungitur cum alio pronomine, vel cum adjectivo *alter*, vel cum conjunctione *quidem*. *Cic. ad Att.* Ego ille ipſe vindex meus alienum, &c. *Id. pro Marc.* Ipſa illa rerum humanarum domina fortuna. *Id. in Catil.* Fuit illa iſta quondam in hac Rep. virtus. *Id.* 2. *de Orat.* Illud alterum genus temporibus, & locis definiunt. *Id. in Fam.* Præter rumores de oppreſſo Dolabella ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. ¶ *Illæ* pro *illius* habet *Lucret. l.* 4. v. 1076. Et pro *illi*, in dat. ſing. *Plaut.* in *Pſeud.* & in *Mil.*

Illecĕbræ, arum, f. 1. blanditiæ, incitamentum, blandimentum, lenocinium, *allettamenti*, *carezze*, Germ. *anreitzungen*, Gall. *allechement*, Hiſp. *halagos*, θέλγητρα, ψυχαγωγία, ab illiciendo. Sumitur autem hoc nomen & in bonam, & in malam partem. *Cic.* 6. *de Rep.* Suis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus. *Id. pro Cæl.* Erant apud illum illecebræ libidinum multæ. ¶ Legitur etiam in ſingulari numero illecebra. *Cic. pro Mil.* Quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Adde *Gel. Plaut.* & *Liv. l.* 10. *c.* 4.

Illecebrōſe, adv. cum illecebris. *Plaut. Mil.* 3. 2. 36. Hui! illecebroſe. *Ammian. l.* 3. *c.* 19. Hæc ita illecebroſius, atque inhumanius agi, loquebatur rumor.

Illecebrōſus, a, um, θελκτήριος, ἐπαγωγός, quod blandimentis hominem allicit, *allettativo*. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Illecebroſis inſidiis ambire. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 55. Iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt.

Illectamentum, i, n. *allettamento*. *Apul. Apol.* Illectamentis captus.

Illectatio, onis, f. illectamentum. *Gel. l.* 18. *c.* 2. Demulcentes eum jucundis ſermonum illectationibus.

Illectus, a, um, *allettato*, δελεασθείς, invitatus, partic. ab illicior. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 6. Cum libido ad id, quod bonum videtur, illecta, & inflammata rapiatur. ¶ Eſt etiam participium a *legor*, & ſignificat non lectum, ἀνεπίγνωστον. *Ovid.* 1. *de Art.* v. 471. Si non accipiat ſcriptum, illectumque remittat. ¶ Item non collectus, ἀσύλλεκτος. *Paul. Dig. l. ult. tit. penult. leg.* 30. Stipula illecta ſunt ſpicæ in meſſe dejectæ, necdum lectæ.

Illectus, us, m. *carezze*, δέλεαρ, blanditiæ, illectamentum. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 21. Magis illectum tuum, quam lectum metuo.

Illegitĭmus, a, um, adject. legi repugnans, nullum jus habens. *Borrich.* affert exemplum ex *Val. Max. l.* 2. *c.* 1. *n.* 3. his verbis. Multorum matrimoniorum experientiam quaſi illegitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes. Sed MSS. & optimæ edit. habent *legitimæ*, nec aliter patitur ſenſus.

Illenteſco, & Inlenteſco, is, n. 3. idem quod lenteſco. *Colum. ſub fin. c.* 11. *l.* 2. Paulum aqua maceratur, dum illenteſcat. Al. leg. *lenteſcat.*

Illepĭde, adver. *ſenza grazia*, ἀχαρίτως, injucunde, & inficete. *Plin. in Præf.* Nos Plancus illepide, cum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, &c.

Illepĭdus, a, um, *che non ha grazia*, Ger. *unlieblich*, Gal. *mauſſade*, *ſans grace*, Hiſp. *ſin donayre*, *ſin gracia*, ἄχαρις, ἀναφρόδιτος, in quo nihil leporis eſt, nec elegantiæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Parentem habere avarum, illepidum, in liberos difficilem. Adde *Gell. l.* 13. *c.* 23.

Illex, illegis, c. 3. *ſenza leggi*, Ger. *unlochung*, Gal. *ſans loy*, Hiſp. *atrahedo por alagos*, ἄνομος, exlex, qui ſine lege vivit, qui legi non paret. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 4. Impure, inhoneſte, injure, illex, labes populi.

Illex, icis, m. 3. ſeu illix, icis, f. 3. παλεύτρια, avis in aucupiis, quæ ceteras allicit. Ea ſolet eſſe accipiter. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 67. Ædis nobis area eſt, auceps ſum ego, eſca eſt meretrix, lectus illex eſt, amatores aves. ¶ Tranſlate accipitur pro illicio, incitamento, illecebra, ut Illex animi Venus, apud *Apul. Apol.* ¶ Interdum adjective ſumitur, in idem ſit, ac illiciendi vim habens, ut Oculi illices apud *Apul. ibid.*

Illhæc, illa hæc, *Tertul.* V. Illæc.

Illi, adverb. *ivi*, *in quel luogo*, ἐκεῖ, ibi, vel illic. Multa afferuntur exempla e *Terentio*, plurima ex *Plauto*, unum etiam ex *Virgilio*; in quibus omnibus alii Codices habent *illi*, alii *illic*. *Donatus* tamen in *Terentii Adelph.* 1. 2. 36. & *Virg.* 2. *Æn.* v. 548. *illi* defendit.

Illibabĭlis, e, adject. qui libari, ſeu attingi non poteſt. *Lactant. l.* 2. *c.* 7. Illibabilis eſt tanquam lux.

Illibatus, a, um, *intatto*, *incorrotto*, *puro*, *non guaſto*, תמים, Ger. *unberürt*, Gal. *non corrompu*, Hiſp. *no corrupto*, ἀλώβητος, intactus, partic. a libo. *Col. lib.* 3. *cap.* 10. Ex proximo terræ integro illibatoque ſucco alumur. ¶ Tranſlate ſumitur pro integro, incorrupto, puro. *Liv. l.* 3. *c.* 6. Illibatum imperium. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 1. *n.* 4. Illibata virginitas.

Illiberālis, le, o. 3. *incivile*, ἀνελεύθερος, ignobilis, ſordidus, qui contra agit, ac liberum hominem decet, quod homine libero indignum eſt. *Ter. Adelph.* 3. 4. Ex illa familia tam illiberale facinus eſſe ortum. *Cic.* 1. *Off.* Duplex omnino eſt jocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum, alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Illiberalis cibus. h. e. pauperum. ¶ Speciatim ponitur pro non liberali, non munifico, avaro, *non liberale*, *non corteſe*, *avaro*, כילי, Ger. *unfrey*, Gal. *vilain*, *chiche*, Hiſp. *no cortes*, *no liberal*, φειδωλός. *Cic. Memmio*, *l.* 13. *Fam. epiſt.* 1. Non te in me illiberalem, ſed me in te negligentem putabit.

Illiberālĭtas, atis, f. *incivilità*, *avarizia*, ἀνελευθερία, inurbanitas, & ſpeciatim avaritia, cui opponitur liberalitas. *Cic.* 2. *Off.* Habenda eſt autem ratio rei familiaris, ſed ita, ut illiberalitatis, avaritiæque abſit ſuſpicio. Adde *ad Att. l.* 9. *ep.* 6.

Illiberālĭter, adverb. *incivilmente*, Ger. *unfrey*, *unbilliceher*, Gal. *chichement*, *vilainement*, Hiſp. *illiberalmente*, *incivilmente*, ἀνελευθέρως, αἰσχρῶς, non liberaliter, aliter ac hominem liberum decet. *Ter. Phorm.* Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. ¶ Illiberaliter apud veteres dicebatur factum (inquit *Donatus*) ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii. *Ter. Adelph.* Factum a vobis duriter, immiſericorditerque, atque etiam, ſi eſt pater, dicendum magis aperte, illiberaliter.

Illic, adverb. ſtatus in loco, ἐκεῖ, *là*, *in quel luogo*, in illo loco. *Ter. Andr.* 2. 6. 27. Si hic mali eſt quidquam, illic eſt huic rei caput. ¶ Illic pro ille uſurpat *Plaut.* pluribus in locis, quæ citat *Pareus in Lex. Crit.* ut *Amph.* 1. 3. 107. & 162. *Mercat.* 1. 3. 121. *Trucul.* 2. 2. 1. & alibi. Eſt autem dictum per apocopen pro *illicce*, quo Veteres uſi ſunt, ut *Priſcian.* docet *l.* 12. *pag.* 948. *Porſch.*

Illicentiōſus, a, um, adject. illicitus, *licenzioſo*. *Apul. l.* 2. *Met.* Per convivium illicentioſus cachinnus effunditur.

Illĭcet, V. Ilicet.

Illicibĭlis, le, adject. qui illicit, ut illicibilis voluptas, apud *Lactant. l.* 7. *c.* 27.

Illicio, is, exi, ectum, a. 3. *adeſcare*, פתה, Ger. *anreitzen*, Gal. *attirer*, *allecher*, Hiſp. *halagar*, *liſongear*, ἐπάγω, attraho, & quaſi inneſco, ex *in*, & antiquo verbo *lacio*. *Cic. de Amic.* Nihil eſt, quod ad ſe rem ullam tam illiciat, & tam attrahat. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 27. Qui non ſat habuit conjugem illexiſſe in ſtuprum. *Ter. Andr.* 5. 4. Illicere in fraudem.

Illicite, adverb. *illecitamente*, ἀθεμίτως. *Var. l.* 5. *L. L. c.* 9. Illicite illexit. *Ulpian. Dig. l.* 30. *leg.* 12. Si quis illicite ædificaſſet, id eſt hoc quod dirus conſtitutiones jubent.

Illi-

Digitized by Google

Illicitus, a, um, o. c. a. *illecito*, Ger. *unzimlich*, Gal. *illicite*, *non loiſible*, Hiſpan. *ilicito*, ἄθεσμος, quod non licet. *Cic. pro Cluent.* Multitudinem illicitum eſt contradicere. *Stat. Theb.* 1. *v.* 223. Ire per illicitum. ¶ Illicitiſſimus, ſuperlat. *Auguſtinus eſt epiſt.* 202.

Illicium, cii, n. c. *incitamento*, *ſtimolo*, θέλγητρον, ἐπαγωγή, incitamentum. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. Apiaſtrum illicium apibus. ¶ Illicium, ſeu iolicium, inquit *Feſtus*, dicitur, cum populus ad concionem elicitur, ideſt vocatur. Ex alio loco: Illicium vocare antiqui dicebant, ad concionem vocare. Confirmat *Var. l.* 5. *de L. L.*

Illico, *quivi*, αὐτόθι, adverb. loci, idem ſignificans, quod in eo loco, a locus, quaſi in loco. *Caſſ. Hemina* apud *Non. c.* 4. *n.* 242. Et quia quo irent, neſciebant, illico manſerunt. ¶ Sed plerumque ponitur pro e veſtigio, ſtatim, continuo. *Cic. pro Mur.* Simul atque increpuit ſuſpicio tumultus, illico artes noſtræ conticeſcunt.

Illido, is, ſi, iſum, a. 3. *rompere*, *frangere*, ---, Ger. *anſtoſſen*, Gal. *rompre*, *briſer*, Hiſp. *quebrar*, προσβάλλω, in durum aliquod corpus jacio, impello, atque ita infringo. *Val. Max. l.* 1. Vi ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe vicinis Dea litoribus illiſus eſt. hoc eſt, impegit ad vicina litora, & naves fregit. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 1. Et fragili quærens illidere dentem offendit ſolido. *Virg.* 5. *Æn.* Effractoque illiſit in oſſa cerebro.

Illigatus, a, um, adject. *legato*. *Cic. pro Dom. c.* 15. Cæſaris actis illigatus tenetur. *Virg.* 10. *Æn. v.* 794. Inutilis, inque ligatus. Figura Tmeſis eſt. *Liv. l.* 32. Familiari amicitia illigati Philippo erant.

Illigo, as, a. 1. *legare*, *avviluppare*, ---, Germ. *binden*, Gall. *lier*, Hiſp. *atar*, προσδέω, ligo. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Eamque illigari opertam ſtramentis jubet. ¶ Eſt item innectere, intexere, ut Emblemata poculis illigare. *Cic.* 6. *Ver.* ¶ Per translationem ſumitur pro implicare, ſive involvere. *Cic. de Orat.* Orator illigat ſententiam verbis. *Liv. l.* 3c. Neque velle illigari Romano bello.

Illim, pro *illic*, aut *illinc* habent *Lucret. l.* 3. *v.* 573. & *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 66. Tribuitur etiam *Plauto Pœn.* 5. 2. 27. *Mil.* 4. 6. 64. & *Merc.* 3. 1. 13. item *Cic. ad Attic. l.* 9. *ep.* 14. Ubique tamen dubia eſt lectio: quæ quamvis certa eſſet, non tamen inde fieret, non obſoletam banc vocem eſſe. ¶ Idem eſto judicium de *illim* pro *illinc*, quod *Ciceroni* multis in locis tribuunt *Pareus in Lex. Crit.* & alii.

Illiminatus, a, um, quaſi in ipſo limine poſitus, inſitus, innatus. *Cic. in Bruto*, *c.* 58. *extr.* O generoſam ſtirpem, & tanquam in unam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam atque illiminatam ſapientiam. Plerique al. leg. *illuminatam*.

Illimis, e. 3. *puro*, *ſenza fango*, Ger. *ohne koth*, Gal. *ſans bourbe*, *ſans boue*, Hiſp. *ſin lodo*, *ſin cieno*, ἄνευ ἰλύος, καθαρός, ſine limo, purus. *Ovid.* 3. *Met. v.* 407. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

Illinc, *di là*, *da quel luogo*, ---, Ger. *von dannen*, Gal. *de là*, Hiſp. *de alli*, ἐκεῖθεν, adv. de loco. *Cic. de Aruſp. reſp.* Poſt veterem ſolicitato fugit illinc. ¶ Uſurpatur etiam extra motum pro ex illo homine, re, parte. *Cic.* 2. *Phil. c.* 32. Omnem ſe amorem abjeciſſe illinc, atque in hunc transfudiſſe. ¶ Conjungitur etiam cum hinc, cum varietatis, & inconſtantiæ ſpecie, *Ter. Adel.* 4. 5. 39. Dum cognatus hinc illinc venires.

Illinimentum, i, n. idem ut illitus, us. *Cal. Aurel. l.* 3. *c.* 8. Illinimenta medicamentorum.

Illinio, is, ivi, itum, a. 4. *ungere*, ---, Ger. *anſalben*, Gal. *oindre*, Hiſp. *untar*, ἐπιχρίω, inungo, liquidi quippiam alicui rei induco. *Col. l.* 6. *c.* 14. Tum cervix aqua frigida defricanda, & ſpuma argentea illinienda eſt. Adde *Plin. l.* 20. *c.* 17.

Illinitus, a, um, adject. inunctus, alicui rei inductus. *Celſ.* 5. 26. 33. Folia ſolani contrita & illinita linteolo ſuperinjicienda. *Plin. l.* 25. *c.* 12. Pſyllion illinitum fronti.

Illino, is, illevi, illitum, a. 3. idem ut illinio. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 4. Et quodcunque ſemel chartis illeverit. *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 16. Aves viſcum plumis omnibus illinunt. *Id. epiſt.* 120. Illinere aurum tectis, *indorare*.

Illiquefactus, a, um, adject. idem quod liquefactus, *liquefatto*. *Cic. Tuſc.* 4. *cap.* 9. Quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates. Non deſunt tamen qui *liquefactæ* legunt.

Illiſus, a, um, o. 2. 2. *ſpinto*, *rotto*, προσθλασθείς, impulſus, infractus, partic. ab illidor. *Cic. de Aruſp. reſp.* Jam iſta ſerpens compreſſa, atque illiſa morietur. *Virg. Georg.* 3. *v.* 261. Scopulis illiſa æquora.

Illiſus, us, m. idem ac illiſio. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Illiſu ipſo repercuſſus.

Illiteratus, a, um, *non letterato*, Ger. *ungelehrt*, Gall. *ſans lettres*, Hiſp. *no letrado*, ἀγράμματος, literarum expers. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 6. Quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum. *Plin. l.* 1. *ep.* 10. Illiteratiſſimæ literæ.

Illitus, a, um, *unto*, ἐπικεχρισμένος, inunctus, partic. ab illinor. *Cic. de Or.* Color non ſanguine diffuſus, ſed fuco illitus. *Liv. l.* 9. *c.* 1. Illitum venena donum. *Horat. l.* 4. *od.* 9. Aurum veſtibus illitum. h. e. intertextum.

Illitus, us, m. *ungimento*, illinendi actus. *Plin. l.* 23. *c. ult.* Vulvæ prodeſt appoſitum fotu, & illitu.

Illiuſmodi, duo genitivi conjuncti per modum adverbii pro talis, & le. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 11. Mori millies malim, quam ſemel illiuſmodi quicquam cogitare. Adde *Divin. Ver. c.* 22.

Illix, V. Illex.

Illo, *là*, *in quel luogo*, ἐκεῖ, ἔνθα, adverb. motus ad locum. *Ter. Andr.* 2. 2. 25. Cum illo advenio, ſolitudo ante oſtium. Adde *Plaut.* multis in locis.

Illocabilis, & le, n. 3. *che non ſi può allogare*, ἀνέκδοτος, quod locari non poteſt, ut Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam virum invenire non poteſt. *Plaut. in Aul.* 2. 2. 10. apud *Var. l.* 4. *de L. L.* Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.

Illorſum, adverb. *verſo quel luogo*. Uſurpavit *Cato* teſte *Feſt.* in voce *Aliorſum*.

Illotus, a, um, *che non è lavato*, *ſporco*, *immondo*, *brutto*, Ger. *ungewaſchen*, Gal. *ord*, *ſale*, Hiſp. *ſuzio*, *no lavado*, ἄνιπτος, quod lotum non eſt, quod ſordidum eſt, & immundum, partic. a *lavor*. Dicimus illotis manibus, vel pedibus rem aliquam aggredi, pro irreverenter, & imperite rem aliquam attentare. Tractum eſt adagium a ſacrorum cæremoniis, in quibus omnia pura convenit eſſe, & probe lota. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 103. Ut tu hujus oculos illotis manibus tractes, ut teras? *Declam. in Salluſt.* Illoto ſermone uti. h. e. inornato, rudi.

Illubrico, as, a. 1. lubricum facio. *Apul. l.* 2. *Metam.* Membra ſua leniter illubricans.

Illuc, *a quel luogo*, ---, Ger. *dahin*, Gal. *là*, *a ce lieu là*, Hiſp. *allà*, *acullà*, ἐκεῖ, ἐκεῖσε, adv. motus ad locum. *Cic.* 1. *de Or. c.* 40. Alacri, & prompto ore, ac vultu, huc, atque illuc intuentem vagari magna cum caterva toto foro. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 24. Qui illuc factus, inſtitutuſque veniſſet. h. e. inſtructus ad hus. ita exponit *Paræus*. Quid ſi ita verba hæc conſtruas? Qui veniſſet illuc factus, & inſtructus. Alii legunt, *ut qui factus* &c. Legitur etiam *illuc* pro *illud*, præſertim apud *Plautum Aſin.* 2. 1. 17. *Men.* 3. 5. 53. & aliis in locis.

Illuceo, es, n. 2. *lucere*, ἐμφαίνομαι, lucidus ſum, in re aliqua luceo.

Tom. I.

Plaut. Capt. 3. 4. 65. Tuo quæ capiti illuceat. ¶ Translate *Cic.* 4. *Fin. c. c.* Comitatem in maximis ingeniis illucere.

Illuceſco, is, uxi, n. 3. *farſi lucido*, ---, Germ. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *relucir*, ἐπιλάμπω, lucidus fio. *Plaut. Amph.* 1. 3. 49. Ut mortalibus illuceſcas clara, & candida. *Liv.* Ubi illuxit, cœpere claſſem. ideſt, ubi dies factus eſt. *Cic. pro Mil.* Illuceſcet aliquando ille dies. ¶ Reperitur etiam active pro illuminare, ſplendentem facere. *Lact. l.* 7. Qui Solem cum cæteris ſideribus illuxit. Locum etiam *Plaut. cit.* alii ſic legunt, Ut mortales illuceſcas luce clara &c. Aliquæ editiones habent *illuceſcas*. ¶ Translate *Cic. in Rul.* Cum populi Rom. vox, & auctoritas Conſulis repente in tantis tenebris illuxerit.

Illuctor, aris, dep. 1. in aliqua re luctor. *Stat.* 4. *Theb. v.* 790. Et teneris meditans verba illuctantia labris.

Illudo, is, uſi, uſum, n. 3. *beffare*, ---, Ger. *verſpotten*, Gal. *ſe jouer*, *tromper*, Hiſp. *moſar*, *burlarſe*, ἐμπαίζω, ἐντρυφάω, derideo, ludibrio habeo, ludificor. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 6. *Fam.* Illuſeras heri inter ſcyphos, quod dixeram, &c. ¶ Vel cum dativo. *Cic. pro Domo.* Hic non illudit auctoritati horum omnium? ¶ Vel cum accuſativo. *Cic.* 1. *de Or.* Ipſa vero præcepta ſic illudere ſolebat. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 71. Vari corpus illuſiſſe dicebatur. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. in. *Ter. Andr.* 4. 4. Adeon' videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? ¶ Vel cum accuſ. & præpoſit. *Id. Eun.* 5. 4. Ut ne impune in nos illuſeris. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic.* 2. *de Or.* Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe forte jactant. ¶ Interdum eſt per ludum nocere, decipere, circumvenire veluti nocendo. *Cic. pro Roſc. Amer.* Illunc miſeri fortunis, ac dignitati illuſit. ¶ Illudere vitam alicujus. h. e. perdere. *Ter. Andr.* 3. 1. 3. Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ. ¶ Interdum illudere eſt ſtuprare, corrumpere. *Tac. Ann.* 13. *c.* 16. Illuſiſſe pueritiæ Britannici Neronem. *Id.* 15. *Ann. c.* 72. Sive C. Cæſar ſcortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illuſit. *Aurel. Vict. in Calig.* Et ſororum ſtupro, & matrimoniis illudens nobilibus. ¶ Hinc illudere capiti alicujus, apud *Sueton. in Tiber. c.* 43. quæ loquendi ratio ſingularem, fœdiſſimamque notat libidinum. ¶ Illudere, de acupictoribus, V. Illuſus. ¶ Illudere pecuniæ. h. e. pecuniam prodigere. *Tac.* 1. *Hiſt. c.* 94. Tanquam in ſumma abundantia pecuniæ illudere. ¶ Illudere chartis. h. e. velut per ludum ſtudiis operam dare, *divertirſi nello ſtudio*. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. *ad fin.* ubi quid datur otii, Illudo chartis.

Illuminabilis, le, adject. qui illuminari poteſt. *Claud. Mamert. de ſtat. anim. l.* 2. *c.* 6.

Illuminate, adv. *apertamente*, λαμπρῶς, clare, aperte. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 14. Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate & rebus, & verbis dicunt.

Illuminatio, onis, f. actus illuminandi. *Tertul. adv. Hermog. c.* 5. & *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 17.

Illuminator, oris, m. qui illuminat. *Tert. l.* 4. *adv. Marc. c.* 17. Illuminator religionis. *Lactant. l.* 6. *c.* 18. Illuminator noſter Deus.

Illuminatus, a, um, particip. ab illuminor. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 46. Ab eoque Lunæ illuminatæ graviditates, & partus afferat, maturitateſque gignendi. *Auct. ad Heren. l.* 4. Corona gemmis illuminata.

Illumino, as, avi, atum, a. 1. *illuminare*, ---, Ger. *erleuchten*, Gal. *eclairer*, Hiſp. *alumbrar*, λαμπρύνω, clarum, & lucidum reddo. *Cic. in Orat. l.* 3. *c.* 54. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat iis luminibus, &c. ¶ Item celebrem reddo. *Vellej. l.* 2. *c.* 35. Ille dies illuminavit virtutem Catonis. *Id. l.* 2. *c.* 18. Illuminavit horum fidem illorum perfidia. ¶ Proprie *Plin. l.* 2. *c.* 73. Puteumque ejus experimenti gratia factum, totum illuminari. *Stat.* 12. *Theb.* Igne vias illuminare.

Illuminus, a, um, *ſenza lume*, quod eſt ſine lumine. *Apul. l.* 6. *ſub init.* Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum. *l.* 3. Servato noctis illumino tempore.

Illunis, ne, vel Illunus, a, um, quod eſt ſine Luna, quod Lunari ſplendore viduatum eſt, obſcurum. *Plin. epiſt.* 20. *l.* 6. Et nox non quaſi illunis, & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. *Apul. l.* 9. Illunæ caliginis.

Illuricus, & Illurius, V. Illyricus.

Illuſio, onis, f. 3. *beffeggiamento*, ---, Ger. *verſpottung*, Gal. *moquerie*, Hiſp. *moſa*, *eſcarnio*, *illuſion*, ἐμπαιγμός, irriſio, actus illudendi: Figura Rhetorica. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Et extenuatio, & huic adjuncta illuſio a præceptis Cæſaris non abhorrens. *V. Ironia.*

Illuſor, oris, m. 3. *beffatore*, *eſt Paulini Nol. in Natal. S. Felicis*, *v.* 77. & *Tertull. in Apolog. c.* 46.

Illuſtramentum, ti, n. 2. *chiarezza*, lumen. *Quinctil. l.* 11. *c. ult.* Hæc ſunt vel illuſtramenta pronuntiationis, vel vitia.

Illuſtratio, onis, f. 3. *chiarezza*, ---, Germ. *erleuterung*, Gal. *eclairciſſement*, Hiſpan. *eſclarecimiento*, ὑποτύπωσις, illuminatio, actus illuſtrandi. *Quinct. l.* 6. *c.* 2. Inſequitur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illuſtratio, & evidentia dicitur. *Cic. l.* 1. *Nat. Deor. c.* 31. Solis illuſtratio.

Illuſtrator, oris, m. qui illuſtrat. *Lactant. l.* 1. *c.* 9. Deus luminis fons, & illuſtrator rerum. *Inſcript. apud Reineſ. claſſ.* 6. *n.* 129. Illuſtratori proſapiæ ſuæ.

Illuſtratus, a, um, adject. *illuſtrato*. *Cic. Catil.* 3. *c.* 2. Quæ in Senatu illuſtrata, patefacta, compertaque ſunt per me. *Colum. l.* 1. Ergaſtulum anguſtis illuſtratum feneſtris.

Illuſtris, ſtre, n. 3. *illuſtre*, *chiaro*, ---, Ger. *erleucht*, Gal. *illuſtre*, Hiſp. *eſclarecido*, *illuſtre*, λαμπρός, clarus, ſplendidus, lucidus. *Plin. l.* 9. *c.* 16. Noctibus illuſtribus æque, quam die cernunt. *Auctor ad Heren. l.* 3. Loci nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuri. ¶ Per translationem accipitur pro manifeſto. *Cic.* 7. *Ver.* Quod ita fuit illuſtre, notumque omnibus. ¶ Item pro nobili, celebri. *Cic. de Am.* Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum auctoritate, & eorum illuſtrium plus, neſcio quo pacto, videtur habere gravitatis. ¶ Comp. illuſtrior, ſup. illuſtriſſimus. *Cic.* 1. *Off.* Ex ſit ejus nomen, quam Solonis, illuſtrius. *Nepos Pauſan. c.* 1. Illuſtriſſimum prælium. ¶ Fuit etiam *illuſtris* titulus Senatorum. V. *Clarus*. ¶ *Servius ad Æn.* 6. *v.* 758. *illuſtrem* docet aliquando in malam partem uſurpari, ut *nobilis*: & ideo meretricibus etiam tribui. ¶ *Illuſter* in recto ſingulari legitur in titulo proœmii præfixi libello *Marcelli de medicament.* Marcellus vir illuſter ex magno officio Theodoſii ſen. filiis ſuis ſalutem.

Illuſtrius, adv. & Illuſtriſſime. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 19. Semper equidem, ſed nunquam illuſtrius. *Gell. l.* 5. *c. c.* Labores ſuos illuſtriſſime narrare. *Et l.* 9. *c.* 13. Illuſtriſſime deſcripſit.

Illuſtro, as, a. 1. *illuſtrare*, ---, Germ. *erleuchten*, Gall. *illuſtrer*, Hiſp. *eſclarecer*, λαμπρύνω, μεταλλάσσω, rem aliquam lucidam, & ſplendidam facio, vel lucem, & ſplendorem alicui rei affero. *Cic. Somn. Scip. c.* 4. Sol cuncta ſua luce illuſtrat, & complet. ¶ Translate uſurpatur pro res occultas patefacere. *Cic. in Catil.* Ut ea conſilia, quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis, illuſtrentur. ¶ Item pro explicare, declarare rem aliquam difficilem, & obſcuram. *Cic.* 1. *Acad.* Philoſophiamque veterem illam a Socrate ortam Latinis literis illuſtrare. ¶ Item pro nobilitare, celebrem reddere. *Cic.* 1. *Fam.* Illuſtrabit, mihi crede, tuam

Mm 3 ampli-

Digitized by Google

amplitudinem hominum injuria. *Nepos Themiſt. c.* 1. Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.

Illūſus, a, um, adject. *beffato, burlato*, irriſus, ἐμπαιχθείς. *Cic. pro Quint. c.* 16. Vadimoniis deſertis ſæpe illuſi, ac deſtituti. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 68. Aſperis facetiis illuſus. ¶ *Virg.* 2. *Georg. v.* 464. *illuſas auro veſtes* dixit, in quibus ſc. artifex ſeu acupictor veluti ludens aliquid auro intexuit. Sic *Prudent. in Agnet. v.* 105. illuſa pictæ veſtis inania.

Illūſus, us, m. 4. idem ac illuſio. *Plin. l.* 37. *c.* 7. Ita *Calepinus*: verum ea vox in Plinio non invenitur.

Illutibarbus, qui barba ſordida eſt, ab illutus, & barba. *Apul. l.* 1. *Flor.* Vultu ferino trux, hiſpidus, illutibarbus, ſpinis, & pilis obſitus.

Illutibilis, le, *che non ſi può lavare*, quod ablui non poteſt, ab illutus. *Plaut. Men.* 1. 2. 37. Nam ex iſthoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

Illūtus, a, um, idem ac illotus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 23. Nam quæ elauta eſt, niſi perculta eſt, meo quidem animo, quaſi illuta eſt. Alii *illauta*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 52. Incoquere illutos Echinos. Al. leg. *illotos*.

Illuviēs, ei, f. 5. *ſporchezza, bruttura*, Ger. *wuſt*, Gal. *ordure, ſaleté*, Hiſp. *ſuziedad*, ἀλουσία, immunditia in homine, in veſte, aut quavis alia re inſita, atque injecta, ſqualor, ſordes, ab *illuo*, non lavo. *Cic.* 3. *Tuſc.* Infuſcat pectus illuvia ſcabrum. *Ter. Heaut.* 2. 2. 53. Pannis obſita, neglecta, immunda illuvie. ¶ Eſt etiam epithetum intemperanter comedentis. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 39. At te Dii omnes perdant, germana illuvies. ¶ Ponitur & pro diluvio, *inondazione*. *Juſtin. l.* 2. *c.* 6. Aquarum illuvies majorem partem populorum Græciæ abſumpſit. Adde *l. eod. c.* 1.

Illyria, æ, Illyris, idis, f. Illyrium, & Illyricum, i, n. *Schiavonia*, regio ampla poſt ſinum Adriaticum inter Tergeſtum in confinio Italiæ, & Macedoniam, Liburniam, & Dalmatiam complectens. Alii ampliores ei terminos ſtatuunt. V. *Geograph. Suet. Tiber. c.* 16. Toto Illyrico in ditionem redacto. *Propert. l.* 1. *el.* 8. An tibi ſum gelida vilior Illyria? *Mela l.* 1. *c.* 3. Adriatici latus Illyris occupat.

Illyriciānus, a, um, adject. ab Illyrico. Legitur in epiſt. Valerii apud *Trebel. in Claud. c.* 14. & *leg.* 25. *Cod. Theodoſ.* & in Nummo quodam Decii.

Illyricus, a, um, quod eſt ex Illyrico regione, ut Pix Illyrica, quæ valde commendatur. *Ovid.* 3. *de Arte*. Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erat. ¶ Apud *Plaut. Trin.* 4. 2. 10. legitur *Illuricus* mutato *y* in *u*, quod ſolent Latini. Ejus verba ſunt, Hic quidem fungino genere eſt: capite ſe totum tegit: Illurica facies videtur hominis. h. e. vultus enormis, & ſpatioſus, qualis Illyriorum eſſe ſolet. *Id. Plaut. Men.* 2. 1. 10. eadem ratione *Illurios*, pro *Illyrios* dixit.

Illyricus ſinus, *Golfo della Drino*, ſinus maris Adriatici, in Illyrico. Olim hoc nomine appellatum eſt univerſum mare, quod eſt inter Italiam, & Illyricum uſque ad intima ſinus ejuſdem, quod deinde Liburnicus ſinus dici cœpit, poſtea ab Atrienſibus Thuſcis intima ſinus colentibus Adriaticum mare, tandem ſinus Venetus. Sed Adriaticum mare, quod poſt declinationem Imperii R. Dalmaticum appellatum eſt, ex parte Italiæ non extendebatur ultra montem Ariona, ſive Garganum, ex parte Illyrici ultra Epidamnum. Reliquum enim uſque ad fauces ſinus Jonium mare dicebatur.

Illyris, idis, f. eadem quæ Illyria. V. *Illyria*. ¶ Adjective *Sil. l.* 8. *v.* 292. Illyris ore perdomita.

Illyrius, a, um, adject. idem quod Illyricus. ¶ Illyrii, populi Illyrici. *Liv. l.* 10. *c.* 2. Illyrii Liburnique gentes feræ.

Ilva, æ, *Elba*, inſula in Thuſco mari, vini ferax. *Virg.* 10. *Æn. v.* 173. ¶ Ejus incolæ Ilvates ſunt. *Liv.*

Ilus, m. 2. Ἶλος, filius Trois Regis Trojanorum, frater Ganymedis, & Aſſaraci, pater Laomedontis. Urbem Ilium condidit. *Hom. l.* 12. *Iliad.* Sed *Virg.* 8. *Æn.* & *Strabo l.* 11. ſcripſere, Ilium a Dardano conditum, ab Ilo amplificatum fuiſſe. ¶ Hoc etiam nomine Aſcanius Æneæ filius, Regno Trojanorum florente, appellatus eſt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 271.

I ANTE M.

Im, h. e. eum, ἀρχαϊκῶς, *Feſtus*. *Plaut. Truc.* 4. 4. 33. & *Lucret. l.* 3. *v.* 876. Non eſt tamen in Plauto & Lucret. conſtans lectio.

Imacharenſes, m. 3. pop. Siciliæ, quorum opp. Imachara, nunc *Traina*, in Valle Demonæ, & prope Simethum 8. longe ab Hycara in Or.

Imaginabundus, a, um, adject. qui imaginatur. *Apul. l.* 3. *A. A. circa princ.* Ipſum denique carnificem imaginabundus.

Imaginarie, adverb. *Sidon. l.* 2. *ep.* 10. Epigrammata, quæ imaginarie tantum, & quodammodo umbratiliter affingimus. *h. e.* ſine ſtudio, prout quæque poetica imago ſe ſe obtulit.

Imaginarius, a, um, adject. *finto, immaginario*, φανταστικός, qui verus non eſt, ſed ita concipitur ac ſi talis eſſet. *Liv. l.* 3. *c.* 41. Imaginariis faſcibus cedere. *Sueton. Claud. c.* 25. Imaginariæ militiæ genus.

Imaginarius, ii, m. pictor, qui imagines facit. *Inſcript. apud Reineſ. claſſ.* 1. *n.* 2. Quidam putant Imaginarios fuiſſe ſigniferos, qui Imperatoris imaginem in caſtris ferebant.

Imaginatio, f. 3. *immaginazione, concetto*, יצר, Germ. *einbildung*, Gall. *imagination*, Hiſp. *imaginacion*, φαντασία, conceptus rei alicujus. *Plin.* 8. 20. *c.* 7. Imaginationes libidinum.

Imaginātus, a, um, *ritratto*, ἀπεικονισμένος, ad alicujus imaginem factus. *Lact. l.* 5. *c.* 13. Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant, & adorent.

Imaginĕus, a, um, adject. ad imaginem pertinens. *Sedul. l.* 1. Imagineæ vincunt incendia pœnæ. h. e. propter oblatum imagini cultum inflictæ. loquitur enim de tribus pueris in fornace Babylonica.

Imaginifer, i, m. ſignifer, προτομοφόρος. *Inſcript. apud Grut. p.* 1107. *n.* 1. Aurelius Secundianus imaginifer Leg. SS.

Imagino, as, a. 1. *rappreſentare*, צייר, Ger. *ein bildnuſſ geben, oder machen*, Gal. *repreſenter*, Hiſp. *ſacar imagen*, εἰκονίζω, imagines facio, repræſento. *Gell. l.* 16. *c.* 18. Ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, aliorſum tranſlatum facit imagines.

Imaginor, aris, d. 1. *immaginarſi*, דמה, Ger. *ihm eynbilden*, Gal. *s'imaginer*, Hiſp. *imaginarſe*, φαντάζομαι, eſt rei alicujus, quæ facta ſit, vel fieri poſſit, vel etiam quæ fieri non poſſit, ſimilitudinem mente concipere. *Plin. l.* 2. *ep.* 10. Imaginor, qui concurſus, quæ admiratio te maneat. *Plin. alter l.* 9. *c.* 35. Imaginari fercula triumphi. ¶ Item ſomniare, *ſognare*. *Suet. Caſ. l.* 81. Calpurnia uxor imaginata eſt, collabi faſtigium domus. Adde *Plin. l.* 20. *c.* 13.

Imaginoſus, a, um, εἰκονώδης, in quo ſunt plures imagines, ut Speculum imaginoſum, in quo multæ imagines ardentes, Morbus imaginoſus, quo turbata phantaſmata multa occurrunt. De eo eſt illud *Catulli carm.* 41. Non eſt ſana puella, nec rogate, qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum. V. ibi Interpr.

Imago, inis, f. 3. *immagine, figura, ſimulacro, ſembianza*, תמונה, Ger. *ein bildnuſſ*, Gal. *image*, Hiſp. *imagen*, εἰκών, ſimulacrum, ſpecies, exemplar, alicujus rei repræſentatio, ab *imitor*, quaſi *imitago*, quia imitatur, ac repræſentat ſuo modo id, quod exprimit, vel ab ἔοικα, quod ab εἴκω, *ſimilis ſum*. *Cic. in Or.* Demoſthenes quidem, cujus nuper inter imagines tuas, ac tuorum imaginem ex ære vidi. *Id. de Am.* Nemo unquam animo, aut ſpe majora ſuſcepiat, qui ſibi non illius memoriam, atque imaginem proponendam putet. ¶ Sæpe pro nobilitate accipi ſolet. Nam apud Romanos qui majorum ſuorum habuerunt imagines, ii nobiles, qui ſuas tantum, ii novi, qui nec majorum, nec ſuas, illi demum ignobiles appellati ſunt. *Cic. in Piſon.* Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile nihil habes præter colorem. *Fumoſas imagines* dixit propter antiquitatem. *Id. de L. Agr.* Sic, ſiquid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. ideſt, novus homo ſum, nulla generis nobilitas me vobis commendabit. Imaginem porro ſui ponere non temere omnibus licuit, ſed iis tantum, qui Magiſtratus Curules geſſiſſent. Has imagines primi Patritii poſuerunt, quod iis primis Curules Magiſtratus paruerunt, unde jus imaginis fuit. Poſt autem, ubi plebs eoſdem Curules Magiſtratus eſt nacta, tum & ipſa imagines ponere, eaſque relinquere cum nobilitate poſteris ſuis cœpit. *Liv. l.* 6. *Aſcon. in Comm. Orat. in toga candida.* Sed de Rom. imaginibus V. eruditos, & præcipue *Sigon.* ¶ Interpretes, & Lexicographi, qui putant imaginem pro vagina uſurpari in *Virg.* carmine *Æn.* 7. *v.* 179. Vitiſatus curvam ſervans ſub imagine falcem: rem ridiculam afferunt. ¶ Interdum imagines dicuntur ſomnia & viſa, *ſogno, apparizione*, φάντασμα. *Virg. Æn.* 1. Quid natum toties crudelis tu quoque falſis ludis imaginibus? ¶ Echo etiam imago dicitur, quod vocis imago ſit. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. de loco, quo ponenda alvearia ſunt, loquens, Primum ſecundum illam potiſſimum, ubi non reſonent imagines: hic enim ſonus harum fuga exiſtimatur eſſe. V. etiam *Horat. l.* 1. *od.* 12. & 20. ¶ Præterea imago eſt cogitatio, qua aliquid animo velut præſens proponitur. *Tacit. hiſt. l.* 4. *c.* 58. Horret animus tanti flagitii imagine. *Plin. l.* 7. *ep.* 5. Magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo. ¶ Denique Imago eſt Rhetorica figura, Ethopœiæ affinis, & Hypotypoſi. V. Rhetor.

Imaguncŭla, f. 1. εἰκόνιον, parva imago, dim. ab imago. *Sueton. Aug. c.* 7. Imaguncula ærea puerilis.

Imantopŏdes, um, ἱμαντόποδες, populi in Æthiopia ita dicti, quia loripedes ſunt, h. e. flexis crurum nexibus ingrediuntur. *Plin. l.* 5. *c.* 8. & *Solin.* ¶ Sunt & aves quædam hoc nomine, quæ crura prælta habent. *Plin. l.* 10. *c.* 47.

Imbalnitĭes, ei, f. 5. ſordes, ſqualor, illuvies, q. d. balnei, ſive lotionis privatio. *Lucil. in Sat.* Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie.

Imbarbeſcere, barbatum fieri. *Feſt.*

Imbecillis, & le, vel imbecillus, a, um, *debole, languido*, אמלל, Ger. *ſchwach*, Gal. *foible, imbecille*, Hiſp. *debil, flaco*, ἀσθενής, debilis, languidus, infirmus, a baculus, quia baculo innititur, qui infirmus eſt pedibus. *Cic. de Sen.* Quam fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptavit? *Id.* 7. *Fam.* Cum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur. ¶ Translate ſumitur pro exiguo, vili, parvi animi. *Cic. de Div.* Omnis ſuperſtitio imbecillis animi, atque anilis eſt. *Id. de Am.* Imbecilla enim humana natura eſt ad contemnendam potentiam. ¶ Comp. imbecillior, ſup. imbecillimus. *Cic. ad Q. Fr.* Marius & valetudine eſt, & natura imbecillior. *Senec. epiſt.* 85. Quantum ſapiens damus, ſi imbecillimis fortior eſt? ¶ Reperitur & *imbecilliſſimus*. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Imbecilliſſima materia. *Senec. de Benef. l.* 4. *c.* 18. Imbecilliſſimus, ac facillimus ſanguis.

Imbecillĭtas, atis, f. 3. *debolezza*, חלושה, Ger. *ſchwachheit*, Gal. *imbecillité*, Hiſp. *flaqueza*, ἀδυναμία, ἀσθένεια, debilitas, infirmitas. *Cic. in Brut.* Sic ad virium imbecillitatem dicendi incommodabat genus. *Id.* 3. *Tuſc.* Interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemque extimeſcere. ¶ Translate ponitur pro vilitate, ſeu parvitate animi. *Cic.* 1. *Fam.* Ego tibi in hac præſertim imbecillitate Magiſtratuum præſtare nihil poſſum.

Imbecillĭter, adv. *debolmente*, Ger. *ſchwachlich*, Gal. *foiblement, lâchement*, Hiſp. *flacamente, debilitadamente*, ἀδυνάτως, debiliter, remiſſe, languide. *Cic.* 4. *Acad. c.* 17. Hiſque, quæ videntur, imbecillius aſſentiuntur.

Imbellĭa, æ, f. 1. ἀναλκία, inertia, & belli imperitia. *Macrob. l.* 2. *Sat. c.* 2. Tunc Primus eludens ignaviam, imbelliamque militum. Eadem habet *Gellius l.* 5. *c.* 3.

Imbellis, & le, n. 3. *non atto alla guerra, timido*, חלש, Ger. *unkriegiſch*, Gal. *lache*, Hiſp. *flaco*, ἀπόλεμος, bello minime aptus, timidus, ignavus, infirmus. *Cic.* 1. *Off.* Nunquam periculi fuga committendum eſt, ut timidi, imbelleſque videamur. *Hor. l.* 1. *Carm.* Imbelli cithara carmina divides, ideſt quæ bellis canendis apta non eſt. *Stat.* 10. *Theb. v.* 874. Carmen imbelle. hoc eſt quod nihil bellicum ſonat. *Liv. l.* 10. Annum imbellem agere. hoc eſt ſine bello.

Imber, bris, m. 3. *pioggia*, גשם, Ger. *ein platzregen*, Gal. *pluye*, Hiſp. *lluvia*, ὄμβρος, agmen aquarum largius ex concretis effuſum nubibus, ut *Apul. l.* de Mundo definit, a Græca voce, quæ allata eſt. *Cic.* 6. *Ver.* Erat hyems ſumma, tempeſtas perfrigida, imber maximus. ¶ Per tranſlationem pro quovis humore accipitur. *Virg.* 1. *Æn.* Accipiunt inimicum imbrem. ideſt fluctus maris. *Ovid.* 3. *Amor. Eleg.* 5. Spargebat tepido flebilis imbre ſinus. ideſt effuſione lacrymarum. ¶ Imo dicitur de rei alicujus multitudine, præſertim quæ ex Cœlo, vel alio loco alto cadit, ut Imber lactis, ſanguinis, lapidum, telorum, &c. *Cic.* 1. *de Div.* Quid? cum ſæpe lapidum, ſanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit. *Virg.* 12. *Æn.* Tempeſtas telorum, & ferreus ingruit imber. ¶ In abl. ſing. definit tum in *e*, tum in *i*. *Virg.* 4. *Æn.* Et ventis pulſatus, & imbri. ¶ Imbrem cribro gerere, proverb. eſt de caſſo conatu, & irrito. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 100. Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribro geras.

Imberbis, & be, n. 3. *ſenza barba, ſbarbato*, Ger. *der kein bart hat*, Gal. *ſans barbe*, Hiſp. *barbiponiente, ſin barba*, ἀγένειος, ἀπώγων, quod non eſt barbatum. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Iſto enim modo dicere licebit Jovem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem.

Imberbus, a, um, adject. pro imberbis. *Lucil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 84. Imberbi androgyni.

Imbĭbo, is, a. 3. *bevere, apprendere*, שתה, רוה, Germ. *in ſich trincken*, Gal. *emboire*, Hiſp. *embever*, ἐμπίνω, idem fere, quod bibo, vel humorem attraho, & in me recipio. *Plin. l.* 20. *c.* 14. Imbibitur ad ſerpentium ictus decoctum. ¶ Translate eſt apprehendere. *Cic.* 2. *Verr.* Niſi de vobis malam opinionem animo imbibiſſet. ¶ Significat etiam conſtituere, in animum inducere. *Lucret. l.* 3. *v.* 1011. Qui petere a populo faſces, ſævaſque ſecures Imbibit. *Cic. pro Quint. c.* 6. Quod ſi facere nollet, atque imbiberit, ejuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere.

Imbīto, is, n. 3. ineo, ingredior, ab antiquo *beto*, vel *betio*. *Plaut. Epid.* 2. 1. *ſc.* 2. *v.* 42. Meam domum ne imbitas.

Imbonĭtas, atis, f. incommodum, vel bonitatis carentia. Eſt *Tertull. ad Martyr. c.* 3.

Imbractĕātus, a, um, bractea obductus. *Ammian. l.* 17. *c.* 4. [*al.* 8.]

Imbractĕo, as, a. 1. bractea obduco. *Ammian. l.* 14. *c.* 15. Statuam auro curant imbracteari. ¶ Hinc *imbracteatus*, *a*, *um*. *Id. l.* 17. *c.* 8. Limitamentum æreum auro imbracteatum.

Imbrasĭdes, æ, m. Imbraſi filius. *Virg.* 10. *Æn. v.* 123. & 12. 343.

Imbrăſus, m. 2. Imbraſus, fl. Sami inſ. ex quo illa Imbraſia dicta eſt. *Plin. l.* 5. *c.* 1.

Im-

Imbrex, cis, m. p. gen. c. *embrice, coppo, tegola da coprir le caſe*, Germ. *ſchrinne*, Gal. *tuile*, Hiſp. *teja*, σωλήν, canalis, vel tegula cavata, & recurva, per quam imber defluit, ab *imber*, quia accipit, arcetque imbres. *Siſen. l. 3. Hiſt.* Diſſipatis imbricum fragminibus. *Plin. l. 35. c. 12.* Primus perſonas tegularum (h. e. *ſimulacra*) extremis imbricibus impoſuit. ¶ Differunt imbrices & tegulæ in hoc, quod imbrices in modum canalis facti ſunt, aut ſemitubuli, quos Itali *coppi* vocant. Tegula vero nomen generale eſt, & interdum pro imbrice uſurpatur. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Tranſlate, ob ſimilitudinem, imbrex porci dicitur ejus vertebra ſale condita, & aſſa. *Martial. lib. 2. epigr. 37.* Mammam ſuminis, imbricemque porci. Alii interpretantur porci auriculam. ¶ Reperitur etiam in gen. f. *Plaut. Mil.* Meas confregiſti imbrices, & tegulas.

Imbriālis, le, adject. ab imbre efformatum, ut imbrialis aqua, *acqua piovana*. *Cal. Aurel. Tard. 5. c. 10.*

Imbricātim, adv. γεισωδῶς, imbricis modo. *Plin. l. 9. c. 34.* Jam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Imbricātus, a, um, *che ha figura di embrice*, γεισώδης, quod imbricibus tectum eſt, vel quod imbricis modo eſt incurvatum, imbricum figuram referens. *Plin. l. 11. c. 2.* Superne tantum imbricatis flexilibus vertebris. *Vitr. l. 2. c. 8.* Incerta vero cæmenta alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata non ſpecioſam, ſed firmiorem, quam reticulata, præſtant ſtructuram. ideſt quæ imbricum in morem inter ſe ligata ſunt, & compoſita.

Imbricĭtor, oris, m. imbres ciens. *Enn. apud Macrob. l. 6. Sat. c. 2.* Cum ſpiritus Auſtri imbricitor.

Imbricium, ii, n. 2. idem ac imbrex. *Martial. l. 2. epigr. 35.* Imbricio poteras Sexte lavare pedes. Ita *Calepinus*: At omnes quos vidimus Codices habent: In thytio poteras, Phœbe, levare pedes. Itaque hanc vocem rejicies, donec certiora exempla repereris.

Imbrĭco, as, a. 1. ἀπογεισόω, imbricibus tego, in modum imbricis facio. *Sidon. lib. 2. ep. 2.* Tegulis intervenientibus imbricarentur.

Imbricus, a, um, *piovoſo*, Ger. *regnechtig*, Gall. *pluvieux*, Hiſp. *lluvioſo*, ὀμβροφόρος, pluvioſus, imbres ferens, aut generans. *Plaut. Merc. 5. c. 35.* Hic Favonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus.

Imbrĭdus, a, um, adject. idem quod imbricus. *Solin. cap. 12.* (*al. 4.*) Cœlum imbridum.

Imbrĭfer, ra, rum, *che apporta pioggia*, ὀμβροφόρος, quod imbres, ſeu aquas fert. *Col. l. 5. c. 5.* Sed ubi aut uliginoſa regio eſt, aut cœli ſunt imbriferi. *Virg. Georg. 1. v. 313.* Ver imbriferum.

Imbrificatus, a, um, adject. ut imbrificatæ nubes, h. e. imbre gravidæ, apud *Martian. Capell. l. 6.*

Imbrifĭco, as, a. 1. imbre madefacio, irrigo. *Martian. Capell. l. 6. pag. 191.* terram Aer complectens imbrificabat aquis.

Imbrĭus, a, um, adject. ut Imbria terra, eadem ac Imbros. *Ovid. 1. Triſt. el. 9. v. 18.* Venimus in portus, Imbria terra, tuos.

Imbros, Imbrus, f. e. Imbria Terra, *Lembro*, *l' Embro*, inſ. maris Ægæi, oræ Thraciæ adjacens, inter Lemnum 22. M. P. ad Occ. & Cherroneſum Thraciæ 72. M. ad Or. circuitu 72. M. cum urbe cog. Pop. Imbrii, qui, ſicut & Lemnii, in proverbio ſunt de iis, qui judicium, vel aliam rem ſubterfugientes abſentiam cauſantur, ut qui ſe in Imbrum, vel in Lemnum navigaſſe dicebant.

Imbubĭno, as, a. 1. inquino, fœdo. *Lucil.* apud *Feſt.* in *Bubinare*. Hic te imbubinat.

Imbulbĭto, as, a. 1. idem ac bulbito, ideſt ſtercore infantium inquino. *Lucil.* apud *Feſt.* Hic te imbubinat, & contra te imbulbitat ille.

Imbŭo, is, bui, butum, a. 3. *empire*, אבע, טבל, Germ. *netzen*, Gall. *abbreuver*, Hiſp. *embever*, *hinchir*, ἐμβρέχω, proprie eſt implere, & ſpeciatim implere liquore. Eſt quoti ordinis activorum. *Horat. in Epiſt. 2. l. 1. ad fin.* Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem teſta diu. *Cic. pro Mil.* Via Appia latronis ſanguine imbuta eſt. ¶ Ponitur item pro inficere, tingere. Nam etiam hac ratione res liquore implentur. *Col. l. 12.* Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit. *Virg. Eclog. 1. v. 7.* Illius aram ſæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. ¶ Transfertur ad multa alia, ut imbuere præceptis, doctrina, opinionibus, &c. *Cic. Att.* Ut ejus animum tenerum his opinionibus imbuas. ¶ Et ſpeciatim per tranſlationem ponitur pro inſtruere, inſtituere, erudire. *Cic. 1. Off.* Plerumque autem parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem, moreſque deducimur. *Tacit. 5. hiſt. c. 5.* Nec quicquam prius imbuuntur quam contemnere Deos. ¶ Uſurpatur etiam ſine ablativo. *Virg. 1. Ecl.* Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus, ideſt inſperget, vel inficiet ſuo ſanguine. *Cic. in Phil.* Nos a majoribus ſic inſtituti, atque imbuti ſumus.

Imbutamentum, i, n. doctrina, eruditio, inſtructio. *Fulgent. Mythol. l. 1. c. 1.* Variis dogmatum imbutamentis laſciva præſtruens corda.

Imbūcum, caſis genus, quod ſurſum verſus redit, inquit *Varr. l. 4. L. L.* Sed ibi *Scalig.* mendum agnoſcit. V. *eund.* in *Conject. ad Varr.*

Imbūtus, a, um, adject. *alquanto addottrinato*. *Sueton. de illuſt. Grammat.* Quaſi non perfectum litteris, ſed imbutum. ¶ Item tinctus, perfuſus. *Horat epod. 5. v. 65.* Munus tabo imbutum. *Cic. 14. Phil.* Imbuti ſanguine gladii.

Imitabĭlis, le, o. 3. *che ſi può imitare*, Ger. *nachfolgig*, Gal. *imitable*, Hiſp. *imitable*, μιμητός, quod quis poteſt imitari. *Cic. in Orat. c. 23.* Nam orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa videtur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. *Plin. l. 37. c. 8.* Gemma imitabilior mendacio vitri.

Imitāmen, inis, n. 3. idem ac imitatio. *Ovid. 4. Faſt. v. 211.* Priſcique imitamina facti.

Imitamentum, i, n. idem ac imitatio. *Gel. l. 7. c. 5.* Opplevit omnia non ſimulacris, nec imitamentis, ſed luctu, atque lamentis veris, & ſpirantibus. Adde *Tacit. Ann. 14. c. 57.*

Imitandus, a, um, *da imitarſi*, quem imitari quis debet. *Plin. l. 7. epiſt. 20.* Tu mihi maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris.

Imitatĭo, onis, f. 3. *imitazione*, Ger. *nach folgung*, Gal. *imitation*, Hiſp. *imitacion*, μίμησις, actus imitandi. *Cic. 14. Phil. c. 6.* Excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. ¶ Imitatio, ut ad Rhetoricen ſpectat, ſic definitur ab Auctore ad *Heren. l. 1.* Imitatio eſt, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum ſimiles in dicendo velimus eſſe. De imitatione *Cic.* ſcripſit *l. 2. de Or.* V. & *Quintil. l. 10. c. 2.*

Imitātor, oris, m. 3. *imitatore*, Ger. *nachfolger*, Gall. *imitateur*, Hiſp. *imitador*, μιμητής, qui imitatur. *Cic. 3. Leg.* Nec enim tantum mali eſt, peccare Principes, quantum illud, quod permulti imitatores Principum exiſtunt. *Id. 2. de Orat. c. 54.* Imitator, & narrator facetus.

Imitātrix, cis, f. 3. *imitatrice*, Ger. *nachfolgerin*, Gal. *imitatrice*, Hiſp. *imitatriz*, quæ imitatur. *Cic. l. 1. de Leg. c. 17.* Imitatrix boni voluptas.

Imitātus, a, um, partic. ab imitor. *Cic. de Univ.* Ille fabricator tanti operis utrum ſit imitatus exemplar. ¶ Reperitur etiam in conſtructione paſſiva, quia veteres dicebant etiam *imito, as*, active, ut Nonius probat. *Cic. de Univ. c. 3.* Cum autem ingreſſa eſt imitata, & efficta ſimulacra, bene agi putat, ſi ſimilitudinem veri conſequatur.

Imĭto, as, pro imitor, aris, dixiſſe Veteres, teſtatur *Nonius c. 7. n. 46.* V. *Imitatus, a, um.*

Imĭtor, aris, atus ſum, d. 1. *imitare*, הלך אחר, Ger. *nachfolgen*, Gall. *imiter*, Hiſp. *imitar*, μιμέομαι, aliorum exempla ſequor, a verbo Græco allato, quaſi mimitor, omiſſa initiali litera. *Cic. de Cl. Or.* Quem Cotta cum verbis, tum ſono ipſo ſubruſtico imitabatur. ¶ Imitari chirographum alterius, eſt adulterare. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 30.* Chirographum Sex-primorum imitatus eſt. ¶ Imitari etiam ponitur pro ſimulare. *Tac. l. 1.* Quanquam mœſtitiam imitarentur, contumaciæ propiores.

Imĭtus, adv. profunditus, ex profundo, ab imus. *Gell. l. 17. c. 10.* Atque ille, Græcos quidem fontes imitus ignes eructare. *Apul. l. 9. Met.* Terra dehiſcenta imitus.

Immaculabĭlis, le, adject. qui maculari non poteſt. *Auſon. in gratiar. act. ad Gratian. Imp.* Mente pura, immaculabili conſcientia, cogitatione ſincera.

Immaculātus, a, um, adject. *immacolato*, non maculatus, non pollutus. *Lucan. l. 6. ad fin.* Abſcondet Fortuna nefas, Romanaque tellus immaculata ſui ſervetur ſanguine Magni.

Immacŭlo, as, a. 1. idem quod maculo, inquino, polluo. *Jul. Firmic. l. 4. c. 16.* Nullus invidiæ livor immaculet.

Immadeſco, is, ui, o. 3. *eſſere umido*, ἐμβρέχομαι, madidus ſum. *Plin. l. 17. c. 5.* Et cum e ſiccitate continua immaduerit imbre. *Ovid. 6. Metam. v. 396.* Fertilis immaduit terra. ¶ Poteſt etiam eſſe *Immadeo, es*, a. 2. nam præteritum utrique commune eſt.

Immāne, adv. immaniter. *Salluſt. fragm. l. 2. hiſt.* Immane quantum animi exarſere. *Horat. l. 1. od. 27.* Immane quantum diſcrepat. Niſi forte velis hic non adverb. eſſe, ſed neutr. ex adject. græco more, ut *Triſte lupus ſtabulis*. Quod magis accedit ad Grammaticorum placita.

Immānis, & ne, o. 3. *crudele*, *fiero*, אכזר, Ger. *grauſam*, Gal. *cruel*, *demeſuré*, Hiſp. *cruel*, *inhumano*, ἄγριος, ἀπηνής, ferus, crudelis, ab antiquo *manus*, vel *mannus*, vel *manis*, vel *manus*, bonus. *Cic. ad Q. Fr. l. 1.* Quod ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, immanibus, ac barbaris nationibus. ¶ Ponitur etiam pro horrendo, aſpero. *Virg. 1. Æn.* Tenet ille immania ſaxa. ¶ Item pro fœdo. *Attius apud Non. c. 4. n. 236.* Immane ita habet templum obvallatum oſſibus. ¶ Item pro ingenti, immenſo. *Cic. 2. Phil.* Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet. *Id. Attic. l. 2.* Qui immanes pecunias paucis dederunt. ¶ Comp. immanior, ſup. immaniſſimus. *Cic. pro Roſc. Am.* Ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur. *Plin. Paneg. c. 48.* Bellua immaniſſima.

Immanĭtas, tis, f. 3. *crudeltà*, אכזריות, Ger. *grauſamkeit*, Gal. *cruauté*, Hiſp. *crueldad*, ἀγριότης, ἀπήνεια, ſævitia, feritas, diritas, crudelitas. *Cic. 1. de nat. Deor.* Equidem arbitror, nullas eſſe gentes ſic immanitate efferatas. ¶ Ponitur etiam pro magnitudine. *Plin. l. 35. c. 12.* Ut immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

Immanĭter, adverb. valde, vehementer, *aſſai*, σφόδρα. *Gell. l. 1. c. 26.* Immaniter clamare. ¶ Item crudeliter. *Ammian. l. 18. c. 17.* Immanius efferaſcunt.

Immanſuētus, a, um, *non manſueto*, *barbaro*, קשה, פרא, Ger. *unmild*, Gal. *farouche*, *intraitable*, Hiſp. *indomito*, *atroz*, ἀνήμερος, indomitus, barbarus. *Cic. 1. de Leg. c. 8.* Ipſiſque in hominibus nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ &c. *Senec. de Conſol. ad Helv. c. 6.* Quid immanſuetius? *Ovid. Heroid. epiſt. 18. v. 37.* At tu de rapidis immanſuetiſſime ventis.

Immarceſcibĭlis, le, adject. incorruptibilis. *Paulin. Nolan. 4. Natal. Felicis ad fin.* Immarceſcibili redimivit honore coronæ.

Immarceſco, is, o. 3. *marcire*, κατασήπομαι, corrumpor, putreſco. *Hor. 2. Ser. Sat. 7. ad fin.* Nempe immarceſcunt epulæ ſine fine petitæ. Ita Lexicographi plerique: ſed ibi legendum *inamareſcunt*.

Immatūre, adverb. *avanti il tempo*, ἀώρως. *Senec. Suaſor. 2.* Numquid immature ab Oceano. *Col. l. 11. c. 2.* Neque præfeſtinatum opus omnium immature videri poſſit. *Auſon. epiſt. 25.* Immaturius periclitatur ſepeliri.

Immaturĭtas, atis, f. 3. *immaturità*, Ger. *vorzeitigung*, Gal. *avancement*, *avant la ſaiſon*, *indeuë*, *meureté*, Hiſp. *adelantarſe madureza*, ἀωρία, acerbitas, cruditas. Tranſlate accipitur pro anticipatione, celeritate. *Cic. pro Quint. c. 26.* Quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat?

Immatūrus, a, um, *non maturo*, *acerbo*, Germ. *unzeitig*, Gal. *qui n' eſt pas meur*, Hiſp. *no maduro*, ἄωρος, non maturus, acerbus, & proprie de fructibus, & frugibus dicitur, cum ante tempus colliguntur. *Pl. l. 12. c. 13.* Quo apparet aut aliud eſſe, aut colligi immaturum. ¶ Tranſlate dicitur de eo, quod eſt intempeſtivum, ut mors immatura, qua quis ante conſtitutum vitæ tempus, & confectam ætatem moritur. *Cic. 2. Phil. c. ult.* Etenim ſi ab hinc annos prope viginti hoc ipſo in templo negavi poſſe mortem immaturam eſſe Conſulari. *Horat. l. 2. ſat. 8.* Filius immaturus obiit. *Liv. l. 22.* Immaturum conſilium.

Immediāte. V. Immeditate.

Immedicabĭlis, le, o. 3. *incurabile*, ἀνίατος, ἀθεράπευτος, quod medicaminibus non poteſt ſanari. *Ovid. 2. Met. v. 825.* Utque malum late ſolet immedicabile cancer ſerpere.

Immedicātus, a, um, adject. non medicatus, ut immedicatum os, *Apul. Apol.*

Immeditāte, adverb. ſine meditatione, *inconſideratamente*, *ſenza premeditare*, ἀπερισκέπτως, ἀμελετήτως. *Gell. l. 20. c. ult.* quod in aliquibus edit. principio operis præfigitur, cum ſit ejus præfatio. Nos, ut captus noſter eſt, incurioſe, & immediate, ac prope etiam ſubruſtice ex ipſo loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas Noctes inſcripſimus. Quidam minus recte leg. *immediate*, quæ vox barbara eſt.

Immeditātus, a, um, adject. paſſ. ſignif. non meditatus, *non penſato*, ἀμελέτητος. *Apul. l. 2. Miloſ. ſub init.* Immeditatus inceſſus. h. e. non affectatus ad mollitiem. *Id. l. 3. Florid.* Animalium immeditati ſonores. Quod autem ex *Cic. 2. Offic. c. 13.* affert *Paſſerat.* præterquamquod non ſatis ad rem facit, aliam etiam lectionem habet in emendatis Codicib.

Immejo, is, a. 3. intus mejo. *Perſ. Sat. 6. v. 73.* Patritiæ immejat vulvæ.

Immĕmor, ris, o. 3. *ſcordevole*, שכח, Ger. *vergeſſen*, Gal. *qui ne ſe ſouvient*, *qui ne retient pas dans ſa memoire*, Hiſp. *el que ſe olvida*, *y no ſe acuerda*, ἀμνήμων, quod non meminit. *Cic. in Bruto.* Magna hæc immemoris ingenii ſigna. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Ter. Andr. 1. 1. 17.* Iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Ubi Donatus: immemoris beneficii, cujus nemo meminerit. ¶ Dicitur etiam immemor, qui oblivionem inducit. *Silius l. 16.* Aquæ ſub nomine Lethes, Quæ ſinit immemori perſtringens gurgite ripas.

Immemorabĭlis, le, *immemorabile*, Ger. *das man nit eingedenck ſeyn ſol*, Gall. *immemorable*, Hiſp. *inmemorable*, ἄρρητος, cujus nulla debet eſſe memoria, quod commemorari non debet, aut poteſt. *Plaut. Capt. v. 192.* Neque ſpurcidi inſunt verſus immemorabiles. *Lucr. l. 4. Prol. v. 56.* Spatium immemorabile, ideſt, maximum, quod deſcribi non poteſt. ¶ Reperitur etiam active. *Plaut. Ciſt. 2. 1. 3.* Anus ſibi moderatrix, atque immemo-

memorabilis. h. e. quæ recordari non vult, aut ſe non meminiſſe ſimulat. V. *Taubman.*

Immemoratus, a, um, adject. [illegible], non memoratus. *Horat. l. 1. ep. 19. v. 33.* Juvat immemorata ferentem Ingenuis, oculiſque legi, manibuſque teneri. h. e. nova non prius audita. *Auſon. Parental. epigr. 20.* Immemoratus eris.

Immemoria, æ, f. memoriæ infirmitas, oblivio. Hanc vocem *Pareus* in *Lex. Crit.* extare putat in *Pandect. leg. 44. Dig. de acquir. & amitt. poſſeſſ.* ubi *Pepin.* *Jctus* ita inquit: Peregre profecturus pecuniam in terram cuſtodiæ cauſa condiderat: cum reverſus locum theſauri immemoria non repeteret, &c. Vulgo legitur *in memoria.*

Immemorum, o, idem quod immemor. *Cæcil.* apud *Priſcian. l. 6.* Ita ne immemorie?

Immenſitas, tis, f. 3. *immenſità*, Ger. *unermeſſigkeit*, Gal. *immenſité*, Hiſp. *immenſidad*, [illegible], infinitas. *Cic. de nat. Deor. l. 1. c. 20.* In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. *Id. ibid. l. 2. c. 39.* Immenſitates camporum.

Immenſus, a, um, *ſmiſurato*, *grande*, Germ. *uberſchwenklich*, Gal. *immenſe*, Hiſp. *immenſo*, [illegible], quod menſurari præ magnitudine non poteſt, infinitum, valde magnum. *Cic. 1. de nat. Deor.* Si immenſam, & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. *Id. de Div.* Obſervata ſunt hæc in tempore immenſo, hoc eſt, infinito, vix menſurabili. *Spartian. Adrian. cap. 19.* Immenſiſſimæ voluptates. ¶ *Per immenſum* abſolute, ſubaudito *ſpatium*. *Tacit. Ann. 15. c. 40. & in Agric. c. 23.* ¶ *Immenſum attolli*, adver. *Id. Ann. 4. c. 40.*

Immeo, as, o. 1. *entrare*, idem ac meo. *Plin. l. 8. c. 25.* Itaque & delphini immeantes Nilo

Immerens, tis, adject. o. 3. *innocente*, qui nihil commeruit, [illegible]. *Sueton. Veſp. c. 10.* Multum conqueſtus, eripi ſibi vitam immerenti. *Nepos* 10. c. 10. Immerentes, ut ſceleſtos, occidunt. *Valer. Max. l. 9. c. 12. n. 8.* Interdum immerentia quædam ſupremi fati titulum occupant.

Immerenter, adv. *immeritevolmente*, [illegible] Germ. *unſchuldiglich*, Gal. *ne méritant*, Hiſp. *no merecendolo*, *a tuertas*, [illegible], præter meritum. *Val. Max. l. 6. c. 2.* Quæ a Philippo Rege temulento immerenter damnata.

Immergo, is, ſi, ſum, a. 3. *immergere*, [illegible], Ger. *eintauchen*, Gal. *plonger*, Hiſp. *chabullir*, [illegible], intus mergo, in profundum obruo. *Virg. 3. Æn.* Vaſtoque immergite ponto. ¶ Tranſlate ponitur pro ſe penitus inſinuare, introducere, inferre. *Cic. pro Cluent.* Is ſe blanditiis illius conſuetudinem penitus immerſit. *Liv. l. 23. c. 18.* Immergere ſe in voluptates. *Plaut. Men. 5. 1. 3.* Immerſit aliquo ſe ſe, credo, in ganeum. ¶ *Immergeri* pro *immergi* tanquam ab *immergeo* habet *Colum. l. 5. c. 9.*

Immerito, adverb. immerenter. *Ter. Hecyr. 2. 1. 21.* Me abs te immerito eſſe accuſatam. *Senec. epiſt. 11.* Nec immerito, *a con ragione*. ¶ Superlat. *immeritiſſimo*. V. Immeritus.

Immeritum, i, o. ſubſtant. meriti privatio. *Plaut. Aſin. 3. 3. 18.* Cur tu immerito meo me morti dedere optas?

Immeritus, a, um, *che non ha meritato*, [illegible], qui nihil meruit, idem quod immerens. *Virg. 3. Æn.* Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem immeritam viſum Superis. *Terent. Phorm. 2. 1. 39.* Jamdudum te omnes nos accuſare audio immerito, & me horum omnium immeritiſſimum. Melius tamen legitur *immeritiſſimo*, quod eſt ſuperlat. adverbium.

Immerſabilis, le, *non ſommergibile*, [illegible], qui mergi non poteſt, & tranſlate fortis, firmus, qui adverſis rebus non opprimitur. *Hor. l. 1. Epiſt. de Ulyſſe.* Aſpera multa pertulit adverſis rerum immerſabilis undis.

Immerſio, onis, f. actus immergendi, *immerſione*. *Arnob. l. 1. c. 47.* Oleum triſtitia immerſionem non ſe pati.

Immerſus, a, um, *immerſo*. *Cic. de Univerſ.* Immerſus in flumen.

Immetatus, a, um, adject. *non miſurato*. *Horat. l. 3. od. 24. v. 12.* Immetata quibus jugera liberas Fruges, & Cererem ferunt.

Immigro, n. 1. idem ac migro, ideſt, in locum aliquem habitandi gratia me confero. *Cic. 13. Phil. c. 17.* Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit.

Imminens, tis, nom. ex particip. *imminente*. *Cic. pro Dom. c. 6.* Homo ad eadem imminens. *Id. Ver. c. 34.* Avaritia ſemper hiante, atque imminenti fuit. V. *Immineo.*

Imminentia, æ, f. *il ſopraſtare*, *eſſer imminente*. *Gell. l. 9. c. 12. ex Nigidio.* Ab inſtantia, atque imminentia fraudis.

Immineo, es, n. 2. *ſopraſtare*, [illegible], Ger. *nahe ſeyn*, Gal. *pencher deſſus*, *être prés de tomber deſſus*, Hiſp. *ſobreſtar*, *amenazar*, [illegible], impendeo. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 1. Tuſc.* Mors propter incertos caſus quotidie imminet. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Cæl. Balbo.* Cum propterea Carthago huic Imperio immineret. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *in*, vel *ad*. *Cic. in Verr.* Ille inſeſtus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. *Id. pro Domo.* Homo ad eadem imminens. ¶ Conjungitur etiam cum abl. communi, & præp. *a*, vel *ab*, vel *e*, vel *ex*, vel *de*. *Liv. l. 1.* Bellum ab Tarquiniis imminere. ¶ Tranſlate ponitur pro cupere, inhiare. *Cic. in Tuſc.* Templis Deorum immortalium imminet hominum egentium, & perditorum ſpes. *Id. pro Domo.* Imminere jam cupiditate videntur in Tribunitiam poteſtatem. *Terent. epiſt. 1.* Imminere alieno. ¶ Imminere exitio alterius, eſt vigilare, & inſidiari ad inferendum alteri exitium. *Ovid. 1. Met.* Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.

Imminuo, is, ui, utum, idem ac *minuo*, *ſminuire*, [illegible]. *Cic. Att. l. 1. ep. 18.* Metellus imminuit auctoritatem ſuam. *Salluſt. in Jug. c. 48.* Æſtivorum tempus comitiorum mora imminuerat. *Plaut. Caſ. 2. 1. 60.* & *Apul. l. 2. Florid.* ¶ *Imminuere* majeſtatem eſt violare.

Imminutio, f. 3. *diminuzione*, [illegible], diminutio, actus imminuendi. *Cic. 3. Fin. cap. 8.* Quam ut ſumptus egentiſſimarum civitatum minimo ſine ulla imminutione dignitatis tuæ. ¶ Speciatim ſumitur pro detractione. *Auson. in conc. capitis.*

Imminutus, a, um, adject. integer, non minutus. *Julian. Jctus l. 6. Dig. de minor. & repud.* Bona gratia diſſolutum videatur priſtinum matrimonium, & unuſquiſque ſuum jus habeat imminutum.

Immiſceo, es, n. 2. idem ac miſceo. *Liv. l. 5.* Quod Fidenati bello ſe jam antea immiſcuerant. *Id. l. 21. c. 12.* Immiſcere ſe aliorum colloquiis.

Immiſerabilis, le, *degno niente ſia miſericordia*, qui nullius miſericordia ſublevatur. *Hor. 3. Carm. od. 5.* Si non periret immiſerabilis captiva pubes.

Immiſericordia, æ. *Liv. l. 37. c. 1.* Plus ira, quam immiſericordia in cauſa eorum valebat. Al. leg. *miſericordia*. Adde *Tertull. de Spectac. c. 16.*

Immiſericorditer, adv. *ſenza miſericordia*, [illegible], abſque miſericordia. *Ter. Adel. 4. 5. 28.* Factum a vobis duriter, immiſericorditerque.

Immiſericors, dis, o. 3. *non miſericordioſo*, [illegible], immitis, ſine miſericordia. *Cic. de Inv. c. 36.* Ipſum immiſericordem, ſuperbum fuiſſe.

Immiſſarius, aris, depon. 1. *Plaut. apud Non. c. 2. n. 341.* Boni immiſeranter, vel rident mali. *Al. aliter leg.*

Immiſſalum. V. Emiſſarium.

Immiſſilus. V. Immiſſulus.

Immiſſio, onis, f. *mettere*, [illegible], actus immittendi. *Cic. de Sen.* Sarmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immiſſio. V. *Immitto.*

Immiſſulus, vel Immiſſilus, i, m. avis eſt ex aquilarum, ſeu vulturum genere, ſic dicta, quod ſubito, & inexpectata ſe immittit. *Feſt. V. Plin. l. 10. c. 7.* Alii leg. *Immiſſulus*, *Immuſculus*, *Immuſſulus*, &c.

Immiſſus, a, um, [illegible], partic. ab immitto. *Cic. de nat. Deor.* & non immiſſum a Deo dolorem, ſed conceptum a ſeipſo continebat. ¶ Immiſſum differt a projecto, ut *Jabolenus de verborum ſignificatione* inquit quia projectum dicitur, quod ita provehitur, & extenditur ex aliquo ædificio, ut nuſquam quieſcat, qualia ſunt meniana, & ſuggrundia. Immiſſum vero, quod ex noſtro ædificio protenſum in alieno recumbit, ut ſunt tigna, & trabes, quæ ex noſtro pariete in parietem vicini immittuntur. ¶ Immiſſa barba, eſt prolixa, prominens. *Virg. 3. Æn.* Reſpiciendum illuvies, immiſſaque barba.

Immiſſus, us, m. actus immittendi, injectio. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 18.* Sol cuncta luſtrat lucis immiſſu.

Immiſtim, vel Immixtim, adverb. immiſcendo. *Plaut. Aulul. 1. 3. 12.* Metuo metuo ne immixtim bibam. Alii aliter leg.

Immiſtus, vel Immixtus, a, um, adject. miſcendo ingeſtus, *meſcolato*, *frammiſchiato*. *Liv. l. 3. c. 50.* Immiſti turbæ militum togati. ¶ Item non mixtus. *Auſon. epigr. 20. v. 12.* Potare immixtum ſueta, merumque merum.

Immitis, te, o. 3. *acerbo*, [illegible], acerbus, immaturus. *Plin. l. 13.* Immitia adhuc, & cruda poma. ¶ Tranſlate uſurpatur pro crudeli, aſpero, *crudele*, *ſenza miſericordia*, [illegible]. *Virg. 1. Æn.* Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillis. *Cic. Att.* Pompejo immitior eram, quam ipſi Cæſari. *Plin. l. 10. c. 74.* Serpentes, immitiſſimum animalium genus. ¶ Tribuitur & aliis. *Plin. l. 8. epiſt. 17.* Immite & turbidum cœlum. *Senec. Octav. v. 33.* Immitis dolor.

Immitto, tis, iſi, iſſum, a. 3. *mandar dentro*, *introdurre*, [illegible], mitto in aliquem locum, introduco, conjicio. *Cic. pro Domo.* In alteram cameram ſervos immiſiſti. ¶ Item inſero, immiſceo. *Cic. pro Font.* Immiſit ſe armatum in hoſtium manus, ac multitudinem. *Ovid. 6. Met.* Illic & lentum filis immittitur aurum. *Liv. l. 23.* Immittere ſe in voluptates. ¶ Sæpe ponitur pro ſimplici mitto. *Cic. 6. Verr.* Eo ne tu ſervos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? ¶ Eſt etiam mittere contra aliquem. *Cic. 3. Tuſc.* His autem perturbationibus, quas in vitam hominum ſtultitia quaſi quaſdam furias immittit, atque incitat. ¶ Item ſubornare. *Salluſt. in Catil.* Alii Tarquinium a Cicerone immiſſum dicebant. ¶ Item librare, jaculari. *Cic. pro Domo.* Quæ tela ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt. ¶ Immittere aliquid in aures, h. e. admittere, auſcultare. *Plaut. Epid. 3. 1. 14.* ¶ Immittere rudentes, eſt extendere, & parare ad navigandum. *Plin. in epiſt.* ¶ Immittere vitem ad unas pariendas, h. e. ejus farmenta ad fructus ferendos relinquere; *laſciar creſcere*, &c. *Varr. l. 1. c. R. R. c. 31.* ¶ Immittere apud JCtos eſt tigna vel trabes ædificii eo extendere, ubi requieſcant, ſive in pariete communi, ſive in proprio. *l. Meum de V. S.* V. Immiſſus.

Immixtus. V. Immiſtus.

Immo. V. Imo.

Immobilis, le, o. 3. *immobile*, [illegible], quod moveri non poteſt. *Plin. l. 11. c. 37.* Aures hominum tantum immobiles. *Ovid. 13. Met. v. 802.* Scopulis immobilior.

Immobilitas, atis, f. *immobilità*. *Apulej. in Triſmeg.* Eadem immobilitate ſtabilitatis. *Lactant. l. 6. c. 17.* Qui immobilitatem animi afferunt. Adde *Arnob. l. 1.*

Immoderantia, æ, f. *intemperanza*, immoderatio. *Tertull. de Baptiſmo ad fin.* Plenitudo & immoderantia ventris.

Immoderate, adv. *ſmoderatamente*, [illegible], immodice, extra modum. *Cic. 2. Tuſc.* Ab temperantia ſinet, te immoderate facere quicquam? *Id. Fam. 5. ep. 16.* Ferre immoderatius caſum incommodorum ſuorum. *Spartian. in Sever. c. 20.* Immoderatiſſime lætari.

Immoderatio, f. 3. *intemperanza*, [illegible], exceſſus in re aliqua. *Cic. pro Sylla, c. 10.* Interdum efferatur immoderatione verborum.

Immoderatus, a, um, o. 3. *ſmoderato*, [illegible], intemperans, vel nimius in re aliqua. *Cic. Att. l. 13.* Nos vides, ipſum illum Ariſtotelis diſcipulum ſummo ingenio, ſumma modeſtia, poſteaquam Rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe? ¶ Dicitur etiam de rebus animo expertibus. *Cic. pro Roſc. Am.* Sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempeſtatibus hominibus nocuit. *Gell. l. 19. c. 12.* Marus autem immoderatiores. *Sueton. Ner. c. 51.* Immoderatiſſima luxuria. ¶ Item immenſus, vaſtus. *Cic. l. 2. N. D. c. 25.* Vide ſublime fulgens immoderatum æthera.

Immodeſte, adv. *immodeſtamente*, [illegible], immoderate, ſupra modum, ſine modeſtia. *Plaut. Pers. 3. 1. 25.* Cur ego apud te mentiar? amo immodeſte. *Liv. l. 22. c. 27.* Immodice, immodeſteque glorians.

Immodeſtia, æ, f. 1. *immodeſtia*, [illegible], intemperantia, immoderatio. *Plaut. Merc.* Sed amori accedunt etiam ultra hæc, quæ dixi, minus, incogitantia, excors immodeſtia, petulantia, cupiditas.

Immodeſtus, a, um, o. 3. *immodeſto*, [illegible], immoderatus, non temperatus. *Cic. 1. Offic.* Ipſumque genus jocandi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum, & facetum eſſe debet. *Ter. Heaut. 3. 3.* Heri in vino quam immodeſtus fuiſti.

Immodice, adv. *ſmiſuratamente*, [illegible], nimis immoderate. *Cic. 4. Tuſc.* Quid, ſi, cum id ferret immodice, mors liberorum acceſſiſſet?

Immodicus, a, um, *fuor di miſura*, *ſmiſurato*, [illegible], nimius. *Colum. l. 1. c. 5.* Quadragis modum immodice poſſidendi libidine tranſcendiſſet. *Sueton. Domit. c. 12.* Verbis & rebus immodicus. *Tacit. 1. hiſt. c. 33.* Immodicus animi.

Immodulatus, a, um, non modulatus, inconditus, aſper. *Hor. in Art. v. 263.* Non quivis videt immodulata poemata judex.

Immœnis. V. Immunis.

Immolatio, f. 3. *ſacrificio*, [illegible], ſacrificatio. *Cic. 2. de Div.* Hoc genus immolationis maxime ab antiquis probatur.

Immolatitius, a, um, qui immolatur eſt, ut immolatitia caro, *Auguſtin. epiſt. 154. 2 med.*

Immolator, oris, m. *chi ſacrifica*, qui immolat, & ſacrificat. *Cic. de Div. l. 2. c. 13.* Ut ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent.

Immolatus, a, um, adject. *immolato*, *ſacrificato*. *Horat. l. 4. od. 11.* Ara avet immolato ſpargier agno.

Immolitus, a, um, adject. ædificatus, conſtructus. *Liv. l. 39. c. 44.* Quæ in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti ſunt. ¶ Differunt autem *inædificata*, & *immolita*. Ea enim loca inædificata dicuntur, in quibus ædes extructæ ſunt, immolita vero, in quibus aliud quodcumque opus conſtructum eſt.

Immolo, as, a. 1. *ſacrificare*, [illegible], ſacrifico, a mola, ideſt farre toſto, & moliito, quod ſale ſparſum eſſet, quod Latini far toſtum, molitum, & ſalſum hoſtiis imponerent, Græci hordeum, & fruges non tritas, molaſque, ſed integras ſali admixtas inſpergerent. *Cic. pro Font.* Quis ignoret, eos uſque ad hanc diem retinere illam immanem, ac barbaram conſuetudinem hominum immolandorum? *Id. de Div.* Ne qui Dianæ vitulum immolaret. *Virg. 12. Æn.* Pallas te hoc vulnere, Pallas immolat. ¶ Ufur-

ſurpatur & imperſonaliter. *Cic. 2. de Div.* Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur?

Immorior, eris, tuus ſum, d. 3. *ἐναποθνήσκω*, in re aliqua morior. *Ovid. 3. de Ponto.* Fortiter Euxinis immoriemur aquis. *Val. Flac. l. 6. Arg.* Immoritur haſtæ. ¶ *Immori ſtudio alicujus rei*, hyperbolica locutio, eſt in eam tam pertinaciter incumbere, ut ſola morte quis videatur ab ea poſſe divelli. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 85.* Immoritur ſtudiis, & amore ſeneſcit habendi.

Immŏror, aris, d. 1. *dimorare*, *fermarſi*, *ἐμμένω*, moram traho in aliqua re. *Col. l. 8. c. 5.* Ut ſaturæ ſtudioſius nidis immorentur. *Plin. l. 1. epiſt. 8.* Immorari honeſtis cogitationibus. Adde *Quintil. l. 2. c. 16.*

Immorſus, us, ui, m. idem ac morſus, tanquam ab immordeo, legit *Heinſ.* in *Vellej. l. 2. c. 87.* ubi vulgo leg. *Morſu aſpidis.*

Immorſus, a, um, *morſicato*. *Stat. 2. Theb. v. 628.* donec transfuſa morte per artus Labitur, immorſaque cadens obmutuit haſta.

Immortalis, le, o. 3. *immortale*, *eterno*, Ger. *unſterblich*, Gal. *immortel*, Hiſp. *immortal*, *ἀθάνατος*, ſempiternus, qui perpetuo vivit nunquam moriturus. *Cic. de Sen.* Quod quidem ni ſi ita ſe haberet, ut animi immortales eſſent. *Id. lib. 10. Fam. ep. 13.* Immortales gratias agere. ¶ Immortale, adverb. more, ut flos immortale virens, *Valer. Flacc. l. 7. v. 360.*

Immortalĭtas, atis, f. 3. *immortalità*, Ger. *unſterblichkeit*, Gal. *immortalité*, Hiſp. *immortalidad*, *ἀθανασία*, ſempiterna vita. *Cic. de Am.* Niſi enim immortalitatem optare vellet, quid non eſt adeptus, quod homini fas eſſet optare? *Id. de Orat. l. 3. c. 16.* Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. *Id. l. 3. nat. Deor. c. 18.* Ne virtutibus hominum iſti honores habeantur, non immortalitatibus.

Immortalĭter, adverb. *eternamente*, Ger. *ewiglich*, Gal. *immortellement*, Hiſp. *immortalmente*, *ἀθανάτως*, perpetuo. *Cic. ad Q. Fr.* Quod ſcribis, te a Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immortalĭtus, adverb. ea forma, qua divinitus. *Turpil.* apud *Non. c. 11. n. 43.* Immortalitus ſe ſe obtulit mihi hæc facultas. *h. e.* quaſi Deorum immortalium beneficio.

Immortŭus, a, um, mortuus in aliqua re. *Plin. l. 29. c. 4.* Nam cum immortuus eſt is vivon. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Immortuo reliquiis conjurationis.

Immōtus, a, um, *immobile*, Ger. *unbewegt*, Gal. *immobile*, Hiſp. *immovible*, *fixo*, *ἀκίνητος*, quod non movetur, particip. a moveor. *Virg. 4. Æn.* Mens immota manet. *Ibid.* Fixum, immotumque animo. *Tacit. 1. hiſt. c. 86.* immotum diem diuit, quo venti nulli ſpirant.

Immūgio, is, n. 4. idem quod mugio. *Virg. 3. Æn. v. 674.* Curviſque immugiit Ætna cavernis.

Immulgĕo, es, ulſi, ĕtum, a. 1. *molgere*, *ἐναμέλγω*, lac ex uberibus in rem aliquam exprimo. *Plin. l. 11. c. 39.* Ubera eas infantium labris immulgere.

Immundabĭlis, le, adject. qui emundari non poteſt. *Tertull. de pudic. c. 20.* Immundabile vitium.

Immunde, *ſordidamente*, ſpurce. *Jul. Obſeq. de prodig. c. 115.* Junonem profugientem, quod immunde ſua templa fœdarentur.

Immundĭtia, æ, f. *immondezza*, impuritas. *Cato R. R. c. 2.* Ex piſcina immunditias efferri, munditias fieri. *Colum. l. 12. c. 3.* Valetudinaria immunditiis liberare. *Frontin. l. 2. de Aquæd.* Immunditiarum facies, & impurior ſpiritus, &c.

Immundus, a, um, o. t. a. *immondo*, *lordo*, Germ. *unſauber*, Gal. *ſale*, *ord*, Hiſp. *immundo*, *ſucio*, *ἀκάθαρτος*, impurus. *Virg. 3. Æn.* Contactuque omnia fœdant immundo. *Catull. Carm. 94.* Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud. *Plin. l. 10. epiſt. 99.* Immundiſſima aſpectu cloaca.

Immunĭfĭcus, a, um, *non liberale*, *avaro*, *ἀνελεύθερος*, illiberalis, avarus, ſordidus, tenax. *Plaut. Trin. 2. 2. 69.* Civi immunifico, ſcis, quid cantari ſolet? Quod habes, ne habeas.

Immunĭo, is, ivi, itum, a. 4. idem quod munio, vel intus munio. *Tacit. Ann. 11. c. 19.* Præſidium immunivit. Ita pleræque optimæ edit. cum MSS. Alii leg. *inde munivit*. *Lipſ.* noſtram lectionem retinet: ſuſpicatur tamen ſcriptum fuiſſe *endomunivit*.

Immūnis, ne, o. 3. *libero*, *immune*, *ἀτελής*, vacans munere, qui nullo fungitur officio, otioſus, a *munus*. *Virg. 4. Æn.* Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus. *Horat. l. 4. od. 12.* Non ego te meis Immunem meditor tingere poculis, *ἀσύμβολον*, *ſenza che tu porti la tua parte*. *Cic. de Am.* Non eſt inhumana virtus, neque immunis, neque ſuperba, quæ etiam populos univerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat. ¶ Item non particeps, expers. *Ovid. l. 4. Triſt. el. 2.* Immunes tanti nec ſinit eſſe boni. ¶ Item qui nulli obnoxius, aut devinctus eſt, qui liber eſt ab onere publico, qui nulli vectigal pendit, *eſente*, *libero*, Ger. *frey*, *erlaſſen*, Gall. *exempt*, *franc*, Hiſp. *libre eſento*, *ἀτελής*. *Cic. in Phil.* le Campi Leontini duo millia jugerum immunia poſſidet. ¶ Fere cum ablativo conſtruitur. *Liv. l. 1. c. 43.* Inde una centuria facta eſt immunis militia. *Vellej. l. 2. c. 35.* Immunis humanis vitiis. *Et cap. 46.* Immunis voluptatibus. ¶ Et addita præpoſit. *a*, vel *ab*. *Vellej. l. 2. c. 14.* Domus immunis ab omnibus arbitris. ¶ Et cum genit. *Id. l. 2. c. 7.* Immunis delictorum paternorum. *Ovid. Met. 3. v. 1. de bove.* Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri. ¶ Munia publica, a quibus *Immunes* liberabantur, erant domi quidem tributa, vectigalia, &c. militiæ vero valli & foſſæ extructio, pabuli, lignorum aggeſtus, & his ſimilia; quæ qui facere cogebantur, munifices dicti ſunt. V. *Beneficiarius*. ¶ Sumitur interdum pro innoxio. *Horat. l. 3. od. 23.* Immunis aram ſi tetigit manus. ¶ Apud *Plaut.* pro inofficioſo uſurpatur: verba ejus ſunt *Trin. 1. 1. 1.* Amicum caſtigare ob meritam noxiam, immune eſt facinus, verum in ætate & utile & conducibile. ¶ In quibuſdam antiq. cod. legitur etiam *immanis* pro *immunis*.

Immunĭtas, atis, f. 3. *ἀργία*, vacatio a munere, otioſitas. *Cic. 4. Acad.* Qui det iſti Deo immunitatem magni quidem muneris. ¶ Item libertas, exemptio, & vacatio munerum publicorum, & onerum, *eſenzione*, *privilegio*, Ger. *freilaſſung*, Gal. *exemption*, Hiſp. *eſencion*, *ἀτέλεια*. *Cic. 12. Fam.* Tabulæ figuntur, immunitates dantur.

Immunītio, onis, f. idem quod immunitas. *Cod. Theodoſ. l. un. de privil. dom. Aug.* V. *Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 517.*

Immunītus, a, um, o. t. 2. *non fornito*, *non fortificato*, *ἀτείχιστος*, non munitus. *Cic. pro Cæc. c. 19.* Si via ita ſit immunita, jubet, qua velit, agere jumentum. *Liv. l. 22. c. 11.* Ut quibus oppida caſtellaque immunita eſſent, hi in loca tuta commigrarent.

Immurmŭro, as, a. 1. idem ac murmuro. Cum accuſat. *Ovid. 3. Met.* totumque immurmurat agmen. ¶ Cum ablat. *Virg. 4. Georg. v. 261.* Silvis immurmurat auſter. *Stat. 1. Theb. v. 532.* Immurmurare aure tacita. ¶ Cum dativo *Silius l. 5. v. 335.* admorſæ immurmurat haſtæ.

Immuſĭcus, a, um, non Muſicus. *Tertull. Apol. c. 1.* Immuſici judicantes de muſicis.

Immuſŭlus. V. Immiſſulus.

Immutabĭlis, le, n. 3. *immutabile*, Ger. *unveranderlich*, Gal. *immuable*, Hiſp. *inmudable*, *ἀμετάβλητος*, quod nullo modo movetur, ac flectitur. *Cic. de Fato.* Sequitur illico, eſſe cauſas immutabiles, eaſque æternas, quæ prohibeant quidquam ſecus cadere, atque caſurum ſit. ¶ Uſurpatur & pro mutato, vel mutabili a *Plaut. in Epid. 4. 2. 8.* ubi ait: Scio quid erres, quia veſtitum, atque ornatum immutabilem habet hæc.

Immutabĭlĭtas, atis, f. 3. *immutabilità*, ſtabilitas, conſtantia, perpetuitas, æternitas. *Cic. de Fato, c. 9.* Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris non item.

Immutabĭlĭter, adv. *immutabilmente*. *Celſ. JCtus l. 99. Dig. de Verb. obl.* Immutabiliter verum fuit.

Immutatio, onis, f. 3. *mutazione*, *ἐναλλαγή*, mutatio. *Cic. 2. de Leg.* Negat mutari poſſe muſicas leges ſine immutatione legum publicarum. Adde *l. 4. Acad. c. 6. & l. 3. de Orat. c. 44.*

Immutatus, a, um, adject. *mutato*, idem quod mutatus, *ἐναλλαγμένος*. *Cic. Fam. 1. ep. 9.* Converſis rebus, & bonorum voluntatibus immutatis. Adde *Plaut. Cur. 1. 2. 59.* Et *Salluſt. in Catil. c. 6.* ¶ Item non mutatus, *non mutato*. *Cic. de Invent. l. 2. c. 54.* Veritas eſt, per quam immutata ea quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Adde *Ter. Andr. 1. 5. 7.*

Immutēſco, is, immutui, n. 3. idem ac muteſco. *Stat. 5. Theb.* Raptis immutuit ore querelis. Adde *Quintil. l. 10. c. 3.*

Immutĭlatus, a, um, adject. non mutilatus. *Cod. Theodoſ. l. 4. tit. 22.* Omnia ad diſceptationem litigii immutilata permaneant.

Immūto, as, a. 1. *mutare*, idem quod muto. *Cic. Fam. 5. ep. 8.* Quædam peſtes hominum te a me alienarunt, & me aliquo modo immutarunt tibi. *Teren. 2. 1. 19.* Adeon' homines immutari ex amore? *Cic. Agrar. 2. cap. 7.* Quod nemo immutat, nemo immutaerit. *Id. pro Flacc. c. 24.* Immutare aliquid de inſtitutis priorum.

Imo (vel Immo, ut placet Manutio) adverb. *anzi*, *anzichè*, *piuttoſto*, *μᾶλλον δέ*, vim habet affirmandi, augendi, eligendi, & interdum corrigendi. *Cic. Catil. l. 1.* Vivit? imo vero etiam in Senatum venit. *Varr.* Non humanitas, imo ſævitia eſt, lædere innocentem. *Ter. Andr. 4. 2. 25.* Verum vis dicam? D. imo etiam. *Id. ib. 1. 1. 3.* Nempe ut curentur recte hæc. S. Imo aliud.

Imōla. V. Forum Cornelii.

Impacatus, a, um, non pacatus. *Virg. 3. Georg. v. 408.* Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.

Impactio, onis, f. actus impingendi, illiſio. *Senec. Nat. quæſt. l. 2. c. 12.* Diſſimilis autem crepitus fit ob diſſimilem impactionem nubium.

Impactus, a, um, adject. illiſus. *Liv. l. 8. c. 8.* Impactus ſaxo. *Plin. l. 6. ep. 31.* Impactos fluctus in immenſum elidit. *Ulpian. l. Ex. Dig. de cuſtod. & exhib. reor.* Impactus in carcerem. h. e. conjectus.

Impages, f. 3. *ἐμπήγματα*, dicuntur, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant, ab antiquo *pago*, pro *pango*, quod eſt figere. *Feſt.* ¶ Item ad genus marginis, ac regulæ, quo tympanum, ſicut quadratum, vel alterius figuræ ſpatium in valvis, aliove opere intestino per ambitum includitur. *Vitruv. l. 4. c. 6.*

Impallēſco, is, ui, n. 3. pallorem contraho, pallidus fio, *impallidire*, *ὠχριάω*. *Perſ. Sat. 5. v. 62.* At te nocturnis juvat impalleſcere chartis. *Stat. 5. Theb. v. 805.* Eventu impalluit ipſe ſecundo. ¶ Lexicographi ponunt *Impalleo*, ſed adducta exempla id non ſatis probant.

Impancro, as, a. 1. *invado*, apud vet. ea in, & *pancro*, quod a *πᾶν*, omne, & *κρέας*, caro, quaſi ſit omnem carnem conſumere. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 293.* In ſegetem arcam impancrarunt.

Impar, aris, n. *diſpari*, *diſuguale*, Germ. *ungleich*, Gal. *inégal*, Hiſp. *deſygual*, *ἄνισος*, non par, inæqualis. *Cic. 5. Fam. ep. 8.* Impar benevolentia. *Virg. 4. Georg.* Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis. ¶ Impar numerus eſt, qui in duas partes æquales dividi non poteſt. *Virg. 8. Ecl.* Numero Deus impare gaudet. ¶ Par, impar, ludi genus eſt. V. *Par*.

Imparatus, a, um, *non in ordine*, *ἀπαράσκευος*, non paratus. *Cic. in Bruto.* Imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur. *Id. Att. l. 7. ep. 15.* Imparati ſumus cum a militibus, tum a pecunia. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c. 30.* Imparatiſſimus omnibus rebus. *Senec. Hippolyt.* Pectus non imparatum animus.

Imparco, vel imperco, is, o. 3. idem quod parco, vel valde parco. *Plaut. Amph. 1. 3. 2.* Imperce, quæſo. *Id. Caſ. 4. 4. 12.* Imperitæ huic imperciio.

Imparens, tis, o. *diſubbidiente*, non parens, inobediens. *Feſt.*

Imparentia, æ, f. *diſubbidienza*, inobedientia. *Gell. l. 1. c. 19.* Ne, ſi ſpes fefelliſſet, culpa imparentiæ, & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet. Al. leg. *imperantia* eod. ſenſu: alii *impatientia*.

Imparĭlis, le, adject. diſpar, impar, *diſuguale*. *Aurel. Vict. in Hadrian.* Suſpectam æſtimantes ſocietatem ævi longe imparilis.

Imparĭlĭtas, atis, f. *diſuguaglianza*, *varietà*, *diverſità*. *Gel. l. 5. c. 20.* Solœciſmus alius imparilitas appellatus. Et *l. 14. c. 1.* Imparilitas hæc turbat obſervationem.

Imparĭter, adv. *diſugualmente*, Ger. *ungleich*, Gall. *inegalement*, Hiſp. *con deſygualdade*, *ἀνίσως*, inæqualiter. *Hor. in Arte, v. 75.* Verſibus impariter junctis querimonia primum, &c.

Impartio. V. Impertio.

Impaſco, is, o. 3. vel impaſcor, eris, d. 3. *paſcerſi*, in loco aliquo paſco. *Col. l. 6. c. 5.* In ea loca perducendi ſunt, quibus nullum impaſcitur pecus.

Impaſſĭbĭlis, le, adject. qui pati nihil poteſt. *Lactant. l. 1. c. 3.* Deus incorruptibilis eſſe debet, perfectus, impaſſibilis.

Impaſtus, a, um, n. t. 2. *digiuno*, Ger. *ungeweidet*, Gal. *jeun*, Hiſp. *ayuno*, *no apacentado*, non paſtus, jejunus, partic. ab impaſcor. *Virg. 9. Æn. v. 339.* Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans, &c.

Impatĭbĭlis, le, n. 3. *intollerabile*, Ger. *unleidenlich*, Gal. *inſupportable*, Hiſp. *incufrible*, *δύσοιστος*, intolerabilis, qui ferri non poteſt. *Cic. 2. Fin. c. 17.* Quem quidem vos, cum improbis pœnam propoſitis, impatibilem facitis. *Gronov.* in ſuis membranis legit *impetibilem*. ¶ Active, pro eo qui pati non poteſt, *impaſſibile*, uſus eſt *Lactant. l. 2. c. 8.*

Impatiens, entis, adject. o. *impaziente*, Ger. *unleidig*, Gal. *impatient*, Hiſp. *impaciente*, *ἀπαθής*, nullius laboris, aut doloris patiens. *Plin. l. 10. c. 62.* Itaque cæteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera occiſa matre. *Colum. l. 7. c. 21.* Impatientiſſimæ famis eſſe. Rurſus *Plin. l. 19. c. 8.* Hiemis impatientiores. *Id. l. 21. c. 16.* Caulem rectum habent, ſed vetuſtatis impatientem, *che non dura*.

Impatienter, adv. *impazientemente*, *noiosamente*, Ger. *ungedultigklich*, Gall. *impatiemment*, Hiſp. *impacientemente*, *ἀπαθῶς*, ægre, moleſte. *Plin. l. 2. ep. 7.* Amavi conſummatiſſimum juvenem tam ardenter quam nunc impatienter requiro. *Quintil. Declam. 11. ſub fin.* Impatientius deſiderare. *Plin. l. 4. ep. 21.* Impatientiſſime dolere.

Impatientia, æ, f. 1. *impazienza*, *noja*, Ger. *ungedult*, Gal. *impacience*, Hiſp. *impaciencia*, *ἀπάθεια*, *ἀταξία*, intolerantia. *Plin. l. 11. c. 23.* Mox frigoris impatientia villis inhorreſcere. ¶ Apud *Senec. ep. 9.* impatientia ſumitur pro *ἀπάθεια*, *impaſſibilità*.

Impavĭde, adv. *arditamente*, Ger. *dapfferlich*, Gall. *ſans peur*, *ardiment*, Hiſp. *ſin miedo*, *atrevidamiente*, *ἀφόβως*, intrepide, audacter. *Liv. l. 39. c. 50.* Et poculo impavide exhauſto haud ita multo poſt expiravit.

Impavĭdus, a, um, *che non teme*, *ſenza paura*, Ger. *unerſchrocken*, Gal. *qui ne craint rien*, Hiſp. *atrevido*, *ἄφοβος*, qui nihil timet. *Plin. l. 28. c. 19.* Et pel-

pellis aſinina injecta impavidos infantes facit. *Liv. l.* 22. *c.* 30. Impavidum pectus. Adde *Horat. l.* 3. *od.* 3.

Impauſabilis, le, adject. qui non ceſſat, perennis, continuus, *che non ſa pauſa*. *Fulgent. Mythol.* 1. Alecto dicitur græce impauſabilis.

Impauſabiliter, adverb. *ſenza pauſa*. *Cal. Aurel. Tard.* 3. 1. Impauſabiliter cibum ſumere.

Impeccabilis, & le, o. 3. *impeccabile, che non pecca*, Ger. *unſündlich*, Gal. *qui ne peche pas*, Hiſp. *el que no peca*, ἀναμάρτητος, expers peccati. *Gel. l.* 17. *c.* 19. Is erit impeccabilis, vitamque vivet tranquilliſſimam.

Impecto, is, a. 3. impello, pulſo. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. Itaque impectentes a ſe ejiciunt fucos. Al. leg. *impetentes*, alii *infeſtantes*: utrumque rectius.

Impedico, as, avi, atum, a. 1. pedica conſtringo, *inceppare*. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Si quem ſemel intra retia ceperint, caſſibus mille impedicant.

Impedimentoſus, a, um, adject. impedimentis plenus. *Caſſiod. l.* 1. *ep.* 35.

Impedimentum, ti, n. 2. *impedimento*, Germ. *verhindernuſſ*, Gall. *empechement*, Hiſp. *empacho*, ἐμπόδισμα, id, quo quis impeditur, ne perficiat, quod cupit. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut primum impedimenta naturæ diligentia, induſtriaque ſuperaret. ¶ Impedimento eſſe, eſt obſtare. *Cic.* 3. *Fam.* Ubi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quominus Romam ad laudem tuam mitteretur? ¶ Ponitur etiam pro ſarcinis, tam in ſingulari, quam in plurali numero. *Cic. pro Mil.* Cum uxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorumque comitatu. ¶ Impedimenta in exercitu dicuntur inſtrumenta, ſarcinæ, & aliæ quævis res, quæ ad uſum exercitus circumferuntur, *carriaggi*, *bagaglio*, τὰ σκευοφόρα, αἱ [illegible]. *Caſ.* 1. *Bell. Gall.* Alteri ad impedimenta, & carros ſuos ſe contulerunt. ¶ Et non ſolum ſarcinæ, ſed etiam jumenta impedimenta dicuntur. Hinc *Frontin. in lib. Stratag.* ſcribit, fuiſſe interfecta a Petrejo in Hiſpania impedimenta in magna aquarum, & pabuli inopia.

Impedio, dis, ivi, itum, a. 4. *impedire*, כבל, Germ. *verwirren*, Gall. *empecher*, Hiſp. *empachar*, ἐμποδίζω, eſt implicare, involvere, ac proprie de pedibus dicitur, a *pes*, vel a πέδαι, *pedicis vincio*. *Plaut. Mil.* 4. 9. 11. Ipſus ſeſe impedivit in plagas. ¶ Translata ad negotia refertur. *Cic.* 9. *Famil.* Me quotidie aliud ex alio impedit. ¶ Transfertur etiam ad quamcunque aliam curam, & ſignat impedimento eſſe. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Cum is Publicanorum cauſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret. *Id.* 12. *Fam.* Se ſe, quominus id facerent, & compromiſſo, & jurejurando impediri. *Id. de Fato.* Ne facerem, impedivit. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Impediri ab opere. *Ovid.* 9. *Metam.* Lacrymæ impediunt loqui. *Caſ. l.* 1. *B. G.* Impediri in aliqua re. ¶ Aliquando accipitur pro conſpurcare, polluere, ait *Nonius*. *Plaut. Amph. ſc. Quæ cum vaſſo.* v. 13. Uxorem meam pudicitia impedivit. Al. leg. *impeivit*.

Impeditio, onis, f. 3. *impedimento*, κώλυσις, ἐμπόδισις, implicatio, detentio, occupatio. *Cic.* 1. *de Div. c.* 31. Viget enim animus in ſomniis, liberque ſenſibus ab omni impeditione curarum, &c.

Impedito, as, a. 1. idem quod impedio. *Stat. l.* 2. *Theb. v.* 590. impeditant numero, ſeque ipſa viciſſim arma premunt.

Impeditus, a, um, *impedito*, Germ. *verwirrt*, Gal. *empeché*, Hiſp. *empachado*, ἐμποδισθείς, partic. ab impedio. *Cic.* 1. *Off.* Diſcendi enim ſtudio impediti, quos tueri debent, deſerunt. *Id. in Piſ. c.* 5. Tempora Reip. impedita. *Caſ. l.* 7. *B. G. c.* 28. Impeditiora loca. *Brutus Ciceroni l.* 11. *Fam. ep.* 13. Impeditiſſimus ad iter faciendum. ¶ *Impeditæ rationes* dicuntur, cum plus debemus aliis, quam alii nobis, ac ita ſolvendo non ſumus. V. *Turneb. l.* 4. *c.* 3. V. etiam *Expeditus*. ¶ Dividitur etiam per tmeſim. *Lucr. l.* 4. *v.* 1142. Et tamen implicitus quoque poſſis, inque peditus.

Impedo, as, a. 1. *fortificare con pedagne*, [illegible], pedamentis fulcio, vel ſuſtineo, a *pes*. *Col. l.* 4. *c.* 16. Vehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt.

Impelimentum, n. 2. idem ac impedimentum, apud vet. *Feſt.*

Impello, is, impuli, ulſum, a. 3. *ſpingere*, *incitare*, דחה, Ger. *treiben*, Gall. *pouſſer*, Hiſp. *empuxar*, ὠθέω, loco pello, urgeo. *Cic.* 4. *Tuſc.* Impellere januam digito. ¶ Aliquando eſt jacere, contorquere. *Virg.* 1. *Æn.* Converſa cuſpide montem impulit in latus. ¶ Translate eſt labefactare. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Immenſo & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores. ¶ Item ſinire. *Lucan. l.* 5. Impulſi tantum quæ præmia belli auferat. ideſt, jam pene confecti, & quaſi præcipitis. ¶ Item incitare, inſtanter perſuadere. *Cic. de Sen.* Nec me ſolum ratio impulit, ut ita crederem, ſed etiam auctoritas. *Id. pro Sylla, c.* 113. Quia qui barbaros homines ad bellum impelleret. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 22. Ad quodvis maleficium hominem impellit avaritia. Rurſus *Cic.* 3. *de Fin.* Natura impellimur, ut prodeſſe velimus. ¶ Item conjicere, inducere. *Cic. pro Mil.* Niſi eum Dii in eam mentem impuliſſent, ut &c. *Id. ad Brut.* Impellere in ſpem certiſſimam conſulatus. *Id. pro Mil.* Impellere in laudem. *Id.* 2. *de Orat.* Impellere in ſermonem.

Impendeo, es, di, ſum, n. 2. *eſſer ſopra*, *ſopraſtare*, תלה, Ger. *obenüberſchwebend hangen*, Gall. *pendre deſſus*, Hiſp. *eſtar colgado en cima*, *eſtar encima*, ἐπικρέμαμαι, ſupra aliquid pendeo. *Cic.* 1. *Fin.* Accedit etiam mors, quæ, quaſi ſaxum Tantalo, ſemper impendet. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Arundinem impendente pluvia ſeri jubent. ¶ Translata accipitur pro inſtare, vel imminere. *Cic. de Aruſ. Reſp.* Multo ante proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ. *Id. pro Roſc. Amer.* Omnes in me terrores, periculaque impendent omnia. *Id. in Verr.* Mercatoribus formidines a veſtris Magiſtratibus impendent. ¶ Invenitur etiam cum acc. *Ter. Phorm.* 1. 4. 2. Ita nunc imperatum ſubito tanta te impendent mala.

Impendio, adverb. *molto*, כאר כאר, Germ. *waſt vil*, Gall. *grandement*, *demeſurement*, Hiſp. *muy mucho*, *demaſiadamente*, [illegible], impenſe, valde, ſupra modum, plus ſatis, ab *impendium*. *Apul. Apol.* Cum mala audiunt, impendio commoventur, & iraſcuntur. ¶ Fere jungitur comparativis. *Ter. Eun.* 3. 5. 39. Impendio magis animus gaudebat mihi. h. e. multo magis. *Gell. lib.* 1. *cap.* 2. Impendio loquacior. *Cic. Attic. l.* 10. *epiſt.* 4. At illa impendio minus magis odit Senatum.

Impendioſus, a, um, *che fa molta ſpeſa*, δαπανηρός, qui plus æquo impendit, & plus conſumit, quam par eſt. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 12. Nimio præſtat, impendioſum te, quam ingratum dicier.

Impendium, dii, n. 2. *ſpeſa*, Germ. *koſten*, Gall. *depenſe*, Hiſp. *gaſto*, δαπάνη, impenſa, ab impendendo ære, quia veteres pecuniam non numerabant, ſed pendebant. *Cic. pro Quinct. c.* 3. Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. ¶ Impendium etiam, teſte *Varr.* dicitur pecunia, quæ in fœnore ſorti accedit, hoc eſt, uſura ipſa. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 1. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scævola, fœnus, & impendium recuſare.

Impendo, is, di, ſum, a. 3. *ſpendere*, הוציא, Germ. *anwenden*, Gall. *depenſer*, Hiſp. *gaſtar*, δαπανάω, ἀναλίσκω, impenſam ago, vel facio, pecuniam in rem aliquam expendo, & inſumo. *Cic. pro Quinct.* Poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit. *Plin.* 10 *Epiſt.* 38. *l.* 10. In aquæductu Nicomedienſes impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX. ¶ Translate dicitur de opera, labore, cura, &c. cum dat. vel cum acc. & præp. *in*. *Cic.* 6. *Verr.* Ut operam, curam, pecuniam impendant in eas res, quas nobis gratas fore non arbitrentur. *Id.* 5. *Verr.* Ad incertum caſum, & eventum certus quotannis labor, & certus ſumptus impenditur. *Col. in præf. l.* 1. Sic ut roſarius impenderet curam. ¶ Significat etiam implere, farcire, cum ſc. congeritur aliquid ſine menſura, acervatim. V. *Impenſa*, & *impenſus*.

Impenetrabilis, le, o. 3. *non penetrabile*. Germ. *undurchdringlich*, Gall. *impenetrable*, Hiſp. *impenetrable*, ἀδιάδυτος, quod penetrari non poteſt. *Liv. l.* 22. Et cum averſi, ac diverſo late agmine a tam multis ſimul vulneribus haud ſane impenetrabiles eſſent. *Stat.* 3. *Theb.* Armis impenetrabilis. ¶ Sumitur etiam pro invincibili. *Tac. l.* 4. Pudicitia impenetrabilis. *Sil. l.* 17. Mens impenetrabilis iræ.

Impenetrale, cujus ultimum penetrale intrare non licet. *Feſtus.*

Impennatus, a, um, *ſenza penne*, quod pennas non habet. Impennatas agnas veteres pro ſpicis uſurparunt, quæ non habent ariſtas. Agnus enim apud Vet. novum ſignificat. *Feſtus* Saliari carmine.

Impenſa, æ, f. 1. *ſpeſa*, Germ. *koſten*, Gal. *depenſe*, Hiſp. *gaſto*, δαπάνη, ἀνάλωμα, expenſa, ſumptus, pecunia in rem aliquam depenſa, a *pendo*, ideſt, a veterum more, quo pecunias non numerabant, ſed pendebant. *Cic.* 10 *Phil.* Poſſeſſores nullam impenſam fecerant. *Auct. ante Eut.* Neque tantorum officiorum impenſam egiſſes in patriam. *Liv. l.* 35. *c.* 44. Impenſæ parcere. ¶ Sumitur interdum pro farcimine, ſeu pro iis rebus, quæ impenduntur ad farcimen faciendum. *Apic. l.* 7. *c.* 7. Ventrem porcinum bene exinanies, poſtea aqua lavas, & ſic hac impenſa imples. *Id. l.* 8. *c.* 7. Mittes impenſam Tarentinam in veſicam bubulam. Sic alibi ſæpe. *Arnob. l.* 7. Impenſarum varietate conditis. Eadem ratione *Pallad. l.* 1. *c.* 13. Impenſam vocat, qua farcitur paries cannicius, & *c.* 40. *impenſam teſtaceam* ponit pro tectorio opere. V. *Impenſus*. ¶ Hinc nonnulli ortum putant adagium, *operam & impenſam perdere*.

Impenſe, adv. *molto*, כאר כאר, Germ. *heftig*, Gall. *grandement*, Hiſp. *mucho*, *demaſiadamente*, ἀφειδῶς, ἄγαν, proprie eſt ſumptuoſe, translate accipitur pro magnopere, valde, vehementer. *Cic. Att. lib.* 5. Cum me impenſe, eum quid vellem, rogaſſet. *Plaut. Epid.* 2. 4. *ſc.* 1. Eſt impenſe improbus. *Cic.* 13. *Fam.* Nunc eo facio id impenſius, quod ejus cauſam Nero ſuſcepit. *Gell. l.* 10. *c.* 24. Vir impenſe doctus. *Ter. Eun.* 3. 1. 53. Impenſe invidere. *Salluſt. in Jug. c.* 75. Impenſius rebus ſuis diffidere. *Liv. l.* 40. *c.* 35. Impenſe retinere aliquem. ¶ Proprie *Sueton. Claud. c.* 11. Quamquam bibliothecas incendio abſumptas impenſiſſime reparare curaſſet. *h. e.* magnis impenſis.

Impenſibilis, le, n. 3. *che non ſi può conſiderare*, ἀνεπινόητος, ἀνεξέταστος, quod ſatis expendi non poteſt, inconſiderabile. *Gell. l.* 11. *c.* 3. Omnemque rerum fidem, veritatemque miſtis, confuſiſque ſignis veri, atque falſi ita impenſibilem videri ajunt, ut quiſquis homo eſt, &c. Al. leg. incomprehenſibilem.

Impenſus, us, ui, m. idem quod impenſa, *ſpeſa*. *Symmach. lib.* 11. Majore impenſu.

Impenſus, a, um, adject. *ſpeſo*, ab impendo. *Caſ. l.* 4. *B. G. c.* 2. Jumenta impenſo parant pretio, h. e. ſoluto. Et abſolute. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 245. Luſcinias ſolitus impenſo prandere coemptas. ¶ Item magnus, *grande*, quo ſenſu plerique accipiunt etiam exempla allata. *Tac. l.* 1. *hiſt.* Impenſiore cura. Et *ib.* Impenſo labore. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 3. *extern.* 2. Impenſioribus verbis laudare. *Suet. Tib. c.* 13. Impenſiſſimæ preces. Sic impenſa voluntas, opera, &c. apud *Liv. Gell.* & alios. ¶ *Plaut. Bacch.* 3. 2. 10. Ingrato homine nihil impenſius eſt. h. e. impendioſius. Beneficia enim ingrato collata impenſæ ſunt, & jacturæ. Vel nihil eſt iniquius. Ingratus enim beneficia nihil penſi habet. Alii aliter interpretantur. V. *Taubman.* ¶ Eſt etiam impenſum idem ac impletus, fartus. Hinc *Feſtus* docet *impenſam ſtipem* dictam eſſe ſacram pecuniam, quod nondum eſſet penſa, ſed tantum ſtipata, ſeu acervatim collecta, & condita. Hinc & *Plaut. Capt.* 4. 2. 26. Væ miſero illi, cujus cibo iſte factus eſt impenſior. *Camerar.* tamen legit *impranſior*. Cæteri fere omnes Critici, & Interpretes *impenſior* retinent. V. *Impenſa*.

Imperans, antis, nom. ex partic. *che comanda*. *Aurel. Vict. Epit.* 1. 24. Conditio imperantium. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 28. Imperantis levitas. ¶ V. *Imperator* in fin.

Imperative, adverb. cum imperio, imperando. *Ulp. JCtus tit.* 24. §. 1. Legatum eſt, quod legis modo, ideſt imperative teſtamento relinquitur.

Imperativus, a, um, adject. ut imperativæ feriæ apud *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 16. quas ſc. Prætores, aut Conſules pro arbitrio extra ordinem indicebant. ¶ Imperativus modus in verbis, quo imperamus. Apud *Grammat.*

Imperatorie, adverb. imperantis, ſeu imperatoris more. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 6. Dum ſe ad id bellum imperatorie inſtruit.

Imperator, oris, m. 3. *Imperatore*, *Capitan generale*, נגיד, Germ. *kaiſer*, Gall. *Empereur*, Hiſp. *Emperador*, αὐτοκράτωρ, στρατηγός, ἡγεμών, is, cui commiſſa eſt belli adminiſtratio, ad quem rei militaris ſumma refertur, ſupremus belli dux, ab *Imperium*. Sed *Varro l.* 4. *de L. L.* ſcripſit, Imperatorem dictum eſſe ab Imperio populi, non militum. *Cic.* 1. *de Orat.* Nam ſi forte quæreretur, quæ eſſet ars Imperatoris, conſtituendum putarem principio, quis eſſet Imperator: qui cum eſſet conſtitutus adminiſtrator quidem belli gerendi, &c. ¶ Antiquorum conſuetudine, proprie Imperator is dici ſolebat, qui, cum ſuis auſpiciis bellum gereret, aliquot hoſtium millia in acie cecidiſſet. Tunc enim & militum acclamatione in caſtris, & ſententia Senatus in urbe Imperator appellabatur. Hinc *Appianus l.* 2. *B. C.* ſcribit, id antiquitus obſervatum fuiſſe, ut quis non niſi magnis rebus geſtis Imperator vocaretur. Sed id paulatim imminutum eſt. Nam *Dio l.* 37. ſcribit, C. Antonium, Catilina victo, occiſoque, Imperatorem eſſe dictum, quanquam cæſorum numerus minor eſſet conſtituto. Præterea antiquitus non niſi ſemel bello uno Imperator quiſpiam appellari poterat. Quam præter veterum conſuetudinem fuit, ut Claudius uno bello aliquoties Imperator diceretur. V. *eund. Dion. l.* 40. Cæterum etſi Imperatoris nomen nemo conſequebatur, niſi re bene geſta, atque aliquot millibus externorum hoſtium cæſis, tamen re vera quiſquis bello præficiebatur, Imperator & erat, & habebatur. *Cicer. pro L. Manil.* Unum ab omnibus ſociis, & civibus ad id bellum Imperatorem depoſci. ¶ Poſtquam Reſp. Romana in Monarchiam verſa eſt, inſtitutum eſt, ut perpetuum Imperatoris nomen ſummo Principi Romani Imperii aſſignaretur. Id a C. Julio Cæſare originem traxit, quem Suetonius tradit prænomen id perpetuum a Senatu accepiſſe. In quo immutata fuit veterum conſuetudo. Nam cum apud veteres Imperatoris nomen ſequi ſoleret, e. g. *M. T. Cicero Imperator*, Cæſar id tanquam prænomen uſurpabat, hoc pacto, *Imperator C. Julius Cæſar*. A Julio autem Imperatoris appellatio ad ſucceſſores derivata eſt. Nec tamen omnino ſub Cæſaribus ſublata fuit vetus conſuetudo. Quippe ſub his quoque qui res præclare geſſiſſent, Imperatores ſalutabantur. Sed minor tum Imperatorii nominis honor fuit. Cæſar enim *l.* 2. *B. Civ. c.* 25. & 26. narrat, Curionem Imperatorem appellatum eſſe, cum vix CXX. hoſtes cecidiſſet. *Appianus* tradit *l.* 2. *Bel. Civ.* ſua ætate, h. e. Hadriani ævo, nemini penitus duci, conceſſum fuiſſe, ut Imperator appellaretur, niſi cæſis hoſtium decem millibus. ¶ Generaliter Imperator ponitur pro

eo,

Google

ro, qui imperat, quocumque id modo fiat. *Cic. pro Domo ſua*, Ille, ille populus eſt dominus Regum, victor, atque Imperator omnium gentium. *Salluſt. in Catil. c. 6. de Romanis*. Immutato more, annua imperia, binos imperatores ſibi fecere. *ubi intelligit binos conſules*. ¶ Imperatores, & imperantes vocabant Medici ægrotos ſuos, a quibus pecunia conducebantur, ut quandocumque opus foret, præſto eſſent. Sic ab Oratoribus Cluentes. Aliquam in hanc rem exempla congerit *Paræus* in *Lex. Crit.* ex *Pandect.* & *Senec.* quæ tamen non uſque adeo certa ſunt, ut eodem modo ab Interpretibus & legantur, & explicentur.

Imperatorius, a, um, o. t. a. *Imperiale*, *Imperatorio*, [illegible], quod ad Imperatorem pertinet. *Cic. 3. Verr.* Quæ ſigna, atque ornamenta ex urbe hoſtium virtute capta belli lege, atque Imperatorio jure ſuſtulit. *Id. 4. Acad. c. 1.* Imperatoria laus. *Velles. l. 2. c. 25.* Imperatoria appellatio.

Imperatrix, cis, f. 3. *Imperatrice*, [illegible], Germ. *Keyſerin*, Gal. *Imperatrice*, Hiſp. *Imperatriz*, quæ imperat. *Cic. pro Cæl. c. 28.* Deinde fortes viros ob Imperatrice in inſidiis, atque in præſidio balnearum locatos. *Plin. l. 26. c. 3.* Imperatrix Italia.

Imperatum, i, n. 2. *comandamento*, [illegible], juſſum, præceptum. Hinc facere imperata, parere mandatis. *Cæſ. 1. Bel. Gal.* Mihi, quod ſemel imperata non feci. *Liv.* Qui cum in pace eſſent, imperataque prioribus Conſulibus feciſſent.

Imperatus, us, ui, m. idem quod imperatum. *Ammian. l. 31. c. 29.* Imperatu Gratiani.

Imperceptus, a, um, *non inteſo*, [illegible], quod ſatis perceptum non eſt. *Ovid. 9. Metam.* Mendacia imperceptа. *Gel. l. 14. c. 1.* Minora majoribus imperceptiora.

Impercitus, a, um, adject. non percitus. Affertur exemplum ex *Silio l. 9. v. 161.* Sed *Fr. Modius* membranarum ope ſubſtituit *imperditus*.

Imperco, V. Imparco.

Impercuſſus, o. t. a. *ſenza ſtrepito*, non percuſſus, ſine ſtrepitu. *Ovid. 3. Amor. el. 1.* Atque impercuſſos nocte movere pedes.

Imperditus, a, um, *che non ſi può deſtruggere*, Ger. *unverderbt*, Gal. *ſain*, & *ſauve*, Hiſp. *el que no ſe puede deſtruir*, *ni perdere*, quod perdi non poteſt. *Virg. 10. Æn.* Et vos o Grais imperdita corpora Teucri. Ubi *Serv.* Imperdita corpora Graiis, quos Græci perdere nequiverant.

Imperfecte, adv. *imperfettamente*. *Gel. l. 2. c. 8.* Imperfecte, atque præpoſtere ſyllogiſmo uti.

Imperfectus, a, um, *imperfetto*, [illegible], nondum abſolutus. *Virg. 8. Æn.* Pars imperfecta manebat. *Gel. l. 1. c. 9.* Inſuavius hoc, imperfectiuſque eſt. Sunt qui legant *imperſpectius*.

Imperfoſſus, a, um, [illegible], non perfoſſus. *Ovid. 12. Metam. v. 196.* Manet imperfoſſus ab omni, inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.

Imperfundies, ei, f. 5. illuvies, ſqualor. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 417.* Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie, incuria.

Imperiabiliter, adv. imperioſe, & dure. *Cato ſenex apud Chariſ. l. 2.*

Imperialis, le, adject. ad imperium pertinens. *Aurel. Vict. epitom. in Tiber.* Imperialis moleſtiæ magnitudinem declinare.

Imperialiter, adverb. more imperii. *l. un. Cod. de cad. toll.* Subjectorum commodum imperialiter exiſtimantes.

Imperioſe, adv. *imperioſamente*, *ſeveramente*, [illegible], ſevere, imperioſi domini more, cum oſtentatione imperii. *Non. c. 4. n. 138. ex Varr.* Suſtetium invenerit pene imperioſius, quam homanius. *Chariſ. Grammatic.* Nimis imperioſe, & dure.

Imperioſus, a. t. s. *imperioſo*, Ger. *herſchend*, Gall. *imperieux*, Hiſp. *imperioſo*, [illegible], qui imperat. *Cic. in Orat.* Imperioſorum populorum, & Regum illuſtrium, id eſt qui multum, & diu imperarunt. ¶ Accipitur etiam pro ſevero, ſuperbo, qui omnia acerbe, ſeu ſevere imperat. *Cic. 2. Fin. de Manlio Torquato*. Utrum tandem cenſes, imperioſum illum, ſi noſtra verba audiret, tuam ne de ſe orationem libentius auditurum fuiſſe, an meam? &c. *Id. in Parad.* Cupiditas luxuris quam dura eſt domina! quam imperioſa! quam vehemens! ¶ *Imperioſus ſibi*, qui ſibi ipſe imperat, qui eſt in ſuo modum habet, *che ſignoreggia alle ſue paſſioni*. *Hor. 2. Ser. Sat. 7.* Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibique imperioſus. ¶ Comp. imperioſior, ſup. imperioſiſſimus. *Liv. l. 9.* Imperioſiſſima, & ſuperbiſſima familia. *Claudian. in Peſcenn. v. 3.* Eques Gelonis imperioſior.

Imperite, adv. *ignorantemente*, Germ. *unweiſlich*, Gall. *lourdement*, Hiſp. *ignorantemente*, *ſin experiencia*, [illegible], indocte. *Cic. in Bruto*. Dicebat Scipio non imperite. *Id. pro Balbo c. 8.* Quid potuit dici imperitius? *Id. ib. c. 11.* Quam illud eſt imperitiſſime dictum.

Imperitia, æ, f. *ignoranza*, [illegible], Germ. *unerfahrung*, Gall. *ignorance*, Hiſp. *inexperiencia*, *ignorancia*, [illegible], inſcitia. *Plin. l. 17. c. 2.* Contra Circium ſerere imperitia exiſtimatur.

Imperito, as, a. 1. *imperare*, *comandare*, freq. ab impero. *Liv. l. 1.* Qui Cære opulento tum oppido imperitans. *Hor. l. 1. Sat. 6. v. 4.* Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Imperitus, a, um, *ignorante*, *poco pratico*, [illegible], Germ. *unberichtet*, Gal. *qui n'eſt pas expert*, *ignorant*, Hiſp. *no experimentado*, [illegible], [illegible], non expertus, ignarus, rudis, indoctus. *Cic. 1. Offic.* Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. *Id. 3. Ver.* Homo omnium rerum imperitus quærit, quid ſit ad perpendiculum. *Id. pro Roſc. Amer. c. 46.* Ne quis imperitior exiſtimet, &c. *Id. de Amic. c. 25.* Concio ex imperitiſſimis conſtans.

Imperium, rii, n. 2. *imperio*, *comandamento*, [illegible], Ger. *reich*, Gall. *empire*, Hiſp. *imperio*, [illegible], juſſum, præceptum, ab impero, quæ notat jubere. *Cic. de Fin.* Vide, ne Manliana ſint iſta veſtra imperia, aut majora etiam, ſi imperet, quod facere non poſſim. ¶ Speciatim ſumitur pro poteſtate Magiſtratuum Civilium, quæ triplex erat, adicendi, vocandi, prehendendi, ſeu coercendi, & magis ſpeciatim pro poteſtate Magiſtratuum Militarium, ſeu pro facultate exercitus habendi, & belli gerendi. *Cic. in Phil.* Demus igitur imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt. Hinc in imperio eſſe is dicebatur, in aliqua deſinione, cui nominatim demandatum eſſet a populo imperium. ¶ De imperio Militari, & Civili V. plura in *Sigonio lib. 1. c. 21. de Antiq. Jur. C. R.* ¶ Imperium item ſumitur pro Republica, Regno, Dominio. *Virg. 1. Æneid.* Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris. ¶ Eſſe cum imperio, apud *Cic.* ſæpe, ſignificat imperium habere. *Id. Fam. l. 1. ep. 1.* Tres Legatos decernit ex iis, qui cum imperio ſunt. Et *l. 8. ep. 9.* Neque in provincia cum imperio fuerat. ¶ Sub alicujus imperio eſſe. *Ter. Heaut. 2. 1. 4.* *eſſer ſoggetto*. ¶ Satis pro imperio. h. e. ſatis imperioſe. *Id. Phorm. 1. 4. 18.* Sta illico. G. Hem; ſatis pro imperio, quiſquis es. ¶ Imperium, & auſpicium, *Plaut. Amph. 1. 1. 36.* V. Auſpicium.

Imperjuratus, a, um, adject. *Ovid. in Ibin. v. 76.* Quique per infernas horrendo murmure valles Imperjuratæ laberis amnis aquæ. De Styge loquitur, per quam jurantes Dii pejerare timebant.

Impermiſſus, a, um, *illecito*, [illegible], illicitus. *Hor. l. 3. od. 6.* Neque elegit, cui donet impermiſſa raptim gaudia.

Impermixtus, a, um, non mixtus. *Lucil.* apud *Non. 3. n. 119.*

Impero, as, avi, atum, a. 1. *imperare*, *comandare*, [illegible], Germ. *berrſchen*, Gal. *commander*, Hiſp. *mandar*, *apurar*, jubeo, præcipio. *Cic. de Leg. l. 3. c. 2.* Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſte paret, videtur, qui aliquando imperet dignus eſſe. ¶ Item impono, jubeo parari, ut Imperare tributum, pecuniam, frumentum, vinum, naves, arma, obſides, &c. *Cic. pro Leg. Man.* Idem Cretenſibus ſpem deditionis non ademit, obſideſque imperavit. *Id. 4. Ver.* Palam ſingulis Cenſoribus denarii treceni ad ſtatuam Imperatoris imperati ſunt. ¶ Imperare ſibi, vel animo, eſt ſe continere. *Ter. Eun. 2. 1.* Imperavi egomet mihi omnia aſſentari. *Liv. l. 34.* Imperare animo nequeo, quin prius, quam peream, cur periturus ſim, ſciam. ¶ Uſurpatur etiam paſſive cum infinitivo, quemadmodum jubeo. *Hor. l. 1. ep. 5.* Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non invitus. ¶ Item active. *Ter. And. 5. 2. 1.* Animo jam nunc otioſo eſſe impero. *Cic. pro Sylla c. 15.* Dividi paſſim, & pervulgari, atque edi pop. R. imperavi. ¶ Apud veteres *ad imperandum* uſurpabatur pro ad parendum, *a eſſer comandato*, ſumendo gerundium in ſignific. paſſ. *Cic. Fam. l. 9. epiſt. 25.* Nunc vides ad imperandum, vel ad parendum potius: ſic enim antiqui loquebantur. Ubi notat *Paræus*, *in vel ad parendum potius* ſcholion redolere. Afferuntur etiam exempla ex *Sall. Jug. c. 62.* & *Cæſ. l. 6. B. G. c. 2.* in quibus tamen varia eſt lectio, & interpretatio. ¶ Imperare etiam dicimus arvis, vitibus, voci, &c. cum ea nimis aſſidue exercemus. *Virg. Georg. 1. v. 99.* Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. *Sen. de Tranquil. cap. 15.* Ut fertilibus agris non eſt imperandum, cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas. *Plin. l. 5. ep. 19.* Dum per continuos dies nimis imperat voci, ceteris infirmitatis indicula admonitus, &c. ¶ Imperare plus eſt quam jubere, inquit *Donat.* ad illud *Ter. Eun. 2. 3. 97.* Jubeo, cogo, atque impero.

Imperpetuus, a, um, adject. qui perpetuus non eſt. *Sen. ep. 75.* Cui quid abſcedere poteſt, id imperpetuum eſt.

Impersonalis, le, adject. qui perſonis caret, & dicitur de verbis quibuſdam, quæ impersonalia dicuntur a Grammaticis, quia tertiis tantum perſonis uſurpantur. V. Grammaticos.

Imperſonaliter, adv. ſine perſonis. *Lege Sive, ff. de ſtipul. ſervor.* Sive mihi, ſive ſibi, ſive conſervo ſuo, ſive imperſonaliter dari ſervus meus ſtipuletur, mihi acquiret. h. e. non pronunciata perſona. ¶ Apud Grammaticos verbum aliquod imperſonaliter conſtrui dicitur, cum in tertiis tantum perſonis uſurpatur.

Imperſpectus, V. Imperfectus.

Imperſpicuus, a, um, adject. obſcurus, *non chiaro*. *Plin. l. 1. ep. 20.* Non minus imperſpicua ſunt judicum ingenia.

Imperterritus, a, um, *che non ha paura*, [illegible], [illegible], qui nulla re terretur. *Virg. 10. Æn. v. 770.* Manet imperterritus ille.

Impertilis, le, ſine parte, individuus. *Auguſtin. l. 6. de Muſ. c. ult.* Impertilis nota.

Impertio, vel Impartio, is, ivi, itum, a. 4. *Impartire*, *far partecipe*, *dare*, partem do, participem facio, tribuo. Conſtruitur cum dativo perſonæ, & accuſ. rei, vel cum accuſ. perſonæ, & ablat. rei, cum, vel ſine præpoſit. *Cic. de Amic. c. 19.* Impertiant aliis fortunam. *Ter. Eun. 5. 2. 4.* Plurima ſalute Parmenonem ſuum impertit Gnatho. Rurſus *Cic. 1. Off.* Indigentibus de re familiari impertiendum eſt. ¶ Et cum altero accuſat. communi. *Plaut. Mil. 2. 1. 77.* Imperti me quod commentus es. ¶ Impertire ſtudium Philoſophiæ. *Cic. 5. de Fin.*

Impertior, iris, itus ſum, dep. 4. eadem ſignif. qua *impertio* uſurpatur. *Cic. pro Arch. cap. 5.* Mulcis gratuito civitatem impertiebantur. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Id. Catil. 3. cap. 6.* Primum mihi gratiæ aguntur, deinde prætores laudantur, atque etiam viro forti, collegæ meo, laus impertitur. V. Impertimo.

Impertitio, onis, f. actus impertiendi. *Arnob. l. 2. p. 43.* Honoris impertitione viduari.

Impertitus, a, um, adject. paſſivæ ſignific. *Sueton. Claud. c. 4.* Et reliquerit eum nulla honore impertitum. *Apul. Apol.* Nulla impertita mora.

Imperturbatus, a, um, adject. non turbatus, *non perturbato*, [illegible]. *Ovid. in Ibin, v. 560.* Imperturbato quod bibit ore reus. *Senec. epiſt. 73.* Imperturbata publicis occupationibus quies.

Impervius, a, um, *ſenza via*, Germ. *nicht durchgengig*, Gal. *impenetrable*, Hiſp. *impenetrable*, [illegible], quod penetrari non poteſt. *Ovid. 9. Met. v. 106.* Verticibuſque frequens erat, atque impervius amnis.

Impes, etis, m. 3. idem ac impetus, apud Poet. *Stat. 7. Theb.* Tranſiliunt campos, aurigamque impete caſſo. *Lucr. l. 6. v. 326.* Capere impetis auctum. *Id. l. 1. v. 293.* Impetibus crebris.

Impeſco, is, a. 3. eſt in latam ſegetem paſcendi gratia immittere. *Feſtus*.

Impete, V. Impes.

Impetibilis, le, adject. o. qui peti non debet, aut poteſt, [illegible], ut exponit Gloſſ. Hinc uſurpatur pro turpi, & reprehenſibili, ut impetibile ſcelus, apud *Apul. Apol.* Sic *Plin. l. 22. c. 18.* Impetibilis valetudo. h. e. non ferenda, vel quæ medicamentis peti, & curari non poteſt. Et *l. 25. c. 5.* Impetibiles cruciatus. Alii tamen legunt *impatibilis*. ¶ Item qui peti poteſt, ſeu in quem impetum facere poſſumus. *Solin. de chamæleonte*. Impetibilis eſt coraci.

Impetiginoſus, a, um, adject. impetigine affectus. *JCti l. 6. ff. de Ædil. edict.*

Impetigo, nis, f. 3. *volatica*, *ſcabbia*, *ſerpigine*, *impetigine*, [illegible], Germ. *die juckende ruude*, [illegible], [illegible], depetigo, impetix, volatica, papula, ſumma cutis aſperitas cum multa prurigine, ſquamis, & furfuribus, ab impero, quod corpus impetat, & infeſtet ſcabiei inſtar. *Plin. l. 23. c. 7.* Hyberna caprificus in aceto cocta, & trita impetigines tollit. V. *Celſ. l. 5. c. 28.* ¶ Impetigines quoque, vel lichenes vocantur ſquamulæ anteriorum crurum in equis ſub armorum partibus natæ, quas etiam hirundines, callos, verrucas vocant. *Col. lib. 5.* Impetigines, & ſcabies aceto, & alumine defricantur in equis.

Impeto, is, a. 3. *aſſaltare*, [illegible], Ger. *angreiffen*, Gal. *aſſaillir*, Hiſp. *acometer*, *arremeter*, [illegible], invado, adorior. a peto, quia eſt violenter aliquem petere, ſeu invadere. *Var. 3. de R. R. c. 16.* Itaque impetentes a ſe ejiciunt fucos. Alii legunt *inſectantes*. *Senec. in Hippol. v. 275.* Cupido impetens flammis ſimul & ſagittis. *Solin. c. 55.* Quidquid impetit, facile ictu ejus perforatur. *Apul.* Jurgiis me oppido impetens. ¶ Impetere aliquem edacitatis, apud *Sidon. l. 7. epiſt. 9.* in mac. eſt inſimulare.

Impetrabilis, le, o. 3. *che facilmente ſi può impetrare*, Ger. *das zu erlangen iſt*, Gal. *impetrable*, Hiſp. *coſa, que ſe puede alcançar*, [illegible], quod facile poteſt impetrari. *Liv. l. 39. c. 22.* Magnitudo rerum geſtarum triumphum ei impetrabilem faciebat. ¶ Aliquando active accipitur pro eo, qui facile impetrat. *Plaut. Moſt. 5. 1. 40.* Non potuit venire Orator magis ad me impetrabilis. ¶ Compar. *impetrabilior*. *Liv. l. 30. c. 16.* Impetrabilior pax.

Impetraſſo, futurum conjunctivi pro impetravero, apud vet. Hinc fut. infinitivi impetraſſere, pro impetraturum eſſe. *Plaut. Mil. 4. 3. 35.* & *Caſ. 2. 3. 55.*

Impe-

Impetratio, onis, f. 3. *impetrazione*, Germ. *erlangung*, Gal. *impetration*, Hiſp. *impetracion*, κατάληψις, actus impetrandi. *Cic. Att. lib.* 11. *epiſt.* 22. Iſtas impetrationes noſtras nihil valere.

Impetrativus, a, um, adject. ut impetrativum augurium, quod optatum evenit, & ſecundum vota. *Serv. in illud Virg.* 6. *Æn.* Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ, &c.

Impetrator, oris, m. qui impetrat. *Cod. Theodoſ. l.* 12. *tit.* 6. Impetratores beneficii.

Impetrio, is, a. 4. καλλιερέω, idem, ac impetro apud veteres Augures. Nam, ut ad *Feſtum* ſcripſit *Scaliger*, quod in ſacrificiis erat litare, id in auſpiciis erat impetrire.

Impetritus, a, um, *ottenuto*, βέβαιος, idem ac impetratus apud veteres Augures, ut *negibundus*, idem ac *negabundus*. *Feſtus* exponit firmum, ac futurum. *Plaut. Aſin.* 2. 2. *ſc.* 2. Impetritum, inauguratum 'ſt, quovis admittunt aves.

Impetro, as, avi, atum, a. 1. *impetrare*, *ottenere*, לקח, Germ. *erwerben*, Gal. *impetrer*, Hiſp. *impetrar*, τυγχάνω, obtineo, exoro, a patro, quaſi perficio, ſeu id, quod cupio, facio. *Cic. in Fam.* 5. *ep.* 12. Fas eſſe non arbitror, quicquam me rogamem abs te non impetrare. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 2. Impetrabis a Cæſare, ut tibi abeſſe liceat. *Id. Att. lib.* 7. *ep.* 13. Minus honeſte nunc quidem, quam ſi olim de ratione habenda impetraſſet. ¶ *Plaut. Pœn.* 5. 2. 24. Incipere multo eſt, quam impetrare, facilius. h. e. quam perficere, ad exitum perducere. ¶ Translatum etiam fuit ad auſpicia, in quibus idem erat, ut *litare* in ſacrificiis: in qua tamen ſignificatione *impetrire* potius, quam *impetrare* dicebant.

Impetuoſus, a, um, *impetuoſo*, Ger. *gach*, Gal. *impetueux*, Hiſp. *impetuoſo*, *arrebatado*, ὁρμητικός, qui magno fertur impetu. *Plin. l.* 33. *cap.* 10. Impetuoſus ventus. Ita vulgo affertur: ſed *Hardnin.* hanc vocem rejicit: nihil enim tale in MSS. inquit reperiri.

Impetus, us, m. 4. *impeto*, *aſſalto violento*, פתע, Ger. *anfallung*, Gal. *impetuoſité*, Hiſp. *impetu*, *arrebato*, ὁρμή, vis, vel violenta invaſio, ab impeto, quia violente quis alium petit, & invadit. *Cic. pro Cæc.* Arma, multitudinem hominum, incurſionem, atque impetum armorum. *Liv. l.* 4. *c.* 28. Dare impetum. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 25. Impetum facere in aliquem. Et *c.* 32. Impetum alicujus ſuſtinere. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 3. Tota mente, omnique animi impetu in rempubl. incumbere. *Id. pro Dejot.* Impetus dicendi. *Aurel. Vict. de Vir. Illuſt. in Horat. Cocl.* Primo impetu. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Tribus congiis epotis uno impetu. *in un fiato*. *Lucret. l.* 3. *v.* 201. Quantum cœli tegit impetus ingens. h. e. cœli ambitus magno impetu volubilis. ¶ Apud *Vitruv.* impetus ponitur pro pondere. Sic enim ille *l.* 5. *c.* 3. *de cavis ædium*. Tetraſtyla ſunt, quæ ſubjectis ſub trabibus angularibus columnis, & utilitatem trabibus, & firmitatem præſtant, quod neque ipſæ magnum impetum coguntur habere, neque ab interpenſivis onerentur, *non hanno troppo peſo da ſoſtentare*.

Impexus, a, um, *non pettinato*, Ger. *ungeſtraelt*, Gal. *qui n'eſt peigné, ny accouſtré*, Hiſp. *no peynado*. ἀκτένιστος, non pexus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 366. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. ¶ Translate pro inculto ponitur. *Tac. in dial. de Or. c.* 20. Antiquitas triſtis, & impexa.

Impiatus, a, um, adject. *contaminato*, pollutus. *Apul. l.* 1. Ut me adhuc credam cruore aſſe humano aſperſum, atque impiatum. *Sen. Hippol.* 4. *v.* 1180. Thalami impiati facinore.

Impico, as, a. 1. *impegolare*, Germ. *verbichen*, Gal. *empoiſſer*, *enduire de poix*, Hiſp. *empegar*, πισσόω, pice illino. *Col. lib.* 12. *c.* 29. Eamque oblinito, & impicato diligenter.

Impictus, a, um, nom. ex particip. varie pictus. *Apul. lib.* 2. *A. A.* Hic vitrum affabre ſigillatum, ibi cryſtallum impictum. Multa MSS. habeat *Impunctum*, hoc eſt punctis, & vario artificio diſtinctum. ¶ Hujus generis fortaſſe ſunt calices allaſſontes verſicolores, de quibus *Vopiſc. in Saturn. c.* 8.

Impie, adv. *empiamente*, Germ. *gottloſlich*, Gal. *avec impieté*, Hiſp. *malvadamente*, ἀσεβῶς, ἀνοσίως, ſcelerate, nefarie, & proprie, quando quis de Deo, patria, aut de parentibus male meretur, aut de iis, qui parentum loco ſunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 16. Quæ qui videat, non ſolum indocte, ſed etiam impie faciat, ſi Deos eſſe neget. ¶ Superlat. impiiſſime, aſt *Salvianus l.* 3. *de Avarit.* &c.

Impietas, atis, f. 3. *empietà*, רשע, Germ. *gottloſigkeit*, Gall. *impieté*, Hiſp. *impiedad*, *malvad*, ἀσέβεια, ſceleratus, inhumanuſque affectus adverſus Deum, patriam, parentes, eoſve, qui parentum loco ſunt, & generatim ſcelus, fraus, peccatum. *Cic. Fin. l.* 4. *cap.* 24. Etſi vero impietas molita quippiam eſt, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet, id fore ſemper occultum. *Tac. Ann.* 6. *cap.* 47. Albucilla defertur impietatis in principem. h. e. criminis læſæ majeſtatis.

Impiger, gra, grum, *diligente*, *ſollecito*, זריז, Ger. *hurtig*, Gall. *diligent*, *ſoigneux*, Hiſp. *diligente*, *cuydadoſo*, ἄοκνος, non piger, ſed ſtrenuus, & diligens. *Cicer. in Fam.* Quis eſt tam impiger in ſcribendo, quam ego? *Id. pro Font.* Virum ad labores belli impigrum.

Impigre, adverb. *diligentemente*, *velocemente*, ἀόκνως, diligenter. *Liv. l.* 2. *c.* 47. Impigre ſecuti ſunt. *Id. l.* 4 *bel. Pun.* omnia impigre facta.

Impigritas, atis, f. 3. *ſollecitudine*, Ger. *unſaulkeit*, Gal. *diligence*, Hiſp. *diligencia*, ἀοκνία, diligentia. *Cic lib.* 3. *de Republ.* ut citat *Nonius c.* 2. *n.* 424. Nunquam viri fortiſſimi, fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impilia, lium, n. 3. πῖλοι, vel πιλία, ſocculi, pedum tegumenta e lana coacta, non quaſi ſine pilis, ſed a Græco ἐμπίλια, *coactilia*, quæ ita dicuntur, quia πιλητά, *coacte*, *ſtipata*. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Ex qua impilia, veſteſque quædam conficiantur.

Impingo, is, impegi, impactum, a. 3. *ſpingere*, כשל, Germ. *anwerfen*, Gall. *jetter*, *heurter contre*, *empenser*, Hiſp. *trompecar*, ἐμπήγνυμι, impello, infigo, illido. a *pango*. *Virg.* 5. *Æn.* Exanimata ſequens impingeret agmina muris. *Cic.* 3. *Tuſc.* Huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. *Impingendus* dixit, quaſi illidendus, & violenter ingerendus. Denotat enim vim aliquam. *Plaut. Rud.* 3. 4. 5. Impingere pugnum alicui in os, *Lactant. l.* 2. *c.* 3. Impingere ſe in lapides. *Aldi* editio non habet *ſe*. ¶ Uſurpatur etiam pro imponere. *Plaut. Capt.* 3. 5. 76. Jubere hic craſſas compedes impingier. ¶ *Impingere dicam*, idem eſt, quod ſcribere dicam, vel actionem intendere. *Ter. Phor.* 2. 3. 92. Dicam tibi impingam grandem. ¶ *Beneficium impingere*. *Senec. l.* 1 *de benef. c.* 1. Gratus adverſus eum quiſquam eſſe poteſt, qui beneficium aut ſuperbe injecit, aut iratus impegit?

Impinguatus, a, um, *ingraſſato*. *Tertul. de jejun. c.* 6. Cui cor impinguatum.

Impio, as, avi, atum, a. 1. polluo, contamino, *macchiare*. *Pacat. paneg. Theodoſ. c.* 43. Ne oculos illius amoibas ſalutares homo funebria impiaret. *Prudent. hymn. ante ſomn. v.* 53. At qui conquinatum Vitiis cor impiavit. ¶ Impiare ſe, eſt ſe ſcelere obſtringere, impie agere. *Plaut. Rud.* 1. 3. 8. Si erga parentem, aut Deos me impiavi. ¶ *Impiatum eſt* impersonaliter. *Minut. Fel. in Octav. c.* 25. Toties Romanis impiatum eſt, quoties triumphatum.

Impius, a, um, *empio*, *ſcellerato*, רשע, Ger. *gottloſ*, Gal. *mechant*, Hiſp. *malvado*, ἀνόσιος, ἀσεβής, ἄθεος, ſceleratus, nefarius, & præcipue qui de Deo, patriave, aut parentibus male meretur. *Cic. in Piſ.* Me fugerat, Deorum Immortalium has eſſe in impios, & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. Superlat. *impiiſſimus* habet *Auſon. ad Gratian.* & *Hieron. ep.* 26. *cap.* 2. ¶ Item ſævus, crudelis. *Horat. epod.* 5. *v.* 13. Impube corpus, quale poſſet impia Movere Thracum pectora.

Implacabilis, & le, o. 3. *implacabile*, *che non ſi può placare*, Germ. *unverſoehnlich*, Gall. *implacable*, Hiſp. *implacable*, ἀπαραίτητος, qui placari non poteſt. *Cic. in Piſ. c.* 33. Seque mihi implacabilem, inexpiabilemque præberet.

Implacabiliter, adv. *implacabilmente*, Ger. *unverſoehnlich*, Gall. *implacablement*, Hiſp. *implacablemente*, ἀπαραιτήτως, ſine placatione. *Tac. lib.* 1. *Ann. c.* 13. Cui implacabilius iraſcebatur.

Implacatus, a, um, *non placato*, non placatus. *Ovid.* 8. *Met. v.* 831. Implacatæque vigebat flamma gulæ.

Implacidus, a, um, *inquieto*, δυσήμερος, non placidus, inquietus. *Hor. lib.* 4. *Carm. od.* 14. Genaunos implacidum genus, Breunoſque. *Stat.* 9. *Theb. in princ.* Mars Divum implacidiſſimus.

Implago, as, a. 1. in plagas, ſeu retia conjicio, irretio. *Sidonii* exemplum vide in Implicatura.

Implanus, a, um, *non piano*, *inequale*. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 27. Inter implana urbis. *ſubaudi* loca.

Implecto, is, a. 3. innecto, implico. *Apulej. in Apolog.* Crocodilus quod eſt ore amplo, ſed elingui, & plerumque in aqua recluſo, multæ hirundines dentibus implectuntur.

Implementum, i n. *riempimento*. *Cal. Aurel. Tard.* 1. *c.* 5. Capitis implemento affici.

Impleo, es, evi, etum, n. 2. *empire*, מלא, Ger. *erfuellen*, Gal. *remplir*, Hiſp. *henchir*, ἐμπίπλημι, plenum facio. Eſt quarti ordinis activorum. *Cic.* 2. *Phil.* Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal implevit. *Plaut. Caſ.* 2. 3. *v.* 33. Ego te implebo flagris. *Petron. in Satyr. c.* 16. Implevimus nos cœna. *Colum. l.* 12. *c.* 36. Implere aliquid ad ſummum. *Quintil. l.* 3. *c.* 1. Impleverat jam annum quinquageſimum. *avea compito*. ¶ Conſtruitur etiam cum genitivo. *Cic.* 9. *Fam.* Quando, ut video, æſtimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere. ¶ Item cum ablat. & præp. *de*. *Cic.* 4. *Acad.* De quibus rebus volumina impleta ſunt non a noſtris ſolum, ſed etiam a Chryſippo. ¶ Item in primo ordine, omiſſo caſu rei. *Cic. in Or.* Tamen non ſemper implet aures meas. ¶ Feminæ brutorum impleri dicuntur, cum mare adhibito fœtum concipiunt. *Plin. l.* 14. *c.* 63. Canes implentur uno coitu. *Col. l.* 7. *c.* 6. Itaque quinquennis parum habetur idoneus feminis implendis. ¶ Sæpe accipitur pro præſtare, *adempire*. *Cic. pro Cluent. cap.* 18. Ne aut id profiteri videar, quod non poſſim implere. *Plin. lib.* 3. *ep.* 14. Implere fidem. ¶ Implere aliquem, pro, omnino ſimilem alicui eſſe. *Solin. c.* 3. Plancum Rubrius ſic implevit, ut & ipſe a populo Rubrius vocaretur. ¶ *Impleſſe* pro *impleviſſe* habet *Plin. in Epiſt.*

Impletus, a, um, nom. ex particip. plenus, *empito*, *pieno*. πληρωθείς. *Cic.* 4. *Acad. c.* 47. De quibus volumina impleta ſunt. *Juſtin. l.* 22. *c.* 6. Impletus ſpe.

Implexio, onis, f. implexus. *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 42. Serpentis gemini implexio.

Implexus, a, um, *involto*, *intricato*, נבוך, Ger. *eingeflochten*, Gal. *entrelacé*, Hiſp. *enbuelto*, ἐμπεπλεγμένος, involutus, innexus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Et quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 482. Implexæ crinibus angues.

Implexus, us, m. ἐμπλοκή, implicatio. *Plin. lib.* 9. *c.* 65. Motuo implexu jungi.

Implicatio, onis, f. 3. *inveglio*, ἐμπλοκή, involutio, connexio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Nervos, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. ¶ Implicatio rei familiaris apud *eund. pro Sext. c.* 46. dicitur de ære alieno.

Implicatura, æ, f. implicatio. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Vernaculis implicaturis in retia ſua præcipites implagabuntur.

Implicatus, a, um, adject. implicitus, involutus, *intricato*, *involto*, *imbrogliato*, ἐμπλακείς. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 12. Omnes Cæſaris familiares habeo implicatos conſuetudine, & benevolentia. *Nepos* 10. 1. Dion tyrannide implicatus. *Gel. l.* 6. *c.* 2. Obſcuriſſima, & implicatiſſima quæſtio. *Ammian. l.* 26. Implicatior ad loquendum.

Implicifcor, d. 3. συγχέομαι, implicor, irretior, ab *implico*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 97. Ubi primum tibi mulier ſenſiſti impliciſcier? Al. aliter leg.

Implicite, adv. *intricatamente*, ἐμπλεκτῶς, perplexe, involute. *Cic. de Inv. c.* 6. Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non ut negotialis implicite, & abſcondite, ſed patentius, & expeditius recti, & non recti quæſtionem continet.

Implicito, as, a. 1. freq. ab implico. *Plin. l.* 9. *ep.* 33. Varios orbes implicitat, expeditque. hoc eſt involvit, & evolvit.

Implicitus, a, um, adject. idem quod implicatus. *Horat. de Ar. poet. v.* 423. Litibus implicitum eripere. *Nepos Ageſil. in fi.* In morbum implicitus deceſſit. Adde in *Cim. c.* 3.

Implico, as, cui, vel cavi, citum, vel catum, *avviluppare*, *ingroppare*, נבך, Ger. *einwickelen*, Gal. *entrelacer*, Hiſp. *embolver*, ἐμπλέκω, involvo, innecto. *Sen. in epiſt.* 22. Quod male implicuiſti, ſolvas potius, quam abrumpas. *Ovid.* 1. *Met.* Dixit, & implicuit materno brachia collo. *Id.* 5. *Faſt.* Sertaque cœleſtes implicitura comas. ¶ Translate eſt occupare, detinere. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Multis moleſtiis, & negotiis implicari. ¶ Implicari morbo, *Liv. l.* 1. *c.* 31. & Implicari in morbum. *Id. l.* 23. V. Implicitus. ¶ Implicare ſe aliqua re. *Cic. pro Dom.* Niſi te etiam muliebribus religionibus implicuiſſes. *Id.* 2. *Fin.* Implicare ſe ſocietate omnium. ¶ Implicare crinem auro. h. e. ornare. *Virg.* 4. *Æn.* Sic *Plaut.* Implicat ad ſpeculum caput. ¶ Implicare aliquem ſermonibus. h. e. circumvenire, fallere. *Liv. l.* 27.

Implorabilis, le, adject. qui imploratur, vel implorari poteſt. *Valer. Flac. lib.* 1. *v.* 573. Iamque innoxia fudit purpureum, celeris olim implorabile ventis.

Imploratio, onis, f. *invocazione*, ἐπίκλησις, invocatio, auxilii petitio in rebus afflictis. *Cic.* 7. *Verr.* Si te illius acerba imploratio, & vox illius miſerabilis non inhibebat. *Id.* 2. *de Or. c.* 47. Omniumque Deorum, & hominum, & civium, & ſociorum imploratio.

Imploratus, a, um, adject. *implorato*. *Juſtin. lib.* 23. *c.* 3. Imploratus in auxilium. Et *lib.* 22. *c.* 1. Imploratus ad alicujus rei auxilium. *Catul. carm.* 69. *v.* 65. Jam prece Pollucis, jam Caſtoris implorata, h. e. implorata Caſtoris, & Pollucis apud majores Deos interceſſione.

Imploro, as, avi, atum, a. 1. *domandare ajuto*, *invocare*, קרא, Ger. *anruffen*, Gall. *implorer*, Hiſp. *implorar*, ἀνακαλέω, plorans opem poſco, auxilium peto, invoco, a *ploro*, quia proprie dicitur, cum quis in malis poſitus eſt, & cum miſeratione auxilium petit. *Cic. in Ver.* Deos, hominesque implorabat. *Id. pro Quinct.* Deum, atque hominum fidem implorabis. ¶ Dicimus implorare auxilium alicujus, & ab aliquo. *Cic. pro Rabir. perduel. c.* 3. & *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 31.

Impluit, vbat, imp. 3. *piovere ſopra qualche coſa*, Germ. *hinein regnen*, Gall. *pleuvoir deſſus*, Hiſp. *llover ſobre algo*, ἐμβρέχει, ſuper aliquid pluit.

Digitized by Google

pluit. *Col. l.* 2. *c.* 8. Priuſquam impluerit, ab avibus, aut formicis ſata edi. ¶ Tranſlate *Plaut. Moſt.* 4. 1. 15. Malum eum impluit cæteros, ne impluat mihi.

Implumbo, as, *a.* 1. *impiombare*, plumbo connecto, conglutino. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Ferreos cnodaces in capitibus ſcaporum implumbavit.

Implūmis, & me, *o.* 3. *ſenza piume*, Ger. *ungefluecht*, Gall. *denué deplumes*, Hiſp. *deſplumado*, ἄπτερος, quod plumis caret. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, &c. Adde *Horat. epod.* 1. *v.* 19. ¶ Dicitur etiam de eo, quod pilis caret. *Plin. l.* 8. *c.* 55. *de lepore*, Aliud educans, aliud in utero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Al. leg. *impile*, h. e. ſine pilis.

Implŭvia, æ, *f. pluviale*, idem ac veſtis impluviata. Sed aliqui cenſent, genus hoc veſtis dictum eſſe a colore fuſco, vel pullo. Alii definiunt veſtem, qua Sacerdotes per imbrem utebantur. *Varr.* Salium quoque ſereno tempore impluvia amictum fuiſſe commemorabant.

Impluviātus, a, um, quod impluvii ſimilitudinem habet, ut Vites impluviatæ, Veſtis impluviata, ideſt quæ quatuor quadratis lateribus undique corpus ambit, quæ forma eſt impluviorum in cavædiis. *Turneb. l.* 14. *c.* 19. Sed *Nonius c.* 16. *n.* 3. cenſet, hanc veſtem dictam eſſe a colore impluviato, hunc autem colorem ſic dici quaſi fumato ſtillicidio impletum, & eſſe fuſcum, ſeu pullum, quem Mutinenſem vocant. *Plaut. Epid.* 2. 2. 40. Impluviatam, ut iſtæ faciunt veſtimentis nomina.

Implŭvium, vii, *n.* 2. locus in ædibus ſub cælo ſine tecto relictus, unde lucem deorſum caperent, a pluvia, quia in eum locum ea implueret, & aqua pluvialis collecta de tecto illaberetur. *Cic.* 3. *Verr.* Ne hæc quidem duo ſigna pulcherrima, quæ nunc ad impluvium tuum ſtant. *Feſtus*: Impluvium, quo aqua impluit collecta e tecto.

Impœnitendus, a, um, adject. non pœnitendus, *da non pentirſi*. *Apul. l.* 11. Impœnitendæ ſe pauperiei committere.

Impœnĭtens, entis, *impenitente*, quem non pœnitet. *Auct. declam. quæ inſcribitur* Tribunus Marianus, *quam quidam perperam Quintiliano tribuunt*. Ut impœnitentem rigor non præteriret ultionis.

Impœnĭtus, a, um, adject. impunitus, e pœna. *Gell. l.* 12. *c.* 7. Veneficium non admittendum impœnitum videbatur.

Impolīte, adv. *rozzamente*, Ger. *unzierlich*, Gall. *groſſierement*, *lourdement*, Hiſp. *toſcamente*, *groſſeramente*, ἀκόμψως, ineleganter. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 49. Cum ſæpiſſime tibi Senatus breviter, impoliteque dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus.

Impolitia, æ, *f.* 1. *rozzezza*, Ger. *unzierlichkeit*, Gall. *ſaleté*, *rudeſſe*, ἀκομψία, ἀκοσμία, inelegantia, incuria, ruditas, a *polio*. Hinc *impolitiæ rei*, qui a Cenſoribus notabantur, quia paterentur, equum ſieri gracilem, & *impolitias facere* dicebantur Cenſores, auctore *Feſto*, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum. *Gel. l.* 4. *c.* 12. Si quis equos Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur.

Impolītus, a, um, *rozzo*, *goffo*, גלם, Ger. *unbuenſlich*, Gall. *malpoly*, Hiſp. *toſco*, *no polido*, ἀκομψος, nondum politus, rudis. *Cic. in Bruto*. Significant enim quandam formam ingenii, ſed admodum impolitam, & plane rudem. *Id. de Prov. Conſ. c.* 14. Impolitæ vero res, & acerbæ ſi erunt relictæ. *Quintil. l.* 8. *c. ult.* Structuræ lapidum impolitiorum.

Impollūtus, a, um, *non macchiato*, *non violato*, ἀμίαντος, non pollutus. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 35. Virginitas impolluta. Et *l.* 16. *c.* 26. Intemeratus, impollutus.

Impomenta, *o.* e. quaſi imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. *Feſtus*.

Impōno, is, oſui, ſitum, *a.* 3. *imporre*, *ſoprapporre*, הניח, Ger. *aufſetzen*, Gall. *mettre deſſus*, *impoſer*, Hiſp. *poner encima*, ἐπιτίθημι, ſuprapono. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 12. *Stat.* 6. Imponere coronam. *Theb. v.* 301. cum natum imponeret axi. h. e. currui. *Petron. in Satyr. c.* 18. Imponere aliquem periculo. h. e. ponere aliquem in periculo. ¶ Tranſlate eſt injungere, imperare. *Cic.* 1. *de Or.* Neque vero ego hoc tantum oneris imponam noſtris præſertim Oratoribus, nihil ut iis putem licere neſcire. ¶ Imponere finem, vel clauſulam rei alicui, eſt finire, vel abſolvere. *Virg.* 7. *Æn.* Finemque imponere curis. ¶ Imponere extremam manum, eſt perficere. *Virg.* 7. *Æn. v.* 572. Nec minus interea extremam Saturnia bello imponit Regina manum. ¶ Interdum ſignificat decipere, fallere, *ingannare*, *dare ad intendere*. In hac vero ſignificatione impono neutrum eſt 3. ordinis, vel, ſi activum eſt, aliquis accuſativus ſubintelligitur, ut fraudem, deceptionem, fallaciam. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 4. Maxime Catonis, cui tamen egregie impoſuit Milo noſter. ¶ Eſt etiam nauticum verbum, & ſignificat ſæpe navim ponere. *imbarcare*. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 9. Ipſi expediti navem conſcenderent, quo major numerus militum imponi poſſet. Adde *Cic.* 2. *de Div. c.* 40. ¶ Item ſacrorum. *Virg.* 4. *Æn.* Cum dona imponeret aris. Adde *Varr. lib.* 4. *de L. L. & ibi Scalig.* ¶ Imponere præſidium civitati, aut arci, *mettere guarnigione*. *Liv. & Curt. l.* 3. *c.* 7. ¶ Imponere perſonam improbam alicui, *farlo parere malvagio*. *Cic. Verr.* 4. ¶ Imponere tributum, vectigal, *mettere gabelle*, *Id. pro Leg. Agrar.* &c. ¶ Imponere neceſſitatem, vim, &c. alicui, *neceſſitare*, *sforzare*. *Id. pro Syll. & Verr.* 4. ¶ Imponere alicui injurias, *caricare d'ingiurie*. *Cic. Verr.* 6. *c.* 9. Quibus tu privatim injurias plurimas, contumeliaſque impoſuiſti. ¶ Imponere vocabulum, nomen, *dar nome*. *Liv. l.* 35. *c.* 47. *Ovid.* 9. *Met. v.* 707.

Imporcātus, a, um, adject. in porcas redactus, *reporre nelle porche*, *o ſolchi*. *Col. l.* 2. *c.* 10. Cum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.

Imporcĭtor, oris, *m.* qui porcas facit in agro arando. *Feſt.*

Imporco, as, ὀγμίζω, porcas in agro facio, ſeu ſemen in porcas redigo. Nam porcas faciebant tertia aratione, eaque ſemen in porcas redigebant. V. Imporcatus.

Importabĭlis, le, adject. *o.* 3. qui portari, ſeu tolerari non poteſt. *Tertul. l.* 4. *adv. Marc c.* 27. Excuſandos cenſuiſſet, ſi importabilia portare non poſſent.

Importatitius, a, um, adject. qui importatur. *Hirt. de B. Afric. cap.* 20. Frumento ſe in Africa, niſi importatitio, uti non poſſe.

Importo, as, *a.* 1. *portare dentro*, הביא, Ger. *einfragen*, Gall. *porter dedans*, *apporter*, Hiſp. *traer adentro*, εἰσφέρω, infero, inveho. *Hirt. l.* 8. *B. G. c.* 35. Sylveſtribus, anguſtiſque itineribus frumentum importare in oppidum inſtituit. ¶ Sumitur etiam pro introducere. *Caſ. l.* 4. *B. G. c.* 2. Germani jumentis importatis non utuntur. *giumenti foraſtieri*. ¶ Tranſlate uſurpatur pro afferre. Hinc dicimus importare ægritudinem, calamitatem, damnum, detrimentum, incommodum, malum, ſollicitudinem, ſuſpicionem, &c. *Cic.* 2. *Offic. cap.* 5. Per eoſdemque, ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus. Adde *Fam.* 16. 1. *Fro. Tuſc.* 4. & *pro Sext.* &c.

Importūne, adv. *fuor di tempo*, *fuor di propoſito*, Ger. *ungeſtuemmiglich*, Gal. *hors de temps*, & *ſaiſon*, Hiſp. *importunamente*, ἀκαίρως, intempeſtive, præter loci, temporis, aut perſonarum rationem. *Cic.* 4. *Acad.* Hoc eſt enim virum eſſe, confidere ſuis teſtibus, & importune inſiſtere. *Gel. l.* 20. *c.* 6. Importuniſſime facere. *Lactant.* 5. 2. Importunius veritati inſultare.

Tom. I.

Importunĭtas, atis, *f.* 3. *importunità*, *noja*, Ger. *ungeſtuemmigkeit*, Gall. *importunité*, Hiſp. *importunidad*, ἀκαιρία, intempeſtivitas, quæ neque loci, ut ait Donatus, neque temporis obſervat commoditatem. *Ter. Andr.* 1. 4. 4. Importunitatem ſpectate aniculæ. ¶ Accipitur non raro pro immanitate, ſævitate. *Cic. pro Cluent. c.* 61. Importunitatem matris a filii capite depellite. *Id. ibid.* Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto vellet. *Id. in Piſon.* Amireal ex omnium ſcelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum.

Importūnus, a, um, *importuno*, ἄκαιρος, proprie dicitur locus portu carens, eoque navibus infeſtus. *Ovid. Met.* 14. *v.* 481. Quos communis hiems, importunuſque Caphareus Merſit aquis? Al. leg. *importunis* eodem ſenſu. *Serv. in illud Virg.* 11. *Æn.* Bellum importunum cives cum gente Deorum, invictiſque viris gerimus. Importunum bellum inde vocat, quod portu, ideſt quiete careat. ¶ Tranſlate accipitur pro gravi, moleſto, qui aliquid facit præter rationem loci, ſeu temporis, aut perſonarum. *Cic. pro Cluent.* Repente exorta eſt mulieris importuna nefaria libido. *Hor. l.* 3. *Carm.* Importuna tamen pauperies abeſt. *Celſ. l.* 4. *c.* 6. Morbus importunior. ¶ Item pro immani, deteſtando, execrando. *Cic. in Ver.* Iſtius effrænatum animum, importunamque naturam tanta oppreſſit amentia. *Id. in Phil.* Quin nulla ſocietas cum illo importuniſſima bellua eſſe poſſet.

Importuōſus, a, um, *ſenza porto*, ἀλίμενος, quod eſt ſine portu. *Sall. in Jug. c.* 17. Mare ſævum, & importuoſum, & ager frugum fertilis. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Importuoſiſſima inſula.

Impos, tis, *o.* 3. *impotente*, ἀκρατής, qui non poteſt aliquid, qui rem aliquam in poteſtate ſua non habet, a *potis*. *Priſc.* in 4. ait, ut a *do* eſt *dos*, a *cuſtodio cuſtos*, ſic a *compos eſſe compos*, & mutato *o* in *a compos*. *Var. l.* 4. *de L. L.* deducit a *potentia*. ¶ *Impos animi* eſt qui animi ſui potens non eſt, cui mens ſana non eſt. *Plaut. Caſ.* 3. 5. 7. Eripite hunc gladium, qui ſui eſt impos animi.

Impoſitio, nis, *f.* 3. *impoſizione*, ἐπίθεσις, actus imponendi. *Plin. l.* 27. *c.* 13. Impoſitione ſpicula e corpore ejicit. ¶ Apud *Varr. l.* 8. & 9. *L. L. impoſitio verborum*, aut *nominum* eſt eorum inventio, & uſus ad ſignificanda ea, quibus imponuntur.

Impoſitītius, ἐπίθετος, quod impoſitum eſt, ut Nomina impoſititia, quæ ex aliqua re externa imponuntur. Servitus impoſititia, non naturalis. *Leg.* 41. *Dig. de Leg.* 2. Cantheri, per quos equæ faliunt, ſi impoſititii ſint, &c. *poſtizzi*.

Impoſitīvus, a, um, adject. idem quod impoſititius. *Plin. l.* 28. *cap.* 4. Impoſitive nomine.

Impoſĭtor, oris, *m.* qui imponit. *Var. l.* 6. *de L. L. circa princ.* Cum hæc adminicula addas ad eruendam voluntatem impoſitoris. h. e. ejus qui rei nomen impoſuit.

Impoſĭtus, a, um, *impoſto*, partic. ab imponor. *Ovid.* 15. *Met. v.* 820. Impoſitum foret orbis onus. *Cic. Attic.* 1. *ep.* 16. Tanto impoſito Reip. vulnere. h. e. inflicto. ¶ *Impoſtus* per ſyncop. *Propert. l.* 4. *el.* 6. *v.* 29. Sobrius ad lites, at cum eſt impoſta corona, &c.

Impoſĭtus, us, *m.* idem ac impoſitio. *Plin. l.* 24. *c.* 4. Ulcera commanducatu, impoſituque efficaciſſime ſanari.

Impoſſibĭlis, le, *o.* 3. *impoſſibile*, Ger. *unmiglich*, Gall. *impoſſible*, Hiſp. *impoſſible*, ἀδύνατος, quod fieri non poteſt. *Quinct. l.* 5. *c. de Argum.* Non enim longum tantum, ſed etiam impoſſibile. *Id. l.* 10. *c.* 13. Impoſſibilia aggrediantur, pro effectis relinquant vi adhuc inchoata.

Impoſſibilĭtas, atis, *f. impoſſibilità*. *Apul. l.* 6. *Met.* Impoſſibilitate ipſa mutata in lapidem. Adde *Tertull. de Baptiſm. c.* 2.

Impoſtor, oris, *m.* 3. *ingannatore*, מסית, Ger. *betrieger*, Gall. *impoſteur*, Hiſp. *enganador*, πλάνος, γόης, deceptor, qui decipit, ab *impono*, quatenus notat decipere. Hoc nomine ab Ethnicis Chriſtiani appellati ſunt, quod falſa religione, ac prædicatione ſimplicibus imponere cenſerentur. *Ulp. l.* 1. *§. Medicos*, *ff. de var. & extraord. cog.* Si imprecatus eſt, ſi (ut vulgari verbo impoſtorum utar) exorcizavit. Al. leg. *in poſterum*.

Impoſtūra, æ, *f. fraude*, *inganno*, רמיה, Ger. *betrug*, Gal. *impoſture*, Hiſp. *engaño*, ἐξαπάτη, ſtrofa, deceptio. Unde impoſturam facere eſt decipere, circumvenire. *Ulp. l.* 3. *de crim. ff. ſtelion.* Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius.

Impŏtens, tis, *o.* 3. *impotente*, *debole*, Ger. *unmaechtig*, Gal. *impotent*, *perclus*, Hiſp. *impotente*, ἀκρατής, non potens, infirmus, debilis, inops. *Cic. pro Mur.* Ad ſalutem innocentium, & ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum hæc valeant. ¶ Item incontinens, qui in ſua poteſtate non eſt, ſeu qui affectuum ſuorum potens non eſt, ſed ab appetitibus vincitur. *Cic. de Areſp. reſp.* Nihil feci iratus, nihil impotenti animo. *Id. in Part. c.* 35. Motus animi impotentes. *Liv. l.* 29. *c.* 9. Impotentior rabies, h. e. quæ cohiberi non poteſt. *Id. l.* 35. *c.* 11. *ad fin.* Equus impotens regendi. *Cic. Phil.* 5. *c.* 16. Homo impotentiſſimus. ¶ Jungitur & genit., ut impotens animi, *Curt. l.* 8. *c.* 1. Impotens amoris, *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 44. Impotens iræ, *Liv.* 21. 9. ¶ Accipitur etiam pro valde potenti. *Nepos in Lyſandr. c.* 1. Ut Athenienſium impotentem dominationem refringeret. ¶ Hæ tamen duæ poſteriores ſignificationes affines ſunt, ac fere eædem; neque enim nimia potentia iſta accipitur unquam niſi in malam partem.

Impotenter, adv. ἀκρατῶς, incontinenter, cum impotentia, *ſregolatamente*, *con debolezza di animo*, *o de affetto*. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus eſt puer. *Liv. lib.* 27. *c.* 48. Impotentius regi. *Senec. l.* 4. *de Benef. c.* 17. Impotentiſſime facere.

Impotentia, æ, *f. impotenza*, *debolezza*, Ger. *unmacht*, Gall. *impuiſſance*, Hiſp. *impotencia*, ἀδυναμία, imbecillitas, infirmitas. *Ter. Adel.* 3. 3. 16. Magis propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. ¶ Sæpe ſumitur pro animi effrænatione. *Cic.* 4. *Tuſc.* Inflammant appetitiones omnes, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a temperantia, & moderatione plurimum diſſidentem. ¶ Item pro inſana, immoderataque potentia. Hinc a *Senecis* impotentia fortunæ aſcribitur, cujus ſucceſſu elatiores, inſolentioreſque reddi homines conſueverunt. *Velle. l.* 2. *c.* 29. Nunquam potentia ſua ad impotentiam uſus.

Impræpedīte, &

Impræpedīto, adverb. ſine impedimento, nullo impediente. *Ammian. l.* 27. *c.* 21. Impræpedite abduxit. *Id. l.* 26. *c.* 16. Ut impræpedito ipſe pergeret, quo tendebat.

Impræſentiārum, *al preſente*. ἐν τῷ παρόντι, unica dictio eſt, idem ſignificans, quod tempore præſenti: neque ſolum dicitur de eo, quod nunc præſens eſt, ſed ſæpius de eo, quod præſens fuit, aut præſens erit. Nata eſt ex eo, quod vulgo compendio ſtudentes *rum* pro *rerum* ſcriberent. Integrum igitur eſt *in præſentia rerum*. *Voſſ. Caſt. R. R. cap. de alex legenda*: Extra quam ſi quem ſocium impræſentiarum dixerit. *Ulp. de tab. exhibendis*, Cui nocet ei, qui reſponderit, quod impræſentiarum ei videbatur? Adde *Tacit.* 4. *Ann. c.* 59. & *Apuleium* ſæpe. ¶ *Scioppius in commeat. de ſtil. hiſt.* hanc vocem Latio plane exterminat, quippe cujus nullam mentionem fecerint veteres Grammatici; putatque ſeriores linguæ ætate confictam, & ab indoctis exſcriptoribus in Codices Scriptorum

quos attulimus, inſertam. *Voſſ. de Vit. ſerm. l. 2. cap. 15. & l. 4. c. 33.* damnare non audet, illud tamen admonet, quod certiſſimum eſt, in *præſentes*, & *in præſens* multo elegantius uſurpari, tametſi non æque buccas impleant. Denique *Norisſinem Cenotaph. Piſan. diſſertat. 4. c. 6.* refert ad auream ætatem auctoritate *Pauuli*, cujus verba recitat. *Priſcian.* apud *Putſch. pag. 960.*

Impræputiatus, a, um, adject. idem quod præputiatus, habens præputium. *Tertull. de Monogam. cap. 11.* Impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris.

Impræſcientia, æ, f. præſcientiæ carentia. *Tertul. l. 2. adverſ. Marcion. c. 7.* Deceptus ex impræſcientia futuri.

Imprætabilis, le, adject. quæ nihil præſtat. *Firmic. l. 8. c. 29.* Longævi, & imprætabiles.

Impranſus, a, um, *che non ha ancora deſinato*, ἀνάριστος, qui nondum pranſus eſt, partic. a prandeo, in ſignificatione activa. *Hor. 2. Ser. Sat. 2.* Verum hic impranſi mecum diſquirite.

Imprecatio, onis, f. *maledizione*, ἀρὰ, execratio, devotio, diræ. *Senec. 6. de benef. c. 33.* Dira imprecatio. Adde *Plin. l. 3. c. 8.*

Imprĕcor, aris, atus ſum, d. 1. *maladire*, קלל, Ger. *fluchen*, Gal. *prier mal, maudire*, Hiſp. *maldezir, rogar mal a otro*, ἐπεύχομαι, mala quippiam precor. *Virg. 4. Æn.* Litora litoribus contraria, fluctibus undas imprecor. *Quintil. Declam. 13. ad fin.* Imprecari debilitates, naufragia, morbos. ¶ In bonam partem quandoque accipitur. *Apul. l. 9. Metam.* Solito ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus.

Imprenſibilis, le, incomprehenſibilis. *Gell. l. 11. c. 5.* Omniemque rerum fidem, veritatemque ita imprenſibilem videri ajunt, &c. Al. aliter leg.

Impreſſe, adverb. efficaciter, attente, graviter. *Tertul. de exhort. Caſt.* Alta & impreſſe recogitare. *Id. de Carn. Chriſti c. 19.* Ut impreſſius dixerim.

Impreſſio, onis, f. *impreſſione*, ἐμβολὴ, actus imprimendi. Translate ſumitur pro imagine, quam mente efformamus. *Cic. 4. Acad.* Cum viſa in animos imprimuntur, non vos id dicere, inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe. ¶ Frequenter accipitur pro violento impetu, qualem facere ſolent acies inſtructæ, cum altera in alteram irrumpere conatur, & generatim pro vi acriore, & vehementiore, *violenza*, *aſſalto violento*, ערץ, Ger. *eintrunchung*, Gal. *impreſſion*, *aſſaut*, Hiſp. *impreſſion*, *arrebatamiento*, προσβολή. *Cic. 5. Fam.* Quam me, quacunque ratione poſſet, non judicio, neque diſceptatione, ſed vi, atque impreſſione evertere. *Caſ. lib. 8. B. G.* Ut omni multitudine in fines Sueſſionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impreſſionem. *Liv. lib. 4. c. 28.* Dant impreſſionem, qua P. Albinus cohortes objecerat.

Impreſſus, us, ui, m. idem ac impreſſio. *Prudent. Pſychom. v. 273.* Sub pectoris impreſſu.

Impreſſus, a, um, *impreſſo*, partic. ab imprimor. *Cic. ad Att.* Ut vix impreſſam orbitam poſſimus videre. *Id. pro Mil.* Ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret. *Virg. Æn. 5. v. 536.* Crater impreſſus ſignis.

Imprimis. V. Primus.

Imprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *imprimere*, *calcare*, טבע, Ger. *eintrucken*, Gal. *imprimer*, Hiſp. *imprimir*, ἐντυπόω, ἐγχαράττω, premendo immitto, vel cuipiam figuram aliquam induco, cum dat. vel abl. & præp. in, vel acc. & præp. in, vel cum caſibus, aut adverbiis ſtatos in loco. *Cic. in Acad.* Quid, ſi in ejuſmodi cera centum ſigilla hoc anulo impreſſero? *Id. de Div.* Sus roſtro humi A literam impreſſit. ¶ Translate ſumitur pro introducere, inſerere; eoſdemque regit caſus. *Cic. in Acad.* Quo a genere nobis notitiæ rerum imprimuntur. *Id. ibid.* Cum viſa in animos imprimuntur. *Id. de Fato*, Viſum objectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. *Id. Phil. 5.* Imprimere dedecus Reipublicæ. ¶ Interdum ponitur pro ſignare, obſignare, informare. *Cic. 1. Tuſc.* An imprimi quaſi ceram putamus animum?

Improbabilis, le, o. 3. *che non ſi può provare*, ἀπίθανος, quod probari non poteſt. *Cic. 4. Acad. c. 31.* Quamobrem ſive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem, & quæ non impediatur, ſive aliud quid præterea. *Senec. epiſt. 75.* Affectus ſunt motus animi improbabiles. h. e. qui non poſſunt a ratione probari.

Improbatio, nis, f. *riprovazione*, גנות, Ger. *verwerffung*, Gal. *improuvement*, Hiſp. *reprovamiento*, ἀδοκιμασία, actus improbandi. *Auct. ad Her. l. 2. c. 6.* Hæc & ad improbationem, & approbationem teſtium pertinebunt.

Improbator, oris, m. qui improbat. *Apul. de Deo Socrat.* Malorum improbator, bonorum probator.

Improbatus, a, um, non probatus. *Cic. pro Fonteio c. 4.* Multa improbata. *In tit. cap. 3. lib. 18. Gellii.* Homo improbatiſſimus.

Imprŏbe, adv. *malvagiamente*, Ger. *unfrommiglich*, Gall. *mechamment*, Hiſp. *malvadamente*, πονηρῶς, non probe, prave, perverſe. *Cic. pro Roſc. Am. c. 36.* Multa improbe feciſti. *Id. 5. Ver.* Eſt aliquid, quod improbius fieri poteſt? *Id. in Piſ. c. 6.* Improbiſſime reſpondere.

Improbitas, atis, f. *malvagità*, רשע, Ger. *unfrommigkeit*, Gal. *meſchanceté*, Hiſp. *maldad*, πονηρία, malignitas, perverſitas. *Cicer. 4. Ver.* Ex multis ſimilibus ea ſumam, quæ maxime improbitate excellere videbuntur. Adde *pro Mur. c. 4.*

Improbiter, adverb. improbe. *Petron. in Satyr. c. 66.* Quidam improbiter nos pugno ſuſtulerunt.

Imprŏbo, as, avi, atum, a. 1. *riprovare*, מאס, Ger. *verwerffen*, Gal. *reprouver*, Hiſp. *improvar*, ἀποδοκιμάζω, non probo, damno, rejicio, vitupero. *Cic. 2. de Or. cap. 37.* Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modo ſint. *Id. in Bruto.* Semper ne in Oratore probando, aut improbando vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit?

Imprŏbro, a. 1. probro afficio. *Plaut. Merc. 5. 4. 8.* Qui bono ſunt genere nati, ſi ſunt ingenio malo, ingenium improbrant. Al. leg. *improbant*. *Id. Truc. 2. 2. 25.* Rus tu mihi improbras? h. e. exprobras? Al. leg. *opprobras*.

Improbulus, o, 1. 2. dim. ab improbus, *cattivello*. *Juv. ſat. 5. v. 74.* Finge tamen te improbulum, ſupereſt illi, qui ponere cogat.

Imprŏbus, a, um, *triſto*, *maligno*, רשע, Ger. *unfrom*, Gal. *meſchant*, Hiſp. *malo*, *malvado*, πονηρὸς, non probus, nequam, ſceleratus, facinoroſus, perfidioſus. *Cic. pro Sylla.* Siquid ab improbis de me improbe dicitur. *Id. in Brut.* Vir improbiſſimus. ¶ *Improbum os*, dicax, injuriarum plenum. *Suet. de Cl. Gram. cap. 15.* Quod cum eius improbi animo iterando ſcripſiſſet. ¶ Interdum ſumitur pro corrupto, vilis conditione. *Plaut. Mil. 3. c. 134.* Sicuti merci pretium ſtatuit, pro virtute et veneat: quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperet. Sed aliqui *mercem improbam*, injuſtam, vel in qua nullum eſt lucrum, interpretantur. ¶ Item pro turpi, deformi, fœdo. *Lucil. apud Non. c. 4. n. 230.* ¶ Item pro ſævo. *Virg. 10. Æn.* Lavit improba teter ora cruor. ¶ Item pro magno. *Virg. 1. Georg. v. 143.* Labor omnia vincit improbus. Ubi *Serv.* Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis. *Senec. epiſt. 94.* Improbum lucrum. h. e. nimium, *Martial. l. 12. epigr. 18.* Ingenio fruor improboque ſomno. ¶ Item pro inſatiabili, damnoſo. *Virg. 1. Georg.* Nihil improbus anſer, Strymoniæque grues. Ubi *Serv.* Improbus, inſatiabilis, nulli probandus. ¶ Item pro impudenti, audaci. *Lucan. l. 5. v. 130.* Spes improba. *Plin. l. 3. c. 20.* Improba elatio. ¶ Item pro infami. *Lex XII. Tab.* Improbus, inteſtabiliſque eſto. Adde *Plaut. Caſ. 2. 2. 31.* ¶ Improbum teſtamentum, h. e. iniquum, non legitime factum. *Cic. Ver. 3.*

Improcērus, a, um, *non alto*, *baſſo*, μικρὸς, βραχὺς, non procerus, humilis. *Gall. l. 2. c. 19.* Corpora eorum improcera fieri. Adde *Tacit. de Germ. c. 5.*

Improcreabilis, le, adject. qui procreari non poteſt. *Apul. de dogm. Plat.* Materia improcreabilis.

Improfeſſus, a, um, qui conditionem nondum profeſſus eſt, hoc eſt, palam fecit, part. a profiteor. *Sueton. Domit. c. 12.* Ad quem deferebantur, qui vel improfeſſi, Judaicam intra urbem viverent vitam &c. al. leg. *velut profeſſi*. *Martian. JCtus l. fin. Dig. de Publican.* Si quis improfeſſus ſervus fuerit, &c.

Imprōlis, vel Improlus, qui nondum eſt aſcriptus in civitate. *Feſt.*

Impromiſcŭus, & Impromiſcus (nam & *promiſcuus*, & *promiſcus* legitur) a, um, adject. ἄμικτος, non mixtus, *inpermixtus*. *Gell. l. 12. c. 7.* Verbum liberum undique, & impromiſcuum. *Id. l. 12. c. 4.* Suavitas impromiſca.

Impromptus, vel impromtus, a, um, *non pronto*, βραδὺς, tardus. *Liv. l. 7. c. 4.* Quia infacundior ſit, & linguæ impromptus.

Imprŏpe, adverb. *prope*. *Tertul. Exhort. ad Caſt. c. 9.* Si orationem facit ad Dominum, imprope eſt cœlo.

Improperanter, adverb. pedetentim, ſenſim. *Auſon. epitaph. 35.* Improperanter agens primos e carcere curſus.

Improperatus, a, um, *non affrettato*, Ger. *unbehend*, Gall. *qui n'eſt point haſté*, Hiſp. *no appreſſurado*, non feſtinatus, partic. paſſ. ab impropero. *Virg. 9. Æn. v. 798.* Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus improperata refert.

Improperium, ii, o. *improperio*, nota, opprobrium. *Auct. declam. quæ inſcribitur* Tribunus Marianus, *quam quidam falſo Quintiliano tribuerunt*. Sempiternum incuſſit improperium paludatis.

Impropĕro, as, n. 1. intro propero, hoc eſt, feſtinanter, & properanter ingredior. *Plin. l. 35. c. 13.* Quo ſiquis improperaret, ſine glomere lini. ¶ Sæpe eſt activum, pro crimen, vel aliquid aliud alicui objicere, *rimproverare*, חרף, Ger. *auffrupffen*, Gal. *reprocher*, Hiſp. *cahenr*, ὀνειδίζω. *Plaut. Rud. 3. 4. 28.* Etiam vim improperas flagitii flagrantia? Melius tamen legitur *opprobras*. Adde *Petron. in fragm. Tragur.*

Impropĕrus, a, um, adject. *tardo*, tardus, non properus. *Silius l. 3. v. 96.* Improperæ cui ducant fila ſorores.

Improprie, adv. *impropriamente*, Ger. *uneigentlichen*, Gal. *improprement*, Hiſp. *no propriamente*, ἀκύρως, non proprie. *Gell. l. 7. c. 1.* Ut ſcribere auſi ſint M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconſiderate locutum. Adde *Plin. l. 8. c. 10.*

Improprietas, atis, f. *improprietà*. *Gell. l. 1. c. 22.* Cavenda eſt improprietas verbi.

Improprius, a, um, *improprio*, Ger. *uneigentlich*, Gall. *impropre*, Hiſp. *no propria*, ἄκυρος, non proprius. *Plin. l. 37. c. 8.* Improprium cognomen. ¶ *Improprium*, ii, o. *improprietà*, ἀκυρία, ἀκυρολογία, vitium orationis. *Quint. l. 8. c. 2.* Et contrarium eſt vitium id, quod apud nos improprium vocatur, quale eſt *Virg. 4. Æn. v. 421.* tantum ſperare dolorem.

Impropugnatus, a, um, adject. *non difeſo*. *Ammian. l. 29. ſub fin.* Impropugnata civitas.

Improſpecte, adv. incaute, improvide. *Tertul. de anim. c. 24.* Satis improſpecta.

Improſpectus, a, um, *non veduto*, non proſpectus. *Sever. in Ætna, v. 339.* vel quæ libertinus Ætna improſpectus hiat.

Improſper, a, um, ἀτυχὴς, infelix. *Tacit. l. 14. Ann. ad fin.* Orta inſidiarum magna moles, ſed improſpera.

Improſpĕre, adv. *infelicemente*, Ger. *ungluecklich*, Gal. *malheureuſement*, Hiſp. *deſdichadamente*, ἀτυχῶς, non proſpere, infeliciter. *Colum. l. 1. c. 1.* Ubi quid perperam adminiſtratum reſſeris improſpere.

Improtectus, a, um, *ſenza difeſa*, ἀνυπεράσπιστος, non protectus, defenſore deſtitutus, indefenſus. *Gell. l. 13. c. 26.* Nequa in re adverſa, & repentina incurſio imparatis, improtectiſque nobis oboriatur. Adde *Ammian. l. 21. c. 25.*

Improvide, adv. *incautamente*, *non accortamente*, Ger. *ungewarlich*, Gal. *ſans avoir pourveu*, Hiſp. *no provedamente*, ἀπρονοήτως, incaute. *Liv. l. 2.* Neque pro veteris prudentia ducis tam improvide iſſet.

Improvidentia, æ, f. providentiæ carentia. *Tertul. l. 2. adverſ. Marc. c. 23.* Improvidentia ſententias vertere.

Improvidus, a, um, *ſtrauto*, *non accorto*, Ger. *unfürſichtig*, Gal. *qui ne prevoit*, *ne pourvoit point*, Hiſp. *inconſiderado*, *incauto*, ἀπρονόητος, qui non prævidet, quod futurum ait, incautus. *Cic. de Leg.* Neceſſitas quædam fatalis improvidas hominum mentes occupavit. ¶ Sumitur etiam paſſive, ut Improvida tela, quæ non prævidentur. *Plin. in epiſt. 22. l. 4.* Non ſecus, ac tela, quæ ipſa cæca, & improvida feruntur.

Improviſe. V. Improviſo.

Improviſo, adv. *improvviſamente*, *all' improvviſta*, Ger. *unverſehenlich*, Gal. *à l'impourviſte*, Hiſp. *de improviſo*, ἀπροσδοκήτως, ἐξαίφνης, ſubito, repente, de repente. *Cic. Att. l. 15.* Cum hominem temperantem, ſummum medicum tantus improviſo morbus oppreſſerit. ¶ Revera ablat. eſt adjectivi *improviſus*; quare interdum additur præpoſit. *ex*, & *de*. *Cic. Ver. 1. c. 43.* Ex improviſo ſi qua res nata eſſet. Et *pro Roſc. Amer. cap. 52.* In quos de improviſo inciderant. ¶ Addunt quidam Lexicographi dici etiam *improviſe*, adducuntque locum ex *Plaut. in Truc.* ſed lectio ſuſpecta eſt.

Improviſus, a, um, *improvviſo*, *non provviſto*, Ger. *unverſehen*, Gall. *impourviſte*, Hiſp. *improviſo*, ἀπρόοπτος, quod non eſt proviſum, inopinatum, ſubitum, repentinum. *Cic. 2. Fam.* Caſtella munita improviſo adventu capta, & incenſa. *Tac. l. 2.* Quo improviſius, graviorque peſtis fuit.

Imprūdens, tis, o. 3. שוגג, Ger. *unwiſſend*, Gal. *imprudent*, Hiſp. *imprudente*, ἄφρων, non prævidens, inſciens, non prudens, *imprudente*, *inavvertente*, & fere cum genit. conſtruitur, vel abſolute. *Caſ. l. 2. B. C. c. 3.* Freto Siciliæ, imprudente, & inopinante Curione, provehitur. *Ter. Eun. 1. 2. 58.* Imprudens harum rerum, ignaruſque omnium. *Id. in Hecyr. 5. 4. 40.* Plus hodie boni feci imprudens, quam ſciens unquam. *Liv. l. 34. c. 9.* Hiſpani imprudentes maris. *Id. l. 31. c. 14.* Imprudens religionis. *Senec. de Conſtant. Sap. c. ult.* Quidquid ab imprudentioribus fieret negligendum. *Id. ep. 40.* Multa facit ſapiens, quæ ab imprudentiſſimis æque fieri videmus. ¶ Pro valde prudenti, *Virg. 1. Georg. v. 373.* Nunquam imprudentibus imber obfuit. Ita exponit *Priſcian.* Alii Interpretes aliter.

Imprudenter, adv. *imprudentemente*, *ſenza conſiderazione*, בשגגה, Ger. *unwiſſentlich*, Gal. *imprudemment*, Hiſp. *neciamente* δι' ἀγνοιαν, inſcie, & per imprudentiam. *Cic. 1. de Inv.* Nam ſi iis, qui imprudenter læſerunt, ignoſci convenit. *Ter. Eun.* Ad flammam acceſſit imprudentius.

Imprudentia, f. 1. *imprudenza*, *inavvertenza*, שגגה, Ger. *unwiſſenheit*, Gal. *imprudence*, Hiſp. *imprudencia*, ἄγνοια, inſcitia, error, inſcientia. *Cic. 2. de Inv.* Imprudentia eſt, cum ſciſſe aliquid is, qui arguitur, negat. *Id. pro Rab.* In his rebus omnibus imprudentia laberis.

Im-

Impūbes, is, o. 3. vel impubis, & be, vel impuber, eris, *giovanetto ſenza barba*, Ger. *unmanbar*, Gall. *jouvenceau*, Hiſp. *mancebo*, ἄνηβος, qui ad annum pubertatis nondum pervenit, hoc eſt, qui nondum lanuginem circa genitalia membra emiſit, quam Latini pubem vocant. *Cic. in Cat.* Cum filium ejus impuberem necandum eſſe dixit. *Ovid.* 2. *Faſt.* Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Puer impubis ſi defracto ramo detrahat.

Impubeſcens, o. 3. quod nondum lanuginem emittit. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Corticem ejus impubeſcentem. Harduin. tamen legit *intumeſcentem*.

Impŭdens, tis, o. 3. *ſenza vergogna*, עזפנים, Germ. *unverſchampt*, Gall. *impudent*, Hiſp. *deſvergonçado*, ἀναιδής, qui nullo pudore ducitur, inverecundus, perfrictæ frontis, effrons. *Cic.* 4. *Acad.* Utrum igitur nos impudentes, qui labi nolumus, an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia? *Id. l.* 1. *Off. c.* 35. Impudentior intemperantia. *Id. l.* 6. *Attic. ep.* 1. Impudentiſſimæ literæ.

Impudenter, adv. *sfacciatamente*, ἀναιδῶς, petulanter, inverecunde. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 12. Non ignoro, quam impudenter faciam. *Id.* 6. *Ver. c.* 7. Impudentiſſime mentiri. *Id.* 9. *Fam. ep.* 22. Batuit, impudenter: depſit, multo impudentius.

Impudentĭa, æ, f. 1. *sfacciatezza*, Ger. *unſchamhaffrigkeit*, Gal. *impudence*, Hiſp. *deſverguença*, ἀναιγχυντία, inverecundia, audacia, effrænata confidentia. *Cic.* 5. *Ver.* Quid ad hanc impudentiam addi poteſt?

Impudentiuſculus, a, um, *sfacciatelle*, aliquantum impudens. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 5. Simus enim impudentiuſculi, quam per te vix licet, verum &c. Plerique Cod. habent *putidiuſculi*.

Impudicatus, a, um, ſupratus. *Feſt.*

Impudĭce, adverb. *impudicamente*. *Ambroſ. ad Virg. lapſ. c.* 8. & *Tertul. de Idolol. c.* 2. Et impudiciſſime, *Eutrop. l.* 8. *c.* 12.

Impudicitĭa, æ, f. 1. *impudicizia*, Ger. *unzucht*, Gal. *impudicité*, *paillardiſe*, Hiſp. *impudicicia*, *deshoneſtidad*, ἀσέλγεια, libido. *Cic. Octavio*, Cui forma per dedecus pecuniam, & nomen nobile conſceleratum impudicitiæ dediſſet. Adde *Quintil. l.* 4. *c.* 2. & *Tacit. Ann.* 13. *c.* 45.

Impudīcus, a, um, o. 1. 2. *impudico*, *non caſto*, Ger. *unzuchtig*, Gal. *impudique*, *paillard*, Hiſp. *impudico*, *deshoneſto*, ἀσελγής, ἄναγνος, non pudicus, impurus, qui pudicitiam ſuam proſtratam habet, & proprie qui alienam libidinem excipit. *Auctor carm. Priap.* Si fur veneris, impudicus ibis. *Cic.* 2. *Catil.* In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verſantur. ¶ Ponitur etiam pro temerario, & pro eo, qui nullo pudore ducitur. *Plaut. Rud.* 2. 3. 62. O facinus impudicum, quam liberam eſſe oportet, ſervire poſtulare. ¶ *Digitus impudicus* eſt medius, qui etiam infamis, & famoſus, & verpus vocatur, ita dictus a tangendo podice. Quando porrigebatur, ſignum erat deriſionis, & contumeliæ. *Martial. l.* 6. *epigr.* 70. Oſtendit digitum, ſed impudicum Alconti. ¶ Superlat. impudiciſſimus. *Cic. Phil.* 2. *c.* 58. Impudiciſſimus Antonius. ¶ Comparat. *impudicitior* eſt apud *Plaut. Curcul.* 1. 1. 52.

Impugnatĭo, onis, f. 3. *oppugnazione*, מלחמה, Ger. *beſtreitung*, Gall. *reſiſtance*, *impugnation*, Hiſp. *apoſicion*, *impugnacion*, πολέμησις, oppugnatio. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 3. Ipſe domum P. Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumpſerat.

Impugnātor, oris, m. qui impugnat. *Liv. l.* 27. *c.* 15. Caulonis impugnatores. Ita legit *Gruter.* Aſt alii *oppugnatores*.

Impugnātus, a, um, oppugnatus, victus. *Plin. l.* 5. *c.* 24. Primo hunc illi impugnatus curſum Taurus auferet. Al. leg. *in pugna*. ¶ Item non oppugnatus, ſine certamine relictus. *Gell. l.* 1. *c.* 6. Turpe eſt rhetori, ſi quid in mala cauſa deſtitutum, atque impugnatum relinquat.

Impugno, as, avi, atum, a. 1. *impugnare*, *oppugnare*, נלחם, Ger. *beſtreiten*, Gal. *impugner*, *reſiſter*, Hiſp. *impugnar*, ἀντιβάλλω, oppugno. *Cic. ad Brut.* Ut in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem. ¶ Per tranſlationem ponitur pro adverſari, *contendere*. *Cic.* 3. *Fam.* Nullam ne in tabellæ quidem latebras fuiſſe abſconditam malevolentiam, quæ te impugnare auderet.

Impulsĭo, onis, f. 3. *impulſione*, *incitamento*, *inſtigazione*, ἱκεσία, ὁρμή, actus impellendi, impulſus, incitatio. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 9. Impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, &c. *Id.* 3. *de Or.* Erroris inductio, & in hilaritatem impulſio.

Impulſor, oris, m. 3. *impulſore*, *inſtigatore*, qui impellit, & incitat ad aliquid faciendum. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 7. Quamvis non fueris ſuaſor, & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.

Impulſus, us, m. idem ac impulſio. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 11. Is ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte movetur. *Id.* 9. *Fam.* Fratremque ſuum, hominem non ſapientem, impulſo inimicorum ſuorum eo progreſſum eſſe, id eſt, ſuaſu, & hortationibus.

Impulſus, a, um, *ſpinto*, *moſſo*, *incitato*, *inſtigato*, ἐπαχθείς, particip. ab impello. *Juven. ſat.* 10. Unde altior eſſet Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ. *Velles. l.* 2. *c.* 51. Prælio graviter impulſi milites. *Nepos* 1. *c.* 5. Ejus auctoritate impulſi Athenienſes.

Impulverĕus, a, um, adject. qui eſt ſine pulvere, hoc eſt ſine labore. *Gell. l.* 5. *c.* 6. Impulverea, incruentaque victoria.

Impunctus. V. Impictus.

Impūne, adv. *ſenza punizione*, *ſenza pena*, נקי, Ger. *ohne ſtraff*, Gall. *impunement*, Hiſpan. *ſin caſtigo*, *impunitamente*, ἀζημίως, ſine pœna, abſque mulcta. *Ovid.* 6. *Met.* Haud impune feres: adimam tibi namque figuram. ¶ Significat etiam ſine damno. *Virg.* 2. *Georg.* Et ſæpe alterius ramos impune videmus vertere in alterius. ¶ Comp. impunius, ſup. impuniſſime. *Cic.* 6. *Verr.* Ille, civis Romanus quod erat, impunius id facturum putavit. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 2. Nam impuniſſime tibi quidem hercle vendere haſce ædes licet.

Impūnis, ne, adject. *impuno*, *ſenza pena*, *o caſtigo*. *Solin. c.* 27. Impunis rediit. *Plaut. Merc.* 4. 6. 4. Id ſi reſcivit mulier, impune eſt viro. Quod tamen & adverb. eſſe poteſt.

Impunĭtas, atis, f. 3. *impunità*, *perdono*, הפקר, Germ. *unſtraffigkeit*, Gal. *impunité*, Hiſp. *impunidad*, ἀτιμωρησία, venia peccati, licentia, cum ſcilicet qui peccavit, nulla mulctatur pœna. *Cic.* 2. *Fin. c.* 22. Quam libido ſe non proripiet, ac projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia?

Impunīte, adverb. impune. *Matius ad Cic. Fam.* 11. *ep.* 28. O ſuperbiam inauditam! alios in facinore gloriari; aliis ne dolere quidem impunite licere. Al. leg. *impune*. *Feſt.* Impunitius mœchari.

Impunītus, a, um, *non punito*, *aſſolto*, Ger. *ungeſtraffe*, Gall. *impuny*, Hiſp. *impunido*, ἀτιμώρητος, non punitus, pœnis ſolutus. *Cic.* 7. *Ver.* Poſſemus hanc injuriam, ignominiamque noſtris Rom. inultam, impunitamque dimittere? *Liv.* 3. 50. Quo impunitior libido, & effrænatior eſt.

Impūno, onis, m. *audace*, *sfacciato*, impudens, impunitatis ſpe, quæ magna eſt peccandi illecebra, impudenter quidlibet patrans, ab impune, apud vet. *Lucil.* apud *Non.* Homo impuratus, & impuno, & rapinator. ¶ Apud Junianum Majum pro *impuno* eſt *impudo*. Erit autem *impudo*, *onis*, a non pudendo.

Impurātus, a, um, idem ac impurus. *Ter. Phor.* 4. 3. 64. Impuratus me ille ut etiam irrideat? *Apul.* 9. *Metam.* Nefario ſcelere impuratiſſima capita. *Plaut. Rud.* 3. 4. 45. Scio probiorem hanc eſſe, quam te, impuratiſſime.

Impūre, adv. *lordamente*, Ger. *unlauterlich*, Gal. *impurement*, Hiſp. *impuramente*, ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς, ſpurce, fœde. Tranſlate ponitur pro impudice, turpiter, flagitioſe. *Cic.* 3. *Fin. c.* 11. Quis animo æquo videt eum, quem impure, ac flagitioſe putet vivere? *Id.* 9. *Att. ep.* 12. Impuriſſime eb aliquo deſpici.

Impurgabilis, le, adject. inexcuſabilis. *Amm. l.* 21. *c.* 4. Impurgabile crimen.

Impurĭtas, tis, f. *lordura*, טומאה, Ger. *unreinigkeit*, Gal. *impureté*, Hiſp. *impuridad*, ἀκαθαρσία, ſpurcities, fœditas. Tranſlate accipitur pro impudicitia, improbitate, ſcelere. *Cic.* 2. *Phil.* 3. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino, laſtriſque confectus.

Impurĭtia, æ, f. 1. idem ac impuritas. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 7. Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.

Impūro, as, a. 1. impurum reddo, conſpurco, fœdo. *Senec. ep.* 87. *circa med.* Utrum illum pecunia purum effecit, an ipſe pecuniam impuravit? quæ ſic in quoſdam homines, quomodo denarius in cloacam cadit.

Impūrus, a, um, *immondo*, *ſporco*, טמא, Ger. *unrein*, Gal. *impur*, Hiſp. *impuro*, ἀκάθαρτος, fœdus, ſpurcus, contaminatus. Tranſlate ad mores, vitamque refertur. *Cic.* 4. *Phil.* In illa tetra, atque impura legatione. *Id. pro Domo c.* 18. Omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus. *Id. Phil.* 3. Quis illo maledico impurior?

Imputatĭo, onis, f. *imputazione*, *il dar la colpa*. *l.* 82. *Dig. de condit. & demonſtr.* Ut explorari poſſit, imputationes probe, an improbe referantur.

Imputatīvus, a, um, adject. qui imputari poteſt, accuſatorius. *Ter. adverſ. Marc. l.* 2. 1. 25. Non ſimplici modo, ideſt interrogatorio ſono legendum eſt, Ubi es Adam? ſed impreſſo, & incuſſo, & imputativo.

Imputātor, oris, m. exprobrator, *chi imputa*. *Senec. l.* 2. *de Benef.* Multi ſunt ſuperbi, & imputatores.

Imputatus, a, um, *non potata*, ἄτμητος, quod non eſt putatum, ſeu amputatum, partic. ex in, & *puto*. *Plin. l.* 14. *c.* 12. Eadem lege ex imputata vite libari vina Diis nefas ſtatuit. Adde *Horat. Epod.* 16.

Impŭto, as, avi, atum, a. 1. *imputare*, חשב, Ger. *zurechnen*, Gal. *imputer*, *imputer*, Hiſp. *imputar*, αἰτιᾶσθαι, ἐγκαλεῖν, eſt commodi, vel incommodi alicujus cauſam in aliquem rejicere. Et tam in bonam partem accipitur, quam in malam. *Plin. l.* 18. *c.* 1. Noſtris eam criminibus urgemus, culpamque noſtram illi imputamus. *Quintil. Declam.* 13. Imputa nobis propitios ventos, & ſecundum mare, &c. ¶ Significat etiam annumerare, in expenſi tabulas referre, *metter' in conto*. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 42. Stat ſuper caput fatum, & pereuntes dies imputat. *Id. ep.* 8. Hoc non imputo in ſolutum de tuo tibi. ¶ Hinc tranſlate ſumitur pro loco beneficii exprobrare. *Plin. Paneg. c.* 24. Copiam tui, non ut imputes, facis. *Sueton. Tiber. c.* 53. Imputavit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit. *Tacit. de Germ. c.* 21. Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur.

Imputreſco, is, utrui, n. 3. *marcirſi*, κατασήπομαι, intus putreſco. *Col. l.* 6. *c.* 17. Et cum imputruit, conteritur.

Imputribĭlis, le, *incorruttibile*, qui non imputreſcit. *Hieronym. epiſt.* 128. *ad Fabiol. de veſt. ſacerd.* Ligna imputribilia. Adde *Auguſt. in Pſalm.* 95.

Imputribĭliter, *incorruttibilmente*. *Auguſtin. epiſt.* 32. *ad Paulin.* Cedri Libani Mundi hujus fluctus imputribiliter ſecant.

Imŭlus, a, um, diminut. ab *imus*, & ejuſdem ſignificationis. *Catull. carm.* 25. *ad Thall.* mollior cuniculi capillo, vel anſeris medullula, vel imula oricilla. *h. e.* auricula infima mollior, ut Cic. loquitur *l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 15. Alii tamen aliter atque aliter legunt.

Imus, a, um, *infimo*, *baſſiſſimo*, תחתון, Ger. *underſte*, Gal. *bas profond*, Hiſp. *baxo*, *cabero*, κατώτατος, ἔσχατος, ſuperlativum nominis *inferus*, idem ſignificans ac infimus. Nam ab *inferus* eſſet *inferiſſimus*, pro quo dicimus per ſinc. *infimus*, & altera ſync. *imus*, ut a *ſuperus* eſſet *ſuperrimus*, pro quo dicimus *ſupremus*, & altera ſync. *ſummus*. *Cic. in Somn.* Nam terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret, complexa medium mundi locum. *Virg.* 6. *Æn. v.* 581. fundo volvuntur in imo. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Ima ſummis mutare. *Velles. l.* 2. *c.* 2. Ima ſummis miſcere. *Plin. l.* 11. *c.* 47. Eſt in ima aure memoriæ locus. *h. e.* in ima auris parte. ¶ Imus etiam dicitur poſtremus in ordine. *Horat. de Ar. poet. v.* 32. Æmilium circa ludum faber imus. *h. e.* in ultima ejus vici parte habitans. ¶ In convivio *imus* dicitur, qui e quatuor convivis ultimum locum tenet, *ſummus* enim eſt, qui ad caput lecti accumbit, *medius* qui poſt ipſum, *infra*, qui tertio loco, *imus* denique qui poſt hunc accumbit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 40. ſecutis omnibus imis.

I ANTE N.

In, *in*, *nel*, ἐν, εἰς, præpoſitio ex earum genere, quæ & ſeparari, & componi ſolent, ab ἐν, pro quo Æoles *in* dixiſſe videntur. Sed Græcis ἐν quietem indicat, εἰς, vel ἐς motum, Latinis *in* utrique inſervit. Accuſativum exigit, quando cum verbis motus ad locum conjungitur, & tunc ſignificat intro, *nel*. *Cic.* 1. *Catil.* In exilium proficiſcere. ¶ Item cum accuſativo ſæpe ſumitur pro erga, in bonam partem, *verſo*. *Cic.* 2. *Off.* Prima igitur adoleſcentis commendatio proficiſcitur a modeſtia, tum pietate in parentes, tum in ſuos benevolentia. ¶ Hoc ſenſu uſurpata eſt cum ablat. ab eod. *Fam. l.* 3. *ep.* 8. in te benemerito grati eſſent. ¶ Item in malam partem, pro adverſus, contra. *Virg.* 1. *Æn.* Quid meus Æneas in te committere tantum, qui Troes potuere? ¶ Item loco præp. *pro*, ut Aliquid in bonam, vel in malam partem capere, Pecuniam in aliquid reficiendum perſcribere, &c. *Cic.* 2. *Off.* Magnam vim eſſe in fortuna in utramque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas, quis ignorat? *Ter. And.* 2. 2. 32. Olera, & piſciculos minutos ferre in cœnam ſeni. ideſt pro cœna, vel gratia cœnæ. ¶ Item pro *ob*, ſeu *propter*, ut in ſpem alicujus rei aliquid facere. *Liv. l.* 2. In ſpem univerſæ prædæ flumen trajiciunt. ¶ Item pro *ad*, ut in aſſem ferre, ideſt ad pretium aſſis. *Col. l.* 2. *c.* 13. In familiæ luctum oubere. *Cic.* pro *Cluent.* ¶ Item pro *uſque ad*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 29. In lucem ſemper Acerra bibit. ¶ Cum accuſativo item jungenda eſt in nominibus temporis, ut in horam, in diem, in dies, in ſingulos dies, in diem trigeſimum, in perpetuum, &c. *Cic.* 3. *Off.* Et ſimul ad cœnam hominem in hortos invitavit in poſterum diem. *Liv.* Bellum in trigeſimum diem indixerant. ideſt ad diem trigeſimum, vel poſt triginta dies. ¶ Item cum ſermo eſt de diviſione, ut Orbis terrarum in quatuor partes dividitur: aut diſtributione, ut *Cic.* pro *Flacco*. Unde leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. Huc pertinent illa, in militem, in capita, in naves. *Cic.* 5. *Verr.* Ne amplius in jugera ſingula, quam terna medimna exigeret. hoc eſt pro ſingulis jugeribus. ¶ Denique aliquando accuſativo jungitur pro ablativo, ut Hunc in modum, pro hoc modo, in rationem eandem, vel eandem formam, in modum brutorum, in morem Græcorum, Multos in omnes partes fallere, In os laudare, &c. *Cic. Sueton. Virg. Senec.* &c. ¶ Poſtulat autem ablativum, quando cum verbis ſtatus in

loco conjungitur. *Cic. Att. l.* 12. In hac ſolitudine careo omnium colloquio. ¶ Item cum ponitur pro inter. *Virg.* 1. *Æn.* Pentheſilea furens mediis in millibus ardet. ¶ Interdum invenitur cum accuſat. etiam in verbis ſtatus. *Cic. pro L. Manil. c.* 12. Cum veſtros portus in prædonum poteſtatem fuiſſe ſciatis. Adde *pro Quint. c.* 5. *Plaut. Bacch. c.* 3. 53. Ecquid in mentem eſt tibi? *Ter. Eun. a.* 2. 29. Ubi videt me eſſe in tantum honorem. ¶ Sic contra cum verbis motus interdum habet ablat. *Manil. l.* 5. *v.* 384. Cum venit in regione ſua, Capricorne, figuræ. *Phæd. l.* 5. *fab.* 1. *v.* 15. Quinam cinædus illa in conſpectu meo Audet venire? Plura pro utraque conſtructione exempla congerunt *Par. in Lex. Crit. & Taubman. in Plaut. Amph.* 1. 1. 25. & alii, ſed eorum pleraque variam habent lectionem. ¶ Interdum *in* omnino redundat. *Plaut. Capt.* 1. 2. 64. In his diebus. *Sueton. Tiber. c.* 60. In paucis diebus. *Id. in Claud. c.* 18. Etiam in tempore hiberno. ¶ Compoſita quoque variis capitur modis. Nam in quibuſdam vocibus negativa eſt, ſeu privativa, ut *Ignarus, inutilis*: In quibuſdam intenſiva, ut *increpuit, inſonuit*. In aliquibus interdum privativa, interdum intenſiva eſt, ut *Invictus, inſanus, infractus*, & aliis quibuſdam, quæ V. ſuis locis. ¶ Interdum notat motum ad locum, ut *Inſero, importo*. ¶ Interdum ſolemnitatem quandam ſignat, ut *Indico*, quod eſt rito ſolemni quicquam promulgare, aut jubere. ¶ Interdum ſignificat intra vel intro, ut *Ingredior, induco*. ¶ Interdum ſupra, ut Immineo, impendeo. ¶ Interdum contra, ut *Inclamo, inſulto*.

Ina, æ, f. extima, ſeu pars chartæ tenuiſſima. *Poſt. Voſſ. in Etymol. v. Inane* exempla affert ex *Plin. l.* 13. *c.* 12. & ex *Varrone l.* 3. *R. R. c.* 9. Ibi tamen in optimis codicib. *vena* legitur. V. tamen *Scalig. in let. Var. cit.* ¶ Eſt ab *ἶς, ἰνός*, vena.

Inabruptus, a, um, ἀδιάρρηκτος, quod non eſt abruptum, aut quod abrumpi non poteſt. *Stat.* 5. *Sylv.* 1. *v.* 44. Junxit inabrupta concordia longa catena.

Inabſolutus, a, um, adject. non abſolutus, non perfectus. *Apul. lib.* 1. *dogm. Plat. poſt init.* Rerum formas inabſolutas, informes, &c.

Inaccenſus, a, um, adject. non accenſus. *Silius l.* 1. *v.* 95. inaccenſi flagrant altaribus ignes. *Claudian. de rapt. Prof. l.* 1. *v.* 225. Pectus inaccenſum Veneri. Utrumque ita reſtituit *Heinſ.* ex vet. libris.

Inacceſſibilis, le, adject. inacceſſus. *Tertull. adverſ. Prax. c.* 15. ex 1. *Timoth.* 6. 16.

Inacceſſus, a, um, *inacceſſibile, dove non ſi può andare*, Ger. unzugangig, Gall. *inacceſſible*, Hiſp. *enriſcado, empinado, inacceſſible*, ἄβατος, ἀπρόσιτος, ad quod non acceditur, vel accedi non poteſt. *Plin. l.* 10. *c.* 14. Saba regio a dextra maris ſcopulis inacceſſa. *Virg.* 7. *Æn.* vocat inacceſſos lucos, ad quos nemo debet accedere.

Inacreſco, is, evi, n. idem quod accreſco. *Tertull. adverſ. Gnoſtic. c.* 1. *a med.* Nauſea nominis inaccreſcit. Al. leg. *inaceſcit*, h. e. acris, ſeu acida fit, inaceſcit.

Inaccuſatus, a, um, adject. *non accuſato*. *Tertull. Apol. c.* 49. inaccuſati, & impuniti.

Inaceſco, is, acui, n. 3. idem quod aceſco. *Apul. l.* 5. *A. A.* Si tibi etiam, ut par eſt, inacuit noſtra contumelia. *h. e.* diſplicuit.

Inachia, f. 1. Argia, Ἰναχία, regio Peloponneſi, ab Inachio opp. ¶ Item Caryphaſium, opp. Peloponneſi in Argia reg. apud Inachum fl.

Inachides, is, patronym. maſc. 3. ab Inacho. *Ovid.* 1. *Met. v.* 574. Non tulit Inachides. h. e. Epaphus Iſidis ſeu Jus filius. Ipſa autem Jo patrem habuit Inachum. ¶ Inachides in plur. ſunt Argivi Inachiæ incolæ. *Stat. l.* 3. Trepidi de ſedibus aſtant Inachides.

Inachis, idis, f. 3. Ἰναχίς, Jo filia Inachi. *Ovid.* 1. *Met.* Inque nitentem Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.

Inachius, a, um, quod ad Inachum ſpectat. *Virg.* 3. *Georg.* Inachiæ Juno peſtem meditata juvencæ. *Id. Æn.* 7. *v.* 286. Argi Inachii. *h. e.* in qua urbe aliquando Inachus regnavit.

Inachus, m. 2. Ἴναχος, filius Oceani, pater Jos, Phoronei, & Phegei, primus Rex Argivorum, qui Inacho fl. nomen dedit, e quo item Argivi ipſi Inachidæ appellati ſunt, ætate Xerxis Regis Aſſyriorum, & Jacob Patriarchæ, circa ann. mundi 2247. V. *Io*.

Inachus, m. 2. *Planitza*, fl. Peloponneſi, dictus ab Inacho Argivorum Rege, qui per Argiam reg. fluit, & in ſin. Argolicum inter Naupliam, & Prasiam exit. ¶ Inachus alter, fl. Acarnaniæ, qui in Acheloum influit. ¶ Adjective *Stat. fl. Theb. v.* 263. Inacha pubes.

Inacreſco, is, n. 3. acer fio. *Tertull. adv. Gnoſt. cap.* 1. Nauſea nominis inacreſcit. Al. leg. *inaccreſcit*, hoc eſt creſcit.

Inactuoſus, a, um, ſegnis, deſes. *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei, c.* 16. Faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, ideſt nimis deſidioſum, & inactuoſum. Adde *Serv. ad Æn.* 3. *v.* 587.

Inadibilis, le, *inacceſſibile*, qui adiri non poteſt, inacceſſibilis. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Lacus voraginoſus, & veſtigiis inſpectoris inadibilis.

In adverſum. V. Adverſus adverb.

Inadulabilis, le, o. 3. *non ſoggetto alle adulazioni*, ἀκολάκευτος, non obnoxius adulationi. *Gel. l.* 14. *c.* 4. Judicem oportere eſſe gravem, ſanctum, ſeverum, incorruptum, inadulabilem.

Inadultus, a, um, adject. non adultus. *Ovid. Heroid. epiſt.* 12. *v.* 93. Jungis & ærispedes, inadulto corpore, tauros. *Prudent. Apotheoſ. v.* 131. Inadultis fratribus. h. e. tribus pueris in fornace Babyl.

Inædificatio, onis, f. actus inædificandi. *Plaut. Mil.* 2. 2. 55. Ecce autem ædificat: columnam mento ſuffulſit ſuo; apage, non placet profecto mihi illa inædificatio.

Inædificatus, a, um, in aliquo loco ædificatus. *Liv. l.* 39. *c.* 44. Et quæ in loca publica inædificata, immoliti ve privati habebant, demoliti ſunt.

Inædifico, as, a. 1. *fabbricare*, בָּנָה, Ger. *bauen*, Gal. *edifier*, Hiſp. *edificar*, ἐνοικοδομέω, est ædificare, vel locum aliquem ædificiis implere. *Caſ.* 1. *B.C. c.* 27. Inædificare plateas, ideſt plateas ædificiis obſtruere. ¶ Aliquando accipitur pro jungere, vel adaptare in ædificio. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Inædificatur nido lapis aetites, quem aliqui dixere gagatem. ¶ Aliquando pro deſtruere id, quod ædificatum eſt. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 15. A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine fœdata eſſe neſcimus? ¶ Translate ponitur pro inferare, immittere. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 2. Adoleſcens patrias laboris, quantumcunque imponeret avunculus, & ut ita dicam, inædificare voluiſſet, laturus.

Inæquabilis, le, adject. *diſuguale*, ἀνώμαλος, inæqualis. *Cic. Partit. c.* 4. Inæquabili varietate diſtinguere.

Inæquabilitas, atis, f. *diſuguaglianza*. *Arnob. l.* 2. Inæquabilitas elementorum.

Inæquabiliter, adverb. inæqualiter. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. Ova inæquabiliter matureſcunt.

Inæqualis, le, n. 3. *diſuguale*, Ger. *ungleich*, Gal. *inegal*, Hiſp. *deſygual*, ἀνώμαλος, non æqualis, diſpar. *Mart. l.* 1. *epigr.* 56. Pinguis inæquales oneraat cui villica menſas. *Plin. l.* 9. *ep.* 5. Nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius. *Sueton. Auguſt. c.* 75. Inæqualiſſimarum rerum ſortes.

Inæqualitas, atis, f. *diſuguaglianza*, Ger. *ungleichheit*, Gal. *inegalité*, Hiſp. *deſigualdad*, ἀνωμαλία, diſparitas. *Col. l.* 3. *c.* 12. Opus eſt inter has inæqualitates magna temperamento.

Inæqualiter, adv. *inegualmente*, ἀνίσως, cum inæqualitate. *Col. de arb. c.* 7. Sicubi inæqualiter fodi videbitur. *Liv. l.* 37. *c.* 53. Inæqualiter alios deprimere, alios extollere.

Inæquatus, a, um, adject. inæqualis, *diſuguale*. *Tibull. l.* 4. *el.* 1. *v.* 43. Qualis inæquatum ſi quando onus urget utrinque.

Inæquo, as, a. 1. *agguagliare, ſpianare*, ἰσόω, adæquo, complano, planum, & æquum facio. *Caſ.* 1. *B. C. c.* 27. Hæc levibus cratibus, terraque inæquat.

Inæſtimabilis, le, o. 3. *ineſtimabile*, Germ. *das man nicht ſchetzen mag*, Gal. *ineſtimable*, Hiſp. *ineſtimable*, ἀτίμητος, quod æſtimari non poteſt. *Cic.* 3. *Fin. c.* 6. Contraque inæſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium. *Liv. l.* 35. *c.* 14. Inæſtimabilis imperator.

Inæſtimatus, a, um, adject. non æſtimatus, ut inæſtimata prædia, *Tryphon. Digeſt.* 23. 3. 10. Inæſtimatus fundus.

Inæſtuo, as, n. 1. idem quod æſtuo, aut valde æſtuo. *Hor. Epod.* 11. Bilis inæſtuat præcordiis.

Inaffectatus, a, um, non affectatus. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Quia mire ſimplicitas illa, & ſecuritas inaffectatæ orationis tenues cauſas decet.

Inaggeratus, a, um, in aliquo loco aggeratus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 3. *in carm.* Ne fors tempore poſtumo viator, Ignorans reverentiam ſepulti, Tellurem teres inaggeratam.

Inagitabilis, le, adject. qui agitari non poteſt. *Senec. l.* 5. *quæſt. nat. c.* 5. An exiſtimas, aerem inertem, inagitabilem relictum eſſe?

Inagitatus, a, um, adject. *non agitata*. *Senec. epiſt.* 75. *ad fin.* Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus nec mortem horrebimus, nec Deos.

Inalbeſco, is, n. 3. albus fio. *Celſ. l.* 2. *c.* 7. Venæ ſub lingua inalbeſcunt.

Inalbo, as, avi, atum, a. 1. album facio, *imbiancare*. *Apul. l.* 10. *Met.* Cerei nocturnas tenebras inalbabant.

Inalgeſco, is, n. 3. idem ac algeſco. *Celſ. l.* 3. *c.* 3. Ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt.

Inalienatus, a, um, adject. non alienatus. *Scribon. Larg. compoſit.* 214. Adjicitur propolis inalienatæ, ſinceræ, bonæ ſelibra.

Inalienus, a, um, non alienus. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 8.

Inalpini, m. 2. qui Alpes incolunt. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *Sueton. Aug. c.* 21.

Inaltatus, a, um, in altum ſublatus. *Apul. in Triſmegiſt.* Inaltata eſt Mundi rotunditas in modum ſphæræ.

Inaltero, as, a. 1. *Tertull. de Virg. veland. c.* 14. Quas non diviſit, tacendo inalteravit. h. e. alteram in altera complexus eſt.

Inamabilis, le, o. 3. ἀνέραστος, quod non poteſt amari, in quo nihil eſt, quod ametur. *Ovid. l.* 1. *de Pont. ep.* 6. Non cadit in mores feritas inamabilis iſtos. *Senec. Controverſ.* 10. Nihil eſt inamabilius, quam diligens ſtultitia.

Inamareſco, is, n. 3. idem ac amareſco. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 7. *v.* 107. Namque inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ.

Inamatus, a, um, *non amato*, inamabilis. *Sil. l.* 12. *v.* 527. hinc Aliſanus Iaccho non inamatus ager.

Inambitioſus, a, um, *ſenza ambizione*, non ambitioſus. *Ovid.* 11. *Met. v.* 746. Secretos montes, & inambitioſa colebat rura.

Inambulatio, onis, f. 3. *paſſeggio, paſſeggiamento*, ambulatio, deambulatio. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 15. Si contentio fiet, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara ſupploſione uti oportebit. Adde *Cicer. in Brut.*

Inambulo, as, n. 1. *paſſeggiare*, περιπατέω, ſpatior, ſpatio ambulando conficio. *Cic. Att.* Ante lucem inambulabam domi. *Liv. l.* 23. *c.* 43. Per muros inambulare.

Inamœnus, a, um, *ſpiacevole*, ἀτερπής, injucundus. *Ov.* 10. *Met. v.* 15. Perſephonen adiit, inamœnaque regna tenentem.

Inanelatus, a, um, inanis, atque irritus factus. *Ulpian. Dig. l.* 50. *tit.* 4. *leg.* 18. Solutione chirographo inaneſato, & pignoribus liberatis. *Al. leg.* inani facto.

Inaneſco, is, n. 3. inanis fio, κενόομαι. *Ammian. l.* 23. *c. ult.* Conchulæ concuſſæ metu fulgurum inaneſcunt.

Inania, æ, f. 1. idem ac inanitas. *Plaut. Aul.* 1. 2. 6. Inaniis oppletæ ſunt, atque araneis.

Inaniloquus, a, um, κενολόγος, qui inania loquitur. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 44. Surdus ſum profecto, inaniloquus es. Al. leg. *inanilogus*, alii *inanilogiſta*, quæ idem ſignificant.

Inanimalis, le, adject. inanimatus, non animalia. *Apul. Triſmeg.* Animalia omnia, & inanimalia. *Macrob. l. Sat.* 4. *c.* 6. Sermo dirigitur ad inanimalia. Adde *Tertull. Apol. c.* 48.

Inanimans, antis, adject. o. 3. inanimalis. *Senec. epiſt.* 58. Corpus quomodo dividis? ut dicam, aut animantia ſunt, aut inanimantia. A. leg. *inanimata*.

Inanimatus, a, um, *ſenza anima*, Ger. *ohne leben*, Gal. *inanimé*, Hiſp. *inanimado*, ἄψυχος, anima carens, expers animæ, quod non habet animam, non vivit. Vocem hanc *Lambinus* omnino rejicit ut barbaram. *Voſſius* dubiam habet: defendunt *Manut. & Borrich.* In optimis ſane Ciceronis editionibus hæc verba leguntur *l.* 3. *N. Deor. c.* 16. Stellas belluarum nomine appellas, ut Capram, Lupam, Taurum; aut rerum inanimatarum, ut Argon, Aram, Coronam. Et *in Top. c.* 18. Animata inanimatis anteponantur.

Inanimentum, i, n. inane, res inanis. *Plaut. Stich.* 2. 1. 19. (*al.* 1. 3. 19.) Inanimentis explementum quærito.

Inanimis, a, adject. o. 3. inanimus. *Apul. l.* 1. *A. A.* Inanimis, nudus, & frigidus. Al. leg. *exanimis*.

Inanimus, a, um, idem ac inanimatus. *Cic.* 1. *Tuſc.* Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur externo. *Id.* 4. *Acad. c.* 12. Inter inanimum, & animal hoc intereſt.

Inanio, is, ivi, itum, a. 4. *votare*, הֵרִיק, Ger. *leer machen*, Gal. *vuider*, Hiſp. *vaziar*, κενόω, ἐκκενόω, vacuo. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Herbacea atefacta per ſe inanis alvum. ¶ Comp. exinanio.

Inanis, ne, n. 3. *voto*, רֵיק, Ger. *leer*, Gal. *vuide*, Hiſp. *vazio, vano, hueco*, κενός, vacuus, caſſus, ab ἶνάω, vel ἰνέω, inanio. *Cic. in Acad.* Tu ne inane quicquam eſſe putas, cum ita completa, & conferta ſint omnia? &c. ¶ Jungitur ſæpe genitivo. *Cic.* 1. *de Or.* Deinceps omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus. ¶ Vel ablativo. *Cic. in Piſon.* Nulla abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili, & ſuavi exierat. ¶ Translate accipitur pro vano, ſupervacaneo. *Cic.* 3. *de Or.* O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones! ¶ Quandoque ponitur pro otioſo. *Hor. in Ser. l.* 2. *Sat.* 4. *v.* 76. Inanes hoc juvat. ¶ Item pro ambitioſo, ſuperbo. *Cic. epiſt.* 3. *ad Brutum*. Nihil eſt in me inane, neque enim debet. *Salluſt. Jug.* Homo inanis, & regiæ ſuperbiæ. ¶ Comp. inanior. ſup. inaniſſimus. *Cic. in Verr.* 5. *c.* 52. Ager Agyrinenſis ſeptuaginta aratoribus inanior eſt. *Id. pro Mur. c.* 12. Hæc inaniſſime prudentiæ reperta ſunt. ¶ Inane, is, ſubſt. n. 3. id, quod a Philoſophis vacuum dicitur. *Cic. de nat. Deor.* Nihil eſt, quod vacet corpore, corporibus omnis obſidetur locus: ita pulſum

Digitized by Google

lum inane eſſe poteſt. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 41. Vectam frenatis per inane draconibus, &c. *per l' aria.*

Inanĭtas, atis, f. 3. *vacuità*, ריק, Ger. *leerheit*, Gal. *vuide*, *vanité*, Hiſ. *vanidad*, *vacuidad*, κενότης, vacuitas. *Cic. de Fato.* Cum duo individua per inanitatem ferantur. ¶ Item pro vanitate ponitur. *Cic.* 1. *Fin.* Ut ſapiens ſolum, amputata, circumciſaque inanitate omni, & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit, & ſine metu vivere.

Inanĭter, adv. *vanamente*, ריק, Ger. *umſonſt*, Gal. *en vain*, *vainement*, *vanamente*, κενῶς, vane. *Cic.* 4. *Tuſc.* Cum tamen inaniter, & effuſa animus exultat. ¶ Item fruſtra, *in vano.* *Ovid.* 2. *Met.* Et medicas exercet inaniter artes.

Inanītus, a, um, *votato*, evacuatus, partic. ab inanior. *Plin. l.* 29. *c.* 5. Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit.

In ante. V. Ante.

Inanteſtatus. V. Inatteſtatus.

Inapertus, a, um, non patens, non expoſitus. *Sil. l.* 7. *v.* 26. Fraudi inaperta ſenectus.

Inapparatĭo, onis, f. 3. *negligenza*, incuria, negligentia apparationi contraria. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 4. Ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

Inapprehenſibĭlis, le, adject. *che non ſi può comprendere.* *Tertull. adverſ. Valent. c.* 11.

Inaquōſus, a, um, adject. ſiccus, aridus. *Tertull. de Baptiſm. c.* 2. Serpentes arida, & inaquoſa ſectantur.

Inarātus, a, um, *non arato*, ἀνήροτος, non aratus. *Virg.* 2. *Georg.* Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

Inartŭlum, i, n. virgula erat ex malo punico incurvata, quam regina ſacrificans in capite geſtabat. *Feſtus.*

Inardĕo, es, n. 2. idem ac ardeo. *Cic.* 2. *de Or. c.* 54. Flammam a ſapiente facilius ore inardente opprimi. *Hor. Epod.* 3. Nec munus humeris efficacis Herculis inarſit æſtuoſius.

Inardeſco, n. 3. idem ac ardeſco, flammam concipio, igne accendor, igne, ſeu calore conſumor. *Virg.* 8. *Æn. v.* 623. Qualis cum cærula nubes Solis inardeſcit radiis, longeque refulget.

Inarefactus, a, um, adject. aridus factus. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Cinis inarefactus.

Inareſco, is, n. 3. idem ac areſco, vel intus, vel penitus areſco. *Col. l.* 1. Cum prædictum tectorium inaruerit. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Inareſcunt lacrymæ.

Inargentātus, a, um, *inargentato*, מצפה כסף, Ger. *uberſilbert*, Gal. *argenté*, Hiſp. *plateado*, argento coopertus, obvolutus, illitus. *Pl. l.* 21. *c.* 2. Poſtquam a lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata dabantur.

Inargūte, adv. *non argutamente*, Germ. *nicht ſubtil*, Gal. *ſans ſubtilité*, Hiſp. *ſin ſutileza*, non acute. *Gell. l.* 21. *c.* 13. Non mehercule inargute, inquit, nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.

Inargūtus, a, um, adject. *non arguto*, ne ſententia non inarguta. *Ulp. Dig.* 7. 5. 5.

Inarĭme, es, inſula in ora Campaniæ prope Neapolim, in ſinu Puteolano. *Plin. l.* 3. *c.* 6.

Inăro, as, a. 1. idem ac aro. *Plin. l.* 18. *c.* 24. Inarari protinus ſolum opus eſt. *Col. l.* 2. *c.* 2. Inarare arbores. ¶ Interdum idem eſt, quod arando obruere, ut cum lupinum, fabaliave, aut quid ſimile ſtercorandi agri gratia aratro obruimus. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 23. Lupinum pro ſtercore inarare ſolent.

Inarticulātus, a, um, *non articolato*, ἄναρθρος, non articulatus, non expreſſus, & nihil ſignificans, ut *coax*, *cra* (quod affert exemplum *Priſcian. initio l.* 5.) quæ a nullo affectu mentis proficiſcuntur. *Arnob. l.* 1. *pag.* 59. Nonne, vocem ſi fuerit coactus emittere, ut ſolemne eſt mutis, inarticulatum neſcio quid ore hiante clamabit?

Inartificiālis, le, adject. *non artifizioſo.* *Quintil. l.* 5. *c.* 1. Illas ἀτέχνους, id eſt inartificiales vocaverunt. Adde *c.* 5.

Inartificialĭter, adv. *non artifizioſamente*, Ger. *nicht kunſtlich*, Gal. *ſans artifice*, Hiſp. *ſin artificio*, ἀτέχνως, ſine artificio. *Quinct. l.* 2. *c.* 17. Qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Inaſcenſus, a, um, adject. non aſcenſus, inacceſſus. *Plin. Paneg. c.* 65. Procedere in roſtra, inaſcenſumque illum ſuperbia principum locum tenere.

Inaſpectus, a, um, *non viſto*, non viſus, non conſpectus. *Stat.* 1. *Theb. v.* 50. Imaque receſſa ſedis inaſpectus cœlo, radiiſque Penates ſervantem.

Inaſpicuus, a, um, adject. ἀνεόρατος, inaſpectus. *Auſon. epiſt.* 23. *v.* 22. Semper inaſpicuis prodentur ſcripta favillis.

Inaſſātus, a, um, *arroſtito*, ἄοπτος, idem ac aſſatus. *Plin. l.* 30. *c.* 8. Varendorum formicationibus, verrucisque medetur arietinæ pulmonis inaſſati ſanies.

Inaſſĕro, as, avi, atum, a. 1. contabulo, *intavolare.* *Vet. Inſcript. apud Grut. p.* 207. Ferroque figito, inaſſerato aſſeribus abiegnis ſectilibus.

Inaſſuētus, a, um, *inſueto*, *non conſueto*, ἀηθής, inſuetus, inuſitatus. *Ov. in Ibin.* Cogit inaſſuetas ſumere tela manus. Adde *Sil. l.* 3. *v.* 236.

Inattaminatus, a, um, adject. *non contaminato.* *Tertull. de cor. mil. c. ult.* Serva Deo rem ſuam inattaminatam.

Inattente, adverb. *ſenza attenzione*, *ſenza badare.* *Ammian. l.* 30. *c.* 8. Ad pavores irritos aliquoties abjectius pallens, & quod nuſquam erat, inattente formidans.

Inattenuātus, a, um, adject. *non eſtenuato.* *Ovid.* 8. *Metam. v.* 850. Attenuarat opes, ſed inattenuata manebat Tum quoque dira fames.

Inatteſtātus, a, um, particip. qui teſtatus non eſt, qui in jus non eſt vocatus. *Plaut. Curc.* 5. 3. 17. Hoccine pacto indemnatum, atque inatteſtatum me arripi? Alii leg. *inteſtatum*, alii *intanteſtatum.*

Inaudax, acis, o. 3. *timido*, δειλός, timidus. *Hor. l.* 3. *Carm. ode* 20. Dura poſt paulo fugies inaudax Prælia raptor.

Inaudibĭlis, le, adject. qui nequit audiri. *Cenſorin. c.* 13. Ut dulciſſimam concinant melodiam, ſed inaudibilem.

Inaudĭo, is, a. 4. *ſilevare*, ἐπακούω, idem eſt ac ſimplex audio, ſed ab antiquis videtur uſurpatum de rebus occultis. *Cic. Panſæ*, *apud Non.* Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. *Id.* 9. *Fam.* Aquini, & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me, quæ te video inaudiiſſe.

Inauditiuncŭla, æ, f. *dottrinella*, ἀκουσμάτιον, auditiuncula. *Gell. l.* 5. *c.* 21. Habebatque nonnullas diſciplinæ Grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoataſque, partim non probas.

Inaudītus, a, um, *inaudito*, *nuovo*, לא נשמע, Ger. *unerhoert*, Gal. *inoui*, Hiſp. *no oydo*, ἀνήκουστος, non auditus, novus, inuſitatus, partic. ab *in*, & *audior.* *Cic.* 1. *de Or.* Nihil dicam reconditum, nihil expectatione veſtra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. ¶ Interdum ſignificat id, quod non audit, teſte *Nonio*, qui adducit etiam verba *Gell. l.* 8. *c.* 7. Quædam animalium aut cæca gignuntur, aut muta, aut inaudita. Al. leg. *inaurita.*

Inaverſabĭlis, le, adject. ἀναποτρέπτως, qui averti, & evitari non poteſt. *Apul. in Triſmegiſt.* Æternitas inaverſabilis, immobilis, inſolubilis eſt. al. leg. *inaverſibiles.*

Inaugurātĭo, onis, f. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 11. Inauguratio quædam dividendæ doctrinæ Valentini, *h. e.* augurium, principium.

Tom. I.

Inaugurāto, adv. οἰωνιστικῶς, idem ac augurato, id eſt, captato augurio, præcedente augurio, & addicentibus avibus. *Liv. l.* 1. Id quia inaugurato Romulus fecerat.

Inaugurātus, a, um, adject. auguriis captis electus, dedicatus. *Cic. in Brut. init.* Recordabar me inauguratum ab eodem. ¶ In *vet. gloſſ.* inauguratus exponitur inauſpicatus, ἀνοιωνίστως, ſed caret exemplis.

Inaugŭro, as, a. 1. οἰωνίζομαι, augurium capto. *Plaut. Aſin.* 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum eſt. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Palatinum Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum capiunt. ¶ Inaugurare locum, eſt, capto augurio locum rei gerendæ auſpicatum deligere. *Liv. l.* 3. *c.* 20. Augures juſſos adeſſe ad Regillum lacum exciverat; locumque inaugurari, ubi auſpicato cum populo agi poſſet. Transfertur etiam ad homines, cum munus aliquod publicum ſuſcipiunt, nefas enim erat veteribus Magiſtratum aliquem, aut Sacerdotium aſſumere, aut ædem Diis ſacrare, niſi captis prius auguriis. *Cic. Phil.* 2. *c.* 43. Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? Sume diem, vide, qui te inauguret. *Liv. l.* 30. *c.* 26. Augur in locum ejus inauguratus eſt filius. ¶ Interdum inaugurare eſt divinare, *indovinare.* *Liv. lib.* 1. *c.* 36. Agedum divine, inaugura fieri ne poſſit, quod nunc ego mente concipio.

Inaurātor, oris, m. 3. *indoratore*, χρυσοτέχνης. *Firmic. l.* 3. *c.* 4. Faciet aurifices, inauratores, &c. Adde *Inſcript. apud Grut. p.* 1074. *n.* 11.

Inaurātus, a, um, *indorato*, מצפה זהב, Ger. *ubergueldet*, Gall. *doré*, Hiſp. *dorado*, χρυσόβαφος, auro intectus. *Cic. Verr.* 4. *c.* 22. Inaurata ſtatua. *Tertull. de Pall. c.* 3. Omni patagio inauratior.

Inaures, f. 3. *ornamento dell' orecchie*, *pendente*, נזם, Germ. *eine ohrenſpange*, Gal. *pendant d'oreilles*, Hiſp. *zarcillo*, ἐνώτιον, ἐλλόβιον, ornamentum ab aure pendens. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Antoniæ Druſi murenæ, quam diligebat, inaures addidit.

Inaurĭtus, a, um, *che non ha orecchie*, ἄωτος, carens auribus. Exemplum V. in *Inauditus.*

Inauro, as, a. 1. *dorare*, *indorare*, צפה זהב, Ger. *uberguelden*, Gall. *dorer*, Hiſp. *dorar*, χρυσόω, auro tego, vel aurum induco. *Plin. l.* 33. *c.* 3. ¶ Per Metaphoram accipitur pro divitem facere. *Cic. ad Treb. l.* 7. *Fam.* Puto, te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari.

Inauſpicato, adv. *ſenza auſpizj*, *con importuni auſpizj*, Ger. *zur boeſen ſtund*, Gal. *ſans auſpices*, Hiſp. *ſin auſpicios*, ἀνοιώνιστον, non captatis, vel perperam captatis auſpiciis. *Cic.* 1. *de Div. c.* 27. Quod inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet.

Inauſpicatus, a, um, adject. non auſpicatus, infelix, ſine auſpicio. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Bibente conviva, menſam tolli, inauſpicatiſſimum habetur. *Id. l.* 18. *c.* 1. Inauſpicatorum animantium vice.

Inauſus, a, um, ἀτόλμητος, quod quis non audet. *Virg.* 8. *Æn. v.* 205. quid inauſum, aut intentatum, ſceleriſve, doliſve fuiſſet. *Sen. Thyeſt.* An me innocentem faciat, & inauſa audeat.

Incædŭus, a, um, *che non ſi taglia*, ἄτμητος, quod non cæditur, ex *in*, & *cædeor*, ut Incædua ſylva, quæ non cæditur. Incædui montes, intonſi, ſylvoſi, in quibus arbores non cæduntur. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 435. Multis incæduus annis Junonis magnæ nomine lucus erat. *Id. l.* 3. *Amor. v.* 1. Stat vetus, & multos incædua ſilva per annos. Alii utrobique *incæduus* legunt.

Incæſpitator. V. Cæſpitator.

Incalare, invocare. *Feſtus*: incalento, invocanto.

Incalatĭo, onis, f. invocatio. *Feſtus.*

Incalative, adverb. vocative. *Feſt.*

Incaleſco, is, lui, n. 3. *ſcaldarſi*, *devenir colde*, διαθερμαίνομαι, valde calidus fio. *Col. l.* 2. *c.* 4. Proſcindendi ſunt anni tempore jam incaleſcente. *Liv. l.* 1. *c.* 57. Incaluerat vino.

Incalfăcĭo, is, eci, actum, a. 3. *ſcaldare*, θερμαίνω, calidum facio. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 919. Quantum ſi culmos Titan incalfacit.

Incallĭde, adv. *ſenza aſtuzia*, *ſemplicemente*, *puramente*, ἀπλῶς, non callide, ſimpliciter. *Cic.* 3. *Off. c. ult.* In his tribus generibus non incallide tergiverſantur.

Incallĭdus, a, um, *ſemplice*, *non aſtuto*, ἄτεχνος, ἀπλοῦς, non callidus, ſimplex. *Cic.* 1. *de Inv.* Arbitror, alios fuiſſe non incallidos homines. Adde *pro Cluent. c.* 16.

Incălo, a. 1. *chiamare*, καλέω, voco, ab in, & calo. *Feſt.*

Incandeſco, is, incandui, n. 3. *divenir infocato*, ἐκπυρόομαι, candens, & ignitus fio, vehementer incendor. *Ov. Met.* 2. *v.* 739. Volat hoc, atque incandeſcit eundo.

Incandĭdo, as, avi, atum, a. 1. candidum facio. *Firmic. de error. relig.* Maculas Chriſti ſanguis incandidat.

Incaneſco, is, nui, n. 3. *farſi canuto*, *imbiancharſi*, πολιόομαι, canus fio. *Catul. in Argon.* Spumis incanuit unda.

Incantamentum, ti, n. 2. *incantamento*, כשף, Germ. *zauberey*, Gal. *enchantement*, Hiſp. *encantamiento*, ἐπῳδή, μαγεία, incantatio. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Valeant ne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incantatĭo, onis, f. ἐπῳδή, incantamentum. *Firmic. l.* 5. *Aſtrol. c.* 5. Magicas inſequentur incantationes. *Tertull. l.* 1. *de cul. fæm. c.* 2. Incantationum vires.

Incantātor, oris, m. 3. *incantatore*, *ſtregone.* *Tertull. de idololatria c.* 9. Aut incantatores, aut conjectores, aut magos.

Incanto, as, avi, atum, *incantare*, כשף, Ger. *zauberey treiben*, Gal. *enchanter*, Hiſp. *encantar*, ἐπᾴδω, eſt magicis carminibus moliri aliquid ſupra naturam, ab *in*, & *canto.* *Plin. l.* 28. *c.* 2. Qui malum carmen incantaſſet. *Horat. lib.* 1. *Sat.* 8. *ad fin.* Incantata vincula. ¶ Pro cantare in aliquo loco. *Apulei. l.* 9. *Metam.* Paſſerem incantantem ſepiculæ conſectatur arripere.

Incānus, a, um, *canuto*, שב, Germ. *grauen vor alter*, Gall. *chenu*, Hiſp. *muycano*, πολιός, idem quod canus, aut valde canus. Nam *in* ſæpe otioſum eſt, vel auget. *Catull. de nupt. Pelei*, & *Thetidis.* Cum cinerem incanos ſolvent a vertice crines. ¶ Incana herba, ſeneſcens, vel ſubalbida lanugine canitiem referens. *Col. l.* 8. *c.* 2. Quæ velut incanæ barbæ dependent.

Incăpax, acis, adject. o. 3. non capax, *incapace.* *Prudent. in Rom. v.* 588. Scio, incapacem te ſacramenti, impie. Et *v.* 348. Ædes incapax ſolvi.

Incapiſtro, as, avi, atum, a. 1. capiſtro vincio, irretio. *Apul. l.* 11. Cum me malis incapiſtraſſet erroribus.

Incarcĕro, as, a. 1. in carcerem detrudo. Sunt qui Varroni tribuunt, ſed valde incerta res eſt, ipſaque per ſe vox minus redolet latinitatem. Habet tamen *Sariſber.* ætatis inferæ Auctor, *l.* 6. *c.* 18. ¶ Hinc incarceratio, onis, & incarceratus, a, um, ejuſdem farinæ ſunt: quorum primum nonnulli *Plinio* tribuunt, ſecundum *Livio.*

Incaſeātus, a, um, inſtar caſei coagulatus, ut Mons incaſeatus, *Auguſtin. l.* 9. *Confeſſ.*

Incaſſum, *in vano*, ריק, Germ. *umbſonſt*, Gal. *en vain*, Hiſp. *en vano*, ὁμῶς, μάτην, fruſtra, inaniter, a *caſſus*, vanus, inanis. *Virg.* 7. *Æn. v.* 421. Turne, tot incaſſum fruſtra patiere labores. Adde *Liv. l.* 10. *c.* 29. ¶ Scribitur & diviſim *in caſſum.*

Incaſte, adverb. non caſte, inceſte. *Senec. controverſ.* 13. *l.* 2. Si cum liberis torta eſt, & incaſte.

Incaſtigatus, a, um, *impunito*, ἀκόλαστος, non caſtigatus. *Hor. 1. Ep. 10. v. 45.* Nec me dimittes incaſtigatum.

Incavillatio, onis, f. per deſpectum irriſio. *Feſtus.*

Incavo, as, *a.* 1. *cavare, incavare*, κοιλαίνω, idem quod cavo, excavo, effodio. *Col. l. 4. c. 23.* Cum allevare, ſcalpro, eum incavare, roſtro.

Incaute, adv. *inconſideratamente, inconſideratamente*, Germ. unvorſichtig, Gal. *par megarde, imprudemment*, Hiſp. *incautamente*, ἀπερισκέπτως, improvide, imprudenter. *Cic. Att. l. 7. ep. 10.* Stulte omnia, & incaute agi judico. *Liv. l. 21. c. 7.* Sed dum incautius ſubit muros.

Incautus, a, um, *incauto, non avveduto*, Germ. un vorſichtig, Gall. *imprudent*, Hiſp. *incauto*, ἀφύλακτος, qui ſibi cavere nequit. *Cic. pro Planc.* Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimovere potuerunt. *Liv. l. 40. cap. 5.* Juvenis incautus a fraude fraterna. *Id. l. 30. c. 13.* Juventa incautus. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Incautiſſimus, quia credulus. ¶ Eſt item ille, qui non cavetur. *Silius l. 2. v. 99.* ruereque inopina ſub ictu Ante fera incauto: *Tacit. Ann. 1. c. 50.* Iter incautum hoſtibus. *non guardato da' nemici.*

Incedo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *camminare*, צָעַד, Germ. *herein gehen*, Gal. *marcher*, βαδίζω, eſt ingredi, ideſt, ambulare, ire. *Cic. 1. de Div.* Quacunque incederet, omnia arbuſta, virgulta, tecta pervertere. *Senec. l. 4. Controv.* Dives, & pauper eadem veſtigia inceſſimus. *Virg. 1. Æn.* Regina inceſſit ad templum. *Liv. l. 8. c. 36.* Inceſſit deinde, qua duxit prædæ ſpes, victor exercitus. *Plaut. Rud. 3. 3. 31.* Malitiæ lenonis contra incedam. h. e. adverſabor. ¶ Incedere magnifice, *camminar con pompa. Salluſt. Jug. c. 176.* Incedunt per ora veſtra magnifice. ¶ Sæpe incedere ſignificat tarde ambulare, *andar' adagio*. *Senec. l. 7. quæſt. nat. c. 31.* Tenero, & molli paſſu ſuſpendimus gradum: non ambulamus, ſed incedimus. Al. leg. *repimus*. Adde *Plaut. Men. 5. 1. 19.* ¶ Item advenire *Tacit. l. 11. Ann. c. 32.* Nuntii incedunt undique. Eſt tamen, qui ſuſpicatur legendum *incidunt*. *Colum. l. 2. c. 1.* Ubi crepuſculum inceſſerit. ¶ Item ingruere, irrepere. *Id. Ann. 3. c. 26.* Poſtquam pro modeſtia, ac pudore timor, & vis incedebat. ¶ *Pedes incedere* dicitur qui pedibus iter facit. *Liv. l. 28. c. 9.* Neronemque, etiam ſi pedes incedat, memorabilem fore. *Plin. in paneg.* dixit incedere pedibus. ¶ *Virg. Æn. 1.* Aſt ego, quæ Divum incedo regina, h. e. ſum, habeor, appareo. ¶ Incedere lætitia, h. e. exultare, exſilire. *Cic. l. 2. Fam. ep. 9.* Repente inceſſi omnibus lætitiis.

Incelebratus, a, um, adject. *non pubblicato*. *Tacit. Ann. 6. c. 7.* Ab aliis incelebrata.

Incelebris, bre, o. 3. *non celebre*, ἀδόξαστος, non celebris. *Silius l. 8. v. 379.* Incelebri valle. *Gell. l. 5. c. 14.* Non incelebres libri.

Incendefacio, is, *a.* 3. incendo. *Trebel. Pol. in Claud. c. 8.* Qui carraginem tantam nunc incendefecit. Ita legit *Salmaſ.* Alii *incendi fecit*: alii *incendio affecit*.

Incendiarius, a, um, quod ad incendium ſpectat, ut Avis incendiaria. *Plin. l. 10. c. 13.* Inauſpicata eſt incendiaria avis, propter quam ſæpenumero luſtratam Urbem, in Annalibus invenimus, ſicut L. Caſſio, C. Mario Coſſ. quo anno & bubone viſo luſtrata eſt. Quæ ſit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam eſſe, quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus. Alii ſpinturnicem eam vocant. Sed hæc ipſa quæ eſſet inter aves, qui ſe ſcire diceret, non inveni. Hæc Plinius.

Incendiarius, ii, m. 2. *incendiario*, qui ædificiis ignem injicit. *Quinctil. l. 9. Declam.* Miſcebar inter ſacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus eſt) homicidas incluſus turpiore cuſtodia. Adde *Tacit. 15. Ann. c. 67. Sueton. Vitel. c. 17.*

Incendioſus, a, um, adject. Incendio, ſeu calore plenus. *Apul. de herb. c. 58.* Folia guſtu cemordentia, & incendioſa. *Fulgent. l. 1. Mythol. c. 15.* Solis tenus incendioſior.

Incendium, dii, n. 2. ſumitur pro inflammatione, combuſtione, *incendio*, הַבְעֵרָה, Ger. *brunſt*, Gall. *embraſement*, Hiſp. *incendio*, ἐμπρησμός, ἐμπύρευσις. *Cic. in Catil.* Eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque orbis incendia. ¶ Per Metaphoram accipitur pro calamitate, damno, exitio. *Cic. pro Mur.* Si quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum. ¶ Item pro vehementi commotione animi. *Cic. 2. de Or.* Qui in accuſando ſodali, & Quæſtore meo tantum incendium non oratione ſolum, ſed multo etiam magis vi, & dolore, & ardore animi concitaras, &c. ¶ Sumitur etiam pro augmento, nam *incendo* ſignificat etiam augere. Hinc annonæ incendium, h. e. annonæ caritas, *careſtia di vitto*. *Manil. l. 2.* Et gravia annonæ ſpeculantem incendia ventis Credere opes. *Quintil. Declam. 12.* Etiam ſi quid condituri erat, ut carius venderent, ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt. V. *Incendo.*

Incendo, is, di, ſum, a. 3. eſt inflammare, comburere, *infiammare*, *abbruciare*, הִבְעִיר, Ger. *anzuenden*, Gall. *bruler*, Hiſp. *quemar*, ἐμπρήζω. *Cic. Att. l. 9. ep. 6.* Naves, quibus uſus non eſt, omnes aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt. ¶ Transfertur eleganter ad animum, & ſignificat affectum aliquem vehementer commovere, concitare. *Cic. Fam. 15. ep. 21.* Cum incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ. *Id. Tuſc. 1. 2. 2.* Omnes incenduntur ad ſtudia gloriæ. *Ter. Hecyr. 4. 1. 47.* Incendi ira. Sic incendi amore, deſiderio, dolore, &c. apud *Cic. Virg. & al.* ¶ Incendere aliquem ſimiliter dicimus pro concitare, commovere. *Virg. 4. Æn. v. 360.* Deſine meque tuis incendere, teque querelis. ¶ Et incendere aliquid, pro augere. *Id. Æn. 9. v. 500.* Illam incendentem luctus. Qua ratione incendere annonam, apud *Varr. l. 3. R. R. c. 2. incarire il vitto*. Et *Nonius*: Edones Romam, ut turba annonam incendat. ¶ Incendere genus ſuum, *rovinar la ſua caſa*. *Plaut. Trin. 3. 2. 49.* Si iſtuc conare, tuum incendes genus. V. integrum Plauti locum. ¶ Incendere urbem clamore, h. e. implere. *Virg. 11. Æn. v. 147.*

Incenſe, adverb. vehementer. *Gell. l. 10. c. 3.* Cicero odium in Verrem apud cives R. incenſe, atque acriter, atque inflammanter facit.

Incenſio, onis, f. idem ac incendium. *Cic. pro Syl a.* Incenſione Urbem, internecione cives, vaſtitate Italiam, interitu Rempublicam liberavit.

Incenſivus, a, um, adject. ad incendendum aptus. *Macer l. 4. c. 10.* Juniperi virtus eſt incenſivaque, & acris.

Incenſor, oris, m. qui incendit, incendiarius. *l. 16. Dig. de pœnis*, Meſſium incenſorem. ¶ Item commotor, concitator. *Ammian. l. 31. c. 25.* Perempto incenſore turbarum.

Incenſus, a, um, adject. ab incendo, *acceſo*, *abbruciato*. *Virg. Æn. 2. v. 327.* Incenſa urbs. ¶ Translate commotus, iratus. *Id. 3. Æn. v. 298.* Incenſum pectus amore. *Cic. de prov. Conſ. c. 14.* Incenſus ad Remp. bene gerendam. *Id. de opt. gen. Orat.* Inimicitiis incenſa contentio. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 48.* Equum incenſus calcaribus. ¶ Addit *Paſſerat.* exemplum ex *Claudian. l. 3. de rapt. Proſ. v. 201.* Phlegra nobis incenſior æther, ſed ibi legendum *infenſior*.

Incenſus, a, um, adject. a cenſeo, non cenſus, ἀτίμητος, h. e. qui nomen ſuum, & rei in cenſum non detulit. *Liv. l. 1. c. 44.* Cenſu perfecto, quem maturaverant metu legis de incenſis latæ. *Cic. pro Cæc. ſub fin.* Dum populus incenſum vendit, hunc judicat, &c.

Incentio, onis, f. 3. ἐπαοιδή, cantio, ſeu cantilena, ab *incento*, *as*, quod a *canto*. *Gell. l. 4. c. 13.* Democritus docet, plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum. ¶ Specialiter ſumitur pro incantamento, quod vocis modulatione fiebat. *Gell. l. 16. c. 11.* Et incentionibus, herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula.

Incentivum, i, n. ſtimulus, incitamentum, *incentivo*. *Prudentii* eſt, *Ammiani*, *Hieronymi*, & ſimilium ſequioris ævi ſcriptorum.

Incentivus, a, um, ἐνδόσιμος, quod ad canendum inſervit. Tibia incentiva, quæ a dextra canit, ſicut ſuccentiva, quæ a ſiniſtra ſuccinit. *Var. de re ruſt. l. 1. c. 2.* Et ut dextra tibia alia, quam ſiniſtra, ita, ut tamen ſit quodammodo conjunctiva, quod eſt altera ejuſdem carminis modorum incentiva, altera ſuccentiva. ¶ Accipitur etiam pro incitativo, quod milites intentione tubarum ad prælium ſolent incitari. *Plin. in Pan.* Non tubæ ſolum, ſed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquid ſeruntur habuiſſe.

Incentor, oris, m. qui incinit, a cantus. *Iſid. l. 6. c. 19.* ¶ Item auctor, ſtimulator. *Paulin. Nolan. epiſt. 29.* Incentor potius, quam conſolator lacrymarum. *Ammian. in princ. l. 15.* Igneus turbarum incentor. *Oroſ. lib. 7. cap. 28.* Perſecutionis Chriſtianorum incentor.

Inceps, pro deinceps, apud Vet. *Feſtus.*

Incepſit, pro inceperit, antiq. *Feſtus.*

Inceptio, onis, f. principium, actus incipiendi. *Cic. in Acad. 4. c. 38.* Tam præclari operis inceptio intermitti non debet.

Inceptivus, a, um, adject. initialis, ut inceptiva litera, apud *Diomed. Grammat.*

Incepto, as, *a.* 1. *cominciare*, ἐγχειρέω, freq. ab incipio. *Gell. l. 1. c. 11.* Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant. *Terent. Heaut. 3. 3. 39.* Inceptare facinus. *Id. Andr. 5. 4. 22.* Inceptare fabulam. ¶ Sunt qui ſcribunt *incœpto*, *incœptum*, &c. cum œ diphthongo, & a *cœpi* derivant: nos a capio ducimus, & diphthongum omittimus.

Inceptor, oris, qui incipit. *Ter. Eun. 5. 9. 4.* O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector.

Inceptum, i, n. *principio*, *motivo*, ἐγχείρημα, principium, inſtitutum. *Cic. in Catil.* Si cujus ego non modo factum, ſed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero. *Velle. l. 2. c. 68.* incepto pari ſimilis fortuna fuit.

Inceptus, us, m. inceptum. *Nepos 21. 2. 5.* Epaminondæ retardavit inceptus. Al. leg. *impetus*.

Inceptus, a, um, nom. ex partic. *principiato*, *intrapreſo*. *Ter. Andr. 3. 3. 37.* Amicitia, quæ incepta a parvis, cum ætate accrevit. Adde *Virg. 2. Georg. v. 39.*

Inceratus, a, um, adject. *incerato*, cera obductus. *Celſ. l. 8. c. 8.* Ex ferula facto canaliculo, eoque incerato.

Incerniculum, li, n. *crivello*, נָפָה, Germ. *einſieb*, Gall. *bluteau*, Hiſp. *cedaço*, κόσκινον, inſtrumentum, quo frumenta purgantur, antequam molantur, ab incerno. *Plin. l. 18. c. 44.* Ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

Incerno, is, evi, etum, a. 3. *crivellare*, הֵנִיף, Germ. *beuteln*, Gal. *bluter*, Hiſp. *cernar*, διακρίνω, κοσκινίζω, cribro, a *cerno*, quod eſt dirimere, ſejungere, ſeparare, & ſpeciatim cribrare. *Cato de re ruſt. c. 48.* Et eo terram cribro incernito.

Inceramentum, V. Interamentum.

Incero, as, a. 1. *incerare*, Germ. *uberwachſen*, Gall. *enduire de cire*, Hiſp. *encerar*, κηρόω, aliquid cera tego. Sic genua Deorum incerare, erat ceratis tabellis ſua vota inſcribere, eaque Deorum genibus affigere. *Juv. ſat. 10. v. 55.* Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum. Hinc *Prudent. l. 1. contra Symmach.* Saxa illita ceris.

Incerte, adverb. *incertamente*. *Ennius apud Gell. l. 19. c. 10.* Incerte mens errat animus.

Incerto, adverb. idem ac incerte. *Plaut. Pſeud. 4. 1. 7.* Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto ſcio.

Incerto, as, a. 1. *far dubbio*, Ger. *ungewiſſ machen*, Gall. *rendre douteux*, Hiſp. *hazer dudoſo*, ἀδηλόω, incertum, ſive dubium reddo. *Plaut. Epid. 4. 1. 18.* Longa dies meum incertat animum.

Incertus, a, um, *dubbioſo*, *incerto*, Germ. *ungewiſſ*, Gall. *incertain*, *douteux*, Hiſp. *dudoſo*, ἀσαφής, ἄδηλος, dubius, anceps. *Cic. Att. l. 1.* Et ille incertus, ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petivit. *Id. pro Mur.* Nihil eſt incertius vulgo, nihil obſcurius voluntate hominum. *Id. pro Sext. c. 22.* Incertiſſima ſpes. ¶ Cum genitivo *Stat. 5. Theb. v. 324.* Incertoſque ſui liquidum nunc aera lambit. Adde *Senec. in Herc. Fur. v. 183.* ¶ Incertum, neut. abſolute ponitur pro re incerta, *incertezza*, ut incerta fortunæ. *Plin. l. 3. epiſt. 19.* Incertum maris. *Tacit. Ann. 3. c. 54.* ¶ *Sueton. Aug. c. 19.* Deprehenſus eſt cultro venatorio cinctus, impos ne mentis, an ſimulata dementia, incertum. *non ſi ſa, ſe* &c.

Inceſſabilis, le, adject. *inceſſante*. *Oroſ. l. 7. proœm.* Inceſſabilibus cladibus nullos finis fuit. Adde *Eutrop. l. 1.* & *Hieron. ep. 26.*

Inceſſabiliter, adverb. *inceſſantemente*. *Capel. l. 9.* Superum inceſſabiliter pectorum arcana tenere.

Inceſſanter, adverb. inceſſabiliter. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Legebat inceſſanter auctores antiquos. Adde *l. 10. Cod. de Aquæduct.*

Inceſſio, onis, f. *Cic. Att. l. 12. ep. 3.* Inceſſionum ἀργύρων fugienda, h. e. vituperationum origines. Ita legit, & explicat *Manutius*. Alii aliter.

Inceſſit, imp. 3. eſt invadere, intrare, occupare, ab inceſſo, quod eſt freq. verbi incedo. Sed ſuſpicatur inceſſit eſt præteritum verbi *incedo*. Ut enim recte dicimus, Dolor me, vel in me invadit, ita dici poſſe videtur, Dolor me, vel in me incedit. Et ſane nuſquam apud veteres in hac ſignificatione reperitur, *inceſſabat*, *inceſſet*, *inceſſat*, *inceſſeret*, *inceſſere*, ſed *inceſſit*, & *inceſſerat*, quæ terminationes ſunt præteriti perfecti, & pluſquam perfecti. Uſurpatur vel abſolute. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 29.* In caſtris Curionis magnus omnium inceſſit timor. ¶ Vel cum dativo. *Cæſ. l. 3. B. C.* Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumque ſtudium infamiæ ſarciendæ. *Salluſt.* Quibus pro rei magnitudine belli timor tantus inſolitus inceſſerat. ¶ Vel cum accuſativo. *Liv. l. 1.* Timor deinde Patres inceſſit. *Id. l. 24.* Ipſum deinde cupido inceſſit Tarenti potiundi. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*. *Ter. Andr. 4. 2. 15.* Intelligo, unde nova religio in te iſthæc inceſſit. V. *Incedo*, & *inceſſo*.

Inceſſo, is, ſſi, vel ivi, itum, a. 3. *moleſtare*, *provocare*, גֵּרָה, Ger. *anfallen*, Gall. *moleſter*, *provoquer*, Hiſp. *enojar*, *deſafiar*, βάλλω, eſt ire in aliquem, moleſtia afficere, laceſſere, &c. freq. verbi *incedo*, a ſup. *inceſſum*. *Liv. l. 8. c. 24.* Jaculis hoſtem inceſſere. *Gel. l. 1. c. 2.* Objurgatione juſta inceſſivit. ¶ Item adoriri. *Virg. 12. Æn. v. 595.* Regina ut tectis venientem proſpicit hoſtem, Inceſſi muros, ignes ad tecta volaſſe, &c. Ita legit *Servius*, alii *incendi*. ¶ Item accuſare. *Symmachus lib. 1. epiſt. 5.* Nequicquam taciturnitatis inceſſimur. ¶ Alias hujus verbi notiones V. in *Inceſſo*.

Inceſſus, us, m. *paſſo*, *il camminare*, צַעַד, Germ. *gang*, Gall. *demarchement*, Hiſp. *grave andadura*, βάδισμα, βάδισις, greſſus, ambulatio, & dicitur tum de hominibus, tum de aliis animalibus. *Cic. 1. Offic.* Status, inceſ-

Digitized by Google

inceſſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. *Plin. l. 10. c. 38.* Inceſſus omnibus animalibus certus, & uniuſmodi, & in ſuo cuique genere. ¶ Sæpe ſumitur pro greſſu ſublimiore, & faſtum præ ſe ferente. *Cic. 2. Fin.* Quod ſi vultum tibi, ſi inceſſum fingeret, quo gravior viderere, non eſſes tui ſimilis.

Inceſte, adverb. non caſte, turpiter, impure. *Liv. l. 1. c. 45.* Quidnam tu hoſpes paras inceſte ſacrificium Dianæ facere? *Cic. pro Cal. c. 14.* Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſte uterere. *Arnob. l. 5.* Agit inceſtius res ſuas.

Inceſtificus, a, um, inceſtuoſus. *Sen. Theb. v. 223.* Ego caſtam manum nefandus, inceſtificus, exſecrabilis attrecto.

Inceſto, as, a. 1. *macchiare, violare*, חלל, Germ. *blutſchande begehen*, Gall. *violer, polluer inceſtueuſement*, Hiſp. *enſuziar, violar*, μιαίνω, proprie eſt polluere quovis illicito concubitu, & ſpeciatim dicitur de iis, cum quibus conſanguinitas intercedit. *Suet. in Tib. c. 43.* Triplici ſerie connexi invicem inceſtarent ſe coram illo. *Tac. lib. 6. Ann. c. 19.* Poſt quos Sex. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus defertur inceſtaſſe filiam. ¶ Translate accipitur pro contaminare ſimpliciter. *Virg. 6. Æn. v. 150.* Totamque inceſtat funere claſſem.

Inceſtum, ti, n. 2. *inceſto*, Germ. *blutſchand*, Gall. *inceſte*, Hiſp. *inceſto*, ἡ ἀσελγὴς συνουσία, flagitium, quod committitur cum ea, cum qua alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, ut cum matre, ſorore, ſacris virginibus, aut ſimilibus, ab *in*, & *caſtus*. Aliqui deducunt a κεστός, *ceſtus*, ideſt cingulum Veneris, quo in nuptiis honeſtis utebantur ad conciliandum amorem maritalem, ut inceſtus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, juſtarum nuptiarum inſigne, non adhibetur. *Cic. 4. Tuſc.* Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique. *Papin. l. ſi adulterium, ff. ad l. Juliam de adulteriis.* Inceſtum, quod per illicitam matrimonii conjunctionem admittitur. ¶ Ponitur etiam pro quovis illicito concubitu. Hinc *Senec. in Herc. Fur.* inceſtum vocat concubitum Jovis cum Alcmena.

Inceſtuoſus, a, um, adject. inceſtus. *Valer. Max. l. 8. c. 3. n. 7.* Mandavit, ut de his, qui ſacris bacchanalium inceſtuoſe fuerant, inquirerent. Al. leg. *inceſtu uſi*.

Inceſtus, a, um, ἀσελγής, non caſtus, inceſtuoſus. *Sen. Hippol. a. 4. ſc. 1.* Juveniſque caſtus crimine inceſto jacet. *Cic. pro Domo*: Qui non ſolum aſpectu, ſed inceſto flagitio, & ſtupro polluit cæremonias. ¶ Tranſlate ſumitur pro impuro, polluto, *macchiato*, טמא, Germ. *blutſchendig*, Gal. *violé, corrompu*, Hiſp. *enſuziado, violado*, μιαρός. *Cic. in Phil. 11.* Cum verborum contumeliis optimum virum inceſto ore laceraret.

Inceſtus, us, m. idem ac inceſtum. *Cic. in Brut.* Sunt & aliæ, & pro Ser. Fulvio de inceſtu nobilis oratio. Adde *pro Mil. c. 22.*

Inchoatīvus, a, um, adject. *cominciativo*, ad inchoationem pertinens, ut inchoativa verba, quæ rem inchoatam ſignificant, ut *albeſco*, *albus fio*, &c. V. Grammaticos. *Martian. Capell. lib. 3.* Inchoativa verba.

Inchoātor, oris, m. inceptor. *Prudent. Præfat. Hamartig. v. 27.* Mortis inchoator.

Inchoātus, a, um, *principiato*, inceptus, partic. ab inchoo. *Cicer. de Orat.* Quæ pueris nobis inchoata, atque rudia exciderunt. *Id. in Top. c. 28.* Perfecta anteponuntur inchoatis.

Inchŏo, a. 1. *cominciare, dar principio*, החל, Germ. *anfahen*, Gall. *commencer*, Hiſp. *començar*, ἄρχομαι, incipio. *Cic. de Fin.* Natura hominem inchoat, ſapientia perficit. ¶ Quandoque ſignificat perficere. *Virg. 8. Æneid. v. 633.* Tunc Stygio Regi nocturnas inchoat aras. Ubi *Serv.* inchoat, perficit, & eſt verbum ſacrorum. ¶ Neutrorum more, *Symmach. lib. 7. epiſt. 75.* Scio, expectari a vobis litteras meas, quia moris eſt, ut munus hujuſmodi a proficiſcentibus inchoet. ¶ Magna lis eſt inter Grammaticos, utrum *inchoo*, an *incoho*, ſcribendum ſit. *Servius* priorem orthographiam retinet, atque ita uſus videtur obtinuiſſe. V. Voſſium.

Incĭcur, uris, vel oris, o. immanſuetus, & ferus, a *cicur*. *Pacuv. apud Feſt.* Reprime incicorem iracundiam.

Incĭdo, is, di, n. 3. *cadere, incorrere*, נפל, Germ. *einfallen*, Gal. *tomber, arriver*, Hiſp. *caer, acontecer*, ἐμπίπτω, in aliquid, ſeu ſupra aliquid cado, ab *in*, & *cado*. *Liv. l. 21.* Sagunti ruinæ veſtris capitibus incident. *Stat. 5. Theb. v. 613.* Incidere alicui, *cader' addoſſo a qualcheduno*, *incontrarſi per accidente con qualcheduno*. *Ovid. 5. Metam. v. 124.* Incidere aræ, *cader ſull' altare*. *Liv. l. 4. c. 41.* Huic timendo hoſti, utrum cum declinarent, certamen improviſus videtur incidiſſe, an occurrere. *Liv. lib. 5. c. 21.* Incidere portis, h. e. accedere ad portas. ¶ Sumitur frequenter pro caſu venire, ſeu incurrere. *Cic. Curioni.* Quod in id Reipublicæ tempus non incideris, ſed veneris. *Id. Divin. in Ver. c. 15.* Non conſulto, ſed caſu in eorum mentionem incidi. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 13.* Tantus terror incidit exercitui, ut, &c. *gli venne addoſſo tanta paura*. ¶ Incidere in aliquem, *abbatterſi in qualcheduno*. *Id. l. 7. Fam. epiſt. 3.* Ut haberes, quid diceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes. Sic incidere in inſidias, in manus hoſtium, &c. *Id. loc. cit. Sen. epiſt. 4.* & al. Incidere alicui in mentem. *Ter. Phor. 1. 3.* venir' in mente. ¶ *Incaſurus* invenitur apud *Plin. l. 1. c. 27.* Hæc ideo facta, quia incaſura erant illa.

Incīdo, is, di, ſum, a. 3. *tagliare*, חרת, Germ. *abhauen*, Gall. *graver*, Hiſp. *cavallar*, *dividere*, ἐγκόπτω, cædo, præcido, ab *in*, & *cædo*. *Cic. in Catil.* Litteras proferri jubemus, linum incidimus. ¶ Apud *Celſ. in præfat. lib. 1. ſub fin.* ſignificat ſecare mortuorum corpora. *fare la notomia*. ¶ Tranſlate eſt auferre, tollere. *Cic. 2. de Orat.* Inciditur enim omnis jam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri. *Liv. lib. 3. c. 58.* Incidere ſpem. Adde *Horat. l. 1. ep. 14. v. 36.* ¶ Accipitur etiam pro inſcribere, inſculpere, *intagliare*, cum dat. vel cum accuſ. & præp. *in*, vel cum abl. & præp. *in*. *Plin. in Paneg.* Quando non trabibus, aut ſaxis nomen tuum, ſed monumentis æternæ laudis inciditur. *Cic. 1. Phil. c. 10.* Quæ ille in æs incidit. *Id. 13. Fam.* Incidere in tabula.

Incidŭus, V. Incæduus.

Incĭens, entis, f. mulier propinqua partui, ab *incieo*, quod eſt incitare, quaſi ſe ſe ciens, ſeu incitans, & movens ad fœtum pariendum. *Feſtus* ait, incientem dici, quod partus ejus incitatus ſit. *Arnob. l. 7. Plin. l. 20. c. 13.*

Incĭeo, V. Incio.

Incīle, is, n. 3. διῶρυξ, derivatio aquæ de rivo communi facta, ſeu foſſa, quæ in via aliqua facta eſt ad deducendam aquam. *Feſt. Ulp. l. 43. Pand. tit. 21. de rivis.* Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit. *Colum. l. 5. c. 9.* Incilia excitentur, quæ limoſam aquam ad codicem deducant. ¶ Dicitur etiam *Incilia, æ*, f. *Feſt.*

Incīlis, le, adject. ut incilis foſſa, idem quod incile, apud *Cat. R. R. c. 155.*

Incīlo, as, a. 1. increpo, objurgo. *Lucret. l. 3. v. 978.* Jure, ut opinor, agat, ære increpet, inciletque. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 430.* Quis erit, qui me non ſpernat, incilans probris, &c.

Incinefactus, a, um, adject. *ridotto in cenere*. *Commodian. Inſtruct. 41.* Tunc Babylon meretrix erit incinefacta favilla.

Incinctus, a, um, adject. *cinto*. idem ac cinctus. *Liv. lib. 8. c. 9.* Cinctu Gabino incinctus. *Apulej. lib. 7. Metam.* Uxor pretioſiſſimis acris incincta. *Solin. c. 15.* Capitum oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium. ¶ *Habere aliquid incinctum* eſt in zona habere, ac geſtare. Utitur hac phraſi *Scribon. Larg. compoſ. 163. & 164.* ubi *Rhodius* ſuſpicatur legendum eſſe *in cinctu*.

Incingo, is, a. 3. *cignere*, περιζώννυμι, cingo, circumcingo, circumligo. *Ovid. 3. Am. el. 8. v. 47.* Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes?

Incĭno, is, a. 3. *cantare*, ἐπᾴδω, cum quadam modulatione cano. *Gel. l. 4. c. 13.* Si modulis levibus tibicen incinat. *Propert. l. 2. el. 22.* Seu varios incinit ore modos.

Incĭo, is, ivi, itum, a. 4. *movere, impregnare*. *Lucret. l. 5. v. 960.* Et Venus in ſilvis inciebat corpora amantum. Alii legunt *conciebat*, ab *incieo*, es, ut ſit ſynæreſis.

Incĭpĕſſo, as, n. 1. impero, jubeo. *Plaut. Truc. 3. 2. 8.* non eſt tamen certa lectio.

Incĭpeſſo, ſeu incipiſſo, pro incipio, ἀρχαϊκῶς dixit *Plaut. Capt. 3. 3. 17. Trinum 4. 2. 42. & Mil. 2. 2. 81.*

Incĭpio, is, cepi, ceptum, n. 3. *cominciare, incominciare*, ἄρχομαι, ἐνάρχομαι, cœpi, incheo, initium facio, a *capio*. Si *Scaligerum* audimus *lib. de cauſis L. L. c. 24.* habet præteritum *incepi*, a *capio*. Sed cum a *facio* fit *feci*, ſic ab *Incipio* videtur eſſe *incepi*. Fere uſurpatur cum infinitivo. *Cic. in Catil.* Cum jam pontem ingredi inciperent. ¶ Interdum uſurpatur abſolute ut neutrum primi ordinis. *Cic. in Off.* Ut incipiendi ratio fuit, ita ſit deſinendi modus. *Plaut. Capt. 3. 3. 3.* Hic annus incipit viceſimus. ¶ Interdum cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Quinct. l. 2. c. 8.* Ut ab Homero, atque Virgilio lectio inciperet. ¶ Interdum ut verbum tranſitivum, ideſt cum accuſ. *Ter. Heaut. a. 5.* Neque quod principium incipiam ad placandum ſcio. ¶ Interdum ut paſſivum. *Liv. l. 9.* Ac maturus, cum ab neutris prœlium inciperetur, nox oppreſſit. ¶ Interdum impersonaliter paſſive. *Quinct. l. 6.* Optime incipitur a longis.

Incircumciſus, a, um, adject. non circumciſus. *Tertul. adv. Jud. c. 9. ad fin.*

Incircumſcriptus, a, um, nom. ex partic. non circumſcriptus. *Prudent. Apotheoſ. v. 863.* Incircumſcriptus Dominus.

Inciſe, adverb. *minutamente, in più parti*, Ger. *ſtuckweiſſ*, Gall. *par morceaux, en pieces*, Hiſp. *menudamente, a cortaduras*, κατὰ κόμματα, incaſim, per inciſiones, minutatim. *Cic. in Orat. c. 83.* Quo autem pacto deceat inciſe, membratimve dici.

Inciſim, adv. idem ac inciſe. *Cic. in Or. c. 47.* Sed quæ inciſim, aut membratim efferuntur, ea vel aptiſſime cadere debent.

Inciſio, onis, f. *taglio, intaglio*, Germ. *ein ſnitt*, Gal. *inciſion, coupure*, Hiſp. *cortadura, inciſion*, τομή, actus incidendi. *Col. l. 3.* Infra inciſionem, & alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato ex utraque parte. ¶ Speciatim eſt pars orationis, al. inciſum. *Cic. in Or.* In inciſionibus vero multo magis, & in membris.

Inciſum, ſi, n. κόμμα, eſt pars minor periodi, ideſt pars membri, quæ conſtat ex duabus, vel pluribus vocibus, vel etiam ex ſingulis, & frequenter eſt ſine verbo, ſæpe neque affirmat, neque negat. *Cic. in Or. c. 61.* Quæ, neſcio, cur, cum Græci κόμματα, & κῶλα nominent, nos non recte inciſa, & membra dicamus.

Inciſūra, æ, f. 1. idem ac inciſio. *Plin. l. 21. c. 39.* Pili reciſi, non, ut herba, ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. ¶ Inciſuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgo lineæ vocantur. *Plin. l. 11. c. 52.* Et in manu duas inciſuras longas habentes.

Inciſus, a, um, *tagliato, troncato*, ἐντετμημένος, idem ac cæſus, particip. ab *in*, & *cædo*. Tranſlata uſurpatur pro amiſſo. *Liv. l. 3. c. 58.* Itaque ſpe inciſa, prius, quam prædicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſcivit. ¶ Sæpe accipitur pro inſculpto, inſcripto per inciſionem, *intagliato*, ἐγκεκολαμμένος, & conſtruitur cum dativ. vel cum accuſ. & præp. *in*, vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Suet. de Clar. Gram.* In quo ſtatus a ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos publicarat. *Liv. l. 3.* Leges in æs inciſas in publico propoſuerunt. *Cic. 6. Ver.* Id non modo tum ſcripſerunt, verum etiam in ære inciſum nobis tradiderunt.

Inciſus, us, m. idem ac inciſio. *Plin. l. 16. c. 10.* Fructum quendam proxima anno ab inciſu languntur.

Incita, V. Incitus.

Incitabŭlum, li, n. idem ac incitamentum. *Gel. l. 15. c. 2.* Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii, virtutiſque.

Incitamentum, ti, n. 2. *incitamento, ſtimolo*, דחף, Ger. *anreizung*, Gall. *allechement*, Hiſp. *incitamento*, θέλγητρον, ἀκροβολισμός, ſtimulus. *Cic. pro Arch. c. 10.* Hoc maximum & periculorum incitamentum, & laborum.

Incitate, adv. *incitatamente*, ὁρμητικῶς, cum incitatione. *Cic. Att. l. 2.* Ut nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet. Adde *in Orat. c. 20.*

Incitatio, onis, f. 3. *incitamento, inſtigazione*, Ger. *anreizung*, Gal. *incitation*, Hiſp. *incitacion*, ὁρμή, commotio, inſtigatio. *Cic. de Or. l. 1. c. 9.* Ejuſdem & languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. ¶ Item properatio, curſus effuſus. *Id. Att. l. 4. c. 26.* Sol tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta ſit, ne cogitari quidem poſſit.

Incitātor, oris, m. qui incitat. *Prudent. Rom. v. 67.* Incitator, & faber omnium.

Incitātrix, icis, f. ea quæ incitat. *Arnob. l. 1.* Incitatrix ad vitia. *Lactant. de Ira Dei, c. ult.* Opulentia libidinum incitatrix.

Incitātus, a, um, *incitato, commoſſo*, παροξυνθείς, commotus, partic. ab *incitor*, ut Ira incitatus, aut alia perturbatione. *Cic. 1. Fam.* Te vero meum cum beneficiis tuis, tum amore incitatum meo. *Id. 4. Acad.* Exclamant quaſi mente incitati. *Id. 1. de Orat.* Populum incitatum mitigare. ¶ Interdum pro vehementi ponitur, vel pro veloci. *Cic. in Bruto.* Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. *Id. in Som. Scip. c. 5.* Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus. *Id. in Or. c. 12.* Alter incitatior fertur.

Incitātus, us, ui, m. idem ac incitatio. *Plin. l. 2. c. 45.* Qui ſive aſſiduo mundi incitatu, & contrario ſiderum occurſu naſcuntur, &c. Alii legunt *incitu*.

Incitĕga, f. 1. machinula, in qua conſtituebatur in convivio amphora, de qua ſubinde deferrentur vina. *Feſt.* Uſus ejus erat, ne amphora fundo ſuo maculam menſæ imprimeret. Nomen ex eo, quod tegeret menſæ partem, ab *incitego*, pro *intego*, interjecta ſyllaba *ci* per Epentheſin, quod veteres in multis faciebant, ut *concipilo* pro *compilo*, *occipero*, ſive, ut nunc dicimus, *recupero*, pro *repero*, ſeu *reparo*, &c. *Scaliger.*

Incubator, oris, m. 3. qui incubat. *Macrob. in Somn. Scip. l.* 1. *c.* 10. Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator. ideſt Regni Siciliæ poſſeſſor iniquus. *Tertull. de anim. c.* 49. Incubatores fanorum. V. Incubo.

Incubatus, us, m. idem ac incubatio. *Plin. l.* 10. *c.* 54. Si incubatu caruerit, ova pereunt.

Incubitatus, a, um, ſtupratus, qui muliebria patitur, partic. ab *incubare*, quod ab *incubo*, eadem ratione, qua tales dicebantur culcitæ, & ſpondæ interiores. *Plaut. Perſ. c.* 4. *ſc.* 4. Duza mallet apud Plautum legere, *interrutius*, aut *impudicatus*: Sed contra manuſcriptorum, & impreſſorum omnium fidem.

Incubitio. V. Incubatio.

Incubito, as, n. 1. freq. ab incubo. *Col. l.* 8. *c.* 14. Cellas, in quibus incubitant.

Incubitus, a, um, particip. *covato*. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Cum ova triduo incubita tolluntur.

Incubitus, tus, m. idem ac incubatio. *Plin. l.* 10. *c.* 54. Quædam autem citra incubitum ſponte naturæ gignunt. ¶ Incubitus dextri lateris eſt, dum aliquis ſupra dextrum latus cubat. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a ſupinis.

Incubo, onis, m. 3. V. Incubus.

Incubo, as, bui, bitum, n. 1. *appoggiarſi*, *ſtar ſopra*, *covare*, רבץ, Ger. *draufſitzen*, Gal. *coucher ſur quelque choſe*, Hiſp. *eſtar acoſtado ſobre algo*, *empollar*, ἐγκάθημαι, ἐπίκειμαι, in re aliqua cubo, ſuper cubo, inſideo, innitor, a *cubo*, quod eſt dormire, ſeu quieſcere, conſiſtere. Conſtruitur vel abſolute, vel cum abl. & præp. *in*, vel cum dativo. *Col. l.* 8. Quo puriùs, & mollius incubent. *Plaut. Caſ.* Qui in morbo ſuo imo in lecto incubat. *Virg.* 1. *Æn.* Ponto nox incubat atra. *Quint. l.* 10. Velut thesauris clauſis incubabit. ¶ Speciatim erat dormire in templis ad accipienda reſponſa. *Virg.* 7. *Æn.* Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit. *Plaut. Curc.* Namque te incubare ſatius fuerat Jovi, qui tibi auxilio in jurejurando fuit. hoc eſt dormire apud Jovem in Capitolio, ut ejus reſponſa poſſes accipere. ¶ Speciatim item dicitur de avibus, cum excludendi fœtus gratia ova fovent. Et in hac acceptione uſurpatur vel abſolute, vel cum abl. & præp. *in*, vel cum dat. vel etiam active, & paſſive. *Colum. l.* 8. *c.* 9. Gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Januarii. *Lact. l. de Opif.* Et ciborum expertes incubant ova. *Var.* 3. *de R. R.* Negant plus viginti quinque ova incubare. *Plin. l.* 10. *c.* 54. Ova incubata intra decem dies edita utiliſſima. ¶ Tranſlate ponitur pro inhabitare, tenere, obruere. *Apul. lib.* 7. *Met.* Tabernulam quandam, unitatis maris fluctibus, incubabat. *Cicer. pro Planc.* Ab iis ipſis, qui in te ipſum incubuerunt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 86. Venti incubuere mari. ¶ Item pro inhiare, vehementer cupere. *Cic. pro Cluent.* Qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe jam, atque animo incubaret. ¶ Item pro curam habere, tranſlatione ſumpta ab avibus, quæ incubatu ova fovent. *Apul. l.* 3. *Met.* Aureos folles incubabat. ¶ Apud JCtos, & *Aſconium* incubare ſignificat mala fide poſſidere, rem aliquam injuſte detinere. ¶ Legitur etiam præterit. *incubavi*. *Plin. l.* 11. *c.* 16. Nam niſi incubavere, favos lividos faciunt.

Incubus, bi, m. ſive incubo, onis, m. 3. ἐφιάλτης, morbus eſt noctu quieſcentes infeſtans, cum ſcilicet externa quædam vis dormientes videtur invadere, & veluti ſuo pondere preſſos gravare, ab *incubando*. *Cal. Aurelian. l.* 1. χρονίων, *c.* 3. Fuere, qui Cupidinem, aut Semideum putarent: Sed opinionem iſtam jam olim Soranus in ἀπολογουμένων libris refutavit. Eſt enim re vera morbi genus, quod naſcitur copia vaporum ex voracitate, & cruditate in caput redundantium. Vide *Aurelian.* ¶ Dæmones tamen incubos exiſtere, qui cum mulieribus vel noctu vel die rem Veneream interdum agant, non omnino abſurdum videtur. Hujus generis præſertim ſunt, quos antiqui Panes, Faunos, Sylvanos vocabant. V. *Dionyſ. Hal. l.* 1. *Ant. Rom.* ¶ Incubus, i, legitur apud *Auguſt. l.* 15. *de Civ. Dei*, *c.* 23. & *Hieron. in Hilarion.* At *Incubo*, *onis*, apud *Petron. in fragm. Tragur. Tertul. de anim. c.* 44. & *Scribon. Larg. compoſit.* 100.

Inculcatio, onis, f. *l'inculcare*. *Tertul. Apol. c.* 39. Diſciplinam præceptorum inculcationibus denſamus.

Inculcator, oris, m. qui pedibus calcat. *Tertul. adverſ. Gnoſt. cap.* 6. Deus hominem diaboli inculcatorem voluit efficere.

Inculcatus, a, um, adject. calcatus, infartus. *Plin. l.* 29. *c.* 2. Lana ſuccida canis rabioſi morſibus inculcata. ¶ Tranſlate, *inculcato*, *ripetuto*. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Miſi ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum, & refectum. *Quintil.* Inculcata perſuaſio.

Inculco, as, a. 1. *calcare*, דחס, Ger. *eſſe ſtoſſen*, Gall. *inculquer*, Hiſp. *inculcar*, ἐνσάττω, infarcio, quaſi calcando immitto, a *calce*. *Colum. l.* 2. *c.* 20. Area molari lapide condenſetur, & rurſus ſubjectis paleis inculcetur. ¶ Item infarcire, *inſaccare*. V. *Inculcatus*. Hinc pro obtrudere ponitur. *Senec. de vita beata*, *c.* 24. Beneficia quibuſdam offeram, quibuſdam etiam inculcabo. ¶ Uſurpatur etiam pro docendo ſæpe repetere, & imprimere, *inculcare*. *Cic. l.* 1. *Nat. Deor. c.* 39. Animus inculcare aliquid. *Id.* 1. *Offic. c.* 31. Græca verba inculcantes.

Inculpabilis, le, adject. *non colpevole*, qui culpari non poteſt. *Solin. c.* 30. (*al.* 33.) Hyacinthus lapis pretioſus, ſiquidem inculpabilis invenjatur. *Prudent. Apotheoſ. v.* 951. inculpabile Numen. *Auſon. in Acat. v.* 280. Mores inculpabiles.

Inculpatim, adv. ſine culpa. *leg.* 20. *Cod. Theodoſ. de palatin. ſacrar. largit.* Qui inculpatim ad calcem, terminumque militiæ pervenerint.

Inculpatus, a, um, *ſenza colpa*, נקי, Germ. *ungeſcholten*, Gal. *incoupable*, Hiſp. *inculpado*, ἀνέγκλητος, qui culpa caret. *Ovid.* 9. *Met. v.* 964. Sed vita, fideque inculpata fuit. *Gell. l.* 14. *c.* 2. Vita inculpatiſſima.

Inculte, adv. *rozzamente*, *inornatamente*, Ger. *unzierlich*, Gal. *ſans ornement*, Hiſp. *no polidamente*, ἀκόσμως, aſpere, horride, inornate. *Cic. pro Q. uinct.* Vixit enim ſemper inculte, atque horride. *Id. in Bruto*. Et dicere non inculte ſolebat. *Salluſt. Jug. c.* 19. Gætulos partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare.

Incultus, us, ui, m. cultus omiſſio, *orridezza*. *Salluſt. Catil. c.* 55. *de carcere Tulliano*: Incultu, tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies. *Id. Jug. c.* 2. Incultu, atque ſocordia torpeſcere.

Incultus, a, um, *inculto*, *rozzo*, Ger. *ungebauet*, Gal. *inculte*, *malpoly*, Hiſp. *inculto*, ἀγεώργητος, non cultus, non exercitatus. Proprie dicitur de agris, quorum cultus deſeritur. *Cic. de nat. Deor.* Terræ regio inhabitabilis, & inculta. *Id. Agrar.* 2. *c.* 5. Corpus incultum. *Id. de provinc. conſul.* Quid incultius oppidis? *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 1. Incultior regio. ¶ Per tranſlationem accipitur pro inornato, impolito. *Cic. in Brut. c.* 31. Sed ut vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. *Id.* 3. *de Orat. c.* 25. Inculta oratio.

Incumba, æ, f. 1. eſt pars pilæ in fornicibus, cui onus ædificii incumbit. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Cum cunei ab oneribus parietum preſſi per coagmenta ad centrum ſe prementes extruſerint incumbas. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Incumbo, is, ubui, ubitum, n. 3. *appoggiarſi*, שכב, Ger. *aufliegen*, Gal. *etre couché*, ou *appuyé ſur quelque choſe*, Hiſp. *eſtar acoſtado*, *aplicado*, ἐπίκειμαι, innitor, inhæreo. Eſt 3. ordinis neutrorum. *Virg.* 8. *Ecl.* Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ. ¶ Reperitur etiam uſurpatum in primo ordine, cum acc. & præp. *in*, vel *ad*. *Cic. de Inv.* Ille autem, qui in gladium incubuerat. *Id. pro Corn. Balb.* Ut etiam in me unum omnis illis inclinatio communium temporum incumberet. ¶ Et ſine præpoſit. *Plaut. Caſ. c.* 4. 28. Gladium incumbam. ¶ Tranſlate ſumitur pro obnixe alicui rei operam dare, *attendere*. Et conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 1. *Fam.* Cum me univerſa Reſp. cunctis Ordinibus, hominibuſque incumbentibus, omnibus denique ſuis viribus recuperaſſet. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic.* 10. *Fam.* Quamobrem incumbe toto pectore ad gloriam. Adde *Ovid. Metam.* 9. *v.* 385. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*. *Cic. de Or.* Pergite, ut facitis, & in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. ¶ Vel cum adverbiis motus ad locum. *Cic. pro Planc.* Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*. *Cæl. Cic.* 8. *Fam.* De provinciis incubuiſſe cum Senatu Pompejus videtur, ut, &c. ¶ Vel cum infinito, ſed rarius. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 10. Criſpus propria vi incubuerat delatorem fratris ſui pervertere. ¶ Interdum ſumitur pro incubare, cum de avibus dicitur ova foventibus. *Petronius Satyr.* Gallina erat lignea patentibus alis, quales eſſe ſolent, quæ incumbunt ova. ¶ Incumbere etiam dicitur quod nos gravat. *Tacit. l.* 14. Cætera invidiam movent, quæ quidem intra tuam magnitudinem jacent, ſed mihi incumbunt. Hinc *Ulp. l.* 1. *Dig. de tutel. & rationibus*. Officio tutoris incumbit. *appartiene al mio*. ¶ Significat etiam inclinare, propenſum eſſe. *Cic. Phil.* 6. Volunt id omnes ordines, eodem incumbunt municipia. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Ad lenitatem, ambitionemque incumbunt mores. ¶ Alias huic verbo notiones attribuunt Lexicographi quidam, quæ ad *incubo* potius pertinere videntur.

Incunabula, orum, n. 2. σπάργανα, ea, quæ cunis inſunt, quæ ad cunas

mancan-

Digitized by Google

mamendas, & ornandas pertinent, idest lectulus, & faſciæ lineæ, lauræque, quibus infantes involvuntur. *Plaut. Truc. c. 5. ſc. 1.* Faſciis opus eſt, pulvinis, cunis, incunabulis. ¶ Translate hæc vox ſumitur pro loco, unde orti ſumus, vel pro natalibus, & origine generis. *Cic. Att.* Ego vero ad montes patrios, & ad incunabula noſtra pergam. ¶ Denique generatim pro principio, & origine. *Liv. l. 4.* Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. *Cic. in Or.* Non alienum fuit de Oratoris quaſi incunabulis dicere.

Incunctabilis, le, adject. qui moram, vel dubium non patitur. *leg. 21. Dig. de teſtibus.*

Incunctanter, vel Incontanter, adverb. non cunctando. *Lactant. l. 6. c. 12.* Incunctanter ac fortiter mortem ſubire. *Apul. l. 11. A. A.* Incunctanter continuare pompam.

Incupidus, a, um, adject. non cupidus. *Afran.* apud *Non. c. 9. n. 1.* Majores noſtri incupidiores liberum fuere.

Incuratus, a, um, adject. non curatus. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 24.* Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. *Vopiſ. in Aurelian.* Neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videretur, aut incuratum.

Incuria, æ, f. 1. *negligenza, poca cura*, עצלות, Ger. *unfleiß*, Gal. *nonchalance*, Hiſp. *deſcuydo*, ἀμέλεια, negligentia, ab in, & cura. *Cic. de Am. c. 25.* Vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria.

Incurioſe, adv. *negligentemente*, ἀμελῶς, ſine cura, negligenter. *Liv. l. 8. c. 38.* Caſtra in hoſtico incurioſe poſita. *Tacit. 4. hiſt. c. 38.* Cæſæ cohortes incurioſius agentes.

Incurioſitas, atis, f. negligentia, curæ omiſſio, vox ſemibarbara, quam habent *Caſſiodor. l. 7. ep. 4. Salvian.* & *vetus Gloſſ.*

Incurioſus, a, um, *negligente*, Germ. *ſorgenlos*, Gal. *nonchalant*, Hiſp. *deſcuydado*, ἀμελής, curæ expers, negligens. *Tacit. Ann. 2. ad fin.* Vetera extollimus recentium incurioſi. Adde *Plin. l. 8. ep. 20.* ¶ Agnus incurioſus ab *Apul. in Florid.* ponitur pro pingui, quia qui ſine cura ſunt, pingueſcere ſolent. V. *Curio.*

Incurſas, adverb. pro *incurioſius* quidam legunt in *Juſtin. l. 5. c. 9.*

Incurro, is, incurri, urſum, n. 3. *correre contra a qualcuno*, פגע, Ger. *in etwas lauffen*, Gal. *courir*, Hiſp. *incurrir*, ἐμβάλλω, ἐπέρχομαι, contra aliquem curro, impetum facio. *Liv. l. 3.* Itaque magis, quam conſilio in Romanos incurrunt. ¶ Aliquando eſt incurſiones facere, agrumque hoſtilem populari, *far ſcorrerie*. *Cic. Fam. 11. ep. 10.* Vaſtet ea loca, quæ incurrerit. ¶ Aliquando accurrere. *Liv. l. 2.* Utrinque a cornibus poſitos, cum jam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe a lateribus ferunt. ¶ Aliquando intro currere, vi ſe aliquo injicere. *Sall. in Catil.* In confertiſſimos hoſtes incurrit. ¶ Translate eſt invehi, inſectari. *Trebon. Cic. 12. Fam.* In quos tanta libertate verborum incurreret. *Cic. pro Cæl.* Incurrere in famam alicujus. ¶ Item protendi, dilatari. *Cicer. in Rull.* Agros, qui in publicum Campanum incurrebant. ¶ Item incidere in aliquam rem, venire, ut incurrere in odium, reprehenſionem, fraudem, perniciem, &c. *Cic. 2. de Or.* Ne in iis, in quibus nonnunquam aliquid efficere videor, uſu ſolere in dicendo, vel caſu potius incurrere. *Id. in Fam. 9. ep. 2.* Quis eſt, qui nihil offendat, nuſquam incurrat? *non inciampe*. *Id. 1. Off.* Ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt. *Id. Fam. 4. ep. 2.* Nihil conſtitui poteſt, quod non incurrat aliquam difficultatem. *Id. 1. Fin.* Incurrere in morbum. ¶ Item obtingere, accidere. *Cic. in Tuſc.* Caſus in ſapientem poteſt incurrere. *Id. Fam. 15. ep. 11.* Navigatio incurrebat in ipſos eteſias, *c' incontrava*. ¶ Denique ponitur interdum pro peccatum committere. *Lamp. in Alex. Sev. c. 15.* In milites graviſſime animadvertit, ſi forte incurrerent aliquid, quod videretur injuſtum. *Lact.* Crimen iniquitatis incurrere.

Incurſatus, a, um, particip. paſſ. *infeſtato da ſcorrerie*. *Liv. l. 14. c. 41.* Agmen Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium fueret.

Incurſax, acis, adject. o. qui incurſiones crebro facit. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Incurſaces Maſſagetæ.

Incurſim, adverb. incurrendo, celeriter. *Cæcil.* apud *Non. c. 2. n. 448.* Rem omnem incurſim perdare.

Incurſio, onis, f. *correria, ſcorreria*, ἐπιδρομή, actus incurrendi. *Liv. l. 1. c. 11.* Cum incurſionem in agrum Romanum feciſſent. *Cæſ. l. 8. B. G.* Qui ſubitas hoſtium incurſiones ſuſtinerent.

Incurſito, as, freq. ab incurſo. *Sen. 2. de Ira, c. 15.* Properanti in multos incurſitandum eſt.

Incurſo, as, avi, atum, n. 1. *correre contro, cozzare addoſſo*, Ger. *einen einfallen*, Gal. *courir ſur quelqu' un*, Hiſp. *correr contra alguno*, ἐπιτρέχω, freq. ab incurro, curro adverſus aliquem. *Plaut. Aſin. 1. 1. 22.* Ubi vivos homines mortui incurſant boves. ¶ Item incurſionem facio. *Liv. l. 5. c. 31.* Ultro agros Romanos incurſavere. ¶ Dicimus etiam incurſare in aliquem. *Ad Heren. l. 4. c. 39.* Incurſare in fortunas omnium civium. ¶ Et cum dat. *Plin. l. 18. c. 8.* In lana ovis nigræ, cui nullus alius color incurſaverit. Sic incurſare oculis, auribus. *Quintil. l. 10. c. 3.* Adde *Ovid. 2. Metam.* ¶ Interdum incurſare ſumitur pro occurrere, accidere. *Plin. l. 11. c. 37.* Natura oculos lubricos compoſuit propter incurſantia.

Incurſus, ſus, m. idem ac incurſio. *Cic. pro Cæc.* Impetum armati Antiochi, cæterorumque tela, & incurſus refugit. Adde *Liv. l. 2. c. 25.* ¶ *Tertull. de cor. mil. c. 8.* Dum incurſum quæſtionis excutio. h. e. incurrentem, ſeu occurrentem quæſtionem.

Incurvatio, onis, f. *curvamento*, actus incurvandi. *Plin. l. 16. c. 25.* Flagello infra relicto, & naſci coacto incurvatione materiæ. *Hygin. l. 3. Aſtron. c. 16.* Incurvatio caudæ.

Incurvatus, a, um, o. 1. 2. *incurvato*, ἐπικαμπτόμενος, partic. ab incurvor. *Cic. 2. Fin.* Incurvatum bacillum. *Ovid. Metam. 6. v. 406.* Incurvata dolore membra.

Incurveſco, is, n. 3. *divenir curvo, torto*, עוה, Ger. *krumb werden*, Gal. *ſe courber*, Hiſp. *encorvarſe*, κυρτοῦμαι, incurvus fio. *Cic. 3. de Orat. c. 38.* Ramus baccarum ubertate incurveſcere.

Incurvicervicumpecus, h. e. pecus cervicem curvam habens. *Pacuv.* apud *Var. l. 4. L. L.* V. ibi *Scalig.* ¶ Alii ita diſtinguunt *incurvicervicum pecus*, ut ſit adject. *incurvicervicus, a, um.*

Incurvo, as, a. 1. *incurvare, torcere*, כפף, Ger. *Krumb machen*, Gal. *courber*, Hiſp. *encorvar*, κυρτόω, incurvum facio. *Virg. 5. Æn. v. 550.* Tum validis flexos incurvant viribus arcus.

Incurvus, a, um, *curvo, torto molto*, עקום, Ger. *krumb*, Gal. *courbé*, Hiſp. *encorvado*, κυρτός, curvus, valde curvus. *Cic. 1. de Div.* Incurvum, & leviter a ſummo inflexum bacillum. *Terent. Heyr. 2. 3. 44.* Incurvus, tremulus, labiis demiſſis.

Incus, udis, f. 3. *incude*, Ger. *ein amboſſ*, Gal. *enclume*, Hiſp. *la yunque*, ἄκμων, inſtrumentum ferreum, ſuper quod fabri ferrum cudunt, ab incudo. Nam penultimam in obliquis producit. *Becman.* deducit ab *incutio*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quas vos effici poſſe ſine follibus, & incudibus, non putatis. ¶ Reddere verſus incudibus, ſumitur translate pro emendare, expolire. *Hor. in Arte, v. 441.* Et male tornatos incudi reddere verſus.

Incuſabilis, le, adject. accuſabilis. *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 12.* Hoc quidem vos incuſabiliores, &c.

Incuſatio, onis, f. *riprenſione, querela*, αἰτίασις, reprehenſio, querela, actus incuſandi. *Cic. 3. de Or. c. 27.* Quorum partim habent vitiorum, & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incuſationem aut querelam.

Incuſativus caſus apud *Diomed. l. 1.* eſt accuſativus caſus.

Incuſator, oris, m. accuſator. *In Cod. 12. 56. 18.*

Incuſo, as, avi, atum, a. 1. *accuſare*, הוכיח, Ger. *anklagen*, Gal. *accuſer*, *ſe plaindre de quelqu' un en l' accuſant*, Hiſp. *quexarſe acuſando*, αἰτιάομαι, idem quod accuſo. *Plaut. Truc. 1. 2. 58.* Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet. ¶ Item reprehendo cum querela. *Ter. Heaut. 5. 2. 7.* Quid me incuſas, Clitipho? Adde *Virg. 2. 745.* ¶ *Serv. ad Æn. 1. v. 410.* hanc ſtatuit differentiam inter *accuſare*, & *incuſare*, quod illud de paribus, aut inferioribus uſurpetur, hoc de ſuperioribus. Verum hoc non eſt perpetuum. Vide *Vall. l. 5.*

Incuſſus, us, m. *urto, l' urtare*. *Tacit. 4. hiſt. c. 23.* Armorum incuſſu percipitati.

Incuſſus, a, um, adject. injectus, impactus, ἐμβληθείς. *Tacit. 4. hiſt. c. 30.* Incuſſæ trabes perfregere. *Plin. l. 22. c. 14.* Medetur contuſis, incuſſiſque. h. e. pulſatis, percuſſis.

Incuſtoditus, a, um, *non guardato*, ἀφύλακτος, non cuſtoditus. *Ovid. l. 1. Met. v. 586.* Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros proceſſiſſe boves.

Incuſus, a, um, particip. ab *incudo*, ſculptus, ſignificat cudendo impreſſus. *Virg. 1. Georg. v. 275.* lapidemque revertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. *hoc eſt* molam cudendo aſperatam. *Perſ. ſat. 2. v. 52.* incuſaque pingui Auro dona ferant. ¶ Adde Auſonium, qui transfert ad obſcœna *epigr. 131.*

Incutio, is, cuſſi, cuſſum, a. 3. *percuotere*, הכה, Ger. *ſchlagen*, Gal. *jetter contre, frapper*, Hiſp. *sacudir, herir*, ἐμβάλλω, ictum infero, impingo, infligo. *Liv. l. 6.* Scipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe. *Juv. ſat. 9.* Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſervo. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro immittere, injicere. *Virg. 1. Æn.* Incute vim ventis. *Cic. 8. Fam.* Sane quam multis incutis magnum metum. Sic incutere religionem, pudorem, &c. *Liv. Horat. &c.* ¶ Incutere voluntatem alicui, *far venir voglia*. *Vellej. l. 2. c. 126.* Recte faciendi omnibus aut incuſſa voluntas, aut impoſita neceſſitas.

Indagabilis, le, reus obnoxius criminum, ia, in quem de crimine aliquo quæſtio haberi poteſt. *Varr. l. 4. L. L.* Qui aliter facit, indagabilis ex ambitu cauſam dicit.

Indaganter, adv. *ſeguendo la traccia diligentemente*, cum indagatione. *Col. l. 5. c. 1.* Boni venatoris eſt indaganter quamplurimas feras capere.

Indagatio, onis, f. *inveſtigazione*, חקר, Ger. *nachſuchung*, Gal. *recherche, enquête*, Hiſpan. *eſcrutinio, inquiſicion*, θήρευσις, inquiſitio ferarum, & translate omnis inquiſitio, ſeu perſcrutatio. *Cic. 1. Offic. 5.* Velut in ea parte, quæ primo deſcripta eſt, ineſt indagatio, atque inventio veri.

Indagator, oris, m. *inveſtigatore*, חוקר, Germ. *nachſucher*, Gal. *chercheur*, Hiſp. *inquiridor*, θηρευτής, venator, & translate inquiſitor in genere. *Col. l. 9. c. 8.* Sed indagatorem convenies matutina tempora veſtigandi eligere. *Id. l. 2. c. 2.* Indagator aquarum.

Indagatrix, cis, f. *inveſtigatrice*, quæ indagat. *Cic. 5. Tuſc. c. 2.* O vitæ Philoſophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indagatus, us, m. indagatio. *Apul. l. 7. Met.* Vexillationem indagatu.

Indagatus, a, um, *inveſtigato, ricercato*, venando conquiſitus. Translate *Cic. 2. Attic. ep. 7.* Eaque, etiam velim, omnibus veſtigiis indagata, ad me afferas.

Indages, is, f. indagatio. *Mamert. l. 2. c. 8.* Sublimium indage cauſarum.

Indago, as, avi, atum, a. 1. *inveſtigare, cercare*, דרש, חקר, Ger. *der ſpur nachgehen*, Gal. *chercher avec ſoin*, Hiſp. *inquirir, indagar*, θηρεύομαι, proprie venatorum verbum eſt, & ſignificat feras inveſtigare, ab in, & ago, d interpoſito, vel ab inde, & ago, quia inde, hoc eſt, ex loco ſuo, agimus, quæ venamur. *Cic. 2. de Fin. c. 13.* Canis natus ad indagandum. ¶ Per translationem accipitur pro quovis modo inquirere, vel perſcrutari. *Cic. 5. Fin.* Conſideratio, cognitioque rerum cæleſtium, & earum, quas a natura occultas, & latentes indagare ratio poteſt.

Indagor, aris, dep. 1. idem quod indago. *Varr. l. 4. L. L.* Veſtigator a veſtigiis ferarum, quas indagatur.

Indago, inis, f. 3. *inquiſizione*, חקר דרש, Germ. *nachſuchung*, *ſtallung*, Gall. *pourſuite, recherche*, Hiſp. *red, inquiſicion*, θήρευσις, ἀναζήτησις, inveſtigatio, inquiſitio, actus indagandi. *Plin. l. 49. c. 7.* In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem video, & eum eoulus perſuaſiſſe doctrinæ indaginibus. *Leg. Fin. Cod. de compenſat.* Res majorem expoſcit indaginem. ¶ Item retia, ſeries plagarum, quæ venatores ſaltus, locave alia cingunt. *Virg. 4. Æn.* Saltuſque indagine cingunt, ubi tamen Servius non retia intelligit, ſed inquiſitionem. ¶ Translate ſumitur pro foſſa, & terrium munitione ſeriæ. *Cæſ. 8. B. G.* Sylvis undique impeditiſſimus, aut altiſſimo flumine vel indagine munitum. ¶ Item pro captionibus, quas quis non facile queat effugere. *Tac. l. 13. de Seneca*, Romæ teſtamenta, & orbos velut ejus indagine capi. idest captorem eſſe orborum, & teſtamentorum.

Inde, *indi, da quel luogo*, משם, Ger. *daraus*, Gal. *de là*, Hiſp. *de ende*, ἐκεῖθεν, adv. motus de loco, idem ſignificans, quod ex eo loco. *Cic. Att.* Qui veniunt inde, id modo nuntiant. ¶ Aliquando dicitur non de loco, ſed de rebus. *Liv. in Præfat.* Inde tibi, tuæque Reipub. quod imitere, capias. ¶ Item de perſonis. *Ter. Adelph. 1. 1. 21.* Nati filii duo: inde ego hunc majorem adoptavi. ¶ Ponitur etiam pro ex illo tempore. *Cic. de Prov. Conſ. c. 13.* Jam inde a principio hujus Imperii id conſtitutum eſt. ¶ Uſurpatur etiam pro deinde. *Liv. l. 1.* In Nerſinorum agros ab his impetum fieri, inde eos, collecta juvenum manu, hoſtilem in modum prædas agere. ¶ Veteres aliquando cum Genitivo *loci* uſurparunt. *Lucret. l. 5. v. 789.* Inde loci mortalia ſæcla creavit. h. e. ex eo tempore. Sic *Enn.* Inde loci lituus ſonitus effudit acutos. ¶ Jungitur & cum aliis particulis eleganti uſu. *Ter. Heaut. 1. 1.* Inde adeo, quod agrum hic mercatus eſt. h. e. ex quo tempore. *Cic. pro Arch. c. 1.* Inde uſque repetens. *Id. in Brut.* Deinceps inde multa.

Indebite, & Indebito, adverb. *indebitamente*. *Paul. JCtus l. 25. de præſump. & probationib.* Si cautio indebita expoſita eſſe dicatur. *Ulp. l. 25. Dig. de condict. indeb.* Tria indebito ſoluta ſunt.

Indebitum, i, n. non debitum. Sæpe legitur apud JCtos. *Dig. de condict. indebiti.*

Indebitus, a, um, *indebito, non dovuto*, Ger. *das man nicht ſchuldig iſt*, Gal. *indeu*, Hiſp. *indevido*, οὐκ ὀφειλόμενος, quod non debetur. *Virg. 6. Æn. v. 66.* non indebita poſco Regna meis fatis.

Indecens, tis, o. *indecente, ſconvenevole*, לא נאה, Ger. *das ubel anſtehet*, Gal. *meſſeant*, Hiſp. *indecente*, ἀπρεπής, non decens, indecorus, turpis. *Mart. l. 5. ep. 14.* Oculoque ludos ſpectat indecens uno. *Sueton. Claud. c. 30.* Indecens riſus. *Senec. l. 1. controv. 29.* Nihil indecentius, quam ubi ſcholaſticus, quod non novit, imitatur. ¶ Afferunt & locum *Senecæ l. 1. de Benef. c. 1.* Indecentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium. Sed meliores libri habent *decentiſſimum*, & ita videtur ſenſus poſtulare.

Indecenter, adv. *indecentemente, ſconvenevolmente*, Ger. *ungebuerlich*, Gal. *indecemment*, Hiſp. *indecentemente*, ἀπρεπῶς, non decenter, parum decenter.

center. *Quintil. l. 1. c. 5.* Non indecenter efferri. Et *l. 8. c. 3.* Interſiſtere indecentiſſime.

Indecentia, æ, f. *indecenza*. *Vitr. l. 7. c. 5.* Non magnum indecentiæ vitium.

Indĕcet, ebat, euit, imp. a. *eſſere ſconveniente*, *ſtar male*, Ger. *es gezimmet nicht*, Gal. *il eſt meſſeant*, Hiſp. *ſer indecente*, [illegible], idem, quod dedecet. *Plin. jun. in ep. 1. l. 3.* Juvenes adhuc confuſa quædam, & quaſi turbata non indecent.

Indeclinabĭlis, le, n. 3. *che non ſi può ſchiſare*, Ger. *das nicht abzuwenden iſt*, Gal. *indeclinable*, *inevitable*, Hiſp. *indeclinable*, *inevitable*, [illegible], quod declinari, vel vitari non poteſt. *Gell. l. 6. c. 2.* Fatum eſt ſempiterna quædam, & indeclinabilis ſeries rerum. *Ammian. l. 25. c. 13.* Indeclinabilis judex, h. e. rigidus, ſeverus. *Senec. ep. 60.* Animum rectum, & indeclinabilem virtus præſtat. h. e. non declinantem. ¶ Apud Grammaticos indeclinabilis dicitur vox, quæ non habet caſus.

Indeclinātus, non declinatus, partic. a declinor. *Ovid. 4. de Ponto.* Qui perſtas indeclinatus amico. *Id. l. 4. Triſt. el. 5.* indeclinata amicitia. h. e. conſtans.

Indĕcor, oris, o. vel indecoris, & re, o. *indecente*, *di diſonore*, [illegible], idem ac indecorus. *Servius in 7. Æn.* putat compoſitum eſſe a nomine *decor*, & penultimam obliquorum naturaliter produci, ſed a Poetis corripi per Syſtolem, vel certe hoc nomen carere nominativo ſingulari. Sed Nonius aſſerit, apud antiquos fuiſſe in uſu nominativum *indecoris*, & *indecore*. Utcunque ſit, hodie nominativus ſingularis non eſt in uſu, ſive ille *indecor*, ſive *indecoris* fuerit. *Accius Athamante*, apud *Non. c. 8. n. 43.* Cujus ſit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit. *Virg. 7. Æn.* Non erimus Regno indecores. Adde 11. *Æn.*

Indecorabilĭter, adv. indecore. *Accius in Bacchis*, apud *Chariſ.* Indecorabiliter alienis alunt.

Indecŏrans, antis, *chi diſonora*, dedecus afferens. *Acc.* apud *Non. c. 2. n. 430.* Me ſpernens, incilans probris, ſermone indecorans.

Indecōm, adv. *diſonoratamente*, Ger. *unzierlich*, Gal. *avec meſſeance*, *meſſeamment*, Hiſp. *indecentemente*, *feamente*, [illegible], indecenter, turpiter. *Cic. 1. Offic. c. 4.* Ne quid indecore, effeminateque faciat.

Indecŏro, as, a. 1. *diſonorare*, *infamare*. *Acc.* apud *Non. c. 2. n. 430.* Incilans probris, ſermone indecorans.

Indecōrus, a, um, *ſconveniente*, *diſoneſto*, [illegible], Ger. *das ubel ſtehet*, Gal. *meſſeant*, Hiſp. *indecente*, [illegible], quod eſt præter decorum, turpe. *Cic. 1. Off. c. 27.* Et juſta omnia decora ſunt, injuſta contra ut turpia, ſic indecora.

Indefatigabĭlis, le, n. 3. [illegible], qui defatigari non poteſt. *Sen. 2. de Ira, c. 12.* Vigiliam indefatigabilem extendit.

Indefatigātus, a, um, *indefeſſo*. *Senec. de conſol. ad Mar. c. 18.* Intratura es urbem indefatigata officia volventem.

Indefectus, a, um, adject. indeficiens, perpetuus, *indeficiente*. *Apul. de Deo Socrat.* Vivacitas æterna, & indefecta.

Indefenſus, a. 1. 2. *non diſeſo*, *ſenza difeſa*, Ger. *unverthedig*, Gal. *indefendu*, Hiſp. *non defendido*, [illegible], non defenſus, defenſore, patronove deſtitutus. *Liv. l. 4. c. 28.* Hic præbituri vos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti?

Indefeſſe, adverb. *ſenza ſtanchezza*. *Auſon. in gratiar. act.* Omnia agere indefeſſe, & benigne. *Spartian. in Vero, c. 5.* Indefeſſe curſitare.

Indefeſſim, indefeſſe. *Sidon. l. 3. ep. 2. ſub fin.* Bonorum amicitias indefeſſim expetere.

Indefeſſus, a, um, o. 1. 2. *indefeſſo*, *non ſtanco*, Ger. *nicht mude*, Gal. *qui ne ſe laſſe point*, Hiſp. *no canſado*, *indefeſſo*, [illegible], non fatigabilis. *Ovid. 9. Met. v. 190.* Ego ſum indefeſſus agendo. Adde *Plin. Paneg. c. 14.*

Indeficiens, tis, adject. o. *indeficiente*, qui non deficit. *Lactant. l. 4. c. 8.* Indeficiens lumen. *Tertull. adverſ. Jud. c. 14.* Decor indeficiens.

Indeficienter, indeſinenter. *Auguſtin. l. 12. Confeſſ. c. 11.*

Indefinīte, adverb. non determinando. *Gell. l. 2. c. 24.* Promiſcue, atque indefinite largiri.

Indefinītus, a, um, *infinito*, [illegible], quod nullis rationibus circumſcriptum eſt, obſcurum, & implexum. *Gell. l. 16. c. 4.* Indefinitus, inexplicabiliſque ſermo fiet.

Indeflētus, a, um, *non pianto*, [illegible], non defletus, cujus mortem nemo lacrymis eſt proſecutus. *Ovid. 7. Met. v. 611.* Indefletæque vagantur natorum, matrumque animæ.

Indeflexus, a, um, *non piegato*, Ger. *ungebogen*, Gall. *qui n'eſt pas ployé*, Hiſp. *no torcido*, [illegible], quod non flectitur, non inclinatum. *Plin. in Paneg. c. 4.* Ad hoc ætatis indeflexa maturitas, hoc eſt nondum deflexa in ſenii debilitatem. *Apul. de Deo Socrat. poſt princip.* Indeflexo curſu.

Indejectus, a, um, adject. non dejectus. *Ovid. 1. Met. v. 288.* Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto Indejecta malo. Al. leg. *indejecta*.

Indelaſſātus, a, um, adject. *non ſtancato*. *Manil. lib. 3. v. 63.* Indelaſſato properantia corda labore.

Indelebĭlis, le, o. 3. *indelebile*, *ſempiterno*, *perpetuo*, Ger. *nicht auſſzutilgen*, Gal. *indelebile*, *ineffacable*, Hiſp. *que no ſe puede raer*, *o quitar*, [illegible], quod deleri non poteſt. *Ovid. 15. Met. in fin.* Nomenque erit indelebile noſtrum.

Indelectātus, a, um, *non dilettato*, non delectatus. *Petron. Satyr.* At ille non indelectatus nequitia mea.

Indelibātus, a, um, *non tocco*, *intiero*, *puro*, [illegible], illibatus, intactus. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 4. v. 28.* Indelibatas cuncta ſequuntur opes. *Silius l. 15. v. 271.* Indelibata virgo.

Indelictus, a, um, non malus, nihil delicti in ſe habens. *Attius* apud *Feſt. in voce Probrum.* Qui, niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant.

Indemnatus, a, um, *non condannato*, [illegible], non damnatus. *Cic. de leg. Agrar.* Cum bona indemnatorum civium funeſta illa auctione ſua venderet. *Vell. l. 2. c. 45.* Indemnatum civem interimere.

Indemnis, ne, o. 3. *ſenza danno*, [illegible], nullo affectus damno, a *damnum*. *Senec. epiſt. 9.* Illæſus, & indemnis evaſit. Adde *de conſtant. Sapient. cap. 5.*

Indemnitas, atis, f. *indennità*, vitatio damni, ratio damni vitandi, ab *indemnis*. *Papin. in l. fidejuſſor, ff. de neg. geſt.* Exiſtimans indemnitati ſuæ cautum prædiis conſuli poſſe. *Ammian. l. 20. cap. penult.* Nec provinciarum indemnitati proſpexit.

Indemonſtrabilis, le, adject. qui demonſtrari non poteſt. *Apulej.* [illegible] non ſemel.

Indemutabĭlis, le, adject. qui mutari non poteſt. *Tertull. adverſ. Hermog. c. 12.* Deus inconvertibilis, & indemutabilis.

Indenuntiatus, a, um, nom. compoſ. ex particip. non denuntiatus. *Senec. Suaſor. 5.* Arma indenuntiata. *Id. Suaſor. 2.* Indenuntiata morte perire.

Indepiſcor. V. Indipiſcor.

Indeplorātus, a, um, *non pianto*, [illegible], indefletus. *Ovid. 3. Triſt. el. 3. v. 46.* Indeploratum barbara terra teget.

Indepravātus, a, um, *non guaſto*, [illegible], incorruptus. *Sen. ep. 77.* Si vita indepravata virtus eſt.

Indeprecabĭlis, le, o. 3. [illegible], quod nullis precibus poteſt averti. *Gell. l. 1. c. 13.* Et pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.

Indeprehenſibĭlis, le, o. 3. [illegible], quod deprehendi non poteſt. *Quintil. declam. 8.* Inenarrabile, indeprehenſibile eſt.

Indeprehenſus, & per ſyncop. Indeprenſus, a, um, non deprehenſus, incognitus. *Virg. 5. Æn.* de labyrintho; Falleret indeprenſus, & irremeabilis error.

Indeptare, conſequi. *Feſtus*, *Varr.*

Indeptus, partic. *chi ha conſeguito*. V. Indipiſcor. ¶ Paſſiva ſignificatione, *acquiſtato*, *conſeguito*. *Plin. in præfat. hiſtor. natur.* Honoribus indeptis gaudens. *In Cod. l. 12. tit. 24. leg. 14.* Indeptæ dignitatis honor.

Indeſertus, a, um, *che mai non ſi abbandona*, quod nunquam deſeritur. *Ovid. 2. Amor. Eleg. 9. v. 52.* Indeſerta meo pectore regna gere.

Indeſes, idis, o. 3. *non pigro*, Germ. *nicht faul*, Gal. *non pareſſeux*, Hiſp. *non perezoſo*, [illegible], impiger, qui deſes non eſt. *Gel. l. 7. c. 22.* Non omnino inculpatum, neque indeſidem viſum eſſe.

Indeſinenter, adv. *inceſſantemente*, *continuamente*, Ger. *ohn unterlaſs*, Gall. *ſans relache*, *ſans ceſſe*, Hiſp. *ſin parar jamas*, [illegible], ſemper, ſine intermiſſione. *Varr. de re ruſt. c. 9.* Et, ſi alter indeſinenter ager eſt. Quæ tamen lectio viris doctis Scaligero, P. Victorio, Borrich. & aliis mendoſa videtur. *Veget. l. 1. de re milit. c. 26.* Ut aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines indeſinenter obſervent. Adde *Oroſium l. 6. c. 16.*

Indeſpectus, a, um, adject. qui deſpici, ſeu aſpici non poteſt. *Lucan. l. 6. v. 748.* Indeſpecta tenet vobis qui Tartara.

Indeſtrictus. V. Indiſtrictus.

Indetonſus, a, um, *non toſato*, [illegible], non tonſus, intonſus. *Ovid. 4. Metam. v. 13.* Additur his Niſus, indetonſuſque Thyoneus.

Indetrītus, a, um, adject. *non logorato*, ut indetrita veſtimenta. *Tertull. de reſurrect. carn. c. 58.*

Indevitātus, a, um, adject. *non ſchivato*. *Ovid. 2. Met. v. 605.* Indevitato trajecit pectora telo.

Indevorātus, a, um, adject. *Martial. l. 7. epigr. 19.* Indevorato capite turtureis truncum. Ita refert Theſaurus L. L. Verum alii legunt *& devorato*, alii *inde vorato*.

Indevotĭo, onis, f. devotionis carentia. Legitur *l. 35. Cod. de donationib. & leg. fin. Cod. de fideicom. libert.* Aſſertur etiam *Ulpian. l. c. Dig. de pen. leg.* ſed Triboniani (qui inferior multis Ulpiano eſt) ea verba putat Briſſonius.

Indevōtus, a, um, adjectiv. non devotus, *indevoto*. Ejuſdem fere ætatis vox eſt ac indevotio. habetur enim *l. 35. Cod. de Donat. & in ep. Caſſiodori 16. l. 2.*

Index, icis, c. 3. *dimoſtratore*, *manifeſtatore*, [illegible], Germ. *angeber*, Gal. *monſtreur*, Hiſp. *deſcubridor*, [illegible], qui, vel quæ aliquid indicat, & defert, ab *indico*. *Aſconius* ſcribit eſſe, qui facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. *Cic. 4. Catil. c. 3.* Hæc omnia indices detulerunt. Adde *Liv. l. 32. c. 26.* ¶ Sed generatim ſumitur. *Cic. 7. Ver.* Cujus rei neque index, neque veſtigium aliquod, neque ſuſpicio cuiquam eſſet ulla. *Id. in Or. c. 18.* Imago animi vultus eſt, indices oculi. ¶ Item lapis, quo auri, vel argenti gradus cognoſcitur, ab indicando. Nam lapidis hujus attritus auri bonitatem nobis indicat. *Ovid. 2. Met.* In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur index. ¶ Item elenchus, quo res, quæ continentur in libris, indicantur, *indice*, *tavola*. *Cicer. Attic. l. 4.* Ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci, ut opinor, [illegible] appellatis. *Gell. l. 20. c. 11.* Neque item deſunt, qui indices libris ſuis fecerunt. ¶ Item titulus, ſive ſimplex inſcriptio. *Cicer. 2. de Orat.* In Philoſophos veſtros ſiquando incido, deceptus indicibus librorum, qui ſunt fere inſcripti de rebus notis, verbum prorſus nullum intelligo. *Tibull. l. 4. ad Meſſal.* Nec quæris, quid quaque index ſub imagine dicat. Ubi *Index* eſt titulus imagini ſubjectus. ¶ *Index digitus* dicitur, qui pollici proximus eſt, quod eo ad aliquid indicandum utimur. *Horat. l. 2. Sat. 8. verſ. 26.* Qui, ſi quid forte lateret, Indice monſtraret digito.

India, æ, f. 1. *India*, regio Aſiæ Orientalis ab Indo fluv. ſic dicta, ab eo, uſque ad Sinarum regnum ſe extendens. Duplex eſt, citerior, quæ intra Gangem fluv. & ulterior, quæ ultra jacet. Eam accurate deſcribunt *Plin. Mela*, & *Curt. l. 8. c. 9. Virg. l. 1. Georg.* India mittit ebur. ¶ Notat *Turneb.* latiſſime Indiæ nomine uſos Veteres, ut qui Æthiopiam interdum eo ſignificarent. ¶ India Occidentalis, *l'America*. ¶ De utraque V. Geographos, præſertim recentiores.

Indiānus, a, um, *Indiano*. Inſcript. apud *Gruter. pag. 519. n. 7.* Albano Vitali eq. alæ Indianæ Treviro an. XXX. ſtip. X. &c. Fortaſſe alam deſignat, quæ cum Trajano Imp. in expeditione fuit, cum ad Indos propa acceſſit, qua Oceanus rubro mari infunditur.

Indicabĭlis, le, adject. qui indicat. *Cal. Aurel. Acut. 2. c. 3.* Signum facere indicabile lethargi.

Indicatĭo, onis, f. 3. *ſtima del prezzo di qualche coſa*, Ger. *anſchlag*, Gal. *priſée*, Hiſpan. *eſtimacion*, [illegible], æſtimatio, ac probatio alicujus rei. *Plin. l. 21. c. 24.* Mellis cauſas, atque differentias, nationeſque, & indicationem in apium, ac deinde florum natura diximus. *Plaut. Perſ. 4. 4. 37.* Tua merx eſt, tua indicatio eſt.

Indicatīvus, a, um, [illegible], id, quo aliquid indicatur. Indicativus modus eſt unum ex accidentibus, ſeu attributis verborum. Dictus eſt, quia eo præſentem actionem indicamus. V. *Grammaticos*.

Indicator, oris, m. qui indicat. *Solin. c. 53.* Anaxagoras naturæ indicator.

Indicatūra, æ, f. 1. idem ac indicatio. *Plin. l. 37. cap. 2.* Neque eſt hodie murrhini alterius præſtantior indicatura. *Id. l. 29. c. 1. de medicis.* Dolorum indicaturam, & mortis arrham, aut arcana præcepta. h. e. pretium a medicis conſtitutum pro morbis ſanandis. V. *Indicatio*.

Indicātus, a, um, oſtenſus, demonſtratus, partic. ab indicor. Sæpe pro æſtimato capitur. *Plin. l. 28. c. 13.* Eadem ex cauſa emi lienem vituli, quanti indicatus ſit, jubent magi, nulla pretii contatione. *Id. l. 31. c. 1.* Indicatus ſmaragdus ſex aureis denariis.

Indicens tis. V. Indico, is.

Indicina, æ, f. 1. indicium, vel merces, quæ indici datur. *Apul. l. 7. A. A. ſub fin.* Ob indicinæ præmium.

Indicium, ii, n. 2. *manifeſtazione*, *ſegno*, [illegible], Ger. *anzeigung*, Gal. *indice*, Hiſp. *indicio*, [illegible], ſignum, inſigne, argumentum, nota, ſpecimen, ab *index*. *Cic. pro Cluent.* Omnia, quæ ſolent eſſe indicia, & veſtigia veneni, in illius mortuo corpore fuerunt. ¶ Item delatio, accuſatio, detectio criminis, præſertim facta ab eo, qui illius conſcius fuerit. *Sal. in Catil.* Frequens Senatus decrevit, Tarquinii indicium falſum videri. ¶ Indicio eſt, pro ſignum, ſeu argumentum eſt. *Terent. Heaut. 2. 4. 4.* Quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. ¶ Indicium facere: *dar indizio*. *Id. Adelph. 4. 4. 8.* Credit, mihi me pſaltriam hanc emiſſe. id anus mihi indicium fecit. ¶ Indicium profiteri, h. e. deferre. *Salluſt. in Jugurtha:* Sed ipſe deprehenſus, multis hortantibus, indicium profitetur. Adde *Marcian. l. 1. ad leg. Corn. de Sic.* ¶ Indicium interdum ſumitur pro mercede, quæ indici datur. *Ulp. l. Idem, Dig. de cond. ob turp. cauſ.*

Indĭco, as, avi, atum, a. 1. *manifeſtare*, *paleſare*, [illegible], Ger. *anzeigen*, Gal. *indiquer*, Hiſp. *enſeñar*, *demonſtrar*, [illegible], manifeſto, detego, pa-

teſtacio, enuntio, oſtendo, expono, palam facio. *Cic. 9. Fam.* Nam quod antea te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam. *Salluſt. in Catil.* Si quis indicaſſet de conjuratione, quæ contra Remp. facta erat. ¶ Eſt item deferre, accuſare. *Cic. Tuſc. 3.* Potius quam conſcios indicaret. Ad. de *Ulp. l. Indicaſſe. Dig. de V. S.* ¶ Item æſtimare, vel pretium rei venalis ſtatuere. Ea eſt venditoris, ſicut liceri emptoris. *Cic. 3. Offic.* Cum poſtulaſſet, ut ſibi fundus, cujus emptor erat, ſemel indicaretur. *Plaut. Perſ. 4. 4. 25.* Hanc eme. D. modo ut ſciam, quanti indicet.

Indico, is, ixi, ctum, *a. 3. denunziare, intimare*, הגיד, Ger. *auordnen*, Gal. *denoncer*, Hiſp. *denunciar*, προαγγέλλω, denuncio, promulgo, a *dico*, quaſi dicendo ſignifico, vel denuntio. Differt a *denuntio*, quia *denuntiare* eſt ſimpliciter ſignificare, *indicere* vero eſt ſolemniter, & quadam cum auctoritate ſignificare, ut Indicere bellum, concilium, tributum, ſupplicationem, &c. Sed tamen hæc differentia non obſervatur. *Cic. 1. Off.* Nullum bellum eſſe juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit, & indictum. *Liv. l. 1.* Ipſum, qui concilium indixeras, non adeſſe. *Id. l. 6. c. 11.* Indicere exercitum in aliquem locum. *Id. l. 32. c. ult.* Indicere diem comitiis. ¶ *Voluptatibus bellum indicere*, per translationem dicimus pro eo, quod eſt, cum voluptate pugnare, frænum voluptati injicere. *Cic. de Sen. c. 14.* Ne omnino bellum videar indixiſſe voluptati. ¶ *Indicere ſpectaculum*, eſt denuntiare, & ſignificare futurum ſpectaculum. *Liv. l. 1.* Indici deinde finitimis ſpectaculum jubet. ¶ *Indicere funus*, eſt vocare homines per præconem ad funus. *Cic. pro Domo*. Tamen ad funus jure indictum eſſe dicebant. V. *Indictivus*. ¶ *Indicere juſtitium*, eſt imperare ceſſationem dicendi juris, quod non aliter, quam in maximo Reipub. luctu, aut periculo fieri conſuevit. *Cic. in Phil.* Juſtitium indici dico oportere. ¶ *Legem ſibi indicere*, eſt imponere. *Cic. 5. Ver.* Legem ſibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt. ¶ Significat interdum non dicere, ſumpta *in* privativa. *Liv. l. 22. c. 39.* Nam & duo boni conſules, etiam indicente me, omnia e Rep. faceretis. Al. leg. *etiam me tacente*. Sed Gronov. primam lectionem acerrime defendit. ¶ *Indico* pro *indic.* ἀρχαϊκῶς. *Plaut. Pſeud. 1. 5. 139.*

Indictio, onis, *f. 3. ſpecie di tributo*, collatio tributi, vel exactionis genus, quod a Principibus populo indicitur, hoc eſt imperatur. *Padeanus in 4. Verr. c. 2.* Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, canonis, oblationis, indictionis. *Plin. Paneg. c. 29.* Nec novis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt. ¶ Eſt etiam genus computi, quo utuntur in publicis diplomatis, & chirographis, qui quindecim annorum ſpatio definitur: de cujus origine alii alia. Sunt enim, qui Conſtantinum ejus auctorem primum agnoſcunt: ſunt qui Auguſtum. ſunt denique qui omnia vocans in dubium. V. *Onuphr. Panvin. Comment.* in *5. Faſt.* in anno 1064. *Petavium l. 7. Rationar. temp. c. 1.* &c.

Indictionalis, le, adject. ad indictionem pertinens, h. e. ad tributum. *Ammian. l. 17. c. 3.* Indictionale augmentum oblatum ſibi humi projecit.

Indictitius, a, um, adject. indictivus. *Caſſiod. l. 5. Var. ep. 14.* Indictitia oneta.

Indictivus, a, um, *o. 1. 2.* σύγκλητος, quod indictum eſt. Indictivæ feriæ eædem erant, ac imperativæ, idest, quas Conſules, vel Prætores indicebant. Indictivum funus erat, ad quod per præconem evocabantur. *Feſt.* & *Varr. l. 6. L. L.* ¶ Formulam, qua uſi, docebit *Ter. Phor. 5. 8. 37.* Exequias Chremeti, quibus commodum ire, jam tempus eſt. His adde ex *Var. loc. cit.* Ollus letho datus eſt.

Indictus, a, um, *non detto*, non dictus, partic. ab *in* particula privativa, & participio *dictus*. *Liv. l. 5.* Ea ſe, nec uti indicta ſint, revocare poſſe. ¶ Hinc indicta cauſa, non dicta, non defenſa, ἄκριτος. *Cic. pro Rabir.* Sed indicta cauſa Civem Romanum capitis condemnari coegit. ¶ Eſt etiam partic. ab indicor, & ſignificat, quod ſolemniter promulgatum eſt, *publicato*, גזור, Germ. *angeſagt*, Gall. *commandé, public*, Hiſp. *denunciado*, προαγγελθείς. *Cic. in Ver.* Tanto mercatu Prætoris indicto concurritur undique ad iſtum Syracuſas. ¶ Ponitur etiam pro denuntiatio ſimpliciter. *Cic. in Verr.* Tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quam indictæ, & apertæ. *Ovid. 6. Faſt. v. 594.* Si vir es, indictas exige dotis opes. h. e. promiſſas.

Indiculum. V. Indiculus.

Indiculus, i, m. parvus index, *picciol indice*. Vox eſt ſequioris latinitatis. *Ennod. l. 5. ep. 34.* Cognationem indiculo comprehenſam. ¶ Ejuſdem fere auctoritatis eſt Indiculum, i, n. parvum indicium. Legitur tamen apud *Auguſtinum*, qui Ennodio aliquanto antiquior eſt.

Indicum, i, n. *indaco*, pigmenti, ſeu coloris genus ex India apportati. *Plin. l. 33. c. 6. Iſid. l. 19. c. 17.* V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Indicus, a, um, adject. ad Indiam pertinens, *Indiano, d' India*. *Ter. Eun. 3. 1. 23.* Indici elephantus. *Ovid. 1. Pont. ep. 5. v. 80.* Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua.

Indidem, adv. *da quell' iſteſſo luogo*, משם, Ger. *vom dem orth, her*, Gal. *de ce lieu la même*, Hiſp. *del mismo lugar*, ἐντεῦθεν, αὐτόθεν, ex eodem loco, ab inde, & idem. *Cic. pro Roſc. Am. c. 27.* Indidem ne Ameria, an hoſce ex urbe ſicarios? *Nepos Epamin. c. 5.* Habuit obtrectatorem Meneclidem indidem Thebis. h. e. ipſum quoque Thebanum, ut erat Epaminondas. *Liv. l. 39.* Indidem ex Aventino.

Indifferens, tis, *o. indifferente*, Ger. *nicht unterſchieden*, Gal. *indifferent*, Hiſp. *indiferente*, ἀδιάφορος, quod non differt, quod ſua natura neque bonum eſt, neque malum. *Cic. 3. Fin.* Quod illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. ¶ Indifferens homo, qui non eſt difficilis, aut moroſus in re aliqua. *Suet. in Caſ. c. 53.* Nam ſit ea victum C. Oppius adeo indifferentem fuiſſe docet.

Indifferenter, adv. *indifferentemente, ſenza differenza*, Ger. *ohne unterſchied*, Gal. *indifferemment*, Hiſp. *indiferentemente*, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, indiſcriminatim. Indifferenter ferre, eſt æquo animo ferre. *Suet. in Domit. ad fin.* Occiſum eum populus indifferenter, miles graviſſime tulit. *Quint. l. 11. c. 3.* Utraque appellatione indifferenter uti licet.

Indifferentia, æ, f. *indifferenza*, Germ. *gleicher wurde*, Gal. *indifference*, Hiſp. *indiferencia*, ἀδιαφορία, ſimilitudo, affinitas, convenientia. *Gell. l. 13. c. 3.* Hoc ego ſcripſi de utriuſque vocabuli indifferentia.

Indigem liberum dixit *Cicero de Orat. ex Pacuv.* pro ſine liberis.

Indigena. s. 1. *nativo del paeſe*, יליד, Ger. *inlandiſcher*, Gal. *né, natif*, Hiſp. *natural*, αὐτόχθων, genitus in eo loco, ubi degit, ab antiqua præp. *indu* pro *in*, & *geno* pro *gigno*. *Ser. in 8. Æn.* Omnes terræ habitatores aut indigenæ ſunt, aut advenæ, aut convenæ. Indigenæ ſunt inde geniti, quos vocant Aborigenes Latini, Græci αὐτόχθονας, ut de Faunis Virgilius dixit. Advenæ de uno loco venientes, ut Saturnus. Convenæ de diverſis, ut Auſones, & Sicani. *Cic. 3. de nat. Deor.* Tertius eſt ex Idæis indigenis, cui inferias afferunt. ¶ Aliquando adjectivi vim habet, jungiturque ſubſtantivis cujuſvis generis. *Plin. l. 14. c. 6.* Dixiſſe hoſpiti de indigena vino. *Flor. l. 2. c. 18.* indigena potio. *Ovid. 6. Metam.* Indigenæque Dei. ¶ Veteres dixerunt. *Indigenus, a, um.*

Indigenitalis, le, adject. *nativo*, nativus, non alienigena. *Cic. 3. de Orat. c. 38.* Senſus diſertus, indigenitalis. Al. aliter leg.

Indigens, entis, o. *biſognoſo, ſelens*, qui indiget, partic. ab indigeo. *Cic. 2. Fin. c. ult.* Cum opem indigentibus, ſaluteinque ferres. *Id. de Am.* Quid? Africanus erat indigens mei?

Indigentia, æ, f. 1. *biſogno*, מחסור, Ger. *mangel*, Gal. *indigence*, Hiſp. *menester*, ἔνδεια, inopia, egeſtas, penuria. *Cic. de Amic. c. 8.* A natura mihi ortam potius, quam ab indigentia orta amicitia.

Indigeo, es, gui, n. 2. *aver biſogno*, חסר, Ger. *bedürffen*, Gal. *avoir beſoin*, Hiſp. *aver meneſter*, ἀπορέω, egeo, ex *in*, & *egeo*, *d* euphoniæ gratia interjecto. Eſt a. vel 7. ord. neutrorum. *Cic. 1. de Or.* Jam illa non tam artis indigens, quam laboris. *Id. Att. l. 2.* Precibus noſtris, & cohortatione non indiges. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter. *Plin. l. 12.* Nunquam conſpectis, niſi cum præſidio earum indigetur. ¶ Indigere, pro ſupere. *Cic. pro Syll. c. 6.* Contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere.

Indiges, is, adject. 3. indigens, V. *Indigens*.

Indiges, etis, m. V. Indigetes.

Indigeſte, ad. *diſordinatamente*, Ger. *unordentlich*, Gal. *confuſement*, Hiſp. *confuſamente*, ἀτάκτως, inordinate, incompoſite. *Gel. l. 20. c. 11.* vel *in præfat.* Quas breviter, & indigeſte, & incondite annotationibus, lectionibuſque variis feceramus.

Indigeſtibilis, le, adject. *indigeſtibile*, qui concoqui in ventriculo non poteſt. Et

Indigeſtio, onis, f. *indigeſtione, crudità*, Voces ſunt Theodori Priſciani Medici antiqui *c. 6.* & *12.*

Indigeſtus, a, um, *mal compoſto*, מבולבל, Ger. *ungeordnet*, Gal. *confus*, Hiſp. *indigeſto*, ἄτακτος, non digeſtus, confuſus, perturbatus, ſine ordine. *Ov. 1. Met. v. 7. Plin. l. 13. c. 13.* Indigeſta ſimplicitas.

Indigetes, m. 3. *Santi*, Ἀνθρωποδαίμονες, qui ex hominibus Dii facti ſunt, ab *in*, & *dico*, hoc eſt, dedico, conſecro, unde *indices*, & e *t* g converſo *indiges*, inter Deos conſecratus. *Salmaſ.* Aliquibus dicti videntur ab *indigito*, invoco, quod ab *indu* pro *in*, & *cito*, voco, quia una cum cæteris Diis invocantur. *Serv. in 12. Æn.* Alqui derivant a *Deus*, & *ago*, quaſi in Diis agentes. *Serv. in 12. Æn.* Aliqui cenſent, eos Indigetes eſſe Deos patrios, ſeu Deos Topicos, qui Græcis θεοὶ πατρῷοι, & ἐγχώριοι, & τοπικοί, vel ἐντόπιοι vocantur, & dici ab *indu* pro *in*, & *ago*, habito, ut Indiges ſit, qui locum aliquem incolit. *Serv. in 12. Æn.* Sed hac acceptione dicti potius fuerunt ab *inde*, & *geno*, ſeu *genitus*, quod in eo loco geniti ſint, in quo colantur. Cæterum Servius aliorum opinionem hic recitat. Nam in *1. Georg.* Deos patrios ab Indigetibus diſtinguit, his verbis: Patrii Dii ſunt, qui præſunt ſingulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini: Indigetes autem proprie ſunt Dii ex hominibus facti, quaſi in Diis agentes. ¶ Al. qui ſtricte exponunt Semideos Curetes. Gloſſ. vet. Indigetes, ἡμίθεοι Κουρῆτες. *Arnob. l. 3.* Aut ſi Curetas pro Laribus invocaro, quos Indigetes Samothracum pars veſtrorum adſeverat auctorum. ¶ Sed univerſe dicebantur Indigetes, qui Dii ex hominibus facti eſſent. Aliqui Indigetes dicunt eſſe Deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Aliqui omnes Deos Indigetes appellari volunt ab *indigeo*, quod nullius rei indigeant, vel quod nos eorum indigeamus. *Macrob. l. 1. de Somn. Scip. c. 9. Serv. in 12. Æn. Liv. l. 8.* Lares, Dii Novenſiles, Dii Indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrum, hoſtiumque. *Virg. 1. Georg. ad fin.* Dii patrii, Indigetes, & Romule, Veſtaque mater. ¶ In ſingulari num. eſt Indiges, etis. *Virg. Æn. 12. v. 794.* Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris, Deberi cœlo.

Indigito, vel Indigeto, as, avi, atum, a. 1. propria ſignificat invocare, *invocare*, ab *in*, vel *indu* pro *in*, & *cito*. *Macrob. l. 1. Sat. c. 17.* Namque Virgines Veſtales ita indigetant, Apollo Medice, Apollo Pæan. ¶ Alii aliam huic verbo originem aſſignant, nam & a digito derivant, ut ſit idem ac oſtendere, ac digito velut monſtrare, quos reprehendit *Voſſ. l. 1. de vit. ſerm. L. L. c. 24.* ¶ Hinc & pro nominare *alicui* putant, quod qui aliquem oſtendit, ejus etiam nomen docet ſolet. *Arnob. l. 4.* Qui Patroclus Thurius ſcriptorum in titulis indigitatur. Sed al. leg. *indicatur*. ¶ Pro indicere, imperare, *intimare*, uſurpare videtur *Tertul. de jejun. c. 16.* his verbis: Cum aret annus, Magiſtratus purpuras ponunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant.

Indigitamenta, orum, n. 2. appellantur libri Pontificales, qui Deorum nomina, & eorum invocandorum rationem, rituſque continent, ἱερατικὰ βιβλία. *Arnob. l. 2.* Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta neſciunt. V. *Voſſ. de vit. L. L. c. 24.*

Indigito. V. Indigeto.

Indignabundus, a, um, *ſdegnato*, indignatus. *Liv. l. 38. c. 57.* Cum illa mulierbriter indignabunda nihil de communi ſibi ſecum conſultatum adjeciſſet.

Indignans, antis, adject. o. *ſdegnoſo, irato, che ſdegna*. *Ovid. 6. Metam. v. 584.* Verbaque quærenti ſatis indignantia linguæ Defuerunt. *Colum. l. 8. c. 17. de malis*. Genus ſervitutis indignantiſſimum.

Indignanter, adverb. *ſdegnoſamente*. *Arnob. l. 3.* Muſitare indignanter. *Ammian. l. 15. c. 1.* Indignanter ferre.

Indignatio, onis, f. *ira, ſdegno*, ἀγανάκτησις. *Vellej. l. 2. c. 66.* Indignatio erumpens animo ac pectore. *Plin. l. 9. c. 30.* Alicujus in ſe indignationem convertere. *Horat. Epod. 4.* Liberrima indignatio. ¶ Eſt etiam oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offenſio concitetur. Hæc *Cic. l. 1. de Invent.*

Indignatiuncula, æ, f. dim. ab indignatio. *Plin. l. 6. ep. 17.* Indignatiunculam, quam in cujuſdam amici auditorio cepi, non poſſum mihi temperare, quominus apud te per epiſtolam effundam.

Indignativus, a, um, adject. qui indignatur. *Tertul. de anim. c. 16.* Indignativum, quod appellant θυμικόν.

Indignatus, a, um, partic. ab indignor. *Virg. 2. Georg. v. 163.* Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor.

Indigne, adv. *indegnamente*, Ger. *unehrlich*, Gal. *indignement*, Hiſp. *indignamente*, ἀναξίως, inhoneſte, præter dignitatem. *Ter. Adel.* Cui miſeræ indigne per vim vitium obtulerat. *Id. ib. 1. 1. 11.* Clamant omnes, indigniſſime factum eſſe.

Indignitas, atis, f. *indegnità*, Ger. *ubelſtand*, Gal. *indignité*, Hiſp. *indignidad*, ἀναξία, ἀτιμία, quod indignum eſt, quod eſt contra dignitatem, dedecus, ignominia. *Cic. 6. Fam.* Atque omnem adeundi, & conveniendi illius indignitatem, & moleſtiam pertuliſſem. *Id. pro Mur. c. 25.* Neque ſatis ſevere pro rei indignitate decrevit. *Caſ. l. 2. B. G. c. 14.* Omnes indignitates, contumeliaſque perferre. *Cic. 4. Verr.* Qui indignitate ſervos, temeritate fugitivos, crudelitate hoſtes vicerit, h. e. abjiciendo ſe vilitati.

Indigniter, adverb. indigne. *Verus monumentum apud Ferret. in Muſap. p. 221.* Parcæ vitæ finem ſtatuerunt indigniter.

Indignor, aris, atus ſum, *ſdegnare*, כעס, Ger. *zornen*, Gal. *s'indigner*, Hiſp. *enojarſe, indignarſe*, ἀγανακτεῖν, graviter fero, ſtomachor. Eſt tertii ordinis deponentium, & fere conſtruitur cum acc. rei. *Quint. l. 1. c. 3.* Quidam indignantur imperia. ¶ Conſtruitur etiam cum infinitivo. *Brut. Cic. 11. Fam.* Quod ſi indignaris, auſos eſſe id facere. ¶ Item cum particula quod. *Cic. 1. de Inv.* Per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit. ¶ Item cum membro orationis. *Sulpic. Cic. l. 4. Fam. ep. 5.* Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit.

teriit. ¶ Interdum dativum regit, ſed rarius. Ulp. l. 2. Dig. ad leg. Jul. de adult. Qui matrimonium ſuum contemnit, quique contaminatio-ni (adulterii) non indignatur.

Indignus, a, um, o. 1. c. indegno, Ger. unwürdig, Gal. indigne, Hiſp. indigno, ἀνάξιος, non dignus. Ter. Adel. 3. 3. 34. Hæc te admittere indigna genere noſtro? Cic. in Vatin. c. 16. Cæſar te omni honore indigniſſimum judicat. ¶ Cum genit. Plaut. Pœn. 2. 2. v. 9. Quoniam illa (exta) non bona aruſpex dixit, Deum eſſe indignam credidi. Verum neque hæc lectio conſtans eſt, neque, etiamſi ſic legatur, probe conficitur hinc, indignus cum genit. uſurpari. Poteſt enim ſic apte explicari, Deum (h. e. Venerem, de qua hic eſt ſermo. Solebant autem Veteres Deus uſurpare etiam in gen. fœm. V. Deus) indignam eſſe, cui vitiata exta offerrentur. Hac autem ratione uſurpatur indignus ad laudem. Sic Cic. in Piſon. L. Flaccus vir tua legatione indigniſſimus. h. e. vir tantæ probitatis, ut minime decuerit, eum eſſe Piſonis hominis improbiſſimi legatum. Adde Lucret. l. c. v. 1101. ¶ Interdum ſumitur pro fœdo, miſerando, crudeli. Liv. l. 29. Lictoribus indignum in modum mulcatis. Cic. pro Quint. c. 31. Indignum eſt a pari vinci, aut ſuperiore, indignius ab inferiore, atque humiliore. ¶ Indignum, abſolute poſitum interjectio indignantis eſt, ſicut infandum. Ovid. 5. Met. Iſſet, & (indignum!) ſcelerato profuit ara. ¶ Indignas turres, pro magnis dixit Ennius.

Indigus, a, um, אביון, Ger. mangelhafft, Gal. indigent, Hiſp. meneſteroſo, ἐνδεής, ἄπορος, egenus, qui indiget. Plin. l. 8. c. 40. Stipendiorum indiga. Virg. l. 3. Georg. v. 428. Haud opis indiga noſtræ.

Indiligens, tis, o. negligente, ὀλίγωρος, negligens. Ter. Adel. Sed vereor, ne indiligens nimium ſies. Plin. l. 13. c. 12. Deprehenditur etiam odore, cum fuerit diligentior. Gell. l. 15. c. 28. Rerum memoriæ non indiligens. ¶ Uſurpatum etiam paſſiva ſignific. pro neglecto, inculto. Plin. l. 19. c. 4. Statim faciebant judicium, nequam eſſe in domo matremfamilias, ubi indiligens eſſet hortus.

Indiligenter, adv. negligentemente, ὀλιγώρως, negligenter. Cic. Att. l. 16. ep. 3. Quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum. Cæſ. l. 2. B. G. c. 33. Indiligentius ſervare præſidia.

Indiligentia, æ, f. 1. negligenza, עצלות, Ger. unfleiſſ, Gal. negligence, nonchalance, Hiſp. deſcuydo, ὀλιγωρία, negligentia. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. Nihil eſſe e me, niſi orationis acerbitatem, & iracundiam, &, ſi forte raro, literarum miſſarum indiligentiam reprehenſam. Tacit. 4. hiſt. c. 49. Indiligentia veri, & adulandi libidine.

Indimiſſus, a, um, adject. non dimiſſus. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. c. 34. Illicita dimiſſam uxorem pro indimiſſa docens, adulter eſt.

Indipiſco, is, activa forma, idem ac indipiſcor. Plaut. Aſin. 2. 2. 13. Numquam edepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.

Indipiſcor, eris, indeptus ſum, d. 3. conſeguire, acquiſtare, τυγχάνω, adipiſcor, aſſequor, apud vet. Plaut. Rud. 5. 2. 28. Largiter mercedis indipiſcar. Liv. l. 26. c. 39. Quam quis indeptus navem erat. Id. l. 17. c. 2. Conabamur memoriæ vegetandæ gratia indipiſci animo, ac recenſere. h. e. mandare memoriæ.

Indirectus, a, um, diſordinato, ſtorto, Ger. nicht gerad, Gall. indirect, mal dreſſé, Hiſp. no polido, indirecto, ἄτακτος, ἀδιάθετος, incompoſitus, & inordinatus. Quinctil. l. 5. c. 13. Indirecta fere, atque, ut ſic dicam, clamoſa eſt actio.

Indireptus, a, um, adject. non direptus. Tacit. 3. hiſt. c. 71. Sic Capitolium clauſis foribus indefenſum, & indireptum conflagravit.

Indiſciplinatus, a, um, indiſciplinato, diſciplina carens. Auguſtin. epiſt. 169. & Cyprian. epiſt. 62. ad fin.

Indiſciſſus, a, um, non diſciſſus. Hieronym. epiſt. 57. ad Damaſ. Indiſciſſa Domini tunica.

Indiſcrete, adverb. indifferenter, indiſcriminatim, ſenza diſcernimento, alla rinfuſa. Plin. l. 11. c. 37. Avium & animalium vocis indiſcrete editur imitatio. Capitolin. in Nigro c. 3. Cum indiſcrete ſubſellia Circi completa eſſent.

Indiſcretim, indiſcrete. Solin. c. 30. (al. 43.) Locus opiparis epulis ſemper refertus, quibus indiſcretim omnes veſcuntur.

Indiſcretus, a, um, che non ſi può diſcernere, confuſo, Ger. nicht unterſchieden, Gal. indiſcret, Hiſp. no apartado, ἄκριτος, quod diſcerni non poteſt, maxime conjunctum. Plin. l. 35. c. 10. Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretæ pinxit. Virg. 10. Æn. v. 392. Simillima proles indiſcreta ſuis.

Indiſcriminatim, adv. indifferentemente, Ger. ohne unterſchied, Gal. indifferemment, Hiſp. indiferentemente, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, indifferenter, & ſine diſcrimine. Var. de L. L. apud Non. c. 2. n. 449. Quibus nos in hoc libro utamur indiſcriminatim.

Indiſcuſſus, a, um, adject. non examinatus, ἀνεξέταστος. Claud. Mamert. l. 3. de ſtatu animæ, c. 11. Illud indiſcuſſum reſtat.

Indiſerte, adverb. non diſerte, ſenza eloquenza. Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 1. Orationem meam non indiſerte collaudavit.

Indiſertus, a, um, ſenza eloquenza, כבד פה, Ger. unbered, Gal. indiſert, Hiſp. indiſerto, ἀφραδής, non diſertus. Cic. 2. de nat. Deor. Neque indiſertum Academicum pertimuiſſem. Idem 3. de Orat. c. 35. Malim equidem indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem.

Indiſjectus. V. Indejectus.

Indiſpenſatus, a, um, adject. non penſatus, non diſtributus. Silius l. 16. v. 341. Indiſpenſato laſſantem corpora niſu. hoc eſt immoderato.

Indiſpoſite, adverb. non diſpoſite, ſenza diſpoſizione. Senec. ep. ult. Quid ergo, inquis, muta animalia perturbata, & indiſpoſite moventur?

Indiſpoſitus, a, um, adject. non diſpoſto, confuſo. Tacit. 2. hiſt. c. 68. Apud Vitellium omnia indiſpoſita, temulenta, pervigiliis, ac bacchanalibus, &c.

Indiſſimilis, le, adject. non diſſimilis. Var. l. 8. de L. L. c. 69. Formæ vocum indiſſimiles. Affertur etiam exemplum Vellej. l. 2. c. 80. Sed ibi legitur diſſimillimus.

Indiſſimulabilis, le, adject. non diſſimulatus, che non ſi può diſſimulare. Gel. l. 10. c. 22. Cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit.

Indiſſociabilis, le, adject. che non ſi può diſgiungere. Lactant. de Opific. Dei c. 10. Indiſſociabilem prætendunt unitatem.

Indiſſolubilis, le, o. 3. indiſſolubile, che non ſi può ſlegare, Ger. unaufflößlich, Gal. qu'on ne peut diſſoudre, Hiſp. indiſſoluble, ἄλυτος, quod diſſolvi non poteſt. Cic. de Univ. c. 11. Immortales vos quidem eſſe, & indiſſolubiles non poteſtis.

Indiſſolubiliter, adverb. ita ut non poſſit diſſolvi. Claud. Mamert. l. 2. c. 2. Indiſſolubiliter nexum.

Indiſſolutus, a, um, legato, non diſſolutus, non ſolutus, colligatus. Cic. de Univ. c. 11. Hæc ſunt indiſſoluta, me invito. Al. leg. non ſunt diſſoluta.

Indiſtincte, adv. confuſamente, ἀδιακρίτως, inordinate, confuſe. Gell. l. 20. c. ult. Indiſtincte, atque promiſcue adnotabam.

Indiſtinctus, a, um, non diſtinto, confuſo, Ger. nicht unterſchieden, Gal. confus, indiſtinct, Hiſp. indiſtincto, ἀδιάκριτος, inordinatus, confuſus. Quinct. l. 8. c. 2. Neque inordinata, neque indiſtincta. Catull. de nupt. Pel. & Thet. v. 283. Indiſtinctæ corollæ.

Indiſtrictus, a, um, non offeſo, non diſtrictus. Ovid. 12. Met. v. 92. Tamen indiſtrictus abibo. i. e. illæſus. Heinſius legit indeſtrictus. V. Deſtringo.

Inditus, a, um, nom. particip. ab indo, is, datus, impoſitus, immiſſus, impoſto, dato, ἐντεθειμένος. Curt. l. 4. c. 9. A celeritate, qua defluit, Tigris nomen eſt inditum. Id. l. 10. c. 10. Venenum potioni inditum. Flor. l. 3. c. 1. ſub fin. Indita monti urbs. h. e. impoſita.

Individuitas, atis, f. indiviſibilità. Tertull. de Monogam. c. 5. Individuitas matrimonii.

Individuus, a, um, individuo, che non ſi può ſeparare, Ger. unzertrennt, Gal. qu'on ne peut diviſer, Hiſp. individuo, ἄτομος, quod non poteſt dividi, vel quod non ſeparatur. Cic. 1. Fin. c. 6. Illa atomos quas appellat, id eſt, corpora individua. Id. in Acad. Ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat.

Indiviſibilis, le, adject. indiviſibile, individuus, ut indiviſibilis materia, apud Diomed. l. 2. Indiviſibilis anima, apud Tertull. de anim. c. 51.

Indiviſibiliter, adverb. indiviſibilmente, ἀμερίστως. Tertull. de anim. c. 51. Mors indiviſibili animæ indiviſibiliter accidens.

Indiviſus, a, um, indiviſo, ἀχώριστος, non diviſus. Var. 2. de R. R. c. 7. Equorum, qui ungulas indiviſas habent.

Indo, is, didi, ditum, imporre, שום, Ger. dreinthun, Gal. impoſer, mettre dedans, Hiſp. meter o dentro, ἐντίθημι, impono. Plaut. Capt. 5. 3. 7. Pægnium vocitatus eſt, poſt vos nomen indidiſtis Tyndaro. ¶ Quandoque eſt intus dare, immittere. Plaut. Caſ. 2. 3. 31. Si ego in os meum vini guttam indidi. Id. Mil. 2. 5. 1. Indere ignem in aram. ¶ Interdum imprimere. Plaut. Aſin. 3. 2. 7. Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. ¶ Item injicere. Id. Men. 1. 1. 3. Fugitivis ſervis indunt compedes. ¶ Item immiſcere, ut indere aliquid in aurum, aut argentum, ut deterius fiat. Ulp. l. 1. Dig. ad leg. Jul. pecul. ¶ Cum ablat. & præpoſit. in. Cato R. R. c. 21. Indere aliquid in aliqua re.

Indocibilitas, atis, f. durezza d'ingegno, mente indocile. Apul. l. 2. de dogm. Plat. Prudentiam indocibilitas impugnat.

Indocilis, le, o. 3. indocile, Germ. ungelehrig, Gal. indocil, Hiſp. indocil, ἀδίδακτος, δυσμαθής, qui doceri non poteſt. Cic. 1. de nat. Deor. Sed quia nimis indociles quidam, tardique ſunt. Id. 4. Acad. c. 1. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. ideſt quæ doceri, vel tradi non poteſt. Sic Sil. l. 12. v. 726. virum indocilem pacisque, modique. Id. l. 1. v. 237. Nec Cereri terra indocilis, nec inhoſpita Baccho. h. e. tellus quæ cultum patitur, & reſpondet. Id. l. 11. v. 11. Tum Gens Hirpini vana, indocilisque quietem. h. e. che non ſa ſtar in pace. Græca conſtructio eſt. Alii leg. quietis. Cum infinito Stat. 6. Theb. v. 313. Indocilis teneri. ¶ Item rudis, ineruditus. Ovid. lib. 4. Triſt. eleg. 1. Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor, Indocili numero cum grave mollit opus. ¶ Item nativus, nec ulla arte paratus. Propert. l. 1. el. 12. Et ſciat indociles currere lympha vias. h. e. ignotas, non monſtratas. ¶ Ponitur etiam pro indocto, ignorante. Virg. 8. Æn. Is genus indocile, & diſperſum montibus altis Compoſuit, legeſque dedit. Plin. l. 18. c. 25. Indocilis cœli agricola.

Indocte, adv. rozzamente, Ger. ungeſchickt, Gal. indoctement, Hiſp. indoctamente, ἀμαθῶς, imperite. Cic. 1. de nat. Deor. c. 16. Quæ qui videat, non indocte ſolum, verum etiam impie faciet, ſi Deus eſſe neget. Gell. l. 12. c. 5. Dicam ego indoctius, & apertius.

Indoctor, oris, m. pro ſervorum caſtigatore uſurpatur e Plauto Aſin. 3. 2. 6. quemadmodum doctores puerorum virgis eos caſtigare ſolent. Eſt tamen ibi lectionis mira varietas. V. Taubman.

Indoctus, a, um, ignorante, Ger. ungelehrt, Gal. indocte, Hiſp. indocto, ἀπαίδευτος, qui doctus non eſt, rudis, ineruditus, imperitus, ignarus. Cic. in Bruto. Qui & plane indocti, & inurbani, & ruſtici etiam fuerunt. ¶ Dicitur etiam de rebus, ut Indocta oratio, indocti verſus, &c. Cic. 3. de Or. Nam ſi rudis, & indocta putanda eſt illa ſine intervallis loquacitas perennis, & profluens. Id. l. 2. Divin. c. 63. Ex leviſſimo enim, & indoctiſſimo genere conſtant. ¶ Comparat. indoctior. Id. Tuſc. 1. c. 2. Habitus eſt indoctior Themiſtocles, cum in epulis lyram recuſaſſet. ¶ Cum infinito, Hor. l. 2. od. 6. Cantaber indoctus juga ferre noſtra. ¶ Cum genitivo, Id. de ar. poet. v. 380. Indoctus pilæ, trochive. ¶ Cum accuſativo, Græco more. Gell. l. 9. c. 10. Homo ſane pleraque alia non indoctus. ¶ Horat. l. 2. epiſt. 2. Canere indoctum. h. e. indocte, more adverbii.

Indolabilis, le, adject. qui dolari nequit. Tranſlate Sidon. l. 5. ep. 5. Corporibus, ac ſenſibus rigidi, indolabileſque. Al. leg. indociles.

Indolatus, a, um, adject. non dolatus. Arnob. l. 7. Lapis indolatus, & aſper.

Indolentia, æ, f. privazione di dolore, Gal. indolence, Hiſp. indolencia, ἀναλγησία, vacuitas doloris, cum nihil dolet. Cic. 2. Fin. c. 4. Num propterea idem voluptas eſt, quod, ita dicam, indolentia? Adde 2. Off. Senec. epiſt. 66. ¶ Cicero tamen libentius uſurpat doloris vacuitas, quam indolentia.

Indoleſco, is, lui, n. 3. dolerſi molto, התעצב, Ger. heſſtig trauren, Gal. avoir douleur, Hiſp. dolerſe, ἀσχαλάω, valde doleo. Cic. 2. Phil. c. 25. Quis, qui non indoluerit, tam ſero ſe, quem hominem fecutus eſſet, cognoſcere? Ovid. 2. Triſt. v. 599. At multos indoluiſſe malis. ¶ Reperitur etiam cum genitivo. Ovid. 2. Met. Succeſſorumque Minervæ indoluit. ¶ Item abſolute. Plin. l. 31. c. 3. Tanta intentione oculorum opus eſt, ut indoleſcant. ¶ Præteritum indolui quidam ab indoleo ducunt, non autem ab indoleſco.

Indoles, lis, f. natura, ingegno, Ger. art, zuneigung, Gall. le naturel, Hiſp. la ſenal de virtud en los niños, φύσις, vis innata, & ingenita, & per Metaphoram egregia ſpes in pueris, ſeu ſignificatio quædam futuræ probitatis, & in viris ſignum præſentis virtutis, & generatim proclivitas, ſeu generoſitas quædam virtutis, atque animi, ab indoleſco, creſco. Cic. de Sen. Ut enim adoleſcentibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectantur. Id. 3. Off. Homines, in quibus eſt virtutis indoles, commoventur. Liv. l. 25. c. 37. L. Martius ad ſummam indolem acceſſeras Cn. Scipionis diſciplina. o ſomma abilità. ¶ Aliquando etiam in malum dicitur. Liv. lib. 21. cap. 4. Cum hac indole virtutum, ac vitiorum ſub Aſdrubale meruit. ¶ Transfertur quoque ad muta, atque inanimata. Gell. l. 12. c. 1. In arboribus, & frugibus major plerumque vis, & poteſtas eſt, ad earum indolem vel detrectandam, vel augendam &c. Id. l. 20. c. 6. In plures libros mendæ iſtius indoles manavit. Plaut. Rud. 2. 4. 10. Papillæ cujuſmodi! tum quæ indoles eſt in ſavio! quanta grazia!

Indoleſcendus, a, um, particip. paſſiv. dolendus, da dolerſi. Sidon. l. 2. epiſt. 12. Mœroris retia amicis, & externis indoleſcenda.

Indolor, ris, adject. o. ἀνώδυνος, dolorem non efferens, ut indoloria medicamenta, Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 4.

Indoloria, æ, f. idem ac indolentia. Sidon. in epiſt. præfixa carmini 14. ſcribit, Ciceronem ipſum hac voce uſum, ſc. l. 2. Fin. c. 4. ubi tamen vocem hanc viri docti rejiciunt, & indolentia ſubſtituunt: ipſum etiam Sidonium eodem modo corrigendum cenſent, quamquam Sirmondus eam lectionem tueri videtur.

Indomabilis, le, o. 3. che non ſi può domare, inſoggettabile, פרא, Germ. ungezæmbeh, Gal. indomtable, Hiſp. indomable, ἀδάμαστος, qui domari non poteſt. Plaut. Caſ. 4. 3. 12. Ædepol næ tu, ſi eſſes equus, eſſes indomabilis.

Digitized by Google

Indomitus, a, um, *indomito*, פרא, Germ. *ungezæhmet*, Gall. *indompté*, Hiſp. *indomito*, ἀδάμαστος, qui domari non poteſt, & miteſcere. *Auct. ad Her. l.* 4. Neque equus indomitus, quamvis natura bene compoſitus ſit, idoneus poteſt eſſe ad eas utilitates, & aptus, quæ deſiderantur ab equo. ¶ Translate dicitur de animi motibus immoderatis, qui a ratione non vincuntur, & ſubiguntur. *Cic. pro Roſc. Am.* Luxuries igitur hominem, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt.

Indonatus, a, um, nom. particip. *chi è ſenza dono*. *Lamprid. Heliogab. c.* 28. Nec quenquam facile indonatum relinquebat.

Indormio, is, n. 3. *dormire ſopra qualche coſa*, ἐπικοιμάομαι, aſſi in re aliqua, vel ſuper rem aliquam dormire. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 3. v. 70. Congeſtis undique ſaccis indormis. ¶ Per Metaphoram accipitur pro ceſſare, & tardum eſſe. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Qui in iſto homine colendo tam indormivi diu. ¶ Indormire cauſæ, eſt remiſſius, & ſegnius tractare negotium. *Cic.* 2. *Phil.* 12. An faces admovendæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem? *Senec. de vita beata, c.* 10. Deſidiam diſſolutionemque ſegnis animi indormientis ſibi. h. e. ſibi uni vacantis, & ſecuri.

Indotatus, a, um, adject. dote carens, *ſenza dote*, ἄπροικος. *Horat. l.* 1. *ep.* 17. v. 46. Indotata mihi ſoror eſt. ¶ Translate *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 55. Cujus artem, cum & indotatam eſſe, & incomptam videres, verborum eam dote locupletaſti. *Ovid.* 7. *Metam.* Indotata defunctorum corpora. h. e. quibus juſta perſoluta non ſunt.

Indu, præp. apud vet. pro in a Syracuſano ἔνδοι, ſive ἐνδοῖ, pro ἔνδον, intus. Nam ab ἐνδοῖ, fit *endu*, & converſa *e* in *i*, *indu*, quomodo a *pœna* eſt *impune*, a *Pœnus*, Punicus. Giffanius negat, invenire ſe *indu* a veteribus dictum pro *in*, ſed *endo*, unde *Endo*, *procinctu endoperator*, *endogredi*, *endoitium*, *endoploram*, &c. Sed dubium non eſt, quin *indu* quoque dixerint, quia in veteribus libris Lucretii, aliiſque non tantum *endo*, ſed & *indu*, & corrupte interdum *inde* legitur, quod Giffanius ipſe agnoſcit, & quia in compoſitis *indu* non minus reperitur, quam *endo*, ut *Induperator*, *indigena*, *induciæ*, *indigito*, *induſtrius*, &c. *Enn. Annal. l.* 17. Indo mari magno fluctus extollere certant.

Indubitabilis, le, o. 3. *certo*, certus, de quo dubitari non poteſt. *Quintil. l.* 4. *c.* 5. Illo ſequenti (ſi modo indubitabile ſit) ostenduus ſolo.

Indubitabiliter, adverb. indubitanter. *Arnob. l.* 5. Cunctis indubitabiliter notum eſt.

Indubitandus, a, um, nom. particip. indubitatus. *Auguſtin. epiſt.* 19. *c.* 2. Ut veritas indubitanda perſiſtat.

Indubitanter, adv. *certamente*, בודאי, Ger. *gewiſſlich*, Gal. *ſans doute*, Hiſp. *ſin duda*, ἀναμφιβόλως, certo. *Plin. l.* 18. *c.* 21. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contigit. In editione Harduini legitur *indubitata*. *Auguſtin. de vera relig. c.* 46. Indubitanter invictus eſt. *Ulpian. Dig.* 37. 11. 2. Indubitanter probatur.

Indubitate, adv. indubitanter, ſine dubitatione. *Velleius l.* 2. *c.* 60. Indubitate corrupti commentarii. *Liv. l.* 33. *c.* 11. Quæ indubitate Lyſimachi erant. ¶ Superlat. *indubitatiſſime* Oroſii eſt *l.* 3. *ad fin.*

Indubitato, adverb. indubitate. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 9. Major indubitato eo, quem abſcondit.

Indubitatus, a, um, *certo*, *ſicuro*, נאמן, Ger. *ungezweifelt*, Gall. *certain*, *indubitable*, Hiſp. *indubitable*, *cierto*, ἀναμφίβολος, certus, de quo dubitari non poteſt. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. In iis vero, quæ indubitata ſunt. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Indubitata ſpes.

Indubito, as, n. 1. *dubitare*, *diffidarſi*, ἀπιστέω, idem ac dubito, diffido. *Virg.* 8. *Æn.* v. 404. abſiſte precando Viribus indubitare tuis. *Stat. in epiſt. l.* 3. *Syl. ult.* Sed ingratus, qui plura adnectit, tuiſque moribus indubito.

Indubius, a, um, adject. *indubitato*. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 45. Plurimorum indubia innocentia. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Exempla indubia.

Induciæ, arum, f. 1. *tregua*, ἀνοχαί, σπονδαί, erant quidem ſocietatis conſenſus factus plerunque Imperatorum arbitrio, interdum auctoritate Senatus, & juſſu Populi, per ſponſores, ſimplici juramento, quo a bello, & ab omnibus rebus hoſtilibus ad tempus ceſſabatur. Dictæ ſunt ab *in*, & *otium*, inſerta *c*, vel ab *induco*, ut Manutio placet in Orthogr. Differunt a pace, ſeu fœdere. Induciis enim pax non in perpetuum, ut fœdere, ſed in certum temporis ſpatium dabatur, aut dierum, aut menſium, aut annorum. Quare ſæpe factum animadvertimus, ut P. R. hoſtibus fœdus petentibus inducias dederit. *Liv. l.* 4. Inducias annorum octo impetraverunt. *Cic.* 1. *Off. c.* 10. Quo in genere etiam in Republica multa peccantur, ut ille, qui, cum centum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. *Salluſt. in Jug. c.* 29. Agitare inducias. *Liv. l.* 7. *c.* 20. Pacem inducias in centum annos. ¶ Translate *Terent. Eun.* 1. 1. 15. In quo (amore) inſunt inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. ¶ Dicimus autem, facere, impetrare, conſervare inducias, &c. *Liv. Cic. Nepos, & al.*

Induco, is, uxi, uctum, a. 3. *introdurre*, *condur dentro*, הביא, Germ. *einführen*, Gal. *introduire*, Hiſp. *introduzir*, εἰσάγω, εἰσάγω, introduco. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Inducere armenta in rura. ¶ Translate ſumitur pro afferre, in medium proponere, innovare, in uſu ponere, *introdurre*. *Cic.* 1. *Phil.* Ut inexpiabiles religiones in Remp. inducerentur. *Id.* 2. *de Or.* Qui hoc primus in noſtros mores induxit. ¶ Item pro impellere, illicere, inclinare, *indurre*, *perſuadere*. *Cic.* 2. *de Leg.* Idque ut facerem, & orationibus inducebar tuis, & verſibus. Sic inducere animum ad miſericordiam, *Id.* ¶ Hinc inducere animum, vel Inducere in animum, pro ſibi perſuadere, quaſi animum inclinare, vel introducere in animum. *Cic. Att. l.* 6. Et id, quod animum induxerat, paulisper non tenuit, ſed cito ad ſe rediit. *Id. Att. l.* 14. Quoniam ſemel induxit animum ſibi licere, quod exlibet. *Id. in Catil.* Si mea voce iam in exilium animum induxerit. *Id. pro Roſc. Am.* Qui potuit animum inducere, ut filium exhæredaret? *Terent. Heaut.* 5. 4. 5. Ne iſtuc in animum inducas tuum, alienum te eſſe. ¶ Inducere item, eſt ducto per ceras ſtylo tegere, abolere, delere, *cancellare*, *annullare*. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 14. Etſi nomina jam facta ſunt, tamen vel induci, vel mutari poſſunt. ¶ Item decipere, ſeducere. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 40. Homines honeſtiſſimos inducit, decipit, deſtituit. *Id.* 3. *Off.* Si hoc non eſt, emptores pati ruere, & per errorem alterum inducere. ¶ Item tegere, ſuperinducere. *Cic.* 3. *Verr.* Ex quo tantum tectorium vetus deletum ſit, & novum inductum. *Caſ. l.* 2. *B. G.* Gluta pellibus induxerunt. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Inducere parietem. ¶ Hac ratione & de picturis dicitur. *Horat. de Ar. poet.* v. 1. Cervicem pictor equinam Jungere ſi velit, & varias inducere plumas. Sic *Plin. l.* 35. *c.* 10. Huic picturæ quater colorem induxit. ¶ Significat etiam induere, veſtire. *Cic.* 2. *de Inv.* Et ſtatim ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. *Auct. ad Her. l.* 2. Et ſoleæ ligneæ pedibus inductæ ſunt. ¶ Item fingere, perſonam aliquam loquentem facere, ſeu producere, *introdurre*, tracta Metaphora a fabularum actionibus, in quibus perſonæ induci proprie dicuntur, cum ad agendum ſcenam ingrediuntur. *Cic.* 3. *Off.* Hinc ille Gyges inducitur a Platone. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Qui & ira inflammatus & libidine furentes induxerunt Deos. ¶ Hinc & ad judicia pertinet, ut inducere teſtes, &c. *preſentare*. *Sueton. Claud. c.* 40. Inducta teſte in Senatu. *Id. in Domit. c.* 11. Quoſdam majeſtatis reos in curiam induxerat, & facile perfecerat, ut condemnarentur. ¶ Similiter & tabulæ induci dicuntur, *rappreſentare*. *Sueton. Ner. c.* 21. Inducta eſt & Afranii togata. ¶ Pertinet etiam ad res militares, *condurre*, *far marciare*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 88. Illico equites jubet dextra inducere. *Liv. l.* 31. *c.* 28. Inducere exercitum in Macedoniam. ¶ Significat etiam interdum producere, emittere. *Col. l.* 5. *c.* 9. Nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. ¶ Inducere in errorem, *ingannare*, *far fallare*. *Cic. de clar. Orat.* Ut imperitos poſſes in errorem inducere. ¶ Inducere in ſpem, *dare ſperanza*. *Cic.* 2. *Offic.* Quæ te, malum, ratio in iſtam ſpem induxit, ut &c. Sic inducere in amorem, *far' amare*. *Catull. epigr.* 18. Inducere in viam, in iter, *iſtradare*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. & *Quintil. proœm. l.* 8. ¶ Inducere ſeditionem in civitatem, pro concitare. *Cic.* 1. *Off.* ¶ Inducere in rationem pecuniam aliquam, *metter' in conto*, *in partita*. *Id.* 3. *Verr.* Tutores pecuniam Prætori ſi pupillæ nomine dediſſent, grandem præſertim, quemadmodum in rationem inducerent, non videbant. *Id. Agrar.* 2. *c.* 26. Hic ager omnis quoque pretio coemptus erit, tamen ingenti pecuniæ vobis inducetur. h. e. tanquam ingenti pecunia vobis acquiſitus, in tabulas publicas referetur. ¶ Inducere rotam, pro impellere. *Mart. l.* 14. *epigr.* 168. de trocho: Inducenda rota eſt &c. ¶ Inducere novercam filiis, *dar' alla figliuola una madrigna*. *Plin. in epiſt.* ¶ Inducere animum ad meretricem, *attaccarſi ad una meretrice*, *Terent. Hecyr.* 4. 4. ¶ *Inducere ſolum*, pro æquare, conjungere, complanare. *Plin. l.* 2. v. 80. Hiatus vero alias remanet, oſtendens quæ ſorbuit, alias occultat ore compreſſo, rurſuſque ita inducto ſolo, ut nulla veſtigia extent. *commarginare*. ¶ *Induxti*, pro *induxiſti*, *Terent. Andr.* 3. 3. 12.

Inductibilis, le, adject. qui poteſt induci, & illini. *Cal. Aurel. Acut. l.* 2. *c.* 37. Coagulata, inductibiliaque, & digitis convoluta.

Inductio, onis, f. 3. *introduzione*, ἀγωγή, ductus, ductio, introductio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. ¶ Inductio animi benevolentiam ſignat. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 8. Tantum enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompejum apud me valet. ¶ Eſt etiam incruſtatio, & tectorii appoſitio. *Pallad. l.* 1. *c.* 15. Prima trullis frequentetur inductio. ¶ Item litura. *Leg.* 1. *Dig. de his, quæ in teſtam.* Lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe fecit. ¶ Eſt etiam genus argumentationis, in quo ex pluribus particularibus veris aliquid generale infertur. V. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 31.

Inductive, adverb. cum inductione, ſeu ſuaſu, ut inductive indulgere, *Cal. Aurel. Tard.* 1. *c.* 5.

Inductor, oris, m. idem ac ductor. Inductores appellantur a Plauto, qui ſervos cædunt, quod exercitum ulmorum in eorum terga inducunt. *Aſin.* 3. 2. 6. Al. aliter legunt, & explicant.

Inductrix, icis, f. quæ inducit & impellit. *Apul. l.* 4. *Florid.* Prædæ, quam ore geſtabat, inductricem compoſuit.

Inductus, us, m. *perſuaſione*, *induzione*, εἰσαγωγή, inductio, impulſio, ſuaſio. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c.* 17. Quod alieno inductu fecerit.

Inductus, a, um, adject. ex particip. ab induco, totidem ſere habens ſignificationes. Primo enim ſignificat *indotto*, *perſuaſo*. *Cic. pro Quint. c.* 3. Inductus conſuetudine, ac familiaritate fecit. ¶ Item *introdotto*. *Sueton. in Claud. c.* 34. Inducti per ſimulationem Comœdi. ¶ Item *cancellato*. *Ulp. l.* 1. *Dig. de his quæ in teſtam.* Quæ in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto deleta, & inducta. ¶ Item aſcitus, aliunde petitus. *Plin. in epiſt.* 3. *l.* 4. Neque enim conjectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, cum hoc inſiticio, & inducto tam præclara opera perfeceris. Adde *l.* 3. *epiſt.* 18. ¶ Item illitus. V. Induco.

Indusiŭla, æ, f. veſtis interioris genus, ab induendo. *Plaut. Epid.* 2. 2. 28. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Indugredior, di. 3. ingredior, apud vet. *Lucr. l.* 1. v. 82. Viamque indugredi ſceleris. Al. leg. *endogredi*, eodem ſenſu.

Indulcitas, atis, f. 3. idem quod dulcitas, apud *Non. c.* 2. *n.* 215. ubi *Cæcilius*. Tanta huic inveſtit in corda indulcitas.

Indulco, as, a. 1. *addolcire*, המתיק, Ger. *ſueſſ machen*, Gal. *faire doux*, *adoucir*, Hiſp. *endulcar*, γλυκαίνω, dulce facio. *Tertull. adverſ. Jud. c.* 13. Hoc lignum, quo Moyſes aquam amaram indulcavit.

Indulgens, entis, adject. o. qui indulget, clemens, *indulgente*, *corteſe*, συγχωρητικός, ἠπιόδωρος. *Cic. de Amic. c.* 24. Peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. *Id. pro Cluent. c.* 5. Ipſum nomen amantius, indulgentiuſque maternum. *Plin. Trajano epiſt.* 11. Rogo ergo, indulgentiſſime Imperator. *Cic.* 3. *Off. c.* 31. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus in filium. ¶ Item is, cui indulgetur. *Quintil. Declam.* 10. Fili indulgentiſſime, vidi te &c. Hinc & pro pulcro, ac venuſto ponitur. *Id. Declam.* 28. Si filio obtigerit indulgentiæ facies. h. e. cui plus natura indulſit, vel ideo indulgentior, quia pulcris facile indulgemus.

Indulgenter, adv. *pietoſamente*, *corteſemente*, Ger. *mit nachlaſſung*, Gal. *avec indulgence*, Hiſp. *indulgentemente*, ἐπιεικῶς, obſequenter, blande, ad nutum, & pro arbitrio alicujus. *Cic. Att. l.* 9. Ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar. *Liv. l.* 36. *c.* 14. Captivis indulgenter habitis. *Senec. l.* 4. *Benef. c.* 32. Dii alios indulgentius tractant. *Id. de conſol. ad Helv. c.* 5. Omnia quæ in me indulgentiſſime conferebat. *Solin. c.* 4. (*al.* 9.) Voluptati aurium indulgentiſſime deditus.

Indulgentia, æ, f. 1. *compiacimento*, *clemenza*, *corteſia*, חנינה, Ger. *nachlaſſung*, Gal. *indulgence*, Hiſp. *indulgencia*, φιλοστοργία, obſequium, quædam lenitas propenſior patrum in filios, dominorum in ſervos, &c. *Cic.* 1. *de Leg.* Cum animus cognitis, perceptiſque virtutibus, a corporis obſequio, indulgentiaque diſceſſerit. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis, & corporis frangit. ¶ Aliquando accipitur pro pulcritudine. *Stat.* Egregiæ tanta indulgentia formæ. Ponitur & pro clementia, beneficentia, liberalitate. *Plin. l.* 10. *ep.* 2. Videor ego ſummum voti mei conſecutus, cum inter initia principatus tui probaveris, me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere. ¶ Item pro pœnæ remiſſione. *Capitolin. in Pio c.* 6. His, quos Hadrianus damnaverat, indulgentias petiit. Adde *Plin. l.* 10. *ep.* 107. ad *Trajan.* ¶ Indulgentia fortunæ. *Liv. l.* 23. *c.* 2. ¶ Indulgentia cœli, *bontà di clima*, *buon' influſſo di cielo*. *Virg.* 2. *Georg.*

Indulgeo, es, ſi, tum, n. 2. *compiacere*, *far coſa grata*, חנן, Germ. *nachlaſſen*, Gal. *être indulgent*, Hiſp. *ſer indulgente*, χαρίζομαι, obſequor, conſentio, inſervio, facile concedo, plus æquo permitto. Eſt tertii ord. neut. *Cic.* 5. *Verr.* Cives Romanis culum, his indulſit. ¶ Accipitur etiam pro operam dare, *attendere*. *Cic. Tironi*. Indulge valetudini tuæ. *Id. de Amic.* Indulgere novis amicitiis. ¶ Item pro obſequi, *condiſcendere*. *Sen. ep.* 8. Indulgere genio. ¶ *Plin. l.* 10. *ep.* 2. Indulgere precibus. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 9. Indulgere dolori. Sic indulgere gaudio. *Id. l. eod.* ¶ Conſtruitur etiam cum accuſat. rei, & dat. perſonæ, & ſignificat *permettere*, *concedere*. *Sueton. Claud. c.* 24. Ornamenta conſularia etiam procuratoribus indulſit. ¶ Et cum infinito. *Plin. Jun. l.* 10. *epiſt.* Balneum fieri indulſit. ¶ Interdum cum ſolo accuſat. *Terent. Eun.* 2. 1. 16. Nimis me indulgeo. Sic *Lucil. l.* 3. Iram indulgas nimis. ¶ Et cum ſolo ablat. ſed poeticum potius eſt. *Virg.* 4. *Georg.* Quod nec concu-

concubitu indulgent. Niſi forte *concubitu* dixit pro *concubitui*: quod & a Cicerone, & a Cæſare in hujuſmodi nominibus 4. declinat. factitatum, obſervat Erythræus in Indice Virgilii. ¶ *Martial. l. 1. epigr.* 105. Improbæ tigres indulgent patientiam flagello, h. e. flagello libenter patiuntur. ¶ Invenitur etiam *indulgeor* paſſiv. *Gell. in præfat.* Quando animæ eorum, interititione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuiſſent.

Indulgitas, tis, f. 3. idem ac indulgentia, apud vet. *Siſenna hiſt. l.* 3. apud *Non. c.* 2. *n.* 439. Baſſue oſſidua indulgitate victus.

Indultor, oris, qui indulget. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 9. *ad fin.* Malus jam, quando legis everſor, ſi bonus, cum legis indultor.

Indumentum, ti, n. *veſtimento*, מלבוש, Ger. *kleid*, Gal. *habillement*, Hiſp. *veſtido*, ἔνδυμα, veſtimentum, ab induo. *Gel. l.* 16. *c.* 19. Arionem cum fidibus, & indumentis, cum quibus ſe in ſalum ejaculaverat, extitiſſe.

Induo, is, ui, utum, a. 3. *veſtire*, הלביש, Germ. *kleid anlegen*, Gal. *vetir*, *habiller*, Hiſp. *veſtir*, ἐνδύω, veſtio, a verbo Græco allato. Eſt 3. ordinis, id eſt, præter caſum perſonæ conſtruitur cum abl. ſine præp. ejus rei, qua quis induitur. *Curt. l.* 7. *c.* 2. Depoſita veſte, quam habebas, Arabica induitur. ¶ Reperitur etiam in tertio ordine. *Cic. c. Piſ.* Ex ejus ſpoliis ſibi & torquem, & cognomen induit. ¶ Item in primo, cum unico acc. rei, in qua conſtructione accipitur etiam pro aſſumere. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 13. Quare talaria induamus. *Liv. l.* 3. Adeoque novum ingenium induerat. ¶ Item in quarto, id eſt, cum caſu perſonæ, & acc. rei, ſed ſolum apud Poetas, & Hiſtoricos, & duntaxat in voce paſſiva. *Virg.* 2. *Æn.* Androgei galeam, clypeique inſigne decorum induitur. *Curt. l.* 10. Itaque revocatus veſtem patris indutus. ¶ Sumitur etiam pro implicare. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 73. Quo qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant. *Cic.* 7. *Verr. c.* 6. Sua confeſſione induatur, ac juguletur. ¶ Item pro onerare. *Col. l.* 4. *c.* 24. Nam ita ſe induunt uvis, ut nequeant capere maturitatem. ¶ Item pro convertere, transformare. *Cic.* 2. *de Div.* Cum autem ſe in nubem induerint. *Virg.* 1. *Georgic. v.* 177. Cum ſe nux plurima ſylvis induet in florem. ¶ Item pro injicere, ſeu immittere. *Cic.* 4. *Acad.* Et ut id ipſum ſe induit, quod timebat. *Id.* 4. *Verr.* Hic videre in quos laqueos ſe induerit. ¶ Induere animum bonis artibus, *formar l' animo* &c. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 45. ¶ Induere eloquentiam alicui, *Petron. in Satyr. cap.* 4. h. e. docere aliquem eloquentiam. ¶ *Virg.* 10. *Æn. v.* 681. Induere ſe mucrone, *trafiggerſi*. ¶ Significat etiam in animum inducere, & ad affectiones refertur. *Claudian. de III. Conſ. Honor. v.* 157. Indue mente patrem. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 33. More gentico diverſa induere *ſi perſuaſero che d' una coſa, che d' un' altra*. *Id. An.* 12. *c.* 40. Induere hoſtilia. ¶ Inducere perſonam alicujus, *rappreſentare*. *Cic.* 3. *Off.* & *Tuſcul.* 5. ¶ Induere ſe Republica, *porſi negli affari della Repubblica*. *Senec. de Clem.* ¶ Induere munia Ducis, *far le parti di Capitano*. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 69. ¶ Induere ſeditionem, *mover ſedizione*. *Id.* 2. *Ann. c.* 15. ¶ Induere iras, h. e. ſumere. *Sil. l.* 1. 38.

Indupedio, a. 4. impedio, apud vet. *Lucr. l.* 4. *v.* 68. Quanto minus indupediti pauca queunt. ¶ Legitur & *endopedio*.

Indupeditus, a, um, impeditus. *Lucret. l.* 2. *v.* 102. Indupedita ſuis perplexis ipſa figuris.

Induperator, is, m. 3. Imperator, apud Poetas. *Juven. Sat.* 4. *v.* 29. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem? Adde *Lucret. l.* 3. *v.* 1026. ¶ Legitur & *endoperator*.

Induratus, a, um, adject. *indurato*. *Stat.* 3. *Theb. c.* 64. Robora indurata flammis. *Liv.* 30. 18. Induratus præter ſpem reſiſtendo hoſtium timor. *Sen. l.* 1. *de Ira*, *c.* 11. Germanis quid induratius ad omnem patientiam?

Indureſco, is, n. 3. *divenir duro*, הקשה, Germ. *hartwerdene*, Gal. *s' endurcir*, Hiſp. *endurecerſe*, σκληρύνομαι, durus fio. *Col. l.* 2. *c.* 21. Antequam ex toto grano indureſcant. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Frangas citius, quam corriges, quæ in pravum induruerant.

Induro, as, a. 1. *indurare*, *far duro*, הקשה, Germ. *hart machen*, Gall. *endurcir*, Hiſp. *endurecer*, σκληρύνω, durum facio. *Plin. l.* 33. *c.* 17. Pontico aqua marina fervente indurari oportet.

Indus, m. 2. *Indo*, *Indu*, *Hind*, incol. *Sinde*, Cambajenſibus *Inder*, circa oſtia *Diul*, Ἰνδός, flu. maximus Aſiæ, in India, quæ ab eo nominata eſt. Oritur ex Paropamiſo monte Tauri parte excelſiſſima, in provincia Caſſimera, in dominio Magni Mogolis, verſus confinia Tartariæ, longoque decurſu in Meridiem fluens, pluribus oſtiis in Oceanum Indicum ſe exonerat, prope Tattam, inter Regnum Guzaratæ, & confinia Perſiæ, juxta ſinum Indicum ab eo dictum, Baraceneque inſulam efficit. V. *Plin. l.* 6. *c.* 20. & *Curt. l.* 8. *c.* 9. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 720. Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.

Indus, i, m. 2. Indiæ accola, *Indiano*, ut diſcolor Indus, *Ov.* 5. *Triſt. el.* 3. *v.* 24. Colorati Indi, *Virg.* 4. *Geor. v.* 293. h. e. fuſci propter Solis ardorem.

Induſiarius, m. 2. *chi fa camicie*, qui conficit induſia. *Plaut. Aul.* 3. 5. 35. Patagiarii, induſiarii, flammearii, violarii.

Induſiatas, æ, f. idem ac induſium. *Plaut. Epid.* 2. *c.* 45. Induſiatam, patagiatam, &c. ¶ Apud *Var. l.* 4. *L. L.* ſcribitur *intuſiata*. Ejus verba ſunt: Unum, quod foris, ac palam, palla, alterum quod intus, a quo intuſium: id quod Plautus dicit intuſiatam.

Induſiatus, a, um, *chi veſte camicia*, qui induſio eſt indutus. *Apul. l.* 2. *Mileſ.* Puer pulere induſiatus. Et *l.* 10. Induſiatus adoleſcens.

Induſio, as, avi, atum, a. 1. induo, veſtio. *Capel. l.* 1. Cum ipſum tonantem induviis induſiari cerneret.

Induſium, ſii, n. *camicia*, χιτωνίσκος, genus veſtis, ab intus, quaſi intuſium, quod intus, & mox ſupra carnem ſumebatur. Aliqui derivant ab *induo*. *Non. c.* 14. *n.* 18. & *Var. l.* 4. *de L. L.* ſcribitur & intuſium.

Induſtria, æ, f. 1. *induſtria*, *arte*, *ingegno*, חריצות, Ger. *geſchicklighkeit*, Gal. *induſtrie*, Hiſp. *induſtria*, φιλοπονία, ſtudium, ingenium, ars, promptitudo quædam, & habilitas ad aliquid faciendum. *Cic. in Or.* Quare non eſt, cur eorum, qui ſe ſtudio Eloquentiæ dediderunt, ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria. *Id.* 3. *Fam.* Qui in ſcribendo tantum induſtriæ ponam. ¶ In plurali num. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 1. Summis opibus atque induſtriis me periſſe cupit. ¶ *De induſtria*, vel *ex induſtria* aliquid facere eſt dedita opera. *appoſta*. *Cic.* 1. *Off.* At illæ quidem injuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. *Liv. l.* 26. *c. ult.* Ex induſtria famam captæ Carthaginis compreſſerant.

Induſtrie, adv. *induſtrioſamente*, *diligentemente*, τεχνικῶς, ſtudioſe, ingenioſe. *Auct. ad Her. l.* 1. Dabimus operam, ut nihilo minus induſtrie, quam rei militas poſtulabit, quæſiſſe videamur. ¶ Comp. induſtrius. *Cic. pro Dom. c.* 11. Quis apud Populum Rom. de illius dignitate induſtrius, quis in Senatu ſæpius dixit?

Induſtrioſe, adv. idem ac induſtrie. *Cat. l.* 1. *Orig.* apud *Chariſ.* Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur. *Auctor vitæ Juvenalis*, *qua Suetonio tribuitur a quibuſdam*. Genus ſcripturæ induſtrioſe excoluit.

Induſtrioſus, a, um, adject. idem ac induſtrius. *Sen. de Provid. c.* 2. Induſtrioſo otium pœna eſt. Adde *Valer. l.* 3. *c.* 4. *n.* 2.

Induſtrius, a, um, *induſtrioſo*, שוקד, Ger. *geſchickt*, Gall. *induſtrieux*, Hiſp.

induſtrioſo, φιλόπονος, qui multæ induſtriæ eſt, diligens, qui eſt promptus ingenio ad aliquid faciendum, ab *indu* pro in, & *ſtruo*, quia, ut *Feſtus* ait, quicquid agit, intro ſtruit, & ſtudet domi. *Cic. pro L. Mur.* Deinde cæteris ex ordinibus homines navi, & induſtrii partim in Aſia negotiantur. *Plaut. Moſt.* 1. *c.* 71. Quo neque induſtrior de juventute erat arte gymnaſtica, diſco, haſtis, &c.

Indutilis, le, adject. qui indui poteſt. *Cato R. R. c.* 135. Vomis indutilis optimus erit.

Indutorius, a, um, ad induendum pertinens, ut Indutoria pellis, apud *Jul. Paul. lib.* 3. *ſententiar. tit.* 7. *a med.*

Indutus, a, um, *veſtito*, περιβεβλημένος, veſtitus, partic. ab induor. *Auct. ad Her. l.* 4. Palla inaurata indutus. *Curt. l.* 7. *c.* 5. Thoracem indutus procedit ad milites.

Indutus, us, m. veſtitus. *Tac. l.* 16. *Ann. c.* 4. Niſi ea, quam indutui gerebat, veſte detergeret.

Induviæ, arum, f. 1. *veſtimenti*, ἐνδύματα, indumenta, quibus quis induitur, ab induo, ſicut exuviæ ab exuo. *Plaut. Men.* 4. 3. 9. Induviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, roſa.

Induvium, vii, n. 2. idem ac induviæ. Tranſlate dicitur de cortice arboris. Nam arbor cortice induitur. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Utilem ſibi, arboriſque induviis circulum mira pernicitate homine ſubeunte.

Inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent, ab inhibendo, quod inhibeant. Nam generatim omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morantur agentem. *Feſt.* Antique etiam enebræ, ſeu enibræ, ſeu enubræ dicebantur. Nam ut *Menerva* dicebant pro *Minerva*, ita & *enubro* pro *inhibenti*, eodem *Feſto* teſte.

Inebriator, oris, m. qui inebriat. *Tert. l.* 5. *adv. Marc. c.* 18. Inebriatores increpantur.

Inebrio, as, avi, atum, a. 1. *inebriare*, הרוה, Germ. *truncken machen*, Gal. *enivrer*, Hiſp. *embriagar*, *emborrachar*, μεθύσκω, ebrium reddo. *Plin. lib.* 12. *c.* 22. Palma, quæ vocatur adipſos, veſcentes inebriat. *Juven. Sat.* 9. *v.* 113. Miſeram vinoſus inebriet aurem. h. e. impleat, garrulitate obtundat, ut ebrii ſolent.

Inedia, æ, f. 1. *dieta*, *digiuno*, רעבון, Ger. *hunger*, Gal. *famine*, *faute de manger*, & *de boire*, Hiſp. *hambre*, ἀσιτία, abſtinentia a cibo, & tempus, quo quis ab edendo abſtinuit, ab *in*, & *edo*. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 27. Vigiliis, & inedia necatus. ¶ Differt a fame: nam fames ſemper eſt cum cupiditate edendi, inedia non item, ut in ægrotis, & in iis, qui voluntaria ciborum abſtinentia ſibi mortem inferunt.

Ineditus, a, um, non editus, non promulgatus, ἀνέκδοτος. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 16. *v.* 39. Eſſent & juvenes, quorum quod inedita cura eſt, Appellandorum nil mihi juris adeſt.

Ineffabilis, le, o. 3. *ineffabile*, *che non ſi può eſprimere*, Ger. *unausſprechlich*, Gal. *ineffable*, Hiſp. *inefable*, ἀνεκφώνητος, quod effari non poſſis, aut exprimere. *Plin. in præf. l.* 1. Populorum ajus, oppidorumque nomina vel maxime ſunt ineffabilia. Adde *l.* 5. *c.* 1. & *Apul. lib.* 8. *A. A.*

Ineffabiliter, adv. *ineffabilmente*. *Aug. Euch. c.* 89. Deus ineffabiliter artifex.

Inefficaciter, adv. non efficaciter. *Leg.* 2. *ff. Quæ ſent. ſine appel. reſcind.* Inefficaciter condemnatur.

Inefficax, cis, o. *debole*, ἀνενέργητος, quod vim aliquid efficiendi non habet. *Plin. l.* 34. *c.* 11. Fit & ex candido ære ſquama Cypria longe inefficacior. *Sen. l.* 1. *de Ira*, *c.* 10. Ratio ſine effectu inefficax. *Inſcript.* apud *Grut. p.* 4. 75. *n.* 10. Parentes inefficaciſſimi. h. e. ſine liberis.

Ineffigiabilis, le, adject. qui effingi non poteſt. *Tert. de anim. cap.* 24. Anima inviſibilis, ineffigiabilis.

Ineffigiatus, a, um, *ſenza forma*, *che non ha alcuna effigie*, Ger. *ungeſtalt*, Gal. *qui n' a nulle forme*, Hiſp. *ſin forma*, ἄμορφος, quod eſt informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. *Gell. l.* 17. *c.* 10. Namque ut illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum, informemque.

Ineffugibilis, le, adject. *inevitabile*. *Apul. de Mundo*, *ad fin.* Ineffugibilis neceſſitas ultionis.

Inelaboratus, a, um, *ſenza politezza*, ἀνεπίφορος, artificio non ſatis excultus. *Quint. l.* 4. *c.* 1. Sed ſæpe ſimplici, atque inelaboratæ ſimilis. *Sen. de Tranquil. c.* 1. Inelaborata oratio.

Inelegans, tis, o. *rozzo*, *ſenza eleganza*, Ger. *ungezieret*, Gall. *qui n' eſt point poly*, *qui n' a point de grace*, Hiſp. *no elegante*, *ni galan*, ἄκομψος, quod non eſt elegans, ſine elegantia. *Cic. in Brut. c.* 81. Ineratque & ingenium ſatis acre, & orationis non inelegans copia.

Ineleganter, adv. *rozzamente*, ἀκόμψως, ſine elegantia. *Cic.* 2. *Fin. c.* 9. Primum diviſit ineleganter.

Ineloquens, tis, adject. non eloquens. *Lactant. de opif. Dei*, *c. ult.* Tullius eloquentiæ unicum exemplar, ab indoctis, & ineloquentibus, qui tamen pro vero nitebantur, ſæpe ſuperatus eſt.

Ineloquibilis, le, adject. ineffabilis. *Lactant. l.* 7. *c.* 12. Ineloquibilis, & divinus fructus.

Ineluctabilis, le, o. 3. *invincibile*, *che non ſi può domare*, Germ. *unuberwindlich*, Gall. *invincible*, Hiſp. *invencible*, ἀκαταγώνιστος, quod domari, & luctando vinci non poteſt, & generatim quod eſt inſuperabile, & tranſlate quod non poteſt vitari. *Virg.* 8. *Æn. v.* 334. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Adde *Vellei. l.* 2. *c.* 57.

Inemendabilis, le, o. 3. *incorreggibile*, Germ. *nicht zu verbeſſern*, Gall. *incorrigible*, Hiſp. *incorregible*, ἀδιόρθωτος, quod emendari non poteſt. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. *in fin.* Pravitas inemendabilis. *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 41. Inemendabilis affectus, cum ex ira in odium occalluit.

Inemeribilis, le, adject. *che non ſi può meritare*. *Ter. de reſurrect. car. c.* 18.

Inemorior, eris, tuus ſum, dep. 3. immorior, in aliqua re morior. ἐναποθνῄσκω. *Hor. Epod.* 3. *v.* 34. Inemori ſpectaculo.

Inemptus, a, um, *non comprato*, ἀνώνητος, non emptus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 133. Dapibus menſas onerabat inemptis.

Inenarrabilis, le, o. 3. *che non ſi può narrare*, *o raccontare*, Germ. *nicht zu ſagen*, Gal. *inenarrable*, Hiſp. *inenarrable*, ἀνεκδιήγητος, ἄρρητος, quod enarrari non poteſt. *Plin. l.* 8. *c.* 7. Sed Pompejani amiſſa fugæ ſpe miſericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, ſupplicavere. Adde *Quin. l.* 11. *circ. fin. Sen. l.* 3. *Qu. nat. c.* 22.

Inenatabilis, le, adject. qui enatari non poteſt, ut inenatabile profundum, apud *Tert. de Idolol. c. ult.*

Inenarrabiliter, adv. *indicibilmente*. *Liv. l.* 41. *c.* 15. Jecur omne inenarrabiliter abſumptum.

Inenarratus, a, um, *non ſpiegato*, inexplicatus. *Gell. l.* 12. *c.* 6. Quod reliquimus inenarratum, ut legentium conjecturas in requirendo acueremus. *Id ſub fin. l.* 19. Verba inenarrata.

Inenodabilis, le, o. 3. *che non ſi può ſnodare*, *o ſciogliere*, Ger. *unauflößlich*, Gal. *qu' on ne peut denouer*, Hiſp. *que no ſe puede deſenredar*, ἀκατάλυτος, quod enodari, & diſſolvi non poteſt, inextricabile, perplexum. *Cic. de Fato*, *c.* 9. Et uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles.

Inenormis, e, adject. non enormis. *Apul. l.* 2. *A. A. ſub init.* Inenormis proceritas, rubor temperatus.

Inenuntiabilis, le, qui enuntiari non poteſt. *Cenſorin. de die nat. c.* 19. Incomprehenſibile quiddam, & inenuntiabile eſſe putaverunt.

Ineo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *entrare*, בוא, Germ. *hineinen gehen*, Gal. *entrer dedans*, Hiſp. *entrar dentro*, εἰσέρχομαι, ingredior. *Cic. pro Balbo.* Ne quis caſtra Imperatoris iniret. *Liv. lib.* 24. *c.* 9. Inire in urbem. ¶ Interdum eſt aggredi, corripere. *Plaut.* apud *Feſt.* Inist ſe unquam febris? ¶ Interdum inchoare, incipere. *Ter. Andr.* 5. 1. 5. Ut beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 11. Decus hoc ævi te conſule inivit. ¶ Interdum ſuſcipere, ingredi. *Cic.* 5. *Phil.* Primus in hoc ordine eſſe, quoad Magiſtratum iniret. *Id.* 1. *Off.* Ut caveat, ne prælium ineat. ¶ Interdum coire, concumbere. *Var.* 2. *de R. R. c.* 7. Et coegiſſet matrem inire. *Plin. l.* 8. *c.* 40. Si ineantur opportune, & commodo tempore. ¶ Cauſam, & rationem alicujus rei inire, eſt cogitando invenire. *Liv. l.* 4. *bel. Mac.* Atque ego nonnullarum cupiditatum ne cauſam quidem, aut rationem inire poſſum. ¶ Conſilium inire, eſt capere. *Cic.* Niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur. ¶ Gratiam ab aliquo inire, eſt ejus benevolentiam demereri. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 9. Jam cum bonis omnibus ſummam ineant gratiam. ¶ Nexum inire, eſt vinciri, devinciri, alligari, adſtringi, detineri. *Liv. l.* 7. Sorte ipſa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ Rationem inire, eſt viam, ac modum aliquid agendi quærere. *Ter. Heaut.* 4. 27. Ratio de integro ineunda eſt mihi. ¶ Significat etiam ſubducere, computum facere, *far' i conti*. *Cic. in Rull.* Ineatur ratio quæſtus de veſtra pecunia. *Cato de R. R.* Rationem inire oportet operarum dierum. ¶ Inire numerum, pro numerare, aut numerum colligere. *Liv. l.* 38. *c.* 23. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit. ¶ Inire menſuras agrorum, h. e. agros metiri. *Col. l.* 5. *c.* 3. ¶ Inire imperia alicujus, pro imperiis obedire. *Stat. lib.* 1. *Achil.* Dominique negat captivus inire imperia. ¶ Inire inducias, pro facere. *Plin. Paneg.* ¶ Inire negotiationem, pro negotiari. *Leg. ſi negotia, ff. de negot. geſt.* ¶ Inire pugnam, prælium, *porſi in battaglia, combattere*. *Virg. Liv.* ¶ Inire ſocietatem cum aliquo, *far ſocietà*. *Plaut. Cic. l.* 10. *Fam.* ¶ Inire convivia, *far banchetti*. *Suet. in Claud. c.* 35. ¶ Inire ſomnum, pro capere. *Virg. Ecl.* 1. ¶ Inire viam, *metterſi in iſtrada*, *Ovid. Propert. Cic.* ¶ Inire æſtimationem alicujus rei, *ſtimare, far giudizio di alcuna coſa*. *Sen. l.* 5. *de Benef. c.* 8. ¶ Inire dapes cum aliquo, *banchettare*. *Stat. l.* 1. *Silv.* 6. ¶ Legitur etiam paſſ. *ineor, iris*. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Ineuntur a partu ſexto menſe.

Ineopte, ex ipſo. *Feſtus.*

Inepte, adv. *ſcioccamente*, Ger. *ungeſchicklich*, Gal. *ineptement*, Hiſp. *neciamente*, ἀπειροκάλως, minus apte, imprudenter. *Cic.* 1. *Acad. c.* 4. Inepte quiſque Minervam docet. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Ineptiſſime fieri.

Ineptia, æ, f. 1. *ſciocchezza*, סכלות, Germ. *ungeſchicklighkeit*, Gal. *ineptie*, Hiſp. *inepcia*, ἀπειροκαλία, inconvenientia, abſurditas, ab ineptus. *Plaut. Merc. prol. v.* 26. Ineptia, ſtultitiaque adeo, & temeritas. ¶ Fere tamen pluraliter uſurpatur. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 37. Pellantur iſtæ ineptiæ pene aniles.

Ineptio, is, ivi, itum, n. 4. *far coſe ſciocche*, *far coſe ſciocche*, נִבֵּל, Ger. *narrenpoſſen treiben*, Gal. *rever*, Hiſp. *hazer*, *e brejr decedades*, ineptias facio, dico, aut facio, quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque perſonis convenit. *Lactant. de Opif.* Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus. *Ter. Phorm. c.* 3. 73. Haud deſinam. Ph. ineptis.

Ineptiŏla, læ, f. diminut. ab ineptia. *Auſon. epiſt. Idyl.* 11. *præmiſſa*. Fuit ineptiolæ hujus illa materia.

Ineptitūdo, inis, f. 3. idem ac ineptia. *Cæcil.* apud *Non.*

Ineptus, a, um, *ſciocco*, Germ. *ungeſchickt*, Gall. *inepte*, *non propre*, Hiſp. *inepto*, ἀπειρόκαλος, qui non eſt aptus, qui a quovis reprehendi poteſt, qui ſui, aliorumque, rei, loci, temporis, modi nec habet, nec callet rationem. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 4. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus. Idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet, non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibuſcum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur, &c. *Id. de Leg.* Eſt in loquendo multus, & ineptus ad ſummam impudentiam. *Catul. carm.* 40. Riſu inepto res ineptior nulla eſt. *Quint. l.* 11. *c.* 3. *de actione oratoria*: Diſcurſare ineptiſſimum. *Hor. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 52. Sive, erat ineptus. *Cic. Att. l.* 16. Longum iter, & via inepta. h. e. incommoda, difficilis.

Inequitabĭlis, le, adject. qui equo adiri non poteſt. *Curt. l.* 8. *c.* 14. Imber campos lubricos, & inequitabiles fecerat.

Inequĭto, as, n. 1. idem ac equito. *Apul. l.* 6. *Metam.* Aurora commodum inequitante. ¶ Tranſlate pro inſultare. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 15. quæ ergo (Medicina) conjicit de corne luculenta, audet inequitare Philoſophiæ de incorporeis, & vere divinis tractanti.

Inerctus, a, um, indiviſus. *Feſt.* Inercta, indiviſa. Sed aliqui legunt *Increta*. Et ſane *erctum* non notat diviſum, ſed patrimonium, hæreditatem.

Inermis, me, o. 3. *ſenz' arme*, *diſarmato*, Germ. *wehrloß*, Gall. *deſarmé*, Hiſp. *deſarmado*, ἄοπλος, non armatus. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *ad fin.* Vel licet armatis hoſtis inermis eat. *Id. ib. eleg.* 6. *v.* 32. Vel teſtudineæ carmen inerme lyræ. *Cic. ad Brut. ep.* 10. Perterritos, inermes, fauſtos non ſunt perſecuti. ¶ Tranſlate *Id.* 1. *Fin.* Inermis in philoſophia.

Inermo, as, a. 1. *diſarmare*, armis ſpolio. *Feſt.*

Inermus, a, um, idem ac inermis. *Virg.* 12. *Æn. v.* 131. Et vulgus inermum, invalidique ſenes. *Sal. in Jug.* Neque quenquam decere, qui manus armaverat, ab inermis pedibus auxilium petere. Adde *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 12.

Inerrabĭlis, le, non errans. *Apul. l.* 1. *de dogm. Plat.* Globorum cœleſtium ſupremum eſſe eum, qui inerrabili meatu cenſetur.

Inerrans, antis, o. 3. ἀπλανής, non errans. Unde inerrantes ſtellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 21. Sequitur ſtellarum inerrantium maxima multitudo. *Id. ib.* Nec vero eæ ſtellæ, quæ inerrantes vocantur, non ſignificant eandem mentem, atque prudentiam, quarum eſt quotidiana conveniens, conſtanſque converſio.

Inerro, as, n. 1. ἐμπλανάομαι, idem ac erro, vel in loco quopiam erro, quia præpoſit. *in* interdum privat, interdum otioſa eſt. *Plin. l.* 1. *ep.* 6. Non magis Dianam montibus, quam Minervam inerrare.

Iners, tis, o. 3. *ſenz' arte*, Germ. *kunſtloß*, Gal. *ſans art*, Hiſp. *ſin arte*, ἄτεχνος, qui nullam exercet artem. *Cic. Fin. l.* 2. *c.* 34. Sed luſtremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur. ¶ Generatim dicitur de nihil agente, nihil moliente, otioſo, deſide, quaſi nullam artem exercente. *Cic. de Senect.* Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignavæ, ſomniculoſæ ſenectutis. *Id. de Fato.* Recte genus hoc interrogationis ignavum, atque iners nominatum eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 21. Iners membris. *Col. l.* 6. *c.* 27. Iners in Venerem. ¶ Comp. inertior, ſup. inertiſſimus. *Cic.* 4. *Ver. ad fin.* At homo inertior, ignavior. *Id. l.* 1. *Fin. c.* 2. Eadem eſſe in noſtris poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut &c. ¶ Ponitur etiam pro rudi. *Hor. ad Piſon. ad fin.* Vir bonus, & prudens verſus reprehendet inertes. ¶ *Id. l.* 3. *od.* 4. terram inertem, dixit, h. e. gravem, quæ non movetur. *Id. l.* 2. *Sat.* 6. *v.* 61. Inertes horæ, h. e. quas otioſi tranſigimus. Sic frigus iners dicitur ab *Ovid.* 8. *Metam.* quod inertes facit. ¶ Rurſus *Hor. l.* 2. *Sat.* 4. inertem carnem. h. e. inſipidam: quo ſenſu *Plin.* dixit Sal iners. ¶ Aliquando in bonam partem accipitur. *Tibul. el.* 1. *v.* 5. Me mea paupertas vitæ traducat inerti. h. e. placida, quietæ. ¶ In ablat. habet *inerte*, & *inerti*. *Ovid.* 1. *de Pont. el.* 6. *v.* 7. carminis uſus Deficit, eſtque minor factus inerte ſitu.

Inertia, æ, f. 1. *pigrizia*, *poltroneria*, עצלות, Germ. *faulheit*, Gal. *pareſſe*, Hiſp. *haronia*, βραδυτής, proprie artis ignorationem ſignificat, accipitur tamen pro ignavia, ſocordia, deſidia. *Cic. in Partit. c.* 10. Aut quemadmodum affecti ſunt virtutibus, vitiis, artibus, inertiis. *Idem* 2. *de Orat.* Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ noſtræ.

Inertĭcula, f. 1. ἀμέθυστος, vitis genus eſt, vinum ferens nervis innoxium, ab *iners*, quod iners habeatur in tentandis nervis. *Col. l.* 3. *c.* 2. Inerticula tamen nigra, quam quidam Græci amethyſton appellant, poteſt in ſecunda quaſi tribu eſſe, quod & boni vini eſt, & innoxia. Adde *Plin. l.* 14. *c.* 2.

Inerudite, adv. *rozzamente*, non erudite, ἀπαιδεύτως. *Quint. l.* 2. *c.* 20. Non inerudite ficta materia. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Cato inerudita principio nimis inſolenti uſus eſt.

Ineruditus, a, um, *ignorante*, ἀμαθής, non eruditus. *Cic.* 1. *de Fin.* Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ii indocti, qui &c. *Id.* 4. *Acad.* Modo nequis illud tam ineruditum, abſurdumque reſpondeat. *Suet. de clar. Gram. c.* 15. Præterea priſcorum Catonis verborum ineruditiſſimum furem.

Ineſcatorium, ii, n. 2. *adeſcamento*. *Sarisber. l.* 3. *c.* 7. Gratia ineſcatorium eſt lucri.

Ineſcatus, a, um, δελεασθείς, eſca captus, & tranſlate deceptus, partic. ab ineſcor. *Liv. l.* 22. *c.* 4. Quin potius credere velut ineſcatam temeritatem ferocioris Conſulis.

Ineſco, as, a. 1. *adeſcare*, פתה, Germ. *locken*, Gall. *amorcer*, Hiſp. *cevar*, δελεάζω, decipio, & proprie eſt piſces, & aves eſca captare. Tranſlate ſumitur pro decipere in genere. *Ter. Adel. c.* 2. 12. Neſcis ineſcare homines.

Inevectus, a, um, adject. idem ac evectus. *Virg. in culice*, *v.* 335. Cur aliquis propriæ fortunæ munere dives Tendis inevectus cœlum ſuper?

Inevitabĭlis, & le, o. 3. *inevitabile*, ἄφυκτος, quod vitari non poteſt. *Ovid. ad Liviam*, *v.* 441. Sed rigidum jus eſt, & inevitabile mortis. *Curt. l.* 4. *c.* 6. Inevitabile fatum.

Inevitabilĭter, adv. *inevitabilmente*. *Auguſt. Enchir. c.* 13. Inevitabiliter nos compellit.

Inevolūtus, a, um, adject. non evolutus. *Martial. l.* 11. *epig.* 1. *ad librum ſuum*: Vadas, & redeas inevolutus.

Inevulſibĭlis, le, non evellendus, indiſſolubilis, indivulſus. *Auguſt. l.* 5. *de Baptiſm.* contra *Donatiſt. c.* 10. Univerſæ Eccleſiæ inevulſibile membrum eſſe gaudebat.

Inexaminātus, a, um, adject. *non eſaminato*. *Firmic. l.* 1. *c.* 2. Inexaminatæ partis allegationes.

Inexcitabĭlis, le, adject. qui excitari non poteſt. *Sen. ep.* 83. Oppreſſus inexcitabili ſomno.

Inexcitus, a, um, adject. non excitus, non excitatus. *Virg.* 7. *Æn. v.* 623. Ardet inexcita Auſonia, atque immobilis ante.

Inexcogitabĭlis, le, adject. *inescogitabile*, qui excogitari non poteſt. *Lactant. l.* 1. *c.* 8. inexcogitabilis, & nulli alii ſatis notus. Adde *Tert. adv. Valent. c.* 27.

Inexcogitātus, *impenſato*, quod excogitatum, & præmeditatum non eſt. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Novum, & inexcogitatum antea, poſteaque remedium invenit ille Rex.

Inexcultus, a, um, *incolto*, *rozzo*, ἀκόσμητος, ἀνεξέργαστος, inornatus. *Gel. l.* 13. *c.* 22. Villas ſuas inexcultas, & rudes ne tectorio quidem prælitas fuiſſe dicit.

Inexcuſabĭlis, le, o. 3. *ineſcuſabile*, Germ. *nicht zu entſchuldigen*, Gal. *inexcuſable*, Hiſ. *ineſcuſable*, ἀναπολόγητος, quod excuſari non poteſt. *Ovid.* 7. *Met. v.* 511. Gratia dis felix, & inexcuſabile tempus. h. e. in quo nulla excuſatio afferri poteſt.

Inexcuſſus, a, um, non excuſſus, inexaminatus. Adſtruunt quidam huic voci fidem ex *Scævola leg.* 23. *Dig. de pecul. leg.* h. e. *Dig. l.* 33. *tit.* 8. *leg.* 23. ſed ibi eſt interpretatio Græcæ vocis ἀνεξέταστος.

Inexercitatus, a, um, *non eſercitato*, Ger. *ungeübt*, Gal. *qui n'eſt point exercité*, Hiſp. *no exercitado*, ἀγύμναστος, non exercitatus. *Cic. de Senect. c.* 18. Nec tanquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe.

Inexercĭtus, a, um, idem ac inexercitatus. *Macrob. l.* 7. *Satur. cap.* 8. Diſarium noſtrum inexercitum non relinque. Afferunt & locus *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 39. Aſclepiadem ferunt non ignobilem, non inexercitum Philoſophum. Sed mire hic lectionum varietas.

Inexēſus, a, um, adject. non exeſus. *Minut. Felix in Octav.* Pœnale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexeſa corporum laceratione nutritur.

Inexhauſtus, a, um, *che non ſi può votare*, Germ. *unerſchoepfflich*, Gall. *inepuiſable*, Hiſp. *inexauſto*, ἀνεξάντλητος, quod exhauriri non poteſt, nunquam deſinens. *Cic.* 3. *Fin. c.* 2. Erat enim in eo inexhauſta aviditas legendi. ¶ Inexhauſta metalla, minere, quæ exhauriri non poſſunt præ abundantia. *Virg.* 8. *Æn.* Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

Inexorabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può placare*, Germ. *unerbittlich*, Gall. *inexorable*, Hiſp. *inexorable*, ἀπαραίτητος, implacabilis, qui exorari non poteſt. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 2. In litteris mittendis nimium te inexorabilem præbuiſti.

Inexorātus, a, um, adject. non rogatus, apud *Arnob. l.* 3. his verbis: Hoc eſt proprium Dei, inexorata beneficia præbere.

Inexpedibĭlis, e, inexplicabilis. *Ammian. l.* 31. *c.* 13. *a med.* (*al. c.* 39.) Ne per moras inexpedibiles populandi amitterent copiam.

Inexpedītus, a, um, non expeditus, non promptus, impeditus. *Arnob. l.* 7. *pag.* 247. Inexpeditus in rebus obeundis. *Id. l.* 5. *pag.* 182. Quia cuncta quæ ſcripta ſunt, inexpeditiſſimum vobis eſt traducere, invertere, depravare.

Inexperientĭa, æ, f. *inesperienza*. *Tert. de Anim. c.* 20. Obtundunt inſcitia, inexperientia, otia, vitia.

Inexperrectus, a, um, *non ſvegliato*, non experrectus. *Ovid.* 10. *Met. v.* 317. In tanto fremitu cunctis ſine fine jacebat ſopitus venis, & inexperrectus Aphydnas.

Inexpertus, a, um, *non provato*, Germ. *unerfahren*, Gall. *inexperimenté*, Hiſp. *inexperto*, ἄπειρος, non expertus, intentatus. *Virg.* 4. *Æn.* Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat. *Plin. l.* 8. *ep.* 14. Genus quæſtionis inexpertum. *Tac.* 2. *hiſt. c.* 75. Legiones civili bella inexpertæ. *Liv. l.* 25. Exercitus bonis inexpertus, atque inſuetus. *Id. l.* 6. Animus ad contumeliam inexpertus.

Inexpiabĭlis, le, o. 3. *ineſpiabile*, *che non ſi può purgare*, Germ. *unverſoehnlich*, Gall. *inexpiable*, Hiſp. *que no ſe puede limpiar*, ἀκάθαρτος, quod expiari non poteſt. *Cic.* 1. *Tuſc.* Nec inviolatas tam inexpiabili religione ſan-

taxiſſent. ¶ Translate ſumitur pro æterno, indelebili. *Liv. l. 19. c. 31.* Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. *Id. l. 4. c. 35.* inexpiabile bellum. h. e. implacabile.

Inexplanatus, a, um, *impedito*, non planatus, impeditus, ut Inexplanata lingua. h. e. impedita. *Plin. l. 11. c. 37.* Metellium Pontificem lingua adeo inexplanatæ fuiſſe accipimus.

Inexplebilis, le, o. 3. *che non ſi può empire, inſaziabile*, Germ. *nicht zu erfüllen*, Gal. *qu'on ne peut aſſouvir*, Hiſp. *que no ſe puede ſaciar*, ἀπλήρωτος, quod expleri non poteſt, inſatiabilis. *Cic. 3. Tuſc. c. 6.* Omnia rapide appetentem cum inexplebili cupiditate.

Inexplētus, a, um, non expletus, non completus, inexplebilis. *Stat. 8. Theb. v. 667.* Cædes inexpletæ. hoc eſt, nondum completæ. ¶ Inexpletum reperitur pro inexplebiliter, *Virg. 8. Æn. v. 559.* Inexpletum lacrymans.

Inexplicabilis, le, n. 3. *ineſplicabile, inviluppato*, Ger. *nicht zu erklaeren*, Gall. *inexplicable*, Hiſp. *inexplicable*, ἄπορος, ἀνεξήγητος, quod explicari non poteſt, unde ſe ſe quis facile extricare nequit. *Quint. l. 5. c. 10.* Laquei inexplicabiles. *Plin. l. 5. c. 3.* Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. ¶ Et translate *Plin. l. 21. c. 2.* De generibus ſingulis dicere, immenſum, & inexplicabile eſt. *Cic. Att. l. 8. ep. 3.* O rem difficilem, & inexplicabilem!

Inexplicabiliter, adv. *ineſplicabilmente*. *Apul. l. 2. Miloſ. ſub fin.* Cætera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia. h. e. ita ut explicari verbis non poſſint.

Inexplicātus, a, um, adject. inexplicabilis, non explicatus. *Arnob. l. 7.* Inexplicatum quid, & intactum relinquere.

Inexplicitus, a, um, idem ac inexplicabilis. *Mart. l. 9. epigr. 48.* Democritos, Zenonas, inexplicitoſque Platonas.

Inexplorate, adv. ἀκαταμαθήτως, ſine exploratione, & inquiſitione. *Cel. l. 5. c. 19.* Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur.

Inexplorato, adv. idem ac inexplorate. *Liv. l. 21. c. 25.* Ibi inexplorato profectus, in inſidias præcipitatus &c. *Id. l. 22. c. 4.* Inexplorato anguſtiis ſuperatis.

Inexploratus, a, um, *oſcuro, non inveſtigato*, ἀκαταμάθητος, non exploratus. *Liv. l. 26. c. 48.* Non altitudo mœnium, non inexplorata ſtagni vada. ¶ Accipitur interdum pro incerto, & incomperto. *Plin. l. 35. c. 6.* Inexploratæ adhuc inventionis mihi.

Inexpugnabilis, le, o. 3. *ineſpugnabile*, Germ. *nicht zu gewinnen*, Gall. *inexpugnable*, Hiſp. *inexpugnable*, ἀνάλωτος, quod expugnari non poteſt. *Liv. l. 2. c. 7.* Ibi alto, & munito loco arcem inexpugnabilem fore. ¶ Et translate, *Cic. 5. Tuſc.* Volumus enim, eum, qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum, atque munitum.

Inexpugnātus, a, um, adject. non expugnatus, non victus. *Paulin. Nolan. epiſt. 18. ad Victric. c. 3.* Voluntas ſanctis operibus, & pio miniſtratu inexpugnata.

Inexputabilis, le, o. 3. *innumerabile*, ἀναρίθμητος, quod numerari non poteſt. *Col. l. 9. c. 4.* Nam inexputabilis erat numerus.

Inexſaturabilis, le, adject. *inſaziabile*, Germ. *unerſettig*, Gall. *inſatiable*, Hiſp. *inſaciable*, ἀκόρεστος. *Virg. 3. Æn. v. 781.* Junonis gravis ira, & inexſaturabile pectus. *Arnob. l. 1.* Inexſaturabilis appetitor.

Inexſpectātus, a, um, adject. *inaſpettato*, ἀπροσδόκητος, *Senec. ep. 107.* Nihil inſolitum, nihil inexpectatum eſt. *Ovid. 12. Met. v. 62.* inexpectatus in armis Hoſtis adeſt.

Inexſtinguibilis, le, adject. *ineſtinguibile*, qui extingui non poteſt. *Lactant. l. 7. c. 19.* Flamma inexſtinguibilis. ¶ Translate *Var. apud Non. c. 2. n. 479.* Mala conſuetudo diu importata eſt inexſtinguibilis.

Inexſtinctus, a, um, adject. *non eſtinto*. *Ovid. 6. Faſt. v. 297.* Ignis inextinctus templo celatur in illo.

Inexſtirpabilis, le, adject. *che non ſi può eſtirpare*. *Plin. l. 15. c. 22.* Radices multæ, atque altæ, & ideo inexſtirpabiles.

Inexſuperabilis, le, o. 3. *inſuperabile, che non ſi può vincere*, ἀνυπέρβλητος, quod ſuperari non poteſt. *Liv. l. 5. de Alpibus.* Quas inexſuperabiles viſas, haud equidem miror. *Id. l. 8.* Inexſuperabilis vis fati.

Inexterminabilis, le, adject. qui exterminari non poteſt. *Claud. Mamert. l. 2. c. 10.*

Inextricabilis, le, o. 3. *che non ſi può ſtricare*, ἄλυτος, quod extricari non poteſt, ſeu unde quis extricare ſe non poteſt, inſolubilis. *Plin. l. 36. c. 13.* Inque baſi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. *Cic. in Acad.* Hoc inextricabilia eſſe dicitis.

Inextricabiliter, adv. *ineſtricabilmente*. *Apul. l. 11.* Inextricabiliter contorta fatorum licia.

Infabre, adv. *ſenza artificio, rozzamente*, ἀτέχνως, ἀκόμψως, inartificioſe, inornate, impolite. *Liv. l. 34. c. 40.* Argenti infecti, factique in Gallicis vaſis non infabre ſuo more facti, duo millia CCCXL. pondo.

Infabricatus, a, um, *rozzo, non lavorato*, ἀκατάσκευος, non fabricatus, impolitus. *Virg. 4. Æn. v. 400.* Frondentesque ferunt ramos, & robora ſylvis infabricata fugæ ſtudio.

Infacete, & rectius inficete, adverb. non facete, ruſtice, inelaganter, *rozzamente, ſenza grazia*, ἀχαρίτως. *Vellei. l. 2. c. 33.* Haud inficete togatum vocare aſſueverat. *Plin. l. 33. c. 4.* Inficetiſſime pictus.

Infacetiæ, arum, f. 1. *ruſtichezza*, ἀχαριτίαι, inurbanitates, & ruſticitates. Unde *Catul. carm. 37.* annales Volusii dicit eſſe plenos infacetiarum. ¶ Scribitur & *inficetiæ*, & quidem rectior, ut volunt Critici.

Infacetus, & rectius Inficetus, a, um, *non faceto, ruſtico*, ἄχαρις, inurbanus, ruſticus, nihil ſalis habens, aut leporis. *Cic. 3. Off.* Non infacetus homo. *Id. pro Cæl.* Infacetum mendacium. *Catul. carm. 22.* Idem inficeto eſt inficetior rure.

Infactus, pro infectus, legitur apud *Tertul. Apologet. c. 11. in edit. Rhenani.*

Infacundia, f. 1. *ἐν τῷ λέγειν ἀπειρία*, dicendi inſcitia. *Gell. l. 11. c. 16.* Tui erroris culpam eſſe intelligo, in mea ſcilicet infacundia.

Infacundus, ὁ ἄπειρος τοῦ λέγειν, inelegans, nulla dicendi facultate præditus. *Liv. l. 4. c. 49.* Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus, &c. *Id. l. 7. c. 4.* Infacundior, & lingua impromptus.

Infæco, as, avi, atum, a. 1. fæce polluo, maculo, conſpurco. *Tertul. de Anim. c. 33.* Animam concretione carnis infæcet.

Infamatus, a, um, adject. *infamato*, vituperatus. *Nepos in Alcib. c. 11.* Hunc infamatum a pleriſque tres hiſtorici laudibus extulerunt. *Ovid. 14. Metam. v. 446.* Infamataque relinquunt Tecta Deæ.

Infamia, æ, f. 1. *infamia, diſonore*, חרפה, Germ. *boeſe nachrede*, Gall. *infamie*, Hiſp. *infamia*, ἀτιμία, δυσφημία, nota, macula, probrum. *Cic. 5. Ver.* Nil ad tuas aures de tua infamia perveniſſe. *Cic. Catil. 1. c. 6.* Infamiam alicui inurere. *Id. de Provinc. Conſ. c. 11.* Urgeri infamia alicujus rei. *Id. ib. c. 15.* Aliquem infamia liberare. *Id. ad Q. Fr.* Infamiam ſubire. *Ter. Andr. 5. 6. 13.* Ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet. *Cic. l. 2. ad Attic.* Eſſe in infamia. ¶ In plur. num. *Plaut. Perſ. 3. 1. 19.* Si ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit.

Infamis, me, o. 3. *infame, vituperoſo*, Germ. *der ein boeſ geruechte hat*, Gall. *infame*, Hiſp. *infame*, ἄτιμος, qui ob vitium aliquod, aut turpitudinem male audit, aut cui fama eſt parum ſecunda, aut integra. *Cic. 6. Ver.* Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis ſtupris, flagitiiſque feciſti. *Id. pro Cluent. cap. 47.* Homines vitiis infames. *Liv. l. 8.* Infamis annus peſtilentia. *Id. l. 21. c. 31.* Infames frigore Alpes. *Serv. in 12. Æn. v. 603.* mors infamiſſima. ¶ Infamis digitus, V. Digitus.

Infamiſſime, adv. ſuperlat. ab infamiter (cujus tamen adhuc exempla non vidimus) *infamiſſimamente*. *Capitol. in Pertin. c. 13.* Cornificiæ infamiſſime dicitur adhæſiſſe.

Infamo, as, avi, atum, a. 1. *infamare, ſvergognare*, חרף, Germ. *kundbar machen*, Gall. *infamer*, Hiſp. *infamar*, ἀτιμάζω, infamia afficio, ignominiam, vel notam inuro. *Cic. Dolab. 9. Fam. ep. 12.* Ut tua moderatio, & gravitas aliorum infamet injuriam. *Ovid. 3. de Pont. el. 6. v. 43.* Deſine mitem animum vano infamare timore. *Sil. l. 3.* Ferrum infamare veneno. h. e. imbuere. *Liv. l. 40. c. 7.* Infamando rei cauſa januam obſerare jubet, *per dar cattiva colore alla coſa*. *Quint. Declam. 8.* Infamare aliquem parricidii. *Col. l. 1. c. 7.* Ita fit, ut & actor, & familia peccent, & ager ſæpius infametur, h. e. agro imputetur peccatum familiæ, & domini damnum.

Infandus, a, um, *ineffabile, ineſplicabile*, ἄῤῥητος, quod vix fari quis poteſt, quod oratione exprimi nequit, inenarrabile, nefarium. *Cic. de Or.* Si crudelis, ſi infanda. *Virg. 2. Æn.* Infandum Regina jubes renovare dolorem. ¶ Ponitur interdum pro interjectione. *Virg. 1. Æn.* Navibus (infandum) amiſſis. ¶ Superlat. infandiſſimus dixit *Varius tragicus Poeta* apud *Quint. l. 3. 1. 8.*

Infans, tis, c. 3. *fanciulla, bambino*, עולל, Germ. *ein kleines kind*, Gal. *petit enfant, enfançon*, Hiſp. *niño, infante*, νήπιος, παιδίον, puer, qui nondum fari cœpit, a fari. *Var. l. 5. de L. L.* Fatur is, qui primum homo ſignificabilem ore emittit vocem: ab eo, antequam ita faciant pueri, dicuntur infantes, cum id faciunt, jam fari. *Cic. 3. Ver.* Iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit. ¶ Sæpe adjective ſumitur, & conjungitur cum *puer*, & *filius*, niſi dicere malimus, tunc duo ſubſtantiva continuata eſſe. *Cic. pro Cluent.* Cum ille alter filius infans necaretur. ¶ Dicitur etiam de fœtu adhuc in utero incluſo. *Celſ. l. 7. c. 29.* ¶ Per Catachreſin dicitur de brutorum animalium, atque ipſarum etiam avium fœtu, *parto*. *Plin. l. 10. c. 61. de veſpertilione*. Geminos volitat amplexa infantes. ¶ Imo etiam de rebus ſenſus expertibus dicitur, pro parvo. *Plin. l. 22. cap. 25.* Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti, ideſt parvi, & nondum adulti. ¶ Sæpe uſurpatur pro infacundo, & loqui neſciente. *Cic. in Brute.* Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Et in hac acceptione dicitur etiam de rebus inanimatis, ut de oratione, de hiſtoria. *Cic. in Brut. cap. 56.* Quæ neque nimis eſt infans, neque perfecte diſerta. ¶ Habet comp. infantior, ſup. infantiſſimus. Quare clare perſpicitur potius adjectivum eſſe, ſeu participium, quam ſubſtantivum. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 4.* Gabinius abſolutus eſt, omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribuſque infantius, nihil illo concilio ſordidius. *Auct. ad Her. l. 2. cap. 11.* Et, dum acute, expediteque loqui volunt, infantiſſimi reperiuntur.

Infantarius, a, um, adject. ab infans. Infantaria a *Mart. epigr. 88. l. 4.* dicitur mulier, quæ infantes amat, vel quæ infantem peperit. ¶ Infantarii olim dicebantur Chriſtiani, quod crederentur in ſacris ſuis infantem mactare, & comedere. V. *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 2.*

Infantia, æ, f. 1. *infanzia*, נערות, Germ. *kindheit*, Gall. *enfance*, Hiſp. *niñez*, νηπιότης, ætas hominum uſque ad annum ſeptimum, ut colligitur ex *Ulp. Dig. 26. 7. 1.* quod ad id fere tempus rationabiliter, & naturæ humanæ congruenter fari non poſſumus. *Quint. l. 1. c. 2.* Et quantum in infantia præſumptum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur. ¶ Uſurpatur & pro ineloquentia, & generatim pro ea imbecillitate, cum quis rem aliquam novit, quam tamen explicare non poteſt. *Cic. l. 3. de Orat.* Neque infantiam ejus, qui rem norit, ſed eam explicare dicendo non queat, neque inſcitiam ejus, cui res non ſuppetit, verba non deſint, eſſe laudandam. ¶ Ab infantia, *fin da fanciullo*. *Tacit. l. 1. Ann.*

Infanticīda, æ, m. qui infantem occidit. *Tertul. Apol. c. 3.*

Infanticīdium, ii, n. cædes infantis. *Tertul. Apolog. c. 2.*

Infantīlis, le, adject. ad infantem pertinens, *infantile, puerile*. *Juſtin. l. 26. c. ult.* Parvulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit. *Apul. l. 3.* infantilis metus.

Infanto, at, a. 1. Infantis inſtar nutrio. *Tertul. l. 5. adverſ. Marc. c. 14.* Lactis, & mellis ſocietatem, qua ſuos infantat.

Infantŭla, læ, f. *fanciullina*, diminut. *Apul. l. 10. Metam.* Habebat filiam parvulam de marito. huic infantulæ &c.

Infantŭlus, li, m. *fanciullino*, diminut. ab infans. *Apul. l. 8. A. A.* Gerebamus infantulos, & mulieres.

Infarcio, vel infercio, is, ſi, tum, a. 4. *empire*, מלא, Germ. *fuellen hinein ſtopffen*, Gall. *remplir, entaſſer*, Hiſp. *henchir, recalcar*, ἐμπλήττω, impleo. *Col. l. 12. c. 53.* Et maxime in eas partes, quibus oſſa relicta ſunt, largum ſalem infarcito. ¶ Infarcire verba, inculcare, & ſine ordine inſerere. *Cic. in Orat.* Neque infarciens verba, quaſi rimas expleat.

Infarſus, vel inferſus, a, um, adject. impletus. *Tertul. de Pall. c. 4. & l. 3. adverſ. Marc. c. 10.*

Infaſtidītus, a, um, adject. *che non dà faſtidio*. *Sidon. Carm. 16. v. 124.* Infaſtiditum fert ipſa ad buſta cadaver.

Infatigabilis, le, o. 3. *che non ſi ſtanca*, Ger. *unermüdlich*, Gal. *infatigable*, Hiſp. *infatigable*, ἀκάματος, qui non defatigatur. *Plin. l. 28. c. 19.* Dentes quidem earum maxime equis quoque alligati infatigabilem curſum præſtare dicuntur. *Senec. epiſt. 40.* Animum ſervare infatigabilem.

Infatuo, as, a. 1. *far' impazzire*, סכל, Germ. *zum narren machen*, Gall. *infatuer*, Hiſp. *enloquecer*, ἐκμωραίνω, fatuum facio, a *fatuus*, & præp. *in*, quæ hic ſignificationem auget. *Cic. pro Flac.* Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. *Id. 3. Phil. c. 9.* Ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.

Infavorabilis, le, adject. non favorabilis. *Celſ. JCtus Dig. 37. 6. 6.* Nec infavorabilis ſententia eſt.

Infavorabiliter, adv. ſine favore. *Ulp. l. 1. Dig. de Dotur. & fil. cor.*

Infauſtus, a, um, *sfortunato, infelice*, Germ. *ungluecklich*, Gal. *malheureux*, Hiſp. *infauſto*, δυστυχής, infelix, infortunatus. *Ovid. l. Met. 14. v. 159.*

Infectio, onis, f. *il non far niente*, ἀπραξία. Hoc ſenſu legitur apud *Eumen. in panegyr. ad Conſtantinum Cæſ. c. 18.* invitis tamen Criticis Grutero, Acidalio, Livineio, & aliis, qui ſubſtituunt, *affectione*, vel *feſtinatione*, vel *confectione*. ¶ *In vet. Gloſſa* infectio exponitur βαφή, βάμμα, *tintura*. ¶ Neutro ſenſu, ſi certa non occurrant exempla, latino ſcriptori uſurpanda.

Infectīvus, a, um, adject. ad inficiendum, ſeu tingendum pertinens. *Vitruv. l. 7. c. 14.* Hæc ſunt infectiva.

Infector, m. 3. *tintore*, צובע, Germ. *ferber*, Gal. *tenturier*, Hiſp. *tintorero*, βαφεύς, qui lanam colore aliquo inficit, ideſt, tingit. *Cic. pro Cal.* Curtius dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur. ¶ Infector ſuccus, quo lanæ, vel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. *Plin. l. 11. c. 33.*

Purpu-

Purpurarum generi infector ille ſuccus.

Infectorius, a, um, adject. *infectivus*. *Marcel. Emp. c.* 4. Infectoriae alumen.

Infectus, a, um, *non fatto*, לא עשוי, Germ. *ungemacht*, Gall. *non fait*, Hiſp. *no echo*, ἄπρακτος, non factus, partic. ab *in*, & *fio*. *Ter. Eun.* 3. 1. 8. Infecta pace ultro ad eam venies. *Liv. l.* 34. Argenti infecti tulit in aerarium quatuordecim millia pondo ſeptingenta triginta duo, id eſt non ſignati, non caelati. *Ter. Phor.* 5. 8. 4. Factum infectum fieri nequit. *Liv. l.* 9. *c.* 11. Omnia pro infecto ſint, *e' abbiano per non fatte*. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 27. Infecta dona facere. *h. e.* dona ante promiſſa revocare. ¶ Infectus item, eſt tinctus, partic. ab *inficio*, *tinto*, βεβαμμένος, ἐμβαφεύς. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Mulieribus etiam palpebrae infectae quodam modo: tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque. ¶ Et ſpeciatim pro veneno uſurpetur. *Suet. in Calig.* Quibus mox a Claudio demerſis infecta maria traduntur. ¶ Eſt translate *Stat.* 9. *Thebaid.* Infectus ſanguine, h. e. eodem pollutus. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 85. Infecti ſuperſtitione.

Infectus, us, m. 4. *tintura*, βαφή. *Plin. lib.* 8. *cap.* 48. De reliquarum infectu ſuo loco dicemus.

Infelicitas, atis, f. 3. *infelicità*, Germ. *unglück*, Gal. *malheur*, Hiſp. *deſdicha*, *infelicidad*, δυστυχία, adverſa fortuna, calamitas. *Cic.* 1. *Fin.* Beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item omnem infelicitatem in dolore. *Ter. Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? Pluvali nute. *Apul. l.* 1. *Dogm. Plat.* Miſeriae, & infelicitates.

Infeliciter, adv. *infelicemente*, *diſgraziatamente*, Germ. *unglücklich*, Gall. *malheureuſement*, Hiſp. *deſdichadamente*, δυστυχῶς, miſere, calamitoſe. *Liv. l.* 1. *c.* 45. Ob rem ſocios infeliciter tentatam in armis. *Quintil. l.* 8. *c.* 1. Sed hoc feliciter evaluit: at contra infelicius &c.

Infelicito, as, a. 1. *fare infelice*, Germ. *unſelig machen*, Gall. *rendre malheureux*, Hiſp. *hazer*, *bolver*, *deſdichado*, δυστυχῆ ποιῶ, infelicem, & miſerum facio. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 30. Dii me, & te infelicitent. Adde *Merc.* 2. 3. 99. & *Poen.* 2. 1. 1. &c. quibus locis *Taubman.* & *Pareus in Lex. Crit.* contendunt, legendum eſſe *infelicare* eod. ſenſu pro *infelicitare*, ita enim ajunt in MSS. eſſe.

Infelico, V. Infelicito.

Infelix, icis, o. *infelice*, *miſero*, *sfortunato*, δυστυχής, infortunatus, miſer. *Ter. Eun.* Proh fidem Deum! facinus foedere! o infelicem adoleſcentulum! ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod infelicem efficit. *Cic. pro Rab.* Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. ¶ Sumitur etiam pro infecundo. *Virg.* 5. *Ec.* Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenae. *Plin. proœm. op.* infelix ingenium. ¶ Gradus ſunt *Liv. l.* 5. *c.* 11. Infelicior domi, quam militiae. *Cic. pro Mil.* Infeliciſſima lingua. *Inſcript. apud Grut. p.* 670. *n.* 1. Infeliciſſima puella.

Infenſe, adv. ἐχθρῶς, inimice. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 3. Etſi infenſe invectus cetera ambigua reliqueret. *Liv. l.* 34. *c.* 15. habet infenſius.

Infenſo, as, n. 1. *eſſer nemico*, infenſus ſum. *Tac. l.* 13. *Ann. c.* 41. Ut quaſi infenſantibus Diis, excidio tradi crederetur. ¶ Eſt item verbum activum pro infeſtare, turbare, ἐνοχλεῖν. *Tac. l.* 6. *Ann. c.* 34. Adequitare caſtris, infenſare pabula. *Id. l.* 13. Sed palam infenſare Armeniam. Poſſis & primum exemplum huc traducere, ut *infenſantibus Diis* ſit omnia infeſta & turbata reddentibus. V. locum Taciti.

Infenſus, a, um, *adirato*, *nemico*, צורר, Germ. *wider einem zornig*, Gal. *contraire*, *ennemi*, Hiſp. *infeſto*, ἐχθρός, iratus, qui ira in alium elatus eſt. Differt ab infeſtus, quia infenſus eſt vehementer iratus, infeſtus dicitur vehementer moleſtus, & qui alicui malum infert, & plus eſt quam inimicus. *Cic.* 10. *Fam.* Ne cui obtrectatori viderer & amicum pertinaciter Lepido infenſo, & mea patientia bellum alere. *Idem Ver.* 4. *cap.* 61. Infenſo, atque inimico animo in aliquem eſſe. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſerp. v.* 201. Phlegra nobis infenſior aether. ¶ In exemplo *Sueton. in Vitel. cap.* 14. quod a Calepino & Paſſerat. affertur, legitur *offenſior*.

Infer, ra, rum, idem ac inferus, apud vet. ut *proſper*, & *proſperus*. *Cato de re ruſt. c.* 149. Ubi ſuper, inferque vicinus permittet, tum deceditο: hoc eſt ille, qui pratum ſuper te, quique infra te habet.

Inferax, acis, non ferax. *Hieron. homil.* 2. *tranſlata ex Orig. ante med.* Silvae inferaces exiſtimantur.

Inferciο. V. Infarcio.

Inferi, orum, m. *l'inferno*, *Demonj infernali*, *i morti*, οἱ κάτω, loci inferi terrae, vel Daemones, & homines mortui, qui in centro terrae habitant. *Cic.* 1. *Tuſc.* Num te illa terrent, triceps apud Inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſvectio Acherontis, &c.? *Liv. l.* 26. *c.* 32. Si ab inferis exiſtet rex Hiero. *Cic.* 2. *Catil. c.* 9. Si ſalvi eſſe velint, Sylla ſit iis ab Inferis excitandus.

Inferiae, arum, f. *eſequie*, ἐναγίσματα, ſacrificia, quae Diis Manibus veteres inferebant, ab *infero*. Hinc Inferias facere, dare, ferre, inferre, eſt Manes ſacrificio placare. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Tertius eſt ex Idaeis indigenis, cui inferias afferunt. *Virg.* 9. *Æn. v.* 215. Abſenti ferat inferias. *Curt. l.* 7. *c.* 9. Inferias dare. ¶ Conſtabant inferiae victimis, & liquoribus, ut aqua, vino, lacte, ſanguine, oleo, melle, &c. V. *Kirchman. de Fun. l.* 4. *c.* 2.

Inferialis, e, adject. ad inferias pertinens, feralis. *Apul. l.* 8. Officiis inferialibus ſtatim exactis.

Inferior. V. Inferus.

Inferium vinum, idem ac calpar, id eſt vinum novum, quod ex dolio demebant ſacrificii cauſa, in honorem Jovis, antequam vinum guſtarent. Niſi enim id facerent, vinum omne in apothecis ſacrum fiebat, uſibuſque humanis eripiebatur: vini parte libata, hac religione ſolvebantur. Dictum eſt inferium, quia ſolum inferretur, his verbis, *Macte hoc vino inferio eſto*. Feſtum, quo id fiebat, Vinalia appellabatur. *Var. l.* 5. *de L. L. Feſt. Carrio l.* 2. *Emend. c.* 3.

Inferius, adv. *più a baſſo*, *inferiormente*, κατώτερον, magis infra. *Ovid. l.* 2. *Met.* Inferiuſque ſuis fraternos currere Luna admiratur equos. *Id.* 2. *Triſt. v.* 263. Perſequar inferius (modo ſi licet ordine ferri) Poſſe nocere animis carminis omne genus.

Inferna, orum, καταχθόνια, partes ſubterraneae, loca Inferorum. *Senec. Herc. Fur. a.* 2. *v.* 420. Inferna tetigit, poſſet ut ſupera aſſequi. *Lactant. l.* 1. *c.* 11. Ajunt, Jovi coelum obtigiſſe, Neptuno mare, inferna Plutoni. ¶ Alio ſenſu *Plin. l.* 25. *c.* 11. Hyſſopum purgat cum fico ſumptum per inferna, cum melle vomitionibus. ¶ Revera adject. eſt, & ſubintelligitur *loca*.

Infernalis, & le, o. 3. *infernale*, *dell' Inferno*, καταχθόνιος, quod ad Inferos ſpectat, quod eſt Inferorum, ut Infernales Furiae. *Alcim. Avit. l.* 2. *v.* 290. Infernali jamdudum nocte ſepultis. Adde *Prudent. l.* 1. *adverſ. Symmach. v.* 388.

Infernas, atis, o. quod eſt ex regione Infera. Infernatia ligna dicuntur, quae ex Apennino, qua parte mare Inferum ſpectat, caeduntur: ſupernatia, quae adverſa parte, quae ad ſeptentrionem vergit. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Et ideo Romae infernas abies ſupernati praefertur. Adde *Vitruv. l.* 2. *cap. ult.* ¶ Infernates, m. 3. pop. Italiae, qui mare Inferum, hoc eſt, Tyrrhenum accolunt.

Inferne, adv. κάτωθεν, ex parte inferiore. *Lucret. lib.* 6. *v.* 596. Tecta ſuperna timent, metuunt inferne, cavernas Terrai ne diſſolvat natura repente. Adde *v.* 874.

Infernus, i, ſubſtant. *l'inferno*, ᾅδης, locus inferorum, orcus, inferi. Uſurpatur frequentiſſime a Chriſtianis Scriptoribus, qui ea voce locum deſignant, ubi damnatorum animae, & mali Angeli aeterno cruciatu puniuntur. Latini antiqui Scriptores *inferi*, *orcus*, *inferna loca*, & his ſimilia dixerunt. *Varro* tamen *in quodam fragmento apud Nonium c.* 4. *n.* 226. videtur hac voce uſus ſubſtantive, cum ait: Infernus tenebroſus καταχθόνιος tenet. At editio Pariſienſis ex MSS. habet: Infernus Tenebrio &c. eaque ratione *infernus* adjectivum eſt. Adde *Jul. Obſequentem de prod. c.* 45. Fremitus ab inferno ad coelum ferri viſus.

Infernus, a, um, ὁ, ἡ, τὸ κάτω, quod eſt infra nos, ſicut ſupernus, quod ſupra nos eſt, ut Infernus fluctus, Infernae umbrae, Inferna ſtagna, &c. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris ſpirat. *Virg.* 6. *Æn. v.* 106. Rex infernus. h. e. Pluto. *Cic. lib.* 2. *de Nat. Deor. ex poeta*: Hic ſe ſe inferna a partibus erigit Hydra. ¶ Inferna fulmina dicuntur, cum e terra exiliunt ignes. *Senec. l.* 2. *Nat. quaeſt. c.* 49.

Inferre, infero, intuli, illatum, a. anom. *portar dentro*, הביא, Ger. *hinein tragen*, Gal. *porter*, *dedans*, Hiſpan. *traer a dentro*, *o meter*, εἰσφέρω, importo, inveho, introduco, ut Inferre pedem, ignem, &c. *Cic. pro Coe.* Atque etiam ipſe inferebat, & intrudebat. *Id. in Catil.* Qui non ſolum veſtris domiciliis, atque tectis, ſed etiam Deorum templis, atque delubris ſunt funeſtos, ac nefarios ignes inferre conati. ¶ Interdum eſt irruere, *lanciarſi*. *Liv. de Bell. Pun.* Inferentibuſque ſe ſe magno impetu Romanis, terga vertit. ¶ Item ingredi, incedere cum faſtu. *Plaut. Mil.* 4. 2. 54. Viden' ignavum, ut ſe ſe inferes? ¶ Interdum ſignificat contra ferre, ut inferre ſigna, inferre arma. *Cic. Octavio*, Quibus cogitas arma inferre? *Id.* 5. *Philip.* Ille furens infeſta jam patriae ſigna Bruπdiſio inferebat. *Liv. l.* 3. *c.* 18. Inferre ſigna hoſtibus trepidantibus. *Id. lib.* 4. *c.* 18. Inferre ſigna contra aliquem. ¶ Eſt etiam tricliniare verbum, & ſignificat *portar' in tavola*. Hac ratione paſſim uſurpatur ab *Apic.* praeſertim *lib.* 4. ¶ Interdum eſt ingerere, inſerere, miſcere. *Cic.* 3. *Off.* Turpe eſt, & valde vitioſum in re ſevera convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. ¶ Interdum injicere, imponere. *Cic. in Parad.* Et aeque peccare ſe, ſi privatis, ac ſi Magiſtratibus manus inferantur. ¶ Interdum afferre, ut Inferre periculum, terrorem, malum, injuriam, turpitudinem, vim, ſtuprum, vaſtitatem, mortem, ſumptum, moram, &c. *Cic. in Parad.* Quamcunque in domum ſtuprum intulerim. *Liv. de bell. Pun.* Quas primus adventus Annibalis intuliſſet Italiae clades. ¶ Interdum ſubjicere, ſeu apponere. *Lact. l.* 1. Quod clarum fiet exemplo, quod inferemus. ¶ Interdum objicere. *Cicer. de Am.* Ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. *Id. Ver.* 7. Alicui proditionis crimen inferres. ¶ Interdum concludere, ex una re aliam deducere, *inferire*. *Senec.* Cum argumentis, quod propoſuerat, inſuliſſet. *Cicero*: Inferre unum ex alio. ¶ Eſt etiam verbum funebre, & ſumitur pro ſepelire, *ſeppellire*. *Cic.* 2. *de Leg.* De ſepulcris nihil eſt apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat. ¶ Inferri etiam dicebantur munera, quae mortuorum manibus conſecrabantur. hinc inferiae. *Virg.* 3. *Æn. v.* 66. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte, Sanguinis & pateras. ¶ Inferre pedem aliquo, *metter piede*, *avanzarſi*. *Cic. pro Cae. cap.* 14. Sic inferre gradum, apud *Liv. l.* 10. & utraque phraſis uſurpatur pro aggredi. Inferre ſe cum impetu, apud eund. *Liv. loc. cit.* & *l.* 9. ¶ Inferre oculos, *volgere*, *o fiſſar gli occhi*. *Cic. pro Font.* Inferre oculos in Curiam. ¶ Inferre litem alicui, vel in aliquem, pro intentare. *Cic. pro Cluent.* & *Papin. l.* 2. *Dig. Ne de ſtat. defunct.* ¶ Inferre ſumptum, h. e. ſumptibus onerare. *Cic. pro Flac.* Cum accepiſſet pecuniam a P. Varino praetore, celavit ſuos cives, utroque iis ſumptum intulit. ¶ Inferre aliquem in pauperiem, *ridurlo in povertà*. *Plaut. Truc.* 2. 7. 19. Velut meretrix meum reiſerum herum ſua blanditia intulit in pauperiem. ¶ Inferre aliquid rationibus, *metter' in conto*, *o a conto*. *Colum. l.* 1. *c.* 9.

Inferſus. V. Infarſus.

Infervefacio, is, a. 3. idem ac fervefacio, vel intus fervefacio. *Col. lib.* 12. *c.* 17. Liquatumque acetum infervefaciant.

Infervefactus, a, um, paſſiv. ab infervefio. *Col. l.* 7. *c.* 13. Omnia eadem aequis ponderibus in unum laevigata, & fictili vaſe cum Aminaeo vino infervefacta.

Infervefio, is, actus ſum, paſſ. 3. fervens fio, infervεſco. *Scribon. Larg. Compoſit. ult.* Tertio die, cum infervefiunt.

Inferveo, es, bui, neut. 2. idem quod ferveo. *Cato c.* 108. Finito, bis, aut ter inferveat. *Hor.* 2. *ſerm. ſat.* 4. *v.* 67. Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis.

Infervefco, is, n. 3. idem ac ferveſco. *Cato c.* 90. Et fabae tertia pars ut inferveſcat. *Silius l.* 13. *v.* 341. Oſtendenſque manum, ſolem inferveſcere fronti Arcet.

Inferum mare, *il mar Toſco*, *Il mar Tirreno*, idem ac Tyrrhenum, ſive Thuſcum, ſicut Superum eſt idem atque Hadriaticum. Dictum eſt, quod ex Urbe Roma verſus Hadriaticum euntes fere ſemper aſcendunt, contra qui ſunt ad mare Thuſcum, ad Urbem venientes deſcendunt: aut certe eo, quod Hadriaticum mare Italiam ab Oriente alluit, Tyrrhenum ab Occidente, & Meridie. Protenditur ab oſtio Macrae fl. uſque ad fretum Siculum. *Cic. l.* 9. *Attic. ep.* 3.

Inferus, a, um, *ciò*, *ch' è di ſotto*, ὁ, ἡ, τὸ κάτω, quod eſt infra, quemadmodum ſuperus, a, um, quod eſt ſupra. *Cic.* 1. *Tuſc.* Eademque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, media, ultima videremus. *Liv. l.* 31. *c.* 31. Deos ſuperos, inferoſque. ¶ Compar. eſt inferior, *inferiore*, κατώτερος. *Cicer.* 4. *Phil.* Scelere par eſt, belli induſtria inferior. ¶ Superl. eſt infimus, *infimo*, κατώτατος. *Cic.* 1. *Fin.* In quo nihil atque nec ſummum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum ſit. *Cic. pro Flacc. c.* 11. Infimo loco natus, *di baſſa condizione*. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Infima faex populi. *Liv. l.* 29. *c.* 30. Supplex infimis precibus ab eo auxilium impetrevit. *con umiliſſime preghiere*.

Infeſtatio, onis, f. 3. *infeſtazione*, *moleſtia*, ἐνόχλησις, vexatio, moleſtia. *Tertul. Apol. c.* 1. Sectae hujus infeſtatio obſtruit defenſioni.

Infeſtator, oris, m. *infeſtatore*, qui moleſtiam infert. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Nomadum, infeſtatoreſque Chaldaeorum Scenitae claudunt.

Infeſtatus, a, um, adject. *moleſtato*, *infeſtato*. *Vellej. l.* 2. *c.* 73. Latrociniis ac praedationibus infeſtatum mare. Superl. infeſtatiſſimus, legitur apud *Oroſium in praefat. ad Auguſtinum*, etſi alii legunt *infeſtiſſimus*.

Infeſte, adv. *noioſamente*, noxie, inimico animo. *Liv. l.* 26. *c.* 13. Age contra, quae illi infeſte in nos fecerint, repetite. *Id. l.* 2. *c.* 55. Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere, & ſpoliare lictor. *Cic. pro Quint. c.* 21. Sin inimiciſſime, atque infeſtiſſime contendere perſeverat.

Infeſtiviter, adverb. non feſtive, *ſpiacevolmente*. *Gell. l.* 9. *c.* 9. Caetera verſit non infeſtiviter.

Infeſtivus, a, um, *ſpiacevole*, *non faceto*, ἀχάριστος, ἄχαρις, infacetus, injucundus. *Gel. l.* 1. *c.* 5. Homo ſubagreſti ingenio, & infeſtivo.

Infeſto

Digitized by Google

Infeſto, as, avi, atum, a. 1. *moleſtare*, עכר, Ger. *ſchaden zu fügen*, Gall. *infeſter*, Hiſp. *infeſtar*, ἐνοχλέω, δυσχεραίνω, moleſtiam infero. *Plin. l. 7. c. 2.* Quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. ¶ Ponitur item pro vitiare, corrumpere. *Plin. l. 13.* Arborem ipſam fertilitate conſumi, muſco præterea rubro infeſtari. ¶ Item pro hoſtiliter agere, excurrere. *Vellej. l. 2. c. 73.* Mare infeſtare piraticis ſceleribus.

Infeſtus, a, um, *inimico, pieno di nemico*, ἐχθρὸς, δυσμενὴς, πολέμιος, ἐπίβουλος, ὀργίλος, ἀπεχθὴς, ἐνεχθὴς, χαλεπὸς, ἀντίπαλος, inimicus, adverſus, moleſtus, qui alicui malum infert, & eſt pluſquam inimicus, a *feſtus*, quaſi minime lætus, & jucundus. *Voſſ. Etymol. Cicer. 5. Ver.* Quis hunc audet dicere oratoribus infeſtum, & inimicum fuiſſe? ¶ Accipitur etiam paſſive pro eo, qui infeſtatur. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Filii vita infeſta, ſæpe ferro, & inſidiis appetita. ¶ Infeſtum mare habere, eſt, latrocinando mare infeſtare. *Cicer. 3. de Rep.* Quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone. ¶ Signa infeſta dicuntur, quæ adverſum tendunt, hoc eſt, vexilla in hoſtem euntia, ut moleſtiam inferant. *Cæſ. 6. B. G.* Illi, ubi præter ſpem, quos fugere credebant, infeſtis ſignis ad ſe ire viderunt. ¶ Comp. infeſtior, ſup. infeſtiſſimus. *Cic. pro Planc.* Si hujus ſalus ob eam ipſam auſam eſſet infeſtior; h. e. magis infeſtaretur. *Nepos 18. c. 10.* Antigonus ei fuit infeſtiſſimus.

Infibŭla, æ, f. uncus fibulam iniens. *Tertul. de Pal. cap. 1.* Pallii habitus infibulæ morſu humeris acquieſcebat. Ita legit *Junius in Not.*

Infibulātus, a, um, adject. fibula vinctus; ut infibulati Flamines æreis fibulis. *Feſtus.*

Infibŭlo, & per ſyncop. infiblo, as, avi, atum, a. 1. *affibbiare*, German. *einheffren*, Gal. *emboucler*, Hiſp. *abrochar*, *aboтonar*, ἐμπορπάω, eſt fibulis annectere. *Apic. l. 6. c. 7.* Charta precludes, & infiblabis. ¶ Speciatim erat ſuper glandem penis fibulam, hoc eſt circulum æneum inducere, quod fiebat duabus de cauſis, aut valetudinis, vel vocis ſervandæ gratia. *Celſ. l. 7. c. 25.* Infibulare quoque adoleſcentulos interdum valetudinis cauſa quidam conſuerunt.

Infiectus. V. Infacetus.

Inficiālis, le, o. 3. *negativus*, ut Inficialis conſtitutio, qua negamus, quod objicitur, vel quod petitur. *Cic. in Top. c. 24.* Itaque aut inficialis, aut conjecturalis prima appellatur.

Inficias, nomen defectivum, tantum accuſativi caſus, & pl. numeri. Conjungitur cum *eo, is*, ſine præpoſitione, & ſignificat negare, *negare*. *Gel. l. 16. c. 19.* Nautas ſtupefactos, convictoſque inficias ire non quiſſe. *Ter. Adelph. 3. 2. 49.* Si inficias ibit teſtis, mecum eſt annulus. *Quintil. l. 3. c. 7.* Neque inficias eo, eſſe quaſdam &c. *Liv. l. 6. c. 40.* Quoniam alterum neque nego, neque inficias eo, nos enixe operam dediſſe, ut &c.

Inficiatio, onis, f. *negazione*, ἐξάρνησις, negatio. *Cic. 2. de Orat. cap. 25.* At noſtræ fere cauſæ, quæ quidem ſunt criminum, plerunque inficiatione defenduntur.

Inficiātor, oris, m. 3. *negatore*, ὁ ἐξαρνὸς ὤν, qui negat, ſe vel debere, quod actor petit, vel commiſiſſe, quod accuſator objicit. *Cic. 1. de Or.* Si ille inficiator probaſſet judici, ante petitam eſſe pecuniam, &c. *Id. 2. Catil. c. 10.* Hos non tam milites acres, quam inficiatores lentos eſſe arbitror. ¶ De ſcribendi ratione V. *infitior*.

Inficiātrix, icis, f. quæ negat. *Prudent. Pſychom. verſ. 632.* Fidei fraus inficiatrix.

Inficiens, tis, nom. ex particip. non faciens, iners, nihil agens. *Var. l. 3. R. R. c. 16. de apibus*: Neque ipſæ ſunt inficientes, necnon oderunt inertes. *Idem lib. 5. L. L.* Dicimus, qui aliquid agit, non eſſe inficientem.

Inficio, is, eci, ectum, a. 3. non facio. *Var. l. 3. c. 16. R. R.* Neque ipſæ ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. ¶ Inficio item eſt tingere, imbuere, *tingere*, βάπτειν. *Cæſ. 5. B. G.* Omnes ſe Britanni glaſto inficiunt. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro venenare. *Virg. 2. Georg.* Pocula ſiquando ſævæ infecere novercæ. ¶ Item pro vitiare, maculare, turpitudine afficere. *Cic. 5. Tuſc.* Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum infecimus. *Id. 3. Leg. cap. 13.* Cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet civitas. ¶ Item pro imbuere. *Cic. 3. Fin.* Inficere puerum bonis artibus.

Inficio, as, pro inficior, aris, quidam legunt in *Plaut. Ciſt. 4. 2. 9.* Sed varia eſt lectio.

Inficior, aris, atus ſum, d. 1. *negare*, ἀρνέομαι, nſi negare. *Cic. in Catil. l. 3. c. 5.* Nam cum id poſſet inficiari, repente præter opinionem confeſſus eſt. *Plaut. Amph. 2. 2. 147.* Qui, quæ facta inficiare. ¶ Inficiandus, a, um, part. paſſivum. *Ovid. epiſt. 9. v. 4.* Fama Pelaſgiades ſubito pervenit ad urbes Decolor, & factis inficianda tuis. h. e. quam factis tuis debes oſtendere falſam eſſe. ¶ Lis eſt de hujus verbi origine: nam alii ab *in*, & *facio*, deducunt, & per *c* ſcribunt; alii ab *in*, & *fateor*, & ſcribunt per *t*. Poſterior hæc etymologia verior videtur, tum quia verbi ſenſum propius attingit, tum quia in MSS. Plauti *infitior*, ſcriptum legitur, & in quibuſdam optimis Ciceronis editionibus.

Infidēlis, le, o. 3. *infedele, ſenza fede*, Ger. *untrew*, Gall. *infidele*, Hiſp. *infiel*, ἄπιστος, qui promiſſis non ſtat, nec fidem promiſſam exſolvit, quin potius violat. *Cic. 3. Off.* Nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit. *Id. Fam. 15. ep. 4.* Ut ex infideliſſimis ſociis firmiſſimos redderem. *Plaut. Capt. 2. 3. 83.* Infidelior mihi ne fuas, quam ego ſum tibi.

Infidelĭtas, atis, f. *infedeltà*, Ger. *miſtrew*, Gall. *infidelité*, Hiſp. *infidelidad*, ἀπιστία, fides violata, perfidia. *Cic. 3. Tuſc.* Quantopere vero amicitias deſideraret, quarum infidelitatem extimeſcebat. *Id. pro Mil. c. 26.* Quantæ infidelitates in amicis.

Infidelĭter, adv. *infedelmente*, Ger. *untrewlich*, Gal. *infidelement*, Hiſp. *infielmente*, ἀπίστως, ſine fide. *Cic. ad Brut.* Infideliter illi ad ſuaſit.

Infīdus, a, um, *infido, di cui non ſi dee fidare*, Germ. *untrewloſ*, Gal. *deloyal*, Hiſp. *el de quien no ſe deve fiar*, *desleal*, ἄπιστος, non fidus, cui non eſt fidendum. *Cic. de Amic. c. 15.* Tum, cum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos haberet, quos infidos. *Hor. lib. 2. od. 55. v. 25.* Vulgus infidum. *Liv. l. 1. c. 14.* Infida regni ſocietas.

Infīgo, is, ixi, ictum, n. 3. *figgere, ficcar dentro*, תקע, Ger. *einſtecken*, Gall. *ficher*, *enfoncer*, Hiſp. *hincar*, ἐμπήγνυμι, intus figo. *Cic. 4. Tuſc. c. 20.* Gladium hoſti in pectus infixit. ¶ Infigere animo, *metterſi ben' a mente*. *Quintil. l. 1. c. 8.* Præcipua illa infigat animis.

Infigurābĭlis, le, adject. &

Infigurātus, a, um, adject. non figuratus, informis, deformis. *Ammian. l. 24. c. 4.* Compage ſcutorum, velut teſtudine infigurabilium fornicum, operiebantur. *Theod. Priſcian. l. 2. c. 1.* Febris ſimplex, & infigurata.

Infimātes, m. 3. *uomini di baſſa condizione*, οἱ ἐσχάτοι, qui ex infima plebe ſunt, ut Summates, qui maximæ, & ſummæ nobilitatis ſunt, vel auctoritatis. *Plaut. Stich. 3. 2. 37.* Summates viri ſummi accumbent, ego infimatis infimus.

Infimātus, a, um, adject. infimus factus, *abbaſſato*. *Apul. de Deo Socrat.* Ingenia ad miſerias infimata.

Infimĭtas, atis, f. *baſſezza*. *Ammian. lib. 27. cap. 15.* Ad infimitatem obſequiorum venire ſervilium. *Id. lib. 29. cap. 2.* Ipſa ſortis infimitate ad omnia praeceps.

Infĭmo, as, a. 1. *abbaſſare*, deprimo, infimum facio. *Apul. lib. 2. Mileſ.* Manes ſublimare, Deos infimare.

Infĭmus. V. Inferus.

Infindo, is, idi, iſſum, a. 3. idem ac findo, vel findendo incido, *fendere*, *ſpaccare*, *aprire*, ἐντέμνω. *Virg. 4. Ecl. verſ. 33.* Quæ jubeant telluri infindere ſulcos? Adde 3. *Æn. verſ. 142.* ¶ Item inſerere, *taceſtare*. *Cicer. in Brut. cap. 16.* Tranſlate. Cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infinderentur genus. Ita corrigit P. Victorius: vulgo infunderentur.

Infinibĭlis, le, adverb. qui finem habere non poteſt. *Apul. de dogm. Plat.* Cum viduata ſit fine, infinibilis recte videri poteſt.

Infinĭtas, atis, f. *infinità*, ἀπειρία, immenſitas. *Cicer. 1. Off.* Ut enim ab illa diſcedatur infinitate. *Id. l. 2. de nat. Deor. c. 26.* Infinitas locorum. *Ammian. l. 15. c. 1.* Infinitas mundorum.

Infinīte, adv. *infinitamente*, Germ. *unendlich*, Gall. *infiniment*, Hiſp. *infinitamente*, ἀπείρως, ſine fine, immenſa. *Cic. in Parad. 6. c. 3.* Supellectilem, & veſtem infinita concupiſcenti. *Id. 2. Acad.* Infinite ſecare, ac dividere aliquid.

Infinītio, onis, f. 3. idem ac infinitas. *Cicer. 2. Fin. c. 6.* Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt.

Infinitīvus modus, ſeu infinitus, ſeu indefinitus, ἀπαρέμφατος, eſt unus ex modis verborum. Dictus eſt, quia nullum certum num. nec perſonam ſibi aperte definit. Nam numeri, & perſonæ in infinitivo ſunt incerta, obſcure latent, evolvenda ſunt beneficio pronominum, ut Me amare, illos amare, &c. V. *Grammaticos*.

Infinīto, adv. idem ac infinite. *Plin. l. 25. c. 8.* Quicquid in Creta naſcitur, infinito præſtare cæteris ejuſdem generis alibi genitis. *Id. l. 11. c. 3. ſub fin.* Infinito magis illa fixa ſunt, *infinitamente più*.

Infinītus, a, um, *infinito, ſenza fine*, Ger. *unendlich*, Gall. *infiny*, Hiſp. *infinito*, ἄπειρος, quod finitum non eſt, quod finem, vel terminum non habet. *Cicer. pro Roſc. Com.* Qui tantas, ac tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit. *Id. 6. Ver.* Eſt ſpelunca quædam converſa ad Aquilonem infinita altitudine. *Plin. l. 13. c. 9.* Siccatus dureſcit ad infinitum. ¶ Infinita quæſtio dicitur a Rhetoribus, in qua aliquid generatim quæritur, ut expetenda ne ſit eloquentia, cui opponitur quæſtio certa, in qua aliquid in perſonis, & in conſtituta re, & definita quæritur. *Cic. 2. de Orat. c. 20.* ¶ Uſurpatur interdum infinitus pro multo. *Plin. l. 5. ep. 15.* In infinitum epiſtolam extendere. *Cic. l. 1. de Orat. c. 1.* Infinitus rerum forenſium labor. *Id. pro Dejot. c. 5.* Infinita ſpes. ¶ *Ad infinitum*, in infinitum. *Plin. lib. 34. c. 2. & l. 36. cap. 13.* ¶ Comparat. *infinitior*. *Cic. in Top. c. 8.* Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. ¶ Pro finito, *finito*, *terminato*, afferunt quidam illud *Cic. in Orat. c. 49.* Verſus inſuaviſſima litera infinitus. Sed Manut. & Lambinus, & al. reponunt, *finitus*. ¶ Infinitum, i, ſubſtant. ut infinitum auri, ſubintellige pondus. *Eutrop. l. 9. c. 9.*

Infirmātio, onis, f. 3. eſt actus infirmandi. *Cic. in Rull. Agrar. 2. c. 3.* Sed ſuſpicione, ac perturbatione judiciorum, infirmatione rerum judicatarum. ¶ Speciatim ſumitur pro argumento, quo ratio infirmatur. *Cic. 1. de Inv.* Judicatio eſt, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis naſcitur controverſia. ¶ Item pro una ex partibus præcipuis orationis, quam alias confutationem vel reprehenſionem vocant. V. *Rhetoras*.

Infirmātus, a, um, adject. debilitatus, fractus, *indebolito*. *Cicer. in Piſon. cap. 19.* Infirmatus conſcientia ſcelerum. *Ammian. l. 17. cap. 3.* Infirmato imperii robore.

Infirme, adverb. *debolmente*, Germ. *ſchwächlich*, Gall. *foiblement*, Hiſpan. *flaquemente*, ἀσθενῶς, debiliter. *Cic. Fam. 15. epiſt. 1.* Etſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe. *Sueton. in Aug. c. 60.* Tonitrua paulo infirmius expaveſcebat.

Infirmis, me, adject. n. 3. idem ac infirmus. *Ammian. l. 2. c. 6.* Coagmenta lapidum recens ſtructorum, madoreque etiamnum infirmium.

Infirmĭtas, atis, *infermità*, *debolezza*, חולשה, Ger. *ſchwachheit*, Gal. *infirmité*, Hiſp. *flaqueza*, ἀσθένεια, invaliditas, imbecillitas, debilitas illa, quæ vel ab ætate, vel ex morbo contingit. *Cic. de Sen.* Ut enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis. *Id. in Brut.* Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis. Tranſlata *Id. pro Roſc. Amer. cap. 4.* Impoſitum onus propter infirmitatem animi deponere. ¶ Ponitur & pro levitate, & inconſtantia, *incoſtanza*, *leggerezza*. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 5.* Cæſar infirmitatem Gallorum veritus, quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus ſtudent. ¶ Item pro morbo. *Ulp. l. ſi cui, Dig. ex quib. cauſ. major. & Celſ. l. 2. c. 6.*

Infirmĭter, adv. infirme. *Arnob. l. 7.* Quam infirmiter invalideque dicatur.

Infirmo, as, avi, atum, a. 1. *indebolire*, חלש, Ger. *ſchwächen*, Gall. *infirmer*, *affoiblir*, Hiſp. *enflaquecer*, ἀσθενόω, debilito, infirmum reddo. Tranſlate ſumitur pro refutare, refellere. *Cic. de nat. Deor.* Quanta vero illa ſunt, quæ vos Academici infirmatis, & tollitis? ¶ Infirmare fidem alicui, eſt frangere. *Cic. Att. l. 15.* Utrum morem gerat Lepta, an fidem infirmet Silio. ¶ Infirmare fidem teſtis apud judicem, eſt infirmum reddere teſtem. id eſt oſtendere, eum eſſe fide indignum. *Cic. pro Roſc. Com.* ¶ Infirmare legem, h. e. auctoritatem ei adimere. *Liv. l. 34. Quintil. l. 7. c. 2.*

Infirmus, a, um, *infermo*, *debole*, חלש, Ger. *ſchwach*, Gal. *infirme*, *foible*, Hiſp. *flaco*, *no firmo*, ἀσθενής, non firmus, imbecillis, debilis. *Cic. 1. Acad.* Suus enim admodum infirmus. ¶ Transfertur ad res inanimatas, ut Infirmæ vires, infirma claſſis, infirmum argumentum, &c. *Cicer. pro Cæc.* Ad probandum utraque res infirma, nugatoriaque eſt. ¶ Infirmi ſaporis vinum, eſt ingeneroſum, debile. *Col. de arb. c. 3.* Sed infirmi ſaporis vinum, nec perenne faciunt. ¶ Comp. infirmior, ſup. infirmiſſimus. *Cic. ad Q. Fr.* Quæ quo majore conatu aguntur, eo leviora, infirmioraque exiſtimo. *Id. l. 1. de Orat. c. 45.* Infirmiſſima valetudine. *Vellej. l. 2. c. 70.* Infirmiſſimus valetudine. ¶ Infirmus abſolute pro ægroto, *ammalato*. *Plin. l. 7. ep. 26.* Nuper me cujuſdam amici languor admonuit, optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus. ¶ Infirmæ nuptiæ dicuntur a Terentio in *Phorm. 3. 1. 6.* quæ parum duraturæ ſunt.

Infit, *comincia*, ἄρχεται, verbum defectivum, idem quod incipit. *Plaut. Aul. 2. 4. 59.* Infit ibi poſtulare plorans, ejulans. ¶ Frequenter per Ellipſin invenitur pro fari incipit. *Liv. l. 2.* Ibi infit, annum ſe tertium, & nonageſimum agere. ¶ In Veteribus Gloſſis legitur etiam *infe*, ἄρξαι, præſens imperativi, ſed ſine graviori auctoritate non eſt uſurpandum.

Infitior, d. 2. non fateor. *Feſt.*

Infitior. V. Inficior.

Infixus, a, um, adject. *fitto*, *infiſſo*, *ficcato dentro*. *Virg. 4. Æn. v. 4.* Hærent infixi pectore vultus. *Liv. l. 3. ſub fin.* Infit, ſe rem vetuſtate oblitteratam, cæterum ſuæ memoriæ infixam afferre.

Inflabello, as, a. 1. *Tertull. adverſ. Valent. c. 23.* Ignis inflabellatus eſt omnibus elementis, & corporibus. h. e. flando immiſſus.

Inflabĭlis, le, adject. qui inflari poteſt. Hinc *Lactant. de Opific. Dei c. 11.* pulmonem vocat viſcus inflabile, atque aëris capax.

Inflacceo, es, n. 2. flaccidus, infirmus, inutilis fio. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 383. Inflaccebunt conditiones.

Inflagro, as, n. 1. intus flagro, vel accendo. *Solin. c.* 5. (*ol.* 11.) *de Sicilia*. Sarmenta, licet viridia, ignem ſponte concipiunt, & nullo inflagranta halitu, ab ipſo numine fit accendium.

Inflammanter, adverb. *con ardore*. *Gell. l.* 10. *c.* 3. Acriter, & inflammanter facit.

Inflammatio, onis, f. 3. *infiammazione*, φλεγμονή, actus inflammandi, ut inflammationes mammarum, quas Græci φλεγμονὰς vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte veluti cujuſdam ignis ardor ſentitur, apud *Plin. l.* 20. *c.* 21. *Celſ. l.* 7. *c.* 25. Inflammationem reprimere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 46. Inflammatio animi.

Inflammatrix, icis, f. 3. quæ inflammat, incitat, & accendit. *Ammian. l.* 14. *c.* 1. Megæra inflammatrix. *Mamertin. Paneg. Julian.*, *c.* 3. Eædem odii cauſæ, quæ amoris inflammatrices.

Inflammatus, a, um, adject. accenſus, *infiammato*, *acceſo*. *Cicer. Fam.* 1. *ep.* 7. Ad gloriam inflammatus. *Id.* 3. *de Leg. c.* 11. Inflammata invidia. *Id. pro Dom. c.* 23. Mentes inflammatæ in aliquem.

Inflammo, as, avi, atum, a. 1. *infiammare*, הִצִּית, Ger. *anzunden*, Gal. *enflammer*, Hiſp. *inflamar*, καταιθω, incendo, inflammationem infero. *Cicer.* 7. *Ver.* Claſſem pulcherrimam Populi R. in litus expulſam, & ejectam inflammari, incendique juſſit. *Id. Att. l.* 8. Cum eadem lucerna epiſtolam ſcripſiſſem, quæ inflammarem tuam. ideſt, combuſſeram. ¶ Eſt item accendere. *Cic.* 3. *Verr.* Dicitur inflammaſſe tedas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. ¶ Tranſlate eſt commovere, concitare, urgere. *Cic.* 1. *de Or.* Neminem poſſe eorum mentes, qui audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas reſtinguere. *Id.* 3. *Tuſc.* Quem libidinibus inflammatum, & furentem vidimus. ¶ Item ſagenti cupiditate implere, & paſſive vehementer appetere, & deſiderare aliquid. *Cic. de Am.* Honores vero, quorum cupiditate quidem inflammantur. ¶ Item augere. *Cic.* 1. *Ver.* Cum fiat parmi, qui concionibus, & legibus hanc invidiam Senatus inflammare conentur. ¶ Inflammare alicujus animum in aliquem, eſt, incitare, impellere. *Cic.* 1. *de Orat. cap.* 56. Qui poſſit languentem populum inflammare in improbos.

Inflate, adverb. *ſuperbamente*, *gonfiamente*. *Caſ. l.* 3. *B. C. n.* 79. De prælio ad Dyrrhachium facto latius inflatiuſque multo, quam res erat geſta, fama percrebuerat.

Inflatio, onis, fem. 3. *gonfiamento*, actus inflandi. *Cicer.* 1. *de Div.* Quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærentis vera contrariam. *Col. l.* 6. *c.* 6. Inflatio ventris. *Plin. l.* 20. *c.* 10. inflatio ſtomachi.

Inflatus, a, um, o. t. 2. *gonfiato*, *gonfio*, Germ. *auffgeblaſen*, Gall. *enflé*, Hiſp. *hinchado*, partic. ab inflor. *Cic. in Bruto*, Ut ſi tibiæ inflatæ non referant ſonum. *Liv. l.* 40. *c.* 33. Inflatus amnis. ¶ Tranſlate accipitur pro elato, turgido. *Cic.* 1. *Off.* Cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur. *Id.* 3. *Tuſc.* Sic igitur inflatus, & tumens animus in vitio eſt. ¶ Et dicitur etiam de rebus, quæ ſupra modum elatæ ſunt. Hinc ſtylus inflatus, qui ex ſententiis gravioribus, & verbis nimium elatis conſtat. *Auct. ad Her. l.* 4. Nam ut corporis bonam valetudinem tumor imitatur ſæpe, ita gravis oratio ſæpe imperitis videtur ea, quæ turget, & inflata eſt. ¶ Lætitia inflatus, *gonfio d' allegrezza*. *Cic. Philip.* 14. *c.* 6. Inflati lætitia, atque inſolentia impii cives. *Id. pro Mur. c.* 15. Spe, atque animis inflatus. *Liv. l.* 39. *c.* 53. Juvenis inflatior redierat, ſuborta erga ſe judicis ſenatus. ¶ Inflatior veſtis, apud *Tertul. de Pall. c.* 4. *Veſte, che ha più falde*.

Inflatus, us, m. ἐμφύσησις, actus inflandi, inflatio, *il ſoffiar dentro*. *Cic. de clar. Orat. c.* 51. Inflatum recipiunt aures. Et *l.* 4. *Acad. c.* 7. Primo inflatu tibicinis. ¶ Item afflatus, *iſpirazione*. *Id. de Divin. l.* 1. *c.* 6. Inſtinctu, inflatuque divino futura renunciat.

Inflecto, is, exi, exum, a. 3. *piegare*, idem quod flecto, ἐγκάμπτω. *Col. l.* 5. *c.* 6. Radices in nodum inflectere. *Cic.* 7. *Verr.* Ubi primum ex alto flotus ad urbem ab litore inflectitur. ¶ Veſtigium curſus ſui inflectere, eſt a curſu ſuo declinare. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Stellæ nunquam curſus ſui veſtigium inflectunt. ¶ Voces inflectere, eſt variare. *Tibull. l.* 2. *el.* 7. Voces inflectere cantu. ¶ Tranſlate eſt mutare, *mutare*, *piegare*. *Cic.* 1. *Fam.* Ne magnitudinem animi tui unquam inflectas cujuſquam injuria. *Id. pro Cæcin. c.* 26. Jus civile neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia poteſt. ¶ Inflectere orationem. *Cic. de Clar. Orat.* Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, teneramque reddidit. ¶ Inflectere ſenſus, *commuovere*. *Virg.* 4. *Æn.* Solum hic inflexit ſenſus, animumque labantem impulit. *m' ha fatto mutar opinione*. ¶ Inflectere aliquem lacrymis, *piegarlo col piangere*. *Statius* 8. *Thebaid.* ¶ Inflectere oculos alicujus. *Cic. poſt redit. ad Quir.* Frater erat unus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret. h. e. in ſe converteret, & miſericordiam moveret.

Infletus, a, um, adject. *non pianto*. *Auſon. in Parental. carm.* 10. Non ego te infletum memori fraudabo querelâ. *Virg. Æn.* 11. *v.* 372. Inhumata, infletaque turba.

Inflexibilis, le, n. 3. *che non ſi può piegare*, Germ. *unbiegig*, Gall. *inflexible*, Hiſp. *inflexible*, ἄκαμπτος, quod inflecti non poteſt. *Plin. ep.* 97. *l.* 10. Pervicaciam certe, & inflexibilem obſtinationem debere puniri.

Inflexio, onis, f. *piegamento*, ἔγκαμψις, inflectendi actus. *Cic.* 3. *de Or. c.* 59. Laterum inflexione hac forti, ac virili, non ab ſcena, & hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam a palæſtra.

Inflexus, a, um, *piegato*. *Cic.* 1. *de Div. cap.* 17. incurvum, & leviter a ſummo inflexum bacillum. *Id.* 2. *de Orat. c.* 46. Inflexa ad miſerabilem ſonum voce dicere.

Inflexus, us, m. idem ac inflexio. *Senec. de brevit. vitæ*, *c.* 12. Vocem inflexu modulationis inertiſſimæ torquere. *Arnob. lib.* 2. Inflexibus ſinuoſis adire.

Inflictio, onis, f. 3. actus infligendi. *Theod. l.* 9. *tit.* 17. Multa inflictione corrigere.

Inflictus, us, m. inflictio, colliſio, ut inflictus dentium & labiorum, quo nempe ſonus articulantur, apud *Arnob. l.* 3.

Infligo, is, ixi, ictum, a. 3. *percuotere*, *dar colpi*, הִכָּה, Germ. *ſchlagen*, Gal. *frapper*, Hiſp. *apretar*, *herir*, προσπληγιάζω, ictum infero, incutio. *Cic. in Piſ.* Quæ diſceſſus meus Reipublicæ vulnera inflixit? *Id. in Ver. c.* 8. Si hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes Auguratus tui. *Id. in Piſon. c.* 26. Turpitudinem alicui infligere. h. e. afferre, inurere. Sic infligere colaphum, *dar' una guanciata*. *Id.* & *Plin. l.* 8. *c.* 36.

Inflo, as, avi, atum, n. 1. *ſoffiare*, *gonfiare*, נָפַח, Ger. *auffblaſen*, Gal. *enfler*, *ſouffler*, Hiſp. *ſoplar*, *hinchar*, ἐμφυσάω, intro flo, turgefacio. Uſurpatur vel abſolute inſtar verbi neutrius, vel cum accuſ. inſtar verbi activi. *Horat.* 1. *Ser. Sat.* 1. Quin Jupiter ambas iratus buccas inflet. V. infra. ¶ Speciatim ſignat ſonare, *ſuonare*. *Varro* 3. *de re ruſt. c.* 13. Qui cum eo veniſſet cum ſtola, & cithara, & cantare eſſet juſſus, buccinam inflavit. *Cic. in Acad.* Simul ut inflavit tibicen, a perito carmen agnoſcitur. *Id.* 3. *de Or.* Qui inflaret celeriter eum ſonum, quo illum aut remiſſum excitaret, aut a contentione revocaret. ¶ Tranſlate eſt turgeſcere, tumere, efferri, ſuperbire, vel active efferre, extollere, *inſuperbire*. *Cic.* 1. *de Leg.* Fannii autem ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius. *Id. in Piſ.* Cum tibi ſpe falſa animos rumor inflaſſet. ¶ Hinc inflare alicujus ſpem, eſt augere. *Liv. l.* 35. Spem regis inflarat. Adde *Curt. l.* 3. *c.* 2. Sic *Paul. JCtus l.* 9. *Dig. tit.* 4. *l.* 39. Inflare locationem, dixit, *creſcer l' affitto*.

Infloreo, es, n. *fiorire*. *Claudian. in II. Conſul. Stilic.* v. 124. Priſtina Romuleis infloruit artibus ætas.

Influens, tis, nom. partic. qui intus fluit, qui ingruit. *Cic. de Provinc. Conſ. c.* 13. Influentes in Italiam Gallorum copias repreſſit. *Plin. in Paneg. cap.* 81. Influentia negotia. ¶ Proprie *Curt. lib.* 8. *c.* 9. Amnis influens.

Influentia, æ, f. ἐπιρροή, actus influendi, concurſus, ut influentia vitiorum, apud *Jul. Firmic. l.* 1. *Matheſ.*

Influvium, ii, n. *fluſſo*, profluvium. *Velle. l.* 2. *c.* 120. Ut protinus pariter ſanguinis influvio exſpiraret. Alii legunt *profluvio*, alii *effluvio*.

Influo, is, xi, xum, n. 3. *ſcorrere*, *inondare dentro*, נָזַל, Ger. *hineinflieſſen*, Gal. *influer*, Hiſp. *influir*, εἰσρέω, intro fluo, illabor. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 39. Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* In quem ſanguis a jecore per venam illam cavam influit. *Id.* 1. *de Div. cap.* 35. Atque in amnes mare influxerit. ¶ Tranſlate ponitur pro *ſe ſe inſinuare*, ſenſim irrepere. *Cic. Off.* Ut in univerſorum animos tanquam influere poſſimus. *Id. de Am.* Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis? ¶ Item pro irrumpere. V. *Influens*.

Influxio, onis, f. influxus, illapſus, actus influendi. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 12. Materialis influxio in corpus.

Influxus, us, m. actus influendi, *influſſo*. *Firmic. l.* 1. *c.* 1. Si ex ſtellarum influxibus pendeamus.

Infodio, is, odi, oſſum, a. 3. *cavare*, *piantare*, ὀρύττω, intus planto, fodiendo ſepelio, terra obruo. *Virg.* 2. *Georg.* Quam lætum infodias vitis genus. ¶ Nonnunquam idem valet, quod fodio. *Colum. l.* 4. Campeſtris locus alte duos pedes infodiendus eſt. ¶ Infodere corpora terræ, h. e. ſepelire. *Virg.* 11. *Æn. v.* 206. Sic *Nepos in Pauſan. in fi.* Corpus procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus.

Infœcunde, adv. *ſterilmente*, ἀγόνως, non fœcunde, ſteriliter. *Gell. l.* 19. *c.* 3. Qui infœcunde laudat.

Infœcunditas, tis, f. *ſterilità*, Ger. *unfruchtbarkeit*, Gal. *ſterilité*, Hiſp. *eſterilidad*, ἀφορία, ſterilitas. *Col. l.* 1. *Proœm.* Audio culpantes modo agrorum infœcunditatem. Adde *Tacit. l.* 3. *Ann. c.* 6.

Infœcundus, a, um, *ſterile*, עָקָר, Ger. *unfruchtbar*, Gall. *ſterile*, Hiſp. *no fertil*, ἄφορος, minime fœcundus, non ferax, ſterilis. *Plin. l.* 12. *c.* 10. Lanigeræ arboribus Indiæ infœcunda. *Virg. Georg.* 2. *v.* 48. Infœcunda ſummitte. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Infœcundior materia miſta pinguiori.

Infœderatus, a, um, adject. fœdere non junctus. *Tertull. de Præſcriptionibus cap.* 12. Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hoſtibus regibus ſtipendium captat, niſi plane deſertor?

Informabilis, le, adject. qui formari, & creari nequit. *Tertul. adverſ. Praxeam*, *c.* 27. Deus immutabilis, & informabilis.

Informatio, nis, f. *il primo ſchizzo*, צִיּוּר, Ger. *formierung*, Gall. *ébauche*, Hiſp. *debuxo*, ὑποτύπωσις, διαγραφή, proprie dicitur prima illa, & rudis forma, quæ ab artifice operi alicui inducitur. Tranſlate accipitur pro notione a natura animo impreſſa, hoc eſt, quaſi præſumpta notitia, & anticipata. *Cic.* 1. *de Nat. Deor.* Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec diſputari poſſit.

Informator, oris, m. qui informat, & inſtruit. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marcion.* Moſes populi informator.

Informatus, a, um, inſtructus, *inſtrutto*. *Cic.* 1. *Offic. c.* 4. Ut nemini parere animus bene a natura informatus velit &c. ¶ Item nondum formatus, imperfectus, rudis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 426. His informatum manibus, jam parte polita, Fulmen erat. *Cic. l.* 2. *Att. ep.* 1. Peritorum hæc eſt adhuc informata cogitatio. h. e. rudis adhuc & impolita, non certa & explorata.

Informidabilis, le, adject. *non formidabile*. *Corippus l.* 2. *v.* 354. Omnis erit judex informidabilis illi.

Informidatus, a, um, adject. *non temuto*. *Silius l.* 13. *v.* 241. Hac tacite nitens informidatus adire.

Informis, me, o. 3. *sformato*, *ſenza forma*, *rozzo*, Germ. *ungeſtal*, Gall. *ſansforme*, Hiſp. *informe*, ἄμορφος, ſine forma. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Ea eſt caro informis, inanima, ferri ictum, & aciem reſpuens. *Id. l.* 10. *c.* 63. Informia urſæ pariunt. h. e. informes partus edunt. ¶ Item deformis, ſqualidus, fœdus. *Horat. l.* 2. *od.* 10. Informes hyemes reducit Jupiter. hyems omnem terrarum faciem deformem facit. *Virg. l.* 8. *Æn.* Informe cadaver. ¶ Tranſlate *Tacit. Ann.* 12. *n.* 37. Sors mea mihi informis, tibi magnifica eſt.

Informitas, atis, f. formæ carentia. *Solinus in proœm.* Scabra informitas.

Informo, as, avi, atum, a. 1. *far la prima abbozzatura*, *far il primo ſchizzo*, צִיֵּר, Ger. *entwerffen*, Gal. *façonner*, *ébaucher*, Hiſp. *dibuxar*, *dar forma*, ὑποτυπόω, eſt primam illam, & rudem operi alicui formam inducere. *Colum. lib.* 2. *cap.* 2. Velut funis informabitur in eam craſſitudinem. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici formo, quod eſt figurare, efficere, *formare*. *Cic. de Fin.* Informari non poteſt virtus, ſi quicquam, niſi quod honeſtum ſit, numeretur. *Id. de nat. Deor.* Deos ne conjectura quidem informare poſſumus, ideſt, iis formam tribuere, ſeu ſub forma concipere. ¶ Tranſlate capitur pro deſcribere, *deſcrivere*. *Cic. in Or.* Atque ego in ſummo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. ¶ Item pro docere, certam formam morum imprimere animo. *informare*, *iſtruire*. *Cic. pro Archia*, *c.* 3. Atque ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. ¶ Informare areas, apud *Col. l.* 11. *c.* 3. *formare le porche degli orti*. V. locum Columellæ.

Informus, a, um, valde calidus, apud vet. ex præp. *in*, quæ hic auget, & *formus*, calidus. *Feſt.* Adde *Tertull. de Pal. c.* 2. ita legi vult Junius, & Stevvechius in notis ad Arnobium.

Inforo, as, a. 1. *forare dentro*, ἐντετραίνω, intus foro, ex *in*, & *foro*, *as*. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Timebant priſci truncum findere, mox inforare ſoli medio. ¶ Eſt item in forum, ſive in jus vocare, ab *in*, & *forum*. *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 31. Licet me inforare, ſi incomitiare non licet? Ubi tamen obſcurus latet ſenſus, ut & in *Prosp. carm.* 77. ¶ Quod ad Plinii locum attinet, Harduinus ex MSS. legit *imperare*. V. Impero.

Infortunatus, a, um, *infelice*, *miſero*, *ſfortunato*, Ger. *unglückhafftig*, Gal. *infortuné*, Hiſp. *infortunado*, δυστυχής, infelix, miſer, calamitoſus, ærumnoſus. *Ter. Eun. a.* 3. O infortunatum ſenem. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 24. Nihil me infortunatius. *Apul. l.* 4. *A. A.* infortunatiſſimus maritus.

Infortunitas, atis, f. idem ac infortunium. *Gell. l.* 6. *c.* 1. Itidem ſunt bona, & mala, felicitas, & infortunitas, dolor, & voluptas.

Infortunium, ii, n. *infelicità*, *diſgrazia*, *miſeria*, צָרָה, Ger. *unglück*, Gal. *infor-*

Digitized by Google

infortune, Hiſp. *infortunio*, ἀτυχία, infelicitas, calamitas, ærumna. *Ter. Adel. a.* 1. Si attigiſſes, ferres infortunium. ¶ Infortunium habere, calamitoſum eſſe. *Liv. l.* 1. *c.* 50. Ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe. ¶ *Vitare infortunio*, pro vitare infortunium, habet *Plaut. Curcul. a.* 3. 19. quemadmodum *Bacchid.* 1. 2. 39. cavere malo, dixit.

Infoſſio, onis, f. actus infodiendi. *Pallad. in Februar. tit.* 16. Vetus vinea mergis melius ſeparabitur, quam ſi infoſſione totius corporis obruatur.

Infoſſus, a, um, adject. intus foſſus, perfoſſus. *Stat. 8. Theb. v.* 534. Infoſſa crebro vulnera. *Horat. Epod.* 5. *v.* 33. Infoſſus puer. *h. e.* ſepultus. Eodem ſenſu *Plin. l.* 13. *c.* 13. Tot infoſſi duraverunt annis.

Infra, *di ſotto*, תחת, Ger. *drunten*, Gal. *deſſous*, Hiſp. *debaxo*, ὑπό, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt. Valla docet, *infra* referri & ad locum, & ad dignitatem, ſive perſonam, ut infra tectum, Infra dignitatem meam, & *intra* ad ſpatium, & ad numerum, ut Intra muros, intra dies viginti. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Infra autem hanc propius a terra Jovis ſtella fertur. *Id. de Or.* Nam in Poetis non Homero ſoli locus eſt, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos. *Liv. l.* 18. Me infra ætatem filii ſui poſuit. ¶ *Aliquid infra nos eſſe*, interdum eſt, dedecere dignitatem noſtram, vel vilius eſſe, quam ut conveniat officio, & dignitati noſtræ. *Cic. de Fin. l.* 3. Ducere omnia humana infra ſe ſapiens debet. ¶ In conviviis *infra aliquem accumbere*, eſt ad dexteram accumbere cubantis in medio (qui locus honoratior habebatur) ſicut ſupra, eſt ad ſiniſtram. *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 22. Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra. Adde *Cic.* 9. *Fam. ep.* 26. ¶ Infra ſine caſu adverbium eſt, nec tamen ſenſum mutat. *Cic. Att.* Earum literarum exemplum infra ſcripſi.

Infractio, onis, f. 3. idem quod fractio. Translate dicitur de animo pro torpore, demiſſione, puſillanimitate. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 7. In eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demiſſionem.

Infractus, a, um, adject. ab infringor, idem quod fractus, vel valde fractus, ut in hic ſit ἐπιτατικόν, *franto*, *rotto*, *ſpezzato*, & tranſlate *indebolito*, *poſto in cattivo ſtato*, *vinto*, *abbattuto*, συντεθλασμένος. *Cic.* 4. *Acad. c.* 25. Tu autem te negas infracto remo commoveri. *Id. pro Domo c.* 24. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. *Virg.* 12. *Æn.* Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos *defeciſſe* videt. *Servius* interpretatus *autem ſemper infractus*. Sed melius Donatus, *valde fractos*. ¶ Infractus animus dicitur, *rimeſſo*, *vile*, qui demiſſus eſt, & dejectus, & rerum adverſarum fluctibus peſſundatus. *Cicer. poſt red. ad Quirit. cap.* 8. Non modo non infracto animo erat, verum etiam confirmato, & renovato. ¶ Res infracta, ideſt perdita, afflicta, & deſperata. *Cic. Att. l.* 9. Tum poterimus deliberare, non ſcilicet jam integra re, ſed minus infracta. ¶ Oratio infracta, id eſt, humilis, & demiſſa, qualis ſolet eſſe eorum, quibus parum propitia eſt fortuna. *Liv. l.* 38. *c.* 14. Et oratio ſuis ſummiſſa, & infracta, extenuantis opes ſuas, &c. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 10. Pericles oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt. ¶ Vox infracta, *voce troppo delicata*, *femminile*, *molle*. *Gell. l.* 3. *c.* 3. ¶ Infracta conſtitit ira. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 51. *rintuzzata ceſsò*. ¶ Vocitas pluribus modis infracta, libidine aſſentandi, &c. *Tacit. Ann.* 17. *oſcurata*. ¶ Infractus pro non fracto, invicto, ut in ſit στερητικόν, uſurpatur a recentioribus fere latinis ſcriptoribus. *Symmachus l.* 1. *ep.* 3. Fractæ opes infractos animos repererunt. ¶ Perperam autem affertur a Calepino, & Paſſerat. exemplum *Plin. l.* 8. *c.* 50. Ejus enim loci hæc eſt germana lectio: *Mares* (caprarum) *quam maxime ſimos*, *longis auribus infractiſque*, *armis quam villoſiſſimis probant*. Dicuntur autem *infractæ aures*, quæ non erectæ ſurgunt, ſed quaſi fractæ ſlus, flaccidæ & deciduæ pendent. *Colum. l.* 7. *c.* 6. Caper optimus habetur cruribus craſſis, brevi cervice, flaccidis, & prægravantibus auribus, exiguo capite, &c. ¶ *Donatus* quoque ex *Statio* affert *infracta virtus*, pro maſcula & invicta, & locum quidem non aſſignat. Sed fortaſſe eſt *l.* 2. *Achilleid. v.* 213. Hæſit & occulto virtus infracta calore. Ubi certe vox *infracta* ſignificat, valde fracta, & enervata.

Infrænatio, onis, f. *imbrigliamento*, fræni injectio. *Tertull. ſub fin. l.* 1. *adverſ. Marcion.* Infrænatio libidinis.

Infrænatus, & rectius infrenatus, a, um, *sfrenato*, Ger. *ungezaunt*, Gal. *effrené*, Hiſp. *deſenfrenado*, ἀχάλινος, non frænatus, ab in, & frænor. *Liv. l.* 21. *c.* 44. Generoſiſſimarum gentium equitas frænatos, & infrænatos video. ¶ Item qui frænum habet, frænatus. *Id. l.* 37. *c.* 20. Non ſtratos, non infrænatos magna pars habebant equos. Sic enim ibi legitur in melioribus Editionibus, non, ut vulg. *non ſtratos*, & *infrænatos*. *Silius l.* 4. *v.* 316. undique nudi Aſſilium frenis, infrenatique manipli.

Infrænis. V. Infrænus.

Infræno, vel potius Infreno, as, avi, atum, a. 1. *frenare*, *mettere il freno*, חסם, Ger. *zaumen*, Gal. *brider*, Hiſp. *enfrenar*, χαλινόω, proprie eſt equis fræna imponere. *Liv. l.* 37. *c.* 20. Pauci ſtabant impavidi equi, eos ipſos non ſternere, non infrænare, aut aſcendere facile poterant. ¶ Per tranſlationem ponitur pro cohibere, detinere, *ritenere*. *Plin. l.* 9. *c.* 31. Statim pluribus anchoris navigia infrænant. *Id. l.* 32. *c.* 1. Infrænat impetus, & domat mundi rabiem.

Infrænus, (rectius Infrenus) a, um, & infrænis, ne, *n.* 3. *ſenza freno*, *sfrenato*, ἀχάλινος, ſine fræno, non frænatus. *Virg.* 10. *Æn.* Illum infrænis equi lapſu tellure jacentem. *Id.* 4. *Æn. v.* 41. Hinc Numidæ infræni cingunt. Ubi Numidas infrænos vocat, quod equis uterentur infrænatis, quos ſola regebat virga. ¶ Item immoderatus. *Col. l.* 10. Sed quid ego infræno volitans per æthera curſu paſſus equos? *Gel. l.* 1. *c.* 15. Infrænis lingua.

Infragilis, le, *n.* 3. *non fragile*, *fermo*, *ſaldo*, ἄθραυστος, firmus, & validus. *Ovid.* 1. *Triſt.* Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet. *Senec. de vita beat. c.* 9. Summum bonum eſt infragilis animi rigor. Ubi minus recte al. leg. *infrangibilis*. *Albinovan. ad Liviam*, *v.* 354. Infragilemque animum, quod poteſt, uſque tene.

Infrangibilis. V. infragilis.

Infraſcriptus, a, um, adject. *infraſcritto*. *Vet. Inſcript. apud Grut.* Vixit ſine ulla querela cum conjuge infraſcripta.

Infremo, is, ui, *n.* 3. idem quod fremo, hoc eſt, murmure indignationem oſtendo. *Virg.* 10. *Æn. de apro*: Inframuitque ferox. ¶ Accipitur aliquando pro perſonare, & ſonitu horrorem incutere. *Sil. l.* 3. *v.* 430. Nec bellum rapit tam dirum mille carinis acrius infremuit.

Infrendeo, es, dui, *a.* 2. *fremere*, τοὺς ὀδόντας βρύχω, eſt dentes iraſcendo quatere, & invicem collidere. *Virg.* 3. *Æn. v.* 664. Dentibus infrendens gemitu. ¶ Eſt etiam *infrendo*, *is*, 3. conjugat. *Tertul. Apolog. c.* 12. Infrendite, inſpumate.

Infreno &c. V. Infræno.

Infrequens, tis, *o.* *poco frequentato*, *ſolitario*, Ger. *ungang*, Gal. *infrequent*, Hiſp. *infrequente*, μανός, parum frequentatus, ut *Infrequens forum*, quo pauci conveniunt, *Infrequens Senatus*, paucorum Senatorum conventus. *Liv. l.* 3. Præterquam quod infrequens Senatus indicio erat ſociis, afflictam civitatem peſtilentia eſſe. *Id. l.* 31. *c.* 23. Qua infrequentiſſima urbis ſunt. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui non frequentat. *Cic. l.* 3. *Q. Fr.* Sum equidem Romæ, & in gradus infrequens, *Caeſ. l.* 3. *B. C. c.* 6. Copiæ infrequentiores imponuntur. *Feſtus*: Infrequens appellabatur miles, qui abeſt, abfuitve a ſignis. ¶ Regit interdum genitivum. *Gel. l.* 13. *c.* 24. Infrequens ſum vocum latinarum.

Infrequentatus, a, um, adject. *non frequentato*. *Sidon. l.* 9. *ep.* 15. Metrum infrequentatum durius texitur.

Infrequentia, æ, f. 1. *ſolitudine*, *deſerto*, Ger. *wenn nicht viel leut dar ſind*, Gal. *infrequence*, Hiſp. *infrequencia*, μανότης, paucitas, raritas. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 2. Summa infrequentia. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

Infriatus, a, um, *fregato*, *ſtritolato*. *Col. l.* 7. *c.* 5. Superfuſoque aceto, vel æris ærugine infriata.

Infricatus, a, um, adject. *fregato*. *Plin. l.* 30. *c.* 12. Muſcæ infricatæ digito medico.

Infrico, as, ui, ictum, & atum, a. 1. *fregare*, ἐντρίβω, eſt fricare, & fricando contundere, vel etiam illinere. *Col. l.* 12. *c.* 30. Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infricato, & oblinito. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Cinerem ex aceto infricare.

Infrictio, onis, f. actus infricandi. *Celſ. l.* 8. *c.* 21. *ſub fin.* Infrictionum membro adhibere.

Infrictus, a, um, adject. ab infrico, infricatus. *Marcel. Empir. c.* 20. Infrictus naribus. ¶ Item frixus, *fritto*, a radice frigo. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Dederunt & cum bitumine infrictam (rutam) potioni propter anhelitum. Al. & rectius, legunt *infractam*.

Infrigeſco, is, xi, n. 3. *raffreddarſi*, frigeſco. *Celſ. l.* 5. *c.* 25. *n.* 4. Infervetque, donec craſſitudinem ſordium habeat: cum infrixit, catapotia ex eo fiunt.

Infrigido, as, *a.* 1. refrigero, *rinfreſcare*. *Theodor. Priſcian. de Diæta*, *c.* 1. & 2.

Infrigo. V. Infrictus.

Infringo, is, egi, actum, *a.* 3. *rompere*, κατακλάω, valde frango. *Plin. l.* 22. *c.* 6. Ne inſidens ales infringat. ¶ Interdum eſt illidere, & infligere. *Ter. Adel.* 2. 1. 46. Plus quingentos colaphos infregit mihi. ¶ Tranſlate eſt minuere, debilitare. *Cic. pro Mil.* Ad ejus non ſalutem modo extinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam. ¶ Item reprimere. *Cæſ.* 3. *B. C.* Ut primus excurſus, viſque militum infringeretur. *Liv. l.* 38. *c.* 16. Animum alicujus infringere. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 7. Spes infringitur. ¶ Infringere jus, h. e. violare, *Tacit. l.* 4. *Ann.* ¶ Infringere Deos humili precatu. *Stat. l.* 1. *Achil.* h. e. placare.

Infrio, as, a. 1. ἐντρίβω, idem ac frio, hoc eſt, comminuo, vel rem friatam, & comminutam rei alicui intero, *ſtritolare*, a *fregare ſopra*, a *in qualche coſa*. *Cato de re ruſt. c.* 7. Eos melle ungito, papaver infriato. *Col. l.* 8. *c.* 5. Atque ita paulum triti ſalis vulneribus infriatur.

Infrons, ondis, adject. *privo di fronde*, ſine frondibus. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 10. *v.* 31. Hic agri infrondes. h. e. ſine arboribus.

Infructuoſe, *infruttuoſamente*, ſine fructu. *Hieronym. ad Auguſtin. epiſt.* 89. *c.* 4. & *Auguſtin. ad Hieronym. ep.* 87. *a med.*

Infructuoſitas, atis, f. inanitas. *Tertul. de reſur. carn. c.* 33.

Infructuoſus, a, um, *infruttuoſo*, *ſenza frutto*, *non utile*, Ger. *unfruchtbar*, Gall. *infructueux*, Hiſp. *infructuoſo*, ἄκαρπος, quod non fert fructum. *Col. l.* 11. *c.* 3. Poſt quem diem ſera, & infructuoſa fit hujuſmodi rerum cultura. ¶ Infructuoſæ preces, vanæ, fruſtra factæ. *Plin. ep.* 23. *l.* 8. Obverſantur oculis caſſi labores, & infructuoſæ preces. Sic infructuoſa epiſtola. *Senec. Controverſ.* 19. Infructuoſa malitia. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 31.

Infrunitus, a, um, *ſtolto*, *ſtolido*, ἄφρων, ſtolidus, inſipiens, a fruniſcor, quaſi a φρονέω, *ſapio*, *intelligo*. Aliqui interpretantur hominem inſulſum, & agreſtem, *ſgarbato*, *ruſtico*. *Senec. de vita beata*, *c.* 23. Nec jactabit opes, nec abſcondet: alterum infruniti animi eſt, alterum timidi, & puſilli. *Id.* 3. *de Benef. c.* 16. Infrunita & antiquata eſt, quæ neſciat, matrimonium vocari unius adulterium. *Gel. l.* 4. *c.* 9. Verba infrunita, & obtundentia.

Infucatus, a, um, adject. fuco tinctus, tectus, ſimulatus. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 25. Animi judicio etiam magis infucata vitia noſcuntur.

Infuco, as, avi, atum, a. 1. *imbellettare*, φυκόω, fuco tingo. Tranſlate ſumitur pro tegere, ſimulare. *Plaut. Mil.* 2. 6. 46. Nunc pol ego metuo, ne quid infucaverit. Ubi infucare aliquid dixit, pro fallaciam aliquam latenter ſtruere, & quibuſdam quaſi coloribus ita ſimulare, ut deprehendi vix poſſit. Al. leg. *infuſcaverit*. *Id. Ciſt.* 1. 1. 21. Infucare merum. h. e. aqua diluere. Sed varia ibi quoque lectio eſt. V. *Taubman.*

Infula, læ, f. *mitria*, στέμμα, faſcia in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ plerumque lata eſt, plerumque tortilis ex albo, & cocco. *Serv. in Æn.* 10. *v.* 538. ¶ *Feſtus* filamenta lanea interpretatur. ¶ Infulæ ornamentum erant Sacerdotum. *Virg. loc. cit.* Phœbi, Triviæque Sacerdos, Infula cui ſacra redimibat tempora vitta. *Cic.* 6. *Ver. c.* 50. Præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis, ac verbenis fuerunt. ¶ Item ornamentum victimarum, teſte *Varr. l.* 6. *de L. L.* Hinc *Plin. l.* 4. *c.* 2. Quæ omnia velut infulæ in deſtinatam morti victimam conferebantur. ¶ Item pacem petentium, & caduceatorum. Hi enim caduceum laneis filamentis velatum præferebant. *Liv. l.* 30. *c.* 36. Velata infulis, ramiſque oleæ navis occurrit: decem legati erant miſſi ad petendam pacem. Adde *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 12. ¶ Denique infulæ dicebantur ornamenta, & inſignia Magiſtratuum. Hinc infulas honorum, *leg.* 1. *Cod. de tempor. & repar. appellat.* Et, infulas imperiales. *Juſtinian. l. ult. Cod. de quadrien. præſcript.* Sic & pro ipſo Magiſtratu uſurpantur, ut & faſces. *Spartianus in Adrian. c.* 6. Marium Turbonem poſt Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit. V. *Salmaſ.* ¶ *Infularum locum eſſe*, vel *habere*, eſt, ſacrum, ac religioſum eſſe, ac veneratione dignum. *Sen. ep.* 14. Hæ literæ non dico apud bonos, ſed apud mediocriter malos infularum loco ſunt. *Id. de Conſol. ad Helviam*, *c.* 13. Qui adverſus ſæviſſimos caſus ſe extollit, & ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit, ipſas miſerias infularum loco habet. h. e. miſeriæ ipſæ venerationem ipſi conciliant, quando ita affecti ſumus, ut nihil æque magnam apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miſer.

Infulatus, a, um, adject. *ornato di mitria*, ἐστεμμένος, infula ornatus. *Suet. in Calig. c.* 27. Infulatus, verbenatuſque.

Infulcio, is, ulſi, ultum, *a.* idem ac infercio, ingero. *Sen. ep.* 115. Non deſinit omnibus locis hoc verbum infulcire. *Suet. in Tiber. c.* 53. Mori inedia deſtinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum juſſit.

Infulgens, tis, adjectiv. idem quod fulgens. *Catul. in Argon. carm.* 63. *v.* 383. Sæpe Pater Divum templo infulgente reviſens. Alii tamen leg. *in fulgente*.

Infulgeo, es, ulſi, *n.* 2. fulgeo, inclareſco. *Capitolin. in Opil. Macr. c.* 5. Infulſit præterea nomen Severi, cum illius nulla cognatione tangeretur.

Infumatus, a, um, adject. *ſeccato al fumo*. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Infumata pilis oculorum medetur.

Infumibulum, *n.* 2. *cammino*, Ger. *camin*, Gal. *cheminée*, Hiſp. *chimenea*, καπνοδόχη, ſpiraculum, per quod fumus exit. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Is nidor per infumibulum imbibitur. V. Infundibulum.

Infundibulum, li, n. *imbottatoja*, *pevera*, *imbuto*, מַשְׁפֵּךְ, Ger. *ein trichter*, Gal. *entonnoir*, *robinet*, Hiſp. *embudo*, *tolva*, χοάνη, ἐπίχυσις, inſtrumentum, quo in vaſa liquorem infundimus. *Cat. de R. R.* In calla olearia hæc opus ſunt, dolia olearia, & opercula, ſeſtarium olearium unum, infundibula duo. Adde *Col. l.* 3. *c.* 20. & *Vopiſc. in Aurel. c. ult.* ¶ Item canalis, per quem frumentum in molam decurrit, *tramoggia*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 10.

Infundo, is, udi, uſum, a. 3. *infondere*, *gettar dentro*, יָצַק, Ger. *eingieſſen*, Gal. *verſer dedans*, *infuſer*, Hiſp. *infundir*, ἐγχέω, intro fundo. *Cic.* 11. *Phil.* At his nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit. *Col. l.* 6. *c.* 4. Cum vino conteres, & in naribus infundas. *Id. l.* 6. *c.* 5. Infundere per nares. Et *c.* 6. Infundere faucibus. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat. c.* 87. Orationem in aures alicujus infundere. *Id. l.* 3. *de Leg. c.* 14. Vitioſi principes vitia infundunt in civitatem.

Infurnibulum, li, n. *pala da infornare*, pala, qua panes in furno diſponuntur. *Plin. l.* 24. *c.* 15. Radix ejus (Chamæleuces herbæ) imponitur carbonibus ſuppreſſi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tuſſi. Ita legit *Voſſ.* Videtur tamen legendum *infumibulum*. Qua enim ratione poſſit tuſſi laborans fumum radicis uſtæ per infurnibulum imbibere?

Infuſcatus, a, um, *infoſcato*. *Col. l.* 11. *c.* 3. Si jam infuſcata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. ¶ Translate ponitur pro obumbrato, vel inquinato. *Cic. pro Planc.* Retinent veterem illum officii morem, non infuſcata malevolentia, non aſſueta mendaciis, non fucata, non fallax. ¶ *Infuſcata* vox apud *Senec. in præfat. l.* 1. *controverſ.* eſt minus clara, aut canora, cui opponitur *candida*.

Infuſco, as, a. 1. *offuſcare*, ἀμαυρόω, fuſcum reddo. *Col. l.* 7. *c.* 3. Infuſcare vellera. ¶ Translate ponitur pro turbare, turbidum facere. *Plin. l.* 9. *c.* 29. Infuſcata aqua abſconduntur. ¶ Item pro corrumpere. *Col. l.* 12. *c.* 19. Quo naturalis ſapor ejus infuſcatur. ¶ Item pro obtuſum reddere. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Modulatus editur ſonus, variatur, copulatur, infuſcatur ex inopinato. ¶ Item pro inquinare. *Cic. in Brut.* Nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat. ¶ Infuſcare vinum, apud *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 21. eſt diluere: nam vinum merum nigrum eſt, addita aqua, ad fuſcum colorem, & minus nigrum accedit. Alii legunt *infucare*.

Infuſcus, a. um. 2. idem quod fuſcus. *Col. l.* 9. *c.* 10. Quidam etiam infuſci, atque hirſuti reperiuntur.

Infuſio, onis, f. 3. *infuſione*, ἔγχυσις, actus infundendi. *Plin. l.* 20. *c.* 21. Valvas & cibo, & infuſione mollit in oleo.

Infuſor, oris, m. qui infundit. *Prudent. Cathemer.* 4. *v.* 11. Infuſor fidei.

Infuſus, us, m. idem ut infuſio. *Plin. l.* 24. *c.* 6. Sonitus aurium emendat infuſu, ſtrumas illitu.

Infuſus, a, um, adject. *infuſo*, *ſparſo*, ἐγχυθείς. *Virg.* 9. *Æn. v.* 461. Infuſus ſol, ſc. terris. *Id.* 6. *Æn. v.* 26. Mens infuſa per artus. *Ovid. ep.* 2. Collo infuſus amantis. h. e. innixus, vel collum amplexus. *Plin.* 33. Infuſa terræ maria. *Curt. lib.* 5. *cap.* 6. Immenſa agmina infuſa in Græciam.

Ingauni, in. 2. Albingauni, pop. Liguriæ, quorum urbs Albingaunum, in ora Liguſtica.

Ingelabilis, V. Incongelabilis.

Ingelidus, a, um, non gelidus, tepidus. *Prudent. lib.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 1084. Diſcit & ingelido nova nupta tepeſcere lecto. Al. diviſim leg. *in gelido*, rectius.

Ingeminatus, a, um, adject. geminatus, *raddoppiato*, *doppio*. *Ovid. lib.* 4. *de Pont. el. ult. v.* 43. Maternos Cottæ cui, Meſſalaſque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Ingemino, as, a. 1. *raddoppiare*, ἀναδιπλασιάζω, idem quod gemino, aut frequenter gemino. *Ovid.* 6. *Faſt.* Hoſtiles ingeminavit opes. ¶ Reperitur etiam neutrum. *Virg.* 1. *Georg. v.* 333. Ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber. Ubi *Servius*: ingeminant, pro ingeminantur.

Ingemiſco, n. 3. idem ut ingemo. *Cic. in Epiſt.* Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati. ¶ Ingemiſcere malo alieno, eſt malis alicujus gratia ingemiſcere. *Cic.* 2. *Tuſc.* Quem vidit nemo ulli ingemiſcentem malo. *Ammian. l.* 30. *c.* 7. Clades ingemiſcendæ.

Ingemo, is, ui, a. 3. *gemere*, στένω, vehementer gemo, graviter fero. *Cic.* 3. *Phil.* Una illa in re civitas ſervientis oblita ingemuit. ¶ Habet aliquando poſt ſe accuſativum. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 27. Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones interitum. ¶ Et dativum. *Horat. Epod.* 5. *v.* 31. Ingemens laboribus. *Liv. l.* 36. *c.* 28. Ingemuerunt conditioni ſuæ.

Ingener, a, um, adjectiv. genitalis, generans. *Colum. l.* 10. *v.* 196. *de verno anni tempore*. Ingenera nunc ſunt genitalia tempora mundi: Nunc amor ad coitus.

Ingenераſco, is, n. 3. idem quod ingenero. *Lucr. lib.* 3. *v.* 706. cur omnia membris Et ineunte ævo ingeneraſcunt, ingenioque? Si non certo ſuo quia ſemine? Ac. Optimæ tamen editiones habent *generaſcunt*.

Ingeneratus, a, um, adject. ingenitus, innatus. *Cic. pro Sext.* Ingenerata familiæ tuæ frugalitas.

Ingenero, as, a. 1. *ingenerare*, יָלַד, German. *einzeugen*, Gall. *engendrer*, Hiſp. *engendrar*, ἐγγεννάω, idem ac genero, eſt intus genero, ingigno, gignendo inſero. *Cicer.* 1. *Offic.* Ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt. *Liv. l.* 5. Ingeneravit natura ſocietatem utriſque.

Ingeniatus, a, um, adject. aptis ingenio præditus, natura aptus, a nomine *ingenium*. *Plaut. Mil.* 3. 1. 135. Qui lepide ingeniatus eſſet, vitam longinquam darent, qui improbi eſſent, iis adimerent animam cito. Alii leg. *ingenuatus*, ſed minus recte. Adde *Gell. l.* 10. *c.* 1.

Ingeniculatus, i, m. idem ac Ingeniculus, ſc. Herculis ſidus. *Vitruv.* 9. 6.

Ingeniculo, as, avi, atum, neut. vel a. 1. *inginocchiarſi*, בָּרַךְ, German. *niderknyen*, Gal. *s' agenouiller*, *ſe mettre a genoux*, Hiſpan. *arrodillarſe*, *hincarſe de rodillas*, γονυκλινέω, γονυπετέω, genua flecto, in genua procumbo, a genu. *Hygin. in Engonaſin.* Sed poſtquam Herculem tela defecerint, multitudine Barbarorum, & inopia armorum defeſſum ſe ingeniculaſſe, multis jam vulneribus acceptis. *Lamprid. in Heliog. c.* 5. Nuduſque ingenicularat.

Ingeniculus, ra. 2. ἐν γόνασι, ſignum in cœlo ex viginti octo ſideribus conſtans, idem ut Hercules, qui dextro genu nixus ſiniſtro pede capitis draconis cuſtodis horti Heſperidum dextram partem opprimere conatur. Sed *Hyginus* ſcripſit ita dictum fuiſſe, quod in prælio cum Barbaris, ideſt Liguribus, telis eum deficientibus, multitudine Barbarorum, & inopia armorum defeſſus, multis jam vulneribus acceptis, ſe ingeniculaverit. *Firmic. l.* 8. Ingeniculus, qui & Engonaſis, in extremis partibus oritur. Hoc ſidere nati erunt mendaces, fugaces, callidi. ¶ Ingenicla per ſyncopen, & adjectivi more. *Manil. l.* 5. *v.* 646. Engonaſi, ingenicla juvenis ſub imagine conſtans.

Ingeniolum, li, n. diminut. parvum ingenium. *Arnob. l.* 5. Ingeniola puerilium fictionum. ¶ *Hieronym. l.* 3. *adverſ. Ruſin. c.* 4. *extr.* Hoc eſt, quod deſtruit ſtrophas ingenioli tui.

Ingenioſe, adv. *ingegnoſamente*, Germ. *ſinnreichlich*, Gall. *ingenieuſement*, Hiſp. *ingenioſamente*, δεινῶς, ſubtiliter, & cum ingenio. *Cic. in Acad. l.* 4. *c.* 27. Tractantur iſta ingenioſe, diſputantur etiam eleganter. *Velleſ. l.* 2. *c.* 48. Homo ingenioſiſſime nequam. *Sen. Controv.* 10. Declamavit longe ingenioſius.

Ingenioſus, a, um, *ingegnoſo*, *accorto*, Germ. *ſinnreich*, Gall. *ingenieux*, Hiſp. *ingenioſo*, δεινός, δεξιός, qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet, qui multum habet ingenii, acutus, & ſolers. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ariſtoteles ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe. *Id. pro Q. Roſc. Com. c.* 11. Quo quiſque eſt ingenioſior, & ſolertior, hus docet iracundius, & laborioſius. *Id. pro Mur. c.* 3. Homo ingenioſiſſimus. *Ovid.* 4. *Triſt.* Inque meas pœnas ingenioſus eram. ¶ Dicitur & de rebus inanimis. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 6. Vox mutandis ingenioſa ſonis. *Id.* 4. *Faſt.* Ager ingenioſus ad ſegetes, h. e. fertilis.

Ingenitus, a, um, adject. innatus, inſitus a natura, *innato*, *naturale*. *Ovid. ad Piſon. v.* 92. Ingenita nobilitas. *Sen. epiſt.* 11. Quidquid fixum, & ingenitum eſt, lenitur arte, non vincitur. *Col. l.* 3. *c.* 7. Ingenita ſterilitate laborantibus.

Ingenium, nii, n. 2. φύσις, natura cujuſque rei, ab in, & antiquo *geno* pro *gigno*, quia rebus ingenita eſt, *la proprietà*, *e naturalezza di ciaſcheduna coſa*. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Ingenium ſoli, *Gel. l.* 10. *c.* 1. Lactis ingenia, & proprietates. *Tac.* 5. *hiſt. c.* 14. Campi ſuopte ingenio humentes. *Nev. apud Non. c.* 4. *n.* 235. Ingenio arbuſta orta ſunt, non conſita. h. e. ſponte nata. ¶ De hominibus etiam dicitur, & ſignificat indolem, & naturam cujuſque. *Ter. Andr.* 1. 1. 50. Ingenium eſt omnium hominum proclive ad libidinem. *Plaut. Merc.* 4. 1. 2. Ingenium ſuum facere, *vivere a ſuo modo*, *ſoddisfar' il genio*. Sic *Liv. l.* 3. Ingenio ſuo vivere. *Plaut. Stich.* 1. 2. 29. Ædepol vos lepide tentavi veſtrumque ingenium ingeni. ¶ Hinc *ad ingenium redire* dicuntur, qui diſſimulatis, & tectis aliquandiu vitiis, tandem ad animi pravitatem redeunt, priſtinique, & ſuis moribus utuntur. *Ter. Adel.* 1. 1. 43. Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet. Si ſperat fore clam, rurſus ad ingenium redit. Sic *Liv. l.* 2. *c.* 25. Volſcos ſuum redis ingenium. ¶ Speciatim & ſæpiſſime ſumitur pro vi, ac virtute mentis, qua res homo acute, & celeriter intelligit, invenit, efficit, *ingegno*, *mente*, δεινότης, ἀγχίνοια. Hinc ingenium acre, tardum, acutum, ferax, velox, durum, & ſimilia apud optimos Scriptores. *Cic. l.* 5. *Fin. c.* 13. Prioris generis eſt docilitas, memoria, quæ fere omnia appellantur uno ingenii nomine, eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. *Idem pro Planc. c.* 14. Multum habere ingenii ad fingendum. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 28. Ingenium patris habet, quod ſapit, *ſi aſſomiglia al padre nella ſaviezza*. ¶ Interdum ſumitur pro rebus ingenio inventis. *Plin. Paneg. c.* 49. Exquiſita ingenia cœnarum. hoc eſt, ingenioſi apparatus. *Tert. de reſur. carn. c.* 8. Atrocia pœnarum ingenia. ¶ Item pro ipſis hominibus, *Sen. de Conſol. ad Polyb. c.* 8. Intentatum Romanis ingeniis opus. *Id. epiſt.* 2. Certis ingeniis immorari, atque innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere. ¶ Uti alicujus ingenio, eſt opera alterius uti. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 49. In rebus urbanis Galeris ingenio utebantur. Sic ingenium offerre, h. e. operam. *Id. Ann.* 14. *c.* 3. Obtulit ingenium Anicetus.

Ingigno, is, a. 3. ingigno, gigno. *Manil. l.* 5. *v.* 135. His etiam ingenitur viſendi nota cupido.

Ingens, tis, o. 3. *grande*, *ſmiſurato*, רַב, Ger. *ſehr groſſ*, Gal. *fortgrand*, Hiſp. *muy grande*, ἀμέγεθες, quod magnum, & immanſum eſt. Plus eſt, quam magnus. *Ter. Eun. a.* 3. *ſc.* 1. T. Magnas vero agere gratias Thais mihi? G. ingentes. *Cic. de Prov. Conſ.* Ingentem pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis. ¶ *Ingens animus*, fortis, magnus, & conſtans. *Plin. in Paneg.* Ingentis animi ſpecimen haberetur. Adde *Liv. l.* 21. *c.* 1. Sic ingens animi fœmina, *Tac.* 1. *Ann. c.* 69. ¶ Ingens rerum vir, *di gran potenza*, *Id.* 4. *hiſt. c.* 66. ¶ Ingens eloquio, *di gran facondia*, *Stat. l.* 1. *Silv.* 4. ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Virg. Æn.* 11. *v.* 124. fama ingens, ingentior armis. *Veget. l.* 4. *de re milit. c.* 8. Rotæ ingentiſſimæ fabricantur.

Ingenuatus. V. Ingeniatus.

Ingenue, adv. *ingenuamente*, ἐλευθερίως, liberaliter, & quemadmodum hominem liberum decet. *Cic.* 5. *Fin.* Quis enim honeſte in familia inſtitutus, & educatus ingenue non ipſa turpitudine, etiamſi eum læſura non ſit, offenditur? ¶ Translate ſumitur pro ſimpliciter, vere, libere, ἀπλῶς, ut Ingenue loqui, Ingenue fateri. *Cic. Marcel. l.* 5. *Fam. ep.* 2. Et quod me abs te cupide laudari, aperte, atque ingenue confitebar.

Ingenuitas, atis, f. 3. *ingenuità*, ἐλευθερία, liberalitas, honeſtas, nobilitas. *Cic.* 3. *Ver.* Detrahes ornamenta non ſolum lenonæ, ſed etiam ingenuitatis. ¶ In plur. *Arnob. l.* 2. *ſub fin.* Sublatis ingenuitatibus ſervitutes. ¶ Translate ſumitur pro pudore, pro morum probitate. *Cic.* 1. *Acad. c.* 11. Ut præ ſe probitatem quandam, & ingenuitatem ferat.

Ingenuus, a, um, *nativo*, *naturale*, proprie eſt, quod ingenitum, hoc eſt, natura inſitum eſt, ab *in*, & *geno* pro *gigno*, ut Ingenui fontes, nativi, non manu facti, *Lucret. l.* 1. *v.* 230. Ingenua indoles, propria, & innata. *Plaut. Mil.* 2. 3. *ſc.* 1. Ineſt in hoc amœnitata ſua ſibi ingenua indoles. ¶ Homo ingenuus eſt is, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt, *ingenuo*, *libero*, εὐγενής, ἐλεύθερος, ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus ſit, ſive ex altero ingenuo, altero libertino, ſive ex duobus libertinis, ſive ex matre libera, & patre ſervo, quocumque ex tribus temporibus mater libera fuerit, vel in conceptione, vel in partu, vel medio tempore, ſive ex matre libera, & patre incerto. V. Juſtinian. & alios JCtos. *Mart. l.* 3. *epigr.* 33. Ingenuam malo, ſed ſi tamen illa negetur, Libertina mihi proxima conditio eſt. V. Liber, a, um. ¶ Antiquiſſimis Romæ temporibus ingenui dicebantur, qui patrem quoquo modo, certum tamen haberent. *Liv. l.* 10. *c.* 8. An Romæ unquam fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, ideſt nihil ultra quam ingenuos? ¶ Translate ingenuus uſurpatur pro honeſto, modeſto, pulcro, liberali, *civile*, *oneſto*, ut ingenua facies. *Mart. l.* 3. *epigr.* 32. Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris, *Juven. Sat.* 11. *v.* 154. Sic ingenuæ artes, quæ ſcil. ingenuos decent, minimeque ſerviles. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 3. ¶ Vires ingenuæ dicuntur a *Martiali*, quæ mediocres ſunt, quales ſolent eſſe hominum nobilium, *l.* 10. *epigr.* 48. Mens quieta, vires ingenuæ, ſalubre corpus. Hinc ingenuum latus, h. e. delicatum, apud *eund. l.* 3. *epigr.* 46. Adde *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 4. ¶ *Mart. l.* 10. *epigr.* 82. Per territus noſtros, ingenuaſque cruces. h. e. quæ cum ſint ſervorum ſupplicium, ab homine ingenuo feruntur. ¶ Ingenuus color dicitur, qui ſincerus eſt, non fucatus, nulla arte quæſitus. *Propert. l.* 1. *el.* 4.

Ingero, is, eſſi, eſtum, a. 3. *portar dentro*, *porre dentro*, הֵבִיא, Germ. *hinein werffen*, Gal. *porter dedans*, Hiſp. *meter dentro*, ἐμφορέω, infero, importo. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 24. Tu, qui urnam habes, aquam ingere. *Id. Bacch.* 4. 8. 34. Mala multa in aliquem ingerere. *Tib. l.* 2. *eleg.* 1. Ingere ligna foco. *Suet. de Clar. Gram.* Oſculum ingerere. ¶ Semen ſolo ingerere, eſt ſeminare. *Col. l.* 5. *c.* 10. ¶ Convitia ingerere alicui, vel ingerere dicta in aliquem, eſt conviciari, maledicere. *Hor. l.* 1. *Sat.* 5. Pueris convicia nautæ ingerere. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 76 Modo, cum dicta in me ingerebas. ¶ Ingerere pugnos in ventrem, *Ter. Phor.* 5. 7. *ad fin. dar de' pugni*. ¶ Ingerere ſe, eſt affectare aliquid, ambire, *ingerirſi*. *Plin. Paneg. c.* 86. Præfectum Prætorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere. ¶ Ingerere aliquid, interdum ſignificat, repete-

Re

re, in memoriam revocare. *Sen. l. 1. de Benef. c. 12.* Auctorem ſuum ingerit, & inculcat. *Tac. in Orat. c. 7.* Quorum nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt. ¶ Ingerere ſceleri, *aggiungere*. *Senec. in Thyeſt.* ¶ *Inger* pro *ingere*, *Catul. carm.* 27. Inger mi calices amariores.

Ingeſtabilis, & le, o. 3. quod geſtari non poteſt, *Plin. l. 7. c. 6.* Ingeſtabile onus crurum.

Ingeſto, as, a. 1. idem quod geſto. *Apul. l. 11. Metam.* Carbeſus lintea eorum ingeſtans progrediebat.

Ingeſtus, us, m. actus ingerendi, & immittendi. *Tert. de reſur. carn. c.* 42. Immortalitatis ingeſtus.

Ingeſtus, a, um, partic. ab ingeror. *Tac. l. 1. Ann. c. 72.* Nomen patris patriæ Tyberius a populo ſæpius ingeſtum repudiavit, ideſt violenter, aut moleſte oblatum.

Ingigno, is, ingenui, ingenitum, a. 3. *ingenerare*, Germ. *einpflantzen*, Gall. *engendrer*, Hiſp. *engendrar*, ἐγγεννάω, inter gignendum inſero, una, vel ſimul gigno, ingenero. *Cic. 5. Fin. c. 22.* Sive major aliqua cauſa, atque divinior hanc vim ingenuit, *Id. 2. Fin.* Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi.

Inginium. V. Iguvium.

Inglomĕro, as, avi, atum, a. 1. גלם, Germ. *in einander wickeln*, Gall. *ammonceler*, Hiſp. *embolver*, μαγνίω, idem as glomero, ideſt, concervo, accumulo, & veluti in globi formam involvo. *Stat. 1. Theb. v.* 350. Sed plurimus Auſter inglomerat noctem.

Inglorius, a, um, *ſenza gloria*, *ignobile*, ἄδοξος, qui nullam gloriam ſua virtute conſecutus eſt, inhonoratus, ignobilis. *Cic. 1. de Leg.* Beati, qui honorati ſunt, vident, miſeri, qui ſunt inglorii. *Virg. 9. Æn. v.* 548. Parmaque inglorius alba. *Tac. 3. hiſt. c.* 59. Inglorius militiæ.

Ingluvies, ei, f. 5. ſinus ille interior circa guttur, in quem aves demittunt cibos, priuſquam in ventrem recondant, a *gula*, quaſi inguluvies. *Feſt. Col. l. 8. c. 13.* Nam niſi vacua eſt ingluvies, cruditatem ſignificat. ¶ Sumitur etiam pro gurgulione, ſeu collo. *Apul. l. 1. Metam.* Reſtis ad ingluviem aſtricta. ¶ Præterea voracitatem ſignat, luxuriam, liguritionem, *ingordigia*. *Ter. Eun.* Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam. *Hor. l. 1. Sat. 2. v. 8.* Parentis præclaram ingrata ſtringere ingluvie rem.

Ingluvioſus, a, um, adject. guloſus, vorax, heluo. *Feſt.* Ingluvies a gula dicta: hinc ingluvioſus.

Ingrandeſco, is, dui, ſine ſup. n. 3. *aggrandirſi*, *divenir grande*, *farſi grande*, μεγαλύνομαι, augeor, grandior fio. *Col. l. 11. c. 3.* Licet porrum, ſi jam ingranduit, transferre. *Id. l. 2. c. 10.* Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat.

Ingrāte, adv. *ſgarbatamente*, *ingratamente*, ἀχαρίστως, non jucunde, non libenter. *Plin. lib. 18. cap. 5.* Non ingrate nominando M. Varronem. ¶ Item animo ingrato. *Cic. Caſſio Fam. 12. epiſt. 1.* Ingrate noſtra facilitate abutuntur.

Ingratia, æ, f. contrarium gratiæ, ἀχαριστία. *Tertul. de Pænit. c. 3.* Perditæ fidei, amoris, ſimplicitatis, prout quid in ingratiam incidit. Et c. 9. Viderit ergo ingratia hominum, ſi etiam bonis factis pœnitentiam cogit. ¶ In ablativo plurali ſumitur adverbii more, *contra grado*, *contro voglia*, ἄκοντι. *Plaut. Caſ. 2. 5. 7.* Vobis invitis, atque amborum ingratiis. *Id. Merc. 2. 4. 11.* Nimium multum ſcis. En. Tuis ingratiis. *Nepos in Themiſt. c. 4.* Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. *Terent. Eun. 2. 1. 14.* Ingratiis dormire. *dormir per forza*.

Ingratificus, a, um, ingratus, beneficii immemor. *Cic. pro Sext. c. 57.* explicans Xenophontis illud, ἀχάριστος. O ingratifici Argivi, inanes Graii, immemores beneficii.

Ingratiis. V. Ingratia.

Ingrātis, adv. ἀκουσίως, invite, non ultro, præter gratiam, præter voluntatem, ab *ingratiis* per Syncopen. Aliqui derivant a *gratus*, quia ultronea grata ſunt, quæ ab invitis, & recuſantibus fiunt, ſunt ingrata. *Cic. pro Quinct. c. 14.* Extorquendum eſt invito, atque ingratis, quod non debet. Alii legunt *ingratiis*. *Lactant. l. 2. cap. 10.* Ingratis eripiet.

Ingratitūdo, inis, f. *ingratitudine*, ingrati animi vitium, ἀχαριστία. Perperam ponitur in titulo *l. 5. Val. Max.* ut diximus in V. *Gratitudo*. Habet tamen *Jul. Firmic. l. 5. c. 1.* his verbis: Ingratitudinis vitio inquinati.

Ingrātus, a, um, *ingrato*, *non grato*, ἄχαρις, non gratus, non acceptus, injucundus. *Cic. in Pam.* Non enim mihi ingrata ſunt, quæ feciſti. *Curt. l. 4. c. 11.* Ingrata oratio Regi fuit. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam ullam habet. *Sen. l. 3. de Benef. c. 1.* Ingratus eſt, qui beneficium ſe accepiſſe negat, ingratus, qui diſſimulat, ingratus, qui non reddit, ingratiſſimus omnium, qui oblivifcitur. *Cic. l. 8. Att. epiſt. 4.* Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non ineſt. *Cornif. ad Heren. l. 4. c. 40.* Ingratus in amicos. *Liv. l. 38. c. 50.* Duas maximas urbes ingratas in principes inventas, Romam ingratiorem. *Vellej. l. 2. c. 69.* Adverſus Cæſaris merita ingratiſſimus. ¶ Accipitur & pro invito. *Ter. Eun. 2. 1. 14.* Ingratus ut dormiam. Alii rectius legunt *ingratiis*.

Ingravāte, adv. non gravate, *di buona voglia*. *Ammian. l. 17. c. 21.* Obſecundabant imperiis ingravate.

Ingravatio, onis, f. vexatio, moleſtia, onus. *Cod. Theod. l. 7. tit. 13.* Perpetuæ ingravationi addixi.

Ingravātus, a, um, gravis factus. *Plin. l. 18. c. 17. a med.* Ingravatas aures ſic perluendas putant. h. e. quæ gravitate, & difficultate audiendi laborant. *Spartian. in Severo, c. 21.* Ingravatus morbo. *aggravato*.

Ingraveſco, is, n. 3. *divenir più grave*, *più moleſto*, כבד, Germ. *beſchwerlich werden*, Gal. *s' appeſantir*, Hiſp. *hazerſe*, *peſado*, ἐπιβαρύνομαι, gravior, & moleſtior fio. *Cic. de Sen.* Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraveſcunt. *Id. ad Brut. ep. 10.* Ingraveſcit in dies malum. *Id. pro Domo c. 5.* Annona ingraveſcit. h. e. carior fit. *Id. 2. Divin.* Ingraveſcens morbus.

Ingravidātus, a, um, gravidus, ſeu gravis factus. *Auguſtin. l. 7. Confeſſion. c. 5. ſub fin.* Pectus meum ingravidatum curis mordaciſſimis.

Ingravido, as, a. 1. idem quod gravido. *Paulin. Nolan.* Natali IX. *S. Fel. v.* 653.

Ingrāvis, e, adject. valde gravis, moleſtus. *Ulp. l. 3. ff. de S. C. Silan.* Si quis ingravi valetudine affectus.

Ingrăvo, as, avi, atum, a. 1. *aggravare*, ἐπιβαρύνω, gravius facio, exaggero. *Virg. Æn. 11. v. 220.* Ingravat hæc ſævus Drances. ¶ Item gravius afficio, corrumpo. *Plin. l. 19. c. 6.* Si non ſævitia hyemis ingravat.

Ingredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *entrare*, בא, Germ. *hinein gehen*, Gall. *entrer*, Hiſp. *entrar*, εἰσέρχομαι, introeo, aliquem locum adeo, in aliquem locum me confero. *Cic. in Catil.* Cum jam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. *Id. in Brut.* In vitam paullo ſerius, tanquam in viam, ingreſſus ſum. *Id. 1. de Or.* Sed iis, qui ingrediuntur ad ſtudium. *Id. pro Cæc.* Ut jam ingrediens intra finem ejus loci. ¶ Aliquando capitur pro ſimplici gradior, quod eſt incedere, ambulare, *camminare*. *Celſ. l. 5. c. 28. n. 14.* Clavus dolorem ingredienti movet. *Planc. ad Cic. l. 10. Fam. ep. 17.* Cum primum paſſe ingredi cœpit, non magis ſibi, quam Reip. convaluiſſe ſe exiſtimans, &c. ¶ Translate accipitur pro exordiri, incipere. *Vellej. l. 2. c. 6.* Decimum annum ingreſſus. *Cic. ad Attic. l. 15. epiſt. 11.* Ingredi in orationem. *Id. l. 6. Fam.* epiſt. 1. Ingredi in cauſam. *Id. pro Cæcin. c. 28.* Ingredi diſputationem. *Quintil. l. 6. c. 2.* Ingredi *Conſulatum*. ¶ Et cum infinito. *Cic. ad Att. l. 15.* Quanquam ingreſſus eſſem dicere quid oportuiſſet. Et *in Top. in princ.* Majores nos res ſcribere ingreſſos. ¶ Et ſubaudito infinito *dicere*. *Virg. Æn. 4. v. 107.* Sic contra eſt ingreſſa Venus. ¶ Ingredi iter, *metterſi in iſtrada*. *Cic. Phil. 12.* Cum iter ingreſſus fuero. *Id. de Senect.* Cum ingreſſus iter pedibus ſit. ¶ Dicitur etiam ingredi in viam. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 4.* Ingredere in viam doloſe. ¶ Ingredi veſtigiis patris, *camminare ſulle veſtigia paterne*. *Cic. in Somn. Scip.*

Ingreſſio, onis, f. 3. *entrata*, ביאה, Ger. *der eingang*, Gal. *entrée*, Hiſp. *entrada*, εἴσοδος, actus ipſe ingrediendi. *Cic. 5. Phil. c. 4.* Ita ab ingreſſione fori populum, Tribunoſque plebis propulſari videres. ¶ Item ambulatio, inceſſus. *Cic. in Brut. c. 59.* Interdum curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio. ¶ Item principium. *Cic. 1. de Orat.* Ac video, hanc primam ingreſſionem meam e media Philoſophia repetitam, &c.

Ingreſſus, us, m. צעד, Germ. *eingang*, Gal. *marchure*, Hiſp. *andadura*, εἴσοδος, actus ingrediendi, ambulatio, inceſſus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio. ¶ Item initium. *Quint. l. 9. c. 4.* Si pars poſterior in clauſula deprehendatur curſus in ingreſſu.

Ingruo, is, ui, utum, n. 2. *aſſalire*, *venir' addoſſo*, נפל, Germ. *hineinfallen*, Gal. *aſſaillir*, Hiſp. *acometer*, ἐπιβαίνω, eſt ſimul, & confertim, & cum clamore invadere, ſeu impetum facere, a *gruibus*, quæ magno agmine, & vehementi clangore volitant. *Veſſius* a *ruo* deducit *g* inſerto. *Virg. Æn. 12. v. 628.* Ingruit Æneas Italis, & prælia miſcet. *Plin. l. 7. c. 50.* Univerſis gentibus ingruunt morbi. *Liv. l. 4. c. 30.* Morbi in agreſtes ingruerant. ¶ Item accedere, proximum eſſe, *eſſer' imminente*. *Col. l. 4. c. 29.* Ingruit frigus. *Liv. l. 4. c. 30.* Ingruente fato. *Id. l. 5.* Periculum ingruens. ¶ *Virg. 2. Georg. v. 410.* Bis vitibus ingruit umbra. h. e. vites bis umbroſæ fiunt, bis frondes emittentes.

Inguen, inis, n. 3. *anguinaglia*, βουβών, ἦτρ, locus ille ad latera pubis, ubi femur, & appendix jungitur, ab antiquo *ingeno*, quaſi *ingen*, quia ſunt ibi partes genitales. Sumitur pro partibus genitalibus tam fœminarum, quam virorum. *Suet. in Ner.* Virorum, ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina invaderet. *Adde Celſ. l. 7. c. 20. & ſeq.*

Inguinālis, le, adject. ad inguine pertinens, ut inguinalis herba, apud *Apul. de Herb. c. 62.*

Inguinaria, æ, f. 1. βουβώνιον, argemon, herba, quæ ſedat dolores inguinis. *Plin. l. 25. c. 9.*

Inguini, m. 2. pop. Umbriæ, quorum urbs Iguvium.

Ingurgitatio, onis, f. *il mangiare e bere con troppa voracità*. *Firmic. l. 5. c. 8.* Qui conviviis, & ingurgitationibus delectantur.

Ingurgitātus, a, um, nom. particip. qui ſe ingurgitavit. *Petron. Satyr.* Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum ſenſit.

Ingurgito, as, a. 1. *bere e mangiare con troppa voracità*, זלל, Ger. *ſchlucken*, Gall. *avaler*, Hiſp. *tragar*, γαστρίζω, cum vehementia ingluvio, gulam impleo, cibo, aut potu intemperanter me obruo. *Cic. 2. Fin.* Cruditque poſtridie ſe rurſus ingurgitant. *Plaut. Curcul. 1. 2. 35.* Ingurgitat ſe in merum: *ubi illic liguat, ingurgitat in ſe merum*. *Apul. l. 3. A. A.* Merum ſævienti ventri tuo ſoles avidiſſime ingurgitare. ¶ Translate ſumitur pro immergere ſe, immittere, *ingolfarſi*. *Cic. in Piſon. c. 18.* Ingurgitare ſe in flagitia. *Gell. l. 5. c. 16.* Ingurgitare ſe in Philoſophiam. *Lactant. l. 4.* Sus, quæ ſe cœno ingurgitat.

Inguſtabilis, & le, o. 3. *inguſtabile*, *che non ſi può guſtare*, ἄγευστος, quod guſtari non poteſt. *Plin. l. 10. cap. 27.* Fert baccas acerbas, & inguſtabiles ſuccis emanantibus.

Inguſtātus, a, um, *non guſtato*, non guſtatus, partic. ab in, & guſto. *Hor. l. Serm. ſat. 8. v. 30.* Inguſtata mihi porrexeris ilia rhombi: ideſt, quæ ante nunquam guſtaveram.

Inguſto, as, avi, atum, a. 1. guſtandum do, apud *Tertull. adverſ. Gnoſt. c. 7.* Jovi in media orbe ſanguis humanus inguſtatur.

Inhabilis, le, o. 3. *inabile*, *non atto*, Germ. *ungeſchickt*, Gall. *inhabile*, Hiſp. *no abil*, ἀνεπιτήδειος, non aptus. *Col. l. 2. c. 1.* Progenerandis eſſe fœtibus inhabilem. *Liv. l. 26. c. 16.* Inhabilis ad conſenſum. *Id. l. 33. c. 30.* Inhabilis magnitudinis navis.

Inhabitabilis, le, o. 3. *non abitabile*, ἀοίκητος, quod habitari non poteſt. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 10.* Atque terræ magnas regiones inhabitabiles, incultaſque videmus.

Inhabitator, oris, m. qui inhabitat. *Ulpian. l. 9. Dig. tit. 3. leg. 5.*

Inhabito, as, a. 1. *abitare*, שכן, Germ. *einwohnen*, Gal. *habiter*, *demeurer en quelque lieu*, Hiſp. *morar*, ἐνοικέω, in loco aliquo habito. *Liv. l. 24. c. 3.* Pauci aberant vici, qui inhabitabantur. Gronovius legit *habitabantur*. *Plin. l. 11. c. 37.* Inhabitat animus in oculis. ¶ Alio ſenſu *Tertul. de Pal. c. 3.* Varias indumentorum formas promulgaverunt, quarum pars geſtabilis inhabitantur. h. e. tanquam veſtimenta induuntur.

Inhæreo, es, æſi, n. 2. *aſſere attaccato*, דבק, Ger. *anhangen*, Gal. *tenir à*, *ou contre quelche choſe*, Hiſp. *arrimarſe*, *allegarſe*, προσκολλάομαι, ad rem aliquam hæreo, vel affixus ſum. *Col. l. 3.* Cacumina deinde olivæ, ficus matri inhærent. *Plin. in epiſt. 27. l. 7.* Inhærebat oculis memoria imaginis. hoc eſt, ſemper præ oculis erat, verſabatur ob oculos. Al. leg. *inerrabat*. *Cic. 1. Tuſc. c. 15.* Inhæret in mentibus. *Colum. l. 9. c. 8.* Prioribus inhærens veſtigiis.

Inhæreſco, is. n. 3. *attaccarſi*, προσκολλάομαι, adhæreo, inhærens fio. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 57.* In ſordibus aurium, tanquam in viſco, inhæreſceret. *Id. 3. Tuſc. c. 2.* Inhæreſcunt penitus in mentibus.

Inhalatus, us, m. afflatus, ſpiritus. *Apulej. l. 2. Metam.* Patentis oris inhalatu cinnameo.

Inhalatus, a, um, afflatus. *Apulej. l. 2. Metam.* Surculis, & lapillis, & hujuſmodi frivolis inhalatis.

Inhālo, as, avi, atum, a. 1. *ſpirare*, ἐμπνέω, halitu inſpiro. *Cic. in Piſ. c. 6.* Cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Inhiatio, onis, f. cupiditas, aviditas. *Trebel. Pol. in Gallien. c. 6.* Uniuſcujuſque vultum mira inhiatione mirantes.

Inhibĕo, es, ui, ibitum, a. 2. *impedire*, עצר, Ger. *aufhalten*, Gall. *deffendre*, *empêcher*, Hiſp. *vedar*, ἀνείργω, eſt rem cœptam, ne ulterius progrediatur, impedire, ſiſtere, cohibere, ab *in*, & *habeo*. *Virg. 12 Æn. v. 693.* Et vos tela inhibete Latini. *Ovid. ad Liv.* Curſuſque inhibebat equorum. *Plin. l. 19. c. 18.* Candidis ſolvi alvos modice, nigris inhiberi, ideſt, ſiſti, aſtringi. *Id. l. 28. c. 8.* Inhibere profluvium ſanguinis. *Catul. Carm. 89.* A turpi mentem inhibere probro. *h. e.* avocare, revocare. ¶ Dicitur etiam, inhibere quin, inhibere quominus, &c. *Cato* & *Plin.* ¶ Inhibere imperium, eſt imperium exercere, *eſercitar' il comando*, quaſi dicas habere imperium in aliquem. *Plaut. Stich. 5. 4. 18.* Utrum Fontinoli, an Libero imperium te inhibere mavis? *Liv. l. 36. c. 28.* Dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos modo decreto ſuo, ante armis victos. Et *l. 37. c. 51.* Magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita ultro citroque & pignora capta, & multæ dictæ. ¶ *Inhibere damnum, & correctionem alicui* apud *Liv. l. 4. c. 53.* dicitur magi-

ſtratus, qui alicui pœnam infligit, & imperio coercet aliquem ob noxam. Quædam editiones habent *ferre* pro *inhibere* minus recte. ¶ Inhibere ſpem in aliqua re, eſt idem ac ſpem habere. *Cic. Agrar.* 3. c. 2. Sed tamen inhibet illis legibus ſpem nonnullam. Non deſunt tamen Editiones, quæ habent *habet in illis legibus ſpem*, &c. ¶ Inhibere ſupplicium alicui, pro minitari, intentare. *Cic. Phil.* 13. c. 18. Qui hæc litteris, memoriæque mandarit, ita ſibi conveniſſe cum Dolabella, ut ille Trebonium, &, ſi poſſet, etiam Brutum diſcruciatos necaret, eadēmque inhiberet ſupplicia nobis. ¶ Pertinet etiam hoc verbum ad rem nauticam. ¶ *Liv. l.* 37. *c.* 30. *ſub fin.* Cum divellere ſe ab hoſte cuperent, inhiberent Rhodii. *Cic.* ipſe explicat, quid *inhibere* ſit. Ita enim ſcribit *ad Attic. l.* 13. *ep.* 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum: quamquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar, ſuſtineri remos, cum inhibere eſſent juſſi remiges. Id non eſſe ejuſmodi, didici heri, cum ad villam noſtram navis appelleretur. non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. Id ab ἐποχῇ remotiſſimum eſt. Et mox. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. Hactenus *Cicero*, qui tamen olim *inhibere* jam poſuerat eo ſenſu, quem hic damnat: nempe *l.* 1. *de Orat.* ubi ſic habet *cap.* 33. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa navis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu pulſuque remorum. ¶ Dicitur etiam *inhibere remis*, & *inhibere retro* eo ſenſu, quem *Cicero ad Attic.* probat. *Juſtin. l.* c. c. ce. Ite ceſſim, inhibete remis, & e bello diſcedite. *Gronov. l.* 4. *Obſervation. c.* 26. (ubi multa in hanc rem) reprehendit eos, qui *remos* legunt. *Curt. l.* & *cap.* 4. Tyrii inhibentes remis ægre evellere navem, quæ hærebat. *Liv. l.* 26. *c.* 39. Cum reſtitis concurriſſent, neque retro navem inhiberent. ¶ *Inhibere remos* aliud omnino ſignificat, ſcil. a remigando ceſſare: quemadmodum *inhibere tela* apud *Liv. l.* 30. *c.* 10. *a med.* eſt ceſſare a telorum jactu. *Quintil. in præfat. l.* 12. Hoc mare ingreſſus contrahit vela, inhibetque remos. *h. e.* ulterius progredi non audet.

Inhibitio, onis, f. 3. actus inhibendi, *il vinculare*. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 21. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim.

Inhibitus, a, um, nom. particip. *remo in dietro*. *Liv. l.* 30. Ut quinqueremis retro inhibita reſtrata oneraria hærentem unco trahebat. ¶ Sic inhibita imperia, ſed alio ſenſu. V. *Inhibeo*.

Inhio, as, avi, atum, n. 1. *ſtar con la bocca aperta*, Germ. *das maul aufſperren*, Gall. *demeurer à bouche ouverte*, Hiſp. *eſtar con la boca abierta*, ἐγχάσκω, ore aperto ſum, os apertum teneo. *Virg.* 4. *Georg. v.* 483. Tenuitque inhians tria Cerberus ora. ¶ Translate ponitur pro rem aliquam vehementer appetere, tractum a lupis famelicis, qui aperto ore, linguaque exerta cibum appetere dicuntur. Conſtruitur modo cum dativo, modo cum accuſativo. *Apul. l.* 11. Hic inhians propius acceſſi. *Plaut. Stich.* 4. 2. 25. Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus. *Cic. Catil.* 3. *c.* 8. Romulum uberibus lupinis inhiantem. *Virg.* 2. *Georg.* Nec varios inhiant pulcra teſtudine poſtes.

Inhoneſtamentum, i, n. dedecus, dehoneſtamentum. *Græcibus apud Iſidor. l.* 2. *Orig. c.* 21. Pueritia tua adoleſcentiæ tuæ inhoneſtamentorum fuit. *Apul. Apolog.* Ne quid maculæ, aut inhoneſtamenti in me admittam.

Inhoneſtas, atis, f. *diſoneſtà*. *Tertul. adverſ. Jud. c. ult.* Omni inhoneſtate proſtratus.

Inhoneſte, adverb. *diſoneſtamente*, αἰσχρῶς, turpiter, fœde, indecore. *Cic. Att. l.* 2. Accuſavit Naſicam inhoneſte. *Capitolin. in Vero*, *c.* 8. Inhoneſtius induſit liberis.

Inhoneſto, as, a. 1. *diſonorare*, ἀτιμάζω, dedecoro. *Ovid. l.* 4. *Triſt. el.* 8. Et multas palmas inhoneſtet adeptas. *Heinſie* hoc verſus ſuſpectus eſt.

Inhoneſtus, a, um, o. 1. 2. *diſoneſto, brutto*, αἰσχρός, turpis, fœdus. *Ter. Eun.* 2. 3. 63. Illum ne, obſecro, inhoneſtum hominem? h. e. deformem. *Virg.* 6. *Æn. v.* 497. truncas inhoneſto vulnere nares. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 6. Inhoneſtiſſime cupiditas. *Valer. Max. l.* 7. *ad fin.* quid hoc joco inhoneſtius?

Inhonorabilis, le, adject. inhonorus. *Tertul. l.* 3. *adverſ. Marc. c.* 17. Si inglorius, ſi ignobilis, ſi inhonorabilis.

Inhonoratus, a, um, o. 1. 2. *ſenza onore, diſonorato*, ἀτίμητος, non honoratus. *Liv. l.* 33. *c.* 23. Inhonoratior triumphus. *Id. l.* 35. *c.* 12. Quod omnium Græciæ gentium eſſent inhonoratiſſimi. *Id. l.* 37. *c.* 34. Inhonoratum quam dimittere. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 34. Vitæ inhonorata, & inglorıa.

Inhonorificus, a, um, adject. *non onorifico*. *Senec. de Conſtan. Sapien. c.* 10. Ob tactum, dictumque inhonorificum.

Inhonoro, as, avi, atum, a. 1. *diſonorare*. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 9. & *de fuga in perſecut. c.* 5.

Inhonorus, a, um, o. 1. 2. *ſenza onore*, *ignobile*, ἄκλεής, ſine honore, ignobilis. *Plin. l.* 5. *c.* 3. 30. Aliæque inhonoræ civitates. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 62. Revulſæ imperatorum imagines, inhonora ſigna.

Inhorreo, es, ui, n. 2. *eſſer orrido*, *aſpro*, φρίττω, horridus ſum. *Liv. l.* 8. *c.* 8. Haud ſecus, quam vallo ſepta inhorret acies. *Virg.* 3. *Æn. v.* 195. Inhorruit unda tenebris.

Inhorreſco, is, ui, n. 3. valde horridus fio. *Plin. l.* 10. *c.* 41. Inhorreſcunt edito ova. *Pacuv. apud Cic. l.* 1. *de Div. c.* 14. Inhorreſcit mare.

Inhortatus, a, um, partic. paſſivæ ſignificationis, *eſortato*, apud *Apul. l.* 9. *A. A. ſub fin.* Canes paſtoricios in eorum exitium inhortatos immitti præcepit.

Inhortor, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod hortor, vel valde hortor. *Apul. l.* 8. *A. A.* Jubilationibus, & hujuſcemodi vocibus omnes inhortantur.

Inhoſpitalis, & le, o. 3. qui nullos recipit hoſpites, inhabitabilis. *Plin. l.* 6. *in Præf.* Pontus Euxinus ante ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus.

Inhoſpitalitas, atis, f. 3. ἀξενία, vitium contrarium hoſpitalitati. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ut inhoſpitalitas ſit opinio vehemens, valde fugiendum eſſe hoſpitem, eaque inhærens, & penitus inſita.

Inhoſpitaliter, adverb. crudeliter, incivıliter. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 24. Populum inhumane, & inhoſpitaliter cupiis defraudare.

Inhoſpitus, a, um, o. 1. 2. ἄξενος, quod hoſpitio proprium, & aptum non eſt, aut commodum, vel propter aſperitatem, & inſultum loci ſtatum, vel propter inhumanitatem incolarum. *Ovid.* 2. *Met.* Et inhoſpita tecta Tyranni ingredior. id eſt in quibus non eſt tutum hoſpitari. *Virg.* 5. *Æn.* Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis. Ubi Serv. *Inhoſpita*, barbara, aſpera.

Inhoſtus, a, um, adject. iniquus. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 31. Vitellius ventre, & gula ſibi inhoſtus. Et *l.* 15. *Ann. c.* 65. Pax inhoſta. Ita legit Pareus, & Gronius: Alii priore quidem loco, *ſibi ipſi hoſtis*: poſteriore vero *inhoneſta* legunt.

Inhuber. V. Inuber.

Inhumane, adv. *inumanamente*, *crudelmente*, ἀπανθρώπως, duriter, & contra legem humanitatis, vel inurbane, inciviliter. *Cic.* 3. *Off. c.* 6. Inhumane feceris, contraque naturæ legem. *Id. de Amic.* 13. Inhumanius dicere.

Inhumanitas, atis, f. 3. *inumanità*, *diſcorteſia*, ἀπανθρωπία, vitium contrarium humanitati. *Cic.* 2. *de Or.* Quod ego non ſuperbia, atque inhumanitate faciebam.

Inhumaniter, adv. idem ac inhumane. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Illum tam inhumaniter feciſſe.

Inhumanus, a, um, *inumano*, ἀπάνθρωπος, humanitatis expers. *Ter. Eun.* 5. *c.* 41. Non adeo inhumano ingenio ſum, Chærea. *Cic. Ver.* 4. *in fi.* Quis inhumanior? quis inſidioſior? *Ter. Hec.* 1. 2. 12. Miles inhumaniſſime. ¶ Apud *Apulej.* uſurpatum invenitur pro non humanus, h. e. plus quam humanus, cœleſtis, divinus, *l.* 5. *Met.* Inhumanæ menſæ lautitias eas opipare reficit.

Inhumatus, a, um, *inſepolto*, *non ſepolto*, ἄταφος, ἄθαπτος, inſepultus. *Cic.* 1. *Tuſc.* Diogenes juſſit ſe projici inhumatum. Adde *Virg.* 4. *Æn. v.* 620.

Inhumigo, as, a. 1. madefacio, *bagnare*. *Livius Andron. apud Non. c.* 1. *n.* 31. Conſluges ubi conventu campum totum inhumigant.

Inhumo, as, a. 1. *ſotterrare*, ἐνθάπτω, humo intego, terra obruo, terræ injicio. *Plin. lib.* 17. *c.* 18. Non inhumare taleas, aut ſiccare prius, quam ſerantur, utilius compertum.

Inia, f. 1. Iniat, Inias, *Carolei*, opp. Brutiorum, in agro Conſentino, Menecinæ proximum, a Conſentia orbe 4. M. P.

Inibi, adv. *in quell' iſteſſo luogo*, שם, Ger. *an dem ort*, Gall. *en ce lieu meme*, Hiſp. *en el miſmo lugar*, αὐτόθι, in eo ipſo loco, ex ea, & ibi. *Cic. Agrar.* 1. *c.* 7. Et ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur. ¶ Aliquando ſignificat prope. *Cic.* 14. *Phil.* Quod ſperare nos quidem debemus aut inibi eſſe, aut jam eſſe confectum. ¶ Aliquando ſign. ſic. *Pacuvius*, *Iliona*, *apud Non.* Profecto aut inibi eſt, aut jam potiuntur frugum.

Injectio, onis, f. *invaſione*, actus injiciendi. Manus injectio eſt jus domini in re capienda, quam ſuam agnoſcit, ſeu vindicatio rei nobis debitæ, nulla judicum auctoritate expectata. *Quintil. l.* 7. *c.* 8. Patri in filium, patrono in libertum manus injectio ſit. *Paul. l. pen. ff. de ſerv. exp.* Quare, an ſit manus injectio, & cui.

Injecto, as, avi, atum, frequentat. ab injicio. *Stat. l.* 9. *Thebaid. v.* 139. Auſus erat furto dextram injectare. *Stat. Ital. l.* 5. *v.* 183. Jamque videbantur dextram injectare.

Injectus, us, ui, idem ac injectio. *Lucret. l.* 2. *v.* 739. Animi injectus in corpora. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Quemvis levi injectu operto capite.

Injectus, a, um, nom. ex particip. immiſſus, *gettato dentro*. *Cic. pro Cluent. c.* 28. Injectus eſt hominibus ſcrupulus. *Id. de Divin. c.* 27. In plauſtrum injectus, & ſupra ſtercus injectum. *Nepos* 7. 3. Timor injectus multitudini. ¶ Injectæ Turno catenæ, apud *Liv. l.* 1. hoc eſt Turnus catenis ligatus.

Iniens, euntis, nom. particip. ab ineo, *che principia*. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 21. Ab ineunte ætate. *Id. pro Marcel. c.* 12. Ineunte vere. Sic ineunte menſe, anno, &c. *Id.* & *Sueton.*

Inigo, is, egi, actum, a. 3. intro ago, verbum ruſticorum, quod de pecudibus uſurpabant, ut contra *exigere* dicebant, cum e ſtabulis educebant. *Var. de re ruſt. l.* 2. *c.* 2. Inigere pecus in ſtabula. *Id. l.* 4. *L. L.* Inigere carpentum ſupra aliquid. ¶ Hinc particip. *inactus*. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 52. Apud alios (ſeges) exteritur grege jumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quod ungulis e ſpica exteruntur grana.

Injicio, is, injeci, ctum, a. 3. *gettare dentro*, השליך, German. *hinein werffen*, Gal. *jetter dedans*, Hiſp. *echar a dentro*, ἐμβάλλω, ἐμβάλλω, intro jacio, immitto. *Ter. Andr.* 1. 1. 113. Quæ ſeſe in ignem injicere voluit. *Cic. l.* 1. *Divin. ex poeta*: Et Capitolinis injecit ſedibus ignes. ¶ Aliquando eſt ſimpliciter jacere. *Plaut. Epid.* Tragulam in te injicere adornat. ¶ Aliquando innectere, imponere, ligare. *Plaut. Cap.* Injicit huic manicas maſtigiæ. ¶ Aliquando immittere. *Plaut. Caſ.* Jam pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum. *Cic.* 11. *Fam.* Quantam cupiditatem hominibus injiciet novitas. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 3. Injicere cogitationem alicui de aliqua re. *metter' in capo qualche penſiere*. *Id. pro Mil.* Cui primum metum injecit, ut laceſſere fortiſſimum virum auderet. Dicimus etiam injicere ſuſpicionem, ſpem, curam, ſcrupulum, &c. *Cic. Terent. Nepos*, & *al.* ¶ Injicere manum alicui, vel in aliquem, *metter le mani addoſſo*, *trattenere*. *Cic. pro Roſc. Com.* Ipſa mihi veritas manum injecit, & paulisper conſiſtere coegit. ¶ Proprie eſt phraſis Juris, & ſignificat rem aliquam apprehendere tanquam noſtram, & vindicare, non expectata judicis ſententia. *Liv. l.* 3. *c.* 44. Virgini venienti in forum miniſter Decemviri manum injecit. *Plaut. Truc.* 4. *c.* 49. Ego tu manum injiciam quadrupli, venefica. Ubi notanda eſt ſingularis conſtructio. Al. tamen leg. *in te*. *Id. Perſ.* 1. 2. 18. Ubi quadruplator quempiam (Al. *in quempiam*) injexit manum. pro *injecerit*. ¶ Translate *Plin. in epiſt. ad Trajan.* Itaque & quieti ejus injeci manum, & exegi, ut me in Bithynia conſilio inſtrueret. ¶ Injicere aliquid, pro addere, inſerere inter loquendum. *Cic. Att. l.* 16. Bruto cum ſæpe injeciſſem de ὁμονοίᾳ. *Trebonius ad Cic. in Fam.* Cum mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere. Additur a quibuſdam etiam *Varronis* exemplum *l.* 1. *R. R. c.* 18. *Injicio illud*, *quod*. Sed Scaligeri editio habet *mitto*.

Inimicalis, le, adject. inimicus. *Sidon. l.* 1. *ep.* 3. Stimulis inimicalibus excitari.

Inimice, adv. *da nemico*, ἐχθρῶς, hoſtiliter, adverſo animo, & contrario. *Cic.* c. *Phil.* Ego autem, vide, quem locum agam non inimice. *Id. pro Quint. c.* 21. Inimiciſſime contendere.

Inimiciter, adv. idem ac inimice, apud veteres. *Accius*, *Didaſc. l.* 1. *apud Non.* Pacare hoſtem ferocem, inimiciter accenſum. Adde *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. l.* 3. *c.* 8.

Inimicitia, æ, f. *inimicizia*, ἔχθρα, ſimultas, alienatio, disjunctio. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Inimicitia eſt iræ ulciſcendi tempus expectans. ¶ Pene uſurpatur in num. plur. *Ter. Phorm.* 2. 3. 23. Capere inimicitias in familiam ſuam. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 18. Suſcipere inimicitias. *Id. pro Cæl. c.* 13. Intercedunt mihi inimicitiæ cum aliquo. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 6. Erant ei veteres inimicitiæ cum Roſciis. *Nepos Att. c.* 11. Gerere inimicitias, &c.

Inimico, as, a. 1. *inimicare*, ἐχθραίνω, inimicum facio. *Horat. l.* 4. *Carm. od. ult.* Et miſeras inimicat urbes.

Inimicor, aris, d. 1. *inimicarſi*, ἀπεχθαίνομαι, Inimicitias exerceo. *Q. Cic. de pet. Conſ. c.* 12. Sin autem id neges, ſtatim abalienant ſe, & inimicantur. Ita referunt quidam Lexicographi. Sed corrupta eſt lectio: ſic autem legendum: Sin autem id neges, & certe abalienes, & ſtatim, & plures.

Inimicus, ci, m. *inimico*, *nemico*, ἐχθρός, qui non eſt amicus, qui aliquem odio proſequitur, ulciſcendique tempus expectat. Eſt autem inimicus proprie privatus, hoſtis publicus. *Cic. l.* 1. *Fam.* Quod inimicum meum (meum autem? imo legum, judiciorum, otii, patriæ, honorum omnium) ſic amplexabantur. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 18. Inimicos in ſe omnes habent. ¶ Dicitur etiam inimiciſſimus, i, ſubſtantive. *Cic. pro Mil. c.* 9. Ubi vidit inimiciſſimum ſuum certiſſimum conſulem. Adde *Nepotem in Annib. cap.* 10.

Inimicus, a, um, *inimico*, *contrario*, ἐναντίος, quod ad inimicum pertinet, contrarius, infenſus. *Cic.* 4. *Ver.* At videte, quam non inimico animo ſim acturus. ¶ Transfertur & ad res inanimatas, accipiturque pro na-

noxio. *Plin. l.* 12. *c.* 53. Inimicæ oculis vomitiones, maxime autem dentibus. ¶ Comp. inimicior, ſup. inimiciſſimus. *Cic. l.* 1. *Fam.* Cæſaremque inimiciſſimum mihi futurum, gaudere ſe ajebant. *Id. Ver.* 4. *c.* 43. Nemo inimicior Stenio, quam hic fuit.

Inimitabilis, & le, o. 3. *ἀμίμητος*, *che non ſi può imitare*, *inimitabile*, quod nemo facile queat imitari. *Quintil. l.* 2. *cap.* 17. Opera quædam nobis inimitabilia. *Vellej. l.* 2. *c.* 97. Morum dulcedo inimitabilis.

Inde, adverb. ex eo loco; *ἐνθένδε*. Hus Livii exemplum affertur a quibuſdam Lexicographis: *Ita exercitus inde domos abducti*. Sed quis ſibi perſuadeat integrum eſſe?

Ininitiatus, a, um, initio carens. Tribuunt *Claud. Mamert. l.* 1. *de ſtatu Anim. c.* 23.

Ininterpretabilis, le, non interpretabilis. *Tertulliano* tribuunt *adverſ. Valentinian. c.* 14. ſed dubia eſt lectio.

Ininventibilis, le, &

Ininveſtigabilis, le, qui inveniri, & inveſtigari non poteſt. Voces ſunt *Tertulliani adverſ. Hermog. c. ult.* ex *Rom.* 11. 33.

Inique, adv. *iniquamente*, *ἀγνωμόνως*, *ἀδίκως*, injuſte. *Cic. ad Brut.* Inique facis, qui hoſtilis animi in Remp. homines cives appelles. *Ter. Adelph.* 2. 2. 3. Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam. *Cic. pro Cluent. c.* 22. Hoc prope iniquiſſime comparatum eſt.

Iniquitas, atis, f. 3. *inegualità*, *ἀνωμαλία*, *ἀγνωμοσύνη*, inæqualitas. *Liv. l.* 7. Si ab eo conſilio iniquitate loci deterrerentur. *Id. l.* 8. *c.* 38. Septam gentem locorum iniquitatibus. ¶ Sæpe ponitur pro injuſtitia, malignitate, injuria, *iniquità*, *ingiuſtizia*, *ἀδικία*. *Cic. pro Quint.* Ita accidit Prætoris iniquitate, & injuria. *Id. l.* 2. *Fam.* Ut poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate. ¶ Interdum pro difficultate, & anguſtia. *Liv. l.* 33. Servierunt temporum iniquitate preſſi. Eadem habet *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 1. ¶ Interdum & pro eo vitio ponitur, quod vocatur ab Italis *indiſcretezza*, cum ſcil. plus poſtulatur, quam quod præſtare quis poteſt. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 48. Quæ ſi nobis hominibus eruditiſſimis non probabuntur, veſtram iniquitatem accuſatote, qui ex me ea quæſieritis, quæ ego neſcirem.

Iniquo, as, a. 1. iniquum facio. *Laber. apud Non. c.* 2. *n.* 444. Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

Iniquus, a, um, adject. *diſeguale*, non æquus, Germ. *ungleich*, Gall. *inegal*, *qui n'eſt point uni*, Hiſp. *noygual*, *ἀνώμαλος*, non æquus. *Liv. l.* 2. *c.* 31. Quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes. ¶ Ponitur univerſim pro difficili, arduo, invio, *arduo*, *diſaſtroſo*, *faticoſo*, *diſavvantaggioſo*. *Liv. l.* 28. *c.* 16. Cum hoſtis nequicquam ſubire iniquo aſcenſu conatus eſſet. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 27. Aſcendere altiſſimas ripas, ſubire iniquiſſimum locum. Sic iniqua palus apud *Tacit. l.* 1. *Ann. c.* 63. dicitur, quæ difficulter tranſiri poteſt: Et iniquum agmen, 2. *Ann. c.* 5. quod difficulter tueri licet. ¶ Item pro impari. *Virg.* 10. *Æn. v.* 889. Pugna congreſſus iniqua. ¶ Iniquus etiam dicitur, qui modum non habet, ſed vel excedit, vel deficit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 164. Iniquo pondere raſtri. h. e. nimis magno. *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 65. Iniquum merum. h. e. plus juſto hauſtum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 147. iniqua ſpatia. h. e. anguſtiora. ¶ Eleganti metaphora uſurpatur ſæpiſſime pro injuſto, *ἄδικος*. *Ter. Heaut.* 2. 1. 1. Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judices. *Horat. l.* 1. *ſerm. ſat.* 3. *v.* 67. Legem ſancimus iniquam. ¶ Tribuitur & rebus inanimis, eodem ſenſu. *Ulp. l. ſi quis. Dig. de action. empt.* Pondera iniqua. *Ovid. ep.* 14. *ad fin.* Pretium pietatis iniquum. *Cic. l.* 8. *Att.* Iniqua conditio. ¶ Accipitur & pro inimico, noxio, infeſto, *nemico*. *Id. pro Planc.* Homo aſper natura, atque omnibus iniquus. *Id. Ver.* 7. Quæ nunc animo te iniquiſſimo, infeſtiſſimoque tuetur. Et ſubſtantive, quemadmodum de *inimiciſſimum* diximus. *Id. l.* 11. *Fam. ep.* 27. Me a te contra iniquos meos ſolere defendi. ¶ Tribuitur & aliis. *Cic. l.* 1. *ep.* 9. Quorum iniqui ſermones ad me perferuntur. *Lucan. l.* 8. Sidus iniquum gentibus. Sic iniquum litus, iniqua caſtra apud *Horat. &c.* ¶ Iniquo animo ferre, vel pati, *ſopportare di mala voglia*. *Teren. Cic. & al.*

Initalia, um, n. 2. ſacra, & cæremoniæ initiorum. *Capitolin. in Marco c.* 27. Athenis fuit, & initalia Cereris adiit. Al. leg. *initialia*.

Initia, orum, n. 2. *μυστήρια*, Cereris ſacra. Ita dicta ſunt, quod eſſent initium melioris vitæ. *Var. de R. R. l.* 2. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 1. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 14. Nam mihi cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe, tum nihil melius illis myſteriis, quibus ex agreſti, immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus, initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus. Neque ſolum cum lætitia vivendi rationem accepimus, ſed etiam cum ſpe meliore moriendi. ¶ Initiorum dies dicebantur, quibus ſolemnia ſacrificia celebrabantur, in quibus non initiatos adeſſe nefas erat. *Liv. l.* 31. *c.* 14. Acarnanes duo juvenes per Initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes caliginis cum cætera turba ingreſſi ſunt. ¶ Sed tamen *Initia* de aliis etiam ſacrificiis dicebantur, e. g. de ſacrificiis pro pace, de illis, quibus pueri, cum a lacte, & cunis ad ſolidiores cibos, & lectulos tranſibant, Eduliæ, Potinæ, & Cubæ, edendi, potandi, & cubandi Deabus initiabantur. *Vel. l.* 2. *de R. R.* Cujus veſtigia, quod Initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur. *Id. l.* 4. *de L. L.* Initia Samothracum. ¶ Initia etiam dicuntur, quæ in hujuſmodi ſacris adhiberi ſolent. *Catul. in carm. de Aty, v.* 9. Tympanum, tubam, Cybele, tua, mater, initia.

Initialis, e, adject. ad initium pertinens. *Apul. l.* 11. *A. A. poſt princ.* Natura rerum parens, ſæculorum progenies initialis.

Initiamentum, i, n. initium, principium. *Senec. epiſt.* 90. Hæc initiamenta ſunt, per quæ ingens omnium deorum templum, Mundus ipſe reſeratur.

Initiatio, onis, f. actus initiandi ſeu cooptandi in participationem ſacrorum, quod quibus ritibus perageretur, docet *Apulej. l.* 11. *Metaf.* ¶ Item ipſa Initiorum ſacrorum celebratio. *Sueton. in Ner. c.* 34. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii & ſcelerati voce præconis ſubmoventur, intereſſe non auſus eſt.

Initiator, oris, m. qui in ſacrorum communionem adſciſcit, *μυσταγωγός*. Tranſlate *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 14. Novi teſtamenti initiator.

Initiatus, a, um, adject. *μεμυημένος*, ſacris Initiorum imbutus, *conſacrato*, *iſtruito nelle coſe ſacre*. *Var. l.* 4. *L. L.* Non initiati Templum Cereris ingreſſi ſunt. *Juſtin. l.* 11. *c.* 7. Mida ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus Phrygiam religionibus implevit. ¶ *Initiati* præcipue dicebantur, qui nondum ad majora myſteria admittebantur, & adhuc ſacris addiſcendis dabant operam, quos *Initiantes* vocat *Vitruv. præfat. l.* 7. *ſub fin.* ¶ Tranſlate ſignificat imbutum in primis alicujus rei initiis. Item abſolute, inſtructum, edoctum. *Leg. Breviter. Dig. de off. Præf. Prat.* His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum augeri meruit, &c. *Plin. l.* 5. *ep.* 15. Aliis enim chartis, aliis ſum literis initiatus.

Initio, as, avi, atum, *ordinare nelle coſe ſacre*, חנך, Germ. *eſtlich unterweiſen*, Gal. *initier*, Hiſp. *conſagrar*, *μυέω*, inauguro, ſacris imbuo, inſtruo. Nam ut inchoo, ita & initio verbum ſacrorum erat. *Cic.* 2. *de Leg.* Initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. *Id. l.* 1. *Nat. Deor. c.* 42. Mitto Eleuſinam ſanctam illam, & auguſtam, ubi initiantur gentes terrarum ultimæ. *Tertul. de Pal. c.* 4. Ob privilegium galeri Cereri initiantur. ¶ Item inſtruere, edocere. *Plin. l.* 30. *c.* 2. Magicis etiam cœnis eum initiaverat. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Neque enim ſanctius eſſe ſacris iiſdem, quam ſtudiis initiari. *Symmach. l.* 4. *ep.* 20. Initiari Græcis literis. ¶ Initiari pueri dicebantur, cum a lacte, & cunis ad ſolidiorem cibum, & lectulum tranſibant, & Eduliæ, & Potinæ, ſc. edendi, & potandi Deabus veluti conſecrabantur, ſacrificiis factis a nutricibus. *Varr. de liber. educ. apud Non. c.* 1. *n.* 310. *Ter. Phorm.* 1. 1. 13. Ubi erit puero natalis dies: ubi initiabunt. *V. Alex. ab Alex. l.* 2. *c.* 23. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 9. Initiare munditiis munditianti deo. h. e. munditiarum cauſa Amori munditiarum Deo ſacrificare. Alii aliter legunt. ¶ Initiare pro initium habere, inchoare. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 13. Ex his initiata ſunt cætera. *Jul. Firmic.* Ver initiatur, cum primam Arietis partem ſol fuerit ingreſſus. ¶ *Initiantes* apud *Vitruv.* V. Initiatus.

Initium, tii, n. 2. *principio*, תחלה, Ger. *anfang*, Gall. *commencement*, Hiſp. *principio*, *ἀρχή*, principium, ab ineo, ingredior, ideſt, a ſup. initum. *Valla*, & *Quinctil.* dicunt, eſſe principium rei majoris. Sed indifferenter uſurpatur. *Cic.* 9. *Fam.* Initium mihi ſuſpicionis, & cautionis, & diligentiæ fuiſſe litteras tuas. ¶ Ab initio, a principio. *Cic. Att.* Cui Conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. ¶ Initio, in principio. *Cic. in Fam.* Redeo ad illud quod initio ſcripſi. ¶ Dicimus etiam, initium facere, ponere, ſumere, ducere, capere, dare, &c. *Cic. Quintil. Cæſ. & al.* ¶ Initiis obſcuriſſimis natus, h. e. genere ignobili. *Vellej. l.* 2. *c.* 76. ¶ Initia etiam dicebantur ſacra Cereris. V. *Initia*, *orum*.

Inito, as, *ἐμβατεύω*, freq. ab ineo. *Pacuvius*. Loca arida initas.

Initus, a, um, partic. paſſ. ab ineo. *Cic.* 3. *de Leg.* Altera de capite Civis rogari niſi maximo comitatu vetat, nondum initis ſeditioſis Tribunis plebis. ideſt nondum creato, vel conſtituto Magiſtratu Tribunorum. *Vellej. l.* 2. *c.* 63. Inita potentiæ ſocietas. *Cæſ. l. B. G. c.* 2. Inita æſtate. *principiato*. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. Inita ſubductaque ratione, *fatti i conti*.

Initus, us, m. coitus, ab ineo. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Ex quæ non primo initu generare cœperit. ¶ Item ingreſſus, adventus. *Lucret. l.* 1. *v.* 13. Aeriæ primum volucres te, Diva, tuumque ſignificant initum, perculſæ corda tua vi. Al. leg. *initium*, ut ſit ſynæreſis.

Injucunde, adv. *ſpiacevolmente*, *ἀηδῶς*, ingrate, inſuaviter. *Cic. Att. l.* 1. *ep. ult.* Quæ res mihi aſperius a nobis, atque noſtris, & injucundius actæ videbantur.

Injucunditas, atis, f. *ſpiacevolezza*, *τὸ ἀτερπές*, inſuavitas. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 53. Nequid habeat injucunditatis oratio.

Injucundus, a, um, *noſo*, *ſpiacevole*, *ἀηδής*, quod diſplicet, minimeque gratum eſt, inſuave, triſte, moleſtum. *Cic.* 1. *de fin. c.* 1. Minime nobis injucundus labor.

Injudicatus, a, um, *ἄκριτος*, non judicatus. *Gel. l.* 13. *c.* 23. Decem hominibus vitam eripis indicta cauſa, injudicatis, indemnatis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Id injudicatum relinquo.

Injugatus, a, um, adject. qui jugum non habet. *Sidon. in carm. poſt epiſt. ult. lib. ult.* Vinxit ad tauri latus injugati.

Injuges, hoſtiæ, *ἀζύγαι θυσίαι*, vocabantur, quæ nunquam domitæ, aut jugo ſubditæ fuerant. *Feſt. Macrob. l.* 3. *Sat. c.* 3.

Injunctio, onis, f. *commiſſione*, juſſum, mandatum. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 2. Sic benedictione lætor, quod injunctione confundor.

Injunctus, a, um, adject. *unito*, junctus, conjunctus. *Liv. lib.* 5. *c.* 7. Cum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus eſſent. *Senec. Thyeſt. v.* 537. Manus injunctæ pedibus. Al. leg. *injectæ*. ¶ Item disjunctus, non junctus. *Tertul. l.* 2. *ad Uxor. c.* 2. Fideles injuncti. h. e. innupti.

Injungo, is, unxi, unctum, *unire*, *ἐναρμόττω*, *ἐπιζεύγνυμι*, intus, vel ſupra jungo. *Liv. l.* 37. *c.* 26. Utrinque vineas & aggeres muro injunxit. *Col. l.* 3. Pingui terra ſingulis brachiis licebit bina injungere flagella. ¶ Tranſlate eſt imponere, demandare, præcipere, *ἐπιτίθημι*, *προστάττω*. *Liv. l.* 3. *c.* 33. Comitiorum illi habendorum munus conſenſu injungunt. *Id. lib.* 16. Privatis id, ſeu æquum, ſeu iniquum, onus injungendum eſſe. ¶ Item addere. *Liv. l.* 3. *c.* 65. Injungere injuriam. ¶ Injungere detrimentum Reipublicæ, eſt inferre, aut addere. *Brut. ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 13. Ne quod detrimenti Reip. injungant, ſumma a nobis dabitur opera. ¶ Injungere ſervitutem, eſt in ſervitutem redigere. *Liv. l.* 5. & *Cæſ. l.* 8. *B. G. c.* 77. ¶ Injungere amicitiam cum aliquo, *ſtringer' amicizia*. *Plin. de Vir. Illuſtr.*

Injuratus, a, um, *che non ha giurato*, *ἀνώμοτος*, qui non juravit. *Cic. in Cat.* Cum id jurati dicunt, quod ego injuratus inſimulo. *Plaut. Amph.* 2. 2. 281. Injurato, ſcio, plus credet mihi, quam jurato tibi. Adde *Liv. l.* 10. *c.* 41.

Injuria, æ, f. *ingiuria*, עשק, Germ. *unbild*, Gal. *injure*, Hiſp. *injuria*, *ἀδικία*, omne id, quod non jure fit, ſive re fiat, ut cum manus inferuntur, ſive verbis, qualis eſt convicium, ab *in* particula negativa, & *jus*, *juris*. Differt a contumelia, quia contumelia eſt injuria tantum verborum. *Auct. ad Her. l.* 4. Injuriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuſpiam violant. *Virg. Æn.* 1. *v.* 31. Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ. ¶ Dicitur autem facere, inferre, pati injuriam, injuria afficere, onerare, &c. *Cic.* paſſim, *& alii*. ¶ Sæpe accipitur pro detrimento, quod rei alicui infertur, *danno*. *Cic. in Ver.* Fructus aratorum omni lacerabantur injuria. *Plaut. Aul.* 4. *m.* 64. Injuriam virgini facere. h. e. ſtuprum inferre. ¶ Item pro iniquitate & injuſtitia. *Ter. Heaut.* 4. 4. 70. Facis injuriam qui fingis falſas cauſas ad diſcordiam. *Cic. Ver.* 3. Ne per ſummam injuriam pupillum fortunis patriis conetur evertere. ¶ *Liv. l.* 29. *c.* 1. Omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim judiciis etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, ſuas res Syracuſanis reſtituit. h. e. in pertinaces ad retinenda ea, quæ injuſte Syracuſanis ademerant. ¶ *Injuria*, ablativ. abſolute poſitus, adverbii more uſurpatur, & ſignificat immerito, injuſte. *a torto*. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. Hoc horret Milo, nec injuria. *Id. l.* 3. *nat. Deor.* Non injuria tibi illud accidit.

Injurie, adverb. injurioſe. *Nævius apud Non. c.* 2. *n.* 429. ¶ Superlat. *injuriſſime* habet *Ammian. ſub fin. l.* 16.

Injurior, aris, atus ſum, dep. 1. injuriam facio, *far' ingiuria*. *Senec. de Conſtant. c.* 9. Omne fortuitum circa nos ſævit, atque injuriatur. Adde *Tertul. adverſ. Gnoſt. c.* 6.

Injurioſe, adv. *ingiurioſamente*, עשק, Ger. *unbillich*, Gal. *à tort*, *injurieuſement*, Hiſp. *injurioſamente*, *ὑβριστικῶς*, cum injuria. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 7. Quæ in Magiſtratibus injurioſe decreverant. *Id. pro L. Man. c.* 3. Majores veſtri ſæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis bella geſſerunt.

Injurioſus, a, um, *ingiurioſo*, *ὑβριστής*, qui injuriam infert. *Cic.* 1. *Off.* Primum in eo peccant, quod ſunt injurioſi in proximos. Quando de rebus dicitur, id ſignificat, quod injuriæ plenum eſt, *ὑβριστικός*. *Cic. pro Corn. Balbo*. In ſocios vero ipſos, & in eos, de quibus agimus, fœderatos injurioſum, & contumelioſum eſt, &c. ¶ Injurioſa vita, plena ſceleribus, quæque alteri damnum infert, & injuriam. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 14.

Quod ſi pœna, ſi metus ſupplicii, non ipſa turpitudo deterret ab injurioſa, facinoroſaque vita. ¶ Habet & gradus. *Senec. l. 2. Controverſ.* 14. Adverſus patrem injurioſior. *Vopiſc. in Saturn. c.* 8. Genus hominum injurioſiſſimum.

Injurium, ii, n. perjurium. *Feſtus.*

Injurius, a, um, *ingiurioſo*, idem ac injurioſus. *Ter. Andr.* Ipſus ſibi eſſe injurius videatur. ¶ Cum ad res refertur, ſignificat iniquum. *iniquo*, ἄδικος. *Cic. 3. Off. c.* 23. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebit ne eam ſapiens, ſi potuerit? negat, quia ſit injurium. *Ter. in Hec.* Injurium autem, ulciſci adverſarios?

Injurus, a, um, ſine jure, exlex, impius. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 3. Impure, inhoneſte, injure, illex.

Injuſſus, a, um, *non comandato*, ἀπαράγγελτος, non juſſus. *Hor. l. 1. Serm. ſat.* 3. Inter amicos, ut nunquam inducant animum cantare rogati, injuſſi nunquam deſiſtant. ¶ Tranſlata ponitur pro ſpontaneo, vel naturali. *Virg. 1. Georg. v.* 55. Atque injuſſa vireſcunt gramina.

Injuſſus, us, m. *ſenza comandamento*, ἄνευ προστάγματος, ſine juſſu, alione præcipiente. Uſurpatur fere in ablativo. *Cic. pro Corn. Balb.* Populus Rom. non poteſt injuſſu ſuo religione obligari. *Id. de Sen.* Vetatque Pythagoras injuſſu Imperatoris, hoc eſt Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ diſcedere. ¶ Abſoluta *Liv. l. 7. c.* 12. Dictator gravem edixerat pœnam, ſi quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet. Adde *l. 3. c.* 63.

Injuſte, adv. *ingiuſtamente*, ἀδίκως, inique, injurioſe. *Cic. 4. de Fin.* Quam multa vero injuſte fieri poſſunt? *Salluſt. Jug. c.* 85. Injuſtiſſime luxuria, & ignavia, peſſimæ artes, illis qui coluere eas, nihil officiunt.

Injuſtitia, æ, f. 1. *ingiuſtizia*, *iniquità*, ἀδικία, iniquitas. *Cic. 1. Off.* Sed injuſtitiæ duo genera ſunt, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam. ¶ Item nimia ſeveritas. *Ter. Heaut.* 1. 1. 32. Ego eum hinc ejeci injuſtitia mea, *indiſcretezza*.

Injuſtus, a, um, *ingiuſto*, ἄδικος, non juſtus. *Cic. 2. de Or.* Ut illam non Norbani ſeditionem, ſed Pop. Rom. iracundiam, neque eam injuſtam, ſed meritam, ac debitam fuiſſe defenderes. *Ter. Adelph.* 1. 2. 18. Homine imperito nunquam quidquam injuſtius, qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 20. Vir maleficus, & injuſtus. *Id. Fam.* 5. *ep.* 17. Injuſtiſſima, & acerbiſſima incommoda. ¶ Aliquando ponitur pro immodico, *ſmoderato*. *Virg. 3. Georg. v.* 346. acer Romanus in armis, Injuſto ſub faſce viam cum carpit.

Inivus, V. Inuus.

Inlaqueatum, alii pro vincto utuntur, alii pro ſoluto. *Feſt.*

Inlargio, is, a. 4. idem quod largior. *Cato apud Non. c. 7. n.* 19.

Inlenteſco, is, o. 3. lentus, & flexibilis fio. *Col. l. 2. c.* 11. Paulum aqua maceratur, dum inlenteſcat.

Inlex, egis, f. qui legi non paret. At inlex, icis, inductor, ab inliciendo. *Plaut.* Eſca eſt meretrix, inlex. Hæc *Feſt.*

Inlices canales, in quem aqua confluit in viis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti. *Feſt.*

Inlicitator, oris, m. emptor. *Feſt.*

Inlicium, V. Illicium.

Inliterata pax, quæ literis comprehenſa non eſt. *Feſt.*

Inludium, ii, n. illuſio. *Ter. de reſurrect. carn. c.* 16. Inludium animarum.

Inlutus, a, um, adject. non lotus, non madefactus. *Arnob. l.* 1. Qui per altiſſimos gurgites pedem ferebat inlutum.

Innabilis, le, o. 3. *che non ſi può nuotare*, *o navigare*, non nabilis, innavigabilis. *Ovid. 1. Metam. v.* 16. Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda.

Innarrabilis, le, adject. inenarrabilis. *Lactant. in carm. de Phœnice, v. 34. ex MS. Voſſ.* Innarrabilibus nocte, dieque ſonis.

Innaſcibilis, le, adject. qui naſci non poteſt. *Tertul. de præſcript. adv. Hæretic. c.* 46.

Innaſcor, eris, atus ſum, d. 3. *naſcere*, ἐμφύομαι, naſcor, ſimul naſcor. *Cic. 1. Off.* Quod in hac elatione, & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. *Horat. l. 1. Sat. 3. v.* 37. Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Innato, as, avi, atum, n. 1. *nuotare*, שט, Ger. *ſchwimmen*, Gall. *nager deſſus*, *ou dedans*, Hiſp. *nadar*, *en*, *o ſobre*, ἐννήχομαι, intus nato, freq. ab *inno*. *Col. l.* 11. *c.* 4. Ubi non innatent, ſed ſemper ſint pure ſubmerſa. *Virg. 2. Georg.* Nec non & torrentem undam levis innatat alnus. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c.* 48. Innatarunt piſciculi in concham.

Innatus, a, um, adject. inſitus, intus natus, *innato*, ἐγγενόμενος. *Cic. l. 4. Fin. c.* 2. Inſitam quandam, vel potius innatam ſcientiæ cupiditatem habemus. *Juſtin. l. 2. c.* 6. Non advenæ, ſed eodem innati ſolo, quod incolunt. ¶ Item non natus. *Tertul. adv. Valentinian. c.* 15. Materia, quam innatam volunt. Adde *Prudent. in Apotheoſ. v.* 246.

Innavigabilis, & le, o. 3. *innavigabile*, ἄπλοος, ubi quis navigare non poteſt. *Liv. l. 5. c.* 13. Adeo, ut viæ clauſæ, Tiberis innavigabilis fuerit.

Innavigo, as, n. 1. in aliquo loco navigo. *Pompon. Mela l. 2. c.* 1. Europa modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita.

Innecto, is, exui, exum, a. 3. *legare*, *aggroppare*, חבש, Ger. *zuſammen knüpffen*, Gal. *lier*, & *joindre enſemble*, Hiſp. *atar*, *y travar una coſa con otra*, ἐμπλέκω, ἐνάπτω, colligo, circumligo. *Virg. 8. Æn.* Tum lactea colla auro innectuntur. *Id. 4. Æn. v.* 425. Et paribus palmas amborum innexuit armis. *Id. 4. Æn.* Cauſas innecte morandi. *Stat. l. 4. ad fin.* Innectere brachia collo. *Ovid. l. 10. Metam.* Innectere fauces laqueo. h. e. obſtringere.

Innexus, a, um, nom. ex particip. idem quod nexus, colligatus. *Tacit. Ann. 6. c.* 36. Alicui per affinitatem innexus. *Virg. 5. Æn. v.* 511. Columba vinculis innexa.

Innitor, eris, innixus, vel innixus ſum, d. 3. *appoggiarſi*, *accoſtarſi*, סמך, Ger. *ſich anlehnen*, Gal. *s'appuyer*, Hiſp. *arrimarſe*, ἐπερείδομαι, inhæreo, incumbo. Conſtruitur cum dativo. *Quinct. l. 6. c.* 1. Omnia curæ, tutelæque unius innixa. ¶ Vel cum ablat. *Liv. l.* 4. Ipſa haſta innixus ſe in pedes excepit. ¶ Vel cum accuſat. & præpoſ. *in*. *Plin. l. 7. c.* 53. Hora diei ſecunda in Panſam fratrem innixus obiit.

Innixus, a, um, o. *appoggiato*, partic. ab innitor. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 27. Vix hæc innixa in omnium noſtrum humeris cohærebunt. *Virg. 4. Æn. v.* 690. Cubito innixa. *Plin. l. 7. c.* 53. in fratrem innixus.

Inno, as, n. 1. *nuotare dentro*, ἐννήχομαι, intus no. *Virg. 3. Georg. v.* 142. Fluvios innare rapaces. *Liv. l. 21. c.* 26. Dummodo innare aquam, & capere onera poſſent.

Innobilitatus, a, um, adject. ignobilis. *Lamprid. in Heliog. c.* 4. Quæ nobilitatos maritos non habuerant, innobilitatæ remanerent.

Innocens, tis, o. 3. *innocente*, *giuſto*, נקי, Ger. *unſchuldig*, Gal. *Innocent*, Hiſp. *inocente*, ἄκακος, innoxius, qui nihil nocet, qui nemini injuriam facit. *Cic. 5. Tuſc.* Ut enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet, ſed qui nihil nocet. *Id. 7. Fam.* Epiſtolam tuam conſcidi innocentem. *Id. Ver. 4. c.* 33. Pater innocentiſſimus. *Mart. l. 1. epigr.* 78. Innocens ruina. ¶ Item ſalubris, non noxius. *Plin. l. 22. c.* 23. Noxii erunt fungi, qui in coquendo duriores fient, innocentiores, qui nitro addito coquentur. Et *l. 23. c.* 7. Non eſt alius ex pomis innocentior cibus.

Innocenter, adv. *innocentemente*, בנקיון, Ger. *unſchuldiglich*, Gal. *innocemment*, Hiſp. *innocentemente*, ἀβλαβῶς, innoxie, ſine noxa. *Cic. in Sull.* Anteqaam eos res ſua geſta, & vita innocentiſſime acta commendavit. *Plin. l. 18. c.* 31. Innocentius decreſcente Luna, quam creſcente ſiunt. *Quint. l. 7. c.* 4. Innocenter victum.

Innocentia, f. 1. *innocenza*, נקיון, Ger. *frommigkeit*, Gal. *innocence*, Hiſp. *inocencia*, ἀκακία, affectio animi talis, quæ noceat nemini. *Cic. 3. Tuſc. c.* 8. Eſt enim omnis abſtinentia animi innocentia, quæ apud Græcos uſitatum nomen nullum habet, ſed habere poteſt ἀβλάβεια. Nam eſt innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini. ¶ Sumitur etiam generatim pro vitæ, vel morum integritate. *Cic. 1. de Orat.* Cum eſſet ille vir exemplum innocentiæ. *Id. pro Leg. Manil. c.* 13. Quanta innocentia debent eſſe imperatores &c. ubi pro abſtinentia uſurpat, quæ rapacitati, & avaritiæ opponitur.

Innocue, adv. non nocendo. *Sueton. in Domit. c.* 19. Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.

Innocuus, a, um, *che non nuoce*, ἄκακος, qui non nocet. *Plin. l.* 8. Eoſdem peſtiferos ferunt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia. ¶ Paſſive etiam ſumitus pro eo, cui non nocetur, *ſenza danno*. *Virg. 10. Æn. v.* 301. Et ſedere carinæ Omnes innocuæ. V. ibi *Serv. Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 193. Subita cum luce comarum Innocuus flagraret apex. V. *Vall. l. 6. c.* 17.

Innodatus, a, um, adject. ἐνδεδεμένος, vinctus, nodo conſtrictus, *legato*. *Ammian. l. 28. cap. penult.* Innodato gutture laquei nexibus interire. *Leg. fin. Cod. de Compenſ.* Cauſa multis ambagibus innodata.

Innodo, as, avi, atum, a. 1. nodo conſtringo, *legare con nodo*. *Sidon. l. 9. ep.* 9. Spiris categoricis lubricas quæſtiones innodare.

Innominabilis, le, adject. *che non ſi può nominare*. *Apul. l. 1. Dogm. Plat.* Deus innominabilis. Adde *Tert. adverſ. Valent. c.* 27.

Innoteſco, is, otui, ſine ſup. *farſi noto*, ἐπιγνωρίζομαι, notus fio. *Plin. l. 34. c.* 11. Cteſilachus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit. *Ovid. 3. Amor. el. 12. v.* 7. An noſtris innotuit illa libellis. *Valer. Max. l. 8. c. 14. n.* 3. Sceleribus innoteſcere.

Innotus, pro ignotus, legitur apud *Ammian. l. 29. c.* 16.

Innovatio, onis, f. *il rinnovare*. *Apul. in Triſmeg.* Innovatio omnium rerum. *Arnob. l.* 3. Innovatio ſucceſſionis. Adde *Tert. l. 1. cont. Marc. c.* 1.

Innovatus, a, um, *rinnovato*, renovatus. *Minuc. Fel. in Octav. c. 11. ad fin.* Vellem ſciſcitari, utrum ne ſine corpore, an cum corporibus; & corporibus quibus, ipſis ne, an innovatis reſurgatur.

Innovo, as, a. 1. *rinnovare*, καινίζω, novum facio, novam rei alicujus rationem, aut uxorem induco. *Cic. in Piſon. c.* 36. Quo tu modo ad tuam intemperantiam, ſcelerata, innovaſti?

Innoxie, adv. *ſenza nuocere*, ſine noxa, innocue. *Vopiſc. in Aurel. c.* 4. Quod vinctum Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverat. *Minuc. Fel. in Octav.* Caſte, innoxie, religioſe Deum colere.

Innoxius, a, um, *innocente*, *che non nuoce*, ἀβλαβής, innocens, qui nemini nocet. *Plaut. Capt.* 3. 5. 7. Servus innocens, atque innoxius. *Cato apud Priſcian. l.* 3. Vita innoxior. *Plin. l. 3. c.* 5. Innoxii ſaltus. h. e. in quibus nullum eſt periculum. ¶ Uſurpatur etiam paſſive pro eo, cui noceri non poteſt. *Col. l. 2. c.* 10. Erit a curculionibus innoxia. Adde *l. 5. c. 9. Salluſt. in Catil.* Hi magiſtratus provincias, aliaque omnia tenere, ipſi innoxii, florentes, ſine metu ætatem agere.

Innubilo, as, avi, atum, a. 1. nubilum induco, obſcuro. *Solin. c.* 66. Orbiculi capillorum ruſo colore innubilantur.

Innubilus, a, um, *non nuvoloſo*, *ſereno*, *chiaro*, ἄθεφος, non nubilus, clarus, ſerenus. *Lucret. l. 3. v.* 21. Semperque innubilus æther Integit.

Innubis, & be, o. 3. *ſenza nuvole*, ἀνέφελος, quod eſt ſine nubibus: ut Dies innubia, quo nullæ apparent nubes. *Sen. Herc. Oet. v.* 438. Et fulſit Jole, qualis innubis dies.

Innubo, is, upſi, ptum, n. 3. *andare a marito*, ἐγγαμέω, aſt tranſire ad domum mariti. Unde innubere in illuſtrem familiam dicuntur mulieres, quæ nobili viro nubunt. *Liv. l. 1. c.* 34. Ea cum innupſiſſet. ¶ Per Catachreſim ſumitur pro tranſire in genere. *Lucil. l. 6. Sat.* Innubere, atque innubere cenſent. Ita *Nonius c. 2. num.* 431.

Innubus, a, um, *che mai non ſi è maritato*, ἄγαμος, qui matrimonio devinctus non eſt, ut Mulier innuba, quæ nunquam nupſit, Vir innubus, qui uxorem non duxit. Sic laurus dicitur innuba propter Daphnem virginem, quam fabulantur in laurum fuiſſe converſam. *Ovid. 10. Metam. v.* 92. Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus.

Innumerabilis, le, o. 3. *innumerabile*, בלא כבר, Germ. *unzehlich*, Gall. *innombrable*, Hiſp. *innumerable*, ἀναρίθμητος, quod numerari non poteſt. *Cic. poſt red. in Sen.* Cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ad eum ſupplex ſordidata veniſſet. Adde *pro Quinct. c.* 11.

Innumerabilitas, atis, f. ἀπειρία, infinitas. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 26. Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum.

Innumerabiliter, adv. ſine numero. *Lucret. l. 3. v.* 475. Qui corpore toto innumerabiliter privas mutatus in oras.

Innumeralis, le, o. 3. idem ac innumerabilis, apud vet. *Lucret. l. 2. v.* 1084. Non eſſe unica, ſed numero magis innumerali.

Innumeroſus, a, um, idem ac innumerabilis. *Plin. l. 10. c.* 65. Ex omnibus, quæ perfectos fœtus, vel tantos, & innumeroſos edunt.

Innumerum, adv. *innumerabili volte*. *Tert. de exhortat. caſtit. c.* 6. Innumerus nubere. V. *notas Junii*.

Innumerus, a, um, idem ac innumerabilis. *Cic. 2. de Or. c.* 22. Cujus a ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. ¶ Innumeri numeri in Epitaphio, quod ſibi fecit Plautus, referente *Gel. l. 1. c.* 24. ab aliquibus exponuntur verſus lege ſoluti (ut ait Horatius) & qui maxime ad proſam accedunt, quales ſunt Comicorum.

Innuo, is, ui, utum, o. 3. *accennare*, קרץ, Ger. *wincken*, Gal. *faire ſigne de la teſte*, Hiſp. *hazer ſenas*, ἐπινεύω, ſigno aliquo capitis voluntatem oſtendo, & dicitur tum de affirmatione, tum de negatione. *Ter. Eun.* 4. 5. 9. Abiens innuit mihi. ¶ Exempla quæ ex Cicerone afferebantur, valde dubiam habent lectionem.

Innuptus, a, um, *non maritato*, ἄγαμος, non nuptus. *Virg. 2. Æn. v.* 238. Circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt. ¶ Innuptæ nuptiæ dicuntur, quæ præter jus, faſque contractæ ſunt. *Cic. 3. de Orat. ſub fin. ex Poeta.* Quo tempeſtate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis.

Innutribilis, le, adject. qui non nutrit. *Cæl. Aurel. lib. 2. Acut. cap.* 9. Juſcellum innutribile. *brodo magro*.

Innutrio, is, ivi & itum, o. 4. *nodrire*, ἐντρέφω, in loco aliquo nutrio, vel ſimul nutrio. *Plin. in epiſt.* Donec homines innutritos mari ſubiret timendi pavor. *Senec. epiſt.* 2. Certis ingeniis immorari, atque innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere.

Innutritus, a, um, nom. ex partic. nutritus in aliqua re, vel loco. *Sueton. in Aug. c.* 3. Innutritus amplis opibus. *Senec. de Conſol. ad Polyb. c.* 11. Animus liberalibus diſciplinis innutritus. ¶ Item non nutritus. *Cæl. Aurel. Acut. l. 1. c.* 17. Ægrotantem innutritum relinquere.

Ino, ne, f. 4. contr. ἰνώ, filia Cadmi, & Hermiones, uxor Athamantis Thebarum Regis, nutrix Liberi patris, quæ, cum illam, & filium Me-

licer-

licertem Athamas furens tanquam leænam, & leonem inſequeretur, una cum filio ſe ſe de ſcopulo præcipitem miſit in mare, & Deorum miſeratione ambo in Deos marinos verſi ſunt, & Ino quidem Leucothea, & Matuta dici cœpit, Melicertes vero Palæmon, & Portumnus. *Ovid. 4. Metam. Cic. 3. de nat. Deor.* ¶ Apud *Hygin. Fab. 2. & 4.* reperitur *Ino, onis.*

Inobaudientia, pro Inobedientia, *inobbedienza*. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 17.*

Inobedus, a, um, *diſubbidiente*, non obediens. *Arnob. l. 7. pag. 248.* Ut ab ipſo patre terror coercitionis inciperet, apud quem aſuſa tanti fuerat motus, & inobeda ceſſatio. Al. leg. *& in abeundo*.

Inobaudio, pro inobedio. *Tertul. l. 5. c. 16. adverſ. Marc.*

Inoblector, aris, dep. 1. in aliqua re oblector. *Tertul. adverſ. Hermog. c. 18.* Inoblectabatus in filiis hominum.

Inobliteratus, a, um, adject. non obliteratus, non deletus. *Tertul. de Anim. c. 24.* Scientia inobliterata.

Inoblitus, a, um, perpetuo memor. *Ovid. 4. de Ponto eleg. 15.* Semper inoblitu repetam ſua munera mente.

Inobrutus, a, um, *non oppreſſo*, non obrutus. *Ovid. 7. Met. v. 556.* Deucalioneas effugit inobrutus undas.

Inobſcurabilis, le, adject. qui obſcurari non poteſt. *Tertull. de Anim. c. 3.* Inobſcurabilis regula.

Inobſcuro, as, a. 1. *oſcurare*, ἀμαυρόω, obſcurum reddo. *Cic. 9. Phil. c. 5.* Nulla ejus legationis poſteritatem inobſcurabit oblivio.

Inobſeptus, a, um, non ſeptus. *Lactant. de opif. Dei, c. 8.* Aurium foramina inobſepta.

Inobſequens, tis, o. 3. *diſubbidiente*, Ger. *ungehorſam*, Gal. *non obeiſſant*, Hiſp. *deſobediente*, ἀπειθής, inobediens. *Sen. Hippol. v. 1068.* Inobſequentes protinus frænis equi rapuere currum.

Inobſervabilis, le, o. 3. quod obſervari non ſolet, nec poteſt. *Plin. l. 2. c. 17.* Cujus eſt maxime inobſervabilis curſus. Adde *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v. 115.*

Inobſervans, antis, particip. non obſervans. *Pallad. l. 1. c. 25.* Quod ſi inobſervantes homines ſub aere deprehendant, &c.

Inobſervantia, æ, f. indifferentia circa rem aliquam, *non curanza*. *Sueton. Aug. c. 76.* Ex hac inobſervantia nonnunquam ſolus vel ante initum, vel poſt dimiſſum convivium cœnitabat.

Inobſervatus, a, um, *non guardato, non cuſtodito*, ἀπαρατήρητος, non obſervatus. *Martial. l. 8.* Luſeras hos caſus, niſi inobſervata maneret. *Ovid. Faſt. 3. v. 111.* Inobſervata ſidera.

Inobſoletus, a, um, adject. *non invecchiato, non logoro*, non obſoletus. *Tertul. de reſurrect. carn. c. 58.* Veſtimenta inobſoleta, & indetrita.

Inoccĭduus, a, um, non occiduus, ut Viſus inoccidui, ideſt, oculi ſemper vigilantes. *Stat. 6. Theb. v. 277.* Spectat inoccidius ſtellatum viſibus Argum. *Lucan. l. 8. v. 174.* Axis inoccĭduus, gemina clariſſimus Arcto.

Inocco, as, avi, atum, a. 1. *coprire*, ἐμβωλοκοπέω, eſt ſemen cooperire, quod fit, cum ſemen in agro ſeminatum eſt, & glebas ſarculis, aut crátibus diſſolvimus, ut ſemen humo contegatur, ex in, & occo. *Col. l. 2. c. 8.* Semen, quod ſicco ſolo ingeſtum, & jam inoccatum eſt. *Id. l. 11. c. 2.* Lupini ſparguntur, & inoccantur.

Inoculatio, nis, fœm. 3. *incalmazione*, ἐνοφθαλμισμός, genus inſitionis. *Plin. l. 17. c. 14.* In ficis autem, & malis hæc fuit inoculatio antiqua.

Inoculator, ris, m. 3. qui inoculat. *Plin. l. 18. c. 53.*

Inoculatus, a, um, adject. *incalmato*. Item ornatus, diſtinctus. *Apul. l. 8. A. A.* Inoculatus bullis aureis.

Inocŭlo, as, avi, atum, a. 1. *innestare a occhio, inocchiare, ingemmare*, ἐνοφθαλμίζω, eſt oculum ſurculi in arbore aperire, & alterius arboris oculum intus inſerere. *Col. l. 11. c. 2.* His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. ¶ Translate *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 1.* Ad hunc juſtitiæ affectum pectoribus inoculandum. h. e. inſerendum.

Inodŏro, as, avi, atum, a. 1. *far odorifero*, Germ. *riechen machen*, Gal. *parfumer d' odeur*, Hiſp. *dexar oliente*, odore inficio. *Col. l. 11. c. 3.* Neque mandentium halitus inodorare.

Inodŏror, aris, atus ſum, d. 1. eſt indagare, quod in occulto latet. *Cic. Att. l. 2. ep. ult.* Mirabiliter enim inodoratus eſt, ſicut noſti, ἰχνεύει. Ita legit *Manut.* Alii *moratus*.

Inodōrus, a, um, o. 1. 2. *ſenza odore*, Germ. *ungeſmackt*, Gal. *ſans odeur*, Hiſp. *ſin olor*, ἄοσμος, quod eſt ſine odore. *Perſ. Sat. 6. v. 35.* Oſſa inodora dabit.

Inoffenſe, adverb. ſine offenſione. *Gell. l. 6. c. 2.* Omnem illam vim, quæ de fato extrinſecus ingruit, inoffenſius, tractabiliuſque tranſmittunt.

Inoffenſus, a, um, *non offeſo*, ἀβλαβής, quod non offenditur, ſeu ad quod quis non offendit, ut Inoffenſa tempora a valetudine, hoc eſt, nullo morbo læſa, & offenſa. *Gel. l. 2. c. 1.* Ut omnia fere vitæ ſuæ tempora a valetudine inoffenſa vixerit. *Tibul. l. 1. el. 7. in fine.* Inoffenſum pedem referre. *Ovid. 1. Triſt. el. 8.* Detur inoffenſæ vitæ tibi tangere metam. h. e. felicis, nullis vexatæ malis. *Quintil. l. 1. c. 10.* Inoffenſa copulatio vocum. h. e. quæ aures non offendit.

Inofficioſus, a, um, *diſcorteſe*, Germ. *undienſtbar*, Gall. *incivil, deſobligeant*, Hiſp. *no oficioſo, deſcortes*, ἀναθύμως, qui facit contra officium, vel qui amico nullum officium præſtat. *Cic. Att. l. 13. ep. 27.* Aliter enim fuiſſemus & in hos inofficioſi & in noſmet ipſos. ¶ Inofficioſum teſtamentum dicitur (ut ait Paul. Juriſc.) quod non ex officio pietatis paternæ confectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exhæredatis. *Cic. 3. Ver.* Teſtamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficioſum, non inhumanum. ¶ Inofficioſus alicujus rei, h. e. negligens, apud *Tertull. Apolog. c. 40.*

Inŏlens, tis, adject. o. 3. non olens, *che non ha odore alcuno*. *Lucret. l. 2. v. 849.* inolentis olivi Naturam, nullam quod mittat naribus auram.

Inŏleſco, ſcis, lui, levi, olitum, n. 3. *creſcere, aggrandirſi*, גדל, Germ. *erwachſen*, Gal. *croitre*, Hiſp. *crecer*, ἐμφύομαι, ſuper increſco, grandis fio. *Virg. 2. Georg. verſ. 76.* Udoque docent inoleſcere libro. ¶ Reperitur etiam active pro augere, confirmare. *Gel. l. 12. c. 5.* Natura indulſit nobis, inolevitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus, amorem noſtri, & caritatem. h. e. inſeruit. *Id. ib. c. 1.* In moribus inoleſcendis magnam fere partem ingenium altricis, & natura lactis habet.

Inominalis, le, adject. inominatus, infauſtus, ut inominales dies, apud *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16. & Gel. l. 5. c. 17.*

Inominatus, a, um, *infelice, sfortunato*, δυσοιώνιστος, male ominatus, infelix. *Horat. Epod. 16.* Mollis, & expers inominata perprimat cubilia.

Inopaco, as, a. 1. *oſcurare*, ἐπισκιάζω, opacum reddo, & obſcurum. *Col. l. 8. c. 15.* Quæ inopacant avium receptacula.

Inoperatus, a, um, partic. otioſus. *Tertul. l. 2. adverſ. Marc. c. 12.* Nec natura inoperatam debuit contiouiſſe bonitatem.

Inopertus, a, um, adject. non opertus, *ſcoperto*. *Senec. de Otio Sapient. c. 10.* Inoperta, ac confeſſa veritas. *Id. de vit. beat. c. 15.* Capite inoperto.

Inophorum. V. Oenophorum.

Inopia, æ, f. 1. *ſtrettezza, biſogno*, מחסור, Ger. *mangel*, Gal. *diſette*, Hiſp. *falta*, ἀπορία, egeſtas, indigentia. *Cic. de Am.* Quam ex inopia, atque indigentia naſci volunt. *Id. 5. Off.* Inopia, fames, & ſumma annonæ caritas. *Id. Att. l. 6.* Inopia conſilii. *Id. pro Domo:* inopia tecti. *Id. pro Roſc. Amer.* Inopia argumentorum. *Id. de clar. Orat.* Inopia, & jejunitas oratori adimenda. *Liv. lib. 1.* Inopia loci. cum ſcil. locus deeſt. ¶ Plus eſt Inopia, quam paupertas. Hæc enim eſt rerum ad vitam ſuſtentandam pertinentium: inopia vero omnium, ſicut & egeſtas.

Inopinabilis, le, o. 3. *coſa, che non ſi può penſar, che avvenga*, quod quis nunquam exiſtimaſſet futurum. *Gel. l. 12. c. 28.* Atque id etiam quod magis inopinabile eſt.

Inopinans, antis, o. *che non conſidera quello, che può accadere*, ἀπροσδόκητος, improvidus, incautus, cui aliquid accidit præter opinionem, partic. ex in, & opinor. *Caſ. 6. Bell. Gal. c. 29.* Multos in agris inopinantes deprehendit. Adde *Liv. l. 37. c. 48.*

Inopinanter, adv. *ſubitamente, all' improvviſo*, Ger. *unverſehens*, Gal. *ſans penſer*, Hiſp. *ſin penſar, de improviſo*, ἀπροσδοκήτως, ſubito, & præter expectationem. *Suet. in Tib. c. 60.* Piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat.

Inopinate, adv. *all' improvviſo*, ἀπροσδοκήτως, præter ſpem. *Liv. 1. Bell. Mac.* Qui ad id, quod futurum erat, ne inopinate accideret, &c. Al. leg. *inopinato*. *Senec. de conſol. ad Helv. c. 5.* Hoſtium adventus eos proſternit, quos inopinate occupaverit. *Inſcript. vet. apud Sponium p. 103.* inopinate diſjunxit amicitiam.

Inopinato, adverb. idem ac inopinate. *Liv. l. 26. c. 6.* Cum inopinato in caſtra Romana Numidæ, Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent.

Inopinatus, a, um, *non penſata, improvviſo*, ἀπροσδόκητος, quod præter ſpem, & opinionem evenit, improviſum. *Cic. 4. Ver. c. 28.* Cum hoc illi improviſum, atque inopinatum accidiſſet. ¶ *Ex inopinato*, adverbii more uſurpatum, idem quod inopinato, *impenſatamente*. *Sueton. Galb. c. 10.* Repente ex inopinato prope cuncta turbata ſunt.

Inopinus, a, um, idem ac inopinatus, vel inopinabilis. *Virg. 5. Æneid. v. 857.* Vix primos inopina quies laxaverat artus.

Inopioſus, a, um, *ſenza ajuto*, ἄπορος, ſine ope. *Plaut. Pœn. 1. 1. 2.* Sæpe ego res multas tibi mandavi, dubias, egenas, inopioſas conſilii.

Inoppidatus, a, um, adject. oppidis carens, *deſabitato*, ἄοικος, ἀπόλιστος. *Sidon. l. 5. ep. 13.* Singulis Gabalitanos ſperſos, inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc &c.

Inopportūnus, a, um, non opportunus. *Cic. de Orat. l. 3. c. 5.* Sed in hunc loco non inopportuna ſermoni.

Inops, opis, o. 3. *povero, ſenza ajuto*, דל, Ger. *duerftig*, Gall. *diſetteux*, Hiſp. *menguado*, ἄπορος, ſine ope, pauper, impotens, a ſimplici *ops*, quo veteres uſi ſunt nunc pro copia, atque auxilio, nunc pro Matre Deorum. *Cic. 2. Off.* Hæc cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant. ¶ Sæpe jungitur cum genitivo. *Cic. de Am.* Quam fuerint inopes amicorum. *Ovid. 2. Metam. v. 200.* Inops mentis. *Auctor de cauſis corrupt. eloquent. c. 15.* Inops criminum. ¶ Item cum abl. ſine præp. *Cic. in Brut. c. 70.* Non tardus ſententiis, non inops verbis. ¶ Item cum abl. & præp. a, vel *ab*. *Cic. Att. l. 1. epiſt. 1.* Qui ſic inopes & ab amicis, & ab exiſtimatione ſunt. ¶ Item cum acc. & præp. *ad*. *Cic. in Brut.* Ex hac inopi ad ornandum, ſed ad inveniendum expedita Hermagoræ diſciplina. ¶ Aliquando inops dicitur inſepultus, ἄθαπτος, quia eſt ſine Ope, idiſt ſine terra. *Virg. 6. Æn.* Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque turba.

Inoptabilis, le, adject. non optabilis. *Apul. l. 9. Metam.* Inoptabilis officinæ diſciplina.

Inoptatus, a, um, adject. non optatus. *Senec. l. 8. Excerpt. controverſ. ult.* Lacryma eſt indicium inoptatæ rei.

Inōpus, i, m. fons, ſeu fluvius inſulæ Deli, ubi Dianam, & Apollinem Latona peperit. *Plin. l. 3. c. 105. Valer. Flac. l. 5. v. 105.* Fidus, & Inopa materna gratior unda.

Inorabilis, le, *inſorabile*, inexorabilis. *Acc.* apud *Non. c. 8. num. 28.* Aiax pervico animo, atque inorabili.

Inoratus, a, um, non oratus. *Cic. pro Roſc. Am. c. 10.* Legati Ameriam re inorata reverterunt. id eſt re non expoſita.

Inordinate, adv. *diſordinatamente*, ἀτάκτως, ſine ordine. *Celſ. l. 5. c. 5.* Febres inordinate redire dicunt. Et *l. 4. c. 25.* Inordinata agere.

Inordinatim, adverb. inordinate. *Ammian. l. 29. c. 14.* Acies non inordinatim incedebant.

Inordinatio, nois, f. ἀταξία, confuſio, *diſordine, confuſione*. *Apulej. ad Aſclep.* Senectus mundi, inordinatio, irrationabilitas bonorum.

Inordinatus, a, um, *diſordinato*, בלי סדר, Ger. *ohne ordnung*, Gal. *deſordonné, confus*, Hiſp. *deſordenado*, ἄτακτος, non ordinatus. *Cic. de Univ. c. 3.* Idque ex inordinato in ordinem adduxit. *Liv. l. 22. c. 50.* Inordinati, & incompoſiti milites. *Plin. l. 22. c. 52.* Inordinatiſſimi pili.

Inorior, iris, vel oreris, ortus ſum, d. 4. idem quod orior. *Tacit. l. 12. Ann. c. 23.* Quid, ſi memoria eorum inoriretur? Critici tamen ſuſpectam habent hanc lectionem. V. *notas Ryckii*.

Inōris, e, & Inorus, a, um, *ſenza bocca*, ἄστομος, qui eſt ſine ore. *Feſtus:* Inori, inores. *Al. leg.* Inori, ſine ore. *Turpil.* apud *Non. c. 3. n. 152.* In alta cooperta age inores oſtreas.

Inormis, e, pro enormis, legit *Salmaſ. ad Spartian. in Ælio Vero, c. 5. extr.* ex MSS. eamque lectionem multis probare nititur. Sic

Inormitas, pro *enormitas*. *Impp. Valentinian. Valens, & Gratian. lib. 8. Cod. Theodoſ. tit. 5. leg. 30.* Excedere legem vel vehiculi inormitate, vel ponderis.

Inornate, adv. *rozzamente*, ἀκόσμως, ſine ornatu. *Auct. ad Her. l. 4. c. 31.* Hoc pacto non inornate poterimus dicere.

Inornatus, a, um, *rozzo, ſenza ornamento*, Ger. *ungezieret*, Gal. *mal accoutré, mal agencé*, Hiſp. *no aſeytado, deſcompueſto*, ἀκόσμητος, non ornatus, incultus, rudis. *Cic. in Or.* Non quod tenuis ſit, & inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens, & ineptum. *Hor. in Ar. Poet. v. 234.* Inornata verba. *Id. l. 4. od. 9.* Non ego te meis chartis inornatum ſileri patiar. h. e. illaudatum.

Inorno, as, a. 1. idem quod orno. *Tertull. de Anim. c. 19.* Et folia formantur, & floſculis inornantur.

Inōro, as, avi, atum, a. 1. circa oram ornare. *Tertul. de reſurrect. carn. c. 16.* Calix de coronis quoque potatoris ſui inorabitur.

Inotioſus, a, um, adject. non otioſus, ἐνεργός, ut inotioſa actio. h. e. geſtus non lentus, & gravis, ſed celer, & velut curſitans. *Quintil. l. 11. c. 3. ad fin. in Lena Popilio.* Al. leg. *jocoſa*.

Inōus, a, um, adject. ab Ino Cadmi filia. *Stat. l. 2. Silv. 2. v. 35.* Culmen ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo. *Ovid. de ar. am. l. 3. v. 176.* Dicens Inois eripuiſſe dolis. V. Ino.

Inphronitus. V. infrunitus.

In poſterum. V. poſterus.

In præſentia. V. præſentia.

In primis. V. primus.

Inquæſitus, a, um, adject. inquiſitus, *cercato*. *Tertul. l. 5. adverſ. Marc. carm. c. 3.* Inquæſita ergo, ſed non crepta probatus.

Inquam. V. Inquio.

In quantum. V. quantus.

Inques, tis, f. 3. idem ac inquietudo. *Plin. l. 24. c. 22.* Furiales ſomni, & inquies poſturna.

Inquies, etis, o. 3. idem ac inquietus. *Salluſt. l.* 1. *Hiſt. apud Priſcian.* Humanum genus inquies, atque indomitum. *Velley. l.* 2. *c.* 68. Vir inquies. *Plin. in proœm. operis.* Animus inquies paſcitur opere.

Inquieſcens, entis, idem quod quieſcens. *Apulei. ſub init. l.* 9. *Metam.* Jamo vero jam irrus, inquieſcente ſævitia, prorſus extinctum.

Inquietatio, onis, f. *l' inquietare*, *ὀχλησμος*, actus inquietandi. *Liv. l.* 22. *c.* 17 *de bobus, quorum cornibus ſarmenta ſuccenſa alligaverat Annibal.* Capitum inquietatio excitans flammas, hominum paſſim diſcurrentium ſpeciem præbebat.

Inquietator, oris, m. qui inquietat. *Tertul. de Spec. c.* 23. Inquietator animarum.

Inquietatus, a, um, nom. ex particip. *inquietato*, *moleſtato*. *Sueton. Calig. c.* 26. Inquietatus fremitu. Et *c.* 39. Inquietatos nimbis.

Inquiete, adverb. ſine quiete, & intermiſſione. *Solin. c.* 43. Mons ingenito igne per æternum fervidus, & inquiete jugis flagrantibus. *Ammian. l.* 15. Inquietius agere.

Inquietitas, atis, fem. inquietudo. *Cal. Aurelian.* apud *Rutgerſ. l.* 3. *var. Lect. c.* 5.

Inquieto, as, avi, atum, a. 1. *inquietare*, *turbare*, הטריד, Ger. *unruhigmachen*, Gal. *inquieter*, Hiſp. *inquietar*, *ἐνοχλέω*, turbo, quietem agere non permitto. *Col. l.* 8. *c.* 3. Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. *Sueton. Aug. c.* 53. Ne quem officii cauſa inquietaret. *Tacit. hiſt.* 3. *c.* 84. Inquietare victoriam.

Inquietudo, inis, f. 3. *inquietudine*, *perturbazione*, הטרדה, Germ. *unruhe*, Gal. *inquietude*, Hiſp. *inquietud*, *ταραχή*, privatio quietis. *Sen. de Benef. l.* 6. *c.* 8. Tametſi inquietudinem Tyberius ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere.

Inquietus, a, um, *inquieto*, *ſenza ripoſo*, בלי שקט, Germ. *unruhig*, Gall. *inquiet*, Hiſp. *inquieto*, *ἄστατος*, qui eſt ſine quiete. *Liv. l.* 1. *c.* 46. Animus inquietus. *Id. l.* 22. *c.* 21. Ingenia inquieta, & in novas res avida. *Plin. l.* 1. *ep.* 9. Nullis rumoribus inquietior. *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 17. Inter affectus inquietiſſimos. *Vopiſc. in Saturnino*, *c.* 1. Ex gente hominum inquietiſſima.

Inquilina, æ, f. V. Inquilinus.

Inquilinatus, us, ui, m. habitatio inquilini. *Tertul. de Anim. c.* 38. Deſiderabit inquilinus toto inquilinatus ſui tempore.

Inquilinus, ni, m. 2. *che abita ſu quella d' altri*, חושב, Germ. *ein wohner*, Gal. *habitant d' autru pris d loiiage*, Hiſp. *morador de lugar alquilado*, *ἐνοικος*, qui in alieno, & privato habitat, propria tamen in eo conducto, ſive in urbe, ſive ruri, ab *in*, & *colo*, quaſi *incolinus*, *c* in *q* abeunte. Differt a colono (præſertim apud JCtos) quia inquilinus nihil aliud proprie præter domum alienam colit, colonus vero agros quoque. Hinc *l.* 6. *Cod. de agric.* &c. Coloni & Inquilini opponuntur. Differt ab *incola*, quia *incola* habitatorem in genere notat, *inquilinus* dicitur, qui incola quidem eſt, ſed domos alienæ, hoc eſt, qui in ædibus habitat conductitiis. *Iſid. l.* 9. *c.* 4. *Valla l.* 4. *c.* 56. Differt etiam ab *advena*, quod *advena* non perpetuo inhabitat, ſed poſtea migrat, *inquilinus* ſtabile habet domicilium. *Iſid. l.* 9. *c.* 4. *Cic.* 1. *Phil. c.* 41. At vero te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum. *Id. l.* 15. *Fam.* Ubi igitur, inquies, Philoſophia tua illa quidem inquilina? *Manut. Lamb. & alii legunt*, in culina. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 444. In quarum locum ſubierunt inquilinæ impietas, perfidia, impudicitia. ¶ Inquilinus probri, vel odii cauſa quis appellatur, quaſi domum propriam non habeat. *Sall. in Cat.* M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ. ¶ Apud *Feſtum* Inquilinus dicitur, qui eundem colit focum, vel ejuſdem loci cultor.

Inquinamentum, i, n. *lordura*, טנופת, Ger. *unflat*, Gal. *ordure*, Hiſp. *ſuziedad*, *ῥύπος*, ſordes, & immunditia. *Gel. l.* 2. *c.* 6. Ut jam ſqualior de re nulla alia, quam de inquinamentis ſolis dici cœperit.

Inquinate, adv. *lordamente*, Germ. *unfletiglich*, Gall. *ordement*, *ſalement*, Hiſp. *ſuziamente*, *ῥυπαρῶς*, ſordide, turpiter. *Cic. de Clar. Orat. c.* 37. Neque tamen eſt admodum inquinate locutus.

Inquinatus, a, um, *imbrattato*, *macchiato*, *lordo*, *ſozzo*, *μεμολυσμένος*, fœdatus, contaminatus, pollutus. *Cic.* 5. *Tuſc.* Darius in fuga, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibiſſet, negavit, unquam ſe bibiſſe jucundius. ¶ Et translate. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 24. Niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus vitiis inquinata. *Idem pro Flacco*, *c.* 25. Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. *Id. in Off. l.* 1. *c.* 6. Quæ ſordidiſſima quidem eſt ratio, & inquinatiſſima.

Inquino, as, avi, atum, a. 1. *imbrattare*, *macchiare*, טנף, Ger. *verunreinigen*, Gal. *ſouiller*, Hiſp. *enſuziar*, *μολύνω*, *μιαίνω*, maculo, polluo, fœdo. *Horat. l.* 1. *Sat.* 8. *v.* 37. Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis. ¶ Translate *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 30. Quibus cæcati velut domeſticis vitiis, atque flagitiis ſe inquinaſſent. *Liv. l.* 29. *c.* 37. Inquinare famam alicujus.

Inquio, is, n. 5. *dire*, *dico*, aio, dico, verbum defectivum eſt ab *ἐνέπω*, per metatheſim pro *enquo*, *e* abeunte in *q*, ut *ſequo* a *λέγω* &c. *Catul. carm.* v. 17. Mane, inquio puellæ. ¶ *Inquis*, *inquit*, *inquiunt*, & præteritum *inquiſti*, & *inquiit* leguntur apud *Cic.* ſæpe, *Perſ. Juvenal. Catull. carm.* 10. & al. *Inquies*, *inquiet*, apud *eund. Cic.* teſte *Priſcian. l.* 10. *Inquimus* apud *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 66. *Inquiebat*, & *Inquibat* apud *Cic. Acad.* 2 & in *Top.* *Inquitis*, *Arnobii* eſt. *Inque*, præſens Imperativi, *Inquito* futurum ejuſdem modi, hoc Plauti eſt *Aulul.* 4. 10. 58. illud *ejuſd. Pſeud.* 1. 5. 124. & *Ter. Heaut.* 4. 7. 1. *Inquiat*, potentiale, apud *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 3. ¶ *Inquam*, pro *inquio* (quod parum eſt in uſu) paſſim apud *Cic.* & al. legitur, & eo eleganter utimur, cum rem aliquam repetituri ſumus. *Cic.* 2. *Phil. c.* 44. Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem defende, ſi potes. ¶ *Inquam*, *Inquis*, *inquit*, &c. cum uſurpantur, eleganter poſt unum, aut alterum verbum in oratione ponuntur. *Nepos in Hannib. c.* 2. Pater, inquit, meus Hamilcar. ¶ *Inquam* ſervit etiam indignationi. *Lucret. l.* 2. *v.* 257. Libera per terras unde hæc animantibus extat: Unde eſt hæc, inquam, fatis avulſa voluntas? Adde *Cic. pro Planc.*

Inquiro, is, ſivi, itum, a. 3. *cercare*, *inveſtigare*, חקר, Ger. *nachfragen*, Gal. *enquerir*, Hiſp. *eſcudriñar*, *peſquiſar*, *ἐξετάζω*, *ἐκζητέω*, inveſtigo, quaſi intus quæro. *Cic.* 1. *Off. c.* 34. Nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere. ¶ Sumitur item pro eo, quod vulgo dicunt, capere informationem, *informarſi*. *Cic.* 6. *Verr.* Nimirum didici etiam, dum in illum inquiro, artificum nomina. *Ovid.* 1. *Met. v.* 148. Filius ante diem patrios inquirit in annos. h. e. capiendæ hæreditatis impatiens, patris ætatem ſciſcitatur, & ejus mortem cupit.

Inquiſite, adverb. cum inquiſitione. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Theophraſtus ſuper hac re inquiſitius, quam Cicero, diſſeruit.

Inquiſitio, onis, f. *inveſtigazione*, חקר, Ger. *nachfrag*, Gal. *inquiſition*, *recherche*, Hiſp. *inquiſicion*, *eſcudriño*, *ζήτησις*, inveſtigatio. *Cic.* 1. *Off. c.* 4. In primiſque homini eſt propria veri inquiſitio, atque inveſtigatio. ¶ Item informatio, ut vocant, *informazione*. *Cic.* 4. *Ver.* Ecquem exiſtimatis unquam ulla in Provincia reum abſentem contra inquiſitionem accuſatoris tantis opibus, tanta cupiditate eſſe defenſum? Hinc agere inquiſitionem, *prender' informazione*. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Decuriæ cenſuris principum examinantur, inquiſitio per parietes agitur. ¶ *Plaut. Caſ.* 3. 1. 16. Cave, inquiſitioni mihi ſis. *guarda di non ti far cercare*.

Inquiſitor, oris, m. *inquiſitore*, *inveſtigatore*, דורש, Germ. *nachfrager*, Gal. *inquiſiteur*, *chercheur*, Hiſp. *inquiſidor*, *buſcador*, *ἐξεταστής*, qui inquirit, ſeu inveſtigat. *Senec. l.* 6. *quæſt. nat. c.* 13. Rerum naturæ inquiſitor fuit. *Plin. l.* 8. *c.* 40. Scrutatur veſtigia, (canis) atque perſequitur, comitantem ad feram inquiſitorem loro trahens. h. e. venatorem. *Sueton. in Cæſ. c.* 1. Ut prope per ſingulas noctes commutare latebras cogeretur, ſeque ab inquiſitoribus pecunia redimere. *ſpie*. Adde *Juven. Sat.* 4. *v.* 49. ¶ Item *chi prende informazione*. *Plin. l.* 3. *ep.* 9. Norbanum Licinianum legatum, & inquiſitorem reum poſtulavit.

Inquiſitus, a, um, adject. *cercato con diligenza*, *ἐξεζητηθείς*. *Liv. l.* 10. *c.* 40. Inquiſita, & comperta res. ¶ Item contra, *non cercato*, non quæſitus, non exploratus. *Plaut. Amph.* 4. 1. 9. Quæſtionem inquiſitam amittere. *Id. ib.* 2. 2. 217. Illam rem inquiſitam certum eſt non amittere.

Inrado, is, a. 3. idem quod rado. *Cato R. R. c.* 137. Silphium inradito.

Inraſus, a, um, idem quod raſus. *Cato R. R. c.* 157. Laſerpitium inraſum.

Inrecogitatio. V. Irrecogitatio.

Inſimor, aris, depon. *r.* ſimor, inveſtigo. *Pacuv.* apud *Non. c.* 4. *n.* 393. Cum incultos perveſtigans inſimare ſinus.

Inſalubris, bre, o. 3. *non ſano*, Germ. *ungeſund*, Gal. *mal ſain*, Hiſp. *no ſaludable*, *νοσώδης*, non ſalubris. *Plin. l.* 18. *c.* 5. Neque fœcundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum. *Gel. l.* 19. *c.* 5. Manet quod eſt ſordidius, gravius, inſalubrius.

Inſalubritas, atis, f. *inſalubrità*, peſtilentia, mala alicujus rei qualitas, qua inſalubris fit. In titulo *c.* 31. *l.* 3. *hiſt. nat. Plinii* legitur *De inſalubritate aquarum*.

Inſalubriter, adverb. ſaluti nocendo. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 6. Non tenaciter tantum, ſed etiam inſalubriter amiciuntur.

Inſalutatus, a, um, *ἀπροσαγόρευτος*, non ſalutatus. *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 10. Annis jam multis inſalutatus. ¶ Per tmeſim *Virg.* 9. *Æn. v.* 289. Inque ſalutatum linquo.

Inſanabilis, le, o. 3. *che non ſi può ſanare*, *ἀνίατος*, quod ſanari non poteſt. *Cic. pro Sext.* Ac non accipienda plaga mihi inſanabilis illa mortifera. *Liv. l.* 28. *c.* 53. Lætari, quod nihil triſtius, inſanabiliuſque eſſet. *Id. l.* 1. *c.* 58. Ingenium inſanabile. h. e. quod corrigi, & mutari nequit.

Inſane, adv. *pazzamente*, *ἐμμανῶς*, inſipienter, ſtulte. *Horat. l.* 1. *Sat.* 10. *v.* 34. In ſilvam non ligna feras inſanius, ac ſi &c. ¶ Accipitur etiam pro vehementer, quod inſani omnia faciant vehementer, inquit *Varr. l.* 6. *de L. L.* ubi citat locum Plauti (*Mil.* 1. 1. 24.) his verbis. Si unum apityrum apud illum eſuriens inſane edam. *Id. Mil.* 1. 1. 24. Eſuriens inſane bene.

Inſania, æ, f. 1. *pazzia*, הוללות, Germ. *unſinnigkeit*, Gal. *folie*, Hiſp. *locura*, *μανία*, ſtultitia, dementia, animi impotentia. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 4. Quia nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem, & morbum, ideſt, inſanitatem, & ægritudinem animi (al. *ægrotum animum*) quam appellarunt inſaniam. Et *infra*: Sanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam, conſtantiaque cenſebant. his rebus mentem vacuam appellarunt inſaniam, propterea quod in perturbato animo, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poſſit. ¶ Latius patet furore. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 5. Hanc enim inſaniam, quæ juncta ſtultitiæ patet latius, a furore disjungimus. Et *infra*. Quod cum majus eſſe videatur, quam inſania, tamen ejuſmodi eſt, ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. ¶ Sumitur etiam pro magnitudine immodica. *Cic. ad Q. Fr.* Quæ objurges cæterarum villarum inſaniam. Hinc *prov.* apud *Plin. l.* 18. *c.* 5. Optimum aliena inſania frui, h. e. immodicis aliorum impenſis, aut ædificiis. ¶ Uſurpatur etiam in plurali. *Cic. Fam.* 4. *epiſt.* 1. Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Adde *Plaut. Aulul.* 4. 4. 15. ¶ Ad inſaniam aliquid concupiſcere, *bramar con eccedente deſiderio*. *Cic. ad Attic.*

Inſaniens, tis, nom. particip. qui inſanit, *che impazziſce*, *μαινόμενος*. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Inſanientis ſapientiæ conſultus. *Id. l.* 3. *od.* 4. Inſanientem navita Boſphorum tentabo. h. e. procelloſum, undis furentem.

Inſanio, is, ivi, itum, n. 4. *impazzire*, השתגע, Germ. *unſinnig ſeyn*, Gal. *être inſenſé*, *devenir fou*, Hiſp. *enloquecer*, *μαίνομαι*, furo, deſipio, inſanus ſum, alienus ſum a ſanitate mentis. *Cic.* 3. *Tuſc.* Qui autem in morbo ſunt, ſani non ſunt, & omnium inſipientium animi in morbo ſunt, omnes inſipientes igitur inſaniunt. *Id. in Or. c.* 67. In alienum inſanus inſaniſti. *Senec. de vita beat.* Inſanire inſaniam hilarem. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 26. *Cic. l.* 13. *ad Attic.* Othonem vincas volo, nec tamen inſaniturum illum puto.

Inſanitas, tis, f. idem ac inſania. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 5. Quia nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem, & morbum. ideſt inſanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt inſaniam. Et *infra*: Ita fit, ut ſapientia ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademque dementia.

Inſaniter, adv. inſane. *Pompon.* apud *Non. c.* 11. *n.* 4. Ludis nimium inſaniter.

Inſanum, adv. idem ac inſane, ideſt, valde, vehementer. *Plaut. Bacch.* 4. 4. *ſc.* 5. Inſanum magnum molior negotium. *Id. Moſtel.* 3. 3. 5. Porticus inſanum bona. h. e. valde bona.

Inſanus, a, um, הולל, Germ. *unſinnig*, Gall. *fou*, *inſenſé*, Hiſp. *loco*, *παράφρων*, *μανιώδης*, non ſanus, veſanus, amens, furens, fanaticus, qui non eſt ſani conſilii, qui non habet mentem integram. *Cic.* 3. *Tuſc.* Eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens motu quaſi morbo perturbata nullo ſit: qui contra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. *Liv.* 32. 17. Inſana trepidatio. ¶ Inſanus tolerabilior eſt, quam furioſus. *Cic.* 3. *Tuſc.* Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant duodecim tabulæ. Itaque non eſt ſcriptum: Si inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. ¶ Sumitur etiam pro vano, nugigerulo. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 46. Diſcere ab inſano multum laudanda magiſtro. Alii leg. *non ſano*. ¶ Item pro ingenti, immenſo, immodico, quia inſani in omnibus modum excedere ſolent, ut Inſanum ſtudium equorum, armorum, &c. *Virg.* 9. *Ecl.* Inſani feriant, ſine, litora fluctus. *Cic. pro Mil.* Qui in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile hominum mille verſabatur. *Liv. l.* 30. *c.* 39. Inſani montes. ¶ Comp. inſanior, ſup. inſaniſſimus. *Cic. pro Mil. c.* 17. Quo inſaniſſima concio ab ipſius mercenario Tribuno pl. eſt concitata. *Id. Ver.* 6. *c.* 18. Inſanior inter ſanos.

Inſatiabilis, le, o. 3. *inſaziabile*, *che non ſi può ſaziare*, Germ. *unerſettlich*, Gal. *inſatiable*, Hiſp. *inſaziable*, *ἀκόρεστος*, quod ſatiari non poteſt. *Cic.* 5. *Tuſc.* Ex quo inſatiabili gaudio compleatur. *Id.* 1. *Fin.* Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, ſed univerſas familias evertunt. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Nulla eſt inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior.

Inſatiabilitas, tis, f. *inſaziabilità*, *ἀκορεσία*, cupiditas inexplebilis. *Ammian. l.* 31. *c.* 12.

Inſatiabiliter, adv. *inſaziabilmente*, *ἀκορέστως*, ſine ſatietate. *Plin. in Epiſt.* 6. *l.* 9. Quæ ego cum recordor in re inani, frigida, aſſidua, tam inſatiabiliter deſidere.

Inſa-

Inſatiatus, a, um, nom. ex particip. non ſatiatus, *non ſazio*. *Stat. 6. Theb. v.* 305. Inſatiatus ardor eundi.

Inſatietas, atis, f. *inſaziabilità*. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 13. Quorum animis avidis, atque inſatietatibus neque lex, &c.

Inſativus, a, um, *che non ſi ſemina*, quod non ſeritur, quod ſponte provenit. *Plin. l.* 19. *c.* 12. Hoc inſativum rumex vocatur. Sed legendum eſt *in ſativis*.

Inſaturabilis, le, o. 3. idem ac inſatiabilis. *Cic. pro Sext. c.* 51. Manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Inſaturabiliter, adv. idem ac inſatiabiliter. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 25. Animique præteritis inſaturabiliter expletur.

Inſaturatus, a, um, adject. inſatiatus. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 183. Noverca inſaturata odiis.

Inſcalptus, a, um, *ſcolpito*, inſculptus. *Plin. l.* 36. *c.* 5. *ad fin.* Sunt certe etiamnum in columnarum ſpiris inſcalpta, nominum eorum argumento, rana atque lacerta.

Inſcendo, is, di, nſum, *n.* 3. idem quod aſcendo. *Plaut. Amph.* Quadrigas ſi nunc inſcendas Jovis. *Gell. l.* 5. *c.* 2. Haud unquam ſe ab alio inſcendi, niſi a Rege, paſſus eſt. *Plaut. Men.* 5. 1. 010. Inſcendere in currum. ¶ Inſcendo, abſolute, pro navem inſcendo, *imbarcarſi*. *Id. Mil.* 2. 1. 38.

Inſcenſio, onis, f. aſcenſio. *Plaut. Rud.* 2. 6. 19. In navem inſcenſio.

Inſcenſus, us, m. inſcenſio. *Apul. l.* 7. *Metam.* Equarum inſcenſus.

Inſcenſus, a, um, *aſceſo*, *montato*. *Apulei. l.* 7. *Metam.* Propterea inſcenſum (*aſinum*) baculo obverberans, per obliquum ducebat viam.

Inſcie, adv. inſcienter. *Apul. de Deo Socrat.* Omnes ſed inſcie metuunt.

Inſciens, tis, o. *ignorante*, שוגג, Germ. *unwiſſend*, Gal. *ignorant*, Hiſp. *ignorante*, ἀγνὼ, ignarus. *Cic.* 5. *Fam.* Nihil in ea re per Collegam meum me inſciente eſſe factum. *Terent. Phorm.* 1. 2. 9. Abi, ſis, inſciens. *Id. Heaut.* 4. 1. 19. Si peccavi, inſciens feci.

Inſcienter, adv. *ignorantemente*, בשגגה, Germ. *unwiſſentlich*, Gal. *inſciemment*, Hiſp. *ignorantemente*, δι᾽ ἄγνοιαν, per imprudentiam, ſive ignorantiam. *Cic. in Topic. c.* 8. Ut ſi partiri velis tutelas, inſcienter facias. ¶ Superlat. *inſcientiſſime* legitur apud *Hygin. l.* 2. *Aſtron. c.* 12.

Inſcientia, æ, f. 1. *ignoranza*, ἄγνοια, ignorantia. *Cic.* 1. *Acad.* Sed inter ſcientiam, & inſcientiam comprehenſionem illam, quam dixi, collocabat. *Id.* 1. *de Orat.* Neque ſolum inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 9. Inſcientia locorum. *Nepos* 25. *c.* 7. Inſcientia belli.

Inſcite, adv. *ſenza ſcienza*, *rozzamente*, ἀμαθῶς, ἀτέχνως, imperite, ineleganter, incompte, impolite. *Cic.* 3. *Fin.* Inſcita autem medicinæ, & gubernationis ultimum cum ultimo ſapientiæ comparatur. *Id.* 2. *de Div.* Democritus non inſcite nugatur. *Gell. l.* 10. *c.* 16. Inſcitiſſime petit.

Inſcitia, æ, f. 1. *ignoranza*, שגגה, Germ. *unwiſſenheit*, Gal. *ignorance*, Hiſp. *ignorancia*, ἄγνοια, ignorantia, imprudentia, ab inſcitus. *Cic.* 1. *de Or.* Atque earum rerum, quæ quaſi traduntur in arte, inſcitia. *Horat. l.* 2. *Sat.* 1. *v.* 81. Legum inſcitia.

Inſcitulus, a, um, adject. parum placens, parum amabilis. *Afran.* apud *Non. c.* 3. *n.* 41. Inſcitula ancillula.

Inſcitus, a, um, *indotto*, *inelegante*, *mal compoſto*, ἄμουσος, ἄτεχνος, indoctus, vel inelegans, & male compoſitus. *Plaut. Mil.* Mulier hæc inſcita eſt, & ſtulta. *Cic.* 2. *de Div. c.* 13. Quid inſcitius autem eſt quam mentes mortalium falſis, & mendacibus viſis concitare? h. e. abſurdius. *Plaut. Moſtel.* 5. 2. 16. Quid confugiſti in aram, inſcitiſſime? *Id. Rud.* 3. 1. 5. Mirum, atque inſcitum ſomniavi ſomnium. *ſtravagante*.

Inſcius, a, um, *chi non ſa*, *imprudente*, ἀνεπιστήμων, non ſciens, neſcius. *Cic.* 4. *Acad.* Qui diſtingues artificem ab inſcio? *Id.* 5. *Fin.* Nec vero ſum inſcius, eſſe utilitatem in hiſtoria. *Id. de clar. Orat. c.* 85. Socrates ſe omnium rerum inſcium fingebat.

Inſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſcrivere in qualche coſa*, *ſopraſcrivere*, כתב, Germ. *einſchreiben*, Gal. *graver*, Hiſp. *intitular*, ἐγγράφω, idem ac ſcribo, vel intus, ſive ſupra ſcribo, ſeu ſcribo in re aliqua. *Cic. pro Arch. c.* 11. Ipſi illi Philoſophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt. ¶ Eſt item adjungere. *Cic. Att. l.* 4. Tamen ea inſcribam brevi, quæ te puto potiſſimum ex meis litteris velle cognoſcere. ¶ Item incidere, imprimere, *intagliare*. *Cic.* 12. *Fam.* Primam in ſtatua, quam poſuit in roſtris, inſcripſit, Parenti optime merito. ¶ Item nomen indere, vel imponere, *intitolare*. *Cic.* 15. *Fam.* Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendavi. *Id.* 4. *Acad.* Quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet, qui Soſus inſcribitur. *Id.* 2. *de Or.* Quod ſunt fere inſcripti de rebus notis, & illuſtribus. ¶ Inſcribere epiſtolam, faſciculum, literas alicui, eſt in epiſtola, &c. nomen illius inſcribere, ad quem perferenda eſt. *Cic. Att. l.* 8. Tu faſciculum, qui eſt M. Curioni inſcriptus, velim, cures ad eum perferendum. ¶ Invenitur etiam uſurpatum pro dilacerare. *Plaut. in fragm.* Corpus tuum virgis ulmeis inſcribam. id eſt ſignabo, vel ita dilacerabo, ut notæ inſcriptæ appareant. ¶ Item pro notis compungere, ſtigmata notare, στίζειν. *Plin. l.* 22. *c.* 1. Mares etiam apud Dacos, & Sarmatas corpora ſua inſcribunt. ¶ Apud JCtos accipitur & pro accuſare. *V. Cod. de Inſur. leg. ult.* ¶ Inſcribere ædes, eſt ædes venales, ſeu locandas proponere, affixa tabella, ſeu titulo, in qua exprimebatur pretii ſumma. *Ter. Heaut.* 1. 1. 92. & *Plaut. Trinum.* 2. 2. 131. ¶ *Ovid.* 6. *Metam.* Sua quemque inſcribit facies. h. e. facies indicium animi eſt. ¶ *Id. l.* 15. *Metam.* Inſcripſere Deos ſceleri. h. e. Deos ſceleris auctores fecere. ¶ Inſcribere orationem in animo, *imprimere nella mente*. *Cic. l.* 2. *de Orat.*

Inſcriptio, onis, f. 3. *inſcrizione*, *titolo*, מכתב, Germ. *ein zeddel*, *tittel*, Gal. *inſcription*, Hiſp. *inſcripcion*, ἐπιγραφή, actus inſcribendi, nota. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio, turba ſe medicorum periiſſe. *Cic. pro Domo*. Quid operum Publicanorum exactio? quid nominis inſcriptio tibi? *Id.* 13. *Phil. c.* 4. Cur decerneretis ſtatuam in roſtris cum inſcriptione præclara. ¶ Item accuſatio, apud JCtos. *Ulp. l.* 2. *Dig. ad l. Jul. de adult.* & *Alexander Imp. l.* 3. *Cod. de his, qui accuſ. non poſſ.*

Inſcriptum, i, n. 2. idem ac inſcriptio. *Gel. l.* 20. *cap. ult.* Quædam alia inſcripta nimis lepida, multaſque prorſus concinnitates redolentia. V. *Inſcriptus*.

Inſcriptura, æ, f. 1. Inſcriptio, ſeu nota impreſſa alicui rei. *Tertull. adverſ. Valentinianos* c. 30.

Inſcriptus, a, um, adject. *inſcritto*, *intitolato*, Gal. *écrit*, *gravé deſſus*, ἐπιγεγραμμένος, adſcriptus, notatus. *Tibull. l.* 1. *el.* 3. *v.* 54. Lapis inſcriptus notis. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 106. Inſcripti nomina Regum Naſcantur flores. *Cic. l.* 6. *Att. ep.* 3. Legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo. *Quint. l.* 1. *c.* 24. Libri falſo inſcripti. ¶ Item ſtigmate notatus, *bollato*, *ſegnato*. *Martial. l.* 8. *epigr.* 76. Quatuor inſcripti portabant vile cadaver. ¶ Significat etiam non ſcriptus. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Alia eſſe ſcripta, alia inſcripta. Hinc inſcriptæ merces dicebantur a Veteribus, quas mercatores, ne portoria ſolverent, apud publicanos non erant profeſſi, *mercanzie di contrabbando*. *Varro l.* 2. *R. R. c.* 1. Greges ovium ad publicanum profitentur, ne, ſi inſcriptum pecus paverint, lege cenſoria committant. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 169. Facit idem, quod illi, qui inſcriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent. Ubi notandum, minus recte a quibuſdam Lexicographis hoc Lucilii exemplum afferri ſub voce *Inſcriptum*, *i*, ut ſignificet breve quoddam ſcriptum a Præfectis datum ad merces exportandas &c. ¶ Inſcriptum maleficium dicitur, de quo in legibus expreſſa mentio non fit, ſeu in quod nulla eſt a legibus pœna ſtatuta. V. *Quint. Declam.* 252. *Turneb. l.* 10. *c.* 6. & *Senec. in Excerp. l.* 5. *controverſ.* 1.

Inſcrutor, aris, atus ſum, depon. 1. valde ſcrutor, inveſtigo. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 1. Si Homeri latentem prudentiam inſcruteris altius.

Inſculpo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſcolpire*, *intagliare*, חרת, Ger. *eingeſchrieben*, Gal. *engraver*, Hiſp. *eſculpir*, ἐγγλύφω, eſt incidere aliquid in ære, argento, marmore, gemma, & ſimili materia, a ſcalpo, vel potius a ſculpo. *Cic.* 2. *de Divin.* In robore inſculptæ priſcarum literarum notæ repertæ ſunt. ¶ Translate eſt imprimere, infigere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Omnibus innatum eſt, & animo quaſi inſculptum, eſſe Deos.

Inſecabilis, le, o. 3. *che non ſi può tagliare*, ἄτομος, quod ſecari, ac dividi non poteſt, quales ſunt atomi. *Vitruv. l.* 2. *c.* 2. Atomi, quas noſtri inſecabilia corpora vocitaverunt. *Quintil. l.* 2. *c.* 27. Aut corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res omnes initium duxerint.

Inſece, h. e. perſequere, dic, narra. *Cato* apud *Gell. l.* 18. *c.* 9. ¶ Ejuſdem etiam eſt *inſecendo*, h. e. fando, narrando. V. *Gell. ibid.*

Inſecendo. V. vocem præc.

Inſeco, as, cui, ctum, a. 1. *tagliare*, *ἐντέμνω*, idem quod ſeco, ſive intus ſeco. *Auct. ad Her.* Inſecare aliquid dentibus. *Col. l.* 4. *c.* 15. Sequente deinde anno inſecatur ſuperior pars curvaturæ uſque ad medullam.

Inſecta, n. 2. *ἔντομα*, animalia partim terreſtria, ut ſcolopendræ, & ſtelliones, partim volucria, ut apes, & veſpæ, partim ex utroque participantia, ut formicæ, partim & pennis, & pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine naſcuntur, dicta ab inciſuris, quæ in eorum corporibus cernuntur. *Plin. l.* 11. *c.* 1. Inſecta appellata ab inciſuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum, atque alvi præcinctu ſeparant membra tenui modo fiſtula cohærentia. Aliqui exiſtimant, dicta eſſe, quod diſſecta nihilominus vivant. Sed falluntur, quia id commune iis eſt cum ſcorpione, polypo, pulmone marino, pluribuſque aliis animalibus perfectis. *Cæſ. Scalig. Exer.* 226. *ſect.* 15.

Inſectanter, adv. *ἐπιφθόνως*, cum inſectatione. *Gell. l.* 19. *c.* 3. Inſectanter, & graviter vituperari.

Inſectatio, onis, f. 3. *perſecuzione*, δίωξις, actus inſectandi. *D. Brut. in epiſt. Cic. ad Fam. l.* 11. *ep.* 1. Tanta eſt hominum inſolentia, & noſtri inſectatio. *Liv. l.* 1. Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam, quod morando ſpem deſtituerit.

Inſectator, oris, m. qui inſectatur, *chi perſeguita*. *Liv. l.* 3. *c.* 33. Trux, & ſævus inſectator plebis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. *ad fin.* Seneca egregius vitiorum inſectator.

Inſectio, onis, f. narratio, ſermo, ab inſecendo. Veteres ea voce uſi ſunt, teſte Gellio, quem conſule *l.* 18. *c.* 9.

Inſecto, as, avi, atum, a. 1. idem ac inſector, apud veteres. *Plaut. Capt.* 3. 4. 61. Jam illic inſectabit lapidibus.

Inſector, aris, atus ſum, d. 1. proprie eſt pedibus urgere, inſtare, freq. ab *inſequor*. Translate eſt ſæpe, & multum perſequi, alicui negotium facEſſere ob ſuſceptas inimicitias, *perſeguitare*, הרדיף, Germ. *treffllich nachfolgen*, Gal. *pourſuivre*, Hiſp. *perſeguir*, ἐπιδιώκειν, καταδιώκειν. *Cic. Att.* Semperque ita ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorum amicos, præſertim humiliores. *Phædr. l.* 3. *fab.* 11. Damnum inſectatus eſt amiſſi corporis. h. e. exprobravit, objecit. ¶ Item pro urgere, inſtare, *incalzare*, *eſſer' addoſſo*. *Id. pro Font. c.* 1. Inſector ultro atque inſto accuſatori, inſector, inquam, ac flagito teſtes. *Id. pro Planc.* Etiam atque etiam inſto, atque urgeo, inſector, poſco, atque adeo flagito crimen. ¶ Inſectari terram raſtris, h. e. aſſidue exercere. *Virg. l.* 1. *Georg.*

Inſectura, æ, f. *inciſura*, *taglio*. *Senec. l.* 1. *Quæſt. nat. c.* 7. Virgula totidem redderet ſoles, quot habuiſſet inſecturas.

Inſectus, a, um, adject. diſſectus, *tagliato*. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 58. Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes. *Plin. l.* 10. *c.* 37. Inſecti alarum articuli. ¶ Inſecta, h. e. parva animalia, V. *ſupra loco ſuo*.

Inſecutor, oris, m. perſecutor, ſectator, *perſecutore*. *Tertull. Apol. c.* 5. Tales ſemper nobis inſecutores, injuſti, impii. *Prudent. in hymn. Epiphaniæ*, *v.* 126. Quos lucis ipſo in limine Chriſti inſecutor ſuſtulit.

Inſedabiliter, adv. ſine ulla quiete. *Lucr. l.* 6. *v.* 1164. Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans.

Inſedatus, a, um, *non acquietato*, *turbato*, non ſedatus, turbulentus, commotus. *Cic. in Par. c.* 22. Et omne, quod eſt ejus generis, grave, inſedatum, turbulentum.

Inſeminatus, a, um, adject. *ſeminato*. *Vitruv. in proœm. l.* 8. Terra ex cæleſtium imbrium conceptionibus inſeminata. Adde *Arnob. l.* 2.

Inſemino, as, a. 1. *ſeminare*, ἐμβάλλω, inſero. *Gel. l.* 19. *c.* 5. Tabem, & morbos ſenſim, atque in diem longam viſceribus inſeminare.

Inſeneſco, is, nui, ſine ſup. *divenire vecchio in qualche coſa*, זקן, Germ. *ſeyn alter in einer ſache*, Gall. *envieillir en quelque choſe*, Hiſp. *envejecer alguna coſa*, ἐγγηράσκω, diutiſſime immoror in aliqua re, quaſique in ea ætatem conſumo, & ſenex fio. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 6. Cum plerique iiſdem negotiis inſeneſcerent. *Horatius l.* 2. *v.* 82. Inſenuit libris, & curis. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Quomodo ſufficere civilibus officiis poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat?

Inſenſibilis, le, o. 3. *inſenſibile*, Ger. *unempfindlich*, Gal. *inſenſible*, Hiſp. *inſenſible*, ἀναίσθητος, quod non ſentitur, quod ſub ſenſum cadere non poteſt. *Gell. l.* 17. *c.* 10. Innumerabile eſſe ait, & propemodum inſenſibile. ¶ Item qui expers eſt ſenſus. *Lactant. l.* 6. *c.* 13. Inſenſibilia ſimulacra.

Inſenſilis, le, o. 3. idem ac inſenſibilis. *Lucr. l.* 2. *v.* 864. Neceſſe eſt ex inſenſilibus tamen omnia confiteare principiis conſtare.

Inſenſualis, le, adject. idem quod inſenſibilis. Vox eſt *Caſſiodori lib.* 2. *epiſt.* 40.

Inſeparabilis, e, *inſeparabile*, qui ſeparari non poteſt. *Senec. ep.* 85. Si virtus voluptati juncta ſemper eſt, atque inſeparabilis. *Id. epiſt.* 118. Aliquid inter ſe habent mixtum, & inſeparabile.

Inſeparabiliter, adv. ἀδιαχωρίστως, non ſeparabiliter. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 22. Quæ inſeparabiliter involuta rerum neceſſitas in ſe cinxit. *Lactant. l.* 3. *c.* 11. Inſeparabiliter connexa.

Inſeptus, a, um, *circondato*, idem quod ſeptus. *Senec. l.* 4. *de benef. c.* 19. Hunc inſeptum ingenti muro, diviſumque a conſpectu mortalium, &c. ¶ Significat etiam non ſeptum, teſte *Feſto*.

Inſepultus, a, um, *non ſepolto*, Ger. *unbegraben*, Gal. *non enſeveli*, Hiſp. *no enterrado*, ἄθαπτος, non ſepultus, inhumatus, qui ſepultura, & juſtis exequiis caruit. *Cic. Cat. c.* 6. Cerno animo miſeros atque inſepultos acervos civium. *Id. Phil.* 1. funus Cæſaris vocat inſepultam ſepulturam, quia raptim, & turbulente, nec more, & ritu veteri factum erat. *Senec. de Tranquill. c.* 13. Mors inſepulta. h. e. ubi is, qui moritur, ſepultura privatur. ¶ Item non ſepultus, ut *in* augeat, quemadmodum in *infractus*, *incanus*. *Id. Phil.* 14. *c.* 22. Veſtra virtus nec oblivione eorum,

Digitized by Google

ſum, qui nunc ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. Aliquis legit *ſepulta*, Gruterus *inſepulta* tuetur.

Inſequens, entis, o. 3. *ſeguente*, *che ſegue*, partic. ab inſequor. *Auct. epiſt. ad Octav.* Quæ non inſequens hunc antecedente calamitoſior populo R. illuxit? ¶ Inſequens officium, de quo mox dictum, aut deliberaturi ſumus. *Plaut. ad Sextum*, *l.* 10. *Fam. Cic.* Huic prius excuſandum me eſſe arbitror, quam de inſequente officio quidquam ulli pollicendum.

Inſequenter, adv. ἀνακολούθως, inconſequenter. *Gell. l.* 10. *c.* 20. Obſcure, & inſequenter particula illa poſita.

Inſequo. V. *Gell. l.* 18. *c.* 9. ubi hujus vocis originem, vim, & varias lectiones multas affert.

Inſequor, eris, ſequutus vel ſecutus ſum, d. 3. *ſeguitare*, *ſeguir dietro*, רָדַף, Germ. *nach eilen*, Gal. *pourſuivre*, Hiſp. *perſeguir*, ἐπακολουθεῖν, ſequor, vel ſubſequor, cum acc. *Cic. in Bruto c.* 10. Hunc proximo ſeculo Themiſtocles eſt inſecutus. ¶ Uſurpatur etiam abſolute, ſed accuſativus aliquis ſubintelligitur. *Cic. in Orat.* Quin etiam poſtremam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur. ¶ Et cum infinito. *Virg.* 4. *Æn. v.* 32. lentum convellere vimen Inſequor. ¶ Sæpe ponitur pro perſequi, inſectari. *Cic.* 2. *Phil.* Cum tu illum in foro ſpectante populo R. gladio ſtricto inſecutus es. *Id. ad Attic. l.* 14. Homines benevolos grave eſt inſequi contumelia.

Inſerēnus, a, um, adject. non ſerenus, nubilus, *nuvoloſo*. *Stat. l.* 1. *Silv. ult. v.* 41. Non tantis Hyas inſerena nimbis Terras obruit.

Inſĕro, is, inſevi, inſitum, n. 3. *ſeminare*, ἐμφυτεύω, inſemino, a *ſero*, qua notat ſeminare. *Col. l.* 5. *c.* 7. Si frumentum non inſeritur. ¶ Dicitur & de arboribus, quando ſeminantur, aut plantantur, item cum ſurculus unius arboris alteri arbori fiſſo trunco includitur, ſive cum oculus unius alteri imponitur, *inneſtare*, *incalmare*, ἐμβολιάζω. *Col. l.* 5. Vitem, quem inſiturus es, reſecato. *Varro l.* 1. *de re ruſt. c.* 40. Eſt altera ſpecies ex arbore in arborem inſerendi. ¶ Tranſlate ſumitur pro immittere, introducere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 34. Num qua tibi vitiorum inſeverit olim Natura, aut etiam conſuetudo mala.

Inſĕro, is, erui, inſertum, a. 3. *inſerire*, *porre dentro*, Germ. *einlaſſen*, Gal. *mettre dedans*, Hiſp. *enxerir*, ἐνείρω, ἐμβάλλω, immitto, impono, ingero, introduco, a *ſero*, quæ notat nectere, jungere. *Ter. Heaut.* 3. 3. Vidi ego te modo manum in ſinum huic meretrici inſerere. *Col. l.* 6. *c.* 4. Si integrum gallinaceum crudum ovum jejunis faucibus inſeras. *Cic.* 6. *Verr. c.* 17. Inſerere collum in laqueum. ¶ Item interponere, miſcere, *frammiſchiare*. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 444. Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe jocos. *Id.* 3. *Metam.* Inſerere ſe bellis civilibus. *Id.* 3. *Amor. el.* 6. Inſerere oſcula. *Auct. Dial. de Or. c.* 10. Inſerere nomen famæ.

Inſerpo, is, pſi, ptum, n. 3. idem ac ſerpo, vel in aliquo loco ſerpo. *Stat.* 2. *Thebaid. v.* 340. jam ſomnus avaris Inſerpit curis. *Apul. Metam.* 7. Ei lanugo malis inſerpebat.

Inſerta, æ, f. ἔμβλημα, *incaſtratura*, *Moſaico*. Tranſlata *P. Syrus in mim.* Frugalitas inſerta eſt rumoris boni. Alii aliter legunt. V. *Scaliger*.

Inſertatio, onis, f. actus inſerendi, inſitio, immiſſio. *Cal. Aur. Tard.* 1. *c.* 1.

Inſertatus, a, um, idem ac inſertus, immiſſus. *Prudent. Apotheoſ. v.* 464. Jamque inſertato reſerarat viſcera cultro.

Inſertim, adverb. inſerendo, immittendo. *Lucr. l.* 2. *v.* 114. qua ſolis lumina cumque Inſertim fundunt radios per opaca domorum.

Inſertivus, a, um, adject. qui inſeritur. *Calpurnius Declam.* 24. Nemo unquam ſacra gentilitia inſertiva ſtirpe corrupit. h. e. filiis illegitimis.

Inſerto, as, a. 1. *por dentro*, ὑπεντίθημι, ſæpe inſero, vel inſero ſimpliciter, freq. verbi inſero, a ſupino *inſertum*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 672. Clypeoque ſiniſtram inſertabam aptans. *Silius l.* 5. *v.* 483. arbor nubibus inſertans caput.

Inſertus, a, um, *inſerito*, ἐμβληθείς, ἐντεθείς, immiſſus, impoſitus, introductus, partic. ab *inſero*, qua notat nectere, jungere. *Plin. l.* 11. *c.* 57. Penna per tranſverſas inſerta nares. *Plin. alter l.* 3. *ep.* 19. Prædia agris meis vicina, atque etiam inſerta. *Velle. l.* 2. *c.* 60. Inſertis falſis commentariis.

Inſervio, is, ivi, itum, o. 4. *ſervire*, δουλεύω, obſequor, & quaſi officium ſervientis alicui præſto, in rebus, & negotiis alicujus ſtudioſus ſum. *Cic.* 1. *Off. c.* 15. A quo enim plurimum ſperant, etiamſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſerviunt. ¶ Tranſlate ponitur pro ſtudere. *Cic.* 1. *de Or.* Aut plures cæteris artibus inſervire. ¶ Commodo, vel commodis inſervire, eſt utilitati conſulere. *Cic.* 1. *Fin. c.* 30. Quos ſuis commodis inſervituros arbitramur. ¶ Inſervire valetudini, h. e. valetudinem curare. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 17. ¶ Inſervire honoribus, pro operam dare, *attendere agli onori*. *Id.* 2. *Offic. cap.* 1. ¶ Inſervire honori alicujus, eſt, dignitati alicujus conſulere. *Id.* 3. *Fam. ep.* 13. ¶ Cum accuſ. jungit *Plaut. Moſtell.* 1. 3. 33. Non meretricium eſt, unum inſervire amantem. *Id. Pan.* 4. 2. 105. Inſervire conſilium. *metter in opera il conſiglio*. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 11. Nihil a me eſt inſervitum temporis cauſa.

Inſervo, as, avi, atum, a. 1. idem quod ſervo. *Stat.* 8. *Thebaid. v.* 194. Elyſias dedit inſervare volucres.

Inſeſſor, oris, m. ut inſeſſor viarum, h. e. obſeſſor, apud *Symmach. l.* 2. *ep.* 48. Sic *Piſtor*. Inſeſſores, latrones, qui circa vias inſidientur ſedentes.

Inſeſſus, a, um, nom. partic. præſidio occupatus, *aſſediato*, *occupato*. *Tac.* 13. *Ann. c.* 39. Montes præſidiis inſeſſi. *Liv. l.* 9. Inſeſſis omnibus viis.

Inſibilo, as, n. 1. idem ac ſibilo, vel ſpiro. *Ovid.* 15. *Met. v.* 603. Ubi trux inſibilat Eurus. *Sil. l.* 12. Membris inſibilat ignis.

Inſiccabilis, le, adject. qui ſiccari non poteſt. *Sidon. l.* 9. *ep.* 16. Liter antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina, & calamo durior gutta.

Inſiccatus, a, um, o. t. a. *non ſeccato*, non ſiccatus. *Stat.* 3. *Theb. v.* 364. Vulneraque iſta ferens putri inſiccata cruore.

Inſicia, æ, f. 1. vel Inſicium, ii, n. 2. genus farciminis, ſeu obſonii ex carne conciſa. *Var. l.* 4. *de L. L.* V. Iſicium.

Inſiciarius, ii, m. qui inſicia facit. Legitur in quodam ludicro teſtamento M. Grunnii Corocottæ porcelli, quod habetur apud *Interpretes Apicii l.* 8. *c.* 7.

Inſiciatus, & Iſiciatus, a, um, inſicio conditus, vel ad modum inſicii conditus. *Apic. l.* 8. 1. 7. *ad fin.*

Inſiciolum, & Iſiciolum, i, n. inſicium minutum. *Apic. l.* 2. *c.* 3. & *l.* 5. *c.* 3. &c.

Inſideo, es, edi, eſſum, o. 2. *ſedere ſopra qualche coſa*, יָשַׁב, Germ. *auff ſitzen*, Gall. *eſtre aſſis deſſus*, Hiſp. *aſſentarſe ſobre*, ἐγκάθημαι, in re aliqua, ſive ſuper rem aliquam ſedeo. *Liv. l.* 7. Equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem ſe in ſpecum immiſiſſe. ¶ Metonymice ponitur pro locum aliquem occupare. *Liv.* 5. *bell. Pun.* Viæque omnes hoſtium præſidiis inſiderentur. *Liv. l.* 2. *bell. Pun.* Mago locum monſtrabit, quem inſideatis. ¶ Tranſlate uſurpatur pro conſiſtere, *fermarſi*. *Cic. de nat. Deor.* Cum in locis ſemen inſedit. ¶ Item pro inhærere, *eſſere poſto*, *impreſſo*. *Cic. in Tuſc.* Cum hic fervor mentis inveteraverit, & tanquam in venis, medulliſque inſederit. *Auct. ad Herenn.* Cum jam domeſticis pax non inſideat. *Id.* 5. *Fam.* Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidiſſet, etenim penitus inſiderat. ¶ Item imminere, incumbere. *Horat. epod.* 3. Non tantus unquam ſiderum inſedit vapor Siticuloſæ Apuliæ. ¶ Item habitare, incolere. *Virg.* 8. *Æn. v.* 479. Lydia Gens bello præclara jugis inſedit Hetruſcis.

Inſidiæ, arum, f. 1. *inſidie*, *agguati*, אֹרֶב, Germ. *hinderliſt*, Gal. *embuches*, Hiſp. *inſidias*, ἐνέδρα, doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum, ab inſidendis locis, quæ ad inſidias deliguntur. *Cic. in Catil.* Illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium conjecimus. Dicimus autem inſidias parare, ponere, moliri, facere, tendere alicui, &c. *Cic. Ter. Virg. Ovid. Plaut.* Eſſe, latere, conſidere in inſidiis. *Caſ. Cic. Liv.* &c.

Inſidianter, adverb. per inſidias, cum inſidiis. *Juſtin. l.* 6. *c.* 6. ¶ Securi inſidianter abſentiam Arcadum ſpeculeti. Al. leg. *inſidiantes*.

Inſidiator, oris, m. 3. *inſidiatore*, ἐνεδρευτής, qui tendit inſidias. *Cic. in Catil.* Nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator viæ. Adde *pro Mil. c.* 7.

Inſidiatrix, icis, f. *inſidiatrice*. *Ammian. l.* 14. *c.* 17. Inſidiatrix manus.

Inſidio, as, avi, atum, a. 1. inſidior, *inſidiare*. *Dig. l.* 28. *tit.* 19. *leg.* 18. Servi, qui ſaluti dominorum ſuorum inſidiaverint.

Inſidior, aris, atus ſum, d. 1. *inſidiare*, *far agguati*, אָרַב, Germ. *auff einem lauren*, Gall. *guetter*, Hiſp. *poner aſſechancas*, ἐνεδρεύω, inſidias tendo. *Cic. pro Mil.* Hæc ſica intenteta eſt nobis, hæc inſidiata Pompeio eſt. *Id. pro Cal.* Magnum crimen vel in legatis inſidiandis, vel in ſervis ſolicitandis. ¶ Interdum ſumitur pro obſervare. *Cic. de Or.* Quod neque precibus unquam, nec inſidiando, nec ſperulando aſſequi potui. *Liv. l.* 23. Inſidiari tempori.

Inſidiōſe, adv. *inſidioſamente*, *occultamente*, *aſtutamente*, Ger. *mit liſt*, Gal. *avec embuches*, Hiſp. *con inſidias*, μετ' ἐπιβουλῆς, ex inſidiis, cum inſidiis, doloſe, fraudulenter. *Cic. pro Rab.* Inſidioſe in gratiam rediit cum illo. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Me ſceleratiſſime, inſidioſiſſimeque tractavit.

Inſidiōſus, a, um, *inſidioſo*, צֹדֶה, Germ. *hinterliſtig*, Gall. *plein d'embuches*, Hiſp. *lleno de inſidias*, ἐπιβουλευτικός, ἐπιβουλευτικώτατος, qui ſæpe inſidiator, plenus inſidiis, fallax. *Cic. Att.* Hujus inſidioſa clementia delectantur. *Id.* 4. *Ver. ad fin.* Quis acerbior, quis inſidioſior, quis crudelior unquam? *Plin. l.* 29. *c.* 1. In qua conditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimus homo faciunt.

Inſido, is, inſedi, inſeſſum, n. 3. *ſedere*, יָשַׁב, Ger. *ſic auff etwas ſetzen*, Gal. *s'aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, ἐγκάθω, ad ſedendum deſcendo, vel etiam, & ſenſim deſideo, vel ingredior. *Virg. Æn.* 6. *v.* 707. Ubi apes æſtate ſerena floribus inſidunt variis. *Quint. l.* 11. *c.* 9. Dum illa verba fabricentur, & memoriæ inſidant. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Stat.* 2. *Theb.* Feſſis inſiditur aſtris. ¶ Præterit. *inſidi* pro *inſedi* legitur apud *Silium*, *l.* 1. *v.* 3. & apud alios; ſed variat ubique lectio.

Inſigne, is, ſubſt. n. 3. *inſegna*, נֵס, Germ. *zeichen*, Gal. *marque*, *enſeigne*, Hiſp. *las inſignias*, παράσημον, ſignum, indicium, nota, monumentum, id, quod in veſte, vexillo, & hujuſmodi inſignitum eſt, aut ipſa veſtis, vexillum, &c. *Cic. Att.* Minerva ſingulare eſt inſigne ejus gymnaſii. *Id. in Ver.* Bulla erat ornamentum pueritiæ, indicium, & inſigne fortunæ. *Id. pro Sext.* Sedebat cum purpura, & ſceptro, & inſignibus illis Regiis. *Virg. l.* 2. *Æn.* Danaumque inſignia nobis aptemus clypeos. *Caſ. l.* 2. *B. C. c.* 8. Naves triremes duæ, quæ ex inſigni facile agnoſci poterant. ¶ Tranſlate ponitur pro omni bonorum genere. *Cic. Appie.* Inſignia enim virtutis multi etiam ſine virtute aſſecuti ſunt. *Id. pro Sylla.* Sibi habeant honores, imperia, triumphos, & alia præclara laudis inſignia. ¶ Item pro ornamento. *Cic de Or.* Oratio varianda eſt, atque diſtinguenda quaſi quibuſdam verborum, ſententiarumque inſignibus. ¶ Accipitur etiam ſimpliciter pro ſigno. *Cic.* 3. *de Orat.* Quod erat inſigne, eum, qui id faceret, facere civibus omnibus conſilii ſui copiam.

Inſignificativus dicitur a quibuſdam Grammaticis infinitivus modus, quia per ſe nullam perſonam ſignificat. *Diomed. l.* 1. *pag.* 331. *Putſch.*

Inſignio, is, ivi, itum, a. 4. *ornare*, כָּתַב, Germ. *zeichnen*, Gal. *marquer*, Hiſp. *ſennalar*, ἐπισημαίνω, ſignis noto, ſeu diſtinguo. *Auct. ad Her. l.* 4. Quo magis inſignita ſit forma. *Virg.* 7. *Æn. v.* 790. At lævem clypeum ſublatis cornibus Io auro inſignibat. *Claud. l.* 2. Hic elementorum ſeriem, ſedeſque paternas inſigniebat acu. ¶ Item inſignem facere. *Tac. in Agric. c.* 41. Inſignire annum cladibus. *Senec. ep.* 18. Illud temperantius eſt, non excerpere ſe, nec inſigniri, nec miſceri omnibus.

Inſignis, gne, o. 3. *ſegnato*, נִכְבָּד, Ger. *gezeichnet*, Gal. *ſignalé*, *remarqué*, Hiſp. *ſennalado*, ἐπίσημος, proprie eſt, quod ſigno aliquo, vel nota inter alia eminet, in quo aliqua ſunt ſigna, quibus ab aliis diſcernitur. *Feſt.* Inſignes appellantur boves, qui in femine, & in pede album habent, quaſi inſigniti. *Virg.* 3. *Georg.* Maculis inſignis, & albo, hoc eſt, inſignitus. ¶ Sed quæ quæ aliis meliore, aut deteriore ſunt, ſigno notari ſolent diſcriminis cauſa, hinc eſt, quod inſignis accipitur in laudem pro præſtanti, eximio, claro, nobili. *Liv. l.* 1. Inſignemque eum veſte, & curuli regia ſella adornavit. *Virg.* 1. *Æn.* Inſignem pietate virum. *Cic. de Am.* Sed etiam poſteris erit clara, & inſignis. *Id.* 3. *Fin.* Habet inſigne quiddam ad decus, & ad gloriam. ¶ Vel in vituperationem pro eo, quod valde malum eſt. Hinc inſignia ſcelera dicuntur, quæ vulgaria non ſunt, ſed inſigniter mala. *Cic.* 6. *Verr.* Os hominis, inſignemque impudentiam cognoſcite. *Id. pro Rab.* Cum hominem omnibus inſignem notis turpitudinis P. Furnium accuſaret. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 46. Flebit, & inſignis tota cantabitur urbe. *h. e.* infamia notatus. ¶ *Inſignes*, & *inſigniti* dicebantur pueri, qui aliquo deformi corporis nota, aut depravatis membris nati eſſent. *Cic.* 3. *Leg. c.* 8. Inſignis ad deformitatem puer, brevi tempore necatus, multo quoque tetrior natus eſt. *Plaut. in fragm.* Sin ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea, aut varum, aut valgum, &c. ¶ Comparat. *inſignior*, ſuperl. *inſigniſſimus*. *Liv. l.* 4. *c.* 4. Inſignior contumelia. *Tertul. Apolog. c.* 21. Inſigniſſima religio.

Inſignite, adv. *ſegnalatamente*, *ſommamente*, *chiaramente*, ἐπισήμως, inſigniter, valde, ſumme, clare. *Cic. pro Quinct. c.* 23. Neque quiſquam inventus eſt tam inſignite improbus. *Liv. l.* 8. *c.* 13. Quo inſignitius omiſſa res conſuli exprobraretur.

Inſigniter, adv. idem ac inſignite. *Cic.* 3. *Phil. c.* 4. Quis Rex unquam fuit tam inſigniter impudens? *Id. in Piſ.* Parentibus, amicis, hoſpitibus præcipue, atque inſigniter diligendis. *Paulin. Nolan. carm.* 24. *de natal. S. Felic. v.* 144. me decet inſignius illo Exſultare die.

Inſignitus, a, um, *ſegnato*, *notato*, *ornato*, ἐπίσημος, ſignatus, ſignis notatus, & diſtinctus. *Cic.* 1. *de Div.* In quibus tanquam inſignitæ notæ veritatis appareant. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 51. His partis victoriæ ſpes, & , ſi cedant, inſignitius flagitium. *Cic in Top. c.* 5. Quædam confirmatio inſignita, atque impreſſa intelligentia. ¶ Inſignia, in plur. num. & neutro gen. dicuntur vitia quædam in cute, aut circa oculos, *lividure*, *conaſcenti*. *Plin. l.* 27. 1. 4. & 12. V. Inſignis. ¶ *Cato* apud *Gell. l.* 10. *c.* 3. Inſignitæ injuriæ.

Inſile, inſilis, n. 3. ſuſpendiculum, vel perpendiculum, quod telam demiſſam examinat, dictum, ut credit Interpres Lucretii, quod appulſa pectine tela reſultet, & ſubſiliat. Alii volunt, inſilia eſſe duo inſtrumenta lignea, pedibus textorum ſuppoſita, quibus alternis reſurgentibus, & depreſſis telæ aperiuntur, & contrahuntur. *Lucr. l.* 5. *v.* 1351. Nec ratione alia poſſunt tam levia gigni inſilia, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes. *Lambin. legit inſubula*.

Inſi-

Inſilio, is, inſilui, inſilivi, inſilii, inſultum, *ſaltare in qualche coſa*, דלג, Germ. *einſpringen*, Gall. *ſauter deſſus*, Hiſp. *ſaltar en algo, o ſobre*, εἰσάλλομαι, ſaltu ingredior, vel ſuper aliquid ſalio. *Plaut. Rud.* E navi timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus. *Plin. l. 8. c. 16.* Dum ſequitur, inſilit ſaltu. *Liv. l. 6. c. 7.* Inſilire in equum. *Phædrus l. 1. Fab. 3. v. 20.* Supra lignum inſilire. *Sueton. in Claud. c. 21.* Inſilire tauros, *Ovid. 12. Metam. v. 345.* Inſilire alicujus tergo.

Inſimul, adv. idem ac ſimul. *Stat. 1. Syl. ult. v. 36.* Et gentem alis inſimul togatas. Adde *Flor. l. 2. c. ult.*

Inſimulatio, onis, f. 3. *accuſa*, שׂטנה, Ger. *beſchuldigung*, Gall. *accuſation*, Hiſp. *acuſacion*, ὑπερηγορία, accuſatio. *Cic. pro Pont. c. 13.* In falſam, atque iniquam proborum inſimulationem vocabatur.

Inſimulator, oris, m. 3. accuſator, *accuſatore*. *Apul. Apolog.* Piſcium inſimulator. h. e. accuſator magiæ, quæ eſt ex piſcium inſpectione. Adde *Pacat. paneg. ad Theodoſ. c. 43.*

Inſimulatus, a, um, adject. accuſatus, *accuſato*. *Cic. Verr. 5. c. 7.* Villicus impulſu tuo inſimulatus.

Inſimulo, as, a. 1. *accuſare*, *incolpare*, שׂטן, Germ. *beſchuldigen*, Gal. *accuſer*, Hiſp. *acuſar*, ἐγκαλεῖν, προσεπιβάλλειν, propria notat in aliquem ſimulate agere, & hinc ſumitur pro accuſare aliquem falſo, & ſimpliciter pro accuſare, criminari. *Cic. in Verr.* Illum inſimulabat falſo. *Id. in Bruto.* Nam, cum in ſylva Scantia facta cædes eſſet, inſimularenturque familia, &c. *Id. in Phil.* Probi inſimulaſti pudiciſſimam fœminam. ¶ Accipitur etiam pro ſimplici ſimulo. *Cic. 4. Verr. c. 24.* inſimulant homines fraudandi cauſa diſceſſiſſe. *Id. 3. Offic.* Solus neglexit fidem, furere inſimulavit.

Inſincerus, a, um, adject. *non ſincero*, *corrotto*, διεφθαρμένος, non integer, corruptus. *Gell. l. 5. c. 3.* Protagoras inſincerus quidem Philoſophus. *Virg. 4. Georg. v. 285.* Inſincerus cruor.

Inſinuatio, onis, f. 3. *inſinuazione*, παρείσδυσις, actus inſinuandi. *Cic. 1. de Inv.* Inſinuatio eſt oratio quadam diſſimulatione, & circuitione obſcure ſubiens auditoris animum. V. *Quinctil. l. 4.*

Inſinuator, oris, m. qui ſe inſinuat. *Arnob. l. 1. ſub fin.* Inſinuator, magiſter, atque auctor. *Tertull. l. 2. ad Nation. c. 1.* Inſinuatores Deorum.

Inſinuatus, a, um, in ſinu poſitus, ſeu conditus, a ſinu hominis. *Apul. l. 9. Metam.* Siccine vacuus, & otioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi? Sed aliqui explicant manibus inflexis, complicatis, compreſſis. ¶ Item qui ſe inſinuavit, & alicujus familiaritatem, & gratiam eſt adeptus. *Sueton. Othon. c. 2.* Per hanc inſinuatus Othoni.

Inſinuo, as, avi, atum, a. 1. *mettere nel ſeno*, ἐγκολπίζω, eſt in ſinum, vel pectus immittere, & tranſlate introducere, *inſinuare*, *introdurre*, Ger. *in ſchoß legen*, *einſchieben*, Gal. *inſinuer*, Hiſp. *inſinuar*, ὑπεισδύεσθαι, *Cic. de Am.* Callidus ille, & occultus ne ſe inſinuet. *Plaut. Mil. a. 2. 27.* Inſinuat ſe ſe ad illam amicum heri mei. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 33.* Inſinuare ſe in equitum turmas. *Liv. l. 7. c. 12.* Inſinuare ſe mucrone ſurrecto inter corpus & arma. *Cic. pro Cæcin. c. 3.* In familiaritatem alicujus ſe inſinuare. *Id. Agrar. 2. c. 3.* In eiquorum ſermona ſe inſinuare. *Virg. 2. Æn.* novus per pectora cunctis Inſinuat pavor. Subaudi *ſe*. Sic *Cic. 1. de Orat. c. 20.* Quo ita nati eſſemus, ut & blandiri, & ſuppliciter inſinuare iis, a quibus eſſet petendum, poſſemus. *Plin. paneg. c. 62.* Hoc eſt igitur, quod penitus illos animo Cæſaris inſinuavit. *h. e.* commendavit, introduxit. ¶ *Avien. Arat. v. 31.* Terræ ratem inſinuare. *h. e.* appellere, applicare.

Inſipidus, a, um, *inſipido*, תפל, Germ. *ungeſmack*, Gal. *inſipide*, Hiſp. *inſipido*, ἀηδής, ἄχυμος, quod ſaporis expers eſt, aut quod ſaporem injucundum habet. *Firmic. l. 2. Aſtron. c. 12.* Sapor falſus, & inſipidus. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ſtulto, & inſipiente. *Gel. l. 4. c. 1.* Nihil eſt prorſus iis inſipidius, qui opinantur, bona eſſe potuiſſe, &c. Al. rectius leg. *inſubidius*. Adde *Firmic. l. 11. Aſtron. c. 12.*

Inſipiens, tis, o. *pazzo*, *ſciocco*, כסיל, Germ. *unweiſe*, Gal. *fou*, Hiſp. *necio*, *o ignorante*, non ſapiens, decipiens, qui non cogitat, quæ agenda ſunt. *Cic. de Am.* Neque quicquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. *Id. de Fin.* Turpe eſt ſapientem ex inſipientium ſermone pendere. *Id. 2. Divin. c. 23.* Ego inſipientior, quam illi ipſi. *Sanct. l. 2. quæſt. nat. c. 59.* Timidiſſimus omnium, & inſipientiſſimus.

Inſipienter, adv. *ſcioccamente*, Germ. *unweiſlich*, Gal. *folement*, Hiſp. *neciamente*, ἀφρόνως, imprudenter. *Cic. de Sen. c. 19.* Sperat adoleſcens diu ſe victurum, inſipienter ſperat.

Inſipientia, æ, f. 1. *ſciocchezza*, אולת, Ger. *unweiſheit*, Gal. *folie*, Hiſp. *necedad*, ἀφροσύνη, dementia, amentia, imprudentia. *Cic. 3. Tuſc. c. 5.* Ita fit, ut ſapientia ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademque dementia.

Inſipo, is, pui, a. 3. jacio, injicio, apud vet. a ſipo. *Cato de R. R. c. 82.* Ita inſipito in aulam novam. *Pompon. Atellanarum ſcriptor.* Patrem inſipui, concluſi, condepſui. *Id. Pullone.* Facite, ut ignis fervat, ligna inſipite, far concidite. *Varro l. 4. de L. L.* Quod ita ſonet, cum aqua ferventi inſipitur. Apud Feſtum legitur etiam *inſipo*.

Inſiſto, is, inſtiti, inſtatum, vel inſtitum, n. 3. *ſtare ſopra qualche coſa*, ἐφίσταμαι, in aliqua re conſiſto. *Cæſ. 2. B. G.* Ut cum primi eorum cecidiſſent, proximi jacentibus inſiſterent. hoc eſt, ſuper mortua cadavera ſtarent, & pugnarent. ¶ Eſt item reſiſtere, ideſt, immorari, ſiſtere gradum, cujus contrarium eſt progredi, *fermarſi*. עמד, Germ. *auff etwas ſtehen*, Gal. *inſiſter*, *preſſer*, Hiſp. *inſiſtir*, ἐπιμένειν. *Cic. in Verr.* Ut, ſi ſingulis inſiſtere velim. *Id. 3. Fin.* Quæ cum dixiſſet, paulumque inſtitiſſet. Et active *fermarſi*. *Cic. 1. de Orat. c. 41. in porta*, Exſultantem ſe reprimens ſolidæ legum habenæ, & imperii inſiſtent jugo. ¶ Item ineſſe *Cic. 6. Verr.* Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrum pulcherrime factum Victoriæ. ¶ Item urgere, ſolicitare. *Plin.* Frequentius, ut id ageret, inſiſtebat. ¶ Inſiſtere haſtæ, eſt inniti. *Plin. de Vir. Illuſt.* Haſtæ inſiſtens, & ſolemnia verba reſpondens. ¶ Inſiſtere veſtigia, eſt firmare. *Virg. 11. Æn.* Utque pedum primis infans veſtigia plantis inſtiterat. ¶ Inſiſtere veſtigiis alienis, eſt inhærere, & ſequi aliena veſtigia *Quintil. in proœm. l. 3.* Sic *Cic. 3. de Orat. c. 9.* Quibus veſtigiis primum inſtiti. Et *Liv. l. 5. c. 20.* Inſiſtere veſtigiis ſuarum laudum. ¶ Inſiſtere viam, aut iter eſt viæ ſe dare, & in ea pergere, *incamminarſi*. *Plaut. Ciſt. 4. 2.* Utrum hac, an illac iter inſtiterit. *Id. Epid. 3. 3. 35.* Recta inſtitit, *ſi è ben' incamminato*. Sic, inſiſtere rationem pugnæ, h. e. inſtituere, capere. *Cæſ. l. 3. B. G.* *Terent. Eun. a. 3. 2.* Ubi quæram? quam inſiſtam viam? *che ſtrada ho io da prendere?* ¶ Inſiſtere negotium, eſt perſequi, urgere, attente agere. *Plaut. Mil. 3. 3. 55.* Inſiſtite hoc negotium ſapienter. ¶ Uſurpatur etiam pro inſtituere, incipere, aggredi. *Plaut. Capt. 3. 4. 53.* Ne quid tu hoie temere inſiſtas credere. *Cic. Fam. 10 ep. 16.* Flagitare ſenatus inſtitit Cornutum, ut &c. *Cæſ. l. 6. B. G.* Inſiſtere mente & animo in aliquam rem, *applicarſi con tutto lo ſpirito*.

Inſitio, onis, f. 3. *inneſtamento*, Germ. *impfung*, Gall. *enture*, Hiſp. *enxerimiento*, ἐμφυτεία, inſerendi actus. *Cic. de Sen. c. 15.* Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil invenit agricultura ſolertius.

Inſititius, a, um, *inneſtato*, ἐγκεντριστός, quod inſitum eſt, ut Surculus inſititius. Per Metaphoram accipitur pro omni eo, quod proprium, aut naturale non eſt, ſed aliunde aſcitum. *Plin. in Ep. 3. 4.* Cum hoc inſititium, & inductum tam præclara opera perfeceris. ¶ *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Somnum inſititium vocat, qui inter diei negotia inſeritur.

Inſitivus, a, um, adject. idem ac inſititius, *d' inneſto*, *a incalmato*. Ut inſitiva pyra. *Horat. epod. 2. v. 19.* ¶ Tranſlata inſitivi liberi, h. e. illegitimi. *Phæd. l. 3. fab. 4. v. 10.* inſitivum alimentum, h. e. lac alienæ nutricis, diverſum a lacte matris. *Gell. l. 12. c. 1.*

Inſitor, oris, m. *inneſtatore*, Germ. *pfropffer*, Gal. *enteur*, Hiſp. *enxeridor*, qui inſerit. *Plin. l. 18. c. 33.* Huic caveat inſitor calamis, gemmiſque inoculator. ¶ Hoc nomine Flamen Cerealis Deum invocabat, ut ex Fabio Pictore teſtatur *Serv. ad Virg. Georg. 1.*

Inſitum, ti, n. *inneſto*, *neſto*, τὸ ἐνκέντρισμα, ἐμφύτευμα, ſurculus ex una receſſus arbore, & in aliam implantatus. *Col. de arb. c. 26.* Terram circa arborem aggerato uſque ad ipſum inſitum.

Inſitus, a, um, *inneſtato*, *inſerito*, impoſitus, partic. ab inſeror. *Colum. de arbor. c. 20.* Arbos inſita fructuoſior eſt, quam non inſita. ¶ Tranſlate ponitur pro innato, ingenito. *Cic. 6. Ver. c. 48.* Ut animis eorum inſitum, atque innatum eſſe videatur. *Id. 3. Ver.* Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera. ¶ Item pro adſcripto. *Sall. in Cic.* Ex paulo ante inſitus huic urbi civis.

Inſitus, us, m. idem ac inſitio. *Plin. l. 14. c. 3.* Cætera regionum, locorumque, aut ex his inter ſe inſitu mixta.

Inſobres, pro Inſubres, ſcribebant Veteres, teſte *Scalig. in lib. 2. Varronis de R. R.*

Inſociabilis, le, o. 3. *che non ſi può accompagnare*, Ger. *ungeſellig*, Gal. *inſociable*, Hiſp. *inſociable*, ἀκοινώνητος, quod ſociari, vel conjungi non poteſt. *Liv. l. 27. c. 39.* Omni generi humano inſociabiles erant. *Plin. l. 16. c. 43.* Et inter ſe, & cum aliis inſociabili glutino.

Inſolabiliter, adv. *inconſolabilmente*, *ſenza conforto*, ἀπαραμυθήτως, ſine conſolatione. *Hor. 1. epiſt. 14.* Rapto & de fratre dolentis inſolabiliter.

Inſolatio, onis, f. 3. actus inſolandi, ſiccatio ad ſolem. *Plin. l. 21. c. 14.* Candidiſſima vero fit poſt inſolationem etiamnum recocta.

Inſolatus, a, um, *ſoleggiato*, ſiccatus, aut calefactus in ſole, vel ad ſolem, partic. ab inſolor. *Colum. l. 4. c. 27.* Et uvæ commodius inſolatæ percoquuntur.

Inſolens, entis, o. 3. *non ſolito*, *non avvezzo*, *inuſitato*, Ger. *ungewohnet*, *ſelten*, Gal. *inſolent*, Hiſp. *inſolente*, ἀηθής, inſuetus, inſolitus, a *ſoleo*. *Cic. pro Sext.* Non ſum tam ignarus cauſarum, non tam inſolens in dicendo. *Id. Attic. l. 2. ep. 21.* Itaque ille noſter amicus inſolens infamiæ. *Cic. in Bruto*, Nec vero ullum (verbum) aut durum, aut inſolens, aut humile, aut longius ductum. ¶ Tranſlate ponitur pro ſuperbo, arrogante, audaci. *Cic. 2. de Orat.* Non turbe inſolentem in pecunia. *Id. pro Marc. c. 3.* In victoria, quæ ſua natura inſolens, & ſuperba eſt. ¶ Item pro intemperante, immoderato *Cic. pro Sex. Roſc.* Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat, ut fit, inſolens in aliena. *Sen. Suaſor. 9.* Nihil eſt inſolentius novitio divite. *Alter Senec. de brevit. vitæ, c. 16.* Perſarum rex inſolentiſſimus.

Inſolenter, adv. *inſolitamente*, *di rado*, ἀήθως, præter morem, & conſuetudinem, raro. *Cic. 2. de Inv. c. 58.* Deinde natura ejus evenire ne vulgo ſoleret, an inſolenter, & raro. ¶ Tranſlate uſurpatur pro ſuperbe, arroganter, immoderate, *ſuperbamente*, *arrogantemente*, Ger. *hoffertig*, Gal. *inſolemment*, Hiſp. *inſolentemente*, ἀλαζονικῶς. *Cic. 4. Tuſc.* Quod aut cupias ardenter, aut adeptus te efferas inſolenter. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 46.* Pompeiani inſolentius noſtros premere. *Val. Max. l. 3. c. 2. n. 21.* Inſolentiſſime obequitantem inceremit.

Inſolentia, æ, f. 1. *inſolenza*, ἀήθεια, inſuetudo, res non ſolita, vel non conſueta. *Cic. pro Dom.* Inſolentia dominatus extulerat animos. ¶ Item novitas. *Cic. pro Deiot. c. 2.* Moveor etiam loci ipſius inſolentia. ¶ Item ſuperbia, arrogantia, *ſuperbia*, *arroganza*, Germ. *ungewonheit*, Gall. *inſolence*, Hiſp. *inſolencia*, ἀλαζονεία. *Cic. 5. Ver.* De luxuria Apronii loquor, nihil de inſolentia, nihil de ſingulari nequitia, ac turpitudine. ¶ In plur. num. *Phæd. ſub fin. l. 4.* Integritatis qui ſinceræ conſcius A noxiorum premitur inſolentiis. ¶ Item prodigalitas, nimii ſumptus, qui in cœnas fiunt, & res alias. *Cic. 9. Fam. ep. 20.* Nec tamen ad hanc inſolentiam, ſed ad illam tuam lautitiam. *Id. Phil. 9. c. 6.* Ser. Sulpitius majorum continentiam diligebat, hujus ſæculi inſolentiam vituperabat.

Inſoleſco, is, n. 3. inſolens, & ſuperbus fio, *diventar inſolente*, *inſuperbire*. *M. Cato in orat. pro Rhodienſib. apud Gel. l. 7. c. 3.* Ne Romani, Perſa quoque rege victo, ad ſuperbiam, ferociamque, & immodicum modum inſoleſcerent.

Inſolet, ebat, idem quod ſolet, aſſolet. *Cæcil. apud Gell. l. 3. c. 16.* Inſolet ne mulier decimo menſe parere? Pol nono, etiam ſeptimo, atque octavo.

Inſolidum. V. Solidum.

Inſolidus, a, um, non ſolidus, infirmus, tener. *Ovid. 15. Metam. v. 202.* tunc herba recens, & roboris expers, Turget, & inſolida eſt.

Inſolite, adv. *inſolitamente*, non eſt *Auguſt. de doctr. Chriſt. c. 23.* ¶ Sunt qui tribuunt & *Gel. l. 1. c. 2.* ſed plures libri habent *inſubide*.

Inſolitus, a, um, *inſolito*, Ger. *ungewohnet*, Gal. *inaccoutumé*, Hiſp. *deſacoſtumbrado*, *inſolito*, ἀήθης, non ſuetus. *Cic. 3. Ver.* Cur prudentiſſimas, electiſſimaſque fœminas in tantum virorum conventum inſolitas, invitaſque prodire cogis? *Cæſ. 3. B. C. c. 85.* Inſolitus ad laborem exercitus. *Salluſt. in fragment.* Genus armis ferox, & ſervitii inſolitum

Inſolo, as, avi, atum, a. 1. *ſeccar al ſole*, *ſoleggiare*, Ger. *an die ſonne legen* Gal. *ſecher au Soleil*, Hiſp. *aſſolear*, *ſecar al Sol*, ἡλιάζω, ad ſolem ſicco. *Col. l. 12. c. 39.* Quas per triduum inſolaveris. *Id. l. 4. c. 17.* Nam & ſic facilius inſolatur humus, & fructus percoquitur.

Inſolubilis, le, o. 3. *inſolubile*, ἄλυτος, quod ſolvi non poteſt. *Quint. l. 5. c. 9.* Ubi eſt ſignum inſolubile. ¶ Beneficium inſolubile, *Senec. de benef. l. 2. c. 12.* h. e. quod perſolvi non poteſt.

Inſolubiliter, adverb. ita ut ſolvi non poſſit. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Inſolubiliter vinciuntur.

Inſolum, *inſolito*, veteres pro inſolitum dixerunt. *Afran. apud Non. c. 2. n. 426.* Quod inſolum non venit cæco, ac dementi.

Inſolutus, a, um, non ſolutus, *non pagato*. Exemplum *Senecæ ex l. 2. de Benef. c. 26.* V. in Solutus.

Inſomnia, æ, f. *vigilia*, ἀγρυπνία, vigilia, ab *in*, & *ſomnus*. *Sueton. Calig. c. 50.* Incitabatur inſomnia maxime. *Gel. l. 6. c. 4.* Eadem inſomniis cruciatos periiſſe.

Inſomnietas, atis, f. inſomnia, vigilia. *Plin. Valer. l. 1. c. 35.* Inſomnietatem pati. *Theodor. Priſc. l. 2. c. 1.* Inſomnietates procurare.

Inſomnioſus, a, um, *che ſi ſogna molte coſe*, חולם, Germ. *der treume hat*, Gal. *qui ſonge beaucoup*, Hiſp. *el que mucho ſueña*, ἐνυπνιώδης, qui multum ſomniat. *Cato de R. R. c. 157.* Omnino qui inſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies.

Inſomnis, ne, o. 3. *ſenza ſonno*, *vigilante*, ער, Ger. *ohne ſchlaff*, Gal. *ſans* ſom-

ſommeil, Hiſp. *deſvelado*, ἄϋπνος, pervigil. *Stat. 3. Theb. v. 328.* Oculi inſomnes. *Virg. 9. Æn. v. 163.* Noctem cuſtodia ducit inſomnem ludo.

Inſomnium, nii, n. *ſogno*, *viſione veduta in ſogno*, חלום, Ger. *ein traum*, Gal. *ſonge*, Hiſp. *viſion en ſuenos*, ἐνύπνιον, quod in ſomnis videmus, & fere uſurpatur de malis ſomniis. *Virg. 4. Æn. v. 9.* quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent? ¶ *Cic. de ſeneƈt.* Caret ergo vinolentia, cruditate, & inſomniis. *Tibul. lib. 3. eſ. 4. init.* Dii meliora ferant, nec ſint inſomnia vera.

Inſŏno, as, ui, itum, n. 1. Idem quod ſono, vel valde ſono, reſono, *ſonare*, *riſonare*, ἐνηχέω. *Lucan. l. 1. v. 578.* Inſonuere tubæ. *Ovid. 11. Metam.* Calamus agreſtibus inſonat illa.

Inſons, tis, o. *innocente*, נקי, Germ. *unſchuldig*, Gall. *innocent*, Hiſp. *inocente*, ἀναίτιος, innocens, qui extra culpam eſt, a ſons, nocens. *Liv. l. 4. c. 13.* Etiamſi Regni crimine inſons fuerit. *Id. l. 34. c. 32.* Publiai conſilii inſons. *Ovid. Met. 13. v. 149.* Fraterni ſanguinis inſons. ¶ Item qui non nocet. *Horat. l. 2. od. 19.* Te vidit inſons Cerberus aureo cornu decorum.

Inſŏnus, a, um, *ſenza ſuono*, *che non ha ſuono*, ἄφωνος, quod eſt ſine ſono, ſeu ſtrepitu. *Apul. l. 3. A. A.* Inſono veſtigio me perduxit. *Ammian. l. 27. c. 12.* Inſonis paſſibus repentes.

Inſopībĭlis, le, adjeƈt. qui ſopiri non poteſt. *Martian. Capel. l. 9.* Inſopibilis flamma. Adde *l. 4.*

Inſopītus, a, um, *vigilante*, ἄϋπνος, inſomnis, pervigil. *Ovid. 7. Met. v. 36.* Terrigenaſque feros, inſopitumque draconem.

Inſordeſco, is, ui, n. 3. ſordidus fio. *Sidon. l. 5. epiſt. 13.* Dejeƈtu caducæ frondis ager inſorduit.

Inſortĭtus, a, um, non ſortitus. *Plaut. Caſ. 2. 4. 27.* Spicula etiam inſortita ſunt mihi. Al. leg. Etiam ſpecula in ſortitu eſt mihi.

Inſpatians, antis, in aliquo loco ſpatians. *Prudent. in Apoth. v. 197.* quem videat Babylonis ob arce tyrannus Innocuas inter flammas procul inſpatiantem. Al. leg. *exſpatiantem*.

Inſpeciātus, a, um, adjeƈt. in ſuas ſpecies non diviſus. *Tertul. adverſ. Valentin. c. 10.* Subſtantia informis, & inſpeciata.

Inſpeciōſus, a, um, adjeƈt. non ſpecioſus, deformis. *Petron. in fragment. Tragur.* Non inſpecioſus puer.

Inſpeƈtātio, onis, f. 3. aƈtus inſpeƈtandi. *Sen. l. 6. nat. quaeſt. c. 4.* Quorum adeo mihi dulcis inſpeƈtatio.

Inſpeƈtātor, oris, m. inſpeƈtor. *Symmach. l. 6. ep. 9.* Adhibiti inſpeƈtatores, muro dividi loca noſtra dixerunt. *Juret.* habet *inſpeƈtores*.

Inſpeƈtio, onis, f. *conſiderazione*, השׂכל, Ger. *beſichtigung*, Gal. *inſpection*, Hiſp. *inſpeƈtion*, ἐπίσκεψις, ἔφορεία, ἐπίσκεψις, aƈtus inſpiciendi. *Colum. lib. 1. c. 4.* Nam prima inſpeƈtione neque vitia, neque virtutes abditas oſtendit. *Quintil. l. 2. c. 18.* Poteſt aliquando res inſpeƈtione eſſe contenta. h. e. ſola conſideratione, ſine uſu. *Id. l. 2. cap. 18.* Artes in inſpeƈtione poſitæ. *le ſcienze ſpeculative*. *Cic. Phil. 2. c. 32.* Nos (augures) nunciationem ſolum habemus; Conſules, & reliqui magiſtratus etiam inſpeƈtionem. Plures interpretes legunt *ſpeƈtionem*. V. *Speƈtio*.

Inſpeƈto, as, a. 1. *guardare con diligenza*, ἐφοράω, continue, ſive attente intueor, freq. ab inſpicio. *Cic. ad Brut. ep. 4.* Utinam inſpeƈtare poſſis timorem de illo meum. *Id. Ver. 6.* Civem Romanum iſte, multis inſpeƈtantibus, ſuſtulit. ¶ Affertur etiam Suetonii exemplum in *Caſ. c. 86.* ubi inſpeƈtare pro cuſtodire, *far la guardia*, uſurpatur. Verum meliores editiones habent *ſeƈtantium* pro inſpeƈtantium.

Inſpeƈtor, oris, m. 3. ἐπίσκοπος, θεωρός, qui inſpicit, ut qui de opificiis, vel de rebus venalibus cognoſcunt. *Plin. l. 37. c. 7.* Accedit religio narrata, a ſiderum cognatione, ab inſpeƈtoribus.

Inſpeƈtus, us, ui, m. inſpeƈtio. *Apul. l. 10. Metam.* Oculi inſpeƈtu minaces.

Inſpeƈtus, a, um, nom. partic. *conſiderato*, *veduto*, *mirato*. *Plaut. Aulul. argum. 2. v. 7.* Re inſpeƈta. *Id. Trinum. 3. 3. 63.* Cauſat apud portitorem reſignatas ſibi, inſpeƈtaſque eſſe.

Inſperabĭlis, le, o. 3. *inſperabile*, Ger. *nicht zu offen*, Gal. *cequi ne ſe peut eſperer*, Hiſp. *lo que no ſe puede eſperar*, quod vix ſperari potuiſſet. *Gel. l. 4. c. 18.* Pacemque, & viƈtoriam vobis peperi inſperabilem.

Inſpērans, tis, o. 3. *che non iſpera*, *ſenza ſperanza*, Germ. *der nicht hoffet*, Gal. *qui n'eſpere poin*, Hiſp. *el que no eſpera*, ἀνέλπιστος, qui non ſperat. *Cic. 1. de Orat. c. 21.* Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem dilaberemini.

Inſperāte, adverb. *inſperatamente*, ἀνελπίστως. *Valer. Max. l. 3. c. 8. extern. 2.* Inſperatius prodeſt.

Inſperato, adv. idem quod inſperate. *Argumentum primum Aulularia Plauti v. 14.* Aulam inſperato invenit. *Apulej. lib. 9. Metam.* Inſperato reſiſtens juvenis.

Inſperātus, a, um, adjeƈt. *non iſperato*, ἀνέλπιστος, παράλογος. *Cicer. 4. Phil. cap. 1.* Conſilium inſperatum. *Ter. Eun. 3. 5. 37.* Occaſio inſperata. *Plaut. Pœn. 5. 3. 8.* Salve homo inſperatiſſime mihi. *Plin. l. 25. c. 2.* Servatus eſt ex inſperato, *fuor d'openione*, præter ſpem.

Inſpergo, is, erſi, erſum, a. 3. *ſpargere*, ἐπιπάσσω, aſpergo, abluo, & humeƈto liquorem aliquem ſpargendo. *Cic. 2. de Div. cap. 16.* Simul ac molam, & vinum inſperſeris. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus præter liquorem. *Col. l. 11. c. 2.* Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata digerenda, pars oleis, & cæteris arboribus inſpergenda.

Inſperſio, onis, f. aƈtus inſpergendi, aſperſio. *Pallad. l. 4. tit. 9.* Ruta ſeritur locis apricis, ſola cineris inſperſione contenta.

Inſperſus, a, um, idem ac ſparſus, *ſparſo*. *Hor. 1. Ser. Sat. 6. v. 67.* Velut ſi egregio inſperſos reprendas corpore nævos.

Inſperſus, us, ui, m. 4. inſperſio. *Apul. l. 9. A. A.* Comæ ſordentes inſperſu cineris. Adde *l. 7.*

Inſpĭcio, is, exi, eƈtum, a. 3. *guardare*, ראה, הביט, Germ. *darein ſehen*, Gall. *regarder dedans*, *voir de pres*, Hiſp. *mirar*, *ver*, ἐφοράω, aſpicio, intueor. *Cic. de Leg.* Nequis inſpiciat tabellam. ¶ Sæpe capitur pro intro aſpicere, valde intueri, penitus conſiderare. *Cic. in Phil. 2.* Vit ne igitur, te inſpiciamus a puero? *Plaut. Perſ. 2. 3. 13.* Inſpicere morbum tuum lubet. *Petron. Satyr.* Inſpicere querelam. h. e. cognoſcere de querela.

Inſpīco, as, a. 1. *aguzzare*, διαστοχάζω, eſt incidere, ſeu acuere ad ſpicæ, & ariſtarum ſimilitudinem. *Virg. 1. Georg. v. 292.* Ferroque faces inſpicat acuto. ¶ *Strabo Gall. c. 3.* & quas inſpicat ariſtas Ramorum ubertas.

Inſpīramentum, i, n. inſpiratio. *Cal. Aurel. Tard. 2. c. 13.* Inſpiramentis inſuere.

Inſpirate, adverb. *Valer. Max. l. 3. cap. ult. n. 2. ext.* Blandum enimum ſane temeritati caſus facit, ubi pravo conſilio propitius adſpirat: & quo vehementius nocuit, inſpiratius prodeſt. h. e. magis inſpirando, ſeu adſpirando, benignius, prolixius.

Inſpīratio, onis, f. *iſpirazione*. *Solin. c. 22.* Fontes (Aganippidis, & Hippocrenes) poti inſpirationem litterariam faciunt.

Inſpīrātor, oris, m. qui inſpirat, & injicit. *Cal. Aurel. Tard. 1. c. 5.* Apollo furoris inſpirator.

Inſpīrātus, a, um, nom. ex particip. *iſpirato*, ἐμπνευσθείς. *Juſtin. l. 18. c. 3.* Cum inſpirati vates canerent.

Inſpīrĭtālis, le, adjeƈt. non ſpiritalis. Eſt vox *Paulini epiſt. 22. (al. 7.)*

Inſpīro, as, avi, atum, a. 1. *inſpirare*, נפח, Germ. *einblaſen*, Gal. *inſpirer*, Hiſp. *inſpirar*, ἐμπνέω, afflo, intro ſpiro, ſpiritum, ſeu venenum infundo. *Virg. 1. Æn. v. 688.* Occultum inſpires ignem. *Col. l. 1. c. 6.* Et modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. *Stat. l. 1. Silv. 2.* tacitum inſpirat amorem. *Quintil. l. 2. c. 3. de leƈtione Oratorum:* Quanta deinceps in dividendo prudentia, quam ſubtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inſpiret, qua jucunditate permulceat &c. h. e. inferat id, quod dicit. ¶ Apud *Gell. l. 2. c. 3.* inſpirans litera, eſt aſpera ſpiritu notata. Nuntum eſt, inquit, Atticos ἰχθύς, ἵππος, inſpirantes primæ literæ dixiſſe. Al. leg. *inſpirantes prima litera*.

Inſpiſſātus, a, um, adjeƈt. conſpiſſatus. *Veget. l. 2. vel veterin. c. 30.* Caro inſpiſſata.

Inſpoliātus, a, um, *non ſpogliato*, non ſpoliatus. *Quinƈtil. l. 7. c. 2.* Occiſus eſt non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt. *Virg. 12. Æn. v. 394.* corpus & arma Inſpoliata feram tumulo.

Inſpūmo, as, n. 1. ſpumas emitto. *Tertul. Apolog. c. 12.* O ſacrilega convicia! infrendite, inſpumate.

Inſpuo, is, ui, utum, a. 3. *ſputare ſopra qualche coſa*, ἐμπτύω, ſuper aliquid ſpuo. *Plin. l. 22. c. 22.* Commanducata ea ſi inſpuatur, mori ſerpentem. *Id. l. 31. c. 9.* Et oculis jumentorum inſpuitur.

Inſpūto, as, a. 1. freq. ab inſpuo. *Plaut. Capt. 3. 4. 23.* Quibus inſputari ſaluti fuit. Loquitur de comitiali morbo laborantibus, quos credebant, ſi ter inſpuerentur, levari: ipſumque illum, qui inſpueret, avertere a ſe ejuſmodi malum. *Id. Capt. 3. 4. 21.* Eum morbum mihi eſſe, ut qui me opus ſit inſputarier? V. *Plin. l. 28. c. 4.* *Apul. in Apolog.* & *Taubman. ad Plaut. loc. cit.*

Inſtabĭlis, le, o. 3. *inſtabile*, נד, Germ. *unbeſtendig*, Gall. *inſtable*, Hiſp. *inſtable*, ἀστάθμητος, quod ſuo loco ſtare non poteſt. *Plin. lib. 36. cap. 14.* Rurſus ne in lubrico, atque inſtabili fundamento tantæ moles locarentur. ¶ Translata ſumitur pro inconſtanti, levi. *Virg. 4. Georg.* Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. *Aurel. Viƈt. in Galba:* Quem relas inſtabilius.

Inſtabĭlĭtas, atis, f. *incoſtanza*, Ger. *unbeſtendigkeit*, Gal. *inſtabilité*, *inconſtance*, Hiſp. *inſtabilidad*, ἀκαταστασία, inconſtantia. *Plin. l. 24. c. 17.* Hanc autem a Regibus Perſarum comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatem mentis.

Inſtans, antis, adjeƈt. o. *inſtante*, *preſente*, ἐνεστώς, præſens, qui urget, qui inſtat. *Quintil. lib. 5. cap. 12.* Præteritum, inſtans, futurum. *Cic. 4. Tuſc. c. 6.* Quæ venientia metuuntur, eadem afficiunt ægritudine inſtantia. *Tacit. 4. hiſt. c. 83.* Species terribilior, & inſtantior. *Quintil. l. 9. c. 3.* Fons quidem unus, qui acriora facit & inſtantiora, quæ dicimus, & vim quandam præſeferentia.

Inſtanter, adv. *inſtantemente*, *ſtantemente*, Ger. *beharrlich*, Gall. *fort ferme*, *avec iſtance*, Hiſp. *apreſſuradamente*, ἐπιτεταμένως, ſedulo, perſeveranter, vehementer. *Quinƈt. l. 9. c. 4.* Ubicunque acriter erit, & inſtanter, pugnaciterque dicendum. *Id. l. eod. c. 3.* Inſtantius dicere. *Gell. l. 4. c. 18.* Inſtantiſſime deſiderare. Adde *Plin. l. 7. ep. 22.*

Inſtantia, æ, f. 1. *inſtanza*, Ger. *anhaltung*, Gal. *inſtance*, Hiſp. *inſtancia*, ἐνστασις, ſedulitas, aſſiduitas, & continua intentio. *Plin. l. 3. c. 5.* Quid eſt enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia poſſit efficere? *Plin. l. 3. epiſt. 8. de differentia orationis, & hiſtoriæ:* Hæc vel maxime vi, amaritudine, inſtantia; illa traƈtu, & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet.

genere, & ratione comprehendo, ab *inter*, & *lego*, vel ab *inter*, & *lego*. Uſurpatur vel abſolute. *Cicer. 2. Off.* Quem qui audiunt, intelligere etiam, & ſapere plus, quam cæteros, arbitrantur. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. Tyroni.* Tu iſtic, ſi quid librarii manu mea non intelligent, monſtrabis. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Cic. 6. Ver.* Tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo. ¶ Vel cum præpoſ. *de*. *Id. in Vatin.* De geſto intelligo, quid reſpondeas. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Corpus quid ſit, intelligo: quaſi corpus quid ſit, nullo prorſus modo intelligo. ¶ Eſt etiam certiorem fieri, cognoſcere. *Cic. 10 Fam.* Mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commiſſurum temere. *Petron. in Satyr. c. 109.* Ut intellexit Chryſis, me perlegiſſe totum convicium, ſolent, inquit, &c. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. 1. Pis.* ¶ Significat etiam ſentire. *Colum. l. 12. c. 21.* Ut aquæ falſæ non intelligatur ſapor. *Et c. 20.* Cavendumque eſt, ne conditus ſapor intelligatur. *Id. de arborib. c. 13.* Intelligere frigus.

Intemerandus, a, um, non violandus, aut contaminandus, referturque ad res ſacras. *Val. Flac. 5. Argon. v. 640.* An Martis templa intemeranda minus?

Intemerabilis, le, adject. inviolabilis. *Claud. Mamert. l. 1. c. 2.* Intemerabilis hilaritas.

Intemerate, adverb. incorrupte. *Cod. Theodoſ. l. 15. tit. 3.* Intemerate alicui ſervire.

Intemeratus, a, um, *inviolato*, *incorrotto*, תם, Ger. *unbefleckt*, Gall. *non violé*, Hiſp. *no violado*, ἀδιάφθορος, inviolatus, incorruptus. *Virg. 2. Æn.* Per ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam, intemerata fides. ¶ Intemerata ſacra dicuntur, quæ rite perfecta ſunt, & ut ſacrificatio exigebat. *Virg. 3. Æn. v. 178.* Et munera libo intemerata focis. Ubi *Serv.* Intemerate, rite perfecta.

Intemperabilis, le, adjectiv. qui temperari, ſeu contineri non poteſt, aſſiduus, continuus, ut intemperabilis punctio, apud *Cæl. Aurel. Tard. 1. c. 4.*

Intemperans, tis, o. *intemperante*, *immoderato*, Germ. *der keine maßhalten kan*, Gal. *intemperant*, Hiſp. *deſtemplado*, ἀκρατής, intemperatus, incontinens, voluptatibus, & ventri præter modum indulgens, qui ſe in omni libidine effundit. *Cic. de Sen. c. 9.* Libidinoſa etenim, & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. ¶ Accipitur etiam pro imprudente, vel inconſtante. *Cic. 1. Acad. c. 1.* Intemperantis etiam arbitror eſſe ſcribere, quod occultari velit. *Id. in Vatin.* Fui paulo in te intemperantior fortaſſis, quam debui. *Id. 9. Fam.* Homo intemperantiſſimus.

Intemperanter, adver. *intemperatamente*, *immoderatamente*, Germ. *über die maß*, Gal. *intemperamment*, Hiſp. *deſtempladamente*, ἀκρατῶς, intemperate, immodice, inſolenter. *Cic. in Pis.* Nimis iracunde hoc quidem, & valde intemperanter. *Id. 1. Tuſc.* Hominis eſt intemperanter abutentis & otio, & literis. *Liv. lib. 31. cap. 37.* Aviditate cædis intemperantius inſecuti.

Intemperantia, æ, f. *intemperanza*, *incontinenza*, Ger. *unmäſſigkeit*, Gall. *intemperance*, Hiſp. *deſtemplança*, ἀκολασία, ἀκρασία, incontinentia, immoderatio, intemperies, inſolentia. *Cic. 4. Tuſc. cap. 9.* Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt a tota mente, etiam a recta ratione defectio, ſic averſa a præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. *Plin. l. 10. c. 33.* Intemperantia libidinis. *Id. l. 11. cap. 37.* Intemperantia riſus. *Senec. de conſtant. Sap. c. 9.* Cœli intemperantia. *h. e.* intemperies. ¶ In plurali num. *Cato R. R. c. 141.* Mars pater, te precor, uti tu calamitates intemperantiaſque prohibeſſis.

Intemperate, adv. idem ac intemperanter. *Cic. de Univ. c. 12.* Qui autem immoderate, & intemperate vixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet.

Intemperatus, a, um, *intemperato*, non temperatus. *Cic. de Am.* Nequis intemperata quadam benevolentia impediat magnas utilitates amicorum. *Id. in Piſ.* Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperantiſſimæ perpotationes pendicem? *Senec. de Conſol. ad Helv. c. 6.* Quid intemperatius?

Intemperiæ, arum, f. 1. idem ac intemperies. *Cato cap. 141.* Calamitates, intemperiaſque prohibeſſis. ¶ Intemperiæ item Eumenides, ſeu Furiæ dictæ ſunt, quia ab intemperie cerebri calida provenit inſania, ac furor, furorem autem Furiæ immittere credebantur. *Plaut. Aul. 1. 1. 30.* Neſcio pol, quæ illum hominem Intemperiæ tenent. ¶ *Gel. in præfat. ad fin.* Hominum intemperiarum, negotiorumque pleni. h. s. qui non facile patiuntur literarias exercitationes.

Intemperies, ei, f. *intemperie*, *mala diſpoſizione*, Germ. *ungewitter*, Gal. *intemperie*, Hiſpan. *deſtemplança*, δυσκρασία, rerum mixtarum inconveniens temperatura, a *temperies*, ut Intemperies cœli, cum aer immoderate aut calidus eſt, aut frigidus, aut humidus, vel ſiccus. *Liv. l. 8.* Fœdus inſequens annus ſeu intemperie cœli, ſeu humana fraude fuit. *Colum. l. 11. c. 2.* Intemperies anni. *Et ibid.* Intemperies Solis. ¶ Translate *Cic. l. 8. Attic.* Qui videor non ſtulte illius amici intemperiem tuliſſe. *h. e.* intemperantiam. *ſtravaganza di coſtumi*. *Gellius lib. 1. cap. 17.* Hæc Xantippæ intemperies in maritum Alcibiades demiratus, &c.

Intempeſtas, atis, fem. idem ac intemperies. *Plin. lib. 18. cap. 6.* Malum patremfamilias, quiſquis interdiu faceret, quæ noctu poſſet, niſi intempeſtate cœli.

Intempeſtive, adv. *non a tempo*, ἀκαίρως, importune, extra tempeſtatem, ſive tempus. *Cic. 1. Off.* Ne ſi iraſcamur aut intempeſtive accedentibus, aut impudenter rogantibus. *Ovid. lib. 4. de Pont. el. 11.* cum longa dies ſedavit vulnera mentis, Intempeſtive qui movet, ille novat.

Intempeſtivitas, atis, f. inopportunum tempus, *tempo improprio*, ἀκαιρία. *Gel. l. 3. c. 16.* Octavi menſis (ad partum) intempeſtivitas.

Intempeſtiviter, adverb. intempeſtive. *In lemmate c. 20. l. 4. Gellii.* Dicere joca quædam intempeſtiviter.

Intempeſtivus, a, um, *fuor di tempo*, *importuno*, Ger. *unzeitig*, Gall. *hors de temps, & ſaiſon*, Hiſp. *fuera de ſu tiempo*, ἄκαιρος, quod eſt præter tempeſtatem, ideſt, præter tempus, quod ſit præter temporis opportunitatem. *Cic. Att. l. 4.* Nunquam enim mihi tua aut intempeſtiva epiſtola, aut loquax viſa eſt. *Valer. Max. l. 7. c. 8. ſub fin.* Quid hoc joco intempeſtivius? ¶ Intempeſtiva convivia. Vide *Tempeſtivus*. ¶ Accipitur etiam pro ominoſo, & mali portenti, *di mal augurio*. *Plin. l. 18. cap. 3.* de indiciis tempeſtatum, Anſeres continuo clangore intempeſtivi, pecora exultantia, & indecora laſcivia ludentia, eandem ſignificationem habent.

Intempeſtus, a, um, *Intempeſtivo*, *fuor di tempo debito*, ἄωρος, [illegible], intempeſtivus. Hinc nox intempeſta, [illegible], ideſt ea pars noctis, quæ eſt inter noctem concubiam, & mediam noctem, quaſi intempeſtiva, ita dicta, quia non habet idoneum tempus rebus agendis. *Macrob. lib. 1. Sat. c. 3.* *Cenſorin. de die natali, cap. de diebus.* *Serv. in 3. Æn.* dicit eſſe mediam noctem, & dictam eſſe, quia caret tempore, quaſi inactuoſam, ſive actibus carentem, quibus tempus dignoſcitur. *Var. l. 5. de L. L.* ait noctem intempeſtam vocari, quæ eſt inter veſperuginem, & jubar, quia, ut Ælius voluit, nullum tunc eſt agendi tempus, cum homines prope omnes, aliaque animantia cubare ſoleant, unde a quibuſdam *concubium*, ab aliis *ſilentium noctis*, ab aliis *conticinium* vocatur. Denique Feſtus ſcripſit: Intempeſtam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ, quam diei poſſunt intelligi. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Repente nocte intempeſta ſervorum & armatorum concurſus, atque impetus. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod eſt ſine temperie, pro peſtilenti. *Virg. 10. Æn. v. 184.* Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Graviſcæ.

Intemporalis, le, adject. qui eſt extra tempus, hoc eſt æternus. *Prudent. in Roman. v. 316.* Intemporalis ante, quam primus dies.

Intemporaliter, adverb. intempeſtive, importune. *Cæl. Aurelian. Tard. 1. c. 4.* Intemporaliter adjutoria adhibere.

Intendo, is, endi, enſum, a. 3. *eſtendere*, *tirare*, *drizzare*, *tenicare*, נטה, Germ. *ſpannen*, Gal. *tendre*, *étendre*, Hiſp. *tender*, *enteſar*, ἐκτείνω, proprie eſt valde tendere, ſeu extendere, porrigere, quod lentum, & remiſſum eſt. *Virg. 8. Æn. v. 704.* Arcum intendebat Apollo. *Cic. lib. 16. ad Attic. epiſt. 14.* Intendere dexteram ad ſtatuam. ¶ Hinc intendere aciem, intendere oculos, eſt attentius inſpicere. *Cic. 4. Tuſc.* Aciem acrem in omnes partes intendere. *Plin. l. 2. ep. ult.* Componit vultum, intendit oculos. ¶ Tranſlate intendere animum, eſt totis ingenii viribus incumbere. *Liv. in præfat.* Ad illa pro ſe quiſque animum intendat. *Horat. l. 1. ep. 2. v. 35.* Intendes animum ſtudiis, & rebus honeſtis. *Salluſt. in Jug.* In regnum Adherbalis animum intendit. ¶ At, intendere animo, eſt animo ſtatuere, propoſitum habere, *aver' intenzione*, *e mira*. *Cic. Phil. 10. c. 4.* Si Antonius, quod animo intenderat, perficere potuiſſet. ¶ Dicimus etiam, intendere cogitationem, curam, &c. in, vel ad aliquid. *Liv. l. 37.* Omnem curam in belli apparatum intendit. *l'applicò*. *Id. l. 40.* Intendere cogitationem ad aliquid. Sic, intendere conſilium, h. e. capere. *Ter. Andr. 4. 4. 12.* Repudio conſilium, quod primum intenderam. ¶ Cum infinito. *Liv. l. 38. c. 2.* Poſtero die ducere ad Argitheam intendit. ¶ Significat etiam augere. *Tacit. l. 2. Ann. c. 38.* Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia. Sic intendere formidinem, gloriam, cupiditatem, &c. *apud eund. ſæpe*. Intendere luſum Principis, h. e. adjuvare, & augere. *Id. l. 13. Annal.* ¶ Item tendere. *Cic. pro Mur. c. 9.* Ut eo, quo intendit, cum exercitu mature perveniet. *Liv. l. 36.* Intendere iter ad Prætorem. Et *l. 20.* Intendere iter in Italiam. ¶ Item inferre, intentare. *Cic. pro Mil. cap. 14.* Dum mihi dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. h. e. in judicium vocarat. *Liv. l. 9.* Intendere crimen in aliquem. h. e. accuſare. Sic intendere periculum, h. e. faceſſere. *Cic. pro Quint.* Intendere alicui inimicorum formulam. *Suet. in Vitel. c. 7. V. Formula.* ¶ Item intentionem habere, *pretendere*, *aver' intenzione*. *Teren. 3. 3. 19.* Hanc ſe intendit eſſe. ¶ Item illigare, innectere. *Virg. 2. Æn.* Et ſuper vincula collo intendunt. ¶ Item adverſari, contendere. *Cic. ad Lentul. ep. c. l. 1.* Proxima erat Hortenſii ſententia, cum Lupus Trib. pleb. intendere cœpit. ¶ Alii leg. *contendere*. ¶ Intendere ſe adverſarium in aliquem, *dichiararſi nemico*. *Cæl. Cic. lib. 8. Fam. ep. 4.* ¶ Intendere ſe in rem, *applicarviſi*. *Quintil. l. 4. c. 1.* ¶ Intendere ſe ad firmitatem, *raſſodarſi*. *Cicer. Tuſc. 4.* Nec vero unquam ea ingemiſcit quidem vir ſapiens, niſi forte, ut ſe intendat ad firmitatem. ¶ Intendere leges, eſt earum ſeveritatem augere. *Plin. ep. 9. l. 4.* ¶ Intendere officia. h. e. officiis plene ſatisfacere. *Salluſt. in Jug.* Numidæ, ſicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. ¶ Intendere in ſe. *attendere a ſe*. *Senec. in præfat. l. 1. quæſt. nat.* Cum diſco, quid ſit Deus, totus in ſe intendat, an ad nos aliquando reſpiciat.

Intenſio, onis, f. extenſio, intentio. *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 6.* Quid eſt vox, niſi intenſio aeris? *Adde l. 8. c. 9.*

Intenſus, a, um, adjectiv. intentus, extenſus, *teſo*, *tirato*. *Nazar. in Paneg. Conſtant. cap. 23.* Virtus in parvis prope ad ſecuritatem remiſſa, in mediocribus modice intenſior. *Senec. c. de Ira, cap. 35.* Intenſior impetus. ¶ Afferuntur loca alia ex *Cicerone*, in quibus plerumque *intentus* legitur. nam *intenſus*, quamquam idem ſignificat, minus frequenter tamen uſurpatur.

Intentatio, onis, fem. actus intentandi, ut intentatio criminum, h. e. accuſatio, objectio, apud *Tertul. in Apolog. c. 46.* Intentatio digitorum, apud *Senec. l. 2. de Ira, c. 4.* h. e. intenſio, immiſſio. verba ſunt, Nec oculi ad intentationem ſubitam digitorum comprimantur. Alii tamen leg. *irritationem*.

Intentatus, a, um, extenſus, partic. ab intentor. *Liv. l. 9. c. 27.* Gladii etiam pleriſque intentati, & vulnerari quidam, necatique. ¶ Item non tentatus, ideſt non expertus, *non tentato*, ἀπείρατος. *Horat. in Art. Poet.* Nil intentatum noſtri liquere poetæ. Adde *Mart. l. 2. epigr. 14.*

Intente, adv. *intentamente*, *diligentemente*, Ger. *fleiſſiglich*, Gall. *ſoigneuſement*, Hiſp. *con cuydado*, ἐντεταμένως, accurate, diligenter. *Quintil. lib. 2. c. 8.* Audire aliquem intente, & modeſte. *Liv. l. 25. c. 23.* Intentius cuſtodire locum. *Lamprid. in Heliogab. cap. 14.* Intentiſſime expectans. *Tacit. 3. Ann. c. 35.* Intentius ſe excuſare.

Intentio, onis, f. 3. *intenzione*, *eſtenſione*, ἔντασις, τόνος, proprie idem eſt ac extenſio, augmentum, cui opponitur laxatio, vel remiſſio. *Cel. l. 6. cap. 6.* Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. *Gell. l. 16. c. 5.* Ve particula, ſicut quædam alia, tum intentionem ſignificat, tum minutionem. ¶ Ponitur etiam pro conatu, vehementia. *Cic. 2. Tuſc. c. 23.* Similiter animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. ¶ Item pro animadverſione, & diligentia, qua animus ad id, quod agendum eſt, intenditur, ſeu dirigitur. *Quintil. l. 8. c. 2.* Non ſemper tam eſſe acrem judicis intentionem, ut obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat. *Plin. in ep. 10. l. 2.* Ut tantum curæ, intentioniſque ſuſcipere & poſſint, & velint. ¶ Per Synecdochen ponitur pro voluntate, & deliberatione aliquid agendi. *Plin. in paneg. cap. 78.* Hæc nempe intentio tua eſt, ut libertatem revoces. ¶ Metonymice uſurpatur pro ſcopo, ſeu fine. *Id. lib. 5. ep. 5.* Hic tu, rogo, intentionem ſcribentis accommodes. ¶ Apud Rhetores eſt oratio, qua crimen, vel debitum alicui objicitur. *Cic. l. 1. de Invent.* & *Quintil. l. 3. c. 11.* ¶ Apud Logicos eſt major ſyllogiſmi propoſitio, *la maggiore*. *Quintil. l. 5. c. ult.* ¶ Sumitur & pro harmonia. *Auctor fragmenti de muſica, quod cum Cenſorino edi ſolet.* Organon quondam tres habuit intentiones, gravem, mediam, & acutam. ¶ Apud JCtos accipitur pro actione in judicio. *Ulp. l. 1. Dig. Si menſor &c.* Si autem ex locato fuerit actum, dicendum erit, nec tenere intentionem.

Intento, as, avi, atum, a. 1. *diſtendere*, ἀπειλέω, freq. ab intendo, ut intentare arma, gladios, ſicam, ideſt, extendere in aliquem. *Liv. l. 3. c. 47.* Intentans in Appium manus. ¶ Ponitur etiam pro comminari, *minacciare*, Ger. *trouwen*, Gall. *menacer*, Hiſp. *amenazar*, ἀπειλεῖν. *Virg. 1. Æn.* Præſentemque viris intentant omnia mortem. ¶ Item pro injicere, imponere. *Hirt. 6. B. Hiſp.* Et ei manus intentare cœperunt. ¶ Item pro tentare, experiri. *Liv. l. 8. Bell. Mac.* Irrito incepto, cum intentaſſent magis, quam iniſſent certamen, Ætoli abſceſſerunt. Sed hic fortaſſe pro *minari*, vel pro *oſtendere* accipiendum eſt.

Intentus, a, um, *Intento*, *eſteſo*, נטוי, Ger. *geſpannen*, Gal. *tendu*, Hiſp. *tendido*, ἐντεταμένος, extenſus, porrectus, ab intendor. *Cic. 3. de Orat.* Nam voces, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant.

deant. *Quintil. l. 6. c. 3.* Sella intenta loris. ¶ Item attentus, diligens. *Liv. l. 3.* Operi certe, id quod conſtat, agreſti intentus. *Quint. l. 10. c. 1.* Vix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſit. *Salluſt. in Catil. c. 2.* Intentus aliquo negotio artis bonæ famam quærit. Rurſus *Liv. l. 23. c. 35.* Intentior ſtruendæ fraudi. *Id. l. 26.* Intentus in omnem occaſionem rei gerendæ. *Cic. Phil. 11.* Intentus ad liberandum. *Id. l. 1. de Orat. c. 60.* Intentior ſermo. h. e. vehementior. *Tacit. l. 17.* Intentis alimentorum pretiis. h. e. auctis.

Intentus, us, m. extenſio. *Cic. pro Sext. c. 55.* Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnem profuderunt.

Intepeo, es, ui, n. 2. idem ac tepeo, vel tepidus fio. *Prop. l. 4. Eleg. 1. v. 124.* Et lacus æſtivis intepet Umber aquis.

Intepeſco, is, pui, n. 3. idem fere ac intepeo, *divenir tepido.* *Sen. epiſt. 78.* Ne quit intepeſcat cibus. *Col. l. 1. c. 1.* Intepeſcente frigore.

Inter, *tra, fra,* בין, German. *zwiſchen*, Gal. *entre*, Hiſp. *entre*, μεταξὺ, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt, & denotat medium quiddam, diciturque de loco, de tempore, de perſona, ab *in*, ut ſubter a *ſub*, propter a *pro*. *Cic. Att. l. 3.* Inter me, & Brunduſium Cæſar eſt. *Id. de Am.* Quæ ſæpe inter me, & Scipionem de amicitia diſſerebantur. ¶ Accipitur etiam pro *in numero*. *Cic. pro Planc.* P. Craſſus inter Equites R. ſummo ſplendore fuit. ¶ Item pro *in locum*. *Cicer. in Catil.* Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios, in M. Leccæ domum. ¶ Item pro in. *Cic. ad Q. Fr.* Hæc inter cœnam Tyroni dictavi. *Id. Verr. 7. c. 11.* Erat exitus ejuſmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur. Sic inter diem, pro inter diu. *Gel. l. 9. c. 4.* Inter vias. *Terent. Eun. 4. 2. 1.* pro in via. ¶ Item pro *intra*. *Cic. pro Quint. c. 14.* Qui intra tot annos ne appellarit quidem Quintium. ¶ Inter hæc, *in queſto mentre*, tranſitionibus inſervit. *Liv. l. 24. & alibi.* ¶ Uſurpatur etiam pro *invicem, mutuo*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Dii inter ſe diligunt. ¶ Item pro *poſt*. *Virg. 6. Æn. v. 30.* Hunc inter fluvio Tyberinus amœno. ¶ Componitur fere cum omnibus literis. Sed in *intelligo*, & ſimilibus *r* in *l* mutatur.

Interæſtuo, as, avi, atum, n. 1. per intervalla æſtuo. *Plin. lib. 6. epiſt. 16.* Stomachus illi natura invalidus, & frequenter interæſtuans erat.

Interalbico, as, n. 1. eſt colorem album per intervalla oſtendere inter alios colores emicantem, quod in quibuſdam varii coloris gemmis accidere ſolet, & in veſtibus quibuſdam. *Plin. l. 37. c. 10.* Leucochryſos fit chryſolitus interalbicans.

Interamentum, i, neut. quidquid ad aliquid interius muniendum, vel inſtruendum requiritur, ab *inter*, vel *intra*. *Liv. l. 28. c. 45.* Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in vela, Volaterrani interamenta navium, & frumentum polliciti ſunt. h. e. interiorem navium apparatum. Aliquis legit *incera menta*. h. e. picem, & ceram, & ſimilia ad naves oblinendas. V. *Cera* in fine.

Interamna, f. 1. *Terni, Terani*, urbs Umbriæ ſuperbito ad Narem flu. in planitie, inter Spoletium 12. M. P. & Narniam 6. in via, quæ Romam ducit. Pop. *Interamnates*. ¶ Interamna altera, opp. Volſcorum, in Latio, in R. Neap. & in prov. Terræ laboris, ad Lirim fl. aliquot mill. infra Inſulam ad Mer. cujus nunc veſtigia viſuntur prope vicum *Ponte Corvo*. Alii credunt, fuiſſe paulo ſupra, ubi nunc caſtr. *l' Iſoletta*, aliquot mill. ab Aquino in Occ. Alius eſt *Torre de Termine*.

Interamnanus. V. Interamnus.

Interamnia, f. 1. *Teramo*, urbs alias Samnitum, in Prætutiano agro, nunc R. Neap. in Aprutio ult. ab ora maris Hadriatici 14. M. P. in Occ. inter Batinum, & Vomanum fl.

Interamnis, e, adject. qui eſt ex Interamna. *Cic. pro Mil.* C. Caſſius Interamnis.

Interamnus, vel Interamnanus, a, um, adject. qui inter duos amnes jacet, μεσοποτάμιος. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 56.* Terras interamnas (*Meſopotamiæ ſcilicet*) recepimus. Al. leg. Interamnanas. *Solin. c. 32.* Spatia amplecti interamna.

Interanea, orum, n. 2. *interiori, vel ſtrepa*, inteſtina, ab intra, quod intra corpus ſint condita. *Plin. l. 30. c. 7.* Interaneorum morbi. *Id. l. 32. c. ult.* Lens paluſtris glutinat interanea procidentia. *Colum. l. 9. c. 14.* Aves occiſas exemptis interaneis. ¶ In ſingulari num. *Plin. 32. 9.* Procidentis interanei morbus.

Interaneus, a, um, internus, intimus. *Plin. 20. 51.* Hippoſelinum poto ſemine torminibus interaneis medetur.

Interareſco, is, arui, n. 3. *ſeccarſi in tutto*, διαξηραίνομαι, eſt penitus areſcere, hoc eſt, omnino aridum fieri. *Cicer. 5. Tuſc. cap. 14.* Nihil enim interareſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit.

Interatim, adv. idem ac interim. *Feſtus.*

Interbibo, is, n. 3. *bere tutto*, ἐκπίνω, totum bibo, plane ebibo. *Plaut. Aul. 3. 6. 22.* Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt.

Interbito, is, n. 3. idem quod intereo, pereo. *Plaut. Moſt. 5. 1. 47.* Ne illi huc confugere poſſint, quæſtioni quam dabo, Hic ego tibi præſidebo, ne interbitat quæſtio. Eadem ſignificatione uſurpatur *Perbito* ab eodem Plauto, & aliis apud Nonium c. 2. 654. Itaque minus recte plures Lexicographi interbitam exponunt, intervenire.

Intercalaris, & porrecta. V. Interciſi dies.

Intercalaris, & re, o. 2. *interpoſto*, ἐμβόλιμος, ἐμβολιμαῖος, quod interſeritur, interjectitium, interpoſititium, ut Menſis intercalaris, ideſt, Februarius, cui dies quarto quoque anno, Terminalibus jam peractis, intercalabatur, ſeu inſerebatur, nempe inter diem 24. & 25. ſeu ante 5. Cal. Martii, ut anni civiles cum aſtronomicis congruerent, a *cala*, voco, vel potius ab *inter*, & *calendæ*, quia illa dies inter ſextum, & quintum calendas Martias interponebatur. V. *biſextus*. ¶ Intercalares calendæ, dicebatur primus dies Februarii. Sed aliqui intelligunt calendas Martii, quia intercalationem in Februario factam, quinque tantum diebus interpoſitis, ſequerentur. *Cic. ad Lentul. l. 6. Fam. ep. 15.* Cum ad tertium calendas intercalares rogatu fratrum tuorum veniſſem mane ad Cæſarem. ¶ Intercalaris verſus eſt, qui frequenter intercalatur, ac repetitur, ſeu inter aliquos verſus interponitur. *Serv. in 8. Ecl.* dictus eſt ad exemplum, quo dicebant *dies intercalaris*. Sed *Voſſ. & Scal. lib. 7. de emend. temp.* contra ajunt, veteres diei intercalationem vocaſſe a carmine ſuccentivo, quod colis, & ſtrophis abſolutis iterabatur. Hujus exemplum habes in *Virg. Ecl. 8.*

Intercalarium, rii, n. ſubſt. tempus, quod intercalatur, ut annus cum curſu Solis conveniat. *Cic. 2. Ver. c. 52.* Tunc Cephaleditani decreverunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, ut reliqui menſes in ſuam rationem reverterentur.

Intercalarius, a, um, idem quod intercalaris. *Liv. l. 37. c. 59.* Triumphavit menſe intercalario pridie calendas Martias.

Intercalatio, onis, f. interpoſitio. *Plin. l. 1. c. 47.* Per ſingulas intercalationes. *Macrob. l. 1. Sat. c. 13.* Omni intercalationi menſis Februarius deputatus eſt. V. *Intercalaris*.

Intercalator, oris, m. qui interponit. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 13.* Octo intercalatores dies.

Intercalatus, a, um, interpoſitus, atque ita dilatus, prorogatus. *Liv. l. 9. c. 9.* Hanc jam ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant. V. *intercalo*.

Intercalo, as, a. 1. *interporre, intrametterc*, παρεμβάλλω, interfero, interpono. Sæpe uſurpatur impersonaliter. *Cato de R. R. c. 150.* Si intercalatum erit calendis Majis, anno 10. ne amplius promittat. *Plin. l. 18. c. 25.* Ita, ut 12. annis continuis non intercalaretur. ¶ Ponitur etiam pro differre, prorogare. *Cic. Att. l. 5. ep. ult. in fin.* Cum ſciam, Romæ intercalatum ſit, nec ne. *Id. ibid. ep. 9.* Te rogo, ut pugnes, ne intercaletur. Sed etiam in his locis poteſt exponi pro *interponere*: e. g. Ne interponatur aliquid ſpatii.

Intercapedinatus, a, um, nom. ex particip. intervallo diſtinctus, diviſus. *Martian. Capel. l. 9.* Vaneſcentia intercapedinatæ prolixitatis oblivia.

Intercapedo, inis, f. *intervallo*, Ger. *was darzwiſchen iſt*, Gal. *intervalle*, Hiſp. *intervalo*, διάστημα, ἐκεχειρία, quod inter duo temporis ſpatia intercipitur, interſtitium temporis. *Cic. Tyroni, l. 16. Fam.* Itaque jam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe. *Id. 1. Fin. c. 18.* Quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ. ¶ Generatim accipitur pro quovis intervallo. *Sueton. in Veſpaſ. c. 10.* Litium ſeries excreverant, intercapedine juriſdictionis. Adde *Cic. Fam. 9. ep. 22.*

Intercardinatus, a, um, adject. ut intercardinatæ trabes, h. e. cardine ſimul colligatæ, *incaſtrate*, apud *Vitruv. l. 10. c. 20.*

Intercedo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *frapporſi*, ἐνίσταμαι, propria idem eſt, quod medium eſſe, & inter duo ſpatia ſive temporis, ſive loci interponi, intervenire, interjacere. *Cæſ. l. 1.* Non ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias itineris, & magnitudinem ſylvarum, quæ inter eos, & Arioviſtum intercederent. *Cic. 2. de Or.* Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ. ¶ Accipitur etiam pro eſſe, extare, ut Amicitia, neceſſitudo, ſocietas, affinitas, controverſia, diſſenſio mihi cum aliquo, vel inter nos intercedit. *Cic. 1. Fam. ep. 2.* De his rebus Senatus auctoritas graviſſima interceſſerat. *Id. Ap. Pulchro, l. 3. Fam.* Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt. ¶ Item pro opponere ſe, hoc eſt, rem aliquam impedire, & prohibere, quod apud Romanos proprium fuit Tribunorum plebis, *intercedere, intrometterſi, impedire*, ἐνίστασθαι. *Cic. 10. Fam.* Meæque ſententiæ rogatu Servilii P. Titius interceſſit. *Cæſ. l. 8.* Nihil intercedit, quominus Samnitis populo pacis, belliqueque arbitrium ſit. *Ter. Andr. 5. 5.* Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit, intervenerit, vel impedierit. ¶ Item pro ſpondere, fidejubere. *Cic. Att. l. 1.* Acceſſivit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. *Id. Att. l. 6. epiſt. 1.* Adſcribit, & quaſi calcar admovet, interceſſiſſe ſe pro iis. ¶ *Plin. l. 38. c. 1.* Quadringentorum remigum obſequio contra ſe intercederet, hoc eſt impediret, ne ii remiges obſequerentur, & navim agerent. De echeneide piſce loquitur. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. de Provinc. Conſ.* Qua intercedi de provinciis non licebit. *Id. lib. 1. Fam.* Qui ſcis interceſſum eſſe.

Interceptio, onis, f. *occupazione*, actus intercipiendi. *Cic. pro Cluent. c. 60.* Per quem porro datum? unde ſumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Interceptor, oris, m. qui intercipit. *Liv. l. 4. c. 50.* Prædonem interceptorem, fraudatoremque etiam malum minari militibus? *Id. l. 3. c. ult.* Interceptor litis alienæ.

Interceptus, a, um, *intercetto, tolto di mezzo*, μεταληφθείς, particip. ab intercipior. *Cic. ad Q. Fr.* Ne cujuſquam animum meæ litteræ interceptæ offendant. *Plin. in ep. 30. l. 10.* Interceptus mortalitate. h. e morte præventus. *Tacit. Ann. 3. c. 12.* Interceptum veneno. h. e. extinctus.

Interceſſio, onis, f. 3. *oppoſizione, impedimento*, ἀντίρρησις, oppoſitio, prohibitio, ne quid fiat. Erat autem interceſſio propria Tribunorum, quibus jus fuit intercedendi, hoc eſt, vetandi, prohibendique. Nam (ut Gel. docet l. 13. c. 13.) Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non juri dicendo, ſed interceſſionibus faciendis, ut injuria, ſi qua fieret, arceretur, & ut vim fieri prohiberent. *Cic. 2. Phil.* Cum auſpicia Augur, interceſſionem Conſul ſuſtuliſſet. ¶ Item interventus, præſentia. *Gell. l. 14. c. 2.* Probari debere pecuniam datam, chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione. ¶ Dicitur etiam de fidejuſſione in re pecuniaria, quemadmodum intercedo pro fidejubeo adhibetur, quod V. loco ſuo. *Cic. l. 1. Att. epiſt. 3.* Mea interceſſio & eſt, & fuit parata. *Id. Parad. 6. cap. 2.* Interceſſiones pecuniarum in coitionibus candidatorum.

Interceſſor, oris, m. *chi s'oppone*, מונע, Germ. *verhinderer*, Gall. *interceſſeur*, Hiſp. *interceſſor*, ἐνστάτης, μεσίτης, oppoſitor, qui intercedit. *Cic. Agrar. 2. cap. 12.* Cum interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit, non rem impeditura. *Liv. l. 4. c. 53.* Interceſſores legis Agrariæ. ¶ Item fidejuſſor. *Senec. ep. 119.* Nolo per interceſſorem mutueris.

Interceſſus, us, m. interventus. *Valer. Maxim. l. 5. cap. 4. n. 2.* Conſulem graviter ſaucium interceſſu ſuo ſervavit.

Intercido, is, cidi, ciſum, a. 3. *tagliare per mezzo*, o *in mezzo*, διακόπτω, per medium ſeco, ex *inter*, & cædo. *Plin. l. 6. ep. 22.* Corrupto ſcribæ ſervo interceperat commentarios, interciderat que. *Colum. l. 4. c. 32.* Arundinetum denſatum poteſt intercidi, & diſrarari: quod opus ruſtici caſtrationem vocant.

Intercido, is, cidi, caſum, n. 3. *cadere*, παρεμπίπτω, idem ac cado, vel inter aliqua cado. *Liv. l. 26.* Ut vix ullum telum in mare vanum interciderat. ¶ Eſt item perire, interire, deficere, *perire*, ἀπόλλυμαι. *Cic. pro Dejot.* Pereant amici, dum una inimici intercidant. *Liv. l. 2. cap. 8.* Credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit Conſulatum, memoria interciſſe. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 6.* Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox. h. e. ſi oblitus fueris.

Intercinctus, a, um, *diſtinto*, maculis quibuſdam circumquaque diſtinctus. *Plin. l. 37. c. 10.* Candore intercincto variis coloribus. Melius legitur interſtinctus.

Intercino, is, n. 3. *cantare in mezzo*, ὑπᾴδω, cantum interiſero, interpono, inſero. *Hor. in ar. poet. v. 194.* Neu quid medios intercinat actus, quod non propoſito conducat; hoc eſt, nihil ſcribat, quod non ad propoſitum faciat.

Intercipio, is, epi, eptum, a. 3. *togliere di mezzo*, לכד, Ger. *auffſahen*, Gal. *intercepter*, Hiſp. *entrefacar, tomar*, μεταλαμβάνω, interverto, impedio, efficio, ne quid eo perveniat, quo deſtinatum eſt. *Cicer. pro Cluen.* Id, cum daretur in mulſo, Balbutium quendam ejus familiarem intercepiſſe, bibiſſe, ſtatimque eſſe mortuum. *Caſſius ad Cic. l. 12. Fam. ep. 13.* Intercipere litteras. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 6.* Intercipere regnum. *Id. in Paneg.* Intercipere victoriam. *Col. lib. 9. cap. 3.* Intercipi morbo. ¶ Eſt item aliquem inter agendum occupare, incautum per inſidias capere. *Plaut. Aſin. 1. 1. 93.* Quid ſi forte in inſidias devenero? tum redimes me, ſi me hoſtes interceperint. *Tacit. Agric. c. 5.* Exercitus intercepti. h. e. deleti. *Nepos in Iphicrate c. 2.* Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit. Al. leg. *interfecit*. V. Mora. ¶ Intercipere iter, *ferrar la ſtrada*. *Curt. l. 4. cap. 2.* Præceps in ſaltum iturus pedeſtre intercæperat iter.

Intercise, adv. *diviſamente*, συντόμως, ſectim, & per inciſiones. *Cicer. in Partit. c. 7.* Deinde idem interciſa, atque permixta. *Gell. l. 12. c. 2.* Hæc etiam ſparſim, & interciſe commeminimus.

Interciſi dies, erant ſpecies dierum promiſcuorum, qui prima, & ultima parte erant nefaſti, ſed media faſti erant. *Macrob. l. 1. Sat. c. 16.* Dicti ita fuere, quia faſti erant inter cæſa, & porrecta, idest, inter cædem hoſtiæ, & oblationem extorum. Nam medio illo intervallo Sacerdos cæremonias quaſdam peragebat, & tunc Prætori licebat fari verba illa, *do, dico, addico*, idest juriſdictionem exercere. Vel interciſi dicti ſunt, quia inter primam diei partem, & ultimam fas intercedebat, vel etiam, quia nefas ſacrificio interciſum fuerat. *Varro lib. 5. de L. L.* Vel ita appellati ſunt, quod diviſi eſſent, partem eorum ſibi Diis, partem hominibus vendicantibus. Sed id commune erat omnibus diebus promiſcuis, qui Deorum, hominumque communes erant. Iidem dies *Endoterciſi* vocabantur. Nam veteres *endo* pro *in* dicebant. Hi dies in Calendario literis *En.* ſcribebantur.

Interciſio, onis, f. *rodimento*, eroſio, morſus. *Plin. l. 20. c. 14.* Interciſiones ſtomachi. Al. leg. *Item roſiones*. *Varr. in fragment.* A ſecuris interciſione.

Interciſivus. V. Interſecivi.

Interciſus, a, um, nom. ex partic. *tagliato a mezzo*, *troncato*, abruptus, reſciſſus. *Cicer. in Parad.* Interciſæ pactiones. *Caſ. lib. 8. B. G. cap. 14.* Jugum mediocri valle a caſtris interciſum. ¶ Dies interciſi, V. ſup. *Interciſi.*

Intercludo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſerrare*, *chiudere*, עצר, Germ. *darzwiſchen zuſchlieſſen*, Gal. *enclorre*, *fermer*, Hiſp. *cerrar*, *eſtorvar*, ἀποκλείω, claudo, interſepio. *Cic. Att. l. 9.* Ut plane intercluſi, captique ſimus. ¶ Sæpe uſurpatur pro iter claudere, iter impedire. *Var. l. 1. de R. R. c. 63.* Ita, ut quibuſdam ſit intercluſa anima. ¶ Item pro impedire. *Virg. 9. Æn. v. 110.* Sæpe illos aſpera ponti interclusit hyems. *Caſ. 1. B. C.* Hoſtes intercludere ab oppido, & ponte. ¶ Fugam intercludere, eſt iter occupare, per quod inimici fugam arripere poſſent. *Caſ. 7. B. G. c. 11.* ¶ Commeatum alicui, vel commeatu aliquem intercludere, eſt impedire, & itinera obſidere, ne inimicis commeatus poſſit deferri. *Plaut. Mil. a. 2. 68.* Intercludе inimicis commeatum, tibi muni viam. *Caſ. 1. B. G. c. 48.* Eo conſilio, uti frumento, commeatuque, qui ex Sequanis, & Heduis importaretur, Cæſarem intercluderent. ¶ *Cic. Att. l. 8. c. 8.* Intercludi dolore. *h. e.* opprimi.

Interclusio, onis, f. *impedimento*, עצור, Germ. *verhinderung*, Gal. *compement*, *empêchement*, Hiſp. *encerramiento*, *eſtorvo*, ἀποκλεισις, impedimentum, occupatio. *Cic. 3. de Orat. c. 48.* Clauſulas enim, & interpuncta verborum animæ interclusio, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt. *Quinctil. l. 9. c. 3.* Parentheſim interclusionem appellat.

Intercluſus, a, um, *ſerrato*, *impedito*, clauſus, impeditus. *Cic. Att. l. 8. ep. 11.* Nobis iter illud omnino intercluſum videtur. *Curt. l. 3. c. 6.* Intercluſus ſpiritus.

Intercolumnium, n. *ſpazio fra l'una, e l'altra colonna*, Germ. *ein ſach zwiſchen zwoyen ſeulen*, Gal. *eſpace entre deux colomnes*, Hiſp. *eſpacio entre dos colomnas*, μεσοστύλιον, ſpatium inter columnas. *Vitruv. l. 3. c. 1. Auct. ad Her. l. 4.* Ædes, intercolumnium, angulum, fornicem. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Intercolumnia ambulationis conveſtit hedera.

Interconcilio, as, avi, atum, a. 1. idem ac concilio, idest, benevolum reddo. *Quinctil. l. 12. c. 10.* Sive aliud interconciliandi videtur præſtare officium.

Interculco, at, avi, atum, a. 1. calco in medio, vel inter aliqua, ex inter, & calco. *Col. l. 12. c. 41.* Ita diſtantem, ut interculcari poſſint vinacea.

Intercurro, is, intercurri, rſum, n. 3. *intervenire*, μεσοτρέχω, intervenio, intercedo. *Cic. 8. Phil. c. 6.* Pugnatur acerrime, qui intercurrerent, miſimus tres principes civitatis, hos contempſit Antonius. *Id. 2. Tuſc.* Ergo his laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercurſo, as, avi, atum, n. 1. frequentat. ab intercurro, ſed ejuſdem fere ſignificationis. *Liv. l. 2. c. 35.* Intercurſantibus barbaris. *Plin. l. 3. c. 26.* Æſtuariis intercurſantibus. ¶ Per tmeſim *inter enim curſant* dixit *Lucret. l. 3. v. 263.*

Intercurſus, us, m. *intervento*, *il frapporſi*. *Liv. l. 2. c. 29.* Conſulum intercurſu ira ſedata eſt. *l. 34. c. 5.* Intercurſu matronarum inter duas acies prælium ſedatum eſt.

Intercus, utis, o. p. gen. c. *tra carne, e pelle*, Germ. *zwiſchen haut, und fleiſch*, Gal. *entre chair, & chair*, Hiſp. *entre cuero, y carne*, ὑποσάρκιος, ὁ ἐπὶ σάρκα, inteſtinus, quaſi inter carnem, & cutem, vel quaſi intra cutem, ut *Aqua intercus*, quæ vulgo hydropiſis dicitur, cum intra cutem aqua colligitur, qua corpus turgeſcit. *Cic. 3. Off.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. *Cato de intercutibus, apud Priſcian.* Intercutibus ſtupris flagitati. ¶ Tranſlate ponitur pro occulto, ut *Vitium intercus*, quod foris non apparet, quaſi intra cutem conſiſtens. *Gell. l. 13. c. 8.* Cum vitia facundiſſime accuſarent, intercutibus vitiis ipſi madentes.

Intercuſſus, us, m. ab *inter*, & *quatio*. *Senec. l. 3. quæſt. natur. c. 27.* Quod olim fuerat nubilum, nox eſt, & quidem horrida, & terribilis, intercuſſu luminis diri. *h. e.* lumina inter noctem ſe quatiente. Quidam vetus codex habet *intercurſu*.

Intercutiti, mares ſtuprum paſſi, qui etiam inter cutem flagitati vocantur. *Feſt.*

Interdatus, a, um, adject. *Lucr. l. 4. v. 866.* Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus, Et recreet vires interdatus. h. e. interjecto convenienti temporis ſpatio datus, vel, inter corporeos meatus diviſus.

Interdianus, a, um, adject. interdius, diurnus. *Cal. Aurel. Tard. 3. c. 9.* Poſt interdianum cibum ambulatio adhibenda.

Interdico, is, xi, ctum, a. 3. *interdire*, *proibire*, *vietare*, צוה, Germ. *verbieten*, Gall. *defendre*, Hiſp. *vedar*, *entredezir*, παραγγέλλω, veto, prohibeo, decretum interpono. Dicitur de loco, de homine, de re. Interdum uſurpatur ut activum 3. ordinis. *Liv. l. 34. c. 7.* Fœminis duntaxat uſum purpuræ interdicemus. *Id. l. 8.* Interdictumque mare Antiati populo eſt. *Sen. l. 3. de ira.* Statim illi domum meam interdicam. *Cic. pro Domo.* Ut mihi aqua, & ignis interdiceretur. Plerique leg. *igni*. ¶ Interdum in primo activorum ordine. *Suet. de Ner. c. 13.* Et cum interdixiſſet uſum amethyſtini, ac Tyrii coloris. ¶ Frequentiſſime eſt neutrum 3. ordinis, ſed præter dat. perſonæ exigit abl. rei ſine præp. *Caſ. 1. B. G.* Qua arrogantia in colloquio Arioviſtus uſus omni Gallia Romanis interdixiſſet. ¶ Conſtruitur etiam cum conjunctivo, & particula *ut*, vel *ut ne*. *Cic. de Fin.* Mihi, ne faciam, interdictum puto. *Id. de Or.* Non interdictum eſt a rerum natura, aut a lege aliqua, aut more, ut ſingulis hominibus ne amplius, quam ſingulas artes noſſe liceat. ¶ Et cum infinito. *Sueton. in Galb. c. 6.* Pari ſeveritate interdixit commeatus peti. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter paſſive. *Cic. 6. Phil.* Tanquam ſi illi aqua, & igni interdictum ſit. ¶ Aliquando eſt interdictum promulgare. *Cic. pro Cæc.* Prætor interdixit, ut unde dejectus eſſet, reſtitueretur. *Id. ibid.* Prætor Dolabella interdixit de vi, hominibuſque armatis. ¶ Aliquando eſt obſtare, & tunc cum ſolo dativo conſtruitur. *Cic. 4. Ver.* Si Prætor improbus, cui intercedere nemo poſſit, det, quem velis, judicem. ¶ Interdicere rem capitalem alicui, h. e. capitis accuſare. *Cato apud Chariſium l. 2.* Cum otioſus ambulas, qui apud Regem fuiſti, domi cum ille ſibi interdixit rem capitalem. ¶ *Interdixem* pro *interdixiſſem*, *Q. Catulus in quodam carmine apud Gell. l. 19. c. 8.* Quid ſi non interdixem?

Interdictio, onis, f. *proibizione*, מניעה, Germ. *verbietung*, Gall. *deffenſe*, *interdiction*, Hiſp. *entredicho*, *prohibicion*, ἀπόῤῥησις, prohibitio. *Cic. pro Dom.* Non ademptione civitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. *Liv. l. 42. ad fin.* Ne interdictione finium noſtrorum & nos quoque regno arceamur.

Interdictor, oris, m. qui interdicit. *Tertul. de Præſcript. c. 33.* Interdictores nuptiarum.

Interdictum, i, ſub. n. *interdetto*, *divieto*, παράγγελμα, παραγγελία, vetatio, prohibitio, idem ac interdictio. *Cic. in Piſ.* Numen, interdictumque Deorum vendidit. *Id. 1. de Or.* Multiſque præſſem, qui interdicto tecum contenderent. ¶ Sed proprie Interdicta erant formæ, & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat; quod tunc maxime faciebat, cum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur. *Cic. in Rullum.* Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur?

Interdictus, a, um, *vietato*, vetitus, prohibitus, partic. ab interdicor. *Cic. pro Corn. Balbo.* Non modo nullo propoſito præmio, ſed etiam interdicto. *Suet. in Cal. c. 25.* Breviſque miſſam facit, interdicto cujuſquam in perpetuum coitu.

Interdiu, adv. *di giorno*, μεθ' ἡμέραν, die, de die, per diem, cui contrarium eſt noctu. *Auct. ad Her. l. 2. c. 4.* Qua parte anni, qua hora, noctu, an interdiu. *

Interdius, idem ac interdiu, apud vet. *Plaut. Aſin. 3. 3. 9.* Negotioſus interdius. *Id. Aulul. 1. 1. 33.* Pervigilat noctes totas, tum autem interdius, quaſi ſutor claudus, domi ſedet totos dies.

Interduatim, adv. idem ac interdum, apud vet. *Feſt.* Affertur & locus *Plauti in Trin. 4. 4. 29.* ſed non caret varia lectione.

Interductus, us, m. διαστολή, interpunctio, & diſtinctio, quæ inter ſententias a librariis duci ſolet. *Cic. in Orat. c. 68.* Ne infinite feratur, ut flumen, oratio, quæ non aut ſpiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, ſed numero coacta debet inſiſtere.

Interdum, adv. *qualche volta*, ἐνίοτε, aliquando, nonnunquam, ex *inter*, & particula *dum*. *Cic. de Fin.* Interdum, vel potius omnium ſæpe id accidit. *Id. de clar. Orat. c. 67.* Genus acuminis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. ¶ Videtur etiam uſurpari pro *interim*. *Juſtin. l. 11. c. 9.* Movebat hæc multitudo hoſtium reſpectu paucitatis ſuæ Alexandrum, ſed interdum reputabat, quantas res cum iſta paucitate geſſiſſet. *Velle. l. 2. c. 74.* L. Antonius vitiorum fratris ſui conſors, ſed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers. Adde *Apulej. ſub init. l. 3. Metam.*

Interduo, is, a. 3. pro interdo, as, c. 1. idem fere ac do. *Plaut. Capt. 3. 5. 36.* Dum pereat, nihil interduo. *Id. Trin. 4. 2. 152.* Ciccum non interduim.

Interea, adverb. *tra tanto*, *fra queſto mezzo*, ἐν τούτῳ, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, interim, ex *inter*, & *ea*. Habet ultimam longam, atſi accuſativus *ea* corripitur, quia adverbium eſt, ut *præterea*, *antea*, & ſimilia. *Cic. pro Rab.* Nec interea verbum interpoſuit Nævius. ¶ Ponitur etiam pro tamen. *Virg. 1. Georg.* Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ. ¶ Interea loci, *fra queſto tempo*, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, idem eſt, quod interea temporis. *Ter. Heaut. 2. 3. 16.* Tu interea loci collocupletaſti te, Antiphila.

Interemptibilis, le, adject. qui interimi poteſt. *Tertul. l. 3. cont. Marc. c. 6.*

Interemptio, onis, f. 3. *uccisione*, ἀναίρεσις, actus interimendi, occiſio. *Cic. pro L. Manil. c. 11.* Iter Gallorum interemptione patefactum eſt. Ita legit *Gruter.* Alii *internitione*, vel *internecione*. *Porcius Latro declam. in Catil.* Haſtam contorquere in omnium interemptionem.

Interemptor, oris, m. qui interimit, *uccisore*. *Senec. epiſt. 70.* Interemptorem ſui fieri. Adde *Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 2.*

Interemptrix, icis, f. quæ interimit. *Lactant. l. 1. c. 10.* Fratris interemptrix. Adde *Tertul. de Spectac. c. 17.*

Interemptus, a, um, particip. *ucciſo*. *Horat. l. 4. od. 4. v. 72.* Aſdrubale interempto.

Intereo, is, interii, itum, n. 4. *perire*, *morire*, ἀποθνήσκω, occido, intercido, pereo. *Cic. 3. de nat. Deor.* Non intelligo, quomodo calore extincto corpora intereant, non intereant autem aut humore, aut ſpiritu amiſſo. *Id. pro Arch. c. 8.* Quas (tabulas) Italico bello, incenſo tabulario, interiiſſe ſcimus omnes. *Id. 1. Acad. c. 7.* Nil calentius, a quo intereat. *Plaut. Bacch. 5. 1. 7.* Omnibus exitiis interii. ¶ *Interii* frequens eſt deſperantis exclamatio apud Comicos. *Plaut. Bacch. 4. 7. 38.* Qui ſunt in lecto illo altero? N. Interii miſer! ¶ Interire pro inter aliquid ire, ſpectata verbi compoſitione, habet *Sever. in Ætna, v. 452.* Candentes efflat lapides, disjectaque ſaxa intereunt venis. Sic Gloſſæ vet. *intereo*, ὑποστρέφομαι.

Interequito, as, n. 1. *cavalcare tra mezzo*, διϊππεύω, in medio equito. *Caſ. l. 6. B. G.* Equites interequitant. *Liv. l. 6. c. 7.* Ordines interequitant.

Intererro, as, avi, atum, n. 1. inter aliquid erro. *Prudent. Cathem. 6. v. 45.* Non ſplendor intererrat.

Intereſt, imp. anom. n. 1. *importare*, *appartenere*, διαφέρει, refert, pertinet, ab *inter*, & *ſum*. Conſtruitur cum nomin. & genit. *Cic. l. 1. ad Q. Fr.* Hoc vehementer intereſt Reipublicæ. ¶ Loco nominativi ſæpe conſtruitur cum infinitivo, ut omnia impersonalia. *Cic. 2. Phil.* Quis enim eſt hodie, cujus interſit iſtam legem manere? ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. in Fam.* Utriuſque noſtrum magni intereſt, prius ut te conveniam, quam decedas. ¶ Loco genitivi rei inanimatæ poteſt uſurpari cum acc. & præp. *ad*. *Cicer. Att.* Quanquam magni ad honorem noſtrum intereſt quam primum ad Urbem me venire. ¶ Item loco genitivorum *mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, exigit ablativos *mea*, *tua*, *ſua*, *noſtra*, *veſtra*. Eſt enim quaſi in *re eſt mea*, *tua*, &c. *Cic. in Fam.* Quod ego & mea, & Reipublicæ, & maxime tua intereſſe arbitror. ¶ Loco item genitivi *cujus* cum abl. *cuja* uſurpari poteſt. Sed genitivus *cujus* uſitatior eſt. *Cic. pro Varene apud Priſcian. l. 12.* Ea cædes, ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuja interfuit, non ei, cuja nihil interfuit. ¶ Denique præter genitivum proprium, vel aliam caſum loco genitivi, uſurpari poteſt etiam cum uno ex his quatuor genitivis communibus, *magni*, *parvi*, *tanti*, *quanti*. *Cic. in Fam.* Magni mea intereſt hoc tuos omnes ſcire. *Id. ibid.* Permagni intereſt, quo tibi hæc tempore epiſtola reddita ſit. *Ulpian. ff. de ſurt. l. 1.* Si tanti interfuit. ¶ Sed tamen pro genitivis *magni*, *parvi*, *tanti*, *quanti*, legitur etiam cum adverbiis *magnopere*, *parum*, *tantopere*, *tantum*, *quantopere*, *quantum*. *Cic. pro Mil.* Semper, quantum intereſſet Clodii ſe perire, cogitabat. *Id. in Or.* Quod ſi in Philoſophia tantum intereſt, quemadmodum dicas. ¶ Uſurpatur etiam ſine caſu poſteriore. *Cic. in Fam.* Non tam intereſt quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur. ¶ Alias præterea habet ſignificationes, quas V. infra in *Interſum*.

Interfacio, is, feci, actum, a. 3. *fare in mezzo*, μεταξυποιέω, interim, ſeu per intervalla facio. *Liv. l. 25. c. 11.* Reliquit tamen modicum præſidium, ut ſimul interfaciendo muro adjuvaret. Ita referunt plures Lexicographi. At meliores codices habent *in faciendo*.

Interfāris, atus ſum, d. 1. *interrompere*, *interrompere a parlare*, Germ. *darzwiſchen reden*, Gal. *entrerompre le diſcours d'autruy*, Hiſp. *eſtorvar*, *o interromper al que habla*, διακόπτω, interpello, loquentem interrumpo. *Liv. l. 3. c. 47.* Interfatur Appius. *Id. l. 8. c. 36.* Interfante Decio, diſtulit concionem. *Virg. 1. Æn. v. 390.* medio interfata dolore eſt. *Plin. in epiſt.* Quem interfari nefas eſſet.

Interfatio, onis, f. actus interfandi. *Quint. l. 4. c. 2.* Interim expediet narrationes breviter interfatione diſtinguere. Audiſtis quæ ante acta ſunt: accipite nunc quæ inſequuntur.

Interfectibilis, le, adject. *Apul. de Herb.* Ruta interfectibilis viperarum.

Interfectio, onis, f. *uccisione*, cædes, φόνος. *Brutus ad Cicer. ep. 3.* Interfectio Trebonii. *Lamprid. in Commod. c. 4.* Compulit ad ejus interfectionem conſilia inire.

Interfectivus, a, um, adject. lethalis, *mortale*, ut interfectivus morbus, apud *Cal. Aurel. Acut. præfat.*

Interfector, oris, m. *uccisore*, רוצח, Germ. *todſchlaeger*, Gall. *meurtier*, Hiſp. *matador*, φονεὺς, qui interficit. *Cic. pro Mil. c. 27.* Quorum interfectores impleruntur orbem terrarum nominis ſui gloria.

Interfectrix, icis, f. *interfettrice*. *Tacit. 3. Ann. cap. 17.* Interfectricem nepotis aſpicere.

Interfectus, a, um, *ucciſo*, occiſus, partic. ab interficior. *Cicer. pro L. Man.* Vos legatum Populi R. omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis? ¶ Translate *Apul. l. 3. A. A.* Nova nupta interfectæ virginitatis.

Interfeminium, ii, n. τὰ γυναικεῖα, genitalia muliebria, quod inter feminea ſint collocata. *Apul. in Apol.*

Interficio, is, eci, ectum, a. 3. *uccidere*, *ammazzare*, הֵמִית, Germ. *toedien*, Gall. *tuer*, Hiſp. *matar*, φονεύω, κτείνω, ἀναιρέω, occido, interimo, ab *inter*, quod hic ſignificat penitus, ut in *interimo*, & *interneco*, & e *facio*, quod eam habet notionem, quam in *conficere*. *Cic. pro Domo.* Quod eum toties per inſidias interficere voluiſtis. ¶ Interficere vita, eſt vita privare. *Plaut. Truc. 2. 6. 37.* Qui me interfeciſti pene & vita, & lumine. *Gell. l. 12. c. 7.* Eadem mulier & virum, & filium, venenis clam datis, vita interfecerat. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Plaut. Merc. 5. 1. 4.* Uſusfructus, victus, cultus jam mihi harunce ædium interemptus eſt, interfectus eſt, alienatus eſt: occidi. *Virg. 4. Georg.* Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes, id eſt perde, & crema.

Interfio, is, n. paſſ. anom. *conſumarſi*, *morire*, ἀναιρέομαι, plane tollor, conſumor, intereo, apud vet. *Lucr. l. 3. v. 886.* Ut aut putreſcat corpore poſto, aut flammis interfiat, malisve ferarum. *Plaut. Trinum. 2. 4. 131.* Iſtic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interfieri.

Interfluo, is, xi, n. 3. *ſcorrere per mezzo*, Germ. *darzwiſchen*, *flieſſen*, Gall. *paſſer*, *couler entre*, Hiſp. *correr entre medios*, διαῤῥέω, per medium fluo. *Liv. l. 7. Bel. Pun.* Per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit. *Plin. l. 3. c. 5.* Anguſto freto interfluuntur. *Cic. de Senect. c. 6.* Cum inter duos conſulatus anni decem interfluxiſſent.

Interfluus, a, um, *che ſcorre di mezzo*, Germ. *darzwiſchen*, *flieſſend*, Gall. *qui coule entre deux*, Hiſp. *el que corre entre medias*, μεσόῤῥοος, quod interfluit. *Plin. l. 6. c. 26.* Interfluo Euphrate.

Interfodio, is, odi, oſſum, a. 3. idem ac fodio. *Lucret. lib. 4. v. 720.* Pupillas interfodiunt.

Interfoſſus, a, um, effoſſus. *Pallad. in Octobr. tit. 14.* Cuneum ſalicis interfoſſis radicibus premi.

Interfringo, is, egi, actum, a. 3. idem quod infringo. *Cato c. 44.* Et ſiquid ventus interfregerit, ea omnia eximito.

Interfugio, is, a. 3. inter aliquam rem fugio. Per tmeſim dividitur a *Lucret. l. 6. v. 331.* Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.

Interfulgeo, es, n. 2. inter aliquam rem fulgeo. *Liv. l. 28. cap. 23.* Cum aurum argentumque cumulo aliarum rerum interfulgens rapere ex igne vellent.

Interfundo, is, udi, uſum, a. 3. *ſpargere di mezzo*, διαχέω, per medium fundo. *Avien. in Periegeſ. v. 255.* Sic vaſti moles pelagi interfunditur oras. *Id. ib. v. 1100.* Et tentis procul interfunditur undis.

Interfuro, is, n. 3. *infuriarſi di mezzo*, in medio duorum inſanio. *Stat. 1. Achil. v. 395.* Et alternum Mavors interfurit orbem.

Interfuſio, onis, f. actus interfundendi. *Lactant. l. 7. c. 3. ſub fin.* Maris opulenta, & copioſa interfuſio.

Interfuſus, a, um, *ſparſo di mezzo*. *Plin. l. 3. c. 8.* Sicilia Brutio quondam agro cohærens, mox interfuſo mari avulſa. *Virg. 4. Æn. v. 644.* Maculiſque trementes Interfuſa genas.

Interfuturus, a, um, partic. futuri temporis ab interſum, *chi ha da eſſer preſente*. *Valer. Max. l. 2. c. 1.* Quinam ei convivio eſſent interfuturi.

Intergarrio, is, n. 4. idem fere ac garrio, vel per intervalla garrio. *Apul. in Apolog.* Dein paucis verbis intergarritis, &c.

Intergerinus, vel intergerivus, a, um, adject. qui inter duas aliquas res interjectus eſt, eaſque ſeparat, ut intergerinus paries, qui duas diverſas ædes ſeparat, & ambabus communis eſt, *muro che tramezza*. *Feſtus*: intergerini parietes dicuntur, qui inter confines ſtruuntur, & quaſi intergeruntur. Adde *Plin. l. 35. c. 14.* & *Vitruv.*

Intergerium, ii, n. quidquid alicui rei interjicitur, ſeu intergeritur. Itaque *Plinius l. 13. c. 12.* intergerium vocat glutinamentum quoddam, quod inter duas chartas inſeritur in earum confectione.

Intergero, is, eſſi, eſtum, a. 3. *portare*, *o gettar tra mezzo*, interpono, interſero. Exemplum Feſti V. in *Intergerinus*.

Intergreſſus, us, m. interventus. *Minuc. Felix in Octav. c. 15.* Vires actionis meæ intergreſſu graviſſimæ diſputationis interfringere.

Interhio, as, n. in medio hio. *Tertul. Apolog. c. 48.* Finis, & limes medium, qui interhiat.

Interjaceo, es, n. 2. in medio jaceo, *giacere in mezzo*, παράκειμαι. *Plin. l. 5. c. 4.* Regio, quæ duas Syrtes interjacet. *Id. l. 4. c. 11.* Interjacet hæc inter eam. *Colum. l. 11. c. 3.* Spatium, quod ſulcis interjacet. *Plin. alter in paneg. c. 14.* Vaſtitas interjacentis ſoli.

Interjacio, is, jeci, jectum, a. 3. interſero, interpono. *Tacit. 2. Ann. c. 10.* Pleraque latino ſermone interjaciebat.

Interibi, adverb. idem quod interea, ab *inter*. *Plaut. Rud. 4. 2. 20.* Tu interibi adorna, quod opus eſt. *Gel. l. 3. c. 7.* Conſul interibi, dum ea pugna fit, ſe in locos ſubducit tutos, atque editos.

Interibilis, le, adject. qui interit, *mortale*. *Arnob. l. 2.* & *Tertull. de reſurr. carn. c. 34.*

Interjectio, onis, f. *interpoſizione*, Germ. *ein einwurff*, Gall. *entrejet*, *interpoſition*, Hiſp. *entrepoſicion*, παρένθεσις, interpoſitio, inſertio. *Auth. ad Her. l. 1.* Et tamen occulte dicimus interjectione verborum. ¶ Apud Grammat. eſt pars orationis indeclinabilis, quæ varios animi affectus oſtendit, ut *Euge*, *malum*, *vah*, &c. ¶ Item Figura Rhetorica, eadem ac Parentheſis, ſeu Interruptio. *Quint. l. 8. c. 2.* Etiam interjectione, qua & Oratores, & Hiſtorici frequenter utuntur, ut medio ſermone aliquem inſerant ſenſum, impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur, breve eſt.

Interjectus, a, um, *interpoſto*, interpoſitus, partic. ab interjicior. *Cic. 2. de nat. Deor.* Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur. *Id. 1. Off.* Aut interjecti inter Philoſophos, & eos, qui Remp. adminiſtrarent.

Interjectus, us, m. idem ac interjectio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 40.* Luna interpoſitu, interjectuque terræ repente deficit. *Tacit. Ann. 3. c. 51.* Interjectu temporis. Et *l. 6. c. 39.* Interjectu noctis.

Interjicio, is, jeci, jectum, a. 3. *gettare fra qualche coſa*, *interporre*, Germ. *darzwiſchen einwerffen*, Gall. *entrejetter*, Hiſp. *entreponer*, *o meter*, παρεντίθημι, inter aliquid jacio, interpono, intermitto, cum dat. vel cum acc. & præp. *inter*. *Cic. de Or.* Alii eis interjecti, & tanquam medii ſunt. *Id. de Un.* Idque interjecit inter individuum, atque id, quod dividuum eſſet in corpore. *Liv. l. 1. c. 58.* Paucis interjectis diebus.

Interim, adverb. *tra queſto mezzo*, *intanto*, μεταξὺ, interea, ab *inter*. *Cic. 2. de Or.* Hoc interim ſpatio conclave illud concidit. *Id. pro Lig.* Interim Varus Uticam venit. ¶ Ponitur & pro *aliquando*, ſeu *interdum*. *Quint. l. 1. c. 9.* Sed quia interim excuſantur hæc vitia aut conſuetudine, aut auctoritate, aut vetuſtate, denique vicinitate virtutum. *Trajan.* apud *Plin. l. 10. ep. 27.* Conſtitui interim civibus, interim vehiculis uti. *Ter. And.* Triſtis interim nonnunquam collacrymabat. Adde *Tacit. Ann. 1. cap. 4.* ¶ Jungitur & cum *dum*. *Plaut. Truc. 4. 4. 5.* Ego interim hic præſidebo, dum iſte ſic faciat.

Interimo, is, emi, emptum, a. 3. *toglier via*, ἀναιρέω, e medio tollo, intercipio, adimo: ab *inter*, & *emo*, quod ſumere, tollere ſignificat, ut in *abemere*, *adimere*, *eximere*, &c. *Cic. pro Mur. c. 12. ad fin.* Senes ad coemptiones faciendas, interimendorum ſacrorum cauſa, reperti ſunt. *Plaut. Epid. 4. 2. 24.* & *Caſ. 3. 5. 29.* Interimere aut vellit vitam. *Lucret. l. 3. v. 288.* Interimere ſenſus. ¶ Sæpe eſt *toglier di vita*, *uccidere*, ἀναιρεῖν, e vivis tollere, interficere, occidere. *Plaut. Ciſtell. 2. 3. v. 13.* Accurrite, ne ſe interimat. *Cic. l. 1. de nat. deor. c. 19.* Si quæ interimant, innumerabilia ſint, etiam ea quæ conſervent, infinita eſſe debere. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 131.* Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno. *Liv. l. 1. c. 3. ſub fin.* Addit ſceleri ſcelus: ſtirpem fratris virilem interimit. ¶ Item extinguere, deſtruere, delere. *Lucret. l. 1. v. 215.* uti quæque in ſua corpora rurſus diſſolvat natura, neque ad nihilum interimat res. *Colum. l. 11. c. 3.* Hunc veprem manifeſtum eſt interimi non poſſe, niſi radicitus effodere velis. ¶ Urbane *Plaut. Merc. 3. 4. 21.* Diſperii: illæc interemit me modo hic oratio. *Cic. pro Mil. c. 34.* Me quidem, judices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis.

Interior, & us, o. 3. *interiore*, *che è più dentro*, ἐσώτερος, quod eſt magis intra, ab *intus*, vel *intra*. *Cic. pro Sext. c. 10.* Interior ædium pars. *Liv. l. 42. c. 39.* Interiora regni. h. e. regiones a finibus remotiores. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 5.* Interiore epiſtola. h. e. media. *Nepos Hannib. c. 2.* Interiora conſilia. *h. e.* occultiora. ¶ Nonnunquam *interior* idem eſt, ac propinquior, ſumpta ſignificatione a ludis Circenſibus, in quibus rota, & equus interior propinquior erat metæ; ex quo propinquitate cum minus ſpatium conficeret, quam exterior, ejus curſus brevior erat. Hinc *Cic.* in *Arato.* Nam curſu interiore brevi convertitur orbe. *Liv. lib. 24. cap. 35. a med.* Quæ propius quidem ſubibant naves, quo interiores ictibus tormentorum eſſent. *h. e.* muro propinquiores, atque adeo tormentorum ictibus minus expoſitæ. ¶ Quia porro currus agitabantur a dextro in lævum, hinc rota & equus interior ſiniſter erat; unde factum eſt, ut *interior* pro ſiniſtro aliquando uſurpetur, *exterior* pro dextro. *Virg. Æn. 5. v. 162. 170. 203.* Ubi *Servius* conſulendus. ¶ Interior in ambulando neque dexter, neque ſiniſter dicebatur, ſed qui parieti vicinior erat, & locum nobiliorem tenebat, ut hodie quoque in hac civitate uſuvenit. *Ovid. Faſt. 5. v. 67.* Et medius juvenum, non indignantibus ipſis, Ibat, Et interior, ſi comes unus erat. Hinc *exterior* dicebatur qui magis a pariete diſtabat, & latus alterius tegebat. *Horat. l. 2. ſat. 5.* Nec tamen illi Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes. Ex hoc nata illa, *tegere latus* apud Horatium, & Suetonium, & *claudere latus* apud Juvenalem.

Interitio, onis, f. 3. idem quod interitus. *Cic. in Ver. frumentaria, c. 54.* Cum hic in eadem provincia magnæ fugitivorum copiæ verſatæ ſint, tum interitio facta nulla eſt. Sic enim legit Nonius. Sunt tamen, qui legant *internecio*. *Hirt. de B. Hiſp. c. 24.* Centurionum interitio.

Interitus, a, um, *eſtinto*, ἀποθανούμενος, partic. paſſ. a neutro intereo. *Q. Claud. Quadrigar.* apud *Priſc.* Pugna acriter commiſſa, & multis utrinque interitis. *Sidon. l. 2. epiſt. 19.* Dedere abolitam, interitamque.

Interitus, us, m. *diſtruzione*, *morte*, אבדן, Germ. *untergang*, Gal. *deſtruction*, *mort*, Hiſp. *muerte*, *perdicion*, ὄλεθρος, mors, obitus, occaſus, ab *intereo*. *Cic. 1. Tuſc.* Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptio earum rerum, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. *Id. in Bruto*, Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque literæ fecerunt. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus extra corpus, pro excidio, vel everſione. *Cic. pro Sylla.* Cum ad occaſum, interitumque Reſp. Catilina dux eſſet conſtitutus.

Interjungo, is, unxi, unctum, a. 3. *congiungere*, ζεύγνυμι, eſt jungere. *Liv. l. 22. c. 30.* Tum dextræ interjunctæ, militeſque concione dimiſſa a notis, ignotiſque benigne, atque hoſpitaliter invitati. ¶ Interjungere equos proprie dicuntur aurigæ, qui in itinere cibi, aut ſomni capiendi cauſa equos disjungunt, & iter interrumpunt ad tempus. *Martial. l. 3. epigr. 67.* Et hora laſſos interjungit equos meridiana. *Id. l. 2. epigr. 6.* Laſſus tam cito deficit, viator, Et cum currere debeas Bovillas, Interjungere quæris ad Camænas.

Interius, adverb. *interiormente*, *più a dentro*, ἐσωτέρω, Germ. *inwendig*, Gal. *plus dedans*, *interieurement*, Hiſp. *mas a dentro*. *Cic. 3. de Orat. c. 49.* Ne fluat oratio, ne vagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius. *Senec. de Tranquil. cap. 9.* Non in curſu tantum, Circique certamine, ſed in his vitæ ſpatiis interius flectendum eſt. h. e. ad metam propius. V. *Interior*. *Sen. de Benefic.* de natura queri, quod aurum non interius abſconderit.

Interlabor, eris, apſus ſum, dep. 3. inter aliquid labor, *ſcorrere*, *o cadere tra mezzo*, παραῤῥέω. *Stat. 2. Theb. v. 649.* Parce per has ſtellis interlabentibus umbras. *Virg. 3. Georg. v. 349. per tmeſin*: Inter enim labentur aquæ.

Interlectio, onis, f. lectio per intervalla, vel lectio aliquid interrumpens. *Tertul. l. 2. ad Uxor. c. 6.* Scripturarum interlectio.

Interlego, is, egi, ectum, a. 3. per intervalla lego, aut colligo. *Pallad. l. 3. c. 25.* Si ſpiſſa poma ramos onerabunt, interlegenda ſunt quæque vitioſa.

Interlido, is, iſi, iſum, a. 3. idem fere ac illido. *Paulin. Nolan. carm. 10. v. 261.* gravem interlidere dentem.

Interligo, as, 1. *legare tra mezzo*. *Stat. 7. Theb. v. 571.* alterno maculas interligat oſtro.

Interlino, is, interlevi, itum, a. 3. *cancellare*, מחה, Germ. *durchſtreichen*, Gall. *effacer*, Hiſp. *borrar*, καταλείφω, eſt ſcripturam, vel picturam atramento, vel aliqua alia re ſuperinducta corrumpere, deſtruere, abolere. *Cic. pro Cluent. c. 44.* Qui tabulas publicas municipii ſui corrupiſſe judicatus ſit, qui teſtamentum interleverit. ¶ Item illinere, ſeu allinere.

te. *Curt. l. 5. cap.* 1. Conſtat Babylonios muros hujus fontis bitumine interlitos fuiſſe.

Interliſus, a, um, in medio eliſus. *Gabius Baſſus* apud *Macrob. l.* 1. *Saturnal. c.* 14. Jovis glans, litteris interliſis, juglans nominatur.

Interlitus, a, um, part. ab interlinor. *Cic. pro Cluent. c.* 33. In eo codice non haberet, qui ſum interlitus proferebatur. hoc eſt deletus. *Id.* 4. *Ver. c.* 42. Corruptæ atque interlitæ tabulæ. ¶ Item illitus. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Murus inſtructus latereulo coctili, bitumine interlitus.

Interlocutio, onis, f. 3. διαλογισμός, ſermonis interpoſitio. *Quint. l.* 5. *c.* 7. Brevi interlocutione patroni refutandus eſt.

Interlŏquor, eris, quutus, ſeu cutus ſum, d. 3. *rompere il parlare*, διαλέγομαι, διακόπτω, eſt alio loquente ſermones intermiſcere, ac quodammodo interturbare loquentem. *Ter. Heaut.* 4. 3. 13. Siccine mihi interloquere? *Gel. l.* 14. *c.* 2. Aliter, atque aliter eadem in cauſa, eodemque in tempore ſentire, & interloqui videatur.

Interlucatio, onis, f. collucatio, reciſio ramorum inutilium. *Plin. lib.* 17. *cap.* 27. Interlucatio arboribus prodeſt, ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima.

Interlucĕo, es, uxi, n. 2. *tralucere*, Germ. *under etwas ſcheinen*, Gall. *entreluire*, Hiſp. *entreluzir*, παραφαίνω, in medio luceo, inter aliquid luceo. *Liv. l.* 29. *c.* 14. Duos Soles viſos, & noctu interluxiſſe. ¶ Tranſlate ponitur pro interapparere, interconſpici. *Auct. ad Heren.* Ut loca diſtincte interlucere poſſint. *Liv. l.* 1. Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet.

Interlūco, as, a. 1. διακαθαίρω, ramos, ſeu plantas inutiliter pullulantes cum intervallo reſeco, lucis cauſa ſuperfluos ramos amputo, a *luce*, quod, cum caeduntur rami, lux fiat ipſi arbori amplior. *Plin. l.* 17. *c.* 23. Deputantur enim pariter cum vita, interlucata denſitate ramorum, qui ſint ſupervacui.

Interlūdo, is, uſi, uſum, a. 3. inter aliquid ludo. *Auſon. Moſel. v.* 75. Interludentes examina lubrica piſces.

Interlūnis, e, adject. ut, nox ſqualida, & interlunis, apud *Ammian. l.* 19. *c.* 19. cum ſcilicet interlunium eſt.

Interlunium, nii, n. 2. σύνοδος, Lunæ ſilentium, Luna ſilens, cum Luna eſt in conjunctione Solis, id ſpatium temporis, quo nec amplius Luna vetus apparet, nec adhuc nova videtur, quia radiis ſolaribus ſuperne illuſtratur, non autem ab ea parte, quæ nobis conſpicua eſt, ab *inter*, & *Luna*, quaſi aliquod tempus ſit inter veterem, novamque Lunam. *Plin. l.* 7. *c.* 5. Septimo non niſi pridie, poſtérove plenilunii die, aut interlunio concepti naſcuntur. *Id. l.* 16. *c.* 39. Inter omnes convenit, utiliſſime in coitu Lunæ ſterni, quem diem alii interlunium, alii ſilentia Lunæ appellant. *Horat. l.* 1. *od.* 35. *v.* 15. Thracio bacchante magis ſub interlunia vento.

Interlŭo, is, ui, utum, a. 3. *bagnare in mezzo*, Germ. *durchbrinnen*, Gal. *mouiller en paſſant dedans*, Hiſp. *mojar entre medias*, διακλύζω. *Liv. l.* 41. *c.* 23. Quantum interluit freti? *Virg.* 3. *Æn. v.* 418. *de freto Siculo*: arvaque & urbes Litore diductas anguſto interluit æſtu. ¶ Aliquando eſt lavare. *Cato de re ruſt.* Manus interluito, poſtea vinum ſumito.

Interluvies, ei, f. 5. ὁ μεταξὺ πορθμός, fretum interluens, ſeu interfluens. *Solin. c.* 35. (*al.* 22.) Hebudes inſulæ anguſta interluvie dividuntur. ¶ Legitur & Interluvium, apud *Priſcian. l.* 2.

Intermanĕo, es, anſi, n. 3. *ſtare in mezzo*, inter, vel in medio maneo. *Luc. l.* 6. *v.* 47. Defeſſus Cæſar medius intermanet agris.

Intermedius, a, um, *fra mezzo*, Ger. *der mittelſte*, Gal. *entredeux*, Hiſp. *entre medias*, ἐνδιάμεσος, interjacens, interjectus. *Cic. in Or.* 1. 6. Eſt autem quidam interjectus, intermedius & temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum. Alii leg. *inter hos medius*. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 5. Porticus intermedius arbuſculis humilibus ordinatæ.

Intermenſtrium, i, n. interlunium. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 37. Quod venias ad intermenſtruum, a quo die dicitur Luna eſſe extrema, & prima.

Intermenſtrŭus, a, um, quod inter duos menſes interjectum eſt, ut Luna intermenſtrua. *Plin. l.* 18. *c.* 32. Maxime autem intermenſtrua, dimidiaque ſtercorato.

Intermĕo, as, avi, atum, n. 1. *ſcorrere di mezzo*, Germ. *durch gehen*, Gal. *paſſer entre, parmy*, Hiſp. *correr, entre medias*, διαρρέω, interluo, per medium meo, ſeu fluo. *Plin. l.* 5. *c.* 30. Longeque clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod intermeat Selinus.

Intermeſtris, ſtre, o. 3. interjectus inter menſes, ut Luna intermeſtris, ideſt, interlunium, coitus Lunæ. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Niſi intermeſtri Luna, atque dimidiata ne tangas materiam.

Intermĭco, as, icui, n. 1. *riſplendere in mezzo*, Ger. *dazwiſchen, ſcheinen*, Gal. *entreluire*, Hiſ. *reſplandecer, entremedias*, διαστίλβω, in medio ſplendeo. *Claud. l.* 1. *de Rapt. Proſ. v.* 183. Rutilum ſquamis intermicat aurum. *Stat. Theb.* 12. *v.* 253. E ſpeculis moriens intermicat ignis.

Interminabilis, le, adject. qui finiri non poteſt. *Sidon. l.* 2. *ep.* 7. Interminabile jurgium.

Interminatio, onis, f. *minaccia, deviato*, comminatio. *Impp. Valentinian. Theodoſ. & Arcad. l.* 16. *Cod. Theodoſ. tit.* 5. *leg.* 18. De hac urbe pellantur ſub interminatione judicii. Et *lib.* 8. *tit.* 7. *leg.* 21. Quos etiam monuimus ſub viginti interminatione librarum auri. *ſotto pena*.

Interminātus, a, um, *non terminato, ſenza termine*, Ger. *ohn ende*, Gal. *qui n' a point de borne*, Hiſp. *coſa ſin termino*, ἀπέραντος, non terminatus, termino carens, indefinitus. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Si immenſam, & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. *Velles. l.* 2. *c.* 33. Interminata cupiditas imperii. ¶ Item vetitus, prohibitus, *proibito*, a minor, aris, particip. paſſivæ ſignificat. *Hor. epod.* 5. *v.* 39. Interminato cum ſemel fixæ cibo Intabuiſſent pupulæ.

Intermĭno, as, avi, atum, a. 1. idem ac interminor. *Plaut. Mil.* 2. 5. 42. Quis homo interminat?

Intermĭnor, aris, atus ſum, d. 1. *minacciare qualche gran male*, German. *drowen*, Gal. *menacer*, Hiſp. *amenazar*, ἀπειλέω, vehementer minor, magnum malum denuntio. *Ter. Andr.* 3. 2. 16. Dixi ne tibi? interminatus ſum, ne faceres? ¶ Interminari vitam, eſt minari, ſe interfecturum aliquem. *Plaut. Caſ.* 3. 5. 28. Imitatur malarum malam diſciplinam, viroque interminatur ſuo vitam.

Intermĭnus, a, um, idem ac interminatus. *Avien. Periegeſi v.* 74. Oceanus interminus. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 106. longis intermino ſæcli. *Auſon. ep.* 16. *v.* 38. Perge, o libelle, & utere Felicitate interminæ.

Intermiſcĕo, es, iſcui, ixtum, a. 2. *frammeſcolare*, בלל, Germ. *untermiſchen*, Gal. *entremeller*, Hiſp. *entremezclar*, παραμίγνυμι, miſceo in medio. *Col. l.* 11. *c.* 3. Quibus & aliquod ſaturejæ ſemen intermiſcendum erit. Adde *Virg. Ecl.* 10. *v.* 5.

Intermiſſio, onis, f. *intermiſſione*, διάλειψις, vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 68. Nunc quidem propter intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 41. Cum ſine ulla intermiſſione pulſetur, agiteturque atomorum incurſione ſempiterna. *Id. l.* 1. *Offic. cap.* 6. Virtutis laus in actione conſiſtit, a qua tamen ſæpe fit intermiſſio, multæque dantur ad ſtudia reditus.

Intermiſſus, a, um, *tralaſciato*, omiſſus ad tempus. *Cic.* 3. *de Or.* Et ab uſu quotidiani ſermonis jamdiu intermiſſo. *Plin. l.* 10. *c.* 46. Continenti, nec intermiſſo ſpiritu. ¶ Item interpoſitus, *frappoſto*. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 26. Triduo intermiſſo. Et *c.* 27. Nocte intermiſſa. *Plin. alter l.* 2. *epiſt.* 17. Litus ornant nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum. *coſe ora contigue, ora lontane l' una dall' altra*.

Intermiſſus, us, m. idem quod intermiſſio. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Luſciniis diebus, ac noctibus quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus.

Intermitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *tralaſciare*, עזב, Germ. *unterlaſſen*, Gall. *entrelaiſſer*, Hiſp. *entremeter, dexar*, διαλείπω, ad tempus omitto, ceſſo, deſero. *Cic. Att. lib.* 9. *epiſt.* 19. Ne quem diem intermitterem. *Id. l.* 7. *Fam. epiſt.* 12. Quod tu mihi literas mittere intermiſiſſes. *Id.* 1. *de Divin. c.* 34. Galli gallinacei in eo loco ſic aſſidue canere cœperunt, ut nihil intermitterent. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 38. Flumen pene totum oppidum cingit; reliquum ſpatium, qua flumen intermittit, mons continet, h. e. qua non fluit.

Intermixtus, a, um, nom. ex particip. *frammiſchiato*. *Liv. l.* 10. *c.* 20. Intermixti hoſtibus.

Intermontium, n. 2. Intramontium, *Tramonti*, opp. amplum Picentinorum, inter Nuceriam, & Lycteras ad 4. M. P.

Intermorior, eris, d. 3. *morire*, παραπόλλυμαι, penitus morior, pereo, intereo. *Bithynicus ad Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 16. Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas.

Intermortŭus, a, um, *tramortito, mezzo morto*, qui inter mortem, vitamque ex dolore procumbit ſimilis expiranti, partic. ab *intermorior*. *Liv. l.* 37. *c.* 53. In ipſa concione intermortuus paulo poſt expiravit. *Sueton. in Ner. c.* 42. Collapſus, animoque male fracto, diu, & ſine voce, & prope intermortuus jacuit. ¶ Tranſlate ponitur pro eo, quod pene interiit, pro fracto, debilitato. *Cic. in Piſ. c.* 7. Quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſſis. *Id. pro Mur. c.* 7. Et memoriam prope intermortuam generis ſui virtute renovare. *Id. pro Mil. c.* 5. Intermortuæ conciones.

Intermundium, dii, n. ſpatium medium inter plures mundos. Voluit enim Epicurus, infinitos eſſe mundos, & inter eos ſpatia magna inania, quæ atomi volitantes alios, atque alios mundos coagmentarent. *Cic.* 3. *Fin.* Individua cum dicitis, & intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 8. Tanquam modo ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet.

Intermuralis, le, o. 3. *tra due muri*, quod eſt inter muros. *Liv. l.* 44. *c. ult.* Diviſa eſt intermurali amni, & eadem ponte juncta.

Intermutātus, a, um, invicem mutatus. *Tertull. de Baptiſm. c.* 8. Nepotes ſuos Jacob, capitibus impoſitis, & intermutatis manibus benedixit.

Internaſcor, eris, d. 3. *naſcere in mezzo*, παραφύομαι, in medio naſcor; *Plin. l.* 18. *c.* 16. Internaſcentesque herbas excludi.

Internātus, a, um, partic. ab internaſcor. *Liv. l.* 28. *c.* 2. Anguſtiæ, & internata virgulta ordines dirimebant.

Interne, adverb. intra, interius, *internamente*. *Auſon. de clar. Urb. in Burdigala, v.* 14. Diſtinctas interne vias mirere domorum. Alii aliter legunt.

Internecātus, a, um, nom. ex particip. *ammazzato*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 34. Internecatis hoſtibus.

Internecialis, vel interniciatis, le, adject. lethifer, *mortale*. *Liv. l.* 27. *c.* 23. Peſtilentia magis in morbos longos, quam internecales evaſit. Ita legit Rhenanus ex vet. Cod. Alii *in perniciales*.

Internecīnus, a, um, n. 1. 2. vel melius internecivus, *ciò che ſi appartiene ad uccisione*, Germ. *das einem das leben koſtet*, Gall *pernicieux, mortel*, Hiſp. *coſa pertenecente a eſtrago*, πανωλεθρος, quod ad internecionem pertinet, ut *Internecinum teſtamentum*, propter quod dominus ejus necatus eſt. *Feſtus*. *Internecinum bellum*, quod ad internecionem fit alterius partis. *Liv. lib.* 9. *cap.* 25. Nullus modus fuit cædibus, deletaque Auſonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet. *Juſtin. lib.* 26. *cap.* 2. Bellumque internecinum cum liberis, liberorumque matribus gererent. h. e. capitale, exitioſum, deſperatum.

Internecio, onis, f. *uccisione*, הרגה, Ger. *ermordung*, Gal. *tuerie*, Hiſp. *eſtrago*, πανωλεθρία, ἀναίρεσις, σφαγή, occiſio, vitæ privatio, ab *interneco*. *Priſc. l.* 4. ait internecio pro interneectio e eliſo dici euphoniæ cauſa. *Cic.* 5. *Ver.* Tamen nautarum internecio facta nulla eſt. *Vellej. l.* 2. *c.* 110. Ad internecionem cædi. *Tac. Ann.* 2. *c.* 21. Internecio gentis. h. e. excidium.

Internecive, adverb. cum internecione, ad internecionem. *Ammian. l.* 27. *c.* 20. Internecive cuncta diſperdere.

Internecivus. V. Internecinus.

Internectio, onis, f. vitæ privatio, internecio. *Feſtus*.

Internĕco, as, necui, nectum, a. 1. *uccidere, ammazzare*, המית, Germ. *aller ermorden*, Gal. *faire main baſſe*, Hiſp. *matar*, ἐξολοθρεύω, interficio, & multitudinem totam ferme complectitur. *Prudent. in præfat. Apotheoſ. v.* 49. Ne forte culmum fibra inanis ſpicem Sinul revulſa internecet. Aliud Plauti exemplum V. in *Internecatus*.

Internecto, is, xui, & exi, exum, a. 3. *legare inſieme*, Ger. *dazwiſchen heften*, Gal. *entrelacer*, Hiſp. *atar juntamente*, ἐνδέω, eſt colligare, inter ſe connectere. *Stat.* 8. *Theb. v.* 168. Et aſſlantes libet internectere plagas.

Internidifico, as, avi, atum, n. 1. intus nidifico. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Ripas excavant, atque ita internidificant.

Internigrans, antis, *argeo*, inter alia nigricans, particip. ſine verbo. *Stat.* 9. *Theb. v.* 336. Noctemque, diemque aſſimilans maculis internigrantibus albis.

Internitĕo, es, ui, n. 2. *lucere tra l' altre coſe*, Germ. *darzwiſchen ſcheinen*, Gal. *entreluyre*, Hiſp. *entreluzir*, ἐγκαταλάμπομαι, ἐκλάμπω, inter alia niteo, vel pelluceo. *Curt. l.* 5. *c.* 4. Etiam ſi qua ſidera internitebant. *Plin. l.* 37. *c.* 5. tellure internitente.

Internodium, dii, n. *ſpazio tra l' uno e l' altro nodo*, Germ. *zwiſchen zweyen knoten am halm*, Gal. *ce qui eſt entredeux noeuds*, Hiſp. *lo que eſta entre dos nuder*, φάλαγξ, ſpatium medium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus, & culmis. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Arundines vero tantæ proceritatis, ut ſinguls internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. *Colum. de Arborib. c.* 5. Brevia internodia habent. *Ovid.* ad crura tranſlatis *l.* 6. *Metam. v.* 256. Mollia nervoſus facit internodia poples. ¶ Eſt etiam internodius, ii, maſc. gen. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Internodius quoque rarior.

Internodius. V. Internodium.

Internoſco, is, ovi, a. 3. *diſcernere, conoſcer tra gli altri*, הכיר, Ger. *unter andern kennen*, Gal. *entreconoître*, Hiſp. *diſtinguir*, διαγινώσκω, inter alios noſco, ſive diſcerno. *Cic.* 2. *de Or.* Quos cum humare vellent, non potuerunt obtritos internoſcere. *Id. de Am.* Secerni blandus amicus a vero, & internoſci poteſt, adhibita diligentia.

Internuncia, æ, f. quæ internunciat. *Plaut. Mil.* 4. 1. 39. Hæc illius celox eſt, quæ hic egreditur internuncia. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 37.

Internuncilus, vel internunculus, i, n. puer impudicus, meretricius. *Petron. in Satyr.*

Internuncio, as, a. 1. *mandar meſſaggieri vicendevolmente*, eſt nuntios viciſſim

Digitized by Google

ciſſim mittere. *Liv. lib.* 42. *cap.* 39. Pauliſper internunciando cunctatio fuit.

Internuntius, ii, m. *meſſaggiere, mezzano, interprete,* מְתוּרְגְּמָן, Germ. *unterhendler*, Gall. *nonce, meſſager*, Hiſp. *nuncio, menſagero entre dos*, διάκτορος, qui inter alios medius eſt ad aliquid tractandum, & modo huic, modo illi per vices nunciat. *Cic. Octav.* Quæ quidem ſi nullo alio, me certe internuncio ad illos celeriter deferentur. *Idem* 10. *Fam.* Namque aſſiduis internunciis cum Lepido egi, ut &c.

Internundinium, ii, n. ſpatium novem dierum, inter quos fiunt nundinæ. *Mar. Victorin.* ut Latinum agnoſcit, *lib.* 1. *artis Grammat. pag.* 2469. *Putſch.*

Internus, a, um, adject. ab *intra*, qui eſt intra, interior, *interno*, ἐνδόθιος. *Plin. l.* 2. *c.* 68. Oceanus interna maria allatrat vicino acceſſu. *Tac. Ann.* 2. *c.* 27. Internæ diſcordiæ. *Sen. l.* 6. *Quæſt. nat. c.* 27. Interni ignes.

Intĕro, is, ivi, itum, a. 3. *tritare*, ἐντρίβω, idem ac tero, vel intus tero. *Var. c. de R. R. c.* 9. Nec non ita panem hordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intritum, &c. *Ter. Phor.* 2. 2. 4. Ad te ſumma ſolum Phormio redit: tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum. Ubi *Donatus*: Parœmia apta paraſito, quæ de cibo eſt. Hoc autem inter ruſticos de alliato moretario dici ſolet. Et bene, *intriſti*, proprie enim *intrita* dicitur hujuſmodi cibus. Senſus autem eſt: tu te in hoc periculum conjeciſti; tu quoque te expedire debes.

Interordinium, ii, n. μεσοστίχιον, ſpatium, quod eſt inter ordines arborum. *Col. l.* 3. *c.* 13. Minimum eſt quinque pedum interordinium, ſeptem maximum. Adde *l.* 5. *c.* 4. & *l.* 4. *c.* 16.

Interpatĕo, es, ui, n. 2. patefio, apertus ſum. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 18. Ei Deo ædes dicata eſt ſpecie rotunda, cujus medium interpatet tectum.

Interpedio, is, ivi, itum, a. 4. impedio, *impedire*. *Macrob. l.* 7. *c.* 12. Guſtatum linguæ fervor interpedit.

Interpellatio, onis, f. *interrompimento*, עִכּוּב, Germ. *verhinderung*, Gall. *rompement de propos*, Hiſp. *eſtorvo*, διακοπή, interruptio. *Cic. l.* 6. *ep.* 18. *Fam.* Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus ſine ulla interpellatione verſor. *Id. in Partit. c.* 8. Si interventus alicujus, aut interpellatio dederit occaſionem.

Interpellator, oris, m. *chi rompe il parlare*, מְעַכֵּב, Germ. *verhinderer*, Gall. *detourbeur*, Hiſp. *eſtorvador*, ὁ διαβάλλων, interventor, qui interrumpit ſermonem, aut aliquid aliud agentem. *Cic.* 3. *Off. c.* 14. Et ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. *Auct. ad Her. l.* 1. Dialectici alieni ſermonis moleſti interpellatores. ¶ Item qui de re turpi aliquam appellat. *Paul. Dig. lib.* 47. *tit.* 11. *leg.* 1. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores.

Interpello, as, avi, atum, a. 1. *interrompere*, עִכֵּב, Ger. *einreden*, Gal. *rompre le propos*, Hiſp. *eſtorvar*, διαβάλλω, eſt loquentem interrumpere, ab antiquo *pello, as*, quod erat loqui. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 8. Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. ¶ Tranſlate eſt aliquem aliquid agentem impedire, vel aliquid remorari. *Brut. Cic.* 11. *Fam.* Interpellent me, quominus honoratus ſim, dum ne interpellent, quominus Reſpublica a me commode adminiſtrari poſſit. *Caſ.* 3. *B. C.* Sed ſive ipſorum perturbatio, ſive error aliquis, ſive etiam fortuna partam jam, præſentemque victoriam interpellaſſet. ¶ Aliquando eſt dicere, vel commonere. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 264. Verum tu quid agis? interpella me, ut ſciam. ¶ Aliquando rogare, *pregare*. *Val. Max. l.* 3. Iterum, deinde, ac ſæpius interpellatus in propoſito perſtitit. ¶ Interpellare virginem, vel matronam de ſtupro, frequens eſt apud *JCtos* pro ambire, vel petere ejus concubitum, *tentare*. Sed Interpellare ſtuprum, idem eſt, quod impedire, & interrumpere. *Liv. l.* 3. *c.* 57. Stupro interpellato magis, quam cæde motus. ¶ Interpellare debitorem, eſt debitum exigere. *Pom. l. Labeo, ff. de naut. fæn.* Si nemo ſit, qui a parte promiſſoris interpellari trajectitiæ pecuniæ poſſit.

Interpensiva, *n.* 2. ἀντιπηγίδες, perticarum, tigillorum, aſſerumve genera, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in collicias derivandos, vel alium quemvis uſum interlocamus. *Vitr. l.* 6. *c.* 3. V. ibi *Baldi Lex.*

Interplĭco, as, icui, icitum, a. 1. συμπλέκω, paſſim implico. *Stat.* 4. *Theb. v.* 218. Albaque puniceas interplicat infula criſtas.

Interpolamentum, i, n. quidquid aliunde immittitur, interpolatio. *Claud. Mamert. in præf. l.* 1. Sine alienorum interpolamento finem liber accepit.

Interpolatio, onis, f. renovatio. *Plin. l.* 19. *c.* 16. Tenuatamque curioſa interpolatione principalem fecit e plebeja.

Interpolātor, oris, m. *rigattiere*, *ſtracciaiuolo*, Ger. *der alte kleider neuv macht*, Gal. *revaudeur*, Hiſp. *remendador*, ἐπιτριμματίας, qui antiquas veſtes reſarcit, ac renovat, ut facilius vendat. *Tert. de Spectac. c.* 2. Multum intereſt inter inſtitutorem, & interpolatorem. ¶ Tranſlate *Id. l.* 1. *de cultu fem. c.* 8. Diabolus interpolator naturæ.

Interpolātrix, icis, f. quæ interpolat, & rei veteri novam ſpeciem inducit. *Pompon. in fragm.* Interpolatricem arceſſire oportet, quæ huic veſtem adducet. Tranſlate quæ fucum facit, & corrumpit. *Nazar. in paneg. Conſtantini c.* 15. *de hiſtoria.* Neque in hoc veri interpolatrix tenenda, *non ſi dee ſtimare, che abbia alterata la verità*. *Tert. adv. Hæret. c.* 7. Sapientia humana affectatrix, & interpolatrix veritatis.

Interpolatus, a, um, renovatus, inſtauratus, partic. ab interpolor, & proprie dicitur de veſtimentis, quibus a fullonibus ita nova lana eſt ducta, ut fallere poſſint. Tranſlate uſurpatur de quacumque re in novam formam redacta. Sic mancipia interpolata dicuntur apud JCtos, quæ, cum ſint veterana, tamen a venalitiariis ita ornantur, finguntur, & quaſi renovantur, ut pro novis vendi poſſint.

Interpŏlis, le, o. 3. ἐπιτριμματίας, quod iterum politum eſt, ut Interpolis veſtis, quæ ex vetuſta facta eſt quaſi nova. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Eſt quidem ejus natura interpolis, ruſuſque quamlibet vetuſtum novo miſcetur. ¶ Tranſlate mulier interpolis dicitur, quæ figmentis novam ſibi faciem parat. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 127. Nam iſthæc veteres, quæ ſe unguenta unctitant, interpoles, vetulæ, edentulæ.

Interpŏlo, as, avi, atum, a. 1. *rinnovare*, *inſtaurare*, חִדֵּשׁ, Germ. *verneuern*, Gall. *regratter*, Hiſp. *remendar*, ἀνακαινίζω, ἐπιγίνεσθαι, eſt immittere, interponere, & novam formam e vetere fingere in veſtibus. Eſt autem proprium artis fulloniæ, quæ poliendo diligenter vetera quæque quaſi in novam ſpeciem mutat. *Cic. ad Q. Fratr. ep.* 10. Quod nolit, inquam, renovare honores eoſdem, quominus togam prætextam quotannis interpolet. ¶ Tranſlate ponitur pro rebus quibuslibet vetuſtis novam formam inducere, immutare, renovare, inſtaurare. *Cic.* 3. *Ver. c.* 61. Tollendo quod eſſet, & ſemper aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareret, interpolando. *Plaut. Amph.* 1. 1. 161. Illic homo ore interpolabit, meumque os finget denuo. *Plin. l.* 12. *c.* 14. At hercle Alexandriæ, ubi thura interpolantur, ideſt rudia cum ſint, poliuntur. Convehebatur enim illuc thus rude, aſpectu ſimile cortici. *Ulp. l. præcipiunt Ædiles, ff. de Ædil. edict.* Quia igitur venalitiarii ſolent, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt. ¶ *Curt. l.* 6. *c.* 2. Interpolabat ſatietatem epularum ludis. h. e. interpoſitis ludis, cibi ſatietate levabatur.

Interpŏlus, a, um, *racconcio*, ἐπιτριμματίας, ἐπίξηρος, idem quod interpolis. *Marcian. Dig.* 18. 1. 45. Si veſtimenta interpola quis pro novis emerit.

Interpōno, is, oſui, oſitum, a. 3. *interporre*, Ger. *zwiſchen einem ſetzen*, Gall. *entremettre*, Hiſp. *entremeter*, παρεντίθημι, interſero, interjicio. *Cic. de Amic.* Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne inquam, & inquit ſæpius interponeretur. ¶ Sumitur etiam pro opponere, intercedere. *Cic. pro Mil.* Convocabat Tribus, ſe interponebat, &c. *Id.* 2. *Phil.* Quid enim interponerem tuæ audaciæ? ¶ Interponere accuſatorem, eſt ſubmittere. *Cic.* 3. *Ver. c.* 11. Interpoſuiſtis accuſatorem, qui, cum ego mihi centum, & decem dies ſolos in Siciliam poſtulaſſem, centum, & octo ſibi in Achajam poſtularet. ¶ Interponere auctoritatem ſuam, eſt auctoritate ſua impedire, ne aliquid fiat. *Cic.* 3. *Phil.* Quod ſi auctoritatem ſuam interponit ſine armis. ¶ Fidem ſuam interponere, eſt aliquid in fidem ſuam recipere. *Caſ.* 5. *B. G.* Ipſi vero nihil nocitum iri, inque eam rem ſe ſuam fidem interponere. ¶ Interponere poſtulata, eſt proferre ea, quæ quis ſibi poſtulet concedi. *Cic.* 8. *Phil.* Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quominus, quod opus eſſet ad bellum, a vobis pararetur. ¶ Interponere ſe rei alicui, eſt ſe immiſcere, *interporſi*, *entremetterſi*. *Cic. Div. in Ver.* Cur te interponis, invitiſſimis his, quibus maxime lex conſultum eſſe vult? *Id. l.* 10. *Fam. ep.* 27. Sapientius facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. ¶ Interponere moram, eſt moram nectere. *Cic.* 2. *Acad.* Nullam moram interponendam putavimus, quin videremus. ¶ Interponere jusjurandum, pro jurejurando affirmare. *Liv. l.* 34. *c.* 25. ¶ Interponere aquam vino. h. e. miſcere. *Martial. l.* 1. *epigr.* 107.

Interpoſitio, onis, f. *interpoſizione*, παρένθεσις, inſertio, interjectio. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 6. Quæſtionem autem eam appellat, quæ habeat in ſe controverſiam in dicendo poſitam ſine certarum perſonarum interpoſitione. ¶ Sumitur etiam pro iis, quæ lineis ſuperſcribi, & interſcribi ſolent, dum aliquid emendatur. *Cic. l.* 16. *Fam. epiſt.* 22. Tu iſtic, ſi quid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. Una omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidem facile legere ſoleo, de quadrimo Catone.

Interpoſitus, a, um, *frappoſto*. *Cic. pro Cluent.* Spatio interpoſito, & cauſa cognita conſeneſcat. *Id. pro Mur. c.* 17. Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia.

Interpoſitus, us, m. idem quod interpoſitio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 40. Luna interpoſitu, interjectuque terræ deficit.

Interprĕmo, vel Interprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *ſoffocare*, ἀποπνίγω, comprimo, vel premendo eliſido, re aliqua compreſſa ſpiritum intercludo. *Plaut. Rud.* 3. 2. 41. Qui Sacerdoti ſceleſtus fauces interpreſſerit. *Minut. Fel. in Octav.* Quod colunt, & interprimunt. h. e. occultant.

Interpres, etis, m. 3. *mediatore, mezzano, ſenſale*, מְתוּרְגְּמָן, Germ. *dolmetſcher*, Gal. *interprete, truchement*, Hiſp. *interprete*, ἐξηγητής, ἑρμηνεύς, qui in aliqua re agenda medius eſt, veluti conciliator, & auctor, ab *inter*, & *pres*, ſponſor, ut vult *Priſcian.* Alii alia. *Plaut. Curc.* 2. 2. *v.* 64. Quod te præſente iſtic egi, teque interprete. *Mil.* 4. 3. 6. Quæ tibi conditio nova, & luculenta fertur per me interpretem! *Liv. l.* 21. *c.* 11. Se pacis ejus interpretem fore pollicetur. *Cic. ad Brut. ep.* 10. Cæſarem quidam improbiſſimis literis, fallacibuſque interpretibus, ac nunciis impulerunt in ſpem certiſſimam conſulatus. *Aſconius* etiam ſcribit, Interpretem dici eum, per quem inducitur pactio. ¶ Quoniam vero hujuſmodi homines animos eorum ſciſcitantur, quibuſcum agunt, hinc interpres accipitur etiam pro eo, qui obſcura exponit, *interprete*. *Virg.* 3. *Æn.* Trojugena interpres Divum. *Cic.* 1. *Div. c.* 18. Conjector, & interpres portentorum. *Juvenal. Sat.* 4. Sanctiſſimus legum interpres. ¶ Item pro eo, qui ex una in aliam linguam ſcripta convertit, *traduttore*. *Cic. de opt. gen. orat.* Nec converti, ut interpres, ſed ut orator, &c.

Interpretabĭlis, le, adject. qui explicari poteſt. *Tert. cont. Valentin.*

Interpretamentum, ti, n. ἑρμήνευμα, idem ac interpretatio. *Gell. l.* 6. *c.* 2. Si cui iſtud interpretamentum videbitur obſcurius. *Petron. Sat.* Interpretamenta ſomniorum.

Interpretatio, onis, f. 3. *interpretazione*, *eſpoſizione*, פִּתְרוֹן, Ger. *auſslegung*, Gal. *interpretation*, Hiſp. *interpretacion*, ἑρμηνεία, expoſitio, conjectura, judicium. *Cic.* 1. *Off. c.* 10. Exiſtunt etiam ſæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa juris interpretatione. *Liv. l.* 2. *c.* 8. Nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis. ¶ Speciatim Interpretatio eſt Figura Rhetorica, eadem ac illa, quæ Græco vocabulo Synonymia vocatur. *Auct. ad Her. l.* 4. Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat verbum, ſed id commutat, quod poſitum eſt, alio verbo, quod idem valeat.

Interpretator, oris, m. explicator, interpres. *Tert. adv. Prax. c.* 19. Ipſe interpretator eſt, quomodo cœlum ſolus extenderit.

Interpretatus, a, um, *interpretato*, expoſitus, explicatus, partic. ab interpretor, in paſſiva ſignificatione. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 12. Vaſta quaſi focus Urbis, ut Græco nomine eſt appellata, quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 17. Quæ nunc ex Etruſcis libris in te converſa, atque interpretata dicuntur.

Interpretium, ii, n. 2. *guadagno che ſi fa tra uno compera, e una vendita*, lucrum inter emptum, & venditum, ut ſi quid pretio unius aurei emptum, duobus poſtea aureis vendam, interpretium erit unus aureus. *Ammian. l.* 28. *c.* 5. Verum quoniam denis modiis ſingulis ſolidis indigentibus venundatis, emerat ipſe tricenos, interpretii compendium ad principia ærarium miſit. Alii leg. *integrum compendium*.

Interprĕtor, aris, atus ſum, d. 1. *interpretare*, *eſponere*, פָּתַר, Germ. *auſslegen*, Gal. *interpreter*, Hiſp. *interpretar*, ἑρμηνεύω, expono, explico, explano, ab interpres. *Cic.* 2. *Off.* Nec quicquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiæ. *Id. l.* 1. *Div. c.* 29. Interpretari ſomnium. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 34. Interpretari Scriptorem. ¶ Item definire, pronunciare. *Liv. l.* 1. *c.* 21. Neque, recte, an ſecus, interpretor. *Plaut. Truc.* 1. 2. 41. Illa, haud ego, habuit publicum: perverſe interpretaris. ¶ Uſurpatur & cum infinito. *Cic. ad Attic.* Liberatum ſe eſſe jurejurando, interpretabatur. ¶ Interpretari memoriæ alicujus, eſt in memoriam revocare. *Plaut. Epid.* 4. 1. 25. Quia tuæ memoriæ interpretari me æquum cenſes. ¶ Interdum per tmeſim dividitur. *Lucret. l.* 4. *v.* 830. Cætera de genere hoc inter quæcunque pretantur. ¶ Interpretor, paſſiva ſignificatione uſurpavit *Ammian. l.* 23. *c.* 12. his verbis. Locum, qui olea arbor interpretatur. Adde *l.* 24. *c.* 21. & *l.* 37. *ff. de hæredib. inſtituend.*

Interprĭmo. V. Interpremo.

Interpunctio, onis, f. *diſtinzione*, διαστολή, actus interpungendi, diſtinctio. *Cic. pro Mur. c.* 11. Res enim ſunt parvæ prope in ſingulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpunctum, i, n. idem ac interpunctio. *Cic. in Or. c.* 80. Clauſulas, & interpuncta verborum animæ interclusio, & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Interpunctus, a, um, *diſtinto*, διεστιγμένος, quod punctis diſtinctum eſt. *Cic.* 2. *de Or.* Sed & feſtivitatem habet narratio diſtincta perſonis, & interpuncta ſermonibus.

In-

Interpungo, is, nxi, ctum, a. 3. *punctis distinguo*. *Sen. ep.* 40. Nos etiam, cum ſcribimus, interpungere conſuevimus.

Interpurgo, as, avi, atum, a. 1. idem fere quod purgo. *Plin. l.* 18. *c.* 22. Herbas malas radicitus eruis, ficus interpurgans.

Interputo, as, a. 1. περιαναθαίρω, διαναίρω, eſt quaſi per circuitum putare, & purgare. *Cato de R. R. c.* 50. Ficos interputato.

Interquĕror, eris, eſtus ſum, dep. 3. *lamentarſi*. *Liv. l.* 33. *c.* 35. Ætolorum principes interqueſti ſunt, quod, &c.

Interquieſco, is, evi, etum, n. 3. idem quod quieſco. *Cic. de Clar. Orat. c.* 23. Cum hæc dixiſſem, & paulum interquieviſſem.

Interrādo, is, aſi, aſum, a. 3. *radere d'ogni intorno*, διαξέω, hinc, illinc obrado, circumrado. *Plin. l.* 16. *c.* 1. Oleæ attondentur, ſicut & vites, atque etiam interradi gaudent. ¶ Eſt item limare, exculpere, polire. *Plin. l.* 35. *c.* 1. Nec tantum ut parietes toti operiantur, verum & interraſo marmore, vermiculatiſque ad effigies rerum, animaliumque cruſtis.

Interrasĭlis, le, n. 3. *ſcolpito*, *intagliato*, idem quod interraſus, hoc eſt, per intervalla eraſus, limatus, & exculptus. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Coronas ex cinnamomo interraſili auro incluſas.

Interregnum, ni, n. *interregno*, Μεσοβασιλεία, Regni intervallum, tempus illud, quo Regnum Rege vacat, ab *inter*, & *Rex*, quia inter Regem defunctum, & Regem eligendum interpoſitum eſt. *Liv. l.* 1. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. ¶ Translate dicebatur, cum Conſulum loco, quod abeſſent Republicæ cauſa, aut vitio creati fuiſſent, ſi Dictatorem dici non placeret, Interrex creabatur, per quem Conſularia Comitia haberentur. *Cic. Att.* Nam permagni ejus intereſt, rem ad Interregnum non venire. *Id. ibid.* Tamen quieſcat, rem adduci ad Interregnum. ¶ Interregnum inire, eſt interregiam poteſtatem capere. *Liv. l.* 3. *c.* 8. Tertio die quam interregnum inierat, conſules creat.

Interrex, egis, m. *Vicerè in morte del Re*, Ger. *Stadthalter*, Gal. *Vice Roy*, Hiſp. *Virey*, Μεσοβασιλεύς, qui Regis mortui munere fungitur, donec novus Rex creatus ſit. Apud Romanos primum Interrex creatus fuit poſt mortem Romuli. Hinc mos extitit, ut, quando Rex mortuus eſſet, Interrex conſtitueretur. Creatus eſt a Patribus, & ex Patribus. Patres enim illi, a quibus Senatus a Romulo conſtitutus eſt, Romulo mortuo, decem factis Decuriis eorum Senatorum, qui prima electione ex Albanis electi fuerant (nam *Livius* quidem centum Senatores a Romulo creatos eſſe ſcripſit, ſed *Dionyſius* ducentos, duabus electionibus, prima ex Albanis, altera ex Sabinis) ſingulos ex ſingulis legerunt, qui ſummæ rerum præeſſent, & ex his unum decreverunt, qui eſſet cum faſcibus, & reliquis Regiæ poteſtatis inſignibus. Primi illius Interregni imperium quinque dierum ſpatio finiebatur. Nam ſingulos imperare oportebat, ex ordine quo ſors unicuique obtigiſſet. Tranſacto quinquaginta dierum ſpatio, quo illi decem priori regnarant, rurſus decem decuriis factis ex ſecundæ electionis Senatoribus, qui ex Sabinis erant, decem alii creati eum Magiſtratum ſuſcepere. Atque ita imperium per omnes in orbem ibat. Regni intervallum annuum fuit, Rege denique conſtituto Numa Pompilio. Vide *Dionyſ. l.* 2. *Liv. l.* 1. ¶ Etiam Reipub. tempore Interrex creari ſolitus fuit. Cum enim Conſules abeſſent Reipub. cauſa, aut vitio creati fuiſſent, ſi Dictatorem Comitiorum cauſa dici non placeret, res deducebatur ad Interregem, & per eum Conſularia Comitia habebantur. Ejus imperium ſimiliter quinque dierum erat, ut tradit *Aſcon. in Milonian.* ¶ Interregem patritium eſſe, & a patritio prodi neceſſe erat. *Cic. pro Dom.* *Id. in Rul.* L. Flaccus Interrex legem de Sylla tulit, ut omnia, quæcunque ille feciſſet, rata eſſent.

Interritus, a, um, *che non ha paura*, ἀδεὴς, ἄφοβος, imperterritus, qui non terretur. *Ovid. in. Met. v.* 616. Quid, quod ineſt virtus, & mens interrita lethi? *Vellej. lib.* 2. *cap.* 70. Caſſius cervicem interritus liberto præbuit.

Interrogatio, onis, f. *interrogazione*, שְׁאֵלָה, Ger. *eine frag*, Gal. *interrogation*, Hiſp. *interrogacion*, ἐρώτησις, ἐρώτημα, actus interrogandi. *Cic. de Fato*. Recte genus hoc interrogationis ignavum, atque iners nominatum eſt. *Quint. l.* 3. *c.* 7. Inſtare interrogationi. ¶ Apud *Rhetores* eſt Figura ſententiarum, quæ non ſimpliciter ſciſcitandi gratia, ut vulgo fit, ſed inſtandi, ſeu urgendi cauſa aſſumitur. *Cic. de Invent.* & *Auct. ad Heren.*

Interrogatīve, adv. cum interrogatione. *Aſcon. Pedian. in Ver.* 3. *c.* 56. *adſia.* Interrogative pronuntiandum eſt.

Interrogatiuncŭla, æ, f. parva interrogatio. *Cic. in proœm. Parad.* Sed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit.

Interrogatīvus, a, um, adject. qui interrogationem continet, apud *Priſcian.* & *alios Grammat.*

Interrogātor, oris, m. *interrogatore*, ἐρωτητὴς, qui interrogat. *Ulpian. Dig. lib.* 11. *tit.* 1. *leg.* 11. *circ. med.* An obſcure reſpondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

Interrogatorius, a, um, adject. qui ad interrogandum pertinet, vel qui continet interrogationem. *Tert. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 25. Interrogatorio ſono legendum eſt: Adam ubi es? Sic Interrogatoria actio apud JCtos.

Interrogatus, a, um, nom. ex partic. *interrogato*. *Vellej. l.* 2. *c.* 35. Inter ultimos interrogatus ſententiam. *Cic. in Or. c.* 40. Ad interrogata reſpondere. ¶ Item accuſatus, *accuſato*. *Vellej. l.* 2. *c.* 13. Interrogatus lege repetundarum.

Interrŏgo, as, avi, atum, a. 1. *interrogare*, *domandare*, שָׁאַל, Germ. *fragen*, Gal. *interroger*, Hiſp. *preguntar*, ἐρωτάω, quæro, rogo, ſciſcitor, percontor. *Cic. in Vatin.* Quid te de Hiſpanienſibus furtis interrogem? *Id.* 2. *Catil.* Interrogas me, num in exilium? *Id.* 1. *Tuſc. c.* 24. Puſionem interrogat Socrates quædam geometrica de dimenſione quadrati. ¶ Significat etiam accuſare. *Tac. Annal.* 13. *c.* 14. Pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur. *Id. Annal.* 14. *c.* 46. Interrogatu repetundarum.

Interrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *interrompere*, Germ. *zerbrechen*, Gal. *interrompre*, Hiſp. *interrumper*, διαῤῥήγνυμι, medium abrumpo. *Planc. Cic.* Pontes, quos feceram, interrupi. ¶ Interdum eſt confundere. *Coſ. l.* 11. *c.* 2. Interrumpere ordinem. ¶ Item interturbare, *diſturbare*. *Plin. l.* 18. *c.* 4. Interrumpere ſomnos.

Interrupte, adv. *interrottamente*, *diviſamente*, *ſeparatamente*, Ger. *unterbrochen*, Gal. *par interruption*, Hiſp. *con interrompimiento*, ἀσυνάρτως, inciſe, cæſim, diviſe. *Cic.* 2. *de Or. c.* 80. Si verbis uſitatis, ſi ordine temporum conſervato, ſi non interrupte narrabitur.

Interruptio, onis, f. *interrompimento*, actus interrumpendi. Eſt hoc nomine figura Rhetorica. *Quint. l.* 9. *c.* 2. Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant.

Interruptus, a, um, *interrotto*, ab interrumpor. *Cic.* 15. *Fam. ep.* 14. Sed longis intervallis temporum interruptam conſuetudinem habuit. *Idem pro Cælio*, *c.* 24. Interruptis, atque morientibus verbis. *Virg. Æn.* 4. *v.* 88. Pendent opera interrupta. *Tac.* 3. *Ann. c.* 31. Itinere interrupta, & impervia. *Id.* 2. *hiſt. c.* 70. Interrupti pontes.

Interſcalmium, ii, n. μεσοσκάλμιον, ſpatium illud in navi, quod eſt inter ſcalmum, & ſcalmum. *Vitr. l.* 1. *c.* 2.

Interſcapilium, ii, n. μετάφρενον, ſpatium illud in dorſo, quod inter ſcapulas eſt. *Apul. l.* 2. *Florid.* Cum interſcapilium crates retexiſſet, quod erat acutæ gibbere.

Interſcindo, is, idi, iſſum, a. 3. *fendere*, *tagliare per mezzo*, Ger. *zerſchneiden*, Gal. *couper par le milieu*, Hiſp. *entrecortar*, διασχίζω, medium diſcindo, ſive abrumpo, divido. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 4. A tergoque pontem interſcindi juberet.

Interſcrībo, is, ipſi, iptum, a. 3. *ſcrivere di mezzo*, Ger. *darzwiſchen ſchreiben*, Gal. *écrire entre deux*, Hiſp. *eſcrivir entre medias*, παρεγγράφω, in medio ſcribo, inter verſus ſcribo, interpono, inſero. *Plin. ep.* 9. Multa detinere, plura tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere.

Interſecīvi, vel **Interciſivi** termini in agris dicuntur, qui intercidentur montibus, vel alio ſoli genere, quod culturam non patitur. *Frontin. de Colon. pag.* 119. *edition. Goeſii*.

Interſĕco, as, ecui, ectum, a. 1. *tagliare per mezzo*, διατέμνω, per medium ſeco, in partes ſeco. *Auct. ad Her. l.* 3. *c.* 14. Ut ipſa pronuntiationis ipſas, quas demonſtravimus, inſerere, aut interſecare cadamur et animi auditorum. Alii aliter legunt. *Ammian. l.* 29. *c. ult.* Tiberis media interſecans mœnia.

Interſectio, onis, f. *interſecazione*, actus interſecandi. *Vitruv. l.* 3. *c. ult.* Interſectio, quæ Græce μετοχὴ dicitur, ſic eſt dividenda, &c.

Interſeminatus, a, um, nom. ex particip. in medio, vel per intervalla ſeminatus. *Apul. Apolog.*

Interſēpio, is, epſi, eptum, a. 4. *intramezzare*, גדר, Germ. *underzäunen*, Gal. *clorre de hayes*, Hiſp. *entrecercar*, διαφράσσω, ſepibus quibuſdam intercludo, & generatim intercludo, munio. *Cicer.* 1. *Tuſc.* Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, terrenis, concretiſque corporibus ſunt interſepta quodammodo. *Liv. l.* 5. *bel. Pun.* Interſepire urbem vallo. *Id. l.* 5. *bel. Maced.* Nunc prælis laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quadam, ne exitus ad fugam eſſet.

Interſeptus, a, um, *chiuſo*, *ſerrato*, partic. ab interſepior. *Cic. pro Cornel. Balbo*, *c.* 18. Ne interſeptum ſit his iter perpetuo ad hoc ampliſſimum præmium civitatis.

Interſĕro, is, erui, ertum, a. 3. *tramettere*, *interporre*, Germ. *zwiſchen einmengen*, Gal. *entremêler*, Hiſp. *entremeter*, παρεμβάλλω, interpono, interjicio. *Ovid. in. Met. v.* 559. Medias interſerit oſcula verbis.

Interſĕro, is, ſevi, ſitum, a. 3. *piantare*, *o ſeminare tra altre coſe*, Germ. *darzwiſchen ſetzen*, Gal. *ſemer*, *ou planter entre deux*, παρεμφυτεύω, in medio aliorum planto, ſemino, inſero. *Col. de R. R. l.* 3. *c.* 17. Coæquato deinceps paſtinato, malleolus ordinariis vitibus interſerendus eſt.

Interſiſto, is, ſtiti, atum, n. 3. *fermarſi in mezzo*, Germ. *zwiſchen ein ſtehen*, Gal. *s'arreſter entre deux*, Hiſp. *eſtar entre medias*, διΐσταμαι, in medio immoror. Translate *Quint. l.* 8. *c.* 3. Interſiſtere nos indecentiſſime cogit. h. e. in medio ſermone deſiſtere.

Interſĭtus, a, um, partic. ab interſero, quæ notat ſeminare, & plantare. *Col. l.* 8. *c.* 15. Ea contegantur interſitis buxeis, aut myrteis fruticibus.

Interſĭtus, a, um, adject. ab *inter*, & *ſitus*, *ſituato in mezzo di qualche coſa*. *Apul. de Deo Socrat.* Sunt quædam mediæ poteſtates inter ſummum æthera, & infimas terras, in iſto interſitæ aeris ſpatio. *Plin. l.* 3. *ep.* 19. Habet multum jucunditatis ſoli, cœlique mutatio, ipſaque illa peregrinatio interſita.

Interſŏno, as, ui, n. 1. in medio ſono. *Stat. Theb.* 5. *v.* 344. medius interſonat Orpheus Remigia.

Interſperſus, a, um, nom. ex particip. ſparſus per intervalla. *Apul. l.* 5. *Metam.* Interſperſus rara canitie.

Interſpiratio, onis, f. *reſpiro*, *il reſpirare*, διαπνοή. *Cic. l.* 3. *de Or. c.* 44. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verborum, & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt. *Plin. l.* 53. *c.* 1. Sine interſpiratione, ἀπνευστί.

Interſpīro, as, avi, atum, n. 1. *traſpirare*, נשם, Germ. *ſchnaufen*, Gall. *ſouffler entre deux*, Hiſp. *eſpirar*, *y reſpirar*, διαπνέω, de medio, ſeu per medium ſpiro. *Cat. R. R. c.* 112. Relinquito, qua interſpiret.

Interſterno, is, interſtravi, atum, a. 3. *interporre*, Germ. *darzwiſchen legen*, Gal. *coucher entre deux*, Hiſp. *entreponer*, ὑποστρώννυμι, in medio ſterno, interjicio, intermiſceo. *Juſtin. l.* 1. *c.* 2. Muruſque urbi coctili latere circumdedit, arena, pice, bitumine interſtrato. *Plin. l.* 29. *c.* 2. Aſſulis interſtratis.

Interſtes, itis, comm. interjectus, interpoſitus, ab *inter*, & *ſto*. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 33. Deſierant vetera, & cœperunt nova, interſtite Joanne.

Interſtinctio, onis, f. 3. diſtinctio, diviſio. *Arnob. l.* 6. Sidereos evomunt variata interſtinctione fulgores.

Interſtinctus, a, um, nom. ex partic. diſtinctus, diviſus. διαστικτός. *Stat. l.* 3. *Sylv.* 5. *v.* 90. Spatia interſtincta columnis.

Interſtinguo, is, inxi, inctum, a. 3. *eſtinguere totalmente*, eſt penitus extinguere. Nam præpoſitio *inter* hic vim habet φθαρτικὴν, id eſt corruptivam, ut interficio, interimo. *Feſtus*: Ignis Veſtæ ſiquando interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur a Pontifice. *Apuleius l.* 4. *A. A.* Jamque protinus oblitis faucibus interſtinguere anor debuiſſet. ¶ Significat etiam diſtinguere, ſeparare. V. *Interſtinctus*.

Interſtitio, onis, f. *ceſſazione*, *vacanza*, Germ. *unterlaſſung*, Gal. *relache*, *ceſſation*, Hiſp. *ceſſamiento*, μεταπαυσωλὴ, ceſſatio, vacatio. *Gell. lib.* 20. *cap.* 1. Velut quondam interſtitium, id eſt juris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem. *Id. lib.* 20. *cap. ult. ſeu in præfat.* Quando animus eorum interſtitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuiſſet.

Interſtitium, ii, n. *ſpazio*, *diſtanza*, רוח, Germ. *ein zwiſche*, Gall. *intervalle*, Hiſp. *ſpacio entre medios*, διάστημα, διαχώρημα, τὸ μεταξὺ, diſtantia, ſpatium, intervallum, quod inter aliqua interjectum eſt. *Macrobius l.* 1. *Somn. Scip. c.* 6. Cum quatuor ſint elementa, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aer, & ignis, tribus ſine dubio interſtitiis ſeparantur, quorum unum eſt a terra uſque ad aquam, ab aqua uſque ad aerem ſequens, tertium ab aere uſque ad ignem. ¶ Dicitur etiam de ſpatio, ſeu intervallo temporis. *Tacit. Ann.* 5. *c.* 4. Dandum interſtitium pœnitentiæ.

Interſto, as, interſteti, *ſtare in mezzo*, διΐσταμαι, inter aliquid ſto, ſive intercedo. *Ammian. l.* 22. *c.* 27. Cum tempus interſtetiſſet exiguum. *Avien. in Perieg.* *v.* 840. *de Tauro monte*. Interſtatque jugo mediam, ſc. Aſiam.

Interſtrātus, V. Interſterno.

Interſtrĕpo, is, pui, pitum, n. 3. *fare ſtrepito in mezzo gli altri*, *o in mezzo di qualche coſa*, Germ. *darzwiſchen rauſchen*, Gal. *faire bruit entre autres*, Hiſp. *hazer eſtruendo*, *entre otros*, διαψοφέω, eſt ſtrepitum inter alios, vel inter rem aliquam emittere. *Virg.* 9. *Ecloga*, *v.* 39. Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.

Interſtringo, is, xi, ictum, a. 3. *ſtringere*, ἀπάγχω, idem quod ſtringo, ſeu comprimo. *Plaut. Aul.* 4. 4. 31. Ibo intro, atque illi tuo ſocienno jam interſtringam gulam.

Interſtruo, is, xi, ctum, a. 3. *mettere inſieme*, *comporre*, Ger. *zuſammen ſetzen*, Gal. *batir*, *joindre enſemble*, Hiſp. *componer*, *ordenar*, διαλομέω,

συνάπτω, connecto, coapto, compono, conjungo, ſimul inter ſe conſtruo. *Silius l. 10. v. 149.* Teleſinus ad oſſa illiſo ſaxo, qua ſpina interſtruit artus, occumbit. ideſt ubi ſpina, quæ eſt in medio dorſo, artus connectit.

Interſum, interes, interfui, n. anom. *eſſere preſente*, Ger. *zugegen ſeyn*, Gal. *etre preſent*, Hiſp. *entrevenir*, ἐγκαθίσταμαι, præſens ſum, adſum, in re ſum. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 1. de Invent.* Ut id, quod indignum eſt, perinde illi videatur indignum, ac ſi ipſe interfuerit, ac præſens viderit. ¶ Vel cum dativo. *Cic. Attic. l. 9. ep. 4.* Melioris medius fidius civis, & viri putabant, quovis ſupplicio affici, quam illi crudelitati non ſolum præeſſe, verum etiam intereſſe. ¶ Vel cum ablativo, & *præp. in. Cic. pro Roſc. Amer. c. 14.* De luxurie purgavit Erutius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuiſſe. ¶ Significat etiam in medio eſſe, interjacere, interponi. *Cic. 1. Catil.* Magno me metu liberabis, dummodo inter me, atque te murus interſit. *Liv. l. 2. bell. Pun.* Id moram victoriam rati, quod intereſt amnis. ¶ Tranſlate ponitur pro differre, diſcrepare, *eſſere differente*, διαφέρειν, quia ea, inter quæ aliquid eſt, non cohærent, ſed diſtant. Uſurpatur cum accuſativo, & præp. *inter. Cic. 1. Off.* Sed inter hominem, & belluam hoc maxime intereſt, quod &c. *Id. 3. de Orat.* Mirabile eſt, cum plurimum in faciendo interſit inter doctum, & rudem, quam non multum tamen differat in judicando. Conſtruitur etiam hoc ſenſu cum ablativo, & præp. *a* vel *ab*. *Cic. 2. Acad.* Qui illa viſa, a quibus omnia decreta ſunt nata, negant quicquam a falſis intereſſe. *Id. ibid.* Nullum eſſe viſum verum a ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit. Vel cum ablativo, & præp. *in. Cic. 2. Acad.* Quæ ita videantur, ut etiam alia multa eodem modo videri poſſint, neque in his quicquam interſit. Reperitur etiam cum dativo. *Ter. Eun. 2. 2. 1.* Homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt! Et cum caſu communi. *Terent. Adel. 1. 1. 51.* Hoc pater, ac dominus intereſt. ¶ Significat etiam referre, pertinere, *importare*, *appartenere*; ſed de hac notione vide ſupra *Intereſt* ſuo loco.

Intertalĕo, as, a. 1. cædo, incido, divido, a talea. *Varr. l. 1. de re ruſt.* apud *Non. c. 4. n. 475.* Nam etiam nunc ruſtica voce intertaleare dicitur dividere, vel excidere ramum ex utraque parte æquabiliter præciſum, quas alii clabulas, alii taleas appellant.

Intertextus, a, um, *teſſuto in mezzo*, *che ha qualche coſa teſſuta di mezzo*, Ger. *gewirckt*, Gal. *entretiſſu*, Hiſp. *texido entre medias*, παρυφαντός, quod in medio textum aliquid habet, ut *Chlamys intertexta auro*, eſt chlamys ſerica, quæ aurum habet inter byſſum tranſlucens, a Phrygionibus intertextum, quod genus veſtium. *Suet. in Auguſt. Phrygianas* dicit, vulgus hodie vocat *broccato*. *Quinct. l. 8. c. 5.* Neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. *Ovid. 6. Metam. v. 128.* Floret hederis intertexti.

Intertignium, n. 2. ſpatium inter tigna. *Vitr. l. 4. c. 2.*

Intertinctus, a, um, nom. ex particip. *tinto fra mezzo*. *Plin. l. 36. c. 8.* Intertinctus aureis guttis lapis.

Intertortus, a, um, diſtortus, contortus. *Petron. in Satyr. c. 124.* Atque intertorto laceratam pectore veſtem. *Al. aliter leg.*

Intertrăho, is, axi, actum, a. 3. *levar via*, ἐξέλκω, plane extraho, de medio traho, eripio, aufero. *Plaut. Amph. 2. 2. 41.* Ne ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Intertrigo, iginis, f. παράτριμμα, morbus, cum femina ſive equitando, ſive alia de cauſa attrita ſunt, aduſta, excoriata: item cum in genere veterinario pes pedem, aut ungula ungulam terit, ab intero. *Col. l. 7.* Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida, mox decocto, ac trito ſale cum adipe deſiccatur. *Plin. l. 20. c. 14.* Intertrigines menta prohibet. Adde *Varr. 4. L. L.*

Intertrimentum, ti, n. *danno*, פחת, Ger. *abgang ſchad*, Gal. *perte dommage*, Hiſp. *dano*, βλάβη, ἀπώλεια, eſt damnum rei detritus, ab *intero*, quia cum duo inter ſe teruntur, etiam imminuuntur, ut videre eſt in veſtibus ex attrectatione, & uſu. *Varro l. 4. de L. L.* ¶ Sumitur etiam tranſlate pro evanida argenti parte, quæ ex incoctione deperit. *Liv. l. 32. c. 2.* Pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentum argenti ſuppleverunt. ¶ Item pro damno tum dantis, tum accipientis, ſeu pro communi jactura, quæ accidit in conficiendo aliquo negotio. *Cic. 3. Verr. c. 50.* Cum eo nullo intertrimento convenerat jam, quemadmodum traderetur. Ubi *Aſconius*. Detrimentum unius partis eſſe poteſt, intertrimentum vero dantis, & accipientis. *Ter. Heaut. 31. 39.* Nunc ſine magno intertrimento haberi non poteſt.

Intertritūra, æ, f. 1. idem quod intertrimentum. *l. ult. ff. de pign. act.* Quam intertrituram, quæ ex operis facta eſt, &c.

Interturbatio, onis, f. ſumitur pro conſtantia, ſeu tranquillitate, quæ nunquam turbatur. *Liv. l. 23. c. 8.* Animi quoque ejus mirabilem interturbationem cum quæreret.

Interturbo, as, a. 1. *ſturbare*, διαταράττω, valde turbo. *Ter. And. 4. 2. 39.* Davus interturbat omnia. ¶ Eſt item aliquem aliquid agentem, aut dicentem interpellare. *Plaut. Bacch. 4. 4. 81.* Ne interturba, imperatum jam in ſera eſt.

Intervăco, as, n. 1. *reſtare vacuo in mezzo*, διακενόομαι, in medio vacuus maneo. *Col. l. 4. c. 32.* Bulbus tripedaneis intervacantibus ſpatiis obrutus anno celerius maturam perticam præbet.

Intervallatus, a, um, περιοδικός, per intervalla disjunctus, ut Intervallata febris, quam intermittentem, & revertentem vocamus. *Gel. l. 2. c. 12. 7.* Hæc biduo medio intervallata febris. *Ammian. l. 26. c. 2.* Intervallato brevi tempore.

Intervallum, i, n. *intervallo*, *ſpazio*, רוח, Ger. *ein lucke*, Gal. *intervalle*, Hiſp. *eſpacio*, διάστημα, proprie eſt ſpatium inter palos, qui vallum caſtrenſe conſtituunt, ſed per Synecdochen ſpecies ad alia quævis ſpatia extenſum eſt, a *vallus*, quia eſt inter capita vallorum, ideſt, ſtipitum, quibus vallum fit. *Cic. de nat. Deor.* Non a Sole longius, quam unius ſigni intervallo diſcedit. *Id. pro Arch.* Interim ſatis longo intervallo venit Heracleam. ideſt, longo poſt tempore. *Liv. lib. 3.* Cur ex tanto intervallo rem deſuetam uſurparent. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c. 4.* Singulos per intervalla interfecit, *l'un dopo l'altro*. *Liv. l. 2.* Ne intervallo quidem facto. *ſenza perder tempo*. *Ulp. l. Si vero. Dig. Mand.* Dare alicui intervallum ſolvendi.

Intervello, is, elli, vulſum, *ſtirpare di mezzo*, ἐκτίλλω, e medio aliorum evello, ut cum lolium a tritico, cannas a capillis, aut barba evellimus. *Senec. epiſt. 14.* Barbam aut vellere, aut intervellere. *Quintil. l. 10. c. 7.* Ita ſunt natura copulata, ut mutari, aut intervelli non poſſint.

Intervenio, is, i, n. 4. *ſopravvenire*, *intravvenire*, Ger. *darzu kommen*, Gal. *intervenir*, Hiſp. *entrevenir*, ἐπέρχομαι, in medio negotio ſupervenio, inter aliquam rem venio. *Tacit. 3. Ann. c. 23.* Ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant. *Cic. pro Cluen. c. 16.* Multi viri boni cum ex occulto interveniſſent. ¶ Eſt etiam caſu venire, vel venire ſimpliciter. *Cic. 2. de Or.* Niſi forte moleſti intervenimus. *Liv. l. 23. c. 18.* Plures cecidiſſent, niſi nox prælio interveniſſet. ¶ Item intereſſe, adeſſe. *Cic. in Piſ.* Quod non eſſet factum, ſi ipſe interveniſſem. *Id. ad Q. Fr.* Etenim intervenit nonnullorum querelis. ¶ Item intercedere, ſeu ſeſe opponere. *Cic. 2. Phil.* Sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quæſtu abduxit. ¶ Item accidere, obvenire. *Cic. 2. Fin.* Quod nunquam dicit fortunam intervenire ſapienti. *Id. 3. Tuſc.* Aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Ter. Heaut. 2. 3. 40.* Ubi de improviſo eſt interventum mulieri.

Intervenium, n. 2. μεσοφλέβιον, quod eſt inter venas terræ. *Vitr. l. 8. c. 2.* Sed non per intervenia dilabantur, & decreſcant.

Interventio, onis, f. interceſſio, interpoſitio, ſeu fidejuſſio. *Leg. 7. Dig. de minorib.* & *Leg. 13. Cod. Theodoſ. de Navicul.*

Interventor, oris, m. *interventore*, Germ. *der darzwiſchen kompt*, Gal. *entrevenant*, Hiſp. *entrevenidor*, interpellator, qui alicui rei intervenit. *Cic. de Fato, c. 1.* Et quodam liberiore, quam ſolebat, & magis vacuo ab interventoribus die. ¶ Aliquando etiam accipitur pro fidejuſſore, *mallevadore*, apud *Juriſ. leg. 3. Dig. de pecul.* Et apud *Lamprid. in Commod. c. 4.* Interventorem, ne conjuratio latius puniretur, h. e. deprecatorem.

Interventus, us, m. *ſopravvenuta*, *intervenimento*, Germ. *darzwiſchen kommung*, Gal. *ſurvenüe*, Hiſp. *ſobrevenida*, ἐπέλευσις, actus interveniendi. *Cic. in Catil.* Tum interventu Pontini, atque Flacci pugna, quæ erat commiſſa, ſedatur. *Caſ. l. 3. B. Gal. c. 15.* Noctis interventu.

Interverſio, onis, f. everſio, ſubverſio, turbatio. *Tertul. l. 1. adverſ. Marcion. c. 20.* O Chriſte patientiſſime, qui tot annos interverſionem prædicationis tuæ ſuſtinuiſti.

Interverſor, oris, m. qui ex pecunia publica aliquid intervertit. *L. 8. Cod. de jure Fiſci.*

Interverſūra, æ, f. verſura & flexus agri in obliquum extenſi, antequam ad ejus finem perveniat. *Hygin. de limitib. pag. 178. 198. & 218. Goeſii.*

Interverſus, a, um, nom. ex particip. ſurreptus, ablatus, everſus. *Cic. 4. Ver. c. 30.* Interverſo regali dono. *Tacit. Ann. 16. c. 10.* Interverſis patroni rebus. *Aur. Vict. de vir. illuſt. c. 33.* Interverſæ pecuniæ reus.

Interverto, is, erti, erſum, a. 3. *togliere via con aſtuzia*, Ger. *hinderhalten*, Gal. *detourner*, Hiſp. *arrebatar*, ὑφαρπάζω, callide ſurripio, quod plerumque fit, cum rem commodatam, aut creditam nobis vindicamus, doloque, ne domino reſtituatur, efficimus. Unde *Cic. 6. Ver.* candelabrum, quod Rex Ægypti Jovi Capitolino dono tulerat, a Verre, qui illud commodato a Rege acceperat, interverſum eſſe conqueritur. *Id. Phil. 2.* Promiſſum & receptum intervertit, ad ſeque tranſtulit. *Plaut. Aſin. 2. 2. 10.* Unde ſumant? quem intervortam? h. e. decipiam, pecunia ſpoliem. *Gell. l. 11. c. 18.* Qui fundo, quem conduxerat, vendito, poſſeſſione ejus dominum interverteret. ¶ Tranſlate *Senec. de conſol. ad Mart. c. 22.* Neque enim recta ingenia qualem in adoleſcentia ſpem ſui fecerant, uſque in ſenectutem pertulerunt, ſed interverſa plerunque ſunt, *diſtolte*, *traviate*. Significat etiam ſubvertere, avertere. *Paul. JCtus l. amiſſione Dig. de capit. diminut.* Publica jura interverti non conſtat. ¶ Item decoquere. *Tacit. l. 2. hiſt. c. 95.* Novies millies ſeſtertiûm pauciſſimis menſibus interverti ſe creditur.

Intervibro, as, a. 1. *Mar. Capell. l. 6. poſt init.*

Intervigĭlo, as, avi, atum, n. 1. idem ac vigilo, vel per intervalla vigilo. *Lamprid. in Alexandro, c. 6.* Dormientibus cunctis, ſolo tantum imperatore intervigilante, viſus eſt. *Senec. ep. 83.* Somno breviſſimo utor, & quaſi intervigilo. Meliores tamen libri hab. *interjungo*.

Intervirĕo, es, n. 2. in medio vireo. *Claud. de rapt. Proſ. l. 2. v. 100. de Iride.* Semita diſcretis interviret humida nimbis. *Stat. Theb. 4. v. 98. de angue:* latiſque minax interviret herbis.

Interviſo, is, a. 3. ἐπισκοπεῖσθαι, per intervalla inviſo. *Cic. l. 7. Fam. ep. 21.* Quodque nos minus interviſis, hoc fero animo æquiore. *Id. Q. Fr. ep. 7. c. 2.* Urbanam expolitionem crebro interviſo.

Interŭla, f. 1. *camiſcia*, Germ. *hembde*, Gal. *chemiſe*, Hiſp. *camiſa*, χιτωνίσκος, ſubucula, induſium, tunica linea, veſtis intima, & corpori proxima. *Tertul. de Pall. c. 5.* Si quid interulæ ſupereſt.

Interŭlus, a, um, adject. interior, ut interula tunica, h. e. ſubucula. *Apul. l. 2. Florid.* Et *Vopiſc. in Prob. c. 4.* Interulas paragaudias duas huic dari jubebis. *Martian. Capell. l. 9.* Quin etiam interulas gaudens diſſolvere nexus.

Interundātus, a, um, adject. in undarum figuram diſtinctus. *Solin. c. 27. (al. 37.)* Hoc fulvum nigrantibus ſegmentis interundatum, varietate oprime decet.

Intervocalĭter, adverb. *Apul. l. 9. Metam.* Intervocalitat clamare, h. e. magna voce.

Intervolĭto, as, avi, atum, n. 1. in medio volito. *Liv. l. 3. c. 10.* Carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur.

Intervŏlo, as, avi, atum, n. 1. in medio volo. *Valer. Flac. l. 2. v. 614.* Immittitque ratem, mediaſque intervolat urbes. Et *l. 5. v. 27.* Illa recens oculis intervolat Idmon.

Intervŏmo, is, ui, itum, n. 3. *vomitar tal volta*, inter aliquid vomo, vel interdum vomo. Tranſlate *Lucret. l. 6. v. 894.* Quod dulces inter ſalſas intervomit undas. h. e. interfundit.

Interuſurium, ii, n. commodum, vel uſura medii temporis, *profitto di uſura*. *Ulp. l. 9. Dig. de pecul.* Ut medii temporis interuſurium creditor conſequatur.

Intervulſus, a, um, nom. particip. evulſus, avulſus, non continuus, interruptus. *Solin. c. 3.* Tres Lepidi, intervulſa tamen ſerie, ex eadem domo, obducto membrana oculo ſimiles.

Inteſtabĭlis, le, a. 3. *chi non può far teſtimonio*, ἄτιμος, qui ex jure teſtimonium dicere non poteſt. *Cajus in l. cum lege, ff. de teſtam.* Inteſtabilis eum lege quis eſſe jubetur, eo pertinet, ne ejus teſtimonium recipiatur, & eo amplius (ut quidam putant) neve ipſi dicatur teſtimonium. *Hor. 2. Serm. Sat. 3. v. 181.* Is inteſtabilis, & ſacer eſto. Ubi interpres *Porphyrio:* Antiqui eos, quos ad teſtimonium admitti nolebant, inteſtabiles vocabant: deteſtabiles, quorum teſtimonium malum, & execrandum eſſet. ¶ Capitur etiam pro deteſtabili. *Gel. l. 7. c. 18.* Eos tamen, qui ad Annibalem non rediiſſent, uſque adeo inteſtabiles, inviſoſque fuiſſe, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint. *Tacit. l. 6. Ann. c. ult.* Inteſtabilis ſævitia Tiberius. *Salluſt. in orat. Lepidi ad pop. R.* Pejor, atque inteſtabilior.

Inteſtāto, adv. *ſenza teſtamento*, Ger. *ohne teſtament*, Gal. *ſans teſtament*, Hiſp. *ab inteſtato*, *ſin teſtamento*, ἀδιαθέτως, ſine teſtamento. *Cic. 2. de Inv. c. 50.* Si paterfamilias inteſtato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque eſto.

Inteſtātus, a, um, *inteſtato*, *che non ha fatto teſtamento*, ἀδιάθετος, dicitur non ſolum qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam cujus ex teſtamento adita non eſt hæreditas. *Paul. in l. teſtatus, de verbor. ſignific. Ulp. de ſuis, & leg. hæred.* Inteſtati proprie appellantur, qui, cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. *Cic. pro Cluent.* Haud hæres eſt Cluentius, inteſtatum dico eſſe mortuum. *Dig. 29. 4. 1.* Ab inteſtato hæreditatem poſſidere. *h. e.* ſine teſtamento ejus, qui mortuus eſt. ¶ Item cujus verbis non adhibetur fides, quive teſtis eſſe non poteſt. *Pompon. apud Non. c. 4. n. 237.* Ipſe cum uno ſervo ſenex inteſtatus proficiſcitur. ¶ Item nullis teſtibus convictus. *Plaut. Curc. 5. 3. 17.* Hocine

Digitized by Google

tine pacto indemnatum, atque inteſtatum me arripi? Alii aliter legunt. *Id. Mil. a. 3. v. 24.* Et ſi inteſtatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. Ludit hic *Plautus* in ambiguo vocis ſenſu. Nam *inteſtatus* poteſt etiam dici, qui teſticulis privatus eſt.

Inteſtina, orum, n. 2. *interiori*, ἔντερα, σπλάγχνα, interanea, quidam quaſi membranacei canales, qui in interiore ventris parte ſiti alimentorum excrementa e ventriculo excipiunt, longiſque orbium anfractibus tandem per ſeceſſum dejiciunt. Dicta ſunt, quia interiore corporis parte clauduntur. Differunt a viſceribus, quia viſcera ſuperiora ſunt, inteſtina inferiora. Ab omento conteguntur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Ex inteſtinis autem, & alvo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad jecur per vias quaſdam e medio inteſtino uſque ad portas jecoris. *Plaut. Caſ. 4. 3. 6.* Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant. *Cic. l. 7. Fam. ep.* 26. Ex inteſtinis laborare. ¶ Uſurpatur & in ſingulari num. *Celſ. l. 2. c. 1.* Inteſtinum tenue. *Id. l. 7. c. 16.* Latum inteſtinum interdum glutinatur.

Inteſtinus, i, m. idem ac inteſtinum. *Plin. l. 11. c. 37. verſus fin.* Inteſtinus quibuſdam ab ore incipit, & quibuſdam eodem reflectitur, ut ſepiæ, polypo. Ita legi in omnib. MSS. teſtatur *Harduinus*. Adde *Varron. apud Non. c. 3. n. 184.*

Inteſtinus, a, um, *interno*, *coſa di dentro*, פנימי, Ger. *inwendig*, Gal. *inteſtin*, *interieur*, Hiſp. *inteſtino*, ἐντόσθιος, ἐνδοθεν, quod intus reconditum eſt, & foris non apparet, intimum, interaneum, internum. *Serv. Sulp. Cic. 4. Fam. ep. 5.* Quid eſt, quod tantopere te commoveat tuus dolor inteſtinus? ¶ Sæpe ponitur pro civili, ut *Inteſtina diſcordia*, *inteſtinum malum*, *inteſtina peſtis*, ideſt conſpiratio maxima, & pericoloſiſſima, *inteſtinum bellum*, cum civitas veluti in ſua viſcera conjurat. *Cic. ad Brut.* Ingraveſcit enim in dies inteſtinum malum, nec externis hoſtibus magis, quam domeſticis laboramus. *Id. in Catil.* Ut bellum inteſtinum, ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum, & maximum uno togato duce, & imperatore ſedetur. ¶ Inteſtinum odium. *Liv. l. 2.* Inteſtino inter Patres, Plebemque flagrabat odio. ¶ Inteſtinum opus, quod ad ornatum ædium ex ligno conficitur. *Varr. l. 3. de re ruſt. c. 1.* Cum villam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pavimentis e nobilibus lithoſtrotis ſpectandam. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Inteſtis, is, ὁ ἀναλος. Tribuitur *Arnobio l. 5. pag. 162.* ubi al. leg. *inveſtis*. *Salmaſ. in not. ad Tertull. de Pall. c. 3.* inteſtes ait appellatos Gallos Matris deum.

Intexo, is, xui, xtum, a. 3. *teſſere in qualche coſa*, *inteſſere*, ἐνυφαίνω, eſt intus texere, texendo inſerere. *Virg. 3. Georg.* Utque purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Ubi Servius: Intexti, intus texti. Nam in velis ipſi erant picti, qui eadem vela portabant. ¶ Translate ponitur pro annectere, innectere, implicare. *Virg. 2. Georg.* Illa tibi lætis intexit vitibus ulmos. ¶ Item pro immiſcere. *Cic. in Parit.* Læta miſtibus, incredibilia probabilibus inteximus. ¶ Intexere aliquem, eſt inducere loquentem. *Cic. Att. l. 13.* Scis me antea orationes, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nuſquam poſſem intexere. *Id. ibidem ep. 22.* Te δευτεραγωνιστην intexui, faciamque crebrius.

Intextus, us, ui, m. *teſſitura*. *Plin. l. 2. c. 8.* Æterna eſt cœleſtibus natura, intexentibus mundum, intextuque concretis.

Intextus, a, um, nom. ex partic. *inteſſuto*, intus textus. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 47.* Chlamyde coloribus variis intexta. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 55.* Arteriis toto corpore intextæ.

Intimatio, onis, f. *intimazione*, *inſinuazione*, denunciatio. *Martian. Capell. l. 9. poſt princ.* Doctæ intimationis occurſus.

Intimator, oris, qui aliquid introducit, atque inſinuat. *Jul. Cap. in Pertinace, c. 10.* Velut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.

Intime, adv. *intrinſecamente*, Ger. *innigklich*, Gal. *intimement*, Hiſp. *intimament*, *de l'alma*, ἐνδοτάτω, intrinſece. *Apul. l. 2. Meream.* Intime utei. ¶ Translate ſignificat ex intimo animi ſenſu, vehementer. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2.* Quem ſcribis tertiſſimum matreidam tibi a me intime commendari.

Intimide, adverb. non timide. *Ammian. l. 26. c. 17.* Huic intimidius incedenti nus reſiſtebat populus, nec favebat. *Hadrian. Valeſius* reponit, valda timide, ut *in* negeat.

Intimo, as, avi, atum, a. 1. ſignificat intimum reddere. Eo tamen utuntur ſolummodo Auctores cadentis latinitatis. *Apul. in Anaxomeno.* Intimare umplexus. *Solin. c. 4.* Nilus cum mari intimatur. *Ammian. l. 23. c. 6.* Oceani gurgitibus intimatur. ¶ Item proponere, denuntiare, inſinuare. *Symmach. l. 10. ep. 40.* Prædeceſſor meus perennitati veſtræ rationem dicitur intimaſſe. Affertur & locus *Livii l. 4. c. 46.* his verbis: Intimaſſe filio, ut militem ſcriberet. Sed corrupta eſt lectio, & *inſtitiſſe* legendum eſt.

Intimus, a, um, *intimo*, *più a dentro*, פנימי, Ger. *drinnen*, Gal. *intime*, Hiſp. *intimo*, ἐνδότατος, quod maxime intus reconditum eſt, ſup. ab antiquo *interus*, per Sync. *Cic. 6. Verr. c. 45.* In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum. ¶ Translate ponitur pro familiari, domeſtico, pro eo, qui cum aliquo omni tum officiorum, tum conſuetudinis, tum familiaritatis genere eſt conjunctus. *Cic. in Catil.* Qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. *Ter. Andr. 3. 3. 44.* Davus intimus eſt eorum conſiliis. *Nepos in Dione, c. 1.* Erat intimus Dionyſio priori. ¶ In intimis alicujus eſſe, eſt valde amari ab aliquo. *Cic. Att. l. 4.* Itaque in intimis eſt meis, cum antea notus non eſſet. *Id. 3. Fam.* M. Æmilius unus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis.

Intinctio, onis, f. tinctio. *Tertull. de Panit. c. 2. & 12.*

Intinctus, us, m. *ſapore*, ἔμβαμμα, condimentum ad obſonia condienda. *Plin. l. 15. c. 29.* Eadem origine aprorum ſapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis.

Intinctus, a, um, nom. ex particip. tinctus. *Vitr. l. 1. c. 3.* Intinctus in aqua. *Ovid. 2. Faſt. v. 634.* Nutriat intinctos miſſa patella cibos, h. e. conditos. Alii aliter legunt.

Intingo, is, inxi, inctum, a. 3. *intingere*, *bagnare*, ἐμβάπτω, immergo, madefacio, humecto. *Plin. l. 20. c. 17.* Omnibus, quæ condiuntur, quæque intinguntur. *Cat. c. 156.* Crudam ſi edas, in acetum intingito.

Intolerabilis, le, o. 3. *intollerabile*, *inſopportabile*, Ger. *untraeglich*, Gall. *intolerable*, Hiſp. *intolerable*, ἀφόρητος, quod tolerari, & ferri non poteſt. *Cic. ad Q. Fr.* Quod certe & ad honeſtatem, & ad fugiendos intolerabiles dolores fuit optimum. *Id. 3. de Orat.* Mihi omnia ſunt intolerabilia ad dolorem. *Juven. Sat. 6. v. 459.* Intolerabilius nihil eſt, quam fœmina dives. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui non toleras, *impaziente*. *Afran. apud Non. 2. 435.* Quod ſi feciſſem id ſæpius, didiciſſet is ferre, & non eſſet intolerabilis.

Intolerabiliter, adv. *intollerabilmente*, Ger. *unleidlich*, Gall. *intolerablement*, Hiſp. *intolerablemente*, ita ut ferri non poſſit. *Col. l. 1. c. 4.* Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus, a, um, idem quod intolerabilis. *Cic. in Rull.* Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. *Liv. lib. 22. c. 1.* Intoleranda frigora. ¶ Intolerandum adverbialiter, *Gell. 17. 8.* Aula intolerandum fervit.

Intolerans, antis, o. *impaziente*, Ger. *ungeduldig*, Gal. *impatient*, Hiſp. *impaciente*, ἀνυπομονος, impatiens, qui tolerare non poteſt. *Liv. l. 9. c. 18.* Quarum nemo intolerantior fuit. *Id. l. 20. c. 28.* Intolerantiſſima laboris corpora. ¶ *Laevius* apud *Gell. 19. 7.* *curas intolerantes* dixit pro *intolerandas*.

Intoleranter, adv. *impazientemente*, Ger. *ungeduldiglich*, ἀνυπομονως, impatienter, impotenter. *Cic. 2. Tuſc. c. 10.* Cum ipſum Herculem tam intoleranter dolere videamus. *Id. in Vatin. c. 12.* De tuis divitiis intoleranſiſſime glorians. *Id. c. de Orat. c. 52.* Intolerantius ſe jactare.

Intolerantia, æ, f. *intolleranza*, *impazienza*, Ger. *ungeduls*, Gal. *intolerance*, Hiſp. *intolerancia*, ἀνυπομονια, impatientia, impotentia. *Cic. pro Cluent. c. 40.* Quis illum cum illa ſuperbia, atque intolerantia ferre potuiſſet?

Intollo, is, a. 3. extollo, ut clamores abſonos intullere. *Apul. l. 8. M. A.*

Intonatus, a, um, particip. ab intono. *Horat. Epod. 2.* Si quam Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare, h. e. procelloſa tempeſtas Eoum mare tumitu, & ventis verſans.

Intondeo, es, ondi, onſum, a. 2. *toſare d'intorno*, περικείρω, circumtondeo. *Colum. l. 11. c. 3.* Et fibrarum ſummas partes intondeas.

Intono, as, ui, a. 1. idem quod tono. *Cic. de Div. l. 1. c. 42.* Partibus intonuit cœli Pater ipſe ſiniſtris. ¶ Per translationem dicitur & de quovis alio ſono vehementiore. *Plin. l. 9. c. 40.* Intonuit ingenti latratu canis. ¶ Et ſpeciatim ſumitur pro iracunde dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. *Liv. 3.* Cum hæc intonuiſſet plenus iræ. *Ovid. 2. Amor. el. 7.* Intonare minas. *Tacit. Ann. 12. c. 1.* Orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio cœlibi vitæ intolerantis, h. e. intonanti, vehementi in vitam cœlibem. Alii leg. *cœlibis vitæ intolerantis*. ¶ Partic. *intonaturus* legitur apud *Sidon. l. 9. ep. 14.*

Intonſus, a, um, *non toſato*, Germ. *unbeſchoren*, Gal. *non tondu*, Hiſp. *no treſquilado*, ἄκαρτος, non tonſus. *Plin. l. 6. c. 28.* Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine, barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro. *Liv. l. 1. B. Pun.* Intonſi homines, & inculti. *Horat. epod. 13.* Capilli intonſi. *Col. l. 7. c. 3.* Intonſæ oves.

Intorqueo, es, orſi, ortum, a. 2. *tirare*, *trarre con impeto*, Germ. *umbtrummen*, Gal. *entortiller*, Hiſp. *torcer*, συστρέφω, contra, ſeu intus torqueo, vel jacio, cum impetu jaculum, vibrando emitto. *Virg. 2. Æn. v. 231.* Et tergo ſceleratam intorſerit haſtam. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 4.* Si quod in me telum intorſerit. ¶ Item circumtorqueo, *torcere*. *Cic. 2. de Or. c. 66.* Sex. Pinario mentum in dicendo intorquenti, &c. *Hirt. de B. Hiſpan. c. 38.* Intorquere talum, *ſlogarſi un piede*.

Intorte, adverb. involute. *Plin. l. 16. c. 16.* Intortius criſpus.

Intortio, onis, f. actus intorquendi. *Arnob. l. 3.* Hos capillorum intortione criſpulus.

Intortus, a, um, nom. ex particip. *torto*. *Martial. l. 8. epigr. 33.* Fortior intortos ſervat veſica capillos. *Liv. l. 25.* Intorto circa lævum brachium paludamento. *Id. l. 28. c. 30. a med.* Ut fugientem navem videres raro vertice intortam victricibus illatam, *voltata*, *a girata a forza*. Et mox: Navis repente intorta in proram circumagebatur. ¶ Translate *Plaut. Ciſt. 4. 2. 64.* Intorta oratio, h. e. involuta, obſcura.

Intra, *entro*, *dentro*, *infra*, *tra*, בתוך, Germ. *drinnen*, Gal. *dedans*, Hiſp. *dentro*, ἐντος, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt, ſignificatque ſpatium temporis, aut loci. *Cic. ad Att.* Niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur. *Id. pro Sext.* Antiochus intra montem Taurum regnare juſſus eſt. *Id. in Verr.* Quæ intra decem annos in rebus judicandis nefarie, & flagitioſe facta ſunt. *Liv. l. 23. c. 41.* Intra paucos dies. ¶ Accipitur etiam pro citra, ut *Intra famam*, ideſt citra opinionem, & minus ipſa fama. *Quintil. l. 11. c. 3.* Hortenſii ſcripta intra famam ſunt. *Plin. l. 4. c. 11.* Regina ante pedes Cæſaris provoluta tentavit oculos ducis fruſtra; nam pulcritudo intra pudicitiam principis fuit, h. e. minor pudicitia Principis. *Cic. ad Sulp. l. 4. Fam.* Modum hoc faciam, aut etiam intra modum, ideſt minus, quam modica. *Id. 9. Fam. ep. ult.* Epulamur una non modo non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem, ideſt minus conſumimus, quam lex præſcripſerit. ¶ Item pro ſine. *Horat. in Art. Poet. v. 266.* Intra ſpem veniæ cautus. *Lambinus* legit *extra*. ¶ *Florus l. 1. c. 3.* Facinus intra gloriam fuit, h. e. intra terminos gloriæ. ¶ *Plin. l. 3. ep. 10.* Intra me futurum eſt, h. e. apud me & ſecreto. ¶ *Gell. l. 12. c. 1.* Pluribus diſputat an *intra Calendas* ipſum Calendarum diem comprehendat. V. ¶ Intra, ſine caſu, adverbium eſt, cui contrarium eſt extrinſecus. *Col. l. 12. c. 43.* Hæc vaſa, & opercula & extrinſecus, & intra diligenter picata eſſe debebunt.

Intrabilis, le, adject. *dove ſi può entrare*, qui adiri poteſt. *Liv. l. 22. c. 19.* Intrabile os amnis. Ita legit *Gronov.*

Intractabilis, le, o. 3. *che non ſi può domare*, Ger. *unbandſam*, Gal. *intraitable*, Hiſp. *intratable*, ἀδάμαστος, indomabilis, qui tractari, domarive non poteſt. *Plin. l. 19. c. 5.* Virus illi intractabile eſt. *Virg. Æn. 1. v. 339.* Genus intractabile bello. *Gell. l. 18. c. 7.* Domitius erat natura intractabilior, & moroſior.

Intractatus, a, um, *non maneggiato*, *indomito*, פרא, Germ. *unberitten*, Gal. *indomté*, Hiſp. *indomita*, ἄδμητος, non tractatus, indomitus. *Cic. de Am. c. 19.* Nemo eſt, qui non eo, quo conſuevit, libentius utatur, quam intractato, & novo.

Intractio, onis, f. *contrazione*. *Plin. l. 7. c. 12.* Rictum in loquendo, intractionemque linguæ, & ſermonis tumultum piſcator quidam reddidit. Al. leg. *contractionem*.

Intraho, is, axi, actum, a. 3. traho. *Apul. 5. Met.* Sulcatos intrahens greſſus. *Id. ibid. l. 11.* Sol inclinatus intrahebat veſperam. ¶ Apud *Feſtum* intrahere, eſt contumeliam intorquere.

Intramuranus. V. Extramuranus.

Intranſitive. *Priſcian. l. 18. pag. 1134.* *Putſch.* Quæ habent paſſivam terminationem, non poſſunt infinitis adjungi, ut *ſtatur*, *curritur*, *ſedetur*, & intranſitive intelliguntur.

Intranſitivus, a, um, adject. ut intranſitiva elocutio, apud *Priſcianum l. 14.* h. e. non tranſiens ab alia in aliam perſonam.

Intratus, a, um, nom. ex particip. paſſivæ ſignificationis ab intro, as. *Velley. l. 2. c. 105.* Intrata penitus Germania. *Liv. l. 21. c. 25.* Ubi rurſus ſilvæ intratæ. *Silius l. 12. v. 323.* Phœbo jam intrata ſacerdos, h. e. afflata.

Intremiſco, is, ui, n. 3. *intremare*, contremiſco. *Plin. l. 2. c. 79.* Terræ intremiſcunt, ſopito mari.

Intremo, is, mui, n. 3. *tremare*, *ratremare*, idem quod tremo. *Celſ. l. 3. c. 3.* Totum corpus intremit. *Ovid. 2. Met. v. 180.* ſubito genua intremuere timore. ¶ Tranſitive *Silius l. 16. v. 664.* Hannibalem ecce ſenectus intremit, aut agros ſimulat mentita timores.

Intremulus, a, um, adject. *tremolante*, idem quod tremens, ſeu tremulus. *Auſon. in epitaph. Heroum 34.* Intremulam baculo non ſubeunte manum.

Intrepide, adv. *intrepidamente*, ἀδεως, ſine pavore, audacter. *Liv. l. 26. c. 4.* Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepide viſum eſt ſieri.

Intrepidus, a, um, *intrepido*, *che non ha paura*, Ger. *unerſchrocken*, Gal. *intrepide*, Hiſp. *intrepido*, ἀδεης, qui nihil timet, impavidus. *Ovid. 13. Met. v. 478.* Pertulit intrepidos ad fata noviſſima vultus. *Plin. in præfat.* Nec

Hæc quis poſſet intrepidus æſtimare? *Tacit. in Agric. c.* 22. Intrepida ibi hiems. h. e. hibernæ militum ſtationes tutæ.

Intribŭo, is, ui, utum, a. 3. idem quod tribuo, vel contribuo, confero. *Trajan. ad Plin. l.* 10. *ep.* 35. Ne quid ideo intribuant.

Intributio, onis, f. contributio, tributum. *Paul. JCtus Sentent. l.* 5. *tit.* 7. Collatio intributionis.

Intricātus, a, um, adject. involutus, implicatus. *Plaut. Perſ. argum.* Intricatum ludit potans Dorpalum.

Intrico, as, avi, atum, a. 1. implico, involvo, *imbarazzare*, ἐμπλέκω, a tricis. *Afranius apud Non. c.* 1. *n.* 26. Ita intricavit hanc rem temeritas.

Intrigo, inis, f. idem ac intertrigo. *Varr. l.* 4. *de L. L. ad fin.*

Intrimentum, i, n. 2. idem ac intritum. *Apul.* 10. *Met.* Qui ſapidiſſimis intrimentis ſuccuum pulmenta condita vapore mollibat.

Intrinsĕcus, adv. *intrinſecamente, di dentro*, מלפנים, Germ. *inwendig*, Gal. *par dedans*, Hiſp. *de dentro*, ἔσωθεν, in interiore parte, ab *intra*, & *ſecus*, qua notat juxta, prope. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 11. Eam intrinſecus eadem re perungunt. *Col. l.* 12. *c.* 43. Lata vaſa intrinſecus & exterius craſſa picari jubebat.

Intrita, æ, f. idem ac intritum. *Don. in Phor. a.* 2. *ſc.* 2. 4. Proprie enim intrita dicitur hujuſmodi cibus. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Intrita panis e vino, V. *Intritum.*

Intrītum, i, n. *morretto*, genus edulii ex allio, porro, caſeo, oleo, ovis concinnatum, ita dictum, quod in mortario teratur. *Apul. lib.* 2. *Met.* Inſuper fluctus libant intritum lacte confectum. ¶ Eſt etiam intritum, vel melius intrita, calcis genus manibus ſubactum, neque ſtatim ad opus adhibitum, ſed tempore maceratum, fermentatumque. *Plin. l.* 36. *c.* 23. Intrita quoque quo vetuſtior, eo melior. ¶ Item emplaſtri genus ad inſitionem accommodatum, quod conſtabat ex argilla manibus ſubacta. *Plin. l.* 17. *c.* 16. Atque ita congmentari, & illa ſua intrita oblini.

Intrītus, a, um, adject. tritus, maceratus. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. Panis in lacte intritus.

Intro, as, avi, atum, n. 1. *entrare, andar dentro*, ביוה, Ger. *hinein*, Gal. *dedans*, Hiſp. *dentro*, εἰσέρχομαι, ingredior, introeo, ab adv. *intro*. *Cic.* 2. *Phil.* Tu ingredi illam domum auſus es? tu illud ſanctiſſimum limen intrare? *Id. pro Domo.* In Capitolium intrare turbulento illo die non debuiſti. *Silius l.* 11. *v.* 473. Intrare Ponto. *& l.* 9. *v.* 289. Intrare Cœlo. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſe ſe inſinuare, penetrare, &c. *Cic. ad Q. Fr.* Qui in tuam familiaritatem penitus intravit. *Id. pro Placco.* Sed intrabo etiam magis. *Id.* 5. *Fin.* Intrandum eſt igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea poſtulet, pervidendum. *Tacit. in Agric.* Intravit animum militaris gloriæ cupido. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 5. At ſi mare intretur &c. V. *Intratus.* ¶ Significat interdum transfigere, *trafiggere*. *Martial. l.* 7. *epigr.* 97. Quem (aprum) meus intravit ingenti cuſpide dexter. *Id. l.* 14. *epigr.* 30. *de venabulis*: Intrabunt urſos, ſit modo firma manus. ¶ Eſt etiam verbum judiciorum, & ſumitur pro in judicio adeſſe. *Plin. l.* 5. *ep.* 4. Vicentini ſine advocato intraverunt. *Id. l.* 6. *ep.* 31. A parte hæredum intraverunt duo. Intro, *entro, dentro*, פנימה, Ger. *hinein geben*, Gall. *entrer*, Hiſp. *entrar*, ἔσω, adv. motus ad locum ab *ἔσω*, *intus*. *Plaut. Amph.* 4. 3. 11. Intro edepol abiit, credo, ad uxorem meam. ¶ Intro dare ſe, eſt ultro ſe ſe introducere, vel offerre gerendis negotiis. *Cic. pro Cæc. c.* 5. Atque etiam ſe ipſa afferebat, & intro dabat. Legendum tamen eſt *intrudebat*.

Introclūdo, a. 3. *rinchiudere*, ἐγκατακλείω, in interioribus claudo. *Sen.* Qui domi introcluſus ætiabatur. Ita Calepinus, & Paſſerat. ſed locum non indicant.

Introcurro, is, n. 3. *correr dentro*. *Nævius apud Non. c.* 3. *n.* 95. Per fretum introcurrimus.

Intro do. V. Intro.

Introdūco, is, uxi, uctum, a. 3. *introdurre, menar dentro*, הביא, Germ. *hinein fuehren*, Gal. *introduire*, Hiſp. *introduzir*, εἰσάγω, intra aliquem locum duco. *Sal. in Catil.* Vulturtium cum legatis introducit. *Cæſ.* 2. *B. G.* Si ſuas copias Hedui in fines Bellovacorum introduxerint. ¶ Sumitur etiam pro inducere. *Cic.* 11. *Phil. c.* 8. Quam ambitionem conſtantiſſimus, & graviſſimus civis L. Cæſar in Senatum introduxit. *Id. de Amic. c.* 1. Catonem introduxi ſenem diſputantem. Melius tamen legitur *induxi*. ¶ *Introduce* pro introduc ἀρχαϊκῶς habet *Plaut. Aulul.* 3. 3.

Introductio, onis, f. actus introducendi, *l'introdurre, introduzione*, εἰσαγωγή. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum introductiones nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Introductorius, a, um, adject. *che fa introduzione*, ut introductorius liber, apud *Caſſiod. c.* 24. *divinar. lectionum.*

Introĕo, is, ivi, itum, n. 4. *entrare*, εἰσέρχομαι, ingredior. *Cic.* 16. *Fam.* Eodemque tempore ſimul nobiſcum in oppidum introiit Terentia. *Id. in Piſ.* Quaſi vero ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Varro l.* 1. *c.* 63. Quo cum periculo introitur recenti apertione. *Ulpian. l. Lex Cornelia. Dig. de injur. & fam. libell.* Introitum eſt in fundum alienum. ¶ Et cum accuſat. & præpoſit. *ad. Terent. Hecyr.* 4. 1. 35. Qui vidiſſe eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam. ¶ Et ſine præpoſit. *Suet. Calig. c.* 47. Triremes, quibus introierat Oceanum.

Introfĕro, ers, tuli, latum, anom. *portar dentro*, infero, in aliquem locum porto, εἰσφέρω, εἰσκομίζω. *Cic.* 7. *Verr. c.* 13. Lectica in urbem introferri ſolitus eſt. *Liv. l.* 43. *c.* 7. Princeps eorum pedibus captus, lectica eſt introlatus.

Introgredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *entrare*, εἰσέρχομαι, introeo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 520. Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi.

Introĭtus, us, m. *entrata*, מבוא, Ger. *eigang*, Gal. *entrée*, Hiſp. *entrada*, εἴσοδος, ingreſſus, actio introeundi. *Cic.* 11. *Phil.* Qui nocturnus introitus in Smyrnam, quaſi in hoſtium urbem? *Id. pro Cæc.* Iſte ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. *Col. l.* 11. *c.* 2. Introitum facere. ¶ Tranſlate ſumitur pro principio. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. Etenim poſt profectionem tuam primus introitus fuit in cauſam fabulæ Clodianæ.

Introĭtus, a, um, particip. paſſ. *Ulpian. l. Lex Cornel. Dig. de Injur.* Quod ſe pulſatum, verberatumve, domumve ſuam vi introitam eſſe dicat.

Intromitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *mettere dentro*, הביא, Ger. *hinein laſſen*, Gal. *mettre dedans*, Hiſp. *meter dentro*, εἰσδέχομαι, προσάγω, in domum admitto. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 40. Nemo voluit viſentem ad eam intromittere. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 12. Cave, quemquam alienum in ædes intromiſeris. *Id. ib.* 3. 6. 17. Qui intromiſiſti in ædibus quingentos coquos. Alii legunt *in ædes*. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 9. Phædriam comiſſatum intromittamus. ¶ *Varr. l.* 3. *R. R. cap.* 10. Intromittere mares in fœminas. h. e. admittere.

Introrēpo, is, n. 3. rependo ingredior. *Apulej. l.* 2. *Metam.* Repente introrepens muſtela. Et *l.* 9. Fida tenebrarum contectus introrepere poteſt. ¶ Poteſt etiam diviſim ſcribi, *intro repo*.

Introrſum, adv. *verſo dentro*, εἰς τὸ ἔσω, vel ἔσω, introverſus, hoc eſt, interiora verſus. *Liv. l.* 20. *c.* 33. Hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 44. Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.

Introrſus, adv. idem ac introrſum. *Cæſ.* 2. *B. G. c.* 18. Ut non facile introrſus inſpici poſſet. *Senec. de vita beata*, *c.* 3. Foris nitent, introrſus miſera ſunt.

Introrumpo, is, upi, uptum, n. 3. *entrare con furia*, εἰσβάλλω, irruo, cum impetu introeo. *Gel. l.* 15. *c.* 22. Cerva emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit. *Ter. Eun.* 5. 5. 26. Ceſſo huc introrumpere? ¶ Cum accuſat. ſine præpoſit. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 51. Introrumpere portas.

Introſpecto, as, a. 1. *guardar dentro*. *Plaut. Moſtell.* 4. 2. 27. Quid volunt? quid introſpectant? ¶ Poteſt etiam diviſim ſcribi *intro ſpecto*.

Introſpĭcio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare dentro*, εἰσοράω, introrſus aſpicio, diligentiſſime video. *Cic.* 2. *de Div.* Scibant cauſas omnium introſpicere, ut videant, quid cuique conducat. *Id.* 2. *Fin. c.* 35. Introſpice in mentem tuam. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 7. Ad introſpiciendas procerum voluntates. h. e. ad explorandas.

Introverſus, adverb. idem ac introrſus. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 186. Quare fit, ut introverſus, ut ad te ſpectent, atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus? Adde *Petron. in Satyr.*

Introvocātus, us, m. *il chiamar dentro*. *Ammian. l.* 29. *c.* 6. Primo introvocatu.

Introvŏco, a. 1. *chiamare dentro*, εἰσκαλέω, in domum advoco. *Liv. l.* 20. Priuſquam introvocarentur ad ſuffragium Tribus. *Cic. in Ver.* 3. *c.* 26. Cur ad nos filiam non introvocari jubes?

Intrūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *cacciar dentro*, εἰσωθέω, intro trudo, & quaſi vi quadam. *Cic. pro Cæc. c.* 5. Atque etiam ſe ipſe inferebat, & intrudebat.

Intubacĕus, a, um, quod eſt ex intubo. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Intubacea folia.

Intŭbus, vel intybus, i, m. vel f. 2. vel intubum, ſeu intybum, i, n. 2. *cicorea, radicchio, endivia*, ἴντυβον, σέρις, herba eadem ac cichorea, ut *Servius* ait *in* 1. *Georg.* Sed alia herba eſt ex cichoriorum genere, radice capillata, quam vulgo vocant endiviam. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Intubi quoque non extra remedia: ſuccus eorum cum roſaceo, & aceto capitis dolores lenit. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 120. Et amaris intuba fibris.

Intuĕor, eris, tuitus ſum, d. 2. *guardare*, εἰσοράω, θεάομαι, aſpicio, inſpicio, video, cum acc. *Cic. in Tuſc.* Cum oculis Solem deficientem intueretur. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*, vel *ad*. *Cic. in Bruto.* Sed in te intuens, Brute, doleo. *Id.* 5. *Tuſc.* Delecti pueri ad nutum illius intuentes diligenter miniſtrabant. ¶ Tranſlata eſt contemplari, animadvertare, obſervare. *Cic. pro Domo.* Et intuemini paulisper animis juventutem. *Id.* 1. *de Or.* Ac mihi quidem ſæpenumero in ſummos homines, ac ſummis ingeniis præditos intuenti. *Id.* 5. *Tuſcul.* Rerum naturam ſtudioſe intueri. ¶ Intueri interdum dicuntur ædificia, quæ proſpectum habent. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Cubiculum, quod hippodromum, vineas, montes intuetur.

Intuĭtus, us, m. actus intuendi, aſpectus, *il guardare*, ὄψις. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Non ad intuitum rei, pugnamque præſentem. *Plin. l.* 16. *c.* 20. Abies hilarior intuitu.

Intumeſco, is, intumui, n. 3. *gonfiarſi*, turgeſco, inflor, ἐγκολπόομαι. *Plin. l.* 2. *c.* 81. Fluctus intumeſcens. *Col. l.* 1. *c.* 4. Loco tamen ipſo paululum intumeſcente. h. e. altius ſurgente. *Ovid.* 6. *Faſt.* Vidi virgineas intumuiſſe genas. ¶ Tranſlata ſumitur pro efferri, ſuperbire. *Quintil. l.* 2. *in* 1. Jure quodam poteſtatis intumeſcere. ¶ Item pro iraſci. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 607. Jupiter intumuit, quaque eſt non uſa modeſta, eripit huic linguam. *Id.* 4. *de Pont. el.* 14. Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo. h. e. in vatem ita non exarſit. *Stat.* 1. *Thebaid.* Iræ intumuere.

Intumulātus, a, um, inſepultus, inhumatus. *Ovid. in ep.* 2. *v.* 136. Occurramque oculis intumulata tuis.

Intŭor, aris, intutus ſum, d. 1. idem ac intueor. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 150. Profecto nullam equidem illic cornicem intuor.

Inturbātus, a, um, *non turbato*, ἀτάραχος, non turbatus. *Plin. in Paneg. c.* 64. Et ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſoleret.

Inturbĭdus, a, um, adject. non turbidus, quietus, tranquillus. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 52. Inturbidus externis rebus animus. *Id.* 14. *Ann. c.* 22. Eſſe illi per Aſiam avitos agros, in quibus tuta, & inturbida juventa frueretur.

Inturgeſco, is, n. 3. idem quod turgeſco. *Veget. l.* 1. *R. milit. c.* 56.

Intus, *dentro*, בפנים, Ger. *drinnen*, Gal. *dedans*, Hiſp. *dentro*, ἔνδον, ἔσω, adv. ſtatus, ab ἐντός. *Priſc. in* 15. deducit ab *in*, ut *ſubtus* a *ſub*. *Cic. in Catil.* Intus incluſum periculum eſt. *Id. de Univ. c.* 10. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat. *Perſ. Sat.* 3. *v.* 30. Ego te intus, & in cute novi. *Lucret. l.* 2. *v.* 710. Intus in artus. ¶ Eſt etiam adverbium motus de loco. *Plaut. Perſ.* 2. 4. *in fi.* Egreditur intus. h. e. domo. *Id. Bacchid.* 1. 2. 62. Jubebo intus efferri foras. *Id. Epid.* 5. 4. 40. Quin tu fidicinam produci intus jubes? Quidam tamen hæc, & ſimilia exempla, quæ præſertim in Plauto ſæpe leguntur, per ἀρχαϊσμὸν explicant, ut v. g. *fidicina intus ducatur*, pro *fidicina quæ intus eſt*. Sic *patera intus*, *argentum intus* &c. ¶ Interdum ponitur pro intro. *Lucret. l.* 4. *v.* 1088. Nam cibus, atque humor membris adſumitur intus. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 7. Ubi intus hanc novam nuptam deduxi via recta. ¶ *Intus ſibi canere*, proverb. eſt, & ſignificat proprii tantum commodi gratia aliquid agere. *Cic. in Rull.* 2. *c.* 26. V. Cano, & *Aſpendius*. ¶ Intus equum agere, eſt breviore gyro circumagere, ad metam propius accedendo, ſumptum a curſu equorum in Circo, de quo vide *Interior*. Hinc tranſlate *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 583. Tertia cauſa mihi ſpatio majore canenda eſt, Nos tamen adductos intus agemus equos.

Intuſium &c. V. Induſium.

Intūtus, a, um, *mal ſicuro, non ſicuro*, ἀνασφαλής, non ſecurus, incuſtoditus, indefenſus. *Liv. l.* 5. *c.* 45. Caſtra Gallorum incuta, neglectaque ab omni parte nacti invadunt. *Plin. l.* 34. *c.* 14. Intutum eſt ſcribere ſtylo. *Nazar. in paneg. Conſtant. c.* 26. Non intutior tempore, quam Deo tectior.

Intybus. V. Intubus.

Invādo, is, ſi, ſum, n. 3. *entrare*, פגע, Germ. *anfallen*, Gall. *envahir*, Hiſ. *acometer*, ἐπέρχομαι, ingredior, intro, irruo, irrumpo. *Cic.* 3. *Ver.* Si in eas vi cum exercitu, imperioque invaſiſſet. *Id.* 3. *Off.* Panætius negat, ullam peſtem majorem in vitam hominum invaſiſſe. *Virg.* 6. *Æn.* Nunc invade viam. *Tacit. l.* 11. *Ann.* Biduo tria millia ſtadiorum invadit. ¶ Eſt item repente, & cum impetu aggredi, petere, oppugnare, *aſſalire, venire addoſſo*. *Cic. ad Q. Fr.* Subitoque bonus Imperator noctu urbem hoſtium plane invaſiſſet. *Idem* 11. *Phil.* In Galliam invadit Antonius, in Aſiam Dolabella. ¶ Item invadi in aliquem, inſectari, exagitare. *Cic. in Sall.* Nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam invaſiſti. *Id.* 1. *Off.* In quo me invadi ſolere ab invidis, & improbis audio. ¶ Item incedere, corripere, *entrare, ſorprendere*. *Cic. in Fam.* 16. *ep.* 12. Mirus furor invaſit improbos. *Varro de vita pop. R.* Tanta porro invaſit cupiditas honorum pleriſque. *Lucret. l.* 6. *v.* 1210. Uſque adeo mortis metus his invaſerat acer. Rurſus *Salluſt. in Catil.* Tanta vis avaritiæ in animos eorum invaſerat. ¶ Item capeſſere, occupare. *Plin. de Vir. illuſtr.* Marius vigintiquinque annorum conſulatum invaſit. *Cic. Phil.* 2. In multas præterea pecunias, ejectis veris hæredibus, inva-

Digitized by Google

invaſit. ¶ Item aggredi, ſuſcipere. Virg. 9. Æn. v. 187. Aliquid jamdudum invadere magnum, Mens agitat mihi. ¶ Item aggredi alloquendi cauſa. Virg. Æn. 4. v. 265. Continuo invadit: Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, &c.

Invalentia, æ, f. 1. idem quod invaletudo. Gell. l. 20. c. 1. Vitium aliquod imbecillitatis, atque invalentiæ demonſtratur.

Invaleſco, is, lui, n. 3. corroborarſi, חזק, Ger. zunemen, Gal. s'enforcer, Hiſp. convalecer, ἐνισχύω, robur, ac firmitatem acquiro. Plaut. Moſt. Uſque invaluiſſe? ¶ Conſuetudinem invaleſcere, eſt inveterare, & confirmari. Quint. l. 2. c. 2. Tenuit conſuetudo, quæ quotidie magis invaleſcit. ¶ Aliqui exiſtimant, invaleſcere aliquando ſignificare infirmum, ac debile fieri, in deſuetudinem venire. Quinct. l. 10. c. 2. Cum verba intercidant, invaleſcantque temporibus. Sed ſententia eſt: verba certis intervallis obſoleſcere, & rurſus redire in conſuetudinem; ut eſt apud Hor. de arte Poet.

Invaletudinarius, a, um, adject. idem ac valetudinarius, ſæpius ægrotans, infermiccio. Senec. in præfat. l. 1. quæſt. nat. Non video, quare ſibi placeat, qui robuſtior eſt invaletudinario.

Invaletudo, inis, f. 3. debolezza, infermità, חלושה, Germ. ſchwachheit, Gall. debilité, faute de forces, Hiſp. flaqueza, ἀσθένεια, imbecillitas. Cic. Att. l. 7. ep. 2. Invaletudo tua me valde conturbat.

Invalide, adverb. debiliter. Arnob. l. 7. ad fin. Quam infirmiter, invalideque dicatur. Legitur etiam in Cic. l. 10. Attic. ep. 8. An invalida tela ſcelus? Sed mira hic textus varietas.

Invalidus, a, um, debole, poco gagliardo, Germ. ſchwach, Gal. foible, Hiſp. flaco, ἀσθενής, infirmus, debilis, ægrotus. Liv. l. 6. c. 8. Qui ubi videre Camillum, jam ad munera corporis ſenecta invalidum, vadentem in hoſtes. Col. l. 2. c. 11. Ne alterius generis herba invalidam medicam perimat. Plin. l. 8. c. 36. Invalidiſſimum urſo caput, quod leoni fortiſſimum. ¶ Item valde validus. Lucret. l. 1. v. 969. Invalidis telum contortum viribus. Al. leg. Id validis.

Invaſor, oris, m. 3. invaſore, qui invadit, & occupat. Aurel. Vict. in Aurelian, c. 49. Romanum orbem triennio ab invaſoribus receptavit.

Invaſus, us, m. occupatio, aggreſſio. Cæl. Aurel. Tard. 1. c. 4. Primo invaſo affici paſſione.

Inuber, eris, adject. o. non uber. Gell. l. 20. c. 8. Oſtreæ cum appoſitæ fuiſſent, & multæ quidem inuberes, macræque eſſent.

Invectio, onis, f. 3. il portar dentro, invehendi actus. Cic. 2. Off. c. 3. Jam vero & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, invectio certe nulla eſſet. ¶ Ponitur etiam pro inſectatione, & impetu animi in aliquem, invettiva. Cic. 2. de Inven. c. 54. Clementia, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur. Alii aliter leg.

Invectitius, a, um, o. 1. 2. quod invehitur aliunde. Plin. l. 10. c. 29. Cum Theophraſtus tradat, invectitias eſſe in Aſia etiam columbas. Senec. ep. 23. Quodcumque invectitium gaudium eſt, fundamento caret.

Invectiviter, adverb. con invettiva. Eſt Sidonii l. 1. ep. 11.

Invectivus, a, um, ψεκτικός, quo in aliquem invehimur, h. e. maledictis eum inſectamur. Unde invectivæ orationes dicuntur adverſus aliquem ſcriptæ, quibus in illius mores, vel ingenium, aut vitam invehimur. Ammian. l. 26. c. 32. Invectivum volumen. Priſcian. quoque l. 1. 16. pag. 1023. Paſſch. & alibi invectivas vocat orationes Ciceronis in Catilinam.

Invector, oris, m. qui aliquid invehit. Symmach. l. 10. ep. 27. (al. 34.) Lanati pecoris invector.

Invectus, a, um, partic. ab invehor, pro feror, importor. Cic. in Somn. Cum eris curru in Capitolium invectus. Id. de Pis. Rex Perſes eodem flumine invectus. Liv. l. 4. Ipſe triumphans invectus Urbem Dictatura ſe abdicavit. ¶ Eſt etiam pro maledictis inſectatus. Ovid. 2. Triſt. v. 133. Triſtibus invectus verbis.

Invectus, us, m. idem quod invectio. Plin. l. 4. c. 1. Et Artemiſiam inſulam aſſiduo terræ invectu continenti annectens.

Inveho, is, exi, ectum, a. 3. menare dentro, ἐμφέρω, εἰσάγω, intro veho, navi, vel vehiculo importo, infero. Cic. c. Off. Tantum in ærarium pecuniæ invexit. Id. pro Mur. Qui jam in portum ex alto invehuntur. Id. de prov. Conſ. Si in Capitolium invehi victor cum illa inſigni laurea gestiret. ¶ Sæpe ponitur pro ſimplici veho. Virg. Æn. 3. Centauro invehitur magna. ¶ Translate ſumitur pro afferre. Cic. in Tuſcul. Quæcunque caſum fortuna invexeris. Id. ibid. Mala, quæ tibi caſus invexerat. Id. pro Mur. Cum bellum invectum totam in Aſiam eſſet. ¶ Item pro aliquem maledictis inceſſere, inſectari. Cic. Philip. 2. c. 29. De quo Cæſar in Senatu, aperte in te invehens, queſtus eſt. Sed hac ſignificatione frequentius utimur voce paſſiva. V. Invehor.

Invehor, eris, ectus ſum, inveire, paſſiv. 3. ab inveho, ſignificat ferri, impetu ſermonis in aliquem, inſectari aliquem, aut maledictis aggredi, inveire, חרף, Ger. mit beſchaltung anfahren, Gal. outrager de paroles, Hiſp. hazer invectivas, ἀντιλέγομαι, maledictis aggredior. Cic. 2. de Orat. c. 75. Si in homines caros acerbius, & contumelioſius invehere. Id. de Amic. c. 16. Inſectari, & invehi in aliquem. ¶ Et additur accuſativo communi. Nepos Timol. c. 5. Cum nonnulla inveheretur in Timoleonta.

Invendibilis, le, o. 3. quod non poteſt facile vendi. Plaut. in Pæn. 1. 2. 128. Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere.

Invenditus, a, um, non venditus, ut Prædia invendita. Scævola l. ult. Dig. de reſcind. vendit.

Invenio, is, eni, entum, a. 4. ritrovare, מצא, Ger. finden, Gal. trouver, Hiſp. hallar, εὑρίσκω, ἐξευρίσκω, comperio, reperio, nanciſcor, deprehendo, quaſi in rem venio. Cic. Att. l. 3. ep. 16. Everſam in perpetuum Provinciam nos inveniſſe, ſcito. Plin. l. 10. c. 61. Invenitur in annalibus. Id. l. 14. c. 13. Invenimus inter exempla. Liv. l. 13. Apud pleroſque auctores invenio. ¶ Sunt qui putant, inter invenire, & reperire hoc eſſe diſcriminis, quod invenire ſit rem quæſitam offendere, reperire autem caſu in rem aliquam incidere. Alii contra: ſed utrique nugantur, qua de re V. Popmam de differ. verbor. Locus vero Ovidii 1. Met. v. 654. tu non inventa, reperta es, qui & ab ipſo Popma, & a Fabro in Theſauro, & a multis præterea eruditis affertur, mendoſus eſt: ita enim legendum: tu non inventa reperta Luctus eras levior. Ita ut inventa ſit primus caſus, reperta ſextus. ¶ Uſurpatur etiam invenio pro excogitare, comminiſci. Cic. pro Dom. in princ. Cum multa divinitus a majoribus noſtris inventa, atque inſtituta ſunt. Ter. Heaut. 3. 3. 33. De fallacia dicis? ſ', inveni nuper quandam. Sic dicimus invenire viam, rationem, remedium alicui rei, &c. Virg. Terent. Cic. ¶ Item pro comparare, acquirere. Cic. Phil. 3. Cognomen ex contumelia invenit. Plin l. 7. c. 43. Pecuniam bono modo invenire. Plaut. prol. v. 27. Invenire ſibi gratiam a Diis. ¶ Item pro cognoſcere. Ter. Heaut. 4. 1. 44. Quid nunc ſuſpicare, nos inveniſſe de illa? Plaut. Capt. 3. 4. 106. Nunquam hunc invenies ferus. ¶ Invenibo, pro inveniam, antiquo, Pompon. apud Non. c. 7. n. 96.

Inventarium, ii, n. inventario, כרטיס, Ger. ein regiſter, Gal. inventaire, Hiſp. inventario, ἀναγραφή, idem quod repertorium. Ulp. l. 7. ff. de adm. tut. Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur. Ex quo colligas, Ulpiani temporibus vocem hanc minus receptam apud doctos fuiſſe, & repertorium elegantius uſurpari.

Inventio, onis, f. invenzione, Ger. erfindung, Gal. invention, Hiſp. invencion, εὕρεσις, εὕρημα, actus inveniendi. Cic. 1. Tuſc. c. 25. Quid? illa vis quæ tandem eſt, quæ inveſtiget occulta, quæ inventio, atque excogitatio dicitur? ¶ Specietim inventio eſt pars officii Oratoris. Cic. 1. de Inv. & Auct. ad Her. l. 1. Inventio eſt excogitatio rerum verarum, aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddant.

Inventiuncula, æ, f. 1. parva inventio. Quint. l. 8. c. 5. Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.

Inventor, oris, maſc. inventore, אב, Ger. erfinder, Gal. inventeur, Hiſp. inventor, εὑρετής, qui quippiam primus invenit. Cic. 3. de nat. Deor. Ariſtæus, qui olivæ dicitur inventor. Adde l. 1. Pin. c. 20.

Inventrix, icis, fœm. inventrice, Germ. eine erfinderin, Gal. inventrice, Hiſp. inventora, quæ invenit. Cic. 1. de Or. c. 4. Atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas. Id. 3. de nat. Deor. c. 21. Qui genuiſſe Minervam dicitur, quam principem, & inventricem belli ferunt.

Inventum, i, n. εὕρημα, commentum, res inventa, invenzione, parto, coſa inventata. Cic. pro Mur. c. 29. Æmuli inventorum Zenonis. Virg. 4. Georg. v. 454. Memoranda inventa. Ter. Heaut. 4. 6. 7. Ut te omnes dii cum iſtoc invento, atque incepto perdant.

Inventus, a, um, ritrovato, εὑρημένος, repertus, partic. ab invenior. Cic. de Or. Non ſatis eſt reperire, quid dicas, niſi id inventum tractare poſſis. Plaut. Trut. 2. 4. 62. Inventa malefacta. Id. Cap. c. 3. 81. Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inventum inveni. V. ibi Taubman. Ter. Eun. 3. 8. 6. Scis, Pamphilam meam inventam civem. h. e. cognitam. Id. Phorm. 3. 3. 26. Inventas reddam. h. e. inveniam.

Inventus, us, m. idem ac inventio. Plin l. 17. c. 10. Ex eodem inventu eſt ſurculos abſciſſos ſerere.

Invenuſte, adv. ſenza grazia, Ger. unlieblich, Gal. ſans grace, Hiſp. ſin meneo, ἀμούσως, ἀχαρίτως, illepide, ineleganter, impolite, inepte. Gel. l. 17. c. 16. Inibi in eiſdem laudibus non hercle hæc ſententiola invenuſte luſa.

Invenuſtus, a, um, ſenza grazia, Germ. unlieblich, Gall. mal plaiſant, mauſſade, Hiſp. no gracioſo, ἄμουσος, illepidus, & ſine Venere (ut inquit Donatus) id eſt ſine gratia. Cic. de Cl. Or. c. 63. Non invenuſtus actor, ſed iners, & inimicus fori. Catul. epigr. 12. Sordida res, & invenuſta. ¶ Propria ſignificat eum, cui amores male procedunt, ἀναφρόδιτος, atque hinc ſumitur pro infelici. Ter. Andr. 5. 11. Adeone hominem eſſe invenuſtum, aut infelicem quemquam, ut ego ſum? V. Venus, & Venuſtus.

Inverecunde, adverb. ſenza verecondia, sfacciatamente, impudenter, ἀναισχύντως. Senec. epiſt. 114. Aliqua ætas fuerit, quæ translationis jure uteretur inverecunde. Quintil. l. 7. c. 4. Non inverecunde dicet.

Inverecundia, æ, f. sfacciataggine, impudentia, ἀναισχυντία. Arnob. l. 4. Obduratus inverecundia. Tertul. de Pænit. c. 6. Præſumptio inverecundiæ portio eſt.

Inverecundus, a, um, ſenza vergogna, Ger. unſchamhafft, Gal. impudent, Hiſp. deſvergonçado, ἀναιδής, impudens, omnis verecundiæ expers. Cic. 1. de Inv. c. 45. Sic inverecundum animi ingenium poſſidet. Plaut. Rud. 3. 2. 38. Legirupa, impudens, impurus, inverecundiſſimus. Valer. Max. l. 7. c. 7. n. 1. Quid enim illis inverecundius?

Invergo, is, inverxi, inverctum, ſecundum Diomedem, a. 3. inclinare, riverſciare, נסך, Germ. biegen, Gal. encliner, Hiſp. enclinar, ἐγχέω, inclino. Plaut. Curc. 1. 2. 18. Invergem in me liquores tuos ſino ductim. Virg. 6. Æn. v. 244. frontique invergit vina ſacerdos.

Inverſio, onis, f. 3. inverſione, ἀναστροφή, transpoſitio, actus invertendi. Auct. ad Her. l. 1. Ab apologo, a fabula veriſimili, imitatione, depravatione, inverſione, &c. ¶ Specietim eſt Figura, per quam verba invertuntur. Cic. 2. de Or. de Facetiis. In verbis etiam illa ſunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex unius verbi translatione, aut ex inverſione verborum.

Inverſor, aris, dep. 1. in aliqua re verſor. Lucil. apud Lactant. l. 6. c. 5. Queis inverſamur, queis vivimus.

Inverſura, æ, f. piegatura, volta. Vitruv. l. 5. c. 3. Aditus directus, & ſine inverſuris.

Inverſus, a, um, nom. ex particip. rovveſciato, voltato, mutato, ἀνεστραμμένος. Quint. l. 3. c. 11. Inverſa conſuetudo. Horat. epod. 2. v. 63. Inverſus vomer. Id. l. 3. od. 5. Inverſi mores. Ter. Heaut. 2. 3. 131. Inverſa verba.

Inverto, is, ti, erſum, a. 3. rivoltare, riverſciare, καταστρέφω, in contrarium verto, perverto, immuto. Virg. 3. Georg. Et campum horrentem fractis invertere glebis. Cic. 3. Off. Cum in locum anulum inverterat. Plin. l. 32. c. 2. de muræna: Infixam hamo invertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato. ¶ Invertere verba, eſt ea prepoſtere pronuntiare. V. Inverſio. ¶ Translate ſumitur pro perturbare. Cic. ad Q. Fr. l. 3. Quid quæris? probe premitur, niſi noſter Pompejus Diis, hominibuſque invitis negotium invertit. Id. in Parad. c. 7. Invertere ordinem.

Inveſperaſcit, ebat, imp. 3. farſi ſera, ἑσπερίζει, veſper fit. Liv. l. 39. c. 50. Jam inveſperaſcebat.

Inveſtigabilis, le, adject. qui inveſtigari poteſt. Lactant. l. 3. c. 27. Res non inveſtigabiles.

Inveſtigatio, onis, f. inveſtigazione, חקר, Ger. nachſuchung, Gal. recherche, Hiſp. inveſtigacion, ἀνίχνευσις, inquiſitio, diſquiſitio, inventio. Cic. 1. Off. c. 4. In primiſque eſt hominis propria veri inquiſitio, atque inveſtigatio. Adde l. 3. Fin. c. 4.

Inveſtigator, ris, m. inveſtigatore, inquiſitore, חקר, Ger. nachſucher, Gal. rechercheur, Hiſp. inveſtigador, ἀνιχνευτής, inquiſitor. Cic. de Un. c. 1. Acer inveſtigator, & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ ſunt. Adde pro Syll. c. 30.

Inveſtigatrix, icis, f. quæ inveſtigat. Marc. Capel. l. 5. poſt init. Inveſtigatrix comprehenſio.

Inveſtigo, as, a. 1. inveſtigare, ἰχνεύω, eſt per veſtigia quærere, & invenire. Cic. 2. de nat. Deor. c. 63. Et tam incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas narium. ¶ Translate ſumitur pro ſimpliciter quærere, & indagare. Cic. 6. Ver. c. 21. Qui inveſtigabant, & perſcrutabantur omnia. ¶ Item reperire. Id. pro Ligar. Sed quoniam diligentia inimici inveſtigatum eſt, quod latebat. Ter. Heaut. 4. 2. 8. Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inveſtigari poſſit.

Inveſtimentum, i, n. veſtimentum, amiculum. Liv. l. 4. c. 25. Ne cui album inveſtimentum addere petitionis cauſa liceret. Melius tamen legitur in veſtimentum.

Inveſtio, is, a. 4. adornare, κοσμέω, veſte tego, orno. Plin. l. 35. c. 7. Publicas porticus inveſtivit pictura. Senec. epiſt. 114. ex Mecenate: Focum mater, aut uxor inveſtiunt. h. e. circumſident, cingunt, vel veſte obducta tegunt. V. Lipſ. in hunc loc.

Inveſtis, tis, o. 3. ſenza veſte, nudo, ἄχιτος, ſine veſte, nudus. Tertul. de pal. c. 3. Nudus certe, & inveſtis figulo ſuo conſtitit. ¶ Item imberbis, impubes, qui needum pubertate veſtitus eſt, sbarbato, ἀγένειος.

Nam

Nam veſtis etiam auctore *Feſto* lanuginem malas, aut inguina veſtientem ſignat. *Macrob. l. 3. Satur. c. 8.* Romani pueros, & puellas nobiles, & inveſtes camillos, & camillas appellant, Flaminicarum, & Flaminum præminiſtros. *Pallad. l. 11. c. 14.* Ut quoties vinum movetur, inveſtis puer hoc, aut aliquis ſatis purus efficiat. ¶ Item quia impuberes Venerem neſciunt, inveſtis accipitur etiam pro eo, qui Venerem expertus non eſt, ἄπειρος. Sed *Nonius* ſcripſit, inveſtem dici quaſi in *Veſta*, hoc eſt pudicitia, ſeu caſtitate, quam amat Veſta, cujus nempe virginibus nubere non licebat. Igitur idem eſt *mas inveſtis*, & *mas virgo*. Sed tamen *virgo* proprie de muliebri ſexu dicitur, *inveſtis* de virili. *Tertul. l. de veland. Virgin. c. 8.* Si virgo mulier non eſt, nec vir inveſtis eſt. Si non operitur virgo, quia mulier non ſit, operiatur inveſtis, quia vir non ſit. *Id. c. 11.* Mater familiæ vocatur licet virgo, & pater familiæ licet inveſtis.

Inveteraſco, is, ſine præt. & ſup. n. 3. *invecchiarſi*, בלה, Germ. *altwerden*, Gall. *s'envieillir*, Hiſp. *envejecerſe*, παλαιοῦμαι, vetuſtatem acquiro. *Cic. in Tuſc. 5. c. 14.* Nihil inveteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit. ¶ Tranſlate *Cæſ. l. 2. B. Gal. c. 1.* Populi R. exercitum hiemare, atque inveteraſcere in Gallia moleſte ferebant. ¶ Metaleptice ſumitur pro invaleſcere, confirmari. *Cic. Cacil. 3. 11.* Res noſtræ literarum monumentis inveteraſcent, & corroborabuntur.

Inveteratio, onis, f. *antichità*, הבליה, Germ. *veraltung*, Gall. *envieilliſſement*, Hiſp. *envejecimiento*, παλαιότης, vetuſtas, antiquitas. *Cic. in Tuſc. 4. c. 37.* Inveteratio autem ut in corporibus ægrius depellitur quam perturbatio.

Inveteratus, a, um, *antico*, *vecchio*, πεπαλαιωμένος, antiquus, ab inveteror. *Cic. 5. Phil. c. 11.* Omne malum naſcens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robuſtius. *Plin. l. 14. c. 2.* Inveteratum vinum. *Nepos in Eumen. c. 8.* Inveterata licentia.

Invetero, as, avi, atum, *invecchiarſi*, idem ac inveteraſco. *Cic. 2. Ver.* Inveteravit jam opinio pernicioſa Reip. vobiſque periculoſa. *Id. pro Sylla.* Quorum jam & nomen, & honos inveteravit & huic Urbi, & hominum famæ, ac ſermonibus. ¶ Sumitur etiam pro invaleſcere, corroborari. *Cic. pro L. Man. c. 3.* Quæ penitus inſedit, atque inveteravit in Populi R. nomine. ¶ Reperitur etiam active, & paſſive, & notat ad vetuſtatem ſervare. *Plin. l. 13. c. 2.* Atque ita vinum defendebant, inveterabantque. *Id. l. 19. c. 6.* Si diutius allium, cæpeque inveterari libeat. ¶ Item invenitur impersonaliter. *Cic. 2. Offic.* Quanquam intelligo, in noſtra civitate inveteraſſe jam bonis temporibus, ut ſplendor Ædilitatum ab optimis viris poſtuletur. Sed ſubintelligitur *morem*, vel *conſuetudinem*, vel membrum orationis vice caſus antecedentis fungitur. ¶ Significat etiam abolere, antiquare. *Lactant. l. 2. c. 17.* Hac verſutia, & his artibus veri Dei notitiam apud omnes gentes inveteraverunt.

Invetitus, a, um, adject. non vetitus, *non proibito*. *Silius l. 2. v. 441.* It liber campis paſtor, cui ſine fine ullo Invetitum ſaltus penetrat pecus.

Invia, orum, n. 2. ἄβατα, loca, ad quæ accedi non poteſt, aut ad quæ, vel per quæ difficillime acceditur, inacceſſa, inacceſſibilia. *Liv. l. 21. c. 35.* Per invia pleraque, & errores.

Invicem, adv. *ſcambievolmente*, *a vicenda*, Germ. *einer umbs ander*, Gall. *chacum ſa fois*, Hiſp. *a vezes*, παρ' ἀλλήλων, viciſſim, mutuo, ab *in*, & *vicem*. *Plin. l. 2. epiſt. 11.* Habes res urbanas; invicem res ruſticas ſcribe. *Quintil. l. 9. c. 4.* Invicem manibus apprehenſis, *Senec. in Apocolocynt.* Noli mihi invidere: mea res agitur: deinde ſi quid volueris, invicem faciam. h. e. mutua faciam. ¶ Item per vices. *Plin. l. 6. c. 1.* Alitum cantus, canumque latratus invicem audiuntur. *Celſ. l. 1. c. 3.* Invicem modo aqua, modo vinum bibendum eſt. ¶ Item e contrario, contra. *Liv. l. 28. c. 44.* Requieſcat aliquando vexata tamdiu Italia, uratur, evaſteturque invicem Africa.

Invicte, adverb. *Auguſtin. ep. 28. ad fin.* Ut abs te liquidiſſime atque invictiſſime defendatur. *h. e.* ita ut tuam defenſionem evertere nemo poſſit. *incontraſtabiliſſimamente*.

Invictus, a, um, *invitto*, *che non ſi può vincere*, Germ. *unuberwindlich*, Gall. *invincible*, Hiſp. *invicto*, ἀνίκητος, fortis, & qui vinci non poteſt. *Cic. pro Marc.* Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipſius victoriæ conditio, viſque devicta eſt. *Id. 2. Agr.* Quæ ipſum Annibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit. ¶ Invictus a labore, eſt indefeſſus, ἀκάματος. *Cic. 1. Offic.* Nec qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate. *Cic. 4. Ver. c. 38.* Nomen invictiſſimi Imperatoris. ¶ *Invictus*, & *Invictiſſimus* tituli erant Imperatorum. *Inſcript.* apud *Grut.* Magno, & invicto Imp. M. Aurelio. *Item:* Aureliano invictiſſimo Principi.

Invidendus, a, um, nom. particip. invidiæ obnoxius. *Horat. l. 3. od. 1. in fin.* Cur invidendis poſtibus, & novo Sublime ritu moliar atrium? *Id. l. 2. od. 10.* Caret invidenda Sobrius aula.

Invidens, ntis, adject. o. 3. invidus, *invidioſo*. *Cic. Tuſc. 4. c. 8.* Nocere invidenti. *Velle. l. 2. c. 73.* Specioſis invidens. ¶ Item nolens, invitus. V. *Invideo* in fine.

Invidentia, æ, f. 1. *Invidia*, φθόνος, βασκανία, ægritudo animi, quam deſcribit *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* Invidentiam eſſe dicunt ægritudinem ſuſceptam propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant invidenti. *Et ſuperius:* Atqui quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus adverſis, ſic invidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. *Id. 3. Tuſc. c. 9.* Poſſet in invidentiam. Non dixi in invidiam, quæ tum eſt, cum invidetur: ab invidendo autem invidentia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ, quod verbum ductum eſt a nimis intuendo fortunam alterius. Et *l. 4. cap. 7.* Ut ægritudini invidentia. Utendum eſt enim docendi cauſa verbo minus uſitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, ſolum dicitur, ſed etiam in eo, cui invidetur.

Invideo, es, idi, iſum, n. 2. *invidiare*, *aver invidia*, קנא, Germ. *miſſgunnen*, Gal. *avoir envie*, Hiſp. *aver embidia*, φθονεῖν, βασκαίνειν, ex alicujus rebus ſecundis dolore afficior, ab *in*, & *video*, quod oculos, & animum in eos, quibus invidemus, continue intentos teneamus. Suapte natura activum eſt primi ordinis, & acc. poſtulat vel perſonæ, vel rei, ut ſimplex video, unde factum eſt. Sed ex conſuetudine fere uſurpatur in 3. ordine neutrorum, aliquando in tertio activorum. *Cic. Tuſc. 3. c. 9.* Ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ, quod verbum ductum eſt a nimis intuendo fortunam alterius, ut eſt in Menalippo, Florem quiſnam liberum invidit meum? Male Latine videtur. Sed præclare *Accius*. Ut enim videre, ſic invidere florem rectius, quam flori dicitur. Nos conſuetudine prohibemur, Poeta jus ſuum tenuit, & dixit audacius. *Id. 2. de Orat.* Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus. *Id. 3. Tuſc. c. 1.* Ut nobis optimam naturam invidiſſe videantur. *Id. 2. Agrar.* Qui honori invideruntne meo. *Horat. lib. 1. Sat. 6.* Invidere honorem alicui. ¶ Conſtruitur etiam cum dat. & abl. & præp. *in*. *Cic. pro Flacco.* In qua tibi invideo, quod unis veſtimentis tamdiu lautus es. *Id. 2. de Orat.* Niſi interdum in hoc Craſſo paulum inviderem. ¶ Invenitur etiam paſſive. *Hor. in Arte, v. 56.* Ego cur, acquirere pauca ſi poſſum, invideor? ¶ Uſurpatur ſæpe impersonaliter. *Cic. 2. de Or.* Invidetur enim commodis hominum ipſorum. ¶ Reperitur etiam uſurpatum pro inſpicio. *Salluſt. in orat. 1. ad Cæſ. de Republ. ordin. circa fin.* Mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam divino numine inviſeri. Al. leg. *invidi*. Huc pertinet & illud *ex Menalippo*, quod affertur a *Cic. modo cit.* ¶ Item pro nolo, invitus ſum. *Horat. l. 1. od. 37. de Cleopatra.* Sævis liburnis ſcilicet invidens Privata deduci &c. ¶ Qui invident, Strabones dicuntur. V. *invidus*.

Invidia, æ, f. *invidia*, *odio*, קנאה, Germ. *miſſgunſt*, Gal. *envie*, Hiſp. *embidia*, φθόνος, βασκανία, mœror ex aliena proſperitate, ab *in*, quod hic auget, & *video*, ideſt a nimis intuendo fortunam alterius. Differt ab invidentia, quia invidentia active ſumitur, invidia tum activa, tum paſſive, i. e. dicitur & de eo, qui invidet, & de eo, cui invidetur. V. *invidentia*. Differt etiam ab odio. Nam invidemus fortunato, odimus vitioſum. Deinde invidia hominum tantum eſt, odium reliquorum etiam animantium. ¶ De invidia, cum pro invidentia uſurpatur (quod tamen rarius eſt) hæc exempla ſunto. *Nepos in Eumen. c. 10.* Invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum Antigono eſt deditus. *Cic. Phil. 14. cap. 6.* Digna imitatione, non invidia, excellentium hominum virtus eſt. Adde *eund. 2. de Orat. & in Rull.* ¶ Sæpius vero uſurpatur paſſive pro odio, & malevolentia, cum ſcil. quis invidetur, ut dictum eſt. Hinc invidiam facere alicui, *farlo odioſo*, *Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 1.* ¶ Invidiam ſubire, *ſoggiacer' all' altrui odio*. *Cic. 1. Ver.* ¶ In invidia eſſe, *eſſer' odioſo*. *Salluſt. in Jugurth.* ¶ Onerare, ſeu cumulare invidia aliquem; conflare invidiam alicui, &c. *Id. Sueton. & alii.* ¶ Invidia aliquid incendere, *caricare di odioſità*. *Quintil. l. 4. c. 2.* ¶ Invidiæ alicui eſſe, *apportar' odioſità*. *Liv. l. 4. c. 49.* Impelleret in eas voces, quæ invidiæ univerſo ordini eſſent. ¶ In invidiam rapere, trahere, adducere. *Cic. 1. Fam. ep. 1. ad fin. & Agr. 3.* ¶ Invidiam habere, h. e. invidiæ eſſe obnoxium. *Cic. Agr. 2.* Syllanus ager tantam habet invidiam, ut veri, ac fortis Tribuni plebis ſtridorem unum perferre non poſſit. *Id. Verr. 6.* Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus invidiæ habiturum. ¶ Sine invidia aliquid dare, apud *Martial. l. 3. epigr. 65.* ſignificat, libenti animo, & non invidenti, ſine repugnantia. ¶ *Abſit verbo invidia*, formula eſt, qua utimur, cum aliquid invidioſum dicimus. *Liv. l. 9. cap. 19. ad fin.* Abſit verbo invidia, & civilia bella ſileant. *Id. l. 36. c. 7.* Hoc ego adjuncto (abſit verbo invidia) qui dubitare de eventu poſſim?

Invidioſe, adv. *odioſamente*, ἀνεχθῶς, inviſe, odioſe, ut invidioſe aliquid dicere, vel facere, id eſt, eo animo quippiam dicere, vel facere, ut aliquem in invidiam, hoc eſt in odium adducamus. *Cic. 4. Acad.* Num minus hæc invidioſe dicuntur? *Id. pro Mil.* Conciones illæ, quibus invidioſe potentiam meam criminabare. *Velle. l. 2. c. 45. de Ciceronis exilio:* Neque quiſquam aut expulſus invidioſius, aut reſtitutus lætius.

Invidioſus, a, um, מקנא, Ger. *verhaſſet*, Gall. *envié*, Hiſp. *embidiado*, ἐπίφθονος, is, cui invidetur. *Cic. pro Corn. Balbo.* Pecunia L. Cornelii neque invidioſa eſt. ¶ Sumitur etiam pro inviſo, pro eo, quod invidiam, id eſt odium alicui conflat. *Cic. ad Q. Fr.* Ut ſumma ſeveritas animadverſionis non modo non invidioſa, ſed etiam popularis eſſet. ¶ Reperitur etiam active pro eo, qui invidet. *Ovid. 15. Met. v. 234.* Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas omnia deſtruitis. ¶ Comp. invidioſior, ſup. invidioſiſſimus. *Cic. 4. Ver.* Putabant, abſentis damnationem, præſertim tantæ pecuniæ, multo invidioſiorem fore. *Id. pro Cluent. c. 37.* Quod fuit in illo judicio invidioſiſſimum.

Invidus, a, um, *invidioſo*, מקנא, Germ. *miſſgunſtig*, Gall. *envieux*, Hiſp. *embidioſo*, φθονερός, βάσκανος, qui alicui invidet, hoc eſt, qui ex alterius proſperitate dolore afficitur. *Cic. pro Mur.* Quantum neque ambitioſus imperator, neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit. ¶ Sæpe ſubſtantive ponitur. *Cic. 6. Fam. ep. 16.* Perſuaſerat nonnullis invidis meis. *Id. pro Flacco.* Sed ſi forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis invidus extitiſſet. ¶ Aſpiciunt autem invidi aliena bona oculis non rectis, ſtrabonum in morem. Unde ſcite dixit *Lucil.* apud *Non. c. 1. n. 109.* Nulli me invidere, non ſtrabonem fieri deliciis me iſtorum. *Var. ibid.* Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones facti ſunt. *Hor. l. 2. od. 2.* Quiſquis ingentes oculo irretorto ſpectet acervos.

Invigilatus, a, um, nom. ex particip. evigilatus, elucubratus. *Cinna vetus Poeta* apud *Iſid. l. 6. c. 12.* Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis Carmina.

Invigilo, as, avi, atum, n. 1. *vegghiare*, שקד, Germ. *wachen ſeyn*, Gal. *veiller*, Hiſp. *velar*, ἐναγρυπνέω, cum cura, & ſollicitudine vigilo. *Col. l. 10. v. 159.* Invigilate viri, tacito nam tempora greſſu diffugiunt. *Lact. lib. 4.* Vel cuſtodiendis domibus invigilet. ¶ Tranſlate ſumitur pro incumbere in rem aliquam. *Virg. 4. Georg. v. 158.* Namque aliæ victu invigilant.

Invincibilis, le, adject. qui vinci non poteſt, invictus, *invincibile*. *Apul. Apolog.* Cum hæc ab illis quaſi gravia, & invincibilia dicerentur.

Invincibiliter, adverb. invicte, *invincibilmente*. *Apul. l. 4. Florid.* Ratio concluſa acriter, & invincibiliter videbatur.

Invinctus, a, um, valde vinctus. Nam præp. *in* interdum negat, interdum auget. *Calliſtr. l. pen. ff. de lege Fabia.*

Invinius, a, um, *che non beve vino*, ἄοινος, abſtemius, qui vinum non bibit, quaſi ſine vino, ſicut invius ſine via. *Apul. l. ult. A. A.* Neque ullum animal eſſem, & invinius eſſem. In veteri Onomaſtico legitur *invinius*, ἄοινος.

Invio, as, avi, atum, a. 1. viam facio, vel viam ingredior, calco, ὁδεύω. *Solin. c. 5. (al. 8.)* Parcius dapavita levibus veſtigiis inviare.

Inviolabilis, le, o. 3. *inviolabile*, *che non ſi può violare*, Ger. *unverletzlig*, Gal. *inviolable*, Hiſp. *inviolable*, ἀσάλευτος, quod violari non poteſt, aut vulnerari. *Sil. lib. 16. v. 16.* Velut inviolabile telis ſervabant, ſacrumque caput. Adde *Lucr. l. 5. v. 306.*

Inviolabiliter, adv. *inviolabilmente*. *Marcellinus, & Fauſtinus in libello ad Impp. Valentin. Theod. & Arcad.* Fidem integram inviolabiliter poſſidere.

Inviolate, adv. *incorrottamente*, ἀκαταφθάρτως, incorrupte. *Cic. de Sen. cap. 22.* Memoriam noſtri pie, inviolateque ſervabitis.

Inviolatus, a, um, *inviolato*, *incorrotto*, תמים, Germ. *unverſehrt*, Gall. *inviolé*, Hiſp. *inviolado*, ἀκαταφθάρτος, illæſus, incorruptus, integer. *Cic. pro Rab. c. 4.* Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum defendo ſervari oportere. *Id. pro Sext. c. 67.* Invulnerati, inviolatique vixerunt. *Auct. carm. ad Liviam de morte Druſi, v. 43.* Pudicitia inviolata.

Inviſceratus, a, um, in viſcera immiſſus. *Auguſtin. ſerm. 24. edition. recent.* Ejus ſanctam charitatem inviſceratam ſentimus in cordibus noſtris. Adde *epiſt. 57. ſub fin.*

Inviſcero, as, avi, atum, a. 1. indo, intus gigno. *Nemeſin. in Cyneg. v. 214.* Hoc canibus blandis inviſcerat æſtus.

Inviſibilis, le, adject. *inviſibile*, ἀόρατος. *Celſus in præfat.* Inviſibilia foramina. *Lactant. l. 7. c. 9.* Deus inviſibilis.

Inviſitatus, a, um, nom. ex particip. *non viſitata*, *non veduta ſpeſſo*. *Liv. l. 27. c. 39.* Galli inviſitati ante alienigenis, nec cidere ipſi advenam in

ſua terra aſſueti. *Quintil. Declam.* 12. Nulla celebris civitas inviſitata tranſitur. *Apul. l. 4. Florid.* Quod ſum vobis nec lare alienus, nec pueritia inviſitatus.

Inviſo, is, iſi, iſum, a. 3. *andare a vedere*, פקד, Germ. *beſuchen*, Gall. *aller voir, viſiter*, Hiſp. *yr a ver*, ἐπισκοπέω, idem quod ſimplex viſo, niſi quid addat compoſitio vehementiæ. *Cic. Att. lib.* 1. Et ut jam inviſas nos, non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo. *Id. Att. l.* 4. Domum meam quod crebro inviſis, eſt mihi valde gratum. *Plaut. Stich.* 1. 2. 9. Ad meam filiam inviſo. ¶ Item inſpicere, intueri. *Virg.* 1. *Georg. v.* 25. Urbes inviſere, terrarumque curam.

Inviſor, oris, m. qui invidet, *invidioſo*. *Apul. l.* 1. *Florid.* Si quis forte in inviſoribus meis malignus ſedet.

Inviſus, a, um, *non viſto*, Germ. *ongeſehend*, Gall. *non veu*, Hiſp. *no viſto*, ἄοπτος, ἀθέατος, non viſus. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 27. Occulta, & majoribus non inviſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere pervertit. ¶ Frequentiſſime ponitur pro odioſo, ſive pro eo, qui odio habetur, qui diſplicet, μισητός, quia quem odimus, eum æquo animo videre non poſſumus. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 16. Ne aut inviſa Diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur. *Id.* 2. *Offic.* Quo enim quis verſutior, & callidior eſt, hoc inviſior, & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. *Plin. Ep.* 40. *l.* 2. Cujus marito inimiciſſimus, ipſi inviſiſſimus fuerat. *Martial. l.* 7. *epigr.* 20. O Nero crudelis, nullaque inviſior umbra, hoc eſt nulla re magis inviſus, quam cæde Lucani, de quo eſt epigramma.

Invitabilis, le, o. 3. *dilettevole*, ἐπαγωγός, blandus, delectabilis, jucundus. *Gel. l.* 13. *cap.* 11. Sermones jucundos, & invitabiles, & cum quadam illecebra, & voluptate utiles.

Invitamentum, i, n. *invito*, *allettamento*, invitatio, illecebra. *Cic. in Hortenſ.* apud *Non. c.* 4. *n.* 232. Voluptates nulla ad res neceſſarias invitamenta afferunt ſenſibus. *Id. l.* 5. *Fin. c.* 6. Fons reperiendus eſt, in quo ſint prima invitamenta naturæ.

Invitatio, onis, f. *invito*, קריאה, Germ. *ladung*, Gall. *invitation*, *convoi*, Hiſp. *combite*, πρόκλησις, invitamentum. *Cic. Att. l.* 9. In Epirum vero invitatio quam ſuavis, quam liberalis, quam fraterna! *Id. Tuſc.* 3. *c. ult.* Ægritudo non natura exoritur, ſed judicio, ſed opinione, ſed quadam invitatione ad dolendum.

Invitator, oris, m. qui invitat, præſertim ad cœnam. *Martial. lib.* 9. *epigr.* 93. Ad cœnam ſi me diverſa vocaret in aſtra Hinc invitator Cæſaris, inde Jovis. *Sidon. l.* 9. *ep.* 13. Quos undique aſcitos invitator in unam cœnam contraxerat.

Invitatus, us, m. invitatio, *invito*. *Cic.* 7. *Famil. epiſt.* 5. Ut initio mea ſponte, poſtea invitatu tuo mittendum duxerim.

Invitatus, a, um, nom. ex partic. allectus, *invitato*. *Plin. l.* 2. *c.* 23. Invitata improbitas parvo ſucceſſu. *Liv. l.* 2. *c.* 9. Invitati per domos hoſpitaliter.

Invite, adv. *contra voglia*, *mal volentieri*, Germ. *mit un willen*, Gall. *a regret*, Hiſp. *forcoſamente*, ἀκουσίως, non libenter, coacte. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 3. Invite cepi Capuam. *Id.* 2. *Orat. cap.* 89. Quem ego paulo ſciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus ſermonis accedere. *Id.* 3. *Fam. ep.* 10. Qui cum maximis rebus ſuis coactus a me inviſiſſime diſceſſiſſet. Melius tamen *invitiſſime*.

Invitiabilis, le, adject. qui vitiari, & corrumpi non poteſt. *Prudent. Pſychomach. v.* 626. Spes invitiabilis ævi.

Invito, as, avi, atum, a. 1. *invitare*, קרא, Germ. *laden*, Gall. *inviter*, *convier*, Hiſp. *combidar*, προσκαλέω, voco, convoco, attraho, allicio, a *vis*, quaſi ſit blanda vi ad ſe allicere. Conſtruitur vel abſolute. *Virg.* 1. *Georg.* Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit. ¶ Vel cum acc. *Cic.* 5. *Fin.* Ut ipſum per ſe invitaret, & alliceret appetitum animi. *Id.* 13. *Fam.* Præſertim cum abs te honorificentiſſime invitarer. ¶ Vel cum accuſativo motus. *Cic.* 4. *Ver.* Eum autem inimiciſſimi Sthenii domum ſuam ſtatim invitant. *Cic.* 3. *Offic.* Et ſimul ad cœnam hominem in hortos invitavit in poſterum diem. *Id. Att. l.* 2. A Cæſare valde liberaliter invitor in legationem illam. ¶ Vel cum acc. & abl. ſine præp. *Cic.* 6. *Ver.* Rex denique ecquis eſt, qui Senatorem P. R. tecto, ac domo non invitet? *Id.* 12. *Phil.* Tota familia occurret, hoſpitio invitabit propter familiaritatem notiſſimam. ¶ Vel cum abl. communi. *Cic. ad Brut.* Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria invitantur. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula ut. *Cic. Att. l.* 12. Invito eum per litteras, ut apud me diverſetur. ¶ Invitare aliquem poculis, eſt propinare, vel præbibere, & ad bibendum provocare, quod *Cicero* dixit poculis poſcere. *Plaut. Rud.* 2. 3. 32. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. ¶ Hinc invitare ſe, hoc eſt largiter bibere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 127. Mire ſunt, niſi invitavit ſe in cœna pluſculum. *Sueton. Aug. c.* 77. Quoties largiſſime ſe invitaret, ſenos ſextantes non exceſſit. ¶ Dicimus etiam *invitare aliquem*, pro vocare ad cœnam, & liberaliter accipere. *Caſ. l.* 2. *B. C. c.* 74. Alii ſuos in caſtra invitandi cauſſa adducunt, alii ab ſuis abducuntur. ¶ Invenitur etiam uſurpatum pro vita privare, ut ſit ab *in privat.* & *vita*. *Plaut. Caſ.* 4. 6. 21. Gladium ancillæ Caſinam habere ait, qui me, ac te invitet. V. *Lipſ. l.* 2. *antiq. lect. c.* 11.

Invituperabilis, le, adject. non vituperabilis. *Tertull. l.* 2. *adv. Marc.* 2. 10. Invituperabiles conditiones.

Invitus, a, um, *suo mal grado*, *contro ſua volontà*, Germ. *ongern*, Gall. *contraint*, Hiſp. *forcoſamente*, ἄκων, ἀεκαζόμενος, non libens, recuſans, repugnans, contra voluntatem. *Cic. in Parad.* Sapiens nihil facit invitus, nihil dolens, nihil coactus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Invita in hoc loco verſatur oratio. *Id.* 5. *Fam. ep.* 64. Ego eum a me invitiſſimus dimiſi. ¶ Invita Minerva. V. *Minerva*.

Invius, a, um, *ſenza via*, *ove non ſi può andare*, Germ. *ungebahnet*, Gall. *hors de chemin*, Hiſp. *fuera de chamino*, ἄνοδος, quod eſt ſine via, & per quod iri non poteſt. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Saba regio undique rupibus invia. *Liv. l.* 9. *c.* 14. Invii ſaltus. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 113. Invia virtuti nulla eſt via. ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive. V. *Invia*, *orum*.

Inula, f. 1. *enula*, ἑλένιον, herba, vulgo enula Campana, folia ferens verbaſci foliis non diſſimilia, ſed anguſtiora, & oblongiora, radice ſubcandida, ad ruſum colorem nonnihil tendente, ex qua gratiſſimum condimentum fieri ſolet. *Col. l.* 12. *c.* 46. & *Horat. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 44.

Inulte, adv. *ſenza vendetta*. *Curt. l.* 4. Nonnulli ruunt in hoſtem, haud inulti tamen perituri.

Inultus, a, um, *non vendicato*, *impunito*, Germ. *ungerochen*, Gall. *qui ne s'eſt pas vangé*, Hiſp. *el que no ſe a vengado*, ἀτιμώρητος, impunitus, non vindicatus, de quo non eſt ſumptum ſupplicium. *Cic. pro Cluent.* Cur hunc eſſe inultum tandiu ſinit? ¶ Interdum de eo dicitur, qui accepit injuriam, de qua nulla ſumpta eſt vindicta. *Virg.* 2. *Æn.* Nunquam omnes hodie moriemur inulti. ¶ Uſurpatur etiam pro illæſo, indemni. *Curt. l.* 3. *c.* 4. Jugum, unde inultus ſubeuntem prohibere potuiſſet, &c.

Inumbratus, a, um, adject. ſimulatus, *apparente*, *finto*. *Celſ. JCtus lib.* 18. *Dig. de acquir. poſſeſſ.* In conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus.

Inumbro, as, avi, atum, a. 1. *adombrare*, *far ombra*, הצל, Ger. *ſchatten machen*, Gal. *ombrager*, Hiſp. *hazer ſombra*, ἐπισκιάζω, eſt tegendo umbram facere, opacare. *Virg.* 11. *Æn.* Inſtructoſque toros obtentu frondis inumbrant. ¶ Tranſlate ponitur pro obſcurare. *Plin. Paneg. c.* 19. Imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur.

Inuncatus, a, um, *rampinato*, particip. ab inuncor. *Col. l.* 7. *c.* 3. Quibus velut hamis inuncata a paſcentium tergoribus avellitur.

Inunco, as, avi, atum, a. 3. *rampinare*, נצל, Germ. *herbey hacken*, Gall. *accrocher*, Hiſp. *arrebatar*, ἁρπάζω, rapio, arripio, quaſi unco invado, unco ad me traho. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *num.* 425. Aut qui nummos triſtis inuncat. *Apul. l.* 1. *Florid.* Unde unguibus inuncet.

Inunctio, onis, f. 3. *ungione*, ἐπάλειψις, mollis frictio ex oleo, ſive aſperſio, illitio, illitus. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Felle glaucomata, & ſuffuſiones extigi prope creditur triduo inunctione.

Inundatio, onis, f. 3. *diluvio*, שטף, Germ. *ein uber ſchwemmung*, Gall. *debordement*, Hiſp. *rebeſſadura*, κατακλυσμός, diluvium. *Col. l.* 3. *cap.* 11. Quæ fluminum alluvie, & inundationibus concreverunt. *Plin. lib.* 1. *c.* 3. Joppe Phœnicum antiquior terrarum inundatione.

Inundatus, a, um, *inondata*, aquarum vi obrutus. Tranſlate *Curt. l.* 5. *c.* 7. Exercitus, quibus Europa inundata eſt. *Id. l.* 9. *c.* 2. *circa med.* Ciliaia inondata cruore Perſarum. *hyperbole*. *Petron. in Satyr. c.* 121. Inundatus hac Eumolpus invidia. *Et cap.* 118. Mens ingenti flumine litterarum inundata.

Inundo, as, avi, atum, a. 1. *ſpanderſi fuora*, שטף, Ger. *uberflueſſen*, Gal. *ſe deborder*, Hiſp. *reboſſar*, πλημμυρέω, extra alveum diffluo, vel effundor. *Virg.* 10. *Æn.* Inundant ſanguine foſſæ. ¶ Quandoque active accipitur pro undis obruere, aqua operire, devaſtare, *invadere*, ἐπικλύζειν. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 37. Ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua. ¶ Tranſlate accipimus pro copioſe accurrere, & quaſi undarum more affluere. *Virg.* 12. *Æn.* Hinc denſi rurſus inundant Troes, &c.

Inungo, is, unxi, unctum, a. 3. *ungere*, משח, Ger. *beſalben*, Gal. *oindre*, Hiſp. *untar*, ἐναλείφω, illino, oleo leviter aſpergo. *Plin. l.* 8. *c.* 34. Mira ſolertia viſco inungunt oculos.

Invocatio, onis, f. 3. *invocazione*, actus invocandi. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Sive ad invocationem aliquam convertimur. *Id.* 6. *c.* 2. Et Deorum etiam invocatio ex bona conſcientia profecta.

Invocatus, a, um, nom. ex particip. non vocatus, *non chiamato*, ἄκλητος. *Plaut. Capt.* 1. 1. 2. Quod invocatus ſoleo eſſe in convivio. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 38. Quid? quod imagines etiam veniunt invocatæ. *Nepos in Cimone, c. ult.* Quotidie ſic ei cœna coquebatur, ut quos invocatos vidiſſet in foro, omnes devocaret. ¶ Item vocatus, *chiamato*. *Juſtin. l.* 18. *c.* 6. Dio viri nomine cum multis lacrymis, & lamentatione flebili invocato.

Invoco, as, avi, atum, a. 1. *chiamare dentro*, קרא, Germ. *anruffen*, Gal. *invoquer*, Hiſp. *invocar*, εἰσκαλέω, intro voco. *Plaut. in Capt.* 1. 1. 8. Nos quiſquam neque vocat, neque invocat. ¶ Sæpe ſumitur pro in auxilium vocare, ſubſidium petere, *invocare*, *chiamare in ajuto*, ἐπικαλεῖν. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Apud Græcos Junonem Lucinam in pariendo invocant. *Id.* 2. *de Or.* Atque ipſum advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem. *Id. ante Exil.* Socerum invocem ſubſidium? ¶ Interdum idem eſt ac ſimplex voco. *Curt. l.* 10. *c.* 5. Perſæ juſtiſſimum, ac mitiſſimum dominum, Macedones optimum, ac fortiſſimum regem invocantes, certamen quoddam mœroris edebant.

Involatus, us, m. idem ac volatus, verbum eſt augurum, ex avium volatu omen captantium. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 6. Non igitur ex alitis involatu, nec a cantu ſiniſtro &c.

Involito, as, avi, atum, n. 1. freq. ab involo. *Hor. l.* 4. *carm. od.* 10. Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

Involo, as, avi, atum, a. 1. *volare dentro*, גנב, Ger. *anfallen*, Gal. *dembler*, Hiſp. *hurtar*, εἰσπέτομαι, intro volo. *Varr. l.* 3. *de R. R.* At in villam intro involant columbæ. *Col. l.* 8. *c.* 3. Neque enim debent ipſis nidis involare. ¶ Tranſlate ſumitur pro irruere in aliquem, manus violenter alicui injicere, translatione ab avibus in eſcam ruentibus. *Ter. Eun.* 5. 2. 20. Vix me contineo, quin involem in capillum. ¶ Item pro vi aliquid tollere, ſive clam, ſive aperte, *involare*, *rubare*, κλέπτειν, ἁρπάζειν, eadem translatione. *Plin. l.* 9. *c.* 59. Singulos involat verius, quam capit. *Cic.* 3. *de Or. c.* 31. Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentia, doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam, atque vacuam abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt. *Dig.* 47. 9. 6. Anchoræ involantur de mari. ¶ *Tac. Ann.* 2. *c.* 49. Truces etiam tum animos cupido involat. *h. e.* Inceſſit.

Involucre, is, n. 3. ὠμόλινον, linteum illud, quo tonſores humeros tondendorum involvunt, ne veſtes capillorum ſegmentis ſordidentur, ab involvo. *Plaut. Capt.* 2. 2. 17. Ne id quidem involucre injicere voluit, veſtem ut ne inquinet.

Involucris, cre, o. 3. *che non può volare*, ἄπτερος, quod adhuc volare non poteſt. *Gel. l.* 2. *c.* 29. Pulli tunc involucres erant.

Involucrum, cri, n. *ravoglio*, חתולה, Germ. *eine decke*, Gal. *enveloppoir*, Hiſp. *embolvedor*, ἔλυτρον, εἴλημα, quidquid aliquid tegit, & operit, a ſupino *involutum*. *Cic. in Ver.* 6. *c.* 28. Candelabrum involutum quam occultiſſime delatum involucris rejectis oſtenderunt. *Id.* 1. *de Or.* Divitias, ac ornamenta ejus ingenii per quædam involucra, atque integumenta perſpexi. ¶ Involucro ſimulationum, h. e. ſimulati affectus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura.

Involuntarius, a, um, adject. *involontario*. *Cal. Aurel. Tard.* 1. *c.* 4. Involuntarius actus.

Involuntas, atis, f. noluntas, non voluntas. *Tertul. Apol. c.* 45.

Involvo, is, involvi, involutum, a. 3. *imporre*, גלל, Ger. *drein wickeln*, Gal. *envelopper*, Hiſp. *embolver*, ἐντυλίσσω, glomero, in, ſeu ſuper aliquid volvo, volvendo impono, aut injicio. *Virg.* 1. *Georg.* Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum. *Ovid.* 12. *Metam.* Sene, traheſque ſuper, totoſque involvite montes. ¶ Sæpe accipitur pro circumplicare, circumvolvere, & re aliqua integere, *avvogliere*, *avviluppare*, περιειλέω. *Plin. l.* 11. *c.* 24. *de araneis*. Nam & incertarum catulos venantes, hos primum tela involventes. *Sil. l.* 7. Caſſide crinem involvit. *Hor.* 4. *carm. od.* 29. Et mea virtute me involvo. ¶ Per tranſlationem accipitur pro obſcurare, occultare. *Virg.* 3. *Æneid.* Involvere diem nimbi. *Id.* 6. *Æn.* Obſcuris vera involvens. ¶ Item pro ſe dedere, immergere. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 20. Ubi ſalutatio defluxit, literis me involvo. *Plin. l.* 7. *ep.* 3. Involvere ſe otio.

Involvolus. V. Involvulus.

Involute, adverb. obſcure. *Spartian. in Caracal. c.* 2. Queſtus eſt de fratris inſidiis involute, & incondite.

Involutio, onis, f. actus involvendi, vel res involuta. *Vitruv. l.* 10. *c.* 11. Tabulæ pertegant etiam involutionem.

Involutus, a, um, adject. *involto*, *raviluppata*. *Cic. Ver.* 4. *c.* 28. Ut id in Prætorium involutum quam occultiſſime deferatur. *Id.* 1. *Aca. c.* 4. Involutæ, & occultæ res. *Id. Phil.* 7. *c.* 6. Involutum bellum pacis nomine. *Senec. l.* 6. *quaſt. nat. c.* 5. Involutiſſima res.

Involvulus, vel Involvolus, li, ἴψ, ἴπες, vermiculus, qui & convolvulus dici-

Digitized by Google

dicitur, qui ſeſe foliis arborum, & vitium involvit, & implicat. *Feſt. Plaut. Ciſt.* 4. 2. 63. Imitatus nequam beſtiam, & damnificam. P. Sed quidnam amabo? L. Involvulum, quæ in pampini folio intorta implicat ſeſe.

Inurbāne, adv. *incivilmente*, ἀπειρόκαλως, ἀγροίκως, inciviliter. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, &c.

Inurbānus, a, um, *incivile, ruſtico, rozzo*, Ger. *bawriſch*, Gal. *incivil*, Hiſp. *deſcortes*, ἄγροικος, incivilis, invenuſtus, ruſticis moribus præditus. *Cic. in Brut.* Qui & plane indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt. *Quinctil. l.* 6. *c.* 4. Geſtus non inurbanus.

Inurgĕo, es, urſi, a. 2. *premere, urtare, ſpingere*, ἐνεπείγω, contra aliquem urgeo. *Lucr. l.* 5. *v.* 1034. Cornua nata infenſus inurget.

Inurīno, as, avi, atum, n. 1. idem ac urino, aquam ſubeo. *Colum. lib.* 8. *cap.* 14. Lacus, piſcinaque manu fiant, ut ſint, quibus inurinare poſſint aves.

Inūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *ſegnare con ferro caldo*, צרב, Ger. *einbrennen*, Gal. *marquer d'un fer chaud*, Hiſp. *ſeñalar con fuego*, ἐγκαίω, eſt ignito ferro ſtigma imprimere, ut ſervorum fronti, & equorum coxis, ut cognoſcantur a domino. *Virg.* 3. *Georg. v.* 158. notas, & nomina gentis inurunt. ¶ Eſt item adhibito igne fingere, quod genus picturæ Encauſtice dicitur. *Plin. lib.* 35. *cap.* 4. Cujus ſupra caput tabula bigæ pendet, quam Nicias ſcripſit ſe inuſſiſſe. ¶ Per tranſlationem *Cicer. de Prov. Conſ.* Atque hanc inſignem ignominiam, quoniam uni præter ſe inuſta eſt, putat eſſe leviorem. *Liv. l.* 3. Orabatque, ne Claudiæ genti eam inuſtam maculam vellent. h. e. impactam, impreſſam. ¶ Inurere famam ſuperbiæ, h. e. ſuperbiæ damnare. *Cic. pro Mur. c.* 4. ¶ Inurere dolorem alicui, h. e. afferre. *Id. Ver.* 3. *c.* 44. ¶ Inurere notam cenſoriam, *cenſurare, criticare*. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. ¶ Inurere leges, pro imponere, cum ignominia afferre. *Cic. pro Mil.* ¶ Uſurpatur etiam pro ſimplici uro. *Col. l.* 11. *c.* 3. Solum quod conſerere vere deſtinaverimus, poſt autumnum patiemur effoſſum jacere brumæ frigoribus, & pruinis inurendum.

Inuſitāte, adverb. *fuor di coſtume*, ἀήθως, καινῶς, præter conſuetudinem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1, *ep.* 2. Abſurde, & inuſitate ſcriptæ epiſtolæ. *Idem in Bruto, c.* 75. Inuſitata loqui. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 4. Inuſitatiſſime *noſe* pro *noſſe* dixerunt.

Inuſitāto, adverb. inuſitate. *Plin. in Paneg. c.* 5. Inuſitato enituis.

Inuſitātus, a, um, *inuſitato, fuor d'uſanza*, Germ. *ungebreuchig*, Gall. *inuſité*, Hiſp. *inuſitado*, ἀήθης, inſolitus, præter conſuetudinem, raro viſus, inauditus. *Cicer.* 3. *Off.* Hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata. *Id.* 2. *de Or.* Alter leporem quendam inuſitatum noſtris Oratoribus eſt conſequutus. *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 25. Species navium inuſitatior.

Inuſque pro uſque in, ut hucuſque pro uſque huc. *Avien. in ora maric. v.* 385. tum jugum Celebandicum Inuſque ſalſam dorſa porrigit Thetim. Adde *v.* 606. & 641.

Inuſtus, a, um, nom. partic. ab inuro. *Ovid.* 12. *Met. v.* 275. Arſerunt crines, & vulnere ſanguis inuſtus Terribilem ſtridore ſonum dedit. *Colum. l.* 6. *c.* 5. Urina inuſta teſtis candentibus. *Lucan. lib.* 9. *v.* 859. axis inuſtus Solis equis, *la zona torrida*. ¶ Tranſlate ſignificat impreſſus, inſitus. *Cic.* 2. *de Orat.* Niſi omnes ii motus, quos Orator adhibere volet Judici, in ipſo impreſſi, atque inuſti videantur. V. *Inuro*. ¶ Significat etiam non uſtus. *Lucan. lib.* 9. *verſ.* 787. ſemuſta rapit, reſolutaque nondum Oſſa ſatis nervis, & inuſtis plena medullis Æquorea reſtinguit aqua.

Inūſus, us, m. *non uſo, diſuſo*, ignavia. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 64. Ego ſum inuſu factus nimis nequior.

Inutĭlis, le, o. 3. *inutile*, Ger. *unnutzlich*, Gal. *inutile*, Hiſp. *inutil*, ἄχρηστος, qui nulli uſui eſt. *Cic.* 2. *de Div.* Quis ſit optimus Reip. ſtatus, quæ leges, qui mores aut utiles, aut inutiles. *Id.* 1. *de Inv.* Is inutilis ſibi, pernicioſus patriæ civis alitur. *Ovid.* 13. *Met. v.* 38. Donec ſolertior iſto, & ſibi inutilior timidi commenta retexit. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Stomacho inutiliſſimum. *Cic.* 1. *Fin. c.* 4. Inutile ad uſus civium. ¶ Ponitur & pro noxio, pernicioſo. *Lucil. l.* 22. Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam. *Cic.* 2. *Off.* Seditioſum, & inutilem civem in judicium vocavit. *Id. ib. lib.* 3. *cap.* 13. *in fin.* Hæc tot, & alia plura nonne inutile eſt vitiorum ſubire nomina? *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. *de apibus*. Animadvertat, ne reguli plures exiſtant: inutiles enim fiunt propter ſeditionem.

Inutĭlĭtas, atis, f. *inutilità, danno*, Ger. *unnutzig*, Gal. *inutilité*, Hiſp. *inutilidad*, ἀχρηστία. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 52. Ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas, & utilitas, vitandarum turpitudo, & inutilitas.

Inutĭlĭter, adverb. *inutilmente*, Germ. *unnuetzlich*, Gall. *inutilement*, Hiſp. *inutilmente*, ἀχρήστως, non utiliter. *Liv. l.* 3. *cap.* 51. Reſponſum quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis conſenſu, quam communi conſilio eſſe. ¶ Item pernicioſe. *Hirt. de B. Alex. c.* 65. Multa Romæ male, & inutiliter adminiſtrari.

Invulgātus, a, um, nom. ex partic. vulgatus, vulgaris. *Gel. l.* 11. *cap.* 7. Culpatius eſſe arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata, & ſordentia.

Invulgo, as, avi, atum, a. 1. idem ac vulgo, divulgo, *divolgare*. *Gel. l.* 20. *c.* 5. Non recte eum feciſſe, quod diſciplinas ἀκροαματικὰς libris foras editis, invulgaſſet.

Invulnerabĭlis, le, adject. qui vulnerari non poteſt. *Sen. ep.* 9. Animus invulnerabilis. *Id. de Conſol. ad Helv. cap.* 13. Virtus animum undique invulnerabilem præſtat.

Invulnerātus, a, um, *non ferito*, Ger. *unverwundt*, Gal. *qui n'a eté point bleſſé*, Hiſp. *no herido*, ἄτρωτος, non vulneratus. *Cic. pro Sext. cap.* 67. Aut omnino invulnerati, inviolatique vixerunt.

Inŭus, m. 2. Πάν, Ἐφιάλτης, Pan, Faunus, Fatuus, Fatuellus, Incubo, incubus, ab *ineundo*, quod paſſim iniret cum omnibus animalibus. In antiquis Livii codicibus pro *Inuus* legere eſt *Inivus*. Fortaſſe ab *ineo* dixere Inuus, & Inivus, ut a *vaco* eſt vacuus, & vacivus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 775. Pometios, Caſtrumque Inui. Vide Ephialtes.

Inuxorius, vel Inuxorus, a, um, adject. cœlebs, ut inuxora virginitas, apud *Tert. in exhort. ad caſtit. c.* 9.

Inycus, f. 2. Inicum, Camicus, *Longobardo*, opp. Siciliæ ad oſt. Crimiſſi fl. a regione Selinuntis.

I ANTE O.

Jo, ἰώ, dolendi particula eſt. *Tibul. l.* 2. *el.* 4. *v.* 6. Uror io, remove ſæva puella faces. ¶ Quandoque exprimit geſtientis lætitiæ affectum. *Ovid.* 2. *de Art.* Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.

Jo, Jus, f. 4. contract. Ἰώ, filia Inachi. Hanc Jupiter amavit, fugientemque nube remoratus eſt, & compreſſit. Cum Juno inuſitatas tenebras diurnis horis aſpexiſſet, ſuſpicans aliquid fraudis a conjuge admitti, e cœlo delapſa eſt, & caliginem diſcuſſit. Jupiter præſentiens Junonis adventum, puellam, ne agnoſceretur, in juvencam transformavit. Sed Juno ſuſpicata id, quod res erat, vaccam eam a Jove ſibi dono dari poſtulavit, quam cum accepiſſet, appoſuit ei cuſtodem Argum centoculum. Ab Argo moleſtiſſime cuſtodia ſervabatur. Id ægre Jupiter ferens per Mercurium eum interficiendum curavit. Quam ob rem irata Juno Argi oculos pavonis caudæ affixit, œſtrum pellici immiſit, cujus aculeis exagitata in Ægyptum uſque perfugit. Ibi implorato Jovis auxilio priſtinam formam recuperavit, Regique Oſiridi nupſit. Ægyptiis omnibus adeo chara fuit, ut poſt mortem Dea habita ſit, quam illi Iſidem appellarunt, ſacraque ejus Iſiaca, quibus anſer immolari conſuevit. *Suidas* ſcribit, Jovem Iſim ex Argo Græciæ urbe rapuiſſe, &, cum Junonem timeret, mutaſſe nunc in bovem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam, eamque ei oberrantem in Ægyptum veniſſe. Mythologici Iſidis in vaccam metamorphoſin de navi interpretantur, qua Jupiter in Ægyptum navigavit, quod vacca navis inſigne fuerit. Ab Ægyptiis in Deorum numero habita fuit, quod eos literas, agriculturam, lini uſum, & multa alia docuiſſet. *Ovid. Metam. Boccac. l.* 7. *Geneal.*

Jocābundus, a, um, qui aliquid jocoſe facit. *Valer. l.* 2. *cap.* 15. Juventus rudi, ac incompoſito motu corporum jocabunda geſtus dedit. *Id. l.* 1. *c.* 8. Cum jocabundus, quaſi deluſa fortium fide reverteretur. Adde *Lampr. Elagab.* *l.* 5. *c.* 7.

Jocālĭter, adv. jocoſe, joculariter. *Ammian. l.* 15. *cap.* 12. Quos jocaliter Murcos appellant.

Jocaſta, f. 1. Ἰοκάστη, filia Creontis Thebanorum Regis, & uxor Laii. Poſt mariti necem Oedipo filio imprudens nupſit, ex quo Eteoclem, & Polynicem genuit: qui cum ſe mutuis vulneribus confeciſſent, ipſa quoque ſibi manus intulit. *Stat.* 2. *Theb.*

Jocātĭo, onis, fem. actus jocandi, jocoſa, & faceta narratio, aut locutio, *gioco, ſcherzo*. *Cic. ad Papir. l.* 9. *Fam. epiſt.* 16. Nunc venio ad jocationes tuas.

Joco, as, activa forma, pro jocor. *Plaut. Caſ.* 4. 4. 20. Quaſi jocabo.

Jocor, aris, atus ſum, d. 1. *ſcherzare*, צחק, Germ. *ſchertzen*, Gal. *jouer*, Hiſp. *burlar*, παίζομαι, χαριεντίζομαι, facete, & cum venuſtate aliqua loquor, per jocum aliquid facio, vel dico. *Cic.* 3. *Fam.* Libet enim jocari. *Id.* 2. *Fam. ep.* 4. Jocetne tecum per literas. *Id.* 7. *Fam.* Hæc jocati ſumus & tuo more, & nonnihil etiam noſtro. *Id.* 4. *Fin.* Ut mihi in hoc jocari videantur interdum.

Jocōſe, adv. *piacevolmente, da giuoco, da ſcherzo*, Ger. *ſchimpfflich*, Gall. *par jeu, par raillerie*, Hiſp. *de burlas*, παιδικῶς, cum joco, per jocum, & riſum, joco, feſtive. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. Eumque luſi jocoſe ſatis. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. *v.* 103. liberius ſi Dixero quid, ſi forte jocoſius.

Jocōſus, a, um, *giocoſo, piacevole*, Ger. *vol ſchimpffes*, Gal. *enjoué*, Hiſp. *lleno de burlas, jugueton*, εὐτράπελος, quod ad jocum pertinet, ut Jocoſa contentio, quæ in joco, vel de joco oritur. *Mart. l. de Spectac. epigr.* 20. Non potuit melius litem finire jocoſam. ¶ Idem quod feſtivum eſt, jucundum. *Cic.* 1. *Off. c.* 37. Si ſeriis ſeveritatem adhibeat, ſi jocoſis leporem. ¶ Dicitur etiam de perſonis, & ſignificat facetum, lepidum, jocis abundantem. *Var. l.* 2. *de R. R.* homo multum humanus, & jocoſus.

Joculanter, adv. jocoſe. *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. Joculanter compellare.

Joculāris, re, n. 3. *da ridere, da ſcherzo*, Germ. *im ſchertz*, Gall. *à rire*, Hiſp. *coſa de reir*, γελοῖος, quod joco fit, diciturve, quod joco, riſuque dignum eſt. *Cic. de Fato*, O licentiam jocularem! *Id. de Leg. lib.* 1. *c.* 20. Joculare illud quidem, & a multis ſæpe reprehenſum.

Joculārĭter, adv. idem ac jocoſe. *Plin. lib.* 21. *c.* 22. Hæc eſt, quam Ariſtophanes Euripidi poetæ objecit jöculariter. *Aſcon. in Cicer. Div. Verr. c.* 11. Joculariter arridere. Adde *Sueton. in Auguſt. c.* 75.

Joculārĭus, a, um, idem ac jocularis. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 1. Præterea ne ſic, ut qui jocularia ridens percurram. *Ter. And.* 4. 5. 43. Jocularium in malum inſciens pene incidi.

Joculātĭo, onis, f. jocus, facetiæ, feſtivitas. *Firmic. lib.* 5. *c.* 5. Joculationes, cantuſque exercebunt.

Joculātor, oris, m. 3. qui jocos facit. *Cic.* 4. *Att. ep.* 16. Joculatorem ſenem illum intereſſe nolui. Alii aliter legunt. V. Joculatorius.

Joculātōrĭus, a, um, idem ac jocularis. *Cicer. ad Att. l.* 4. *epiſt.* 16. Huic joculatoriæ diſputationi ſenem illum, ut noras, intereſſe ſane nolui. Alii aliter legunt. V. Joculator. *Diomed. Grammat.* Joculatoria quædam pronunciare.

Jocŭlor, aris, d. 1. dimin. a jocor. *Liv. l.* 7. *c.* 10. Inter carmina propemodum incondita quædam militariter joculantes.

Jocŭlus, i, m. dim. a jocus, *ſcherzetto*. *Plaut. Stich.* Novi illum, joculo hæc dicit. *Id. Moſtel.* Joculo aliquem fallere.

Jocundus, V. Jucundus.

Jocus, ci, m. 2. & n. pl. joci, orum, m. 2. vel joca, orum, n. *ſcherzo, giuoco*, שחק, Ger. *ſchertz*, Gall. *jeu, raillerie*, Hiſp. *juego*, παιδιά, ludus, riſus, facetiæ, lepor, feſtivitas. Differt a *ludo*, quod *ludus* factis, *jocus* præcipue verbis fieri dicitur. *Cic.* 1. *de Or.* Ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus. *Id. ad Att. lib.* 14. *ep.* 14. Joca tua plena facetiarum ſunt. *Sueton. in Aug. c.* 99. Effundi in jocos. ¶ *Joco*, & *per jocum* idem eſt ac jocoſe, ſeu feſtive. *Cic. ad Q. Fr.* Ex literis ab te per jocum miſſæ ad Q. Fabium, &c. *Ter. Heaut.* 3. 2. 30. Joco ne, an ſerio illæc dicat, neſcio. ¶ Extra jocum, aſt ſerio. *Cic.* 7. *Fam.* Sed mehercule extra jocum, homo bellus eſt. Sic Remoto joco. h. e. extra jocum. *Cic.* 7. *Fam.* Remoto joco, tibi hæc amiciſſimo animo præcipio. ¶ Interdum dicitur jocus de re levi, & parvi momenti. *Ter. Eun.* 2. 3. 7. Qui ſi amare occeperit, ludum, jocumque dices fuiſſe illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.

Johia, interjectio renuentis, aut negantis, *ohibò*. *Plaut. Merc.* 4. 3. 31. ubi alii aliter legunt.

Jol, urbs Numidiæ, Jubæ regia, poſtea Colonia Cæſarea a Claudio vocata. *Plin. l.* 5. *c.* 2.

Jolāus, m. 2. Ἰόλαος, Iphicli filius, al. Ariſtæi, & nepos Herculis ex fratre. Herculi Hydram interficienti adfuit, ferroque candenti cruorem reſtrinxit, atque cohibuit. Cum ad decrepitam ætatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt. Ad extremum cum Theſpiadis in Sardiniam venit, eam ad pacem reduxit, pricrem illius partem tenuit, & Jolaam a ſe denominavit, populoſque Jolenſes, ibi plures urbes condidit. *Ovid* 9. *Met. v.* 399. Ora reformatus primos Jolaus in annos.

Jolchiacus, vel Jolciacus, a, um, adjectiv. ad Jolcum pertinens. *Ovid. Met.* 7. *v.* 158. Victor Jolciacos tetigit cum conjuge portus. *Virg. in Ciri*, *v.* 377. Regis Jolciacis animum defigere votis. h. e. magicis devotionibus.

Jolchos, vel Jolcos, f. 2. *Jaco*, opp. Theſſaliæ, in Magneſia, ad ſin. Pelagiſcum, ſeu Pagaſicum, ad rad. Pelii M. ¶ Patria fuit Jaſonis, & venenorum ferax.

Jole, es, f. Ἰόλη. Eurythi Oechaliæ Regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam cum Eurythus jam victus ei tradere recuſaſſet, licet certaminis lege debitam, ira accenſus Hercules Eurythum interfecit, urbeque direpta Jolen abduxit. Poſtea Hylo filio ſuo uxorem tradidit. *Ovid.* 9. *Metam.* Sed ab aliquibus ſcriptum eſt, Hylum, patre mortuo, Jolem in uxorem duxiſſe.

Jon, n. 2. Ἴον, violaceæ gemmæ ſpecies, colore tamen dilutiore, adeo, ut viſum non ſatiet. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Jon, maſc. 3. Ἴων, Xuthi filius, a quo Pelaſgi Ægiales, qui Achajam Pelo-

Rr 2 ponneſi

ponneſi regionem incolebant, Jones primum appellati ſunt. *Herod. lib.* 7. ¶ Jon elius, filius Orchomenis, ex Chio Inſula, Poeta Tragicus, & Philoſophus, cujus ſcripta commemorantur a *Suida*.

Jonæus, a, um, ad Jonam, ſeu Jonam Prophetam pertinens. *Juvenc. l.* 2. v. 711. Hinc & Jonæis monitis potiora jubentur.

Jōnas, ſeu Jonas, æ, m. Ἰωνᾶς, Propheta Dei celebris in ſacra Scriptura. Diſſyllabum faciunt Latini more *Prudent. Cathemer.* 7. v. 113. & *Sidon. carm.* 16. v. 26.

Iōnes, um, m. Ἴωνες, populi Joniæ. *Plin. l.* 3. c. 29. & *l.* 13. c. 8. *Cicer. pro Flacc.* c. 27. *Vitruv. l.* 4. c. 1. & *Claudian. l.* 2. *in Europ.* v. 139.

Jonia, f. 1. *Sarchan*, vel *Sarchan*, Turc. *Quiſeum*, vel *Quiſeon*, Ἰωνία, Aſiæ minoris regio maritima, in ora maris Ægæi. Dicta eſt a Jone filio Zuthi, qui cum tredecim coloniis Græcorum in Aſiam profectus eſt, & hanc regionem inter Æolidem, & Cariam ſubegit. Alii dictam eſſe volunt e Javan filio Japhet. *Voſſ.* Habet a Septen. Æolidem Hermo fl. ſeparante, a Mer. Cariam, dividente Mæandro fl. ab Or. Lydiam. Sed auctorum deſcriptione rigatur fluviis Caiſtro, & Mæandro, qui per eam labitur, ſed non ipſam dividit a Caria, cum Miletus ſit ultra Mæandrum.

Joniăcus, a, um, adject. Jonius. *Ovid. ep.* 9. v. 83. Inter Joniacas calathum tenuiſſe puellas.

Jonice, Ἰωνικῶς, more, vel ſermone Jonico. *Gell. l.* 6. *cap.* 15. Ἔχον, ἢ *Ionον* Jonice a verbo ἔχω.

Jonĭcus, a, um, o. 1. e. Ἰωνικός, quod eſt ex Jonia, ut Jonica lingua, una ex quinque dialectis Græcorum. *Horat. l.* 3. *carm. od.* 6. Motus doceri gaudet Jonicos Matura virgo. ¶ Jonicas columnas primi extruxere in Aſia in templo Dianæ Epheſinæ Athenienſes illi tredecim, qui duce Jone Zuthi, vel Apollinis filio cum tredecim coloniis in Aſiam profecti ſunt, & tredecim urbes condiderunt, qui a ſuo duce Jones appellati fuere. Hoc genus columnæ factum fuit ad ſimilitudinem pedis muliebris, ſed craſſitudo erat octava pars altitudinis. Adhibuere autem ornamenta. Nam baſi ſuppoſuere ſpiram quaſi pro calceo, in capitulo a dextera, & ſiniſtra collocaverunt volutas, ſeu concriſpatos cincinnos præpendentes, a fronte cymatios, & encarpos ad inſtar capillorum, toto corpore demiſerunt ſtrias quaſi pro rugis ſtolarum. Placuit hoc genus columnæ appellare Jonicum, eo quod ſecundum ſuum exemplum, non alienum effeciſſent. *Vitr. l.* 4. c. 1. ¶ Interdum Jonicus ponitur pro laſcivo. *Plaut. Stich. ad fin.* Quis Jonicus, aut cinædicus, qui hoc tale facere poſſiet? ¶ Hinc Jonica ſaltatio pro molli, & petulantiori, qualis erat Jonum. *Horat. l.* 3. *od.* 6. Motus doceri gaudet Jonicos Matura Virgo.

Jōnis, idis, f. mulier ex Jonia. *Sen. in Troad.* v. 362. non jugari Theſſalæ cultu ſolent, Jonideſve, vel Mycenææ nurus. ¶ Jonides inſulæ ſunt, quæ in Ægæo mari prope litus Joniæ jacent. *Avien. in pereg.* v. 722. Nec minus attolluntur Jonides inſulæ ab alto.

Jonium Mare, *il Mar Jonio*, Ἰώνιον πέλαγος, ea pars Maris Mediterranei, quæ inter Siciliam ad Occ. & Græciam ad Or. id eſt, Macedoniam, Epirum, Achajam, & Peloponneſum extenditur. Dictum eſt, non quod Joniam alluat, ſed ab Jone Italo Adriæ patre, a quo deinde Mare Adriaticum dictum eſt, vel ab Jonum erratione, quod Jones in eo perierint, vel ab Jonio Illyrico, vel ab Jonio quodam Dyrrachii filio, quem Hercules cum imprudenter occidiſſet, in mare projecit, ut memoriam ejus propagaret, ut *Didymus* ſcripſit; vel ab Ius Inachi filia errore, ut *Lycophron* ait, vel, quod *Solinus* cenſet, ab Jonia, ſeu Jonica regione, ſeu tractu Magnæ Græciæ in Italia, circa Crotonem urbem. Differt ab Adriatico, quia Adriaticum eſt pars Jonii inter Italiam, & Illyricum. Sed poſtea omne Mare Jonium Adriaticum, item Siculum appellatum eſt. Differt ab Ægæo, quia Ægæum eſt inter Macedoniam, & Græciam ad Occ. Aſiam minorem ad Or. Thraciam ad Bor. Cretam ad Mer.

Jonius, a, um, Ἰώνιος, quod ſpectat ad Joniam regionem, vel ad Mare Jonium. *Cicer.* 3. *de Orat.* Ut Philoſophi tanquam in ſuperum Mare Jonium defluerent, Græcum quiddam, & portuoſum. *Horat. Epod.* 10. Jonius ſinus.

Jonthus, i, m. Ἴονθος, tuberculum exiguum, & durum in facie. *Priſcian. lib.* 1. *cap.* 18.

Jordānis, m. 3. *Giordano*, Ἰορδάνης, fl. Palæſtinæ maximus, & pene unicus, cum reliqui omnes potius torrentes, quam fluvii dicendi ſint. Oritur in Cœleſyria, ad radices montis Libani, 4. M. P. ſupra Cæſaream Philippi, e duobus fontibus, Jor, & Dan, deinde in Auſtrum per Samachonitem lacum fluens ad Capharnaum, per lacum Geneſaram, ſeu mare Galilææ, & Tyberiadis labitur, rigatiſque aliquot urbibus, in Mare Mortuum, ſeu Aſphaltitem lacum deſinit. Tribus Ruben, & Gad cum dimidia Tribu Manaſſe ab aliis ſeparans. Fuit primus limes Terræ promiſſæ.

Jos, f. 2. *Nio*, Ἴος, inſ. Maris Ægæi, olim Phœnice, una Sporadum, circuitus 53. M. P. inter Naxum ad Bor. & Theram ad Auſtr. cum oppido cogn. in parte Boreali. In hac inſula Homerus ſepultus eſt, Oraculo jubente, quoniam mater ejus ex Jo foret, quæ vero certa matre, incerta eſſet patria.

Jota, f. 1. Ἰῶτα, litera Græca, a Jod litera Hebræorum. *Cic.* 3. *de Or.* Ut jotam literam tollas, & e pleniſſimum dicas.

Jotaciſmus, i, e Grammaticis dicitur vitium orationis, quo jota litera ſæpius eodem loco concurrit, ut *Juno Jovi iraſcetur*, vel *Troja*, *Mæſia*, *Diomed.* l. e. *Martian. Capell. l.* 5.

Jovialis, le, adject. ad Jovem pertinens. *Arnob. l.* 3. Jovialis incontinentia. *Macrob. l.* 5. c. 16. Ganymedes Jovialium poculorum miniſter.

Joviniānus, m. 2. cognomen Maximiani Imper. quo ſe vocari voluit, quod ſe ſurtiter in Illyrico geſſiſſet.

Jovit, is, m. qui nunc Jupiter dicitur, olim recto caſu dicebatur, teſte *Var. l.* 7. *L. L.* Nam, ut ait *Gel. l.* 5. *c.* 12. quod aliis, aut immutatis literis eſt Jupiter, id plenum, atque integrum eſt Jovis pater. *Apul. l.* 4. *Metam.* Quem tremit ipſe Jovis. Adde *Hygin. fab.* 54. ¶ Hinc *Jover* in plurali num. apud *Plaut. Caſ.* 2. 5. 56.

Jovis flos, Διὸς ἄνθος, flos eſt æſtivus, & inodorus, colore purpureo, antiqua gratia coronamentis capetitur. *Plin. l.* 21. c. 10. Colore tantum placet Jovis flos, & odor abeſt, ſicut & ille, qui Græce phlox vocatur.

Jovis gemma, Διὸς λίθος, gemmæ ſpecies, quæ ultra candorem & lævis eſt, & tenera. *Plin. l.* 37. c. 10.

I A N T E P.

Iphianaſſa, f. 1. Ἰφιάνασσα, & Lyſippe filiæ fuerunt Prœti Argivorum Regis, quibus Parottus Maram, & Euryalem addit, quæ cum ad Junonis templum veniſſent, Deam contumeliis effecerunt, patris ſui domum divitiis templi Junonis, vel, ut alii ferunt, formam ſuam Deæ pulchritudini præferrentes, & ob eam rem e Junone in furorem verſæ ſunt, ut putarent, ſe eſſe vaccas. Ad quas curandas arceſſitus eſt Melampus, cui pater Regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promiſit. Placata igitur per ſupplicationem, & hoſtias Junone, Melampus Prœtidas a morbo curavit, & Iphianaſſam uxorem duxit. ¶ Hoc nomine appellatur etiam a nonnullis Iphigenia, Agamemnonis filia ex Clytæmneſtre. Vide in ſequenti voce.

Iphianaſſæus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Iphianeſſe. *Lucret. l.* 1. v. 85. quo pacto Triviaï virginis aram Iphianaſſæo turparunt ſanguine fœde. Alii legunt *Iphianaſſai*, ſcil. pro Iphianaſſæ, ut *Lucretio* moris eſt. Hic autem Iphigeniam intelligit.

Iphias, adis, patronym. ſ. Evadne Iphidis filia, quam alii Martis filiam faciunt. *Ovid.* 6. *Triſt. eleg.* 14. v. 38. Auſaque in accenſos Iphias ire rogos.

Iphiclus, m. 2. ſive Iphiclus, m. 3. Amphitryonis, & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercule editus, Jolai pater. *Boccat. l.* 13. *Geneal.* Sepultus eſt apud Phenaum Arcadiæ urbem. *Pauſan.*

Iphicrates, m. 3. Ἰφικράτης, vir Athenienſis, quem viginti annos natum Athenienſes in auxilium Bœotiorum adverſus Lacedæmonios cum exercitu miſerunt. Hujus adoleſcentis ſupra ætatem virtus admirabilis fuit, nec unquam ante eum Athenienſes inter tot, tantoſque duces aut ſpei majoris, aut indolis maturioris Imperatorem habuerunt, in quo non imperatoriæ tantum, verum & oratoriæ artes fuere. *Juſtin. l.* 6. ¶ Primus omnium ſpolia bellis capta nomen ſuum inſcripſit, cum antea ſolius civitatis nomen inſcriberetur. *Suid.*

Iphidamas, antis, m. 3. Ἰφιδάμας, Antenoris filius, corpore lato, atque procero. Ab Agamemnone in bello Trojano interemptus fuit.

Iphigenia, f. 1. Ἰφιγένεια, Agamemnonis, & Clytæmneſtræ filia. Cum Agamemnon in Aulide cervum Dianæ ignarus occidiſſet, Dea irata ventorum flatus amovit, ut Græci navigare in Troadem non poſſent. Quapropter cum Oraculum conſuluiſſent, reſponſum eſt, Agamemnonio ſanguine Deam eſſe placandam. Miſſus igitur Ulyſſes Iphigeniam eſſe a matre abduxit, ſub prætextu facti cum Achille matrimonii. Sed cum jam immolanda eſſet, Dea ejus miſerta, cervam pro ea ſuppoſuit, virginem autem in Tauricam regionem tranſtulit, ubi a Thoante Rege ejuſdem Deæ ſacris præfecta eſt, qua humano ſanguine fieri ſolebant. Quo cum poſtea Oreſtes a furiis agitatus, & ab incolis captus veniſſet, jamque eſſet immolandus, a ſorore agnitus, & liberatus eſt, cum qua non multo poſt occiſo Thoante Rege aufugit, ablato ſecum Dianæ ſimulacro in lignorum faſce abſcondito, propter quod illam Faſcelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, & in Aricino nemore ſimulacrum locaverunt, ædificato Deæ inſigni templo. *Ovid.* 1c. *Metam. Cic. in Orat.* 5. *Tuſcul. l.* 5. *Offic.*

Iphimedia, f. 1. Ἰφιμέδεια, uxor fuit Aloei, quæ compreſſa a Neptuno filios geminos peperit, Otum, & Ephialtem, qui ſingulis menſibus novem digitorum longitudinem ſtaturæ ſuæ adjecerunt, cumque parvi annis in ſummam corporis molem excreviſſent, una cum cæteris giganthibus adverſus Superos bellum moventes, Apollinis, & Dianæ telis confixi ſunt. *Serv.*

Iphis, m. 2. Ἶφις, puer fuit formæ venuſtate conſpicuus, qui cum Anaxaretem puellam efflictim amaret, neque illa ejus amori reſponderet, impatientia amoris vitam laqueo finivit, cumque jam ad ſepulturam afferretur, Anaxareta a feneſtra proſpiciens in ſaxum mutata eſt. *Ovid.* 14. *Metam.* ¶ Fuit item Iphis puellæ quædam Cretenſis, ex Phæſto oppido, Lygdi, & Teleſthuſæ filia, quam mater infcio viro (qui, ſi filia ſibi naſceretur, necidi eam imperaret) virili habitu illuſis juſſu educaverat. Qua ratione cum ad annos pubertatis patrem feſelliſſet, Lygdus Janthen puellam ei deſpondit. Quapropter inops conſilii Teleſthuſe Iſidis auxilium imploravit, quæ ipſo nuptiarum die Iphidem transformavit in marem. *Ovid. l.* 9. *Metam.* ¶ Denique Iphis Mercurii filius, unus fuit Argonautarum. *Valer. Flacc. l.* 1. v. 441.

Iphitus, m. 2. Ἴφιτος, filius Praxonidis, ſive Hæmonis, qui primus Olympia inſtituit. ¶ Iphitus item alius Eurythi Oechaliæ Regis filius fuit, & frater Joles, quem Hercules e turri præcipitavit. ¶ Alius denique Trojanus fuit, tempore belli, & incendii urbis Ilii. *Virg.* 2. *Æn.*

Ipſe, a, um, o. 1. *eſſe*, *iſteſſo*, αὐτός, *Ger. der*, *Gall. luymeſme*, *Hiſp. el miſmo*, *meſmo*, pronomen demonſtrativum, quod cum aliis pronominibus junctum eorum accipit ſignificationem, ut ego ipſe, ille ipſe, &c. *Cic. de Clar. Orat.* Qui ipſe tum fuit. *Id.* 2. *Divin.* Ille ipſe Divinationis auctor Chryſippus. *Ter. And.* 1. 1. Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti. *Id. Adel.* 4. 4. Ipſe egomet ſolvi argentum. *Cic. pro leg. Man.* Idem ipſe Mithridates. *Id.* 13. *Fam. ep.* 17. idipſum facerent commodius. *Id.* 2. *Fin.* Hic ipſe jampridem rejectus eſt. *Curt. l.* 6. *c.* 11. Semetipſum cogitaſſe. ¶ Interdum invenitur uſurpatum abſque aliis, per Ellipſim. *Virg. Ecl.* 3. Ille meas errare boves, ut cernis, & ipſum Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. h. e. me ipſum. ¶ Aliquando eſt relativum. *Id.* 3. *Æn.* Ipſe arduus, altaque pulſat ſidera. ¶ Sæpe emphaſim habet. *Id.* 3. *Æneid.* v. 356. Jove miſſus ab ipſo. Et e. *Æn.* Ipſe patet Danais omnes aireſque ſecundas ſufficit. ¶ Interdum etiam uſurpatur reciproce. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Circa quem inexplicabilis & Grammaticis inter ipſos, & Philoſophis pugna eſt. ¶ Additur etiam ora rata ad rem magis indicandam. *Cic. Att. l.* 4. Illo ipſo die, quo lex lata eſt. *Id. l.* 3. *Att.* Cum ubi decem ipſos fuiſſem dies. *Et de clar. Orat.* Mortuum eſt annis LXXXIII. ipſis ante me Conſulem. ¶ Habet præterea alios uſus. *Ter. And.* 5. 6. 10. O Cheſme, in ipſo tempore mihi advenis. h. e. opportune. *Id. ib.* 5. 4. 13. in ipſis nuptiis. h. e. tempore, quo nuptiæ fiunt. ¶ *Ipſe*, & *ipſa*, quemadmodum & αὐτὸς græce, dicebantur a ſervis domini, & a pueris magiſtri, proprio nomine diſſimulato, honoris cauſa. *Plaut. Caſ.* 4. e. 10. Quid tu hic agis? *Ancilla*: Ego eo, quo me ipſa miſit. h. e. hera mea. V. ibi *Taubm.* & *Parœum in Lex. Crit.* quo alia adducunt exempla. ¶ Olim dicebant *Ipſus*, a, um, ut ſæpiſſime legitur apud *Plaut.* & *Terent.* Hinc *ipſi* in genitivo uſurpat *Sever. in Ætna*, v. 218. Quin & *ipſiſſimus* legitur apud eundem *Plaut. Triaum.* 4. 2. 146. quemadmodum & Græci αὐτότατος dicunt.

Ipſiſſus, pro is ipſus, vel quaſi ipſe ipſus, vel ipſe ipſe. *Plaut. Ciſt.* 5. 3. 58. & *Trucul.* 2. 2. 23. Ubi alia aliter legunt.

Ipſulices, vel ipſillices, f. 3. ſubtiles, bracteæ in viſilem, muliebremque ſpeciem expreſſæ, idest, imaguncula, quibus Magi utebantur, ut eum, cujus imago eſſet, pellicerent in amorem, ab *ipſe*, & *illex*, quia ipſum, cujus ſpecies expreſſa foret, carminibus, & vinculis in amorem pellicebant. *Feſt.*

I A N T E R.

Ir, V. Hir.

Ira, æ, f. 1. *ira*, *collera*, ὀργή, *Ger. zorn*, *Gall. colere*, *Hiſp. ira*, ὀργή, animi excandeſcentia, iracundia, indignatio. *Cic.* 4. *Tuſc.* c. 9. Quæ autem libidini ſubjecta ſunt, ea ſic definiunt, ut ira ſit libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuria. *Id.* 1. *Offic.* c. 38. Sed tamen ira procul abſit, cum qua nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt. *Virg.* 2. *Æn.* Nete, quis indomitas tantus dolor excitat iras? *Ter. Hecyr.* 3. 1. 30. Iras gerere. *Liv. l.* 23. c. 3. Iræ indulgere. *Ter. Adel.* 3. 2. 14. Iram in aliquem evomere. ¶ Dicimus etiam, accendi ira, incitari, inflammari: iram retundere, cohibere, ſuſcitare, ſedare: iram, aut iras exercere, concire, &c. *Cic. Virg. Liv.* & alii. ¶ Ira in bonam partem ſumitur pro animi impetu, ſeu pro ſtimulo quodam ad res terribiles obeundas. Hinc a *Cic. Acad.* 4. c. 44. & *Tuſc.* 4. c. 9. ex Stoicorum ſententia,

Digitized by Google

tia, cui fortitudinis appellatur. De ea ſic *Senec. l. 1. de Ira, c. 9.* Ira, inquit Ariſtoteles, neceſſaria eſt, nec quicquam ſine illa expugnari poteſt, niſi illa impleat animum, & ſpiritum accendat: utendum autem illa eſt, non ut duce, ſed ut milite. ¶ Interdum pro culpa uſurpatur. *Gratius in Cyneget. v. 374.* furtim commiſſam ulciſcitur iram. *Liv. l. 2. c. 51.* Nunquam ante tam inviſus plebi reus ad judicium vocatus populi eſt: plenus ſuarum, plenus paternarum irarum, *odioſità*.

Iracunde, adv. *con ſdegno*, irato, Ger. *zornmüthiglich*, Gall. *de colere*, Hiſp. *ayradamente*, ὀργίλως. *Cic. Phil. 8. c. 5.* Vehementer me rerum agere fateor, iracunde, nego. *Id. pro Roſc. Com. c. 11.* Quo quiſque eſt ingenioſior, eo docet iracundius.

Iracundia, æ, f. 1. *iracondia*, כעס, Ger. *zornmüthigkeit*, Gall. *ire, depit*, Hiſp. *ira que permanece*, ὀργιλότης, proclivitas in iram. *Verrius*, ſive *Feſtus*, ſive *Paulus* dicit, iracundiam dictam eſſe, quod iram accendat, quaſi hæc vox conflata ſit ex *ira*, & vetari *cando*, unde *accendo*, & *incendo*. Differt ab *ira*, quia iracundia eſt vitium, ira eſt motus animi ad tempus. *Cic. 4. Tuſc.* Ex quo in aliis anxietas, unde anxii, in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt, eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neque anxii ſemper anguntur, ut inter ebrietatem, & ebrioſitatem intereſt, aliudque eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Sed hæc differentia non obſervatur. *Id. 4. Acad.* Ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. *Id. 4. de Araſp. reſp.* Qui heſterno die dolore me elatum, & iracundia longius prope digreſſum arbitrabantur, quam ſapientis hominis cogitata ratio poſtularet. *Ter. Adel. 3. 2. 12.* Ardere iracundia. *Cic. pro Marcel. c. 3.* Iracundiam cohibere.

Iracunditer, adv. idem ac iracunde. *Cæcil.* apud *Non. c. 11. n. 45.* Temere iram agere, & iracunditer.

Iracundus, a, um, כעסן, Ger. *zornmütig*, Gall. *colerique*, Hiſp. *iracundo*, ὀργίλος, qui natura ad iram proclivis eſt, & ex parva, vel nulla cauſa iraſcitur. Differt ab *iratus*, quia *iratus* dicitur, qui ira concitatus eſt, *iracundus*, qui facilis eſt ad iram, etiamſi tunc nulla ira movetur. V. Iracundia. *Cic. de Seneſt. cap. 18.* Sunt moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes. *Horat. l. 1. od. 3.* Iracunda Jovem ponere fulmina. *Id. l. 3. od. 9.* Improbo iracundior Adria. *Sen. l. 2. de Ira, c. 7.* Aut iniquus erit ſapiens, ſi æqualiter iraſcetur delictis inæqualibus; aut iracundiſſimus, ſi &c.

Iraſcentia, æ, f. iracundia. *Apul. de dogm. Plat.* Iraſcentiam ad domicilium cordis deductam eſſe.

Iraſcibilis, le, adject. qui facile iraſcitur, iracundus. *Firmic. l. 5. c. 9.* Iraſcibilem effici.

Iraſcor, eris, iratus ſum, d. 3. *adirarſi*, חרה, Ger. *zuernen*, Gal. *ſe mettre en colere*, Hiſp. *enojarſe*, ὀργίζομαι, ira commoveor, ſuccenſeo. Conſtruitur cum dativo. *Cic. pro Q. Roſc.* Dii immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſueverunt. *Id. Att. l. 1.* Negans, me ei iratum fore. ¶ Vel cum abl. & præp. *cum*. *Cic. 4. Tuſc.* Mihi vero ne Scipio quidem ille Pont. Max. iratus videtur fuiſſe cum Tib. Graccho. ¶ Vel cum præpoſit. *de*. *Plaut. Trucul. 4. 2. 56.* De nihilo illi eſt iraſci. *Cic. l. 15. Att.* Acabioni de Sicio nihil iraſcor. ¶ Vel cum alia orationis particula. *Plin. l. 3. ep. 9.* Iraſcor, quod ſim evocatus. ¶ Vel denique cum accuſat. *Liv. l. 34.* Remittimus hoc tibi, noſtram ne vicem iraſcaris. ¶ *Iraſcere*, pro iraſci, legitur apud *Non. c. 2. n. 446. ex Pomponio, & Nigidio.*

Irate, adv. *iratamente*, Ger. *zornigklich*, Gal. *par courroux*, Hiſp. *ayradamente*, πρὸς ὀργήν, per iram. *Col. l. 7. c. 12.* Ut nonnunquam etiam conſervos iratius intueantur.

Iratus, a, um, *adirato*, *corrucciato*, כעס, Germ. *zornig*, Gall. *en courroux*, Hiſp. *ayrado*, *enojado*, ὀργισθείς, qui aliqua re laceſſitus excandeſcit, etiamſi natura non ſit iracundus, partic. ab iraſcor. *Cic. pro Cælio.* Huic ego Deos propitios, plerique autem iratos putant. *Id. Attic. 14. ep. 19.* Nolo te illum iratum habere. *Id. 2. de Orat.* Facere judicem iratum adverſario. *Id. Phil. 8. c. 6.* Quo illis fuerat iratiſſimus. *Id. 4. Tuſc. c. 36.* Cum Archytas villico factus eſt iratior. *Juvenal. Sat. 1. v. 49.* Exul ab octava Marius bibit, & fruitur Diis iratis. h. e. licet Deos iratos habeat, hilariter tamen vivit. ¶ Tribuitur etiam rebus inanimis. *Horat. Epod. 2.* Iratum mare. h. e. procelloſum. *Id. l. 2. Sat. 8.* Iratus venter. h. e. jejunus, & avide cibum expoſcens.

Irenarches, ſive Irenarcha, m. 1. εἰρηνάρχης, qui ad tollendas diſcordias, & pacandos civium animos eligitur, ſive qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur, ab εἰρήνη, *pax*, & ἀρχός, *princeps*. Hujus officium erat tranquillitatem publicam ſervare, & iter facientibus vias ſecuras præſtare. *Arcad. Dig. l. 50. tit. 4. leg. 18.*

Iria, maſc. 1. Scripia, *la Scrivia*, flu. Liguriæ, qui ex App. Mari apud Antiliam, Dertonam, & Caſtrum novum fluit, ac in Padum poſt 5. M. P. labitur.

Iria, æ, fem. 1. Vicus Iriæ, *Vaghera*, opp. præclarum Liguriæ, in Gallia Ciſpadana, inter Dertonam 10. M. P. & Placentiam 30. a Ticino 15. Dertonam verſus.

Irinum, neut. 2. ἴρινον, oleum, ſive unguentum, quod ex iride herba fit. *Plin. l. 13. c. 1.* Irinum Corinthi diu maxime placuit.

Irion, onis, n. ἐρύσιμον, frugis genus eſt, culmo aſſurgens ferulaceo, foliis, & flore ſeſamo non diſſimile. Seritur in Italia circa Vergiliarum exortum, in Græcia autem, & Aſia ſub earundem occaſum. *Plin. l. 18. c. 7.*

Iris, is, vel idis, f. *Arco celeſte*, קשת, Germ. *Regenbogen*, Gal. *l'arc en Ciel*, Hiſp. *el arco del Cielo, e de las nuves*, ἶρις, Arcus cœleſtis, ab εἴρω, *dico*, *nuntio*, quia nunc pluviam, nunc ſerenitatem portendit. Unde etiam Poetæ Iron Junonis nuntiam eſſe finxerunt. Thaumantis filia dicta eſt propter admirationem, quam in animis hominum parit. Hujus arcus cauſa eſt radius Solis, cavæ nubi immiſſus, qui repulſa acie in Solem refringitur. Nubes enim formam arcus diſcoloris efficiunt, quia aliæ partes quædam earum tumidiores ſunt, aliæ ſubmiſſiores, quædam craſſiores, quam ut Solem tranſmittant, aliæ imbecilliores, quam ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem umbramque commiſcet, & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. *Virg. 9. Æn. v. 2.* Irim de cœlo miſit Saturnia Juno. *Id. ibid. v. 18.* Iri, decus cœli. ¶ Eſt & iris herba gladioli foliis, ſed majoribus, latioribus, & pinguioribus, radice odorata, ſternutamenta movente, flore colorum varietate arcus cœleſtis ſpeciem referente. Vulgus lilium cœruleum appellat, *giglio pavonazzo, ghiaggiuolo*. *Plin. l. 21. c. 7.* ¶ *Iridis* in genitivo habet *Tertull. de Sodom. v. 8.*

Iris, m. 3. *l'Irio*, inc. *Caſalmach*, fl. Aſiæ min. qui oritur in Cappadocia, in conf. Armeniæ minoris, ſupra Sebaſtiam, & auctus Lyco flu. & aliquot aliis in Pontum Euxinum ſe exonerat inter Themiſcyram ad Or. & Amiſum ad Occ. 15. M. P. utrinque.

Irnea. V. Cirnea.

Irnella, f. 1. genus vaſis in ſacris, dim. ab irnea. *Feſt.*

Ironia, f. 1. εἰρωνεία, illuſio, irriſio, eſt quædam ſpecies Allegoriæ, quæ non ſolum aliud verbis, aliud ſenſu, ſed etiam contrarium oſtendit. *Cic. 4. Acad. 1. 5.* Socrates autem de ſe ipſe detrahens in diſputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret, atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quam ait etiam in Africano fuiſſe *Fannius*. ¶ Eſt etiam Ironia Figura ſententiarum, per quam Orator, aut Poeta totam ſuam mentem, & voluntatem fingit. Differt a Tropo, quia Tropus eſt brevior, & apertior, ſed in Figura fictio totius voluntatis ineſt. V. *Rhetores*.

Ironice, adv. *ironicamente*, εἰρωνικῶς, per ironiam. *Aſcon. Ped. in proœm. Action. in Verr.* Ironice dictum eſt.

Irpex, vel Hirpex, vel Hyrpex, vel Urpex, vel Harpex, icis, f. genus raſtrorum ferreorum, quod plures habet dentes, ad extirpandas herbas in agris, ab ἁρπάξ, vel ἁρπάγη, *crates*, vel *raſtrum*, quia rapit, & verrit quicquid inutile excreſcit, atque ita agrum purgat. *Var. l. 4. de R. R. & Feſtus.*

Irpi. V. Hirpi.

Irpices. V. Irpex.

Irpini. V. Hirpini.

Irradio, as, avi, atum, a. 1. illuſtro, *illuſtrare*, καταυγάζειν. *Stat. Theb. 6. v. 64.* hoc undique gemmæ Irradiant. ¶ Item illuſtris ſum, radiis ſplendeſco. *Sedul. in Matth. c. 28.* Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix Irradiare dies.

Irrado. V. Inrado.

Irraſus, a, um, *raſo*, idem quod raſus. *Plaut. Rud. 5. 2. 10.* Dii te ament cum irraſo capite. V. *Inraſus*.

Irrationabilis, le, o. *irragionevole*, ἄλογος, ratione carens. *Celſ. in præfat.* Irrationabile animal. *Quintil. Declam. 325.* Irrationabiles impetus animorum. Adde *Lactant. de Ira Dei, c. 7.*

Irrationabilitas, atis, f. rationis carentia. *Apul. ad Aſclep.* Irrationabilitas bonorum omnium.

Irrationabiliter, adv. irrationaliter. *Tertul. de Pænit. c. 2.*

Irrationalis, le, adject. ratione carens, *irragionevole*, ἄλογος. *Quint. l. 7. c. 3.* Eſt equus animal, ſed irrationale.

Irrationaliter, adv. *irragionevolmente*, ſine ratione, ἀλόγως. *Tertul. de Fuga perſec. c. 4.* Si irrationaliter quis perit.

Irrauceſco, is, n. 3. *divenir rauco*, βραγχιάω, raucus fio. *Cic. 1. de Or. c. 61.* At Æſopum, ſi paulum irrauduerit, exploſi. Al. leg. *irrauſerit*.

Irrecitabiliter, adv. ineffabiliter. *Venant. Fortun. l. 3. carm. 9. v. 49.* Irrecitabiliter manans de corde Parentis.

Irrecuperabilis, le, *irrecuperabile*, ἀνεπανόρθωτος, qui recuperari non poteſt. *Tertul. de Pudic. c. 14.* Immunditia irrecuperabilis tabioſum cadaver.

Irrecuſabilis, le, qui recuſari non poteſt, ut irrecuſabilis occaſio, *l. 3. Cod. tit. 1. leg. 13.*

Irredivivus, a, um, irreparabilis, a *redeo*. *Catul. ep. 17. ad Coloniam.* Sed veteris inepta crura ponticuli, irredivivus ne ſupinus eat, cavaque in palude recumbat.

Irredux, irreducis, o. quod rediturum non eſt, vel id, unde aliquis rediturus non eſt. *Lucan. l. 9. v. 408.* Irreducemque viam deſerto limite carpit. hoc eſt viam, a qua rediturus non eſt.

Irreformabilis, le, adject. qui in meliorem formam redigi non poteſt. *Tertul. de virg. veland. c. 1.* Regula fidei immobilis, & irreformabilis.

Irregibilis, le, adject. qui regi, ſeu flecti non poteſt. *Veget. l. 2. de re veter.* Irregibile ſe parieti impingit.

Irreligatus, a, um, *ſciolto*, ἄλυτος, non ligatus, ſolutus. *Ovid. 1. de Arte, v. 530.* Nuda pedem, croceas irreligata comas.

Irreligio, onis, f. irreligioſitas. *Apul. ad Aſclep.* Irreligio, inordinatio.

Irreligioſe, adv. ſine religione, aut pietate. *Arnob. l. 1.* Veſtra ſunt hæc irreligioſe opinata, & irreligioſius credita. *Quintil. Declam. 8.* Irreligioſius ille nebulis pectoris pallor inſpicitur.

Irreligioſitas, atis, f. religionis carentia, impietas, ἀσέβεια. *Tertul. Apol. c. 24.* Crimen irreligioſitatis committere.

Irreligioſus, a, um, *irreligioſo*, חסר דעת, Ger. *gotloſſ*, Gall. *irreligieux*, Hiſp. *irreligioſo*, ἀσεβής, pietati, & religioni repugnans. *Liv. l. 5. c. 40.* Irreligioſum ratus, Sacerdotes publicos, ſacraque Populi Romani pedibus ire. *Arnob. l. 5.* Poteſt irreligioſius quippiam exiſtimari? *Tertul. de Orat. c. 15.* Factum illud irreligioſiſſimum eſt.

Irremeabilis, le, o. 3. *d'onde non ſi può tornare a dietro*, unde remeare non poſſis. *Virg. 5. Æn. v. 591.* Qua ſigna ſequendi falleret indeprenſus, & irremeabilis error.

Irremediabilis, le, o. 3. *a cui non ſi può trovar rimedio*, ἀνίατος, cui remedium adhiberi non poſſumus. *Senec. epiſt. 114. in verbis Mecænatis.* Tyranni irremediabilis factio. *Plin. l. 11. c. 53.* Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie, & humano ſanguine, irremediabile id ſcelus, mortem illico affert levi tactu.

Irremiſſibilis, & Inremiſſibilis, le, *irremiſſibile*, qui remitti ſeu condonari non poteſt. *Tertull. de pudic. cap. 2. & 13.* Irremiſſibilia peccata. Adde *Hieronym. epiſt. 149. ad Marcellam.*

Irremotus, a, um, *non cacciato*, *non allontanato*, non remotus. *Prudent. Periſteph. 2. v. 408. de corvo.* Hoc munus implet ſedulo, & irremotus excubat. ¶ Scribitur & *inremotus*.

Irremunerabilis, le, o. 3. *che non ſi può rimunerare*, ἀνανταπόδοτος, quod ob magnitudinem remunerari non poteſt, nec par pari rependi. *Apul. l. 11. A. A.* Irremunerabile beneficium.

Irremuneratus, & Inremuneratus, a, um, *non rimunerato*, cui nihil repenſum eſt. *Caſſiod. l. 2. ep. 16. extr.*

Irreparabilis, le, o. 3. *che non ſi può riparare*, ἀνεπανόρθωτος, quod reparari, & in integrum reſtitui non poteſt. *Virg. 3. Georg. v. 284.* Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepercuſſus, & Inrepercuſſus, a, um, non repercuſſus. *Tertull. in Apolog. c. 16. extr.* Ne quid rumoris irrepercuſſum præteriſſemus. *h. e.* irrefutatum. Al. leg. *imperculſum*.

Irrepertus, a, um, *non ritrovato*, non repertus. *Hor. 3. Carm. ode 3.* Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum cum terra celat, ſpernere fortior.

Irrepletus, a, um, adject. non repletus. *Paulin. Nolan. carm. 17. v. 67.* Cogimur victo, licet irrepleti, Cedere voto.

Irrepo, is, pſi, ptum, n. 3. *rampicarſi*, *entrare di naſcoſto*, προσέρπω, paulatim, & latenter more reptilium introeo. *Cic. 3. de Orat.* Quæ diſſimulatio maxime quaſi irrepit in hominum mentes. *Id. pro Arch.* Qui etiam poſt legem Papiam in eorum municipiorum tabulas irrepſerunt. *Plin. l. 26. c. 1.* Lues in Italiam irrepſit. *Colum. lib. 3. c. 18.* Aquæ irrepentes. ¶ Scribitur & inrepo.

Irrepoſcibilis, le, adject. qui repoſci non poteſt. *Apul. Apol.* Vidua nihil affert irrepoſcibile.

Irreprehenſibilis, e, adject. qui argui non poteſt, *irreprenſibile*. *Arnob. l. 2.* Irreprehenſibiles vivimus.

Irreprehenſus, a, um, *che non ſi può riprendere*, נקי, Germ. *ungeſcolten*, Gall. *irreprehenſible*, *ſans reprehenſion*, Hiſp. *irriprenſible*, ἀνέλεγκτος, qui reprehendi jure non poteſt. *Ovid. 5. Triſt. eleg. 4. v. 22.* Et tanta probitas irreprehenſa fuit.

Irrepto, as, n. totus repo, irruo, ingredior. *Stat. 11. Theb. v. 731.* Vis, Argos eas, hoſtileſque Mycenas Squalidus irreptet? *Id. l. 3. Silv. 2. v. 577.* grexque protervus Nunc humeris irreptet avi.

Digitized by Google

Irreptor, & Inreptor, oris, maſc. qui irrepit. *Imp. Conſtantio, l. 2. Cod. Theodoſ. tit. 26. leg. 2.* Irreptor agrorum. *h.e.* qui ſine jure alienos agros invaſit.

Irrequiebilis, & Inrequiebilis, le, irrequietus. *Scribon. Larg. compoſ.* 103. Stomachi vitium, quod cum ſiccitate, & irrequiebili, ut ita dicam, & inextinguibili ſiti conſiſtit. Eadem verba habet *Marcell. Empir. c.* 20.

Irrequies, etis, f. ſine quiete. *Auſon. Idyl.* 12. Irrequies gens.

Irrequietus, a, um, *che non ha quiete*, ἀνάπαυτος, quod nullam habet requiem. *Plin. l. 2. c. 3.* Æternum, & irrequieto ambitu. *Ovid. 2. Metam. v.* 386. Sors mea principiis irrequieta fuit.

Irrefectus, a, um, non refectus. *Hor. Epod. 5. v.* 47. Hic irrefectum ſæva dente livido Canidia rodens pollicem.

Irreſolubilis, le, adject. non ſolubilis. *Apul. l. 1. de dogm. Plat.* Irreſolubili nexu junguntur.

Irreſolutus, a, um, non ſolutus, non remiſſus. *Ovid. 1. de Pont. eleg.* 2. Vincula ſemper habens irreſoluta manet.

Irreſpirabilis, & Inreſpirabilis, le, qui reſpirari non poteſt. *Tertull. de Idolol. c. ult.* Innatabile excuſſis profundum eſt, inextricabile impectis naufragium, irreſpirabile devoratis hypobrychium.

Irreſtinctus, a, um, *non eſtinto*, non extinctus. *Silius lib. 3. v.* 29. Irreſtincta focis ſervant altaria flammæ.

Irretio, is, ivi, itum, a. 4. *avvolgiere nella reti*, ..., Ger. netzbringen, Gall. *envelopper*, Hiſp. *enredar*, ἀμφιβάλλω, περιβάλλω, reti involvo, illaqueo, implico. *Cic. 4. Acad.* Quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? ¶ Irretire illecebris, eſt allectare, & detinere, *luſingare*. *Cic. in Catil. 1. c. 5.* Cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætuliſti?

Irretitus, a, um, *legato, preſo*, ..., Ger. *netzgebringet*, Gal. *envelopp é*, Hiſp. *enredado*, περιπλακείς, qui reti captus eſt, & tranſlate, qui aliqua fraude, dolo, blanditiis deceptus detinetur, partic. ab *irretior*. *Cic. 5. Fin. c.* 18. Si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Irretortus, a, um, *diritto*, rectus. *Hor. l. 2. Carm. ode* 2. Quiſquis ingentes oculo irretorto ſpectat acervos. V. *Invidus*.

Irreverens, tis, adject. qui non reveretur, *irreverente*. *Tert. lib. 2. adverſ. Marc. c.* 14. Immiſit pueris urſos, ſed irreverentibus in Prophetam.

Irreverenter, adv. *ſenza riverenza*, Germ. *ohneſcheu*, Gall. *irreveremment*, Hiſp. *irreverentemente*, ἀναιδῶς, ſine reverentia, & honore. *Plin. l. 5. ep.* 14. Ad declamandum huc tranſeunt tam irreverenter, & temere.

Irreverentia, æ, f. *irriverenza*, Ger. *unzucht*, Gall. *irreverence*, Hiſp. *irreverencia*, ἀναίδεια, vitium reverentiæ contrarium. *Tac. l. 13. Ann. c.* 26. Quibuſdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupiſſe frementibus.

Irrevocabilis, le, o. 3. *che non ſi può rivocare*, Ger. *unwiderruflich*, Gall. *irrevocable*, Hiſp. *irrevocable*, ἀμετάτρεπτος, quod non poteſt revocari. *Horat. lib. 1. ep.* 18. *v.* 73. Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum. *Tacit. c.* 42. Domitiani natura quo obſcurior, eo irrevocabilior. *Plin. l.* 32. *c.* 1. Anchoræ pondere irrevocabili jactæ.

Irrevocabiliter, & Inrevocabiliter, *irrevocabilmente*, ita ut non ſit revocandi facultas. *Auguſtin. ep.* 150. *c.* 24. Superbia, qua Diabolus irrevocabiliter progreſſus eſt.

Irrevocandus, a, um, quod non poteſt revocari, ut Error irrevocandus, apud *Claud. de bel. Get. v.* 123.

Irrevocatus, a, um, non revocatus. *Ovid. 11. Met. v.* 401. Sed enim irrevocatus ab acri cæde lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper.

Irrevolutus, a, um, *non rivolto*, non revolutus. *Martial. lib. 11. epigr.* 1. Vadas, & redeas irrevolutus. Correctiores libri habent *involutus*.

Irridenter, *burlando*, irridendo. *Laber.* apud *Chariſ. l. 1. pag.* 182. *Putſch.* Irridenter petit. *Auguſt. ep. 5. a med.* Irridenter admonere.

Irrideo, es, iriſi, ſum, a. 2. *beffare*, ..., Germ. *verſpoten*, Gall. *ſe moquer*, Hiſp. *eſcarnecer*, καταγελάω, derideo, ludibrio habeo, contemno. *Cic. de nat. Deor.* Nihil tam irrides Epicurus, quam prædictionem rerum futurarum. *Id. de Fin.* Quæ irrideri ab imperitis ſolent. ¶ *Irridunt* pro *irrident* dicit *Brutus* apud *Diomed. l.* 1.

Irridicule, adv. *ſenza riſo*, inficete, ineleganter. *Cæſ. 1. B. G. c.* 42. Non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit.

Irridiculo, adverb. ut irridiculo habere, h.e. contemnere, irridere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 10. Præpotentes, pulcræ, forte, ſumus, neque eo juventute ibi irridiculo habitæ.

Irridiculum, i, n. res ridicula. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 3. Irridiculum ſumus ambo. Alii aliter leg.

Irrigatio, onis, f. *inacquamento*, ..., Ger. *feuchtigung*, Gall. *arrouſement*, Hiſp. *regadura*, ἄρδευσις, actus irrigandi. *Cic. Off. l. 2. c.* 4. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, &c.

Irrigatus, a, um, *irrigato, adacquato*. Tranſlate *Plaut. Epid.* 1. 2. 18. Hominem irrigatum plagis piſtori dabo.

Irrigo, as, avi, atum, a. 1. *inacquare, bagnare*, ..., German. *waeſſern*, Gall. *arrouſer*, Hiſp. *regar*, ἀρδεύω, adaquo, humecto, quaſi rivos in agrum deduco. *Cic. 1. de nat. Deor.* Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit. *Cato R. R. c.* 151. Aquam irrigato leniter in areas. *Virg. Georg. 4. v.* 114. Ipſe feraces Figat humo plantas, & amicos irriget imbres. *Id. 3. Æn.* Feſſos ſopor irrigat artus. *Id. 1. Æn.* At Venus Aſcanio placidam per membra quietem Irrigat. *h.e.* infundit, immittit. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 86. Vetuſtate vino edentulo ætatem irriges, hoc eſt foveas, & firmes vires.

Irriguus, a, um, *che facilmente ſi può adacquare*, εὐπότιστος, quod irrigatur, vel facile irrigari poteſt. *Hor. l. 2. ſat. 4. v.* 16. Irriguo nihil eſt elutius horto. ¶ Accipitur & in ſignificatione activa, ut Aqua irrigua, quæ irrigat. *Virgil. 4. Georg. verſ.* 32. Irriguumque bibant violaria fontem.

Irrimor, & Inrimor, aris, dep. 1. *inveſtigare*, idem quod rimor, inveſtigo. *Pacuv.* apud *Non. cap. 4. num.* 393. Cum incultos perveſtigas ſcrimare ſinus.

Irrio. V. Hirrio.

Irriſio, onis, f. *ſcherno, beffa*, ..., Germ. *verlachung*, Gall. *moquerie*, Hiſpan. *eſcarnecimiento*, χλευασμός, ſubſannatio, deriſus, contemptus. *Cic. 1. Off. c.* 39. Deforme etiam eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Irriſor, ris, m. *beffatore*, ..., Ger. *verlacher*, Gal. *moqueur*, Hiſp. *eſcarnecedor*, χλευαστής, qui irridet. *Cic. in Parad.* 1. Veniant igitur iſti irriſores hujus orationis, ac ſententiæ.

Irriſus, us, ui, m. idem ac irriſio. *Plin. l.* 31. *c.* 9. Quæ ſcripſiſſe eos non ſine contemptu & irriſu generis humani, arbitror. *Tacit. 1. hiſtor. c.* 7. Irriſui eſſe alicui. h. e. ludibrio haberi.

Irriſus, a, um, nom. particip. ab irrideor, *beffato, ſprezzato*, χλευασθείς. *Plaut. Epid.* 3. 4. 83. Me impune irriſum eſſe habitum. *Tacit. Ann. 4. c.* 9. Ad vana, & toties irriſa revolutus.

Irritabilis, le, a. 3. *che facilmente ſi irrita*, Germ. *der leicht erzürnet wird*, Gal. *aiſé à ſe courroucer*, Hiſp. *enojadizo*, ὀργίλος, qui facile irritatus, cujus contrarium eſt placabilis. *Cic. Att. l. 1. ep.* 17. Et irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles. ¶ Item qui facile irritat, & provocat. *Lactant. l. 6. c.* 23. Diabolus ubjicit oculis irritabiles formas, ſuggeritque fomenta, & vitiis pabulum ſubminiſtrat.

Irritabilitas, atis, f. proclivitas ad iraſcendum. *Apul. l. 2. de dogm. Plat.* Excandeſcentia, & irritabilitas.

Irritamen, inis, n. idem ac irritamentum. *Ovid. 15. Met.* Cum ſua terribili petit irritamina cornu. *Id. 13. Met. v.* 433. Magnas adjeciſſet opes animi irritamen avari.

Irritamentum, ti, n. *provocamento, ſtimolo*, ἐρέθισμα, id, quo quis irritatur, & accenditur, ut Irritamenta gulæ, condimenta, quibus edendi aviditatem provocamus. *Ovid. 1. Met. v.* 140. Effodiuntur opes irritamenta malorum. *Liv. l. 30. c.* 11. Irritamentum certaminum.

Irritate, adverb. provocando. *Ammian. l. 20. c.* 37. Gingivam irritatius titillare.

Irritatio, onis, f. 3. *iſtigazione*, ..., Germ. *anreizung*, Gall. *irritation*, Hiſp. *irritacion*, παροξυσμός, inſtigatio, accenſio. *Liv. l. 31. c.* 14. Et irritatio animorum ea prima fuit. *Senec. ep.* 9. Ad amicitiam fert ſapientem naturalis irritatio.

Irritator, oris, m. qui irritat, & provocat. *Senec. ep.* 108. Cum irritator acceſſit, tunc illa animi bona velut ſopita excitantur.

Irritatus, a, um, nom. ex partic. *irritato, provocato, irato*. *Liv. lib. 2. c.* 46. Irritatis animis. *Ter. Phorm. c. 1.* 10. Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. *Gel. l. 10. c.* 19. Taurus illo ipſo defenſionis genere irritatior, Homo, inquit, ſtulta, &c.

Irrito, as, avi, atum, a. 1. *irritare, provocare, inſtigare, ſtimolare*, ..., Germ. *anreitzen*, Gall. *irriter*, Hiſp. *irritar*, ἐρεθίζω, ἐξοργίζω, laceſſo, provoco, & ad iram incendo. Varia eſt Etymologorum de origine hujus vocis ſententia. V. *Voſſ. Cic. pro Mil.* Ut vi irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet. *Id. 7. Phil.* Irritari Antonium non oportuit. *Virg. 10. Æn. v.* 644. Irritatque virum telis. *Velley. l. 2. c.* 66. Irritare ad alicujus necem. ¶ Interdum eſt ſimpliciter commovere. *Quintil. l. 4. c.* 1. Irritare adoleſcentiam ad diſcendum. *Ovid. 3. Amor. el.* 4. Vitia irritare vetando. ¶ *Irritare crabrones*, proverbium eſt, quod ſignificat, rem aliquam aggredi periculoſam. *Plaut. Amph.* 2. 2. 73. Certa res hanc eſt objurgare. So. Irritabis crabrones. ¶ Scribit *Nonius* irritare tractum eſſe a canibus, qui cum provocantur, irriunt. *Lucilius* apud eund. Irritata canis, quod R quam plurima dicit. Eadem notat *Donat. ad Ter. Adelph.* 1. 4. ¶ *Irrito*, as, pro inritum facere, improbare, barbarum eſt.

Irritus, a, um, *vano*, ..., Germ. *unkräfftig*, Gal. *vain*, Hiſpan. *vano*, ἄθετος, non ratus, inanis, vanus, futilis, ab *in*, & *ratus*. In antiquis monumentis reperitur *inritus*. *Cic. 4. Ver.* Quam cum ea, quæ in Magiſtratu geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita juſſit eſſe. *Plin. in Pan. c.* 26. Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant. *Liv. l. 2. c.* 6. Spes ad irritum cadit. ¶ Invenitur etiam cum genitivo, & ponitur pro falſus, deceptus. *Curt. l. 6. c.* 5. Petere perſeveravit, ne ſe irritam ſpei pateretur abire. *Velley. l. 2. c.* 63. Cum ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte judicato jungeret, irritus conſilii gladio ſe transfixit. *h.e.* cum fruſtra ſuaſiſſet. ¶ *Irritus* etiam dicitur, qui quod voluit, aſſecutus non eſt. *Senec. lib. 6. de Benef. cap.* 11. Totam porticum perſcrutatus eſt, alia quoque loca, in quibus illum inveniri poſſe ſperabat, & domum non minus laſſus, quam irritus redit.

Irroboro, as, a. 1. *fortificare*, ..., Germ. *ſtarck werden*, Gall. *ſe fortifier*, Hiſp. *fortalecer*, ἐνισχυρίζομαι, eſt confirmare, robur, ac vires augere. *Gell. l. 1. c.* 22. Irroboravit, inveteraviteque falſa, atque aliena verbi ſignificatio, quod dicitur, Hic illi ſupereſt.

Irrogatio, onis, f. 3. ἐπιβολή, actus irrogandi, inflictio, impoſitio. *Cicer. pro Rab. c.* 3. Quod eſt in eadem mulctæ irrogatione præſcriptum.

Irrogo, as, avi, atum, a. 1. *dare, imporre*, ..., Ger. *aufflegen*, Gal. *impoſer*, Hiſp. *imponer*, ἐπιτίθημι, infero, infligo, impono. *Cicer. pro Dom. c.* 17. Vetant XII. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari, id eſt enim privilegium. *Id. pro Mil. cap.* 17. Mulctam alicui irrogare. *Tacit. Ann. 16. c.* 3. Irrogare ſupplicium conviventibus. *Horat. l. 1. ſat. 3. v.* 118. Irrogare pœnas peccatis. *Quintil. l. 19. cap.* 3. Labori non plus irrogandum, quam quod ſomno ſupereſit.

Irroro, as, avi, atum, a. 1. *bagnare*, Germ. *mit thauw beſeuchtigen*, Gal. *arrouſer*, Hiſp. *rociar*, ἐπιδροσίζω, rore aſpergo, vel ſimpliciter madefacio. Uſurpatur abſolute. *Col. l. 12. c.* 20. Noctibus autem labrum operire convenit, ne irroretur. ¶ Vel cum accuſ. & dativ. *Ovid. 1. Met.* Inde, ubi libatos irroravere liquores veſtibus. ¶ Vel cum accuſ. & abl. ſine præp. *Ov. 7. Met.* Ter ſumptis flumine crinem irroravit aquis.

Irroto, as, avi, atum, a. 1. rotando, ſeu circumagendo impello. *Minut. Fel. in Octav. de puerili quodam luſu:* teſtam ſuper undas irrotare.

Irrubeſco, ſcis, irrubui, *farſi roſſo, arroſſire*, ..., Germ. *roth werden*, Gall. *devenir rouge*, Hiſp. *hazerſe roxo*, ἐρυθραίνομαι, ruber fio, rubore ſuffundor. *Stat. 9 Theb. v.* 647. Irrubuit cœli plaga ſidere mixto. *Id. 3. Syl.* Irrubuit mihi vultibus ignis. i.e. vultus meos afflavit, vel ſuffudit.

Irructo, as, a. 1. *ruttare*, ἐρεύγω, eſt ructu afflare. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 6. Quid tu, malum, ergo in os mihi ebrius irructas?

Irrufatus, a, um, *fatto roſſo*, rufus factus. *Tertull. in Apolog. c. 22. extr.* Barba tactu irrufata. *Id. adverſ. Pſych. c. ult.* Si tibi lenticulam defruto irrufatam obtulero.

Irrufo, as, a. 1. *far roſſo*, rufum facio, ἐπιθραίνω. *Hieron. epiſt. 7. ad Lætam, ante med.* Nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes.

Irrugatio, & Inrugatio, onis, f. *increſpamento*, rugarum contractio. Eſt *Servii ad Æn. 1. v.* 632.

Irrugo, as, a. 1. *far creſpe*, ..., Germ. *runzeln*, Gal. *ſe rider*, Hiſp. *arrugar*, ῥυτιδόω, in rugas contraho. *Gel. l. 12. c.* 1. Ne æquor illud ventris irrugetur.

Irrumatio, onis, f. actus irrumandi. *Catul. carm.* 21.

Irrumator, oris, m. 3. qui irrumat. *Catul. carm.* 10. Præſertim quibus eſſet irrumator Prætor.

Irrumatus, a, um, partic. ab irrumor. *Virg. in Priap. carm.* 71. Cuſtodes habeatis irrumatus.

Irrumo, a. 1. *lattare*, θηλάζω, eſt lactare, quaſi rumam, ſeu rumen, h. e. mammam in os inſerere. Tranſlata eſt virilis fellatori præbere. *Catul. carm.* 16. Pædicabo ego vos, & irrumabo.

Irrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere*, penitus rumpo, ſeu frango. *Lact. l. 6.* Summum inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod qui irruperit, nefarius, & parricida exiſtimandus eſt. ¶ Fere neutraliter ſumitur pro violenter, & cum impetu ingredi, *entrare violentemente, con impeto*, εἰσπίπτειν. *Cic. in Rull. 2. c.* 17. Irrumpant in ærarium. *Tacit. 3. hiſt. c.* 6. Irrupit ſtationes hoſtiles. Et *Ann. 2. cap.* 25. Majoribus copiis Marſos irrupit. ¶ Cum dativo. *Silius l. 2. v.* 378. ceu templo irrumperet hoſtis. Adde *l. 13. v.* 176. ¶ Cum accuſativo *Varro* apud *Non. c. 4. n.* 76. Irrumpere ſe, *cacciarſi dentro con preſtezza*. ¶ Tranſlate ſignificat irrepere, ſe immittere. *Cic. 4. Acad.* Irrumpunt in animos noſtros imagines. *Lucan. l.* 1. Famæ irrupit animos populi.

Irruo,

Irruo, is, ui, utum, n. 3. *entrare con furia*, [Hebrew], Germ. *ungeſtuem einfallen*, Gal. *ſe jetter deſſus*, *ruer*, Hiſp. *acometer*, εἰσβάλλω, cum impetu feror, violenter me aliquo immitto, impetum in aliquem facio. *Cic. 2. de Fin.* Et equo admiſſo in mediam Latinorum aciem irruebat. *Idem 2. de Or.* Quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. *Id. 2. Ver. cap. 12.* Irruere in odium. *Terent. Adelph.* 4. 2. 21. Vide, ne ille huc prorſus ſe irruat. ¶ Habet etiam obſcenum ſenſum. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 14.

Irruptio, onis, f. *impeto*, *ſcorreria*, [Hebrew], Germ. *einbruch*, Gal. *irruption*, Hiſp. *acometimiento*, ἐμβολή, impetus, incurſio. *Cic. pro Lege Man.* 6. 6. Nam cum hoſtium copiæ non longe abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur. *Plaut. Pœn.* Irruptionem facite in popinam.

Irruptus, a, um, nom. ex particip. non ruptus, non fractus. *Horat. l. 1. od.* 13. Felices ter & amplius, quos irrupta tenet copula.

Irtiŏla, æ, f. genus vitis Umbriæ, Piceno, & Mevanati agro peculiare. *Col. l.* 3. c. 2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, ferreolamque, non facile aſſeverem, quo gradu habendæ ſint. Adde *Plin. l.* 14. c. 3.

Irus, maſc. c. Ἶρος, mendicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Ulyſſes domum reverſus pugno interfecit. *Hom.* 18. *Odyſſ.* Hujus paupertas abiit in proverbium, ut hominem extremæ inopiæ ſeu pauperiorem dicamus. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 7. v. 42. Irus erit ſubito, qui modo Crœſus erat.

I ANTE S.

Is, ea, id, *queſto*, *quello*, *colui*, *coſtui*, [Hebrew], Germ. *der*, Gall. *ce*, *celuy*, Hiſp. *el*, *ello*, ἐκεῖνος, οὗτος, ille, hic, pron. dem. ab ὅς, *qui*, converſo o in i. *Cic. 4. Fam.* Neque enim tu is es, qui, qui ſis, neſcias. *Id. pro Sylla.* Neque enim una eſt ratio defenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione. ¶ Ponitur etiam relative. *Cic. Att. l.* 1. Venit mihi obviam puer tuus, is mihi litteras abs te reddidit. ¶ Nonnunquam accipitur pro talis, vel ejuſmodi. *Cic. Att. l.* 3. Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis. ¶ Aliquando aſſumit adjectionem ſyllabicam. *Gell.* 3. 14. Quiſquam Veterum iſtce verbis uſus eſt. ¶ *Id* eleganter genitivo jungitur, ut id ætatis, id temporis, &c. V. *Id* ſuo loco. ¶ *Ea re*, eſt propterea. *Cic. l. 8. Att.* O rem turpem, & ea re miſeram. ¶ *Eapſe*, pro ea ipſa. *Plaut. Ciſtel.* 1. 2. 17. Eapſe quod ſibi ſupponeret. Sic *eampſe*, apud eund. *Aulul.* 5. 1. 7. ¶ *Ibus* pro iis in dat. plurali, aliquoties legitur apud eundem, ut *Mil.* 1. 1. 74. & alibi. ¶ *Eabus* pro iis fœminine dixit *Cato R. R. c.* 156.

Iſæus, m. 2. Ἰσαῖος, Philoſophus, & Rhetor Aſſyrius, cujus hoc fuit inventum cujuſvis rei argumentum in breve contrahere compendium.

Iſagōge, es, f. 1. *introduzzione*, [Hebrew], Ger. *ein einleytung*, Gal. *introduction*, Hiſp. *introducion*, εἰσαγωγή, introductio, prima artis, ſcientiæve alicujus rudimenta, quæ ad majora, altioraque viam muniunt, ab εἰσάγω, *introduco*. *Gell. l.* 1. c. 2. Se in theorematibus tantum nugalibus, & puerilium iſagogarum commentationibus oblectantes.

Iſagogĭcus, a, um, *introduttorio*, εἰσαγωγικός. Legitur hæc vox Græce ſcripta apud *Gell. l.* 14. *c.* 7. at in titulo ejuſdem capitis Latine, his verbis. Dedit commentarium, quem appellavit iſagogicum.

Iſāpis. V. Sapis.

Iſăra, æ, m. fluvius Galliæ Narbon. qui in Rhodanum influit, *l' Iſere*. *Lucan. l.* 1. v. 399.

Iſătis, idis, f. *guado*, herbæ genus ſativæ, & ſilveſtris, qua lanæ inficiuntur, glaſtum. *Plin. l.* 20. 2. 7.

Iſauria, æ, f. regio Aſiæ, pars Galatiæ Auſtralis, Piſidiæ finitima, inter Lycaoniam ad Or. & Ciliciam ad Occ. non procul a Tauro M. Ejus metropolis eſt Seleucia. Pop. *Iſauri*.

Iſauricus, m. 2. cognomen P. Servilii Civis Romani, qui Iſauriam regionem ſubegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. *Ovid.* 1. *Faſt.* ¶ Adeo pauper fuit, ut Romæ publico funere elatus fuerit.

Iſaurĭcus, a, um, adject. ab Iſauria, ut Iſaurica gens. *Plin. l.* 5. *c.* 27.

Iſaurus. V. Piſaurus.

Iſaurus, a, um, Ἴσαυρος, Iſauricus. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 593. alter Iſauras, Aut Cretum domitus teſtificatur opes. Al. leg. *Iſaurum*, h. e. Iſaurorum. ¶ *Iſauri*, *orum*, ſunt Iſauriæ populi. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop.* v. 217. Indomitos curru Servilius egit Iſauros. Adde *Epit. Liv. l.* 93. & *Pomp. Mela l.* 1. *c.* c. *ad fin.*

Iſchæmon, n. 2. ἴσχαιμον, herba a Thracibus primum inventa, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modo vena, verum etiam præciſa. Serpit e terra milio ſimilis, foliis aſperis, & lanuginoſis. *Plin. l.* 5. c. 8.

Iſchĭa, orum, n. 2. *coſcie*, ἰσχία, coxæ, coxendices, vox Græca eſt, unde latinæ quæ ſequuntur profluxerunt.

Iſchiăcus, a, um, *ſciatico*, idem ac iſchiadicus. *Cato de R. R. c.* 123. Vinum ad iſchiacum ſic facito.

Iſchiadĭcus, a, um, *ſciatico*, ἰσχιαδικός, qui iſchiade, ſeu morbo coxendicum laborat. *Plin. l.* 27. *c.* 4. Radices medentur iſchiadicis. ¶ Iſchiadici dolores, *dolori di ſciatica*. *Id. l.* 26. *c.* 7. Iſchiadicos dolores levat agaricum potum.

Iſchias, adis, f. 3. *ſciatica*, Ger. *huefftwee*, Gal. *ſciatique*, Hiſp. *ciatica*, ἰσχιάς, dolor iſchiadicus, ſeu iſchiacus, arthritidis ſpecies, quæ iſchia, ſeu coxendices præcipue infeſtat. *Plin. l.* 27. *c.* 1. Bibitur propter iſchiada, & ſtranguriam in vino.

Iſchiac, adis, f. 3. ἰσχιάς, λευκάκανθα, herba quædam radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem ſedat. Alii leucacantham vocant, alii polygonaton, alii ſigillum Salomonis. *Plin. l.* 22. *c.* 16.

Iſchnon eromenon, ἰσχνὸν ἐρώμενον, h. e. amicula gracilis. Græce voces a Lucretio uſurpatæ. *l.* 4. v. 1149.

Iſchomăche, es, f. Ἰσχομάχη, Hippodamia, Atracii, ſeu Atracis filia, uxor Pirithoi, ex Atracia Theſſaliæ regiuncula, quam cum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule, & Theſeo profligati ſunt. Dicta eſt ab ἴσχω, *cohibeo*, & μάχη, *pugna*. *Prop. l.* 2. *Eleg.* 2. *verſ.* 9. Iſchomache Lapithæ genus heroinæ.

Iſelaſtĭcus, a, um, adject. εἰσελαστικός, ab εἰσελαύνω, invehor, ingredior, ut iſelaſtica certamina, in quibus victores cum magna pompa coronati quadrigis introducebantur quiſque in patriam ſuam. *Plin. l.* 10. *ep.* 119. Quæ pro iſelaſticis certaminibus conſtituiſti. ¶ Iſelaſtici etiam dicebantur ipſi victores. *Id. ibid.* Ego contra ſcribo Iſelaſticorum nomine. ¶ Iſelaſticum, abſolute pro eo quod Iſelaſticis victoriæ nomine dabatur. *Trajan. ad Plin. ep.* 120. Iſelaſticum tunc primum mihi videtur incipere debere, cum quis in civitatem ſuam εἰσήλασεν.

Iſiaci, m. 3. Ἰσιακοί, Iſidis Sacerdotes in Ægypto, qui veſtibus tantum lineis, quas illi καλασίρεις appellabant, amiciebantur. *Valer. Max. l.* 7. *c.* 3. n. 8. M. Voluſius Trib. pl. proſcriptus, aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera viaſque ſtipem petens &c. Adde *Sueton. in Domit.* c. 1. & ibi *Caſaub.* ¶ Hinc Græcum proverbium apud *Plutarch.* Iſiacum non facit linoſtolia, Italice *l' abito non fa il monaco*.

Iſiăcus, a, um, quod ad Iſim, ſeu Iſidem ſpectat. *Juven. Sat.* 6. v. 488. Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

Iſicia. V. Iſicium.

Iſiciarius. V. Inſiciarius.

Iſiciatus, a, um, adjectiv. ut iſiciatus pullus, h. e. iſicio conditus. *Apic. lib.* 8. *cap.* 7.

Iſicium, vel inſicium, ii, n. vel iſicia, æ, f. 1. *tomacula*, *ſalſiccia*, genus farciminis, ab *inſeco*, quia ex inſecta carne fit. Nam veteres dicebant *inſicare*, *proſicare*, *diſſicare*. *Varro l.* 4. *de L. L.* Aliqui ſcribunt *inſitium*, & putant ſic dici quaſi inſititium, eo quod fiat inſitis in inteſtinum minutis carnis ſuillæ fruſtulis. *Cæſ. Scal. com. in Hipp. de inſomn.* cenſet ab ὗς, *ſus*, hyſicium dictum eſſe. *Macrob. l.* 7. *c.* 8. Dicas, quæſo, quæ cauſa difficile digeſtu facit inſicium, quod ab inſectione inſicium dictum (amiſſione enim literæ poſtea quod nunc habet, nomen obtinuit) cum multum in eo, &c. *Arnob. l.* 7. Quid, inquam, ſibi hæc volunt, apexabo, iſicia, ſilicernia, longavo? quæ ſunt nomina, & farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.

Iſis, is, vel idis, f. Ἶσις, Io, filia Inachi. Accuſativum Græcum habet in in, vel in da, Latinum in im, vel in dem. *Tacit. de Germ.* 2. 9. Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat. V. *Io*.

Iſitium. V. Iſicium.

Iſmarĭcus, a, um, &

Iſmarius, a, um, adject. ad Iſmarum pertinens. *Avien. in deſcript. orbis*, v. 33. Iſmarici flabris aquilonis. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 305. Gentibus Iſmariis, & noſtro gratulor orbi. *Id.* 9. *Metam.* v. 240. Iſmariæ Bacchæ.

Iſmărus, i, m. & n. pl. Iſmara, orum, mons Thraciæ partim aſper, partim olivetis, ac vinetis cultus, apud Hebrum flum. & Maroneam urb. quem Orpheus incoluit, cujus accolæ ab Homero Cicones dicuntur, ubi palus, & Iſmara, vel Iſmarum urbs quondam fuit. *Virg. Ecl.* 6. Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. *Lucret. l.* 5. v. 30. Thracen, Biſtoniaſque plagas, atque Iſmara propter.

Iſmēne, es, f. 1. Ἰσμήνη, Oedipi filia, Cyrrhei cujuſdam juvenis ſponſa, qui ante nuptias a Tydeo occiſus eſt.

Iſmēnis, idis, f. mulier Thebana, ab Iſmeno flu. ¶ Iſmenides, um, Thebani, *Ovid.* 3. *Metam. in fine*.

Iſmenius, a, um, Thebanus. ¶ Iſmenius heros, ſc. Polynices, apud *Stat.* 9. *Teb.* v. 307.

Iſmēnus, m. 2. Iſmenius, *Iſmeno*, fl. Bœotiæ, cum opp. & monte cogn. qui ex Cithærone M. oritur, Thebas alluit circa Dircem fontem, & apud Saganeum opp. in Euripum labitur, non procul ab Aulide. Dictus eſt ab Iſmeno Pelaſgi filio.

Iſocinnămon, n. 2. ἰσοκιννάμωμον, frutex, al. daphnoides præſtantiſſimi odoris, in iiſdem fere locis naſcens, in quibus cinnamomum, & caſia, ita dictus, quod cinnami præſtantiam adæquare videatur. *Plin. l.* 12. *c.* 20.

Iſocōlon, n. 2. ἰσόκωλον, Latinis *Compar*. Figura verborum per ſimilitudinem, per quam membra periodi ex pari ferme numero vocabulorum conſtant, ab ἴσον, *æqualis*, & κῶλον, *membrum*. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. Græcis literis hanc vocem ſcribit.

Iſocrătes, m. 3. Ἰσοκράτης, præſtantiſſimus Rhetor, & Orator Athenienſis. Adoleſcens ſenem Gorgiam audivit, & Platonem. *Cic. in Orat.* ¶ Plato exagitator omnium Rhetorum Iſocratem unum mirabatur. *Cic. in Orat.* ¶ Pudore, & timiditate abſtinuit a dicendo. *Cic.* 2. *de Orat.* in *Brut.* ¶ Iſocrati Ariſtoteles invidens una cum Philoſophia etiam Rhetoricam docere cœpit dicens, turpe ſibi eſſe tacere, cum Iſocratem dicere pateretur. *Cic.* 3. *de Orat.* ¶ Appellatur pater Eloquentiæ; Sed ejus Eloquentia non eſt apta ad forum. *Cic. de opt. gen. Or.* ¶ Scripſit in ſenectute, ideſt, anno ætatis 94. Panathenaicum ad Philippum Macedonem. *Cic. de Sen. & in Or.* ¶ Vixit annos novem, & nonaginta. *Cic. de Sen. & in Or.* ¶ Unam orationem vendidit viginti talentis, h. e. 12. millia Philippeis. *Plin. l.* 7. c. 30.

Iſocratēus, a, um, adject. ad Iſocratem pertinens. *Cic. in Or. c.* 61. Iſocrateo more dicere. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. Iſocratea ratio oratoria.

Iſocratīus, a, um, Iſocrateus. *Iſocratei* dicti ſunt, qui Iſocratem ſunt ſecuti, ſeu imitati. *Quint. l.* 9. c. 4.

Iſodŏmon, n. 2. ἰσόδομον, genus ſtructuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis ſunt craſſitudinis. Nam ubi craſſitudo eſt inæqualis, pſeudiſodomon appellant. *Plin. l.* 36. c. 22. Græci e lapide duro, ac ſilice æqua conſtruunt veluti lateritios parietes: cum ita fecerint, Iſodomon vocant genus ſtructuræ: at cum inæquali craſſitudine ſtructa ſunt, pſeudiſodomon. Adde *Vitruv. l.* 11. c. 8.

Iſoĕtes, n. ἰσοετές, ab ἴσος par, & ἔτος annus. Ita dicitur aizoi genus minuſculum, quod ſemper vireat, ac toto ſit anno ſui ſimile. *Plin. l.* 25. *c. ult.*

Iſopyron, n. 2. ἰσόπυρον, herba, quam aliqui vocant phaſeolum, quoniam ejus folium, quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torquetur. Capitula habet in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthii. *Plin. l.* 27. c. 11.

Iſrael, elis, nomen Patriarchæ Jacobi, & totius populi ex eo nati. ¶ Ab Iſidoro exponitur *vir Deum videns*. Hinc

Iſraelītæ, arum, m. Iſraelis poſteri. *Juvenc. l.* 1. v. 234.

Iſraelitis, itidis, nom. idem ac Iſraelita. *Hieron. in lib. Num.* Arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitidem.

Iſſa, f. 1. Hiſſa, *Liſſa*, *Joſa*, Slavis *Vuis*, inſ. Liburniæ, poſtea Dalmatiæ, in mari Illyrico, cum urbe cogn. ¶ Item Inſ. parva Latii, apud Marruvium, a Septem Aquis 40. ſtad. ¶ Item urbs Leſbi inſ. quæ Himera, & Pelaſgia dicta fuit.

Iſſa, æ, f. nomen catellæ. *Martial. l.* 1. *epigr.* 110. Iſſa eſt deliciæ catella Publi. ¶ Hinc factam eſſe vocem *Iſſulus*, qua Parentes filios ſuos parvulos blandimenti cauſa appellabant, putat *Fabrettus* hanc afferens in *Vet. inſcript. pag.* 45. Aponius & Aponia Iſſulo, & Delicio ſuo fecere.

Iſſĭcus, a, um, adject. ab Iſſo opp. Ciliciæ, ut Iſſicus ſinus, *il Golfo di Lajazzo*, qui id oppidum alluit, apud *Ammian. l.* 26. *c.* 25.

Iſſo, ivero. *Feſtus*.

Iſſŭlus, V. in Iſſa.

Iſſus, f. 2. Iſſum, Nicopolis, *Lajazzo*, *Aiazzo*, *Ajaſſo*, Urbs Ciliciæ extrema, in Syriæ confinio, prope Amanum M. ad mare Mediter. Hic Darius Rex primo fuſus fuit ab Alexandro Magno.

Iſtac, vel iſthac, *per coſtà*, διὰ τῆδε τῆς ὁδοῦ, adv. motus per locum. *Terent. Heaut.* 3. 3. 27. Abi ſane iſtac, iſtorſum, quovis.

Iſtactĕnus, adverb. *fino a qui*. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 58. Iſtactenus tibi, Lyde, libertas data eſt.

Iſte, iſta, iſtud, & iſtuc, gen. iſtius, *queſto*, *coteſto*, [Hebrew], Germ. *der*, Gal. *cettuy ci*, Hiſp. *eſte*, *eſſo*, οὗτος, pron. dem. ab ὅς, *qui*, & te, &c. Proprie dicitur de eo, qui apud te eſt, aut de quo tu loqueris. *Cic. Cœlio lib.* 2. *Fam. epiſt.* 11. Putareſne, unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam levia noſtratia? *Id. pro Quint.* Tuus iſte vir optimus. ¶ Accipitur etiam pro *hic*. *Quint. lib.* 12. *cap.* 1. Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus. ¶ *Iſtuc* ſæpe pro *iſtud* legimus, ut *Plaut. Curcul.* c. 2. 32. Iſtuc verbi quid eſt? *Ter. Eun.* 5. 1. 24. Iſtuc-

Digitized by Google

14. Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? h. e. iſtuc ne? ¶ Et *iſtic*, pro *iſte*, uſurpatur ab eodem Plauto ſæpe, ut *Captiv.* 3. 4. 16. Ne tu, quod iſtic fabuletur, aures immittas tuas, & *alibi*. Genit. *iſtius* apud Poetas indifferentis eſt quantitatis in penult. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 171. Iſtius pueri Brutus amator erat. *Ovid.* 4. *de Pont.* Iſtius ingenium corporis eſſe nega. ¶ *Iſta* in dativo, pro iſti. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 16. Iſtæ dedi.

Iſter, tri, m. 2. Germaniæ fluvius, qui & Danubius vocatur; unde *binominis* dicitur ab *Ovid. l.* 1. *Pont. ep.* 8. V. Danubius. ¶ Iſtro fallacior vocatur Marcion a *Tert. l.* 1. *c.* 3. *adv. eund.* quod Iſtri navigatio periculoſiſſima ſit propter rapiditatem, & latentes ſubinde ſcopulos, & cautes.

Iſthmia, orum, n. Ἴσθμια, numerantur inter quatuor ſolemnia certamina, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari ſolebant, in honorem Neptuni inſtituta a Theſeo, ut Plutarcho videtur, aut certe in honorem Palæmonis, ut ex Archiæ poetæ Græco epigrammate colligitur, quod etiam hodie circumfertur. Hujus certaminis victores pinu coronabantur, ut tradit *Plin. l.* 13. *c.* 20. ¶ Dicta ſunt Iſthmia ab Iſthmo Peloponneſi, in cujus faucibus celebrabantur, non procul a Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Iſthmiacus, a, um, gentile ab iſthmo, præſertim Peloponneſi. *Claud. de* 4. *Conſ. Hon.* Et puer iſthmiaci jampridem litoris exul. *Plin. l.* 15. *c.* 10. Iſthmiaca corona.

Iſthmicus, a, um, Iſthmius. *Val. Max. l.* 4. *c. ult. n.* 5. Iſthmicum ſpectaculum.

Iſthmius, a, um, adject. Iſthmiacus, ut Iſthmius Neptunus, cujus ſcil. templum fuit in Iſthmo Peloponneſi. Et Iſthmii ludi, qui & Iſthmia abſolute dicuntur a *Livio l.* 33. *c.* 32. V. Iſthmia.

Iſthmus, m. 2. ἰσθμός, *iſtmo*, *lingua di terra*, proprie apud Græcos, unde fluxit hæc vox, collum ſignificat, a cujus ſimilitudine terra oblonga, & anguſta inter duo maria Iſthmus dicitur. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 406. bimarem pataverat Iſthmon. ¶ Iſthmi multi numerantur. Primus eſt Peloponneſi, qui & Corinthiacus, & Achaicus vocatur, & Peloponneſum reliquæ Græciæ connectit. In hujus Iſthmi faucibus Corinthus ſita eſt, totius Peloponneſi urbs clariſſima. Hunc Nero perfodere fruſtra conatus eſt. *Sueton. in Ner. c.* 19. Hinc prov. *Iſthmum fodere*. hoc eſt rem aggredi quæ fieri non poteſt. ¶ Secundus eſt Cherſoneſi Thraciæ, vulgo *Hexamili*, inter Cardiam, ſeu Lyſimachiam, & Macrontichon. Tertius Ægypti, qui a Ptolemæo Durſum Arabiæ dictus eſt, vulgo *Sur*, inter mare Mediterraneum, ubi Peluſium, & ſinum Arabicum, ubi Urbs Heroum, quo Ægyptus Palæſtinæ, & Arabiæ Petrææ jungitur. Quartus Tauricæ Cherſoneſi, *Zucala*, in quo Tephræ urbs, Tartarorum Regia, quo Taurica Sarmatiæ continenti copulatur. Quintus Acanthæus in Macedonia, qui Athon montem continenti jungit. Hic a Xerxe perfoſſus eſt. Sextus Italiæ in parte Boreali Calabriæ Ulterioris, inter ſinum Scylleticum, & Hipponiatem. Septimus Aſiæ, inter Tarſum, & Amiſum, Aſia nuſquam anguſtiore. Octavus Græciæ, inter Criſſæum ſinum, & Oetæum, ubi Thermopylæ. V. *Plin. l.* 3. *c.* 4. 10. *&* 11.

Iſtic, vel iſthic, iſtæc, iſtoc, idem, ac iſte, iſta, iſtud, quaſi iſte hic, iſta hæc, iſtud hoc. *Cic. in Fam.* 7. *ep.* 23. Iſtæc ipſa, quæ te emiſſe ſcribis, erunt mihi grata. *Plaut. Merc.* 3. 1. 25. Iſtæc res eſt. *Id. Truc.* 3. 2. 16. Iſtoc modo. *Id. Amph.* 1. 1. 203. Ergo iſtoc magis, quia vaniloquus, vapulabis. *Id. Bacch.* 3. 2. 15. Priuſquam malum iſtoc addis, dicam patri.

Iſtic, vel Iſthic, *cotſti*, *in coteſto luogo*, αὐτόθι, adv. ſtatus in loco, & dicitur de loco a me remoto, ideſt, de eo loco, in quo tu es. *Cic. l.* 1. *Fam. ep. ult.* Et ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare.

Iſtimodi, idem quod iſtiuſmodi. *Plaut. Truccul. a.* 5. *v.* 38. Faceta es, quæ nimis iſtimodi.

Iſtinc, vel Iſthinc, *di coſtì*, αὐτόθεν, adverb. motus de loco. *Cicer. in Famil. l.* 1. *ep. ult.* Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam te eſſe dicunt.

Iſtiuſmodi, *di queſta forte*, talis, iſtius modi, formæ, ſpeciei, generis, duo genitivi conjuncti per modum adverbii. *Cic. Ver.* 6. *c.* 5. Nihil iſtiuſmodi. *Ter. Heaut.* 2. 4. 7. Vos eſſe iſtiuſmodi, haud mirabile eſt.

Iſto, *coſtà*, ἐκεῖσε, adv. motus ad locum, & dicitur de loco a me remoto, quemadmodum iſthic. *Cal. ad Cic.* 8. *Fam. ep.* 15. Sic cauſa eſt properandi iſto mihi. *Plin. l.* 3. *ep.* 6. Deſtino enim excurrere iſto.

Iſtoc, vel Iſthoc, idem ac iſtud. ¶ Uſurpatur etiam adverbialiter pro iſtoc, ſeu ab iſto loco. *Ter. Adel. a.* 1. 15. Accede iſtuc Parmeno, nimium iſtoc abiſti.

Iſtorſum, *verſo coſtà*, πρὸς τοῦτο τὸν τόπον, adv. motus verſus locum, ideſt, verſus eum locum, ubi tu es. *Ter. Phorm.* 3. 1. 14. Concede hinc a foribus pauleſum iſtorſum, ſodes Sophrona.

Iſtri, m. 2. pop. extremi Italiæ, Liburnis finitimi, quorum regio Iſtria. Hos fama eſt originem a Colchis duxiſſe miſſis ab Æeta Rege ad Argonautas perſequendos, qui ut a mari intraverunt Iſtrum fl. nec raptores invenere, ſive metu Regis, ſive tædio longæ navigationis, juxta Aquilejam conſederunt, Iſtrique ex amnis nomine, quo a mari conceſſerant, ſunt appellati.

Iſtria, vel Hiſtria, f. 1. *Iſtria*, Ἰστρία, prov. Italiæ, para Galliæ Tranſpadanæ, in confinio Illyrici. Habet a Sept. Carniolæ Ducatum, a quo ſeparatur Alpibus, *Monti della Vena*, ab Or. Illyricum, & ſinum Flanaticum, ab Occ. ſinum Tergeſtinum, & mare Adriaticum, ſeu ſinum Venetum, a Mer. mare Adriaticum. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Iſtriani, orum, Iſtri. *Juſtin. l.* 9. *c.* 2. Cum bello Iſtrianorum premeretur.

Iſtricus, a, um, *Iſtriano*, ad Iſtriam pertinens. *Liv. l.* 41. *c.* 1. *&* 11. Iſtricum bellum. *Plin. l.* 32. *c.* 6. Iſtrica oſtrea. ¶ Scribitur & *Hiſtricus*.

Iſtrus, a, um, Iſtricus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 64. Iſtra nec minus abſoluta teſta. *h. e.* olium ex Iſtria, in teſtis condito, quod laudat *Plin. l.* 15. *c.* 2. ¶ Scribitur & *Hiſtrus*.

Iſtuc, *coſtà*, ἐκεῖσε, adverb. motus ad locum. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 35. Interea, ſi videtur, concedito iſtuc. *Id. Pœn.* 3. 3. 1. Jam iſtuc ego revertar. ¶ *Iſtuc* pro iſtud V. in *Iſte*.

Iſtuccine? pro *iſtuc ne?* *Terent. Eun.* 5. 2. 14. Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?

I ANTE T.

Ita, *coſì*, *a queſto modo*, *in tal maniera*, כן, Germ. *alſo*, Gal. *ainſi*, Hiſp. *aſſi*, οὕτως, ſic, adv. ſimilitudinis. *Cic.* 6. *Verr. c.* 52. Eſt ita, ut dicitur. *Id. de Amic. cp.* 9. Ut ita dicam. *Id.* 12. *Attic. ep.* 18. Inveſtiges, ſit ne ita. *Id. ib. l.* 7. *ep.* 9. Hoc tibi ita mando, ut dubitem ſta. ¶ Sæpe adverbium eſt reſpondentis, & affirmantis. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 60. Nempe ergo in ſomnis? ER. Ita. *Ter. Eun.* 1. 2. Hic quoque bonam, magnamque partem ad te attulit. T. Ita eſt. ¶ Interdum eſt adv. optantis, vel fidem facientis, vel aſſentientis. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 15. Ita vivam, ut maximos ſumptus facio. *Id. in Verr.* 1. *c.* 13. Ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim, &c. *Ter. Heaut.* 4. 5. Ita me Dii ament, bene factum eſt. *Id.* 5. 2. Ita me Dii amabunt, ut nunc Menedemi vicem miſeret me. ¶ Frequenter ponitur pro valde, vel nimis, vel tantum, præcipue cum conjungitur cum negatione. *Cic. in Verr.* 6. *c.* 49. Simulacra præclara, ſed non ita antiqua. *Id. Fam.* 11. *ep.* 21. De his non ita valde laboro. ¶ Item pro adeo, tantopere, cum conjunctivo, & particula *ut*. *Cic.* 2. *Tuſc.* Non ſum ita hebes, ut iſta dicam. ¶ Quandoque illativa conjunctio eſt pro igitur. *Cic.* 1. *Tuſcul.* Ita nobiliſſima Græciæ civitas, quondam vero etiam doctiſſima, ſui civis unius acutiſſimi monumentum ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. ¶ Vel pro itaque. *Cic. de nat. Deor.* 1. *c.* 40. Virtus actuoſa eſt, & Deus veſter nihil agens. Expers virtutis igitur. Ita ne beatus quidem eſt. ¶ Vel pro tali. *Plaut. Stich.* 5. 5. 3. Ita eſt ingenium muliebre. ¶ Vel pro in eo ſtatu. *Ter. Eun.* Sed ita res erat, faciendum fuit. *Cic.* 4. *Fam. c.* 2. Ita nati eſſe natos, ut ad virtutes apti eſſemus. ¶ Conjungitur interdum cum *quemadmodum*. *Cic. in Verr.* 3. Quæſturam ita geſſi, quemadmodum cognoviſtis. ¶ Item cum *ut*. *Ter. Eun.* 2. Cœpi egomet mecum inter vias, ita, ut fit, ubi quid in animo eſt moleſtiæ, aliam rem ex alia cogitare. ¶ Item cum quaſi. *Cic. pro Quinct.* Qua in re ita diligens erat, quaſi ii, qui magna fide ſocietatem exercent. ¶ Item cum *ne*, & eſt particula ſciſcitantis, vel commiſerantis, vel indignantis. *Ter. Andr.* 3. 2. Ita ne contemnor abs te? *Cic.* 7. *Verr.* Ita ne vero tu tua pericula communi periculo defendes?

Italia, æ, f. 1. *Italia*, Germ. *Vuelſchland*, Gal. *Italie*, Hiſp. *Italia*, Ἰταλία, regio Europæ. Habet ab Occ. & Sept. Alpes, quibus dividitur a Gallia, & a Germania, ab Or. mare Hadriaticum, & mare Jonium, a Mer. mare Siculum, ſeu Auſonium, mare Tyrrhenum, & mare Ligiſticum. ¶ Variis nominibus variis temporibus appellata eſt, Janicula, Oenotria, Chamaſena, Saturnia, Heſperia, Auſonia, &c. Quorum nominum rationem vide ſuis locis. ¶ Italia autem dicta eſt vel ab Italo rege, vel ab ἰταλός, quod bovem ſonat; antiqui enim Italiæ populi boves *italos* vocabant, teſtibus *Feſto*, *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. *&* *Colum. l.* 5. *R. R. in præf. Virgilius l.* 3. *Æn. v.* 166. Nunc fama, minores Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Italica, æ, f. 1. *Sevilla la vieja*, col. & urbs Hiſp. Bæt. condita a Scipione Africano, ad Bætim fl. Hiſpali vicina, patria Silii poetæ, & trium Imperatorum, Trajani, Hadriani, & Theodoſii ſenioris. Alii eſt *Alcalà del Rio*, opp. inter Hiſpalim 4. l. & Caſtrum Album 3. ¶ Italica item, vel Italicum Corfinium urbs Pelignorum in Aprutio cit. cognominatum eſt bello Italico, ſeu Marſico, ſeu ſociali, quod Marſi, Picentes, Peligni, Veſtini, Marrucini, Frentani, Hirpini, Pompejani, Picentini, Venuſini, Japyges, Lucani, Samnites, atque omnis ora a Liri fl. uſque ad Jonium ſin. cum Populo R. geſſerunt. Hi enim Corfinium communem patriam, & belli caput legere, & Italicum appellavere. *Sigon. de ant. jure Italiæ l.* 3. *c.* 1.

Italice, Italorum more. *Meſſala Corvin.* incertæ, & fortaſſe nullius auctoritatis ſcriptor, *de progen. Aug. c.* 11. Troja namque vulgo Italica, Latineque ſcrofa, vel ſus dicitur.

Italicenſis, ſe, adject. qui eſt ex urbe Italica. *Inſcript. apud Grut. p.* 385. *n.* 1. Coloni Italicenſes.

Italicus, a, um, *Italiano*, Ἰταλιώτης, quod ad Italiam ſpectat. *Liv. l.* 32. *c.* 23. Transfugæ Italici. *Ovid.* 15. *Met. v.* 9. Graja quis Italicis auctor poſuiſſet in oris mœnia. Al. leg. *Auſoniis*. *Aurel. Vict. de Origine gent. Rom. c.* 6. Italicos homines.

Italis, idis, f. mulier Italica. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 441. Italidas matres, inquit, facer hircus inito. Lectio tamen incerta eſt. *Virg.* 11. *Æn. v.* 657. Larinaque virgo, Tullaque, & æratam quatiens Tarpeja ſecurim, Italides. Adde *Martial. l.* 11. *epigr.* 54.

Italus, a, um, *Italiano*, Ἰταλός, quod eſt ex Italia, ſeu ad Italiam ſpectat. *Virg.* 6. *Æn.* Qui maneant Itala de gente nepotes. *Id.* 3. *Æn.* Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Itala Regna vocare. ¶ Itali, orum, *gl' Italiani*. *Claud. de B. Gildon. v.* 114. Pœnos, Italoſve petenti Opportuna ſedes.

Italus, i, nom. propr. eſt cujuſdam, cui filia fuit nomine Roma, quæ & Urbi ipſi nomen dediſſe exiſtimatur nonnullis. *Plut. in Romulo in princip.*

Italus, i, m. 2. Rex Italiæ, quem Cato ſcripſit fratrem fuiſſe Heſperi, Iſidorus Siculi. Regnavit primum in Arcadia, deinde in Celtiberia, tandem, Heſpero fratre mortuo, in ea Italiæ parte, quæ eſt intra fines Napetinum, & Scylleticum, quæ idcirco prima Italia eſt appellata. *Dionyſ. Halic. l.* 1. *Rom. antiq.* & *Ariſtotel. l.* 7. *Polit. c.* 10.

Itaque, *per la qual coſa*, *pertanto*, לכן, Ger. *derhalben*, Gal. *c'eſt pour*, *cela*, Hiſp. *por lo qual*, *portanto*. οὖν, τοίνυν, ergo, igitur, conjunctio cauſalis, ab ita. *Cic.* 1. *Fam.* Itaque cum ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet. *Liv. l.* 1. *c.* 25. Itaque ergo erecti, ſuſpenſique. ¶ Junctum cum particula *ergo* ſæpe legitur apud *Liv. l.* 3. *c.* 31. *l.* 9. *c.* 31. *l.* 28. *c.* 12. *l.* 39. *c.* 25. &c. ¶ Interdum *dictio* gemina eſt ex *ita*, & *que*, pro *& ita*. *Cic.* 1. *Ver.* Cum Quæſtor in Sicilia fuiſſem, itaque ex ea Provincia deceſſiſſem, ut &c. *Id. pro Cluent. c.* 19. Itaque feci, *& coſì feci*. *Id.* 1. *Offic.* Alios videmus velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere. itaque in formis aliis dignitatem ineſſe, aliis venuſtatem.

Itargus, i, m. fluv. Germaniæ, quem nonnulli Viſurgin vocant. *Albin. ad Liv. v.* 384. Decolor infecta teſtis Itargus aqua.

Item, adv. *ſimilmente*, *parimente*, גם, Germ. *auch*, Gal. *auſſi*, Hiſp. *aſſi meſmo*, ὁμοίως, ſimiliter, etiam, præterea, ab *itidem* per Sync. vel ab *ita*, vel ab ἔτι, *inſuper*. *Donat.* & *Valla l.* 2. *c.* 5. deducant ab *iterum*, *&* *idem*. *Cic.* 2. *de Or.* In re eſt item ridiculum, quod &c. *Id.* 2. *Attic. ep.* 21. O ſpectaculum uni Craſſo jucundum, cæteris non item! *Ter. Andr.* 1. 1. 50. Unus, & item alius. ¶ Videtur aliquando uſurpari pro autem. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 30. Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te eſſe hominem divitem, me item eſſe hominem pauperum pauperrimum. ¶ Et pro iterum, *la ſeconda volta*. *Sueton. in Tiber. c.* 6. Parentes vagitu ſuo pæne bis prodidit, ſemel cum a nutricis ubere, item cum a ſinu matris raptim auferretur. *Al. tamen leg.* iterum. ¶ Sæpe conjungitur cum *que*, pro *&* item. *Cic.* 4. *Acad.* Itemque ſi id, quod officii ſit, non occurrit animo, nihil aget.

Iter, itineris, n. *viaggio*, דרך, Germ. *reiſſ*, Gal. *voyage*, Hiſp. *viaje*, πορεία, actus eundi, via, profectio. Aliqui derivant a ſup. *itum*, alii a freq. *ito*, *as*, alii ab *itiner*, (quo uſus eſt *Plautus Merc.* 5. 2. 71. Inceſſus hac itiner perficere exequar.) *Liv. l.* 23. *c.* 15. Legatos ad Annibalem miſerunt, qui nuntiarent, dum Conſules ad Beneventum eſſe, diei iter a Capua. *Cic. ad Pomp. l.* 8. *Attic. ep.* 11. Iter ad te in Apuliam facere cœpi. *Cæſ. l.* 7. *B. Gal. c.* 56. Ut iter in Provinciam converteret. *Nepos Alcib. c.* 10. Cum ille iter ad regem compararet. *Cic. l.* 2. *Fam.* Iter habebant ad Laium regem. ¶ Dicimus etiam iter conficere, ingredi, inſtituere, &c. Pedibus, equo, vehiculo iter facere &c. *Cic. ſæpe*, *Cæſar*, *Liv. Nepos*, *Plin.* & al. ¶ Iter eſt ei aliquo. *Cic. pro Mil. c.* 10. ¶ Iter juſtum, quid ſit, V. *Juſtus*. ¶ Maximis itineribus ire, *a gran giornate*, *affrettando il viaggio*. *Plant. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 15. Maximis itineribus cum quatuor legionibus ſubſequar. ¶ Dicitur etiam de navigatione. *Cic. Attic. l.* 2. Nobis eſt iter in Aſiam, maxime Cyzicum. Adde *Terent. Hecyr.* 34. Item de alio quovis tranſitu, ſeu meatu, ut itinera aquarum, apud *Colum. l.* 8. *c.* 27. Iter vocis, apud *Virg.* 7. *Æn. v.* 534. Iter urinæ, apud *Celſ. l.* 7. *c.* 25. *&* 26. ¶ Sæpe ſumitur

tur pro ipſa via, *ſtrada*. *Cic. pro Cæcin.* Deſcripta jura finium, poſſeſſionum, aquarum, itinerumque ſunt. Adde *Virg. 1. Georg. v.* 380. ¶ Tranſlate uſurpatur pro incepto, ſeu inſtituto. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Neque ego impedire Ciceronis iter, atque illam diſciplinam volo, & ipſe puer magis illo declamatorio genere delectari videtur; in quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur, illum ire noſtris itineribus. Adde *Plin. l. 3. epiſt.* 8. ¶ Genitivus hujus nominis olim fuit *iteris*, ablativus *itere*. *Lucr. l. 5. v.* 632. Concuſſos itere, & labefactos aere multo. *Accius apud Non.* 8 *n.* 23. Studium iteris reprime. *Labor. apud Non. c. 2. n.* 428. Ignotæ iteris ſumus, tuta ſcis.

Iterabĭlis, le, adject. *che ſi può replicare*. *Tertul. l. 2. adverſ. Marc. c.* 28. Iterabilem injuriam facere.

Iteratĭo, onis, f. 3. *replicazione*, שׁנוּי, Germ. *wiederholung*, Gall. *iteration*, *repetition*, Hiſp. *reiteracion*, ἀνάληψις, repetitio, reſumptio, redintegratio, geminatio. *Cic. in Orat. c.* 23. Itemque ſi quæ verborum iterationes contentionem aliquam, & clamorem requirent. ¶ Eſt item genus arationis, qua ager ſecundo proſcinditur. *Plin. l. 18. c.* 20. Sato ſemine, ſequitur iteratio. *Salmaſ.* legit *ternatio*. ¶ Item iteratio, ſecunda olearum preſſura dicitur. *Col. l.* 12. *c.* 50.

Iterativum verbum, h. e. frequentativum, apud *Diomed. l.* 1.

Iterāto, adverb. *replicatamente*, iterum, αὖθις. *Juſtin. l. 5. c.* 9. Quibus accitis, iterato præliantur.

Iterātus, a, um, *replicato*. *Cic. in Partit.* Duplicata, vel etiam ſæpius iterata ponantur. *Id. 2. de Orat. c.* 30. Ut agro non ſemel arato, ſed novato, & iterato.

Iterdŭcus, a, um, adject. ut Iterduca Juno, apud *Martian. Capell. l.* 2. quæ ſc. itineri feliciter conficiendo præerat.

Itĕro, as, a. 1. proprie eſt iter repetere. Alii ducunt ab *iterum*, alii ab *iter*. Nam in Philoxeni Gloſſis eſt, *Iterat*, ἀνέστρεψε. *Gell. l. 3. c.* 18. Sed eos Senatores, qui Magiſtratum Curulem nondum acceperant, pedibus iteraviſſe in Curiam. Aliqui legunt *itaviſſe*. ¶ Tranſlata accipitur pro rurſus aliquid agere, *replicare*, *rifare*, ἀνατρέπω. *Liv. l.* 1. Reſiſtere, atque iterare pugnam jubet. ¶ Et ſpeciatim pro iterum proſcindere, ſeu arare. *Col. l.* 2. Optime inter Calendas, & Idus Septembris aratur ac ſubinde iteratur. Adde *Plin. l. 18. c.* 19. ¶ Item pro iterum navigare. *Hor. l. 1. od.* 7. Cras ingens iterabimus æquor. ¶ Item pro iterum dicere, *ripetere*, *ridire*. *Cic. in Orat. c.* 39. Cum duplicantur, iteranturque verba. *Et* 2. 10. Ut quod dixit, iteret. *Plaut. Rud.* 4. 8. 1. Iterum mihi iſthæc omnia itera.

Itĕrum, adv. *un' altra volta*, *di nuovo*, *ancora*, עוד, Germ. *wiederumb*, Gall. *encore*, Hiſp. *otra vez*, αὖθις, αὖ, rurſus, denuo, ab *iter*. *Cic. pro Flacco*, Iterum iſte Romam ſe retulit. ¶ Sæpe ſignificat ſecundo. *Cic. 1. de Inv.* 2. 35. Primo quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertio turpe. *Id. pro Sext.* L. Saturninus iterum tribunus creatus eſt. *Id. pro Roſc. Am.* Iterum, ac tertio nominavi. *Id. pro leg. Manil.* Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia. Et pro *Post.* Pecuniam ſemel atque iterum dare. *Virg. 2. Æn. v.* 770. Iterumque, iterumque vocari.

Ithăca, f. 1. *Iſola del Compare*, *Val di Compare*, Turc. *Phiachi*, al. *Theachi*, Ἰθάκη, inſ. maris Jonii, Regnum Laertæ, & Ulyſſis, inter Cephaleniam ad Occ. & Echinadas ad Or. a Cephalenia 5. M. P. verſus Ætoliam, & Peloponneſum, ab Araxo prom. 12. *Virg. 3. Æn. v.* 272.

Ithacenſis, ſe, adject. ad Ithacam pertinens, ut Ithacenſis Ulyſſes. *Horat. l. 1. epiſt. 6. v.* 63.

Ithacenſæ, f. 1. tres inſulæ parvæ Brutiorum, contra Vibonem ad ſin. Hipponiatem, quarum una *Braces*, altera *Praca*, tertia *Torricula*, vel *Torricella* nominatur.

Ithaceſĭus, a, um, adject. Ithacenſis, ut Ithaceſia ſedes. *Sil. l. 8. v.* 540.

Ithăcus, i, m. Ulyſſes, Rex Ithacæ inſ. *Virg. 2. Æn. v.* 104. Hoc Ithacus velit.

Ithăcus, a, um, ad Ulyſſem, & Ithacam pertinens. *Ovid. 3. amor. eleg.* 12. *v.* 29. Æolios Ithacis incluſimus utribus Euros. *Id. 2. ex Pont. epiſt. 7. v.* 60. Ithaca puppis. *Id. 13. Metam. v.* 512. Ithacæ matres. Adde *Propert. l. 3. el. 10. v.* 29.

Ithōme, es, f. 1. Ἰθώμη, arx Meſſeniæ, in monte illi imminente, non ſecus ac Acrocorinthus Corintho.

Ithomæus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Ithome urbe. Hinc Ithomæi ejus urbis incolæ, apud *Stat. 7. Theb. v.* 330.

Ithōne, ſive Ithonia, f. 1. Ἰθώνη, urbs Bœotiæ, ſive, ut Strabo inquit, Theſſaliæ, in Phthiotide, ad Amphriſum fl. dicta ab Ithonio filio Amphictyonis, vel Herculis ex Paphyre. Ibi Pallas colebatur, unde Ithonea, ſeu Ithonia cognominata eſt.

Ithyphalli, vel potius Ithyphallici, m. 2. ἰθυφαλλικοί, qui in ſacris Bacchi erectum penem geſtabant. Phallum enim ligneum, ſive ex aluta rubra ſibi ita inter femina adaptabant, ut inde enatus videretur. Aliqui dicunt, hoc nomine appellatos eſſe, qui per Liberi dies feſtos phallum plauſtro impoſitum muliebri veſte induti per rura prius, deinde per urbem ſequebantur, & ad carminis phallici, ſeu ithyphallici numeros ſaltabant. V. *Phallica*.

Ithyphallĭcum carmen, idem ac Priapejum, quod conſtabat ex Jambico ſenario, & trochaico dimetro brachycatalecto, & in erectum penem canebatur, ab ithyphallus. V. *Grammat. & vet. Poet. Script.*

Ithyphallus, m. 2. ἰθύφαλλος, penis erectus, effigies membri virilis, quæ primum ex ficulneo ligno, poſtea ex aluta rubra fieri ſolebat, ab ἰθύς, rectus, & φαλλός, penis. ¶ Accipitur & pro ipſo Priapo. *Col.* 10. 31. ſed truncum forte dolatum Arboris antiquæ, numen venerare Ithyphalli.

Ithyræus. V. Ityreus.

Itĭdem, adv. *ſimilmente*, *parimente*, גם, Germ. *gleich*, Gall. *pareillement*, Hiſp. *ſemejantemente*, παραπλησίως, ſimiliter, eodem modo, ab *ita*, & *dem*. Aliqui derivant ab *iterum*, & *idem*. *Sueton. de Aug.* Centuriones ſtationis deſerta, itidem ut manipulares, capitali animadverſione punivit. *Cic. 2. de Leg. cap.* 3. Nunc itidem ab eo ſunt nobis agendi capienda primordia.

Itĭner. V. Iter.

Itinerārium, ii, n. *deſcrizione del viaggio*, Germ. *reiſebuch*, Gal. *livre de voyage*, Hiſp. *itinerario*, ὁδοιπορικόν, deſcriptio itineris. *Veget. l. 3. c.* 6. Itineraria regionum pleniſſime habere perſcripta. *Ammian. l. 24. c.* 1. Itinerarium ſonare lituos jubet, *ſuonar la marchia*.

Itinerārius, a, um, quod ſpectat ad iter. *Lampr. in Comm. c.* 9. Sumptus itinerarius. *Ammian. l. 21. c.* 15. Ratus, itinerario motu imminutæ valetudinis excuti poſſe diſcrimen.

Itĭo, onis, f. *andata*, *partita*, הליכה, Ger. *gehung*, Gal. *allée*, *allure*, Hiſp. *ida*, πορεία, profectio, actus eundi, a ſup. itum. *Cic. Att. l. 11. ep.* 16. De obviam itione faciam, ut ſuades. *Ter. in Phorm.* 5. 8. 24. Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni?

Itĭto, as, idem quod ito, ut ititare exſequias, *Nævius*.

Ito, as, n. 1. *andar ſpeſſo*, φοιτάω, frequenter eo. *Suet. de Cl. Rhet. c.* 1. *referens edictum Cn. Domitii, & Licinii Craſſi Cenſorum*. Et quos in ludos itare vellent.

Itōnus, i, Theſſaliæ rex, auctor æris, argenti, & auri conflandi, ſignandæque monetæ. *Lucan. l. 6. v.* 402. Primus Theſſalicæ rector telluris Itonus In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ &c.

Itrum, n. 2. Atrium, *Itri*, oppidulum R. Neap. in prov. Terræ Laboris, intra montes, medium inter Fundos ad Occid. & Formias ad Or. aliquot tantum milliaribus ab ora maris Tyrrheni. Quibuſdam eſt Mamurrhæ antiquorum.

Ituræa, f. 1. Petræa, *Bozor*, regio parva Palæſtinæ, Trachonitidi finitima, trans Jordanem fl. inter Samariam, & Arabiam. Sed aliqui Ituræam, & Trachonitidem eandem eſſe dicunt. Erant gentes cum Tribubus Gad, & Ruben immixtæ. ¶ Item regio montana Scytharum.

Ituræi, ſive Ityræi, orum, Syriæ populi ſagittandi arte præſtantes. *Plin. lib.* 3.

Ituræus, vel Ityræus, a, um, adject. ad Ituræam pertinens, ſeu ad Ituræos populos. *Lucan. l. 7. v.* 230. Ituræis curſus fuit inde ſagittis. *Virg. Georg.* 4. *v.* 447. bona bello Cornus, Ituræos taxi curvantur in arcus.

Itūrus, a, um, particip. futuri ab eo, is, *che è per andare*. *Ovid. l. 3. de ar. am.* In amplexus uxor itura viri. *Cic. 3. Verr.* In conſilium iturum putaſti.

Itus, us, m. idem ac itio, a ſup. *itum*. *Cicer. Attic. l. 15. ep.* 5. Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? *Lucr. l. 3. v.* 389. Repentis animantis itum ſentire. Adde *Vet. Inſcription.* in quibus *itus*, *aditus*, *ambitus* ſepulcrorum mentio fit.

Itylus, & Neis, vel Thius, filii Zethi ex Aedone conjuge. Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans, eum eſſe Amalea Amphionis filium. Invidebat enim uxori Amphionis, eo quod ei eſſent ſex filii maſculi. Quæ cum errorem ſuum cognoviſſet, optavit mori, ſed Deorum commiſeratione in carduelem verſa, Itylum defſet. *Hom. in Odyſſ.* ¶ Eſt etiam idem ac Itys. *Catull. carm. 66. ad Ortalum*. Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris Daulias, abſumpti fata gemens Ityli.

Ityphalli. V. Ithyphalli.

Ityræus. V. Ituræus.

Itys, ityos, ityn, m. 3. Ἴτυς, Terei, & Prognes filius fuit, qui (ut eſt in fabulis) a Progne matre diſcerptus, & patri epulandus appoſitus in phaſianum mutatus eſt. *Serv. apud Virgilium in Sileno*. Aliqui dicunt, mutatum fuiſſe in carduelem. *Ovid. 6. Met.* V. Progne. ¶ Ponitur & pro Itylo. *Senec. in Agamemn. v.* 671.

J ANTE U.

Juba, æ, f. *chioma*, Germ. *der maen*, Gall. *crin*, Hiſp. *crin*, χαίτη, crines qui a collo animalium pendent, ut leonum, & equorum, a φόβη, *crinis*. *Cic. 1. de Divin.* Et equum alacrem lætus aſpexit, cujus in juba examen apum conſederat. *Virg. Æn. 10. v.* 492. ludentque jubæ per colla, per armos. ¶ *Colum. l. 8. c.* 2. jubas vocat etiam plumas extantes in collo gallinaceorum. Et *Virg. 2. Æn. v.* 241. hoc nomen uſurpat de ſerpentum criſtis.

Jubar, aris, n. *lo ſplendore del Sole, o d' altra ſtella*, זוהר, Germ. *glantz*, *ſtern*, Gall. *éclat*, *lueur*, Hiſp. *reſplandor*, σέλας, ſplendor Solis, aliorumve ſiderum, jubarum quandam ſimilitudinem referens. Aliqui dicunt, proprie dici de Lucifero, ſeu Heſpero. *Varro lib. 3. & 6. de L. L. Feſt.* Sed non Luciferi modo, ſed & Solis, Jovis, aliorumque ſiderum ſplendor jubarum refert ſimilitudinem. *Virg. 4. Æn. v.* 130. It portis jubare exorto delecta juventus, ideſt Sole. ¶ Generetim etiam dicitur de cujuſcunque rei ſplendore, ut ignis, auri, argenti, gemmarum, & ſimilium rerum. *Ovid. 1. Faſt.* Et tremulum ſumma ſpargit in æde jubar. *Stat. l. 3. Theb.* Criſtatum jubar galeæ. ¶ Tranſlata uſurpatur de hominis majeſtate. *Claudian. l. 2. in Rufin. v.* 144. Per fratris regale jubar. *Martial. l. 8. epigr.* 63. Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar. ¶ Reperitur etiam in genere maſculino. *Sever. in Ætna, v.* 332. Purpureoque rubens ſurgat jubar aureus oſtro. *Priſcian. l.* 5. affert etiam exemplum Ennii.

Jubatus, a, um, *che ha chioma*, *o creſta*, κεχαιτωμένος, quod jubam habet. Unde jubati leones dicuntur, qui jubam habent, ad differentiam eorum, qui jubam non habent. *Plin. l. 7. c.* 16. Sic jubati angues apud *Plaut. Amph.* 3. 1. 36. ¶ Tranſlate ponitur pro criſtato. *Auct. ad Her. l.* 4. Iſte quotidie per forum medium tanquam jubatus draco ſerpit.

Jubĕo, es, juſſi, juſſum, a. 2. *comandare*, צוה, Germ. *heiſſen*, Gal. *commander*, Hiſp. *mandar*, κελεύω, præcipio, impero, volo, mando. *Juvenal. Sat. 6. v.* 223. Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas. *Ter. Eun.* 8. 3. *ad fin.* Jubes ne? C. Jubeo, cogo, atque impero. ¶ Fere uſurpatur cum infinito. Itaque non dicimus, jubeo te, ut hoc facias (quod admonet etiam *Voſſ. de Conſtruct. c.* 36.) ſed, facere. *Virg. 2. Æn. v.* 3. Infandum regina jubes renovare dolorem. *Cic. Att. 12. ep* 6. Cæſar te ſine cura eſſe juſſit. ¶ Et cum dativo. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c.* 98. Militibuſque ſuis juſſit, ne qui eorum violarentur, neu quid ſui deſiderarent. Sunt qui legunt, *commendavit*, ſed vulgata Criticis fere omnibus probatur. *Tacit. Ann. 13. c.* 40. Tergum mille equites tuebantur, quibus juſſerat, ut inſtantibus cominus reſiſterent. *Id. ib. c.* 33. Ubi Britannicum juſſit, exſurgeret. ¶ Accuſativum perſonæ, vel rei per ſe non regit, ſed ubicumque accuſativus additur, ſubintelligendum eſt aliquod infinitum. *Cic. 13. Fam. epiſt.* 26. Literas ad te a M. Lepido ſumpſimus, non quæ te aliquid juberent, *ſc.* facere. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 19. Aut ſi reſpexis, donicum ego te juſſero, *ſc.* reſpicere. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 15. Neque jubere cædem fratris palam audebat, *ſc.* patrari, fieri. *Martial. l. 9. epiſt.* 67. Sed tu juſſiſſes Euryſthre, *ſc.* ſervire, *aut* pati. ¶ Similiter cum legimus, jubere legem, Conſulem, &c. ſubintelligitur, eſſe, ferri, fieri, aut quid ſimile. Moris enim erat, ut quæ Magiſtratus conſuluiſſent, de iis populum rogarent, an rata eſſe vellet. Proprium enim eorum erat, cenſere, vel decernere; hujus vero jubere, h. e. ratum habere, ſeu imperare, ut ratum haberetur. Itaque ſic interrogabant: Velitis, jubeatis &c.? V. *Gell. l. 5. c.* 19. & *l.* 10. *c.* 20. *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 3. Ita enim populus juſſit. *Id. l.* 3. Ne poſtea eoſdem Tribunos juberent. *Cic. pro Balb.* Populus Romanus legem juſſit de civitate tribuenda. ¶ Uſurpatur interdum pro ſimpliciter velle, ut cum dicimus, Jubeo te valere. *Cic. l. 4. Attic. ep.* 14. Dionyſium jube ſalvere. *Ter. And.* 3. 3. Chremetem jubeo, ubi ſubintelligitur, valere, aut ſalvere. ¶ Fide ſua eſſe jubere, eſt ſponſorem ſe conſtituere, & periculum in ſe recipere, fidejubere. *Ulp. l. Ubi autem, Dig. de Verb. oblig.* ¶ Reperitur etiam paſſive. *Tacit. 4. hiſtor. c.* 76. Germanos, qui ab ipſis ſperentur, non juberi, non regi. *Horat. l. 1. ep. 7. ad fin.* Jubetur Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis. ¶ *Juſſitur*, antiquum pro jubetur, vel jubebitur. *Cato de R. R. c.* 17. Parietes omnes, uti juſſitur, calce, & cæmentis, &c. ¶ *Juſſo*, pro *juſſero*. *Virg. Æn.* 11. Cætera, qua juſſo, mecum manus inferat arma.

Juberna, vel Juverna, æ, f. Irlanda, eadem quæ Hibernia, inſula Angliæ proxima ad occidentem. *Juvenal. ſat. 2. v.* 159. arma quidem ultra Litora Jubernæ promovimus. ¶ *Jerne*, vel *Hiberne*, *es*, dicitur a *Claudiano*. V. Hibernia.

Jubilæus, ſeu Jubelæus apud Hebræos dicebatur annus quinquageſimus excluſive, ſcilicet quadrageſimus nonus, quo fiebat remiſſio a ſervitute, & fundi redi-

redibant ad veterem dominum, & ſervi fiebant ſui juris. Hinc & annus remiſſionis vocatus eſt. *Arator in Act. Apoſt. c. 19.* quinquegeſimus annus Cum Jubilæus adeſt, proprii diſtracto ruris Antiquo donatur heru.

Jubilatio, onis, f. ἀλαλαγμα, ἀλαλαγμός, clamor, quo ad lætam aliquam rem acclametur. *Apul. l. 8. A. A.* Jubilationibus ſolitis inhortantur.

Jubilo, as, avi, atum, n. 1. *giubilare, gridare per allegrezza*, רוּעַ, Ger. *jauchtzen*, Gal. *ſe crier de joye*, Hiſp. *hazer arbolbulas*, ἀγαλλιάομαι, ἀλαλάζω, clamo ex lætitia. *Jul. Scalig. l. 1. de cauſis L. L. c. 32.* dici ſuſpicatur ab ἰὼ, ἰὼ, triumphatorum voce, & verbo βιῶ, *vivo*, quia ſuperſtites Apollini vitam ſerentes acceptam, Pæanaque ei accinentes dicerent ἰὼ, βιῶ παιάν. Aliquorum autem ſententia *jubilare*, & *quiritare* dicebantur, qui inclamabant aliorum operam, ſiqua ſibi vis fieret; & diſſecunt, quod illud ruri, hoc in urbe fiebat. *Donat. in Adelph.* Et *quiritare* dictum eſt ex eo, quod Quiritum opem implorarent; *jubilare Jul. Scaliger* dici putat ex eo, quia ruſtici inclamarent, ἰῶ, ἰῶ. *Varro lib. 6. L. L.* Ut quiritare urbanorum, ſic jubilare ruſticorum. *Feſt.* Jubilare, eſt ruſtica voce inclamare.

Jubilum, li, n. *giubilo, allegrezza*, תְּרוּעָה, Ger. *das jauchtzen*, Gal. *joye*, Hiſp. *alborbolas*, ἀγαλλίασις, dicitur id gaudium, quod exprimitur voce, tamen verbis non explicatur. *Silius l. 14. v. 476.* Et lætus ſcopulis audivit jubila Cyclops.

Juncellus, V. Junculus.

Jucunde, adv. *lietamente*, Germ. *lieblich*, Gal. *joyeuſement*, Hiſp. *alegramente*, ἡδέως, ſuaviter, dulciter. *Cic. 1. Fin.* Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe jucunde vivi, niſi ſapienter, honeſte, juſteque vivatur, &c. *Id. pro Mur. c. 31.* Non iſta quidem meliora, quæ nunc ſunt optima, ſed certe condita jucundius. *Valer. Max. l. 7. c. 2.* Ut quam jucundiſſime loqueretur.

Jucunditas, atis, f. *diletto, piacere*, נֹעַם, Germ. *liebligkeit*, Gal. *rejouiſſance*, Hiſp. *alegria*, ἡδονή, amœnitas quædam, ex qua naſcitur voluptas. *Cic. ad Att. l. 10. ep. 8.* Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidiſſe, quam, quod meam Tulliolam diligentiſſime coluiſti. *Id. Or. c. 7.* Multa in eo homine jucunditas, & jocandi lepos. *Id. 2. Fin. c. 3.* Jucunditate perfundi. *Id. 1. Offic. 34.* Jucunditati ſe dare. *Quintil. in proœm. l. 6.* Jucunditas vocis.

Jucundor, aris, atus ſum, *aver piacere, ricever dilettazione*, נָעַם, Germ. *luſtig ſeyn*, Gall. *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, ἥδομαι, voluptate, delectatione, gaudio efficior. *Lact. l. 4. c. 6.* Quotidie autem jucundabar ante faciem ejus.

Jucundus, a, um, *ſoave, dolce, dilettevole, caro*, נָעִים, Germ. *lieblich*, Gal. *joyeux, gay*, Hiſp. *el que da plazer a otro*, ἡδύς, qui cauſa exiſtit alteri, ut gaudeat, ſuavis, voluptuoſus, gratus, lætitiæ plenus. In veteribus lapidibus jucundus, & jocundus legere eſt. *Ald. in Orthogr.* Hoc nomen factum eſt a *juvo*, quia quæ jucunda ſunt, mentem, & ſenſus juvant. *Cic. 2. Fin. c. 4.* Hanc jucunditatem transfer in animum. Juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum. ¶ *Jucundus* differt a *gratus*, quia in *jucundo* eſt delectatio, voluptas, lætitia, in *grato* etiam fructus, utilitas, commodum. E. g. aſpectus roſarum jucundus eſt, aſpectus plenæ meſſis gratus. *Cic. 2. Fam.* Quoniam privatis, ſummis, infimis fueram jucundus. *Id. 10. Fam.* Quæ omnia mihi jucunda, hoc extremum etiam gratum erit. *Id. 2. Fam.* Mihi te neque chariorem, neque jucundiorem eſſe quenquam. *Id. 3. Fam.* Mihi illa ex tuis literis jucundiſſima fuerunt. *Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Et mihi pergratum, perque jucundum erit. *Id. 1. de Orat.* Verba ad audiendum jucunda. *Id. 2. Agrar.* Agri jucundi, & fertiles.

Judæa, f. 1. *Giudea*, Ἰουδαία, regio Palæſtinæ, dicta a Juda filio Jacob, vel potius a Tribu Juda. Nam Judæa proprie dicta non eſt tota Palæſtina, vel Terra Sancta, ſed pars illius, quæ ex duabus tantum Tribubus conſtabat, Juda, & Benjamin, ex quibus Tribus Judæ princeps fuit, quæ etiam omnium Tribuum nobiliſſima habita eſt. Habet a Sept. Samariam, a Mer. Idumæam, ab Occ. mare Syrium, ab Or. Arabiam Petræam, Jordane fl. & Aſphaltite lacu diſcreta. Huic ſoli balſamum ferre a natura conceſſum eſt. *Plin. l. 12. c. 25.* In ea metropolis fuit Hieroſolyma.

Judæi, m. 2. *Giudei*, Turc. *Chifont*, Ἰουδαῖοι, Hebræi, qui a Juda primogenito Jacob originem trahebant. Sed poſtquam Regnum Hebræorum in Regnum Judæ, & in Regnum Iſrael diviſum fuit, duarum Tribuum populi, Judæ, & Benjamin appellari Judæi cœpti ſunt, ideſt, quicunque ſub Regno Judæ continebantur. Progreſſu temporis hoc nomen ad omnes Hebræos, ſeu Iſraelitas translatum eſt.

Judæus, a, um, *Giudeo*, quod eſt ex gente Judæorum. *Cic. de Prov.* Judææ nationes natæ ſervituti.

Judaice, adv. Judæorum more. *Juſtinian. lib. 1. Cod. tit. 1. in epiſt. ad Joann. Papam.* Eccleſiæ contradicere Judaice, & apoſtatice.

Judaicus, a, um, quod ad Judæam ſpectat. *Quintil. l. 3. c. 7.* Judaica ſuperſtitio. *Cic. pro Flacc.* Aurum Judaicum.

Judaiſmus, i, m. Judæorum ſecta, ſeu religio. *Tertul. l. 1. adverſ. Marc. c. 20. & l. 4. c. 13.*

Judex, icis, m. 3. *giudice*, שֹׁפֵט, Ger. *richter*, Gal. *juge*, Hiſp. *juez*, κριτής, qui ex juriſdictione propria, aut ſibi delegata, & commiſſa, jus habet cauſae litigantium cognoſcendi, a *jure dicendo*. *Var. l. 5. de L. L. Cic. pro Roſc. Amer. c. 30.* L. Caſſius ille, quem Populus Rom. veriſſimum, & ſapientiſſimum judicem putabat. *Id. Fam. 9. ep. 10.* Eſſe judicem inter aliquos. ¶ *Judicem alicui ferre* eſt eum in judicium vocare: quod fiebat per particulam *ni*. *Liv. l. 3. cap. 57.* Se judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in ſervitutem dederit. h. e. ni probet, eum dediſſe &c. Adde *ib. cap. 24.* V. Quæſtio. ¶ *Judicem rejicere*, vel *nolle*, vel *ſuum ejurare* eſt a judicem ſuæ cauſæ tanquam ſuſpectum rejicere. *Plin. in Paneg.* Licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo, illum nolo, &c. *Cic. 2. de Orat. c. 70.* Cum ei Flaccus P. Mutium judicem tuliſſet, Ejero, inquit, iniquus eſt. Cum eſſet admurmuratum, Ah, inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus. ¶ Sæpe Judex generatim ſumitur pro rei cujuslibet controverſæ arbitro, diſceptatore, exiſtimatore, vel æſtimatore. *Cic. 3. Fin.* Quia te æquiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem, & judicem. ¶ Eſt etiam generis fœminini. *Cic. Phil. 5. c. 18.* Hanc ſibi judicem conſtituit. ¶ Olim Romæ etiam Conſules Judices dicebantur. *Var. l. 5. de L. L.* Accenſus dicit: Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad Judices. V. ibi *Scalig.*

Judicatio, onis, f. *giudizio*, κρίσις, cognitio, actus, vel facultas judicandi. *Cic. 3. Fam.* Longi ſubſellii judicatio, & mora ſi quem tibi item unum, alterumve diem abſtulerit. *Quintil. l. 6. c. 5.* Conſilium eſt ratio quædam alte petita, habetque in ſe & inventionem, & judicationem. ¶ Apud *Rhetores* judicatio eſt quæſtio nata ex conflictione, & quaſi concurſu inter rationem Rei, & infirmationem Accuſatoris, in qua quæritur, quid veniat in judicium, & de quo diſceptetur: e. g. Cum dicat Oreſtes, ſe matrem interfeciſſe, quod illa patrem ſuum occiderat, Accuſator vero dicat, non tamen ab Oreſte filio Clytæmneſtram occidi, & indemnatam pœnas pendere oportuiſſe; judicatio eſt, rectumne fuerit, Clytæmneſtrum ab Oreſte occidi. *Cic. 1. de Inv. Auct. ad Her. l. 1.*

Judicato, adv. *conſideratamente*, maturo judicio, non temere. *Gell. l. 14. c. 1.* Aut ita ſerio, judicatoque pronuntiaret.

Judicatorius, a, um, ad judicandum pertinens, ut judicatorius rigor, h. e. ſeveritas judicum. *Auguſtin. epiſt. 54. ante med.*

Judicatrix, icis, f. quæ judicat, ut judicatrix ars, ſcil. *agonal*, *critica*. *Quintil. l. 2. c. 15.*

Judicatum, i, ſubſt. n. 2. idem ac res judicata. *Auct. ad Her. l. 2.* Judicatum eſt id, de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum. *Cic. 1. de Invent. c. 30.* Judicatum eſt res aſſenſione, aut auctoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum comprobata. *Id. 2. de Inv.* Judicatum, de quo jam ante ſententiæ alicujus conſtitutum eſt. ¶ Judicatum facere, eſt judicis ſententiæ parere, ex. gr. ſolvere pecuniam, quam Judex ſolvendam eſſe pronuntiavit. *Cic. pro Flac.* Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. ¶ Judicatum ſolvere, idem eſt ac judicatum facere. *Cic. pro Quint.* Iſte poſtulat, ut procurator judicatum ſolvi ſatiſdaret. ¶ Judicatum negare, eſt Judicis ſententiæ non obedire. *Cic. pro Flac.* Frater meus pro ſua æquitate, prudentiaque decrevit, ut, ſi judicatum negaret, in duplum iret.

Judicatus, a, um, *giudicato*. *Cic. 4. Ver.* Atque ut aliquando de rebus ab iſto cognitis, judicatiſque, & de judiciis datis dicere deſiſtamus. ¶ Res judicata, idem ac judicium, decretum, ſententia Judicis, vel res, de qua judicium factum eſt. *Cic. pro Cluent.* Majores autem noſtri nunquam neque judicium nominarunt, neque perinde ut rem judicatam obſervaverunt animadverſionem, atque auctoritatem Cenſoriam. ¶ Huc phraſes pertinent, Re judicata ſtare, Rem judicatam reſcindere, infirmare, irritam facere, apud *Cic.* & alios. ¶ Judicatus pecuniæ, *condannato per debiti*. *Liv. l. 6. c. 14.* Centurionem judicatum pecuniæ cum duci vidiſſet.

Judicatus, us, m. *giudizio*, judicatio, facultas judicandi, officium Judicis. *Cic. Att. l. 12.* Maxime quid de judicatu meo reſponſum ſit. *Id. 1. Phil.* Iſti Ordini judicatus lege Julia, etiam ante Pompeja, Aurelia non patebat?

Judicialis, & le, o. 3. *ū*, *ch'a giudizio ſ'appartiene*, δικαστικός, quod ad judicium pertinet. *Cic. pro Cluent.* Statuit ſibi ad eaſdem prædas, ſuppreſſioneſque judiciales revertendum. *Id. 6. Ver.* Quem legibus, ac judiciali jure perſequor? ¶ Genus judiciale eſt illud, in quo accuſatur, & defenditur, vel petitur, & negatur. *Cic. 1. Inv.* Judiciale eſt, quod poſitum in judicio habet in ſe accuſationem, & defenſionem, aut petitionem, & recuſationem. *Id. 2. de Inv.* Ut in cauſis judicialibus alia eſt conjectura accuſatoris, alia defenſoris, & tamen utriuſque credibilis.

Judiciarius, a, um, *che appartiene a giudice*, *o a giudizio*, δικαστικός, quod ad Judicem, ſive ad judicium pertinet. *Cic. 3. Ver.* Ut finis aliquando judiciariæ controverſiæ conſtitueretur. *Id. in Piſon.* Ecquid vides, ecquid ſentis, lege judiciaria lata, quos poſthac Judices ſimus habituri?

Judiciolum, li, n. 2. diminut. parvum judicium. *Ammian. l. 27. c. 4. (al. 21.)* Juſte, an ſecus, non judicioli eſt noſtri.

Judicium, ii, n. 2. *giudizio*, מִשְׁפָּט, Ger. *gericht*, Gall. *jugement*, Hiſp. *juicio*, κρίσις, eſt legitima diſceptatio duorum, aut plurium coram Judice, a *judico*. *Jul. Scalig. l. 3. de cauſis L. L. c. 1.* cenſet eſſe a *jus*, & δίκη, *dica*. *Cic. pro Cæc.* Omnia judicia aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. ¶ Apud JCtos variis modis dicitur judicium, ſed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione cauſæ diſcutiendæ in jure fit coram Judice. Et eſt actus legitimus trium perſonarum, ſcil. Judicis, actoris, & rei. *Quint. l. 7. c. 5.* Judicium redditur, an reus cauſa ſit mortis. ¶ Accipitur etiam judicium pro cauſæ actione. *Cic. 9. Fam. ep. 21.* Quid enim ſimile habet epiſtola aut judicio, aut concioni? quin ipſa judicia non ſolemus omnia tractare uno modo. ¶ Item pro loco, in quo judicium exercetur. *Quintil. l. 4. c. 2.* Cn. Pompejus, qui propter aliquam gratiam judicium militibus armatis clauſerat. ¶ In judicium vocare, arceſſere, adducere, judicium committere, facere, reddere, exercere, pronuntiare, judicio ſiſtere, condemnare, judicium ſollicitare, corrumpere, &c. ſæpiſſime leguntur apud *Cic.* & alios. ¶ Judicium dare in aliquem, eſt idem ac dare actionem, h. e. actori permittere, ut jus ſuum judicio, ſeu actione perſequatur. *Cic. Ver. 3. c. 52.* Mihi ne adimat, in me judicium ne det. *Id. 4. Ver.* edixit, ſe ſe judicium injuriarum non daturum. Adde *Ulp. l. 1. ff. de his, qui dejec. vel effuд.* ¶ Perfundere judicio aliquem, V. Perfundo. ¶ *Judicium accipere*, & *judicium pati*, eſt judicium ſubire. Utraque phraſis eſt *Cicer. pro Quint. c. 20.* ¶ Translate accipitur pro exiſtimatione, ſeu opinione, ſententia, mente. *Ter. Phor. 3. 8. 59.* Ejus judicio permitto omnia, quod is jubebit, faciam. *Cic. Fam. 11. ep. 29.* Ut primum per ætatem judicium facere potueris, quanti quiſque tibi faciendus eſſet. *Id. Fam. 1. ep. 7.* Judicium facere alicujus rei ex eventu. *Id. l. 1. de Orat.* Quo etiam gravius judicium in dicendo ſubimus. *Id. de clar. Orat. c. 8.* Aluit intra parietes eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, eſt poſtea conſecutus. *Nepos 25. c. 15.* Non inertia, ſed judicio fugit Reip. procurationem. *Caeſ. l. 1. B. C. 35.* Renunciant, intelligere ſe, diviſum eſſe populum Rom. in duas partes, neque ſui judicii, neque ſuarum eſſe virium diſcernere, utra pars juſtiorem cauſam habeat. *Cic. Att. l. 14.* Si bonitas tua reſponderit judicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo.

Judico, as, avi, atum, a. 1. *giudicare*, שָׁפַט, Ger. *richten*, Gal. *juger*, Hiſp. *juzgar*, κρίνω, jus dico, judicium exerceo, ſtatuo, decerno, ſententiam fero, a *jure dicendo*. *Var. l. 5. de L. L. Iſid. l. 18. c. 15.* Sed tamen proprie loquendo aliud eſt *judicare*, aliud *jus dicere*. Nam Judex pedaneus proprie *jus* non *dicit*, quanquam cognoſcendi habet, judicandique facultatem, at Prætor, aliuſve Magiſtratus *jus dicere*, non *judicare* dicendus eſt, quando judici a ſe dato jus quaſi conſtituit, & formulam præcis, atque æquitatis præſcribit, a qua in cognoſcendo, judicandoque recedere non poſſit. Hoc diſcrimen valide firmat, quod interdum ut diverſa conjunguntur, quomodo titulus eſt *lib. Cod. Juſt. 3. tit. 5.* Ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus ſibi dicat. Argumento quoque eſt, quod, cum poſſit quis in ſua cauſa judicare, jus tamen dicere non poſſit. *L. 70. ff. de judiciis.* In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem judicem habere poteſt. *l. 10. ff. de juriſd.* Qui juriſdictioni præeſt, neque ſibi jus dicere debet, neque uxori, vel liberis ſuis, neque libertis, vel cæteris, quos ſecum habet. ¶ Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Roſc. Amer.* Si recte, & ordine judicaris. ¶ Vel cum accuſ. rei. *Cic. pro Flac.* Itaque Recuperatores contra iſtum rem minime dubiam prima actione judicarunt. ¶ Interdum eſt condemnare. *Liv. l. 26. c. 3.* Judicare aliquem capitis, vel pecuniæ, *condannarlo nella vita*, *o nella roba*. Adde *l. 6. c. 14. Vel. l. 20. c. 1.* Quantæque pecuniæ judicati eſſent. Hinc judicare de ſe ipſo, hoc eſt, ſibi mortem conſciſcere, apud *Tertul. Apol. c. 4.* ¶ Interdum alicujus cauſam audire, & pro illo ſententiam ferre, & tunc conſtruitur cum dativo. Hinc Judicare quempiam creditori, eſt debitorem ei addicere, ita, ut abduci poſſit, & vinciri. *Plaut. Men.* Num ego ad Menæchmum ʼnunc eo, cui jamdiu ſum judicatus, ultro eo, ut me vinciat. ¶ Eſt etiam æſtimare. *Cic. 2. Off.* Non enim numero hæc judicantur, ſed pondere. ¶ Item exiſtimare, putare, *far giudizio*, cum accuſ.

accuſ. rei. *Cic. 2. de Div.* Oculorum fallaciſſimo ſenſu judicent ea, quæ ratione, atque animo videre debebant. *Id. 3. Fam.* Quod egomet multis jam argumentis judicaram. ¶ Vel cum ablat. ſive rei, ſive perſonæ cum *præp. de*. *Cic. pro Marc.* Qui multis poſt ſæculis de te judicabunt, & quidem haud ſcio, an incorruptius, quam nos. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Cic. 1. de Or.* Itaque in his artibus quam diligenter, & quam prope faſtidioſe judicamus. ¶ Vel cum Infinitivo. *Cic. 3. Fam.* Ut ita eſſe vere poſſis judicare. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. de Amic.* Tamen judicare ſolet, quid interſit inter popularem, idest, aſſentatorem, & levem civem, & inter conſtantem, ſeverum, gravem. ¶ Item in numero habere, vel in loco ponere. *Cic. 12. Fam.* Sententiis omnibus hoſtis a Senatu judicatus eſt. *Nepos in Annib. c. 7.* Bona ejus publicarunt, ipſum exulem judicarunt.

Juerne, es, f. *Iernia*, *Stephano*, Ierne *Straboni*, Juverna *Melæ*, *Cæſari* vero Hibernia eſt. *Juven. Sat. 2. v. 150.* arma quid ultra Litora Juvernæ promovimus? *Claud. de IV. Conſul. Honor. v. 33.* Scotorum cumulos flevit glacialis Jerne.

Jugabilis, le, adject. qui eſt jugo habilis, qui conjungi poteſt. *Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 2.* Per jugabilem competentiam fœderari.

Jugales, m. 3. ſubſt. *cavalli legati al giogo*, ζύγιοι ἵπποι, equi, qui in quadrigis, ubi fronte æquata equi quatuor ibant, intra jugum erant juncti, ſeu in medio ibant, ac utrinque habebant funalem, unum dextrum, alterum ſiniſtrum. Ibant enim hoc ordine, *dexter funalis*, *dexter jugalis*, *ſiniſter jugalis*, *ſiniſter funalis*. Dicti ſunt, quod interjecto temone jungarentur. Antiquis temporibus in quadrigis non duo jugales erant, ſed quatuor. Neque enim tum unus erat temo, ſed geminus, dexter, & ſiniſter, ac dextro duo, totidem ſiniſtro temoni equi nectebantur. Primus Cliſthenes Sicyonius tantum medios jugavit, eiſque ſingulos ex utraque parte ſimplici vinculo applicuit, quos Græci σειραφόρους, Latini funales vocant. *Iſid.* & *Voſſ.* Hodie in quadrigis duo funales periere, ſequi duo jugales ſolent. *Virg. 7. Æn.* Abſenti Æneæ currum, geminoſque jugales.

Jugalis, le, adject. ad jugum pertinens, ut jugalia jumenta, quæ ſc. jugum trahunt. *Cur. l. 9. c. 10.* ¶ Tranſlate *Virg. Æn. 4. v. 16.* Cui vincla jugalia curæ. h. e. matrimonii. Sic jugalis lectus, pro conjugalis. *Id. ib. v. 496.* ¶ Jugale os dicitur a *Celſo l. 8. c. 1.* quod eſt inter os temporum, & ſuperiorem maxillam, & a Græcis dicitur ζυγῶδες.

Jugalitas, atis, f. conjunctio. *Fulgent. l. 1. Mythol.* Una eademque fervoris, humoriſque jugalitate gigni.

Jugamento, vel Jugumento, as, avi, atum, a. 1. in modum jugi tranſverſis religare, aut conjungere, apud *Vitruv. l. 2. c. 1. & lib. 7. c. 1.* V. ibi *Baldum*.

Jugamentum, vel Jugumentum, i, n. opus, ſeu ſtructura jugo ſimilis. *Cato R. R. c. 17.* Lumina, poſtes, jugamenta, aſſeres. Et *mox:* Jugamenta, & antepagmenta, quæ opus erunt, indito.

Jugarius, ii, m. *bifolco*, βοωτης, auriga boum, bubulcus, qui juga ducit, & regit. *Col. l. 1. c. 6.* Lata bubilia eſſe oportebit ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum.

Jugarius vicus, fuit vicus Romæ, dictus, quia ibi Junonis Jugæ ara erat, quam putabant matrimonia conjungere *Feſt.*

Jugatinus, i, Deus conjugii præſes apud vet. Ethnicos. *Auguſtin. l. 6. de civ. Dei, c. 9.*

Jugatio, onis, f. in modum jugi alligatio. *Var. R. R. l. 1. c. 8. de vitibus.* Jugationis ſpecies duæ, una directa, altera compluviata in longitudinem, & latitudinem jugata. ¶ Item jugum, ſeu par boum, *un pajo di buoi*. Hinc ſumitur pro menſura agrorum, & poſſeſſionum: a jugis boum, quibus exercentur. *Impp. Honor. & Theodoſ. lib. 10. Cod. tit. 48. leg. 1.* Univerſi pro portione ſuæ poſſeſſionis jugationiſque ad hæc munia coarctentur. Adde *lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 28. leg. 4.*

Jugator, m. qui juga jungit. *Arnob. l. 5.* Boum jugator Triptolemus.

Jugatorius, a, um, *di giogo*, ὑποζύγιος, quod ſpectat ad jugum, ut Jugatorius bos, qui jugo ſubditur. *Var. l. 1. de R. R. c. 5.* Boni enim generis in Italia, plerique Gallici ad opus, contra jugatorii Liguſtici.

Jugatus, a, um, *congiunto*, *legato*, ἐπεζευγμένος, conjunctus, elligatus, part. a *jugor*. *Cic. 2. Tuſc.* Omnes enim inter ſe nexæ, & jugatæ ſunt. ¶ Jugatæ vites dicuntur, quæ pedamentis, quibus ſtant, tranſverſæ alligantur. *Var. l. 1. R. R. c. 8.* V. ſupra in Jugatio. V. *Colum. de Arborib. c. 4.* Vinearum genere tria, jugata humi projecta, &c.

Jugeralis, le, adject. ad jugerum pertinens, ut jugeralis tabula, apud *Pallad. 3. 9.*

Jugeratim, adv. *a campo per campo*, Germ. *auff die acker*, Gall. *par arpents*, Hiſp. *por yugadas*, κατὰ πλέθρα, per ſingula jugera. *Col. l. 3. c. 3.* Ut primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.

Jugeratio, onis, f. 3. diviſio, & aſſignatio agrorum per jugera. *Front. de colon.*

Jugere, dicitur milvus, cum vocem emittit. *Feſtus*. Sic Gloſſæ: jugit, ἰκτὶν βοᾷ. h. e. milvus clamat. ¶ Tribuitur & aliis. *Apulej. l. 3. Metam.* Jubet tibias jugere, ſonatur. Alii aliter leg.

Jugerum, ri, n. *campo*, ..., Germ. *ein jauchart*, Gall. *arpent*, Hiſp. *yugada de tierra*, πλέθρον, menſura ex ducentis, & quadraginta pedibus in longitudinem, centum, & viginti in latitudinem. Nam fit ex duobus actibus quadratis, ſeu ex actu quadrato duplicato in longitudinem, actus autem quadratus centum, & viginti pedes ex omni parte continet. Ita deſcribunt *Plin. l. 17. c. 3. Var. l. 4. de L. L. Col. l. 5. c. 1. Quintil. l. 1. c. 10.* ¶ Dictum eſt, quod uno jugo boum in die exarari poteſt. *Plin. ibid.* ¶ In num. ſing. frequentius eſt 2. decl. in plurali ſæpius per 3. inflectitur, ab antiquo nominativo *juger*, vel potius *jugus*, *eris*. Reperitur tamen in ſingulari abl. *jugere*, & in plur. legitur *jugeris* pro *jugeribus*. *Var. l. 1. de R. R. c. 10.* In Hiſpania ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano, ac Latino jugeris. *Tibul. l. 2. eleg. 3.* Ut multo innumeram jugere paſcat ovem. *Cic. Att. l. 12. ep. 32.* Is partes fecit in ripa, neſcio quotenorum jugerum. *Id. Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Jugera quinquaginta prati facile irrigabis. *Ov. 4. Met. v. 456.* novemque jugeribus diſtentus erat. *Plaut. Men. 5. 5. 15.* Non poteſt hæc res ellebori jugere obtinerier. h. e. tanta ellebori copia, quanta ex agri jugere meti poteſt.

Juges, c. 3. ὁμόζυγοι, ejuſdem jugi pares. *Feſt.*

Jugis, ge, o. 3. *continuo*, διηνεκής, aſſiduus, continuus, quaſi ſemper jugo affixus. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Qui cum vidiſſet hauſtam aquam de jugi puteo, terræmotus dixit inſtare. ¶ Juge auſpicium eſt, cum junctum jumentum ſtercus facit. *Cic. 2. de Div. c. 36.* Huic ſimile eſt, quod nos Augures præcipimus, ne juge auſpicium obveniat, ut jumenta jubeant disjungere.

Jugitas, atis, f. perpetuitas, diuturnitas. *Marcel. Empir. c. 8.* Lacrymarum jugitatem ſedare. *Conſtantin. lib. 7. Cod. de repud.* Poſt tam magni temporis jugitatem.

Jugiter, adv. *continuamente*, διηνεκῶς, aſſidue, continue. *Plaut. Mil. 3. 1. 62.* Venerem, amorem, amœnitatemque accubans exerceo, & quidem ædepol omnes mores ad venuſtatem jugiter. Alii aliter legunt. *Apul. de Mundo.* Machina jugiter per circuitum ſuis legibus terminata.

Juglans, andis, f. 3. *noce*, אגוז, Ger. *ein welſcher*, *nuſsbaum*, Gal. *noix*, Hiſp. *nuez*, κάρυον βασιλικὸν, nux baſilica, ſeu regia, quæ per Antonomaſiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet, quaſi Jovis glans, ſeu Jovis glans, *Varro l. 4. de L. L. Cajus JCtus. Serv. ad 8. Ecl. Gavius Baſſus apud Macrob. l. 3. Sat. c. 18. Plin. in libris hiſtor.* ſæpiſſime *nucem juglandem* conjungit. At abſolute *Cic. 3. Tuſc. c. 20.* Ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi, & capillum aduteret. ¶ Eſt & aliud nucis juglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata frangetur. *Plin. l. 15. c. 22.* ¶ Hoc nomen de ipſa arbore, & de fructu dicitur, ut videre eſt apud *Plin. ibid.*

Jugo, as, avi, atum, a. 1. *congiungere*, צמד, Germ. *zuſammen jochen*, Gal. *accoupler*, Hiſp. *ayuntar*, ζεύγνυμι, conjungo, a *jugum*, quaſi ad unum jugum alligo, vel a ζυγῷ, *jugo*. *Col. lib. 12. c. 39.* Inter quaternos pedes figere, & perticis jugare. ¶ Jugari etiam dicuntur, quæ in jugum conſtituuntur. *Col. l. 4. c. 26.* Sequitur jam adminiculandæ, jugandæque vineæ cura. ¶ Tranſlate dicitur de aliis quibuſcunque rebus, quæ ſimul uniuntur. *Cic. Tuſc. 3. c. 8.* Hoc quidem eſt commune virtutum. Omnes enim inter ſe nexæ, & jugatæ ſunt. *Horat. in carm. ſæcul.* Decreta ſuper jugandis fœminis. h. e. matrimonio copulandis. *Catull. carm. 63. de nupt. Pelei, & Thet. v. 21.* Tum Thetidi pater ipſe jugandum Pelea ſenſit.

Jugo, is, n. 3. V. Jugere.

Jugoſus, a, um, acclivis, qui in jugum acuitur, vel jugis abundat. *Ovid. 1. Amor. eleg. 1. v. 9.* Quis probet, in ſilvis Cererem regnare jugoſis?

Jugula, æ, f. ὠρίων, ſignum cœleſte, quod & Orion vocatur, ita dictum a ſpatio, quod eſt inter jugulum, & collum. *Varro l. 7. de L. L.* Jugula ſignum eſt, quod Accius appellat Orione, cum ait, Citius Orion patefit. Hujus ſigni caput dicitur ex ſtellis quatuor, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod videtur, jugulum, unde Jugula dicta. Sed *Caſſius Baſſus* vult, Orioni hoc nomen eſſe a gladio, quo ſidus hoc illuſtre eſt, quia gladius jugulum petit. *Feſtus* nominis rationem banc affert, quod hoc ſignum ſit amplius cæteris, quaſi nux juglandis. *Plaut. Amph. a. 1. ſc. 1. v. 119.* Nec Jugulæ, neque Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt. *Manil. l. 5. v. 175.* Nunc Cancro vicina canam, cui parte ſiniſtra conſurgunt Jugulæ. Sed *Manilio* Jugulæ dicuntur, quos alii Aſellos in ſigno Cancri interpretantur.

Jugulatio, onis, f. *ſcannamento*, *uccisione*, ἀνδροφονία, actus jugulandi. *Hirt. de B. Hiſp. c. 16.* Jugulatione oppidanorum facta.

Jugulo, as, avi, atum, a. 1. *ſcannare*, שחט, Ger. *den hals abſtechen*, Gal. *égorger*, Hiſp. *degollar*, σφάττω, jugulum præcido, incido, & generatim interficio. *Cic. 5. Tuſc.* Ne ſtridorem quidem ſerræ tum audiunt, cum acuitur, aut grunnitum, cum jugulatur ſus. *Id. 3. Phil.* In hoſpitis tectis Brundulii fortiſſimos viros, cives optimos jugulari juſſit. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Celſ. l. 2. c. 15.* Quartana neminem jugulat. *Cic. 4. Verr.* Poſteaquam tam multis eum factis, decretiſque jugulaſſet. *Idem 13. Phil.* Ut facilius reviviſcat Pompejanorum cauſa toties jugulata. ¶ Jugulare hominem ſuis verbis, ſua confeſſione, &c. eſt convincere. *Ter. Eun. 3. 1. 27.* Pulchre mehercle dictum, & ſapienter, papæ, jugularas hominem. Quid illa? *Cic. 7. Verr.* Jugulari ſua confeſſione. ¶ Jugulari ſuo gladio, ſuoque telo dicitur, qui ſuis verbis, ſuo invento, dolum capitur. *Ter. Adelph. 5. 8. ad fin.* ¶ Jugulare gladio plumbeo, eſt futili, levique argumento, & nullo negotio aliquem convincere. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Cum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. ¶ Jugulare falernum, apud *Martial. l. 1. epig. 19.* eſt depravare, corrumpere, nimia aqua, vel deteriore vino immixto.

Jugulus, li, m. vel jugulum, i, n. *gola*, *ſtrozza*, Ger. *gurgel*, Gal. *gorge*, *goſier*, Hiſp. *garganta*, λαιμὸς, σφαγή, anterior colli pars, ſcilicet duo oſſa concava, quorum unum jugulum dexterum, alterum ſiniſtrum dicitur, (ut colligitur ex *Celſo l. 8.*) unde vox & halitus per aſperam arteriam procedit. Accipitur tamen fere pro tota gula. *Cic. in Catil. 3. c. 1.* Mucrones eorum a jugulis veſtris rejecimus. *Id. de Fato, c. 5.* Quod jugula concava non haberet. *Juvenal. ſat. 4. v. 110.* tenui jugulos aperire ſuſurro. ¶ Dare jugulum, eſt ſeſe alicui offerre ad mortem. *Cic. pro Mil. c. 11.* Certa optabilius Miloni fuiſſet dare jugulum P. Clodio non ſemel ab illo, neque tum primum petitum. ¶ Oſtentare jugulum pro capite alicujus, eſt ſe objicere periculo capitis pro vita alterius. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Ut aperte jugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. ¶ In agendis cauſis jugulum petere tunc dicitur Orator, quando quod eſt potiſſimum, id invadit, ac premit validiſſime adverſarium, videturque illum jugulare argumentis. *Quint. l. 8. c. 6.* Nam ille agendis cauſis jam detrita, Pedem conferre, & Jugulum petere, & Sanguinem mittere inde ſunt, nec offendit tamen.

Jugum, gi, n. 2. *giogo*, עול, Ger. *buegel*, *laſt*, Gal. *ſommer*, *joug*, Hiſp. *cumbre*, *yugo*, ζυγὸς, ζεῦγος, ligneum inſtrumentum, quo junguntur boves, & invicem arctantur, a ζυγῷ. *Plin. lib. 8. c. 16. de leonibus.* Jugo ſubdidit eos, primuſque Romæ ad currum junxit M. Antonius. ¶ Accipitur & pro pari boum, imo pro pari cujuſcunque generis rerum. *Cic. 5. Ver.* Quid? qui in ſingulis jugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. Sed aliqui ſingula jugera interpretantur. *Plin. l. 10. c. 4.* Jugum aquilarum. *Id. l. 18. c. 26.* In ſingula juga, *a ogni pajo*. Adde *Hor. l. 2. od. 5.* ¶ Jugum etiam in Hiſpania ulteriore eſt menſuræ genus, quod reſpondet jugero Latinorum. *Var. l. 1. de R. R. c. 10.* ¶ Jugum item dicitur vertex, ſive cacumen montis, *ſommità di monte*, κορυφὴ, λόφος, quia ibi mons jungitur, & in acutum aſtringitur. *Caſ. 4. B. G.* Tandem Germani ab dextro latere ſummum jugum nacti hoſtes loco depellunt. *Virg. 5. Ecl.* Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit. ¶ Item ſcapus trutinæ, ideſt, ferrum, vel lignum tranſverſum in libra, de quo lances utrinque pendent. Hinc pro ſidere Libræ ponitur. *Cic. 2. Div. c. 47.* ¶ Item pro ligno, quo textores telam convolvunt. *ſubbio*. *Ovid. 6. Met. v. 55.* Tela jugo juncta eſt, ſtamen ſecernit arundo. ¶ Eſt item inſtrumentum in militia ex haſtis duabus humi fixis, unaque tranſverſa ſuper eas deligata, ſub quo hoſtes, vel milites inermes ignominiæ cauſa mittebantur. *Cic. 3. Off.* Quia male pugnatum apud Caudium eſſet, legionibus noſtris ſub jugum miſſis. V. *Liv. l. 3. c. 28. & l. 9. c. 5.* ¶ Item in vitibus jugum dicitur, cum pedamentis, quibus vitis ſtat, tranſverſa alligatur. Nam more jugi militaris duæ perticæ humi figuntur, & ex una in alteram vitis transfertur, vel pluribus perticis fixis, aliæ ſuper alias tranſverſæ alligantur, & ſuper illas vites extenduntur. Quod ſi haſtilibus in terra defixis ſingulæ tranſverſæ perticæ in unam tantum partem ordinis annectuntur, hoc jugum dicitur *canterium*, & vites *anijuga* vocantur. *Plin. l. 16. c. 37.* Salices quædam in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas. *Id. l. 7. c. 21.* Simplici jugo conſtat porrecto ordine, canterium appellant. ¶ Item dicitur de tranſtris, ſeu tabulis navium, in quibus remiges ſedent. *Virg. 6. Æn. v. 411.* Inde alias animas, quæ per juga longa ſedebant. ¶ Item de ordine in militia, qui a latere ad latus dirigitur; nam qui a fronte in tergum, verſus appellatur. V. Verſus. ¶ Tranſlate jugum accipitur pro ſervitute, onere, vel tyrannide. *Cic. Phil. 1. c. 2.* Cujus a cervicibus jugum ſervile deje-

jeccerant. *Plin. Paneg.* c. 11. Ergo ſuſtulerant animos, & jugum excuſſerant. *Ovid. l.* 1. *de remed. Amor. v.* 90. Et tua læſuro ſubtrahe colla jugo.

Jugumentum. V. jugamentum.

Jugurthinus, a, um, adject. ad Jugurtham pertinens, qui Numidarum rex fuit, & cum populo R. bellum geſſit, quod a *Salluſtio* deſcribitur: ut Jugurthina conjuratio. *Cic. in Brut. cap.* 33. Jugurthinum bellum, *Hor. Epod.* 9.

Julæus, a, um, adject. idem ac Julius, a, um. *Propert. l.* 4. *el.* 6. *v.* 17. Actia Julææ pelagus monumenta carinæ. ¶ Scribitur & Juleus ſine diphthongo. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 797. Tempus Juleis cras eſt natale Calendis. ¶ Julæus, item adject. eſt a *Julo*, quo genus quoddam cantilenæ ſignificat. V. *Julus*.

Julēus, V. Julæus.

Julia gens, f. 1. ἰουλίου φῦλον, una ex gentibus Romanis. Dicta eſt ab *Julus*, quæ vox apud Græcos notat lanuginem efflorescentem a genis puberum. Sed ipſa ad commendationem ſui videri voluit id nomen accepiſſe ab *Julo Æneæ*, vel juxta alios Aſcanii filio. *Feſtus*, & *Virg.* 1. *Æneid.*

Julianus, a, um, quod ad C. Julium Cæſarem ſpectat, ut Juliani Faſti, a Julio Cæſare confecti, vectigalia Juliana, a Julio impoſita, & exacta, Juliani milites, veterani, quorum opera Julius Cæſar uſus fuerat. *Suet. in Cæſ. cap.* 75. Juliani limites, qui a D. Julio Cæſare in Dictatura conſtituti fuerant.

Julienſes, Italiæ populi ſub Alpibus. *Plin. l.* 3. *c.* 1. & 3.

Julis, idis, f. genus piſcis. *Plin. l.* 32. *c.* 9.

Julius Cæſar, V. Cæſar.

Julius, ii, m. *Luglio*, nomen menſis a Julio Cæſare ſic dicti. V. Quinctilis, & *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 12. *Mart. l.* 10. *epigr.* 62. Tuſtamque fervens Julius coquit meſſem. *Col. lib.* 11. *c.* 2. Sexto Calendas Julii ſolſtitium. ¶ Adjective *id. ibid.* Calendis Juliis Favonius, vel auſter, & celus.

Julus, i, m. natu major filiorum Aſcanii, nepos Æneæ. Cum Regnum paternum hæreditario jure peteret, & controverſiam haberet cum Sylvio, qui erat filius Æneæ, & Laviniæ, Populus ſuis ſuffragiis eam litem diremit, cum aliis rationibus ad hoc adductus, tum vero præcipue hoc, quod Sylvius ex matre procreatus eſſet, ad quam hæreditario jure Regnum pertinebat. & Regnum Sylvio contulit, at Julo pro Regno ſacram quandam poteſtatem, & honorem attribuit, qui Regia dignitate præſtantior eſt. Hinc Gens Julia originem habuit, quæ ſemper uſque ad extrema Reipublicæ tempora Sacerdotio functa eſt. *Dionyſ. l.* 1. *Rom. Ant.* Sed aliqui dicunt, Julum cognomen fuiſſe Aſcanii filii Æneæ, ita dictum, quod adhuc adoleſcens, cum primam cœpiſſet emittere lanuginem, Mezentium ſingulari certamine ſuperaverit. *Virg.* & *Serv.* 1. *Æn.* Aliqui Sylvium cum Julo confundunt, & dicunt, Sylvium fuiſſe filium Aſcanii, caſu quodam in ſylvis natum. *Liv. lib.* 1. ¶ Apud *Julium Pollucem l.* 1. Julus dicitur genus quoddam cantilenæ, quæ in honorem Cereris canebatur. Hinc *Auct. carm. de Phœnice*, *v.* 74. inter opera *Lactantii*. Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus, Et mira lucem voce ciere novam: Quam nec Julææ voces, nec tibia poſſit Muſica Cyrrheis aſſimilare modis.

Jūlus, i, m. ἴουλος, eſt avellanæ nucis globulus plurimis veluti ſquamulis compactus, qui tandem in florem dehiſcit. *Plin. l.* 16. *c.* 29. Ferunt & avellanæ julos compactili callo, ad nihil utiles.

Jumentarius, ii, m. qui jumenta curet, ὑποζυγιῶν. *Inſcript. apud Fabret. p.* 707. Locum ſepulturæ donavit collegio Jumentariorum. *Leg. Dolia*, *ff. de inſtr. vel inſtrum.* Molas jumentarias inſtrumenti eſſe.

Jumentarius, a, um, adject. ad jumenta pertinens. *Apul. l.* 9. *Mileſ.* Jam de meo jumentario contubernio quid memorem?

Jumentum, ti, n. *giumento*, בהמה, Ger. *ein thier*, Gal. *jument*, Hiſp. *jumento*, ὑποζύγιον, animal majus ex eorum genere, quæ ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt, ut equi, muli, aſini, cameli, boves, a *juvando*, quod noſtrum laborem, vel onera ſubvectando, vel arando juvent. Alii a *jugamentum* deducunt, a quo videtur fieri per ſyncop. jumentum. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 47. Cum illam curru vehi jus eſſet, morarenturque jumenta. *Col. l.* 6. *c.* 19. Qua clauſa jumenta, boveſque curantur. *h. e.* equi. *Cato R. R. c.* 5. Pecus, & jumenta. ¶ Sumitur etiam pro vehiculo. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Jumentum non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur, veteres noſtri jumentum a jungendo dixerunt. ¶ Malam rem jumento ſuo arceſſere. *h. e.* ſui mali auctorem ſibi & fabrum eſſe, prov. apud *Plaut. Amph.* 1. 1. 171.

Junctum, ti, *giuncheto*, Ger. *ein binſzig ort*, Gal. *joncage*, Hiſp. *juncal*, σχοινών, locus junceis conſitus. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 8. Primum genus, quod dixi, maxime quærit ſalicta, ſecundum arundineta, tertium junceta.

Junceus, a, um, *di giunco*, מן גמא, Germ. *auß binzen*, Gal. *de jonc*, Hiſp. *de junco*, σχοίνινος, quod eſt ex junco. *Plin. l.* 21. *c.* 14. Juncea cratis. *Col. l.* 11. *c.* 6. Juncea ſporta. ¶ Tranſlata ponitur pro tenui, gracili, tenero. *Ter. Eun.* 2. 3. 24. Deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.

Juncidus. V. Ejuncidus.

Juncinus, a, um, idem ac junceus. *Plin. l.* 15. *c.* 7. Sic & rhodinum a roſis, juncinum a junco.

Juncōſus, a, um, *pieno di giunchi*, σχοινώδης, juncis plenus. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Juncoſus ager verti pala debet.

Junctim, adv. *aggiuntamente*, יחדיו, Ger. *beyſammen*, Gall. *enſemble*, Hiſp. *juntamente*, ζυγάδην, ſine intervallo. *Suet. Tiber. c.* 9. Magiſtratus & maturius inchoavit, & pene junctim percurrit.

Junctio, onis, f. *congiunzione*, חברה, Ger. *eine fuge*, Gal. *conjonction*, Hiſp. *ayuntamiento*, ζεῦξις, conjunctio. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 29. Quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Junctūra, æ, f. *giuntura*, *congiuntura*, σύζευξις, conjunctio. *Col. l.* 2. *c.* 2. Hoc enim genus juncturæ maxime probatum eſt. ¶ Tranſlate ſumitur pro continuatione, vel compoſitione. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. In omni compoſitione tria ſunt neceſſaria, ordo, junctura, numerus.

Junctus, us, m. junctio. *Varr. l.* 4. *L. L.* Locus a carinarum junctu dictus Carinæ.

Junctus, a, um, nom. ex particip. *giunto*, *maritato*, ἐζευγμένος. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 7. fœdere aliquo juncti. *Liv. l.* 30. *c.* 14. Juncta matrimonio puella. *Id. l.* 42. *c.* 23. Juncta vehicula. *h. e.* quæ habeant jumenta juncta. *Cic. de Fato*, *c.* 16. Cauſa propior, & cum exitu junctior. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 52. Principum proſpera & alii fruuntur, adverſa ad junctiſſimos pertinent. *Cic. in Partit. c.* 15. Verba juncta. *h. e.* apte compoſita.

Junculus, i, m. diminut. dulciariæ placentæ genus, ad ſimilitudinem junci effictum. *Apul. l.* 10. *A. A.* Hic panes, cruſtula, junculos, hamos, &c. ita legit, & explicat *Beroaldus*.

Juncus, ci, m. *giunco*, גומא, Germ. *ein binzen*, Gal. *jonc*, Hiſp. *junco*, σχοῖνος, ſpecies fruticis, a *jungo*, quia juncis aliquid jungi, hoc eſt vinciri, ligarique ſolet. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 3. Et fiſcella levis detexta eſt vimine junci. ¶ Juncorum multæ ſpecies ſunt. *Plin. l.* 21. *c.* 18. ¶ Juncus odoratus, σχοῖνος ἀρωματικός, medicæ herbæ genus, ſcapo exili, rubente, flore copioſo, vinoſo, ſapore linguam mordicente, a roſæ odore, quem ſpirat. Præſtantiſſimus naſcitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. *Dioſcor. l.* 1. *c.* 18. *Plin. l.* 21. *c.* 22.

Jungo, is, unxi, unctum, a. 3. *giungere*, *congiungere*, חבר, Ger. *fuegen*, Gal. *joindre*, Hiſp. *ayuntar*, ζεύγνυμι, connecto, compono, copulo, a *juga*, a inſerto. Uſurpatur vel cum accuſ. *Ovid.* 2. *Metam.* Jungere equos Titan velocibus imperat Horis. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Duobus eſſedis, & eſſeda equis juncta. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Leones ad currum jungere. ¶ Vel cum accuſ. & dat. *Cic. de Inv. l.* 1. *c.* 11. Indignatio juncta eſt conqueſtioni. ¶ Vel cum accuſat. & præpoſ. *ad*. *Cic. pro Roſc. Am.* Junxit ſe ad illum. *Id. de Fin. l.* 5. *c.* 14. Sic ad illa, quæ ſemper habuit, junget ea, quæ poſtea acceſſerint. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *inter*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Tu eos inter ſe primo domicilius, deinde conjugiis, tum literarum, & vocum communione junxiſti. *Id. de Amic.* Ut omnis charitas inter duos jungatur. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *cum*. *Cic. pro Dejot.* Cum hominibus noſtris conſuetudines, amicitiaſque jungebat. *Id. de Div. l.* 2. *c.* 69. Hæc vero qua cum ſomniis naturali conjunctione junguntur? ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *ex*. *Cic. de Inv. l.* 2. *c.* 52. Id junctum eſt ex multis partibus. ¶ Jungere fœdera, *far confederazione*. *Liv. l.* 9. *c.* 30. Neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungerentur fœdera, cautum eſt. ¶ Jungi alicui fœdere, *eſſere confederato*. *Id. l.* 26. *c.* 24. ¶ Flumina jungi dicuntur, quibus pontes imponuntur. *Curt. l.* 3. *c.* 7. Ad Euphratem contendit, junctoque eo pontibus, &c. *Id. l.* 5. *c.* 5. Pons lapideus flumini impoſitus jungit urbem.

Junia, nomen muliebre apud Romanos, ut Junia Calvina, Silana, Torquata, &c.

Juniānus, a, um, adject. ad Junium (nomen viri) pertinens, ut Junianum judicium, in quo ſcil. C. Junius quæſitor fuerat, apud *Cic. pro Cluent. c.* 1.

Junices. V. Junix.

Juniculus, m. 2. palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum uſque pedamentum porrectus, quem alio nomine draconem vocant, ad maſculeta conficienda idoneum. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii juniculos vocant, ut faciant, quæ maſculeta appellant.

Junior. V. Juvenis.

Junipĕrus, ri, f. *ginepro*, ברוש, Ger. *wachholderbaum*, Gal. *genevre*, Hiſp. *enebro*, ἄρκευθος, arbuſcula, quæ in locis arenoſis frequens naſcitur, pro foliis ſpinas habens perpetuo virentes, unde & topiarii operi idonea eſt, a *junior*, & *pario*, quod juniores, & novellos fructus pariet antiquis maturescentibus. Parit enim uſque ad tertium annum arbori ſuæ inhærentes fructus. Materiam habet cariei non obnoxiam. Aliqui ſcribunt, ex Junipero ſandaracam naſci, ſeu vernicem, qua utuntur ſcriptores pennarum ad papyrum exaſperandum. V. *Plin. l.* 16. *c.* 23. & *l.* 24. *c.* 8.

Junius, ii, m. a. *Giugno*, סיון, Ger. *Brachmonat*, Gal. *Juin*, Hiſp. *Junio*, Ἑκατομβαιών, ſextus ex menſibus anni, a *junioribus*, quos Romulus voluit Regio corpori adeſſe, & armis Remp. defendere. *Ovid.* 1. & 6. *Faſt.* Aliqui cenſent, vocatum eſſe a Juventute, ſeu Hebe, filia Junonis, uxore Herculis, quam Romani in Deorum numero venerati ſunt. Alii volunt, a Junone eſſe appellatum, & primo dictum fuiſſe Junonialem, vel Junonium, deinde Junium, per Synt. *Ovid.* 6. *Faſt.* Alii a L. Junio Bruto, qui primus Conſul fuit, & civitatem Regum dominatu liberavit, vel ſimpliciter in ejus honorem, vel etiam quod die prima hujus menſis, pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ Deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Alii a *jungo*, extrito *g*, in memoriam illius unionis, qua Romulus, & T. Tatius Rex Sabinorum Regnum, & populum junxerunt. *Ovid.* 6. *Faſt.* ¶ Dicimus, *Calendis Juniis*, *Idibus Juniis* &c. & adjective *Calendis Juniis*, *Idus Junias*, &c. Utramque loquendi rationem leges apud *Colum. l.* 11. *c.* 2. Adde *Cic.* 6. *Attic. ep.* 2.

Junius, ii, m. Plures hujus nominis celebrantur in Romana hiſtoria. Primus fuit L. Junius Brutus, qui exactis regibus, libertatem attulit Reipublicæ. Alter M. Junius Brutus idem perſtitit, necato Julio Cæſare. Prior ille ex familia Juniorum patritia fuit, poſterior ex plebeia.

Junius, a, um, adject. ut Junia lex, apud *Cic. pro Sext. c.* 64. quæ ſc. lata fuit a Junio Silano. Junia familia, apud *Tacit.* 3. *Ann. c.* 24.

Junix, icis, f. 3. *giovenca*, δάμαλις, vacca ætate viridior, quæ jam vitula eſſe deſiit, necdum tamen ad ſummam magnitudinem pervenit, quaſi *junior*. Quibuſdam placet dici a *jugum*, quaſi *jugenix*. *Plaut. Mil.* 2. 3. 33. Quam mox ad ſtabulum junix recipiat ſe de pabulo. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 47. Tot tibi cum in flamma junicum omenta liqueſcant.

Juno, onis, f. 3. *Giunone*, Ἥρα, filia Saturni, & Opis, ſoror, & conjux Jovis, ita dicta a *juvando*. Græce dicitur Ἥρα, vel Ἥρη, quaſi ἐρατή, idest *amabilis*, propter amorem, quo Jupiter in eam afficitur, vel ab ἀὴρ, *aer*, per Metatheſim. Phyſici enim per Junonem intelligi aerem, ideirco autem Jovis conjugem, & ſororem putari, quod ſumma ſit aeris cum æthere ſimilitudo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Sed *Servius* dicit, Jovem ſere accipi pro æthere, interdum vero pro æthere ſimul, & aere, Junonem item plerumque pro aere, interdum pro terra, & aqua. ¶ Narrabant veteres, Junonem a Thetide educatam fuiſſe. Aer enim aquæ humore alitur, & inſtauratur. ¶ Dicebant, Reginam eſſe Deorum, vel quia & ipſi aerem Dæmonum [illegible] ertum eſſe noverant, vel quia credebant, etiam Deos ex terra c[illegible] um habuiſſe. ¶ Præſidem cenſebant eſſe Regnorum, & divitiarum, quia Regna in terrarum orbe ſita ſunt, divitiæ ex terra eruuntur. ¶ Eam nuptiis præficiebant, & pronubam Junonem ſæpe nuncupabant. Matrimonium enim proprium eſt hominum, qui terreſtrem vitam vivunt. ¶ Exiſtimabant præeſſe partui mulierum. Hinc *Juno Lucina* cognominata eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eadem enim ac Luna vulgo habita eſt. Luna autem magnam vim in fœtum hominum, & beſtiarum, & aliarum rerum habet. ¶ Curru per aerem ferri fingebant, quod aer perpetuo in motu verſetur. Pavones ejus currui adjungebant, quod aer eſt ſedes propria avium. ¶ Ex Jove Vulcanum peperit. Præterea Heben, & Martem abſque Jove, aut alio viro genuiſſe dicitur. ¶ A multis populis culta fuit. Hinc variis nomina ſortita eſt, ut *Junonis Curitis*, ſeu *Curitis*, quod haſta armata colebatur a Sabinis, *Junonis Lacinia*, quod templum habuit ampliſſimum in Bruttiis, & Magna Græcia, ad Lacinium prom. *Cic.* 1. *de Div.* A Romanis colebatur nomine *Junonis Soſpitæ*, ut Remp. ſervaret. Illi omnes Conſules rem divinam faciebant. ¶ Ejus templum L. Julius, qui cum P. Rutilio Conſul fuit, de Senatus ſententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ ſomnio, bello Marſico. *Cic.* 1. *de Div. Roccar. l.* 9. *Gen.* ¶ Apud veteres Juno mulierum Genius erat. *Senec. ep.* 110. Stoici ſingulis Genium, & Junonem dederunt. V. ibi Lipſium. *Plin. l.* 2. *c.* 7. Singuli quoque ex ſemetipſis totidem deos faciunt, Junones, Genioſque adoptando ſibi. ¶ Hinc per Junonem jurabant mulieres: ac proinde *Juven. ſat.* 2. *v.* 98. reprehendit quendam per Junonem jurantem, tanquam effeminatum, & mollem. ¶ Per antonomaſiam Juno interdum pro uxore accipitur. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 14. Eja, mea Juno, non decet te eſſe tam triſtem tuo Jovi.

Junonālis, le, adject. Junonius. *Ovid. l.* 6. *Faſt. v.* 63. Junonale leges tempus.

Junonicola, læ, com. 1. qui Junonem colit. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 49. Adde ſenem Tatium, Junonicolaſque Faliſcos.

Juno-

Digitized by Google

Junonigĕna, m. 1. Vulcanus, filius Junonis. *Ovid. 4. Met. v. 173.* Junonigenæque marito Furta tori, furtique locum monſtravit.

Junonius, a, um, o. 1. a. quod ad Junonem ſpectat, ut Junonius menſis, Junius, Junonia avis, pavo. *Ovid. 1. de Arte.* Laudatas oſtendit avis Junonia pennas. ¶ Junonius etiam dictus eſt Janus, quod eſſet princeps Calendarum, quæ Junoni ſacræ. *V. Scalig. Conject. in Var. l. 4. de L. L.* ¶ Junonius anguis apud *Sil. l. 6. v. 184.* h. e. draco, quem Juno cuſtodem appoſuerat hortis Heſperidum, irata, quod Heſperides aurea mala decerperent, quæ in honorem nuptiarum ſuarum cum Jove terra ediderat, ut *Servius* tradit *ad Æn. 4. v. 484.* ¶ Junonius puer dicitur ab *Auct. epiſt. ad Octav. circa med.* ipſe Octavius, vel quaſi alter Mars, qui Jovis filius eſt, vel generoſiſſimum ac divinæ originis, ut Junonis ac Jovis filii ſunt.

Jupiter, vel Juppiter, (ut in antiq. monumentis interdum legitur) Jovis, Jovi, Jovem, Jove, m. 3. Rex Deorum, & hominum, ſecundum fabulas, ab antiquo nominativo *Jovis*, & *pater*, quaſi Jovis pater, ut Saturnus pater, Neptunus pater, Janus pater, Marſpater, ideſt Mars pater, &c. *Gell. l. 5. c. 12.* Sed *Ciceroni 2. de Nat. Deor.* dictus videtur, quaſi juvans pater. ¶ Secundum Priſcianum Jupiter habet gen. proprium *Jupiteris*, vel *Jupitris*. Nam gen. *Jovis* eſt ab antiquo nom. *Jovis*, de quo V. ſup. ſuo loco. Sed hodie nullus alius genitivus, quam *Jovis*, uſitatus eſt. ¶ Joves tres ab antiquis Theologis numerantur, duo primi Arcades, tertius Cretenſis. Primus filius fuit Ætheris ex Dia, ſecundus filius fuit Cœli; tertius fuit filius Saturni, & Opis. Suos quiſquis filios habuit, ſed hic fuit fœcundiſſimus. ¶ Proclus poſuit Jovem unum univerſalem mundi totius opificem, & inſuper tres Joves ſub illo opifices particulares. *Ficin. in Plat. de Rep.* Denique multi alii Reges hoc nomine appellati ſunt, ut Corythus Rex Etruriæ, Tantalus Rex Phrygiæ, qui juſſit Ganymedem capi, &c. ¶ De Jove tertio narrant, in Creta inſula illum eodem cum Junone partu, ſed poſteriorem editum fuiſſe: cum Saturnus ex pactione cum Titano fratre iniet filios ſuos omnes devoraret, pro Jove lapidem ei datum eſſe devorandum, Jovem autem fuiſſe educatum clam patre a Curetibus, & ab Amalthea, & Meliſſa virginibus lacte caprino, & melle, in Ida monte: cum Titanes comperiſſent, Jovem ſervatum fuiſſe, bellum Saturno intuliſſe, Saturnum, & Opim victos eſſe, captos, & conjectos in vincula, a filio, ubi adolevit, liberatos eſſe, Saturnum etiam tunc vitæ Jovis inſidiatum eſſe, ſed cognitis inſidiis a Jove expulſum fuiſſe ex Regno, Jovem mundi Imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone diviſiſſe, Jovi Cœli, & terræ Regnum obtigiſſe, ideſt Cretæ, Neptuno maris, ideſt inſularum maris Ægæi, Plutoni inferorum, ideſt partis inferioris Græciæ, nempe Epiri; Jovem ſororem ſuam uxorem duxiſſe, quæ ei Vulcanum peperit, illum in amore verſatum eſſe, & ſub variis formis plurima flagitia admiſiſſe. *Plato in Gorgia, Cic. 4. Tuſc. Ovid. 6. Met.* & alibi. ¶ Jupiter alia ſpecie a Romanis colebatur, quia eum Capitolinum dicebant, quod in Capitolio magnificentiſſimum templum haberet, alia ab Afris, qui eum arietis forma ſignabant, & Ammonem Jovem appellabant. *Cic. 1. de nat. Deor.* Colebatur ab Afris in memoriam metamorphoſis illius, cum in Ægypto in convivio ſedens, ſuperveniente Typhone, ſeu Typhœo gigante, omnio timore correptus, ſe in arietem immutavit, cæteris item Diis ſub aliis formis ſe ſe celantibus. *Ovid. 5. Met.* ¶ A matribus Prænеſtinis Jupiter puer cum Junone lactens, in gremio Fortunæ ſedens, mammam appetens colebatur. *Cic. 2. de Div.* ¶ Habuit amplum templum in Peloponneſo, in Elide, apud Olympiam, quingentis paſſibus ab urbe, ubi Ludi Olympici in ejus honorem celebrabantur. Celebre etiam eſt templum illud Jovis, quod extitit apud Dodonam urbem Moloſſiæ, ſeu Theſprotiæ in Epiro, in ſylva, juxta Dodonem fl. ubi oracula fundebat. *Cic. 2. de Div.* ¶ A Romanis optimus, & maximus vocabatur. *Cic. pro Domo:* Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia Populus R. optimum, propter vim maximum nominavit. ¶ Chryſippus dicebat, Jovem ætherem eſſe, item legis perpetuæ, & æternæ vim, quæ quaſi dux vitæ eſſet, & magiſtra officiorum. *Cic. 1. de nat. Deor.* ¶ Multorum Phyſicorum interpretatio eſt, Jovem eſſe ætherem, ſeu ignem cœleſtem, dictumque eſſe a juvando, quia maxime ſalutaris eſt. *Plato in Philebo, Cic. 1. de nat. Deor.* ¶ Non deſunt, qui aerem intelligant. *Hor. l. 1. Carm. od. 1.* Manet ſub Jove frigido venator teneræ conjugis immemor. ¶ Accipi etiam videtur pro pluvia. *Virg. 1. Georg.* Et jam maturis metuendus Jupiter uvis. ¶ Denique Jupiter eſt ſecunda ſtellarum errantium. *Cic. 2. de nat. Deor.* infra autem hanc propius a terra Jovis ſtella fertur, quæ φαέθων dicitur, eaque eundem duodecim ſignorum orbem annis duodecim conficit, eaſdemque, quas Saturni ſtella, efficit in curſu varietates. ¶ Jovem lapidem jurare, dicebantur juraturi, qui, ut docet Feſtus, lapidem ſilicem tenebant, & his verbis jurabant: Si ſciens fallo, tum me Diſpiter, ſalva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem. *Gel. l. 1. c. 21.* Jovem lapidem, quod ſanctiſſimum jusjurandum eſt habitum, ſum paratus jurare, Virgilium hoc nunquam ſcripſiſſe. Adde *Cic. l. 7. Fam. ep. 12.* ¶ *Jupiter!* exclamatio eſt admirantis. *Plaut. Merc. 5. 2. 24.* Jupiter! Eſt ne illic Charinus? *Catul. carm. 1.* Omne ævum tribus explicare chartis Doctis, Jupiter! & laborioſis. ¶ Proh Jupiter! V. Proh.

Juramentum, ti, n. *giuramento*, שבועה, Germ. *ein eydſchwur*, Gal. *ſerment*, Hiſp. *juramento*, ὅρκος. ſacramentum, jusjurandum, hoc eſt, affirmatio, vel negatio rei alicujus ſacra atteſtatione firmata. *Sen. l. 2. de Clem. c. 1.* O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba Principes, Regeſque juramentum faciant! Plures tamen Critici *Lipſ. Muretus*, & *Voſſ.* hanc lectionem rejiciunt, putantes hanc vocem vix antiquiorem *Ammiano l. 21. c. 9.* & *Scævol. l. 1. c. 8.* habere auctorem. ¶ Legitur quidem & in *Ulp. l. 34. §. 5. Dig. de jurejur.* ſed ibi quoque non deſunt, qui Triboniano tribuant.

Jurandum, di, n. idem quod jusjurandum. *Plaut. Ciſt. 2. 1. 26.* Verum haud metuo, ne jurandum noſtrum quiſpiam culpitet.

Jurandus, a, um, nom. particip. is, in quem jurare licet, vel oportet. *Horat. l. 2. epiſt. 1. v. 16.* Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Juratio, nis, f. actus jurandi, juramentum. *Macrob. 1. Sat. c. 9.* Verba jurationis concipit, nullam eſſe in villa ſua ſcrofam.

Jurativus, a, um, ad jurandum pertinens, ut jurativa adverbia, per quæ juramus. *Priſcian. l. 15. pag. 1020. Putſch.*

Jurato, adverb. *con giuramento*. *Paulus JCtus l. ult. Dig. Qui ſatiſd. cog.* Qui jurato promiſit judicio ſiſti.

Jurator, oris, m. qui jurat. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 19.* Mox in lacu amittebat vitam falſus jurator. ¶ Juratores etiam dicuntur teſtes jurati. *Senec. Apocolocynth. in princ.* Quis unquam ab hiſtorico juratores exegit? Ita legit, & tuetur *Lipſ. ibi*, & *l. 2. epiſtolic. quæſt. epiſt. 24.* Sic *Plaut. in prol. Pæn. v. 58.* Vos, qui juratores eſtis, quæſo, operam date. Ubi *Turneb. l. 19. c. 12.* per translationem interpretatur ſpectatores, veluti arbitros, & cenſores Fabulæ.

Juratorius, a, um, ad juramentum pertinens. *In Cod. 12. 19. 12.* Juratoriæ cautioni committatur.

Jurātus, a, um, partic. a juro. Sumitur & paſſive pro eo, quod juratum eſt, *giurato*, ὀμοσθείς. *Cic. 3. Off.* Quod enim ita juratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id ſervandum eſt. *Ovid. epiſt. 2. v. 23.* nec te jurata reducunt Numina. ¶ Et active pro eo, qui juravit, ſeu jurejurando obligatus eſt, ὀμωμοκώς. *Cic. 3. Off.* Cum vero jurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe adhibere teſtem. *Plin. in præfat. operis:* Juratiſſimus auctor. h. e. fideliſſimus. ¶ Cum infinito *Liv. l. 31. c. 02.* Juratus, ſe eum ſua manu interempturum.

Jure. V. Jus.

Jureconſultus. V. Juriſconſultus.

Jurenſis, ſe, ad montem Juram pertinens, qui eſt in Gallia inter Sequanos, & Helvetios, ut *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 8.* docet. *Sidon. l. 4. ep. ult.* Jurenſia monaſteria. *h. e.* in eo monte ſita.

Jureperitus. V. Juriſperitus.

Jurejūro, as, a. 1. idem ac juro. *Liv. l. 41. c. 15.* Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt.

Jureus, a, um, adject. jurulentus. *Plaut. Perſ. 1. 3. 15.* Quaſi juream eſſe jus decet collyricum. Subintellige, *placentam*.

Jurgatorius, a, um, adject. ad jurgium pertinens. *Ammian. l. 27. cap. 1.* Vocis jurgatorio ſono.

Jurgātrix, icis, f. quæ jurgat. *Hieronym. ep. 47. ad matr. & fil. ante med.* Illa jurgatrix: ergo iſte placabilis.

Jurgiōſus, a, um, *contenzioſo*, ריבי, Ger. *zanckiſch*, Gal. *noiſeux*, Hiſp. *renzilloſo*, φιλόνεικος, contentioſus, ſeu contumelioſus. *Gel. l. 1. c. 17.* Mulier moroſa admodum fuiſſe fertur, & jurgioſa.

Jurgium, ii, n. *conteſa*, ריב, Ger. *ein zanck*, Gal. *noiſe*, Hiſp. *renzilla*, φιλονεικία, ἔρις, contentio, concertatio, diſſenſio, & levior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter propinquos, & amicos ſolet accidere. Ex Feſti ſententia dicitur quaſi *juragium*, a *jure*, & *ago*. Differt a *lite*, quia jurgium levior res eſt. Siquidem diſſenſio, vel concertatio inter propinquos, aut amicos *jurgium*, inter inimicos *lis* dicitur. *Cic. l. 4. de Rep. apud Non.* Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur. *Id. de Sen.* Ut Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in jurgio reſpondiſſe.

Jurgo, as, n. 1. & jurgor, aris, d. 1. *contendere*, ריב, Germ. *zancken*, Gall. *noiſer*, Hiſp. *renir*, φιλονεικεῖν, contendo, litigo, rixor, a *jure*, unde *jurigo*, & per Sync. *jurgo*, ut a *mare marigo*, *mergo*. *Varro l. 6. de L. L.* *Feſtus* deducit ex *jure*, & *agere*, quaſi ſit jure, vel de jure agere. *Cic. 4. de Rep. apud Non. c. 5. n. 34.* Jurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. *Hor. 2. Ser. ſat. 2.* Jure, inquit, Traſius iſtis jurgatur verbis. *Ter. Andr. 5. 1. 19.* Cum Davo ego vidi jurgantem ancillam.

Juridicialis conſtitutio, eſt ſpecies conſtitutionis generalis, in qua quæritur, utrum aliquid jure, an injuria factum ſit, ut An L. Opimius recte C. Gracchum interfecerit. *Auct. ad Her. l. 1.* Juridicialis conſtitutio eſt cum factum convenit, ſed jure, an injuria factum ſit, quæritur. *Cic. 1. de Inv.* Juridicialis eſt, in qua æqui, & recti natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur. ¶ In duas diſtribuitur partes, abſolutam, & aſſumptivam. *Auct. ad Her. ibid. Cic. ibid.*

Juridicina, æ, f. 1. locus, ubi jus dicitur, vel ipſa juriſdictio. *Tertul. l. de Pall. c. 3.*

Juridĭcus, ci, m. *giudice*, *chi tiene ragione*, δικαστής, qui jus dicit. *Sen. Her. Fur. v. 581.* Flentes Eurydicen juridici ſedent.

Juridĭcus, a, um, *giuridico*, δικανικός, quod juriſdictioni deſtinatum eſt. Juridici conventus, in quibus jus redditur. *Plin. l. 3. c. 1.* Juridici conventus ei quatuor.

Juriſconſultus, ſive Jureconſultus, ti, m. 2. *Dottore di leggi*, νομικός, juris, ſive legum interpres, ſeu qui jus profitetur. *Cic. 2. de Leg. c. 19.* Sed Juriſconſulti, ſive erroris objiciendi cauſa, quo plura, & difficiliora ſcire videantur, ſive (quod ſimilius veri eſt) ignoratione docendi (nam ſolum ſcire aliquid artis eſt, ſed quædam ars etiam docendi) ſæpe quod poſitum eſt in una cognitione, id in infinita diſpertiuntur. *Id. pro Mur. c. 12.* Ea Jureconſultorum ingeniis pleraque corrupta, & depravata ſunt. Et per tranſpoſitionem, *Horat. de art. poet. v. 369.* Conſultus juris, & actor cauſarum.

Juriſdictio, onis, f. *giuriſdizione*, Germ. *gerichtſzwang*, Gall. *juriſdiction*, Hiſp. *juriſdicion*, δικαιοδοσία, ipſe actus juris dicendi. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Juſtitium edici oportere, juriſdictionem intermitti. *Id. 2. Fam.* Juriſdictionem conficere. *Ser. Sulp. Cic. 4. Fam.* Juriſdictionem abſolvere. ¶ Item facultas, ſeu poteſtas juriſdictionis exercendæ. *Sueton. Calig. c. 16.* Magiſtratibus juriſdictionem liberam, & ſine ſui appellatione conceſſit. *Senec. de Clement. lib. 1. c. 1.* Quas nationes funditus excindi, quas tranſportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quæ etiam urbes, quæ oriantur, mea juriſdictio eſt. ¶ Interdum & ipſa loca, in quibus juriſdictio exercetur, hoc nomine appellantur. *Plin. l. 5. c. 28.* Sed prius mediterraneas juriſdictiones indicaſſe conveniat.

Juriſperitus, & Jureperitus, i, m. idem ac juriſconſultus. Diviſim *Cic. de cl. Orat. cap. 21.* Fabius Pictor & juris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. *Id. pro Cluent. c. 58.* Quis jure peritior?

Juriſprudentia, æ, f. juris ſcientia. *Ulp. l. 10. Dig. de juſtit. & jur.* Juriſprudentia eſt juſti, & injuſti ſcientia.

Juro, as, avi, atum, n. 1. *giurare*, נשבע, Ger. *ſchwueren*, Gal. *jurer*, Hiſ. *jurar*, ὀμνύω, jurejurando aliquid affirmo, vel nego, a jure, quia qui jurat, religioſe ſpondet, ſe aliquid, ceu jus eſſet, ſervaturum. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Flac.* Qui ſi aram tenens juraret. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. Att. l. 12. ep. 13.* Et perpetuum morbum jurabo. h. e. jurabo, me morbo laborare. *Id. 5. Fam. ep. 2.* Magna voce juravi veriſſimum, pulcherrimumque jusjurandum. ¶ Vel cum acc. & præp. *per*. *Cic. in Acad. l. 4. c. 20.* Jurarem per Jovem, Deoſque Penates. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula ne. *Liv. l. 22. c. 53.* Ex mei animi ſententia juro, ut ego rempublicam non deſeram. ¶ Vel deponentis forma in præteritis, item cum infinito. *Plaut. Perſ. 3. 2. 2.* Qui mihi juratus eſt ſeſe hodie argentum dare. Adde *Cic. 2. de Invent.* ¶ Vel paſſive. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 447.* Juratur Honorius abſens. Adde *Stat. 7. Theb. v. 102.* & *Gell. l. 5. c. 19.* ¶ *Jurare conceptis verbis*, eſt jurare certa verborum formula excogitata, & dictata ab eo, qui juramentum defert. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 100.* At ille conceptis juravit verbis apud matrem meam, me uxorem ducturum eſſe. ¶ *Jurare in verba*, eſt fere idem, ac conceptis verbis, vel jurata ex eo, quod ab aliquo viro magnæ auctoritatis dictum eſt, ut Jurare in verba magiſtri. *Cæſ. 1. B. C.* Princeps in hæc verba jurat, ipſe idem jusjurandum adigit Afranium. ¶ Jurare in legem alterius, eſt jurare, ſe ſervaturum legem illius. *Cic. pro Sex. c. 16.* ſe in legem per vim latam jurare noluit. ¶ Interdum jurare accipitur pro conjurare. *Ovid. Herоid. epiſt. 10. v. 117.* In me jurarunt ſomnus, ventuſque, fideſque. *Cato apud Plin. l. 29. c. 1.* Jurarunt inter ſe, barbaros necare omnes. ¶ Jurare in ſe, *farſi delle imprecazioni*. *Liv. l. 2. c. 4.* Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat. ¶ Jurare calumniam dicitur accuſator, cum initio judicii jurat, ſe non per calumniam, ſed ex legitima cauſa ad accuſandum deſcendere. *Cæl. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 8.* Cum calumniam juraſſet. *Liv. l. 33. c. 47.* Niſi velut accuſatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent. ¶ Jurare in litem. *Cic. pro Q. Roſc. Com. c. 1.*

Quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet? h. e. quod nomen non eſt auſus referre in tabulas ſuas accepti & expenſi, id audebit intentata lite nunc demum petere? Itaque *jurare aliquid in litem* eſt in jure petere aliquid ſibi debitum, quod in actionibus *pro ſocio*, & ceteris bonæ fidei, *delato a judice jurejurando*, fiebat. Huc pertinet *tanti in litem jurare*, & ſimilia, quoties quantitas, quæ debetur, non eſt certa, aut certum non eſt pretium ipſius quantitatis, ob affectionem domini, ob rei contumaciam, vel ob alias ejuſmodi cauſas. *Paul. in l. Arbitrio. Dig. de dolo.* Ut poſſit per contumaciam ſuam tanti reus condemnari, quanti actor in litem juraverit. V. etiam titulum *De in litem jurando*, *Dig. lib.* 12. ¶ Jurare alicui, eſt jurare alicui fidem, *dar giuramento di fedeltà*, quod facit Princeps ſubjectis, ſubjecti Principi. *Plin. in Paneg. c.* 68. Scis, tibi ubique jurari, cum ipſe juraveris omnibus. ¶ Jurandus Vide ſupra ſuo loco.

Jurulentia, æ, f. liquor eorum quæ coquuntur. *Tertul. de Jejun. cap.* 1. Siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia.

Jurulentus, a, um, *cotto con brodo*, *aleſſo*, Ger. *mit einer brüe*, Gal. *plein de bouillon*, Hiſp. *guiſado con ſu caldo*, ζωμώδης, quod cum jure coctum eſt, ſeu quod eſt juris plenum. *Celſ. l.* 2. *c.* 30. Tum eos eadem magis alit jurulenta, quam aſſa, magis aſſa, quam friſa.

Jus, juris, n. *brodo*, Ger. *eine brühe*, Gall. *bouillon*, Hiſp. *el caldo de la carne, o peſcado*, ζωμὸς, liquor eorum, quæ coquuntur. *Cic. Fam.* 9. *epiſt.* 20. In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari. *Ter. Eun.* 5. 4. 17. Ex jure heſterno panem atrum vorare. h. e. ſordidum, & atro jure diei heſternæ maceratum. *Cic. Tuſc.* 5. *cap.* 34. Negaret, ſe jure illo nigro delectatum. *Plaut. Moſtell.* 1. 3. 120. Iidem olent, quaſi cum una multa jura confundit cocus: quid oleant, neſcias, niſi id unum, ut male olere intelligas. ¶ *Jus Verrinum* dixit *Cicero Verr.* 1. *c.* 46. ludens in ambiguo, ut Verrem jus dicentem irrideret, eſt enim verres porcus maſculus. Negabant, inquit, mirandum eſſe, jus tam nequam eſſe Verrinum.

Jus, juris, n. *gius*, *legge*, *diritto*, *ragione*, *coſtituzione*, Ger. *das recht*. Gal. *droit*, Hiſ. *razon*, *derecho*, δίκη, τὸ δίκαιον, a *jubeo*, ut quidam volunt; eſt enim univerſim id, quod legibus conſtitutum eſt ſive naturalibus, ſive divinis, vel gentium, vel civilibus. Alio nomine vocatur æquitas communis, æquum univerſale, legitimum, ideſt adæquatum legi, tanquam norma ac regula actionum humanarum. *Ter. Heaut.* 4. 1. Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, neque æquum ſciunt? *Cic. l.* 1. *Tuſc.* Jus hominum ſitum eſt in generis humani ſocietate. *Plaut. Epid.* 3. 4. 85. omnium legum, atque jurium fictor, conditor cluet. ¶ Atque hæc eſt notio juris univerſalis; Eſt enim jus etiam particulare, ſeu privatum, quod collectum eſt ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus, ut ait *Juſtinian. l.* 1. *Inſtit. de juſtit. & jur.* §. 4. ¶ Jus Latium V. in *Latius, a, um*. ¶ Jus trium liberorum, quid ſit V. *Liberi*. ¶ Sumitur præterea ſpeciatim pro æquo, & juſto, quod alicui ex juſtitia debetur. *Cic. pro Cæc.* Ut per interdictum jus meum teneam. *Id. pro Quinct. c.* 9. Ubi noſtrum jus contra ipſos obtineremus. ¶ Jure ſuo agere, eſt libere agere, nemine impediente. *Flor. l.* 3. *c.* 17. Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi peculabantur ſuo jure Rempublicam. ¶ Significat etiam, & quidem ſæpius, pro auctoritate & facultate, ſeu poteſtate a legibus ſeu jure conceſſa agere. *Ter. Adelph.* 1. 1. 27. Non neceſſe habeo omnia pro meo jure agere. Hinc Sui juris facere, *far ſuo*. *Velley. l.* 2. *c.* 69. Decem legiones in eo tractu ſui juris fecerat. ¶ Sumitur item jus pro juſtitia legali, ſeu pro ipſis legibus, *le leggi*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. Juris, legumque peritus. *Cic.* 1. *de Orat.* De jure alicui reſpondere. Et 1. *de Leg.* Reſpondere jus. Ital. *dar conſulti in materia legale*. ¶ De variis juris diviſionibus in civile, naturale, &c. V. JCtos. ¶ Sumitur etiam translate pro facultate, & licentia. *Cic. de Offic.* Si compaſcuus eſt ager, jus eſt compaſcere. *Lucan. in princip.* Juſque datum ſceleri canimus. *Plin. l.* 18. *c.* 34. Zephyrus vites putandi, fruges curandi, arbores ſerendi jus dabit. ¶ Item pro loco, in quo jus redditur. *Ter. Phorm.* 5. 7. 43. In jus ambula. *Nepos in Attic. c.* 9. In jus de ſua re nunquam ivit. *Cic. pro Quinct. c.* 25. Ut ſtatim de jure aliquis cucurrerit. ¶ Item pro ſententia a judice prolata. Hinc Prætor cum ſententiam pronuntiat, jus dicere, aut reddere dicitur. *l.* 1. *Dig. de juſt. & jure*. *Cic. l.* 13. *Fam.* Ea res a Volcatio, qui Romæ jus dicit, rejecta in Galliam eſt. ¶ Item pro eo, quod vim habet ſanctionis, & legis. *Cic.* 3. *Leg. ex lege XII. Tab.* Quod is, qui bellum geret, imperaſſit, jus ratumque eſto. *Ulp. l.* 9. *Dig. de legib.* Non ambigitur, Senatum jus facere poſſe. ¶ Item pro neceſſitudine, aut conjunctione. Sic dicitur jus ſanguinis, jus amicitiæ &c. Juriſconſulti loco citato, & *Sueton. in Calig. c.* 26. ¶ Sui juris eſſe, eſt liberum eſſe, ſuique arbitrii. *Senec. ep.* 11. Nihil adverſus hæc ſapientia promittit, ſui juris ſunt, injuſſa veniunt. *Brut. ad Cic. ep.* 16. Ut eſſet ſui juris ac mancipii Reſpublica. ¶ Item pro conditione, ſeu ſtatu. *Cic. Ver.* 3. *c.* 6. Ut eodem jure eſſent, quo fuiſſent. *Id.* 2. *Offic. c.* 8. Univerſas provincias uno calamitatis jure comprehenderet. ¶ Jus ſummum dicitur, cum leges ſevere, & ſine ulla mitigatione obſervantur. *Cic. Ver.* 7. *c.* 2. Non agam ſummo jure tecum. *Id. l.* 1. *Offic. c.* 10. Ex quo illud, *Summum jus, ſumma injuria*, factum eſt jam tritum ſermone proverbium. *Colum. l.* 1. *c.* 7. Jus ſummum antiqui ſummam putabant eſſe crucem. ¶ Jus petere, orare, poſtulare, eſt rem juſtam petere. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 16. Quid dubitas dare mihi argentum? S. Jus petis, fateor. Adde *Trinum.* 5. 2. 37. ¶ Jus eſt, pro juſtum eſt, vel licet. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 26. Jus eſt apponi pernam frigidam. Sic jus faſque eſt, apud *eund. Ciſtel.* 1. 1. 82. ¶ Æquo jure agere, diſceptare, h. e. ex æquo & bono, leniter, remiſſe. *Cic. Ver.* 4. ¶ Ablativus, *jure*, eleganter ponitur more adverbii, & ſignificat merito, *giuſtamente*, *con ragione*. *Cic. Ver.* 7. *c.* 8. Quamobrem jure in eum animadverteretur. *Id. Catil.* 3. *c.* 6. Prætores merito ac jure laudantur. *Juven. Sat.* 2. *v.* 34. Nonne igitur jure, ac merito vitia ultima fictos contemnunt Scauros? *Plaut. Moſt.* 5. 2. 24. Te ipſe jure optimo merito incuſes licet: ubi nota Pleonaſmum. ¶ Huic opponitur *injuria*. *Cic. Ver.* 4. *c.* 61. Non quæro, jure, an injuria ſint inimici. *ſe con ragione, e a torto*. *Ter. Andr.* 1. 3. 9. Quo jure, quaque injuria præcipitem me in piſtrinum dabis. ¶ De diſcrimine inter *jus*, & *juſtum*, item inter *jus*, & *legem*, V. JCtos.

Juſcellum, i, n. juſculum. *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 13. Juſcellum gallinarum.

Juſculum, i, *brodetto*, *guazzetto*, ζωμίδιον, liquor eorum, quæ coquuntur, & quodlibet cibarium liquidius, quod conſtat jure pingui, vitellis ovorum, omphacio, croco, cinnamo, &c. *Cato de R. R. c.* 156. Poſtea inde juſculum frigidum ſorbere.

Juſcum, i, n. idem ac juſculum, ſeu pulpamentum liquidum. *Apul. l.* 2. *A. A.* Quæ ſuis dominis parabat juſcum fartum concíſum.

Juſjurandum, juriſjurandi, jurejurando, juſjurandum, jurejurando, n. 2. *giuramento*, ὅρκος, juramentum, ſacramentum, a *juro*. *Cic.* 3. *Off. c.* 29. Eſt enim juſjurandum affirmatio religioſa. *Id.* 5. *Fam. ep.* 2. Maxima voce juravi veriſſimum, pulcherrimumque juſjurandum. *Id.* 2. *de Leg. c.* 7. Jurejurando firmare. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 76. Ipſe idem juſjurandum adigit Afranium. h. e. ad juſjurandum. *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 36. Juſjurandum pollicitus eſt dare, ſi vellem, mihi. ¶ Deferre juſjurandum, V. *Defero*. ¶ Stare jurijurando, *Quint. l.* 5. *c.* 6. ¶ Additur in *Theſauro Baſ. Fabri* legi in genit. *juſjurandi*, pro *juris jurandi*, apud *Cæſarem*, & *Tacitum*, ſed loca non indicantur. ¶ *Juraſjurando* in plur. num. dixit *Pacuv.* teſte *Feſto*. ¶ Interdum inſerto verbo dividitur. *Cic. pro Cæl. c.* 22. Socius veſtræ religionis, juriſque jurandi. ¶ Juriſjurandi militaris formulam habes apud *Gel. l.* 16. *c.* 4. ¶ Juſjurandum in litem, *l.* 1. *Dig. de in lit. jurand.* V. *Juro*.

Juſſio, onis, f. actus jubendi, juſſus, juſſum, *comando*, ἐπίταγμα. *Lactant. l.* 4. *c.* 15. Hæc omnia verbo, & juſſione faciebat. *Arnob. l.* 2. Uno verbo potuit, aut unius verbi juſſione. Legitur etiam in Epitoma *Livii*.

Juſſitur, &

Juſſo. V. Jubeo.

Juſſulentus, a, um, idem ac jurulentus, apud *Apul. in Apolog.* Qualiter quiſque piſcium aſſus, aut juſſulentus optime ſapiat.

Juſſum, i, n. idem ac juſſio, vel juſſus. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 24. Cum præſertim Deorum immortalium juſſis atque oraculis id feciſſe dicantur. ¶ Sæpe ponitur pro lege. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 5. Pernicioſa, & injuſta juſſa populis deſcripſerunt. *Id. pro Cæſ. c.* 33. Putaſne, ſi populus juſſerit, id juſſum ratum, atque firmum futurum?

Juſſus, a, um, *comandato*, προστεταγμένος, partic. a jubeor. *Liv. l.* 1. Alio itinere juſſis certo tempore ad Regiam venire paſtoribus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 34. Juſſæ proſiliunt lacrymæ.

Juſſus, us, m. *comandamento*, מצוה, Ger. *ein gebott*, Gal. *commandement*, Hiſ. *mandamiento*, πρόσταγμα, ἐντολή, juſſum, juſſio, imperium, præceptum. *Cic. pro L. Man. c.* 9. Veſtro juſſu coactus partem militum dimiſit, partem Glabrioni tradidit.

Juſta, orum, n. 2. quæ juſta, legitima, debita ſunt, quæ ſecundum jus fieri debent. *Cic. de Aruſ. reſp.* Omnia ſolemnia, ac juſta ludorum, omnibus rebus obſervatis, ſumma cum cæremonia eſſe ſervata. *h. e.* legitimas celebritates ludorum. *Id.* 1. *Off. c.* 13. Servis ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, juſta præbenda. *ideſt* mercedem tribuendam. *Liv. l.* 9. *c.* 6. Juſſit omnibus hoſpitalibus, privatiſque & publicis funguntur officiis. *h. e.* omnibus illis rebus, quas hoſpitalitas poſtulet. *Id. ibid. c.* 8. Nec prius ingredi hoſtium fines, quam omnia juſta in deditionem noſtram perfecta erunt. *Col. l.* 1. *c.* 8. Juſta reddere. *ideſt* opus debitum, & conſuetum perficere. *Id. l.* 6. *c.* 14. Ad juſta perducere. ideſt ad juſtum laborem. *Id. l.* 11. *c.* 2. Item vinearum foſſio iiſdem locis peragenda, arbuſtorumque ſive putatio, ſive alligatio ſumenda eſt, quorum juſta certa eſſe non poſſunt. ideſt conſtituta, quæ neceſſario præſtari debent. ¶ Speciatim juſta dicuntur parentalia, exequiæ, ſacrificia, quæ mortuis impenduntur. *eſequie*, *pompe funerali*, ἐναγίσματα, a *jus*, quod ſint officia ſancta, jureque debita. jure enim fiunt iis, qui de nobis viventes bene meriti fuerunt. Græci ſimiliter νόμιμα, hoc eſt parentationem, ſeu funerationem vocant ὅσια, quaſi juſtum, ſanctumque officium. *Cic. pro Flac.* Juſta Catilinæ facta ſunt. *Id. pro Roſ. Am.* Nondum paterno funeri juſta ſolverat. *Id.* 2. *de Leg. c.* 27. Juſta funerum rejecit ad interpretes religionum. *Id. ibid. c.* 17. Non ſolum vita cruciati, atque dedecore, verum & ſepultura, & juſtis exequiarum caruerunt. *Plin. l.* 2. *c. ult.* Cum ſecutis diebus juſta peragerent.

Juſte, adv. *giuſtamente*, Ger. *gerechtiglich*, Gal. *juſtement*, Hiſ. *juſtamente*, δικαίως, recte, legitime, jure. *Cic.* 1. *Off.* Aut utilitatis cauſa juſte & legitime imperanti. *Id. in Sall.* Juſtius huic, quam mihi ſuccenſere debetis. *Brut. Cic. epiſt.* 4. At hoc ipſum, inquies, inique facis: imo juſtiſſime. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 86. tente reprendi juſtius illis, &c.

Juſti dies, idem ac juſtitium. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Confeſſi itaque æris, ac debiti judicatis triginta dies ſunt dati conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſolverent. Eoſque dies Decemviri Juſtos appellarunt, velut quoddam juſtitium, i. e. juris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi jure poſſet. ¶ Dicebantur præterea in bellis ſuſcipiendis dies juſti numero tres, & triginta, ab eo ſcilicet die, quo res repetitæ erant per Fecialem, quibus elapſis, niſi redditæ res eſſent, haſta in fines hoſtium conjecta, bellum indicebatur.

Juſtificatrix, icis, f. quæ juſtum facit. *Tertul.* 4. *adverſ. Marc. c.* 36.

Juſtificatus, a, um, adject. juſtus factus. *Prudent. Apotheoſ. v.* 885. & comparat. juſtificatior, apud *Tertul. de Orat. c.* 13.

Juſtifico, as, a. 1. *far giuſtizia*, juſte facio. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 19. & *l.* 4. *c.* 17. & 29. *ad fin. ex Iſ.* 1. 17. Judicate pupillo, & juſtificate viduam. *Id. l.* 1. *ad Uxor. c.* 8. hunc ipſum locum ita refert. *juſte facite viduæ*. & *l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 14. *juſte tractate* viduam. ¶ Item juſtum reddo, *giuſtificare*. *Coripp. ſub fin. l.* 2. *de laudib. Juſtini jun.* Deus eſt, cui verbo competit uno Juſtificare malos.

Juſtificus, a, um, *chi fa giuſtizia*, δίκαιος, juſtitiam faciens. *Catul. Argon.* Juſtifica mens Deorum.

Juſtinianus, a, um, adject. a Juſtino Imperatore R. Hoc utitur *Corippus* poeta non ſemel.

Juſtinianus, i, Juſtini Imp. ex ſorore nepos, Imperator R. celeberrimus, qui JCtis uſus præſtantiſſimis, jus civile in eum redegit ordinem, quo nunc utimur. Obiit A. C. 565.

Juſtinopolis, f. 3. *Capo d' Iſtria*, Ger. *Gafers*, urbs Iſtriæ primaria, quæ Venetis paret. Olim *Ægida* dicebatur; unde & *Capri* apud *Anonym. Ravenn.* Quando autem, & qua de cauſa *Juſtinopolis* appellari cœperit, non convenit inter ſcriptores.

Juſtinus, i, hiſtoricus, Trogi Pompeji libros hiſtoriarum in epitomen redegit. Floruit Antonini Imperatoris ætate, ſi *Voſſio* credimus. Alii ipſius Trogi diſcipulum putant. Quidam cum Juſtino martyre perperam confundunt.

Juſtitia, æ, f. 1. *giuſtizia*, צדקה, Ger. *gerechtigkeit*, Gal. *juſtice*, Hiſp. *juſticia*, δικαιοσύνη, eſt virtus, qua ſuum cuique tribuimus, a *juſtus*. Alia eſt univerſalis, quæ obedientia eſt erga leges, & virtutes omnes morales complectitur, juxta illud Theognidis, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνι. Alia particularis, quæ virtus eſt ſuum cuique tribuens. Sed de his, & aliis diviſionibus V. *Juriſconſultos*. ¶ De particulari juſtitia *Cic.* 5. *de fin.* Juſtitia eſt animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc, quam dico ſocietatem conjunctionis humanæ, magnifice, & æque tuens. ¶ Aliquando pro æquitate, atque clementia ponitur. *Ter. Heaut.* 4. 1. 33. Nunc te obſecro, quanto tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior, ut meæ ſtultitiæ in juſtitia tua ſit aliquid præſidii. Adde *Nepotem in Ariſtide*, *c.* 2. & *Cic. pro Marcel.* ubi juſtitiam, & lenitatem conjungit. ¶ *Florus l.* 1. *c.* 21. Ordinataque erat in XII. tabulis tota juſtitia. h. e. juris ratio, leges.

Juſtitium, ii, n. ἀπραξία, juris dicendi intermiſſio, quæ fieri ſolet in publico luctu, & Reipublicæ calamitatibus, quaſi juris ſtatio, hoc eſt ſilentium, per tranſlationem. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Velut quoddam juſtitium, ideſt juris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem, quibus diebus nihil agi cum his jure poſſit. *Cic.* 5. *Phil.* Juſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere. *Id. de Aruſp. Reſp.* Juſtitium edici oportere, juriſdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli. ¶ Juſtitium remittere, eſt priſtinam facultatem tractandarum litium publice reſtituere. *Liv. l.* 10. Ut Romam reditum eſt, juſtitium remiſſum eſt. ¶ Interdum pro luctu publi-

publico ponitur. *Sidon. l. 2. ep. 8.* Deceſſit nudius tertius, non abſque juſtitio, matrona Filimatia. ¶ Juſtitii tempore non juris ſolum adminiſtrandi, ſed aliorum etiam publicorum munerum ceſſatio erat, ut ex *Taciti Ann. l. 2. c. 16. & 30. & l. 2. c. 82.* aperte colligitur. V. etiam *Sueton. in Calig. c. 24.*

Juſtum, i, n. *il dovere, il conveniente*, δίκαιον, juſtitia, æquitas, congruentia. *Quinct. l. 9. c. 4.* Membrum longius juſto tardum, brevius inſtabile eſt. *Velle. l. 2. c. 49.* Juſto ferocior.

Juſtus, a, um, *giuſto*, צדיק, Ger. *gerecht*, Gal. *juſte*, Hiſp. *juſto*, δίκαιος, qui juris præcepta ſervat, æquus, innocens, a *jus*. *Cic. pro Cæc.* Qui ita juſtus, & bonus vir eſt, ut &c. ¶ Sæpe ponitur pro legitimo, debito, merito. *Cic. 2. Fam.* Ita victoria juſta imperator appellatus ſum apud Iſſum. *Id. in Catil.* Ex vitam iſtam multis ſuppliciis juſtis, debitiſque ereptam fugæ, ſolitudinique mandam. *Id. de Leg. l. 3.* Præter Ideæ matris famulos, eoſque juſtis diebus, nequis ſtipem cogito. Sic apud *eund. 1. Off.* Juſti domini, & *3. Off.* Juſtus, & legitimus hoſtis. ¶ Interdum pro vero. *Cic. in Bruto*, Illam juſtam Eloquentiam, quam Dialecticam dilatatam eſſe putant. ¶ Interdum pro integro, pleno, perfecto, ut juſtus exercitus, juſtum prælium. *Cic. Att. l. 5.* Deinde cogitabam ſine ulla mora juſta itinera facere. *Vell. l. 2. c. 61.* Quorum exemplum ſecuti alii, brevi in formam juſti coiere exercitus. *Liv. l. 49.* Primo levibus prœliis fatigavit, poſtremo coactus in aciem deſcendere juſto prælio devicit. ¶ Interdum pro miti, & leni. *Terent. Andr. 1. 19.* Ut ſemper tibi apud me juſta, & clemens fuerit ſervitus. ¶ Interdum pro apto, facili, plano. *Tacit. 2. Ann. c. 5.* Fundi Germanos acie & juſtis locis, juvari ſilvis, & paludibus. ¶ Juſti dies pro juſtitium, V. ſupra *Juſti* ſuo loco. ¶ Juſtus vas, idoneus ſponſor. *Feſtus.* ¶ Comparat. eſt juſtior, ſuperlat. juſtiſſimus. *Cæſ. l. 4. B. Gall. c. 16.* Juſtiſſima cauſa. *Liv. l. 4. c. 53.* Juſtiorem cauſam reſiſtendi præbere.

Juturna, f. 1. Ἰουτούρνα, Dauni filia, & Turni Rutulorum Regis ſoror, quam Jupiter pro erepta virginitate immortalitate donavit, Numicique fluminis Nympham fecit. Hæc in bello fratrem adverſus Æneam multum adjuvit: ſed videns fratri necem inſtare, in Numicum ſe fluvium occultavit. *Virg. in Æn.* Alii dicunt, eam rem habuiſſe cum Latino Rege, eoque flagitio palam facto, ſua ſponte ſe in Numicum præcipitaviſſe. *Boccat. l. 12. Geo.*

Juturna, æ. 1. *Treglio*, fons, & lacus Latii, apud Numicium fl. ¶ Item fons Romæ, in Velabro, ubi nunc ſacra ædes S. Mariæ Liberatricis.

Jutus, a, um, particip. a juvo, *ajutato*. *Tac. Ann. 14. c. 4.* Solertia temporum juta.

Juvamen, inis, n. 3. *giovamento*, ὠφέλεια, auxilium. *Æmil. Macer, c. de Betonica.* Fert hæmophthiſicis cum poſca ſumpta juvamen.

Juvamentum, i, n. juvamen. *Veget. l. 3. c. 4.* Juvamentum præſtare.

Juvanctus, m. 2. *Trontino*, *Tordino*, fl. Prægutiorum, in Aprutio ult. qui labitur juxta Interamnam, & in ſin. Venetum ſe exonerat.

Juvat, abat, juvit, imp. 1. *giova*, *piace*, τέρπει, delectat, cum acc. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 12.* Teque hilari animo, & prompto ad jocandum eſſe valde me juvat. *Virg. Ecl. 4.* Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricæ. *Sen. epiſt. 6.* Quæ ſcire, magis juvat, quam prodeſt.

Juvenacium, n. 2. *Giovenazzo*, urbs Apuliæ Peucetiæ, maritima, a Barolo 18. a Melficto 3. M. P. diſtans.

Juvenalis, le, adject. idem ac juvenilis. *Apul. de Mundo*: Valenti habitudine, pubertate juvenali. *Auſon. in Profeſſ. Burdigal. 15.* Animo juvenali ſenex. ¶ Juvenalis dictus fuit feſtus dies a Caligula inſtitutus, & Saturnalibus adjectus, a juvenibus præcipue celebrandus, unde & nomen. *Sueton. in Calig. cap. 17.* Ut lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem. ¶ Juvenales ludi, a Nerone inſtituti, cum primum barbam depoſuit, & Jovi Capitolino dicavit, ut *Dio & Xiphilin.* ſcripſere, ſcenici fuerant, privatimque per domos, aut in hortis agitabantur. In hiſce Nero primum vocis ſuæ tirocinium poſuit. *Tacit. Ann. 14. c. 15.* Inſtituit ludos Juvenalium vocabulo, in quos paſſim nomina data. *Id. 15. Ann. c. 33.* Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiſcuas ſcenas frequentandi. nam adhuc per domos, aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis, quos ut parum celebres, & tantæ voci anguſtos ſpernebat. *Sueton. in Ner. c. 11.*

Juvenalis, is, D. Junius Juvenalis, poeta Satyricus, Satyras, quibus in corruptiſſimos ſæculi ſui mores acerrime invehitur, ſexdecim ſcripſit varietate, ubertate, & acumine pulcherrimas. In exilio mortuus creditur, ob Paridis hiſtrionis invidiam, quem non ſemel verſibus ſuis perſtrinxerat. Vixit ſub Domitiano, teſte Suida, vel ſub Trajano, ut alii volunt, quod & contra ipſum Domitianum liberius ſcripſerit, quæ eo vivo ſcribere non potuiſſe videtur.

Juvenca, æ, f. *manza*, *manzuola*, פרה, Germ. *eine junge kuhe*, Gal. *une geniſſe*, Hiſ. *bezerra*, δάμαλις, πόρτις, vacca junior, quæ jam vitula eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit. *Virg. 3. Georg.* Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca. ¶ Dicitur etiam de puella, vel florentis ætatis muliere. *Ovid. 5. Epiſt.* Graja juvenca venit, quæ te, patriamque, domumque perdat, io prohibe, Graja juvenca venit.

Juvencillus, i, m. *giovinetto*, νεώτερος, dim. a juvencus. Dicitur de adoleſcentulo. *Catull. ad puerum, carm. 24.* Qui flosculus es juvenculorum.

Juvencus, ci, manzetto, *giovenco*, פר, Ger. *ein junger ochſe*, Gal. *jeune taureau*, Hiſ. *bezerro*, μόσχος, πόρταξ, bos junior, qui jam vitulus eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit, a *juvando*, quod jam dominum in agro colendo adjuvare poſſit. *Varro l. 4. de L. L. Iſid. l. 12. c. 1. Col. l. 6. c. 2.* Ubi plauſtro, aut aratro juvencum conſueſcimus. ¶ *Varro l. 2. de re ruſt. c. 5.* quatuor diſtinguit bubuli generis ætates, quarum prima eſt vitulorum, ſecunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. ¶ Dicitur etiam de hominibus adoleſcentulis. *Hor. l. 2. Carm. od. 8.* Te ſuis matres metuunt juvencis. ¶ Adjective de equo, *Lucret. l. 5. v. 1173.* ubi equus florenti ætate juvencus. Sic juvencæ aves, apud *Plin. l. 10. c. 53.*

Juvencus, i, Presbyter Hiſpanus, Evangelia quatuor libris heroico carmine complexus, pene ad verbum tranſtulit. Vixit ſub Conſtantino M. circa ſæculum Chriſti IV.

Juveneſco, is, n. 3. *ingiovenirſi*, *farſi giovane*, חזר לנער, Ger. *ſich jung-machen*, Gal. *devenir jeune*, Hiſp. *bolverſe joven*, νεάζω, juvenis fio. *Plin. l. 8. c. 34.* Rurſus æſtate juveneſcunt. *Horat. l. 6. od. 2.* Vitulus largis juveneſcit herbis.

Juvenilis, le, o. 3. *giovanile*, *da giovane*, Germ. *was jung iſt*, Gall. *de jeune*, Hiſp. *juvenil*, νεανικός, quod ad juvenem pertinet. *Cic. in Bruto*, Et ſuperfluentes juvenili quadam dicendi impunitate. *Ovid. 14. Metam. v. 644.* Silenuſque ſuis ſemper juvenilior annis. ¶ *Juvenile* adverbialiter pro juveniliter. *Stat. 5. ſilvar.* Juvenile vagari.

Juvenilitas, atis, f. *giovanezza*, ætas juvenilis. *Varro apud Non. c. 2. num. 418. & c. 5. n. 45.* Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

Juveniliter, adv. *giovanilmente*, *da giovane*, νεανικῶς, more juvenum. *Cic. de Sen. c. 4.* Et Annibalem juveniliter exultantem patientia ſua molliebat.

Juvenis, is, com. 3. *giovane*, עלם, Germ. *jung*, Gal. *jeune*, Hiſp. *joven*, νέος, adoleſcens, vel, ut Juriſc. definiunt, qui adoleſcentiæ ætatem exceſ-

ſit, a *juvo*, quia proprie ſignificat vegetum, firmumque, & ætatis beneficio ad juvandum aptum. Varro a trigeſimo uſque ad quadrageſimum quintum annum juvenes appellat. V. *Adoleſcens*. *Cic. de Senect.* Infirmitas puerorum eſt, ferocitas juvenum. *Plin. l. 7. c. 36.* Cornelia juvenis eſt, & parere adhuc poteſt. ¶ Aliquando ponitur pro filio. *Horat. l. 2. od. 12.* Domitoſque Herculea manu Telluris juvenes. h. e. Gigantes, qui terræ filii dicuntur. *Ovid. 5. Triſt. el. 1.* Sic juvenis tibi conſimilis ſit natus. ¶ Gradus comparativus eſt *Junior*. V. vocem ſeq.

Juvenis, is, adject. comm. 3. *giovane*. *Ovid. 7. Metam. v. 295.* Juvenes nutricibus annos Poſſe ſuis reddi. ¶ Comp. *juvenior*. *Apul. 8. Metam.* Unus præ ceteris & animo fortior, & ætate juvenior. Sed *junior* uſitatius eſt. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 44.* Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno. Adde *Colum. l. 9. c. 11.* Et ſubſtantive, *Plin. l. 18. c. 3.* Juniorum familiæ bubulum nominaverunt.

Juvenor, aris, d. 1. *parlar inconſideratamente*, *parlar da giovane*, νεάζω, temere, & inconſiderate, & juvenum more aliquid dico, vel facio. *Hor. in Arte*, v. 246. Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam.

Juventa, æ, f. 1. *gioventù*, נעורים, Ger. *jugent*, Gal. *jeuneſſe*, Hiſ. *mocedad*, νεότης, juventus, ætas juvenilis, a *juvenis*. *Plin. l. 7. c. 13.* Aliæ ſterilis eſt juventa, aliis ſemel in vita datur gignere. *Liv. l. 35. c. 42.* Non ita ſe a juventa eum geſſiſſe. ¶ Differt a Juventate, & juventute, quia juventa eſt ætas, Juventas Dea, juventus multitudo hominum. *Acron in Hor. l. 1. Carm. od. 30. Voſſ. & Non.* Sed hæc differentia non obſervatur. Igitur juventa invenitur etiam pro juvenum multitudine. *Mart. l. 2. epigr. 98.* Quinctiliane vagæ moderator ſumme juventæ.

Juventas, atis, f. Ἥβη, Dea, quæ juventuti, ſeu florenti ætati præeſſe putabatur. *Cic. 1. de nat. Deor.* At Poetæ quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant, & aut Juventatem, aut Ganymedem pocula miniſtrantem. V. *Hebe*. ¶ Metonymice accipitur pro ætate juvenili. *Virg. l. 8.* Tum mihi prima genas veſtibat flore juventas. *Horat. l. 2. od. 11.* fugit retro levis juventas, & decor.

Juventus, utis, f. 3. *gioventù*, νεολαία, multitudo juvenum. *Cic. 3. de Or.* Ob eamque cauſam juventus noſtra dedeſceret pene diſcendo. ¶ Sæpe ſumitur pro ætate. *Cic. de Sen.* An iis, quæ geruntur juventute, & viribus? ¶ Item pro Dea, quæ præeſſe putabatur ætati juvenili. *Cic. 1. Tuſc. c. 26.* Non enim ambroſia Deos, aut nectare, aut Juventute pocula miniſtrante lætari arbitror. *Liv. l. 36.* Juventutis ædem in Circo Maximo C. Licinius Duumvir dedicavit. Adde *Plin. l. 35. c. 10.* Sed his tribus locis alii legunt *juventatis*.

Juverna. V. Iverna.

Juvo, as, juvi, jutum, a. 1. *giovare*, הועיל, Germ. *helffen*, Gal. *aider*, Hiſp. *ayudar*, ὠφελεῖν, opem fero, auxilior. *Cic. in Top.* Conſilio juvare cives æqua in laude ponendum eſt. *Id. 1. Fin. c. 21.* Juvare ad beatam vitam. *Id. Att. l. 16.* Multum potes nos apud Plancum juvare. *Plaut. Capt. 1. 2. 33.* Neque unquam quicquam me juvat, quod edo domi, non mi fa buon pro. *Ovid. 9. Metam. v. 1073.* Juvare auxilio. ¶ Diis juvantibus, formula eſt bene precantis, & ominantis, Græce ſὺν θεῷ. *Liv. l. 25. c. 38.* Ite, Diis bene juvantibus, corpora curate &c. ¶ Significat etiam delectare. *Cic. in Orat.* Conſule aures, probabunt, quære, cur ita; dicent, ſe juvari. In hac ſignificatione ſæpe uſurpatur impersonaliter. V. ſupra *Juvat*. ¶ Juvam aliquem, pro aliquem. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 118.* Quando ita tibi juvat, vale, atque ſalve. Quædam tamen optimæ editiones, & MSS. habent *lubet*. ¶ Præteritum eſt *juvi*. Legitur tamen particip. *juvaturus*, tanquam a *juvavi*, apud *Salluſt. Jugurth. c. 47. & Plin. l. 4. ep. 15. ad fin.* ¶ Particip. *Jutus* V. ſupra ſuo loco.

Juxta, *appreſſo*, אצל, Ger. *bey*, Gal. *auprès*, Hiſp. *cerca*, πλησίον, apud, vel prope, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt. *Nepos in Attic. ad fin.* Sepultus juxta viam Appiam. *Tacit. de Germ. c. 30.* Velocitas juxta formidinem. h. e. formidini proxima. ¶ Significat etiam poſt, *dopo*. *Tacit. 2. hiſt. c. 76.* Juxta Deos in tua manu poſitum eſt. ¶ Item ſecundum. *Nazar. in paneg. Conſtantino*, c. 23. Juxta magnitudinem exantlati laboris. *Solin c. de Macedonia.* Juxta reſponſum datum a Deo. Quidam etiam huc trahunt locum *Gellii l. 4. c. 9.* ubi hæc habentur: Nigidius Figulus homo, ut ego arbitror, juxta M. Varronem doctiſſimus. Sed hic particula *juxta* idem valet ac *poſt*, & ad paragraphum ſuperiorem referri debet. ¶ Interdum eſt adverbium, & ſignificat æque, ſimiliter, eodem modo, & uſurpatur vel abſolute. *Sall. Jug. c. 67.* Juxta boni, malique, ſtrenui, & imbelles multi obtruncati ſunt. hoc eſt æque boni, ac mali. ¶ Vel cum præp. *cum*. *Sall. in Catil.* Juxta mecum omnes intelligitis. *Plaut. Trin. 1. 2. 160.* Juxta eam curo cum mea. ¶ Vel cum partic. *ac*. *Cic. poſt red.* Qui me omnibus officiis juxta, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit. hoc eſt æque, ac ſi, quaſi, tanquam ſi. *Liv. l. 37. c. 54.* Humanum genus nomen veſtrum, imperiumque juxta, ac Deos immortales jampridem intuentur. ¶ Vel cum partic. *atque*. *Liv. l. 5.* Et ſe juxta hyeme atque æſtate bella gerere poſſe.

Juxtim, adv. idem ac juxta, *appreſſo*, *vicino*. *Suet. in Tib. c. 33.* Aſſidebatque juxtim, vel ex adverſo in parte primori. Adde *Lucret. l. 4. v. 1205.*

I. ANTE X.

Ixia, ἰξία, herbæ genus, ab ἰξός, *viſcum*, quod quibuſdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro maſtiche utuntur mulieres. Cum terra colorem mutat. Unde & chamæleon appellatur. Hujus duæ ſunt ſpecies candido, & nigro colore diſtinctæ. *Plin. l. 22. c. 18.*

Ixion, Ixionis, m. 3. Ἰξίων, filius Phlegiæ, Rex Lapitharum in Theſſalia. Sed aliqui Ætionis, alii Jovis filium faciunt. Uxorem duxit Diam filiam Deionei, ſeu Eionei, quæ illi Pirithoum peperit. Socero cum multa pro compenſatione dotis pollicitus eſſet, & ob id ille ad hunc veniſſet, ut munus reciperet, Ixion, facta ſcrobe, eaque lignis, & ſtramentis intecta, illum in ea fraude peremit. Ab hac cæde cum neque homines, neque Dii eum luſtrare vellent, diuque incertus vagaretur, Jupiter illius miſertus in cœlum aſſumptum expiavit. Cum jam purgatus apud Superos degeret, Junonem amare cœpit, eamque de ſtupro interpellavit. Quod cum Jupiter ab uxore intellexiſſet, nubem illi ſub Junonis effigie oppoſuit, ex qua ille Centauros genuit. Dejectus deinde in terram cum paſſim gloriaretur, ſe cum Deorum Regina rem habuiſſe, Jupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detruſit, curavitque, ut ibi rotæ volubili alligatus perpetuo volutaretur. *Ovid. 4. Metam. v. 461.* Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque, fugitque. *Virg. 6. Æn. v. 601.* Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?

Ixioneus, a, um, adject. ad Ixionem pertinens. *Virg. 4. Georg. v. 484.* Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.

Ixionides, æ, m. 1. filius Ixionis, ideſt, Pirithous, vel aliquis ex Centauris. *Propert. l. 2. Eleg. 1. v. 38.* Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.

Ixionius, a, um, idem quod Ixioneus. *Lamprid. Heliogab. c. 24.* Paraſitos ad rotam aquariam ligabat, eoſque Ixionios amicos vocavit.

I ANTE Y.

Iynx, iyngis, f. 3. ἴυγξ, avis, paulo major fringilla, colore vario, linguam ſerpentibus ſimilem habens, quam longitudine quatuor digitorum exerit, ſurſumque contrahit intra roſtrum. Torquilla a quibuſdam eſt appellata, quia collum circumagit in adverſum, reliquo quieſcente corpore. Ob eandem cauſam vocatur etiam verticilla, a colli verſura. Sunt qui & turbinem vocent, putentque, avem eſſe amatoriis medicamentis infamem. Frequens hujus avis mentio eſt apud *Theocr. in Pharmaceutria*, & *Plin. l.* 11. *c.* 47.

DE LITTERA K.

K Litera Græcorum eſt, non Latinorum, quam ipſi κάππα nominant. Ea Latini vix utuntur, niſi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis utuntur, ut *Kyrie eleiſon*. Sed hujuſmodi, quoniam mere Græca ſunt, ſatius fuerit ſcribere Græcis literis. Nam & *Priſcianus* teſtis eſt, K apud Latinos eſſe ſupervacuum, & *Quinctilianus l.* 1. *c.* 7. non obſcure innuit, loco ejus nos habere literam c, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat.

DE LITERA L.

L Litera Latinorum eſt, Græcorum *lambda*, ſono, & poteſtate reſpondens, una ex iis, quæ a Græcis ἀμετάβολα, hoc eſt immutabiles, a Latinis *liquidæ* appellantur. Quo fit, ut mutam immediate ſubſequens in eadem ſyllaba, præcedentem ſyllabam, ſi brevis fuerit, reddat indifferentem. ¶ In vocibus ab hac litera incipientibus, ſi cum præpoſitione *ad*, vel *in* componantur, poſterior litera præpoſitionis convertitur in *l*, ut *Allabor*, *alluo*, *illuo*, *illuſtris*, pro *Adlabor*, *adluo*, *inluo*, *inluſtris*. In notis numeralibus ſignificat quinquaginta.

L ANTE A.

Labărum, n. 2. λάβαρον, vexillum militare auro intextum, gemmiſque interminantibus ſplendidiſſimum, quod Imperatori præferri, ac a militibus prona adorari ſolebat, a λάφυρον, υ in α abeunte, ut *calix* a κύλιξ, quia primitus labarum fuerit λάφυρον, hoc eſt exuviæ, ſeu ſpolia hoſti vivo detracta, v. g. paludamentum imperatorium, quod vexilli loco geſtabatur. Quidam a *labore* deducunt, quod *laborum* vulgo diceratur. Et ſane *Hermias Sozomenus l.* 1. *c.* 4. λάβωρον per ω a Romanis vocari ſcribit. Sed Prudentius mediam ſyllabam corripit *l.* 1. *adv. Symmach. v.* 487. Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum. Erat autem Labarum haſta longa cum ligno in apice tranſverſo, a quo pendebat pretioſus pannus cum Imperatoris icone. Huic Conſtantinus M. coronam impoſuit cum cruce, & literis initialibus nominis JESU CHRISTI, quod contra Maxentium pugnaturus crucem in aere vidiſſet cum verbis ἐν τούτῳ νίκα. ¶ De labaro ſcripſere, vel meminere *Tertull. in Apol. Ambr. in Epiſt. Sozom. l.* 1. *c.* 4. *Euſeb. l.* 1. *&* 2. *de vita Conſtantini*, *Alciat. in* 12. *l. Cod. tit. de Præpoſitis laborum*, *Cujacius ad l.* 12. *tit.* 18. *Lipſius ad l.* 3. *de cruce c.* 15. *& obſerv. l.* 11. *c.* 20. *Meurſius in Gloſſario*, voce λάβαρον.

Labaſco, is, n. 3. & labaſcor, eris, d. 3. *pendere*, *ſtar per cadere*, ammo..., caſum minor, ruinæ vicinus ſum, inchoativum, a *labo*, *as*. *Lucr. l.* 4. Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de priſtina conſtantia excidere. *perdere l'anima*. *Ter. Eun.* Labaſcit victus uno verbo, quam cito. *Varro apud Non. c.* 7. *n.* 42. Poſtquam vidit, miſericordia labaſci mentem infirmam populi.

Labda, æ, f. 1. Λάβδα, filia Amphionis cujuſdam ex Bacchiadarum genere. Cum clauda eſſet, & ob id a Bacchiadis cæteris ſperneretur, Ætioni nupſit, eique Cypſelum peperit. V. *Cypſelus*.

Labda, æ, m. 1. dictus eſt flagitioſus homo, qui id agit, quod *Varro in Marcipore* dixit buccam offendere, *Suetonius* ore morigerari. *Varro in Margopoli*: Depuſtis, dicite labdæ? *Auſon.* Cui ipſa linguam cum dedit ſuam, labda eſt. *Ex Voſſii Etymol.*

Labdacides, æ, m. 1. Laius Labdaci filius, Oedipi pater. *Stat.* 6. *Theb. v.* 451. Nec verbera pallidus addit Labdacides.

Labdacidæ, m. 1. Λαβδακίδαι, Thebani, a Labdaco. *Stat.* 10. *Theb. v.* 36. Sic ille trucat hortatibus implet Labdacidas.

Labdacis, idis, adject. fœmin. Λαβδακίς, Thebana, ut Labdacides cohortes, *Stat.* 9. *Theb. v.* 650.

Labdaciſmus, i, eſt, cum pro uno duo *ll* pronuntiantur. *Iſid. l.* 1. *c.* 31. ¶ Alii labdaciſmum vocant, cum litera canina R pronuntiari non poteſt. *Eraſm. in Dialogo de pronunt.* ¶ Eſt a λάβδα, pro λάμβδα, litera μ ob euphoniam ſublata, ut Græcis mos eſt.

Labdacius, a, um, adject. Thebanus, a Labdaco. *Statius* 2. *Theb. v.* 210. Labdacius dux. *h. e.* Eteocles, cujus avus Laius fuit Labdaci filius, & Thebanorum rex.

Labdacus, m. 2. Λάβδακος, filius Agenoris, qui, cum Cadmus ejus frater Regno pulſus eſſet, Amphion ſuis manibus ſibi mortem conſciviſſet, Lycus interfectus eſſet ab Hercule, rogatus ab amicis, ut Syria relicta in Græciam veniret, quod propter ſenectutem itineri ſe minus idoneum cerneret, Laium filium miſit, qui Regni ſtatum potitus eſt. *Theodont.* Alii dicunt, Labdacum filium fuiſſe Phœnicis, ſenem Thebas a Thebanis vocatum veniſſe, ibi aliquandiu regnaviſſe, & Laium genuiſſe. *Boccat. l.* 2. *Gen.*

Labeatis lacus, *lago di Scutari*, lacus Dalmatiæ, montibus undique ſeptus, niſi ad Septentriones, apud Scodram urb. Alii eſt lacus Albaniæ, in mediterraneis. Pop. *Labeates*, quorum urbs *Scodra*.

Labecula, æ, f. 1. *picciola macchia*, κηλίδιον, dim. a labes. *Cic. in Vatin. c.* 17. Ei clariſſimo viro nonnullam tua laudatione labeculam aſperſeas.

Labefacio, is, eci, actum, a. 3. *movere*, *rompere*, ..., Ger. *verderben*, Gal. *gâter*, Hiſ. *hazer caer*, *enrbrar*, ..., rumpo, frango, deſtruo, perdo, a *labo*, quaſi labare facio. *Ter. Adel.* 3. 2. 36. Omnes dentes labefecit mihi. ¶ Tranſlate ponitur pro enervare, frangere, debilitare. *indebolire*. *Lucr. l.* 4. *v.* 1106. Uſque adeo Veneris compagibus hærent membra, voluptatis dum vi labefacta liqueſcant. ¶ Item pro deterrere, & a conſtantia abducere, *removere*. *Cic. pro Sext.* Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. ¶ Labefacere fidem ſuam dicitur debitor, cum male ſolvendo efficit, ne quis ei quippiam velit credere. *Suet. Veſpaſ. c.* 4. Ut qui prope labefacta fide omnia prædia fratri obligaret.

Labefactatio, onis, f. idem quod labefactio. *Quintil. l.* 8. *c.* 4. Hic & Catilina, & Gracchus, & mediocris labefactatio cædi, & incendiis, & vaſtationi comparatur.

Labefactatus, a, um, nom. particip. enervatus, infractus, debilitatus. *Cic. de Sen. c.* 6. Maximas Reſpublicas ab adoleſcentibus labefactatas, a ſenibus ſuſtentatas, & reſtitutas reperietis.

Labefactio, onis, f. deſtructio, corruptio, actus labefaciendi. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Tuſſim veterem inhibet, & gutturis rheumatiſmos, orthopnœam, dentium labefactionem. Al. leg. *labefactationem*.

Labefacto, as, a. 1. *guaſtare*, *corrompere*, *diſtruggere*, *offendere*, *danneggiare*, הִשְׁחִית, Germ. *ſchwaechen*, Gal. *gâter*, *corrompre*, Hiſp. *deſtruir*, *corromper*, λυμαίνω, corrumpo, damno afficio, lædo, frequ. a *labefacio*. *Cic. Ver.* 6. Demoliri ſignum, ac vectibus labefactare. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ac minus colla eorum labefactentur. ¶ Tranſlate ſumitur pro vexare, affligere, *Cic. ad Cornif.* Nec vero poſtea deſtiti labefactare eum, qui ſumma cum tua injuria, contumeliaque Reipub. provinciam abſens obtinebat. ¶ Item pro corrumpere, pravum reddere. *Cic. pro Cluent.* Quorum fidem pretio labefactare conata ſit. ¶ Item pro debilitare, ac veluti proſternere. *Cic.* 1. *Fin.* Ne invidia verbi labefactetur oratio mea. *Id. pro Cluent.* Labefactare opinionem. *Id.* 1. *de Fin.* Labefactare, & evertere Rempublicam. ¶ Item pro commovere, & a propoſito avertere. *Ter. Eun.* 3. 3. 3. Ita me video ab ea aſtute labefactarier. ¶ Item imminuere, violare. *Cic. pro Rabir. Poſth.* Labefactare dignitatem alicujus.

Labefactus, a, um, loco motus, corruptus, deſtructus, partic. paſſ. a labefacio. *Virg.* 4. *Æn.* Animum labefactus amore. *Caſ. l.* 2. *B. C. c.* 11. Dejecta turri, labefacta parte muri.

Labefio, is, paſſiv. anomal. *eſſer guaſto*, *o diſtrutto*. *Senec. de conſtant. Sapient. cap.* 6. Sub iſto tot civitatum everſore munimenta incuſſu arietis labefieri.

Labellum, i, n. 2. Lavellum, *Lavello*, urbs parva Apuliæ Peucetiæ, in Baſilicata, in R. Neap. in fin. Capitanatæ, inter Melphim ad Occ. & Minervinum ad Or.

Labellum, li, n. *labbricciuolo*, χειλάριον, dim. a labrum. *Cicer.* 1. *de Div.* At Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis conſediſſent. ¶ Interdum pro vaſculi genere ponitur facto ad ſimilitudinem labri, quo in balneis uti ſolemus ad lavandum. *Cic.* 2. *Leg. c.* 26. Super tumulum noluit quidquam ſtatui, niſi columellam, aut menſam, aut labellum. *Catul. epigr.* 53. Te campo quæſivimus minore, Te in Circo, te in omnibus labellis. *h. e.* balneis.

Labens, entis, particip. *Liv. l.* 2. *c.* 20. Labentibus ſuper corpus armis, *cadendo*. *Petron. in Satyr. c.* 127. Labentis mundi curſus. *h. e.* ſe circumagentis. *Virg. Æn.* 2. *v.* 14. Tot jam labentibus annis. *h. e.* tranſactis. *Sueton. in Aug. c.* 99. Labentes malæ, *ſmunte*.

Labĕo, onis, m. 3. cui labra immodica ſunt, a *labium*. *Charif.* apud *Priſcian. l.* 4. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Labra, a quibus brocchi labeones dicti. *Arnob. l.* 3. Capitones, frontones, labeones. ¶ Hinc nomen

Labeo Antiſtius, Juriſconſultus apud Romanos. *Gell. l.* 13. *c.* 10. & 12.

Laberius, m. 2. Poeta mimographus, qui a Cæſare anulo equeſtri donatus eſt. *Macr. Sat. l.* 2. *Gel. l.* 11. *c.* 2. *Sen. l.* 3. *Declam.* 18. Laberium mimum Divus Julius ludis ſuis produxit, deinde Equeſtri Ordini reddidit, quem cum juſſiſſet ire ſeſſum, omnes Equites ita ſe conſtraverunt, ut venientem non reciperent.

Labes, is, f. 3. *rovina*, *danno*, מוּם, Germ. *ſcad*, Gal. *tache*, Hiſp. *mancilla*, *caymiento*, πτῶμα, ruina, lapſus, a *labor*, *eris*. *Serv. in* 1. *Æn.* Proprie enim ruinam, aut lapſum notat: quia autem quæ labe conciderunt, deformia ſunt, per tranſlationem ſumitur pro macula. *Cicer.* 1. *de Div. c.* 43. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. *Ibid.* Ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræque deſederint. *Liv. l.* 21. *c.* 36. Per nudam infra glaciem, fluentemque labem liqueſcentis nivis ingrediebantur. Alii legunt *tabem*. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes lardo? ¶ Tranſlate accipitur pro damno, corruptione, depravatione. *Cic. pro Flac.* An innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis? ¶ Vel active, pro eo, qui exitium affert. *Cic.* 2. *Ver.* Prædonem juris urbani, labem, atque perniciem provinciæ Siciliæ. *Id. pro Dom.* Nam ſi illa labes, ac flamma Reip. ſuum illum peſtiferum, & funeſtum Tribunatum humana æquitate tueri non poteſt. ¶ Et alia tranſlatione pro vitio, infamia, ignominia. *Cic. pro Dom.* Hanc vero labem turpitudinis, & inconſtantiæ poterit P. R. dignitas ſuſtinere? *Id. in Vatin.* Ne qua ex tua indignitate labes illius dignitati aſpergi videatur. *Id.* 2. *de Leg.* Animi labes nec diuturnitate evaneſcere, nec amnibus ullis elui poteſt. *Id.* 3. *Off. cap.* 21. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera? ¶ In ablat. caſu *labi* pro labe. *Lucret. l.* 5. *v.* 918. Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.

Labiæ, arum, fem. *le labbra*, idem ac labia. *Plaut. Stich.* 5. 4. 41. Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labias tibias. Ita legit *Nonius cap.* 3. *num.* 120. Sic *Nævius apud eund. Non. ibid.* Homini labias pugnis cædere. *Vetus Poeta apud Gel. l.* 19. *c.* 11. Animula ægra & faucia cucurrit ad labias mihi.

Labici, m. 2. *Valmontone*, Col. & urbs olim Latii, nunc opp. Ducatus titulo inſignitum, in Camp. Rom. medium inter Tuſculum, & Anagniam. Cluverius credit eſſe *Zagarola*, oppidulum magis ad Bor. Lucas Holſtenius credit, fuiſſe, ubi nunc *la Colonna*, caſtrum Campaniæ R. in illo tractu, ſub Tuſculo. Conditum dicitur a Glauco Minois filio, quem Labicum appellarunt a ſcuto miſitari intus amato, quod primum in Italia oſtendit, nempe a λαβὴ, *anſa*. *Liv. lib.* 2. *c.* 39. Deinde Lavinium recepit, Vitelliam, Trebiam, Labicos. ¶ Pop. *Labici*, *Lavici*, *Labicani*. Poſſeſſ. *Labicanus*, ſeu *Lavicanus*, ut Ager Labicanus, & Via Labicana, ſeu Lavicana, *Strada di Valmontone*, quæ Roma Labicum ducebat. Sic Labicanus ager apud *Plin. l.* 3. *c.* 5. ¶ Labicus, i, ejus oppidi incola. *Virg.* 7. *Æn. ad fin.* Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici.

Labicum, i, oppidum Latii, idem ac Labici. *Silius* 12. *verſ.* 534. campos ingreſſus, & arva Labici.

Labĭdus, a, um, adject. idem quod labilis. *Vitruv. l.* 6. *in proœm.* Labidis itineribus vadere.

Labilis, & le, o. 3. quod facile labitur. *Arnob. l.* 7. Dulcedo labilis. *Ammian. l.* 27. *c.* 23. Per labilem lumum digreſſus.

Labinius, m. 2. *Lavino*, fl. Galliæ Togatæ, inter Bononiam, & Mutinam, apud quem Triumviratus inter Octavianum, M. Antonium, & Lepidum firmatus eſt.

Labioſus, a, um, adject. qui magna labia habet. *Lucret. l.* 4. *v.* 1162. Simula Silena, ac ſatura eſt, labioſa Philema.

Labium, bii, & labrum, bri, n. *labbro*, שָׂפָה, Ger. *Leffzen*, Gal. *levre*, Hiſp. *labio*, χεῖλος, eſt extremitas alicujus rei, & præcipue dicitur de extremitatibus, & operculis oris, quæ ſunt veluti vallum quoddam tegendis dentibus a natura datum, a λαβεῖν, a. 2. inf. verbi λαμβάνω, *capio*, quia labiis cibum apprehendimus. *Iſid. l.* 11. *cap.* 1. deducit a lambendo. *Ter. Eun.* Labiis demiſſis. *Cic.* 3. *de Or.* In cujus labiis leporem habitaſſe ferunt. ¶ Aliqui labium a labro diſtinguunt. *Donat. ad Eun.* 2. 2. *ſc.* 1.

2. ſt. 3. Labra ſunt ſuperiora, labia inferiora. At contra *Agrætius*: Labium ſuperius dicitur, labrum inferius. *Verrius Flaccus*, quemadmodum *Chariſius* tradit *l.* 1. ſic diſtinxit, modica eſſe labra, labia autem immodica, & inde labeones dici. Sed recte monet Chariſius, labra, & labia indiſtincte dici. *Mart. l.* 2. Baſia dimidia quod das mihi, Poſthuma, labro. *Virg.* 3. *Ecl.* Necdum illis labra admovi. *Perſ. in Præfat.* Nec fonte labra prolui Caballino. ¶ Primis, vel primoribus labris aliquid attingere, vel deguſtare, eſt leviter aliquid attingere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe Phyſiologiam? *Id.* 1. *de Or.* Quæ iſti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. ¶ A ſummis labris, h. e. non ex animo. *Stnec. ep.* 10. Non a ſummis labris iſta venerunt. ¶ Dicitur etiam de marginibus, & extremis oris foſſæ, fluminis, fontis, lacus, & hujuſmodi, *ripe*. *Cæſ.* 7. *B. G.* Foſſam pedes viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant. Adde *Liv. l.* 37. *c.* 37. *in fin.* ¶ Labrum item dicitur vas amplum, in quod aqua e fonte delabitur. *Plin. ep.* 6. *l.* 5. Inter has marmoreo labro aqua exundat. ¶ Eſt & labrum genus vaſis in balneis ad lavandum aptum, λουτὴρ, ita dictum, quaſi *lavabrum*. *Cic. l.* 14. *Fam.* Labrum ſi in balneo non eſt, fac, ut ſit. ¶ Denique dicitur de vaſe cujuſcumque generis, ut *Labrum lupinarium*, in quo lupinus conditur, *vinarium*, *olearium*, &c. in quod vinum e lacu, oleum e cortina transfertur. *Cato de R. R. c.* 10. 11. & 13.

Labo, as, n. 1. *vacillare*, מוט, Germ. *fallen*, Gall. *branler*, Hiſp. *bambanear*, ὑποφέρομαι, vacillo, nuto, a *labor*, *eris*, per ſinc. quia, qui labat, idem laborat, ut vitet lapſum. Valla hoc diſcrimen ſtatuit inter *labare*, & *labi*, quod labare ſit ruere, & repente cadere, *labi*, leviter, ſenſimque deorſum ire. *Cic. in Verr.* 6. *c.* 43. Signum illud nulla lababat ex parte. *Virg.* 2. *Æn.* Labat ariete crebro janua. *Id.* 12. *Æn.* Genua labant, gelidus concrevit frigore ſanguis. ¶ Tranſlate ponitur pro deficere, inconſtantem eſſe, dubitare. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. Labat conſilium meum. *Celſ. l.* 2. *c.* 7. Mens labat. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Labare ſermone, ideſt inconſtanter, & timide loqui. *Liv. l.* 5. *c.* 18. Memoria labat. *Id. l.* 36. Labant animi. *Sueton. in Cæſ.* 2. 14. Labantem ordinem confirmare.

Labor, eris, lapſus ſum, d. 3. *ſtorrere*, *cadere*, *deſcendere*, נפל, Ger. *fallen*, Gal. *tomber*, Hiſp. *caer*, ὀλισθαίνω, deorſum feror, leviter, ſenſimque deorſum eo, a *labo*, *as*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 262. Demiſſum lapſi per funem. *Ovid.* 2. *Metam.* labuntur lacrymæ. Sic labi dicuntur angues, flumina, piſces in aqua, ætas, &c. *Ovid. Virg. Horat.* ¶ Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes veſtigia in terram ruunt, *sdrucciolare*. *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 74. Si patinam pede lapſus frangat agaſo. ¶ Tranſlate ponitur pro deficere, exoleſcere, *mancare*. *Liv. in præf. l.* 1. Labente deinde paulatim diſciplina. ¶ Item pro diſſipari, perire. *Cic. de Am.* Serpit enim deinde res, quæ proclivis ad perniciem, cum ſemel cœpit, labitur. ¶ Item pro divertere. *Cic. Att. l.* 4. Neque mihi licet labi ad eos, qui etiam tum, cum miſereri mei debent, non deſinunt invidere. ¶ Item pro deſcendere, devenire. *Cic.* 2. *de Leg.* Quorum mores lapſi ad mollitiem. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 6. Labi in adulationem. ¶ Item pro errare, falli, peccare. *Cic.* 2. *Fam.* Nunquam labere, ſi te audies. *Id.* 7. *Phil.* Si hoc tempore conſilio lapſi erimus. *Id. pro Rab.* Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 53. Hac ſpe lapſus Induſiomarus, h. e. fruſtratus. ¶ Item pro digredi, *far delle digreſſioni*. *Cic.*

Labor, & Labos, oris, m. *fatica*, עמל, Germ. *arbeit*, Gal. *travail*, *fatigue*, Hiſp. *trabajo*, πόνος, opera, defatigatio. *Cicer. de Sen.* Nonne melius fuiſſes otioſam ætatem, & quietam ſine ullo labore, aut contentione traducere? *Virg.* 1. *Æn.* Qualis apes æſtate nova per florea rura exercet ſub Sole labor. *Id.* 1. *Georg. v.* 145. Labor improbus omnia vincit. ¶ Hinc ferre, perferre, ſuſtinere labores, labore frangi, exercere ſe in laboribus, laborem inſumere in aliquam rem, eſſe in labore, &c. *Cic. ſæpe*, *Ovid. Liv. & al.* ¶ Sæpe uſurpatur pro moleſtia, calamitate, incommodo. *Cic.* Labores belli. *Virg.* 4. *Æn.* Iliaci labores, & 2. *Æn.* Et breviter Trojæ ſupremum audire laborem. h. e. excidium. ¶ Labores Lucinæ, h. e. dolores partus. *Virg. Georg.* 4. Labores Lunæ, h. e. Eclipſis. *Id.* 2. *Georg.* ¶ Sumitur & pro morbo. *Vitruv. l.* 8. 2. 3. Nervorum labores reficiunt. Adde *Plaut. Curc.* 2. 1. 4. ¶ Dicitur etiam *Labos*, pro *labor*, ſed a Poetis. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 6. Quibus eſt aliquis objectus labos. Adde *Plaut. in Trinum.* & *Catull.*

Laboratus, a, um, adject. labore perfectus, elaboratus, *lavorato*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 643. Arte laboratæ veſtes. *Martial. l.* 4. *epigr.* 33. Plana laboratis habeas cum ſcrinia libris. *Tertul. de vel. Virg. c.* 10. Continentia laboratior.

Laboria, fem. 1. Campi Laborini. *Terra di lavoro*, *Territorio di Guado*, campi fertiliſſimi circa Capuam, Cales, Calenum, & Sinueſſam. *Plin. l.* 18. *cap.* 11.

Laborifer, ra, rum, *faticoſo*, ἐπίπονος, ferens laborem, laboris patiens. *Ovid.* 9. *Met. v.* 285. Laboriferi cum jam natalis adeſſet Herculis.

Laborini campi, m. 2. *Terra di lavoro*, Laboriæ. *Plin. l.* 17. *c.* 4.

Laborioſe, adverb. *con fatica*, ἐπιπόνως, cum labore. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 11. Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius. *Id.* 1. *Verr.* Itaque ſemper hi diligentiſſime, laborioſiſſimeque accuſarunt. *Catull. epigr.* 39. Male eſt, Cornifici, tuo Catullo. Male, mehercule, & laborioſe.

Laborioſus, a, um, *faticoſo*, *pieno di fatica*, יגע, Germ. *arbeitſam*, Gall. *laboureux*, Hiſp. *trabajoſo*, ἐπίπονος, qui laborem non invitus ſubit, qui multum laboris ſuſtinet. *Cic. pro Cluent.* 1. Viri laborioſos vaſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. ¶ Item quod conjunctum eſt cum labore, ſeu labore plenum eſt. *Cic.* 1. *Fin.* Quis noſtrum exercitationem ullam corporis ſuſcipit laborioſam? ¶ Sumitur etiam paſſive, ut Opus laborioſum, quod non ſine labore perficitur, Ager laborioſus, in quo colendo plurimum laboratur. *Cicer.* 5. *Fam.* Omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laborioſa mihi, & honeſta videbuntur. *Nepos Attic. cap.* 12. Quod utrum ei laborioſius, an glorioſius fuerit difficile ſit judicare. *Liv. l.* 5. *c.* 19. Opus fuit omnium longe maximum, ac laborioſiſſimum.

Laboro, as, avi, atum, n. 1. *affaticarſi*, *faticare*, *durar fatica*, עמל, Ger. *arbeiten*, Gall. *travailler*, Hiſp. *trabajar*, πονέω, fatigor, & cum labore aliquid ago. *Quint. l.* 3. *c.* 11. Ambitioſe circa aliquid laborare. ¶ Interdum eſt laborando efficere, ut Arte laboratæ veſtes. Laborati libri. V. *laboratus*. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 16. *ad fin.* Ad quid laboramus res Romanas? Quidam tamen optimi Codices aliter legunt. ¶ Metaleptice ſumitur pro male ſe habere, agitari, morbo, vel corporis doloribus affici, *eſſere travagliato*, *ammalato*, *infermo*. *Cic.* 1. *Fin.* Nec vero quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. *Id.* 7. *Fam.* Cum decimum jam diem graviter ex inteſtinis laborarem. *Id.* 2. *Tuſc.* Cum ex renibus laboraret. *Id. ibid.* Quod vehementer ejus artus laborarent. *Ter. And.* 1. 5. Laborare ex dolore. *Liv. l.* 34. Diverſiſque duobus vitiis, avaritia, & luxuria civitatem laborare. ¶ Item pro pati. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Laborare a frigore. Sic a *Cic.* 1. *Tuſc.* & *Juven. ſat.* 6. *v.* 442. Luna laborare dicitur, cum patitur Eclipſim. Et ab *Horat. lib.* 3. *od.* 22. puella dicitur laborare utero, cum paritura eſt. ¶ Item pro indigere. *Cæſ.* 3. *B. C.* Illi omnia perpeti parati maxime re frumentaria laborant. ¶ Item pro angi, ſollicitum eſſe, *affliggerſi*. *Cic.* 16. *Fam.* Quæ cogitatio ſi non incidiſſet, non laborarem. *Id.* 4. *Fam.* Non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. *Id.* 2. *Fam.* Quod tam vehementer de Milone laborem. *Id.* 8. *Fam.* Pompejus dicitus valde pro Appio laborare. ¶ Item pro curare. *Cic. ad Q. Fr.* Quod ego non nimium laboro. *Id.* 16. *Fam.* Nihil laboro, niſi, ut ſalvus ſis. *Id.* 3. *Fam.* Ut quam in partem accipias, minus laborem. Hoc ſenſu uſurpatur etiam cum infinito. *Hor. de art. poet. v.* 192. Nec quarta loqui perſona laboret. *Nepos Pelop.* 2. 3. Ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. ¶ Item pro parere. *Sil. l.* 16. *v.* 411. Et nobis, & equis letbum commune laboras. ¶ Tranſlata Laborare fides dicitur, quæ vacillat. *Flor. l.* 1. *c.* 12. Fides annalium laborat. ¶ Tranſlate item accipitur pro conari, eniti. *Cic. in Verr.* 7. Nullam ad rem, niſi ad officium, & veritatem, mentes meæ curæ, vigiliæ, cogitationeſque laborarunt. *Id.* 5. *Verr.* Omnibus enim nervis mihi contendendum eſt, atque in hoc laborandum, ut &c. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. l.* 1. *Fam. ad Lent.* Laboratur vehementer, inclinata res eſt.

Labos. V. Labor.

Laboſus, a, um, adject. idem quod Laborioſus, a *labos* pro labor. *Lucil. apud Non. c.* 8. Iter laboſum. *Idem*. Pæne laboſæ.

Labradeus, m. 2. cognomen Jovis, qui in Caria colebatur. Hujus ſimulacrum primum dicitur conſecraſſe Arſelis Rex, cum Gygi adverſus Candaulem Lydorum Regem ſuppetias tuliſſet, indeque ſecurim, Lydorum Regum geſtamen, in Cariam retuliſſet. Securim autem Lydi λάβρυν appellant. Unde Jovi Labradeo cognomen factum eſt. V. *Cæl. l.* 6. *cap.* 11. ¶ Jovis Labradei meminit etiam *Plin. l.* 32. *c.* 2. ubi tamen *Harduin.* ex Æliano legit *Labrandeus*, ex Labranda Cariæ oppido ducta appellatione.

Labron, onis, m. *Livorno*, oppidum, & portus Hetruriæ, apud Piſas. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 5.

Labroſus, a, um, *chi ha gran labbri*, χειλώδης, quod extremitates habet prominentes veluti quædam labra. *Celſus l.* 7. *c.* 26. Ferramentum fecit in ſumma parte labroſum.

Labrum. V. Labium.

Labrum Venereum, n. 2. δίψακος, herba eſt ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis, veſtibuſque lanam inducunt. Dioſcorides dipſacum appellat, vulgus herbariorum virgam paſtoris. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Labrus, m. 2. piſcis genus, cauda placens. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Labruſca, æ, f. 1. & labruſcum, i, n. 2. *lambruſca*, *o lambruſca*, ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία, vitis agreſtis, quæ & erratica dicitur, quod in agrorum labris, ſeu marginibus, & extremitatibus, ideſt in ſepibus naſcatur. *Serv. ad Ecl.* 5. *Non.* & *Iſid. l.* 17. *c.* 5. *Virg.* 5. *Buc.* Sylveſtris raris ſparſit labruſca racemis. *Id. in Cul. v.* 52. Denſaque virgultis avide labruſca petuntur. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *ad fin.* Ut non faſtidiant, efficit uva labruſca de vepribus immatura lecta.

Labundus, a, um, labens. *Accius* apud *Non. c.* 20. *n.* 4. Unda ſub undis labunda ſonit.

Laburnum, n. 2. arbor Alpina, dura, candidaque materie, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes. *Plin. l.* 16. *c.* 18.

Labyrintheus, a, um, n. 1. 2. quod ad labyrinthum ſpectat. *Catull. carm.* 63. Ne labyrintheis e flexibus egredientem, &c.

Labyrinthicus, a, um, adject. idem ac Labyrintheus. *Sidon. in carm. ep.* 13. *l.* 9. *inſerto*. Iter aſperum, viaſque Labyrinthicas cucurrit.

Labyrinthus, m. 2. *laberinto*, Germ. *ein irrgang*, Gall. *labyrinthe*, Hiſpan. *laberinto*, λαβύρινθος, locus multis viarum ambagibus inflexus, ex parietibus, vel ex arboribus, a λαύρα, *fovea*, vel a λαβεῖν, & ἔρως, quod prehendendo decipiat, vel a λαβεῖν θύρας, quaſi λαβίθυρος, quod varia ab ingreſſu aperiuntur, & quaſi prehenduntur oſtia, nec tamen exitus invenitur. Quatuor præcipue labyrinthi celebrantur. *Plin. l.* 36. *c.* 13. Primus fuit Ægyptius, in urbe Heliopoli, omnium maximus, portentoſiſſimum humani ingenii opus, lapideis e Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis. *Mela lib.* 1. Secundus Creticus, apud Gortynam urb. perplexis parietibus, factus a Dædalo, qui exemplar ab Ægyptio ſumpſit, juſſu Minois, in quo Minotaurus monſtrum incluſum eſt. Centeſimam tantum portionem ejus, qui in Ægypto erat, continebat, itinerum tamen ambagibus, occurſibus, & recurſibus multo admirabilior fuit. *Ovid.* 8. *Met.* Tertius fuit Lemnius columnarum nitore inſignis. Centum enim, & quinquaginta columnas habebat. Quartus fuit Italicus, quem Porſena Hetruſcorum Rex ſepulchri cauſa ſibi extruxit. ¶ Tranſlata ponitur pro oratione, vel re alia quacumque inexplicabili. *Boeth. lib.* 3. *de Conſol. Philoſ. proſa* 12. Inextricabilem labyrinthum rationibus texens.

Lac, lactis, n. 3. *latte*, חלב, Germ. *milch*, Gal. *lait*, Hiſp. *leche*, γάλα, ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur, a gen. γάλακτος, *lactis*, truncata prima ſyllaba, ut *noſco* a γιγνώσκω. *Lucr. l.* 5. *v.* 812. Dulci repletus, peperit cum fœmina, lacte. *Plaut. Amph.* 2. 1. 54. Neque lac lacti magis eſt ſimile. ¶ *Lac gallinaceum*, proverbium eſt de re admodum rara uſurpatum. *Plin. in præfat. hiſt. nat.* Inſcriptionis apud Græcos mira felicitas, κηρίον inſcripſere, quod volebant intelligi favum: alii κέρας ἀμαλθείας, ut vel lactis gallinacei ſperare poſſes in volumine hauſtum. ¶ Lac dicitur etiam herbarum ſuccus, aut arborum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 514. Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni. *Plin. l.* 23. *cap.* 7. Lactis ficulni natura adverſatur crabronum venenis. Adde *Ovid. de nuce verſ.* 95. ¶ Tranſlate *Quintil. l.* 2. 2. 4. Jucundioris diſciplinæ cibo, ac lacte ſatiari. ¶ Invenitur etiam in gen. maſculino. *Gel. l.* 12. *c.* 1. quam ad præbendum lactem adhibetis. *Apul. l.* 8. *Met.* Hominum lactem concupiſcere. ¶ Veteres declinabant *lacte*, *tis*. *Var.* apud *Non. c.* 8. *n.* 4. Candidum lacte papilla cum fluit. *Plaut. Mer.* 5. 9. 30. Neque aqua aquæ, neque lacte eſt lacti uſquam ſimilius &c.

Lacæna, æ, f. *Spartana*, Lacedæmonia, Spartana. *Virgil.* 2. *Georg. v.* 487. & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Et *l.* 6. *Æn. v.* 511. ſcelus exitiale Lacænæ. *h.* 2. Helenæ. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 150. fervere cæde Lacænam. *h. e.* Clytemneſtræ. *Mart. l.* 9. *epigr. ult.* cycno nupta Lacæna. *h. e.* Leda. ¶ Lacænæ canes memorantur a *Claud. l.* 3. *de laud. Stilich. v.* 300.

Lacca, æ, f. genus morbi in cruribus, cum venæ nimia turgeſcunt. Vox eſt *Vegetii l.* 1. *de re mulo.* c. 27. & *l.* 3. *c.* 19.

Lacedæmon, onis, m. Λακεδαίμων, filius Jovis ſecundi ex Taygeta filia Agenoris Regis Phœnicum. Sed *Euſebius* dicit, filium fuiſſe Semeles ex patre incerto. Regnavit in Laconia in urbe Sparta. Hinc urbs *Lacedæmon* dicta eſt, populi *Lacedæmonii*, V. *Sparta*.

Lacedæmones, um, m. 3. vel Lacedæmonii, orum, m. 2. Spartani, a Lacedæmone Jovis ſecundi filio. *Veget. l.* 3. Athenienſes, & Lacedæmones, ac Macedonas rerum potitos. *Cic.* 3. *Off.* Claſſem Lacedæmoniorum, quæ ſubducta eſſet ad Gytheum, clam incendi poſſe. *Hor. l.* 3. *od.* 5. Lacedæmonium Tarentum.

Lacedæmonius. V. Lacedæmones.

Lacer, eri lacerus, a, um, *lacerato*, *ſtracciato*, *ſquarciato*, טרף, Ger. *zerriſſen*, Gal. *dechiré*, Hiſp. *deſpedaçado*, διεῤῥηγὼς, dilaniatus, & proprie ampu-

amputatus membris, aut oculis, vel auribus. *Feſt.* Lacer, qui auribus curtatus eſt, lacerum, quodcunque in corpore imminutum. *Virg.* 6. *Æn.* Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora. *Liv. l.* 1. *c.* 18. In diverſum concitati equi lacerum corpus portantes. *Lucret. l.* 3. *v.* 404. Quamvis eſt circumcæſis lacer undique membris. *Ovid.* 2. *de Pont. ep.* 3. *v.* 28. In mediis lacera poppe relinquor aquis. *Plin. in Paneg.* Laceras gentilitates colligere. h. e. ſparſas, huc illuc diſperſas.

Lacerabilis, le, adject. qui lacerari poteſt. *Auſon. Idyll.* 15. *v.* 17. ipſa ſenectus Objicis innumeris corpus lacerabile morbis.

Laceratio, onis, f. *ſtracciamento*, פרק, Ger. *zerreiſſung*, Gall. *dechirement*, Hiſp. *deſpedaçadura*, σπαραγμὸς, actus lacerandi. *Cic. in Piſon.* An ego, ſi te, & Gabinium cruci ſuffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione, quam afficior ex infamia? *Id.* 3. *Tuſc. c.* 26. Muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones.

Lacerator, oris, *laceratore*, διασπαστὴς, qui lacerat. *Auguſt. de morib. Eccleſ. Cathol. c.* 5.

Laceratrix, icis, f. quæ lacerat. *Macer* 2. *c.* 6. Scabies cutis laceratrix.

Laceratus, a, um, nom. ex particip. *lacero*, *lacerato*. *Cic. Phil.* 11. Laceratum corpus. *Liv. l.* 3. *c.* 58. Tergum laceratum virgis.

Lacerna, æ, f. 1. *caſacca*, *mantello*, φαινόλης, veſtis exterioris genus ſimile pallio, aut penulæ, aut chlamydi, quod utrinque indui poterat, & ex utraque parte rejici, quo veteres in via utebantur frigoris propulſandi cauſa, item ad imbres arcendos, in caſtris, in ſpectaculis, a λακερὶς, *vulgaro*. *Cic.* 2. *Phil.* Nam quod quærebas, quomodo rediiſſem, primum luce, non tenebris, deinde cum calceis, & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. *Mart. l.* 14. Amphitheatrales nos commendamus ad uſus, Cum tegit algentes noſtra lacerna togas. ¶ In ſpectaculis utebantur Romani lacernis albis. Hinc rides *Mart. l.* 4. *epigr.* 2. Horatium quendam, quod unus nigris lacernis in Theatro viſus eſſet. *Sen. epiſt.* 114. Lacernas improbi coloris ſumunt. h. e. coloris non uſitati, qualis erat purpureus, aut coccineus. ¶ Honoris cauſa ſolebant etiam lacernas deponere. *Suet. in Claud. c.* 6. Quin & ſpectaculis advenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebat. V. ibi *Salmaſ.* plura differentem de uſu lacernarum. ¶ An & mulieres lacernis uterentur, Vide in ſequenti dictione.

Lacernatus, a, um, *mantellato*, χλαμυδωτὸς, indutus lacerna. *Juv. Sat.* 9. *v.* 62. Ipſe lacernatæ cum ſe jactaret amicæ. Ex hoc Juvenalis loco quidam colligunt, lacernas mulierum quoque fuiſſe; verum ibi loquitur Poeta de Sporo molli puero, quem Nero pro uxore habuit. V. *Ferrar. de re Veſt. l.* 3. *c.* 19.

Lacernula, æ, f. diminut. parva lacerna. *Arnob. l.* 2. Lænas, lacernulas, trabeas ſibi fecerunt.

Lacero, as, avi, atum, a. 1. *ſtracciare*, *ſquarciare*, טרף, German. *zerreiſſen*, Gal. *dechirer*, Hiſp. *deſpedaçar*, σπαράττω, dilanio, conſcindo, diſcindo, membratim diſcerpo. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 8. Quæ lateri inhærens morſu lacerat viſcera. *Ovid.* 11. *Met.* Ora, comas, veſtem laceras. ¶ Translate ſumitur pro nocere. *Cic. Off. l.* 1. *c.* 17. Qui lacerarunt omni ſcelere patriam. *Plaut. Curc.* 4. 2. 22. Lacerare homines male ſuadendo. ¶ Item pro affligere, vexare. *Cic. Att. lib.* 3. Meus me mæror lacerat, & conficit. *Id. pro Dom.* Quam vexaviſtis, raptaviſtis, omni crudelitate laceraviſtis. ¶ Item pro bonis aliquem ſpoliare. *Cic. pro Quinct.* Sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas. ¶ Item pro maledicere, conviciis inſectari. *Cic.* 11. *Phil.* Cum verborum contumeliis optimum virum inceſto ore lacerasſet. *Id. in Brut.* Ab obtrectatione, & invidia, quæ ſolet lacerare pleroſque. ¶ Item pro abſumere, prodigere. *Plaut. Merc. prol. v.* 48. Lacerari valide ſuam rem, illius augerier. ¶ Lacerare diem, eſt terere tempus, apud eundem. *Plaut. Stich.* 3. 1. 45. & *Aſin.* 2. 2. 25.

Lacerta, æ, f. 1. vel lacertus, i, maſc. 2. *lucerta*, חמט, Ger. *ein eydex*, Gall. *leſarde*, Hiſp. *lagarto*, σαύρα, σαῦρος, ſerpentis genus, dictum, quod pedes habeat ad noſtrorum lacertorum, hoc eſt, brachiorum ſimilitudinem. *Iſid. l.* 12. *c.* 4. Ejus duo ſunt genera, colore, & magnitudine diſtincta. Minorem zignyda vocant, ſive chalcidem, tergo ferrugineo, diſtincto maculis quibuſdam nigricantibus. Alterum genus viride eſt, ſuperiore multo majus. Utroque in genere mas lacertus dicitur. *Virg. Ecl.* 2. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos, *ramarri*. *Cic. Att. l. c.* Nam ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ.

Lacertoſus, a, um, *muſculoſo*, Germ. *ſtarck von armen*, Gal. *qui a de gros muſcles*, Hiſp. *morcilloſo*, μυώδης, qui magnos lacertos habet. Et quoniam lacerti muſculoſi ſunt, pulpaſque habent duras, factum eſt, ut lacertoſus dicatur de membris carne toroſa conſtantibus. *Colum. l.* 7. Femininibus lacertoſis, cruribus compactis. Adde *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 7. ¶ Item ſumitur pro robuſto, valido, quia hominis robur in toroſis lacertis maxime eſt conſpicuum. *Cic.* 8. *Phil.* 2. 9. Quot Centuriones pugnaces, & lacertoſos inter mimorum, & mimarum greges collocavis.

Lacertus, ti, m. *braccio*, proprie eſt caro muſculoſa, & toroſa, quæ quia præcipue in ſuperiore brachii parte extat, & conſpicitur, hinc lacertus eſt pars brachii ab humero ad cubitum: nam a cubito ad manum eſt brachium. *Ovid.* 1. *Metam.* laudat digitoſque, manuſque, Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos. *Cic. de Sen.* Aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymaſſeque dixiſſe, At hi quidem jam mortui ſunt. ¶ Translate accipitur pro nervis, & viribus. Nam pars hæc corporis validis, & robuſtis toris, ſeu muſculis compacta eſt. *Cic.* 1. *de Or.* Ipſe eas Oratoris lacertis, & viribus torquebat. *Id. in Brut.* In Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic, ut fieri nihil poſſit valentius. *Flor. in prol. ad fin. de Rep. R.* A Cæſare Auguſto in ſæculum noſtrum tertia Cæſarum quaſi conſenuit, niſi quod ſub Trajano Principe movet lacertos. h. e. erigit ſe, & vires reſumit. ¶ Lacertus item genus eſt ſerpentis, ut dictum eſt. V. Lacerta. ¶ Item genus piſcis, mari peculiare, cui inde nomen, quod lineis, quibus pictus, referat lacertum terreſtrem. *Plin. lib.* 32. *cap. ult.* *Mart. l.* 7. *epigr.* 77. Cum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti.

Laceſſo, is, a. 4. idem ac laceſſo, ut acceſſo, idem ac acceſſo. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 8. *a med.* Hos ego ſermones laceſſivi nunquam, ſed non valde repreſſi. *Col. l.* 9. *c.* 8. Solens cœli novitate laceſſiri.

Laceſſitio, onis, f. irritatio, provocatio. *Ammian. l.* 16. *c.* 6. (al. 4.) Laceſſitionibus crebris occupare obſidioni adhærentes.

Laceſſitus, a, um, ἐρεθιζόμενος, provocatus, irritatus, partic. a laceſſor. *Cic.* 1. *Off.* Ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria. *Id. pro Leg. Manil.* Duo potentiſſimi Reges, alter relictus, alter laceſſitus.

Laceſſo, is, laceſſivi, laceſſitum, a. 3. *provocare*, *irritare*, הגרה, German. *reitzen*, Gall. *provoquer*, Hiſp. *provocar*, προκαλέομαι, provoco, irrito, incito, a *lacio*, ut *capeſſo* a *capio*. In præteritis habet laceſſi, & laceſſivi. Sed cum uſurpetur & laceſſo in 3. conjug. & laceſſio in 4. præteritum *laceſſi* videtur proprium eſſe verbi *laceſſo*, *laceſſivi* verbi *laceſſio*. Uſurpatur tam in bonam partem, quam in malam. *Cicer.* 5. *Tuſc.* Tu me amantiſſime libris laceſſiſti. *Id Cornif.* 12. *Famil. ep.* 22. Meque amabis, & ſcripto aliquo laceſſes. *Idem* 2. *Phil.* Ultro maledictis me laceſſiſti. *Id.* 2. *de Orat.* Sæpe aliquis teſtis non lædit, aut minus lædit, niſi laceſſatur. Sic laceſſere prælio, bello, ſponſione, &c. *Cicer. Ver.* 5. *Cæſ. l.* 1. *B. C. Vell. l.* 2. &c. ¶ Significat etiam titillare. *Lucret. l.* 4. Hæc loca per voces veniunt, aureſque laceſſunt. h. e. per hæc loca, &c. *Senec. de vita beat.* Mollibus, levibuſque fomentis totum laceſſit corpus. ¶ Item ferire, tangere. *Lucret. l.* 4. *v.* 217. Corpora, quæ feriant oculos, viſumque laceſſant. ¶ Item excitare, promovere. *Cic. l.* 3. *Fam.* Hos ego ſermones laceſſivi nunquam, ſed non valde repreſſi. ¶ Item fatigare precibus, *importunare*. *Hor. l.* 2. *od.* 18. nihil ſupra Deos laceſſo, nec potentem amicum Largiora flagito.

Lachaniſſo, as, n. 1. λαχανίζω, langueo, vacillo, a λάχανον, olus, quia olera languidus faciunt. *Suet. in Aug. c.* 87. ponit betiſſare, pro languere, quod vulgo lachaniſſare dicitur. ¶ Scribitur & *lacbaniſſo*.

Lachanum, i, n. 2. *erba da mangiare*, λάχανον, olus generatim. *Horat. l.* 1. *Serm. Sat.* 6. Ad porri, & ciceris refero, lachanique catinum. *Torrent.* & alii legunt *laganum*. V. Laganum.

Lacheſis, f. 3. Λάχεσις, una Parcarum, quam Latine ſortem interpretari poſſumus, a λαγχάνω, *ſortior*. Fingunt eam, eam præeſſe tempori futuro, ſortiri de hominibus, quid futurum ſit, nere vitam, proſperitatem, & calamitatem hominum. V. Parcæ. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 10. *ad fin.* O diram Lacheſin, quæ tam grave ſidus habenti Fila dedit vitæ non breviora meæ.

Lachryma, V. Lacryma.

Lacidas, V. Lacydes.

Lacinia, æ, f. *lembo*, κράσπεδον, fimbria, extrema pars veſtis ad talos delapſa. *Serv. in Æn.* Cinctus Gabinus eſt toga ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat. *Sueton. Calig. c.* 35. Ut calcata lacinia togæ præceps per gradus iret. *Plaut. Merc.* 1. 2. 16. Sume laciniam, atque abſterge ſudorem tibi. vulgo un *lembo della veſte*. Sic ſervare aliquid in lacinia, apud *Cic.* 16. *Fam. ep.* 21. ¶ Translate laciniæ ſunt papillæ, quæ ex faucibus caprarum pendent. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Fœminarum generoſitatis inſigne, laciniæ corporibus a cervice dependentes. Has *Var. l.* 2. *R. R. c.* 3. appellat mammillas penſiles. ¶ Quia porro ampla, & magnifica veſtis, qualis fuit Romanorum toga, in extrema parte ſinuoſa eſt, plicisque corrugata, hinc V. Lacinioſus. ¶ Et quia rurſus tum complicationes ipſæ in multas partes dividere laciniam videntur, tum de facto in duo, vel plura ſegmenta aliquando dividitur, ne ambulationi impedimento ſit, hinc *Colum. l.* 7. *c.* 5. Cum deinde grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis diſtribuatur. nam particulatim facilius, quam univerſus coaleſcat. Vide Laciniatim. ¶ Per Synecdochen lacinia accipitur pro tota veſte. *Apul. l.* 1. *A. A.* Unam e duabus laciniis meis exuo, eamque veſtio.

Laciniatim, adverb. particulatim, a *lacinia*, quæ particulam imæ veſtis ſignificat. *Apul. l.* 8. Non laciniatim diſperſi, ſed cuneatim ſtipato difficultates illas tranſabiremus. Sententia eſt, periculum poſſe evitari, ſi non commearent diſperſi per lacinias, & particulas, ſed ſtipati inſtar cunei.

Lacinio, as, a. 1. verbum eſt *Apul. l.* 10. *A. A.* Ut ventus adhærens preſſule, membrorum voluptatem graphice laciniaret. hoc eſt membra per lacinias diſtingueret, & ſingulorum voluptatem delibaret. Alii aliter legunt. Additur a Calepino exemplum *Plaut. Aſin.* 3. 2. 41. Verum ibi legitur in probatis edition. *lacrymantem*, non *laciniantem*. ¶ Laciniare pro in lacinias ſecare. Translate *Tert. l.* 1. *adv. Marc. c.* 1. blaſphemiis laciniatur. Alii legunt *lancinatur*.

Lacinioſe, adv. in laciniarum modum. *Plin. l.* 16. *c.* 43. Lacinioſe criſpa. Ita legit *Harduin.* Alii *lacunoſe*, alii *lacrymoſe*.

Lacinioſus, a, um, adject. κροσσωτὸς, criſpatus, & in particulas extrema parte diviſus. *Plin. l.* 25. *c.* 10. Folia erant plantaginis, niſi anguſtiora eſſent, ac magis lacinioſa. *Id. l.* 5. *c.* 10. *de Alexandriæ figura*. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſa. ¶ Translate pro implicato, & impedito uſurpatur. *Apul. in Apol.* 1. Ut corporis ſanitas expedita eſt, imbecillitas lacinioſa. *Tert.* 4. *adv. Marc. c.* 29. Lacinioſe vitiæ, & implicitæ. Sic apud *eund. de Virgin. veland. c.* 4. & apud *Hieron. epiſt. ad Theod.* lacinioſus ſermo. hoc eſt, flexuoſus, implicatus, & per lacinias ductus. V. Lacinia.

Lacinium, ii, n. 2. *Capo della Colonne*, Λακίνιον, prom. Brutiorum, in Magna Græcia, in ea tractu, ubi nunc pars Borealis Calabriæ Ulterioris, inter mare Hadriaticum, & Jonium. Dictum eſt a Lacino, ſive Lacio latrone ibi ab Hercule interempto, qui partem illam Italiæ infeſtabat. Nonnulli cauſam afferunt, quod latro ille boves quaſdam ab Herculis armento abegiſſet, & prædatus eſſet. Vulgo autem dicitur *Capo delle Colonne*, ab extantibus columnis templi Junonis Laciniæ. Nam prope hoc promontorium Hercules, occiſo latrone prædicto, ſuperbiſſimum templum extruxit in honorem Junonis, quam Laciniam appellaret. *Liv. l.* 42. *c.* 3.

Lacinius, a, um, adject. ut Juno Lacinia, de qua vide in Lacinium. *Ovid.* 15. *Metam.* Lacinia litora.

Lacio, is, lacui, & lexi, lacitum, & lectum, a. 3. *menare nell' agguato*, פתה, Ger. *ainlocken*, Gal. *tromper*, Hiſp. *guiar en el engano*, δελεάζω, in fraudem induco. *Feſt.* Lacit, decipiendo inducit. Lax enim fraus eſt. *Lucret. l.* 4. *v.* 1203. Quæ lacere in fraudem poſſent, vinctoſque tenerent. ¶ Hoc verbum nunc fere obſolevit, & pro eo in uſu ſunt *allicio*, *pellicio*, & cetera ejus compoſita.

Lacmon, onis, m. 3. vertex Pindi Montis, ex quo Æas, & Inachus fluunt.

Laco, vel Lacon, onis, m. 3. Λάκων, qui eſt ex Laconia regione. *Nepos Timoth. c.* 2. A quo cum Laco pecuniam numeratam accepiſſet. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 421. Taurea vulnifico portat, cælataque plumbo Terga Laco. *Ovid. l.* 3. *Metam.* Præveliduſque Lacon, & curſu fortis Aello. Ubi canem ex Laconia intelligit. Adde *Horat. Epod.* 6. *v.* 5. ¶ Lacones, um, iidem ac Lacedæmonii. *Claud. de B. Gild. v.* 222. Naufraga Ledæi ſuſtentans vela Lacones. Adde *Stat.* 6. *Theb.*

Lacones. V. Laco.

Laconia, & Laconica, æ, fœm. 1. Lacedæmonia, Oebalia, *Zaconia*, *Tzaconia*, *Sacania*, Λακωνική, regio Peloponneſi, in ora Auſtrali. Cingitur a Mer. Laconico ſinu, & partim Meſſeniaco, ab Or. Argolico ſinu, a Sept. terminatur Argia, ab Occ. Arcadia, & Meſſenia. Metropolis eſt Lacedæmon. In Laconia marmor viride, & pretioſum eſt, apud Tenarum. *Nepos Timoth. c.* 2. Circumvehens Peloponneſum, Laconicam populatus, claſſem eorum fugavit.

Laconicum, ci, n. 2. *ſtuffa*, Ger. *ſchweitzbanck*, Gal. *eſtuve*, Hiſp. *eſtufa*, λακωνικὸν, prima balneorum cella, orbiculari ambitu in ſe recurva, in qua ſicco calore ſudorem provocabant. Cauſam, cur laconicum dicatur, reddit *Dio l.* 53. ubi ait, ſic vocari, quod Lacones in primis ſudatorii hujuſmodi cruditatem coquebant. Frequentabatur enim a crudis, ut per deſudationem extruderetur, quidquid excrementitii, & ſudoriferi humoris in corpore reſediſſet. *Celſ. l.* 2. *c.* 17. *Vitr. l.* 5. *c.* 10. & *l.* 7. *c.* 10. *Colum. in præf. l.* 1. Quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto ſudore ſitim quærimus. *Cic.* 4. *Att. ep.* 10. Noſtram ambulationem & laconicum inviſas.

Laconicus, a, um, quod ad Lacones ſpectat. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Laconicæ canes octonos pariunt. *Horat. l.* 2. *od.* 18. Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientæ. ¶ Laconica clavis erat malitioſius quoddam, ac doloſius genus clavis, a ceteris communibus diſtinctum, de quo *Plaut.*

Plaut. Moſtel. 2. 1. 50. Clavem mihi harunce ædium Laconicam jube efferri intus, haſce ego ædes occludam hinc foris. Has claves *Ariſtophanes* citatus a *Suida* vocat κρυπτὰς, & ἀνασπάστους. *Meander* ab eodem Suida citatus ſignificare videtur, Laconicas claves adhibitas fuiſſe ad oſtium foris claudendum, ita ut intus aperiri non poſſet. ¶ Laconica cœna, proverb. Græcum apud *Athen. l.* 2. & *Plutarch. in Lycurgo*, & dicitur de cœna frugali, quia Lacones temperatiſſimi erant.

Lacœnis, idis, f. *Spartana*, Lacæna. *Ovid.* 2. *Met. v.* 223. matre Laconide nati.

Laconiſmus, mi, m. 2. *parlar breve, e corto*, λακωνισμὸς, breviloquium, breviloquentia, a Laconum ſeu Lacedæmoniorum moribus, ſive quod illis prolixa loquacitate nihil eſſet odioſius, quippe qui factis magis, quam eloquentia præcellerent, ſive quod in apophthegmatis præcipue valerent, quorum præcipua eſt gratia, ut pauciſſimis verbis plurimas ſententias complectantur. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 25. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera jam pagella procedit.

Lacotŏmus, i, λακότομος, linea recta meridianum circulum ſecans, a λακὶς, fruſtum, fragmentum, & τέμνω, ſeco. *Vitruv. l.* 9. *c.* 8. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Lacryma, æ, f. 1. ſine aſpiratione, (V. Manut. in Orthograph.) *lagrima*, דמעה, Germ. *ein zaeher*, Gall. *larme*, Hiſp. *lagrima*, δάκρυμα, δάκρυον, δάκρυ, humor ex oculis flentium manans. In aliquibus codicibus ſcribitur *lacrima* per *i*, pro quo in vett. inſcriptionibus pag. 1142. n. 2. apud Gruter. & alibi aliquoties *lacruma* per *u* invenitur. Dicta eſt a δάκρυμα, quod eſt verbale a δακρύω, *lacrymor*. Nam *d* in *l* facile convertitur, ut in *alacris* ab ἄδακρυς, in *oleo* ab ὄζω. Imo veteres *dacrima* pro *lacrima* dixiſſe, Livii Andronici auctoritate docuit *Feſtus*. *Cicer. in partit. c.* 17. Cito areſcit lacryma, præſertim in alienis malis. *Id. pro Planc. c.* 42. Lacrymas effundere. *Ter. Adelph.* 4. 1. 20. Homini illico, quaſi puero, lacrymæ cadunt. *Virg.* 9. *Æn. v.* 251. Vultum lacrymis rigare. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 23. Effundi in lacrymas. ¶ Translate dicitur de humore naturali in arboribus, quem interdum emittunt. *Plin. in proœm. l.* 23. Lacrima vitium, quæ veluti gummi eſt, lepras, & lichenas, & pſoras nitro ante præparata ſanat. *Id. l.* 11. *c.* 6. Ex lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt.

Lacrymabilis, le, o. 3. *lagrimevole*, *miſerabile*, δακρυτικὸς, πολύδακρυς, lacrymas commovens, dignus lacrymis, miſerabilis. *Ovid.* 6. *Met.* Doleamne, geri lacrymabile bellum? *Id.* 2. *Met.* Quia nil lacrymabile cernit.

Lacrymabilĭter, cum lacrymis. *Hieronym. Epiſt.* 139. *ad Cyprian. poſt med.* Propheta lacrymabiliter deprecatur.

Lacrymabundus, a, um, qui lacrymatur. *Liv. l.* 3. *c.* 46. At ille lacrymabundus, Gratum eſt, inquit.

Lacrymandus, a, um, particip. paſſiv. deflendus. *Stat. Theb.* 9. *v.* 100. Exſequias lacrymandas eat.

Lacrymans, antis, o. partic. a lacrymor. *Ovid.* 13. *Met.* Manuque ſimul velut lacrymantia tergit lumina. *Plin. l.* 27. *c.* 14. Lacrymans calamus.

Lacrymatio, onis, f. *il lagrimare*, δάκρυσις, actus lacrymandi. *Plin. in proœm. l.* 23. Genarum ſcabiem emendat, oculorumque lacrymationes.

Lacrymatus, a, um, *diſtillato*, emiſſus per modum lacrymæ, partic. a lacrymor. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 339. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas.

Lacrymo, as, n. 1. & lacrymor, aris, d. 1. *lagrimare*, *piangere*, בכה, Ger. *weinen*, Gal. *pleurer*, Hiſp. *llorar*, δακρύω, lacrymas effundo. *Ovid.* 3. *de Arte*. Diſcunt lacrymare decenter. *Cic.* 7. *Ver. c.* 46. Ecquis fuit, quin lacrymaretur? ¶ Reperitur cum acc. communi. *Terent. Eun.* Num id lacrymat virgo? ideſt, ob id. *Nepos Alcib. c.* 6. Ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus caſum lacrymarit. Ubi ſubauditur, *ob*, vel *propter*. ¶ In vet. codicibus reperitur *lacrumo*. *Terent. Adel.* 3. 4. 49. Ob, lacrumo gaudio. ¶ Non deſunt etiam qui ſcribant per *i*, ut dictum eſt in voce *lacryma*.

Lacrymoſe, adv. cum lacrymis. *Plin. l.* 16. *c.* 43. Argumento ſimilitudinis, quoniam lacrymoſe criſpa. *Harduin.* legit *lacinoſe*, aut *lacunoſe*.

Lacrymoſus, a, um, *lagrimoſo*, δεδακρυμένος, abundans lacrymis. *Plin. l.* 17. *c.* 28. Quin & vitium radicibus aquam ſalſam jubent affundi, ſi ſint lacrymoſæ. *Id. l.* 29. *c.* 6. Oculi lacrymoſi. ¶ Item quod lacrymas provocat. *Hor. l.* 1. *ſer. Sat.* 5. Niſi nos vicina Trivici villa recepiſſet lacrymoſa non ſine fumo. *Ovid. epiſt.* 19. Lacrymoſa funera.

Lacrymula, æ, f. 1. *lagrimetta*, δακρύδιον, dim. a lacryma. *Cic. pro Planc.* Et mihi lacrymulam Criſpani judicii objectas. *Catul. carm.* 67. Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis.

Lactans, antis, o. quod lac habet, vel lac præbet. *Gel. l.* 12. *c.* 1. Nam plerumque ſine diſcrimine, quæcunque lactans eſt eo tempore, offerri ſolet. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Anniculis jam factis dandum hordeum, & furfures, uſquequo aderunt lactantes. ¶ Apud *Celſum* lactantia dicuntur cibi ex lacte confecti, *latticini*, *l.* 2. *c.* 18. & 19. ¶ Lactans Deus erat apud Veteres, qui credebatur ſegetibus ſe infundere, & eas lacteſcere facere. *Serv. in* 1. *Georg. verſ.* 318. *ex Varrone*.

Lactaris, e, adject. *Capra lattone* dicitur a *Marcell. Empir. c.* 22. *poſt med.* quæ lac habet, & fœtum lactat.

Lactarius, ii, m. γαλακτουργός, qui cibos ex lacte conficit. *Lamprid. in Heliogab. c.* 27. Dulciarios, & lactarios tales habuit, &c.

Lactarius, a, um, *che ha latte*, γαλακτώδης, quod lac in ſe habet, ſive ſuccum lacteum, quod ex ſe lac producit. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Tithymalum noſtri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam, *lattaiuola*. ¶ Lactaria animalia dicuntur, quæ lactis gratia paſcuntur. *Var. lib.* 2. *R. R. cap.* 1. Dandum bubus lupinum, & lactariis medica, & cythiſum. ¶ Dicitur item lactarius de cibo, qui ex lacte eſt confectus, qui vulgo *Lattiginoſum* dicitur. *Lamprid. in Heliogab. c.* 27. Ut quæcunque coqui de diverſis edulia exhibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

Lactarius, m. a. Lacteus, *Monte di Lettere*, al. *di Lattaro*, mons alias Campaniæ, nunc Principatus cit. in R. Neap. inter Surrentum ad Auſtr. & Veſuvium M. ad Bor. trans Sarnum fl. ita dictus vulgo ab urbe cogn. cui inſidet. Sed Luca Holſtenio eſt *Monte Lattario*, a Stabiis, & Leteris 3. M. P. utrinque.

Lactatus, m. 4. *il lattare*, actus ipſe lactandi. *Plin. l.* 33. *c.* 2. *de murenis*. Ob id ſibilo a piſcatoribus, tanquam ſerpentibus, evocari, & capi, pingueſcere lactatu.

Lactens, entis, o. 3. quod lac ſugit. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 5. Lactentes cum matribus ne cubent. *Id. c.* 4. Porci, qui depulſi ſunt a mamma, a quibuſdam delici vocantur, neque jam lactentes dicuntur. ¶ Lactentia frumenta dicuntur, cum in granis lacteum ſuccum habere incipiunt. *Virg.* 1. *Georg. v.* 318. Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.

Lacteo, es, n. 2. *lattare*, ינק, Ger. *milch ſaugen*, Gal. *teter*, Hiſp. *mamar*, θηλάζω, lac ſugo. *Cic. de Div. lib.* 2. *c.* 47. Romulus lactens fulmine ictus. ¶ Item lacte plenum eſſe, ut lactentia frumenta. V. in *Lactens*. Sic ficus lacteos. *Ovid.* 2. *Faſt.*

Lacteolus, a, um, dim. a lacteus. *Catul. Epigr.* 51. Puellæ lacteolæ.

Lactes, ium, f. 3. num. plural. γαλακτίδες, μικρέντερα. Latini hoc nomen uſurpant vel pro inteſtinis tenuibus, vel pro meſenterio, omento, pancreate, pro glandulis meſenterii, vel pro ſucco, quem perſimilem lacti in piſcium maſculorum ventriculis cernimus, qui genitalis ſuccus, vel ros appellari poteſt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. hac voce definit partes corporis a ventriculo, per quas in homine, & ave cibus labitur. Nam in oviparis *ile* appellari ait. Probus ſic deſcribit. Lactes ſunt loca in lateribus ſub umbilico pube tenus, adeo delicata, ut plagam ferre non poſſint. Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiunt. Secundum *Celſ. l.* 4. lactes dicuntur graciliora inteſtina, per quæ labitur cibus, quæ tria ſunt, tenue, jejunum, pyloros, quæ involvuntur meſenterio, ut a ſpinæ contactu duro municiora, tutioraque reddantur. *Priſcian. l.* 6. dicit, eſſe partes inteſtinorum. Dictæ ſunt a lacte, propter mollitiem, & lacteum candorem. *Plaut. Curc.* 2. 3. 40. Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. *Perſ. Sat.* 2. Emerit auriculas pulmone, & lactibus unctis. ¶ Singulare eſt hæc lactis, is. *Titinn.* apud *Priſc.* Craticula, cerebellum, lactis ugnina. ¶ Alligare canem fugitivum agninis lactibus, proverb. eſt apud *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 84. & ſignificat, lentum, & inutile remedium magno malo adhibere.

Lacteſco, ſcis, n. 3. *convertirſi in latte*, Ger. *zu milch werden*, Gal. *devenir lait*, *avoir du lait*, Hiſp. *ſer*, *o hazerſe leche*, γαλακτοῦμαι, eſt in lac converti. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *cap.* 51. Omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit. ¶ Nonnunquam lacte impleri. *Plin. l.* 11. *c.* 41. Aſinæ prægnantes continuo lacteſcunt.

Lacteus, a, um, *di latte*, γαλακτώδης, quod ex lacte eſt. *Lucret. l.* 5. *v.* 258. candens lacteus humor Uberibus manat diſtentis. ¶ Quandoque accipitur pro candido, & lactis candorem referente. *Virg.* 8. *Æn.* Tum lactea colla auro innectuntur. ¶ Lacteus porcus, qui lacte alitur. *Martial. l.* 3. *epigr.* 47. Nondumque victa lacteum faba porcum, hoc eſt porcum adhuc lactentem, & fabam per ætatem frangere non valentem. ¶ Lacteus orbis, ſive circulus, *galaſſia*, *via lattea*, dicitur pars cœli plurimis, & minutiſſimis ſtellis diſtincta, a lactis candore, quem refert. Græce γαλαξίας κύκλος vocatur, ob eandem cauſam. *Cic. in Somn. Scip.* Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (ut a Graiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. ¶ Hic circulus etiam via lactea vocatur. *Ovid.* 1. *Met.* Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno, Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.

Lacticinia, orum, n. 2. πάγαλα, lactaria, ſeu cibi ex lacte confecti, apud *Apic. l.* 7. *c.* 11.

Lacticolor, oris, adject. lacteum colorem habens. *Auſon. epiſt.* 7. *v.* 54. oblinat Furvam lacticolor ſpongia ſepiam.

Lactineus, a, um, adject. lacticolor, lacteus. *Venant. Fortun.* Regia lactineo commutans pallia cultu.

Lactito, as, a. 1. *allattare*, idem quod lacto. *Martial. l.* 7. *epigr. ult.* Cur ſit ager ſterilis, cur uxor lactitet, edam.

Lacto, as, avi, atum, a. 1. *lattare*, *dar il latte*, הניק, Ger. *ſaeu*, *gen*, Gal. *alaiter*, Hiſp. *amamantar*, θηλάζω, lac præbeo, quod proprium matrum eſt, a *lacte*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 17. Anniculis jam factis dandum hordeum, & furfures, uſquequo aderunt lactantes. ¶ Translate ſignificat blanditiis trahere, per blanditias in fraudem illicere, quo ſenſu quidam putant eſſe frequentat. *a lacio*, ut *jacto*, *a jacio*. *Ter. And.* 4. 1. 24. Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres. *Id. ib.* 5. 4. 8. Sollicitando, & pollicitando animos eorum lactas? ¶ Interdum ſimpliciter notat trahere. *Lucr. l.* 5. *v.* 1067. At catuli blande cum lingua lambere tentant, aut ubi eos lactant pedibus, morſuque petentes ſuſpenſis, teneros imitantur dentibus hauſtus. Al. leg. *jactant*.

Lactoria, f. 3. herba eſt oleæ foliis, ſed minore, & flore luteo, intus plena lactis, quod guſtatum vomitiones concitat. *Plin. l.* 24. *c.* 18.

Lactuca, æ, f. *lattuca*, כרוב, Germ. *lattuck*, Gall. *laitue*, Hiſp. *lechuga*, θριδαξ, herbæ ſpecies, a *lacte*. Nam lactucæ unum duntaxat genus olim cognitum erat, meconium nempe. Id quia lacte abundat, lactucæ nomen univerſo generi dedit. *Var. l.* 4. *de L. L. Plin. l.* 19. *c.* 8. *Iſid. l.* 17. *c.* 10. *Martial. l.* 13. *epigr.* 14. Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum, dic mihi, cur noſtras incipit illa dapes? ¶ Lactucarum varia genera ſunt, de quibus *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Lactucarius, ii, m. qui lactucas vendit. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Lactucini, m. 3. proceres quidam ex Valerio familia, a lactucis. *Plin.* 19. 4.

Lactucula, æ, f. dim. a lactuca. *Col. l.* 10. *v.* 111. Jam teneris frondens lactucula fibris.

Lacturcia, æ, Dea lacteſcentium frumentorum. *Aug. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 8.

Lacuna, æ, fem. *laguna*, *acqua morta*, τέναγος, aquæ collectio, vel foſſa, in qua aqua collecta ſtare conſuevit, a *lacus*. *Var. l.* 4. *de L. L.* & *Feſt. Virg.* 1. *Georg.* Unde cavæ tepido ſudant humore lacunæ. ¶ Lacuna etiam dicitur foſſa ad ſiccandos agros parata. *Virg.* 3. *Georg.* Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ. ¶ Translate accipitur pro quacumque foſſula, ſive cavitate. v. g. in pavimento lacuna pro loco ſidente ponitur. *Vitr. l.* 7. *c.* 1. ¶ Item pro cavitate ſub ſuperciliis. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Hic majores qui ſunt, intelligi negant poſſe, præterquam cum dentes ſunt facti brochi, & ſupercilia cana, & ſub iis lacunæ, ex obſervatu dicunt, cum equum habere annos ſexdecim. ¶ Explere lacunam rei familiaris, per tranſlationem dicitur pro eo, quod eſt, farcire damnum acceptum, vel rem familiarem exinanitam explere, & redintegrare. *Cic.* 4. *Ver. c.* 35. Dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. ¶ Lacuna in auro eſt adulteratio, vel fraus, & legitimi valoris imminutio. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 6. Vide, ne qua ſit lacuna in auro. Hinc & apud *Gel. l.* 1. *c.* 3. lacuna famæ.

Lacunar, aris, o. 3. φάτνωμα, tignorum interſtitium, dim. a *lacus*, per Metaphoram, quia lacuum quandam refert ſimilitudinem. Nonnulli putant, eſſe trabem præcipuam in ædificiis, quæ contignationem ſuſtinet. *Hor. l.* 2. *Carm. od.* 18. Non ebur, neque aureum mea renidet in domo lacunar. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 21. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina appenſum, demitti juſſit. *Vitruv. l.* 6. *c.* 5. Lacunaria delumbata. V. *Delumbatus*. ¶ In Veterib. Gloſſis lacunar exponitur etiam ἀμίδιον, h. e. matella, quia nonnullum eſt diminut. a *lacus*; ſed latina exemplo nondum vidi.

Lacunarium, ii, n. dim. a lacunar. *Serv. in* 1. *Æn. v.* 730. & *Vitruv. l.* 4. *c.* 3.

Lacunarius, ii, m. qui lacunas fodit. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 22.

Lacunatus, a, um, ad lacunæ formam depreſſus. *Plin. l.* 15. *c.* 10. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

Lacuno, as, avi, atum, a. 1. φατνόω, καμαρόω, lacunaria ſimilitudinem rei alicui induco. *Ovid.* 8. *Met. v.* 563. Molli tellus erat humida muſco, ſumma lacunabant alterno murice conchæ.

Lacunoſe. V. Lacrymoſe.

Lacunoſus, a, um, lacunis plenus, inæqualis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. Quid pulchrius ea figura, quæ ſola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum?

Lacus, us, m. *lago*, אגם, Ger. *ſee*, Gal. *lac*, Hiſp. *lago*, λίμνη, λάκκος, τέλμα,

πίλαμα, locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, unde rivi, & flumina oriuntur, a λάκκος, *foſſa*. Differt a *ſtagno*, quod hoc temporalem habet aquam ſtagnantem, quæ plerumque hyeme colligi ſolet, æſtate ſiccari, ſed *lacus* aqua perpetua, & perennis eſt. *Cic. 7. Ver.* Deæ, quæ illos Ennenſes lacus lucoſque colitis. ¶ Tranſlate dicitur de vaſe amplo, in quo muſtum prelo, vel pedibus expreſſum recipitur. *Ovid. 4. Faſt. v. 888.* Præmia, de lacubus proxima muſta tuis. *Cic. in Bruto.* Sin ego iſtis cenſuerim & novam iſtam quaſi de muſto, ac lacu fervidam orationem fugiendam. ¶ Item dicitur de conceptaculo aquæ fabrorum, in quam metallum candens demergunt. *Virg. 4. Georg. v. 174.* ¶ Item de loco, ubi calx rutro ſubigitur, maceraturque. *Vitr. l. 7. c. 2.* ¶ Item de loco, quo diſtinguitur granarium ad legumina ſeparanda. *Col. l. 1. c. 6.* ¶ Item de tignorum, ſive trabium interſtitio, ut idem ſit, ac lacunar. *Lucil.* apud *Serv. 1. Æn. v. 730.* Reſultant ædeſque, lacuſque.

Lacuſculus, m. 2. dim. a lacus. *Col. l. 12. c. 50.* Oportet habere lacuſculos tam multos, quam poſtulabit modus olivæ.

Lacydes, m. 3. Λακύδης, Philoſophus Cyrenæus, diſcipulus Arceſilæ, magiſter Evandri. *Cic. 4. Acad.* Hunc tradit *Plin. l. 10. c. 22.* tantopere ab anſere quondam fuiſſe adamatum, ut ei perpetuo comes adhæſerit, nuſquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digreſſus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argivorum Regibus molli inceſſu, comaque perpetuo unguentis delibuta. *Plut.* in eo opuſculo, quo docet, qua pacto militatem ab inimicis capere poſſimus.

Lada, f. 1. ladon, vel ledon, n. 2. *imbrentina*, λῆδον, herba in Cypro ex ciſti, vel ciſthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roſcidum contrahunt, quod caprarum barbis adhæreſcit, indeque depexum colatur, cogiturque in offas, & ladanum appellatur. *Plin. l. 13. c. 26.*

Ladănum, n. 2. *ladano*, *laudano*, λάδανον, pingue illud roſcidum, quod ladæ herbæ inſidet, & barbis caprarum inhæreſcit. *Plin. l. 13. c. 26.*

Ladas, m. 1. Λάδας, Alexandri Macedonis curſor, qui traditur fuiſſe tanta pedum velocitate, ut veſtigia ejus in arena non apparerent. Quo nomine ſtatuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam ποδηφόρον cognominabant. Hinc *Mart. l. 10. epigr. 10.* Habeas licebit alterum pedem Ladæ, Inepte fruſtra crura ligneo autres.

Ladon, onis, m. 3. Λάδων, fl. Peloponneſi, qui ortus ex lacu Pheneo, inter Helim, & Megalopolim, decurrit per agrum Cletorienſem, & per Arcadiam in Alpheum ſinit. Juxta hunc Poetæ fabulantur Syringa Nympham in fiſtulam fuiſſe mutatam. *Ovid. 1. Metam.* ¶ Eſt & nomen canis Actæonis. *Ovid. 3. Metam.*

Lædo, is, ſi, ſum, a. 3. *offendere*, הכה, Ger. *verletzen*, Gal. *offenſer*, Hiſp. *offender*, *dañar*, βλάπτω, aliquid mali alicui infero, verbo, factove aliquem offendo, injuriam alicui facio, a λήδω, ἐλάω, per Metatheſin. Conſtruitur cum accuſ. *Cicer. in Famil. 1. epiſt. 7.* Quos tu Reipubl. cauſa læſeras. ¶ Vel cum accuſat. & dat. *Ter. Adel. 5. 4. 10.* Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus, hoc eſt, neminem præſentem offendere. ¶ Vel cum accuſ. & ablat. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Itaque diutius ſuſpicionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit. *Metel. ad Cic. l. 5. Famil.* Nec abſentem ludibrio læſum iri. ¶ Lædere fidem, eſt violare. *Caſ. l. 6. B. G.*

Lælaps, apis, m. canis nomen, quod ſignat procellam, aut turbinem. *Ovid. Met. 7. v. 772. & l. 3. v. 211.*

Læna, æ, f. 1. χλαῖνα, toga duplex, veſtis auguralis. *Serv. in 4. Æn.* Sane Sacerdotalem fuiſſe indicat, quod Popilius Flamen Carmentalis Lænatis cognomen accepit ex eo, quia cum læna in publicum prodiiſſet, ut ſeditionem ſedaret, quam, dum ſacrificium faciebat, obortam intellexit. Sed *Non. c. 14. n. 26.* putat, eſſe veſtimentum militare, quod ſupra omnia veſtimenta ſumebatur. Hæc vox eſt a Græca χλαῖνα, quæ ita dictus, quaſi χλιαίνα, a χλιαίνω, *calefacio*. Sed *Var. l. 4. de L. L.* origine Latinam putat, dictamque lænam, quod eſſet de lana multa. Duarum enim togarum inſtar erat, ut antiquiſſimum muliarum ricinium. *Cic. in Brut. c. 14.* Qui, cum Conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione, & ſeditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem. ¶ Olim fuit propria Regum, & Heroum. Hinc *Virg. Æn. 4. v. 262. de Ænea:* Tyrioque ardebat murice læna Demiſſa ex humeris. ¶ Poſtea vulgo uſurpata. *Juvenal. Sat. 5. v. 130.* plurima ſunt, quæ Non audent homines pertuſa dicere læna. Ex quo loco colligimus, lænæ uſum fuiſſe etiam in conviviis, hyeme ſcilicet, cum togis depoſitis, ſola cœnatoria veſtis non ſatis erat ad frigus arcendum, ut ait *Ferrar. de re veſt. l. 2. c. 12.* quem conſule. Hinc & *Perſ. ſat. 1. v. 30.* Ecce inter pocula quærunt Romulidæ ſaturi, quid dia Poemata narrent. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna eſt, &c.

Læneus, i, Cretæ fluvius, apud quem Europam a Jove captam ferunt. *Strabo Gallor* adjective dixit, Læneus liquor.

Laertes, æ, m. 1. Λαέρτης, filius Acriſii. Ex uxore Anticlia filia Autolyci Ulyſſem ſuſcepit, & Ctimenen: *Boccat. l. 11. Gen.* Hinc Ulyſſes dicitur Laertiades, & Laertius Heros.

Laertiades, æ, m. Λαερτιάδης, Laertæ filius, aut nepos. *Horat. l. 2. ſat. 5. v. 59.* O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non. *Ovid. 13. Met. v. 48.* Laertiadæque precaris, Quæ meruit.

Laertius, a, um, quod ad Laertem ſpectat, ut Laertia Regna, Ithaca inſula, ubi Laertes regnavit. *Virg. 3. Æn.* Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laertia Regna. ¶ Diogenes Laertius. V. Diogenes.

Læſio, nis, f. 3. *offeſa*, ἀδικία, actus lædendi. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Purgatio, conciliatio, læſio, optatio, atque execratio.

Læſūra, æ, f. idem ac læſio. *Vet. Inſcript.* apud *Grut. p. 567. n. 8.* Vixit mecum annis 17. ſine ulla animi læſura. *Ter. de Patient. c. 7.* læſura divitiarum. h. e. detrimentum.

Læſtrygŏnes, m. 3. Λαιστρυγόνες, pop. Latii novi circa Formias urbem exiſtam incolentes, ubi Læſtrygonia regio, cum urbe cognomine, quæ & Lamus dicta eſt. Immaniſſimi fuiſſe dicuntur, & humana carne victitaſſe. *Plin. l. 7. c. 2. Gel. l. 15. c. 23.* ¶ Item pop. Siciliæ, qui & Leontini, apud Lycophronem. ¶ Scribitur & Leſtrygones, ſine diphthongo.

Læſtrygonius, a, um, adject. ad Læſtrygones pertinens. *Hor. l. 3. od. 16.* Læſtrygonia Bacchus in amphora.

Læſus, a, um, nom. ex partic. *offeſo*, δεδηλημένος. *Cic. pro Cluen. c. 41.* Læſa dignitas. *Hor. l. 1. od. 33.* Læſa fides. *Ovid. 5. Triſt. el. 12. v. 21.* Ingenium longa rubigine læſum.

Lætabĭlis, le, n. 3. *degno d' allegrezza*, *lieto*, γηθόσυνος, lætitia dignus. *Cic. 1. Tuſc.* Quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum? *Mamertin. in Genethliaco Maxim. c. 18.* Quanto hoc lætabilius, ac melius.

Lætabundus, a, um, adject. lætans, valde lætus. *Gel. l. 11. c. 15.*

Lætamen, inis, n. *letame*, זבל, Ger. *miſthauff*, Gall. *fumier*, Hiſp. *muladar*, κόπρος, fimus, qui per agros jacitur, a *lætatum*, quod facit lætas ſegetes. h. e. pingues, ac fertiles, votiſque agricolæ reſpondentes. *Plin. l. 18. c. 16.* Ipſumque pro lætamine eſt. Adde *Pallad. l. 8. c. 5.*

Lætans, antis, o. partic. a lætor, *allegro*. *Cicer. pro Cluent. c. 9.* Itaque nubit Oppianico continuo Saſſia lætans jam animo, & ſpe optima confirmata. *Virg. 1. Æn. v. 397.* Lætantes agmine cygni.

Lætanter, adverb. læte. *Lamprid. in Comm. c. 5.* Quod Commodus lætanter accepit.

Lætaſter, qui lætum ſe oſtendit. *Titin.* apud *Feſt. in voce Obſtrudant.*

Lætatio, onis, f. lætitia. *Caſ. l. 5. B. G. c. 52.* Neque hoſtibus diutina lætatio, neque ipſis longior dolor relinquatur.

Læte, adv. *lietamente*, בשמחה, Germ. *frœlich*, Gall. *allegrement*, Hiſp. *alegremente*, ἱλαρῶς, jucunde, hilariter. *Cicer. Phil. 9. c. 3.* Læte, atque inſolenter tulit. *Pallad. l. 4. c. 9.* Lætius frondere. h. e. uberius. *Gell. l. 3. c. 15.* Lætiſſime gaudere.

Lætificans, tis, adjectiv. pro læto poſuit *Plaut. Perſ. 5. c. 8.* Unde ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam ut fiant.

Lætifĭco, as, avi, atum, a. 1. *far allegro*, *allegrare*, שמח, Ger. *erfrewen*, Gal. *rejouir*, Hiſp. *alegrar*, εὐφραίνω, lætum facio. *Luc. l. 3. v. 48.* Illum gloria lætificat. ¶ Significat etiam pinguem facere, ſtercorare. *Plin. l. 17. c. 9.* Regius ſenex agrum ſuis manibus lætificans reperitur. *Cic. l. 2. nat. Deor.* Sol contrahit terram, tum viciſſim lætificat. V. Lætus.

Lætifĭcor, aris, d. 1. idem ac lætor. *Plaut. Aul. 4. 9. 15.* Nunc eo alii lætificantur, meo malo, & damno. Poteſt etiam hoc loco eſſe paſſivum a Lætifico.

Lætifĭcus, a, um, lætum faciens. *Stat. Theb. 16. v. 531.* Lætifici plauſus. *Vetus Poeta* apud *Cic. Tuſc. 1. c. 28.* Vites lætificas pampinis pubeſcere. Alii leg. Vitis lætiſcera, pampinis pubeſcere.

Lætiſco, ſcis, n. 3. *allegrarſi*, γηθόσυνος, lætus fio. *Siſen. l. 4.* apud *Non. c. 2. n. 494.* Utrumne Dii cultu erga ſe mortalium lætificent, an ſuperne gentes humana negligant. V. Lætificus.

Lætitia, æ, f. 1. *letizia*, *allegrezza*, שמחה, Ger. *frewd*, Gal. *rejouiſſance*, Hiſp. *alegria*, εὐφροσύνη, γηθοσύνη, χαρά, eſt exultatio animi (ut definit *Gel. l. 2. cap. 27.*) cum gaudio efferventiore, propter eventum rerum expetitarum. *Cic. 4. Tuſc. cap. 7.* Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur. ¶ Differt a *gaudio*, quia proprie *lætitia* eſt, cum ita movetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, *gaudium*, cum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Hinc dicunt Stoici, gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. *Cic. 4. Tuſc. c. 31.* Atque, ut confidere decet, audere non decet, ſic gaudere decet, lætari non decet, quoniam docendi cauſa a gaudio lætitiam diſtinguimus. *Id. in Cael. 1. c. 12.* Hic tu quas lætitias perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? *Id. 5. Fam. ep. 9.* Repente inceſſi omnibus lætitiis. *Id. 2. Fin. c. 4.* Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum ſe eſſe narrat. *Id. pro Dejot. c. 9.* Lætitiis efferri. *Ter. Heaut. 2. 3. 51.* Ne me in lætitiam fruſtra conjicias. Sic Capere, percipere lætitiam, lætitia afficere, lætitiam afferre, &c. apud *Cic.* ſæpe. ¶ Dicitur etiam lætitia de agris, aut arboribus fertilibus. *Col. l. 4. c. 24.* Si benignitas terræ, aut ipſius trunci lætitia non adſit. V. Lætus.

Lætitūdo, nis, f. idem ac lætitia, apud vet. *Attior in Bacch.* ut citat *Nonius, c. 2. n. 487.* Quanta in venando affectus eſt lætitudine!

Læto, as, a. 1. *allegrare*, εὐφραίνω, lætum facio, apud vet. *Attius Pelopidis*, apud *Non. c. c. n. 494.* Et te ut triplici lætarem bono.

Lætor, aris, atus ſum, d. 1. *allegrarſi*, *aver diletto*, שמח, Germ. *ſich frewen*, Gall. *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, ἥδομαι, χαίρω, γηθέω, lætitiam capio, lætitia afficior. Differt a *gaudeo*, quod *gaudere* intrinſecum eſt, *lætari* extrinſecus. In lætitia enim profuſi naſcio quid, & exultantis geſtientis animi ineſt. Sed hæc differentia non obſervatur. *Cic. 2. de Div.* An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuiſſe, ſi ſciret, ſe in ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri? ¶ Reperitur etiam cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cicer. pro Marc.* Lætari de communi ſalute. ¶ Item cum ablat. & præpoſ. *in*. *Cic. 11. Phil.* Ut in hoc ſit ſemper lætatus, quod ea faceret. ¶ Et cum infinito. *Id. Fam. 7.* Utrumque lætor, & ſine dolore te fuiſſe, &c. ¶ Item cum accuſ. præſertim communi. *Cic. 7. Fam. ad Marium.* Utrumque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe. Hinc gerundium. *Cic. pro L. Man.* Atque illud in primis mihi lætandum jure eſſe video, quod &c. ¶ Invenitur denique cum gen. *Virg. 11. Æn. v. 280.* Nec veterum memini, lætorve malorum.

Lætorius, a, um, *Lætoria lex* a quonam lata ſit, obſcurum eſt. Vetabat minorem annis viginti quinque ſtipulari, h. e. ἐπερωτᾶσθαι, ut *Sueton. in fragm.* apud *Priſcian. l. 8. pag. 794. Putſch.* docet. Curatores dabat vel propter laſciviam, vel propter dementiam: vindicabatque adoleſcentium circumſcriptiones, ut eſt apud *Cic. 3. Offic. c. 15.* Adde *l. 3. de nat. Deor. c. 30.* & *Imp. Conſtantin. l. 8. Cod. Theodoſ. tit. 12. leg. 2.*

Lætus, a, um, *allegro*, *lieto*, שמח, Ger. *luſtig*, Gall. *gay*, Hiſp. *alegre*, γηθόσυνος, qui hilaritatem, quam intus habet, etiam vultu oſtendit, a λάω, *fruor*, vel a λαιτὸς, quod incolumem notat, & metaleptice hilarum. *Tac. 3. hiſt. c. 4.* Lætus beneficio. *Ter. Adelph. c. 2. ad fin.* Lætus eſt de amica. *Cic. pro Font.* Vagantur læti, atque erecti toto foro. ¶ A Poetis genitivo etiam jungitur. *Sil. l. 15. v. 569.* Lætus laboris. Et *lib. 17. v. 312.* Lætiſſimus iræ. ¶ Et infinito. *Id. l. 9. v. 455.* Lætus ſpectari. Et *l. 16. v. 364.* Lætus bellare. ¶ Lætus etiam dicitur, qui lætitiam affert. *Cic. Att. l. 7.* Omnia erant facta hoc triduo lætiora. *Tacit. 3. hiſt. c. 75.* Cædem ejus lætam fuiſſe Muciano accepimus. ¶ Sumitur interdum pro fauſto, & felici. *Plin. l. 8. c. 47.* Sunt enim delubra gemina, alterum intraſſe lætum eſt, in altero diras portendit. ¶ Item pro propitio, ut læti Dii, læta omina, &c. *Plaut. Amph. prol. in princ.* Ut vos in veſtris voltis mercimoniis Emundis, vendundiſque me lætum lucris afficere. Verba ſunt Mercurii. ¶ Item pro libens, quemadmodum & *triſtis* pro invito ponitur. *Horat. l. 1. epiſt. 10. v. 19.* Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus. ¶ Sæpe pro fertili, & ubere ponitur, & tribuitur agris, ſegetibus, arboribus, &c. *fertile*, *abbondante*. *Virg. in princ. Georg.* Quid faciat lætas ſegetes, &c. *Cicer. de nat. Deor.* Uberrimi, & lætiſſimi fructus vitium. Hinc, læta indoles, apud *Quintil. l. 2. cap. 4.* h. e. ſpem bonam afferens. ¶ Læta armenta. h. e. pinguia. *Virgil. 3. Æneid. v. 220.* Læta boum paſſim campis armenta videmus. ¶ Lætus Eois Eurus equis, apud eundem *Æn. 2. v. 388.* h. e. celer, velox.

Læva, æ, f. *mano ſiniſtra*, שמאל, Ger. *die linck*, Gal. *le gauche*, Hiſp. *la mano izquierda*, λαιά, σκαιά, manus ſiniſtra, a λαιός, *ſiniſter*. *Virg. 2. Æn.* Comam implicuit læva. *Plaut. Mil. 4. 6. 1.* Ad lævam, *alla ſiniſtra*. *Liv. l. 4.* Dextra montibus, læva Tyberi amne ſeptus. ¶ Revera adjectivum eſt, & ſubintelligitur *manus*, aut *pars*, &c.

Læve, adv. *ſiniſtramente*, male, ſtulte, contra ac fieri debet. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 52.* Puer hic non læve juſſa Philippi Accipiebat.

Læviānus, a, um, ad Lævium pertinens, ut Læviana verba. *Gel. l. 19. c. 7.* ¶ Fuit autem *Lævius* antiquus Scriptor Latinus Pacuvio, Titinnio, Ennio, Lucilio, &c. annumerandus.

Lævīni, m. 2. familia Romana, ſic dicta, quod ejus princeps læva manu uteretur.

Lævis, Lævigatio, Lævitas, &c. V. Levis ſine diphthongo.

Lævor-

Lævorſum, & Lævorſus, adv. verſus lævam, ſiniſtrorſum. Apul. l. 1. Flor. Lævorſum, vel dextrorſum tanta mole corporis labitur. Ammian. l. 31. c. 10. Lævorſus flexo itinere.

Lævus, a, um, ſiniſtro, שמאל, Ger. linck, Gal. gaucher, Hiſp. izquierdo, λαιός, σκαιός, ſiniſter, a λαιός, υ inſerto, ut ſcævus a σκαιός. Cic. 4. Acad. Cum autem lævam manum admoveret. Horat. l. 3. od. 26. Lævum marinæ qui Veneris latus cuſtodit. Virgil. 5. Æneid. Redit iter lævum. ¶ Lævus, in divinis propitium ſignificat, in humanis vero contrarium. Hinc læva auſpicia apud Romanos fauſta habebantur, vel quia quæ ſunt ſiniſtra nobis, Diis dextera ſunt, ut ait Serv. in 2. Æn. v. 693. Credebantur enim Dii vultus ſuos ad eos convertere, qui auſpicia captabant; itaque quæ tonitrua, aut fulgura &c. ab eorum dextris proficiſcebantur, auguribus ſiniſtra erant. Vel quia Augures ad Meridiem ſe obvertentes Orientem a ſiniſtra habebant; quæ cœli pars cum nobilior haberetur, ideo quæ inde proveniebant auguria, auſpicatiora erant. Virgil. loc. cit. Subitoque fragore Intonuit lævum. ¶ Tuſci, ut narrat Plin. l. 2. c. 54. mundum in ſexdecim diviſere partes, ex quibus octo ab exortu læves, totidem ab occaſu dextras appellavere, nulla habita ſpectantis ratione. Hinc id. loc. cit. Læva proſpera exiſtimantur, quoniam læva parte mundi ortus eſt. ¶ Hinc Numina læva, hoc eſt propitia. Virg. 4. Georg. v. 7. Si quem Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. Grilius tamen l. 3. cap. 12. interpretatur Numina, quæ vim nocendi habent, & placanda ſunt, quemadmodum dexter pro favente uſurpatur. ¶ Apud Græcos læva auſpicia infauſta fuere, ut docet Cic. l. 2. de Div. c. 39. ¶ Hinc lævus tranſlate ponitur pro infelici, & averſo. Horat. l. 3. od. 27. Teque nec lævus vetet ire Picus. ¶ Item pro inopportuno. Horat. l. 2. ſat. 4. Peccatum fateor, cum te ſic tempore lævo interpellarim. ¶ Item pro ſtolido, & fatuo, ſtolto, pazzo. Virg. 2. Æn. v. 54. Et ſi fata Deum, ſi mens non læva fuiſſet. Hor. de art. poet. O ego lævus, qui purgo bilem &c. ¶ Lævi boves dicuntur, quorum cornua terram ſpectant. Philargyr. ad Æn. 3. v. 35.

Laganum, ni, n. laſagna, רקיק, Germ. paſtete, Gal. crept, Hiſp. laſana, oreja de abad, λάγανον, placentæ genus ex farina aqua ſubacta, addito butyro, caſeo, aliiſque condimentis. Acron in Hor. lib. 1. Sat. 6. Lagana ſunt quædam quaſi membranulæ ex farina, & aqua, quæ jure pingui coctæ, & caſeo, pipere, croco, cinnamomoque conditæ in cibis dantur. Dictum eſt a λαγαρός, laxus. Uſus ea voce creditur Horat. l. 1. Ser. ſat. 6. v. 115. Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum. Ita legit Acron. Sed meliores codices habent lachani, quod rectum eſſe liquet, tum quod lagana non ſint cibus facilis, & ineptus, de cujuſmodi agit Horatius, tum quod non laganum, ſed lachanum, hoc eſt olus, optime conjungatur cum cicere, & porro.

Lagari, λαγαροί, dicuntur verſus, qui in medio breves ſyllabas pro longis habent. Macrob. l. 5. ſat. c. 14.

Lagaria, f. 1. Laguna, urbs exc. Lucaniæ, in monte apud Calyſtarnum flu. proxima Grumento opp. exc. non longe a Nemæa flu. Gent. Lagarinus, ſeu Lagaritanus, a, um, ut Vinum Lagaritanum, mite, & dulce.

Lagêna, æ, f. λάγυνος, λάγυνις, menſuræ genus, veluti choa, & cotyle, a Græca voce allata, quæ a לג, quod & ipſum eſt genus menſuræ, & a Hieronymo Lev. 14. verſ. 12. ſextarius transfertur. In veteri inſcriptione eſt laguna. In Gloſſis etiam Cyrilli eſt λάγυνος, lacuna, ubi lagona legendum. Factum hoc Græcorum more, in quorum veteribus libris plurimum per ὁλάγυνος, ſcribitur, interdum λάγυνος per υ. ¶ Sumitur etiam pro genere vaſis teſtacei, præcipue ad vinum accommodati, imo etiam pro poculi genere. Mart. l. 4. 46. Et nigri Syre defruti lagena. In veteri inſcriptione apud Gruter. 578. 1. M. Ulpio Aug. Lib. Prædimo Divi Trajani Aug. a laguna. ideſt a cyathis.

Lagêus, m. 2. λαγειος, genus uvæ, quæ & leporariæ dicitur, ab Jonico λαγός, quod Attice λαγώς, lepus. Plin. l. 14. c. 3. Virg. Georg. l. 2. v. 93. Et paſſo pſythia utilior, tenuiſque lageos.

Lagêus, a, um, adject. Ægyptius, a Lago rege. Lucan. l. 10. v. 394. profliet Lagea juventus Hoc regi. Sil. l. 1. v. 195. Lageus amnis. h. e. Nilus. Id. l. 10. v. 322. Lagea ratis.

Lagôis, f. 3. λαγωΐς, vel λαγὺς, aut λαγωὸς θαλάσσιος, lepus marinus, genus piſcis, a λαγώς, lepus. Hor. 2. Ser. ſat. 2. v. 22. Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagois. Aliqui dicunt, lagoidem etiam avem eſſe, quæ leporinas habet carnes.

Lagophthalmos, m. 2. λαγωφθαλμός, oculorum vitium, cum ſuperior palpebra non deſcendit, cui vitio contrarium eſt ectropium, cum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore committitur, a λαγώς, lepus, & ὀφθαλμός, oculus, quia lepores apertis oculis dormire conſueverunt. Celſ. l. 7. c. 7. habet, ſed græcis litteris ſcriptum.

Lagôpus, odis, f. 3. λαγώπους, avis Alpina, candida, magnitudine columbæ, habens pedes villis leporino, a λαγῶς, & ποῦς, pes, quaſi leporipes. Plin. l. 10. c. 48. Mart. l. 7. v. 87. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Scaliger tamen in l. 4. Propert. el. 3. legendum contendit glaucopide, h. e. bubone, ſeu ulula. ¶ Eſt & lagopus herba quædam a pedis leporini ſimilitudine ſic dicta. Plin. l. 26. c. 8. Lagopus ſiſtit alvum e vino pota, aut in febri ex aqua. Naſcitur in ſegetibus.

Lagotrophion, n. 2. λαγωτροφεῖον, locus leporarius, ſeu in quo lepores aluntur. Colum. l. 8. c. 1. uſurpat, ſed ſcribit græcis literis.

Lagûna. V. Lagena.

Lagunĕla, æ, f. 1. λαγυνίσκιον, parva lagena. Plin. in epiſt. 6. l. 2. Vinum parvulis lagunculis in tria genera deſcripſeret. Colum. l. 12. c. 38. Præſtat lagunculis condere.

Laguncularis, re, adjectiv. ad lagunculam pertinens, ut laguncularis pix. Marcel. Empir. 2. 36.

Lagus, i, Ptolemæi Ægypti regis pater: a quo Ægypti reges omnes, qui inter Alexandrum M. & Auguſtum Cæſarem fuerunt, Lagidæ appellati ſunt. Lucan. l. 10. v. 327. non omnis regia Lagi.

Laïâdes, æ, m. Λαϊάδης, filius Laii, h. e. Oedipus. Ovid. 7. Met. v. 760. Carmina Laiades non intellecta priorum ſolverat ingeniis. Ubi vides, vocem eſſe quadriſyllabam. nam Laius triſyllaba eſt apud Stat. l. 1. Theb. v. 296. & l. 2. v. 7. & 66. ut Caïus. Fuit autem Laius filius Labdaci Thebarum regis. ¶ In vocativo eſt Lai, ut Cal. Stat. Theb. 7. v. 355. tues o mitiſſime Lai, &c.

Laïcus, a, um, adject. a λαός, populus, apud Tertul. ſignificat quempiam e populo, qui ſacerdos non ſit, laico. Id. in exhortat. ad caſtit. c. 7. Vani erimus, ſi putaverimus, quod ſacerdotibus non liceat, laicis licere.

Laïs, idis, f. 3. Λαΐς, nomen proprium famoſiſſimæ meretricis, quæ a Scriptoribus Corinthia dicta eſt, quia Corinthi habitavit. Ad eam propter inſignem pulchritudinem ditiores homines ex omni Græcia conveniebant. Nec quiſquam admittebatur, niſi qui dabat, quod poſceret. Unde profectum creditur proverb. Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Tam care enim Lais ſuas locabat noctes, ut vel potentiſſimi magnitudine pretii deterrerentur. Inter quos etiam Demoſthenes fuiſſe fertur, qui cum ſcorti tam nobilis fama accenſus aliquando Corinthum navigaſſet, illaque noctis unius operam decem millibus drachmarum indicaſſet, pretii immenſitate deterritus, reſpondit: οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, Non emo millibus drachmarum pœnitentiam. Gell. l. 1. c. 8.

Laïus, m. 2. filius Labdaci Regis Thebarum, pater Oedipi, a quo poſtea occiſus eſt. V. Oedipus, & Laiades.

Laletâni, m. 2. Lectani, Laetani, populi Hiſpaniæ citerioris, ſeu Tarraconenſis, inter Indigetes ad Or. & Coſetanos ad Occ. quorum regio Laletania, ubi nunc magna pars Cataloniæ, inter Gerundam, & Tarraconem, & verſus oram maris mediterranei. Hinc vinum Laletanum, quod magis copia, quam bonitate laudatur. Plin. l. 14. c. 16.

Laletania, æ, f. Laletanorum regio. V. Laletani. Mart. l. 1. epigr. 50. Aprica repetes Tarraconis litora, Tuamque Laletaniam.

Laliſio, onis, m. 3. pullus onagri, dum lacte materno vivit, ab ἄλλιξ, infans. Plin. l. 8. c. 40. Martial. l. 13. epigr. 97. Dum tener eſt onager, ſolaque laliſio matre peſcitur, hoc infans, ſed breve tempus habet.

Lallo, as, n. 1. lacteo, ſeu lac ſugo, apud vet. Voſſius putat, lallare dici de ea, quæ cantillando puerum demulcet, eoque ſomnum conciliat. Factum eſt a ſono. Aliqui dicunt, eſſe de iis vocibus, quibus nutrices alumnis ſuis ſe accommodant, cujuſmodi ſunt pappa pro patre, mamma pro matre, & ſimiles. Perſ. ſat. 3. v. 18. Et iratus mammæ lallare recuſas.

Lallus, i, m. nutricum vox infantes ad lac ſugendum prolectantium. Auſon. ep. 16. Nutricis inter lemmata, lallique ſomniferos modos. ¶ Apud Turneb. l. 18. adverſ. c. 14. Lallus Deus eſt nutricum.

Lama, æ, f. laguna, foſſa, τέναγος, μαλάκη τόπος, aquarum collectio, quæ & lacuna dicitur. Feſtus. Vetus Interpres Hor. l. 1. ep. 13. lamas definit lacunas majores continentes aquam pluviam. Dicta eſt a λαιμός, ingluvies, & vorago viarum, ſeu foſſa fluviorum. Hor. l. 1. ep. 13. verſ. 10. Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.

Lambdaciſmus, i, maſc. vitium orationis, quo l littera ſæpius repetitur. Diomed. lib. 2.

Lambĕro, as, a. 1. ſecundum Feſtum eſt ſcindere, atque laniare. Plaut. Pſeud. 2. 4. 53. Lepide, Charine, me meo ludo lamberas. h. e. me meo laceſſis ludo, inquit Scalig.

Lambĭto, as, a. 1. freq. a lambo. Solin. c. 23. (al. 15.) Ægyptii canes e Nilo nunquam niſi currentes lambitant.

Lambĭtus, us, m. actus lambendi. Aurel. Vict. de orig. Gentis R. Lupam primo lambitu pueros deterſiſſe.

Lambo, is, bi, ſine ſup. ſed lambitum, ſecundum Priſc. a. 3. leccare, לחך, Ger. lecken, Gal. lecher, Hiſp. lamer, λείχω, lingo, h. e. lingua aliquid leviter tango, ſicut canes bibentes, quod a ſono lambentium factum videtur. Col. l. 8. c. 17. Aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro leviter tangere. Virg. 3. Æn. v. 574. Attolliteque globos flammarum, & ſidera lambit. ¶ Interdum pro leviter alluere. Hor. l. 1. Carm. od. 22. Vel quæ loca fabuloſus lambit Hydaſpes.

Lambrâni, maſc. 2. pop. Inſubriæ circa Lambrum fl. quorum pagus adhuc Lambra nominatur. Sueton. in Cæſ. c. 10.

Lambrus, maſc. 2. fl. Inſubriæ, quem Padus defert in mare Hadriaticum. Plin. l. 3. c. 16. & 19.

Lamella, æ, f. 1. dim. a lamina. Vitr. l. 7. c. 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. Senec. de brevit. vitæ, c. 12. Æruginoſæ lamellæ.

Lamellŭla, æ, f. parva lamella. Petron. in Satyr. Glebulas emi, lamellulas paravi.

Lamenta, æ, f. 1. lamentatio, apud veteres. Pacuv. in Herm. apud Non. c. 2. n. 403. Lamentas, fletus facere compendio licet.

Lamentabilis, le, o. 3. lamentevole, Ger. klaeglich zu beweinen, Gal. lamentable, Hiſp. lamentable, πολύθρηνος, dignus lamentatione. Virgil. 2. Æn. Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum eruerint Danai. ¶ Item conjunctus cum lamentis, plenus lamentis. Cic. 2. de Leg. Poſtquam ſumptuoſa fieri funera, & lamentabilia cœpiſſent. Id. ibid. Afflictum me, & jacens, & lamentabili voce deplorans audies, O virum fortem?

Lamentarius, a, um, θρηνώδης, quod ingerit lamentationem. Plaut. Capt. 1. 28. Quæ ædes lamentariæ mihi ſunt.

Lamentatio, onis, f. lamento, מספד, Ger. weheklag, Gall. lamentation, Hiſp. lamentacion, θρῆνος, eſt (ut Cic. 4. Tuſc. docet) ægritudo cum ejulatu. Id. 2. Tuſc. c. 13. Sed illa lugubris lamentatio, fletuſque mœrens ex eo eſt, quod, &c.

Lamentâtus, a, um, particip. a lamentor, ſed paſſivæ ſignificationis, pianto, compianto. Silius l. 13. v. 711. Armipotens ductor, quam ſunt tua fata per urbem Lamentata diu!

Lamentor, aris, atus ſum, d. 1. lamentarſi, dolerſi, קונן, Germ. weheklagen, Gal. lamenter, Hiſp. lamentar, θρηνέω, eſt voce querela, triſtiqua oratione damnum, ac dolorem teſtari. Ter. Phor. Suam matrem lamentari mortuam. Cic. 2. de Orat. Lapides mehercule omnes flere, ac lamentari coegiſſet. Id. 2. Tuſc. ex Pacuv. hos retexit verſus. Conqueri adverſam fortunam, non lamentari decet: Id viri eſt officium; fletus muliebri ingenio additus. ¶ Paſſive uſurpat Apul. l. 4. A. A. ſub fin. Mœretur, fletur, lamentatur diebus pluſculis. V. Lamentatus.

Lamentum, ti, n. lamento, θρῆνος, lamentatio a Dorico λαμᾶν pro λημᾶν, quod eſt lippire, quia lamenta lippitudinem pariunt. Cic. de Sen. c. 20. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum, lamentiſque vacare. Id. 2. Tuſc. c. 21. Si ſe lamentis muliebriter, lacrymiſque dedet.

Lamiæ, arum, f. lammie, ſtreghe, Λάμιαι, veneficæ mulieres, quæ ſtrigum inſtar infantium ſanguinem ſugunt, ſive ipſæ ſtriges. Hæ cum foris eſſent egregie oculatæ, domi prorſus cæcutiebant, ut ſcribit Plutarch. de curioſit. V. plura apud Cæl. Rhodig. l. 29. c. 5. Dictæ ſunt a λαιμός, ingluvies, ut quæ infantes & adoleſcentes devorarent. Vetus Horatii Interpres ad ep. 13. l. 1. Hor. l. 1. od. 36. Neu pranſæ Lamiæ puerum vivum extrahat alvo. Apul. l. 1. de Aſino. At ille colore ſpurciſſimi humoris percuſſus, quo me Lamiæ illæ infecerant, aſpernatur.

Lamiæ, arum, m. 1. nobilis familia Romæ in gente Æliorum, ortum habens a Lamo Antiphatis patre, & Rege Læſtrygonum, qui Formiis regnavit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia Senator. Horat. l. 3. carm. od. 17. Tantæ nobilitatis hæc familia habita eſt, ut viri nobiles Lamiæ dicerentur. Juven. ſat. 4. in fin. Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Lamianus, a, um, adject. a Lamiis familia Rom. Sueton. Calig. c. ult. Cadaver in hortos Lamianos aſportatum.

Lamina, æ, f. lama, piaſtra, לוח, Germ. lammen, Gal. lame, Hiſp. lamina, λεπίς, ἔλασμα, metalli cujuſvis fruſtum in latitudinem ductum, craſſius tamen, quam bractea, a latus, quaſi latamina, vel ab ἐλαύνω, ſeu ἔλασμα, quod ab ἐλαύνω, ſive ἐλάω, ductile opus facio. Cic. 4. Verr. Quid? cum ignes, candenteſque laminæ, cæterique cruciatus admovebantur? Id. 2. de Leg. Cum lamina eſſet inverſa, & in ea ſcriptum, &c. Ovid. 5. Met. v. 173. Enſis lamina diſſiluit. Id. eleg. de nuce, v. 9. uſurpat pro putamine, quo nuces involutæ ſunt. Et Cæl. Aurel. Tard. l. 2. c. 13. aurium laminas dixit. h. e. imas aurium partes. Sic Arnob. lib. 2. Gemmas, lapillos, margaritas compararent, ſanecterent his colla, laminas pertunderent aurium. ¶ Erant etiam laminæ ferreæ, quibus igne candentibus ſervi adurebantur. Plaut. Aſin. 3. 2. 4. Adverſum ſtimulos, laminas, cruceſque, compedeſque. ¶ Per ſyncop. Lamna dicitur. Horat. l. 2. od. 2. Abditæ terris inimice lamnæ. h. e. auri, aut argenti. Id. lib. 1. epiſt.

epiſt. 15. Ventres lamna candente urere. Adde *Vitruv. l.* 7. *c.* 9. ¶ *Giffanius* aſſerit, in aliquibus MSS. ſe reperiſſe ſcriptum *lammna*, & *lammina*, duplici m.

Lamium, n. 2. urticæ genus prorſus innoxium, quam urticam mortuam herbarii appellant. *Plin. l.* 21. *cap.* 13. Quæ innoxia eſt, morſu carens, lamium vocatur.

Lamna. V. Lamina.

Lamnŭla, læ, f. lamella. *Tertull. de Cor. mil. c.* 12.

Lampăda, æ, f. idem, ac lampas, ab acc. Græco λαμπάδα, ut *hebdomas*, & *hebdomada*, & alia. *Plaut. Caſ.* 4. 4. 16. Tene hanc lampadam.

Lampadarius, ii, m. qui lampada fert. Vox eſt ſequioris latinitatis, *l. fin. C. de diverſ. offic.*

Lampadias, æ, m. λαμπαδίας, genus cometæ ardentem facem imitantis. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Lampadion, ii, diminut. Ita ſuas puellas loquaculas appellant amatores. *Lucret. l.* 4. *v.* 1158. Loquacula Lampadion fit.

Lampădo, onis, m. bulbus. *Theod. Priſcian. de diæta, c.* 10.

Lampas, adis, f. 3. *lampana, face*, לפיד, Germ. *eine ampel*, Gall. *lampe*, Hiſp. *lampara*, λαμπάς, ignis, ſplendor, fax, a λάμπω, luceo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 6. Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras Aurora. *Id.* 9. *Æneid.* Princeps ardentem conjecit lampada Turnus. ¶ Frequenter ſumitur pro inſtrumento, in quo ignis in oleo lucet, quod & lychnus penſilis vocatur. *Cicer. in Verr.* 4. *c.* 47. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. *Colum. l.* 12. *c.* 18. Ferrei lampadibus ardentibus caleſcunt. ¶ Eſt etiam lampas inter Meteora, ſeu quædam in aere. *Plin. l.* 2. *c.* 26. Duo genere facium, lampades vocant plane faces, alterum bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt. ¶ *Lampada curſu tradere*, prov. pro partes ſuas quaſi ſucceſſione in alium transferre, tractum a ludo quodam juvenum Athenienſium, qui curſum inſtituentes, ei, qui victor eſſet, lampada, ſeu facem præbebant, qui deinde ſequenti ſe tradebat, ſecundus tertio, ſimiliter omnes, donec currentium numerus impleretur. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Quod de fructu nihil dixi, mus curſu lampada tibi trado. *Perſ. ſat.* 6. *verſ.* 61. Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis? Adde *Lucret. lib.* 2. *v.* 77.

Lamperia, f. 1. Clampetia, Dampecio, *la Cetraro*, opp. maris. Brutiorum, in ora Calabriæ cit. inter Blandam ad Bor. & Paulam ad Auſtr.

Lampetie, es, f. 1. filia Solis ex Clymene, vel ex Neæra, ut alii ſcribunt, ſoror Phaethontis, Phaethuſæ, & Lampetuſæ. *Ovid.* 2. *Metam.* & *Propert. l.* 3. *eleg.* 10.

Lampĕtra, vel Lampeta, æ, fem. 1. *lampreda, μύραινα*, piſcis genus, aliter muræna, a lambendis petris. Eam *Auſonius* muſtelam vocat. V. *Joſeph. Scalig. l.* 1. *lection. in Auſon. c.* 26. Cæterum caret hæc vox latino auctore. Neque enim invenitur apud *Auſon.* ut *Danetius*, neque apud *Varr.* ut *Calepinus* citat.

Lampetūſa, f. 1. una ex filiabus Solis, & ſororibus Phaethontis. V. Phaethontiades.

Lampeus. V. Lampia.

Lampia, f. 1. Lampeus, *Lampeo*, mons Arcadiæ, apud Erymanthum M. ex eo Lampia fl. *Elanda*, al. *Tetheo*, ortum habet. *Stat.* 4. *Theb.* ¶ Ibi etiam ejuſdem nominis oppidum fuit.

Lamprĭdius, ii, Ælius nomine, hiſtoricus latinus geſta ſcripſit quatuor Imperatorum R. vixitque tempore Conſtantini M.

Lampſacēnus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Lampſaco, ut Lampſacene urbs, apud *Valer. Maxim. l.* 7. *c.* 3. & *Cic.* 3. *Verr.*

Lampſacius, a, um, adject. idem ac Lampſacenus. *Martial. l.* 11. *epigr.* 17. Non mea Lampſacio laſcivit pagina verſu. h. e. obſceno. Nam Lampſaci Priapus colebatur.

Lampſăcum, i. n. 2. & Lampſacus, f. 2. olim Pityuſa, *Lampſico*, Turc. *Lepſeki*, Λάμψακος, urbs Aſiæ minoris, in Myſia minore, ad Helleſpontum, ubi exit e Propontide, ad oſtia Granici fl. Hic Priapus colebatur. Inde Charon Hiſtoricus, Adimanthus, Anaximenes, & Metrodorus Epicuri ſodalis extiterunt.

Lampsāna, f. 1. olus ſilveſtre inter ſegetes. *Plin. l.* 20. *c.* 8.

Lampy̆ris, idis, f. *lucciola*, λαμπυρίς, vermiculus noctu lucens, al. cicindela, nitedula, noctiluca, a λάμπω, *ſplendeo*, & πῦρ, *ignis*. Alii ſcribunt λαμπουρίς, a λάμπω, & οὐρά, *cauda*. *Plin. l.* 18. *c.* 26. & *l.* 11. *c.* 28.

Lampy̆rus, m. 2. piſcis ex genere lacertorum. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Lamus, maſc. 2. filius Neptuni, Rex Læſtrygonum, Caietæ, & Formiarum conditor, unde cognomen in Ælia gente apud Romanos. *Horat. lib.* 3. *od.* 17. ¶ Item filius Herculis ex Omphale. ¶ Item equus generoſus. *Sil. l.* 16.

Lamyrus, i, m. lacerti genus. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Inter piſces refertur in *Ovid. fragmento Halieutic. v.* 120.

Lana, æ, f. 1. *lana*, צמר, Ger. *woll*, Gal. *laine*, Hiſp. *lana*, ἔριον, pili ovium, a Dorico λάνος, pro λῆνος. *Varro lib.* 4. *de L. L. Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quando ad me venis cum tua colo, & lana? *Ovid.* 4. *Metam. v.* 34. Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant. *Juſtin. l.* 1. *c.* 3. Lanam tractare. h. e. quod, lanam facere, dixit *Lucret. l.* 5. *v.* 1353. Lana, & tela victum quæritare. *Ter. And.* 1. 1. 48. ¶ Si abſoluta uſurpetur, fere dicitur de pilis ovium: at ſi cum addito, etiam aliorum animalium. nam lana leporina, anſerina, & caprina legitur apud *Ulp. l. ſi cui*, *ff. de leg.* 3. & *Hor. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 15. Hinc *rixari de lana caprina*. h. e. de re nullius momenti, prov. eſt apud eund. *Hor. l. c.* ¶ *De lana ſua cogitare*, aliud proverb. apud *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 686. h. e. de iis, quæ ad ſe pertinent. ¶ Dicitur *interior lana* interior avium pluma, quæ lanæ ſimilis eſt, *penna matta*. *Martial. l.* 14. *ep.* 161. Laſſus Amyclea poteris requieſcere pluma, interior cygni quam tibi lana dedit.

Lanaria, f. 1. *ſaponaria*, herba, quam vulgus ſaponariam appellat, inde nomen habens, quod lanæ, quæ ob pinguedinem colorem recipere non poſſunt, ejus ſucco eluantur. *Plin. l.* 24. *c.* 18. Herba lanaria ovibus jejunis data lactis abundantiam facit.

Lanāris, & re, o. 3. *lanoſo*, ἐριώδης, quod habet lanam. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 9. Nos, qui pecus paſcimus lanare.

Lanarius, rii, ſubſt. m. *lanajuolo*, ἐριουργός, qui lanam curat. *Plaut. Aul.* 3. 5. 34. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Al. leg. linarius.

Lanatus, a, um, *lanoſo, coperto di lana*, צמרי, Ger. *wollechtig*, Gall. *lanu*, Hiſp. *lanudo*, ἐριοφόρος, quod lanam habet, quod lana tectum eſt. *Col. lib.* 6. *cap.* 2. Sed juvenci, quibus copulentur, lanatis pellibus involuti ſunt. ¶ Lanatæ vites, Aminew dictæ, quod caneſcant lanugine. *Col. l.* 3. *c.* 2. Lanatam quoque Amineam quidam maxime probant, quæ hoc vocabulum non ideo uſurpat, quod ſola ex omnibus Amineis, verum quod præcipue caneſcit lanugine. *Plin. l.* 21. *cap.* 20. Niſi quod molliora folia ſunt, lanatiore canitie.

Lancĕa, æ, f. *lancia*, חנית, Ger. *ein glen*, Gal. *lance*, Hiſp. *lança*, λόγχη, teli genus longiſſimum. *Var.* apud *Gel. l.* 15. *c.* 30. vult eſſe vocem Hiſpanicam. *Diodorus Siculus* Gallicam. Inde habuere Romani, a Romanis Itali, qui & hodie *lancea* appellant. *Feſtus* originem Græcam eſſe putat. Nam deducit a λόγχη. *Gel. l.* 15. *c.* 30. Additur literis, & maliſtem lanceis, piliſque. *Apul. lib.* 1. *A. A.* Lancea venatorum.

Lancearius, rii, m. *chi porta lancia*, λογχοφόρος, qui lanceam gerit. *Ammian. l.* 21. *c.* 13. & *l.* 31. *c.* 13.

Lanceātus, a, um, *colpito di lancia*. *Jul. Firmic.* Quicunque habuerint horoſcopum in 21. parte Tauri, lanceati morientur.

Lancĕo, as, n. 1. lanceam mitto. *Tert. l. adv. Jud. c.* 9. & *l.* 3. *adv. Marc. c.* 13. Qui ante norint lanceare, quam lancinare.

Lanceŏla, f. 1. *lancetta, lanciuola*, λογχάριον, dim. a lancea. *Capitol. in Maxim. Jun. c.* 4. Lanceola fiſſa eſt fulmine.

Lancem. V. Lanx.

Lancicŭla, læ, f. parva lanx. *Arnob. l.* 2. Trulla, lancicula, candelabrum.

Lancinator, oris, m. qui lancinat, & diſcerpit. *Prudent. in Rom. v.* 1057. Lancinatores gregum.

Lancinatus, a, um, nom. ex partic. laceratus, ſciſſus, diſcerptus. *Arnob. l.* 1. Membratim conjugem lancinatum.

Lancĭno, as, avi, atum, a. 1. *lacerare*, פרם, Germ. *ſtechen*, Gal. *piquer*, *dechirer*, Hiſp. *deſpedaçar*, θρύπτω, lacero, diſſipo, ſcindo, a λακίζω, ut lacero, & lancino ejuſdem originis ſint. *Plin. l.* 11. *c.* 34. Eſt & volucre, canibus peculiare malum, aures maxime lancinans, quas defendi morſu non queunt. *Sen. ep.* 32. Diducimus vitam in particulas, ac lancinamus. ¶ Translate ponitur pro diſſipare, ſeu conſumere opus, quod etiam lacerare dicitur. *Catul. epigr.* 30. Paterna prima lancinata ſunt bona. Apud *Salluſt.* quoque in *Catil.* ubi in vulgatis, *Bona patria laceraverat*, in quibuſdam manuſcriptis eſt *lancinaverat*.

Lancŭla, vel langula, æ, f. diminut. parva lanx, λεκάνιον. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. *Var. l.* 4. *de L. L.* Magidam, aut Langulam, alterum a magnitudine, alterum ab latitudine finxerunt.

Laniĕna, ſive Lanis, æ, f. idem quod laniena. *Liv. l.* 44. *c.* 16. Laniaſque, & tabernas conjunctas in publicum emit. Optimæ pleræque editiones habent *lanienas*.

Laneſtris, e, adject. lanoſus, laneus. *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 29. Laneſtre pallium.

Lanētum, n. 2. οἰσύπιον, veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum, a lana, ut quercetum a quercus. *Feſt.*

Lanĕus, a, um, *di lana*, Germ. *wollen*, Gall. *de laine*, Hiſp. *de lana*, ἐρεοῦς, quod eſt ex lana. *Cic.* 3. *nat. Deor.* Eique laneum pallium injecit. ¶ Translate ſumitur pro molli. *Catull. ad Thallum*, Laneum latuſculum. ¶ Laneus lupus piſcis eſt Timavi fluvii, ita dictus a candore, & mollitia carnis, ut *Plin. l.* 9. *c.* 17. ſcribit. *Mart. l.* 13. *epigr.* 89. Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi.

Langa, æ, f. animalis genus, al. Languria, circa Padum flu. cujus urinam Zenothemis in electrum putavit concreſcere. *Plin. l.* 37. 2. *c.*

Langia, æ, f. fl. Peloponneſi in Arcadia, qui ex Nemæa ſylva per Sicyonium in ſinum Corinthiacum fluit. Poſtea Archemorus dictus eſt ab Archemoro filio Lycurgi Thracum R. quem ibi, cum Hypſipyle nutrix Argivis fluvium hunc, ſive fontem ejus oſtenſura in gramine reliquiſſet, ſerpens interemit. *Stat. l.* 4. *Theb.* *Strab. l.* 8.

Languefacio, is, eci, actum, a. 3. *far languire*, languere facio, languorem affero. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 13. Incitare languentes, & languefacere excitatos. Eſt qui legit *languere facere*.

Languens, tis, nom. ex partic. *languido, languente*. *Cic.* 2. *Leg. c.* 13. Incitat languentem. Comparativ. *languentior* legitur in *Priapeis*.

Languĕo, es, langui, n. 2. *languire, eſſer debole*, אמלל, Germ. *abnemmen*, Gall. *languir*, Hiſp. *enflaquecer*, ἀδυνατέω, deficio, infirmus ſum, a λαγγάζω, quod eſt otiari, ut languentes ſolent. Et dicitur tam de animo, quam de corpore. *Cic.* 1. *Phil.* Cumque e via languerem, & mihimet diſplicerem. ¶ Interdum eſt otioſum eſſe. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Niſi plane otio languaat. *Sall. in Catil.* Seque, ſi pauci adjuvarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Interdum eſt timidum eſſe. *Sal. in Catil.* Si paulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.

Langueſco, ſcis, n. 3. *divenir languido, languire*, נחלה, Germ. *faul ſeyn*, Gall. *deſailler*, Hiſp. *enflaquecerſe*, ἐκλύομαι, invalidus, tepidus, otioſus fio. *Cic.* 12. *Phil.* Ipſa illa Martia cœleſtis, & divina legio hoc nuncio langueſcet, & mollietur. *Id. de Sen.* Oretor, metuo, ne langueſcat ſenectute. ¶ Aliquando ponitur pro languore confici. *Virg.* 11. *Æn.* Purpureus veluti cum flos ſuccifus aratro langueſcit moriens. ¶ Aliquando pro minui. *Plin. ep.* 173. Seu quod omnium rerum cupido langueſcit. ¶ Langueſcere interdum dicuntur colores, cum dilutiores fiunt. *Plin. l.* 27. *c.* 13. Langueſcente colore in luteum.

Languĭde, adv. *languidamente, pigramente*, Germ. *fauleglich*, Gall. *lachement*, Hiſp. *flacamente*, βραδέως, νωθρῶς, cunctanter, negligenter, otioſe. *Col. l.* 11. *c.* 1. Ne ſtatim a prima luce familia cunctanter, & languide procedat. *Cæſ.* 7. *B. G.* Suos quoque languidius in opere verſari juſſit.

Languidŭlus, a, um, *languidetto*, dim. a languidus. *Catul. Argon. carm.* 65. Somni languiduli.

Languĭdus, a, um, *languido*, חולה, Germ. *faul*, Gall. *langoureux*, *laſche*, Hiſp. *flaco*, χαλαρός, νωθρός, qui languet, remiſſus, debilis, infirmus. *Cic. de Sen.* Senectus non modo languida, atque iners non eſt. *Idem in Catil.* 2. Vino languidi, confecti cibo, &c. *Id. Phil.* 8. Languidiores facti ſumus. *Hor.* 3. *od.* 21. Vina languidiora. h. e. minus auſtera, mitia.

Languĭficus, a, um, adject. languidum faciens. *Auſon. in Eclogar.* Languificuſque Leo proflat ferus ore calores.

Langŭla. V. Lancula.

Languor, oris, m. *languore, languidezza*, כליון, Germ. *ſchwachheit*, Gal. *langueur*, Hiſp. *flaqueza*, χαύνωσις, ἀδυναμία, defectio virium & ſucci naturalis, remiſſio vigoris. *Cic.* 1. *de Div.* Animus cum languore corporis nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in varia viſa, & incerta. *Hor. l.* 2. *od.* 2. Languor aquoſus. h. e. hydrops. ¶ Ponitur etiam pro laſſitudine. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 48. Ubi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores ulmeis affectus lentis virgis. ¶ Transfertur ſæpe ad animum, & pro debilitate, torpore, inertiaque uſurpari ſolet. *Cic.* 1. *Off.* Nihil autem magis cavendum eſt ſenectuti, quam ne languori ſe, deſidiæque dedat.

Langurium, n. 2. quidam ex Græcis Scriptoribus ſuccinum appellarunt, quod putarent, circa Padum beſtias quaſdam eſſe langurias, ſive langas appellatas, quarum urina in ſuccinum concreſceret. *Plin. l.* 37. *c.* 2. ¶ Differt a lyncurio, quod eſt lapis ex urina lyncis. V. ſuo loco.

Laniarium, n. 2. κρεοπωλεῖον, idem quod laniena. *Varr.* 2. *R. R. c.* 4. Qui ſuccidium in carnaria ſuſpenderit potius ab laniario, quam ex domeſtico fundo. Sunt qui putant, hoc loco ablativum *laniario* eſſe a recto *laniarius, beccajo*.

Laniarius, ii, m. idem ac lanius. *Inſcript. Narbonenſis* apud *Gruter. pag.* 105. *num.* 4. Nigidius primus Laniarius. V. diction. præced.

Laniatio, onis, f. *lo ſcorticare, ſtrazio*, פרק, Ger. *zerhauung*, Gal. *dechirement*, Hiſp. *deſpedaçadura*, σπαραγμός, ἀμυχή, actus laniandi. *Senec.* 2. *de Clement.* 2. 4. In cædes hominum, & laniationes pervenit.

Laniatus, a, um, nom. ex particip. *ſbranato, lacerato*. *Ovid.* 7. *Met. verſ.* 349. Laniatum merſit in undis. *Virg.* 6. *Æn. v.* 494. Laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Id. Æn.* 12. *v.* 606. Laniata genas.

Lani-

Digitized by Google

Laniātus, us, m. idem, ac laniatio. *Cic. 1. Tuſc. c. 43.* Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?

Laniciūm, ii, n. ἔριον, idem, quod lana, vel lanæ proventus, ut fuga, & effugium. *Virg. 3. Georg.* Si tibi lanicium curæ, primum aſpera ſylva, lappæque, tribulique abſint. *Plin. lib. 6. cap. 17.* Seres lanicio Sylvarum nobiles.

Lanicūtia, æ, adject. qui lanam habet. *Laberius apud Tertul. de Pal. c. 1.* arietem lanicutem.

Laniēna, æ, f. beccarie, Germ. *ein metzig*, Gall. *boucherie*, Hiſp. *carniceria*, κρεωπωλεῖον, macellum, officina, in qua laniantur, ac venduntur carnes, a laniendo. *Plaut. Epid. 2. 2. 15.* Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias rogitando ſum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipſa laceratione. Hinc *Prudent. in Rom. v. 498.* Medicorum ſectiones vocat lanienam Hippocraticam. ¶ Tabernæ lanienæ, adject. dixit *Var. l. 2. de vita pop. Rom. apud Non. c. 12. n. 55.* ubi tamen alii legunt *lignea*. Male nonnulli, *laniguæ*, tanquam a *lanius*.

Laniſer, ra, rum, *che produce lana*, ἐριοφόρος, quod lanam fert. *Plin. l. 13. c. 14.* Æthiopia Ægypto contermina inſignes arbores fere non habet, præter laniferas.

Laniſica, æ, f. *lanaiuola*. *Feſt.* ſeu potius *Paul. in voce Gaja*. Quam ſummam aſſeſerant laniſicam fuiſſe.

Laniſicium, cii, n. *lanificio*, Germ. *wollwerck*, Gall. *ouvrage de laine*, *travail en laine*, Hiſp. *obra de lana*, ἐριουργία, lanæ opificium. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c. 9.* Lucretiam inter ancillas in laniſicio offendunt. *Col. l. 12. in præfat.* Ut ne laniſicii quidem curam ſuſcipere dignentur.

Laniſicus, a, um, *lanaiuolo*, Ger. *wollen weber*, Gal. *ouvrier en laine*, Hiſp. *lanero*, ἐριουργός, qui lanæ artem exercet. *Martial. l. 6.* Si mihi laniſicæ ducunt non pulla ſorores ſtamina. *Tibul. l. 2. eleg. 1.* Manum laniſicam imponere penſis. *Claud. in Eutr.* Laniſicæ doctiſſimus artis.

Laniger, ra, rum, *che porta lana*, ἐριοφόρος, quod lanam gerit. *Cic. de Divin. lib. 1. cap. 22.* Pecus lanigerum eximia pulchritudine. *Plin. l. 12. cap. 10.* Ejuſdem infuſæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum.

Lanignus, a, um, V. Laniena.

Lanio, as, avi, atum, a. 1. *fendere*, *ſtracciare*, קרע, Germ. *zerreiſſen*, Gal. *deschirer*, Hiſp. *deſpedaçar*, κρεουργέω, σπαράττω, σχίζω, ſcindo, lacero. *Cic. 7. Fam.* Cum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur. *Virg. 3. Georg. v. 514.* Laniabant dentibus artus. *Liv. l. 9. c. 1.* Laniandа viſcera præbere.

Lanio, onis, m. idem ac lanius. *Paul. JCtus l. 18. Dig. de Inſtruct.* Lanionis inſtrumentum.

Lanionius, a, um, κρεουργικός, quod ad lanium pertinet, ut lanioniæ menſæ, in quibus ſcinditur caro. *Suet. in Claud. c. 15.* Carniſicem ſtatim acciri cum machæra, menſaque laniona flagitavit.

Lanipendia, f. 1. quæ lanam pendit, & diſtribuit, *l. 31. ff. de donat. inter viv.*

Laniſta, æ, m. 1. *lanajo*, λανιστής, lanarius, lanæ carminator, a voce Græca allata, quæ a λανίζω, *lanam carmino*. Latinis laniſta erat, qui ludo præerat gladiatorio, qui gladiatores exercebat ad mutuam lanienam, ut de vocis etymon. Porro *Laniſtæ* familias habebant domi ad gladiaturam exercendam, quas inſtituere, & mox paratas vendere ſolebant muneraris. *Juven. ſat. 3. v. 158.* Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes, juveneſque laniſtæ. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 6.* ad Laniſtam ſe conferre. ¶ Translate laniſtæ avium dicti ſunt a *Columella*, qui aves certaminibus præparabant. *l. 8. c. 2.*

Laniſtitius, a, um, adject. ad Laniſtam pertinens, ut laniſtitia familia, apud *Petron. in fragment. Tragur.*

Lanitia, æ, f. &

Lanities, ei, f. lana. *Laber. apud Non. c. 3. n. 233.* Mollis a lanitia Attica veſtis. *Tertul. adv. Marc. l. 1. c. 3.* lanities renovata hæc corpora veſtit.

Lanitium. V. Lanicium.

Lanius, ii, m. *beccajo*, טבח, Ger. *fleiſcher*, Gal. *boucher*, Hiſp. *carnicero*, κρεοπώλης, κρεουργός, qui carnes in carnario vendit populo, a laniandis pecudibus, quod eas concidat, lanietque. *Var. 2. R. R. c. 5.* Lanii, qui ad cultrum bovem emunt. *Cic. 1. Offic. c. 42.* Cetarii, lanii, coqui, ut ait *Terentius Eun. 2. 2. 26.*

Lanoculus, m. 1. qui lana tegit oculi vitium. *Feſtus.*

Lanoſitas, atis, f. lanities, lana. *Tertul. de Pal. cap. 3.* Muſcoſæ lanoſitatis conchæ.

Lanōſus, a, um, *lanoſo*, Germ. *das vielwollen hat*, Gal. *qui a beaucoup de laine*, Hiſp. *lanudo*, εὔερος, lana abundans. *Col. l. 7. c. 3.* Prolixi villis, nec aſperi, lanoſi, & ampli uteri.

Lanterna. V. Laterna.

Lanuginōſus, a, um, *lanuginoſo*, quod lanugine abundat. *Plin. l. 22. c. 2.* Eſt & alia ſimilis, lanuginoſior, & minus pinguis. *Id. l. 19. c. 3.* Spinoſa, & caule lanuginoſo.

Lanūgo, inis, f. *lanugine*, *prima barba*, *peluria*, Germ. *wol an der frucht*, Gal. *poil folet*, Hiſp. *vello de ça*, ἴουλος, tenera quaſi lanæ cujuſdam mollities, qualia in adoleſcentium genis, in ovibus, in herbis, in fructibus quibuſdam, ut in malis Cydoniis, cernitur, a lanæ ſimilitudine. *Ovid. 1. Amor. el. 14.* Comæ graciles inſtar lanuginis. *Id. epiſt. 21.* Primæ lanuginis ætas. *Lucr. l. 5.* Mollis lanugine abundans herba. ¶ Ponitur aliquando pro ſcobe. *Col. l. 4. c. 29.* Nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

Lanūla, læ, f. *lanuzza*, diminut. a lana. *Celſ. l. 7. c. 27.* Caruncula lanulis ſimiles.

Lanuviānus, a, um, Lanuvinus, ut Lanuviana templa, *Capitolin. in Anton. Pio c. 8.* ubi al. leg. *Laviniana*.

Lanuvīnus, a, um, quod eſt ex Lanuvio. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* At honeſti Colei Lanuvini, Cliternini non honeſti.

Lanuvium, n. 2. Lavinium, *Indovina*, & *Civitá Indovina*, urbs olim, nunc pagus, ſive oppidulum Latii, in via Appia, ab urbe Roma 16. M. P. inter Albam, Ariciam, Ardeam, & Velitras, in agro Laurenti.

Lanx, cis, f. *piatto*, πίναξ, τρύβλιον, proprie eſt vas eſcarium, latum, & rotundum, idem ac patina, in quo caro tam toſta, quam elixa conditur, menſæque infertur. Sed aliqui lancem a patina diſtinguunt, quod lanx minus excavata ſit, quam patina. Dicta eſt *a latitudine*. *Plin. l. 33. c. 11.* Lances e centenis libris argenti tunc ſupra quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat. ¶ Ob ſimilitudinem translatum hoc nomen fuit ad duo illa vaſcula in libra, quibus res ponderantur, in quorum altero pondus, in altero res ponderanda imponitur, unde & libra *bilanx* dicta eſt, quod duas habeat lances. *Cic. 5. Fin.* Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. *Perſ. ſat. 4. v. 10.* Scis etenim juſtum gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ. ¶ Æqua lance penſare, eſt æqualiter, juſte, recte. *Plin. l. 7. c. 7.* Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. ¶ Lanx etiam vas eſt rebus divinis aptum. *Auſon. in Monoſyllab.* Thuribula, & pateræ, quæ tertia vaſa Deum ſunt. ¶ Per lancem, liciumque furtum concipere, apud antiquos dicebatur is, qui ad rem furtivam inveniendam alienam domum intrabat. Mos enim erat Romanis ab Athenienſibus acceptus, ut qui rem ſibi furto ablatam apud alium, qui ſuſpectus eſſet, quæreret, nudus, & ſolo licio cinctus domum ingrederetur, præterea lancem ob oculos teneret, teſtatus primum Deos, ſe ſpe inveniendi quærere: ſi inveniſſet, is, apud quem invenerat, mulctabatur. Hujus autem rei rationem reddit *Scholiaſtes Ariſtoph. in Nubib.* quod nudus ſc. incedebat, ne quid forte veſtibus contectum inferret, quo falſum crimen probare poſſet: lancem autem tenebat ante oculos, ne corrumpendi feminas potius, quam furti concipiendi cauſa ingreſſus videretur. *Gell. l. 11. c. 18.* Ea quoque furta, quæ per lancem liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicaverunt. Adde *Feſtum in Voce Lance*.

Laodamīa, f. 1. Λαοδάμεια, Bellerophontis filia ex Achemene conjuge, quam, cum forma excelleret, Jupiter amavit, ſuſcepitque Sarpedonem, qui poſtea Lyciæ Rex factus eſt. Verum cum Bellerophon rerum ſucceſſu elatus in cœlum evolare Pegaſo inſidens conaretur, Jupiter hominis temeritatem ægre ferens, œſtrum equo immiſit, quo agitatus ſeſſorem excuſſit. Diana quoque Laodamiæ infenſa ſuis eam telis confixit. *Hom. 6. Iliad. Bocc. l. 13. Gen.* ¶ Altera fuit Laodamia, Acaſti, & Laodotheæ filia, quæ tanto amore Proteſilaum virum ſuum adamavit, ut, cum ab Hectore occiſum cognoviſſet, ſuperſtes ei eſſe noluerit. Priuſquam tamen interiret, in ſolatium mœroris optaverat, ut mortui umbram videret, qua viſa in illius amplexibus expiravit. *Ov. ep. 13.*

Laodicenſis, ſe, &

Laodicēnus, a, um, ad Laodiceam urbem pertinens, ut Laodicenſis civitas, apud *Cic. 3. Fam. ep. 20.* & Laodiceni, orum, ejus urbis cives, apud *Caſſ. ad Cic. Fam. 12. ep. 13.* Porro Laodicea, Λαοδίκεια, triplex eſt: prima in Cœleſyria ad Libanum montem, & Orontem fluvium: altera Syriæ metropolis in ora maris Phœnicii: tertia in Lydia ad Lycum fluvium. V. Geographos.

Laomĕdon, ontis, m. 3. Λαομέδων, filius Ili nepos Trois, pronepos Erichthonii, abnepos Dardani, Rex Troadis. Filios habuit Antigonem, Bucolyonem, Clytonem, Heſionen, Joetaonem, Lampum, Priamum, Titonem. Cum de ædificandis Trojæ mœnibus cogitaret, Apollini, & Neptuno id negotii dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus ſe ſoluturum jurejurando affirmavit. Verum perfecto opere perjurus pactam mercedem negavit. Propter quod Dii irati, Neptunus aquam, Apollo peſtem urbi immiſere. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio Oraculum conſuluit. Reſponſum eſt, non aliter Deos placari poſſe, quam ſi ſingulis annis virgo Trojana ceto dilaceranda exponeretur. Inſtitutum itaque eſt, virginem quotannis exponi, eamque ſorte eligi. Sed cum tandem ſors in Heſionen Laomedontis filiam cecidiſſet (quam tamen alii ſolam ab Apolline, & Neptuno expoſtulatam tradunt) & jam ſcopulo alligata monſtrum expectaret, Hercules forte illac tranſiens, vel, ut alii ſcripſere, in Colchos cum Argonautis proficiſcens, liberaturum ſe filiam Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos divino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Rex pollicitus eſt, & jurejurando ſe obſtrinxit. Hinc igitur in modum pactione facta, Hercules, interfecta bellua, virginem liberavit. Sed cum Laomedon promiſſis non ſtaret, indignatus Hercules, collecto undequaque exercitu, Ilium expugnavit, Laomedontem occidit, Heſionen Telamoni uxorem dedit, quod primus murum conſcendiſſet, Priamum Regis filium captivum abduxit, qui poſtea auro a vicinis redemptus fuit, idcoque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc eſt a redimendo nomen obtinuit. *Bocc. l. 6. Gen. Deor.*

Laomedontēus, a, um, Λαομεδόντειος, ad Laomedontem ſpectans, Trojanus. *Virg. 4. Æn.* Necdum Laomedonteæ ſentis perjuria gentis?

Laomedontiādes, æ, m. 1. patron. Priamus, vel alius ex filiis Laomedontis. *Virg. 8. Æn.* Laomedontiadem Priamum Salamina petentem. ¶ Laomedontiadæ in plur. num. ſunt Trojani. *Virg. 3. Æn. v. 248.* Laomedontiadæ, bellum etiam inferre paratis?

Laomedontius, a, um, adject. Laomedonteus. *Virg. 8. Æn. v. 18.* Talia per Latium: quæ Laomedontius Heros Cuncta videns, *&c.*

Lapăthum, n. 2. vel lapathos, f. 3. λάπαθον, λάπαθος, herba acidi ſaporis, quæ a Latinis rumex appellatur, a λαπάττω, ſeu λαπάζω, mollio, evacuo, quia mollit alvum. *Dioſc. l. 2. c. 8.* *Plin. l. 20. c. 21.* Nec diſſimiles lapathum effectus habet. ¶ Multæ ſunt lapathi ſpecies, quas vide apud *Plin. l. 20. c. 21.*

Lapăthus, f. 2. caſtr. in conf. Epiri, & Theſſaliæ, ad Aſcuridem pal. qua ad Tempe Theſſalicę aditus erat.

Lapersæ, m. 1. Λαπέρσαι, dicti ſunt Caſtor, & Pollux, Jovis filii, ab eo, quod Laam agri Laconici urbem expugnaverint.

Lapicida, æ, m. 1. *tagliapietra*, *ſcarpellino*, חצב, Ger. *ſtein houwer*, Gall. *tailleur de pierres ſcarrier*, Hiſp. *cantero*, λατόμος, λιθουργός, qui lapides vel e rupe excidit, vel ædificio adaptat, a *lapis*, & *cædo*, ut *homicida*, qui hominem occidit, *parricida*, qui patrem. *Varr. l. 7. de L. L.* Qui lapides cædunt, lapicidas; qui ligna, lignicidas non dici.

Lapicidīna, æ, f. 1. *luogo dove ſi tagliano le pietre*, λατομεῖον, locus, ubi exciduntur lapides, a *lapis*, & *cædo*, unde lapicædina, & æ in i converſo *lapicidina*. *Feſt.* Haroldus contendit, dicendum eſſe *lapidicina*. Et ſane in manuſcriptis compluribus ita ſcribitur, & in veteri Gloſſario. Sed hunc errorem ipſe lapicidæ vox ſatis refellit. *Cic. 2. de Div.* Poteſt igitur tale aliquid etiam ſua ſponte in lapicidinis Chiorum extitiſſe. *Plaut. Capt. 5. 1. 24.* In lapicidinas compeditum condidi, ubi reſcivi, mihi data eſſe verba.

Lapidarius, ii, m. lapicida. *Ulp. l. 5. Dig. Commod. &c.* Si ſervus lapidarius commodatus ſub machina perierit.

Lapidarius, a, um, λατομικός, quod ad lapides pertinet. *Plaut. Cap. 3. 5. 65.* Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. *Petron. in Satyr. c. 58.* Lapidarias literas. *h. e.* ſaxis inciſas.

Lapidat, abat, imp. 1. lapidibus pluit. *Liv. l. 7. bell. Pun.* Veiis de cœlo lapidaverat. *Id. l. 43. c. 13.* Reate imbri lapidavit. ¶ Et paſſive. *Id. l. 29. c. 14.* Novendiale ſacrum, quod de cœlo lapidatum eſſet, factum. Adde *l. 44. c. 18.*

Lapidatio, onis, f. *il lapidare*, jactus lapidum, actus lapidandi. *Cic. 6. Verr.* Fit magna lapidatio. *Plin. de Vir. Illuſt.* Intercedentem Bebium Collega facta per populum lapidatione ſubmovit.

Lapidator, m. *lapidatore*, λιθοβόλος, lapides jaciens. *Cic. pro Domo c. 5.* Percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ.

Lapidatus, a, um, nom. ex partic. lapidibus ictus, *lapidato*. Translate *Macr. l. 2. Saturn. c. 7.* Notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam.

Lapideſco, is, n. 3. *divenir pietra*, *convertirſi in pietra*, Ger. *ſteinin werden*, Gal. *devenir pierre*, Hiſp. *bolverſe piedra*, λιθοῦμαι, in lapidem convertor, ſeu in lapideam duritiem. *Plin. l. 32. de baccis coralii.* Ajunt, tactu protinus lapideſcere. Adde *l. 16. c. 6.*

Lapidēus, a, um, *di pietra*, Germ. *ſteinin*, Gal. *de pierre*, Hiſp. *de piedra*, λίθινος, quod ex lapidis materia conſtat, ut Lapidea Niobe idest in lapidem converſa. *Cic. 3. Tuſc.* Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. *Plaut. Truc. 4. 3. 44.* Lapideus ſum, com-

Digitized by Google

commovere me miſer non audeo. *Liv. l.* 30. *c.* 38. Lapideo imbri pluit. *Id. l.* 1. *c.* 38. Lapideus murus. ¶ Ponitur etiam pro lapidoſo. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonenſi refertos ſcimus.

Lapidicina. V. lapicidina.

Lapido, as, avi, atum, a. 1. *lapidare*, סקל, Germ. *ſteinigen*, Gall. *lapider*, Hiſp. *apedrear*, λιθάζω, lapidibus cædo, vel obruo, lapides in aliquem jacio. *Sueton. Calig. c.* 6. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſæ aræ. *Tertull. adverſ. Prax.* Stephanus cum lapidaretur. *Petron. Satyr. c.* 114. Præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit. h. e. naufragorum cadavera e mari in litus ejecta lapidibus operiat. ¶ Uſurpatur & impersonaliter, & ſignificat lapidibus pluere. V. ſupra Lapidat.

Lapidoſitas, atis, f. durities ſimilis lapidi. *Tertull. de habit. mulier. c.* 5. In piſcium cerebris lapidoſitas quædam eſt.

Lapidoſus, a, um, *pietroſo*, *ſaſſoſo*, Germ. *ſteinechtig*, Gal. *pierreux*, Hiſp. *pedregoſo*, λιθώδης, quod lapidibus abundat. *Plin. l.* 19. *c.* 8. In locis incultis, lapidoſis. ¶ Aliquando pro duro ponitur. *Virg.* 2. *Georg.* Et prunis lapidoſa rubeſcere corna. *Senec.* 2. *Benef. l.* 7. Lapidoſus panis. *Id. l.* 34. *c.* 12. Et miſy eſt lapidoſius.

Lapillulus, i, m. diminut. a lapillus, *ſaſſolino*. *Solin. c.* 15. Grues ſublatis lapillulis ſaburrantur.

Lapillus, m. 2. *pietra picciola*, צרור, Germ. *ſteinlein*, Gall. *pierrette*, Hiſp. *pedrecilla*, λιθάριον, calculus, parvus lapis. *Plin. l.* 10. *c.* 23. excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno, & decidens indiligentiam ſono coarguat. *Martial. l.* 9. *epigr.* 58. Qui litoribus ostent lapilli. Et *epigr.* 53. Dieſque nobis ſignandi melioribus lapillis. h. e. albis. Sic enim notabant Antiqui dies fauſtos; infauſtos vero atris. ¶ Sæpe lapillus pro lapide pretioſo, ſeu gemma ponitur. *Horat. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 80. inter niveos, viridesque lapillos. Adde *Ovid. de Nuce*, *v.* 141.

Lapio, is, ivi, itum, a. 4. *impietrire*, λιθόω, durum efficio, & quaſi in lapidem converto, apud vet. *Pacuv. apud Non. c.* 1. *n.* 87. Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. h. e. perſtringit, & veluti indurat. *Voſſ. in Etymol.* verbum neutrum putat, & hæc verba ita exponit, cor lapit, h. e. lapideſcit cura, & mœrore. ¶ *Feſto* lapire, eſt dolore afficere.

Lapis, dis, m. 3. *pietra*, *ſaſſo*, אבן, Germ. *ſtein*, Gall. *pierre*, Hiſp. *piedra*, λίθος, πέτρα, petra, ſaxum; ſed plerumque lapis vox eſt ornatioris ſignificationis, ſaxum durius aliquid, & aſperius ſignificat, qualia ſunt ea, quæ e rupibus exciduntur, & ſimilia, unde gemmæ lapides, non ſaxa dicuntur. *Plin. lib.* 36. *c.* 22. Eſt & viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus, & ubi invenitur, lapis, non ſaxum eſt. h. e. pretioſius aliquid & rarius, quam ut ſaxum appellari debeat. *Cic. pro Dom. cap.* 5. Lapidibus percuſſus. *Virg.* 2. *Georg.* Lapis bibulus. h. e. pumex. *Id.* 1. *Georg.* Lapis incuſus. h. e. mola cudendo exaſperata. *Plin. lib.* 38. *c.* 19. Lapis vivus, *pietra focaja*, Græcis pyrites. *Catull. ad Mall. carm.* 69. *v.* 148. Quem lapide illa diem candidiore notat. V. *Lapillus*. ¶ *Plaut. Aſin.* 1. 1. 16. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? h. e. in piſtrinum. ¶ Lapidem ferre altera manu, altera panem oſtentare, proverb. apud *Plaut. Aulul.* 2. 2. 18. ſignificat, coram amice blandiri, & clam nocere. ¶ Lapidem verberare, aliud proverb. h. e. in vanum laborare. *Plaut. Curc.* 1. 3. 41. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. ¶ Lapis eſt ſæpe limes in agris poſitus. *Tibul. l.* 1. *el.* 3. Non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arva, lapis. Hic ſacer etiam dicebatur, vel quia ſæpe Dei alicujus imaginem referebat, vel quia nefas erat illum violare. *Senec. Hippolyt. v.* 528. nullus in campo ſacer Diviſit agros arbiter populis lapis. *Liv. l.* 41. *c.* 13. Avem ſanqualem ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe. ¶ Sumitur interdum pro gemma. *Catul. in Ruf. carm.* 68. *v.* 4. Non ſi illam raræ labefactes munere veſtis, Aut pelluciduli deliciis lapidis. ¶ Item pro ſepulcri lapideo integumento. *Tibul. l.* 3. *el.* 2. lapis inſcriptus ſtet ſuper oſſa notis. *Propert. l.* 3. *el.* 1. Lapis indicet oſſa. ¶ Erat etiam Romæ lapis locus eminens, ſeu lapideus ſuggeſtus, ad quem venales ſervi vendebantur, & præcones artem ſuam exercebant. Hinc homo de lapide emptus, h. e. viliſſimus, & nullius pretii, apud *Cic. in Piſon. c.* 15. Et *Colum. l.* 3. *c.* 3. ¶ Omnem movere lapidem, eſt omnia experiri, conari. Variæ hujus proverbii origines affert *Eraſm. in Adag.* Græce habet *Plin. l.* 1. *epiſt.* 20. Omnia pertento, omnia experior. πάντα denique λίθον κινῶ. ¶ Metonymice lapis accipitur pro milliario. Nam Romani ſingula paſſuum millia erecto lapide diſtinguebant, in quo inſcriptus erat numerus indicans, quotum milliarium eſſet. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Non a tertio lapide, ſed ipſas portas obſidione quatiebat. *Liv. l.* 3. *c.* 69. Ad decimum lapidem manere. *Ovid.* 2. *Faſt.* Sacra videt fieri ſextus ab urbe lapis. Interdum *lapis* omittitur. *Tacit.* 2. *Hiſt. cap.* 24. Ad duodecimum a Cremona locus Caſtorum vocatur. ¶ Tranſlate lapis dicitur de homine duro, ſtupido, ſtolido, & negligente. *Terent. Heaut.* 4. 6. Hei quid ſtas, lapis? *Tibul. l.* 1. *el.* 11. *ad fin.* Ah lapis eſt, ferrumque, ſuam quicumque puellam Verberat. ¶ Lapides loqui, eſt, duro, & aſpero ſermone uti. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 30. Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta, ſoror, lapides loqueris. ¶ Invenitur lapis apud Vet. in gen. fœminino. *Ennius apud Non. c.* 3. *n.* 125. Tanto ſublatæ agmine ſunt lapides.

Lapitha, f. 1. filia Apollinis, ex qua Lapithæ populi Theſſaliæ originem habuere. *Iſid. l.* 15. *Orig. Bocc. l.* 5. *Gen.*

Lapithæ, m. 1. Λαπίθαι, pop. Theſſaliæ, circa Olympum M. & Lariſſam urb. incolentes, dicti a Lapitha filia Apollinis, teſte Iſidoro, qui primi omnium equos domuiſſe, eorumque frænos, & ſtrata inveniſſe creduntur. Eorum Rex aliquando Pirithous Ixionis filius fuit, in cujus nuptiis cum Centauris Hippodamen ſponſam rapere conantibus certaverunt. *Ovid.* 12. *Met.* ¶ Generoſi, ac plurimum ſibi arrogantes fuere, ut in proverbio ſint apud Euſtathium, & Plutarchum in eos, qui ſibi tantum arrogant, ut omnes in ſui admirationem trahere præſumant.

Lapithæus, a, um, adject. ad Lapithas pertinens. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 530. O ſalve dixit, Lapithææ gloria gentis.

Lapitheius, a, um, o. 1. 2. quod ad Lapithas ſpectat. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 670. neque Lapithaia movit Prælia.

Lapithonius, a, um, ex ſtirpe Lapitharum. *Stat. l.* 7. *Theb. v.* 297. Confundere modos, puerum Lapithonia Nympha, &c. ideſt Cænis.

Lappa, æ, f. *lappola*, Germ. *Kletten*, Gall. *bardanes*, Hiſp. *amor de hortelano*, ξάνθιον, tribuli genus, capitula habens leviter hamata, ideoque veſtibus adhærentia, a λαβεῖν, prehendere, quod veſtes prehendat. *Ovid. l.* 2. *de Pont. el.* 1. Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet. Hinc *Plin. l.* 18. *c.* 17. eam numerat inter frugum morbos.

Lappaceus, a, um, quod lappæ eſt, ſeu lappæ formam habet. *Plin. l.* 21. *c.* 17. *de helxine*. Semina in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus.

Lappago, inis, f. herbæ ſpecies, a *lappa*, quia lappæ ſimilis eſt, ut *cunilago*, quia ſimilis *cunilæ*. *Plin. l.* 26. *c.* 10.

Lapſius, cognomen Jovis apud *Lolliam. l.* 1. *c.* 22. ¶ Quidam *Elaphœus* intelligunt, ſecundum Heſychium in Creta cultum.

Lapſabundus, a, um, adject. labaſcens, *rovinoſo*. *Senec. epiſt.* 32. Fundamenta lapſabunda. Al. leg. *laſſaverunt*.

Lapſana, f. 1. λαψάνη, ſylveſtris braſſicæ genus, trium foliorum, a λάπτω, quod Euſtathius exponit κενοῦν, *evacuare*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Inter ſylveſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimillimis, niſi candidiore eſſet flore. Coquitur in cibo, alvum leniter emollit. *Idem l.* 19. *cap.* 9. Nec non olus quoque ſylveſtre eſt trium foliorum. Divi Julii carminibus, præcipue jocis militaribus, celebratum. Alternis quippe verſibus exprobravere, lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parſimoniam cavillantes.

Lapſilis, pro Dapſilis legunt in pluribus MSS. *Plauti Pareus*, & *Lipſius l.* 1. *antiquar. lection. c.* 15.

Lapſio, onis, f. *caduta*, *rovina*, *errore*, מפלה, Germ. *ein fall*, Gall. *cheute*, Hiſp. *cayda*, ὀλίσθημα, πτῶσις, caſus, lapſus, ruina, præcipitium. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 12. In malis proclivitas, ut ſignificet lapſionem.

Lapſo, as, n. 1. *cader ſpeſſo*, *ſtar per cadere*, כשל, Germ. *ſchwancken*, Gall. *gliſſer*, Hiſp. *deleznar*, ὀλισθαίνω, lubrico, & nutanti gradu incedo, freq. a *labo*, ſeu *labor*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 551. Et in multo lapſantem ſanguine nati. *Sil. l.* 3. Lapſantem greſſum firmare.

Lapſus, a, um, *caduto*, *diſceſo*, ὀλισθηρός, πεσών, part. a labor. *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 72. Si patinam pede lapſus frangat agaſo. *Virg.* 4. *Georg. v.* 449. Venimus huc lapſis quæſitum oracula rebus. h. e. afflictis. *Ulpian. l.* 1. *Dig. de Magiſtr. conven.* Lapſus facultatibus. h. e. qui in paupertatem incidit. *Id. l. Poſti. Digeſt. de his qui not. infam.* Tempora provocationis lapſa, *paſſato il tempo*. *Senec. in Thyeſt. v.* 617. Nemo deſperet meliora lapſis. *Senec. in Hippol.* Lapſa genæ, *ſmunte*.

Lapſus, us, m. idem, ac lapſio. *Plin. l.* 7. *c.* 37. Et victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admiſſa. *Plin. lib.* 5. *cap.* 1. Haud alio fidei proniore lapſu, quam ubi falſæ rei gravis auctor exiſtit. ¶ Lapſus ſerpentium, progreſſus dicitur. *Virg.* 2. *Æn.* At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones effugiunt. Sic & lapſus fluminum. *Horat. l.* 1. *od.* 12. ¶ Lapſus rotarum, eſt curſus, vel facilitas ad currendum. *Virg.* 2. *Æn.* Pedibuſque rotarum ſubjiciunt lapſus. ideſt labiles rotas, quibus ſcilicet ſubjectis ingens ille equus igneus facilius laberetur.

Laqueare, ris, & per Apocopen laquear, aris, n. רהיט, Germ. *ein gewelbe*, Gall. *lambris*, Hiſp. *caquiçami*, *ſobrado*, φάτνωμα, ὀροφή, tignorum, ſive trabium interſtitium, a *lacus*, pro *lacunar*. *Serv. in* 1. *Æn.* A nonnullis laqueare definitur camera, hoc eſt, pars ſuperior cubiculi, & cœnationis concava, quæ variis adornari ſolet ſculpturis, & coloribus. Quidam etiam laquearia pro trabibus planis accipiunt. *Virg.* 4. *Æn.* Dependent lychni laquearibus aureis. *Id. l.* 8. *v.* 25. Summi laquearia tecti. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Laquearia inaurata. ¶ *Laquear*, pro *Laqueare* legitur in *Gloſſ. Cyrilli*.

Laquearium, ii, n. idem, ac laquear, a lacunarium, per Antiſthecon, ſeu immutationem literarum. *Serv. in* 1. *Æn. v.* 730.

Laquearius, ii, m. qui laquearia extruit. *Cod. Theodoſ.* 13. 4. 2. Architecti, laquearii, &c. ¶ Scribit *Iſidorus l.* 18. *c.* 52. Laquearios fuiſſe etiam appellatos gladiatores quoſdam, qui laqueum adverſario injiciebant, ut proſternerent, & perimerent. Id tamen nullo latini Scriptoris teſtimonio confirmat.

Laqueator, oris, m. qui laqueum injicit. *Iſidor. l.* 18. *Orig. c.* 56. fuiſſe ait gladiatores *laqueatores* dictos, quorum pugnandi ratio erat hujuſmodi, ut adverſarium injecto laqueo capere ſtuderent, atque irretitum confoderent. Hos Latini *retiarios* dicunt. *Iſidor.* tamen ab his diverſos laqueatores facit, cum de retiariis *cap.* 54. verba faciat. Alii apud *Iſidor.* legunt *laquearii*.

Laqueatus, a, um, *allacciato*, *legato*, ילכד, Germ. *im ſtrick*, *gefangen*, Gall. *enlacé*, Hiſp. *enlaçada*, ἀγκυλωθείς, quod eſt laqueis irretitum. *Col. l.* 6. *c.* 19. Cæterum corpus laqueatum, & diſtentum temonibus obligatur. ¶ Laqueatum item dicitur id, quod laquearibus eſt ornatum. *Cic.* 2. *de Leg.* Magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. *Liv. lib.* 41. *cap.* 20. Antiochus Jovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, ſed parietibus totis lamina inauratum.

Laquedonia, f. 1. *Cedogna*, urbs olim Apuliæ Dauniæ, nunc Principatus ult. in R. Neap. in planitie, ad rad. Apennini M. & verſus Aufidum fl. limiteſque Capitanatæ prope Biſacium.

Laqueus, m. 2. *laccio*, מוקש, Germ. *ſtrick*, Gal. *lacs*, Hiſp. *lazo*, παγίς, vinculum ita nexum, ut pondere depreſſum claudatur, a *lax*, quod fraudem notat, Feſto teſte, unde & *lacio*, ideſt in fraudem induco, ut idem exponit. *Virg.* 1. *Georg.* Tum laqueis captare feras, & fallere viſco inventum. *Cic.* 5. *Verr.* Homini jam perdito, & collum in laqueum inſerenti ſubveniſti. *Salluſt. Catil. c.* 55. Laqueo gulam fregere. *Senec. Hippolyt. v.* 259. Laqueo vitam finire. ¶ Tranſlate ponitur pro quacunque re, qua homo capi, ac irretiri poteſt. *Cic. pro Mil.* Cum illam beluam judicii laqueos declinantem jam irretitam tenerent. ¶ Et ſpeciatim pro captioſis argumentationibus. *Cic. de Fato*, *c.* 4. Ad Chryſippi laqueos revertamur. *Id. pro Cæc.* Neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere.

Lar, h. e. Lartes, unum ex prænominibus Civium Romanorum. *Liv. lib.* 3. *cap.* 65.

Lar, olim Lalar, f. 3. alio nomine Lara, & Larunda, una Najadum Tiberis, filia Almonis, ſic dicta a loquacitate, nempe a λαλεῖν, *loqui*. Cum Jupiter Juturnam amaret, illique vim pararet, Lar admonuit Juturnam de Jovis inſidiis, inſuper Junonem adiit, & Jovis amorem narravit. Jupiter Lari linguam eripuit. (Hinc Dea Muta appellata eſt) & juſſit a Mercurio ad Inferos adduci, & Stygiæ paludis Nympham eſſe, Mercurius Larem in itinere compreſſit. Illa gravida facta geminos peperit, qui a nomine matris *Lares* dicti ſunt, & a Romanis tanquam compitorum præſides, & urbis Romæ cuſtodes, ſeu patroni culti fuere. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 599. *Lact. l.* 1. *de falſa relig. c.* 20. *Boccac. l.* 2. *Gen.* V. *Lares*.

Lara. V. Lar.

Lararium, o. 2. ἱερεῖον, ſecretum domeſticum, locus, in quo Dii tutelares domus reponebantur, & adorabantur, a *Lare*, vel *Laribus*. Scribit *Lampridius c.* 29. Alexandrum Severum in larario rem divinam matutinis horis fecitaſſe ad effigies Deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & Chriſtum, in ſecundo Larario habuiſſe ſimulacrum Virgilii, & Ciceronis.

Lardum, ſive laridum, o. 2. *lardo*, Germ. *ſpeck*, Gall. *lard*, Hiſp. *lardo*, χοίρειον κρέας, caro ſuilla quovis modo ſalita, vel potius pingue illud, quod ſuis corpus undequaque circumdat. *Macrob. l.* 7. *c.* 12. cenſet, contractum eſſe ex *laridum*, & hoc dici quaſi large aridum. Hinc *Juven.* illud, *Sicci terga ſuis*, vetus interpres laridum interpretatur. *Ovid.* 6. *Faſt.* Pinguia cur illis guſtantur larda Calendis? *Plaut. Capt.* 4. 3. 5. Quanta pernis peſtis veniet? quanta labes lardo?

Larentia, f. 1. nobiliſſima meretrix fuit, quam aliqui ſuſpicantur eandem fuiſſe,

Digitized by Google

fuiſſe, ac Accam Laurentiam, alii eandem dicunt, ac Floram. Populum Romanum moriens hæredem fecit, & Dea habita eſt. V. *Acca Laurentia*, & *Flora*.

Lares, ium, & rum, m. 3. duo filii Laris, ſeu Laræ, ſeu Larundæ Nymphæ, qui compita ſervare, & pro urbis Romæ conſervatione vigilare credebantur. *Ovid. 2. Faſt.* ¶ *Voſſius ex Plauto*, & *Priſc. l. 5.* dicit, proprie Lares eſſe Deos familiares, ſeu domeſticos. Nonnullis Lares iidem ſunt, qui Penates, & privatorum domibus præeſſe cenſentur. Aliis Lares ſunt cuſtodes agrorum. ¶ Colebantur domi, focuſque illis ſacer erat. Appellati ſunt a matre: ſed Scaligeri, & Voſſii ſententia Lar eſt vox Hetruſca, & principem ſignificat. *Arnobius l. 3.* deducit a λαύρα, *vicus*, quod Dii eſſent vicorum. *Ovid. 2. Faſt.* Pitque graves, geminoſque parit, qui compita ſervant, Et vigilant noſtra ſemper in urbe Lares. *Tibul. l. 1. el. 1.* Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri Cuſtodes fertis munera veſtra Lares. *Plaut. Aul. prol. 2.* Ego Lar ſum familiaris ex hac familia, unde exeuntem me aſpexiſtis. ¶ Metonymice, quoniam Lares etiam privatorum domibus præeſſe credebantur, Lar ponitur pro ædibus, ſeu pro domo, & etiam pro urbe. *Sal. in Catil.* Illos binas, aut amplius domos continuare, nobis Larem familiarem nuſquam ullum eſſe? *Martial. lib. 1.* O mihi curarum pretium non vile mearum, Flacce, Antenorei ſpes, & alumne Laris. *ideſt* urbis Patavii. ¶ Ponitur & pro parte interiore domus, & pro foco. *Ovid. 1. Faſt.* Omnis habet geminas hinc, atque hinc janua frontes, E quibus hæc populum ſpectat, at illa Larem. *Col. l. 11. c. 1.* Conſueſcatque ruſticus circa Larem domini, focumque familiarem ſemper epulari. ¶ Homo ſine lare. h. e. pauperrimus. *Curt. l. 5. c. 12.* Sine pignore, ſine Lare, terrarum orbis exulem. ¶ Lares præſtites, viales, compitales, &c., qui fuerint, V. ſuis locis. ¶ *Larum* in genitivo pl. habetur in *monumento Ancyrano*. Ædem Larum.

Larex, f. 3. Lario, Larices, *Larfeld*, opp. Norici, intra Alpes, in lim. Carnorum, medium inter Aquilejam, & Virunum. Aliis eſt *Roca*.

Large, adv. *largamente*, *ſplendidamente*, Germ. *reichlich*, Gall. *largement*, *abondamment*, Hiſp. *largamente*, δαψιλῶς, liberaliter, abundanter. *Horat. l. 1. od. 9.* Ligna ſuper foco large reponens. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 8.* Large effuſeque donare. *Id. Verr. 5. c. 8.* Decuriæ mihi copia quam largiſſime facta. *Curt. l. 7. c. 4.* Circumferri merum largius jubet.

Largificus, a, um, copioſus, abundans. *Lucan. l. 2. v. 627.* Stipe largifica aliquem ditare.

Largiflŭus, a, um, quod large, & abundanter effluit. *Cic. 2. de Orat. cap. 39.* ex vet. Poeta: Grando mixta imbri largifluo ſubita, & præcipitans cadit.

Largilŏquus, a, um, *copioſo nel dire*, qui abundanter loquitur. *Plaut. Ciſt.* Quæ ubi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplo ſumus, plus loquimur, quam ſat eſt. *Id. Mil. 2. 3. 47.* Nonne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquam jubes?

Largimentum, i, n. largitio. *Fulgentii* eſt *l. 2. Mythol.*

Largio, is, pro *largior* dixere *Accius*, & *Lucil. apud Non. c. 7. n. 19.* Adde *Priſcian. l. 8.*

Largĭor, iris, itus ſum, *donar largamente*, נדב, Germ. *ſchencken*, Gall. *donner*, Hiſp. *dar*, δωρέομαι, χαρίζομαι, profuſe dono. Uſurpatur cum accuſ. & dat. qui quidem dativus interdum non exprimitur, ſed tamen ſubintelligitur. *Plaut. Amph. 1. 1. 155.* Proin tu iſtam cœnam largire, ſi ſapis, eſurientibus. *Cic. pro Quint.* Cui ſummam copiam, facultatemque dicendi natura largita eſt. *Id. pro Corn. Balbo.* Tum vel nimium parcus in largienda civitate. ¶ Uſurpatur item cum ablat. & præpoſ. *ex*, vel *de*. *Cic. 3. Fam.* Cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. *Cæſ. 5. de bell. Afric.* Ac de ſua pecunia largitus eſt. Item ſine præpoſ. *Plaut. Pſeud 1. 4. 3.* & *Perſ. 2. 3. 13.* ¶ Interdum eſt aſſentiri, permittere, concedere. *Col. l. 5. c. 9.* Si tempus non largitur. ¶ Olim in futuro indicativi habuit largibor. *Plaut. Mil. 4. 6.* Nam tu te vilem feceris, ſi te ultro largibere. *Idem Bac. 4. 7.* Tuam libertatem Chryſolao largibere.

Largĭtas, atis, *liberalità*, *larghezza*, נדיבה, Germ. *freigibigkeit*, Gal. *largeſſe*, Hiſp. *largueza*, *liberalidad*, ἀφθονία, liberalitas, ſeu actus liberalitatis. *Ter. Adel.* Quæ iſthæc ſubita eſt largitas? *Cic. 2. Nat. Deor. cap. 62.* Fruges terra cum maxima largitate fundit. ¶ Differt a largitione. V. *Largitio*.

Largĭter, adv. idem ac large, affatim, abunde. *Plaut. Rud. 4. 4. 144.* Credo, illic ineſſe auri & argenti largiter. *Horat. lib. 1. Sat. 4. ad fin.* Fortaſſis & iſtinc largiter abſtulerit longa ætas. *Cæſ. lib. 1. B. Gall. cap. 18.* Largiter poſſe.

Largitĭo, onis, *donazione*, Germ. *auſſpendung*, Gall. *largeſſe*, Hiſp. *donacion*, *dadiva*, δόσις, actus largiendi. *Largitio*, & *largitas* inter ſe differunt, quod *largitas* humanitatis ſit, ut Agretius ait, *largitio* ambitionis. Eſt enim *largitas* rationabilis, & definitur liberalitatis effectus, *largitio* eſt expenſa ſine modo, quæ fit ad aucupandum favorem in petitione Magiſtratuum, vel ſimpliciter ad ſibi benevolentiam conciliandam. *Cic. 2. Offic.* Quod largitione benevolentiam Macedonum conſectetur. *Id. ibid.* Jam in proverbii conſuetudinem venit, largitionem fundum non habere. h. e. immodica liberalitate vel maximas opes exhauriri. *Id. in Piſ.* Ego Cal. Jan. Senatum, & bonos omnes Legis Agrariæ, maximarumque largitionum metu liberavi. *Cæſ. 1. bel. Civ. c. 39.* Et largitione redemit militum voluntates. Hoc *Cæſaris* loco largitio in bonam partem accipitur, pro liberalitate.

Largitionālis, le, adject. Largitionales dicebantur, qui Imperatorum muneribus, & largitionibus præerant. *Vopiſc. in Carino, c. 20.* Cum ei quidam largitionalis ſuum editionem Cari laudaret. *L. 12. Cod. de vectigal.* Largitionales tituli.

Largĭtor, aris, dep. frequentat. a *largior*. *Plaut. Trinum. 3. 3. 14.* Ex ea dote largitari te illi.

Largĭtor, oris, m. 3. *donatore*, *prodigo*, *liberale molto*, נדיב, Germ. *der viel verſchenckt*, Gall. *donneur*, Hiſp. *donador*, δοτήρ, profuſor, prodigus. *Liv. l. 6.* Prædam militi dedit, quo minus ſperatam minime largitore duce, eo militi gratiorem. ¶ Speciatim accipitur pro eo, qui largitione populum corrumpit, & ambitus crimen committit. *Cic. 1. Offic.* Exiſtuntque in Rep. plerumque largitores, & factioſi, ut opes quam maximas conſequantur.

Largitūdo, inis, f. largitas. *Chariſ. l. 1. pag. 78. Putſch.* Largitudo nuſquam invenitur, niſi apud Nepotem.

Largītus, a, um, particip. a largior. *Plin. l. 37. c. 11.* Aut ſi id conditio largita non fit. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 25.* ſecunda fortuna regnum largita. ¶ Paſſiva ſignificatione *Tibul. l. 4. carm. 1. v. 129.* Cum largita ſuis ſunt mato ſlumina votis.

Largītus, adv. largiter. *Afran. apud Non. c. 11. n. 44.* Quid lacrymas? largitus proloquere.

Largiuſcŭlus, a, um, adject. diminut. aliquantum liberalis. *Solin. c. 7.* (al. 12.) Largiuſculos hauſtus ſalivarum facit.

Largus, a, um, adject. copioſus, abundans, *abbondante*, *copioſo*, a λαγαρός, vel a *largior*. *Virg. 2. Æn.* fletus largos effundere. *Ovid. 4. Faſt.* Larga meſſis. *Liv. l. 40. c. 13.* Largiore vino uti. *Plin. lib. 11. cap. 39.* Pili equis in juba largi. ¶ Item prodigus, in dando effuſus, *prodigo*, *ſplendido*, ἄσωτος, λαμπρός. *Cic. 2. Offic. c. 16.* Duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. *Id. Verr. 5. c. 30.* Qui ſi largiſſimus eſſe vellet, cumulatiore menſura uteretur. *Virg. 11. Æn.* Largus opum. *Plaut. Aſin.* Largus opera nocturna. *Id. ib.* Largior lingua. *Horat. lib. 4. od. 12.* Largus donare.

Laridum. V. Lardum.

Larifŭga, æ, m. & f. qui lares ſuos deſerit, erro, vagabundus. *Petron. in fragm. Tragur. cap. 57. Burm.* Larifuga neſcio quis, non valet lotium ſuum.

Larignus, a, um, adject. qui eſt ex larice. *Vitruv. lib. 2. cap. 9.* Larigna materies.

Larīnas, atis, m. & f. qui eſt ex Larino oppido. *Cic. pro Cluent.* Larinas mulier.

Larīne, es, f. 1. λαρίνη, fons Atticæ. *Plin. l. 4. c. 7.*

Larīnum, n. 2. *Larino*, *Larina*, urbs Frentanorum, in Aprutio, apud Apuliæ fines, nunc in R. Neap. in Com. Moliſino, in conf. Capitanatæ prov. ad Tifernum, al. prope Frentonem fl. inter Hiſtonium opp. Aprutii 8. M. & Theanum urb. exc. Apuliæ 18.

Lariſſa, f. 1. *Lariſſo*, *Lariza*, al. *Larſa*, urbs Theſſaliæ mediterranea, in Palaſgiotide regiuncula, & in confinio Macedoniæ, Metr. ampla, patria Achillis, ad Peneum fl. ¶ Lariſſa altera, quæ Lariſſa Pruſtis dicta fuit, item Cremaſte, *Larſe*, *Larzo*, al. *Armono*, urbs maritima Theſſaliæ, in Phthiotide regiuncula ad M. Oſſam, & ad Pagaſicum ſinum, al. prope Maliacum ſin. in colle, Pagaſis proxima. ¶ Lariſſa item, *Laris*, urbs Syriæ ſub Metr. Apamena, inter illam, & Epiphaniam 16. M. P. ¶ Item opp. Æolidis, a Cuma urbe 10. ſtad. ¶ Item opp. Peloponneſi, arx Argivorum. ¶ Item opp. agri Attici. ¶ Item urbs Aſiæ, apud Tralles, a qua Lariſſæus Jupiter dictus eſt. ¶ Item urbs Italiæ, quam Pelaſgi condidere.

Lariſſæus, a, um, adject. ad Lariſſam pertinens. *Virg. 2. Æn. v. 197.* Quam neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles, &c.

Larius, m. 2. *Lago di Como*, Germ. *Cumerſee*, lacus Inſubriæ, & Ducatus Mediolanenſis, totius Italiæ ampliſſimus, verſus Boream, & Rhætos, a Mediolano 25. M. P. in Bor. Dictus eſt a λάρος, *larus*, *fulica*, nempe a fulicarum multitudine. Per hunc lacum medius fluit Abdua fl. aquaſque ejus reddit ſuaviores, deinde per oppoſitam lacus partem erumpens, in Padum non longe a Cremona influit.

Larius, a, um, quod ad Larium lac. ſpectat. *Catul. epigr. 33.* Veronam veniat novi relinquens Comi mœnia, Lariumque litus.

Larix, icis, f. *larice*, λάριξ, arboris genus cognatum abieti, & pino, a λαρός, *ſuavis*, nempe ab odoris ſuavitate. Reſinam enim fundit, & vere flores gignit odoratos. Nullam quantumvis longa ſenecta cariem ſentit. Neque ignem per ſe concipit, neque ulla ratione ardet, eo quod plurimum terreſtris, aqueæque habeat ſubſtantiæ, minimum autem igneæ, aut aereæ. V. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Nec eſt alia ratio eam conſumendi, quam ſi magna lignorum copia uratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici litora, vix alibi nota. *Plin. l. 16. c. 10. Lucan. l. 9.* Et larices, fumoque gravem ſerpentibus urunt abrotanum.

Larvæ, arum, f. *anime malefiche*, *ombre notturne*, Ger. *geſpenſt*, Gal. *maſques*, *fantomes*, Hiſp. *diſfraces*, *fantaſmas*, φάσματα, μορμολυκεῖα, genii mali, ac noxii defunctorum, a *Lare*, hoc eſt malo genio. A Laribus familiaribus eo differebant, quod hi certis ædibus curam gererent poſterorum, Larvæ autem vagarentur ſedibus incertis, cuiuſque ejuſmodi conſortes forent. Quæ pœna eos manſit ob vitam male tranſactam. *Aug. l. 4. de Civ.* Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ, & in malis vitæ meritis maculoſæ, quæ a corpore ſeparatæ terriculamentum ſunt mortalibus. *Apul. in Apol.* Larvas appellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. *Plaut. Amph.* Nam hæc quidem ædepol larvarum plena ſunt. V. *Turneb. in præf. Plinii.* ¶ Larva etiam perſona dicitur, quam Itali vocant *maſcara*, προσωπεῖον. *Apul. in Apol.* Hunc denique (Mercuriolum, ſive Mercurioli ſimulacrum affabre factum) qui larvam putas, ipſe eſt larvatus. Ubi larvam vocat, non Lemurem, terriculamentum nocturnum, ſed προσωπεῖον, quomodo & alibi formam larvalem dixit, & Petronius larvam argenteam. *Hor. 1. Serm. Sat. 5.* Nil illi larva, aut tragicis opus eſſe cothurnis. ¶ Tranſlate larva dicitur de homine ſtupido, & inſano. *Plaut. Merc. 3. 4. 20.* Etiam loquere larva tu? Adde *Caſ. 3. 4. 2.*

Larvālis, le, n. 3. *terribile*, *ſpaventevole*, φρικτός, terribilis, deformatus, pallens, emaciatus, ac prorſus horrendus, a *Larva*. *Ammian. l. 31.* Larvale ſimulacrum. *Senec. ep. 24.* Nemo tam puer eſt, ut Cerberum timeat, & tenebras, & larvalem habitum &c. ¶ *In Priapeo carm. 38.* legitur *larvales* epeatheis vũ i. Pallorem maciemque larvalem.

Larvātus, a, um, adject. larva indutus, perſonatus, *maſcherato*. Accipitur fere pro furioſo, & mente capto, & quaſi a larvis agitato, auctore *Feſto*. *Plaut. Men. 5. 4.* Quid eſſe illi morbi dixeras? narra, ſenex, num larvatus, aut cerritus?

Larvo, as, a. 1. larvis infeſto, terreo. *Firmic. l. 3. c. 14.* Faſcinantes mulieres, quæ etiam ipſos artus larvari, ac faſcinari faciant.

Larunda, æ, f. eadem ac Lara, de qua V. in *Lar*. *Auſon. Idyll. 5. v. 52.* Nec genius domuum Larunda progenitus Lar.

Laſanum, n. 2. *cantaro*, Germ. *ſcheiſſtopff*, Gall. *pot de chambre*, Hiſp. *ſervidor*, *ſervicio*, λάσανον, vas evacuando ventri accommodatum, ſeu quo retrimenta cibi excipiuntur, a Græca voce allata, quam Heſychius familiaricam ſellam interpretatur. *Hor. 1. Serm. Sat. 6. v. 108.* Cum Tyburte via Prætorem quinque ſequuntur te pueri, laſanum portantes, œnophorumque.

Laſcive, adv. *laſcivamente*, ἀσελγῶς, libidinoſe, molliter, petulanter, procaciter. *Martial. in ep. præfixa l. 8.* Laſcive loqui. *Avien. in Arat. prognoſt. v. 314.* Et ſi perſultans aries laſcivius herbas Appetit.

Laſcivia, æ, f. 1. *laſcivia*, *petulanza*, ἀσέλγεια, Germ. *der muthwille*, *geilheit*, Gall. *laſciveté*, Hiſp. *lozania*, animi incontinentia ex ſaturitate fere & otio naſcens, quæ vel in procacitatem, vel in libidinem erumpit. Sæpe tamen eſt ſine malitia. *Senec. de conſol. ad Helv. c. 16 de blandiſſimo puero.* Cujus non lacrymas ejus hilaritas ſupprimat? cujus non contractum ſollicitudine animum illius argutiæ ſolvant? quem non in jocos vocabit illa laſcivia? Sic *Plin. l. 9. ep. 33.* laſciviam vocat ludicros curſus decurſuſque delphini. Et *Cic. l. 1. Divin. c. 14.* Ut prorectione laeti piſcium laſciviam intuerentur. Sic *Tacit. de Germ. c. 25.* ſaltationem inter gladios, audacem laſciviam dixit. ¶ Interdum pro libidine ponitur. *Suet. in Calig. c. 36.* Cum maxime placitam ſevocaſſet, paulo poſt, recentibus adhuc laſciviæ notis, reverſus &c. ¶ Item pro petulantia, & procacitate. *Quint. l. 9. c. 2.* Aſſiſtentes oderint hanc maledicendi laſciviam. Sic *Tacit. Ann. 11. c. 12.* Theatralem laſciviam vocat jocos impudentes, & probra a populo in Theatro jactata in conſulares viros, & illuſtres fœminas. ¶ Eſt etiam laſcivia in oratione, cum ſcilicet intemperanti ſtylo quis utitur. *Quint. l. 2. c. 6.* ¶ *Plaut. Aſin. 2. 2.*

31. O catenarum colone! L. O. virgarum laſcivie! h. e. in cujus tergum virgæ laſcivire ſolent.

Laſcivibundus, a, um, laſciviens. *Plaut. Stich.* 2. 2. 16. Quidnam dicam Dinacium laſcivibundum tam libenter currere?

Laſcivio, is, ii, itum, n. 4. *luſſureggiare*, מרד, Germ. *uppig ſeyn*, Gall. *folatre, etre laſcif*, Hiſp. *bolverſe, o ſer laſcivo*, ἐξυβρίζω, eſt petulanter agere, ut equi indomiti ſolent, & qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrant præter ſolitum, aut luſitant, exultantque. *Liv. l.* 2. Et laſcivire magis plebem, quam ſævire. *Col. l.* 7. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciviunt. *Ovid.* 7. *Met.* Fuga laſcivit agnus.

Laſcivitas, atis, f. laſcivia, petulantia. *Firmic. lib.* 1. *Aſtrol. c.* 1. & *Cal. Aurel. l.* 3. *Tard. c.* 8.

Laſciviter, adv. laſcive, petulanter. Habet hanc vocem *Lævius* apud *Chariſium l.* 2. *pag.* 183. *Putſch.*

Laſcivulus, a, um, *laſcivetto*. *Læv.* apud *Priſcian. l.* 10. Manu laſcivula, ac tenellula.

Laſcivus, a, um, *laſcivo, petulante*, מורד, Germ. *geile*, Gall. *laſcif*, Hiſp. *laſcivo*, ἀσελγής, ἀκόλαστος, petulans, procax, libidinoſus, V. *Laſcivia*. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 64. Malo me Galatea petit laſciva puella, & fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri. *Martial. lib.* 1. *epigr.* Laſcivus leporis curſus. *Ovid. Met.* 13. tenero laſcivior hædo. *Suet. in Tiber. c.* 43. laſciviſſimæ picturæ. *Plin. l.* 10. *c.* 42. Laſcivus in vino. *Quint. l.* 6. *c.* 4. Siculi ut ſunt laſcivi, & dicaces. *Spartian. in Adriano, c.* 14. Idem ſeverus, lætus; comis, gravis, laſcivus, cunctator; ſævus, clemens, & ſemper in omnibus varius. h. e. temerarius, præceps.

Laſer. V. Laſerpitium.

Laſeratum, i, n. condimentum ex laſere. *Apic. l.* 1. *c.* 30.

Laſeratus, vel Laſaratus, a, um, adject. laſere conditus, ut laſeratum acetum, apud *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 21.

Laſerpitiarium, ii, n. condimentum ex laſerpitio. *Petron. in fragment. Tragur.* De laſerpitiario, mimo canticum exorſit.

Laſerpitiatus, a, um, quod laſerpitio mixtum eſt. *Cato de R. R. c.* 116. Permiſceto lentim aceto laſerpitiato. *Plin. l.* 18. *c.* 30. Sunt, qui lentem aceto laſerpitiato aſpergant.

Laſerpitifer, a, um, adject. laſerpitii ferax, ut Laſerpitiferæ Cyrenæ, apud *Catul. carm.* 3.

Laſerpitium, ii, n. vel laſer, eris, n. 3. ὀπὸς σιλφίου, ſuccus ſirpis, ſeu ſilphii. Sirpe, ſeu ſilphium eſt magis virgultum herbidum, quam arbuſtum. Officinæ aſam fœtidam appellant. Naſcitur in Cyrenaica regione. Odoratis eſt radicibus. Ex ejus culmo æſtate exſudat pingue fœtidum in modum lactis, quod paſcentium hircorum inhæret barbulis, & cum arefactum inolevit, guttis ſtriatis colligitur ad uſum menſarum, & medicinæ. Hujuſmodi ſuccus dicitur laſerpitium, & truncata voce laſer, quaſi lac ſirpitium, ſeu ſirpicum, ideſt ſirpis virgulti, quoniam manat in modum lacteum. *Solin. c.* 30. *Plin. l.* 18. *c.* 3. diſtinguit laſer a laſerpitio, laſerpitium accipit pro planta ſirpe, ſeu ſilphii, laſer pro ſucco. *Cato l.* 3. *Orig.* Laſerpitium pro pulmentario habet *Plaut. Rud. a.* 3. *ſc.* 2. Si ſperas, tibi hoc anno multam futuram ſirpe, & laſerpitium. *Palladius l.* 3. laſerpitium vocat opon Cyrenaicum, ideſt, ſuccum Cyrenaicum. Nam gignitur in Cyrenaica regione, ut dictum eſt.

Laſes, olim dicebantur, qui nunc Lares. *Terent. Scaur. de Orthogr.*

Laſſatus, a, um, nom. ex particip. a laſſor, aris, defatigatus, *ſtanco, ſtancato*, ἀπαυδήσας. *Ovid.* 6. *Metam.* Laſſata membra. *Juven. ſat.* 6. *v.* 130. Et laſſata viris, nec dum ſatiata receſſit.

Laſſeſco, is, n. 3. *divenir laſſo*, נלאה, Germ. *mued werden*, Gall. *ſe laſſer*, Hiſp. *canſarſe*, κοπιάω, fatigor, laſſus fio. *Plin. l.* 10. *c.* 16. Non laſſeſcere in ullo labore, qui nervos ex aliis gruis, & cruribus habeant. *Id. l.* 7. *c.* 40. Ne laſſeſcat fortuna, metus eſt. *Prudent. l.* 2. *adv. Symmach. v.* 101. Laſſeſcere viſu.

Laſſitudo, inis, f. *ſtanchezza*, תלאה, Germ. *mueſe*, Gall. *laſſeté*, Hiſp. *canſancio*, κόπος, moleſtia, quam ex labore ſuſcipimus. *Cic. de Inv. l.* 2. *c.* 4. Poſtquam illos arctius ex laſſitudine dormire ſenſit. *Id. lib.* 12. *Fam. ep.* 25. Sed nulla laſſitudo impedire officium, & fidem debet.

Laſſo, as, a. 1. *ſtancare, affaticare*, הלאה, Germ. *ermueden*, Gall. *laſſer*, Hiſp. *canſar*, κοπόω, fatigo. *Ovid.* 3. *de Ponto, el.* 7. Quam ſua qui tumidis brachia laſſat aquis. *Plin. ep.* 9. *l.* 3. Multiſque cauſis non laſſaretur modo, verum etiam confunderetur. *Martial. l.* 8. *epigr.* 31. ſupplicibus dominum laſſare libellis.

Laſſulus, a, um, dim. a laſſus, *Catul. carm.* 64. *v.* 37. Laſſulæ nimio e labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

Laſſus, a, um, *laſſo, ſtanco, affaticato*, נלאה, Germ. *mued*, Gall. *las*, Hiſp. *canſado*, κεκμηκώς, ἀπαυδήσας, feſſus, fatigatus, corporis, vel animi labore fractus. Aliqui deducunt a *labore*, alii a *lapſu*. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 66. Nam ut laſſus veni de via. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 4. Laſſus via. *Ter. Andr.* 1. 1. 4. Animus laſſus, & cura confectus. *Plaut. Stich.* 4. 1. 16. Si res laſſa labat, itidem amici collabaſcunt. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Terra laſſa, h. e. ſterilis, ſeu effœta. ¶ Cum genit. *Hor. l.* 2. *od.* 6. Sit modus laſſo maris, & viarum, militiæque. ¶ Cum infinitu. *Propert. l.* 2. *el.* 13. *v.* 28. Nec fueris nomen laſſa vocare meum.

Laſtaurus, m. 2. λάσταυρος, catamitus, qui muliebria patitur. Heſychius, & Suidas ſcripſere, accipi etiam pro ſcortatore. Quidam dicunt, proprie natura bene mutoniatum, metaleptice accipi pro homine ſalaci. Alii malunt ſic vocari eum, cui taurus hirſutus, ſeu hiſpidus eſt. Phrynichus auctor eſt, veteribus quidem dictum catamitum, ſed ſuo ſæculo ſic vocari hominem pravum, ac cruce dignum. Vox Græca eſt, quæ facta eſt ex λα, particula intenſiva, & ταῦρος, quod ſignificat ὄῤῥον, i. e. partem illam, quæ eſt inter podicem, & ſcrotum. *Sueton. de Illuſt. Grammat. c.* 15. Lenæus Pompeii libertus mores ejus ſigillatim expreſſit, nebulonem, lurconem, popinonem, & laſtaurum appellans.

Late, adv. *largamente*, πλατέως, εὐρέως, in multis locis. *Cic. pro L. Man.* Tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque diſperſum, &c. *Id. Coni.* 4. *c.* 3. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. *Id.* 1. *Off.* Latiſſime patere videntur ea, quæ, &c. *Id.* 2. *Fin. c.* 6. Latius loqui. *Plin. l.* 4. *ep.* 20. Ingenii velis latiſſime vehi. ¶ Latius narrare aliquid, *ingrandire*. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 17. Atque hæc ad eum latius Afranius, atque inflatius praſcribebat.

Latebra, æ, & latebræ, arum, f. *ſpelonca, grotta*, חור, Germ. *unterſchlieff*, Gall. *cachette*, Hiſp. *eſcondrijo*, φωλεός, locus, ubi aliquid occultatur, a *lateo*. Quidam volunt, latebras de hominibus, latibula de feris dici. Sed hæc differentia non obſervatur, & latebræ dicuntur de locis, in quibus ſe homines abdunt, & de ferarum cubilibus, & de quibuſvis locis, in quibus aliquid abſconditur. *Lucan. l.* 1. Cedendum eſt bellis, quorum tibi tuta latebra Leſbus erit. *Liv. lib.* 46. Inter vepres, & latebras ferarum noctem unam delitui. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 3. Non metuo, ne quiſpiam inveniat: ita probe in latebris ſitum eſt. ¶ Ponitur interdum latebra pro excuſatione, & prætextu. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 30. Videtur, ne quæratur latebra perjurio, i. e. excuſatio, qua lateat perjurium. *Idem* 2. *Divin. cap.* 20. Se in miſericam latebram conjecere.

Latebricola, æ, m. φωλεύτης, latebras incolens. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Latebricolarum hominum corruptor.

Latebroſe, adv. *occultamente*, בסתר, Germ. *verborgenlich*, Gall. *en cachette*, Hiſp. *eſcondidamente*, ἀφανῶς, occulte, clam. *Plaut. Trin.* 2. 2. Neque latebroſe me abs tuo conſpectu occultabo.

Latebroſus, a, um, *dove ſon molti luoghi da naſconderſi*, מחבא, Germ. *voll hoelen*, Gall. *plein de cachettes*, Hiſp. *lleno de eſcondrijos*, φωλεώδης, in quo frequentes latebræ ſunt. *Plaut. in Bacch.* 1. 1. 21. Nam huic ætati non conducit, mulier, latebroſus locus. *Liv. l.* 21. *c.* 54. Locus latebroſus ad equites tegendos. *Virg.* 5. *Æn.* Pumex latebroſus. h. e. fiſtuloſus.

Latens, tis, adject. o. abditus, occultus, *naſcoſto*. *Virg.* 1. *Æn.* Saxa latentia. *Pompon. l.* 2. *de orig. jur.* In latenti jus civile retinere.

Latenter, adv. *naſcoſamente*, בסתר, Germ. *verborgenlich*, Gall. *en cachette*, Hiſp. *a eſcondidas*, ἀφανῶς, clam, occulte. *Cic. in Top. cap.* 17. Eventus obſcura cauſa, quæ latenter efficitur. *Ovid.* 3. *de Pont. eleg.* 6. *in fin.* Si res eſt aperte iſta, latenter ama.

Lateo, es, tui, ſine ſup. n. 2. *eſſer aſcoſo, naſconderſi*, נחבא, Ger. *verborgen ligen*, Gall. *etre caché*, Hiſp. *eſtar eſcondido*, λανθάνω, in occulto ſum, clam ſum, deliteſco, a Dorico λάθω, pro λήθω, θ in t converſo. *Cic.* 3. *Verr.* Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam hæ, quæ latent in ſimulatione officii. ¶ Et quoniam ea, quæ in occulto ſunt, fere ignoramus, factum eſt, ut latere accipiatur pro ignorari: ſed in hac ſignificatione fere impersonaliter uſurpatur. V. *latet*. ¶ Dicimus autem, latere in, & ſub aliqua re. *Virg. Cic.* & *Liv.* Item cum abl. ſine præpoſit. *Ter. Heaut.* 4. 2.

Later, eris, m. 3. *quadrello, mattone*, לבנה, Ger. *ein ziegel*, Gal. *brique*, Hiſp. *ladrillo*, πλίνθος, terra cocta, & in lapidem durata, a λᾶς, ſeu λᾶος, lapis. *Cic.* 2. *Div.* Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit valere? *Col. l.* 3. *c.* 6. Ut vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur. ¶ Laterum tria erant genera, de quibus V. *Plin. l.* 35. *c.* 14. & *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. ¶ Lateres cocti, ſive coctiles ſunt, qui in fornace cocti ſunt. *Vitruv. l.* 1. *c.* 5. Sive ſilex, ſive cæmentum, aut coctus later, ſive crudus. ¶ *Laterem lavare*, proverbio dicitur, pro operam ludere, inde tractum, quod rubedo illa in lateribus ablui non poſſit. *Ter. Phor.* 1. 4. 9. Purgem me? Laterem lavem.

Lateralis, le, adject. ad latus pertinens, ut lateralis dolor, *dolor di fianco*. *Plin. l.* 21. *c.* 21. ¶ Lateralia, um, ſubſtantive, ſunt crumenæ, ſeu capſulæ ad latera ephippii pendentes, in quibus neceſſaria itineri recondimus, *ſaccharm*. *Scævola l.* 101. *Dig. de legat.* 3. Pecuniam in lateralibus condidit.

Lateramen, inis, n. opus lateritium. *Lucret. l.* 6. *c.* 232. Conlenit, rareque facit lateramina vaſi. h. e. vas ipſum lateritium. Loquitur enim de doliis, quæ apud veteres lateritia fuere, niſi malis lateramina interpretari vaſis latera.

Laterani, m. 2. familia clariſſima apud Romanos. Habitavit in Cælio monte, qui & inde Lateranus eſt appellatus. Ex hac egregius ille vir fuit, qui Conſul deſignatus Neronis juſſu interfectus eſt. Sed aliqui dicunt, Lateranum fuiſſe nomen proprium nobiliſſimi Romani, ejuſque familiam ab eo Lateranorum nomine a Scriptoribus nuncupari. *Juven. ſat.* 10. Egregias Lateranorum obſidet ædes Tota cohors.

Lateranus, m. 2. Deus, ſeu Genius focorum, a *later*. *Arnob. l.* 4. Lateranus, ut dicitis, Deus eſt focorum, & Genius, adauctuſque hoc nomine, quod ex laterculis crudis ab hominibus caminorum iſtud exædificetur genus. ¶ Item Conſul R. qui a Nerone occiſus eſt. V. *Laterani*. ¶ Nunc Lateranus templum eſt magnificentiſſimum Romæ in Cælio monte. V. *Hieron. ep.* 30.

Lateraria, æ. V. Laterarius.

Laterarium, ii, n. genus tigni, a *latus, eris*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 22. Ipſi autem laterariis circa fixis contineantur, teganturque tabulis maxime palmeis.

Laterarius, ii, m. qui lateres facit, πλινθουργός. *Nov.* 2. 5. *n.* 97.

Laterarius, a, um, idem, quod lateritius. *Plin. l.* 17. *c.* 56. Laterarias domos conſtituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sed aliqui legunt, *Laterarias, ac domos*, ideſt, officinas, fornaceſque fingendis, coquendiſque lateribus aptas. ¶ Significat etiam, aptum lateribus faciendis, ut lateraria terra. *Id. l.* 19. *c.* 8.

Laterculum, i, n. codex dignitatum tam civilium tam militarium, quam civilium; ita dictum, teſte *Iſidoro l.* 6. *c.* 17. quod ordinem habeat ſtratum annorum. Ejus fit mentio *leg.* 1. & 2. *Cod. de Offic. Quæſt.* ¶ Hinc a nonnullis Laterculenſes dicuntur, qui hujuſmodi librorum curam habent. V. *Panciról. in notit. Imper. Orient. c.* 34.

Laterculus, li, m. *mattoncello*, πλινθίον, parvus later. *Col. l.* 18. *c.* 14. Sub porticibus deinde quadratæ hare cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Item panificium quadratum operis dulciarii, a laterum forma. *Plaut. Pœn. a.* 1. *ſc.* 2. *v.* 12. Nil, niſi laterculos, ſeſamum, papaveremque. *Apul. l.* 10. Hic panes, cruſtula, junculos, hamos, laterculos, plura irritamenta mellita.

Laterenſis, ſe, adject. ad latus pertinens, ut laterenſis ſatelles, qui corpus Principis cuſtodit. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 43. Tot fere laterenſibus uti ſolebat.

Laterina, æ, f. latrina, *cloaca*. *Tert. l.* 1. *adverſ. Marc. c.* 2. Pro laterinis deductis, pro civitatibus ædificatis. Alii laterinos hic intelligunt laterariis officinas, vel lateritia opera.

Lateritius, a, um, *mattonato, di mattoni*, מלבנות, Germ. *von ziegel*, Gall. *de brique*, Hiſp. *de ladrillo*, πλίνθινος, quod eſt ex latere. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Græci parietes lateritios prætulere.

Laterna, æ, f. *lanterna*, נר, Ger. *ein latern*, Gal. *lanterne*, Hiſp. *lanterna*, λυχνοῦχος, inſtrumentum ex laminis corneis, vel ex alia materia, in quo candela accenſa, vel ignis oleo ardens includitur, ne a vento extinguatur, a *lateo*, quia in ea ignis latet. Primam ſyllabam longam habet, etſi prima in lateo brevis eſt. *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 3. Pauci in veſtibulo panooſi, ſine laterna. *Martial. l.* 14. *epigr.* 61. Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis, & tuta eſt gremio parva lucerna meo. ¶ Pareus in *Lex. Crit.* teſtatur, ſe in quodam MS. legiſſe *lanterna*, in *Plauti Aulul.* 3. 6.

Laternarius, rii, m. *chi porta la lanterna*, Germ. *laterntrager*, Gall. *lanternier*, Hiſp. *lanternero*, λυχνουχοφόρος, qui alteri laternam præfert. *Cic. in Piſ. c.* 9. An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario? V. *Lanternarius*.

Lateſco, is, n. 3. latus fio, *allargarſi, dilatarſi*. *Col. l.* 2. *c.* 12. *ad fin.* Rapæ non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. *Manil. l.* 1. *v.* 680. bis ſex lateſcit faſcia partes.

Lateſco, is, n. 3. idem quod lateo, *eſſer naſcoſto*. *Cel. l.* 8. *c.* 1. Oſſa lateſcentia ad ſpinam tendunt. *Cic. in Arat. v.* 385. Hic equus a capite, & longa cervice lateſcit.

Latet, ebat, tuit, imp. 2. *eſſere incognito, occulto, non ſaperſi*, eſt incognitum eſſe, ignorari, a *lateo*, quia ea, quæ in occulto ſunt, fere ignoramus. Plerumque acc. habet. *Virg.* 1. *Æn. v.* 134. Nec latuere doli fratrem Junonis, & iræ. ideſt, nec frater ignoravit dolos, &c. *Ovid.* 5. *Poſt. v.* 361. quorum me cauſa latebat. ¶ Interdum & dativum. *Cic.* poſt

poſt redit. in Sen. c. 8. Ubi nobis hæc auctoritas tanta latuit? *Varr. l. 8. de L. L. c. 35.* Quæ & oculis, & auribus latere ſoleat. *Lucan. l. 1. v. 417.* at mihi ſemper, Tu, quæcumque moves tam crebros cauſa meatus, Ut Superi voluere, lates. Addunt aliqui alterum ex Cicerone locum *Catil. 1. c. 6.* quod mihi latere valeas in tempore. Sed ea lectio Criticis valde ſuſpecta eſt, & creditur ſcribæ alicujus additamentum.

Latex, icis, m. 3. *fonte, umore*, משקה, Ger. *feuchtigkeit*, Gal. *fontaine, liqueur*, Hiſp. *fuente, humor*, λιβάς, fons, vel aliud ſimile, a *lateo*, quia in eo latet humor. *Serv. in Æn.* Feſto dici videtur a lapſo, quia profluens aqua ſit. *Lucr. l. 5.* Liquimus vitigeni laticem, ideſt, uvam. ¶ Metonymice ponitur pro ipſo liquore, ut Latex Lyæus, h. e. vinum: Latices Palladii, h. e. oleum. *Virg. 4. Æn.* Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.

Lathyris, f. 2. λαθυρίς, herba, al. cataputia major. *Plin. l. 27. c. 11.* Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur, ut capparis.

Latia Saturni, uxor Saturni. *Gel. l. 13. c. 21.* ex Pontif. Indigitamentis.

Latialis, & le, o. 3. *Latino*, quod ex Latio eſt. *Ovid. Met. 15. v. 481.* Latialis populos. ¶ Latialis ſermo, Latinus, ſeu Romanus. *Plin. l. 3. c. 1.* Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia.

Latialiter, adv. latine. *Sidon. carm. 23. v. 235.* Et te ſeu latialiter ſonantem &c. Alii leg. *latiariter*, quod idem eſt. *Martian. Capell. l. 5. init.* Peplo circa humores involuto latialiter tegebatur.

Latiar, ris, o. 3. *Sigon. l. 1. de antiq. jur. Ital. c. 3.* teſtatur, ita appellatum fuiſſe ab Romanis ſolenne ſacrificium, quod a Latinis populis tempore latinarum feriarum Jovi Latiali fiebat.

Latiaris, o. 3. idem, ac Latialis. *Cic. pro Mil. c. 31.* Tu qui ex tuo monte, Latiaris ſancte Jupiter.

Latiariter. V. Latialiter.

Latibulo, as, n. 1. & latibulor, aris, d. 1. idem, ac lateo, apud vet. *Varro*. Vide, ne ſervus domini latibulet. *Accius apud Non. c. 2. n. 495.* Progredere, & ne quis latibuletur, proſpice.

Latibulum, li, o. *luogo dove ſi naſconde*, מחבא, Germ. *ein ſchupfloch*, Gal. *cachette*, Hiſp. *aſcondrijo*, φωλεός, in quo aliquid deliteſcit. Dicitur non ſolum de beſtiis, ſed etiam de hominibus. *Cic. Att. l. 12. ep. 13.* Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. *Id. 1. Off. c. 4.* Generi animantium omni eſt a natura tributum, ut paſtum, ut latibula, &c.

Laticlavialis, le, adject. qui laticlavia tunica eſt indutus. *Vet. Inſcript.* apud *Grut. p. 180. n. 3.* Tribunus laticlavialis.

Laticlavius, a, um, adject. qui latum clavum habet. *Valer. Max. l. 5. c. 1. n. 7.* Et tunica laticlavia donatum ad Maſiniſſam remiſit. *Suet. in Domit. c. 10.* Laticlavius Tribunus. ¶ Laticlavii, abſolute, dicti ſunt Senatores, & Patritii, quorum inſigne erat latus clavus in tunica. V. *Clavus, & Manut. & l. 2. de quæſ. per epiſt. ep. 2. Suet. Ner. c. 26.* A quodam laticlavio cæſus. *Id. in Aug. c. 38.* Binos laticlavios præpoſuit ſingulis alis.

Latifolius, a, um, πλατύφυλλος, quod lata folia habet. *Plin. l. 15. c. 7.* Optima laurus ad id latifolia, ſylveſtris nigra baccis.

Latifundium, ii, n. *gran podere, gran poſſeſſione*, Ger. *ein feldgut*, Gal. *fond de grand etendue*, Hiſp. *heredad grande*, ἀγροχωρία, magnus, & amplus fundus. *Plin. l. 17. c. 12.* Latifundiis non legitima naturæ feſtinatio, ideſt, non poteſt una certa ratio præſcribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quod aliæ ſerius id, aliæ maturius deſiderant. *Id. l. 18. c. 6.* Latifundia perdidere Italiam. Adde *Senec. ep. 88.*

Latinæ, arum, f. ſubaudi *feriæ*, tempus ſacrificii ſolemnis a Latinis populis faciendi. V. *Latinus*, & ibi exempla.

Latine, adv. *latinamente*, Germ. *lateiniſche*, Gal. *latin*, Hiſp. *latino*. Ἀυσονιστί, more Latinorum. Latine loqui, eſt loqui proprie, & eleganter. *Cic. in Bruto.* Eodem tempore M. Herennius in mediocribus Oratoribus latine, & diligenter loquentibus numeratus eſt. ¶ Interdum eſt loqui aperte, clare, plane, nullo aſtu, nulla malitia, nulla fraude, nulla Metaphora, nullo verbi ambigui prætextu. *Cic. 6. Verr.* Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui. *Id. 7. Phil.* Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Anton. gladiator appellari ſolet, ſed ut appellant ii, qui plane, & latine loquuntur. *Quintil. Declam. 3.* De injuria noſtra latine queri non poſſumus: parcendum verbis eſt. h. e. de ſtupro militi a tribuno intentato. ¶ Latine ſcire, eſt ſcire Latine loqui. *Cic. pro Cæc.* Quid enim facilius eſt, quam probari iis, qui Latine ſciant, in uno ſervulo familiæ nomen non valere?

Latini, orum, m. 2. Latii incolæ, qui olim Aborigines appellati fuerant. Dicti ſunt a regione, quam incolebant. Et hoc nomen æque antiquum eſt, ac nomen Latii, uſitatum uſque ab eo tempore, quo Saturnus in Italia latitavit. *Virg. 11. Æn.* Sed *Dionyſ. l. 1. Rom. antiq.* ſcripſit, vetus Aboriginum nomen uſque ad bellum Trojanum ſervatum fuiſſe, ideſt uſque ad expeditionem Græcorum in Aſiam, a Latino Rege, Fauni filio, qui belli Trojani temporibus regnavit, Latinos dici cœpiſſe, ſtatim cum Regni potitus eſt. *Juſtin. l. 20.* dicit, Latinos populos ab Ænea conditos videri. *Liv. l. 1.* narrat, Aborigines vocatos fuiſſe Latinos poſt bellum Trojanum, facta permixtione ex Aboriginibus, & Trojanis, authorem nominis Æneam fuiſſe, eum utramque gentem Latinos appellaviſſe, non Trojanos, ante bellum cum Mezentio, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret. *Virg. 12. Æn.* fabulatur, cum Juno a Jove prohibita eſſet ulterius pro Turno, & adverſus Æneam progredi, eam petiiſſe, ut nomen Trojæ ſempiterna hominum oblivione deleretur, ne Latini vetus nomen, eaſtem, loquendi rationem mutarent. ¶ In Latio quinam recenſerentur, V. *Sigon. de antiq. jur. Ital. l. 1. c. 3.* ¶ Latini etiam ut populi fœderati Reip. Rom. ſpectantur. Hac acceptione ſic definiuntur: Latini erant Latii incolæ, Populi R. fœderati, jure Latii donati. *Sigon. ib.* Vel Latini erant illi, qui Latium incolebant, & habebant jus cenſus, jus tributorum, jus militiæ, jus ſuffragii, jus honorum. Cives autem jure Latii erant, qui donati fuerant eo jure, quod ante Legem Juliam Latinorum proprium fuerat, etſi extra Latium habitarent, cujus generis erant, ex. gr. Galli, Hiſpani, &c. Ex *Sigon. de ant. jur. Italiæ l. 1. c. 4. Panvin. de jure Latii.* ¶ Poſtquam a Romanis in ſocietatem recepti ſunt, varie ſunt nominati, *Socii, Latini Socii, Socii nominis Latini, Socii ac nomen Latinum, Socii nomenque Latinum, Socii ac Latium, Latium, & Socii.* Sæpe tamen Italici de Latinis, & Latini de Italicis dicti inveniuntur. *Sigon. l. 1. c. 1.* Sed *Manutius* cenſet, quando veteres dicebant, *Socii, & Latini*, vel *Socii, & Latium*, eos duos Sociorum genera, Socios Italiæ, & Socios Latii, intellexiſſe.

Latinienſis, & ſe, o. 3. idem quod Latinus. *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 10.* Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.

Latinitas, atis, f. *favella latina*, locutio Latina, five ſermo Latinus. *Cic. Att. l. 7.* Secutuſque ſum, non dico Cæcilium, mane ut ex portu in Piræeum (malus enim auctor Latinitatis eſt) ſed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur a C. Lælio ſcribi. ¶ Accipitur etiam pro jure Latii. *Suet. Aug. c. 47.* Urbium quaſdam, merita erga populum Rom. allegantes, Latinitate vel civitate donavit. V. Latius, a, um.

Latinizo, as, a. 1. in latinum verto. Vox eſt *Cælii Aurel. Acut. 2. c. 1.*

Latino, as, a. 1. idem quod latinizo. Eſt ejuſdem Auctoris *Tard. 5. c. 6.*

Latinus, a, um, *Latino*, Λατῖνος, quod eſt ex Latio, ſeu ad Latium ſpectet, ut Sermo Latinus, quo utebantur in Latio. *Virg. 1. Æn.* Genus unde Latinum. *Cic. 1. Fin.* Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, ſed locupletiorem etiam eſſe, quam Græcam. *Col. in præf. l. 12.* Hæc in Oeconomico Xenophontis, & deinde Cicero, qui eum Latinæ conſuetudini tradidit. h. e. vertit in Latinum ſermonem. ¶ Vertere in Latinum, eſt in linguam Latinam. *Quintil. l. 10. c. 5.* Vertere Græca in Latinum veteres noſtri Oratores optimum judicabant. ¶ Latini, populi Latii incolæ. V. ſupra Latini. ¶ Reperitur etiam comparat. *latinior*, & ſuperlat. *latiniſſimus*. *Hieron. epiſt. 13.* Nihil latinius tuis voluminibus. *Idem ep. 51.* Homo latiniſſimus. Adde *Auguſtin. de Grammat. c. de adverbio.* ¶ Latinæ feriæ dicebantur, cum ex populis Latinis viri ſimul, & mulieres in montem Albanum hoſtias adducebant, & quatriduano ſacrificio facto in honorem Jovis Latialis, accepta carne in ſuam quique civitatem digreſſi revertebantur. Ea dicta viſceratio, quoniam ex hoſtiis carnes in partes cæſæ diſtribuerentur. Viſcerationem mox & Cæſar populo dedit, ut apud *Suetonium* legimus. ¶ Ferias autem Latinas maximo Romanorum, Latinorumque Magiſtratuum conventu, Conſules procurabant, cum interea cum populo agere non liceret, et ob eam cauſam Latinæ aliquando a Conſulibus inſtaurarentur, cum Tribuni plebis obſiſtere vellent, populares leges, & Reipub. pernicioſas ferre cupientibus. Itaque *ad Q. Fr. l. 2.* Conſul, *inquit*, Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Latinæ inſtaurantur. Nec tamen deerant ſupplicationes. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maxime Catonis. Inſtaurabant Latinas etiam Pontifices, ut *Liv. l. 32.* tradit. Id autem fiebat, quaſi jam faciendis iis aut prætermiſſum aliquid eſſet, aut, quod non oporteret, commiſſum. ¶ Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus inſtituit, ſecundus dies additus pulſis Regibus, tertius poſt ſeceſſionem in Aventinum, quartus Plebe, & Patribus a Dictatore Camillo in concordiam reductis. *Ex commentar. P. Manut. in epiſt. ad Att. & ad Q. Fr.* ¶ Non habebant certum, ſtatumque diem. nam legimus apud *Liv. l. 41. n. 16.* celebratas fuiſſe III. Nonas Maji. Et *l. 44. c. 19.* prid. Idus Aprilis, &c. ¶ Latinorum Concilium erat congregatio populorum Latii veteris, ideſt, Albanorum, & Rutulorum, in lucum Ferentium, qui erat ſub monte Albano, ubi de negotiis publicis conſultabant, & peracta conſultatione duos Prætores creabant, qui Rempub. Latinam adminiſtrarent. Fuit ſimile Concilio Amphictyonum, in Græcia. *Dionyſ. lib. 3. in Anco. Liv. lib. 8. Sigon. de antiq. jure Italiæ l. 1. c. 3.* ¶ Celebratum fuit uſque ad Conſulatum M. Valer. Maximi, & P. Decii Muris, ideſt uſque ad annum Urbis 441. *Feſtus ex Cincio in l. de poteſtate conſulum. Sigon. l. 2. c. 3.*

Latinus, m. 2. Λατῖνος, Rex Aboriginum, ſeu Laurentium. Stupro procreatus eſt ex Hercule, & filia Fauni, eo tempore, quo ille extincto Geryone armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat. *Juſtin. l. 43.* Sed *Dionyſ. l. 1. Rom. Ant.* tradit, fuiſſe filium Herculis, & mulieris Hyperboreæ, Herculem, cum ex Italia diſcederet, mulierem Hyperboream jam prægnantem Fauno in matrimonium reliquiſſe. *Virg. l. 7. Æn.* ſcripſit, Latinum filium fuiſſe Fauni ex Marica Nympha Laurente, nepotem Pici, pronepotem Saturni. *Serv. ex Heſiodo in Aſpidopœa* narrat, fuiſſe filium Ulyſſis, & Circes filiæ Solis, Circen a nonnullis Maricam appellari, Maricam Deam fuiſſe litoris Minturnenſium prope Lirim fl. poetica licentia Laurentem dici pro Minturnenſem, alios Maricæ nomine Venerem intelligere, cujus fanum fuerit ad Maricam ſylvam Latii apud Minturnas, & Lirim fl. *Hyginus* vult, Latinos plures fuiſſe. Similiter *Boccat. l. 8. Gen.* Maricas plures fuiſſe ſuſpicatur. Uxorem habuit Amatam ſororem Dauni Regis Ardeatium. *Virg.* Sed *Var. L. L.* dicit, Latino uxorem fuiſſe Pallantiam Evandri filiam. Hoc tenente Regnum Æneas, Troja a Græcis expugnata, in Italiam exiit, cui pars agri Laurentis, & Lavinia in matrimonium data eſt. Latinus interiit in prælio cum Rutulis. *Dionyſ. l. 1. Liv. l. 1. Juſtin. l. 43. Boccat. l. 8. Gen.*

Latio, onis, f. actus ferendi, *il portare*. *Cic. 3. Att. ep. 26.* Mihi in animo eſt, legum lationem exſpectare. *Liv. l. 38. c. 36.* Pronuntiavit, uti iis ſuffragii latio eſſet.

Latipes, edis, adject. o. qui latos pedes habet. *Avien. in prognoſt. Arat. v. 358.* Latipedemque anatem cernet excedere ponto.

Latitabundus, a, um, adject. qui latet. *Sidon. l. 1. epiſt. 6.* Nobilem latitabundum pauperis honorati ſententia premet.

Latitans, antis, *naſcoſto*, *latente*, qui ſæpe latet, vel idem quod latens. *Horat. in fin. od. 12. l. 3.* arcto latitantem fruticeto excipere aprum. *Ov. 10. Met. v. 449.* tegunt nigræ latitantia ſidera nubes. *Lucan. l. 6. v. 718.* Latiteat in antro.

Latitatio, onis, f. actus latitandi. *Quint. l. 7. c. 3.* Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, ſimilia.

Latito, as, avi, atum, n. 1. *naſconderſi ſpeſſo*, נחבא, Ger. *immerligen*, Gal. *ſe cacher*, Hiſp. *aſconderſe*, Φωλεύω, ſæpe, aut fere ſemper lateo. *Cic. pro Cluen.* Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manlio. *Hor. 3. Carm. Od. 12.* Et celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. ¶ Speciatim latitare, inquit *Budæus*, dicuntur, qui ad judicium vocati fruſtrantur, & ludificantur. *Cic. pro Quinct.* Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Eſt etiam freq. verbi *fero*, a ſup. *latum*. *Feſt.* Latitaverunt *Cato* poſuit, pro ſæpe tulerunt.

Latitudo, inis, f. *larghezza*, *ampiezza*, רחב, Ger. *breyte*, Gal. *largeur*, *etendue*, Hiſp. *anchura*, πλάτος, ſpatioſitas. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 11.* In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Idem 3. Agr.* Qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui invidiam Syllanorum agrorum ferre non poſſunt. *Id. 2. de Or. c. 22.* Oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur. *Col. de arbor. c. 17.* Creſcere in latitudinem.

Latium, tii, n. *Lazio*, *Campagna di Roma*, regio Italiæ. Habet ab Occ. Hetruriam, a Mer. Mare, ab Or. Campaniam, a Sept. Sabinos, & Samnites. *Sigon. l. 1. de ant. jur. Ital.* hos fines Latio veteri tribuit, ab Occ. Tyberim, & Hetruſcos, a Sept. Anienem, & Sabinos, ab Or. Uſentem fl. cum Volſcis, a Mer. mare Tyrrhenum. deinde ait, utrique Latio ad Occ. objectum eſſe Tyberim, a Sept. Anienem cum Sabinis, & Marſis, ad Or. Samnites, & Campanos, ad Merid. Mare. ¶ Dictum eſt a *latendo*, quod ibi Saturnus latitarit. *Virg. 11. Æn. Ovid. 1. Faſt. Arnob. l. 4.* Pulſum a Jove, Italorum delituiſſe in finibus, & quod tutus fuiſſet a filio, nomen Latio impoſuiſſe pro munere. Sed *Varro* a Latino Rege dictum aſſerit. ¶ Duplex eſt, vetus, & novum. Antiquum extendebatur ab Hetruria, & Tyberi fl. uſque ad Circeios urb. vel ad ſummum uſque ad Tarracinam urb. Volſcorum, & Uſentem flu. Novum productum fuit a Circeiis, ſeu a Tarracina, & Uſente flu. uſque ad Campaniam, & Lirim fl. Latium novum poſt bellum Tarentinum originem habuiſſe videtur. Nam neque bello Punico primo, neque Gallico Ciſalpino, neque ipſo bello Punico ſecundo omnium difficillimo mentio ulla uſurpatur auxiliorum, quæ a Volſcis, Oſcis, Auſonibus miſſa ſint, cum tamen aliorum omnium populorum, quibus Latium cingitur, apud *Polybium*, & *Livium* memoria celebretur, Marſorum, Pelignorum, Samnitium, Campano-

panorum, Sabinorum, Umbrorum, Picentium, Etruſcorum. Igitur veriſimile eſt, Volſcos, Hernicos, Auſones, Oſcos vel expulſos fuiſſe, vel ad internecionem deletos: & gentem Latinorum in hanc regionem eſſe immiſſam, atque inde Latium novum appellari cœpiſſe. Quod quidem inter Tarentinum, & Punicum bellum factum videtur. *Sigon. lib. 1. cap. 7.* ¶ Latium differt ab agro Romano, *Campagna di Roma*. Nam ager Romanus Latio vetere continetur. Latium autem novum, ſeu quicquid inter Tarracinam, & Lirim jacet, ad Regnum Neapolitanum ſpectat.

Latīnus, a, um, *Latino*, quod ex Latio eſt, vel ad Latium ſpectat, ut Agri Latii, Gens Latia, Lingua Latia, Muſæ Latiæ, &c. *Ovid. 4. Faſt. v. 42.* Sylvius in Latia gente vocatus erat. *Id. 2. Pont. eleg. 3. v. 73.* Latiæ facundia linguæ. ¶ Jus Latium erat jus populorum nominis Latini, quo utebantur in re publica adminiſtranda, item jus civitatis Rom. adipiſcendæ, jus ſuffragiorum, &c. Vide *Sigon. l. 1. de Jure Ital.*

Latmĭus, a, um, adject. a Latmio monte. *Ovid. 3. de ar. am. v. 84.* Latmius Endymion non eſt tibi, Luna, rubori.

Latmus, m. 2. *Monte di Palatia*, Λάτμος, mons Cariæ, in Joniæ confinio, apud Mæandri fl. oſtia, & Miletum urb. juxta quem Heracleæ urbs inter Mæandrum, & Miletum ſita eſt. Celebris eſt fabula Endymionis, quem cum Luna adamaret, in hoc monte ab ea ſopitum narrant, ut unum ab eo oſculum auferret. *Cic. 1. Tuſc.*

Latōis, idis, f. 3. Λατωΐς, Diana filia Latonæ, *Ovid. 7. Metam. v. 384.* Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arva.

Latoĭus, a, um, adject. Latonius. *Ovid. 8. Met. v. 542.* Quæ Parthaoniæ tandem Latoia clade Exſatiata domus. *Idem 3. Triſt. el. 2. v. 3.* Nec vos, Pierides, nec ſtirps Latoia veſtro, &c. Ita ex MSS. legit *Heinſius*, Alii *Latonia*.

Latomĭa, æ, f. 1. *luogo, d'onde ſi tagliano le pietre*, Ger. *ſteinbruch*, Gall. *carriere*, Hiſp. *cantera*, Λατομεῖον, lapidicina, locus, unde lapides exciduntur, a λᾶας, *lapis*, & τέμνω. *Plaut. Capt. 3. 5. 65.* Inde ibis porro in latomias lapidarias. V. Lautumia.

Latōna, f. 1. Λητώ, filia Cæi Titanis. A Jove tertio amata, & compreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem, & Dianam ſecundam. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quod Juno adeo ægre tulit, ut pellici omni terra ad pariendum interdixerit, & immiſſo contra illam Pythona ſerpente, per totum terrarum orbem perſecuta ſit, donec errando ad ſororem Aſterien in inſulam Ortygiam pervenit, a qua ſuſcepta eſt, ibique Dianam peperit, quæ e veſtigio obſtetricis officium in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcentem ſuſcepit, qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare reſponſa. Deinceps hæc inſula Delos vocari cœpit, quod, cum antea aquis merſa fuiſſet, ſubito Jovis juſſu conſpicua fuerit reddita. Nam δηλοῦν, Græci dicunt, quod nos *oſtendere*. Dicta etiam eſt Latonia, quod in ea Latona antea ſit Dianam, & Apollinem. Fabulantur etiam, cum Latona per Lyciam Apollinem, & Dianam adhuc infantes ferret, & ad lacum quendam ſiti laborans acceſſiſſet, ruſticus quoſdam aquam turbaviſſe, Latonam ruſticis interitum precatam eſſe, ruſticos in ranas verſos lacum incolere cœpiſſe. *Boccat. l. 4. Gen.*

Latonĭa, f. 1. Diana, a matre Latona. *Virg. 9. Æn. v. 405.* Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos.

Latonigĕna, æ, m. & f. Latonigenæ dicuntur Apollo, & Diana Latonæ filii. *Sen. Agamem. v. 320.* & *Ovid. 6. Met.*

Latonĭus, a, um, adject. ad Latonam pertinens. *Virg. 3. Georg. v. 6.* Delos Latonia. *Ovid. 8. Metam.* Latonia proles. V. Latona.

Lator, oris, m. qui fert, *portatore*, a ſup. latum verbi *fero*. *Sen. de tranquil. 1. 5.* Debet plus virium eſſe in latore, quam in onere. ¶ Accipitur & pro tabellario. *Sueton. in Calig. c. 44.* Magnificas Romam literas miſit, monitis ſæpe latoribus, ut vehiculo, &c. Optimi Codices habent *ſpeculatoribus*, pro *ſæpe latoribus*. ¶ Lator legis eſt, qui legem vel inſtituit, vel promulgat. *Liv. l. 3. c. 31.* Cum de legibus conveniret, de latore tantum diſcreparet. *Cic. Catil. 4. c. 5.* Lator legis Semproniæ.

Latōus, i, m. Apollo dictus eſt Latonæ filius. *Hor. l. 1. od. 31.* Frui paratis & valido mihi, Latoe, dones.

Latrabĭlis, le, adject. ut latrabilis vox, apud *Cal. Aurel. Acut. 3. c. 11.* quæ latrare videtur.

Latrans, antis, o. partic. a latro. *Proper. lib. 5.* Colla latrantis canis. ¶ *Latrans* abſolute pro cane. *Ovid. 4. Met. 412.* jaculum miſit, & in mentum fixit latrantis.

Latrator, oris, m. *abbaiatore*, נובח, Germ. *beller*, Gall. *abayeur*, Hiſp. *ladrador*, qui latrat. *Virg. 8. Æn.* Et latrator Anubis. *Mart. l. 12. epig. 2.* latratoreſque Moloſſi. ¶ Tranſlate ponitur pro rabula moleſto. *Quintil. l. 12. c. 9.* Si modeſtia a viro bono in rabulam, latratoremque convertitur.

Latrātus, a, um, partic. a latror. *Stat. 2. Achil. v. 451.* Juxtaque Caphareus latratum pelago tollens caput.

Latrātus, us, m. *abbajamento*, Ger. *das bellen*, Gal. *abboyment*, Hiſp. *ladrido*, ὑλαγμός, ὑλακή, vox canum, latrandi actus. *Plin. l. 8. c. 30.* Latratu, & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus. *Virg. 3. Georg. v. 411.* apros Latratu turbabis agens.

Latreus, m. 2. Λάτρευς, unus ex Centauris. *Ovid. l. 12. Met.*

Latrīna, æ, f. 1. *bagno*, מרחץ, Germ. *ſcheiſſhauſſ*, Gall. *retrait*, Hiſp. *la privada*, λουτρόν, ἀπόπατος, olim notabat balneum privatum, a *lavando*, quaſi *lavatrina*, ut *monſtrum* a *tondeo*. *Lucil.* apud *Non. cap. 3. n. 131.* ¶ Alius locum notat, in quem ſaturi eunt. Quæ ſignificatione fortaſſis a latendo dicitur, quod in eam ſe ſe homines abdant, ne conſpiciantur. Item locum in ædibus, in quem ſordes confluunt, & differt a cloaca, quæ publica eſt. *Plaut. Curc. 4. 4. 24.* Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat. Ubi *Lambinus* locum excrementorum, ſed *Turnebus l. 21. c. 20.* privatum intelligit balneum. *Apul. l. 9. de Aſino.* Omnia prorſus ut in quandam cœnoſam latrinam, in ejus animum confluxerant vitia. *Col. l. 10. v. 85.* Immundis quæcunque vomit latrina cloacis.

Latro, as, avi, atum, n. 1. *abbaiare*, נבח, Ger. *bellen*, Gal. *abbayer*, Hiſp. *ladrar*, ὑλακτέω, proprium eſt canis, cum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens, a ſono, ob liquidam r. *Cic. pro Roſc. Am.* Quod ſi luce quoque canes latrent, cum Deos ſalutatum aliqui venerint. *Horat. epod. 5. v. 57.* Senem adulterum Latrent Suburanæ canes. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Plin. l. 13. c. 10.* Hanc habentes negant latrari a canibus. ¶ Et imperſonaliter. *Ovid. 2. Triſt.* Scit, cui latretur, cum ſolus obambulat ipſe. ¶ Tranſlate *Cic. de clar. Orat. c. 15.* Latrant jam quidam oratores, non loquuntur. ¶ Latrare aliquem, eſt maledicere. *Plaut. Pan. 5. 4. 64.* Etiam me meæ latrant canes? Al. leg. in me. *Horat. l. 2. ſat. 1.* ſi quis Opprobriis dignum latraverit improbus ipſe. ¶ Sumitur & pro poſcere. *Lucr. l. 2. v. 17.* nonne videre eſt, Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi, ut, &c. *Feſt.* quoque notat, *Ennius* latrare pro petere uſurpaſſe. ¶ Latrare ſtomachus dicitur, cum eſt jejunus, & fame irritatus. *Horat. l. 2. ſat. 2.* cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.

Latro, onis, m. 3. olim notabat militem conductum, item ſatellitem, ſeu ſtipatorem, quem Græci σωματοφύλακα nominant. Dictus eſt, non quidem quia ad latus ferrum haberet, ſed quaſi *latero*, quia ſtiparet Regis ad latus, vel a λάτρον, ideſt *ſtips*, quam mercedis nomine accipiebat. Unde & ſtipator appellatus eſt. Moris autem erat, ut hos Rex & circa ſe haberet, & primus mitteret ad omne diſcrimen. *Var. l. 6. de L. L.* *Feſtus*. *Serv. in 12. Æn.* *Plaut. Mil. 4. 1. 2.* Nam ego hodie ad Seleucum Regem miſi paraſitum meum, ut latrones, quos conduxi hinc, ad Seleucum duceret, qui ejus Regnum tutarentur. ¶ Poſtea latrones generatim vocati ſunt viarum obſeſſores, idque, quia milites conductitii, qui primi latrones dicti ſunt, id facere ſolerent. *Feſt.* Latrones dicti, quod latenter inſidientur. Hinc hæc vox pro venatore uſurpatur. *Virg. 12. Æn.* Fixumque latronis impavidus frangit telum. ¶ Speciatim vero latrones dicuntur viarum obſeſſores, graſſatores, excurſores, qui ex rapto, & cæde vivunt, qui publice, & per vim furantur, *ladroni*, *aſſaſſini di ſtrada*, פריץ, Ger. *ſtraſſenrauber*, Gal. *larron*, Hiſp. *ladron*, λῃσταί. *Cic. 2. Phil.* Erat enim vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. *Horat. l. 2. ſat. 1.* Infeſti latrones. ¶ Latrones etiam dicuntur calculi in ludo latrunculorum. *Martial. l. 14. epigr. 20.* Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. *Id. l. 7. epigr. 71.* Sic vincas Noviumque, Publiumque mandris, & vitreo latrone clauſos. V. *Latrunculus*.

Latrocinālis, le, adject. *da ladrone*. *Apul. l. 2. A. A.* Id omne latrocinalis invaſit manus. *Ammian. l. 31. c. 16.* Latrocinalia caſtra.

Latrocinalĭter, adverb. more latronum. *Martian. Capel. l. 6.* Latrocinaliter interimere.

Latrocinatĭo, onis, f. 3. idem, ac latrocinium. *Plin. l. 19. c. 4.* Multitudinis innumeræ ſæva latrocinatio.

Latrocinĭum, nii, n. olim militiam notabat. *Gracchus* apud *Non. c. 2. n. 408.* Qui apud Regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti. ¶ Sæpius uſurpatur pro latrocinandi actu, ideſt, aggrediendi homines in via, ſpoliandi, deprædandi, *ladroneccio*, גנבה, Ger. *ſtraſſenraub*, Gal. *larcin*, Hiſp. *latrocinio*, λῃστεία. *Cic. pro Dejot.* Sed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrociniis tueretur. *Tacit. 12. Ann. c. 27.* Latrocinia agitare. ¶ Item pro fraude, & inſidiis. *Salluſt. Jug. cap. 9.* Furtim, & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 22.* Putares, hic latrocinium futurum, h. e. Roſcium per vim, & inſidias damnatum iri.

Latrocĭnor, aris, atus ſum, d. 1. olim erat militare. *Plaut. Mil. 2. 2. ſc. ult.* An quia latrocinamini, arbitramini, quidvis licere facere vobis, verbero? *Id. Trin. 2. 4.* Ibit latrocinatum aut in Aſiam, aut in Ciliciam. ¶ Poſtea cœpit uſurpari pro latronum more prædari, *rubare*, λῃστεύω. *Cic. 1. de nat. Deor.* Tot millia latrocinantur morte propoſita, alii omnia, quæ poſſunt, fana expilant. *Plin. l. 9. c. 42.* Latrocinari ex occulto.

Latrunculārĭus, a, um, adject. ad latrunculos, ſeu calculos pertinens, ut latruncularia tabula, apud *Senec. epiſt. 117.* in qua ſcil. latrunculis luditur, *lo ſcacchiere*.

Latrunculātor, oris, m. *giudice di maleficio*, rerum capitalium judex, ſive quæſitor, qui vulgo judex maleficiorum vocatur. *Ulp. l. 5. Pand. l. ſolemus, de Judic.* Latrunculator de re pecuniaria judicare non poteſt.

Latruncŭlus, m. 2. parvus latro, *ladroncello*. *Cic. de Prov. Conſ. c. 7.* Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria geſta. ¶ Sunt etiam latrunculi, ſive latrones, *ſcacchi*, calculi, quibus ludimus ſexdecim ſcrupis gemina acie utrinque directis, in quibus duo Reges ſunt invicem contendentes, duæ Reginæ, quatuor equites, ſexdecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Hi in abaco, ſeu tabula latruncularia diſponuntur in ſuas quiſque regiones, ſeu cellulas lineis decuſſatis diſtinctas, exque lege luditur, ut ſi unus ex hoſtili agmine incomitatus deprehendatur, captivus ex acie abducatur. Dicti ſunt latrunculi, quod ſius velut parvi quidam milites certantes. *Plin. l. 8. cap. 54.* Tradunt, Simias & latrunculis luſiſſe fictis cera. *Senec. epiſt. 106.* Latrunculis ludimus, in ſupervacuis ſubtilitas teritur.

Latumia. V. Lautumia.

Latus, a, um, particip. anomal. verbi fero, *portato*. *Cic. Phil. c. cap. 41.* Latus eſt aperta lectica per oppidum. *Id. pro Sext. c. 16.* Unus in legem per vim latam jurare noluerat. Sic, Lata pœna in aliquem, h. e. decreta. *Id. pro Corn. Balbo*.

Latus, a, um, o. 1. 2. *ſpazioſo*, *largo*, *ampio*, רחב, Ger. *breit*, Gal. *larges*, Hiſpan. *ancho*, πλατύς, εὐρύς, εὐρύχωρος, ſpatioſus, amplus, cujus contrarium eſt anguſtus, a πλατύς, abjecto initiali π. *Cic. 6. Verr.* Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoque disjuncta. *Virgil. 8. Æn. v. 8.* latos vaſtans cultoribus agros. *Cic. de Clar. Orat. c. 31.* Latior, & liberior motio. *Juven. ſat. 12. v. 59.* digitis a morte remotus Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda. *Plin. l. 6. c. 26.* Muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis. *Colum. l. 2. cap. 19.* Areas latas pedum denum faciunt. *Id. l. 3. c. 13.* Sulcum faciunt latum pedum quinque. ¶ Latus clavus. V. *Clavus*. ¶ *Culpa lata* a Juriſconſultis dicitur, quæ manifeſta eſt & inexcuſabilis. *Ulpian. Digeſt. 21. 1. 31.*

Latus, eris, n. 3. *lato*, *fianco*, צלע, Ger. *die ſeite*, Gal. *coté*, Hiſp. *lado*, πλευρόν, πλευρά, quod eſt infra alam, a *latendo*, quia latet, traditurque ſub axillis. *Iſid. l. 11. c. 1.* *Cic. pro Cluent.* Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor, quem Græci πλευρῖτιν vocant, Ital. *punta*. *Cicer. 3. de Orat.* Dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumptus. ¶ Metonymice pro viribus, & ſpiritu ponitur. *Cic. de Sen.* Cum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus ſuaſiſſem. *Id. de Sen.* Neque ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ *A latere* dicuntur cari, & amici Principum, qui eorum lateribus ſemper adſunt. *Liv. l. 24. c. 5.* Ab latere inde eos nominant Tyranni, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores, gemituſque concurrerunt. *Curt. l. 3. c. 5.* Cum ad perniciem ejus etiam a latere ipſius pecunia ſollicitaret hoſtis. ¶ Lateri alicujus adhærere, eſt vicinum eſſe. *Liv. l. 29. c. 25.* procul abeſſe libertatis auctores Romanos; lateri adhærere gravem dominum. *Quintil.* Adjungere aliquem lateri filii, *provvederla di guida, e maeſtro*. ¶ Tegere, aut claudere latus dicitur, qui ad latus alicujus incedit, & quidem loco exteriore, & minus honorato. *Sueton. in Claud. c. 24.* In Capitolium eunti, & inde revertenti latus texit. *Horat. l. 2. ſat. 5. v. 17.* Vis ne, tegam ſpurco Damæ latus? *Juven. Sat. 3. v. 131.* Divitis hic ſervi claudit latus ingenuorum filius. ¶ Latus alicui fodere dicuntur, qui pulſato leviter latere comitis, de quopiam tranſeunte admonere ſolent, vel de alia quavis re, quod præcipue nomenclatorum officium. *Horat. l. 1. ep. 6.* Mercemur ſervum, qui dictet nomina, lævum Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram Porrigere. Huc pertinet & illud *Ter. Hec. 3. 5. 16.* Dic juſſiſſe te. Ph. Noli fodere: juſſi. ¶ Latus præbere, latus tegere, &c. Gladiatorum etiam ſunt, cum vulneribus ſe exponunt, aut ab iis defendunt. Hinc, latere tecto diſcedere, apud *Terent. Heaut. 4. 2. 5.* eſt periculum evadere, illæſum diſcedere. Tranſlate *Flor. l. 3. c. 5.* Nudum Imperii latus oſtentabant procul Marius, & Sylla. ¶ Latus dicitur etiam de aliis rebus. *Cic. 3. Leg.* Latera inſulæ. *Ovid. 10. Met.* latus campi. *Id. ib. l. 1.* Latus aeris. *Vitruv.* Latus templi. *Tacit.* & *Cæſ. l. 1. B. G. c. 25.* latera exercitus, *le ale*. ¶ Aliquando latus accipitur pro ipſo comite, qui latus tegit. *Martial. l. 6. epigr. 68.* Eutychus ille, tuum, Caſtrice, dulce latus. ¶ Item pro genere, & familia. *Plin. in epiſt.* A meo tuoque latere.

Digitized by Google

Latuſculum, li, n. 2. parvum latus. *Catul. ad Thallum*, *epigr.* 21. Ne laneum latuſculum, manuſque mollicellas inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. *Lucr. lib.* 4. *verſ.* 311. Quin etiam quæcunque latuſcula ſunt ſpeculorum.

Lavăcrum, *n.* 2. *dove ſi lava*, *bagno*, [Hebrew], Ger. *bad*, Gal. *lavoir*, Hiſp. *lavadero*, λουτρὸν, balneum, in quo quis lavari commode poteſt, a ſup. *lavatum*, ut *involucrum* ab *involutum*. *Gel. l.* 1. *cap.* 2. Lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus, ædium poſitu refrigerantibus lavacris.

Lavandria, orum, neut. vaſa, aliaque ad lavandum inſtrumenta. Vox eſt *Laberii*, quæ inter obſoletas, & nimis licenter effictas refertur a *Gell. l.* 16. *c.* 7.

Lavatĭo, onis, f. *lavazione*, λοῦσις, λουτρόν, lavandi actus, a ſup. lavatum. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Lavatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere. ¶ Item lavacrum, ſeu balneum. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 5. Et ante te certiorem faciam, ut lavatio parata ſit. *Phædr. fab.* 63. *v.* 22. Lautio argentea. h. e. vaſa ad lavandum apta, ex argento.

Lavātor, oris, m. ponitur pro fure. *Acr. in Hor. l.* 1. *ep.* 17. Laverne dicta a lavando: Nam fures lavatores dicuntur. Voſſius dubitat, an hic locus ſanus ſit, & ſuſpicatur legendum eſſe. *levando*, & *levatores*.

Lavatrina. V. Latrina.

Lavatūrus, a, um, partic. a lavor, a ſup. lavatum. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 12. Sacra lavaturas mane petebat aquas.

Laudabĭlis, le, n. 3. *lodevole*, Germ. *lœblich*, Gal. *louable*, Hiſp. *digno de ſer alabado*, αἰνετός, ἐπαινετός, quod merito laudari poteſt. *Cic. in Bruto*. Nonne cernimus, vix ſingulis ætatibus binos Oratores laudabiles conſtitiſſe? *Id.* 1. *Offic.* Quarum etſi laudabilior eſt defenſio. ¶ Veteres Critici cum in perlegendis Scriptoribus aliquid laude dignum inveniebant, notabant adſcripta litera *L.* h. e. *laudabilis*, vel *laus*: aut *L. L.* h. e. *locus laudabilis*: cujuſmodi notas non ſemel reperiri in manuſcriptis Varronis, teſtatur *Scalig.* & alii.

Laudabilĭtas, atis, f. *Leg.* 1. *Cod. de metallar.* Comes metallorum hoc titulo inſignitur: Laudabilitas tua.

Laudabilĭter, adv. *lodevolmente*, Ger. *lœblich*, Gal. *louablement*, Hiſp. *loablemente*, ἀξιεπαίνως, cum laude, & commendatione. *Cic.* 5. *Tuſc.* Quid? ad recte, honeſte, laudabiliter, poſtremo ad bene vivendum ſatiſne eſt præſidii in virtute? *Valer. Max. l.* 5. *c.* 4. Quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus ſubvenit.

Laudāte, adv. idem, ac laudabiliter. *Orat. ante Exilium*, *quæ perperam Ciceroni olim tribuebatur*, *c.* 3. Non obeſt mihi turpis, & nocens, ſed honeſtiſſime, laudatiſſimeque acta vita. *Plin. l.* 36. *c.* 6. Regias domos laudatiſſime adornavit.

Laudatĭo, onis, f. *lode*, [Hebrew], Ger. *lobung*, Gall. *louange*, Hiſp. *alabança*, αἴνεσις, ἐγκώμιον, laudantis oratio, commendatio. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 6. Quam lauream cum tua laudatione conferam? *Id. pro Cal.* Lectiſſimos viros cum legatione ad hoc judicium, & cum graviſſima, atque ornatiſſima laudatione miſerunt. *Id.* 2. *Fin.* Lege laudationes non eorum, qui ſunt ab Homero laudati. *Senec. epiſt.* 101. Aliud eſt laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem, cujus officium oratione conſtat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non verba illi benigna hominum, ſed judicia promittimus.

Laudatīvus, a, um, ἐγκωμιαστικός, quod laudet, quod laudationi eſt accommodatum. Unde Laudativum genus orationis a Rhetoribus dicitur, quod alio nomine Demonſtrativum vocant. *Quint. l.* 2. *c.* 16. Laudativam totam, quæ eſt pars Rhetorices tertia.

Laudātor, oris, m. *lodatore*, [Hebrew], Ger. *lober*, Gal. *celuy qui loue*, Hiſp. *alabador*, ἐπαινετής, ἐγκωμιαστής, qui laudat, teſtis innocentiæ, vel virtutis alicujus. *Cic. poſt Red.* Qui rerum mearum geſtarum laudatores fuerunt. *Id. Attic. l.* 6. *ep.* 2. Laudator integritatis, & elegantiæ.

Laudātrix, icis, f. quæ laudat. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 2. Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudātus, a, um, *lodato*, ἐπαινετός, laudibus celebratus, laudibus abundans, part. a laudor. *Cic. in Fam.* 5. *ep.* 12. Qui non tantum laudari ſe lætatur, ſed addit etiam a laudato viro. *Plin. l.* 36. *c.* 21. Laudatiſſimi ſunt in Melo, Sciro, Æoliis inſulis. *Id. l.* 12. *c.* 8. Saccharum & Arabia fert, ſed laudatius India.

Laudĕa, vel ludea, æ, f. idem ac laus. Quidam ſic legunt apud *Plaut. Ciſtel.* 1. 3. 53. Pariter laudeam, & lætam. Alii *laudem*.

Laudemium, aut Laudimium, ii, n. vox ſequioris latinitatis, quæ accipitur pro præmio, quod datur pro renovatione emphyteutica. *l.* 3. *Cod. de jur. Emphyt.*

Laudicœnus, i, m. cœnipeta, qui cœnam laudat. *Plin. l.* 2. *ep.* 14. Inde jam non inurbane σοφοκλεῖς vocantur: iiſdem latinum nomen impoſitum eſt, laudicœni.

Laudo, as, avi, atum, a. 1. *laudare*, *lodare*, הלל, Ger. *loben*, Gal. *louer*, Hiſp. *alabar*, αἰνέω, ἐπαινέω, commendo, verbis extollo, aſſero, a *laus*. Differt a probo, quia re magis probamus, laudamus verbis. *Cic. ad Att. l.* 11. *ep.* 20. Laudantur exquiſitiſſimis verbis legiones. ¶ Laudare cum exceptione, eſt non integre. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr.* Neque te patior cum exceptione laudari. ¶ Ponitur etiam pro nominare, & appellare, item pro citare, & in teſtem adducere. Ratio eſt, quod Antiqui non ſine laude aliquem nominare ſolebant, præſertim cujus teſtimonio uti vellent. Unde genus illud loquendi, *Laudare aliquem teſtem*, pro *nominare*. *Plaut. Capt.* 2. 3. 66. Id ſcias, Jovem ſupremum teſtem laudo. *Cic.* 3. *de Or.* Atque hæc quidem ab his Philoſophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta ſunt, quod eo ſæpius teſtificor, quod auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. id eſt his Philoſophis nominatim citandis, quos auctores harum rerum habeo. Adde *Gel. l.* 2. *c.* 6. ¶ *Virg. Georg.* 2. *v.* 412. Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Ubi *Turneb. l.* 18. *adverſ. c.* 14. laudare, inquit, poſitum eſſe pro rejicere, vituperare, quemadmodum eſt ἐπαινεῖν apud Græcos. Verum non eſt neceſſe verbum *laudo* hic a propria in inſolentem ſignificationem traducere: ſenſus enim eſt: lauda quidem eos, qui latifundia poſſident, tu tamen agros parvos excole.

Laver, eris, n. vel f. 3. *berla*, herba, vulgo berla, & berula, in aquis naſcens, frutice pingui, recto, foliis latis oluſatro ſimilibus, ſed minoribus, & odoratis. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Laver quoque naſcens in rivis, condita, & cocta torminibus medetur.

Laverna, f. 1. *Laverna*, Dea, in cujus tutela fures eſſe putabantur, a λαβεῖν, *accepiſſe*, quaſi Laberna, *b* converſo in *v*, vel a levo, ideſt, furor, quaſi Levarna. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 60. Labra movet, metuens audiri: pulcra Laverna, Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri. ¶ Ponitur & pro fure ipſo. *Auſon. epiſt.* 4. *ad fin.* Hic eſt ille Theo poeta falſus, Bonorum mala carminum Laverna.

Lavernālis Porta, una ex Portis urbis Romæ, ita dicta, quod ibi ara Lavernæ Deæ fuerit. *Var. l.* 4. *de L. L.* & *Feſt.*

Lavernĭo, onis, m. fur, ita dictus, quod ſub Lavernæ tutela eſſet. *Feſt.*

Lavinĭa, f. Λαβινία, filia fuit Latini Regis Aboriginum, ſeu Laurentum, & Amatæ. Primum Turno deſponſata eſt, deinde Æneæ tradita eſt in matrimonium, ita Diis per ſigna, & Oracula jubentibus. *Virg. Æn.* 7. & 12. *Liv. l.* 1.

Tom. I.

Lavinienſis, ſe, ad Lavinium pertinens. Lavinienſes ſunt Lavinii incolæ. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. *a med.*

Lavinium, n. 2. prius Lavinum, teſte Servio, *Città Lavinia*, urbs olim Latii, in colle, nunc oppidulum Campaniæ Romanæ, apud Ardeam. ¶ Conditum fuit ab Ænea, anno tertio poſt Trojæ excidium, & ita appellatum a Lavinia uxore, filia Latini Regis Aboriginum.

Lavinius, & Lavinus, a, um, adject. a Lavinio. *Virg.* 1. *Æn.* Laviniaque venit litora. *Id.* 4. *Æn. v.* 236. Nec prolem Auſoniam, & Lavinia reſpicit arva.

Lavo, as, lavi, lavatum, lautum, lotum, a. 1. *lavare*, [Hebrew], Ger. *baden*, Gal. *laver*, Hiſp. *limpiar*, λούω, de corpore, νίπτω, de manibus, πλύνω, de veſtibus, eſt abluere, quod ſordidum eſt, aqua purgare. *Virg.* 3. *Ecl.* Omnes in fonte lavabo. *Horat.* 1. *Serm. ſat.* 6. *v.* 125. Aſt ubi me feſſum Sol acrior ire lavatum admonuit. ¶ Interdum ſignificat madefacere, humectare. *Plaut. Pſeud.* Geſtas tabellas tecum, eas lacrymis lavas. ¶ Item purgare, expiare, translate. *Terent. Phorm.* 5. 7. 80. Venias nunc precibus lautum peccatum tuum. ¶ Præteritum *lavavi* pro *lavi* habet *Plaut. Truncul.* 1. 2. 94. Jam exbibit: jam lavavit. Particip. *lavaturus* V. ſupra ſuo loco. ¶ Obſervandum eſt, Latinos, cum de balneis ſermo eſt, *lavare* uſurpare interdum pro *lavari*; niſi malis ſubintelligere accuſativum *ſe*, aut *corpus*, &c. *Plaut. Truc.* 2. 3. 3. Si amentur mulieres, quamdiu lavant, omnes amantes balneatores ſient. *Terent. Eun.* 3. 5. 47. Ventulum huic facito, dum lavamus: ubi nos laverimus, ſi voles, lavato.

Lavo, is, a. 3. idem quod lavo, as. *Horat. l.* 3. *od.* 12. Miſerarum eſt, neque amori dare ludum, neque dulci mala vino lavere. *Id. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 24. Ora manuſque tua lavimus, Feronia, lympha. Adde *Lucr. l.* 5. *v.* 948.

Laurĕa, f. 1. *foglia di lauro*, Germ. *lorberblat*, Gal. *feuille de laurier*, Hiſp. *laurea*, δαφνίς, δάφνης φύλλον, propria lauri folium appellatur perpetuo virens, & topiario operi accedens. *Ovid.* 3. *Faſt.* Cedit ab Iliacis laurea cana focis. *Plin. l.* 15. *cap.* 30. Unius arborum Latina lingua nomen imponitur viris, unius folia diſtinguuntur appellatione, laureas enim vocamus. ¶ Aliquando ponitur pro lauro. *Horat.* 2. *Carm. od.* 15. Tum ſpiſſa ramis laurea fervidos. ¶ Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. *Plin. l.* 7. *c.* 30. *de Cicerone*: Salve primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. *Cic. de Provinc. Conſ. c.* 12. Si in Capitolium ingredi victor cum inſigni illa laurea geſtiret. ¶ Interdum metonymice laurea, & laurus pro re militari a gloria, aut victoria ponitur, vel quia ipſa eſt victoriæ præmium, vel quia victores lauream ferebant in ſinum Jovis Capitolini. Hinc *Plin. Paneg. c.* 14. Cum Parthica lauro gloriam patris augeres. *Stat. l.* 4. *Sylv.* Laurus Indica. *Cic.* 1. *Offic. c.* 22. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Laureātus, a, um, *coronato*, *o ornato di lauro*, Ger. *gekrœnt*, Gal. *couronné de laurier*, Hiſp. *laureado*, δαφνηφόρος, qui laurea coronatus, vel circumvolutus eſt. *Cic. pro Mur.* Qui imaginem patentis ſui laureatam in gratulatione ſue conſpexit. *Plin. l.* 35. *c.* 18. Teotumque non cum laureatis faſcibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenilſent. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Poſtes laureati. ¶ Laureatæ literæ erant, quæ alicujus victoriæ nuntium ferebant, atque ideo lauro ornabantur. *Tacit. in Agr. c.* 18. & *Lamprid. in Alexandr. cap.* 58. ¶ Laureati lictores, qui ante Magiſtratus laurea ornati, poſt aliquam victoriam, incedebant. *Cic. Attic. lib.* 7. *ep.* 10.

Laurens, tis, n. Λαυρεντινός, adject. a Laurentio opp. *Virg.* 12. *Æn.* Laurentis regia Pici. *Virg.* 12. *Æneid.* Te quoque Laurentes viderunt Æole campi oppetere. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Laurens prædium.

Laurentalĭa, n. 3. Λαυρεντάλια, feriæ in honorem Accæ Laurentiæ, cui Sacerdotes in Velabro ſacrificabant. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Laurentes, m. 3. pop. Latii litoralis, iidem fere, ac Oenotrii, & Pelaſgi, quorum metropolis Laurentum. *Plin.* V. *Laurens*.

Laurentĭa. V. Acca Laurentia.

Laurentīnus, a, um, adject. idem quod Laurens. *Plin. lib.* 2. *ep.* 17. Laurentinum meum. h. e. prædium. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 5. *n.* 6. Laurentina via. ¶ *Laurentina Porta* apud *Var. l.* 5. *L. L.* ſunt ipſa Laurentalia.

Laurentum, n. 2. urbs Latii, verſus oram maris Tyrrheni. Videtur eſſe locus qui nunc dicitur *Pratica*. Dictum eſt vel a ſylva laurea, qua exciſa ædificatum eſt, vel, ut Priſcianus ait, a lauro ibi primum inventa, dum Picus hanc urbem conderet. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Laureola, æ, f. 1. dim. a laurea, & pro corona triumphali capitur. *Cicer. l.* 2. *Fam. ep.* 10. Velles enim, tantum modo ut haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis. ¶ Laureolam in muſtaceo quærere, eſt ex re frivola inſignem laudem captare. V. *Eraſmum*. *Cic. ad Att. l.* 5. *ep.* 20. Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis eſſe par: in eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere.

Laureŏlus, m. 2. latro ſceleratiſſimus, qui in crucem ſublatus a feris devoratus fuiſſe dicitur. Quæ fabula aliquoties Romæ in ſpectaculis repræſentata eſt. *Juven. Sat.* 8. *v.* 186. Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, judice me, vera dignus cruce. Domitianus hanc fabulam repræſentaturus nocentiſſimum quendam ultimo ſupplicio damnatum in crucem erigi juſſit, & immiſſa urſa dilacerari, atque ita rea vere, non ficta ſpectaculum populo exhibuit. *Martial. in Amph. Cæſ.* Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo, non falſa pendens in cruce Laureolus.

Laureōtis, otis, f. ſpodium, ſeu cinis, qui, dum argentum in fornace uritur, in ipſa fornacis area colligitur ex favillis argenteis ſurſum aſcendentibus, ac deinde in aream decidentibus. *Plin. l.* 34. *cap.* 13. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam vocant laureotin.

Laurētum, i, n. *luogo pieno di allori*, Ger. *lorbeer garten*, Gall. *lieu plein de lauriers*, Hiſp. *lauredal*, δαφνών, locus in quo laurorum copia eſt, ut roſetum, myrtetum, ſpinetum. *Plin. l.* 15. *c. ult.* Quando lauretum in Aventino vocatur, ubi ſylva lauri fuit. ¶ Plerique codices habent *loretum*, ea ſcilicet ratione, qua *caudex* & *codex*, *cauda*, & *coda* dicitur. Porro *Loreti* nomine dicti ſunt duo vici Urbis in regione decimatertia, quorum alter *Loretum majus*, alter *Loretum minus* appellabatur; ducta appellatione a ſilva lauri, quæ ibi quondam fuerat. *P. Victor. de regionib. Urb. Romæ*.

Laurētum, n. 2. *Loreto*, urbs recens Piceni, inter Recinetum, & oram maris Hadriatici, ubi templum auguſtiſſimum, in quo ædicula Deiparæ Mariæ virginis, ad quam peregrini ex tota Europa religionis cauſa quotidie confluunt.

Laurĕus, a, um, *di lauro*, δάφνινος, quod eſt ex materia lauri. *Ovid.* 2. *Triſt.* Ponat & in nitida laurea ſerta coma. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laurea corona. *Id. l.* 15. *c.* 15. Laurea pyra. h. e. odore laurum referentia. *Id. ib. c.* 25. Laurea ceraſa, *moraſche*, ita dicta, quod in lauro inſeti primum cœpta ſunt.

Laurĭces, m. 3. cuniculi, aut fœtus cuniculorum a matre exſecti, vel uberibus abiti, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti gratiſſimis in cibis habebantur. Vox eſt Balearica, etſi fortaſſe e Græcis profecta eſt, ideſt a λαυρος, *latus*, *multus*, *copioſus*, propter fœcunditatem hujus generis animalium. *Plin. l.* 8. *c.* 55.

Lauricŏmus, a, um, ornatus comas lauro, ut Montes lauricomi. *Lucret. l.* 6. *v.* 151. Lauricomos ut ſi per montes flamma vagetur.

Laurifer, ra, rum, δαφνηφόρος, ferens laurum. *Plin. l. 15. c. 30.* Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. *Luc. lib. 5. v. 332.* Lauriferos nullo comitetur vulnere currus.

Lauriger, ra, rum, δαφνηφόρος, gerens, ſeu ferens laurum. *Ovid. de Art.* Viſite laurigero ſacrata palatia Phœbo. Adde *Martial. l. 3. epigr. 66.*

Laurinus, a, um, *d'alloro*, δάφνινος, quod eſt lauri, vel ad laurum ſpectat. *Plin. l. 19. c. 8.* Exit & in cubitalem altitudinem foliis laurinis, ſed mobilibus. ¶ Item quod eſt ex lauro factum, ut Laurinum oleum, δαφνέλαιον. *Plin. l. 23. c. 4.* Oleum laurinum utilius, quo recentius.

Lauriotis, is, f. λαυριῶτις, ſpodus in argenti fornacibus: ita dicta ἀπὸ τοῦ Λαυρίου, qui Atticæ pagus fuit, ubi argenti metalla Athenienſibus aliquando fuerunt, ut *Pauſan. in Attic.* tradit. *Plin. l. 34. c. 13.*

Lauripotens, entis, epitheton Apollinis apud *Martian. Capel. l. 1. pag. 10.*

Lauronenſis, ſe, ad Lauronem pertinens, ut Lauronenſia vina, quæ laudat *Plin. l. 14. c. 6. ad fin.* Eſt autem Lauro, vel Lauron, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ. *Flor. l. 3. c. 22. & l. 4. c. 2.*

Laurus, f. 2. & 4. *lauro*, *alloro*, Ger. *lorberbaum*, Gal. *laurier*, Hiſp. *laurel*, δάφνη, genus arboris perpetua virens coma. Videtur a *laude* dici, quod ſit laudis, & gloriæ inſigne. Et quidem veteres dicebant *laudem* pro *lauro*, & *laudam* pro *laurea*. *Serv. ad 8. Ecl. Iſid. l. 17. c. 17.* A Græcis δάφνη appellatur, quæ res Poetis fabulandi occaſionem videtur præbuiſſe, Daphnen puellam fuiſſe, quæ, cum ab Apolline adamaretur, ejuſque vim effugere non poſſet, Deorum miſeratione in laurum verſa eſt. *Ovid. 1. Met.* ¶ Apollini, qui Delphis præcipue colebatur, ſacram eſſe credebant, eo, quod hæc arbor frondes ſemper virentes habeat, & Apollo ſemper juvenis, & imberbis eſſe exiſtimetur. Alii cauſam afferunt, quod ſpectatiſſima naſcitur in Parnaſſo. Alii, quod Apollo Daphnen puellam amavit, quo nomine etiam hæc arbor Græce appellatur. Hinc Apollinea, & Delphica cognominatur. *Ovid. 6. Faſt.* Venit Apollinea longas Concordia lauro nexa comas. *Hor. l. 3. Carm. ode 30.* Et mihi Delphica lauro cinge volens Melpomene comam. ¶ In igne ſtrepitum edit. Gyraldus dicit crepantem in igne laurum bonum fuiſſe omen, tacitam autem infelix. *Ovid. 1. Faſt.* Et non exiguo laurus aduſta ſono. *Tibull. lib. 2. eleg. 6.* At laurus bona ſigna dedit, gaudete coloni. *Prop. l. 2. eleg. 29.* Et tacet extincto laurus aduſta foco. ¶ Vates lauro veſci ſoliti fuere, quod valere crederent ad divinationem. *Juven. Sat. 7.* nectit quicumque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit. Hinc fatidica appellata eſt. Sed aliqui dicunt, fatidicam eſſe vocatam, vel quod Apollini fatidico Deo eſſet dicata, vel quod ex ejus crematæ ſtrepitu futura colligerentur. ¶ Erat ſignum pacis, & ea triumphantes coronabantur. *Plin. l. 15. c. 30.* Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, janitrix Cæſarum, Pontificumque, quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. *Id. l. 15. c. 30.* Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. ¶ Sola arborum fulmine non tangitur, ut Poetæ fabulati ſunt, & credidit etiam *Plin. l. 15. c. ult.* ubi plura Lauri genera recenſet. ¶ Legitur etiam laurus, us, in 4. declinat. *Senec. Oedip. verſ. 26.* Hoc me Delphicæ laurus monent. ¶ Laurus pro victoria. V. *Laurea*.

Laus, laudis, f. 3. *laude*, *lode*, *gloria*, *onore*, תהלה, Germ. *lob*, Gal. *louange*, Hiſpan. *alabança*, ἔπαινος, ἐγκώμιον, præconium, commendatio, gloria, ſplendor, decus, a λαὸς, *populus*, ut laus proprie ſit ſermo populi de virtute alicujus teſtantis, vel a λάω, *eloquor*, vel ab antiquo λαῦ, *fruor*, ut ſic dicatur, quia nullus virtutis major eſt fructus, quam laus. V. *Laudatio*. *Cic. Fam. 9. ep. 14.* Summis laudibus ad cœlum extollere. *Id. pro Planc. c. 3.* Laudi dare aliquid alicui. *Id. 15. Fam. ep. 6.* Ea eſt profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt. *Id. Verr. 5.* Ponere aliquid in laude. *Id. in Bruto:* Laus dicendi, Et, laus oratoria. h. e. facultas, ac eloquentia. ¶ Aliquando laus accipitur pro virtute, ſeu recte factis, quæ laude digna ſunt. *Virg. Æn. 1. v. 461.* Sunt hic etiam ſua præmia laudi. *Id. 9. Æn. v. 252.* Quæ vobis, quæ digna, viri, pro laudibus iſtis Præmia poſſe rear ſolvi?

Lauſus, m. 2. quem Dionyſius Ægeſtum vocat, filius Numitoris, & frater Iliæ, ſeu Rheæ Sylviæ, & ab Amulio Albanorum Rege per dolum necatus. *Dionyſ. l. 1. Rom. Antiq. Ovid. 3. Faſt. Boc. l. 6. Gen.* ¶ Alius fuit Mezentii filius, quem Æneas interfecit, cum parentem vulneratum defenderet. *Virg. 10. Æn.*

Lauſus, us, m. planctus, ejulatus, lugubris lamentatio. *Varr.* apud *Non. c. 1. n. 234.* Funus exſequiati, cum lauſu ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus. Alii leg. *plauſu*.

Laute, adv. *ſplendidamente*, Germ. *herrlich*, Gal. *ſplendidement*, Hiſp. *eſplendidamente*, λαμπρῶς, ſplendide, eleganter. *Plaut. Caſ. 4. 1. 10.* Laute veſtitus, exornatuſque ambulat. *Id. Mil. 4. 11.* Loquitur laute, & minume ſordide. *Terent. Adelph. 5. 1.* Laute munus adminiſtraſti tuum. *Nepos in Chabr. c. 3.* Quod vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius. *Cic. 2. Leg. c. 1.* Villa lautius ædificata. *Id. de Amic. c. 28. ex veteri Poeta.* Lautiſſime ludere.

Lautia, orum, n. 2. ἐδέσματα, eſculenta, ſupellectilia, & alia ad lautiorem victum accommodata, quæ Legatis exterarum Nationum, & etiam hoſpitibus ſuppeditabantur. Dicta ſunt a *lautus*, vel a *lavo*. nam veteres etiam *dautia* pro *lautia* dixere. *Liv. l. 28. c. 39.* Locus inde, lautiaque Legatis præberi juſſa. *Id. l. 30. c. 17.* Ad hæc ædes, libera loca, lautia Legatis decreta. Sunt qui hic legunt *lautiæ*, ut ſit gen. fœminini. *Id. l. 33. c. 24.* Macedones deducti in villam publicam, ibique iis locus, & lautia præbita. *Id. l. 45. c. 20.* Conſulti a M. Junio Patres, ſtantibus in comitio Legatis, ne locum, lautia, Senatumque darent, nullum hoſpitale jus in iis ſervandum cenſuerunt.

Lautitia, æ, f. *ſplendidezza*, *delicatezza*, πολυτέλεια, epularum magnificentia, vel generatim munditia, quæ in cibo, & in veſtitu ſit, a *lavatione*, vel potius a ſup. *lautum*, verbi *lavo*, quia apud antiquos elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro quis lavabat. *Feſt. Cicer. in Ep. 13. l. 9. Fam.* Fama ad te de mea nova lautitia veniet. *Id. ibid. ep. 20.* Lautitia, munditia, elegantia. *Sueton. in Cæſ. cap. 45.* Lautitiarum ſtudioſiſſimus. ¶ Lautitia farina appellabatur ex tritico aqua conſperſo. *Feſtus*.

Lautiuſculus, a, um, adject. diminut. aliquantum lautus. *Apul. l. 7. Metam.* Veſtem lautiuſculam proferunt.

Lautulæ, arum, f. 1. Θερμαί, locus fuit in urbe Roma, non procul a Jano Gemino, a ſup. *lautum* verbi *lavo*. *Varro l. 4. de L. L.* Lautulæ a lavando, quod ibi ad Janum Geminum aquæ calidæ fuerunt. ¶ Fuerunt & Lautulæ extra Urbem. *Feſt.* Lautulæ, locus extra Urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi uſum exercebant.

Lautumarius, m. 2. qui lautumias incolit. *Cic. in Piſon. c. 9.* juxta codices antiquos, ut Turnebus monet *l. 21. Adverſ. c. 15.* In vulgatis eſt *laternarius*. Ita vocat ſodalem Catilinæ, quaſi qui aliquando lautumiæ, ſive carceris colonus fuiſſet.

Lautumiæ, vel latumiæ, vel latomiæ, arum, f. λατομία, lingua Siculorum ſignificat lapicidinam, ſeu locum cæſis lapidibus exſectum, teſte *Aſconio in Verr. de Præt. urb.* Hinc *Plaut. Pæn. 4. 2. 5.* Vel in lautumiis, vel in piſtrino mavelim ætatem agere. ¶ Præcipue ita appellatus eſt carcer Syracuſanus, de quo *Cic. Verr. ult. c. 27.* Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis: Opus eſt ingens magnificumque regum, ac tyrannorum. Totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, &c. ¶ Inde nomen tranſlatum eſt ad Romanos carceres. *Liv. l. 32. c. 26.* Triumviri carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam habere juſſi.

Lautus, a, um, *lavato*, [illegible], Ger. *zierlich*, Gall. *magnifique*, Hiſp. *aſſeado*, *magnifico*, λελουμένος, partic. verbi *lavo*, a ſup. *lautum*. *Hor. 2. Sat. 3.* Lautis mane ſenex manibus currebat. *Cic. pro Dejot.* Cur ita lautum voluit, cœnatum noluit occidere? ¶ Tranſlate ſumitur pro mundo, nitido, eleganti, magnifico, delicato, *lauto*, *delicato*, λαμπρὸς, [illegible]. Cauſa tranſlationis eſt, quod homines magnifici, & ſplendidi crebro admodum ſe ſe in balneis lavarent. *Cic. in Verr. 3. c. 6.* Cum iſte, atque iſtius amici, homines lauti, atque urbani ſermones hujuſmodi diſſiparent. *Id. 1. Fam. ep. 14.* Valde jam lautus es, qui gravere literas ad me dare. ¶ Lauta cœna dicitur, quæ magnifice, opipareque eſt inſtructa. *Id. l. 9. Fam. ep. 18.* ¶ Sumitur etiam pro divite, potenti. *Cic. Aſinio l. 13. Fam. ep. 31.* In Haleſina civitate tam lauta, quam nobili. *Id. pro Rab.* Lautum, & copioſum patrimonium. ¶ Item pro magno. *Cic. Att. l. 6. ep. 1. circa med.* Lautum negotium. ¶ Comp. lautior, ſup. lautiſſimus. *Cic. 15. Fam.* Nihil tibi erit lautius, nihil glorioſius. ¶ *Id. pro Planc. c. 26.* Lautiſſimi in iis locis ſolent eſſe. ¶ *Nonius c. 4. n. 180.* ait, lautum dici etiam inquinatum, maculatum. Verum quæ affert exempla ex *Virg. & Accio*, id non ſatis confirmant.

Lax, fraus, unde lacio. *Feſtus*.

Laxamentum, ti, n. *rallentamento*, [illegible], Ger. *ein nachlaſſung*, Gall. *relaſche*, Hiſp. *floxura*, ἄνεσις, relaxatio, remiſſio, dilatatio, quies. *Cic. pro Cluent.* Non modo cauſæ, ſed ne legi quidem quidquam per Tribunos plebis laxamenti datum. *Id. Att. l. 12.* Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum. *Liv. l. 7. c. 38. in fin.* Dare laxamentum cogitationibus.

Laxatio, onis, f. actus laxandi; ſpatium interjectum. *Vitruv. l. 4. c. 7.* Trabes ita ſint compactæ, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.

Laxativus, a, um, adject. *laſſativo*, qui ad ſolvendum, & laxandum pertinet, ut laxativa cataplaſmata. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 3.*

Laxatus, a, um, adject. remiſſus, ſolutus, dilatatus, *rilaſſato*, *allargato*. *Cic. in Somn. Scip.* Qui jam vixerunt, & corpore laxati. *Id. de Senect. c. 3.* Libidinum vinculis laxati. *Id. 1. Tuſc.* Laxatus curis. *Tacit. 3. hiſt. c. 25.* Laxati ordines. *Plin. l. 19. c. 1.* Lini membrana laxatur.

Laxe, adv. *largamente*, Germ. *weit*, Gall. *largement*, Hiſp. *anchamente*, χαλαρῶς, laxe, large, cui anguſte contrarium eſt. *Cic. pro Domo.* Habitare laxe, & magnifice voluit. *Var. l. 2. de R. R. c. 10.* De numero paſtorum alii anguſtius, alii laxius conſtituere ſolent. *Plin. l. 2. c. 13.* Ab his Mercurii ſtella laxiſſime, ſuppl. *vagatur*.

Laxitas, atis, f. *ampiezza*, *capacità*, εὐρυχωρία, amplitudo, capacitas. *Cic. 1. Offic. c. 39.* In domo, in quam hoſpites multi recipiendi, adhibenda eſt cura laxitatis. *Colum. l. 4. c. 18.* Laxitas ſemitarum. *Pallad. l. 1. c. 5.* Laxitas aeris, *luogo dove campeggia l'aria*. ¶ Item remiſſio, ut laxitas animi, apud *Senec.*

Laxo, as, avi, atum, a. 1. *rallentare*, רפה, Germ. *weit machen*, Gal. *laſcher*, Hiſpan. *afloxar*, χαλάω, χαλῶ, laxum facio, quod tenſum erat, remitto, ut Laxare arcum, fides, rudentes, &c. *Cic. in Bruto.* Quanto facilius non modo laxare modos, ſed totos mutare poſſumus? ¶ Tranſlate accipitur pro *dilatare*, ſeu ampliare, *allargare*. *Cicer. Att. lib. 4.* Ut monumentum illud eo uſque laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus. *Plin. l. 11. c. 14.* Laxatur hic plaga, non adimitur. ¶ Item pro aperire. *Virg. 2. Æn.* Laxat clauſtra Sinon. ¶ Item pro lenire. *Cic. in Brut.* Laxaret judicum animos, atque a ſeveritate paulliſper ad hilaritatem, riſumque traduceret. ¶ Item pro *relaxare*, & ex re, quod debebatur, aliquid remittere. *Cic. ad Att. l. 6. ep. 1.* Tantum abeſt, ut ex eo, quo aſtricti ſumus, aliquid laxari velim. ¶ Item pro liberare cura, & ſollicitudine, pro recreare. *Cic. pro Roſc. Amer.* Habet animi laxandi cauſa rus amœnum, & ſuburbanum. *Id. de Orat.* Aliquando ab hac contentione diſputationis animos noſtros, curamque laxemus. *Id. l. 5. Fam. epiſt. 14.* Ut iſtis te moleſtiis laxes. ¶ *Stat. 1. Achil.* Innumerus ſervum laxatur in uſus. hoc eſt ad plurimas res inſervit. ¶ *Liv. l. 26.* Annona haud multum laxaverat, h. e. parum decreverat annonæ pretium.

Laxus, a, um, n. t. 2. *rallentato*, רפה, Germ. *luck*, Gall. *laſche*, Hiſp. *floxo*, χαῦνος, χαλαρός, remiſſus, languidus, non tenſus, ut Laxi arcus, laxæ fides, laxi rudentes, laxa vela, a χαλάω, *laxo*. *Ovid. de arte am. v. 516.* Ne vagus in laxa pes tibi pelle natet. *Virg. 11. Æn.* Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. ¶ Hinc Laxæ habenæ per Tranſlationem pro molli, & leni imperio, tranſlatione ab equis ſumpta. *Virg. 1. Æn.* Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas. ¶ Accipitur etiam pro amplo, capaci. *Colum. l. 1. c. 3.* Quam minus reddat laxus ager non recte cultus, quam anguſtus eximie. ¶ Item pro longo. *Cic. ad Att. l. 6.* Ego ſic diem ſtatuo ſoris laxum. ideſt, tempus ſatis longum. *Proculus l. cum ſtipulatus, ff. de verb. oblig.* Cum ipſe arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim. i. e. cum diem protulerim. ¶ Comp. laxior, ſup. laxiſſimus. *Plin. in ep.* Quod poſt duos & Conſulares, & diſertos tempus ſibi, & quidem laxius vindicavit. *Cic. de Am. c. 13.* Commodiſſimum eſt quam laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. ¶ Laxæ opes, h. e. amplæ. *Martial. l. 2. epigr. 30.* Et cujus laxas arca flagellat opes. ¶ Laxa cutis, pro *mollis*, & veluti rugoſa. *Id. l. 3. epigr. 80.*

L ANTE E.

Lea, f. 1. idem, ac leæna, a leo, *lioneſſa*. *Lucr. l. 5.* Irritata leæ jaciebant corpora ſaltu. *Varro ad Cic. lib. 3.* Sicut nocet panthera, & lea. ¶ Lea item braſſicæ genus, latis foliis e caule exeuntibus, Græci λείαν appellant, hoc eſt, lævem, a foliorum lævitate. *Plin. l. 20. c. 9.* Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus. V. *Leæna*.

Leæna, æ, f. 1. *leona*, *lioneſſa*, לביא, Ger. *lœwin*, Gal. *lionne*, Hiſp. *leona*, λέαινα, leonis fœmina, quæ & lea appellatur, a voce Græca allata. Veteres Grammatici Latinum eſſe negarunt, ut ſcribit Junius Philargyrius in 2. *Ecl. Virgilii. Iſid. l. 12. c. 2.* leænam totum eſſe Græcum, lea Latinum, ſed Poeticum eſſe ait. Sane antiquiſſimi Latini nec leæna, nec lea dixiſſe videntur, ſed leo fœmina. Monuit id Philargyrius, ac ſententia ejus confirmatur illo *Plauti in fragment. Vidular.* Nam audivi fœminam ego leonem ſemel parere. *Virg. 2. Ecl.* Torva leæna lupum ſequitur.

Leander, m. 2. Λέανδρος, juvenis nomen, ex Abydo Aſiæ oppido in litore Helleſponti ſito, qui cum Herus puellæ amore captus eſſet, quæ in oppoſito litoris oppido Seſto habitabat, noctu ad eam tranſnabat. Quod ubi aliquoties non infeliciter ceciſſet, jam audacior factus, cum mari tumido, & inpacato ſe ſe commiſiſſet, vi ventorum, fluctuumque victus, in Helleſponto ſubmerſus eſt. Fabulam hanc, aut fortaſſis hiſtoriam elegantiſſimo carmine apud Græcos proſequutus eſt Muſæus, a quo Ovid. mutuatus eſt argumentum Epiſtolarum Herus ad Leandrum, & Leandri ad Hero.

Lean-

Digitized by Google

Leandrius, a, um, adject. ad Leandrum pertinens, ut Helleſpontus Leandrius, apud *Silium* 8. *v.* 623.

Learchēus, a, um, adject. ad Learchum pertinens, *Ovid.* 6. *Faſt.* v. 491. Maſta Learcheas mater tumulaverat umbras.

Learchus, m. 2. *Λέαρχος*, Athamantis, & Inus filius, quem pater furore correptus occidit. Quod cum vidiſſet Ino, arrepto Melicerta altero filio, in mare ſe præcipitavit. Atque Ino quidem in Deam maris mutata eſt, quam Græci Leucotheam, Latini Matutam vocant, Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci Palæmona, Latini Portunum. *Ovid.* 6. *Faſt. Bocc. l.* 13. *Gen.*

Lebĕdus, f. 2. Ptolemæo Lebos, *Lebeditzi*, *Chiſar*, urbs Aſiæ minoris, in Jonia, in ora ſinus Jonici, inter Teon ad Bor. & Colophonem ad Auſt. Hic ſcenicorum hiſtrionum Collegium fuit, qui ludos, & certamina Libero Patri quotannis celebrabant. *Horat. l.* 1. *ep.* 11.

Lebes, etis, m. *pajuolo*, *caldajo*, כיור, Ger. *ein kessel*, Gal. *chaudiere*, Hiſp. *caldero*, *λέβης*, olla. *Serv. in* 3. *Æn.* & *Porphyr. in* 9. *Æn.* dicunt, eſſe vas æneum, in quo aliquid igni applicamus, ut ebulliat. Eſt a Græco *λέβης*, quod a *λείβω*, *fundo*, quoniam in eum aqua funditur. Latini tamen Auctores videntur ſignificare genus quoddam vaſis nobilioris, ut ſunt quæ Italice dicimus *bacini*, & *ſottocoppe*, & hujuſmodi. *Virg.* 3. *Æn.* Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas. *Id. Æn.* 3. *v.* 466. Stipatque carinis Ingens argentum, Dodonæoſque lebetes. Ubi *lebetes Dodonæos* quidam interpretantur vaſa rebus variis apta, ex ære Dodonæo præſtantiſſimo.

Lebinthus, f. 2. Lebynthos, *Levata*, *Λέβινθος*, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, al. Sporadum, non procul a Pathmo, & Lero. *Ov.* 8. *Met.*

Lechæum, n. 2. *Lefteſocori*, *Λέχαιον*, opp. & navale Corinthiorum, ad ſin. Saronicum, Cenchreis alteri oppido, & navali ad ſinum Corinthiacum adverſum, a Corintho 12. ſtad. a Cenchreis 70. in Or. Sed aliis contra Lechæum eſt in iſthmo ad ſinum Corinthiacum, ſeu Criſſæum, Cenchreæ in ſinu Saronico ad Ortum Corinthi, & Lechæum vix 46. ſtad. diſtat a Cenchreis in Occ. *Propert. l.* 3. *eleg.* 19. (*al.* 20.) *v.* 19. Deinde per Jonium vectus cum feſſa Lechæo ſedarit placida vela phaſelus aqua.

Lecte, adv. cum electione, *con iſcelta*. *Cic. de Orat. c.* 68. Optimis ſententiis, verbiſque lectiſſime dicere.

Lectīca, f. 1. *lettica*, צב, Ger. *ein tragbett*, Gal. *litiere*, Hiſp. *litera*, *φορεῖον*, *κλίνη*, cathedra, aut ſedes, qua ferebantur divites, & potentes, in qua pulvinar, & lectulus ſtratus erat, a *lectus*. Quod ſi a ſex ſervis geſtaretur, *hexaphorum* dicebatur, ſi ab octo, *octaphorum*. Tenuiores autem vel duobus contenti erant. *Juven. ſat.* 3. Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. Adde *Cic. l.* 20. *Attic.*

Lecticariŏla, æ, f. 1. mulier, quæ ſubit lecticarii officium, vel potius quæ lecticariorum (id erat viliſſimum ſervorum genus) amores ſectatur, ut ancillariolus, qui ancillari officio fungitur, vel qui ancillarum inſanit amore. *Mart. l.* 12. *epigr.* 58. Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipſa lecticariola eſt: eſtis, Alauda, pares.

Lecticarius, rii, m. *portatore di lettica*, Ger. *ſeſſeltrager*, Gal. *porteur de litiere*, Hiſp. *moco de litera*, *κλινοφόρος*, *φορειαφόρος*, qui lecticam defert. *Serv. Sulpic. ad Cic.* 4. *Fam. ep.* 12. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis in urbem eum referre.

Lectīcŭla, æ, f. *lettighetta*, *κλινίδιον*, dim. a lectica. *Cic. Mario*. Ut noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula circumcurſare poſſis. *Liv. l.* 23. *c.* 42. Scipio lecticula in aciem illatus.

Lectio, onis, f. *lezione*, מקרא, Germ. *das leſen*, Gall. *lecon*, Hiſp. *lecion*, *ἀνάγνωσις*, actus legendi. *Cic. ad Att. l.* 2. *epiſt.* 13. Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo graviorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem relegerit? *Quint. l.* 1. *c.* 8. In lectione puer ſciat, ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, &c. ¶ Item electio, *ſcelta*. *Suet. Aug. c.* 35. Senatorum affluentem numerum ad modum priſtinum redegit duabus lectionibus. ¶ Item collectio, *raccolta*. *Col.* 2. *c.* 2. At ſaxoſum facile eſt expedire lectione lapidum.

Lectīpes, edis, f. *κλινοπόδιον*, herba ſerpillo ſimilis, ſurculoſa, palmi altitudine. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Lectiſternator, oris, m. 3. qui menſam, ac lectulos diſcubitorios ſternit. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 29. Tu iſto lectiſterniator, tu argentum eluito.

Lectiſternium, ii, n. *θεοξένια*, non privatorum cubiculorum fuit, ſed erat ſacrificii genus, in quo Diis in templis pulvinaria, ſive lecti ſternebantur, conviviumque iis apponebatur. Dictum eſt lectiſternium, quia lecti ſternerentur. Idem vocatum eſt *daps*, aut *epulum*, quia cibi apponebantur. Sed appoſitis epulis non ipſi Dii, ſed ſeptem Sacerdotes, qui dicti ſunt *Epulones*, fruebantur. *Liv. l.* 22. *c.* 10. Curatum lectiſternium, & per triduum habitum, decemviris ſacrorum curantibus: ſex pulvinaria in conſpectu fuere, Jovi & Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano, ac Veſtæ, ſextum Mercurio ac Cereri.

Lectito, as, avi, atum, a. 1. *leggere ſpeſſe*, *ἐπαναγινώσκω*, frequenter lego. *Cic. Bruto*. Pyrrhi te video libros lectitaſſe. *Id. Att.* 12. *ep.* 18. Lectitare auctores. ¶ Ponitur pro identidem colligere. *Valer. l.* 8. *c.* 8. Conchulas, & calculos in litore lectitaſſe.

Lectiuncŭla, æ, f. diminut. brevis lectio. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 1. Quin per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris.

Lecto, as, avi, atum, a. 1. idem ac lectito, frequentativum. *Hor. l.* 1. *Sat.* 6. *ad fin.* aut ego lecto, Aut ſcripto, quod me tacitum juvet.

Lector, oris, m. *lettore*, קורא, Ger. *leſer*, Gal. *lecteur*, Hiſp. *lector*, *ἀναγνώστης*, qui aliquid legit. *Cic.* 2. *de Orat.* Cum enim Brutus duos lectores excitaſſet, & alteri de Colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dediſſet, alteri de Lege Servilia.

Lectrix, icis, f. *lettrice*, quæ legit. *Inſcript. apud Fabrett. c.* 4. *n.* 347. Colit oſſa ejus Cande lectrix conjunx ejus. *Cledonius in Arte*, *pag.* 1822, *Putſch.* Dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia eſt communis generis.

Lectuālis, le, adject. *Spartian. in Adrian. c.* 23. In morbum incidit lectualem. h. e. qui diu in lecto ægrotum detinet, ut exponit *Salmaſ.* qui ibi notat, ipſius quoque hujuſmodi ægros *lectuales* dictos.

Lectŭlus, m. 2. *letto*, *letticello*, *κλινίδιον*, dim. a lectus. *Cic. Att. l.* 14. *epiſt.* 13. A ducenda autem uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam jucundius.

Lectum, n. 2. *Scorpiata*, *Λεκτόν*, prom. Troadis, in quod Ida mons deſinit, quod ab *Ariſtotele* Idæ promontorium appellatur, inter Troadem urb. ad Bor. & Aſſum prom. & urb. ad Mer.

Lectūrio, 2. 4. *ἀναγνωσείω*, deſidero legere. *Sidon. l.* 9. *ep.* 7. Cum merito lecturiremus.

Lectus, ti, m. 2. *letto*, מטה, Germ. *ein bett*, Gal. *lit*, Hiſp. *lecho*, *κλίνη*, *λέχος*, *κοίτη*, cubile, a *λέχος*. *Varroni* dictus videtur a legendo, hoc eſt, colligendis ſtramentis, quod lectis herbis, & frondibus veteres ſibi cubilia facerent. *Cic. Pæto*, *l.* 9. *Fam.* Dixit, te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares. *Id.* 7. *Ver. c.* 7. Nam pater grandis jam diu lecto tenebatur. ideſt, decumbebat, & morbo vexabatur. ¶ Antiqui lectos habebant, non ſolum in quibus dormirent, ſed etiam in quibus in tricliniis recumbentes cibum ſumerent, qui & *diſcubitorii*, & *tricliniares* vocantur, ad quorum differentiam lectos cubiculares vocat *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 63. quibus nocturnæ quietis cauſa in cubiculis utimur. *Id. Ver.* 4. Non quæro unde habueris quinquaginta tricliniorum lectos. *Hor. lib.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 11. In obſequium plus æquo pronus, & imi deriſor lecti. ¶ Lectus funebris dicebatur, in quo mortui cadaver collocabatur. *Val. Max. l.* 4. *c.* 4. Cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit. ¶ Lectus Genialis. V. Genialis. ¶ Lectus adverſus erat, qui novæ nuptæ magnifice ſternebatur, atque in nuptiis ipſis lectus *Genialis* vocabatur, poſt nuptias vero *Adverſus*, quia ex adverſo ante januam collocatus erat, tanquam conjugii monumentum, & pignus. In eo ſedebant matresfamilias lanificio operam dantes. *Labor.* Materfamilias tua in lecto adverſo ſedet. ¶ Idem, mortua conjuge, mutabatur, & alius novæ nuptæ ſternebatur. *Propert. l.* 4. *eleg. ult. v.* 85. Seu tamen adverſum mutarit janua lectum, Sederit & noſtro cauta noverca toro. Vide *Lipſ. l.* 1. *Elect. c.* 17. ¶ Alienum lectum concutere, violare, eſt adulterii crimen committere. *Juven. Sat.* 9. *Ovid. l.* 1. *de ar. am.* ¶ Invenitur & lectum, i, n. *Ulp. l. librorum*, *ff. de leg.* 3. Legatum lectum continet & fulcra. ¶ Et lectus, us, m. 4. *Plaut. Amph.* 1. 3. 15. Prius abis quam lectus, ubi cubuiſti, concaluit locus.

Lectus, us, m. 4. *ſcelta*, *elezione*, *συλλογή*, electio, ſive collectio. *Tac. l.* 4. *hiſt. c.* 70. Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas veterano pedite, atque equite firmavit. Optimæ tamen editiones habent *delectu*.

Lectus, a, um, adject. particip. a *lego*, & eſt idem ac electus, *ſcelto*, *ottimo*, *λεκτός*, *ἄριστος*. *Virg.* 9. *Æn.* Viginti lectis equitum comitatus. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 37. Lectis, & illuſtribus verbis utendum eſt. *Id.* 3. *Ver. c.* 6. Lectiſſimi, atque ornatiſſimi viri. *Id. l.* 1. *Inv. c.* 31. Ut neque vir melior, neque fœmina lectior in terris ſit. *Stat. l.* 3. *Silv.* 1. Lectiſſimus juvenum. ¶ Item collectus, *raccolto*. *Quint. l.* 6. *c.* 14. Oſtendi lecta a vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas.

Lecythus, f. 2. *vaſo dell' oglio*, *uſello*, פך, Ger. *oelkrug*, Gal. *pot a huile*, Hiſp. *azeytera*, *λήκυθος*, ampulla olearia, vaſis genus ventre protuberante, oreque anguſtiore, oleo aſſervando accommodatum. Sed vox Græca eſt. Tranſlate quemadmodum *ampulla*, ſic & *lecythus* accipitur pro oratoriis pigmentis, & coloribus, ducta metaphora a pictoribus, qui in hujuſmodi vaſis pigmenta habent ad colorandum. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 14. Totum hunc locum, quem ſoleo pingere, de flamma, de ferro (noſti illas *ληκύθους*) valde pertexuit. Hinc & *Plin. l.* 1. *ep.* 2. Non tamen omnino Marci noſtri τὰς *ληκύθους* fugimus, quoties paulum itinere decedere non intempeſtivis amœnitatibus admonebamur.

Leda, f. 1. *Λήδα*, Tyndari Laconiæ Regis uxor, quam cum Jupiter adamaret, transformatus in cygnum cum ea concubuit, ex quo congreſſu Leda duo peperit ova, unum immortale, ex quo nati ſunt Pollux, & Helena, alterum mortale, ex quo Caſtor, & Clytemneſtra.

Ledæus, a, um, adject. ad Ledam pertinens, ut Ledæi fratres, h. e. Caſtor & Pollux. *Ovid. ad Liviam*, *v.* 283. Dii Ledæi, iidem. *Id.* 1. *Faſt. v.* 706. Ledæum ovum, h. e. cycni. *Martial. l.* 8. *epigr.* 33. Ledæa ſidera, h. e. ſignum Geminorum, qui ſunt Caſtor & Pollux. *Lucan. l.* 4. *v.* 526. Ledææ Amyclæ, h. e. Laconicæ urbs, in qua Caſtor & Pollux nati ſunt, *Sil. l.* 2. *v.* 434.

Legālis, le, n. 3. *coſa che a legge s' appartiene*, *νομικός*, quod ad legem pertinet. *Quinct. l.* 3. *c.* 10. Aliquando etiam incidere poſſunt legales tractatus in privata maxime conſilia. *Id. l.* 3. *c.* 5. Legale genus quæſtionum.

Legalĭter, adverb. ſecundum leges. *Caſſiod. l.* 4. *ep.* 37.

Legarium, rii, n. idem, quod legumen. *Varr. de R. R. l.* 1. *c.* 32. Cæteraque, quæ alii legumina, alii (ut Galliani quidam) legaria appellant.

Legatarius, ii, m. *legatario*, is, cui ex teſtamento aliquid legatum eſt. *Paul. l.* 14. *Dig. de Uſurpationib.* In ea re legata legatarius quodammodo hæres eſt.

Legatarius, a, um, adject. ut legataria editio munerum, ſeu ludorum, quæ ſcil. teſtamento mandata eſt. *Tertul. de Spectac. c.* 6. Legataria Provincia, quæ alicui eſt delegata. *Cic. Att. l.* 15. O rem miſeram, primum ullam ab iſtis, dein, ſi aliquam, hanc legatariam Provinciam, &c. Eſt ibi tamen varia lectio.

Legatio, onis, f. *legazione*, *ambaſciaria*, Germ. *botſchaffe*, Gal. *ambaſſade*, Hiſp. *embaxada*, *πρεσβεία*, *πρέσβευσις*, actus legandi, legatorum miſſio, munus, officium, functio legati. *Cic. de ep. gee. Or.* Quod legationem ementitus eſſet. *Id.* 8. *Phil.* Etenim cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet, ejus monumentum extare voluerunt, ut in bellis periculoſis obirent homines legationis munus audacius. ¶ Legationes liberæ dicebantur, quæ ornamenti tantum cauſa ab Senatu impetrabantur, quemadmodum Honorarii Magiſtratus a Principibus honeſtamenti cauſa conceduntur, tituloque tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ii Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hæreditates perſequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant, aut votum ſolvere. Nam legatorum perſonis acceptis, commendabiliores controverſias habebant, atque favorabiliores. Ideo autem liberæ dicebantur, quia introire in Urbem, & rurſus exire liberam legationem habentibus licebat. Nam ceteri magiſtratus, qui extra Urbem gerebantur, ingredientibus in Urbem deponendi erant. *Cic.* 3. *de Leg.* & *l.* 15. *ad Attic. ep.* 11. *ad fin.* V. *Manut. in ep. ad Q. Fr.* ¶ Legationem accipere, obire, gerere, ſuſcipere, &c. *Ciceronis* ſunt, *Quintil.* & *Nepotis*. ¶ Interdum legatio ponitur pro ipſis Legatis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Miſſa ad Achillem legatio. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 4. Senatus haberi non poteſt, niſi perfectis, aut rejectis legationibus. h. e. legatorum negotiis.

Legatitium. V. Legativum.

Legativum, vi, n. 2. dicebatur id, quod dabatur Legato nomine viatici, & impenſæ. *Ulpian. in l. munerum*, *ff. de Muner. & hon.* Legati quoque, qui ad ſacrarium Principis mittuntur, quia viaticum, quod legativum dicitur, interdum ſolent accipere, ſed & nicoſtrategi, & piſtrinorum curatores perſonale munus ineunt. *Id. l.* 2. *ff. de leg.* His, qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legativum ex forma reſtituitur. Alii *legatitium* legunt.

Legātor, oris, m. qui aliquid legat per teſtamentum. *Suet. in Tib. c.* 31. Quæ rata voluntas legatoris eſſet.

Legatum, ti, n. *legato*, Germ. *das vermacht iſt*, Gall. *legat*, Hiſp. *legado*, *τὸ καταλειπόμενον δῶρον*, diminutio quædam hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod univerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit. *Plin. ep.* 44. Illa, ut in periculo credula, poſcit codicillos, legatum Regulo ſcribit. *Quinct. l.* 4. *c.* 14. Petere legatum ex teſtamento. *Cic.* 7. *Att. ep.* 3. Hortenſii legata cognovi.

Legātus, ti, m. 2. *Legato*, *Ambaſciatore*, מלאך, Ger. *geſandter*, Gal. *ambaſſadeur*, Hiſp. *embaxador*, *πρεσβευτής*, qui legatione fungitur, ſive qui refert mandata alterius, a *legando*, ideſt, mittendo, quia Legati a Senatu, vel a Rege legantur, ſeu mittuntur. *Cic. in Vatin.* Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut Legati ex ejus Ordinis auctoritate legarentur. ¶ Legatus item in bello dicebatur, *luogotenente*, *ἀντιστράτηγος*, *ὕπαρχος*, vicarius Imperatoris, qui Imperatoris vice fungebatur, aut ejus locum tenebat. Maximam Imperatore abſente in exercitu

Digitized by Google

vita obtinebat auctoritatem, & ab illo ſum parte copiarum in expeditionem mittebatur, ei præſidio præficiebatur. *Caſ. l. 1. B. C.* Neque ſe ignorare, quod ſit officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum fiduciariam operam obtinere dicit, quia redeunte Imperatore, aut Conſule, cedere eum oporteret. *Cic. pro Cluent.* Qui M. Æmilio clariſſimo viro Legati, & Præfecti, & Tribuni militares fuerunt. ¶ Præterea Legati dicebantur, quos Proconſules, & Prætores ituri in Provincias ſibi adjungebant, vel a Senatu accipiebant, conſiliorum, atque officii adjutores. *Nepos in Attico*, c. 8. Præfecturas delatas ſic accepit, ut neminem in Provinciam ſit ſecutus: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Aſiam, cum apud eum legati locum obtinere poſſet. non enim decere ſe arbitrabatur, cum præturam gerere noluiſſet, aſſeclam eſſe Prætoris. ¶ Denique temporibus Imperatorum Legati dicebantur, qui ſoli mittebantur ad adminiſtrandas Provincias, eas, inquam, Provincias, quas Imperator ſibi reſervaſſet: Unde & Legati Cæſarum dicti ſunt, & Legati Prætorii, ſeu pro Prætore. *Spartian. in Adrian. c. 3.* V. ibi *Salmaſ.* & *Caſaub.* Iidem & Conſulares ſunt appellati, cum ſc. ii Conſulares provinciae mittebantur. *Trebell. Pol. in Cenſorino cap. 1.* Hic Conſul, quarto Proconſul, tertio Conſularis, legatus Prætorius ſecundo, &c. Hic quoque *Salmaſium* conſule.

Legens, entis, *leggitore*, *lettore*, lector. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 7. v. 25.* Nunc precor, ut vivant, & non ignava legentum Otia delectent, admoneantque mei. *Plin. l. 8. c. 16.* Quæ a me collecta quæſo, ut legentes boni conſulant.

Legibilis, le, adject. qui legi poteſt, *che ſi può leggere*, ἀναγνωστόν. *Ulp. l. 1. ff. de his, qui in teſtam.* Sufficit, ſi legibilia ſint.

Legicrepa, æ, m. fabula, qui leges crepat, ſeu inculcat. *Var. Atacinus apud Fulgent.* Legicrepæ tundunt, latrans fora, claſſica turbant.

Legifer, ra, rum, *legislatore*, νομοθέτης, qui legem fert. *Ovid. 3. Amor. eleg. 9.* Optavit Minos ſimiles ſibi legifer annos. *Virg. 4. Æn. v. 58.* Legifera Ceres. Has enim, inventis frugibus, leges prima dicitur condidiſſe, & homines ad ſocietatem collegiſſe. Hinc ejus ſacra a Græcis Θεσμοφόρια appellata.

Legio, onis, f. *legione*, τάγμα, certa militum manus, in qua cives R. militabant, a legendo dicta, quod milites legerentur. *Var. l. 4. de L. L.* Dividebatur in decem cohortes peditum: Cohors in quinquaginta manipulos: Manipulus vigintiquinque milites habebat. His adjungebantur equites in tres centurias diviſi, ac ſubinde in turmas. De ſingulis hiſce nominibus V. ſuis locis. ¶ Numerus militum in legionibus non ſemper idem fuit. Nam ſub Romulo legio fuit trium millium peditum, & trecentorum equitum; vel, ut alii volunt, tres legiones fuere ex mille peditibus, & equitibus centum. Deinde poſt Sabinos in civitatem receptos, ſcribit *Plutarchus*, duplicatum eum numerum fuiſſe. Bello Punico ex quatuor millibus conſtabant, teſte *Livio l. 21.* Bello Aſiatico contra Antiochum ex quinque millibus, & quadringentis, ut ſcribit *l. 37. c. 39.* Bello Perſico ex ſex, teſte *eod. l. 42.* Denique *Vegetio* legio eſt 6666. militum. ¶ Varius quoque fuit ipſarum legionum numerus. Nam primo una tantum conſcripta fuit, deinde creſcentibus Reip. opibus, uſque ad decem, & amplius crevere, prout Senatui viſum, vel bellum ipſum poſtulavit. ¶ Legiones ex ſolis R. civibus conſtabant, auxilia ex ſociis. Quod ſi aliquando ſervi aſciti, id neceſſitate factum eſt, ut poſt cladem Cannenſem, bello Punico ſecundo. Interdum tamen legiones & de auxiliis, & de externis quoque gentibus ducuntur. *Liv. lib. 37.* Duæ legiones Romanæ, quæ ſociorum, & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos ſingulæ habebant. *Plaut. Amph. 1. 1. 62.* Teleboæ ex oppido legiones educunt ſuas. ¶ Variis nominibus Romanæ legiones diſtinguebantur, vel ab ordine, ut prima, ſecunda, tertia, viceſima, &c. vel ab inſtitutoribus, ut Auguſta, Claudiana, Galbiana, &c. vel a Provinciis devictis, ut Parthica, Gallica &c. vel a Deorum nominibus, ut Apollinaris, Venerea &c. vel denique ab eventibus, ut Victrix, fulminatrix &c. Ab his interdum data nomina oppidis, in quibus hyemandi cauſa conſederunt, vel circa quæ agros Imperatorum munere conſecutæ ſunt, ut Legio Victrix, *Viery*, Legio Germanica, *Léone*. &c. V. *Geographos*. *Cæſar l. 1. B. G. c. 43.* Legionem paſſibus CC ab eo tumulo conſtituit. *Liv. l. 29. c. 24.* Ibi eas legiones ſupplevit, ut &c. *Cic. 1. Fam. ep. 17.* Quid exiſtimem de legionibus, quæ decretæ ſunt in Syriam. ¶ De legionibus accurate ſcripſere *Onuphr. Panvin. Veget. Maxim.* & præſertim *Lipſ. de Roman. militia*.

Legionarius, a, um, adject. ad legionem pertinens, ut legionarius miles, *Aſin. ad Cic. l. Fam. 10. ep. 32.* Centurio legionarius, Legionariæ cohortes, *Liv. l. 10. c. 43.* &c. Legionarii defenſores, *Caſ. l. 3. B. C.*

Legirupa, æ, f. *che rompe la legge*, παράνομος, qui legem frangit. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 119.* Perjure, legirupa, pernicies adoleſcentum.

Legirupio, onis, m. idem, ac legirupa. *Plaut. Rud. 3. 4. 4.* Accedat prope hunc legirupionem.

Legirupus, a, um, adject. qui legem violat, a *lex*, & *rumpo*. *Prudent. Hamartig. v. 238.* Omnia legirupis quaſſamia viribus orbem.

Legislator, vel legumlator, oris, m. *legislatore*, מְחוֹקֵק, Germ. *geſetzgeber*, Gall. *legislateur*, Hiſp. *legislador*, νομοθέτης, legis ſcriptor, qui leges fert, qui jura ſtatuit, vel præſcribit. Duæ voces ſunt, & ſeparatim uſurpantur a Scriptoribus, Cicerone præſertim. *Liv. l. 34. c. 31.* Noſter legumlator non in paucorum manu Remp. eſſe voluit. *Cic. a. Catil.* Ipſum latorem legis Semproniæ juſſu populi pœnas Reipub. dependiſſe. *Id. pro Mur.* Me & Conſulem, & legis ambitus latorem, & tam ſevere geſto Conſulatu cauſam L. Murenæ attingere.

Legitime, adv. *legittimamente*, Germ. *rechtlich*, Gal. *legitimement*, Hiſp. *legitimamente*, νομίμως, juſte, ratione legum obſervata. *Cic. pro Cæc.*, ſe, qui legitime procurator dicitur. *Id. 1. Off. c. 4.* Juſte, & legitime imperanti.

Legitimus, a, um, o. t. z. *legittimo*, Ger. *nach rechte*, Gal. *legitime*, Hiſp. *legitimo*, νόμιμος, ἔννομος, quod eſt æquum, juſtum, conveniens, & ſecundum legem factum, a *lege*. *Cic. in Ver. 7. c. 32.* Quam illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere. *Liv. l. 25.* Ætas legitima ad petendum conſulatum. *Cic. 1. Invent.* legitima neptis. *Id. de Lege Agrar.* legitimum impedimentum. *Senec. l. 4. Controverſ.* Legitima verba. h. e. verba legis. *Juſtin. in proœm. Inſtitut.* legitima ſcientia. h. e. ſcientia legum. ¶ *Legitimus Senatus* dictus eſt, qui legitimis diebus vocabatur. cui opponitur *indictus*, ſcil. vocatus extra ordinem. *Capitolin. in Gordian. c. 11.* Non legitimo, ſed indicto Senatu die conſul venit in Curiam. ¶ Legitima, orum, dicuntur ſolemnes ritus legum, & judiciorum. *Nepos in Phocion. ſub fin.* Inde judicio, legitimis quibuſdam confectis, damnatus, traditus eſt undecim viris, &c. ¶ Legitimum etiam dicitur, quod verum eſt, & cui nihil deeſt, quod & *juſtum* vocatur. *Senec. in Claud. c. 11.* Anniverſarium in caſtris Prætor, ſive venatione, apparatuque, juſtum atque legitimum in ſequiem exhibuit. *Ovid. 3. de Arte.* Quid, cum legitima fraudatur litera voce? Legitimum carmen erat, quod in Saliaribus quibuſdam ſacrificiis canebatur: ita dictum, quod erat legitime conceptum, & religioſe, & ſolemniter ediſcebatur, & recitabatur, quemadmodum legales formulas juris ſolent. Hos idem dicitur neceſſarium a *Cic. l. 2. Leg. c. 23.* Hinc & *Tertul. de fuga in perſecut.*

c. 3. legitimam vocat Orationem Dominicam, quia pro lege perdiſcenda, & in orando uſurpanda eſt.

Legiuncula, æ, f. ταγμάτιον, parva legio. *Liv. l. 35. c. 49.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris Regis.

Lego, as, avi, atum, a. 1. *mandare legati*, *ambaſciadori*, שָׁלַח, Germ. *eine botſchafft außſenden*, Gall. *envoyer en ambaſſade*, Hiſp. *embiar embaxador*, πρεσβεύω, ἀποστέλλω, in legationem mitto, legatum mitto. Conſtruitur cum caſibus motus ad locum. *Cic. 5. Ver.* Nobilem Andronicum Centuripinum legatum ad Apronium. *Sal. in Jug. c. 25.* Legantur tamen in Africam majores natu. ¶ Interdum legare verbum eſt militare, idem ſignificans, quod legatum ſibi facere, & parti copiarum aliquem præficere. *Cic. Att. l. 15. ep. 11.* Dolabella me ſibi legavit. ¶ Metaleptice capitur pro committere. *Plaut. Caſ. 2. 1. v. 15.* Quin potius, quod legatum ſit tibi negotium, id curas? ¶ Item pro aſſignare, adſcribere, imputare. *Liv. l. 28. c. 42.* Patere, nos omnia, quæ proſpera tibi, & Populi R. imperio evenere, tuo conſilio aſſignare, adverſa caſibus incertis belli, & fortunæ legare. ¶ Eſt item decernere, & teſtamento aliquid alicui relinquere, *laſciare per teſtamento*. *Cic. pro Cæc. c. 4.* Uſumfructum omnium bonorum Cæſenniæ legat. *Id. in Top. c. 4.* Paterfamilias uxori ancillarum uſumfructum legavit a filio, neque a ſecundo hærede legavit. h. e. ut ei traderetur a filio. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cic. in Famil. l. 3. epiſt. 8.* Ut privatæ rei cauſa legari putarem. ideſt legationem, ſeu legatum mitti.

Lego, is, egi, ectum, a. 3. *raccogliere*, לָקַט, Ger. *leſen*, Gal. *lire*, Hiſp. *leer*, συνάγω, συλλέγω, proprie eſt colligere, hinc, atque illinc decerpere, vel eligere, a λέγω. *Virg. 3. Ecl.* Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. *Id. 2. Ecl.* Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. ¶ Metaleptice accipitur pro ſcripta oculis percurrere, quia literæ, voceſque colliguntur, ut oratio fiat, *leggere*, ἀναγινώσκειν. *Cic. Mario l. 7.* Dummodo is tibi quidvis potius, quam orationes meas legerit. ¶ Item quoniam nautæ, dum eſpera loca prætereunt, legere, ideſt, colligere vela conſueverunt, quandoque accipitur pro præterire, vel prænavigare, *paſſare*. *Virg. 3. Æn.* Litoraque Epiri legimus. Adde *Liv. lib. 45.* ¶ Item pro ſurripere, *rapire*, quod ea, quæ furamur, colligimus. *Virg. 10. Æn.* Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas? *Horat. lib. 1. ſat. 3. v. 117.* Et qui nocturnus Divum ſacra legerit. Hinc legere alicujus ſermonem, eſt furtim arripere, & excipere. *Plaut. Pſeud. 1. 4. 21.* Hec concedam, ut horum ſermonem legam. ¶ Item pro eligere, *ſcegliere*. *Liv. l. 40. c. 51.* Cenſores fideli concordia Senatum legerunt, Princeps electus eſt ipſe Cenſor, tres ejecti; retinuit quoſdam Lepidus a collega prætericos. *Pompejus ad Conſules ſub epiſt. 12. l. 8. ad Attic.* Cum iis militibus, quos Fauſtus legit. *Liv. lib. 23.* Legere in demortui locum. *Cic. pro Cluent.* legere in Senatum. *Gell. l. 4. cap. 10.* Legere aliquem principem in Senatum. *Virg. Æn. 11. v. 632.* Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir. h. e. ſibi quiſque hoſtem deſignat, quem feriat. Nonnulli hic *legere* pro ferire accipiunt. Nam hoc ſenſu & *Plaut.* videtur uſurpare *Amph. 1. 1. 160.* Alia forma oportet eſſe, quem tu pugno legeris.

Legula, læ, f. pars concava aurium, quæ exterius patet. Gloſſæ exponunt μίστρον, h. e. cochlear, a ſimilitudine. Alii intelligunt imam partem aurium, quia ligulam, h. e. laminam refert. V. *Voſſ. Etymol.* in V. *Legula*. *Sidon. lib. 1. ep. 2.* Aurium legulæ crinium ſuperjacentium flagellis operiuntur.

Leguleius, ii, m. *leggiſta*, *colui che ſtudia nelle leggi*, Germ. *ein juriſt*, *vorſprach*, Gall. *legiſte*, Hiſp. *letrado*, νομικός, qui legum ſtudia ſectatur, ſeu verſetur in legibus. *Cic. 1. de Orat. c. 55.* Ita & tibi Juriſconſultus per ſe niſi leguleius quidam cautus videtur.

Legulus, li, m. συλλογεύς, qui uvas, aut oleas colligit. *Cat. cap. 144.* Legulos, quot opus erit, præbeto. *Calphurn. ecl. 3. v. 49.* extremas legulus cum ſuſtulit uvas. *Var. l. 5. de L. L.* A legendo leguli, qui oleam, aut uvas legunt.

Legumen, inis, n. *legume*, זֵרַע, Ger. *hülſenfrucht*, Gal. *legume*, Hiſp. *legumbre*, ὄσπριον, quicquid ex terræ ſatis in ſiliquis naſcitur, ut ſunt fabæ, piſum, ciser, lens, & ſimilia, a legendo, quod manu legatur. *Var. l. 1. R. R.* *Virg. 1. Georg. v. 74.* Unde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Legumentum, ti, n. 2. idem, quod legumen. *Gel. l. 4. c. 11.* Nullo ſæpius legumento Pythagoram dicit uſum, quam fabis.

Leguminarius, a, um, ad legumina pertinens. *Inſcript.* apud *Muratr. pag. 915. n. 3.* Negotiatrix frumentaria, & leguminaria.

Leguminoſus, a, um, adject. leguminis abundans, ut leguminoſæ epulæ, apud *Celſum*.

Leiostrea, vel Liostrea, æ, f. λειόστρεον, oſtrea levi cortice. *Lamprid. in Heliogab. c. 19.* Primus fecit de piſcibus iſicia, primus de oſtreis, leioſtreis, & aliis marinis conchis.

Lelegeis, idis, f. Miletus, Joniæ urbs. *Plin. l. 5. c. 29.* ¶ Lelegeides Nymphæ, apud *Ovid. 9. Metam. v. 652.*

Lelegeius, a, um, quod ad Lelegas ſpectat. *Ovid. 8. Met. v. 6.* Interea Minos Lelegeia litora vaſtat. h. e. Megarenſia Atticæ proxima.

Leleges, m. 3. vel Lelegæ, m. 1. genus hominum ex variarum gentium colluvie mixtum, quæ ſedibus carentes diu erraverunt, quaſi λελεγμένοι, i. e. collecti, quod diverſis e locis collecti ſunt, a λέγω, colligo. *Dionyſ. l. 1. Strabo l. 7. Euſtath.* *Dionyſius* eoſdem facit, atque Aborigines. Sed *Ariſtoteles in Polit.* Leleges dicit fuiſſe populos Acarnaniæ, & eorum appellationem ad Lelegem quendam Leucadium refert, cujus nepotem ex filia tradit fuiſſe Teleboam. ¶ Hoc nomine ſpeciatim appellati fuere populi Achajæ apud Locros Epicnemidios. Aliqui dicunt, Lelegas olim appellatos fuiſſe, quos poſtea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephiſus amnis in mare labitur. *Plin. l. 4. c. 7.* ¶ Item pop. Theſſaliæ, ſeu Acarnaniæ. *Ariſt. in Polit.* ¶ Item populi Aſiæ Caribus conterminui, vel ipſi Cares. Horum originem nonnulli ad Theſſalos referunt. *Serv. in 8. Æn.* Alii narrant, Leleges Aſiæ populos origine Græcos fuiſſe, qui primum inſulas tenuerunt, indeque in continentem tranſgreſſi, partim in Myſia ad Adramyttenum ſinum conſederunt, ubi & Homerus majorem Lelegum partem videtur collocare, partim in eo Joniæ tractu, qui Cariæ eſt proximus: unde etiam Plinius tradit Miletum Joniæ totius caput Lelegeida olim fuiſſe appellatam. *Virg. 8. Æn.* Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos finxerat. *Ovid. 9. Met.* Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererras.

Lema, f. 1. λήμη, humor albus in oculis concretus, ex quo lippitudo naſcitur. *Plin. l. 23. c. 1.* Vel ſi lemæ in oculis erunt.

Lemanus, i, m. 2. *lago di Geneva*, Germ. *Genfferſee*, Gal. *lac de Geneve*, & *lac de Loſanne*, Λήμαννος, lacus Allobrogum, in Gallia Narbonenſi, in Sabaudia, ul. inter Galliam Lugdunenſem, & Viennenſem. Habet a Sept. Helvetios, a Mer. Sabaudiam. Per eum Rhodanus ex Sedunis fluit, ad cujus egreſſum Geneva urbs ſita eſt.

Lembulus, li, m. diminut. a *lembus*, lembunculus. *Prudent. in Vincent. v. 455.* Lexique vectum lembulo Amplum per æquus auferas.

Lembunculus, i, m. dim. a lembus. *Tac. l. 14. Ann. c. 5.* Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam.

Lem-

Digitized by Google

Lembus, *i*, maſc. *brigantino*, *fregata*, *galeotta*, λέμβος, naviculæ exiguæ genus, ſed miræ velocitatis, cujuſmodi ante claſſem explorandi gratia ſolent præmitti. Pro *lembus* reperias *limbus* apud *Iſid. l.* 19. *c.* 1. item in Gl. Iſid. inque Gl. Arabicolat. ¶ Erant autem & majores lembi, bello utiles. *Liv. l.* 5. Antenor, qui cum claſſe lemborum ad Phanas ſtabat, Caſſandream inde trajecit. ¶ Erant & minores ſcapharum inſtar, quibus fiebat a litore ad onerarias advectio. *Plaut. Merc.* Dum hæc aguntur, lembo advehitur pater tuus pauxillulo. ¶ Lembi etiam inter naves actuarias annumerantur. *Liv. l.* 44. Neve ipſe navim ullam præter duos lembos, qui non plus, quam ſexdecim remis agerentur, haberet. ¶ Item notat lyntres fluviatiles. *Virg.* 1. *Georg.* Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum remigiis ſubigit.

Lemma, atis, n. λῆμμα, ſumptio, aſſumptio in ſyllogiſmo, quomodo Dialectici uſurpant, quaſi τὸ λῆψιν, a λαμβάνω, *ſumo*. *Cic.* 2. *de Div. c.* 53. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea, quæ λήμματα appellant Dialectici, ſed nos Latine loqui malumus. ¶ Accipitur item pro materia epigrammatis, aliuſve ſcripti, ſeu pro themate, aut argumento, ut loquuntur, quod nobis in carmine, aliove opere efficiendo proponimus, quodque in ſcribendo ſolet carminis, aliove operi præfigi paucis verbis, & veluti ſuccinctus titulus indicat totum id, de quo in opera diſſeritur. *Auſon. in præfat. Parent.* Sed quoſdam ſolet commendare materia, & aliquoties fortaſſe lectorem ſolum lemma ſolicitat tituli, ut feſtivitate perſuaſus & ineptiam ferre contentus ſit. *Plin. ep.* 91. Nam lemma ſibi ſumpſit, quod ego interdum verſibus ludo. *Martial. l.* 14. *epigr.* 2. Lemmata, ſi quæris, cur ſint adſcripta, docebo: Ut, ſi malueris, lemmata ſola legas.

Lemniacus, a, um, quod ad Lemnum ſpectat. *Ovid.* 2. *Met.* Stirps Lemniaca. *Stat.* 3. *Sylv.* Antra Lemniaca. *Martial. l.* 5. *epigr.* 7. Lemniacæ catenæ. h. e. in Lemno inſula a Vulcano factæ.

Lemnias, adis, f. Λημνιάς, mulier a Lemno. *Ovid. heroid. ep.* 6. *v.* 52. Lemniadeſque viros nimium quoque vincere norunt. *Stat. Theb.* 5. *v.* 500. Lemnias exſul. *h. e.* Hypſipyle.

Lemniſcatus, a, um, lemniſco ornatus. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 35. Multas eſſe infames palmas, hanc primam tamen eſſe lemniſcatam, quæ Romam deferatur.

Lemniſcus, ſci, m. 2. *fiocco*, תחלים, Ger. *bander an kraentzen*, Gal. *rubans*, *flocons*, Hiſp. *bendas*, *o bandas*, λημνίσκος, faſciola colorata dependens ex coronis, a λῆνος, *lana*, quod antiquum genus coronarum fuit lanearum. *Feſt.* *Voſſio* maxime placet Heſychii ſententia, qui docet eſſe verbum Syracuſanum, ac notare tæniam anguſtam. Λημνίσκος, inquit, τὴν στενὴν Συρακούσιοι ταινίαν. V. *Turneb. l.* 18. *c.* 3. & *Caſ. Bulling. lib. de ſpoliis bellicis*, *cap.* 17. Quidam a *lamna*, h. e. *lamina* dici arbitrantur, ut prius fuerit lamniſcus, & unius literæ mutatione lemniſcus. Ratio hujus ſententiæ eſt, quod lemniſci ſæpe fuerunt ſive ex auro, ſive ex alio metallo. Sed antiquitas fuiſſe laneos docet *Feſtus*. *Plin. l.* 21. *c.* 3. Craſſus dives primus argento, auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit, acceſſerunt quoque & lemniſci, quos adjici, ipſarum coronarum honos erat, propter Hetruſcas, quibus jungi, niſi aurei, non debebant. ¶ Accipitur etiam pro linamento, quod chirurgi vulneribus imponunt, oleo, vel unguento illitum, *taſta*. *Celſ. l.* 7. *cap.* 28. Intus implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lemnius, a, um, quod eſt ex Lemno. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 2. Saxa Lemnia. *Id. in Ibin.* Lemnia turba.

Lemnos, f. 2. *Stalimene*, Λῆμνος, inſ. Græciæ, in mari Ægæo, ſatis fertilis, & plana. Dicta etiam eſt Hypſipylea, ſeu Hypſiphilea, ab Hypſipyle, ſeu Hypſiphila filia Thoantis, quæ in ea regnavit. ¶ In Lemno inſ. colebatur Vulcanus Deus ignis. Unde & Lemnius ardor, Λήμνιον πῦρ, dicitur a Poetis. Nam, ut eſt in fabulis, cum Juno eum peperiſſet, eumque turpem conſpexiſſet, e cœlo in eam inſulam dejecit, in collem quendam Hephæſtiadi urbi imminentem. Hujus fabulæ occaſionem præſtitit collis ejus color, & ſterilitas. Nam & exuſto ſimillimus eſt, & nullam omnino plantam gignit. ¶ In ea quotannis terra illa effoditur, quæ Lemnia terra dicitur. Hujus tres a Galeno enumerantur ſpecies, quarum una fullonibus in uſu eſt ad extergendas veſtes, altera fabris, quæ a Græcis μίλτος, a Latinis rubrica vocatur, tertia Medicis, quæ a Græcis σφραγὶς λημνία, hoc eſt, ſigillum Lemnium appellatur, ab imagine capræ, ut vult *Dioſcorides*, aut certe Dianæ, ut mavult *Galenus*, quæ illi imprimi ſolet.

Lemonia, vel Lemonia, nomen unius ex tribubus ruſticis Romanis, dicta a pago Lemonio, qui eſt extra portam Capenam, via Latina, ubi poſita erat. *Feſtus*.

Lemonium, n. 2. herba ſuccum lacteum emittens, concreſcentem gummi modo, humidis locis. Quidam volunt, eandem eſſe herbam, ac veratrum nigrum. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

Lemovices, m. 3. Lemovici, pop. & urbs Galliæ Aquitanicæ, caput regionis.

Lemures, urum, m. 3. *fantaſme*, Ger. *poltergeiſter*, Gal. *fantomes*, *eſprits*, Hiſp. *fantaſmas*, αἱ μορμῶνες, τὰ μορμολυκεῖα, νυκτερινοὶ δαίμονες, Dæmones nocturni, & noxii. A *Nonio* definiuntur Larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginum, & beſtiarum. Dicti ſunt quaſi *Remures* a *Remo*, cujus occiſi anima Romulus exagitabatur, *r* converſo in *l*. *Ovid.* 5. *Faſt.* Differunt Lemures, & Lares, quod illud nomen natura ſit commune, ſingulariter autem de noxiis dicatur, contra quam in Laribus ſit, qui propitii. *Apul. l. de Deo Socrat.* Lar dicitur familiaris, qui ea Lemuribus poſterorum ſuorum curam ſortitus pacato, & quieto numine domum poſſidet. *Var. l.* 1. *de vit. P. R.* Quibus temporibus in ſacris fabam jactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra januam ejicere. *Ovid.* 5. *Faſt.* Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum. ¶ In ſingulari num. *Apul. de Deo Socrat.* Eſt & ſpecies Dæmonum, animus humanus, emeritis ſtipendiis vitæ corpori ſuo abjurans, hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum.

Lemuria, orum, n. 2. feriæ Lemurum, ſic dictæ a Lemuribus, quibus ſacra hæc fiebant idibus Maji. Cum hæc ſacra celebrarentur, templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infauſtæ putabantur. Quæ res fecit locum proverbio, Malum menſe majo nubere. *Ovid.* 5. *Faſt.*

Lemuris, m. 3. *Lim*, *Lemo*, fl. Liguriæ, qui ex Apennino M. juxta Octavium, & Gavium opp. in Urbem fl. agri Alexandrini influit.

Lena, æ, f. *ruffiana*, Ger. *hurenwirtin*, Gal. *maquerelle*, Hiſp. *alcahueta*, μαστροπός, quæ mulieres quæſtuarias proſtituit, item ea, quæ alterius rei nomine hoc vitæ genus exercet, ut ſi qua cauponam exercens in ea corpora quæſtuaria habeat. *Ulp. l. palam*, *ff. de ritu nupt. Tibul. l.* 1. *eleg.* 6. Venit in exitium callida lena meum. ¶ Tranſlate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Num vides, quam blanda conciliatrix, & quaſi ſui ſit lena natura?

Lenæus, m. 2. Ληναῖος, unum ex Bacchi cognominibus, a ληνός, *lacus torcularis*. Aliqui deducunt a leniendo. *Virg. l.* 2. *Georg.* Huc Pater o Lenæe, tuis hic omnia plena muneribus.

Lenæus, a, um, adject. ad Lenæum, h. e. Bacchum pertinens. *Virg.* 4. *Æn. v.* 207. Lenæum libat honorem. h. e. vinum. *Id.* 3. *Georg. v.* 510. Latices infundere cornu Lenæos.

Lene, adv. idem quod leniter. *Mart. l.* 3. *epigr.* 50. Tepidum natabis lene

Congedi vadum. Nonnulli *lene* accipiunt pro navis parvæ genere, quæ declinetur *lene*, *is*, n. Verum ſi *lene* hic navigium ſit, minus proprie additur *natabis*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 60. Lenius, ac remiſſius dicere. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 2. Leniſſime ſentire.

Lene, is, n. V. Lene adv. & Lenis ſubſt. infra.

Lenimen, inis, n. idem quod lenimentum. *Ovid.* 11. *Met. v.* 450. Addidit illis hoc quoque lenimen, quo ſolo ſtrait amantem.

Lenimentum, i, n. *lenimento*, *carezzare*, הרפה, Germ. *eine linderung*, Gall. *alegement*, Hiſp. *halago*, ἄκεσμα, mulcimentum, mitigatio, id a quo aliquid lenitur. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Nuper invenere diſſectis raphanis inſerere helleborum, rurſuſque comprimere raphanos, ut tranſeat vis, atque eo lenimento dare.

Lenio, nit, nivi, vel nii, nitum, a. 4. *mitigare*, *placare*, הרגיע, Ger. *linderen*, Gal. *alleger*, Hiſp. *halagar*, πραΰνω, ἡμερόω, mulceo, placo, flecto. *Cic. ad Q. Fr.* Primum Dionyſopolitas, qui erant inimiciſſimi mei, lenivi. *Id.* Jam vero ipſe ſe placabit, & leniet provinciæ Galliæ. ¶ Aliquando eſt imminuere, levare, adimere. *Salluſt. in Catil.* Qui Ciceronis invidiam, quæ poſtea orta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris eorum, qui pœnas dederant. ¶ Interdum conſolari. *Cic.* 15. *Fam. ep.* 21. Omne deſiderium literis mittendis, accipiendiſque leniam. ¶ Sunt, qui lenire etiam accipi putent pro lævigare, & polire. *Col. l.* 5. *c.* 11. Cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam lenito. Sed optima exemplaria habent *levato*. ¶ In futuro indicativi veteres Poetæ dicebant etiam *lenibo*. Sed hæc terminatio communis fuit omnibus verbis quartæ conjugationis. *Propert. l.* 3. *eleg.* 19. Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu. ¶ Sic *lenibant*, pro leniebant, habet *Virg. Æn.* 4. *v.* 528. ¶ Item leniunt, pro leniuntur, *Plaut. Mil.* 2. 6. 100.

Lenis, is, ſubſt. m. genus caſis, a ληνός, lacus torcularis. *Afran.* & *Laber.* apud *Non. c.* 15. *n.* 13. ¶ Item genus navigii, a ſimilitudine ληνοῦ, i. e. vaſis torcularis, affertur hic verſus *Martialis l.* 8. quem vide in Lene adverb.

Lenis, ne, o. 3. *molle*, *delicato*, רך, Ger. *gelinde*, Gal. *doux*, Hiſp. *blando*, λεῖος, quod leve eſt. h. e. quod tactu nullam aſperitatem habet, a voce Græca allata. *Cic.* 2. *Fin.* Senſus judicat dulce, amarum, lene, aſperum, prope, longe, &c. ¶ Transfertur & ad alios ſenſus. Hinc Lenes cibi dicuntur, qui guſtum non lædunt. *Celſ. l.* 2. *c.* 22. ¶ Lene vinum dicitur delicatum, non vehemens, aut aſperum, neque linguam, aut cerebrum feriens. *Ter. Heaut.* 3. 1. 50. Pitiſſando modo mihi quid vini abſumpſit? ſic hoc dicens, Aſperum pater hoc eſt, aliud lenius. ¶ Lene venenum dicitur, quod mitem quodammodo, & via ſenſibilem mortem inducit. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 21. Sed ita lenibus uti videbantur veneuis, ut poſſe viderentur ſine dolore interire. ¶ Lenis ſonus, *ſoave*. *Cic. l.* 3. *de Orat.* Ille autem ſuperior leniore quodam ſono eſt uſus. ¶ Lenis oratio, quæ remiſſa, & placida eſt. *Cic.* 2. *de Orat.* Non ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis, quæ maxime commendat reos. ¶ Lenis Auſter, qui ſuaviter ſpirat. *Cic. Att. l.* 7. *epiſt.* 2. Ita belle nobis flavit ab Epiro leniſſimus Auſter, & mitis. ¶ Lene jugum dicitur a *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 24. quod aſcenſu facile eſt. ¶ Transfertur etiam ad animum, & pro miti, facili, indulgente accipitur. *mite*, *benigno*, *piacevole*, πρᾶος, ἠπιόφρων. *Cic.* 5. *Fam.* Lenis a te, & facilis exiſtimari debeo. *Id. ibid.* In qua me cauſa leniſſimis, & amantiſſimis verbis utens re graviter accuſas. *Idem pro Roſc. Amer.* Qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur. *Horat. l.* 3. *od.* 4. Lene conſilium.

Lenitas, atis, f. *politezza*, *mollizie*, λειότης, mollities earum rerum, quæ ſub tactum cadunt. Tranſlate de aliis ſenſibus dicitur. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Differentia intelligitur lenitate guſtus. *Cic.* 2. *de Orat.* Hæc adjuvant in Oratore, lenitas vocis, vultus, pudoris ſignificatio, verborum comitas. ¶ Huc refertur lenitas ſtyli, quæ & in verbis, & in ſententiis conſiſtit, interdum in ſuavitate ſola verborum. *Cic. in Or.* Elaborant alii lenitate, & æquabilitate, & puro quaſi quodam, & candido genere dicendi. *Id.* 2. *de Or.* Neque minus hæc tamen tua graviſſimi ſermonis lenitas, quam illa ſumma vis, & contentio probatur. ¶ Uſurpatur etiam tranſlate de animo pro manſuetudine, facilitate, moderatione, modeſtia, *manſuetudine*, *piacevolezza*, Ger. *lindigkeit*, Gal. *douceur*, Hiſ. *halago*, πραότης. *Cicer. pro Sylla*, Qua mollitie ſum animi, ac lenitate. ¶ Item de aliis rebus pro æquitate. *Cic. pro Rab.* Sed lenitate legum munitam eſſe voluerunt. *Id.* 13. *Fam. ep.* 1. Ad lenitatem ſe dare.

Leniter, adverb. *mollemente*, *ſoavemente*, Ger. *freſſtiglich*, Gal. *doucement*, Hiſp. *blandamente*, λείως, molliter, ſuaviter, non vehementer. *Cic.* 3. *de Or.* Quam leniter, quam remiſſe, quam non actuoſe agit hunc verſum Roſcius! *Id.* 1. *Off.* Alterum imitatio preſſe loquentium, & leniter. ¶ Tranſlate accipitur pro moderate, modeſte, placide, *piacevolmente*, *con manſuetudine*, πράως. *Liv. l.* 7. *B. Pun.* Caſtigando, increpandoque, & pluſquam leniter agendo. Gradus lenius, leniſſime. V. ſupra in *Lene*, adverb.

Lenitudo, nis, f. idem, quod lenitas, id eſt mollitudo expers aſperitatis. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 16. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea ſi bona dicemus, quid erit in Philoſophi gravitate? ¶ Item manſuetudo, facilitas. *Cic.* 6. *Verr. c.* 61. Virorumque, quibuſcum nuptæ erant, nimia in iſtum non lenitudine, ſed etiam liberalitate oppugnaret.

Leno, onis, m. 3. *ruffiano*, Ger. *hurenwirt*, Gal. *maquereau*, Hiſ. *alcahuete*, μαστροπός, qui ſcortorum proſtitutione quæſtum facit, etiam invitarum perſonarum, a *lenendo*, quod mentes deliniendo ſeducat, quod leniendo animos adoleſcentium corrumpat. *Priſc. in* 4. *Iſid. l.* 10. Communis generis eſt, teſte Priſciano. Sed tamen habet femi. *lena*. *Cic. poſt red. in Sen.* Cum adoleſcentes nobiliſſimi ſe ad lenonis impuriſſimi pedes abjeciſſent. *Terent. Adelph.* 2. 1. 34. Leno ſum, pernicies communis adoleſcentium. Adde *Plaut. Rud.* 3. 2. 42. ¶ Olim & pro mediatore accipiebatur, *Iſidoro* teſte. *Juſtin. l.* 2. *c.* 9. Præmiſſis lenonibus, qui hoſtibus pandi legem indicerent.

Leno, as, a. 1. lenocinor, concilio. *Vetus epigramma*: Quod ſi formoſus redeas lenare puellas. Et *aliud*: lenandi callidus arte.

Lenocinamentum, i, n. lenocinium. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento.

Lenocinator, oris, m. προαγωγός, conciliator, leno. *Tertull. l.* 5. *adv. Marc. c.* 20. Gratiæ lenocinator.

Lenocinium, ii, n. *ruffianeſimo*, Germ. *hurenwirtſchaft*, Gall. *maquerelage*, Hiſp. *alcahueteria*, μαστροπεία, lenocinandi actus, exercitium lenonis. *Cic. poſt red.* Qui egeſtatem domeſtico lenocinio ſuſtentavit. *Ulp. l. athleta*, *ff. de his*, *qui not. infam.* Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit, ſed & qui in liberis hunc quæſtum exercet. ¶ Tranſlate ponitur pro delinimento, illecebra, *carezza*. *Cic. pro L. Mur.* Utrum lenocinium a grege delicatæ juventutis, an orbis terrarum imperium a Pop. R. petebas? *Id. pro Sext. c.* 66. Et ſe citiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ Item pro quovis nimis exquiſito ornamento, quod alicui rei adhibetur ad conciliandam ei gratiam. *Sueton. in Aug. c.* 79. Quanquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo incurioſus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Perſpicuum eſt, quo compoſitiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia proceſſerint. ¶ In oratione lenocinia dicuntur fucata ornamenta, & illece-

bræ

Digitized by Google

bre verborum. *Sueton. in Calig. c.* 39. Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis, ut lenocinii adhibuit. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 18. Nec ullum orationi lenocinium additum.

Lenocinor, aris, d. 1. *ruffianare*, Germ. *hurenwirt ſeyn*, Gall. *etre maquereau*, Hiſp. *alcahuetear*, μαστρωπεύω, lenocinium facio. Per translationem pro blandiri ponitur, ſive allicere, quod lenones facere ſolent. *Cic. Div. in Verr. c.* 15. Tibi ſerviet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contender, quam poterit. ¶ Interdum ſignificat gratiam conciliare. *Plin. l.* 2. *ep.* 19. Ut quanquam in his difficultatibus libro iſti novitas lenocinetur.

Lenonice, adverb. lenonum more. *Lamprid. in Commodo*, *c.* 15. Quæ gladiatorie, quæ lenonica faceret.

Lenonius, a, um, *coſa da ruffiano*, μαστρωπικός, quod ad lenonem pertinet. *Plaut. Men.* Ab iis locis lenoniis. *Id. Rud.* Te hac fide lenonia uti.

Lens, dis, f. 3. *lendine*, Germ. *niſſe von leuſen*, Gal. *lende*, Hiſp. *liendre*, κόνις, ovum pediculorum, capillis adhærens, ex quo poſtea pediculi generantur. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo ſumptis anguillarum modo.

Lens, tis, f. *lenticchia*, עדש, Ger. *ein linſe*, Gal. *lentille*, Hiſp. *lenteja*, ὄσπριον, φακή, genus leguminis, folio viciæ, tribus, quatuorve in ſiliqua granis, inter legumina minimis, ab antiquo nominativo *lentis*, quo veteres uſos eſſe ait *Priſc. Virg.* 1. *Georg.* Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. ¶ In acc. habet etiam *lentim*, apud vet. *Cato c.* 35. Lentim in rudeto, & rubicoſo luto, qui herboſus non ſiet, ſerito. Et in ablativ. *lenti*, apud eoſdem veteres, *Titin.* apud *Non.* Lenti callido. Ubi nota uſurpatam & maſculino gen.

Lentatus, a, um, nom. particip. dilatus, *prolongato*, *ritardato*. *Trebel. Poll. in Claudio*, *c.* 6. Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata.

Lente, adv. *lentamente*, Ger. *gemachlich*, Gal. *lentement*, Hiſ. *floxamente*, βραδέως, ἀργῶς, tarde, cunctanter, remiſſe, ſegniter. *Col. l.* 2. *c.* 15. Id animal lentiſſime mandit, ideoque facilius concoquit. *Senec. l.* 7. *Quaſt. nat. c.* 29. Stella Saturni iter ſuum lentiſſima efficit. *Caſ. l.* 2. *B. C. c.* 40. Ipſe cum reliquis copiis lentius ſubſequitur. *Cic. ad Attic. l.* 2. Quem tibi librum non eſſem auſus mittere, niſi eum lente, & faſtidioſe probaviſſem. ¶ Lente ferre aliquid, eſt, patienter, æquo animo ferre. *Cic. in Hortenſ.* Qui cum publicas injurias lente tuliſſet, ſuam non tulit. ¶ Lente agere, h. e. ſegniter, remiſſe. *Liv. l.* 1. *c.* 12. Lenta agere iis Tatius, Sabinique viſi ſunt. ¶ Feſtina lente, proverb. V. *Feſtino*.

Lenteo, es, n. 2. *eſſer lento*, γλισχραίνομαι, lentus ſum. *Lucr.* apud *Diomed.* Lentet opus, ideſt lente procedit.

Lenteſco, ſcis, n. 3. *rallentarſi*, רכך, Ger. *zach werden*, Gal. *devenir lent*, Hiſ. *hazerſe flexo*, γλισχραίνομαι, lentus fio. *Ovid.* 2. *de Arte*, Lenteſcunt tempore curæ. ¶ Interdum eſt cohærere, glutinoſum fieri. *Virg.* 2. *Georg. v.* 250. Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. ideſt cohæret, ut exponit Servius. *Col. l.* 2. *cap.* 11. *de cicere*. Paulum aqua maceratur, dum lenteſcat, hoc eſt cohæreat, vel glutinoſa fiat.

Lenticula, æ, f. 1. *lente piccola*, φακή, genus eſt leguminis, lenti ſimillimum, ſed autem generis. *Plin. l.* 25. *c.* 11. Folia ſunt lenticulæ ſimillima. ¶ Lenticula etiam dicitur macula in cute, ita dicta, quod ſit figura lentis. *Celſ. l.* 6. *c.* 5. Lenticulæ tollunt galbanum, & nitrum. ¶ Eſt etiam genus vaſis unguentarii, apud *Iſid. l.* 20. *c.* 7. ¶ Denique ita appellatur gemma quædam, alio nomine clypeidos, ob figuræ ſimilitudinem. V. *Plin. l.* 37. *c.* 12.

Lenticularis, & re, o. 3. φακοειδής, quod ad lenticulam ſpectat. *Apul. l.* 2. *Flor.* Ampullam oleariam, quam geſtabat lenticulari forma.

Lenticulatus, a, um, adject. idem ac lenticularis, ut lenticulata folia, apud *Celſum*.

Lentiginoſus, a, um, *lentigginoſo*, Ger. *laubflackechtig*, Gal. *lentilleux*, Hiſp. *pecoſo*, φακώδης, quod lentiginem habet. *Val. Max. l.* 1. *c.* 7. Pravalentem virum, flavi coloris, lentiginoſi oris.

Lentigo, inis, f. *lentiggine*, פתח, Ger. *ſommerſproſſen*, Gal. *lentille*, Hiſp. *peca*, φακός, vitium cutis, ita dictum, quia ad lentis ſimilitudinem maculis ſubruſis, ac nigris faciem fœdat. *Iſid. l.* 4. *c.* 8. *Plin. l.* 20. *c.* 20. *de atriplice*. Stomacho contrarium eſſe, lentigines, & papulas gignere.

Lentipes, edis, adject. o. qui lentus eſt pedibus. *Auſon. epiſt.* 21. *v.* 40. Spondeus ille lentipes ibat comes.

Lentiſciferus, ra, rum, σχινοφόρος, ferens lentiſcos. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 714. Lentiſciferumque tenetur Linternum.

Lentiſcinus, a, um, quod ex lentiſco factum eſt. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Tunc addito oleo lentiſcino illita, una nocte rufat capillum.

Lentiſcus, f. 2. *lentiſco*, Germ. *maſtixbaum*, Gal. *lentiſque*, Hiſp. *lentiſco*, σχῖνος, arbor magnitudine coboris, ſorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum matureſcunt, ruſis, ubi maturuerint, nigris, maſtichen exudans in modum gummi, quæ perpetuo viret, terque in anno fructus profert, ita dicta, quod folia ejus lenteſcant, vel potius, quod ipſa arbor lenteſcat, dum reſinam, ideſt maſtichen fundit. Naſcitur præcipue in Chio, item in Italia, & in Gallia Narbonenſi. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 9. *verſibus ex vetuſto Poeta adductis*. Jam vero ſemper viridis, ſemperque gravata lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu, ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi. ¶ Ex arboris hujus ligno præſtantiſſima ſunt dentiſcalpia. *Mart. l.* 14. Lentiſcus melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis defuerit, dentes penna levare poteſt. ¶ Ipſum quoque oleum, quod ex tali arbore exprimitur, lentiſcus dicitur. V. *Plin. l.* 15. *c.* 6. & *Var. l.* 1. *R. R. c.* 60.

Lentitia, æ, f. *fleſſibilità*, *tenacità*, γλισχρότης, flexibilitas, vel tenacitas, viſcoſitas. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Aliæ virgæ ſequacis ad vincturae lentitiæ.

Lentities, ei, f. idem quod lentitia. *Sever. in Ætna*, *v.* 340. Lentitiem plumbum non exuit.

Lentitudo, inis, f. *tardezza*, Ger. *langſamkeit*, Gal. *lenteur*, Hiſp. *pereza*, βραδυτής, νωθεία, tarditas. *Cic. ad Q. Fr.* Nam illud non ſolum eſt gravitatis, ſed nonnunquam etiam lentitudinis. *Id.* 4. *Tuſc. c.* 19. Eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant. h. e. indolentia, ἀναλγησία, *inſenſibilità*.

Lento, as, avi, atum, a. 1. *lentare*, רכך, Ger. *weich*, *machen*, Gal. *rendre lent*, Hiſp. *bolver flexo*, χαλάω, lentum reddo. *Virg.* 3. *Æn. v.* 384. Ante & Trinacria lentandus remus in unda. Ubi Serv. Lentandus, aut lente tibi navigandum eſt (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus; unde lentum vimen dicimus, ideſt flexibile. *Silius l.* 8. *v.* 11. Lentando ſervata bella Dictator. h. e. protrahendo. *Stat.* 1. *Achil. v.* 436. Arcus lentare.

Lentor, oris, m. *tenacità*, Germ. *zache*, Gal. *humeur gluant*, Hiſp. *humor tenedor*, γλισχρότης, tenacitas, viſcoſitas, humor tenax, & glutinoſus. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Mutuoque attritu lentorem cujuſdam ceræ ſalivant.

Lentuli, m. 2. Λέντουλοι, nomen familiæ Romanæ nobiliſſimæ, a *lente*, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 13. A lentibus, fabis, piſis, ciceribus, ut quiſque aliquod optime ſereret, reperta nomina Lentuli, Fabii, Piſonis, Ciceronis.

Lentulitas, atis, f. vox ficta a *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 7. ad explicandam per jocum nobilitatem, vel etiam ſuperbiam, faſtumque Lentuli.

Lentulus, a, um, dim. a lentus, *alquanto lento*. *Cic. Att. l.* 10. *epiſt.* 11. An exiſtimas illum in iſto genere lentulum, aut reſtrictum?

Lentus, a, um, *pieghevole*, *lento*, Ger. *weich*, *zach*, Gal. *lent*, *pliant*, Hiſp. *flexo*, *que ſe puede doblar*, γλίσχρος, proprie tener, & qui facile flectitur, mollis, ὁ λεῖος, εὐκαμπής, quia quod tenue eſt, hoc eſt flexibile. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 800. Lentior & ſalicis virgis. *Virg.* 5. *Ecl.* Lenta ſalix quantum pallenti cedit olivæ. ¶ Translate ponitur pro tardo, *Cic. in Bruto*. Nimis ille quidem lentus in dicendo. ¶ Item pro leni, ac placido. *Cic.* 2. *de Or.* In quo ego nimium patiens, & lentus exiſtimor. ¶ Interdum pro ſecuro, & otioſo. *Virg.* 1. *Ecl.* Tu Tityre lentus in umbra, &c. ¶ Interdum pro remiſſo, & frigido. *Virg.* 1. *Georg.* Noctis lentus non deficit humor. ¶ Interdum pro moderata, remiſſo. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Probatur caſia guſtu quam maxime fervens potius, quam lenta tepore leviter mordens. ¶ Item pro longo, & protracto. *Plin. l.* 8. *c.* 17. Vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis diu pugnet. *Senec. epiſt.* 70. Lentiſſimo tædio laſſatus. ¶ Lentus color eſt dilutus, *color poco vivo*. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Color in quacunque natione præfertur ruſus, & pinguiter lentus.

Lenullus, i, m. parvus leno, dimin. a *leno*, ut docet *Priſc. l.* 3. *Plaut. Pæn.* 2. *a. ſc.* 1. *v.* 24. Ita ut occœpi dicere, lenulle, de illa pugna.

Lenuncularius, ii, m. qui lenunculum navigii parvi genus regit. *Vetus quædam Inſcript.* apud *Lindebr. ad Ammian. l.* 14.

Lenunculus, li, m. dim. a *leno*, idem, ac lenullus. *Priſc. l.* 3. *Plaut. in Pæn.* 5. 3. 7. Ære militari tetigero lenunculum. ¶ Lenunculus quoque vocatur navigii genus, πιττάκιον, σκαφίδιον. *Gell. l.* 10. *c.* 25. *Sall. l.* 1. *hiſt.* Iuſſit forte per noctem lenunculo piſcatus. *Caſ.* 2. *B. C. c.* 43. Horum fuga navium onerariarum magiſtros incitabat: pauci lenunculi ad officium, imperiumque conveniebant. Al. leg. *Lembunculi*.

Leo, onis, m. *leone*, אריה, Ger. *ein lewe*, Gal. *lion*, Hiſ. *leon*, λέων, λῖς, animal ferox, & omnium animalium generoſiſſimum, a λίαν. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Leonis præcipua generoſitas tunc, cum colla, armoſque veſtiunt jubæ. ¶ Antiquiſſimi nec leæna, nec lea dixere, ſed leo fœmina. *Plaut. in fragm. Vidularia*. Nam audivi fœminam ego leonem ſemel parere. ¶ Eſt & leo marinus, ex cancrorum genere. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Leo item eſt ſignum cœleſte ex viginti ſeptem ſtellis. Hic ille leo eſt ſecundum fabulas, quem Hercules interfecit in ſylva Nemea, ſive, ut alii dicant, in Theumeſio monte Bœotiæ apud Thebas, & Jupiter in cœlum tranſtulit. *Plin. l.* 17. *c.* 24. ¶ Translate Leo dicitur de viro forti, ut cervus, & lepus de imbelli, & timido. Hinc *Tertull. de coron. mil. c.* 1. In Prætoriis leones, in caſtris lepores. ¶ Fuit leo Cybele ſacer, unde & ejus currum trahere fingitur. V. *Cybele*. Item Vulcano, propter vim igneam. ¶ *Subula leonem excipere*, proverbium de eo uſurpatum, qui paren viribus magnas res aggreditur. Eo utitur *Senec. epiſt.* 82. (*al.* 83.) *in fine*.

Leo, es, levi, letum, a. 2. lævigo, apud vet. a Græco λειόω, pro quo & λεαίνω, dicitur, *lævo*, *ac glabrum reddo*, quæ duo verba ſunt a λεῖος, *lævis*. Quia autem unguento aliquid lævigatur, inde metalepſice leo ſignificat linere, ungere. In præſenti amplius in uſu non eſt. Remanſit tamen præteritum *levi*, quod *lino* ab obſoleto *leo* mutuatur. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 20. Græca quod ego teſta conditum levi.

Leochares, m. 3. Λεωχάρης, nobilis ſtatuarius, unus ex iis, qui Mauſoli Regis Cariæ ſepulchrum cælaverunt. *Plin. l.* 45. *c.* 5.

Leocorium, n. 2. Λεωκόριον, monumentum ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum, in honorem Lei filii Orphei. Nam cum Attica univerſa maxima fame laboraret, nuntiumque hoc ab Oraculis oſtenderetur remedium, ſi quis liberos ſuos immolaret, Leos tres filias ſuas virgines, Praxitheam, Theopen, & Eubulen tradidit immolandas. Cujus beneficii memores Athenienſes monumentum in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarunt. *Suid.*

Leocrocotta, f. 1. λεοντοκροκόττα, fera perniciſſima, ita dicta, quia partim leonem, partim crocottam refert. Apud *Plin. l.* 8. *c.* 21. & *Solin.* hujus feræ mentio fit; ubi alii leg. *Leucrocota*.

Leodamas, antis, m. Λεωδάμας, Philoſophus Thaſius. Excelluit in Mathematicis. *Laert. in vita Archyta Tarentini*.

Leonicum, n. 2. *Lonigo*, opp. Cenomannorum, in agro Veronenſi, inter Coloniam, & Ateſte, a Verona 18. M. P. in Or. hyem.

Leonidas, æ, m. 1. Λεωνίδας, Lacedæmoniorum Rex, ex genere Heraclidarum, qui apud Thermopylas, cum anguſtias adverſus Xerxem tueretur, fortiſſime pugnans occubuit, cujus cadaver Perſæ, abſciſſo capite, e cruce ſuſpenderunt. *Juſtin. l.* 2. *Herod. l.* 7. *Cic.* 2. *Fin.* 1. *Tuſc.* ¶ Dicitur Lacedæmoniis ſic hortatus eſſe. *Pergite animo forti*, *Lacedæmonii*, *hodie apud Inferos fortaſſe cœnabimus*. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Leonides, m. 3. Λεωνίδης, Alexandri Magni pædagogus, qui cum diſcipulum videret in pueritia ſine parſimonia thura aris ingerentem, monuit illum, ut tum demum, cum thuriferas regiones ſubegiſſet, illo modo ſupplicaret. Cujus rei memor Alexander Arabia jam potitus, miſit ei navim thure onuſtam, hortans eum, ut in Deos parcus eſſe deſineret. *Plin. l.* 12. *c.* 4.

Leoninus, a, um, λεόντειος, λεοντώδης, quod ad leonem ſpectat. *Plin. l.* 24. *c.* 17. Adeps leoninus. *Varro l.* 2. *de re ruſt. c.* 9. Leonina ſpecies. ¶ Leonina ſocietas dicitur, ubi alius damnum ſolummodo, alius lucrum ſentit. *Leg.* 29. *Dig. pro Soc.* ¶ Leonini verſus dicuntur, in quibus in media ſyllaba, & in extrema ſervatur figura ſimiliter cadens, ut: *Vir*, *precor*, *uxori*, *frater ſuccurre ſorori*. Appellati ſunt Leonini a Leonio quodam S. Benedicti Canonico, & Monaſterii S. Victoris Pariſienſis Religioſo, qui circa annum Chriſti 1160. eos non invenit quidem, ſed in primis frequentavit. Monſtroſum certe genus carminis, & a latina gravitate maxime abhorrens.

Leontica ſacra, Λεοντικά, erant Mithræ, Perſarum dei, (quo nomine ſolem intelligebant) qui ſpecie leonis in ſpelunca colebatur. Hinc *Arnob. l.* 6. *pag.* 196. Inter deos videmus veſtros leonis torviſſimam faciem, mero oblitam minio, & nomine Frugiferi nuncupari. Hinc etiam ipſi ſacerdotes a *Tertull. leones Mithræ* dicuntur *l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 13. Porro hæc ſacra etiam a Romanis recepta fuere, ut videre eſt in Inſcriptionib. apud *Gruter. pag.* 303. *n.* 1. & *pag.* 1087. *n.* 5. in quibus *Leontica tradere* dicuntur, qui illis quempiam imbuunt.

Leontice, f. 1. λεοντική, herba, quam Dioſcorides cacaliam, Officinæ *ſaraſ agreſte* appellant, foliis grandibus, & candidis, inter quæ ſemen dependet minimis margaritis ſimile, cujus grana quindecim in oleo macerata, atque adverſo capillo illita, porriginem tollunt. *Plin. l.* 25. *c.* 11.

Leontini, orum, m. & Leontium, *Lentini*, urbs Siciliæ quondam maxima, condita a Naxiis, antiqua Leſtrygonum ſedes, patria Gorgiæ, apud oram Orientalem, media pene inter Catinam ad Bor. & Syracuſas ad Mer. Pop. *Leontini*, qui quondam bellicoſi fuere, ſed a Phalaride victi, armiſque exuti potationibus operam dare cœpere.

Leontinus, a, um, adject. poſſeſſiv. ut Leontinus ager, apud *Cic. l.* 5. *Divin. c.* 32. & Leontina civitas. *Id.* 5. *Verr. c.* 46. V. Leontini.

Leontios, or. 2. λεοντίας, gemma, a leoninæ pellis ſimilitudine nominata, quemadmodum pardalius a ſimilitudine pellis pantheræ. *Plin. l. ult. c.* 11.

Leontium, ii, n. Siciliæ urbs. V. Leontini.

Leontopetalon, n. 2. λεοντοπέταλον, herba eſt caulem emittens dodrantalem, ſeu ſemipedalem, lenem, plurimis alis concavum, & in cacumine ſemi-

ſemina parva duo, aut tria, eaque in ſiliquis, ciceris modo, flore punicei coloris, anemonæ ſimiles, folia braſſicæ, ſed papaveris diviſura, radicibus nigris, grandibus, rapæ ſimilibus. Vulgus pedem leonis appellat, quia folia habet ſimilia pedi leonis. Naſcitur vulgo in arvis. *Plin. l. 27. c. 11.*

Leontophŏnos, m. 3. λεοντοφόνος, exiguum eſt animal, in iis tantum regionibus naſcens, in quibus leones gignuntur, a λέων, leo, & φόνος, *cædes*. Leonibus enim tam præſens eſt venenum, ut guſtato leontophono ſtatim exſpirent. *Plin. l. 8. c. 38.*

Leontopodion, n. 2. *piede di leone*, λεοντοπόδιον, herba, al. leuceoron, & dorypetron, & thorybetron, duorum digitorum, folio parvo, anguſto, digitorum trium, quatuorve longitudine, hirſuto, lanoſioreque ad radicem, & ſubcandido, habens in cacumine caulium capitula tanquam perforata, floſculis nigris erumpentibus, ſemen, quod oculis vix poteſt deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius exiſtimat, eam eſſe, quam vulgus *cruciatam* appellat. *Plin. l. 26. c. 8.*

Leopardus, i, *leopardo*, נמר, Ger. *leuupard*, Gall. *leopard*, Hiſp. *leon pardo*, λεοπάρδαλις, animal ex pardo, & leæna natum, jubis carens, nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus, a *leo*, pro *leæna*, & *pardus*. *Iſid. l. 12. c. 2. Plin. l. 8. c. 15.* ¶ *Vopiſcus Lamprid. & Jul. Capitolin.* hanc vocem uſurpant.

Leopŏlis, f. 3. Fanum S. Leonis, urbs Umbriæ, in Duc. Urbini, in lim. Romandiolæ, prope Ariminum fl.

Lepantum, n. 2. *Levanto*, opp. oræ Liguſticæ, inter Segeſtam ad Occ. 3. M. P. & Portum Veneris ad Or. 22.

Lepas, adis, f. 3. ſive, ut apud Nonium eſt, lepas, λεπάς, conchæ genus eſt, petris ita arcte adhærens, ut vix avelli queat, a λέπω, *delibro*, *decortico*, ob tenue putamen, vel quod petris corticis inſtar adhæreat. *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Echinos, lepadas, oſtreas captamus.

Lepaſta. V. Lepiſta.

Lepide, adv. *con garbo*, *con bella grazia*, Ger. *holdſeliglich*, Gal. *plaiſamment*, Hiſp. *graciosamente*, χαριέντως, venuſte, eleganter, decore, ornate, apposite, cum lepore. *Cic. 3. de Or. c. 43.* In quo lepide ſoceri mei perſona luſit. *Plaut. Pœn.* Lepide ſtratus lectus. *Id. Trucul.* Lepide referre gratiam. *Id. Mil.* 3. 3. 66. Datne ab ſe mulier operam? P. Lepidiſſime, & comiſſime. *Id. ib. v.* 52. Lepidius fieri poteſt. ¶ *Lepide eſſe*, h. e. commode tractari. *Id. Bacch.* 1. 1. 50. Ubi lepide voles eſſe tibi, mea roſa, mihi dicito. ¶ Hac voce utebantur & in acclamationibus. V. *Terent. Eun.* 3. 1. 37.

Lepidium, n. 2. λεπίδιον, herba in cubitalem, & majorem altitudinem aſſurgens, foliis lauri, ſed mollioribus, & majoribus, a λεπίς, *ſquama*, quia abſtergit ſquamas, ac lentigines faciei. Vulgus Herbariorum piperitim vocat, quia ejus folia trita ſinapim olent, & piperis acrimoniam referunt. *Plin. l. 19. c. 8. Colum. l. 11. c. 3.*

Lepidŏtes, m. 1. λεπιδωτής, gemma, quæ ſquamas piſcium variis coloribus imitatur, a λεπίς, *ſquama*. *Plin. l. 37. c. 10.*

Lepidŭle, adv. dim. a lepide. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 115. Eam circumducam lepidule.

Lepidŭlus, a, um, *grazioſetto*, diminut. a *lepidus*. *Martian. Capell. ſub init. l. 7.* Ne infacetus, & impar lepidulis videretur. Adde *poſt init. lib.* 8.

Lepĭdus, a, um, *grazioſo*, *piacevole*, *bello*, נעים, Ger. *holdſelig*, Gall. *plaiſant*, *de bonne grace*, Hiſp. *gracioſo*, ἀγαλλιαστός, χαρίεις, ἀστεῖος, venuſtus, feſtivus, in quo lepor is eſt plurimum, a *lepore*. Dicitur de homine, de oratione, & aliis rebus. *Cic. in Catil.* 2. c. 10. Pueri lepidi, ac delicati, qui non ſolum amare, & amari, neque cantare, & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. *Auct. ad Her.* Lepida, & concinna exornatio. *Ter. Andr.* O lepidum caput! *Plaut. Aul.* O lepidum diem! *Id. Moſt.* Quin tu te exornas moribus lepidis? ¶ Comp. lepidior, ſup. lepidiſſimus. *Plaut. Mil.* Non invenies alterum lepidiorem ad omnes res. *Ter. Eun.* 3. 3. O capitulum lepidiſſimum!

Lepinus Mons, *Monte di Segni*, jugum montium Latii valde extenſum inter vias Latinam, & Appiam, in quo Signia urbs ſita eſt, ab urbe Roma 30. M. P. quod deinde ubi altius conſurgit, dicitur *la Montagna di Carpineto*, & diſtinguit Campaniam Romanam in duas provincias, *la Campagna*, & *la Marema*.

Lepiſta, ſeu lepaſta, æ, f. 1. λεπαστή, vel λεπαστή, genus vaſis aquarii, al. depaſta, vel depeſta. *Feſt. & Non. c.* 15. n. 95. Eſt a voce Græca ollata, quæ Dolopum eſt, & dicitur, teſte Euſtathio, ἀπὸ τοῦ λεπτοῦ, τοῦ ἀπὸ ... λεπάδα, ideſt, quod vas illud tenue, ac patulum foret ad modum conchæ. *Varr. l. 1. de vita P. R.* apud *Non.* Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictitiæ ſunt, aut æneæ.

Lepontĭcus, a, um, adject. ad Lepontios populos pertinens. *Sil. l. 4. v.* 225.

Lepontii, orum, qui Viberi Plinio dicuntur. Germ. *Levonternthal*, & *Eſchenthal*, pop. Alpini, Galliæ Tranſpadanæ, circa fontes Rhodani, & Ticini fl. inter Inſubres, & Alpes ſummas, quorum regio Vallis Lepontis, *Val Leventine*, nominatur. Narrant, Lepontios ex comitatu Herculis ibi reliquos fuiſſe, quod membra haberent nive præuſta. *Plin.* 3. 20.

Lepor, oris, & lepos, oris, m. *grazia*, נעם, Ger. *lieblighait*, Gal. *bonne grace*, Hiſp. *gracia en donayres*, χαριεντισμός, ſermo nitidus, & quaſi lautitia quædam ſermonis, venuſtas, urbanitas, ornatus, concinnitas, elegantia in loquendo. *Cic.* 7. *Verr.* Lepore ac venuſtate affluens. *Id.* 1. *de Orat.* Multa erat in homine munditas, & magnus in jocando lepos. *Id.* 4. *Acad. c.* 6. Quanquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. ¶ Sumitur etiam generatim pro gratia, & amœnitate cujuſcunque rei, pro feſtivitate, urbanitate. *Cic. in Or.* In quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigamus lepores. *Luc. l. 4. v.* 1156. Medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.

Leporarium, ii, n. *vivaio*, *barco*, λαγωτροφεῖον, locus, ubi lepores aluntur, & generatim, ſecundum Varronem, omne ſeptum villæ affixum, quod habet incluſa animalia, quæ inibi paſcuntur. *Var. de R. R. c.* 3. *l.* 3. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta, affixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia, quæ paſcuntur. *Gell. l.* 2. *c.* 20. Vivaria veteres quandoque leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia.

Leporinus, a, um, *ch'è di lepre*, λαγῷος, quod eſt ex lepore. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Leporinus cinis. *Varro l. 2. de R. R. c.* 11. Leporinum lac.

Lepos. V. Lepor.

Lepra, arum, *lebbra*, צרעת, Ger. *auſſatz*, Gall. *lepre*, *ladrerie*, Hiſp. *lepra*, λέπρα, ſcabiei genus eſt, ab atra naſcens bili, cutem deformi obducens cruſta, corpuſque vehementi prurito infeſtans. Galen. & omnes Medici Græci. Sed Avicenna, cæterique Arabicæ ſectæ lepræ vocabulum proprie uſurpant pro elephantia, ſeu elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiore multo eſt pernicioſius, ut quod non ſolum cutem infeſtet, verum etiam carnem ipſam uſque ad oſſa depaſcatur. In Theſauro *L. L.* lepra idem morbus eſſe dicitur, ac elephantia, & duplex ponitur, una quæ poteſt curari, alia, quæ incurabilis eſt, quam malam ſcabiem *Hor. in Arte Poet.* nominat. *Voſſio* lepra eadem eſt, ac impetigo, vel depetigo, vel ſaltem ſpecies ejus. Dicta eſt a λέπος, vel λεπίς, *ſquama*, ſive a λέπω, *deſquamo*, *decortico*. Lepra enim cutim ſcabram, & aſperam reddit, inque ſquamas reſolvit. *Plin. l.* 24. *c.* 8. Corticis interior tiliæ lepras ſedat.

Leproſus, a, um, adject. *lebbroſo*, qui lepræ morbo laborat. *Sedul. l.* 4. decem maculoſa gerentes Leproſi portenta viri. *Prudent. in S. Laurent. v.* 285. Nil tam leproſum, aut putidum.

Leptĭcus, a, um, &

Leptitanus, a, um, ad Leptin pertinens, quæ eſt urbs Africæ in Byzacena provincia, ut eſt apud *Plin. l.* 5. *c.* 4. item alia, cognomine magna, prope Syrtes & Neapolim, nunc *Tripoli* dicta, teſte *eod. ibidem*. Hinc Leptica oſtrea, *Id. l.* 32. *c.* 6. & Leptitani, orum, ejus cives. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 38. & *Salluſt. in Jug. c.* 80.

Leptomericus, a, um, adject. λεπτομερικός, tenuis, exilis, gracilis. *Theod. Priſc. de diæta c.* 10. Acori radix habet virtutem leptomericam.

Lepton centaurium, n. 2. κενταύριον λεπτόν, centaurium minus, herba, quam Latini *fel terræ* vocant, propter ſummam amaritudinem, Galli vocant *centaurum*, eo quod potum omnia medicamenta mala per alvum exigat. *Plin. l.* 25. *c.* 6.

Leptophyllon, n. 2. λεπτόφυλλον, tithymali ſpecies, in petris naſcens, ita dicta a tenuitate foliorum, al. dendroides. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Leptŏrax, agis, f. λεπτόρραξ, uva quædam, quæ dulces quidem habet acinos, ſed tenues tamen, & minutos, cujuſmodi ſunt, quas uvas Corinthiacas appellamus, a λεπτός, *tenuis*, & ῥάξ, ῥαγός, *acinus*. *Plin.* 14. 1.

Leptynticus, a, um, adject. λεπτυντικός, qui attenuandi vim habet. *Theod. Priſcian. de diæta*, *c.* 10. Caparum virtus leptyntica.

Lepus, oris, m. *lepre*, ארנבת, German. *ein haaſſ*, Gall. *lievre*, Hiſp. *liebre*, λαγωός, animalis ſpecies, a voce Æolum, & Siculorum, qui hanc feram λέπορις vocabant. *Varro l.* 4. *de L. L. & l.* 3. *de R. R. c.* 12. *Virg.* 1. *Georg.* Auritoſque ſequi lepores, tum figere damas. ¶ Affinitas vocum *lepos*, & *lepus* originem præbuit opinioni, ut lepidi, ac formoſi forent crederentur, qui carnibus veſcerentur leporinis. Vide *Martial. l.* 5. *epigr.* 30. ¶ Per tranſlationem pro infami, impudico, ſive pathico, ſive quod puerorum amatores non ſecus illos ſectentur, venenturque, atque canes leporem, ſive quod lepori utrunque ſexum tradunt ineſſe, ſicut & hyænæ. *Ter. Eun.* 3. 1. 36. Lepus tute es, & pulpamentum quæris. *id eſt* tu ipſe muliebria pateris, & mulierem pertentas, *ſei lepre*, *e vuoi mangiar lepre*. ¶ Lepus etiam piſcis eſt e lacertorum genere inter marina venena numeratus, præſertim in Indico Oceano, ubi vel ſolo tactu peſtilens vomitum, diſſolutionemque ſtomachi protinus creat, in noſtro mari colore tantum lepori ſimilis, in Indis & magnitudine, & pilo durior. *Plin l.* 9. *c.* 49 & *l.* 32. *c.* 11. ¶ Eſt etiam lepus inter cœleſtia ſidera, qui Orionis canem fugere dicitur. Fabulam narrat *Hyginus l.* 3. *c.* 33.

Lepuſcŭlus, li, m. *lepretino*, λαγίδιον, dim. a lepus. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 31. In qua lepuſculos, vulpeculaſque ſæpe vidiſſes.

Leria, ornamenta tunicarum aurea. *Feſtus*.

Lerna, æ, vel Lerne, es, *Lerna*, Λέρνη, palus Argiæ, in Peloponneſo, apud Argos urb. ubi Lernæus, al. Amymonius fons, & fluvius, qui ex palude egreditur. Poetæ fabulati ſunt, in Lerna hydram fuiſſe ſerpentem ſeptem capitibus, quorum uno reſciſſo alia ſeptem naſcebantur, & hoc monſtrum ab Hercule clava, & igne interfectum eſſe. Palus enim hæc cum noxia eſſet incolis, quod aquam multis ex partibus effunderet, quæ ſi uno loco clauſa fuiſſet, ex pluribus aliis erumpebat, ab Hercule exſiccata eſt, aliorſum verſis fluviis, qui in eam influebant. Hinc Græc. adagium, *Lerna malorum*, Λέρνη κακῶν, de malis multis in unum congeſtis. ¶ Lerna item, *Phonea*, al. *Petrina*, opp. Laconicæ mediterraneum, inter Lacedæmonem, & Cyphantam, Orientem verſus. Alus eſt opp. Argiæ, in Peloponneſo, ad quod palus, & fluvius, & fons Amymonius Hydræ fabulis inclytus, in intimo receſſu ſinus Argolici.

Lernæus, a, um, adject. ad Lernam pertinens. *Lucret. l.* 5. *v.* 26. Lernæaque peſtis Hydra venenatis poſſet vallata colubris.

Lerniter, a, um, adject. a Lerna, ut venenum lerniferum, apud *Ovid. ep.* 9. *v.* 140. ubi tamen rectius legit *Heinſius*: Semivir occubuit in lethifero Eveno.

Lesbiăcus, a, um, quod ad Lesbum ſpectat. Hinc Lesbiaci libri, dicti ſunt tres libri Dicæarchi contra animæ immortalitatem, quia Mitylenæ urbe Lesbi ſermo habetur. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Lesbias, adis, adject. f. ad Lesbum pertinens, λεσβιάς. *Ovid. heroid. ep.* 15. *v.* 16. Nec me Lesbiadum cætera turba juvat.

Lesbis, idis, adject. fem. quæ eſt ex Lesbo. *Ovid. Heroid. ep.* 1. Lesbides, infamem quæ me feciſtis amatæ. *Id. ibid ep.* 15. *v.* 100. Et modo dixiſſes: Lesbi puella vale.

Lesbius, a, um, λέσβιος, quod eſt ex Lesbo. *Gell. l.* 13. *c.* 5. Lesbium vinum. *Horat. l.* 1. *od.* 26. Lesbium plectrum. h. e. carmen lyricum, quale fuit Alcæi, & Sapphus.

Lesbos, i, f. s. Lesbia, olim Hemerte, Leſia, Ægira, Pelaſga, Æthiope, Macaria, teſte Plinio, *Metelino*, Λέσβος, inſ. Aſiæ minoris, in mari Ægæo, verſus oram Troadis, & Myſiæ majoris. Dicta eſt Lesbos ab urbis Metr. nomine, quæ alias *Mitylene* appellatur, ſive a Lesbo Japeti filio, qui in eam inſulam navigavit. Soli fertilitate, & vini generoſitate inter alias præſtat, nec non puellarum formoſitate. Olim univerſæ Troadis imperium obtinuiſſe dicitur. Portus habet capaciſſimos duos, qui vulgo dicuntur *Geremia*, & *Caloni*. Ex hac inſula Pittacus unus ex ſeptem Sapientibus, Alcæus, Sappho, Theophraſtus Philoſophus, & alii viri ſcientia clariſſimi orti fuere.

Lesbŏus, a, um, ex Lesbo. *Horat. l.* 1. *carm. od.* 1. Lesboum refugit tendere barbiton.

Leſſus, us, m. *pianto*, θρῆνος, ejulatio funebris, a ſono ejulantium, qui eſt *le le*, vel *ei*, unde ejulo, ut leſſus nihil ſit aliud, quam, ut *Horatius Epod.* 10. loquitur, illa non virilis ejulatio, quam *Cicero* 2. *Tuſc.* ait ne mulieri quidem convenire. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 23. Mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo habento. *Plaut. Truc.* 4. 2. 18. Thetis quoque lamentando leſſum fecit filio.

Leſtrygŏnes. V. Læſtrygones.

Lethæus, m. 2. *Fiume di Mangneſia*, Ληθαῖος, fl. Lydiæ, qui ex Pactyo monte erumpit, Magneſiam urb. alluit, & per agrum Magneſianum in Mæandrum deſcendit. ¶ Item fl. Macedoniæ, Triccam urb. attingens, apud quem Æſculapium natum ferunt. ¶ Item fl. Cretæ, vulgo *Leter*, al. *Anapodari*, al. *Neporal*, qui Gortynam urb. præterfluit, & decurrit per oram Auſtralem, inter Cataractum fl. & Inatum opp.

Lethæus, a, um, Ληθαῖος, quod ad Lethem fl. ſpectat. *Virg.* 6. *Æn.* Lethæumque, domus placidas qui prænatat, amnem. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 7. Cunctave Lethæis merſa feruntur aquis.

Lethabilis, vel Letabilis, le, adject. idem quod lethalis. *Ammian. l.* 19. *c.* 4. Lues vulneri velocitate lethabilis.

Lethalis, vel Letalis, & le, o. 3. *mortifero*, *mortale*, Ger. *todtlich*, Gall. *mortel*, Hiſp. *mortal*, θανάσιμος, mortifer. *Virg. Æn.* 11. *v.* 759. Lethale vulnus. *Plin. l.* 11. *c. ult.* Lethalis inedia. ¶ *Lethale* adverbialiter. *Stat.* 12. *Theb.* Jam lethale furens.

Lethaliter, vel Letaliter, adv. *mortalmente*, θανασίμως, mortaliter. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Oves quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Le-

Digitized by Google

Lethargia, f. 1. idem, ac lethargus. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Semen inſtillatus in oleo decoctum capiti, in lethargia, & phreneſi.

Lethargicus, a, um, ληθαργικός, quod ad lethargum ſpectat. *Plin. l.* c 3. 1. *inst.* Gravedinem enim, morbumque lethargicum patitur. *Auguſtin. epiſt.* 48. Lethargicus ſomnus.

Lethargicus, ci, m. qui lethargia laborat, lethargum patitur. *Plin. l.* 20. *c.* 4. Hydropicis quoque ex aceto, & ſinapi ſumpti, & lethargicis. ¶ Sumitur etiam pro furioſo. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 30. Ut lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urget.

Lethargus, m. 2. *letargo*, תרדמה, Ger. *ſchlaffſucht*, Gal. *lethargie*, Hiſ. *letargo*, λήθαργος, ληθαργία, veternus, deſidia obliviosa, torpor, & inexpugnabilis pene ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis, ut inquit *Celſ. l.* 3. *c.* 20. Dictus eſt a λήθη, *oblivio*, & ἀργός, *iners*, ſive ἀργία, *torpor*, quia oblivionem, ſocordiamque homini inducit. *Cæl. Aurel. l.* c. ὀξέων, *c.* 3. *Plin. l.* 20. *c.* 12. Præterea inſaniam facere, & lethargos, & jecinoris vitia. ¶ Eſt & ſpecies phrenitidis. *Celſ. l.* 3. *c.* 20.

Lethætus, vel Letatos, a, um, morte mulctatus, interemptus, partic. a letho. *Ovid.* 3. *Met. v.* 55 Ut nemus intravit, lethataque corpora vidit.

Lethe, es, & Lethes, æ, f. 1. Λήθη, fluv. Inferorum a Poetis fingitus, filius Phlegethontis, cujus latices ſi quis guſtaverit, omnium præteritarum rerum obliviſcitur. Dictus eſt a λήθη, *oblivio*. Locus fabulæ hinc datus eſt, quia morientibus omnium rerum oblivionem ſurrepere Ethnici vulgo credebant. *Lucan. l.* 9. *v.* 355. Quam juxta Lethes tacitus delabitur amnis, Occultis, ut fama, trahens oblivia venis. *Ovid. de Pont. l.* c. *eleg.* 4. Non ego, ſi biberes ſecura pocula Lethes, Excidere hæc credam pectore poſſe tuo.

Lethifer, vel Letifer, a, um, *mortifero*, *che dà morte*, θανατηφόρος, quod mortem infert. *Cel. l.* 7. *c.* 12. Lethifer morbus huic generi. *Virg.* 3. *Æn. v.* 140. Lethifer annus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 123. Sanguine lethifero totus miſcebitur orbis.

Letho, vel Leto, as, avi, atum, a. 1. *dar la morte*, *uccidere*, חבור, Ger. *tœdten*, Gal. *tuer*, Hiſp. *dar la muerte*, θανατόω, morte afficio. *Virg. in Culice, v.* 322. Rurſus acerba fremit, Paris hunc quod lethat. Ita Scaliger legit ex veteri codice. In vulgatis eſt *lædat*. Voſſio ob inſolentiam hæc vox ſuſpecta eſt.

Lethum, vel Letum, i, n. 2. *morte*, מות, Ger. *todt*, Gal. *mort*, Hiſp. *muerte*, θάνατος, mors, a λήθη, *oblivio*, quia per mortem omnium rerum obrepere oblivionem credebant. Hæc eſt Varronis etymologia. At Priſcianus deducit a ſupino verbi *leo*, *les*; quia nimirum mors *let*, ſive delet omnia. Itaque qui hunc ſequuntur, ſine aſpiratione ſcribunt; & ſane in antiquis monumentis ita fere legitur, teſte *Manut. in Orthogr.* Qui vero a λήθη trahunt cum Varrone, aſpirationem addant neceſſe eſt. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 153. Vive memor lethi: fugit hora: hoc quod loquor, inde eſt. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 26. Tamen eodem ſibi letho, quo ipſe interiiſſet, eſſe pereundum.

Letus Mons, *Monte di S. Pellegrino*, mons, pars Apennini, arduus, & ſalitu difficilis, in ditione Reip. Lucenſis, in Carfeoniana.

Levabilis, le, adject. qui levari poteſt. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 7. Levabilis, & poſſibilis motus.

Levamen, nis, n. idem, ac levamentum. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 16. Quod ſi eſſet aliquod levamen, id eſſet in te uno, &, cum primum ab aliquo poterit eſſe, a te erit.

Levamentarius, ii, m. qui parvo navigio navi onerariæ majori adjungitur, ejus levandæ cauſa, ſi portum aut flumen intrare cum toto onere non poſſit, ut *Calliſtrat. Digeſt. l.* 14. *tit.* 2. *leg.* 4. loquitur, Veneti *libo* vocant. *Imp. Conſtantius lib.* 13. *Cod. Theodoſ. tit.* 5. *leg.* 1. Si navicularius originalis levamentarius fuerit.

Levamentum, ti, n. *alleggiamento*, *allevamento*, רוחה, Ger. *leichterung*, Gal. *allegement*, Hiſp. *alivio*, κουφισμός, ſolatium, id quod levat, & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit. *Cic.* 5. *Fin. c.* 19. Nos autem non ſolum beatæ vitæ iſtam oblectationem videmus, ſed etiam levamentum miſeriarum.

Levana, f. 1. Dea, quæ recens natos de terra levabat. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. c.* 11.

Levaſſo, fut. conjunctivi, pro *levavero*. *Cic. de Sen. ex Ennio*. Si quid ego adjuro, curamve levaſſo.

Levatio, onis, f. *alleggerimento*, κουφισμός, allevatio, diminutio. Proprie *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. Onerum levationes facere. ¶ Translate *Cic. Att. l.* 12. Levatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officii, & debiti. *Id.* 1. *Tuſc.* Qui levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum. ¶ Item conſolatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 4. Animi ægritudo, cui ſi majorem aliquam levationem reperire potuiſſem.

Levator, oris, m. fur, qui aliquid aufert. *Petron. Satyr.* Unde plani autem, unde levatores viverent, niſi aut locellos, aut ſonantes ære ſacellos pro hamis in turbam mitterent?

Levatus, a, um, nom. ex particip. *innalzato*, *alleggerito*, *ſollevato*. *Liv. l.* 21. *c.* 38. Aqua levata vento. *Horat. Epod.* 16. ſimul imis ſaxa renarint vadis levata.

Levatus, vel Lævatus, a, um, adject. politus, levis, levigatus, *liſciato*. *Virg. Æn.* 9. *v.* 306. Gnoſia bina dabo levato lucida ferro ſpicula. *Gel. l.* 17. 1. 8. Faciliore ad coeundum videntur, quæ lævatiora, lævioraque ſunt. Loquitur *Gell.* de iis liquoribus, qui facile gelo coaleſcunt.

Leuca, æ, f. *lega*, menſura itinerum apud Gallos, ut paraſanga apud Perſas, milliarium apud Latinos. Ea mille & quingentorum paſſuum olim erat. *Ammian. l.* 16. *c.* 23. A loco, unde Romana promota ſunt ſigna, ad uſque vallum barbaricum, quarta leuca ſignabatur, & decima, id eſt, unum & viginti millia paſſuum. Adde *Hieronym. in cap.* 9. *Joel*. ¶ Nunc bis mille paſſibus conſtat, ſecundum vulgatum illud carmen: miliare Octo dabunt ſtadia, duplicatum dat tibi leucam. Neque id tamen apud omnes perpetuum eſt: nam apud Hiſpanos, qui & ipſi hac menſura utuntur, & *legua* vocant, longior eſt. *Iſid.* vero *l.* 15. *c.* 16. quingentorum tantum paſſuum eſſe putat, niſi forte ibi ſit mendum, ut *Voſſio* videtur *de vit. ſerm. l.* 3. *c.* 19. Quidquid ſit, ipſa certe vox barbara eſt, & ab Anglis ortum duxit, ut idem *Voſſ.* putat *loc. cit.* ¶ Sunt etiam qui pro *leuca* ſcribunt *leuga*, & *leuva*.

Leuca, f. 1. *S. Maria di Leuca*, urbs Salentinorum, apud Japygium prom. a Saſone inſ. Epiri 50. M. P. ¶ Item urbs Cypri. ¶ Item oppidum Joniæ, medium inter Cumas, & Clazomenas, apud Hermum fl.

Leucacantha, f. 1. λευκάκανθα, herba, al. *rhamnus*, in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores ſedat. *Plin. l.* 22. *c.* 16.

Leucachates, æ, m. 1. λευκαχάτης, gemma candida ex genere achatarum. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Leucadia, f. 1. Leucata, Leucas, Leucates, Neritis, *S. Maura*, inſ. Græciæ, in mari Jonio, oræ Epiri occiduæ adeo vicina, ut continenti juncta videatur. *Plin. l.* 4. *c.* 1. ¶ Olim peninſula fuit, opera accolarum a continente abſciſſa eſt. *Ovid.* 15. *Metam.*

Leucadius, a, um, quod eſt ex inſula Leucade, ſeu Leucadia. *Ovid. in ep. Sapphus*. Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ. *Liv. l.* 33. *c.* 17. Eos acie in foro inſtructa Leucadii ſuſtinuerunt.

Leucæthiopes, maſc. 3. λευκαιθίοπες, pop. inferioris Libyæ, qui ſupra Gætulos Meridiem verſus primi occurrunt, Libyæ Ægyptiis proximi. *Plin. l.* 5. *c.* 7.

Leucanthemis, f. 3. λευκανθεμίς, herba eſt, quæ & anthemis, & leucanthemum a nonnullis vocatur, ab aliis etiam chamæmelon, ab Officinis chamomilla. *Plin. l.* 22. *c.* 21.

Leucargillon, n. 2. λευκαργίλλον, argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utuntur, in humida duntaxat, frigidaque terra provenient. Vide *Plin. l.* 17. *c.* 7.

Leucas. V. Leucadia.

Leucaſia. V. Leucoſia.

Leucaſpis, idis, f. λεύκασπις, albis ſcutis armata. *Liv. l.* 44. *cap.* 41. Leucaſpis phalanx.

Leucates, æ, m. 1. Leucata, Leucate, *Capo di S. Maura*, λευκάτης, prom. Epiri, apud Leucadem inſ. Apollinis templo nobile. Dictum eſt a petræ candore.

Leuce, fem. 1. λεύκη, herba Mercuriali ſimillima, niſi quod per medium folium linea alba tranſcurrat, unde & meſoleucon appellarunt. *Plin. lib.* 27. *cap.* 11.

Leuce, f. 1. *S. Teodoro*, inſ. parva Cretæ, in ora Boreali, contra Cydoniam urb. ab ea parum recedens in Bor. vix uno, aut altero milliari ab ora Cretæ inſ. cum arce cognominis ſatis munita, in monte. ¶ Item inſ. parva in Ponto, oſtio Boryſthenis fl. objecta, cum opp. cognom. Dicta eſt etiam Macaron, item Achillea, quod Achilles in ea ſepultus fuerit. *Plin. l.* 4. *cap.* 13. ¶ Item nomen eſt quinque inſularum Lesbo adjacentium. *Plin. l.* 6. *c.* 32. ¶ Item parvum opp. in finibus Joniæ, & Æolidis, non longe a Smyrna. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Leucippus, m. 2. Λεύκιππος, Philoſophus fuit Eleates, ſive, ut aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui univerſum infinitum eſſe dixit, cujuſque partes plenum eſſe, & inane, omniaque fieri ex atomis ſibi invicem implicatis. *Cicer.* 4. *Tuſc. Laert.*

Leucochryſus, m. 2. λευκόχρυσος, gemma ex hyacinthorum genere, inter auri colorem vena candida interveniente. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Leucogæa, f. 1. gemma, al. galactites, & leucographia, tota candida, lactis ſucco, & ſapore notabilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Leucogæus collis, ſeu Leucogæi colles, *l'Alumera*, locus Campaniæ, inter Neapolim, & Puteolos, ubi ſulphur præſentiſſimum effoditur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admixtum candorem ſimul affert, & teneritatem. *Plin. l.* 18. *c.* 11. & 35. *c.* 15. Ibi etiam Leucogæi fontes, qui firmitatem dentibus, oculis claritatem, & vulneribus ſanitatem afferunt. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Leucographis, idis, λευκογραφίς, herba quædam utilis ſanguinem excreantibus. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Leucoion, n. 2. *viola*, *garofano*, Germ. *violen*, Gall. *violette*, Hiſp. *alheli blanco*, λευκόιον, viola in genere, quaſi λευκὸν ἴον, alba viola. Aliqui dicunt, leucoii nomine intelligendum non eſſe eum florem, quem ἴον Græci, Latini violam proprie appellant, ſed alium, quem vulgus ab odoris ſimilitudine caryophyllon nominat, ſive is albus ſit, ſive luteus, ſive purpureus. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Sed ex eo candidum colorem ſentientem violam leucoion appellant. ¶ Quia vero leucoion ſignificat violam generatim, ſi ſpecies aliqua ſit exprimenda, coloris nomen addendum eſt, ut Leucoion album, luteum, purpureum, &c. *Colum. l.* 2. Leucoia candida.

Leucon, f. 3. λευκών, ſpecies ardeæ avis, ita dicta a candore. *Pl. l.* 10. *c.* 60.

Leucon, nis, m. Λεύκων, Rex Ponti, a fratre Oxylacho necatus, quod cum ejus uxore adulterii, & inceſtus conſuetudinem haberet. *Ovid. in Ibin.*

Leuconſum, oii, ſeu Leuconicum, ci, n. λευκώνιον, tomentum a lanæ raſæ floccis, quo ditiores utebantur, a Leuconibus pop. Galliæ, qui iidem erant, ac Leuci, quos Ptolemæus Linganibus vicinos facit. *Turneb. l.* 9. *c.* 24. Leuconicum vocari tomentum putat a Leuconio Æolidis oppido, cujus *Thucydides* meminit *l.* 8. Alii cenſent eſſe a λευκός, albus, nempe quia flocci eſſent a lana alba. ¶ Differt a Lingonico. Nam hoc dictum eſt a Lingonibus populis Celtarum, cujus *Cæſar*, & alii meminere. Hinc *Plin. l.* 8. *c.* 46. dicit, ſuo tempore tomenta Gallica diverſis nominibus. *Martial. l.* 11. *epigr.* 22. Culcitra leuconico quam viduata ſuo.

Leuconotus, i, m. *ponente garbino*, λευκόνοτος, ventus Africæ occidentalis, inter Notum, & Favonium ſpirans. a λευκός, albus, & νότος, Notus: de quo *Hor. l.* 1. *od.* 7. *v.* 15. Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo ſæpe Notus. *Auſon. in Technopægn. de diis*, *v.* 10. Veliſvolique maris conſtrator leuconotus Libs.

Leucopetalos, f. 2. λευκοπέταλος, gemma, quæ candorem nivis auro diſtinguit. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Leucopetra, f. 1. *Capo dell' Arme*, λευκοπέτρα, prom. Brutiorum, in Meridionali parte Calabriæ ulterioris, juxta fretum Siculum, ultra Rhegium urb. 12. M. P.

Leucophæatus, vel aſpiratione detracta, leucopæatus, a, um, qui eſt leucophæo colore indutus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 97. Amator ille triſtium lacernarum, & bæticatus, atque leucophæatus.

Leucophæus, a, um, *fuſco*, *quaſi nero*, *griſo*, Germ. *grauw*, Gall. *cendré*, Hiſp. *pardilla*, λευκόφαιος, color cinericius, ſeu ex albo, & fuſco mixtus, a λευκός, *albus* & φαιός, *fuſcus*. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Jecur rubetæ, vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. *Vitr. l.* 8. *c.* 3. Fontes, & flumina ſunt, quorum potu pecora, quamvis alba ſint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore.

Leucophlegmatia, fem. 1. λευκοφλεγματία, ſpecies eſt hydropis, al. hypoſarca, qua aqua ſubter cutem inæqualiter ſollicita alibi aliter extuberat. *Celſ. l.* 3. *c.* 21.

Leucophorum, n. 2. λευκόφορον, glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex ſinopide Pontica ſelibra, ſilis lucidi libris decem, & melini Græcienſis libris duabus, mixtis, & per dies duodecim una tritis. *Plin. lib.* 35. *c.* 6. & *l.* 33. *c.* 3.

Leucophthalmos, m. 2. λευκόφθαλμος, gemma, quæ candidam, nigramque oculi ſpeciem continet, alias rutila. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Leucoſia, fem. 1. Leucaſia, *Leucoſa*, *la Licoſa*, λευκωσία, inſ. parva maris Tyrrheni, Lucaniæ adjacens, in ſinu Pæſtano, contra Poſidoniatæ prom. quod ab ea *Capo della Licoſa* nominatur. Dicta eſt, teſte Feſto, ab Æneæ ſonſobrina ſepulta in ora Lucaniæ. Sed *Plin. l.* 2. *c.* 90. vult, dictam eſſe ab una Sirenum, quæ ibi ſubmerſa, & ſepulta eſt, ſeu, ut alii ſcribunt, quæ hoc in loco periit, cum ſpreta ab Ulyſſe in mare ſe abjeciſſet.

Leucothea, f. 1. λευκοθέα, Ino Cadmi, & Hermiones filia, uxor Athamantis, &c. V. *Ino*. ¶ Item fons in Samo inſ. forte a filia Cadmi. ¶ Item inſ. maris Tyrrheni, apud Capreas, & promontorium Minervæ, in ora Picentium, non apud Leucoſiam in ora Lucaniæ, ut Ortelius ſcribit.

Leucothoe, f. 1. Orchami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quæ a Phœbo, qui ei matris ſpecie primum apparuit, gravida facta eſt. Clytie, quæ antea a Phœbo amata fuerat, Leucothoe invidit, ejuſque crimen patri indicavit. Ille vivam defodit. Sed puella Phœbi miſeratione mutata eſt in arborem thuriferam. *Ovid.* 4. *Metam. Boccac. l.* 15. *Gen.*

Leucozomus, a, um, adject. λευκόζωμος, albo jure conditus, ut pullus leucozomus, apud *Apic. l.* 6. *c.* 9.

Digitized by Google

Leucrocotta. V. *Leocrocotta*.

Leuctra, æ, fem. 1. vel Leuctra, orum, n. 2. vel Leuctræ, arum, fem. 1. Λεῦκτρα, opp. Bœotiæ, inter Plateas, & Theſpias, in confinio Megaridis, ubi ingens planities, in qua Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeoque attrivit, ut poſtea Imperium nequiverint reparare. *Cic.* 1. *& 2. de Div.* 1. *Tuſc.*

Leuctrĭcus, a, um, quod ad Leuctra ſpectat. *Cic.* 1. *de Div.* Lacedæmoniis paulo ante Leuctricam calamitatem quæ ſignificatio facta eſt?

Leucum, n. 2. *Lecco*, opp. Inſubriæ, cum arce apud Larium lac. ubi Adduam fl. emittit.

Levenna homo, hoc eſt *levis homo*. dictum eſt a *Laberio*, ſed nimis prælicenter, ut notat *Gell. l.* 16. *c.* 7.

Levi, m. 2. Lævi, pop. Liguriæ, qui cum Mariſia Ticinum condiderunt, circa Ticinum fl. incolentes, quorum locus adhuc *li Lobi* nominatur, in agro Alexandrino, apud Maricos.

Levicŏmis, e, adject. leves comas habens. *Fulgent. l.* 1. *Mythol.*

Levicŭlus, a, um, *leggieretto*, ἀνόητος, dimin. a levis. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 36. Leviculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, &c.

Levidenſis, ſe, o. 3. ἀραιός, quod eſt ex tela leviter denſata, cui pavitenſis opponitur, a *levi*, & *denſo*. *Iſid. l.* 19. *c.* 23. Levidenſia veſtia dicta, quod raro filo ſit, leviterque denſata. Tranſlate *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 12. Sed ego hoſpiti veteri, & amico munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo, cujuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. ideſt, munus vile, & minimi pretii, ſc. orationem parum elaboratam, atque expolitam. Sunt tamen qui aliter legunt.

Levifĭdus, a, um, *che non ha ferma fede*, ἄπιστος, ἄπιστος, qui habet levem fidem, cui ſecretum non poſſis tuto committere, qui facile fidem violat. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 61. Omnes ſunt lenæ levifidæ.

Levigatio, vel Lævigatio, onis, f. actus levigandi, & poliendi. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Levigationibus & politura cum fuerint perfecta.

Levigătus, vel Lævigatus, a, um, adject. politus, complanatus, *polito*, *liſcio*. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 12. Quod & levigatus, & ſpiſſiut eſt.

Levigo, vel Lævigo, as, avi, atum, a. 1. *liſciare*, *polire*, *ſpianare*, a levis. Ger. *glätten*, Gal. *aplanir*, Hiſp. *aliſar*, λειαίνω, complano, polio, quaſi læve ago. *Plin. l.* 13. *cap.* 12. Scabritia (chartæ) levigatur dente. *Varr. R. R. l.* 3. *c.* 11. Omnes parietes tectorio levigantur. ¶ Significat etiam terere, in pulverem redigere, *ſtritolare*, *polverizzare*. *Colum. l.* 6. *c.* 6. Myrti ſilveſtris foliorum duæ libræ levigantur. *Id. l.* 12. *c.* 41. Quæ in colo ſubſiderunt, diligenter contrita levigantur. Adde *l.* 6. *c.* 17. *l.* 7. *c.* 5. & *l.* 9. *c.* 13.

Levĭpes, edis, o. *che ha i piedi veloci*, ἐλαφρόπους, celer, & pedibus levis. *Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 12. Dictum leporem a celeritudine, quod levipes eſſet.

Levir, iri, m. *cognato*, ἀδελφὸς ἀνδρός, δαήρ, uxoris meæ frater, ſecundum *Feſtum*: vel frater mariti mei, ſecundum *Non. c.* 2. *n.* 5. Poſterior hæc interpretatio eſt etiam Juriſconſultorum. *Modeſtin. Dig. l.* 38. *tit.* 10. *leg.* 4. *a med.* Viri frater levir eſt, apud Græcos δαὴρ appellatus, ut eſt apud Homerum relatum. Sic enim Helena ad Hectorem dicit: Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης. ¶ Eſt ab alſato δαέρ. neque audiendus *Nonius*, a quo quaſi *lævus vir* dictus creditur: unde & *lævir* quidam ſcripſere.

Levis, ve, o. 3. *lieve*, *leggiero*, *ſenza peſo*, Ger. *leicht*, Gall. *leger*, Hiſp. *ligero*, *liviano*, ἐλαφρός, quod eſt ſine pondere, quodque facilius ſurſum attollitur, quam deorſum tendat. *Virg.* 11. *Æn.* Corytique leves humeris, & lethifer arcus. ¶ Leve etiam dicitur, quod licet non prorſus ſine pondere ſit, parum tamen habet ponderis. Levis enim armaturæ milites ſunt pedites expediti, non magna armorum pondere onerati. *Cicer.* 10. *Phil.* Noſtræ ſunt legiones, noſtra levis armatura, noſtri equitatus, &c. Hinc Levis armaturæ excurſio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leviorum textura. *Cic.* 2. *de Div. c.* 10. Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ, prima orationis excurſio: nunc cominus agamus, experiamurque, ſi poſſimus, cornua commovere diſputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum. Unde leves homines vocantur mobiles, inconſtantes, qui facile opinionem mutant, quemadmodum e contrario graves dicimus eos, qui conſtantes ſunt, & prudentes. *Cic. pro Roſc. Am.* Qui minime ipſi leves ſunt. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 88. Leviſſimus quiſque, & futuri improvidus. Hinc Levis auctor dicitur, cui nulla ſit adhibenda fides. *Liv. l.* 5. Sed auctorem levem, nec ſatis fidum ſuper tanta re eſſe Patres rati. ¶ Et levis eſſe ſententiæ dicuntur ii, qui ſententiam, ſive propoſitum ſæpe mutant. *Ter. Hec.* 3. 1. 30. Itidem mulieres illæ ſunt ferme, ut pueri, levi ſententia. ¶ Tranſlate etiam dicitur de rebus inanimatis, pro inani, vano, quaſi nullius ponderis. *Cic. pro Roſc. Com.* Quod apud omnes leve, & infirmum eſt. ¶ Item pro parvo, exiguo. *Cicer.* 1. *Fin.* Quod mors ſenſu careat, dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis ſoleat eſſe. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Mortem illico affert levi tactu. *Sil. l.* 10. *v.* 591. Levis numerus. ¶ Item pro mitis. *Cic. pro Roſc. Am.* Sin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percuſſores appellant. ¶ Item pro indilegenti. *Cic. Att. lib* 4. *ep.* 15. Conſules, qui illud levi brachio egiſſent, rem ad Senatum detulerunt. ¶ In levi habere, aſt parum curare, apud *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 21.

Levis, e, vel Lævis, (quamquam cum ſit a λεῖος, rectius ſine diphthongo ſcribitur, nam οι in e, vel e latinum tranſit, nunquam in æ) adject. *polito*, *ſpianato*, *liſcio*, Germ. *glatt*, Gall. *mollet*, Hiſp. *aliſado*, λεῖος, planus, politus, tactu non aſper. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 65. Ut per leve ſeveros Effundat junctura ungues. *Virg.* 5. *Æn. v.* 91. inter pateras, & pocula levia ſerpens Libavitque dapes &c. ¶ Accipitur & pro glabro, & depilato. *Tibull. l.* 1. *el.* 8. Charior eſt auro juvenis, cui levia fulgent ora. *Horat. l.* 2. *od.* 11. Fugit retro levis juventas, & decor. hoc eſt imberbis. ¶ Tranſlate pro molli & effœminato. *Ovid. l.* 3. *de arte*: Fœmina quid faciet, cum vir ſit levior ipſa? *Perſ. ſat.* 1. *v.* 82. Troſſulus exultat tibi per ſubſellia levis.

Leviſomnus, a, um, *che ha ſonno ſottile*, quod levi ſomno eſt. *Lucr. l.* 5. *v.* 862. At leviſomna canum fido cum pectore corda.

Levĭtas, atis, f. *leggierezza*, Germ. *leichte*, Gal. *legereté*, Hiſp. *livianded*, *liviandad*, κουφότης, id, quo res ponderoſa non eſt. *Plin. lib.* 12. *cap.* 12. Syncerum quidem deprehenditur levitate. ¶ Tranſlate ponitur pro inconſtantia, mobilitate, vilitate. *Cic. in Phil.* 2. *c.* 31. Videte hominis levitatem. *Id. in Offic. l.* 1. *c.* 26. Ut adverſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt. ¶ Item pro vanitate. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 17. Cujus opinionis levitas confutata eſt. *Id. de Fin. l.* 1. *c.* 18. Amatoriis levitatibus ſunt dediti.

Levĭtas (vel Lævitas) atis, f. *pollitezza*, Ger. *glette*, Gal. *delicateſſe*, Hiſp. *liſura*, λειότης, complanatio, expolitio, æqualitas, aſperitati contraria, a levis. *Plin. l.* 9. *c.* 29. *de Polypis*. Soli mollium in ſiccum exeunt, dumtaxat aſperum, levitatem odere. ¶ Accipitur interdum pro lubricitate. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. Ex torminibus interdum inteſtinorum levitas oritur, quum continere nihil poſſunt.

Levĭter, adv. *leggiermente*, Ger. *leichtlich*, Gal. *legerement*, Hiſp. *livianamente*, ἐλαφρῶς, ſine pondere. Tranſlate ponitur pro parum, & pro admodum parum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Gemmæ oculis ſubjectæ, leviterque eminentes. *Id.* 2. *de Or.* Homo leviter eruditus, ideſt parum, ſive mediocriter. ¶ Item pro leniter, remiſſe, modeſte. *Cic. in Off.* 1. *c.* 24. Medici leviter ægrotantes leviter curant. *Id. in Fam.* 3. *ep.* 10. Cum tu omnibus ornamentis redundares, illi, ut leviſſime dicam, multa deeſſent. ¶ Item pro imperfecte, indiligenter. *Suet. de clar. Gram. c.* 9. Functuſque militia, ſtudia repetit, quæ jam inde a puero non leviter attigerat. ¶ Item pro facile, patienter, æquo animo. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 20. Sed leviſſime feram, ſi forte his omnibus probero. *Id. Fam. l.* 4. *c.* 3. Id aliquando levius ferebam. ¶ Item pro breviter. *Cic. pro Roſc. Amer.* Sed in animo aſt, quemadmodum ante dixi, leviter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquamque rem. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Leviter in tranſitu attingere aliquid.

Levites, æ, m. *Levita*, *Diacono*, ſacer Ordo Eccleſiaſticus Sacerdoti in dignitate proximus: dictus a Levitis Hebræorum, qui miniſtri erant ſacrorum, & ex Tribu Levi aſſumebantur, unde & nomen. *Sidon. l.* 9. *ep.* 2. Albiſo Antiſtes, Proculuſque Levites.

Levitūdo, vel (Lævitudo) inis, f. idem quod levitas, a levis. *Lactant. de Ira*, *c.* 10. Si quis velit milium in unam coagmentationem conſtringere, levitudo ipſa granorum in maſſam coire non ſinit.

Levo, as, avi, atum, a. 1. *levare*, *alzare*, הרים, Ger. *auffheben*, Gal. *lever en haut*, Hiſpan. *alzar*, αἴρω, in altum tollo, veluti leve quiddam. *Quint. l.* 2. *c.* 12. Levare manum. *Plin. l.* 2. *c.* 16. Levare in ſublime. *Ovid.* 2. *Metam.* De ceſpite virgo ſe levat. ¶ Sæpe ſignificat infirmare, minuere. *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 10. Multa fidem promiſſa levant. *Cic.* 2. *Inv.* Illa autem acerrima accuſatorum criminatio levabitur. Sic levare annonam, eſt annonæ pretia imminuere, apud *Liv. lib.* 26. & *Cicer. pro Mil.* ¶ Item leve facere, lenire, *alleggerire*. *Virg.* 1. *Æn.* Noſtrumque leves quæcunque laborem. *Id.* 8. *Æn. verſ.* 309. Levare viam ſermone. *Plaut.* genitivo jungit *Rud.* 1. 4. 27. Ut me omnium jam laborum levas! ¶ Interdum auferre. *Virg.* 2. *Æn.* Atque arcta levari vincla jubet Priamus. ¶ Interdum exonerare, & quaſi relevare. *Virg.* 9. *Ecl.* Ego hoc te faſce levabo. *Plaut. Mil.* 4. 2. 57. Levandum morbum mulieri cenſeo. ¶ Interdum adjuvare, ſubvenire. *Cic. pro Corn. Balbo*. Gaditani Populum R. in caritate frumento ſuppeditato levaverunt. ¶ Aliquando recreare, conſolari, *ſollevare*. *Cic. de Sen. c.* 11. Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraveſcunt, animi autem ſe exercendo levantur. *Id. Att. l.* 12. *ep.* 8. Nonnihil me levant tuæ litteræ hoc tempore. ¶ Aliquando liberare. *Cic. de Amic. c.* 20. Qui hac opinione non modo verbis, ſed etiam opere levandi ſunt. Sic levare aliquem metu. *Liv. l.* 2. Et, levare metum olim. *Cic.* 2. *Tuſc.* ¶ Aliquando curare, ſive ſanare, *guarire*. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Serpentum ictus contactu levare ſolitos. *Hor. in carm. ſecul. v.* 63. Qui ſalutari levat arte feſſos corporis artus.

Levo, (vel Lævo) as, avi, atum, a. 1. idem quod levigo, polio, *ſpianare*, *liſciare*, *polire*, λειαίνω, a levis. *Stat.* 1. *Theb. v.* 519. Pars teretes levare manu, ac diſponere menſas. *Celſus*. Levat, quæ exaſperata ſunt.

Levor, (vel Lævor) oris, m. idem ac levitas, a levis. *Plin. l.* 9. *c.* 35. *de unionibus*; Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere. *Lucret. l.* 2. *v.* 423. Haud ſine principali aliquo levore creata eſt.

Leutarnia, æ, f. *Leucdona*, *Alvidona*, opp. Lucaniæ, in Magna Græcia, al. in fin. Brutiorum, nunc in Calabria cit. ab Amygdalatta, & a ſinu Tarentino 7. M. P. in Occ.

Levus. V. Lævus.

Lex, egis, f. *legge*, תורה, Ger. *ein geſatz*, Gal. *loy*, Hiſp. *ley*, νόμος, recta ratio rerum agendarum, & omittendarum. Dicta eſt a *legendo*, quia cum ferretur, populo legebatur, quo omnibus innoteſceret. *Var. l.* 5. *de L. L.* Aliqui dictam putant a *legendo*, quia ſcriberetur, legendaque proponeretur. *Cic. l.* 1. *de Leg.* placet, dictam eſſe a *legendo*, quatenus legere eſt eligere, quaſi lex ſit electa regula, & norma vivendi. Aliqui a *ligando* derivant, h. e. obligando. *Cic.* 3. *de Leg.* Vereque dici poteſt, Magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum eſſe Magiſtratum. ¶ Lex varie dividitur, ut in Legem naturalem, & poſitivam, ſeu civilem, in Divinam, & humanam, in veterem, & novam, &c. de quibus V. *JCtos*. ¶ Apud Romanos lex dicebatur, quod Populus Rom. Senatorio Magiſtratu interrogante, conſtituebat. Atque hoc pacto a Plebiſcito diſtinguebatur. Quamquam & Plebiſcita ipſa aliquando leges dicuntur. Ac primis quidem temporibus Regum, vel etiam Conſulum reſponſa, & decreta pro legibus habebantur: poſtea vero miſſis Athenas Legatis (Decemvirum Magiſtratu ad id ſanſtituto) deſcriptæ Solonis leges in XII. tabulis, & ad Remp. regendam adhibitæ, additis ſucceſſu temporum quampluribus aliis, quas, proponente aliquo, populus Rom. acceptabat. Porro qui legem aliquam laturus erat, eam prius domi deſcribebat, deinde promulgabat, h. e. proponebat in publicum per trinundinum: tum populum rogabat per formulam: *Velitis*, *jubeatis*, &c. quæ ſi acciperetur, lata dicebatur, ſi diſpliceret, antiquata. Hinc patet, quid ſit promulgare legem, legem ferre, ſeu rogare, legem accipere, legem antiquare, quæ loquendi formulæ paſſim leguntur apud *Cic.* & *Liv.* Abrogare legem quid ſit V. in Abrogo. ¶ Legem ferre alicui, h. e. in favorem alicujus. *Cic. pro Domo ſua*, *c.* 30. ¶ Legem perferre, hoc eſt ita proponere, ut ab omnibus accipiatur. *Liv. l.* 33. *c.* 46. Legem promulgavit, pertulitque, ut in ſingulos annos judices legerentur. ¶ *Figi* etiam *leges* dicebantur, cum poſtquam latæ eſſent, in æreis tabulis incidebantur, & affigebantur parietibus, ut ab omnibus perlegi poſſent. *Cic. Att.* 14. *Virg.* 6. *Æn. v.* 622. ¶ Legibus aliquem ſolvere, eſt ei ſpeciale privilegio concedere, ut legibus parere non teneatur, *diſpenſare*. C. Cornelius Trib. pl. C. Calpurnio Piſone, M. Acilio Glabrione Coſſ. legem promulgavit, ne quis in Senatu legibus ſolveretur, niſi ducenti adfuiſſent, neve quis, cum ſolutus eſſet, interzederet, cum de ea re ad populum ferretur. *Pedian. in Corneliana*, *quæ non extat*, *Comment. Manut. de Sen. Rom. Cic.* 11. *Phil.* Ille homo ſummo ingenio, ſumma potentia, qui ex Ædilitate Conſulatum petit, legibus ſolvatur. ¶ Lege agebatur, cum Prætor ſedebat pro tribunali, & tria verba fabatur, *Do*, *Dico*, *Addico*. *Manut. de vet. dier. ratione*. ¶ Interdum accipitur pro exequi ſententiam a judice latam. *Liv. l.* 26. Flavius acceptas litteras, neque reſolutas cum in gremio repoſuiſſet, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet, i. e. ut ex officio ſuo ageret, & ſententiam in damnatos exequeretur. ¶ Item pro actionem intendere in judicio, ſive judicio experiri, contra aliquem litigare. *Cicer.* 1. *de Orat. cap.* 36. Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. Tabulis permiſerat. *Id. ib. c.* 38. Cum egiſſet lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius. Adde *Ter. Phor.* 5. 7. 90. Una injuria eſt tecum. Ch. Lege agito ergo. ¶ Huc & illa pertinent, legibus experiri, apud *Nepot. in Timol. cap.* 5. Legibus aliquem aggredi, apud *Suet. in Aug. cap.* 9. ¶ Hinc & ablativus *lege* eleganter uſurpatur pro, ſecundum legem, ſeu, ex lege, *in vigor delle leggi*. *Ter. Andr.* 4. 5. 4. Ejus morte ad me lege redierunt bona. ¶ Accipitur interdum lex pro conditione, aut pacto. *Ter. Andr.* 1. 2. 28. Te, Dave, in piſtrinum dedam, ea lege, ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam. ¶ Item pro norma, regula, typo. *Cic.* 3. *de Or. c.* 49. Hanc igitur ad legem formanda nobis oratio eſt. *Id. in*

Or. Quo etiam difficilius eſt oratione uti, quam verſibus, quod in illis certa quædam, & definita eſt lex, &c. ¶ Item pro præceptis artis, ut leges Grammaticorum, Dialecticorum, &c. *Cic.* & alii.

Lexidium, ii, n. *paroletta*, λεξίδιον. *Gell. l.* 18. *c.* 7. Vos Philoſophi mera eſtis mortuaria gloſſaria. namque colligitis lexidia, &c.

Lexipyretos, a, um, adject. λεξιπύρετος, febres finiens, ut lexipyreta cataplaſmata, apud *Theodor. Priſcian.* Adde *Plin. l.* 30. *c.* 18.

Lexis, f. 3. *parola*, *vocabolo*, λέξις, dictio. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 43. *in vetuſto Poeta*. Quam lepidæ lexes compoſtæ, ut teſſerulæ omnes arte pavimento, atque emblemate vermiculato!

L ANTE I.

Liacillum, i, n. *cazzuola*, inſtrumentum, quo levigantur intectoria in parietibus, a λεῖος, *planus*, *levigatus*. *Vitr. l.* 7. *cap.* 3. Liaculorum ſubactionibus fundatæ ſoliditates. Alii legunt *baculorum*. Adde *l. c. c.* 4.

Libadion, n. 2. λιβάδιον, herbæ genus, quod noſtris vulgo centaurium minus appellatur, a λιβάς, *gutta*, quod fontibus, & locis irriguis gaudeat. *Plin. l.* 25. *c.* 6.

Libamen, inis, n. idem ac libamentum. *Virg.* 6. *Æn.* Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Libamentum, i, n. λοιβή, *offerta*, quicquid in ſacris libatur. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 12. Quod tempus ut ſacrificiorum libamenta ſerventur. ¶ Tranſlate *Gel. l.* 16. *c.* 8. Hoc breve ex Dialectica libamentum dediſſe, ſatis erit, *un ſaggio*.

Libanius, m. 2. Λιβάνιος, Sophiſta Antiochenus, diſcipulus Diophanti. Floruit Juliani Apoſtatæ temporibus uſque ad Theodoſium ſeniorem. Scripſit encomium Conſtantii Cæſaris, & alterum Juliani, præterea Progymnaſmata Rhetorices, argumenta in Orationes Demoſthenis, & epiſtolas quaſdam. *Suid.*

Libanochros, m. 2. al. libanochrus, λιβανόχρους, gemma, quæ thuris ſimilitudinem oſtendit, & ſuccum mellis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Libanotis, idis, f. *roſmarino*, λιβανωτίς, frutex, odorem thuris habens, qui roſmarinus appellatur, a λίβανος, *thus*, & ὄζω, *oleo*. *Plin. l.* 19. *c.* 12. Libanotis radicem habet oluſatri, nihil a thure differentem. Uſus ejus poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam alio nomine roſmarinum appellant.

Libanotus. V. Libanotus.

Libanus, i, m. *Libano*, לְבָנוֹן, Λίβανος, mons Syriæ, a לבן, *albus*, quia altiſſima ejus juga propter nives longiſſime conſpicua ſunt, quomodo & Alpes in Italia ab ea ipſa cauſa nomen habent. Inter montes totius Palæſtinæ celeberrimus eſt. Ab agro Damaſceno in Arabiæ confinio Tripolim uſque Phœnicis urbem producitur. Altiſſimus eſt, & nihilominus fertilis, & amœnus, in valles, & campos hinc inde effuſus. Cedris abundat. Quidam ſcribunt in eo duntaxat cedrum arborem provenire. In ipſo ſunt Jordanis fontes. Huic monti ex adverſo obtenditur Antilibanus, valle tantum interjecta. Olim muro conjuncti erant. Inter duos hoſce montes Orontes fl. oritur, teſte *Plin. l.* 6. *c.* 19. 20. & 22.

Libanus, f. 2. לְבוֹנָה, Λίβανος, frutex, ſive arbuſcula thurifera, al. dendrolibanus, item ipſum thus, a voce Hebraica allata, quæ & arborem thuriferam, & ejus reſinam notat, & eſt a לבן, *albus*, propter alborem. *Iſid. l.* 17. *c.* 8. ¶ Poetæ fabulantur, nomen accepiſſe a juvene quodam Λιβάνῳ in hunc fruticem commutato.

Libarius, ii, m. 2. qui liba vendit. *Sen. ep.* 57. Jam libarii varias exclamationes.

Libarnum, n. 2. Libarna, *Villa Barna*, caſtr. Liguriæ, & agri Dertonenſis. Aliis eſt *Bobio*, al. *Inciſa*.

Libatio, onis, f. 3. λοιβή, σπονδή, ſacrificatio, vel ea deguſtatio, quæ in ſacrificiis fieri ſolebat. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 10. Tui ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Libella, æ, f. 1. diminut. parva libra. ¶ Accipitur pro nummulo argenteo, qui & *as* dicitur. Nam illa nummulus argenteus dictus eſt libella, quod libram æris, i. e. aſſem, valebat. Erat decima pars denarii. Romani, cum minimam pecuniam ſignificare volebant, aſſem, & libellam dicebant. *Cic.* 4. *Verr.* Equus Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, unam libellam dediſſet? *Id. pro Roſc. Com. de pœna plus petentium*. Si petierit H. S. LIII. hic, niſi planum facit, H. S. LIII. ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. ideſt ſi minimo quidem nummo minus debitum fuit, ex formula plus petitionis, cauſa cadit. ¶ Item pro univerſa hæreditate. *Cic. Attic. l.* 7. *epiſt.* 2. Fecit palam te ex libella, me ex teruncio. ſubaudi *hæredem*. ¶ Libella etiam eſt fabrile inſtrumentum, quod noſtrates *livellum* appellant, *livella*, *traguardo*. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Normam autem, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit. *Id. l.* 36. *c.* 22. Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum reſpondere oportet.

Libellaris, e, adject. ad librum, ſeu libellum pertinens. *Sidon. l.* 9. *ep.* 15. Libellare opus conficere.

Libellarium, ii, n. loculus, ſeu ciſta, in qua libri aſſervantur. *Cic. pro Mil. c.* 10. Exhibe, quæſo, Sexte Clodi, libellarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe a domo, tanquam Palladium, &c. Al. leg. *Librarium*.

Libellenſes, in *Cod. tit.* 62. *l.* 7. *leg.* 32. *a med.* & *tit.* 64. *l.* 3. *leg.* 3. ſunt, qui in ſcrinio Palatino libellis ad Principem datis excipiendis, & in acta referendis inſerviunt: quibus qui præeſt, *libellorum magiſter* appellatur.

Libellio, onis, m. *corriero*, γραμματεύς, a veteribus dicebatur, quem nos tabellionem vocamus, a *libellus*. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 499. Tum ad me ſervos, quod libellionem eſſe ſciebant. ¶ Accipitur interdum pro librario, qui libros ſcribit, & vendit, βιβλιογράφος, βιβλιοπώλης. *Stat. l.* 4. *Syl.* 9. *v.* 21. Sed Bruti ſenis oſcitationes, de capſa miſeri libellionis, emptum plus minus aſſe Caiano, donas.

Libellulus, li, m. *libricciuolo*, parvus libellus. *Martian. Capell. l.* 3. *pag.* 71. *in carm.* Quantumque ſolo inditum libellulo Poteſt probare ſerium faſtidium.

Libellus, li, m. 2. *libretto*, Ger. *buechlin*, Gal. *livret*, Hiſp. *librillo*, γραμματεῖον, βιβλίον, parvus liber. *Cic.* 1. *de Or.* Scripſi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente, & invito excidit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro commentario, pro ſcripto memoriæ cauſa facto, *memoriale*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Quin etiam libellum ipſius habeo, in quo eſt, Salaminios pecuniam debere M. Scaptio, & P. Matinio familiaribus meis. *Id.* 1. *Phil. c.* 8. Niſi forte, ſi quid memoriæ cauſa retulit in libellum, id numerabitur in actis. ¶ Pro libello ſimpliciter, etiam libellum memorialem dicimus. *Suet. in Cæſ. c.* 56. Epiſtolæ quoque ejus ad Senatum extant, quas primum videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertiſſe. ¶ Aliquando ſumitur pro tabella, ſive epiſtola, *lettera*. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 11. Ne de Planco quidem ſpem adhuc abjeci, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. ¶ Aliquando pro epiſtola aſſertoria, quam vulgo certificationem vocamus, *fede*, *mandato*. *Paul. in l. ſi Publicanus, ff. de Publican.* Significent id libello manu ſua ſubſcripto, eumque ad Publicanum mittant. ¶ Aliquando pro ſcripto, quod continet ſupplicationem, vel accuſationem, vel aliud ſimile, *ſupplica*, *poliza*. Tales Principibus dari ſolent ad negotia explicanda, in quibus petitiones continentur. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 16. Ut primum Buthrotium agrum proſcriptum vidimus, commotus Atticus libellum compoſuit eum mihi, ut darem Cæſari, eram enim cœnaturus apud eum illo die, eum libellum Cæſari dedi, probavit cauſam, reſcripſit Attico, æqua eum poſtulare. *Suet. in Cæſ.* Libellumque indicem inſidiarum ab obvio quodam porrectum libellis cæteris, quos ſiniſtra tenebat, quaſi mox lecturus, commiſcuit. ¶ Hic etiam ſupplex libellus nominatur. *Mart. l.* 8. *epigr.* 31. Supplicibus dominum laſſare libellis. ¶ Hinc Libellos ſignare, ſive ſubnotare dicuntur, qui libellis ſupplicibus Principum nomine reſpondent. *Suet. in Aug. c.* 50. In diplomatibus, libelliſque, & epiſtolis ſignandis initio ſphinge uſus eſt, mox imagine Magni Alexandri. *Plin.* 10 *Epiſt.* Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas. ¶ Hinc libellus agere, quod eſt libellis præfectum eſſe. *L. reſcripto ff. de diſtr. pign.* Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano. ¶ Hinc A libellis miniſtri illi eſſe dicuntur, qui Principi in hoc negotio ſubſerviunt, ut ſupplices libellos accipiant, evolvant, illiſque reſpondeant. *Suet. in Domit. c.* 14. Epaphroditum a libellis capitali pœna condemnavit. ¶ Accipitur etiam pro ſcripti genere, quo aliquis in judicium vocatur, *citazione*. *Plaut. Curc.* 1. 3. 6. Ubi tu es, qui me libello Venereo citaſti? ecce me ſiſto, adeſ contra. ¶ Libellus denique eſt genus menſuræ. *Cat. de R. R. c.* 15. Parietes villæ ſi locet in pedes centum, i. e. pedes denos quoquoverſum, habent libellum in pedes quinos, &c. ¶ Pro taberna libraria ponitur apud *Catul. epigr.* 58. Te quæſivimus in minore campo, Te in Circo, te & in omnibus libellis. Al. leg. *labellis*, & fortaſſe rectius.

Libens, vel Lubens, tis, o. *volontario*, *facile*, נדיב, Ger. *gernwillig*, Gal. *volontaire*, Hiſp. *aplazible*, ἄσμενος, ἑκών, volens, voluntarius. *Cic. Att. l.* 10. Si vera ſunt, ignoſces, ſi falſa, me libente, eripies mihi hunc errorem. *Idem pro Cluent. c.* 2. Eamque animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. *Terent. Andr.* Fugio hinc? B. Ego vero ac libens. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 2. Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus. ¶ Sumitur & pro læto, & hilari. *Ter. Adelph.* 4. 7. 38. Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis. ¶ *Libens*, *meritoque*, formula ſolemnis erat in precibus, & gratiarum actionibus. *Plaut. Perſ.* 2. 3. Jovi opulento, inclyto bonas copias commodanti lubens meritoque vitulor, quia &c. Legitur etiam ſæpe in antiquis Inſcriptionibus.

Libenter, & Lubenter, adv. *volentieri*, Ger. *gern*, Gal. *volontier*, Hiſp. *de buena gana*, ἀσμένως, non gravate, æquo, gratoque animo. *Cic.* 4. *Acad.* Itaque cum aliud diceret, atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, &c. *Hor.* 2. *ep.* 1. *v.* 262. Diſcit enim citius, meminitque libentius illud, quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur. *Cic.* 6. *Ver. c.* 27. Sine ulla ſuſpicione libentiſſime dedit. ¶ Aliquando ſignificat delicate, cum copia, & luxu. *Ter. Eun.* 5. 9. 44. Cum illa libenter vivis: etenim bene libenter victitas. *Cato R. R. c.* 158. Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter. Adde *Enn. apud Gel. lib.* 12. *c.* 4.

Libentia, & Lubentia, æ, f. voluptas, gratia, complacentia, libido. *Gel. l.* 15. *c.* 2. Cui libentiæ, gratiæque omnes conviviorum incognitæ ſint. *Plaut. Stich.* 2. 2. Onuſtum pectus porto lætitia, lubentiaque. ¶ Fuit etiam Lubentia lætitiæ, & voluptatis Dea. *Plaut. Aſin.* 2. 2. Illos lubentiores faciam, quam Lubentia eſt.

Libentina, æ, f. Dea libidinis, Venus. *Auguſt. de civ. Dei, l.* 4. *c.* 8. & *Var. l.* 5. *de L. L.*

Liber, m. 2. in gen. Liberi, *Bacco*, Διόνυσος, Dionyſius, ſive Bacchus, vini inventor. Aliqui cenſent, Solem Liberum dictum eſſe. *Macrob. in Saturn. l.* 1. *c.* 19. A *Diodoro* multos fuiſſe Liberos, ſive Bacchos, ſive Dionyſios ſcriptum eſt. *Cic. l. c.* & 3. *de nat. Deor.* duos enumerat, primum filium Jovis primi ex Cerere, fratrem Liberæ, ſeu Proſerpinæ, alterum filium Jovis ſecundi ex Semele. *Boccac. l.* 2. *Gen.* Omnium longe celeberrimus eſt, qui ex Jove, & Semele Thebis Bœotiis natus fertur. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* dicit, Liberum appellatum eſſe a *liberis*, ideſt filiis. Aliquibus dictus videtur a *liberando*, quod libertatis Deus fuerit, ſive quod Bœotiæ urbes liberas fecerit. Nam, ut *Plutarchus* narrat, pro Bœotiæ libertate pugnavit. *Sen. l.* 1. *de tranq. vit.* Liberum appellatum dicit ob vini inventionem, quia vinum liberet ſervitio curarum animum, & triſtitiæ medeatur. *Virg.* 4. *Geor.* Vos o clariſſima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber, & alma Ceres. Hic aliqui Solem intelligunt. Sed hæc verba, *Vos o clariſſima mundi Lumina*, *Liber*, & *alma Ceres*, non innuuntur per modum nominativi continuati, ſed ſubintelligitur, *Vos item Liber*, & *alma Ceres*. Patet ex illis verbis, *Et vos agreſtum*, &c. Igitur Virgilius primo Solem, & Lunam invocat, deinde Bacchum, & Cererem, tertio Faunos, quarto Dryades. ¶ Fere *Liber Pater* conjuncte dicitur. *Curt. l.* 9. *c.* 5. Quæ Herculem, Liberumque Patrem æquabo. ¶ Interdum pro vino ſumitur. *Hor. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 70. Condita cum verax aperit præcordia Liber.

Liber, bri, m. 2. *ſcorza d' albero*, βίβλος, φλοιός, λέπος, pars interior corticis, quæ ligno adhæret, medium illud inter lignum, & corticem, quod in plures philyras dividi poteſt. *Serv. ad Ecl.* 10. *Iſid. l.* 6. *c.* 13. & *l.* 17. *c.* 6. Dictus eſt quaſi *leper*, ab Æolica λέπος pro λέπος, cortex, p converſo in *b*, & *e* in *i*, veteri more, quo dicebant *mageſter* pro *magiſter*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Obducunturque libro, aut cortice trunci, quo ſint a frigoribus, & a caloribus tutiores. ¶ Indifferenter tamen pro quovis cortice poſitum invenitur. *Virgil.* 2. *Georg.* Huc aliena ex arbore germen includunt, udoque docent inoleſcere libro. ¶ Et quoniam primo in palmarum foliis ſcriptitatum eſt, deinde in quarundam arborum libris, teſte *Plin. l.* 13. *c.* 11. & *Caſſiod. l.* 11. *Var. epiſt.* 38. & præcipue in libris, qui papyris in Ægypto detrahebantur, hinc factum eſt per Metonymiam materiæ, ut & folium, & liber poneretur pro membrana ſcripta, obtinuitque uſus, ut, quamvis mutata re, aliiſque poſt inventis chartarum generibus, priſcum tamen manſerit nomen, liberque dicatur, qui ex pluribus concinnatus eſt chartis, ex quacunque materia præparatæ fuerint, *libro*, ספר, Germ. *buch*, Gall. *livre*, Hiſpan. *libro*, βίβλος, βιβλίον. Sic univerſa Virgilii opera ſimul compacta unum dicimus librum. *Cic. Att. l.* 8. *epiſt.* 5. Demetrii librum de concordia velim mihi mittas. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 20. Poſtea reciſa ac purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen coarctaſſe. ¶ Quandoque libros vocamus operis alicujus partes, certaque ſegmenta, in quæ totum opus diſtinguitur, ut cum dicimus, Virgilii Æneidem in duodecim libros diſtinctam eſſe. *Cic.* 2. *de Divin.* Quibus rebus editis tres libri perfecti ſunt de natura Deorum. ¶ Liber præterea ponitur pro inventario, ut vulgo dicitur, ſive regiſtro. *Cic.* 5. *Ver.* Miſit literas ad Carpinatium, quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum miſſarum apud Tullium magiſtrum familiarem tuum inveni.

Liber, a, um, *libero*, *non ſervo*, חפשי, Ger. *frey*, Gal. *libre*, *franc*, Hiſp. *libre*, ἐλεύθερος, proprie is dicitur, qui ſui juris eſt, hoc eſt, qui aut ingenuus natus eſt, aut ab hero ſuo libertatem eſt aſſecutus, habetque antitheton *ſervus*. Unde ſit, non ſatis patet. Plerique deducunt a *liber*,

quia

Digitized by Google

quia liberi poſſunt, quod libet. *Cic. 2. de nat. Deor.* Qui eſt de libera matre, liber eſt. *Id. pro Cæc.* Non poteſt jure Quiritem liber eſſe, qui in numero Quiritum non ſit. ¶ Differunt liber, & ingenuus in eo, quod ingenuus dicitur, qui liber natus eſt, iiſdemque ex liberis parentibus, liber vero dicitur etiam is, qui manumiſſus eſt. *Plaut. Mil. 4. 1. 15.* Ea ingenua ne, an feſtuca facta e ſerva libera eſt? ¶ Accipitur etiam pro eo, qui nullius habito reſpectu, quod ſentit, dicit, & facit. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ludimus ab homine non tam faceto, quam ad ſcribendi licentiam libero. *Id. pro Sylla.* Integro me animo, ac libero P. Syllæ cauſam defendere. ¶ Hinc Libera uti lingua, eſt audacter loqui, quod ſentias, nihilque aut potentiæ alicujus, aut gratiæ tribuere. *Plaut. Ciſt. 1. 2. 8.* Quia cum adeo me complevi flore Liberi, magis libera uti lingua collibitum eſt mihi. Hinc Libero corde fabulari. *Plaut. Epid.* Facile tu iſtuc ſine periculo, & cure corde libero fabulare Jovi. ¶ Item pro expedito, ſoluto, nulla re implicato, & dicitur tam de rebus, quam de perſonis, vel ſine caſu, vel cum ablat. ſine præp. vel cum ablat. & præpoſ. *a*, vel *ab*. *Cic. pro Dom.* Liberum Senatus judicium propter metum non fuit. *Id. de Aruſp. Reſp.* Quanquam veſtræ domus, cæterorumque civium multo maxima ex parte ſunt liberæ religione. *Id. 1. Off.* Et ab omni animi perturbatione liber ſis. ¶ Item pro immuni, ſive alicui rei non obnoxio. *Cic. 6. Ver.* Soluti, ac liberi fuerant ab omni ſumptu, moleſtia, munere. *Id. in Rul.* Soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, &c. Hinc Liber a legibus, id eſt qui non ſubditur legibus. *Plaut. Trin.* Ambitio jam more ſancta eſt, libera eſt a legibus. ¶ Et liber ab irriſione, id eſt, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur merito poſſit irrideri. *Cic. 4. Acad.* Liber igitur a tali irriſione Socrates, liber Ariſto Chius, &c. ¶ Et liber a fide, id eſt qui fidem ſolvit. *Liv. l. 7. bel. Pun.* Ut liber a fide incepta exequeretur. ¶ Item pro otioſo, pro eo, qui nullo negotio, curaque vacuus eſt. *Cic. 4. Ver.* Ubi animo ſemper ſoluto, liberoque erat. *Mart. l. 1. epigr. 68.* Liber homo es nimium, dicis mihi Chærile ſemper: In te qui dicit, Chærile, liber homo eſt. ¶ Hinc Liberum tempus. id eſt vacuum, quo omni cura ſoluti ſumus. *Cic. 1. Fin.* Nam libero tempore, cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, &c. *Horat. lib. 1. epiſt. 7. v. 136.* Otia divitiis Arabum liberrima muto. ¶ Item pro amplo, & aperto, pro eo, in quo nihil impedimenti interponitur. *Cic. de Or. l. 2. c. 16.* Illa pars quæſtionum vaga, libera, late patens. ¶ Item pro magno, ſeu valido, *grave, potente*. *Ovid. ep. 8.* Perfruor infelix liberiore malo. ¶ Item pro eo, quod omnibus æque commune eſt. *Cic. 1. Tuſc.* Et in liberum cælum, tanquam in domum ſuam, venerit. ¶ Liberum arbitrium, eſt enim voluntas, ac ſententia libera. *Liv. l. 7. bel. Maced.* Et permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſua ſævirent, metuebant. ¶ Liberæ ædes dicuntur, quibus quis uti poteſt, tanquam ſuis. *Plaut. Mil.* Liberæ ſunt ædes, liber ſum autem ego, me uti volo libere. ¶ Liberæ literæ, quæ liberius, atque audacius loquuntur. *Cic. Att. l. 1.* Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulo liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei conſtituendæ poteſtatem habent, *plenipotenza*. *Liv. l. 7. bel. Maced. de legatis.* His, quæ præſentis diſceptationis eſſent, libera mandata de ſumma rerum Senatus conſtituit. *Plaut. Amph. prol. 105.* Homo liber rerum multarum. h. e. intemperans, profuſus. Ubi adverte genit. caſum. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Cic. 3. de Orat. c. 38.* Quæ ſunt poetarum licentiæ liberiora, quam noſtræ. Sed alii leg. *licentia, & noſtra*. *Quintil. l. 8. c. 5.* Omnia liberiora Poetis, quam Oratoribus.

Liber, i, m. *figliuolo*, filius. *L. 33. Cod. de inoff. teſtam.* Si quis maximam portionem libero reliquat. ¶ Fere uſurpatur in plurali numero. V. infra Liberi, orum.

Libĕra, æ, f. *Περσεφόνη*, filia Jovis primi, & Cereris, ſoror Liberi, quæ & Proſerpina dicitur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Non eum, quem noſtri majores auguſte, ſancteque Liberum cum Cerere & Libera conſecraverunt. ¶ Hoc nomine etiam appellatur Ariadna ab *Ovid. 3. Faſt. v. 512.* quod Liberi Patris uxor fuerit.

Liberālia, lium, n. 3. vel orum, n. 2. *Διονύσια*, Liberi, ſeu Bacchi ſacra. Celebrabantur XVI. Cal. Aprilis. *Cic. Cornif. l. 12. Fam. ep. 25.* Liberalibus literas accepi tuas. *Id. Att. lib. 14. epiſt. 10.* Liberalia tu accuſas? ¶ Pro Liberalia dicimus etiam Ludos Liberales. *Nav. l. 14. ep. 10.* Libera lingua loquuntur Ludis Liberalibus.

Liberālis, & le, n. 3. *liberale, ingenuo, ἐλευθέριος*, ingenuus, nobilis, non ſervilis, a *liber*. *Cic. pro Cal.* Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. ¶ Liberali ingenio dicitur eſſe, qui eſt, ut vulgus loquitur, bonæ naturæ, *di buona natura*. *Ter. Adel. 4. 5. 30.* Nam ingenium novi tuum liberale. ¶ Liberale reſponſum, eſt ingenuum, humanum, benignum, vel liberum, & minus diſſimulanter prolatum. *Cic. Att. l. 3.* Qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum a turpiſſimo conſilio revocaret. ¶ Liberale conjugium eſt, quod libere, & inter liberos fit. *Ter. Andr.* Spero conſuetudine, & conjugio liberali devinctum, Chreme, dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis. ¶ Liberale judicium, & liberalis cauſa, *ἐλευθερίας δίκη*, dicitur, in qua de alicujus agitur libertate. *Quintil. l. 6. c. 4.* Contra quem judicio liberali aſſerat. ¶ Et liberali cauſa manu aſſerere, eſt aſſerere in libertatem judicio, ſeu cauſa, ſeu actione de libertate. *Ter. Adel. 2. 1. 40.* Nam ego illam liberali cauſa aſſero manu. Ubi *Donat.* Ordo eſt, Ego liberali cauſa aſſero illam manu, & ſunt juris verba, a quibus etiam aſſertores dicuntur vindices alienæ libertatis, quia & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. ¶ Liberales artes, *ἐλευθέριοι τέχναι*, quæ ſolius ingenii, non manuum miniſterio exercentur, ut Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus, ita dictæ, quod dignæ ſint liberis hominibus, ſeu quod liberum hominem potiſſimum deceant. Aliter dicuntur Liberales doctrinæ, Liberalis eruditio, Liberalia ſtudia, Ingenuæ artes, &c. *Cic. 1. de Inv.* Quos habuerit artium liberalium magiſtros, quos vivendi præceptores. *Id. 2. Tuſc.* Illiberales vero mechanicæ, quæ in manuum opera conſiſtunt. Habent enim ſervile miniſterium. ¶ Accipitur etiam pro pulchro, & eleganti. Nam egregia forma hominis liberi propria vulgo exiſtimatur. *Ter. Eun. 3. 2. 20.* Quam liberali facie, quam ætate integra! ¶ Item pro benigno, munifico, eo, qui virtute in recte dando conſiſtente præditus eſt, cui opponuntur parcus, tenax, ſordidus, *liberale, ἐλευθέριος, δωρητικός*. Virtus enim hæc eſt hominis non ſervili vel conditione, vel animo, ſed vere liberi. *Cic. 1. de Orat.* Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre ſupplicibus? &c. *Id. pro Q. Roſc. Com. c. 8.* Roſcius ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimuſque fuit. *Liv. l. 22. c. 26.* Animum ad ſpem liberalioris fortunæ adjecit.

Liberālitas, atis, f. *ingenuità, bontà, ἐλευθεριότης*, ingenuitas, humanitas, bonitas, a liberalis. *Ter. Adel. 1. 1. 32.* Pudore, & liberalitate liberos retinere ſatius eſt, credo, quam metu. *Cic. 1. Off.* Et opes vel fortunæ, vel liberalitati ingenii magis conveniunt. ¶ Fere accipitur pro munificentia, benignitate, *liberalità*, נדבה, Ger. *freygebigkeit*, Gal. *liberalité*, Hiſp. *liberalidad*, *ἐλευθεριότης*. Eſt autem liberalitas virtus nobiliſſima in pecuniis, cæteriſque rebus donandis decorum ſervans. Huic opponitur avaritia, cum minus datur, quam oportet; & prodigalitas, cum magis datur, quam oportet. Virtutem porro in recte dando conſiſtentem, liberalitatem vocant, quod virtus hæc ſit hominis non ſervili vel conditione, vel animo, ſed vere liberi. *Cic. 1. Off.* Juſtitiæ eſt conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. *Id. ibid.* Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. ¶ Hinc & ipſe ea, quæ per liberalitatem in alios conferuntur, *liberalitates* vocantur. *Suet. Claud. c. 29.* Ne ſigillatim enumerem revocatas liberalitates. *Tacit. 1. hiſt. c. 20.* Appellari ſingulos juſſit, decima liberalitatis parte apud quemque relicta.

Liberālĭter, adv. *ingenuamente, civilmente, nobilmente, ἐλευθερίως*, ingenue, ut libero homine dignum eſt. *Cic. 3. Fin.* Eſſeque hominis ingenui, & liberaliter educati velle bene audire a parentibus. ¶ Liberaliter eruditus, vel inſtructus is dicitur, qui optimis artibus inſtitutus eſt. *Cic. 2. Tuſc. c. 8.* Qui liberaliter eruditi, adhibita etiam diſſerendi elegantia, ratione, & via philoſophantur. ¶ Liberaliter ſervire, eſt bono animo, & libero, libenter obſequendo. *Ter. Andr. 1. 1. 11.* Propterea, quod ſerviebas liberaliter. ¶ Frequenter accipitur pro large, munifice, abundanter, *liberalmente*, Ger. *freygebiglich*, Gal. *liberalement*, Hiſp. *liberalmente*, *ἐλευθερίως*. *Nepos in Lyſandro, c. 4.* Huic ille liberaliter pollicetur. *Cic. Att. l. 16. ep. 6.* Fui libenter apud Talnam noſtrum, nec potui accipi liberalius. *Apul. l. 10. Metam.* Dotem largior liberaliſſime. ¶ Item pro indulgenter, & licenter. *Nepos in Chabr. c. 3.* Vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius.

Lĭberātĭo, onis, f. *liberazione*, הצלה, Ger. *erledigung*, Gal. *délivrance*, Hiſp. *liberacion*, *ἀπόλυσις*, actus liberandi, remiſſio, abſolutio. *Cic. in Piſon.* Quid ego rerum capitalium quæſtiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbiſſimas damnationes, libidinoſiſſimas liberationes proferam? *Id. pro Lig. c. 1.* Cum a te non ſolum liberationem culpæ, ſed etiam errati veniam impetraviſſent. ¶ Accipitur etiam pro acceptilatione, quæ a Græcis *ἄφεσις* dicitur, ſive pro abſolutione a nexu. Unde Titulus eſt in Pandectis, *de liberatione legata*.

Lĭberātor, oris, m. *liberatore*, מציל, Ger. *erloeſer*, Gal. *qui délivre*, Hiſp. *el que libra, librador*, *ἐλευθερωτής*, *λυτρωτής*, vindex libertatis. *Cicer. 2. Phil.* Patria liberatores urbe carebunt ea, cujus a cervicibus jugum ſervile dejecerant. *Curt. l. 3. c. 10.* Terrarum orbis liberatores.

Lĭberātus, a, um, *liberato*, *ἀφεθείς*, particip. a libero. *Cicer. 2. de nat. Deor.* Cum cavea liberati pulli non paſcerentur. *Id. 4. Tuſc. c. 1.* Dominatu regio republica liberata. *Curt. l. 9. c. 7.* Pœna bis liberatus.

Lībĕre, adverb. *liberamente, nobilmente, ἐλευθέρως*, liberaliter, ingenue, quemadmodum liberum hominem decet. *Ter. Andr. 5. 4. 7.* Tu ne huc homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos libere in fraudem illicis? ¶ Item nullo timore, nullo metu, nulla affectatione, &c. *liberamente*, Ger. *frey*, Gal. *franchement*, Hiſp. *libremente*, *μετὰ παῤῥησίας*. *Cic. de Div. l. 1. c. 48.* Animus ſomno relaxatus ſolute movetur, & libere. *Id. pro Quinct.* Quem tu reſpirare libere non ſinis. *Id. Att. l. 4. ep. 16.* Conſtanter, & libere me geſſi. *Id. in Orat.* Ut ingredi libere oratio, non errare licenter videatur. ¶ Libere vivere, eſt ſuo more vivere, neque ſubeſſe alicujus voluntati. *Terent. Andr. 1. 1. 24.* Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, liberius vivendi fuit poteſtas. ¶ Libere loqui, vel dicere, eſt confidenter, ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ alicujus. *Cic. 4. Ver.* Ne quis hoc me magis accuſatorie, quam libere dixiſſe arbitretur. *Idem pro Planc.* Aſperius, inquis, locutus eſt; imo fortaſſe liberius.

Lībĕri, orum, m. *figliuoli*, בנים, Germ. *kinder*, Gall. *fils, enfans*, Hiſp. *hijos*, *τὰ τέκνα, οἱ παῖδες*, filii, vel filiæ. Romani filios dixere liberos, non ſimpliciter, ſed ad diſcrimen ſervorum, vernarumque. *Cic. Att. l. 8. ep. 2.* Vagantur egentes cum conjugibus, & liberis. ¶ Hoc nomine etiam utimur, cum de uno tantum filio, aut filia loquimur. *Caius l. non eſt, ff. de verb. ſign.* Non eſt ſine liberis, cui vel unus filius, unave filia eſt. *Sulpic. Cic. 4. Fam. ep. 5.* Malum eſt liberos amittere. De Tulliola loquitur. Adde *Plaut. Aulul. 4. 10. 5.* ¶ In genit. plurali *liberum* pro liberorum habet *Tacit. Annal. 3. c. 35.* ¶ Liberorum appellatione etiam nepotes, & pronepotes, cæterique ex his deſcendentes continentur. *Paul. ff. de grad. aff. l. Juriſc.* Liberi vocantur uſque ad trinepotem. *Calliſtratus l. liberorum, ff. de verb. ſignif.* Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his deſcendunt, continentur. Hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tabul. comprehendit. *Cic. 3. Verr.* Habitus ſis in liberum loco, ſicut mos majorum ferebat. ¶ Dare operam liberis, eſt procreandorum liberorum cauſa cum uxore rem habere. *Cic. 1. Off.* Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. ¶ Jus trium liberorum, apud Romanos, erat privilegium quoddam ejus, qui plures liberos procreaſſet, ut primo in petitione Magiſtratus præferretur, ſecundo ut in ipſo Magiſtratu priorem locum teneret, tertio, ut ante annum vigeſimum quintum poſſet ad honores admitti. Hoc autem jure carebat, qui pauciores, quam tres liberos haberet. Poterat tamen Princeps peculiari quadam indulgentia hoc jus iis tribuere, qui totidem liberos non procreaſſent: cujus exempla legimus apud *Plin. jun. Juven. Martial.* & alios.

Lībĕro, as, avi, atum, a. 1. *liberare, donare la libertà*, הציל, Ger. *lediigen*, Gal. *délivrer*, Hiſp. *librar*, *ἐλευθερόω*, manumitto, ex ſervo liberum facio, libertatem do. Proprie heri eſt, cum ſervum de poteſtate ſua emittit. *Cic. 5. Fr. l. 3. ep. 1.* translate. Te quoque item ab eo vindico, & libero. ¶ Nonnunquam tamen & ſervus ſe liberare dicitur, cum periculo ſuo ſe redimit. *Cic. 1. de Or.* Si quis apud nos ſerviſſet ex populo fœderato, ſeſeque liberaſſet. ¶ Translate ponitur pro libere dimittere, ut aliquis abeat. *Cicer. 3. Fam. ep. 7.* Ut eos quam primum ad facultatem ædificandi liberarem. ¶ Item pro extricare, ſolvere, & moleſtia, damno eripere. Et conſtruitur cum accuſ. vel cum accuſ. & ablat. ſine præpoſ. vel cum accuſ. & ablat. cum præpoſ. *a, ab, ex, de*. *Cic. de Div. l. 2. c. 46.* Quorum linguæ ſic inhærent, ut loqui non poſſint, hæ ſcalpello reſectæ liberantur. *Id. 1. Tuſc.* Cum defenſionum laboribus, Senatoriiſque muneribus aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. *Id. Att. l. 1. ep. 14.* Te a quartana liberatum gaudeo. *Id. 5. Verr.* Cæteros profecto multos ex iis incommodis pecunia ſe liberaſſe. ¶ Item pro liberum præſtare, incolumem ſervare, defendere. *Cic. de Univerſ.* Deus mundum cœli ab omni erratione liberavit. *Id. ante Exil.* Arcem urbis ab incendio, & flamma liberavi. ¶ Eſt item judicii verbum, & ſignificat abſolvere, actione intentata liberum judicare. *Cicer. pro Cluen.* Judices hunc, quem jam bis condemnarent acceperant, liberarent? In hac acceptione reperitur etiam cum accuſ. & genit. ſed rariſſime. *Liv. l. 45.* Senatus neque liberavit ejus culpæ Regem, neque arguit. ¶ Liberare fidem, eſt præſtare promiſſum. *Cic. pro Planc. c. 20.* Ipſe tamen Fuſiis ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. ¶ Liberare ſe ære alieno, eſt creditam ſibi pecuniam creditori numerare, ſive debita perſolvere. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, &c. ¶ Liberare debitorem dicitur creditor, aut ejus hæres, cum quod ſibi debebatur ei acceptum refert. *Paul. l. Legati Titio, ff. de Leg.* Utroque enim modo liberandus eſt debitor, & utroque caſu competit ultro ad liberandum

dum debitorem actio. ¶ Liberare flumen, vel mare, eſt trajicere, apud *Hygin. fab.* 257. & *Frontin. Stratagem. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 4. *c.* 7.

Liberta, æ, f. mulier, quæ ex juſta ſervitute in libertatem manumiſſa eſt. *Hor. l.* 1. *Serm. ſat.* 1. At hunc liberta ſecuri Diviſit medium fortiſſima Tyndaridarum. *Modeſtin.* Libertis, libertabuſque meis libertum libertæ teſtatoris non contineri. *Libertabus* dixit ad diſtinctionem, quæ ſi non ſit opus, habet in dat. plur. *libertis*, ut & in Anima, Aſina, Filia, & ſimilibus adnotavimus.

Libertas, atis, f. *libertà*, [illegible], Germ. *freyheit*, Gal. *liberté*, Hiſp. *libertad*, ἐλευθερία, a liber. A *Cic. in* 6. *Parad.* definitur his verbis. Quid enim eſt libertas? poteſtas vivendi ut velis. *Id.* 1. *Offic.* Libertate utentur, cujus proprium eſt ſic vivere, ut velis. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod Græci vocant παῤῥησίαν, hoc eſt, pro loquendi, admonendi, increpandi fiducia, cum ſcilicet quidvis, quod ſentimus, libere loquimur, & ingenue, ut liberos homines decet, cui opponitur aſſentatio. Differt a licentia, quia libertas accipitur fere in meliorem partem, licentia plerumque in malam partem, diciturque, cum quis libertate abutitur uſque ad temeritatem, & procacitatem. *Liv. lib.* 44. Omnium rerum libertatem, immo licentiam, ſi vera dicere volumus, deſiderant. *Virgil.* 11. *Æn. v.* 346. Det libertatem fandi, flatuſque remittat. ¶ Quandoque tamen in malam partem accipitur. *Cicer. Ver.* 5. Nunquam ipſimet nobis præciderent iſtam licentiam, libertatemque vivendi. ¶ Interdum libertas abſolute ponitur pro loquendi libertate. *Juſtin. l.* 13. *c.* 3. Miſertus tanti viri, non culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis. *Hor. l.* 2. *Sat.* 7. *v.* 4. Libertate Decembri, Quando ita majores voluerunt, utere, narra. ¶ Nonnunquam etiam pro Democratia ponitur, ſeu pro ſtatu libero Reip. *Tac. princ. Ann.* Libertatem, & Conſulatum Brutus inſtituit. ¶ Libertates in plurali num. *Plaut. Caſ.* a. 2. 70. Tribus non conduci poſſim libertatibus, quin illis comparem magnum malum. Adde *Dig.* 49. 14. 45.

Libertas, atis, f. Dea libertatis, cui templum in Aventino dedicatum fuit. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut ſine Deo regi non poſſet, ipſa res Deorum nomen obtinuit.

Libertina, æ, f. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 48. Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda, Libertinarum dico.

Libertinitas, atis, f. ſtatus, ſeu conditio libertinorum. *Ulpian. l.* 14. *ff. de Probation.* Qui ſe ex libertinitate ingenuum dicat.

Libertinium, ii, n. idem quod Libertinitas. *Calpurn. Declam.* 14. Ego poſtulo tenue libertinium, quod &c.

Libertinus, a, um, adject. ad Libertinum pertinens. *Martial. l.* 5. *ep.* 13. Et libertinas arca flagellat opes. *Modeſtin. l. Homo liber. ff. de ſtatu hom.* Libertinæ conditionis homo.

Libertinus, i, m. *libertino*, ἀπελεύθερος, qui aliquo pacto ſe ex ſervitute in libertatem vindicaverat, idest aut cenſu, aut vindicta, aut teſtamento. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. *c.* 6. ¶ Eundem hominem dicebant libertum, & libertinum, ſed libertum quidem, quatenus reſpectum dicebat ad patronum, qui eum manumiſerat, libertinum vero, quatenus ſignificabatur conditio hominis, unde dicebatur libertus Cæſaris, libertus Ciceronis, libertinus homo, libertina mulier. *Cic. in Ver.* 3. inquit. Trebonius fecit heredem libertum ſuum. Et paulo poſt de eodem ſubdit. Equiti Romano libertinus homo ſit hæres. ¶ Ante App. Claudii ætatem, & per ipſa Appii tempora libertini dicebantur libertorum filii. *Sueton. in Claud. c.* 24. Ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipſos, qui manu emitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. Vid. *Manut. de* [illegible] *l.* 2. *epiſt.* [illegible]

Libertus, i, m. *fatto libero di ſerva*, Germ. *freygelaſſner*, Gall. *affranchy*, Hiſp. *horro*, [illegible], qui cum eſſet ſervus, factus eſt liber. Relatum eſt patroni, ut Libertus Cæſaris, &c. V. Libertinus. *Cic. l.* 13. *Fam.* Ut Ammonium libertum in patroni ejus negotio tueare.

Libet, & lubet, ebat, buit, vel libitum eſt, imp. t. *piace*, [illegible], Germ. [illegible], Gal. *il plaiſt*, Hiſp. *agrada*, *a plazer*, [illegible] placet. *Plaut. Pſeud.* [illegible] *Id. Aſin.* Ubicumque libitum erit animo meo. *Cic.* 4. *Quæſt.* Sed & poterit Nævius id, quod libet, & ei libebit, quod non licet. *Id. Att. l.* 2. *epiſt* 18. Sed de Repub. non libet plura ſcribere. *Suet. in Caſ. c.* [illegible] Cætera item, quæcunque libitum erit, [illegible] *Plaut. Amph.* [illegible] Quodcunque homini accidit libere [illegible]

Libethra, æ, f. t. Libetros, Pimplea, [illegible], fons Magneſiæ, in Macedonia. *Solin. l.* 2. *c.* 9. *Mela l.* 2. Aliqui dicunt, Libethram tavernam eſſe ad radicem Libethri montis, fontem Pimpleam vocari. Aliqui eum conſtituunt in Theſſalia, alii in Thracia, alii in Bœotia. Sed Theſſalia, & Thracia ſunt partes Macedoniæ, Bœotia Theſſaliæ conterminа eſt. Fuit Muſis ſacer.

Libethrides, [illegible], Muſæ, a Libethra fonte Magneſiæ Muſis ſacro. *Pomp. Mela l.* 2. *Strabo l.* [illegible] auctor eſt, Muſas [illegible] eſſe Libethridas a Libetoro Thraciæ monte, quem poſtea Macedones tenuerunt, ſub quo & antrum fuiſſe ait Muſis Libetoridibus a Thracibus conſecratum. *Virg.* 7. *Ecl.* Nymphæ, noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite.

Libethrum, m. a. pop. Magneſiæ, in Macedonia, inter Pieriam ad Bor. & Theſſaliam in Auſt. Apud eos Libethra fons fuit, Muſis ſacer. A Muſis tamen [illegible], & idiotæ habiti ſunt, cum Orpheum interemiſſe ferantur.

Libethrus, m. [illegible], mons, oppidum, & fons Bœotiæ, apud Heliconem M. & Coroneam urb. ab ea 40. ſtad. *Pauſan.* ¶ Libethros etiam, ſeu Libethra fons eſt Magneſiæ, Muſis ſacer. *Solin. Plin.*

Libidinitas, vel Lubidinitas, atis, f. libido. *Laber. apud Non. c.* 8. *n.* 61. Lubidinitate labitur.

Libidinor, aris, d. 1. *darſi alla luſſuria*, [illegible], libidinem perago, voluptati indulgeo. *Suet. c.* 28. Quin etiam, quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſte, ac maculis veſtis proditum affirmat.

Libidinoſe, adv. *libidinoſamente*, Ger. *mutwilliglich*, Gal. *impudiquement*, Hiſp. *luxurioſamente*, [illegible], ſuas appetenter, ſecundum animi libidinem. *Cic.* 1. *Ver.* 1. 12. Quæ illa libidinoſe, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. *Liv. l.* 3. Ab his habebatur a Patribus, ut humiliores libidinoſe, crudeliterque conſulebatur.

Libidinoſus, a, um, *libidinoſo*, *luſſurioſo*, [illegible], Germ. *geyl*, Gal. *impudique*, Hiſpan. *luxurioſo*, [illegible], qui in libidinem propenſus eſt, quique Veneri plus æquo indulget, mulieroſus, intemperans. *Cicer. de Senect. c.* 9. Libidinoſa enim, & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. *Id. Ver.* 6. *cap.* 33. Libidinoſiſſima mulier. *Id. in Piſon. c.* 27. Nihil iſto ſeſtote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius. ¶ Libidinoſas ſententias *Cic. pro Domo ſua*, *c.* 2. dixit, quæ pro libidine cujuſque ferantur. ¶ Libidinoſæ dapes dicuntur exquiſitæ, & curioſæ. *Colum. in præf. lib.* 10. Mox cum ſequens, & præcipue noſtra ætas dapibus libidinoſa pretia conſtituerit. ¶ Libidinoſa eloquentia, apud *Quintil. l.* 5. *c.* 12. *eloquenza effeminata.*

Libido, vel Lubido, inis, f. 3. *libidine*, *cupidigia*, *deſiderio*, [illegible], Ger. *mutwill*, Gal. *convoitiſe*, *paillardiſe*, Hiſp. *codicia*, *luxuria*, ἐπιθυμία, eſt cupiditas in genere, & tam in bonum, quam in malam partem accipitur. id eſt pro cupiditate tam honeſta, quam inhoneſta. Dicta eſt a libet. *Salluſt. Orat.* 1. *ad Cæſ. de Rep. ordin.* Si tibi bona libido fuerit Patriæ gratificandi. *Cic.* 4. *Tuſc.* Libidini ſubjiciuntur ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſiderium, & cætera ejuſmodi. *Id.* 3. *Tuſc.* Quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. Sic enim definitur iracundia, ulciſcendi libido. *Salluſt. in Catil. c.* 7. Magis in decoris armis, & militaribus equis, quam in ſcortis, & conviviis libidinem habebant. ¶ Libido nauſeæ, eſt cupiditas vomendi. *Cato c.* 156. Ubi libido veniet nauſeæ, cumque apprehendet, decumbat, purgetque ſe ſe. ¶ Frequenter in malam partem ſumitur, pro cupiditate effrænata, & impetu quodam animi non recto, vel pro qualibet voluptate temere ſuſcepta. *Cic.* 4. *Tuſc.* Iidem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia, & moderatione plurimum diſſidentem. *Id.* 1. *de Or.* Sed auctoritate, nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. ¶ Et ſpeciatim pro luxuria, mulieroſitate, appetitu venereo. *Id. pro Mil.* Nunquam ille a liberis, a conjugibus veſtris effrænatas libidines ſuas cohibuiſſet. ¶ Fingere aliquid ad libidinem, *fingerſi qualche coſa a ſuo capriccio*. *Cic. l.* 2. *de Finib.*

Libitina, æ, fœm. 1. Dea, in cujus templo vendebantur, & locabantur ea, quæ ad ſepulturam pertinebant. Aliqui cenſent, eſſe Proſerpinam Plutonis uxorem. Quia enim Inferorum credebatur Regina, eam mortuis præeſſe putaverunt. Ideoque etiam ea, quibus mortui veluti exornati ad Inferos deducuntur, in ejus templo Romani voluerunt aſſervari. Romanorum eruditiſſimi arbitrati ſunt, Venerem eſſe, quemadmodum tradit Plutarchus in Numa. Apud eundem in Quæſtionibus Romanis problema eſt, cur in templo Libitinæ, quæ eadem, ac Venus putaretur, funebria venderentur. Reſpondetur, id ſorte factum, ut indicaretur, eandem Deam & ortui, & interitui præſidere, & eo ipſo humanæ fragilitatis homines admonerentur, certo ſcientes, exitum ab ortu non procul abeſſe, cum eadem Dea morientibus præeſſet, & vitam ingredientibus, atque id eo firmari, quod Delphis ſit imaguncula Veneris Ἐπιτυμβίας, ſive ſepulchralis, ad quam manes eorum evocant, quibus libant. Etiam *Dionyſius Halicarnaſſenſis* ſcribit *l.* 4. Servium Tullium, quo numerum noſſet quotannis obeuntium, imperaviſſe, ut nummus in templum Veneris cognomento Libitinæ ferretur, quoties quis naturæ concederet. ¶ Metonymice ponitur pro morte. *Juven. ſat.* 12. *v.* 122. ſi Libitinam evaſerit æger. *Horat. l.* 3. *od. ult.* Multaque pars mei Vitabit Libitinam. ¶ Significat & feretrum, ſeu pyram, in qua mortui collocantur. *Aſcon. in Milonian.* Falces ex lecto libitinæ raptos attulit ad domum Scipionis. *Martial. l.* 10. *epigr.* 97. Dum levis arſura ſtruitur libitina papyro. ¶ Item pro apparatu, & expenſis funeris. *Suet. Ner. c.* 39. Peſtilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem libitinæ venerunt. ¶ Denique pro ſepeliendi arte, ſeu vendendi ea, quæ ad ſepulturam pertinent. *Val. Max. l.* 5. *c.* 2. *n.* 10. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum ſuarum uſum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt.

Libitinarius, ii, m. [illegible], [illegible], [illegible], is, qui locat, aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem ſunt neceſſaria, vel qui curam habet ſepeliendorum hominum, a Libitina Dea, in cujus æde aſſervabantur ea, quæ ad inſtructionem funebris pompæ erant neceſſaria. Honeſtior erat libitinarii conditio, quam pollinctoris. Nam pollinctor ſervus erat libitinarii, hic pollinctoribus præerat. Igitur cum libitinario tranſigi ſolebat de ſumptibus, quos funeri impendi oporteret. Hic deinde pollinctorum, præficarum, vel veſpillonum opera adminiſtrabat, quæcunque ad juſta, ac parentationem pertinerent. *Sen. l.* 6. *de Ben. c.* 38. An tu Arruntium, & Aterium, & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores, & libitinarios, vota?

Libitinenſis, e, adject. ut Libitinenſis porta, apud *Lamprid. in Commodo*, *c.* 16. Galea ejus, inquit, bis per portam Libitinenſem elata eſt. Ubi intelligendam eſſe portam Amphitheatri, qua interfectorum gladiatorum cadavera efferebantur, cenſet *Kirchman. de fun. Rom. l.* 2. *c.* 20.

Libito, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a libo, as. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. Si de tua prolixa, beneficaque natura libitavit aliquid poſterior annus. Al. leg. *limavit*.

Libitum, i, n. *ciò che piace*, quod libet. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 1. Sua ipſi libita velut in captos exercebant. *Id. l.* 12. *c.* 6. Vadiſſe ipſos, arripi conjuges ad libita Cæſarum.

Libo, as, avi, atum, a. 1. *ſacrificare*, λείβω, ſtillo, in ſacrificiis fundo, ſacrifico, a verbo λείβω, libo, fundo. *Liv. l.* 10. *c.* 41. Ubi libare Diis dapes, ubi bene precari, mos eſſet. *Virg.* 3. *Æn.* Et munera libo intemerata focis. *Cic.* 3. *de Leg.* Certas fruges, certaſque baccas Sacerdotes publice libanto. ¶ Translate ſumitur pro leviter dare. *Virg.* 1. *Æn.* Oſcula libavit natæ. ¶ Item pro leviter deguſtare, & quaſi primis labris attingere, *guſtare leggiermente*, *aſſaggiare con le labbra*. *Virgil.* 4. *Georg. verſ.* 54. Purpureoſque metunt flores, & flumina libant. ¶ Item pro ſumere, recipere. *Auct. ad Her. l.* 4. Qui tuo nomini velit ex aliorum laboribus libare laudem, h. e. laudis, quæ alteri debebatur, partem præripere, & ſibi vindicare. ¶ Item pro excerpere legendo Auctores, &, quod ſibi utile eſt, arripere. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 29. Libaſque ex omnibus, quæcunque te maxime ſpecie veritatis movet. ¶ Item pro minuere. *Liv. l.* 29. Integro bello nunquam ante libatis viribus Italiam aggrediendam cenſent.

Libonotus, m. 2. [illegible], [illegible], *Oſtro Garbino*, ventus, idem ac Leuconotus, & Argeſtis, ita dictus, quod ſit ex Libs hinc, & inde Notus. *Iſid. l.* 13. *c.* 11. Sed corrupte apud eum editum eſt *Libanotus*, cum λίβανος ſit liquor [illegible], ſeu thuriferæ arboris. *Plin. l.* 2. *c.* 47. *Sen. l.* 5. *nat. Q. c.* 16. A meridiano axe Euronotus eſt, deinde Notus, Latine Auſter, deinde Libonotus, qui apud nos ſine nomine eſt. In multis veteribus editionibus eſt *Leuconotus*.

Libra, æ, f. *libra*, [illegible], Ger. *ein pfund*, Gal. *livre*, Hiſp. *livra*, λίτρα, [illegible], ζυγός, pondus duodecim unciarum. Eſt a Siculis, qui obolum dicere λίτραν. Æquivalet aſſi, & inter minora pondera maximum eſt, inter majora minimum. Fuit autem libra Romana aliquanto major, quam mina Attica. *Var. l.* 4. *de L. L.* As erat libræ pondus. *Liv. l.* 4. *c.* 20. Corona aurea libræ pondo. ¶ Libræ partes eædem ſunt atque aſſis: aſſes enim librales erant, ut conſtat ex *Plin. l.* 35. *c.* 3. *V. As.* ¶ Erat etiam libra apud Romanos menſuræ genus conſtans duodecim partibus æqualibus, quas ſimiliter vocabant. *Sueton. in Caſ. c.* 38. Frumenti denos modios, & totidem olei libras. ¶ Erat autem libra hæc teſte *Gal. l.* 1. *de compoſit. med.* menſura cornea, qua oleum admetiebantur R. interſecta lineis quibuſdam dividentibus ipſam in duodecim partes. Corneis autem menſuris oleum apud Romanos vendi conſueviſſe oſtendit etiam *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 60. ¶ Eſt item libra inſtrumentum, quo res ponderantur, habens duas lances, ex quarum depreſſione, vel elevatione juſtum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant. Statera vero inſtrumentum eſt, quo res ſine lancibus, vel unica lance ponderantur. *Cic.* 5. *Tuſc.* Quo in loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis, & externa, tantum propendere illam bonam lancem putat,

Digitized by Google

tat, ut terram, & maria deprimat. *Perſ. ſat.* 4. Scis etenim juſtum gemina ſuſpendere lance ancipitis libræ. ¶ Emere, & teſtamentum facere per æs, & libram. V. *Mancipium*, & *Teſtamentum*. ¶ Libra etiam inſtrumentum eſt fabrile, ſeu potius Geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum, num ſcilicet altiora ſint eo loco, quo ea ducere conſtituimus, quæ machina & *libella* appellatur per diminutionem. Quanquam etiam non raro libræ vocabulum uſurpamus pro ipſa altitudine, quam machina hujuſmodi deprehendimus. Unde lacum dicimus eſſe pari libra cum mari, ideſt æquali altitudine. ¶ Item fontem dicimus eſſe infra libram montis, cujus ſcaturigo monte eſt inferior. *Col. l.* 8. *c.* 17. Sic autem locus, ubi vivarium conſtituere cenſemus, pari libra cum æquore maris eſt, ut pedes novem defodiatur piſcina. ¶ Ponitur quoque pro libramento. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Contra flatus quoque pervicax libra Bononienſibus calamis. h. e. pondus æquilibratum. ¶ Eſt & Libra cæleſte ſignum in Zodiaco poſitum inter Virginem, & Scorpionem, eumque locum occupans, quem ipſæ Scorpii chelæ: atque adeo ex ipſis compoſitum. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. cap.* 18. Libram, ideſt Scorpii chelas oriri videmus. ¶ Hinc ſignum Libræ non agnovit *Virg.* & poſt Virginem Scorpionem poſuit, cum ait 1. *Georg. v.* 33. Qua locus Erigonen inter, chelaſque ſequentes, &c. *Ovid.* quoque 2. *Met. v.* 195. Eſt locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpius, & cauda, flexiſque utrinque lacertis Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum. ¶ Conſtat autem ex octo ſtellis, quod Cæſaris ætate octavo, hodie decimo tertio Cal. Octobris, Sole ipſum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. *Virg.* 1. *Georg. v.* 208. Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. Aliqui dicunt, Libram eſſe imaginem Aſtrææ filiæ Aſtræi, & Auroræ, vel Jovis, & Themidos, ut alii malunt, quæ a gentibus Dea juſtitiæ antiſtita habita eſt. Hujus virginis nos quoque ſimulacrum retinemus. Fictum autem a Poetis fuit, ſæculo aureo, Saturno regnante, Juſtitiam e cœlo delapſam eſſe, & forma humana, ut alios Deos, verſatam inter homines fuiſſe, ſed tamen ſcelerum pertæſam, quæ ferreo ſæculo a genere hominum admittebantur, ultimam Deorum cæleſtium terras reliquiſſe, & in cœlum remigraſſe, ibique pro ſidere coruſcare.

Librālis, & le, o. 3. *d' una libra*, λιτραῖος, quod eſt unius libræ. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei etiam librali pondere. ¶ Librales offæ ſunt, vel quæ libræ unius pondus exæquant, vel quæ lingula librantur, & demittuntur in os bovis. *Col. l.* 6. *c.* 2. Libraleſque offas in præſulſæ adipis liquamine tinctas lingula demittito.

Librāmen, inis, n. libramentum, vis librandi, & ejaculandi. *Liv. l.* 42. *c.* 65. Huic ſpiculo ad libramen pinnæ tres, ut ſagittis ſolent, circumdabantur.

Libramentum, i, n. *agguagliamento*, *equilibrio*, λεοῤῥοπία, æquamentum. *Col. l.* 1. *c.* 5. Temperatum libramentum ventorum hyemalium & æſtivorum. *Senec. de benef. l.* 5. *c.* 6. *de eclipſi ſolari*. Modo excludit (luna) totius ſolis aſpectum, ſi recto libramento inter ſolem terraſque media ſucceſſit, *a perpendicolo*. Sic *Cic.* 4. *Acad. c.* 36. extremitatem mathematicam *quaſi libramentum* dicit, ob ſummam æqualitatem. ¶ In aquæductibus libramentum aquæ eſt collatio altitudinis loci, unde deducitur, cum altitudine loci, quo ducitur, ut aqua commode vel aſcendere, ubi opus ſit, vel deſcendere poſſit. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Libramentum aquæ in centenos pedes ſicilici minimum erit. h. e. deſcenſus, ſeu declivitas quæ deducenda eſt, *il livello dell' acqua*. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. Si canalibus, (fiat deductio) ſtructura fiat quam ſolidiſſima, ſolumque rivi libramenta habeat faſtigiata. h. e. poſitiones, non quidem æquas, ſed initio quidem ſublimes, in fine declives. *Plin. jun. l.* 4. *epiſt. ult.* de aqua in parvo quodam fonte creſcente, & decreſcente: An neſcio quod (inquit) libramentum abditum & cæcum, quod cum exinanitum eſt, ſuſcitat, & elicit fontem, cum repletum, moratur & ſtrangulat? h. e. cavea quædam naturalis ad librandam ipſius fontis aquam. ¶ In bellicis tormentis libramenta ſunt pondera, quæ baliſtis illigantur, ut majore impetu, ac facilius miſſilia jacere poſſint. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 23. Niſi vincla, ac libramenta tormentorum abſcidiſſent, *contrappeſi*. Hinc *Liv.* ſimpliciter pro pondere, ſeu magno pondere uſurpavit, *lib.* 38. *c.* 5. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſque robuſtos incutiebant. Ubi tamen adverte, ideo pondera illa dici libramenta, quia tollenonibus dejiciebantur.

Libraria, æ, f. ſubſt. *libraria*, Germ. *buchladen*, Gall. *bibliotèque*, Hiſp. *libreria*, βιβλιοπωλεῖον, bibliotheca, locus, ſeu taberna, in qua libri proſtant. *Gell. l.* 5. *c.* 4. Apud Sigillaria forte, in libraria ego, & Julius Paulus poeta, vir memoriæ noſtræ doctiſſimus, conſederamus. ¶ Eſt & libraria a *libra*, quo nomine ſignificatur ancilla, quæ præficitur partiendis penſis. *Juv. ſat.* 6. *v.* 475. Si nocte maritus averſus jacuit, periit libraria, ponunt coſmetæ tunicas.

Librāriŏlus, li, m. a. dim. a librarius, pro ſervulo a manu. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 4. Et jam velim, mihi mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.

Librarium, rii, n. tablinum, theca, ſive ſcrinium, quo libri continentur. *Cic. pro Mil. c.* 22. Exhibe, quæſo, S. Clodi, librarium illud legum veſtrarum. Al. leg. *libellorum*.

Librarius, rii, m. ſubſt. *copiſta*, *ſcrittore di libri*, Ger. *buchſchreiber*, Gall. *libraire*, Hiſp. *librero*, βιβλιογράφος, qui libros manu ſua deſcribit, pretio ad id conductus. Nam qui eos vendit, Græco potius nomine *bibliopola*, βιβλιοπώλης, dicitur. *Cic. Agr.* 2. Concurrunt juſſu meo plures uno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt. *Id. l.* 16. *ep.* 21. Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus, qui mihi exſcribat ὑπομνήματα. ¶ Eſt etiam nomen a libra deductum, & ponitur pro eo, qui præficitur partiendis penſis. *Juven. ſat.* 9. *v.* 109. Et quæ finxerunt pariter librarius, archimagiri, &c. Quidam tamen hic quoque pro exſcriptore, ſeu bibliopola accipiunt.

Librarius, a, um, *che s' appartiene a libri*, γραφικός, quod ad libros pertinet, ut Atramentum librarium, quo libri ſcribuntur, quemadmodum ſutorium, quo coria, & tectorium, quo parietes denigrantur. *Plin. lib.* 35. *c.* 6. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium, & tectorium glutino admixto. ¶ Taberna libraria, *libreria*, βιβλιοπωλεῖον, in qua libri venales proſtant. *Cic.* 2. *Phil. c.* 9. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet. ¶ Eſt etiam adjectivum a *libra*, λιτραῖος, & ſignificat, quod eſt ponderis unius libræ. *Col. l. ult. c.* 53. Caro in libraria fruſta conciditur.

Librātio, onis, f. λιτρισμός, ponderatio. *Diomed. l.* 3. Auctor hujus librationis Agretius. ¶ Libratio aquarum eſt idem ac libramentum, ſeu inquiſitio altitudinis aquæ, quæ aliquo deducenda eſt. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. V. *Libra*, & *Libramentum*.

Librātor, oris, m. *ſcandagliere*, Ger. *ein wæger*, Gal. *peſeur*, Hiſp. *nivelador*, ἀλφαδιστής, qui in inducendis aquis peritiam habet librandi, hoc eſt expendendi, & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quando ſcilicet altiores ſint eo loco, quo eos ducere conſtituimus. *Plin. epiſt.* 50. *l.* 10. Supereſt, ut tu libratorem, vel architectum, ſi tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, ſit ne lacus altior mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt. ¶ Librator etiam dicitur, qui eminus cum hoſtibus pugnat, tela, aut lapides, aut glandes torquendo. *Tac. l.* 13. *An. c.* 39. Libratoribus, funditoribuſque attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent.

Librātus, a, um, ponderatus, æquatus, *equilibrato*. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 24. Unde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria ſuſtineantur. *Liv. l.* 30. *c.* 10. Gravior, & pondere ipſo libratior ſuperne ex onerariis ictus erat. ¶ Item complanatus, ad libellam poſitus. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. Archimedi placet, aquam non eſſe libratam, ſed ſphæroides habere ſchema. h. e. non habere æquam ſuperficiem, ſed curvam, & rotundam.

Librīle, n. 3. ζυγός, idem eſt, ac libra, vel eſt ſcapus libræ, ut exponit *Feſtus*, hoc eſt trabs illa tranſverſa, ex qua lances dependent. ¶ Accipitur & pro tota libra. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Perpendi in librili. ¶ Item pro inſtrumento bellico, de quo ita *Paulus ad Feſt.* Librilia appellantur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem in modum flagellorum loris revincta. ¶ *Caſ. l.* 7. *B. G. c.* 81. Fundis librilibus, ſudibuſque Gallos perterrent. h. e. fundis librales lapides projicientibus.

Librĭpens, dis, m. ζυγοστάτης, qui ante argentum ſignatum, cum Romani adhuc ære gravi uterentur, militibus appendebat ſtipendia, a *libra*, & *pendo*, quia libra ænea militibus æs grave pendebat in ſtipendium. Olim enim pecuniam pendebant, non numerabant. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Populus R. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum Regem devictum uſus eſt. Librales (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur aſſis. Quare *æris gravis pœna* dicta, & adhuc *expenſa* in rationibus dicuntur, item *impendia*, & *dependere*. Quin & militum ſtipendiorum, h. e. ſtipis ponderandæ penſatores, *libripendes* dicuntur. Qua conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipii ſunt, etiam nunc libra interponitur. Hæc *Plinius*. ¶ In mancipationibus quoque, & in teſtamentis, libripendis opera utebantur. V. *Mancipium*.

Libro, as, avi, atum, a. 1. *peſare*, *ponderare*, *aſſominare*, שָׁקַל, Germ. *wægen*, Gal. *peſer*, Hiſp. *peſar*, ταλαντεύω, σταθμίζω, σταθμάομαι, proprie ſignat libra ponderare, atque expendere, a *libra*. *Plin. lib.* 19. *cap.* 5. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. ¶ Librare aquam apud *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. eſt ejus altitudinem explorare, & deducere ad libram cum altitudine loci, quo ducenda eſt. V. *Libra*. ¶ Tranſlate eſt æſtimare, examinare. *Apul.* Omnia prius, quam aliquid ſtatuas, libranda ſunt. *Stat.* 9. *Theb.* Paulum ſtetit anxius heros, libratque metus. ¶ Metaleptice ſumitur pro æquare. *Col. l.* 4. Sic permenſum, & libratum opus in ſimilitudinem vervacti ſemper procedit. *Id. l.* 10. Et paribus Titan orbem libraverat horis. ¶ Item pro jaculari, & librando jacere, quaſi libra, ideſt juſte dirigere, *lanciare*. *Virg.* 9. *Æn.* Hoc acrior idem ecce aliud ſumma telum librabat ab aure. *Plin. in Paneg.* Cum libero Marte nunc cominus tela librares, nunc vibrata ſuſciperes. ¶ Hinc etiam aves ſe librare dicuntur, cum ſe in aera tollunt, vel ex aere demittunt. *Ovid.* 8. *Met.* Corpus libravit in alas. *Virg.* 4. *Georg. de apibus*: Sæpe lapillos Tollunt, his ſe ſe per inania nubila librant. *volando ſi contrappeſano*.

Lips, Libis, m. 3. *Garbino*, λίψ, Africus, ventus ab occaſu brumali flans adverſus Vulturnum, ita dictus, quaſi Λίβυς, a Λιβύη, *Libya*, quod a Libya ſpirat. Nam ſimiliter Latinis Africus dicitur, quia ab Africa ſpirat. Hujus venti meminere *Plin. l.* 2. *c.* 47. & *Gel. l.* 2. *c.* 22. ¶ Invenitur interdum eadem ſignificatione, qua Libys, h. e. homo ex Libya. *Sidon. carm.* 9. *v.* 94. *labores Herculis recenſens*: Neſſus, Libs, juga, poma, virgo, ſerpens. Ubi per τὸ *Libs* Antæum intelligit.

Libum, bi, n. 2. πλακοῦς, genus dulciarii cibi, ex farre, caſeo, melle, & oleo, a verbo *libo*, quod libandi cauſa fieret, ut ait *Varr. l.* 6. *de L. L. Cato R. R. c.* 75. Libum ſic facito: caſeum bene diſtere in mortario, ubi bene triveris, farinæ ſiligineæ libram, aut, ſi voles, tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito, permiſcetoque cum caſeo bene, ovum unum addito, & permiſceto una bene, inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta ex coquito leniter. *Virg.* 7. *Æn. v.* 109. Et adorea liba per herbam ſubjiciunt epulis.

Liburna, æ, vel Liburnica, f. Λιβυρνίς, genus navigii leviſſimi, velociſſimique, quod *Liv. l.* 34. levem biremem appellat. Ratio nominis tracta eſt a Liburnis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus uſi, Jonium mare, inſulaſque prædabantur. Qua ex cauſa Romani naves levitate, celerimateque præſtantes Liburnas appellavere, aut Liburnicas, ſicut refert *Appianus*. Ejus deſcriptionem pete ex *Vegetio l.* 5. *c.* 4. 7. & 13. *Hor. in Epod.* Ibis Liburnis inter alta navium amice propugnacula. *Suet. in Aug. c.* 17. Utrobique parte Liburnicarum demerſa, ſimulque ejus, qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diſtracto.

Liburni, m. 2. Λιβυρνοί, populi ex Liburnia. Hos Servius Rhætorum Vindelicorum partem fuiſſe, & ab Amazonibus originem traxiſſe ex Horatio teſtatur. *Virg.* 1. *Æn.* Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus Regna Liburnorum. ¶ Liburni item viatores erant, qui ex agris cives juſſu Magiſtratuum vocabant. inde dicti, quod fere ex Liburnia eſſent. qui hoc viliſſimum officii genus adminiſtrabant. *Juv. ſat.* 4. Primus, clamante Liburno, Currite, jam ſedit, rapta properabit ab ulla. ¶ Lecticarii etiam, & hujuſmodi infimæ operæ homines Liburni erant. *Id. ſat.* 6. *v.* 475. ponunt Coſmetæ tunicas; tarde veniſſe Liburnus Dicitur. *Id. ſat.* 3. *v.* 240. Ingenti curret ſuper ora Liburno. Sunt tamen, qui poſteriore hoc loco intelligunt lecticam ad modum Liburnicæ navis conſtructam, in qua ditiores clauſi per urbem veherentur.

Liburnia, æ, f. *Crovazia*, Germ. *Crabaten*, & *Krayn*, Λιβυρνία, regio Illyrici ad Occid. ſupra intimum Adriatici ſinus receſſum, inter Iſtriam, & Dalmatiam ad Or. ab ea Titio fl. diviſa.

Liburnica, æ. V. Liburna.

Liburnicus, a, um, quod ad Liburniam, ſeu ad Liburnos ſpectat, ut Liburnicus ſinus, *il Quarnaro*, ſinus maris Adriatici. Liburnicum mare, *Mare di Dalmazia*, inter Dalmatiam propriam, & Iſtriam. *Plin. l.* 31. *c.* 26. Liburnicæ inſulæ.

Liburnum, i, lecticæ genus. V. *Liburni*.

Liburnus, a, um, adject. idem quod Liburnicus. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 44. Contus roſtra Liburna ſequi. ¶ Liburni, orum, Liburniæ populi. *Plin. l.* 3. *c.* 21. V. ſupra *Liburni*.

Libus, i, m. idem quod Libum. *Nigid. apud Non. c.* 3. *n.* 127. Faciat libos quatuor.

Libya, f. 1. filia Epaphi, & Caſſiotæ. *Iſid. l.* 14. *c.* 5. Apud *Bocc. l.* 2. *Gen.* pro Caſſiota Caſſiopea ſcriptum eſt. Ex Neptuno Buſiridem peperit: aliqui addunt Ægyſthum. Regnavit in ea Africæ parte, quæ ab ea Libyæ nomen accepit.

Libya, æ, vel Libye, es, f. 1. Λιβύη, latiſſime ſumpta eadem eſt, ac Africa. Sic enim Africa a Græcis dicta fuit. Origo nominis eſt ab Hebræis. Nam Afri dicuntur לוּבִים, Lybim. ¶ Libya paulo reſtrictior erat pars Africæ inter Æthiopiam ad Or. & mare Atlanticum ad Occ. Ejus varias diviſiones V. apud *Geographos*. ¶ Eſt etiam hoc nomine fluvius in Mauritania.

Libycus, a, um, *Libiano*, Λιβυκός, quod ad Libyam ſpectat. *Virg.* 4. *Æn.* Te propter Libycæ gentes, Nomadumque Tyranni Odere. ¶ *Libycus campus*, agri Argivi pars, inde nomen habens, quod illuc primum

Digitized by Google

fruges ex Libya allatæ ſint a Cerere. Libycum mare, *mare di Barka*, mare Africæ, quod Cyrenaicam alluit.

Libyphœnices, vel Libophœnices, m. 3. pop. Africæ proprie dictæ, Byzacenam regionem incolentes, ubi nunc Regnum Tunetanum.

Libys, yos, & ys, m. 3. [illegible], vir ex Libya. *Prudent. l. 2. cont. Symmach. v. 685.* Affirmentque, Libyn Collinæ a cardine portæ Annibalem Jovis imperio, Martiſque repulſum.

Libyſſa, æ, f. [illegible], quæ eſt ex Libye. *Catul. carm. 7.* Quam magnus numerus Libyſſæ arenæ. ¶ Libyſſe item Ceres ab Argivis cognominata eſt, quod ex Libye fruges attuliſſet in agrum Argivum. *Feſt.*

Libyſſinus, a, um, adject. idem ac Libycus, a Libyſſa. *Catul. carm. 59.* Num te leæna montibus Libyſſinis Tam mente dura procreavit?

Libyſticæ fabulæ dicuntur ab *Iſid. 1. Orig. c. 39.* in quibus homines inducuntur cum beſtiis colloquentes.

Libyſtinus, m. 2. [illegible], dictus eſt Apollo ab his, qui Pachinum Siciliæ promontorium incolebant, eo quod immiſſa Libybus, hoc eſt Carthaginienſibus hoſtibus, peſte pene cunctos ſubita morte interemerit.

Libyſtis, idis, f. 3. [illegible], quæ eſt ex Libya, a Libys. *Virg. 8. Æn.* Et pelle Libyſtidis urſæ.

Libyſum, i. 2. opp. Scytharum Aroterum, non procul ab oſt. Danubii. *Plin. l. 4. c. 12.*

Licens, tis, adject. *licenzioſo*, *libero*, quod licet, cui liberum eſt, [illegible]. *Stat. l. 1. Silv. ult.* Quis ſpectacula, quis jocos licentes, &c. *Martial. l. 4. epigr. 8.* egreſſu timet ire licenti Ad matutinum noſtra Thalia Jovem. *Cic. 3. Orat. c. 48.* Inde illa licentior, & divitior fluxit dithyrambus. *Valer. Max. l. 2. c. 1. n. 2.* Licentior vita. h. e. diſſoluta.

Licenter, adv. *licenzioſamente*, Ger. *freſentlich*, Gall. *licencieuſement*, Hiſp. *licencioſamente*, [illegible], nimium libere, a *licens*. *Cic. in Or. c. 23.* Non ut licenter videatur errare. *Idem pro Cæl.* Sed licentius, liberius, familiarius cum domina vivere.

Licentia, f. *licenza*, *preſunzione*, [illegible], Ger. *erlaubung*, Gal. *licence*, Hiſp. *licencia*, [illegible], [illegible], libertas immoderata, impunitaque quædam facultas agendi, dicendique, quicquid velis. In malam fere partem accipitur, in quo differt a libertate, quia licentia eſt, cum quis libertate abutitur uſque ad temeritatem, & procacitatem. *Cic. in Rull. 1. cap. 5.* Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. *Id. pro Cæl.* Is abhorret non modo ab hujus ſæculi licentia. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, et idem fit, quod libertas. *Cic. 3. Off.* Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut, quodcumque probabile maxime occurrat, id noſtro jure liceat defendere. *Idem l. 1. Off. c. 29.* Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Dicimus etiam, licentiam permittere, *Cic. 1. Tuſc.* licentiam largiri. *Id. 2. Acad.* licentiam præcidere, &c. *Id. Verr. 4. & 5.* ¶ Licentia etiam [illegible], eſt Figura ſententiarum. *Auct. ad Her. l. 4.* Licentia eſt, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure noſtro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi poſſe videantur.

Licentioſus, a, um, *licenzioſo*, *proſontuoſo*, Ger. *muthwillig*, Gal. *licentieux*, Hiſp. *licencioſo*, [illegible], qui nimia utitur licentia. *Quintil. l. 2. c. 10.* Nam Ebor dicere non minus eſt licentioſum, quam ſi Sulphuri, & Gutturi ſubjicerent *a* mediam in genitivo. *Apul. l. 4. Mileſ.* Lamentationes licentioſæ. *Senec. in excerpt. controv. l. 6. controv. ult.* Non in illa cultus luxurioſior, non converſatio cum viris licentioſior.

Liceo, es, cui, citum, n. 2. *eſſere ſtimato nell' incanto*, *eſſere prezzato*, [illegible], Ger. *geſchätzt*, *oder ein geld angeſchlagen*, Gal. *etre mis a prix*, Hiſ. *ſer puesto en precio*, [illegible], eſt in auctione æſtimari. A Grammaticis in neutris paſſivis numeratur. Conſtruitur vel abſolute, vel cum communibus caſibus. Si ablativus perſonæ agentis exprimendus ſit, ad verbum *liceor* confugiendum eſt. *Plaut. Men. 5. 9. 97.* Omnia venibunt, quiqui licebunt, præſenti pecunia. h. e. quomodocunque æſtimabuntur. *Cic. Att. l. 12. ep. 23.* De Drusi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis. *Hor. l. 1. Ser. ſat. 6.* Contra Lævinum Valeri genus, unde Superbus Tarquinius Regno pulſus fuit, unius aſſis, non unquam pretio pluris licuiſſe. *Martial. l. 6. epigr. 66.* Parvo cum pretio diu liceret.

Liceor, ris, d. 2. *offerire il prezzo nell' incanto*, [illegible], Germ. *darauffbieten*, Gal. *priſer*, *mettre en enchere*, Hiſp. *poner en precio*, *en almoneda*, [illegible], pretium offero in auctione alicujus rei. Conſtruitur vel abſolute, vel cum acc. vel etiam cum gen. vel abl. pretii. *Cic. 5. Verr.* Liciti ſunt uſque eo, quoad efficere poſſe arbitrabantur. *Id. pro Cæc.* Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. *Id. 3. Off.* Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor apponet. *Perſ. ſat. 5. in fin.* Et centum Græcos curto centuſſe licetur. ¶ Mos erat Romanis, ut in auctionibus, qui liceretur in turba, & pretium augeret, digitum tolleret. Hinc *Cic. Ver. 5. c. 11.* Utrum eſt æquius, eum qui manu quæſierit, an eum, qui digito licitus ſit, poſſidere?

Liceſſit, pro licuerit, *Plaut. Aſin. 3. 3. 15.* Næ iſta hercle ab illa non pedem diſcedat, ſi liceſſit.

Licet, ebat, licuit, vel licitum eſt, imp. 2. *eſſere lecito*, Germ. *es ziemet ſich*, Gal. *il eſt permis*, Hiſp. *es licito*, [illegible], [illegible], [illegible], fas eſt, honeſtum eſt, rectum eſt, a [illegible], [illegible], [illegible] abeunte, ut [illegible], lacryma, [illegible], Ulyſſes. *Cic. 13. Phil.* Neque enim, quod quiſque poteſt, id ei licet. *Id. ibid.* Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum, ſi cuidam licere id dicimus, quod legibus, quod more majorum, inſtitutiſque conceditur. *Senec. l. 1. de clement. c. 18.* In ſervum omnia licent. ¶ Sæpe ſignificat, poſſibile eſt, conceditur, poteſtas datur, *Cic. pro Mur.* Neque enim jam mihi licet, neque eſt integrum, ut meum laborem hominum periculis ſublevandis non impertiam. *Martial. l. 5. epigr. 44.* Piſcinam peto, non licet natare. ¶ Sæpe etiam ponitur pro facile eſt. *Cic. 1. Off.* Licet enim ora ipſa cernere iratorum. ¶ Cum verbo licet infinitivos uſurpari poteſt vel active, vel paſſive, pro arbitrio. *Cic. 1. Tuſc. c. 12.* Idque cum multis aliis rebus, tum e Pontificio jure, & cæremoniis ſepulchrorum intelligi licet. ¶ Si conjungatur cum infinitivo *eſſe*, vel alio ex neutris primi ordinis, ut *vivere*, *redire*, &c. poſt illum infinitivum modum poteſt habere tum dat. tum acc. *Cic. 1. Tuſc. c. 15.* Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondæ. *Id. pro Corn. Balbo.* Quid, ſi Civi Romano licet eſſe Gaditanum ſive exilio, ſive rejectione hujus civitatis? *Plaut. Pſeud. 1. 1. 14.* Licet me id ſcire. ¶ Regit etiam conjunctivum ſine conjunctione ut, quemadmodum oportet. *Cic. 1. de Or.* Fremant omnes, licet, dicam, quod ſentio. ideſt, fremere poſſunt. *Id. 1. de Inv.* Sequatur Hermagoram, licebit. ¶ Frequenter ponitur cum acc. & præp. *per*, ut Si per te licebit, ideſt, ſi permiſeris, vel ſi potero, a te non impeditus. Non licet mihi per te hinc abire. ideſt, tu non vis, ſeu pateris, me hinc abire. Licet hoc mihi per leges facere, vel non licet per leges facere. ideſt, legibus approbantibus, vel improbantibus. *Cic. pro Flacco.* Cur his per te frui libertate ſua, cur denique eſſe liberos non licet? ¶ *Liceſſit*, *licitum*, *liciturum*. V. ſuis locis.

Licet, *benchè*, *ſebbene*, [illegible], [illegible], [illegible], conjunctio adverſativa, quæ ſignificat *etſi*, *quanquam*, *quamvis*. *Cic. pro Roſc. Am.* Licet hercule undique omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia. *Virg. 6. Æn.* Licet ingens janitor antro æternum latrans exangues terreat umbras. ¶ Eodem modo, ac ſignificatione uſurpatur licebit. *Ovid. 5. Triſt. el. 14.* Detrahat auctori multum fortuna licebit. *Orat. Epod. 15.* Sic pecora, & multa dives tellure licebit. ¶ Quamquam hujuſmodi, quæ Conjunctiones a Grammaticis appellantur, nihil aliud quam Verba ſunt, poſt quæ particula *ut* ſubauditur.

Lichanos, i, [illegible], unus ex phthongis muſicis mobilibus, qui inter ſtantes, & immotos ſunt in tetrachordo diſpoſiti. Eſt autem duplex, alter a recentioribus Muſicis vocatur *G ſol re*, alter *D ſol re*. Primus eſt mediarum chordarum, ſecundus ſummarum. *Vitruv. l. 15. c. 4. V.* in *Bald. in Lexico*.

Lichen, enis, m. [illegible], morbus in cute faciei ſerpens, Latino nomine mentagra dictus. *Plin. l. 26. c. 1.* Graviſſimum ex his lichenas appellavere Græco nomine. *Martial. l. 11. epigr. 99.* Non triſte mentum, ſordidique lichenes. ¶ Naſcitur hic morbus etiam in equorum facie, & ſuper pedum ungulas. *Plin. l. 28. c. 21.* Equi lichene vexati. ¶ Eſt etiam herba quædam in ſaxoſis locis naſcens, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus, quæque inter alia etiam ad lichenas prodeſt. Italice *fegatella*. *Plin. l. 26. c. 4.*

Lichione, es, f. 3. filia Dædalionis, virgo præſtantiſſima forma. Anno ætatis decimo quarto Penio nupſit. Cum Mercurius a Cyllene monte, Apollo Delphis rediret, Lichiones amore accenſi ſunt. Mercurius caduceo tactam Lichionem ſopivit, remque cum illa habuit. Apollo anus ſpecie ad Lichionem noctu ingreſſus eſt. Ex Mercurio Antilochum peperit, qui famoſiſſimus latro fuit, ex Apolline Philemonem, qui cithara, & Poetica arte præſtitit. Tandem propter ſuperbiam, quæ ſe Dianæ præferebat pulchritudine, ab illa ſagittis confoſſa eſt. *Boccat. l. 11. Gen.*

Lichnobii. V. Lychnobii.

Licia, orum, n. *licci*, Germ. *wubergwerck*, Gall. *lices*, Hiſp. *lizos*, [illegible], [illegible], ſunt fila, quibus in telis textrices implicant ſtamina, quamvis nonnunquam etiam pro ipſis accipiantur ſtaminibus, a [illegible], ideſt, [illegible], ut Heſychius interpretatur, ſc. *obliquus*, quia licium obliquum ſtamini implicatur. *Plin. l. 8. cap. 48.* Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. ¶ Magnus liciorum uſus in veneficiis fuit, nempe quia iis putarent mentes implicari, ac conturbari, haud ſecus, ac liciis implicatur ſtamen. Ea autem licia diſcolora erant, ut loquitur *Apuleius in Apol.* ſive varii coloris fila intorta, ut id extulit Petronius. *Virg. Ecl. 8. v. 73.* Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore licia circumdo. *Ovid. 2. Faſt. v. 575.* Tunc cantata tenet cum fuſco licia rhombo. ¶ Uſurpatur hoc nomen & in ſingulari numero. Hinc per licium & lancem furtum concipere; de quo V. in *Lanx*.

Licini boves dicuntur, qui cornua habent ſurſum verſum reflexa. *Philargyr. ad 3. Georg. v. 55.*

Licinia, æ, f. genus olivæ, ita dictum ab inventore. *Col. lib. 12. cap. 49.* Videntur autem & alia genera huic rei magis eſſe idonea, ſicut Licinia, & culminea.

Licinianus, a, um, ad Licinium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani civis. *Cato R. R. cap. 6.* Oleam Licinianam ſerere. h. e. quam primum bonitatis locum obtinere, tradit *Colum. de arborib. cap. 17.* dicta a quodam Licinio, qui eam vel apprime coluit, vel invenit. *Colum. l. 1. R. R. 3. a med.* Liciniana illa jugera, quæ plebis tribunus viritim diviſerat: h. e. C. Licinius Stolo, qui tribunus plebis legem tulit, ne quis plus quingentis jugeribus poſſideret: & primus poſt reges exactos ſeptena jugera plebi viritim diviſit. Sed idem poſtea decem millibus æris a M. Popilio Lænate ipſa ſua lege damnatus eſt, quod mille jugerum agri cum filio poſſideret, eoque emancipando fraudem legi feciſſet, ut narrant *Liv. l. 6. c. 35. & l. 7. c. 16. Varr. l. 1. R. R. c. 2. Plin. l. 18 c. 3. a med. Colum. l. 1. c. 3. ad fin. & Val. Max. l. 8. c. 6. n. 3.* ¶ Liciniani cognominati ſunt filii poſteriores Catonis cenſorii, ex Licinia priore eius conjuge. ſicut ex poſteriore filia Salonii *Saloniani*: quos inter Uticenſis fuit. *Plin. l. 7. c. 14.*

Licinium, ii, n. *taſta*, linamentum, licium medicamine illitum plagis ſanandis. Eſt *Vegetius l. 2. c. 22. & 48. de re Veterin.*

Liciniana, f. 1. idem, ac Licinia. *Cato de R. R. c. 6.* Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam Licinianam ſeri oportet.

Licitatio, onis, f. *offerta all' incanto*, [illegible], auctio, oblatio pretii in auctione. *Cic. 4. Ver.* Exquiſitis palam pretiis, & licitationibus factis deſcribebat Cenſores binos in ſingulas civitates Timarchides. *Paul. Dig. 39. 4. 9.* Licitatione vincere.

Licitator, oris, m. [illegible], [illegible], qui crebro licetur, quique pro re emenda, conducendave pretium alio majus pollicetur. Licitatorem apponere, eſt ſubornare aliquem, qui coram emptore majus pretium offerat, ut res pluris æſtimetur, vendaturque. *Cic. ad Marium l. 7. Fam.* Nunc quoniam tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. *Idem 3. Off.* Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec, qui contra ſe liceatur, emptor apponet.

Licito, adverb. idem quod licite. *Solin. c. 15. (al. 16.)* Ædem Dianæ nudus veſtigio nullus licito ingreditur.

Licitor, aris, atus ſum, d. 1. freq. a *liceor*, ſed tamen ejuſdem omnino ſignificationis. *Plin. l. 1. c. 38.* Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus eſt. *Curt. l. 4. c. 1.* Licitantur hoſtium capita. ¶ Tranſlate ponitur pro decipiendo inducere. *Feſt.* ¶ Licitari item, teſte *Nonio c. 2. n. 505.* congredi & pugnare ſignificat. *Cæcil. ibid.* Quin machæra licitari adverſum eum cœpiſti ſciens.

Licitum eſt, præt. verbi *licet*. Sed ſæpe uſurpatur pro præſenti *licet*, inſtar nominis. *Plaut. Amph. 2. 1. 70.* Quin intruere in ædes nunquam licitum eſt. ideſt, nunquam permittitur.

Liciturum eſt, partic. temporis futuri verbi licet. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebejo Remp. perdere. *Liv. l. 32. c. 21. ad fin.* Non quemadmodum hodie utrumque vobis licet, ſic ſemper liciturum eſt.

Licitus, a, um, adject. quod licet, *lecito*. *Ulp. l. 2. Dig. de jure patron.* Negotiatio licita. *Virg. 8. Æn.* Et licito tandem ſermone fruuntur.

Licium, V. Licia, orum.

Lictor, oris, m. *littore*, *birro*, [illegible], unus ex ſervis publicis Conſulum, vel aliorum Magiſtratuum, qui faſciculos virgarum cum ſecuri ferentes Magiſtratus præcedebant, a *ligo*, ideſt, a ligandis reis. Feſtus cenſet, dictum eſſe a ligandis virgarum faſcibus. A. Gellius alia duo etyma proponit ex Tyrone Ciceronis liberto. eum V. *l. 12. c. 3. Cic. pro Rab. c. 4.* Lictor colliga manus. ¶ Quicunque apparebant Magiſtratibus in Urbe hoc apparitionis genere, erant a Plebe Romana, teſte *Liv. l. 2.* Imo etiam ante bellum Punicum confectum Plebs R. lictores a ſuo corpore tribuebat, ut Magiſtratibus in provinciis apparerent. Sed Punico bello confecto, qui Magiſtratibus in provinciis apparerent quolibet apparitionis genere, ii fere e Bruttiis fuere, unde Bruttiani dicti ſunt. Cum enim ad Annibalem defeciſſent, pulſis, victiſque Pœnis, Romani Bruttios cano-

Digitized by Google

minia cauſſa nec milites ſcripſere, nec habuere pro ſociis, ſed Magiſtratibus in provinciam euntibus parere, & præminiſtrare ſervorum vice juſſerunt. *Gell. l.* 10. *c.* 3. ¶ Lictoribus uſi ſunt Conſules, Prætores, Interreges, Dictatores, & ſiqui alii Magiſtratus non poteſtatem ſolum habuerunt, ſed etiam imperium. Et ab initio quidem lictores duodecim inſtituti ſunt, & duodecim tandiu fuerunt, quandiu Reſp. in poteſtate Regum fuit. Sed exactis Regibus lictores facti ſunt vigintiquatuor, quia duodecim ſingulis Conſulibus apparebant; omnes autem 24. Dictatori. Imo inſtitutis Proconſulibus, Prætoribus, & ſiqui alii Magiſtratus imperium præ ſe ferebant, alii lictores præter viginti quatuor additi ſunt, videlicet ſex pro Prætoribus, ſex pro Proconſulibus, &c. Fœminas quoque Auguſtas lictores habuiſſe, tradit *Lipſ. ad l.* 1. *Ann. Tac.* ¶ Munera lictorum hæc erant: Magiſtratibus adminiſtrabant in omnibus rebus, quæ opus eis eſſent; geſtabant ante Magiſtratus virgarum faſciculos, in quorum uno ſecuris incluſa erat: Populum ſummovebant, ut locus eſſet Magiſtratibus prætereuntibus: eos, qui Conſulibus obviam venirent, jubebant de equo deſcendere: ſontes virgis cædebant, & ſecuri feriebant. Hinc a *Livio l.* 45. ſummotores dicti ſunt. Denique Comitiis Curiatis lictores triginta pro triginta Curiis ſuffragabantur. *Sigon. de ant. jure P. R. l.* 1. *c.* 17. *& l.* 2. *c.* 15. ¶ Proximus lictor dicebatur, qui cæteris præerat, & proximus magiſtratui erat ad juſſa excipienda. *Salluſt. in Jugurth.* Qui proximus lictor Jugurthæ carus acceptus ſemper ei fuerat. Hic a *Cic. ep.* 1. *ad Q. F.* primus lictor dicitur.

Lictorius, a, um, ῥαβδουχικός, quod ad lictorem pertinet. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Faſces lictorios januæ ſummiſit, cui ſe Oriens, Occidenſque ſummiſerat.

Lidūna, æ, f. receſſus maris, ſicut Malina acceſſus; quæ duæ voces a Germanicis ſumptæ poſt Druſi Germanici tempora a quibuſdam uſurpabantur. *Marcell. Emper. c.* 25. Liduna ante prandium. V. *Roſin. antiq. Rom. l.* 2. *c.* 14.

Lien, enis, & Liēnis, is, m. 3. *milza*, Germ. *miltz*, Gall. *rate*, *ratelle*, Hiſp. *baço*, σπλήν, viſcus eſt in humano corpore, alio nomine ſplen. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ventriculo adnectitur lien in ſiniſtra parte adverſus jecur, cum quo locum aliquando permutat, ſed prodigioſe. *Cato R. R. c.* 157. Lienes turgent. *Celſ. l.* 3. *c.* 9. At lienis, ubi affectus eſt, intumeſcit. ¶ Curſu lien intumeſcere ſolet, & dolorem efferre. Hinc eleganter *Plaut. Merc.* 2. 1. 14. Genua hunc curſorem deſerunt: ſeditionem facit lien, occupat præcordia.

Lienſcus, a, um, idem, ac lienoſus. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Hæc & illita lienicis. *Harduin.* tamen legit *lienteriois*.

Lienōſus, a, um, σπληνικός, σπληνώδης, qui liene laborat. Accidit autem hic morbus (ut inquit *Ariſtoteles l.* 3. *de part. anim.*) quoties plus excrementi in lienem divertit, quam calor ejus viſceris poſſit conficere. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Sicut Pyrrho Regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienoſis medebatur. *Plaut. Curc.* 2. 1. 5. Cor lienoſum, opinor, habeo.

Lienteria, æ, f. λειεντερία, lævitas inteſtinorum, paſſio cœliaca, paſſio ventriculoſa, ſpecies alvi fluxus præternaturalis, cum inteſtina ob imbecillitatem cibum non continent, ſed talem propemodum excernunt, qualis eſt ingeſtus. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Fit etiam lævitas inteſtinorum, quæ lienteria vocatur. Pleræque tamen editiones habent λειεντερία, Græcis litteris.

Lientericus, a, um, adject. qui lienteria laborat. V. *Lienoſus*.

Ligāmen, inis, n. idem, ac ligamentum. *Col. l.* 11. *c.* 2. Et ad vitium ligamina præparari.

Ligamentum, ti, n. *legame*, *legatura*, Ger. *ein band*, Gal. *lien*, *ligament*, Hiſp. *atadura*, δεσμός, σύνδεσμος, id, quo aliquid ligatur. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 54. Vulneribus ligamenta, quibuſque ſiſtitur ſanguis, parare eundem monet.

Ligariānus, a, um, adject. ad Ligarium civem R. pertinens, ut Ligariana oratio, qua Cicero Ligarium nobilem Romanum defendit apud Cæſarem, quod in civili bello a Pompejo ſtetiſſet. *Id. Attic. l.* 13. *ep.* 19. Ligarianam præclare auctoritas ſua commendavit.

Ligatio, onis, f. ligamen, ligatura. *Scribon. Larg. compoſ.* 255. Hoc malagma facit ad nervorum ligationem.

Ligatūra, æ, f. ligamen, *legatura*. *Palladius l.* 3. *c.* 6. Ligatura in vitibus locum debet mutare.

Ligatus, a, um, *legato*, a ligor. *Cic. in Catil.* 4. *c.* 6. Filium ejus impuberem ligatum a Prætore miſſum in carcerem necandum eſſe dixit. *Tibul. l.* 1. *el.* 6. *v.* 73. Quamvis non vitta ligatos Impediat crines.

Ligēa, f. a. Λιγεία, Nympha, filia Nerei, & Doridis, a λιγύς, εῖα, ύ, *ſtridulus*, *ſonorus*, nempe a cantus ſuavitate. *Virg.* 4. *Georg. v.* 336. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.

Ligellum, li, n. *caſetta*, καλύβη, οἰκίδιον, breve domicilium, & tuguriolum. *Non. c.* 2. *n.* 504. *Plaut. Aul.* 2. 4. 22. Divum, atque hominum clamat continuo fidem, de ſuo ligello fumus ſi quà exit foras. Alii rectius legunt *tigillo*. Al. *ligillo*. h. e. parvo ligno.

Liger, & Ligeris, is, m. 3. Liger, *la Loire*, fl. Galliæ Celticæ. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 5. Cum ad flumen Ligerim pervenissent. *Tibul. l.* 1. *el.* 8. Carnuti & flavi cærula lympha, Liger.

Ligerĭcus, a, um, ad Ligerim pertinens. *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.* 470. *n.* 1. L. Tauricio patrono nautarum Araricorum, & Ligericorum.

Lignarius, ii, ſubſt. m. *legnajuolo*, qui lignatum it. *Liv. l.* 35. *c.* 41. Et aliam porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lignarius, a, um, ξύλινος, quod ad lignum pertinet, ut Faber lignarius, *legnajuolo*, qui ligna dolat. *Capitol. in Pertin. c.* 5. Ex continuatione lignariæ negotiationis.

Lignatio, onis, f. ξυλοφορία, lignorum deſectio, vel deportatio. *Cæſ. l.* 5. *B. G.* Qui lignationis, munitioniſque cauſa in ſylvas diſceſſiſſent. ¶ Sumitur etiam pro loco, unde ligna accipi poſſunt. *Col. l.* 1. *c.* 5. Sic autem vel intra villam, vel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum.

Lignator, oris, m. *ſoldato*, *che va a far legna*, ξυλεύς, ξυλευτής, miles, qui lignatum vadit. *Liv. l.* 10. *c.* 25. Paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt.

Ligneŏlus, a, um, dim. a ligneus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 7. Hanc ſcripſi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignĕus, a, um, *di legno*, ξύλινος, quod eſt ex ligno. *Cic.* 5. *Tuſc.* Ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet. *Nepos c.* 2. 6. Lignea mœnia. h. e. naves.

Lignicida, æ, m. qui ligna cædit. Affertur hæc vox a *Varr. lib.* 7. *L. L.* & ſimul damnatur.

Lignor, aris, atus ſum, d. 1. *far legna*, Ger. *holtzen*, Gal. *querir*, *faire proviſion de bois*, Hiſp. *hazer lena*, ξυλίζομαι, verbum eſt caſtrenſe, ſicut aquor, pabulor, frumentor, & ſimilia, & ſignificat ad capienda ligna ire, ligna colligere, & congerere. *Liv. l.* 1. Reſpondentibuſque, lignatum ſe ire. *Hirt. de B. Hiſp. c.* 7. Dum lignantur, interfecti ſunt.

Lignōſus, a, um, *legnoſo*, ξυλώδης, quod inſtar ligni durum eſt. *Plin. l.* 15. *c.* 7. Arbor radice lata, lignoſaque.

Lignum, ni, n. *legno*, עץ, Ger. *holtz*, Gal. *bois*, Hiſ. *lena*, *madera*, ξύλον, pars arboris interna, præcipue in caudice, quæ ſiſſilis eſt, & dura, eſtque veluti caro ipſarum arborum, a *lego*, ut *tignum* a *tego*, quia ex agro caduca leguntur ligna, ut in foco utantur. *Var. l.* 5. *L. L. Cic.* 3. *Ver. c.* 27. Cædere januam ſaxis, inſtare ferro, ligna, & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere cœperunt.

Ligo, onis, m. *zappe*, [illegible], Ger. *ein hauw*, Gall. *un hoyau*, Hiſp. *el açada*, δίκελλα, μάκελλα, ruſticum inſtrumentum, ad extirpandas herbarum radices accommodatum, a λίζω, *rado*. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Adduxit graves ligones, vomeres ponderoſos. *Horat. epod.* 5. Ligonibus duris humum Exhauriebat.

Ligo, as, avi, atum, a. 1. *legare*, אסר, Germ. *binden*, Gall. *lier*, Hiſp. *atar*, δέω, vincio, conſtringo, a λυγῶ, u converſo in i, quomodo a φύω eſt *fio*, a φρύγω, *frigo*, &c. *Cic. de Un.* Ut diſſolvi nullo modo poſſit, niſi ab eodem, a quo eſt ligatus. *Quintil. l.* 5. *c.* 14. Quæ apprehenſa Græci magis in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 134. laqueo ligavit guttura. ¶ Tranſlate *Stat. l.* 4. *Silv.* 3. *v.* 73. Legibus cum ligaſti. *Propert. l.* 4. *el.* 4. ligare pacta.

Ligula, ſeu lingula, æ, f. *linguetta*, γλωσσάριον, γλωσσίς, parva lingua, dim. a lingua. In veteribus libris promiſcue reperitur *ligula*, & *lingula*. Sed *Martial. l.* 14. *carm.* 120. *lingula* indoctorum Grammaticorum appellationem facit. Nempe ad originem vocis reſpexere, non cogitantes, uti ab *offa* eſt *ofella*, a *mamma mamilla*, a *curru curulis*, prima correpta, ſic a *lingua* dici potuiſſe *ligula*, ut e. prout Senatores, & Equites loquebantur. ¶ Tranſlate ita dicebatur pars in calceis linguæ inſtar faſtigata, *Feſt.* Sed Juvenalis vetus interpres ligulas in calceis ait eſſe anſas calceorum, neque hanc notionem a *lingua* ſimilitudine fluxiſſe, ut dicamus ex Feſto, ſed a *ligando*. *Juven. ſat.* 5. *v.* 20. propter quod rumpere ſomnum debeat, & ligulas dimittere, &c. *Martial. l.* 2. *epigr.* 29. Non extrema ſedet lunata lingula planta. Ubi *lingula* ſcripſit, quod in Grammaticis id alibi damnat. ¶ Præterea ita in tibiis vocabant, a ſimilitudine linguæ exertæ, quod γλῶττα a Græcis, ſimili Metaphora, dicitur. *Feſt.* ¶ Item inſtrumentum eſt cavum, & oblongum, quale eſt, quo aromatarii educunt unguentum e vaſis. Nomen ex eo eſt, quia habet figuram linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ. *Plin. l.* 21. *c.* 14. Inde ligulis eligunt florem. ¶ Item inſtrumentum ad purgandam a vaſe ſpumam. *Colum. l.* 9. *c.* 15. Iſque ſæpius ligula eſt purgandus. ¶ Item genus menſuræ, quarta pars cyathi, a figura linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Item opiſthotonicis, & jecinorum vitiis, & torminibus, & ſtranguriæ duarum, aut trium ligularum menſura. Idem creditur, ac cochleare. Sed tamen ab eo diſtinguitur, ſaltem ut pars a parte. *Martial. l.* 8. *ep.* 33. Ligulam cum mittere poſſis, Mittere cum poſſis vel cochleare mihi. V. Cochlear. ¶ Ad hæc ligula eſt gladiolus oblongus in ſpeciem linguæ factus. *Var. l.* 6. *de L. L. Gel. l.* 10. *c.* 25. *Naevius in Hesiona.* Sine, mihi morem gerere videar, haud lingua, verum ligula. ¶ Similitudo quoque linguæ nomen in Architectura dedit lingulis vectium, quæ & linguæ dicuntur. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. ¶ Item lingulis tubulorum, quos lingulatos idcirco *Vitruvius* dicit *l.* 8. *c.* 7. ¶ Adhibetur etiam ad contemptum, metaphorice, quatenus anſam calceorum ſignificat. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 30. Ligula, i in malam crucem. h. e. homuncule triobolaris.

Ligur, uris, com. qui eſt ex Liguria. *Lucan. l.* 1. Et nunc tonſe Ligur, quondam per colla decora Crinibus effuſis toti prælate Comatæ.

Liguria, æ, f. *Liguria*, regio Italiæ. Gemina eſt, litorea, quæ vulgo nominatur *la Riviera di Genova*, inter Alpes ad Occ. & Macræ oſtia ad Or. extenſa inter Galliam Narbonenſem, & Hetruriam ſupra 200. M. P. cujus caput eſt Genua, inter montem Apenninum, & mare Liguſticum perſtricta, & mediterranea, quæ eſt Galliæ Ciſalpinæ non modica portio, inter Apenninum M. ad Mer. & Or. Alpes maritimas, & Cottias ad Occ. Padum fl. ad Bor. & Or. in qua Mons Ferratus Ducatus, magna pars Principatus Pedemontani, & pleraque Ducatus Mediolanenſis continentur. V. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Ligurinus, a, um, adject. ad Liguriam pertinens, ut Ligurinæ Alpes. *Gratiar. in Cyneg. v.* 510.

Ligurio, is, ivi, itum, a. 4. *conſumare il ſuo in mangiare*, לחך, Germ. *verſchlecken*, Gall. *gourmander*, Hiſp. *comer*, *y gaſtar en goloſina*, λιχνεύω, eſt delicatiſſima undique carpere, & deguſtare. *Charſ. l.* 3. interpretatur ſimpliciter deguſtare. Eſt a *ligo*, quod veteres dixere pro *lingo*, a λείχω. Nam ligurritor videtur eſſe, qui cupediis ſic deditus eſt, ut digitos quoque lingat. Vulgo unico *r* ſcribitur. Tamen *ligurrire* *r* geminato præfert Manutius, quomodo & in veteribus libris ſe inveniſſe teſtatur *P. Victorius in Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 16. Non ut muſcæ ligurriunt apes, quod nemo has videt, ut illas, in carne, aut adipe, aut ſanguine. ¶ Interdum ſignificat ſuaviſſima quæque guſtare paulatim, & cum quadam mora, atque elegantia comedere. *Ter. Eun.* 5. 4. 14. Quæ, cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt. V. ibi *Donat.* ¶ Vulgo non ſolum accipitur pro ſuaviora edulia carpere, vel cum quadam elegantia, & urbanitate comedere, ſed etiam pro devorare, multa avide conſumere. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Puer unctis tractavit calicem manibus, dum furta ligurit. ¶ Tranſlate ponitur pro ſuppilare, ſeu rapere, involare cum fraude. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 21. Cum quidam de Collegis noſtris Agrariam ligurirent curationem, diſturbavi rem, totamque nobis integram reſervavi. Quidam tamen *ligurrire* interpretantur hic pro eo, quod eſt, appeterent, & præpropera quadam ſpe quaſi devorarent. ¶ Item pro ſenſim depeculari, ſeu furari. *Cic.* 5. *Ver.* Commiſſa eſt pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timide, nec leniter hæc improbiſſima lucra ligurientem.

Liguritio, f. *gran deſiderio di mangiare*, *ardente appetito*, λιχνεία, aviditas, immoderata appetentia. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 11. Ægrotationi autem talia quædam ſubjecta ſunt, mulierofitas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & ſiqua ſunt ſimilia.

Liguritores, m. *goloſi*, λίχνοι, guloſi, & voratores eduliorum ſuavium, a λείχω, *lingo*, quia conſumptis dapibus digitos, & catillos etiam lingunt. Hinc a veteribus *catillones* vocabantur. Tranſlate Liguritores inguinum, fellatores dicuntur. *Auſon. epigr.* 128.

Ligurnus Portus, Liburnus, Labro, *Livorno*, Gall. *Ligourne*, urbs nova, ſed culta, & probe munita in agro Piſano, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, emporium celeberrimum illius tractus, cum triplici arce, in planitie, intra paludes, prope Montem Nigrum.

Ligus, uris, com. 3. qui eſt ex Liguria. *Virg.* 11. *Æn v.* 715. de Auno filio Auni, Vane Ligus, fruſtraque animis elate ſuperbis. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 13. Auxit invidiam in fœmina Ligus.

Ligus, uris, m. Fabio Pictori Ligyſtus, Λίγυς, filius Phaethontis. Regnavit in ea Italiæ parte, quæ poſtea ab eo Liguria appellata eſt. *Auct. l.* 7. *Gen.*

Liguſticum, n. 2. herba eſt, in ea Apennini parte præcipue naſcens, quæ Liguriæ imminet, unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quod panaceam Heracleoticam caule referat, radice, & effectu. Galenus vocat Ligyſticum. Alii Libyſticum dicunt, putantque in Libya præcipue naſci. Officinæ leniſticum appellant. *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Liguſticus, a, um, Λιγυστικός, quod ad Liguriam ſpectat. *Juven. ſat.* 3. Qui ſaxa Liguſtica portat. ¶ Liguſticæ Alpes, *Montagna de Tenda*, eædem, ac Maritimæ, in Liguriæ, Galliæque Narbonenſis confinio, inter

Tau-

Digitized by Google

Taurinos, & Nicæam. ¶ Liguſticum mare, Liguſticus ſinus, *Mare di Genova*, e *mare di Leone*, mare, quod Liguriam alluit, inter Gallicum ad Occ. & Tyrrhenum ad Or. ac inter oſtia Vari, & Macræ fl.

Liguſtis, idis, adject. fœmin. Liguſtica. *Sidon. l. 9. ep. 13. in carmine.* Humo, atque gente cretus in Liguſtide.

Liguſtrum, ſtri, n. 2. κύπρος, alii φιλύρεα, arbor, ex cujus ligno teſſeræ fiunt aptiſſimæ, olivæ ſimilis folio, flore candido, & odorato, ſemine coriandri. Eadem eſt, atque illa, quæ in Oriente *cypros* dicitur, a cujus ubertate Cypro Carpathii maris inſulæ nomen inditum eſt. *Plin. l. 12. c. 24. & l. 24. c. 10.* Dictum eſt e ligando, quia lignum ejus facile flectitur. Perottus putabat dici a *legendo*, quaſi *legustrum*, cum Maro tamen dicat, candida liguſtra, ſed legi vaccinia. Sed eo reſpexit, quod liguſtra alba, vaccinia nigra dicantur. Atque hæc in cauſa eſt, cur liguſtro Maro quidem alba, nivea item Ovidius, at Columella nigra appellet. Nimirum flos liguſtri albus, bacca autem nigra. Aliis placet, liguſtrum eſſe ſmilacem, atque ita a ligando dici, quia viciis implicetur, ac circumvolvetur. Ita ſmilax major, album erit liguſtrum. Campana vero cæruleopurpurea, nigrum liguſtrum vocabatur. Coquitur in oleo, premiturque, quod poſtea cyprinum vocatur, ab arbore ſua. *Plin. l. 24. c. 10.* Liguſtra non niſi in aquoſis proveniunt, ſicut ſalices, alni, populi, ſiler. *Col. l. 10.* Et nigro permixta liguſtro balſama.

Lilæa, æ, f. 1. urbs Phocidis, apud *Stat. Theb. 7. v. 348.*

Liliacĕus, a, um, *di giglio*, λείριος, quod ex liliis eſt, ut Oleum liliaceum. *Pallad. l. 6. c. 14.*

Liliētum, ti, n. *luogo gigliato*, Germ. *lilien garte*, Gall. *lieu planté de lis*, Hiſp. *lugar lleno de lirios*, λειριών, locus, in quo liliorum copia eſt. *Pallad. l. 3. cap. 21.*

Lilium, lii, n. *giglio*, שושן, Ger. *lilien*, Gall. *lis*, Hiſp. *lirio*, λείριον, κρίνον, flos proximum, teſte *Plin. l. 21. c. 5.* a roſa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſe laxantibus, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, tenuique filo, & ſemine ſtantibus in medio crocis, a λείριον, e mutato in *l*. *Var. l. 4. de L. L. Virg. 6. Æn.* Et candida circum lilia funduntur. ¶ Liliorum diverſa genera ſunt, candida, rubra, violacea. &c. V. *Plin. l. 21. c. 4.* ¶ *Ex ſimilitudine, floris lilium* appellabant genus quoddam munitionis, de quo V. *Caſ. l. 7. B. Gal. c. 73.*

Lilybætānus, a, um, adject. Lilybæus, ut Cicero Quæſtor Lilybætanus, apud *Aſcon. in Divinat. Verr.* Adde *Cic. Ver. 6.*

Lilybæum, n. 2. *Capo Boeo*, al. *Capo Coco*, Λιλύβαιον, unum ex tribus promontoriis Siciliæ, quod Africam proſpectat. ¶ Item urbs Siciliæ, *Marſala*, in valle Mazaræ.

Lilybæus, a, um, quod ſpectat ad Lilybæum prom. vel urb. *Lucan. l. 4.* Nemque rates audax Lilybæo litore ſolvis.

Lilybeīus, a, um, quod ad Lilybæum prom. ſive urb. ſpectat. *Virg. 3. Æn. v. 706.* Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

Lima, æ, f. *lima*, מגרדת, Germ. *eine feile*, Gall. *lime*, Hiſp. *lima*, *ſiva*, Inſtrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud terendo expolitur, e Græca voce allata. Nam ſæpe ρ in *l*, & ν abit in *m*. *Apul. lib. 2. Florid.* Nec radio, nec ſcibula, nec lima, nec id genus ferramentis uti noſſe. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro ſtylo, ſeu diligentia. *Ovid. l. 1. de Ponto*, Scilicet incipiam lima mordacius uti, ut ſub judicium ſingula verba vocem. *Quintil. l. 10. c. 3.* Opus poliat lima. *Velley. l. 2. c. 9. de quibuſdam ſcriptoribus :* Adeo ut in illis plus limæ, in hoc plus videatur fuiſſe ſanguinis.

Limacĕus, a, um, adject. lutoſus, *fangoſo*, a limo. *Tert. de reſur. carn. c. 49.* Primus homo de terra choicus, ideſt limaceus.

Limarĭus, a, um, *fangoſo*, limoſus. *Front. de aquæd. l. 1.* Interpoſita eſt limaria piſcina.

Limāte, adv. polite, ornate, perfecte. *Cic. l. 3. Fin. c. 3.* Duo genera librorum, unum populariter ſcriptum, alterum limatius. *Ammian. l. 15. c. ult.* Cum limatius ſuperſtitionum quæreret ſectas. hoc eſt accuratius.

Limatŭlus, li, m. ὑποξεσμένος, dimin. a limatus. *Cic. l. 7. Fam. ep. ult.* Opus eſt hic limatulo, & politulo tuo judicio. ideſt terſo, & ſubtili.

Limātus, a, um, *limato*, *polito*, *ornato*, Germ. *gefeilt*, Gal. *limé*, Hiſp. *limado*, partic. a limor. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Vir moribus domeſticis, ac noſtrorum hominum urbanitate limatus. *Id. de clar. Orat. cap. 34.* Limatius dicendi genus. *Id. 1. de Orat. cap. 39.* Vir oratione maxime limatus, atque ſubtilis. *Hor. l. 1. Sat. 10. v. 65.* Comis, & urbanus, fueris limatior idem.

Limax, acis, m. *lumaca*, חומט, Germ. *ſchneck*, Gal. *limaçon*, Hiſp. *caracol*, κοχλίας, idem eſt, quod cochlea, a *limus*, quia per hyemem in limo deliteſcit, vere prodiens. *Var. l. 6. de L. L. Iſid. l. 12. cap. 5. & Feſt.* Nonnulli tamen volunt, limacis nomen generalius eſſe, quam cochleæ, ut cochlea tantum dicatur, quæ conchæ includitur, ſuamque ſecum domum circumfert, limax etiam illa, quæ teſta caret. *Colum. lib. 10. v. 324.* Implicitus conchæ limax, hirſutaque campe. ¶ Tranſlate dicitur de meretrice. *Var. l. 6. de L. L.* afferens illud *Plauti in fragmen. Cistellar.* Non quaſi ut ſunt hic, limaces lividæ. ubi nota, in fœminino genere efferri. Ita autem metaphorice meretrices appellantur, quia ſicut limaces herbarum folia, ita meretrices amatorum bona ebrodunt, & devorant.

Limbātus, a, um, limbum habens, ut *limbata chlamys*, *Trebell. Poll. in Claud. cap. 17.*

Limbolarius, vel Limborarius, ii, m. (ſolent enim literæ *r* & *l* ſæpe confundi, ut in *Lavacrum*, & *Lotium*) eſt ὑφαντοποιός, hoc eſt qui veſtium limbus conſuit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 45.* Textores, limbolarii, arcularii. *Pareus* legit *limborarii*, ut ſit a *limbus*, & *ora*.

Limbus, pro Lembus, V. Lembus.

Limbus, bi, m. *lembo*, כנף, Ger. *ein ſaum*, Gal. *bordure*, Hiſp. *borde*, ἀμφίκυκλον, ὤα, ὑπόζωμα, θύσανος, eſt pars infima veſtis muliebris, imos pedes contingens. A *Serv. in 4. Æn.* deſcribitur faſcia, quæ ambit extremitatem veſtium, ſecundum antiquum ritum. Aliter inſtitam vocari ſcribit *in 2. Æn. Virg. 5. Æn.* Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

Limen, inis, n. *ſoglia*, *entrata di caſa*, סף, Germ. *die ſchwelle*, Gall. *limeaux*, Hiſp. *umbral*, βηλός, οὐδός, βατήρ, quod ex tranſverſo in janua eſt, a *limus*, ideſt tranſverſus, quia ingredientibus, exeuntibuſque tranſverſum eſt. *Feſt. Ter. Hec. 3. 3. 18.* Jam ut limen exirem, ad genua accidit. ¶ Nec ſolum inferiorem partem ſignificat, quæ pedibus talcari ſolet in ingreſſu, ſed etiam ſuperiorem, quam Græci ὑπέρθυρον, & ὑπερθύριον appellant. *Juven. Sat. 6.* Pendentia lignis vela domus, & adhuc virides in limine luſcus. ¶ *Nævius* apud *Non. c. 4. n. 278.* limen ſuperum, & inferum dixit. Exime limen ſuperum, quod mihi miſero ſæpe confregit caput, inferum quoque, ubi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen ſuperum, inferumque diſcedentes ſalutabant. *Plaut. Merc. 5. 1. 1.* Limen ſuperum, inferumque ſalve, ſimul etiam vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingreſſu, *entrata*. *Virg. 2. Æn.* Limen erat, cæcæque fores, & pervius uſus tectorum. ¶ Interdum pro domo ipſa. *Virg. 2. Georg.* Penetrant aulas, & limina Regum. ¶ Interdum pro loco ſtandi, ſeu pro carceribus, unde ſtadiodromi curſum auſpicantur. *Virg. 5. Æn.* Signoque repente corripiunt ſpatia audito, limenque relinquunt. ¶ *Servus ad limina*, eſt atrienſis, qui a *Budæo* janitor vocatus. *Virg. 6. Æn.* Fiduſque ad limina cuſtos. Uſus eſt *Apuleius*. ¶ Muſas vix a limine ſalutaſſe, prover. Metaphora dicuntur ii, qui vix leviter, & ſummis tantum labris literas deguſtarunt. *Sen. ep. 49.* ¶ Interdum limen tranſlate pro amicitia ponitur; quia clientes, & amici ad limina potentiorum ſtabant ſalutandi, ac deducendi cauſa. *Juven. Sat. 3. v. 124.* Limine ſubmoveor, perierunt tempora longi ſervitii. *Virg. Æn. 7. v. 579.* Se limine pelli. ¶ Item pro principio, ut limen vitæ, apud *Sen. Trag.* Limen belli, apud *Tacit. Ann. 3. c. 74.*

Limenarcha, æ, m. 1. λιμεναρχης, Præfectus portus, qui portibus præeſt, ex quibus ſcilicet frequens eſt trajectus ad exteras nationes, a λιμήν, portus, & ἀρχή, *principatus*. *Paul. JCtus l. Limenarcha, ff. de ſervis fugit.*

Limentinus, i, m. Deus qui liminibus, ſeu liminibus præerat, *Arnob. l. 4. & Tertul. de Idololatria, c. 15.*

Limes, itis, m. *ſentiero*, *via per traverſo*, גבול, Germ. *mahlſtein*, Gal. *liſiere*, *detour*, Hiſp. *linde*, *ſenda*, ἀτραπός, ſemita tranſverſa, militari via anguſtior, tum in agris, tum in urbibus, a *limus*, obliquum. *Feſt.* Aliqui derivant a *limo*. Quemadmodum enim limen introitum, exitumque loco præſtat, ita per limitem ingreſſus in agrum, & ex eo egreſſus patet. Nam agrorum diviſores in ſingulis Centuriis ſingulos limites conſtituebant, ut agri & menſuræ, & itineris cauſa pervii eſſent. *Colum. l. 1.* Semitas, novoſque limites in agro fieri non patiatur. ¶ Limites poſſunt dividi his diviſionibus. Prima eſt: antiqui Latini quatuor genera limitum in agris habebant, duo latiorum, duo anguſtiorum. Ex latioribus unus ab Oriente in Occidentem ſpectabat, qui primo *Duodecimanus*, deinde *Decumanus* eſt appellatus, alter a Meridie in Septentrionem, qui *Cardo*. Anguſtiorum unus ab Occidente in Orientem intuebatur, qui *Prorſus*, alter a Septentrione in Meridiem, qui *Tranſverſus* nuncupabatur. Progreſſu temporis alia limitum nomina invenere, vel ex natura loci, ut *Maritimum*, *Montanum*, vel ex limitum ordine, ut *Actuarium*, vel ex modo latitudinis, ut *Linearium*. *Hygin.* Sed de his, & aliis limitum generibus conſule Auctores de limitibus, quos uno libro edidit *Goeſius*. ¶ Limites item in agris dicuntur etiam ipſi termini, teſte *Feſto*, quibus agrorum fines diſtinguuntur. *Virg. 1. Georg.* Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum fas erat. ¶ Sumitur etiam pro quavis via. *Liv. l. 31. c. 24.* Inter eam, extraque latæ ſunt viæ, & *extra* limes mille ferme paſſuum in Academiæ gymnaſium ferens. Sic *Virg. Æn. 9. v. 324.* Lato te limite ducam. ¶ Interdum pro aggere. *Tac. Ann. 1. c. 50.* Romanum limitem a Tiberio cœptum ſcindit. ¶ Tranſlate *Sen. l. 1. Benef. c. 14.* Benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire.

Limeum, n. 2. herba, quæ venatores ſagittas inficiunt. Unde venenum cervarium appellatur. *Plin. l. 27. c. 11.*

Limi Dei, obliquitatum curatores, a limus, obliquus, tranſverſus. *Arnob. lib. 4.*

Limicŏla, æ, m. qui in limo habitat. *Auſon. epiſt. 7. v. 36.* Junctus limicolis muſculus oſtreis.

Limigĕnus, a, um, adject. in limo genitus. *Auſon. Moſel. v. 45.* Limigenis ripam prætexeris ulvis.

Liminăris, re, o. 3. quod ad limen pertinet, ut Lapis liminaris, qui in domos aditu tranſverſus jacet. Liminares trabes, apud *Vitruv. l. 6. c. 4.*

Limis, me, V. Limus, a, um.

Limitanĕus, a, um, quod ad limites ſpectat, ut Agri limitanei, qui in limitibus alicujus provinciæ proxime hoſtes ſunt ſiti: Limitanei fundi, qui ſunt limiti deputati: Limitanei milites, qui ſunt in limitibus, ideſt in finibus Imperii, in præſidio conſtituti, ad incurſus vicinorum arcendos. *l. ult. fin. Cod. de fund. limitrop.* Agros limitaneos univerſos cum paludibus, omnique jure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atque arare conſueverunt. Adde *Spartian. in Nigr. c. 7.*

Limităris, a, adject. ut limitare iter, apud *Varr. l. 4. L. L.* h. e. limes, qui inter agrorum confinia relinquitur.

Limitatĭo, onis, f. *limitazione*, גבלות, Ger. *unterſcheidung*, Gal. *limitation*, Hiſp. *limitacion*, ὁρισμός, reſtrictio, diſtinctio. *Col. l. 3. c. 15.* Velut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.

Limitātus, a, um, qui limitibus diſtinctus eſt, ut Limitatus ager, qui in centurias eſt diviſus, quarum ſingulæ limitibus diſtinguebantur. *Feſt.* ¶ Tranſlate limitata quæſtio, h. e. terminata, abſoluta, apud *Varr. l. 2. R. R. c. 2.*

Limĭto, as, avi, atum, a. 1. *limitare*, *terminare*, גבל, Ger. *underſcheiden*, Gal. *limiter*, Hiſp. *limitar*, ἀφορίζω, limitibus diſtinguo, divido, termino. *Plin. l. 17. c. 22.* Vineas limitari oportet decumano xviii. pedum latitudinis. ¶ Per tranſlationem accipitur pro reſtringere, ſive reſecare. *Cic. 3. Fam. ep. 8.* De tua prolixa, beneficaque natura limitavit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum. Quo tamen in loco quædam exemplaria *limavit* habent.

Limitrŏphus, a, um, adject. ut limitrophus ager (de quo eſt titulus in *Codice*) unde limitanei milites aluntur.

Limnorĭa, f. 1. λιμνώρεια, Nympha, a cura lacus ſic dicta. λίμνη enim lacus, & ὤρα, cura dicitur.

Limo, adv. oblique, limis oculis. *Solin. c. 4.* Numquam limo vident.

Limo, as, avi, atum, *limare*, *polire*, Germ. *feilen*, Gall. *limer*, Hiſp. *limar*, ῥινάω, lima polio, lævigo, ſuperflua detraho. *Plin. l. 36. c. 6.* Scalpere, atque limare gemmas. ¶ Tranſlate ponitur pro repolire, & redundantia circumcidere expoliendi cauſa. *Cic. 1. de Or.* Ut ars aliquid limata non poſſit. *Id. in Acad. l. 1. c. 1.* Et limantur a me politius. *Id. 3. de Or.* Sed tantum alteri affinxit, de altero limavit. *Id. de opt. gen. Or.* Quoniam ſe ipſe conſultorem minutarum genera cauſarum limaverat. ¶ Item pro diligenter, ſeu ſubtiliter inquirere. *Cic. 2. Off.* Cum veritas ipſa limatur in diſputatione. ¶ Aliquando eſt conjungere, teſte Nonio. *Plaut. Pœn. 1. 2. 81.* Cum illa nunquam limavi caput. Sed aliqui hic interpretantur *perfricare*. ¶ Aliquando eſt limis oculis aliquid intueri. *Hor. l. 1. ep. 14.* Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam limat. Sed alii hic rectius accipiunt pro atterere, imminuere. Quo ſpectat & illud *Cic. 3. Fam. epiſt. 8.* De tua benefica natura limavit aliquid poſterior annus. Ubi aliqui leg. *limitavit*.

Limocinctus (vel *alticinctus* apud *Phædrum*) miniſter Magiſtratus, ut viator lictor, licio cum tranſverſa ſeu obliqua purpura, ſeu inſigni cinctus. Ita *Reinſ.* ad illam Inſcript. *claſſ. 6. n. 44.* Honori M. Gavi M. F. Pob. Squilleni Curatoris Vicetinor. apparitores, & limocincti tribunalis ejus.

Limonĭa, f. 1. λειμωνία, genus anemones. *Plin. l. 21. c. 11.*

Limoniădes, fem. 3. λειμωνιάδες, Nymphæ florum, & pratorum, quas aliquando mori, & deficere dicit Ariſtoteles, ſicut Faunos, & Satyros. Dictæ ſunt a λειμών, *pratum*.

Limoniătes, æ, m. 1. λειμωνιάτης, gemma. Eadem exiſtimatur, ut ſmaragdus. *Plin. l. 37. c. 10.*

Limonĭum, n. 2. λειμώνιον, herba eſt ſimilis betæ, verum foliis tenerioribus, & minoribus, numero circiter denum, caule tenui, recto, altitudino lo-

ne liliorum, pleno ſeminis rubri, quod guſtatum linguam aſtringit. *Plin. l.* 21. *c.* 21.

Limoſanum, n. 2. *Limoſa*, olim urbs, nunc opp. Samnii, apud Campobaſſum, a Benevento ad 24. M. P.

Limōſus, a, um, *pieno di fango*, Germ. *ſchleimig*, Gall. *boueux*, *fangeux*, Hiſp. *limoſo*, ἰλυώδης, limo plenus, cœnoſus. *Virg.* 2. *Æn.* Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva delitui. *Plin. l.* 15. *c.* 36. Ubi limotiore callo induruit.

Limpĭdo, as, avi, atum, a. 1. limpidum facio. *Macer l.* 2. *v.* 5. Appoſitum humores limpidat omnes.

Limpĭdus, a, um, *limpido*, *chiaro*, בהיר, Germ. *lauter*, Gall. *clair comme l'eau*, Hiſp. *limpio*, *claro*, διαφανής, clarus, purus, lucens, a *lympha*, vel a λαμπρός, *ſplendidus*. *Col. l.* 12. *c.* 28. Vere florente roſa defæcatum quam limpidiſſimum in vaſa bene picata, & pura transferto. *Plin. lib.* 34. *cap. ult.* Limpida vox. *Id. l.* 37. *cap.* 9. Limpidæ gemmæ. *Vitruv. lib.* 8. *c.* 7. Limpidior aqua fiet.

Limpitūdo, inis, fem. 7. *limpidezza*, διαφάνεια, puritas. *Plin. l.* 32. *c.* 15. Qua limpitudo eſt.

Limŭla, æ, f. *limetta*, parva lima, ῥίνιον. *Terentian. Maur. de ſyllab. pag.* 2390. *Putſch.* Perpolite, quam potaſtis, crebriore limula.

Limŭlus, a, um, dim. a *limus*, ideſt tranſverſus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 12. Viden', limulis ut, obſecro, intuentur?

Limus, i, m. ſpecies cinguli, a *limus*, *a*, *um*, obliquus, quod purpuram tranſverſam haberet. *Aggen. de limit. conſtit. pag.* 151. *Edition. Goeſii*. Limum cinctum, ideo, quod purpuram tranſverſam habet. *Serv. in* 12. *Æn.* Limus autem eſt veſtis, qua ab umbilico uſque ad pedes teguntur. Hæc autem veſtis in extremo ſui purpuram limam, ideſt flexuoſam habet. Unde & nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 120. Velati limo, & verbena tempora vincti. Alii leg. *lino*.

Limus, i, m. *fanga*, טיט, Ger. *ſchleim*, Gal. *boue*, *fange*, Hiſp. *cieno*, *limo*, ἰλύς, πηλός, βόρβορος, lutum, cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri ſolet, a λειμών, *locus irriguus*, vel a λιμνη, *locus humidus*, vel a λῦμα, *ſordes*. *Virg.* 4. *Georg.* Tu tamen & levi rimoſa cubilia limo unge.

Limus, a, um, vel limis, & me, o. 3. *traverſo*, *torto*, עקום, German. *ſchlimm*, Gal. *de travers*, Hiſp. *tuerto de traves*, πλάγιος, obliquus, tranſverſus, obtortus, apud vet. & Oculi limi, vel limes, quibus ex obliquo aliquem aſpicimus. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Nec limis intuentur oculis, aſpicique ſe ſimili modo nolunt. *Ter. Eun.* 3. 3. Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum. Ubi *Donatus*: Limis, ſi nominativus ſingularis eſt, tranſverſum ſignificat, ſi ſextus pluralis, deeſt *oculis*. Cum igitur diſſimulant homines ſe videre, quod vident, & non recta facie, ſed tranſverſa intuentur, *limes* dicuntur *aſpicere*. *Ammian. l.* 20. *c.* 9. Limibus oculis quem contueri.

Limўra, f. 1. Limira, *Limira*, urbs Lyciæ, medit. ad Limyrum fl. non longe inde diſtans, ab ore lit. 20. ſtad. Apud Limyram fons eſt, cujus piſces reſponſa dabant cibo, annuentes, cum illum arriperent, negantes, cum cauda rejicerant. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Limўrus, m. 2. Lorymus, fl. Lyciæ, qui inter Andriacam, & Aperras urb. exit, & prope Limyram urb. fluit in mare Lycium.

Linamentum, ti, n. *taſta*, Germ. *wiec*, *wiede*, Gall. *tente*, Hiſp. *hilas*, μοτός, λιμνίσκος, penicillus, qui vulneri imponitur ex linteolo, vel ſpongia, vel lana, ad exſiccandam ſaniem, vel purulentiam extrahendam. *Celſ. l.* 5. Linamentum involutum, & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumque in nares. ¶ Dare linamentum in plagam, eſt hujuſmodi feſtucas lintei in vulnus inſerere. *Celſ. l.* 7. *c.* 9. In ulteriores vero, lunataſque plagas linamentum dandum eſt. ¶ Linamenta item dicuntur, quæcunque ex lino conſtant. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Delphini adipe linamenta accenſa excitant vulvæ ſtrangulatu oppreſſas.

Linarĭus, m. 2. λινουργός, qui lini artem exercet. *Plaut. Aulul.* 3. 34. ubi alii leg. *lanarius*.

Linctus, us, m. *lambimento*, lingendi actus. *Plin. l.* 31. *c.* 9. Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere.

Linĕa, æ, f. *linea*, קו, Ger. *ein linien*, Gal. *ligne*, *raye*, Hiſp. *linea*, *raya*, γραμμή, id, de quo hamus dependet, a *linum*, quia e lino eſt. *Martial. l.* 5. *epigr.* 57. Tremulaque captos linea trahit piſces. Hinc lineam mittere, apud *Plaut. Miſt.* 5. 1. 22. h. e. fallere, decipere. ¶ Item filum illud, quo fabri utuntur ad materiam ſignandam. *Cic. ad Qu. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Aliquando perpendiculo, & lineæ diſcet uti. ¶ Tranſlate linea dicitur figuræ, ſeu magnitudo tantum longa, ut Mathematici loquuntur. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Apelli fuit perpetua conſuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit. *Perſ. Sat.* 3. *v.* 4. Quinta dum linea tangitur umbræ. De horologio ſolari loquitur. ¶ Ponitur interdum pro principio, aut fine cujuſcumque rei. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *in fin.* Mors ultima linea rerum eſt. Sic primas lineas ducere, eſt alicujus rei prima principia pertractare. *Quintil. l.* 2. *c.* 6. Quidam materias latius dicendo perſequebantur; alii, cum primas modo lineas duxiſſent, &c. ¶ Ad lineam, & recta linea, *per diritto*, *a dirittura*. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Ad lineam granis bina pauxillo demitti. *Cic.* 1. *Tuſcul.* Rectis lineis ad cœleſtem locum ſubvolent ignes. ¶ Tranſilire, ſeu tranſire lineas, *trapaſſar' i confini*. *Cicer. Parad.* 3. *c.* 1. Peccare eſt tanquam tranſire lineas. ¶ Apud *Senec.* Linea dicitur terriculamentum quoddam ad aves impellendas in plagas, in *Hippolyt. verſ.* 46. Picta rubenti linea pinna Vano cludat terrore feras. ¶ In Circo lineæ dicebantur ordines ſubſelliorum. Hinc linea dives, apud *Mart. l.* 8. *epigr.* 78. h. e. locus unde Senatores & Equites ſpectabant. Quamquam aliter hunc locum explicat *Turneb. l.* 29. *c.* 9. aliter alii. Sic & *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 2. *v.* 19. Quid fruſtra refugis? cogit nos linea jungi. Et *Terent. Eun.* 4. 2. 12. Certe extrema linea amare haud nihil eſt. h. e. de longinquo. V. ibi *Interpret.* ¶ Apud *JCtos* linea eſt ordo perſonarum conſanguinitate junctarum. ¶ Alba linea, proverb. dicitur de iis, qui omnia ſine diſcrimine probant; ductum a linea fabrorum, quæ ſi nullo colore tincta ſit, nihil diſcernit. *Gell. in præfat.* Multis & varia lectitantes, in quas res cum inciderent, alba, ut dicitur, linea ſine cura diſcriminis, ſolam copiam ſectati converrebant.

Lineālis, e, adject. *di linea*, linearis. *Ammian. l.* 22. *c.* 40. Omnes ambitus lineales farina reſperſit.

Lineamentum, ti, n. *lineamento*, Ger. *die liedmaſſ*, Gall. *trait*, Hiſp. *traza*, γράμμα, lineæ ductio, ſeu productio. *Cic.* 1. *de Or.* In Geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, &c. ¶ Lineamenta item dicuntur ipſæ extremitates, & quaſi lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuſcujuſque forma dignoſcitur, a lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur. *Cicer.* 4. *Verr.* Quod cum multo magis figura, & lineamenta hoſpitæ delectabant. ¶ Tranſlate *Id. l.* 3. *Fin.* Animi autem lineamenta ſunt pulchriora, quam corporis.

Lineāris, & re, o. 3. *lineare*, Ger. *von linien*, Gall. *de ligne*, Hiſp. *de linea*, γραμμικός, quod ad lineam pertinet. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. *in fin.* Lineares probationes. ¶ *Linearis pictura* vocata eſt, quæ nullis adhibitis coloribus rei pingendæ ſimilitudinem ſolis lineis exprimebat, *diſegno*. Unde & Græcis γραφὴ dicta eſt. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius. *Plin. l.* 35. *c.* 3.

Lineātio, onis, f. lineæ ductio, ſeu productio. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Ejus radii paribus lineationibus extenduntur.

Lineātus, a, um, adject. *diſegnato*, *delineato*. *Plaut. Mil.* 3. 3. 42. Bene lineatam ſi ſemel carinam collocavit.

Linĕo, as, avi, atum, *tirar linee*, שרטט, Ger. *entwerffen mit linien*, Gal. *tracer*, *tirer des lignes*, Hiſp. *tracar*, ἀναγράφω, eſt lineas ducere, lineis rem aliquam figurare, & formare. *Cato de re ruſt. c.* 14. Succidet, dolabit, lineabit, ſecabitque materiam ſolam duntaxat.

Lineŏla, æ, f. 1. dim. *lineetta*, parva linea. *Gell. l.* 10. *c.* 1. Numerus conſulatus tribus lineolis ſignificatus eſt.

Linĕus, a, um, λίνεος, ἡ, ον, *di lino*, quod ex lino eſt. *Plin. l.* 12. *c.* 6. Sed unde lineas veſtes faciunt. *Virg. Æn.* 5. Nodos, & linea vincula rupit.

Lingo, is, xi, ctum. a. 3. *leccare*, לקק, Ger. *lecken*, Gal. *lecher*, Hiſp. *lamer*, λείχω, lingua molliter tango, & delibo, a verbo Græco allato, inſerto n, quomodo a θίγω, eſt *tango*. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 21. Mel mihi videor lingere. ¶ Nonnunquam eſt paulatim deglutire, ut cum aliquid in ore tenentes ſenſim demittimus in ſtomachum. *Plin. l.* 37. *c.* 17. Sed lingentium calculos frangit, pellitque.

Lingŏnes, m. 3. pop. Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis, & Leucis viciniq. in Burgundiæ, & Campaniæ confinio, al. in Campania, quorum urbs item Lingones, al. Andemantunum, *Langres*, antiquiſſima, anno poſt Diluvium 591. ut ferunt, condita, ad Vogeſi montis radices. *Cæſ. l.* 1. *B. G.*

Lingonĭcus, a, um, quod ad Lingones ſpectat. Lingonicum tomentum erat e lanæ caſæ floccis. Dictum eſt a Lingonibus. Differebat a Leuconico, quod nomen habuit a Leuconibus, qui iidem erant, ac Leuci, quos Ptolemæus Lingonibus vicinos facit. *Plinius* enim *l.* 8. *c.* 46. dicit, ſuo tempore tomenta Gallicis diſcerni nominibus. Apud Romanos Lingonicum erat ditiorum, ut Circenſe, quod ex arundine ſucciſa, pauperum fuit. *Martial. l.* 14. *ep.* 159. *ſub lemmate Lingonicum tomentum.* Accipe Lingonicis vellera raſa ſagis. ¶ Bardocucullus Lingonicus erat veſtimenti viliſſimi genus, quod Lingonibus præcipue fuit in uſu. *Martial. l.* 1. *epigr.* 54.

Lingŏnus, a, um, ex Lingonibus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 54. Lingonus a tecta Flaminiaque recens.

Lingua, æ, f. 1. *lingua*, לשון, Ger. *die zung*, Gal. *langue*, Hiſp. *lengua*, γλῶσσα, γλῶττα, pars corporis voci formandæ, dignoſcendiſque ſaporibus deſtinata, a *lingo*, quaſi *linga*, quia unicum eſt linctus inſtrumentum, ut ait *Varro*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 36. Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus. Ea vocem immoderate profuſam fingit, & terminat, quæ ſonos vocis diſtinctos, & preſſos efficit, cum & ad dentes, & ad alias partes pellit eam. Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad nervos reſonant in cantibus. *Id.* 3. *de Or.* Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua vel evulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. ¶ Lingua biſulca, triſulca, &c. dicitur, quæ in duas, aut tres partes ſciſſa eſt. *Virg.* 3. *Georg.* Linguis micat ore triſulcis. ¶ Metonymice lingua accipitur pro ſermone, locutione, oratione. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 2. Ut oternus oculos hominum, ſi linguas minus facile poſſumus. ¶ Linguam convertere, ſeu vertere ad mores alicujus, eſt reprehendere. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 24. Si reſpondebunt, Punice pergam loqui, ſi non, tum ad horum mores linguam vertero. ¶ Item pro differentia ſermonum, *linguaggio*. Unde dicimus linguam Latinam, linguam Græcam, &c. *Horat. l.* 3. *od.* 8. Doctus ſermones utriuſque linguæ. Quin etiam in una lingua ſermonis diverſitas, διάλεκτος, lingua dicitur. Hinc in Græca lingua quinque linguarum diverſitatem eſſe dicuntur, Communis, Attica, Æolica, Jonica, Dorica. *Cic. pro Placco*. Quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, diſciplinis, linguaque diviſa ſic Optimatum conſilio gubernatur. ¶ Item pro licentia, ſeu libertate loquendi. *Cic. pro Place. c.* 23. Lingua quaſi flabellum fuit ſeditionis. Hinc linguam cohibere, continere. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 13. ¶ *Favere linguis*. V. Faveo. ¶ Eſt præterea lingua, promontorium, vel alia quævis terra longa, & anguſta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. *Liv. l.* 37. *c.* 31. *ad fin.* Inde in altum lingua mille paſſuum excurrit. *Lucan. l.* 2. *v.* 613. tenuem producit in æquora linguam. *Pacuv.* apud *Gell. l.* 4. *c.* 17. Lingua promontorii. ¶ *Lingua* item herba eſt, quæ circa fontes naſcitur. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Linguarĭum, ii, n. pretium, vel tributum pro temeraria locutione. *Sen. l.* 4. *de Ben. c.* 36. Quod dicere ſolemus, linguarium dabo. hoc eſt pendam aliquid ob linguam temere locutam. Sed aliqui interpretantur inſtrumentum, quo lingua alicui occluditur.

Linguātus, a, um, adject. linguam habens, facundus. *Tertull. de Anima*, *c.* 3. Apoſtolus Athenis expertus linguatam civitatem.

Linguax, cis, o. *cianciatore*, Ger. *ſchwetzig*, Gal. *languart*, Hiſp. *parlero*, λάλος, verboſus, multum loquens, qui nimis, & ſtulta loquitur. *Gel. l.* 1. *c.* 15. Hoc genus homines in verba projectos loculeios, & blaterones, & linguaces dixerunt. Plerique tamen legunt *lingulacas*.

Lingŭla, læ, f. diminut. *linguetta*, parva lingua, ligula. *Priſcian. lib.* 3. Linguæ, lingula, & per concíſionem n ligula. V. *Ligula*. ¶ Item promontorium, vel pars terræ anguſta ad ſimilitudinem linguæ in mare ſe extendens. *Cæſ. l.* 3. *B. G.* Oppida poſita in extremis lingulis, promontoriiſque. V. *Lingua*. ¶ A *Vitruv.* lingula dicitur pars illa in ferreo vecte, quæ ſimilitudinem linguæ habet, *l.* 10. *c.* 8. ¶ Alias ex eodem *Vitruv.* notiones V. in *Ligula*.

Lingulāca, æ, fem. piſcis ex planorum genere, quem Germani linguam vocant, Galli a ſimilitudine ſolearum, quæ calceis ſubſuuntur, ſoleam appellant, a *lingua*, propter linguæ ſimilitudinem. *Varro l.* 4. *de L. L.* & *Feſt.* Lingulaca, genus piſcis, vel mulier argutatrix. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 61. ambigue de piſce, & de muliere: Vin' lingulacas? ST. quid opus eſt? quando uxor eſt domi. Ea lingulaca eſt nobis. Nam nunquam tacet.

Lingulātus, a, um, adject. ad modum lingulæ factus, ut lingulati tubi, quorum ſcilicet alius ad modum lingulæ acuminatus in alium intrat. *Vitruv. l.* 8. *c. ult.*

Linguōſus, a, um, adjectiv. lingua, ſeu verbis abundans. *Petron. fragment. Tragur.*

Linĭficĭus, ii, m. qui linum texit. *Cod. Theodoſ. l.* 8. & 16. *de Murileg. & Gynæc.* quamquam ibi variat lectio.

Liniamentum, pro lineamentum, legitur apud *Tertul. l. de reſurrect. carn.*

Linĭger, ra, rum, *chi porta veſte di lino*, λινοστολόφορος, gerens veſtes lineas. *Ovid.* 1. *Metam.* Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Iſidis intelligit, qui lineis veſtibus indui ſolebant. Adde *Juven. Sat.* 6. *v.* 33.

Linīmen, inis, n. actus liniendi, unctio. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 18. Pro linimine adhibere.

Linimentum, i, linimen. *Pallad. in Octobr. tit.* 14. Linimentum dolii non gypſo, ſed ſarmentorum cinere debebis inducere.

Linĭo, is, ivi, itum, a. 4. *ungere*, χρίω, ἀλείφω, eſt ungere, fricare, digito, aut aliquo inſtrumento rem aliquam mollem alteri ſuperinducere, vel imprimere, ſed tenuiter, non craſſe. *Colum. lib.* 8. Amaris nucibus contritis liniendæ ſunt.

Lini-

Liniphiarius, ii, m. 2. &

Liniphio, onis, m. 3. lini textor. *Vopiſc. in Saturn. c. 8.* Et *Cod. Theodoſ. l. 8. & 16. de Murileg.* &c.

Linitus, us, ui, m. linimen, actus liniendi, apud *Celſum l. 6. c. 6.* ubi agit de collyrio Euelpidis, quod Phynon dicitur.

Lino, nis, lini, livi, levi, litum, a. 3. *ungere*, *incroſtare*, eſt ungere, ſeu rem aliquam mollem alteri ſuperinducere, idem ac *linio*, a λιπαίνω, quod eſt leve, ac lubricum reddere, uti unguento fit. Habet tria præterita, *lini*, *livi*, & *levi*. Ex his præteritum *levi* ceterorum uſitatiſſimum, videtur manſiſſe ab antiquo verbo *leo*. *Col. l. 7.* Fibulo ahenea ſi locum læſum compungas, cretaque Cimolia, & aceto linas. *Id. l. 12. c. 50.* Cum ſemel nova dolia, vel ſerias craſſa gummi liverunt. *Ovid. de medicam. faciei, v. 7.* auro ſublimia tecta linuntur. *Horat. l. 1. Carm. od. 20.* Græca quod ego ipſe teſta conditum levi. ¶ Aliquando eſt obturare, *ſerrare*, *chiudere*. *Virg. 4. Georg. v. 38.* Neque illæ nequicquam in tectis certatim tenuia cera ſpiramenta linunt. ¶ Aliquando inſignire, & quaſi linendo, & poliendo exornare, *ornare*, *polire*. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 11.* Lucretii poemata, ut ſcribis, lita ſunt multis luminibus ingenii. ¶ Linere alicui labra, eſt fucum alicui facere, decipere, fallere, ea ratione, qua dicimus *os alicui ſublinere*. *Mart. l. 5. ep. 45.* Lomento rugas uteri quod condere tentas, Polla, tibi ventrem, non mihi labra linis. V. *Sublino*.

Linoſtrophon, n. 2. λινόστροφον, herba, quam nonnulli peaſion, alii marrubium vocant. V. *Plin. l. 20. c. 22.*

Linozoſtis, fem. 3. λινόζωστις, herba, quam Latini Mercurialem vocant. *Plin. l. 25. c. 5.*

Linquo, is, liqui, lictum, a. 3. *abbandonare*, עזב, Germ. *verlaſſen*, Gall. *quitter*, Hiſp. *deſamparar*, λείπω, deſero, e λίμπω, quod a λείπω. *Virg. Ecl. 1. v. 3.* Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva. *Id. 3. Æn. v. 213.* menſaſque metu liquere priores. ¶ Linqui animo, *andar' in ſvenimento*. *Suet. Cæſ. c. 45.* Fuiſſe traditur valetudine proſpera, niſi quod tempore extremo repente linqui animo, atque etiam per ſomnum exterreri ſolebat. Sic *Curt. l. 9. c. 5.* Ut injecere corpori ſuo manus ſenſit, linquentem revocavit animum.

Linteamen, inis, n. idem quod linteum. *Lamprid. Heliogab. c. 26.* Linteamen lotum nunquam attigit. *Apul. 11. A. A.* Candido linteamine cinctum pectorale.

Lintearius, a, um, adject. ad linteum pertinens, ut lintearia negotiatio. *Ulp. l. 5. ff. de tribut. act. §. 15.*

Lintearius, ii, m. *chi fa, o vende panni, o veſti di lino*, λινουργός, λινοπώλης, qui lintea conficit, aut vendit. *L. 5. ff. de inſtit. act.* & *Cod. Theod. l. 16. de murileg. & gynæc.*

Linteatus, a, um, linteis indutus, idest lineis veſtibus, quali habito fertur fuiſſe Apollonius Philoſophus, quoniam hujuſmodi habitus videbatur mundior, quam qui ab animalibus deglubebatur. *Liv. l. 10. c. 38.* Ea legio Linteata ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt. *Senec. de vita beat. c. 27.* Linteatus ſenex.

Linteolum, n. dim. a *linteum*, *lenzuolo*, *picciol panno lino*, linamentum, lemniſcus. *Plin. l. 21. c. 11.* Vulneribus in linteolis imponitur.

Linteones, m. 3. *teſſitori*, ὀθονοποιοί, λινοπλόκοι, qui texunt linteamina in veſtium uſum. *Plaut. Aulul. 3. 5. 38.* Propolæ, linteones, calceolarii.

Linter, tris, m. & f. λυντήρ, proprie dicitur arbor excavata, qua accolæ fluviorum olim utebantur vice naviculerum. *Cæſ. 7. B. G.* Conquiſiit etiam lintres: has magno ſonitu remorum incitatas in eandem partem mittit. *Tibul. l. 2. eleg. 5.* Exiguus pulſa per vada linter aqua. *Cic. pro Mil. c. 27.* Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. ¶ Item genus vaſis vinarii, *tinazzo*. *Tibul. l. 1. eleg. 5. v. 23.* Hæc mihi ſervabit plenis in lintribus uvas. Adde *Virg. 1. Georg. 262.*

Linterninus, a, um, ad Linternum pertinens, ut Linterninum rus. *Plin. l. 14. c. 44.* & *l. 16. c. 44.*

Linternum, neut. 2. Liternum, *Patria*, *Torre di Patria*, olim Col. & urbs Campaniæ, nunc vicus tenuis Provinciæ Terræ Laboris, in ora maris Tyrrheni, prope Liternum fl. inter Vulturnum, & Cumas. Abundat lentiſco. Ibi Scipio Africanus ſuperior mortem obiit.

Linternus, a, um, adiect. ad Linternum pertinens, ut Linterna palus, *lago di Patria*, apud *Silium l. 7.*

Linteum, tei, n. *panno di lino*, *lenzuolo*, אטון, Ger. *leinwand*, *leylach*, Gal. *linge*, *linceul*, Hiſp. *ropa blanca*, *lienzo*, ὀθόνη, σινδών, pannus lineus, e *linum*. *Cic. pro Rab. Poſth. c. 10.* Merces fallaces chartis, & linteis delatæ. ¶ Speciatim ſumitur pro ſudario, quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum. *Plaut. Moſt. 1. 3. 109.* Linteum cape, atque exterge tibi manus. *Martial. l. 14. ep. 51.* Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. ¶ Lintea etiam dicuntur vela, *vele*, quibus utuntur nautæ. *Virg. 3. Æn. v. 686.* Certum eſt dare lintea retro.

Linteus, a, um, *coſa di lino*, מן כר, Germ. *von leinwand*, Gall. *de linge*, Hiſp. *de lino*, λίνεος, ἔα, quod ex lino eſt confectum. *Cic. 7. Ver.* Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii, atque odores, veſtemque linteam. ¶ *Lintei libri*, qui de lino fiebant, cujuſmodi Sibyllini quidam fuerint. *Liv. l. 4.* Et in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ ædem inventis.

Lintrarius, ii, m. qui lintri præeſt. *Ulp. l. 1. Dig. Nautæ, Caupones*, &c.

Lintriculus, i, m. parvus linter. *Cic. Att. l. 12. ep. 12.* Ego vero vel lintriculo, ſi novis non eri[...]ipiam me ex iſtorum parricidio.

Linum, ni, n. *lino*, פשתה, Germ. *flachs*, Gall. *linge*, Hiſp. *lino*, λίνον, herba, quæ cannabis modo in lanæ mollitiem contuſa netur in uſum intimarum veſtium, e Græco λίνον, a quo non aliter differt, quam modulo ſyllabæ. Nam priorem Græcis corripit, Latinis producit. *Virgil. 1. Georg.* Urit enim campum lini ſeges. ¶ Interdum pro filo ſumitur. *Celſ. l. 7. c. 14.* A quibuſdam tumor ad unum acu trajecturus duo lina ducente, deinde utrinque lini duobus capitibus diverſæ partes aſtringuntur. Item pro fune. *Ovid. 5. Faſt. v. 387.* Dumque parant torto ſubducere carbaſa lino. ¶ Item pro quavis re ex lino confecta, ut nodoſa lina, pro caſſibus venatoriis. *Id. 3. Metam. verſ. 153.* Lina humida, pro retibus. *Virgil. 1. Georg. v. 142.* Et linum ſinuatum. *Sil. l. 7. v. 503.* eodem ſenſu. ¶ Lino epiſtolæ obligabantur, ſigno ſuper impreſſo. Hinc linum incidere, eſt epiſtolam aperire, apud *Cic. Catil. 3. c. 5.*

Linus, m. 2. Λίνος, filius Apollinis ex Pſamathe Crotopi Argivorum regis filia. Cum enim Apollo, occiſo Pythone ſerpente, ad Crotopum veniſſet, ab eodem hoſpitio ſuſceptus eſt, ubi clam cum Pſamathe filia concubuit. Quæ cum concepiſſet, & tempore debito ſecus Nemeum flumen occulte peperiſſet, filium ſuum Linum appellavit, eumque, ut quorundam eſt opinio, expoſuit, qui ſic repertus, a canibus devoratus eſt. Alii dicunt, hunc paſtori infantem alendum tradidiſſe, paſtorem cum eo inter ſe in herba incautum neglexiſſe, a canibus inventum dilaniatum eſſe. Apollo monſtrum in eam regionem immiſit, quod omnia vaſtaret, quod poſtea a Chorœbo interfectum fuit. *Bocc. l. 5. Gen.* ¶ Alius fuit Linus Apollinis, & Terpſichores filius, lyræ peritiſſimus, in qua diſcipulus habuit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro, & cithara occiſum ferunt, cum eum ſubinde canentem nimis petulanter corripuiſſet. *Virg. 4. Ecl.* Sed *Hermodorus Platonicus l. 1. Deſcriptionum* dicit, Linum Mercurii ex Muſa Urania filium fuiſſe, & Thebis genitum, fuiſſe Poetam antiquiſſimum, ſcripſiſſe de mundi generatione, item de Solis, & Lunæ curſu, animaliumque, & fructuum generatione. Hic in principio ſui operis omnia ſimul nata dixit, quem ſecutus eſt Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, ſagitta ab Apolline transfixus. Aliqui addunt, hunc primum a Phœnicia ad Græcos literas attuliſſe. *Bocc. l. 3. Gen.* ¶ Alius fuit Linus Hypermneſtræ maritus, Ægyſthi filius, al. Ægypti, quem tamen *Ovid. in Epiſt. Her.* Lynceum appellat, non Linum.

Lio, as, a. 1. λειαίνω, polio, lævigo, a λεῖος. *Tertul. de Idolol. c. 5.* Liare eiſternam. hoc eſt, tectorio polire.

Lioſtrea. V. Leioſtrea.

Lipara, f. 1. Liparis, antea Meligunis, *Lipari*, Λιπάρα, inſ. maris Tyrrheni, princeps Æoliarum, dicta a Liparo Rege Auſonis Regis filio, cui ſucceſſit Æolus. *Plin. l. 33. c. 6.*

Lipara, æ, f. genus medicamenti pinguis, & lenis. *Plin. l. 33. c. 6.* Addunt & in medicamentis, quæ vocant liparas, ad excreſcentias ulcerum. *Celſ. l. 5. c. 19.* λιπαρὰς ſcribit Græcis literis.

Liparæus, a, um, n. 1. 2. Λιπαραῖος, quod ad Liparam inſ. ſpectat. *Juven. Sat. 13. v. 45.* Liparæa taberna. h. e. Vulcani taberna. Nam Lipara inſula, vel Lipare, Vulcano ſacra fuit.

Lipare, es, f. 1. nomen proprium unius ex Liparæis inſulis Vulcano ſacræ. *Virg. 8. Æn. v. 417.* Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque erigitur Liparen. *Claudian. de III. Conſ. Honor. v. 196.* Ignifluiſque gemit Lipare fumoſa cavernis.

Liparenſis, e, adject. Liparæus. *Cic. Ver. 5. c. 37.* Liparenſium teſtimonium.

Liparis, maſc. 3. Λιπαρὶς, Ciliciæ fluvius, ad Selinuntem urb. e λιπαρὸς, *pinguis*, *nitidus*, quoniam, ut ſcribit *Vitruv. l. 8. c. 3.* natantes in hoc flumine, aut ſe lavantes, non aliter unguntur ab ipſa aqua, quam ſi oleo, aut adipe lavarentur.

Liparis, is, m. 3. piſcis quidam ex genere lacertorum. *Plin. l. 30. cap. 11.* ¶ Eſt gemmæ nomen, quæ ſuffita beſtias omnes evocat. *Plin. l. 37. c. 10.*

Liparitanus, a, um, adject. Liparenſis, ut Liparitana obſidio. *Val. Max. l. 2. c. 6. n. 4.*

Lipio, is, n. 3. verbum eſt milvii vocem exprimens. *Auctor carm. de Philom. v. 24.* Accipiter pipat, milvus hianſque lipit.

Lippio, ie, ivi, itum, n. 4. *divenir lippo*, Ger. *trieffen augen haben*, Gal. *être chaſſieux*, Hiſp. *ſer lagaňoſo*, λημάω, lippus fio, hoc eſt marcorem in oculis contraho. *Cic. Att. l. 7. epiſt. 14.* Cum leviter lippirem, has literas dedi. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Plin. l. 28. c. 8.* Aut ne omnino lippiatur. ¶ Tranſlate, & jocularitez. *Plaut. Curc. 2. 3. 39.* Lippiunt fauces fame. ſc. ob ſalivam, quæ inde defluit.

Lippitudo, inis, f. 3. λήμη, oculorum lacrymantium vitium. *Cic. l. 10. Attic. ep. 17.* Crebro refricat lippitudo, quæ impedit ſcriptionem.

Lippulus, a, um, adject. diminut. a lippus. *Arnob. l. 7.*

Lippus, pi, m. 2. λημῶν, qui oculos habet lacrymantes, cum putredo ab his defluat, a λείβω, *ſtillo*. *Hor. l. 1. Sat. 3. v. 25.* Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis. *Id. ibid. Sat. 7. v. 3.* Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe; qui verſus in proverbium tranſiit. Nam lippi, & tonſores, cum domo tero exeunt, curioſius exquirunt aliena negotia. *Martial. l. 7. ep. 39. de Tuſco.* Lippa ſub attrita fronte lacuna jacet, h. e. cavum oculi lacrymans, oculo amiſſo. ¶ Lippa ficus dicitur, quæ lacteum humorem emittit, atque adeo parum matura. *Martial. l. 7. epigr. 19.* Et lippa ficus, debiliſque boletus.

Liptote, es, f. 1. Figura, quando vis verborum rei magnitudini non reſpondet, e λείπομαι, *deficio*. *Serv.*

Liquabilis, le, o. 3. τηκτὸς, quod liqueſcere poteſt. *Apul. Apol.* Ceram liquabilem.

Liquamen, inis, n. χύλισμα, materia liquefacta. *Col. l. 7. c. 4.* Succus excocti lupini, veteris vini fæx, & amurca pari menſura miſcentur, eoque liquamine tonſæ oves imbuuntur. ¶ Speciatim dicitur de pinguitudine animalis ad ignem liquefacta, & adhuc magis ſpeciatim de garo, quod eſt genus condimenti liquidi, ex putrefactis piſcium inteſtinis, olivæ ratione confectum, & in uſum coquinarium ſervatum, ad condiendos cibos. *Col. l. 6. c. 2.* Libraleſque offas in præſulſæ adipis liquamine tinctas lingula demittito.

Liquaminatus, a, um, adject. ut liquaminatus porcellus, apud *Apic. l. 8. c. 7.* h. e. liquamine conditus.

Liquaminoſus, a, um, adject. liquamine abundans. *Marcell. Empir. c. 5.* Res ſalſæ, & liquaminoſæ.

Liquatio, onis, f. *liquefazione*, actus liquandi. *Vopiſc. in Aureliano, c. 46.* Aurum per varios bractearum, filorum, & liquationum uſus perit.

Liquatorium, ii, n. vas ad liquandum aptum. *Cal. Aurel. Acut. 2. cap. 39.* Si vinum ſine fæce per liquatorie funderetur.

Liquatus, a, um, adject. *liquefatto*, *colato*. *Cic. Tuſc. 2. c. 20.* Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ. *Ovid. 4. Faſt. v. 152.* Expreſſis mella liquata favit.

Liquefacio, acis, feci, factum, a. 3. *liquefare*, *far liquido*, המס, Ger. *zerſchmelzen*, Gal. *faire fondre*, Hiſp. *derretir*, ἐκτήκω, τήκω, igne ſolvo, liquidum, & fluidum facio, admoto ignis, vel Solis calore. *Catull. epigr. 89. in Gellium.* Omentum in flamma pingue liquefaciens. ¶ Liquefacere voluptatibus, eſt mollem reddere, & effeminatum. *Cic. 3. Tuſcul. c. 6.* Contra illi beati, quos nullæ futiles lætitiæ exſultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

Liquefactus, a, um, *liquefatto*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Glaciem calore liquefactam, & dilapſam diffundi. *Silius l. 11. v. 416.* Et carmina curſus Pieria liquefacta lyra. h. e. ſuaviſſime compoſita.

Liqueſio, is, n. paſſ. *divenir liquido*, ἐκτήκομαι, ἐκτήκομαι, eliqueſco, fundor. *Cic. in Catil. 3. c. 8.* Et legum æra liquefacta ſunt. ¶ Tranſlate *Ovid. 1. de Ponto ep. 2. v. 57.* Sic mea perpetuis liqueſiunt pectora curis.

Liquens, entis, n. liquidus, partic. a *liqueo*, ut Liquentes campi, ſeu mare. *Virg. 6. Æn. v. 724.* Principio cœlum, & terram, campoſque liquentes ſpiritus intus alit. *Id. 5. Æn. v. 238.* vina liquentia fundam. *Varr. l. 2. R. R. c. ult.* Lac eſt omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, liquentium maxime altibile. ¶ Eſt etiam *liquens*, *tis*, priore longa, a *liquor*, *eris*, ſed tamen eodem ſenſu. *Virgil. 1. Æn. v. 436.* Educunt fœtus, aut cum liquentia mella, &c. Et *l. 9. v. 679.* Liquentia flumina. ¶ Ponitur etiam pro nitido, puro, ac ſimplici. *Gell. l. 18. c. 5.* Ut non turbidæ fidei, nec ambiguæ, ſed puræ liquentiſque eſſet. Aliqui minus recte leg. *liquentius*, tanquam ſit comparativum a *liquenter* adverb.

Liquentia, f. 1. *Livenza*, fl. Venetiæ, qui Venetiam a Carnis, ſeu Marchiam Tarviſinam a Forojulio dividit, cum porto cognomine. Oritur in Opiterginis montibus, & in mare Adriaticum cadit. *Plin. l. 3. c. 18.*

Liqueo, es, liqui, n. 2. *eſſer liquido*, נמס, Ger. *zerſchmelzen*, Gal. *ſe fondre*, Hiſp. *derretirſe*, τήκομαι, eſt liquidum, & fluidum eſſe inſtar aquæ, vel olei diſcurrere, ac diffluere, vel clarum, perſpicuum, purum eſſe inſtar aquæ. *Plaut. Moſt. a. 2. ſc. 1. v. 69.* Efficiam, quæ facta hic turbavimus, profecto ut liqueant omnia, & tranquilla ſint. ¶ Plura V. in *Liquet*.

Liquſus,

Liqueſco, is, n. 3. *divenir liquido*, τήκομαι, liquidus, fluiduſque fio, ſolvor, molleſco, vel clarus fio, perſpicuus, purus, a *liqueo*, ut *caleſco* a *caleo*. *Perſ. Sat.* 2. Tot tibi cum in flammas junicum omenta liqueſcant. *Virg.* 8. *Ecl.* Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit. *Id.* 8. *Æn.* Vulniſicuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit. Ubi Servius, Liqueſcis proprie dixit. Nam ferrum non ſolvitur, ſed molleſcit. *Liv. l.* 21 *c.* 36. Per nudam infra glaciem, fluentemque tabem liqueſcentis nivis ingrediebatur. ¶ Liqueſcere voluptate, & fluere mollitia, eſt mollem fieri, & delicatum. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 22. Quam eadem in voluptate, qua cum liqueſcimus, fluimuſque mollitia. ¶ Accipitur interdum pro imminui, evaneſcere, abire in nihilum, *disfarſi*, *conſumarſi*. *Senec. epiſt.* 26. Incommodum ſummum eſt, minui, & deperire, & ut proprie dicam, liqueſcere.

Liquet, ebat, imp. 3. *eſſere manifeſto*, Ger. *es iſt offentlich*, Gal. *il eſt manifeſte*, Hiſp. *es manifieſto*, σαφές, δῆλον, φανερόν ἐστι, conſtat, manifeſtum, & certum eſt, compertum, & certum habeo, quoniam quæ reſolvuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. *Voſſius* Metaphoræ cauſam affert, quia liquent, quæ ſunt jam defæcata. Liquere enim, & turbari contraria ſunt. V. *Liqueo*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 12. Qui ſe ſe negat omnino de Diis habere, quod liqueat, ſint, non ſint, qualeſve ſint. Et *l.* 2. *c.* 1. Si haberem aliquid, quod liqueret. *Terent. Eun.* 2. 3. Illum liquet mihi dejerare. ¶ *Non liquet*, ſpeciatim in judiciis uſurpabatur, & ſignificabat, non ſatis conſtare de cauſa, ſeu non ſatis clarum, & manifeſtum eſſe, condemnandus ne eſſet reus, an abſolvendus, vel quo pœna puniendus eſſet, ideoque opus eſſe *ampliatione*, ideſt, cauſam de integro agi, & reum in aliud tempus rejici oportere. Hæc verba judices non pronuntiabant, ſed inſcripta erant in una ex tabellis literis *N. L.* Ternæ enim tabellæ ſingulis judicibus dabantur ſuffragii cauſa, una, in qua litera *A* inſcripta erat, ideſt, *Abſolvo*, altera, in qua *C*, ideſt, *Condemno*, tertia, in qua *N. L.* ideſt, *Non liquet*. *Cic. pro Cluent. c.* 28. Homines ſapientes, qui neque abſolvere nocentiſſimum poſſent, neque eum, de quo eſſet orta ſuſpicio, re illa incognita, condemnare vellent, non liquere, dixerunt. *Senec. ep.* 66. Aut fer ſententiam, aut, quod facilius eſt, nega, tibi liquere. ¶ *Liquuit*, præteritum. *Tert. de carne Chriſti c.* 17. Quamquam liquuit de nomine hominis. *Id. l.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 13. O ſummum præcutium legis, per quam liquuit, delictum latere.

Liquide, adv. *liquidamente*, idem, quod liquido. *Gell. l.* 34. *c.* 1. Siderum obſervatio haudquaquam liquide conſiſtit. *Id. l.* 2. *c.* 21. Cœlum liquide ſerenum. *Cic.* 10. *Fam. ep.* 10. Liquidius de iſto ſenſu tuo judicavi.

Liquiditas, atis, f. *fluidezza*, *chiarezza*. *Apul. de Mundo*. Aeris liquiditas ad modum teguminis.

Liquiduſculus, a, um, adject. diminut. lenis, mollis. *Plaut. Mil.* 3. 1, 17. Liquiduſculus ero, quam ventus eſt Favonius.

Liquido, adv. *liquidamente*, *manifeſtamente*, Ger. *offenbar*, Gal. *manifeſtement*, *clairement*, Hiſp. *claramente*, φανερῶς, σαφῶς, clare, perſpicue, pure, aperte, manifeſte. *Cic. ad Cornutum l.* 15. *Fam.* Te libenter amicitiæ dediſſe, quod liquido veritati dares. *Id.* 7. *Ver.* Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido diceret. *Terent. Andr.* 4. 3. 14. Liquido jurare.

Liquidum, di, ſubſt. n. aqua. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 1. *v.* 54. Ut tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna, vel cyatho.

Liquidus, a, um, *liquido*, *chiaro*, זכה, Germ. *weich*, Gall. *liquide*, Hiſp. *liquido*, ὑγρός, mollis, fluxus, vel clarus, perſpicuus, purus, cui turbidus opponitur, e *liqueo*. *Lucr. l.* 4. *v.* 1252. Craſſaque conveniunt liquidis, & liquida craſſis. *Celſ. l.* 1. *c.* 6. Liquida alvus. *h. e.* fluens. ¶ Prima ſyllaba a *Lucretio* uſurpatur indifferenter, quia liquidus poteſt eſſe tam a *liquor*, quam a *liqueo*. *Virg.* 6. *Æn.* Liquidumque per aera lapſæ. *Id. l.* 4. *Georg. v.* 102. Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum & liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem. ideſt defæcata, & ſine ſordibus. Sic liquidiſſima cœli tempeſtas. h. e. ſerena. Et liquidiſſimus æther, apud *Lucret. l.* 4. *v.* 168. & *l.* 5. *v.* 501. Et tranſlate. *Cic. in Brut. c.* 79. Oratio ita erat pura, ut nihil liquidius. ¶ Liquidum auſpicium, apud *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 72. pro fauſto, quia ſereno cœlo oſtenditur. ¶ Liquida vox. h. e. pura, limpida. *Lucret. l.* 2. *v.* 145. liquidis loca vocibus opplent. Adde *Horat. l.* 1. *od.* 24. ¶ Hinc *liquidum* adverbialiter pro liquida voce *Ov.* 1. *Amor. eleg.* 13. Et liquidum tenui gutture cantat avis. ¶ Liquida fides. h. e. ſincera. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 5. ¶ Liquido animo eſſe, h. e. ſine curis, apud *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 3. ¶ Liquida mente videre aliquid, apud *Catul. carm.* 62. *de Aty*, *v.* 46. h. e. clara, nullo turbata affectu. ¶ Liquida voluptas, apud *Cic. l.* 1. *de Fin. c.* 18. h. e. ab omni dolore immunis. ¶ Liquidus venter, pro laxo, & fluido. *Mart. l.* 13. *epigr.* 116. Potabis liquidum Signina morantia ventrem. ¶ Liquidi odores apud *Hor. l.* 1. *od.* 5. ſunt unguenta. ¶ *Ad liquidum* eſt manifeſto, aperte, ſine ambagibus, aut dubitatione. *Liv. l.* 33. *c.* 5. *ad fin.* Donec ad liquidum res explorata eſſet. *Senec. ep.* 71. Redigere aliquid ad liquidum.

Liquo, as, avi, atum, a. 1. *liquefare*, *purgare*, τήκω, διυλίζω, liquidum facio, ut cum aliquod metallum igne diſſolvimus, vel purgo, defæco, cui contrarium eſt *turbo*. Differt a *liqueo*, quia *liquo* activum eſt, *liqueo* neutrum. Nam, ut liqueat vinum, quod ante turbidum eſt, liquatur. h. e. defæcatur per ſaccum. *Plin. l.* 15. *c.* 6. Oleum in labra fundendum, ut fraces, & amurca liquentur. ¶ Liquare alvum. h. e. fluidum, & laxum reddere. *Celſ. l.* 4. *c.* 6. Liquanda alvus, interdum etiam duranda. ¶ Liquare vina, pro fundere, depromere, aut etiam colare. *Hor. l.* 1. *od.* 11. Sapias, vina liques.

Liquor, oris, m. *liquore*, Germ. *feuchte*, Gall. *liqueur*, Hiſp. *licor*, ὑγρότης, humor liquidus, a *liqueo*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Aquæ admixtum eſſe calorem, primum ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. *Lucret. l.* 1. *v.* 938. Liquor mellis. *Id. l.* 5. *v.* 14. Liquoris vitigeni latex. *Id. l.* 2. *v.* 848. Amaracini blandum, ſtactæque liquorem, *il ſucco*.

Liquor, eris, d. 3. abſque præt. & ſep. *eſſer fatto liquido*, נמס, Ger. *fluiſſe*, Gal. *couler*, Hiſp. *derretirſe*, τήκομαι, διυγραίνομαι, liqueſio, liqueſco, diffluo, reſolvor. *Virg.* 1. *Georg. v.* 43. Canis cum montibus humor liquitur. ¶ Tranſlata *Lucret. l.* 2. *v.* 1130. vires, & robur adultum Frangit, & in partem pejorem liquitur ætas. h. e. deficit, corrumpitur.

Lira, æ, f. *ſolco*, תלם, Germ. *ackerfurch*, *waſſerfurch*, Gal. *ſeillon*, Hiſp. *ſulco*, *emelga*, αὖλαξ, ſulcus, ſive foſſa recta in agro, in quam terræ uligo confluit. *Non.* Sed *Columella* per liram intelligit porcam, ideſt, altiorem terræ cumulum inter duos ſulcos interceptum. Inquit enim *l.* 2. *c.* 4. Liras ruſtici vocant eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt, ut inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. *Id. l.* 11. *c.* 3. Eſt autem lira ſimilis ei porcæ, quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, ut uliginem vitent. *Idem Col. l.* 2. Prius jaciemus ſemina, deinde proſcindemus terram, proſciſſamque in liram revocabimus.

Liratim, adv. *a ſolco*, *a ſolco*, ἀπ' αὔλακος, per liras. *Col. l.* 11. *c.* 3. Exque cum ſint diviſæ, liratim ſeri debent.

Lirinon, n. 2. λείρινον, unguentum eſt ex liliis confectum, quæ Græci λείρια appellant. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Lirinon, quod & Phaſelinum, & Syrium vocavimus, renibus utiliſſimum eſt, ſudoribuſque evocandis.

Liriŏpe, f. 1. Λειριόπη, Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia, ex qua Cephyſus amnis Narciſſum puerum formoſiſſimum ſuſcepit. *Ovid. lib.* 3. *Metam.*

Liris, m. 3. Lyris, Liternus, *Garigliano*, Λεῖρις, fl. Italiæ, qui Latium a Samnio, & Campania ſeparat. Supra Soram apud Atinam oritur, Minturnas ob. exciſam præterlabitur, & in mare Tyrrhenum inter Formias, & Sinueſſam deſinit.

Liro, as, avi, atum, a. 1. αὔλακας ἐλαύνω, eſt liras facere, ſeu ſulcos, ut quum ex porcis aqua defluat, quod fieri ſolet tertia aratione, jacto jam ſemine. Solebant enim antiqui, teſte *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 29. tres facere arationes. Primo terram arabant, idque vocabant *proſcindere*. Deinde ſecunda aratione excitatas grandiores glebas frangebant, quod dicebant *offringere*. Tertia aratione, jacto ſemine, *lirare* dicebantur, cum tabellis ad vomerem additis ſimul & ſatum frumentum operiebant in porcis, & ſulcabant foſſas, quo pluvia aqua delaberetur. Dictum eſt a *lira*. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Quod vocant lirare, operientes ſemina, unde primum appellata deliratio eſt. *Col. l.* 11. *c.* 2. Liraveur autem jugera duo opera una.

Liræ, λῆροι, lirt, ideſt deliria, gerræ, nugæ. Interdum enim nomina ſecundæ declinationis per diphthongum æ more Græcorum uſurpata reperiuntur. Sic *Adelphæ* inſcribitur Terentii Comœdia, quæ Græce Ἀδελφοί. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 9. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet, gerræ germanæ, atque edepol liræ, liræ. Sunt qui græce legunt λῆροι λῆροι.

Lis, tis, f. 3. *lite*, *controverſia*, ריב, Germ. *zan*, *zanck*, Gall. *proces*, Hiſp. *pleyto*, δίκη, ἔρις, controverſia, vel, ut *Varro* definit *l.* 9. *de L. L.* res, quæ in controverſia eſt. Dicta eſt ab *ſtlis* per Aphæreſin, quod eſt ex ἔρις, vel a *ſtlis*, *ſtis*, pro *lis*, auctore *Feſto*. *Cic.* 1. *de Leg.* Ut nollent ætatem in litibus conterere. ¶ Eſt nomen generale, quod dicitur tum de cauſa civili, tum de criminali. *Cic. pro Cluent.* Si qua in eum lis capitis illata eſt. ¶ *Litis conteſtatio*, eſt utrinque apud judicem negotii principalis facta narratio. Oritur enim litis conteſtatio ex petitione actoris, & exceptione rei. Nomen ex eo eſt, authore *Feſto*, quod ordinato judicio utraque pars dicere ſolet, *Teſtes eſtote*. Eſt enim conteſtari palam teſtem cieſe. Hinc conteſtari litem, *attestar la lite*. *Cic.* 10. *Att.* Neque enim illi conteſtabuntur. ¶ *Litis æſtimatio*, eſt appendix damnationis, quæ de damno a reo illato judicatur. *Cic. pro Cluent.* Sed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium non eſſe judicium. ¶ Hinc *Litem æſtimare*, eſt aliquo damnato, damnum illatum, de quo litigatum fuit, & actorum diſpendia, & incommoda æſtimare, & in pretium, ac certam pecuniæ ſummam redigere, quam reus ſolvere debeat. *Cic.* 4. *Ver.* Qua in civitate C. Catoni clariſſimo viro, Conſulari homini, H. S. XVIII. millibus lis æſtimata ſit. ideſt C. Cato damnatus ſit octodecim millibus nummum judicio repetundarum. ¶ *Litem capitis æſtimare* eſt criminaliter agere, vel potius declarare, aliquam cauſam capitalem eſſe. *Cic. pro Cluent.* Omni contentione pugnatum eſt, ut lis hæc capitis æſtimaretur. ¶ Litem alicui intendere, *muover lite*. *Cic. l.* 1. *de Orat.* Tum ſingulæ familiæ litem tibi intenderent. ¶ *Litem dare*, eſt judicare, adjudicare. *Cic. pro Roſc. Com.* Quominus ſecundum eas lis detur. ¶ *Litem perorare*, eſt cauſam dicere. *Cic.* 3. *Off.* Ut perorandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. ¶ *Litem ſuam facere*, eſt litis cauſam ſuſcipere, & tanquam ſuam defendere. *Cic.* 2. *de Or.* Quid? ſi, cum pro altero dicas, litem tuam facias? ¶ *Litem in rem ſuam vertere*, eſt rem inter duos controverſam adjudicare ſibi, quod fit, cum judex ita cum litigatoribus agit, ut ei jure ſuo cedant. *Liv. l.* 3. Ne peſſimum facinus exemplo admitterent judices litem in rem ſuam vertendo. ¶ Dicimus etiam agere litem adverſus aliquem, litem habere cum aliquo, litem facere, conſtituere, reſolvere, inſtruere, & ſimilia. *Quintil. Cic. Horat.* & alii. ¶ Litem perdere, *perder la lite*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 7. Et caſu tunc reſpondere vadato Debebat, quod ni feciſſet, perdere litem. Adde *Cic. l.* 1. *de Orat.* & *Plaut. Caſin.* 3. 3. 6. quo ſenſu, lite cadere, dixit *Feſtus*. ¶ *Jurare in litem*, V. Juro. ¶ Inſtrumenta litis dicuntur acta ipſa, *le carte*, *e ſcritture*. *Quintil. l.* 12. *c.* 8. ¶ Uſurpatur etiam hæc vox de quacumque controverſia extra forum. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 108. Non noſtrum inter vos tantas componere lites. h. e. certamen canendi. *Horat. ad Piſon. v.* 78. Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

Liſæ, arum, f. venæ majores gutturis. *Donat. in* 8. *Æn.* Venæ majores gutturis liſæ dicuntur: unde eliſum dicimus, quidquid ipſe ex cauſa fuerit mortuum. Sed *eliſum* potius dici cenſet Voſſius, quia ſpiritus fuerit eliſus, ut nempe ſit participium ab *elido*; *liſæ* autem Latinum eſſe non putat, et id Donatus ſic ſuſpicatus ex eo, quod *eliſos* dicamus.

Liſſa, f. 1. *Liſſa*, *Iſola di Zara*, inſ. Illyrici, quæ oræ Liburnicæ contra Jaderam adjacet.

Liſſus, f. 2. Liſſum, *Aleſſio*, al. *Aliſſa*, Ἀλεσσός, urbs Macedoniæ, in Illyrici confinio, in Albania regione, in Prævalitana provincia, ad oſtia Drilonis fl. in ora maris Adriatici, in intimo receſſu ſinus Illyrici, qui a Drilone fl. ibi ſe exonerante dicitur Italis *Golfo della Drino*. ¶ Liſſus item, Lyſſus, ſeu Lyctus, *Pennaſſi*, opp. Cretæ, in ora Auſtrali, apud Criumetopon prom. & Tarbam opp. ¶ Liſſus item fl. Thraciæ, in mare Ægæum inter Thaſon, & Samothracen inſ. exiens, unus ex illis, quos Xerxis exercitus bibendo exſiccavit, teſte *Herod. l.* 7.

Litabilis, le, adject. qui litari poteſt. *Lactant. l.* 1. *c.* 21. Priapo litabilis victima eſt aſellus. h. e. juſta, & grata, qua illud Numen placari poteſt. *Minuc. Fel. c.* 31. Litabilis hoſtia. Rurſus *Lactant. in Epitom. c.* 5. Litabilior victima.

Litania, æ, f. *preghiera*, *ſupplica*, Λιτανεία, ſupplicatio, preces, a λιτή, unde λιτανεύω, ſupplico. Vox græca eſt, quam tamen uſurpat *Sidon. l.* 7. *ep.* 7. Adde *leg.* 3. *Cod. de Hæretic. & Manich.*

Litamen, inis, n. ſacrificium, quod litatur. *Prudent. in præfat. Hamartig. v.* 59. de Caio immolante: Cujus litamen ſordet, & terram ſapit.

Litatio, onis, f. καλλιέρησις, καλλιέρημα, actus litandi, ſacrificii peractio rite facta, voti per cæſam victimam impetratio. *Liv. l.* 27. *c.* 23. Per dies aliquot hoſtiæ majores ſine litatione cæſæ, diuque non impetrata pax Deorum. *Id. l.* 41. *c.* 15. cum relatum eſſet, jecur hoſtiæ defluxiſſe; Senatus, inquit, majoribus hoſtiis uſque ad litationem ſacrificari juſſit. Adde *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 99.

Litato, adv. addicentibus victimis, ſicut auſpicato, addicentibus avibus, hoc eſt lætum rei inſtitutæ exitum promittentibus. *Liv. l.* 5. *c.* 38. Nec auſpicato, nec litato inſtruunt aciem.

Litatus, a, um, adject. *Feſtus*: Litatum alii ſolutum, deditum deo, quaſi luitatum, alii ex Græco, a precibus, quas illi λιτάς dicunt. *Virg.* 4. *Æn. v.* 50. Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſque litatis Indulge hoſpitio. Ubi *Servius*: Diis litatis debuit dicere. non enim ſacra, ſed Deos ſacris litamus, ideſt placamus. Ergo nove dixit.

Litera. V. Littera.

Literninus, a, um, ad Liternum pertinens, ut Literninum rus, *Plin. l.* 14. *c.* 4. Literniua villa. *Val. Max. l.* 2. *c.* 10. *n.* 2.

Liternum, i, n. *Torre di Patria*, Λίτερνον, oppidum Campaniæ in ora maris Tyrrheni, prope fluvium cognominem, inter Vulturnum, & Cumas. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *Sil. l.* 6. *v.* 654. ubi *ſtagnoſum* appellat, & *Ovid. Met.* 15. *v.* 714. ubi *lentiſciferum* a lentiſci copia. De flumine *Liv. l.* 32. *c.* 19. ¶ Liter-

Digitized by Google

teroi rus Africani ſuperioris fuit, qui ibidem in exſilio diem obiit extremum, teſte *eod. l.* 38 *c.* 53. ¶ Scribitur & *Linternum*.

Liternus, a, um, ad Liternum pertinens, ut Literna palus. *Sil. l.* 7. *v.* 278. Liternus ager, *Cic.* 2. *Agrar. c.* 25.

Lithargyrium, ſeu Lithargyrus, *litargirio*, λιθάργυρος, ſpuma argenti, vel plumbi. *Plin. l.* 26. *c.* 9.

Lithizontes, m. 3. λιθίζοντες, gemmę quędam ex genere carbunculorum, lividius, & languidius lucentes, a λιθίζω, *lapideſco*, quod ad lapidum potius, quam gemmarum naturam accedant. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Lithocolla, f. 1. λιθόκολλα, glutinum, quo lapides conjunguntur. Fit autem ex lapide Putio, aut marmore cum taurino glutino. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Lithoſpermon, n. 2. λιθόσπερμον, herba, quę nomine notiore milium Solis dicitur, a λίθος, *lapis*, & σπέρμα, *ſemen*, quia ſemina tanquam calculos fert, candore, & rotunditate margaritarum, duritia vero lapidea. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Lithoſtrota, orum, n. 2. λιθόστρωτα, pavimenta lapidibus ſtrata, a λίθος, *lapis*, & στρώννυμι, *ſterno*. Proprie lithoſtrota erant e parvis cruſtulis marmoris diverſi coloris. *Plin. l.* 36. *c.* 26. Pavimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eam. V. ibi plura. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 2. Emblema, aut lithoſtrotum.

Lithotŏmos, i, λιθοτόμος, qui calculos in veſica findit, atque comminuit. Vox græca a λίθος, *lapis*, & τέμνω, *ſeco*, qua utitus *Celſus l.* 7. *cap.* 26.

Liticen, inis, m. *trombetta*, σαλπιγκτής, qui lituo canit, quemadmodum tubicen, qui tubam inflat. *Var. l.* 4. *L. L. c.* 16. & *Non. c.* 1. *n.* 268.

Litigātor, oris, m. *litigatore*, בעל ריב, Germ. *zancker*, Gall. *plaideur*, Hiſp. *pleytador*, ἐριστής, qui litigat, h. e. qui litem habet in judicio. *Cic. pro Dom. c.* 44. Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius, quam æſtimabat.

Litigātus, us, m. lis, contentio, *litigio*. *Quintil. declam.* 6. Quamquam in hoc litigato quodammodo tibi ipſa excidiſti.

Litigiōſus, a, um, *litigioſo*, Germ. *zanckiſch*, Gal. *litigieux*, Hiſp. *contencioſo*, φιλόδικος, qui frequens in litibus verſatur, vel quavis de cauſa litem movet. *Cic.* 4. *Ver.* Hominemque id ætatis minime litigioſum quam tumultuoſiſſime adoriuntur. ¶ Interdum litigioſus idem eſt, ac controverſus, ſeu de quo lis eſt, ἀμφισβητήσιμος, ἀμφισβητητικός. *Cic.* 3. *de Orat.* In parvo, & eo litigioſo prædiolo relicti ſumus. ¶ Dicitur etiam de re plena litibus, ſeu de loco, in quo lites agitantur. *Ovid.* 4. *Faſt.* Fora litigioſa. ¶ Item de oratione contentioſa. *Cic.* 5. *Fam. c.* 26. Habent enim & bene longam, & ſatis litigioſam diſputationem.

Litigium, ii, n. *lite*, *controverſia*, ריב, Germ. *zanck*, Gall. *proces*, Hiſp. *pleyto*, ἔρις, litis actio, lis, controverſia. Poetæ fabulantur, Litigium ex Demogorgone, & ex Chao ortum fuiſſe. *Plaut. Caſ.* 3. 5. 31. Ego quid contrahere cupio litigii inter eos. *Id. Men.* 5. 2. 15. Cum viro litigium natum.

Litigo, as, avi, atum, n. 1. *litigare*, *far lite*, ריב, Germ. *zancken*, Gall. *avoir debat*, *ou proces*, Hiſp. *pleytear*, ἀμφισβητεῖν, ἐρίζω, diſcepto, contendo, a *lis*, quaſi litem ago. *Cic.* 9. *Fam. epiſt.* 25. Noli pati litigare fratres, & judiciis turpibus conflictari. *Id. Att. l.* 13. Niſi Hirtium cum Quinto acerrime litigaſſe. *Plaut. Rud.* 4. 4. 16. Qua de re litigatis inter vos?

Lito, as, avi, atum, a. 1. *placare con ſacrificii*, כפר, Ger. *mitopffern Gott verſoenen*, *etwas zuerbewuren*, Gall. *impetrer par ſacrifice*, Hiſp. *placar por ſacrificio*, καλλιερέω, ſacrificio facto Deum placo, votumque impetro, freq. a *luo*, quod eſt ſolvo. Nam ut *optimus* pro *optumus*, *maximus* pro *maxumus* dixere poſteriores, ſic *litare* pro *lutare*. Igitur litare eſt ſacra perſolvere. Ideo autem ſumitur pro placare, quia qui ſolvit, quod debet, is a creditoris ſe moleſtia liberat. *Varro* ἐκατόμβη περὶ θυσιῶν. Habes, qui, & cujus rei cauſa fecerim hecatomben, in quo ego, ut puto, quoniam eſt luere, ſolvere, lutavi. Citat *Non.* in *Lutavi*. Tunc autem litaſſe credebant veteres, cum exta hoſtiarum luculenta, & notis felicibus inſignita eſſent. *Suet. Caſ. c.* 81. Pluribus hoſtiis cæſis cum litare non poſſet, introiit curiam ſpreta religione. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 41. Si iſtuc unquam factum eſt, tum me Jupiter faciat, ut ſemper ſacrificem, nec unquam litem. *Mart. l.* 10. *epigr.* 73. Non quacumque manu victima cæſa litat. *Cic. l.* 2. *Div.* Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? ¶ Litare victimas eſt, cæſis victimis Deos placare. *Sueton. in Othon. c.* 8. Victimas Diti Patri cæſas litavit. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 24. Parva ſaginati luſtrabant compita porci, Paſtor & ad calamos exta litabat ovis. ¶ Ponitur interdum pro Deo offerre, ſacrificare. *Tertul. de pœnit. c.* 7. Quem autem honorem litabimus Domino Deo? ¶ Tranſlate *Sen. Med. ſub fin.* Plura non habui, dolor, tibi quæ litarem. *Apul. l.* 3. *A. A.* De latronis hujus ſanguine legibus veſtris, & diſciplinæ publicæ litate. h. e. hujus morte legum vim tuemini, & ſervate. *Plin. in Paneg.* Statuæ aureæ ſtrage, & ruina publico gaudio litaverunt. h. e. ſatisfecerunt.

Litorālis, le, o. 3. *litorale*, ἀκταῖος, quod ad litus ſpectat. Litoralis piſcis, qui in litore vivit. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Nec litoralibus gratia. ¶ Dii litorales, qui præſident litoribus. *Catul. de Phaſel. carm.* 4. Neque ulla vota litoralibus Deis ſibi eſſe facta.

Litorĕus, a, um, *de lita*, ἀκταῖος, quod ad litus ſpectat, ut Litorea domus, quæ in litore, aut juxta litus conſtructa eſt. *Mart. l.* 10. Et propius Baias, litoreamque domum. ¶ Litoreæ aves paluſtres. *Virg.* 12. *Æn. v.* 248. Litoreas agitabat aves.

Litorōſus, a, um, quod eſt circa litus. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Calais ſapphirum imitatur, candidior, & litoroſo mari ſimilis, ideſt cum aquæ marinæ colorem referens, qui eſt circa litus.

Litŏtes, f. λιτότης, h. e. tenuitas, a λιτός, tenuis, exiguus. Nomen eſt figuræ, qua negando contrarium, plus ſignificamus, quam dicimus. & eſt ſpecies ſynecdoches. Exempla ejus non una *Servius* in *Virgilio* obſervavit, ut 2. *Georg. v.* 129. Miſcueruntque herbas, & non innoxia verba. *h. e.* nocentiſſima. Et *verſ.* 125. Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris. *h. e.* ſtrenuiſſima. Et *l.* 3. *v.* 56. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis, & albo. *h. e.* valde placeat. Et *Æn. l.* 5. *v.* 39. non immemor ille parentum. *ben ricordevole*. Et *lib.* 7. *v.* 261. Munera nec ſperno. *accetto ben volentieri*. Sic *Sulpic. ad Cicer.* 12. *Fam. ep.* 4. Etſi ſcio, non jucundiſſimum nuntium me vobis allaturum. *h. e.* triſtiſſimum. ¶ Etiam ſine negatione fit, cum res magna verbis extenuatur, ut *Æn.* 1. *v.* 81. mihi juſſa capeſſere fas eſt. *h. e.* oportet, neceſſe eſt omnino. V. plura apud *Voſſ. l.* 4. *inſtitution. oratoriar. c.* 10. *ſect.* 8. ubi ſtatim monet, male a quibuſdam *leptotes* dici.

Littĕra, æ, f. *lettera*, אות, Ger. *buchſtab*, Gal. *lettre*, Hiſ. *letra*, γράμμα, elementum, minima, ac individua pars orationis, ex qua ſyllaba conſtituitur, ut *A*, *b*, *c*, &c. a ſup. *linum*, unde & *litura*. Nam qui literam pingit, atramentum chartæ inducens, atque illinere ſolet. Ita gigni hanc vocem putant qui ſimplici *t* ſcribunt. *Manutius* tamen in *Orthogr.* veterum monumentorum auctoritate contendit, ſcribendum eſſe *littera*, duplici adhibito *t*. ¶ Litteras invenerunt Cadmus, & Evander, auxerunt Palamedes, & Simonides. V. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Uſurpatur & numero ſingulari, & plurali. *Cic.* 3. *de Or. c.* 12. Ut nova litteram tollas, & e pleniſſimum dicas. *Id. pro P. Syl.* Litteræ poſteritatis cauſa ceperta ſunt. *Id.* 4. *Ver.* Hinc etiam Romæ videmus in baſi ſtatuarum maximis litteris inciſum, a communi Siciliæ datas. *A lettere majuſcole*. *Plin.* 37. 9. Litterarum ordine. *per alfabeto*. ¶ Homo trium litterarum, h. e. *fur*, nam hæc vox tribus conſtat litteris. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 46. ¶ Litteram longam facere, pro in patibulo pendere, ad ſimilitudinem litteræ I vel T. *Id. ib. r.* 1. 38. V. ibi *Taubman*. ¶ Littera ſalutaris eſt A, quæ *abſolvo* ſignificat, triſtis vero C, quia *condemno*. *Cic. pro Mil.* ¶ Per Synecdochen accipitur pro ſcripto, ſeu ſcriptura. *Cic.* 3. *Ver.* Ut Romam rediit, nullam litteram pupillo, nullam matri ejus, nullam tutoribus reddidit. *ideſt* ſchedulam nullam miſit, qua teſtaretur, & agnoſceret, ſe accepiſſe pecunias. ¶ Metonymice ponitur pro ſcribentis manu. *Cic. ad Att.* Quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ litteræ. ¶ *Ad litteram*, idem eſt, ac ad verbum, & quod barbari *litteraliter* dicunt. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad litteram ſubjeci. ¶ Litteræ, arum, num. pl. pro ſcripturis, ſeu ſcriptis accipiuntur. *Cic Att. l.* 7. *ep.* 2. Quod meis omnibus litteris in Pomptina lande eſſet perſtrictus. Hinc litteris aliquid mandare, conſignare, &c. *ſervare*. *Cic. & Plin.* ¶ Item litteræ, γράμματα, epiſtolam deſignant. *lettera*, *epiſtola*. *Cic.* 2. *Fam.* Tamen obviæ mihi, velim, ſint litteræ tuæ. *Id.* 1. *Att. ep.* 13. Litteræ non committendæ ſunt ejuſmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi poſſint. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep. r. c.* 3. Venio ad tuas litteras, quas pluribus epiſtolis accepi. *Item* hic ſunt ſenſa ipſa, & quod Scholaſtici dicunt, *formale*, *epiſtola* vero quod vocant *materiale*. ¶ *Litteras dare alicui ad aliquem* eſt alicui epiſtolam committere, ut ad alterum perferat. *Cic.* 12. *Fam.* Litteras ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim. ¶ Interdum eſt reddere, h. e. perferre. *Id. Fam.* 7. Litteræ mihi dantur a te. h. e. quę a te ad me ſcriptę fuerant. V. *Reddo*. ¶ Dicimus etiam litteras ſcribere, conſcribere, mittere, tradere, &c. apud *Cic.* paſſim. ¶ Litterę laureatę dicebantur, quibus victoria nunciabatur. V. *Laureatus*. ¶ A Poetis interdum uſurpabatur *littera* in ſing. pro epiſtola. *Ov. ep.* 3. Quam legis, a rapta Briſeide littera venit. ¶ Litterę publicę ſunt quę barbari *regiſtra publica* vocant. *Cic. Ver.* 3. Unam ex decem navibus horribili tempeſtate amiſſam in litteras publicas retulerunt. ¶ Uſurpantur etiam pro teſtimoniis ſcriptis. *Cic. Ver.* 3. Diligentiam meam multitudo litterarum, & teſtium declaravit. Sic Prętorię litterę, pro auctoritatibus, ſeu edictis Prętoris, apud *eund. Verr.* 7. ¶ Item pro cautionibus, & ſyngraphis. Hinc titulus in Jure *de litterarum obligationibus*. ¶ Litterę frequentiſſime ſumuntur pro diſciplinis, & ſcientiis, quę litterarum monumentis continentur. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 15. Unum eſt perfugium, doctrina, & litterę. *Id. Ver.* 6. 1. 44. Homo ſine ingenio, ſine litteris. ¶ Litterę interiores, & reconditę ſunt abſtruſiores, altioreſque diſciplinę, vulgares illę dicuntur, quę facile ab ingeniis etiam mediocribus percipi poſſunt. *Cic. de clar. Orat.* Erant in eo plurimę litterę, nec eę vulgares, ſed interiores quędam, & reconditę. ¶ Litteris operam dare, verſari in litterarum ſtudiis, litteris ſe dare, dedere, &c. *Ciceronis* ſunt. Illa quoque, litteris eruditus, imbutus, tinctus, & ſimilia, apud eund. & alios paſſim leguntur. ¶ Neſcire litteras, ſignificat neſcire ſcribere. *Senec. l.* 2. *de clement. c.* 1. Quam vellem neſcire litteras! ¶ Item in omni diſciplina rudem eſſe. *Sueton. in Caſ. c.* 77. Syllam neſciſſe litteras, qui dictaturam depoſuerit.

Litteralis, le, adject. *letterale*, litterarius. *Cæl. Aurel. l.* 1. *c.* 5. Litteralis lectio adhibenda. Adde *Diomed. Grammatic. l.* 1. & *Symmach.* 4. 34.

Litterarius, a, um, *ciò che ſi appartiene a lettere*, γραμματικός, quod ad litteram, vel ad litteras pertinet, ut *Ludus litterarius*, ſchola, gymnaſium. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Ex Baiano Puteolos in ludum litterarium itantem.

Litterāte, adv. docte, erudite, eleganter. *Cic. in Piſ. c.* 25. Ita enim ſunt perſcriptę ſcite, & litterate. *Id. de clar. Orat. cap.* 56. Scriptorum veterum litterate peritus. *Id. ib. c.* 58. Loqui litteratius latine.

Litteratio, onis, f. *cognizione di leggere*, *ſcrivere*, *e far conti*, quædam veluti infantia Grammaticæ, ſcilicet ratio & ſcientia litterarum, ex quibus voces ſiunt: quæ pertinet ad primam partem & rudimenta litteratura, & ad librariorum artem, & calculorum, qui pueros legere, ſcribere, & ſupputare docent. Ita enim appellata eſt a *Varrone*, teſtibus *Auguſtino l.* 2. *de Ordine*, *c.* 12. & *Iſid. l.* 1. *Orig. c.* 3.

Litterātor, oris, m. *leggiermente letterato*, γραμματιστής, qui litteras novit mediocriter. Differt a litterato, quia *litterator* non perfectus litteris, ſed imbutus tantum eſt. *Suet. de clar. Gram. cap.* 4. Unde apud majores, ait Orbilius, cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem litteratum in titulo, ſed litteratorem inſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum litteris, ſed imbutum. *Gell. l.* 16. *c.* 6. Linguę latinę litterator.

Litteratorius, a, um, adject. litterarius, ut litteratoria eruditio, apud *Tertul. de Idol. c.* 10. Adde *Quintil. l.* 2. *c.* 15.

Litteratrix, icis, f. a litterator. Exemplum V. in *Litteratura*.

Litteratŭlus, a, um, *ſaputello*, qui aliquantum litteras didicit. *Hieronym. l.* 1. *adv. Rufin c.* 7.

Litteratūra, æ, f. 1. γραμματική, Grammatica, ars, quæ de litteris tractat. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Non ipſam nunc volumus ſignificare ſcribendam, ut Grammatice litteratura eſt, non litteratrix, quemadmodum oratrix, nec litteratoria, quemadmodum oratoria. *Senec ep.* 88. Prima illa litteratura, per quam pueris elementa traduntur. ¶ Aliquando pro litterarum ſcientia, & cognitione. *Cic.* 2. *Phil. c.* 45. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia.

Litterātus, a, um, *letterato*, Germ. *gelerth*, Gall. *ſcavant*, Hiſp. *letrado*, *hombre de letras*, πεπαιδευμένος, qui litteris præditus eſt, litteris ornatus, eruditus, doctus. *Cic. pro Balb. c.* 1. Viri litterati, ac ſtudiis noſque deditis. *Id. Tuſc.* 5. *c.* 37. Frater tuus, quem litteratiſſimum ſoleo judico. *Senec. l.* 4. *quaſt. nat. c.* 13. Quibus nec litteratior ſit quiquam, nec melior. ¶ Grammatici olim, teſte *Sueton. de illuſtr. Grammat. cap.* 4. litterati dicebantur, & proprie ſic appellabantur Poetarum interpretes. Quo pertinent verba *Cic. in Top.* modo allata. ¶ Litteratus etiam dicitur, qui notis, ſex litteris inſcriptus eſt. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 49. Hoc age ſis. Ol. ſi hic litteratus me ſinat. Ubi intelligit ſervum ſtigmate in fronte notatum. *Id. Rud.* 4. 4. 112. Enſiculus eſt aureolus litteratus.

Litterio, onis, m. *ſciolo*, litterator, vel contemptim aliquid. *Ammian. l.* 17. *c.* 22. Julianum carpentes, & appellantes litterionem Græcum.

Litterōſus, a, um, idem, quod litteratus. *Caſſius Hemina Annal. l.* 4. *ut* citat *Nonius c.* 2. *n.* 495. Homo mere litteroſus.

Litterŭla, f. γραμμάτιον, dim. a littera. *Cic. ad Tiron. l.* 16. *Fam.* Accepi tuam litteram vacillantibus litterulis. ¶ In numero plurali uſurpatur pro epiſtolio. *Cic. Att. l.* 14. Noſtro more tamen ne patiamur, interea mitti litterulas. ¶ Item pro ſcientiis, ſive diſciplinis, aut earum ſtudiis. *Cic. ad Tiron. l.* 17. *Fam.* Litterulæ meæ, ſive noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt.

Litūra, æ, f. *natura*, ἀλοιφή, linitio, linimentum, a ſup. *litum* verbi *lino*. *Cic. l.* 4. *c.* 24. Solem etiam, & pluvias arcet ejuſmodi litura. ¶ Fere ſumitur pro ſuperinductione illa, & complanatione, qua ſcripturæ in tabula

Digitized by Google

bula ceratæ deletur, vel quæ ſcripturæ, vel pictura ſuperinducto atramento, aliove liquore deſtruitur, *cancellazione*, ἐξάλειψις. *Cic. pro Arch.* Et unius nominis lituræ ſe commotum eſſe dixerit. *Hor. de ar. poet. v.* 292. carmen reprehendite, quod non Multa dies, & multa litura coercuit. ¶ Item pro macula, quæ ſcribendo fit, *ſgorbio*, *ſcorpio*. *Ovid.* 3. *Triſt. Eleg.* 1. *v.* 15. Litteræ ſuffuſas quod habet maculoſa lituras.

Liturarius, a, um, adject. ad liturandum, ſeu delendum pertinens. *Auſon. in præfat. ad Cretonem*: Hoc cum inter liturarios meos reperiſſem. h. e. codicillos, in quibus concepta carmina perſcribimus, & ſubinde quæ diſplicent, delemus.

Lituro, as, avi, atum, a. 1. *cancellare*, ἐξαλείφω, cancello, expungo. *Sidon. Apol. l.* 6. *epiſt.* 3. Tunc vel certius probaſſe reliqua gaudebo, ſi liturasse aliqua cognovero.

Litus, oris, n. *lido*, חוף, Ger. *ein geſtad*, Gal. *bord*, *rivage*, Hiſp. *ribera*, αἰγιαλός, ἀκτή, terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur. *Celſ. l. litus, ff. de verb. ſignif.* Litus eſt, quousque maximus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium ajunt, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. *Cic. pro Roſc. Amer.* Quid tam commune, quam mare fluctuantibus, litus ejectis? ¶ Late accipitur pro terra mari vicina. *Virg.* 4. *Æn.* Cui litus arandum, cuique loci leges dedimus. ¶ Proprie litus de mari dicitur, ripa de fluminibus. *Ovid.* 1. *Met.* Campoque recepti liberioris aquæ pro ripis litore pulſant. Quandoque tamen litus dicitur de fluminibus. *Virg. in Diris.* Litora, quæ dulces auras diffunditis agris: cum de Mincio Mantuani agri fluvio loqueretur. ¶ Interdum litus pro ſeceſſu ad otiandum apto uſurpatur. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 63. Vitellium de numero ſervorum, & electione litorum loqui. ¶ Sunt qui ſcribunt *littus* duplici *t*. Sed Manutius ſtat ab illis, qui per ſimplex *t* ſcribunt, cum deducatur a *lido*, ſive *lino*, & ita ſit in veteribus monumentis. De etymologia vide plura apud *Voſſ.*

Litus, a, um, *unto*, *tinto*, κεχρισμένος, unctus, aſperſus, inſperſus, partic. a *lino*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 99. Elucent aliæ, & fulgore coruſcant ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Litus, us, m. unctio, a litum ſupino verbi lino. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Uſus ejus ad collyria, & litus, ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas.

Lituus, m. 2. λίτυος, genus tubæ minoris, incurvum, gracilem edens ſonum, quo in bello utebantur, a λιτόν, *tenuis*, *acutus*, nempe ob ſonum. *Ovid.* 3. *Faſt.* Jam lituus pugnæ ſigna daturus erat. ¶ Item baculus incurvus, quo Augures ſedentes avibus templum deſignabant, ita dictus a ſimilitudine tubæ. *Cic.* 1. *de Div. c.* 17. Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne Auguratus, unde vobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum, cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id eſt incurvum, & leviter a ſummo inflexum bacillum, quod ob ejus litui, quo canitur, ſimilitudine nomen invenit, cum ſitus eſſet in Curia Saliorum, quæ eſt in Palatio, eaque deflagraſſet, inventus eſt integer. Hactenus *Cicero*. Sed quis credat, Ciceronem putaſſe opus, ut, quid lituus eſſet, exponeret? Omnino interpretatio illa e gloſſemate in textum irrepſit, ut jam alii obſervarunt. Interim tamen vera dicuntur. *Plut. in Romulo*. *Gel. l.* 5. *c.* 8.

Livedo, inis, f. *lividura*, livor. *Apul. l.* 9. *Metam.* Qualis illic homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti!

Liveo, es, n. 2. *eſſer livido*, Germ. *bleyfarb ſeyn*, Gall. *être livide*, Hiſp. *ſer cardeno*, πελιδνόομαι, lividus ſum, hoc eſt plumbei coloris. *Ovid.* 2. *Met.* Livent rubigine dentes. *Virg.* 7. *Æn. v.* 687. pars maxima glandes Liventis plumbi ſpargit. ¶ Tranſlate ſumitur pro invidere, quia invidi aliena felicitate pallent, & liveſcunt. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 42. Livere iis, qui eloquentiam exercent. *Martial. l.* 6. *epigr.* 86. Poſſideat Libycas meſſes, Hermumque Tagumque, Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

Liventer, adverb. fuſce, ad modum lividi coloris. *Paulin. Petrocor. l.* 5. *v.* 192. Liventer facta nigreſcunt gutture fauces.

Liveſco, is, n. 3. *divenir livido*, Germ. *bleyfarbe oder ſchwarz werden*, Gall. *ternir*, Hiſp. *hazerſe cardeno*, πελιδνόομαι, lividus fio. *Lucr. l.* 3. *v.* 539. Digiti liveſcunt in pedibus. ¶ Tranſlate ſumitur pro invidere. *Claud. l.* 3. *de Rapt. v.* 27. Nec enim liveſcere fas eſt, vel nocuiſſe Deos.

Livianum, i, n. *Luvigliano*, rus eſt in collibus Euganeis Tarvisiæ in Merid. & Titulo in Occid. proximum, ubi T. Livius villam habuiſſe dicitur, & loco nomen dediſſe.

Livianus, a, um, adject. ad Livium, vel Liviam familiam Rom. pertinens, ut Livianæ fici, apud *Col. l.* 5. *c.* 10. Livianum æs. *Plin. l.* 34. *c.* 2.

Livide, adv. fuſce, livido colore. *Plin. l.* 37. *c.* 7. *de carbunculis*. Languidius, & lividius lucent.

Lividinans, antis, particip. qui invidet, & livore tabeſcit. *Petron. Satyr.* Ipſe Paris Dearum lividinantium judex. Ita legit *Gronov. Suſpicion. l.* 1. *c.* 22. Alii *libidinantium*, alii *litigantium*.

Lividineus, a, um, adject. lividus, ut vibices lividinei, apud *Apul. l.* 9. *A. A.* ita legit *Salmaſ.* alii aliter.

Lividulus, a, um, ſublividus. *Juv. ſat.* 11. *v.* 110. Quibus invideas, ſi lividulus ſis.

Lividus, a, um, *livido*, Germ. *blauw*, Gal. *terne*, Hiſp. *amarillo*, *cardeno*, πελιδνός, idem, qui plumbeus, ſubniger, a voce Græca allata, per Metatheſin. *Virg.* 6. *Æn. v.* 320. Illæ remis vada livida verrunt. *Catul. carm.* 17. lividiſſima vorago paludis. ¶ Speciatim lividus dicitur, qui fuſcum colorem in cute ex ictu contraxit, exilibus venæ colliſis, ſanguineque ad cutem diffuſo. *Horat. l.* 1. *od.* 8 Neque jam livida geſtat armis brachia. *Ovid. epiſt.* 20. *v.* 82. Oraque ſint digitis livida facta tuis. ¶ Tranſlate lividus dicitur invidus, aut malevolus, *malevolo*, *invidioſo*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 41. Omnibus invides livide, nemo tibi. (Adde *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 12.) *Senec. l.* 2. *controv.* 14. Longe lividiorem ſententiam dixit.

Livius, m. 2. cognomento Andronicus, Λίβιος, Latinorum Poetarum antiquiſſimus, qui primus apud Romanos Latino ſermone comœdiam ſcripſit. Primam fabulam dedit anno U. C. 510. al. 514. C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano Coſſ. anno antequam Ennius natus eſt. *Cic.* 1. *Tuſc.* & *Brut.* & *de Sen.* Fuit major natu, quam Plautus, & Nævius. *Cic.* 1. *Tuſcul.* Floruit poſt Sophoclis, & Euripidis mortem annis plus fere centum, & ſexaginta. *Gel. l.* 17. *c. ult.* ¶ T. Livius nobilis Hiſtoriæ Romanæ ſcriptor, patria Patavinus, quem Quinctilianus opponit Herodoto, Sall. Thucydidi. De hoc *Hier. ad Paulinum* inquit. Ad Titum Livium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hiſpaniæ, Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus, & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis, celebrandumque miraculum, ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quærerent.

Livius, a, um, adjectiv. ut Livia familia, inter Romanas nobilis, *Tacit. Ann.* 6. *c.* 31. Liviæ arbor, *Colum. l.* 10. *v.* 413. Liviæ leges, *Cic.* 2. *de Leg. c.* 6.

Livonia, f. 1. *Livonia*, Ger. *Liefflander*, regio Sarmatiæ Europææ. Terminatur a Sept. ſinu Finnico, a Mer. Semigallia, & Lithuania, ab Occ. ſinu Rigenſi, ſeu mari Baltico, ab Or. Ingria, & Pleſcovia prov. Moſcoviæ. Dividitur in duas partes, in Eſthoniam, quæ in Boream tendit, & in Litlandiam, quæ ad Auſtrum.

Livor, oris, m. *lividore*, חבורה, Ger. *die bleyfarb*, Gall. *couleur de plomb*, Hiſ. *cardenal*, πελίωμα, color ex pallido nigreſcens, quem & plumbeum nonnulli appellant, qualem in contuſis corporis partibus videre eſt, cum exiles venæ contuſæ ſanguinem ad extremam cutem diffundunt. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Illinitur & livoribus, ſugillatiſque cum melle. ¶ Hinc livorem contrahere, eſt nigreſcere. *Col. l.* 12. *c.* 47. Quia hæc candidior eſt oliva, quam ea, quæ contuſione livorem contrahit. ¶ Et quoniam talis eſt color invidorum, ideo livor accipitur pro invidia. *Brutus ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 10. Malevolentia, & livore impediuntur ne quid faciant.

Lix, licis, f. cinis, vel aqua cinere mixta. *Var. l.* 4. *L. L. Nonius c.* 1. *n.* 309. & *Plin. l.* 36. *c.* 27.

Lixa. V. Lixæ.

Lixabundus, iter libere, & prolixe faciens. *Feſtus*.

Lixæ, arum, m. *vivandieri*, ἀγοραῖοι, qui quæſtus gratia exercitum ſequuntur, a *lix*, aqua, quod munus eorum eſſet aquam ferre militibus, teſte *Nonio*, vel a *lixando*, ſive *elixando*, hoc eſt, coquendo cibos militibus. *Liv. l.* 33. *c.* 16. Impedimenta ſubſequi juſſit, calones, lixaſque, & invalidos milites. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 62. Lixæ, & negotiatores reperti, quos jus commercii, dein cupido augendi pecuniam hoſtilem in agrum tranſtulit.

Lixivia, æ, f. vel lixivium, ii, n. *ranno*, Ger. *laug*, Gall. *leſſive*, Hiſp. *lexia*, κονία, aqua, in qua lavandi gratia decoctus eſt cinis, a *lix*, aqua. *Col. l.* 12. *c.* 16. Et ex eo quod cremaverint, cinere lixivium faciunt. Et *paulo poſt*, In olla fictili ampla præparatam lixiviam cineris ſarmenti calefieri convenit.

Lixivius, & Lixivus, a, um, adject. qui colatur, & tranſit. *Col. l.* 12. *c.* 41. Lixivum muſtum, quod deſtillat, antequam nimium calcetur uva, *preſmone*. *Plin. l.* 14. *c.* 20. *lix*, Lixivios cinis.

Lixulæ, f. 1. circuli ex farina, caſeo, & aqua, qui olim inter viliora cibaria numerati ſunt, a *lix*, aqua. *Varro l.* 4. *de L. L.*

L ANTE O.

Lobæ, f. 1. λόβαι, culmi in milio Indico. *Plin. l.* 18. *c.* 7.

Localis, le, adject. ad locum pertinens, *locale*. *Tert. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 34. Localis determinatio. *Ammian. l.* 14. *c.* 7. Locales ærumnæ.

Localiter, adverb. ex loco. *Tertul. de Pal. c.* 2. Mutat localiter habitus. *Ammian. l.* 19. *c.* 12. Localiter appellatus.

Locarii, m. 2. qui in ſpectaculis ſedes locabant. *Martial. l.* 5. *epigr.* 25. Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi, Hermes divitiæ locariorum, Hermes cura, laborque ludiorum.

Locarium, n. 2. *l' affitto*, ἐνοίκιον, pretium, quod pro taberna, ſtabulove perſolvitur, ut in eo quis conſiſtere poſſit, a *locando*. *Varro l.* 4. *de L. L.*

Locarius, V. Locarii.

Locatio, onis, f. *locazione*, *affittanza*, Germ. *ein auffſtebung*, Gall. *louage*, Hiſp. *arrendamiento*, ἐκμίσθωσις, actus locandi. *Cic. Att. l.* 4. Diſturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. locatione reficiebatur. ¶ Inducere locationem, eſt irritam facere locationem, tabulaſque de locatione confectas interlinire, aut diſcerpere. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Ut induceretur locatio, poſtulaverunt. ¶ Item collocatio, diſpoſitio. *Quint. l.* 9. (*ſi ſalva eſt lectio*.) Amphiboliam fieri vitioſa verborum locatione, nemo eſt qui neſciat.

Locatitius, a, um, qui locatur. *Sidon. l.* 4. *ep.* 8. mercenariis proſecutionibus, & locatitia fatigatione.

Locator, oris, m. *colui che dà a pigione*, שוכר, Germ. *verleicher*, Gall. *loueur*, Hiſp. *arrendador*, ἐργολάβος, qui rem aliquam pretio utendam dat, ut Locator prædii, vel ædium, qui pro prædii, ædiumve uſu conductori conceſſo pretium accipit. ¶ Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem conſtituit. *Plin. l.* 7. *c.* 52. Romæ quoque Corfidium materteræ ſuæ maritum, funere locato reviviſſe, & locatorem funeris ab eo elatum.

Locatus, a, um, adject. *collocato*, *poſto*, poſitus. *Cic. de clar. Orat. c.* 57. Membra ſuo quæque loco locata. *Enn.* apud *eund. l.* 2. *Offic. c.* 18. Benefacta male locata malefacta arbitror.

Locellus, i, m. βαλάντιον, crumenula, dim. a loculus. *Mart. l.* 14. *ep.* 13. Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli.

Locito, as, avi, atum, a. 1. freq. verbi loco. *Ter. Adelph.* 3. 8. ad. Agelli eſt hic ſub urbe paululum, quod locitas foras.

Loco, as, avi, atum, a. 1. *collocare*, שים, שכר, Germ. *ſetzen*, *verleihen*, Gall. *placer*, *louer*, Hiſp. *poner*, *alquilar*, τίθημι, pono, conſtituo, a *locus*. *Cic. pro Mur.* Quæ poſſunt locare hominem in ampliſſimo gradu dignitatis. *Id. in Acad. l.* 1. Inter recte factum, & peccatum media locabat quædam. *Plaut. Rud.* Locare inſidias alicui. ¶ Interdum eſt nuptui tradere. *Ter. Phor.* Quæſo, quid ſi filiam ſuam unicam locaret? *Id. ibid.* Ut potui, virginem nuptum locavi huic adoleſcenti. *Plaut. Tri.* 3. 3. 50. Ubi erit locata virgo in matrimonium. *Id. Ciſt.* Ubi tu jam locere in luculentam familiam. *Cic. in Phil.* 2. Curio te in matrimonio certo, ac ſtabili locavit. *Auct. ad Her. l.* 2. Cur me huic locabas nuptiis? ¶ Interdum inſumere, impendere, ut argentum, aut operam bene, vel male locare. *Plaut. Moſt.* Nec quicquam argenti locari tam diu uſquam æque bene. ¶ Et tranſlate *Cic. in Fam.* Mentem omnem in Milonis conſulatu fixi, & locavi. ¶ Interdum uſum alicujus rei pretio concedere, aliquid pretio utendum dare, *affittare*, μισθόω, ἐκμισθόω, cum acc. rei, dat. perſonæ, & abl. pretii. Sed tamen non ſemper hi omnes caſus exprimuntur. *Cic.* 1. *Agr.* Cenſoribus vectigalia locare, niſi in conſpectu Populi R. non licet. *Id. pro Roſc. Com.* Diſciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus H. S. CCCLIII. ¶ Non ſolum vero rem aliquam homines locare dicuntur, ut domum, agrum, ſed etiam operam, vel laborem ſuum, quod eſt aliquid faciendum mercede ſuſcipere. *Plaut. Trin.* 4. 2. 2. Nam operam meam tribus nummis ego locavi ad artes nugatorias. *Gel. l.* 3. *c.* 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſet. ¶ Interdum eſt aliquid alicui faciendum tribuere, conſtituta mercede. *Cic. in Ver.* 3. *c.* 50. Cum L. Octavius, C. Aurelius Coſſ. ædes ſacras locaviſſent. *Id. ibid. c.* 56. Quod opus H. S. DLX. millibus faciendum locaſti. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 47. ingenteſque locat Cæſonia Rhenos. ¶ Locare virtutem pro æſtimare, magnifacere. *Cic. de Amic. in fine*. Vos hortor, ut virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt. Verum ex lectio Criticis ſuſpecta eſt. Mallet Grævius *colatis*.

Locrenſis, ſe, adject. qui ex Locrorum urbe eſt. *Cic. Verr.* 7. *c.* 34

Locri, orum, maſc. 2. Λοκροί, pop. Achajæ. Gemini fuerunt. Alii incoluerunt circa fauces ſinus Corinthiaci, proxime Ætolis, quorum regio Locris, & urbs primaria Naupactum. Alii habitavere in adverſa ora ad ſin. Oetæum, Opuntii proximi, quorum opp. Scarphia. Cognominati ſunt Epicnemidii, a Cnemide, opp. & monte Bœotiæ. Locri item, cognomento Epizephyrii, Naritia, *Gieraci*, urbs extr. Magnæ Græciæ, in confinio Brutiorum. Condita fuit a Locris, qui Ajacem Oileum ad Trojam ſecuti ſunt, ipſo duce, teſte Solino, vel Evante duce, ut alii ſcripſere. Hi cum bovem, quem Diis immolarent, non haberent, compoſi-

to ve lignis minutis bovis ſimulacro, rem ſacram ve fecerunt. Inde Græcum adag. *Locrenſis bos*, de re vili, & munere ſordido. Iidem, cum fœdus, quod cum Peloponneſiis inierant, violaſſent, ad Heraclidarum partes tranſeuntes, adagio cauſam dedere apud Zenodotum, & Euſtathium, *Locrenſe pactum*, in fœdifragos. Alii dicunt, adagium inde natum eſſe quod Siculos eluſiſſent.

Locris, idis, f. Locrorum regio. *Cic. ad Attic. l.* 3.

Loculamenta, orum, n. 3. σηκοί, loca diſtincta, ſive capſulæ, in quibus aves, apes, aut etiam majora animalia ſeorſum nidificare, ſeu habitare ſolent, a *loculus*. *Col. l.* 8. *c.* 8. Quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo, ſive theca rei alicujus. *Vitr. l.* 10. Incluſum in alterum loculamentum collocetur. *Senec. de Tranquil. c.* 9. Librorum tecto tenus extructa loculamenta.

Locularis, e, adject. in loco factus, ut localaris reſina. *Pallad. l.* 1. *c.* 15.

Loculatus, a, um, *che ha molti luoghi*, στατωτός, quod habet diverſos locos. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 17. Nam et Pauſonias, & cæteri pictores ejuſdem generis loculatas magnas habent arculas.

Loculoſus, a, um, φατνώδης, quod multos habet loculos, ſeu ſinus, ſepto aliquo intermedio diſtinctos. *Plin. l.* 15. *c.* 22. Sola differentia granorum in putamine duro, fragilive, & tenui, ac craſſo, loculoſo, & ſimplici.

Loculus, li, maſc. *luoghetto*, χωρίον, exiguus, & anguſtus locus. *Plaut. Mil.* 3. 2. 38. Sed in cella paululum erat loculi lubrici. ¶ Per Synecdochen loculi dicuntur loculamenta quædam ſeparata in piſcinis, ornithotrophiis, aliorumve animalium ſtabulis, in quibus unaquæque ſeorſum aluntur. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 17. Cum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculus. ¶ Item loculus dicitur de ſacculo, in quo pecunia ſervatur, λάρναξ, βαλάντιον, γλωσσόκομον. *Mart. l.* 14. Hos niſi de fulva loculos implere moneta non decet. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 175. Nummum in loculos dimittere. ¶ Item de capulo, feretro, conditorio, ubi mortui feruntur, vel mortuorum reliquiæ conduntur, quem etiam locum dicebant νεκροφορεῖον. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Hinc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe traduut, conditumque loculo in templo.

Locuples, etis, o. *ricco*, עָשִׁיר, Germ. *reich*, Gall. *riche*, Hiſpan. *rico*, πλούσιος, dives, multa poſſidens, cui egens, & tenuis contraria ſunt, a copia locorum, ut ſcribit Cornelius Fronto, nempe, ut Voſſius explicat, ve *locus*, quomodo agrus in primis dixere, & *ples*, quod ab antiquo *pleo*, unde *impleo*, *repleo*, *depleo*. Nam antiquorum opes non in pecuniæ loculis ſitæ erant, ſed in locis, ſive agris. Itaque locuples eſſe poteſt, qui dives non ſit, ut ſi quis ſit obæratus, ſed tamen plus poſſideat, quam debet. Et confirmatur hoc etymon auctoritate *Cic.* 2. *Conſil.* Unum genus eſt eorum, qui magno in ære alieno majores etiam poſſeſſiones habent, quarum amore adducti diſſolvi nullo modo poſſunt. Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima, ſunt enim locupletes, voluntas vero, & cauſa impudentiſſima. *Plin. item l.* 18. *c.* 3. Locupletes dicebant loci, hoc eſt, agri plenos. ¶ Dicitur de hominibus, & de rebus. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 157. Annus locuples frugibus. *Cic. pro Plan.* Egentes in locupletes armabantur. *Id.* 1. *de Orat.* Tanquam in aliquam locupletem, & refertam domum veniſſem. ¶ Tranſlata ponitur pro copioſo, & bene inſtructo, in quocunque genere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum, quam Deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. Hinc Locuples oratio, ideſt, dives verborum, & abundans. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 48. Cujus membra, & pedes ſunt in omni locupleta oratione diffuſa. ¶ Item pro firmo, certoque, & magnæ auctoritatis, indubitatæque fidei homine, *autorevole*, ἀξιόπιστος. Unde locupletem auctorem, teſtem, fidejuſſorem dicimus, de cujus fide nemo debeat ambigere. *Cic.* 3. *Offic.* Quorum quidem teſtem non mediocrem, ſed haud ſcio, an graviſſimum, Regulum nolite, quæſo, vituperare. Quem enim locupletiorem quærimus, quam principem Pop. Rom. qui retinendi officii cauſa cruciatum ſubierit ultro? *Id.* 2. *Divin. c.* 58. Pythagoras, & Plato locupletiſſimi auctores.

Locupletator, oris, m. qui locupletat. *In duobus nummis Hadriani apud Mediobarb.* Locupletatori Orbis terrarum.

Locupletiſſime, *ricchiſſimamente*. *Spartian. in Hadrian. c.* 3. A Trajano locupletiſſime muneratus.

Locupleto, as, avi, atum, a. 1. הֶעֱשִׁיר, Germ. *reich machen*, Gall. *enrichir*, Hiſp. *enriquecer de oro*, πλουτίζω, eſt locis, & poſſeſſionibus quempiam divitem facere, & generatim bonis vel externis, vel corporis, vel animi ditare. *Cic.* 2. *Fam.* Quorum juriſdictionem confeceram, civitates locupletaveram. *Idem* 1. *de Orat.* Verborum vero dote locupletaſti.

Locus, i, m. 2. *luogo*, מָקוֹם, Germ. *orth*, Gall. *lieu*, Hiſp. *lugar*, τόπος, quicquid aliquid continet, ſive, ut ait *Varro l.* 4. *L. L.* ubi quicquam conſiſtit, a λέγομαι, *cubo*, *jaceo*, unde λέχος, *lectus*, item λόχος, quod Homero ſignificat locum inſidiis accommodatum: ſic autem mutato ε in o, quemadmodum *ſtetus* fit a στοχάς. Prius fuit *ſtlocus*, quaſi *ſiſtlocus*, deinde factum eſt *locus*, ad fugiendum ſonum confragoſum. *Cic. Att. lib.* 8. *epiſt.* 6. Omnes copias primo quoque tempore in unum locum convenire neceſſe eſt. *Id. l.* 16. *Fam.* Dum mihi deeſſe nulla loco vis. *Caeſ. l.* 1. *B. G. c.* 49. Ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant. ¶ Ex loco ſuperiore agere dicitur Orator, qui pro Roſtris agit, ve æquo, qui in Senatu, ve inferiore, qui ad Judices. *Cic.* 3. *de Or.* Nam ſive de Cœli natura loquitur, ſive de terræ, ſive de Divina vi, ſive de humana, ſive ex inferiore loco, ſive ex æquo, ſive ve ſuperiore. ¶ Ponitur etiam pro tempore, vel ſpatio. *Ter. Heaut.* Num & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati locus. *Cic. Att. l.* 9. *c.* 7. Si nunc eſt ullus gaudendi locus. *Salluſt. Jug.* Interea loci. *Plaut. Caſ. a.* 1. *v.* 92. Poſt id locorum. h. e. deinde, poſtea. Eodem modo locutus eſt *Liv. l.* 22. *c.* 38. Hinc priore loco cauſam dicere, eſt ante defendere, quam quis accuſatus ſit. *Cic. pro Quinct.* Ut ipſe cauſam capitis, ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret. ¶ Item pro opportunitate, occaſione, facultate, *comodità*. *Id.* 6. *Fam.* Nullum locum prætermittemus tui juvandi, aut levandi. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 15. Nactus mihi videbar locum reſecandæ libidinis, & coercendæ juventutis. ¶ Hinc *Loco*, vel *In loco*, eſt opportune, commode, recte, cum res poſtulat, a *tempo*. *Cic. in Partit.* Loca tu quidem quæris, ſed planius, quod vis, explicabitur, &c. *Id. in Pam.* 11. *ep.* 16. Sin epiſtolæ offendunt non loco redditæ. *Id. ante Exil. c.* 1. Fidei conduxit in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, eſt aliquam rogatum ſententiam dicere. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 18. Huic juſſa tria ſunt, ut adſit, ut loco dicat, ideſt, rogatus; ut modo, ne ſit infinitus. ¶ Notat etiam ordinem rerum. Hinc Primo loco, eſt primum: Secundo loco, eſt deinde, præterea. *Cic.* 1. *Fam.* Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum. ¶ Item accipitur pro genere, pro natalibus, pro conditione nativitatis. *Cic. pro Planco, c.* 19. Si quem infimo loco natum, nullo ſplendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. *Liv. l.* 1. *c.* 34. Loco ſummo natus uxor. ¶ Item pro ſtatu, fortuna. *Cic.* 3. *Fam.* Et quem in locum res deducta ſit. *Id. pro Sext. c.* 31. Eo loci res eſt, ut &c. ¶ Item pro dignitate. *Cic. pro Cluent.* Qui in ſummum locum civitatis aut non potuerunt aſcendere, aut non petiverunt. *Id. in Bruto.* Mature in locum principum Oratorum venit. *Id.* 3. *de Fin.* Quæ ſecundum locum obtinent. ¶ Item pro auctoritate, æſtimatione, amore, gratia. *Cic. pro Planc.* Qui in mea ſalute principem ſemper locum, auctoritatemque tenuiſti. *Id. in Phil.* 2. *c.* 29. Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti? quo numero fuiſti? *Id. l.* 13. *Fam.* Eodemque apud me loco eſſet, quo eſt apud patronum ſuum. *Id.* 3. *Fin.* Nec juſtitiæ ullus eſſet, nec bonitati locus. ¶ Item pro vice. *Id. in Phil.* Cur eum habes in loco patris? Et alibi, Quem parentis loco colere debebas. *Cic. in Bruto.* Ex quo Augurum inſtitutis in parentis eum loco colere debebam. *Id. in Verr.* 1. Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportet. *Id. ad Brut. ep.* 13. Illis in patris locum ſucceſſit. ¶ Item pro ratione, genere, numero, vel ſimpliciter pro præp. *pro*. *Cic. in Piſon. c.* 15. Si quis impediſſet reditum meum, in hoſtium loco putaretur. *Id. de Am.* In injuriæ loco id numerant. *Id. de Inv. l.* 2. Petebat id ſibi loco præmii. *Id.* 3. *Fam.* Ne id, quod petat, exigere magis, quam rogare, & in beneficii loco ponere videatur. *Idem l.* 7. *Fam. epiſt.* 3. Criminis loco putant, quod vivam. ¶ Item pro quæſtione, parte alicujus doctrinæ, vel operis, *paſſo*. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 1. Magnus locus, Philoſophiæque proprius, a Peripateticorum familia tractatus uberrime. *Id. de Leg.* Hunc locum ſatis in ac libris, quos legiſtis, expreſſit Scipio. ¶ Olim locus idem erat ac fundus, ſeu ager. V. *Locuples*. ¶ Movere loco, eſt vel expellere. *Ter. Prol. Phorm.* Per tumultum noſter grex motus eſt loco. ¶ Vel auferre. *Hor. l.* 2. *Epiſt.* Audebit, quæcunque parum ſplendoris habebunt, verba movere loco. ¶ Vel depellere de dignitate. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Urgere illi, ut nos loco moverent. ¶ Locum dare, interdum eſt cedere. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 2. Dandus eſt locus fortunæ, cedendum ex Italia. *Id. pro Quint. c.* 16. Atque avaritiæ paululum aliquid loci rationi, & conſilio dediſſet. ¶ Interdum dare cauſam, anſam. *Cic.* 3. *Fam.* De tuo in me animo ſecus exiſtimandi videris nonnihil dediſſe loci. *Id. pro Cal.* Quoad ætas M. Cœlii dare potuit ſuſpicioni locum. ¶ Interdum dare opportunitatem, facultatem. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 8. Avertis orationem, nec das reſpondendi locum. ¶ Interdum admittere, accipere. *Cic. de Or. l.* 1. *c.* 26. Si hæc turba, & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis Oratoribus. ¶ Locum eſſe alicui perſonæ, vel rei, eſt illum admitti, vel recipi. *Cic. pro Cluent.* In concionibus eſſe invidiæ locum, in judiciis veritati. *Id. ibid.* Erit profecto dignitati noſtræ locus. ¶ Vel numerari. *Cic. in Orat.* Nam in Poetis non Homero ſoli locus eſt, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro. ¶ *Si in iſto eſſem loco*, pulchre dicitur pro eo, quod eſt, ſi meum eſſet negotium, ſi mea res ageretur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 126. Verum, ut ego opinor, ſi ego in iſthoc ſiem loco. *Cic.* 4. *Fam.* Is enim, ſi eo loco eſſet, negavit, ſe facturum fuiſſe. ¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, *aver a male*. *Cic. in Piſ.* Tu ne auſus es meum diſceſſum illum ſeſtem ſceleris, & crudelitatis tuæ maledicti, & contumeliæ loco ponere? ¶ In n. pl. indifferenter dicimus *loci*, g. m. & *loca*, g. n. *Cic. de Fato.* Inter locorum naturas quantum interſit, videmus: alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exſiccatos, atque aridos, multaque ſunt alia, quæ inter locum, & locum plurimum differunt. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Veniſſe ta illa loca ploratum potius, quam natatum. ¶ Loci, vel loca, orum, ſpeciatim dicuntur vaſcula in fœminis ſemen recipientia, quem etiam uterum, & matricem Latini appellant. Ita dicuntur quod ſint λόχη, ſive receſſus uteri, ut cenſet *Caſ. Scaliger in* 3. *Ariſt. Hiſt. Animal. Plin. l.* 11. *c.* 37. *de fœminis*, Unde dictus uterus, quem alio nomine locos appellant. *Columm. l.* 8. *c.* 11. de pavonibus. Sæpiuſque digitis loca fœminarum tentanda ſunt: Num in promptu gerunt ova. ¶ Frequenter loci uſurpantur pro ſedibus argumentorum, ex quibus, veluti ex promptuariis quibuſdam, petuntur argumenta. Sed in hac notione *locus* etiam num. ſing. dicitur. Loci communes ſunt illi, ve quibus argumenta ad omnes quæſtiones deſumi poſſunt. *Cic.* 2. *de Orat.* Sed hi loci ei demum Oratori prodeſſe poſſunt, qui eſt verſatus in rebus. *Id. in Top. c.* 2. Locus eſt argumenti ſedes. ¶ De his locis, & eorum diviſionibus V. *Cic. loc. cit.* & *l.* 1. *de Invent. Ariſt. l.* 1. *Rhet. c. ult.* & *Quintil.*

Locuſta, æ, f. *cavalletta*, אַרְבֶּה, Germ. *ein heuwſchreck*, Gal. *ſauterelle*, Hiſp. *langoſta*, ἀκρίς, inſecti genus, a *locus*, & *uſtus*, quia tactu multa urit, morſu vero omnia erodit. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 5. Exorta vis locuſtarum. ¶ Parthos quondam, & Indiæ gentem locuſtis victitaſſe, ſcribit *Plin. l.* 7. *c.* 2. & *l.* 11. *c.* 29. ¶ Carere palpebris locuſtæ dicuntur, ideo oculos habent duriſſimos. Hinc *Plaut. Men.* 5. 5. 24. Solent tibi oculi unquam duri fieri? M. Quid? tu me locuſtam cenſes? ¶ Eſt etiam genus piſcis, corpore longo, cornua ante oculos bina, longa & aſpera habens. *Plin. l.* 9. *c.* 30. ¶ Fuit hoc nomine mulier veneficiis inſignis, Neroni grata. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 66. & *Juven. ſat.* 1. *v.* 71.

Locutio, ſive loquutio, onis, f. *il parlare*, *ragionamento*, φράσις, ſermo, vel ipſa loquendi actus. *Cic.* 3. *de Or.* Quanquam enim omnis locutio oratio eſt, tamen unius Oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt.

Locutor, ſive loquutor, m. *parlatore*, λάλος, qui nimium loquitur. *Gel. l.* 1. *c.* 15. Qui ſunt leves, & futiles, & importuni locutores.

Locutius, ii, qui & Aius Locutius, Deus apud Romanos. Cum enim noctu audita eſſet vox humana major, admonens Gallos adventare, Deus aliquis vox credita eſt, cujus cum nomen ignorarent, ac re ipſa Aium Locutium appellavere. *Liv. l.* 5. *c.* 50. & *Cic.* 2. *Div. c.* 32.

Locutuleius, m. 2. ἀδολέσχης, homo in verba provectus, quem & bliteronem, & linguacem dicimus. *Gel. l.* 1. *c.* 15.

Locutus, vel Loquutus, us, ui, m. loquela, locutio, ſermo. *Apul.* 2. *Florid. ſub fin.* Paſſis verſibus, ſoluto locutu, libera oratione.

Lodicula, æ, f. στρωμάτιον, dim. a lodix. *Suet. in Aug. c.* 83. Ita, ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret ſeſtertio, vel lodicula involutus.

Lodix, icis, f. *coltre*, στρῶμα, νάκος, lecti operimentum, a *lavo*, quia ſubinde eam lavari opus eſt. *Juven. ſat.* 6. *v.* 194. Ζωὴ, καὶ ψυχὴ, modo ſub lodice relictis uteris in turba. ¶ In maſculino genere *hos lodices* dixit *Pollio*; non tamen eſt imitandus, *Quintil. judice l.* 1. *c.* 6.

Lœbertas, atis, f. libertas, apud vet. *Feſt.*

Lœbeſus, a, um, liber, a, um, apud vet. *Feſt.*

Læḋoria, f. 1. *verſo*, λοιδορία, mordax convicium. Differt a ſcommate, quod hoc ſit mordacitas quædam urbanitate, & joco adumbrata, lœdoria vero apertum, amarulentumque eſt convicium, nulla urbanitatis ſpecie velatum. *Macrob. in Saturn. l.* 7. *c.* 3.

Lœmodes, is, m. & f. *peſtilenziale*, λοιμώδης, peſtilens. *Ammian. l.* 19. *cap.* 4. Prima ſpecies luis Pandemus appellatur, ſecunda Epidemus, tertia Lœmodes.

Logarion, n. 2. λογάριον, leviores, minutioreſque rationes, quales iis de rebus, quas quotidie in uſum familiæ erogantur, in adverſariis ſolent conſcribi. *Ulp. l.* 3. *ff. de pen. leg.* Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas contineri appellatione penoris.

Logeum, i. n. 2. λογεῖον, pulpitum in ſcena, in quo chorus tragœdiarum, & comœdiarum (quoad comœdiæ chorum habuerunt) cæteriſque perſonam non habentes fabulæ ſubſerviebant. *Vitr. l.* 5. *c.* 8.

Logice, es, f. *Logica*, λογική, Diſciplina rationalis, ars diſſerendi, quæ & Di-

& Dialectica dicitur. *Cic. 1. Fin.* Jam in altera Philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi, ac diſſerendi, quæ Λογικὴ dicitur, iſte veſter, ut mihi quidem videtur, plane inermis, ac nudus eſt. *Id. de Fato, c. 1.* Totaque eſt Logice, quam rationem diſſerendi voco. ¶ Inventa eſt a Zenone Eleate. ¶ Logica, orum, num. pl. gen. n. res Logicales, ſeu quæ ad Logicen ſpectant. *Cic. 4. Tuſc. c. 14.* Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate diſputant Stoici, quæ Logica appellant, quia diſſeruntur ſubtilius.

Logicus, i, m. qui logicen callet, vel docet. *Sidon. carm. 15. v. 101.*

Logiſta, m. 3. *contiſta*, λογιστὴς, ſupputator, ſive æſtimator, a λογίζομαι, quod eſt cogitare, rem aliquam diligenter expendere, æſtimare, rationes ſubducere. Athenis Logiſtæ Magiſtratus erant, quorum munus erat expendere, quæ in Magiſtratu quiſque geſſiſſet. *Vet. Inſcrip. Hiſpanica:* Logiſta civitatis Nicomedienſium.

Logiſtoricus, m. 2. liber fuit Varronis, ſermonum & dictorum inſignium narrationem continens. *Gel. lib. 4. c. 19.* M. Varro in Logiſtorico ſcripſit. *Macr. lib. 3. Saturn.* Varro in Logiſtorico, qui inſcribitur Martius de Fortuna.

Logodædalia, æ, f. λογοδαιδαλία, ingenioſa nimis & curioſa ſermonis elaboratio. *Auſon. Idyl. 12.* E logodædalia ſtrider modo qui nimium trux.

Logographus, i, *computiſta*, λογόγραφος, rationarius, qui libros rationum ſcribit, quique in acta refert quæ ad Remp. pertinent. V. *Cod. l. 10. tit. 69.* & *Dig. l. ult. tit. 4. leg. 18. §. 10.*

Logos, vel logus, m. 2. *ragionamento, parola, ragione*, λόγος, verbum, ratio, ſermo. Vox græca eſt. A latinis ſcriptoribus uſurpatur pro dicto ridiculo, futili, contemnendo, ad nihil prorſus conducenti. *Ter. Phor. 3. 2. 8.* Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchre dices. D. logi. Adde *Cic. apud Non. c. 1. n. 318.* & *Plaut. Stich. 1. 3. 68.* ¶ Æſopei logi apud *Senec. de conſolat. ad Polyb. c. 27.* ſunt Æſopi fabulæ.

Loliaceus, a, um, o. 1. a. *de loglio*, αἴρινος, quod ex lolio eſt, ut Farina loliacea, apud *Var. l. 3. R. R. c. 9.*

Loliarius, a, um, *da loglio*, quod ad lolium ſpectat, ut Cribrum loliarium, quo lolium ex frumento excernitur. *Col. l. 8. c. 5.* Cribro viciario, vel loliario, qui jam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur.

Loligo, vel lolliga, inis, *lolligine, totano*, τευθὶς, τεῦθος, piſcis genus, fortaſſe ab atro ſucco, quem habet. Sane ater iſte ſuccus in ſepia vocatur ἰνὸς. Itali hodie a thecæ calamariæ ſimilitudine calamarium appellant. Habet enim cruorem nigrum atramenti ſimilitudine, & duo oſſicula, quorum alterum calami, alterum gladioli perſpicui, pellucidique imaginem refert. Unde ſuccus loliginis pro livore hominis atri, id eſt malevoli, ponitur. *Hor. 1. ſerm. ſat. 4. v. 100.* Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt ærugo mera. V. *Plin. l. 9. c. 15.*

Loligunculа, f. 1. τευθίδιον, dim. a loligo. *Plaut. Caſ. 2. 8. 57.* Emitto ſepiolas lepidas, loligunculas, &c.

Lolium, ii, n. *loglio*, αἶρα, ζιζάνιον, herba in ſegetibus naſcens, iiſque inimica, hordeo ſimilis, cujus etiam vitium eſſe putatur, quaſi δόλιον, hoc eſt adulterinum. Fit enim e corruptis triticis, ac hordei ſeminibus. *Plin. l. 18. c. 17.* Nam lolium, & tribulum, & carduum, lappaſque, non minus, quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipſius terræ peſtem numeraverim. ¶ Lolio victitare dicitur, qui viſu eſt imbecillo. Nocet enim oculis lolium propter vapores acres, quos in cerebrum attollit. *Ovid. 1. Faſt. v. 691.* Et careant loliis oculos vitiantibus agri. Adde *Plaut. Mil. 2. 9. 50.*

Lollianus, a, um, ad Lollium pertinens, quod eſt nomen Romani civis. *Tacit. 1. Ann. c. 10.* Lolliana clades, *h. e.* quam M. Lollius legatus in Germania ſub Auguſto accepit; de qua *Vellej. lib. 2. cap. 97.* & *Sueton. in Aug. c. 23.*

Lomentum, ti, n. ὀρόγγιον, σμῆγμα, farina fabacea, qua ad rugas e cute tollendas uſa eſt antiquitas, a *lotum*, ut *fomentum* a *fotum*, quod ea ad lavandum utebantur. *Mart. l. 3. epigr. 42.* Lomento rugas uteri quod condere tentas. ¶ Eſt item coloris genus, quod in uſum pictorum ex cæruleo confici ſolet, λώμεντον. *Plin. l. 33. c. 13.* Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum, perficitur id lavando, terendove, & hoc eſt cæruleo candidius.

Lonchitis, f. 3. λογχῖτις, herba in locis ſitientibus naſcens, foliis porri ad radicem rubentibus, flores habens, ceu galericulos, perſonis comicis ſimiles, parvam exerentes linguam, ſemen vero involucris clauſum, triangulum, & lanceæ ſimiles, unde ſibi nomen vendicavit. λόγχη enim lancea eſt. *Plin. l. 25. c. 11.*

Lonchus, i, m. haſta, lancea, λόγχος. *Tertul. de Cor. Mil. c. 11.* Requieſcens ſuper loncho, quo perfoſſum eſt corpus Chriſti. Al. leg. *lancea*, eodem ſenſu.

Londinenſis, e, adject. *Eumen. in paneg. ad Conſtantium, c. 17.* Ad oppidum Londinenſe pervenerant. *h. e.* Londinium, ut *Tacit. l. 14. Ann. c. 33.* appellat, nunc *Londra*, totius Angliæ caput, ad Tameſim fluvium. Adde *Ammian. l. 27. c. 8.* (al. 18.) ubi *Lundinium*, & *Londonium* varie legitur.

Londinum, n. 2. ſeu Londinium, *Londra*, Λονδίνιον, urbs Albionis, Regia Angliæ, caput Comitatus Middleſexiæ, ampliſſima, & Emporium celeberrimum. *Tacit. Ann. 14. c. 13.*

Longabo. V. Longano.

Longævitas, atis, f. *vecchiaja*, πολυετία, annoſitas, ſenectus. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 5.* De longævitate eorum (corvorum) opinio fabulatur.

Longævus, a, um, *di lunga età, vecchio, attempato*, בא בימים, Germ. *alt*, Gall. *de longue vie*, Hiſp. *de larga edad*, πολυετὴς, annoſus ſenex, quaſi longi ævi. *Virg. 3. Æn.* Et hæc lætus longævo dicta parenti haud dubitanda refer. *Id. Æn. 1. v. 525.* facta longævum in ſede locavit. V. *Gel. l. 3. c. 16.*

Longano, vel longanon, & longabo, onis, m. 3. ἀπευθυσμένον ἔντερον, inteſtinum rectum, e craſſo inteſtino, quod κῶλον appellant, ad ſedem uſque porrectum, ſpinæ e directo incumbens. Ratio nominis inde tracta eſt, quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cætera inteſtina. *Veget. l. 1. c. 42.* ¶ Metonymice ſumitur pro farciminis genere. *Var. l. 4. de L. L.* Longabo, quod longius, quam duo illa, ſc. hilum, & apexabo. *Arnob. l. 7. contra gentes.* Quid ſibi hæc volunt, apexabo, iſicia, ſilicernia, longano?

Longe, adv. *di lungi*, מרחוק, Germ. *weit*, Gal. *loin, de loin*, Hiſp. *lexos*, πόῤῥω, procul, longo intervallo, longo loci ſpatio. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Fam. l. 2. ep. 7.* Longe abſum, audio ſero. *Id. in Ver. 4.* Epicrates mihi obviam longe proceſſit. *Id. pro Quint.* Quam longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? *quanto v' è?* ¶ Vel cum abl. *Cic. in Fam. l. 4. ep. 12.* Cum longe a Piræo abeſſem. ¶ Vel cum genitivo *gentium*, in qua conſtructione videtur ſignificare longe omnino. *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Tu autem abes longe gentium. *Id. l. 1. de Or.* Longiſſime ab imperitorum intelligentia disjunctum. ¶ Aliquando accipitur pro eo, quod barbari dicunt a longe, *da lontano*. *Virg. 2. Georg.* Litora longe reſonantia. *Plaut. Truc. 4. 3. 79.* Nam iſta ſtimulum longe habet, quæ uſque illinc cor pungit meum. ¶ Longe eſſe alicui, & longe eſſe ab aliquo, *eſſer lontano da alcuno*. *Virg. 12. Æn. v. 53.* Longe illi dea mater erit. *Caſ. l. 1. B. Gal.* Si id non feciſſent, longe ab his fraternum nomen populi R. abfuturum. ¶ *Longe, lateque*, eſt multis, variiſque in locis. *Cic. pro L. Man.* Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque diſperſum, &c. ¶ Dicitur etiam de temporis intervallo. *Cic. de clar. Or.* Varro vitam Nævii producit longius. *Id. in Famil. 2. ep. 8.* Longe in poſterum proſpicere. ¶ Longe proſpicere futuros caſus, eſt eos longe ante videre, quam eveniant. *Cic. de Am.* Ut nos longe proſpicere oporteat futuros caſus Reipublicæ. ¶ Sæpe ſignificat valde, multum. Tum uſurpatur cum nominibus ſuperlativis, vel cum iis, quæ ſuperlativi vim habent. *Cic. in Verr. 7. c. ult.* Quarum ſacra longe maxima, atque occultiſſimis cæremoniis continentur. *Id. 13. Fam.* L. Caſtronius Pætus longe princeps municipii Lucenſis. ¶ Vel cum comparativis. *Virg. 9. Æn.* At pedibus longe melior Lycus. ¶ Vel cum nominibus, quæ diverſitatem, vel diſſimilitudinem ſignificant. *Cic. 5. Famil.* Longe alia conditione ego ſum, ac ceteri Imperatores. *Id. de Orat.* Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeque ſunt diverſæ, atque ſejunctæ. ¶ Vel cum verbis *antecello, præſto, ſupero, vinco, diffundo, diſcrepo, diſſentio, fallor*, & ſimilibus. *Cic. 3. Off.* Longe illam vitam huic antepoſuit. ¶ Vel cum adverbiis *aliter, ante, poſt, ſecus*, & ſimilibus. *Cic. in Bruto.* Eſt longe aliter in verſibus.

Longiloquus, a, um, vox eſt *Donati ad Terent. Eun. 2. 2. 34.*

Longimanus, a, um, μακρόχειρ, qui alteram manum longiorem habet. Cognomen fuit Artaxerxis Perſarum Regis. Alteram enim manum habuit longiorem.

Longinque, adverb. longe, a longe. *Enn. apud Non. c. 11. n. 49.* Annos multos longinque a domo bellum gererent.

Longinquitas, atis, f. *diſtanza, lontananza*, מרחק, Ger. *weite*, Gal. *longue diſtance*, Hiſp. *lexura*, διάστημα, locorum diſtantia. *Cic. Cal. l. 2. Fam.* Quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur. ¶ Dicitur etiam de tempore, & ponitur pro diuturnitate, *lungo tempo*. *Cic. 2. Fin.* Si negabit, voluptatem creſcere longinquitate. *Id. 10. Phil.* Nondum ex longinquitate graviſſimi morbi recreatus eſt. *Id. de Div. l. 1. c. 7.* Nihil eſt, quod non longinquitas temporis efficere poſſit. *Ter. Hecyr. 4. 2.* Longinquitas ætatis. *h. e.* diuturnitas.

Longinquo, as, a. 1. diſtare facio, removeo, *allontanare*. *Claud. Mamert. l. 1. c. 2.* Deum a ſe longinquare.

Longinquum, adv. remote, vel diu. Longinquum loqui, eſt diutius loqui, *far molte parole*. *Plaut. Merc. 3. 4. 23.* Oratio ne odioſa eſt, cum rem agas, longinquum loqui.

Longinquus, a, um, *lontano*, רחוק, Germ. *fern*, Gall. *lointain*, Hiſp. *de lexos*, μακρὸς, ἀπόμακρος, remotus, diſtans. *Cic. Marc. l. 15. Fam.* Te pietatis in tuos fructum cepiſſe gaudeo. Non dubito, quid præſenter ſentiant. Nos quidem longinqui, & a te ipſo miſſi in ultimas gentes ad cœlum mehercule tollimur veriſſimis, ac juſtiſſimis laudibus. *Id. pro L. Man.* Quod ex locis tam longinquis, tam diverſis, tam brevi tempore omnes uni huic ſe dediderunt. *Caſ. l. 1. B. C. c. 60.* Longinquiores civitates. ¶ *E longinquo*, eſt e loco remoto. *Plin. l. 7. c. 51.* Vagamque e longinquo multa annuntiare, quæ niſi a præſenti noſci non poſſent. ¶ Dicitur etiam de tempore, & pro diuturno ponitur, *lungo*. *Cic. 2. Fin.* Quod autem magnum dolorem brevem, longinquum levem eſſe dicitis. *Id. de Div. l. 2.* Aut quam longinquo tempore potuit obſervari? ¶ Ex longinqua veniens nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. *Plin. l. 10. c. 43.* Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit. ¶ Per Catachreſin uſurpatur pro longo. *Plaut. Mil. 3. 1. 136.* Vitam longinquam darent. ¶ Vel pro eo, quod in longum tenditur. *Claud. l. 3. de rapt. Proſ. v. 363.* Sic qui vecturus longinqua per æquora merces molitur tellure ratem. ¶ Translate capitur pro extera, & peregrina. *Ovid. in Ibin, v. 228.* Si mea longinquus viſcera piſcis edet. *Cic. pro Dejot. c. 3.* Iiſdem rebus eſt perturbatus homo longinquus, & alienigena, quibus nos in media Rep. nati, ſemperque verſati. ¶ Item pro ſero, ſive lento, *tardo*. *Plaut. Merc. 5. 2. 55.* Longinquum amanti iſtud.

Longipes, edis, *o. lungo di piedi*, Ger. *langfueſſig*, Gal. *qui à longs pieds*, Hiſp. *el que tiene largos pies*, μακροσκελὴς, longos pedes, ſive longa crura habens. *Plin. l. 30. c. 4.* Simillimum ſcarabæo longipedi.

Longiſco, is, n. 3. *allungarſi*, ἐκτείνομαι, longus fio, in longum creſco. *Enn. l. 17. Annal. apud Non. c. 2. n. 506.* Neque corpora firma longiſcunt quicquam.

Longiter, adverb. longe. *Lucret. l. 1. v. 682.* Non ut opinor, ea ab tela jam longiter errat. Adde *l. 5. v. 134.*

Longitia, æ, f. longitudo. *Auctor de limitib. edit. Goeſii, pag. 272.*

Longitrorſus, adv. in longum, in longitudinem. *Feſt.* Longitrorſus ſic dicitur, ſicut dextrorſus, ſiniſtrorſus.

Longitudo, inis, f. *lunghezza*, ארך, Ger. *lenge*, Gall. *longeur*, Hiſp. *larguera*, μακρότης, prolixitas, extenſio per longum, magnitudo extenſa per longum. *Cic. 1. de nat. Deor.* In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. ¶ Ponitur etiam pro longinquitate, ſeu diſtantia loci. *Cic. 9. Phil. c. 1.* Non longitudo itineris, non aſperitas viarum, non morbus ingraveſcens retardavit. ¶ Item pro diuturnitate, ſeu pro longo tempore. *Cic. 7. Ver.* Noctis longitudo ſtupris, & flagitiis conterebatur. ¶ Conſulere in longitudinem, pro in futurum proſpicere, uſurpavit *Ter. Heaut. 5. 2. 10.*

Longiuſcule, adverb. longule. *Sidon. l. 8. ep. 11. ſub fin.* Longiuſcule me progredi amor impulit.

Longiuſculus, a, um, *lunghetto*, paulo longior. Factum eſt a comp. neutro longius. *Cic. pro Arch. c. 10.* Quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis.

Longo, as, a. 1. *allungare*, μακρύνω, produco, extendo, longum facio. *Venant. Fortunat.* Tempore longatur, nec variatur amor.

Longobardi, Langobardi, Lancobardi, olim Bardi, m. 2. *Lombardi*, pop. Vandaliæ, ſeu Ducatus Magnopolitani, in Ducatu Mechelburgenſi, in ora maris Baltici, circa Svevum fl. al. circa Albim fl. Dicti ſunt a voce Germanica *lang*, quæ longum, & a *barde*, quæ barbam notat, nempe a barba prolixa, quam gerebant. *Iſid. l. 19. Orig.* Alii dicunt, a ſua urbe nomen accepiſſe, quæ ſuit Bardum, *Bore.* Alii arbitrantur, Longobardorum gentem ex Lingonibus, & Bardis Galliæ populis coaluiſſe, quemadmodum Celtiberi ex Celtis pop. Galliæ, & ex Iberis creduntur commixti, ideoque potius Lingobardos appellandos putant. Hi migravere in Germaniam, & ſedes poſuere in Marchia Brandeburgica. Deinde in Italiam venere, Albino duce, atque hic victis Gothis ducentos annos regnaverunt. Tandem a Carolo Magno deleti ſunt.

Longobardia, f. 1. Langobardia, Lancobardia, *Lombardia*, pars Italiæ, ita dicta a Longobardis, qui eam occupaverunt. Continet majorem partem Galliæ Ciſalpinæ. Dividitur in ſuperiorem, & in inferiorem. In Longobardia ſuperiore ſunt Pedemontium, & Ducatus Mediolanenſis, & Montis Ferrati. In inferiore ſunt Ducatus Mantuanus, Mutinenſis, & Parmenſis, cum parte occidentali Ditionis Venetæ, ubi territoria Cremenſe, Bergomenſe, Brixianum, Veronenſe, Vicentinum, & Patavinum, & Ducatus Ferrarienſis, atque territorium Bononienſe. ¶ Dividitur etiam

Longobardia in Ciſpadanam, & io Tranſpadanam. In Ciſpadana, quę a Placentia Bononiam uſque perducitur, ſunt Ditiones Mutinenſis, Parmenſis, Monſferratus, pars minor Ducatus Mediolanenſis, pars Borealior Ditionis Pontificiæ, & pars Pedemontii. Io Tranſpadana, quę complectitur Inſubres, Cenomanos, & Bechunos, ſunt pars Pedemontii, major pars Ducatus Mediolanenſis, Ditio Veneta Longobardica, & Ducatus Mantuanus.

Longŭle, adv. dim. a longe. *Plaut. Rud.* 1. 5. 8. Haud longule ex hoc loco.

Longŭlus, a, um, dim. a longus. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 13. Longulum ſane iter, & via turpia.

Longum, adv. longe, diu, *alla lunga*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 740. Nec longum lætabere. *Claudian. l.* 2. *de rapt. v.* 234. Sis memor, o, longumque vale.

Longurio, onis, m. ὑψηλός, longus homo, & procerus, apud vet. a perticæ, quem *longurium* vocant, ſimilitudine. Uſurpatur convicii loco, haud aliter, ac *vacerram*, ac *ſtipitem* pro eo dicimus. *Varro* apud *Non. c.* 1. *n.* 484. Hic, qui ante me eſt, neſcio quis longurio.

Longurius, rii, m. *pertecone*, κάμαξ, pertica longior, quæ ſepibus hortorum, vel etiam bellicis trajici ſolebat ad eas confirmandas, a *longus*. *Cæſ.* 3. *B. G.* Falces præacutæ inſertæ, adfixæque longuriis, non abſimili forma muralium (al. ruralium) falcium. Adde *l.* 7. *c.* 84.

Longus, a, um, *lungo*, ארוך, Ger. *lang*, Gal. *long*, Hiſp. *largo*, μακρὸς, quod porrectum, ſeu extenſum eſt, ſive per planum ſit porrectum, ſive ſit erectum in altum, a λόγχη, *lancea*, ideſt e longa figura lanceæ. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 31. Longiſſimum agmen. *Virg.* 3. *Æn.* Stant longis ionixi haſtis, & ſcuta tenentes. ¶ Conſtruitur cum acc. vel abl. menſuræ. *Plin. l.* 6. *c. ult.* In hoc cœli circumplexu æquinoctii die media umbilicus, quem gnomonem vocant, ſeptem pedes longus umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. *Plaut. Trin.* 4. 2. 58. Quæ facie eſt homo? S. Seſquipede quidem eſt, quam tu, longior. ¶ Reperitur etiam cum genitivo. *Colum. l.* 2. *c.* 11. In morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito. ¶ *Longæ naves*, genus navium. Ab onerariis differebant, quia onerariæ velis duntaxat incitabantur, longæ etiam remis agebantur. *Lentul. Cic. l.* 12. *Fam.* A claſſe diſceſſerunt navique longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Per tranſlationem ponitur pro diuturno. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 5. Quotidie horæ, quibus expectabam, longæ videbantur. *Virg.* 3. *Æn.* Et longum Andromaches teſtentur amorem. *Celſ. l.* 3. *c.* 1. Morbi longi. ¶ Item pro prolixo, & fuſo. *Cic. pro Rab. perduel. c.* 3. An de tabulario incenſo longa oratio expromenda eſt? ¶ *Longum eſt*, ſignificat, eſt multi temporis. *Cic.* 3. *Ver.* Longum eſt dicere, quam improbe fecerit. ¶ *Nihil mihi longius eſt*, pulchre dicitur, pro nullius rei tanta cupiditate, aut exſpectatione teneor, *non vedo l' ora*. *Cicer. pro Rabir. Poſt.* Non mihi longius eſt quicquam, quam videre hominum vultus. *Id.* 11. *Fam. ep.* 27. Tum ille nihil ſibi fuiſſe longius ait, quam ut me videret. *Id.* 5. *Ver.* Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. ¶ Ne longum faciam, ideſt ut breviter dicam. *Horat.* 1. *ſer. ſat.* 3. ¶ In longum, *a lungo, per lungo tempo*. *Virg. Ecl.* 9. Cauſando noſtros in longum ducis amores. h. e. differs, protrahis. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 27. Otia parata in longum. *Id. Ann.* 1. *c.* 20. Nec in longum fuit, *nè durò troppo*. ¶ Homo longus, accipitur pro ſtolido, & fatuo. *Catul. carm.* 68. (al. 66.) *in fi.* ¶ Denique *longus* nomen eſt Romanæ familiæ, ductum ab habitu corporis, ut docet *Quintil. l.* 1. *c.* 6.

Lopas, adis, f. λεπάς, genus conchæ marinæ. V. Lepas.

Loquacĭtas, tis, f. *loquacità*, πολυλογία, multiloquium, inanis, & immodica garrulitas. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 4. Facit autem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiores epiſtolas.

Loquacĭter, adverb. *loquacemente*, λάλητικῶς, φλυαρῶς, multis, & inanibus verbis. *Cic. pro Mur. c.* 12. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſpondetet ille? *Hor. l.* 1. *ep. v.* 4. Scribetur tibi forma loquaciter, & ſitus agri.

Loquacŭlus, a, um, λαλίστατος, dim. a loquax. *Lucr. l.* 4. *v.* 1158. At flagrans, odioſa, loquacula.

Loquax, acis, o. 3. *loquace*, *cianciatore*, *che parla molto*, λάλος, πολύλογος, verboſus, garrulus, multum, vel nimius in loquendo. *Cic.* 2. *de Or.* Quare iſtam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in judicandis nimium loquax. *Id. de Fin.* Et ſenectus eſt natura loquacior. *Id. pro Planc.* Repente homo audaciſſimus pertimuit, loquaciſſimus obmutuit.

Loquēla, æ, f. *loquela*, דברה, Germ. *die*, *red*, Gal. *parole*, Hiſp. *habla*, λαλιὰ, ſermo, quem loquendo proferimus. *Cic.* 4. *Fin.* Ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ, ut ait Accius, malitiæ natæ ſunt. Alii legunt fallaciloquentiæ. *Virg. Æn.* 5. *v.* 842. ſuditque has ore loquelas.

Loquentia, æ, f. 1. facultas loquendi, loquacitas. *Sal.* ut legit *Valerius Probus* apud *Gel. l.* 1. *c.* 1. Satis loquentiæ, ſapientiæ parum. Sed vulgo legitur eloquentiæ.

Loquĭtor, aris, d. 1. *cianciare*, *parlare molto*, πολυλογέω, multum loquor, verba multa inaniter profundo, garrio, freq. a *loquor*. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 5. Eho tu loquitatus ne es gnato meo mala?

Loquor, eris, loquutus, vel locutus ſum, d. 3. *parlare*, *ragionare*, *divisare*, דבר, Ger. *reden*, Gal. *parler*, Hiſp. *hablar*, λαλέω, ἀγορεύω, φθέγγω, φθέγγομαι, verba facio, ſermonem habeo. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 3. *de Or.* Primum ut pure, & Latine loquamur, deinde ut plane, & dilucide, tum ut ornate, poſt ad rerum dignitatem apta, & quaſi decore. ¶ Vel cum ablat. inſtrumenti, ſeu modi. *Cic. de Or.* Poetas omnino quaſi alia quadam lingua loquutos non conor attingere. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *cum*. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 2. Ita cum illo ſum locutus. ¶ Vel cum accuſat. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 4. Horribile eſt, quæ loquantur, quæ minitentur. *Id. Att. l.* 5. Nihil niſi claſſes loquens, & exercitus. ¶ Vel cum accuſ. & ablat. & præp. *cum*. *Cic. l.* 9. *Fam.* Cum eo & homine docto, & amantiſſimo tui loquutus ea ſum, quæ pertuliſſe illum ad te exiſtimo. ¶ Vel cum ablat. & præp. *de*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 2. Loqui aſperius de re aliqua. ¶ Vel cum ablat. rei, & præp. *de*, & altero ablat. perſonæ cum præp. *cum*. *Cic.* 6. *Fam.* De curatione aliqua munerum Regiorum cum Oppio loquutus ſum. ¶ Vel cum accuſ. perſonæ, & præp. *inter*, & accuſ. vel ablat. rei cum præp. *de*. *Cic.* 3. *Fin.* Sic equidem diligentius, ſæpiuſque iſta loquemur inter nos. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 4. Ego enim ad eum ſcribam, ne turpiſſe voles, de ea re nos inter nos loquutos. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Plaut. Truc.* 2. 2. 10. Pergin' male loqui mulier mihi? ¶ *Loquuntur vulgo*, eſt, vulgi in ore verſatur, ſeu vulgo circumfertur. *Cicer.* 7. *Verr.* Cum vulgo loquerentur, ſuppoſitum in ejus locum, &c. ¶ *Loqui ad voluntatem*, eſt aſſentari, adulari. *Cicer.* 6. ſeu potius 5. *Parador.* Loquitur ad voluntatem, quicquid denunciatum ſit, facit. ¶ *Loqui ad voluptatem*, eſt ſermone ſuo voluptatem audientibus velle afferre. *Cic. pro Quinct.* Fatetur, ſe non belle dicere, non ad voluptatem loqui poſſe. ¶ *Loqui in eandem ſententiam*, eſt in eandem ſenſum, ut barbari dicunt. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* In eandem ſententiam loquitur Scipio, Pompeio eſſe in animo Reip. non deeſſe. *Loqui*, & *dicere* inter ſe differunt, quod *loqui* eſt ſimpliciter verba facere, *dicere* eſt diſerte, & eleganter loqui. Vide Dico. ¶ Aliquando ſignificat narrare, exprimere. *Plaut. Men.* 2. 1. 47. Quos tu paraſitos loquere. *Id. ib.* 5. 9. 7. Adoleſcens, quæſo, loquere tuum mihi nomen. ¶ *Sæpe loquor* extra perſonam egreditur, & tunc ſignificat indicare, oſtendere. *Cic.* 1. *de Leg.* Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum affecti ſimus, loquuntur. *Id. pro Domo.* Ut annales Populi Rom. & monumenta vetuſtatis loquuntur. ¶ *Res ipſa loquitur*. h. e. apertiſſima eſt, & ſermone non indiget. *Cic. Attic. l.* 2. Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. ¶ *Loqui vera*, eſt loqui verum, non verba, & nugas. *Plaut. Epid.* 2. 2. 101. Tu quidquid acturus, age. P. Rem loquere. ¶ Dare aliquid alicui loquendum. hoc eſt prædicandum, laudandum. *Martial. l.* 5. *epigr.* 26. Quem charis, famamque damus populiſque loquendum, qui Stygios non vult totus adire lacus. ¶ *Loquitur* paſſivum impersonale. *Varr. init. lib.* 5. *de L. L.* Sedetur, ambulatur, loquitur.

Lora, ſive Lorea, æ, δευτερίας, τρυγώδιμον οἶνος, genus potionis, quod ſit ex maceratis aqua vinaceis, poſtquam totum muſtum ex acinis expreſſum eſt. *Var. de vit. P. R.* apud *Non.* Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram. *Plin. l.* 14. *c.* 10. Non poſſunt jure dici vina, quæ Græci δευτερίας appellant, Cato, & nos loram, maceratis aquæ vinaceis, quamvis inter vina operaria numerentur. *Cato de R. R. c.* 25. Indidem ſi voles, lavito, paulatim erit lorea familiæ, quod bibat.

Loramentum, ti, n. idem, ac lorum. *Juſtin. l.* 11. *c.* 7. Cum capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire non poſſet.

Lorarii, orum, m. qui alios loris cædunt, quorum hominum præcipue uſus erat in ſcenis. *Gel. l.* 10. *c.* 3. *de ſellonibus Bruttianis.* Hi ſequebantur Magiſtratus, tanquam in ſcenicis fabulis, qui dicebantur lorarii, & quos erant juſſi, vinciebant, aut verberabant.

Loratus, a, um, nom. ex partic. loris cinctus. *Auctor Moreti*, *in fin.* Sub juga parentes cogit lorata juvencos.

Lorĕa. V. Lora.

Lorētum. V. Lauretum.

Lorĕus, a, um, o. 1. 3. ex loro. *Plin. l.* 18. *c.* 31. Antiqui funibus, vitiſque loreis ea detrahebant. *Plaut. Mil.* 2. 2. 2. Ego veſtra faciam latera lorea, h. e. loris lacera.

Lorīca, æ, f. *panciera*, *corazza*, שריון, Germ. *ein panzer*, Gal. *cuiraſſe*, Hiſp. *coraca*, θώραξ, eſt munimentum pectoris, ut ait *Var. l.* 4. *L. L.* ſic dicta a loris, quod olim de corio crudo pectoralia faciebant, poſtea vero ferreas loricas invenere. *Id. ibid.* Quidam deducunt a θώρηξ, accuſ. Jon. h. e. pectus. *Cic. pro Mur.* Cum illa lata inſignique lorica. ¶ Fiebant enim loricæ ex lino. *Suet. in Galba, c.* 11. ¶ Item ex conſertis loris. h. e. funiculis e pluribus liciis, ſive filis. Unde & bilices, & trilices dicebantur. *Virg.* 3. *Æn.* Loricam conſertam hamis, auroque trilicem. ¶ Item ex cornibus ſectis, & lævigatis plumarum in ſpeciem linteis indumentis innexæ. *Ammian. l.* 17. ¶ Per Metaphoram lorica vocatur quævis rei protectio, & munimentum. Hinc in ædificiis accipitur pro projectura, vel ſtructura faſtigiata aquam pluviam diſpellente extra perpendiculum, *ſporto*. *Vitr. l.* 2. *c.* 8. Cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, non patietur lorica teſtacea lædi laterem, ſed projectura coronarum rejiciet extra perpendiculum ſtillas. *Curt. l.* 9. *c.* 4. Anguſta muri corona erat; non pinnæ, ſicut alibi, faſtigium ejus diſtinxerant, ſed perpetua lorica tranſitum ſepſerat. ¶ Lorica etiam dicitur cruſta, ſeu entiom ex calce, & arena, quod parietibus, & pavimentis inducitur. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Supra fricaturam incernatur marmor, & ſupra loricæ ex calce, & arena inducantur. ¶ Uſus eſt hujus vocis in bellicis munimentis pro quolibet ſepimento, *parapetto*, *trincea*. *Cæſ. l.* 3. *c.* 10. Octodecim caſtellis, ingentique lorica circumdatam (urbem) fame domuit. *Id. l.* 5. *B. G.* Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. ¶ Item pro quolibet muro extra uſum rei bellicæ, quo aliquid circumdatur. *Ammian. l.* 25. Erat in hac ratione extentum ſpatium, lorica ambitu circumclauſum, deſtinatas regiis voluptatibus feras continens. *Apul. l.* 6. *A. A.* Jam domus eorum extremam loricam perveneramus.

Lorīcatio, onis, f. actus inducendi loricam, ſeu tectorium in pavimentis, aut parietibus. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Coaſſatio clavis fixa præbeat contignationi loricationem.

Lorīcatus, a, um, τεθωρακισμένος, lorica indutus, partic. a loricor. *Liv. l.* 23. *c.* 19. Statua ejus indicio fuit Præneſte in foro ſtatuta, loricata, amicta toga, velato capite.

Lorīco, as, avi, atum, a. 1. ἐνθωρακίζομαι, loricam induo, lorica munio. *Plin. l.* 8. *c.* 24. *de Ichneumone.* Mergit ſe limo ſæpius, ſiccatque Sole, mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricavit, in dimicationem pergit. ¶ Loricare parietes, eſt iis tectorium inducere. *Varro.* Parietes opere tectorio loricandi.

Lorīcŭla, æ, f. *panzieruola*, θωράκιον, parva lorica. Accipitur pro munimento, quod obſeſſores urbium conſtruunt, cum ultra jactum teli foſſam faciunt, eamque vallo, ſudibus, & turriculis ſtruunt, ut erumpentibus ex urbe poſſint obſiſtere. *Hirt. l.* 8. *B. G. c.* 9. Quorum frontes viminea loricula munirentur.

Lorĭola, æ, f. idem fere quod lora. *Varr.* apud *Non. cap. & ſect.* 17. Loriolam nominabant, cum ex uvis expreſſum erat, & ad folliculos reliquum, & vinacea adjiciebant aquam. Apud *Non.* leg. *moriola*, ſed male.

Lorĭpes, edis, o. *che ha il piè torto*, λυγόπους, qui pedem in modum lori tortum habet. *Juven. ſat.* 2. *v.* 23. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Lorum, ri, n. *correggia*, *ſtaffile*, מכוית, Ger. *ein zugel*, Gal. *ſangle*, *longue*, *courroye*, Hiſp. *correa*, ἱμάς, corrigia ex corio, qua ſervi verberabantur, a *lorum*, quod lingua veteri corium notavit. *Cic.* 13. *Phil.* Quos Antonius deliciarum cauſa loris in convivio cædi jubebat a ſuis publicis. *Terent. Adel.* 2. 1. 20. Uſque ad necem operiere loris. ¶ Lora etiam dicuntur habenæ, quia plerunque ex corio fiunt. *Ovid. Met.* 2. *v.* 145. Phœbus Phaethonti inquit: Corripe lora manu. Et *v.* 200. Mentis inops, gelida formidine lora remiſit. ¶ Ponitur etiam pro quocunque ligamento. *Gel. l.* 5. *c.* 14. Leonem tenui loro vinctum. *Cic. de Arusp. Reſp.* Aut thenſam, aut lorum omiſit.

Lorus, i, m. λῶρος, idem ac lorum. Sed raro uſurpatum invenitur. *Apul. l.* 3. *A. A.* Lorum quempiam ſinu ſuo depromit.

Lotharingia, f. r. Lotharii Regnum, prius Auſtraſia, quæ tamen magis patebat. *Lorena*, pars Galliæ Belgicæ, inter Campaniam ad Occ. & Alſatiam ad Or. & inter Luxemburgum ad Sept. & Com. Burgundiæ ad Mer. ita dicta a Lothario Rege Galliæ.

Lotio, onis, f. *lavatura*, *lavamento*, λούτρον, actus lavandi. *Vitruv. l.* 7. *c.* 9. Glebæ minii cum ſunt aridæ, pilis ferreis contunduntur, & lotionibus, & cocturis efficiuntur, ut adveniant colores. ¶ Speciatim ita dicitur clyſter, quo alvus abluitur, & dicitur: idipſum enim & Græca vox ſignificat, a κλύζω, lavo. *Celſ. l.* 1. *c.* 15. *n.* 2. Plerumque vero alvus lotionibus ducenda eſt.

Lotiolente, adv. impure, fœde, a *lotium*. *Titinn. apud Non. c.* 2. *n.* 485.

Lotis, idis, vel Lotos, i, f. λωτὶς, λωτὸς, Nympha quædam fuit filia Neptuni, quam cum amatam Priapus perſequeretur, illa Deorum miſeratione in arborem converſa eſt, quæ vulgo faba Syriaca dicitur. *Serv. in* 1. *Georg. Ovid.* 9. *Met. v.* 347.

Lotium, tii, n. *orina*, מי רגלים, Germ. *brunſt*, Gall. *urine*, Hiſp. *urina*,

οὖρον,

οὖρον, urina, a *lotu*, etſi quantitas diſpar eſt, quia intus humore eo corporis partes abluuntur, per quas meat. *Suet. in Veſp. c.* 23. Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, ſciſcitans, num odore offenderetur; at illo negante, Atqui, inquit, a lotio eſt.

Lotomētra, æ, f. panis ex ſemine loti herbæ. *Plin. l.* 22. *c.* 21.

Lotophăgi, m. 2. Λωτοφάγοι, populi in Africa, ad Syrtim parvam, in inſula Lotophagite, in conſpectu Neapolis, al. in R. Tripolitano. Dicti ſunt a *lotus*, & φάγω, *edo*, quod arboris ejus fructu credantur victitare. *Plin. l.* 5. *c.* 4.

Lotor, oris, m. qui lavat. *Inſcript. apud Fabret. p.* 435. Dianæ Aug. Colleg. lotor ſacr.

Lotos, f. 2. λωτός, arbuſcula, ſeu frutex in Africa, circa Syrtes, atque Naſamonas, in Regno Tripolitano. Ligno nigro eſt, & myrti modo baccas fert adeo dulces, ut advenis incutiant patriæ oblivionem. Unde cum Ulyſſis ſocii delati fuiſſent in Africam, & hujus arboris fructus guſtaſſent, vix inde abducti ſunt. *Hom. l.* 9. *Odyſſ.* Quidam arbitrantur, eſſe eam arborem, quam Romani viſciolum dicunt. *Plin. l.* 13. *c.* 17. & *l.* 21. *c.* 17. Poetæ fabulantur, appellatam eſſe e Loto, ſeu Lotide, Nympha, quæ Priapum fugiens in hanc arborem converſa fuerit. Genti, & terræ nomen dedit. ¶ In Ægypto etiam frutex paluſtris eſt, ſeu herba hoc nomine, quam Homerus inter herbas ſubnaſcentes Deorum voluptati primam nominavit. Hæc recedentibus aquis Nili provenit ſimilis fabæ, in cujus capite fructus eſt papaveri ſimilis, intus grana habens ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quem lotometram appellant. *Plin. l.* 22. *c.* 21. ¶ Item in Italia lotus naſcitur. Dicitur lotus a lino Africano, ob fructuum ſuavitatem. Nominatur etiam faba Græca, vel Syriaca, a figura. *Plin. l.* 24. *c.* 2. *Virg.* 2. *Georg.* Nec ſalices, lotoque, neque Idææ cypariſſi. *Ovid.* 10. *Met.* Amnicolæque ſimul ſalices, & aquatica lotos. ¶ Lotos eſt etiam tibiæ genus apud *Silium l.* 8. *v.* 506. & *l.* 11. *v.* 432. Sic *Martial. l.* 8. *epigr.* 51. Palladius tenero lotos ab ore ſonat. ¶ Adverte, hoc loco efferri maſcul. genere.

Lotūra, æ, f. λοῦσις, lavatio. *Plin. l.* 33. *c.* 7. Sequentis autem loturæ optimum.

Lotus, a, um, *lavato*, idem quod lautus. *Stat. l.* 1. *Silv.* 5. *v.* 60. Qui modo lotus in unda.

Lotus, us, m. lotio. *Celſ. l.* 1. *c.* 3. *de his, quæ calefaciunt, & refrig.* Refrigerant omnia acida, aqua, oleum, & lotus.

Loxias, æ, m. Λοξίας, cognomen Apollinis, a λοξὸς, *obliquus*, vel propter obliqua, & tortuoſa reſponſa, quæ hujus vates reddebant, quo facilius conſultoribus imponerent, vel quod Apollo, ideſt Sol Zodiacum oblique peragrat. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 17.

L ANTE U.

Lua, f. 1. Dea, quæ purgationibus præerat, a *luendo*, ideſt purgando. Unde & ei ad luſtrandam hominum cædem, hoſtium arma, ſpoliaque incendebantur. *Liv. l.* 8. *c.* 1.

Lubens
Lubentia
Lubīdo
Lubet, &c. } V. Libet, &c.

Lubrice, adv. *Inſtabilmente*, Germ. *ſchlipfferechtig*, Gal. *en gliſſant, incertainement*, Hiſp. *dudoſamente, deleznablemente*, γλισχρῶς, inconſtanter, & parum ſyntare, dubie, pericoloſe. *Cic.* 2. *Phil. c.* 24. Et lubrice verſatus in bello eſt. Meliores tamen Cod. ita eum locum exhibent. Difficilis ſane reprehenſio, & lubrica. Verſatus in bello eſt, &c.

Lubricātus, a, um, nom. partic. lubricus, ſeu lævis factus, ut lubricatus lapis, apud *Arnob. l.* 1.

Lubrĭco, as, a. 1. γλισχρόω, lubricum facio. *Juven. ſat.* 9. *v.* 173. Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

Lubrĭcum, ci, ſubſt. n. 2. τὸ γλισχρόν, lubricitas, quod lubricum eſt. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 79. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. *Id. l.* 1. *Ann. c.* 65. Illi ſanguine ſuo, & lubrico paludum lapſantes, &c. *Id. l.* 3. *hiſt. c.* 82. Per anguſta, & lubrica viarum flexerunt.

Lubrĭcus, a, um, *ſdrucciolo*, γλισχρὸς, præceps, periculoſus, in quo quis nequit conſiſtere, qualis eſt terra argilloſa humectata, marmora lævigata, aqua gelata, cæteraque hujuſmodi, ubi commode veſtigium figere non poſſumus, a *labor, eris*, quaſi *labricus*, *a* in *u* abeunte. *Virg.* 5. *Æn.* Et ſe ſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens. ¶ Lubricum item dicitur, quod ſi comprehendatur, manibus elabitur, facileque effluit. *Virg.* 2. *Æn.* Lubrica convolvit ſublato pectore terga. Et 5. *Æn.* Adytis cum lubricus anguis ab imis. ¶ Translata ponitur pro difficili, incerto. *Cic.* 2. *Off.* Qui locus eſt ſane lubricus, quoniam vix invenitur, &c. ¶ Item pro inconſtanti, proclivi ad lapſum. *Cic. pro Cæl. c.* 17. Viæ adoleſcentiæ lubricæ, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poteſt. ¶ Item pro mobili. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. ¶ Item pro fallaci, & qui multas vias elabendi novit. *Virg.* 11. *Æn.* Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes.

Luca, f. 1. *Lucca*, Λοῦκα, urbs Hetruriæ. Reſpublica eſt optimis legibus temperata, circuitus 3. M. P. permunita, cum undecim propugnaculis, probe culta, condita a Tuſcis anno mundi 1469. quo Tarentum, & Syracuſæ, ad alveum Auſeris, ſeu Sarculi fl.

Luca Bos. V. Lucas.

Lucania, f. 1. *Baſilicata*, regio Italiæ, in Regno Neapolitano, ubi nunc Baſilicata cum parte maxima Principatus ulterioris verſus Auſtr. & parte Calabriæ citerioris. Dicta eſt, quod regio ætherea ſit, i. e. multæ lucis, vel quia ſita eſt ad partem ſtellæ Luciferæ, vel a populis, qui in ea habitavere, qui Lucani appellati ſunt, vel a Lucilio duce, vel quod primitus in luco conſederint. *Juſtin. l.* 23. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *Liv. l.* 22. *c.* 42.

Lucanĭca, f. 1. *lucanica, ſalciccia*, Ger. *eine brattwurſt*, Gal. *ſauciſſe*, Hiſp. *langanica*, ἀλλᾶς, genus farciminis ex porcinis carnibus, a Lucanis populis, a quibus primum inventum eſt. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 16. *ad fin.* Solebam antea delectari oleis, & lucanicis tuis. *Mart. l.* 13. *epigr.* 35. Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.

Lucanĭcus, a, um, ad Lucanos pertinens. *Spartian. in Caracall. c.* 5. Cum Germanos ſubegiſſet, Germanicum ſe appellavit, vel joco, vel ſerio, ut erat ſtultus & demens: aſſerens, ſi Lucanos viciſſet, Lucanicum ſe appellandum.

Lucānus, m. 2. Poeta, nepos Senecæ Tragici. Bellum civile inter Cæſarem, & Pompejum graviſſimo carmine perſcripſit, item Orphei Tragœdiam, multaque alia, quæ hodie non extant. Periit inciſa juſſu Neronis vena, jam Conſul deſignatus, propterea quod inter eos nominatus eſſet, qui cum Piſone conjuraverant. *Crinit.* ¶ *Quintil. lib.* 10. *c.* 1. eum Oratoribus magis, quam Poetis annumerandum cenſet. Quo fortaſſe & *Martialis* reſpexit *l.* 14. *epigr.* 194. Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe poetam, At qui me vendit, bibliopola putat.

Lucānus, a, um, adject. ad Lucaniam pertinens, ut Lucana paſcua. *Horat. Epod.* 1. Lucanum mare. *Stat. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 83. ¶ Lucani, orum, Lucaniæ populi. *Liv. l.* 22. *c.* 42. Lucanorum turba Lucani appellati dicuntur, &c.

Lucar, aris, n. θεωρικὸν, θεατρικὸν ἀργύριον, pecunia, quam ſpectatores pro loco ſolvunt, a *luo*, h. e. ſolvo, quemadmodum etiam lucrum a *luo*, factum eſt, quia pro ludorum ſpectaculis perſolvebatur. *Voſſ.* Vel dicendum eſt, quod nunc eſt *lucar*, prius dictum eſſe *locar* a *locus*, pro quibus illud locarium ſolvebatur a ſedentibus. Aliqui deducunt e *lucus*. *Feſt.* Lucar, pretium, quod ex lucis captatur, vel erogatio, quæ ex lucis fiebat. V. Lucaris. Sunt etiam, qui lucar exponunt mercedem, quæ datur non locariis, ſed ipſis hiſtrionibus. Legitur hæc vox apud *Liv. lib.* 3. Hinc tranſlate *Tert. adv. Gnoſtic. c.* 8. de Joanne Baptiſta: Contumelioſe truncatur in puellæ ſaltricæ lucar. h. e. in præmium.

Lucaria, orum, n. 2. vel Lucaria, ium, n. 3. feſta, quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat inter viam Salariam, & Tyberim, eo quod victi a Gallis, fugientes a prælio ibi ſe ſe occultaverunt. *Feſt.*

Lucāris, re, adject. in luco datus, ut Lucaris pecunia, apud *Feſt.*

Lucas bos, vel Luca bos, eſt Elephantus. *Var. l.* 6. *de L. L. Plin. l.* 8. *c.* 6. Cauſam nominis triplicem affert *Var. l.* 6. *de L. L.* unam ſuam, ut ſic dicantur a *luce*, quod longe relucerent propter inauratos clypeos. Alteram C. Ælii, ut a Libycis ſit factum Lucæ. Tertiam Virgilii, quam ſolam probat *Voſſius*, quod Romani elephantes primum conſpexerint in Lucania Pyrrhi bello; bovem autem vocaſſe, quod maximam quadrupedem, quam ipſi haberent, vocarent bovem. *Lucas* igitur dixere pro *Lucanos*, *Lucans* autem fecere a *Lucanus*, ut Picens pro Picenus. *Lucr. l.* 5. *v.* 1031. Inde boves Lucas turrito corpore. *Sen. Hippol. v.* 351. Amat inſani belua ponti, Lucæque boves.

Lucellum, li, n. 2. κερδύδριον, parvum lucrum. *Cic.* 3. *Verr. c.* 30. Si Apronio e deliciis Prætoris lucelli aliquid juſſi ſunt dare. *Id. ib. c.* 44. Fecere aliquid lucelli. *Sen. ep.* 5. Hujus diei lucellum tecum communico. *Catull. carm.* 28. *ad Piſonis Prætoris Comites*. Ecquidnam in tabulis patet lucelli? h. e. pecuniæ, ſeu lucri vobis a Prætore expenſi, & dati.

Lucens, antis, o. *lucente*, φαεινὸς, ſplendens, ſplendidus, clarus, conſpicuus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 725. Lucentemque globum Lunæ. *Stat.* 9. *Theb.* Tunicæ lucentes auro.

Lucenſis, e, adject. qui eſt ex urbe Luca, ut Lucenſe municipium, apud *Cic.* 13. *Fam. epiſt.* 13. ¶ Lucenſis conventus apud *Plin. l.* 3. *c.* 3. *ad fin.* dictus eſt a Luco Aſturum, Hiſpaniæ oppido. ¶ Lucenſes ſunt etiam incolæ oppidi in Italia, cui pariter nomen eſt *Lucus*, ad Fucinum lacum. *Id. ibid. c.* 12. ¶ Denique Lucenſia oſtrea dicuntur ab eodem *l.* 32. *c.* 6. quæ capiuntur in mari circa Lucentum, oppidum Hiſpaniæ citerioris, nunc *Alicante*, de quo *Id. l.* 3. *c.* 3.

Lucĕo, es, xi, n. 2. *lucere, riſplendere*, λάμπω, Germ. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *luzir*, λάμπω, ſplendeo, lucem emitto. *Cic. in Somn. Scip. c.* 3. Luna, quæ luce lucebat aliena. ¶ Lucere facem alicui, aut cereum, eſt alicui præferre facem, aut cereum. *Plaut. Caſ.* 1. 2. 31. Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem. *Id. Curc.* 1. 1. 9. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 34. Nondum lucebat, cum Ameriæ ſcitum eſt. ¶ Tranſlate *Id. Att. l.* 3. *ep.* 15. Mea officia, quæ parum antea luxerunt. *Id.* 1. *Offic.* Æquitas lucet ipſa per ſe. *Id. pro Mil.* Cum res ipſa tam claris argumentis, ſignisque luceat.

Lucĕolum, n. 2. Luceoli, *Riciuoli, Ponte di Rezzoli*, vel *Ricciuoli*, oppid. Umbriæ, ad Cantianum flu. & apud Apenninum M. exciſum a Narſete, inter Eugubium, & Callium.

Lucĕres, vel Lucerenſes, m. 3. erat variorum hominum turba, qui in Romuli aſylum confugerant, vel quia jam e patria exulabant, vel quia Regum ſuorum tyrannidem ferre non poterant. Dicti ſunt e *luco* aſyli. *Plut. in Romulo*. *Voſſ.* Sed aliqui dicunt, Ardeates fuiſſe, qui duce Lucero Ardeæ Rege auxilio fuerunt Romulo adverſus Tatium, & Sabinos bellum gerenti. *Feſt.* Alii fuiſſe Hetruſcos, qui duce Galerito Lucretino, ſeu Lucumone Romanis adverſus Sabinos opem tulerint, & bello confecto Romæ remanſerint, appellatos eſſe e ſuo Rege. *Junius apud Varr. em l.* 4. *de L. L. Aur. Vict. de Vir. Illuſtr.* Hi tertiam ex tribus primis Tribum Populi R. effecere. *Dionyſ.* A *Luco* appellantur tertia Centuria Equitum. Sedes illis inter Palatium, & Capitolium data eſt. ¶ Prima hujus vocis ſyllaba dubiæ eſt quantitatis. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 132. Quoique vocant Ramnes, Luceribuſque dedit. *Prop. l.* 4. *el.* 1. *v.* 31. Hinc Tities, Ramneſque viri, Luceresque coloni.

Lucerĭa, f. 1. *Lucera*, urbs Apuliæ Dauniæ, in R. Neapol. in prov. Capitanata, in planitie. Ibi lanæ optimæ conficiebantur. *Horat. l.* 3. *od.* 15. ¶ Luceria item, ſeu Nuceria, *Luzzara*, opp. nunc caſtr. Gall. Ciſpadanæ, ad Padum fl. in Duc. Mantuano.

Lucerius, m. 2. Λουκέριος, Ardeæ Rex, qui auxilio fuit Romulo adverſus Tatium. *Feſt.*

Lucerna, æ, f. *lucerna*, λύχνος, Ger. *ein kertz, oder lampe*, Gal. *lumiere, lampe*, Hiſp. *candil*, λύχνος, inſtrumentum, quod uno, vel pluribus ellychniis in eo accenſis, ulnoque ſocio, nobis lumen præbet, e *luceo*. *Cic.* 4. *Acad.* Itaque Timagoras Epicureus negat, ſibi unquam, cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas. ¶ Lucernarum uſum primi Ægyptii monſtravere. *Euſeb. l.* 10. *Præp. Evang.* ¶ Lucernarum alia ſimplex eſt, quæ habet partem unam tantum experrectam, & quæ uno ellychnio contenta eſt, quæ *cubicularia* dicitur, alia *dimyxos*, ad duo ellychnia ferenda, alia *trimyxos*, ad tria, alia *polymyxos*, ad multa. *Mart. l.* 14. *epigr.* 41. Illuſtrem cum tota meis convivia flammis, totque geram myxos, una lucerna vocor. ¶ Eſt etiam lucerna marinus piſcis, ita dictus, quod noctu tranquillo mari, lingua ignea per os exerta relucet. *Plin. l.* 9. *c.* 27.

Lucernātus, a, um, adject. lucernis illuſtratus. *Tert. l.* 2. *ad uxor. c.* 6. Janua laureata, & lucernata.

Lucēſcit, ebat, imp. 3. *ſi fa giorno*, ἡμέρα γίνεται, clarum fit, dies fit. *Cic. l.* 15. *Fam.* Ut ad 3. Id. Octob. cum luceſceret, in Amanum aſcenderem. ¶ Antiqui *luciſcit* dicebant. *Ter. Heaut.* 3. 1. 1. Luciſcit hoc jam. *Plaut. Amph.* 1. 3. 45. Eamus Amphitryo, luciſcit hoc jam. h. e. hoc cœlum.

Lucēſco, is, n. 3. lucere incipio, vel luceo. *Virg. ecl.* 6. *v.* 37. Jamque novum terræ ſtupeant luceſcere ſolem. V. Luceſcit.

Lucetius, m. 2. Λουκέτιος, Jovis cognomen, quaſi lucis auctor, a luce, quam præſtare hominibus putabatur. *Feſt.*

Luci, adv. *di giorno*, interdiu, cui opponitur noctu. *Cic.* 12. *Phil. c.* 10. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illuſtrem aggredi? *Plaut. Curc.* 4. 2. Venire luci.

Luciānus, i, Λουκιανὸς, Samoſatenſis, ſub Trajano Imperatore varia ſcripſit, & quidem jucundi argumenti. Contumelioſe, & impie in Chriſtianam Religionem invectus tandem pœnas dedit diſcerptus a canibus, ut ſcribit *Suidas*.

Lucĭde, adv. *chiaramente*, φανερῶς, clare. *Cic.* 2. *de Or. c.* 25. Ut verbum illud, quod cauſam facit, lucide, & breviter uterque definiat. *Sen. epiſt.* 71. Animus lucidus, & tranquillus inter divina manſurus. *Quintil. l.* 4. *c.* 5. Oſtendere cauſam luciſſime.

Lucidus, a, um, *lucido, chiaro*, בהיר, Ger. *heiter*, Gal. *clair*, Hiſp. *claro, lucido*, φωτεινός, clarus, perſpicuus, a *luo*. *Hor. 1. carm. ode* 3. Sic fratres Helenæ lucida ſidera. *Ovid. 1. Faſt.* Lucidior viſa eſt, quam fuit ante, domus. *Vitr. l. 9. c. 6.* Lucidiſſima ſtella. ¶ Translate *Quint. l. 10. c. 1.* Philiſtus imitator Thucydidis, et multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. ¶ *Lucidum* adverbii more poſitum pro *lucide*. *Hor. l. 4. ode* 13. ma volui dicere lucidum fulgentes oculos.

Lucifer, i, maſc. *Lucifero*, φωσφόρος, ſtella Veneris, a *luce ferenda*. Ita dicitur mane, cum antegreditur Solem. Nam veſpere, cum ſubſequitur, eadem *Heſperus* vocatur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Infima eſt quinque errantium, terræque proxima Stella Veneris, quæ Φωσφόρος Græce, *Lucifer* Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum ſubſequitur autem, Heſperos. Ea curſum anno conficit, & latitudinem luſtrans ſigniferi orbis, & longitudinem.

Lucifer, eri, m. filius Jovis, & Auroræ, qui Trachiniam Nympham amavit, & ex ea ſuſcepit geminam prolem, Ceycem, & Dædalionem. Dictus eſt Auroræ filius, quia ſtella illa, quæ & Venus dicitur, mane Solem præcedens, quaſi ex ejuſdem ſinu oriri videtur. *Boccat. l. 11. Gen.*

Lucifer, ra, rum, o. s. *che mena la luce*, φωσφόρος, quod lucem fert. *Cic. 2. de nat. Deor.* Itaque ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, ſic apud noſtros Junonem Lucinam in pariendo invocant. *Ovid. ep. 11. v. 46.* Denique Luciferos Luna premebat equos.

Lucificus, a, um, adjectiv. lucem emittens, illuſtrans, lucidus. *Cel. Aurel. Acut. l. 9.* Vapor luciferi ſolis.

Lucifluus, a, um, adject. luce fluens, lucidus. *Prudent. Phyſiom. v. 625.* & *Juvencus in Matth. c. 14.*

Lucifuga, æ, com. idem ac lucifugus. *Sen. ep. 122.* lucifugas homines appellat, qui contra naturam nocte oriuntur pro die, qui & λυχνόβιοι dicuntur, quaſi lucernarii. Adde *Apul. l. 5. A. A.*

Lucifugus, a, um, *che fugge la luce*, qui fugit lucem, & gaudet tenebris. *Cic. 1. Fin. c. 18.* Lucifugi, maledici, monſtroſi, etiam alii amatoriis levitatibus dediti. *Minut. Fel. cap. 8.* Lucifuga natio. Alii legunt *lucifugax*.

Luciliānus, a, um, adject. ad Lucilium pertinens. *Cic. l. 16. Att. ep. 11.*

Lucilius, m. 2. Poetæ vetuſtiſſimi nomen, patria Auruncani, qui primus Latinorum Satyram ſcribere aggreſſus eſt. Obiit apud Neapolim anno ætatis ſuæ 46. publicoque funere elatus fuit. *Cic. 2. de Orat. c. 6.* C. Lucilius homo doctus, & perurbanus dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neque ab indoctiſſimis, neque a doctiſſimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quam ipſe.

Lucina, f. 1. εἰλείθυια, Dea partuum præſes, eadem ac Luna, ſive Diana, quæ & Juno Lucina appellabatur, item Luna Lucifera, & Diana Lucifera. A *luce* enim, vel *lucendo* eſt *Lucina*, & a *Lucina* per contractionem *Luna*. *Var. l. 4. de L. L. Cic. 2. de nat. Deor.* Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut plerumque novem Lunæ curſibus. *Ter. Andr.* Juno Lucina fer opem. *Virg. in Pollione.* Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. *Id. 3. Georg. v. 60.* Ætas Lucinam, juſtoſque pati Hymenæos.

Lucinus, a, um, adject. a luce, ut lucinæ horæ, quibus ſcil. in lucem edimur, apud *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 222.* Et qui lucinas tribuo naſcentibus horas.

Luciparens, tis, idem, ac luciferus, ut luciparens nox, apud *Avien. in Phænom. Arat. v. 854.*

Lucipor. V. Marcipor.

Lucisator, oris, m. lucis auctor. *Prudent. Cathemer. 3. v. 1.*

Lucisco, V. Luceſco.

Lucius, m. 2. prænomen eſt Romanis familiare, quod idcirco illi, qui primo hoc prænomine fuit appellatus, impoſitum creditur, quia prima luce natus fuerit. *Feſt.* Alii deducunt a Lucumonibus pop. Hetruriæ.

Lucius, ii, m. genus piſcis, qui & lupus dicitur, ſtagna colens, & ranas infeſtans. *Auſon. Moſella, v. 120.*

Lucratio, onis, f. *guadagno*, actus lucrandi. *Tertul. l. 2. ad Uxor. cap. 7.* Spem lucrationis accipere.

Lucratīvus, a, um, adject. lucrum afferens, *lucroſo*. *Quintil. l. 10. cap. 7.* Neque vero tam ullus eſt dies occupatus, ut nihil lucrativæ operæ ad ſcribendum, aut legendum capi aliquo momento temporis poſſit.

Lucretia, f. 1. fil. Sp. Lucretii Tricipitini Præfecti Urbis Romæ, uxor L. Tarquinii Collatini, quam Sex. Tarquinius Superbi filius, Collatiæ ab ea hoſpitio ſuſceptus, cum precibus exorare non poſſet, vi oppreſſit. *V. Liv. l. 1. ad fin.*

Lucretilinus, a, um, adject. ad Lucretilem ſpectans, ut Lucretilinus ſol, apud *Cic. 6. Att. ep. 11.* Al. leg. *Lucrinus*.

Lucretilis, m. 3. mons in Sabinis, valli imminens, per quam Farfarus fl. decurrit. Sed Acron Horatii interpres illum Latio Gabur proximum ſtatuit. *Horat. l. 1. od. 17.*

Lucretius, m. 2. Poeta Latinus, qui Ciceronis ætatem non multo anteceſſit. Scripſit de rerum natura libros ſex elegantes, ſed archaiſmis refertiſſimos. ¶ Periit furore, propinato ſibi ab uxore Lucilla venefico poculo. *Hieron. in Chronic. Euſeb.*

Lucrifacio, is, eci, actum, a. 3. idem, ac lucror. *Martial. lib. 8. ep. 10.* Emit lacernas millibus decem Baſſus, Tyrias coloris optimi, lucrifecit. ¶ Lucrifacere injuriam, eſt impune alicui injuriam inferre, nullaſque ob eam pœnas luere. *Plin. l. 7. c. 39.* Quam quidem injuriam lucrifecit ille mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat. *Valer. Max. l. 4. c. 1. n. 10.* Traduc equum, & lucrifac cenſoriam notam. h. e. a cenſore non notaberis.

Lucrifactus, a, um, partic. a lucrifio. *Cic. Verr. 3. c. 75.* Jam vero ab iſto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

Lucrificabilis, le, o. 3. *che porta guadagno*, κερδαλέος, lucrum afferens. *Plaut. Perſ. 4. 7. 2.* Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lucrificus, a, um, adject. *lucroſo*. *Plaut. Perſ. 4. 3. 46.* Lucrifica fortuna.

Lucrifio, is, actus ſum, paſſiv. anom. *eſſer guadagnato*. *Cic. Verr. 5. c. 46.* Quid, ſi oſtendo, in hac una optione lucrifieri tritici modios centum?

Lucrifuga, com. 1. *che fugge il guadagno*, qui lucrum fugit. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 33.* Cum hos huc adigit lucrifugas.

Lucrii Dii, qui lucrorum conſecutionibus præſidebant. *Arnob. l. 4.*

Lucrinenſis, e, adject. ad Lucrinum lacum pertinens. *Cic. 4. Att. ep. 10.*

Lucrinus lacus, Lucrinus ſinus, Bajanus lacus, *Mar morto*, al. *Lago di Licola*, Λουκρῖνος λάκκος, parvus lacus, ſeu ſinus Campaniæ, inter Puteolos, & Bajas, ac inter Avernum lacum, & mare Tyrrhenum, prope intimum receſſum ſinus Puteolani. Sed ex quo terræmotu anni 1538. mons hic novus extitit, qui vocatur mons Cinereus, nihil lacus Lucrini ſupereſt, niſi palus lutoſa cum arundineto. Dictus eſt a *lucro*, propter multitudinem delicatiſſimorum piſcium, qui ibi capiebantur. *Feſtus.*

Lucrinus, a, um, adject. ut Lucrina aqua, apud *Propert. l. 1. el. 11.* Lucrina conchylia, apud *Hor. epod. 2. v. 49.*

Lucrio, onis, m. *amico del guadagno*, φιλοκερδής, qui undique lucrum aucupatur. *Feſtus in voce Cercops.*

Lucripĕta, æ, m. qui lucri eſt avidus, ut lucripeta fœnerator, *in argumento Moſtell. Plauti, v. 6.*

Lucror, aris, atus ſum, d. 1. *guadagnare*, בצע, Ger. *gewinnen*, Gal. *gagner*, Hiſp. *ganar*, κερδαίνω, lucrifacio, lucrum, vel quæſtum facio. *Cic. Ver. 7. c. 24.* Stipendium omne lucrari. ¶ Lucrari malum aliquod eodem modo dicitur, quo Lucrifacere injuriam. *V. Lucrifacio. Cic. Ver. l. 1. c. 12.* Lucretur indicia veteris infamiæ. h. e. impune ferat. *Stat. l. 9. Theb.* Lucrati moram fati, *differir la morte*.

Lucrōſe, cum lucro. *Hieron. ep. 22. ad Euſtoch. c. 5.* Lucroſius perire.

Lucrōſus, a, um, *utile*, κερδαλέος, plenus lucro. *Ovid. 2. Amor. eleg. 10.* Cur mihi ſit damno, tibi ſit lucroſa voluptas. *Plin. l. 37. c. 12.* Neque eſt ulla fraus vitæ lucroſior. *Id. l. 18. c. 31.* Id peræque lucroſiſſimum.

Lucrum, cri, n. *guadagno, utilità*, בצע, Ger. *gewinn*, Gal. *gain*, Hiſp. *ganancia*, κέρδος, quæſtus, utilitas, a ſup. *luitum* verbi *luo*, ſolvo. *Varro l. 4. de L. L.* Aliqui putant, dici a *lucis*, proprieque eo notari lucrorum proventum, ut omnis prima ſua acceptione lucrum idem fuerit, quod *lucar*. *Cic. 5. Tuſc.* Alii emendi, aut vendendi quæſtu, & lucro ducerentur. ¶ *Lucri eſt*, ſignificat prodeſt, vel utile eſt. *Plaut. Amph.* Lucri eſt, quod miſeriam deputat. ¶ *Lucro eſt*, idem ac lucri eſt. *Cic. 7. Verr.* Quibus, utri noſtrum ceciderint, lucro futurum eſt. ¶ *Deputare*, vel *ponere in lucro*, eſt tanquam lucrum æſtimare. *Ter. Phorm. 2. 1.* Quicquid præter ſpem eveniet, omne id deputabo in lucro. *Cic. pro Flacc.* Et me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Eodem modo *Hor. l. 1. od. 9.* Quem ſors dierum cumque dabit, lucro appone. ¶ *Vivere de lucro* dicitur ille, qui magno vitæ periculo elapſus eſt. *Liv. l. 40. c. 8.* De lucro, pater, vivere me ſcito. ¶ *Facere rem aliquam lucri*, eſt lucrum facere alicujus rei. *Nepos in Thraſyb. c. 1.* Quæ ille univerſa naturali quodam bono fecit lucri. ¶ Lucrum maſc. genere habet *Plaut.* apud *Non.* Unde tu prægrandem lucrum faciae.

Lucta, æ, f. *lotta*, נפתול, Ger. *ein kampff*, Gal. *luite, lutte*, Hiſp. *lucha*, πάλη, certaminis genus, unum ex Græcarum pentathlo, quo alius alium proſternere in terram nititur. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Palæſtritarum luctæ. *Auſon. epigr. 93.* Ne quis certamine luctæ, nec curſu te, Lyce, præterest.

Luctāmen, inis, n. 3. idem, ac luctatio. *Virg. 8. Æn. v. 89.* Remo ut luctamen abeſſet. *Lamprid. in Alex. c. 30.* Operam luctaminibus mollioribus dare.

Luctans, antis, nom. ex partic. qui luctatur, & certat. *Virgil. 1. Æn. v. 57.* Luctantes venti. *Id. 4. Æn. v. 696.* Luctans anima. *Ovid. 4. Met. v. 358.* Luctantia oſcula carpere.

Luctatio, onis, f. actus luctandi, conatus, niſus, *sforzo*. *Liv. l. 21.* Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente veſtigium, &c. ¶ Per tranſlationem accipitur pro pugna, ſive contentione, ſeu concertatione, *contesa*. *Cicer. 1. de Fin.* Nam cum Academicis incerta luctatio eſt, qui nihil affirmant. *Senec. l. 5. nat. quæſt. c. 13.* Spiritus incluſi, & in exitum nitentis luctatio.

Luctātor, oris, maſc. *lottatore*, παλαιστής, qui lucta cum altero contendit. *Ovid. in Ibin, v. 393.* Ut jacet Antæo luctator ab hoſpite fuſus. *Plaut. Pſeud. 5. 1. 6.* Magnum hoc vitium vino eſt; pedes captat primum: luctator doloſus eſt.

Luctatus, us, m. 4. idem, quod luctatio. *Plin. l. 8. c. 12.* Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus. Adde *l. 31. c. 2.*

Luctĭfer, a, um, *ch' apporta pianto*, ferens, vel nuncians luctum. *Sen. Her. Fur. v. 687.* Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

Luctificabilis, le, o. 3. quod luctu affectum eſt. *Perſ. Sat. 1. v. 78.* Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta.

Luctificus, a, um, *ch' induce pianto*, quod luctum inducit. *Cic. 2. Tuſc. c. 10.* ex poeta: Luctifica clades noſtro infixa corpori.

Luctiſŏnus, a, um, luctum ſonitu præferens. *Ovid. 1. Met. v. 733.* Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu.

Luctito, as, n. 1. freq. a lucto, apud vet. *Priſcian. l. 8.*

Lucto, as, avi, atum, n. 1. idem, ac luctor. *Ter. Hec. 5. 3. 3.* Dicitque ſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe.

Luctor, aris, d. 1. *lottare, giuocare alla lotta*, נפתל, Germ. *ringen*, Gall. *lutter, luitter*, Hiſp. *luchar*, παλαίω, eſt lucta contendere, quod fit cum duo ſe invicem complectentes alter alterum in terram dejicere conatur. *Virg. 6. Æn. v. 643.* Et fulva luctantur arena. ¶ Item niti, conari, cum labore aliquid agere, certare. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 3.* remis ad opem luctare ferendam. *Quintil. l. 5. c. 13.* Eſt & illud vitium nimium ſolliciti, & circa omnia momenta luctantis. *Liv. l. 7.* An æquum eſſe, dedititios ſuos illa fertilitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti, atque arido ſolo luctari? *affaticarſi in darno*. *Sil. l. 10.* Luctari morti, *combatter colla morte*. *Id. lib. 14. verſ. 454.* bonus ille per artem luctari pelago. ¶ Translate *Cic. l. 2. de Orat.* Non luctabor tecum, Craſſe, amplius. h. e. non diſputabo.

Luctuōſe, adverb. *luttuoſamente*, cum luctu. *Varr. l. 4. L. L.* Luſcinia luctuoſe canere exiſtimatur. *Liv. l. 28. c. 39.* Imperatores veſtri luctuoſius nobis prope, quam vobis perierunt.

Luctuōſus, a, um, *pieno di pianto*, θρηνώδης, luctu plenus. *Horat. 3. Car. Ode 6.* Dii multa neglecti dederunt Heſperiæ mala luctuoſæ. ¶ Dicitur etiam luctuoſum, quod luctum affert. *Cicer. 2. Agr.* Quam mehercle ego præconis huic ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto. *Id. pro Quint.* Luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis, luctuoſius inimico. *Id. 1. Philip.* Luctuoſiſſimum bellum.

Luctus, us, m. *pianto*, בכי, Ger. *klage*, Gal. *pleur*, Hiſp. *lloro, llanto*, πένθος, θρῆνος, γόος, eſt dolor extrinſecus, apparens ex aſpectu, lacrymis, geſtibus, aut clamore. *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* Luctus, ægritudo ex ejus, qui charus fuerit, interitu acerbo. *Id. 3. Offic.* Theſeus in maximis luctibus fuit. *Id. in Piſon.* Aliquem luctu afficere. ¶ Sæpe etiam ipſe habitus, vultuſque, & veſtis luctus dicitur. Unde poſt cladem illam Cannenſem Senatuſconſulto cautum eſt, ne matronæ ultra triginta dies in luctu eſſent, ut narrat *Liv. l. 22. c. 56.* Quod decretum pro dolore accipi non poteſt, quandoquidem in poteſtate Senatus non erat dolori imperare, ſed potius pro veſte lugubri, cæteriſque exterioribus doloris indiciis. ¶ Antiqui etiam efferebant luctus, lucti, per 2. decl. *Attius* apud *Non. c. 8. n. 17.* Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in lecto conjugis.

Lucu, dicebant Veteres pro luce, hoc eſt die. *Donat. ad Terent. Adelph. 5. 3. 53.*

Lucubratio, onis, f. *vigilia, fatica fatta vegghiando*, ἀγρυπνία, vigilia, & opus, quod fit lucubrando. *Cic. 1. de nat. Deor.* Nam iſta, quæ vos dicitis, ſunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. ¶ Sunt & lucubrationes ruſticanæ, veſpertinæ, & antelucanæ, quando a veſpere, & ante lucem conficiuntur intra villam opera rei ruſticæ conducibilia. *Col. l. 11. c. 2.* Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Adde *Plin. l. 18. c. 26.* ¶ Sumitur interdum lucubratio pro rebus, quæ per lucubrationem fiunt. *Cic. l. 9. Fam. ep. 2.* Petere meam lucubrationem noluit, & eam ipſum Caninio dedi. ¶ Item pro ſpatio noctis unius lucubrando actæ. *Auſon. in ep. præfixa Centoni nuptiali.* Opus die uno, & addita lucubratione properatum.

Lucu-

Digitized by Google

Lucubratiuncŭla, læ, f. brevis lucubratio. *Gell. in præfat.* Si cui forte voluptas erit, lucubratiuncułas iſtas cognoſcere.

Lucubratorĭus, a, um, adject. ad lucubrandum aptus, ut lucubratoria lecticula, in qua lucubrare ſolebat Auguſtus, ſcribente *Suet. in ejus vita*, c. 78.

Lucubrātus, a, um, lucubrando elaboratus. *Cic. in Parad. proœm.* Accipies igitur hoc parvum opuſculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. *Martial. l. 4. epigr.* 90. Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis. h. e. lucubrando tranſacta.

Lucūbro, as, avi, atum, n. 1. *vegghiare, comporre qualche coſa vegghiando*, Ger. *bey le ochts arbeiten*, Gall. *veiller de nuit*, Hiſp. *velar trabajando*, νυκτογραφέω, νυκτεγρηγορέω, vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono, a *luce*, quaſi *lucibro*. *Liv. l. 1. c.* 57. Inter lucubrantes ancillas ſedentem invenit. *Apul. A. A. l. 6.* Lucubrare viam. h. e. noctu iter facere.

Luculente, adv. φανερῶς, clare, & ſplendide. *Cic. de Div. l.* 1. Cum ipſe paucis interpoſitis verſibus dicat ſatis luculente. ¶ Aliquando ponitur pro aperte. *Cic. de Clar. Orat.* Et luculente ſcripſerunt, etiamſi minus, quam tu, polite. ¶ Luculente diem habere, eſt laute, & opipare ſe tractare. *Plaut. Epid.* 5. 2. 54. Eamus intro ad te, ut hunc hodie diem luculente habeamus. ¶ Luculente vendere, apud *eund. Merc.* 2. 3. 88. eſt proſpere, cum lucro.

Luculenter, adv. idem, ac luculente. *Cic. 2. Fin.* Cum Græce, ut videor, luculenter ſciam. h. e. ſatis, vel abunde. *Id. Q. Fr. l. 3. ep.* 5. Sane texebatur opus luculenter. h. e. apte, & proſpere.

Luculentĭa, æ, f. ſplendor, nitor. *Arnob. l.* 3. Verborum luculentias a Cicerone ſumere.

Luculentĭtas, atis, f. ſplendor, pulchritudo, apud vet. Laberius Tucca, ut extat *Nonius c. 2. n.* 510. Dominus noſter tua luculentitate captus.

Luculentus, a, um, *pieno di luce, illuſtre*, מאיר, Germ. *ſcheinbar*, Gall. *fort clair*, Hiſp. *lleno de luz muy claro*, λαμπρὸς, εὐδηλος, luce plenus, ſplendens, a *lux*. Proprie dicitur de foco, aut camino, ſed metaphorice ad orationem, atque alia transfertur. *Cic. 7. Fam. ep.* 10. Camino luculento utendum. *Plaut. in fragm. Cornicular.* Pulchrum, & luculentum hoc nobis evenit prælium. *Id. Epid.* 3. 4. 5. Proh dii immortales, mihi hunc diem dediſtis luculentum! *Id. Ciſtell.* 2. 3. 18. Luculenta familia. ¶ Aliquando accipitur pro ornato, perſpicuo, & aperto. *Sall. in Catil.* c. 31. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem Reipub. *Cic. 12. ad Att. ep.* 11. Luculentioribus verbis rem comprehendere. ¶ Aliquando pro probato, & optimo. *Plaut. in Rud.* 5. 3. Vin' tibi luculentam conditionem ferre me? Sic luculentus ſcriptor, apud *Cic. 7. Att. ep.* 17. ¶ Aliquando pro divite. *Plaut. Capt.* 2. 1. 76. Multos jam lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. *Cic. 7. Phil.* Luculentam tamen ipſe plagam accepit, ut declarat cicatrix. ¶ Aliquando pro pulchro, ut luculenta forma. *Terent. Heaut.* 3. 2. 22. Luculenta facies. *Apul. l. 4. A. A.*

Lucullānum, n. 2. olim Megaris, *Caſtel dell' Ovo*, arx in mari apud Neapolim urb. Campaniæ, in inſula parva, ante portum Neapolitanum, cui ponte jungitur.

Lucullānus, a, um, adject. *Sidon. Paneg. Anthem.* v. 511. Lucullanis freta cincta carinis.

Lucullēus, a, um, adject. ad Lucullos pertinens, ut Lucullæum marmor, quod ſc. Lucullus Romam invexit, apud *Plin. l. 36. c. 6.*

Lucullus, m. 2. Λούκουλλος, nomen nobiliſſimi Romani, & ditiſſimi, Pompeii, & Ciceronis æqualis, qui in Quæſtura ampliſſimum populo munus edidit, Prætor Africam juſtiſſime rexit, adverſum Mithridatem miſſus, Collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberavit, Cyzicum obſidione ſolvit, Mithridatis copias ferro, & fame afflixit, eumque Regno ſuo Ponto expulit, rurſum cum Tigrane Rege Armeniæ bellum inſtaurantem magna felicitate ſuperavit. Splendidiſſime cœnabat. Hinc *Luculli cœnæ* in proverbium abiere. Maxima ſignorum, & tabularum amore flagravit. Ingraveſcente ætate, cum jam deſipere cœpiſſet, tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt. Vide latius vitam ejus apud *Plut. in Lucullo*.

Lucŭlus, i, m. *boſchetto*, parvus lucus. *Auctor vitæ Horatii, quem nonnulli Suet. eſſe putant*. Domus ejus oſtenditur circa Tiburtini luculum.

Lucŭmo, & per ſync. Lucmo, onis, m. Rex, Præfectus. Vox eſt Thuſca, ex Λυκάων, Lycaon, quod fuit nomen Regis Arcadiæ, a quo Arcadia aliquando Lycaonia nomen habuit, qui in lupum a Jove commutatus dicitur, ut præter Poetas tradit *Pauſan.* Thuſci enim ex Arcadia venere. Sed *L. Jo. Scoppa Collect. l. 1. c.* 18. ait, Lucomonem dici a Syriaco *luco* ſignificante ſenem, & *moni* ſignificante rationem, ſapientiam. *Serv. in Æn.* Thuſcia duodenos Lucumones habuit, ideſt Reges, quibus unus præerat. Et in illud 5. *Æn.* Tres equitum numero turmæ Lucumones exponit Thuſcos. Hinc Galeritus ille, qui cum exercitu Hetruſcorum Romulo cum T. Tatio, & Sabinis bellum gerenti auxilium tulit, Lucumo ab Hiſtoricis quaſi nomine proprio appellatur. ¶ Sumitur etiam pro melancholico, vel inſano. Nam λυκάων apud Græcos utramque habet notionem. *Feſt.* Lucumones quidam homines ob inſaniam dicti, quod loca, ad quæ veniſſent, infeſta facerent. *Auſon. ad Theonem, ep. 4. v.* 68. Sæpius decies ſi cor purgeris aceto, anticipeſque tuum Samii lucumonis acumen.

Lucunculus, m. 2. dim. a lucuns. *Afran.* apud *Non. cap. 2. n.* 483. Piſtori non: at cur non ſcribilitario, ut mittat fratris filio lucunculos? *Apul. l. 10. Metam.* Panes, cruſtula, lucunculos, & complura ſcitamenta.

Lucuns, untis, f. eduli genus, quaſi λάκκος, vel λαίμαργος, quia farina, quæ alba eſt, aſpergebatur. *Varr.* apud *Non. c. 2. n.* 483. Ac nulla ambroſia, ac nectar, non allia, ſardæ, panis, pemma, lucuns, cibu' qui puriſſim' multo eſt.

Lucus, ci, m. *boſco*, *ſalva*, ἄλσος, τέμενος, nemus, ſylva ſacra, locus arboribus conſitus aquam habens, Diiſque ſacer, a λόχος, *inſidiæ*, aut a λόχμη, *ſylva*, quia inſidiantibus eſt apta. *Quintil. l. 1. c. 6.* lucum dici putat per antiphraſim, quod umbra opacus parum luceat. Deſcribitur lucus a *Valla l. 4. c.* 56. Lucus nequaquam cæduus eſt, quin potius manu conſitus, religioſuſque, atque vel alicui Deo, vel alicujus hominis cineribus conſecratus. Itaque aut circa Delubra Numinum, aut circa ſepulchra poſitus eſt. *Virg. 1. Æn.* Lucus in urbe fuit media lætiſſimus umbra. Ubi *Serv.* Ubicunque Virg. lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio, ut *Luco tum forte parentis Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat*. *Cic. pro Mil.* Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos, inquam, imploro, atque obteſtor.

Lucus, m. 2. *Lugo*, opp. amplum Æmiliæ, a Foro Livii 14. M. P. Ferrariam verſus 35.

Lucus Feroniæ, col. & opp. mediter. Hetruriæ Capenatibus proximum. ¶ Item *Pietra Santa*, opp. Hetruriæ, apud mare litor. inter Lucam, & Lunam. Nonnullis eſt *Bientina*, pag. inter Florentiam, & Lucam.

Ludia, æ, f. 1. ὀρχηστρίς, ὀρχηστρίς, mulier geſticulatrix, quæ ſaltu, & geſticulatione homines oblectat, mulier, quæ artes ludicras exercet, vel uxor, aut amica ludii. *Mart. l. 5. epigr.* 25. Hermes cura, laborque ludiarum. *Martian. Capel. de nupt. Philologiæ*. Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam.

Ludibriōſe, adv. cum ludibrio. *Ammian. l. 26. c. 8.* Ludibrioſe ſublatus.

Ludibriōſus, a, um, adject. ludibrio plenus. *Ammian. l. 15. c.* 13. Ludibrioſa auſpicia.

Ludibrĭum, ii, n. *ſcherno*, הבזה, Ger. *geſpoett*, Gall. *appartenant à jeu*, Hiſp. *pertenecente a juego*, καταγέλαστος, quod ludimus, deridemuſque, res vana, & deridenda, a *ludus*, ut manubrium a *manus*. *Manil. ad Cic. l. 5. Fam. ep.* 1. Ludibrio aliquem lædere. *Cic. pro Domo*. Libertatis ſignum poſuiſti ad ludibrium impudicitiæ. *Id. in Parad.* 1. Ille hoc ludibria fortunæ ne ſua quidem putavit. ¶ *Habere ludibrio*, eſt deridere, illudi, vitiare. *Ter. Hec. 4. 1.* 11. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. *Id. ibid.* 1. 2. 74. Sed quam decrerim me non poſſe diutius habere, eam ludibrio haberi, quin integram reddam, ut accepi, ſuis, neque honeſtum eſt mihi &c. h. e. eam vitiari. ¶ Eſſe alicui ludibrio, idem eſt ac ludibrio haberi. *Cic. ad Brut. ep.* 2. Nec pati, ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe Imperium Populi Romani. ¶ Debere ludibrium alicui. V. Debeo. ¶ Ludibrium interdum dicitur de ipſo homine, qui ludibrio habetur. *Liv. l.* 1. In ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes.

Ludibundus, a, um, *che giuoca*, παίζων, quaſi ludens, & nullo negotio faciens aliquid. *Cic. Ver. 5. c.* 67. Si Vultejum habebis, omnia ludibundus perficies. *Id. ad Teron. l. 16. Fam.* Poſtridie in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus.

Ludĭcer, cra, crum, *da giuoco*, *vile*, παιγνιώδης, luſorius, jocularius, levis, a *ludus*. *Priſcian. l.* 7. dicit eſſe tertiæ declinationis, ut *volucer, cris, cre*, inde eſſe ablativum *ludicri*. In Onomaſtico eſt *ludicrus*. Et probat etiam Perottus. Sed *ludicer* eſſe dicendum, in Animadverſionibus Grammaticis Voſſius oſtendit. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 37. Pueri etiam cum ceſſant, exercitatione aliqua ludicra delectamur. *Id. de Orat.* Ars ludicra armorum & gladiatori, & militi prodeſt. *Virgil. 12. Æn.* Neque enim levia, aut ludicra petuntur Præmia. ¶ Ars ludicra, ſpeciatim pro hiſtrionica, & ſcenica ſumitur. Unde artem facere ludicram, eſt hiſtrionicam exercere. *Plaut. Aul.* 4. 3. 3. tranſlate, Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, id eſt ſubſilire. ¶ *Ludicræ tibiæ*, quibus uti ſolebant in ludis ad modos faciendos. *Plin. l. 16. c.* 36. Nunc ſacrificæ Tuſcorum e buxo, ludicræ tibiæ loto, oſſibuſque aſininis, & argento fiunt. ¶ Ludicra nox, quæ ludendo tranſigitur. *Tac. 1. Ann. c.* 50.

Ludĭcre, adv. *da giuoco*, *ſcherzando*, per ludum. *Apul. l. 9. Met.* Aſtu meretricio ludebat ludicre. *Enn.* apud *Non. c. 2. n.* 505. Pars ludicre jactant.

Ludĭcrum, cri, ſubſt. n. *coſa da ſcherzo*, משחק, Ger. *frewdenſpiel*, Gall. *farceire, jeu de bateleur*, Hiſp. *coſa de burla, y juega*, παίγνιον, ludus, & quæcunque res jocularis, & non ſeria. *Catul. de nupt. Mall. verſ.* 24. Quos Hamadryades Deæ ludicrum ſibi roſcido nutriunt honore. *Plin. l. 5. c.* 11. Quæ in proverbiis ludicrum vertere. ¶ Accipitur etiam pro ludis, ſeu ſpectaculis. *Tac. Ann. 1. c.* 54. Indulſerat ei ludicro Auguſtus. h. e. ludis Auguſtalibus. *Liv. l.* 27. Quod Olympiæ ludicrum ea æſtate futurum erat.

Ludĭcrus. V. Ludicer.

Ludifacĭo, ie, a. 3. idem quod ludifico. *Plaut. Epid.* 5. 2. 41. Quomodo me ludifeciſti de illa conductitia fidicina?

Ludificabĭlis, le, n. 3. plenus ludis, jucunditate. *Plaut. Caſ.* 4. 1. 3. Neque uſquam ludos tam feſtivos fieri, quam hic intus fiunt ludi ludificabiles ſeni noſtro.

Ludificatĭo, onis, f. deceptio, fraus, tergiverſatio. *Cic. pro Sex. c.* 35. Cum omni mora, ludificatione, calumnia Senatus auctoritas impediretur.

Ludificātor, oris, m. qui ludificat. *Plaut. Moſtell.* 5. 1. 18. Ego illum ante ædes præſtolabor ludificatorem meum.

Ludificātus, a, um, nom. particip. paſſivæ ſignificationis a ludifico, deceptus, *ingannato, burlato*. *Salluſt. Jug. c.* 52. Ludificati incerto prælio. *Apul. l. 10. A. A.* Ludificato judicio pœnam facinoris evadere. ¶ Eſt etiam particip. depon. *Silius l. 7. v.* 645. hunc levus in orbem, Nunc dexter levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo.

Ludificātus, us, ui, m. 4. ludificatio. V. Ludibrius.

Ludifĭco, as, avi, atum, a. 1. *burlare, ingannare, beffare*, Germ. *verſpotten*, Gal. *ſe mocquer*, Hiſp. *eſcarnecer*, ψευδίζω, per ludum fallo, decipio. *Plaut. Amph.* 2. 1. 38. Qui herum ludificas dictis delirantibus. *Salluſt. Jug. c.* 36. Paris mora conſulem ludificare.

Ludifĭcor, aris, atus ſum, depon. 1. idem ac ludifico. *Ter. Eun.* 4. 3. 3. Tu me hic etiam, nebulo, ludificabere? *Plaut. Moſt.* 4. 3. 41. Te ludificatus, & me hodie in perpetuum modum. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 20. Aperte ludificari, & calumniari. *Liv. l.* 39. Qui ludificati priorem locationem erant. *Flor. l. 2. c.* 2. Ludificari roſtra fuga. h. e. declinare impetum roſtratarum navium ſervientium.

Ludifĭcus, a, um, adject. ludificans, ludificabilis, decipiens. *Plaut. Pan.* 5. 5. 1. Me ſibi habeant ſcurræ ludificis cavere. Al. leg. *ludificatu*.

Ludimagiſter, m. 2. *maeſtro di ſcuola*, γραμματοδιδάσκαλος, γραμματιστής, qui ludo literario præeſt. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 26. Sed cum agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, ludimagiſter fuit. *Martial. l. 10. epigr.* 62. Ludimagiſter parce ſimplici turbæ. ¶ Legitur etiam *Magiſter ludi* apud *Cic. Div. in Ver. c.* 14.

Ludĭo, onis, m. idem, ac ludius. *Liv. l. 7. c.* 2. Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes.

Ludĭus, dii, m. *giocolatore*, Ger. *ſpielman, gauckeler*, Gal. *bateleur, joueur*, Hiſp. *truhan, albardan*, ἰσχναστής, χειρόσοφος, joculator, hiſtrio. *Turnebus l. 6. Adverſ. c.* 26. & *Voſſius e l. 2. Dionyſ. Halic.* ſic definiunt: Ludii, ſive Ludiones erant pueri impuberes, elegantibus tunicis induti, galea inſuper, enſe, & parma armati, Circenſibus, & Theatralibus pompis ordine incedere ſoliti, veluti pompæ duces, Saliis ſimiles. Dicitur hic non a *ludus*, ſed in vet. libr. ſcribitur & *Lydius*, qua de re V. *Ludo*. *Cic. pro Sext.* Ille ipſe maxime ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, & acroama. *Ovid. 1. de Arte, v.* 112. Dumque rudem præbente modum tibicina Thuſco ludius æquatam ter pede pulſat humum. ¶ Quia autem ludii hi ſcenici vel impuberes erant, vel ſaltem videri debebant, idcirco qui grandiuſculi, & jam veſticipes erant, pilis evulſis, læves, ac glabri reddebantur. *Plaut. Aul. 2. 1. ſc.* 9. Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi, quam volſus ludiu' eſt.

Ludo, is, ſi, ſum, n. 3. *giuocare*, שחק, Ger. *ſpielen*, Gal. *jouer*, Hiſp. *jugar, burlar*, παίζω, eſt ludo delectationis cauſa ſeſe exercere, a *Lydis*, qui ludos invexere in Hetruriam, unde eos accepere Romani. Conſtruitur fere cum ablativo rei, qua luditur. *Cic. Phil.* 2. Qui non dubitavit vel in foro alea ludere. *Plaut. Moſt.* 5. 2. 36. Scis, ſolere illanc ætatem tali ludo ludere. ¶ Item cum accuſ. ludum. *Ter. Eun.* 3. 5. 38. Conſimilem luſerat jam olim ille ludum. ¶ Imo reperitur cum acc. inſtrumenti. *Suet. in Aug. c.* 70. Aliquando ut vincat, ludit aſſiduæ aleam. ¶ *Ludere ſuo corio*, eſt de ſuo largiri, aut ſuo ſumptu, periculoque quidpiam aggredi. *Ludere alieno corio*, eſt in re aliena munificum ſe præbere, & liberalem. *Mart. l. 3. epigr.* 16. Ut velles corio ludere ordo tuo. ¶ *Ludere in numerum*, eſt ſaltare ad rhythmi modum, & ſonum cantilenæ. *Virg. Ecl. 6. v.* 27. Tum vero in numerum Faunoſque, ferasque videres Ludere. ¶ Interdum verſibus ſcribere, ſed non niſi in opuſculis fere, qualia ſunt epigrammata, & elegiæ. *Virg. 1. Ecl.* Ludere quæ vellem calamo, permiſit, agreſti. *Id. 4. Georg. ad fin.* Carmina qui luſi paſtorum. ¶ Frequenter uſurpatur pro jocari. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. Cum

Deos

Digitized by Google

Deos nihil agere, nihil curare confirmas, ludere videtur. *Id. de Or. l. 3.* In me quidem ille luſit, ut ſoles. *Id. 2. Div.* Hoc civili bello quem multa luſerunt! ¶ Item pro irridere, illudere, *beffare*, *ſchernire*. Et tunc ſeſtivum eſt. *Cic. l. 2. ep. 15.* Eum luſi jocoſe ſatis. *Id. 2. de Or.* Illam diſputationem facetiis luſit. *Id. l. 2.* Oratio aut nulla ſit, neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur. ¶ Aliquando pro decipere, *ingannare*. *Virg. 1. Æn.* Vana ſpe luſit amantem. *Ter. Eun. 5. 3.* An potius hæc pati æquum eſt fieri, ut a me ludatur dolis. ¶ Interdum pro movere, *ſaltellare*. *Ter. Adel. 3. 3. 24.* Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulisper. *Virg. l. 9. Æn.* Geminos huic ubera circum ludere pendentes pueros. ¶ *Ludere operam*, eſt ipſam perdere, & fruſtra laborare. *Plaut. Caſ. 2. 7.* Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſeram. *Ter. Phorm. 2. 2. 18.* In illis fructus eſt, in his opera luditur. ¶ Dicitur etiam ludere de rebus venereis. *Catul. in Epithalam. v. 211.* Ludite, ut lubet, & brevi liberos date. ¶ Ludere etiam dicuntur, qui in gladiatoriis ludis ſe exercent. *Horat. de arte Poet. verſ. 379.* Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis. ¶ Ludere par impar, *giuocare a paro, e caffo*. V. Par.

Ludus, di, m. *giuoco*, שחוק, Ger. *ein ſpiel*, Gal. *jeu*, Hiſp. *juego*, παιδιά, παίγνιον, quodvis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri ſolitum, propoſita tamen quadam lucri ſpe, & damni periculo. Nam quæ ad ſolam voluptatem fiunt, *Valla* teſte *l. 4. c. 16.* *luſus* propria dicuntur, vel *luſiones*. Unde ludum aleæ melius dicimus, quam luſum: & contra luſum trochi melius, quam ludum. Hæc tamen differentia perpetua non eſt. *Ter. Eun. 2. 3. 8.* Ludum jocumque fuiſſe dices. *Cic. pro Cæl.* Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati. *Horat. l. 1. ep. 14.* Nec luſiſſe pudet, ſed non inciſere ludum. ¶ Differt a joco, quia, ut *Valla* loquit, ludus dicitur in factis, jocus in verbis. Sed tamen ludus interdum ponitur pro joco. *Hor. l. 1. ſat. 1.* Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo. Et jocus pro ludo. *Ov. l. 3. de Arte.* Mille fac eſſe jocos, turpe eſt neſcire puellam ludere: ludendo ſæpe paretur amor. ¶ Per Synecdochen ſpeciei ponitur pro cantilena, *canzone*. *Virg. 7. Ecl.* Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. ¶ Tranſlate accipitur pro re jucunda, & minime factu difficili. *Cic. de Or. l. 2.* Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus eſt homini non hebeti. ¶ Item pro re vana, inani, futili. Hinc *Ludos operam facere*, eſt operam perdere. *Plaut. Rud. 4. 1. 9.* Jam nunc & opera ludos facit, & retia. ¶ Item pro irriſione: Hinc *Ludos facere*, vel *Ludos aliquem facere*, eſt illudere, ſeu irridere, *beffare*. *Ter. Phorm.* Ut ludos facit! *Plaut. Capt.* Nunc is te ludos facit. ¶ *Ludos reddere*, eſt idem, ac ludos facere. *Ter. Andr.* Hiccine me ſi imparatum in veris nuptiis adortus eſſet, quos mihi ludos redderet? ¶ Item pro techna, artificio, dolo. *Plaut. Amph.* At at novi jam ludum, id Soſiæ factum eſt opera. ¶ Metonymice dicitur de loco, in quo aut vires corporis, aut ingenii acumen exercemus, aut etiam in quo pueri inſtruuntur a ſuis præceptoribus, quod etiam Græci ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν vocant gymnaſium. Sic dicimus ludum paluſtrum, pilæ, gladiatorium, literarium, pro loco ipſo, in quo hujuſmodi rebus exercemur, aut inſtruimur. *Sueton. in Cæſ. c. 31.* Ludum gladiatorium ædificare. *Cic. ad Q. Fr.* Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum dicendi. *Plaut. Mer.* Hodie ire in ludum occepi literarium. ¶ *Ludum aperire*, eſt ludimagiſtrum agere. *Cic. l. 9. Fam. ep. 18.* Dionyſius Tyrannus, cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe. ¶ *Ludo*, ponitur pro per ludum. *Virg. l. 5. Æn.* Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat. ¶ Ludi, orum, num. pl. erant publica ſpectacula, ſeu celebritates publicæ in cavea, aut circo, religionis cauſa factæ, & ad populi voluptatem, *ſpettacoli pubblici*, ἀγῶνες. *Cic. pro Muren.* Populus, ac vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. Hinc ludos apparare, facere, præbere, &c. apud *Cic. Liv.* & al. ¶ Apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua fuerunt, Olympici, Pythii, Iſthmici, Nemei. Apud Romanos alii in Circo fiebant, qui Circenſes dicebantur, ut Romani, Plebeji, Apollinis, Martis, Cereris, Cybeles, Auguſti, &c. alii in Theatro, ut Tragœdiæ, & Comœdiæ, alii & extra Circum, & extra Theatrum, ut Compitalia, Floralia, &c. Univerſe de ludis ſcribit Uvolfgangus Lazius l. 10. de Rep. Rom. de Circenſibus Onuphrius Panvinius, & Cæſar Bullingerus; de Scenicis Cæſar Scaliger l. 1. de re Poet.

Luela, æ, f. luitio, pœna. *Lucr. l. 3. v. 1028.* ſceleriſque luele carcer.

Lues, is, f. 3. *malattia*, *epidemia*, λοιμός, dicitur, cum in urbe, aut agro febris, aliudve morbi genus homines, vel pecora, arboreſve, aut ſata corripit, a *luo*, quod ea corpora ſolvantur. *Feſt. l. 4.* Differt a peſte, quod hæc aut cito perimit, quæ corripuit, aut cito abit ab eo, quem invaſit: lues vero generalius accipitur etiam pro iis malis, quæ lente ea, quæ corripiunt, conficiunt. *Virg. 3. Æn. v. 138.* Subito cum tabida membris, Corrupto cœli tractu, miſerandaque venit Arboribuſque, ſatiſque lues, & lethifer annus. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 11.* Ut eos ludos hæc ludos impura pollueret. ¶ Lues quandoque dicitur nix, aut glacies tepore ſoluta, & in tabem, aquamque liquata. *Petron. in Satyr.* Et paulo ante lues jam concidenda jacebat. h. e. glacies, quæ paulo ante liquida erat, jam induruerat, ut ferro frangenda eſſet.

Luis, is, fem. pro lues, fortaſſe metri cauſa. *Pruden. Hamartig. verſ. 249.* Si terras luis incentiva fatigat. Et *Pſychomach. verſ. 508.* ſtupuit luis improba.

Lugdunenſis, e, adject. ad Lugdunum pertinens. *Juvenal. ſat. 1. v. 44.* Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram. V. Lugdunum.

Lugdunum, i, n. 2. Gal. *Lyon*, Ital. *Lione*, Hiſp. *Leon de Francia*, urbs Galliæ Celticæ, quæ ab eo dicta eſt Lugdunenſis, in ipſo limite Delphinatus, a quo tantum ſeparatur Rhodano flu. condita a L. Munatio Planco, cum Galliæ Comatæ præeſſet, ſub Auguſto. Ibi Romani Duces aureum numiſma, argenteumque ſignarunt. Lugduni etiam templum fuit, communi univerſæ Galliæ impenſa extructum, & Cæſari Auguſto conſecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes confluunt; inibeque ara dignitatis eximiæ erat, gentium ſexaginta titulo inſignis, dicatis ibi totidem gentium ſimulacris. In hac etiam urbe, teſte Suetonio, a Caligula Cæſare inſtitutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos, eos autem, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia, linguaque delere juſſos, niſi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluiſſent. Huc ſpectaſſe videtur *Juvenalis*, cum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunenſem dicturo, *Sat. 1. v. 44.* ¶ Lugdunum Batavorum, Lugodinum, *Leyden*, urbs ampla, & culta Hollandiæ, ad antiquum Rheni alveum, caput agri Rhenolandici, cum Academia percelebri.

Lugeo, es, xi, ctum, n. 2. *piagnere*, πενθέω, ὀδύρομαι, fleo, ploro. *Cic. 4. Fam.* Sed in quam honeſtiſſime lugeam. *Id. pro Planc.* Hos pro me lugere, hos gemere videbam. ¶ Uſurpatur etiam active, pro deflere, deplorare. *Cic. ad Curium l. 7. Fam.* Sed mehercule & tum Remp. lugebam. ¶ Interdum notat ob neceſſarii alicujus interitum veſte lugubri dolorem teſtari. *Liv. l. 2.* Matronæ annum ut parentem eum luxerunt. ¶ Luxti, pro luxiſti, dixit *Catul. carm. 61.*

Lugeſco, is, n. 3. eſt acutum clamorem edere, apud *Ammian. l. 31. c. 3.* de Hunnis, ubi ait. Utque ad pernicitatem ſunt leves, ita ſubito de induſtria diſperſi lugeſcunt, & impoſita acie cum cæde vaſta diſcurrunt. Al. leg. *vageſcunt*.

Lugium, gii, n. pro luctu legitur apud *Commodian. Inſtruction. 29.*

Lugubre, adv. idem, quod lugubriter. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 47.* Lugubre fame familia pereat. *Sil. l. 12. v. 140.* Lugubre immugire.

Lugubris, & bre, o. *lugubre*, *funebre*, Ger. *leydſam*, Gal. *lugubre*, *de deuil*, Hiſp. *lugubre*, *enlutado*, *lloroſo*, πένθιμος, quod ad luctum pertinet, ut Veſtis lugubris, qua dolorem poſt neceſſarii alicujus interitum teſtamur. *Cic. poſt Red. ad Quirit.* Fratriſque mei miſerrimi, atque optimi quotidianæ lacrymæ, ſordeſque lugubres a vobis deprecatæ ſunt. *Id. 1. Tuſc.* Sed illa lugubris lamentatio, fletuſque mœrens ex eo eſt, quod &c. *Horat. l. 1. od. 24.* præcipe lugubres cantus Melpomene. ¶ Lugubria, abſolute, pro lugubribus veſtibus. *Ovid. Met. 11.* Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue, nec me &c.

Lugubriter, adverb. cum luctu, luctuoſe. *Apul. l. 3. Miloſ.* Lugubriter ejulare.

Luitio, onis, f. ſolutio. *Ulp. ff. de c. & poſtlim. rev. l. ſi patre.* Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius poſt mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum eſt, ſuum et poſſe hæredem exiſtere.

Luma, æ, f. ἄκανθα, genus herbæ, vel potius ſpinæ, quæ in pratis naſcitur, & locis uliginoſis, *Feſtus*. ¶ Apud *Trebel. Pol. in Zenob.* luma accipitur pro ſago, ex græco λῶμα. V. *Salmaſ.*

Lumarius, a, um, adject. ad lumam pertinens, ut lumariæ falces, apud *Var. l. 4. de L. L.* quibus lumæ ſecantur.

Lumbago, inis, f. vitium, & debilitas lumborum. *Feſt.*

Lumbellus, i, m. lumbulus. *Apic. l. 7. c. 7.*

Lumbifragium, ii, n. lumborum fractura. *Plaut. in Amph. 1. 1. 298.* Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbricus, m. 2. *verme*, תולעת, Ger. *regenwurm*, Gal. *ver*, Hiſp. *guſano*, ἕλμινς, carnis inteſtinorum. Sed aliqui volunt, lumbricum primo dici de iis vermibus, qui ſub terra naſcuntur, deinde de iis, qui in ventre animalium. *Col. l. 6. c. 24.* Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui fere naſcuntur a cruditatibus. *Id. l. 6. c. 30.* Solent etiam vermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis. ¶ Uſurpatur etiam lumbricus, ut dictum eſt, de vermibus terrenis. *Plaut. Aul. 4. 4. 1.* Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo. Ubi per metaphoram hominem intelligit, qui ex ſordido ſtatu ad ſummas dignitates evectus eſt. *Seren. Sammonic. c. 12.* Lumbricos terræ, ſævumque ex anſere ſanco, &c.

Lumbulus, m. 2. dim. a lumbus. *Plin. l. 28. c. 11.* Sicca lippitudo lumbulis ſuum toſtis, atque contritis, & impoſitis tollitur.

Lumbus, bi, m. *lombo*, מתנים, Germ. *eine lende*, Gall. *rable*, Hiſp. *lomo*, ὀσφύς, pars corporis quinque inferiores ſpinæ vertebras complectens, a cinctura ad nates, a *lubidine*, ſive *libidine*, quia lumbi ſunt Veneris ſedes. *Martial. l. 13. ep. 5.* Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. *Cic. in Arato.* Cepheus conditur ante lumborum tenus. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 22.* Nautæque caput, lumboſque ſaligno fuſte dolat. *Plin. l. 20. c. 3.* Lumborum dolor, *dolor de reni*.

Lumectum, vel Lumetum, i, n. locus lumis plenus, a *luma*. *Var. l. 4. de L. L.* Lumariæ falces, quibus ſecant lumecta, cum in agris ſerpunt ſpinæ.

Lumen, inis, n. *lume*, Ger. *liecht*, Gal. *clarté*, φῶς, lux, ſplendor, claritas a lucido corpore profecta, a *luceo*, quaſi *lucimen*, ut *fulmen* a *fulgeo*, quaſi *fulgimen*. *Cic. 2. de Div.* Cujus lumine colluſtrari putatur. *Id. ibid.* Radios ejus, & lumen obſcurat. *Id. in Brut. c. 75.* Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. ¶ *Serv. in 2. Æn.* lumen a luce diſtinguit, quod in lumine ſit ſplendor, ſed cum fumo, in luce ſolus ſplendor. *Virg. 6. Æn.* Nec fumea tedæ lumina. *Id. 7. Æn.* Tum fumida lumine fulvo involvi. Verum hæc Servii differentia non eſt perpetua. Nam lumen dicitur de luce Solis, & Lunæ, & cæterorum cœleſtium corporum, quæ tamen fumi omnino ſunt expertia. *Ovid. 5. Triſt. el. 10.* Dum lumen ſolare tenebo. ¶ Metonymice ponitur pro corpore lucido, quod lumen emittit, ſeu claritatem de ſe diffundit. *Cic. 1. de Div.* Noctu lumine appoſito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. *Suet. in Cæſ. c. 37.* Capitolium aſcendit ad lumina. h. e. ad lucernas. ¶ Item pro eo quod lumen recipit, ut pro oculis, ſeu pro nervis opticis. *Cic. 5. Tuſc.* Democritus, luminibus amiſſis, alba ſcilicet, & atra diſcernere non poterat. *Id. 3. de nat. Deor.* Duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluiſſet. Item pro die. *Cic. pro Rab. ex Eon.* Si te ſecundo lumine hic offendero, moriere. *Virg. 6. Æn. v. 356.* Vix lumine quarto proſpexi Italiam. ¶ Tranſlate uſurpatur pro colorum claritate. Lumina enim in pictura umbris opponuntur. *Plin. l. 35. c. 5.* Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & invenit lumen, atque umbras, differentia colorum alterna vice ſeſe excitante. ¶ Item pro præſtantia, indicio, nota. *Cic. de Am.* Quod in eo quaſi lumen aliquod probitatis, & virtutis proſpicere videamur. *Id. 1. de Or.* Et prope cunctis civibus lumen ingenii, & conſilii ſui porrigentem, atque tendentem. ¶ Hinc lumina civitatis dicuntur inſignes viri, & clari. *Cic. 3. Cat.* Lumina civitatis extincta ſunt. ¶ Item pro ornamento. Hinc lumina orationis ſunt ſententiæ, & figuræ, quæ ſuis locis velut emblemata quædam interſerta orationem mirum in modum illuſtrant. *Cic. 2. de Or.* Ut certis dicendi luminibus ornentur. ¶ Item pro explanatione. *Cic. 1. Tuſc.* Nec ullum habuit lumen literarum Latinarum. *Id. 7. Fam. epiſt. 19.* Doctorem lumenque deſiderant. ¶ Item pro claritate, perſpicuitate. *Cic. 3. de Or.* Ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet. ¶ Item pro adjumento, ope, ſubſidio. *Cic. 2. de Or.* Ordinem eſſe maxime, qui memoriæ lumen afferret. ¶ Significat etiam ipſas feneſtras, per quas in ædes lumen admittitur. *Apul. l. 2. Met.* Conclave obſeratis luminibus umbroſum. ¶ Hinc *luminibus obſtruere*, eſt altius ædificando, vel objecto pariete vicinis ædibus lucem detrahere. *Cic. pro Domo.* Prima ſe luminibus ejus obſtructurum minabatur. ¶ Per tranſlationem quoque alterius luminibus obſtruere dicimus, cum nominis ejus claritatem obſcuramus. *Cic. in Bruto.* Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. Sic luminibus officere. *Id. pro Rabir.* Nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ, & gloriæ. ¶ Ponitur etiam pro capacitate alicujus rei. *Frontin. de aquæd. artic. 36.* Longitudo calicis habere debet digitos. ¶ *Lumen præferre menti alicujus*, eſt conſilium dare, opem ferre. Ductum eſt ab iis, qui nobis in tenebris prælucent, quorum quaſi ductu ambulamus, & progredimur. *Cic. pro Sylla.* Vos denique in tantis tenebris erroris, & inſcientiæ clariſſimum lumen prætuliſtis menti meæ. ¶ Denique metaphorice lumen uſurpatur pro vita. *Lucr. l. 3. v. 1047.* Lumina adempto animam moribundo in corpore ponam. *Plaut. Ciſt. a. 3. v. 12.* Remorare? lumen linque. S. anabo, accurrite, ne ſe interimat.

Lumetum. V. Lumectum.

Luminare, aris, n. *lume*, *luminare*, φωστήρ, ipſum lumen, aut id, quod claritatem, ſplendoremve de ſe diffundit. Metaphorice ponitur pro ornamento. Hinc Luminaria appellamus viros eximios, in quibus ſingularis quidam virtutis ſplendor elucet, quique ſui ordinis hominibus decori ſint, & ornamento. *Cic. 2. Phil. c. 21.* In te autem, M. Antoni, id decrevit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis.

Lumi-

Luminatus, a, um, adject. *Apul. l. 9. Metam.* male luminatum dicit eum, qui debilis viſu eſt.

Lumino, as, avi, atum, a. 1. *illuminare*, האיר, Germ. *leuchten*, Gal. *eclairer*, Hiſp. *alumbra*, φωτίζω, illuſtro. *Mart. Capel. l. 1.* Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant. *Apul. in Triſmegiſt.* Qui me videndæ divinitatis tuæ luminaſti lumine.

Luminoſus, a, um, *luminoſo*, *lucente*, φωτεινός, quod clarum, & apertum eſt. *Cic. in Orat. c. 36.* Tum ſunt maxime luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ. *Vitruv. l. 6. c. 9.* Omnia ædificia luminoſa ut ſint, curare oportet.

Luna, æ, f. *luna*, σελήνη, una e ſeptem ſtellis errantibus, a *luceo*, quaſi *Lucina*, quia ſola noctu lucet. *Var. l. 5. de L. L. Cic. 2. de nat. Deor.* Luna a lucendo nominata ſit. Ea eſt enim Lucina. ¶ Poetæ filiam fuiſſe Hyperionis, neptem Titani, & ſororem Solis fabulantur. *Boet. l. 4. Gen.* ¶ Ei currum duarum rotarum attribuunt, qui a duobus equis, uno albo, altero nigro, trahatur, quod pro Jove adverſus petruos, & Gigantes ſtetiſſet. *Id. ibid. Ovid.* tamen albis ambobus equis uſam aſſerit, dum *l. 1. de remed. amor.* Ut ſolet, inquit, in niveis Luna vehetur equis. Alii ejus currum a mulo trahi finxerunt. V. *Mulus.* ¶ Adamata fuit a Pane, cui albi velleris munere gratificata eſt, ut Nicander, & Virgilius in Georg. cecinere. *Id. ibid.* ¶ Ipſa Endymionem paſtorem adamavit, eumque in Latmio Cariæ monte conſopivit, ut dormientem oſcularetur. *Cic. 5. Fin. & 1. Tuſc.* ¶ Ex aere ſorem peperit, ut ab Alcma Lyrico Poeta ſcriptum eſt. ¶ Veteres mulieres Lunam in partu invocabant. *Cic. 2. de nat. Deor.* Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut plerunque novem Lunæ curſibus. Multis nominibus Luna appellari ſolet a Poetis, ſed præcipue Luna dicitur cum in Cœlo eſt, nobiſque lucet, Proſerpina, cum apud Inferos, hoc eſt in hemiſphærio inferiore. V. *Mytholog.* ¶ Hæc in fabulis. Ad latinam linguam quod attinet, dicimus, luna prima, ſecunda, tertia &c. cum poſt novam Lunam unus, aut alter, aut tertius dies &c. tranſiit. *Plin. l. 2. c. 97.* Æſtus idem triduo in menſa conſiſtit, ſeptima, octava, nonaque luna. ¶ Lunæ defectus, & labor, *Ecliſſe*, dicitur, cum luna ita Soli opponitur, ut terræ umbra uſque ad ipſam pertingens, eam lumine privet. Credebant autem Veteres, tunc lunam laborare, & deficere; ideoque ut ſubvenirent, æra, & crepitacula pulſabant, qua de re Vid. *Barthium ad Stat. 2. Thebaid.* Hinc *Juven. ſat. 6. v. 442. de muliere loquaciſſima.* Verborum tanta cadit vis: Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas Pulſari. jam nemo tubas, nemo æra fatiget: Una laboranti poterit ſuccurrere Lunæ. *Liv. l. 26. c. 5.* Tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ nocte cieri ſolet, edidit clamorem, ut &c. ¶ Lunæ cornua, paſſim apud Poet. quod in duo cornua diviſa videatur, cum plena non eſt. Quapropter Luna bicornis dicitur ab *Horat. in carm. ſæcul.* ¶ Luna creſcens, & decreſcens, Luna plena, cava, &c. ſæpe legitur apud *Plin. in hiſt. natur.* & alios. ¶ Luna ſilens, V. *Silens.* ¶ Lunæ coitus. V. *Coitus.* ¶ Luna ſicca. V. Siccus. ¶ Luna aſſuta calceis erat apud Romanos Patriciorum inſigne. *Juvenal. ſat. 7. v. 192.* nigræ lunam ſubtexit alutæ. V. Lunula. ¶ In plurali numero *Solin. c. 32.* Lunis cœptantibus. *Id. c. 37.* Lunis deficientibus.

Luna, f. 1. *Luna*, urbs Hetruriæ, etc. in conf. Liguriæ, ad oſt. Macræ fl. cui Sarzana, quæ nova Luna dici poteſt, ad 3. M. P. ſucceſſit, una ex 12. primis Thuſcorum coloniis.

Lunaris, & re, n. 3. *lunare*, σεληνιαῖος, quod ad Lunam pertinet, ut Lunaris annus, qui menſe uno ſuum efficit curſum. *Cic. in Somn. Scip.* Lunares curſus, *Ovid. 16. Metam. v. 790.*

Lunaticus, a, um, m. 2. *lunatico*, σεληνιακός, qui furore laborat, non illo quidem perpetuo, ſed intervallis quibuſdam recurrente, a *Luna*, quia melancholia, qua laborat, accreſcit, & decreſcit pro ratione Lunæ. *Paul. JCtus l. Boves Dig. de Ædil. edict.* Mancipium lunaticum. *Veget. l. 2. c. 18.* Lunaticus oculus. h. e. qui certis temporibus caligat, & cæcutit.

Lunatus, a, um, *lunato*, *a guiſa di Luna*, σεληνοειδής, quod eſt ad Lunæ ſimilitudinem factum, quod habet ſpeciem Lunæ. Tres porro ſunt figuræ creſcentis Lunæ. Nam modo curvatur in cornua, modo in orbem circumacta eſt, ut cum eſt plena, & Soli adverſa, modo dimidio orbe caſa, hoc eſt cum æqua proportione dividimus. *Colum. lib. 12. cap. 54.* Deinde decuſſatim ferramento lunato inciditu. *Virg. 1. Æn. v. 494.* Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens. ¶ Lunati calcei geſtabantur apud Rom. ab iis qui e Patriciis erant genere, qua de re V. *Lunula.* Hinc *Martial. l. 2. epigr. 50.* Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga.

Lunchus, V. Lonchus.

Lunenſis, ſe, o. 3. Lunenſis caſeus eſt genus caſei ſola magnitudine laudatum, quod librarum mille pondus nonnunquam æquabat. Unde inter ſervorum obſonia refertur. Dictus ed a Luna urbe, in cujus agro fiebat, & a Luna ſidere, quod ab Hetruſcis figura lunari efformabatur, vel ſignabatur. *Mart. lib. 14.* Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ præſtabit pueris prandia mille tuis. ¶ Lunenſe marmor, genus marmoris, quod in agro Lunæ urbis effoditur, miro candore conſpicuum. *Plin. l. 36. c. 6.*

Luno, as, avi, atum, a. 1. *torcere a guiſa di Luna*, σεληνοειδῶ ποιῶ, eſt in modum Lunæ, quando in cornua curvatur, flectere. *Ovid. 1. Amor. v. 23.* Lunavitque genu ſinuoſum fortiter arcum.

Lunula, æ, f. 1. *Lunetta*, σεληνίσκιον, dimin. a Luna. *Plaut. in Epid. 5. 2. 33.* Lunulam, atque anellum aureolum in digito. ¶ Patricii homines apud Romanos lunulas in calceis habebant figura C, quibus ſignificabatur, eos ex numero eſſe centum illorum Patrum, quos primo Romulus in Senatum allegerat. Alii dicunt, ideo hujuſmodi lunulas geſtaſſe, ut oſtenderent ſe antiqua Evandri regis ſtirpe oriundos, qui originem ſuam ad Lunam uſque referebat. V. *Plutarch. in problemat. & Roſin. antiquit. Rom. l. 5. c. 36.*

Lunus, i, m. deus idem qui Luna. Quamvis enim feminina voce eam appellaret, maſculum tamen putabat ſtulta Gentilitas. Unde *maſculum Lunum* appellat *Tertull. in apolog. c. 15.* & *Spartian. in Caracall. c. 7.* tradit, a Carrenis præcipue Aſiæ populis ita exiſtimari, ut qui Lunam feminino nomine ac ſexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſerviat: at vero qui marem deum eſſe crediderit, is dominatur uxori, neque ullas muliebres patiatur inſidias. *Id. ibid. c. 6.* Cum hibernaret Edeſſæ, atque inde Carras Luni dei gratia veniſſet. ¶ Apud *Iſidor. l. 19. Orig. c. 33.* lunus eſt cinctus, quem publice habent ſervi: ita dictus, quia tranſverſas habet purpuras, ideſt lunas.

Luo, is, lui, a. 3. *ſciogliere*, פרע, Germ. *bezahlen*, Gal. *payer*, *ſatisfaire*, Hiſp. *ſoltar*, *pagar*, λύω, ſolvo, perſolvo, a verbo Græco, quod allatum eſt. *Curt. l. 10. c. 2.* Cum pluribus veſtrum defuturum viaticum fuerit, ni æs alienum luiſſem. *leg. 78. Dig. ad S. C. Trebell.* Luere fundum a teſtatore obligatum. ¶ Luere peccata, eſt delictorum ſupplicium ferre. *Liv. l. 38. c. 48.* Pro dignitate Imperii veſtri coactis luera peccata ſua. ¶ Luere pœnas, vel ſupplicium, eſt dare pœnas, ſupplicium ferre. *Cic. Att. l. 3.* Itaque mei peccati luo pœnas. *Id. 3. Phil.* Utrum ille pœnas Reipublicæ luat. *Juſtin l. 1.* Quicunque capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt. *Claud. de VI. Conſ. Honor. v. 140.* piratica puppis Vaſſato tandem pœnas luitura profundo. ¶ Luere capite, eſt capite plecti, puniri. *Liv. l. 9.* Obſides etiam ſexcenti imperati capite luerunt. ¶ Luo etiam ſignificat lavare, eluere, abſtergere, a λούω, lavo. *Cic. 7. Verr.* Cum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum ſociorum innocentium ſanguine luere arbitrabare. *Id. de Sen.* Qui morte ſua luit Collegæ in Canoenſi ignominia temeritatem. *Liv. l. 5.* Ut tamen debito ſupplicio ſcelus lueret.

Lupa, æ, f. *lupa*, Germ. *eine woelffin*, Gal. *louve*, Hiſp. *loba*, λύκαινα, fœmina in genere luporum. *Ovid. 3. de Arte v. 8.* Rapidæ tradis ovile lupæ. ¶ Etiam meretrices lupæ dicuntur, quia luparum inſtar ſunt rapaces. Ea vocis lupæ homonymia, ut Livius quoque teſtatur, occaſionem præbuit fabulæ de Romulo, & Remo, quibus, cum in litore eſſent expoſiti, lupa admoviſſe ubera dicitur. Nam lupa ea non quadrupes, ſed meretrix fuit, quæ infantes expoſitos ſuſtulit, atque aluit. *Cic. pro Mil.* Ille, qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. *Aurel. Vict. de Vir. Ill.* Ad vagitum lupa accurrit, eoſque uberibus ſuis aluit.

Lupanar, aris, n. *bordella*, Germ. *ein hurenhauſſ*, Gal. *bourdeau*, Hiſp. *burdel*, πορνεῖον, πορνοβοσκεῖον, proſtibulum, ganeum, locus, in quo lupæ, hoc eſt meretrices proſtant. *Quinctil. l. 7. c. 4.* An deprehenſus in lupanari cum aliena uxore adulter ſit, quæritur. *Juven. Sat. 6. v. 121.* Intravit calidum veteri centone lupanar.

Lupanaris, & re, n. 3. χαμαιτυπικός, quod ad lupanar ſpectat. *Apul. l. 9. Metam.* Larem mariti lupanari maculare infamia.

Lupanarium, rii, n. idem, quod lupanar. *Ulp. de pet. hered. l. 27.* Licet a lupanario præceptæ ſint. Nam & in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupatus, ti, m. *morſa*, רסן, Germ. *ein hart gebiſſ*, Gall. *mors de bride*, Hiſp. *bocado*, χαλινός, frænum aſperrimum. Dictum eſt a lupinis dentibus, qui inæquales ſunt. Unde etiam eorum morſus vehementer obeſt. *Virg. 3. Georg. v. 208.* Et duris parere lupatis. *Solin. c. 45.* Equus qui ſpernit lupatos. ¶ Adjectiva forma *Horat. l. 1. od. 8.* Gallica nec lupatis temperet ora frænis.

Luperca, æ, f. Dea apud Romanos, quæ lupam Romulo, & Remo mitem, & benignam reddidit. *Arnob. l. 4. ex Varrone.* Quod abjectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca Dea eſt auctore appellata Varrone.

Lupercal, alis, n. Λύκαιον, antrum ſub Palatino monte ſacratum ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, a *Lupercus*, quod fuit ejuſdam Panis cognomen, ideo impoſitum, quod non ſineret, lupos in oves ſævire. *Juſtin. lib. 43.* Nam ob eandem cauſam multis ante ſæculis etiam in Arcadia mons Lycæus Pani fuerat conſecratus, & ipſe quoque Lycæus appellabatur. Ergo ideo & Evander in Latio Deo gentis ſuæ ſacravit locum, & nominavit Lupercal, quod præſidio ipſius Numinis lupi a pecudibus arcerentur. *Serv. in 8. Æneid.* Aliqui Lupercal literarum trajectione factum putant a *luo*, & *caper*, quod ſub monte Palatino fuerit quædam ſpelunca, in qua caprum luebant, hoc eſt ſacrificabant, cujus deinde pelle urbem purgabant. *Ovid. lib. 2. Faſt. v. 381.* dictum eſſe ſcripſit vel a Lycæo monte Arcadiæ, vel ab illa lupa, quæ illic Romulum, & Remum aluit.

Lupercalia, lium, n. 3. Λύκαια, ſolemnia quædam ſacra, quæ Romæ a Lupercis fiebant in honorem Panis Paſtorum Dei. Hæc ſacra ab Evandro ex Arcadia in Latium advecta fuere. *Ovid. 2. Faſt.* ¶ Celebrabantur xv. Cal. Martii, ideſt, die 15. Febr. ¶ Fiebant luſtrationis cauſa in ſpelunca ſub monte Palatino, quæ Lupercal dicta eſt. *Serv.* ¶ Ritus hic fuit. Capram paſtores, quorum Pan tunc præcipuum Numen erat, immolabant, deinde variis ludis, rejectis veſtibus, ſe ſe exercebant. Romulus item inſtituiſſe creditur, ut canis immolaretur. Hac re lupæ nutrici ſuæ gratiam referre videbatur. Nam canis natura adverſatur lupis. Temporis denique progreſſu pro capra hircus immolari cœptus eſt. *Ovid. 2. Faſt.* Regnante Romulo, & deinceps, Sacerdotes, qui Luperci appellabantur, peracto ſacrificio, faciem ſibi larva tegebant, vel potius ſanguine fœdabant, & nudi diſcurrebant circum urbem veterem, ideſt Palatium. Adoleſcentes accurrebant cum lana lacte madida, qui tabum abſtergerent. Inſtitutum etiam aliquando fuit, ut hirci pellem in lora ſecarent, & lora in curſu illo in manibus geſtarent, & obvias quaſque fœminas iis loris circa uterum, & manus cæderent. Quæ enim mulieres ex ſuis viris vel concipere, vel conceptos fœtus edere nequirent, ad Lupercos confugiebant, a quibus ubi loris ex tergore hirci ſectis cæſæ fuiſſent, e veſtigio gravidæ, aut effœtæ efficiebantur. *Ovid. ibid.* Primo paſtores, deinde nobiliſſimi adoleſcentes civitatis Lupercalia celebrarunt. V. *Plutarch. in Romul. & in Cæſ.*

Lupercalis, le, adject. ad Lupercalia pertinens, ut Lupercale ſacrum. *Sueton. Auguſt. c. 31.*

Luperci, orum, m. 2. Sacerdotes Panis. V. *Lupercal*, & *Lupercalia*. ¶ Horum duo ordines erant, Fabiani, & Quinctiliani, ſic dicti a quodam Fabio, & Quinctilio. Additus deinde fuit tertius ordo Julianorum, qui in honorem C. Julii Cæſaris inſtituti ſunt. *Cicer. 2. Phil. c. 34.* Ita eras Lupercus, ut te Conſulem eſſe, meminiſſe debeſes.

Lupillus, i, m. diminut. a lupinus. *Plaut. Stich. 5. 4. 9.* Lupilli comminuto cruſtulo.

Lupinarius, a, um, ad lupinos pertinens, ut *lupinarium labrum*, apud *Caton. R. R. c. 10. & 11.* hoc eſt ad lupinos lavandos, vel coquendos aptum. ¶ *Lupinarius*, ii, lupinorum negotiator, apud *Lamprid. in Alex. Sev. c. 33.* Sed V. ibi *Caſaub.* de lectionis veritate dubitantem.

Lupinus, a, um, *lupino*, *di lupo*, λύκειος, quod eſt lupi. *Cicer. in Catil. 3. c. 8.* Quem inauratum in Capitolio parvum, atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.

Lupinus, ni, m. & lupinum, ni, n. *lupino*, θέρμος, leguminis genus eſt, omnium amariſſimum, quod ſui circumactu agricolis horas etiam nubilo die oſtendit, teſte *Plin. l. 18. c. 14.* Eſt a λύπη, *dolor*, *ægritudo*, quia vultum guſtantis amaritudine contriſtat. *Plin. loc. cit.* Circumagitur lupinus quotidie cum ſole. *Virgil. 1. Georg. v. 75.* Triſtiſque lupini ſuſtuleris fragiles calamos. ¶ Ex lupino macerato fiebant nummi, quorum in Comœdiis uſus erat. *Plaut. Pœn. a. 3. ſc. 2. Hor. l. 1. epiſt. 7.* Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis. hoc eſt quid interſit inter veros nummos, & ex lupinis factos. ¶ *Lupinum* neutro genere uſurpat *Colum. l. 2. c. 10.* ¶ In plurali numero exempla neutrius generis nondum vidimus.

Lupor, aris, d. 1. *andar' alle meretrici*, πορνεύω, ſcortor, meretricor. *Turpil. apud Non. cap. 2. n. 497.* Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.

Lupula, æ, f. parva lupa. *Apulej. l. 5. Metam.* Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias inſidias tibi comparant.

Lupus, i, m. 2. *lupo*, זאב, Ger. *ein wolff*, Gal. *loup*, Hiſp. *lobo*, λύκος, animal rapax, & ovibus præcipue infeſtum, a nomine Græco, quod allatum eſt. *Ovid. 1. Triſt.* Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi. ¶ O-

vem

vem lupo commiſiſti, *Ter. in Eun.* 5. 1. 16. Concinne hoc utimur proverbio, quoties ei ſervandum aliquid committitur, cujus gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi. *Cic.* 3. *Phil. c.* 11. Etenim in concione dixerat, ſe cuſtodem futurum urbis, uſque ad Cal. Majas ad urbem exercitum habiturum. O præclarum cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum! Cuſtos ne urbis, an direptor, & vexator eſſet Antonius? ¶ Lupo agnum eripere. *Plaut. Pæn.* Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt. Hoc uti poſſumus proverbio, ubi quis fruſtra conatur prædam recipere, cui ſemel manus injecit rapax aliquis. Stultum enim videtur ſperare, futurum, ut lupus agnum ſemel arreptum dimittat. ¶ Lupus eſt in fabula, *Terent. Adelph.* 4. 1. 21. Proverbium eſt vulgatiſſimum, quo utimur, quoties noſtro ſermoni ſupervenit is, de quo loquebamur, & nobis ſua præſentia amputat loquendi facultatem. Proverbium tractum eſt a lupis oculum, quem ferunt iis, quos prior aſpexerit, vocem intercludere. Ad quod alludit *Virg.* 9. *Ecl.* Vox quoque Mœrim jam fugit ipſa, lupi Mœrim videre priores. ¶ Lupum auribus tenere, proverbium eſt, quod in re ancipiti, periculoſaque dici ſolet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere poteſt ſine periculo. *Sueton. in Tiber. c.* 25. Cunctandi cauſa erat metus undique imminentium diſcriminum, ut ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret. ¶ Fuit hoc animal Marti ſacrum; hinc Martiales lupos dixit *Horat. lib.* 1. *od.* 17. ¶ Lupus etiam piſcis eſt nomen ita dicti e voracitate. *Plin.* 9. *cap.* 17. Poſtea præcipuam auctoritatem fuiſſe lupo, & aſellis, Cornelius Nepos, & Laberius poeta mimorum tradidere. ¶ Luporum laudatiſſimi ſunt qui appellantur *lanati*, ſeu *lanei*, a candore, molliſtiaque carnis, circa Timavum fl. cujus proprii ſunt. *Mart. l.* 13. Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi, æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas. ¶ Item genus eſt freni aſperrimi, quod & lupatum dicitur, a lupinis dentibus, qui inæquales ſunt, & propterea morſus eorum aſperrimus. *Ovid.* 4. *de Triſt. Eleg.* 6. Et placido duros accipit ore lupos. ¶ Item inſtrumentum aduncum, quo aliquid extrahitur, vel attollitur. Alio nomine harpago dicitur, *rampino*. *Liv. lib.* 28. *cap.* 3. In alios lupi ſuperne ferrei injecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur. ¶ Item aranei genus. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Luporum nomine minimi non texunt.

Lura, ſive lore, æ, f. culeus, uter, five os culei, ſive utris, apud vet. *Feſt.* Ita appellata eſt os quod ſit eu corio, quod *lurum*, vel *lorum* dicitur. *Lucil. apud Cic.* 4. *Tuſc.* In os potius accipiam ipſe, quam gladium in ſtomacho lura, ac pulmonibus ſiſto.

Lurcabundus, a, um, *trangugiatore*, *goloſo*, lurco. Vox eſt *Catonis*, quam tamen ut nimis antiquam damnat *Quintil. l.* 1. *c.* 6.

Lurco, as, n. 1. & lurcor, aris, d. 1. *trangugiare*, λαφύσσω, cibum cum aviditate nimia ſumo. Ducunt aliqui a λαιμὸς, avidus, vorax. *Lucil. apud Non. c.* 1. *n.* 54. Ut lurcaretur laridum, & carnaria fartim. *Varr. apud eund. ibid.* Cum pſaltria, & cum Flora lurcare.

Lurco, onis, m. *goloſo*, *trangugiatore*, Germ. *ſchlemmer*, Gall. *gourmand*, Hiſp. *glotton*, λίχνος, capacis gulæ homo, guloſus, bonorum ſuorum conſumptor. *Suet. de Clar. Gram. c.* 15. Laſtaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans. *Plaut. Perſ.* 5. 3. 16. Lurco edax.

Lurconiānus, a, um, adject. ad lurconem pertinens. *Tertul. de anim. c.* 53. Apiciana, & lurconiana condimenta.

Luridātus, a, um, adject. luridus. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 8. Luridati delinquentiæ maculis.

Luridus, a, um, *pallido*, ירקרק, Germ. *bleyfarb*, Gall. *blaffart fort pale*, Hiſp. *amarillo*, ὠχρὸς, πελιδνὸς, ſupra modum pallidus. *Feſt. Hor. l.* 4. *Od.* 13. Quia luridi dentes te, quia rugæ turpant. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Luridus color. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 267. Pallor luridus. & *v.* 797. Lurida ſulphure. *Senec. epiſt.* 95. Luridæ bilis ſuffuſio. *itterizia*.

Luror, oris, m. *pallidezza*, ירקון, Germ. *bleich*, Gall. *paleur*, Hiſp. *amarillez*, ὠχρὸς, pallor, color ſubflavus, a luræ, ſive lori colore. *Lucret. l.* 4. *v.* 333. Quia luroris de corpore eorum ſemina multa fluunt ſimulacris obvia rerum.

Lurulentus, a, um, valde luridus. *Apulej. l.* 7. *Miram.* Conceptaculum aquæ lurulentæ. Al. leg. *lutulentæ*.

Luſcinia, æ, f. *roſſignuolo*, Ger. *ein nachtegal*, Gal. *roſſignol*, Hiſp. *ruiſenor*, ἀηδὼν, avis cantus ſuavitate præcellens, quæ & Philomela appellatur, & Aedon, & Atthis, ita dicta, quod lugens canat. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Luſciniis diebus, ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine. V. *Philomela*.

Luſciniŏla, æ, f. 1. dim. a luſcinia. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 4. Luſciniolæ ne deſinat cantio.

Luſcinius, ii, m. idem ac Luſcinia. *Phædr. l.* 3. *fab.* 18. *v.* 5. & *Senec. ep.* 76.

Luſcinus, a, um, idem, ac luſcioſus, vel luſcitioſus. Fuit cognomen Fabriciorum, uti Luſcus Anniorum, quemadmodum ex lapidibus Capitolinis videre eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocabantur: qui parvis utriſque, Ocellæ: Luſcini, injuriæ cognomen habuere.

Luſcioſus, a, um, adject. qui exiliter admodum videt, *chi ha debole, o corta viſta*, νυκτάλωψ. *Plin. l.* 23. *c.* 7. & *l.* 28. *c.* 11.

Luſcitio, onis, f. vitium oculorum, cum quis clarius veſperi, quam meridie cernit. *Feſtus*.

Luſcitioſus, a, um, adject. idem ac luſcioſus. *Plaut. Mil.* 2. 5. 52. Tu quidem cæcus non luſcitioſus. ¶ *Ulpian.* cenſet luſcitioſum proprie eſſe eum, qui admoto lumine parum videt. *l.* 10. *Dig. de Ædil. edict.*

Luſcus, a, um, o. 1. e. *loſco*, Germ. *einaugig*, Gal. *louche*, Hiſp. *tuerto menguado de un ojo*, ἑτερόφθαλμος, cocles, unoculus, qui altero captus eſt oculo, a luce, a interiecto. Non eſt idem, qui ſtrabo, ut vulgus eo utitur. *Juven. Sat.* 10. Cum Getula Ducem portaret bellua luſcum. idest Annibalem, qui alterum oculum in tranſitu Alpium perdiderat. *Cic.* 2. *de Or.* Et tamen id dixit, quod in omnes luſcos conveniret. *Martial. l.* 4. *epigr.* 64. Quo ſiat iſtud, quæris, modo? luſca eſt.

Luſio, nis, luſus, actus ludendi, qui ad ſolam voluptatem fit. *Cic.* 5. *Fin.* Infantes luſionibus vel laborioſis delectantur. *Id. de Sen.* Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant, & teſſeras.

Luſitania, f. 1. Lyſitania, una ex tribus partibus Hiſpaniæ, & in Occ. & Auſtr. vergens. Separatur a Tarraconenſi Durio fl. ad Bor. & montibus ad Or. ſejungitur a Bætica Ana fl. Differt a Portugallia. Nam ſub Portugallia continetur pars Tarraconenſis inter Durium, & Minium, in qua Bracara, in Luſitania vero Extremadura regio, cum parte Caſtellæ vet. extra Portugalliam. Nomen accepit a Luſo Bacchi filio, vel comite, vel a Lyſa ſocio Luſi. Pop. *Luſitani*, *Lyſitani*, *Lyſiades*.

Luſitanus, a, um, ad Luſitaniam pertinens. *Senec. in epigr. ad Cordub.* Non Luſitanus quateret cum mœnia latro. *Plin. lib.* 15. *cap.* 25. Luſitana ceraſa.

Luſito, as, n. 1. *giuocare*, ἀθύρω, freq. a ludo. *Plaut. Capt.* 5. 4. 6. Aut anitinæ dantur, quibuſcum luſitent.

Luſius, m. o. fl. frigidiſſimus Arcadiæ, qui Gortynam vicum præterfluit, in quo Jovem primum ablutum fuiſſe Arcades aſſerunt, unde & nomen accepiſſe putant. *Cel. l.* 18. *c. ult.*

Luſor, oris, m. *giuocatore*, παίκτης, qui ludit. *Ovid. l.* 4. *Triſt. El.* 9. Ille ego, qui fueram tenerorum luſor amorum. idest ſcriptor. ¶ Item qui decipit. *Plaut. Amph.* 2. 1. 62. Te ut deludam contra luſorem meum! ¶ Proprie *Ovid. de arte am. l.* 1. *v.* 451. Sic ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor; Et revocat cupidas alea ſæpe manus.

Luſorie, adverb. per ludum, *burlando*, *con fraude*, *da ſcherzo*. *l.* 30. *Dig. de legat. & fideicom.* 1. Pronunciaverat contra hæredem non agentem cauſam, vel luſorie agentem.

Luſorium, ii, locus luſibus deſtinatus. *Lamprid. in Heliog. c.* 25. Stravit ſibi triclinium in ſummo luſoria.

Luſorius, a, um, *coſa che s' appartiene a giuoco*, παικτικὸς, quod ad ludum ſpectat, ut Tabula luſoria, id eſt alveus, in quo teſſeris, aut latrunculis ludimus. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Tranſtulit alveum cum teſſeris luſorium gemmis duabus. ¶ Luſoria quæſtio dicitur, vel quæ ludo fit, vel quæ de ludo tractat. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Pudore Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta obiit. ¶ Luſorium fulmen dicitur, quod innoxium eſt. *Senec. l.* 2. *Quæſt. natural.* ¶ Luſoria arma, *Sen. epiſt.* 117. quibus tyrones exercentur.

Luſtrālis, & le, o. 3. quod ad luſtrum ſpectat, ut Cenſus luſtralis, qui quinto quoque anno fiebat. *Ulp. Inſt. tit.* 1. *de libert.* ¶ Ponitur etiam pro eo, quod expiandi, ſeu purgandi vim habet, καθάρσιος, a *luſtrum*, non quo Olympiada notat, ſed quo ſignat luſtrationem, ſeu purgationem. Hinc Luſtralia exta, h. e. ad expiationem apta. Sed aliqui luſtralia exta explicant præpinguia, eo quod bos luſtralis, idest quinquennalis, dicitur eſſe perfectæ ætatis. *Virg.* 8. *Æn.* Veſcitur Æneas ſimul, & Trojana juventus perpetui tergo bovis, & luſtralibus extis. ¶ Sacrificium luſtrale erat, quod luſtrationis cauſa fiebat. *Liv. l.* 1. Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. ¶ Luſtralis aqua erat, quæ a Sacerdote purgationis cauſa aſpergebatur. *Ovid.* 5. *de Ponto, el.* 2. Spargit aqua captos luſtrali Graja Sacerdos.

Luſtrāmen, inis, n. idem, quod luſtramentum. *Valer.* 6. *Arg.* Sacram miſero luſtramine verſant congeriem.

Luſtramentum, ti, n. purgatio, præſertim facta per ſacrificium, aut veneficium, ſeu incantationem. *Marcel. ad l. Cornel. de venefic.* §. *ſicut*, *l. ejuſdem*. Si quis luſtramenti cauſa dederit cantharides. Sed Voſſius interpretatur ἀσέλγειαν; ἀφροδισιασμὸν, idest laſciviam, libidinem, incitamentum ad Venerem, a *luſtrum*, quo metaphorice dicitur de popinis, & lupanaribus.

Luſtrātio, onis, f. κάθαρσις, expiatio, purgatio per ſacrificium. *Col. l.* 2. *c.* 22. Quoſdam deſideraturos luſtrationum cæterorumque ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis uſurpatum. ¶ Metaleptice ſumitur pro circuitione, ſeu peragratione, περιαγωγὴ. *Cic.* 2. *Phil. c.* 23. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? luſtratio municipiorum?

Luſtrātor, oris, m. qui obambulat, qui circuit. περιοδευτής. *Apul. in Apol.* Hercules luſtrator orbis, pugnator ferarum.

Luſtrātus, a, um, *purgato*, מכופר, Germ. *gereiniget*, Gal. *purgé*, *expié*, Hiſp. *purgado*, καθαρθείς, purgatus, expiatus. *Liv. l.* 3. *c.* 29. Luſtratum, atque purgatum Capitolium. *Cic.* 1. *de Div. c.* 55. Exercitus luſtratus. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 605. Luſtratum corpus ungere.

Luſtrĭcus, a, um, καθαρτικὸς, idem fere eſt, quod luſtralis. Unde diem illum, quo infanti nomen imponebatur (Nominalia appellat *Suetonius in Ner. c.* 6.) luſtricum diem vocarunt, quia eo infans luſtraretur, hoc eſt religioſe purificaretur. Erat is dies octavus puellarum, nonus puerorum, ut ſcribunt Feſtus, Plutarchus, Macrobius. *Suet. in Claud.* Ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico extitit. Adde *Macrob. Sat. cap.* 16.

Luſtrificus, a, um, idem, quod luſtralis. *Val.* 3. *Arg. v.* 448. Cantus luſtrificus.

Luſtro, onis, m. homo libidini Venereæ deditus. *Catul. epigr. penult.* Tamen ipſe eſt maximus luſtro. *Nævius apud Feſt.* in voce *Alea* Peſſimorum peſſime, audax, ganeo, luſtro.

Luſtro, as, avi, atum, a. 1. *purgare*, כפר, Ger. *reinigen*, Gal. *purger*, Hiſp. *purgar*, καθαίρω, ἁγνίζω, expio, purgo. *Cic. de Div.* Cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret. *Virg.* 5. *Ecl.* Et cum luſtrabimus agros. *Liv. l.* 3. Ibi inſtructum exercitum ove, ſue, tauris tribus luſtravit. ¶ Metaleptice ponitur pro circuire, ambire, peragrare, περιοδεύειν, περιέρχεσθαι. Nam ad expiandos homines, urbes, & arva ambire ſolebant. *Cic.* 5. *Fin. c.* 29. Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum Magos adiit? *Propert. l.* 2. *eleg.* 8. *v.* 5. luſtrare Helicona choreis. ¶ Item pro recenſere, recognoſcere, *riconoſcere*. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Ibique exercitum luſtravit. ¶ Item pro circumquaque aſpicere, & oculis quodammodo ambire, *guardar per tutto*. *Virg.* 6. *Æn. v.* 153. Illum, oculoſque loquentis jamdudum, & totum luſtrabat lumine corpus. ¶ Item pro perpendere, & examinare, ἐξετάζω, *conſiderare*. *Cic. Off.* 1. *c.* 17. Sed cum omnia ratione, atque animo luſtraveris. ¶ Item pro ſequi. *Virg.* 2. *Ecl.* Tua dum veſtigia luſtro. ¶ Item pro clarificare, illuſtrare, *illuminare*. *Virg.* 5. *Æn.* Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras orta dies.

Luſtror, aris, atus ſum, paſſ. verbi luſtro. *Virg.* 4. *Æn. v.* 279. Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras. Ubi Servius: Aut luſtramur, idest purgamur, ut Jovi ſacra faciamus, aut certe luſtramur Jovi, idest expiamur. *Ovid.* 10. *Met. v.* 398. Magico luſtrabere ritu. ¶ Luſtror, aris, d. 1. eſt ſcortari, luxurioſe vivere, ſuaque bona abligurire, *andar' a meretrici*, πορνεύω, a *luſtris*, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiuntur. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 6. Luxuriantur, luſtrantur, comedunt, quod habent.

Luſtrum, i, n. *abitacolo delle fiere*, מעון, Germ. *hole der wilden thieren*, Gal. *caverne*, Hiſp. *cueva*, φωλεὸς, quando pronuntiatur per u tenue, quod ſonat ut Græcum Υ, ſignat cubile ferarum in ſylvis, & factum eſt a *lutum*, quia apri, & ſues in locis fere lutoſis ſua habent antra. *Feſt. Virg.* 2. *Georg. v.* 471. Non abſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarum. ¶ Tranſlate dicitur de popinis, & lupanaribus. Hinc qui in locis abditis, & ſordidis ventri, & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. *Cic. Caſſio.* Quæ autem in luſtris, & in vino commentatio potuit eſſe? *Id. Phil.* 2. *c.* 3. Vino, luſtriſque confectus. ¶ Quando autem pronunciatur per u craſſum, quaſi per diphthongum, *ou*, ut *louſtrum*, ſignificat populi luſtrationem, ſive expiationem, quæ cenſu peracto ſuovetaurilibus fieri ſolebat, ſive ſacrificii quoddam genus, quo urbis luſtrandæ gratia ſus, ovis, & taurus immolabantur, ſive ut *Dionyſius* ait *l.* 4. taurus, aries, & hircus. In hac acceptione eſt a λύτρον, inſerto *s*, vel a *luo*, quia luſtrum ſignificat etiam ſolutionem cenſus, quæ quinto quoque anno fiebat, teſte *Varrone*. *Liv. l.* 1. *c.* 44. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit, idque conditum luſtrum appellatum, quia is cenſendo finis factus eſt. ¶ Aliud longe erat cenſum agere, aliud luſtrum condere. Livius enim dicit, cenſu peracto demum ſuovetaurilibus populum eſſe luſtratum, atque id vocari luſtrum conditum. *Dionyſius* item *l.* 4. refert, Servium Tullium, peracto cenſu, omnibuſque, quæ ad eum pertinent, conſtitutis, præcepiſſe, ut cives omnes in Campo Martio adeſſent arma-

Digitized by Google

armati, iiſque in ordinem digeſtis, taurum, arietem, & hircum ter circum exercitum juſſiſſe circumagi, deinde Latti Campi præſidi immolaſſe, atque ita populum expiaſſe. Imo non tantum prius agebatur cenſus, quam luſtrum conderetur, ſed interdum cenſu peracto non condebatur luſtrum, ut ſi annus eſſet funeſtus. *Liv. l. 3.* Cenſus actus eo anno: luſtrum propter Capitolium captum, Conſulem occiſum, condi religioſum erat. ¶ Luſtrum item ſumitur pro ſpatio temporis quinquennali perfecto, vel, ut alii volunt, pro perfecto quadriennio, ita ut quatuor annis elapſis, quintus appelletur luſtrum. *Feſtus:* Cum ejuſdem vocabuli (*luſtrum*) primæ ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem. *Varr. l. 5. de L. L.* Luſtrum nominatum tempus quinquennale, a luendo, hoc eſt ſolvendo, quod quinto quoque anno vectigalia, & tributa per Cenſores perſolvebantur. *Tacit. 16. Ann. c. 2.* Quinquennale ludicrum ſecundo luſtro celebrabatur. h. e. quarto anno exacto. nam hujuſmodi ludicrum a Nerone inſtitutum erat more Græci certaminis, ut notat *Id. Tacit. Ann. 15. c. 20.* mos autem Græcorum erat, ut ſingulis Olympiadibus, ſeu quarto quoque anno exacto, & quinto incepto Olympia facerent. *Cic. Attic. l. 6. ep. 2.* Publicani, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſolverant. *Virg. 1. Æneid.* veniet luſtris labentibus ætas.

Luſus, a, um, *burlato, deriſo. Cic. 2. Fin. c. 1.* Sed & illum, quem nominavi, & cæteros Sophiſtas luſos videmus a Socrate.

Luſus, us, m. *giuoco, ſcherzo*, παῖγμα, exercitatio, quæ ad ſolam voluptatem fit, ſine ulla ſpe lucri, aut periculo damni. Quo modo a ludo differat, V. *Ludus. Ovid. de Pont. l. 1. el. 4.* Nec, juveni luſus qui placuere, placent. *Quint. l. 1. c. 3.* Nec me offenderit luſus in pueris, eſt & hoc ſignum alacritatis. *Id. l. 5. c. 13.* Dare venuſtiſſimos luſus.

Lutamentum, ti, n. πήλωμα, opus ex luto confectum, lutove oblitum. *Cato de re ruſt. c. 128.* Neque lutamenta ſcindent ſe.

Lutarius, a, um, quod in luto degit, ut Teſtudines lutariæ, apud *Plin. l. 32. c. 4.* ¶ Lutarius mullus, qui ex luto ſibi pabulum petit, viliſſimum ex omni mullorum genere. *Plin. l. 9. c. 17.*

Lutātus, a, um, adject. luto aſperſus. *Lamprid. Heliogab. c. 24.* Lutati tituli ſtatuarum. *Perſ. Sat. 3. v. 104.* craſſis lutatus amomis. h. e. delibutus.

Lutĕa, V. Lūtum.

Lutenſis, e, adject. a lūtum. *Plin. l. 9. c. 37.* Purpuræ nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera, lutenſe, putri limo, algenſe, contritum alga, &c.

Luteŏlus, a, um, ὑπόχλωρος, dim. a luteus, *gialletto. Col. l. 12.* Cum primum ex albo decoloratur, fitque luteola. *Virg. Ecl. 2. v. 50.* Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Luteſco, is, n. 3. *divenir fango*, πηλόομαι, luteus fio, & in luti morem molleſco. *Col. l. 8. c. 17.* Nam quæ limo, cœnoque luteſcunt.

Lutetia. V. Pariſii.

Lūteus, a, um, *giallo, di color d'oro*, צהוב, Ger. *bleichgelb*, Gal. *jaune*, Hiſp. *amarillo*, ὠχρός, κρόκινος, μήλινος, idem, ac croceus, qualis color cernitur in ovorum vitellis, in malo Cydonio, in auro, in igne, in Aurora, &c. *Plin. l. 21. c. 6.* Luteæ violæ. *Virg. 7. Æn. v. 26.* Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. ¶ Hoc colore nuptialia vela, quæ flammea vocabant, olim tingebantur. *Plin. lib. 21. cap. 8.* Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. *Lucan. l. 2.* Luteæ demiſſos velarunt flammea vultus.

Lŭteus, a, um, *di terra, fangoſo*, טיני, Ger. *leimin*, Gal. *de boue*, Hiſp. *de lodo*, πήλινος, quod ex luto confectum eſt. *Ovid. 5. Faſt. v. 158.* Et luteum celſa ſub trabe finge opus. *Juvenal. Sat. 10. v. 131.* A carbone, & forcipibus, gladioſque paranti Incude, & luteo Vulcano. h. e. lutoſo, deformi fuligine conſperſo. ¶ Per translationem luteum dicimus, quicquid vile eſt, & nullius pretii. *Cic. 6. Verr. c. 14.* Luteum negotium eſſe, non dignum, quod in ſuo argento Verres haberet.

Lŭto, as, avi, atum, a. 1. *infangare*, Ger. *mit leym beſtreichen*, Gal. *enduire, ou faire de boue*, Hiſp. *enlodar*, πηλόω, luto inficio, inungo, oblino. *Cato de re ruſt. c. 92.* Poſtea conſpergito amurca bene omne, quod lutaveris. ¶ Ponitur etiam generatim pro maculare. *Mart. l. 14. epigr. 50.* Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos. ¶ Apud *Nonium* legitur & *lūto*, as, frequentativum a *luo*: Obſoletum eſt.

Lutōſus, a, um, *fangoſo*, πηλώδης, cœnoſus, luto plenus, vel luto infectus. *Plin. l. 18. c. 49.* Lutoſam terram ne tangito. *Col. l. 12. c. 54.* Raporum quam rotundiſſima ſumito, eaque, ſi ſint lutoſa, detergito.

Lutra, vel lytra, f. 1. *lontra*, ἐνυδρίς, animal amphibium, ſimile fibro, ſola cauda differens, quia fiber piſcis caudam habet. *Plin. lib. 8. cap. 30. Varr. l. 4. L. L.*

Lutulentus, a, um, idem, quod lutoſus. *Cic. in Sal.* Itaque nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus cum quovis volutari. *Plaut. Pan. 1. 1. 30.* Non lutum eſt lutulentius. *Ovid. 3. Amor. el. 6. v. 95.* Lutulentus amnis.

Lutŭlo, as, avi, atum, a. 1. in luto verſo, luto conſpurco. *Plaut. Trinum. 2. 4. 15.* Eoſdem lutulant, quos collaudant.

Lūtum, i, n. ſive luteum, i, ſive lutea, æ, f. *Gueda*, al. λουτρίζιον, herba, in paluſtribus, & aquoſis locis naſcens, flore rufo, vel aureo, cauliculos ſpargens cubitales, & cubito majores, quorum a geniculis folia exeunt graciliа, ſalicis foliis non diſſimilia. Pannorum infectoribus in maximo uſu eſt, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi, cæruleique commixtione viridis color emergit. Olim etiam hac herba cæruleo ſubtrita chryſocollam adulterinam conficiebant. *Virgil. l. 4. Ecl.* Jam croceo mutabit vellera luto. *Vitr. lib. 7. c. 14.* Herba, quæ lutum appellatur, cœruleum inficiunt. al. leg. *luteum. Plin. l. 33. c. 5.* Luteam putant e luto herba dictam, quam ipſam cœruleo ſubtritam pro chryſocolla inducunt, viliſſimo genere, atque fallaciſſimo.

Lŭtum, ti, n. *loto, fango*, טיט, Germ. *leym*, Gall. *boue*, Hiſp. *lodo*, πηλός, terra humore ſoluta, quam & cœnum vocamus. Videtur eſſe a ſupino verbi *luo* pro lavo, nempe ut proprie dicatur de ſordibus, quæ abluuntur. *Horat. l. 1. ep. 2.* Amica luto ſus. *Cic. in Piſ.* Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus dare hæc præclara præcepta ſapientiæ? ¶ *In eodem luto hæſitare*, eſt aliquem ſic implicari cuipiam negotio, ut ſe inde nequeat extricare, quo in idem, aliudve ſimile recidet. *Ter. Phorm. 5. 2. 15.* Quid fiet? in eodem luto hæſitas. ¶ Translata *Perſ. ſat. 3. v. 23.* Udum & molle lutum es, nunc nunc properandus, & acri Fingendus ſine fine rota. h. e. indoles tua mollis colenda eſt ingenuis artibus, ducta metaphora ab argilla, & figulis. ¶ Lutum per convicium dicitur de vili homine, & nequam. *Plaut. Moſtel. l. 5. 2. 45.* Verberibus cædere, lutum, pendens. ¶ Lutus, i, m. uſurpatum fuit a *Claud.* apud *Non. c. 3. n. 130.*

Lux, lucis, f. *luce, ſplendore*, אור, Ger. *liecht*, Gall. *jour, lumiere*, Hiſp. *luz*, φῶς, ſplendor, fulgor, claritas, proprie ea, quæ a Sole diffuſa orbem illuſtrat, a λύκη, apud veteres Græcos per Sync. *Cic. de Div.* Ut patefactus a tetro lucem aſpiceret. ¶ Sumitur etiam generatim pro quocunque ſplendore, & nitore. *Lucr. l. 4.* Viridis cum luce ſmaragdi. ¶ Item pro die. *Cic. pro Mil. c. 35.* Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii. *Horat. l. 4. od. 6.* Feſtæ luces. ¶ Prima luce, eſt ubi primum cœperit diluceſcere, *aurora. Ter. Adel. 5. 3. 55.* Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. *Liv. l. 1. c. 44.* Ut omnes cives Romani, equites, peditesque in ſuis quiſque Centuriis in Campo Martio prima luce adeſſent. ¶ Ad lucem, ante auroram. *Suet. in Cæſ. c. 31.* ¶ Ponitur aliquando pro vita. *Cic. Tuſc. 1. c. 4.* Fore aliquando finem hujus lucis, & amiſſionem omnium vitæ commodorum. ¶ Lucem intueri, vel aſpicere, eſt vita frui. *Cic. pro Roſc. Am.* Propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit. ¶ Lucis uſuram alicui dare, eſt ſinere, eum vivere. *Cic. 7. Verr. c. 29.* Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? ¶ Interdum pro loco publico. *Cic. de Sen.* Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, ſed intus, domique denique præſtantior. ¶ Nonnunquam pro oculis. *Stat. l. Theb. 11. v. 585.* Et effoſſæ ſqualent veſtigia lucis. ¶ Nonnunquam pro ſtellis, præſertim in num. pl. *Cic. in Arato.* Illæ, quæ fulgent luces ex ære coruſco. Item pro colore. *Manil. l. 5. v. 258.* Tyrias imitata papavera luces. ¶ Dicitur tranſlate de omni eo, quod aliquid illuſtrat, & ornat. *Cic. l. 2. Orat. c. 9.* Hiſtoria lux veritatis. *Plin. l. 17. c. 5.* Lux doctrinarum altera Cicero. *Cic. Catil. 4. c. 6.* Hanc urbs lux orbis terrarum. ¶ Quemadmodum lux pro die ponitur, ita etiam interdum pro anni tempeſtate, *ſtagione. Virg. 4. Georg.* Æſtiva lux. *Ovid. 1. Triſt. el. 10.* Lux brumalis. ¶ Denique lux eſt in blanditiis. *Martial. l. 5. epigr. 30.* Si non derides, ſi verum, lux mea, narras. ¶ Lux, maſculino genere olim efferebatur. *Plaut. Aulul. 4. 10. 18.* Luce claro deripiamus aurum matronis palam. Al. leg. *luci*. ¶ *Luci*, pro *luce*. V. ſupra ſuo loco.

Luxatūra, æ, f. ὀλίσθημα, oſſis a loco motio. *Marcell. Empir. c. 36.*

Luxātus, a, um, ſuo loco motus, & ſolutus, *diſſnodato, ſcanciato, ſvolto. Senec. epiſt. 104.* Ut fracta pars jungatur, aut luxata in locum reponatur. *Plin. l. 17. c. 28.* Luxata membra jungere.

Luxo, as, avi, atum, a. 1. *ſlogare, muover di luogo*, הקיע, Germ. *verrenken*, Gall. *denouer*, Hiſp. *deſencaxar*, ἐξαρθρόω, membrum ſive aliam rem intorqueo, & ſuo loco moveo. *Plin. l. 17. c. 24.* Vel etiam ſubarator imprudens luxavit radices. *Prudent. in hymn. mart.* Luxante claudus poplite, ſemurque victus debili.

Luxor, aris, dep. 1. idem quod luxurior. *Feſt.* ¶ Adde *Plaut. Pſeud. 4. 7. 6.* ubi tamen alii aliter legunt.

Luxuria, æ, f. vel luxuries, ei, *luſſuria*, ענג, Ger. *kleidern*, Gal. *luxure, ſuperfluité*, Hiſ. *luxuria, ſuperfluidad*, ἀσωτία, ſuperfluitas, & nimia profuſio, ſumptuoſior cibi, veſtitus, & aliarum rerum cura. *Cic. 1. Off. c. 30.* Quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter vivere. *Plin. lib. 36. cap. 6.* Menander luxuriæ diligentiſſimus interpres. ¶ Specialiter ſumitur pro intemperantia in re Venerea. *Cic. 1. Off.* Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. ¶ Tranſlate dicitur de ſumma germinum ubertate, ac redundantia. *Cic. in Or.* In ejus oratione, ut in herba ruſtici ſolent dicere, in ſumma ubertate inerit luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. *Virg. 1. Georg. v. 112.* Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Luxurio, as, n. 1. & luxurior, eris, d. 1. *luſſureggiare*, זלל, Ger. *mutwillig werden*, Gal. *s'abandonner aux voluptez, eſtre trop*, Hiſp. *luxuriar*, ἀκμάζομαι, ſuperabundo, rebus ſecundis, otiove laſcivio. *Liv. l. 1. c. 19.* Ne luxuriarent otio animi. ¶ Tranſlata dicitur de agris, cum abunde ſtercorati præter modum feraces evadunt. item de plantis, cum nimia alimenti ubertate quodammodo laſciviunt, & ramos, frondeſque juſto plures emittunt. *Ov. 1. Ep.* Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus. *Plin. l. 18. c. 24.* Ne ante hyemem luxurient. *Col. l. 3.* Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. *Liv. l. 23. c. 12. a med.* Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, ac vana evadat.

Luxurioſe, adv. *luſſurioſamente*, Ger. *uberflüſſiglich*, Gall. *avec exces*, Hiſp. *con exceſſos, luxurioſamente*, ἀσώτως, molliter, & delicate. *Cic. pro Cæl.* Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivere. *Nepos in Pauſan. cap. 3.* Luxurioſius fercula ſtruere. *Auguſtin. de morib. Eccleſ. c. 34.* Luxurioſiſſime bibere.

Luxurioſus, a, um, *luſſurioſo*, זולל, Ger. *mutwillig*, Gal. *luxurieux*, Hiſp. *luxurioſo*, ἄσωτος, qui immodice voluptatibus, deliciiſque indulget, & in epularum apparatu, veſtium ornatu, rei Venereæ uſu, & aliis rebus modum excedit, & plus juſto laſcivit. *Cic. in Rull.* Ut in ſuis rebus, ita in Repub. luxurioſus nepos. *Id. 7. Phil.* Multa, & lauta ſupellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. ¶ Luxurioſus cultus, delicatus, & mollis. *Quinctil. l. 8. in proœm.* Muliebris, & luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentem. ¶ Luxurioſa lætitia dicitur nimia, & profuſior, quam par ſit. *Liv. l. 2. c. 21.* Sed Patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia. ¶ Dicitur etiam de herbis, & arboribus, cum nimia foliorum, aut frondium ubertate abundant. *Col. l. 4. cap. 21.* Luxurioſa vitis. *Cic. in Orat.* Luxurioſa frumenta. ¶ Habet & ſuos gradus. *Senec. epiſt. 7.* Avarior redeo, ambitioſior, luxurioſior. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 8.* Luxurioſiſſime peſtis.

Luxus, us, m. *luſſo*, vitium diſſoluti animi, profuſa impenſa, idem, quod luxuries. *Cic. 5. Verr.* Niſi forte exiſtimatis, eum in vino, & luxu non riſiſſe. *Terent. Adelph. 5. 7. in fi.* Adoleſcens luxu perditus. *Tacit. 2. hiſt. c. 36.* In luxum effuſus. ¶ Accipitur interdum in bonam partem pro apparatus magnificentia. *Virg. Æn. 1.* At domus interior regali ſplendida luxu inſtruitur. *Id. 6. Æn.* Epulæque ante ora paratæ Regifico luxu. ¶ Interdum etiam pro luxatura. *Apulej. in Florid.* Articulus loco conceſſit, exque eo luxu adhuc fluxus eſt.

Luxus, a, um, a. 1. 2. idem, ac luxatus, ſeu diſſolutus, loco motus. *Nonius c. 1. n. 272. & Feſtus.*

L ANTE Y.

Lyæus, i, m. 2. Λυαῖος, unum ex Liberi Patris cognominibus, a λύω, *ſolvo*, quod mentem curis ſolvit, vel quod corpus nimio potu ſolvitur, morbuſque gignitur, quem vocant paralyſin. *Virg. 4. Æn.* Legiferæ Cereri, Phœboque, Patrique Lyæo.

Lyæus, a, um, adject. pro Lyæius, quod ad Bacchum ſpectat. *Virg. 1. Æn. v. 690.* Regales inter menſas, laticemque Lyæum.

Lycabētus, m. 2. Lycabeſſus, mons Atticæ, altiſſimus, proximus Athenis, finitimus Hymetto. *Plin. l. 5. c. 7.*

Lycæa, n. 2. Λύκαια, idem, ac Lupercalia, ideſt, ſacra in Lyceo M. Arcadiæ in honorem Panis. *Ovid. 2. Faſt.* Pauſanias tamen in Arcadicis Lycæa Jovis ſacra fuiſſe tradit, a Lycaone Pelaſgi filio ad Jovis Lycæi aram primum inſtituta. *Cal. Rhod. l. 24. c. 17.*

Lycæus, a, um, quod eſt ex Lyceo monte. *Ovid. 2. Faſt.* Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Lycambes, is, m. 3. vel Lycambes, æ, m. 1. Λυκάμβης, vir Lacedæmonius, Neobules pater, qui cum filiam Archilocho poetæ deſpondiſſet, poſteaque pœnitentia ductus non tradidiſſet, tam acerbo carmine ab eo eſt perſtrictus, ut una cum filia laqueo vitam finiarit.

Lycambēus, a, um, a. 1. 2. quod ad Lycamben ſpectat. *Ovid. in Ibin, v. 52.* Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

Lycāon, Lycaonis, m. Λυκάων, Arcadiæ Rex fuit, Titani, & Terræ filius, pater Caliſtus, quem Jupiter, quod aram ſuam in Lyceo monte, macta-

to

to puero, ſanguine reſperſiſſes, in lupum mutavit. *Pauſan. in Arcadicis.* *Ovidius tamen l. 1. Met. v. 198.* fabulam aliter tradit.

Lycaönes, m. 3. Λυκάονες, pop. Lycaoniæ, in finibus Cappadociæ, ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellantur. *Plin. l. 5. c. 28.* ¶ Item luporum jubatorum genus. *Id. l. 8. c. 34.*

Lycaonia, f. 1. *Cogni*, Λυκαονία, regio Aſiæ min. Cappadociæ pars in Auſtrum, Ciliciam verſus, ab ea Tauro M. diviſa, inter Iſauriam ad Occ. & Armeniam min. ad Or. *Plin. l. 5. c. 27.* ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, a Lycaone Rege, Titani, al. Pelaſgi filio, & patre Arcadis, a quo deinde Arcadia dicta eſt.

Lycaönis, idis, f. patronym. fœmininum. *Ovid. 2. Faſt. v. 173.* Cui Dea, Virgineos, perjura Lycaoni, cœtus deſere. h. e. Caliſto Lycaonis filia.

Lycaonſus, a, um, quod ad Lycaonem ſpectat. *Ovid. 3. Faſt.* Quæque Lycaonia terra ſub axe jacet. ideſt, ſub polo Arctico, ubi Caliſto filia Lycaonis in urſam mutata.

Lycaſte, f. 1. Λυκάστη, filia Priami ex concubina, cujus amore flagrans Polydamas Antenoris, & Theanes ſororis Hecubæ filius, eam uxorem duxit. *Bocc. l. 6. Gen.* ¶ Fuit item Lycaſte meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ cum Buthem, Amyci Bebryciorum Regis filium, hoſpitio excepiſſet, ejus concubitu uſa, Erycem ei peperit, quo factum eſt, ut apud poſteros creditum fuerit, Buthem ex Venere Erycem genuiſſe.

Lycaſtus, m. 2. app. exc. Cretæ, apud Dictæum M. a Lycaſte Nympha, vel e luporum multitudine, quæ ibi eſſe perhibetur.

Lyceſtum, n. 2. Lycaſtrum, Lycaſtin, *Dovaſtelli*, opp. Cappadociæ, apud Halym fl. in Paphlagoniæ confinio, al. opp. prope aram Ponti Euxini, & ſinus Amiſeni.

Lycēum, n. 2. *Liceo*, Λύκειον, gymnaſium juxta Athenas, in quo Ariſtoteles docuit. *Cic. 1. Acad.* Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnaſium Ciceronis in fundo Tuſculano, a nomine ſcholæ Ariſtotelicæ dictum. *Cic. 1. de Div.* Nam cum ambulandi cauſa in Lyceum veniſſemus.

Lycēus, i, m. 2. Λύκαιον, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, qui & Olympus dicitur, Jovi, & Pani ſacer. Ab incolis ἱερὰ κορυφή, ideſt, ſacer vertex, eſt appellatus, quod Jovem ibi educatum exiſtimarent. In eo Jovis ara fuit, a Lycaone Pelaſgi filio primum conſecrata: quam cum poſtea mactati pueri ſanguine reſperſiſſet, in lupum dicitur eſſe transformatus. Erat ibidem & Jovis Lycæi lucus, quem ſi quis lege ſpreta eſſet ingreſſus, annum ſupervivere negabatur. Item fons inſignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, ut re divina ibi curioſius peracta, quernoque ramo aqua leviter commota, mox denſus inde ſurgeret vapor nebulæ aſſimilis, qui non multo poſt effectus nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres. *Pauſan. in Arcad. Virg. 1. Georg. de Pane.* Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſque Lycæi.

Lychnicus, a, um, adject. a lychnus. *Lychnicus lapis* apud *Hygin. fab. 223.* idem eſt qui Lychnites. V.

Lychnis, idis, f. Λυχνίς, herbæ genus. Alia eſt coronaria, alia ſilveſtris, &c. V. *Plin. l. 21. c. 4. & l. 25. c. 10.*

Lychnītes, m. 1. *marmo bianco*, Λυχνίτης, marmor album, quod in Paro inſula effodiebatur, ſic cognominatum, quod ad lucernam in cuniculis cæderetur. *Plin. lib. 36. c. 5.* ¶ Lychnites item, ὁ λυχνίτης, vel ἡ λυχνῖτις, vel etiam λυχνίς, genus gemmæ ardentis, a λύχνος, *lucerna*, ſive quia ſimiliter luceat, ac lucerna ardens, ſive quia in primis luceat lucernis accenſis. *Plin. l. 37. c. 7. & Solin.*

Lychnītis, idis, f. λυχνῖτις, herba ex phlomidos generibus, alio nomine thryallis, foliis ternis, aut quaternis, craſſis, pinguibus, plumoſis, ad lumina lucernarum utilibus. *Plin. l. 26. c. 12.*

Lychnobii, m. 2. λυχνόβιοι, lucernarii, qui luce dierum noctibus utuntur, & ad lucernas vivunt. *Sen. ep. 123. al. 124.* Vos, inquit, & lychnobium dicetis. Quidam ſcribunt lichnobium per i, h. e. helluonem, voracem. λίχνος enim græce, ſeu λιχνός, guloſum ſignificat: at λύχνος lucernam notat.

Lychnūchus, m. 2. *lucerniere*, מנורה, Ger. *leuchter*, Gal. *pied de lampe*, Hiſ. *velador*, λυχνοῦχος, quicquid lucernas ſuſtinet. *Plin. l. 34. c. 3.* Placuere & lychnuchi penſiles in delubris. *Cic. l. 3. Q. Fr. ep. 7.* Hanc ſcripſi ad lychnuchum ligneolum.

Lychnus, ni, m. *lucerna*, *lume*, נר, Ger. *ein liecht*, Gal. *lumiere*, Hiſp. *candil*, λύχνος, lucerna, a λύειν νύχος, quod noctem, & tenebras ſolvat. *Virg. 1. Æn. v. 730.* Dependent lychni laquearibus aureis.

Lycia, f. 1. olim Mylias, Ogygia, Tremilis, *Aidinelli*, vel *Aldinelli*, al. *Briequia*, Λυκία, regio Aſiæ minoris, in ora Auſtrali, pars Caramaniæ loco ſumptæ, dicta a Lyco Rege Pandionis filio, teſte Iſidoro. Habet ab Or. Pamphyliam, ab Occ. Cariam, a Sept. Phrygiam, a Mer. mare Mediterraneum, ſeu Lycium ab ea dictum. In ea eſt Chimæra mons, qui crebro ignem eructat. *Ovid. 6. Met. v. 339.* ¶ Eſt & regio parva Troadis juxta Idam M. ubi Apollo natus traditur, teſte Strabone ex Homero.

Lycīſca, f. 1. canis, a λύκος, *lupus*, quia e cane, lupoque natus, vel a lupi, & canis ſimma, ut ſimilitudine. *Virg. 3. Ecl.* Multum latrante lyciſca.

Lycium, n. 2. λύκιον, ſpinæ genus, folia habens buxeis ſimilia, unde & pyxacantham appellarunt, virgaſque tricubitales, quibus cum radicibus tuſis, ſuccoque expreſſo fit medicamentum, quod & ipſum Lycium appellant, a Lycia, ubi copioſiſſime naſcitur. *Plin. l. 24. c. 14.*

Lycius, m. 2. Λύκιος, Apollinis cognomen, a Lycia Aſiæ regione, in qua præcipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo inſignem. *Propert. l. 3. eleg. 1.*

Lycius, a, um, quod ad Lyciam ſpectat, ut Lyciæ ſortes, id eſt, ſortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram reſponſa edebat. *Stat. l. 1. Silv. 2. v. 225.* Lycii montes. *Virg. 7. Æn.* Lycia pharetra. ¶ Lycii, orum, Lyciæ incolæ, apud *Virg. 1. Æn. v. 117.* *Horatius* tamen Lycias catervas pro Trojanis poſuit *l. 1. od. 18.*

Lycomēdes, m. 3. Λυκομήδης, Scyri inſ. Rex, cui Thetis filium Achillem, dormiente præceptore Chirone, clam raptum, ſervandum tradidit, ut ibi inter ejuſdem Regis filias (erat enim facie venuſta, & puellari) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Trojanum, a quo illum non reverſurum eſſe ſciebat, proficiſci cogeretur. Apud quem cum deliteſceret, Deidamiam ejus filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius. *Hom. l. 9. Iliad.*

Lycōphos, Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis; dictum, quaſi λευκὸν φῶς, ideſt lumen candidum. *Feſt.*

Lycophthalmos, m. 2. λυκόφθαλμος, gemma eſt quatuor colorum, ex rutilo, & ſanguineo, in medio nigrum candido cingente, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. *Plin. l. 37. c. 11.*

Lycopſis, f. 3. λύκοψις, anchuſæ ſpecies, longioribus, quam lactuca, foliis, craſſioribuſque, caule longo, hirſutoque. *Plin. lib. 27. c. 11.* Galli linguam caninam appellant.

Lycōris, idis, f. 3. Λυκωρίς, Volumnii Senatoris liberta fuit, vero nomine Cytheris dicta, miſere a Cornelio Gallo adamata, quo tamen ſpreto, Antonium in caſtra ſecuta eſt. *Virg. Ecl. 10. Ovid. de arte l. 3.* Eoo novere Lycorida terræ.

Lycos, m. 2. λύκος, lupus. Speciatim lycos dicitur minimum aranei genus, a rapacitate. *Plin. l. 30. c. 6.* Araneus, & maxime qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni.

Lyctius, a, um, Λύκτιος, quod ad Lyctum urb. ſpectat. *Virg. 3. Æn.* Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus.

Lyctus, f. 2. Lyttus, Lithus, *Paleocaſtro*, Λύκτος, urbs Cretæ quondam clara, nunc pagus, a Gnoſſo in Auſt. 15. M. P. ab ora Boreali 80. in qua Cherroneſus erat, Lyctiorum emporium.

Lycurgēus, a, um, Λυκούργειος, denom. a Lycurgo. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur. Ubi Interpres: Lycurgei, ideſt optimates, legum aſſeclæ, & propugnatores, qualis Lycurgus apud Lacedæmonas legum conditor. *Budæus* ſeveriſſimum interpretatur.

Lycurgīdes, æ, m. Lycurgi filius, vel nepos, Λυκουργίδης. *Ovid. in Ibin, v. 505.* Quique Lycurgiden letavit, & arbore natum. h. e. Ancæum Lycurgi filium.

Lycurgus, m. 2. Λυκοῦργος, nobilis Spartiata, fil. Penthei, al. Eunomi, & frater Polybitæ Lacedæmoniorum Regis, cujus etiam in Regnum ſucceſſit, ignorans fratrem uxorem gravidam reliquiſſe, quod ubi primum cognovit, poſito Regis nomine, Prodici, h. e. tutoris nomen aſſumpſit, Regique adulto (Charillo ei nomen erat) Regnum fideliter reſtituit. Verum cum civitatem peſſime inſtitutam animadverteret, ad conſtituendam ſalubrioribus legibus Remp. animum adjecit, ſanctiſſimiſque inſtitutis cives gubernavit. ¶ Hinc per antonomaſiam pro ſeveriſſimo judice ponitur. *Ammian. l. 30. c. 49.* Lycurgos inveniſſe ſe prædicabat, & Caſſios, columina juſtitiæ priſcæ. Lycurgi vitam habes apud *Plutarch. & Juſtin. l. 3. c. 2. & 3.* ¶ Fuit & Lycurgus quidam Nemeæ Rex, & pater Archemori, alumni Hypſiphiles. *Stat. l. 5. & 6. Theb.* ¶ Fuit & Lycurgus alius Thraciæ Rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderate vino deditos conſpiceret, vites omnes toto Regno excidi juſſit. *Plutarch.* eo in opuſculo, quod *de Poëtarum utilitate* conſcripſit. Hinc datus eſt Poetis locus fabulæ, Lycurgum infeſtiſſimo Bacchum odio proſecutum eſſe, adeo, ut nutrices illius in Nyſa latentes perſequeretur, & Baccho ipſi tantum terroris incuſſerit, ut præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum ſe receperit, ideoque juſta Numinum ira Lycurgum in furorem converſum, &, cum vites quoque, ne Baccho in poſterum libaretur, excidere vellet, tibias ſibi ſuccidiſſe. Alii dicunt, in mare præcipitatum, quod primus aquam vino miſcuiſſet, & rem hauſtu ſyncteram plurimis infeciſſet venenis. *Vir. 3. Æn. Bocc. l. 11. Gen.*

Lycus, m. 2. Λύκος, Bœotiæ Rex, qui Antiopam Nyctei Regis filiam uxorem duxit, quam poſtea, cum a Jove in Satyrum converſo compreſſam cognoviſſet, repudiavit, Dircenque uxorem ſuperinduxit, quæ verita, ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctiſſimis eam in vinculis aſſervavit, quibus Jovis miſeratione diſſolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem, & Zethum peperit, qui poſtea e paſtore, qui ipſos nutrierat, de Lyci injuriis edocti, eum una cum uxore interfecerunt. Alii dicunt, eum Mercurii interceſſione liberatum, dum ei mortem pararent, & ſic poſtea Amphioni, & Zetho Regnum reliquiſſe. ¶ Alius fuit Lycus, quidam exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad Inferos deſcenderat, rei bene gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, Creonte occiſo, Regnum Thebanorum occupavit, cumque Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppreſſus eſt, & cum ſuis omnibus interfectus. *Sen. in Hercule Fur.* ¶ Sunt etiam hoc nomine varii amnes in Paphlagonia, Phrygia, Cappadocia, Scythia Europæa, Armenia, Sicilia: de quibus Geographos conſule.

Lydia, f. 1. ante Mæonia, ſeu Meonia, *Lidia*, *Carasia*, Turc. *Caraſcili*, Λυδία, regio Aſiæ minoris. Habet ab Or. & Sept. Phrygiam Magnam, ab Occ. Joniam, a Mer. Lyciam. Dicta eſt a Lydo Athyis filio. Mæonia autem appellata fuerat a Mæone fl. ut placet Stephano. A Strabone vocatur regio cruſta. Nam cinerulenta eſt, & nigra, & petroſa in ſuperficie, & tota arboribus caret, præter vitem vini jucundiſſimi feracem. Ei imminet Tmoli M. rupes altiſſima, ex qua Pactolus defluit.

Lydius, a, um, qui eſt ex Lydia. ¶ Lydius lapis, λίθος λυδός, *Paragone*, quem alii Heraclium vocant, ſpecies lapidis modici, ad quem auri, & argenti bonitatem periti explorant, quo ut lima cum e vena ſuperiori experimentum, protinus dicunt, quantum auri ſit in ea, quantum argenti, vel æris, ſcrupulari differentia mirabili ratione non fallente. Dictus eſt a Lydia regione, quia primum in Tmolo Lydiæ fl. repertus eſt. Hæc *Plin. l. 33. c. 8.* ¶ Lydius modus ſpecies eſt cantilenæ Muſicæ. *Apul. l. 1. Florid.* Seu tu velles Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum. ¶ Ponitur etiam *Lydius* pro Tuſco. Nam Tuſci e Lydis profecti, & oriundi eſſe dicuntur. *Virg. 8. Æn. v. 479.* Urbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis inſedit Hetruſcis. *Id. Æn. 2. v. 781.* Tiberim fluvium *Lydium* appellat, qui mitur in Hetruria. *Sil.* quoque *l. 11. v. 39.* *Lydia ſtagna* appellat lacum Traſymenum.

Lydius, ii, m. V. Ludius.

Lydius, m. 2. *Caſtura*, fl. Macedoniæ, qui oritur in Æmathia prov. deinde per Bœotiam fluens, ibi in ſin. Thermaicum ſe exonerat, inter Axium ad Bor. & Aliacmonem ad Auſtr.

Lydus, m. 2. Λυδός, Herculis filius ex Jale, pater Larrii, al. Lani. *Bocc. l. 13. Gen.* ¶ Lydus alter, filius Athyis, & frater Tyrrheni, a quo Mæonia Lydia eſt appellata.

Lydus, a, um, ex Lydia. *Cic. pro Flacc.* Quis unquam Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſervus primarum partium non Lydus eſſet?

Lymira. V. Limyra.

Lympha, f. 1. *acqua*, ὕδωρ, νύμφη, aqua, a νύμφη, ſuas, Dea præſes aquæ, n in l converſo. *Virg. 4. Æn.* Dic, corpus properet fluviali ſpargere lympha. *Catul. Carm. 27.* At vos quo libet, hinc abite lymphæ, Vini pernicies.

Lymphaſcus, a, um, cryſtallinum colorem habens, qui aquam refert. *Martian. Capell. ſub init. l. 6.*

Lymphaticus, a, um, *pazzo*, *furioſo*, משגע, Ger. *unſinnig*, Bel. *fortuil*, Hiſp. *loco*, νυμφόληπτος, furioſus, inſanus, a lympha, quaſi a Nymphis. Credebant enim, Nymphas, ſi conſpicerentur, furorem immittere. *Feſt.* Alii ſcripſere lymphaticos dici, qui aquam timent, quos Græci ὑδροφόβους vocant: eoque morbo correptos hac atque illuc diſcurrere: hinc pro furioſo generatim lymphaticum dici. *Liv. l. 10. c. 28.* Victorem equitatum velut lymphaticus pavor diſſipat. *Plin. l. 26. c. 9.* Lymphatica ſomnia. *Plautus Pœn. 1. 2. v. 132.* Lymphaticos nummos aureos dixit, qui ex crumena exſilire geſtiunt.

Lymphatio, onis, f. furor. *Plin. l. 35. c. 15.* Et præfixiſſe in limine e ſepulchro evulſos clavos adverſus nocturnas lymphationes.

Lymphātus, a, um, furiatus, furore correptus, mente commotus, inſanus, *pazzo*, *furioſo*. V. Lymphaticus. *Virg. 7. Æn. v. 377.* Furit lymphata per urbem. *Liv. l. 7. c. 17.* Velut lymphati & attoniti.

Lymphātus, us, m. idem, ac lymphatio. *Plin. l. 37. c. 10.* Aliam eodem nomine argentei coloris contra lymphatum habendam.

Lympho, as, avi, atum, a. 1. *infuriare*, שגע, Ger. *unſinnig*, *machen*, Gal. *rendre furieux*, Hiſ. *raviar*, *inſanire*, in furorem ago, a lympha. *Val. F. Arg. v. 40.* Deus ancipitem lymphaverat urbem, i. e. turbarat, & in belli furo-

furorem verterat. *Plin. l.* 34. c. 17. Hac herba epota lymphari homines. *Stat. 7. Theb. v.* 661. It, lymphante Deo, medie inter millia.

Lymphor, oris, m. idem, ac lympha. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 189. Impermiſſum Lymphorem.

Lynceſtis, V. Lynceſtius.

Lynceſtis, idis, f. Λυγκηστίς, regio mediæ Macedoniæ in Occ. verſa, cujus caput eſt Heraclea. Pop. Lynceſtæ.

Lynceſtius, ii, vel Lynceſtis, is, m. *Lincen*, *Lincen*, Λυγκηστης, flu. Macedoniæ, qui per Lynceſtidem reg. decurrit, ac in Erigonem excipitur. Ejus aquæ pota non minus ebrietatem inducit, quam ſi quis vino ſe ingurgitaſſet. *Plin. l.* 2. *c.* 103. *Ovid.* 15. *Metam.*

Lyncĕus, Lyncei, ſeu Lynceos, m. Λυγκεύς, unus ex Argonautis, admirabili oculorum acie. Et a perſpicacibus oculis lyncis nomen factum eſt. Dictus eſt vel parietem viſu penetrare, imo terram ipſam, videreque ea, quæ apud Inferos fierent, ut *Apollonius in Argonauticis* tradit. *Tzetzes comment. in Lycophronem* ait, originem inde fabulam cepiſſe, quod primus reperiſſet æris, argenti, & auri fodinas. *Varro* Lynceum centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit, ſolitumque exeuntem a Carthagine claſſem Punicam, & numerum navium e ſpecula maniſeſtiſſime notare. Ex Hiſtoricis nonnulli prodiderunt, noviſſimam Lunam, primamque eodem die in ſigno Arietis illum conſueviſſe conſpicere, quod paucis mortalium contigit. *Solinus* refert, fuiſſe ſtrabonem. *Val. l.* 1. *Argon.* Solus tranſibit nubila Lynceus. Hic, & ejus frater Idas pro duabus Leucippi filiabus, quas deſponſatas Caſtor, & Pollux rapuerant, arma ſumpſerunt. Inita pugna Caſtor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas vero, cum ipſum etiam Pollucem conaretur adoriri, emiſſo a Jove fulmine interiit. *Ovid.* 5. *Faſt.* Et Lyncea perforat haſta. *Apollon.* tamen *in Argonaut.* Idam a Caſtore interfectum tradit, idque Lynceum per abietem vidiſſe, & Caſtorem occidiſſe.

Lyncĕus, a, um, *linceo*, Λύγκειος, quod ad Lynceum ſpectat. *Ovid.* 5. *Faſt.* Pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe. ¶ Translate dicitur de eo, qui eſt maxime perſpicax, ſeu acutiſſime videt, vel quem non facile quis fefellerit, eſtque a lynx. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? ¶ Oculis lynceis contemplari, eſt acutiſſime conſpicere. *Hor. l.* 1. *ſer. ſat.* 2. Ne corporis optima lynceis contemplere oculis. Ubi per Synæreſin duæ ſyllabæ in unam contrahuntur.

Lyncurium, n. 2. Λυγκούριον, gemma eſt coloris ſubflavi, a Liguria. Nam aliter vocatur Λιγγύριον per *i*, ut apud *Strabonem in quarto* ſcriptum eſt, qui & in Liguria ait inveniri. Idem *Theophraſtus* ſcribit *in l. de lapidib.* atque ex eo *Plin. l.* 37. *c.* 2. Vetuſtas credidit, ex lyncis urina conſreſcere, inde & nomen accepiſſe. ideſt a λύγξ, *ue*, *lynx*, & οὖρον, *urina*. Adde eundem *Plin. l.* 8. *c.* 38. & *l.* 37. *c.* 2. *Solin. c.* 8. *Ovid.* 15. *Metam.* Sed plane id eſſe fabuloſum docuit experientia.

Lyncus, m. 2. Λύγκος, Rex Scythiæ fuit, qui miſſum a Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum uſum commonſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut in ſe gloriam transferret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem feram varii coloris, ut ipſe varia mentis extiterat. *Ovid.* 15. *Met.*

Lynx, lyncis, m. & f. *lince*, *Ger. ein luchs*, Gal. *loupe cervier*, Hiſp. *cerval*, *lince*, λύγξ, animal vario colore, & maculoſo tergore, acutiſſimoque viſu; a λύκη, *lux*. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſime omnium quadrupedum cernunt. *Horat. l.* 2. *od.* 13. Timidos agitare lynces. ¶ Fingunt Poetæ, lynces currum Bacchi trahere. *Propert. l.* 3. *eleg.* 17. Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis. ¶ In genit. plurali *lyncum* pro *lyncium* habet *Ovid. Metam.* 3. *v.* 698. *de eodem Baccho*. Quem circa tigres, ſimulacraque inania lyncum, Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.

Lyra, f. 1. *lira*, λύρα, χέλυς, inſtrumentum muſicum, forma teſtudinis, in quo quot ſunt fides, tot reſonant voces, quaſi λύτρα, a λύτρον, *ſolutionis pretium*, propterea quod Apollini a Mercurio (qui eam primus creditur inveniſſe) pro boum compenſatione, quos ei ſurripuerat, fuerit data, cum ante *chelys* diceretur. V. *Plin. l.* 7. *c.* 56. *Horat. l.* 1. *carm. od.* 10. Te canam magni Jovis, & Deorum nuntium, curvæque lyræ parentem. ¶ Lyra etiam ſignum cœleſte eſt, conſtans ex decem ſtellis, vel novem, ut alii volunt. Oritur circa diem 5. Januarii, & occidit circa initium Februarii. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 75. Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultus, Dicet, ubi eſt hodie, quæ Lyra fulſit heri? ¶ Poetæ fabulantur, Apollinem acceptam a Mercurio lyram, ut dictum eſt, Orpheo donaſſe, cujus cantu ille poſtea Plutonem flexerit, conjugemque redemerit; tandem cum quodam die in Thracia lyra caneret, a Bacchis fuiſſe diſcerptum; Apollinem autem lyram ſereuſſe, & in Cœlum tranſtuliſſe.

Lyrceus, a, um, idem ac Lyrceus. *Valer. Flac. l.* 1. *Arg.* Dominum Lyrceia tellus, antraque deprenſæ tremuerunt conſcia culpæ.

Lyrcĕus, ei, m. Λυρκεῖος, mons, & fons Peloponneſi, in Argia regione, ex quo Inachus fl. exit. *Callimach.* Sed *Pauſanias* ſcripſit, fuiſſe montem Arcadiæ, ubi Lyrcea urbs extitit.

Lyrcēus, a, um, Λυρκεῖος, quod ad Lyrceum montem, ſeu fontem, vel ad Lyrceam urbem ſpectat. *Ovid.* 1. *Met. v.* 598. Conſitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva.

Lyrĭca, orum, hoc eſt carmina lyrica. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 3. Scribit enim & utraque lingua lyrica doctiſſima.

Lyrĭcus, a, um, *da lira*, λυρικός, quod ad lyram pertinet. *Ovid. epiſt.* 20. Cum Lyricis ſim magis apta modis. ¶ Poetæ Lyrici dicti ſunt, qui ad lyram ſua carmina cantabant, & ſunt odarum, & ſimilium fere poematiorum ſcriptores. *Hor.* 1. *Ode* 1. Quod ſi me Lyricis vatibus inſeris.

Lyriſtes, æ, m. 1. lyræ peritus, *ſuonator di lira*, λυριστής. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 17. Cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt. Adde *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 11.

Lyrneſſiades, ab oppido Phrygiæ Lyrneſſo dicti. *Feſt.*

Lyrneſſis, idis, f. Briſeis, a Lyrneſſo patria. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 1. *v.* 15. Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles.

Lyrneſſius, a, um, Λυρνήσσιος, quod ad Lyrneſſum ſpectat. *Ovid. in epiſt. Briſeid. ad Achil.* Diruta Marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi.

Lyrneſſus, i, f. Λυρνησσός, opp. Troadis, licet *Philoſtratus* Æolicum faciat. Everſum fuit ab Achille, bello Trojano. ¶ Item inſ. parva Troadis, Sigæo prom. objecta. *Plin.* ¶ Item oppid. Ciliciæ, teſte *Strabone*, & *Curtio*.

Lyſiăcus, a, um, Λυσιακός, ad Lyſiam pertinens. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Lyſiaca gracilitas.

Lyſias, æ, m. Λυσίας, Syracuſanus genere, Cephali filius, natus Athenis, quo pater ſe tranſtulerat. Puer Thurium coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta ſeptem. Inter principes Oratores Athenienſes habitus eſt, & ſubtilitate omnibus præſtitit. *Cic. l.* 2. 3. *de Orat. in Bruto*, & 5. *Fin. Juſtin. l.* 5.

Lyſidĭce, f. 1. Λυσιδίκη, filia Pelopis, & Hippodamiæ, Pithei ſoror, quæ Electryoni nupſit, & ex ea Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit *Plutarch.* Alii vero, inter quos eſt *Interpres Homeri*, matrem Alcmenes, non Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxo Alcæi cujuſdam filiam dicunt.

Lyſimachia, æ, f. Λυσιμάχειον, herbæ ſpecies. Dicta eſt a Lyſimacho Rege Thraciæ, uno ex ſucceſſoribus Alexandri Magni, quod ab eo inventa ſuit. *Plin. l.* 25. *c.* 7.

Lyſippus, i, m. Sicyonius, clariſſimus ſtatuarius, qui ad ſexcenta decem opera feciſſe traditur, quorum ſingula arti claritatem dare potuiſſent. Hic, teſte *Quintil.* ad veritatem optime acceſſit. Quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab uno Lyſippo ſe fingi voluit, ut pingi ab Apelle. *Horat. l.* 2. *ep. ad Auguſt. Cic.* 2. *Acad.* in *Bruto*.

Lyſis, is, & eos, f. Λύσις, ſolutio, a λύω, ſolvo. *Cic.* 3. *Tuſc.* græcis literis ſcribit, græca enim vox eſt. ¶ Lyſis in architectura, hiatus eſt januarum, ideſt ſolutio continui parietis. *Vitr. l.* 6. *c.* 11. ¶ *Baldus in lex. Vitr.* lyſim exponit, ut ſit pars ſinuoſa ſupra zophorum, & figuram addit.

Lyſiſtratus, m. Λυσίστρατος, Lyſippi ſtatuarii frater, qui primus ſigna ex gypſo finxit. *Plin. l.* 35. *c.* 12.

Lyſius, m. 2. Λύσιος, Liberi Patris cognomen apud Bœotios, ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc eſt a ſolvendo. Ferunt enim, Bœotios aliquando a Thracibus deprehenſos, partim captos, partim in fugam verſos fuiſſe, ex quibus cum nonnulli ad Trophonii ſpecum confugiſſent, viſus eſt iis noctu Deus Liberi Patris auxilium promittens. Quo ſomno alacriores redditi, Thracas inſidiis adorti ſunt, quos cum vino, ſomnoque obrutos inveniſſent, nullo negotio ſuperaverunt, receptiſque ſuis, cum in patriam rediiſſent, Libero cognomento Lyſia templum conſecrarunt.

Lytæ, apud *Juſtinian. ad Antecesſor.* §. 5. dicuntur, qui poſt quartum ſtudiorum annum in Juris ſcientia adeo profecerunt, ut de ea interrogati reſpondere apte poſſint, & quæſtiones ſolvere, a λύω, *ſolvo*. Prolytæ *ibid.* dicuntur, qui Lytis doctiores evaſerunt, & a magiſtrorum ſcholis poſt quintum ſtudiorum annum honeſtam miſſionem impetrarunt.

Lytra, V. Lutra.

Lytrum, i, n. λύτρον, pretium redemptionis, quod datur liberatoribus, a λύω, *ſolvo*. In *Feſto*, & *Nonii* codicibus ſæpe citatur *Ennius in Hectoris Lytris*. h. e. ubi narrat, quomodo Priamus in caſtra Græcorum deſcenderit ad cadaver Hectoris redimendum.

Lytta, æ, f. λύττα, vermiculus, qui naſcitur in lingua canum. Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi ſunt, nec faſtidium ſentiunt. *Plin. l.* 29. *c.* 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

SEPTEM LINGUARUM
CALEPINUS,
HOC EST
LEXICON LATINUM,
Variarum linguarum interpretatione adjecta

IN USUM

SEMINARII PATAVINI.

Editio ſexta emendatior, & auctior.

VOLUMEN SECUNDUM.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

Digitized by Google

DE LITERA M.

M Littera una eſt ex iis, quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἁπλᾶ καὶ ἀμετάβολα, hoc eſt ſemivocales ſimplices, & immutabiles, Latini liquidas appellant. Hæc, quod moleſtum in fine dictionis ſonum habeat, & quendam quaſi mugitum, non niſi ægre compreſſis labris erumpentem, Latini Poetæ (nam Græcis nulla dictio in μ deſinit) vocali ſubſequente, per Eclipſin elidunt. ¶ In notis numeralibus ſignificat mille.

M ANTE A.

Me dia, per Jovem, μὰ Δία, Græca jurandi formula, tum affirmando, tum negando. *Petron. in fragm. Tragur. c. 52. Burm.* Syrum hiſtrionem exhibebat, concinente tota familia, μὰ Δία perite, μὰ Δία.

Macareïs, idis, f. filia Macarei. *Ovid. 6. Metam. v. 124. de Phœbo*, ut paſtor Macareïda luſerit Iſſen.

Macareus, Μακαρεύς, diſyllab. filius Æoli, qui Canacem ſororem ſuam vitiavit, ſuſcepitque ex ea filium. *Ovid. ep. 11.*

Maccus, a, um, fatuus, a Macco muliere ſtolida, & ſtupida. *Apul. in Apol.* Macci prorſus, & buccones videbuntur.

Macedo, Macedon, onis, *adject. Macedone*, Μακεδών, qui eſt ex Macedonia. *Cic. 5. Tuſc.* Alexander Macedo cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet. *Nepos in Eumen. c. 3.* Milites Macedones. *Lucan. l. 8. v. 694.* Cum tibi ſacrato Macedon ſervetur in antro.

Macedonia, f. *Macedonia*, Μακεδονία, regio ampla Europæ. Habet ab Occ. mare Jonium, ab Or. mare Ægæum, a Mer. Epirum, Achajam, Theſſaliam, a Septen. Myſiam ſuperiorem, Scardo Orbeloque montibus interſitis, cum Thraciæ particula. Dicta eſt a Macedone quodam Oſiridis, ſive, ut *Stephanus*, & *Solinus* ſcribunt, Jovis filio ex Thya filia Deucalionis. *Plin. l. 4. c. 10.*

Macedonianus, a, um. Senatuſconſultum Macedonianum, de quo eſt *titulus 6. lib. 14. Digeſtor.* originem habuit a quodam Macedone (ſic enim vocabatur) qui ſuis improbus fenerator filiorumfamilias, & ut ab iis uſuras exigeret, ad quidlibet audendum impellebat: adeo ut quidam etiam mortem patris molirentur, ut ſe a moleſto creditore liberarent. Cautum eſt itaque eo Senatuſconſulto, ne ei, qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, actio, petitioque daretur. Cujus ſanctionis auctorem fuiſſe Senatui Veſpaſianum, narrat *Suet. in ejus vita, c. 11.*

Macedonicus, a, um, ad Macedoniam pertinens. *Plin. l. 4. c. 11.* Macedonicum mare.

Macedonienſis, e, ad Macedoniam pertinens. Differt quidem a *Macedonius* ea ratione, qua *Hiſpanienſis* ab *Hiſpanus*. Adhibetur tamen promiſcue a *Plaut. Pſeud. 4. 4. 4.* Te ad illum duco dentatum virum Macedonienſem. *Supra 1. 3. 112.* illum eundem *Macedonium* dixeras.

Macedonius, a, um, adject. μακεδόνιος, qui ex Macedonia eſt. *Ovid. 12. Met. v. 446.* Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque ſariſſa conſpicuus. Ubi ſecundam metrica neceſſitate producit, cum tamen natura brevis ſit.

Macellarius, rii, *macellajo, venditore di commeſtibili*, ὀψοπώλης, venditor eorum, quæ ad victum pertinent, non ſolum carnium, ſed omnium obſoniorum, quin etiam panis, & frumenti. Nam hæc omnia in macello venundabantur. *Sueton. in Cæſ.* Ea, quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Macellarius, a, um, adject. ad macellum pertinens, ut macellaria taberna, apud *Valer. Maxim. l. 3. c. 4. n. 3.*

Macellota, æ, f. 1. oſtium horti, ita appellatur ab Jonibus. *Var. l. 4. de L. L.*

Macellum, i, n. *macello, piazza*, ὀψοπωλεῖον, locus Romæ, in quo omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, vendebantur. *Cic. 2. Div. c. 27.* Putarem, annonam in macello cariorem fore. *Horat. l. 1. ep. 16.* Pernicies, & tempeſtas, barathrumque macelli. ¶ Apud *Martial.* legitur macellus gen. maſc. *l. 10. epigr. 96.* Hic pretioſa fames, conturbaturque macellus. Sed alii leg. *conturbatrixque macelli.*

Macellus, a, um, *magretto*, macilentus, dim. a macer. *Lucil. l. 6.* apud *Non. c. 2. n. 524.* Non magnus homo eſt, naſutus, macellus.

Maceo, es, n. 2. idem quod macreo, a macer. *Plaut. Aul. 3. 6. 28.* Qui oſſa, atque pellis totus eſt, ita cura macet.

Macer, cri. V. Æmilius Macer.

Macer, cra, crum, *magro*, רזה, Ger. *mager*, Gall. *maigre*, Hiſp. *magro*, ἰσχνός, λεπτός, exilis, extenuatus, gracilis. *Virg. 3. Ecl.* eheu quam pingui macer eſt mihi taurus in arvo! *Col. l. 2. c. 9.* Nam vel pinguiſſima, vel macerrima humo jaciatur. *Id. l. 2. c. 18.* Macriora loca fimo juvenda ſunt. *Senec. ep. 78.* Macerrimæ corporis partes. ¶ Tranſlate *Mart. l. 2. epigr. 6.* Macer libellus. *Petron. c. 88.* Spiritus jejunio macer.

Maceratio, onis, f. actus emolliendi, macerandi, ſubigendi. *Vitruv. l. 7. c. 2.* Calx in maceratione diuturna defervere coacta. ¶ Item corruptio, labefactio. *Arnob. l. 4.* Viſcerum maceratione in ultimam tabem conſumi.

Maceratus, a, um, adject. ſubactus, emollitus, agitatus. *Pallad. l. 1. c. 14.* Macerata calx. *Plaut. Pœn. 3. 2. 21.* de nummis comicis, h. e. lupinis loquens: Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves. V. *Lupinus.*

Maceresco, ſcis, n. 3. *macerarſi, mollificarſi*, נמוג, Ger. *weich werden*, Gal. *ſe detremper*, Hiſp. *remojarſe*, ὑγραίνομαι, maceror, mollis fio. *Cato de R. R. c. 99.* Palearum paulum addito, ſinito macereſcant.

Maceria, æ, f. *muro a ſecco, macia*, τὸ τειχίον, paries, vel congeries lapidum in unum compactorum ſine cæmento, aut alio genere ferruminis, cujuſmodi parietes fere eos eſſe videmus, quibus vineæ claudi ſolent. Sed tamen dicitur etiam de muro, qui ex lapidibus, & calce factus ſit. *Var. l. 3. R. R. c. 12.* Quia ignoras, ſepta a maceriis ita eſſe oportere in leporario, ut tectorio tecta ſint, & ſint alta? *Cato de R. R. c. 15.* Maceria ſi ex calce, & cæmentis, vel ſilice ædificetur.

Maceries, ei, f. *ſtenuazione*, macies, maceratio, labefactio. *Afran.* apud *Non. c. 2. n. 536.* Quanta illius mora ſit maceries tibi.

Maceriola, æ, f. dim. parva maceria. In quadam *Inſcript.* apud *Spon. Miſcellan. pag. 293.* legitur *maceriola*.

Macero, as, avi, atum, a. 1. *macerare, indebolire, affliggere*, כחש, Ger. *anſmergeln*, Gall. *detremper*, Hiſp. *remojar*, ἰσχναίνω, attenuo, contero, conſumo, macrum reddo, a macer. *Hor. l. 1. od. 13.* Quam lentis penitus macerer ignibus. *Liv. l. 26. c. 13.* Circumvallatos, incluſoſque fame macerare. ¶ Transfertur ad animum, & ſignificat *affliggere, travagliare*. *Ter. Andr. 4. 2. 2.* Tu modo, anima mi, noli te macerare. Et *ibid.* Cur me excrucio? cur me macero? ¶ Item pro fatigare, vexare. *Flor. l. 2. c. 6.* Fabius cunctatus per Falernos, Gauranoſque ſaltus maceravit Annibalem. ¶ Sæpe uſurpatur pro emollire, ſubigere, molle tenerumque reddere, *macerare, ammollire*, diciturque de iis, quæ humore aliquo aſperguntur, ut mollia, & tractabilia fiant. *Ter. Adel. 3. 3. 27.* Salſamenta hæc fac macerentur pulcre. *Cato de R. R.* Macerare braſſicam in aqua. *Vitruv. l. 7. c. 2.* Macerare calcem. *Plin. l. 11. c. 42.* Totum corpus lacte macerabat. h. e. proluebat, madefaciebat.

Maceſco, is, n. 3. *ſmagrirſi*, macer fio, a maceo. *Colum. l. 2. c. 9.* Conſtat, erva ſegetibus ejus maceſcere. *Var. l. 3. R. R. c. 16. de apibus.* Propter laborem aſperantur, & maceſcunt.

Macetæ, tum, m. Macedones. Nam Macedonia dicta eſt etiam Macetia. *Stat. l. 4. ſilv. 6. v. 106.* Regnator Macetum. *Auſon. in Alexandria:* Macetumque attollite nomen. Adde *Lucan. l. 2. v. 647. Sil. l. 14. v. 5. Val. Flacc. l. 1. v. 96.* & *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 279.* quibus locis qui *Macedum* (quod neque Græcum eſt, neque Latinum) pro *Macetum*, legunt, paſſim reprehenduntur a Criticis.

Macetes, um, populi Africæ circa Syrtes. *Sil. lib. 7. v. 633.* Et Macetum primi, atque incocti corpora Mauri. ¶ In ſingulari eſt *Maces*, *etis.* *Id. l. 9. v. 222.* Marmarides, tum Maurus atrox, Garamaſque, Maceſque.

Machæra, æ, f. *ſpada*, חרב, Ger. *ein degen*, Gal. *glaive*, Hiſp. *eſpada*, μάχαιρα, inſtrumentum ad ſcindendum ſimul, & vulnerandum, ſica, gladius, culter, a μάχομαι, pugno. *Suet. in Claud. c. 15.* Carnificem acciri cum machæra feſtinavit. *Plaut. Mil. 1. 1. 5.* Hanc machæram conſolari volo, ne miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.

Machærium, rii, neut. *coltello*, μαχαίριον, μαχαιρίδιον, cultellus, ſicula, dim. a machæra. *Plaut. Aul. 2. 2. ſc. 9.* Tu machærio congrum, murænam exdorſua, quantum potes. *Id. Rud. 2. 2. 9.* Qui tres duceret chlamydatos cum machæriis. Sed in primo exemplo videtur eſſe nomen ſervi.

Machærophorus, i, m. *ſpadaccino*, μαχαιροφόρος, gladium ferens, ſicarius. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 10.* Machærophoris centum ſequentibus.

Machaon, onis, m. Μαχάων, Æſculapii filius, ex Arſinoe, al. ex Coronide, al. ex Heſione filia Meropis, al. ex Xanthione, Podalirii frater, medicus inſignis, qui cum reliquis Græciæ principibus ad bellum Trojanum profectus, ab Eurypylo occiſus eſt. *Propert. l. 2. el. 1. v. 59.* Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon.

Machaonicus, a, um, &

Machaonius, a, um, adject. a Machaone. *Ovid. de remed. am. v. 546.* Ille Machaonia vix ope ſalvus erit. *Sidon. l. 2. ep. 12. in fin.* Machaonica ars.

Machina, æ, f. *macchina*, כלי, Germ. *ein rueſtzeug*, Gall. *machine*, Hiſp. *maquina*, μηχανή, opus, inſtrumentum, inventum, in quo, ut ait *Aſconius*, non tam materiæ, quam artis, atque ingenii ratio ducitur. *Plin. l. 36. c. 15. de verſatili Curionis amphitheatro.* Populus in machina pendens. *Lucr. l. 5. v. 97.* ſuſtentata ruet moles, & machina mundi. ¶ Machinæ ſimiliter dicebantur, quæ in theatris perſonas ex alto demittebant, aut ſubito e conſpectu abducebant. Inde Græcum proverbium *E machina Deus*, de repentino, & inſperato remedio. ¶ Speciatim machina dicitur inſtrumentum ad magna pondera movenda, & transferenda. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 73.* Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. V. *Vitr. l. 10.* ¶ Machinæ in bellis ſunt omnia inſtrumenta, quibus utuntur milites præcipue in obſidionibus, ut turres, baliſtæ, vineæ, arietes, &c. *Vitr. l. 10. c. 19.* Machina arietaria. ¶ Sumitur & pro cataſta, in qua venales ſervi exponebantur. *Q. Cic. de Petit. Conſul. c. 2.* ¶ Tranſlate machinæ dicuntur callida conſilia, & doli. *Cic. ad Brut. ep. ult.* Hic quoque labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem. *Plaut. Bacch. 2. 2. ſub fin.* Aliquam machinabor machinam, ut aurum efficiam. Adde *Mil. 3. 2. 1.*

Machinalis, & le, μηχανικός, quod ad machinas ſpectat. *Plin. l. 7. c. 37.* Grande & Archimedi geometricæ, & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit.

Machinamentum, i, n. idem ac machina. *Liv. l. 24. c. 34.* Machinamentaque alia quatiendis muris portabant.

Machinarius, rii, m. μηχανοποιός, machinarum opifex. *Paul. Dig. l. 9. tit. 2. leg.*

1. *leg.* 31. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit.

Machinarius, a, um, adject. idem quod machinalis, ut *machinarius aſinus*, qui ſcil. molam verſat, apud *Ulpian. Dig. l.* 33. *tit.* 7 *leg.* 12. Et, *machinaria mola*, apud *Apul. l.* 7. *Metam.*

Machinatio, onis, f. *invenzione*, *aſtuzia*, [illegible], Germ. *ordnung*, Gall. *engin*, *invention*, Hiſp. *maquinacion*, μηχάνημα, inventio, artificium. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Cum machinatione quadam aliquid moveri videmus. ¶ Interdum ponitur pro ipſa machina. *Caſ.* 2. *B. G. c.* 31. Qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere poſſent. ¶ Translate eſt callidum conſilium, aſtus. *Cic.* 2. *de Or.* Qui tanquam machinatione aliqua tum ad ſeveritatem, tum ad remiſſionem animi eſt conterquendus.

Machinator, oris, m. μηχανοποιός, *ingegnere*, machinarum inventor, aut opifex, qui aliquid invenit, aut conficit. *Liv. l.* 24. *cap.* 34. Mirabilior tamen inventor, ac machinator tormentorum bellicorum, operumque. ¶ Tranſlata dicitur de inventore, & auctore cujuſcunque rei, *macchinatore*. *Cic. in Catil.* 3. *c.* 3. Atque horum omnium ſcelerum impacatiſſimum machinatorem Cimbrum vocavi.

Machinatrix, icis, f. *macchinatrice*, inventrix. *Senec. Med. v.* 266. Tu malorum machinatrix facinorum.

Machinatus, us, m. idem ac machinatio. *Apul. in Apol.* Gloriatur me ſuo machinatu reum poſtulatum.

Machinatus, a, um, partic. ſignificationis paſſivæ, per machinas effectus. *Salluſt.* apud *Non.* c. 4. *n.* 859. Demiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat.

Machinor, aris, atus ſum, d. 1. *inventare*, *fabbricare*, [illegible], Ger. *gedencken*, Gal. *trouver quelque fineſſe*, Hiſp. *maquinar*, μηχανάω, imaginor, excogito, molior. *Cic.* 2. *de Div.* Quod perpetuitatis cauſa natura machinata eſt. *Lucret. l.* 3. *v.* 958. Nam tibi præterea quod machiner, inveniamque Quod placeat nihil eſt, eadem ſunt omnia ſemper. ¶ Sæpe in malam partem accipitur, *macchinare*. *Liv. l.* 1. *c.* 51. Turno necem machinatur. *Cic. in Catil.* Machinari peſtem in aliquem.

Machinoſus, a, um, παμμήχανος, machinis confectus. *Suet. in Ner. c.* 34. Repetentique Baulos in locum corrupti navigii machinoſum illud obtulit.

Machinula, æ, f. *macchinetta*, parva machina. Legitur apud *Feſt.* in voce *Muſtricola*.

Machlis. V. Achlis.

Macidatus. V. Madidatus.

Macies, ei, f. *magrezza*, [illegible], Ger. *magerheit*, Gall. *maigreur*, Hiſp. *magreza*, λεπτότης, corporis extenuatio, a *maceo*. *Col. l.* 6. *c.* 14. Inde tuſſis, & macies. *Ovid. l.* 3. *Met. v.* 397. Adducitque cutem macies.

Macilentus, a, um, *macilento*, [illegible], Germ. *mager*, Gall. *maigre*, Hiſpan. *magro*, ἀσαρκής, macie extenuatus, plenus macie. *Plaut. Capt.* 3. 4. 114. Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macio, as, a. 1. *ſtenuare*, [illegible], Germ. *ermagern*, Gal. *amaigrir*, Hiſp. *enmagrecer*, ἰσχναίνω, macrum facio. *Solin. c.* 15. (al. 23. *a med.*) Caſpii maris fauces mirum in modum maciantur imbribus, creſcunt æſtibus.

Macir, *maes*, μάκιρ, cortex ſubrufus, & magnæ radicis. *Plin. l.* 12. *c.* 8.

Macis, idis, ficti aromatis nomen apud *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 43. ¶ Quidam ajunt, eſſe corticem aromaticum cujuſdam nucis Indicæ.

Macor, oris, m. *magrezza*, macies, a *maceo*. *Pacuv.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 525. Corpus meum tabe, mœrore, macore ſenet. Al. leg. *macrore*.

Macreſco, is, n. 3. *divenir magro*, [illegible], Ger. *mager werden*, *oder ſeyn*, Gal. *etre ou devenir maigre*, Hiſp. *ſer*, *ò bolverſe magro*, λεπτύνομαι, macer fio, e *macreo*. *Col. l.* 6. *c.* 3. Ne penuria tibi macreſcat pecus. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 5. Fames macreſcere cogit.

Macritas, atis, f. *magrezza*, macies, tenuitas, λεπτότης. *Vitruv. l.* 2. *c.* 4. Macritas arenæ. *Pallad. l.* 11. *c.* 5. Propter macritatem ſemen aliud ferra non valet.

Macritudo, inis, f. idem ac macies. *Plaut. Capt.* 2. 2. 32. Oſſa, atque pellis ſum miſera macritudine.

Macrobii, m. a. pop. Æthiopiæ, in Meroe inſ. ad Or. ſic dicti a μακρὸς, *longus*, & βίος, *vita*, quia vita dimidio, quam nos, procenſiore fruuntur. Forma ſunt pulcherrimi, plurimum valent robore, juſtitiam colunt, amant æquitatem. Apud eos lacus eſt adeo liquidus, ut ne folia quidem ſuſtineat, quo perfuſa corpore quaſi uncta niteſcunt. Ultra illos deſertæ, inhumanaque ſolitudines ſunt. *Pomp. Mela l.* 3. *c.* 9.

Macrobius, ii, Aurelius Theodoſius Macrobius, cuja fuerit patria non conſtat, Romanus certe non fuit. Vixit autem Honorii & Theodoſii junioris temporibus, h. e. exeunte Sæc. Chriſti IV. ſcripſitque commentaria in Ciceronem de Somnio Scipionis, & Saturnaliorum libros VII, in quibus ab A. Gellio multa deſcripſit, adeo ut ejus fur & ſimia dictus ſit.

Macrochera, f. μακρόχειρ, tunica manicata, quæ & rhirodote appellatur, a μακρὸς, longus, & χεὶρ, manus. *Lamprid. in Severo c.* 33. Macrocheras ex purpura ad uſum ſuum revocavit.

Macrocolum, i, n. *carta reale*, μακρόκωλον, charta regia, quæ magnitudine Auguſtam, Livianam, Fanniam, cæteraſque chartæ ſpecies exſuperabat, a μακρὸς, *longus*, & κῶλον, *membrum*, *membrana*. *Cic. l.* 16. *Att. ep.* 3. Archetypum tranſlatum in macrocolum lege convivis tuis. *Id. ibid. l.* 11. *ep.* 25. Impenſam fecimus in macrocola. ¶ Sunt qui duplici *l* ſcribunt, ducuntque a κόλλα, *glutinum*.

Macrologia, f. μακρολογία, eſt vitium orationis, quo ſermo longior, quam oporteat, uſurpatur. Græca vox eſt, & Græcis literis ſcribitur a *Quintil. l.* 8. *c.* 3.

Macror. V. Macor.

Mactabilis, le, adject. qui mactari, vel mactare poteſt. *Lucret. l.* 6. *v.* 805. Tum fit odor vini plagæ mactabilis inſtar. Ita legit *Lambinus*, alii aliter.

Mactator, oris, m. occiſor. *Sen. Troad. v.* 1002. Perge mactator ſenum.

Mactatus, us, m. occiſio. *Lucr. l.* 1. *v.* 98. Hoſtia concideret mactatu mœſta parentis.

Mactatus, a, um, adject. occiſus. *Ovid.* 15. *Met. verſ.* 114. Caper Bacchi mactatus ad aras. *Horat. l.* 1. *od.* 19. Mactata veniet lenior hoſtia.

Macte, & **Macti**. V. Mactus.

Mactla. V. Mattea.

Macto, as, avi, atum, a. 1. *accreſcere*, *felicitare*, proprie eſt magis augere, quaſi magis aucto, a *mactus*. Mactare autem dicebantur, cum thure, vino, aliove ſuper hoſtiam poſito diceretur, *Macte hoſtia*. Ita *Var. l.* 4. *de L. L.* & *Serv. in* 4. *Æn.* Indeque apud *Cat. de R. c.* 134. *Macte hocce vino inferio eſto: Macte hocce ferto eſto: Macte hocce dape polluenda eſto*. Ubi Deo, cui ſacrificatur, dicitur, *Macte eſto* pro *mactus*, h. e. *cumulatus*, *auctuſque*. Deum autem auctum eſſe jubebant, quia putabant, ſacrificiis augeri Deorum felicitatem. *Cic. in Vatin.* Cum puerorum extis Deos Manes mactare ſoleas. *Liv. l.* 9. Eos ſe Orco mactare Junius dictitam. V. *Mactus*. ¶ Metalepſi ſumitur pro cædere in ſacrificiis, ſeu immolare, κατ' ἀντίφρασιν, quod *cadis* voce in ſacrificiis, ut mali ominis, abſtinendum ſit. *Virg.* 4. *Æn. v.* 57. Mactant lectas de more bidentes. Ubi *Serv.* Mactant, verbum ſacrorum, κατ' ἀντίφρασιν dictum. ¶ Per tranſlationem uſurpatur pro augere quocumque modo. *Cic. de Rep.* apud *Non. c.* 4. *n.* 291. Ferunt laudibus, mactant honoribus. ¶ Transfertur etiam ad res malas, pro occidere, interficere. *Cic. de Aruſp. reſp.* Clodius diviſores Tribuum domi ſuæ crudeliſſima morte mactavit. *Id.* 1. *Catil.* Non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis. ¶ Item pro violare. *Cic.* 6. *Ver.* Cum videant, jus civitatis illo ſupplicio eſſe mactatum. ¶ Item pro afficere. *Plaut. Pun.* 3. 1. 14. Divitem audacter ſolemus mactare infortunio. *Id. Aul.* 3. 3. 62. Dotatæ mactant & malo, & damno viros. ¶ Item pro fatigare, aut moleſtiam creare. *Plaut. Rud.* 2. 2. 8. Hoc, quod me mactat, concinnem lutum. ¶ Item pro præcipitare. ¶ *Accius* apud *Non. loc. cit.* Aut caſtra mactabo in mare. Ita *Non.* Verum poſtrema hæc notio obſoleta eſt.

Mactra, f. 1. *madia*, *arcella*, [illegible], Germ. *ein brodtuch*, Gal. *may*, *mede*, Hiſp. *arteſa*, μάκτρα, κάρδοπος, vas, in quo piſtitur farina, a μάσσω, *panſo*, *ſubigo*, Græce eſt nox. V. *Gel. l.* 13. *c.* 24.

Mactrilla, læ, f. parva mactra. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 74. *Burm.* ubi alii aliter legunt.

Mactus, a, um, *accreſciuto*, ἐπαυξηθείς, auctus, cumulatus, ex *magis*, & *auctus*, quaſi mauctus. Hinc *Cato* herbam mactam dixit. h. e. adultam, *Salluſt. Jugur. c.* 13. & 80. macta munera. h. e. grandia, ditia, ſed tamen al. leg. *magna*. Rurſus *Cato de R. R. c.* 134. Mactus hoc ferto. h. e. cumulatus, & felix hoc ſacrificio. ¶ In eleganti uſu eſt vocativus ſingularis *macte*, & pluralis *macti*, quoties gratulamur, plaudimus, aut cohortamur, & fere cum ſexto caſu conjunguntur. *Senec. ep.* 66. Macte virtute eſto: ſanguinolentis, & ex acie redeuntibus dicitur. *Virg.* 9. *Æn. v.* 641. Macte nova virtute puer. h. e. aucte, cumulate. *Liv. l.* 7. *c.* 36. Macti virtute, milites Romani, eſtote. h. e. aucti virtute. *Plin. l.* 2. *c.* 12. Macti ingenio eſte, cœli interpretes. ¶ Invenitur etiam aliquando cum genitivo. *Martial. l.* 12. *epigr.* 6. Macte animi vir. h. e. cumulate animo, egregie. Adde *Stat. l.* 1. *Sylv.* 2. *v.* 201. ¶ Ducta eſt hæc formula a ſacrificiis, ut habes in verbo *Macto*: obtinuit autem uſus, & religio quædam, ut ſemper efferretur per vocativum. *Liv. l.* 2. *c.* 12. Juberem, macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret. ¶ Reperitur etiam ipſa vox *macte*, abſolute, & ſine caſu, pro *euge*, *bello*. *Cic. l.* 15. *Att. epiſt. ult.* Ajebant, eum, & agripetas ejectos a Buthrotiis. Macte. *Bella*. Sic *Flor. l.* 2. *c.* 8. Macte, fortiſſimam, & meo judicio beatiſſimam in ipſis malis civitatem! Al. leg. *macte eſſe fortiſſimam civitatem aſſerunt*. Quo ex loco nihil certi colligi poteſt.

Macula, æ, f. *macchia*, [illegible], Ger. *ein mache*, Gall. *tache*, Hiſp. *mancha*, κηλίς, σπίλος, ſordes, ſive labes. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Cicuta necatorum maculæ in corporibus apparent. ¶ Quandoque ponitur pro nævo, ſeu ſigno. Sic colorum variatates in corpore aliquo a reliquo differentes corporis colore, maculæ dicuntur. *Plaut. Capt.* 3. 4. 64. Viden' tu, illi maculari corpus totum maculis luridis? *Sen. epiſt.* 116. Delectant nos ingentium maculæ columnarum. ¶ Tranſlate accipitur pro infamia, dedecore. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 3. Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuſcepta, quæ penitus inſedit, atque inveteravit in populi Rom. nomine. *Id. in Salluſt.* Inurere maculas æternas alicui. Sic aſpergere maculis, afficere macula, &c. apud *eund.* ſæpe. ¶ Significat etiam foramen retis, ſeu plagam, *maglia*. *Cic.* 7. *Ver. c.* 11. Reticulum ad nares ſibi admovebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. ¶ Aliquando etiam pro reti ipſo ponitur. *Var. l.* 4. *R. R. c.* 11. Septum totum grandibus maculis integitur.

Maculatio, onis, f. actus maculandi, fœdatio. *Jul. Firm. lib.* 3. *c.* 15. Omni infamia, maculationeque pollutus. Adde *Apul. in Apol.*

Maculatus, a, um, adject. *macchiato*, inquinatus. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 704. Perque levem, & multo maculatam murice tygrim.

Maculo, as, avi, atum, a. 1. *macchiare*, *ſporcare*, [illegible], Germ. *beflecken*, Gal. *tacher*, Hiſp. *manchar*, μιαίνω, fœdo, inquino, polluo, contamino. *Virg.* 3. *Æn. v.* 29. Et terram tabo maculant. ¶ Tranſlata ſumitur pro infamia afficere. *Cic. pro Mil.* Cujus ille lucus, nemora, ſineſque ſæpe omni nefario ſtupro, & ſcelere macularat. *Nepos in Pauſan. c.* 3. Belli gloriam turpi morte maculavit.

Maculoſus, a, um, *macchiato*, *ſporco*, [illegible], Ger. *maſſechtig*, Gall. *tacheté*, Hiſp. *manchado*, μιαρός, ſordidus, immundus. *Cicer.* 2. *Phil.* Veſtis Pompeji non multa, eaque maculoſa. ¶ Sumitur etiam pro notis, ſive ſignis conſperſo. *Virgil. Æneid.* 1. *v.* 327. Ac maculoſæ tegmine lyncis. ¶ Tranſlate ponitur pro immundo, impuro, ſceleſto. *Cic. Att. l.* 1. Maculoſi Senatores, nudi Equites. *Hor. l.* 4. *carm. od.* 5. Mos, & lex maculoſum edomuit nefas. *Tac.* 3. *Ann. c.* 38. Blæſus omni dedecore maculoſus.

Madaura, æ, *Madauro*, o *Madora*, urbs Africæ, in Numidiæ finibus, patria Apuleji. Hinc Madaurenſis, apud *Auguſtin. ep.* 49. *quæſt. ult.*

Madefacio, is, eci, actum, *bagnare*, [illegible], Germ. *netzen*, Gal. *mouiller*, Hiſp. *mojar*, βρέχω, madidum facio, humore aſpergo. *Virg.* 5. *Æn. v.* 330. Humum, virideſque ſuper madefecerat herbas. ¶ Item inebrio. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 51. Vino cupidu eſtis, eo vos madefacitis.

Madefacto, as, a. 1. frequentativum a madefacio. *Venant. Fortun. l.* 2. *carm.* 21. *v.* 26. Si tamen & fluvius, qui madefactat humum.

Madefactus, a, um, nom. ex partic. *bagnato*. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 408. Madefacta terra cruore. *Tib. l.* 3. *eleg.* 7. Tyrio madefacta tempore narda.

Madefio, is, actus ſum, n. anom. paſſ. *eſſer bagnato*, [illegible], Germ. *ſich netzen*, Gal. *ſe mouiller*, Hiſp. *mojarſe*, διαβρέχομαι, madidus fio, humore aſpergor. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 32. Madefactum iri minus triginta diebus Græciam ſanguine.

Madens, entis, *bagnato*, *molle*, *grondante*, madidus. *Petron. in Satyr. c.* 6. Madens ſudore. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Madens ſanguine veſtis. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 5. *v.* 12. Os fletu madens. *Id. heroid. ep.* 13. *v.* 32. Mare tiris lacrymæ ſole madentis erunt, *che ſi ſtrugge al ſole*. *Stat.* 3. *Theb. v.* 630. Enſe madens. h. e. enſem habens madentem ſanguine. ¶ *Cæde madens* eſt madens ſanguine ex cæde facta, & urbanæ cædis auctor, aut reus. *Juven. ſat.* 4. *extr.* hoc nocuit Lamiarum cæde madenti. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1870. populiſque madens ferrum. h. e. ſanguine cæſorum populorum. *Id. in Herc. fur. v.* 1193. puerili madeat arundo luto. *h. e.* ſagitta madens cruore cæſi pueri. ¶ Abſolute *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 6. Madens coma. *h. e.* unguentis delibuta. *Lucret. l.* 6. *verſ.* 1180. Sudor madens per collum. *h. e.* manans, fluens. Sic per catachreſin *Sever. in Ætna*, *v.* 580. madentes flammis. *h. e.* florentes. *Senec. in Herc. Oet. v.* 71. Madens auſter. *h. e.* pluvius. Sic *Martial. l.* 10. *epigr.* 5. Madens bruma, *inverno piovoſo*. & *Tacit.* 5. *hiſt. c.* 17. Madentes campi, *acquoſi*. ¶ *Vino madens* eſt vini plenus, bene potus, ebrius, *pien di vino*, *ubbriaco*. *Sen. ep.* 83. *circa med.* Vir moderatus & gravis, ſed merſus vino & madens. ¶ Abſolute *Suet. in Claud. c.* 33. Nec temere unquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens. ¶ Hinc tranſlata *Martial. l.* 7. *epigr.* 50. Jure madens, verioque togæ limatus in uſu. *h. e.* plenus juris ſcientia. *Gell. in fin. c.* 8. *l.* 13. Intercutibus vitiis madentes.

Madeo, es, dui, n. 2. *eſſer umido*, *bagnato*, [illegible], Germ. *naſſ ſeyn*, Gall. *etre mouille*, Hiſp. *ſer mojado*, βρέχομαι, madidus ſum, & humore aliquo conſperſus, a μαδάω, vel a μαδῶ. *Cic. in Phil.* 2. *c.* 41. Natabant pavimenta vino, madebant parietes. *Lucan. l.* 2. *v.* 93. madueunt ſanguine muri. ¶ *Madere metu*, eſt præ timore ſudore aſperſum eſſe. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 48. Hei mihi quam iſthæc blanda dicta, quo evenient madeo metu! ¶ *Mart. l.* 12. Qui vino madeat, nec erubeſcet. *h. e.* ebrius ſit.

¶ Uſur-

¶ Uſurpatur etiam abſoluta eodem ſenſu. *Plaut. Moſt.* 1. 4. 7. Ecquid tibi videor madere? Et v. 18. Madet homo. ¶ Madere arte, eſt plenum eſſe, tranſlatum ab eo quod dicimus, madere vino. *Lucret. l.* 4. *v.* 795. Scilicet arte madent ſimulacra. *Martial. l.* 7. *epigr.* 68. Cujus Cecropia pectora voce madent. h. e. græcarum literarum ſcientia. *Horat. l.* 3. *od.* 21. Non ille, quamquam Socraticis madet ſermonibus, te negliget horridus. h. e. imbutus eſt Socratica philoſophia. ¶ Significat etiam coctum eſſe. *Plaut. Men.* 2. 2. 51. Jam ergo hæc madebunt faxo. Alii exponunt: condimentis macerabuntur. Eadem ratione explicat *Turneb. l.* 18. *c.* 13. illud *Virg. Georg.* 1. *v.* 196. *de ſeminibus ſerendis.* Et quamvis igni exiguo properata maderent.

Madeſco, ſcis, dui, n. 3. *bagnarſi*, *o eſſer bagnato*, שטף, Ger. *naſſwerden*, Gal. *devenir moite*, Hiſpan. *mojarſe*, ὑγραίνομαι, madidus fio, humeſco, humector. *Colum. l.* 7. Ne humore madeſcant ungulæ. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 65. Imbribus aſſiduis, pluvioque madeſcit ab Auſtro.

Madĭdans, antis, madidus. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Prof. v.* 88. madidantes nectare pennas concutit.

Madidātus, a, um, adject. madefactus. *Apul. l.* 8. *Met.* Ille ſpongiis madidatis tumores comprimere. Perperam olim legebatur *macidatis*. *Arnob. lib.* 5. Madidata ex imbribus arva ſuccreſcunt. ¶ Sumitur etiam pro ebrio. *Arnob. ſub init. l.* 5. Injecta madidatis vincula.

Madĭde, adv. *Madide madere* apud *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 7. eſt probe ebrium eſſe.

Madĭdo, as, a. 1. *inumidire*, ὑγραίνω, madidum facio. *Claud. l.* 2. *de rapt. Proſerp. v.* 88. Ille novo madidantes nectare pennas concutit. *Arnob. l.* 5. Mero multo madidari.

Madĭdus, a, um, *umido*, *bagnato*, רטוב, Ger. *naſſ*, Gall. *mouillé*, Hiſp. *mojada*, διάβροχος, aliquo liquore reſperſus, a *madeo*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. Faſciculus aqua madidus mihi redditus eſt. *Plin. l.* 27. *c.* 5. Madidiora ſemina. ¶ Item imbutus, tinctus. *Martial. l.* 5. *ep.* 24. Non aſſi vel cocco madida, vel murice tincta Veſte nites. ¶ Hinc tranſlate. *Id. l.* 1. *epigr.* 40. Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ artibus. ¶ Item ebrius. *Plaut. Amph.* 3. 4. 18. Faciam, ut ſit madidus ſobrius.

Madĭfico, as, a. 1. idem ac madefacio. *Plin. l.* 38. *c.* 7. Si contra epiphoræ ferventes oculorum anguli ſubinde madificentur.

Madon, onis, f. ἀμπελολεύκη, vitis albæ genus, cujus ſarmenta longis, & exilibus internodiis geniculata ſcandunt, foliis pampinoſis, ad ſimilitudinem hederæ. *Plin. l.* 28. *c.* 1.

Mador, oris, m. *umidità*, לשר, Germ. *naeſſe*, Gall. *humidité*, Hiſp. *humedad*, ἰκμάς, humiditas. *Salluſt. in fragm. l.* 3. *hiſt.* Ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur.

Madulſa, æ, m. 1. ebrius, a *madeo*, quia vino madet. *Feſtus*. *Plaut. Pſeud.* 5. 3. 7. Ego nunc probe abeo madulſa. ¶ Apud *Feſt.* legitur & *maduſa*.

Mæander (*Ovid.* 8. *Met. v.* 165.) & Mæandrus (*Silius l.* 7. *v.* 139.) dri, m. *Madre*, Μαίανδρος, flu. ingens Aſiæ, in Phrygia Magna, qui ex Aulocrene fonte oritur. Poetæ fingunt, Oceani, & Terræ filium fuiſſe, & Cyanen Nympham genuiſſe, quam Miletus filius Solis oppreſſit, & ex ea Caunum, & Byblidem ſuſcepit. Oblique adeo fluit, ut in ſe ipſum recurrere videatur. Sexcentas enim flexiones facit, teſte *Dione Pruſeo*. Cauſa eſt, ut *Strabo* ait, quia multum limum deducit, & modo huic, modo illi ripæ adjicit. ¶ Hinc more Mæandri illud fieri dicitur, quod tortuoſe, flexuoſeque fit. *Colum. l.* 8. *c.* 17. Oportebit nonnullis locis molas intercidi more Mæandri, parvis, ſed anguſtis itineribus. ¶ Hinc omnes obliquitates, & gyri tranſlate Mæandri dicuntur. Nec ſolum Mæandri pro variis flexibus ſumuntur, ſed etiam pro vafris, & obliquis conſiliis. *Cic. in Piſ. c.* 22. Quos tu Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diverticula, flexionesque quæſiſti? ¶ Mæander etiam, ſeu Mæandrum, gen. n. picturæ genus eſt, in morem labyrinthorum flexuoſis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi ſolet. *Feſt. Virg.* 5. *Æn. v.* 250. Victori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Ubi *Serv.* Mæandro duplici, flexuoſo. Et hoc dicit. Erat in chlamyde flexuoſa, & inter ſe remeabilis purpura in modum Mæandri fluminis Cariæ provinciæ.

Mæandrātus, a, um, adject. flexus, tortuoſus, inſtar Mæandri. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 550.

Mæandrĭcus, a, um, ad Mæandrum pertinens. *Tert. de Pall. c.* 4. Mæandricus fluxus.

Mæandrĭus, a, um, adject. ad Mæandrum pertinens, ut Mæandria gleba. *Avien. in Perieg. v.* 1002.

Mæcēnas, V. Mecænas.

Mæcia, Tribus Romana, in Latio conſtituta, nominata eſt a Mæcio oppido; factaque eſt anno U. C. 425. ſimul cum Scaptia. *Liv. l.* 8 *c.* 8.

Mæna, æ, f. μαινίς, piſcis marinus, ex quo ſalſamenta fieri ſoleat. Differt ab halece, ſeu halecula. *Cic.* 2. *Fin. c.* 28. His licet dicere, ſe acipenſerem mænæ non anteponere.

Mænădes, dum, f. Μαινάδες, Βάκχαι, Bacchæ mulieres, quæ inſanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant, a μαίνομαι, *furo*. *Juv. ſat.* 6. Crinemque rotant ululante Priapo Mænades. *Catul. carm.* 64. *de Att. v.* 23. Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ. ¶ In ſing. num. eſt *Mænas*, *adis*. *Sen. Med. v.* 385. Cum jam recepto Mænas inſanit Deo. *Sil. l.* 3. *v.* 102. Concutiens thyrſum, atque armata Mænade Calpen. ¶ Mænas deglupta, convicium eſt in hominem effeminatum. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 33.

Mænăla, orum, V. Mænalus.

Mænălis, idis, adjectiv. fem. quæ eſt ex Mænalo Arcadiæ monte. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg. ult.* Cumque ſuo Borea Mænalis urſa videt.

Mænalĭus, a, um, ex Mænalo, Arcadicus. *Virg.* 8. *Ecl.* Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus. h. e. bucolicos, paſtorales, quales in eo monte ab Arcadicis Paſtoribus canebantur. *Stat.* 9. *Theb. v.* 719. Mænalium nemus.

Mænălus, i, m. & Mænala, orum, n. *Menalo*, Μαίναλος, mons Arcadiæ, apud Tegeam urb. ubi etiam opp. Mænalos, vel Mænala, o. pl. a Mænalo Lycaonis filio. *Servius* ſcribit ſine diphthongo, & deducit a μῆλον, pecus, *ovis*, quod ovibus plenus eſſet. *Virgil. Ecl.* 8. Mænalus argutumque nemus, pinoſque loquentes ſemper habet. *Id.* 1. *Georg.* tua ſi tibi Mænala curæ.

Mænas, adis, f. V. Mænades.

Mænia, & Mæniana. V. Meniana.

Mænomĕnon, o. 2. μαινόμενον μέλι, genus mellis venenati, a μαίνομαι, *inſanio*, quia inſaniam gignit. *Plin. l.* 21. *c.* 13.

Mæon, onis, m. Μαίων, pater Homeri.

Mæŏnes, onum, Lydi, a Mæonia.

Mæonia, æ, μαιονία, Lydia, ea præſertim quæ procurrit ad Joniam, atque Cariam. Hinc

Mæonĭdæ, m. 1. Lydi. *Virg.* 11. *Æn. v.* 759. ¶ Sed *Mæonidum tellus* apud *Sil. l.* 6. *v.* 607. eſt Etruria. Nam Etruſci a Lydis oriundi fuere.

Mæonĭdes, æ, m. Homerus, a Mæone patre. *Martial. l.* 5. *ep.* 10.

Mæŏnis, idis, f. 3. mulier ex Mæonia. *Ovid.* 6. *Met. v.* 103. Mæonis eluſam deſignat imagine tauri Europam. h. e. Arachne, quæ fuit ex Lydia.

Mæonĭus, a, um, Lydius. *Virg.* 4. *Georg.* Cape Mæonii carcheſia Bacchi, idest, vini Lydii. ¶ Eſt etiam denom. a Mæone Homeri patre, & pro Homerico ponitur. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 183. Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Mæōtæ. V. Mæoticus.

Mæotĭcus, a, um, quod ad Mæotidem pal. ſpectat, *Virgil.* 3. *Georg.* Qua Scythiæ gentes, Mæoticaque unda. ¶ Mæotici, iidem, qui Mæotæ, hoc eſt populi Sarmatiæ Europeæ circa paludem Mæotidem, *Pomp. Mela l.* 1. *c.* 2. & *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Mæotĭdæ, arum, m. populi iidem qui Mæotæ. *Vopiſc. in Tacit. cap.* 13. V. Mæoticus.

Mæōtis, idis, f. Mæotis palus, Mæotius lacus, Scythica ſtagna, Cimmeriæ paludes, *Mar bianco*, *Mare delle Zabacche*, *Mare della Tana*, palus maxima, ſeu ſinus ampliſſimus, ac potius mare Sarmatiæ, in quam Tanais fl. a Sept. fluit. Dicitur palus, quia adeo humilis eſt, ut plurimis in locis non niſi ſcaphis, & minoribus navigiis navigari poſſit, & vix naves in ea anchoris figendi opportunitatem habeant, cum 40. M. P. diſtent ab ora litorali pleriſque in locis. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Mæōtis, idis, f. patron. a Mæotide palude. *Juven. Sat.* 15. *v.* 115. Mæotida ſævior ara Ægyptus.

Mæotĭus, a, um, quod ſpectat ad pal. Mæotidem. *Val. Flac. l.* 4. Quantoſque ſinus Mæotia laxent æquora. Adde *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Mæſius, lingua Oſca eſt menſis Majus. *Feſt.*

Mævĭānus, a, um, ad Mævium pertinens: quod eſt nomen propr. Romani hominis. *Papinian. Dig. l.* 34. *tit.* 5. *leg.* 1. Mævianus fundus.

Mævĭus, ii, m. nomen Romani hominis. Apud *Virg. Ecl.* 3. *v.* 90. & *Horat. epod.* 10. *v.* 2. eſt malus quidam poeta, qui inimicus utrique fuiſſe dicitur. *Servius*.

Maga, æ, f. *maga*, *ſtrega*, quæ arte magica utitur. *Aug. l.* 18. *de Civ. Dei*, *c.* 17. Circe maga famoſiſſima.

Magālia, lium, n. *capanne*, καλύβαι, καλύβιον, idem ac mapalia, caſæ, ſive ædificia ruſtica Pœnorum, & Numidarum, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinæ, ſive rotunda in modum furnorum, quæ etiam plauſtris circumferebant, a *magar*, ſeu *mager*, quod apud Punicos villam notat. *Virg.* 4. *Æn.* Ut primum alatis tetigit magalia plantis. *Id.* 1. *Æn.* Miratur molem Æneas, magalia quondam.

Magdalĭdes, um, f. & Magdalia, orum, n. apud Medicos ſunt maſſæ rotundæ, & oblongæ in modum cylindri. *Scribon. Larg. compoſ.* 201. Emplaſtrum manibus ſubigetur, & redactum in rotundas cauſiores, quas magdalidas dicunt, reponetur. *Marcell. Empir.* Ex quibus & magdalia fiunt.

Magĕ, adv. poeticum, idem ac magis. *Plaut. Trucul.* 3. 1. Quam mage amo, quam matrem meam. *Virg.* 10. *Æn.* Aſpice, num mage ſit noſtrum penetrabile telum.

Magĭa, æ, f. *magia*, כשף, Germ. *zauberey*, Gall. *magie*, *art magique*, Hiſp. *arte magica*, μαγεία, vox Perſica, quam illi fere accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Duplex tamen traditur magiæ ſpecies, quarum altera eſt ea, quam jam diximus, naturalis Philoſophiæ perfecta cognitio, quam Pythagoras, Plato, & Empedocles, cæterique inter Philoſophos præſtantiſſimi veluti ſanctiorem quamdam diſciplinam indefatigabili ſtudio, longinquiſque peregrinationibus conquiſiverunt: altera, quam γοητείαν, *goetiam*, vel *theurgiam* vocant, Dæmonum invocatione, infandiſque incantationibus conſtat, quam & leges omnes execrantur, & *Plin. lib.* 30. *c.* 1. artem inteſtabilem vocat, irritam, & inanem. V. *Apul. in Apol.*

Magĭce, es, f. *arte magica*, μαγική, ars incantandi, quam quidam magiem vocent. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Si non expers ſedes ejus tota Thraca magices fuiſſet.

Magĭcus, a, um, *magico*, Ger. *zauberiſch*, Gal. *magique*, Hiſp. *magico*, μαγικός, quod ad Magum, vel etiam magicen pertinet. *Virg.* 4. *Æneid.* Magicas invitam accingier artes.

Magĭda, æ, fem. genus vaſis eſcarii, a magnitudine ſic dicti. *Varr. lib.* 4. *L. L. pag.* 30.

Magĭnium, ii, n. morbus boum, cum eorum pellis ita dorſo inhæret, ut apprehenſa manibus deduci non poſſit a coſtis. *Veget. l.* 3. *de re veter. c.* 4.

Magĭnor, aris, d. 1. tarde conor, & nugor. *Feſt.*

Magiriſcium, ii, neut. parvus coquus, diminut. a μάγειρος. *Plin. l.* 33. *c.* 15. *de Pythea cælatore*. Facit idem & cocos, magiriſcia appellatos, parvulis potoriis.

Magis, idis, f. μαγίς, genus lancis ejuſdem formæ, quam platellam noſtri vocant. *Plin. l.* 33. *c.* 11. Cornelius Nepos tradit tympana, ſe juvene, appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellaverunt.

Magis, *più*, יותר, Ger. *mehr*, Gal. *plus*, Hiſp. *mas*, μᾶλλον, plus, adv. compar. ab antiquo *magior* pro *major*. *Cic. pro Roſc. Am. cap.* 14. Annos natus magis quadraginta. *Id. pro Milon. c.* 7. Niſi forte magis erit parricida, qui &c. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 8. Poſtquam amo Caſinam, magis initio munditiis munditiam antideo. *h. e.* magis, quam antea. ¶ Junctum adjectivis poſitivis, comparationis vim habet, ut *magis aptus*, h. e. aptior. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *magis anxius*, h. e. anxior. *Ovid.* 1. *Met.* Magis magnus, h. e. major. V. *Magnus*. ¶ Invenitur interdum cum ipſis comparativis, ut magis majores, apud *Plaut. Pœn. prol. v.* 82. magis dulcius. *Id. Menæch. prol. v.* 55. & alibi non ſemel. Sic *Virg. in Culice verſ.* 78. Qui queat optato magis eſſe beatior ævo. ¶ Interdum repetitur eleganter. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 21. Ut in dies magis magiſque hæc duplicetur opinio, *ſempre più*. *Id. Attic.* 14. *ep.* 18. De Græcia quotidie magis & magis cogito. ¶ Aliquando deeſt, & ſubintelligitur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 70. Tacita eſt bona ſemper mulier, quam loquens. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 61. Agrippa clarus majoribus, quam vetuſtis. ¶ Eleganter jungitur adverbiis comparativis *quam*, *eo*, *quo*, *tanto*, *quanto*, & ſimilibus. *Nepos Pauſan. c.* 3. Neque eo magis carebat ſuſpicione. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 6. Quam magis te in altum capeſſis, tam &c. *Cic. l.* 16. *Fam. epiſt.* 19. Exſpecto tuas litteras, te ipſum multo magis. *Id. Att. l.* 16. *epiſt.* 5. Etſi magis eſt, quod gratuler tibi, quam quod te rogem. ¶ Ponitur interdum pro potius, *piuttoſto*. *Cic. l.* 1. *de Orat. cap.* 15. Perfectam artem juris habetis, magis magnam atque uberem, quam difficilem, & obſcuram.

Magiſter, ſtri, m. *maeſtro*, *prefetto*, *governatore*, רב, Germ. *meiſter*, Gal. *maitre*, Hiſp. *maeſtro*, ἐπιστάτης, præfectus, gubernator, ille, cui præcipua cura rerum incumbit, a *magis*, ut *miniſter* a *minus*, vel potius e Græco μέγιστος, *maximus*. ¶ Aliud eſt *magiſter*, aliud *præceptor*. Præceptor eſt artium doctor, a *præcipiendo*: Magiſter vero eſt ἐπιστάτης, ſive præfectus. Unde Magiſter curiæ, ſocietatum, collegiorum, vicorum, pagorum, æris, cenſus, navium, pecoris. *Varro l.* 4. *de L. L. Paulus Dig. l.* 50. *tit.* 16. *leg.* 57. &c. *Cic. ad App. l.* 3. *Fam. ep. ult.* Eo brevior eſt hæc epiſtola, ut adverſus magiſtrum morum modeſtior. Ubi magiſter morum ponitur pro cenſore. ¶ Magiſter ſcripturæ dicitur, qui civitatis alicujus publicos pecorum proventus ſcribendi munus habet. *Cicer.* 5. *Verr.* Cum eſſet magiſter ſcripturæ, & ſex Publicanorum. Sic Magiſter in ſcriptura, apud *eund.* 4. *Verr. c.* 70. ¶ Magiſter equitum, *comandante della cavalleria*, apud Romanos ſecunda erat dignitas poſt Dictaturam, & ab ipſo Dictatore dicebatur, eique parebat. *Liv. l.* 3. Dictator Magiſtrum equitum dicit L. Tarquitium. ¶ Magiſter convivii eſt, qui convivio præeſt. *Apul.* & *Cic. de Senect. c.* 14. ¶ Magiſter pro navis gubernatore.

Virg.

Digitized by Google

Virg. Æn. 5. *v.* 176. Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter. Adde *Liv. l.* 43. *c.* 40. & *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 18. ¶ Magiſter pecoris, præfectus paſtorum. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 10. Eſſe omnes ſub uno magiſtro pecoris. ¶ Magiſter auctionis, qui bonis ſub haſta vendendis præeſt. *Cic. Att. l.* 1. Quem putabant fore magiſtrum, ſi bona venirent. ¶ Magiſtri vicorum. V. *Vicus* ¶ Honoris gratia nomen magiſtri tribuitur doctori alicujus artis, *maeſtro*, διδάσκαλος. *Perſ. ſat.* 4. barbatum hæc crede magiſtrum dicere. Adde *Cic. ad Q. Fr.* ¶ Dicitur & de aliis rebus. *Id.* 1. *de Orat. c.* 33. Stilus optimus dicendi effector, & magiſter. ¶ Interdum ſumitur pro pædagogo. *Terent. Phorm.* 1. 2. 25. Senes me filiis relinquunt quaſi magiſtrum.

Magiſterium, rii, n. *magiſtero*, *prefettura*, רבנות, Ger. *meiſterſchafft*, Gal. *maitriſe*, Hiſp. *magiſterio*, *maeſtria*, προεδρία, ἐπιστασία, magiſtri dignitas, ſeu officium. *Cic. de Sen. c.* 14. Me vero & magiſteria delectant a majoribus inſtituta, & is ſermo, qui more majorum a ſummo magiſtro adhibetur in poculis. h. e. munus ejus, qui convivii eſt caput, quod regnum vini *Hor. l.* 1. *od.* 4. appellat. *Suet. in Tiber. cap.* 3. Dictatura, ac magiſterio equitum honorata. *Colum. in præfat.* Rem ruſticam ſordidum eſſe negotium, quod nullius egeat magiſterio præceptoris. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 32. Virtute id factum, & magiſterio tuo.

Magiſterius, a, um, ad magiſtrum pertinens. *Impp. Honor. & Theodoſ. l.* 3. *Cod. tit.* 13. *leg.* 6. Magiſteria poteſtas.

Magiſtero, & per ſyncop. Magiſtro, as, avi, atum, a. 1. impero, præſum, magiſtrum, ſeu præfectum ago, teſte *Feſto*. *Spartian. in Hadrian. c.* 10. Inter manipulares vitam militarem magiſtrans.

Magiſtra, æ, f. *maeſtra*, מורה, Ger. *meiſterin*, Gal. *maiteſſe*, Hiſp. *maeſtra*, præceptrix in aliqua arte. *Cic.* 1. *Fin.* Magiſtra, ac duce natura. *Virg.* 8. *Æn. v.* 442. nunc viribus uſus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra.

Magiſtralis, le, adject. *da maeſtro*, ad magiſtrum pertinens. *Vopiſc. in Saturn. ſub fin.* Frequentaverat pergulas magiſtrales. V. *Pergula*. *Id. in Tac. c.* 6. Manuum magiſtralium ictibus, terrorique ſubjaceat.

Magiſtratio, onis, f. magiſterium, præceptio, inſtitutio. *Apul. l.* 1. *de dogm. Plat.* Quæ ſolis diſciplinis traduntur, & magiſtratione diſcuntur. Al. leg. *magiſtra ratione*. ¶ In *Cod. Theodoſ.* publicæ magiſtrationes ſunt ſcholæ publicæ.

Magiſtratus, us, m. *Magiſtrato*, *Maeſtrato*, רבנות, Ger. *die oberkeit*, Gal. *magiſtrat*, Hiſp. *magiſtrad*, ἀρχὴ, eſt poteſtas alicujus, vel aliquorum, qui publica authoritate curant res humanas, quæ quidem ad Remp. pertineant, a ſup. verb. magiſtro, as. *Feſtus*. ¶ *Varro l.* 4. *de L. L. Paulus l. cui*, 57. *de verb. ſignif.* deducunt immediate a *magiſter*. Verba *Varronis* hæc ſunt: Magiſter Equitum, quod ſumma poteſtas hujus in Equites, & Accenſos, ut eſt ſumma Populi Rom. Dictator, a quo is quoque Magiſter Populi appellatus. Reliqui, quod minores, quam hi Magiſtri, dicti Magiſtratus, ut ab albo albatus. *Cic. pro Planc. c.* 3. Magiſtratum gerere. *Id. Verr.* 4. *c.* 61. Magiſtratum habere. ¶ Sumitur etiam pro eo, qui in poteſtate aliqua eſt conſtitutus, ἄρχων, ut ſunt Conſules, Prætores, & alii, qui civitates, vel provincias regunt. *Cic.* 1. *Offic. c.* 34. Eſt igitur proprium munus Magiſtratus intelligere, ſe gerere perſonam civitatis, &c. *Id.* 3. *de Leg. c.* 1. Magiſtratus eſt lex loquens. ¶ Magiſtratum inire, *entrar in carica*, cui contrarium eſt Magiſtratu obire, *uſcir di carica*. *Id.* 3. *de Leg. c. ult.* & *Verr.* 2. *c.* 10. ¶ Abdicare ſe magiſtratu, *depor la carica*. V. *Abdico*. ¶ Magiſtratus Romæ alii majores erant, ut Conſules, Prætores, Cenſores: alii minores, ut Ædiles, Quæſtores, &c. *Gell. l.* 13. *c.* 14. Verum de Romanorum Magiſtratibus abunde ſcripſere *Manut. de legib. Rom. Roſin. antiq. Rom. l.* 7. *Sigon.* & alii.

Magiſtro, as, V. Magiſtero.

Magmata, n. 3. μάγματα, paſtilli, & maſſæ factæ ex unguentorum fæcibus odoris gratia, a μάσσω, quod eſt terere, & miſcere, & in maſſam redigere. *Plin. l.* 13. *c.* 2.

Magmentaria vaſa, quibus magmenta, & exta ſacra impoſita inferebantur aræ. *Arnob. adv. Gent. l.* 7. ut legit *Turneb. l.* 25. *c.* 6. Nam alii aliter.

Magmentum, n. 2. majus augmentum. *Varro l.* 4. *de L. L. Arnob. l.* 7. & *Feſt.*

Magna Græcia. V. Græcia.

Magnalia, um, n. *grandi impreſe*, τὰ μεγαλεῖα, res præclaræ, & mirandæ. Utitur hac voce *Tert. l.* 2. *ad Uxor. c.* 7.

Magnanimitas, atis, f. *magnanimità*, ענוה, Ger. *groſſmuetigkeit*, Gal. *magnanimité*, Hiſp. *magnanimidad*, μεγαλοψυχία, animi magnitudo, altitudo, celſitudo, ſublimitas, & præſtantia, quam ſic definit Speuſippus: Magnanimitas eſt moderatus contingentium uſus, urbana cum hominibus converſatio, magnificentia cum ratione. *Cic.* 1. *Off. c.* 43. Quarum una ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis.

Magnanimus, a, um, *magnanimo*, נדב, Ger. *groſſmuetig*, Gal. *magnanime*, Hiſp. *magnanima*, μεγαλόψυχος, qui magni eſt animi. *Cic.* 1. *Off.* Pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 5. *v.* 33. Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni. ¶ In genit. plurali *magnanimum*, pro *magnanimorum* habes *Virg.* 7. *Æn. v.* 704.

Magnarius, m. *che ha gran maneggio*, μεγαλέμπορος, magnus negotiator, a negotiorum magnitudine. *Apul. l.* 1. *Miliſ. poſt init.* Lupus negotiator magnarius omnia coemerat. *Vet. Inſcript. apud Gruter. p.* 283. *n.* 1. Corpus coriariorum magnariorum.

Magnates, m. *magnati*, μεγιστᾶνες, nobiliores, & potentiores, quorum magna eſt potentia, & authoritas. Legitur hæc vox in quadam veteri Inſcriptione, quæ affertur a *Dempſtero in Paralipom. ad lib.* 2. *c.* 12. *Antiq. Rom. Roſin.*

Magne, adverb. valde. Affertur a quibuſdam locus Taciti, quem V. in *Magnus*.

Magnes, etis, m. *calamita*, Ger. *ein magneſtein*, Gal. *aymant*, Hiſp. *yman*, μαγνήτης, lapis, qui ferrum trahit, al. lapis Heraclius, & ſideritis, a Magneſia urbe Lydiæ, quia circa eam provenit. *Lucr. l.* 6. Sed *Plin. l.* 36. *c.* 16. ſcribit ex Nicandri ſententia, repertum fuiſſe in Ida, & appellatum eſſe ab inventore, qui cum pecus paſcens pedem forte haberet ferratum, & crepidas ferreis clavis compactas, animadvertit, lapidem hunc ferro adhæreſcere. Cæterum ab Antiquis bifariam magnes accipitur, interdum pro eo, qui ferrum trahit, interdum pro lapide argentei coloris. Hinc, quia alius magnes eſt præter eum, qui ferrum trahit, quidam Veterum dicunt, alium eſſe magnetem e lapide Heraclio. *Cic.* 1. *de Div. c.* 39. Ut ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat, & trahat, as rationem, cur ita ſit, afferre nequeam.

Magneſia, f. 1. Hæmonia, Μαγνησία, regio Macedoniæ, ſeu provincia Theſſaliæ, in Macedonia. Habet a Sept. Pieriam, ad Peneum fl. & ſinum Thermaicum, a Mer. Theſſaliam, & ſinum Pelaſgicum, ab Occ. Phthiotidem, & Pelaſgiotidem ab Or. Eſt in ora Maris Ægæi, ubi Magneſia prom. *Capo Verichi*, al. *Capo di S. Giorgio*. *Lucan. l.* 6. *v.* 393. ¶ Magneſia item, *Mangreſo*, urbs Aſiæ minoris, in Jonia, vel in Caria, apud Theatrum M. a Mæandro fl. uno, aut altero milliari. Hic Themiſtocles Athenienſis patria pulſus interiit, cum Rex Perſarum hanc ei urbem in panem dono dediſſet. Hic Antiochus Rex a Scipione victus magna clade affectus eſt, unde Scipio *Aſiaticus* cognomen accepit.

Magneſis, idis, f. quæ eſt ex Magneſia. *Ovid. ep.* 12. *v.* 9. Cur unquam Colchi Magneſida vidimus Argo?

Magneſius, a, um, adject. qui eſt ex Magneſia. *Lucret. l.* 6. *v.* 1062. Impellant ut eam Magneſia flumina ſaxi.

Magneſſa, æ, adject. fœmin. quæ eſt ex Magneſia. *Hor. l.* 3. *od.* 7. Magneſſam Hippolyteo dum fugit abſtinens.

Magnetes, m. Magneſii, μάγνητες, pop. Magneſiæ. *Lucr. l.* 6. *v.* 908. Magnetum quia ſit patriis in finibus ortus.

Magnetes, etum, m. *Senatori*, μάγνητες, apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, ſive principes, & capita civitatis. Unde & ſummum Magiſtratum vocabant Magnetarchem. *Liv. l.* 33. *c.* 32. *l.* 35. *c.* 31.

Magneticus, a, um, quod ad magnetem ſpectat. *Claud. de magnete*, *v.* 16. Venerem magnetica gemma figurat.

Magnicles, ei, f. nomen eſt avis in Arabia, de qua nihil adhuc compertum eſt. *Auct. carm. de Phœnice*, *quod cum Lactantio edi ſolet*, *v.* 165.

Magnidicus, a, um, adject. qui magna dicit, *millantatore*. *Plaut. Rud.* 2. 6. 31. Dum tuas auſculto magnidicas mendacias. *Id. Mil.* 3. 1. 48. Quin noveris magnidicum, cincinnatum, mœchum unguentatum.

Magnifacio, is, a. 3. *ſtimare grandemente*, περὶ πολλοῦ ποιέομαι, θαυμάζω, magni æſtimo. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 18. Quem intellexi illam haud minus, quam ſe ipſum magnifacere. Sic eum ſuperlat. maximi facere ſidem, *Plaut. Caſ. prol. v.* 2. ¶ Cæterum ſæpe diviſum legitur *magni facio*.

Magnificatio, onis, f. actus magnificandi. *Macrob. l.* 5. *Sat. c.* 13. Perſonarum varia magnificatio.

Magnifice, adv. *magnificamente*, Ger. *groſſmechtig*, Gal. *magnifiquement*, Hiſpan. *magnificamente*, μεγαλοπρεπῶς, magnopere, ſumme, ſplendide, laute, honorifice. *Brut. ad Cic. ep.* 16. Juvat enim magnifice loqui. *Liv. lib.* 2. *cap.* 6. Magnifice incedere. *Nepos* 14. *c.* 3. Magnifice donatus. *Ter. Heaut.* 3. 2. Magnifice quem tractare. *Cic.* 1. *Off.* Magnifice, animoſeque vivere. ¶ Cato comparativum *magnificius* uſurpavit. *Feſtus*.

Magnificenter, adverb. magnifice. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Oppidum magnificenter ædificatum. *Cic. in Orat. c.* 34. Omnia excelſius, magnificentiuſque & dicet, & ſentiet. *Id.* 4. *Fam. ep.* 7. Cum conſulatum magnificentiſſime geſſeris.

Magnificentia, æ, *magnificenza*, גדולה, Germ. *herrligkeit*, Gall. *magnificence*, Hiſp. *magnificencia*, μεγαλοπρέπεια, eſt (ut inquit *Cic. l.* 2. *de Inven.*) rerum magnarum, & excelſarum cum animi ampla quadam, & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio. Adde 1. *Off. c.* 25. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Id. de amic.* 1. 6. Nec metiamur eam verborum magnificentia. *Id. in Orat. c.* 25. Magnificentia epularum.

Magnifico, as, avi, atum, a. 1. *eſaltare*, גדל, Ger. *groſſ machen*, Gal. *magnifier*, *exalter*, Hiſp. *engrandecer*, μεγαλύνω, exalto, extollo. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Magnificant & vituli, qui nondum herbam guſtaverit, fimum. *Plaut. Ciſtel.* 1. 2. 3. Quia me colitis, & magnificatis.

Magnificus, a, um, *magnifico*, *ſplendido*, אדיר, Ger. *herlich*, Gal. *magnifique*, Hiſp. *magnifico*, μεγαλοπρεπής, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit, qui circa publicam adminiſtrationem impenſas facit honorificas, veluti in ludis, in rebus Diis ſacrificatis, in ædificiis, in epulo publico, non qui in ſe ipſum ſumptuoſus eſt. *Plaut. Aſin.* Extemplo facio facetum me, atque magnificum virum. *Nepos Attic. c.* 13. Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus. ¶ Cum de rebus dicitur, ſignificat lautum, ſplendidum, & eximie paratum, atque inſtructum. *Cic.* 1. *Off. c.* 8. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia, & copia. *Id. lib.* 9. *Fam. epiſt.* 16. Cœna magnifica, & lauta. *Ter. Eun.* 4. 4. 4. Verba magnifica. *Plin. l.* 9. *c.* 2. Succus laſerpitii magnificus in uſu, medicamentiſque. h. e. mirabilis virtutis. ¶ Gradus ſunt *magnificentior*, & *magnificentiſſimus*, ab inuſitato *magnificens*. *Cic. in Piſon. c.* 2. Magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatum. *Vellei. l.* 2. *c.* 40. & 56. Magnificentiſſimus triumphus, &, magnificentiſſimum ſpectaculum. ¶ Veteres *magnificiſſimus* uſurpabant, teſte *Feſto*.

Magniloquentia, f. 1. μεγαληγορία, gravitas ſtyli. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 15. Ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Εὐριπίδου. *Id. in Or.* Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior.

Magniloquus, a, um, μεγαλορρήμων, qui magna loquitur. *Tac. in vita Agricol.* Prompti poſt eventum, ac magniloqui erant. *Stat. l.* 5. *Silv.* 3. *v.* 62. Magniloquus Homerus.

Magnipendo, is, endi, enſum, a. 3. *eſaltare*, *riputare da molto*, ייקר, Ger. *groſſ achten*, Gal. *fort eſtimer*, & *priſer*, Hiſp. *eſtimar*, *o apreciar mucho*, περὶ πολλοῦ ποιέομαι, in magna æſtimatione habeo. *Ter. Adelph.* 5. 4. 25. Ego quoque a meis me amari, & magnipendi poſtulo. Adde *Plaut. Stich.* 1. 2. 78.

Magnitas, atis, f. magnitudo, apud vet. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 513. Nanque fas fruge neque dici poteſt pen magnitate.

Magnitudo, inis, f. 3. *grandezza*, גודל, Ger. *groeſſe*, Gal. *grandeur*, Hiſp. *grandeza*, μέγεθος, amplitudo, moles. *Cic.* 1. *Off.* Etiamſi dinumerare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitraretur. ¶ Magnitudo animi eſt præſtantia, excellentia, ſublimitas animi, *grandezza d'animo*. *Cic.* 1. *Off. c.* 20. Vera & ſapiens animi magnitudo. Eo loco docet Cicero, quibus in rebus poſita ſit. ¶ Dicitur magnitudo & de aliis rebus, ut magnitudo fructuum, pro copia. *Cic. in Rull.* magnitudo æris alieni. *Idem pro Roſc. Amer.* magnitudo periculi. *Idem pro Quint.*

Magnopere, adv. *ſommamente*, *molto*, מאוד, Ger. *ſehr*, Gal. *beaucoup*, Hiſp. *mucho*, μέγα, valde, vehementer. *Cic. Caſſio l.* 15. *Fam.* Tibi Romam magnopere properandum cenſeo. ¶ *Non magnopere laboro*, non valde euro. *Cic. pro Roſc. Com.* Et quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. ¶ Aliquando *magno opere* ſeparatim legitur. *Plaut. Caſ. prol. v.* 21. Vos omnes opere magno eſſe oratos volo.

Magnum, adv. magnopere, valde. *Plaut. Mil.* 3. 2. 10. Nam eo, magnum clamat, tetigit calcem. *Id. Moſt.* 2. 2. 57. Atque ille exclamat de repente maximum.

Magnus, a, um, *grande*, גדול, Ger. *groſſ*, Gal. *grand*, Hiſp. *grande*, μέγας, grandis, a μέγας, inſerto n, quomodo a *rego* eſt *regnum*. *Cic. in Orat. c.* 10. Magnum opus, & arduum, Brute, conamur. *Virg. Georg. l.* 4. *de apibus*, magnis agitant ſub legibus ævum. h. e. gravibus, nec facile violandis. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 36. Sponte, an coactus tam magna peccaviſſet, nihil referre. Ubi alii minus recte leg. *magne*, tanquam ſit adverbium. ¶ Ponitur interdum pro multo. *Id.* 1. *Æn.* Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt ſeditio. *Petron. in Satyr. c.* 125. Dum hæc magno tempore Crotone aguntur. ¶ Item pro divite, & potenti. *Juven. Sat.* 6. magnos viſurus amicos. ¶ Item pro inſigni, memorabili. *Tacit. in Agric. c.* 34. Imponite quinquaginta annis magnum diem. ¶ Item pro venerabili, auguſto, potenti. *Virg.* 3. *Æn.* Numina magna loci. ¶ Item pro elato, *alto*. *Id. pro Cæcin.* Magna voce confiteri. ¶ Item pro ſtolido, ſicut & Longus. V. *Martial. l.* 11. *epigr.* 57. ubi in ambiguo hujus vocis ludit. ¶ Magni dicuntur homines præſtantes ingenio, aut virtute: item qui magnas res geſſerunt. *Tacit. Agric. c.* 44. Bonum virum facile crederes, magnum libenter. *Cic.* 3. *Leg.* A magno homine,

Digitized by Google

ne, & in primis erudite Panætio tractata. ¶ Magnum annum dicunt Mathematici, quo ſeptem ſidera errantia, expletis propriis curſibus, ſibimet concordant. *Id. l. c. de nat. Deor.* ¶ Magnus etiam dicitur de ætate, ut magnus natu apud *Liv. l.* 3. h. e. ætate provectus. Avunculus magnus, *zio del zio*. *Cic. de clar. orat.* V. Major. ¶ Magnum eſt, *è gran coſa, è coſa difficile*. *Cicer.* 4. *Acad.* Magnum eſt efficere, ut quis intelligat, quid ſit illud verum bonum. ¶ Magno, abſolute pro magno pretio. *Cic. in Rull.* 2. *c.* 13. Emere agros quam volent magno poterunt. ¶ Magni eſſe, pro æſtimari. *Id. Fam.* 15. Magni erunt mihi litteræ tuæ. ¶ Magni facere. V. *Magnifacio*. ¶ Compar. eſt *major*, ſuperl. *maximus*, quæ V. *ſuis locis*.

Magudăris, vel magydaris, f. 3. μαγύδαρις, ſemen ſilphii, ſeu laſerpitii. *Galen. in Lexico Hippocr. Pollux*, & *Voſſius*. Sed aliqui radicem ipſam ſic dixerunt, teſte Dioſcoride, ut *Cal. l.* 6. *c.* 16. alii caulem, ut *Plin. l.* 19. *c.* 3. & Priſcianus, alii ſuccum, ut Heſychius tradit. Eſt vox Cyrenaica, a qua regione ſuccus ille, non nativus quidem, qui computruiſſet, ſed jam arte præparatus in regiones exteras advehebatur. *Plaut. Rud.* 3. 2. 19. Si tibi conſidis, fore multam magudarim.

Magus, gi, m. *Mago, ſtregone*, מכשף, Ger. *zauberer*, Gal. *magicien*, Hiſp. *magico*, μάγος, dictio Perſica, quæ apud eos ſignificat ſapientem. Sapientes enim Perſæ Magos vocant, ut Græci Philoſophos. *Cic.* 1. *de Div. c.* 23. Et Magos dixiſſe, quod genus ſapientum & doctorum habebatur in Perſis. *Et infra*: Et in Perſis augurantur, & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi. Nec quiſquam Rex Perſarum poteſt eſſe, qui non ante Magorum diſciplinam, ſcientiamque perceperit. ¶ Conſuetudine, & ſermone communi pro malefico, ſeu incantatore accipitur. Nam cum Magi apud Perſas potiſſimum Deorum cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorum vanitas, ut non ſolum obſervatione ſiderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdam, & maleficiis & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur. V. *Apul. in Apol.*

Magus, a, um, adject. magicus. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 8. Illa magas artes, Ææaque carmina novit.

Maja, f. 1. Μαῖα, Atlantis filia, ex Plejone Nympha, ex qua Jupiter Mercurium ſuſcepit. Huic Romani menſe Majo ſacrificabant. Sed quidam affirmant, teſte *Macrobio l.* 1. *ſat. c.* 12. quibus Cornelius Labeo conſentit, hanc Majam, cui menſe Majo res divina celebrabatur, terram eſſe, hoc adeptam nomen a magnitudine, ſicut & Mater Magna a Græcis vocatur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 301. Maja genitum demiſit ab alto. ¶ Fuit etiam hoc nomine, Fauni filia, cui in mellario vaſe non mel, ſed vinum ſacrificabant. ¶ Præterea Maja eſt una ex Plejadibus ſtellis. *Virg.* 1. *Georg. v.* 225. Multi ante occaſum Majæ cœpere &c. ¶ Denique ſic appellatur cancri genus maximum, *granceuola*. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Majālis, m. *porco caſtrato*, Germ. *verſchnittener*, *eber*, Gal. *pourceau chatré*, Hiſp. *marrano*, χοῖρος τομίας, ſus caſtratus. *Iſid. in Gloſſ.* dictum cenſet, quia Majæ Deæ ſacrificabatur, matri Mercurii. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Caſtrantur verres commodiſſime anniculi, quo facto nomen mutant, atque a verribus dicuntur *majales*.

Majeſta, æ, f. uxor Vulcani, ab antiquo poſitivo majus pro magnus. *Macrob. l.* 1. *ſat. c.* 12. ex *Piſone*.

Majeſtas, tis, f. 3. *maeſtà*, הדר, Ger. *majeſtet*, Gal. *majeſté*, Hiſp. *mageſtad*, σεμνότης, magnitudo, decus, amplitudo, & dignitas Populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatoriſve, vel etiam privati magni viri, ab antiquo poſitivo *majus* pro *magnus*. Apud Romanos proprie Populi erat. Senatus enim *auctoritas* dicebatur. Nam Populus ſciſcere ſolebat, & jubere, Senatus cenſere, & auctor eſſe. *Cic.* 3. *Phil.* Ut omnes ad auctoritatem hujus Ordinis, majeſtatemque P. R. defendendam conſpiraſſe videantur. ¶ Majeſtatis crimen eſt, cum ea tolluntur, in quibus vel Regis, vel Magiſtratus, vel Populi amplitudo verſatur. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 2. *c.* 18. Hinc majeſtatem lædere, vel minuere, eſt aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem Populi, Regis, Magiſtratus. Et majeſtatis rei dicuntur, qui de majeſtate læſa, ſive imminuta accuſantur. *Cic. in Partit.* Majeſtas eſt in Imperii, atque P. R. dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinem ad ſeditionem vocavit. *Id. pro Cluent. c.* 35. Damnatus majeſtatis. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut Majeſtas nominis, ideſt magnitudo, ſive dignitas; Majeſtas loci, ideſt ejus præſtantia, ſive excellentia; Majeſtas orationis, ideſt gravitas ſtyli, &c. *Martial. l.* 1. Cum pars libri & major, & melior ad majeſtatem ſacri nominis tui allegata ſit. *Liv. l.* 1. Quæ ipſius etiam loci majeſtate eſſet. *Cic. de Am. c.* 25. Quanta illi fuit gravitas? quanta in oratione majeſtas? ¶ Eſt etiam Dea, filia Honoris, & Reverentiæ. *Ovid.* 5. *Faſt. in princ.*

Maji, m. familia in Italia, ex qua Majus avus maternus, & Maja mater Virgilii Poetæ, fortaſſe a magnitudine. Vulgo in vita Poetæ *Magus* legitur pro *Majus*; indeque fabula, avum maternum Maronis magum fuiſſe, ab eo Poetam didiciſſe artes magicas, hic miranda illa fecitſe Neapoli, quæ leguntur apud *Arnoldum Abbatem Lubecenſem in Chronico Slavorum l.* 4. *c.* 19. Sed avum Maronis non *magum* dictum, verum *Majum*, argumento eſt, quod ab eo mater diceretur *Maja*. *Voſſ.*

Major, & majus, *maggiore*, μείζων, comp. nominis *magnus*, a Græca voce allata. Nam quia antiqui Romani carebant litera *z*, mutabant eam in *j* conſonam, quomodo & e ζυγόν, fecere *jugum*. Vel eſt contractum ex *magnior*. Nam a magnus deberet eſſe *magnior*, ex quo eliſo *n* fit *magior*, ex quo *g* quoque extrito, remanet *major*. Vel eſt ab antiquo poſitivo *majus* pro *magnus*, unde Deus Majus, & Dea Maja. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Eum tibi commendo majorem in modum. *Id. de Am.* Ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus eſt, in hoſte etiam diligamus. ¶ Interdum refertur ad dignitatem, ut Majores Magiſtratus, ideſt Conſules, & Prætores, qui reliquis dignitate præeunt. *Feſtus*. ¶ Interdum ad ætatem, pro ſeniore, ſeu longioris ævi. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 1. Major natu. *Ter. Phorm.* 1. 2. 14. Senis noſtri fratrem majorem noſti. *Capitolin. in Pertin. c.* 4. Sexagenario major. ¶ Major herus eſt paterfamiliae: nam minor filius dicebatur. *Plaut. Truc.* 2. 2. 53. Ego iſta veſtra majori hero facta denarravero. ¶ Major morbus, eſt morbus comitialis. *Celſ. l.* 3. *c.* 23. ¶ Huic comparativo Plautus addit adverb. *magis*. *Men. prol. v.* 55. Qui dederit, magis majores nuges egerit.

Majōres, orum, m. *maggiori*, *antichi*, πρόγονοι, intelligi poſſunt quicunque avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum, ſicut minores, qui etiam poſt trinepotes futuri ſunt. Uſurpatur hæc vox tantum in num. pl. *Cic.* 3. *Phil.* L. Philippus vir avo, patre, majoribuſque ſuis digniſſimus. ¶ Accipiuntur etiam majores indifferenter pro omnibus, qui ante nos fuerunt, ut minores pro poſteris. *Caſ. l.* 4. *B. G.* Quod Germanorum conſuetudo hæc ſit a majoribus tradita.

Majorīnus, a, um, adject. a *major*. *Majorinæ olivæ* dicuntur, quæ ſunt omnium maximæ, alio nomine *regiæ*. Eædem tamen minimum olei habent: unde & *phauliæ* dicuntur, *Columella*: a φαῦλος, vilis, vitioſus. *Plin. l.* 15. *c.* 3. ¶ *Majorinæ pecuniæ*, quæ & *centenionales communes* dictæ ſunt, parvi quidem pretii, ſed *majores* tamen uſitatis aſſibus fuerunt. *Imp. Conſtantio. & Julian. l.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 23. *leg.* 2.

Majugĕna, æ, m. Maja genitus, h. e. Mercurius. *Martian. Capel. l.* 1. *ſub fin.* Noſtri Majugenam pignoris inclyti.

Majŭma, æ, ludi genus. Scribit *Suidas*, dictum eſſe a Majo menſe, quod cives R. certo ejus menſis die ad Hoſtiam ſecundo Tiberi deſcenderent, ibique in marinis aquis natantes luderent. *Cod. Theod. l.* 15. *tit.* 6. Placuit, ut majumæ lætitia provincialibus redderetur, ita tamen, ut ſervetur honeſtas, &c.

Majus, ii, *Maggio*, זיו, Ger. *der Meymonat*, Gal. *le mois de May*, Hiſp. *Mayo*, μάϊος, menſis, a majoribus dictus, quorum conſilia Reſpub. gerebatur, ſicut *Junius a junioribus*, qui eam armis gerebant, vel a Majeſtate, ut fabulatur *Ovid.* 5. *Faſt. initio*. Alii ducunt a Maja, matre Mercurii, cui hoc menſe ſacrificabatur: alii a Majo Deo, qui eſt Jupiter. V. *Ovid. loc. cit. Id. ibid. v.* 73. Hinc ſua majores poſuiſſe vocabula Majo. ¶ Uſurpatur etiam adjectivorum more, ut Calendæ Majæ, Idus Majæ, apud *Cic.* 5. *Attic. ep.* 7. 8. *&c.*

Majuſcŭlus, a, um, *grandetto*, grandior. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 10. In aliqua majuſcula cura, negotioque verſari. *Ter. Eun.* 3. 3. 21. Thais, ego quam ſum, majuſcula eſt.

Mala, æ, f. *guancia*, לחי, Germ. *ein backe*, Gall. *la joue*, Hiſp. *mexilla*, σιαγών, eſt pars faciei eminens inter oculum, naſum, & buccam, quæ & gena dicitur, a *mando*. Aliqui cenſent, hanc vocem contractam eſſe ex maxilla, abjectis mediæ literis, ea ratione, qua *ala* ex *axilla*. *Cic. in Or.* Quomodo enim veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literam etiam e maxillis, e taxillis, a vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit. Dicitur proprie de hominibus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant, ibi oſtenditur pudor. ¶ Interdum tribuitur & beſtiis. *Virg.* 3. *Geor.* Quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.

Malabathrarius, vel malobathrarius, ii, m. qui malabathrum conficit, aut vendit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. ubi al. leg. *myrrhobathrarius*.

Malabathrātus, vel Malobathratus, a, um, adjectiv. Malabathro unctus. *Sidon. l.* 8. *ep.* 3. Satrapæ pumicati, malabathrati.

Malabăthrum, ſeu malobathrum, n. 2. μαλάβαθρον, μαλόβαθρον, *Dioſcoridi* folium eſt nardi odore, quod ex India advehitur. Ex eo unguentum, vel oleum exprimitur odoratiſſimum, quod & malabathrum, & foliatum vocatur, quo ad ungendos capillos utebantur. *Hor. l.* 2. *carm. od.* 7. Fregi coronatus nitentes malobathro Syrio capillos.

Malăche, f. 1. μαλάχη, ſpecies malvæ, ventrem emolliens, a voce Græca allata, quæ a μαλάσσω, *mollio*, ab emolliendo ventre. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Malachītes, μαλαχίτης, gemma ſpiſſius virens, al. molochites, a colore malaches, ſeu malvæ. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Malachra, f. 1. al. maldache, arbor in Bactriana regione magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exſudans, quod bdellium vocatur. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Malacia, æ, f. *bonaccia*, μαλακία, tranquillitas, cum maris fluctus omnino quieſcunt, & languent, neque ulla aura commoventur. *Caſ.* 3. *B. G. c.* 15. Tanta ſubito malacia, ac tranquillitas extitit, ut ſe loco movere non poſſent. ¶ Tranſlata ſumitur pro mollitie animi. *Sen. ep.* 67. In uno inconcuſſo jacere, non eſt tranquillitas, malacia eſt. ¶ Dicitur etiam de languore ſtomachi cibum faſtidientis, præcipue in mulieribus gravidis. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Malicorium expetitur gravidarum malaciæ. Adde *l.* 28. *c.* 7.

Malaciſſo, as, a. 1. *ammollire*, *domare*, μαλακίζω, mollio, ſubigo, e verbo Græco allato, quod a μαλακός, *mollis*. *Plaut. Bacch.* 1. 1. Ah nimium ferus es, malaciſſandus es.

Malactĭcus, a, um, adject. molliendi vim habens, μαλακτικός. *Theod. Priſcian. de Diæta, c.* 15. Malacticam habet virtutem.

Malăcus, a, um, *molle*, μαλακός, mollis, delicatus, a μαλάσσω, *mollio*, ut Malacum pallium, ſyntheſis, ſeu veſtis cœnatoria, quia hæc mollior fuit, ac pretioſior, utpote ſæpe purpurea, aut coccinea. *Duza* tamen malacum non a mollitie dictum putat, ſed a colore malaches, ſive malvæ. *Plaut. Mil.* 3. 1. 93. Pallium malacum. *Id. Bacch.* 2. 3. 121. Hic noſtra agetur ætas in malacum modum. h. e. molliter, jucunde. *Id. Mil.* 3. 1. 74. Cinædus malacus.

Malagĭnum, i, n. emplaſtrum, quod ſine igne conficitur. *Plin. Valerian. l.* 3. *c.* 18. *in fin.*

Malagma, atis, n. 3. μάλαγμα, fomentum, quod integræ cuti imponitur ad apoſtemata, alioſve tumores præter naturam molliendos, a μαλάσσω, *mollio*. *Col. l.* 7. Ut lentorem malagmatis habeat. ¶ Malagmata differunt ab emplaſtris, & paſtillis, quia malagmata maxime ex floribus, emplaſtra, paſtilliqque magis ex quibuſdam metallicis fiunt. *Celſ. l.* 5. *c.* 19. Deinde emplaſtra imponuntur vulneribus, malagmata in integram cutem injiciuntur, paſtilli aut illiniuntur, aut alicui molliori cerationi miſcentur. ¶ Dicitur etiam *malagma*, *æ*, *Veget. de re Veterin. l.* 4. *c.* 25. 20. 21. & alibi.

Malandria, vel Malandre, æ, f. genus morbi in equis, & in hominibus, apud *Veget. l. c. de re veterin. c.* 42. & *Marcel. l. Empir. c.* 34. a med. & eſt lepræ, ſeu elephantiaſis ſpecies. ¶ Eo qui laborant, *malandrioſi* appellantur. *Marcell. Empir. c.* 19.

Malandriōſus. V. *vocem præced.*

Malaſſo. V. Malaxo.

Malaxatio, onis, f. actus emolliendi. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 28. Malaxationes adhibendæ.

Malaxo, & Malaſſo, as, a. 1. *far molle*, *maturare*, רכך, Ger. *weich machen*, Gall. *amollir*, Hiſp. *ablandar*, μαλάσσω, mollio, ſubigo, a verbo Græco allato. *Laber. apud Gel. l.* 16. *c.* 7. Malaxare malas.

Maldăcon, i, n. gummi ex bdellio arbore. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Male, adv. *malamente*, *iniquamente*, Ger. *boſſlich*, Gall. *mal*, Hiſp. *malamente*, κακῶς, prave, nequiter, vitioſe, improbe. *Sueton. Vitel. c.* 7. Male animatus erga Principem. *Cic. Att. l.* 9. Si Italiam relinquet, faciet omnino male. *Id. ad Brut.* Dii iſti Segulio male faciant. *Id. Verr.* 3. Male accipit verbis Rabonium. *Virg.* 2. *Æn.* Statio male fida carinis. h. e. parva. *Plaut. Stich.* Male moratus. *Sueton. de clar. Rhetorib.* 5. Claudius male oculatus. *Ter. Heaut.* 4. 1. Male docet te mea facilitas. h. e. in cauſa eſt, ut tu male agas. *Cic.* 4. *Tuſc.* Male olere omne caenum. ¶ Interdum accipitur pro valde. *Ter. Heaut.* 3. 2. Syre, tibi timui male. *Cic. de clar. Or.* Addebat, ſcriptores illos male multatos. Item pro infeliciter. *Nepos Miltiad. c.* 3. Male rem gerere. ¶ Hinc, Male vertat, imprecandi locutio. *Ter. Adelph.* 2. 1. 37. Minis viginti illam emiſti; quæ res tibi male vertat, *ſia la tua rovina*, *non ti faccia pro*. ¶ Hinc etiam male eſſe alicui. *Ter. Adelph.* 4. 5. 21. Animo male eſt. *Cic. Att. l.* 15. Male ſit Antonio. Sic male vivere, eſt, in egeſtate vivere. *Plaut. Trin.* ¶ Male cadere, *aver cattivo eſito*. *Caſ.* ¶ Male conciliare, eſt caro pretio emere. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. V. Concilio. ¶ Male habere aliquem, eſt male accipere, vexare, *travagliare*. *Ter. Andr.* 2. 6. 5. Præter ſpem evenit, ſcio; hoc male habet virum. ¶ Male cogitare de aliquo, *eſſer di mal' animo contra qualcuno*. *Cic. de Senect.* Quomodo Carthagini male jamdiu cogitanti bellum inferatur. *Col. Cic. l.* 8.

l. 8. Fam. ep. 12. Animadverteram, male eum de me cogitare. ¶ Male audire, aver cattiva fama. Cic. Att. l. 6. Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat. ¶ Male mereri de aliquo. V. Mereor. ¶ Male credere, difficile credere. Plaut. Pœn. Male credam, & credam tamen. ¶ Male velle alicui, odiare. Plaut. Aſin. 5. 1. 13. Utinam qui mihi male volunt, ſic rideant. ¶ Eodem modo uſurpantur Pejus, & Peſſime, de quibus V. ſuis locis. ¶ Malo-Deus, Male-homines, Malo-mores, afferuntur ab eruditis: ſed iis exemplis confirmantur, in quibus vox male alio refertur.

Malea, f. Μαλέα, Μάλεια, Capo Malio di S. Angelo, prom. Peloponneſi, in ora Auſtrali Laconicæ, Laconicum ſinum finiens, & dicta eſt a Maleo Argivorum Rege, qui in ea templum pulchrum conſtruxit, quod Maleotieum appellavit. Virgil. 5. Æn. v. 193. Joniſque mari, Maleæque ſequacibus undis. Stat. 7. Theb. v. 16. & raucæ circumtonat ira Maleæ.

Maledicax, acis, maledico, maledicus. Plaut. Curcul. 4. 2. 26. Maledicax es. Macrob. l. 7. Saturn. c. 3. Importuna urbanitas maledicacem luce privavit. ¶ Poſſis etiam diviſim ſcribere mala dicax.

Maledice, adv. maledicamente, Germ. ſchmechlich, Gal. en mediſant, Hiſp. maldezimente, κακολόγως, contumelioſe. Cic. 1. Offic. c. 37. Cum de abſentibus, detrahendi cauſa, maledice, contumelioſeque dicitur.

Maledicens, tis, adject. maledico. Plaut. Merc. 2. 3. 75. Ut nunc ſunt maledicentes homines. ¶ Maledicentior, & maledicentiſſimus V. in Maledicus.

Maledicentia, f. 1. villania, maldicenza, קְלָלָה, Ger. ubelredung, Gal. mediſance, Hiſp. detracion, κακηγορία, δυσφημία, obtrectatio, convicium. Gel. l. 3. c. 3. Ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes civitatis.

Maledico, is, xi, ictum, a. 3. maladire, dir male, קִלֵּל, Ger. ubelreden, Gal. medire, Hiſp. maldezir, κακολογέω, maledictis afficio, in aliquem maledicta, ideſt convicia, probra, contumelias conjicio. Terent. Eun. 4. 7. 29. Neſcis, cui nunc maledicas viro. Cic. Fam. 5. ep. 8. Si legatorum cuipiam maledicitur. ¶ Invenitur etiam cum accuſat. Petron. in fragm. Tragur. c. 56. edition. Burm. Maledic illam verſibus, ut habeat pudorem.

Maledictio, onis, f. maladizione, קְלָלָה, Ger. ein ſchmach wort, Gal. malediction, Hiſp. maldicho, maldicion, κακηγορία, actus maledicendi. Cic. pro Cal. c. 3. Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam.

Maledictito, as, dir male ſpeſſo, ſæpe maledico. Plaut. Trinum. 1. 2. 62. Maledictitatur tibi vulgo in ſermonibus. ¶ Poſſis etiam diviſim ſcribere male dictito.

Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. Feſt. ex Cat.

Maledictum, cti, neut. ingiuria, villania, λοιδορία, convicium, probrum, contumelia. Cic. ad Q. Fr. l. 2. Cum omnia maledicta, verſus denique etiam obſcœniſſimi in Clodium, & Clodiam dicerentur. Id. pro Planc. c. 12. Hæc ſunt conjecta maledicta in ejus vitam. Et cap. 13. In homines nobiliſſimos maledicta aſpera, & ferociter dicta ammnamorem. Id. 1. nat. Deor. Zeno non eos ſolum figebat maledictis, &c.

Maledictus, a, um, adject. maledetto, ἐπικατάρατος. Spartian. in Geta, c. 3. Maledicta parricida, fratrem tuum occidiſti.

Maledicus, a, um, maldicente, maledico, מְקַלֵּל, Ger. ſchmachredig, Gall. mediſant, Hiſp. maldiciente, βλάσφημος, qui proclivis eſt ad maledicendum, aut obtrectandum. Quintil. l. 4. c. 1. Maledicus in omnes. Cic. pro Flac. In tam ſuſpicioſa, & maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. ¶ Comp. maledicentior, ſuperl. maledicentiſſimus. Plaut. Merc. 2. 2. 31. At ego pol maledicentiorem, quam te, novi neminem. Cic. pro Flac. c. 3. In maledicentiſſima civitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modo crimen, effugit.

Malefiber, bra, brum, adject. mala fabricatus, doloſus. Prudent. Hamartig. v. 724. Suadelis malefabric illecta.

Malefacio, acis, eci, actum, n. 3. far male, הֵרַע, Ger. boſſes thun, Gall. malfaire, Hiſp. mal hazer, κακουργέω, male ago. Ter. Adelph. 2. 1. 10. Neque tu verbis ſolves unquam, quod mihi re maleficeris. Et paſſive impersonalium more. Plaut. Mil. 2. 2. 11. Neſcio quid malefactum a noſtra huic familia eſt. ¶ Sæpe uſurpatur disjunctum. V. Male.

Malefactor, oris, m. malfattore. Plaut. Bacch. 3. 2. 11. Malefactorem amittas ſatius, quam relinquas beneficum. h. e. melius eſt malefactorem non ulciſci, quam benefico gratiam non referre.

Malefactum, cti, n. malefizio, רָעָה, Germ. ein boſe that, Gall. malfait, Hiſp. mal hecho, κακούργημα, mala actio, peccatum. Cic. Off. 2. c. 18. Ex Ennio, Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Malefice, adv. maleficamente, cum maleficio. Plaut. Pſeud. 4. 7. 113. Nec ſycophantioſe quidquam ago, nec malefice.

Maleficentia, f. malefizio, danno, ingiuria, נֶזֶק, Germ. beſchedigung, Gal. malfaiſance, Hiſp. mal hecho, κακουργία, damnum, injuria. Plin. l. 9. c. 9. Maxime tamen roſtris caniculareum maleficentiæ aſſimilati.

Maleficium, ii, n. malefizio, כֶּשֶׁף, Ger. miſſhandlung, Gal. meffait, Hiſp. maleficio, κακούργημα, malefactum, facinus, injuria, quidquid improbe admiſſum eſt. Cic. 2. Off. Qui maleficio, & ſcelere paſcuntur. Id. pro Roſc. Amer. c. 22. Maleficium admittere. ¶ Accipitur & pro quavis injuria, & noxa, danno. Cæſ. l. 1. B. G. c. 7. Sibi eſſe in animo, ſine ullo maleficio iter per provinciam facere. Et c. 9. Helvetii ut ſine maleficio, & injuria tranſeant.

Maleficus, a, um, malfattore, colui che fa male, מֵרַע, Germ. ſchedlich, Gall. malfaiſant, Hiſp. malhechor, κακοῦργος, pernicioſus, qui damnum infert, & qui nocet alteri. Cic. 7. Verr. c. 55. In externorum hominum, & maleficorum, ſceleratorumque cuſtodias eu tantum numerum civium Rom. includere auſus es? Plin. lib. 11. c. 17. Maleficum frondibus animal capra. ¶ Interdum ponitur pro incantatore, venefico, ut Maleficæ mulieres, incantatrices, & veneficæ, Maleficæ artes, pro incantationibus, & veneficiis. Cod. tit. 18. l. 9.

Malefidus, non eſt, ſed duæ voces ſunt. V. Male.

Malenatus, duæ voces ſunt. V. Natus.

Maleſanus, duæ voces ſunt ſeparatim ſcribendæ. V. Sanus.

Maleſuadus, a, um, che eſorta al male, κακοσύμβουλος, qui male ſuadet. Virg. 6. Æn. Et maleſuada fames, & turpis egeſtas.

Maletractatio, onis, fem. cattivo trattamento, mala tractatio. Arnob. l. 4. pag. 142. Tolerari forſitan maletractatio hæc poſſet. Et pag. 143. immunis a maletractatione.

Maleventum V. Beneventum.

Malevolens, tis, o. idem ac malevolus. Plaut. Capt. 3. 4. 31. Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, & invideant bonis. Cic. 1. Fam. ep. 7. Malevolentiſſimæ obtrectationes.

Malevolentia, æ, f. malevolenza, odio, Ger. beſſwilligkeit, Gal. malveillance, Hiſp. malquerencia, κακόνοια, invidia, odium, & ut Cic. 4. Tuſc. c. 9. definit, voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Id. ad Q. Fr. l. 1. Quanquam illorum erit verius judicium obtrectatione, & malevolentia liberatum.

Malevolus, a, um, malevolo, Ger. beſſwillig, Gall. malveuilant, Hiſp. el que mal quiere, κακόνους, malum cuiquam exoptans, invidus. Cic. 2. Fam. Qui malevolo ſunt animo. Id. pro Deiot. c. 16. Malevolorum ſermunculi.

Maleus, a, um, adject. a Malea Peloponneſi promont. ut Maleus ſinus, apud Plin. l. 3. c. 6. Maleum jugum. Id. l. 2. c. 9.

Malicorium, neut. ſcorza del pomo granato, σίδιον, cortex mali Punici, a malum, & corium, quia corio ſimilis eſt ob duritiem, & craſſitiem. Plin. l. 23. c. 6. Hic cortex ex acerbis (malis Punicis) in magno uſu: Vulgus coria maxime perficere illo novit: ob id malicorium appellant Medici. Id. l. 14. c. 11. Hujus aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur.

Malifer, a, um, adjectiv. pomifer. Virg. 7. Æn. v. 740. Maliferæ mœnia Abellæ.

Maligne, adv. avaramente, ἀνελευθέρως, illiberaliter, parce. Hor. l. 2. ep. Cum recte tractent alii, laudare maligne. Liv. l. 39. c. 9. Maligne omnia præbentibus ſuis, meretriculæ munificentia ſuſtinebatur. ¶ Sumitur etiam pro perverſe, depravate, malitioſe, malignamente, κακοήθως. Liv. l. 8. c. 1c. Ager in Latino, Falernoque maligne plebi diviſus. Curt. l. 8. c. c. Malignius habere ſermonem. Plin. l. 34. c. 11. de Ærug. adulterata. Deprehenditur & viſu, maligne virens. h. e. male virens.

Malignitas, atis, f. parſimonia, avarizia, φειδωλία, illiberalitas, parcitas, parſimonia. Liv. l. 2. c. 42. Malignitas conferendi ex privato. ¶ Sumitur & pro perverſa voluntate, invidia, malevolentia. Val. Max. l. 4. c. 7. Nulla felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit.

Maligno, as, a. 1. maligne volo, ſtruo, paro, κακοηθεύομαι, Ammian. l. 2c. c. 13. Volucres venena malignantes.

Malignus, a, um, illiberale, avaro, ἀνελεύθερος, illiberalis, parcus, aſ malus. Plaut. Bacch. a. 3. ſc. 2. v. 17. Juſtus, injuſtus, malignus, largus, commodus, incommodus. ¶ Maligni laudatores, qui frigide laudant, adeo ut præ invidia ex meritis laudibus aliquid detrahere videantur. Quintil. l. 2. c. 2. In laudandis diſcipulorum dictionibus nec malignus, nec effuſus. ¶ Malignus ager, ſterilis, minime ferax, qui domino ſe quodammodo ingratum exhibet, ſemenque ſibi creditum parum liberaliter refundit. Virg. 2. Georg. v. 179. Difficiles primum terræ, colleſque maligni. ¶ Maligna lux, quæ ſubobſcura eſt. Virg. 6. Æn. v. 270. Quale ſub incertam Lunam ſub luce maligna. ¶ Accipitur etiam pro eo, qui difficultatem ſui oſtendit, h. e. qui aſper, difficilis, iniquus eſt. Tr. Re. c. c. 84. Maligna multo, & magis procax facta eſt. Hinc Maligna via, quæ anguſta, & ardua eſt. Virg. 1. Æn. Aditusque maligni. Senec. l. 3. quæſt. nat. c. 27. Pars tamen major, ut maligno oſtio retenta, reſtagnat. ¶ Frequenter uſurpatur pro malevolo, improbo, invido, κακοήθης. Virg. 3. Æn. v. 653. Oculis ſpectare malignis. Mart. l. 4. epigr. 86. Nec rhonchus metues malignorum. Senec. de vita beat. c. 18. Maligniſſima capita, & optimo cuique inimiciſſima.

Maliloquax, acis, adject. qui male loquitur. P. Syrus: Lingua eſt maliloquax mentis indicium malæ.

Maliloquium, ii, n. malus ſermo, & de re mala. Tertull. de ſpectac. cap. 2. Non ſumpſimus linguam ad maliloquium, & aures ad exceptaculum maliloquii.

Malina, æ, æſtus maris accedentis, apud Veteres. Auguſtin. de mirabilib. S. Script. c. 7. Roſin. Antiq. Rom. l. 2. c. 13. V. Lidono.

Malinus, a, um, o. 1. 2. μήλινος, quod factum eſt ex melo, h. e. poma. Colum. l. 7. c. 8. Atque ita malini ligni, vel culmi fumo coloratur.

Malitas, atis, f. malitia. Ulp. Dig. l. 4. tit. c. leg. 3. Timor majoris malitatis. Ita leg. Pandect. Florent. Alii leg. mali.

Malitia, æ, f. malizia, רִשְׁעָה, Ger. boſſheit, Gall. malice, Hiſp. malicia, κακία, perverſitas, quæ virtuti, ſeu bonitati contraria eſt, & proprie dicitur, cum quis data opera male agit. Sen. epiſt. 47. Levis eſt malitia, ſæpe mutatur non in melius, ſed in aliud. ¶ Frequenter ſumitur pro verſutia, calliditate, ſubtilitate. Nam malitia vocabulum medium fuiſſe videtur, quod & in bonam partem accipi poterat, ut ait Nonius. Unde & malitiam malam legimus. Plaut. Aul. c. 2. 38. Equidem te civem ſine omni malitia mala etiam ſemper ſum ratus. Cic. 4. Tuſc. Hujus igitur virtutis contraria eſt vitioſitas. Sic enim malo, quam malitiam appellare. Nam malitia certi cujuſdam vitii nomen eſt, vitioſitas omnium.

Malitioſe, adv. malizioſamente, Germ. boſſfertiglich, Gall. malicieuſement, Hiſp. maliciosamente, κακοτέχνως, callide, doloſe. Cic. in Orat. Et in eligendo fecit malitioſe. ¶ Idem pro Roſc. Amer. c. 38. Malitioſius gerere rem mandatam.

Malitioſitas, atis, f. malitia, calliditas. Tertull. lib. 3. adverſ. Marcion. c. 15. Aut diffidentiæ, aut malitioſitatis conſilium eſt.

Malitioſus, a, um, malizioſo, aſtuto, עָרוּם, Germ. boſſhafftig, Gall. malicieux, Hiſp. malicioſo, πανοῦργος, verſutus, callidus, aſtutus, fallax. Cic. 3. Off. Verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallaces, malitioſi, callidi, veteratores, vafri. Id. 1. Off. c. 10. Et nimis callida, ſed malitioſa juris interpretatione.

Malleator, oris, m. martellatore, ὁ σφύρῃ ἐλαύνων, qui malleo operatur. Martial. l. 12. ep. 57. Illinc balucis malleator Hiſpanæ tritum nitenti fuſte verberat ſaxum.

Malleatus, a, um, martellato, הֻלְמוּ, Germ. geſchmiert, Gal. martelé, Hiſp. martillado, σφυρωτός, quod malleo contuſum eſt. Unde malleati libri dicuntur, qui malleo percuſſi, & complanati ſunt, quod fere fieri ſolet, antequam libri compaginentur. Ulp. Dig. l. 32. leg. 52. a med. Sed & perſcripti libri, nondum malleati, vel ornati continebuntur. Colum. l. 12. c. 19. Sparteum malleatum.

Malleolaris, & re, o. 3. μοσχευματικός, quod ad malleolum ſpectat. Col. de arborib. c. 3. Virgam malleolarem non ampliùs, quam ſex gemmarum, eſſe convenit.

Malleolus, li, m. martellino, Germ. ein hemmerlein, Gall. maillet, Hiſp. martillico, σφυρίον, parvus malleus. Feſtus. ¶ Tranſlate ſumitur pro novo palmite vitis, μόσχευμα, qui innatus eſt prioris anni flagello, a ſimilitudine. Col. l. 3. c. 6. Malleolus novellus eſt palmes innatus prioris anni flagello, cognominatuſque a ſimilitudine rei, quod in ea parte, quæ deciditur, ex vetere ſarmento prominens utrinque, malleoli ſpeciem præbet. Plin. l. 17. c. 21. Solebat capitulatus utrinque a duro ſurculus ſeri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. Cic. de Sen. Malleoli, plantæ, ſarmenta, traduces, vites, propagines nonne ita afficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? ¶ Transfertur quoque ad manipulos, aut collectiones ſparteas forma quadam mallei ligatas, & pice, aut ſulphure illitas, & incenſas, quæ in muros, aut tecta conjici ſolent. Feſt. & Non. cap. 18. n. 27. Cic. in Catil. Deſtinant malleolos ad incendendam urbem, faceſque comparare. ¶ Apud Veget. l. 4. c. 18. & Ammian. alia ratione malleolus deſcribitur. Verba Ammiani ſunt l. 23. c. 10. Malleoli, teli genus, figurantur hac ſpecie: Sagitta eſt cannea inter ſpiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur ſtamina, concavatur, ventre ſubtiliter, & multifariam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento, & ſic emiſſa lentius (enim jacta rapidiore exſtinguitur) priuſquam hæſerit, tenaciter cremat: conſperſa aquis acriores excitat æſtus, &c. Lipſius Poliorcet. l. 5. Dial. 5. hujuſmodi teli figuram exhibet.

Malleus, lei, m. martello, פַּטִּישׁ, Germ. hammer, Gall. maillet, ou marteau, Hiſp. martillo, σφῦρα, fabrile inſtrumentum. Plaut. Men. 2. 3. 52. Navem ligneam, ſæpe tritam, ſæpe excuſſam malleo. Varr. R. R. l. 1. c. 22. Cribra, mallei, & raſtelli. ¶ Apud Veget. de re veterin. l. 2. eſt genus morbi in jumentis.

Mallo,

Mallo, onis, m. cortex cæpæ. *Veget. de re Veterin. l. 1. c. 63.* ¶ Præterea mallones ſunt tumores morboſi in genibus, vel articulis jumentorum. *Id. l. 5. c. 48.*

Mallotes, & **Malotes**, æ, m. μαλλώτης, & μαλώτης, qui eſt ex Mallo, Ciliciæ urbe. *Plin. l. 4. c. 12.* Philiſtides Mallotes. *Sueton. de Grammat. c.* 2. Crates Mallotes.

Malluvium, ii, n. *bacile da lavare le mani*, Germ. *ein handbecke*, Gall. *baſſin a laver les mains*, Hiſp. *fuente para agua manos*, χερνιπτρον, vas, in quo manus lavantur, quaſi manuluvium. *Feſtus*, qui addit: Malluviæ, quibus manus ſunt lotæ; pelluviæ, quibus pedes.

Malo, mavis, malui, n. anom. *voler piutoſto, amar meglio*, בחר, Germ. *lieber wwollen*, Gall. *aymer mieux*, Hiſp. *maſquerer*, αἱρέομαι, magis volo, a *mavolo* per ſync. quod a *magis*, & *volo*. De ejus conjugatione V. Grammaticos. *Cic. Att. l. 8. epiſt. 7.* Malo, me cum Pompejo vinci, quam cum illis vincere. Et *l. 13. ep. 18. l. 7. ep. 18.* Domi manere ſi recte poſſim, multo malim. Et *l. 7. ep. 15.* Cato ſervire quam pugnare mavult. ¶ Apud *Plaut.* legitur ſæpe *mavolo*, pro *malo*, *mavelim*, *mavelis*, *mavellem*, &c. pro malim, mallem, &c. ut *Aſin.* 5. 1. 9. & 5. 2. 27. *Bacch.* 5. 2. 21. &c. ¶ Per pleonaſmum interdum *potius* additur. *Ter. Adelph.* 2. 2. 24. Mallem auferre potius in præſentia. *Plaut. Stich.* 1. 2. 13. ſi manere hic ſe ſe malint potius, quam &c.

Malubathrarius, V. Murrobathrarius.

Malobathrum. V. Malabathrum.

Malogranatum, i, n. malum granatum. Legitur apud *Hieronym. in commentar. ad Aggæum c. 2. num. 20.* Addunt & *Plin. l. 26. c. 8.* ſed nihil certi inde colligi poteſt, ut neque *l. 16. c. 55.* ubi ſimilis locus habetur.

Maltha, æ, f. μάλθα, cera erat pici liquidæ commixta, tabulis celandis idonea. *Feſt.* Maltha dicitur a Græcis pix cum cera mixta. Sed *Palladius* ceræ non meminit. V. *Pallad. l. 1. c. 17.* & *Plin. l. 36. c. 24.* Eſt a μαλάσσω, ſeu μαλθάσσω, mollio. ¶ Eſt item materia quædam duriſſima ex calce viva adipe ſuillo ſubacta, adverſus omnem annorum injuriam invicta. *Pallad. l. 1. c. 17. Plin. l. 36. c. 24.* ¶ Item limus quidam flagrans, magna in copia proveniens in ſtagno quodam Samoſatæ urbis Comagenes, natura tam admirabili, ut aqua accendatur, nec niſi terra extinguatur. Hoc limo Samoſateni urbem ſuam Lucullo oppugnante defenderunt, hoſtes una cum armis exurentes. *Plin. l. 2. c. 104.*

Malthinus, a, um, adject. effœminatus, mollis, a maltha. *Horat. l. 1. Sat.* 2. *v.* 25. Malthinus tunicis demiſſis ambulat. Ubi volunt nonnulli, notari hic Mæcenatem. Alii nomen proprium eſſe ajunt.

Maltho, as, avi, atum, a. 1. maltha ſolido, & conglutino, maltham rei alicui induco, quod præcipue fiebat in iis monumentis, quæ æterna eſſe volebant. *Plin. l. 36. c. 24.* Quod malthatur, oleo perfricatur ante.

Malva, æ, f. *malva*, μαλάχη, herbæ ſpecies. *Varro l. 4. de L. L.* deducit ex Græco malache, quod a μαλάσσω, mollio. *Plin. l. 20. c. 21.* E contrario in magnis laudibus malva eſt utraque, & ſativa, & ſylveſtris. *Cic. Galli l. 7. Fam.* Itaque ego a beta, & a malva deceptus ſum.

Malvaceus, a, um, μαλάχινος, quod ſpectat ad malvam. *Plin. l. 21. c. 4.* Alia funditur a caule malvaceo. ¶ Olim malvaceus ſubſtantive etiam uſurpabatur, & in gen. maſc. pro parva malva, ut betaceus pro parva beta. *Soſipat. Chariſ. l. 1. & 2. Priſcian. l. 3.*

Malum, i, ſubſt. n. *male*, αἰσχρὸν, quod turpe, ſeu inhoneſtum eſt, peccatum, ſcelus, flagitium. *Ovid. 1. Metam.* Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Generatim ſumitur pro calamitate, labore, anguſtia. *Id. ibid.* Finem malorum orare. *Cic. Verr.* 5. Tu niſi malo coactus recte facere neſcis? *Id. l. 8. Att.* Malorum Ilias. ¶ Speciatim ſumitur pro pœna, præſertim apud Comicos. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 33. Herus ſi minatus eſt malum ſervo ſuo. *Terent. Eun.* 4. 4. 46. Nun poteſt ſine malo fateri, video. *Salluſt. Jug. c.* 100. Pudore magis, quam malo exercitum coercebat. ¶ Item pro malefacto, peccato. *Ter. Andr.* 2. 5. *ad fin.* Renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum. Ubi duas has poſtremas ſignificationes conjunxit. Item pro morbo. *Ovid. l. 1. de Pont. el.* 3. *v.* 18. Interdum medica plus valet arte malum. ¶ Malum! interjectio eſt iraſcentis, deteſtantis, & indignantis. *Ter. Eun.* 4. 7. 20. Ubi alii? S. Qui, malum, alii? *Id. Phorm.* 5. 7. 35. Quid vos, malum! ergo me ſic ludificamini? *Cic. Verr.* 4. *c.* 17. Quæ, malum, iſta fuit amentia?

Malum, li, n. *pomo*, תפוח, Ger. *apffel*, Gal. *pomme*, Hiſp. *mançana*, μῆλον, pomi genus, a Dorico, & Æolico μᾶλον, pro μῆλον. *Varro l. 4. de L. L.* *Virg.* 3. *Ecl.* Malo me Galatea petit laſciva puella. ¶ Malum Punicum, *pomo granato*, ῥόα, ῥοιά, mali genus, ita dictum, quod a Pœnorum regione primum in Italiam translatum eſt. *Plin. l. 26. c. 8. Martial. l. 1. epigr.* 44. Aut imitata breves Punica mala roſas. ¶ Alia ſunt malorum genera, quæ enumerat *Plin. l. 15. c. 14.* ut citreum, cydonium, Perſicum, &c. V. ſuis locis. ¶ Malum terræ, herba eſt, alio nomine ariſtolochia, cujus quatuor genera enumerat *Plin. l. 25. c. 8.*

Malus, li, f. *pomo*, *mela*, תפוח, Ger. *ein apffelbaum*, Gall. *pomier*, Hiſp. *mançano*, μηλέα, arboris ſpecies, cujus fructus malum dicitur, a Græca voce allata, *Virg. 2. Georg. v.* 70. Et ſteriles platani malos geſſere valentes.

Malus, li, m. *l'albero della nave*, תרן, Germ. *ſegelbaum*, Gall. *le mas*, Hiſp. *maſtil*, ἱστὸς, arbor navis, a malus, qua genus arboris notat, quia ex trunco arborum ſiteri ſoleat, inter quas malus frequentiſſima eſt. *Cic. de Sen. c.* 6. Cum alii malos ſcandant, alii per foros curſent. *Horat. l. 1. od.* 14. Et malus celeri ſaucius Africo, antennæque gemunt.

Malus, a, um, *cattivo*, רע, Ger. *böſs*, Gal. *mauvais*, Hiſp. *malo*, κακός, pravus, moribus improbus. *Cic. 3. Offic. c.* 9. Homo minime malus. *Juven. Sat.* 4. *v.* 8. Nemo malus felix. ¶ Sumitur etiam pro noxio. *Horat. l. 1. od.* 3. Ignem fraude mala gentibus intulit. ¶ Item pro infelici, inauſpicato. *Horat. l. 1. od.* 15. Mala ducis avi domum. ¶ Item pro magico, veneficiis apto. *Tibul. l. 1. el.* 5. Sola tenere malas Medea dicitur herbas. Sic malum carmen, *in leg. XII. Tab.* eſt incantatio. ¶ Mala mulier, apud *Plaut. Bacch.* 5. 2. 41. pro deformi ponitur. Sic mala facies apud *Quint. l.* 4. ¶ Mala ætas, eſt ſenectus, apud *Plaut.* & *Afranium.* Apud *Plaut. Aulul.* malam ætatem agere, eſt ærumnoſam vitam vivere. ¶ Comparat. *pejor*, ſuperlat. *peſſimus* V. ſuis locis.

Mamercus, m. 2. Pythagoræ filius, unde gens Æmilia cognomen traxit, a *Mamers*.

Mamers, tis, m. Mars, lingua Oſcorum. *Feſtus*.

Mamertes, m. 1. vir Corinthius, qui filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam ubi Siſapo factum reſcivit, eum membratim diſcerpſit. *Ovid. in Ibin.*

Mamertini, m. e. Μαμερτῖνοι, pop. Græciæ, dicti a Mamertio urbe Samnii inſ. quæ a Lacedæmoniis ſubverſa fuit, quod illi quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentarent, & non conſentientes occidiſſent. E Samo inſ. ejecti, & a Meſſanenſibus hoſpitio excepti urbem occuparunt. Hinc Meſſana urbs Mamertia, & Meſſanenſes Mamertini dicti ſunt. *Plin. l. 3. c. 8.*

Mamertinus, a, um, adject. ut Mamertina civitas. *Cic. 4. Verr. cap.* 6. ¶ Mamertini populi. *Plin. l. 3. c. 8.* ¶ Eorum ager vinis feraciſſimus eſt. Hinc Mamertinum vinum, apud *Martial. l. 13. epigr.* 117. ¶ Mamertinum fretum, Rhegium, Scyllæum, Siculum, Siciliæ fretum, *il Faro de Meſſina*, anguſtia maris inter Cænidem prom. Bruttiorum, & Pelorum prom. Siciliæ.

Mamercus, m. 2. prænomen Oſcum, a *Mamers*.

Mamilia turris intra Suburæ regionem ſita, a Mamilio nomen accepit. Porro Mamiliorum familia progenita fuit a Mamilia Telegoni filia, quam Tuſculi procreaverat, cum illud oppidum condidit. *Feſtus*. Narrat *Liv. l. 3. c.* 29. L. Mamilio Tuſculano civitatem datam A. U. 295.

Mamilla, æ, f. *mammella*, τιτθίον, dim. a mamma, ut *pupilla* a *pupa*. *Juvenal. ſat.* 6. Illa loqui tacita facie, ſtrictiſque mamillis. ¶ Mamillæ penſiles in capris dicuntur, quæ circa roſtrum dependent. *Var. l. 2. R. R. c.* 3. Sub roſtra duas ut mamillas penſiles habeant.

Mamillanus, a, um, adject. ut mamillanæ ficus, ſic appellatæ a ſimilitudine mammarum. *Plin. l. 15. c.* 18.

Mamillare, is, n. *velo da coprir le mammelle*, ἀπομαστίδιον, velum, ſive faſcia, aut quodvis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere conſueverunt, a *mamilla*. Legitur in titulo *epigrammatis 66. apud Martial. lib.* 14.

Mamilianus, a, um, ad Mamilium pertinens, quod eſt nomen viri proprium, ut Mamiliana rogatio, *Salluſt. in Jug. c.* 44.

Mamma, æ, f. *madre*, μάμμα, mater apud veteres Græcos. *Ariſtoph. Gramm. Euſtath.* & *Auct. Th. L. L.* dicit, aviam hoc nomine ſignificari, ideſt, matrem patris, vel matris. Eſt ab infantibus matres appellantibus *ma*, ſive ſyllabæ duplicatione *mama*, ſeu *mamma*, quemadmodum & ſimili duplicatione pater ab iis vocatur *tata*, & cibus *papa*, vel *pappa*. *Varro apud Non. c. 2. n.* 97. Cum cibum, ac potionem buas, ac papas vocent, matrem mammam, patrem tatam. *Plaut. Moſt.* 2. 1. *ſc.* 4. Ecquid tibi videor mammam adire? *Martial. l. 1. epigr.* 101. Mammas, atque tatas habet Afra. ¶ Latinis mamma uber notat, ideſt receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat, *mamma*, *poppa*, μαζός, μαστός, θηλή, τιτθός, a μάμμα, *mater*. *Juv. ſat.* 1. Et nuda tenent vonabula mamma. ¶ Dicitur etiam de viris. *Juſtin. l. 12. c.* 9. Sagitta ſub mamma trajectus. ¶ Item de beſtiis. *Plin. l. 11. c. 40. de capris*. Hæ omnia binas habent mammas. *Martial. l. 2. epigr.* 37. Mammas ſuminis, imbricemque porci. ¶ In arboribus mamma dicitur parva illa extuberantia in cortice, unde primum rami eniſcuntur, ac germina. *Plin. l. 17. c.* 16.

Mammæanus, a, um, adject. ad Mammæam pertinens (Ea fuit mater Alexandri Severi) ut *Mammæani pueri*, apud *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 57.

Mammalis, le, ad mammas pertinens. *Apul. de herb. c.* 26. herbam chamæpityn *mammalem* vocat, quia prodeſt in morbis mammarum.

Mammeatus, a, um, mammoſus. *Plaut. Pan.* 1. 2. 81. Cujus amicam mammeatam vidimus.

Mammoneus, a, um, ad mammonam pertinens. Eſt autem *mammona* Syriaca vox, qua ſignificantur divitiæ. *Auguſtin.* docet, Punica *mammon* idem eſſe, quod lucrum. Hinc *mammonea fides* apud *Prudent. in Hamartig. v.* 409. eſt fides perfida, & quæ ſpe lucri, & divitiarum ſolummodo conſtat.

Mammoſus, a, um, *che ha gran mammelle*, Germ. *mit groſſen dutten*, Gal. *qui a grandes mamelles*, Hiſp. *tetudo*, μαστώδης, quod habet magnas mammas. *Mart. l. 14. epigr.* 144. Mammoſas metuo, teneræ me trade puellæ. ¶ Thus mammoſum dicitur pro fœminino, ad differentiam maſculi thuris. *Plin. l. 12. c.* 14. ¶ Mammoſa pyra, *Id. l. 15. c.* 15. h. e. grandia, a figura mammæ.

Mammula, æ, f. μαζίον, dim. a *mamma*. *Celſ. lib. 7. cap.* 26. Urinæ iter mammulæ ſimile. Adde *Varr. l. c. R. R. c.* 3.

Mamphula, æ, f. panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur, decidit in carbones cineremque: cujus meminit Lucilius: Piſtrirem validam ſi nummi ſuppeditabunt, Addas ampleuron, mamphulas quæ ſciat omnes.

Mamphur, uris, n. μαμφοῦρ, lignum rotundum mediocris longitudinis loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. *Feſt.* Eſt a voce Græca allata, quæ a μάννος, *monile*, & φέρω, *porto*, quia circumvolutum habet lorum, ut collum monile.

Mamurius, ii, m. 2. μαμούριος, faber ærarius, qui tempore Numæ floruit. De hoc ſic ſcribit *Feſt.* Mamurii Veturii nomen frequentat in cantibus Romani frequentabant, hac de cauſa. Numa Pompilio regnante, e cælo cecidiſſe fertur ancile, id eſt ſcutum breve, quod ideo ſic appellatum eſt, quia ex utroque latere erat reciſum, ut ſummum, infimumque ejus latus medium pateret, unaque edita vox eſt, omnium potentiſſimam fore civitatem, quandiu id in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet. Probatum opus eſt Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit ut ſuum nomen Salii inter carmina canerent. *Ovid. 3. Faſt. v.* 380. Inde Sacerdotes operi promiſſa vetuſto præmia perſolvunt, Mamuriumque vocant.

Mamurra, m. 1. eques Romanus, Formiis natus, Præfectus fabrorum C. Cæſaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio monte parietes domus ſuæ marmore incruſtavit, nullamque in ædibus columnam habuit, niſi a marmore, omneſque ſolidas a Caryſtio, aut Lunenſi. Hic eſt ille Mamurra, *Catulli* carminibus proſciſſus, qui domum ejus dixit habere, quidquid habuiſſet Comata Gallia. *Plin. l. 35. c.* 6.

Mana, & **Manuana**, æ, f. nomina ſunt Deorum præſtitum, apud *Martian. Capel. l. c. pag.* 40. V. Præſtes.

Manabilis, le, adject. facile manans, ut manabile frigus, apud *Lucret. l. 1. v.* 535. h. e. penetrans.

Manacus, *l'Eclittica*, Lingua Tarentina ſignificat lineam Eclipticam, in qua ſunt duodecim ſigna, per quæ duodecim menſibus Sol excurrit, videturque eſſe a μήν, μηνὸς, menſis, quia ea menſtrualis Solis umbræ deprehenduntur. *Vitruv. l. 9. c.* 8. Circinatio circuli menſtrui agatur, qui manacus dicitur.

Manalis, & le, o. 3. ex quo aliquid manat. Manalis fons, ex quo perpetuo aqua fluit. Ab Auguribus fons manalis puteus perennis vocabatur. *Feſt.* & *Scal. ad Feſt.* ¶ Manalis lapis, oſtium Orci, per quod Manes, ideſt animæ inferorum, ad ſuperos manarent. *Paullus ex Feſto*, qui deducere videtur a *manando*. Sed ſi manalis lapis erat Orci oſtium, quis dubitet, quin id nomen ſit a Diis *Manibus*? ¶ Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam cum propter nimiam ſiccitatem loco moverent, & in Urbem protraherent, inde pluvia ſtatim ſequebatur, a mano, quod aquis manaret. *Paullus ex Feſto*. Meminit & ejus lapidis *Varro de vita P. R. l.* 2. & *Fulgentius Planciades de priſco ſermone*, ubi ex *Labeone* idem confirmat.

Manatio, onis, f. actus manandi. *Frontin. de aquæduct. l. 2. ſub init.* Ductus depredat non facile manationes oſtendi.

Manceps, ipis, m. *ſignore*, qui proprio jure aliquid poſſidet, quaſi manuceps, a *manus*, & *capio*, quod aliquid initio ab aliis derelictum manu ceperit. *Tert. Apol. c.* 13. In primis quidem neceſſe eſt, concedatis, aliquem ſublimiorem Deum, & mancipem quendam divinitatis, qui ex hominibus Deos fecerit. ¶ Speciatim ſumitur pro eo, qui aliquid a populo

Digitized by Google

popolo emit, conducitve, ἐργολάβος, quia & hic manu capit. Nam manu ſublata ſignificabat, ſe pluris eſſe licitatum. Iis quippe publica locabantur, qui in licitatione majorem pecuniæ ſummam, ſublato digito, datis prædibus ſpopondiſſent. *Feſt. Aſcon. in 1. Ver. Paul. l. qui fidejuſſor, ff. locati. Plin. l. 3. epiſt.* 19. Sunt ergo inſtruendi complures frugi mancipes. *Cic. 3. Ver.* Si res abirent ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe. Quo in loco *manceps* accipitur pro redemptore ſartorum tectorum. *Suet. in Veſp. c.* 1. Non negarim, jactatum a quibuſdam, Petronii patrem e regione tranſpadana fuiſſe mancipem operariorum, idest conductorum mercenariorum, & operariorum ſervorum, ut opera eorum ad quæſtum uteretur. ¶ Ponitur interdum pro emptore, & ſectore. *Cic. pro Roſc. Am.* Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus. ¶ Item pro eo, qui minoris emit, ut carius vendat, quem Græci *propolam* vocant, *parettante, incettatore*. *Plin. lib. 33. c. 4.* duo aliquis prævalens manceps annonam flagellet. ¶ Item pro magiſtro officinæ, qui operis opificum redemptis utitur ad quæſtum. *Plin. l. 10. c. 43.* Hunc ſive æmulatione incitatus manceps proximæ ſutrinæ, ſive iracundia ſubita exanimavit. ¶ Item pro fidejuſſore. *Plaut. Curc. 4. 2. 29.* Ego mancipem te nihil moror. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Plin. epiſt. 14. l. 2.* Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti, & redempti mancipes. *Mancipes*, inquit, idest ii, qui cauſidicos in cauſis agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaudentis, laudandos redemerunt.

Mancinianus, a, um, ad Mancinum pertinens, ut Manciniana deditio, apud *Flor. l. 3. c. 14.* qua C. Hoſtilius Mancinus Numantinis hoſtibus deditus eſt. V. *eund. l. 2. c. 18. & Cic. 5. de Orat. c. 40.*

Mancinus, a, um, adject. a *mancus*, aſſertur a *Priſciano lib. 2.* ſed ſine exemplo.

Manciŏla, æ, f. χειρίδιον, parva manus, dim. a manus. *Lævius apud Gel. l. 19. c. 7.* Al. leg. *manucola*.

Mancipatio, onis, f. χείρωσις, ἀπαλλοτρίωσις, actus abalienandi, & veluti ſimulacrum venditionis in iis rebus, quæ mancipi dicebantur, a mancipo. A *Caio in Inſtit.* mancipatio ſic deſcribitur: Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio, quod ipſum jus Romanorum eſt Civium, eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quinque teſtibus Civibus Romanis puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit. *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra:* deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, a quo mancipium accipit quaſi pretii loco. ¶ Sumitur & pro vera venditione. *Plin. l. 9. c. 35.* Lolliam Paulinam vidi ſmaragdis, margaritiſque opertam toto capite, manibus, digitiſque, quæ ſumma quadringenties H. S. colligebat, ipſam confeſtim paratam mancipationem tabulis probare. h. e. oſtendere tabulas, in quibus earum gemmarum venditio, & pretium deſcriptum erat. Alii leg. *nuncupationem*, quos reprehendit *Harduin. in hunc loc.*

Mancipātus, us, m. idem ac mancipatio. *Plin. l. 9. c. 32.* In mancipatum venit, ut prædium aliquod. id eſt ſolemnitates eæ adhibentur, quæ ſolent in iis rebus quæ ſunt mancipi.

Mancipātus, a, um, alienatus, venditus, partic. a mancipor. *Cic. 3. Phil.* Tum iſte venditum, atque mancipatum Tribunatum conſiliis noſtris oppoſuit. ¶ Tranſlate ſumitur pro devincto, ſeu aſtricto. *Cic. de Sen.* Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.

Mancipi. V. Mancipium.

Mancipium, ii, n. *dominio*, κτῆσις, cujuſcis rei dominium, ſeu jus proprietatis. Antiqui enim res, quarum dominium comparare volebant, manu capiebant, ſeu prehendebant. *Feſt. Lucr. l. 3. v. 985.* Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu. idest, nulli ita datur, ut propriam, & perpetuam habeat. *Sen. ep. 72.* Fortuna nihil dat mancipio. ¶ Hinc *res mancipi*, vel (ut antiqui loquebantur) *res mancupi* dicuntur, quæ in noſtro ſunt mancipio, hoc eſt quæ noſtro dominio, juri, aut poteſtati ſunt ſubjectæ, quaſque, quoties lubet, poſſumus alienare, quæ autem in nullius ſunt poteſtate, quæque alienari non poſſunt, *res nec mancipi* dicuntur, quæ ſcil. in nullius ſunt mancipio. Eſt autem *mancupi*, ſeu *mancipi* genitivus per Apocopen pro *mancupii*, ſeu *mancipii*. *Cic. pro Mur.* Quod ſi in iis rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit. ¶ *Emptio mancipi*, dicebatur ſolemne quoddam genus imaginariæ emptionis, quod fiebat præſentibus non minus quinque teſtibus puberibus Civibus Romanis, & eo, qui libram tenebat, qui *libripens* vocabatur, quibus præſentibus is, qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra*. deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei, a quo mancipium accipiebat, quaſi pretii loco. Et hoc erat *per æs, & libram emere*. Sunt itaque *emptio mancipi*, & *mancipatio* quaſi correlativa. Nam reſpectu venditoris contractus hic dicitur *mancipatio*, contra reſpectu emptoris dicitur *emptio mancipi*. *Plin. l. 33. c. 3.* Qua conſuetudine in iis emptionibus, quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. ¶ *Sui mancipii eſſe*, eſt ſui juris eſſe, nullius dominio ſubjectum eſſe. *Brut. ad Cic.* An ut ſit ſui juris, & mancipii Reſpublica. ¶ *Mancipio dare*, ſeu eſt rem ita dare, ut evictionem nos præſtituros ſpondeamus, *vendere, e mantenere*. Et *mancipio accipere*, eſt ea lege emere, ut venditor præſtet evictionem. *Plaut. Curc. 4. 2. 9.* Memini, & mancipio tibi dabo. C. Ego ne a lenone quidquam mancupio accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi una lingua? Adde *Cic. in Topic. & Att. l. 13.* ¶ Speciatim mancipium ſumitur pro ſervo, ſeu homine, qui in bello captus, & ſervituti addictus fuit, *il prigione*, ἀνδράποδον. *Cic. d.* vel potius 5. *Parad.* Non enim ita dicunt, eos eſſe ſervos, ut mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. ¶ Uſurpatur etiam pro mancipatione, ſeu venditione, vel certe pro contractu venditionis, & emptionis. *Cic. 1. Off. c. 36.* Ex Sergio ſerviebant, ſed hoc in mancipio Marius non dixerat.

Mancipo, as, avi, atum, a. 1. *mancipare, alienare*, מָכַר, Germ. *zueignen*, Gal. *ſe deſſaiſir, & ſaiſir un autre, a manciper*, Hiſp. *agenar vender*, ἀπαλλοτριόω, in mancipium, hoc eſt in dominium alterius trado, vendo, obligo, vel quovis modo alieno, a *manceps*. *Plaut. Curc. 4. 5. 10.* Alienos mancipatis, alienos manumittitis. *Apul. 10. Metam.* Mancipabatur poteſtas capitis in manum carnificis. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 159.* Quædam mancipat uſus. V. Emancipo. ¶ Significat etiam capere, prehendere, *pigliare, prendere*. *Solin. c. 20. (al. 33.) de alce fera.* Ita capitur: aliquin difficile eſt eam mancipari.

Mancus, a, um, *che ha una mano ſola, debole, infermo*, Germ. *gelähmt*, Gal. *manchot*, Hiſp. *manco de manos*, κυλλός, ἀνάπηρος, proprie is dicitur, qui manu debilis eſt. *Ovid. 3. Faſt.* Et licet utrique manibus collatus Eques ſit prior, ipſa Pallade mancus erit. *Cic. pro Rab. perduel. c. 7.* Scævola mancus, ac membris omnibus captus, & debilis. ¶ Tranſlate accipitur pro infirmo, & debili. *Id. 1. Offic. c. 43.* Cognitio naturæ manca, atque imperfecta. *Id. pro Mil. c. 9.* Occurrebat mancam, ut debilem præturam ſuam futuram, conſule Milone.

Mandaſa, um, n. fruſta minutatim conciſa, a mandendo. Vox eſt *Pinnii Valer. l. 5. c. 6.* & alibi.

Mandātor, oris, m. qui alteri mandatum aliquod injungit. *Tertul. l. 5. adverſus Marcion. c. 2.* Nec miſſus credetur, quem nunquam mandator deſignavit. ¶ Mandatores etiam dicuntur impulſores, & ſpeciatim ii, qui delatores inſtruunt, & ſubornant ad accuſandum. *Calliſtrat. JCtus, l. 2. de jure fiſci. Sueton. in Tito, c. 9.* Et delatores, mandatoreſque erant ex licentia veteri: hos flagellis cæſos venire imperavit.

Mandātrix, icis, f. quæ aliquid mandat. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 235.* ſinceram mentem mandatricem operum.

Mandātum, i, n. *commiſſione, comandamento*, מִצְוָה, Germ. *ein befehlig*, Gall. *comandement, charge*, Hiſp. *mandado*, ἐντολή, ἐντολμα, commiſſio, juſſio. *Cic. l. 2. Fam.* De pantheris per eos, qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter. *Id. Phil. 8. c. 9.* Date mandata aliem de magnis rebus. *Id. Ver. 4. c. 64.* Venire cum mandatis. ¶ Apud JC. *mandatum* dicitur contractus bonæ fidei, quo quis ex officio, aut amicitia rem alterius ſibi demandatam ſine ulla mercede, & cum fide procurandam ſuſcipit, non ſecus ac ſi de ſua re ageretur: quod ſi fallat, datur in eum actio, quæ *Dig. l. 17. tit. 1. leg. 1. actio mandati* appellatur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 38.* Itaque mandati conſtitutum eſt judicium, non minus turpe, quam furti.

Mandātus, us, m. idem ac mandatum. *leg. 33. Dig. Mandati*. Mandatu creditorum. *Ibid. l. 45.* Mandatu meo. ¶ Extra caſum ſextum, niſi exempla ſuppetant, cave uſurpes.

Mandatus, a, um, nom. ex partic. *commeſſo, ingiunto*, commiſſum, juſſum. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 38.* Si quis rem mandatam malitioſius geſſiſſet. *Id. pro Leg. Manil. c. 16.* Imperia mandata, exercitus commiſſi.

Mandēla, f. 1. *Poggio Mirteto*, pag. Sabinorum, apud Digentiam fl. *Horat. l. 1. ep. 18.*

Mandibŭla, æ, f. vel mandibulum, i, n. *maſcella*, לְחִי, Ger. *imbracken*, Gal. *mancherre*, Hiſp. *quixada*, γνάθος, pars illa capitis, in qua dentes ſunt fixi, quæ & maxilla dicitur, a *mando*. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 4.* Cibaria confecta mandibulis. *Id. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Poſt ſeptem menſes dentes incipiunt mandibulis emergere.

Mando, as, avi, atum, a. 1. *commettere, imporre*, צִוָּה, Germ. *befehlen*, Gal. *mander, charger*, Hiſp. *mandar*, ἐντέλλομαι, ἐπιτέλλομαι, ἐντέλλω, ἐγχειρίζω, committo, mandatum do, negotium impono, a *manus*, & *do*, quaſi manu do. *Cic. 2. Fam.* Te Clodio mandaſſe, quid illum mecum loqui velles. ¶ Sumitur etiam pro mittere, *mandare*. *Tac. 2. Ann.* Extremas preces P. Quirino propinquo ſuo ad Principem mandat. *Cic. pro Syll.* Eum dimittere ab ſe, & mandare in ultimas terras. *Id. Attic. l. 1. c.* Typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſis includere. ¶ Sæpe univerſim accipitur pro tradere, *dare, conſegnare*: hinc multæ ſunt loquendi rationes, ut, mandare honores alicui. *Cic. 7. Ver. c. 14.* ¶ Mandare animo, mandare memoriæ. *mettere a memoria*. *Id. Catil. 1. c. 11.* Percipite, quæſo, quæ dicam, & ea penitus animis veſtris, mentibuſque mandate. *Id. de Amic. c. 1.* Ejus diſputationis ſententias memoriæ mandavi. ¶ Mandare aliquid fidei alicujus, *conſegnare*. *Plaut. Ciſt. 4. 2. 53.* ¶ Mandare filiam viro, *ſpoſare*. *Id. Men. 5. 2. 33.* ¶ Mandare literis, *ſcrivere*. *Cic. 1. Tuſc.* Mandare quemquam literis cogitationes ſuas. Sic, mandare monumentis, immortalitati, poſteritati, &c. *Id.* ſæpiſſime, & *Plin. Jun.* ¶ Mandare ſemina terræ, *ſeminare*. *Col. l. 1. c. 7.* ¶ Mandare terræ corpus, *ſeppellire*. *Virg. 9. Æn. v. 215.* ¶ Mandare ſe fugæ, *darſi alla fuga*. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 18.* ¶ Mandare aliquem æternis tenebris, & vinculis. h. e. in carcula, & carceres conjicere. *Cic. in Catil.* ¶ *Florus l. 3. c. 1.* Primum ſcelus mandat inſidiis. h. e. per inſidias peregit.

Mando, dis, di, ſum, a. 3. *maſticare*, אָכַל, Ger. *kewen*, Gal. *macher*, Hiſp. *maſcar*, μασάομαι, cibum dentibus conficio. *Cic. 1. de nat. Deor.* Alia vorant, alia mandunt. *Virg. 4. Æn.* Ac fræna ferox ſpumantia mandit.

Mando, onis, m. *mangione, mangiatore*, זוֹלֵל, Ger. *ein freſſer*, Gal. *grand mangeur*, Hiſp. *gran comedor*, φάγος, edax, qui multum, & aſſidue mandit. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 58.* Atque omnes mandonum gulæ.

Mandra, æ, f. *mandra*, דִּיר, Ger. *viehſtaelle*, Gal. *etable*, Hiſp. *cabana*, μάνδρα, ſpelunca, cubile, & receptaculum ovium, boum, & hujuſmodi. *Mart. l. 5. epigr. 22.* Vixque datur longas mulorum vincere mandras. ¶ Tranſlate *Juv. ſat. 3. v. 236.* Rhedarum tranſitus arcto Vicorum in flexu, & ſtantis convicia mandræ Eripient ſomnum Druſo &c. h. e. convicia mulionum, aut bajulorum. ¶ Accipitur etiam mandra pro ſepto tabulæ luſoriæ, ſeu pro diſtinctis ejuſdem cellulis, in quibus calculi collocantur. *Martial. l. 7. epigr. 71.* Sic vincas Noviumque Publiumque Mandris, & vitreo latrone clauſos. Adde auctorem panegyrici ad Piſon. qui vulgo Ovidio tribuitur v. 191.

Mandragŏra, æ, *mandragora*, דּוּדָאִים, Ger. *alraun*, Gal. *mandragore*, Hiſp. *mandragora*, μανδραγόρας, herbæ ſoporiferæ genus, al. Circeium. Fert mala avellanarum nucum magnitudine. Ejus duæ ſunt ſpecies, quas & ſexu diſtinguunt. Nam candidam marem putant, nigram cenſent fœminam. *Plin. l. 25. c. 13. Col. l. 10. v. 20.* Mandragoræ pariat flores. ¶ Mandragoram bibiſſe, Græco proverbio ii dicuntur, qui in proprio negotio pigri, & deſides ſunt. *Eraſm. in Adag.*

Manducātus, a, um, *maſticato*, manſus. *Varr. l. 3. R. R. c. 7.* Pane manducato farcire pullos columbinos.

Mandūco, as, avi, atum, a. 1. *maſticare, mangiare*, μασάομαι, idem quod mando, vel edo. *Suet. in Aug. c. 76.* In balneo duas bucceas manducavi.

Mandūco, onis, m. *mangione, mangiatore*, ἀδηφάγος, edax, comedo, a *manducando*. *Apul. l. 6. Mileſ.* De iſto aſino ſemper pigro quidem, ſed manducone ſummo.

Mandūcor, aris, d. 1. apud vet. *Lucret. l. 14. apud Non. c. 17. n. 79.* Cum illud quid facias, quod manducamur in ore.

Mandūcus, ci, m. idem quod manduco, onis, a *manducando*. *Pompon. apud Non. c. 1. n. 58.* Magnus camelus, manducus, cantherius. ¶ Larva quoque, ſeu Græce mormolyceum, quod in ludis, ac præſertim Atellanis, circumferebatur, a *mandendo* manducus dicebatur, propterea quod terriculamentis hujuſmodi magnos dentes, ac voracitatem tribuerent. Erat enim manducus larvato capite humano, maxillas vaſtæ magnitudine, vaſtiſque armatas dentibus habens, qui mis hiatu, dentiumque crepitu ſe ſe in utramque partem viæ dum flecteret, ridentem turbam vertebat in fugam. *Plaut. Rud. a. 2. ſc. 6.* Quid, ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem? ¶ *Var. l. 6. de L. L.* Manducum ait eſſe obſceni genus. V. ibi *Scalig.*

Mane, adv. *la mattina*, בַּבֹּקֶר, Ger. *morgens frueh*, Gal. *au matin*, Hiſp. *la manana, por la manana*, πρωί, ἐν τῷ ὄρθρῳ, diei principium, cum dies clarus eſt, ab antiquo *manus*, ſeu *manis*, idest bonus, vel clarus, ab omine boni nominis. *Var. l. 5. de L. L. Sen. ep. 109. & de brevit. vitæ. Macrob. l. 1. Saturn. c. 3. Serv. in 1. 2. & 3. Æn. Cic. l. 9. Fam.* Venit ad me Caninius mane. ¶ Junctum invenitur ſæpe adjectivis, migratque in nomen ſubſtantivum. *Mart. l. 1. epigr. 50.* Sed mane totum dormias. *Perſ. ſat. 3.* Jam clarum mane feneſtras intrat. ¶ Junguntur

quoque

Digitized by Google

quoque ei adverbia. *Cic. Att. l. 4. ep. 9.* Bene mane hæc ſcripſi. ¶ Invenitur etiam cum genit. *Hirt. de Bel. Afr. c. 42.* Præſertim cum milites a mane diei jejuni ſtetiſſent defatigati. ¶ Veteres dicebant etiam *mani* pro mane, ut luci, pro luce, veſperi, pro veſpere, teſte *Donat. ad Ter. Phor. 1. 1. Virg. in Cyri, v. 350.*

Maneo, es, ſi, ſum, n. 2. *reſtare, rimanere*, יָשַׁב עָמַד, Germ. *bleiben*, Gal. *demeurer*, Hiſp. *morar, quedar*, μένω, me contineo aliquo in loco, moror, loco inſiſto, a verbo græco allato. *Cic. l. 3. Off.* Cyrillum quendam ſuadentem, ut in urbe maneret. *Virg. 10. Æn.* Manet imperterritus ille. ¶ Quandoque eſt inhærere, fixum eſſe. *Virg. 1. Æn.* Manet alta mente repoſtum judicium Paridis. ¶ Quandoque durare, perſiſtere, perſtare. *Terent. Hec.* Manere affinitatem hanc inter nos volo. *Liv. lib. 28. c. 24.* Manere in officio, & in fide. *Velles. l. 1. c. 4.* Aliis titus patrii manſit cuſtodia. *Cic. ad Att. l. 8.* Elicere cupio ſententiam tuam, ſi manet, ut firmior ſim; ſi mutata eſt, ut tibi aſſentiar. Sic Lex manet, h. e. vim ſuam habet. *Id. de prov. Conſul.* Et Gracchus laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. *Id. 2. Off.* ¶ Manere promiſſis, eſt promiſſa ſervare. *Virg. 2. Æn. v. 160.* Tu modo promiſſis maneas, ſervataque ſerves Troja fidem. *Id. 8. Æn. v. 643.* At tu dictis, Albane, maneres. ¶ His adde, manere in propoſito, in ſententia, in ritu, in conditione, &c. *Cic. Virg. Liv.* & al. ¶ Abſolute etiam ſignificat conſtantem, verum, aut certum eſſe. *Cic. 3. Off.* Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe utile. ¶ Sæpe ponitur pro cubare, pernoctare. *Sueton. in Caeſ. c. 39.* Tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenæ inter vicos tabernaculis poſitis manerent. *Hor. lib. 1. ode 1.* Manet ſub Jove frigido Venator. *Cic. Att. l. 4. ep. ult.* Maneas apud me tum tuis. Hinc *manſiones* V. ¶ Sæpe etiam tranſitivum eſt, & cum accuſativo conſtruitur, & ſignificat exſpectare, *aſpettare*. *Ter. Phorm. 3. 1. 16.* Manſurus patruum patet eſt, dum huc adveniat. *Plaut. Stich. 3. 1.* Qui manet, ut moneatur ſemper ſervus homo, ſervus it habitu haud probus eſt. ¶ Mane, imperativum, interdum non ſolum ſignificat, exſpecta, ſed etiam ceſſa, aut quid ſimile. *Plaut. Mil. 2. 5. 6. 10.* Mentitur, ſeri. P. Mane, dum narro. *Id. Men. 5. 5. 23.* Quid ceſſas dare potionis aliquid, priuſquam percipit inſania? Med. Mane, etiam percontabor. ¶ Eleganter uſurpatur pro imminere, futurum eſſe. *Virg. Æn. 7. v. 596.* Te, Turne, nefas, te triſte manebit ſupplicium. *Cic. Phil. 2.* Cujus te fatum, ſicut Curionem, manet. *Liv. l. 26.* Acerba, indignaque maneant victis. ¶ Uſurpatur interdum impersonalium more. *Cic. l. 10. Att.* Si hic maneri diutius non poteſt. ¶ *Manſis* pro *manſiſtis* per ſyncopen dixit *Lucil. apud Gel. l. 18. c. 8.*

Manes, ium, m. 3. *anime de' morti*, מֵתִים, Germ. *geiſter*, Gal. *les eſprits, & les ames de trepaſſez*, Hiſp. *animas de muertos*, οἱ νέρτεροι, αἱ ψυχαὶ τῶν νεκρῶν, animæ defunctorum. *Apul. lib. de Deo Socr.* ſcribit, fuiſſe ſpecies Lemurum: animum enim humanum exutum corpore vetere Latina lingua Lemurem dictitatum eſſe, ex Lemuribus, qui poſterorum ſuorum curam ſortitus pacato, & quieta numine domum poſſideret, Larem dictum eſſe familiarem. qui propter adverſa vitæ merita, nullis bonis ſedibus, in terra vagatione, ſeu quodam exilio puniretur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterum noxium malis, Larvam vocatum: cum incertum eſſet, quæ cuique eorum ſortitio eveniſſet, utrum Lar eſſet, an Larva, nomine Manem Deum nuncupatum, & honoris gratia Dei vocabulum additum fuiſſe. *Serv. in 3. Æn.* ait, Manes eſſe animas hominum illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus needum in alia ſecundum fabulam Pythagoricam tranſierunt. Alii putant, Manes eoſdem, ac Genios eſſe, duoſque Manes corporibus ab ipſa ſtatim conceptione aſſignatos fuiſſe, qui ne mortua quidem corpora deſerant, conſumptiſque etiam corporibus ſepulchra inhabitent. Quare qui ſepulchra demoliebantur, Deos Manes violare putabantur. Plurimi, in quibus *Iſid. l. 8. c. ult.* tradiderunt, Deos cœleſtes vivorum eſſe, Manes eſſe Deos mortuorum. Alii alios Manes, alios Deos infernos dicunt. Alii, in quibus *Feſtus*, cenſent, Deos eſſe (ideſt Angelos, ſive Dæmones) qui inter cælum, & terram degunt, quibus plena ſunt omnia, inter Lunarem, & terrenum circulum. ¶ Appellati ſunt ab antiquo *manus*, bonus. Dixere igitur Deos Manes, quaſi bonos Genios. Alii alias adducunt Etymologias. *Virg. 3. Æn.* Maneſque vocabat Hectoreum ad tumulum. *Id. 4. Æn.* Id cinerem, aut Manes credis curare ſepultos? *Cic. l. 2. de Leg.* Deorum Manium jura ſancta ſunto. ¶ Metonymice hæc vox accipitur pro inferis, hoc eſt, loco, quo animæ continentur. *Virg. 1. Georg.* Maneſque profundi. *Id.* Hæc Manes veniat mihi fama ſub imos. ¶ Item pro pœnis, ſuppliciis, furiis. *Virg. 6. Æn. v. 743.* Quiſque ſuos patitur Manes. Ubi *Serv.* Manes, ideſt ſupplicia, quæ ſunt apud Manes. ¶ In ſing. numero, *Apulej. de Deo Socrat.* Homine Manem deum nuncupant.

Mango, onis, m. *venditore, o mercante d'uomini*, ἀνδραποδοκάπηλος, σωματέμπορος, venalitius, ſeu qui homines vendit, a μάγγανον, quod inter alia pharmacum, & fucum notat. Solebant enim mangones fuco colorem falſum inducere mancipiis, ut ea carius venderent. *Mart. l. 1. epigr. 59.* Millia pro puero centum me mango popoſcit. ¶ Dicitur etiam de eo, qui merces polit, ut pluris vendat. *Plin. lib. 37. cap. 13.* Efficaciſſimum experimento excuſant mangones gemmarum.

Mangonicus, a, um, σωματεμπορικός, quod ad mangonem pertinet. *Plin. l. 21. c. 26.* Radix hyacinthi bulbacea mangonicis venalitiis pulchre nota. *Sueton. in Veſpaſ. c. 4.* Ad mangonicos quæſtus deſcendere.

Mangonium, ii, n. μαγγανεία; artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. *Plin. l. 10. c. 50.* Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.

Mangonizatus, a, um, *abbellito*, artificio politus, ornatus. *Plin. l. 23. c. 1.* Equos mangonizatos venire videmus. *Id. l. 9. cap. 54.* Qui primus penſiles invenit balineas, ita mangonizatas villas ſubinde vendendo.

Mangonizo, as, avi, atum, a. 1. μαγγανεύω, eſt ornare, & componere mancipia ad alliciendos emptores. *Plin. l. 23. c. 1.* Succus radicis vitis nigræ cum ervo lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora. ¶ Tranſlate uſurpatur de aliis rebus. V. Mangonizatus.

Mani, V. Mane.

Mania, æ, Mater Larium, quam capitibus allii, aut papaveris placabant, aut effigie ſuſpenſa, olim etiam pueri ſanguine. *Var. l. 8. L. L. Macrob. l. 1. Saturn. c. 7.* ¶ Maniæ etiam dicuntur infantium terriculamenta, turpes, deformeſque perſonæ, quibus nutrices pueris parvulis minitantur, ut ait *Feſt.* ¶ Denique mania, μανία, vox græca eſt, & furorem, ſeu inſaniam ſignificat. Græce uſurpat *Cicero*, ubi ait 3. *Tuſc. c. 5.* Græci μανίαν unde appellent, non facile dixerim.

Manica, æ, f. *manica*, Germ. *ein ermel*, Gal. *manche*, Hiſp. *manga*, χειρίς, pars veſtis, qua manus teguntur, a *manus*. *Virg. 9. Æn. v. 66.* Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Manicæ etiam dicuntur manuum vincula, *manette*, ut pedicæ, vel compedes, vincula, quibus pedes ligantur. *Virg. 2. Æn. v. 146.* Manicas, atque arcta levari vincla jubet Priamus. ¶ Item thecæ ex ferro, quibus brachia, & manus contra hoſtium injurias muniuntur. *Juven. ſat. 6. v. 255.* Balteus, & manicæ, criſtæ, cruriſque ſiniſtri dimidium tegmen. ¶ Item vaginæ manuum, quæ Græce *chirothecæ*, Ital. *guanti* dicuntur, quibus adverſum vim frigoris manus muniuntur. *Cic. in Philipp.* Solet enim cito ipſe accipere manicas. *Plin. jun. ad Macrum, lib. 3. epiſt. 5.* Cujus manus hieme manicis muniebantur. ¶ Tranſlate manicæ dicuntur vincula navium. *Lucan. l. 3. v. 365.* Aſt alias manicæque ligant, tereteſque catenæ.

Manicatus, a, um, adject. manicas habens. *Cic. Catil. 2. c. 10.* Quos pexo capillo nitidos, manicatis, & talaribus tunicis videtis. V. *Chiridota*.

Manicula, æ, f. χειρίον, parva manus. *Plaut. Rud. 4. 4. 126.* Duæ connexæ maniculæ, & ſicula. ¶ Manicula item dicitur tranſverſa regula in ſtiva aratri, ita dicta, quod manu bubulci teneatur. *Var. l. 4. de L. L.*

Maniculatus. V. Manuleatus.

Manifeſtarius, a, um, idem quod manifeſtus. *Plaut. Aul. 3. 4. 10.* Obtrunco gallum, furem manifeſtarium. *Gel. l. 1. c. 7.* Solœciſmus manifeſtarius.

Manifeſtatio, onis, f. *manifeſtazione*, actus manifeſtandi. *Sulpic. Sever. dial. 3. c. 4.* Tantæ manifeſtatione virtutis.

Manifeſtator, oris, m. *manifeſtatore*, qui manifeſtat. *Non. cap. 1. n. 46.* Hujus rei manifeſtator eſt Lucret. libro ſexto.

Manifeſtatus, a, um, *manifeſtato*, patefactus. *Auguſtin. l. 4. de doctr. Chriſt. c. 12. ſub fin.* Per ſe ipſa quoniam vera ſunt, manifeſtata delectant.

Manifeſte, adv. *manifeſtamente*, Germ. *offentlich*, Gal. *manifeſtement*, Hiſp. *manifeſtamente*, σαφῶς, aperte, clare, perſpicue, palam, non obſcure. *Cic. in Catil. 3. c. 11.* Ut tota res a vobis manifeſte deprehenderetur. *Virg. 8. Æn. v. 16.* Manifeſtius ipſi, quam Turno &c. *Apul. Apol.* Ut omnibus manifeſtiſſime patet.

Manifeſto, as, avi, atum, a. 1. *manifeſtare*, גִּלָּה, Germ. *eroefnen*, Gall. *manifeſter*, Hiſp. *manifeſtar*, φανερόω, palam facio. *Ovid. l. 13. Metam. v. 106.* Inſidias prodet, manifeſtabitque latentem. *Juſtin. l. 41. c. 1.* Hoc ipſorum vocabulo manifeſtatur.

Manifeſto, adv. idem ac manifeſte. *Cic. pro Cluent. c. 14.* Oppianici facinus manifeſto compertum, ac deprehenſum.

Manifeſtus, a, um, *manifeſto*, גָּלוּי, Germ. *offenbar*, Gall. *manifeſte*, Hiſp. *manifeſto*, φανερός, clarus, apertus. *Cic. 4. Ver.* Manifeſtis in rebus hominem jam teneri videbitis. *Quintil. l. 3. c. 8.* Manifeſtius eſt, quam ut, &c. *Id. Declam. 14.* Manifeſtiſſimum ſcelus. ¶ Jungitur pulchre genitivo, ut *Manifeſtus ſceleris*, aut *mendacii*, cujus ſcelus, aut mendacium omnibus palam eſt. *Salluſt. in Jug. cap. 35.* Jugurtha manifeſtus tanti ſceleris.

Manlianus, a, um, &

Manilius, a, um, adject. a Manilio nomine Romano, ut Maniliana lex. *Cic. 1. de Or. c. 56.* Et lex Manilia, apud *eund. in Or. c. 29.*

Manilius, ii, Tuſculanorum dux, & Tarquinii gener, e quo Manilia gens Romana fluxit. *Liv. l. 1.* ¶ M. Manilius Romanus, Poeta, & Mathematicus, Auguſti tempore vixit, ſcripſitque heroico carmine opus *Aſtronomicon*, cujus libri quinque, non tamen integri, adhuc extant. *Scalig. in præfat. ad Manil.* hunc poetam vocat *ingenioſiſſimum, & nitidiſſimum, qui obſcuras res tam luculento ſermone, materiam moroſiſſimam tam jucundo charactere exornare potuerit; Ovidio ſuavitate parem, majeſtate ſuperiorem*, &c.

Maniopoeos, i, μανιοποιός, furioſum reddens, a μανία, furor, & ποιῶ facio. Hoc etiam nomen inter alia multa habet herba hyoſcyamus, teſte *Apulej. de herb. c. 4.*

Maniosus, inſanus, furioſus. Quidam legunt apud *Ammian. l. 28. c. 4.*

Manipularis (& per ſyncopen Maniplaris) & re, o. 3. quod ad manipulum pertinet, quodque eſt de manipulo, ut Miles manipularis, miles gregarius, unus e manipulo, quem & manipularem dicimus abſolute. *Cic. Att. lib. 9.* Quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompejum tanquam unus manipularis ſecutus ſim. *Ovid. 3. Faſt. v. 117.* Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos, Unde maniplaris nomina miles habet. ¶ Judices manipulares dicuntur, qui ex manipulis militum eliguntur. *Cic. Phil. 1. c. 8.* Addo etiam judices manipulares ex legione Alaudarum.

Manipularius, a, um, adject. idem quod manipularis. *Suet. in Calig. c. 9.* Manipulario habitu inter milites educabatur.

Manipulatim, *in faſcetti*, in *manate*, per manipulos. *Plin. l. 12. c. 13.* Amomi frutex carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur. ¶ In re militari *Liv. l. & cap. 8.* Manipulatim ſtructa acies. ¶ Urbane *Plaut. Pſeud. 1. 2. 48.* Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædes hic adſint.

Manipulus, & per ſyncopen maniplus, li, m. *manipolo*, *brancata*, קֹמֶץ, Germ. *ein handvol*, Gal. *une poignée*, Hiſp. *manojo*, δράγμα, manualis herbarum faſciculus, quem manu quis apprehendit metenda, a *manus* a quod manum impleat. *Iſid. l. 18. c. 3. Plin. l. 18. c. 28.* Alligarique manipulos mille ducentos. ¶ Manipulus in re militari, λόχος, σπεῖρα, erat exiguum peditum agmen, quod unum ſignum ſequebatur. Inde nomen habuit, quia Romulus, coacta paſtorum manu, eaque in centenos homines diſtributa, perticas manipulis fœni varie vinctas dedit, ut ſcribit *Aurel. Victor de orig. pop. Rom. c. 22.* Hinc *Ovid. 3. Faſt. v. 117.* Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Inde maniplaris nomina miles habet. ¶ Conſtabant itaque tunc primum manipuli centenis militibus, ut ex verbis *Aurelii Victoris* liquet: deinde auctus eſt hic numerus ad ducentos homines, ſeu ad duas centurias. Scribit enim *Cincius apud Gel. l. 16. c. 4.* in legione fuiſſe centurias ſexaginta, manipulos autem triginta. *Terent. Eun. 4. 7. 6.* Ubi centurio eſt Sanga, & manipulus furum?

Manius, m. 2. πρώϊος, prænomen, quo Romanorum quidam appellati ſunt, quod mane nati eſſent, ut Lucii dicebantur, qui prima luce naſcebantur. Hoc prænomine appellatus eſt Maetius quidam, qui (ut ſcribit *Plin. l. 18. c. 3.*) in ſumma annonæ caritate populo ſingulos frumenti modios ſingulis aſſibus vendidit. ¶ De alio Manio hæc habet *Feſtus*: Manius agrum Nemorenſem (*prope Ariciam*) Dianæ conſecravit: a quo multi & clari viri orti ſunt, & per multos annos fuerunt. Unde proverbium. Multi Manii Ariciæ. Atejus Capito longe aliter ſenſit. ait enim turpes & deformes ſignificari, quia maniæ dicuntur deformes perſonæ (*quibus pueri terrentur*. V. Mania) & Ariciæ genus panis fieri, qui maniæ panes appellantur. Hæc *Feſtus*. ¶ Huc pertinet illud *Perſii ſat. 6. v. 55.* accedo Bovillas, Clivumque ad Virbi. præſto eſt mihi Manius heres. Ubi *Manius* pro Aricino aliquo homine ponitur.

Manlianus, a, um, quod ad Manlium ſpectat. *Manliana imperia*, dicuntur dura, ſevera, & crudelia, a T. Manlio Torquato, qui filium, quod contra edictum ſuum cum hoſte pugnaſſet, virgis cæſum ſecuri percuti juſſit, quemadmodum a Græcis tyrannis & crudelitas Φαλαρισμὸς vocatur, a Phalaride. *Cic. de Fin. l. 2. c. 32.* Vide, ne Manliana ſint iſta veſtra. ¶ Manliana mala, genus malorum, a quodam Manlio inſitore. *Plin. l. 14. c. 14.*

Manlius Capitolinus, prænomine Marcus, nobilis Romanus, qui, re male geſta a Conſulibus ad Alliam contra Gallos Senones, cedens, in mœnibus Urbis parum eſſe præſidii, lecta mille juvenum manu, arcem Capitolinam occupavit, & ſervavit. Sed cum poſtea in affectati Regni ſuſpicionem veniſſet, ab ea ipſa arce præcipitatus eſt: cautumque eſt S. C. ne

quis in poſterum ex Manlia gente Marcus diceretur. De hujus fortitudine vide *Plin. l. 7. c. 28.* ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento *Imperioſus*, quod ſæviſſimi exempli auctor fuerit, filio ſuo maximæ ſpei juvene, quod contra imperium ſuum in hoſtem pugnaſſet, quamvis id feliciter, virgis cæſo, & ſecuri percuſſo. *Liv. l. 4. Gel. l. 9. c. 13.*

Manna, æ, מן, Ger. *himmelbrot*, Gal. *manne*, Hiſp. *mana*, μάννα, *διόσμηλον* [illegible]. *Plin. l. 12. c. 14.* docet, *mannam* vocari micas thuris concuſſu arboris eliſas. ¶ De manna, qua in Deſerto uſi ſunt Hebræi pro cibo, meminit *Tert. c. 6. ad fin.* ubi nomen eſt indeclinabile.

Mannŭlus, li, m. *polledro, ronzino*, ἱππάριον, equinus pullus, dim. a mannus. *Mart. l. 12. epigr. 24.* Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt. hoc eſt, Tum nunc quidvis garrire licet, quando mulio abeſt, & a mutis animantibus nihil periculi eſt, ne dicta noſtra propalent. *Plin. l. 4. ep. 2.* Habebat puer mannulos multos, & junctos, & ſolutos.

Mannus, i, m. equus exiguus, ſolutim veſtigia glomerans, qui & aſturco, & gradarius appellatur. *Horat. Epod. 4.* Et Appiam mannis terit. *Lucret. l. 3. v. 177.* Currit agens mannos ad villam præcipitanter. *Propert. l. 4. eleg. 8.* Hus mea detonſis acecta aſt Cymbia mannis.

Māno, as, avi, atum, n. 1. *ſtillare*, זוב, Ger. *flieſſen*, Gal. *couler*, Hiſp. *manar*, ῥέω, βρύω, ὑπορρέω, propria dicitur, cum humor ex integro, ſed non ſolido ſimul per minimas ſuas partes erumpit, a *manos*, *rarus*. *Feſt.* ¶ Per Tranſlationem ponitur pro deſcendere, fluere, procedere. Et res, quæ manat, quandoque in nominativo ponitur. *Virg. 3. Æn.* Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. *Lactant. l. 2.* Si ab his quos univerſa flagitia manaverunt. h. e. proceſſerunt. ¶ Quandoque in accuſativo. *Plin. l. 14. c. 20.* ¶ Arborum ſucco manantium picem, reſinamque. *Hor. l. 1. epiſt. 19. v. 43.* Fidis enim manare poetica mella Te ſolum. ¶ Quandoque in ablativo. *Liv. l. 1.* Cultrum manantem cruore præ ſe tenens. ¶ Item uſurpatur pro ſerpere, percrebreſcere. *Cic. 14. Phil.* Cum hoc triduum, vel quatriduum triſtis a Mutina fama manaret. *Liv. l. 7.* Manaverantque a Capua conſilia in exercitum omnem.

Manon, n. 2. μάνον, ſpongiæ genus minus ſpiſſum, & mollius, a μανότης, raritas. *Plin. l. 6. c. 45.*

Manſio, onis, f. 3. *dimora*, מושב, Germ. *bleibung*, Gal. *demeure*, Hiſp. *morada*, μονή, διατριβή, actus manendi, aut quieſcendi in aliquo loco. *Cic. l. 4. Fam. epiſt. 4.* Is mecum ſæpe de tua manſione, aut deceſſione communicat. ¶ Quia vero manere dicebant pro cubare, inde eſt, quod manſiones dixere diverſoria, ſeu loca, ubi iter facientes noctu quieſcerent, *alberghi*, *oſterie*. Unde videas, apud *Plinium*, & alios itinera manſionibus diſtingui, & manſionem poni pro itinere unius diei. Græci σταθμὸν dicunt. Definiebatur autem manſio, ut plurimum, viginti millibus paſſuum. Tantum enim diurnum viatoris iter conſtabant. Variabat tamen ea res, quia viæ aliæ aliis commodiores. *Suet. in Veſp. c. 10.* Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus. *Plin. l. 12. c. 14.* Manſionibus octo diſtat regio thurifera a monte excelſo. ¶ Apud *Plinium* etiam memorantur manſiones camelorum, quæ diſtinguebantur aquationibus. Nam in aridis, atque inculti locis putei erant, ad quos cum deventum eſſet, cameli aquabantur. Atque his aquationibus itinerum intervalla in camelis diſtinguebant. ¶ Denique apud JCtos *mala manſio* erat olim genus privatæ coercitionis, qua ſervus, ſeu quiſpiam alius in tabula extendebatur, partim cuſtodiæ, partim pœnæ cauſa. *Ulpian. l. 7. ff. depoſiti.* Si hominem apud ſe depoſitum, ut quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam manſionem extenſum ſequeſter ſolverit, &c.

Manſionarius, ii, qui manſionem præſtat. Vox barbara eſt, quæque præter *Fulgent. l. 3. Mythol.* qui adjective uſurpat, antiquiorem latinum ſcriptorem habet neminem. Qui fuerint autem Manſionarii, explicat *Voſſ. l. 3. de vit. ſerm. c. 13.*

Manſiſterna, f. 1. aquæ urna, ideſt urceus. *Plaut. Bacch.* Effer manſiſternam cum aqua foras. Alii aliter legunt.

Manſito, as, avi, atum, n. 1. frequentativum a *maneo*. *Tac. Ann. 14. c. 42.* Sub eodem tecto manſitaſſe. *Plaut. Amph. ſc., quæ incipit, Dii veſtram fidem, v. 4.* Mutatos Atticos in Arcadia homines, & ſævas belluas manſitaſſe, nec unquam denuo parentibus cognitos.

Manſor, oris, m. hoſpes, qui recipitur. *Sedulio eſt l. 5. v. 495.*

Manſūtor, oris, m. qui manu tuetur, & tenet. *Plaut. Truc. 4. 4. 6.* Alii tamen aliter legunt. V. *Taubman.*

Manſuefacio, is, a. 3. *far manſueto*, *domeſticare*, אלף, Germ. *zammachen*, Gal. *apprivoiſer*, Hiſp. *amanſar*, τιθασσεύω, manſuetum reddo. *Liv. l. 3. c. 14.* Paulatim permulcendo, tractandoque manſuefecerant plebem.

Manſuefactus, a, um, *manſuefatto*, partic. a manſuefio. *Cic. 1. Tuſc.* A quibus manſuefacti, & exculti a neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus.

Manſuefio, it, n. anom. paſſ. *eſſer fatto manſueto*, τιθασσεύομαι, manſuetus fio, cicuror. *Cæſ. l. 6. B. G. c. 28.* Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri ne parvuli quidem excepti poſſunt.

Manſues, uis, manſuetus, apud vet. *Acc. apud Non. c. 8. n. 5.* Si me matrem manſues miſericordia capſit. *Var. ibid.* Quadrupedem adeo leniunt manſuem, ut tractarent manibus.

Manſueſco, is, evi, n. 3. *farſi domeſtico*, התלמד, Germ. *zamm werden*, Gall. *s'apprivoiſer*, Hiſp. *amanſarſe*, τιθασσεύομαι, manſuetus fio, miteſco. *Virg. 4. Georg.* Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda. *Col. l. 6. c. 2. de bobus.* Per blandimenta triduo fere manſueſcunt. *Stat. 6. Theb. v. 303.* & multum media manſueverat annis. ¶ Active pro manſuefacere, *Idem ibid. v. 724.* & extremos auro manſueverat ungues.

Manſuetarii, m. 2. *coloro, che domeſticano le fiere*, מלכדים, Germ. *die zam machen die wilden thiere*, Gal. *apprivoiſeurs*, Hiſp. *amanſadores*, τιθασσευταί, qui feras manſuefaciunt. *Lamprid. in Heliog. c. 21.* Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam menſam jubebat accumbere.

Manſuēte, adv. *manſuetamente*, Germ. *ſanfft*, Gall. *doucement*, Hiſp. *manſamente*, ἡμέρως, placide. *Cic. pro Marc. c. 1.* At vero cum aliquid clementer, manſuete, juſte, moderate, ſapienter factum aut audimus, aut legimus.

Manſuetudo, inis, f. *manſuetudine*, ענוה, Germ. *ſanfftmuetigkeit*, Gall. *douceur*, Hiſp. *manſedumbre*, πρᾳότης, lenitas, facilitas, &, ut ait *Speuſippus*, conſtantia animæ adverſus iræ impetum immobilis, moderata temperies animæ. *Cic. 1. Offic.* Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? *Id. Epiſt. 7. c. 1.* Clementia, manſuetudoque imperii in crudelitatem, inhumanitatemque converſa.

Manſuetus, a, um, *manſueto*, ענו, Germ. *zam*, Gal. *apprivoiſé*, *doux*, Hiſp. *manſo*, χειροήθης, πρᾷος, ἥμερος, lenis, mitis, quaſi manu ſuetus. Proprie dicitur de beſtiis, quæ cicures, & placidæ ſunt, quippe quæ aſſuetæ ad manum accedunt. Tranſlate dicitur de hominibus. *Cic. 3. Phil.* Cur tam ſubito manſuetus in ſenatu fuerit. *Ovid. l. 3. Triſt. eleg. 6.* Numinis ut læſi fiat manſuetior ira. *Cic. 2. de Or. c. 40.* Et in meis moribus erga meos neceſſarios declarandis manſuetiſſimus viderer.

Manſum, ſi, n. ſubſt. ψώμισμα, quod a nutricibus dari ſolet infantibus illorum primum dentibus comminutum. *Cic. l. 2. de Or.* Atque omnia minima manſa, ut nutrices infantibus pueris in os inſerant.

Manſus, a, um, *maſticato*, μασηθεὶς, quod eſt dentibus contuſum, comminutumque, & propria de cibo manducato dicitur. *Plin. l. 26. c. 11.* Si confeſtim imponatur trita, vel manſa. *Quintil. l. 10. c. 1.* Cibos manſos, ac prope liquefactos dimittimus. ¶ Eſt etiam *manſus* partic. a maneo. *Terent. Heaut. 5. 2. 26.* Ut ut erat, manſum tamen oportuit. h. e. manendum fuit, manere oportuit.

Manſūtus, a, um, πολυφάγος, edax, a mandendo. *Feſt.*

Mantēle, e. 3. *mantile*, *ſciugatojo*, Germ. *handtuch*, Gall. *ſerviette*, Hiſp. *panizuelo*, *ſervilla*, χειρόμακτρον, linteolum, quo ſolemus menſas tegere. Vulgo mantile per i profertur. *Voſſ.* tamen mavult mantele per e, quomodo hanc vocem in antiquis codicibus fere ſcribi, auctor eſt *Pierius 1. Æn.* Pro eodem *mantelum*, ſive *mantelium* dicitur. (V. dictionem ſequentem) & *mantelium*. *Var. l. 5. de L. L.* Mantelium, quaſi manutergium, ubi manus teguntur. ¶ Differt a *mappa*, quia *mantelum* villoſum erat, *mappa* non item; deinde *mantelium* tegendæ menſæ ſerviebat, *mappa* manibus tergendis parabatur. Itemque convivator quidem mantili menſam ſternebat, at ſinguli convivæ ad convivia ſeu publica, ſive privata, ſuas mappas ferebant. *Ovid. l. 4. Faſt. v. 913.* villis mantele ſolutis. *Martial. l. 12. epigr. 29.* Attulerat mappam nemo, dum furta timentur, Mantele a menſa ſurripit Hermogenes. ¶ Videtur etiam eſſe idem quod mappa. *Plin. l. 7. c. 2.* Antropophagos oſſibus humanorum capitum bibere, cutibuſque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti.

Mantēlum, i, n. ſeu mantellum, idem ac mantela. *Lucil. apud Serv. ad 1. Æn.* Mappas, mantalia (al. *mantela*) meruimque. ¶ Ponitur etiam pro veſtimenti genere, & metaphorice pro tegmine quolibet ad occultandum dolum, *coperta*, *ſcuſa*. *Plaut. Capt. 3. 3. 6.* Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam eſt mantellum meis: nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantelum obviam eſt.

Mantes. V. Mantis.

Mantēum, ſei, n. 2. μαντεῖον, locus oraculis dicatus. *Plin. l. 5. c. 29.* Ab Epheſo Manteum aliud Colophoniorum.

Mantīca, æ, f. *biſaccia*, *portamantello*, כיס, Ger. *wadtſack*, Gal. *beſace*, Hiſp. *alforja*, πήρα, baltheus, aut zona, quæ veteribus pene ſolitus fuit, in qua in itinere nummos recondebant, & alia neceſſaria circumferebant. Eſt vox peregrina. Nam & in Arabum libris invenitur. *Caſaub. ad ſat. 4. Perſii.* Finxit Æſopus, mortales ſingulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera a tergo propenderet, in priorem aliena vitia conjicere, in poſteriorem ſua. Hinc natum proverb. homines non videre, quod in ſui tergi mantica ſit. ideſt, cum aliena vitia acutiſſime videant, in ſuis prorſus cæcutire. *Perſ. ſat. 4. v. 24.* Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo! Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 106.* nunc mihi curto Ire licet mulo, mantica cui lumbos onere ulceret.

Mantichōra, f. 1. μαντιχώρας, beſtia in India, quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem una cum corpore leonino habet, humanas carnes maxime affectans. *Plin. l. 8. c. 21. Ælian. l. 6. c. 2.*

Manticŭla, f. 1. πηρίδιον, parva mantica. *Feſtus:* Manticularum uſus pauperibus in nummis recondendis etiam noſtro ſæculo fuit.

Manticularia, o. 2. *coſe*, *che ogni giorno s'anno per le mani*, quæcunque ad manum ſunt, ſeu quæ frequenter in uſu habentur, & quaſi manu tractantur. *Feſt. & Scalig. ad Feſt.*

Manticularius, rii, m. *taglia borſe*, Ger. *ein ſeckelſchneider*, Gal. *coupebourſe*, Hiſp. *cortabolſas*, βαλαντιοτόμος, κλέπτης, fur, qui inferens ſe confertæ multitudini marſupia ſecat, aut artificioſo dolo aperit, & evacuat, ablata pecunia, a manticulis, in quibus tenuiores pecuniam recondebant. *Tertul. in Apol. c. 44.*

Manticŭlor, aris, d. 1. *mariolare*, Germ. *ſtelen*, Gal. *dérober*, Hiſp. *robar*, τεχνάζομαι, eſt furandi gratia manticulas attrectare. *Feſt.* ¶ Tranſlate ponitur pro aliquid doloſe agere. *Plaut. Cap. 4. 2. 116.* Niſi manticulatus probe hæc fuiſti. Al. leg. *mantiſcinatus*, a mantiſcinor, quod *divinare* ſignificat, a μάντις. *Pacuvius*. Ad manticulandum aſtu aggreditur.

Mantilarius. V. Manulearius.

Mantinēa, f. 1. *Mandi*, *Mandi*, Μαντίνεια, urbs Peloponneſi in Arcadia, Megalopoli proxima. Apud hanc urbem inter Lacedæmonios, & Thebanos pugnatum acerrime fuit, in quo prælio Epaminondas Thebanorum dux victoria jam propemodum partam occidit. Gent. Mantinenus, a, um. ¶ Mantinea altera, *Mandigua*, *Manregua*, urbs Peloponneſi, in Argia, ad ſin. Argolicum.

Mantis, is, m. 3. *indovino*, μάντις, vates, divinus. *Cic. 1. de Div. c. 43.* Divinos quoſdam Sacerdotes, quos mantes vocant.

Mantiſcinor, aris, atus ſum, *indovinare*, vaticinor, divino: a μάντις, vates. *Plaut. Cap. 4. 2. 115.* Niſi mantiſcinatus probe ero, fuſti pectito.

Mantiſſa, æ, f. *giunta*, Ger. *eine zugabe*, Gall. *ſurplus*, Hiſp. *añadidura*, προσθήκη, dicitur additamentum rei, quæ venditur, quaſi manu ſenſa, eo quod manu porrigitur, præter id, ad quod ponderi exigitur. *Feſtus* dicit, Thuſcam vocem eſſe. *Lucil.* apud *eund.* Mantiſſa obſonium vincat. ¶ Legitur & *Mantiſſa*.

Manto, as, n. 1. maneo, apud vet. *Cæcil.* apud *Non. c. 10. n. 9.* In volutu eodem, in eadem mancant maliria. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 49.* At dabit, manta modo. *Id. Moſtell. 1. 2. 13.* Si quid nummum farciri poteſt, uſque mantant.

Manto, us, f. contract. Μαντώ, mulier fatidica, Tireſiæ Thebanorum vatis filia, quæ cum poſt patris obitum Creontis, & Theſei tyrannidem fugeret, primum in Aſiam venit, ubi Apollinis Clarii templum condidit; deinde etiam in Italiam, ubi ex Tyberi fluvio, ut Poetæ fabulantur, vel ex Tyberino Rege Ocnum peperit, qui poſtea ad Padum fluvium urbem condidit, quam a nomine matris Mantuam appellavit. *Serv. in Eclog. 9.*

Mantŭa, æ, f. *Mantova*, urbs Galliæ Tranſpadanæ, in Cenomanis, ad Mincium fl. ampla, magnifica, totius Italiæ munitiſſima. *Virgil. Ecl. 9.* Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ. Patria fuit Virgilii Maronis, vel ob id celeberrima. ¶ Populi Mantuani. Vide Manto.

Mantuānus, a, um, adject. a Mantua, ut Mantuana fama, apud *Stat. l. 4. Silv. 7. v. 27. h. e. Virgilii*.

Manturna, æ, Dea conjugii, quæ invocatur, ut conjuges inter ſe maneant. *Aug. l. 6. de Civ. Dei c. 9.*

Manualis, le, quod exiguæ manus latitudinem habet. *Plin. lib. 24. c. 13.* Manualibus ſcapis ejus in tribus heminis aquæ decoctis uſque ad tertias. ¶ Item quod manus implet. *Plin. l. 10. c. 1.* Manualis faſciculus lini. ¶ Aqua manualis dicitur, qua manus lavantur. *Tert. Apolog. c. 39.*

Manuarius, a, um, ἐγχειρητικός, quod manuum labore acquiritur. *Gell. l. 18. c. 13.* Hoc ære quaſi manuario collecto cœnula parabatur.

Manuarius, ii, maſc. fur. *Laber.* apud *Gel. l. 16. c. 7.* Manuari, pudorem perdidiſti.

Manuatus, a, um. Quidam legunt apud *Plin. lib. 19. c. 2.* Volſum ſpartum faſcibus in acervo manuatum. h. e. manuales in faſciculos colligatum. ¶ *Manuatus eſt*, furatus eſt, dixit *Laber. in Mimis*, ſed prælicenter, ut ait *Gell. l. 16. c. 7.*

Manuballiſta, æ, f. balliſta minor, quæ manu tractatur. *Veget. de re milit. l. 2. c. 15. Addit. l. 4. c. 22.* ubi hujuſmodi machinas, quas ſuo tem-

pore

Digitized by Google

pore *manuballiſtas* appellari ait, antea docet ſcorpiones dictos fuiſſe.

Manuballiſtarius, ii, m. qui manuballiſtas tractat. *Veget. de re mil. l. 4. c. 4.*

Manubiæ, arum, f. *ſpoglie del nemico, bottino*, ‏שלל‏, Ger. *beute*, Gall. *depouilles*, Hiſp. *deſpojos*, λάφυρα, præda ab hoſtibus capta, a *manus*, & *ops*, vel a *manus*, & βία, *vis*, quia manu hæc præda per vim capitur, ſeu hoſti detrahitur. *Gell. lib. 13. c. 24.* Sed tamen ſpolia quoque quæſita de vivo hoſte nobili per deditionem manubias veteres dicebant, & erat Imperatorum hæc præda, de qua quod vellent, facerent. *Aſconius in Verrin. de Præt. urb.* Differunt a præda, quia præda dicuntur corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt, manubiæ appellantur pecuniæ, quæ a Quæſtore ex venditione prædæ redactæ ſunt. *Gell. ib.* Sed tamen quidam non ignobiles Scriptores prædam pro manubiis, & manubias pro præda poſuerunt. *Id. ib. Cic. de Lege Agr. 1. cap. 4.* Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Tranſlate dicuntur de ſignis, tabulis, & aliis rebus, quæ a Prætoribus ex aliqua provincia, tanquam hoſtium ſpolia, deportantur. *Cic. 5. Ver.* Qui veſtras villas ſuis manubiis ornet. ¶ Manubias facere, eſt prædari. *Cic. 3. Ver.* Qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit. ¶ Manubiæ quoque apud antiquos pro jactu fulminum ponebantur. *Feſt.* Manubiæ Jovis tres dicuntur eſſe, &c. Adde *Plin. l. 2. c. 52. & Sen. l. 2. nat. qu. c. 41.*

Manubialis, & le, o. 3. quod ad manubias ſpectat, ut Manubialis pecunia, quæ ex venditione manubiarum contracta eſt. *Suet. in Aug. c. 30.* Reliquas triumphalibus viris vias ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit.

Manubiarius, a, um, adject. manubialis. Apud *Plaut. Trucul. 4. 4. 27.* manubiarius amicus dicitur, qui utilitatem, & fructum aliquem affert.

Manubius, a, um, adjective. ut *machæra manubia*, quæ ſcil. ex manubiis comparata ſit, vel potius fulminatrix, a manubiis Jovis. *Plaut. Trucul. a. 5. v. 35.*

Manubriatus, a, um, adject. manubrium habens, ut manubriati cultri. *Ammian. l. 25. c. 4.*

Manubriolum, li, n. *manichetto*, parvum manubrium. *Celſ. l. 7. c. 6.* Manubriolo ſcalpelli diducere.

Manubrium, o. 2. *manico*, ‏נצב‏, Ger. *handhabe*, Gall. *manche*, Hiſp. *mango*, λαβή, capulus cujuſcunque rei, quod manu teneatur. *Juven. Sat. 11. v. 133.* Quin ipſa manubria cultellorum oſſea. ¶ Eximere e manu manubrium, proverb. pro occaſionem alicui præripere. *Plaut. Aul. 3. 4. 12.* ¶ Malleus manubrio ſapientior, aliud proverb. apud *eund. Epidic. 3. 4. in fine.* quia ſcil. malleus plus efficit, quam manubrium. V. *Taubman.*

Manuciolum, vel maniciolum, li, n. *faſcetto*, manipulus, faſciculus. *Petron. in fragm. Tragur. c. 63. Hanc.* Manuciolum de ſtramentis factum.

Manicula. V. Manulea.

Manuculatus. V. Manuleatus.

Manufactus, a, um, quod manu factum eſt. Et opponitur naturali. *Cic. 3. Fin. c. 22.* Aut in operibus manufactis tam compoſitum, tamque compactum, & coagmentatum inveniri poteſt?

Manulea, vel Manicula, æ, manubrium alicujus rei. *Vitruv. lib. 10. c. 15.* hoc nomine vocat partem illam in catapulta, quæ nervum attractum continet.

Manulearius, m. 2. qui veſtimenta manicata conficiebat. *Plaut. Aul. 3. 5. 37.* Aut manulearii, aut murrobathrarii. Al. leg. *mantiliarii*. h. e. qui mantilia efficiunt. Adde *veterem Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 11. n. 83.*

Manuleatus, a, um, o. 1. a. manicatus. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 43.* Manuleatam tunicam hominem habere addecet. V. *Chiridota.* ¶ Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. *Suet. in Calig. c. 52.* Manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit. *Senec. epiſt. 33.* Epicurum manuleatum vocat. h. e. delicatum, mollem. V. *Manicatus.* ¶ Quidam in allato Plauti loco legunt *manuculatus*, *manicinlatus*, & *manuclatus*.

Manuleus, i, m. *manico*, manubrium, manulea. *Accius* apud *Non. 2. 3. n. 43.* Actoribus manuleos, baltea, machæras.

Manumiſſio, onis, fem. 3. datio libertatis, a *manus*, & *mitto*, quia ſervi, cum liberarentur poteſtate, e manu ſolemni ritu emittebantur, quemadmodum cum ſervi facti ſunt, manu capti fuere. *Feſt. Cic. pro Cæl.* Quid habeat argumenti iſta manumiſſio. ¶ In manumiſſione mos erat, ut dominus manum, aut caput, aut aliud membrum ſervi tenens ter diceret, *Hunc Hominem liberum eſſe volo.* Et mittebat e manu. ¶ Manumiſſio tribus modis celebrata fuit, cenſu, vindicta, teſtamento. h. e. aut ſi quis conſentiente, vel jubente domino, nomen ſuum in cenſum detuliſſet; aut virga in caput ſervi a Prætore impoſita, quæ *vindicta* dicebatur, in libertatem vindicatus eſſet; aut a domino teſtamento liber relictus fuiſſet. *Cic. in Top.* Si neque cenſu, neque teſtamento, neque vindicta liber.

Manumiſſor, oris, m. qui manumittit. *Marcell. Dig. l. 37. tit. 15. leg. 3. & Tertull. l. 5. adv. Marcion. c. 4.*

Manumiſſus, a, um, *liberato*, ἄφετος, ἀπελεύθερος, liberatus a poteſtate domini. Nam quandiu quis in ſervitute eſt, manui, h. e. poteſtati ſubditus eſt. *Cic. pro Cæl.* At ſunt ſervi de cognatorum ſententia manumiſſi.

Manumitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *liberare*, *donare la libertà*, ἀφίημι, de ſervo liberum facio, libertatem do. *Cic. ad Q. Fr.* Milo ſervos manumiſit. ¶ Interdum dividitur. *Cic. pro Mil. c. 22.* Manu vero cur miſerit.

Manuor, aris, d. 2. furor. Antiquum verbum, quo uſus eſt *Laberius* apud *Gell. l. 16. c. 7.*

Manupretium, n. 2. *prezzo della fattura*, χειρόδοτον, μισθὸς χειρῶν, pretium, ſive merces pro eo, quod manu factum eſt, & generatim pro omni re, quæ facta eſt arte. Nam abuſive manus pro arte ponitur. *Varro l. 4. de L. L. Iſid. l. 19. c. 1. Cic. in Piſon.* Cum iſta tibi provincia manupretium fuerit, non everſæ per te, ſed perditæ civitatis. *Liv. l. 34. c. 7.* In auro præter manupretium nihil interrimenti eſt. ¶ Legitur & *manuſpretium*, & *manpretium*.

Manus, f. 4. *mano*, ‏יד‏, Germ. *hand*, Gall. *main*, Hiſp. *mano*, χείρ, pars brachii, a μανός, *laxus*, quia propria manus dicitur, cum aperta eſt, pugnus, cum clauſa. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quam vero aptas, quamque multarum artium miniſtras manus natura homini dedit? *Id. 7. Fam. ad Cæſ.* Totum hominem tibi trado de manu, ut dicitur, in manum tuam iſtam. h. e. de mea in tuam manum. ¶ *Plena manu*, eſt ample, copioſe, abundanter. *Cic. Att. l. 2.* At hercle alter tuus familiaris Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit? ¶ *Manibus, pedibuſque*, eſt omnibus viribus, omni conatu, ſumma diligentia. *Terent. Andr. 1. 1. 134.* Quem ego credo manibus, pedibuſque obnixe omnia facturum. ¶ *Per manus*, eſt opere manuum. *Cic. Att. l. 1. ep. 15.* P. Clodius per manus ſervulæ ſervatus fuit, & eductus. *Per manus tradita diſciplina*, vel hiſtoria dicitur, quæ non monumentis literarum, ſed verbo tantum traditur, & a majoribus ad poſteros ſine literis tranſmittitur, quemadmodum ſacrorum myſteria olim tradi ſolebant. *Liv. l. 5. c. 51.* Si nobis cum Urbe ſimul poſitæ, traditæque per manus religiones nullæ eſſent. ¶ *Præ manibus*, eſt in manibus, vel inter manus. *Plaut. Bacch. 4. 3. 9.* Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus, *quanto ne io aveva per le mani*. ¶ *Præ manu dare*, *dar' alla mano*. *Ter. Adel. 5. 9. 23.* Atque huic pululum aliquid præ manibus dederis, unde utatur. ¶ *Inter manus*, eſt in manibus, vel in poteſtate. *Cic. l. 8. Fam.* Quod diaſcaliam quandam habeat, ut verſetur inter manus. *Ferre aut arripere aliquem inter manus*, eſt collatis ſimul manibus aliquem ſublimem ferre. *Cic. in Verr.* Ut alius inter manus e convivio tanquam e prælio auferretur. ¶ *Sub manu eſſe*, eſt eſſe expeditum, promptumque in uſum, ſive eſſe in poteſtate. *Planc. Cic. l. 10. Fam.* Voconii ſub manu ut eſſent. ¶ *Sub manus ſuccedere*, eſt aliquid feliciter, & ex ſententia contingere. *Plaut. Perſ. 4. 1. 2.* Solet illa recte ſub manus ſuccedere. *Sueton. in Aug. c. 49.* Et quo celerius, & ſub manu annunciari poſſet, quid in Provincia quaque gereretur. ¶ In manu eſſe, eſt eſſe in poteſtate. *Cæl. Cic. l. 8. Fam.* Quam celis eum obligare, in tua manu eſt. *Plaut. Aſin. 1. 1. 81.* Te ne ego defraudem, cui ipſi nihil eſt in manu? hoc eſt nihil habes. ¶ *Manus multas poſcit hoc opus*. ideſt, hoc opus eſt multi laboris. *Plin. ep. 37. l. 9.* ¶ Manus injectio. V. *Injectio.* ¶ *Manus conſerere*, *azzuffarsi, venir alle mani*, & χεῖρας, eſt manus conjungere. Sæpe ſumitur pro prælium incipere, & cominus pugnare, *venir' alle mani*. *Cic. Att. l. 7.* Non ut manum conferat, ſed ut fugam intercludat. *Accedere ad manum*, eandem habet ſignificationem. *Nepos in Eumen. c. 5.* Neque unquam ad manum accedere licebat. ¶ Ex jure manum conſerere. Vide *Conſertus.* ¶ *Manus dare*, eſt ſe victum fateri. *Hor. Epod. od. 17.* Jam jam efficaci do manus ſcientiæ ſupplex. Adde *Virgil. 11. Æn. verſ. 568.* ¶ Eodem ſenſu etiam dicitur, manus tollere. *Cic.* apud *Lactant. l. 3. c. 8.* Cedo, & tollo manum. ¶ *In manum dare*, eſt exhibere. *Ter. Phorm.* Dic, quid velis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus. ¶ *Manu docere*, eſt aperte docere. *Cic. 1. de nat.* Ut manu doceres nos, eam eſſe vim, & naturam Deorum. ¶ *Manum afferre*, vel *inferre*, eſt vim facere. *Cic. Off.* Is manus violentas videtur afferre ſocio. *Auct. ad Her. l. 4.* Parenti manus ſcelerata intuliſti. ¶ *Manum habere intra pallium*, vel *ſub pallio*, eſt languere, in otio verſari, tractum ab Oratoribus, qui inter agendum, ſi languent, manum occultant ſub pallio, ſi commoti ſunt, proferunt. Nam magna pars actionis in manibus conſiſtit. *Quintil.* Ac ſemper manum intra pallium continentes. ¶ *Manibus prælium facere*, eſt manus conſerere, cominus pugnare. *Salluſt. in Jug.* Cupere manibus prælium facere. *Manum remittere*, in aleæ ludo, eſt colluſori jactum condonare, quem ſua quiſque manu damnoſum jecit. *Sueton. in Aug. c. 71.* Si quas manus remiſi cuique, exegiſſem, viciſſem vel quinquaginta millia. ¶ *Intueri aliquid ad manum* eſt prope intueri, & quaſi in manus ſumendo. *Plin. l. 35. c. 10.* ¶ *Manum ferulæ ſubducere*, eſt jam aliquo modo in literis profeciſſe, & deſinere in ludo litterario verſari, quia doctores artium diſcipulorum manus ferula cædunt. *Juven. ſat. 1. v. 15.* Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. ¶ *Manus tendere*, eſt auxilium petere, vel miſericordiam implorare. *Cæſ. l. 3. B. G.* Hedui manus tendere, deditionem ſignificant. ¶ *Tollere manus*, eſt ſignum lætitiæ dare. *Cicer. l. 7. Fam. ep. 5.* Suſtulimus manus ego, & Balbus. ¶ *Manum de tabula tollere*, eſt in re aliqua conficienda non nimis anxium eſſe, tractum ab Ethionis, vel Apellis dicto, qui cum Protogenis opus immenſi laboris, ac curæ miraretur, dixit, omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora, ſed uno ſe præſtare, quod manum ille de tabula neſciret tollere. *Cic. in ep. Fam. l. 7.* Heus tu, manum de tabula. ¶ *Ad manus rem venire*, *rem ad manus revocare*, eſt ad arma venire, prælium incipere. *Cic. Att. l. 8.* Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. *Id. pro Cluent.* Cum Tribunus pl. populo concitato rem pene ad manus revocaſſet. ¶ *Manum non verterim*, Proverbialis eſt Hyperbole, qua utimur, quoties nos rem aliquam non curare ſignificamus. *Cic. 5. Fin. c. 31.* Qui ſe fatentur virtutis cauſa, niſi ea voluptatem faceret, ne manum quidem verſuros fuiſſe. ¶ *Manum ſummam imponere alicui rei*, eſt perficere. *Virg. 7. Æn. v. 572.* Extremam Saturnia bello imponit regina manum. ¶ *Manus continere*, *abſtinere*, eſt continere impetum animi. *Cic. Catil. 1. c. 8.* Vix abs te jamdiu manus, & tela contineo. *Ter. Adelph. 5. 2. 6.* Non manus abſtines, maſtigia? ¶ *Manus manum lavat*, proverb. h. e. alter alteri opitulatur. *Sen. in Apocolocynt.* ¶ *De manu dare*, *aut reddere*, *dare di propria mano*. *Sueton. Tiber. c. 34.* Conſueverat & quadruplam ſtrenam, & de manu reddere. *Lamprid. in Severo c. 37.* Nam ſemper de manu ſua miniſtris ſerviebat & panem dabat &c. ¶ Manibus æquis, *con egual ſorte*, *con eguaglianza*. *Tacit. Ann. 1. 2. 63.* Manibus æquis abſceſſum eſt. ¶ *Adire manum alicui*. V. Adeo, is. ¶ *Manu venerari* V. in *Veneror.* ¶ Metonymica *manus* ponitur pro ſcriptura manuum, *carattere*. *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Quod epiſtola librarii manu eſt. ¶ Item pro picturæ. *Petron. in Satyr. cap. 83.* Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis injuria victas. Adde *Martial. l. 4. ep. 39.* ¶ Tranſlate accipitur pro multitudine hominum, vel pro agmine. *Virgil. 6. Æn.* Juvenum manus emicat ardens litus in Heſperium. ¶ Hinc ſervus a manu idem eſt ac amanuenſis. *Cic. & Sueton. in Cæſ. c. 74.* ¶ Item pro inſtrumento, & telo navali, quo naves harpagonibus captæ tenentur, a manus humanæ ſimilitudine, *rampante*. *Plin. l. 7. c. 56.* Anacharſis harpagones, & manus Pericles Athenienſis invenit. ¶ In re gladiatoria manus accipitur pro ictu, *colpo*, *ſtoccata*. *Quintil. l. 5. cap. 13. ad fin.* Ut gladiatorum manus, quæ ſecundæ vocantur, fiunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erit: & quartæ, ſi geminata captatio ſit, ut bis etiam cavere, bis repetere oportuerit. ¶ Denique manus dicitur etiam de animalibus, ut de proboſcide elephanti. *Curt. l. 4.* Cum manu arma viroſque corriperent. Et *Plin. lib. 8. cap. 36.* Invalidiſſimum urſo caput, ideo urgente vi, præcipitaturi ſe ex aliqua rupe, manibus eo operto jaciuntur.

Manus, adject. h. e. bonus. V. in *Cerus.*

Manutigium, ii, n. mollis manuum contrectatio. *Cæl. Aurel. l. 1. c. 4.* Manutigio oculos relevare velle. ¶ Eſt ibi tamen incerta lectio.

Manzer, eris, *ſpurio*, ſpurius. Hebraica vox eſt, qua uſi ſunt *Sedul. in 4. Paſch. v. 259. & Venant. Fortun. l. 5. carm. 4. v. 75.*

Mapalia, ium, n. 3. *capanne*, καλύβαι, idem ac magalia, ideſt, caſæ agreſtium, Punica lingua. *Virgil. 3. Georg.* Et raris habitata mapalia tectis. *Liv. lib. 9. Bel. Pun.* Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribuſque ſuis proſecutæ ſunt Regem. ¶ Addit *Feſtus*, mapalia dici de iis, qui inordinate errant. Mapalia, inquit, caſæ Punicæ appellantur; in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet ſolute viventibus id vocabulum objici. Hinc *Senec. in Apocolocynt.* Ego, Patres conſcripti, vobis interrogare permiſeram: vos mera mapalia feciſtis, volo ſervetis diſciplinam curiæ. *h. e.* omnia incondite egiſtis.

Mappa, æ, f. *tovagliuola*, *ſalvietta*, Ger. *tiſchlaken*, Gall. *nape*, Hiſpan. *mantel*, ὠθόνη, linteum, quo manuum atque oris ſordes in menſa abſtergimus. *Martial. l. 12. epigr. 29.* Attuleras mappam nemo, dum furta timentur. V. *Mantele.* ¶ Eſt vox Punica. *Quint. l. 1. c. 5.* Mappam uſitatum circo nomen Pœni ſibi vindicant. Quo loco reſpicit ad veterum morem, apud quos jam inde a Neronis tempore in Circenſibus editor mappæ projectione ſignum dabat. *Suet. in Ner. c. 22.* Aliquo liberto mittente mappam, unde Magiſtratus ſolent. *Juven. ſat. 11. v. 191.* Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ. ¶ Hinc mappam mittere, eſt ſignum quodlibet dare, tranſlatum a ludis Circenſibus. *Tertul. adverſ. Valentin. c. 16.*

Mappula, æ, f. parva mappa, linteolum. *Hieronym. epiſt. 27.* (*quæ eſt Epitaph. Paulæ*) *c. 13.*

Marathenus, a, um, ad Marathen pertinens, ut Menelaus Marathenus, apud

Digitized by Google

apud *Cic. in Bruto*, *c.* 26. Eſt autem Marathe inſula prope Corcyram, teſte *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Marăthon, onis, f. *Maratona*, μαραθὼν, opp. Atticæ, nunc parvus vicus, inter Athenas, & oram litoream ad Or. Celebre fuit morte Icari Regis interfecti, victoria Theſei tauro Marathonio ſuperato, & Miltiadis glorio, qui ibi centum millia ex Darii Perſarum Regis exercitu profligavit. ¶ Marathon item, opp. Phocidis, non procul ab Anticyra, in quo clarum Nemeſis templum fuiſſe dicitur.

Marathōnis, idis, fem. Μαραθωνὶς, Marathonia. *Stat.* 12. *Theb. v.* 730. quercum Marathonida Theſeus Extulit. *h. e.* haſtam, qua Marathonio in agro contra taurum pugnaverat: vel ſimpliciter, a ſilva Marathonia. *Id. l.* 11. *v.* 644. qualis Marathonide ſilva flebilis Erigone, *&c.*

Marathonius, a, um, μαραθώνιος, quod ad Marathonem ſpectat, ut *Taurus Marathonius*, qui apud Marathonem a Theſeo interfectus eſt, quem aliqui dicunt taurum eſſe amatum a Paſiphae, ab Hercule ex Creta abductum in agrum Marathonium. Sed taurum Paſiphaes Theſeus in labyrintho interfecit. *Cicer. in Tuſc.* 4. *c.* 22. Quem Theſeus interfecit, Marathonius taurus.

Marathrītes, n. 3. vinum, quod marathrum infuſum habet. Valet ad viſus imbecillitatem adjuvandam. *Col. l.* 12. *c.* 35. V. Abrotonites.

Marăthron, n. 2. *finocchio*, μάραθρον, fœniculum. *Plin. l.* 29. *c.* 10.

Marcellia, orum, n. 2. feſtum Syracuſanorum, in memoriam M. Claudii Marcelli, qui eos ab rebellibus liberaverat. *Cic.* 4. *Verr. c.* 21.

Marcellus, i, cognomen familiæ Romanæ illuſtris, ex qua multi clariſſimi viri extitere. *Plutarch.* Marcellum interpretatur bellicoſum, idest quaſi parvum Martem.

Marcens, entis, *ſmilzo*, *paſſo*, *appaſſito*, flaccidus, vietus, putreſcenti ſimilis. *Claudian. in Epithal. Pallad. & Celer. v.* 96. marcentes cupio quaſſare coronas. *Lucan. l.* 6. *v.* 646. marcentes tenebræ. *h. e.* ſitu, & putrido aere obſitæ. *Martial. l.* 3. *epigr.* 79. *v.* 12. Menſæ munera ſi voles ſecunda, Marcentes tibi porrigentur uvæ. ¶ Item languens, marcidus, confectus, *languente*, *fiacco*. *Stat.* 2. *Theb. v.* 630. fratris moribunda levabat Membra ſolo Periphas, læva marcentia colla ſuſtentans, dextraque latus. *Sil. l.* 15. *v.* 746. ſenex marcentibus annis. *Suet. in Calig. cap.* 58. Marcens ſtomachus pridiani cibi onere. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 6. *v.* 56. Marcentia pocula. *h. e.* quæ marcentes faciunt. ¶ Transfertur ad animum. *Tacit. de Germ. c.* 36. Marcentem diu pacem illeceſſiti nutriemos. *Senec. ep.* 89. *a med.* Mores compeſce, marcentia in te exſita, fulura conſtringe, contumacia doma.

Marceo, es, cui, n. 2. *languire*, marcorem contraho, langueo, flacceſco. Dicitur de floribus, & herbis, & fructibus, cum valde maturi ſunt. Hinc *Martial. l.* 3. *epigr.* 79. Menſæ munera ſi voles ſecunda, Marcentes tibi porrigentur uvæ. h. e. valde maturæ, & ſuaves: qua ratione *marcida vina* dixit *Statius*. ¶ Marcere ſtomachus dicitur, qui nimio heſterno cibo, & indigeſto oppletus languet, *carico*. *Suet. in Calig. c.* 58. Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. Sic dicimus marcere vino. *Liv. l.* 23. marcere epulis, *Claudian. de B. Get.* h. e. nimio potu, aut cibo gravem eſſe. ¶ Tranſlate marcere dicuntur homines ſenectute confecti. *Lucret. l.* 3. *v.* 970. Omnia perfructus vitai præmia marces. *Id. ib. v.* 960. annis corpus jam marcet. *Ovid. l.* 1. *amor. el.* 13. ſi vir tibi marcet ab annis. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Celſ. l.* 2. *c.* 2. Si marcet animus, ſi corpus torpet.

Marceſco, is, n. 3. *marcirſi*, μαραίνομαι, putreſco. *Plin. l.* 16. *c.* 48. Corpus occiſæ ſtatim marceſcit. ¶ Tranſlate uſurpatur pro langueſcere. *Liv. l.* 28. *c.* 35. Ad hæc equitem marceſcere deſidia.

Marciānus, a, um, ad Marcium pertinens, quod eſt nomen proprium Latini hominis. *Marciana carmina*, quæ laudat *Liv. l.* 25. *c.* 12. dicta ſunt a quodam Marcio, illuſtri vate, magnæque apud Romanos fidei: de quo *Liv. ib. Cic.* 1. *de Div. c.* 8. *Plin. lib.* 7. *c.* 33. & *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 17. Immo duos fratres hoc nomine fuiſſe, nobili loco natos, & divinandi vi præditos, legimus apud *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 40. & *l.* 2. *c.* 55. Horum carminibus moti Romani Apollinares ludos inſtituerunt. V. *Liv. l. c.*

Marcidŭlus, a, um, adject. diminut. a marcidus. *Martian. Capel. l.* 7. *ſub init.* Marcidulis luminibus conſpicatus.

Marcĭdus, a, um, adject. *languido*, *marcio*, נבול, Ger. *welk*, Gall. *pourry*, Hiſp. *marchito*, tabidus, languens, & videtur proprie dici de herbis, & floribus, cum nimium matura ſunt, a marceo. *Ovid.* 10. *Met. v.* 190. Ut ſi quis violas, riguoque papaver in horto, Liliaque infringat, &c. Marcida demittant ſubito caput illa gravatum. *Stat. l.* 1. *Silv.* 6. Marcida vina. h. e. permatura, & dulcia. ¶ Tranſlate *Plin. l.* 11. *c.* 37. Feſſis equis aures marcidæ. h. e. ita languidæ, ac demiſſæ, ut marcuiſſe videantur. *Plin. jun. in Paneg.* Marcidi ſomno, heſternaque cœna redundantes. *Claudian. de III. Conſ. Honor. v.* 40. Otia luxu marcida.

Marcĭpor, ŏris, m. 3. Marci puer, hoc eſt, famulus, ſicut *Publipor*, *Lucipor*, & alia hujuſmodi, a *Marcus*, & antiquo *por* pro *puer*, quo per Metonymiam ſervus notatus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Singuli Marcipores, Luciporeſve dominorum gentiles victum in promiſcuo habeant. ¶ Marcipor præterea eſt titulus cujuſdam Varronis Satyræ, in qua, ut putat *Turnebus l.* 24. *c. ult.* de ſervitute diſſerebat, & ſervili imperio.

Marcius, ii, celebris vates apud Romanos. V. *Marcianus*. ¶ Item cognomen Anci, quarti Romanorum regis. ¶ Item nomen Q. Marcii Regis, qui Prætor Romam adduxit aquam ſaluberrimam, & clariſſimam, quæ ab eo *Marcia* dicta eſt: de qua *Frontin. de aquæd. art.* 7. & *Plin. l.* 31. *c.* 3. Hinc *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 65. præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat, Marſaſque nives & frigora ducens Marcia. ¶ Sunt qui ſcrib. *Martia*: ſed *Marcia* eſt etiam in Lapidibus.

Marcomăni, mſc. 2. Marcomanni, Marcomannes, Marahenſes, Rheginoni, pop. Germaniæ, quorum Regio Marcomannia, *Marck*, tractus in Moravia, Auſtriaque conſinio ad fluvium cognom. inter Viennam, & Olmucium. Ab aliis collocantur in Moravia, ab aliis in Bohemia propria. Horum regia fuit *Marobodum*. *Stat. l.* 3. *Silv.* 3. *v.* 170. Quæ modo Marcomanos poſt horrida bella, vagoſque Sauromatas.

Marcomannicus, & Marcomannicus, a, um, ad Marcomanos pertinens. *Capitolin. in Antonin. Philoſ. c.* 17. Marcomannicum bellum. Adde *Eutrop. l.* 8. *c.* 12. & 13.

Marcor, oris, m. *languidezza*, זק, Ger. *teule*, Gal. *pourriture*, Hiſp. *marchitura*, tabes, languor, qualis ſolet eſſe in floribus, & herbis, cum nimia maturitate marcere videntur. *Senec. l.* 3. *Qu. nat. c.* 27. Inde vitium ſatis, & ſegetum ſine fruge ſurgentium marcor. *Celſ. l.* 3. *cap.* 20. In hoc (lethargo) marcor, & inexpugnabilis dormiendi neceſſitas. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Senec. de Tranquill. c.* 2. Inde mœror, marcorque, & mille fluctus mentis incertæ. *Velles. l.* 2. *c.* 119. Exercitus marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunæ circumventus.

Marculentus, a, um, adject. marcidus. *Fulgent. l.* 2. *Mythol. c.* 8. Marculenta calvities.

Marcŭlus, m. 2. inſtrumentum, quo fabri ærarii uti ſolent. *Plin. l.* 7. *c.* 56. item forcipem, marculum, vectem, incudem. Harduin. hic *marculum* legi monet in omnibus MSS. *Martial. l.* 12. *epigr.* 57. Negans vitam Ludimagiſtri mane, nocte piſtores, Ærariorum marculi die toto.

Marcus, i, Romanorum prænomen frequentiſſimum, quod per M ſignari ſolet, ut M. Tullius Cicero, M. Terentius Varro. ¶ *Voſſ. in Etymol.* marcum mollem ſignificare ait: a μαλακὸς, pro μαλακός. *Ibd.* malleum: unde *marculus*. Sed hæc indigent exemplis, quibus fulciantur.

Mare, is, n. *mare*, ים, Ger. *meer*, Gall. *mer*, Hiſp. *mar*, θάλασσα, πόντος, congregatio aquarum amari ſaporis. *Cic. in Piſon.* Cum mare vaſtiſſimum hyeme tranſibas. ¶ *Mare cœlo miſcere*, ſeu *confundere*, eſt omnia perturbare, nihilque non facere. *Virg.* 5. *Æn.* Maria omnia cœlo miſcuit. *Juven. Sat.* 6. Et mare cœlo confundas. ¶ *Mare*, *terraque quærere*, eſt maximam ſummamque diligentiam in re aliqua quærenda, & inveſtiganda adhibere. *Plaut. Pœn.* Mari, terraque illas uſquequaque quæritat. *Cic. l.* 5. *Fam.* Ego tamen terra, marique, ut conquireretur, præmandavi. ¶ *Maria*, & *montes polliceri*, eſt res maximas polliceri. *Salluſt. in Catil. c.* 23. ¶ *Plaut. Pœn.* 3. 3. 24. Qui viam neſcis, qua devenias ad mare, Eum oportet omnem quærere comitem ſibi, hoc eſt, qui per ſe non ſapit, aut valet, obtemperet alteri, & opem quærat. ¶ Mare clauſum dicitur, cum ejus navigatio impeditur. *Plin. l.* 2. *c.* 47. ¶ Uſurpatur tranſlate de re difficili, & periculoſa. *Plaut. Aſin.* 1. 2. 8. *de meretricibus*: Nam mare haud eſt mare, vos mare acerrimum. ¶ Mare varia nomina habet juxta regiones, quas alluit, ut Mare Ægeum, Æthiopicum, Adriaticum, Afriſum, Atlanticum &c. V. Geographos. ¶ Apud Poetas interdum legitur *mare* pro *mari* in ablativo. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 2. *v.* 20. Exiguum pleno de mare demet aquæ. *Id.* 4. *Pont. eleg.* 3. *v.* 46. In caput Euxino de mare vertet iter.

Mareotĭcus, a, um, quod ad Mareotidem ſpectat. *Luc. l.* 10. Hebenus Mareotica. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Mareoticæ vites.

Mareotides vites, quæ ſunt in Mareotide regione. *Virg.* 2. *Georg.* Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Mareōtis, idis, f. *Lago de Buchiara*, μαρεῶτις, palus ingens Ægypti, circuitu olim dcc. M. P. & trajectu 30. apud Alexandriam ad Mer. ¶ Eſt & regio Ægypti, al. pars Lybiæ, quæ eſt inter Cyrenaicam, & Ægyptum, a Ptolemæo Marmarica appellata, in qua vinum optimum provenit.

Mareplacĭda, æ, f. genus navigii tam parvi, ut eo mare non niſi placidum navigari poſſit. *Gel. l.* 10. *c.* 25. Alii leg. *placida*, *æ*. Alii aliter.

Marga, æ, f. 1. genus terræ in modum cretæ albæ, qua ruſtici utuntur ad agros ſtercorandos. *Plin. l.* 17. *c.* 6.

Margarides, f. μαργαρίδες, palmæ, a margaritis, quoniam breves, candidæ, & rotundæ ſunt, acinis, quam balanis ſimiliores. *Plin. l.* 13. *c.* 4.

Margarita, æ, fem. 1. *perla*, ὁ μαργαρίτης λίθος, vel ἡ μαργαρῖτις λίθος, μαργαρὶς, μάργαρον, unio, lapillus candidus in conchis naſcens. *Cic.* 4. *Ver.* Nego ullam gemmam, aut margaritam fuiſſe, quin abſtulerit.

Margaritarĭi, m. 2. μαργαριτέμποροι, negotiatores margaritarum. *Inſcript. apud Reineſ. claſſ.* 11. *p.* 647. Margaritario de ſacra via. Adde *Jul. Firm. l.* 7. *c.* 16. ¶ Adjective etiam uſurpatur, ut porticus margaritaris, apud *Publ. Victor. in lib. de regionib. Urb. R. reg.* 8.

Margaritātus, a, um, adject. margaritis ornatus. *Fortunat. carm.* 7. Margaritato flexilis arte ſinu.

Margarĭtĭfer, ra, rum, quod fert margaritas. *Plin. lib.* 36. *c.* 11. Inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Margarĭtum, i, n. idem ac margarita. *Tac. in vita Agric. c.* 12. Britannia aurum, & argentum gignit, Oceanus margarita, ſed ſubfuſca, & liventia. Adde *Varr.* apud *Non. c.* 3. *n.* 138.

Margĭnātus, a, um, quod marginem latum habet. *Plin. l.* 25. *c.* 12. Marginata tabula.

Margĭno, as, avi, atum, a. 1. margine communio, ſeu circundo. *Liv. l.* 41. *cap.* 27. Cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem marginandaſque locaverunt.

Margo, inis, m. vel f. *margine*, חז, *Ger. band*, Gall. *marge*, Hiſp. *margen*, ἐσχατιά, cujuſlibet rei extremitas, ut folii, fluminis, agri, imperii, &c. *Juv. ſat.* 1. Plena jam margine libri. *Curt. l.* 7. *c.* 9. Admotos ordines equitum in primo ripæ margine apponunt, ut &c. *Plin. l.* 12. *c.* 20. Margines imperii, *le frontiere*.

MARIA, f. 1. filia Joachim, & Annæ, quæ virgo Spiritus Sancti opera concepit, & peperit Salvatorem mundi, JESUM CHRISTUM, Deum verum, verumque hominem. ¶ Penultima hujus vocis anceps eſt. *Prudent. Pſychomach. v.* 88. Nec mea poſt Mariam potis es perfringere jura. *Sedul. in c.* 1. *Lucæ*: Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.

Mariandȳni, m. 2. Mariandini, Mariandyni, pop. Bithyniæ, ſeu Paphlagoniæ, in conf. in ora maris Euxini, inter Heracleam ad Occ. & Cytorum ad Or. quorum caput Amaſtris. In horum regione Hercules Cerberum interfecit.

Mariānus, a, um, quod ad Marium ſpectat. *Cic. c. Agr.* Quid ergo ſi Marianus Tribunus plebis? Sic Marianus miles, apud *Flor. l.* 4. *c.* 2.

Marica, f. 1. Nympha litoris Minturnenſium, apud Lirim fl. Fauni uxor, Latini mater. *Virg.* 7. *Æn. v.* 47. ¶ *Lactantius* ſcribit *l.* 1. *c.* 21. ita appellatam fuiſſe Circem mortuam, & conſecratam. ¶ Ab ea nomen habet Minturnenſium palus, in qua Marius Syllam fugiens latitavit. *Velles. l.* 2. *c.* 19.

Marici, m. 2. populi Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum condiderunt, teſte *Plin. l.* 3. *c.* 17. quorum vicus adhuc viſitur ab Alexandria 2. M. P. Dertonam verſus, qui *Marenge* dicitur, & oppidulum *Pietra de Marici*, ab Alexandria 3. M. Ticinum verſus, apud Tanarum fl.

Marinus, a, um, *marino*, θαλάσσιος, quod mare incolit, vel quod eſt in mari. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 16. Marinis, terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis aluntur.

Mariſca, æ, f. 1. *Baraíno*, ficus grandior, ſed inſipida, a *mas*, *maris*, quaſi maſcula, ob magnitudinem. *Mart. l.* 7. *ep.* 24. Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas. *Parum* hic *inſulſum* notat. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Cato de ficis ferendis ita meminit: Ficos mariſcas in loco cretoſo, & aperto ſerito. ¶ A fructus hujus ſimilitudine etiam mariſcæ dicuntur tubercula ulceroſa, quæ ex præpoſtera libidine circa podicem naſcuntur. *Juven. ſat.* 2. *v.* 13. Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariſcæ.

Mariſcus, i, vel mariſcum, i, n. juncus marinus, unde tegetes texuntur, a *mas*, *maris*. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

Marita, æ, f. *donna maritata*, γαμετή, mulier nupta. *Ovid.* 2. *Faſtor.* Dura cum forte maritæ reddebant ateri pignora rara ſui. *Horat. epod.* 8. Nec ſit marita, quæ rotundioribus onuſta baccis ambulet.

Marītālis, le, o. 3. *maritale*, γαμικός, conjugalis. *Col. in proœm. lib.* 12. Maritale conjugium ſic comparatum eſſe natura.

Marītātus, a, um. *Maritata pecunia* apud *Plaut. Epid.* 2. 1. 11. quæ cum uxore conjuncta eſt, h. e. cujus poſſeſſio eſt penes uxorem: ſeu quæ habetur a marito ex dote, uxore vivente.

Marĭtĭmus, a, um, *marittimo*, Ger. *auff dem meer*, *beym meer*, Gal. *maritime*, Hiſp. *mariſco*, *maritimo*, ἐνθαλάττιος, quod mare accolit, vel ad mare eſt, vel fit. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 11. Maritimis moribus mecum experitur. h. e. doloſe, vel feris. *Cicer.* 7. *Verr.* Homines maritimi. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Æſtus maritimi.

Marīto, as, avi, atum, *maritare*, זוג, Germ. *verlehlichen*, Gall. *marier*, Hiſp. *caſar*, συνοικίζω, viro trado, ſeu aſſocio. *Suet. in Veſp. c.* 14. Vitellii

Digitized by Google

tellit hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritavit. ¶ Dicitur etiam de viris. *Tac. l. 12. c. 6.* Quando maritandum Principem cuncti ſuaderent. ¶ Item de beſtiis. *Varr. l. 2. de R. R. c. 9. de canibus:* Tum enim dicuntur catulire, id eſt oſtendere, ſe velle maritari. ¶ Item de aliis rebus, ut de arboribus, & vitibus. *Col. l. 4. c. 5.* Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea ſcrobem vitibus comparat. *Horat. epod. 2.* adulta vitium propagine altas maritat populos. ¶ *Maritor, aris,* deponentis forma, uſus eſt *Solinus c. 36.* ſed non imitandus.

Maritus, i, m. 2. *marito*, בעל, Ger. *ehemann*, Gall. *mari*, Hiſp. *marido*, ἀνήρ, ἀκοίτης, uxoris vir, a mas, *aris. Priſc. l. 4. Cic. in Catil. 1. c. 10.* Vigilare non ſolum ad inſidiandum ſomno maritorum, verum etiam bonis occiſorum. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus. *Col. l. 8. c. 5. de gallinaceis:* Rarior eſt in his avibus maritis bonitas. ¶ Olentis uxores mariti, capræ. *Horat. l. 1. od. 17.*

Maritus, a, um, *conjugale*, conjugalis. *Ovid. in epiſt. Paridis ad Helenam. Liv. l. 27. c. 31.* Vagabatur cum uno, aut altero comite per maritas domos dies, noctesque. id eſt, per domos maritorum. ¶ Dicitur etiam de arboribus, & aliis rebus. *Col. l. 3. c. 11.* Rariſſimum arbuſtum, vel olivetum, quod non fuerit maritum. ¶ Pecunia marita, eſt dotalis. *Plaut. Epid. 2. 1. 11.* Pulchra edepol dos pecunia eſt. P. Quæ quidem edepol eſt non marita. Alii leg. *maritata*.

Marius, maſc. 2. Civis Romanus, qui ſepties Conſul fuit. Ejus vitam habes apud Plutarch. de bello ejus civili cum Sylla & Cinna. V. & *Flor. l. 3. c. 21.* ¶ Adjective *Maria lex* memoratur a *Cic. 3. de legib. cap. 17.* Eam tulit C. Marius tribunus plebis, ut pontes, per quos tranſibant ſuffragium ferentes, anguſtiores fierent, ne quis in iis, præter eum, qui ſuffragium ferret, conſiſtere poſſet rogandi & appellandi cauſa.

Marmarica, f. 1. *Barcha*, Μαρμαρικὴ, regio parva Africæ, introrſum patens, ubi Lybia deſerta, pars Libyæ veræ, nunc Regni Barcæ.

Marmaricus, a, um, adjectiv. a Marmarica. *Lucan. l. 3. v. 293.* Mittere Marmaricas ceſſavit in arma catervas.

Marmaridæ, maſc. 1. populi Marmaricæ, quos Solinus ſerpentes incantare ſcribit. Inter hos ſunt Naſamones, Libyarchæ, & Pſylli, qui poſtremi habent ſalivam præſens adverſus omnia venena remedium afferentem. *Silius l. 3. v. 300.*

Marmaritis, fem. 3. μαρμαρῖτις, herbæ genus, al. aglaophotis, ob admirabilem colorem, a *marmor*, quia naſcitur in marmoribus Arabiæ. *Plin. lib. 24. cap. 17.*

Marmor, oris, neut. *marmo*, שיש, Germ. *marmelſtein*, Gal. *marbre*, Hiſp. *marmol*, μάρμαρος, genus lapidis duriſſimi, & ſolidiſſimi, a μαίρμαρος, quod nunc adjective album notat, nunc ſubſtantive album lapidem, ut de utroque *Heſych.* teſtatur. *Cic. pro Arch.* Itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus e marmore. ¶ Marmoris diverſa ſunt genera, de quibus V. *Plin. l. 36. c. 7.* ¶ Marmoris nomen & mari Poetæ tribuunt, ob nitorem aquæ, a μαρμαίρω, reſplendeo. *Virg. 1. Georg.* Infidum remis impellere marmor. *Id. 7. Æn.* In lento luctantur marmore tonſæ. ¶ Servus a *marmoribus* legitur in *Inſcript. apud Gruter. pag. 593. num. 7.*

Marmorarius, rii, m. *marmorario*, qui marmora vel polit, vel ſecat. *Sen. ep. 79.* Non magis, quam ſtatuarios, marmorarios, &c. Adde *Plin. l. 36. c. 5.*

Marmoratio, onis, fem. μαρμάρωσις, conſtructio ex marmore. *Apul. l. 4. Flor.* Pavimenti marmoratio.

Marmoratum, ti, n. *ſtucco*, incruſtatio ex marmore, tectorium e marmore, & calce, a *marmor*. *Varro l. 3. de R. R. c. 7.* Introſecus quaſi læviſſimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur.

Marmoratus, a, um, *coperto di marmo*, Ger. *beſetzt mit marmel*, Gal. *pavé de marbre*, Hiſpan. *cubierto de marmol*, μαρμαρωτὸς, quod ſuperficiem tantum ex marmore habet. *Cic. 2. de Leg.* Marmorata pavimenta. *Varr. lib. 3. R. R. cap. 57.* Marmoratum tectorium. ¶ Quod autem a quibuſdam Lexicographis additur, ex *Cic. pro Arch. cap. 9.* Marmoratæ laudes, mendum eſt.

Marmoreus, a, um, *di marmo*, [illegible], Ger. *marmelſteinin*, Gal. *de marbre*, Hiſp. *marmoreo, marmaleno*, μαρμάρεος, ex marmore. *Cicer. pro Domo, c. 24.* Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inſpectante Populo R. ad ſocerum Conſulis portabantur.

Marmoro, as, avi, atum, a. 1. marmore incruſto. *Lamprid. in Alexandr. c. 25.* Palatio exornato hoc genere marmorandi.

Marmoroſus, a, um, μαρμαροειδὴς, quod marmoream formam, vel duritiem habet. *Plin. l. 35. c. 6.* Fit & Romæ cremato ſilo marmoroſo.

Maro, onis, m. 3. opifex fuit figulus, ſive (ut alii putant) Magi cujuſdam viatoris mercenarius, Virgilii pater. Hinc ipſe Virgilius *Maro* cognominatur. *Juvenal. Sat. 11. v. 178.* Conditor Iliadis cantabitur, atque Maronis &c.

Maronea, f. 1. Maronia, Iſmaros, Ortagurea, *Marogna*, Μαρώνεια, urbs Thraciæ, in ora, apud oſtia Hebri, ad Scæmum fl. Æno finitima, vino celebris.

Maroneus, a, um, ad Maronem pertinens Thraciæ regem, ſeu ad Maroneam urbem, circa quam nobile vinum naſcebatur: quo cum ille rex Ulyſſem donaſſet, hic Cyclopi dedit, ſopitumque excæcavit. *Tibull. lib. 4. carm. 1. v. 56.* Ceſſit & Ætnææ Neptunius incola rupis, Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho. ¶ Item ad Virgilium Maronem. *Stat. l. & Silv. 4. v. 54.* tenues ignavo pollice chordas Pulſo, Maroneique ſedens in margine templi Sumo animum, & magni tumulis adcanto magiſtri.

Maronianus, a, um, Virgilianus. *Sidon. in carm. ep. 1. l. 8.* ſtilus, aut Maronianus, Aut quo tu Latium beas, Horati.

Maronites, æ, m. Μαρωνίτης, qui eſt ex Maronea Thraciæ urbe. *Plin. l. 35. c. 11. ante med.* Athenion Maronites.

Marpeſa, fem. 1. Marpeſſa, Marpeſus, Μάρπησσα, mons Pari inſ. ſaxoſus. Hinc

Marpeſius, a, um, quod ad Marpeſam montem ſpectat. *Virg. 6. Æn. v. 471.* Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Marpiſſa, f. 1. filia Eveni, uxor Idæ, mater Cleopatræ. Cum raperetur ab Apolline, Idas arcu, ſagittiſque ſumptis Apollinem invadere non dubitavit. Hanc, poſtquam rapta eſt, parentes Halcyonem cognominaverunt, quod mater eam domi deflebat ſortitam luctuoſum, ac flebile Halcyones fatum.

Marra, f. 1. *marra*, Μάῤῥον, ferreum inſtrumentum, ad excindendas herbas accommodatum. *Juven. Sat. 3. v. 311.* Ne marræ, & ſarcula deſint. Ad. de *Colum. l. 10. v. 72.*

Marrubii, m. 2. Marruvii, pop. Latii circa Fucinum lac. ſic dicti a Rege Marrubio, vel quod circa mare habitarent.

Marrubium, & Marruvium, *Marano*, opp. olim, nunc pagus exiguus Latii, in finibus Marſorum, ad Fucinum lacum. *Silius l. 8. v. 506.* Marrubium veteris celebratum nomine Marri.

Marrubium, ii, n. *marrubio*, *praſſio*, πράσιον, herba, quæ exulcerare veſicam putatur. Quidam linoſtrophon, alii philopeda, alii philocharen vocant. *Plin. l. 20. c. 22.*

Marrubius, a, um, quod ad Marrubium ſpectat. *Virg. 7. Æn. v. 750.* Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos.

Marrucini, orum, m. pop. Italiæ, in parte occidentali Aprutii citerioris, oram maris Hadriatici attingentes, ſub Samnitibus, prope Aternum flu. *Plin. l. 3. c. 12.*

Marrucinus, a, um, adject. ad Marrucinos ſpectans, ut Marrucina pubes. *Silius l. 8. v. 521.* Marrucini montes. *Stat. l. 4. ſilv. v. 86.*

Mars, artis, m. 3. Ἄρης, Deus belli præſes ab antiquis creditus eſt, ab antiquo *mamers* per ſync. A Poetis Mavors dicitur, per Epentheſin, ut vulgus credit, quod magna vortat, ſeu vertat. *Cic. 2. de nat. Deor.* Jam qui magna verteret, *Mavors*. Sed antiqui pro *Mamers* dicere etiam *Mavers*, & e in e abeunte *Mavors*. Hic Jovis, & Junonis filius fuiſſe fingitur, vel, ut Ovidius fabulatur, ſolius Junonis. Cum enim olim Juno turbata eſſet, quod animadvertiſſet Jovem maritum percuſſo capite ſine muliere procreaſſe Minervam, Floræ monitu florem invenit in campis Olenius, quo tacto ipſa quoque concepit, & peperit filium, quem Martem nominavit. Hunc ferunt poſtea cum Venere concubuiſſe, eoſque Vulcani aſtu catena inviſibili ligatos, omnium Deorum riſui expoſitos fuiſſe, tandem Neptuno intercedente, a Vulcano ſolutos eſſe. Sororem habuit Bellonam, belli Deam. Sacrum ei fecerunt lupum, & picum, quos in Dei hujus tutela eſſe credebant. Salios habuit Sacerdotes, apud Romanos. *Tacit. 4 hiſt. c. 35.* Pugnatum incerto Marte, donec prælium nox dirimeret. ¶ Mars communis dicitur, quod incertus, ac varius belli eventus ſit. *Cic. 11. Phil.* Sed ut concedam, incertos eſſe exitus belli, Martem communem. ¶ Aperto Marte, *in aperta campagna*, *con aperta guerra*. *Ovid. 13. Met. v. 208.* urbi ſe mœnibus hoſtes continuere diu, nec aperti copia Martis Ulla fuit. ¶ Æquo Marte pugnare, h. e. æquis viribus, æqua ſorte. *Curt. l. 4. c. 1.* De regno æquo Marte, ſi vellet, contenderet. Adde *Liv. l. 2. c. 6.* ¶ Marte noſtro aliquid dicimur facere, quoties aliquid noſtro ingenio, nullius adjuti auxilio conficimus. *Cic. 3. Off. c. 7.* Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed, ut dicitur, noſtro Marte. ¶ Eſt etiam Mars Planetæ nomen, qui quatuor, & viginti menſibus orbem luſtrat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.*

Marſi, orum, m. Μαρσοὶ, pop. Latii, ſub Samnitibus, ubi nunc pars Aprutii Ulterioris, juxta lacum Fucinum. Dicti ſunt a Marſo Circes filio, a quo edocti ſunt veneficia, & incantationes ſerpentum, teſte *Solino*. Saliva ſua ſerpentum morſibus medebantur. *Plin. l. 7. c. 2.* ¶ Fuerunt Marſi pauperrimi quidem, ſed tamen fortiſſimi, ut qui acerbiſſimum Romanis bellum intulerint, ac fere funeſtius, quam civilia, ut ſcribit *Plinius*.

Marſicus, a, um, adject. a Marſis populis, ut Marſicum bellum. *Cic. Agrar. 2. c. 33.*

Marſpiter, tris, m. Ἄρης, Mars pater, ut Jupiter, Jovis pater. *Gell. lib. 5. cap. 12.*

Marſupium, ii, n. *borſa*, כיס, Ger. *taſche*, Gall. *bourſe*, Hiſp. *bolſa*, [illegible], ſacculus nummorum, a ſecunda voce Græca allata. *Varr. apud Non.* Majorem curam habere marſupii noſtri, quam vitæ noſtræ.

Marſus, a, um, adject. idem quod Marſicus. *Ovid. de medicam. faciei, v. 39.* Nec mediæ Marſis finduntur cantibus angues.

Marſus, m. 2. filius Circes. *Plin. l. 7. c. 2.*

Marſyas, & Marſya, m. 1. Μαρσύας, tibicen e Phrygia, ea temeritate, ut Phœbum ad cantus certamen auderet provocare, a quo & victus, & excoriatus eſt. *Ovid. 7. Faſt. & 6. Metam. v. 383.* ¶ Ejus ſtatua fuit Romæ in foro, ubi cauſæ agebantur. *Horat. l. 1. Sat. 6. v. 120.* Non ſollicitus, mihi quod cras ſurgendum ſit mane, obeundus Marſya, &c. h. e. ſtatua Marſyæ, in Foro poſita, de qua *Plin. l. 21. c. 3.* Docet autem *Serv. ad Æneid. 4. v. 58.* Marſyæ ſtatuam in urbium foro collocatam, altera manu erecta, libertatis indicium fuiſſe.

Marſyas, m. 1. fl. Phrygiæ Magnæ, haud procul a Mæandro oriens, in quem apud Celænas, & Apameam urb. quam circumfluit, excurrit. Poetæ fabulantur, ortum eſſe ex lacrymis Nympharum, & Satyrorum Marſyam tibicinem ab Apolline ibi excoriatum flentium, & a Marſya appellatum fuiſſe. *Ovid. 6. Met. Liv. l. 38. c. 13.* ¶ Marſyas alter fl. Syriæ, qui in Euphratem apud Samoſata labitur. *Plin.* Marſyas item fl. Cœleſyriæ.

Martes, tis, f. *martora*, fera exigua ex genere muſtelarum, a *Marte*, quod vi Martia mures, gallinas, aliaſque aves necet. Ejus pellis in pretio eſt. *Martial. l. 10. ep. 37.* Venator capta marte ſuperbus adeſt.

Martha, m. 2. *Marta*, fl. Hetruriæ, cum opp. cogn. qui exit ex lacu Volſinio, Tuſcaniæ urb. mœnia radit, & in mare Tyrrhenum apud Cornetum urb. defertur.

Martia aqua, al. Auſeja, una ex aquis urbis Romæ, omnium clariſſima, & ſaluberrima ad potandum, a nono lapide ex lacu Fucino ſtructis fornicibus in Urbem perducta ab Anco Martio Rege, cujus aquæductus in via Tiburtina adhuc ea parte conſpicitur.

Martialis, le, o. 3. ad Martem pertinens, *Marziale*, ἀρήϊος. *Cic. pro Cluent. c. 15.* Martiales quidam Latini appellabantur, miniſtri publici Martis, atque ei Deo veteribus inſtitutis, religionibuſque Larinatium conſecrati. *Horat. l. 1. od. 17.* Nec martiales hædiliæ lupos metuunt. V. *Lupus*.

Martialis, is, m. M. Valerius Martialis, Hiſpanus, ex Bilbili Celtiberiæ oppido, ſcripſit libros epigrammatum, qui adhuc extant, multis ſalibus aſperſos, ſæpe etiam obſcœnitatibus, quas nimis aperte aliquando depingit. Vixit ſub Imperatoribus Domitiano, Nerva, & Trajano.

Martianus, a, um, o. 1. 2. quod ad Martem ſpectat. *Cic. pro Corn. Balbo, c. 17.* Qui & veterem illam ſpeciem fœderis Martiani ſemper omni ſanctiorem Mente duxerunt. Ita legit *Manut.* Alii aliter.

Marticola, æ, m. qui Martem colit. *Ovid. 5. Triſt. eleg. 3.* ad uſque nivoſum Strymona veniſſi, Marticolamque Geten.

Marticultor, oris, m. Marticola. *Inſcrip. apud Gruter. p. 55. n. 10.* Deo Marti, & Victoriæ Contubernium Marticultorum poſuerunt.

Martigena, æ, m. & f. Marte genitus. *Ovid. 3. Amor. el. 4.* Martigenæ non ſunt ſine crimine nati, Romulus Iliades, Iliadeſque Remus.

Martiobarbulus, i, miles plumbeis glandibus armatus, quæ & ipſæ martiobarbuli appellantur. *Veget. l. 1. de re milit. c. 17.*

Martius, m. 2. *Marzo*, Μάρτιος, unus ex menſibus, a *Marte*, cui illum Romulus quaſi genitori ſuo dicavit. *Ovid. 1. & 3. Faſt. Varro l. 5. de L. L.* ¶ Olim fuit primus menſis totius anni. *Ovid. loc. cit.* ¶ Uſurpatur etiam adjective, ut Martiæ Idus, Martius menſis &c. *Feſt. & Cic. Phil. 2. c. 36. & 37.*

Martius, ſubſt. m. 2. cognomen Anci, quarti Romanorum Regis.

Martius, a, um, quod ad Martem pertinet, ut Martia avis, Marti dicata. *Ov. 3. Faſt.* Martia picus avis gemino pro ſtipite pugnat. ¶ Item quod ad bellum pertinet, ut Martia arma, Martia caſtra, *Tibull. l. 1. eleg. 2.* ¶ Ponitur & pro bellicoſo, & feroci, ut Martius miles. *Ov. 14. Metam.* ¶ Martius Campus, Ἄρειον πεδίον, planities quædam fuit in agro Romano, inter Tyberim, & antiquam urbem, hodie urbis pars, ita dictus, quod Tarquinio in exilium acto (cujus hic ager erat) Marti fuerit conſecratus. *Liv. lib. 2.* Ager Tarquiniorum, qui inter urbem, & Tyberim erat, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit.

Digitized by Google

fuit. ¶ Martia aqua. V. ſup. *Martia*. ¶ *Calendæ Martiæ*, V. Calendæ.

Martŭlus. V. Marculus.

Martyr, yris, com. *martire*, μάρτυρ, proprie teſtem notat. Sed Chriſtiania ſic peculiariter dicitur, qui non ore tantum, ſed & ſanguine veritatem cœleſtem atteſtatam facit. *Prudent. in hymn. Epiphan. v.* 125.

Martyrĭum, n. 2. *martirio*, μαρτύριον, teſtimonium. Chriſtianis eſt teſtimonium de veritate cœleſti, in quo quis ſanguinem effudit, vel cruciatus lethales perpeſſus eſt. *Tert. de ſpectac. c.* 29. ¶ Item locus, ubi corpora Martyrum ſepulta ſunt. *Hieronym. in vita Hilarion.*

Marum, n. *ſcorſapepo*, μάρον, herba ſurculoſa flore origani, ſed odoratiore, foliiſque multo candidioribus, quæ circa Magneſiam, & Tralles copioſa gignitur. *Plin. l.* 12. *c.* 24.

Mas, aris, m. *maſchio*, זכר, Germ. *mannsbild*, Gall. *male*, Hiſp. *macho*, ἄῤῥην, ἄρσην, ſexus vocabulum fœminæ oppoſitum, a fortitudine. Nam ut Græci ἄῤῥην, ab Ἄρης, duplicata canina littera, ſic Latini a *Mars* ſecera *mas*, ejecta littera canina. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt. ¶ Interdum adjective ſumitur pro forti, & virili, *maſchio*, *forte*. *Horat. de arte poet. v.* 402. mares animos in Martia bella Exacuit.

Maſaris, m. 3. Μάσαρις, Bacchi cognomen apud Caras, de cujus origine ſic fabulantur: In comitatu Rheæ, cui Jupiter Bacchum alendum commiſerat, mulierem fuiſſe, cui nomen erat *Ma*, quæ, cum eam Juno rogaſſet, cujus is eſſet puer, Ἄρεως, hoc eſt Martis reſpondit, qua voce a vulgo excepta, Bacchus deinceps Maſaris dictus eſt, quaſi μᾶς ἄρεως.

Maſcarpĭo, onis, m. qui virilia carpit, impudicus, maſturbator. *Petron. Satyr. c.* 134.

Maſculeſco, is, n. 3. *innmaſchirſi*, זכר, Ger. *mannliche werden*, Gal. *devenir male*, Hiſp. *bolverſe macho*, ἀῤῥενοῦμαι, maſculus fio. *Plin. l.* 18. *c.* 13. Denſiore enim ſatu maſculeſcere.

Maſculētum, ti, n. locus in quo plantæ vinearum maſculæ conſitæ ſunt, a *maſculus*. Plantæ autem maſculæ ſunt, quæ non ſubiguntur, ut palmites alios emittant, ſed in altum ſurgere permittuntur. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Ut faciant, quæ maſculata appellant.

Maſculīne, adverb. maſculino genere, ἀῤῥενικῶς. *Arnob. l.* 1. *p.* 36. Res fœmininas maſculina depromere.

Maſculīnus, a, um, *di maſchio*, ἀῤῥενικός, quod maſculi eſt. *Plin. l.* 18. *c.* 15. Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculinum, fœmininumque. Adde *Feſtum*.

Maſcŭlus, li, m. ἀρρένιον, dim. a *mas*. *Plaut. Ciſt.* Bona fœmina, & males maſculus hic te volunt. Adde *Liv. l.* 31. *c.* 12.

Maſcŭlus, a, um, *virile*, *maſchio*, maſculinus, & tranſlate fortis, acer, vehemens. *Hor. l.* 3. *od.* 6. Sed ruſticorum maſcula militum proles Sabellis docta ligonibus verſare glebas. *Perſ. ſat.* 5. Calido ſub pectore maſculo bilis intumuit. ¶ *Cardo maſculus* dicitur, qui in alterum cardinem ingreditur: ſicut *cardo fœmina*, qui maſculum recipit, & ſuſtinet. *Vitruv. l.* 9. *c. ult. poſt med.*

Maſpĕtum, n. 2. folium laſerpitii, apio ſimile. *Plin. l.* 19. *c.* 3.

Maſſa, æ, f. *paſta*, עסה, Ger. *teig*, Gal. *pate*, Hiſp. *maſſa*, μᾶζα, farina ſubacta, macerataque ad panificium, a Græca voce allata. *Priſc. l.* 1. & *Gloſſæ veteres*. ¶ Generatim ponitur pro omni eo, quod denſum eſt, ſpiſſumve, ad ſimilitudinem farinæ ſubactæ, ut Maſſa auri, maſſa ferri, hoc eſt pila, & veluti moles. *Virg.* 1. *Georg.* Maſſam picis urbe reportat. *Id.* 4. *Georg. v.* 170. Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis cum properant. ¶ *Colum. l.* 12. *c.* 54. ubi rationem docet aceti ſcyllitici faciendi, præcipit, ut vinum, quod in acetum converti debet, *limpidum ſit, & de ſub maſſa*. Videtur autem intelligere vinum, in quod maſſa ferri candens immiſſa ſit. Nam *ejuſd. l. c.* 5. ubi agit de vino vapido in acetum vertendo, Quidam, inquit, ferri maſſas exurunt, ita ut ignis ſpeciem habeant, eaſque in eamdem (vini) menſuram demittunt. Quidam leg. *limpidum ſit, & de ſumma*.

Maſſālis, le, adject. *totale*, a maſſa. Eſt *Tertulliani adverſ. Hermog. c.* 30. & *l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 18. Hinc

Maſſaliter, adv. *totalmente*. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 16.

Maſſæſyli, populi Numidiæ occidentalis. *Plin. l.* 5. *c.* 5.

Maſſagĕtæ, m. Alani, pop. Sarmatiæ Europææ, juxta Euxinum mare, & paludem Mæoticam. Alii erant pop. Scythiæ intra Imaum, inter Jaxartas, & Alanoſcythas, ubi nunc pars Auſtralis Tartariæ deſertæ, verſus Zagatajam. Dicti ſunt quaſi graves Getæ. Maſſa enim apud Scythas grave ſignificat, teſte *Iſidor. l.* 9. *Orig.* Cum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt. Apud hos ſenio confecti in fruſta cæduntur, admiſtiſque ovillis carnibus a ſuis eduntur; qui vero morbo intereunt, feris devorandi abjiciuntur. Infeſtiſſimi ſunt hoſpitibus, neque cum vicinis populis ullam ſervant amicitiam, aut fidem. Uxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire non verentur. Solem venerantur, cui & equum immolant: cæteros Deos habent neglectui. *Herod. l.* 4. *Strabo l.* 2. *Stat. in Achill.* Lactea Maſſagetæ veluti qui pocula fuſcant ſanguine puniceo. ¶ Nominativus ſing. eſt Maſſageta, vel Maſſagetes. *Lucan. l.* 3. *v.* 283. Longaque Sarmatici ſolvens jejunia belli Maſſagetes, quo fugit, equo.

Maſſăris, f. 3. uva eſt, quæ ex vite ſylveſtri cum flore in Africa decerpitur, medicinæ tantum, & odoramentis idonea. *Plin. l.* 12. *c. ult.* & *in proœm. l.* 23.

Maſſĭcum, i, n. vinum Maſſici montis. *Virg.* 7. *Æn.* Vertunt felicia Baccho Maſſica.

Maſſicus, m. 2. *Monte Maſſo*, al. *Monte Maſſico*, mons Campaniæ, Falerno, & Gauro junctus, inter Sueſſam, Calenum, & Sinueſſam, al. inter Minturnas, & Calenum extenſus verſus oram maris Tyrrheni. Ejus pars, quæ eſt verſus oram maris Tyrrheni, ab incolis dicitur *Mondragone*. Feraxque eſt optimi vini.

Maſſicus, a, um, quod ad Maſſicum M. ſpectat. *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 1. Eſt, qui nec veteris pocula Maſſici ſpernit. h. e. Maſſici vini.

Maſſilia, f. 1. *Marſiglia*, Μασσαλία, urbs Galliæ Narbonenſis, in ora Provinciæ, præclara, & emporio celebris, condita a Phocæenſibus una cum Emporiis in Hiſpania, Medis Aſtyage, Hebræis Sedecia imperante, circa ſecundam, & quadrageſimam Olympiadem, anno ante partum Virginis 613. Cum diruta fuiſſet, inſtaurata eſt a Phocenſibus, qui Cyri tyrannidem fugientes, relicta Græcia, in hunc ſinum navigarunt. Optimi vini ferax eſt. Olim Maſſiliæ ſtudia ingenuarum artium adeo floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Maſſilienſium peterent Gymnaſium ad diſciplinas addiſcendas. *Liv. l.* 35. *c.* 9. *Plin.* & *Caſ. l.* 2. *B. Civ.* ¶ Maſſilienſes & litteris, & optimis inſtitutis, ac moribus claruerunt. Iidem luxus notati ſunt. Hinc *Maſſiliam naviges*, & *E Maſſilia venis*, apud Suidam de nimis cultis dicitur. V. *Cic. pro Flacco*, & *l.* 2. *Offic. Tac. in vita Agricolæ*, & *Taubm. ad Plaut. Caſ.* 5. 4.

Maſſiliānus, a, um, ad Maſſiliam pertinens. Maſſilianum vinum legitur apud *Martial. in lemmate epigr.* 123. *l.* 13. ſed tum ibi, tum *l.* 10. *epigr.* 36. damnatur ut fumo imbutum. Sic *l.* 3. *epigr.* 82. Vel cocta fumis muſta Maſſilianis.

Maſſilienſis, ſe, adject. qui eſt a Maſſilia. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 3. 4. 6. &c.

Maſſilioticus, a, um, quod ad Maſſiliam ſpectat. *Plin. l.* 3. Rhodani oſtium ampliſſimum vocatur Maſſilioticum.

Maſſilitānus, a, um, adject. Maſſilienſis. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.*

Maſſo, as, a. 1. in maſſam redigo, conglobo, condenſo. *Lucr. l.* 1. *v.* 666. Ignes in cœtus ſtringi, maſſareque corpus. Al. leg. *metare*. ¶ Pro maſticare uſurpat *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 8. *l.* 2. *c.* 19.

Maſſŭla, f. 1. μαζίον, dim. a maſſa. *Col. l.* 12. *c.* 38. Poſt hæc complures ex ea maſſulæ fiunt.

Maſſyla, f. 1. opp. medit. Cyrenes, apud Berenicen, & Hortos Heſperidum. Hinc regio Maſſyla, ſeu Maſſylia. Sed a *Livio* Maſſylia gens in Numidia ponitur. Pop. Maſſyli, quos *Plinius* inter Capſitanos, & Getulos apud Libyæ deſerta locat. Neque ephippiis utuntur, nec frænis, ſed ſola virga contenti ſunt, qua agitent equos, & moderentur. *Lucan. l.* 4. *v.* 682.

Maſſylæus, a, um, ex Maſſylia urbe, ſeu Maſſylia regione. *Mart. l.* 9. *ep.* 23. Et Maſſylæum virga gubernat equum.

Maſſylius, a, um, quod ad Maſſylam, ſeu Maſſyliam ſpectat. *Lucan. l.* 4. *v.* 681. Et gens, quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo.

Maſſylus, a, um, idem ac Maſſylius. *Virg.* 4. *Æn. v.* 483. Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata Sacerdos.

Maſtaura, orum, n. *Maſtaurche*, Μάσταυρα, urbs Lydiæ, in Cariæ confinio, ita dicta, quod ibi Rheæ Bacchi nutrici, quæ Ma Lydis appellabatur, taurus ſoleret immolari. Aliquibus dicta videtur a *maſto*, & *taurus*. *Plin. l.* 5. *c.* 29. ¶ Populi Maſtaurenſes. *Id. ibid.*

Maſticatio, onis, f. actus maſticandi. *Cæl. Aurel. l.* 4. *Tard. c.* 3. Cibum maſticatione exercere.

Maſticātus, a, um, nom. ex partic. *maſticato*, dentibus comminutus. *Apul. de herb. c.* 79. Cum fuerit maſticatum, fervorem ſommovent &c. *Theod. Priſcian. de Diæta, c.* 10. Portulaca maſticata ſtuporem dentium ſanat.

Maſtichātus, a, um, maſtiche conditus. *Lamprid. in Heliogab. cap.* 19. Et maſtichatum, & puleiatum, & omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus invenit. *h. e.* vinum maſtichatum. Sic de Gordiano *Capitolin. c.* 19. Fuit vini cupidior, ſemper tamen undecumque conditi, nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſinthio, ceteriſque rebus, quibus gula maxime delectatur.

Maſticha, vel maſtice, es, f. 1. *maſtice*, μαστίχη, lacryma, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat. *Plin. l.* 12. *c.* 17.

Maſticinus, a, um, *maſticino*, ad maſticen pertinens. *Pallad. in Mart. tit.* 9. *ſub init.* Semina madefacere laurino oleo, vel nardino, vel maſticino.

Maſtico, as, avi, atum, a. 1. mando, dentibus tero, *maſticare*. *Macer de virib. herbar. carm.* 3. Maſticet hoc patiens, teneatque diutius ore.

Maſtigeus, i, maſc. idem quod maſtigia. *Plaut. Trin.* 4. 2. 121. Aggrediundus eſt hic homo maſtigeus. Ita referunt nonnulli Lexicographi: Sed legendum eſt: *Aggrediundus eſt hic homo mihi aſtu.* *heus* &c.

Maſtigia, m. μαστιγίας, verbero, verberibus dignus. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 1. Exi e culina, ſis, foras maſtigia. *Terent. Adelph.* 5. 2. 6. Non manus abſtines, maſtigia?

Maſtigophŏrus, m. 2. μαστιγοφόρος, ſervus flagellifer, qui, ut ſcribit Budæus, agonothetas in ſacris certaminibus comitabatur, virgas praeferens ad ſubmovendam turbam, & cohibendas ſeditiones. *Prudent. in Pſychom. l.* 2. *carm.* 516.

Maſtrūca, vel Maſtruga, f. *pelliccia*, μαστρούγα, veſtis genus, qua Sardi utebantur. *Cic. in fragm. pro Scauro*. Eum Sardorum maſtruca mutavit. ¶ Tranſlate dicitur de homine molli, & libidinoſo, quia hujuſmodi veſtis ſcortea eſt, & peſſime olet. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 34. Degluptis manus, maſtruga, i in malam crucem.

Maſtrucatus, a, um, μαστρουκωτός, qui maſtruca utitur. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 7. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria geſta.

Maſtrŭga. V. Maſtruca.

Maſturbator, oris, m. 3. qui maſturbat. *Martial. l.* 14. *ep.* 203. Al. ſcribunt *maſtuprator*.

Maſturbo, as, avi, atum, a. 1. effuſo virili ſemine polluo, quaſi marem turbo. Alii ſcribunt *maſtupro*, quaſi manu ſtupro. *Martial. l.* 11. *ep.* 105.

Maſtus, m. 2. *mammella*, μαστός, mamma. Per tranſlationem dicitur de tubulis mammatis in fontibus, & aquæductibus, qui etiam mammæ, papillæ, & ubera dicuntur. *Vitr. l.* 8. *c.* 3. Athenis ex hujuſmodi locis, & fontibus maſti uſque ad portum Piræum ducti ſunt ſalientes. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba, quæ potui indita pilos mammarum a partu naſcentium aufert. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Matæus, a, um, *vano*, μάταιος, vanus, ineptus. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 41. *Burm.* Plane matæus ſum. Al. aliter leg.

Matăris. V. Materis.

Matăxa. V. Metaxa.

Matella, f. 1. *meſtilletta*, *orinale*, Ger. *ſchirbel*, *waſſergeſchirr*, Gal. *pot de chambre*, *urinal*, Hiſp. *orinal*, οὐρητρίς, vas, in quod urinam reddimus, dim. a *matula*. Aliqui diſtinguunt matellam a ſcaphio, quod ſcaphium tam ad ventris onus, quam ad urinam excipiendam accommodatum eſſet; matella, quia anguſtiore eſſet ore, urinæ tantum accipiendæ fuerit utilis: alii, quod ſcaphium eſſet mulierum, matella virorum. *Martial. l.* 10. *epigr.* 11. Diſpeream, ſi tu Pyladi præſtare matellam dignus es. ¶ Eſt item matella, aquarium vas, teſte *Nonio c.* 15. *n.* 2. qui ibi & *Varronem* affert, & *Plautum*.

Matellio, onis, m. vaſis aquarii genus, quo nomine vas appellabatur, ubi a matulæ figura longius receſſiſſet, ut *Varro* ſcribit *l.* 4. *de L. L.* a *matula*. *Varro de vita paſt.* Poſtularet trullam, matellionem, pelvim. *Cicero in Parad.* 5. *c.* 2. Si L. Mummius aliquem iſtorum videret matellionem Corinthium cupidiſſime tractantem. ¶ Matellio item *Feſto* vas eſt, in quod urina redditur, quod & matella appellatur.

Matĕŏla, f. 1. genus ſarculi. *Cat. de re ruſt. c.* 46. Si parum deſcendit, malleolo, aut mateola adigito.

Mater, tris, f. *madre*, אם, Ger. *mutter*, Gall. *mere*, Hiſp. *madre*, μήτηρ, genitrix, parens, quæ quodvis animal partu edit, a voce græca allata. *Cic. pro Cluent.* Mater enim a me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio, & crudelitate eſt, mater, inquam, appellabitur. *Virg.* 3. *Georg.* Excretos prohibent a matribus hœdos. ¶ Aliquando tamen pro nutrice ponitur. *Plautus* utramque ſignificationem complexus eſt. *Men. prol. v.* 19. Ita forma ſimili pueri, inquit, ut mater ſua non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat, neque adeo mater ipſa, quæ illos pepererat. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur reſpectu propaginum, quæ ex ipſis naſcuntur. *Plin. l.* 12. *c.* 5. Supermiſſi eadem rami in excelſum emicant, ſylvoſa multitudine, vaſto matris corpore. ¶ Item ad res inanimatas, pro cauſa, origine. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 40. Avaritiam ſi tollere vultis, mater ejus eſt tollenda luxuries. Sic *Plaut.* vitem matrem vini appellat *Amph.* 1. 1. 274. Et apes mellis matres. *Varr. R. R. l.* 3. *c.* 5. ¶ Eſt etiam honoris vocabulum, quo ſeniores fœminas compellamus. *Plaut. Rud.* 1. 5. 5. Jubemus te ſalvere, mater. Sic Veſta mater, apud *Senec. l.* 4. *Controverſ.* 4. & Mater Matuta, apud *Feſtum*. Et Mater magn,

Digitized by Google

magna, i. e. Cybele apud *Cic. pro Sext. c. 26.* quæ & ſimiliter mater dicitur e *Virg. Æn. 9. v. 108.* & *4. Georg. v. 64.* ¶ Mater familias, *padrona di caſa*, [illegible], uxoris ſpecies, ſcil. ea uxor, quæ erat in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque eſſet, ita dicta, quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet. Duo enim uxorum genera fuere, unum, quod proprie uxor, & matrona dicebatur, alterum, quod materfamilias. Matrona in matrimonium tantum venerat, materfamilias etiam in mariti familiam, & hæreditatem. Quod autem ad vocis hujus compoſitionem attinet, *familias*, antiquus genitivus eſt, Græcorum imitatione, qui fœmininorum in *a* purum deſinentium genitivos in *as* inflectunt. *Cic. in Top. c. 3.* Si ita Fabiæ pecunia legata eſt a viro, ſi ea uxor materfamilias eſſet, ſi ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus eſt enim uxor: ejus duæ formæ, una matrumfamilias; hæ ſunt, quæ in manum convenerunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. ¶ Sumitur interdum pro matre ſimpliciter. *Liv. l. 4. bell. Mac.* Et cum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines? ¶ Juſta materfamilias, & pellex opponuntur. *Liv. l. 9. bell. Mac.* Hunc juſta matrefamilias, illum pellice ortum eſſe.

Matercula, æ, fem. μητρίδιον, diminut. a mater. *Cicer. pro Plat. cap. 36.* Nunc denique matterculæ ſuæ feſtivus filius aniculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe.

Materia, æ, f. 1. & materies, ei, f. 5. *materia*, Ger. *materie*, Gal. *matiere*, Hiſp. *materia*, ὕλη, id, ex quo aliquid fit, ut materie libri membrana eſt, & atramentum, materie domus ſunt lapides, calx, ligna, tegulæ, a *matre*, ut *luxuria*, & *luxuries* a *luxu*. *Cornelius Fronto* diſtinguit inter *materiem*, & *materiam*, quaſi *materies* ad res animi, & ingenii ſpectet, *ſuggeſtio*; *materia* vero corporea ſit, ut materia fabrorum lignum, ferrum, &c. ſed fere promiſcue uſurpantur. *Ovid. 2. Metam. v. 5.* Materiam ſuperabat opus. ¶ Speciatim dicitur de lignis, quæ ædificiis apta ſunt. *Quintil. l. 7. c. 1.* Opera extruentibus ſatis non eſt ſaxa, & materiem, & cætera ædificanti congerere utilia. ¶ Item de ligno, quod eſt intra corticem. *Col. l. 5. c. 11.* Quaſi cuneum ferreum, vel oſſeum inter corticem, & materiam lente demittito. ¶ Item de palmite, qui de novello naſcitur, & in tenero alligatus dependet. *Col. l. 5. c. 6.* ¶ Rudis materia, eſt primum chaos. *Lucan. l. 2.* Materiamque rudem flamma cedente recepit. ¶ Accipitur etiam pro genere, ſeu ſtirpe. *Col. l. 6. c. 27.* Equinum pecus tripartito dividitur. Eſt enim generoſa materies, quæ circo, ſacriſque certaminibus equos præbet. ¶ Item pro argumento orationis, ſeu libri, quod Græci [illegible], Itali *ſoggetto* appellant. *Cic. Att. l. c.* Quod me, ut ſcribam aliquid hortaris, eripit mihi quidem materies, ut dicis, &c. *Horat. de ar. poet. v. 38.* Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam viribus. ¶ Item pro cauſa, ſeu occaſione. *Salluſt. Catil. c. 10.* Cupido pecuniæ primo, deinde imperii crevit: ea quaſi materies omnium malorum fuere. *Velej. l. 2. c. 62.* Materiam belli præbere.

Materialis, le, o. 3. ὑλικός, quod eſt materiæ. *Macrob. l. 1. Som. Scip. c. 12.* Materialis influxio.

Materialiter, adverb. *materialmente*, ὑλικῶς, ſecundum materiam. *Sidon. l. 8. ep. 11.* In pectore viri iracundia materialiter regnans.

Materiarius, rii, m. ὑλουργός, qui materiam ad ædificia ſuppeditat. *Plaut. Mil. 3. 3. 45.* Si non nos materiarius remoratur. ¶ Speciatim accipitur pro fabro lignario, quia materia etiam interdum ſumitur pro ligno. *Inſcript. apud Gruter. p. 645. n. 6.* ¶ Item pro materiam artifice, apud *Ammian. l. 21.* teſte *Voſſio in Etymol. V. Materia.*

Materiarius, a, um, quod eſt ex materia, vel ad materiam ſpectat, & præſertim ad ligna ad ædificandum apta. *Plin. l. 7. c. 56.* Fabricam materiariam Dædalus, & in ea ſerram, aſciam, &c. invenit.

Materiatio, onis, f. *legname da fabbrica*, materies lignaria in ædificiis, ut trabes, tabulæ, contignationes, &c. *Vitruv. l. 4. c. 2.* In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata.

Materiatura, æ, f. materiaria ars, quæ circa materiationem verſatur. *Vitruv. l. 4. c. 2.* E quibus rebus, & a materiatura fabrili, in lapideis ædificationibus artifices diſpoſitiones eorum ſcalpturis ſunt imitati.

Materiatus, a, um, materia præſertim lignaria, ſeu materiatione conſtructus. *Cic. 3. Off. c. 13.* Ædes peſtilentes, male materiatæ, ruinoſæ.

Materinus, a, um, adject. *Materina terra* apud *Caton. R. R. c. 34.* exponitur a *Turneb. l. 21. c. 25.* dura, ſolida, & prope lignea.

Materiola, læ, f. diminut. a materia. *Tertull. de baptiſm. c. 17.*

Materior, aris, d. 1. ὑλοτομέω, materiam cædo ad conficiendum vallum. *Cæſ. 7. B. G. c. 73.* Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe. ¶ Item materiatione conſtruo. *Vitruv. l. 5. c. ult.* Ea ædificia minime ſunt materianda propter incendium.

Mataris, vel Matáris, is, f. 3. vel Matara, æ, f. 1. *picca*, [illegible], Celticum lanceæ genus. Vox eſt Gallica. *Cæſ. l. 1. B. Gal. c. 26.* Nonnulli inter carros rotaſque mataras ſubjiciebant, noſtroſque vulnerabant. *Turneb.* legit *materes*. Alii *mazaras*. *Liv. l. 7. c. 24.* Humero materi trajecto. *Auctor ad Heren. l. 4. c. 32.* Materis tranſalpina.

Maternus, a, um, *materno*, Germ. *mütterlich*, Gal. *maternel*, Hiſp. *maternal*, μητρῷος, quod matris eſt. *Cicero pro Cluent. c. 5.* Quo enim eſt ipſum nomen amantius, indulgentiuſque maternum. *Ter. Heaut. 4. 1. 24.* Maternus animus.

Matertera, f. 1. *zia*, *ſorella della madre*, Ger. *der mutterſchweſter*, Gal. *tante*, Hiſp. *tia*, μητρὸς ἀδελφή, matris ſoror, a *mater*. Nam *tera* eſt vocis productio. *Feſto* dicta videtur quaſi mater altera. *Cic. 1. de Div.* Puellam defatigatam petiſſe a matertera. ¶ Matertera magna eſt ſoror aviæ, matertera major, ſoror proaviæ; maxima, ſoror abaviæ. *Paul. JCtus leg. 10. Dig. de gradib. §. 8. 9. & 10.*

Mathematica, æ, f. *matematica*, μαθηματική. *Senec. epiſt. 88.* Mathematica ſuperficiaria eſt, &c. *Sueton. in Tiber. c. 69.* Addictus mathematicæ, i. e. aſtrologiæ judiciariæ.

Mathematicus, a, um, adiect. *matematico*, μαθηματικός, ad Mathematicam pertinens, ut *Mathematica ratio* apud *Vitruv. l. 1. c. 1.* Et *Mathematica artes* apud *Plin. l. 30. c. 1.* ¶ Mathematicæ diſciplinæ, μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι, & ſimpliciter Μαθήματα dicuntur Geometria, & Arithmetica, & quæ ab his proficiſcuntur, ut Aſtronomia, Muſica, Optica, Geographia, & aliæ, a μανθάνω, *diſcere*, quia Artes Mathematicæ vere, & proprie diſciplinæ, ſeu ſcientiæ ſunt, quippe quæ plane diſcuntur, & per demonſtrationem percipiuntur.

Mathematicus, ci, m. 2. Μαθηματικός, qui ſcit diſciplinas circa abſtractam quantitatem verſantes, ut Arithmeticam, & Geometriam, aut earum principia aliis applicantes, ut Geographiam, Aſtrologiam, Muſicam, Opticam, & alias. *Cic. 1. de Or.* Quis ignoret, ii, qui Mathematici vocantur, quanta in obſcuritate rerum, & quam recondita in arte, ſubtilique verſentur? ¶ Per Catachreſin Mathematici vocantur impoſtores, qui aliter Chaldæi, Genethliaci, & Aſtrologi dicuntur, *aſtrologhi giudiziarii*, qui ex obſervatione horæ natalitiæ fata cujuſque ſe ſcire profitentur. *Gell. l. 1. c. 9. & l. 14. c. 1.* [illegible] *Juven. Sat. 14. v. 248.* Nota Mathematicis geneſis tua. *Tacit. 1. hiſt. c. 22.* Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax.

Mathēſis, is, f. 3. μάθησις, diſciplina, & ſpeciatim ſeries illa diſciplinarum, quas Mathematici profitentur. *Spartian. in Hadrian. cap. 16.* & in *Ælio Vero c. 3.* & *Tertull. de Idolol. c. 9.* ¶ Sumitur ſæpe pro arte fata alicujus ex natali hora divinandi, quæ geneſthliace vocatur, *aſtrologia giudiziaria*. Hinc *Jul. Firmic.* libros de hac arte differentes, *Matheſeos* inſcripſit. Uſus eſt & *Vetus Scholiaſtes Juven. ad Sat. 6. v. 574.* & *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 888.* ubi & ſecundam corripuit, contra naturam græcæ vocalis, illo verſu. Involvit matheſi, magicas impelit in artes.

Matīnus, m. 2. mons Apuliæ, in Lucaniæ confinio, qui buxetis abundat. *Lucan. l. 9.* Et calidi lucent buxeta Matini.

Matinus, a, um, adiect. ad Matinum montem pertinens. *Horat. l. 4. od. 2.* Ego apis Matinæ more &c.

Matralia, n. 3. μητρῷα, matris Matutæ feſta, tertio idus Junii a matronis celebrari ſolita. *Ovid. 6. Faſt. v. 475.* Ite bonæ matres, veſtrum Matralia feſtum, &c.

Matreſco, is, o. 3. *madreggiare*, Ger. *der mutter gleich ſeyn*, Gal. *reſſembler a ſa mere*, Hiſp. *ſe pareſce a ſu madre*, [illegible], eſt matri ſimilem fieri. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 516.* Utinam nunc matreſcam ingenio.

Matricalis, le, adject. ad matricem pertinens, ut matricalis herba. *Apul. de herb. c. 66.* Matricalis vena. *Veget. l. 1. c. 10.*

Matricida, com. 1. *matricida*, [illegible], Ger. *mutter moerder*, Gal. *qui a tué ſa mere*, Hiſp. *el que a muerto ſu madre*, μητροκτόνος, qui matrem occidit. *Cic. ad Q. Fr. lib. 1.* Quem ſcribit certiſſimum matricidam. ¶ Per Tmeſim *Auſon. in Cæſ.* Matrique cida Nero proprii vim pertulit enſis.

Matricidium, ii, n. *matricidio*, matris occiſio. *Cic. 1. de Inv. c. 13.* Oreſtes, ſi accuſetur matricidii.

Matricula, æ, f. 1. album, id eſt, charta, ubi milites deſcripti ſunt, a matre. *Veget. l. 2. c. 26.* & *l. 2. c. 6.*

Matrimonialis, & le, o. 3. γαμικός, quod ad matrimonium pertinet. *Jul. Firmic. l. 7. c. 17.* & *Quintilian. declam. 342.*

Matrimonium, nii, n. *matrimonio*, [illegible], Ger. *die ehe*, Gal. *mariage*, Hiſp. *caſamiento*, *matrimonio*, συζυγία, maris, & fœminæ conjunctio, a *matre*. Nam *monium* vocis productio eſt. Utque a *patre* eſt *patrimonium*, a *ſancio ſanctimonia*, ſic a *matre matrimonium*. *Cic. pro Cluent. c. 62.* Matrimonii jus caſtum, & legitimum. *Id. 3. Leg. c. 16.* Habere aliquam in matrimonio. *Id. pro Cluent. c. 44.* Ducere in matrimonium. *Curt. l. 6. c. 9.* Philotæ ſororem matrimonio ſibi conjunxerat. ¶ Interdum ponitur pro matrona, ſive conjuge. *Juſtin. l. 3. c. 3.* Ut ſeverius matrimonia ſua viri coercerent. *Liv. l. 23.* Matrimoniis convocatis. ¶ Quidam JCti putant, hac voce ſignificari etiam materna bona, ſeu dotem, idque allatis exemplis ex *Sueton. Valer. Max* & *Seneca* confirmant: corruptis tamen ubique codicibus eos uſos putant Critici, de quo *Caſaubon. ad Suetan.* monuit, & *Pareus in Lex. Crit.*

Matrimus, a, um, *che ha la madre ancor viva*, qui matrem adhuc habet ſuperſtitem, a *mater*, ut *patrimus* a *pater*. *Cicer. de Aruſp. Reſp. c. 11.* Aut puer ille patrimus, & matrimus ſi terram non tenuit. ¶ Apud *Feſtum* legitur *matrimes*, *is*.

Matrix, cis, f. *matrice*, *e la femmina*, *che ſi tiene per razza*, Ger. *mutter thier*, *die bermutter der weiber*, Gal. *mere*, *matrice*, Hiſp. *madre*, μήτρα, uterus matris: item fœmina, quæ fœtus gratia tenetur, a *mater*. *Colum. l. 8. c. 5. de gallinis.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. *Varr. l. 3. R. R. cap. 5.* Habeo tauros ad matrices ſeptuaginta duos. Sic *Sueton. in Auguſt. c. 94.* Matricem vocat arborem, ex qua ſtolones ſuccreverunt. ¶ A Medicis tamen matrix appellatur organum conceptionis in materno utero. *Plin. l. 27. c. 10.* Radix matricem ſanat, & ſtomachum decocta in vino. ¶ Eſt etiam matrix index, in quo certa nomina deſcribuntur, unde *matricula*. *Tertull. de fuga in perſecut.* Cum in matricibus beneficiariorum, & curioſorum Chriſtiani quoque continentur.

Matrōna, æ, f. 1. *matrona*, [illegible], quæ in matrimonium cum viro convenit, a mater. Hoc nomine ſpei, atque boni ominis cauſa etiam illa dicebatur, cui liberi necdum eſſent. *Cic. in Top. Boetius 3. comm. in Top. Cic. Gellius l. 18. c. 6. Sigonius de ant. jure C. R. l. 1. c. 9.* diſtinguunt matronam a matre familias, & dicunt, matronam dictam proprie, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiamſi ei liberi nondum nati forent; dictamque eſſe ita a matris nomine non adepto, ſed cum ſpe, & omine mox adipiſcendi, unde ipſum quoque matrimonium dicitur: matrem autem familias appellatam eſſe eam ſolam, quæ in mariti manu, mancipioque erat, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque eſſet, quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ejus hæredis locum veniſſet. *Voſſius* affert alterum diſcrimen, quod matronæ ſolum dicerentur fœminæ honeſto, illuſtrique loco natæ. Item *Serv. ad illud 9. Æn.* Quæ te ſola, puer, multis e matribus auſa Perſequitur: Ex matribus, inquit, id eſt, ex nobilibus. Nam matres non niſi nobiles dicimus: unde & matronæ dictæ ſunt. *Ovid. 2. Metam.* Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis. *Cic. lib. 7. Fam. ep. 6.* Opulentæ, optimates matronæ.

Matrona, fem. 1. *la Marne*, fl. Galliæ belgicæ, qui oritur in Campania prov. *Auſon. in Moſ. v. 462.* Matrona non, Gallos, Belgaſque intercita fines.

Matronalia, n. 3. feſta in honorem Junonis, a *matronis*, quod iis matronæ Junoni ſacrificarent, ut ſibi annus felix eſſet in amore conjugali, ac puerperio. Celebrabantur Calendis Martii, non Aprilis, ut quidam cenſuerunt. *Voſſ.* Eodem die inter ſe munera mittitabant, quem morem tangunt *Tib. l. 3. el. 1.* & *l. 4. el. 2. Juvenalis*, & alii. V. *Serv. 8. Æneid.* Aliqui confundunt cum Matralibus. Sed Matralia fiebant in honorem Deæ Matutæ, die 11. Jun. *Ovid. 6. Faſt.* ¶ *Id. 3. Faſt. v. 180. & ſeq.* ſcribit, Matronalia celebrata fuiſſe in honorem Martis, ob diremptum a matronis bellum inter Sabinos & Romanos raptarum cauſa.

Matronalis, & le, o. 3. quod ad matronam ſpectat. *Ovid. 2. Faſt.* matronales erubuere genæ. *Liv. l. 26. c. 49.* Decus matronale.

Matronatus, us, m. conditio matronæ. *Apul. l. 4. Metam.* Ut matronatus ejus indicabat.

Matruēlis, is, natus ex fratre matris meæ. *Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom.* Turnus matruelis Amatæ. Adde *l. 2. Dig. ad leg. Pomp. de parricid.*

Matta, f. 1. *ſtuora*, Germ. *ſtrohdecke*, Gall. *natte*, Hiſp. *eſtera*, ψίαθος, ſtorea, & teges, quæ fit ex cannabe, lino, junco, palma, ſcirpo, aut ſparto, ubi ſtuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut quid ſimile inſertum eſt. *Ovid. 6. Faſt. v. 680.* In plauſtro ſcirpea matta fuit.

Mattea, V. Mattye.

Matteōla, f. 1. dim. a mattea. *Arnob. l. 7.*

Mattiacum, n. 2. Caſtrum Mattiacorum, Mattium, *Marpurg*, vel *Marpurg*, urbs Germaniæ præclara, primaria Haſſiæ, & Academia, cum caſtro munito, ad Lanum fl. *Plin. l. 31. c. 2.*

Mattiācus, a, um, quod ad Mattium urb. Germaniæ ſpectat, ut *Mattiacæ pilæ*, ſphæræ odorati ſaponis, a Mattiaco, unde meliores notæ afferebantur. *Martial. lib. 14. ep. 26.* Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.

Mattici,

Digitized by Google

Mattiaci, cognominantur homines malarum magnarum, atque oris late patentis. *Feſtus*.

Mattya, f. 1. vel maſtya, vel mattea, *ματτύη*, aertum delicati cibi genus e farina aqua ſubacta, & oleo, lacte, & ſimilibus, a *μάζω*, ſubigo. ¶ Progreſſu temporis introductum eſt, ut mattya omnis cibus pretioſus ac delicatus diceretur, ut ait *Athenæus lib.* 14. & ſumitur univerſim pro quocumque delicato ac pretioſo edulio. In aliquibus legitur *mattea*, pro *mattea*. *Sueton. in Calig. c.* 38. Multis venenatas matteas miſit. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 59. Ex omni poſita eſt inſtructa macello Cœna tibi, ſed te mattya ſola juvat. Al. leg. *juvant*, ut ſit *Mattyum*, *ii*, *o*.

Matula, æ, f. *orinale*, *ἀμίς*, vas, in quod veſicam levamus, quod & matella, & ſcaphium dicitur. *Plaut. Moſt.* 2. c. 39. Nam hercle ego vos pro matula habebo, niſi matulam datis. *Id. in Perſ.* 4. 3. 64. Nunquam ego tam eſſe matulam credidi. h. e. tam ſtolidum, aut inſulſum.

Matura, æ, Dea præſes frugibus maturandis. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 8.

Maturate, adv. mature, feſtinanter. *Plaut. Mil.* Jube maturate illam exire huc. *Liv. l.* 31. *c.* 16. Juſſis cæteris, quantum maxime poſſent, maturate ſequi.

Maturatio, onis, f. actus maturandi, & cum debita maturitate perficiendi. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 2. Dolus maturatione conſumitur.

Maturatus, a, um, o. i. e. *maturato*, maturus factus, partic. a maturor. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Omnia, quæ terra gignat, maturata pubeſcunt. ¶ Sumitur pro perfecto. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Maturata concoctio. Item pro accelerato, ut Maturatum negotium. ¶ *Maturato opus eſt*, opus eſt maturitate, ſeu celeritate. *Liv. l.* 1. Ita facto, maturatoque opus eſſe. *Id. l.* 4. *Bell. Pun.* Non quam maturato opus erat, graviter expediebant.

Mature, adv. *a tempo*, *preſtamente*, בְּעִתּוֹ, Ger. *ſchnell*, Gal. *de bonne heure*, *à temps*, Hiſp. *preſto*, *a tiempo*, *temprano*, *ὡραίως*, tempeſtive, in tempore, hoc eſt nec cito, nec ſero, ut *Nigidius apud Gell. l.* 10. *c.* 11. exponit. *Cic. de Senect. cap.* 10. Mature fias ſenex, ſi diu velis eſſe ſenex. ¶ Interdum ſignificat cito. *Liv. l.* 6. *c.* 13. Patere in vinci conſilio, ut maturius bello vincas. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 33. Rebus quam maturrime occurrere. *Cic. pro Cæcin. c.* 2. Quæque rea turpiſſima maturiſſime judicanda eſt. *Id.* 3. *de Or. c.* 20. Omnium maturrime ad publicas cauſas acceſſi. ¶ Interdum accipitur pro ſero, tarde. *Plaut. Curc.* 2. 3. *v.* 10. Qui homo mature quæſivit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit. h. e. qui tarde, & ægre pecuniam comparavit, niſi ei cito parcat, cito eſurit. Ita explicat *Chariſ. l.* 2.

Maturefacio, is, eci, actum, a. 1. ad maturitatem perduco. *Theod. Priſcian. de Diat. c.* 14. Aqua marina maturefacit duritias.

Matureſco, is, urui, n. 3. *maturarſi*, *πεπαίνομαι*, maturus fio. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Cum matureſcere frumenta inciperent. ¶ Tranſlate *Ovid.* 14. *Metam.* nubilibus maturuit annis puella. *Quintil. in epiſt. ad Tryphon.* Libros opinabar non ſatis maturuiſſe.

Maturitas, atis, f. *maturità*, Ger. *zeitigung*, Gal. *maturité*, Hiſ. *madurez*, *πέπανσις*, perfecta coctio ſucci in fructibus. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 28. Commutationeſque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas. ¶ Item tempus maturum, tempeſtivitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Graviditates, & partus afferat, maturitateſque gignendi. ¶ Tranſlate ponitur pro opportunitate, commoda & opportuna occaſione. *Cic. ad Q. Fr.* Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen nunc appropinquat. ¶ Item pro perfectione. *Cic. in Brut.* Jam videbatur illud in me, quidquid eſſet, eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam. ¶ Item pro proceſſu, acceſſione, gravitate. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 4. Tamen hoc ſtudium quotidie ingraveſcit, credo, & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitiis. ¶ Item pro exacta peritia, & prudentia. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 87. Auctoritatem Paulini, vigorem Celſi, maturitatem Galli ambiebat.

Maturo, as, avi, atum. a. 1. *maturare*, הִבְשִׁיל, Ger. *ſalro meurir*, Gal. *avancer*, *meurir*, Hiſp. *madurar*, *πεπαίνω*, maturum facio, maturitatem affero. *Cic. de Sen.* Primo eſt peracerba guſtatu, deinde matura dulceſcit. ¶ Sæpe eſt mature, & ſine nimia feſtinatione facere. *Virg.* 1. *Georg. v.* 260. Multa, forent quæ mox cœlo properanda ſereno, maturare datur. ¶ Sed fere abſolute uſurpatur pro properare. *Cic. Att. l.* 4. Ut matures venire. *Id. pro Cluent. c.* 61. Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare cœpta, eſt mature abſolvere. *Liv. l.* 24. *c.* 13. Dumum ad cœpta maturanda redire jubet. ¶ Maturare fugam, *fuggire*. *Virg.* 1. *Æn.* V. *Gell. l.* 10. *c.* 11.

Maturus, a, um, *maturo*, בָּשֵׁל, Germ. *zeitig*, Gal. *meur*, Hiſ. *maduro*, *πέπειρος*, quod neque crudum, neque immite, neque caducum, neque nimium coctum, ſed in tempore provenit, & proprie de fructibus dicitur. De origine digladiantur Etymologi. V. *Voſſ. Cicer. de Sen.* Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur, ſi matura, & cocta, decidunt. ¶ Tranſlate maturum dicitur generatim omne id, quod nec citius, nec tardius eſt, quam convenit, ſeu quod tempeſtivum, vel commodum eſt. *Virgo matura viro*, quæ nubilis, ut contra *Virgo immatura viro*, quæ necdum nubilis. *Hor. l.* 3. *Carm. od.* 6. Motus doceri gaudet Jonicus matura virgo. *Gel. l.* 12. *c.* 7. Virginem habens jam maturam viro. *Cic. ad Q. Fr.* Ego tibi ſpem maturæ deceſſionis afferebam. Sic, maturus ad arma, maturus militiæ, &c. *Liv. l.* 2. *Sil. Ital. l.* 16. ¶ Item ponitur pro ſene, vel ſenili, ut *Matura ætas*, ideſt quaſi omnino perfecta, & tempus debitum aſſecuta. *Maturus ævi homo*, ideſt ſenex, & perfectam habens ætatem. *Virg.* 5. *Æneid.* Ævi maturus Aceſtes. ¶ Ex uſu vulgari maturum dicitur, quod citius fit, quam par eſt, & ponitur pro celeri, & feſtino, ſive repentino. *Tibul. l.* 4. *eleg. v.* 206. Seu matura dies celerem properat mihi mortem, longa manet ſeu vita. *Cic.* 7. *Verr.* Ea mortem illis acerbiorem, & ſupplicium maturius ferret. ¶ Ponitur etiam pro perfecto, pleno. *Cic.* 1. *de Or.* Ac facultate dicendi majore, ac maturiore. *Virg.* 10. *Æn. v.* 256. revoluta ruebat Matura jam luce dies. h. e. plena, perfecta, nec amplius creſcente. *Sueton. in Calig. c.* 44. Pleriſque centurionum maturis jam primos pilos ademit. hoc eſt qui jam ſua ſtipendia impleverant. ¶ Item pro gravi, conſtanti. *Cic. pro Cæc.* Maturo judicio, ſine ulla religione judicis condemnatur. ¶ *Maturum facere*, eſt cito expedire. *Gel. l.* 3. *c.* 7. Maturum cenſeo, ſi rem ſervare vis, faciendum. ¶ Comp. maturior, ſup. maturiſſimus, & maturrimus. *Cic. in Brut.* Ipſa Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet, ac mitior. *Col. l.* 4. *c.* 29. Fœcundos, & quam maturiſſimos ſurculos viti detraxerit. *Tac. l.* 12. *Ann. c.* 65. Robus ætatis quam maturrimum precari.

Matuta, æ, f. 1. *Aurora*, *Alba*, *Λευκοθέα*, Aurore, Albe Dea, Ino Cadmi filia, uxor Athamantis. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quid? Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a noſtris?

Matutinalis, le, adject. matutinus, ut matutinali tempore, *in carm. de Philomela, quod vulgo Ovid. tribuitur*.

Matutinum, ni, n. *ὄρθριον*, mane, *mattina*. Videtur tamen adjectivum eſſe, ſub quo tempus intelligatur. *Plin. lib.* 10. *c.* 43. Corvus omnibus matutinis evolans in roſtra. *Quintil. lib.* 12. *c.* 18. Pridie ad ſe venire, aut eodem matutino litigatorem jubent.

Matutinus, a, um, *mattutino*, *della mattina*, שַׁחֲרִי, Germ. *früe*, Gall. *matinal*, *matineux*, Hiſ. *de la madrugada*, *ὄρθριος*, quod ad mane ſpectat, a *Matuta*, Aurora, ut veſpertinus a *Veſper*. *Cic. Att. l.* 1. Tempore matutino, cum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. *Apul. l.* 1. *Met.* Matutinum iter. *Hor. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 45. Matutina frigora. ¶ Matutinus homo dicitur, qui matutino tempore aliquid agit. *Virg.* 8. *Æn. v.* 465. Nec minus Æneas ſe matutinus agebat.

Mavolo. V. Malo.

Mavors, ortis, m. idem ac Mars. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 26. Jam qui magna verteret, Mavors. *Virg.* 6. *Æn. prope finem:* magnam Mavortis ad urbem.

Mavortius, a, um, idem ac Martius, ſeu bellicoſus, a *Mavors*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 13. Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis.

Maurella, æ, herbæ genus. *Macer l.* 2. *v.* 34. Herbam, quam Græci ſtrygnon dixere, Latini Maurellam dicunt.

Mauri, m. 2. *Mori*, *Μαῦροι*, populi, qui Mauritaniam incolunt, a *μαυρός*, *obſcurus*, *niger*. *Manil. l.* 4. V. *Mauritania*. Eos fuiſſe Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine in hæc loca perveniſſe, multi crediderunt, ut *lib. ult.* ſcribit *Strabo*. *Salluſt. in Jug.* Mauros, & Numidas, reliquoſque, qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenos, Perſas, & Phœnices fuiſſe indicat.

Maurice, adv. Maurorum more. *Gel. l.* 2. *c.* 25. *ex Varr. l.* 8. *de L. L.* Cum dicamus ab Oſco, Tuſco, Græco, Oſce, Tuſce, Græce, a Gallo tamen, & a Mauro, Gallice, & Maurice dicimus.

Mauritania, f. 1. *Mauritania*, *Μαυριτανία*, regio Africæ, ab Ortu in Occaſum extenſa, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ, a *μαῦρον*, *obſcurus*, *niger*, propter nigredinem populorum. *Manil. l.* 4. *v.* 720. & Mauritania nomen Oris habet, titulumque ſuo fert ipſa colore. ¶ Duplex fuit, Cæſarienſis, & Tingitana. *Tacit. l.* 1. *hiſt. c.* 11. & *l.* 2. *c.* 58. & 59.

Maurus, a, um, *Μαῦρος*, ad Mauros pertinens, & interdum univerſim Africus. *Horat. l.* 3. *od.* 10. *v.* 18. Mauri angues. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 243. Maura manus. *h. e.* Pœnorum arma. *Juvenal. Sat.* 10. *v.* 148. Maurus Oceanus. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 35. poſtes Mauri: *h. e.* e cedro, qua arbore Mauri abundant.

Mauruſiacus, a, um, Mauritanus, a Mauruſius pro Maurus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 67. Et Mauruſiaci pondera rara citri.

Mauruſius, a, um, *Μαυρούσιος*, idem ac Maurus, ſeu Mauritanus. *Sil. lib.* 10. *v.* 401. Et hærens lateri interdum Mauruſia pendet arundo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 206. Gens Mauruſia.

Mauſoleum, a. 2. *μαυσωλεῖον*, Mauſoli Regis Cariæ ſepulchrum, ab Artemiſia uxore extructum, tanta operis magnificentia, ut inter ſeptem urbis miracula fuerit numeratum. Attollebatur in altitudinem viginti quinque cubitis, cingebatur columnis triginta & ſex. Inde ſepulchra omnia ſumptuoſiora Mauſolea dicuntur. V. *Plin. l. pen. c.* 5. *Martial. de ſpectac. epigr.* 1. Aere nec vacuo pendentia Mauſolea laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.

Mauſolus, m. 2. *Μαύσωλος*, Cariæ Rex, quem Theopompus ait nulla re abſtinuiſſe pecuniæ cauſa. Hunc ita amavit uxor Artemiſia, ut mortui cineres vino permiſtos tradatur ebibiſſe. Ad hæc ſepulchrum eidem ſumptuoſiſſimum extruxit, quod Mauſoleum dictum eſt, & Mauſolum, ut aliqui cenſent. *Plin. l.* 36. *c.* 5. & *Gel. l.* 10. *c.* 18.

Maxilla, æ, f. *maſcella*, לְחִי, Ger. *kinbacke*, Gal. *machoire*, Hiſp. *quixilla*, a *quixada*, *σιαγών*, gena, vel pars illa oris, in qua fixi ſunt dentes. De ejus origine alii alia. V. *Voſſ. in Etymol.* *Perſ. ſat.* 4. *v.* 37. Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Maxillas crocodilus tantum ſuperiores movet.

Maxillaris, re, o. 3. *maſcellare*, quod ad maxillam pertinet. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Maxillareſque ita ſanari dentes præcipue putant.

Maxime, adv. *μάλιστα*, ſumme, vehementiſſime, ſuperl. a magis, *ſommamente*. *Cic.* 1. *Off.* Ut quiſque maxime opis indigeat. ¶ Ponitur etiam pro præcipue. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ ratio Poetas, & maxime Homerum impulit. ¶ Jungitur fere poſitivis nominibus. *Plaut. Mil.* 2. 4. 11. Qui peopudii me maxime innocentem falſo inſimulavit. ¶ Interdum & ſuperlativis, ſed rarius. *Liv. l.* 41. *c.* 28. Ego maxime graviſſimam omnium arbitror. *Col. l.* 9. *c.* 3. Si vero ſævius apis, maxime peſſima eſt. *Cic. l.* 12. *Att. ep.* 38. Sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberaliſſima, doctoque homine digniſſima. *Gronov.* legit *quæ maxime liberalis una*, *doctoque* &c. ¶ Cum maxime V. ſuo loco. ¶ *Quam maxime*, *vel maxime*, idem fere ſunt ac maxime, ſed majorem tamen vim addunt. *Cic. in Partit.* Quæ quidem vel maxime ſuſpicionem movent. *Id.* 1. *de Or.* Dicere quam maxime ad veritatem accommodate, *più che ſi può*. ¶ Eſt etiam adverbium aſſentientis, & concedentis, *ſì*, *volentieri*. *Ter. And.* 4. 5. 23. Duc me ad eam, quando huc veni. M. maxime. *Plaut. Moſt.* 4. 3. 17. Operam mihi da. S. maxime.

Maximitas, atis, f. magnitudo, apud vet. *Lucret. l.* 2. *v.* 497. Ne quædam cogas immani maximitate. *Arnob. lib.* 6. Porrigere ſe longius, atque in maximitatem producere.

Maximopere, adv. idem ac maxime. *Cic. lib.* 3. *Fam. ep.* 2. Abs te maximopere pro noſtra ſumma conjunctione etiam atque etiam quæſo, & peto. ¶ Et interjecto verbo, *Ter. Eun.* 3. 4. 26. Thais maximo te orabat opere, cras ut redires.

Maximus, a, um, *grandiſſimo*, *μέγιστος*, ſummus, ſup. nominis *magnus*. *Cic. ad Q. Fr.* Reſpondi epiſtolæ maximæ: nunc audi de minuſcula. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 57. Exclamat de repente maximum. h. e. maxima voce.

Maza, æ, f. farina hordeacea, vel panis lacte, ſero, aut aqua ſubactus, quem *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. *a med.* & *Colum. l.* 7. *c.* 12. *a med.* canibus in cibum dari jubent. *Grat. in Cyneg. v.* 307. Lacte novam pubem, facilique tuebere maza.

Mazara. V. Mataris.

Mazara, f. e. Mazarum, *Mazara*, urbs Siciliæ, cum portu capaciſſimo, ſatis munita, media fere inter Thermas, & Lilybæum.

Mazonomus, m. 2. *μαζονόμος*, *μαζοφόρος*, *μαζοφαγεῖν*, lanx, a *μᾶζα*, maza. Primo enim ſic dicebatur vas, in quo maza apponebatur, nempe quia ſolerent mazas *νέμειν*, h. e. diſtribuere. Sed poſtea uſurpari cœpit generatim pro omni lance rotunda. *Hor. lib.* 2. *Serm. ſat. ult. v.* 86. Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes membra gruis.

M ANTE E.

Meabilis, le, o. 3. quod meat, ſive manat, penetrat. *Plin. l.* 2. *c.* 5. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem aerem.

Meapte, mea propria, a *mea*, & *pte*, ut Meapte cauſa, *ἐμοῦ γε ἕνεκα*. *Ter. Heaut.* 4. 3. 8. Ut ego nunc non tam meapte cauſa lætus, quam illius.

Meatus, us, m. *meato*, *via*, *πόρος*, porus, foramen. *Plin. l.* 20. *cap.* 22. Surcus malvæ decoctæ poros, h. e. meatus ſuaves facit. ¶ Ponitur etiam pro itione, ſive pro incedendi, aut volandi ratione. *Plin. l.* 10. *c.* 38. Aves ſolæ vario meatu feruntur & in terra, & in aere. *Sil. l.* 12. *v.* 112. nubivagus meatus. h. e. volatus. ¶ Item pro curſu, & motu. *Plin. l.* 2. *c.* 8. Meatus ſiderum.

Mecaſtor, *νὴ τὸν Κάστορα*, jurandi adverbium, fœminarum proprium, teſte *Gell. l.* 11. *c.* 6. ſignificat, per Caſtorem, ut *Mehercule*, per Herculem.

Po-

Poſtus ſcribit, eſſe loquendi rationem per ellipſim, dicique quaſi, *me Caſtor*, ſubaudi, *juvet*. *Ter. Hec.* 1. 2. 6. Salve mecaſtor, Parmeno.

Mechanēma, atis, n. *μηχάνημα*, ingenioſum manus artificium, artificioſum opus, a *μηχανή*, *machina*, *inventum*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 9. Deus bone! quæ ille digitis mechanemata facit!

Mechanĭcus, i, m. *mecanico*, מכני, Germ. *andtwercker*, Gal. *mechanique*, Hiſp. *oficial*, *μηχανικός*, faber, ſive opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul, ac manibus fiunt, a *μηχανή*, *artificium*, *inventio*. *Suet. in Veſp. c.* 18. Mechanico quoque grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mechanĭcus, a, um, fabrilis, ut Ars mechanica, *Banauſia*, *μηχανικὴ τέχνη*, quæ manu exercetur. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 22. Mechanica opera Romæ plurima inſtituit. *Jul. Firmic. l.* 6. *c.* 31. Artis mechanicæ divinus repertor.

Mecœnas, atis, m. 3. *μαικήνας*, C. Cilnius Mecœnas proprium nomen Thuſci equitis clariſſimi, & apud Auguſtum potentiſſimi, ad quem velut anicura ſtudiorum patronum Virgilius Georgica ſua, & Horatius libros Carminum ſcripſit. Fuit enim benigniſſimus in provehendis omnium diſciplinarum cultoribus, ac præſertim Artis Poeticæ. Hinc hodie etiam ſtudiorum patroni, qui in ſublevanda doctorum hominum egeſtate ſe munificos præbent, Mæcenates appellantur. *Martial. lib.* 8. *ep.* 56. Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones. ¶ Narrant, delicatum fuiſſe non ſolum cultu, ac moribus, ſed etiam ſtylo. Quare eum Auguſtus *Malacinum* vocabat, & exagitabat frequenter ut cacozelum, teſte *Sueton. c.* 66. *Juven. ſat.* 12. *v.* 39. veſtem Purpuream teneris quoque Mecœnatibus aptara. ¶ Dubia eſt hujus nominis ſcribendi ratio. *Beeman.* contendit ſcribendum *mecenas*, & dici quaſi *μὴ κοινός*, *non vulgaris*. At *Dauſq.* & *Manut.* ex græca conſuetudine, & lapidibus ſcribunt *mæcenas*, *μαικήνας*.

Mecœnatiānus, a, um, adject. ad Mecœnatem pertinens, ut Mecœnatiani horti, apud *Sueton. in Tiber. c.* 15.

Mecōnis, f. 3. *μηκωνίς*, lactucæ genus, a copia lactis ſoporiferi. *Μήκωνα* enim Græci papaver dicunt. *Plin. l.* 8. *c.* 9.

Meconītes, m. 3. *μηκωνίτης*, gemma papaveris ſimilitudinem exprimens. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Mecum, *meco*, *μετ' ἐμοῦ*, cum me, abl. pron. ego conjunctus cum præpoſ. in quo præpoſitio euphoniæ cauſa poſtponitur. *Cic. in Orat. c.* 45. Ex eo eſt mecum, & tecum, non cum me, & cum te, ut eſſet ſimile illis vobiſcum, atque nobiſcum. ¶ *Mecum facere*, eſt mecum ſentire. *Cic. pro Cæc.* Rem, & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur. ¶ Interdum mecum, *μετ' ἐμαυτοῦ*, ſignificat intra me. *Ter. Hec.* Ut tacite mecum gaudeam. ¶ Pulchre jungitur cum ſimul. *Plaut. Bacch.* Atque eum mecum ad te adducam ſimul. ¶ Similiter cum una. *Ter. Hec.* 5. 2. 56. Ut colloqui mecum una poſſit. ¶ Interdum hæc tria conjungimus, mecum, una, ſimul. *Ter. Heaut.* 5. 1. 34. Quidni? mecum una ſimul. ¶ *Mecum* pro *me* accuſandi caſu. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 72. Hanc jube petere, atque orare mecum.

Meddix, vel Medix, icis, m. ſummus Magiſtratus Oſcorum. *Enn. apud Feſt.*

Medēa, f. 1. *Μήδεια*, inſignis incantatrix fuit, Æetæ Colchorum Regis filia, quæ cum Jaſonis amore capta eſſet, facilem illi ad aureum vellus aditum præbuit, ſopito pervigili dracone, qui noctes, dieſque illud aſſervabat: quo facto, patris iram metuens, Jaſonem in Græciam ſequuta eſt, patremque inſequentem, diſcerptis Abſyrti fratris membris, & per viam diſperſis, retardavit. Repudiata deinde ab Jaſone, filios ſuos, quos ex eo ſuſceperat, occidit, Glaucamque Creontis filiam, cum qua Jaſon ſecundas contraxerat nuptias, incenſa regia, vivam cremavit, ipſumque etiam Jaſonem impatientia doloris manus ſibi inferre coegit. *Cic. pro L. Man. c.* 9.

Medēis, idis, f. patronym. pro poſſeſſivo, a Medea. *Ovid.* 2. *de Arte*, *v.* 101. Medeides herbæ.

Medēla, f. 1. idem ac medicina. *Gel. l.* 12. *c.* 5. Medicos arceſſit, collocutuſque de facienda medela. Adde 17. *c.* 16.

Medens, tis, nom. ex particip. *chi medica*, medicus. *Plin. Paneg. c.* 22. Ægri quoque, neglecto medentum imperio, ad conſpectum ſui prorepere. *Lucret. l.* 1. *v.* 834. Velati pueris abſynthia tetra medentes cum dare conantur.

Medĕor, eris, ſine præterito, d. 2. *medicare*, *ἰάομαι*, *ἰατρεύω*, remedium morbis affero, a *μέδομαι*, *curo*. Conſtruitur fere cum dativo. *Cic. pro Quint.* Et vulneribus mederi debeam. ¶ Reperitur etiam cum acc. *Ter. Phor.* 5. 4. 3. Quas minus mederi poſſit. ¶ Item cum acc. & præp. *contra*. *Plin. l.* 9. *c.* 31. Contra ſerpentium ictus medentur. ¶ Invenitur etiam medetur impersonale. *Plin. l.* 27. Ex eo medetur oris ulceribus. ¶ *Medendo* gerundium etiam in paſſiva ſignificatione uſurpatum fuit, auctore *Servio*. *Virg.* 12. *Æn.* Ægreſcitque medendo. ideſt dum ei medetur. ¶ Ars medendi, *la medicina*. *Ovid. l.* 2. *de art. am. prope fin.* ¶ Eleganter uſurpatur per tranſlationem. *Cic. Agrar.* 1. *c.* 9. Huic malo pro ſe quiſque noſtrum mederi debemus. *Id. pro Sext. c.* 13. Mederi afflictæ Reipublicæ. *Nepos Pelopid. c.* 1. Mederi ſatietati lectoris. h. e. cavere, ne ſatietate obtundatur. *Cæſ. l.* 3. *B. G.* Inopiæ frumentariæ mederi, *provvedere alla ſcarſezza delle vettovaglie*.

Mederga, *verſo me*, erga me, interpoſito *d* ob hiatum vocalium, apud vet. *Plaut. Epid.* 3. 3. 9. Quaſi quid filius meus deliquiſſet mederga.

Media, f. 1. *Media*, *Madai*, *Μηδία*, regio Aſiæ, a Medo Medeæ, & Ægei Athenienſium Regis filio ſic nominata, ut Solinus refert, vel potius a Madai Japhet filio, quod Joſephus ſcribit. Habet ab Occidente Armeniam majorem, ab Oriente Parthiam, & Hyrcaniam, a Septentrione mare Caſpiam, a Meridie Aſſyriam, & Suſianam. V. *Plin. l.* 6. *c.* 26.

Medialis, le, adject. qui eſt in medio. *Solin. c.* 33. & 51.

Mediānus, a, um, *μέσος*, quod in medio eſt, ut Medianæ columnæ. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. Medianus digitus. *Veget. l.* 2. *c.* 4.

Mediaſtīnus, m. 2. *famiglinccio*, Ger. *knecht allerknecht*, Gal. *fouillon*, *ſerviteur en tous bas offices*, Hiſp. *frego*, *vil criado*, *μεσαύλιον δοῦλος*, mancipium abjectum eſt, teſte Budæo, quod viliſſima, & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur, ut domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere. Dictus eſt a *medius*, quia in mediis ædibus ad imperia omnium, nutuſque ſoleret excubare. *Cic. in Catil.* Collectum ex ſenibus deſperatis agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis, ex decoctoribus. Alii legunt *ex ruſticis mendiculis*. *Col. l.* 1. *cap.* 9. Separandi ſunt aratores a vinitoribus, atque a mediaſtinis. ¶ Apud Medicos mediaſtinum vocantur membranæ in ventre hominis medio, quæ ſunt veluti medius quidam paries, dividens thoracem totum in duos velati ventriculos. *Priſcian. in* 12. *Æn.* & *Non. c.* 2. *n.* 573. ſcripſere, mediaſtinum fuiſſe abjectiſſimum ſervum, qui in balneis ad viliſſima quæque ſervitia paratus adſtaret. Verum univerſim accipitur pro eo, cui nullum certum officium eſt attributum, quique ad quodlibet præſtandum in medio domus ſtat, ut dictum eſt. *Horat. l.* 1. *ep.* 14. *v.* 14. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.

Mediaſtutĭcus, m. 2. ſummus apud Campanos Magiſtratus. *Liv. l.* 26. *c.* 7. Mediaſtuticus, qui ſummus Magiſtratus apud Campanos eſt, eo anno Seppius Leſius erat.

Mediātor, oris, m. *mediatore*, *mezzano*, conciliator, qui medium ſe inter duos interponit ad lites componendas. *Tertull. de carn. Chriſti*, & *Prudent. Apotheoſ. v.* 241.

Mediātrix, icis, f. *Alcimus l.* 5. *v.* 554. Ut mediatricis curet tutela columnæ.

Medibĭlis, le, o. 3. medicabilis, a medeor. *Feſt.*

Medĭca, æ, f. *medica*, *tre foglie*, *μηδική*, herba trium foliorum, ſemper virens, in equorum pabulis laudatiſſima, quæ ſemel ſata decem annos durat, ſingulisque annis quater, aut interdum ſexies demeſſa, ſua ſemper ſponte ſuccreſcit, ita dicta, quod in Media abundet, vel potius quod e Media ad nos tranſlata fuerit. *Virg.* 1. *Georg.* Tunc te quoque, medica, putres accipiunt ſulci. *Col. l.* 7. Ad maciem nulla res tantum, quantum medica, poteſt. ¶ Medica etiam dicitur obſtetrix. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 636.

Medicabĭlis, le, o. 3. *atto ad eſſer medicato*, Ger. *das zu heilen iſt*, Gal. *medecinable*, Hiſp. *medicinable*, *ἰάσιμος*, cui adhiberi medicina poteſt. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 523. Nullis amor eſt medicabilis herbis. ¶ Quandoque ponitur pro medicinali. *Colum. l.* 7. *c.* 10. Quippe ligni ſuccus medicabilis epotus inteſtini tumorem compeſcit.

Medicabilĭter, adv. *Pallad. l.* 1. *c.* 31. Limum dyſentericæ paſſionis medicabiliter aſperare. h. e. medendo.

Medicabŭlum, i. n. medela, vel locus medicamentorum. *Apul. l.* 1. *Florid. de thermis:* Gratiſſima prorſus ſanis natabula, & ægris medicabula.

Medicāmen, inis, n. idem ac medicamentum, vel medicina. *Cic. in Piſon. cap.* 6. Quod diceret, vinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. ¶ Accipitur & medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc eſt tinguntur, ut pro fuco purpuræ. *Plin. l.* 9. *c.* 38. ¶ Item pro veneno. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 68. Infuſum delectabili cibo venenum, nec vim medicaminis ſatis intellectam. V. *Medicamentum*.

Medicamentarĭa, f. 1. *φαρμακοποιΐα*, ars conficiendi medicamenta. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Herbariam, & medicamentariam a Chirone. ¶ Revera tamen adjectivum eſt, & ſubintelligitur, ars. ¶ Medicamentaria etiam dicitur mulier, quæ medicamenta noxia conficit, venefica. *Cod. Theodoſ. lib.* 3. *tit.* 16. Uxorem mœcham, vel medicamentariam probare.

Medicamentarĭus, ii, m. *colui*, *che fa medicine*, *φαρμακοποιός*, qui medicamenta conficit, aut qui medetur. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Quo utuntur medicamentarii. Ubi ſubintellige, artifices, aut quid ſimile, revera enim adjectivum eſt. ¶ Accipitur & in malam partem pro venefico. *Cod. Theodoſ. l.* 3. *tit.* 16. Homicidam, aut medicamentariam virum ſuum eſſe probare.

Medicamentarĭus, a, um, *φαρμακευτικός*, quod ad medicamentum ſpectat. V. duo ſuperiora vocabula.

Medicamentōſus, a, um, *ἰατρικός*, quod remedium affert, & medicamenti vice eſt. *Cato c.* 157. De omnibus braſſicis nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Medicamentoſæ aquæ.

Medicamentum, ti, n. *medicamento*, *medicina*, *φάρμακον*, medicina, ideſt id, quo homines, & cætera animalia curantur, a *medicor*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 24. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. ¶ Sumitur quandoque medicamentum pro veneno, ſicut venenum pro medicamento, quia eſt vox media, ut *Nonius* auctor eſt, *c.* 4. *n.* 297. quemadmodum pharmacum apud Græcos, quod & in bonam partem, & in malam accipitur. *Cajus de verb. ſignif.* Qui venenum dicit, adjicere debet bonum, vel malum. Nam & medicamenta venena ſunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum eſt, mutat. *Sen. Controver.* 18. Medicamentorum malum. ¶ Tranſlata *Cic.* 2. *de Fin.* Medicamenta doloris. *Id. in Orat. c.* 23. Fucati vero medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur, *compoſizione di belletto*.

Medicatĭo, onis, f. actus medendi. *Colum. l.* 2. *c.* 10. Poteſt tamen etiam circa iſtam medicationem cineri miſta commode ſervari.

Medicātor, oris, m. qui medetur. *Tertull. l.* 3. *adverſ. Marcio. c.* 17. & *Avien. in Ophiucho*, *v.* 216.

Medicātus, us, ui, m. medicatio, medicina. *Ovid. ep.* 12. *v.* 165. Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes.

Medicātus, a, um, *medicato*, *φαρμακευθείς*, quod medicamentis admixtis eſt infectum. *Virg.* 6. *Æn. v.* 212. Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam. *Id.* 4. *Georg. v.* 65. *de apibus*. Ipſæ conſident medicatis ſedibus. h. e. gratis liquoribus illitis. *Plin. l.* 8. *ep.* 20. *de lacu quodam*. Sulphuris odor, ſaporque medicatus, *acqua ſaporita*. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Vina nimia ſuffitione medicata. h. e. condita. *Ovid. ep.* 22. *v.* 107. medicatus ſomnus, hoc eſt medicamentis inductus. ¶ Item veneno infectus, *avvelenato*. *Sueton. in Claud. c.* 44. Quæ boletum medicatum avidiſſimo ciborum talium obtulerat. *Sil. l.* 7. *v.* 453. Medicata veneno tela. ¶ Item ad medendum aptus, *atto a medicare*. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Lac caprinum ſtomacho accommodatiſſimum, bubulum medicatius. *Id. ibid. c.* 7. Rutam, & hederas, res medicatiſſimas, illico mori.

Medicīna, æ, *medicina*, רפואה, Ger. *artzney*, Gal. *medecine*, Hiſp. *medicina*, *ἰατρική*, ars medendi, a *medicus*. Sua natura adjectivum eſt. Nam a *medicus* fit *medicinus*, *a*, *um*. Hinc *Var. lib.* 4. *de L. L.* Ab arte medicina ut ſit medicus, &c. *Hygin. fab.* 274. Ne quis ſervus artem medicinam diſceret. Sed ut Grammatica, & ſimilia, ita & hoc ſumitur ſubſtantive. *Cic. de Fin. l.* 5. *c.* 6. Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, ſic vivendi ars eſt prudentia. *Celſ. l.* 6. *proœm.* Medicinam excolere. ¶ Accipitur etiam pro remedio, quo quis curatur. *Cic. Att. l.* 16. Sed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 8. Deinde ſingulis medicinam conſilii, atque orationis meæ, ſiquam potero, afferam. ¶ Medicinam etiam venenum dicimus, tractum a Græcis, qui venenum *φάρμακον* appellant. *Non. c.* 1. *n.* 75. ¶ Medicinæ inventorem Chironem Centaurum perhibent, qui invenit herbarum vires. Nonnulli Æſculapio hoc tribuunt. Apud *Ovid.* 1. *Metam.* medicinæ inventionem ſibi Apollo vindicat. *Homerus* autem *Odyſſ.* 4. cuidam Pæoni tribuit. V. *Plin. l.* 29. *cap.* 1. Medicinam facere ſignificat tum medicamentum alicui applicare, tum medicinam artem exercere. *Phædr. fab.* 8. *v.* 9. Gruis periculoſam fecit medicinam lupo. *Id. fab.* 14. *v.* 1. Malus cum ſutor inopia deperditus Medicinam ignoto facere cœpiſſet loco. ¶ Medicina interdum ſumitur pro ipſa medici domo, ſeu officina. *Plaut. Amph.* 4. 1. 5. In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras. Adde *Epid.* 2. 2. 13.

Medicinālis, le, o. 3. *medicinale*, Germ. *zur artzney*, Gal. *medicinal*, Hiſp. *medicinal*, *ἰατρικός*, quod ad medicinam pertinet. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora levanda. *Celſ. in præfat.* Medicinalis ars. ¶ Medicinalis digitus dicitur, qui minimo proximus eſt, teſte *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 13.

Medicinĭus, a, um, adject. medicinalis. *Auſon. in epiſt. ad Symmach.* quæ præfixa eſt Gripho.

Medicinus, a, um. V. Medicina.

Medico, as, avi, atum, a. 1. medicamento inficio, tingo, imbuo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 193. Semina vidi equidem multos medicare ſerentes. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 14. Dicebam, medicare tuos deſiſte capillos. h. e. fuco tingere. Et paſſive. *Plin. l.* 16. *c.* 27. Ficus maturitatis cauſa medicatur. ¶ Significat etiam medicinam afferre, *medicare*. *Sil. l.* 6. *v.* 98. Marus inſtat vulneris æſtus expertis medicare modis.

Me-

Medicor, aris, d. 1. idem ac medeor, *medicare*. Conſtruitur cum dativo *Virg.* 2. *Georg.* Senibus medicantur anhelis. ¶ Reperitur etiam cum accuſ. *Virg. Æn.* 7. *v.* 756. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum evaluit.

Medicōſus, a, um, adject. ut medicoſæ fermentationes. h. e. per medicinam conflatæ, apud *Cal. Aurel. Tard.* 2. c. 1.

Medicus, ci, m. *medico*, רופא, Ger. *artz*, Gal. *medicin*, Hiſp. *medico*, ἰατρός, qui artem medendi novit, & profitetur. *Cic. pro Cluent.* In morbis corporis, ut quiſque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus, atque optimus quæritur. *Id. de Fato*, Adhibe medicum. *Ovid. de Pont. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 17. Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger. ¶ Dicitur etiam de chirurgo. *Plaut. Men.* 5. 3. 7. Oculi dolent ſpectando, manendo medicum, &c. Ait ſe obligaſſe crus fractum, &c.

Mĕdĭcus, a, um, ἰατρικός, quod eſt medici. *Var. l.* 4. *de L. L.* Medica ars. *Virg.* 3. *Georg. v.* 455. Medicas adhibere manus.

Mēdicus, a, um, quod eſt ex Media. *Lucan. l.* 2. Achæmeniis decurrunt Medica Suſis agmina. *Nepos Pauſan. c.* 3. Medica veſtis. ¶ De *Medico malo* V. Aſſyrius.

Medidies, pro meridies. *Cic. in Orat.* Ipſum meridiem cur non medidiem? credo, quod erat inſuavius.

Medie, adv. *mezzanamente*, mediocriter. *Apul. l.* 2. *de dogm. Plat.* Nec plane optimi, nec oppido deterrimi ſunt, ſed quaſi medie morati.

Medietas, atis, f. *metà*, חצי, Ger. *das mittel*, Gal. *la moitié*, Hiſp. *la meitad*, μεσότης, alicujus pars media. *Cic. de Univ. c.* 7. Ut in ſingulis eſſent bina media. Vix enim audeo dicere medietates, quas Græci vocant μεσότητας. ¶ Uſi tamen ſunt ſine formidine *Pallad.* & *Apul. l.* 2. *de dogm. Plat.*

Medimnus, i, m. & medimnum, n. μέδιμνος, μέδιμνον, menſura aridorum, capax ſex modiorum, ſextarii unius, & unciarum quatuor, ut docet *Georg. Agric. l.* 2. *de menſ. Græc. Cic.* 5. *Ver. c.* 47. In jugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur. *Id. ibid.* Quot jugera ſunt, totidem medimna, &c. *Nep. Attic. c.* 2. Univerſos frumento donavit, ita ut ſingulis modii ſex tritici darentur, qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur.

Medio, as, avi, atum, a. 1. *dividere per mezzo*, *dimezzare*, medium facio, medium divido. *Pallad. l.* 4. *c.* 10. Junio mediante. h. e. dimidio, q. d. dies ſuos mediante. *Apic. l.* 3. *c.* 9. Coliculos elixatos mediabis.

Mediocriculus, a, um, adject. diminut. a mediocris. *Cato apud Feſt.*

Mediocris, & cre, o. 3. *mediocre*, *mezzano*, Germ. *mittelmæſſig*, Gal. *mediocre*, Hiſp. *mediocre*, μέτριος, medium tenens. *Cic.* 2. *de Orat.* Hæc ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. *Id. ad Q. Fr. epiſt.* 1. *l.* 1. Mediocris ſtatus.

Mediocritas, f. *mediocrità*, Ger. *maſſ*, *nicht zu viel*, Gal. *mediocrité*, Hiſp. *medianía*, *mediocridad*, μέσον, μετριότης, medium, ut ait *Nonius*. *Cic.* 1. *Offic.* Eadem ratio eſt habenda veſtitus, in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt. *Id. Phil.* 2. 5. 1. In hac mea mediocritate ingenii. *Id.* 4. *Acad. c.* 44. Mediocritates perturbationum animi. *Velles. l.* 2. *c.* 130. Si aut antea petitio, aut mediocritas recipit hominum.

Mediocriter, adv. *mediocremente*, Germ. *mittelmæſſig*, Gal. *mediocrement*, Hiſp. *medianamente*, μετρίως, medio quodam modo, ſive prudenter, & moderate. *Cic.* 5. *Ver.* Quod mehercule mihi non mediocriter ferendum videtur. *Id.* 2. *Tuſc.* Mediocriter doctus. *Ter. Heaut.* 2. 3. 45. Mediocriter veſtitus.

Mediolanenſis, ſe, adject. *Milaneſe*, ad Mediolanum pertinens, ut Mediolanenſis præco. *Cic. in Piſ. c.* 26.

Mediolānum, o. n. *Milano*, urbs Inſubrium ampliſſima, emporium inſigne. Conditum fuit poſt Romam anno 395. ante partum Virginis 359. a Gallis Inſubribus, & appellatum a nomine urbis in Gallia, quam reliquerant. *Liv. lib.* 5. Nonnulli ſunt, inter quos Ambroſius, & Sidonius Apollinaris, qui a ſue dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. Ex hac urbe Statius Cæcilius Poeta Comicus originem traxit. *Auſon. de claris Urbib.* 5. Et Mediolani mira omnia, copia rerum.

Medioxime, adv. *mezzanamente*. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 556. Facere ad moralem modum medioxime.

Medioximus, vel medioxumus, a, um, idem ac medius, ut Medioximi Dii apud vet. medii naturæ inter cœleſtem, & terreſtrem, ſeu inter divinitatem, & mortalitatem. *Serv. in* 8. *Æneid. Plaut. Ciſt.* 2. 1. 36. At ita me Dii, Deæque, ſuperi, atque inferi, & medioxumi. *Idem ſr.* 3. *v.* 67. Medioxumam quam duxit uxorem. ideſt ſecundo loco.

Medipontus, m. a. inſtrumentum funarium, inter ea, quæ neceſſaria ſunt ad conficiendum oleum. *Cato cap.* 12. *R. R.* Dictum eſſe putat *Turneb.* quaſi Medi, h. e. Xerxis pontem, quod ex craſſis forte funibus conſtet, qualibus eum Regem pontem ſtraviſſe ſuper Helleſpontum legimus.

Meditabundus, a, um, φροντιστικός, ὁ ἐπὶ φροντίδος, meditans. *Juſtin. l.* 38. *c.* 3. Nam omnes has gentes Romanum meditabundus bellum variis beneficiorum muneribus jam ante illexeras.

Meditāmen, inis, n. idem ac meditamentum, ſeu meditatio. *Sil. l.* 8. *v.* 305. lenti meditamina belli. *Prudent. Pſychom. v.* 234. Deſidiam pigro rerum meditamine palpent.

Meditamentum, ti, n. idem quod meditatio. *Tac. l.* 4. *hiſt. c.* 26. Et ceteris belli meditamentis militem firmabant.

Meditāte, adv. *penſatamente*, ἐπιτηδευμένως, cogitato, cum meditatione. *Plaut. Bacc.* 3. 6. 16. Hos tu illorum mores perquam meditate tenes. ideſt probe noſti ex longa meditatione, uſu, & experientia.

Meditatio, onis, f. *meditazione*, *conſiderazione*, μελέτη, σκέψις, cogitatio, commentatio. *Cic.* 2. *de Or.* Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. ¶ Meditationes in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, qui citra ſanguinem fiebant, a *meditor*, quo notat exercere. Nam omnes artes, ut ſic *Vegetio*, in meditatione conſiſtunt. *Plin. in Paneg. c.* 13. Cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatorium pulverem ſudoremque miſceres.

Meditatīvus, a, um, quod meditatur. Meditativa verba ſunt, quæ rei alicujus aſſiduam meditationem ſignificant, ut *eſurio*, *cœnaturio*, *parturio*, & hujuſmodi. Nam ille, qui eſurit, vel cœnaturit, cibum, vel cœnam meditatur. *Priſcian.* & cæteri Grammatici.

Meditator, oris, m. qui meditatur. *Prudent. in Periſteph.* 2. *v.* 265. Hæc ille verſutus vafra meditator arte ſtruxerat. Alii leg. *machinator*.

Meditātus, a, um, *meditato*, *penſato*, partic. a meditor, paſſivæ ſignificationis. *Cic de Aruſp. reſp. c.* 1. Nihil feci non diu conſideratum, & multo ante meditatum. *Id. Tuſc.* 3. *c.* 14. Sint ſemper omnia homini humana meditata. ¶ Item ſignificationis activæ. *Id. Ver.* 4. 1. 6. Meditati ad dicendum, paratique venimus.

Mediterraneus, a, um, *fra terra*, μεσόγειος, quod eſt a mari remotum, quaſi in media terra. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. 5. 31. Ita fit, ut mediterranei mare eſſe non credant. ¶ Item quod inter terras interjectum eſt, ut Mare mediterraneum, quo nomine appellatur illud, quod partem Africæ ſeptentrionalem, & Europæ meridionalem, Aſiæ quoque occidentalem alluit. ¶ Mediterraneum, abſolute ponitur pro regione mediterranea. *Plin. l.* 3. *c.* 1. Inter Bætim fluvium, & Oceani oram in mediterraneo.

Mediterreus, a, um, idem quod mediterraneum, apud vet. *Feſt.* Mediterream melius, quam mediterraneam Siſenna dici putat.

Meditor, aris, atus ſum, d. 1. *penſare*, μελετάω, medio animo verſo. hoc eſt cogito, & mente pertracto, a verbo Græco allato, λ in d abeunte. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Brut.* Quia aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. pro Plac.* Non juriſjurandi, ſed lædendi verba meditatur. Et addita prepoſit. *Cic. Catil.* 1. *c.* 10. Ad hujus vitæ ſtudium meditati ſunt labores tui. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cic.* 1. *Famil.* Ut jam de tua quoque ratione meditere. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *cum*. *Cic.* 1. *Off.* Ut ſi quis, cum cauſam ſit acturus, in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. Att. l.* 9. Ex ejus nuntio, Mutique litteris meditabar, quomodo cum illo loquerer. ¶ Meditari alicui inſidias, vel dolum, idem eſt, quod inſidias, vel dolum tendere. *Virg.* 5. *Ecl. v.* 61. Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis ulla dolum meditantur. ¶ Interdum eſt cogitando invenire, *immaginarſi*. *Ter. Andr.* 2. 4. 3. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. *Plin. in Paneg.* Hoc ſinguli quoque meditati teneamus, ideſt, præparata oratione. ¶ Interdum exercere. *Virg.* 6. *Ecl.* Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam. *Plaut. Stich.* 2. 2. 34. Simulque ad curſuram meditabor me ad ludos Olympiæ. ¶ In præteritis, & in participiis reperitur in ſignificatione, & conſtructione paſſiva. Vide Meditatus. Quia *Minut. Felix in Octav.* meditantur adulteria, dixit paſſive: hoc eſt, cogitantur. ¶ Interdum meditari ponitur pro narrare, memorare. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. Is quidem illi ut meditatur, verba facit emortuo. *Id. Pſeud.* 4. 7. Nugis meditatur male. h. e. male nugatus.

Meditrina, f. 1. medicamentorum Dea, a medeor. *Feſt.* Hinc

Meditrinalia, orum, n. 2. ſacra Deæ Meditrinæ, in quibus prius vetus, mox novum bibebant vinum. *Var. l.* 5. *de L. L.* Meditrinalia, dies dictus eſt a medendo, quod, ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitum vinum novum, & vetus libari, & guſtari medicamenti cauſa, quod facere ſolent etiam nunc multi, cum dicant, Novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo medeor. Eadem fere habet *Feſt.*

Meditullium, lii, n. 2. τὸ μέσον, medium, medietas, medium ſpatium, a medius. Nam *tullium* eſt extenſio vocabuli nihil ſignificans, ut *torium* in territorium, *tolium* in Capitolium, *timus* in finitimus, ut ſcribit *Cic. in Top. c.* 8. ¶ *Feſtus* tamen dici putat quaſi meditellium. h. e. media tellus. *Apul. l.* 5. *A. A.* Vide fontem vitreo latice placidum medio luci meditullio. *Id. de philoſoph.* In meditullio quodam viſcerum ſunt ſita.

Medium, ii, n. *mezzo*, μέσον, locus, ſeu ſpatium, quod inter aliqua interjectum eſt. *Liv. l.* 27. *c.* 48. Jam diei medium erat. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 17. In medio mundi terra ſita eſt. ¶ Sæpe ſumitur pro loco aperto, & publico, pro luce publica, pro cœtu hominum. Hinc *In medium afferre*, vel *projicere*, & *In medio ponere*, vel *proponere*, pro publice exponere. *Cic. l.* 15. *Fam. epiſt.* 4. Ante tempus illud eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulit. *Idem* 1. *de nat. Deor.* Ponam in medio ſententias Philoſophorum. ¶ *Vocare in medium*, eſt vocare in dubium, in diſceptationem, in judicium. *Cic. pro Cluent.* Rem in medium vocare cœperunt. Sic *Id.* 1. *Fin.* Prima veniat in medium Epicuri ratio. ¶ *Pellere de medio*, vel a *medio*, eſt extra conſortium noſtrum abigere. *Cic. pro Mur.* Pellitur a medio ſapientia. ¶ *Tollere de medio*, eſt, auferre, vel occidere. *Cic. de Orat. l.* 3. 5. 45. Cum verba jacentia ſuſtulimus e medio. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 7. Perfacile hunc hominem incautum, ruſticum, & rure, & Romæ ignotum, de medio tolli poſſe ſperabat. ¶ *Recedere*, vel *diſcedere de medio*, eſt abire, ſecedere, ſe ſubducere, & occultari. *Cic. pro Sext. Roſc.* Recede de medio, per alium tranſigam. ¶ *E medio excedere*, eſt mori. *Terent. Phorm.* 5. 7. 74. E medio exceſſit. ¶ Accipitur etiam pro communitate, ſeu communi uſu. *Cic.* 1. *Offic. c.* 7. Et omnes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. *Virg.* 11. *Æn. v.* 335. Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis. h. e. in commune bonum. ¶ Item pro perſpicuitate, facilitate. Hinc *In medio eſſe*, vel *in medio poſitum*, aut *situm eſſe*, eſt manifeſtum eſſe, facile, vulgare, in promptu. *Cic.* 1. *de Orat.* Dicendi autem omnis ratio in medio poſita communi quodam in uſu, atque in hominum more, & ſermone verſatur. *Id.* 4. *Ver.* 5. 40. Tabulæ poſitæ ſunt in medio. ¶ *Sumere de medio*, eſt ex uſu vulgari, vel ex rebus manifeſtis, & quæ omnibus nota ſint. *Cic. pro Dom.* Hæc non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere literarum, ſed ſumpta de medio, ex rebus palam per magiſtratus actis. ¶ Item pro dubio, ſeu ambiguitate. Hinc *Relinquere aliquid in medio*, eſt indeciſum, & controverſum aliquid relinquere, nihilque de eo ſtatuere. *Cic. pro Cal. c.* 20. Tantum in medio relinquam. *Salluſt. in Catil. c.* 19. Nos eam rem in medio relinquimus.

Medius, a, um, *mezzo*, תיכון, Germ. *mittelſte*, Gal. *moyen*, Hiſp. *medio*, μέσος, quod menſuratum æqualiter diſtat ab extremis, quamvis etiam medium dicatur, quicquid inter duo extrema eſt, etiamſi non æqualiter diſtet ab utroque. *Cic. pro Dom.* Cum tu fureas per medium forum volitares. *Ter. And.* 1. 106. Mediam mulierem complectitur. *Virg. Æn.* 1. Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit. h. e. in medio. (V. *Accumbo*) *Suetne. in Caſ. c.* 76. Medio tempore. h. e. interea. *Virg. Ecl.* 10. Frigoribus mediis, *nel cuor dell' inverno*. Sic media bella, apud *Liv. l.* 5. *c.* 37. *guerre incominciate*. ¶ Cum genit. Græco more *Sil. l.* 1. *v.* 397. Concidit exacti medius per viſcera teli. h. e. telo per medium corpus exacto. Similiter, alio tamen ſenſu *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 67. Et medius juvenum, non indignantibus ipſis, ibat, h. e. medium locum tenens in ambulando. ¶ Cum præp. *inter*. *Cic.* 8. *Phil.* Cum inter bellum, & pacem medium nihil ſit. ¶ Accipitur etiam pro temperato, mediocri, *moderato*, *mezzano*. *Velles. l.* 2. *c.* 29. *de Pompe.* Innocentia eximius, ſanctitate præcipuus, eloquentia medius. *Tac. hiſt.* 1. *c.* 49. Illi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. *Liv. l.* 5. *c.* 49. Nihil medium, nec ſpem, nec curam, ſed immenſa omnia volventium animo. ¶ Sic media ætatis mulier, quæ nec juvenis eſt, nec ſenior. *Phædr. l.* 2. *fab.* 2. ¶ Item pro ancipiti, ambiguo. *dubbioſo*. *Liv. l.* 39. *c.* 39. Medio reſponſo ſpem ad voluntatem interpretantibus fecerat, ceſſurum Patrum auctoritati eſſe. ¶ *Id. l.* 1. *c.* 32. Medium erat Anco ingenium, h. e. ad utrumque paratum, tam ad belli, quam ad pacis artes. *Horat. l.* 2. *od.* 19. Idem pacis eras, mediuſque belli. h. e. ad utrumque idoneus. *Velles. l.* 2. *c.* 114. Medium agebat plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis. ¶ Media vocabula dicuntur, quæ in bonam æque, ac in malam partem accipi poſſunt, ut valetudo, facinus, venenum, &c. *Gel. l.* 12. 5. 9. ¶ Medii etiam dicuntur, qui neutri parti inter ſe contendentium favent, *neutrali*. *Cic. l.* 10. *Attic. epiſt.* 8. Navigabit igitur (Pompejus) & ad Italiam accedet; in quo nos ſedentes quid erimus? nam medius eſſe jam non licebit. *Velles. l.* 2. *c.* 21. Se dubium mediumque partibus præſtitit. ¶ Item arbitri, qui lites certantium componunt, *mediatori*, *mezzani*. *Virg.* 7. *Æn. v.* 55. Dum paci medium ſe offert. *Sil. l.* 16. *v.* 222. Pacator mediuſque Syphax. ¶ Medius pro dimidius ſumtum eſt. *Capitol. in Pio*, *c.* 4. Aurum, quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit.

Me-

Digitized by Google

Medius Fidius, *per Dio*, νὴ τὸν Ἡρακλέα, per Jovis filium, idest per Herculem, adverb. jurandi, quaſi dicas, me Deus Fidius juvet, ut ſupra in *Mecaſtor* diximus. *Cic. l. 8. ad Attic. epiſt. ult.* Mihi gratiſſimum medius fidius feciſti.

Media. V. Meddix.

Medoacus, m. 2. vel Meduacus, *Brenta*, Μεδοακός, fl. Venetiæ, ſeu Marchiæ Tarviſinæ, qui oritur ex Alpibus Tridentinis, & in mare Hadriaticum a Venetiis 5. M. P. excipitur. ¶ Medoacus minor, *Bacchiglione*, flu. Venetiæ, qui ex dictis Alpibus oriens, & Vicetiam urb. interluens, in mare Hadriaticum labitur, apud Foſſam Clodiam. *Liv. & Plin. l. 3. c. 16.*

Medon, ontis, m. Μέδων, unus e Centauris. *Ovid. 12. Metam. v. 303.* ¶ Item filius Codri Athenienſium regis, qui primus in patria Archon fuit: a quo poſteri apud Atticos Medontidæ dicti. *Vellej. l. 1. c. 2.* ¶ Item unus e procis Penelopes. *Sabin. in epiſt. Ulyſſ. ad Penelop. v. 47.*

Medulla, æ, f. 1. *midolla*, מוח, Ger. *darmarck*, Gal. *mouelle*, Hiſp. *meollo*, μυελός, ſubſtantia illa, quæ eſt in mediis oſſibus animalium. *Juven. ſat. 7. v. 90.* Oſſa vides Regum vacuis exhauſta medullis. *Virg. 8 Æn. v. 389.* medullas intrevit calor. ¶ Tranſlate accipitur pro interiore parte cujuſcumque rei. *Cic. Phil. 1. c. ult.* In Pop. Rom. medullis, ac viſceribus inhærere. *Quintil. l. 4. c. 2.* In mediis litium medullis verſantur. ¶ *Enn. apud Cic. de clar. Orat.* Medulla Suadæ. h. e. ſingularis eloquentia.

Medullaris, re, adject. ad medullam pertinens, ut medullaris dolor. *Apul. l. 7. A. A.*

Medullatus, a, um, nom. ex particip. pinguis, adipe plenus. *Apul. l. 1. de dogm. Plat.* Medullate nimia cura artus.

Medullitus, adverb. ἀπὸ μυελῶν, ἐκ μυελῶν, ex ipſis medullis, vel uſque ad medullas. *Var. apud Non. c. 2. n. 544.* Medullitus Aquiloniam ſervat frigedinem. ¶ Per tranſlationem ſignificat intime, vel ex intimo affectu, *ſommamente. Plaut. Moſt. 1. 3. 86.* Ut videas, eam medullitus me amare.

Medullor, aris, paſſiv. 1. medulla impleor. *Auguſtin. de anim. & ejus orig. l. 4. c. 5.* Quando oſſa durari, quando incipiunt medullari.

Medulloſus, a, um, adject. medullatus. *Celſ. l. 8. c. 1.* Humerus medulloſus.

Medullula, æ, f. diminut. parva medulla. *Catul. carm. 25.* Mollior cuniculi capillo, vel anſeris medullula.

Medulli, orum, Aquitaniæ populi. *Auſon. epiſt. 5. v. 34.*

Medus, a, um, adject. qui eſt ex Media. *Horat. l. 1. od. 27.* Medus acinaces. *Vellej. l. 1. c. 6.* Imperium tranſlatum eſt ad Medos.

Medus, ſeu Medius, m. 2. filius Ægæi Regis Athenarum, & Medeæ, qui in Aſiam profectus poſt mortem Jaſonis, in honorem matris Medeam urbem condidit, Regnumque ex nomine ſuo Medorum conſtituit, ſub cujus majeſtate Orientis poſtea Imperium fuit. *Juſtin. l. 42.*

Meduſa, f. 1. *Meduſa*, Μέδουσα, filia Phorci ex Ceto marina bellua, quæ una cum duabus ſororibus Euryale, & Sthenyone Gorgadas inſulas in Oceano Æthiopico tenuiſſe fertur. Unde & Gorgonis appellatur. Hæc cum eſſet inſigni forma, etiam habuit inter alia decoris ſpectabilia crines proxime ad auri colorem accedentes, quorum ſplendore captus Neptunus, in Minervæ templo cum ea concubuit, unde poſtea natus eſt Pegaſus equus. Quam injuriam Minerva gravi, & iniquo animo ferens, Meduſæ crines, quibus maxime amatori ſuo placuerat, in angues mutavit, deditque, ut omnes eam aſpicientes in lapides verterentur. Quamobrem cum nemo tam immane monſtrum intueri poſſet, Perſeus Jovis, & Danaes filius, Mercurii talaribus, & falcato enſe accepto, Palladis item ſcuto, ut ære repercuſſam effigiem ejus videre impune poſſet, ex improviſo, cum ipſa, angueſque ſupiti eſſent, adortus, uno validiſſimo ictu peremit. In patriam redeunte Perſeo, cum Meduſæ caput ſecum deferret, contigit, ut guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Africæ mutarentur in ſerpentes. V. *Lucan. l. 9. v. 646. & Ovid. 4. Metam.*

Meduſæus, a, um, adject. ad Meduſam pertinens. *Ovid. 5. Metam.* Os Meduſæum. *Id. 5. Faſt. v. 8.* Equus Meduſæus. h. e. Pegaſus.

Megabyzi, m. 2. Μεγάβυζοι, Sacerdotes Dianæ Epheſiæ. Hos eunuchos eſſe oportebat. Unde & pro imbellibus, ac mollibus poni conſueverunt, quales ſunt ſpadones. *Quintil. l. 5. c. 12.* Ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis aſſumerent ſibi.

Megæra, æ, f. *Megera*, Μέγαιρα, Furia Infernalis, filia Acherontis, & Noctis, a μεγαίρω, *odi*, ſive *invideo*. *Virg. 12. Æn.* Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ, Quas, & Tartaream Nox intempeſta Megæram Uno, eodemque tulit partu.

Megalenſia. V. in voce ſequenti.

Megaleſia, orum, n. 2. Μεγαλήσια, dies dicatus Magnæ Matri Deorum, & ludi, qui celebrabantur ante ejus templum. Alio nomine Ludi Megalenſes dicebantur Latina terminatione, a μεγάλη, *magna*. *Donat. in prolegom. ad Terent.* ¶ Differunt a ludis magnis, ſeu Romanis, qui per excellentiam Circenſes vocantur, & a Marone conjunctim magni Circenſes. Nam ludi magni fiebant Jovi, Junoni, & Minervæ, ut conſtat ex *Cic. 5. Ver.* at Megalenſes fiebant Deum Matri, ut patet ex *Cic. de Aruſp. Reſp.* & diſerte ſcribit *Feſt.* voce *Romani*. Deinde ludi magni inſtituti ſunt a Tarquinio Priſco, cujus opus eſſe circum maximum, qui & antiquiſſimus, & nobiliſſimus inter circos fuit, ſcribit *Dionyſ. l. 4.* at Megalenſes inſtituti a M. Junio Bruto, bello Punico II. anno U. C. 559. P. Cornel. Scipione Africano, & T. Sempronio Longo Coſſ. quemadmodum ex Valerio Antiate tradit *Liv. l. 36. c. 36.* quo loco tractat de ædis Matris Idææ dedicatione. Præterea ludi magni fiebant pridie Nonas Sept. ut colligimus ex prima in Verrem, Megaleſia vero celebrabantur pridie Nonas Apriles, ut teſtatur *Ovid. 4. Faſt.* Denique ludi magni, quanquam & ſcenici fuerint, quod ex *Livio l. 31.* apparet, proprie tamen Circenſes erant, et Megalenſes proprie erant ſcenici, ut *Ovid. ibidem* indicat. ¶ Errant itaque, qui putant, Megaleſia Magnis Diis ſacra fuiſſe. V. *Muret. in annot. ad Terent.* ¶ *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 12.* Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio noſtri majores ante templum in ipſo Matris conſpectu Megalenſibus fieri, celebrarique voluerunt? Et *paulo poſt*. Qui ludi ne verbo quidem appellantur latino, ut vocabulo ipſo & appetita religio externa, & Matris Magnæ nomine ſuſcepta declaretur.

Megaleſiacus, a, um, adject. a Megaleſiis ludis. *Juvenal. ſat. 11. v. 191.* Megaleſiacæ ſpectacula mappæ.

Megallium, n. 2. Μεγάλλειον, genus unguenti præſtantiſſimi, quod telino unguento celeberrimo Menandri Poetæ Comici ætate multo poſt ſuccedens gloriam omnem eripuit, ita dictum a Megallo homine Siculo, ut ſcribit *Athen.* in 15. eo fragmento, quod primus edidit in Variis ſuis *Canterus l. 3. c. 95.* Sed *Plin. l. 13. c. 1.* dictum videtur quaſi Μεγαλεῖον, a magnis viribus.

Megalographia, æ, Μεγαλογραφία, *pittura a quadro grande*, picturæ genus habens Deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, ut ait *Vitruv. l. 7. c. 4.* Dicta eſt a μέγας, *magnus*, & γράφω, *pingo*.

Megalopolitanus, a, um, ad Megalopolim pertinens, quæ eſt urbs Arcadiæ in Peloponneſo, Polybii patria. Hinc *Megalopolitani*, *orum*, ejus urbis cives. *Liv. l. 36. c. 25. & Plin. l. 4. c. 6.*

Megara, æ, f. 1. vel Megara, orum, n. 2. Niſæa, Niſa, Niſſa, prius Alcathoe, *Megara*, Μέγαρα, urbs Achaiæ, in confinio Atticæ, & Peloponneſi, caput Megaridis reg. prope intimum receſſum ſinus Saronici, uno milliari ab ora hujus ſinus, ubi ejus portus Niſæa dictus, inter Athenas, & Corinthum. Dicta fuit a Megareo filio Apollinis. In ea Euclides Geometra natus eſt. ¶ Megarenſes ab Athenienſibus ingreſſu urbis prohibebantur. *Gel. l. 6. c. 10.* Hinc Euclides muliebri veſtitu ad Socratem ſe conferebat, eadem die domum rediens. *Gel. loc. cit.* Qui Megaris civis eſſet. *Sulpit. ad Cic. 4. Fam. ep. 5.* Cum Megaram verſus navigarem.

Megareius, a, um, adject. Megareus. *Ovid. 10. Metam. v. 659.* Megareius heros.

Megarenſis, ſe, adject. Megareus. *Gell. l. 6. c. 10.* Odio flagrabant hominum Megarenſium.

Megareus, a, um, adject. qui ad Megaram urbem ſpectat. *Cic. 4. Acad. c. 42.* Euclides Socratis diſcipulus Megareus.

Megareus, i, triſyllab. filius Oncheſti, pater Hippomenes. *Ovid. 10. Metam. v. 604.*

Megaricus, a, um, Megarenſis. *Plin. l. 37. c. 7.* Megaricus ager. *Cato* Megaricos bulbos laudat *R. R. c. 8.* ¶ Megarici philoſophi dicti ſunt ab Euclide Socratis diſcipulo, qui Megarenſis fuit. Hi id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet unum, & ſimile, & idem ſemper. *Cic. 4. Acad. c. 42.* ¶ Megaricus ſinus, pars ſinus Saronici prope Megara. *Plin. lib. 4. cap. 12.*

Megaris, idis, f. 3. Μεγαρίς, prov. parva Achaiæ, ſinui Saronico expoſita, inter Phocidem ad Occ. & Atticam ad Or. ab iſthmo Corinthiaco ſumens initium. *Plin. l. 4. c. 7.*

Megarus, a, um, adject. Megarenſis. *Virg. 3. Æn. v. 689.* Vivo prætervehor oſtia ſaxo Pantagiæ, Megaroſque ſinus.

Megiſtanes, m. 3. *Perſonaggi grandi*, Μεγιστᾶνες, proceres, primates, a μέγιστος, *maximus*. *Suet. in Calig. c. 5.* Et convictu Megiſtanum abſtinuiſſe. *Senec. ep. 21.* Omnes illos Megiſtanas, & Satrapas &c. Adde *Tacit. 15. Ann. c. 27.*

Mehercule, vel mehercules, *per Dio*, νὴ τὸν Ἡρακλέα, per Herculem, adv. jurandi, ex me, & *Hercules*. V. *Mecaſtor*. *Cic. Att. l. 12.* Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi. *Id. in Orat. c. 47.* Et pomeridianas quadrigas, quam poſtmeridianas libentius dixerim, & mehercule, quam mehercules.

Mejo, is, minxi, mictum, n. 3. *orinare*, השתין, Germ. *brunzen*, Gall. *piſſer*, Hiſp. *mear*, οὐρέω, urinam emitto. *Perſ. Sat. 1. v. 114.* Sacer eſt locus, pueri, extra mejite.

Mel, mellis, n. 3. *mele*, דבש, Ger. *honig*, Gall. *miel*, Hiſp. *miel*, μέλι, liquor ille dulcis, qui ex roſcido aeris humore conficitur ab apibus, a Græca voce dilata, per Apocopen ultimæ literæ. *Senec. epiſt. 85.* Quibuſdam placet, non faciendi mellis ſcientiam apibus eſſe, ſed colligendi. *Cic. de Sen.* Villaque tota locuples eſt, abundat lacte, caſeo, melle. *Virg. Ecl. 4.* Roſcida mella. ¶ De variis mellis generibus V. *Plin. l. 11. c. 14.* Optimum eſt autem, quod ſponte defluit ſine ulla expreſſione, & Græce ἄκητον dicitur. V. *Acetum mel*. Laudatiſſimum olim fuit quod in Hymetto Atticæ monte naſcebatur, cujus ſapor dulcis quidem erat, ſed ita tamen, ut acritudinem quandam haberet permixtam, guſtu apprime jucundam, qualem in optimo quoque melle requiri, ait *Plin. l. 11. c. 15.* nimirum *ut ea dulce acre ſit*, γλυκὺ, καὶ δριμὺ, *dolce ſpiritoſo*. Hinc *Cic. in Hortenſ.* apud *Non. c. 4. n. 17.* Alterius ingenium ſic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius ſic acre, ut mel Hymettium dicimus. V. *Acetum*. ¶ Tranſlata mel vox eſt blandientium. *Cal. ad Cic. l. 8. ep. 8.* Sempronium mel ac delicias tuas. ¶ Uſurpatur de quolibet re ſuaviſſima. *Horat. l. 1. epiſt. 19. v. 43.* Fidis enim, manare poetica mella Te ſolum; *Id. l. 2. ſat. 6. v. 32.* Hoc juvat, & melli eſt.

Mela, m. 1. *la Mela*, fl. parvus Cenomanorum, qui apud Brixiam fluit, & infra in Ollium cadit ad Oſtianum pag. *Virg. 4. Georg.*

Melamphyllon, n. 2. Μελάμφυλλον, herba urbana, & topiaria, crepidines marginum veſtiens, a μέλας, *niger*, & φύλλον, *folium*, propter foliorum nigredinem. *Plin. l. 21. c. 22.*

Melampodion, n. 2. Μελαμπόδιον, veratrum, genus nigri hellebori, ita dictum a Melampode Amythaonis nato, ut eum Ovid. vocat, qui eo melancholicum humorem purgabat, Prœtique Argivorum Regis filias furore liberavit. Vel dicitur ita a nigra radice, e qua & veratrum nigrum vocatur. *Plin. l. 25. c. 5.*

Melampus, odis, m. 3. Μελάμπους, Amythaonis Argivi, & Dorippes filius, a μέλας, *niger*, & πούς, *pes*, quia mater infantem expoſuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui a Sole atrum colorem attraxerunt. Augurio claruit. Biantem juvit in auferendis bobus Iphiclo, quos ille Neleo reſtituit, accepta ejuſdem filia Pero nomine in uxorem. Filias quoque Prœti furiis agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum unam, Iphianaſſam videlicet, in conjugem accepit. Filium reliquit Theodamantem. *Hom. Odyſſ. l. 15. Virg. 3. Georg. v. 550.* ¶ Melampus item canis nomen eſt. *Ovid. l. 3. Metam.*

Melampygus, m. 2. Μελάμπυγος, cognomen Herculis. Achemon, & Paſſalus Cercopes fratres nullo non injuriarum genere in obvium quemque debacchabantur. Hiſce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere juſſit, nequando in Melampygum inciderent. Evenit deinde, ut Hercules aliquando ſub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Acceſſerunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipſius armis interficere tentarunt. At ille protinus inſidias ſentiens, correptos, ac vinctos de clava a tergo ſuſpendit leporum ritu, atque ad eum modum geſtabat. Capitibus itaque pendentes deorſum demiſſis, poſticum Herculis nigris pilis horridum, atque hiſpidum viderunt, non Lydorum more læve, ac depilatum. Quapropter materni moniti memores hac de re inter ſe confabulabantur. Quod ſimul ac audivit Hercules, cognomine delectatus, & in riſum ſolutus, vinculis eos liberatos dimiſit. *Eraſm. in Adag.*

Melancholia, f. 1. *malinconia*, *maninconia*, Germ. *melancholey*, Gal. *mellancholie*, Hiſp. *melancolia*, μελαγχολία, atra bilis, nigra cholera, unus ex humoribus corporis animalium, qui ſæpe homines in furorem agit, ex μέλαινα χολή, *nigra bilis*. *Cic. 3. Tuſc.* Græci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo: quem nos furorem, melancholiam ipſi vocant: quaſi vero atra bile ſolum mens, ac non ſæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. Græca vox eſt, & græcis literis ſcribitur a *Cic. 3. Tuſc. c. 5.* ubi ait: Græci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo: quem nos furorem, Μελαγχολίαν ipſi vocant. Eadem ratione legitur apud *Gell. l. 18. c. 7.*

Melancholicus, a, um, *malinconico*, Germ. *maerriſch*, Gall. *melancholique*, Hiſp. *melancolico*, Μελαγχολικός, qui nigra bile plurimum abundat. *Cic. 1. Tuſc. c. 37.* Ariſtoteles quidem ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe, ut ego me tardiorem eſſe non moleſte feram. *Id. 1. de Div. c. 37.* Ariſtoteles eos etiam, qui valetudine vitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiens, atque divinum.

Melancoryphus, f. V. Atricapilla.

Melandrya, yos, piſcis ex genere Thynnorum, a quo Melandrya ſalſamenta dicuntur. *Mart. l. 3. epigr. 77.* Teque juvant gerres, & pelle melandrya cana. Alii his intelligunt ipſos thynnos, vel thynnorum par-

tem

Digitized by Google

tem viliorem. Sane melandrium apud *Plin. l. 9. c. 15.* eſt thynni pars cæſis quernis aſſulis ſimillima. ¶ Eſt etiam Melandryum genus herbæ in ſegetibus naſcentis, flore albo, odorata, efficax contra jecinoris morbos. *Id. l. 26. c. 7.*

Melaneus, i, m. Μελανεύς, triſyllab. nomen Centauri apud *Ovid. 12. Metam. v. 306.* Item canis, apud *eund. l. 3. v. 223.* a colore ſcilicet, quia μέλας, ανος, niger eſt.

Melania, æ, nigredo, Μελανία. *Plin. l. 24. c. 8.* Et lentiginem, & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle, emendat.

Melenium, o. 2. *Maida*, opp. Calabriæ ult. apud Lametum fl. inter Neocaſtrum urb. & ſin. Hipponiatem. fl. M. P.

Melanteria, æ, eſt cera ſutoria, a colore ſic dicta, a μέλαν, *niger*. *Scribon. Larg. compoſit.* 208. Ceruſſæ æruginis, melanterias, quæ cera (al. creta) ſutoria dicitur, qua ligulæ calceorum denigrantur. *Melanterias* genitivus eſt Græcæ terminationis pro *melanteriæ*, Μελαντηρίας.

Melanthium, n. 2. Μελάνθιον, herba, ſeu potius frutex puſillus, al. melaſpermon, gith, & Officinis nigella, a μέλας, niger, & ἄνθος, flos, propter ſeminis nigredinem. *Plin. l. 20. c. 17.*

Melanthius, ii, fluvius Cappadociæ. *Plin. l. 5. c. 4.* ¶ Fuit hoc nomine paſtor caprarum Ulyſſis, qui cum rem domini abſumpſiſſet, a Telemacho trucidatus eſt. *Ovid. ep. 1. v. 95.* ¶ Item pictor quidam præcipuus. *Plin. l. 35. c. 7.* & *Quintil. l. 12. c. 10.*

Melantho, f. 4. contract. filia Protei, cui conſuetudo fuit poſitis veſtibus dorſo delphini inſidere, atque ſic per maria patris vagari. Cum autem formoſa eſſet, Neptunus ejus pulchritudine captus in delphinum ſe transformavit, atque illi applaudens eam in conſeſſum ſui traxit, & transportatam etiam violavit, ex qua poſtea peperit Amycum, ut Theodorus aſſerit. *Ovid. 6. Met.* Sed aliter ſenſit *Servius*, qui huos Neptuni, & Melias filiom facit.

Melanthus, i, Sarmatiæ fluvius, qui in Boryſthenem influit. *Ovid. l. 4. de Pont. el. 10. v. 54.* Et tacite peragens lene Melanthus iter.

Melanūrus, m. 2. Μελάνουρος, piſcis ſaxatilis, caudam nigram habens, a μέλαινα, *nigra*, & οὐρά, *cauda*, quod cauda, priuſquam in rubeſcentes pinnas deſinat, nigra notetur macula. *Ennius* contra orthographiæ rationem penultimam corripuit, primamque, quæ per *e* ſcribitur, licenter produxit. Melanurum, inquit, turdum, merulam, umbramque marinam.

Melappium, n. 2. mali genus, apio mapis. *Plin. l. 13. c. 14.*

Melas, m. 1. *Lariſſa*, Μέλας, fl. Macedoniæ, in Mygdonia. *Ovid. 1. Met. v. 274.* ¶ Sunt præterea alii amnes hoc nomine. V. *Geographos*.

Melo. V. Melos.

Meleāger, gri, vel Meleagrus, gri, m. 2. Μελέαγρος, Oenei Calydoniæ Regis filius ex Althæa conjuge, quo recenter nato, viſa ſibi eſt mater tres Parcas igni aſſidentes videre, manuque ſtipitem tenentes, æqualem puero cum ſtipite vitam aſſignare. Recedentibus itaque Parcis Althæa extinctum ſtipitem diligentiſſime aſſervavit. Adulto deinde Meleagro, cum ſpreta ab Oeneo Diana immenſæ magnitudinis aprum immiſiſſet, qui omnem regionem late vaſtabat, Meleager, collecta robuſtiſſimorum juvenum manu, aprum interfecit, caputque ejus Atalantæ, Jaſii Argivorum Regis filiæ, quæ prima aprum vulneraverat, velut partem ſpolii dedit. Quod cum avunculi ſui Pleuſippus, & Toxeus vi puellæ auferre conarentur, utrumque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem verſa, fatalem illum ſtipitem in ignem conjecit, quo exuſto, Meleager etiam extiſſis intus inteſtinis omnibus conſumptus eſt. Ex Atalanta genuit Parthenopæum. *Ovid. 8. Met.*

Meleagrēus, a, um, ad Meleagrum pertinens, Μελεάγρειος. *Lucan. l. 6. v. 365.* Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi Euenus Calydona ſecat.

Meleagrides, f. 3. *gallina d' India*, Germ. *indianiſche huener*, Gal. *poule d' inde*, Hiſp. *gallinas de India*, μελεαγρίδες, gallinæ Numidicæ, five Africanæ, quas vulgus Indicas gallinas vocat. *Var. l. 3. R. R. c. 9. Col. l. 8. c. 12. Plin. l. 10. c. 26.* Dictæ ſunt a Meleagro quodam, qui hujuſmodi aves Athenis in arce enutriebat. Secundum Poetarum fabulam hæ ſorores ſunt Meleagri, Oenei Calydoniæ Regis filii, quæ, cum fratrem deflerent, in has aves converſæ dicuntur. *Ovid. l. 8. Metam. Plin. l. 10. c. 26.*

Meleagrius, a, um, μελεάγριος, Meleagreus, extrita priore vocali diphthongi. *Stat. 4. Theb. v. 103.* Fletaque ſognatis avibus Meleagria Pleuron. *Pleuron* Ætoliæ oppidum eſt, in quo & Calydon.

Meles, etis, m. 3. Melas, Μέλης, fl. Joniæ, Smyrnam alluens, ad cujus ripas Homerus natus eſſe fertur. *Stat. l. 3. ſilv. 3. v. 61.*

Meles. V. Melis.

Meleſigĕnes, m. 3. *Homero*, μελησιγενής, cognomen Homeri, a Melete fl. *Plin. l. 5. c. 29.*

Meletæus, a, um, adject. Homericus. V. Meles, tis. *Tibul. l. 4. el. 1. v. 201.* Poſſe Meletæas nec mallem vincere chartas.

Melia, f. 1. μελία, arbor, al. fraxinus, quam Homeri præconio Iliad. 10. & Achillis haſta multum eſſe nobilitatam, ſcribit *Plin. l. 16. c. 13.*

Melia terra, μηλιὰς γῆ, terræ genus, al. melinum, quod digitis confricatum ſtridorem trito pumici ſimilem reddit, a Melo inſ. maris Cretici. *Plin. l. 35. c. 6. & 7.*

Melibœa, f. 1. opp. Theſſaliæ, purpura nobile, ad Oſſæ M. radices, cis Peneum fl. apud Bœbeidem lac. Patria fuit Philoctetæ. *Plin. l. 4. c. 9.*

Melibœus, a, um, adject. a Melibœa, ut Melibœa purpura, apud *Feſt.* & *Virg. 5. Æn. v. 251.*

Melicæ gallinæ, genus gallinarum corporis ampliſſimi, a Medie, unde translatæ ſunt. Nam pro *d* ſæpe *l* a veteribus uſurpatum eſt. *Colum. l. 8. c. 2. Feſt.*

Meliceris, idis, f. vel melicerita, æ, μελικηρίς, μελικηρία, abſceſſus ſpecies, ex pituitæ ſucco generati, qui humorem in ſe continet mellis & craſſitudinem, & colorem referentem, a μέλι, *mel*, & κηρός, *cera*. *Plin. l. 21. c. 20.* Peculiariter contra meliceridas efficax. *Celſ. l. 5. c. 28.* Ulceris genus, quod μελικηρία a Græcis nominatur.

Melicerta, five Melicertes, m. 1. Μελικέρτης, Inus, & Athamantis Thebanorum Regis filius, cum quo mater, cum virum videret furere, in mare ſe præcipitavit, amboque Deorum miſeratione in Numina marina ſunt commutati, Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem vocant, Melicerta vero in Palæmonem, quem Latini Portunum dicunt. *Rocc. l. 13. Gen. Ovid. 4. Metam.*

Melichros, otos, m. μελίχρως, gemma eſt mellei coloris, a μέλι, *mel* & χρόα, *color*. *Plin. l. 37. c. 11.* Colos appellavit chryſolithum aureus, chryſopraſum herbaceum, melleus melichrota.

Melichryſos, m. 2. ul. melichryſis, μελίχρυσος, gemma, quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle tranſlucente. *Plin. l. 37. c. 9.*

Melicus, a, um, *muſico*, μελικός, idem quod muſicus, a μέλος, quod carmen ſuis membris conſtans, & cantum ſignificat. Specialiter pro lyrico ſumitur. *Cic. de opt. gen. c. 1.* Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, atque dithyrambici, &c. ¶ Melicæ gallinæ. V. ſup. *Melica*.

Melilotus, f. 2. *meliloto*, *fertula campana*, μελίλωτος, herba croco ſimilis, quaſi dulcis, & mellea lotos. Dicitur etiam fertula Campana, quod coronamentis adhiberi ſoleat, & in Campania frequentiſſima ſit. V. *Plin. l. 21. c. 11. Ovid. 4. Faſt. v. 440.* Pars thyma, pars flores, pars melilotos a-mant. Ubi Græcam terminationem metri cauſa retinuit.

Melimēla, n. 2. *pomi nom*, μελίμηλα, poma muſtea, five dulcia, quaſi mellea mala, a μέλι, *mel*, & μῆλον, *malum*. *Var. R. R. l. 1. c. 39.* Quæ antea muſtea vocabant, nunc melimela appellant. *Plin. l. 15. c. 14.* Muſtea a celeritate miteſcendi, quæ nunc melimela dicuntur a ſapore melleo, orbiculata, ex figura orbis in rotunditatem circumacti. *Mart. l. 7. ep. 25.* Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas. V. *Colum. l. 5. c. 10.*

Melimĕli, n. 3. μελίμηλον, liquor mulſæ ſaporis ex malis Cydoniis melle conditis. *Colum. l. 12. c. 45.* Sunt qui ſcribunt *melomeli*.

Melina, f. 1. μηλίνη, μηλωτή, mantica ſcortea, a μῆλον, *ovis*, ex cujus pelle præcipue fiebat. *Plaut. Epid. 1. 1. 21.* Niſi ſi in vidulo, aut ſi in melina attuliſti. ¶ Eſt etiam genus tibiæ ſoni acutiſſimi, *Feſtus*. ¶ Item potio ex melle. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 51.* Paſſum, defrutum, melinam. Sunt qui ſcribunt *mellinam*.

Melinum, n. 2. μήλινον, apiaſtrum. *Var. l. 3. R. R. c. 16.* ¶ Item oleum ex flore malorum. *Plin. l. 23. c. 6.* ¶ Item unguentum ex malis cotoneis. *Plin. l. 13. c. 1.* Amaracinum in Coo, poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. ¶ Item ſpecies coloris candidi, alias Melia terra, a Melo inſula, una Sporadum, ubi præſtantiſſimum effoditur. *Plin. l. 35. c. 6.* Melinum, candidum & ipſum, eſt optimum in Melo inſula. In Samo quoque naſcitur, ſed eo non utuntur Pictores, propter nimiam pinguedinem. *Plaut. Moſt. 1. 3. 106.* Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam offuciam.

Melinus, a, um, *di colore di mele*, μήλινος, quod eſt coloris flavi, ſeu rutili, cum pallorem accipit, qualis eſt in malis matianis, a μῆλον, *malum*. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Aut cerinum, aut melinum. Adde *Plin. l. 33. c. 7.*

Melior, melius, oris, comparativum anomal. *migliore*, *meglio*, præſtantior, aptior, ἀμείνων. *Cic. ad Brut. ep. 3.* Noſtræ res meliore loco videbantur. *Plin. l. 9. ep. 39.* Ædes reficere in melius, & in majus. ¶ Jungitur aliquando cum ſecundo caſu. *Silius l. 5. v. 334.* Nec fati melior Mamertus. *Id. l. 7. v. 619.* Melior dextræ Torquatus. ¶ Sæpius tamen ablat. regit. *Salluſt. Jug. c. 13.* Bello meliores. *Horat. 1. ep. 10.* Cervus pugna melior. ¶ *Melius eſt*. h. e. commodius, utilius, aptius. *Plaut. Moſt. 5. 1. 20.* Nunc te audere melius eſt, quid agas. *Liv. l.* 48. Proinde quieſſe erit melius, quem *Pat. in Lex. Crit.* ait fuiſſe phraſim Magiſtratus irati, & minitantis. *Tacit. Ann. 12. c. 39.* Nobis pro meliore fuit, effugere hoſtes tenui damno. ¶ Melius fit mihi, h. e. convaleſco. *Cic. Tuſc. 1. c. 35.* Pompejo noſtro, cum graviter ægrotaret, melius eſt factum. Sic *Celſ. l. 3. c. 15.* Neque enim vigilando melius fit, ſed per ſe, ſi melior eſt, vigilat. ¶ *Tanto melior*. V. Tanto.

Melioratĭo, onis, f. *miglioramento*, actus meliorandi. *Juſtinian. in Cod. l. 4. tit. 66. leg. 2. & 3.*

Melioreſco, is, n. 3. *divenir migliore*, βελτιόομαι, melior fio. *Colum. l. 2. c. 10.* Atque glareoſis, ſabuloſiſque arvis melioreſcit. Al. leg. *melior exit*.

Meliōro, as, a. 1. meliorem reddo. *Ulp. Dig. l. 7. tit. 1. leg. 13.*

Melis, ſeu meles, five, ut in vett. codd. legitur, mæles, aut meles, f. *taſſo*, μέλες, eſt ex agreſtium felium genere, fortaſſe quam *taxum*, vel *taxonem*, ſive *daſſum* appellant, ut cenſent pleriqe eruditi, quibus Perottus præit. *Martial. l. 13. epigr. 37.* Venator capta mele ſuperbus adeſt. Alii leg. *marte*. *Grat. in Cyneg.* Lucifuga melis. *Plin. l. 8. c. 38.* Alia ſolertia in metu melibus.

Meliſſa, f. 1. Μέλισσα, Nympha, quæ mellificium prima invenit. Hinc data eſt occaſio fabulandi, Meliſſam in apem fuiſſe converſam. *Col. l. 9. c. 2.* ¶ Item filia Meliſſi regis Cretæ, quæ una cum ſorore Amalthea Jovem caprino lacte aluit. *Id. loc. cit.*

Meliſſophyllon, n. 2. herba, al. apiaſtrum. *Plin. l. 20. c. 11.* V. Apiaſtrum.

Meliſſus, m. 2. μελισσός, Cretenſium Rex antiquiſſimus, qui primus Diis ſacrificavit, pater Meliſſæ, & Amaltheæ. *Lactant. l. 1. c. 22.* ¶ Meliſſus item, Philoſophus Samius, Parmenidis auditor, civibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit. Rempub. adminiſtravit, claſſique in bello præfuit. *Apollod.* ¶ Item Grammaticus quidam, qui Mecænati muneri datus, & ab eo manumiſſus eſt. *Sueton. de Grammat. illuſtr. c. 21.*

Melita, æ, vel Melite, es, f. 1. *Malta*, Μελίτη, inſ. maris Africi, inter Siciliam, & Africam. *Cic. Verr. 6. c. 46.* ¶ Melita item, *Meleda*, inſ. maris Hadriatici, Dalmatiæ adjacens, inter eram illius, & Corcyram Melænam. *Plin. l. 3. c. ult.* ¶ Melita, poſtea Miletus, *Meleta*, urbs Brutiorum, in Calabria Ult.

Melitæus, a, um, μελιταῖος, quod eſt ex Melita, ut Melitæi canes, ex Melita inſ. maris Hadriatici, qui in deliciis fuere, maxima apud Sybaritas. *Plin. l. 30. c. 5.*

Melitenſis, ſe, adject. Melitæus, ex Melita inſula maris Africi, ut Melitenſis veſtis. *Cic. 4. Verr. c. 72.* Nam textrinum operibus ea inſula celebris fuit, eodum teſte *Verr. 6. c. 46.* & *Sil. l. 14. v. 252.*

Melites, m. 1. μελίτης, gemma colore mali aurei, ſeu Cydonii, a μῆλον, malum. *Plin. l. 37. c. 11.*

Meliteſius, a, um, idem quod Melitenſis, ut Meliteſia coralia, *Grat. Cyneget. v. 404.*

Melitides, is, unus ex illis fatuis, quos Nomeeus carmine ſuo celebres fecit. Everſa enim Troja veniſſe legitur ſatus ad ferendum Priamo auxilium. Hinc *Apul. Apolog.* Apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt, apud Athenienſes catos Melitides.

Melitites, m. 1. μελιτίτης, genus potionis dulcis, ex melle, & muſto, idest, ex congio mellis, & quinque congiis auſteri muſti, & cyatho ſalis non fervefactis. *Plin. l. 14. c. 9.* ¶ Item lapis cinericii coloris, qui attritus, vel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit, mellitumque, & ceræ mixtus eruptionibus, pituitæ, maculis corporis medetur. *Plin. l. 36. c. 19.*

Melittōnes, m. 3. μελιττῶνες, μελιττοτροφεῖα, mellaria, alvei, in quibus apes nutriuntur. *Varr. de R. R. l. 3. c. 16.* græcis literis ſcripſi: quare vox eſt Græcis relinquenda. V. *Mellarium*.

Meliturgus, m. 2. μελιτουργός, mellarius, qui mellificium exercet. *Var. l. 3. de R. R. c. 16.*

Melium, ii, millus, h. e. collare canum. Ita legunt pleriqua apud *Varr. l. 2. de R. R. c. 9.* V. Millus.

Melius, *meglio*, ἄμεινον, rectius, commodius, adv. compar. a *bene*. *Cic. Att.* Incipit res melius ire, quam putaram. V. *Melior*, ubi plura.

Meliuſcule, adv. ἀμεινόν τι ἑαυτοῦ, aliquanto melius. *Cic. l. 16. Fam. ep. 5.* Quem, cum meliuſcule tibi eſſet, ad me remitteres. *Plaut. Moſt. 4. 2. 51.* Meliuſcule, quam ſat fuerit habere.

Meliuſculus, a, um, *alquanto migliore*, aliquanto melior. *Plaut. Capt. 3. 2. 6.* Rem tuam facies ex mala meliuſculam. *Id. Curc. 4. 2. 3.* Attamen meliuſculum eſt monere. ¶ Meliuſculus etiam dicitus, qui ex morbo aliquantulum convaleſcit. *Celſ. l. 3. c. 22.* Qui meliuſculus eſſe cœperit, adjicere debet exercitationem. *Ter. Hecyr. 3. 5. 19.* Salvan' Philumena? P. Meliuſcula eſt.

Melizōmum, n. 2. μελίζωμον, condimentum quoddam ex mellis deſpumati mixtura confectum. *Apul. l. c. c. 2.*

Mella, æ, f. Extracto e ceris melle, ipſa cera minute reſolvitur, & aqua fontana, vel cæleſti maceratur: expreſſa deinde aqua colatur, & decoquitur,

quitur, donec ad defruti craſſitudinem perveniat ; & bene picatis lagenis conditur. Hæc mella appellatur, & adhibetur pro defruto in condituras olivarum. *Col. l.* 12. *c.* 11. Adde c. 47.

Mella, vel Mela, æ, m. fluvius Galliæ Ciſalpinæ ex Brenno monte oriens, & prope Brixiam decurrens. *Virg.* 4. *Georg. v.* 278.

Mellarium, ii, n. locus, in quo aves nutriuntur, alvearium, μελιτροφεῖον. *Var. l.* 3. *c.* 16. μελιττῶνα ita facere oportet, quos alii μελιτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria. ¶ *Mellarium* alio ſenſu V. in *Bona Dea*.

Mellarius, rii, m. 2. ſubſt. μελιττουργὸς, qui mellis opus exercet. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 16. Quam mellarii favum exprimere poſſint.

Mellarius, a, um, μελιτοπωλικὸς, quod ad mel pertinet. *Plin. l.* 22. *c.* 14. Vaſa mellaria, aut favos lavari aqua præcipiunt.

Mellatio, onis, f. 3. μελιτωσις, mellis vindemia, cum mel eximitur. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Differenda eſt in menſem Octobrem mellatio. Adde *Plin. lib.* 21. *cap.* 15.

Melleus, a, um, *di mele*, כמו דבש, Germ. *voie honig*, Gall. *de miel*, Hiſp. *meleſo*, μελιτώδης, quod ex melle eſt, vel mellis dulcedinem refert, ut Melleus ſapor apud *Plin. l.* 15. *c.* 34. Melleus color, apud *eund. l.* 11. *c.* 16.

Melliculum, li, n. 2. μελίτιον, dim. a *mel*, vox blandientis. *Plaut. Caſ.* 4. 4. 14. Meum corculum, melliſulum, verculum.

Mellifer, ra, rum, μελιτοφόρος, ferens mel. *Ovid. Met.* 15. *v.* 385. Melliferarum apium ſine membris corpora naſci.

Mellificium, cii, n. μελιτοποίησις, μελιττουργία, mellis factio. *Col. l.* 9. *c.* 12. Apes magis mellificiis, quam fœtibus ſtudent.

Mellifico, as, o. 1. *far mele*, Ger. *honig machen*, Gal. *faire du miel*, Hiſp. *hazer miel*, μελιττουργέω, mel facio. *Virg. in quodam Epigrammate*. Sic vos non vobis mellificatis apes. *Plin. l.* 11. *c.* 18. Aliarum, quæ in arboribus mellificant, aliarum, quæ ſub terra &c.

Mellificus, a, um, μελιτουργὸς, quod ad mellis factionem ſpectat. *Col. l.* 9. *c.* 13. Ut ab opere mellifico avocatæ apes fœtibus expleant. *Id. ibid. c.* 8. Mellificus locus.

Mellifluens, entis, qui mel fluit, ſuavis, *melliſluo*. *Auſon. epiſt.* 16. *v.* 14. Mellifluentem Neſtora.

Mellifluus, a, um, *melliſluo*, mellifluens. *Avien. in Perieg. v.* 468. Antra melliflua. *Boet. l.* 5. *metr.* 2. Homerus mellifluі oris.

Melligenus, a, um, μελιτοειδὴς, quod eſt ejuſdem generis cum melle. *Plin. l.* 16. *c.* 7. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni ſucci.

Melligo, inis, f. μελίτωμα, κήρωσις, quod nondum mel eſt, ſed ad mellis naturam accedit, ſuccus e lacrymis arborum, ſive florum, quem apes devorans, poſtea ad alvos regreſſæ evomunt, operaque componunt. *Plin. l.* 11. *c.* 6. Ceram ex floribus, melliginem e lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, ſalicis, ulmi, arundinis ſucco, gummi, reſina. ¶ Tranſlate ponitur pro quocunque ſucco fineſcentis fructus adhuc, atque immaturi. *Plin. lib.* 12. *cap.* 27. In prima lanugine demittitur uva, ejuſque melligo.

Mellilla, f. 1. diminut. a mel, vox blandientis. *Plaut. Caſ.* 2. 1. 47. Mea vita, mea mellilla, mea feſtivitas.

Mellina, & Mellinia, æ, potio ex melle, dulcedo, res jucunda, & grata. *Plaut. Trucul.* 4. 1. 6. Hoc magnæ mellinaæ eſt mihi. V. *Meliнa*.

Mellitulus, a, um, diminut. a mellitus. *Apul. l.* 3. *Met.* Mea mellitula.

Mellitus, a, um, *melato*, Germ. *auff honig*, Gall. *fait de miel*, *ou doux comme miel*, Hiſpan. *dulce como miel*, *melaſo*, Μελιτώδης, Μελιτωμένος, melle conditus. *Hor.* 1. *ep.* 10. Pane egeo jam mellitis potiore placentis. ¶ Tranſlate ponitur pro ſuavi, & jucundo. *Cic. Att. l.* 1. Ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone conſumitur. *Apul. l.* 2. *Met.* Mellitiſſimum ſuavium.

Mellona, vel Mellonia, f. 1. Dea, quæ apibus, & melli præerat. *Arnob. l.* 4. & *Auguſtin. de Civ. Dei l.* 4. *c.* 34.

Mellosus, a, um, melleus. *Cæl. Aurelian. Auctor. lib.* 2. *cap.* 29. Melloſa dulcedo.

Melo, onis, nomen Nili fluvii apud veteres, teſte *Feſto*, & *Serv. in* 4. *Georg.* Hinc & *Auſon. epiſt.* 4. *v.* 73. Melonis alba pagina. (al. filia) h. e. papyrus Nilotica.

Melo, onis, m. 3. *mellone*, genus peponis, a Μῆλον, *malum*, quia mali figuram rotunditate imitatur. *Pallad. l.* 4. *c.* 9. Nunc melones ſerendi raſius. ¶ Eſt etiam hoc nomine fluvius Cenomanorum, qui Brixiam interluit, vulgo Melone: de quo *Catul. carm.* 67. *ad Januam*, *v.* 33. Flavus quam molli percurrit flumine Melo. Al. leg. *Mela*, ſed confundunt cum eo, qui a *Virg.* nominatur 4. *Georg. v.* 278. V. *Mella*, vel *Mela*.

Melodes, m. 3. Μελῳδὸς, melicus, qui dulcia carmina cantat. *Sidon. l.* 9. *ep.* 15. Proculus melodes inſonare pulſibus.

Melodia, æ, f. Μελῳδία, concentus, melus. *Marcian. Capel. l.* 9. *pag.* 306.

Melodus, a, um, ſuaviter ſonans, vel canens, Μελῳδὸς. *Auſon. epiſt. de Profeſſor. carm.* 16. & *Prudentii* 9. *Cathemer. v.* 2.

Melomeli. V. Melimeli.

Melopepones, um, m. Μηλοπέπονες, genus cucumeris, de quo ita *Plin. l.* 19. *c.* 3. Cucumeres, in fiſtula flore demiſſo, mira longitudine creſcunt. Ecce cum maxima nova forma eorum in Campania provenit, mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox ſemine ex illo genus factum, melopeponas vocant. Non pendent hi, ſed humi rotundantur. Mirum in his, præter figuram & odorem, quod maturitatem adepti, quamquam non pendentes, ſtatim a pediculo recedunt. Hæc *Plin.* Porro dicti ſunt a μῆλον, malum, propter figuram, & πέπων, ονος, maturus, a ſole excoctus, a πέπτω, coquo, propter maturitatem.

Melos, n. indecl. *melodia*, שיר, Ger. *geſang*, Gal. *chant*, Hiſp. *canto*, *melodia*, μέλος, cantus ſuavitas ex apta vocis modulatione, & flexu procedens. *Perſ. in proœm. Sat.* Cantare credas Pegaſeium melos. ¶ Reperitur interdum uſurpatum in obliquis caſibus. *Accius apud Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 35. Silvani melo conſimilem ad aures cantum, & auditum refert. *Auſon. in Parental. epigr.* 37. Cui brevia mela modifica recino. ¶ Mele in plurali, μέλη, græco more. *Lucret. l.* 2. *v.* 504. Et cygnea mele Phœbeaque dædala chordis carmina. *Id. l.* 2. *v.* 412. Muſæa mele.

Melos, f. 2. Zephyria, Mimallis, *Milo*, Μῆλος, inſ. maris Ægæi, ſeu Cretici, inter Dictynnam prom. Cretæ, & Scyllæum prom. *Pomp. Mela l.* 2. populi Melii.

Melphes, m. 3. *Molfa*, *Malpo*, fl. Lucaniæ, cis Apenninum, in Principatu cit. qui in mare Tyrrhenum ſe exonerat inter ſinus Laum, & Pæſtanum.

Melphis, f. 3. Melphia, *Melfi*, urbs Lucaniæ, in Baſilisata.

Melpis, m. 3. Melpis, *Melfa*, fl. Latii, qui ex agro Arpinate oritur, juxta Aquinum fluit, & in Lirim cadit.

Melpomene, f. 1. Μελπομένη, una ex Muſis, tragœdiarum inventrix, a Μέλπομαι, *cano*. *Horat. l.* 1. *od.* 24. Præcipe lugubres Cantus Melpomene, cui liquidam pater vocem cum cithara dedit.

Membrana, æ, f. δέρμα, pellis exterior, quæ membra tegit, quanquam generaliter pro quavis tenuiore pellicula accipiatur, in quacunque parte animalis ſita. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 57. Quæ primum oculos membranis tenuiſſimis veſtivit, & ſepſit. ¶ Dicitur etiam de lignis. *Plin. l.*

16. *c.* 14. Inter corticem, & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ etiam dicuntur chartæ pergamenæ, quod de animalium membris ſint detractæ, in quorum tergoribus primum ab uno latere ſcribi cœptum, deinde ab utroque, deraſis pilis. Earum uſus Pergami, regnante Eumene, inchoavit: magnamque earum vim Rex Attalus Romam miſit, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. *Plin. l.* 13. *c.* 11. *Horat. de art. poet. v.* 389. Membranis intus poſitis delere licebit, Quod non edideris. ¶ Item librorum operimentum. *Tibull. l.* 3. *el.* 1. Lutea ſed niveum involvat membrana libellum. ¶ Item exuviæ ſerpentis. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 272. Squamea Cinyphei tenuis membrana chelydri. ¶ Item quælibet ſuperficies. *Lucr. l.* 4. *v.* 93. At contra tenuis ſummi membrana coloris Cum jacitur.

Membranaceus, a, um, *membranoſo*, quod ſimilitudinem membranæ habet. *Plin. l.* 16. *c.* 31. Quibuſdam cortex membranaceus, ut viti.

Membraneus, a, um, δέρμινος, περγαμηνὸς, quod ex membranis eſt. *Ulp. l. librorum appellatione*, *ff. de leg.* 3. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Membranula, æ, membranuzza, dim. a membrana. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 4. Ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant. *Celſ. l.* 7. *c.* 7. Deinde excidenda eſt ea membranula. ¶ Membranulum tenue, in neut. gen. dixit *Apul. l.* 6. *Metam.*

Membratim, adv. *a membro*, *a membro*, Germ. *von ſtueck zu ſtueck*, Gal. *par pieces*, Hiſp. *miembro por miembro*, κατὰ μέλη, μελιστὶ, per membra ſingula. *Cic. in Or. c.* 63. Sed quæ inciſim, aut membratim efferuntur. *Plin. in proœm. l.* 12. Animalium omnium natura generatim, membratimque ita ſe habent.

Membratura, f. 1. διαμέλωσις, membrorum poſitura, ſeu compoſitio. *Vitruv. l.* 3. 1. 5.

Membror, aris, d. 1. ἀρθρόομαι, per membra formor. *Cenſorin. in l. de Die natali*, *c.* 11. Quinque & triginta diebus infans membratur.

Membrosus, a, um, Μεγαλομελὴς, qui magnum habet membrum. *Auct. Priap. in proœm.* Sed ruber hortorum cuſtos membroſior æquo.

Membrum, bri, n. *membro*, Ger. *ein glied*, Gal. *membre*, Hiſp. *miembro*, Μέλος, κῶλον. Dicitur membrum de ſingulis corporis partibus, ut ſunt manus, pes, auris, &c. *Cic.* 3. *Fin.* Jam membrorum, id eſt, partium corporis, alia videntur propter eorum uſum a natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes; alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni. *Virg.* 4. *Georg.* componere membra. ¶ Membrum abſolute ponitur pro inguine virili. *Apul.* & *Auct. Priapeor. carm.* 69. ¶ Transfertur etiam ad inanimata, & pro parte ſumitur, ut pro parte domus. *Cic. l.* 2. *Q. Fr. ep.* 1. Nec habere poterat adjuncta cubicula, & ejuſmodi membra. ¶ Item accipitur pro parte alicujus artis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Omnes autem ejus partes, atque omnia membra tum faciliſſime noſcuntur, cum totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. ¶ Item pro parte orationis. *Auctor ad Her. l.* 4. *c.* 19. Membrum, oratio appellatur res breviter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. *Cic. in Or.* Quæ Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos recte inciſa, & membra dicimus.

Memecylon, i. n. ſpecies arbuti. *Plin. l.* 13. *c.* 24. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron, & memecylon.

Meminens, tis, particip. ab antiquo *memino*. Utitur *Sidon. lib.* 2. *ep.* 10. & *lib.* 4. *ep.* 12.

Memini, iſti, verb. def. *ricordarſi*, זכר, Germ. *eingedenck ſeyn*, Gal. *ſe ſouvenir*, Hiſpan. *acordarſe*, Μέμνημαι, recordor, memoria teneo, in memoriam revoco, ab antiquo *meneo*, vel *meno*, pro recordor, geminatione primæ ſyllabæ, quod a Μένω, meminiſſe facio. Præterita perfecta hujus verbi, quemadmodum & aliorum trium, *cœpi*, *novi*, *odi*, etiam pro præſentibus, & præterita pluſquam perfecta etiam pro imperfectis in omnibus modis & uſurpantur, & explicantur. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro Mur.* Cui placet, obliviſcitur, cui dolet, meminit. ¶ Vel cum gen. *Cic. l.* 13. *Fam.* Si illius voluntati obtemperans minus videbor meminiſſe conſtantiæ meæ. ¶ Vel cum acc. *Cic.* 3. *de Or.* Antipater ille Sidonius, quem tu probe Catule meminiſti. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. Att. l.* 13. De Erote, & Metto meminero, & de omnibus, quæ te velle ſuſpicor. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. l.* 4. *Fam.* Memini, te mihi Phamea cœnam narrare. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l.* 7. *Fam.* Quæ ad te ultro attulerim, meminiſſe te credo. ¶ Significat etiam commemorare, ſeu mentionem facere, & uſurpatur cum gen. *Quinctil. l.* 12. *c.* 2. Neque omnino hujus rei meminit Poeta ipſe. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic.* 2. *Phil.* Meminiſti ipſe de exulibus, ſcis, de immunitate quid dixeris. ¶ Videtur etiam fuiſſe uſurpatum cum acc. *Cic. in Somn.* Cum ſenex nihil niſi de Africano loqueretur, omniaque ejus non ſolum facta, ſed etiam dicta meminiſſet. Sed hic etiam pro recordari accipi poteſt. *Id. pro L. Mur.* De felicitate, quam præſtare de ſe ipſo nemo poteſt, meminiſſe, & commemorare de altero poſſumus.

Memmiades, æ, m. patronymicum a Memmio, *Lucret. l.* 1. *v.* 26.

Memmianus, a, um, ad Memmium pertinens. *Cic. Att. lib.* 5. *epiſt.* 1. Memmiana prædia.

Memmii, m. 2. gens nobilis Romæ. Ex hac fuit Memmius ille, qui a ſubacta Achaia, captaque Corintho *Achaicus* appellatus eſt.

Memnon, onis, m. 3. Μέμνων, Tithoni, & Auroræ filius, qui Trojanis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille, vel a Theſſalis per inſidias, ut alii ajunt, occiſus eſt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 489. Et nigri Memnonis arma. ¶ Cum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in avem mutatus eſſe dicitur, & ex ejus cineribus multæ aliæ aves evolaſſe, quas Memnonias vocarent, ſive Memnonides. Has ferunt ſingulis annis ex Æthiopia Ilium advolare, & confligere ad Memnonis ſepulchrum, hoc idem quinto quoque anno in Æthiopia circa Memnonis Regiam facere. Nimirum creditum vulgo, aves eas primum viſas, poſtquam Memnon interiit, quemadmodum & fingunt, Diomedis aves demum conſpectas poſt ejus mortem, quia tum ſocii Diomedis in eas ſint converſi: item Meleagrides volunt originem habuiſſe poſt Meleagri exceſſum, mulieribus in has aves converſis, quæ Meleagrum lugerent. *Virg.* 1. *Æn. Ovid.* 13. *Metam. Plin. l.* 10. *c.* 26. ¶ Memnonis ſtatua apud Ægyptios magica arte ita facta fuit, ut lyra, quam tenebat, certis horis ſonum ederet. Hinc *Juven. ſat.* 15. *v.* 5. Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ.

Memnonia, f. 1. gemmæ ſpecies. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Memnoniæ aves, aut potius Memnonides, genus avium, a Memnone Æthiopum Rege, cujus circa tumulum quotannis confligunt. V. *Memnon*.

Memnonides. V. Memnoniæ aves.

Memnonius, a, um, adject. ad Memnonem ſpectans, ut Memnoniæ aves. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 619. V. Memnon. Memnoniæ domus, h. e. Auroræ. *Propert. l.* 1. *el.* 6. Memnonia regna, h. e. regiones ad Orientem ſitæ. *Lucan. l.* 3.

Memor, oris, o. 3. *ricordevole*, זוכר, Ger. *eingedenck*, Gal. qui *qui ſe ſouvient*, Hiſp. *el que ſe acuerda*, Μνήμων, qui rei alicujus recordatur, a *memini*. *Cic.* 1. *Fam.* Qui non tam memores ſunt virtutis tuæ, quam lau-

Digitized by Google

dis inimici. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Virg.* 1. *Æn.* Sævæ memorem Junonis ob iram. *Liv. l.* 1. c. 28. Primum, ultimumque illud ſupplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod non facile excidit e memoria, vel cujus nos memores ſumus. *Hor. l.* 1. *carm.* 13. Sive puer furens impreſſit memorem dente labris notam.

Memorabĭlis, le, o. 3. *memorabile*, זכור, Germ. *gedenckwurdig*, Gall. *memorable*, Hiſp. *memorable*, ἀξιομνημόνευτος, dignus memoria. *Cic. de Amic.* Cum accepiſſemus a patribus, maxime memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem fuiſſe. *Plin. l.* 5. *e.* 1. Studiorum claritate memorabilior, quam regno.

Memoracŭlum, i, n. memoria, monumentum. *Apul. Apolog.* Dii, me ſanctiſſime tot ſacrorum ſigna, & memoracula cuſtodire.

Memorālis, le, adject. memoriæ inſerviens. *Arnob. lib.* 6. Memoralia ut indicant ſcripta. Et *memorale*, abſolute, *memorie*, *lib.* 144. *Dig. de Verb. ſignificat.*

Memoralĭter, adv. mente memori. *Venant. Fortun. l.* 4. *carm.* Annuat omnipotens longo memoraliter ævo.

Memorandus, a, um, *memorando*, *memorabile*, memoria dignus. *Ovid. Metam.* 13. v. 13. Facta memoranda. *Plaut. Epid.* 1. 3. 32. Memoranda pugna.

Memoratĭo, onis, f. *commemorazione*. *Corn. Gal.* (ſeu quicumque alius auctor eſt) *Eleg.* 1. *in fin.* Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum.

Memorātor, oris, m. qui memorat. *Prop. l.* 3. *Eleg.* 1. v. 33. Nec non ille tui caſus memorator Homerus.

Memorātrix, icis, f. quæ memorat. *Valer. Flacc. l.* 6. 242. Eon memoratrix tibia pugnæ.

Memorātus, us, m. idem quod memoratio. *Gel. l.* 11. c. 4. Eos verſos non minus frequenti, aſſiduoque memoratu dignos puto.

Memorātus, a, um, adject. *ricordato*, *memorabile*. *Plaut. Mil.* 3. 3. 40. Quid iſtis memoratis opus eſt? *Gel. l.* 19. c. 8. Ennius in illo memoratiſſimo libro.

Memŏre, adv. memoriter. *Pompon.* apud *Non. cap.* 12. *n.* 45. Cum iſta memore meminiſti.

Memorĭa, æ, f. *memoria*, *ricordanza*, זכר, Ger. *gedenckens*, Gall. *memoire*, Hiſp. *memoria*, Μνήμη, eſt facultas quædam mentis humanæ, qua res facile apprehenduntur, & firmiter retinentur, a *memor*. *Cic.* 1. *de Inv.* Memoria eſt firma animi rerum, ac verborum ad inventionem perceptio. *Id. l.* 2. Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. *Id.* 2. *Divin.* c. 71. Memoria complecti. *Id. de clar. Or.* c. 3. Comprehendere memoriam rerum. *Id. pro Quint.* In memoriam redeo Quintius. Et *Verr.* 3. c. 46. Quæſo redite in memoriam Judices. h. e. in memoriam redigite; quod legitur apud eund. 1. *Fam. ep.* 9. ¶ Prodere memoriam poſteritati, h. e. poſteritatis memoriæ aliquid commendare. *Cic.* 2. *Offic.* Iis beneficia afficiamus, quorum memoria liberis poſteriſque prodatur. ¶ Dicimus etiam memoriæ prodere, mandare, commendare, &c. memoria tenere, labi, vacillare; inſidere memoriæ, inhærere, in memoria habere, repetere memoria, & ſimilia quamplurima apud *Cic.* paſſim, & alios. ¶ Memoriam adhibere alicujus rei, eſt ejus rei meminiſſe. *Nepos in Epamin.* c. 7. Nullam adhibuit memoriam contumeliæ. ¶ Ex memoria, pro memoriter. *Cic. Catil.* 3. c. 6. Ex memoria vobis, quid cenſuerim exponam. ¶ Sumitur ſæpe memoria pro tempore anteacto, pro hiſtoria, & monumentis rerum geſtarum. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 16. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius accidere vidi. *Id. pro Balb.* c. 11. Multi ſuperiore memoria ſe in alias civitates contulerant. *Id. de Aruſp. reſp.* Omni memoria, *id eſt omni tempore*. *Gel. l.* 4. c. 6. In veteribus memoriis ſcriptum eſt. *Nepos in Annib.* c. 8. De Magonis interitu duplex memoria eſt. h. e. traditio. *Cic. poſt redit. in Senat.* Pompeius omnium gentium, ſæculorum omnium, omnis memoriæ facile princeps. h. e. omnis antiquitatis. ¶ Sepulcra etiam interdum memoriæ nuncupantur. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 837. *n.* 8. Servilius ſe vivo comparavit memoriam ſibi, & ſuis. ¶ Servus a memoria apud *Lamprid. in Alex. Severo* c. 31.

Memoriālis, le, adject. ad memoriam firmandam inſerviens. *Sueton in Caſ.* c. 56. Epiſtolæ quoque ejus ad ſenatum extant, quas primum videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertiſſe.

Memoriŏla, æ, f. dim. a memoria. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 1. Sed quod ſcribis igniculum matutinum, γεροντικόν eſt memoriola vacillare. ¶ In veteri *Inſcript. apud Fabret. p.* 85. eſt parvum ſepulcrum.

Memoriōſus, a, um, qui memoriam habet. *Feſtus*. Memorioſus, memorioſior, & memorioſius, & memorioſiſſime facit.

Memorĭter, adverb. *a mente*, Ger. *auſſwendig*, Gall. *par cœur*, Hiſp. *de coro*, *de memoria*, Μνημονικῶς, ἀπὸ μνήμης, ἀπὸ στόματος, ex memoria. *Cic. in Verr. c.* 4. Tum memoriter reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro. *Id.* 1. *Orat. c.* 19. Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demoſthenis. *Id.* 4. *Acad. c.* 19. Orationem memoriter habere. *Suetan. in Ner. c.* 10. Memoriter ſalutare. ¶ Memoriter meminiſſe, dixit *Plaut. Capt.* 2. 1. 53.

Memŏro, as, avi, atum, a. 1. *ricordare*, הזכיר, Germ. *berechten*, Gall. *faire mention*, *reduire en memoire*, Hiſp. *acordar*, Μιμνήσκω, ad memoriam reduco, a *memor*. *Cic. de Un.* Ut Oceanum, Salaciamque Cœli ſatu, Terræque conceptu generatos, editoſque memoremus. ¶ Sæpe ponitur pro dicere, recitare, mentionem facere. *Cic.* 2. *Fin.* Quia de natura omnis obſcure memoravit. *Id. de Leg.* 2. 24. Clarorum virorum laudes in concione memoranto. *Virg.* 1. *Æn.* Muſa mihi cauſas memora. *Salluſt. in Catil.* c. 6. Incredibile memoratu eſt. ¶ Significat etiam memoriæ mandare, inquit *Feſtus*.

Memphis, is, f. *Menphis*, Μέμφις, Hebr. *Moph*, vel *Noph*, & *Migdol*, urbs olim Ægypti, ab Oſiride condita, al. ab Ogdoo, & a nomine filiæ ejus ita appellata, olim Regia, al. inter omnes urbes Ægypti primum poſt Alexandriam locum obtinens, pyramidibus, & Regum ſepulchris in primis celebris. Sunt, qui credant, hodie *Cairo* dici. Sed Memphis ab altera parte fluminis fuit, e regione Cairi, ſeu Babylonis, ubi hodie ejus nihil extat. Non procul adhuc pyramidum veſtigia cernuntur. Ibi papyri copia. *Plin. l.* 5. c. 9. ¶ Veneri ſacram fuiſſe, tradit *Horat. l.* 3. *od.* 26.

Memphītes, æ, m. 1. vel memphites, is, m. 3. μεμφίτης, lapis pinguis, varioque colore, in menbris ſecandis, vel urendis citra omne periculum ſenſum adimens. *Dioſcor. l.* 5.

Memphĭtes, æ, m. 1. Ægyptiacus, ex Memphi urbe. *Tibul. l.* 1. *el.* 7. v. 28. Barbara Memphitem plangere docta bovem.

Memphĭtĭcus, a, um, quod ad Memphim ſpectat. *Ovid.* 1. *de Arte*, v. 77. Nec fuge Niligenæ Memphitica ſacra juvencæ.

Memphītis, idis, f. Ægyptia, quæ pertinet ad Memphim. *Juv. ſat.* 15. v. 122. Anne aliam terra Memphitide ſicca invidiam facerent noſtris ſurgere Nilo?

Mena, f. 1. μήνη, filia Jovis, Dea, quæ menſtruis fluoribus præeſſe putabatur, ſcilicet luna, quæ Græce μήνη dicitur. *Auguſtin. l.* 7. *de Civ. Dei*, c. 2. ¶ Mena piſcis, V. *Mæna*.

Menæchmi, m. 2. μέναιχμοι, Comœdia Plauti, in qua fratres gemini introducuntur ejuſdem nominis, qui indiſcreta ſimilitudine miros aſpicientium errores excitant.

Menalippe, f. 1. Antiopes Amazonum Reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones geſſit, quam cum Antiopæ reſtitueret, accepit pretium arma Reginæ, & baltheum. Nam hæc ex eo bello ab Euryſtheo reportare juſſus fuerat. *Juſtin. lib.* 2. & *Juvenal. Sat.* 8. v. 229.

Menalippus, m. 2. μενάλιππος, filius Oenei, frater Tydei. A fratre in venatione imprudenter occiſus eſt. *Bacc. l.* 9. *Gen.* ¶ Menalippus alter, vir Thebanus, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulneravit. V. *Tydeus*.

Menander, m. 1. μένανδρος, Poeta comicus, Theophraſti diſcipulus, ſtrabo, mente acutus, amore in mulieres inſanus. Scripſit fabulas LXXX & epiſtolam unam ad Ptolemæum Regem, aliaque nonnulla ſoluta oratione. Tanto fuit in pretio, ut etiam invitatus ſit a Regibus Ægypti, oblatis magnis honoribus, & divitiis. *Ovid.* 1. *Amor.* & 2. *Triſt. Quintil. l.* 10. c. 1. ¶ Menander item, Laodicenus Sophiſta. Scripſit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. *Suid.*

Menandrēus, a, um, &

Menandrĭcus, a, um, adject. a Menandro. *Propert. l.* 2. *el.* 6. Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim tanta. *Tertull. de Pall. cap.* 4. Menandricum fluxus.

Menapĭi, m. 2. μενάπιοι, pop. Germaniæ Infer. juxta Rhenum, inter Rhenum, & Moſam, Eburonibus, & Tungris finitimi, qui pleriſque Juliacenſes, & Clivenſes cum parte Geldrenſium eſſe videntur. ¶ Menapos vocat *Mart. l.* 13. *epigr.* 54. ¶ Apud eos pernæ laudatiſſimæ fiebant. *Id. ibid.*

Menda, f. *difetto*, *macchia*. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 5. v. 18. In toto nuſquam corpore menda fuit.

Mendacilŏquus, a, um, *bugiardo*, ψευδολόγος, qui loquitur mendacium. *Plaut. Trin.* 1. 2. 161. Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

Mendaciŏlum, V. Mendaciunculum.

Mendacĭtas, atis, f. mendacium, vel mentiendi conſuetudo. *Tertull. de Præſcript.* c. 13.

Mendacĭter, *bugiardamente*, *falſamente*, ψευδῶς, falſo, cum mendacio. *Salvia.* c. 1. *poſt med.* (*al.* c. 3.) Mendaciter prædicare. *Arnob. l.* 5. *pag.* 166. Hiſtoria mendaciter compoſita. *Auguſtin. l.* 1. *de morib. Eccleſ. Cath.* c. 17. Mendaciſſime dicere.

Mendacĭum, ii, n. *bugia*, *menzogna*, שקר, German. *ein luegen*, Gall. *menſonge*, Hiſp. *mentira*, ψεῦδος, orationis vanitas, a *mendax*. *Cic. pro Cluent.* Qui eſſet totus ex fraude, & mendacio compoſitus. *Nepos in Attic. cap.* 15. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. ¶ Mentiri, & mendacium dicere, quid differant, V. Mentior.

Mendaciuncŭlum, li, n. *bugietta*, parvum mendacium. *Cic.* 2. *de Or.* 59. Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum. Alii leg. *mendaciolis*.

Mendax, acis, o. 3. *mendace*, *bugiardo*, כזב, Germ. *luegner*, Gall. *menteur*, Hiſp. *mentiroſo*, ψεύστης, vanus, futilis, qui frequenter dicit mendacium. *Cic.* 2. *de Div.* c. 71. Mendaci homini ne verum quidem credere ſolemus. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. v. 112. Parthis mendacior. *Plaut. Rud.* 3. 4. 49. Tum ego ero mendaciſſimus. ¶ Conjungitur interdum cum genitivo, ut *Mendax hujus rei eſt*, ideſt de hac re mentitur. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 5. Si hujus rei eſſe mendacem inveneris. ¶ Mendax fundus dicitur, qui ſpes coloni fruſtratur. *Hor. l.* 3. *od.* 1. Verberatæ grandine vineæ, fundusque mendax.

Mendeſium, n. 2. *Migrum*, al. *Migoi*, Μενδήσιον, opp. & unum ex oſtiis Nili, Tanitico proximum, a *mendes*, quod Ægyptiorum lingua hircum notat, quia ibi Pan ſub hirci ſpecie colebatur. *Plin. l.* 5. c. 10. Pop. Mendeſii. Gent. Mendeſius, a, um.

Mendeſium, n. 2. μενδήσιον, nobiliſſimi unguenti genus, a Mendeſio opp. Ægypti, quia ex hac urbe præſtantiſſimum mittebatur. *Plin. l.* 13 c. 1.

Mendicabŭlum, n. 2. *mendicazione*, *pitocchería*, ..., German. *ein bettler*, Gall. *mendicité*, Hiſp. *mendiguez*, πτωχεία, mendicatio. *Plaut. Aul.* 4. 8. 3. Nam iſtos Reges memorare nolo, hominum mendicabula. ¶ Item mendicus, *pitocco*. *Apul. lib.* 9. *Metam.* Circumforaneum mendicabulum producunt ad viam.

Mendicabundus, a, um, mendicans. *Auguſtin. epiſt.* 140. Mendicabunda prece ſtipem rogata.

Mendicatĭo, onis, f. actus mendicandi. *Sen. ep.* 101. Fœda vitæ mendicatio.

Mendicātus, a, um, partic. a mendicor, ut Cibo mendicato paſci. *Ovid. Triſt.* 5. *eleg.* 8. v. 13.

Mendīce, adv. *poveramente*, *mendicamente*. *Sen. epiſt.* 33. Non tam mendice tecum agam, ſed plena manu. *Tertul. de pal. ſub fin.* Ne mendicius patre evenaſſet.

Mendicimonĭum, n. 2. *mendicità*, πτωχεία, inopia. *Labor. apud Non* c. 2. n. 55.

Mendicĭtas, atis, f. πτωχεία, inopia. *Cic. pro Roſc. Amer.* Hunc in ſumma mendicitate eſſe. *Id.* 5. *Fin.* c. 21. Cum & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant.

Mendicĭum, V. Mendicum.

Mendĭco, as, avi, atum, a. 1. *mendicare*, πτωχεύω, vitæ alimenta oſtiatim quærere. *Juven. ſat.* 4. v. 117. Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ Translate accipitur pro quærere. *Plaut. Amph.* 4. 1. 11 Quæ ſenecta ætate a me mendicas malum. ¶ Idem *mendicor*, *aris*, uſurpat deponenti forma, in *Captiv.* & *Aulul.* teſte *Nonio* c. 2. n. 541.

Mendicŭla, æ, f. veſtimenti genus, quale illud, quo Medices, Magiſtratus apud Oſcos, utebantur. *Plaut. Epid.* 2. 2. 39. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? Dicta eſt a *Meddice*, teſte *Feſto*. Sed facetus Comicus jocum captavit in his vocibus. Nam ad Regum, & mendicorum contrariam ſortem alludens, cum *regillam* nominaſſet, ſubjecit *mendiculam*.

Mendicŭlus, m. 2. dimin. a mendicus. *Cic. in Catil.* 2. *cap.* 3. Collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis. *Al. e-lecti leg.*

Mendicum, n. 2. al. mendicium, velum, quod in prora ponitur. *Feſt.*

Mendīcus, a, um, *mendico*, *pitocco*, πτωχός, qui victum oſtiatim quæritat, pauper, inops. *Cic. pro Mur.* Solos ſapientes, ſi mendiciſſimi, divites. ¶ Tranſlate ponitur pro infirmo, & imbecillo, & quod alieno auxilio indiget. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24. Inſtrumentum autem hoc forenſe, litigioſum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum ſane, ac mendicum eſt.

Mendōſe, adv. *ſcorrettamente*, Germ. *faelſchlich*, Gall. *avec de fautes*, Hiſp. *con erratas*, πλημμελῶς, incorrecte, inemendate. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 3. *epiſt.* 5. Ita mendoſe & ſcribuntur, & veneunt. *Id. de Inv.* 1. 6. Quod ejus ars, quam edidit, mihi mendoſiſſime ſcripta videatur. *Perſ. ſat.* 6. v. 85. Mendoſa colligis, h. e. falſo arguis.

Mendōſus, a, um, *ſcorretto*, משגה, Germ. *voll irrthumb*, Gall. *plein de fautes*, Hiſp. *lleno de erratas*, πλημμελής, ψευδής, erroribus plenus. *Cic.*

Digitized by Google

4. *Ver. c.* 77. Cur ſervus ſocietatis, qui tabulas confecerit, ſemper in Verrutii nomine certo ex loco mendoſus eſſet. ¶ Ponitur quandoque pro vitioſo. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 19. In quo & deeſſe aliquam partem, & ſuperare, mendoſum eſt. *Id. in Brut. cap.* 16. Quamquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior. *Ovid.* 12. *Metam.* Mendoſa facies. ¶ Ponitur interdum pro mendaci. *Sever. in Ætna*, *v.* 73. Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ.

Mendum, i, n. *errore*, *fallo*, πταῖσμα. *Cic.* 4. *Ver.* Quod mendum iſta litura correxit? *Cæcina Cic. l.* 6. *Fam. epiſt.* 7. Nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur.

Menelæ̈tus, ſ. 2. μελανάετος, avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ ſola fœtus ſuos alit, frequenſque verſatur in montibus. *Plin. l.* 10. *c.* 3.

Menelaëus, a, um, ad Menelaum pertinens. *Propert. l.* 2. *eleg.* 13. *v.* 13. Cum Menelaeo ſurgeret e thalamo.

Menelāus, m. 2. Μενέλαος, filius Atrei, & Æropes, ut *Homerus* tradit; Pliſthenis vero, ut *Heſiodus*, & frater Agamemnonis, Rex Spartæ, qui Helenam Jovis, & Ledæ filiam uxorem habuit. Confecto bello Trojano Helenam recepit, conſcenſaque navi poſt octavum erroris annum domum rediit. V. Helena.

Menenĭa Tribus, V. Mentina. ¶ Menenia lex. V. Ateria.

Menĭa, columna, dicta eſt a quodam Menio, de quo vide in dictione ſequenti. Erat autem in foro, in Urbe Roma, habebatque ſuperpoſitas contignationes, ex quibus ludos gladiatorum ſpectabant. *Cic. pro Sext. c.* 58. Venit, ut ſcitis, ad columnam Maniam.

Meniānum, i, & in plur. Meniana, orum, & Meniana ædificia, *poggiuoli*, *loggie*, pergulæ projectæ, ita dictæ a Menio quodam ſcurra, qui, cum domum ſuam venderet Catoni, & Flacco Cenſoribus, ut ibi baſilica ædificaretur, excepit ſibi jus unius columnæ, extra quam tigna projiceret, tabulaſque ſuperponeret, unde & ipſe, & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiam tum in foro dabatur. *Aſcon. in Divin. Feſt. Non. c.* 1. *n.* 333. *Suet. in Calig.* Pauci e proximis Menianis ſpectabant. *Vitr. l.* 5. *c.* 1. Menianaque ſuperioribus coaxationibus collocentur. ¶ Legitur & *Mænianum*.

Menippeus, V. Menippus.

Menippus, Phœnix, Philoſophus Cynicus, ſcripſit quaſdam epiſtolas, nænias, teſtamenta, & id genus nugas, crebris ſalibus, & Cynica mordacitate reſperſas, ad quarum imitationem M. Varro ſatyras conſcripſit, quas *Menippeas* appellavit. *Macrob. Satur. l.* 1. *c.* 11.

Menis, idis, f. 3. lunula, dim. a μήνη, luna. Videntur antiqui initio operis lunulam appoſuiſſe, ut coronam fini, inquit *Turneb. l.* 25. *Adv. c.* 10. Hinc *Auſon. in Profeſſorib.* Quos legis a prima deductos menide libri, Doctores patriæ ſcito fuiſſe meæ. h. c. a principio libri.

Menœtiădes, æ, m. Μενοιτιάδης, Patroclus, filius Menœty, amiciſſimus Achillis. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 37. Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achillet, Hic Ixionidem, ille Menœtiadem.

Menotyrannus, i, m. Μηνοτύραννος, h. e. arbiter, & gubernator menſium: μὴν, μηνὸς, menſis, & τύραννος, rex. Ita appellatus eſt Attis, ſeu Atys, qui colebatur a Phrygibus una cum Cybele, quia ſicuti per hanc Terram, ita per illum ſignificabant Solem, ut in voce *Atys* dictum eſt. Eſt autem ſol menſium, dierum, & totius temporis arbiter, ac moderator. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 1. *n.* 39. Matri Deum Magnæ Ideæ, & Attidi Menotyranno invicto, &c. Et *n.* 4. M. D. M. I. & Attidi Sancto Menotyranno, &c. In *Inſcript.* alia apud *Gruter. pag.* 28. *n.* 6. legitur *Minoturannus* uno in loco: in alio vero *Menotaurus*: ſed hoc eſt corruptum.

Mens, tis, *mente*, בִּינָה, Ger. *vernunfft*, Gal. *entendement*, *eſprit*, Hiſp. *entendimiento*, νοῦς, ratio, intelligentia, princeps animæ facultas, qua ſolus homo prædiius, cæteris antecellit animantibus, quaque res incorporeas, & ab omni materia abſtractas contemplatur, ab antiquo nominativo *mentis*, qui quidem nominativus eſt a priſco ſupino *mentum* verbi *memo*, cujus præteritum *memeni* in uſu remanſit. Aliis videtur *mens* dici quaſi *meminens*. Alii deducunt a μνήμη, memoria, eo ſpectantes, quod aliquando pro memoria ſumatur. *Cic. de Sen.* Cumque homini ſive natura, ſive quis Deus nihil mente præſtabilius dediſſet. ¶ Differt ab animo, vel anima. Nam anima eſt ſubſtantia ſpiritualis, qua vivimus, movemur, ſentimus, intelligimus, mens eſt potentia animæ, ideſt facultas intelligendi, quam rationem, & intelligentiam, vel intellectum appellant. Ideo *amentes*, & *dementes* dicuntur, qui nulla intelligentia valent. Deinde anima in ſuo ſtatu ſemper eſt, mens, ideſt intelligentia, vel augetur, vel minuitur. Nam in dormientibus mens ſopitur, & in furioſis extinguitur. *Ter. Andr.* Mala mens, malus animus. ¶ Quandoque ponitur pro animo, ideſt pro conſilio, ſententia, *intenzione*. *Cic.* 2. *de Or.* Ego autem defendebam, hac eum mente fuiſſe. ¶ Quandoque pro voluntate, ſeu affectione voluntatis, *diſpoſizione*. *Virgil.* 1. *Æn.* In primis Regina quietum accipit in Teucros animum, mentemque benignam. *Id.* 4. *Georg.* Una mens omnibus. In plurali numero *Quintil. l.* 12. *c.* 1. Quare juventus, immo omnis ætas, totis mentibus huc tendamus. ¶ Sui mentis eſſe dicuntur, qui bonam mentem habent, ſibique recte proſpiciunt. *Cic. in Piſ.* Hic ſi mentis eſſet ſuæ, niſi pœnas patria, &c. *ſe aveſſe il ſuo buon giudizio*. ¶ Linquere aliquem ſuæ menti. h. e. ſuo conſilio, arbitrio. *Sil. l.* 11. *v.* 326. Et tu ſecuris concede penatibus, & me Linque meæ menti. ¶ Mentis compos dicitur, qui ſanæ mentis eſt. *Cicer. in Piſon.* Si tuæ mentis compos fuiſſes. Sic, integer mentis, apud *Horat.* mente captus, mente lapſus, mentis exul, apud *Ovid. Suet.* & *Feſt.* Mentis alienatio, apud *Plin. lib.* 25. *cap.* 21. ¶ Accipitur etiam mens pro memoria. *Cicer. in Brut.* Ex tempore dicenti ſolitam effluere mentem. *Id.* 1. *de Orat.* Quid tibi venit in mentem, ita reſpondere? Sic venire in mentem de aliqua re. *Id. de petit. Conſul.* Et alicujus rei, *l.* 7. *Fam. epiſt.* 3. ¶ Mentem alicui dare, injicere, *metter in penſiero*. *Cic. pro Mil.* Dii immortales mentem dederunt illi perdito, ut &c. ¶ Item, *dar coraggio*. *Liv. l.* 6. Dii mentem mihi dederunt, ut eos a barbaris hoſtibus defenderem. ¶ Demittere mentem, *diſperare*. *Virg.* 11. *Æn.* ¶ *Mentem animi* cum dicimus, altiorem perſpicacioremque animi partem ſignificamus. *Catull. carm.* 65. *ad Ortalum*, *v.* 3. Nec potis eſt dulces Muſarum expromere fœtus Mens animi. *Plaut. Ciſtell.* 2. 1. 6. Ita nubilam Mentem animi habeo. Adde *Lucret. l.* 6. *v.* 1181. Ita Græci dicunt ψυχῆς ὁ νοῦς. ¶ Mens pro ea parte animi, in qua ira ſedet. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 60. ¶ Mens Romanis Dea fuit, & templo culta. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 241. Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus Vota metu belli, perfide Pœne, tui. V. *Liv. l.* 23. *c.* 31.

Menſa, æ, f. 1. *menſa*, שֻׁלְחָן, Germ. *ein*, *tiſch*, Gall. *table*, Hiſp. *meſa*, τράπεζα, eſt, ad quam accumbimus cibum ſumentes, a μέσος, *medius*, quod in medio poneretur. *Varr. l.* 4. *de L. L. Cic. in Tuſc.* 5. *c.* 21. Tum ad menſam eximia forma pueros delectos juſſit conſiſtere. *Idem ibid.* Menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebantur. ¶ Duo autem fuerunt apud Romanos pretioſiſſima menſarum genera, citrea ſcilicet, & acerna. Vide *Martial. l.* 14. *Cicer.* 6. *Verr.* Tu maximam, & pulcherrimam menſam citream a Lutatio abſtuliſti. *Ovid.* 12. *Met.* Hunc pede convulſo menſæ Pellæus acerna ſtravit humi. ¶ Ponitur etiam pro prandio, cœna, cibis. *Cic.*

Tom. II.

5. *Tuſc.* Vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracuſanarumque menſarum nullo modo mihi placuit. ¶ Hinc prima, & ſecunda menſa, ideſt primi, & ſecundi cibi. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 6. Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa apud Veſtorium. ¶ De menſa mittere, eſt, de iis, quæ appoſita ſunt menſæ. *Cic. Att. l.* 5. Diſcubuimus omnes præter illam, cui tamen Quintus de menſa miſit, illa rejecit. ¶ Item pro diſco, ſive quadra, qua utimur in menſa ad epulas in fruſta conſcindendas, *tagliere*. Fieri ſolebat ex ligno, aut ſtanno, interdum etiam ex pane. *Virg.* 3. *Æn.* Accitis coget dapibus conſumere menſas. ¶ Item pro tabula, ubi vaſa collocabantur. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Item pro abaco nummulariorum, & argentariorum, qui inde menſarii dicti. *Cicer. in Piſ.* Stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, menſis palam propoſitis, eſſe numeratum. ¶ Item pro ara, teſte *Feſto*. *Petron. Satyr.* Menſam veterem poſuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. ¶ Menſa lanionia annumeratur inter inſtrumenta carnificis, a *Suetan. in Claud. c.* 15. ¶ Denique menſa dicitur pars plana in catapultis, & baliſtis, quæ continet brachia machinarum, & totum pegma. *Vitr. l.* 10. *c.* 16.

Menſalis, la, adject. ad menſam pertinens. *Vopiſc. in Tac. cap.* 10. Argentum menſale. *Id. in Aurelian. c.* 9. Vinum menſale.

Menſarius, m. 2. *caſſiere*, *banchiere*, Ger. *wechſſler*, Gall. *banquier*, Hiſp. *banquero*, τραπεζίτης, & κολλυβιστής, nummularius, argentarius, campſor pecuniarum, a *menſa*, quæ abacum nummulariorum notat. *Cic. pro Flac. c.* 19. In qua nummus moveri nullus poteſt ſine quinque Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor Menſariis. *Liv. l.* 7. *c.* 21. Quinque viris creatis, quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt.

Menſātim, adverb. per menſas. *Juvenc.* 3. *v.* 214. Et cunctæ curat menſatim tradere plebi.

Menſĭo, onis, f. *miſura*, מִדָּה, Ger. *ein meſſung*, Gal. *meſurement*, Hiſp. *medimiento*, μέτρησις, menſura, actus metiendi. *Cic. in Orat. c.* 53. Naturalem quandam in ſe continet vocum omnium menſionem auris, aurium nuntia.

Menſis, is, m. *meſe*, חֹדֶשׁ, Ger. *ein monat*, Gall. *mois*, Hiſp. *mes*, μήν, ſpatium temporis, ex multis diebus conſtans, ex. gr. ex triginta, a nomine Græco allatum, quod a μήνη, *Luna*, quia eſt ſpatium illud, quo Luna Zodiacum percurrit. *Var. l.* 5. *de L. L. Cic.* 2. *de nat. Deor.* deducit a *metior*, his verbis. Qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur. *Id. de Lu.* Menſis autem, quando Luna luſtrato ſuo curſu Solem conſecuta eſt. ¶ Romulus annum in decem menſes diviſit. Numa Pompilius, cum Romuli annum nec Solis, nec Lunæ curſui congruere ſentiret (conſtabat enim ex diebus 305.) duos menſes addidit, Januarium, quem in principio anni collocavit, & Februarium, quem in fine, poſt Decembrem. *Ovid.* 1. & 3. *Faſt.* C. Julius Cæſar, qui ad Solis curſum annum direxit, atque idcirco civilem ex 365. diebus, & ſex horis conſtituit, dierum numerum quibuſdam menſibus auxit, ut v. gr. September, & November, qui antea habebant 29. conſtarent ex triginta, & ſic de reliquis. V. *Sueton. in ejus vita*, *c.* 40. ¶ *Ovid. l.* 9. *Metam. v.* 300. *menſum* dixit, pro *menſium*, illo carmine: Et quos ſuſtinui bis menſum quinque labores. Adde 3. *Faſt. v.* 424. ¶ Menſes in plur. num. accipiuntur etiam pro mulierum menſtruis. *Plin. l.* 21. *c.* 21. Proleſt mulierum menſibus retardatis. ¶ Interdum & in num. ſing. ſed rarius. *Id. l.* 17. *c. ult.* Privatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis, nudis pedibus recincta.

Menſor, oris, m. 3. *miſuratore*, μετρητής, qui aliquid metitur: ſpeciatim vero menſores appellantur agrorum finitores. *Col. l.* 6. *c.* 1. Ergo non agricolæ, ſed menſoris officium alle dicebam. ¶ Item qui in caſtris dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant. *Veget. lib.* 2. *cap.* 7. ¶ Cœli menſor eſt aſtrologus, terræ menſor geometra. *Horat. l.* 1. *od.* 28. Te maris, & terræ, numeroque carentis arenæ menſorem cohibent, Archita, &c.

Menſtrŭa, orum, n. *meſtrui*, נִדָּה, Ger. *der weiber zeit*, Gall. *mois*, *purgation de femmes*, Hiſpan. *regla*, *coſtumbre*, *flor*, καταμήνια, mulierum profluvium eſt, & purgatio frigidi, & indigeſti humoris, quem natura quaſi noxium expellit, a *menſis*, quod unoquoque menſe mulieribus, quæ ejus ætatis ſunt, ut poſſint concipere, ſoleant accidere. Unde etiam *menſes* appellantur. *Celſ. l.* 6. *c.* 6. Menſtrua bene reſpondentia. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Mulier quæ in menſtruis eſt.

Menſtruālis, le, o. 3. *coſa che ſi fa ogni meſe*, Ger. *alle monat*, Gall. *qui ſe fait tous les mois*, Hiſp. *coſa de cada mes*, ἐμμήνιος, quod ſingulis menſibus fit. *Plaut. Capt.* 3. 1. 53. Qui ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier. ¶ Item quod menſtruis, ſeu ſanguinis profluvio obnoxium eſt, ut Menſtrualis mulier, quæ menſtrua patitur. *Plin. l.* 19. *c.* 10. Omnia vero acceſſu mulieris menſtrualis flaveſcunt.

Menſtrŭans, antis, cui menſtrua fluunt. *Pallad. l.* 1. *tit.* 35. Mulier menſtruans.

Menſtrŭum, V. Menſtrua.

Menſtrŭus, a, um, *di un meſe*, Ger. *das eines monats iſt*, *monatlich*, Gal. *d'un mois*, Hiſp. *de un mes*, ἐμμήνιος, ſeu ἐμμηνιαῖος, quod eſt unius menſis, vel quod ſingulis menſibus fit. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 31. Hujus hanc luſtrationem ejuſdem incenſa radiis menſtruo ſpatio Luna complet. *Idem* 5. *Ver. c.* 30. Una civitas menſtrua cibaria Prætoris imperio donare Apronio cogitur, *meſata*, quod & menſtruum abſolute dicitur. *Liv. l.* 44. *c.* 2. Conſul, menſtruum juſſo milite ſecum ferre, profectus eſt.

Menſilla, f. 1. dim. a menſa. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 150. Appone hic menſulam.

Menſularii, m. 2. iidem qui menſarii. *Ulp. l. ſi ventre*, *ff. de priv. credit.* Uſus eſt etiam *Sen. l.* 4. *controv.* 24.

Menſūra, æ, f. *miſura*, מִדָּה, Ger. *ein maſſ*, Gal. *meſure*, Hiſp. *medida*, μέτρον, inſtrumentum, quo metimur, aut quo rei alicujus quantitatem deprehendimus, a *menſus*, quod a *metior*. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Menſuras, & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes (ut maluit *Gellius*) invenit. ¶ Translate *Cic. in Orat.* Quicquid eſt enim, quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt a verſu, numerus vocatur. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 52. Nec conſularis legati menſura, ſed omnia in majus accipiebantur. h. e. pro conditione, & modo conſularis legati. *Plin. l.* 2. *c.* 1. Alicujus rei menſuram agere. *Plin. alter in epiſt.* Menſura beneficii.

Menſurabĭlis, le, quem metiri poſſumus. *Prudent. Apotheoſ. v.* 817.

Menſurālis, le, ad menſuram pertinens, ut menſuralis linea, apud *Sicul. Flac. edition. Goeſii*, *pag.* 19. & 23.

Menſuralĭter, adv. per menſuram. *Hygin. de Limit.*

Menſuratio, onis, f. actus menſurandi, apud *Auctores de limitib. edition. Goeſ. pag.* 264.

Menſurnus, a, um, adject. menſtruus. *Cic. l.* 1. *de Inv. c.* 26. Annuum, menſurnum, diurnum, nocturnumve ſpatium. Ita legit *Priſcian. ſub fin. l.* 2. Alii *menſtruum*. Legitur hæc vox etiam apud *Novatian. de Trin. c.* 1.

Menſūro, as, a. 1. metior, *miſurare*. *Veget. l.* 1. *c.* 55.

Menſus, a, um, partic. a metior paſſivæ ſignif. *miſurato*. *Cicer.* 2. *de nat. Deor. cap.* 27. Menſa ſpatia conficere. *Curt. l.* 3. Ducenis ſtipendium pedeſtrium menſum eſt.

Menſus, us, m. *miſura*, menſura. *In quodam fragm. quod tribuitur Varroni de Geometr.* Longitudines, & altitudines menſu certo diſtinguere. *Apul.*

de Mundo. Cujus menſu appenſuque diſtincta eſt naturæ regio. ¶ Extra ablativum caſum non uſurpaverim, antequam exempla reperiam.

Menta, æ, f. *menta*, ἡδύοσμον, μίνθα, herba hortenſis odorifera: ita dicta a Menthe, ſeu Minthe nympha, Cocyti filia, Plutonis pellice, quam Proſerpina in hanc herbam mutaſſe dicitur (unde & mentha cum adſpiratione a nonnullis ſcribitur) *Ovid. 10. Metam. v. 728.* an tibi quondam Femineos artus in olentes vertere mentas, Perſephone, licuit? Poſtea ab odoris ſuavitate ἡδύοσμον appellata: ab ἡδὺς ſuavis, & ὀσμὴ odor: ut *Plin. l. 19. c. 8. a med.* docet. *Id. ibid.* Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus. *Colum. l. 10. v. 119.* ſerpruiſis gramina mentæ. *Martial. l. 10. ep. 48.* Menta ructatrix.

Mentagra, f. 1. ἄγριος λειχὴν, morbus, al. lichen, qui mentum, deinde faciem, collum, pectus, manuſque fœdo quodam furfure occupat, a mento, & ἄγρα, captura, quaſi menti captura, quia e mento incipit. *Plin. lib. 26. c. 1.*

Menthaſtrum, i. n. *mentaſtro*, ἡδύοσμον ἄγριον, ſylveſtre olus, dictum, quod mentham imitetur, quaſi ſylveſtris mentha. *Plin. l. 20. c. 4.*

Menthe, es, fem. 1. al. Minthe, Nympha Avernalis, Cocyti filia, quam Proſerpina cum Plutone deprehenſam in herbam commutavit. *Ovid. 10 Metam. l. 10. v. 729.*

Mentiens, antis, qui mentitur. *Mentientem* vertit *Cic. l. 2. de Div. 1. 4.* genus argumentationis captioſæ, quam Græci ψευδόμενον appellant, inde ducto nomine, quod ea ſæpe in exemplum formulæ afferri ſolet, ex *Gell. l. 18. c. 2.* Cum mentior, & mentiri me dico, mentior, an verum dico?

Mentigo, inis, f. λειχὴν, genus morbi, quod pecudes invadere ſolet. *Colum. l. 7. c. 5.* Eſt autem mentigo, quam paſtores oſliginem vocant, mortifera lactentibus.

Mentina, Tribus ruſticæ nomen apud Romanos, de qua mentio eſt apud *Cic. l. 13. Fam. ep. 11.* & in *veter. Inſcriptionib.* in quibus quia fere *Men.* ſcribitur, ſunt qui legunt *Menenia*, ducto nomine a Menenia familia R. V. *Roſin. l. 6. Ant. Rom. c. 15.*

Mentio, onis, f. *menzione*, זכרון, Ger. *meldung*, Gall. *mention*, Hiſpan. *mencion*, *memoria*, μνεία, commemoratio, a *mens*. *Cic. l. 13. Fam.* Hominem eſſe neminem, qui unquam mentionem tui ſine tua ſumma laude fecerit. *Id. Agr. 3. c. 2.* De quo ego nequa apud vos feci mentionem. *Id. de Amic. c. 1.* In mentionem alicujus rei incidere. *Liv. l. 4. c. 1.* Mentio ſenſim illata a tribunis, ut &c. Sic mentionem habere alicujus. *Id. l. 38. c. 56.* Et, mentionem de aliqua re movere. *Id. l. eſt. c. 11.* ¶ Mentionem facere eſt etiam formula ſponſaliorum, qua utitur, qui puellam in matrimonium ſibi poſcit; qui vero deſpondet, promittere, vel repromittere dicitur. *Plaut. Aulul. 2. 2. 27.* Ubi mentionem fecero de filia, mihi ut deſpondeat. Hinc *Florentinus JCtus* ſponſalia definiens, Sunt, inquit, ſponſalia mentio, & repromiſſio futurarum nuptiarum.

Mentior, iris, itus ſum, d. 4. *mentire*, *dir bugia*, כזב, Ger. *liegen*, Gall. *mentir*, Hiſp. *mentir*, ψεύδομαι, contra id, quod in mente eſt, loquor, mendacium dico. Conſtruitur aut abſolute, vel cum dat. vel cum acc. & præp. *adverſus*, vel *in*, vel *ad*, vel cum abl. & præp. *de*, vel *in*. *Ter. Heaut. 3. 2. 38.* Non eſt mentiri meum, ideſt non conſuevi mentiri. *Plaut. Amph. 1. 2. 6.* Ille adeo illum mentiri ſibi credet. *Id. Aulul. 4. 7. 9.* Egone ut te adverſum mentiar, mater mea? *Cic. 3. Off. c. 29.* In virum bonum mentiri. *Id. 2. Or. c. 45.* De me nulla eſt cauſa, cur mentiar. *Id. l. 1. de Nat. Deor.* Mentiri in aliqua re. *Gell. l. 15. c. 22.* Mentiebatur ad milites, ſi mendacium prodeſſet. ¶ Item cum parte aliqua orationis. *Plin. l. 12. c. 15.* Qui e thure arbore utrumque naſci mentirentur. *Senec. ep. 118.* Mentior, niſi adhuc quæris aſcendere. ¶ Mentiri, & mendacium dicere differunt. Qui enim mentitur, non ipſe fallitur, ſed alterum fallere conatur. Qui vero mendacium dicit, tum etiam fallitur, cum credit ſe verum dicere. Unde *Nigidius* apud *Gell. l. 11. c. 11.* Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Aliquando tamen mentiri eſt per imprudentiam falſum dicere, ſicut & mendacium dicere. *Cic. l. 4. Tuſc.* Atque in eo litigant cum Epicuro, non multum mentiente. ¶ Interdum eſt fingere, ſimulare, imitari. *Col. in præf. l. 1.* Quod a natura ſexum viris denegatum muliebri motu mentiantur. *Virg. 4. Eclog. v. 42.* Nec varios diſcet mentiri lana colores. *Martial. l. 3. epigr. 43.* Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis. ¶ Particip. *mentiturus*. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 3. v. 16.* Non mentitura tu tibi voce refer. *Mentibor*, pro mentiar. *Plaut. Mil. 2. 2. 35.* Aſſentandum eſt, quidquid hic mentibitur. ¶ Scribit *Priſc. l. 8.* antiquos uſurpaſſe *mentio* pro *mentior*, ſed nullum adducit exemplum.

Mentitio, onis, f. mendacium. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 2.* Dolus conſumitur in pecunia, pollicitatione, diſſimulatione, maturatione, mentitione. Al. leg. *mentione*.

Mentitus, a, um, partic. a mentior. *Juven. Sat. 6. v. 123.* titulum mentita Lyciſcæ. ¶ Reperitur etiam uſurpatum paſſive. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæque his vacant, mentita, & falſa, plenaque erroris. *Valer. Flacc. l. 7. v. 255.* Non jam mentitæ vultum vocemque reſumit Calliopes.

Mento, onis, m. majore mento præditus. *Arnob. l. 3. pag. 108.*

Mentor, oris, m. 3. Μέντωρ, artifex inſignis in vaſis cælandis. *Plin. l. 36. & l. 33. c. 11.* *Juv. ſat. 8. v. 102.* Raræ ſine Mentore menſæ.

Mentoreus, a, um, quod a Mentore factum eſt. *Propert. l. 1. el. 14.* Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Mentula, æ, fem. *membro virile*, αἰδοῖον, membrum virile. *Catull. Martial.* &c.

Mentulatus, a, um, o. s. a. magnam habens mentulam. *Auctor Priapeorum carm. 36.* Deus Priapus mentulatior non eſt.

Mentum, ti, n. *mento*, סנטר, Ger. *das kinn*, Gall. *menton*, Hiſp. *barba*, γένειον, pars capitis ori ſubjecta, a gula eminens, in qua eſt barba. *Cic. 1. Tuſc.* Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. ¶ Mentum nulli præter hominem eſſe, ait *Plin. l. 11. c. 3.* Sed tamen invenitur uſurpatum etiam de beſtiis. *Virg. 3. Georg. v. 53. de bove.* Et crurum tenus a mento palearia pendent. ¶ Translate mentum dicitur in architectura pars coronæ propendens, per quam aqua defluit, *la ſporto del gocciolatojo*. *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Meo, as, avi, atum, n. 1. *andare*, הלך, Ger. *gehen*, *fahren*, Gall. *aller*, *paſſer*, Hiſp. *yr*, *andar*, πορεύομαι, vado. *Plin. l. 6. c. 24.* Ire, ut via ſingula meent plauſtra. *Id. l. 9. c. 17.* Unus omnium, ſquamis ad os verſis, contra aquam nando meat. *Lucan. l. 3. v. 640.* Diſcurſuſque animæ diverſa in membra meantis.

Meon, ii. n. μῆον, herba, folia habens aniſo non diſſimilia. *Plin. l. 20. c. 2.*

Mephiticus, a, um, fœtidus. *Sidon. l. 3. ep. 13.*

Mephitis, itis, f. *puzzore*, Germ. *ſtanck von ſchwefel*, Gall. *puanteur de terre, ou eaux ſoufrées*, Hiſp. *hedor de tierra, o aguas*, θειώδης ἀποφορά, terræ putor ex aquis maxime ſulphuratis, atque corruptis proveniens, & in nemoribus gravium ex denſitate ſylvarum. *Serv. in 7. Æn.* Aliqui, Servio teſte loc. cit. Mephitim Deum eſſe volunt, Leucotheæ connexum, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii Junonem intelligunt, quam aerem eſſe conſtat. Omnis autem putor ex corruptione aeris naſcitur, ſicut bonus odor ex aere incorrupto. Igitur Mephitis erat Dea avertens moleſtiæ odoris graviſſimi, id eſt graveolentiæ. *Virg. l. 7. Æn. v. 84.* Sæ-vamque exhalat opaca mephitim. *Perſ. ſat. 3. v. 99.* Gutture ſulphureas lente exhalante mephites. *Plin. l. 2. c. 93.* Ad ædem Mephitis.

Meraculus, a, um, dim. a meracus. *Plin. l. 20. c. 19.* Opium ex vino meraculo ſi protinus detur. Et per ſyncopen. *Plaut. Caſ. 3. 5. 15.* Meraclo ſe percuſſit flore Liber. Al. leg. *meraco*.

Meracius, adverb. comparat. ab adjectivo meracus, *più puramente*. *Scribon. Larg. compoſ. 170.* Vini mixti meracius cyathi quatuor. *Sid. l. 4. ep. 1.* Purius, fortius, meracius amat.

Meracus, a, um, *puro*, לא מזוג בר, Ger. *allein*, *ungefelcht*, Gall. *pur*, Hiſp. *puro*, ἄκρατος, idem ac merus, id eſt ſolus, & purus. *Plin. l. 23. c. 1.* Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidemque poſtea ſuadet Heſiodus uti. ¶ Hinc Vinum meracum, *vino puro*, quod nihil habet aquæ admixtum. *Propert. l. 2. el. 30.* Ab pereat, quicumque meracas repperit uvas. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 31.* Ut ſi medicus ſciat, eum ægrotum, qui juſſus ſit vinum ſumere, meracius ſumpturum.

Mercabilis, le, adject. qui emi poteſt. *Ovid. 1. Amor. el. 10. v. 21.* Stat Meretrix certo cuivis mercabilis ære.

Mercalis, le, *vendibile*, *a mercantaſco*, Germ. *verkaufflig*, Gall. *vendible*, Hiſp. *vendible*, ὤνιος, vendibilis. *Impp. Diocletian. & Maxim. l. 4. Cod. tit. 7. leg. 5.*

Mercatio, onis, f. *mercatanzia*, מקנה, Ger. *kauffung*, Gall. *achat*, Hiſpan. *compra*, *mercaderia*, ἐμπόρευσις, emptio. *Gel. l. 3. c. 3.* Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mercator, oris, maſc. *mercatante*, סוחר, Ger. *kauffman*, Gall. *marchand*, Hiſp. *mercader*, ἔμπορος, qui mercatur. *Cic. in Orat.* Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitii, mercatoreſque ſuperarunt.

Mercatorius, a, um, adjectiv. *mercantile*. *Plaut. Bacch. 2. 3. 2.* Eaque in portum ex Epheſo navis mercatoria.

Mercatura, æ, *mercanzia*, סחר, Ger. *kauffmanſchafft*, Gall. *marchandiſe*, Hiſp. *mercaderia*, ἐμπορεία, negotiatio, ars, ſeu actus mercandi. *Cicer. 1. Off.* Mercatura autem, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt, ſin magna, & copioſa, multa undique apportans, multiſque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda. ¶ Mercaturam facere. *Cic. 7. Verr. c. 28.* Qui a prædonibus erant capti, cum mercaturas facerent. ¶ Translate. *Id. l. 3. Off. c. 2.* Suſcepiſti onus grave & Athenarum, & Cratippi, ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, &c.

Mercatus, us, m. *mercato*, מקנה, Germ. *kauff*, Gall. *achat*, *traffic*, Hiſp. *concierto*, ἐμπορία, mercandi actus. *Cic. in Phil. 2. 2. 3.* Cum domi tuæ turpiſſimo mercato omnia eſſent venalia. ¶ Ponitur etiam pro emporio, ſeu loco, ad quem mercatores emendi, vendendique gratia conveniunt. *Liv. l. 1. c. 30.* Frequens mercatus. ¶ Item pro nundinis quibus mercatores congregantur ad emendum, & vendendum, *fiera*. *Cicer. in Verr. 4.* Tanto mercato Prætoris indicto concurritur undique ad iſtum Syracuſas. Sic *Id. Tuſc. 5. c. 3.* Habere mercatum, *far fiera*.

Mercatus, a, um, ὠνησάμενος, partic. a mercor. *Cic. pro Roſc. Am.* Quam tanto pretio nuper mercatus eſt. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Plin. l. 37. c. 2.* Seſtertiis centum quinquaginta millibus trullam unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias, nec divite. *Propert. l. 1. eleg. 2. v. 5.* Naturæque decus mercato perdere cultu.

Mercedula, æ, f. dim. a merces. *Cic. 1. de Or. c. 45.* Itaque et apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in judiciis Oratoribus.

Mercenarius, ii, m. *mercenario*, *ſervo*, שכיר, Ger. *ein taglöner*, Gal. *mercenaire*, Hiſp. *jornalero*, μισθωτός, qui mercedis gratia operam ſuam alicui præſtat. *Cic. 1. Off. c. 42.* Illiberales, & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mercenarius, a, um, *ſervile*, שכיר, Ger. *umb lohn beſtellt*, Gal. *mercenaire*, Hiſpan. *mercenario*, μισθοφορικός, quod mercede conductum eſt, vel quod propter mercedem agit, cui gratuitus opponitur. *Cic. l. 3. Fam.* De mercenariis teſtibus a ſuis civitatibus notandis niſi jam aliquid factum eſt per Flaccum. *Id. 1. de Leg. c. 18.* Quid liberalitas? gratuita ne eſt, an mercenaria?

Merces, edis, f. *mercede*, *premio*, שכר, Germ. *lohn*, Gall. *loyer*, *ſalaire*, Hiſp. *jornal*, *ſalario*, *merced*, μισθὸς, præmium, ſeu ſtipendium, quod datur pro labore, a *merendo*. *Liv. l. 25. c. 33.* Mercede cum aliquo paciſci. *Juven. ſat. 7. v. 157.* Mercedem ſolvere. *Cic. pro Sex. Roſc.* Iſtorum mihi videris una mercede duas res aſſequi velle. ¶ Quandoque pro pretio & damno. *Cic. ad Lent. l. 1. Fam. ep. 9.* Tamen in moleſtia gaudeo, te eam fidem cognoſcere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognorim. ¶ Item pro pecunia, quæ pro conducta aliqua re penditur. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 21.* Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. ¶ Item pro fœnore. *Horat. l. 1. Sat. 2. v. 14.* Quinas hic capiti mercedes exſecat.

Mercimonium, ii, n. *mercanzia*, *merce*, idem fere quod merx, a merx. *Plaut. Amph. prol. v. 1.* Ut vos in veſtris voltis mercimoniis emundis, vendundiſque me lætum lucris afficere. *Tac. Ann. 16. c. 38.* Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis, &c.

Mercor, aris, atus ſum, d. 1. *comprare*, שבר, Ger. *kauffen*, Gal. *acheter*, *marchander*, Hiſp. *mercar*, *comprar*, ἐμπορεύομαι, eſt lucri cauſa merces commutare, emere, vendere, negotiari, a merce. Conſtruitur cum acc. *Cic. in Pam.* Si & ea mercatus eſſes, quæ ego deſiderabam. ¶ Vel etiam cum abl. & præp. *a*, vel *ab*, aut *de*. *Cic. 1. Offic. c. 42.* Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant. *Id. pro Flacc.* Fundum Romæ mercatus eſt de pupillo. ¶ Vel etiam cum abl. aut gen. pretii. *Cic. in Ver. 4.* Ab iſto Senatorium Ordinem pretio mercatus eſt. *Id. pro Roſc. Amer.* Quam tanto pretio nuper mercatus eſt. ¶ Vel cum dat. commodi. *Ter. Eun. 3. 5.* Quem mercatus fuerat frater Thaidi. ¶ *Mercari præſenti pecunia*, eſt pecunia numerata emere. *Plaut. Capt. 2. 2. 8.* Quam tam grandi ſum mercatus præſenti pecunia. ¶ Mercari Græca fide, V. *Fides*.

Mercuriales, m. 3. Romæ mercatores dicebantur, a *Mercurio*, quem colebant. Sed tamen aliquot etiam Equites R. in Mercurialium collegio fuere. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 2. c. 10.* *Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep. 5.* M. Furium Flaccum Equitem Romanum, hominem nequam, Mercuriales, & Capitolini de Collegio ejecerunt. ¶ Mercuriales etiam dicuntur viri docti, quia Mercurius eloquentiæ Deus eſt. *Horat. l. 2. od. 17.* Faunus mercurialium cuſtos virorum.

Mercurialis, f. 3. *Mercorella*, λινόζωστις, herba inſigniter olivæ ciens, cujus duo ſunt genera, maſculus, & fœmina. *Plin. l. 25. c. 5.* Linozoſtis, ſeu parthenion Mercurii eſt inventum: ideo apud Græcos Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem.

Mercurianum, n. 2. *Mercogliano*, opp. Campaniæ, inter Neapolim 12. M. P. & Abullinum 18.

Mercuriolus, i, parvus Mercurius. *Apul. Apologet.*

Mercurius, ii, m. 2. Hermes, *Mercurio*, Ἑρμῆς, filius Jovis tertii, & Majæ, dictus a mercibus, quia præeſt lucro, rebus emendis, ac vendendis. ¶ Mercurii plures a priſcis Theologis numerantur. Primus fuit filius Jovis primi, & Cyllenes Nymphæ Arcadicæ. *Bocc. l. 2. Gen.* Secundus, qui natus

eſt

Digitized by Google

eſt ex Libero, & ex Proſerpina. Bocc. l. 2. Tertius ex Cælo, & ex Die. Bocc. l. 3. Quartus ex Nilo. Hic Triſmegiſtus appellatus eſt, hoc eſt, ter maximus, quod ſummus Sacerdos eſſet, ſapientiſſimus Philoſophus, Rex potentiſſimus. Bocc l. 7. Quintus ex Mercurio filio Nili. Bocc. l. 7. Sextus ex Jove tertio, & ex Maja filia Atlantis. Bocc. l. 12. V. etiam Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 22. ¶ Quæ a variis Mercuriis geſta fuere, uni filio Majæ tribuuntur. Igitur Mercurius variis a Poetis appellatur nominibus, Lygius, Argiphontes, Nomius, Cyllenius. ¶ Præeſſe credebatur eloquentiæ. Unde linguam ei ſacravit antiquitas, teſte Athenæo L. 1. Λογγοστοῦ. ¶ Deorum nuntius dictus eſt. Nam per ſermonem omnia cogitata enunciantur. ¶ Alas in capite, & pedibus Mercurii ponebant, ut ſignificarent, ſermonem velocem ferri per aerem. ¶ Habitus eſt etiam Deus mercatorum, poſſeſſionis, lucri. Hinc pingi interdum ſolet ſiniſtra virgulam, dextera ſacculum nummarium tenens. ¶ Deus etiam furum creditus eſt. Nam in loquendo furtive ſeducis. Plato in Cratyle. ¶ Palæſtram, & lyram invenit, Argum interemit, Prometheum in Caucaſo ligavit, Martem e duris carceribus liberavit. Hermaphroditum ex ſorore Venere genuit. V. Bocc. l. 2. 3. 7. 12. Gen. ¶ Eſt etiam Mercurius unus ex ſeptem planetis, cujus corpus cunctorum ſiderum minimum fere ſemper ſubeſt radiis ſolaribus. Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 20. ad fin. Infra hanc autem ſtella Mercurii eſt, ut εἰλβων appellatur a Græcis, quæ anno fere vertente ſigniferum luſtrat orbem, neque a Sole longius unquam unius ſigni intervallo diſcedit, tum antevertens, tum ſubſequens. ¶ Mercurii etiam dicuntur ſtatuæ quædam, de quibus vide ſupra in voce Hermes. Ammian. l. 31.

Merda, f. 1. merda, צואה, Ger. dreck, Gall. merde, Hiſp. mierda, σκῶρ, cibi excrementum, quod per ſeceſſum egeritur. Horat. l. 1. Serm. Sat. 8. v. 37. Mentior at ſiquid, merdis caput inquiner albis corvorum.

Mere, adv. puramente, pure. Plaut. Truc. 1. 1. 22. Si ſemel amoris poculum accepit mere.

Merenda, æ, f. merenda, Ger. das abendeſſen, Gal. le gouter, Hiſp. merienda, ὑπόδειπνον, proprie eſt, quod mercenariis a domino, vel conductore dabatur, ſub veſperam, a mereo. Calpurn. Eclog. 5. v. 60. Verum ubi declivi jam noſtra tepeſcere ſole Incipiet, ſeraque videbitur hora merendæ. Plaut. Moſt. 4. 2. 50. Vide, ne forte ad merendam quopiam diverteris. V. Non. c. 1. n. 198.

Merendarius, ii, m. qui merendas colligit. Senec. l. 3. controv. 33. in fin. Oſtende nobis merendarios tuos, h. e. mendicos a te debilitatos, qui oſtiatim quæritando ſtipem, velut merendam tibi conficiunt. Al. leg. mercenarios.

Merens, tis, nom. ex partic. chi merita. Inſcript. apud Grut. p. 936. n. 7. Patronæ bene merentiſſimæ, & ex... merentiſſimæ poſuit.

Mereo, es, rui, itum, neut. 2. & mereor, eris, itus ſum, d. 2. meritare, Ger. verdienen, Gal. meriter, Hiſp. merecer, ἄξιός εἰμι, digne conſequor, dignus ſum, aliquid facio, quamobrem præmium accipere dignus ſim, aut pœnam pati. Sumitur enim & in bonam partem, & in malam. Eſt a μείρω, qua ſignificat λαμβάνω, λαγχάνω, ut Heſych. interpretatur, id eſt conſequor. Voſſ. Scaligero ad Varronem placet eſſe a μείρω, divido, unde μέρος, pars, a quo mereo erit, quia meritum fere partium eſt, ſive labor, ſive pretium ſpectetur. In hac ſignificatione frequentius uſurpamus verbum deponens, quam neutrum, præterquam in præteritis perfectis, & pluſq. perfectis, in quibus alterutro indifferenter utimur. Cicer. l. de nat. Deor. Quid enim mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? Plaut. Trin. Non videor meruiſſe laudem. Ter. Andr. Hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui. Quinctil. l. 4. c. 1. Nam ut optabile eſt plus favoris mereri, ſic proximum odii minus. ¶ Speciatim ſumitur pro ſtipendia facere in militia, hoc eſt ſtipendii gratia militare. In hac autem ſignificatione fere utimur verbo neutro. Uſurpatur vel abſolute. Cic. pro Rab. Quo te Imperatore Labiene meruiſti. ¶ Vel cum acc. Cic. pro Mur. Meruiſſe ſtipendia in eo bello, quod tum P. R. non modo maximum, ſed etiam ſolum gerebat, virtutis fuit. ¶ Vel cum abl. inſtrumenti. Cic. 1. Phil. Quicunque equo meruiſſet, quod eſt laudatius. Liv. l. 24. Ut ſi omnes, quos Cenſores notaſſent, pedibus mererent. ¶ Vel cum abl. pretii. Cic. pro Roſc. Com. cap. 10. Illa membra merere per ſe non amplius poterant duodecim æris. Lucan. l. 10. Ære merent parvo. ¶ Vel cum abl. ſocietatis, & præp. cum. Cic. 7. Verr. Meruiſſe ſe cum L. Pretio ſplendidiſſimo Equite Romano. ¶ Vel cum abl. & præp. ſub. Liv. l. 21. Hac indole virtutum, & vitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit. ¶ Vel cum dat. commodi. Stat. l. 4. Theb. Non hi tibi ſolum Amphiarae merent. ¶ Accipitur item mereo pro turpem quæſtum facere. Sueton. Calig. c. 40. ¶ Mereo etiam, vel frequentius mereor notat conferre aliquid boni, vel mali in aliquem, & conſtruitur cum abl. & præp. de, vel cum accuſ. & præp. erga. Plaut. Aſin. Te ego, ut digna es, perdam, atque ut de me meres. Cic. l. 13. Fam. Ut ita de Volaterranis mereare, ut exiſtiment, te quaſi divino conſilio iſti negotio præpoſitum eſſe, hoc eſt tam multa beneficia in Volaterranos conferas. V. meritus. ¶ Sæpe conjungitur cum adverbiis bene, melius, optime, male, pejus, peſſime, vel aliis ſimilibus. Igitur Bene mereri de aliquo, eſt aliquid beneficii in aliquem conferre, Male mereri de aliquo, eſt eum lædere. Plaut. Curc. Male mereri de immerente inſcitia eſt. Cic. l. 10. Fam. Nec quicquam ex omnibus rebus humanis eſt præclarius, aut præſtantius, quam de Repub. bene mereri. ¶ Et adverbio omiſſo. Terent. Quid de te merui, qua de cauſa me perderes?

Meretricie, adv. in modum meretricis. Plaut. Mil. 3. 2. in fin. Quam digne ornata incedit, haud meretricie.

Meretricium, cii, n. arte meretricia, puttaneſimo, זנות, Germ. burerey, Gal. art de putain, Hiſp. arte de puta, ἑταιρεία, meretricum ars. Suet. in Calig. c. 40. Et quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent.

Meretricius, a, um, coſa da meretrice, Germ. hueriſch, Gal. appartenant a putains, Hiſp. puteſco, ἑταιρικός, quod eſt meretricis, vel quod ad meretricem pertinet. Cic. pro Cal. Cum audiant adoleſcentem illuſtri ingenio oppugnari opibus meretriciis. Ter. And. 5. 4. 10. Meretricius amor.

Meretricor, aris, dep. 1. andar a donne, meretrices frequento, πορνεύω. Colum. l. 11. c. 1. Plurimum affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas ſiat.

Meretricula, f. 1. dim. a meretrix. Cic. 5. Verr. A meretricula commendari. Id. l. 1. de nat. Deor. c. 33. Meretricula Leontium.

Meretrix, cis, f. meretrice, זונה, Ger. eine hure, Gal. putain, Hiſp. puta, ἑταίρα, mulier, quæ ſe omnibus pervulgat, vel quæ domum ſuam patefacit omnium libidini, a ſup. meritum verbi mereo. Cic. pro Dom. Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur. Ovid. 1. Amor. el. 10. v. 21. Mercabilis ære meretrix.

Mergæ, arum, f. 1. ferramenta, quibus utebantur in frugibus demetendis, ab עמר, vel עמיר, manipulus ariſtarum, aut culmorum. Sed Feſtus ita ſcripſit: Mergæ, furculæ, quibus acervi frugum fiunt, dictæ a volucribus mergis, quia ut illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges demergunt, ut elevare poſſint manipulos. Plaut. Pœn. n. 3. ſc. 2. v. 58. Palas vendundas ſibi, & mergas datas, ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. Col. l. 2. c. 21. Multi falcibus ferriculatis, atque iis vel roſtratis, vel denticulatis medium culmum ſecant, multi mergis, alii pectinibus ſpicam ipſam legunt, idque in rara ſegete faciliimum, in denſa difficillimum eſt.

Merges, itis, m. 4. faſcio di ſpiche, עמיר, Germ. eine korngarbe, Gal. un poignum d'epis, Hiſp. manojo, δράγμα, ſpicarum manipulus, ab עמר, vel עמיר, manipulus ariſtarum, aut culmorum. Sed Plin. l. 18. c. 30. idem eſt, ac merga. Virg. 2. Georg. v. 517. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi.

Mergo, is, ſi, ſum, a. 3. attuffare, porre ſotto acqua, השקיע, Ger. eintuncken, Gall. plonger, Hiſp. cabullir, δύνω, ſub aquam pono, liquore aliquo operio, a mari, ut ſurgo a ſuro. Cic. 2. de nat. Deor. Ad eas aves, quæ ſe in mare mergerent. Ovid. 7. Metam. Mergere in undis aliquem. Id. ib. l. 3. Brachia merſis in aquas. Cic. in Arat. Delphinus mergitur unda. Virg. 6. Æn. Quis te, Palinure, Deorum eripuit nobis, medioque ſub æquore merſit? ¶ Tranſlate uſurpatur pro obruere, involvere, avviluppare. Virg. 6. Æn. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ His merſere malis. Liv. l. 9. c. 18. Alexandro nondum merſo ſecundis rebus. Valer. Flacc. l. 8. Mergere lumina ſumno.

Mergus, gi, m. 2. ſmergo, שלך, Ger. ein taucher vogel, Gal. plongeon, Hiſp. cuervo marino, αἴθυια, κόλυμβος, κολυμβὶς, avis, ita dicta, quod ſe in aquam cibum captans aſſidue immerget. Varr. l. 4. de L. L. Ovid. 11. Met. Virg. 5. Æn. Et apricis ſtatio gratiſſima mergis. ¶ Eſt & mergus in vite, cum ſupra terram juxta ſuum adminiculum vitis curvatur, atque ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum, quia terræ immergitur. Col. l. 5. c. 15. Pallad. l. 3. c. 16.

Meribiba, ſeu merobiba, f. colei che beve il vino ſenza acqua, quæ vinum ſine aqua bibit. Plaut. Curc. 1. 1. 77. Nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.

Meribibulus, a, um, qui meri bibax eſt. Auguſtin. Confeſſ. l. 9. c. 8. ad fin. Puella meribibula.

Meridialis, le, adject. meridianus. Gell. l. 2. c. 22. Meridialis ventus. Ita legit Salmaſ. alii meridionalis. Tert. de anim. c. 25. Apud orientalem, & meridialem (aeris) temperaturam. Ammian. l. 22. c. 34. A meridiali latere.

Meridianus, a, um, del mezzo di, Ger. mittaegig, Gal. de midy, Hiſp. de medio dia, μεσημβρινός, quod ad meridiem ſpectat. Cic. 3. de Or. Omne illud tempus meridianum Craſſum in acerrima, atque attentiſſima cogitatione poſuiſſe. Plin. l. 15. c. 19. Meridianus ſol. Id. l. 13. c. 4. Meridianus orbis. Id. l. 2. c. 26. Fax præter ora populi meridiano tranſcurris, ſubaudi, tempore. ¶ Meridiani dicebantur gladiatores quidam, qui ſine armis & arte ſeminudi pugnabant; ita dicti, quod circa meridiem dari ſolebant, docente Lipſ. Saturn. l. 2. c. 15. Suetonius Claud. c. 34. Beſtiariis, meridianiſque adeo delectabatur, &c.

Meridiatio, onis, f. quies meridiana. Cic. l. 2. de Div. c. 68. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi.

Meridies, ei, m. 5. meriggio, mezzo di, צהרים, Ger. mittaga, Gal. midy, Hiſp. mediodia, μεσημβρία, medius dies, quaſi medidies, quia ibi Sol facit medium diem. Cic. in Or. Ipſum meridiem cur non medidiem? credo, quod erat inſuavius. Cic. 2. de Or. Poſt meridiem, ſi ita vobis eſt commodum, loquemur aliquid. ¶ Ponitur etiam pro ea parte cœli, quæ meridiem notatur. Cic. 1. de Div. Itaque fuit inventa ad meridiem ſpectans in vinea media dicitur conſtitiſſe. ¶ Per Catachreſin ponitur pro media nocte. Varro apud Non. c. 6. n. 16. Repente noctis circiter meridiem.

Meridio, as, a. 1. & Meridior, aris, atus ſum, depon. 1. circa meridiem quieſco, ſomnum capio. Catull. carm. 29. Jube, ad te veniam meridiatum. Suet. in Calig. c. 39. Gloriatuſque eſt expergefactus Cæſonia, quantum egiſſet, dum ea meridiaret. Celſ. l. 1. c. 2. Longis diebus meridiari potius ante cibum, utile eſt. ¶ Addunt quidam Lexicographi, ſignificare etiam, circa meridiem cibum capere; afferuntque hæc Plauti verba: Tentando, meridiando, comeſſando, pergræcando vitam ducere. Sed neque is locus eam ſignificationem ſatis probat, neque in Plauto reperiri a nobis potuit.

Meridionalis, le, meridionale, ad meridiem ſitus. Vox eſt Firmici l. 2. c. 12. & Lactantii l. 2. c. 9. ubi tamen alii aliter legunt.

Meriones, is, auriga Idomenei, & dux navium, quæ e Creta Trojam venerunt. Ovid. 13. Metam. v. 359. & Hor. l. 1. od. 6.

Meritiſſimum, i, n. maximum meritum, gran merito. Plaut. Aſin. 3. 3. 147. Meritiſſimo ejus, quæ volet, faciemus.

Merito, adv. meritamente, ragionevolmente, לא חנם, Germ. billich, Gal. à bon droit, Hiſp. merecidamente, ἀξίως, digne, jure. Cic. 5. Verr. c. 68. Quanquam merito ſum iratus Metello, tamen hæc, quæ vera ſunt, dicam. Id. de Or. c. 55. Quem omnes amare meritiſſimo pro ejus eximia ſuavitate debemus. Id. 7. Verr. c. 67. Recte, ac merito commovebamur. Id. Catilin. 3. c. 6. Prætores merito ac jure laudantur. ¶ Meritiſſime, pro meritiſſimo eſt Solini c. 12.

Merito, as, avi, atum, a. 1. guadagnare, Germ. erwerben, Gall. meriter, Hiſp. merecer, μισθαρνέω, quæſtum, vel lucrum ex re aliqua refero, freq. a mereo. Cic. in Ver. 5. c. 50. Qui H. S. dena meritaſſet. Plin. l. 7. c. 39. Roſcius quingenta annua meritaſſe proditur.

Meritorius, a, um, che ſi dà per guadagno, che ſi dà a nolo, שכיר, Ger. das umb geld außgeliehen, wird, Gal. mercenaire, de louage, Hiſp. alquiladero, alquiladizo, μισθωτός, quod quæſtus gratia locatur. Suet. in Calig. c. 39. Comprehenſis ad deportandum meritoriis vehiculis. Id. in Vitell. c. 7. Uxore, & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis. ¶ Taberna meritoria, eſt diverſorium, atque hoſpitium mercenarium, quo cuique introire licet danti mercedem. Juven. Sat. 3. v. 234. Nam quæ meritoria ſomnum admittunt? ſubaudi, cœnacula. ¶ Pueri meritorii dicuntur ſcorta maſcula, quæ ad turpem quæſtum proſtituuntur. Cic. 2. Phil. Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta cum matribus familias verſabantur.

Meritum, ti, n. merito, גמול, Germ. ein dienſt, Gal. merité, Hiſp. merecimiento, ἀξίωμα, quodvis noſtrum factum vel rectum, vel pravum, quo alicujus animum, & voluntatem demeremus, vel offendimus. Eſt enim vocabulum medium, quod tam in meliorem, quam in deteriorem partem accipi poteſt. In bonam partem acceptum idem fere eſt, quod beneficium. Plancus Cic. Quid enim pro maximis tuis, ac pene immortalibus in me meritis præſtare amplius poſſim? ¶ Quando in malam partem accipitur, notat maleficium, vel culpam. Ovid. epiſt. 5. v. 7. Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt. ¶ Merito meo, eſt meis beneficiis, vel mea culpa. Plaut. Aſin. 2. 4. 84. Ædepol pater merito tuo facere poſſim. ideſt meritus ex tuis in me beneficiis, ut illud præſtem. Varin. Cic. 5. Fam. ep. 9. Neſcio, quomodo obtrectatores invenerim, non meo mehercule merito. ¶ Pro merito, ideſt, ita, ut meritus eſt quiſpiam. Ter. Phorm. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. ¶ Dicitur etiam meritum pro mercede. Ter. Phorm. 2. 75. Nihil ſuave meritum eſt. id eſt nihil mihi mercedis ſuave eſt. V. ibi Donat. ¶ Transfertur interdum ad animalia. Pallad. in Martio, tit. 14. de equis. In admiſſario quatuor ſpectanda ſunt, forma, color, meritum, pulcritudo, Italice bravura.

Meritus, a, um, qui meruit, *che ha meritato*, partic. a mereor. *Plin. l.* 7. *c.* 30. *de Cicerone*. Primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. ¶ Sæpe ponitur pro eo, qui beneficium in aliquem contulit, & fere conjungitur cum adv. *bene*, *melius*, *optime*, *male*, *pejus*, *peſſime*, & conſtruitur cum abl. & præp. *de*. *Cic. l.* 6. *Fam.* Cogor nonnunquam homines non optime de me meritos defendere. ¶ Meritus erga aliquem. *Plautus Amphytr.* 5. 1. Ut ut erga me eſt merita. ¶ Interdum paſſive uſurpatum reperitur. *Plin. l.* 7. *c.* 28. Quæ Cannis corona merita? Eſt etiam nomen ex participio, & ſumitur pro digno, congruo, convenienti, ἄξιος, *Virg.* 1. *Æn.* Aut meritos aris imponat honores? *Cic. l.* 2. *de Or. c.* 50. Iracundiam debitam, ac meritam defendere. *Plin. l.* 5. *ep.* 15. Quod mihi cognitum eſt non fama, qua alioquin optima, & meritiſſima fruitur, ſed longis experimentis. *Vetus Inſcript. apud Reineſ. claſſ.* 5. *n.* 35. Filiæ meritiſſimæ. h. e. optime meritæ.

Mero, onis, V. *Pero*.

Mero, per jocum dictus eſt Tyberius Cæſar pro Nero, quod impendio vinoſior eſſet. *Sueton. in ejus vita cap.* 24. In caſtris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tyberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur.

Merobiba. V. Meribiba.

Meroctes, m. 1. lapillus porracei coloris, qui lacte ſudat. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Meroë, es, f. 1. per tres ſyllabas, *Guaguere*, al. *Neube*, μερόη, inſula magne Æthiopiæ cum urbe cognominis, a Nilo, Aſtape, & Aſtabora fluminibus effecta, clypei figura, metallis omnibus abundans. V. *Plin. l.* 1. *c.* 37. & *Lucan. l.* 10. *v.* 523.

Merŏpe, es, f. 1. Atlantis, & Pleiones filia, una Pleiadum. Inter Pleiades ſtellas obſcuriſſima fingitur. Cauſa eſt, quod Siſypho Regi Corinthiorum homini mortali nupſerit, ex quo Creontiam, Glaucum, & Laertem pepererit. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 173.

Merops, f. 3. μέροψ, avis, pallido intus colore pennarum, ſuperne cyaneo, priora ſubrutilo. Nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. Infeſta in primis eſt alveariis, apeſque abſumit. Unde *apiaſtra* a quibuſdam appellatur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 14. Pietas in parentes volucribus ceteris praſtat. Nam ubi primum per ætatem volare poteſt, parentes in altiſſimis ſpecubus reconditos alit. *Plin. l.* 10. *c.* 33.

Merſito, as, frequentativum a mergo, *Solin. c.* 45. (al. 57.) Profundius naree merſitat in bibendo.

Merſo, as, avi, atum, a. 1. *bagnare ſpeſſo*, Ger. *eintauchen*, Gal. *plonger ſouvent en l'eau*, Hiſp. *cabullir de baxo de l'agua*, βαπτίζω, ſæpe mergo. *Virgil.* 1. *Georg. verſ.* 272. Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri. ¶ Translate *Horat. l.* 1. *epiſt.* 1. *v.* 16. Merſor civilibus undis.

Merſus, a, um, nom. ex particip. a mergo, *affondato*, *immerſo*. *Lucan. l.* 3. *v.* 635. Merſa carina. *Virg.* 6. *Æn. v.* 267. Res alta terra & caligine merſas. *Stat. l.* 5. *Sylv.* 1. *v.* 203. in corde merſus dolor. *Juven. Sat.* 11. *v.* 40. Ære paterno, Ac rebus merſis in ventrem. ¶ Merſi in foro dicuntur, qui ære alieno obruti ſunt, olim enim in foro ſtabant daniſtæ, & fœneratores. *Plaut. Epid.* 1. 2. 16. Malim iſtiuſmodi mihi amicos furno merſos, quam foro.

Merto, as, a. 1. idem quod merſo, apud vet. *Feſt. Accius apud Non. c.* 2. *n.* 34. Vel hic, qui in ea parte effrænata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit. ¶ Item idem quod mœreor, *meritare*. *Id. apud eund. ib. n.* 133. Quod ſicut decuit, aut meus mertaret dolor.

Merŭla, æ, f. *merla*, מִרְלָא, Ger. *ein amſel*, Gal. *merle*, Hiſp. *mierla*, κόσσυφος, κόττυφος, avis genus, a merus, ſolus, quia ſolivaga eſt, & ſolitarie paſcitur. *Varro l.* 4. *de L. L. Feſt. Plin. l.* 10. *c.* 29. Merula ex nigra ruſeſcit, æſtate canit, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta. *Cic.* 5. *Fin. c.* 15. Serpere anguiculos, evolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves. ¶ Eſt etiam piſcis ſaxatilis. *Plin. l.* 32. *c.* 11. & *l.* 9. *c.* 15. ¶ Item genus machinæ hydraulicæ, quæ aquæ motu voces edit. *Vitruv. l.* 10. *c.* 12.

Merŭlus, i, m. merula. *Auctor carm. de Philomela*, *v.* 13. Et merulus modulans tam pulcris concinit odis.

Merum, n. 2. ſubſt. *vino puro*, יַיִן, Ger. *lauter wein*, Gal. *vin pur*, Hiſp. *vino puro*, *no aguado*, ἄκρατον, vinum aquæ non dilutum. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Merum quidem remedio eſt contra cicutas. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 35. Jactare ſe in merum.

Merus, a, um, c. 1. 2. *ſolo*, *puro*, לְבַד, Ger. *angemenget*, Gal. *ſeul*, Hiſp. *ſolo*, ἄκρατος, ſolus, purus, ut Merum vinum, id eſt, ſoluni, ubi aqua eſt nulla, & Aqua mera, cui nihil aliud eſt admiſtum. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 331. Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 8. Mera, veraque virtus. *Cic.* 9. *Att. ep.* 12. Mera ſcelera loquuntur. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 158. Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata Reges. h. e. nudo.

Merx, cis, f. 3. *merce*, מַכָּר, Ger. *waare*, Gal. *denree*, Hiſp. *mercaduria*, ἐμπορία, eſt res ipſa, quæ emitur, venditurve, ab antiquo nominativo *mercis*, quæ a mercor. *Cic. l.* 3. *de Rep.* Phœnices primi mercaturis, & mercibus ſuis cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam. *Id. pro Rabir. Poſth. c.* 14. Fallaces & fucoſæ merces. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 129. Proba merx facile emptorem reperit: Invendibili merci oportet ultro emptorem adducere. ¶ Mala merx, convicium eſt in hominem nequam. *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 61. Mala merx hæc hæc, & callida eſt.

Meſa. V. Meſe.

Meſancŭlum, i, μεσάγκυλον, genus teli, in medio amentum habens. *Feſt.* & *Gel. l.* 10. *c.* 25. ubi notant Interpretes, corrupta legi *meſancula*, pro *miſancula*.

Meſapia, & Meſſapia, æ, *terra d' Otranto*, regio Italiæ, alias Apulia, a Meſape rege ſic dicta. *Feſtus*.

Meſapius, & Meſſapius, a, um, adject. ad Meſapiam pertinens. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 513. Meſapiaque arva relinquit.

Meſapus, ſeu Meſſapus, m. 2. filius Neptuni, qui in equis domandis excelluiſſe, & igni, & ferro inſuperabilis fuiſſe fingitur. Servius idcirco Neptunii filium appellatum putat, quod per mare in Italiam fuerit vectus in auxilium Turni adverſus Æneam. V. *Virg. l.* 7. *Æn.*

Meſaulæ, m. 1. μέσαυλαι, aditum itineri dicuntur inter duas aulas, id eſt, duo atria interpoſita. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. V. Andron.

Meſe, μέση, ideſt media, chordæ nomen, quæ nunc a Muſicis vocatur *a la mi re*. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4.

Meſembria, æ, f. *Meſember*, urbs Thraciæ, Megarenſium colonia. Hinc

Meſembriacus, a, um, ut Meſembriacus portus, apud *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 6. *v.* 37.

Meſes, ventus inter Boream, & Cæciam, *Greco*, μέσης. *Plin. l.* 2. *c.* 47.

Meſochŏrus, m. 2. μεσόχορος, qui in media turba ſtans reliquis canendi, vel aliud agendi ſignum proponit. *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. Nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 14. græce ſcripſit: Hoc infiniti clamores commoventur, cum μεσόχορος dedit ſignum.

Meſolabium, & Meſolabium, ii, μεσολάβιον, μεσολάβον, inſtrumentum ad alicuius rei medium inveniendum aptum. *Vitruv. l.* 9. *c.* 3. Meſolabio ratione idem explicaverunt.

Meſoleucos, m. 2. μεσόλευκος, gemma nigra, quam mediam linea alba diſtinguit. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Eſt præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per folium diſcurrentem. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Meſomĕlas, f. 3. μεσόμελας, gemma alba, quam linea nigra diſtinguit. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Meſomelas, nigra vena quamlibet colorem ſecante per mediam. Nam μέλας, *niger* dicitur.

Meſon, onis, m. 3. μέσων, perſona comica aut coqui, aut nautæ, aut ejus generis. *Feſt.* Dicta eſt a μέσος, *medius*, quia coquorum, nautarum, cerdonum, atque hujuſmodi opificum perſonæ mediæ ſunt, ut quæ neque ſerviles videantur, cum liberæ ſint nuper, neque omnino liberæ, cum mercenariæ. Sed Ariſtophanes Grammaticus ait, dictam eſſe ab inventore Meſone comœdo.

Meſonauta, æ, m. μεσονάυτης, ut ipſum græcum nomen indicat, eſt ille, qui in media navi omnibus præſto eſt. *Hermolaus* putat eſſe vile mancipii nomen, ut mediaſtinus domi, ad purgamenta efferenda, ligna congerenda, & alia hujuſmodi miniſteria. *Budæus in annot. in Pandect. ad leg.* 1. *Dig. de naut. caupon. &c.* ubi habetur hæc vox.

Meſopotamia, f. 1. Seleucia, Oſrohena, Aram, & Charam in ſacris Libris, *Diarbech*, Arab. *Gezira*, ideſt Inſula, Μεσοποταμία, regio Aſiæ, pars Aſſyriæ ad Occ. comprehenſa Euphrate ad Occ. & Mer. & Tigri ad Or. cui ad Bor. Armenia major Niphate M. intercedente, ad Mer. Babylonia, & Chaldæa, ad Or. Aſſyria cum Suſiana, ad Occ. Syria cum Armenia minore adhærent, ſic dicta, quia poſita eſt inter Euphratem, & Tigrim fl. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* V. *Plin. l.* 6. *c.* 26.

Meſoſphærum, n. 2. μεσόσφαιρον, nardi genus, minore folio. Alii Indici nardi folium exponunt. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Meſpilum, li, n. 2. *neſpola*, Ger. *meſpeln*, Gal. *neffle*, Hiſp. *niſpera*, μεσπίλον, fructus meſpili arboris. *Plin. l.* 15. *c.* 22.

Meſpilus, li, f. 2. *neſpolo*, Ger. *ein meſpelbaum*, Gal. *neflier*, Hiſp. *niſpero*, μεσπίλη, genus arboris, ſolus prius rubris, quam decidunt, radice ſuccirpabili, cujus fructus meſpilum dicitur. *Plin. l.* 27. *c.* 14.

Meſſana, f. 1. *Meſſina*, Μεσσήνη, urbs Siciliæ, præcipua, ampla, Academia, Emporium, cum portu capaciſſimo, in provincia, ſeu Valle Demonæ, ad Ortum inſulæ, e regione Calabriæ Citerioris, apud Fretum Mamertinum. *Sil. l.* 14. *v.* 195. Pop. Meſſanenſes.

Meſſapia, V. Meſapia.

Meſſēne, es, f. 1. Meſſena, *Moſenigo*, Μεσσήνη, urbs Peloponneſi, olim clara, & Meſſeniæ regionis caput, nunc oppidulum tenue, & nullius nominis, in prov. *Belvedere* dicta, in ora occidua ſinus Meſſeniaci, cum portu tantiſper capaci, ad oſtia Balyræ fl. Pop. Meſſenii. Hi, cum iterum, atque iterum deſciviſſent a Lacedæmoniis, ab eis in ſervitutem redacti ſunt, perinde ſervis habiti, auctore *Pauſania*, & *Juſtino l.* 3. In Siciliam migravere, ibique ad Pelorum Prom. urbem condiderunt, quæ ab ipſis Μεσσήνη ex nomine patriæ ſuæ appellata eſt, a Latinis vero communiter, Meſſana vocatur.

Meſſēnius, a, um, adjectiv. ut Meſſenia mœnia. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 549.

Meſſio, onis, f. *il mietere*, actus metendi. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 50. Frumenti tria genera ſunt meſſionis: unum, ubi falce ſuccidunt, &c.

Meſſis, is, f. *meſſe*, *raccolta*, קָצִיר, Ger. *der ernde*, Gal. *la moiſſon*, Hiſp. *mies*, θερισμός, collectio frumenti, & aliarum ſegetum, a meto. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 50. *Cic.* 1. *de Or.* Quod ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium. ¶ Dicitur etiam de ipſa ſegete jam collecta. *Virg.* 1. *Georg.* Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. ¶ Item de tempore metendi. *Virg.* 3. *Ecl.* Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in umbra. *Plin. l.* 24. *c.* 14. Flos mori per meſſes colligitur. ¶ Tranſlate *Cic. in Paradox.* Qui illam Syllani temporis meſſem recordetur. *Ad de Planc. Epid.* 5. 33.

Meſſor, ris, m. *mietitore*, קוֹצֵר, Ger. *ein ſchnit er*, Gal. *moiſſonneur*, Hiſp. *ſegador*, ἀμητής, θεριστής, qui metit. *Cic.* 3. *de Orat.* Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores aſſerre videris imitari. ¶ Tranſlate *Plaut. Captiv.* Sator ſcelerum, & meſſor.

Meſſorius, a, um, θεριστικός, quod ad meſſorem pertinet. *Cic. pro Sext. c.* 38. Meſſoria ſe corbe contexit.

Meſſura, æ, f. meſſis. *Diomed. Grammatic.*

Mesus, a, um, nom. particip. *mietuto*, a meto. *Virg.* 4. *Æn. v.* 513. Meſſæ falcibus herbæ.

Met, ſyllabica adjectio, quæ conjungitur cum pronom. *ego*, *tu*, *ipſe*, *ille*, & ſimilibus, ut *Egomet*, *ipſemet*, &c. Sed in pronomine *tu* nominativo ſingulari non additur, ne ex ſimuletur verbum *tumet a tumeo*. Addi tamen poteſt, ſi dictio ſyllabica *te* interponatur, ut *Tutemet*. Significat diſcretionem, ut *Ipſemet*, ideſt per ſe, & non per alium. *Ter. Ad.* 3. 2. 31. Hicce oculis egomet vidi. *Lucret. l.* 4. *v.* 918. Tutemet in culpa cum ſis. ¶ Reperitur etiam cum adverb. tanquam. *Plaut. Cur.* 5. 2. 29. Tanquammet genuino meum.

Meta, f. 2. *meta*, *eſtremità*, *termine*, *fine*, מַצָּב, Ger. *hegel*, *ziel*, Gal. *but*, *borne*, Hiſp. *termino*, ὄρος, τέρμα, terminus, extremitas in genere, a Siculo μέτα, unde μέτρον, quod Heſychius exponit ὅριον, *ultimum*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 278. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. ¶ Spectatum dicitur de termino in agro, qui erat in acinet crectus. *Frontin.* Conſpectum metarum ſæpe excedimus. ¶ Item de termino circi, prope quam quadrigæ flectebant. *Horat. l.* 1. *od.* 1. Metaque fervidis evitata rotis. ¶ Per tranſlationem a figura metæ in aris, & in circis quælibet congeries faſtigiata ſic dicebatur, ut Meta fœni, lignorum, &c. *Col. l.* 2. *c.* 19. Certa quaqueid ad eum modum, quo deſſit, ſiccatum erit, in metas conſtrui convenient. ¶ Accipitur etiam meta pro parte molæ, de quæ V. in *Mola*. ¶ *Meta lactis*, dicitur caſeus, qui factus eſt ad formam metæ. *Martial. l.* 3. *ep.* 58. Fert ille ceris caſei cum ſuis malla, Metamque lactis Saſſinate de ſylva.

Metacīſmus, i, m. *metaciſmo*, μυτακισμός, eſt cum verborum conjunctio M litteræ aſſiduitate colliditur, ut *Mammam ipſam amo*, *quaſi meam animam*. Ita *Martian. Capell. lib.* 5. *pag.* 167. ¶ Alia ratione definit *Diomed. l.* 2. *pag.* 448. *Ponſſeb.* nempe ut ſit, cum in fine partis orationis invenitur M littera, & ſequens a vocali incipit, ut *Quemfur tandem abutere*?

Metabăſis, μετάβασις, Latine *Tranſitio*, eſt figura Rhet. cum ab uno ad alterum diſcurſum ſeu alia tranſimur. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. Græcis litteris ſcribit. Græca enim vox eſt.

Metabŏla, μεταβολή, Trajectio, figura eſt, quæ ex contrariis ita diſpoſitis, ut a priori poſterior proſiciſcetur. *Terent. Andr.* Quoniam id fieri, quod vis, non poteſt, id velis, quod poſſis.

Metalepſis, is, f. 3. μετάληψις, Tranſumptio. Tropus eſt, cum aliqua dictio aliud a propria ſua ſignificatione ex iis, quæ præcesſerunt, denotat, ſeu cum aliquid ponitur, ex quo gradatim in alterius rei conſequentia cognitionem venitur, a μετά, *trans*, & λῆψις, *aſſumptio*. *Virg.* 1. *Ecl.* Poſt aliquot mea Regna videns mirabor ariſtas. ideſt poſt aliquot annos. Nam gradatim ab ariſtis ad ſpicas, a ſpicis ad ſegetes, a ſegetibus ad æſtates, ab æſtatibus ad annos acceditur. *Quintil. l.* 8. *c.* 6.

Metaliter, adverb. ad metæ formam. *Martian. Capel. l.* 7. Umbra metaliter jacitur.

Metallarius, a, f. &

Metallarius, ii, m. *minerario*, *a minerais*, μεταλλεὺς, μεταλλουργὸς, qui, & quæ in effodiendis metallis laborat. *Imp. Theodoſ. l.* 11. *Cod. tit.* 6. *leg. ult.* Metallarii, ſive metallariæ, qui, quæve ea regione deſerta, ex qua videntur oriundi, vel oriundæ, ad externam migraverint.

Metallicus, ci, ſubſt. m. qui metallis effodiendis, & purgandis dat operam. *Plin. l.* 34. *c.* 16. Lavant eas arenas metallici, &, quod ſubſidit, coquunt in fornacibus.

Metallicus, a, um, *metallico*, μεταλλικὸς, quod ad metallum pertinet. *Plin. l.* 27. *c.* 4. Fuere, qui traderent in Judæa ſuper Hieroſolymam ejus naturam metallicam.

Metallifer, ra, rum, quod metallum gignit. *Silius l.* 15. *v.* 498. Metalliferæ terræ.

Metallum, li, n. 2. *metallo*, Ger. *ertzwerk*, Gal. *metal*, Hiſp. *metal*, μέταλλον, materia illa dura, quæ ex terræ viſceribus effoditur, ut aurum, argentum, ferrum, hydrargyrum, ſtannum, cuprum, plumbum, quaſi μετὰ τὰ ἄλλα, prope alia, quia ubicumque una inventa vena metalli eſt, non procul invenitur alia. *Plin. l.* 33. *c.* 6. *Virg.* 2. *Georg.* Hæc eadem argenti rivos, ærisque metalla oſtendit venis. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, quæ e terra eruuntur. De marmore. *Silius l.* 8. *v.* 482. quos a cavis exegit Luna metallis. De ſulphure. *Apul. l.* 9. *Metam.* Odore ſulphuris infeſcatus interclusſo ſpiritu diffluebat; utque eſt ingenium vivacis metalli, &c. ¶ Sumitur etiam pro fodina, ex qua metallum effoditur, ut *Metallum miniarium*, fodina, ex qua minium effoditur, *argentarium*, ex qua argentum, *plumbarium*, ex qua plumbum, &c. *Plin. l.* 33. *c.* 7. Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo. *Tacit. in Agric. c.* 31. Neque enim nobis metalla ſunt, quibus exercendis reſervemur. ¶ Item pro lapidicina. *Lucan. l.* 4. *v.* 303. Dutis ſilicum laſſata metallis.

Metamorphōſis, f. 3. μεταμόρφωσις, transformatio, transfiguratio, a μετὰ, *trans*, & μορφὴ, *forma*. Hoc nomine Ovidius, & Apulejus libros transformationum ſuarum inſcripſerunt.

Metanœa, æ, μετάνοια, pœnitentia, reſipiſcentia. Vox græca, qua utitur ſemel *Auſon. epigr.* 12. *v.* 12. Nempe ut pœniteat, ſic metanœa vocor.

Metaphŏra, f. 1. *Metafora*, μεταφορὰ, Translatio, Tropus, per quem vocabula a ſuis rebus, quarum propria ſunt, ad alias res diverſi generis, vel ſpeciei cum ſimilitudine transferuntur, a μεταφέρω, *transfero*, ut Prata rident, Herbæ luxuriantur. *Auctor ad Heren. l.* 4. *Cic.* 3. *de Orat.* & *Quintil. l.* 8. *c.* 6.

Metaplaſmus, m. 2. μεταπλασμὸς, Transformatio, figurata quædam conſtructio, per quam vetus, & uſitata forma verborum vel neceſſitate metri, vel ornandi poematis cauſa, in novam formam mutatur. *Quintil. l.* 1. *c.* 8.

Metapontīnus, a, um, adject. qui ex Metapontio, ut Metapontinus ager. *Liv. l.* 29. *c.* 19. Et Metapontini, ejus urbis incolæ, apud *eund. l.* 22. *c.* 61.

Metapontium, & Metapontum, i, oppidum Italiæ in ſinu Tarentino, conditum a Pilus populis Peloponneſi. *Mela l.* 2. *c.* 4. *Plin. l.* 14. *c.* 1.

Metarius, a, um, adject. ad metam pertinens. *Arnob. l.* 2. Metariæ circumſcriptionis expers.

Metaſtăſis, Μετάστασις, translatio, figura Rhet. qua culpam in eum transferimus, qui in judicium vocari non poteſt. V. *Grammat.*

Metathĕſis, f. 3. Μετάθεσις, Tranſpoſitio, Figura Poetica, per quam ordo literarum immutatur, ut *Tymbre* pro *Tymber*. *Virg.* 10. *Æn.* At mihi Thymbre caput Evandrius abſtulit enſis.

Metatio, onis, f. ἀποτμήξησις, actus metandi, ſeu diſponendi, collocatio, diſpoſitio. *Col. l.* 9. *c.* 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur.

Metator, oris, m. Μετρητὴς, ἐπιμετρητὴς, qui metatur, ut qui agrum, aliumve quemvis locum in certas diſtribuit partes, qui locum futuro ædificio, aut caſtris collocandis metitur, qui arbores in ſeminario, vel arbuſto diſponit, & ordine quodam digerit, &c. *Cicer.* 11. *Phil. c.* 5. Accedit Saxa, neſcio quis, quem nobis Cæſar ex ultima Celtiberia Tribunum plebis dedit, caſtrorum antea metator, nunc, ut ſperat, urbis. *Lucan. lib.* 1. Audax Heſperios veniam metator in agros. ¶ Metatores in militia, ſeu menſores, *forieri*, dicuntur ii, qui præmitti ſolent ante venturos milites, ut caſtris locum metentur, & ſuum ſingulis locum aſſignent, vel etiam qui juſſu, atque auctoritate Principis milites in domibus incolarum collocant. *Veget. l.* 2. *c.* 1. & 7.

Metatorius, a, um, adject. ad metandum pertinens. Metatoria pagina apud *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. dicitur, quæ advenienti amico metatur hoſpitium.

Metatūra, æ, f. metatio. *Lactant. l.* 4. *c.* 11. *ex Hieron. Proph.* Incaſſum facta eſt metatura.

Metātus, a, um, nom. particip. *diſegnato*, *miſurato*. *Horat. lib.* 2. *od.* 15. Nulla decempedis metata privatis porticus. *Id. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 114. videas metato in agello fortem mercede colonum.

Metaurus, m. 2. Metaurum, *Marro*, fl. Italiæ in Bruttiis, qui prope Seminarum caſt. labitur, & auctus aliquot fluviis minoribus, juxta Metaurum opp. in mare Tyrrhenum ſe exonerat. ¶ Metaurus item, *Metaro*, *Mitro*, fl. Umbriæ, qui oritur ex Apennino M. deinde Fanum S. Angeli in Vado, Urbaniam, & Forum Sempronii rigat, poſtea auctus aliis fluviis, in ſin. Adriaticum ſe exonerat. ¶ Item fl. Siciliæ.

Metaxa, f. 1. al. mataxa, Μέταξα, ſericum rude, ideſt quod nondum tinctum eſt, neque in fila diductum, apud *JCtos l.* 8. *Cod. de pign.* & *hypoth.* ¶ Accipitur etiam pro veſte ſerica, *l.* 10. *Cod. de monleg.* & *l. ult. ff. de public.* & *vectig.* ¶ Apud *Vitruv.* quoque hæc vox legitur, *l.* 7. *c.* 3. & eſt ſpecies funiculi, ſeu reſtis, ut explicat ibi *Philander*. At *Baldus* in *Lex. Vitruv.* accipit pro filo agglomerato, & convoluto, *mataſſa*. Verba Vitruvii ſunt: Sin autem arundinis græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur & mataxæ, & tomices. Putat autem Baldus legendum eſſe, & *mataxato tomica*. hoc eſt in mataxæ morem convolutæ. Qui mataxa retinent, exponunt manipulos, ſeu faſciculos cannarum. ¶ Locum *Lucilii*, quem quidam pro hac voce aſſerunt, vide in *Cataphractes*.

Metaxarius, m. 2. Μεταξάριος, qui ſericæ mercaturam exercet. *l.* 8. *Cod. tit. de pign.* & *hypoth.*

Metaxătus. V. Metaxa.

Metella lex. V. Metilius.

Metelli, m. 2. familia plebeja apud Romanos, clarorum virorum virtute inſignis. *Plin. l.* 7. *c.* 13. & 44. & *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 34.

Metellinus, a, um, adject. ad Metellum pertinens, ut Metellina oratio. *Cic.* 1. *Att. ep.* 13.

Metempſychōſis, is, fem. μετεμψύχωσις, tranſmigratio animarum ex uno corpore in aliud: quod ſuiſſe unus Pythagoræ ſomnium: a μετὰ, trans, & ψυχὴ, animo. *Tert. de anim. c.* 31. ſed Græce. *Quintil. declam.* 10. *c.* 17. hac de re verba facit, ſed voce ipſa abſtinet.

Metenſomatōſis, is, f. Μετενσωμάτωσις, tranſcorporatio, vel tranſmutatio corporis. *Tertull. de anim. c.* 31. & 32.

Methodĭce, es, f. 1. Μεθοδικὴ, pars Grammaticæ rationem loquendi complectens. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. Partes duæ (Grammatices) quarum aliam methodicem, aliam hiſtoricen vocant.

Methodĭcus, a, um, Μεθοδικὸς, qui methodo aliquid tractat. *Celſ. in proœm.* Methodici ſæculi noſtri contendunt.

Methodium, ii, Μεθόδιον, ludificatio. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 36. *Burm.* Damus omnes plauſum a familia exceptum, & res electiſſimas ridentes aggredimur. Non minus & Trimalchio ejuſmodi methodio lætus, Carpe, inquit, &c. Al. leg. *metodium*, Μετώδιον, hoc eſt canticum interjectum.

Methŏdus, i, f. Μέθοδος, via docendi, de qua in Dialecticis. Tutius ſcribes literis græcis. ¶ Hæc vox videtur adhibita ab *Auſon. ep.* 28. *ad Theon.* pro etymologia, ut quidam legunt hunc locum: ſed meliores Interpret. reponunt *Metoche*: *Vale beatus, nomen a Divis, Theon. Metoche ſed iſta ſæpe currentem indicat*. Eſt enim *theon*, græce θέων, participium, hoc eſt Μετοχὴ, verbi θέω, *curro*.

Methōne, es, f. *Modon*, urbs Peloponneſi in ora Meſſeniæ. *Valer. Flac. l.* 1. *Argon. v.* 388.

Methymna, vel Methymne, f. 1. *Methana*, Μήθυμνα, urbs Leſbi Inſ. poſt Mitylenam primaria, in ora ad Occ. Canidem opp. Æoliæ verſus. Vino celebris eſt. Arionem citharœdum genuit. *Ovid. l.* 1. *de arte*, *v.* 57. quot habet Methymna racemos.

Methymnæus, a, um, Μηθυμναῖος, quod ſpectat ad Methymnam urb. *Ovid.* 11 *Met.* Et Methymnææ potiuntur litora Leſbi.

Methymnias, adis, f. Μηθυμνιάς, quæ ad Methymnam pertinet. *Ovid. heroid. ep.* 15. *v.* 15. Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ.

Metia, porta erat Romæ eadem ac Eſquilina, extra quam comburebantur cadavera, noxii in crucem agebantur, & carnificum domus erant. *Plaut. Caſ.* 2. & *Pſeud.* 1. 3. 96.

Metilius, a, um, adject. *Metilia lex* lata fuit a M. Metilio Trib. pl. circa A. U. 535. Spectabat autem ad fullones. *Plin. l.* 35. *c.* 17. ubi al. leg. *Metella*, ſed perperam, inquit *Harduin.*

Meticulōſus, a, um, *pauroſo*, *timido*, ψοφοδεὴς, timidus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 137. Nullus eſt hoc meticuloſus æque. *Id. Moſtel.* 5. 1. 52. Meticuloſa res.

Metior, tis, menſus ſum, d. 4. *miſurare*, מדד, Ger. *meſſen*, Gal. *meſurer*, Hiſp. *medir*, μετρέω, eſt explorare, quæ alicujus rei ſit magnitudo, ut quot pedum, paſſuum, vel ulnarum aliquid ſit, dirigere norma, definire, deſcribere, a verbo Græco allato. *Cic.* 1. *Off.* etiamſi dimenſare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitraretur. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Ducenis pedeſtrium ſtipendium menſum eſt. ¶ Translate ponitur pro æſtimare. *Cic. in Parad.* Peccata non rerum eventu, ſed vitiis hominum metienda ſunt. *Nepos in Eumen. c.* 1. Magnos homines virtute metimur, non fortuna. ¶ Quandoque ponitur pro tranſmeare, *traſcorrere*, *oltrepaſſare*. *Plaut. Pſeud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis? hoc eſt quin hinc abimus? *Catul. carm.* 34. Tu curſu, Dea, menſtruo metiens iter annuum. h. e. conficiens. ¶ Paſſive ſignificat. uſurpat *Lactant. de mort. perſecut. c.* 23. Agri glebatim metiebantur. ¶ Legitur etiam particip. *metitus*, pro *menſus*, *che ha miſurato*. *Ulp. l.* 52. *ff. de legat.* 3. Quæ quis ingenio ſuo metitus eſt.

Meto, as, a. 1. idem ac metor. *Virgil. in Culice*, *v.* 173. Metabat ſeſe circum loca. *Caſ. l.* 3. *B. C.* Cum prope Dyrrhachium Pompejus conſtitiſſet, caſtraque metari juſſiſſet.

Meto, is, meſſui, meſſum, a. 3. *mietere*, קצר, Ger. *ſchneiden*, Gal. *moiſſonner*, Hiſp. *ſegar*, ἀμάω, θερίζω, eſt meſſem facere, i. e. ſegetes maturas ſecare. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 65. Ut ſementem feceris, ita & metes. ¶ Translate ſumitur pro ſecare, ſeu cædere, in genere. *Virgil.* 4. *Georg. v.* 54. Purpureoſque metunt flores. *Id.* 10. *Æn. v.* 513. Proxima quæque metit gladio. ¶ Item pro colligere. *Cic. antiq. incert. auct.* Fructum metere ut poſſis, ferere beneficium, eſt liberale officium.

Metodium. V. Methodium.

Metœcus, i, colonus, advena, qui de una in aliam civitatem migravit habitandi gratia, *foreſtiero*, Μέτοικος. Vox græca, qua utitur *Eumen. in Paneg. Flavienſium nomine dicto*, *c.* 4.

Metonymia, f. 1. Μετωνυμία, Hypallage, Tranſnominatio, Denominatio, eſt Tropus, per quem ponitur cauſa pro effectu, vel contra, vel continens pro re contenta, vel ſignum pro re ſignificata, a μετὰ, *trans*, & ὄνομα, *nomen*. *Auct. ad Her. l.* 4. *Cic.* 3. *de Or.* & *in Or.*

Metōpa, æ, Μετόπη, pars, ſeu ſpatium inter duo foramina. Vocabulum eſt Architecturæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. V. ibi *Bald. in Lex.*

Metopion, n. 2. Μετώπιον, arbor in Africa Æthiopiæ ſubjecta, ex qua lacryma in arenas decidit, quam nonnulli metopium, alii ammoniacum vocant. *Plin. l.* 12. *c.* 18. ¶ Eſt & olei genus ex amaris amygdalis confectum. *Plin. l.* 15. *c.* 7.

Metopoſcŏpus, m. 2. Μετωποσκόπος, frontis inſpector, qui ſcilicet ex frontis, & faciei lineamentis, quid cuique eventurum ſit, divinat, a Μέτωπον, *frons*, & σκοπέω, *contemplor*. *Suet. in Tito*, *c.* 2. Quo quidem tempore ajunt metopoſcopon a Narciſſo Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inſpiceret, &c.

Metor, aris, d. 1. *por meta*, *miſurare*, גבל מדד, Germ. *auſſmeſſen*, *den bauw angeben*, Gal. *meſurer*, *borner*, Hiſp. *apoſentar*, *poner termino*, ὁρίζω, eſt metas in agris terminandi gratia diſponere, item menſurare locum futuro ædificio, vel alteri cuivis operi. *Gell. lib.* 1. *c.* 1. Nam cum fere conſtaret, curriculum ſtadii, quod eſt Piſis apud Jovem Olympium, Herculem pedibus ſuis metatum, idque feciſſe longum pedes ſexcentos. ¶ Speciatim de caſtris dicitur, & eſt locum caſtris ponendis, locandiſque præfinire, atque circumſcribere, vel caſtra collocare. *Sall. in Jug.* Syllæ pariter cum ortu Solis caſtra metabatur. ¶ Accipitur etiam generatim pro metiri. *Ovid.* 1. *Faſt.* Nos quoque ſub ducibus cœlum metabimur illis. ¶ Item pro diſponere, eligere, ac putare. *Virg.* 2. *Georg. v.* 274. Si pingues agros metabere campi, denſa ſere.

Metrēta, æ, f. Μετρητὴς, cadus, amphora Attica, *o miſter*, *menſura*. *Dioſcorides l.* 5. ait, eſſe vas congiorum decem: Decem autem congii ſexaginta ſextarios valent, ideſt amphoram, & quadrantem. *Mart. l.* 5. *epigr.* 16. Plurimus Hiſpanas mittet tibi nauta metretas.

Metrĭcus, a, um, Μετρικὸς, quod ad metrum pertinet. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Arteriarum pulſus in modulos certos, legeſque metricas per ætates ſtabilis. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Pedes metrici.

Metrocomia, f. 1. Μητροκωμία, matrix villa, vicus, vel pagus, unde in alios vicos ductæ ſunt coloniæ, a Μήτηρ, *mater*, & κώμη, *pagus*. *Juſtinian. in Cod. l.* 11. *tit.* 55. Non licere habitatoribus metrocomiæ poſſeſſiones ſuas ad extraneum transferre. ¶ Item metrocomium, ii, n. *Impp. Theodoſ.* & *Valentin. l.* 10. *Cod. tit.* 19. *leg. ult.*

Metrodorus, m. 2. Μητρόδωρος, Pictor, & Philoſophus Athenienſis, vel potius Stratonicenſis, Carneadis auditor. *Cic.* 2. *Acad.* 1. *de Or.* ¶ Item Philoſophus Lampſacenus, ſodalis Epicuri. *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* ¶ Fuit præterea Metrodorus quidam Scepſius, qui poſtea, relicta Philoſophia, ad civilium rerum adminiſtrationem ſe ſe contulit.

Metropŏlis, fem. 3. *metropoli*, *Città matrice*, Μητρόπολις, civitas matrix, urbs, ex qua coloniæ deductæ ſunt, a Μήτηρ, *mater*, & πόλις, *urbs*, quaſi mater urbium aliarum, quia ſic ſe habet metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam. *Dig. l.* 27. *tit.* 1. *leg.* 6.

Metro-

Metropolitānus, a, um, *metropolitano*, ad metropolim pertinens. *Impp. Theodoſ. & Valentin. l. 11. Cod. tit. 21.* Metropolitano nomine ac dignitate civitatem Berytum decernimus exornandam.

Metrum, tri, n. *miſura*, *metro*, שִׁיעוּר, מִדָּה, Germ. *ein vers meſſ*, Gall. *meſure*, Hiſp. *medida*, μέτρον, menſura, a Græco nomine allato, & dicitur de menſura verſus, quia verſus pedibus menſurantur. *Quint. l. 1. c. 8.* Metro ſervire coguntur. ¶ Uſurpatur etiam de ipſis verſibus. *Colum. l. 3. c. 10.* Exceptis, quo retulimus, metris Virgilianis.

Metuendus, a, um, partic. a metuor, *da temerſi*. *Cic. de Aruſp. reſp.* Cum quibuſdam multis, metuendiſque rebus.

Metuens, entis, partic. a metuo, *timido*. Sæpe nomen fit, & cum genit. conſtruitur. *Cic. poſt red. in Sen.* Nam Conſules, modeſti, legumque metuentes, impediebantur lege. *Ovid. 6. Faſt. v. 259.* Regis opus placidi, quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina dedit. *Tacit. Ann. 13. v. 55.* Nero metuentior in poſterum milites ſibi circumdedit.

Metŭla, æ, f. parva meta, diminutivum. *Plin. l. 5. ep. 6.* Alternis metulæ ſurgunt.

Metŭo, is, tui, ſine ſup. a. 3. *temere*, יָרֵא, Ger. *fuerchten*, Gal. *craindre*, Hiſp. *temer*, φοβέομαι, timeo, a metu. Conſtruitur vel cum acc. *Ter. Eun.* Metuebant omnes jam me. ¶ Vel cum dat. Hæ locutiones autem, *Metuo te*, & *Metuo tibi*, differunt, quia *Metuo te* idem eſt, quod metuo, ne quid mihi mali inferas: *Metuo tibi*, eſt metuo, ne quid tibi mali accidat. *Virg. 1. Georg.* Inopi metuens formica ſenectæ. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*, vel *ex*. *Cic. 10. Att. ep. 4.* Non tam de ſua vita, quam de mea metuit. *Plaut. Moſt. a. 3. 57.* Metuere ex aliquo. ¶ Vel cum acc. & dat. *Plaut. Pœn.* Metuo amori meo moram. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. a, vel *ab*. *Cic. l. 5. Fam. ep. 6.* Et a me inſidias metuunt. ¶ Vel cum acc. dat. & abl. cum præp. a, vel *ab*. *Auct. ad Her. l. 2. c. 19.* Ab inimico ſibi periculum metuebat. ¶ Vel cum conjunctivo, in iis, quæ vellemus fieri, cum particula *ne*, in iis, quæ fieri nollemus, cum particula *ut*. *Cic. de Sen.* Oratur, metuo, ne langueſcat ſenectute. *Ter. Hecyr. 1. 2. 15.* Si metuis, ſatis ut meæ domui curetur diligenter. ¶ *Metuo ne non*, idem quod *metuo ut*. *Plaut. Caſ. 3. 3. 18.* Metuo, ne non ſit ſurda, atque hæc audiverit. ¶ Vel cum infinito. *Virg. 1. Georg. v. 246.* Arctos Oceani metuentes æquore tingi. ¶ Jungitur etiam cum aliis particulis; nam, metuere pro aliquo, dixit *Celſus*. Metuere propter aliquem, *Plaut. Rud.* Et, metuo quin. *Id. Amph. 5. 1. 56.* ubi metuo pro dubito videtur uſurpari. Verba Plauti ſunt: Si iſtæc vera ſunt, non metuo, quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſint. *Id. Trucul. 4. 3. 35.* Matres duas habet, & avias duas, jam metuo, patres quot fuerint. ¶ *Metuere*, & *vereri* in eo differunt, quod illud proprium ſervorum eſt, hoc liberorum: quamquam interdum promiſcue uſurpantur. *Cic. de Senect.* Metuebant eum ſervi, verebantur liberi. Adde *pro Quint. c. 1.* At contra *Ter. Phor. 1. 2. 68.* Metuebat abſentem patrem.

Metus, ûs, m. *timore*, *tema*, *paura*, פַּחַד, Ger. *furcht*, Gal. *peur*, Hiſp. *miedo*, φόβος, timor, formido, a μέθη, quod inter alia etiam φόβον, ſive metum ſignat, ut Heſychius teſtatur. *Cic. 4. Tuſc. c. 37.* Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. *Id. ibid.* Ægritudini finitimus eſt metus. Eſt enim ſimus, ut ægritudo præſentis, ſic ille futuri mali. ¶ *Metus*, *formido*, *pavor*, & *tremor* ſic a nonnullis origine diſtinguuntur, ut *metus* ſit motus animi, cum id, quod malo caſurum putat, mens refugit. *formido*, cum mens vehementius movetur, ita ut a ſe abeat, & foras feratur. *pavor*, cum ex horrore venturæ rei pectus vehementer tunditur, pavire enim eſt tundere: *tremor*, cum in hac perturbatione frigeſcimus. ¶ Sumitur tum active, tum paſſive. Nam *metus hoſtium* recte dicitur, & cum timent hoſtes, & cum timentur. *Salluſt. 1. hiſt.* Ad bellum excitabat metus Pompeji victoris. *Cic. 11. Fam. ep. 21.* Omnis te de me metu libero. *Id. Agrar. 1. c. 8.* Civitas metu ſuſpenſa. *Id. Verr. 4. c. 54.* Metum alicui afferre. *Id. 2. Fin.* Semper ſunt in metu, ne &c. *Id. Att. l. 3.* Mihi etiam unum de malis in metu eſt, fratris miſeri negotium. ¶ Accipitur interdum metus pro religione. nam religio, ut Servius ait, ex metu nata eſt. *Virg. Æn. 7.* multoſque metu ſervata per annos. ¶ Item pro furore poetico. *Horat. l. 2. od. 19.* Evoe, recenti mens trepidat metu. ¶ Veteres hoc nomen in fœminino gen. uſurparent. *Enn. apud Feſt.* Vivum, an moriar, nulla in me eſt metus.

Metūtus, a, um, *temuto*, partic. antiquum ab obſoleto ſup. *metutum* verbi metuo. *Lucr. l. 5. v. 1139.* Nam cupide conculcatus nimis ante metutum.

Mevanĭa, æ, *Bevagna*, urbs Umbriæ, Propertio alumno nobilis, ferax armentorum. *Colum. l. 3. c. 18. Plin. l. 35. c. 14.* Hinc

Mevanātes, um, m. Mevaniæ incolæ. *Plin. l. 3. c. 41.*

Mevius, vel Mævius, m. 2. poeta ineptiſſimus fuit, Virgilii, & Horatii temporibus, utrique inviſus, quod poemata illorum inſectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam quæreret. Unde *Virgiliomaſtix* vulgo appellatus eſt.

Mēum, vel Meon, μῆον, herba anetho foliis, & caule ſimilis. *Plin. l. 20. c. 23.*

Meus, a, um, *mio*, לִי, Ger. *mein*, Gal. *mon*, *mien*, Hiſp *mi*, *mio*, ἐμός, quod ad me pertinet, a me poſſidetur, vel a me agitur, pron. poſſeſſ. a gen. *mei*, quod ab ἐμός, pro quo communis lingua ἐμοῦ, ε abjecto. *Cic. in Fam.* Nihil in te mea familiari eſt, quod ego malim meum eſſe, quam tuum. ¶ Dicitur meum de eo, qui me poſſidet, vel in me agit, ut *Meus dominus*, in cujus poſſeſſione ego ſum. *Meus carnifex*, qui me excarnificat. *Ter. And.* ¶ *Meus ſum*, idem eſt, quod meæ poteſtatis ſum. *Perſ. ſat. 5.* Poſtquam meus a Prætore receſſi. ¶ Aliquando *Meus*, *tuus*, *ſuus*, *noſter*, *veſter* ſubſtantive accipiuntur. Sed facile in eis ſubauditur ſubſtantivum aliquod, ut *Amicus*, *familiaris*, *domeſticus*. *Virg. 4. Æn.* Dulceſque meorum reliquias. ¶ *Meum eſt*, *tuum*, *ſuum*, *noſtrum*, *veſtrum*, idem eſt, ac meæ ſunt partes, mea intereſt, ad me attinet. *Cic. Att. l. 5. ep. 13.* Intelligis, quam meum ſit ſcire, & curare, quid in Rep. fiat. Interdum *Meum eſt*, ſignificat, mea natura eſt, mea conſuetudo eſt. *Ter. Heaut. 3. 1. 38.* Non eſt mentiri meum. Interdum idem valet, ac meum eſt inventum. *Ter. Eun. 3. 1. 39.* Tuum, obſecro, ne hoc dictum erat? vetus credidi. TH. Audieras? GN. Sæpe, & fertur in primis. TH. Meum eſt. ideſt, ego ipſe hujus dicti auctor ſum. ¶ Mei eſt deſcriptio, ideſt, ego deſcripſi. *Cic. de Sen.* Mei ſunt ordines, mea deſcriptio. ¶ *Meo pretio*, ideſt, pretio a me facto, & a me ſtatuto. *Ter. in prol. Hec.* ¶ *Mea*, *mea tu*, & hujuſmodi, muliebria ſunt blandimenta, ſine quibus, inquit *Donatus*, non progreditur colloquium fœminarum, & maxime trepidantium. *Ter. Eun. 4. 3. 14.* Hau, obſecro, mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? *Id. Adel. 3. 1. 2.* Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. ¶ In vocativo habet *mi* in maſculino gen. *Ter. Adel. 2. 4. 4.* O mi Æſchine, o mi Germane. ¶ Sæpe eſt blandiendi habet. *Id. Phorm. 2. 1. 42.* Mi patrue ſalve. ¶ *Sidonius* tamen *meus domine* dixit *l. 4. ep. 18.* ¶ *Meapte*, *meopte*, apud *Plaut.* leguntur non ſemel. Sic *mepte* pro me, *Id. Men. 5. 8. 10.*

M ANTE I.

Mi. V. Ego, & Meus.

Mica, æ, f. *mica*, פַּת, Ger. *kruemlein*, Gal. *mie*, *miette*, Hiſp. *migaja*, ψιχίς, pulviſculus ille, qui in arena, quaſi argentum, fulget, a quo & panis, & omnium rerum fruſtula, quæ tractantibus nobis aliquam rem inde decidunt, micæ appellantur, a Dorico μικκός, pro μικρός, *parvus*. *Lucret. l. 1. v. 839.* Micæ auri. *Horat. l. 3. od. 23.* Mollibit averſos Penates farre pio, & ſaliente mica. h. e. ſalis mica, quæ in ignem miſſa ſalit. *Catull. epigr. 87.* nulla venuſtas, Nulla in tam magno corpore mica ſalis, h. e. nullus lepor, nulla gratia, *niente de garbo*. *Quintil. 6. c. 4.* interpretatur, nihil ridiculum. ¶ Mica vocabatur cœnatio quædam parva a Domitiano extructa, de qua eſt epigramma *59. l. 2. apud Martial.*

Micans, antis, adject. *ſplendido*, *folgoreggiante*, ſplendidus, fulgens. *Ovid. 2. Metam. v. 2.* Clara micante auro. *Prudent. Cathemer. 5. v. 44.* Ducebat radius ſole micantior. ¶ *Calpur. ecl. 2. v. 26.* Tot quiſque manus jactate micantes. *fare alla mora.* V. Mico.

Micarius, ii, m. qui micas panis colligit, & victum ſibi parce comparat. *Petron. in fragm. Tragur. c. 73. Burmanni.* Homo praſiſcius, frugi, & micarius. Al. aliter leg.

Micātus, ûs, m. actus micandi. *Martian. Capell. l. 4. pag. 95.* Anguis allabere fœminam crebris linguarum micatibus attentat.

Micātus, a, um, in micas redactus. *Plin. Valerian. l. 1. c. 63.* Panis micatus.

Miccotrōgus, i, m. parum rodens, parvi cibi qui eſt: a μικκός, Dorice pro μικρός, parvus. Alii ſcribunt *micotrogus*, a micis rodendis. *Plaut. Stich. 2. 1. 88.*

Mico, as, cui, ſine ſup. n. 1. *riſplendere*, *vibrare*, נָצַץ, Germ. *glintzern*, Gal. *reluire*, *étinceler*, Hiſp. *reſplandecer*, σπίλβω, ſubinde, & per intervalla fulgeo, & reſplendeo, a *mica*, quæ dicitur de arenis fulgentibus. *Liv. l. 6. c. 12.* Ubi illi cana jecerint miſſilia, tunc micent gladii. *Virg. 1. Æn. v. 90.* Crebris micat ignibus æther. ¶ Et quoniam talis quædam variatio, dum digitis ſortimur, apparet, per tranſlationem micare capitur pro digitis ſortiri. Eſt igitur micare digitis, luſus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut porrectis digitis, certantium uterque numerum diceret. *giuocare alla mora.* *Cic. l. 2. de Div.* Quid enim ſors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras. ¶ Ab hoc ludi genere tractum eſt, ut qui certiſſima eſſet fide, quique vir bonus exiſtimaretur, eum antiqui dignum dicerent, quicum in tenebris micaretur. Nam quicum in tenebris micas, ei liberum eſt, ſi velit, fallere. *Cic. 3. Off. c. 19.* A quibus natum eſt id, quod jam tritum eſt vetuſtate proverbium: Cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. ¶ Item quia ſplendor tremulus eſt, & intermiſſis vicibus movetur, factum eſt, ut micare accipiatur pro eo, quod eſt interpoſitis intervallis moveri. *Virg. 3. Georg.* Et linguis micat ore triſulcis. *Cic. 3. de nat. Deor.* Jam vero venæ, & arteriæ micare non deſinunt, quaſi quodam igneo motu.

Micropsychus, a, um, μικρόψυχος, puſillanimis, timidus. *Plin. l. 22. c. 24.* Item animi humilis, ac præparci, quos illi dixere micropſychos.

Mictilis, le, adject. dignus, qui mingatur, vilis, ut *more mictilis*, apud *Lucil.* teſte *Non. c. 2. n. 532.* ut quidam emendat *Scalig. in Catull.*

Mictio. V. Minctio.

Mictorius, um, adject. ad mingendum pertinens, ut mictoria medicamenta, apud *Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 8.*

Mictualis, is, mictorius. *Apul. de herbis, c. 117.* Herba virtutis mictualis.

Micturio, is, n. 4. *deſiderare di orinare*, Ger. *gerne ſeichen wollen*, Gal. *avoir envie de piſſer*, Hiſp. *tener gana de mear*, οὐρητιάω, verb. deſid. mejere cupio, vel interdum mejo ſimpliciter. *Juven. Sat. 6. v. 308.* Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic.

Mictus, us, ui, m. actus mingendi. *Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 5.* Sanguinis mictus. *Id. l. 2. c. 1.* Difficultas mictus.

Micŭla, læ, f. diminut. parva mica. *Celſ. l. 2. c. 5.* Si urina quaſdam quaſi miculas repræſentat. *Arnob. l. 7. pag. 230.* Arvina in exiguas miculas inſecta.

Midas, æ. f. Μίδας, Gordii filius, Rex Phrygum, qui cunctos pene Reges pecuniæ abundantia anteceſſit. Huic (ut eſt in fabulis) propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum conceſſum eſt, ut, quicquid vellet, optaret, futurus voti compos. Optavit, ut, quicquid corpore contigiſſet, in aurum verteretur. Quod annuente Baccho factum eſt. Sed cum cibus, & potus contacti etiam in aurum verterentur, ſenſit tandem Solidus, ſe ſtulte petiiſſe, & facti pœnitens oravit Bacchum, ut hoc munus auferret. Tum Bacchus præcepit, ut in Pactolo flumine ſe lavaret, & ſic liberaretur. Quod cum feciſſet, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Poſtea cum Phœbus, & Pan, ſeu Marſya carmine certarent, Midas judex electus eſt cum Tmolo monte. Tmolus Phœbum victorem pronuntiavit, ſed Midas ſecundum Pana judicium tulit. Iratus Apollo aſininas ei auriculas induit, quas tam ſcite occultavit, ut nemo ſciret, præter ſolum tonſorem: qui cum rem inauditam tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamavit, *Aures Aſininas habet Rex Midas*, deinde foſſam terra adoperuit. Succeſſu ergo temporis creverunt illic arundines, quæ commotæ vocem, quam tonſor infoderat, reddiderunt. Alii narrant, cum præteriret aliquando Liberi Patris aſinos, atque eos affeciſſet injuria, iratum Bacchum Midæ auriculas aſininas addidiſſe. Sunt, qui dicant, huic aures natura prælongas fuiſſe, & aſinorum inſtar prominentes, atque hanc fabulæ jocem ortum eſſe. V. *Ovid. 11. Metam.*

Midion, n. 2. genus navigii. *Feſt.*

Migdilybs, ybis, mixtus Lybs, mixtus genere. *Plaut. Pœn. 5. 2. 74.*

Migratio, onis, f. *partita*, גָּלוּת, Ger. *wanderung*, Gal. *delogement*, *depart*, Hiſ. *mudança de poſada*, *partida*, μετοίκησις, loci mutatio, diſceſſio. *Cic. 1. Tuſc. c. 41.* Mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui e vita exceſſerunt, incolant. *Id. Fam. ep. 17.* Cui verbo domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

Migro, as, n. 1. *mutare ſtanza*, *andare ad abitar altrove*, גָּלָה, Ger. *wandern*, Gal. *déloger*, *changer de logis*, Hiſ. *mudar poſada*, *yr a morar allende*, μετοικίζω, μετοικέω, domicilium muto, & alio ad habitandum me confero, relicta priore habitatione. Aliqui ex verbo *meare*, & *agro* compoſitum putant, ut migrare ſit agro meare. Conſtruitur vel abſolute, vel cum caſibus motus. *Cic. Att. l. 15.* Itaque non ſolum inquilini, ſed mures migraverunt. *Liv. l. 1.* Et Romam inde frequenter migratum eſt e parentibus maxime, & propinquis nuptarum. ¶ Migrare de vita, eſt mori. *Cic. l. 6. de Rep.* Antequam ex hac vita migro. *Id. 1. Fin.* Non dubitat, ſi ita melius ſit, migrare de vita. ¶ Migrare item eſt recedere. *Cic. 3. Fin.* Qui id conſervaret, eum juſtum, qui migraret, injuſtum fore. ¶ Legitur interdum active pro transferre. *Gell. l. 2. c. 29.* Ita ceſſim nidum migravit. *Cic. 3. de Leg. c. 4.* Quod quis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto. h. e. mutaverit. Hinc paſſive *Sil. l. 7. v. 431.* Migrantur Rhœtea regna. *Liv. l. 10. c. 34.* Relicta, quæ migratu difficilia eſſent.

Mi-

Digitized by Google

Mihi, *a me*, *ἐμοί*, *μοί*, dat. ſing. pron. ego, ab antiquo genitivo mis pro *mei*, ut *tibi* a *tis*, *Voſſ.* Varium uſum habet. Nonnunquam ſignificat, ad meum utilitatem, vel ad meum damnum. *Ter. Adelph.* Si quid peccat Demea, mihi peccat. ¶ Aliquando quantum ad meum judicium. *Ter. Adelph.* Nam is mihi eſt profecto ſervus ſpectatus ſatis, cui dominus curæ eſt. ¶ Aliquando a me. *Ter. Heaut.* Syrus eſt prehendendus, atque adhortendus mihi. ¶ Aliquando in me. *Ter. Hec.* 2. 1. 41. Uti vos mihi domi eritis, promda ego ero foris. ¶ Aliquando *mihi*, & *tibi*, in oratione ponuntur feſtivitatis tantum gratia. *Cic. in Piſ.* Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes Magiſtratus ſine repulſa aſſecutum? ¶ Additur etiam dictio ſyllabica *met*. *Cic. pro Quinct.* Brevitas poſtulatur, quæ mihimet ipſi amiciſſima eſt. ¶ Mihipte, mihi ipſi. *Cato apud Feſt.* ¶ *Mi* pro *mihi*, V. Ego. ¶ *Mim'* pro *mihim*. V. ſuo loco.

Miles, itis, o. 3. *ſoldato*, חייל, Ger. *ein kriegſmann*, Gal. *ſoldat*, Hiſp. *ſoldado*, *στρατιώτης*, quicunque militiam exercet. *Cic. pro leg. Manil.* Qui extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. *Id.* 8. *Att. ep.* 12. Legere milites. *Id. Philip.* 7. Cohortatus eſt vicinos ſuos, ut milites fierent. ¶ Eleganter in ſingulari numero pro collectione militum uſurpatur, *ſoldateſca*. *Liv. l.* 22. Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captivos copia fieret. ¶ Milites quandoque dicuntur apparitores Magiſtratuum. *Ulp. l. in eadem. Dig. ex quib. cauſ.* &c. ¶ Miles in fœminino genere. *Ovid. ep.* 11. *v.* 48. Et rudis ad partus, & nova miles eram. Ubi & tranſlate accipitur.

Mileſiæ, arum, *μιλησιακοὶ λόγοι*, poemata & narratiunculæ amatoriæ, & laſcivæ. *Capitolin. in Albino*, *c.* 12. Mileſias nonnulli ejuſdem eſſe dicunt, quamvis mediocriter ſcriptæ ſint. *Sever. in ep. ad Senat. quæ habetur apud eund. Capitolin. loc. cit.* Inter Mileſias Punicas Apuleji ſui, & ludicra litteraria conſeneſceret. Ubi intelligit libros Apuleji de Aſino. V. *Mileſius*.

Mileſius, a, um, adject. ad Miletum pertinens. *Virg.* 3. *Georg.* Mileſia vellera, pro pretioſiſſimis lanis. Unde Mileſia ovilia celebrat *Tertull. de Pall. c.* 3. V. *Miletus*. *Quintil. l.* 2. *c.* 3. Timotheus muſicus Mileſius. ¶ Mileſii populi lauti, & deliciis addictiſſimi fuere, quorum illud eſt memorabiliſſimum: Nemo noſtrum frugi eſto, alioqui ejiciatur. *Beroal. in commem. lib.* 1. *Apul. de A. A.* Hinc Mileſia carmina dicuntur, quæ laſcivas res continent, & ludicras, qualia fuiſſe cujuſdam Ariſtidis ſcribit *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 413. Junxit Ariſtides Mileſia carmina ſecum, Pulſus Ariſtides nec tamen urbe ſua. Hinc & *Apulejus* librum ſuos de Aſino aureo, Mileſium ſermonem appellat *initio libri primi*.

Miletis, idis, f. Byblis, filia Mileti. *Ovid.* 9. *Metam. v.* 634. mœſtam tota Miletida mente. ¶ Eſt etiam adject. fœmin. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 9. *v.* 41. A quibus adveniat Miletida ſoſpes ad urbem. *h. e.* Tomos, quæ Mileſiorum colonia fuit.

Miletus, m. 2. *Μίλητος*, filius Apollinis ex Argea Cleochi filia, vel ſecundum Ovidium, ex Dejone. Nonnulli non Apollinis, ſed Euxantii Miconis filii, alii Sarpedonis, qui fuit filius Jovis, filium faciunt. Hic cum Minoa Cretenſium Regem jam ſenem Regno privare vellet, a Jove territus in Samum, deinde in Cariam Aſiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de ſuo nomine Miletum appellavit, ejuſque incolas Mileſios. *Ovid.* 9. *Met.* Genuit ea Cyane Caunum, & Byblim. *Bocc. l.* 4.

Miletus, f. 2. *Melano*, *Melaſſo*, *Μίλητος*, urbs Joniæ, ſeu Cariæ, in ora maris Ægæi. Condita fuit a Mileto anno Mundi 2953. quo etiam Cyaneus. *Ovid.* 9. *Metam.* ¶ Sed *Strabo l.* 12. a Sarpedone conditam mavult Jovis filio, Minois, & Rhadamanthi fratre, & ab eo Miletum appellatam fuiſſe, ab altera ejuſdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. ¶ Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, poſtea Apollinis Didymei. Sed urbem hanc potiſſimum generoſa vellera, ſeu pretioſiſſimæ lanæ nobilitarunt, ex quibus fiebant Mileſia ſtragula, quæ ob inſignem mollitiem in proverbium ceſſerunt.

Miliaria, æ, f. *ortolano*, avis, dicta, quod milio veſcatur, & pingueſcat. *Varro l.* 3. *R. R. c.* 5. ¶ Miliaris item herba eſt, quæ milium necat. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Milichiæ, m. 1. fontes plures in agro Syracuſano. *Plin. l.* 3. *c.* 8.

Militare, militariter. *Trebell. Pol. in XXX. Tyr. c.* 22. *de Æmil.* Servus militare cæſus, quod, &c.

Militaris, re, o. 3. *militare*, *cio*, *che ſi appartiene a milizia*, Ger. *kriegeriſch*, Gal. *militaire*, Hiſp. *militar*, *στρατιωτικὸς*, quod ad milites, aut militiam pertinet. *Cic.* 1. *Off.* Statuas videmus ornatu fere militari. ¶ Militaris via ille eſt, quæ vulgo communis dicitur, alio nomine *Regia*, ſeu *Conſularis*, ſive etiam *Prætoria*, aut *publica via*. Dicta eſt autem militaris, quod a militibus ſterneretur, vel quod milites in bellum proficiſcentes per eam iter facerent. Ejuſmodi fuerunt Romæ Salaria, Flaminia, Appia, Æmilia. *Cic. de Prov. Conſ.* & *Philip.* 11. ¶ Ætas militaris apud Romanos erat poſt annum decimum ſeptimum uſque ad quadrageſimum ſextum; extra quod tempus non niſi neceſſitate cogente, milites ſcribebantur, quemadmodum *Lipſ. l.* 1. *de milit. Rom.* & *Dempſter. l.* 10. notant. *Tacit. l.* 2. *ann. c.* 60. Referebat, habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari. Adde *Sigon. de ant. jur. Civium Romanorum l.* 1. *c.* 15. *Liv. l.* 25. *c.* 5. ¶ Comparat. militarior *Tertull.* eſt *Apologet. c.* 11. Quis juſtior, & militarior Scipione? ¶ Militaris animus, *ſpirito guerriero*. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 32. ¶ Militaris vir, h. e. miles. *Id.* 2. *hiſt. c.* 75.

Militariter, adv. *da ſoldato*, Ger. *auf kriegiſcher art*, Gal. *en homme de guerre*, Hiſp. *a la ſoldada*, *στρατιωτικῶς*, more militum, more militar. *Liv. l.* 4. *c.* 41. Adverſus hæc Tempanii oratio incompoſita fuiſſe dicitur, cæterum militariter gravis, non ſuis vana laudibus, &c. Adde *l.* 27. *c.* 3.

Militarius, a, um, idem ac militaris. *Plaut. Pſeud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis? *h. e.* incitatis, quales fere incedentium militum ſunt.

Militia, æ, f. 1. *milizia*, מלחמה, Ger. *krieg*, Gal. *milice*, Hiſp. *milicia*, *στρατεία*, res militaris, vel ipſum bellum. *Cic.* 3. *Offic. de Ulyſſe*. Sed inſimulant eum tragœdiæ, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe. ¶ *Militia imaginaria*, eſt pugna ſimulata ad ſpectatorum delectationem exhibita. *Suet. in Claud.* ¶ *Militiæ nomen dare*, eſt ad delectum ultro ſe ſe exhibere, nomenque ſuum in militum album deſcribendum edere. *Cic. Phil.* 7. ¶ *Militiam urbanam ſequi*, eſt in judiciis verſari, & cum adverſariis in foro contendere. *Cic. pro Mur.* ¶ Cum verbis, & nominibus ſtatus in loco in genitivo ponitur. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 19. Quorum virtus fuerat domi, militiæque cognita, *in pace*, *e in guerra*. ¶ Militia pro militari diſciplina. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 20. Antiquam duramque militiam revocabat. ¶ Pro militum multitudine, *Juſtinus l.* 32. *c.* 2. Concurſu ſodalitium cum omni militia interficitur. ¶ Tranſlate *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 2. Grata hæc, & magna, mihique nondum laborioſa ex illa veteri militia. *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 137. Militiam Veneris blandis patiere ſub armis.

Militiola, æ, f. diminut. parva, ſeu brevis militia. *Auctor vitæ Juvenalis, qui a nonnullis Suetonius creditur*. In pantomimum ſemeſtribus militiolis tumentem.

Milito, tas, a. 1. *militare*, *eſercitare l'arte della guerra*, צבא, Germ. *kriegen*, Gall. *militer*, *guerroyer*, Hiſp. *militar*, *exercitar la milicia*, *στρατεύω*, militiam exerceo, ſtipendia in bello mereo, ſtipendia facio. *Cic.* 1. *Off.* Qui in eadem legione militabat. *Liv. l.* 23. *c.* 42. Juventus ſub ſignis militat ſuis. ¶ Aliquando habet poſt ſe ablativum pretii. *Curtius l.* 6. *c.* 5. Græcis mercede apud Perſas militantibus. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Hor. Epod.* 1. Militabitur bellum in tuæ ſpem gratiæ. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 50. Confidentia illa militia militatur magis, quam pondere. ¶ Tranſlate *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *ad fin.* ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in ſilvis catulus.

Milito, onis, m. miles. Quidam legunt hanc vocem in *Apulej. l.* 9. *Metam.* ubi alii *commilito*.

Milium, lii, o. *miglio*, דוחן, Germ. *hirſchen*, Gal. *millet*, Hiſp. *mijo*, *κέγχρος*, genus frugis. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Milio Campania gaudet præcipue, pultemque candidam ex eo facit. Adde *Virg.* 1. *Georg. v.* 216. ¶ Milium Indicum genus eſt milii nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis, quos lobos vocant. Id deſcribit *Plin. l.* 18. *c.* 7. Videtur autem eſſe id, quod Itali vocant *faggina*, & in quibuſdam Italiæ regionibus dicitur *ſorgo roſſo*. Appellatur autem Indicum, quia ex Indis *Plinii* tempore advectum fuit. *Plin. ibid.*

Mille, ſive mile, *mille*, אלף, Ger. *tauſende*, Gal. *mille*, Hiſp. *mil*, *χίλιοι*, *αι*, *α*, nomen numerale. In vett. codd. ac monumentis frequens occurrit *mile* unico *l*. Et ſubſtantivum, & adjectivum eſſe poteſt. Cum uſurpetur ſubſtantive, eſt indeclinabile in num. ſing. ſed in plurali declinatur *millia*, *millium*, *millibus*. In utroque numero genitivum poſtulat. *Cic. pro Mil.* Ante fundum Clodii mille hominum verſabatur. *Id. pro Rab.* Quid vociferabare, decem millia talentum eſſe promiſſa? ¶ Sed tamen apud antiquos invenitur abl. *milli*. *Lucil. l.* 9. apud *Gel. l.* 1. *c.* 16. Tum milli nummum potes uno quærere centum. Ubi *uno milli nummorum* dixit pro mille nummis, ac ſi diceret: Potes mille nummis acquirere centum millia. ¶ Si interdum millia reperiatur junctum cum alio ſubſtantivo in eodem caſu, ſubſtantivum continuatum cenſendum eſt. *Cic.* 4. *Ver.* Tritici modios quinque millia. *Liv. l.* 9. Duo millia & quingenti capti. ¶ Cum uſurpatur adjective, indeclinabile eſt, & eſt duntaxat numeri pluralis, ut *Mille nummi*, *mille nummorum*, *mille nummos*, *mille nummis*. *Cic. pro Seſt.* Edixitque, ut ab Urbe abeſſet mille paſſus. *Hor. l.* 2. *Sat.* 8. Veteriſque Falerni mille cadis. ¶ Dicimus aliquando, *Decem millia*, & *ducenti homines*. Quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines. ¶ *Millia*, abſolute pro millia paſſuum. *Cic. Att. l.* 3. Ultra quadringenta millia.

Millefolium, n. 2. *μυριόφυλλον*, panacis genus, ab Achille inventum, unde & Ἀχίλλειον appelletur. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Aliqui & hanc panacem Heracleon, alii ſideritim, & apud nos millefolium vocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus, quam fœniculi, foliis veſtitam ab imo.

Millenarius, a, um, *di mille*, mille continens, ut millenarius numerus, *Auguſtin. l.* 20. *de civ. Dei*, *c.* 7.

Milleni, æ, a, *a mille*, *χίλιοι*, nomen numerale diſtributivum, quo etiam extra diſtributionem Poetæ utuntur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 4. Atridæ Priami patriam millenum numero navium decumo anno poſt ſubegerunt.

Millepeda, æ, f. *μυριόπους*, *ἴουλος*, vermis piloſus, ex erucarum genere, multis pedibus arcuatim repens, alias centipeda. Nihil enim aliud numero hoc, quam multitudo pedum ſignatur. *Plin. l.* 29. *c. ult.*

Milleſimus, a, um, *milleſimo*, *χιλιοστὸς*, nomen numerale ordinis, a mille. *Cic. Att. l.* 19. Ea libri Serapionis milleſimam partem ejus intelligo. *Id. de Fato c.* 7. Quanquam ad milleſimo ante anno Apollinis Oraculo editum eſſet.

Milliare, is, n. idem ac milliarium, a *mille*. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 1. Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentiſſime. Ita cum aliquibus MSS. legit *Victorius*. Critici reliqui *a. d. quintum terminalia*.

Milliarenſis, e, adject. milliarius, ut milliarenſis porticus, *Vopiſ. in Aurel. c.* 49. Sic dicta vel a mille columnis, quas haberet, vel quod mille paſſus, vel pedes longa eſſet. Sic enim varie exponunt Interpretes, qui eodem modo accipiunt & *milliariis porticus*, quæ leguntur in *Sueton. Neron. c.* 31.

Milliarium, rii, o. *miglio*, Germ. *eine meile*, Gall. *mil*, Hiſp. *milla*, *μίλιον*, *μιλιάριον*, mille paſſuum ſpatium. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 5. Poſtea audivi a tertio milliario, tum eum eſſe. ¶ Hujus octava pars ſtadium vocatur, quod continet paſſus centum viginti quinque. Paſſus autem ex quinque conſtat pedibus, & ſinguli pedes ex quatuor palmis, ſinguli palmi ex quatuor digitis. ¶ Milliarium aureum, erat columna aurata Romæ in foro, in quam omnes viæ Italiæ compeſcebant, & deſinebant, quæ ita vocabatur, quia ab ea milliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, incipiebat. Nam lapides in viis, quibus milliaria notabantur, milliaria etiam vocabantur. *Suet. in Othone c.* 6. Præmonitis conſciis, ut ſe in foro, ſub æde Saturni ad milliarium aureum operirentur. ¶ Vocatur etiam milliarium Urbis, *l.* 154. *de Verb. ſignif.* V. *Plin. l.* 3. *c.* 5. ¶ Denique milliarium vaſis genus eſt ad calefaciendam aquam in balneis, de quo V. *Senec. l.* 3. *quæſt. nat. c.* 24. & *l.* 4. *c.* 9. *Ἰπνολέβητος*. *Colum. l.* 9. *c.* 24. Si vas aneum ſimile milliario, &c. ¶ Scribitur & *miliarium*, unico *l*.

Milliarius, a, um, *migliajo*, Germ. *tauſende*, Gall. *millier*, Hiſpan. *millar*, *χιλίων λιτρῶν*, quod eſt mille librarum, ut Apri milliarii, ideſt, mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. *Var. R. R. l.* 3. *c.* 2. ¶ Item quod mille res continet, ut mille aves, &c. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 10. Milliarius grex. ¶ Sumitur etiam pro ingenti, valde capaci, valde fertili &c. *Suet. in Ner. c.* 31. Veſtibulum ejus fuit, in quo coloſſus ducentorum viginti pedum ſtaret. Ipſius villæ tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. V. *Milliarenſis*. *Plin. l.* 17. *c.* 12. Milliarias vocari multas oleas narrant, a pondere olei, quod ferant annuo proventu.

Millies, adv. *mille volte*, Germ. *tauſendt mal*, Gall. *mille fois*, Hiſp. *mil vezes*, *χιλιάκις*, mille vicibus. *Cic.* 1. *Off. c.* 13. Millies oppetere mortem, quam illa pati, maluiſſet. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 7. *n.* 1. Bis millies, *due mille volte*. *Plin. l.* 2. *c.* 13. Quinquies millies. *cinque mille volte*. Sic decies millies, centies millies &c.

Millus, i, m. ſive millum, i, n. *collare de' cani*, Germ. *ein halsband*, Gall. *collier de chien*, Hiſp. *collar*, collare canum venaticorum, factum ex corio, fixumque clavis ferreis eminentibus adverſus impetum luporum. *Feſt.* Scipio Æmilianus ad populum, apud *Feſt.* Vobis, ſtique publicæ præſidio erit is, quaſi millus cani. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. Ne vulnerentur a beſtiis, imponuntur his collaria, quæ millum vocantur. *Scalig.* ibi legit *melium*.

Milo, onis, m. *Μίλων*, athleta Crotonienſis. Tantæ fortitudinis fuit, ut taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occiderit, & ſine fatigatione per ſtadii ſpatium ſupra humeros portaverit, totumque eo die comederit. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere. Dum conſtitiſſet, nemo eum valebat veſtigio educere. In ſenectute, cum nimia nervorum fiducia arborem in parte media hiantem diducere vellet, brachiis hinc inde conſtrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda.

Gall.

Digitized by Google

Gell. l. 15. c. 16. Valer. Max. l. 9. c. 12. & Ovid. in Ibin, v. 609.

Milonianus, a, um, ad Milonem pertinens. Balb. ad Cic. poſt epiſt. 7. l. 9. ad Attic. Miloniana tempora. h. e. quibus T. Annius Milo accuſatus eſt. Unde & oratio a Cicerone pro eo habita Miloniana dicitur.

Miltites lapis, μιλτίτης λίθος, genus lapidis hæmatitæ, colore rubricæ, vel minii. Plin. l. 36. c. 20. ſub fin.

Milton, i, n. minio, μίλτος, genus pigmenti, quod & minium dicitur. Vitruv. l. 9. c. 3. & Plin. l. 33. c. 7.

Milvāgo, ginis, f. peſce rondine, genus piſcis marini, qui idem eſt ac milvus. Plin. l. 32. c. 2.

Milvīna, æ, f. ὄρεξις, fames appetentia, qualis eſt milvi, dicta ab avis hujus rapacitate. Plaut. Men. 1. 3. v. 29. Quæ mihi appoſita in menſam, milvinam ſuggerunt. ¶ Rvecta tamen adject. eſt, & ſubintelligitur fames. ¶ Item genus tibiæ acutiſſimi ſoni, a milvus. Feſt. & Solin. c. 11.

Milvīnus pes, herbæ ſpecies, quam nonnulli eandem, ac coronopum putant. Col. l. 11. c. 7.

Milvīnus, a, um, quod ad milvum pertinet, ut Milvina tibia, quæ in accentus exeunt acutiſſimos, qualis eſt milvi vox. Milvina ungues, ideſt, rapaces, &c. Plaut. Pſeud. 3. 2. 63. Tu inventa poſtulas quenquam coquum, niſi ſit milvinis, aut aquilinis ungulis? Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. Licinium plagiarium cum ſuo pullo milvino tributa exigere. ¶ Milvina fames. V. Milvina.

Milvius Pons, Ponte Molle, unus ex Romæ pontibus, ab Urbe 2. M. P. unde incipit via Flaminia, ubi etiam Milvius ager.

Milvus, per duas ſyllabas, ſeu milvius, m. 2. nibbio, דיה, Germ. ein weihe, Gall. milan, Hiſp. milano, ἰκτῖν, ἰκτῖνος, avis rapaciſſima, dicta a ſono vocis, quem edit. Ter. Phor. 2. 2. 16. Non rete accipitri tenditur, neque milvo. Perſ. ſat. 4. v. 26. Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret. ¶ Translate dicitur de homine rapaci. Plaut. Rud. 4. 4. 80. Vide petere milvium &c. Id. Pœn. 5. 5. 3. Milvos metuo male. ¶ Ab hujus avis ſimilitudine piſcis quidam milvius, ſive milvus dicitur, quod ſe ſaltu ſupra mare attollens milvii in modum volare videatur, & aliorum piſcium prædam agere, peſce rondine, Plin. l. 9. c. 27. ¶ Milvus etiam eſt ſignum cœleſte, quod vergit ad Urſam majorem, in parte inferiore. Cum terra monſtrum mirabile edidiſſet, quod ſuperiore parte taurus erat, inferiore ſerpens, Parcarum monitu incluſum ſtatim fuit apud Stygiam paludem, in nigra ſylva, triplici murorum ſerie. Inde Oraculum fuit, qui flammis viſcera ejus monſtri adoleſſet, eum poſſe æternos Deos vincere. Igitur quando Saturnus a Jove filio ex Regno expulſus fuit, Titanas, fratres ſcilicet, ac nepotes, in arma adverſus Jovem concitavit. In his Briareus facta ex adamante ſecuri taurum interfecit. Flammis exta jam jam daturus erat, cum Jupiter avibus imperavit, ut illa exta raperent. Rapta a milvio fuere. Ita Jupiter Titanas vicit, & milvium immortalitate inter ſidera donavit. Ovid. 3. Faſt. Nonnulli dicunt, milvium ideo inter ſtellas fuiſſe collocatum, quod Jovi elapſum annulum retulerit. V. Plin. l. 18. c. 26.

Mima, æ, f. mulier geſticulatrix. Cic. 2. Phil. c. 24. Inter quos aperta lectica mima portabatur.

Mimallŏnes, f. 3. Μιμαλλόνες, mulieres ſacerdotes Bacchi, al. Bacchæ, Baſſarides, Thyades, Ogygides, a Mimante Thraciæ monte, vel a μιμεῖσθαι, imitor, quod Liberum Patrem imitarentur, & ad ejus imitationem cornua ferrent. Stat. 4. Thebaid. v. 660.

Mimallonĕus, a, um, ad Mimallones pertinens. Perſ. Sat. 1. v. 99. Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Mimallŏnis, idis, f. 3. Baccha, Sacerdos Bacchi, patron. fœm. a Mimallones. Ov. l. 1. de Arte, v. 541. Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis.

Mimarius, a, um, ad mimum pertinens, ut Mimarii ſcurræ, apud Capitolin. in Ver. c. 8.

Mimas, antis, m. 3. Capo Stillari, Μίμας, mons, & prom. Joniæ, prope Calophonem urb. quod contra Chium inſ. porrigitur, intus Laodiceam urb. attingit. ¶ Item mons Thraciæ, ubi ſacra, & certamina quotannis fieri Baccho conſueverunt. Ovid. 2. Metam.

Mimas, antis, m. 3. Gigantis nomen, quem Jupiter fulmine percuſſit. Horat. l. 3. Carm. 4.

Mimēſis, f. 3. μίμησις, imitatio morum alienorum, Figura cognata Ironiæ, quando non verba modo, verum etiam vocem, geſtumque alicujus imitamur, quod fere deridentes, improbanteſque facimus. Quintil. l. 9. c. 2.

Mimiambus, i, m. Fabula iambico verſu plerumque conſtans, licet ſubinde alia metra admiſceantur. Gel. l. 15. c. 25. & l. 20. c. 9.

Mimĭce, adv. da commediante, da buffone, μιμικῶς. Catul. carm. 43. Turpe incedere mimice.

Mimĭcus, a, um, quod ad mimum pertinet. Cic. 2. de Orat. c. 50. Ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus.

Minutia, locus Romæ. V. Minutia.

Mimnermus, m. 2. Μίμνερμος, Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Aſtypalæenſis, elegiarum ſcriptor. Natus fuit Olympiade 37. ideoque ſeptem Sapientibus antiquior eſt. Quidam tamen eodem tempore vixiſſe illum dicunt. Vocatus fuit Ligyaſtades propter concinnitatem, & dulcedinem carminis. Scripſit multos libros. Suid. & Propert. l. 1. eleg. 9.

Mimogrăphus, i, m. laſcivi, ſeu ridiculi poematis ſcriptor, ut fuere Philiſtio, Publius, Laberius. Sueton. de Grammat. illuſtr. c. 18. Circa ſcenam verſatus eſt, dum mimographos adjuvat.

Mimolŏgus, i, mimographus, mimus. Jul. Firmic. l. 8. c. 8. Pantomimos facit, aut mimologos.

Mimŭla, f. 1. dimin. a mima. Cic. 2. Phil. c. 25. Veniſti Brundiſium in ſinum quidem, & complexum tuæ mimulæ.

Mimŭlus, i, diminut. parvus mimus. Arnob. l. 2. Quid Pantomimos, quid mimulos, &c.

Mimus, i, m. mime, buffone, Germ. gouchelar, Gal. buffon, Hiſp. momo, μῖμος, geſticulator, imitator laſcivus dictorum, morumque hominum, intra, vel extra ſcenam: dictus ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod eſt imitari. Differt ab hiſtrione, quia hiſtrio perſonatus in ſcenam prodit, at mimus ſine perſona. Bud. in proœm. Annot. in Pandect. Horat. l. 1. ep. 18. Mimum partes tractare ſecundas. ¶ Mimus item vocatur ipſum poema, quod actiones, &c. aliorum imitatur ſine reverentia, ſed cum laſcivia, unde & ridiculum eſt. Hanc fabularum ſpeciem Latini vocant planipedium. Ovid. 2. Triſt. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Cic. pro Cæl. Mimi ergo eſt jam exitus, non fabulæ. ¶ Denique mimus ponitur generatim pro ridiculo facto, & quaſi fabula riſu digna. Suet. in Othone, c. 3. Et ſatis viſum, ne pœna actionem mimum omnem divulgaret. Id. in Calig. c. 45. mimum vocat fictum, falſumque triumphum. Apud eund. in Aug. c. 99. & apud Sen. epiſt. 80. mimus appellatur humanæ vitæ curriculum.

Min, legitur apud Auſon. in monoſyllab. pro minio uſurpatum. V. Al.

Min'? hoc eſt, mihi ne? Perſ. ſat. 1. n. 2. Min' tu iſtud ais?

Mina, æ, f. μνᾶ, libra, nummus, apud Græcos. Mina Attica continebat Stateres viginti quinque, ſive, quod idem eſt, centum Atticas drachmas, atque major Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta ſex tantum pendebat drachmas. Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ & Solonis mina a quibuſdam appellatur. Conſtat enim, minam Atticam antiquitus fuiſſe drachmarum tantum ſeptuaginta quinque, quæ, auctis poſtea a Solone ponderibus, mina vetus appellata eſt. Plin. l. 21. c. ult. Rhemnius Fannius v. 32. apud Priſcian. ſentire videtur, minam Atticam eam eſſe, quæ conſtat ſeptuaginta quinque drachmis, quam nos minam veterem vocavimus, alteram vero, quæ centum conſtat drachmis, minam Græcam vocari. Scripſit enim: Accipe præterea, parvo quam nomine Graji mnam vocitant, noſtrique minam dixere priores. Centum hæ ſunt drachmæ. Quod ſi modo dempſeris illis quatuor, efficies hanc noſtram denique libram: Attica quæ fiet, quartam ſi dempſeris hinc, mina, ideſt viginti quinque drachmas, quæ eſt quarta pars numeri centenarii. Demptis igitur 25. ex 100. remanent 75. ¶ Quoties autem apud Scriptores minæ mentio occurrit, de mina nova intelligendum eſt, quæ epitriti proportionem habet ad minorem, ſeu veterem minam, quemadmodum & talentum majus ad talentum minus, ideſt quarta parte major eſt. ¶ Mina etiam menſuræ genus eſt, quo agros metiuntur, qui & modius dicitur, & actus quadratus. Habet ex omni parte pedes centum viginti. Varr. de R. R. l. 1. c. 10. ¶ Mina ovis dicitur, quæ ventre eſt glabro, ita dicta fortaſſe, quia minus habet lanæ. Varr. l. 2. de R. R. c. 2. Pecus ovillum recte ſanum eſt extra luſcam, ſurdam, minam, ideſt ventre glabro. ¶ Item mamma, quæ lacte deficit. Feſt. Minam Ælius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quaſi minorem factam.

Minaciæ, arum, f. minæ, apud vet. Plaut. Rud. 3. 5. 16. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. Adde Milit. 2. 4. 21. & Trucul. 2. 5. v. 56.

Minacĭter, adv. minacciuolmente, Ger. mit. drowen, Gal. en menaçant, Hiſp. amenazando, ἀπειλητικῶς, cum minis. Cic. 1. de Orat. c. 20. Et adverſarios minaciter terrere poſſemus. Id. Phil. 3. c. 8. Num putetis, dixiſſe eum minacius, quam facturum fuiſſe?

Minæ, arum, f. minaccie, Germ. drowung, Gall. menaces, Hiſp. amenazas, ἀπειλαί, terror verborum, metus incuſſio per verba, & ſigna. Uſurpatur interdum in ſingulari. M. Capa. Mina cogi nulla potuit. ¶ Frequentius in plurali num. Cic. pro Cluent. c. 8. Minis aliquem inſequi. Id. pro Quint. c. 14. Minæ jactentur, pericula intendantur. ¶ Minæ etiam, ἐπάλξεις, pinnæ dicuntur, ideſt eminentiæ murorum, merli delle mura. Verg. 4. Æn. v. 88. Pendent opera interrupta, minæque murorum ingentes.

Minanter, adv. idem ac minaciter. Ovid. 3. de Arte, v. 581. Multaque ſubmiſſe, multa minanter agant.

Minatio, onis, f. minaccia, ἀπείλησις, mina, vel actus minandi. Cic 2. de Orat. c. 71. Colliguntur a Græcis alia nonnulla, execrationes, admirationes, minationes.

Minator, oris, qui minat, ſeu agit, ut pecora, armenta, &c. Tertul. l. 2. ad Nation. c. 3. Animalia per ſe moventur, nullo apparente minatore. ¶ Pro eo qui minatur, caret exemplis.

Minatorĭus, a, um, minaccioſo, terribile. Ammian. l. 17. c. 16. Terræmotus ſonitu audientes minatorio.

Minax, cis, o. minaccioſo, Germ. drowig, Gal. menaceur, Hiſp. amenazador, ἀπειλητικός, qui frequenter minatur. Cic. Fam. 16. ep. 10. Cæſar minacis, & acerbas literas ad Senatum miſit. Liv. l. 4. c. 32. Minacior, quam pernicioſior. Suet. in Calig. c. 51. Adverſus Barbaros minaciſſimus. ¶ Sumitur interdum minax pro jactabundo, ac magna de ſe prædicante, ut docet Joſ. Scalig. ad Feſt. affertque exemplum ex Catullo, quod in MS. quodam codice legiſſe ſe teſtatur.

Minciades, æ, m. Virgilius, a Mincio agri Mantuani fluvio. Juvenc. Presb. l. 1. v. 10. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Mincĭus, m. 2. Mencio, Μίγκιος, flu. Cenomanorum, in Venetia, qui ex Benaco lacu emiſſus ad Piſcariam arcem, & Mantuam urb. alluens, in Padum ad Acroventum pag. influit. Virg. Ecl. 7.

Minctĭo, onis, f. actus mingendi. Veget. de re Veterin. l. 1. c. 31. Provocare minctionem. Al. leg. mictionem.

Minctŭm, æ, f. minctio. Veget. l. 1. de re Veter. c. 23. ubi al. leg. mictura.

Mineĭdes. V. Minyeides.

Mineĭus. V. Minyeius.

Minĕo, es, ui, n. 2. promineo, exto. Lucret. l. 6. v. 561. ad cœlum magis quanto ſunt edita quæque, Inclinata minent in eandem prodita partem.

Minerrĭmus, pro minimus, apud Veteres. Feſt.

Minerva, f. Minerva, Ἀθηναία, Ἀθηνᾶ, Dea ingeniorum, & diſciplinarum præſes, alio nomine Pallas. Arnob. l. 3. ſcripſit, alios dixiſſe, Minervam eſſe ſummum ætherem, nonnullos Memoriam, inde nomen Minervæ formatum eſſe, quaſi quædam Meminerva. Etymon hoc firmat, quod alii matrem ejus Memoriam faciunt. Paulus duo etyma adducit e Feſto, his verbis: Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim Pagani pro Sapientia ponebant. Cornificius vero, quod fingatur, pingaturque minitans armis, eandem dictam putant. Apud Cic. de nat. Deor. c. 24. aliud quoque etymon legas. Sic enim inquit: Minerva, quia minuit, aut quia minatur. ¶ Poetæ fabulantur, ortam eſſe ex cerebro Jovis primi, Jovi febricitanti Vulcanum ſecuri cerebrum percuſſiſſe, inde Minervam exiiſſe. Cic. 1. de nat. Deor. Quo commento ſignificare volunt, litterarum diſciplinas humani ingenii non eſſe inventum, ſed ex Jovis cerebro, h. e. ex inexhauſto divinæ ſapientiæ fonte ad homines uſum eſſe depromptas. ¶ Hæc prima olei, & lanificii inventrix creditur extitiſſe: ob quæ erga humanum genus beneficia divinos honores meruit. Cic. 3. de nat. Deor. c. 21. Hinc & pro ipſo lanificio ponitur ab Ovid. 4. Met. v. 32. & Virg. 8. Æn. v. 409. Sapientiæ, ut initio diximus, & bonarum omnium artium Dea habita eſt. Principem etiam & inventricem belli fuiſſe ferunt. Cic. ibid. ¶ Minervæ quinque a Cic. l. 2. de nat. Deor. numerantur: Minerva prima, inquit, quam Apollinis matrem ſupra diximus: ſecunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt. tertia illa, quam Jove generatam ſupra diximus: quarta Jove (ſecunda) nata, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coryphaſiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt: quinta Pallantis (al. Pallentis) quæ patrem dicitur interemiſſe virginitatem ſuam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. ¶ Pingui, ſeu craſſa Minerva aliquid facere, eſt ſimplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere, rozzamente. Horat. l. 2. ſat. 2. v. 2. Ruſticus craſſa Minerva. Col. in præf. l. 1. Poteſt enim nec ſubtiliſſima, nec rurſum (quod ajunt) pingui Minerva res agreſtis adminiſtrari. ¶ Invita Minerva aliquid facere, idem eſt, quod repugnante ingenio, vel repugnante natura aliquid aggredi, contro ſe natura. Hor. de Arte, v. 385. Tu nihil invita dices, facieſve Minerva. Cic. 1. Offic. c. 31. Ex quo magis emergit, quale ſit decorum illud, ideo quia nihil decet invita, ut ajunt, Minerva. ¶ Sus Minervam, ſubaudi docet, vel monet, tritiſſimum eſt proverbium, quo utimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, a quo ipſe ſit magis docendus. Cic. Fam. 9. ep. 18. Veni igitur, & diſce jam νομικὰ γράμματα, quas quæris, etſi ſus Minervam. ¶ Omnis Minervæ homo, h. e. valde ingenioſus. Petron. in fragm. Tragur. c. 43. Burm.

Minerval, alis, n. 3. διδακτρον, merces, quæ a diſcipulis magiſtris perſolveba-

Digitized by Google

vehatur, vel, ut *Feſto* placet, gratuitum munuſculum, quo aliquis ſe in diſcipulum tradens novo commendabat magiſtro, a *Minerva* præſide ingeniorum, & diſciplinarum, cujus imago in ſcholis poni ſolebat. *Var. l. 3. de R. R. c. 2.* Quo ſimul ac promiſeris Minerval, incipiam, inquit.

Minervalis, e, ad Minervam pertinens. *Tertul. de Spectac. c. 11.* Minervales artes. ¶ *Minervalia*, um, ſacra Minervæ. *Id. de Idolol. c. 10.*

Minervius, a, um, adject. ad Minervam pertinens. Hinc Athenienſes Minervii dicuntur, quod Athenis Minervæ templum fuit, ejuſque artes mire colebantur, *Arnob. l. 3.* Et *Minervium* dictum fuit ipſum templum, *Id. l. 6 & Var. l. 4. de L. L.* ¶ *Feſt.* quoque in voce *Anamenta* docet, verſus in honorem Minervæ compoſitos *Minervios* appellari.

Mingo, is, minxi, minctum, n. 3. idem ac meio. *Horat. l. 1. ſat. 8.* In me veniat mictum atque cacatum. *Mart. l. 3. epigr. 77.* Minxiſti currente ſemel, Pauline, carina. ¶ In præſenti tempore *Veget. l. 3. de re Veter. c. 12.* Convenit ſanguinem mingere. Et *c. 15.* Deambulant, & mingunt. Addunt quidam Lexicographi etiam locum *Celſi l. 4. c. 20.* ſed dubiæ lectionis.

Miniaceus, a, um, adject. μιλτώδης, qui eſt ex minio. *Vitruv. l. 7. cap. 9.* Expolitiones miniaceæ ſuum colorem retinere. *Id. ibid. c. 4.* Miniaceis cunis.

Miniatus Jupiter dictus eſt, cujus ſtatua minio illita erat. *Cic. Famil. 9. epiſt. 16.*

Miniaria, æ, f. 1. μιλτωρυχία, locus, in quo foditur minium. *Plin. lib. 33. cap. 7.* Siſaponenſibus autem miniariis ſua vena arena ſine argento excoquitur.

Miniarius, a, um, quod ad minium ſpectat. *Plin. l. 33. c. 7.* Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo.

Miniatulus, a, um, dim. a miniatus. *Cic. Att. l. 16. epiſt. 11.* Cerulas enim illas miniatulas tuas pertimeſcebam. V. Miniatus.

Miniatus, a, um, minio tinctus, ruber. Hinc cera miniata, vel miniatula, erat cera rubra, qua notabant, quæ minus probarent, & corrigi vellent. *Cic. Att. l. 15. epiſt. 16.* Quæ quidem, vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint.

Miniculariius, ii, artifex, qui minio inficit. *L. 9. Cod. Theodoſ. de indulgent. debit.*

Minime, adv. ἥκιστα, ſup. anom. a parum. *Cic. Fam. 13. ep. 1.* Homo omnium minime ambitioſus. ¶ Interdum ponitur pro minimum, id eſt ad minus, *per lo meno*. *Colum. l. 2. c. 6.* Lata tabulia eſſe oportebit pedes decem, vel minime novem. ¶ Sæpe adverbium eſt negandi, & ſignificat idem, quod non, nequaquam, ne, οὐ, [illegible]. *Cic. in Brut.* Attuleratque minime vulgare genus dicendi. ¶ Minime gentium, *per niente, a niun modo*, [illegible], vehementius negantis eſt, ut exponit *Feſt.* Sed fortaſſe ponitur ſimpliciter pro minime, ut ſit ſupervacue adjectum *gentium*, ſicut *ubique gentium*, quod eſt ubique, *nuſquam gentium*, quod eſt nuſquam. *Ter. Adelph. 3. 2. 44.* Ah, minime gentium, non faciam. Sic, minime omnium, apud *Cic. pro Roſc. Amer.* ¶ Minime feceris, pro ne feceris. *Plaut. Moſt. 1. 3. 115.* ¶ Uſurpatur & in reſponſionibus. *Salluſt. in Catil. in Orat. Caſ.* Placet igitur eos dimitti? Minime. Sic, minime vero, apud *Cic. 1. Tuſc.*

Minimopere, adv. idem ac minime, apud vet. *Lucil. apud Priſcian.* Non minimopere milites quietos volebant eſſe.

Minimum, adv. ἥκιστα, idem ac minime, *Cic. 1. Fam. epiſt. 9.* Non premiis, quæ apud me minimum valent. ¶ Sæpe ſignificat ad minimum, ut minimum, ſaltem, *per lo meno*. *Var. de R. R.* Harum ſingula genera minimum in duas ſpecies dividi poſſunt. *Id. l. 4. de L. L.* Minimum duo eſſe verba debent.

Minimus, a, um, *minimo*, [illegible], Germ. *der kleineſt*, Gall. *plus petit de tous*, Hiſp. *minimo*, ἐλάχιστος, ἥκιστος, ſuperl. anom. nom. *parvus*. *Plaut. Stich. 1. 2. 63.* E malis multis malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum. *Id. Epid. 2. 2. 110.* Minimo emere, *a vilissimo prezzo*. *Cic. 2. de Orat. c. 14.* Minimus natu, *il più giovane*. ¶ Minimo provocare aliquem dicitur is, qui victoriæ confidentia plus ſponſione promittit, quam exigit ab adverſario. *Hor. lib. 1. ſat. 4. v. 14.* Criſpinus minimo me provocat. h. e. minimo pretio, vel nummo, quemadmodum *ff. l. 2. c. 15. leg. 3.* dicitur minimo tranſigere. Quidam locum *Horatii* explicant de digito minimo, de quo V. *Eraſm. in Adag.* ſed hæc explicatio nulla nititur latina auctoritate. Alii ſatis ingenioſe conjiciunt legendum *nummo*. ¶ Superlativum ex ſuperlativo, *minimiſſimus*, Græcorum more, *Arnob. l. 5.* Digitorum minimiſſimus.

Minio, onis, m. Munio, *Mugnone*, *Mignone*, fl. parvus Hetruriæ, qui oritur in regiuncula Sabatina, & per agrum Corvnetanum inter Centumcellas, & Cornetum in mare decurrit. *Virg. Æn. 10.*

Minio, as, a. 1. *miniare*, μιλτόω, minio tingo *Plin. l. 33. c. 7.* A Cenſoribus in primis Jovem miniandum locari. *Idem l. 35. c. 12.* Fictilem fuiſſe, ideoque miniari ſolitum.

Miniſter, ſtri, m. 2. *miniſtro*, [illegible], Germ. *diener*, *knecht*, Gall. *miniſtre*, Hiſp. *ſiervo*, ὑπηρέτης, qui miniſtrat, vel inſervit, a *minus*, vel *minor*, ut *magiſter* a *magis*. Aliquibus dictus videtur a *manus*, quaſi maniſter. *Cic. 1. de Orat. cap. 45.* Infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in judiciis Oratoribus. *Id. de Amic.* Ut aut libidinis miniſtri, aut adjutores eſſent ad injuriam. *Id. pro Cluent. c. 53.* Magiſtratus miniſtri legum.

Miniſterium, n. 2. *miniſterio*, [illegible], Ger. *ein dienſt*, Gal. *miniſtere*, Hiſp. *miniſterio*, διακονία, proprie miniſtri opera eſt, quamvis & pro omni operatione poni conſueverit. *Virg. 7. Æn. v. 619.* Abſtinuit tactu pater, averſuſque refugit fœda miniſteria. *Velley. l. 2. c. 38.* Cyprus Senatus conſulto, miniſterio Catonis, provincia facta eſt. *Colſ. l. 8. c. 4.* Tradere miniſterium. ¶ Interdum uſurpatur pro miniſtris, ſicut ſervitium pro ſervis. *Plin. 12. 1.* Quindecim convivarum, & miniſterii capax triclinium.

Miniſtra, f. 1. *miniſtra*, mulier, quæ miniſtrat, ſeu ſervit. *Cic. 2. de Fin.* Miniſtræ, & ſatellites voluptatum. *Ovid. 9. Metam. v. 306.* Una miniſtrarum fuſis utrinque capillis.

Miniſtratio, onis, f. actus miniſtrandi. *Vitruv. l. 6. c. 8.* Torcular proximum ſit culinæ. Ita enim ad olearios fructus commoda erit miniſtratio.

Miniſtrator, oris, m. idem ac miniſter. *Cic. de Orat. 2. 75* Quod miniſtratorem peteres, non adverſarium. *Sueton. in Vitel. c. 17.* Miniſtratorem ſe exhibere alicui.

Miniſtratorius, a, um, ὑπηρετικός, quod ad miniſtrationem pertinet, ut Miniſtratorii urceoli. *In lemmate epigrammatis 105. l. 14. apud Martial.*

Miniſtratrix, icis, f. idem quod miniſtra. *Cic. 1. de Orat.* Sed ut omnes comites, ac miniſtratrices Oratoris eſſe diceres. Ita legit *Non. c. 2. n. 567.* Alii *miniſtræ*.

Miniſtratus, a, um, *dato*, *ſomminiſtrato*, miniſtrando præbitus. *Senec. de tranquill. c. 1.* Cibus multorum manibus miniſtratus.

Miniſtro, as, avi, atum, a. 1. *miniſtrare*, *ſervire*, [illegible], Germ. *dienen*, Gal. *adminiſtrer*, *ſervir*, Hiſp. *miniſtrar*, ὑπηρετέω, ſervio, porrigo, præbeo, a *miniſter*. *Plaut. Curc.* Tu tabellas conſignato, hic miniſtrabat, idest ſerviet. *Gel. lib. 1.* Quoniam filii hi pocula in convivio Regi miniſtrarent. *Virg. 1. Æn. v. 154.* Furor arma miniſtrat. *Plaut. Stich. 5. 4. 7.* Miniſtramus inter nos. *Virg. 10. Æn.* Ipſe ſedens clavumque regit, veliſque miniſtrat. ¶ Paſſive cum nominativo perſonæ uſurpat *Colum. l. 12. c. 1.* Si quis ex familia cœperit adverſa valetudine affici, videndum erit, ut is quam commodiſſime miniſtretur.

Minitabiliter, adv. idem ac minaciter, apud vet. *Pacuv. in Antiopa*, apud *Non. c. 2. n. 546.* Minitabiliterque increpare dictis ſævis incipit.

Minitabundus, a, um, valde minans, plenus minarum. *Liv. l. 39. c. 41.* Tum quoque minitabundus petebat.

Minitio, V. Minutia.

Minito, as, a. 1. idem ac minitor. *Terent. Phorm. 5. 6. 22.* Qui minitas malum. Al. leg. *minitatur*. *Plaut. Capt. 4. 3. 85.* Quæ minitas mihi. *Cic. 7. Ver.* Verri nimis atrociter minitantem.

Minitor, aris, d. 1. *minacciare*, ἀπειλέω, ſæpe vel impetuoſe minor, vel ſimpliciter minor. *Cic. 2. Catil. c. 1.* Urbi atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem. Al. leg. *ferro*, *flammaque*. *Id. 3. de Orat. c. 58. ex Poeta*, Terribilem minitatur vitæ cruciatum & necem.

Minium, n. 2. *minio*, μίλτος, pigmenti genus laudatiſſimi coloris, quod in argentariis fodinis cum argento vivo inveniri ſolet. Vox Hiſpanica eſt. Nam *Dioſcor. l. 5. c. 10.* ait, minium ex Hiſpania apportari. Dubium vero eſt, utrum nomen a Minio fl. acceperit, an illi dederit. Prius cenſet *Vitruvius*, alterum placuit *Juſtino lib. 44.* ¶ Eo ſolebant illinire majuſculas librorum literas, ad ornatum. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 1. n. 7.* Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. ¶ Item Deorum ſtatuas, teſte *Plin. l. 33. c. 7. & l. 35. c. 12. & Serv. ad Ecl. 5. & 10. Virg.* ubi addit, manus quoque triumphantium, qui Jovis inſignia ferrent, miniatas fuiſſe. De minio plura *Vitruv. l. 7. c. 8. & 9.*

Minor, aris, a. 1. idem ac minor, apud vet. *Priſcian. l. 8.* Multa ſimiliter ancipiti terminatione in una, eademque ſignificatione protulerunt antiqui, ut *partio*, & *partior*, *muneror*, & *muneror*, *mino*, & *minor*, *minito*, & *minitor*. ¶ Sed poſterioribus ſæculis *mino* longe aliud fuit, quippe eo Scriptores uſi ſunt pro pecus agere, *menare*, *condurre*, ἄγειν. Id inde ortum eſt, quia veteres quoque minari boves dixere, quod Græci [illegible], & minas bubulcorum, quas Græci [illegible], ut ad *Manilium Scaliger* obſervavit. Minari autem erat increpare ſtimulo, & bobus inſtare. *Feſtus*, ſive *Paulus*: Agaſones equos agentes, idest minantes. *Id.* Agere, modo ſignificat ante ſe pellere, idest minare. *Auſon. de Myronis bucula, epigr. 67.* Suam relinquens me minabat ut ſuam. *Apul. l. 2. Metam.* Nos duos aſinos minantes baculis exigunt.

Minois, f. Ariadna, filia Minois. *Ovid. 8. Metam. v. 174.* Protinus Ægides rapta Minoide Diam vela dedit.

Minoius, a, um, *minoio*, Cretenſis, a Minos. *Virg. 6. Æn. v. 14.* Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoia Regna.

Minor, & minus, oris, c. *minore*, Germ. *weniger*, Gal. *moindre*, *plus petit*, Hiſp. *menor*, ἥσσων, comp. anom. nominis *parvus*, ab Attico [illegible], pro [illegible], ut ſcribit *Euſtathius*, vel a [illegible], minor, inferior. *Ovid. 2. de Arte.* Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri. *Cic. 4. Fam.* Minoris æſtimare. *Id. Ver. 3.* Minoris vendere. *Hor. l. 2. epiſt. 3. v. 205.* Quod numero plures, fama, & virtute minores. h. e. inferiores. ¶ Cum infinito, *Horat. l. 1. Sat. 3. n. 312.* Minor certare. h. e. inferior in certando. ¶ Interdum idem eſt, quod junior, præſertim ſi addatur ablativus *natu*, *annis*, *ætate*, vel ſimilia. *Terent. Eun.* Video herilem filium minorem huc advenire. *Cic. de Amic.* Pro hoc, qui minor eſt natu, jure meo reſpondeo. *Id. 4. Ver.* Ne quis minor triginta annis natu. ¶ Id vero frequentiſſimum eſt in plurali numero, ut minores dicamus pro junioribus, & interdum pro ipſis poſteris, quemadmodum majores pro ſenioribus, vel pro iis, qui nos ætate anteceſſerunt. *Horat. de Arte.* Cenſor, caſtigatorque minorum. *Ovid. 4. Triſt.* Utque ego majores, ſic me coluere minores.

Minor, aris, d. 1. *minacciare*, ἀπειλέω, minas infero, verbis, & denuntiatione periculi terreo. *Cic. in Ver.* Niſi vehementius homini minatus eſſem. *Id. in Phil.* Hoſtis teterrimus omnibus bonis cruces, & tormenta minatur. ¶ Uſurpatur etiam pro eminere, extare, efferri. *Virg. 1. Æn. v. 162.* Geminique minantur in cœlum ſcopuli. Ubi *Servius*: Minantur, eſt eminent, ut, Minæque murorum ingentes. ¶ Item pro polliceri, præ ſe ferre, *vantare*, *prometter gran coſe*. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 9.* Atqui vultus erat multa, & præclara minantis. *Phædr. l. 4. fab. 22.* Qui magna cum minaris, extricas nihil.

Minoratus, a, um, *fatto minore*, *diminuito*. *Scævol. JCtus l. cum venderet, ff. de ſervis export.* Quos minorato pretio vendidit. Adde *Tertul. adverſ. Jud. c. 14.*

Minoro, as, a. 1. ἐλαττόω, minorem facio. *Tert. de anim. c. 43.*

Minos, is, m. 3. Μίνως, filius Jovis, & Europæ. Rex Cretæ, qui primus Cretenſibus leges dedit. *Lactant. l. 1. 21.* ¶ Propter inſignem juſtitiam fabulati ſunt, Minoem apud Inferos judicem animarum conſtitutum fuiſſe. *Cic. 1. Tuſc. c. 5.* Hinc *Virg. 6. Æn. v. 432.* Quæſitor Minos urnam movet: ille ſilentum Conciliumque vocat, vitaſque, & crimina diſcit.

Minotaurus, m. 2. Μινώταυρος, monſtrum parte ſuperiore hominem, inferiore taurum referens, ex portentoſo Paſiphaes cum tauro concubitu progenitum, quod juſſu Minois labyrintho incluſum humanis carnibus alebatur. *Virg. 6. Æn. v. 24.* Huic quotannis Athenienſes ex præſcripto fœderis ſeptem ex ſuis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Theſeus filius Ægei, forte miſſus, Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere fuga evaſit. *Servius* interpretatur, taurum ſcribam fuiſſe Minois, qui, abſente Rege, cum Paſiphae concubuit in domo Dædali, & quia Regina eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro eſſet ſimilis, factum eſſe locum fabulæ, ut Minotaurum biforme monſtrum peperiſſe diceretur.

Minoturannus. V. Menotyrannus.

Minous, a, um, Cretenſis, a Minos. *Ovid. in Ibin. v. 509.* Si tua contigerit Minoas puppis arenas. ¶ Item ad ipſum Minoem pertinens. *Propert. l. 3 eleg. 17. v. 21.* Minoa figura. h. e. Minois pulcritudo.

Minthe. V. Menthe.

Mintrio, is, vel Mintro, as, n. 4. vel 1. verbum exprimens vocem murium. *Auct. carm. de Philomel.* quod a nonnullis *Ovidio* tribuitur, v. 61. Mus avidus mintrit. Al. leg. mintrat.

Minturnæ, arum, f. 1. urbs, & Col. Latii Novi, in Campaniæ confinio, ad oſtia Liris fl. & ad ejus dexteram, in planitie, inter Formias & Sinueſſam. In paludibus propinquis C. Marius delituit, fugiens perſecutionem Syllæ. *Liv. l. 10. c. 2.*

Minturnenſis, ſe, adject. qui eſt ex Minturnis. *Vellej. l. 2. c. 19.* In carcerem Minturnenſium perductus eſt.

Minuiſco, is, n. 3. minor fio. *Auſon. in Ephemer. ſub fin.* profugi minuiſcunt crimine ſomni. Al. aliter leg.

Minuo, is, ui, utum, a. 3. *diminuire*, *menomare*, [illegible], Germ. *kleiner machen*, Gall. *amoindrir*, Hiſp. *menguar*, ἐλαττόω, minorem reddo, extenuo. *Cic. Attic. l. 11.* Quo putares meam moleſtiam minui poſſe. *Id. in Catil.* Ne quid de ſumma dignitate Reip. minueretur. *Cæſ. 3. B. G.* Nam & noſtris militibus ſpem minuit. Sic minuere dolorem, laborem, fructum, curas, &c. *Cic. Horat. Terent.* ¶ Significat etiam omittere, remit-

remittere. *Terent. Phorm.* 2. 2. 88. Minus vero iram. *Id. Hecyr.* 4. 3. 12. Non minuam meum conſilium. *Caeſ. l.* 3. *B. G. c.* 12. Rurſus minuente æſtu. ¶ Item pro violare. *Nepos in Ageſil. c.* 4. Non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerant, quam qui &c.

Minurio, is, ivi, itum, n. 4. *cantar ſotto voce*, μινυρίζω, tenui voce cano, & proprie dicitur de avibus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Progne inter aſſerea minurrientem. *Spartian. in Geta, c.* 5. Agni balant, palumbes minuriunt, leones rugiunt. ¶ Quidam Lexicographi *minurrire* ponunt pro *minurio*.

Minuritio, onis, f. avium minorum cantus ſubmiſſus. *Feſtus. Turneb. l.* 1. *Adverſ. c.* 12. affert etiam *Ciceronis* exemplum *l.* 1. *de Orat. c.* 59. ſed variat ibi lectio.

Minus, *meno*, adv. comp. a *parum*, & jungitur cum ablat. *Cic. de Div. l.* 1. Madefactum iri minus triginta diebus Græciam ſanguine dicebat. ¶ Vel cum nomin. *Cic.* 3. *Ver.* Ne minus dimidium ad fratrem illum proſcriptum perveniret. ¶ Si poſitivo jungatur, contrariæ ſignificationis comparativum demonſtrat, ut *Minus ſtultus*, idest prudentior. *Minus prudens*, idest ſtultior. *Ter. Eun.* Hoc nemo fuit minus ineptus, idest aptior. ¶ Frequenter etiam accipitur pro non. *Cic. pro Arch.* Quo minus manuum noſtrarum tela pervenerint, eodem gloriam, famamque penetrare. *Id. de Div. l.* 1. Nonnunquam ea, quæ prædicta ſunt, minus eveniunt. ¶ Et in hac acceptione ſæpe conjungitur cum *ſin*, & ſignificat, *quod ſi vero non*, *ſed ſi non*. *Cic.* 10 *Fam. l.* 7. *ep.* 1. Quod ſi aſſecutus ſum, gaudeo, ſin minus, hoc me tamen conſolabor. *Id.* 1. *de Orat.* Non intelligo, quamobrem non, ſin minus illa ſubtili definitione, at hac vulgari opinione ars eſſe videatur. ¶ Item cum *quo*, & frequenter notat *ut non*, vel *ut ne*. *Cic. in Fam. l.* 7. *ep.* 1. Quo minus te prætermiſiſſe ludos pœniteret. *Ter. Andr.* 4. 1. 17. Ne per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ. ¶ Interdum repetitur. *Idem Heaut.* 3. 3. 33. Minus minuſque mihi obtemperas. *Ovid. l.* 2. *de Pont. eleg.* 8. *v.* 73. Nam minus & minus eſt facies in imagine triſtis.

Minuſcularius, a, um, minuſculus, ut Minuſcularii aquæductus, *leg.* 10. *Cod. de Aquæd.*

Minuſculus, a, um, *minoretto*, ἐλάττων, aliquanto minor, dim. a minor. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 4. Reſcripſit epiſtolæ maximæ, audi nunc de minuſcula. *Id. Att. l.* 14. *ep.* 13. Minuſcula villa.

Minutal, alis, n. 3. [illegible], genus eduli, quod ex conciſis minutatim oleribus fit, auctore *Apicio l.* 4. *c.* 3. Fiebat inter cætera marino piſce, liquamine, vino, oleo, porris, & coriandro. *Martial. l.* 11. *epigr.* 32. Hinc exit varium coco minutal. *Juven. ſat.* 14. *v.* 129. Heſternum ſolitus medio ſervare minutal Septembri. ¶ Dicitur etiam de aliis minutis rebus. *Tert. de ani. c.* 32. Culices, formicæ, tineæ, & hoc genus minutalia.

Minutalis, le, adject. minutus, exiguus, ut minutalia regna. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 4.

Minutatim, adv. a *minuto*, Germ. *ſtücklechtig*, Gall. *par le menu*, *petit*, Hiſp. *deſmenuzadamente*, κατὰ λεπτόν, in minutiſſimas partes, per partes minutas. *Colum. l.* 8. *c.* 14. Naſturtium confectum minutatim. *Cic.* 4. *Acad. c.* 16. Cum aliquid minutatim, & gradatim additur, aut demitur. ¶ Aliquando pro paulatim accipitur. *Varr. l.* 1. *de R. R. c.* 9. Ut minutatim aſſuefaciant. *Lucret. l.* 2. Ætas vires frangit minutatim.

Minute, adverb. *minutamente*, λεπτῶς, in minutas partes, exiliter. *Cic. in Orat.* Nec ſatura jejune, nec grandia minute. *Cato de R. R. c.* 10. Quam minutiſſime per cribrum cernere. *Quint. l.* 5. *c.* 14. Minutius ſcrutari omnia.

Minutia, æ, f. *minuzia*, [illegible], Germ. *ein ſtücklein*, Gall. *petite partie*, Hiſp. *pequeña parte*, [illegible], contemptibilis parvitas cujuſcunque rei. *Senec. epiſt.* 91. Attrita grana franguntur, donec in minutiam redigantur.

Minutia porta, una ex portis Urbis Romæ, ita dicta, quod Minutii Dei ſacello proxima erat. *Feſtus*. Legitur & *Minucia*. ¶ Minutia, inquit *Lipſ. Elect. l.* 1. *c.* 8. ſeu Minucia, ſeu *Minutia* (ſic enim varie legitur in vet. libris) locus erat Romæ in regione urbis nona, ad Circum Flaminium, ubi frumenta populo diſtribuebantur.

Minuties, ei, f. idem ac minutia. *Apul. l.* 9. *Met.* ad ſummam minutiem conciſa. *Arnob. l.* 6. paleas in minutiem contrahi.

Minutiloquium, ii, n. *Tertull. de Anim. c.* 6. Micas de minutiloquio Ariſtotelis inſerit.

Minutim, adv. idem ac minute, & minutatim. *Col. l.* 4. *c.* 14. Qui crebris bidentibus æqualiter, & minutim ſoli terga comminuat.

Minutio, nis, *diminuzione*, μείωσις, imminutio, detractio. *Gell. lib.* 16. *c.* 5. Ve particula tum intentionem ſignificat, tum minutionem. *Id. lib.* 1. *cap.* 12. Minutio capitis.

Minutularius, a, um, minutulus. *Auguſtin. l.* 7. *de Civ. Dei, c.* 4. Minutularii vectigalium conductores.

Minutulus, a, um, dim. a minutus. *Plaut. Pœn. prol. v.* 28. Nutrices pueros infantes minutulos domi ut procurent.

Minutus, a, um, *ſminuito*, *menomato*, ἐλαττωθείς, comminutus, imminutus, minor factus, partic. a minuor, ut Minuta ſpes, apud *Tac. in vita Agricolæ, cap.* 17. ¶ Eſt etiam nomen, & ponitur pro parvo, anguſto, tenui, brevi, *minuto*, *piccolo*, [illegible], *Ger. Klein*, Gall. *menu*, Hiſp. *menudo*, *deſmenuzado*, λεπτός, μικρός. *Cic.* 2. *de Orat.* Genus ſermonis affert, non liquidum, non fuſum, ac profluens, ſed exile, aridum, conciſum, ac minutum. ¶ Cum ad perſonas refertur, capitur pro eo, qui nullius celebrioris nominis, vel authoritatis eſt. *Cic. de Div. l.* 1. Tamen hos minutos Philoſophos vicaret. ¶ Vel pro puſillanimi. *Cic.* 1. *Fin.* Ecce autem alii minuti, & anguſti, & omnia ſemper deſperantes. ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Quintil. l.* 8. *c.* 2. Minutioris eſt curæ. *Sueton. Vitell. c.* 17. Minutiſſimi ictus.

Minyæ, arum, m. 1. Μινύαι, pop. Theſſaliæ, qui Jaſonem in Colchos proficiſcentem ſecuti ſunt. Sed alii dicunt, fuiſſe populos Bœotiæ circa Jolcum M. dictoſque a Minya Rege Orchomeni filio nepote Neptuni. Frequenter a Poetis pro ipſis Argonautis ponuntur. *Ovid.* 7. *Met.* Jamque fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant.

Minyeïas, adis, f. patronym. Minyæ filia. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 1. At non Alcithoe Minyeias Orgia cenſet Accipienda Dei.

Minyeïdes, (rectius quam *Mineides*,) dum, f. Minyæ filiæ, in veſpertiliones transformatæ, quod Bacchi ſacra ſprevillent. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 32. ſolæ Minyeïdes intus, Intempeſtiva turbantes feſta Minerva. Adde *ibid. v.* 425.

Minyeïus, (rectius quam *Mineius*) a, um, adject. ad Minyam pertinens. *Ovid. l.* 10. *Metam. v.* 389. & adhuc Minyeia proles Urget opus. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 706. Minyeia manus.

Mirabilis, le, o. 3. *mirabile*, *maraviglioſo*, [illegible], Ger. *wunderlich*, Gal. *merveilleux*, Hiſpan. *maravilloſo*, θαυμαστός, admiratione dignus, mirandus. *Cic. in Orat.* Quo magis ſunt Herodotus, Thucydideſque mirabiles. *Id. Att. lib.* 5. Sed mirabilem in modum Epheſi præſto fuit. *Id.* 2. *de Orat. c.* 18. Quo mirabiliora feciſti, eo major &c. *Colum. l.* 6. *c.* 36. Mirabiliſſima ſoboles.

Mirabilitas, atis, f. *maraviglia*, ſtupor. *Cic. Off.* 2. *c.* 11. Hæc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit. Ita legit *Non. c.* 8. *n.* 53. Alii admirabilitatem. *Lactant. l.* 7. *c.* 4. Mirabilitas operum.

Mirabiliter, adv. *maraviglioſamente*, Germ. *wunderbarlich*, Gall. *merveilleuſement*, Hiſp. *maravilloſamente*, θαυμασίως, mirifice, mirandum in modum. *Cic. ad Caſ. lib.* 15. *Fam.* Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. *Id. de Orat. l.* 1. *c.* 21. Mirabilius, & magnificentius augere poteſt.

Mirabundus, a, um, θαυμάζων, qui vehementer miratur. *Liv. l.* 3. *c.* 38. Plebs mirabunda. *Id. l.* 4. *c.* 33. Utraque acies mirabunda.

Miracula, æ, f. meretrix deformi facie, & tanquam portentum aliquod, aut monſtrum, pavorem videntibus incutiens. *Plaut. in fragm.* apud *Var. l.* 6. *L. L. pag.* 83. Diobolares, ſchœniculæ, miraculæ. *Varr. ibid.* Miraculæ, a miris, idest monſtris.

Miraculum, li, n. *miracolo*, [illegible], Ger. *ein wunder*, Gall. *miracle*, Hiſp. *milagro*, θαῦμα, quicquid admirationem afferre poteſt, ſive ſit ſupra naturæ vires, ſive non, a *miror*. *Liv. l. c.* Adjecerunt miracula huic pugnæ. *Id. lib.* 5. *bell. Pun.* Mitiuſque iterum, & ſæpius ad vos ardens miraculo fuit. *Virg.* 4. *Æneid. de Proteo*. Omnia commutat ſe ſe in miracula rerum, idest in omnes formas admirandas, & portentoſas. ¶ Miracula ſeptem mundi hæc ſunt, Templum Dianæ Epheſiæ, Mauſoleum, Coloſſus Solis, Jovis Olympici ſimulacrum, Muri Babylonis, Pyramides Ægypti, Domus Cyri Medorum Regis, quam Memnon illigatis auro lapidibus conſtruxit. Aliqui ſeptimo loco ponunt templum Jovis Capitolini, alii turrim Phari inſ. *Plin. l.* 36. *c.* 12. ¶ Olim miraculum dicebatur de rebus turpibus, teſte *Feſto*. V. Miracula.

Mirandus, a, um, *da ammirarſi*, *maraviglioſo*, θαυμαστός, admiratione dignus, partic. ab admiror. *Cic. in Verr.* Opus ingens in mirandam altitudinem depreſſit. *Id. in Fam.* 15. *ep.* 8. Teque ea juſtitia eſſe affectum, mirandum in modum gaudeo.

Miratio, onis, f. *maraviglia*, *ammirazione*, θαυμασμός, actus mirandi. *Cic.* 2. *de Div. c.* 22. Cauſarum ignoratio in re nova mirationem facit.

Mirator, oris, m. *ammiratore*, *riguardatore*, [illegible], Germ. *der ſie verwundert*, Gal. *emerveilleur*, Hiſp. *el que ſe maravilla*, θαυμαστής, qui miratur, cui aliquid mirum videtur. *Mart. l.* 10. *epigr.* 87. Mirator veterum ſenex avorum. *Prop. l.* 2. *eleg.* 14. Formæ mirator honeſtæ.

Miratrix, icis, f. quæ miratur. *Sen. Hippol. v.* 742. Fama miratrix ſenioris. *Juven. ſat.* 2. *v.* 82. Miratrix turba.

Mire, adv. *maraviglioſamente*, θαυμασίως, θαυμαστῶς, mirabiliter, mirifice, mirum in modum. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 11. Puum municipia mire favent. *Ter. Heaut.* 5. 1. 25. Tuus Syrus mire finxit filium.

Mirifice, adverb. idem ac mire. *Cic.* 4. *Acad.* Delectabantur autem mirifice lectione librorum. *Id. Attic. l.* 6. *epiſt.* 3. Mirifice conturbatum vidi puerum.

Mirifico, as, a. 1. *far maraviglioſo*, θαυμαστόω, mirabilem facio, miris laudibus extollo. *Plaut. Amph.* 2. 2. 46. Quamquam adeo Thebani cives modo miro mirificant. Ita quidam Lexicographi: verum pleriqua MSS. & impreſſi habent *ramificant*. *Nonius c.* 2. *n.* 728. *ramiferam*.

Mirificus, a, um, *mirabile*, *maraviglioſo*, θαυμαστικός, θαυμάσιος, mirabilis, pariens admirationem. *Cic. de Sen.* Mirificos fructus afferunt. *Id. ad Att.* Cato convicium Piſoni mirificum fecit. *Ter. Phorm.* 5. 6. 92. Atque mirificiſſimum, ſcilicet facinus. *Auguſt. l.* 18. *de Civ. Dei, c.* 42. Poſt Alexandri mirificentiſſimam potentiam.

Mirio, onis, m. qui omnia admiratur, atque in iis ſtupet. *Tertull. de Præſcr. cap.* 3. Solent iſti miriones ædificari in ruinam. ¶ *Var. lib.* 6. *de L. L. pag.* 83. probat ex *Accio*, miriones dici perſonas diſtortas, quibus deformes.

Mirmillones, ſeu Myrmillones, ſeu Murmillones, ſeu Mirmiliones, m. 3. genus gladiatorum, qui cum retiariis pugnabant, teſte *Feſto*, & Scholiaſte *Juvenalis in Sat.* 8. *v.* 200. Mirmillones ante Galli appellabantur, & genus Mirmillonicum armaturæ Gallicum eſt. Dicti ſunt a μορμύρος, mormyris, piſcis genus in Ponto, de quo apud *Ovid. in Halieuticis*, & *Plin. l.* 32. *c.* 11. quia in eorum galeis hujus piſcis effigies inerat. *Feſtus*. Retiario pugnanti adverſus Mirmillonem cantatur, Non te peto, piſcem peto, quid me fugis, Galle? quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum eſt, ipſique Mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Hæc *Feſtus in voce Retiarius*. V. *Lipſium l.* 2. *Saturn. c.* 12.

Mirmillonica ſcuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant: erant ſiquidem ad hoc ipſum apta. *Feſtus*.

Miro, as, avi, atum, a. 1. idem ac miror. *Enn. in Eumen.* apud *Non.* Hoſpes quid miras? *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 9. Unuſquiſque vultum mira inhiatione mirantes. *Sen. ep.* 94. Miratu digna.

Miror, aris, atus ſum, d. 1. *mirare*, *ammirare*, *ſtupirſi*, [illegible], Germ. *ſich verwundern*, Gal. *s'émerveiller*, Hiſp. *maravillarſe*, θαυμάζω, in aliqua tanquam nova obſtupeſco. Conſtruitur vel abſolute. *Ovid.* 11. *Metam.* Dumque moror, miraturque ſimul, fugit omnis in undas. ¶ Vel cum acc. *Cic. Att.* Mirari ſatis hominis negligentiam non queo. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. Att.* Soleo mirari de neſcio quibus ſeſtertiis. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. Att.* Miror, te ad me nihil ſcribere. ¶ Vel cum membro orationis mediante aliqua harum particularum, *quod*, *quid*, *quomodo*, *unde*, *cur*, *propter*, *ſi*, &c. *Cic. de Div.* Cato mirari ſe dicebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem cum vidiſſet. *Id. de Amic.* Miror in illa ſuperbia, & importunitate ſi quemquam amicum habere potuit. ¶ Reperitur etiam cum gen. Græcorum more. *Virg.* 11. *Æn.* Juſtitiæ ne prius mirer, belli ne laborum? ¶ Mirari etiam eſt cum voluptate intueri. *Virg.* 2. *Georg.* Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ. ¶ Item cupere, æſtimare: qua ratione etiam *admiror* adhibetur. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 9. *Lucan l.* 3. *v.* 106. & *Salluſt. in Catil. c.* 11. ¶ Item neſcire, quia, ut *Donatus* ait, admiratio ab ignorantia deſcendit. *Ter. Andr.* 4. 4. 11. Miror, unde ſit. *Plaut. Aulul. prol. v.* 1. Nequis miretur, qui ſim, paucis, eloquar. ¶ Se mirari, eſt ſibi placere. *Martial. l.* 13. *epigr.* 2. Qui ſe mirantur, in illos Virus habe.

Mirum, i, n. *mirabile*, res mirabilis, adject. ſubſtantive poſitum, ut honeſtum, turpe, &c. *Cic.* 2. *de Orat.* Mirum eſt, quantum ſales in dicendo valent. *Plaut. Amphit.* 1. 1. 127. Mira ſunt, niſi invitavit ſe ſe in cœna pluſculum. ¶ Sæpe ſine verbo uſurpatur. Tunc aliqui cenſent adverbium eſſe, vel interjectionem, ut Græcum φεῦ. Sed ſemper verbum aſt ſubintelligi poteſt. *Terent. Andr.* 3. 4. 19. Mirum, ni domi eſt. *Liv. l.* 5. *c.* 15. Mirum, quantum illi viro hæc nuncianti fidei fuerit. ¶ Mirum, quin. *Plaut. Amph.* 2. 2. 118. Mirum, quin te adverſus dicat.

Mirus, a, um, *maraviglioſo*, θαυμάσιος, θαυμαστός, admiratione dignus, admirabilis, admirandus. *Cic. in Fam.* 2. *epiſt.* 10. De [illegible] agitur, ſed mira paucitas eſt. ¶ Mirum in modum, *maraviglioſamente*, θαυμαστὸν ὅσον, eſt mirifice, vel in majorem modum, vel ſupra modum. *Plaut. Amph.* Uterque deluditur dolis mirum in modum. Adde *Plin. l.* 17. *c.* 24. ¶ Mirior, & mirius comparativ. affertur ex *Titinnio a Feſto*, & ex *Varr.* a *Non. c.* 2. *n.* 525.

Mis, antiquus genitivus Poeticus pro *mei*. Hæc vox refertur a *Quintil. l.* 8. *c.* 3. inter illa, quæ parce uſurpata aſpergunt vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem. *Enn.* apud *Priſcian. l.* 13. *pag.* 955. *Putſch.* Ingens cura

mis

Digitized by Google

mis cum concordibus æquiperem. *Cum mis* dactylus eſt, extrita *e*. Al. leg. *mis eſt concordibus*. Addi ſolent duo loca *Plaut. Capt.* 3. 5. 107. & *Trin.* 4. 1. 3. ſed dubia utrobique lectio.

Miſcellanĕa, orum, n. a. *meſcolamenti*, *meſcugli*, σύμμικτα, dicuntur, quæ ex variis, diſſimilibuſque rebus, nullo ſervato ordine, ſunt commiſta. Hinc olim in ludis miſcellanea dicebantur, in quibus varia ſpectacula nullo ordine exhibebantur, ita dicta a permiſtis ſpectaculis, ſive (ut aliis placet) a confuſis conſeſſibus, quod in iis ſedendi ordo, ut in juſtis ludis, non ſervaretur. *Juven. ſat.* 11. *v.* 20. Sic veniunt ad miſcellanea ludi, ubi *ludi* eſt pro *ludii*, & ſenſus eſt, luxurioſos, & prodigos homines cogi denique ob inopiam gladiatores, & ludios fieri.

Miſcellanĕus, a, um, σύμμικτος, quod variarum ex rerum commiſtione, nullo obſervato ordine, conflatum eſt. *Gell. lib. ult. c.* 11. Quia variam, & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiverunt. ¶ Miſcellanea turba dicitur, quæ ex permixtione hominum cujuſcunque ordinis, & conditionis conſtat. *Apul. lib.* 3. *A. A. ſub init.*

Miſcelliōnes appellantur, qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum, mixtorumque judiciorum. *Feſtus*.

Miſcellus, a, um, *miſchio*, בלול, Germ. *gemiſcht*, Gall. *meſlé*, Hiſp. *mezclado*, quod miſtum eſt, vel miſceri poteſt. *Suet. in Calig. c.* 20. Miſcellos ludos Lugduni edidit. V. *Miſcellanea*. ¶ Miſcellum columbarum genus, quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex utroque temperatum. *Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 7. ¶ Miſcellæ vites, quæ omni agro conveniunt, quod cæteris abique utiliter miſceantur. *Cato de R. R. c.* 6. *Varr. l. de R. R. c.* 54. ¶ Miſcellæ uvæ, quibus præliganeum vinum fit, quod operarii bibant. *Cato c.* 23.

Miſcĕo, es, miſcui, miſtum, rectius quam mixtum, ut placet *Manut. in Orthogr. a. s. miſchiare*, *meſcolare*, בלל, Germ. *miſchen*, Gall. *meſler*, Hiſp. *mezclar*, μίγνυμι, confundo, turbo, tempero, a μίσγω. Conſtruitur cum acc. *Cic. pro Roſc. Am.* In tenebris ruebant, omniaque miſcebant. ¶ Vel cum alio acc. & *præp. inter*, vel *in*. *Cic. in Or.* In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi, & temperandi pedes. *Liv. l.* 40. Pavidos fuga, & vulneribus in integram aciem miſcuit. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *ex*. *Cic.* 3. *Off.* Id ex diſſimilibus rebus miſceri, & temperari oportet. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *cum*. *Cic.* 1. *Phil.* Ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur. ¶ Vel cum acc. & abl. ſine præp. *Plin. l.* 7. *c.* 56. vinum aqua miſcere Staphilus docuit. ¶ Vel cum acc. & dat. *Col. l.* 7. *c.* 5. Nonnulli folia cupreſſi trita miſcent aquæ. ¶ Quandoque eſt potum miniſtrare, *dar da bere*, tractum a commiſtione calidi, & frigidi, aut certe aquæ, & vini. *Juv. ſat.* 5. Neſcit tot millibus emptus pauperibus miſcere puer. *Cic.* 2. *de Fin.* Qui alteri miſceat mulſum. ¶ Tranſlate uſurpatur eleganter pro perturbare, commovere, novas res agitare. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr.* Pompejus abeſt, Appius miſcet. *Nepos Pauſan.* Qua victoria elatus plura miſcere cœpit. *Hor. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 54. Miſcebis ſacra profanis. *Virg.* 4. *Æn.* Cœlum miſcetur magno murmure. h. e. nubibus, & tonitru turbatur. ¶ Miſcere ſe partibus. h. e. adhærere. *Vellej. l.* 2. *c.* 86. ¶ Miſcere conſilia cum aliquo, *comunicare*, *far partecipe*. *Senec. ep.* 3. Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas miſce. *Terent. Heaut.* 4. 4. 33. Tu iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas, *non mi ci far entrare*. ¶ Miſcere certamina, miſcere manus, *venir' alle mani*. *Liv. & Tacit.* ¶ Miſcere conſilia, ſeditiones, pro agitare. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 68. ¶ Habet uſum & in rebus Venereis. *Cic.* 1. *Div. c.* 29. Ut cum matre corpus miſcere videamur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 661. Mixta Deo mulier.

Miſellus, a, um, *meſchinello*, ταλαιπώριος, dim. a miſer. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 23. Cui nihil miſello relinquo, præter invidiam, & ignominiam nominis mei. *Id. in Fam.* 14. *ep.* 4. Illius miſellæ & matrimonio, & famæ ſerviendum eſt.

Miſenātes, ium, m. Miſeni incolæ. *Veget. l.* 4. *de re milit. c.* 31.

Miſenenſis, e, adject. ad Miſenum pertinens, ut Miſenenſis villa. *Phædr. fab.* 36. Miſenenſis claſſis, *Tacit.* 3. *hiſt. cap.* 57.

Miſēnum, i, promontorium Campaniæ. V. Miſenus. *Sil. l.* 12. *v.* 155.

Miſēnus, m. ſ. Acrius, *Miſeno*, Μισηνός, mons, & prom. Campaniæ ubi Miſenum urbs a Miſeno filio Æoli, Æneæ tubicine, ibi ſepulto. *Virg.* 6. *Æn.*

Miſer, ra, rum, *miſero*, *infelice*, *meſchino*, דל, Germ. *elend*, Gall. *miſerable*, Hiſp. *mezquino*, *deſdichado*, τάλας, ἄθλιος, δείλαιος, calamitoſus, ærumnoſus, infelix. *Cic. pro Quinct.* Spes eſt, & hunc miſerum, atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. *Id. pro Cluent.* Eum tandem ejus fortunæ miſeræ, multumque jactatæ portum, ac perfugium futurum. ¶ Reperitur cum gen. *animi*. *Plaut. Mil.* 4. 4. 76. Quid illam miſeram animi excrucias? ¶ Item cum ablat. *animo*. *Plaut. Truc.* 2. 7. 36. ¶ Item cum ablat. *ex animo*. *Plaut. Stich.* 1. 1. 1. ¶ Miſerum habere, eſt miſerum facere, vexare, calamitate afficere. *Cic. pro Flac.* Cur unus Apollonienſes amantiſſimos P. R. fideliſſimoſque ſocios miſeriores habes, quam, &c. ¶ Accipitur interdum pro ægroto, *infermo*. Nam morbus genus infelicitatis eſt. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 43. Miſeram eſſe prædicat buccam ſibi: fortaſſe medicos non eſſe putat. ¶ Comp. miſerior, ſup. miſerrimus. *Terent. Heaut.* Nemo eſt miſerior me. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr.* Id eſt maximum, & miſerrimum mearum miſeriarum.

Miſerabĭlis, le, o. 3. *degno di miſericordia*, Germ. *erbærmlich*, Gall. *miſerable*, Hiſp. *miſerable*, ἐλεεινός, λυγρός, miſerandus, miſeratione dignus, cujus alii miſericordia commoventur, vel commoveri debent. *Cic. in Phil.* Auſtinois miſerabilis aſpectus erat. *Id. in Part.* Nihil tam miſerabile, quam ex beato miſer. ¶ Ponitur etiam pro flebili, vel lamentabili. *Liv. l.* 1. *c.* 29. Voces etiam miſerabiles exaudiebantur. *Id. ibid. c.* 59. Cauſa indignior, & miſerabilior. ¶ Adverbialiter *Virg.* 2. *Æn.* miſerabile cæſis Hoſtibus inſultas.

Miſerabilĭter, adv. *miſerabilmente*, Ger. *jæmmerlich*, Gal. *miſerablement*, Hiſp. *miſerablemente*, ἐλεεινῶς, miſere, miſerandum in modum. *Cicer. Att. l.* 10. *ep.* 10. M. Cœlii quidem epiſtolam legi ſcriptam miſerabiliter. *Id. in Tuſc.* 1. *c.* 40. Tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur.

Miſerandus, a, um, *degno di miſericordia*, Ger. *erbarmen*, Gal. *de qui on doit avoir pitié*, Hiſp. *que merece miſericordia*, ἐλεεινός, miſeratione dignus, partic. a miſeror. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut aliis miſerandus, aliis irridendus eſſe videatur. *Idem de Prov. Conſ. c.* 3. Miſerandum in modum necabantur.

Miſĕram. V. Miſero.

Miſeranter, adverb. *miſerabilmente*, ἐλεεινῶς, cum miſeratione. *Gell. lib.* 10. *cap.* 3. Quod aut ampliter, inſigniterque, aut lacrymoſe, aut miſeranter, &c.

Miſeratio, onis, f. *miſericordia*, *compaſſione*, רחמים, Germ. *erbarmung*, Gal. *pitié*, Hiſp. *compaſſion*, *laſtima*, οἰκτιρμός, ſignificatio, ſeu oſtenſio miſericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur. *Cic. l.* 5. *Fam. epiſt.* 12. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat? *Quintil. l.* 3. *cap.* 1. Miſerationem commovere.

Miſerātor, oris, m. is, quem alicujus miſeret. *Juven. l.* 2. *v.* 294. peccantum largus miſerator Jeſus.

Miſĕre, adv. *miſeramente*, *infelicemente*, Germ. *jæmmerlich*, Gall. *miſerablement*, Hiſp. *miſerablemente*, ἀθλίως, infeliciter. *Cic.* 3. *Pis. c.* 13. Quæ nihil valent ad beate, miſereve vivendum. *Ter. Heaut.* 1. 2. Eam miſere amat. ¶ *Caſſ. ad Cic. Fam.* 12. *a med.* Baſſus miſere noluit mihi legem omnem tradere. *h. e.* ſtulte, nullo conſilio.

Miſerĕo, n. 2. idem ac miſereor, apud vet. *Enn. in Hecuba apud Non.* Miſerete manus, date ferrum, ut me anima privem. *Lucr. l.* 3. *v.* 895. Ipſe ſui miſeret.

Miſerĕor, eris, ertus ſum, d. 2. *aver miſericordia*, חנן, Germ. *erbarmen*, Gall. *avoir pitié*, Hiſp. *tener laſtima*, ἐλεέω, ob alicujus miſeriam dolorem animo concipio, miſericordia commoveor. Conſtruitur cum gen. *Cic. in Verr.* 3. *c.* 28. Audite, quæſo, & aliquando miſeremini ſociorum. *Curt. l.* 5. *c.* 5. Non fortunæ ſolum, ſed & pœnitentiæ miſertus. ¶ *Senec. l.* 1. *controv.* Miſereor tibi puella. Ita quidam leg. ſed optimi codices habent *tui*.

Miſereſco, is, n. 3. *muoverſi a miſericordia*, οἰκτίζω, moveor miſericordia. Conſtruitur cum gen. qui interdum ſubintelligitur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 145. His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus ultro. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 581. Et generis miſereſce tui. ¶ Sæpe uſurpatur impersonaliter. *Terent. Heaut.* 5. 4. 3. Te nunc miſereſcat mei. *Liv. l.* 2. Miſereſcebat non pœnæ magis hominem, quam ſceleris. *Plaut. Epid.* 4. 1. 1. Si quid eſt homini miſeriarum, quod miſereſcat. h. e. quo homo miſer fiat.

Miſĕret, ebat, imp. a. *aver miſericordia*, ἔλεος γίνεται, οἶκτος ἔχει, miſereor. Conſtruitur cum acc. & gen. *Cic.* 2. *Phil.* Tamen me tui miſeret, quod tibi inviderit. ¶ Reperitur etiam cum duplici acc. *Ter. Heaut.* Ut nunc Menedemi vicem miſeret me. ¶ Præteritum *miſeruit* habet *Apulej. l.* 8. *Metam.*

Miſerētur, imp. a. pro miſeret, apud vet. *Turpil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 144. Quam matris, nunc patris me miſeretur magis.

Miſerĭa, æ, f. *miſeria*, *infelicità*, רעה, Germ. *armuth*, Gal. *miſere*, Hiſp. *miſeria*, ταλαιπωρία, infelicitas, calamitas, ærumna, cum ſcilicet quis patitur vel egeſtatem, vel damnum. *Cic.* 2. *Tuſcul.* Gentes noſtras flebunt miſerias. *Id. Phil.* 2. *c.* 10. In miſerias incidem. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 5. In miſeriam naſci. *Plaut. Amph.* 2. 1. 43. Miſerrima miſeria eſt ſervo bono.

Miſerĭa, f. 1. filia Erebi, & Noctis. *Cic.* 3. *de nat. Deor. Bocc. l.* 1. *Gen.*

Miſericordĭa, æ, f. *miſericordia*, *compaſſione*, חסד, Germ. *barmhertzigkeit*, Gall. *miſericorde*, Hiſp. *miſericordia*, ἔλεος, miſeratio, clementia. *Cic.* 3. *Tuſc.* Atqui quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus adverſis, *Id.* 4. *Tuſc.* Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius injuria laborantis. *Id. pro Mil. c.* 34. Implorare alicujus miſericordiam. *Id.* 4. *Tuſc.* 4. *c.* 8. Miſericordia commoveri. *Id. pro Rab. perduell.* Miſericordiam adhibere fortunis alicujus. In plurali num. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 115. Miſericordias jam habere haud hominem oportet. ¶ Heracleenſes Miſericordiæ aram Athenis dedicarunt, poſt impetratum ab Athenienſibus auxilium. V. *Stat. Theb.* 12. *v.* 481. Hinc ad Miſericordiæ aram venire. *Apul. l.* 11. *Metam.*

Miſericordĭter, adv. *miſericordioſamente*, ἐλεημόνως, cum miſericordia. Vox eſt *Claudii Quadrig.* apud *Non. c.* 11. *n.* 11. & *Lactantii l.* 6. *c.* 18.

Miſericors, ordis, o. 3. *miſericordioſo*, רחום, Germ. *barmhertzig*, Gal. *miſericordieux*, Hiſp. *miſericordioſo*, ἐλεήμων, eſt ille, qui miſeretur. *Cic. pro Ligar.* Noli, te in aliis eſſe miſericordem. *Id. ibid.* Si honeſto, & miſericordi mendacio ſaluti civis calamitoſi conſultum eſſe vellemus. ¶ Comp. *miſericordior*. *Plaut. Rud.* 1. 5. 23. Miſericordior nulla eſt in me fœminarum. ¶ Miſericordiſſimus eſt *Auguſtini epiſt.* 48.

Miſerimonĭum, ii, n. a. miſeria. *Laber. apud Non. c.* 5. *n.* 144. Tibi relictum eſt miſerimonium.

Miſerĭter, adv. idem ac miſerabiliter, ſeu miſericorditer. *Laber. apud Non.* Meos incorrupta miſeriter corrumpitur. *Catull. carm.* 64. *v.* 49. Patriem allocuta eſt ita voce mæſta miſeriter.

Miſeritūdo, inis, f. idem ac miſeria. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 521. Qui ſcelio miſeritudine factus eſt aliena.

Miſĕro, as, a. 1. idem ac miſereor. *Accius apud Non. c.* 7. *n.* 18. Ut jam hæc nunquam miſerarent mala. Hinc particip. miſerans, antis. *Virg.* 5. *Æn. v.* 451. miſerans attollit amicum. *Id.* 4. *Georg. v.* 499. Miſerans inopem.

Miſĕror, aris, atus ſum, d. 1. *aver miſericordia*, *aver compaſſione*, οἰκτείρω, verbis, aut lacrymis, aut re dolorem, quem ex alicujus miſeria concepi, oſtendo, deploro. Conſtruitur cum acc. *Cic. pro Mur.* Non queo ſatis hujus eventum, fortunamque miſerari. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur. *Virgil.* 1. *Æn. v.* 601. Trojæ miſerata labores. *Miſeratur*. V. Miſereor. ¶ Cum genitivo. *Sil. l.* 11. *v.* 381. pœnæ juvenem indignæ miſeratus ab alto Jupiter. *Prudent. in Pſychom. v.* 580. miſerando inopum, quos larga benigne Foveat. *Minuc. Felix in Octav. c.* 28. Nonnunquam etiam miſerantes eorum. *Juſtin. l.* 43. *c.* 4. *a med.* Mulier miſerata formæ ejus, inſidias aperuit. Al. leg. *formam*. ¶ *Miſerans animi* pro *animo*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 686. juvenemque animi miſerata repreſſit. Ita *Servius*, *Arusian. Meſſus*, & *Codex Mediceus* teſte *Pierio*: eſtque longe elegantius, quam quod quidam leg. *animo*. ¶ Verbis & oratione miſerari cujuſpiam perſequi. *Gel. l.* 10. *c.* 3. *a med.* Hæc M. Tullius atrociter, graviter, copioſe, apteque miſeratus eſt.

Miſerŭlus, a, um, miſellus. *Catull.* apud *Non. c.* 11. *n. ult.* Animula miſerula.

Miſĕrum, δειλόν, interjectio dolentis, ſimilis illis, *malum*, *nefas*, *infandum*. *Virg.* 6. *Æn.* Cecropidæ juſſi (miſerum) ſeptena quotannis corpora natorum, &c.

Miſſĭcŭlo, as, a. 1. *mandar ſpeſſo*, πεμπάζω, idem quod miſſito, ſæpe mitto. *Plaut. Epid.* 1. 2. 29. Quod tute ad me literas miſſiculabas.

Miſſĭlis, & le, o. 3. *che facilmente ſi getta*, quod facile mittitur, ut Miſſilia tormenta, miſſiles lapides, miſſilia tela. *Prop. lib.* 3. *el.* 14. Pondus miſſile diſci. *Liv. lib.* 1. *c.* 43. Miſſiles lapides. *Sueton. Auguſt. c.* 98. Permiſſa licentia jocandi diripiendique pomorum, & obſoniorum, rerumque miſſilium. V. *infra*. ¶ Miſſilia item abſolute dicuntur arma quæ vibrantur, *armi da lanciare*. *Liv. lib.* 34. *c.* 39. Lacedæmonii miſſilibus pugnabant. ¶ Item munera variarum rerum, quæ ſpargebantur a principe in populum, ad diripiendum. *Sueton. in Ner. c.* 11. Sparſa populo miſſilia avium cujuſcunque generis, teſſeræ frumentariæ, veſtes, aurum, gemmæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, &c. V. *ibid.* cætera.

Miſſĭo, onis, f. *il mandare*, שליחה, Germ. *ſendung*, Gall. *envoy*, *miſſion*, Hiſp. *miſſion*, *el embiar*, ἀποστολή, πέμψις, actus mittendi. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 5. De litterarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor. *Id.* 7. *Phil. c.* 1. Non ſine cauſa legatorum iſtam miſſionem ſemper timui. ¶ Interdum ponitur pro dimiſſione, *licenza*. *Suet. in Cæſ. c.* 7. Miſſionem continuo efflagitavit. ¶ Miſſionum in re militari multa ſunt genera. Eſt enim honeſta, quæ emeritis ſtipendiis ab imperatore indulgetur: eſt cauſaria, qua quis propter valetudinem a laboribus militiæ ſolvitur: eſt ignominioſa, cum quis propter delictum ſacramento ſolvitur, ut *l.* 13. *Dig. de re milit.* dicitur. *Liv. l.* 14. *c.* 1. Quibus miſſionem negaſſet ante belli finem. ¶ Eſt etiam dimiſſio, omiſſio. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 12. *ſub fin.* Cum ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur. ¶ Item jactus, *il lanciare*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Extra telorum miſſionem.

Miſſĭtātus, a, um, ſæpe miſſus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Codicillos miſſitatos epiſtolarum gratia indicat.

Miſſito, as, avi, atum, a. 1. *mandare ſpeſſo*, *προπεμπτίζω*, ſæpe mitto. *Liv. l. 9. c. 45.* Samnites auxilia miſſitaverant.

Miſſitius, vel Miſſicius, *a*, um, qui mittitur, vel mitti poteſt. Hinc Miſſicius miles dicitur veteranus, qui miſſionem impetravit, vel ut aſi dignus. *Suet. Ner. c. 48.* Agnitus *a* quodam miſſitio prætoriano. *Inſcript.* vetus apud *Gruter. p. 1109. n. 5.* Miſſicius leg. VI. Aug.

Miſſor, oris, m. qui mittit. *Cic. in Arat. v. 84.* Hic miſſore vacans fulgens jacet una ſagitta. Al. leg. *Hic miſſa revocans*, &c.

Miſſus, a, um, *mandato*, quod miſſum fuit, partic. a mittor. *Cic. in Pam.* Quem ad te miſſum ſcio. Item omiſſus, *tralaſciato*. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 9.* Quando pauperiem, miſſis ambagibus, horres. ¶ Item emiſſus, *mandato fuori*, *cavato*. *Lucret. l. 2. v. 194.* E corpore miſſus ſanguis. *Horat. de art. poet. v. 390.* neſcit vox miſſa reverti. ¶ Miſſum facere, eſt deponere, ac etiam *a* noſtra familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere, *dare licenza*, *licenziare*. *Cic. Att. l. 9.* Sed & meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. *Id. pro Sext. c. 66.* Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores. ¶ Eſt etiam omittere, prætermittere. *Cic. 1. de Or.* Miſſos facio Mathematicos, Grammaticos, Muſicos. *Id. 9. Fam.* Sed ridicula miſſa faciamus. ¶ Eſt etiam deſerere, repudiare. *Sueton. Calig. cap. 25.* Perductam a marito conjunxit ſibi, breviqua miſſam fecit. *Plaut. Merc. 1. 2. 83.* Miſſum facere amorem. ¶ Eodem modo dicitur, miſſum habere. *Id. Pſeud. 2. 2. 8.* Illa omnia miſſa habeo, quæ ante agere occœpi. ¶ Denique *miſſum facere* eſt idem quod mittere. *Pompej. ad Dom.* inter *epiſt. Cic. ad Att. l. 8.* Ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, ad me miſſum facias.

Miſſus, us, m. idem ac miſſio. *Nepos 17. c. 4.* Nuntius ei domo venit miſſu Ephororum. *Liv. l. 9. c. 19.* Vehementius ictu, miſſuque telum. ¶ In Circenſibus, & aliis ludis miſſus dicebantur ſingulæ procurſiones equorum, ſingulæ ferarum immiſſiones, aut gladiatorum, &c. quos fere 25. fuiſſe, (ſi de equorum, aut quadrigarum curſibus ſermo ſit) notat ex *Varr. Serv. ad princ. 3. Georg.* Cæterum & plures fuere, pro luxu, & opibus eorum, qui ludos dabant. Hinc *Sueton. in Domit. c. 4.* ſcribit, Domitianum ſingulos miſſus ad quina ſpatia redegiſſe, quo facilius centum miſſus peragerentur, cum antea ſepteni abſolvi ſolerent; non enim dabatur corona victori, antequam ſeptem ſpatia currendo peregiſſet. *Id. in Ner. cap. 22.* Spectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protraxit. ¶ Denique miſſus in cœnis ſunt ſingulæ ferculorum illationes in menſam, *portata*. *Capitolin. in Pertin. c. 12.* Novam lebeas carnis per tres miſſus ponebat. Adde *Lamprid. in Heliogab. c. 30.*

Miſtarius, ſeu mixtarius, m. 2. *κύαθος*, vas, quo vinum aqua miſcetur. *Lucil.* apud *Non. c. 15. n. 30.* Urceus, aut gemina longus miſtarius oſſa.

Miſtim, vel Mixtim, adverb. *meſcolatamente*. *Lucret. l. 3. v. 565.* per venas, & viſcera mixtim.

Miſtio, vel Mixtio, onis, f. actus miſcendi, *meſcolamento*. *Vitruv. l. 2. c. 4.* Aliam mixtionem habet.

Miſtūra, vel Mixtura, æ, f. *miſtura*, *μίξις*, confuſio rerum, temperatura, moderatura, ut *Nonius* ait, *Col. l. 7. c. 5.* Ea miſtura palatum, atque linguam, totumque os perfricato. *Lucret. l. 2. v. 977.* De rerum mixtura dicere. *Quint. l. 6. c. 3.* Frequentiſſima aliorum generum cum aliis miſtura eſt. *Sueton. in Domit. c. 3.* Miſtura æquabilis vitiorum, ac virtutum.

Miſtus, a, um, *meſcolato*, confuſus, temperatus. Conſtruitur vel abſoluta. *Cic. in Catil.* Quartum genus ſane varium, & miſtum, & turbulentum. ¶ Vel cum abl. & præp. *ex*. *Cicer. pro Leg. Manil.* Civile, Africanum, Tranſalpinum, Hiſpanienſe, miſtum ex civitatibus, atque ex bellicoſiſſimis nationibus. ¶ Vel cum abl. ſine præp. *Velle*j*. l. 2. c. 98.* Mores rigore, ac lenitate miſtiſſimi.

Miſumĕnus, *μισούμενος*, inviſus, *odiato*. Hoc nomine fuit Menandri Comœdia. *Martial. l. 14. epigr. 214. de pueris comœdiæ.* Non erit in turba quiſquam μισούμενος iſte. ¶ In aliquibus *editionib.* latinis litteris ſcribitur.

Miſy, yos, n. 3. tuberis genus, ſuavitate odoris, & ſaporis præcipuum, quod in Cyrenaica provincia naſcitur, odoratibus carnoſius. *Plin. l. 19. c. 3.* ¶ Eſt etiam genus metalli, quod alii vitriolum Romanum vocant. *Id. lib. 34. cap. 12.*

Mite, adverb. *mitemente*, *piacevolmente*, *πρᾴως*, placide, manſuete. *Apulej. l. 10. Met.* Nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus geſtiens popillis. *Ovid. 1. de Pont. ep. 3. v. 29.* Mitius ille perit, ſubita qui mergitur unda. *Caſ. l. 7. Bel. Gal. c. 43.* Quam mitiſſime poteſt, legatos appellat.

Mitella, æ, f. *μιτρίον*, parva mitra, dim. a *mitra*. *Virg. in Copa:* Copa Syriſca caput Graja redimita mitella. *Cic. pro Rabir. Poſt. c. 10.* Adoleſcentes cum mitella videmus. ¶ Item faſcia. *Celſ. l. 8. c. 10.* Brachium involutum mitella.

Mitellita, vel Mitellitia, æ, f. erogatio, & diſtributio coronarum, in modum mitellæ compactarum, quæ ex nardi foliis, aut roſis, & ſerico facta, pretioſiſque unguentis imbutæ geſtabantur a convivis in lautioribus cœnis. *Sueton. in Ner. c. 27.* Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadringenties HS conſtitit, alteri aliquanto pluris abſorptio roſaria.

Miteſco, is, neut. 3. *farſi domeſtico*, *manſueto*, [Hebrew], Ger. *milde werden*, Gal. *s'adoucir*, *devenir traitable*, Hiſp. *ablandarſe*, *amanſarſe*, *πεπαίνομαι*, *ἡμεροῦμαι*, manſueſco. *Plin. l. 22. c. 25.* Ut feræ domi aducatæ miteſcunt. ¶ Aliquando eſt maturoſcere. *Plin. l. 15. c. 13.* Reliquorum pomorum velocitas eius miteſcentium tranſvolat. *Colum. 3. 3. c. 1.* Uvæ miteſcunt. ¶ Tranſlata *Ovid. 2. de Pont. ep. 7.* Spes quoque poſſe mora miteſcere principis iram. Adde *Horat. l. 1. ep. 1. v. 39.* ¶ *Liv. l. 23.* Miteſcente hieme, *raddolcirſi l'inverno*.

Mithras, vel Mithra, m. 1. *μίθρας*, a Perſis dicitur Sol, cujus ſimulacrum effingebant rictu leonis cum tiara, utraque manu bubula prement cornua. *Strabo l. 15. Stat. l. 1. Theb. ad fin.* Indignata ſequi torquentem cornua Mithram. ¶ Ponitur aliquando pro primario Sacerdote. *Apul. l. ult.* Ipſumque Mithram illum ſuum Sacerdotem præcipuum ſacrorum miniſtrum decernit. ¶ Eſt etiam Mithus funis nauticus, quo navis media vincitur. *Tertull. de Jona & Ninive, v. 44. V. Roſin. l. 10. Antiq. Rom. c. 20.*

Mithriăca, orum, n. *μιθριακά*, ſacra Mithræ, in antro fieri ſolita, bove inde cornibus educto, quem poſt hymnorum concentum Soli immolabant. *Lampr. in Commodo, c. 9.* Sacra Mithriaca homicidio vero polluit.

Mithridātes, maſc. 3. *Μιθριδάτης*, Rex Ponti, qui duarum & viginti gentium linguis loquebatur. Adeo venenis comedendis aſſueverat, ut non jam, cum maxime oporteret, iis confici potuerit. *Martial. l. 5. epigr. 76.* Bellum cum Romanis geſſit bello Sociali, & *a* Sylla, & Pompejo victus bis, fugatuſque, tandem *a* Pharnace filio in turre obſeſſus interiit. V. *Juſtin. l. 16. 17. 38. & 42.*

Mithridatēus, a, um, Mithridaticus. *Manil. l. 5. v. 510.* Et Mithridateos vultus induta trophæa.

Mithridatĭcus, a, um, adject. ad Mithridatem ſpectans, ut Mithridaticum bellum. *Cic. pro Leg. Manil.* ¶ Mithridaticum antidotum, genus theriacæ a Mithridate inventum adverſus venena. *Plin. l. 25. c. 2.*

Mitĭfico, as, avi, atum, a. 1. *domeſticare*, *far manſueto*, [Hebrew], Germ. *zahm machen*, Gall. *rendre doux*, *appaiſer*, Hiſp. *ablandar*, *ἡμερόω*, mitem, ac placidum facio. *Plin. lib. 8. c. 7.* Capti celeriter mitificantur hordei ſucco. ¶ Mitificare cibum, eſt concoquere. *Cic. 2. de Div. c. 56.* Depulſo enim de pectore, & in unius corpus diviſo, & mitificato cibo cantus edere quieta ſatietas. Sunt qui leg. *mollificato*.

Mitĭfĭcus, a, um, adject. qui mitigat, vel mitigatur. *Apul. de Mundo*, Mitificum aliquem facere. *Prudent. Hamartig. v. 963.* mitificos incendia lenta vapores exhalent.

Mitigabiliter, &

Mitiganter, adv. mitigando, cum mitigatione. *Cœl. Aurel. Acut. 3. c. 4.* Partes mitigabiliter relaxandæ. *Id. Tard. 5. 1.* Partes mitiganter emollire.

Mitigatio, onis, f. *mitigazione*, [Hebrew], Ger. *linderung*, Gal. *appaiſement*, *adouciſſement*, Hiſp. *alivio*, *πράϋνσις*, placatio, actus mitigandi. *Cic. 3. de Or. c. 30.* Omniſque ad omnem animi motum impulſio, & ſi ita res feret, mitigatio.

Mitigatīvus, *a*, um, &

Mitigatorius, a, um, *mitigativo*, *πραϋντικός*, quod habet vim mitigandi. *Plin. l. 28. c. 6.* Contra renum, & lumborum, veſicæque cruciatus in balnearum ſoliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur. *Cœl. Aurel. Acut. 1. c. 5.* Laxative, & mitigativa curatio.

Mitigātus, a, um, partic. *mitigato*. *Cicer. 6. Fam.* Non magna ſigna dedit animi erga te mitigati. *Cic. l. 9. c. 10.* Mitigata hiems.

Mitĭgo, as, avi, atum, a. 1. *mitigare*, *indolcire*, *placare*, [Hebrew], Germ. *miltern*, Gal. *adoucir*, *amolir*, Hiſp. *mitigar*, *ablandar*, *πραΰνω*, placo, lenio, quaſi mitem ago. *Cic. 3. Att. ep. 15.* Dolores mitigantur vetuſtate. *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 7.* Severitatem condimentis humanitatis mitigare. *Hor. l. 2. ep. 2.* Agrum ſilveſtrem mitigare flammis, & ferro. ¶ Ponitur etiam pro coquere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Arborum confectione partim ad calefaciendum corpus igne adhibito, partim ad mitigandum cibum utimur. ¶ Item pro maturare. *Id. l. 4. de Republ.* apud *Non.* Æſtiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit.

Mītis, te, o. 3. *manſueto*, *umano*, *piacevole*, [Hebrew], Ger. *milde*, Gal. *doux*, *debonnaire*, Hiſp. *manſo*, *blando*, *πρᾷος*, lenis, manſuetus, dulcis, ſuavis. De perſonis, & de rebus dicitur, ac potiſſimum de iis, quibus veſcimur. *Cic. Att. l. 5.* Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in ſororem tuam. *Id. de Sen.* Facit perſæpe ſibi audientiam diſerti ſenis compta, & mitis oratio. ¶ Quandoque pro tranquillo ponitur. *Virg. 9. Æn.* Mitis ut in morem ſtagni, placidæque paludis. ¶ Quandoque pro maturo. *Virg. 1. Ecl. v. 81.* Sunt nobis mitia poma. ¶ Comp. mitior, ſup. mitiſſimus. *Cic. in Brut.* Ipſe Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet, ac mitior. *Id. in Catil. 4. c. 5.* Itaque homo mitiſſimus, atque leniſſimus non dubitat &c.

Mitiſſime, placidiſſime, adv. ſuperl. ſine poſitivo. *Caſ. 7. bell. Gal. c. 43.* Quam mitiſſime poteſt, Legatos appellat.

Mitius, *più mitemente*, placidius, adverb. compar. ſine poſitivo. *Ovid. 15. Met. v. 494.* Similes aliorum reſpice caſus, mitius iſta feres.

Mitiuſcŭlus, *a*, um, dim. *alquanto mite*. *Cœl. Aurel. in præfat. Acut.* Febres parvæ, & mitiuſculæ.

Mitra, f. 1. *mitra*, [Hebrew], Ger. *biſchoffhut*, Gal. *mitre*, Hiſp. *mitra*, *Μίτρα*, capitis ornamenti genus, id eſt pileus incurvus, e quo pendent faſciolæ, quæ phylla dicuntur, quo primum Mæonii, ſive Lydi, deinde Phryges, Trojani, & alii uſi ſunt, item mulieres Romanorum. *Virgil. 4. Æneid. v. 216.* Mæonia mentum mitra, crinemque madentem ſubnixus. ¶ Molles etiam, & delicati mitram geſtabant. V. *Serv. ad loc. Virg.* in.

Mitrātus, a, um, *mitrato*, qui mitram habet. *Plin. l. 6. c. 28.* Arabes mitrati. *Solin. c. 33.* Mitrata capita.

Mitrŭla, læ, f. parva mitra, dim. *Solin. c. 27.* (al. 40.) Alba mitrula lineatus ſerpens.

Mitto, tis, miſi, miſſum, a. 3. *mandare*, [Hebrew], Ger. *ſchicken*, Gal. *envoyer*, Hiſp. *embiar*, *πέμπω*, eſt aliquem allegare ad aliquem locum, vel dare alicui aliquid perferendum. *Liv. l. 15.* Mittere aliquem in locum alterius. *Cic. de Sen.* Hunc librum ad te de ſenectute miſimus. *Id. in Fam.* Eam tibi orationem miſi. ¶ Cum infinito. *Plaut. Curcul. 1. 3. 50.* Paraſitum miſi Cariam petere argentum. ¶ Interdum eſt omittere, vel deponere, *laſciare*. *Virg. 1. Æn.* Mœſtumque timorem mittite. ¶ Mittere in conſilium, eſt dimittere judices ad ſententiam dicendam, ubi Orator dixerit, *Dixi*, authore *Aſconio*. *Cic. pro Cluent. c. 30.* Et, cum in conſilium mittebant, Staienum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? ¶ Sanguinem mittere, eſt emittere, vel extrahere, *cavar ſangue*, *ſalaſſare*. *Celſ. lib. 2.* Sanguinem inciſa vena mittere novum non eſt. *Cic. Att. l. 1.* Miſſus eſt ſanguis ſine dolore. ¶ Mittere milites in expeditionem. *Caſ. l. 5. Bel. Gall.* ¶ Mittere aliquem in fabulas, & ſermones. *Quint. Declam. 15. far dire di qualcheduno*. ¶ Mittere in negotium, *mandar a trafficare*. *Cic. pro Rab. Poſth.* ¶ Mittere corpus ſepulcro. *Stat. 6. Theb.* ¶ Mittere urbes in ſervitutem, h. e. redigere. *Liv. l. 34.* ¶ Mittere alicui ſubſidium, & ſubſidio, *mandar in ajuto*. *Caſ. l. 1. B. Gall.* &c. ¶ Significat ſæpe emittere, jacere, *mandar fuori*, *a lanciare*. *Caſ.* Pila a loco ſuperiore mittere. *Ovid. 11. Met.* haſtam miſit in ora. *Plin. l. 12. c. 13.* Foditur, cum folia mittere incipit. Sic mittere vocem, *gridare*, *o parlare*. *Cicer. pro Planc.* Vox de quæſtura nulla miſſa eſt. *Id. pro Cluent.* Veritas contra invidiam voces miſerit. Item dejicere, deturbare. *Catul. carm. 17.* Mittere pronum a ponte. *Ovid. 11. Metam.* Mittere ſe a ſaxo. *Hirt. de B. Hiſpan.* Mittere præcipitem de muro. ¶ Item omittere. *Liv. l. 34. c. 58.* Quin ambages mittimus. *Horat. lib. 2. od. ult.* Mitte ſectari. ¶ Hoc ſenſu eleganter inſervit tranſitionibus. *Cic. 15. Fam. ep. 4.* Mitto, quod invidiam, quod pericula ſubieris. ¶ Item mittere, *far intendere*. *Cic. l. 16. Fam. ep. 9.* Curio miſit, ut medico honos haberetur. *Nepos in Attic. cap. 20.* Quin Atticus mitteret, quid ageret. ¶ Item dimittere, *licenziare*, *mandar via*. *Ter. Eun. 5. 1. 13.* Mitte hanc noxiam. Al. leg. *omitte*. *Plaut. Pœn. prol. v. 110.* Neque dixit unquam, neque voluit mittere. ¶ Item dare, oſtendere. *Caſ. l. 1. B. Civ.* Signum mittere ſui timoris. ¶ Eſt etiam elegans hujus verbi uſus in ludis talorum, *trarre il punto*. *Suet. in Aug. c. 71.* Ut quiſque canem aut ſenionem miſerat. *Senec. in Apocolocynt.* Quoties miſſurus erat, reſonante fritillo. ¶ Interdum mittere, abſoluta ponitur pro, legatum mittere. *Nepos Themiſt. c. 2.* Miſerunt Delphos conſultum. Adde *Tacit. hiſt. c. 74.* ¶ Habet præterea alios uſus: nam mittere in acta, *regiſtrare*. *Senec. l. 2. de benef.* Mittere ſe in fœdera, *confederarſi*. *Virg. 12. Æn.* Mittere in poſſeſſionem, *mandar al poſſeſſo*. *Cic. pro Quint.* Mittere aliquem in ſuſpicionem, *far ſoſpetto*. *Quintil. l. 3. c. 2.* Mittere ad nomen, *mandare ad arrolarſi*. *Id. in Declam. 3.* Parentes filios ſuos ad nomen mittam.

Mitŭlus. V. Mytilus.

Mitylēna, æ, f. & Mitylenæ, arum, *Metelin*, *Μιτυλήνη*, urbs primaria Lesbi inſ. a qua etiam inſula Mitylene, & vulgo *Metelin* nominatur, juxta Methymnam, dicta *a* Mitylene Machari filia, ut *Diodorus l. 4.* ſcribit. Clara eſt Pittaco ex ſeptem Sapientibus uno, Alcæo Poeta, Antimenide fratre ejus, Diophane Oratore, & Theophane Pompejanarum rerum ſcriptore. *Horat. l. 1. od. 7. & Cic. pro Rab. Poſt.*

Mitylenæus, a, um, adject. poſſeſſiv. ad Mitylenem pertinens. *Mart. l. 7. epigr. 79.* Mitylenæus mango. *Claud. de nupt. Honor. v. 235.* Mitylenæo modulatur pectine Sappho.

Mity-

Digitized by Google

Mitylenenſis, ſe, Mitylenæus. *Tacit. 14. c. 55.* Mitylenenſe ſecretum Agrippinæ permiſit, *il ritiro in Metelino.*

Miūrus, verſus apud Grammaticos eſt heroicus, in quo extremo jambus eſt pro ſpondeo: ἀπὸ τοῦ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν, quod veluti cauda minor, & mutilus ſit, μείουρος dictus: ut *Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite ſiniſtræ.* ¶ *Terentian. Maur. pag. 2425. Putſch.*

Mixtarius, } V. Miſtarius &c.
Mixtio, &c. }

M ANTE N.

Mna, μνᾶ, idem ac mina. *Plin. l. 21. c. 24.* Mna, quam noſtri minam vocant. ¶ Quidam Lexicographi afferunt etiam aliquot loca Plauti, in quibus tamen omnibus varia lectio, & fere *mina* pro *mna* legitur.

Mnemonĭca, orum, neut. μνημονικὰ, præcepta, quæ memoriam adjuvant. *Auth. ad Her. l. 3. c. 17.* Ita qui mnemonica didicerunt, poſſunt, quæ audierunt, in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare.

Mnemonĭdes, dum, & darum, f. Muſæ filiæ Mnemoſynes. *Auſon. Edill. 12. v. 30.* & *Ovid. 5. Metam. v. 267.* ſed dubia utrobique lectio eſt.

Mnemosyne, f. 1. μνημοσύνη, Memoria, mater Muſarum. Omnium enim ſcientiarum theſaurus memoriæ beneficio & acquiritur, & conſervatur. *Ovid. 7. Met. v. 114. Auſon. ep. 3. v. 62. & Cic. 3. de nat. Deor.*

Mnemosynon, i, n. μνημόσυνον, monumentum, memoria, pignus memoriæ cauſa. *Catul. carm. 12. ad Aſin.* Verum eſt mnemoſynon mei ſodalis. In multis *codicib.* græcis litteris ſcriptum legitur. nam græca vox eſt.

Mneſter, ēris, m. μνηστήρ, procus. *Hygin. fab. 126.*

M ANTE O.

Mobĭlis, le, o. 3. *mobile, volubile*, Ger. *das gewiſſ wirdt*, Gal. *mouble, inconſtant*, Hiſp. *mudable, mueble, movedizo*, εὐκίνητος, qui facile movetur. *Plin. l. 11. c. 37.* Supercilia homini & pariter, & alterne mobilia. *Plaut. Mil. 3. 1. 36.* Pernix ſum manibus, pedibus mobilis. ¶ Translate ponitur pro levi, & inconſtanti. *Q. Metel. Cic. l. 5. Fam. epiſt. 1.* Te tam mobili in me, meoſque eſſe animo, non ſperabam. *Liv. l. 2. c. 37.* Mobile ingenium. *Id. l. 6. c. 6.* Populus mobilior ad cupiditatem. h. e. proclivior. *Tacit. 1. hiſt. c. 24.* Mobiliſſimus quiſque ingenio. ¶ Interdum mobile ingenium in bonam partem accipitur pro docili, non tardo, aut ſtupido. *Vitruv. l. 5. c. 7.* Architectus non uſu peritus, præterea ingenio mobili, &c.

Mobilĭtas, atis, f. *mobilità*, Germ. *gewegligkheit*, Gall. *mobilité, viteſſe*, Hiſp. *mobilidad*, εὐκινησία, facilitas ſe movendi. *Cic. 1. de Or. c. 28.* Mobilitas linguæ. ¶ Translate ponitur pro inconſtantia, & levitate. *Cic. 7. Phil. c. 3.* Quid eſt inconſtantia, mobilitate, levitate cum ſingulis hominibus, tum vero univerſo Senatui turpius?

Mobilĭter, adv. *mobilmente*, Ger. *mit bewegen*, Gal. *en ſe mouvant*, Hiſp. *movibliemente*, εὐκινήτως, cum motu. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 9.* Animadverſumque ſæpe eſt, cor animantis alicujus evulſum ita mobiliter palpitare, ut imitaretur igneam celeritatem. *Cæſ. l. 3. B. Gal. c. 10.* Ad bellum mobiliter, celeriterque excitari. h. e. expedite, faciliter.

Mobilĭto, as, a. 1. *far mobile*, εὐκίνητον ποιῶ, mobile facio, apud vet. *Lucr. l. 3. v. 249.* Inde omnia mobilitantur.

Moderabĭlis, le, adject. moderatus, vel quem moderari poſſumus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 6.* Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent.

Moderāmen, inis, neut. idem quod moderatus, ſeu gubernaculum. *Ovid. 3. Met. v. 644.* Obſtupui, capiatque aliquis moderamina, dixi. *Claud. de laudib. Serenæ, v. 46.* Sumere moderamina mundi.

Moderamentum, i, n. moderamen. *Gel. l. 13. c. 6.* Accentus moderamenta vocum.

Moderanter, adv. idem ac moderate. *Lucr. l. 2. v. 1093.* Quis habere profundi indu manu validus potis eſt moderanter habenas? *Ovid. 1. Met. v. 510.* Moderatius, oro, curre, fugamque inhibe, moderatius inſequar ipſe. Pleriique tamen leg. *moderatius.*

Moderāte, adverb. *moderatamente*, Ger. *maeſſiglich*, Gal. *moderement*, Hiſp. *templadamente*, μετρίως, σωφρόνως, cum moderatione. *Cicer. pro Font.* Ab his quicquam ſancte, aut moderate dictum putabitis? *Id. 1. Fin.* Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri. *Id. 3. de Leg. c. 5.* Quæ res cum ſapientiſſime, moderatiſſimeque conſtituta eſſet.

Moderatim, adv. idem ac moderate. *Lucret. l. 1. v. 323.* Moderatim creſcere cogunt.

Moderatio, onis, f. *moderazione*, Ger. *maeſſigung*, Gal. *moderation*, Hiſp. *moderacion*, μετριότης, mediocritas, modus, temperantia. *Cicer. in Rull.* Adhibebitur a me certa ratio, moderatioque dicendi. *Id. de Senect. c. 1.* Moderatio animi tui.

Moderātor, oris, m. *governator*, מנהיג, Germ. *anordner*, Gal. *governeur*, Hiſp. *regidor*, ἐπιστάτης, rector, gubernator. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 35.* Ineſſe aliquem non ſolum habitatorem in hac cœleſti, & divina domo, ſed etiam rectorem, & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis. *Id. Tuſc. 1. c. 28.* Sol moderator temporum. ¶ Interdum ſumitur pro præceptore, & pædagogo. *Martial. l. 2.* Quintiliane vagæ moderator ſumme juventæ.

Moderātrix, icis, f. *governatrice*, rectrix, gubernatrix. *Cic. 3. de nat. Deor.* Ejus autem univerſæ ſectricem, & moderatricem Divinam eſſe Providentiam. *Id. Phil. 5. c. 18.* Reſpublica moderatrix.

Moderatus, a, um, *moderato, modeſto*, Ger. *maeſſig*, Gall. *moderé*, Hiſp. *templado*, σύμμετρος, σώφρων, temperatus, æquabilis. *Cic. de Sen.* Moderati enim, & nec difficiles ſenes, nec inhumani tolerabilem agunt ſenectutem. *Id. de Orat.* Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modo ſint. *Id. Fam. l. 10. ep. 14.* Moderatiſſimi, atque humaniſſimi fuit ſenſus. *Id. Paradox. 3. ad fin.* Vita geſtu moderatior.

Modĕro, as, a. 1. idem ac moderor. *Salluſt. Catil. c. 51.* Quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit? Ita plerique Lexicographi: verum optimus quiſque codex habet *moderabitur*. *Plaut. Mil. 2. 1. ad fin.* Ego voci moderabo meæ. Alia exempla ex *Pacuv.* & *Accio* addit *Non. c. 7. n. 36.*

Modĕror, d. r. *reggere, governare*, ἰθύνω, κυβερνάω, guberno, rego, tempero, modum, vel moderationem adhibeo. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 1. de Or.* Quanquam moderabor ipſe, ne &c. ¶ Vel cum acc. *Cic. 5. Tuſc. c. 36.* Tibicines, iique, qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio, cantus, numeroſque moderantur. ¶ Vel cum dat. *Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. c. 13.* Moderari animo, & orationi, cum ſis iratus, non mediocris ingenii eſt.

Modeſte, adverb. *modeſtamente*, Ger. *zuechtiglich*, Gal. *modeſtement*, Hiſp. *modeſtamente*, κοσμίως, μετρίως, σωφρόνως, moderate, temperate. *Cic. in Rull.* In ea veſtri iſti ſatellites modeſte inſolentiam ſuam continebunt. *Id. de Fin.* Modeſte ferre injurias fortunæ. *Gracchus apud Gell. lib. 15. c. 12.* Modeſtum in convivio eſſe. *Plin. l. 1. ep. 19.* Dignitate uti quam modeſtiſſime.

Modeſtia, f. 1. *modeſtia, mediocrità*, ענוה, Germ. *zucht*, Gall. *modeſtie*, Hiſp. *modeſtia*, κοσμιότης, σωφροσύνη, virtus, qua quis ſe, ſuaſque actiones, & motus animi moderatur. Diſtinguitur a nonnullis a moderatione, quod modeſtia ſit fundamentum, ſoliditas, & baſis virtutis, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat modos in factis, & dictis, & omnibus talibus, quæ agendi officio utuntur. *Cic. Tuſc. 3. cap. 8.* Eam virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. *Id. l. 1. Inv. c. 54.* Modeſtia virtus eſt, per quam pudor honeſtus claram, & ſtabilem comparat auctoritatem. *V. eundem Offic. 1. c. 5. & l. 2. Fin. c. 19.* ¶ *Item Cic. l. 1. Offic. c. 40.* ait, modeſtiam poſſe accipi pro ſcientia earum rerum, quæ aguntur & dicuntur, loco ſuo collocandarum. ¶ Interdum de aliis rebus uſurpatur. *Tacit. Ann. 1. c. 11.* Varia diſſerebat de magnitudine imperii, ſua modeſtia. h. e. ſuæ conditionis mediocritate. *Id. Ann. 12. c. 42.* Modeſtia hiemis rebus extremis ſubventum. ¶ Fuit etiam Modeſtia Dea ab Romanis culta. *Tacit. 4. Ann. c. 7.*

Modeſtus, a, um, *modeſto, gentile, coſtumato, moderato*, ענו, German. *zuechtig*, Gal. *modeſte*, Hiſp. *modeſto*, κόσμιος, qui animi elationem, cæteriſque cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum ſervat. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 94.* Plerumque modeſtus occupat obſcuri ſpeciem. *Cic. l. 13. Fam.* Modeſtum hominem cognoſces, & prudentem, & a cupiditate omni remotiſſimum. ¶ Vultus modeſtus, qui modeſtiam quandam præ ſe fert. *Terent. Andr.* Et vultu, Soſia, adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra. ¶ Comp. modeſtior, ſup. modeſtiſſimus. *Cic. ad Att.* Pulſus eſt modeſtior Rex, & probior, & integrior. *Id. pro Planc.* Ut adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat. *Plaut. Men. 5. 5. 37.* Modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præut dudum fuit. ¶ *Tacit. Ann. 4. c. 7.* Rari per Italiam Cæſaris agri, modeſta ſervitia, hoc eſt modici ſervi.

Modiālis, le, o. 3. μεδιμναῖος, quod modium continet. *Plaut. Capt. 4. 4. 8.* Aulas, calicesque omnes confregit, niſi quæ modiales erant.

Modiatio, onis, f. menſura per modios exacta. *Imp. Martian. l. 11. Cod. tit. 14. leg. 2. & Imp. Honor. & Theodoſ. ib. tit. 5. leg. ult.*

Modĭce, adv. *mediocremente*, μετρίως, mediocriter, moderate, temperate. *Cic. in Brut.* Noſtrum eſt id malum, quod modice feramus. *Id. pro Syll.* Quanquam a me timide, modiceque dicetur. ¶ Ponitur etiam pro parum. *Cic. Att. l. 2. ep. 19.* Minæ Clodii, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.

Modicellus, a, um, *picciolino*, μετριώτερος, dim. a modicus. *Sueton. in Ner. c. 48.* Decumbit ſuper lectum modicella culcitra ſtratum.

Modicus, a, um, *moderato*, מעט, Ger. *klein*, Gall. *petit*, Hiſp. *pequeño*, μέτριος, moderatus, mediocris, temperatus, modeſtus. *Cic. Att. lib. 4.* Modici ſumus in ἐνδείξει, ut ſcripſimus. ¶ Ponitur etiam pro parvo, vel puſillo. *Cicer. in Parad. 6. c. 1.* Pecunia mea eſt ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. ¶ Item pro pauco. *Cic. 2. de Or.* Ea, ſi ex reis numeres, innumerabilia ſunt, & obſcura, ſi ex rebus, valde & modica, & illuſtria. ¶ Abſolute modicum pro re modica. *Juven. ſat. 9. v. 9.* Modico contentus agebat. ¶ Modicus originis, pro origine modicus, legitur apud *Tac. Ann. 6. c. 39.* Sic modicus dignatione, *4. Ann. c. 52.* ¶ *Id. 4. hiſt. c. 60.* Pauca, & modica diſſeruit. h. e. modeſta.

Modificatio, onis, f. temperatura, modus, menſura. *Senec. ep. 89.* Verſuum lex, ac modificatio. *Adde Gell. l. 10. c. 1.*

Modificator, oris, qui modificat. *Apul. in Florid.* Omnis modi peritus modificator.

Modificatus, a, um, onm. ex partic. paſſivæ ſignificationis, *modificato*. *Cic. in Partit. c. 3.* Verba modificata ab Oratore, & inflexa quodammodo. *Sidon. l. 9. c. 2.* Modificatæ laſciviarum querelæ.

Modificor, aris, atus ſum, depon. 1. modum, ſeu menſuram alicui rei pono, modum alicujus rei invenio. *Gell. l. 1. c. 1.* Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei menſuræ conveniret ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam, modificatus eſt. *Apul. l. ult. Florid.* Orationem modificabor.

Modifĭcus, a, um, modum ſervans. *Auſon. Parentel. num. 27.* Cui brevia mela modifica recino.

Modimperator, oris, maſc. συμποσίαρχος, βασιλεύς, τριάρχης, magiſter convivii, ita dictus, quod modum imperaret, quo biberent. *Varr. apud Non. c. 2. n. 563. V. Lipſ. l. 3. Antiq. lect.*

Modĭolus, li, m. *vaſetto*, genus menſuræ, quarta pars modii, ut putat Sipontinus. *Plaut. Ciſt. 2. 2. 7.* Quia ei promiſi modiolum vini dare. ¶ Eſt item parvum vas quadratum ad hauriendam aquam ex puteo, aut flumine. Horum autem modiolorum, ut eſt apud *Frontinum de Aquæductibus*, alius eſt erogatorius, alius acceptorius, quod multis in locis intueri licet. *Vitruv. l. 10. c. 9. & 14.* Ita cum rota a calcantibus verſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, & rurſus ad imum revertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe, quod extulerunt. ¶ Modiolus etiam eſt vas menſarium potui paratum, ut phiala, ut trulla, non tamen eſt poculum, ut inquit *Scævola in l. Seja, ff. de auro, & arg. leg.* ¶ Modiolus in rota eſt illud lignum, cui affixi ſunt radii. *Plin. lib. 9. c. 4.* Apparent & rotæ appellatæ a ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus. ¶ Eſt præterea inſtrumentum chirurgicum. *Celſ. l. 8. c. 3.* Modiolus ferramentum concavum, & teres eſt, imis oris ſerratum.

Modĭus, m. 2. & Modium, n. *moggio*, איפה, Ger. *kohnmaß*, Gall. *muy, boiſſeau*, Hiſp. *celemin, almud*, Μόδιος, Μέδιμνος, menſuræ genus, continens ſexdecim ſextarios, ut ex Volūſio Metiano colligitur, vel duos, & viginti, ut Perottus, & Calepinus ſcripſere. *Cic. de Amic. c. 19.* Verumque illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. ¶ Modius agri dicitur actus quadratus, qui conſtat ex centum, & viginti pedibus tum in longitudinem, tum in latitudinem. *Plin. l. 18. c. 16.* Id præſtant in jugera modia vicena.

Modo, adv. *ora, pur ora*, עתה, Ger. *jetzund*, Gal. *à cette heure*, Hiſpan. *ahora*, ἄρτι, ἀρτίως, ἀρτίως, νῦν, nunc, a *modus*. Notat tempus præſens, vel mox præteritum. Differt a *mox*, quod dicitur de futuro, & ſignificat paulo poſt. *Cic. Attic. l. 2.* Et, ut fit, in tantis rebus modo hoc, modo illud audio. *Id. 6. Verr. c. 1.* Nuper, quid dico nuper? uno vero modo, & plane paulo ante vidimus, qui forum, ac baſilicas ornarent. ¶ Ponitur etiam pro ſolum, tantum, duntaxat, *ſolamente*. *Cicer. 6. Fam.* Quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero ſalutem. ¶ Non modo, ſed, *non ſolamente, ma*. *Cic. Fam. 6. epiſt. 13.* Ut non modo cum Republica ſperare debeas, ſed etiam ſi &c. *Id. in Verr.* Tu id non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. ¶ Dicitur etiam *non modo*, pro *non modo non*, ſi tamen poſtea alia negatio ſequatur. *Cic. in. Attic. ep. 8.* Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile. Sic alibi ſæpe. ¶ Item pro dummodo, *purchè*. *Cic. in Orat.* Putant, qui incultе dicat, modo id eleganter faciat, eum ſolum Attice dicere. ¶ Item pro ſaltem. *Ter. Adelph. 3. 4. 2.* Utinam hoc ſit modo defunctum. *Cic. 6. Fam.* Si modo tecti ſatis erit. ¶ *Modo non*, eſt propemodum, *quaſi*. *Phorm. 1. 2. 18.* Modo non montes pollicens.

Modulabĭlis, le, adject. qui cani poteſt. *Calpurn. eclog. 4.* Hyblæa modulabile carmen avena.

Tom. II.

Modulāmen, inis, n. modulatio. *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip. c.* 12. Cœli, ut ſiderum modulamen. *Author Philom.* v. 5. Nam quamvis aliæ volucres modulamina tenent.

Modulamentum, ti, n. modulatio. *Gell. l.* 1. *c.* 7. Modulamenta orationis.

Modulandus, a, um, participium paſſivæ ſignificationis. *Horat. l.* 1. *ep.* 3. v. 143. Verba modulanda fidibus Latinis. *h. e.* Latino metro canenda. *Gel. l.* 1. *cap.* 1. In reperianda modulandaque ſtatus, longitudiniſque ejus præſtantia. *h. e.* dimetienda.

Modulāte, adv. *con miſura*, concinne, & cum menſura. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 8. Si ex oliva modulate canentes tibiæ naſcerentur. *Ammian. l.* 16. *c.* 7. Ars modulatius incedendi continentibus fiſtulis.

Modulātio, onis, fem. Μέλος, ἁρμονία, ἡ, actus modulandi, harmonia. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Verba, quæ modulatione produci, aut corripi poſſunt. *Id. l.* 11. *cap.* 3. Vitiis modulationem fidibus adjuvemus, *l' infleſſion della voce*.

Modulātor, oris, m. qui modulatur. *Col. in præf. l.* 1. Conſectentur magiſtrum, vocis, & cantus modulatorem. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 129. Hermogenes cantor tamen, atque Optimus eſt modulator.

Modulātrix, icis, f. *Tertull. de Baptiſm. c.* 3. Quid quod exinde diſpoſitio mundi, modulatricibus quodammodo aquis, Deo conſtitit? *h. e.* modulum & rationem quodammodo præbentibus.

Modulātus, us, m. modulatio. *Sen. Her. Fur. v.* 263. Canora ſaxa modulatu trahens.

Modulātus, a, um, nom. ex partic. a modulor, paſſiva ſignificatione, *cantato, fatto con miſura, o con inflessione di voce*. *Hor. l.* 1. *od.* 32. dic Latinum, barbite, carmen, Lesbio primum modulate civi. *h. e.* a Lesbio cive pulſure. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Nomen ductum a canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis. *Flor. l.* 2. *c.* 7. Modulatiſſimus tibiarum, aut fidium cantus. ¶ *Gell. l.* 1. *c.* 11. Ut animi moderatiores, modulatioreſque fierent. *h. e.* magis modum ſervantes. *Apul. de dogm. Plat.* Fieretque totus ipſe modulatus, & muſicus.

Modŭlor, aris, atus ſum, d. 1. *miſurare, e comporre con miſura*, תכן, Ger. *ſingen*, Gal. *chanter*, Hiſp. *cantar*, *componer con medida*, Μετρεῖν, metiut, menſura, ſive cum menſura, & numerorum ratione compono, a modulus. *Cic. in Or. c.* 18. Ipſa natura quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, &c. ¶ Interdum eſt cantare, Μελῳδεῖν, μελίζειν, ἀντῳδεῖν. *Virgil.* 10. *Ecl.*

Modŭlus, li, m. e. *miſuretta*, *modello*, מדה, Germ. *ein-maſſ*, Gall. *petite meſure*, Hiſp. *pequeña medida*, *o manera*, Μέτρον, menſura, dim. a modus. *Plin. l.* 11. *cap.* 37. Arteriarum pulſus in modulos certos, legeſque metricas per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus. *Suet. in Ner.* Scrobem coram fieri imperavit, dimenſus ad ſui corporis modulum. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 7. *verſ.* 98. Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt. ¶ Modulos etiam vocabant veteres Architecti particulas quaſdam, ad quas totum opus ſolent dimetiri. Vulgus hodie parvum pedem vocat. *Paul. in l. non ſolum, ff. de oper. nov. nunt.* Modulos ſumere debet is, qui opus novum nunciat. ¶ Erant præterea moduli, quædam menſuræ in aquæductibus, quibus aqua ex caſtellis ad privata ædificia duci ſolet. *Ulp. l. domini aſſect.*, *ff. de damn. infect.* Unde Labeo putabat, eum, qui modulorum, aut rivi faciendi cauſa opus faceret, etiam ſatiſdare debere. ¶ Eſt etiam modulus idem quod modulatio, vel ipſe cantus, aut flexus vocis, vel ipſa, ut loquuntur, cantus menſura. *Plin. lib.* 7. *cap.* 56. Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marſyas Phryx invenit.

Modus, i, m. e. *modo*, דרך, Ger. *maſſ*, Gall. *maniere*, *façon*, Hiſp. *manera*, μέτρον, menſura, moderatio, מדה, ערך, quod eſt metiri, menſurata. *Scaliger* cenſet eſſe a μέδομαι, *curo*. Nempe a μέμοται μέδος, modus. *Cic.* 1. *Off.* Hic enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quemdam adhibentes, & ordinem, honeſtatem, & decus conſervabimus. *Id. de Sen.* Nam habet natura, ſicut aliarum omnium rerum, ſic vivendi modum. *Colum. l.* 3. Terram minutam in modum ſemipedis ponito, ideſt in menſuram. ¶ Speciatim accipitur pro menſura illa, quam poetæ inter ſcribendum, muſici inter canendum obſervare ſolent. *Cic.* 3. *de Or.* Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum, ac modorum? *Id.* 1. *de Orat.* Eo tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum. Unde etiam illud in titulis comœdiarum Terentii, Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus dextris, & ſiniſtris, &c. ¶ Sumitur item pro quantitate, & copia. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 33. Nihil ſcripſit, niſi de modo agri. *Liv.* Ne cui major, quam quingenta jugerum agri modus eſſet. *Curt. l.* 5. *c.* 6. Ingens pecuniæ captivæ modus. *Velley. l.* 2. *c.* 74. Magnum modum legionum efficere. ¶ Item ratio, via. *Cic.* 4. *Ver. c.* 38. Hoc præterea addidit novo modo, nullo exemplo. *Liv. l.* 1. *c.* 5. Hoſtilem in modum. Sic majorem, mirum, miraudum in modum, apud *Cic.* ſæpe. Item nullo, omni modo. Id. 4. *Ver.* & *l.* 6. *Att.* ¶ Multis modis. V. Multus in fi. ¶ Meo modo, *a mio modo*. *Ter. Andr.* 1. 1. 125. Sine, me vivere meo modo. *Id. ib.* 1. 1. 66. Poſſe habere modum vitæ ſuæ, *poter vivere a ſuo modo*. ¶ Sumitur item pro ſpatio, fine, tempore. *Cic. pro Marcel. c.* 8. Modum quem vitæ definies? *Id. Ver.* 4. *c.* 48. Modum aliquem ac finem orationi noſtræ faciamus. ¶ Servare, tenere modum, *conſervar la moderanza*. *Cicer.* 1. *Offic. cap.* 29. Ludendi eſt quidam modus retinendus. *Lucan. l.* 2. *v.* 380. hæc duri immota Catonis Secta fuit, ſervare modum, &c. *Cicer. lin. cit.* Finem & modum tranſeunt. Huc ſpectat illud *Virgil. Æn.* 4. Quis enim modus adſit amori? ¶ Statuere, adhibere, præſcribere, imponere modum alicui rei, *moderare*, *regolare*, *finire*. *Cic.* ſæpe, *Quintil. Horat.* & al. ¶ Præter modum, *fuor di miſura*. *Cicer.* 1. *Div.* Cum lacus præter modum creviſſet. ¶ Intra modum. V. Intra. ¶ Ablativus modo, h. e. bono modo, ordine, recte. *Cic. pro Quint. c.* 7. Nævium omnia modo & ratione feciſſe. Sic *Id. pro Mur.* More modoque aliquid facere. ¶ Hoc modo, ad hunc modum, *in queſto maniera*, *Cicer.* 1. *Invent.* & 1. *Tuſc.* ¶ Apud Grammaticos modus verborum dicitur ratio conjugationis. *Quintil.* & alii.

Mœcha, f. 1. *concubina*, *adultera*, μοιχή, concubina, & ſpeciatim adultera. *Martial. l.* 10. Ad nocturna jaces faſtoſæ limina mœchæ.

Mœchīle, lis, n. 3. adulterium, vel locus, in quo adulteria committi ſolent. *Petron. Satyr.* Redierat in animum mœchile.

Mœchimonium, ii, adulterium. *Laber.* apud *Gel. l.* 16. *c.* 7.

Mœchiſſo, as, a. 1. idem ac mœchor. *Plaut. Caſ.* 3. 4. 7. In adulterio dum mœchiſſat, Caſinam, credo, perdidit. Aliqui opinantur, activum eſſe, & explicant per adulterium polluere. Dubium ſane eſt, utrum acc. *Caſinam* pertineat ad verbum *mœchiſſat*, an ad *perdidit*.

Mœchocinædus, i, μοιχοκίναιδος, qui adulter ſimul, & mollis eſt. *Lucilius*.

Mœchor, aris, atus ſum, d. 1. *fornicare*, *adulterare*, נאף, Germ. *die ehe brechen*, Gal. *adulterer*, *paillarder*, Hiſp. *adulterar*, μοιχεύω, cum muliere aliqua rem Veneream habeo, & ſpeciatim adulterium committo, a *mœchus*. *Catul. epigr.* 95.

Mœchus, m. 2. *fornicatore*, *adultero*, נאף, Germ. *ein ehebrecher*, Gal. *adultere*, Hiſp. *adultero*, μοιχός, quicunque inhoneſte per libidinem cum muliere aliqua peccat, & ſpeciatim adulter. *Plaut. Mil.* 4. 2. 40. *Ter. Andr.* 2. 1. 16.

Mœne, is, n. 3. murus, mœnia, apud Veteres. *Ennius* apud *Feſtum*. Apud emporium in campo hoſtium, per mœne.

Mœnēra, n. plur. pro *munera*, antiqua ſcribendi ratione. *Lucret. l.* 1. *v.* 29. fera mœnera militiai.

Mœnia, ium, n. 3. *muri*, *muraglie*, חומות, Germ. *die ſtadtmauer*, Gall. *murailles*, Hiſp. *muros*, τείχη, muri, qui urbem cingunt, & generatim muri munitionum, caſtrorum, & aliorum ædificiorum, ab antiquo nominativo ſingul. *mœne*, qui a *munio*, quod veteres uſurparunt pro *munio*, quia iis munimur adverſus hoſtes. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 40. Diligentiuſque urbem religione, quam ipſis mœnibus cingitis. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 2. Urbs copia defenſorum, & magnitudine mœnium valida. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 234. Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis, hoc eſt munitiones, & propugnacula. *Vitruv. l.* 8. *c.* 4. Zama eſt civitas Afrorum, cujus mœnia Juba duplici muro ſepſit. Quo loco mœnia pro tectis urbis accipi etiam poſſunt. Sic *Flor. lib.* 1. *c.* 4. Hic igitur mœnia muro amplexus eſt. ¶ Per allegoriam *Plaut. Stich.* 3. 4. 13. Nos tamen efficimus pro opibus noſtra mœnia. h. e. quæ ad nos attinent, pro virili præſtamus: ductum a civibus, inquit *Lambin.* qui pro opibus ſuis urbis mœnia ædificant. ¶ Mœnia mundi, *il giro del Mondo*. *Lucret. l.* 1. *v.* 73. Sic mœnia Cœli, apud *Ovid.* 2. *Metam.*

Mœniāna, ædificia cum podiis. A Mœnibus ducit *Salmaſ.* V. *Meniana*.

Mœnĭo, is, a. 4. mœnibus cingo, munio. *Priſcian. de ſitu Orbis*: Tarentum, quod mœnivere Lacones.

Mœnītus, a, um, idem ac munitus, a mœnio. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 1. Pergamum divina mœnitum manu. Adde *Truc.* 2. 2. 33.

Mœnus, i, fl. Germaniæ, *der Meyn*, qui in Rhenum influit. *Plin. l.* 9. *c.* 15. *Tacit. de Germ. cap.* 28. ¶ Apud *Melam lib.* 3. *cap.* 3. eſt Mœnis, is, maſc. 3.

Mœra, æ, f. pars, μοῖρα, Græca vox a μείρω divido. *Cenſorin. de die nat. c.* 8. docet, ſic appellari a Græcis partem, ſeu gradum Signi in Zodiaco, in quo eſt Sol, quo tempore partus concipitur: & eſſe veluti fatum naſcituri pueri. Unde μοῖρα etiam fatum ſignificat. *Sidon. carm.* 13. *v.* 66. Terdenas tropico prope currere climate mœras. Adde in *ep. præfixa carmini* 14. Utroque autem loco etiam *mira* legitur. ¶ Eſt etiam nomen Parcæ. *Gell. l.* 3. *c.* 16.

Mœrens, entis, o. *meſto*, partic. a mœreo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 201. Et dictis mœrentia pectora mulcet.

Mœrĕo, res, n. 2. *attriſtarſi*, אבל, Ger. *trauvig ſeyn*, Gall. *etre triſte*, *ſe contriſter*, Hiſp. *entriſtecerſe*, λυπέομαι, triſtor, dolore afficior, ægritudine laboro, a מרר, amarum eſſe. Conſtruitur cum ablativ. ſine præpoſit. *Cic. de Am.* Quocirca mœrere hoc ejus eventu, vereor, ne invidi magis ſit, quam amici. ¶ Vel cum acc. *Cic. in Fam.* 14. *ep.* 1. Mœreo caſum ejuſmodi, ut tantis tuis miſeriis meæ miſeriæ ſubleventur. ¶ Paſſive *Apul. l.* 4. *A. A.* Mœretur, fletur, lamentatur diebus pluſculis. ¶ Et deponentium more. *Var. lib.* 6. *L. L.* ex *Martis poeta*, Corpora Graiorum mœrebar mandier igni. *Cic. pro Sext. c.* 59. Nos pulſi eramus, vos tacite mœrebamini. Aliquot MSS. habent *mœrebatis*. Alii ediderunt *mirabamini*.

Mœro, as, 1. *attriſtare*, λυπέω, mœrentem facio, apud vet. *Pacuvius* apud *Non.* Nam me multis mœravit modis.

Mœror, oris, m. *affanno*, *dolore*, *noja*, דאגה, Ger. *kummer*, Gal. *triſteſſe*, Hiſp. *triſteza*, λύπη, actus mœrendi, ægritudo flebilis, ut *Cicer.* 4. *Tuſc. c.* 8. definit. *Id. l.* 12. *Att. ep.* 28. Mœrorem minui, dolorem non potui. *Id. Attic. l.* 10. *ep.* 4. Jacet in mœrore frater meus. *Id. l.* 1. *Fin. c.* 18. Mœrores, qui animos exedunt. ¶ Sic mœrore confici, affligi, premi, &c. mœrorem demere, deponere, mœrore afficere, &c. ſæpe apud *Cicer.* & *alios*.

Mœrus, i, maſc. idem ac murus, apud vet. Hanc vocem legit *Lipſius* in *Plaut. Truc. prol. v.* 2. De veſtiis magnis, & amœnis mœrit. Et *Serv.* in 10. *Æn.* Ipſis prælia miſcent Aggeribus mœrorum. Vulgo leg. *murus*.

Mœſia, f. 1. Myſia, Μοισία, regio Europæ, pars Illyrici Orientalis, ampla, ab Or. in Occ. extenſa, inter Macedoniam, & Thraciam ad Mer. a qua Hæmo M. dividitur, & Daciam ad Sept. a qua ſeparatur Danubio fl. In ea ſunt Dardani, Mœſi, & Triballi, Pontoque conterminis Scythæ. *Plin. l.* 3. *c.* 26.

Mœſte, adv. *doloroſamente*, Ger. *trauriglich*, Gal. *avec triſteſſe*, Hiſp. *con triſteza*, λυπηρῶς, cum mœſtitia. *Auth. ad Her. l.* 3. *c.* 14. Tum clementer, mœſte, hilariter.

Mœſtificatus, a, um, mœſtus, triſtis. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Umbris mœſtificati larealibus. *Martian. Capel. l.* 9. Inſertis mœſtificata modis.

Mœſtifico, as, a. 1. *attriſtare*, mœſtum facio. *Auguſtin. epiſt.* 121. Si paupertas angit, ſi luctus mœſtificat.

Mœſtificus, a, um, adject. mœſtum faciens. Legitur apud *Non. c.* 2. *n.* 531.

Mœſtiter, adverb. idem ac mœſte, apud vet. *Plaut. Rud.* 1. 5. 7. Obſecro, tam mœſtiter veſtitas?

Mœſtitia, æ, f. *meſtizia*, *triſtezza*, κατήφεια, idem ac mœror, ideſt vehemens triſtitia. *Cic.* 1. *Fin. c.* 13. Sapientia enim eſt una, quæ mœſtitiam pellat ex animis. *Id. Attic. l.* 12. Quod me a mœſtitia vocas. *Id.* 2. *Phil. c.* 15. In mœſtitia eſſe.

Mœſtitūdo, inis, f. idem ac mœſtitia, apud vet. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 2. Cui tanta mœſtitudo obtigit.

Mœſto, as, a. 1. mœſtum facio. *Laber.* apud *Non. c.* 2. *n.* 531.

Mœſtus, a, um, *meſto*, *triſto*, עצב, Ger. *trauvig*, Gal. *triſte*, Hiſp. *triſte*, λυπηρός, triſtis, dolens, afflictus, miſerandus. *Cic. in Or. c.* 22. Cum triſtis Calchas eſſet, mœſtior Ulyſſes. *Virg.* 2. *Æn. v.* 270. In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector. *Id. ibid. v.* 280. Et mœſtas expromere voces.

Mola, æ, f. 1. *macina*, μύλη, μύλος, inſtrumentum, quo frumentum, legumina, aliæque res teruntur. *Cicer. Att. l.* 2. *ep.* 1. Ut Rhodi videretur molæ potius, quam Moloni operam dediſſe. *Juven. ſat.* 8. *v.* 67. Digneque molam verſare Nepotis. ¶ Molas antiqui ab aſinis, a quibus verſabantur, *aſinarias*, aliat a manu *manuarias*, a trudendo *truſatiles* appellabant, quæ & verſatiles dicuntur. *Gell. l.* 3. *c.* 3. *Cato R. R. cap.* 10. & *Plin. l.* 36. *c.* 18. ¶ Superior molæ pars meta dicitur, inferior catillus. *Paulus JCtus* contrarium ſcribit *l.* 18. §. 5. *Dig. de inſtruct. & inſtrum. leg.* quem reprehendit *Scaliger ad Manil.* docetque ſuperiorem molæ partem κωνοειδῆ fuiſſe, h. e. in coni ſeu metæ formam, inferiorem vero cavam inſtar catini. Itaque meta, inquit, inſtar turbinis inverſi conveniebat in catillum, qua parte baſis eſt, non qua mucro: nam mucro ſuperne pendebat, baſis autem in catillo vertebatur &c. Huc *Scalig.* cui adſtipulatur *Salmaſ.* in *Exercit. Plin.* Huc pertinet illud *Colum. l.* 12. *cap.* 50. Molæ vel ſubmitti, vel etiam elevari poſſunt. Et *cap.* 52. Suſpenſa mola olivam frangito, &c. Quibus locis de ſuperiore molæ parte, ſcil. meta, loquitur. ¶ Eſt præterea mola far toſtum, & molitum. *Varr.* Mola mactatus porcus. h. e. farre ſaginatus. ¶ Ea in ſacrificiis ſpargebant victimas, altaria, cultros, &c. *Virg. Ecl.* 8. Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros. *Cic.* 2. *Div. c.* 16. Simul ac molam, & vinum inſperſimus. *Luc. l.* 1. obliquoque molas inducere cultro. ¶ Hujuſmodi far ſale, & aquæ erat conſperſum; quare ſæpe mola ſalſa appellatur. *Plaut. Amph.* 2. 2. 108. Mola ſalſa, aut thure comprecatam oportuit. *Plin. in præfat. nat. hiſt.* Mola ſalſa litant, qui thura non habent. ¶ Deæque

mola

Digitized by Google

mole dicitur informis quædam caro in uteris mulierum naſcens. *Plin. l.* 7. *c.* 13. Mola menſes ſiſtit.

Molæ, arum, Deæ Martis filiæ, ſic dictæ a molimine, & conatu in bellorum apparatu. *Gell. l.* 13. *c.* 22.

Molaris, is, ſubſt. m. 3. *maſcellare*, מַלְתָּעָה, Ger. *biſſoelich*, Gal. *machelíere*, Hiſp. *muela*, μυλίτης, dens maxillaris, a molo, is, quod cibum a ceteris dentibus confractum dentes maxillares molant. *Juven. ſat.* 13. *v.* 212. Interque molares Difficile creſcente cibo. Adde *Quintil. l.* 2. *c.* 19. ¶ Molaris etiam dicitur, ad molam pertinens, ut molaris lapis, ex quo molæ ſiunt, apud *Plin. l.* 36. *c.* 23. ¶ Abſolute molares pro ſaxis prægrandibus accipiuntur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 250. Vaſtiſque molaribus inſtant. *Stat. Theb.* 3. *v.* 571. Librati ſaliunt portarum in clauſtra molares.

Molarius, a, um, *da macina*, μυλικός, quod ad molam pertinet, ut *Aſinus molarius*, quo utimur ad molam. *Cato R. R. c.* 11.

Molendinarius, a, um, *da molino*, μυλικός, quod ad molendinum pertinet. *Paul. Dig. l.* 33. *tit.* 7. *leg.* 18. Aſinam molendinariam negant ea appellatione contineri. Sed *molendariam* legitur apud *Torrent. & Haloand.* Adde ibid. paulo poſt, *meta molendaria*.

Moles, is, f. 3. *mole*, *grandezza*, מַשָּׂא, Ger. *eine laſt*, Gal. *maſſe*, Hiſp. *grandeza*, ὄγκος, βάρος, μέγεθος, res magna, & ingentis ponderis. *Ovid. Metam.* 1. *v.* 7. Rudis indigeſtaque moles. *Colum. l.* 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. *Virg.* 3. *Æneid. de Polyphemo:* Vaſta ſe mole movens. h. e. corporis magnitudine. ¶ Dicitur & de magnis ædificiis. *Cic. pro Mil. c.* 31. Aræ, quas ille ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. *Horat. l.* 2. *od.* 15. Jam pauca aratro jugera regiæ moles relinquent. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 25. Molem atque aggerem ab utraque parte littoris jaciebat. ¶ Translate moles accipitur pro magnitudine, aut multitudine cujuſvis rei. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Tota mole in Africam converſus. h. e. totis belli viribus. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 61. Tota mole belli ſecuturus. *Cic. Catil.* 1. *c.* 9. Invidiæ molem ſuſtinere. *Id. Catil.* 3. *c.* 7. Molem mali depellere. *Tac.* 13. *Ann. c.* 35. Corbuloni plus molis adverſus ignaviam militum, quam contra perfidiam hoſtium erat. h. e. plus laboris, & negotii. *Virg.* 1. *Æn. v.* 37. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. h. e. tantæ difficultatis, *tanto ci voleva*, &c.

Moleſte, adv. *moleſtamente*, Germ. *uberlaeſtiglich*, Gal. *avec ennuy*, Hiſpan. *moleſtamente*, ἀνιαρῶς, ægre, graviter. *Cic.* 2. *Verr.* Cupiebam diſſimulare, me id moleſte ferre. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 1. Quoniam ea moleſtiſſime ferre homines debeat, quæ ipſorum culpa contracta ſunt, eſt quiddam in hac re mihi moleſtius ferendum.

Moleſtia, æ, f. *moleſtia*, צַעַר, Ger. *uberdruſſ*, Gal. *ennuy*, Hiſp. *moleſtia*, ἀνία, ὄχλος, ſolicitudo, angor, cura, negotium, gravitas. *Cic. lib.* 13. *Fam.* Cum aliqua ne animi mei moleſtia, an potius libenter te Athenis viſurus eſſem. *Id.* 14. *Fam. ep.* 13. Eſſe in maximis moleſtiis. *Id.* 13. *Fam. ep.* 16. Moleſtias depellere. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 1. Moleſtiam alicui exhibere. Sic, afficere moleſtia, apud *eund.* & alios.

Moleſto, as, a. 1. *moleſtare*, צַעַר, Germ. *betrueben*, Gal. *faſcher*, Hiſpan *moleſtar*, ἀνιάω, moleſtia afficio. *Scribon. Larg. compoſ.* 71. Uva non ſolum reſilit, ac ſit minime, ſed etiam raro valde moleſtat. *Apulej. de herb. c.* 71. Hunc occurſus mali non moleſtant.

Moleſtus, a, um, *moleſto*, *noſoſo*, *odioſo*, כָּבֵד, Ger. *verdrieſſlich*, Gal. *facheux*, Hiſp. *moleſto*, ἀνιαρός, gravis, odioſus, qui alicui gravis eſt, nec ſinit, eum quieſcere, a *moles*. *Cic. de Am. c.* 24. Moleſta veritas eſt, ſiquidem ex ea naſcitur odium. *Id.* 3. *Fam. epiſt.* 3. Ne vobis moleſtior eſſem. *Id. Divin. in Verr. c.* 11. Omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii, atque eloquentiæ multo moleſtiſſima. ¶ Moleſta tunica erat indumentum pice, reſina, & cera illitum, quo induebantur ad ignem damnati, quo diutius ardentes lento igne conſicerentur. *Juven. ſat.* 8. *verſ.* 234. *Martial. l.* 10. *epigr.* 24. & *Senec. ep.* 14.

Moletrina, ſeu molitrina, æ, f. *molina*, μυλών, locus, obi ſegetes moluntur, a *mola*, ideſt a ſup. *molitum*, ut *ſutrina* a *ſutum*, *ſutatrina* a *ſutatum*. *Cato in Thermum*, ut *Nonius* citat *c.* 1. *n.* 350.

Molibdis. V. Molybdus.

Molile, lis, n. 3. inſtrumentum, quo aliquid molitur, vel id, quod molæ, vel collis boum, vel humeris ſervorum adalligatur ad trudendas molas, a *molendo*. *Cato R. R. c.* 10. Juga ploſtraria duo, jugum aſinarium unum, molile unum.

Molimen, inis, n. 3. idem ac molimentum. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 357. Solidoque revellere duro conatam plantas magno molimine tentat. *Liv. lib.* 2. *c.* 36. Res ſuo ipſa molimine gravis certaminibus in annum extrahitur.

Molimentum, ti, n. *sforzo*, [illegible], Germ. *unterſtehung*, Gal. *effort*, Hiſp. *esfuerco*, [illegible], conatus, id, quo molimur, & conamur. *Liv. l.* 3. *c.* 55. Parvi molimenti adminiculo moveri ſede ſua. *Senec. Conſol. ad Marciam c.* 11. Res magni molimenti eſt.

Molina, æ, idem quod mola, aut moletrina, apud *Ammian. l.* 18. *c.* 20.

Molior, iris, itus ſum, d. 4. *muovere con difficoltà*, [illegible], Ger. *mueh etwas thun*, Gal. *mouvoir avec peine*, Hiſp. *mover difficilmente*, [illegible], eſt molem, ſeu rem aliquam ingentem magno conatu loco movere, a moles. *Liv. l.* 9. *c.* 3. Num montes moliri ſua ſede paramus? *Id. lib.* 28. Moliri a terra naves. Et *ibid.* Moliri anchoras. ¶ Eſt item machinari, cogitare, parare, ſtruere. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 8. Octavius magna molitur. *Id. ibid. l.* 9. Equidem illud molior, ut mihi Cæſar concedat, ut abſim. *Id. in Or. c.* 11. De quo molimur aliquid exquiſitius dicere. ¶ Item aggredi. *Cic. de Univ.* Mundum efficere moliens Deus terram primum, ignemque jungebat. *Plaut. Capt.* 1. 3. 31. Miſere moliuntur, nequeunt ſatis conari. ¶ Item agere, ædificare, conſtruere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Utrum Dii nihil agant, nihil moliantur. *Id.* 1. *Tuſc.* Unde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives. *Virg.* 1. *Æn.* Pars ducere muros, molirique arcem. ¶ Claſſem moliri, eſt parare. *Virg.* 3. *Æn.* Claſſemque ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. ¶ Fulmina moliri, eſt jaculari. *Virg.* 1. *Georg.* Fulmina molitur dextra. ¶ Habenas moliri, eſt gubernare. *Virg.* 12. *Æn.* Et manibus molitur habenas. ¶ Inſidias moliri, eſt meditari, aut tendere. *Virg.* 1. *Georg.* Inſidias avibus moliri, incendere vepres. ¶ Iter moliri, eſt peragere. *Virg.* 6. *Æneid.* Inde datum molitur iter. ¶ Moliri fugam, eſt fugere, vel fugam parare. *Id.* 2. *Æneid. v.* 109. ¶ Moram moliri, eſt moram facere, morari. *Virg.* 1. *Æn.* Molirive moram, aut veniendi diſcere cauſas. ¶ Moliri animum, eſt in certum ſtatum componere. *Ovid.* 2. *art. am. v.* 179. Jam molire animum, qui dures, &c. ¶ Moliri crimina, *trovar' accuſe*. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 22. Molitur crimina, & accuſatorem, qui objiciat &c. ¶ Moliri fores, h. e. aggredi ad fores effringendas. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 39. Concurſu ad januam facto, moliuntur fores. ¶ Moliri corpora ex ſomno, *tentar di ſvegliarſi*, *ſvegliarſi con pena*. *Liv. l.* 39. ¶ Transfertur etiam ad ornatus ſtudium. *Ter. Heaut.* 2. 1. 11. *de fœminis*. Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. h. e. dum labore, & ſtudio cunctantur, & ornant ſe. ¶ Reperitur etiam in paſſiva ſignificatione. *Apul. l.* 11. *Met.* Pompa moliebatur. *Lucil. l.* 7. Mutilamur, molimur, ſubducimur. h. e. retardamur, retinemur, ut *Nonius* explicat, *c.* 4. *n.* 300.

Molitio, onis, f. 3. *sforzo*, actus moliendi, conatus, machinatio, inſtructio alicujus rei. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? *Liv. l.* 13. *c.* 3. Molitio valli. *Colum. in proœm. in fine*. Molitio agrorum. h. e. cultura, ſubactio.

Molitor, oris, qui aliquid molitur, ſeu machinatur, conatur, ſtruit. *Cic. de Un. c.* 3. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus. *Suet. in Dom. c.* 10. Molitores rerum novarum.

Molitrina. V. Moletrina.

Molitrix, icis, f. quæ molitur, machinatrix, a molior. *Suet. in Cl. Ner. c.* 33. Molitrix novarum rerum.

Molitūra, f. 1. *macinatura*, actus molendi. *Plin. l.* 13. *c.* 23. Molituræ etiam præſtant jejuno fœminarum quandam imaginem panis. Adde *l.* 18. *c.* 9.

Molitus, a, um, partic. paſſ. verbi molo. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 5. Trium menſium molita cibaria ſibi unumquemque domo efferre jubent.

Molleſco, is, ſine præt. & ſup. n. 3. *ammollirſi*, רָכַךְ, Ger. *weich werden*, Gal. *s'amollir*, Hiſp. *ablandarſe*, Μαλακύνομαι, mollis fio. *Plin. l.* 12. *c.* 17. Ladanum viſu aridum ſtatum tactu molleſcere. ¶ Translate ponitur pro manſuetum, & placatum fieri. *Ovid.* 1. *de Ponto*, *el.* 6. Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit.

Molleſtra, f. 1. *pelle pecorina*, μηλωτή. *Feſt.* Molleſtras antiqui vocabant pelles ovinas, quibus galeas extergebant.

Mollicellus, a, um, dimin. a molliculus. *Catul. carm.* 25. Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo, vel anſeris medullula, vel imula mollicella. Al. leg. vel *imula oricilla*.

Mollicina, æ, fem. 1. [illegible], veſtis, a mollitie dicta. *Non. c.* 14. *n.* 23. *Nævius in Epid.* Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.

Mollicomus, a, um, adject. qui molles comas habet. *Avien. Perieg. v.* 1081. Mollicomis tellus ſtſteratur herbis.

Molliculus, a, um, *delicato*, *tenerello*, ἁβρός, tenellus, delicatus, dim. a *mollis*. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 58. Sed lepide volo molliculas eſcas, ut ipſa mollicula eſt. *Catul. ad Aurel. carm.* 16. Qui me ex verſiculis meis putaſtis, quod ſint molliculi, parum pudicum.

Mollifico, as, a. 1. idem quod mollio. *Æmil. Macer l.* 4. *c.* 14.

Mollificus, a, um, mollem faciens. *Cal. Aurel. Tard.* 4. *c.* 2.

Mollimentum, ti, n. lenimentum. *Seneca de Tranq. c.* 10. Calamitatum mollimentum conſuetudine invenit.

Mollio, is, a. 4. *far molle*, *mollificare*, רָכַךְ, Germ. *weich machen*, Gall. *ammollir*, Hiſp. *ablandar*, μαλάσσω, [illegible], molle reddo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Frigoribus dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore. *Hor.* 1. *Serm. ſat.* 4. *v.* 20. Dum ferrum molliat ignis. *Ovid.* 3. *Faſt.* Lanam mollire puellæ diſcant. h. e. tractanda, & elaborando tenuiorem, & molliorem reddere. ¶ Translate uſurpatur pro ſedare, placare, mitigare. *Accius Telepho*, *apud Nonium*. Ad levam, qua mons mollibat mare. h. e. molliebat. *Hor. l.* 4. *ode* 15. Mollibus adverſus Perſas. h. e. molliet. *Gel. l.* 19. *c.* 1. Mollitque eſſent venti maris. ¶ Item pro temperare, effœminare. *Cic. de Sen.* Annibalem juveniliter exultantem patientia ſua molliebat. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 11. Poetæ molliunt animos noſtros. *Id. in Phil.* Ipſa illa Martia Legio hoc nuncio langueſcet, & mollietur.

Mollipes, edis, o. 3. *che ha li piedi molli*, μαλακόπους, qui molles habet pedes. *Cic.* 2. *de Div. c.* 9. *ex Arato*. Mollipedeſque boves ſpectantes lumina Cœli.

Mollis, le, o. 3. *molle*, *tenero*, רַךְ, Ger. *weich*, Gal. *mol*, *delicat*, Hiſp. *blando*, Μαλακός, tener, non durus, tactui cedens. *Cic.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. Infima auricula mollior. *Virgil.* 2. *Georg.* Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? ¶ Translate ponitur pro tractabili, flexibili, dulci. *Cic. in Brut.* Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, teneramque reddidit. ¶ Item pro facili, manſueto, miti. *Cic. Att. l.* 1. Quanta ſit in Quinto fratre meo comitas, quanta jucunditas, quam mollis animus & ad accipiendam, & ad deponendam offenſionem. *Id. in Catil.* 2. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt. ¶ Item pro effœminato, delicato. *Cic.* 1. *de Or.* Quis hoc Philoſophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis, doloremque referens probare poſſet? Per Metalepſin, quoniam ea, quæ tenera ſunt, pro voluntate noſtra facile tractamus, &, quocunque lubet, ducimus, factum eſt, ut mollis quandoque pro domito ſumatur. *Virg.* 3. *Georg.* Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. ¶ Quandoque pro non arduo, ut mollis clivus. *Id.* 3. *Georg.* Molle faſtigium. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 10. ¶ Quandoque pro maturo, ut molles caſtaneæ, molliſſima vina. *Id.* 1. *Ecl.* & 1. *Georg.* ¶ Quandoque pro tempeſtivo, ſeu opportuno. *Virg.* 4. *Æn.* Sola viri molles aditus, & tempora noras. ¶ Quandoque pro remiſſo, & non tremendo. *Virg.* 3. *Georg.* Tua Mecœnas haud mollia juſſa. ¶ Quandoque pro ſuavi, & jucundo. *Virg.* 2. *Georg.* Molleſque ſub arbore ſomni. ¶ Quandoque pro temperato. *Plin. l.* 14. *c.* 15. Cœlum ipſum mitius, & mollius ſolito videbatur. *Flor. l.* 3. *c.* 3. Quo fere tractu Italia molliſſima eſt. ¶ Mollis frontis homo dicitur verecundus, quemadmodum os durum de impudente uſurpatur. Ita *Donat. ad Terent. Eun.* 4. 4. *ſc.* 7. *v.* 36.

Molliter, adv. *mollemente*, *teneramente*, Ger. *ſaenfftiglich*, Gal. *mollement*, Hiſp. *blandamente*, μαλακῶς, leniter, non dure. *Plin. l.* 13. *c.* 10. Mire naturæ cura molliter ſemina collocandi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 52. Aves nidos molliſſime ſubſternunt. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 76. Molliter oſſa cubent. Quæ fuit mortuis bene precandi formula. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 7. Molliter ſiſte nunc me, cave, ne cadam: non vides me, ut madide madeam? *Col. l.* 1. *c.* 2. Ager molliſſime decexus. h. e. paululum declivis. *Virg.* 6. *Æn. v.* 847. Excudent alii ſpirantia mollius æra. h. e. artificioſius, & delicatius. ¶ Translate eſt delicate, effœminate. *Cic.* 1. *Off. c.* 3. Molliter, & delicate vivere. *Ter. Adelph.* 3. 1. 1. Ædepol te curaſti molliter. ¶ Molliter ferre, pro leniter, æquo animo. *Cic. de Senect.* Quod ferendum eſt molliter ſapienti. ¶ *Tac.* 2. *hiſt. c.* 96. Amici adulantes mollius interpretabantur, *trovavano delle dolci interpretazioni*.

Mollitia, æ, f. idem ac mollities. *Cic. pro Syl.* Qua mollitia ſum animi, & lenitate. *Id.* 1. *Fin. c.* 10. Mollitia animi officium deſerere.

Mollities, ei, f. *mollezza*, *tenerezza*, רֹךְ, Germ. *weiche*, Gall. *moleſſe*, Hiſp. *blandura*, μαλακότης, teneritas. *Cic. de Fin. l.* 5. *c.* 21. In primo ortu ineſt mollities, & teneritas quædam. ¶ Translate ponitur pro placiditate, tranquillitate. *Aurel. Victor. de Vir. illuſt. c.* 22. Ubi per mollitiam maris anguis proximum Æſculapii fanum petiit. Quidam putant legendum *malaciam*. ¶ Item pro languore, imbecillitate, effœminatione. *Ter. Eun.* 2. 1. Expunda hercle hæc mollities animi. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 46. Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, & conſuetudinem victus. ¶ Ponitur etiam pro mollium, & obſcenorum vitio. *Sen. de conſtan. Sap. c.* 18. & *Tac.* 11. *An. c.* 2.

Mollitūdo, inis, idem ac mollities. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo. *Id.* 3. *de Orat.* In ipſo tactu ineſt & mollitudinis, & lævitatis modus. ¶ Accipitur etiam pro facilitate, flexibilitate. *Auct. ad Her. l.* 3. Mollitudo vocis eſt cum eam torquere pro commodo noſtro poſſimus.

Molliuſcellus, a, um, adject. dimin. a mollis, ut molliuſculi verſus, apud *Plin. l.* 1. *epiſt.* 16. quamquam ibi alii aliter legunt.

Mollūcrum, i, vel Molucrum, n. μύλακρον, lignum, quo molæ vertuntur. ¶ Item caro informis in utero mulierum, quæ & mola dicitur, μυλακρίας. Utraque notio legitur apud *Feſtum*.

Mollūgo, inis, f. ſpecies eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quod ramoſior eſt, ac pluribus foliis. *Plin. l.* 20. *c.* 10.

Molluſca, æ, f. μαλακόδερμον, nux eſt a genere juglandium, cortice adeo molli, ut vix attrectata ſtatim frangatur, ab antiquo *mollus* pro *mollis*. Hæc & nux Perſica appellatur, quod a Perſide primum ad nos ſit tranſvecta. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 14. *Plin. l.* 15. *c.* 22.

Molloſcum, i, n. V. Bruſcum.

Mŏlo, is, lui, litum, a. 3. *macinare*, טחן, Germ. *malen*, Gall. *moudre*, Hiſp. *moler*, ἀλέω, ἀλήθω, mola tero, a mola. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Ceres frumenta invenit, cum antea glande veſcerentur, eadem molere, &c. *Teren. Phorm.* 2. 1. 19. Molendum uſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes.

Molŏche, es, f. 1. μολόχη, malva. *Col. l.* 10. *v.* 247. Et moloche prono ſequitur quæ vertice Solem. Al. leg. *malache*.

Molochinarius, m. 2. molochini coloris infector. *Plaut. Aul.* 3. 5. 40. Aſtant molochinarii, petunt fullones.

Molochĭnus, a, um, in colorem purpuræ inclinans, a *moloche*, malvâ, quod malvæ florum ſimilitudinem habeat. *Cæcil. in Pauſimacho, apud Non.* Carcaſina molochina.

Molochītes, m. 1. μολοχίτης, gemma eſt non tranſlucens, ſpiſſa viriditate, malvæ colorem referens, a moloche, malva. *Plin. l.* 37. *c.* 8.

Molorchæus, a, um, adject. ad Molorchum pertinens. *Tibul. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 13. Læta Molorchæis poſuit veſtigia tectis.

Molorchus, m. 2. Μόλορχος, ſenex Arcadius, qui ad expugnationem leonis Nemæi proficiſcentem Herculem hoſpitio comiter ſuſcepit. Unde *leo Molorcheus* appellatus eſt, & ſeni ab Hercule ſacra ſolemnia inſtituta, quæ *Molorchea* dicebantur. V. *Serv. in* 3. *Georg. Stat. l.* 4. *Theb. v.* 160. Sacra Cleonæi cogunt vineta Molorchi.

Molorthus, m. 2. perpendiculum, id eſt plumbum rectum filo, & gnomone dependens, a μόλυβδος, *plumbum*, & ὀρθὸς, *rectus*. Affirmat nonnulli pro hac voce illud *Statii l.* 3. *Silv. v.* 30. Sint, quibus exploret rupes gravis arte Molorthus. Ubi alii leg. *Molybdus*. Alii aliter.

Moloſſi, m. 2. pop. Epiri, quorum regio Moloſſia. ¶ Sunt & Moloſſi pop. Theſſaliæ, apud Jolcum opp. teſte Athenæo. *Ovid.* 1. *Met.*

Moloſſia, f. 1. *Pandoſia*, Μολοσσία, regio Epiri Chaoniæ proxima, in Or. recedens, a Moloſſo filio Pyrrhi, & Andromaches. Celebris eſt canibus venaticis generoſiſſimis, qui ab ea *Moloſſi* dicuntur.

Moloſſĭcus, a, um, adject. ad Moloſſos pertinens. *Plaut. Capt.* 1. 1. 18. Paraſiti Moloſſici. h. e. edaces tanquam canes Moloſſi. ¶ Moloſſicum carmen apud Grammaticos eſt, quod Moloſſis pedibus conſtat. V. Moloſſus.

Moloſſus, m. 2. filius Pyrrhi, & Andromaches, qui regnavit in Epiro, unde regio Moloſſia, & pop. Moloſſi.

Moloſſus, ſubſt. m. 2. μολοσσός, μολοττὸς, μολοττικὸς κύων, canis, a Moloſſis Epiri gente, quæ canes habebat generoſiſſimos. *Virg.* 3. *Georg. v.* 405. Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum paſce ſero pingui. ¶ Eſt & Moloſſus pes metricus, qui tribus ſyllabis longis conſtat, ut *Æneas*, *contendunt*. *Diomed. l.* 4. Dictus eſt a Moloſſiæ ſaltatione, quod Moloſſi ad bellum procedentes hujus pedis modulata compoſitione utebantur, vel, ut alii volunt, quod eo metri genere odas in templo Jovis canere conſueverunt, in memoriam Moloſſi filii Pyrrhi, & Andromaches, a quo poſtea feſta Moloſſia dicta ſunt. *Iſid. l.* 1. *c.* 16.

Moloſſus, a, um, quod eſt ex Moloſſia. *Ovid.* 1. *Met. v.* 226. Nec contentus eo eſt, obſidem de gente Moloſſa.

Moly, yos, n. 3. herba radice rotunda, & nigra, magnitudine cæpæ, folio ſcillæ, flore luteo, vel candido, ut *Homerus* ſcripſit, vim ſummam habens adverſus omnia veneficia. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Molybdæna, f. 1. μολύβδαινα, vena communis plumbi, & argenti. *Plin. l.* 37. *c.* 18. ¶ Item plumbago, genus herbæ, ſic dictæ, quod plumbum, id eſt oculorum vitium, commanducata tollat. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Molybdītis, is, μολυβδῖτις, plumbi ſpuma, ſicut argyritis, ſpuma argenti. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Molybdus, μόλυβδος, plumbum, vox græca. Pro plumbo illo, quo aquæ altitudinem nautæ explorant, uſurpari putant nonnulli a *Stat. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 30. Locum V. in Molorthus.

Momar, ſtultus, apud Siculos. *Feſt.*

Momen, inis, n. idem ac momentum, a ſupin. motum verbi moveo, ut nomen a notum. *Lucret. l.* 3. *v.* 189. Momine uti parvo poſſunt impulſa moveri.

Momentaliter, adv. *in un momento*, ictu oculi. *Fulgent. l.* 2. *Mythol. c.* 3.

Momentanĕus, a, um, *momentaneo*, *caduco*, *mortale*, ὀλιγοχρόνιος, quod eſt caducum, quod facile mutatur, ac deficit. *Tertul. l.* 3. *adv. Marcion. c.* 17.

Momentarius, a, um, quod in momento fit. *Apul. l.* 5. *Met.* Momentarius maritus. *Id. l.* 9. Momentaria ſalus. *Id. l.* 10. Venenum momentarium. h. e. momento temporis conficiens.

Momentōſus, a, um, adject. qui magni momenti eſt. *Quintil. declam.* 13. Quam momentoſa ſit hujus animalis rapina.

Momentum, ti, n. *momento*, רגע, Ger. *ein anglenbick*, Gal. *moment*, Hiſp. *momento*, ῥοπή, στιγμή, dicitur qualeſunque pondus, ſive magnum hoc ſit, ſive parvum, & tranſlate ſumitur pro vi, robore, viribus, efficacitate, pretio. *Cic.* 1. *Acad.* Cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur. *Id. pro Mur.* Et diligentiſſime perpendens momenta officiorum omnium. *Id. in Vatin.* Cujus teſtimonium propter turpitudinem vitæ, ſordeſque domeſticas nullius momenti putaretur. *Id.* 3. *Fin.* In his momenta ſunt maxime ad bene vivendum. *Id. pro Font. cap.* 6. Sapientia judicis non minimam partem tenet ad unamquamque rem momento ſuo ponderandam. *Liv. l.* 5. Rege ſuperato nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore. *Id. l.* 1. *c.* 47. Si qua regio femine orta nullum momentum in dando, adimendoque regno faceret. *Id. l.* 4. *c.* 12. Momentum annonæ facere, *dar moto ai viveri*, *diminuire la careſtia*. ¶ Accipitur item pro rebus minimis, ſeu pro particula exigua alicujus rei. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Proſunt & combuſtæ, ut cinis earum bibatur in vino, addito reſinæ momento. *Id. l.* 18. *c.* 34. Sol autem quotidie ex alio cœli momento, quam pridie, oritur. ¶ Dicitur item de tempore. *Cic. l.* 6. *Fam. epiſt.* 10. Omnia momenta obſervabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi, & levandi locum. *Id.* 5. *Phil. c.* 10. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. *Liv. l.* 31. *c.* 33. Tumultus momento temporis ſedatus.

Momus, mi, m. Μῶμος, Deus quidam, Nocte matre, ut inquit *Heſiodus*, ac Somno patre genitus, cui mos eſt ipſum quidem nihil agere, ſed aliorum Deorum opera curioſis oculis contemplari, &, ſi quid omiſſum, aut perperam factum eſt, id ſumma cum libertate carpere, a μῶμος, *dedecus*. Vide de eo fabulam apud *Lucian. in dial. de Hareſib.* & *Varrav. in præfat. l.* 2.

Monăcha, æ, f. *monaca*, ſolitariæ vitæ femina. *Hieronym. ep.* 25. *ad Paulam de obitu Blæſillæ, poſt med.*

Monachĭcus, a, um, *di monaco*, ad monachum pertinens. *Juſtinian. novell. conſtitut.* 133. *c.* 5. Monachicum certamen.

Monachium, ii, n. μοναχεῖον, locus, vel ſodalitas monachorum. *Impp. Valent. & Martian. l.* 1. *Cod. tit.* 2. *leg.* 13.

Monăchus, i, m. *monaco*, Μοναχός, ſolitarius, qui vitam vivit ſolitariam, a μόνος, *ſolus*. *Rutil. Numatian. l.* 1. *v.* 419.

Monarchia, f. 1. *monarchia*, Μοναρχία, unius principatus, a μόνος, *ſolus*, & ἀρχή, *imperium*. *Tertul. adver. Prax. c.* 3.

Monas, adis, f. 3. μονάς, unitas, ſingularitas. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 6. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 37.

Monaſterium, ii, n. *monaſtero*, Μοναστήριον, locus, in quo Monachi degunt. *Auguſtin. ep.* 86. *ad Caſulan.*

Monaſtriæ, arum, f. *monache*, Μονάστριαι, mulieres Deo dicatæ, & ſolitariam vitam agentes: quarum fit mentio in *Novell. Conſtit. Juſtin.* 123.

Monaulon, m. 2. μόναυλος, tibia ſingularis, vel ſimplex, a μόνος, *ſolus*, & αὐλὸς, *tibia*. *Mart. l.* 14. *epigr.* 64. Sæpe duas inflat, ſæpe monaulon habet. *Plin. l.* 7. *c.* 57. Fiſtulam, & monaulon Pan Mercurii, obliquam tibiam Midas in Phrygia, geminas tibias Marſyas in eadem gente.

Monedūla, æ, f. *monacchia*, *mulacchia*, *putta*, κολοιός, avis ex genere graculorum, furax, & rapax, præſertim auri, argentique. Hinc aliqui dictam putant a monere, quaſi *monetula*. *Scalig. ad Tibul. l.* 2. *eleg.* 2. dicit a Dea Moneta, quæ eſt Juno, cui cornix, a cujus genere eſt monedula, dicata fuit. *Cic. pro Flac. c.* 31. Non plus auri tibi, quam monedulæ committebant. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Inſubrium tractu examina graculorum, monedularumque, cui ſoli avi furacitas auri, argentique præcipue mira eſt. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 103. Dic me anaticulam, monedulam, paſſerculum, &c.

Monēla, læ, *ammonizione*, *avviſo*, monitio. *Tertul. de patient. c.* 8. & *l.* 4. *adv. Marcion. c.* 34.

Monenda, orum, apud *Martian. Capel.* ſunt ſacrificia quædam, quibus Dii monentur, ut mortalibus opem ferant.

Monĕo, nes, nui, itum, a. 2. *ammonire*, *ricordare*, *avvertire*, הזהיר, Ger. *erinnern*, Gal. *admoneſter*, *avertir*, Hiſp. *amoneſtar*, ὑπομιμνήσκω, νουθετέω, παραινέω, παρεγγυάω, admoneo, ſuadeo, hortor, ab antiquo *meneo*, aut *meno*, unde *memini*, quod a μένω. Conſtruitur cum duobus accuſat. quod tamen negatum eſt ejus compoſitis *commoneo*, & *admoneo*. *Cic. l.* 3. *Fam.* Eaque me ex tuis mandatis monuit. *Id. in Catil.* Sed eos hoc moneo, deſinant furere. *Id. de Amic.* Nec ea, quæ ab ea monemur, audimus. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 16. Ut Terentiam moneam de teſtamento. ¶ Vel etiam cum abl. & præpoſ. *pro*. *Ter. Andr.* Habeo, pro illa re illum quod moneam probe. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*, vel *ne*. *Cic. l.* 4. *Fam.* Accuratiſſime monuiſti Senatum, ut illa timerent, quæ meminiſſent. ¶ Monere literis, & per literas, *dar' avviſo con lettere*. *Cic. l.* 2. *Q. Fr. epiſt.* 7. Sic monere pluribus. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. ¶ Interdum ponitur pro caſtigare. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 160. tonitru tantum lenique procella Contentus monuiſſe. ¶ Interdum docere, erudire. *Valer. Flac. l.* 1. *cir. init.* Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis, &c. Phœbe mone. *Horat. l.* 3. *od.* 7. Et peccare docentes hiſtorias monet. ¶ *Monerim*, pro *monuerim*. *Pacuv. armor. judicio*. Quod me moneris, effectum dabo. *Id. Chryſide*. Dii monerint meliora.

Monēris, is, *ſelucca*, genus navigii longi, quod ſimplici remorum ordine agitur, μονήρης. *Liv. l.* 38. *c.* 38. Neve plures actuarias habeto, neve monerem belli cauſa.

Monēta, æ, f. *moneta*, Ger. *muntz*, Gal. *monnoye*, Hiſp. *monede*, νόμισμα, pecunia ſignata, a *monendo*, quia nota inſcripta monet nos authoris, & valoris. *Martial. l.* 1. *epigr.* 100. Convivia ſumptuoſiora Nigræ ſordibus expleas monetæ. h. e. æreæ. *Id. l.* 4. *ep.* 15. Hos auſſi de fulva lunulos implere moneta non decet. h. e. aurea. ¶ Accipitur etiam pro loco, ubi moneta cuditur, *zecca*. *Vet. Inſcript. ad Gruter. p.* 74. *n.* 1. Officinatores monetæ aurariæ, argentariæ Cæſaris. *Ammian. l.* 22. *c.* 18. Aram in moneta, quam regebat, recens locatam evertit. ¶ Eſt etiam Moneta mater Muſarum, a *monendo*. Gloſſæ Philoxeni, *Moneta*, Μνημοσύνη. *Liv. in Odyſſea apud Priſcian. l.* 6. *pag.* 679. *Putſch.* Nam Divæ Monetas filium docuit. Ubi *Monetas* eſt antiquus genitivus, ut dicimus *Paterfamilias*. ¶ Moneta etiam Junonis cognomen fuit, ut ex *Cicerone*, *Valerio*, *Livio*, *Plutarcho*, & aliis conſtat. Sic autem dicta eſt, quia Romanos ex arce monuerat, ut propter terræmotum, qui acciderat, ſue rem divinam facerent. *Cic.* 1. *de Div. c.* 45. Atque etiam ſcriptum a multo eſt, cum terræmotus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce extitiſſe, quocirca Junonem illam appellatam Monetam. *Id. l.* 2. *c.* 32. Quod idem dici de Moneta poteſt, a qua, præterquam de ſue plena, quid unquam moniti ſumus?

Monetālis, & le, o. a. *ciò che s' appartiene a moneta*, νομισματικός, quod ad monetam pertinet. *Apul. de Aſin. l.* 7. Plurima pretioſiſſimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. ¶ Triumviri Monetales, Magiſtratus Romæ, qui æri, argento, atque auro conflando, & feriundo præerant. *Pomp. Juriſc. l.* 2. *de orig. Juris*. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 11. *de Fulvejo loquens:* Monetali autem adſcripſi quod ille ad me Proconſulem. id eſt in ſumma epiſtola ſcripſi, *Vulvejo Monetali*. V. *Cic. l.* 7. *Fam. epiſt.* 13. ad *Trebat. & in eam ſchol. P. Manut.*

Monetarius, m. 2. *monetario*, Ger. *muntzer*, Gal. *monnoyeur*, Hiſp. *monedero*, ἀργυροκόπος, qui monetam cudit. *Firmic. l.* 8. *c.* 17. Habentes horoſcopum ſub ſigno hoc erunt monetarii. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 38. Fuit ſub Aureliano etiam monetariorum bellum. *Eutrop. l.* 9. *c.* 14. Hoc (*Aureliano*) imperante etiam monetarii in Urbe rebellaverunt, vitiatis pecuniis, & Feliciſſimo Rationali interfecto: quos Aurelianus victos ultima crudelitate compeſcuit, plurimos nobiles capite damnavit.

Monīle, is, n. *monile*, *collana*, רביד, Ger. *ein halsband*, Gal. *charne a porter au cou*, Hiſp. *cadena*, ὅρμος, ornamentum ex auro, & gemmis, quod circa collum geſtatur, proprium fœminarum, & juvenum ingenuorum. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 264. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. ¶ Neque ſolum illud monile dicitur, quod ex hominum, verum etiam quod ex equorum, aliorumque animalium collo dependet. *Virg.* 7. *Æn. de equis Latini:* Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. *Gel. l.* 5. *c.* 5. Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phaleriſque præfulgentem.

Monimentum. V. Monumentum.

Monitio, onis, f. *ammonizione*, Germ. *ein warnung*, Gall. *avertiſſement*, Hiſp. *monicion*, νουθεσία, actus monendi. *Cic. de Amic. c.* 24. Monitio acerbitate, objurgatio contumelia careat. *Id. ibid.* Accipere monitionem patienter.

Monĭto, as, a. 1. ſæpe moneo. *Venant. Fortun. l.* 5. *carm.* 4. Quos in amore Dei monitabat ſæpe ſacerdos.

Monĭtor, oris, m. *ammonitore*, Germ. *erwahner*, Gall. *ammoneſteur*, Hiſp. *monidor*, ὑπομνήστης, qui nos alicujus rei monet. *Terent. Heaut.* 1. 1. 119. Nil opus fuit monitore. ¶ Item is, cujus fidei, & curæ pueri committuntur, pædagogus. *Cic.* 2. *de Orat.* Refert aliquis hoc præceptum, eſt

enim

enim non tam acutum, quam neceſſarium, magiſque monitoris non fatui, quam eruditi magiſtri. ¶ Item qui in ſcena hiſtrionibus verba dictat, & ſuggerit. *Feſt.* ¶ Item qui in foro Oratori agenti adeſt, & dicenda, agendaque monet, *ſollicitatore*, ὑπομνηστής. *Cic. Div. in Ver.* Video, mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus tenet. Adde *Quintil. l. 6. c. 3.* ¶ Item nomenclator. *Cic. pro Mur. c. 36.* Per monitorem appellandi ſunt. ¶ Denique monitores dicuntur ſervi in agro operis præfecti, qui officii quemque ſui admonent, & ſegniores caſtigant, *gaſtaldi*. *Colum. l. 3. c. ult. Ulpian. l. 8. ff. de inſtruct. & inſtrum. legat.*

Monitorius, a, um, adject. aptus ad monendum, ut monitorium fulmen, quod ſcil. de futuris moneat, apud *Senec. l. 2. quæſt. natur. c. 49.*

Monitum, ti, n. *ammonizione*, *documento*, *ricordo*, παραίνεσις, quod quis nos monet. *Cic. 5. Fam. ep. 8.* Meis conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibuſque mititur.

Monitus, us, m. idem ac monitio. *Liv. l. 2.* Seu voce cœleſti ex Albano monte miſſa, ſeu Aruſpicum monitu. *Cic. 2. de Div. c. 41.* Sortes, quæ Fortunæ monitu tolluntur. *Plin. in Paneg. cap. 76.* Reverere numinum monitus.

Monitus, a, um, partic. a moneor, *Virg. 3. Æn. v. 188.* Moniti meliora ſequamur.

Monobeli, m. 2. μονόβηλοι, qui prægrandia virilia habent: ita enim eos appellabat Heliogabalus, ut refert *Lamprid. in ejus vita, c. 8.* ¶ Vox græca eſt, a βέλος, telum.

Monocĕros, otis, m. *alicorno*, μονόκερως, unicornis, animal unico cornu, equino corpore, capite cervino, mugitu horrido. *Plin. l. 8. c. 21.* Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite cervo, pedibus elephanto.

Monochromata, um, n. *chiariſcuri*, μονοχρώματα, dicebantur picturæ, quæ non variis, ut hodie, ſed ſingulis coloribus conſtabant. *Plin. l. 33. c. 7.* Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant.

Monochromatĕus, a, um, *chiaroſcuro*, μονοχρωματικός, quod uno colore fit. *Plin. l. 35. c. 5.* Qui monochromatea genera picturæ vocaverint.

Monochromătos, a. i. e. μονοχρώματος, quod eſt unius coloris. Hinc *Plin. l. 35. c. 3.* auctor eſt, primum picturæ genus fuiſſe lineare, quod nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ ſimilitudinem circumductis lineis exprimebat, deinde huic ſucceſſiſſe alterum picturæ genus, quod ſingulis coloribus rerum imagines imitabatur, idque poſtea inventa operoſiore pictura, monochromaton eſſe appellatum.

Monocōlus, μονόκωλος, unius membri, a μόνος, ſolus, & κῶλον, membrum. *Solin. c. 33.* Legimus monocolos ibi quoque naſci ſingulis cruribus, &c. Adde *Plin. l. 7. c. 2.*

Monocrĕpis, is, μονοκρηπίς, uno tantum pede calceatus. *Hygin. fab. 12.* ¶ Apud Græcos epitheton eſt Mercurii, qui alterum calceum Perſeo commodavit, ad Gorgonas devolanti.

Monocŭlus, li, m. e. qui unum oculum habet. Vox eſt hybrida, ex græco μόνος, & latino *oculus* conflata, eaque uſus eſt *Jul. Firmic. l. 8. c. 19.* Erunt ſurdi, monoculi, ac ſtolido ſtupore confecti.

Monŏdus, m. 2. μονόδους, Pruſiæ Bithyniæ Regis filius, qui loco dentium unum os continuum habuit in ſuprema oris parte, a μόνος, *unus*, & ὀδούς, *dens*, quaſi vir unius dentis. *Plin. l. 7. c. 16.* & *Feſt.*

Monœcus, i, *Monaco*, μόνοικος, portus Liguriæ, & oppidum, ubi Hercules, pulſis aliis, ſolus habitavit, unde & portus Herculis dicitur. *Virg. 6. Æn. v. 830. Lucan. l. 1. v. 405.*

Monogamia, μονογαμία, matrimonium cum una tantum uxore. *Tert. de Monogam.*

Monogămus, i, μονόγαμος, qui unam tantum uxorem habuit. *Hieronym. l. 1. contra Jov. c. 8. ad fin.*

Monogrammi, m. 2. *magri*, *ſenza colore*, μονόγραμμοι, homines macri, pertenues, decolores, a *monogrammos*, pictura linearia, per tranſlationem. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 23.* Quæ verens Epicurus monogrammos Deos, & nihil agentes commentus eſt.

Monolinum, i, n. *una filza di perle*, μονόλινον, linea ex margaritis, uno filo conſtans. *Capitolin. in Maxim. jun. c. 1.* ubi al. leg. *monolium*: Sed *Salmaſ.* retinet *monolinum*, defenditque pluribus.

Monolĭthus, a, um, μονόλιθος, uno lapide conſtans, ut Monolithæ columnæ, *d' un pezzo*, apud *Laber. apud Non. c. 13. n. 53.*

Monoloris, re, adject. Monolores veſtes, quæ unicum lorum auratum, ſeu ſegmentum intextum habent. *Vopiſc. in Aurel. c. 46.*

Monomĕri, μονόμεροι, dicuntur populi quidam, in ultima Orientis ora, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes mira pernicitate. *Gel. l. 9. c. 4.*

Monopodium, n. 2. *tavolo che ha un piè ſolo*, μονοπόδιον, menſa unico tantum pede ſubnixa. *Liv. l. 39. c. 6.* Monopodia, & abacos Romam advexere. Adde *Plin. l. 34. c. 3.*

Monopodius, a, um, *che ha un ſol piede*, qui unum tantum pedem habet: a πούς, ποδός, & μόνος, ſolus. *Lamprid. in Commodo, c. 10.* Monopodios eos, quibus ſingulos pedes fregiſſet, appellabat. ¶ Legitur & *Monopodius*.

Monopolium, lii, n. *monopolio*, μονοπώλιον, dicitur, cum penes unum aliquem ſpeciei alicujus vendendæ poteſtas eſt, quod fit, cum unus ſolus aliquod genus mercis univerſum emit, ut ſolus vendat, pretium ſuo modo ſtatuens, a μόνος, *ſolus*, & πωλεῖν, *vendo*. *Suet. Tib. c. 71.* Monopolium nominaturus prius veniam poſtulavit, quod ſibi verbo peregrino utendum eſſet.

Monoptĕros, i, unam tantum alam habens, a μόνος, *ſolus*, & πτερόν, *ala*. A *Vitruv. l. 4. c. 7.* Ædes monopteræ dicuntur, quæ unum tantum porticum habent, vel ordinem columnarum.

Monoſceli, orum, homines Indici ſingula crura habentes. *Plin. l. 5. c. 2.*

Monoſtichium, ii, idem ac monoſtichum. *Auſon. in Eclog.* Non placitum divis tolle monoſtichium.

Monoſtĭchum, i, μονόστιχον, carmen unico verſu conſtans. *Auſon. de Cæſarib. in præf. v. 3.* Sua quenque monoſticha ſignent.

Monoſyllăbus, a, um, *monoſillabo*, μονοσύλλαβος, una ſyllaba conſtans. *Auſon. Idyl. 12.*

Monotriglyphos, i, μονοτρίγλυφος, Monotriglyphe ædes dicitur a *Vitruv. l. 4. c. 3.* in qua propter columnarum multitudinem intercolumnia adeo ſunt anguſta, ut unius tantum triglyphi ſint capacia. V. *Baldum in Lex. Vitruv.*

Monotrŏphus, i, μονότροφος, qui ſolus veſcitur, miniſtrum non habens, a quo ſibi cibus paretur. *Plaut. Stich. 5. 4. 7.* Noſmet inter nos miniſtremus, monotrophi.

Monoxȳlum, i, n. 2. μονόξυλον, navigium ex unico ligno excavatum. *Plin. l. 6. c. 23.* Regio autem, ex qua piper monoxylis lintribus Baracen convehitur, vocatur Cottona.

Mons, tis, m. *monte*, *montagna*, הר, Germ. *ein berg*, Gall. *mont*, Hiſp. *monte*, ὄρος, terræ tumor altiſſimus. *Virg. 12. Æn.* Totuſque remugit mons circum. ¶ Sumitur quandoque pro ſaxo, ut ſaxum pro monte. *Virg. 6. Æn.* Prenſantemque uncis manibus capita aſpera montis ferro invaſiſſet. ¶ Tranſlate uſurpatur pro omni re, quæ eminet. *Virg. 1. Æn.* Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. ¶ Montes aureos polliceri, proverbialis Hyperbole, de iis, qui immenſa promittunt, ſpeſque ampliſſimas oſtentant. *Ter. Phorm. 1. 2. 18.* ¶ Parturient montes, naſcetur ridiculus mus: itidem proverbium apud *Horat. de ar. poet.* in eundem fere ſenſum, cum magnæ rei propoſitæ exitus non reſpondet.

Mons ſacer. V. Sacer mons.

Monſtrabilis, & le, o. 3. *dimoſtrabile*, quod facile monſtrari poteſt, conſpicuum, illuſtre. *Plin. ep. 21. l. 6.* Eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis.

Monſtratio, onis, f. *demoſtrazione*, Ger. *ein weiſung*, Gal. *demonſtration*, Hiſp. *demoſtracion*, δεῖξις, actus monſtrandi. *Ter. Adel. 4. 6. 2.* Ut Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Jupiter.

Monſtrator, oris, m. *dimoſtratore*, *inventore*, qui monſtrat. *Virg. 1. Georg. v. 19.* Uncique puer monſtrator aratri. *Senec. de conſol. ad Marc. c. 25.* Ignotarum urbium monſtrator hoſpiti grater eſt.

Monſtrātus, us, maſc. monſtratio. *Apul. lib. 3. Metam.* Cujus monſtratu puellam cognoſceret. *Auſon. in periоch. Iliad. 3.* Monſtratu aliorum edoceri.

Monſtrātus, a, um, *moſtrato*. *Horat. de ar. poet. v. 404.* Et vitæ monſtrata via eſt.

Monſtrĭfer, ra, rum, *di moſtro*, τερατώδης, monſtrum referens. *Plin. l. 8. c. 30.* Animalium, hominumque effigies monſtriferas circa extremitates ejus gigni minime mirum. *Lucan. l. 2. v. 3.* Monſtrifer tumultus. *Claudian. l. 3. in Eutrop. v. 3.* Monſtrifer annus.

Monſtrificabĭlis, le, monſtroſus. *Lucil. apud Non. c. 3. n. 340.* Mirum, ac monſtrificabile.

Monſtrifice, adv. idem ac monſtruoſe. *Plin. l. 28. c. 11.* Anaxilaus prodidit equorum capitum viſus repræſentare monſtrifice.

Monſtrifĭcus, a, um, *moſtruoſo*, τερατοποιός, qui monſtra dicendo, vel faciendo oſtendit. *Plin. l. 21. c. 5.* Inventa in his & ratio inſerendi, monſtrificis hominum ingeniis. *Id. l. 7. c. 15.* Sed nihil facile reperiatur mulierum profluvio magis monſtrificum.

Monſtrigĕna, æ, m. monſtro genitus, monſtroſus. *Avien. in Perieg. v. 789.* Monſtrigenas hoſtem licet inferat æſtus Fluctibus.

Monſtro, as, avi, atum, a. 3. *moſtrare*, הראה, Ger. *weiſen*, Gal. *montrer*, Hiſp. *enſenar*, δεικνύω, oſtendo, declaro. *Ter. Adel.* Scio, ubi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. *Hor. l. 4. Carm. od. 3.* Quod monſtror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ. *Enn. apud Cic.* Homo, qui erranti comiter monſtrat viam. ¶ Interdum uſurpatur pro docere, monere. *Plaut. Curc. 1. 3. 43.* Bene monſtrantem pugnis cædis. *Tacit. 2. hiſt. c. 3.* Pueritia, & juventa, qualem monſtravimus. ¶ Item pro deferre, accuſare. *Tacit. 1. hiſt. c. 88.* Nullum ob crimen, ſed vetuſto nomine, & propinquitate Galbæ monſtratur. Et *l. 8. c. 1.* Alii ab amicis monſtrabantur.

Monſtrōſe, adv. *moſtruoſamente*, *fuor di natura*, Germ. *ungeſtalt*, Gal. *monſtrueuſement*, Hiſp. *monſtruoſamente*, τερατωδῶς, præter naturam. *Cic. 2. de Div. c. 71.* Nihil tam præpoſtere, tam inconditе, tam monſtroſe cogitari poteſt.

Monſtrōſus, a, um, *moſtruoſo*, Germ. *ungeheuerlich*, Gal. *monſtrueux*, Hiſp. *monſtruoſo*, τερατώδης, quod monſtrum refert. *Lucan. l. 1.* Monſtroſique hominum partus. *Cic. 2. de Div. c. 32.* Quid minus mirum, quam illam monſtroſiſſimam beſtiam urnam evertiſſe, ſortes diſſipaviſſe? *Sueton. in Calig. c. 16.* Monſtroſæ libidines. Ita quidam ibi leg. pro *monſtruoſæ*, ut & loco Ciceronis allato. Sic *Prudent. in Laurent. v. 7.* Nunc monſtruoſis idolis Impoſuit imperii jugum. Et *Petron. in fragm. Tragur. c. 69. Burm.* Monſtruoſius ferculum.

Monſtrum, i, n. *moſtro*, Ger. *ein wunder ding*, Gal. *monſtre*, Hiſp. *monſtruo*, τέρας, prodigium, oſtentum, portentum, omne id, quod futurum monſtrat, a *moneo*, quaſi moneſtrum, quod Dei voluntatem, ſive aliquid imminens moneat. *Feſtus.* *Cic.* deducit a *monſtrando*, *l. 2. de Div.* ¶ Monſtrum, oſtentum, portentum, & prodigium quomodo differant, docet Cornelius Fronto libello de differentiis vocabulorum. Sed diſcrimen id paſſim negligitur ab ipſis claſſicis Scriptoribus. *Virg. 2. Æn.* Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris. *Cic. 5. Verr.* Non mihi jam furtum, ſed monſtrum, ac prodigium videbatur. *Id. de Aruſp. reſp. c. 12.* Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cavere. ¶ Ex conſuetudine vulgi monſtrum appellatur, quicquid eſt præter naturam. *Ter. Eun. 4. 3.* Quid iſtuc nam monſtri fuit? Ubi *Donatus*, Monſtrum eſt omne contra naturam: ſi igitur eunuchus eſt, & vitiavit virginem, contra rerum naturam factum eſt. ¶ Tranſlate dicitur de homine ſceleſto. *Cic. in Cat. 2.* Nulla jam pernicies a monſtro illo, atque prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur. ¶ Item de ſententia abſurda, ſeu errore. *Cic. 4. Tuſ.* Jam videbuntur monſtra dicere. *Id. l. 9. ad Attic.* Monſtra narrant. Et *l. 4.* Mera monſtra nunciant, *coſe incredibili*, *e prodigioſe*. ¶ Monſtrum alii dicimus, ubi quid occulti vitii latere ſignificamus, inde ducta Metaphora, quod monſtra ob pudorem clanculum alantur, & occultantur. *Ter. And. 1. 5. 16.* Quam ob rem? niſi id eſt, quod ſuſpicor, aliquid monſtri alunt. ¶ Interdum ſumitur in bonam partem. *Silius l. 16. v. 333.* Juveniſque animum tam clara movebant monſtra.

Monſtrŭoſus. V. Monſtroſus.

Montaniānus, a, um, ad Montanum pertinens, qui fuit rhetor, ſeu orator temporibus M. Annæi Senecæ. Unde hic *in fi. controverſ. 28. l. 4.* Non multa referam, quæ Montaniana Scaurus vocabat.

Montānus, a, um, *montano*, *di monte*, ὄρειος, ὀρεινός, quod eſt ex monte. *Cic. in Rull. 2. c. 35.* Ligures montani duri, atque agreſtes. *Ovid. 11. Met.* Panaque montanis habitantem ſemper in antris. Abſolute *Liv. l. 22. c. 34.* Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. ¶ Montani, orum, qui montes incolunt. *Id. ib. c. 32.* Apparuerunt imminentes tumulos inſidentes montani.

Montĭcellus, i, m. *monticello*, parvus mons. Legitur apud *Auct. rei Agrar. Goeſ. pag. 231. 306.* &c.

Montĭcŏla, æ, com. ὀρεσίβιος, qui montes incolit. *Ovid. 1. Metam. v. 193.* Monticolæ Silvani.

Montĭfer, a, um, montem ferens. *Montiferum Titana* dixit *Senec. in Herc. Oet. v. 1215.* quia fingitur montibus ſuperinjectis a Jove oppreſſus, & ſepultus. Quidam tamen antiqui Cod. hab. *monſtriferum*.

Montīnus, i, m. Deus, qui montibus præeſt. *Arnob. l. 4.*

Montivăgus, a, um, *che vaga per monti*, ὀρεσίπλαγκτος, qui per montes vagatur. *Cic. 5. Tuſc.* Non frigus, non famem, non montivagos, atque ſylveſtres curſus, luſtrationeſque patiantur? *Stat. 1. Achill. v. 430.* Diana montivaga.

Montōſus, a, um, *montuoſo*, ὄρειος, ubi ſunt multi montes. *Virg. 7. Æn. v. 744.* Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ. V. *Montuoſus*.

Montuōſus, a, um, adject. idem quod montoſus. *Plin. l. 16. c. 17* Montuoſa ulmus. h. e. naſcens in montibus. *Cic. pro Planc. c. 9.* Montuoſa regio. Ita utrobique legunt meliores Cod. & Critici; alii *montoſus*.

Monumentarius, a, um, ad monumentum, ſeu ſepulcrum pertinens. *Apul. l. 1. Florid.* Choraula monumentarius. *h. e.* qui ad defunctorum ſepulchra canit.

Monu-

Digitized by Google

Monomentum, ti, n. *memoria*, זכרון, Germ. *ein gedenck zeichen*, Gall. *monument*, *memoire*, Hiſp. *memoria*, μνῆμα, μνημεῖον, quicquid nos monet, ſive monere poteſt rei alicujus præteritæ, ut libri, hiſtoriæ, ſtatuæ, ſepulchra, tituli, fana, porticus, cæteraque ejuſmodi, a *moneo*. Pro monumentum dixere etiam *monimentum*, u in *i* converſo, quomodo ex *optumus*, & *maxumus* facta *optimus*, & *maximus*. *Varr. l.* 5. *L. L.* Monimenta a monendo, &c. *Non. c.* 1. *n.* 136. Monimenti proprietas eſt &c. *Cic. ad Cæſ. in fragm. epiſt.* Sed ego, quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam. *Id. c. Pis.* Ut enim nos ex annalium monumentis teſtes excitamus eos, quorum &c. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 14. Quid teſtamentorum diligentia? quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant? *Id.* 1. *de Or. c.* 46. Monumenta rerum geſtarum, & vetuſtatis exempla Oratori nota eſſe debent. *Ov.* 13. *Met.* Conderturque tuum monumentis corpus avitis. *Nepos in Dione, in fi.* Sepulchri monumento donetus eſt. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. Commendare aliquid monumentis. *Id. pro Rabir.* Celebrata monumentis annalium. *Ter. Eun.* 4. 6. 14. Abi tu, ciſtellam, Pythias, domo effer cum monumentis. h. e. ſignis, quibuſcum puella expoſita erat, ut ex iis aliquando cognoſci poſſet. *Id. Terent. ibid. v.* 30. hæc monumenta vocat, *ſigna*. Translata *Cic. Catil.* 3. *n.* 11. Inſigne honoris, & monumentum laudis. *Idem pro Dejot.* Multa ſunt tuæ clementiæ monumenta.

Monychus, m. 2. Μώνυχος, unus ex Centauris, a μῶνυξ, equus, qui ſolidas ungulas habet. *Juven. Sat.* 1. *v.* 11.

Mopſopius, a, um, adjectiv. Athenienſis, Atticus. Mopſopia enim Attica regio dicitur, teſte *Strabone*. Hinc Mopſopius juvenis. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 663.

Mopſus, m. 2. Μόψος, filius Apollinis, & Hymanthes, al. Manthus, amiciſſimus Jaſonis, præſtantiſſimus vates, cum quo Calchas certavit de peritia divinandi. Præfuit Gryneæ ſylvæ juxta Clazomenen, ubi Apollo colebatur. Phaſelim urbem in finibus Pamphyliæ condidit, item Colophonem, ut Mela refert. *Cic. l.* 1. *de Div.* ſcripſit, Mopſum fuiſſe Augurem, & Regem Argivorum. ¶ Poſt mortem templis, & ſacrificiis cultus fuit. Oracula etiam edidiſſe fertur. *Tert. de anim. c.* 16.

Mopſueſtia, vel Mopſuheſtia, f. 1. Mopſis, Mamiſta, *Malmiſtra*, urbs Ciliciæ, ad Pyramum fl. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8.

Mora, æ, f. *indugio*, איחור, Ger. *verzug*, Gal. *delay*, *retardement*, Hiſp. *tardança*, *detenimiento*, μονή, διατριβή, cunctatio, tarditas, temporis dilatio. *Ter. Andr.* 5. 6. 7. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. *Cic.* 1. *Invent. c.* 9. Moram, atque impedimentum alicui inferre. *Id. Phil.* 10. *c.* 1. Moram interponere. *Liv. l.* 31. *c.* 32. Dimicandi moram facere. *Cic. Verr.* 7. Moram afferre crudeliſſimi ſupplicii. *Quintil. l.* 4. *c.* 4. Moram tollere. *Ter. Andr.* 3. 1. 9. In mora eſſe alicui. *Seneca* 3. *de ira*, *c.* 39. Nectere moras. *Virg.* 10. *Æn. v.* 888. Moram trahere. *Vellej. l.* 2. *c.* 31. Nihil in mora habere, quominus &c. *Virg.* 3. *Æn.* Diſpendia moræ. ¶ *Mora eſt*, longum eſt, *è coſa lunga*. *Ovid. l.* 3. *Met.* Quoſque referre, mora eſt. *Plaut. Captiv.* 4. 3. 6. Nam ſi alia memorem, mora eſt. ¶ Inter moras, interea, *mentre s'indugia*. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. Inter moras Conſul, citatis nominibus, mittit Senatum. ¶ Eleganter mora dicitur, qui in mora eſt, *ritardo*, *ritegno*. *Liv. l.* 23. *c.* 9. Reſtituendæ Romanis Capuæ mora ſum ei. Adde *Celſ. l.* 8. *c.* 10. ¶ Mora etiam, μόρα, μοῖρα, dicebatur a Lacedæmoniis pars exercitus quingentis militibus conſtans, vel, ut alii tradunt, ſeptingentis, vel, ut nonnulli, trecentis, a μείρω, *divido*, quia in eas dividerentur Lacedæmonii. *Cornel. Nepos in Iphicrate c.* 2. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit. Al. leg. interfecit. Item al. leg *mora* ſervantes rationem Græcæ vocis μοῖρα.

Moraſius, a um, durus, ut moraſiæ nuces, *Titian. apud Feſtum*.

Moralis, le, o. 3. *che appartiene a' coſtumi*, Germ. *das zuſitten*, *gehoret*, Gal. *moral*, Hiſp. *moral*, ἠθικός, ad mores pertinens. *Cic. de Fato c.* 1. Quia pertinet ad mores, quos ἦθος Græci vocant, nos eam partem Philoſophiæ de moribus appellare ſolemus. Sed decet, augentem Linguam Latinam nominare moralem. Adde *Senec. ep.* 89.

Moralitas, atis, morum conditio. *Macrob.* 3. *Saturn. c.* 1. Sunt ſtyli dicendi duo, diſpari moralitate diverſi.

Moraliter, adverb. Eſt *Donati ad Terent. Adelph.* 5. 8. *in fi.*

Moramentum, ti, n. 2. idem ac mora. *Apul. in Flor. l.* 4. Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volunt equitare, ad vectorem ſibimet equum deligunt.

Morans, antis, nom. particip. qui moratur, tardus. *Virg.* 4. *Geor.* Namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Cum quo morantem ſæpe diem mero fregi. h. e. longum.

Moratim, adverb. cum mora, tarde. *Solin. c.* 3. (*al.* 9.) Ut moratim inſularum omnium oras legamus.

Moratio, onis, f. idem ac mora. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Morationibus impeditus. *Liv. l.* 3. *c.* 41. Moratio in imperiis exercendis.

Morator, oris, m. *ritardatore*, מאחר, German. *langſamer*, Gall. *retardeur*, Hiſp. *tardador*, retardator. *Liv. l.* 6. *c.* 44. Adverſus unum moratorem publici commodi. Adde *Curt. l.* 4. *c.* 10. ¶ Moratores dicebantur rabulæ, quod cauſas morarentur. *Ammian. l.* 30. *c.* 1. Moratores forenſes. Ita legit *Lindebrog.* Alii *oratores*. V. *Cujac. l.* 4. *Obſervat. c.* 40. & *Parrum in Lar.* qui plures afferunt Ciceronis locos, in quibus corrupte legi *oratores* pro *moratores* contendunt. ¶ Moratores item erant, qui frontes aurigarum in Circo æquabant, eoſque morabantur, ne ante tempus tranſilirent lineam. *Vet. Inſcript. apud Græv.* T. Tulcius Pachryſus Morator ejuſd. Faction. Dedic.

Moratorius, a, um, quod moram facit. *Ulpian. Dig. l.* 26. *tit.* 7. *leg.* 6. Moratoria cunctatio.

Moratus, a, um, *coſtumato*, Ger. *woolgebord*, Gal. *morigere*, Hiſp. *acoſtumbrado*, ἠθικός, εὐήθικος, moribus præditus, ſeu imbutus, ſive boni, ſive mali ſint. *Ter. Hec.* 4. 4. 25. Sed quid mulierie uxorem habes? aut quibus moratam moribus? *Cic.* 2. *Tuſc.* Quotus enim quiſque Philoſophorum invenitur, qui ita moratus, ita animo, ac vita conſtitutus, ut ratio poſtulat? *Id. in Bruto*, *c. c.* Tam bene moratæ, & bene conſtitutæ civitatis. *Plaut. Moſtell.* 1. 3. 130. Nequicquam exornata eſt bene, ſi morata eſt male. ¶ Transfertur & ad alia. *Ovid.* 15. *Met. v.* 94. placare voracis, & male morati poteris jejunia ventris. *Plaut. Aſin.* 2. 3. 10. ita hæc morata eſt janua, &c. ¶ Particip. a moror, aris, primo brevi, *Ovid. Met.* 13. *v.* 123. oculos paulum tellure moratos ſuſtulit ad proceres.

Morbidus, a, um, *infermo*, *inferma*, חולה, Ger. *ungeſund*, Gal. *malſain*, Hiſp. *enfermo*, νοσερός, morbo infectus. *Plin. l.* 8. *c.* 26. Atque ita profluvio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat. ¶ Morbida vis, quæ morbum affert. *Luc. l.* 6. *v.* 953. Morbida vis hominum. *Id. ibid. v.* 1095. Fit morbidus aer.

Morbonia, æ, f. vox ficta a morbus, & vulgari ſermone trita, qua utebantur, qui alicui male precari vellent, quem enim abire morboniam jubebant, h. e. in locum morbis plenum, in malam crucem. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 14. Trepidum cum quidam abire morboniam juſſerat. Dionis compendium bene locum vertit ἐς κόρακας, quod idem apud Græcos valet.

Morboſus, a, um, *infermo*, חולה, Ger. *kranck*, Gall. *maladif*, Hiſp. *enfermo*, νοσώδης, obnoxius morbo, valetudinarius. *Cato de R. R. c.* 2. Ferramenta vetera, ſervum ſenem, ſervum morboſum, & ſi quid aliud ſuperſit, vendas. *Cic.* 4. *Tuſc. cap.* 24. Bene igitur noſtri, cum omnia eſſent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos ſoles morboſos nominaverunt. *Auct. Priap. carm.* 25. Morboſior omnibus cinædis.

Morbus, i. m. 2. *infermità*, חלי, νόσος, habitus contra naturam, qui uſum ejus facit deteriorem. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Quomodo autem in corpore eſt morbus, eſt ægrotatio, eſt vitium, ſic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium, cum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo pravitas membrorum, diſtortio, deformitas. *Id.* 1. *Off.* Medici gravioribus morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. *Id. in Phil.* Cum eſſet infimus ex gravi, diuturnoque morbo. ¶ Dicimus in morbum delabi, incidere, cadere, morbo corripi, affici, laborare, implicari, explicari, liberari, & ſimilia permulta. *Cic.* ſæpe, *Liv. Terent.* & al. Implicari in morbum, *Nepos in Ageſil. c. ult.* ¶ Morbus regius. V. *Regius*. ¶ Morbus major, idem ac comitialis, ſeu caducus. *Celſ. l.* 3. *c.* 23. Inter notiſſimos morbos eſt etiam is, qui comitialis, vel major nominatur. ¶ Translata morbi in animo dicuntur vitia inveterata, ut avaritia, ambitio, &c. *Cic.* 4. *Tuſc.* Videamus, quænam ſint, quæ a Philoſophia remedia morbis animorum adhibeantur. ¶ In fabulis Morbus Deus eſt, Herebi, & Noctis filius, Mortis frater. *Cic.* 2. *nat. Deor.*

Mordacitas, atis, f. *mordacità*, vis mordendi. *Plin. l.* 21. *c.* 15. *de urtica*. Iis enim omnibus foliis ineſt aculeata mordacitas.

Mordaciter, adverb. *mordacemente*. *Ovid.* 1. *de Pont. epiſt.* 5. *v.* 19. Scilicet incipiam lima mordacius uti. *Macrob. Saturn.* 7. *c.* 3. Ait ille omnia mordaciter.

Mordax, acis, o. *mordace*, Ger. *beſſig*, Gal. *mordant*, Hiſp. *mordaz*, δηκτικός, δακνώδης, quod mordet, quod mordendo lædit, promptum ad mordendum. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 27. Meus eſt iſte clam mordax canis. *Id. Truc.* 2. 4. 1. Num tibi jam, amabo, janua eſt mordax mea? ¶ Translate ſumitur pro pungente. *Plin. l.* 16. *cap.* 24. Folia mordacia ſunt quibuſdam, ut urticis. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 107. Mordaci radere vero auriculas. *Phædr. lib.* 4. *fab.* 7. Mordaciorem, qui improbo dente appetit. *Plin. lib.* 17. *cap.* 8. Mordaciſſimum, quod ſupra diximus. ¶ Item pro eo, qui detrahit famæ alienæ. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 59. Laceras lacertum Largii mordax Memmius. ¶ Sollicitudines mordaces dicuntur, quæ animum excruciant. *Horat. l.* 1. *od.* 18. neque mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.

Mordĕo, es, momordi, morſum, *mordere*, נשך, Ger. *beiſſen*, Gal. *mordre*, Hiſp. *morder*, δάκνω, eſt dentibus lædere, vel vulnerare. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 20. Latrant, & mordent canes. ¶ Frænum mordere. V. *Frænum*. ¶ Translata eſt detrahere, *dir male*. *Ter. Eun.* 3. 1. 21. Invidere omnes mihi, mordere clanculum. ¶ Item pungere, irritare, lædere. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 7. Si qua ſunt in tuis litteris, quæ me mordeant. *Id. Att. lib.* 13. Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. *Id.* 4. *Tuſcul. cap.* 20. Morderi conſcientia. ¶ Item moleſtiam aſſerre, habere ſollicitum. *Cic.* 3. *Fam.* Neque non me tamen mordet aliquid, id eſt, nonnihil me habet ſollicitum. ¶ Mordeor, eſt dolere vehementer. *Cic. Att. lib.* 6. Qui ſcribis, morderi te interdum, quod non ſimul ſis. ¶ Interdum mordere, eſt corrumpere. *Horat. lib.* 1. *ep.* 8. *v.* 5. Oleamve momorderit æſtus. ¶ Dicitur & de frigore, cum maxime penetrat. *Id. l.* 2. *Sat.* 6. *v.* 45. Matutina parum cautos jam frigora mordent. ¶ Amnis mordet rura. h. e. radit, ripis detrahit. *Id. l.* 1. *od.* 31. ¶ Olim in præterito erat *morſi*. Hinc *Plaut. in Trigemin.* apud *Gell. l.* 7. *c.* 9. Medium credo præmorſiſſet. ¶ Item *memordi*. *Enn. apud Non.* Si me canis memorderit. V. *Gell. lib.* 7. *cap.* 9.

Mordicatio, onis, f. levis arroſio. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *cap.* 20. Ventris mordicatio.

Mordicativus, a, um, mordicans, arrodens, ut mordicativum acetum. *Cæl. Aurel. Tard.* 5. 1.

Mordicet. V. in ſeq. voce.

Mordicitus, adverb. idem quod mordicus. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 57. Aſini me mordicitus ſcindant, boves incurſent cornibus. Ita leg. *Gruter.* plures alii *mordicibus*, h. e. dentibus, ut ſit a nominativo *mordices*, *um*. Eadem lectionis diverſitas eſt in illo *Apul. l.* 3. *Metam.* Mordicitus appetens.

Mordico, as, a. 1. *dar dolore*, δάκνω, dolorem affero, perinde ac ſi morſu læderent. *Cæl. Aurel. Acut.* 1. *c.* 8. Mordicantis qualitatis eſſe.

Mordicus, adv. *co' denti*, δάξ, mordendo. *Cic. ad Q. Fr.* Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſent. *Plaut. Curc.* 3. 1. 7. Mordicus arripere. ¶ Translate ſignificat arcte, pertinaciter. *Suet. in Cæſ.* Paludamentum mordicus trahens. *Cic. Acad.* 4. *cap.* 16. Perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus.

More, adv. μωρῶς, ſtulte. *Plaut. Stich.* 5. 1. 1. Mora hoc ſit, atque ſtulte, mea ſententia. ¶ Eſt hoc adverbium ab adjectivo *morus*, quod ab eodem *Plauto* non ſemel eſt uſurpatum. Eſt tamen qui putat, hoc loco eſſe ablativum a *mos*, *moris*.

Mores. V. Mos.

Moretarium, ii, idem quod Moretum. *Donat. ad Terent. Phorm. c.* 2. 4. & *Apic. l.* 1. *c.* 35.

Morētum, i, n. *morozia*, μυττωτός, genus cibi, idem ac intritum, & alliatum, quod ex his acto conficiebatur, allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, caſeo, oleo, aceto. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 367. Non pudet herboſum, dixit, poſuiſſe moretum in domino menſis?

Moribundus, a, um, *moribondo*, *morendo*, ἀποθνήσκων, moriens. *Cic. pro Sext.* Jacentem, moribundumque vidiſtis. *Liv. l.* 6. *B. Pun.* Ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Morigeratio, nis, f. actus morigerandi. *Afran. apud Non. c.* 1. *n.* 1. Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio, Hæc ſunt venena formoſarum mulierum.

Morigĕro, as, n. 1. idem ac morigeror, apud vet. *Plaut. Amph.* 3. 3. 26. Dum cum hac uſuraria uxore nunc tibi morigero.

Morigĕror, aris, d. 1. *compiacere*, *ubbidire*, שמע, Ger. *zuwillen ſeyn*, Gal. *obeir*, Hiſp. *obedecer*, χαρίζομαι, morem gero, obſequor, & quaſi ad alterius voluntatem mores meos transformo. *Ter. Adel.* Si adoleſcenti eſſes morigeratus. *Cic. in Orat. cap.* 48. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. ¶ Morigerari alicui, apud *Sueton. in Tiber. c.* 49. obſcenum habet ſenſum.

Morigĕrus, a, um, *ubbidiente*, שומע, Ger. *gehorſam*, Gal. *obeiſſant*, Hiſp. *obediente*, πειθήνιος, εὐπειθής, obediens. *Ter. Andr.* 1. 3. 59. Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. *Plaut. Capt.* 5. 2. 13. Bene morigerus fuit puer.

Morimarusa, mare mortuum, Cimbrorum lingua. *Plin. l.* 4. *c.* 13.

Morini, orum, ultimi Galliæ populi ad Oceanum. *Virg.* 8. *Æn. v.* 727.

Morio, onis, μωρίων, fatuus homo, ſannio, quales in principum aulis aliſolent deliciarum cauſa, *buffone*, *ſciocco*, a μωρός, ſtultus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 13. Morio dictus erat, viginti millibus emi: Redde mihi nummos, Gargiliane, ſapit. Adde *l.* 12. *epigr.* 93.

Morion, onis, m. 3. lapidis pretioſi nomen. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Morior, eris, mortuus ſum, d. 3. *morire*, מות, Germ. *ſterben*, Gall. *mourir*, Hiſp. *morir*, θνήσκω, ἀποθνήσκω, ἀπαλλάττω, intereo, extremum ſpiritum effundo, vita decedo. *Virg.* 2. *Æn.* fertur moriturus in hoſtes. *Cic. pro Rab.* Moreretur primum acerbiſſima morte milies Gracchus, quam

in

Digitized by Google

in ejus concione carnifex conſiſteret. ¶ Transfertur ad res inanimatas pro perire, extingui. *Cic. in Piſon.* Ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur. ¶ *Morior*, eſt modus jurandi, quemadmodum *deſperearn*. *Cic. Att. l. 8. ep. 6.* Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. ¶ *Moriri*, pro mori. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 108. Moriri ſe ſe miſere mavolet. Adde *Ovid. Metam.* 14. v. 215. ¶ *Id. Plaut. Capt.* 3. 4. 117. Væ illis virgis miſeris, quæ in tergo morientur meo. *morientur* ſcil. quia ibi frangentur. ¶ Dies mori dicitur, cum ſol occidit. *Plaut. Men.* 1. 2. 45. & *Statius l. 4. Silv.*

Moriturio, is, n. 4. mori cupio, vel jam morior. Uſurpaſſe *Ciceronem*, teſtis eſt *Auguſt. de Grammat.* ubi de verbis meditativis agit.

Mormyris, is, f. 3. μορμυρὶς, ſpecies piſcis in Ponto. *Ovid.* in *Halieuticis*. Et pictæ mormyres, & auri Chryſophrys imitata decus. *Plin. l. 32. c.* 11.

Moro, as, a. 1. pro moror, aris. *Pacuv. apud Diomed. Grammatic. l.* 1. Paucis abſolvit, ne moraret diutius. Adde *Enn.* & *Nævium ibid.*

Morolŏgus, a, um, adject. ſtulte loquens, μωρολόγος. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 50. Amoris vitio tibi morologus fio. *Id. Pſeud.* 5. 2. 20. Sermonibus morologis uti.

Moror, aris, atus ſum, d. 1. *indugiare*, אחר, Ger. *verziehen*, Gall. *s'amuſer*, *retarder*, Hiſp. *retardar*, διατρίβω, cunctor, tardo, moram interpono, a *mora*. *Lentulus* apud *Cic. in Fam.* 12. *ep.* 14. Diutius morari, aut expectare præſidium non neceſſe habui. *Id.* 5. *Phil.* Cur bellum moremur inferre? ¶ Sumitur etiam pro manere. *Cic.* in *Catil.* Si hic morari æquo animo non potes, abi in alias terras. ¶ Item pro retardare, ſeu detinere aliquem, cum acc. *Cic. l.* 16. *Fam.* Sin aliqua res eum vel impediet, vel morabitur. *Id. 6. Ver. c.* 46. Ne multis vos morer. ideſt ne vos multis verbis detineam. ¶ Item retro agere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 207. Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur. Supple illiſam ſcopulo navem. ¶ Addita particula negativa ſignificat negligere, nihili facere. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 47. Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles nihil moror. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. v. 16. nam vina nihil moror illius oræ. ¶ *Nihil vos moramur*, *Patres*, formula erat, qua Senatus dimittebatur. *Capitolin. in Antonino*. ¶ Morari cum aliquo, eſt una vivere. *Senec. ep.* 2. & 32. ¶ Ponitur interdum pro delectare, quod Itali *trattenere*. *Horat. de ar. poet.* v. 321. Valdius oblectat populum, meliuſque moratur. ¶ Morari pro deſipere, ſtultum eſſe, a μωρὸς, videtur uſurpaſſe Nero apud *Sueton. in ejus vita c.* 33. cum de Claudii Imp. morte loquens, ait, morari eum deſiiſſe inter homines. Quo dicto ſimul ad vulgatam hujus verbi notionem alluſit, & Claudii ſtultitiam notavit. Huc nonnulli referunt & illud *Plauti Trucul.* 5. 1. 22. Ibitur, ne morari cenſeas. ¶ Morans, tis, V. ſuo loco.

Moroſē, adv. δυσκόλως, difficulter, faſtidioſe. *Cic. in Brut.* c. 67. Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſive moroſe, ut putabatur, ſive ingenuo, liberoque faſtidio. *Sueton. Aug. c.* 66. Judicium alicujus moroſiſſime penſitare. *Tertull. de Pall. c.* 4. Pallium moroſius ordinatum.

Moroſĭtas, atis, f. 3. δυσκολία, illa morum difficultas, cum nulla pene res, quantumvis exacta, animo alicujus ſatisfacit. *Cic.* 1. *Off.* Ne in moroſitatem inutilem, & odioſam incidamus. *Sueton. Tiber. c.* 70. Moroſitate nimia obſcurabat ſtylum.

Morōſus, a, um, *faſtidioſo*, קשה, Ger. *mürriſch*, Gal. *faſcheux*, Hiſp. *enfadoſo*, δύσκολος, curioſus, diligenſque, qui nimis exacte omnia fieri expoſcit, difficilis, faſtidioſus, importunus. *Cic. in Orat. c.* 29. Ut uſque eo difficiles ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. *Suet. de Caſ. c.* 45. Circa corporis curam moroſior. *Martial. l.* 14. *epigr.* 103. Sed tu moroſa ludere parce ſiti. h. e. quæ vulgarem potionem reſpuit. *Id. l.* 16. *c.* 33. Cupreſſus natu moroſa. h. e. difficilis, vel tarda, ut *moroſus* hic a *mora* ſit. ¶ Superlat. *moroſiſſimus*, apud *Tertull. de cor. Mil. c.* c.

Morpheus, m. 2. Μορφεὺς, Somni filius, vel miniſter, a μορφὴ, *forma*, quia variat formas in dormientium phantaſia gignit, &, ut eſt in fabulis, juſſu domini quoſcunque vultus hominum fingit, verba ipſa, mores item, & geſtus imitatur. *Ovid.* 11. *Met.* v 634. Excitat artificem, ſimulatoremque figuræ Morphea.

Morphnus, m. 2. μορφνὸς, aquilæ genus, circa paludes, & lacus vitam præcipue agens. *Plin. l.* 10. *c.* 3.

Mors, tis, f. 3. *morte*, מות, Ger. *der todt*, Gal. *mort*, Hiſp. *muerte*, θάνατος, μοῖρα, corporis, & animæ diſſolutio, a μόρος, *fatum*, *ſors ultima*. A veteribus Dea credita eſt, Herebi, & noctis filia, quæ in mortales omnes vitæ, necisque haberet poteſtatem. *Cic.* 3. *de nat. Deor. Id. Fam.* 6. *ep.* 21. Mors extremum omnium rerum. *Idem Fam.* 7. *ep.* 3. Conſciſcere ſibi mortem. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 42. Mortem occumbere. *Virg.* 2. *Æn.* Certæ occumbere morti. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 7. Mortem oppetere. *Id. Phil.* 5. *c.* 17. Mortem obire. *Serv. ad Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 3. Vitam cum morte commutare. *Plaut. Amph.* 2. 2. 177. Aliquem ad mortem dare. *Hor. l.* 2. *ſat.* Morti dare aliquem. *Nav. apud Gell. l.* 1. *c.* 24. Poſtquam eſt morte captus Plautus, &c. ¶ *Sua morte mori*, eſt natura, & fato mori, non vi aliqua externa. *Senec. epiſt.* 59 Bella res eſt, ſua morte mori. Adde *Suet. in Caſ. c. ult.* ¶ Uſurpatur & in plurali num. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 48. Claræ mortes pro patria appetitæ. Adde 2. *Fin. c.* 30. *Virg.* 10. *Æn.* v. 854. ¶ Transfertur ad res quoque inanimas. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Rerum omnium oblivio, morſque memoriæ. ¶ Apud *Plaut. Bacch.* 5. 1. 34. ſenex macer, ſqualidus, & ſemimortuus mors appellatur.

Morſicātim, adv. δακνῶς, mordendo. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 547. Et in bellis morſicatim luduot.

Morſĭco, as, frequentat. a mordeo. *Apul. l.* 7. *Met.* Ore improbo compulſat, & morſicat.

Morſiuncŭla, æ, f. 1. δηγμάτιον, parvus morſus. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 65. Teneris labellis molles morſiunculæ.

Morſum, i, n. morſus. *Catull. carm.* 64. *de nupt. Pel. & Thet.* v. 316. Laneaque aridulis hærebant morſa labellis. h. e. particulæ laneæ, morſu a neutis abſtractæ.

Morſus, a, um, *morſo*, *morſicato*, δηχθεὶς, partic. a mordeor. *Plin. l.* 29. *c.* 9. Datur morſis a cane rabioſo, ne rabidi fiant.

Morſus, us, m. 4. *morſo*, נשך, Ger. *gebiſſen*, Gall. *morſure*, Hiſ. *mordedura*, δῆγμα, actus mordendi. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 10. Quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit. *Id. de Senect.* Contra avium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. ¶ Translate ponitur pro dolore, & ægritudine. *Cic. Attic. lib.* 12. Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu dolorem efficiunt. *Id.* 2. *Offic.* Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quam retentæ. ¶ Interdum pro detractione, reprehenſione, vituperatione. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 14. v. 38. Non odio obſcuro, morſuque venenat.

Morta, f. 1. μοῖρα, Fatum, ſive una ex Parcis, a μοῖρα, quod idem ac μόρος, quatenus partem notat. *Liv. in Odyſſea* apud *Gel.* 3. *cap.* 16. Quando dies adveniet, quæ prolata Morta eſt? *Caſellius apud eund. ibid.* Tria ſunt nomina Parcarum, Nona, Decima, Morta.

Mortālis, ſubſt. m. 3. *uomo mortale*, homo. *Cic.* 4. *Ver.* Omnium mortalium nemo Sthenio inimicior, quam hic C. Claudius. *Salluſt. Catil.* 1. 12. Noſtri majores, religioſiſſimi mortales. *Plaut. Pſeud* 4. 8. 6. Nihil hic mortalis doctus, omnia verſutus.

Mortālis, le, o. 3. *mortale*, Germ. *ſterblich*, Gal. *mortel*, Hiſp. *mortal*, θνητὸς, morti ſubjectus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Mortale igitur omne animal, & diſſolubile, & dividuum ſit, neceſſe eſt. *Plin. l.* 34. *c.* 14. Eademque providentia nihil in rebus mortalibus faciente, quam quod infeſtiſſimum mortalitati. *Horat. de art. poet.* v. 68. Mortalia facta peribunt. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 52. Quiſquam mortalis homo. ¶ Item qui mortem affert, ut vulnus mortale. *Virg.* 12. *Æn.* v. 797. ¶ Inimicitia mortalis eſt, quæ uſque ad mortem durat. *Cic. pro Rab. Poſth.* Inimicitiæ mortales, amicitiæ immortales.

Mortalĭtas, atis, f. *mortalità*, Germ. *todtlighkeit*, Gal. *mortalité*, Hiſp. *mortalidad*, τὸ θνητὸν, mortalis vitæ conditio, communis fragilitas naturæ. *Cic. Octavio*. Supra mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa. *Id.* 1. *de nat. Deor. cap.* 10. Aut non omne, quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. ¶ Sumitur etiam pro hominibus mortalibus. *Curt. l.* 8. *c.* 4. Inter fortunæ obſequia, contra quam non ſatis cauta mortalitas eſt. ¶ Item pro ipſa morte. *Ulp. l. ult. ff. ad l. Jul. majeſt.* Extinguitur crimen mortalitate.

Mortariŏlum, o. 2 θυίδιον, parvum mortarium. *Macer l. c.* v. 8. Semen in mortariolo tritum.

Mortarium, ii, n. 2. *mortajo*, ὅλμος, θυεία, vas, in quo res, quæ reſolvendæ ſunt, piſtillo teruntur. *Plaut. Aul.* 1. 2. 17. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quæ utenda vaſa ſemper vicini rogant. ¶ Accipitur etiam pro lacu, ſeu conceptaculo, in quo calx, arena, & ſimilis materia maceratur, ſubigitur, & aſſervatur. *Plin. l.* 36. *c.* 23. Arenatum quod inducturi ſunt, prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Mortario collocato, calce & arena ibi confuſa, &c. ¶ Item pro ipſa materia macerata, & ſubacta. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. Mortario cæmentum addatur. *Idem l.* 7. *c.* 1. Calciſque duæ partes ad quinque mortarii, h. e. ruderis, ſeu cæmenti piſti, & ſubacti. ¶ Item pro collyrio ad ægros oculos ſanandos. *Juven. ſat.* 7. v. 170. Et quæ jam veteres ſanant mortaria cæcos. ¶ Lapides mortariorum, h. e. vaſorum, in quibus aliquid teritur, aut pinſitur, uſum non unum habent in medicina. V. *Plin. l.* 36. *c.* 22.

Morticīnus, a, um, *morto da ſe*, נבלה, Germ. *ſelbs geſterben*, Gal. *mort ſans etre tue*, Hiſp. *mortezino*, θνησιμαῖος, quod non mactatum, ſed per ſe mortuum eſt, a *morte*. *Varr. R. R. c.* 9. Morticinæ ovis non patiuntur veſci carne. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Clavi pedum, qui vulgo morticini appellantur, *morticini*, quia morticinam carnem referunt. ¶ Morticinus, convicium eſt in hominem enectum, exſanguem, & cadaveri ſimilem. *Plaut. Perſ.* 2. 4. 18. Non hercle, ſi os tibi præciderim, metuam, morticine.

Mortĭfer, & mortiferus, a, um, *mortifero*, θανατηφόρος, quod mortem affert. *Cic. Acad.* 4. *c.* 38. Cur Deus mortifera tam multa terra, marique diſperſerit. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 29. Cum pene in manu jam mortiferum illud teneret poculum. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. *n.* 62. Muſculus percuſſus mortiferus eſt, præciſus ſanitatem recipit. *Claudian. lib.* 3. *de rapt. Proſ.* v. 237. ſeu mortifer æſtus, Seu mors ipſa fuit.

Mortifĕrē, adv. *mortalmente*. *Plin. l.* 5. *ep.* 16. Mortifere ægrotare.

Mortifĕrus. V. Mortifer.

Mortificatĭo, onis, mors. *Tertul. de reſurr. carn. cap.* 44. Mortificationem Domini circumferimus in corpore.

Mortificātus, a, um, *mortificato*, *morto*. *Prudent. Cathemer.* 10. v. 93. Sic corpora mortificata Redeunt melioribus annis.

Mortifĭco, as, a. 1. ad mortem do, mortem affero. *Tertull. de reſurr. carn. c.* 57. Caro nihil prodeſt, mortificatur enim.

Mortifĭcus, a, um, idem ac mortifer. *Tertul. poem.* 4. *adv. Marcion. c.* 5. Mortificus cibus. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 6. *n.* 1. Mortifico vulnere. Al. leg. *mortifero*.

Mortualĭa, lium, n. 3. quæ ad mortuos pertinent. Speciatim ſic dicuntur veſtimenta, quæ in luctu ſumuntur. *Nævius apud Non. c.* 16. *n.* 4. Pallia petagia, crocotis, malacis, mortualibus. ¶ Item nenia, ſeu carmina præficarum. *Plaut. Aſin.* 2. 4. *ſc.* 1. *ad fin.* Hæc ſunt non nugæ, non enim mortualia.

Mortuarĭus, a, um, adject. ad mortuos pertinens. *Cato apud Gel. l.* 18. *c.* 7. mortuaria gloſſaria vocat Philoſophos, quod res tetricas, inanes, ac frivolas, & ſimilia præficarum carminibus, quæ nudæ voces eſſent, differerent. Al. leg. *mortualia*.

Mortuōſus, a, um, mortuo ſimilis, ſqualidus, exanguis, ut vultus mortuoſus, *Cæl. Aurel. l.* 1. *Acut. c.* 3.

Mortuus, a, um, nom. ex particip. a morior, *morto*, τεθνεὼς, νεκρὸς. *Cic. de clar. Orat. c.* 11. Concidit mortuus verſuo. *Id.* 1. *de Orat. cap.* 57. Excitare aliquem a mortuis. *Ter. Phorm.* 5. 8. 26. Mortuo verba facere. quod proverb. dicitur, cum quis fruſtra vel ſuadet, vel orat. ¶ Transfertur & ad alia, ut mortuus plauſus, apud *Cic. Attic. l.* 2. *applauſo freddo*. ¶ Mare mortuum, quod alio nomine Aſphaltites lacus vocatur, ita dictum putat *Strabo*, quia nihil vivum gignit. Ejus meminit *Plin. l.* 4. *c.* 12. Translate *Sen. ep.* 67. Demetrius noſter vitam ſecuram, & ſine ullis fortunæ incurſionibus, mare mortuum vocat.

Morŭlus, a, um, *nero*, *nigro*. a moris maturis ſic dictum; vel quaſi *Maurulus*. Mauri enim nigro colore ſunt. *Plaut. Pæn.* 5. 10. Ego illam pugnis totam faciam ut ſit morula: itaque replebo atritate, atrior multo ut ſiet.

Morum, i, n. *mora*, *gelſa*, μόρον, συκάμινον, fructus mori arboris. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. Ille ſalubres Æſtates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.

Morus, i, f. *moro*, *gelſo*, μορέα, συκάμινος, συκομορέα, ſpecies arboris. *Plin. l.* 16. *c.* 44. In hoc arborem mori eximiam ætate noſtra adamavit Paſſienus.

Morus, a, um, μωρὸς, fatuus, ſtolidus, *pazzo*, *ſtolto*. *Plaut. Trin.* 3. 2. 43. Amor hominum mores moros, & moroſos efficit. *Id. Mil.* 2. 4. 17. Ego ſtulta, atque mora multum.

Mos, moris, m. 3. *coſtume*, *uſanza*, ἔθος, inſtitutum conſuetudine firmatum, ſive bonum, ſive malum ſit. Mos, inquit *Feſtus*, eſt inſtitutum patrium pertinens ad religiones, cæremoniaſque majorum. Latius tamen ſumitur pro quovis inſtituto, & conſuetudine. *Cic. Verr.* 3. *c.* 26. Negavit, moris eſſe Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. *Id. de clar. Orat. c.* 21. Mos eſt hominum, ut &c. *Virg.* 1. *Æn.* v. 336. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram. *Cic.* 2. *Leg.* Eſt hoc in more poſitum inſtitutoque majorum. *Plin. l.* 1. *ep.* 12. Habebat hoc moris. ¶ *More*, *ex more*, *de more*, *ſecondo il coſtume*, *e uſanza*. *Cic. de Univerſ. c.* 1. Carneadeo more, & modo diſputare. *Horat. l.* 2. *ſat.* v. 280. Ex more imponens cognata vocabula rerum. *Virg.* 10. *Æn.* Comptos de more capillos. Sic more meo, more Romano. *Cic.* 1. *Orat.* & *in Fam.* ¶ *In morem*, *ad morem*, *more*, *a guiſa*. *Virg.* 1 *Georg.* In morem fluminis elabi. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Materias ſibi ipſi fingunt, & ad morem actionum proſequuntur. *Hor. lib.* 1. *ſat.* 3. v. 109. More ferarum. ¶ Eſt etiam mos ratio vitæ cujuſque, & inſtitutum ſive bonum, ſive malum; atque in hac notione fere in num. plur. uſurpatur. *Cic. de Amic. c.* 8. Congruere cum alterius moribus. *Id.* 2. *de Orat. c.* 43. Mores alicujus oratione exprimere. Hinc mores boni, pravi, pudici, auſteri, mites, elati, &c. paſſim apud Scriptores. ¶ Interdum mores pro virtutibus ponuntur. *Propert. l.* 4. *eleg. ult.* Moribus & cælum patuit. *Martial.*

Digitized by Google

ail. l. 4. v. 18. Muſeſque creati, Et vitia. ¶ Item pro vitiis. *Tacit. 3. hiſt. c. 70.* Propitiis, ſi per mores noſtros liceat, Diis. ¶ Mos item pro jure inveterato populi conſenſu introducto interdum accipitur, quod *Juſtinian.* vocat jus ſine ſcripto. Hinc *Cic. in Top. c. 5.* partes Juris civilis recenſens, *morem* etiam annumerat. *Id. 1. Offic.* Quæ more aguntur Inſtitutiſque civilibus. *Id. pro Cæcin.* Ut de fundo Cæcinna moribus deduceretur. ¶ Præterea pro natura, ſeu affectione cujuſque rei. *Stat. l. 3. Silv. 2. v. 87.* Mores Adriæ, *Virg. 1. Georg. v. 51.* uentum Cœli prædiſcere morem. *Lucret. l. 1. v. 194.* Ventorum mores. ¶ Morem gerere alicui, eſt aſſentiri, ubbidire, *ſecondar' il genio*. *Ter. Eun. 1. 2. 108.* Mos gerendus eſt Thaidi. *Id. Andr. 4. 1. 17.* Animo ſuo morem gerere. *ſoddisfarſi.* ¶ *Virg. 1. Æn. v. 268.* Moreſque viris, & mœnia ponet. h. e. ſtatuet rationem vivendi, & leges.

Moſa, fluvius Galliæ Belgicæ. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 10.*

Moſcha, æ, f. *Moſcha*, *Moſcovv*, urbs ampla Europæ, caput imperii Moſchorum, ad Moſchum fluvium.

Moſchi, populi Scythiæ, *Moſcoviti*, de quibus *Lucan. l. 3. v. 270.* Sævis affinis Sarmata Moſchis.

Moſchĭcus, a, um, ad Moſchos pertinens. *Solin. c. 38. (al. 61.) ſub fin.* Moſchicus mons.

Moſcŭlus, i, m. parvus mos. *Cato apud Feſt.*

Moſella, flu. Galliæ Belgicæ, apud *Auſon. Idyl. 10.* Eadem *Floro l. 3. c. 10.* eſt Moſula.

Moſellĭcus, a, um, ad Moſellam pertinens. *Symmach. l. 1. ep. 8. Juretl.* de Moſalleo ortu. ¶ Alius eſt *epiſt. 14.* & legitur *de Moſellæ ortu*.

Moſes, is, m. 3. uel Moſes, ſi, m. 2. vel Moyſes, is, m. 3. μωϋσῆς, μωσῆς, nomen inclyti Judæorum ducis, qui Iſraëlitas ex Ægypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Scribit Joſephus, ex eventu rerum nomen ei impoſitum fuiſſe, eo quod de flumine ſalvatus fuerit. *Juven. ſat. 14. v. 102.* Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes. ¶ Quidam Moyſes efferunt per tres ſyllabas, *y* litera impoſita, & prima ſyllaba contra artem correpta, ſecunda producta. *Sedulius*. Quid, quod & Heliam, & clarum videre Moyſen?

Moſeus, a, um, adject. ad Moſen pertinens. *Juvenc. l. 2. v. 219.* Moſeis manibus ſummo ſublatus honore.

Moſtellaria, f. 1. Comœdia Plauti, quæ etiam dicitur *Phaſma*, a moſtellum, quod in hacce, ut ipſe *Plautus* ait, vel quiſquis is, qui argumentum ſcripſit, Senem, ut rawenit, ludificatur Tranio, terrifica monſtra ait videri in ædibus. V. ſcenam, cujus initium, *Habes Neptune*.

Moſtellarius vicus, quidam vicus Romæ. *Varro l. 4. de L. L.*

Motacilla, f. 1. *ſquoſſacoda*, *codatremola*. *Var. l. 4. de L. L.* σεισοπυγίς, avis, quæ ſemper caudam movet.

Motatio, onis, f. frequens motio. *Tertull. de Anim. c. 45.*

Motator, oris, m. qui frequenter movet, motor. *Tertul. de Anim. c. 12.* Univerſitatis motator animus. *Arnob. l. 3. pag. 118.* Neptunus motator ſali.

Motio, onis, f. *moto*, *movimento*, בִּנּוּר, Germ. *bevvegung*, Gall. *motion*, Hiſp. *movimiento*, κίνησις, actus movendi. *Cic. 1. de nat. Deor.* In corporum etiam motione, atque geſtu multa cernunt ſubtilius. *Id. 1. Acad. c. 8.* Motiones animi.

Motito, as, idem ac moto, as, afferunt quidam ex *Plauto in Trucul. 2. 2. 8.* ſed valde dubia eſt lectio. Agnoſcit tamen, & inter frequentativa annumerat *Gell. l. 9. c. 6.*

Motiuncula, æ, f. parva motio, *picciol moto*. *Senec. ep. 53.* Levis aliquem motiuncula decipit, ſed cum creverit, & vera febris exarſerit. *Sueton. in Veſpaſ. c. 24.* Tentatus motiunculis levibus.

Moto, as, a. 1. *muovere ſpeſſo*, κινέω, freq. a moveo. *Virg. 5. Ecl. v. 68.* Rigidas motare cacumina quercus. *Id. Ecl. 5. v. 5.* Zephyris motantibus auras.

Motor, oris, m. *motore*, מְטַלְטֵל, Ger. *bevveger*, Gall. *moteur*, Hiſp. *movedor*, *motor*, κινητής, qui movet. *Mart. l. 11. epigr. 40.* Cunarum fueras motor Charideme mearum.

Motorius, a, um, adject. ut motoria Comœdia. *Tertull. de carn. cap. 14.* V. *Statarius*.

Motĭlo, as, a. 1. idem ac moto, apud vet. *Plaut. Teuc. 1. 2. 90.* Ne ut in uſu motuantur iræ. Alii aliter legunt.

Motus, us, m. *moto*, *movimento*, בְּמִשׁוּלָה, Germ. *bevvegung*, Gal. *mouvement*, Hiſp. *movimiento*, κίνησις, motio. *Cic. 1. Tuſc. c. 23.* Quod animatum eſt, id motu cietur interiore. *Horat. lib. 3. od. 6.* Motus doceri gaudet Jonicos. h. e. rationem ſaltandi. ¶ Sumitur & pro commotione, & turbatione rerum. *Cic. 2. de Orat. c. 28.* Motus populi factus eſt. *Id. 2. Catil. c. 2.* Afferre motum Reip. *Id. l. 3. Q. Fr. ep. 18.* Magna res in motu eſt. ¶ Eſt item affectio, *paſſione*. *Cic. 1. Offic. c. 36.* Motus animi rationi non obtemperantes. *Id. c. Pis. c. 3.* Dulcem motum afferunt ſenſibus res quædam. *Plin. l. 3. ep. 4.* Audito conſilii mei motus. h. e. cauſas, *i motivi*. ¶ Latinis motus ſunt etiam, qui Græcis tropi, quia orationem movent quodammodo, & mutant. *Quint. l. 8. c. 5. ante.* Reddam nunc partem de tropis, quos motus clariſſimi noſtrorum auctores vocant. *Id. l. 9. c. 1.* Plerique figuras tropos eſſe exiſtimarunt, ſive ex hoc duxerint nomen, quod ſint formati quodam modo: ſive ex eo, quod vertant orationem: unde & motus dicuntur.

Motus, a, um, partic. a moveo, *moſſo*, *commoſſo*, συνθεὶς. *Virg. 1. Æn. v. 139.* Motos præſtat componere fluctus. *Curt. l. 6. c. 5.* Precibus motus. *Sen. ep. 94.* Mens mota. h. e. turbata. *Tacit. 2. Ann. c. 43.* Motum orientem ſapientia Germanici componere. *ſollevato*.

Moveo, es, vi, tum, a. 2. *muovere*, הֵנִיעַ, Germ. *bevvegen*, Gal. *mouvoir*, Hiſp. *mover*, κινέω, eſt de loco abducere. *Ter. Andr. 4. 3. 16.* Move ocyus te. *Cic. 1. de Div.* Cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. ¶ Per Synecdochen generis accipitur moveri pro ſaltare. *Hor. de ar. poet.* Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus. ¶ Per tranſlationem ponitur pro privare, dejicere aliquem jure ſuo, *rimuovere*. *Cic. l. 13. Fam.* Minime convenit, ex eo agro, qui Cæſaris juſſu dividatur, eum moveri, qui Cæſaris beneficio Senator ſit. *Id. in Rull.* Sed moveri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus, ac Diis Penatibus negant oportere. *Id. l. 3. Off.* Ut vero hæredes moveat, in eorum locum ſuccedat. ¶ Item pro diſcedere. *Cic. Att. l. 9. ep. 1.* Poſtquam ille Canuſio moverat. Sed ſubintelligitur acc. *caſtra*. ¶ *Gell. l. 4. c. 6.* Ut terram moviſſe nuntiari ſolet, eaque res permuetur, ita in veteribus memoriis ſcriptum legimus, nuntiatum eſſe Senatui, in Sacrario, in regia haſtas Martias moviſſe. Subaudiendum eſt, *ſedem*, *locum*, vel aliquid ſimile. Sic *Liv. l. 33. c. 40.* Terra dies duodequadraginta movit. ¶ Item pro curare. *Papin. de condictione furti, l. parvi refert*. Nec me movet, præſens homo fuerit, nec ne. ¶ *Animum movere*, eſt allicare, inducere, *piegare*, *allettare*. *Virg. 3. Georg.* Non mollia poſſunt prata movere animum. ¶ *Arma movere*, eſt bellum inferre, vel præliari. *Virg. 12. Æn.* Tum demum movet arma Leo. ¶ *Bellum movere*, eſt bellum inferre. *Liv. l. 8.* Quia totum jam Sidicini aut ipſi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant. ¶ *Caſtra movere*, eſt milites diſcedere. *Caſ. 3. B. G.* Poſtero die caſtra ex eo loco movent. Sic, movere ſigna apud *Virg. 1. Georg.* ¶ *Loco movere*, eſt de gradu, ſeu dignitate dejicere, interdum de conſtantia, interdum de ſententia. *Cic. ad Q. Fr. l. 2.* Urgere illi, ut loco nos moverent. ¶ *Magna res moventur*, hoc eſt commoventur, excitantur. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 3.* Itaque magnæ mihi res moveri videbantur. ¶ *Ex opinione movere*, eſt efficere, ut aliquis ſuam opinionem deponat. *Cic. 3. de nat. Deor.* Nec me ex ea opinione ullum unquam oratio movebit. ¶ *Riſum movere*, eſt excitare. *Hor. l. 1. ep. 3.* Moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus. ¶ *Senatu movere*, vel *de Senatu*, eſt ex Senatorio Ordine ejicere, quod Cenſores faciebant prætereundo Senatorem in Senatu recitando. *Cic. pro Cluent.* Ut alter de Senatu movere velit, alter retineat, & Ordine ampliſſimo dignum exiſtimet. ¶ Stomachum movere, V. *Stomachus*. ¶ *Tragœdias movere*, eſt verbis rem atrocem, & indignam efficere, quale eſt opus Tragicorum. *Quintil. l. 6. c. 1.* Nam in parvis litibus movere tragœdias tale eſt, quale, ſi perſonam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis. ¶ *Tribu movere*, erat transferre ex Tribu nobiliore in ignobiliorem, e. g. ex Ruſtica in Urbanam, vel ex Ruſtica ſuperiore in Ruſticam inferiorem. *Cic. 2. de Orat.* Ut cum Africanus Cenſor tribu movebat eum Centurionem, &c. ¶ *Ventrem*, ſeu *alvum movere*, eſt ciere alvum. *Cato R. R. c. 115.* Vinum ad alvum movendam. *Martial. l. 11.* Prima tibi dabitur ventri lactuca movenda. Sic, movere ſudorem, ſternutamentum, urinam, &c. apud *Celſ. & Plin.* ſæpe. ¶ Movere mentionem, h. e. facere, apud *Liv. l. 28. c. 11.* Sic *Sueton. in Cæſ. c. 75.* Motis apud Ilerdam conditionibus. h. e. conditionum mentione facta. ¶ Moveri lacrymis, precibus, &c. pro flecti, *Cic.* ſæpe, & alii. ¶ Movere cantus, pro incipere canere, *Virg. 10. Æn.* Sic Movere carmen ore, *Ovid. Metam. 14.* &c.

Mox, adv. *toſto*, *preſto*, מַהֵר, Germ. *bald*, Gall. *tantoſt*, Hiſp. *luego*, αὐτίκα, αὐθις, celeriter. Fere dicitur de tempore ſtatim futuro, ut modo de præterito. *Ter. Phorm. 1. 3. 9.* Dum exſpecto, quam mox veniat. *Cic. 1. de Or.* Verum illa mox, nunc de ipſa exercitatione quid ſentias, quærimus. *Ter. Andr. 3. 2. 5.* Mox ego huc revertor. ¶ Uſurpatur & pro poſtea, deinde. *Plin. lib. 13. c. 12.* Proxime laudatur Syriacum nardum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. *Suet. in Othon. c. 10.* Interfuit huic bello pater meus, is mox referre crebro ſolebat &c. ¶ Dicitur etiam de loco. *Plin. loc. cit.* Ea via omnes Arſinoem ducunt; mox oppidum parvum eſt; deinde ſunt Azarei, &c. ¶ Jungitur & cum deinde. *Tibul. lib. 1. eleg. 7. v. 33.* Et ſimulat tranſire domum, mox deinde recurrit. ¶ Jungitur interdum cum verbis præteriti temporis, ſed rarius. *Colum. lib. 3. c. 20.* De altero, quod mox propoſueram, non dubito.

M ANTE U.

Mu, ſeu Mut, μῦ, interjectio, propria canum, inquit *Scalig. in Conject. ad ea Varronis* verba *l. 6. L. L.* Muſſare dictum, quod muti non amplius, quam mu dicunt, a quo idem Ennius: Quod minimum eſt, neque, ut ajunt, mu facere audent. *Lucil. apud Chariſ.* Mut non facere audet. h. e. ne hiſcere quidem. ¶ Mu etiam dicitur minimum quiddam. *Varr. l. 6. L. L. Plaut. Stich. 2. 1. 101.* Negato, eſſe quod dem, nec mu, nec mutuum, neque aliud quidquam.

Mucēdo, vel Mucedo, inis, f. mucus. *Apul. Apolog.* Si pernicioſa illa mucedo intus cohibita, & bili atra ſociata, &c. Al. leg. *dulcedo*, alii *albedo*.

Muccinium, vel Mucinium, ii, n. linteum, quo extergitur naſi mucus. *Arnob. l. 2.* Mitra, ſtrophium, faſcia, muccinium.

Muccus. V. Mucus.

Muceo, es, mucui, *eſſer muffo*, עָבַשׁ, Ger. *ſchimlich ſeyn*, Gal. *ſe moiſir*, *être*, *ou devenir moiſy*, Hiſp. *enmohecerſe*, σήπομαι, mucidus ſum, ſum, *ſtabeſto*. *Cato R. R. c. 148.* Vini ſingulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

Muceſco, is, n. 3. σήπομαι, mucidus fio. *Plin. l. 14. c. 20.* Proprium eſt vini muceſcere, aut in acetum verti.

Mucianus, a, um, ad Mucium aliquem pertinens, v. gr. Publium, aut Quintum, qui celebres Juriſconſulti fuere, ut Muciana cautio, aut ſatiſdatio, apud *Papinian. Dig. lib. 35. tit. 1. leg. 99. a med. & Javen. ibid. leg. 104.* ¶ *Cic. Attic. l. 9. ep. 12.* Torqueor infelix, ut jam illum Mucianum exitum exoptem. h. e. miſerum & crudelem, qualem habuit Q. Mucius Scævola Pont. max. qui juſſu C. Marii conſulis C. filii a Damaſippo prætore in veſtibulo ædis Veſtæ, ut eſt in *Epit. Liv. l. 85.* vel in Curia Hoſtilia, ut ſcribit *Velle. l. 2. c. 26.* trucidatus eſt. Narrant hoc etiam *Cic. 3. de Orat. c. 3. & Flor. l. 3. c. 21.* ¶ Scribitur & *Mucianus*. V. Mucius.

Mucĭdus, a, um, *muffo*, עָבוּשׁ, German. *ſchimlich*, Gall. *moiſy*, Hiſp. *mohoſo*, εὐρώεις, σαπρός, quod mucorem ex vetuſtate contraxit, a muceo. *Juv. Sat. 14.* Neque enim omnia ſuſtinet unquam mucida cærulei panis conſumere fruſta. Adde *Sat. 5. v. 69. Plaut. Mil. 5. 1. 31.* Senex mucidus.

Mucius, a, um, ad Mucium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani hominis. *Feſtus*: Mucia prata trans Tiberim, dicta a Mucio, cui a populo data fuerant, quod Porſenam Etruſcorum regem ſua conſtantia ab Urbe dimovit. Adde *Liv. l. 2. c. 10. & 13.* ¶ *Mucia feſta* apud *Cic. Verr. 4. c. 2.* fuerunt inſtituta ab Aſianis in honorem Q. Mucii P. F. Scævolæ, celebris Juriſconſulti qui fuit conſul A. V. 658. cum L. Licinio Craſſo oratore: quod provinciam Aſiam prætor poſt conſulatum miſa abſtinentia adminiſtraverat. ¶ Scribitur & *Mucius*. rectius tamen per c, teſtib. *Manut. & Cellar. in Orthogr.*

Mucor, oris, m. *muffa*, Germ. *ſchimmel*, Gall. *moiſiſſure*, Hiſp. *moho*, εὐρώς, σαπρότης, lanugo diutino ſitu contracta, ut in pane, carne, & aliis rebus. *Col. l. 12. c. 4.* Ne ſitu penora mucorem contrahant. *l. 4. ſ. de perit. & comm. rei vend.* Mucor vini.

Mucōſus, vel Muccoſus, a, um, μυξώδης, χυμώδης, quod muco plenum eſt. *Col. l. d. c. 7.* Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta, & mucoſa ventris proluvies. *Celſ. l. 5. c. 27.* Exulceratio mucoſa.

Muculentus, vel Mucculentus, a, um, mucoſus. *Arnob. l. 3. & Prudent. Periſteph. 2. v. 282.*

Mucro, onis, m. *punta d'arma*, לַהַב, Germ. *ein ſpitz*, Gall. *pointe*, *bout aigu*, Hiſp. *punta*, αἰχμή, ἀκωκή, cuſpis, & acumen enſis, ac telorum. *Col. l. 4. c. 25.* Mucro falcis. ¶ Per Synecdochen accipitur pro toto enſe. *Cic. 14. Phil.* Niſi mucrones noſtrorum militum tremere vultis. Per Metaphoram uſurpatur pro potentia, auctoritate, &c. *Cic. pro Cluent.* Ne Cenſorium ſtylum, cujus mucronem multis remediis majores noſtri retuderunt. ¶ Item pro vi, fiducia. *Cic. pro Cæc. c. 29.* Hic eſt mucro defenſionis tuæ. ¶ Per Catachreſin ſumitur pro ſummo cujuſvis rei acumine. *Plin. l. 8. c. 15.* Condunt in corporis vaginas unguium mucrones, ne refringantur, hebetenturque. *Virg. 10. Æn. v. 663.* Striċtiſque ſeges mucronibus horret.

Mucronatus, a, um, ὀξυτὸν, ὀξύς, ad mucronis ſpeciem formatus, acutus. *Plin. l. 36. c. 2.* Trebius Niger auctor eſt, xiphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe.

Mucula, æ, f. 1. gemma cordis colorem habens. *Plin. l. 36. c. 10.*

Muc*u*s,

Mucus, vel **Muccus**, i, (utroque enim modo legitur in libris) *m. moccio*, Ger. *rotz*, Gal. *morve*, Hiſp. *moco*, μύξα, κόρυζα, narium humiditas, & craſſior pituita. *Catul. carm.* 23. Mucuſque, & mala pituita naſi. *Celſ. l.* 4. *c.* 18. Deſcendunt pituitæ, muciſque ſimilia.

Mugil, & **Mugilis**, is, *muggine*, μύξων, κεφαλῖς, piſcis grandi capite. Hic omnium piſcium ſquamæ intectorum velociſſimus eſt, teſte *Æliano l.* 12. *c.* 59. Illius natura eſſe fertur, ut abſcondito in æſtu capite totum ſe occultari exiſtimet. *Plin. l.* 9. *c.* 17. *Id. l.* 32. *c.* 2. Scit & mugil, eſſe in eſca hamum. ¶ Hic piſcis adulterorum pœna fuit, in eorum podicem immitti ſolitus. *Juvenal. ſat.* 15. *v.* 317. quoſdam mœchus & mugilis intrat. Adde *Catul. epigr.* 15.

Muginor, oris, d. 1. *mormorare*, *ricuſare*, γογγύζω, eſt murmurare, ut *Nonius* interpretatur, *c.* 2. *n.* 543. vel, ut *Feſtus* exponit, nugari, & quaſi tarde conari. *Cic. Att. lib.* 16. *ep.* 12. *de Octavio*. Dum tu muginaris, nec mihi reſcribis.

Mugio, is, ivi, & ii, itum, n. 4. *mugire*, געה, Germ. *brullen*, Gall. *mugler*, Hiſp. *bramar*, μυκάομαι, mugitum edo, e ſono boum factum, qui eſt μῦ. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Inde cum actæ boves quædam ad deſiderium, ut fit, relictarum mugiſſent. ¶ Transfertur hoc ad tonitrua, ad terræ motus, & alia ſimilem mugitui ſonum edentia. *Virg.* 4. *Æn. v.* 490. mugire videbis ſub pedibus terram. *Horat. l.* 3. *od.* 29. Malus mugit Africus procellis. *Lucret. l.* 4. Tuba mugit. *Quint. l.* 12. *c.* 10. Litera mugiens. *M. Lactant. l.* 7. Tonitrua mugiunt.

Mugiona. V. Mugonia.

Mugitor, oris, m. qui mugit. *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 208. ut mugitor anhelet Veſuvius.

Mugitus, us, m. *mugito*, Ger. *das ſchreyende kuhe*, Gal. *mouglement*, Hiſp. *bramido*, μυκηθμός, boum vox. *Virg.* 2. *Georg. v.* 470. Mugituſque boum. ¶ Per tranſlationem dicitur quivis ſonitus mugitui ſimilis. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Equidem & montium ſonitus, nemorumque mugitus prædicunt. *Cic.* 1. *Div. c.* 18. Mugitus terræ. *Virg.* 3. *Georg.* Mugitus amnium.

Mugonia, vel potius Mugiona porta, una ex portis urbis Romæ, ſic dicta a Mugio quodam, qui illi aliquando præfuiſſe creditur. *Feſt.* Alii dictam putant a mugitu, quod per eam venale pecus intraret. Hæc & *Trigonia* appellata eſt, h. e. trium angulorum.

Mula, æ, *f. mula*, פרדה, Germ. *eine maulaſelin*, Gal. *mule*, Hiſp. *mula*, ἡμίονος, ſpecies animalis. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Gignitur mula ex equo, & aſina, ſed effrænis, & tarditatis indomitæ. *Juv. Sat.* 7. Mundæ nitet ungula mulæ. ¶ Cum mula pepererit, proverb. de re nunquam futura, neque enim mulæ concipiunt. *Sueton. in Galb. c.* 4. ¶ In dativo plurali *mulabus* legitur apud *Capitolin. in Vero*, *c.* 5. V. dicta in *Aſina*.

Mularis, & re, *da mula*, Germ. *mauleſelech*, Gall. *appartenant a mule*, *ou mulet*, Hiſp. *mular*, ἡμιονικός, quod ad mulum ſpectat. *Col. l.* 6. *c.* 27. Eſt mularis, quæ pretio fœtus ſui comparatur generoſo.

Mulcatus, a, um, nom. ex partic. a *mulco*, percuſſus, multatus, *punito*, *percoſſo*. *Liv. l.* 3. *c.* 11. Mulcatus, nudatuſque abibat. Et *c.* 12. Se, ſuoſque mulcatos querentes. *Sueton. in Cæſ. c.* 17. Male mulcatum, & pro Roſtris pene diſcerptum conjecit in carcerem.

Mulcedo, inis, f. *mitigazione*, θέλγητρον, blandimentum. *Gell. l.* 19. *c.* 9. Nullam mulcedinem Veneris, neque Muſæ haberet.

Mulceo, es, ſi, ſum, & ctum, a. 2. *addolcire mitigare*, καταψάω, lenio, mollio, blandior, mitigo. *Virg.* 1. *Æn.* Et mulcere dedit fluctus. *Ovid. l.* 4. *Triſt. el.* 5. Paſtor arundineo carmine mulcet oves. *Id.* 1. *Faſt. v.* 155. Volucres concentibus aera mulcent. *Sil. l.* 7. Pocula mulcere Lyæo. ¶ Præteritum *mulſi*, & ſupin. *mulſum* affert *Diomed. l.* 1. & *Priſcian.*

Mulciber, eris, m. 3. vel Mulciber, eri, m. 2. Vulcanus, a *mulceo*, ideſt, a mulcendo ferro, quia ignis, cui Vulcanus præeſt, ferrum, & omnia mollit, domat, vincit. *Ovid. l.* 2. *de Arte v.* 562. Mulciberis capti Marſque, Venuſque dolis. ¶ Ponitur & pro igne. *Id.* 14. *Met.* alimentaque cætera flammæ Mulciber urebat. ¶ In 2. declinat. uſurpat *Marcian. Capel. l.* 6. *c.* 1.

Mulco, as, avi, atum, a. 1. percutio, punio, *punire*, *battere*, *percuotere*. *Petron. Satyr.* Arundinem ab oſtio rapuit, iterumque nihil reſpondentem mulcavit. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 32. Proſtratos verberibus mulcant. V. ibi *Lipſ.* qui alia addit exempla ex Cicerone, & Livio, reprehenditque eos, qui *multo*, pro *mulco* legunt. *Taubmanus* quoque *Plauto* reſtituit non ſemel in *Moſtel.* & *Trinum.* cui adde *Terentium* in *Eun.* & *Adelph.* V. *Pareum* in *Lex. Crit.* V. Etiam infra *Mulcatus*.

Mulcta, } V. Multa, Multo &c.
Mulcto, &c. }

Mulctra, æ, f. *ſecchia*, *dove ſi munge*, עביט, Germ. *ein melckkubel*, Gal. *pot à lait*, *vaiſſeau dans quoy on tire le lait*, Hiſp. *herrada para ordenar*, πέλλα, ἀμολγεύς, vas, in quo mulgetur. *Virg.* 3. *Georg.* Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra. ¶ Interdum accipitur pro ipſo lacte emulcto. *Col. l.* 8. *c.* 17. Quique ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra, recens caſeus.

Mulctrale, lis, *n.* idem ac mulctra. *Virg.* 3. *Georg. v.* 177. Implebunt mulctralia vaccæ.

Mulctrum, ctri, n. idem ac mulctra. *Hor. epod. ode* 16. Illic injuſſæ veniunt ad mulctra capellæ.

Mulctus, us, m. actus mulgendi. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 11. Lactis diſcrimina quædam & a paſtionibus, & a pecudum natura, & a mulctu. ¶ In aliis caſibus non temere uſurpaverim.

Mulgeo, es, mulſi, vel xi, ſum, & ctum, a. 2. *mungere*, *cavare il latte*, חלב, Germ. *melcken*, Gall. *tirer le lait*, Hiſp. *ordenar*, ἀμέλγω, eſt lac a mammis exprimere, a verbo Græco ablato per Aphæreſin. *Priſc.* Mulgeo quoque *mulſi* facit, quamvis differentiæ cauſa quidam *mulxi* protulerunt, quia *mulceo* quoque *mulſi* facit. *Virg.* 3. *Georg.* Quod ſurgente die mulſere, horiſque diurnis, nocte premunt. ¶ *Mulgere hircos*, proverb. de re palam abſurda. *Virg.* 3. *Ecl.* Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.

Mulgo, as, a. 1. *manifeſtare*, palam facio. *Plaut. Ciſt.* Qui dominum mulgat, atque villicum. Ita Lexicographi, ſed hæc verba in *Plauto* nobis invenire non licuit. *Faber in Theſ.* affert tanquam dubia.

Muliebria. V. ſeq. vocem.

Muliebris, & bre, o. 3. *donneſco*, Germ. *weibiſch*, Gal. *de femmes*, Hiſp. *mugeril*, γυναικεῖος, γυναικώδης, quod ad mulieres pertinet. *Cic.* 2. *de Invent.* Ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſe ſe imago contineret. ¶ Tranſlate ponitur pro delicato. *Cic. pro Mil.* Profectus eſt cum vulgi magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorumque comitatu. ¶ Item pro infirmo, timido, inconſtanti. *Cic.* 1. *Off. c.* 18. ex *Ennio*: Vos etenim, juvenes, animos geritis muliebres. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 6. Enervata, muliebriſque ſententia. ¶ Muliebria, in plur. num. abſolute dicuntur pudenda mulierum. *Tacit.* 14. *Ann. c.* 60. ¶ Pati muliebria dicuntur molles, qui præpoſtera utuntur libidine, & mulierum quodammodo partes ſuſcipiunt. *Curt. l.* 6. *c.* 6.

Muliebritas, atis, f. γυναικότης. *Tertul. de Veland. Virg. c.* 14.

Muliebriter, adv. *femminilmente*, Ger. *weibiſch*, Gal. *en femme*, Hiſp. *mugerilmente*, γυναικείως, more mulierum, effeminate, molliter. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 22. Si ſe lamentis muliebriter, lacrymiſque dedet.

Muliebroſus, a, um, idem ac mulieroſus. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 24. Sane genus hoc muliebroſum eſt tunicis demiſſitiis.

Mulier, eris, f. *femmina*, *donna*, γυνή, ἀκοίτις, fœmina. *Cic. pro Mur. c.* 12. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. ¶ Interdum mulier virgini opponitur. Unde Cicero apud *Quintil. l.* 6. *c.* 3. reprehenſus, quod ſenex duxiſſet virginem Publiliam, Cras, inquit, mulier erit. *Ulp. l. quæritur*, *ff. de Ædil. edict.* Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat. ¶ Dicitur etiam de brutis. *Plin. l.* 10. *c.* 64. Mulas gigni putant, ubi mulier non ex mare, verum ex ſemetipſa tantum conceperit. ¶ Interdum hæc vox uſurpatur de homine imbelli, aut effeminato. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 4. Non me arbitratur militem, ſed mulierem.

Mulierarius, a, um, idem ac mulieroſus, ideſt qui nimium amat mulieres. *Jul. Cap. in Albin. c.* 11. Mulierarius fuit inter primos amatores. ¶ Interdum ſignificat, quod mulieris eſt. *Cic. pro Cæl. c.* 28. Quæro, cur Licinium titubantem, hæſitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus iſta de manibus emiſerit. ideſt, multitudo a muliere in inſidiis collocata.

Muliercula, æ, f. *femminella*, Germ. *weiblin*, Gal. *femmelette*, Hiſp. *mugercilla*, γυναικάριον, dim. a mulier. *Cic.* 5. *Tuſc.* Qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ.

Mulierculárius, ii, m. a. a Conſtantino Imperatore dictus eſt, qui uxores alienas, & mulieres impudicas amat, a muliercula. *Cod. Theodoſ. lib.* 3. *tit.* 6.

Mulieritas, atis, muliebritas, apud *Tertul. de veland. Virg. c.* 12.

Mulierco, as, a. 1. *effemminare*, *far molle*, γυναικίζω, effœmino. *Varro apud Non.* 2. 2. *n.* 555. Hic ephebum mulieravit.

Mulieroſitas, atis, f. *inclinazione alle donne*, φιλογυνία, amor mulierum, propenſio erga mulieres. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 11. Ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eam, quam Græce φιλογυνίαν.

Mulieroſus, a, um, *troppo deſideroſo di donne*, φιλογύναιος, qui nimium appetit mulieres. *Cic. de Fato c.* 5. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe.

Mulinus, a, um, ad mulum pertinens, *di mula*, ut mulina ungula, apud *Vitruv. l.* 8. *c.* 3.

Mulio, onis, m. *mulattiere*, Germ. *eſeltreiber*, Gall. *mulatier*, Hiſp. *harriero*, ἀστράβηλάτης, ὀρεωκόμος, qui mulos clitellarios, ſive quadrigarios ducit. *Juven. ſat.* 3. *ad fin.* Nam mihi commota jamdudum mulio virga, &c. ¶ Mulio item eſt genus culicum. *Plin. l.* 11. *c.* 18. Et e culicum genere, qui vocantur muliones.

Mulioniſcus, a, um, &

Mulionius, a, um, adject. ἀστραβηλατικός, *di mulattiere*. *Lamprid. Heliogab. c.* 32. Tectus cucullione mulionico. *Cic. pro Sext. c.* 38. Mulioniam penulam arripuit.

Mulleolus, a, um, dim. a mulleus. *Tertul. de Pall. c.* 4. Impuro cruri purum, aut mulleolum induxit calceum.

Mulleus, m. 2. vel mulleus calceus, genus calcei, purpurei coloris, proprium Regum Albanorum, poſtea Patriciorum Romanorum, ab antiquo *mullare*, hoc eſt ſuere. *Feſt.* *Hadrianus Turnebus Adverſ. l.* 19. *c.* 24. putat, mulleos, quia purpurei eſſent, nomen accepiſſe a rubro colore mulli piſcis. Sed contra mullum a mulleis dictum docet ex Feneſtella *Plin. l.* 9. *c.* 17. *Titinnius apud Feſt.* Jam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatim calceas. ideſt ad mediam uſque tibiam. *Cato l.* 7. *Orig. apud Feſt.* Qui Magiſtratum Curulem cepiſſet, calceos mulleos lunatos, cæteri perones. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Nomen his Feneſtella a colore mulleorum calceamentorum datum putat. *Fl. Vopiſc. in Aurel. c.* 49. Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederacios viris omnibus tulit (al. abſtulit, vel ſuſtulit) mulieribus reliquit.

Mullo, as, *n.* 1. ſuo, apud vet. *Feſtus*.

Mullulus, i, m. 2. dim. a mullus. *Cic. Parad.* 5. *c.* 2. Et videat aliquem ſummis Populi beneficiis uſum barbatulos mullulos exceptantem de piſcina.

Mullus, m. 2. *triglia*, τρίγλη, γαγγαμί, genus piſcis marini maximæ nobilitatis, & gratiæ, ita dictum a colore mulleorum calceorum. Vulgo *barbo* dicitur, quoniam, auctore *Plinio*, barba gemina inſignitur inferiore labro. Hinc etiam a *Varrone l.* 3. *R. R.* & a *Cicerone in Parad.* 5. *c.* 2. & *l.* 2. *Attic. ep.* 1. barbati, & barbatuli mulli dicti ſunt. ¶ Tanti pretii fuit, ut a *Plinio l.* 6. *c.* 17. memoriæ proditum ſit, Aſinium Celerem virum Conſularem Claudii Cæſaris temporibus mullum unum octo millibus nummorum emiſſe, cum tamen, eodem Plinio teſte, hic piſcis duarum librarum pondus raro excederet. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Laudas inſane trilibrem Mullum. *Juven. ſat.* 4. *v.* 15. mullum ſex millibus emit Æquantem ſane paribus ſeſtertia libris.

Mulſeus, a, um, *dolce*, μελιτώδης, quod mulſi ſaporem refert, dulce. *Col. l.* 12. *c.* 45. Sed etiam liquorem mulſei ſaporis præbet.

Mulſum, ſi, ſubſt. n. 2. οἰνόμελι, μελίκρατον, potio ex vino, & melle concinnata, a *mulceo*, quia venas lenitate ſua mulcet. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 70. Cum vocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, ut mulſum frigidum biberet ſimul ac domum rediiſſet. *Id.* 3. *Tuſc. c.* 19. Huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat.

Mulſura, æ, actus mulgendi, vel ipſum lac, quod mulgetur. *Calpurn. Ecl.* 5. *v.* 37. rurſuſque premetur Mane, quod occiduæ mulſura redegerit horæ.

Mulſus, a, um, quod habet aliquid mellis admiſtum, ut Aqua mulſa, ὑδρόμελι, ex aqua, & melle confecta, Lac mulſum, Acetum mulſum, &c. *Plin. l.* 22. *c.* 24. In mellis operibus, & aqua mulſa tractari debet. *Id. l.* 19. *c.* 2. Exemplum quoque lacte mulſo augetur. ¶ Tranſlata *Plaut. Rud.* 2. 3. 84. Mulſa dicta. h. e. ſuavia. ¶ Mulſa mea, blandientis vox, apud *eund. Stic.* 5. 5. 14.

Multa, æ, (ſic enim recte ſcribitur, non mulcta. *Manut. in Orthogr. & alii*) f. *pena*, *o condanna pecuniaria*, pecuniaria pœna, quæ pro variis delictis irrogatur. *Var. l.* 4. *de L. L.* Multa, a pecunia, quæ a magiſtratu dicta, ut exigi poſſit ob peccatum. ¶ Eſt a *multo*, *as*, quod apud Veteres etiam pro numerare uſurpabatur. Qui *mulcta* ſcribunt, ducunt a mulgendo. *Cic. pro Mil. c.* 14. Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat. ¶ Multam dicere, V. Dico. *Id. Phil.* 11. *c.* 8. Craſſus collegæ Flaminii Martiali multam dixit, ſi a ſacris diſceſſiſſet, quam multam populus remiſit. *Id. pro Cluent. c.* 37. Multam petere: & mox, Multam committere. V. *Committo*. *Id. pro Corn. Balb.* Multa & pœna multare. ¶ Multam certare, V. *Certo*. ¶ Uſurpatur tranſlate pro quavis pœna. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 56. Hæc multa ei eſto, vino viginti dies ut careat. V. *Gel. l.* 11. *c.* 1. ¶ Multam facere alicui, pro irrogare, dixit *Cato apud Gel. loc. cit.*

Multangulus, a, um, *che ha molti cantoni*, πολύγωνος, multos angulos habens. *Lucr. lib.* 4. *v.* 655. Multa rotunda, modis multis multangula quadam.

Multatio, onis, f. actus multandi, punitio, multa. *Cic. pro C. Rabir. c.* 5. Miſera eſt ignominia judiciorum, miſera multatio bonorum, miſerum exilium. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Multatio quoque non niſi ovium, boumque impendio dicebatur. *Non ſi condannava alcuno a pagar altro che buoi*, *o pecore*. V. *Gell. l.* 11. *c.* 1.

Mul-

Multatitius, a, um, ἐπιζήμιος, ad multam pertinens, ut multatitia pecunia, quæ multis irrogatis exigitur, *denaro di condanne*. *Liv. l.* 10. *c.* 23. Ex multatitia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis ludi facti. *Id. l.* 30. *c.* 39. Cum ſigna tria ex multatitio argento facta in Capitolio poſuiſſent.

Multatus, a, um, nom. ex particip. *condannato*, *gaſtigato*, *punito*. *Vellej. l.* 2. *c.* 37. Multatus ingenti pecunia. *Id. ib. c.* 38. Creta libertatis fine multata. *Id. ib. c.* 70. Id cornu, in quo Caſſius fuerat, fugatum, ac male multatum in altiora ſe receperat. Melius tamen hic leg. *mulcatus*. *Cic. pro Rab. Poſth.* Cum ab ipſa fortuna crudeliſſime videas hujus conſilia eſſe multata. ¶ Hic animadvertendum eſt, quotieſcumque *multare*, vel *multatus* legimus, quæ ſignificationem habeant verberandi, aut percutiendi, ut eſt in modo allato *Vellej.* exemplo, rectius ſemper *mulco*, & *mulcatus* legi, pene omnibus aſſentientibus Criticis.

Multeſimus, a, um, multus, vel, ex multis unus, ea forma, qua milleſimus. *Lucr. l.* 6. *v.* 651. Quam ſit parvula pars, & quam multeſima, conſtet.

Multibarbus, a, um, *che ha molta barba*, πολυγένειος, quod habet multam barbam. *Apul. in Florid.* Multibarbus, ſpinis obſitus, & pilis.

Multibibus, a, um, *che beve molto*, πολυπότης, qui multi eſt potus. *Plaut. Curc.* 1. 1. 77. Nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.

Multicavatus, a, um, multis locis cavatus. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Favus eſt, quem fingunt multicavatum ex cera.

Multicaulis, lis, multos caules emittens. *Plin. lib.* 21. *c.* 16. Quædam in iis multicaulia, ramoſaque ſunt, ut carduus.

Multicavus, a, um, *che ha molto concavo*, multum habens concavi. *Ovid.* 8. *Met. v.* 661. Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis ſtructa ſubit.

Multicolor, oris, o. *di molti colori*, πολύχρους, quod habet multos colores. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Hexecontalithos in parva magnitudine multicolor hoc ſibi nomen adoptavit.

Multicolorus, a, um, multicolor. *Gell. l.* 11. *c.* 16. Sicuti multijuga dicimus, & multicolora, & multiformia. *Prudent. Cathemer.* 3. *v.* 104. Prataque multicolora latex Quadrifluo celer amne rigat.

Multicupidus, a, um, qui multa cupit. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 418. & *c.* 5. *n.* 41. Quam dereliquit multicupida juventitus.

Multifacio, is, a. 3. magni æſtimo. *Cato apud Feſt.* Nec fidem, nec jusjurandum multifacit.

Multifariam, adverb. idem ac multifarie. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 42. Quod eſſet multifariam defoſſum. *Suet. in Calig. c.* 18. Scenicos & aſſidue, & varii generis multifariam fecit. *Liv. l.* 35. *c.* 18. Multifariam disjecta præſidia.

Multifarie, adverb. *variamente*, πολυμερῶς, extra, multis modis. *Plin. l.* 7. *c.* 54. Et tamen multifarie priſcos ſervare ritus. Adde *l.* 18. *c.* 7.

Multifarius, a, um, *vario*, πολύχους, varius. *Gel. l.* 5. *c.* 6. Militares coronæ multifariæ ſunt. ¶ Secundum *Feſtum*, multifarius eſt, quem multis in locis fari poſſumus.

Multifer, ra, rum, *fertile*, πολυφόρος, fertilis. *Plin. l.* 16. *c.* 8. Tam multifera ſunt, & tot res, præter glandem patiunt robora.

Multifidus, a, um, *feſſo in molte parti*, πολυσχιδής, quod in multas partes finditur. *Martial. l.* 14. *epigr.* 25. Multifido buxus quæ tibi dente datur. ¶ Multifidi fluvii, qui in multos rivos dividuntur, & in multa oſtia fiſſi in mare prorumpunt. *Martial. l.* 8. *epigr.* 28. An tua multifidum numeravit lana Timavum?

Multifluus, a, um, adject. *Juvenc. in Matth. c.* 6. Verba multiflua. *Arator in Act. Apoſt. c.* 26. Multifluus ſermo.

Multiforabilis, le, &

Multiforatilis, & le, πολύτρητος, quod habet multa foramina. *Apul. in Flor. l.* 1. Tibia multiforatilis. *Id. l.* 10. *Metam. ſub fin.* Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter conſonant.

Multiforis, re, o. 3. *di molti porte*, πολύπορος, quod eſt multorum foraminum. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Linquens ea in ſpecus, quæ ſunt multifores in terra.

Multiformis, me, o. 3. *vario*, *Germ. mancherley geſtalt*, Gall. *de diverſes manieres*, & *formes*, Hiſp. *de muchas formas*, *y maneras*, πολύμορφος, varius, quaſi multiplicis formæ, ac variæ. *Col. l.* 8. *cap.* 9. Ut per anni diverſa tempora multiformes herba, ac fœnum præbeat. *Cic.* 1. *Acad. c.* 7. Principes ſunt unimodi, & ſimplices, ex his autem ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes.

Multiformiter, adv. *in diverſe maniere*, πολυμερῶς, variis modis. *Gel. l.* 9. *c.* 5. Plato ante hos omnes ita varie, & multiformiter diſſeruit de voluptate. Adde *Plin. l.* 36. *c. ult.*

Multiforus, a, um, idem ac multiforis. *Ovid.* 12. *Met. v.* 153. Longaque multifori delectat tibia buxi.

Multigeneris, re, o. 3. πολυγενής, quod eſt *multorum generum*. *Plaut. Capt.* 2. 1. 56. Multis, & multigeneribus opus eſt tibi militibus. ¶ Reperitur & *multigenerum* ſubſt. pro multorum generum. *Plaut. Stich.* 2. 2. Poſt hæc unguenta multigenerum multa.

Multigenus, a, um, *di molti generi*, πολυγενής, quod eſt multorum generum. *Plin. l.* 11. *c.* 1. Multa hæc, & multigena terreſtrium, volucrumque vita. Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 335.

Multigrumus, a, um, adject. *Levius apud Gell. l.* 19. *c.* 7. fluctus tumidus, magnuſque vocat *multigrumos*.

Multijugis, ge, adject. o. 3. ut multijuges equi, qui multis jugis junguntur. *Liv. l.* 28. *c.* 9. Iret alter Conſul ſublimis curru, multijugis equis. ¶ Translate multiplex, varius. *Cic. ad Att. l.* 14. *ep.* 9. Multijuges de Republ. a te accepi litteras uno tempore.

Multijugus, a, um, idem ac multijugis. *Apul. in Apol.* Legiſti Ariſtotelis multijuga volumina.

Multilaudus, a, um, qui eſt multæ laudis. *Ammian. l.* 21. *c.* 18. Vir ſobrietatis gratia multilaudus.

Multilicius, a, um, multis liciis conſtans. *Vopiſc. in Aurel. c.* 12. Tunicæ multiliciæ.

Multiloquax, acis, multiloquus. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. Multiloquaces mulieres.

Multiloquium, ii. n. multus ſermo. *Plaut. Merc. prol. v.* 31. Amuci accedunt etiam hæc, multiloquium, pauciloquium, &c.

Multiloquus, a, um, *chi parla molto*, *ciarlatore*, Germ. *ſchwetzer*, Gall. *grand parleur*, Hiſp. *hablador*, *parlero*, πολύλογος, qui multa loquitur. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 5. Coquum ducere multiloquum, glorioſum, inſulſum. *Id. Ciſt.* 1. 1. 1. Multiloqua, & multibiba anus.

Multimammia, æ, quæ multas habet mammas. *Hieronym. in proœm. epiſt. ad Epheſ.* Dianam colentes, non hanc venatricem, ſed illam multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant. V. *Minuc. Fel. in Octav. c.* 21.

Multimeter, tri, abundans metris. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Si poemata illius metiaris, multimeter, argutus, artifex erat.

Multimodis, ablativus adverbii more uſurpatur, & ſignificat multis modis, extra, *variamente*, *in molti modi*. *Cic.* 2. *Fin. c.* 26. Hoc multimodis reprehendi poteſt. *Id.* 3. *Orat. c.* 58. *ex poeta*: Multimodis ſum circumventus. *Lucret.* ſubſtantive interdum uſurpat, *l.* 1. *v.* 813. Nimirum quia multimodis communia multis. *h. e.* multiplici varietate.

Multimodus, a, um, *di molti modi*, πολύτροπος, multiplex, varius. *Liv. l.* 21. *c.* 8. Multimoda arte diſtineri cœpti ſunt.

Multinodus, a, um, multos nodos habens. *Apul. l.* 5. *Met.* Multinodis voluminibus ſerpens coluber. *Prudent. in hym. jejun. v.* 139. Tectus flagellis multinodis verminis. ¶ Dicitur & *Multinodis*, e. *Apulej. l.* 10. *Metam.* Multinodes ambages.

Multinominis, ne, qui multa habet nomina. *Apul. Metam.* 11. Multinominis Dea.

Multinubentia, æ, *il maritarſi con molti*. *Tertullianea* vox eſt *contra Pſych. c.* 1. & *de pudic. c.* 1.

Multinubus, a, um, qui multas habuit conjuges. *Hieronym.* l. 1. *adverſ. Jovinian. c.* 15. Salomon multinubus. *Id. epiſt.* 11. *ad Ageruch. de Monogam.* Uxor multinuba.

Multinummus, a, um, πολυχρήματος, ex quo multi nummi parantur, quod multam affert utilitatem. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 17. Ego uno ſervulo, hordeo non multo, aqua domeſtica meos multinummus alo aſinos.

Multipartitus, a, um, diviſus in multas partes, ſive res. *Plin. l.* 6. *c.* 19. Namque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

Multipatens, V. Multipotens.

Multipeda, f. 1. ἴουλος, ἴουλ@, genus inſecti, quod tactu ſe in pilæ rotunditatem contrahit. Differt a centipeda, ſeu millepeda, quæ Græcis ἴουλος dicitur, & eſt vermis piloſus ex erucarum genere, multis pedibus arcuatim repens. Sed a *Plin. l.* 29. *c.* 6. & *l.* 22. *c.* 25. hæc duo inſecta confunduntur.

Multipes, edis, n. 3. πολύπους, quod multos pedes habet. *Plin.* l. 11. *c.* 45. Sunt autem crura his obliqua, ſic & multipedibus, &c.

Multiplex, plicis, o. *moltiplice*, *vario*, Germ. *vielfaltig*, Gal. *de pluſieurs*, & *diverſes ſortes*, Hiſp. *de muchas maneras*, πολυπλάσιος, varius, involutus, quaſi multas plicationes habens, cui ſimplex opponitur. *Cic.* 1. *de Orat.* Quis ignorat, ii, qui Mathematici vocantur, quanta in obſcuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici, ſubtilique verſentur? *Id. de Amic.* Si ita in uno quidem quoque unus animus erit, idemque ſemper, ſed varius, commutabilis, multiplex. ¶ Ponitur & pro abundanti. *Vellej. l.* 2. *c.* 105. Vir multiplex in virtutibus. *Sil. l.* 5. *v.* 544. Multiplex proavis, h. e. genere clarus.

Multiplicabilis, le, o. 3. *che ſi può moltiplicare*, quod poteſt multiplicari, & nonnunquam idem quod multiplex. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 9. *ex quodam Poeta*. Hæc interemit tortu multiplicabili draconem auriferam obtutu aſſervantem arborem.

Multiplicatio, onis, f. *moltiplicazione*, מרבית, Germ. *mehrung*, Gal. *multiplication*, Hiſp. *multiplicacion*, actus multiplicandi. *Col. l.* 3. *c.* 2. Ut multiplicatione frugum redditus augeatur.

Multiplicator, oris, qui multiplicat. *Paulin. Nolan. ep.* 44. (al. 31.) *n.* 4. Herilium talentorum multiplicator.

Multiplicatus, a, um, *moltiplicato*. *Cic. ad Q. Fr.* Tota Italia occurret, ut multiplicata gloria diſcedamus. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 6. *v.* 38. & mala ſunt longa multiplicata die. *Planc. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 8. Auctus exercitus, auxilia multiplicata. *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 39. Domus multiplicata. *h. e.* ampliata.

Multipliciter, adverb. *in molti modi*, πολλαπλασίως, multis modis. *Plin. l.* 7. *c.* 14. *in titulo*. De eodem multipliciter. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Tam multipliciter eadem ipſa non eadem ſtellarum facie denotantur. Adde *Flor. lib.* 3. *cap.* 2.

Multiplico, as, avi, atum, a. 1. *moltiplicare*, הרבה, Germ. *mehren*, Gal. *multiplier*, Hiſp. *multiplicar*, πολλαπλασιάζω, πληθύνω, multiplex, ſeu multum reddo, aut facio. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur. *Nepos* 25. 3. Multiplicandis uſuris creſcit æs alienum. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 32. Æs alienum multiplicare.

Multipotens, tis, o. *che può molto*, πολυδύναμος, qui multum poteſt. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 9. Niſi habet pectus multipotens. Al. leg. *multipatens*, h. e. amplum, & omnis doli capax. *Id. Trinum.* 4. 1. 1. Salſipotenti, & multipotenti Jovis fratri laudes ago. *Id. Caſ.* 4. 4. 17. Venus multipotens.

Multiradix, icis, multas habens radices. *Apulej. de herb. c.* 35.

Multiramis, e, multos habens ramos. *Apulej. de herb. c.* 4. Thyſus multiramis.

Multiſcius, a, um, *che ſa molto*, πολυμαθής, qui multa ſcit, ſeu multas ſcientias habet. *Apul. l.* 9. *Metam.* Etſi minus prudentem, multiſcium certe reddidit. *Id. in Florid.* Arte multiſcios.

Multiſonorus, a, um, idem ac multiſonus. *Claudian. epigr.* 1. Eſſeda concordes multiſonora trahunt.

Multiſonus, a, um, quod eſt multi ſoni. *Martial. l.* 1. *epigr.* 54. Sic ubi multiſona fervet ſacer Atthide lucus. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 2. *v.* 103. Multiſonum Siſtrum.

Multitia, orum, n. 2. πολύμιτα, indumenta minutiſſimis filis contexta; a *multis filis*, vel a *mulcendo*, quia carnem demulcent. *Juven. ſat.* 2. *v.* 76. Quæro, an deceant multitia teſtem. *Id. ibid. v.* 76. Cum tu multitia ſumas Cretice.

Multitudo, dinis, f. *moltitudine*, רוב, Germ. *viel*, Gal. *multitude*, Hiſp. *muchedumbre*, πλῆθος, ingens numerus, magna copia, frequentia, celebritas. *Cic.* 1. *de Orat.* Excitabat eos magnitudo, & varietas, multitudoque in omni genere cauſarum. ¶ Frequenter pro populo accipitur, ſeu plebe. *Nepos Alcib. c.* 3. Magnus multitudini eſt timor injectus. *Cic.* 1. *Offic. c.* 19. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet. ¶ Multitudo pro numero multitudinis uſurpatur a Grammaticis. *Chariſ. l.* 1. & *Var. de L. L. l.* 8. Iuſuria igitur poſtulant, ſi qua ſint ſingularia, oportere habere multitudines.

Multivagus, a, um, *che vaga molto*, *vagabondo*, πολυπλανής, qui multum vagatur. *Plin. l.* 10. *c.* 37. Ferunt, non mutare ſedem columbas, multivaga alioqui ave. *Id. l.* 2. *c.* 10. Multivagus Lunæ flexus.

Multividus, a, um, multum videns. *Martian. Capel. l.* 1. *pag.* 27.

Multivira, æ, f. quæ multis viris nupſit. *Minut. Fel. in Octav.* Alis ſacra coronat univira, alia multivira, & magna religione conquiritur, quæ plura poſſit adulteria numerare.

Multivius, a, um, *di molte ſtrade*. *Apul. l.* 9. *Metam.* Multivii circuitus.

Multivolus, a, um, *che vuole molto*, πολύβουλος, multa cupiens, qui multarum rerum deſiderio tenetur. *Catul. ad Mallium carm.* 69. *v.* 128. Multivola eſt mulier.

Multivorantia, æ, edacitas, ingluvies. *Tertul. cont. Pſych. c.* 1.

Multo, as, a. 1. πλουτοκρατίζω, pluris in auctionibus liceor, quam cæteri, inquit *Voſſ. in Etymol.* & *Scalig. in Varron.* Sed exempla non afferunt. ¶ Eſt a multus. ¶ Antiquis etiam notabat numerare. *Plaut. Stich.* 3. 1. 19. Scio, ſcire te, quam multas tecum miſerias multaverim. ¶ Item augere, & voti compotem facere. *Nov. in Culice*, *apud Non.* Et vobis quidem gratias ago, cum voti me multatis meis.

Multo, (non Mulcto, V. Multa) as, avi, atum, a. 1. *condannare in danari*, multa afficio, pœna pecuniaria punio, a multa, æ. Sed fere additur ablat. pecunia. *Nep. Milt. c.* 7. Capitis abſolutus, pecunia multatus eſt. ¶ Dicitur etiam, multare multa. *Cic. pro Cæc. Balb. c.* ... ¶ Sæpiſſime latiore ſenſu uſurpatur pro punire. *Cic.* 1. *Orat. c.* 43. Vitia hominum, atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte

Digitized by Google

morte multantur. *Cæcin. ad Cic. l. 6. Fam. ep. 7.* Stultitia multetur fama. *Nepos Epam. c. 7.* Lex morte multat. ¶ Significat etiam privare. *Cic. 5. Tuſc. c. 37.* Multantur bonis omnibus exules. *Plaut. Amph. 2. 2. 122.* Nunquid cauſam dicis, quin hoc te multem matrimonio. h. e. divortium faciam, & te res tuas tibi habere jubeam. *Idem Truc. 4. 3. 70.* Hoc te multabo bolo: ſex talenta a dote demam pro iſta inſcitia. h. e. hanc tibi jacturam afferam. ¶ *Colum. l. 1. c. 2.* Agrum peſſime multari, cujus dominus quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audit villicum. h. e. male tractari, & coli. ¶ Multara verberibus, virgis, &c. ſi quando apud Scriptores inveneris, rectius leges *mulcare*. Vide quæ in *Mulcarus* adnotavimus. ¶ Multor, depon. Vide infra.

Multo, adv. *molto*, πολύ, πολλῷ, longe. Jungitur cum comparativis. *Cic. 1. de Orat.* Multo tamen pauciores Oratores, quam Poetæ boni, reperientur. *Id. l. 2.* Quod multo magis antea mirabar. Item cum ſuperlativis. *Cic. pro L. Man. c. 18.* Magno, ac multo maxima parte non modo utilitatis, ſed dignitatis, atque imperii caruit. *Salluſt. in Catil. c. 37.* Multo maxime miſerabilis. Et *c. 36.* Multo pulcherrima reſpublica. ¶ Item cum verbis *malo*, *præſto*, *antecedo*, *excello*, & ſimilibus. *Salluſt. Jugur. c. 31.* Multo præſtat beneficii, quam maleficii memorem eſſe. *Plaut. Pœn. 1. 2. 78.* Multo mavelim. ¶ Item cum præpoſ. & adverbiis *ante*, *poſt*, *aliter*, *ſecus*. *Teren. prol. Andr.* Verum aliter evenire multo intelligit. *Cic. in Ver.* Cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi ante eſt providendum. *Id. Att.* Non multo poſt, quam tu a me diſceſſiſti. *Id. Fam. 4. ep. 9.* Quod non multo ſecus fieret. ¶ Item cum *tanto*. *Plaut. Bacch. 1. 3. 26.* Næ ille hercle mihi ſit multo tanto carior. ¶ Multo minus, *molto meno*. *Cic. l. 8. Att. Plaut. Merc. 4. 3. 18.*

Multopĕre, adv. *ſommamente*, multum, valde. *Plaut. Merc. Prol. v. 65.* Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum. Ita omnes fere Lexicographi. Sed optimæ quædam editiones habent: *Multo opere immundo ruſtico*, &c.

Multor, aris, deponenti forma pro multo, as. *Suet. in Aug. c. 24.* Neque rebellantes graviore unquam multatus eſt pœna.

Multotĭes, adv. *molte volte*, πολλάκις, multis vicibus. *Epitom. Livii*, quæ *Floro* tribuitur *l. 58.* Multoties contra hoſtium irruptiones feliciter pugnavit.

Multum, adv. *molto*, רב, Germ. *viel*, Gal. *beaucoup*, Hiſp. *mucho*, πολὺ, πάνυ πολύ, valde, vehementer. *Cic. de Sen.* Ultroque affero res multum, & diu cogitates. *Id. l. 7. Fam. ad Gall.* Sed opinor, Caſſium uti non ita multum ſorore. *Plaut. Aulul. 2. 1. 5.* Multum loquaa. *Cic. 7. Ver. c. 44.* Longe omnes, multumque ſuperare. ¶ Pro multo tempore. *Plin. l. 3. ep. 7.* Multum in lectulo jacens, cubiculo ſemper.

Multus, a, um, o. ſ. 2. *molto*, רב, Germ. *viel*, Gall. *beaucoup*, Hiſp. *mucho*, πολύς, frequens, creber, copioſus, ingens numero. *Cic. pro Sext.* Multis fortiſſimis, atque optimis viris, injuſtis judiciis, tales caſus incidiſſe. ¶ Ponitur item pro multiplici. *Plin. l. 19. c. 3.* Radice multa, craſſaque. ¶ Item pro grandi, pro eo, quod longius proceſſit. *Cic. Attic. l. 5.* Quarum alteras Feſulanus multo mane mihi dedit. *Id. Att. l. 13.* Multa ſermo ad multam diem. *Caſ. l. 1. B. G.* Multo denique die per exploratores Cæſar cognovit, &c. *Cic. Attic.* Multa nocte veni ad Pompejum. ¶ Item pro continuo, aſſiduo, diligenti. *Sall. in Jug. cap. 96.* Joco, atque ſeria cum humillimis agere, in operibus, in agmina, atque ad vigilias multus eſſe. ¶ Item pro longo, loquaci. *Cic. 1. de Leg.* In orationibus autem multus, & ineptus ad ſummam impudentiam. ¶ Item pro pluribus, poetice. *Lucan. lib. 3. v. 707.* multus ſua vulnera puppi affixit moriens. *Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 5. v. 4.* In ramis multa latebat avis. ¶ *Multa*, abſolute pro multum, adverbii vice uſurpatur. *Virg. 4. Georg. v. 301.* Multa reluctari. *Id. 3. Æn.* nec multa moratus. ¶ *Multa*, pro multa verba. *Cic. pro Mil. ad fin.* & *2. Fin.* Sed jam ſatis multa de cauſa. *Id. pro Cluent.* Ne multa, Diogenes emitur. ¶ Multa opinio. h. e. multorum. *Gal. l. 3. c. 16.* Multa opinio eſt, eaque jam pro certo excepta. ¶ Multam ſalutem alicui dicere. *Plaut. Pœn. 2. 2. 107.* ¶ Minus multi homines, & Hinis multi. *Cic. & al.* ¶ *Ter. Hecyr. 2. 3.* Multis modis filium jam exſpecto. h. e. vehementer.

Mulus, m. 2. *mulo*, ἡμίονος, animal ex aſino, & equa genitum. Nam illud, quod ex equo, & aſina procreatum eſt, hinnulus dicitur. *Cic. in Top. c. 8.* Mulus clitellarius. *Id. 2. de nat. Deor. c. 64.* Mulorum utilitates. ¶ Muli Mariani, ſunt furculæ, quibus religatas farcinas viatores gerunt, a C. Mario, qui earum uſum invenit. *Frontin. l. 4. Strateg.* ¶ De Mulis vide *Plin. l. 8. c. 44.* ¶ Tranſlate mulus dicitur de homine ſtupido. *Catul. carm. 84.* Mule, nihil ſentis. *Plaut. Ciſt. 4. 2. 12.* Recaſtor ego ſum mulo inſcitior. Alii aliter legunt. ¶ Mulus, inquit *Paulus Feſti abbreviator*, vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam ſterilis ea ſit, quam mulus, vel quod mulus non ſuo genere, ſed equi creetur, ſic ea ſolis, non ſuo fulgore luceat.

Mummiānus, a, um, ad Mummium pertinens, ut Mummiana ædificia, apud *Feſt.* Eſt autem *Mummius* nomen proprium Romanum.

Mummĭus, (Lucius) Achaicus dictus, novus homo, ad Conſulatum evectus omnem armis Achajam ſubegit, Corintho everſa, qui cum militari ſcientia valeret plurimum, adeo tamen in aliis rebus rudis fuit, ut cum Corinthiaca ſigna, & tabulas eximiorum artificum Romam portandas locaret, juberet conductoribus prædici nova ea reddituros, ſi apud eos periiſſent. *Cic. in Offic. Plin. l. 34. c. 3. & 7. &c.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Poeta latinus apud *Macrob. l. 1. Satur. c. 10.*

Munctĭo, onis, actus mungendi, ut munctiones muculentæ, apud *Arnob. l. 3. pag. 107.*

Mundānus, a, um, *mondano*, עולמי, Germ. *weltlich*, Gal. *mondain*, Hiſp. *mundano*, κοσμικός, quod mundi eſt. *Cic. 5. Tuſc. c. 37.* Socrates quidem, cum interrogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi ſe incolam, & civem arbitrabatur. *Avien. in Arat. v. 47.* Mundanum pro cœleſti, dixit.

Mundātor, oris, qui mundat. *Jul. Firmic. l. 8. c. 19.* Cloacarum mundator.

Mundatorĭus, a, um, ad mundandum pertinens, ut mundatorium medicamentum, apud *Plin. Valer. l. 1. c. 25.*

Mundātus, a, um, *mondato*, purgatus, abſterſus. *Auguſtin. l. 10. Confeſſion. c. 37.* Quam ſim ab illa peſte mundatus.

Munde, adv. idem ac munditer. *Colum. lib. 12. cap. 51.* Aromata quam mundiſſime in pilam contundito. Adde *Plaut. Pœn. 5. 4. 5.*

Mundenſis, ſe, ad Mundam pertinens, urbem Hiſpaniæ Bæticæ, quæ una cum Cn. Pompejo Magni filio a Cæſare capta eſt. V. *Flor. l. 4. c. 2. Auctorem B. Hiſpan. c. 27. & ſequent. Vellej. l. 2. c. 55. & Epitom. Livii l. 115.* Hinc Mundenſis campus, *Auct. B. Hiſpan. loc. cit.* Mundenſes duces, *Id. ibid. c. 36.* Mundenſe prælium, *Suet. in Caſ. c. 56.*

Mundiālis, le, o. ſ. idem ac mundanus, a *mundus*. *Tertull. lib. 5. adv. Marcion. cap. 4.* Mundialia elementa. *Prudent. 1. Cathem. v. 90.* Mundialis gloria.

Mundialĭter, adv. more mundanorum. *Tertull. de reſur. car. c. 46.* Vivere mundialiter.

Mundicina, æ, medicina ad munditiam. *Apul. Apol.* Mundicina dentium.

Mundifĭco, as, a. 1. καθαρίζω, mundum facio. *Macer l. 3. v. 12.*

Mundipŏtens, entis, in Mundo potens. *Tertul. de anim. c. 23.* Principatus mundipotentes.

Munditĕnens, entis, qui mundum tenet, ſeu occupat, ut Diabolus munditenens, apud *Tertul. adv. Valent. c. 22.*

Munditer, adv. *mondamente*, καθαρῶς, cum munditie. *Plaut. Pœn. 1. 2. 26.* Nam cum ſedulo munditer nos habeamus.

Mundiĭa, æ, f. *nettezza*, *politezza*, נקיון, Germ. *reinigkeit*, Gall. *netteté*, Hiſp. *limpieza*, καθαρότης, κοσμιότης, lautitia, qua quis ſe mundum, ac politum ſervat, elegantia, nitor. *Cic. 1. Offic. cap. 36.* Adhibenda præterea munditia eſt, non odioſa, nec exquiſita nimis. *Ovid. 3. de Art. v. 133.* Munditiis capimur: non ſint ſine lege capilli. *Plaut. Stich. 1. 3. 20.* Munditias volo fieri, Efferte ſcopas, ut operam omnem aranearum perdam. *Salluſt. Jugur. in Orat. Mari.* Munditias mulieribus, viris laborem convenire. Ruſus *Cic. in Orat. c. 23.* Elegantia, & munditia orationis.

Mundities, ei, f. idem ac munditia. *Catul. ad Fur. epigr. 23. v. 18.* Hanc ad munditiem adde mundiorem.

Munditĭor, aris, dep. 1. munditiam amo, conſector. *Plaut. Caſ. 2. 3. 9.* Magis initio munditiis munditianti Deo, h. e. Amori. Alii aliter legunt.

Mundo, as, a. 1. *mondare*, *nettare*, καθαίρω, καθαρίζω, detergo, purifico. *Plin. l. 15. c. 6.* Ob id crebrius vaſa mundanda.

Mundŭle, adv. *Apulej. l. 2.* Lintea tunica mundule amicta.

Mundŭlus, a, um, delicatus, mollis, qui nimia munditia utitur, ut placeat aliis, dim. a *mundus*. *Plaut. Truc. 2. 2. 23.* Nunc ego iſtos mundulos, urbanos amaſſos hoc ictu exponam.

Mundum, i, o. &

Mundus, i, m. inſtrumentum mulierum, quo mundiores, & ornatiores fiunt. *Ulp. l. 25. §. 10. de auro, & arg. &c. Var. l. 4. de L. L. &c. Lucil. l. 16. apud Gell. l. 4. c. 1.* Legavit uxori mundum omne, penumque. ¶ Fere uſurpatur addito *muliebris*. *Var. l. 4. de L. L.* Mundus muliebris dictus a munditia. Adde *Liv. lib. 34. cap. 7.* ¶ In mundo eſſe, in mundo habere, eſt eſſe in promptu, habere ad manum, *eſſere, o avere in pronto*. *Plaut. Aſin. 2. 1. 6.* Aut mihi in mundo ſunt virgæ. *Id. Caſ. 3. 3. 3.* Stultitia eſt, amatorem ullum ad forum procedere, cui quod amet in mundo ſiet. *Id. Epid. 5. 1. 12.* Cui libertas in mundo ſita eſt. Sic alibi ſæpe.

Mundus, i, ſubſt. m. 2. *mondo*, κόσμος, rerum univerſitas, a *munditie*. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 62.* Eſt enim mundus quaſi communis deorum, atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Plin. lib. 2. cap. 4.* Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta, abſolutaque elegantia mundum. ¶ Interdum uſurpatur pro Cœlo. *Sever. in Ætna, v. 43.* Gigantes tentavere (nefas!) olim detrudere mundo ſidera. Sic *Manilius* non ſemel. ¶ Item pro mortalibus mundi incolis. *Senec. Herc. Oet. v. 341.* Te precor, quem mundus, & ſuperi timent. *Lucan. l. 2. v. 48.* Conjurat in arma mundus. ¶ In plurali num. *Lucret. l. 5. v. 529.* In variis mundis varia ratione creatis. Adde *v. 1344.*

Mundus, a, um, *mondo*, *pulito*, *netto*, טהור, Germ. *rein*, Gall. *net*, Hiſp. *limpio*, κόσμιος, καθαρός, purus, terſus, politus. *Horat. l. 1. epiſt. 5. v. 2.* Jam dudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex. *Ter. Eun. 5. 4. 12.* Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius. *Colum. l. 7. c. 9.* Mundiſſimum cubile.

Munerabundus, a, um, qui muneratur. *Apul. l. 11. Met.* Quiſque munerabundi ad meum feſtinant illico reducem ab inferis conſpectum.

Muneralis, & le, δωρικός, quod ad munus pertinet. Unde muneralis lex, νόμος δώρων, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere, teſte *Feſt.* *Plaut. in fragment. apud Feſt.* Nec muneralem legem, neque lenoniem rogo.

Munerarĭus, m. 2. ἀγωνοθέτης, qui munus, hoc eſt, ſpectaculum populo exhibet. *Suet. in Dom. c. 10.* Quod Thracem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat. *Quintil. l. 8. c. 3.* Munerarium Auguſtus primus dixit, Meſſala primus reatum. ¶ Adjective *libellus munerarius* apud *Trebell. Poll. in Claud. c. 5.* eſt, in quo continentur nomina eorum, qui in publicis ludis adhibentur.

Muneratio, onis, donatio, munus. *Ulpian.* Non neceſſaria muneratio.

Munerator, oris, idem ac munerarius. *Flor. l. 3. c. 20.* Quaſi plana expiaturus omne præteritum dedecus, ſi de gladiatore munerator fuiſſet.

Muneratus, a, um, partic. paſſivæ ſignificationis, *regalato*. *Spartian. in Adrian. c. 3.* Atque ob hoc ſe dicit a Trajano locupletiſſime muneratum. *Ammian. l. 14. c. 7.* Mulier munerata, vehiculoque impoſita.

Munerigerŭlus, i, m. qui munera, & dona geſtat. *Plaut. Pſeud. 2. 2. 48.* Manipulatim mihi munerigeruli jam hic adſint.

Munĕro, as, a. 1. idem ac muneror. *Sen. epiſt. 119.* Inani me lance munerat. *Plaut. Capt. 5. 1. 15.* Ut beneficium benemerenti muneres. h. e. conferas, gratiam referas pro beneficio.

Munĕror, aris, atus ſum, d. 1. *donare*, נתן, Germ. *beſchencken*, Gall. *donner*, Hiſp. *remunerar*, δωρέομαι, dono, munus do. *Teren. Heaut.* Nam diſciplina eſt eiſdem munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.* Alexion me opipare muneratus eſt.

Mungor, eris, d. 3. idem ac mungo, apud vet. *Cato de lib. educan.* Neque mungentur libertatem. Al. leg. *emungentur*.

Munĭa, orum, n. 2. *uffizj*, ἔργα, officia, præſertim quæ publice præſtantur. *Cic. pro Mur.* Omnia hæc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia Candidatorum. *Liv. l. 1. c. 42.* Belli, paciſque munia facere. *Horat. l. 2. epiſt. 2.* Vitæ munia ſervare. *Tac. 2. Ann. c. 26.* Munia conſulatus obire. *Id. 1. hiſt. c. 62.* Implere ducis munia. *Vetus lapis apud Spond. Miſcel. erudit. antiq. p. 32.* Ob hæc inſignia genera muniorum.

Munibĭlis, le, quo quid munitur. *Sidon. l. 2. epiſt. 2.* Porticus columnis invidioſa munibilibus.

Municeps, ipis, o. qui munus capit, ſive capere poteſt. Municeps, inquit *Feſtus*, eſt qui in municipio liber natus eſt: item qui ex alio hominum genere munus functus eſt: item qui in municipio a ſervitute ſe liberavit: item municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. Hæc *Feſt.* *Cic. 2. de Leg.* Ego omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. *Id. poſt red. ad Quir. c. 8.* Vidi fortiſſimum virum municipem meum, C. Marium. *Idem in Bruto.* Quam diligenter ſoleant municipes meos Arpinates tueri. Vide *Ulp. l. 1. ff. ad municipal. & Paul. l. munus, ff. de V. S.* ¶ In fœmin. genere *Plin. l. 35. c. 11.* Amavit Glyceram municipem ſuam. ¶ Adjective ſumptum ſignificat eum, qui ex eodem eſt municipio. *Juven ſat. 4. v. 33.* Vendere municipes fracta de merce ſiluros. *Id. ſat. 14. v. 271.* Municipes Jovis lagenas. h. e. Cretenſes.

Municipālis, & le, o. 3. πολιτικός, quod ad municipia, vel ad municipes pertinet, ut Municipales homines, qui in municipiis degunt, vel a municipiis orti ſunt. *Cic. Att. l. 8. ep. 13.* Multum mecum municipales homines loquuntur. *Idem ibid. l. 7.* Dolor municipalis, hoc eſt, municipum. ¶ Municipalis Reſpublica eſt, qua municipium gubernatur. *Cic. 3. de Leg.*

Digitized by Google

Utinam, inquit M. Cicero, iſto animo, atque virtute in ſumma Republica verſari nobiſcum, quam in municipali maluiſſes. ¶ Municipale jus, vel municipalis lex, quæ eſt propria cujuſque municipii, quamque habuit ante adeptam civitatem, de qua agit *Guil. Fornerius l. c. ſelect.* c. 13. ¶ Municipalia ſacra, quæ municipes ab initio habuerunt, ante civitatem Romanam acceptam, quæ obſervare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo antiquitus facta fuerant. *Feſt. & Sigon. l. 4. de ant. jur. Ital. c. 7.* ¶ Interdum municipalis ponitur pro ignobili, et que obſcuro. Hinc *Juven. ſat. 8. v. 238. de Cicer.* Hic novus Arpinas ignobilis, & modo Romæ municipalis eques. Hoc ideo, inquit *Turneb. l. 3. c. 9.* quia equites municipiorum non tam divites erant, & nobiles, quam urbani. Sic *Tac. l. 4. Ann. c. 3.* Seque ac majores municipali adultero fœdabat.

Municipaliter, adv. Municipis more, vel conditione. *Sidon. l. 1. ep. 11.* Non aliis majoribus, quam municipaliter natus.

Municipatim, adv. per municipia, ut oppidatim, per oppida. *Sueton. in Cæſ. c. 14.* Municipatim dividendus cenſuit.

Municipatus, us, m. jus municipii. *Tertul. de cor. mil. c. 13.* ita vertit πολίτευμα. Adde *Hieron. epiſt. 1. 3. 13. & 58.*

Municipiolum, i, parvum municipium. *Sidon. l. 3. ep. 1.*

Municipium, ii, n. oppidum (in Italia præſertim) jure ſuo utens, & legibus, cujus incolæ jure Civium Romanorum gaudebant. V. *Sigon. l. 2. de ant. jur. Ital. c. 6.* Quomodo differat a colonia, Vide Colonia. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 6.* Genere, & nobilitate ſui municipii primus.

Munico, as, pro communico, dicebant Veteres. *Feſt.*

Munifex, icis, o. λειτουργὸς, qui munus facit. *Feſt.* Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris officio, e contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, ſed munus Reipub. faciebant. *Veget. l. c. c. 7.* Munifices, milites, qui munera faciunt, quibus immunes non obſtricti ſunt. ¶ Metaphorice munifex mamma pro lactante dicitur. *Plin. l. 11. c. 40.* Uni vero ex omni turba relicto ſola munifex mamma, quæ genitu fuerat attributa, deſcendit.

Munifice, adv. *liberalmente, abbondevolmente,* Ger. *reichlich,* Gal. *largement,* Hiſp. *liberalmente,* μεγαλοπρεπῶς, liberaliter, large, abundanter. *Cic. 3. de nat. Deor.* Sic haud ſcio, an melius fuerit, humano generi motum iſtum celerem cogitationis non dari omnino, quam tam munifice, tam large dari. *Liv. l. 22. c. 37.* Munifice adjuvare rem alicujus.

Munificentia, æ, f. *liberalità,* נדבה, Ger. *freygebigkeit,* Gal. *largeſſe,* Hiſp. *franqueza, liberalidad,* Μεγαλοπρέπεια, liberalitas. *Plin. l. 27. c. 1.* Nec dubie ſuperata hoc modo poſſet videri etiam rerum naturæ ipſius munificentia. *Liv. l. 7. c. 16.* Ad copiam rerum addidit munificentiam.

Munificium, ii, res non immunis, non libera a vectigalibus, & portoriis. *Paul. JCtus l. 4. ff. de Publ. & Vect.* Si quid amplius, quam mandatum eſt, transferat, id munificium fit.

Munifico, as, a. 1. *arricchire, far beato,* πλουτίζω, dito, beatum facio. *Lucret. l. 2. v. 635. de Cybele.* Ergo cum primum magnas invecta per urbes munificat tacita mortales muta ſalute.

Munificus, a, um, *liberale,* נדיב, Germ. *freygebig,* Gal. *liberal,* Hiſp. *liberal,* Μεγαλοπρεπὴς, liberalis, quaſi munera large præbens, a munus. *Cic. 2. Off. c. 18.* Convenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum. *Ovid. 4. de Pont. el. 1.* Nec mihi munificas arca negavit opes. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 499.* Munificus largi, ſed non eſt prodigus auri. ¶ Apud Veteres munifice dicebatur, qui libenter conſentiret ad ea, quæ emere vellent, ut docet *Non. c. 1. n. 88.* ¶ Comp. munificentior, ſup. munificentiſſimus. *Cic. pro Roſc. Com. c. 8.* Semper liberaliſſimus, munificentiſſimuſque fuit. *Feſtus.* Munificior a munifico identidem *Cato* dicit, cum nunc munificentior dicamus, quamvis munificens non ſit in uſu.

Munimen, inis, n. 3. idem ac munimentum, vel munitio. *Virg. 2. Georg.* Hoc effoſſos munimen ad imbres.

Munimentum, i, n. *fortificazione, riparo, guarnimento,* מצור, Ger. *ſchirm,* Gal. *munition, forteresſe,* Hiſp. *fortification,* ἐπιτείχισμα, munitio, & proprie dicitur de caſtris, cæteriſque rebus, quas milites contra adventum hoſtium muniunt ſive vallo, ſive foſſa, ſive alio quovis modo. *Liv. l. 1.* Quiritum quoque foſſa, haud parvum munimentum a planioribus adito locis, Anci Regis opus eſt. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 17.* Inſtar muri ſepes munimenta præbent. *Tac. Ann. 13.* Tenere ſe munimentis. ¶ Tranſlate *Juven. ſat. 9.* Munimenta togæ.

Munio, is, a. 4. *fortificare, guarnire,* בצר, Ger. *befeſtigen,* Gal. *fortifier, munir,* Hiſp. *garnecer,* ἐπιτειχίζω, ἀσφαλίζω, fulcio, firmo, ab ἀμύνω, ſeu ἀμύνομαι, abjectu α, ut ab ἀμέλγω, mulgeo. *Cic. de Prov. Conſ.* Alpibus Italiam munierat ante natura, non ſine aliquo divino numine. *Id. de Sen.* Et contra avium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. *Id. 9. Fam. ep. 18.* Ad aliquæ tempora ſe munire. ¶ Munire viam, eſt reficere, ſubſtruere, lapidibus ſternere. *Cic. pro Mil.* Ideo ne Appius ille Cæcus viam munivit, non qua populus uteretur, ſed in qua ſui poſteri impune latrocinarentur? Et ſumitur etiam tranſlate pro parare, & aditum ſibi patefacere, *aprire. Cic. 1. Tuſc.* Abiit ad Deos Hercules, nunquam abiiſſet, niſi, cum inter homines eſſet, eam ſibi viam muniſſet. *Id. pro Mur. c. 33.* Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant. ¶ *Liv. l. 21. c. 37. de tranſitu Annibalis per Alpes.* Inde ad rupem muniendam, per quam unam via eſſe poterat, milites ducti. h. e. ad rupem cædendum, viamque in ea muniendam, & ſternendam. Ita legit, & explicat *Turneb. l. 13. c. 18.* & cum eo optimi Codices. Statim quoque *ibid.* ſubdit: Quies muniendo feſſis hominibus data. Sunt tamen qui leg. *ad rupem minuendam.* ¶ Tranſlate *Cic. l. 4. Fam. ep. 14.* Fidelitate contra perfidiam me muniendum putes. *Tac. in Agric. c. 45.* Sævus ille vultus, & rubor, a quo ſe contra pudorem muniebat. ¶ *Muniebant* pro *muniebant* legitur apud *Varr. l. 4. L. L. pag. 34.*

Munis, & ne, o. 3. officioſus, qui munus, ſive officium facit, ut qui beneficio accepto gratiam, cum poteſt, refert, a munus. *Non. c. 1. n. 88.* Munes apud veteres dicebantur, non a largitione, quæ ignota erat, ſed conſentientes ad ea, quæ amici velint. *Feſt.* Munem ſignificare certum eſt officioſum: unde de contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. *Lucil. ibid.* Munifici, muneſque viri videamur amicis. *Plaut. Merc. prol. v. 104.* Dicit, ejus pro meritis gratum me, & munem fore. Ubi tamen Lambinus maeult *memorem.*

Munite, adverb. tuto. *Var. lib. 4. L. L. pag. 34.* Oppida, quod opere muniebant mœnia, quo munitius eſſet.

Munitio, onis, f. 3. *munizione, fortificazione, riparo,* מצודה, Germ. *eine feſtung,* Gall. *munition,* Hiſp. *guarnecimiento,* τειχοποιΐα, actus muniendi, munimentum, vallum. *Cic. 6. Verr.* Niſi munitione, ac mole lapidum a mari disjunctus eſſet. *Id. 8. Phil.* Urbem operibus, munitionibuſque ſepire. *Nepos Eumen. cap. 5.* Munitiones disjicere. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 49.* Milites munitione prohibere. *Cic. pro Font.* Ex viarum munitione quæſtum facere.

Munito, as, a. 1. freq. a munio. *Cic. pro Roſc. Am. c. 48.* Quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.

Munitor, oris, m. qui munit. *Liv. l. 7. c. 23.* Qui pro munitoribus intenti, armatique ſteterunt.

Munitura, æ, f. 1. munimentum, munitio. *Vetus lapis apud Feron. Muſ. lap. pag. 73.* Structuram cum munitura ſarcophagi ſuis impenſis fecit.

Munitus, a, um, *fortificato,* τετειχισμένος, firmatus, obvallatus, partic. a munior. *Cic. in Rull.* Urbs natura, ac loco munita, ſuccincta portubus, armata muris. *Id. 2. Fam. ep. 10.* Turribus oppugnabam oppidum munitiſſimum. *Plin. l. 17. c. 10.* Solum munitum ad incurſum gallinacei generis. ¶ Tranſlate *Cic. 2. Off. c. 4.* Vita munitior. & *1. de divin.* Pectus ſapientia munitum.

Munus, eris, n. 3. *dono, preſente,* שׁוחד, Germ. *ein geſchenck,* Gall. *don, preſent,* Hiſ. *don, dadiva,* δῶρον, δώρημα, donum, a מנחה, *menua,* al. *luxo. Varro* ſic ſcribit *l. 4. de L. L.* Munus, quod mutuo animo qui ſunt, dant officii cauſa. Alterum munus, quod muniendi cauſa imperatum, &c. *Cic. e. Divin.* Quod munus Reip. afferre majus poſſumus, quam ſi &c. *Quintil. lib. 1. c. 10.* Dare aliquid muneri. *Catull. Carm. 12.* Mittere aliquid muneri alicui. *Horat. l. 1. Sat. 9.* Corrumpere muneribus. *Virg. 5. Æn.* Munere aliquem donare. *Cic. de Aruſp. reſp.* Divino munere Reip. donatur. ¶ Munera Liberi, h. e. vinum. *Hor. l. 4. od. 15.* Munera terræ veſci. h. e. fructibus. *Id. lib. e. od. 14.* ¶ *Munus* in hac ſignific. & *donum* differunt in eo, quod *donum* eſt omne, quod ſponte datur quacumque ex cauſa; *munus,* quod neceſſitatis, aut officii gratia, ſeu tanquam debitum exhibetur. *Ulp. l. 6. ff. de Offic. Proconſ.* Ne donum, vel munus ipſe proconſul accipiat. Aliæ ab aliis differentiæ traduntur, quæ (ut & ea quam attulimus) perpetuæ non ſunt. Itaque Scriptores munus, & donum ſæpe confundunt. *Cic. pro Arch.* Deorum aliquo dono, atque munere commendati. *Plaut. Mil. 3. 1. 120.* Certatim dona mittunt, & munera. ¶ Interdum munus eſt onus, quod cum remittitur, vacationem præſtat, *obbligazione, carico,* ut pendere vectigal, præſtare cuſtodiam, aliaque hujuſmodi. *Cic. 2. de nat. Deor.* Et ſuſtinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in majeſtatem Deorum. *Gell. l. 12. c. 1.* Ne ad dolorum, quos enitendo mater tuliſſet, munus quoque nutritionis grave, ac difficile accederet. Tui muneris eſt, aut orti. meum, tuum munus eſt, a *me,* a *te* tocca. *Cic. 3. Fin.* & *pro Mil.* Et *Ovid. 1. Triſt. el. 5.* ¶ Interdum & pro officio capitur, quomodo Magiſtratum gerere, judicem eſſe, munera ſunt publica, ac civilia. *Cic. 12. Fam.* Tuum eſt hoc munus, tuæ partes. *Id. l. 15.* Neve quid temporis ad meum annuum munus accedat. *Id. l. 10.* Conſulare munus ſuſtinebat jure majorum. *Id. de Prov. conſul.* Munus ſuſceptum Reip. explere. *Tacit. Ann. 15. c. 32.* Ne, imperante delecto alio, ſua muneris Remp. faceret, *traſſe a ſe tutto il governo della Repubblica. Liv. l. 24.* Munera belli. ¶ Pro exequiis etiam accipitur, quod pulcherrimum officii genus eſt. *Nepos in Eumene, c. 4.* Pro hominis dignitate, proque priſtina amicitia amplo munere extulit. *Valer. Max. l. 8. c. 16. n. 1.* Imaginem in cella Jovis poſitam habet, quæ, quotieſcumque munus aliquod Corneliæ gentis celebrandum eſt, inde petitur. Utroque loco eſt qui funus, pro munus, legit. ¶ Ad munus, qua officium notat, pertinent etiam, munus ſuum curare, colere, obire, exequi, ſuſcipere, & ſexcenta alia paſſim apud *Cic. Liv. Quintil. Horat. &c.* ¶ Fungi munus, pro, munere, eſt *Plauti Men. 2. 4. 5.* ¶ Nonnunquam officium, & munus conjunguntur. *Cic. 2. de Orat.* Ab oratoris proprio officio, atque munere ſejuncta eſſe arbitror. ¶ Interdum cum *officio* in genitivo conjungitur, & ſignificat officii functionem, & executionem. *Cic de Senect.* Ad omne officii munus inſtruat. ¶ Accipitur quoque pro ludis, ſeu ſpectaculis. Cauſa hujus notionis eſt, quod ludis populum remunerarentur a quo munus publicum acceperant, ac novum ſæpe munus expectabant, ſeu, quod idem eſt, quod qui Magiſtratu abibant, ſpectacula populo quaſi munera, i. e. doni loco exhibebant. *Cic. 2. Off.* Et P. Craſſus cum cognomento Dives, tum copiis functus eſt Ædilitio maximo munere. *Et paulo poſt:* Magnificentiſſima vero noſtri Pompeii munera ſecundo Conſulatu. *Suet. in Cæſ.* Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim Urbe tota. ¶ Item pro loco, in quo munera hujuſmodi eduntur. *Vellei. l. 2. c. 130.* Pompeii munere abſumpta igni reſtituit. ¶ Sumitur fere ratione *Ov. de ar. am. v. 69.* Aut ubi muneribus nati ſua munera mater Addidit, externo marmore dives opus. Intelligit porticum Octaviam non longe a Marcelli portico ſitam.

Munuſculum, li, n. *picciol dono,* δωρημάτιον, dim. a munus. *Cic. 3. Fin.* Quaſi tu totam inſulam eundam tuorum ſodalium, ſicut aliquod munuſculum, condonaras.

Munychia, f. 1. *Munichia, Marina,* Μουνυχία, portus Atticæ, Pirœo proximus, inter illum ad Occ. & Sunium prom. ad Or. apud illum & oſtium, a Munycho Principe filio Panteuchi, qui ibi templum Dianæ, al. Palladi extruxit, quæ propterea *Munychia* cognominata eſt. *Stat. l. 3. Silv. 3. v. 108.*

Munychiæ, orum, n. feſta Dianæ, ſeu Palladis, ut alii ſcripſere, a Munycho auctore.

Munychius, a, um, Athenienſis. *Ovid. 2. Met. v. 709.* Munychioſque volans agros, gratamque Minervæ deſpiciebat humum.

Muræna, æ, f. *murena,* Ger. *lamprete,* Gal. *murene,* Hiſ. *murena,* μύραινα, piſcis longitudine non diſſimilis anguillæ, a Græco nomine allato. Fœminini tantum ſexus eſt. Nam maſculos teſte *Plin. l. 9. c. 23.* myrinus vocatur, robuſtior, quam muræna, & unicolor. *Plaut. Aul.* Congrum, murænam exdorſua, quantum putes. ¶ Optimæ inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo, quas *Macrob. Saturn. l. 3.* ſuras vocari aſſerit. *Martial. lib. 13.* Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, non valet exuſtam mergere Sole cutem. ¶ Fuit hoc piſcis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præſtantiam ſaporis, partim ob inſignem vivacitatem, *Plin. l. 9. c. 55.*

Murænianus, a, um, ad Murænam pertinens, nomen viri proprium. *Muræniana oratio* apud *Marcian. Capell. l. 5. pag. 172.* eſt, quam Cicero pro Muræna habuit.

Murænula, æ, f. parva muræna. *Hieronym. in præfat. in Job.* Ut ſi velis anguillam, aut murænulam ſtrictis manibus tenere, quanto fortius preſſeris, tanto citius elabitur. ¶ In Sacris Litteris *Cant. 1. 10.* & alibi, eſt catenula, torques, colli ornamentum ad murænæ formam.

Muralis, & le, o. 3. *da muro,* τειχικὸς, quod ad murum pertinet. *Virg. 11. Æn.* Murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt. ¶ Machinæ murales, quibus muri diruuntur. *Plin. l. 7. c. 56.* ¶ Pila muralia, quibus quatiuntur muri, aut quæ de muris dejiciuntur. *Cæſ. l. 7. B. G.* Aut ex vallo, & turribus trajecti pilis muralibus interibant. ¶ Muralis corona, quæ donari ſolebat ab Imperatore ei, qui primus murum ſubiiſſet, & in hoſtium oppidum per vim aſcendiſſet. *Liv. l. 33.* Utique poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt. *Plin. l. 16. c. 4.* Cedunt & murales, vallareſque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. ¶ Muralis herba, περδίκιον, παρθένιον, genus herbæ, quod frequenter in muris naſcitur. *Plin. l. 22. c. 7.*

Muratus, a, um, τετειχισμένος, ἐντειχὴς, quod muros habet. *Veget. l. 1. c. 21. & l. 3. c. 8.*

Murcia, æ, Dea amoris, ſeu Venus, a myrto dicta: onde & *Murtia* legitur, & Myrtea, teſte *Plin. l. 15. c. 29. Varr. & Plin. l. 15.* ¶ Item Dea ſegnium, quæque homines murcidos facit, ut ait *Auguſt. l. 4. de civ. Dei*

Digitized by Google

Dei c. 16. Adde *Arnob. l.* 4. ¶ Hujus Deæ templum fuit ſub Aventino.

Murcidus, a, um, ignavus, inermis. *Feſt. Plaut. Epid.* 3. 1. 55. Væ tibi murcide homo. V. *Murcidus*.

Murcius, a, um, adject. Metæ Murciæ erant locus Romæ, ubi ara Murciæ Deæ dicata viſebatur. *Apul. l.* 6. *A. A. Plin. l.* 15.

Murcus, i, Templum Deæ Murciæ. *Feſtus.* ¶ Murci dicebantur etiam qui ob ignaviam, & ut militiæ munera defugerent, pollicem ſibi præcidebant, a Murcia fortaſſe Dea ſegnitiei. *Amm. l.* 15. *ad fin. & leg.* 4. *Dig. de re milit.*

Murex, icis, m. 3. κογχύλιον, piſcis marinus, ex concharum genere, qui etiam *buccinum* dicitur, & per excellentiam conchylium, ex cujus humore fit color purpureus. *Col. l.* 8. *c.* 16. & *Martial. l.* 13. ¶ Metonymice ponitur pro purpura, id eſt, pro colore, qui fit ex muricis ſanguine. *Virg.* 4. *Æn.* Tyrioque ardebat murice læna. ¶ Ponitur etiam pro acumine, ſeu aſperitate ſaxi, ducta ſimilitudine a muricis figura. *Virg.* 5. *Æn. v.* 205. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. ¶ Item pro flore purpureo. *Virg.* 4. *Ecl.* Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti Murice. ¶ Murices etiam, τρίβολοι, ſunt machinulæ ferreæ, tetragona forma, quæ, in quamcumque ceciderint partem, aliquem aculeum protendunt, unde & doloſe in terram adverſus hoſtes conjici ſolent, ita dictæ a murice piſce, cui aculei ſunt plures habentes cuſpides. *Val. Max. l.* 3. Ut circa mœnia urbis, quam obſidaret, ferreos murices ſpargeret. Adde *Curt. l.* 4. *c.* 13.

Murgiſo, onis, m. iners, deſidioſus. *Feſtus.*

Muria, æ, f. *ſalamoja*, Germ. *ſolſ*, *oder bruehe*, Gall. *ſaumure*, Hiſp. *ſalmuera*, ἅλμη, ταριχηρός, ſalſugo, aqua ſalſa, liquor ex ſale reſolutus, quo aliquid maceratur, aut ſervatur. *Colum. l.* 12. *cap.* 25. Quoniam quidam, imo etiam fere omnes Græci aqua ſalſa, vel muria multum condiunt. *Plin. lib.* 31. *cap.* 8. Muria quoque, ſive illa ſalſugo ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. ¶ Eſt item muria liquamen thynnorum, ut *garum* ſcombrorum. *Scal. l.* 2. *Auſon. Lect. c.* 27. *Perſ. Sat.* 6. Tingit olus ſiccum muria vafer in calice empta. ¶ Muria fuit propria pauperum, *garum* divitum. *Scalig. l.* 2. *Auſon. Lect. c.* 27. *Mart. l.* 13. Antipolitani, fateor, ſum filia thynni: eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem.

Muriaticus, a, um, *acconcio in ſalamoja*, ἁλμευτικός, quod muria conditum eſt, quod in muria diu fuit. Abſolute muriatica ſalſa pro ſalſamentis. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 32. Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur ſine omni lepore, niſi multa aqua, & diu macerentur.

Muricatim, adv. convolutim, muricum inſtar. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Vertice muricatim intorto.

Muricatus, a, um, ἐχινώδης, quod eſt muricis modo factum. *Plin. l.* 20. *c.* 23. *de ſorduis*. Utrique folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. ¶ Translate muricati greſſus pro formidoloſis, ſeu timendis dicuntur, quaſi per murices ferreos fiant. *Fulgent. l.* 1. *Myth. c.* 1. Muricatos, quod ajunt, ſigillaverunt greſſus.

Muriceus, a, um, ad muricem ſpectans. *Auſon. epiſt.* 9. *v.* 4. Antra & muriceis ſcopulorum merſa lacunis.

Muricidus, a, um, ignavus, imbellis. *Plaut.* (*Epid.* 3. 5. 52.) *apud Feſt.* Væ tibi, muricide homo. *Meurſ.* legit *murcide*.

Muries, ei, f. 5. idem ac muria. *Cato R. R. c.* 88. Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta condias. ¶ Muriem *Feſtus* ex Veranii ſententia interpretatur ſalem in pila tuſum, & in ollam fictilem conjectum, ibique opertum, gypſatumque, & in furno percoctum, quo Veſtales farra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto, quæ erat intra in æde Veſtæ, in penu exteriore, in ſacrificiis utebantur.

Murilegulus, li, m. qui murices piſcatur, a muricibus legendis, ſeu colligendis. *Juſtin. l.* 2. *Cod. tit. de monetariis, & murilegulis.*

Murina. V. Murrhina.

Murinus, a, um, μύϊνος, quod ex mure eſt, ſeu ad murem ſpectat, ut Murinus fimus, muſcerda. *Plin. l.* 13. *c.* 8. Murinum fimum. ¶ Murinus color, qualis fere eſt aſinorum. *Col. l.* 6. *c.* 37. Murinus cum ſit in aſino vulgaris, tamen non optime reſpondet in mula. ¶ Murinum hordeum, herbæ genus. *Plin. l.* 22. *c.* 25. ¶ Murina pellis, eſt quælibet pellis beſtiarum minorum in uſum veſtium. *Juſtin. l.* 2. *c.* 2. Pellibus tamen ferinis, aut murinis utuntur. V. *Mus.* ¶ Murini campi. V. *Campe.*

Murmur, uris, n. *mormorio*, רְבִיּה, Germ. *gemummel*, Gall. *murmure*, *bruit*, Hiſp. *ruido murmullo*, ὄρμος, lenis aquæ ſtrepitus, a μορμύρω, vel μυρμύρω, *murmuro*. Nomen eſt fictitium, teſte *Quint. lib.* 8. *c.* 6. ut mugire, & ſibilare. *Cic.* 3. *de Or.* Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis ſunt ducta a cæteris ſenſibus. ¶ Translata pro quocumque ſtrepitu ponitur. *Virg.* 4. *Æn. v.* 160. Magno miſcetur murmure cœlum. *Stat.* 12. *Theb.* Murmur jejunæ tigridis. ¶ Fit etiam murmur ſubmiſſa voce loquentis. *Ovid.* 6. *Metam.* tacito venerantur murmure nomen. *Perſ. Sat.* 3. *v.* 81. Murmura cum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt.

Murmurabundus, a, um, qui murmurat, a *murmuro*. *Apul. l.* 2. *Met.* Indigna murmurabundus.

Murmuratio, onis, f. κατακερματισμός, actus murmurandi. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Murmuratio aquilarum. ¶ Item fremitus renuentis, & contradicentis. *Senec. ep.* 107. Optimum eſt, Deum ſine murmuratione ſequi.

Murmuratus, a, um. *Apulej. in Apolog.* Magia occulta non minus, quam terra, plerumque noctibus vigilata, & carminibus murmurata.

Murmurator, oris, m. *mormoratore*, obtrectator. *Auguſtin. l.* 2. *Retract. c.* 20. Non illis adverſus Deum murmuratoribus.

Murmurillo, as, n. 1. ὑποτονθορύζω, ſubmurmuro, a *murmurillum*. *Plaut. Rud.* 5. 3. 61. Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias? In pluribus *Codicib.* his verſus deeſt.

Murmurillum, li, n. ὑποτονθόρυσμα, exigua murmuratio, dim. a *murmur*. *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. Nolo, murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi. Ita legit *Non.* Alii *murmur ullum*.

Murmuro, as, avi, atum, n. 1. *mormorare*, הָמָה, Germ. *treſen*, Gall. *murmurer*, Hiſpan. *murmurar*, μορμύρω, eſt ſtrepere, & propria dicitur de aquis fluentibus. *Varro l.* 5. *de L. L. Cic.* 5. *Tuſc. c.* 40. Fremitus murmurantis maris. ¶ Translate ponitur pro ſtrepere generatim. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Murmurantes ignes tempeſtatum nuntii ſentiunt. *Plaut. Caſ.* 4. 3. 6. Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant. ¶ Item contradicere, ſecreto murmure indignationem oſtendere. *Plaut. Mil.* Tametſi dominus non invitus patitur, ſervi murmurant. *Id. Aul.* Ut ſceleſta ſola ſecum murmurat. ¶ Item pro ſubmiſſa voce loqui, ita ut non verba, ſed verborum ſonus audiatur. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 52. flebile lingua murmurat exanimis.

Murmuror, aris, d. 1. idem ac murmuro, apud vet. *Varro apud Non. c.* 19. *n.* 83. Romæ in balneo plodere ſumpimus, & murmurari.

Murra, f. μύῤῥα, lapidis pretioſi genus, teſte *Plin. l.* 37. *c.* 2. odoris præſtantia commendabile, & colorum varietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram, candoremque, & tertium ex utroque igneſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Naſcitur in Oriente apud Parthos, & præcipue in Carmania. *Plin. l.* 37. *c.* 12. credit eſſe humorem Solis calore ſub terra condenſatum. Amplitudine nuſquam excedit parvos abacos, craſſitudine autem raro tanta eſt, ut poculis potoriis ſufficiat. Præcipuus uſus hujus lapidis fuit, ut ex eo pocula fierent, quæ murrina appellabantur. *Martial. l.* 4. *epigr.* 86. Nos bibimus vitro, tu murra, Pontice. *Id. l.* 14. *epigr.* 113. ardenti murra Falernum convenit. ¶ Sunt qui ſcribunt *myrrha*, & *murrha*, a Græco μύῤῥα.

Murranus, m. 2. priſcus Latinorum Rex, a quo poſtea Latini omnes Reges Murrani dicti ſunt. *Serv. in* 12. *Æneid.*

Murreus, & Murrheus, a, um, μύῤῥινος, quod eſt ex murra. *Propert. l.* 4. *eleg.* 5. *v.* 26. Murreaque in Parthis pocula cocta focis.

Murrhatus, a, um, idem ac myrrhatus, ut murrhata potio, *in lege XII. Tab. de Jure ſacro.*

Murrinus, & Murrhinus, a, um, μύῤῥινος, quod ex murra lapide confectum eſt, ut Trullæ murrinæ, Abaci murrini, Pocula murrina. *Suet. in Auguſt. c.* 71. Alexandria capta, nihil ſibi præter unum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuit. *Senec. de Benef. l.* 7. 1. 9. Video murrhina pocula &c. Et abſolute *id. ep. ult.* Qui cryſtallina, & murrhina, & cælata magnorum artificum manu portent. ¶ Legitur & *myrrhinus*. ¶ Murrhina potio. V. *Myrrhina*.

Murrhobathrarius, ii, *profumiere*, qui calceamenta muliebria variis odoramentis, & unguentis imbuit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. ubi alii leg. *myrrhobatrarius*, quod ejuſdem eſt ſignificationis: alii *malobathrarius*. h. e. qui malobathrum vendit: alii *myrrhobrecharius* a μύρον, unguentum, & βρέχω, *ſtillo.*

Murſa, æ, Pannoniæ opp. ad Dravum fluv. circa ea loca, ubi nunc *Eſſek*. Hinc

Murſenſis, ſe, adject. ad Murſam pertinens, ut Murſenſe prælium, *Ammian. l.* 15. *c.* 14. ¶ Murſienſis pro Murſenſis, legitur apud *Hieron. adverſ. Luciferian. c.* 7.

Murta, æ, f. idem ac myrtus. *Cato R. R. c.* 125.

Murtatus, V. Myrtatus.

Murteus, a, um, idem ac Myrteus. *Cato R. R. c.* 125. & *Col. l.* 5. *c.* 8.

Murtetum, i, n. myrtetum. *Celſ. l.* 2. *c.* 17.

Murus, ri, m. 2. *muraglia*, τεῖχος, lapideus ambitus, ab antiquo *mœrus*. *Cic. de nat. Deor.* Muri urbis, quos vos ſanctos eſſe dicitis. *Virg.* 1. *Æn.* Pars ducere muros. ¶ Translate ponitur pro præſidio, ac tutela. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 109. Non dabitur murus ſceleri. *Cic. in Piſon.* Propugnacula, & muri tranquillitatis & otii. ¶ Fortes etiam viri muri dicuntur. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 281. Graium murus Achilles. ¶ Muri etiam vocantur aggeres ſine foſſa, teſte *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 14. ¶ Differt a pariete, nam *paries* proprie domorum eſt, *murus* urbium. Et ſiquando *murus* dicitur de privato ædificio, exterior eſt, *paries* interior. *Tacit.* 5. *Ann. c.* 43. Nec communione parietum, ſed propriis quæque muris ambirentur. ¶ Hæc tamen diſcrimine interdum confunduntur.

Mus, muris, m. *ſorcio*, *topo*, עַכְבָּר, Germ. *ein mauſs*, Gal. *rat*, *ſouris*, Hiſp. *raton*, μῦς, exiguum animal nobiſcum in domo habitans, a nomine Græco allato. Diſtinguitur a ſorice, quod *ſorex* major ſit mure, clariuſque ſtrepat, & plus afferat detrimenti. *Col. l.* 12. *c.* 31. Si ſerpens, aut mus, ſorexve in muſtum ceciderit. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 9. Itaque non ſolum inquilini, ſed & mures migraverunt. V. *Plin. l.* 8. *c.* 57. ¶ Mus araneus, animal eſt in Britannia, muris magnitudine, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili. *Plin. l.* 29. *c.* 4. ¶ Sunt & mures in mari. *Plin. l.* 9. *c.* 19. ¶ Interdum hoc nomine apud Latinos ſcriptores veniunt non domeſticæ ſolum beſtiolæ, de quibus hactenus, verum etiam ſilveſtres feræque beſtiæ minores, quarum pellibus ad veſtitum uti quis poteſt, ut ſunt feles feri, vulpes, martes, & aliæ id genus. Hinc *Ammian. l.* 31. *c.* 3. Hunnis veſtimenta tribuit ex pellibus ſilveſtrium murium conſarcinatis. *Senec. ep.* 90. Magna Scytharum pars tergis vulpium induitur, ac murium. *Plaut. Pœn.* 2. 2. 51. Mures Africanos prædicat in pompam ludis dare ſe velle Ædilibus. *Lipſ. l.* 2. *Elector. c.* 4. putat per mures Africanos Veteres intellexiſſe pantheras, quemadmodum Elephantos, boves Lucas vocitarunt, & ſtruthionem paſſerem marinum. ¶ *Senec. in Apocolocynth.* Veniſti huc, ubi mures ferrum rodunt. prov. h. e. ubi magna eſt rerum inique mutatio, & novæ multæ difficultates occurrunt. *Id. ibid.* Romæ mures molas lingunt. Aliud proverb. de iis, qui delicatiſſima quæque, & optima ſectantur. ¶ *Hor. in Arte poet.* Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Aliud proverb. de quo V. *Mons.* ¶ Mus fœmina fœminine effertur. *Plin. l.* 10. *c.* 55. ex una mure centum viginti genitos tradiderunt.

Muſa, æ, f. 1. *Muſa*, Ger. *ein geſaug*, *oder lied*, Gal. *muſe*, Hiſp. *muſa*, μοῦσα, Dea, quæ Poeticæ arti, & Muſicæ præſidet, ut veteres arbitrati ſunt. Muſæ novem ſunt, *Calliope*, *Clio*, *Erato*, *Thalia*, *Melpomene*, *Terpſichore*, *Euterpe*, *Polymnia*, ſeu *Polyhymnia*, *Urania*, quas Poetæ finxerunt filias eſſe Jovis, & Memoriæ. Oportet enim, virum eruditum, ac doctum intelligentia, memoriaque vigere. V. ſingulas ſuis locis. Earum propria officia complexus eſt *Auſon. Idyll.* 20. (*al. epigr.* 138.) his carminibus: Clio geſta canens tranſactis tempora reddit; Melpomene tragico proclamat mœſta boatu, Comica laſcivo gaudet ſermone Thalia; Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget. Terpſichore affectus citharis movet, imperat, auget; Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu. Carmina Calliope libris heroica mandat; Urania cœli motus ſcrutatur, & aſtra, Signat cuncta manu; loquitur Polyhymnia geſtu. Mentis Apollineæ vis has movet undique Muſas. In medio reſidens complectitur omnia Phœbus. ¶ Hæc tamen officia a Poetis confunduntur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 37. Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit ſtatus &c. ¶ Muſas dixerunt in Helicone habitare, qui mons eſt Bœotiæ, Parnaſſo vicinus. Hinc *Heliconides* appellantur. Parnaſſum quoque Phocidis montem habitare dicuntur, unde *Parnaſſides*. Incolunt etiam Cithæronem montem Bœotiæ, Parnaſſo finitimum, vel Parnaſſi partem, a quo *Cithæriades* nuncupantur. Pierius quoque mons Theſſaliæ, quæ olim fuit pars Macedoniæ, dicitur eſſe patria, & ſedes Muſarum. Hinc *Pierides* vocitatæ ſunt. Alia etiam earum cognomina ſunt, a locis, quæ incolunt. Nam vocantur *Theſpiades*, a Theſpia oppido Heliconi propinquo: item *Hippocrenides*, quod de Hippocrene fonte apud Heliconem bibunt, in eoque ſe lavant: item *Pegaſides*, a Pegaſo equo, qui eo loco ſaxum ungula feriens Hippocrenen fontem aperuit: item *Caſtalides*, a fonte Caſtalio in radicibus Parnaſſi: item *Aonides*, ab Aonia regione Bœotiæ montoſa, in qua Annius mons, & fluvius, item *Pimpleæ*, a Pimpla loco Phocidis apud Parnaſſum, vel a Pimpla monte, & fonte Macedoniæ, in Theſſaliæ confinio: item *Libethrides*, a fonte Magneſiæ, regionis intra Theſſaliam, & Macedoniam, qui Libethem, vel Libethro vocatur. ¶ Metonymice Muſa pro cantu, ſive carmine accipitur. *Virg.* 8. *Ecl.* Paſtorum Muſam Damonis, & Alpheſibœi. *Id.* 6. *Ecl.* Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam. Item pro quavis diſciplina liberali. Hinc Muſas forenſes, pro Rhetoricæ ſtudio, *Auct. dial. de cauſ. corrupt. eloq. c.* 12. dixit. *Gell. l.* 9. *c.* 9. A liberali tamen muſa nunquam abſtinuit. *Et in præfat.* Ejuſdem muſæ æmuli. h. e. ejuſdem diſciplinæ. ¶ *Craſſiore Muſa*, eſt rudi ſtylo vel ſermone. *Quinct. l.* 1. *c.* 10. Libet propter quoſdam imperitiores craſſiore, ut vocant, Muſa dubitationem hujus u-

tilitatis eximere. ¶ Pedeſtris Muſa, eſt genus dicendi tenue, vel angraſte, & ruſticanum. Hor. l. 2. Serm. Sat. 6. Quid prius illuſtrem Satyris, Muſaque pedeſtri?

Muſæum. V. Muſeum.

Muſæus, i, poeta antiquiſſimus Orphei tempore, quem alii Lunæ filium, alii Orphei faciunt, cujus certe fuit diſcipulus, teſte Servio ad illud Æn. 6. v. 667. Muſæum ante omnes &c. ¶ Alius item poeta tempore Anni Martii. ¶ Alius grammaticus, cui tribuunt carmen Græcum de amoribus Heronis, & Leandri. V. Caſaub. ad Laert. l. 1.

Muſæus, & Muſeus, a, um, delle Muſe, μουσαῖος, quod Muſarum eſt. Lucr. l. 1. v. 932. Muſæo contingens cuncta lepore. Adde v. 946. ¶ Eſt etiam idem quod Muſivus. Trebell. Poll. in 30. Tyrann. n. 24. Corona piſturata de muſeo. Vet. inſcript. apud Spon. Miſcell. p. 39. Opere muſeo exornavit.

Muſca, æ, f. moſca, זבוב, Ger. eine fliege, oder mucke, Gal. mouche, Hiſp. moſca, μυῖα, parvum animal volatile, a Græca voce allata, ſ inſerto, more antiquo. Var. l. 3. de re ruſt. c. 16. Non ut muſcæ ligurium. ¶ Puer abige muſcas, apud Cic. de Orat. c. 60. dictum de homine importuno, & moleſto. ¶ Ne muſca quidem, reſpondit Vibius Criſpus cuidam interroganti, ſolus ne eſſet in cubiculo Domitianus, quod ille imperator ſoleret acu per otium muſcas venari, quod in proverbium tranſiit. Sueton. in ejus vita c. 3. ¶ Muſcam Plaut. Merc. 2. 3. 26. vocat curioſum hominem, & huc illuc diſcurrentem. Et Pœn. 3. 3. 76. muſcas pro Paraſitis poſuit, qui ad aliorum cœnas non vocati advolant.

Muſcarium, rii, n. paramoſche, Ger. fliegenwedel, Gal. è ventail, chaſſemouche, Hiſp. moſcadero, σόβη, flagellum, quo muſcæ abiguntur. Martial. l. 14. in lemmate epigrammatis 67. ¶ Ab horum ſimilitudine muſcarium etiam appellatur coma illa quarundam herbarum, in qua ſemina dependent, qualis eſt fœniculi anethi, & ſimilium. Plin. l. 12. c. 26. Semine in muſcario dependente, ut ferulæ.

Muſcarius, a, um, μυιακὸς, quod ad muſcas pertinet, ut Araneus muſcarius, qui venatur muſcas. Plin. l. 29. c. 6. Aranei muſcarii telæ. ¶ Apud Vitruv. l. 7. c. 3. clavi muſcarii dicuntur, qui ſunt capitulis latioribus, ſeu umbellatis, eo pacto quo Plin. quarundam herbarum comam muſcarium appellat.

Muſcerda, æ, f. ſterco di topi, Ger. meuſſdreck, Gal. fiante de ſouris, Hiſp. aſſiertol de raton, μυόχοδος, murum ſtercus. Plin. lib. 29. cap. 6. Præterea, ut Varro noſter tradit, murinum ſimum, quod item muſcerdas appellat.

Muſcidus, a, um, muſco obſitus, muſcoſus. Sidon. l. 8. ep. 16. Muſcidi pumices.

Muſcipula, f. 1. trappola da prender topi, Ger. meuſsfall, Gal. ratiere, Hiſp. ratonera, μυάγρα, μυωγρα, machina, qua mures capiuntur. Varro l. 1. de re ruſt. c. 8. Niſi totas vineas oppleveris muſcipulis.

Muſcipulum, i, n. idem quod muſcipula. Phædr. l. 4. fab. 1. v. 8. Mus, qui ſæpe laqueos, & muſcipula eveſerat.

Muſcoſus, a, um, βρυώδης, quod muſco opertum eſt, ut Muſcoſi fontes, Muſcoſa prata, &c. Plin. l. 12. c. 1. Muſcoſi pumices. Cic. l. 3. ad Q. Fr. ep. 1. c. 12. Apodyterin nihil muſcoſius.

Muſcula, læ, f. moſchetta, parva muſca. Auguſtin. l. 7. de Trinit. c. 3.

Muſculoſus, a, um, pieno di muſcoli, Ger. aderich, Gal. plein de muſcles, Hiſp. muſculoſo, μυώδης, plenus muſculis. Celſ. l. 5. c. 10. At ſi nervoſus, aut muſculoſus is locus eſt. Colum. l. 6. c. penult. pectore muſculoſo eſſe.

Muſculus, li, m. 2. topolino, Ger. ein meuſſlin, Gal. petit rat, Hiſp. murgano, μυΐσκος, parvus mus. Cic. 2. de Div. c. 14. Nam & muſculorum jecuſcula bruma dicuntur augeri. ¶ Eſt & nomen piſciculi, qui balænæ fungitur oculorum vice, quæ cauda curſum ejus moderatur, ne in vada impingat. Eſt enim balæna luſcioſa, & pene excæculata. Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 425. Plin. l. 9. c. 62. ¶ Etiam concharum generi convenit hæc appellatio. Plaut. Rud. 2. 1. 9. Celſ. l. 2. ¶ Præterea ut Græcis μῦς, ita Latinis muſculus vocatur in animali motus voluntarii inſtrumentum, quod carne, fibriſque conſtat. muſcolo. Plin. l. 20. c. 21. Item contuſis, luxatis, tumoribus, & muſculis, nervis, articulis imponitur. ¶ Muſculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti bellatores foſſas urbis apportatis lapidibus, lignis, & terra complent, & ſolidant, ut turres ambulatoriæ ſine impedimento vehantur ad murum. gallerie. Sunt minores vineis, ſubdititeſque, & majores, firmioreſque pluteis. Sed alii muſculum machinam eſſe dicunt, qua muri perfodiuntur. Cæſ. l. 7. B. G. A caſtris longurios, muſculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis cauſa paraverat, profert. Id. l. 3. bell. Civ. Scalas, muſculoſque ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari juſſit. V. Veget. l. 4. de re milit. c. 16.

Muſcus, m. 2. βρύον, villoſa illa lanugo, quæ in arboribus, ac ſaxis provenit, qualem videmus circa fontes, & loca humida, qualis etiam eſt illa, quæ in mari petris innaſcitur, ac mari innatat, unde & in litus evolvitur, ac projicitur, quæ aliter alga dicitur, muſcolo, muſchio. Ovid. 8. Metam. v. 363. Molli tellus erat humida muſco. Horat. l. 1. ep. 10. Muſco circumlita ſaxa. Virg. Eclog. 6. Phaethontiadas muſco circumdat amaræ corticis. h. e. cortice muſcoſo, & amaro.

Muſeum, (rectius quam Muſæum, eſt enim græce μουσεῖον,) muſeo, luogo conſacrato alle muſe, ſacrarium Muſarum, locus ubi Muſæ colebantur, & reſponſa reddebant, cujuſmodi fuiſſe in Macedonia ad Olympum montem ſcribit Philoſtrat. in vita Apollon. Accipitur pro loco, ſeu ædificio, quo literarum & ſtudiorum cauſa homines conveniunt, quale fuit celeberrimum Alexandriæ, de quo Sueton. in Claud. c. 42. & Spartian. in Hadrian. c. 20. ¶ In eo publico ſumptu viri docti quamplures alebantur, ut literis vacarent. Caſaub. in Sueton. loc. cit. ¶ Muſea item in ædificiis appellantur opera ex pumicibus, & ſaxis eroſis conſtructa, ad ſpecus imaginem arte reddendam, grotteſco. Plin. l. 36. c. 21. ¶ In quibuſdam libris legitur Muſium pro Muſeum, ut apud Spartian. in Adrian. c. 20. Apud Alexandriam in Muſio. ¶ Et quia Muſeum invenitur etiam pro Muſivo, hinc fit, ut Muſeum æquivaleat utrique, & in unam ſæpe ſignificationem coaleſcant. V. Muſivum.

Muſeus, a, um. V. Muſæus.

Muſica, æ, vel Muſice, es, f. Muſica, Germ. Singkunſt, Gal. Muſique, Hiſp. Muſica, Μουσικὴ, ſcientia, quæ modum canendi demonſtret. a Muſis. Antiqui ſignabat univerſæ humanitatis ſtudia, ſed poſteriores modulationi numerorum ſpeciatim id nomen tribuerunt. Muret. in Tuſculan. 1. Cic. de Orat. Num Geometriam Euclide, aut Archimede, num Muſicam Damone, aut Ariſtoxeno tractante, &c. ¶ Apud Græcos antiquos tantæ venerationis fuit, ut iidem Muſici, & Vates, & Sapientes judicarentur. Cujus ſcientiæ cum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet, ut inquit Cicero, indoctior habitus eſt. Quintil. l. 1. c. 10. Muſice antiquis temporibus tantum venerationis habuit, ut &c. ¶ Artem muſicam tractare, pro Comœdias ſcribere, Terent. Phorm. prol. v. 18 & ibi Donat. ¶ Occulta muſica nullus eſt reſpectus, Græcum proverb. uſurpatum a Nerone, cauſas prodeundi in ſcenam quærente, ut eſt apud Suet. in ejus vita, c. 20. Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος: vel Οὐδὲν ὄφελος κρυφίας τῆς μουσικῆς. Significat autem, animi dotes ſi non profe-ras, perinde eſſe quaſi non habeas. Eccli. cn. 32. Sapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? Gell. l. 13. c. ult. Noſti verbum illud in Græcia vetus, muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei.

Muſicarius, ii, m. muſicorum inſtrumentorum artifex. Vet. inſcript. Colocaſio vernæ dulciſſ. & muſicarum ingenioſiſs.

Muſicatus, a, um, ad muſicæ artis regulas factus, ut muſicatæ cantilenæ, apud Apul. in Aſclep.

Muſice, es. V. Muſica.

Muſice, adverb. μουσικῶς. Muſica ætatem agere, h. e. ſplendide, delicate, laute, & alienis ſumptibus: cui affine eſt, tibicinis vitam agere. Caſaub. ad Athen. l. 1. c. 8. Plaut. Moſtell. 3. 2. 4. Muſice hercle ætatem agitis, ita ut vos decet, vino, & victu vitam colitis &c.

Muſicus, a, um, muſicale, μουσικός, quod ad Muſicam pertinet. Cic. 2. de legib. c. 15. Mutare muſicas leges. Phædr. l. 4. fab. 19. Muſicus ſonus. Quintil. l. 1. c. ult. Muſicis modis cantica excipere. ¶ Muſica, in plur. numero abſolute pro muſica arte. Cic. 1. Orat. c. 42. In muſicis numeri, & voces, & modi. ¶ Uſurpatur etiam hoc adjectivum pro literario, ſeu poetico. Hinc Ter. Phorm. prol. v. 18. Artem muſicam tractare. h. e. Comœdias ſcribere. Et Horat. prol. v. 23. Ad ſtudium muſicum ſe applicare. eodem ſenſu. Gell. in præfat. ad fin. Eandem legem ego commentariis his legendis dabo, ut ea ne attingat, neve adeat profeſtum, & profanum vulgus, a ludo muſico diverſum. Sidon. in Narbon. v. 102. Muſas vix magis muſicas putares. h. e. magis doctas.

Muſicus, ci, ſubſt. m. Muſico, שורר, Ger. Sanger, Gal. Muſicien, Hiſp. Muſico, Μουσικός, qui Muſicam profitetur. Cic. 2. Tuſc. Si abſurde canat is, qui ſe haberi velit Muſicum. Id. 1. Off. c. 41. In fidibus Muſicorum aures vel minima ſentiunt.

Muſimo, vel muſmo, onis, m. μούσμων, animal ex duobus animalibus diverſæ ſpeciei procreatum. Non. c. 2. n. 532. Muſimones, aſini muli, aut equi breves. Plin. l. 8. c. 49. definit muſimonem animal genitum ex ariete, & capra, forma arietis, villo caprino. Sed latius hæc vox patet, ut quæ etiam ad aſinos, mulos, equoſque extendatur. Cato apud Non. loc. cit. Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. Lucil. ibid. equum muſimonem habet. ¶ In locorum Plauti quidam Cod. habent muſmo.

Muſinor, aris, atus ſum, dep. 1. verbum fictum a Muſa, quod ſignificat commentari, ſcribere. Plin. in præfat. nat. hiſt. Dies vobis impendimus, cum ſomno valetudinem computamus, vel hoc ſolo præmio contenti, quod dum iſta, ut ait Varro, muſinamur, pluribus horis vivimus.

Muſivarius, ii, m. artifex muſivi operis. Cod. Theodoſ. l. 10. de excuſat. artif.

Muſium, ii. V. Muſeum.

Muſivum, vi, n. opus concinne teſſellatum, variiſque picturatum, lavoro, e dipinto a moſaico, cujuſmodi videre eſt in Æde Divi Marci Venetiis. Spartian. in Peſcenn. Nigro, cap. 6. Hunc in Commodianis hortis, in porticu curva pictum de Muſivo videmus, ſacra Iſidis ferentem. Trebell. Poll. in Tyran. n. 24. Accipiens ab his coronam civicam picturatam de muſio. Ubi alii leg. muſeo. Muſivum enim, idem eſt ac Muſium, ſive muſeum, quæ omnia ſunt varie inflexa ab una voce græca μουσεῖον. V. Muſeum.

Muſmo. V. Muſimo.

Muſſatio, onis, f. muſſitatio, actus muſſandi. Ammian. l. 20. cap. 8. Salutem muſſatione quæritabam, & latebris.

Muſſitatio, onis, actus muſſitandi. Apul. l. 8. Metam. poſt init. de canibus venaticis. Taciteque prius ſervata muſſitatione, ſigno ſibi repentino reddito, latratibus miſcent omnia.

Muſſito, as, n. 1. parlar ſotto voce, μύζω, freq. a muſſo, hoc eſt, multum, & frequenter muſſo. Plaut. Mil. 3. 1. 119. Illi inter ſe certant donis, ego hæc muſſito. Id. Pſeud. 1. 5. 85. Non a me ſcibas piſtrinum in mundo tibi, cum ea muſſitabas? Apul. Apolog. Hunc illa timorem muſſitabas, adverſari propalam non audebat. ¶ Significat etiam tacere, cum ſilentio pati. Plaut. Mil. 2. 5. 65. Quid propius fuit, quam ut perirem, ſi locutus fuiſſem hero? P. Ergo, ſi ſapis, muſſitabis. Ter. Adelph. 2. 1. 53. Accipienda, & muſſitanda injuria adoleſcentium eſt. Ubi Donatus notat, proprie muſſitare, eſſe diſſimulandi cauſa tacere. Adde Plaut. Caſ. 3. 5. 33.

Muſſo, as, avi, atum, muſſare, parlar ſotto voce, לחש, Germ. mudern, Gal. grommeler, Hiſp. grunir, μύζω, ſubmiſſe voce loquor, ut alii exiſtimant, etiam murmuro, a mutio. Liv. 7. c. 25. Muſſantes inter ſe rogitabant. Plaut. Aulul. 2. 2. 10. Æquum eſt, neque occultum id haberi, neque per metum muſſari. ¶ Dicitur etiam de apibus murmurantibus. Virg. 4. Georg. muſſantque oras, & limina circum. Et de juvencis mugientibus. Id. Æn. 12. Stat pecus omne metu mutum, muſſantque juvencæ, Quis pecori imperitet. ¶ Figurate ponitur pro dubitare. Virg. 11. Æn. v. 345. cuncti ſe ſcire fatentur, Quid fortuna ferat patriæ, ſed dicere muſſant. Id. 12. Æn. v. 657. Muſſat rex ipſe Latinus, Quos generos vocet. Lucret. l. 6. v. 1177. muſſabat tacito medicina timore. h. e. hærebat cogitans, quodnam excogitato morbo remedium afferret. ¶ Item pro tacere, inquit Feſtus, adducitque hæc Ennii verba. Non decet muſſare bonos. quorum tamen hæc ſententia eſſe poteſt, bonos libere loqui debere. Sed vereor, ut hic ſenſus ex Ennio colligi poſſit. Non repugnat tamen hujus verbi naturæ, unde eſt Muſſita, quod vide.

Muſtace, es, f. 1. lauri genus maximo folio, ita dictum, quod muſtaceis ſubjiceretur. Plin. l. 15. c. 30.

Muſtaceum, & Muſtaceus, i, m. & n. moſtacciuolo, raſicione, οἰνοῦττα, libi genus eſt, quod in nuptiis adhiberi ſolebat, cujus conficiendi rationem docet his verbis Cato de re ruſt. c. 121. Muſtaceos ſic facito: farinæ ſiligneæ modium unum muſto conſpergito: aniſum, cyminum, adipis pondo duo, caſei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito, & ubi definxeris, lauri folia ſubtus addito, dum concoques. Juven. Sat. 6. v. 201. Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis non es amaturus, ducendi nulla videtur cauſa, nec eſt, quare cœnam, & muſtacea perdas. Cic. Att. l. 5. ep. 20. Laureolam in muſtaceo quærere. proverb. quod ſignificat, ex re frivola, & exigua laudem quærere.

Muſtarius, a, um, quod ad muſtum attinet, ut Muſtarius urceus, quo muſtum reponitur. Cato de re ruſt. c. 11.

Muſtela, æ, f. 1. donnola, γαλῆ, animal parvum, ſed oblongum, flavi coloris, quod columbariis, aliiſque id genus aviariis maxime inſidiatur, ova exſorbens, ipſaſque etiam aves enecans. V. Plinium l. 29. c. 4. ¶ Eſt etiam muſtela, γαλεός, piſcis, proximam a ſcaro bonitatem obtinens. Plin. l. 9. c. 17. ¶ Hunc Paulus Jovius in eo libello, quem de piſcibus Romanis edidit, multis argumentis oſtendit eundem eſſe, atque illum, quem nos a lambendis petris lampetram vocamus.

Muſtelatus, a, um, adject. a muſtela, ut muſtelatum peplum, h. e. colore muſtelino tinctum, apud Apul. l. 2. Metam.

Muſtelinus, a, um, γαλέινος, quod eſt ex muſtela. Ter. Eun. 4. 4. 21. Vetuſtus, ſenex, colore muſtelino.

Muſtellago, inis, f. herba, quæ & Daphne dicitur. Apul. de herb. c. 27.

Mu-

Digitized by Google

Muſteus, a, um, adject. *moſtoſo, di moſto*, γλευκινὸς, qui ex muſto eſt, cui muſti ſaporem habet. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 59. Mala, quæ ante muſtea vocabant, nunc melimela appellant. Eadem habet *Plin. l.* 15. *c.* 14. *Col. l.* 9. *c.* 15. Transfertur in vaſa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferveſcat, iſque ſæpius ligula purgandus eſt. ¶ Sumitur & pro recenti. *Plin. l.* 11. *c.* 4. Caſeus muſteus. *formaggio freſco, e tenero. Id. l.* 12. *c.* 7. Piper muſteum, *verde, e tenero*. Sic muſteum ſuccinum, apud *eund. l.* cc. *c.* 7. ¶ Tranſlate *Plin. l.* 8. *ep.* 21. Quam maturiſſime legere hunc adhuc muſteum librum. h. e. recentem, & inſtar muſti incoctum.

Muſtricula, æ, forma ſutorum lignea, cui inducunt corium, ut calceum efficiant. *Afran. apud Feſtum*. Muſtriculam in dentes iadam tibi. ¶ In gloſſis Iſidori legitur: Muſtricula, machinula ad ſtringendos mures. Sed in hac ſignificatione caret latino exemplo idonei Scriptoris.

Muſtulentus, a, um, muſto plenus, muſteus. *Plaut. Ciſtel.* 4. 2. 90. Ita muſtulentus æſtus nares attigit. In aliquibus Codicibus hæc verba deſunt. *Apul. l.* 1. *Metam.* muſtulentus autumnus.

Muſtum, ſti, n. *moſto, vino nuovo*, תִּירוֹשׁ, Ger. *moſt*, Gal. *mouſt*, Hiſp. *moſto*, γλεῦκος, οἶνος μοσχίλος, vinum novum, a μόσχος, tener, novellus. *Ovid.* 2. *de Arte*, *v.* 695. Qui properant, nova muſta bibant. *Cic. in Bruto*, *c.* 83. Sic ego iſtis cenſuerim & novam iſtam quaſi de muſto, ac lacu fervidam orationem fugiendam. *Col. l.* 12. *c.* 27. Muſtum lixivium, hoc eſt antequam prælo preſſum ſit, quod in lacum defluerit, tollito.

Muſtus, a, um, o. *c.* 2. *nuovo*, νέος, recens, a μόσχος, tener, novellus. *Non. c.* 2. *n.* 518. Muſtum non ſolum vinum, verum novellum quicquid eſt, recte dicitur. Nævius in Gymnaſtico, Utrum eſt melius, virginem an, an viduam uxorem ducere? virginem, ſi muſta eſt. *Cato Cenſorius apud Priſc.* De agna muſta paſcenda.

Mut. V. Mu.

Muta, æ, Dea, quæ & Lara, & Larunda, Larium mater, una ex Najadibus, quam ob intemperantiam linguæ Jupiter uſu loquendi privavit. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 583. *Lactant. l.* 1. *inſtitut. c.* 20.

Mutabilis, le, o. 3. *mutabile, inſtabile*, Germ. *vvanckelbar*, Gall. *muable, inconſtant*, Hiſp. *mudable*, μεταβλητικὸς, ἀμετάβολος, quod facile mutatur. *Virg.* 4. *Æn. v.* 569. Varium, & mutabile ſemper fœmina. *Cic. de nat. Deor.* Omne corpus mutabile eſt. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Mutabilis vulgi animus. *Valer. Max. l.* 6. *c. ult. n.* 14. Quid hujus conditione mutabilius? *Porc. Latro declam. in Catil.* Mutabiliſſimæ voluntates.

Mutabilitas, atis, f. *mutabilità, incoſtanza*, תְּמוּרָה, Ger. *vvanckelmutigkeit*, Gal. *mutabilité*, Hiſp. *mutabilidad*, ἀστασία, ἀλλοίωσις, mobilitas. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 35. Hæc inconſtantia, mutabilitaſque mentis quem non ipſa gravitate deterreat?

Mutabiliter, adv. *mutabilmente*. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 548. Inſtabilis animus ardens mutabiliter avet habere, & non habere.

Mutatio, onis, f. *mutazione*, Ger. *enderung*, Gal. *mutation*, Hiſp. *mutacion*, μεταβολὴ, actus mutandi, converſio, motus. *Cic.* 12. *Phil. c.* 2. Conſilii mutatio optimus eſt portus pœnitenti. *Id. in Acad.* Ut nulla vis tantus queat motus, mutationeſque moliri. *Id.* 1. *Offic.* 1. 33. Mutationem facere. *Ter. Eun.* 4. 4. 4. Mutatio veſtis. *Plin. lib.* 13. *v.* 854. Mutatio ſedis.

Mutator, oris, qui mutat. *Lucan. l.* 8. *v.* 854. Mercis mutator Eoæ. h. e mercator. *Arnob. l.* 3. Mercium, commerciorumque mutator.

Mutatus, us, m. idem ac mutatio. *Tertull. de Pal. c.* 4. Incredibili mutatu.

Mutatus, a, um, *mutato*, partic. a muto. *Cic. in Pom.* Rerum hoc natura nec manent, nec mutata ratio ferat. *Virg.* 2. *Æn.* Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore, &c. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 58. Ac, niſi mutatum, parcit defundere vinum, *guaſtato*.

Muteſco, is, o. 3. *divenir muto*, κωφόομαι, mutus fio. *Lact. l.* 7. Cum in exitu lingua muteſcat. *Apul.* Muteſcere taciturnitate. *Mart. Capell. l.* 8. Cuncta velut muteſcentia tacuerunt.

Muticus, a, um, ἄκερως, mutilus, truncatus, a μίτυλος, *cornibus carens*. *Varro de re ruſt. l.* 1. *c.* 48. Spica mutica dicitur, quæ non habet ariſtam: Eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum.

Mutilago, ginis, f. herba tithymalus. *Apulej. de herb. c.* 108.

Mutilatio, onis, f. *troncamento*, actus mutilandi. *Celſ. l.* 7. *c.* 9. Levis mutilatio. Al. leg. *mutatio*.

Mutilatus, a, um, κολοβωθεὶς, truncatus, diminutus, particip. a mutilor. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Sutrum tradidit altero dente mutilato. *Ovid. de Nuce*, *v.* 37. At mihi ſæva nocent mutilatis vulnera ramis. *Cic.* 3. *Phil. c.* 12. In Galliam mutilatum ducit exercitum. ideſt diminutum.

Mutilo, as, avi, atum, a. 1. *troncare*, קצץ, Ger. *geſtuemplen*, Gal. *mutiler*, Hiſp. *deſmochar*, κολοβόω, trunco, aliquid detraho, diminuo. *Ter. Hec.* 1. 1. 8. Quia ſpolies, mutiles, laceres, quemque nacta ſis.

Mutilus, li. V. Mytilus.

Mutilus, a, um, *tronco*, κολοβὸς, κυλλὸς, truncatus, aut membro aliquo diminutus, ut boves, aut capri, qui cornua non habent, a μίτυλος, *cornibus carens*. ¶ Sunt, qui ſic diſtinguunt *mutilum* a *manco*, ut *mutili* dicantur, quibus ferro, vel alia re aliquod membrum exſectum ſit, *manci*, quibus membrum naturæ vitio deſit. *Hor. l.* 1. *ſerm. Sat.* 5. Cum ſic mutilus miniteris. *Caſ. l.* 6. *B. G. c.* 26. Mutilæque ſunt cornibus. ¶ Mutilum pecus, abſolute, quod cornibus caret. *Col. in præfat. lib.* 1. Id ipſum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum, & ſetoſum. ¶ Tranſlate ſumitur pro imperfecto. *Cic. in Or. c.* 9. Sed cum mutila quædam, & hiantia locuti ſunt.

Mutina, f. *Modena*, Colonia, & Urbs Galliæ Togatæ, in via Æmilia, antiqua, unaque ex 12. Tuſcorum Coloniis: in qua M. Antonius D. Brutum obſedit, quem tamen Octavianus collectis veteranis militibus liberavit. *Cic.* 5. *Phil.*

Mutinenſis, ſe, adject. *Modeneſe*, ad Mutinam pertinens, ut Mutinenſia arma. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 625.

Mutinus, i, Deus, idem ac Priapus, ſuper cujus pudenda ſedere jubebatur nova nupta, ut ejus pudicitiam is prior delibaſſe videretur. *Arnob. l.* 4. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 11. & *l.* 6. *c.* 9. ¶ Ponitur & pro virili membro. *Auctor Priap. carm.* 73. rubro, Priape, furibus minare mutino. ¶ Legitur & *Mutonus*, & *Mutunus*.

Mutio, is, n. 4. *parlar con timore*, לחש, Germ. *leiſſreden*, Gal. *grommeler, gronder*, Hiſp. *hablar entre dientes*, μύζω, γρύζω, eſt muti inſtar ſignum facere, ſeu ſtrepitum, ſive ſubmiſſa & imperfecta voce fabulari, aut unum verbum tantum dicere, vel timide loqui. Eſt a ſono. Nempe ut a γρῦ, γρύζω, ita mutire, vel muttire a mu, vel mut. *Plaut. Mil.* 2. 1. *ſc.* 6. Si poſt hunc diem mutivero. *Terent. Andr.* 3. 2. 25. Itaque hercle nihil jam mutire audeo. ¶ Dicitur etiam de hircis. Auctor *Philom. v.* 58. Et mutire capris hirce petulce ſolet. ¶ Sumitur quoque pro crepitare, ſtrepere. *Plaut. Curc.* 1. 1. 94. Viden', ut aperiuntur ædes feſtiviſſimæ? non mutit cardo. Ubi quædam Edition. habent *muttit* duplici t, & ſic quoque legitur in *Gloſſ. veterib.* ¶ *Voſſ. in Etymol.* verbo *Mutus*, ait, mutire eſſe canum proprium, cum irritari incipiunt, ſed hoc nullo probat exemplo.

Mutitio, & Muttitio, onis, actus mutiendi. *Plaut. Amph.* 1. 3. 21. Quid tibi hanc curatio eſt rem, verbero, aut mutitio? *h. e.* Quid curas, aut mutis?

Mutito, as, n. 1. ἀλληλοτροφῶ, eſt mutua inter ſe ſe convivia agitare, a mutuus. *Gell. l.* 2. *c.* 24. Principes civitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent. id eſt, mutua inter ſe convivia agitarent. Hæc *Gell.* ¶ *Turneb. l.* 14. *cap.* 18. a *mutuus* mutuitare dici ſcribit, atque ita apud *Gellium* legere jubet. Sed *l.* 17. *c.* 1. retinet *mutitare*, quod eſt in vulgatis, ſed per Syncopen ex *mutuitare* factum opinatur. Retinet quoque hanc ſcripturam Lipſius in Saturnalibus.

Muto, as, avi, atum, a. 1. *mutare, variare*, הֶחֱלִיף, Germ. *endern*, Gal. *changer*, Hiſp. *mudar*, ἀλλάττω, mutationem facio, verto, vario, ut Muto veſtem, animum, mentem, conſilium. Conſtruitur cum acc. *Cicer.* 3. *Verr.* Alias revocabat eos. inter quos decreverat, decretumque mutabat. *Plin. l.* 9. *c.* 29. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci, & maxime in metu. ¶ Vel cum altero acc. & præp. *in*, vel *ad*. *Cicer. pro Roſc. Am.* Verſa, & mutata in pejorem partem ſunt omnia. *Plin. l.* 7. *c.* 4. Mutari in marem. *Cicer. de Orat.* Id ad omnem rationem mutatur, & vertitur. ¶ Vel cum acc. & abl. *Horat. epiſt.* 1. mutat quadrata rotundis. ¶ Vel cum acc. & abl. cum *præp. de*, & *cum*. *Liv. l.* 1. *c.* 37. Neque tum Tarquinius de Equitum Centuriis quicquam mutavit. *Ter. Eun.* 3. 3. 24. Ut veſtem cum eo mutem. ¶ Vel cum acc. & duobus ablativis, altero ſine præp. altero cum præp. *cum*. *Sall. in Jug.* Eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus. ¶ Vel cum ablat. & præp. *pro*. *Salluſt. in Jug.* Non debere incerta pro certis mutare. ¶ Factum mutare, eſt pœnitere. *Ter. Andr.* 1. 1. Haud muto factum. *Donatus*. ¶ Mutare animum, mores, ſententiam, voluntatem, &c. apud *Cic. de Provinc. Conſ. Ter. Phorm.* 5. 2. & *Virg.* 4. *Æn. mutar parere, voglia, coſtume, opinione*. *Horat. l.* 1. *ep.* 11. *ad fin.* Cœlum, non animum mutant qui trans mare currunt. ¶ Mutare fidem, in malam partem, *ingannare, mancar di parola*. *Ter. Phorm.* 3. 2. 27. Neque ex orare, ut me maneat, & cum illo mutet fidem. *Plaut. Mil.* 3. 1. 36. Ne iſtanc amittam, & hæc mutet fidem. ¶ Mutare ſolum, *mutar paeſe, andar' in bando*. *Cic. in Parad.* Omnes impii exules ſunt, etiamſi ſolum non mutarunt. ¶ Mutare veſtem, *veſtir' a lutto*, apud Rom. propter aliquam calamitatem mos fuit, quod factum ſui exilii cauſa gloriatur *Cic. poſt red. in Sen.* ¶ Mutare aliquid ære, *vendere*. *Colum. l.* 9. Dum viridis ætas pulchritudinem corporis conſervat, ære mutandi ſunt. Sic, mutare pretio. *Pallad. l.* 8. *tit.* 4. *de bubus*. Autumno debiles quæque pretio mutentur, ne eas imbecillas hibernum frigus abſumat. ¶ Mutare merces, *negoziare*. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. Hic mutat merces. *Virg. Ecl.* 4. nec nautica pinus mutabit merces. ¶ Mutare abſolute poſitum pro mutari. *Liv. l.* 5. Annona ex antevecta copia nihil mutavit. *Id. l.* 2. Tantum fortunam mutaſſe, ut qui modo victores, ii verſo Marte &c. ¶ Mutare jumenta, *mutar cavalli, correr le poſte*. *Caſ. l.* 3. *B. C. cap.* 11. Mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompejum contendit. ¶ *Virg. Ecl.* 4. Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. h. e. croceo colore tinget. ¶ *Plin. in Paneg.* Nihil mutavit fortuna te ipſo, *non ha fatto in te cangiamento veruno*.

Muto, onis, m. 3. πέος, penis, mentula, a μύττος. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 68.

Mutoniatus, m. 2. ἐνόρχης, mentulatus, cui mentula eſt magna. *Martial. l.* 11. *ep.* 64. Dormit cum pueris mutoniatis.

Mutonus. V. Mutinus.

Mutuarius, a, um, idem quod mutuus. *Apul. Apolog.* Mutuarias operas cambire cum vicinis.

Mutuatio, onis, f. δάνεισις, acceptio mutui. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 42. Qui me ea pœna mulctaverit, quam ſine mutuatione, & ſine verſura poſſem diſſolvere. *Id.* 3. *de Or.* Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, cum quod non habeas, aliunde ſumas. *Id. pro Flacc. c.* 2. Cum multos minutis mutuationibus defraudaſſet.

Mutuatitius, a, um, δανειστὸς, quod mutuo datur. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Maximeque in pecuniæ mutuatitiæ uſu, atque commercio. Al. leg. *mutuaticæ*.

Mutuatus, a, um, partic. a mutuor, *chi ha pigliato ad impreſtito*. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 2. *extern.* 1. Mulier præſidium ab innocentia mutuata. ¶ Invenitur & in paſſiva ſignificatione, *tolto ad impreſtito*. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Luna in totum mutuata a ſolis luce fulget.

Mutue, adv. idem ac mutuo. *Cicer. l.* 5. *Fam. ep.* 7. Quibus ſiquando non mutue reſpondetur.

Mutuiter, adverb. mutuo, *ſcambievolmente*. *Varr.* apud *Non. c.* 11. *n.* 30. Vive, meque ama mutuiter.

Mutuito, as, mutuum rogito. *Plaut. Merc. Prol. v.* 52. Mutuitanti credere.

Mutulus, i, lignum, vel lapis extra murum prominens, ſuper quo trabium capita ſedent, & fulciuntur, *menſola, cornice*. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Ubi V. *Bald. in Lexico*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. Mutuli crebri omnibus columnis impoſiti. *Col. l.* 8. *c.* 9. Ad lineam mutuli per parietem defixi.

Mutunus. V. Mutinus.

Mutuo, as, a. 1. *pigliare in preſtanza*, δανείζομαι, mutuum accipio, apud vet. *Cæcil.* apud *Non. c.* 7. *n.* 48. Ad amicos curiat mutuatum, mutuet cauſa mea. ¶ Reperitur etiam pro mutuum dare, *preſtare*, δανείζειν. *Plaut. Trin.* 4. 3. 44. Siquis quod mutuaverit, ſit pro proprio perditum. Sed legendum eſt, mutuum dederit. Ita enim habent opt. Exemplaria.

Mutuo, adv. *ſcambievolmente, vicendevolmente*, Ger. *einander*, Gal. *l'un l'autre*, Hiſp. *a vezes*, ἀμοιβαίως, πρὸς ἀλλήλους, invicem, viciſſim. *Cic. in Pam.* Omni tempore ſumma ſtudia, & officia mutuo inter nos certatim extiterunt. *Plane. Cic.* 10. *Fam. ep.* 11. Fac valeas, meque mutuo diliges.

Mutuor, aris, atus ſum, d. 1. *pigliare in preſtanza*, לָוָה, Ger. *entlehnen*, Gal. *emprunter*, Hiſp. *tomar preſtado*, δανείζομαι, mutuum accipio. Uſurpatur de iis rebus, quæ non eædem reſtituuntur, ſed ejuſdem generis. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 15. Cum abundare debeam, cogor mutuari. *Id. ad Q. Fr.* Tu quicquam ab alio mutuaris? *Id. Att. l.* 8. *ep.* 6. Mutuari in ſumptum. ¶ Tranſlate eſt aliunde ſumere, *torre, pigliare*. *Cic. de Fat.* Oratores ab Academicis ſubtilitatem ingenii mutuantur. *Caſ. l.* 8. *B. G.* A quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Rurſus *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 18. A viris virtus nomen eſt mutuata. *Hirt. de B. G. l.* 8. *c.* 21. Mutuari auxilia ad aliquam rem.

Mutus, a, um, *muto*, אִלֵּם, Ger. *ſtumm*, Gal. *muet*, Hiſp. *mudo*, κωφὸς, ἄφωνος, locutionis expers, a μῦθος, vel μύστης, vel μύτης, vel a ſono, quem muti edunt, qui eſt μῦ, mu, ut ſcribit *Varro lib.* 6. *de L. L.* *Cicer. Phil.* 3. *c.* 9. Mutum eſſe ſatius eſt, quam quod nemo intelligat dicere. *Id.* 3. *de Leg.* Magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum Magiſtratum. ¶ Mutæ litteræ, ἄφωνα γράμματα, dicuntur quædam ex conſonantibus, quod reſpectu aliarum litterarum modicum, & veluti mutum quendam reddant ſonum. Apud Latinos octo ſunt, b, c, d, g, k, p, q, t. Vide *Grammaticos*. ¶ Mutæ artes dicuntur pictura, ſtatuaria, & hujuſmodi, quæ cum non loquantur, res tamen ipſas exprimunt. *Cicer.* 3. *de Orat.* Et, ſi hoc in iis quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum, quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? ¶ Interdum mutarum artium nomine minus celebres intelliguntur. *Virg.* 12. *Æn.* Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi maluit, & mutas agitare inglorius artes. ¶ Muta animalia, muta armenta, mutæ beſtiæ. *Cic.* 1. & 2. *Nat. Deor.* & *Sen. Theb.* 5. & *Quintil. l.* 6. *c.* 1. ¶ Forum mutum,

tum, h. e. in qua cauſæ non aguntur. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 9.* Sic mutum e litteris tempus. *Id. Att. l. 8. ep. 22.* ¶ Muti lapides dicuntur ſo agris, in quibus nihil eſt inſcriptum. *Manut. ex Hygeno de limitib.* ¶ Mare mutum. h. e. placidum. *Plaut. Mil. 3. 1. 70.* ¶ Muta commendatio, eſt facies formoſa, quæ licet non loquatur, ſatis ſe tuetur. *P. Syrus in Mimis.* Sic, mutus aſpectus miſerorum movet, apud *Quintil. l. 6. c. 1* ¶ *Ovid. 2. de Pont. el. 7.* Omnis pro nobis gratia muta fuit. h. e. Amicorum favor, & gratia nihil pro me intereeſſit.

Mutuſcæ, f. 1. Trebula, *Monte Leone*, opp. Sabinorum, oleo abundans. Hinc oliviferæ Mutuſcæ apud *Virg. 7. Æn. v. 711.*

Mutuſcani, orum, Mutuſcarum oppidani. *Plin. l. 3. c. 12.*

Mutuum, adv. mutuo. *Lucil.* apud *Non. c. 3. n. 538.* Si maxime mutuum hoc mecum facis. Poteſt tamen hoc loco & pro adjectivo accipi.

Mutuus, a, um, *vicendevole, ſcambievole*, πρὸς ἀλλήλους, reciprocus, pariter, atque æqualiter reſpondens. *Cicer. pro Roſc. Amer. c. 38.* Ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. *Plin. l. 9. c. 62.* Odio mutuo inter ſe flagrant. *Liv. l. 4.* noctemque omnem terroris mutui impleſſe. h. e. tam Romanis, quam Volſcis timentibus. *Aurel. Victor. de Vir. illuſtr.* Mutuis vulneribus ſe confecere. Sic mutuis prœliis inter ſe pugnare, apud *Hirt. de bell. Afric.* Mutua carne inter ſe veſcuntur olores, *ſi mangiano l'un l'altro*. *Plin. l. 10. c. 23.* ¶ Mutuus animus dicitur, cum par voluntas accipitur, & redditur. ideſt ut ab eo ameris, quem amas. *Cicer. 5. Fam. ep. 2.* Quod autem ita ſcribis, pro mutuo inter nos animo, quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur, & redditur. ¶ Dare aliquid alicui mutuum, *impreſtare*, & dicitur de illis rebus, quæ non ſolent eædem reſtitui, ſed ejuſdem generis, ut ſunt *pecunia*, *frumentum*, & alia hujuſmodi. Nam in cæteris verbum *commodo* uſurpandum eſt. *Cic. Att.* Ille mihi ſeſtertia tredecim non reddit, quæ dedi ejus filio mutua. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 59.* Rogare mutuum argentum, *dimandare in preſtito*. *Id. Perſ. 1. 1. 44.* Aliunde exorare mutuum. *Cic. Verr. 3.* Sumere pecunias mutuas ab aliquo, *pigliare in preſtito*. *Juſtin. l. 19. c. 2.* Novam ad exercitum deportandum mutuo petere. ¶ Translate *Plaut. Amph. 2. 2. 187.* Si pudoris egeas, ſumas mutuum. *Id. Curc. 1. 1. 07.* Ea me deperit; ego autem cum illa facere nolo mutuum, *non voglio corriſpondere*. ¶ Addunt quidam Lexicographi, uſurpari & ſubſtant. *mutuum, i*, id tamen nullo idoneo exemplo confirmant. nam v. g. apud *Plaut. Trinum. 4. 3. 48.* optimi Cod. habent: talentum mutuum, quod dederam. non mutue. Siquando autem apud Scriptores *mutuum* abſolute legatur, ſubintelligitur argentum, triticum, aut aliquid hujuſmodi. ¶ *Mutua* in plur. num. pro *mutue*, adverb. *Lucret. l. 2. v. 75.* Et inter ſe mortales mutua vivunt. Adde *eund. l. 4. v. 301. & 945. & l. 5. v. 1099.*

M ANTE Y.

Mya, fem. μύα, genus conchæ, ſive margaritæ in freto circa Boſphorum Thracium, uniones ruſſos, ac parvos gignens. *Plin. l. 9. c. 35.*

Myacanthon, i, n. 2. μυάκανθος, herba, al. corruda, id eſt ſylveſtris aſparagus. *Plin. lib. 8. c. 9.*

Myaces, m. 3. μύακες, piſces ex concharum genere, qui muricum modo concervantur, vivuntque in locis algoſis, & ubi dulcis aquæ copioſa mari miſcetur. *Plin. l. 32. c. 9.*

Myagrus, m. 2. μύαγρος, μελάμπυρον, herba ferulacea, foliis ſimilibus rubiæ, tripedanea, ſemine oleoſo. Fit enim ex eo oleum, quod oris ulceribus ex perunctis medetur. *Plin. l. 27. c. 12.*

Myagrus, m. 2. μύαγρος, muſcarum Deus, qui & Myodes dicitur, teſte Plutarch. *Plin. l. 10. c. 28.* Invocant & Ægyptii ibes ſuas contra ſerpentum adventum, & Elei Myagron Deum muſcarum, multitudine peſtilentiam afferente, quæ protinus intereunt, quo litatum eſt illi die.

Mycalæus, a, um, Mycalenſis. *Claud. 2. in Eutrop. v. 264.* Icarium pelagus, Mycalæaque litora.

Mycăle, es, f. 1. mons, & opp. Cariæ, ſeu potius Joniæ, inter Mæandrum, & Cayſtrum fl. non procul ab Epheſo, & prom. ejuſdem montis e regione Sami inſ. apud Trogilium prom.

Mycalenſis, ſe, adject. ad Mycalen pertinens. *Val. Max. l. 6. c. 9. extern. 5.* Excelſiſſimus Mycalenſis montis vertex.

Mycaleſſus, i, promontorium montis Mycalenſis. *Stat. 7. Theb. v. 272.*

Mycematias, æ, m. 1. μυκηματίας, terræ motus cum mugitu, apud *Ammian. l. 17. c. 16.*

Mycēnæ, arum, & Mycene, es, f. 1. Μυκῆναι, opp. Peloponneſi, in Argia regione, conditum a Lacedæmone Semeles filio, teſte Iſidoro, al. a Perſeo filio Danaes, & denominatum a Mycena Nympha, in quo Agamemnon regnavit. *Virg. 6. Æneid. v. 838.* Agamemnoniaſque Mycenas. *Ovid. 2. Faſt. v. 83.* Junonem Sparta Pelopejadeſque Mycenæ; quoniam ſcil. ibi Pelops habitavit, a cujus filio Thyeſte Thyeſteas etiam vocat *Lucan. l. 1.* ¶ In ſing. num. *Silius l. 1. v. 27.* Ante Agamemnoniam gratiſſima tecta Mycenen.

Mycenæus, a, um, adject. ad Mycenas pertinens. *Ovid. 2. Triſt. v. 400.* ſeque, Mycenæo Phœbas amata duci.

Mycenenſis, e, adject. Mycenæus. *Cic. Fin. c. 6. ex Poeta:* Omnes Danai, aut Mycenenſes, Attica pubes.

Mycēnis, idis, f. Iphigenia, a Mycenis orbe. *Ovid. 12. Met. v. 34.* Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cervo.

Mycōne, es, f. 1. Myconos, *Micole*, *Micoli*, Μύκονος, inſ. maris Ægei, una Cycladum, cum arce permunita, & duplici portu, inter Tenon, & Icarum, a Delo 15. M. P. in Or. Sub hac inſ. fabulantur Poetæ ſepultos eſſe Gigantes ab Hercule interfectos. *Virg. 3. Æn. v. 76. Stat. 1. Achill. v. 205.*

Myconius, a, um, ad Myconem inſulam pertinens, et Myconii ejuſdem incolæ, quos omnes calvos naſci ſcribit *Plin. l. 11. c. 37.*

Myconus, i, idem ac Mycone. *Donat. ad Terent. Hecyr. 3. 4. 26.* Myconi omnis calva juventus.

Mydriăſis, is, f. 3. μυδρίασις, oculorum morbus, quo pupilla effunditur, & dilatatur, aciesque ejus hebeſcit, ut deſcribit *Celſus l. 6. c. 8.* ubi ſemel græcis litteris, & ſemel latinis hanc vocem ſcribit.

Mygdonia, f. 1. μυγδονία, regio litoralis Macedoniæ, in qua Niobe in ſaxum verſa eſt, inter Axium, & Strymonem fl. ac juxta ſinum Toronaicum. ¶ Item Aſiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi ſuperjacet. *Solinus* ſcribit, hanc ante Bebryciam dictam, mox a Bithyno Rege Bithyniam appellatam eſſe. ¶ Item regio Meſopotamiæ, apud Mygdonium fl. dicta a Mygdone Rege, vel a Mygdonibus pop. Macedoniæ, teſte *Plinio*.

Mygdonides, æ, patronym. a Mygdone rege, h. e. Chorœbus ejus filius. *Virg 2. Æn. v. 345.* Juveniſque Chorœbus Mygdonides. *Ovid. 6. Metam. v. 45.* Mygdonideſque nurus.

Mygdonius, a, um, adject. ad Mygdoniam, vel ad Mygdonem regem pertinens, ut Mygdoniæ opes. *Horat. l. 2. od. 12.* Mygdonium marmor. *Ovid. ep. 13. v. 142.*

Mygdonius, m. 2. fl. Meſopotamiæ, qui Niſibim urb. interluit. *Plin. Strabo*, & alii.

Mygdōnus, m. 2. filius Ciſſei Regis Thraciæ, frater Otrei, & Hecubæ uxoris Priami, pater Chorœbi.

Myiagrus, i, m. Μυΐαγρος, deus muſcarum: a μυῖα, muſca, & ἄγρα, captura. *Solin. c. 1. (al. 2.) poſt init.*

Mylasæus, a, um, ad Mylas pertinens. Sunt autem Mylæ oppidum Siciliæ, nunc *Melazzo*, in ora occidentali, non procul a Peloro: de quo *Plin. l. 3. c. 8. & l. 2. c. 98.* Apud hoc oppidum Cæſar Auguſtus navali prœlio Sex. Pompejum Cn. filium ductu M. Agrippæ ſuperavit, ut *Suet. in ejus vita, c. 16. & Flor. l. 4. c. 8.* narrant. *Auſon. in Moſell. v. 315.* Aut Pompejani Mylaſena pericula belli. Al. leg. *Mylæa*, eod. ſenſu.

Mylœcos, m. 2. μυλαιῶκος, genus vermiculi ex blattis, a μύλη, *mola*, quod circa molas fere ſolent naſci. *Plin. l. 30. c. ult.*

Myllus, i, μύλλος, pudendum mulieris, a μυλλός, *curvus*, *tortuoſus*. Apud *Plaut. Caſ. 4. 2. 14.* ubi in vulgatis legitur: qui amas, tamen hercle ſi eſurit, nullum eſurit: ſunt qui legendum putant *myllum eſurit*. Vide *Taubman.*

Myobarbum Liberi Patris, titulus eſt epigrammatis 28. (al. 30.) *Auſonii*, quod cantharum interpretatur *Scalig. lection. Auſon. l. 2. c. 27.* ita vero dici putat a græca voce μῦς, & latina *barba*. Sed nihil certi aſſert, nec dum ab ullo ſtudioſo allatum eſt.

Myoctŏnos, m. 2. μυοκτόνος, aconitum herba, ſeu radix aconiti, ita dicta, quod a longinquo mures interficiat. *Plin. l. 27. c. 3.*

Myopăro, onis, m. μυοπάρων, *nave corſara*, genus navigii piratici, forma media inter onerariam, & longam triremem. *Feſtus.* *Cic. in fragment. l. 3. de Rep.* Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. *Id. in Verr.* Illi ſtatim myoparonem egregium de ſua claſſe ornatum, atque armatum dederunt.

Myophōnum, neut. 2. μυόφωνον, herba muribus exitialis, forte eadem quæ myoctonos, & aconiton, a μῦς, *mus*, & φόνος, *cædes*. *Plin. l. 1. c. 9.*

Myops, yōpis, μύωψ, *corto di viſta*, luſcioſus, qui adeo debili eſt oculorum acie, ut non niſi proxime admotas oculis res videat. Græca vox eſt, q. d. μύων ὦπας, claudens oculos. Ea utitur *Ulpian. l. Item Quæritur Dig. de Ædil. edict. &c.*

Myoſōta, f. 1. μυὸς ὦτα, herba, Latine muris auricula, & alſine. *Plin. lib. 26. c. 4.* ¶ Refertur & alterum myoſotæ genus a Dioſcoride, quod & myoſitis, μυοσωτίς, appellatur. *Plin. l. 27. c. 12.*

Myrica, æ, f. *tamariſco*, *tamerigio*, μυρίκη, genus humilis virgulti, al. tamarix. Hujus duæ ſunt ſpecies, ſativa, quæ tamarix vocatur, altera ſylveſtris, quam in Achaia brium ſylveſtrem vocant, Galli ſua lingua *bruyere*, ut Ruellius cenſet. V. *Plin. l. 13. c. 21.* *Virg. 4. Ecl.* Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricæ.

Myrini campi, locus erat in Ætolia, ubi Apollo colebatur. *Strab. lib. 13.* *Martial. l. 9. epigr. 43.* Campis dives Apollo ſic Myrinis. Alii aliter leguot. V. *Campe.*

Myrīnus, m. 2. μύρινος, mas murænæ, qui dentes extra os habet. *Plin. l. 9. c. 23.*

Myriophyllon, idem ac millefolium. *Plin. l. 23. c. 16.*

Myrmecias, æ, m. 1. μυρμηκίας λίθος, genus lapidis, al. morion, a myrmecia, verruca. *Plin. l. 37. c. 2.* Myrmecias nigras habet eminentias ſimiles verrucis.

Myrmecites, m. μυρμηκίτης λίθος, gemma. *Plin. l. 37. c. 2.* Myrmecites innatam repentis formicæ effigiem habet, ſcarabæorum cantharias.

Myrmecium, ii, n. *porro delle mani, o piedi*, Germ. *gerſtenkorn*, Gal. *poireau*, *agacin*, Hiſp. *verruga*, μυρμηκία, μυρμήκιον, verruca lupini amplitudine fere in palmis manuum, & plantis pedum naſcens, a μύρμηξ, *formica*, quod formicæ in morem pungat. *Celſ. l. 5. c. 28. n. 14.* ¶ Eſt etiam genus aranei capite formicæ ſimili, alvo nigra, guttis albis diſtinguentibus, deſcribente *Plin. l. 29. c. 4.*

Myrmice, adv. more formicarum: a μύρμηξ, formica. Itaque *myrmice incedere*, eſt, quod ait *Plaut. formicino gradu incedere*. *Catull. carm. 42. in quandam.* Turpe incedere myrmice, ac moleſte. Al. leg. *mimice*.

Myrmidon, ŏnis, m. 3. filius Jovis ex Corimoſa Nympha, Rex Athenienſium poſt Cecropem.

Myrmidŏnes, um, m. 3. μυρμιδόνες, Theſſaliæ populi, quorum majores ex Ægina inſula ortum trahebant, ſed Peleum patria profugum ſecuti in Theſſalia ſedes fixerant. *Strabo l. 7.* Nominis rationem ad hujuſmodi fabulam Poetæ referunt. Cum peſtilentia in Ægina crudeliſſime eſſet graſſata, eamque inſulam viris propemodum exhauſiſſet, Æacus cum ad radicem quercus infinitum pene formicarum numerum conſpexiſſet, Jovem traditur oraſſe, ut ſibi parem virorum numerum concederet, precibuſque ejus vix abſolutis, formicæ in viros commutatæ fuerunt. *Ovid. 7. Metam.* Sed alii deducunt a Myrmidone Rege. ¶ Achillem ad bellum Trojanum ſecuti ſunt. *Virg. 2. Æneid.*

Myrobalănum, i, n. *mirabolano*, μυροβάλανον, glans unguentaria, glans Ægyptia, hoc eſt fructus cujuſdam arboris myricæ ſimilis, magnitudine nucis avellanæ. *Plin. l. 12. c. 21.* Ex ea fiebat unguentum quoddam odoratum, quo capilli ungebantur. Eodem id nomine vocatur, & legitur in *titulo epigrammatis 57. l. 4. Martialis*. Quoniam vero heroicum carmen ingredi non poteſt, ſic explicat *Martial. ibid.* Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat, & ex balano. *Celſ. l. 4. c. 9.* græcis litteris ſcribit.

Myrobrecarius. V. Murrhobathrarius.

Myron, onis, m. 3. μύρων, ſtatuarius inſignis, Hegeſiladis diſcipulus. Ex hujus operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære, veræ vaccæ ſimilima. *Cic. 6. Ver. Ovid. 3. de Ponto, Propert.* & alii.

Myropōla, m. 1. *profumiere*, רוקח, Germ. *ſalbenkramer*, Gall. *parfumeur*, Hiſp. *perfumero*, μυροπώλης, unguentarius, unguentorum venditor. *Plaut. Caſ. 2. 3. 10.* Myropolas ſollicito omnes, ubicumque unguentum eſt lepidum.

Myropolium, ii. 2. *profumeria*, Ger. *eine apotheke*, Gal. *boutique de parfums*, Hiſp. *perfumeria*, μυροπωλεῖον, taberna unguentaria, locus, ubi unguenta venduntur, a μύρον, unguentum, & πωλέω, vendo. *Plaut. Amph. 4. 1. 3.* Omnes plateas perreptavi, gymnaſia, myropolia.

Myrothecium, n. 2. μυροθήκιον, unguentorum repoſitorium. Unde Cicero ſcribit, ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe in commentario Conſulatus ſui ſcribendo, hoc eſt pigmenta Oratoria, *l. 2. Att. ep. 1.*

Myrrha, æ, fem. *mirra*, σμύρνα, μύῤῥα, arbuſcula in Arabia, altitudine quinque cubitorum, non ſine ſpina, caudice duro, & intorto, cujus cortice inciſo defluit lacryma, quæ & ipſa myrrha vocatur, ſeu ſtacte, cujus præcipua virtus eſt, ut mortuorum cadavera incorrupta conſervet. *Plin. l. 12. c. 15. & 16.* ¶ Eodem nomine vocabatur potio quædam dulcis ad ebrietatem arcendam. *Plaut. Perſ. 1. 3. 7.* Commiſce myrrham. Al. leg. *murrham*. ¶ Legitur & *murrha*, ex Latinorum more *y* in *u* vertendi.

Myrrha, æ, f. 1. Cinyræ Regis Cypriorum filia, quæ nefando patris amore capta, cum aliquot noctes opera nutricis cum illo concubuiſſet, tandem illato lumine agnita, cum illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapſa, in Arabiam profugit, ubi in arborem ſui nominis eſt converſa. *Ovid. 10. Met.*

Myrrhapia, ſive myrapia, n. 2. μυράπιον, genus pyrorum odore gratiſſimum. *Plin. l. 15. c. 15.*

Myrrhātus, a, um, myrrha conditus. Exemplum V. in Murrhatus.

Myrrhſus, a, um, o. s. 2. σμυρνινος, quod eſt ex myrrha. *Horat. l.* 3. *od.* 14. Myrrheum nodo cohibere crinem. h. e. myrrha delibutum. Sic apud *Tibull. l.* 3. *eleg.* 4. Stillabat Syrio myrrhea rore coma. Utroque loco eſt qui legit *myrtea*. ¶ Scribitur & *murrheus* ex Latinorum conſuetudine gratam *y* in *u* latinum vertendi.

Myrrhina, æ, f. eſt potio prædulcis, ſc. vinum myrrha conditum. *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 51. Myrrhinam, paſſum, defrutum. *Varr. de vita pop. R.* Antiquæ mulieres majores natu bibebant lorem, aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum, quam myrrhinam Plautum quidam appellare putant. ¶ Legitur & *murrhina*. mos eſt enim Latinis mutandi *y* in *u*.

Myrrhinus, a, um, ex Myrrha lapide pretioſo. V. *Murrinus*.

Myrrhis, idis, herba cicutæ ſimilis, ſaporis, & odoris jucundi. *Plin. lib.* 24. *c.* 16. & alibi.

Myrrhites, maſc. 1. gemmæ ſpecies, quæ myrrhæ colorem, odorem habet unguenti. *Plin. l. ult. c.* 10.

Myrſilus, m. 2. μύρσιλος, Lydiæ Rex, alio nomine Candaules. *Plin. lib.* 35. *cap.* 8.

Myrſinites, m. 9. μυρσινίτης, ſpecies tithymali, foliis myrti acutis, compungentibus, ſed mollioribus. *Plin. l.* 26. *c.* 8. ¶ Item gemma, mellis nigricantis colore, myrti, al. myrrhæ odore. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Myrſus, maſc. 2. pater Candaulis, a quo & ipſe Myrſilus dictus eſt. *Plin. l.* 35. *c.* 8.

Myrtaceus, a, um, adject. a Myrto. *Celſ. l.* 7. *c.* 17. Ad ſimilitudinem myrtacei folii.

Myrtatus, a, um, adject. myrto conditus, ut myrtatum obſonium, apud *Plin. l.* 15. *c.* 29. Adde *Varr. l.* 4. *de L. L.* ubi legitur *murtatum* pro *myrtatum*.

Myrtea Venus. V. *Murcia*.

Myrteolus, & Murteolus, a, um, dim. a *myrteus*. *Colum. l.* 10. *v.* 237. *de cinara*. Hæc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo, Myrteolo modo crine viret. *h. e.* colore floris myrti. Al. leg. *myrteola* eod. ſenſu.

Myrteta, æ, f. idem ac myrtetum. *Plaut. in Vidula, in fragment.* apud *Priſcian. l.* 4. Neſcio qui ſervus e myrteta proſiluit.

Myrtetum, n. 2. *luogo, dove ſono piantati molti mirti*, μυρσινών, locus myrtis conſitus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 112. Litora myrtetis lætiſſima. *Salluſt. in Jug. c.* 48. Collis veſtitus oleaſtro, & myrtetis.

Myrteus, a, um, o. s. 2. *di mirto*, μύρτινος, quod ex myrto eſt. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 1. *v.* 34. Fallor, an in dextra myrtea virga fuit? *Tibull. l.* 1. *eleg.* 3. *v.* 66. Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. ¶ *Myrteum*, *i*, n. abſolute eſt oleum ex myrto. *Celſ. l.* 2. *c.* 33. ¶ Myrteus etiam dicitur, qui Myrti colorem refert, qui color medius eſt inter flavum, & nigrum. *Petron. Satyr.* Myrtea ſubornatus gauſapina. Adde exempla quæ ſupra attulimus in *Myrrheus*.

Myrtidanum, n. 2. μυρτίδανον, vinum ex ſylveſtris myrti baccis, & muſto albo. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Myrtilus, m. 2. μύρτιλος, filius Mercurii ex Phaethuſa, ſeu Myrto Amazone, auriga Oenomai, qui a Pelope curuli certamine cum Oenomao ob nuptias Hippodamiæ ejuſdem Oenomai filiæ certante pecunia corruptus axi veſtem non objecit, ut Oenomai currus diſſolveretur, & Pelops victor evaderet, quod cum feciſſet, a Pelope victore præmium poſtulavit, qui ab Oenomao moriente ante rogatus, ut Myrtili factum ulciſceretur, eundem in mare præcipitavit, quod ab eo Myrtoum dictum eſt. *Bocc. l.* 12. *Gen. Deor.*

Myrtinus, a, um, adject. idem quod myrteus, ut myrtinum oleum, apud *Plin. Valerian. l.* 1. *c.* 6. ¶ Quod vero addunt quidam Lexicographi ex *Plin. l.* 23. *hiſtor. natur. c.* 4. nobis incompertum adhuc eſt.

Myrtiolus, a, um, adject. myrtum colore referens. *Colum. lib.* 10. *v.* 108. de cinara herba. Myrtiolo modo crine viret, deflexaque collo Nunc adoperta manet &c.

Myrtites, æ, maſc. 1. vinum myrto conditum, μυρτίτης οἶνος. *Col. lib.* 12. *c.* 38. Vinum myrtiten ad tormina, & ad alvi proluviem, & ad imbecillum ſtomachum ſic facito. *Plin. l.* 30. *c.* 7. Dantur cochlearia bina in vino myrtite. ¶ Adjective *Pallad. in Decembr. tit.* 2. Vinum myrtite, ſicut dictum eſt ante, retingemus. V. *Abrotonites*.

Myrtopetalum, n. 2. μυρτοπέταλον, herba, al. polygonatos. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Myrtoum pelagus, *Mare di Mandria*, Μυρτῷον πέλαγος, pars maris Ægæi, quæ eſt inter Ægæum, & Jonium, inter Peloponneſum, & Atticam, ac Eubœam. Dictum eſt a Myrtilo Mercurii filio, qui in id projectus fuerat. *Ovid. in Ibin.* Sed *Plin. l.* 4. *c.* 11. dictum ſcribit a Myrto inſ. maris Ægæi, proxima Caryſto urbi Eubœæ. *Horat. lib.* 1. *od.* 1. Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.

Myrtuoſus, a, um, adject. myrteus. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Frutice myrtuoſo, palmæ altitudine.

Myrtum, i, n. V. Myrtus.

Myrtus, f. *mirto*, *mortella*, μύρτος, μυρσίνη, arbor baccas ſaporis præcipui ferens, & odoris gratiſſimi, ex quibus & oleum & vinum fit. Fuere & eædem Veteribus in uſu ad condiendos cibos, antequam piper reperiretur. *Plin. l.* 15. *c.* 29. ubi alia multa de myrto tradit. ¶ Veneri ſacra erat, quod inter cæteras arbores eximiæ ſit pulchritudinis, & odoris, teſte *eod. ibid.* & *l.* 12. *c.* 1. & *Virg. Ecl.* 8. Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Jaccho, Formoſæ myrtus Veneri. *Hor. l.* 2. *od.* 15. tum violaria, & Myrtus, & omnis copia narium Spargent olivetis odorem. ¶ Hinc Poetæ cultores Veneris myrto caput redimire ſolent. *Ovid.* 2. *de arte am. v.* 733. Finis adeſt operi: palmam date grata juventus: Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ. ¶ Convivæ etiam myrto coronabantur. *Hor. l.* 1. *od.* 30. Item ovantes, teſte *Plin. l.* 15. *c.* 29. ¶ Denique in nuptiis adhibebatur. *Claudian. de Nupt. Honor. &c.* ¶ Legitur etiam *myrtum* in neut. gen. pro bacca myrti. *Celſ. l.* 2. *c.* 30. Aſtringunt (alvum) mala cotonea, oleæ, myrta, palmulæ, &c. ¶ Item myrtus, us, 4. decl. *Virg. Georg.* 2. *v.* 65. Myrtus Paphiæ.

Mys, os, maſc. 3. μῦς, piſcis marinus, quem & murem marinum appellant. *Plin. l.* 9. *c.* 51. & *l.* 32. *c.* 11.

Mys, os, m. 3. Μῦς, nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. *Mart. l.* 8. *ep.* 50. Quis labor in phiala, docti Myos, anne Myronis?

Myſia, f. 1. regio Aſiæ min. ad Occ. extenſa. Duplex eſt, major, & minor. Minor eſt verſus Helleſpontum, inter Propontidem ad Bor. & Troadem ad Auſtr. Major eſt orientalior, inter Myſiam Min. ad Occ. Phrygiam magnam ad Or. Bithyniam ad Bor. mare Ægæum ad Mer.

Myſius, a, um, qui eſt ex Myſia. Exemplum *Ciceronis* V. in *Myſus*.

Myſomacedones, um, populi Aſiæ in tractu Myſiæ majoris, a Macedonibus oriundi. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Myſta, vel Myſtes, æ, m. 1. μύστης, ſacrorum, ſeu myſteriorum peritus, ſacerdos. *Senec. Herc. Fur. v.* 847. Et citi cecis properans relictis Attici noctem celebrare myſtæ. *Id. in Oedip. v.* 431. Condita laſcivi deducunt orgia myſtæ.

Myſtagogus, i, m. 2. μυσταγωγός, cuſtos ſacrorum, qui ſcilicet rerum ſacrarum cuſtodiæ eſt præfectus, quique hoſpitibus ſacra ſolet oſtendere. *Cic. Verr.* 4. *c.* 59. Qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant.

Myſteriarches, æ, μυστηριάρχης, ſacrorum cuſtos, vel princeps. *Prudent. Periſteph.* 2. *v.* 349. Bene eſt, quod ipſe ex omnibus myſteriarches incidit.

Myſterium, ii, n. 2. *miſterio*, רז, Germ. *geheimnis*, Gal. *myſtere*, Hiſp. *miſteria*, μυστήριον, res arcana, præſertim ſacra, a μύω, *claudo*, quia decet, res Sacras non temere evulgari, ne a vulgo contemnantur. Hoc nomine nationes appellarunt Orgia Samothracia, ac Cabirorum (de quibus *Pauſanias in Bœoticis*, & *Apollonii Interpres*) aut Liberi Patris, & in primis initia Eleuſinia (de quibus *Clemens Alexandrinus*, & *Euſebius de Præp. Evang.*) quæ duplicia dicuntur fuiſſe, magna, quæ Cereri ſacra erant, & parva, quæ Proſerpinæ. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* Hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem noſtri majores auguſte, ſancteque Liberum cum Cerere, & Libera conſecraverunt, quod quale ſit, ex myſteriis intelligi poteſt. *Id.* 2. *de Leg.* Quid ergo aget Jacchus, Eumolpidæque veſtri, & auguſta illa myſteria, ſiquidem ſacra nocturna tollimus? *Et infra*. Nam mihi cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe, tum nihil melius myſteriis, quibus ex agreſti, immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus. ¶ Transfertur & ad alia. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 25. Ne Rhetorum aperiamus myſteria. *Id. Att. l.* 4. *ep.* 18. Quæ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. Myſteria facere, *Nepos in Alcib. c.* 3. Aſpergebatur etiam infamia, quod in domo ſua facere myſteria dicebatur, idque non ad religionem, ſed ad conjurationem, &c. Loquitur de ſacris Cereris.

Myſtice, adv. *miſticamente*, *con miſtero*, arcane, cum myſterio, μυστικῶς, *Solin. de Ægypto c.* 32. (*al.* 45.) Delubra myſtice thalamos nominant.

Myſticus, a, um, μυστικός, *miſtico*, quod in arcanis Deorum ſacris fiebat, ut Myſtica ſacra, i. e. arcana ſacra. *Martial. l.* 8. *ep.* 81. Non per myſtica ſacra Dindymenes. *Virg.* 1. *Georg. v.* 161. & myſtica vannus Jacchi, h. e. quæ in Bacchi ſacris adhibetur, & arcanum aliquid ſignificat. *Tibull. lib.* 3. *eleg.* 6. Candida Liber, ades, ſic ſit tibi myſtica vitis &c.

Myſtus, m. 2. piſcis e genere lacertarum. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Myſus, a, um, adject. ad Myſiam pertinens. *Propert. lib.* 2. *eleg.* 1. *v.* 63. Myſus & Æmonia juvenis qua cuſpide vulnus Senſerat. ¶ Myſi, Myſiæ populi. *Horat. epod.* 17. In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum. ¶ Apud Romanos abjectiſſimi omnium gentium habebantur. Hinc *Florus l.* 4. *c.* 12. Myſos vocat Barbaros Barbarorum. Et *Cic. l.* 1. *ep.* 1. *ad Q. Fr. c.* 6. Myſium, aut Phrygium hominem pro contemptiſſimo quoque poſuit. Niſi forte, inquit, me Paconii neſcio cujus, hominis ne Græci quidem, ac Myſi, aut Phrygis, potius querelis moveri putas. *Id. pro Flacc. c.* 27. Quid porro in Græco ſermone tam tritum, atque celebratum eſt, ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur?

Mythicus, a, um, adject. μυθικός, fabuloſus, fabulas continens, ut Pantomimus mythicus, apud *Plin. l.* 7. *c.* 53. V. Pantomimus.

Mythiſtoria, æ, narratio fabuloſa, μυθιστορία. *Capitolin. in Macrino c.* 1. Libros mythiſtoriis replevit.

Mythiſtoricus, a, um, μυθιστορικός, fabuloſus, mixtus ex hiſtoriis, & fabulis, ut mythiſtorica volumina, apud *Vopiſc. in Firmo*, *c.* 1.

Mytilus, i, m. μίτυλος, piſcis ex genere concharum, cujus exuſti cinis cauſticam vim habet. *Plin. l.* 9. *c.* 51. & *l.* 32. *c.* 5. ¶ In cibis pro viliſſimo habetur. *Martial. l.* 3. *epigr.* 59. Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino; Sugitur inciſa mytilus ore mihi. *Voſſ. in Etymol.* ſcribit *mutilus*.

Myxa, æ, μύξα, Græcis eſt mucus, ſeu pituita e naribus effluens. ¶ Apud *Plin.* genus eſt pruni, exiguos ferens fructus, & guſtu ſuaves, ex quibus in Ægypto & vina fiunt, ita dictum ob mucoſum lentorem, *lib.* 13. *c.* 5. *l.* 15. *c.* 13. & 17. *c.* 10.

Myxon, onis, μύξων, (h. e. mucoſus) piſcis eſt ex genere mugilum, alio nomine bacchus. *Plin. l.* 32. *c.* 8. & *l.* 33. *c.* 12.

Myxos, vel Myxus, i, m. *lumicello*, μύξος, prominens pars lucernæ, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus, a μύξα, *mucus*. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 41. Illuſtrem cum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor.

Myxum, i, n. fructus myxæ arboris. *Pallad. in Februar. tit.* 25. *ad fin.* Nunc ſeruntur myxa ex nucleis in aliquo vaſe poſitis, donec plantæ induant firmitatem.

DE LITTERA N.

N Litera, una ſemivocalium, ab antiquis inter liquidas connumerata. Si primum in dictione locum teneat, aliquando ſumit ante ſe g, ut *Narus*, *gnarus*, unde *ignarus*. *Navus*, *gnavus*, unde *ignavus*.

N ANTE A.

Nabathæa, f. 1. Saracenis *Barrab*, Ναβαθαία, Dionyſ. Ναβαταία Steph. regio Arabiæ Deſertæ, vel Petrææ, in confinio Felicis, al. regio Arabiæ Petrææ ad Or. verſus Arabiam Deſertam, & inter Palæſtinam ad Bor. & Arabiam Felicem ad Mer. in qua metrop. Petra, quæ Nabathæa cognominatur a Strabone, opulenta, intra montes, inter Gazam 123. M. P. & ſinum Perſicum 600. ¶ Pop. Nabathæi.

Nabathæi, m. 2. pop. Arabiæ Petrææ, item alii in Arabia Felici, dicti a *Nabath*, al. *Naboth*, Iſmaelis filio, teſte Iſidoro, qui urbes ſine mœnibus habebant, ſervos nullos, pro equis camelis utebantur, Solem præ cæteris Diis colebant.

Nabathæus, a, um, Ναβαθαῖος, quod ad Nabathæam reg. ſpectat. *Juven. Sat.* 11. *v.* 126. Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu. ¶ Et quia Nabathæa regio Orientem ſpectat, factum eſt, ut Nabathæus accipiatur pro Orientali. *Ovid.* 1. *Met. v.* 61. Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna receſſit.

Nabis, is, f. *giraffa*, camelopardalis, lingua Æthiopum. *Plin. l.* 8. *c.* 18. ¶ Fuit hoc nomine crudeliſſimus Lacedæmoniorum Tyrannus, de quo meminere *Flor. l.* 2. *c.* 7. & *Sil. Ital. l.* 15. *v.* 670.

Nablium, ii, n. νάβλιον, inſtrumentum muſicum, idem quod pſalterium, vel valde ſimile. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 327. Diſce etiam duplici genialia nablia palma Vertere: conveniunt dulcibus illa modis. ¶ Legitur & *Naulium*.

Nacca, vel Nacte, vel Natta, æ. m. homo ſordidam artem exercens, ut fullo. *Feſtus*: Naccæ appellantur vulgo fullones, quod nauci non ſint. *Apul. l.* 9. *Metam.* Maritus apud nactam proximum cœnitabat. ¶ Translate de quovis ſordidiſſimo, & viliſſimo homine dicitur. Itaque huc pertinere quidam putant illud *Perſ. Sat.* 3. *v.* 31. Non pudet ad morem diſcincti vivere Nattæ? Et illud *Horat. l.* 1. *Sat.* 6. *v.* 124. ungor olivo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. Melius tamen his locis tanquam nomen proprium accipitur.

Nactus. V. Nanciſcor.

Næ, adv. *grandemente*, *ναί*, valde, vehementer, nimis. *Ter. prol. And. v.* 17. Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. hoc eſt, cum plus, quam opus ſit, velint intelligere, in eorum numero ſunt habendi, qui nihil

nihil intelligunt. Notant hic quidam Interpretes, in pleriſque lib. edi-
tis eſſe *ne* ſine diphthongo, & a græca *νὴ* duci. ¶ Sæpius tamen po-
nitur pro certe, utique, profecto, & fere pronomini præponitur, & in-
dicativum, vel conjunctivum modum poſcit, *certamente*, נאמן, German.
fuerwar, Gall. *en verité*, Hiſp. *ciertamente*. *Cic. Trebatio*, *10 Fam.* Næ
ego multo libentius emerim diverſorium Tarracinæ. *Id. Catil. 2. c. 3.* Næ
illi vehementer errant. ¶ Plautus hanc particulam ſæpe jungit cum
aliis adverbiis affirmativis, ut, *næ Ædepol*, *Amph. 2. 2. 213.* Næ her-
cle. *Aſin. 2. 4. 6.* Næ mecaſtor. *Menæch. 4. 2. 40.* &c. Næ Caſtor. *Id.
Aſin. 3. 1. 30.*

Nænia, V. Nenia.

Nævia Porta, *Porta maggiore*, *ſeu di S. Maria Maggiore*, porta urbis Ro-
mæ, inter Cœlimontanam, & Latinam, extra quam ad mille paſſus Næ-
via ſylva occurrit. *Feſtus*.

Næviānus, a, um, adject. ad Nævium poetam pertinens, ut Nævianus He-
ctor, apud *Cic. Fam. 5. ep. 12.* h. e. qui a Nævio inducitur. Nævianus
laudator, Næviana ſcripta, apud *eund. l. 1. ad Attic.* & *de Clar. Orat.*

Nævius, m. 2. Poeta Latinus, qui comœdias ſcripſit, quæ paſſim citantur
a *Nonio*, & *Feſto*, & bellum Punicum primum, in quo ipſe ſtipendia fe-
cit. *Cic. de Sen.* *in Bruto*, *4. Tuſc. Gell. l. 1. c. 24. ex Varrone*. Fuit ju-
nior Ennio. *Cic. 1. Tuſc.* Mortuus eſt Coſſ. Cethego, & Tuditano. *Cic. in
Bruto*. Ejus extat epitaphium apud *Gellium l. 1. c. 24.* arrogantiæ, ut Gel-
lius inquit, Campanæ plenum.

Nævius, a, um, adject. qui nævos in cute habet. *Arnob. l. 3.* Ergo eſſe di-
cendum eſt quoſdam capitones, frontones, labeones, in his alios men-
tones, nævios, &c.

Nævŭlus, li, m. dim. a *nævus*. *Gell. l. 12. c. 1.* An tu quoque putas, natu-
ram feminis mammarum ubera, quaſi quoſdam nævulos venuſtiores, non
liberum alendorum, ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe?

Nævus, m. 2. *neo*, כתם, Germ. *ein fleck*, Gall. *mouche tache*, Hiſp. *lunar*,
mancha, ἡ κηλὶς τοῦ σώματος, corporis inſigne, genitiva macula, olim
gnævus. *Feſtus*. Gnævus, corporis inſigne, & prænomen a generando dicta
eſſe, & ex ipſa ex Græco γεγονέναι, apparet. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 28.*
Nævus in articulo pueri delectat Alcæum. At eſt corporis macula nævus.
Illi tamen hoc lumen videbatur. *Plin. l. 22. c. 25.* Farina decocta in aceto
tollit nævos. ¶ Significat etiam tuberculum, ſeu carnem in corpore
excreſcentem; unde diminut. *nævulus*, quod vide.

Najas, adis, & Nais, idis, fem. 3. Ναϊὰς, ſeu Ναΐς, Nympha, & pro-
prie dicitur de Nymphis fontium, & fluviorum, a νᾶμα, ſeu νάματα,
fluentum, quod a νάω, uel νάω, vel ναίω, *fluo*. *Ovid. 2. Faſt.* Forte fuit
Nais, Lar nomina. *Et infra*: Naida Juturnam vir tuus, inquit, amat.
¶ In hac voce Najas litera jota interdum vocalis eſt, interdum conſo-
nans. *Virg. 6. Ecl.* Ægla Naiadum pulcherrima. *Id. 2. Ecl.* Adſurrant ſicco
Dryades pede, Najades udo. ¶ Interdum Najas pro quacumque Nym-
pha ponitur. *Virg. Ecl. 10. v. 9.* Quæ nemora, aut qui vos ſaltus habue-
re, puellæ Naiades? ubi Oreades, h. e. ſilvarum, & montium nymphas
intelligit.

Naĭcus, a, um, o. 1. e. quod ad Naiades ſpectat. *Proper. l. 2. eleg. 22. v.
40.* Suppoſita excipiens Naica dona manu.

Nais. V. Naias.

Nam, *percioccbè*, כי, Ger. *denn*, Gal. *car*, Hiſp. *porque*, γὰρ, enim, etenim,
conjunctio cauſalis, a Dorico μὰν pro μὴν, per Metatheſim. In oratione
primum tantum locum ſortitur. *Cic. in Orat.* Nam eſt longe aliter in
verſibus. ¶ Accipitur etiam pro idem. *Ter. Andr. prol. v. 5.* Nam in
prologis ſcribundis operam abutitur. ¶ Item pro *autem*, *vero*, vel
ſimili diſcretiva particula, & habet vim tranſeundi ab una re ad aliam.
Cic. ad Att. l. 9. ep. 2. Nam quod negas te dubitare, quin in magna of-
fenſa ſim apud Pompejum, non video, &c. ¶ In compoſitione poſt-
ponitur, ut Quiſnam. *Ter. Andr.* Quidnam hoc rei eſt? ¶ Olim et-
iam præponebatur. *Ter. Phorm. 5. 1. 3.* Nam quæ eſt anus e fratre egreſſa
meo? Ubi *Nam quæ* accipitur pro *quænam*. ¶ Uſurpatur & in inter-
rogationibus, & commotum loquentis animum fere ſignificat. *Virg. 12.
Æn. v. 637.* Nam quid ago? aut quænam ſpondet fortuna ſalutem? *Plaut.
Epid. 1. 2. 29.* Perdidiſti omnem operam. Ep. Nam qui perdidi? h. e.
cur? vel, quomodo?

Nana, æ, f. *nana*, femina monſtroſæ brevitatis. *Lamprid. in Alex. Severo
c. 34.* Nanos, & nanas, & moriones populo donavit.

Nancio, is, a. 4. idem ac nanciſcor, apud vet. *Gracchus* apud *Priſcian. l. 10.*
Si nanciam populi deſiderium, comprobabo Reip. commoda.

Nanciſcor, eris, nactus ſum, d. 3. *acquiſtare*, *ritrovare*, מצא, Germ. *uber-
kommen*, Gal. *recouvrer*, Hiſp. *hallar adquirir*, τυγχάνω, acquiro, conſe-
quor, aſſequor, ab antiquo *nancior*. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 33.* Quam
ille poteſtatem per ſcelus erat nactus. ¶ Eſt etiam invenire, perſen-
tire ſi de homine ſermo ſit. *Cic. 1. Fin.* Quoniam nacti te ſumus ali-
quando otioſum. ¶ Paræus in Lexico Crit. aliquot affert exempla ex
Plauto, *Val. Max.* & *Terent.* ubi in quibuſdam MSS. *nanctus*, pro *nactus*
legi ait. ¶ Uſurpatur ſæpe de iis rebus, quæ fortuito nobis eve-
niunt. *Cæſ. lib. 3. B. Civ. cap. 22.* Nacti turbidam tempeſtatem. *Nepos
in Attic. c. 21.* Cum compleſſet 77. annos, nactus eſt morbum, quem &c.
¶ Particip. nactus, paſſiva ſignific. *trovato*. *Hygin. fab. 8.* Ea occaſione
nacta, fugæ ſe mandavit. Et *fab. 28.* Qui ab Apolline nacti, ſunt inter-
fecti.

Nancitor, pro nactus erit, prædatus erit, affert *Feſt.* ex *leg. XII. tab.* &
ex antiquo Latino fœdere.

Nanque *percioccbè*, idem ac nam, vel ſiquidem, certe, & ponitur tum pri-
mo loco, tum ſecundo. *Planc. Cic. l. 10. Fam.* Nanque aſſiduis internun-
tiis cum Lepido egi. ¶ Ponitur etiam pro *ſed*, *verum*. *Cic. 1. de Or.*
Nanque illud quare Scævola negaſti?

Nanus, i, m. νάνος, νᾶνος, genus vaſis aquarii. *Feſt.* Nanum Græci Vas
aquarium dicunt humile, & concavum, quod vulgo vocant ſitulam bar-
batam. ¶ Hinc, ſi eidem *Feſt.* credimus, *nanus* dicitur homo bre-
viſſimæ ſtaturæ, *nano*; alio nomine pumilio, quæ vox latina eſt, *nanus*
autem origine græca, teſte *Gell. l. 19. c. 13.* Non deſunt tamen & pro
hac voce latini Auctores. *Juven. Sat. 8.* Nanum cujuſdam Atlanta voca-
mus. *Propert. l. 3. eleg. 9.* Nanus & ipſa ſuos breviter concretus in ar-
tus. ¶ Dicitur & de aliis animalibus. *Gell. loc. cit.* Bigis rheda ra-
pit citata nanis. Alii leg. *binis ovis*.

Napææ, ſeu Napeæ, f. 1. vallium Deæ, a νάπος, *ſaltus*, ſeu *vallis nemo-
roſa*. *Virg. 4. Georg. v. 535.* Faciles venerare Napæas.

Naphtha, f. 1. νάφθα, genus bituminis, circa Babylonem copioſiſſime pro-
veniens, cui tanta eſt cum igne cognatio, ut flamma tranſiliat in eam
undecunque viſam. V. *Plin. l. 2. c. 105.*

Napīna, f. 1. Γογγύλιον, ubi ſeminantur napi. *Col. l. 11. c. 2.* Napinæ, item-
que rapinæ ſiccanis locis per hos dies ſiunt.

Napuras nectito, cum dicit Pontifex, funiculi ex ſtramentis ſiunt. *Feſtus*,
qui in *Nectere* aliquanto plenius ſic habet: Nectere, ligare ſignificat, &
eſt apud plurimos Auctores frequens. Quin etiam in commentario ſacro-
rum uſurpatur hoc modo: Pontifex minor ex ſtramentis napuras nectito,
id eſt funiculos facito, quibus ſata adnectantur.

Napus, m. 2. *navone*, Germ. *ſteckeruebe*, Gal. *navent*, Hiſp. *nabo*, βουνιάς,
genus rapæ, quæ obtuſior eſt, & brevior. *Col. l. 2. c. 10.* Napus devexam
terram amat, & ſiccam. V. *Plin. l. 20. c. 4.*

Nar, aris, m. *la Nera*, Νάρος, fl. Italiæ, qui oritur ex Apennino M. in
ipſo conf. Piceni, & Umbriæ, per quam deinde fluens recipit Corvinum,
uti & Velinum fl. hinc Interamnam rigans, & Narniam, paulo infra
juxta Hortam Tiberi miſcetur. *Tacit. 1. Ann. c. 79.*

Narbo, onis, m. 3. Narbon, *Narbona*. Col. & Urbs Galliæ Narbonenſis,
ampla, & munita, olim Emporium celeberrimum, in Occitania prov. in
ora maris Mediterranei, apud Atacis flu. oſtia. Hæc urbs condita eſt a
Romanis Olympiade 160. teſte Polybio. Cognominata eſt Narbo Mar-
tius, quod eo Cæſar ex Martia legione colonos deduxerit. *Cic. pro Fon-
tej.* Eſt in eadem provincia Narbo Martius, Colonia noſtrorum civium,
ſpecula P. R. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum, & ob-
jectum.

Narbonenſis Gallia, ante Braccata, Ναρβωνίτις, una ex quatuor Galliæ par-
tibus, dicta a Narbone Martio: olim Romanorum Provincia, quæ a Py-
renæis montibus ad Alpes extenditur, & Interno Mari alluitur. Separa-
tur ab Hiſpania Pyrenæis montibus, ab Italia Varo fl. & Alpibus, a re-
liqua Gallia fl. Garumna, Gebenno monte, & Rhodano fl.

Narcīſſinus, a, um, ναρκίσσινος, quod ex narciſſo fit, ut Oleum narciſſi-
num, unguentum narciſſinum. *Plin. l. 21. c. 19.* Ex hoc flore fit narciſſi-
num oleum ad emolliendas duritias.

Narciſſītes, æ, m. ναρκισσίτης, gemma narciſſi colorem habens, venis he-
deræ diſtincta. *Plin. l. 37. c. 11.*

Narciſſus, m. 2. *narciſo*, νάρκισσος, lilii genus, radice carnoſa, atque odo-
ta, flore purpureo, folia in radice habens ad ſimilitudinem foliorum a-
rundinis, ſed aliquanto craſſiora, a νάρκη, *torpor*, quia gravis ejus odor
torporem affert. *Plin. l. 21. c. 19.*

Narciſſus, m. 2. Νάρκισσος, puer, Cephiſi amnis, & Lyriopes Nymphæ fi-
lius tanta formæ præſtantia, ut, cum aliquando ad fontem bibiturus ac-
ceſſiſſet, conſpectæ ſuæ imaginis amore captus ſit, cumque nulla potiun-
di amoris ſpes eſſet, nimio deſiderio contabeſcens, in florem ſui nominis
commutatus fuerit. *Ovid. 3. Met.*

Nardĭfer, a, um, nardum ferens, ut *Ganges nardifer*, apud *Grat. in Cyne-
get. v. 314.*

Nardĭnus, a, um, adject. qui eſt ex nardo, ut nardinum unguentum, alio
nomine foliatum, cujus conficiendi rationem docet *Plin. l. 13. c. 1.* ¶ Nar-
dina pyra dicuntur, quæ nardi odorem habent. *Id. l. 15. c. 15.*

Nardoſtachyon, n. 2. νάρδου ςάχυς, nardi ſpica. *Apic. l. 7. c. 6.*

Nardus, i, f. & Nardum, i, n. *nardo*, *ſpiga*, νάρδος, frutex eſt gravi, &
craſſa radice, ſed brevi, ac nigra, fragilique, quamvis pingui, ſitum re-
dolente, ut cyperi, aſpero ſapore, folio parvo, denſoque, cacuminibus
in ariſtas ſe ſe ſpargentibus, unde gemina dote nardi ſpicas, & folia con-
celebrent. *Celſ. l. 3. c. 21. Plin. l. 12. c. 12.* ¶ Eſt præterea herba
huic non diſſimilis, quam ob id pſeudonardum vocant, folio craſſiore, car-
noſo, anguſto, colore languido in candidum vergente, frequentibus ſpicis
in ariſtas ſparſis, floſculis purpureis, gaudens petroſis locis, & apricis,
tanta ſuavitatis fragrantia, ut omnes flores odoris ſuavitate provocet,
qua dote in veſtibus inſeritur. ¶ Nardus Gallica, ſive Celtica, her-
ba eſt, a pſeudonardi ſpeciebus diverſa, folia habens longiuſcula, & fla-
veſcentia, floremque luteum. *Id. l. 12. c. 12.* Baccaris vocatur nardum
ruſticum, de quo &c. *Hor. l. 2. od. 71.* Aſſyriaque nardo potamus uncti.
Ubi nardus pro unguento nardino ponitur. Sic *Tibul. l. 2. eleg. 2.* Illius
e puro diſtillent tempora nardo.

Nares, ium, f. *narici*, נחירים, Ger. *naſenloecher*, Gal. *narines*, Hiſp. *narizes*,
ῥῖνες, naſi latiores partes, in quibus ſunt ſpiracula, a nomine græco allato,
per Metatheſin *Cic. 3. de nat. Deor.* Itemque nares, ea, quod omnis odor
ad ſuperiora fertur, recte ſurſum ſunt. ¶ Reperitur etiam in num.
ſing. *Ovid. 3. Metam.* Pandaque naris erat. ¶ *Naribus aduncis indul-
gere*, eſt naribus in rugam contractis ſubſannare, ſeu irridere. *Perſ. ſat.
1. v. 40.* Rides, ait, & nimis uncis naribus indulges. ¶ *Acuta naris
homo* dicitur ſapiens, prudens, ſagax, qui facile rem ſubodorat. *Horat.
l. 1. ſat. 3. v. 29.* Iracundior eſt paulo, minus aptus acutis Naribus ho-
rum hominum. *h. e.* acri horum judicio. *Id. l. 1. ep. 19. v. 45.* Naribus
uti formido. *h. e.* cenſure, & judicia. ¶ *Emunctæ naris verſus* dici-
tur, qui gravis, & elegans eſt. *Id. ibid. ſat. 4. v. 8. de Lucilio.* Emunctæ
naris durus componere verſus, *diſadatto a far buoni verſi*. ¶ *Homo
obeſæ naris* dicitur ſtupidus, & craſſi ingenii. *Id. Epod. 12.* Munera cur mi-
hi, quidve tabellas mittis nec firmo juveni, nec naris obeſæ? ¶ *Na-
ribus uti*, eſt dijudicare, & ſub cenſuram vocare, apud *eund. l. 1. ep. 19.
v. 45.* ¶ Loqui de nare, *parlar nel naſo*, de iis dicitur, quibus ſpi-
ritus per nares non libere fluit. *Perſ. ſat. 1. v. 33.* Rancidulum quiddam
balba de nare locuti. Ubi *balbam narem* dicit per catachreſim, cum bal-
butire linguæ proprium ſit. ¶ *Nares* denique a *Vitruv. l. 7. c. 4.* di-
cuntur extremæ canalium partes, per quas humor egeritur.

Narīca, vel melius narita, æ, f. Ariſtoteli νηρίτης, oſtrei genus, quaſi *na-
ſus*, quod a νέω, *nato*. *Plaut. in fragm.* Muriaticam video in vaſis ſtan-
neis naricam bonam. Adde *Feſt.*

Narīcia. V. Narycia.

Narinōſus, a, um, adject. qui latis naribus eſt. *Lactant. l. 6. c. 12.* Cum
Diis ſuis narinoſis relinquantur. Ita quidam Codices MSS. Alii leg. *ner-
voſis*, alii *cariaſis*, & *rurio'is*.

Narnĭa, f. 1. *Narne*, urbs Umbriæ, ad montis radicem, & Narem fl. ſub-
terfluentem, a quo ei nomen. *Tac. 1. & 3. Ann.* ¶ Populi Narni-
enſes. *Plin. l. 3. c. 14.*

Narnienſis Tribus. V. Arnienſis.

Narrābĭlis, le, o. 3. quod narrari poteſt. *Ovid. l. 2. de Pont. eleg. 2. v. 61.*
Non eſt ultra narrabile quidquam.

Narrātio, onis, f. *narrazione*, Ger. *erzehlung*, Gal. *recit*, *narration*, Hiſp.
cuenta, *narracion*, ἀφήγησις, διήγησις, eſt explicatio rerum, quæ geſtæ
ſunt vel perinde ut geſtæ ſint. *Auct. ad Her. l. 1.* Narratio eſt rerum
geſtarum, aut perinde ut geſtarum expoſitio. *Cic. l. 1. de Inv.* Narratio
eſt rerum geſtarum, aut ut geſtarum expoſitio. ¶ De narratione ora-
toria vide *Auct. ad Her. l. 1. & 3. Cic. 1. de Invent.* & *2. de Orat.*

Narratiuncŭla, æ, f. διηγημάτιον, parva narratio. *Quintil. l. 10. c. 1.* Nar-
ratiunculas a Poetis celebratas notitiæ cauſa, non eloquentiæ tractandas
puto.

Narrātor, oris, m. qui narrat. *Cic. 2. de Orat.* Ceteri non exornatores re-
rum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

Narrātus, us, m. idem ac narratio. *Ovid. Metam. 5. v. 499.* Veniet narra-
tibus hora tempeſtiva meis.

Narrātus, a, um, *raccontato*. *Ovid. l. 3. de Ponte eleg. 2.* Fabula narrata eſt
poſtquam vulgaris ab illo. *Plin. l. 6. c. 23.* Circumvectus in mediterranea
Perſidis, narrata penitus a Joba. *Id. l. 5. c. 1.* Nunc, præter oleaſtros, a-
liud exſtat ex narrato illo aurifero nemore.

Narro, as, avi, atum, a. 1. *narrare*, *raccontare*, *dire*, ספר, Ger. *erzehlen*,
Gal. *raconter*, Hiſp. *contar*, διηγέομαι, dico, expono, recito, ab antiquo
gnaro per Aphæreſim, quod a *gnarare*, gnarum reddo, per Syncopen.
Com-

Conſtruitur cum accuſ. *Cic. l. 9. Fam.* Ego tibi ut narro, quæ tu melius ſcis, quam ipſe, qui narro. ¶ Vel cum ablat. & præpoſit. *de*. *Cic. 10 Famil.* Creſſi liberum ais tibi de mea ſolicitudine, macieque narraſſe. *Id. Attic. lib. 16.* Male narras de Nepotis filio. ideſt, triſtem nuntium affers. ¶ Vel cum infinitivo. *Cicer. lib. 6. Fam.* Mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti fideliſſimo animo narravit, te interdum ſolicitum eſſe vehementius. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l. 3. Fam.* Si ipſa Reſpublica tibi narrare poſſet, quomodo ſe ſe haberet. *Ter. Hecyr. 1. 2. 70.* Narratque, ut virgo ab ſe integra etiam tum ſiet. ¶ Significat etiam diſſerere, diſputare. *Propert. l. 2. eleg. 1. v. 43.* Narrat de ventis, de tauris narrat arator. ¶ Narro tibi, *ti dico il vero*. *Cic. l. 2. ep. 11.* Narro tibi: plane relegatus mihi videor, poſtquam in Formiano ſum. *Id. l. 13. ep. 16.* Narro tibi. hæc loca venuſta ſunt. *Id. l. 2. ep. 7.* Narra mihi: Reges Armenii patricios ſalutare non ſolent? *dimmi il vero*. ¶ *Plaut. Truc. a. 2. 28.* Quas tu mulieres narres? *che donne mi nomini ex?* Epiſtola narrat, rumor narrat. *Plauti* eſt illud *Pſeud. c. 3.* hoc *Martial. l. 3.*

Narthecia, f. 1. ναρθηκία, ſpecies ferulæ humilioris, quæ ad juſtam altitudinem narthecis non aſſurgit, folia habens maxima, ut quæque terræ proxima. Dicta videtur narthecia per diminutionem a fruticis humilitate. Quare etiam a quibuſdam ferula minor, & ab aliis ferulago appellatur. *Plin. l. 13. c. 22. de ferula.* Duo ejus ſunt genera, narthecia Græci vocant aſſurgentem in altitudinem, nartheciam vero ſemper humilem.

Narthecium, n. 2. ναρθήκιον, repoſitorium medicamentorum, vaſculum, in quo reponebant medicamenta, a *narthece*, ideſt ferula. Primo enim narthecia appellata ſunt vaſa medicamentaria, quæ ex narthece conficiebantur, quia narthecis lignum ad medicamenta aſſervanda accommodatiſſimum eſt, quippe cum ejus caulis medulla exempta ſit vacuus, poſtea vero quævis vaſa in hunc uſum comparata, quamvis ex ferula confecta non eſſent, hoc nomine dici cœperunt. *Cic. 2. Fin. c. 7.* Jam doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant.

Narthex, ecis, f. 3. νάρθηξ, arbuſcula, al. ferula, lignum foris corticis loco habens, intus ligni loco fungoſam medullam. *Plin. l. 13. c. 22.*

Narycia, æ, f. 1. Naricia, urbs Magnæ Græciæ, eadem ac Locri, condita a Locrenſibus Ozolis pop. Achajæ, duce Evante, vel Ajace Oileo. *Ovid. 15. Met. v. 705.*

Narycius, a, um, adject. ad Naryciam pertinens, ut Narycia pix, quæ laudatiſſima circa Naryciam naſcitur. *Virg. Georg. 2. v. 438.* Narycii Locri. Adde *3. Æn. v. 399.*

Naſamones, m. 3. Νασαμῶνες, pop. Libyæ, in Africa, ad Syrtim magnam. ¶ Item alii ad Oceanum Atlanticum, qui & Atlantes Herodoto. ¶ Item alii in Marmarica, Garamantibus finitimi, quorum regio Naſamonitis. *Plin. l. 5. c. 5.* ¶ De Naſamonibus Lybiæ populis *Lucan. l. 9. v. 443.* tuta commercia mundo Naufragiis Naſamones habens, quia nimirum miſeros ſpoliant, quotcumque in Syrtibus naufragium patiuntur.

Naſamoniacus, a, um, adject. Naſamonicus. *Sil. l. 16. v. 630.* In Garamantas iter, Naſamoniacoſque triumphos.

Naſamonites, m. 1. νασαμωνίτης, gemma ſanguinea, nigricantibus venis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Naſamonius, a, um, adject. ad Naſamones pertinens, Afer, Lybicus. *Sidon. carm. 9. v. 237.* Et vinctum Naſamonium Jugurtham.

Naſatus, a, um, adject. qui grandi naſo eſt præditus. *Lamprid. in Heliog. c. 3.* Qui ei bene naſatos perquirerent. Ita quidam leg. Sed rectius *vaſatos*.

Naſcendus, a, um, partic. a naſcor. *Gel. l. 3. c. 10.* Ad homines quoque naſcendos vim numeri hujus pertinere ait, *agli uomini, che anno da naſcere*.

Naſcentia, æ, f. γένεσις, natalis, *il naſcere*. *Vitruv. l. 9. c. 7.* Non e naſcentia, ſed ex conceptione Genethliologiæ rationes explicatas reliquit.

Naſcibilis, le, adject. qui naſci poteſt. *Tert. l. 3. adverſ. Marcion. c. 19.* Mortalem negat, quem naſcibilem profitetur.

Naſcor, eris, natus ſum, d. 3. *naſcere*, ילד, Germ. *geboren werden*, Gal. *naitre*, Hiſp. *nacer*, φύομαι, γίγνομαι, τίκτομαι, in vitam venio, gignor, a *gnaſcor*, quod a γεννάω, *gigno*. Conſtruitur vel abſoluta. *Cic. 3. Catil.* Et quod ſine ſenſu naſcimur, cum voluptate conſervamur. ¶ Vel cum dativo. *Cic. 2. Fin.* Atque, ut ad Architam ſcripſit Plato, non ſibi ſe ſoli natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis, ut perexigua pars ipſi relinquatur. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Etenim ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiumque Carthaginis. ¶ Vel cum acc. & præpoſ. *in*. *Cic. 1. Tuſc.* In miſeriam naſcimur ſempiternam. *Plin. l. 10. c. 33.* Aves omnes in pedes naſcuntur, contra quam reliqua animalia. ¶ Vel cum accuſ. temporis ſine præpoſ. vel cum præp. *ad* pro circiter. *Cic. 5. Verr.* Prope annos octoginta natus erat. *Id. pro Cluent. c. 40.* Cum ad annos quinquaginta natus eſſet. ¶ Vel cum abl. ſine præp. *Cic. pro Roſc. Am.* Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo naſcerere. *Id. pro Planc.* Quam ſi eſſet ſummo loco natus. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, *ab*, *de*, *ex*. *Ter. Heaut. 3. 4. 7.* Ex me is natus eſt. *Ovid. 2. Metam.* de pellice natus. ¶ Vel cum abl. & præp. *in*. *Cic. pro Planc.* Q. Catulo in ſumma familia nato, ſapientiſſimo, & ſanctiſſimo viro. ¶ Vel cum infinitivo, Poetarum more. *Hor. l. 1. ep. 2.* Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. ¶ Uſurpatur ſæpe tranſlate, & ad res inanimatas refertur. *Cic. in Brut.* Qui non naſcentibus Athenis, ſed jam adultis fuerunt. *Id. 2. Off. c. 3.* Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. *Idem pro Cluent.* Ex quo illa nata ſunt omnia. *Virg. 7. Æn. v. 44.* Major rerum mihi naſcitur ordo. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 18.* Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur, *principiava a ſorgere un colle*. ¶ *Cic. 13. Fam. ep. 15.* Scribes ad me, ut mihi naſcatur epiſtolæ argumentum. *h. e.* ut inde materiam ſcribendi ſumam. ¶ Partic. *naſciturus*. *Pallad. l. 7. R. R. tit. 7.* Signum naſcituri regis. ¶ Aliud particip. *naſcendus* V. ſup. ſuo loco.

Naſica, æ, com. qui ingenti naſo eſt. *Arnob. l. 6.* Poteſt enim fieri, diſploſas ut geſtiret nares, quem eſſe vos facitis, figuratiſque naſicam. Adde *l. 3.* Hinc Naſica, P. Scipionis cognomen fuit, e naſi magnitudine. Nic adhuc adoleſcens a Senatu optimus judicatus Magnam Matrem Deorum hoſpitio ſuſcepit, donec ei templum ædificaretur. Unde a *Juvenale* hoſpes Numinis Idæi appellatur. Hujus etiam ductu Tib. Gracchus, ſeditioſis concionibus ſtatum Reip. labefactans, fragmentis ſubſelliorum in concione eſt oppreſſus. *Cic. 3. Fin. 1. Off. de Am. pro Rab. pro Domo, &c.*

Naſidianus, a, um, ad Naſidium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani hominis. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 7.* Naſidianæ naves. *h. e.* quæ ducem L. Naſidium habebant.

Naſiterna, f. 1. ὑδρία, genus vaſis aquarii anſati, & patentis, ita dictum a tantis naſis, ſive anſis. *Plaut. Stich. 2. 3. 28.* Ecquis huc effert naſiternam cum aqua? *Feſtus*: Naſiterna eſt genus vaſis aquarii anſati, & patentis, quale eſt, quo equi perfundi ſolent.

Naſiternatus, a, um, adject. qui naſiternam geſtat. *Calpurn. apud Fulgent. de priſco ſerm. n. 27.* Ubi tu naſiternatus aquam petas.

Naſo, onis, m. 3. cognomen P. Ovidii, a naſi magnitudine, ut *Fronto a fronte*, *Capito a capite*, *&c.*

Naſſa, f. *naſſa*, κύρτος, genus vaſis piſcatorii ex vimine contextum, quo cum intraverit piſcis, exire non poteſt. *Cic. Att. l. 13. ep. 23.* Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem melioris mortis.

Naſturtium, ii, n. *naſturzio*, κάρδαμον, herba hortenſis. V. *Plin. l. 20. c. 13.* *Cic. 5. Tuſc. c. 34.* Perſarum a Xenophonte habitus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam præter naſturtium.

Naſus, i, m. 2. *naſo*, אף, Ger. *die naſen*, Gal. *nez*, Hiſp. *nariz*, μυκτὴρ, ῥὶν, ῥὶς, eſt pars capitis, quæ e ſuperciliorum confinio oriens, & quaſi æquali porrecta jugo, utramque aciem ſimul & diſcernit, & munit, cujus ſuperior pars ſummus naſus dicitur, inferior imus naſus, & duo ſpiramina, geminique hiatus, quos veluti quidam paries per medium ductus interſepit, nares vocantur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur. ¶ Aliquando ponitur pro narimonia, ſagacitate, dicacitate. Naſus enim ſagacem ſapientiam repræſentat. Sumitur Metaphora a brutis animalibus. Canes enim abſtruſiſſima quæque olfactu inquirunt, vultures remotiſſima percipiunt. Hinc habere naſum eum dicimus, qui vitia in alio videt, & venuſta quadam, & ſubdola irriſione eum deridet. *Plin. in præfat.* Primus Lucilius condidit ſtyli naſum. id eſt ſcripſit ſatyram, quæ acerbitatem quandam, & acrimoniam ſtyli habet in vitiis inſectandis. *Martial. l. 1. epigr. 42.* Non cuicunque datum eſt habere naſum. id eſt acrimoniam ad deridendum. *Id. l. 1. ep. 4.* Et pueri naſum rhinocerotis habent. *Hor. l. 1. ſat. 6.* Ut pleriſque ſolent, naſo ſuſpendis adunco ignotos, ut me libertino patre natum. id eſt vafre, ac ſubdole rides. ¶ Eſt etiam naſus iræ ſedes. *Perſ. ſat. 5. v. 91.* Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna. *Martial. 6. ep. 64.* rabido nec perditus ore Fumantem naſum vivi tentaveris urſi. ¶ Naſos etiam vaſis tribuere, ideſt anſas in vaſis naſos appellaverunt. *Juven. ſat. 5. v. 7.* Siccabis calicem naſorum quatuor. ¶ Invenitur etiam naſum, ſi, gen. neut. *Plaut. Curc. 1. 2. 17.* Sagax naſum habet. *Id. Amph. 1. 1. n. 288.* Sura, pes, ſtatura nauli, naſum, dens, &c. *Adde Lucil. apud Non. c. 3. n. 146.*

Naſute, adverb. *mordacemente*. V. Naſutus. *Phædr. l. 4. fab. 6.* Tu qui naſuta ſcripta deſtringis mea. *Senec. l. 3. de Benef. c. 6. ad fin.* Naſute negare.

Naſutulus, a, um, dim. a *naſutus*. *Apul.* Naſutula mulier, ac dicacula. Ita *Theſaurus L. L.*

Naſutus, a, um, adject. qui grandem naſum habet, μυκτηριστής. *Horat. l. 1. ſat 2.* Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo eſt. ¶ Tranſlate dicax, reprehenſor, deriſor. *Martial. l. 13. ad lectorem:* Naſutus ſis uſque licet, ſis denique naſus. *Id. l. 2. epigr. 54.* Ni naſutius hac, malignuſque. *Senec. 7. Suaſor.* Homo naſutiſſimus.

Nata, æ, f. *figliuola*. *Virg. 1. Æn. v. 658.* Maxima natarum Priami. ¶ Sæpe *g* huic voci præponitur. *Ter. And. 3. 3. 8.* Per unicam gnatam tuam, & gnatum meum. ¶ De dativo plur. V. in *Aſina*.

Natabilis, le, adject. idem quod natatilis. *Coripp. l. 4. c. 43.* Cedrus olens, ſolidum, nunquamque natabile robur.

Natabula, orum, n. *luoghi, dove ſi nuota*, τὰ νηχόμενα, loca natationis, ſeu piſcinæ natatoriæ. *Apul. l. 3. Florid. circa princ.* Perſiacæ aquæ gratiſſima prorſus & ſanis natabula, & ægris medicabula.

Natales, lium, m. plurali tantum numero, *parentado*, *condizione*, *ſangue*, γένος, conditio ſanguinis, & familiæ origo, generis nobilitas, vel ignobilitas, ut Generoſi natales, Natales obſcuri. *Tac. 2. hiſt. c. 86.* Aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus. *Plin. l. 7. c. 12.* Natales diverſarum gentium. *Plin. jun. l. 6. ep. 23.* Quod ſi cui, præſtare Ruſoni debeo, vel propter natales ipſius, vel propter animam mei charitatem. ¶ Natalibus reſtituere, frequens eſt in Juriſprudentia prona, quod hodie nobilitare dicimus. Dicitur autem natalibus reſtitui non modo libertus, ut patronatus obſerventia liberetur, ſed etiam plebejus, cum ad nobilitatem aſciſcitur, quamvis antea nunquam inter nobiles fuerat. Qui enim ad nobilitatem vocantur, propterea natalibus reſtitui dicuntur, quia abſterſa natalium plebejorum ſordida conditione in priſcam, communemque toti generi humano ingenuitatem reponuntur. *Plin. l. 10. ep. 23. ad Trajan.* Poſtulantibus quibuſdam, ut de agnoſcendis liberis, reſtituendiſque natalibus ipſe cognoſcerem. *V. tit. ff. de natalib. reſtituend.* ¶ Tranſlate natales uſurpantur pro quacumque rerum origine, apud *Tertul. de Patient. c. 4.* impatientiæ natales dimit. Et *l. 1. adverſ. Marcion. c. 10.* natales agnitionis.

Natalis, le, o. 3. *natale*, *natalizio*, Ger. *geburſtag*, Gal. *naiſſance*, *nativité*, Hiſp. *natividad*, γενέθλιακὸς, γενέσιος, natalitius, ad nativitatem ſpectans, ut Natale ſolum, h. e. patria, in qua quis natus eſt. Natalis Juno. h. e. Lucina natalis diei præſes. *Tib. l. 4. el. 9.* *Ovid. l. 1. de Pont. ep. 3. v. 33.* Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos ducit. ¶ Natalis dies, γενέθλιος ἡμέρα, dies, qua quis natus eſt. *Cic. Att. l. 9. ep. 3.* Natali die tua ſcripſiſti epiſtolam. *Id. 2. Fin.* Diem ſuum natalem quotannis agebat. ¶ Natalis dies urbis, eſt dies, qua condita fuit urbs. *Cic. pro Flac.* O nonæ illæ Decembres, quæ me Conſule fuiſtis, quem ego diem vere natalem hujus Urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum. ¶ Dicitur etiam natalis, abſolute, pro die natali: ſemper tamen *dies* ſubauditur. *Cic. Att. l. 7. ep. 3.* Tertio nonarum, natali meo. *Id. 2. Fin. cap. 31.* Agere natalem ſuum. *Horat. lib. 2. ſat. 2. verſ. 60.* natales celebrare. *Id. l. 2. ep. ult. ad fin.* Natales grate numeras? h. e. libenterne præteritos annos recolis, ita ut non pœniteat vitæ tranſactæ? *Ov. epiſt. Heroid. 13. v. 61.* Sex mihi natales ierant. h. e. ſex annos nata eram. ¶ Transfertur ad inanima. *Plin. l. 37. c. 4. de adamante.* Similis eſt huic quidem Arabicus, minor tantum, ſimiliter & naſcens: cæteris pallor argenti, & in auro non niſi excellentiſſimo natales. h. e. non niſi in aurifodinis naſcuntur. ¶ Denique natalis accipitur & pro nativo, & inſito. *Colum. l. 3. c. 9.* Vineæ natali, & ingenita ſterilitate laborantes.

Natalitia, orum, n. γενέθλια, celebritates & munera pro die natali. *Cic. 2. Phil. c. 6.* Hodie non deſcendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. ¶ In ſingulari num. *Cenſorin. de die nat. in præfat.* Quodcumque hoc libri eſt, meis opibus comparatum, natalitii titulo tibi miſi.

Natalitius, a, um, γενεθλιακὸς, *natalizio*, quod ad natalem diem pertinet. *Cic. 2. de Div. c. 42.* Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. ideſt prædictiones, divinationes. Et *paulo poſt c. 43.* Chaldæi notant ſidera natalitia. *Perſ. ſat. 1. v. 16.* Sardonyx natalitia. h. e. natali die dono accepta.

Natatilis, le, o. 3. *che nuota*, νηκτικὸς, qui natat, vel natare poteſt. *Tertul. adverſ. Hermog.* Natatiles, & volatiles animæ. Adde *Prudent. in Rom. v. 332.* ¶ *Natatile*, is, n. abſolute eſt locus, ubi piſces natant. *Varr. l. 3. R. R. c. 5.* Circum ſalere, & natatilia. Al. leg. *navalia*.

Natatio, onis, f. *il nuotare*, *nuoto*, actus natandi, a nato. *Celſ. l. 3. c. 25.* Si æſtas eſt, frigidis natationibus utendum. Adde *l. 4. c. 7.*

Natator, oris, m. *nuotatore*, שחיה, Ger. *ſchwimmer*, Gal. *nageur*, Hiſp. *nadador*, κολυμβητὴς, qui natat. *Ovid. 1. de Rem. am. v. 122.* Pugnat in adverſas ire natator aquas.

Natatoria, æ, f. piſcina, locus ad natandum. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Per exteriora natatoriæ latera.

Natatus, us, m. idem ac natatio. *Claud. l. 3. de rapt. Proſ. v. 333.* Quod

candi-

candida prælert ſæpe mari, pulchrioque fecat Galatea natatu. *Pallad. l.* 1. *c.* 17. Ut horum natatu aqua ſtans agilitatem currentis imitetur.

Natātus, a, um, *nuotato*, nando trajectus. *Stat.* 4. *Theb. v.* 703. deceptus margine ripæ Stat pecus, atque omnes quærunt armenta natatos.

Nātes, ium, f. 3. *natiche*, שת, Ger. *arschbacke*, Gal. *feſſes*, Hiſp. *nalgar*, γλουτοί, πυγαί, caro conglobata verſus os ſacrum, ſedendi officio aptiſſima, alio nomine clunes. *Martial. l.* 14. *epigr.* 18. Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. *Horat. Epod.* 8. Hiat turpis inter aridas nates podex. ¶ In ſing. numero. *Idem l.* 1. *ſat.* 8. *v.* 46. Nam diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi Diffiſſa nate ficus. *Feſt.* in voce *Pulſus*: Natis fulmine icta.

Natĭnor, aris, depon. 1. negotia agito, negotior. *Cato apud Feſt.* Inter ſe natinari Lucanos.

Natinatĭo, onis, f. negotiatio. *Feſt.*

Natinator, oris, m. negotioſus. *Feſt.*

Natĭo, onis, f. idem quod natatio, a nando. *Cicer. de Seneƈt. c.* 16. Sibi igitur habeant arma, ſibi equos, ſibi pilam, ſibi nationes, & curſus. Ita legit *Pareus in Lex. Crit.* & habent quamplures MSS. Al. leg. *venationes*.

Nātĭo, onis, f. 3. γένεσις, procreatio, genus, origo, *origine*, a *naſcor*. *Plin. l.* 35. *c.* 21. Natione Macedo. *Var. l.* 8. *de L. L.* Itaque in hominibus emendis, ſi natione alter eſt melior, emimus pluris. ¶ Dicitur & de aliis rebus. *Feſtus*: In pecoribus quoque bonus proventus, bona natio dicitur, *buona razza*. *Plin. l.* 21. *c.* 14. Mellis cauſas, atque differentias, nationeſque, & indicationem in apium, ac florum natura diximus. ¶ Sæpius natio ſumitur pro hominum genere, ut inquit *Feſtus*, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt, *nazione*, γένος, ἔθνος. *Cicer.* 15. *Fam. ep.* 20. Natio me hominis impulit. *Id. de Provinc. Conſ.* Acerrimæ nationes. *Id. pro Leg. Manil. c.* 10. Bellicoſiſſimæ nationes. ¶ *Natio*, & *gens* in eo differre videntur, quod *natio* latius patet, eſt enim genus hominum ex diverſis gentibus collectum, ut natio Germanorum, natio Græcorum, &c. *Cic.* 1. *de Orat.* Erudita illa Græcorum natio. *Id. pro Font. c.* 11. Exteris nationibus, ac gentibus oſtendere, vos in ſententiis ferendis civi parcere. ¶ Nonnunquam res contra ſe habet, & gens latius ſumitur, quam natio. *Tacit. de Germ. c.* 38. Nunc de Suevis dicendum eſt, quorum non una, ut Cattorum, Tencterorumque gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus, nominibuſque diſcreti. ¶ Sumitur interdum natio pro certo hominum genere, ordine, ſocietate, ſeƈta. *Cic. pro Sext. c.* 44. Quæ eſſet noſtra natio optimatium. *Id. in Piſon.* Officioſiſſima natio Candidatorum. Adde *pro Mur. c.* 33. Sic natio ardelionum, apud *Phædr. l.* 2. *fab.* 6. natio Scholaſticorum, apud *Virg. in Catalect.* ¶ Apud *Tertull.* paſſim nationes ſumuntur pro Ethnicis, ſeu gentilibus, h. e. iis qui Chriſtianam religionem non profitentur. ut *de idololatr. c.* 22. Benedici per Deos nationum, maledici eſt per Deum. ¶ Denique Natio Dea nomen eſt, de qua ſic *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 18. Natio quoque Dea putanda eſt, cui, cum circumimus in agro Ardeati, rem divinam facere ſolemus: quæ quia partus matronarum tueatur, a naſcentibus Natio nominata eſt.

Nātīvĭtas, atis, fem. *natività*, *naſcimento*, מולדה, Ger. *die geburt*, Gall. *naiſſance*, Hiſpan. *navidad*, γέννησις, γένεσις, ortus, natio. *Ulpian. l.* 1. *Dig. ad Municipal.* Municipem aut nativitas, aut adoptio facit. *Inſcrip. apud Gruter. p.* 712. *n.* 11. Variæ Jucundæ defunctæ anno nativitatis XVIII. Adde *Tertul. de anim. c.* 39.

Nātīvĭtus, adverb. a nativitate. *Tertul. de anim. c.* 39. Quæ omnia nativitus animæ collata ſunt. Adde *cap.* 22.

Nātīvus, a, um, *nativo*, *natio*, Ger. *angeboren*, Gal. *natif*, Hiſp. *nativo*, *natural*, γενητός, ἐγγενής, quod nullo artificio confectum eſt, ſed tale manens eſt, quale naſcitur, & fere idem, quod naturale, ut Nativus color, nativæ teſtæ, &c. *Cic. de nat. Deor.* Pariım ad ſaxa nativis teſtis inhærentium. ¶ Nativæ lanæ dicuntur, quæ nativum colorem retinent. *Plin. l.* 8. *c.* 47. Nativum malum, eſt innatum, ingenitum. *Cic. pro Dom.* Quæ & illud nativum, & hoc delatum malum ſanare poſſet? ¶ Nativi Dei, qui naſcuntur, & occidunt. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 10. Anaximandri autem opinio eſt, nativos eſſe Deos, longis intervallis orientes, occidentesque. Eadem ratione nativum Mundum dixit *Lucr. l.* 5. *v.* 66. h. e. qui aliquando natus ſit, & ſic idem interiturus. ¶ Nativa verba ſunt, quæ primitiva, ſeu primæ poſitionis vocant Grammatici, quibus opponuntur reperta, idest derivata. *Cic. in Part.* Simplicia verba partim nativa ſunt, partim reperta: nativa ea, quæ ſignificata ſunt ſenſu: reperta, quæ ex his facta ſunt. Adde *Quintil. l.* 8. *c.* 3. ¶ Nativus lepos, non aſcitus. *Nepos* 25. *c.* 4.

Năto, as, avi, atum, a. 1. *nuotare*, שחה, Ger. *ſchwimmen*, Gal. *nager*, Hiſp. *nadar*, νήχομαι, freq. verbi *no*, a ſup. *natum*. *Cicer. de nat. Deor.* In quo quidem magis tu mihi natare viſus es, quam ipſe Neptunus. *Martial. l.* 1. Sacris piſcibus hæ natantur undæ. *Virg.* 4. *Æn.* Natat uncta carina. ¶ Item pro madere, manare, diffluere, redundare, plenum eſſe. *Cicer.* 2. *Phil. cap.* 41. Natabant pavimenta vino, madebant parietes. ¶ Item pro ſerpere, ultra ire. *Col. de arborib. c.* 4. Summa parte terræ natantibus radicibus. ¶ Item pro nutare, inconſtantem, aut dubium eſſe. *Cic l.* 1. *nat. Deor. c.* 43. Mihi quidem Democritus natare videtur in natura Deorum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & urget Propoſitum, pars multa natat, modo recta capeſſens, Interdum pravis obnoxia. *Tibul. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 44. de libra: inæquatum ſi quando onus urget utrinque, Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe. h. e. nutat, huc illuc vergit. ¶ Natare oculi dicuntur, cum crebro aperiuntur, & clauduntur, ſomni vicinitate, ut loquitur *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 5. Ecce Deus ramum lethæo rore madentem, Vique ſoporatum Stygia ſuper utraque quaſſat Tempora, cunctantique natantia lumina ſolvit. ¶ Item vino madidi natare dicuntur. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 673. Nox erat, & vinis oculique, animique natabant. ¶ Campos natantes, pro mari dixit *Lucret. l.* 5. *v.* 489. At tranſlate *Virg.* 3. *Georg.* campos natantes vocat agros maturis meſſibus plenos, quæ ventis agitatæ ita jactantur, ut undarum natantium ſpeciem referant. ¶ Natare pes dicitur, cum nimis laxus calceus eſt. *Ovid. l.* 1. *de art. am. v.* 516. Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. ¶ Tenebræ natant ante oculos. *Ovid.* 12. *Metam.* h. e. obverſantur.

Nātrix, icis, m. & f. *natrice*, ὕδρος, genus ſerpentis etiam aquas veneno inficiens, a *nando*, quia in aquis vivit. *Cic.* 4. *Acad. c.* 38. Cur, omnia noſtri cauſa cum faceret, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? ¶ Tranſlate natricem vocabat Tiberius Caligulam, h. e. peſtiferum hominem, apud *Sueton. in Calig. c.* 11. ¶ *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 334. Si natibus natricem impreſſit craſſam, & capitatam. h. e. ſcuticam, quæ ſerpentis inſtar torquetur, & mordeat. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba apud *Plin. l.* 27. *c.* 12. cujus radix evulſa virus hirci redolet.

Natta, V. Nacca.

Nātu, ablat. ſing. nominis defectivi *natus*, *ûs*, quod idem eſt, ac nativitas. Hic ſolus caſus in uſu eſt. *Liv. l.* 3. Conſurgit P. Scaptius de plebe magno natu. idest valde provectus ætate. ¶ Conjungitur cum adjectivis magnus, parvus, grandis, & cum eorum comparativis, & ſuperlativis. *Cic. de Sen. c.* 4. Quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu. *Id.* 1. *Tuſc.* Qui fuit major natu, quam Plautus, & Nævius. *Id. pro Cluent.* Ex his omnibus natu minimus Q. Saturius eſt. *Liv. l.* 1. *B. Pun.* Ita enim maximus natu ex iis in concilio reſpondit.

Nātūra, æ, f. *natura*, תולדה, Germ. *die natur*, Gal. *nature*, Hiſp. *natura*, φύσις, eſt principium, & cauſa efficiens omnium rerum naturalium, quo ſenſu a Veteribus Philoſophis cum Deo confundebatur. qua de re V. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor.* ubi varia eorum placita refert. ¶ Sumitur etiam pro mundo, ſeu pro rerum univerſitate. *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* Cleanthes autem tum ipſum mundum Deum dicit eſſe, tum totius naturæ menti, atque animo hoc nomen tribuit. ¶ Speciatim accipitur pro eo, ex quo aliqua res intrinſece, & eſſentialiter conſtat, idest pro eſſentia, ut Philoſophi loquuntur. *Lucret. l.* 2. *v.* 232. Natura tenuis aeris. ¶ Item accipitur pro re, ſeu ſubſtantia, ut Philoſophi loquuntur. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ariſtoteles cum quatuor genera illa principiorum eſſet complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens. ¶ Item pro proprietate, ſeu pro vi, & ingenita rei alicui virtute, & potentia. *Cic. in Somn.* Quod autem anima eſt, id moto cietur interiore, & ſuo. Nam hæc eſt natura propria animæ, & vis. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Hæc concreta denſatur, ubi loci natura poſcit. *Virg.* 4. *Georg.* naturas apibus quas Jupiter ipſe addidit. ¶ Item pro inclinatione, indole, habitudine ſive animi, ſive corporis. *Cic.* 3. *de Orat.* Videre, quo ſua quemque natura maxime ferre videatur. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. Naturam expellas furca, tamen uſque recurret. ¶ Item pro genitalibus, quæ a Græcis item φύσις dicuntur. *Cic.* 2. *de Div.* Parere quædam matrona cupiens, dubitans, eſſet ne prægnans, viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam. *Id.* 3. *de nat. Deor. cap.* 22. Cujus obſcœnius excitata natura traditur, quod aſpectu Proſerpinæ commotus ſit. ¶ Item pro lege divina, & humana. *Cic.* 3. *Off.* Atque hoc multo magis exigit ipſa naturæ ratio, quæ eſt lex divina, & humana, cui parere qui velit, nunquam committet, ut alienum appetat, &c. ¶ Naturæ ſatisfacere, & Naturæ cedere, vel concedere, eſt mori. *Cic. pro Cluent.* De eo, qui & naturæ, & legibus ſatisfecit. *Sal. in Jug.* Pater, uti neceſſe erat, naturæ conceſſit. ¶ Interdum natura ſumitur pro corporis temperamento, *compleſſione*. *Terent. Eun.* 2. 3. 24. Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas. ¶ Ut fert natura, come *porta la natura della coſa*. *Ter. Andr.* 4. 5. *v. ult.* Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de induſtria? ¶ Natura inſitum eſt, *è coſa naturale*. *Cic. pro Syll.* Hoc naturæ inſitum eſt, ut quem timueris, ſemper oderis. ¶ Ita naturæ comparatum eſt, V. *Comparo*. ¶ Præter naturam. *Ter. Adelph.* 5. 5. 4. Jam nunc hæc tria primum addidi præter naturam. O noſter, quid fit? quid agitur? *contra il mio naturale*. ¶ Secundum naturam vivere, *ſecondo i dettami della natura*. *Cic.* 5. *Fin. c.* 30. quod *Seneca* dixit, ad naturam vivere. ¶ Verti in naturam. *Salluſt. in orat. Marii*: Mihi benefacere jam ex conſuetudine in naturam vertitur. ¶ Rerum natura, *reale le coſe*. *Cic.* 4. *Acad.* Quod rerum natura non patitur. *Celſ. l.* 7. *c.* 2. Eſt etiam in rerum natura, ut cutis laxius excidenda ſit. h. e. evenit aliquando. Sic *Quintil.* in rerum naturam cadere. hoc eſt evenire, accidere. ¶ Facere ſibi naturam alicujus rei. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. *renderſi qualche coſa come naturale*. ¶ Natura, ablat. abſolute poſitus, *naturalmente*. *Plin. l.* 7. *c.* 19. Quibus natura concreta ſunt oſſa.

Naturābĭlis, le, adjeƈt. naturalis. *Apul.* 2. *Florid.* & *de dogmat. Platonis*. Afferri ſolet etiam locus *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 6. Sed alii leg. *naturalis*.

Nātūrālĭa, lium, n. 3. pl. num. *le parti vergognoſe*, αἰδοῖα, pudenda. *Col. l.* 6. *c.* 28. Si equa marem non patitur, detrita ſcilla naturalia ejus linuntur. ¶ In ſing. num. *Celſ. l.* 7. *c.* 26. Inter imas oras ſuper naturale.

Nātūrālis, & le, o. 3. *naturale*, Ger. *natuerlich*, Gal. *naturel*, Hiſp. *natural*, φυσικός, quod ſecundum naturam eſt. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Zeno autem legem naturalem divinam eſſe cenſet. *Id. in Partit.* Naturales quæſtiones, h. e. de natura tractantes. *Id.* 3. *Phil. c.* 6. Pater naturalis. Cui opponitur adoptivus. Sic naturalis filius, apud *Sueton. Tiber. cap.* 52. & *Liv. l.* 44. *c.* 44. ¶ Naturales filii vocantur filii ſervorum, in *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 845. ¶ Naturale bonum, & naturalis bonitas, *bontà naturale*. Illud eſt *Cic. pro Cæl. c.* 5. hoc *Senecæ de Clem. c.* 1. ¶ Loca naturalia ſunt pudenda apud *Celſ. l.* 7. *c.* 26. & *Col. l.* 8. *c.* 7. V. Naturalia. ¶ Naturalia deſideria pro coeundi cupidine. *Col. l.* 4. *c.* 24. *de vaccis*: Atque in id fere tempus naturalia congruunt deſideria. ¶ Naturale eſt, *è proprio*, *è naturale*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Pleriſque vero naturale, ut nictare non ceſſent.

Nātūrālĭtas, atis, f. *naturalezza*, nature. *Tertull. de anim. cap.* 43. Naturalitas ſomni.

Nātūrālĭter, adv. *naturalmente*, κατὰ φύσιν, a natura, vel ſecundum naturam. *Cic. de Sen. c.* 9. Quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet.

Nātūrālĭtus, adverb. idem quod naturaliter. *Sidon. l.* 9. *ep.* 11. Mortalium mentibus vis hæc naturalitus ineſt.

Nātūrĭfĭcātus, a, um, adjeƈt. q. d. in rerum naturam induƈtus, vel natura factus. Vox eſt *Tertul. adverſ. Valent. c.* 29.

Nātus, a, um, *nato*, γεγονώς, τεχθείς, partic. a naſcor. *Cic. de Seneƈt.* Cum ego quinque, & ſexaginta annos natus legem Voconiam voce magna, & bonis lateribus ſuaſiſſem. ¶ E re natum, eſt ſubito natum. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. E re natum exordium. *Apul. de A. A.* E re nata fallacia. Ubi ſignificatur muliebris dolus ad fallendum ſubito excogitatus. idest ex ipſa re, & negotio ex promptu, non domi ante compoſitus. ¶ *Pro re nata*, eſt pro præſenti rerum ſtatu, & ut res nunc ſe habent. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 8. Animadverteram, poſſe pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. ¶ Male natus ager, h. e. malæ, ſteriliſque naturæ. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 4. Formæ cum duo ſint genera, una quam natura dat, altera quam ſationes imponunt. prior, quod alius ager bene natus, alius male. ¶ Natus ad aliquid, & alicui rei, *nato per qualche coſa*, *atto*, *a buona a qualche coſa*. *Cic. de clar. Orat. c.* 68. Pompejus ad omnia ſumma natus. *Id. in Piſon. cap.* 17. Natus abdomini, non laudi, atque gloriæ. ¶ Nemo natus, *nemo*. *Plaut. Mil.* 2. 1. 56. Tanquam ibius natus nemo in ædibus habitet. *Id. ib. ſc.* 2. *v.* 21. Natus nemo in ædibus ſervat. ¶ *Iterum mihi natus videor*, ſermo eſt impenſe lætantis, & bonum aliquod inſperato conſecuti, apud *eund. Pœn.* 5. 2. 117. & *Capt.* 4. 2. 10.

Natus, us. V. Natu.

Nātus, i, ſubſt. m. *figliuolo*, ילד, ילד, Germ. *ſohn*, *geborn*, Gall. *né*, *filis*, Hiſp. *nacido*, *hijo*, παῖς, υἱός, filius. *Cic. de Amic.* Primum ea ut charitate, quæ eſt inter natos, & parentes. *Virg.* 3. *Æn.* Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. ¶ Natorum appellatio etiam ad nepotes extenditur. *Modeſtin.* ¶ Dicitur etiam de pullis beſtiarum. *Col. l.* 6. *c.* 27. *de equabus*. Id præcipue genus pecudis amore natorum, ſi fiat poteſtas, nimium trahit. ¶ Hæc vox fere ſemper uſurpatur, cum in eodem ſermone parentum quoque mentio fit. Et in plurali num. ſæpius quam in ſingulari. Cæterum *filius*, aut *liberi* ponitur.

Nāvālĕ, is, ſubſt. vel navalia, ium, n. *arſenale*, Germ. *zeughauſſ*, *eine ſchiffſtelle*, Gal. *le havre*, *arcenal*, Hiſp. *atarazana*, *arſenal*, ναύσταθμον, locus, in quo naves fieri ſolent, & ſtant. *Virg.* 8. *Æn. v.* 593. Diripientque rates alii navalibus? *Cic.* 2. *Off.* Atque etiam illæ impenſæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus. ¶ *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 207. & 3. *Metam. v.* 661. habet navale in ſing. numero, ſed tamen frequentius

ut

Digitized by Google

in plur. invenitur. ¶ *Navaliorum* pro *navalium* in genit. multitudinis dixit *Vitruv. l. 5. c. ult.*

Navālis, & le, o. 3. *navale*, Ger. *den ſchiffen gehoerig*, Gall. *naval*, Hiſp. *naval*, ναυτικὸς, quod ad naves pertinet, ut Socii navales, ideſt remiges. *Liv. l. 21. c. 50. Cic. pro L. Man.* Cujus uſque ad noſtram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanſerat. ¶ Navalis corona dicebatur, quæ donari ſolebat ei, qui primus in hoſtium navem armatus tranſiliſſet. *Virg. 8. Æn.* Cui belli inſigne ſuperbum tempora navali fulgent roſtrata corona. ¶ Diſciplina navalis, h. e. ſcientia in navibus pugnandi. *Cic. pro Leg. Man. c. 18.* Rhodiorum, quorum diſciplina navalis, & gloria permanſit. ¶ Navales pedes, hoc eſt remiges dixit *Plaut. Men. 2. 2. v. ult.* V. *Pes*. ¶ Navales ſocii, V. *Socius*.

Navarchus, chi, m. ναύαρχος, *Capitano de nave*, qui in navi imperat. *Cic. Verr. 5.* Si harum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracuſanum Cleomenes juſſus eſt imperare &c. *Id. ib.* Forum navarchorum ſanguine redundavit.

Naubolides, æ, m. Ναυβολίδης, Nauboli filius. *Val. Flacc. lib. 1. v. 362.* Hic & Naubolides tortas conſurgit in undas Iphitus. *Stat. l. 7. Theb. v. 354.* Iphitus acer agit, genitor, cui nuper ademptus Naubolus Hippaſiden.

Nauci. V. Naucum.

Nauclericus, a, um, adject. &

Nauclerius, a, um, o. 1. 2. quod ad nauclerum pertinet. *Plaut. Aſin. 1. 1. 54.* Qui cauſa mea nauclerio ipſe ornatu per fallaciam abduxit ab lenone mulierem. *Id. Mil. 4. 4. 41.* Facito, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico.

Nauclērus, ri, m. 2. *nocchiero*, חֹבֵל, Ger. *ſchiffher*, *ſchiffmann*, Gal. *maiſtre de navire*, Hiſp. *patron de nao*, ναύκληρος, navicularius, navis dominus, a ναῦς, navis, & κλῆρος, ſors, quod navis in ſorte ejus ſit. Alius eſt a gubernatore. Gubernator enim eſt, qui ad clavum ſedet, at nauclerus eſt navis dominus. *Iſid. l. 19. c. 1.* Differt etiam a navarcho. Navarchus enim eſt præfectus navis, ſeu claſſis. *Plaut. Mil. 4. 3. 16.* Cubare in navi lippum, atque oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Eſt & Cæcilii comœdia. *Non. in Sappilare*, & alibi.

Naucilla, læ, per ſyncop. pro navicula. *Paulin. ad Cither. v. 247.* Saliens in illam deſiliſſet nauculam.

Naucillor. V. Naviculor.

Naucum, vel Naucus, i, *ſcorcia di noce, o di olivo*, putamen nucis, & aliarum rerum, item nucleus olivæ. *Feſtus*. ¶ Tranſlate pro nugis ponitur. *Nævius apud eund.* Noctem nauco ducere. h. e. noctem totam nugari. ¶ Item pro re nihili. Hinc nauci homo dicitur, *uomo da nulla*. *Plaut. in Paraſit.* apud *eund.* Poſtremo ambo ſumus non nauci. *Id. Moſt. 5. 1. 5.* Qui timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. ¶ Nauci facere, *ſtimar da nulla*, parvi pendere, flocci facere. *Id. Bacch. 5. 1. 16.* Hoc ſervum meum non nauci facere eſſe auſum.

Nave, adverb. V. *Naviter*.

Naufragālis, le, adject. naufragus. *Martian. Capel. l. 6. pag. 206.* Capraria naufragalis.

Naufragiōſus, a, um, adject. naufragus, naufragiis plenus, ut mare naufragioſum, apud *Claudian. Mamert. l. 2. de ſtat. anim. c. 1.* Et *Sidon. lib. 4. ep. 12.* Naufragioſo pelago conformis eſt motus animorum.

Naufragium, gii, n. 2. *naufragio*, Germ. *ein ſchiffbruch*, Gall. *naufrage*, Hiſp. *naufragio*, ναυάγιον, navis fractio, vel ſubmerſio, licet quandoque pro navigandi periculis, & interdum pro navigationis damno, & infortunio, & jactura ſumatur. *Cic. pro Dejot.* Itaque tum eſſet ei nuntiatum, Domitium naufragio periiſſe. *Id. l. 16. Fam. ep. 9.* Interea qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro calamitate, damno, jactura, exitio in univerſum. *Cic. 4. Fam.* Verſor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. ¶ *Ex naufragio tabula*, ſignificat perfugium poſt ingentem aliquam calamitatem. *Cic. Att. l. 4.* Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleucianæ provinciæ, & meam hercule cum Cæſare ſuaviſſimam conjunctionem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat.

Naufrăgo, as, neut. 1. *naufragare*, ναυαγέω, naufragium facio. *Petron. in fragm. Tragur.* Omnes naves naufragarunt. *Sidon. epiſt. 21. l. 4.* Quo plus induſtrius quiſque æquor frequentat, hoc minus naufragat.

Naufragus, gi, m. *naufrago*, *rotto in mare*, Ger. *der ſchiffbruch erlitten hat*, Gall. *qui a fait naufrage*, Hiſp. *el que a padecido naufragio*, ναυαγός, qui navem alliſit, vel qui navi fracta bona amiſit. *Cicer. 2. de Inv.* Naufragum quendam natantem, & manus ad ſe tendentem animadverterunt. ¶ Tranſlate ponitur pro calamitoſo, pro eo, qui res ſuas in deſperatis, & profligatis habet. *Cic. in Catil.* Et eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit. *Id. pro Syll.* Naufragus patrimonii. ¶ Poetæ uſurpant & *naufragus*. *Ovid. 5. Triſt. el. 8. v. 11.* Vidi ego, naufragum qui riſerat, æquore mergi.

Naufrăgus, a, um, quod ad naufragium ſpectat, a *navifragus*, per Syncopen, ut Mare, vel fretum naufragum, naufragia faciens, quaſi navifragum, quod ibi naves frangantur. *Horat. l. 1. od. 16.* ¶ Unda naufraga, quæ naves frangit. *Tibull. l. 2. eleg. 4.* ¶ Tempeſtas naufraga, quæ naufragium efficit. *Valer. Flacc. l. 1. v. 584.* ¶ Corpora naufraga, quæ naufragio perierunt. *Virg. 3. Georg. v. 540.* ¶ Legitur & integrum *navifragus*, apud Poetas. *Stat. 5. Theb. v. 41.* Saxa navifraga. *Ovid. 14. Metam.* Navifragumque fretum.

Navia, æ, f. σκάφη, vas oblongum, quo in vindemiis utebantur, a navis, vel a Græco ναῦς, quia cavatum erat, ut navis. *Feſt.* ¶ Navia ficus, quædam ficus Romæ, in Comitio, ita dicta ab Actio Navio Augure. *Feſt.* ¶ *Capita, aut navia*, ludi genus. V. *Caput*.

Navicella, f. 1. dim. a navicula. *Marcian. Dig. l. 33. tit. 7. leg. 17.* ubi alii leg. *naucella*.

Navicŭla, f. 1. *navicella*, πλοιάριον, parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circumvehimur. *Cic. 4. Acad. c. ult.* Nos ad naviculas noſtras deſcendimus. *Id. ad Quir. poſt redit. c. 8.* Navicula trajicere.

Naviculārĭa, æ, f. ναυκληρία, ars navis regendæ, vel potius negotiandi, & quæſtum faciendi ex navigatione. *Cic. 7. Verr. cap. 17.* Naviculariam te, cum Romam veniſſes, eſſe facturum.

Naviculārĭus, rii, m. ναύκληρος, nauclerus, dominus navis, qui navi præeſt. *Cic. Teren. l. 16. Fam. ep. 9.* Cujus auctoritate navicularius moveatur. *Id. 4. Verr. c. 55.* naviculariis cum mercatoribus conjungit: ubi videtur intelligere eos, qui navi mercaturam exercent; vel qui navim ad transferendas merces locant.

Naviculārĭus, a, um, adject. ad navigandi artem, vel uſum pertinens, ut naviculariumm onus, *l. 2. & 12. Cod. Theod. de navicular.* navicularia functio, *l. 3. Cod. de navic. præd.*

Naviculātor, oris, m. idem ac navicularius. *Cic. pro lege Man. cap. 5.* Majores veſtri ſæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis bella geſſerunt.

Navicŭlor, aris, d. 1. *barcheggiare*, Ger. *im ſchiff farhre*, Gal. *aller en barque*, Hiſp. *navigar por plazer*, πλέω, otioſus navicula vehor. Per ſyncop. eſt *nauclor*, quo uſus *Martial. l. 3. epigr. 20.* Piger Lucrino navicla tur in ſtagno. Al. leg. *nauculatur*.

Navifrăgus, V. Naufragus.

Navigabĭlis, le, o. 3. *navigabile*, Germ. *ſchiffreich*, Gall. *navigable*, Hiſp. *navegable*, πλωτικός, πλωτός, quod poteſt navigari. *Liv. lib. 35. cap. 44.* Nam ſimul primum anni tempus navigabile præbuiſſet mare.

Navigatĭo, onis, f. *navigazione*, Ger. *ſchiffung*, Gal. *navigation*, Hiſpan. *navegacion*, ναυτιλία, πλόος, ὁ, actus navigandi, curſus maritimus. *Cic. ad Q. Fr.* Ajebant, te prima navigatione tranſmiſſurum. *Tacit. 2. Ann. c. 8.* Secunda navigatione proveni. Rurſus *Cicer. 16. Famil.* Navigationi ſe committere.

Navigātor, oris, m. qui navigat. *Quintil. Declam. 12.* Infelix navigator eſt, cujus votis auræ non reſpondent. Adde *l. 5. Inſtit. Orat. cap. 10.*

Navigātus, a, um, *navigato*. *Plin. l. 6. c. 20.* Navigatus fluvius. *Tacit. de Germ. c. 34.* Immenſus lacus Romanis claſſibus navigatur.

Navĭger, a, um, ναυσιφόρος, quod navem fert, aut ſuſtinet. *Lucr. l. 1. 2. 3.* Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes concelebras. *Plin. l. 9. c. 30.* Navigerum ſimilitudinem & aliam in Propontide viſam ſibi prodidit Mutianus. *Ammian. l. 23. c. 20.* Navigeri fluvii.

Navigiŏlum, li, n. πλοιάριον, parvum navigium. *Lentulus Cic. l. 12. Fam. ep. 15.* Nos vix ipſi ſingulis cum navigiolis reciperemur.

Navigĭum, gii, *naviglio*, *vaſcello*, אֳנִיָּה, Germ. *ſchiff*, Gall. *navire*, Hiſp. *navio*, πλοῖον, omne genus navis, quo navigamus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Arborum ſectio magnos uſus affert ad navigia facienda. ¶ Navigia ſpeculatoria, idem ac naves exploratoriæ, *brigantini*. *Caſ. l. 4. bell. Gall. c. 26.* Speculatoria navigia militibus impleri juſſit. ¶ Accipitur aliquando pro ipſa navigatione. *Scævola Dig. 45. tit. 1. leg. 122.* In omnes navigii dies ducentos ſub pignoribus, & hypothecis, mercibus a Beryto comparatis. Adde *Serv. in 1. Georg. v. 139.*

Navĭgo, as, avi, atum, n. 1. *navigare*, שׁוּט, Ger. *ſchiffen*, Gal. *naviger*, Hiſp. *navegar*, πλέω, navi iter facio, navi vehor, a *navis*, & *ago*. Propria enim ſignificat navem agere. *Ulp. l. 1. Dig. Nautæ, caup. ſtabul.* &c. Nautæ appellantur omnes, qui navis navigandæ cauſa in navi ſunt. ¶ Quin & ipſa navis navigare dicitur. *Id. l. un. Dig. Furti adverſ. nautas, caupon.* &c. Navigandi cauſa accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget. *Ovid. 2. de ar. am.* Pinus navigat in undis. ¶ Frequentius tamen accipitur hoc verbum pro navi iter facere, & conſtruitur vel abſolute. *Cic. 16. Fam.* Si poteris, cum Meſcinio naviga: ſolet is caute navigare. ¶ Vel cum acc. *Cic. 2. Fin.* Si Xerxes cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus, & pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, Athone perfoſſo, maria ambulaviſſet, terramque navigaſſet. ¶ Vel cum caſibus communibus. *Cic. 2. de Inv.* Cum jam in alto navigarent. *Serv. Cic. l. 4. Fam.* Cum ab Ægina Megaram verſus navigarem. *Quintil. l. 4. c. 2.* Navigare a portu. ¶ Vel cum abl. inſtrumenti. *Cic. pro Flac.* Hac claſſe M. Craſſus ab Æno in Aſiam, his navibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam navigavit. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. l. 16. Fam.* Cum recte navigari poterit, tum naviges. ¶ Et impersonaliter ſumitur, ideſt cum nominativo præcedenti paſſivorum more. *Plin. l. 2. c. 67.* A Gadibus, columniſque Herculis, Hiſpaniæ, & Galliarum circuitu, totus hodie navigatur occidens. Septentrionalis vero oceanus majore ex parte navigatus eſt. ¶ *In portu navigare*, proverb. pro a periculis abeſſe, tutum eſſe. Qui enim adhuc in mediis fluctibus navigant, hi ventorum, & æſtus arbitrio feruntur, qui vero jam portum attingunt, omni periculo ſunt defuncti. *Ter. And. 3. 1. in fi.* Hujus periculo fit, ego in portu navigo. ¶ Tranſlate navigare is dicitur, cujus magna celeritas eſt. *Cic. pro leg. Manil. cap. 12.* Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire potuit, quam celeriter Cn. Pompejo duce belli impetus navigavit?

Navis, is, f. 3. *nave*, סְפִינָה, Germ. *ein ſchiff*, Gall. *navire*, Hiſp. *navio*, ναῦς, πλοῖον, inſtrumentum, quo per mare, aut flumina vehimur. *Cic. Verrin. ult.* Ea eſt ratio inſtructarum navium, ornatarumque. ¶ Navis Prætoria dicitur, in qua Prætor, vel dux claſſis navigat, *la capitana*. *Liv. l. 41.* ¶ Navis actuaria, quæ remis agitur. *Caſ. l. 5. B. Gal.* & *Liv. l. 48.* ¶ Navis oneraria, *nave da carico*, *Caſ.* & *Cic. 3. Ver.* ¶ Navis vectoria, *nave da traſporto*. *Sueton. in Caſ. c. 63.* ¶ Navis longa, ſic dicta a figura, *galea*, *fuſta*, quæ velis ſimul, & remis agitur. *Lentul. ad Cic. l. 12. Fam. ep. 15.* Navi longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Navis piratica, & prædatoria, *nave corſara*, *Liv. l. 39. Quintil. l. 2. c. 14.* ¶ Navis ſpeculatoria, *brigantino*, leve navigium ad cognoſcendas hoſtium naves, & iter. *Liv. l. 48.* ¶ Navis roſtrata, quæ roſtrum in prora, ſeu porrectam cuſpidem habet. *Liv. l. 46.* V. Roſtrum. ¶ Navis ærata, h. e. ære munita ad hoſtiles ictus, & ad ſcopulorum impactiones. *Virg. 8. Æn. Caſ. l. 2. B. Civ.* ¶ Navis piſcatoria, *barca*, *o nave peſcherecc ia*. *Liv. l. 33.* ¶ Navis curſoria, h. e. ad currendum apta, velox. *Sidon. l. 1. ep. 5.* ¶ His adde, navis tecta, ſeu conſtrata, & navis aperta, de quibus mentio fit apud *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 56. & l. 2. c. 3. & 23. Hor. & Liv.* ¶ Hinc rationes loquendi, navem, &, in navem conſcendere, aſcendere, *imbarcarſi*, *montar ſulla nave*. *Cic. 14. Fam. ep. 7.* Navem ſpero nos valde bonam habere: in eam ſimul atque conſcendi, &c. *Nepos Attic. cap. 7.* Navem conſcendit clam, & profugit. ¶ Nave egredi, & a navi, a navi deſilire. *Ter. Heaut. Caſ. l. 4. B. Gall. Cic. ad Attic.* ¶ Navem frangere, *patir naufragio*. *Ter. And. 1. 3. 17.* ¶ Subduci naves dicuntur, cum in navalia ex aqua pertrahuntur ad farciendum, aut ad cuſtodiendum, *trar le navi in ſecco*. Contra vero deduci, cum ad navigandum in aquam immittuntur, *gettar all' acqua*. *Virg. 3. Æn. v. 69.* Vocat Auſter in altum: Deducunt ſocii naves &c. *Id. 1. Æn. v. 551.* Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. ¶ Navem exercere, *condurre*, *o noleggiare una nave*. *Paul. JCtus l. 2. Recept. Sentent. tit. 6.* ¶ Inſtruere, reficere navim, ſupplere remigium &c. *Liv. Cic. Tacit. Caſ.* ¶ Tranſlatum *Horat l. 1. epiſt. 11. in fi.* Navibus, atque quadrigis petimus bene vivere. h. e. omni conatu, velis remiſque. ¶ *Cic. l. 12. Fam. ep. 24.* Una navis eſt jam bonorum omnium. h. e. eadem fortuna. Hinc in eadem navi eſſe, *eſſer nella medeſima ſorte*, *e pericolo*, *Id. 2. Fam. ep. 5.* ¶ Eſt & ablativus *nave*, pro navi *Claud. l. 1. de rapt. Proſ. v. 1.* Inventa ſecuit primus qui nave profundum. *Quintil. l. 2. c. 17.* Salva nave in portum pervenire. Adde *Liv. l. 40. c. 4. in fi.*

Navĭta, æ, m. idem ac nauta, per Epentheſim. *Cic. Att. l. 9. ep. 2.* Navitam ipſe audire videor jam avocantem. *Propert. l. 2. eleg. 1. v. 43.* Navita de ventis, de tauris narrat arator.

Navĭtas, atis, f. *diligenza*, ἐπιμέλεια, προθυμία, diligentia, ſtrenuitas, celeritas. *Cic. ad Parnum*, *l. 10. Fam. ep. 25.* Iſtamque operam, navitatem, animum in Remp. celeritati Præturæ anteponendum cenſeo.

Navĭter, adv. *diligentemente*, Germ. *emſiglich*, Gall. *ſoigneuſement*, Hiſp. *cuydadoſamente*, ἐπιμελῶς, diligenter, ſtrenue. *Cic. in Fam. 5. ep. 12.* Qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, eum bene, & naviter oportet eſſe impudentem. *Liv. l. 24. c. 23.* Naviter bellum gerere. ¶ Dicitur & *nave* eodem ſenſu. *Plaut. apud Feſt.* Nave agere oportet.

Naulum, li, n. *nolo di nave*, Germ. *ſchifflohn*, Gall. *naufrage*, Hiſp. *nolito*, *flete del paſſage*, ναῦλον, pretium, quod vectori pro navigatione ſolvitur, a voce Græca allata. *Juven. Sat. 8. v. 97.* Furor eſt poſt omnia perdere naulum.

Digitized by Google

Naumachia, f. 1. *guerra navale*, Germ. *krieg zuwaſſer*, Gall. *naumachie*, Hiſp. *pelea naval*, ναυμαχία, navalis pugna, a ναῦς, *navis*, & μάχομαι, *pugno*. *Sueton. in Claud. c.* 21. Naumachiam ante commiſit. ¶ Interdum accipitur pro loco, ubi fit pugna. *Suet. in Tib.* Semel triremi uſque ad proximos naumachiæ hortos ſubvectus eſt.

Naumachiarii, m. 2. ναυμάχοι, ἐπιβάται, qui prælium navale committunt. *Suet. in Claud. c.* 21. Proclamantibus naumachiariis.

Naumachiarius, a, um, quod ſpectat ad naumachiam. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Concremato ponte naumachiario.

Navo, as, avi, atum, a. 1. *operare con diligenza*, *impiegar l' opera*, השׁלים, Germ. *mit fleiſſ thun*, Gall. *s' adonner s' employer à faire quelque choſe*, Hiſp. *darſe*, ἐνεργέω, ſtudioſe ago aliquid, efficio, impleo, mentem, & diligentiam in aliqua re adhibeo alterius juvandi cauſa. *Cic.* 2. *de Orat.* 2. 7. Jam mihi videor navaſſe operam, quod huc venerim, *parmi d' aver fatto qualche coſa*. *Id. Ap. Pulchro*. Ut iſtic quoque in te benevolentiam navare poſſimus. id eſt conferre, vel oſtendere, & præſtare. *Id. Att. l.* 9. Utinam in hac miſeria aliquod Reip. ... opus efficere, & navare mihi liceat. *Id. Att. l.* 15. Proque tuis ampliſſimis erga me ſtudiis, atque beneficiis tibi operam meam, ſtudiumque navare. *Liv. l.* 7. *c.* 16. Fortiter in acie operam navare. *portarſi bene nella battaglia*. *Tacit.* 5. *hiſt. c.* 25. Si Veſpaſiano bellum navaverint, Veſpaſianum rerum potiri. *Id.* 4. *hiſt. c.* 59. Ceteros, ac quiſque flagitium navaverat, præmiis attollit. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 2. Si minus in curia, at in litteris, & libris, ut doctiſſimi veteres fecerunt, navare Reip. & de moribus ac legibus quærere, h. e. curare. Alii leg. *gnavare*, quod idem eſt. Alii *gravare*. V. *Manut.*

Naupactæus, a, um, ex Naupacto urbe. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 43. Amphiaraides Naupactæo Acheloo, &c. Alii leg. *Naupactoo*.

Naupactus, f. 2. Naupactum, *Lepanto*, urbs Achaiæ, in Ætolia, in ora ſinus Corinthiaci, qui ab ea *Golfo di Lepanto* dicitur.

Naupegiarius, ii, idem ac naupegus. *Inſcript. apud Spon. Miſcell. p.* 67. Colleg. Naupegiar. Adde *Reineſ. Inſcript. pag.* 602.

Naupegus, i, m. ναυπηγός, qui naves fabricatur. *Firmic. l.* 4. *c.* 17.

Nauplia, f. 1. *Napoli di Romania*, urbs marit. Peloponneſi, ad ſin. Argolicum, in Sacania prov. cujus eſt caput, ampla, totius Peloponneſi populoſiſſima, emporium celebre, in loco peramœno, cum portu capaciſſimo.

Naupliades, æ, m. 1. cognomen Palamedis Nauplii. *Ov. Met.* 13. *v.* 310. Sed neque Naupliades facinus defendere tantum, &c.

Nauplius, m. 2. piſcis, ſepiæ ſimilis. *Plin. l.* 9. *c.* 30.

Nauplius, ii, m. filius Neptuni, & Amymones filiæ Danai, Palamedis pater, Rex Eubœæ inſ. Ut mortem filii falſa Ulyſſis accuſatione oppreſſi ulciſceretur, decem illis annis, quibus Græci in Troade immorati ſunt, Græciam univerſam peragrans, omnes fere uxores Græcorum Principum adulterio polluit. Ita enim & familiis labem turpiſſimam inurebat, & futurum ſperabat, ut Principes illi in ſua Regna reverſi cum adulteris decertarent, illorumque armis opprimerentur. Hinc adulterium Clitæmneſtræ cum Ægiſtho, unde primo mors Agamemnonis, deinde ipſorum adulterorum: hinc quoque adulteria Ægiales uxoris Diomedis, &c. Multi igitur Græciæ Principes, qui eo dedecore affecti fuerant, relicta patria, alii in alias regiones exulatum abierunt. Cum vero Græci everſa Troja in patriam redirent, illis tempeſtate laborantibus, ex Caphareo monte ignem oſtendit, magnamque claſſis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, adnavigantem in aſperrimos ſcopulos pellexit, miſerandoque perdidit naufragio. Sed cum intellexiſſet, Ulyſſem, & Diomedem, quibus eas inſidias potiſſimum ſtruxerat, incolumes evaſiſſe, doloris impatientia ſe ipſum in mare præcipitem dedit. *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 115. Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes.

Nauſea, de grano fabæ dicitur, cum non diſſimile navis formæ ſe ſe aperit. *Feſtus*.

Nauſea, æ, f. 1. *irritamento al vomito*, *nauſea*, בחל, Germ. *ekel*, Gall. *dègout*, Hiſp. *nauſea*, ναυτία, ναυσία, ſtomachi ad vomitum ex gravi odore perturbatio, & concitatio, quæ navigantibus præcipue evenire ſolet. V. Nauſeo. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 13. Navigavimus ſine timore, & nauſea. ¶ *Nauſeas* in plur. numero habet *Plin. l.* 20. *c.* 14.

Nauſeabilis, le, adject. nauſeam afferens. *Cal. Aurel. Tard.* 3. *c.* 2. Nauſeabilis oris humectatio.

Nauſeabundus, a, um, adject. nauſea plenus. *Senec. epiſt.* 108. Gubernator in tempeſtate nauſeabundus.

Nauſeator, oris, m. qui nauſeat. *Sen. ep.* 53. Ulyſſes nauſeator erat.

Nauſeo, as, n. 1. *aver voglia di vomitare*, ναυτιάω, ad vomitum impellor, vomo. Proprie is nauſeare dicitur, cujus ſtomachus ex ſentina, graveolentia, & crebra corporis agitatione ſtudet ſibi moleſta per os excernere. *Hor. l.* 1 *epiſt.* 1. *v.* 93. Conducto navigio æque nauſeat, ut locuples, quem ducit priva triremis. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 25. Antonium ego ructantem, & nauſeantem conjeci in Cæſaris Octaviani plagas. ¶ Active etiam ſumitur pro commovere ad vomitum. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 30. Quam bellum erat, Velles, confiteri potius neſcire, quod neſcires, quam iſta effutientem nauſeare.

Nauſeola, æ, f. 1. μικρὰ ναυτία, dim. a nauſea. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 8. Nauſeolam tibi tum anſam otii dediſſe, facile patiebar.

Nauſeoſus, a, um, ναυτιώδης, quod nauſeam inducit. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Radice troſa, madida, nauſeoſa.

Nauſicaa, vel Nauſicae, f. 1. Ναυσικάα, filia Alcinoi Phæacum Regis, & Aretes, quæ cum urbe exiſſet cum pediſſequis ſuis, iviſſetque ad flumen lotum veſtes, vidit Ulyſſem naufragum in litore ſedentem nudum, arborum ramis circumtectum, cui orantis veſtes dedit, & in Regiam patris ſui venire juſſit.

Nauſithous, m. 2. Neptuni filius ex Peribœa Nympha, rex Phæacum, pater Rhixenoris, & Alcinoi.

Nauſibolum, i, n. alveum ad navis ſimilitudinem factum. *Feſtus*.

Nauſum, vel Nauſus, i, genus navigii Gallici, apud *Auſon. ep.* 22.

Nauta, & per Epenthesin navita, æ, m. 1. *nocchiero*, *marinajo*, מלח, Ger. *ſchiffmann*, Gal. *marinier*, *nautonier*, *matelot*, Hiſp. *marinero*, ναύτης, qui navem agit, ſeu qui ſe in navi agenda exercet, & quicunque in navi eſt navis ducendæ gratia, a nomine Græco allato. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 10. Neque nautæ gubernatoreſque vim tempeſtatis pati poſſent. *Cic. Fam.* 16. Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa.

Nautalis, le, adjectiv. ad nautam pertinens. *Auſon. in Moſell. v.* 223. Reddit nautales vitreo ſub gurgite formas.

Nautea, æ, f. ... aqua de coriis, vel, quod verius eſt, aqua de ſentina, inquit *Non. c.* 2. *n.* 25. a nauſea dicta. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 45. Nauteam bibere malim, quam illam oſculari. ¶ Nauteam præterea, ait *Opilius Aurelius apud Feſtum*, herbæ genus eſſe granis nigris, qua coriarii utuntur. Hanc quidam eandem cenſent, ac bryoniam nigram. ¶ *Labeo JCtus apud eund. Feſt.* ſcripſit, nauteam eſſe atram rubidum quiddam, quo Pœni ... quandam colorant.

Nauticus, a, um, ναυτικός, *marinareſco*, ναυτικός, quod ad nautam pertinet, quod eſt nautarum. *Virg.* 5. *Æn.* Nauticus exoritur vario certamine clamor. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 21. Eſt enim verbum totum nauticum. *Id.* 2 *Divin.* Nauticus cantus. ¶ Nauticus panis eſt, quem hodie *biſcottum* vocamus. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Nauticus panis tuſus, atque iterum coctus ſiſtit alvum. ¶ Nautici abſolute dicuntur ii omnes, qui quocumque modo navi regendæ navant operam, *marinai*, *la ciurma*. *Liv. l.* 41. *c.* 3. Nautici tabernacula detendunt, commeatumque in litore expoſitum in naves rapiunt.

Nautilus, m. 2. ναυτίλος, piſcis marinus, ita dictus, quod navigantis effigiem habeat. *Plin. l.* 9. *c.* 29.

Navus, a, um, *diligente*, *ſollecito*, *preſto*, שוקד, זריז, Ger. *behend*, Gal. *ſoigneux*, *prompt*, Hiſp. *induſtrioſo*, *diligente*, ἐργάτης, σπουδαῖος, celer, ſtrenuus. *Cic.* 5. *Verr. c.* 10. Navus, & induſtrius homo. *Col. l.* 11. *c.* 1. In agreſti negotio dici via poteſt, quid navus operarius ignavo, & ceſſatori præſtet. ¶ Interdum navus dicitur quaſi ſciens, & cognoſcens. *Col. l.* 8. Sit autem vigilans, impiger, induſtrius, navus omnium, quæ poſcit. ¶ Navus timor dicitur, qui navos & ſollicitos facit. *Sil. l.* 7. *v.* 349. ſtimulatque ruentes Navus abire timor.

Naxiam, ii, o. Apud *Plin. l.* 36. *c.* 7. naxia vocantur cotes in inſula Cypro genitæ, ad marmora polienda, & ſcalpendas gemmas accommodatæ.

Naxius, a, um, adject. ad Naxum inſulam ſpectans. *Propert. l.* 3. *eleg.* 16. *v.* 28. Unde tuum potant Naxia turba merum. ¶ Naxius ardor a *Columella* dicitur ſidus coronæ Ariadnes. Eſt enim in fabulis, Ariadnem in Naxo inſula Baccho nupſiſſe, coronamque ejus, quam a Venere dono acceperat, inter ſidera ab eodem Baccho relatam.

Naxos, ſeu Naxus, f. 2. *Nicſia*, Νάξος, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, cum Urbe cogn. vino, & marmore ſerpentino, & fontibus celebris. V. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

N ANTE E.

Ne, *accioche non*, μή, μὴ ὅπως, non, adv. dehortandi, ſeu prohibendi, a νή, vel νή. Subjunctivum modum poſcit. *Ter. Eun.* Verum ne poſt conferas culpam in me. ¶ A Poetis jungitur tam imperativo, quam ſubjunctivo. *Plaut. Perſ.* Abi, ne jura, ſatis credo. *Virg.* 3. *Æn.* Tu ne cede malis. ¶ Jungitur etiam nonnunquam particulæ *utinam*. *Ter. Phorm.* Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet. ¶ Ne item adverbium eſt interrogandi, & alicui voci poſtponitur. *Virg.* 1. *Æn.* Me ne incepto deſiſtere victam? *Cic. pro Planc.* Tameo ne iſti teſtes habebuntur? ¶ Eſt item adv. dubitandi, & ponitur pro *utrum*, vel *an*. *Virg.* 11. *Æn.* Juſtitiæ ne prius mirer, belli ne laborum? ¶ Oratores ne raro geminant, ſed loco poſterioris utuntur adverbio *an*. *Cic.* 1. *Off. c.* 3. Honeſtum ne factu ſit, an turpe, dubitant. ¶ Interdum *ne* omittitur. *Plin. l.* 7. *ep.* 17. Velim ſcire, eſſe phantaſmata, & habere numen aliquod putes, an inania, & vana. ¶ Quandoque habet vim interrogandi, & dubitandi ſimul. *Terent. Andr.* Datur ne illa hodie Pamphilo nuptum? ¶ In his duabus acceptionibus interrogandi, & dubitandi conjungitur etiam cum *nec* præcedente. *Cic.* 2. *Tuſcul.* Doleam, nec ne doleam, nihil intereſſe. *mi dolga*, *o no*. ¶ Ne etiam conjunctio finalis eſt. *Cic. in Fam.* 4. *ep.* 7. Et ego id ſemper egi, ne intereſſem. *Id. de Univ.* Neque morbus eum poſſet, aut ſenectus affligere. ¶ Interdum ſignificat *ne*, ſubſequente adv. negandi *non*, vel alia dictione negativa. *Cic. l.* 9. *Fam. ep. ult.* Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur una. ideſt ut aliquid tribuamus. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 6. Timeo, ne non impetrem. ¶ In illo autem *Cic. pro Mil. c.* 1. Ne non timere quidem ſine aliquo timore poſſumus: *non* refertur ad *timere*, non vero ad *ne*: & ſenſus eſt: ne eſſe quidem ſine timore poſſimus ſine timore aliquo: *non poſſiamo laſciar di temere ſenza qualche timore*. ¶ Uſurpatur ſæpe cum verbis timendi, & conjunctivum regit. Grammatici docent, in iis, quæ fieri vellemus, adhiberi particulam *ut*, in iis, quæ nollemus, particulam *ne*. *Ter. Phor. n.* 5. Vereor, ut placari poſſit. *Id. And. a.* 1. *ſc.* 2. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. ¶ Sed particulam *ne* etiam in iis, quæ optabilia ſunt, legi apud *Cic. Fam.* 12. *epiſt.* 20. & alibi, quidam putant, ſed prava lectione decepti ſunt. ¶ Conjungitur quoque cum particula *ut*, in quo loquendi genere *ut* videtur redundare, vel addi tantum ornatus cauſa. Nam *ut ne* idem eſt, quod *non*. *Cic.* 1. *Off.* Ut ne omnis omnia profundamus. ¶ Eſt quoque conjunctio disjunctiva, ſignificans *neque*, & hoc fere ſubſequente particula *quidem*, ita tamen, ut inter *ne*, & *quidem* dictio aliqua intercedat, volgo *nè pure*, *nè anche*. *Cic. de Am.* Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Sunt qui efferant legi *ne quidem* nullo interiecto verbo, apud *Cic. l.* 1. *nat. Deor. c.* 24. & *Phil.* 3. *c.* 9. & *alibi*, item apud *Liv. lib.* 38. *cap.* 25. ſed ubique pravorum codicum lectione falſi ſunt. ¶ Interdum particula *quidem* ſubticetur. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep. ult.* Ne paullum otii me habuiſſe judicato. *Id.* 2. *Catil. c.* 4. Nemo non modo Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit. Alii leg. *nec*. ¶ Ponitur interdum pro *nedum*. *Liv. l.* 3. *cap.* 52. Novam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium. ¶ *Ne dicam*, eſt ut non dicam. *Cic. pro Dejot.* Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum, & impium. *Id. Fam.* 12 *ep. ult.* Non ſum tam imbecillo animo, ne dicam inhumano. ¶ *Ne vivam*, ideſt moriar, *poſſa io morire*, & ſimiles loquendi modi ſunt jurantia, iiſque utimur, cum quid aſſeverare, & ſacramento aliquo obteſtari, noſtram vitam veluti quibuſdam precibus devovendo, enitimur. *Cic. Att. l.* 4. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, ſi ſcio. Et *alibi*. Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio. ¶ Sunt & aliæ dicendi formulæ a particula *ne* profectæ, quibus utimur, cum vel orationem publicam habentes, vel privatim ad amicum ſcribentes, poſt rem ſatis explicatam, loquacitatis fugiendæ ſtudio ita dicimus. *Ne vos*, vel *ne te diutius teneam*, *Ne te pluribus teneam*, *Ne multa*, *Ne multis*, *ne plura*, *Ne pluribus*, *Ne longus ſim*, *Ne longum ſit*, *Ne longum faciam*, &c. ideſt, ut brevi expediam, ut breviter colligam, ad ſummum. *Cic. pro Cluent.* Ne multa: perquiritur e coactoribus &c. *Id. ib.* Ne multis; Diogenes emitur. *Id. ib.* Et, ne longum ſit, ſummam omnium vicinorum eſſe in hunc benevolentiam confirmamus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum Rex ibis &c. ¶ Ne recte, V. infra ſuo loco. ¶ *Ne funera*, pro non funera, ſeu funera non rite peracta. *Catul. carm.* 83. *v.* 81. Ipſe ſuum Theſeus pro caris corpus Athenis Projicere optavit potius, quam talia Cretam Funera Cecropiæ ne funera portarentur. ἄταφα ἀπενθῆ. Sic *Ne mens puer*, pro non meus, apud eundem *Catull. epigr.* 21. Et *ne minus* pro non minus, apud *Liv. l.* 24. *c.* 39. *ad fin.*

Neæra, f. 1. Νέαιρα, Nympha, quæ Soli duas filias peperit, Phaethuſam, & Lampetiem.

Neæthus, m. 2. *Nèto*, fl. Magnæ Græciæ, qui per agrum Crotoniatam fluit, cujus oſtia a Crotone 6. M. P. in ſep. diſtant. *Ovid.* 15. *Met.*

Neapolis, is, f. 3. Parthenope, *Napoli*, urbs Campaniæ, Regni Neapolitani caput, Prov. Terræ Laboris primaria, Emporium celeberrimum, maritima, ampliſſima, & populoſiſſima, in planitie amœniſſima. ¶ *Plin.*

appel-

Digitized by Google

appellata fuit Parthenope, a nomine Sirenis ibi ſepultæ. *Plin. l. 3. c. 5.* ¶ Appellata eſt Neapolis ab Auguſto. Sed alii narrant, cum a Cumanis eſſet everſa, ingruente acerbiſſima peſte, iis jubente Apollinis Oraculo, ab iiſdem ſplendidius eſſe reſtitutam, bonaque civium parte eo translata, ad differentiam veteris urbis, Neapolim appellatam fuiſſe.

Neapolitānus, a, um, adject. *Napolitano*. *Cicer. Fam. 13. ep. 30.* Una cum reliquis Neapolitanis.

Nebris, idis, f. νεβρὶς, damarum ſive hinnulorum pellis, ex qua veſtes Baccharum fiebant. *Stat. 2. Theb. v. 66.* Nebridas & fragiles thyrſo portare putaſtis Imbellem ad ſonitum. ¶ Ipſe quoque Bacchus iis induebatur. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 606.* Talis Erythræis incinctus nebrida gemmis Liber agit currus.

Nebriſſa, f. *Lebriſſa*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ. *Silius l. 3. v. 393.*

Nebrītes, æ, m. νεβρίτης, gemmæ ſpecies, Libero Patri ſacra, a nebridum pellium ſimilitudine, quibus in Liberi ſacris utebantur. *Plin. l. 37. c. 10.*

Nebrōdes, m. 3. *Madonia*, mons excelſus Siciliæ, medius inter Ennam ad Or. & Thermas Himeræ ad Occ. ex quo Gelas fl. in Auſtr. fluit, ita dictus a νεβρὸς, *pullus cervi*, propter cervorum, & damarum copiam.

Nebrophōnus, i, νεβροφόνος, cervos occidens, nomen eſt canis venatici apud *Ovid. Metam. 3. v. 211.*

Nebŭla, æ, f. t. *nebbia*, עָב, Germ. *ein nebel*, Gall. *brouillaria, nuee*, Hiſp. *niebla*, ὁμίχλη, vapor e terra atque aquis ſurgens, qui vel ſtatim evaneſcit, vel in altum ſublatus convertitur in nubem, a Græca voce allata. Differt a nube, quia nebula vapor eſt, ex quo deinde nubes efformatur. Deinde nubes quocunque tempore fieri poſſunt, nebulæ nec æſtate calida, nec nimio frigore exiſtunt, teſte *Plin. l. 18. 60. Sil. l. 6.* Tandem exhalavit in auras liventem nebulam fugientia ab ore veneni. ¶ Translate uſurpatur pro umbra, ſeu ſpecie. *Juven. ſat. 10. v. 4.* Remota erroris nebula. ¶ Item pro materia, ſeu pro ſtylo inflato. *Perſ. ſat. 5. v. 7.* Grande locuturi nebulas Helicone legunto. ¶ Item pro re viliſſima. *Plaut. Pœn. a. 1. ſc. 2. v. 65.* Cujus ego vel nebulæ cyatho ſeptem noctes non emam. ¶ Quaſi per nebulam audire, eſt leniter, & non clare audire. *Plaut. Capt. 3. 4. 27.* Audiſſem quaſi per nebulam, Ægionem meum patrem vocarier. *Id. Pſeud. 1. 5. 47.* Sunt quæ te volumus percontari, quæ quaſi per nebulam noſmet ſcimus. ¶ *P. Laberius apud Petron. in Satyr.* nebulam appellat tenue, & pellucidum amiculum. Ejus verba ſunt: Æquum eſt, palam proſtare nudam in nebula linea.

Nebŭlo, onis, m. *vano, da niente*, Ger. *loſer bube*, Gal. *homme de neant, vaurien*, Hiſp. *picaro*, οὐδενὸς ἄξιος, ἀπατεὼν, homo nanus, levis, nulliuſ pretii. *Donat. in Eun. 2. 4. ſc. 8.* Nebulo, vel inanis, vel vanus, aut mollis, ut eſt nebula, dicitur. *Feſt.* Nebulo dictus eſt, ut ait Ælius Stilo, qui non pluris eſt, quam nebula, aut qui non facile perſpici poteſt, qualis ſit, nequam, nugator. *Ter. Eun. 2. 4. ſc. 7.* Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. *Cic. Att. l. 1.* Nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amove. ¶ Pro prodigo eſſetus uſurpare *Hor. l. 1. ſat. 1. v. 103.* non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo, aut nebulonem. ¶ Vetus *Scholiaſt.* ad illud Horatii *l. 1. ep. 2. v. 28.* Sponſi Penelopes, nebulones, &c. obſervat, Nebulonem a Varrone uſurpatum pro eo, qui obſcuro loco natus ſit.

Nebŭlo, as, fuliginem offendo. *Tertul. Apol. c. 35.* Clariſſimis lucernis veſtibula nebulabant.

Nebulosĭtas, atis, caligo, fuligo. *Arnob. l. 7.* Cœlum vaporum nebuloſitate clauditur.

Nebulōſus, a, um, *nuvoloſo*, Ger. *nebelicht*, Gall. *nebuleux*, Hiſp. *nublado*, ὁμιχλώδης, νεφώδης, nebulis tectus, nebulis, & nubibus plenus. *Col. lib. 2. cap. 10.* Eaque nec macrum, nec nebuloſum locum patitur. *Cic. Tuſc. 1. c. 25.* Nebuloſum, & caliginoſum cœlum. *Cat. R. R. c. 6.* Locus nebuloſior.

Nec, ne, *non*, אַל, Germ. *auch nicht*, Gall. *ny*, Hiſp. *ni*, μηδὲ, οὐδὲ, οὔτε, non, neque, adv. negandi, vel conjunctio disjunctiva, ut alii volunt, a *neque*, per Apocopen. Pro ſimplici *non* uſurpavit *Cic. 3. de Leg.* Senatori, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. *Id. 3. Fin.* Ut alter alterum nec opinato videremus, ideſt inopinato. Sic *nec recte* pro *non recte* apud *Plaut. Bacch. 1. 2. 11. & Aſin. 2. 4. 65.* ¶ Fere uſurpatur cum particulis enim, vero, tamen, ſolum, modo, mirum. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 2.* Nec vero Theophraſti inconſtantia ferenda eſt. ¶ Vel geminate in oratione collocatur. *Cic. de Amic. c. 2.* Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. ¶ Interdum videtur non negandi, ſed copulandi tantummodo vim habere. *Cic. in Academ.* Nullam eſſe artem nec dicendi, nec differendi putant. ¶ Nec mirum, *nè è da ſtupirſi*. *Cic. de Amic.* Ab iis longe diſſentimus. nec mirum: nihil enim altum ſuſcipere poſſunt. ¶ Nec nihil pro aliquid. *Terent. Adelph. 1. 2. 61.* Nec nihil, neque omnia hæc ſunt quæ dicit. ¶ Si *nihil* præponatur, tum *nec* non negat. *Cic. pro Cluent. c. 1.* Ut omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. ¶ Reperitur etiam *nec quidem* pro *ne quidem*. *Plin. l. 8. c. 36.* Nec ſomno quidem ſaginatis. *Plin. alter in Paneg. c. 27.* Nec hunc quidem *Senec. ep. 3.* Quæ non ſoleas nec ipſe quidem hoc facere. Quidam leg. *Quia nec ſoleas ipſe quidem hoc facere*. *Cicero* quoque *nec quidem* uſurpat *Fam. 6 ep. 6.* Nec iis quidem verbis, quibus, *&c.* Sed alia eſt ibi ſententia. Non enim ſignificat *nè pure*, ut loca hactenus allata, ſed e *non certamente*, &c. V. Addi tamen ſolent alia ejuſdem exempla *Fam. 3. ep. 8. Parad. 4 c. 1. & fragm. l. 7. de republ.* &c ſed incertæ fidei omnia ſunt. ¶ *Nec* abſolute pro *nec quidem*, *nè pure*. *Quint. l. 1. c. 6. prope fin.* (*al. cap. 11.*) Quæ nec ipſi jam dicerent. *Pallad. l. 1. tit. 1.* Affacuti ſunt, ut eorum doctrinæ nec a diſertiſſimis poſſit intelligi.

Necātor, oris, *ucciſore*, qui necat. *Lamprid. in Com. c. 18.* Necator civium. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 15.* Marti dicatus, Deo plerumque hominum necatori.

Necātrix, icis, f. *ucciditrice*, quæ necat. *Auguſtin. de conſ. Evangeliſt. c. 29. ante med.* Necatrix Domini lingua Judæorum.

Necātus, a, um; *ucciſa, ammazzato*, φονευθεὶς. *Salluſt. Jugur. c. 46.* Uti Jugurtham maxime vivum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent. ¶ *Nectus* pro necatus, eſt apud *Priſcian. l. 9. & Diomed. l. 1.* ſed nullo latini Scriptoris exemplo confirmatur.

Necdum, adv. *non ancora*, οὔπω, non adhuc, nec adhuc, nondem. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Ceſſius ineptas literas miſit, necdum Bibuli erant allatæ.

Necepſus, i, aſtrologus Ægyptius, artem ſuam ab Æſculapio, & Anubi, quorum magiſter Triſmegiſtus fuit, edoctus. Scripſit & mundi geneſim. V. *Firmic. in præfat. l. 3. & 4.* De eo *Auſon. ep. 19. v. 18.* Quique magos docuit myſteria vana Necepſus.

Neces. V. Nex.

Neceſſārie, adv. *neceſſariamente*, Ger. *notwendiglich*, Gall. *neceſſairement*, Hiſp. *neceſſariamente*, ἐξ ἀνάγκης, ex neceſſitate. *Cic. 1. de Inven. c. 29.* Neceſſarie demonſtrentur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt.

Neceſſārio, adv. idem ac neceſſarie, ſed uſitatius. *Cic. 4. Tuſc. 4.* Nulliſque unius diſciplinæ legibus aſtricti, quibus in Philoſophia neceſſario pareamus.

Neceſſārius, ii, m. *parente, amico ſtretto*, ἀναγκαῖος, cognatus, affinis, amicus, quo uti familiariter ſolemus, a *neceſſe*, quod in cognatos, affines, & amicos neceſſaria officia præter cæteros conferuntur. *Feſt. ex Gallo Ælio.* Nonnor neceſſarios, affines interpretatur. Sed non ſolum affines, verum etiam cognatos ſignari, oſtendit hic locus *Valer. Max. l. 2. cap. 1.* Cui præter cognatos & affines nemo interponebatur, ut ſi qua inter neceſſarios querelæ eſſet orta. *Cic. pro Cluent.* Quam per bonum aliquem virum ageretur, & amicum, neceſſariumque communem. *Id. l. 13. Fam. epiſt. 29.* In iis neceſſariis, qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel conjunctiſſimum.

Neceſſārius, a, um, *neceſſario*, צָרִיךְ, Germ. *notwendig*, Gall. *neceſſaire*, Hiſp. *neceſſario*, ἀναγκαῖος, id, ſine quo aliquid fieri non poteſt. *Cic. in Phil.* Cum illum neceſſarium, & fatalem pene caſum non tulerimus. ¶ Sæpe conſtruitur cum dat. vel cum accuſ. & præpoſ. *ad*, vel cum utroque. *Cic. in Fam.* Quod mihi eſſet maxime neceſſarium. *Id. in Or.* Hoc ipſum ad id, quod propoſitum eſt, non eſt neceſſarium. ¶ Neceſſarium carmen quid ſit. V. Legitimus. ¶ Compar. & ſuperl. caret, & pro iis dicimus, *plus, minus neceſſarius*, &c. *Tertul.* tamen *de habit. mulier. c. 5.* neceſſariores operas dixit.

Neceſſe, n. indecl. *neceſſario*, ἐπάναγκες, ἀναγκαῖον, quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. Olim, teſte *Donato*, declinabatur hic, & hæc neceſſis, & hoc neceſſe. *Cic. de opt. gen. Orat. cap. 5.* In quibus verbum pro verbo non neceſſe habui reddere. ¶ Conjungitur etiam cum nominibus gen. maſc. & fœm. ut nomen *epus*. *Q. Cic. de pet. Conſ.* Comitas tibi neceſſe eſt. ¶ *Neceſſe eſt*, uſurpatur vel cum nomin. & dat. *Cic. pro Syl.* Quod tibi neceſſe minime fuit. ¶ Vel cum infinitivo aut expreſſe, aut tacite. *Cic. in Phil.* Ut tibi neceſſe eſſet vomere poſtridie. *Id. Att.* Nihil ſane eſt neceſſe. ¶ Vel cum infinitivo paſſivo. *Cic. in Fam.* Ad Acilium non fuiſſe neceſſe meas dari litteras, facile patior. ¶ Vel cum conjunctivo. *Cic. 1. de Orat.* Hæc autem oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur.

Neceſſĭtas, atis, f. *neceſſità*, צוֹרֶךְ, Germ. *notwendigkeit*, Gal. *neceſſité*, Hiſp. *neceſſidad*, ἀνάγκη, vis quædam, quæ nos cogit aliquid facere. *Cic. 2. Offic.* Datur neceſſitati venia. *Id. 1. de nat. Deor.* Neceſſitate aſtrictus. *Id. pro Roſc. Amer. c. 34.* Neceſſitate premi. *Hieronym. l. 3. contra Ruffin. c. 2. & epiſt. 10. ad Furiam.* Facere de neceſſitate virtutem. *far de neceſſità virtù.* ¶ Ultima neceſſitas, pro morte. *Tac. Ann. 15. c. 61.* Intromiſitque ad Senecam, qui neceſſitatem ultimam denuntiaret. ¶ Ponitur & pro rebus neceſſariis, & pro rerum neceſſariarum inopia. *Id. 1. Ann. c. 11.* Neceſſitates, & largitiones. *le ſpeſe neceſſarie, e le ſuperflue.* *Suet. in Cæſ. c. 68.* Famem, & cæteras neceſſitates tolerarent. *Id. in Tiber. c. 47.* Negavit ſe aliis ſubventurum, niſi Senatui juſtas neceſſitatum cauſas probaſſent. ¶ Item pro neceſſariis negotiis, *affari premuroſi*. *Celſ. l. 1. c. 1.* Nam & intermiſſus propter civiles neceſſitates ordo exercitationis corpus affligit. ¶ Denique pro neceſſitudine, & vinculo affinitatis, vel familiaritatis. *Cic. pro Syl. c. 1.* Si noſtram accuſatione ſua neceſſitatem, familiaritatemque violaſſet. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 8.* Se Reipub. commoda privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora.

Neceſſĭtūdo, inis, f. *parentela, amicizia ſtretta*, חֲבָרָה, Germ. *blut freundſchaffe*, Gall. *etroite amitie*, Hiſp. *amiſtad*, οἰκειότης, συγγένεια, vinculum inter cognatos, & affines, conjunctio ſanguinis, vel affinitatis, a *neceſſe*. *Cic. pro Sext.* Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ, ſed charitatem illius neceſſitudinis, & benevolentiam non ademit. *Id. pro Quint. c. 4.* Pro fraterna illa neceſſitudine. ¶ Item familiarior quidam uſus amicitiæ. *Cic. l. 13. Fam.* Quando omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt. ¶ Hinc, neceſſitudine aliquem attingere. *Cic. Ver. 4. c. 20.* Adjungere neceſſitudinem ſuam ad bonos viros. *Id. 13. Fam. epiſt. 12.* Conjungere, vel habere neceſſitudinem cum aliquo. *Id. pro Planc. & Ver. 6. c. 65.* Eſſe, vel intercedere neceſſitudinem alicui cum altero, *Id. pro Quint. & pro Ligar.* Parare neceſſitudines, *Cæſ. l. 8. B. G.* ¶ Amicitiæ neceſſitudines mihi erant cum illo, *Cic. de Amic.* *amicizia ſtrettiſſima.* ¶ Metonymice ponitur pro neceſſario, ideſt cognato, vel affine. *Suet. in Aug. cap. 17.* Remiſit tamen hoſti judicato neceſſitudines, amicoſque omnes. ¶ Aliquando neceſſitudo idem eſt quod neceſſitas, ideſt vis illa urgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. *Cic. de Inv. l. 2. c. 17.* Neceſſitudo eſt, cui nulla vi obſiſti poteſt. *Salluſt. Catil. c. 58.* Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.

Neceſſo, as, a. 1. *neceſſitare*, neceſſitatem affero, cogo. *Venant. Fortun. l. 2. de vita Mart. v. 412.* Nam cibus & ſomnus, niſi quod naturæ neceſſat, &c. Cave uſurpes.

Neceſſum, n. indecl. idem ac neceſſe. Olim, teſte *Donato*, declinabatur neceſſus, a, um. *Plaut. Stich. 1. 3. 66.* Foras neceſſum eſt, quidquid habeo, vendere. *Liv. l. 34. c. 5.* Neceſſum eſt, paucis reſpondere.

Necne, *o no*, particula dubitantis, quæ ſecundo loco ponitur. *Cic. 8. Fam. epiſt. 10.* Parthi tranſierint, necne, eideo dubitare omnem, *ſe ſiano paſſati, o no*. *Id. pro Roſc. Com.* Potueritne ex ſocietate partem ſuam petere, necne.

Necnon, *anche, ancò*, & etiam. *Sueton. Veſp. c. 5.* Suppliciter, necnon minaciter efflagitantes, *con modo ſupplichevole, e inſieme minaccioſo*. *Cic. in Parad.* Necnon ſæpe laudabo. Rurſus *Sueton. de illuſt. Grammat.* Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. *Virg. Æn. 3. v. 352.* Necnon & Teucri ſocia ſimul urbe fruuntur. *Sic alibi ſæpe.*

Neco, as, avi, atum, vel necui, nectum, a. 1. *uccidere, ammazzare*, קָטַל, Ger. *todten*, Gal. *tuer*, Hiſp. *matar*, κτείνω, φονεύω, occido, interimo, interficio, a νέκυς, *mortuus*. *Diomedes*, & *Priſcianus* ita diſtinxerunt præterita, ut *necavi* ſit, quaſi ferro occidi, *necui*, quaſi ſuffocavi. Verum hoc non ſemper ſervatur. *Curt. l. 4. c. 10.* Quem tuorum propinquorum necavi? *Cic. ad Q. Fr.* Qui plebem fame necaret. *Lucret. l. 6. v. 787.* odore hominem necare. ¶ Nec de homine tantum dicitur, ſed de aliis quoque. *Col. l. 2.* Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur. *Plin. l. 22. c. 25.* Necare legumina. ¶ Translate *Senec. Hippol. v. 452.* Quid tu coerces, & necas rectam indolem? ¶ Participio *necui* uſus eſt *Enn. apud Priſcian. l. 9.* Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis. Et *Phædr. fab. 18. l. 4.* Colubra necuit hominem.

Necopīnans, tis, non opinans, *colta all' improvviſo*. *Cic. Fam. 13. ep. 18.* Eaque necopinanti voluntatem tuam detuliſſe. *Phædr. l. 5. Fab. 7.* Concidit gravi caſu necopinans. *Lucret. l. 3. v. 973.* necopinanti mors ad caput adſtitit. ¶ Sæpe in duas voces dividitur, nec ſtatui re vera poteſt quo modo Veteres ſcripſerint.

Necopīnāto. V. Opinato.

Necopīnus, a, um, adject. inopinus. *Stat. Theb. 6. v. 392.* brevemque fugam necopino fine reponunt. *Sil. l. 14. v. 189.* Et ſtruit arcana necopino pericula cura. *Phædr. l. 1. fab. 8.* Ipſum occipiter necopinum rapit. ¶ Legitur & *nec opinus* diviſum.

Necromantia, æ, f. *negromanzia*, Germ. *warſagung aus den verſtorbenen*, Gall. *necromantie*, Hiſp. *negromancia*, νεκρομαντεία, divinatio per cadavera, & umbras mortuorum evocatas ad ſua cadavera. *Lactant. l. 2. c. 16.* Necromantia, & ars magica. Adde *Auguſtin. l. 7. de Civ. Dei, c. 35.* ¶ Alio ſenſu *Plin. l. 35. c. 11. de Nicia pictore*, Opera ejus Nemea, Hyacinthus,

Digitized by Google

eiochus, Liber pater, Necromantia Homeri . h. e. ea Odyſſeæ pars, in qua inducitur Ulyſſes ad inferos deſcendens, & cum mortuorum umbris verba faciens. Sunt qui hic leg. *necyomantia*, quod idem eſt. nam *νέκυς* idem ſonat ac *νεκρός*.

Necrothyſius, a, um, *νεκρόθυτος*, umbris inferorum dicatus, oblatus per ſacrificium, a *νεκρός*, mortuus, & *θύω*, *ſacrifico*. *Tertul. de ſpect. c.* 13. Ab idolothytis, & necrothytis voluptatibus abſtinere.

Nectar, aris, n. *nettare*, Germ. *der gotter tranck*, Gall. *nectar*, Hiſp. *nectar*, *νέκταρ*, potus Deorum, ut ambroſia cibus eſt. Græci promiſcue & ambroſiam pro nectare, & nectar pro ambroſia ponunt, ut Anaxandridis, Sapphus, & Alcmanis locis comprobat *Athen. l.* 2. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non enim Ambroſia Deos, aut nectare, aut Juventute pocula miniſtrante lætari arbitror. ¶ Per tranſlationem uſurpatur pro quovis vino dulciore, & pro ipſo etiam melle. *Virg.* 4. *Georg. v.* 164. Et dulci diſtendunt nectare cellas. *Stat. l.* 2. *ſilv. v.* 99. Bacchæum nectar. ¶ *Lucret.* de grato odore *l.* 2. *v.* 847. nectar qui naribus halant.

Nectarea, æ, f. herbæ genus, al. Helenion, Medica, Symphyton. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Nectareus, a, um, *νεκτάρεος*, quod nectaris ſaporem refert, aut odorem. *Martial. l.* 13. Falernum nectareum. *Claud. de nupt. Honor.* Flores nectarei.

Nectarites, m. potio ex herba nectarea. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Necto, is, nexui, & nexi, xum, a. 3. *legare*, *annodare*, [illegible], Germ. *knuepffen*, Gall. *nouer*, *lier enſemble*, Hiſp. *travar*, *nudar*, *πλέκω*, ligo, jungo, a *νέω*, quod tum nere notet, tum etiam congerere, ut *Heſych.* docet. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 29. Non ante devictis Sabææ Regibus, horribilique Medo nectis catenas. *Cic. de Leg.* Atque ut ex aliis alia nectantur. *Propert. l.* 4. *eleg.* 3. *v.* 48. Africus in glaciem frigore nectit aquas. *Horat. l.* 1. *od.* 26. apricos necte flores, necte meo Lamiæ coronam. ¶ Tranſlate nectere dolos alicui, eſt dolo circumvenire. *Liv. l.* 27. *c.* 28. Ne qui dolus necteretur a Pœno. ¶ Eodem fere ſenſu *Propert. l.* 3. *eleg.* 6. *v.* 37. *ad rivalem.* At tibi, qui noſtro nexiſti retia lecto. ¶ Nectere moras, pro morari, *Valer. Flac. l.* 3. ¶ Nectere cauſas inanes. *porger cauſe frivole*, *Virg.* 9. *Æn.* ¶ Nectere carmina, *far verſi*. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. ¶ Nectere fœdera. h. e. jungere. *Plac. l.* 3. ¶ Præter. nexui legitur in compoſitis. V. *Innecto*.

Nectus, V. Necatus.

Necubi, adv. *che non in qualche luogo*, *μήπῃ*, ne alicubi, idest ne in aliquo loco. *Liv. l.* 25. *c.* 2. Necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 45. Videndum, necubi aqua conſiſtat. ¶ Ponitur etiam pro ne unquam, ſeu ne aliquo tempore, item pro ne ulla in re. *Liv. l.* 2. Necubi Regum deſiderium eſſet. *Lucan. l.* 9. *v.* 1058. Necubi ſuppreſſor pereat gemet.

Necunde, adv. *che non da qualche luogo*, *μήποθεν*, ne ex aliquo loco. *Liv. l.* 28. *c.* 1. Necunde ab ſtationibus Punicis conſpiceretur. *Id. l.* 22. Necunde impetus in frumentatores fieret.

Necunquem, nec unquam quenquam. *Feſt.*

Necydalus, m. 2. *νεκύδαλος*, genus vermiculi, aut inſecti, quod deinde poſt tres menſes transformatur in bombycem. *Plin. l.* 11. *c.* 22.

Necyomantia, V. Necromantia.

Nedum, adv. *non pure*, *non che*, *μήτοιγε*, *μὴ ὅτι*, non ſolum, non modo. Plerumque ſubjicitur, & ſervit parti deteriori, & negatur præcedit. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 17. Ut eas ne libertis quidem fere committamus, nedum cuilibet. *Id.* 10 *Fam.* 16. *ep.* 8. Vix in ipſis tectis frigus vitatur, nedum in mari, & via ſit facile abeſſe ab injuria temporis. ¶ Aliquando etiam in primo membro collocatur, vel in ſecundo, etſi non præceſſerit negatio. *Balbus*, & *Oppius ad Cic. poſt ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu probari ſolent. *Hor. de ar. poet. v.* 68. mortalia facta peribunt, Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia vivax. *Liv. l.* 7. *c.* 40. Quem armorum etiam pro patria ſatietas teneibat, nedum adverſus patriam.

Nefandus, a, um, *nefando*, *da non dire*, Germ. *unſeglich*, Gall. *qui n' eſt point a dire*, Hiſp. *coſa indigna de ſer dicha*, *ἄῤῥητος*, quod non eſt fandum. *Cic. de Ariſp. reſp. c.* 20. Per nefandum ſcelus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 543. At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi. *Juſtin. l.* 16. *c.* 4. Nefandiſſima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit.

Nefans, antis, o. idem ac nefandus, apud vet. *Lucil. l.* 7. *apud Non.* 2. *ſ.* n. 8. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

Nefarie, adv. *ſcelleratamente*, ſcelerate, impie. *Cic.* 2. *Verr.* Cum multa in Deos, hominesque nefarie fecerit. *Id. Div. in Ver. c.* 12. Quæ libidinoſe, quæ nefarie fecerit.

Nefarius, a, um, *ribaldo*, *nefando*, [illegible], Germ. *voller ſchand*, Gall. *plein de mechanceté*, Hiſp. *vellaco*, *malvado*, *ἀνόσιος*, *ἀθέμιτος*, nefandus, ſceleſtus, ſacrilegus, profligatus, perditus, nequam, a ne, & *fari*, quaſi adeo ſceleratus, ut eum ne fari quidem, hoc eſt nominare debeamus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 13 Nefarium facinus. *Id.* 1. *Offic.* Nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere. *Cæſ. l.* 2. *B. C.* Nefarium ſcelus.

Nefas, n. indec. *ſcelleritè*, *ſcelleraggine*, [illegible], Ger. *ſchand*, Gall. *mechanceté*, Hiſp. *maldad*, *vellaqueria*, *τὸ ἀθέμιτον*, [illegible], impium facinus, & exſecrabile, a ne, & *fas*. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* Quem Ægyptii nefas habent nominare. *Id. pro Mil.* Cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Juven. ſat.* 13. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum. ¶ Sumitur etiam adjective. *Cic. de Sen.* Quia profecto videtis, nefas eſſe dicto, miſeram fuiſſe talem ſenectutem. *Hor. l.* 1. *od.* 24. levius fit patientia quidquid corrigere eſt nefas. h. e. quidquid corrigi non poteſt. ¶ Interdum uſurpatur ut interjectio, quemadmodum & *malum*. *Virg.* 8. *Æn. v.* 687. ſequiturque (nefas!) Ægyptia conjux. ¶ Per fas, & nefas, *in ogni modo*; *a ragione*, *a a torto*. *Liv. l.* 6. *c.* 14. Id vero accendit animos, ut per omne fas, & nefas ſecutores vindicem libertatis viderentur.

Nefaſtus, a, um, *ſcellerato*, *ἀθέμιτος*, nefarius, a ne, & *faſtus*. *Hor. l.* 1. *od.* 35. Quid intactum nefaſti relinquimus? *Cic.* 2. *de Leg. c.* 8. Quæque augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira dixerit, irrita, infectaque ſunto. ¶ Nefaſta terra, infauſta, & ominoſa. *Liv. l.* 6. *c.* 28. Neque terra ſit nefaſta victoriæ ſuæ. Sic nefaſtus frutex apud *Plin. l.* 20. *c.* 11. ¶ Nefaſti dies, *ἀποφράδες ἡμέραι*, *ἄπρακτοι*, *ἀπράκτοι*, dicebantur, quibus non licebat Prætori fari tria illa verba ſolemnia, *Do*, *dico*, *addico*, ideſt lege agere, ſeu jus dicere, qui in Calendario litera *N* notabantur. *Var. l.* 5. *de L. L.* & *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 47. Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. ¶ His diebus ne Magiſtratibus quidem agere cum populo licebat, ideſt habere Comitia. *Liv. l.* 1. *c.* 19. *de Numa*. Nefaſtos, faſtoſque dies fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.

Nefrendes dicebantur, ut *Aurius Capito* ſcripſit, infantes nondum frendentes, ideſt frangentes, vel, ut *Q. Mucius Scævola*, arietes, vel, ut *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4. porci, primo illo tempore, poſtquam a lacte amoti ſunt, a *ne*, & *frendens*, ideſt ſonum edens dentibus colliſis, & metonymice frangens dentibus, quia nondum ſolidum cibum, ut fabam, frendere, ſeu frangere poſſunt. Alii dicunt, nefrendes renes eſſe, alii teſticulos. Hæc *Feſtus*. ¶ In ſing. numero *Liv. apud Feſt.* Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem.

Negabundus, a, um, *negans*. *Feſt. in Carcer.*

Negans, antis, o. partic. a nego, ſeu nomen ex participio. *Cic. in Top.* Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia, in *ἀποφατικά* Græci, contraria aientibus, ut ſi hoc eſt, illud non eſt.

Negantia, æ, f. idem ac negatio. *Cic. in Top. c.* 14. Deinde addunt conjunctionum negantiam.

Negatio, onis, f. 3. *negazione*, [illegible], Germ. *laugnung*, Gall. *negation*, Hiſp. *negacion*, *ἄρνησις*, *ἀπόφασις*, inficiatio, & eſt magis facti, vel dicti, quam petitionis, vel poſtulationis. *Cic. in Partit.* Negatio, inficiatioque facti. *Id. pro Syl.* Eandem vim eſſe negationis hujus. ¶ Metonymice negatio apud Grammaticos accipitur pro particula negativa, non, nec, *nemo*, &c.

Negativus, a, um, *che nega*, *ἀποφατικός*, quod negat, ut Dictio negativa. *Capus ſcœvol. l.* 237. *de verb. ſignif.* Duobus verbis negativis.

Negator, oris, qui negat. *Tertul. adv. hæret. c.* 11. Fidem tuam deſeras; negator invenior. *Prudent. Cathem.* 1. *v.* 58. Flevit negator denique.

Negatorius, a, um, adject. ad negandum inſerviens, negativus, ut negatoria actio. *Ulpian. Dig. l.* 7. *tit.* 8. *leg.* 6. *ad fin.*

Negatrix, icis, quæ negat. *Prudent. Apotheoſ. v.* 549. triumphat Gens inſida prius, Chriſti ſed vita negatrix Subditur imperio. *Adde Tertull. de Idol. cap.* 23.

Negatus, a, um, *negato*, partic. a nego. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 4. *v.* 17. Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Negito, as, a. 1. freq. a nego. *Plaut. Merc. prol. v.* 50. Negitare adeo me natum ſuum. *Lucret. l.* 4. *v.* 911. Ne fieri negites, quæ dicam, poſſe.

Neglecte, adverb. negligenter. *Hieronym. epiſt.* 23. *ad Paulam*, *c.* 1.

Neglectim, adv. negligenter. *In quodam epigr. quod Petronio attribuunt*, inter *Catalecta Scalig. l.* 1. *pag.* 208. Non amo neglectim, mihi quæ ſe commit amica.

Neglectio, onis, f. idem ac neglectus. *Cic. pro Mur. c.* 4. Neglectio amicorum improbitatem coarguit.

Neglector, oris, m. *traſcuratore*, qui negligit. *Auguſtin. ſerm.* 43. *de divaſ. circa med.* Non neglector, ſed effector præceptorum Dei.

Neglectus, us, m. *diſpregio*, *ἀμέλεια*, contemptus, contemptio. *Ter. Heaut.* 2. 3. 118. Hæc res neutiquam neglectui eſt mihi. Al. leg. *neglecta*. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Jam ſigna lethalia. In furoris morbo riſum, ſapientiæ vero ægritudine, fimbriarum curam, & ſtragulæ veſtis plicaturas, a ſomno moventium neglectum, &c.

Neglectus, a, um, *ſprezzato*, *καταφρονούμενος*, contemptus. *Ovid.* 3. *de Art.* Facies neglecta peribit. *Cic.* 3. *Fin.* 2. 19. Ipſi abjecti, neglectique. *Stat.* 7. *Theb. v.* 165. Scilicet e cunctis ego neglectiſſima natis.

Negligens, ntis, adject. o. *negligente*, *non curante*, qui negligit, tardus, indiligens, *ἀμελής*. Varie conſtruitur. *Cic. Verr.* 5. *c.* 62. Sociorum, atque amicorum negligentior. *Id.* 13. *Fam. epiſt.* 1. *ad fin.* Me in ſe negligentem putabis. *Id. de Amic.* In amicis eligendis negligentes eſſe. *Suet. in Tiber. c.* 69. Negligentior circa Deos, ac religiones. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 13. De alieno negligentes, de ſuo diligentes. ¶ Accipitur interdum pro prodigo, qui ſcilicet rem familiarem negligit. *Cic. Fam.* 3. *epiſt.* 8. Non potui in illo ſumptu non neceſſario negligens eſſe. *Suet. in Galb. c.* 14. Modo parcior, modo negligentior. ¶ Negligentior barba, h. e. negligentius culta, *Sen. epiſt.* 5. ¶ Superlat. *negligentiſſimus* legitur apud *Latinum Pacat. in Paneg. Theodoſ. c.* 31. quamvis *Cicinnius* maris legi *negleſtiſſimus*.

Negligenter, adv. *con iſprezzo*, per contemptum. *Sueton. de clar. Gram.* De injuriis, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentum exciperent. ¶ Fere accipitur pro non diligenter, *negligentemente*, Gall. *negligemment*, Hiſp. *negligentemente*, *ἀμελῶς*. *Cic. pro Roſc. Com.* Quid eſt, quod negligenter ſcribamus adverſaria? *Id. in Orat.* 2. 23. Multa sunt alterum negligentior. *Senec. epiſt.* 63. Qui cum negligentiſſime amicos habeant, miſerrime lugent.

Negligentia, æ, f. *ſprezzo*, *καταφρόνησις*, contemptus, a *negligo*. *Ter. Phorm.* 5. 8. 27. Nam neque negligentia tua, neque id odio feci tuo. ideſt quod te negligam. *Cic.* 2. *de Orat.* Quarum rerum negligentia plerique cauſas, & maxime privatas videmus amitti. ¶ Plerumque ſumitur pro indiligentia, incuria, pigritia, *negligenza*, Germ. *hinlaeſſigkeit*, Gall. *negligence*, Hiſp. *negligencia*, *ἀμέλεια*. *Cic.* 1. *Offic.* Tantum quæ fugiat agreſtem, & inhumanam negligentiam. *Quintil. l.* 1. *cap.* 3. Negligentia aliquid faciendi.

Negligo, is, exi, ctum, a. 3. *ſprezzare*, *non far conto*, [illegible], Germ. *nicht achten*, Gall. *mepriſer*, Hiſp. *menoſpreciar*, *ὀλιγωρέω*, contemno, non curo, a *nec*, & *lego*, quia notat eligere. Hinc in quibuſdam Terentii, & *Plauti* editionibus *neglego* legimus. *Cic.* 14. *Fam. epiſt.* 4. Periculum fortunarum, & capitis ſui pro mea ſalute neglexit. *Id. pro Cluent.* Prætermitti ab aliquo, aſt negligi. *Cæſ. lib.* 1. *B. G.* Se injurias non neglecturum. *Cic. in Orat.* Verba verbis coagmentare negligat. *Horat. l.* 1 *od.* 28. Negligis immeritis nociturum Poſtmodo te natis fraudem committere? *Non hai riguardo*.

Nego, as, a. 1. *negare*, [illegible], Germ. *nein ſagen*, Gal. *nier*, Hiſp. *negar*, *ἀρνέομαι*, *ἐξαρνοῦμαι*, inficior, inficias eo, quaſi *neago*, a *nec*, & *ago*. *Cic. in Brut.* A Mævio, ſi fateris, ſumpſiſti multa, aut ſi negas, ſurripuiſti. *Ter. Eun.* 4. 4. 47. Modo ait, modo negat. *Cic. in Top. c.* 11. Sunt negantia contraria aientibus. ¶ Significat etiam recuſare, nolle dare, aut facere. *Ter. Andr.* Non dubitas, quin te ducturum neges. *Juv. ſat.* 1. Si natura negat, facit indignatio verſum. *Ovid. Heroid.* 3. Opem negavit patriæ. *Lucan. l.* 8. *de Pompeyo fugiente*. Cornipedem exhauſtum curſu, ſtimuliſque negantem Magnus agens. h. e. procedere recuſantem, licet ſtimulis ageretur. ¶ Elegans eſt hujus verbi uſus apud *Curt. l.* 4. *c.* 1. Negaverunt, quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi regia ſtirpe ortum. *Proteſtarono*, *che non*, *&c*.

Negotialis, & le, o. 3. *πραγματικός*, ad negotium pertinens. *Quintil. l.* 2. *cap.* 21. Eique locum in Ethice negotialem aſſignat. ideſt *πραγματικόν*. ¶ Conſtitutio negotialis, eſt pars conſtitutionis generalis, in qua quæritur de jure ex more, & æquitate civili. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 11. & *l.* 2. *c.* 21.

Negotians, antis, *negoziante*, negotiator. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 640. *n.* 4. Ti. Claudius Ti. filius negotians ferrarius.

Negotiarius, V. Negotiatorius.

Negotiatio, onis, f. *negoziazione*, *ἐμπορία*, *ἐμπορεία*, actus negotiandi, mercatura. *Cic. l.* 6. *Fam. epiſt.* 8. Ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 18. Negotiationes quoque vel privato pudendas palam exercuit.

Negotiator, oris, m. *negoziatore*, *mercatante*, [illegible], Germ. *handelſman*, Gall. *negociateur*, *traffiqueur*, Hiſp. *negociador*, *mercador*, *ἔμπορος*, *ἐμπορευόμενος*, qui negotiatur, mercator. *Cic. l.* 1. *ad Q. F.* Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. *Quintil. l.* 1. *c.* 12. Mercis ſordidæ negotiator. ¶ Item qui aliorum negotia exercet, præfectus negotiationi. *Labeo*, *l. Leg. ſervis ff. de leg.* 3. Negotiatores ſervi videntur, qui præpoſiti ſunt negotii exercendi cauſa, veluti qui ad emendum, aut locandum, & conducendum præpoſiti ſunt.

Negotiatorius, a, um, adject. ad negotiatorem, vel ad negotium pertinens.

[illegible]

Vopiſc. in Firmo c. 3. Naves quoque ad Indos negotiatorias miſit, *navi mercantili*. Sunt qui minus recte legant *negotiorum*.

Negotiatrix, icis, quæ negotiatur. *Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 3.* Bonitas apparitura boni negotiatrix. *Paul. JCtus l. 31. ff. de aur. arg. leg.* Cum ſeviatrix negotiatrix fuerit.

Negotinummulus, a, um, adject. nummos acquirens, lucrum afferens. *Apul. l. 10. Metam.* Adventorum negotinummia baſiola.

Negotiolum, n. 2. *faccenduzza*, exiguum negotium. *Cic. ad Q. Fratr. l. 3. ep. 4. ad fin.* Erit neſcio quid negotioli.

Negotior, aris, atus ſum, d. 1. *negoziare, trafficare*, [illegible], Germ. *handeltreiben*, Gall. *negocier, s'adonner au negoce*, Hiſp. *negociar*, πραγματεύομαι, ἐμπορεύω, negotia exerceo, mercaturæ operam do. *Cic. l. 3. Off. c. 14.* Cum ſe Syracuſas otiandi cauſa non negotiandi contuliſſet. *Idem Serv. Sulp. l. 13. Fam.* M. Curius, qui Patris negotiatur. *Colum. lib. 12. in præfat.* Negotiari aliquo genere mercaturæ. ¶ Negotiari animas. *Plin. l. 29. c. 1. de medicis.* Nec dubium eſt, omnes iſtos famam novitate aliqua aucupantes animas ſtatim noſtras negotiari. hoc eſt animæ, & vitæ noſtræ ad quæſtum, & negotiationem ſuam abuti.

Negotioſitas, atis, f. negotiorum, ſeu rerum agendarum multitudo, ita vertit *Gel. l. 11. c. 6.* græcam vocem πολυπραγμοσύνη.

Negotioſus, a, um, *pieno di faccende*, Germ. *geſchäfftig*, Gall. *qui a beaucoup d'affaires*, Hiſp. *que tiene muchos negocios*, πραγματικός, negotii plenus. *Cic. pro Mur. c. 18.* Provinciam Hoſtienſem non tam gratioſam, & illuſtrem, quam negotioſam, & moleſtam. ¶ Negotioſi dies, profeſti, diebus ſacris oppoſiti. *Tac. l. 13. Ann. c. 41.* Eoque oportere dividi feſtos, & negotioſos dies, *giorni da lavoro*. ¶ Negotioſum tergum a *Plauto* dicitur *Mil. 2. 5. 37.* quod plagis exercetur. ¶ Gradus ſunt *negotioſior* apud *Sen. l. 1. de Ira c. 13.* *Negotioſiſſimus*, apud *Auguſt. epiſt. 54.*

Negotium, tii, n. 2. *negozio, affare*, [illegible], Germ. *ein geſchäffte*, Gal. *negoce*, Hiſp. *negocio*, πρᾶγμα, occupatio in aliqua re, a *nec*, & *otium*, quaſi non otium, hoc eſt opus, ſeu operatio, *i* in *g*, converſo. *Cic. 1. Offic.* Peregrini officium eſt, nihil præter negotium ſuum agere. ¶ Aliquando accipitur pro labore, opere. *Cic. Fabio.* Plurimum in eo negotii habui. ¶ Aliquando pro cura, moleſtia, ſolicitudine. *Cic. Att.* Negotium magnum eſt navigare, atque id menſe Quinctili. ¶ Aliquando pro controverſia, vel diſſenſione. *Cic. Att. l. 7.* Veruntamen video, mihi cum homine audaciſſimo, paratiſſimoque negotium eſſe. ¶ Item pro remedio. *Plaut. Capt. 3. 5. 10.* Neque de hac re negotium eſt, quin male occidam. ideſt nullo remedio occurri poteſt, *non v'è negozio*. ¶ Item pro mercatura. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 33.* Cave, ne portus occupet alter, Ne Cybiratica, ne Bithyna negotia perdas. ¶ *Ita negotium eſt*, ita oportet, ſic res poſtulat. *Plaut. Mil. 2. 6. 43.* ¶ Eſt mihi negotium, *ho interreſſe*. *Ter. Adel. 4. 5. 8.* Mirabar, quid hoc eſſet negotii tibi. ¶ *Negotium dare*, eſt in mandatis dare, mandata dare, *dar' incombenza*. *Cic. l. 5. Fam.* Non habui, cui potius id negotii darem, quam Tullio ſcribæ. *Id. in Prat. urb.* Negotium des illis nequiſſimis comitibus, ut vaſeant, & intelligant. ¶ *Faceſſere negotium*, eſt moleſtiam exhibere. *Cic. App. Pulch.* De temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. ¶ Eodem pacto dicitur, negotium alicui exhibere. *Id. 3. nat. Deor. c. 30.* pro quo *Paul. JCtus l. 1. rempt. ſenerat. tit. 3.* comparare alicui negotium, dixit, & *Quintil. lib. 5. cap. 10.* Negotium facere. ¶ Nullo negotio. h. e. facile, *facilmente*. *Cic. ad Att.* Quod nullo negotio ſaneret amicum mihi Cæſarem. ¶ Et per interrogationem. *Id. 1. Tuſc. c. 6.* Quid eſt negotii, hæc poetarum, ac pictorum portenta convincere? *che gran faccenda?* ¶ Suum negotium bene gerere, *far la ſua parte, far bene i fatti ſuoi*. *Cic. pro Quinc.* ¶ Negotium conficere, curare, procurare, agere, & ſimilia quamplurima *Ciceronis* paſſim ſunt, & aliorum.

Negritu, in auguriis ſignificat ægritudo. *Feſt.*

Negumam, negam. *Feſt.*

Neleïdes, æ, vel per Synæreſin Nelides, m. 1. filius, vel alius ex poſteris Nelei. *Ovid. 12. Met. v. 553.* Bis ſex Nelidæ fuimus.

Neleïus, a, um. V. Nelëus.

Neleus, m. 2. Νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui a Pelia fratre pulſus ex Theſſalia in Laconiam venit, ubi Pylon urbem condidit, cujus Rex fuit. *Hom. 11. Odyſſ.* Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni Regis filia, ex qua duodecim filios ſuſcepit, quos poſtea omnes una cum patre, præter unicum Neſtorem tum foras ablegatum, Hercules everſa Pylo interfecit. *Ovid. 12. Metam.*

Neleus, & Neleïus, a, um, adject. a Neleo. *Ovid. 6. Metam. v. 418.* Et Nelea Pylus. *Idem Heroid. epiſt. 11. v. 63.* Nec Pylon, antiqui Neleia Neſtoris arva.

Nelides, æ, m. Νηλείδης, filius aut nepos Nelei, qui fuit Neſtoris pater. *Ovid. 12. Met. v. 553.* Bis ſex Nelidæ fuimus, conſpecta juventus. *Val. Flacc. l. 1. v. 388.* Nelideſque Periclymenus.

Nema, atis, n. νῆμα, *filum*, a νέω, *neo*. Hinc nema ſericum. *l. 16. ff. de Publican.*

Nemæus, & Nemeus, a, um, Νεμαῖος, & Νέμειος, ad Nemeam pertinens, Nemæus. *Hieronym. contra Vigilant. initio.* Aprum Erymanthium, & Leonem Nemæum. *Feſt. in Peribodas*, & *Hygin. fab. 273.* Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit. ¶ *Nemeæus* uſitatius eſt.

Nemauſienſis, e, adject. ad Nemauſum urb. pertinens. *Plin. l. 3. cap. ult.* Nemauſienſibus attributa oppida.

Nemauſum, i, n. *Nimes*, urbs Galliæ Narbonenſis trans Rhodanum, Amphitheatrum Romanum ad hæc uſque tempora conſervans. V. *Lipſ. de Amphitheatro*. *Plin. l. 3. c. 4.*

Nemēa, æ, vel Nemee, es, f. 1. *Triſtena*, Νεμέα, oppid. Peloponneſi, in Argia, Cleonis proximum, inter Cleonas, & Phliuntem, medium inter Sicyonem in Circ. & ſin. Argolicum in Eur. quo nomine etiam tota regio appellata eſt. ¶ Eodem nomine eſt juxta oppidum ſilva, & rupes, ubi Hercules leonem immanis magnitudinis interfecit. In cujus rei memoriam ludi poſtea in honorem Herculis inſtituti ſunt, qui Nemei dicti. *Plin. l. 19. c. 8.* Hinc *Virg. Æn. 8.* Et vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem. *Martial. l. 1. epigr. 67.* Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem &c. *Stat. l. 1. ſilv. 3.* frondentis Nemees alumnus.

Nemeæus, a, um, Νεμεαῖος, adject. ad Nemeam pertinens. *Ovid. 9. Met. v. 235.* Congeriem ſilvæ Nemeæo vellere ſummam. ¶ Nemeæa certamina, quæ in honorem Herculis in ſilva Nemees celebrari conſueverunt: quorum victores apio coronabantur. Alii volunt inſtituta fuiſſe in honorem Archemori pueri in ea ſilva a ſerpente occiſi.

Nemeſis, is, f. Νέμεσις, Dea quædam, filia Juſtitiæ, ut quidam volunt, Jovis, ut alii, quæ præmiis bonos ornet, & iniquis pœnas rependit. Habita eſt etiam ſuperborum ultrix, teſte *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 22.* ¶ Quidam eandem eſſe ac Fortunam dixerunt. Eadem *Rhamnuſia* dicitur, quod in Rhamnunte Atticæ oppido templum, & ſimulacrum Phidiacum haberet. Romani quoque huic Deæ templum dicavere. *Stat. l. 13.* V. *Gyraldum, dial. 16.* ¶ Hoc etiam nomine Tibulli amica appellata eſt.

Nemeſtrinus, m. 2. Deus nemorum. *Arnob. l. 4.*

Nemetes, m. 3. pop. Germ. ſuper. ad Rhenum, quorum urbs Nemetum, Noviomagus, Spira. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 51.*

Nemeturicus, a, um. Nemeturicam picem laudat *Colum. l. 12. c. 20. 22. & 24.* & in Liguria confici tradit: unde videtur dicta a Nemeturicis, ſeu Nementuriis, qui inter Alpinos populos recenſentur in Inſcriptione trophæi Alpium, apud *Plin. l. 3. c. 20.* Sed hæc valde incerta ſunt.

Nemeus, a, um. V. Nemæus.

Neminia, m. 2. fons agri Reatini, qui ortum mutans, annonæ quoque mutationem portendit. *Plin. l. 2. c. 103.*

Nemo, neminis, com. *neſſuno, niuno*, [illegible], Germ. *niemand*, Gall. *nul, pas un, aucun*, Hiſp. *ninguno, nadie*, οὐδείς, nullus homo, a *ne*, & *homo*, vel potius a *ne*, & priſco *hemo*. *Feſt.* Dicitur de ſolis hominibus. *Cic. 1. de Orat.* Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum. *Plaut. Caſ. 2. 2. 12.* Viſnam neminem amo merito magis, quam te. ¶ Per Pleonaſmum a *Terentio, Catone, Cicerone* dicitur *nemo homo*. *Cic. l. 13. Fam. ep. 55.* Ut hominem neminem pluris faciam. *Id. Attic. l. 8. ep. 2.* Neminem omnium hominum pluris facio. ¶ Uſurpatur & cum præpoſit. *e, ex, de*. *Cic. pro Font.* Nemo ex tanto numero eſt, quin &c. *Id. 9. Fam.* Sic ut plura nemini e noſtris. *Id. 1. de Orat. c. 49.* Nemo de iis, qui peritiſſimi ſunt. ¶ Nemo alius, *non' altro*. *Cic. Attic. 11. ep. 9.* Alium, cui commendem, habeo neminem. ¶ *Nemo quin*, *nemo qui non*. *Cic. 6. Fam. ep. 4.* Nemo eſt quin cogitet. *Id. 5. Tuſcul. c. 22.* Adhuc neminem cognovi poetam, qui ſibi non optimus videretur. ¶ *Nemo non*, pro omnes, *non nemo*, pro aliquis. *Cic. de Amic.* Aperte adulantem nemo non videt. *Plin. l. 14. cap. 4.* Cucurritque non nemo ad ſpectandas uvarum ſtrues. ¶ Sic, *nemo unus*, & *unus nemo*, pro nullus omnino. *Liv. l. 9.* Nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret. *Auct. ad Heren. l. 4.* Unum omnes artes partes conſequi nemo potuerit. ¶ Aliquando, ſed raro, de aliis rebus uſurpatur, præter hominem. *Prudent. in Rom. v. 749.* Dies nemo. ¶ Item pro ullus. *Cic. l. 9. Fam. ep. 14.* Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut &c. *non ſo, ſe ad altri*. ¶ Jungitur interdum *nemo* cum negationibus, quæ nihil efficiunt. *Ter. Eun. 1. 2.* Habeo hic neminem neque amicum, neque cognatum. *Liv. l. 3. c. 11.* Nemo non lingua, non manu promptior in civitate habebatur. h. e. nemo lingua &c. ¶ Significat aliquando *nullius momenti*. *Cic. 7. Attic. ep. 3.* Ma moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas.

Nemoralis, & le, o. 3. *di ſelva*, ὑλαῖος, quod ad nemus pertinet. *Martial. lib. 13. epigr. 19.* Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. ideſt quæ eſt juxta nemus, vel quæ nemoribus circumſepta eſt. *Ovid. l. 1. de art. am. v. 259.* Templum nemorale Dianæ. *Id. 3. Amor. eleg. 1. v. 5.* Umbræ nemorales.

Nemorenſis, & ſe, o. 3. ad nemus pertinens, idem ac nemoralis. *Col. l. 9. 4.* Sed ex omnibus deterrimum notæ mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto, atque arbuto provenit. ¶ Nemorenſis rex, erat Rex ſacrorum in nemore Dianæ, quod erat in ſiniſtra via, qua Ariciam itur. Lucus enim ille, teſte Suetonio, peculiaritas nemus appellabatur. *Suet. in Calig. c. 35.* Nemorenſi Regi, quod multos jam annos poteretur Sacerdotio, validiorem adverſarium ſubornavit.

Nemorivagus, a, um, ὑλονόμος, quod in nemore vagatur. *Catul. in Berenicen, carm. 64.* Ubi cerva ſylvicultrix, ubi aper nemorivagus.

Nemoroſus, a, um, ὑλώδης, nemoribus abundans. *Virg. 3. Æn.* Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Nemus, i. e. Nemus, *Nemi*, caſtr. Latii, in Campania Romana, juxta lac. Nemorenſem, in colle.

Nemoſſus, i, urbs metropolis Avernorum. *Lucan. l. 1. v. 419.*

Nempe, adv. *certamente, appunto, cioè*, [illegible], Germ. *nemlich*, Gall. *c'eſt à dire, à ſavoir*, Hiſp. *es a ſaber*, δηλαδή, nimirum, quippe, ſcilicet, videlicet, a *nam*, & *pe*. Pe autem eſt a Græco πῃ, vel ποῖ. *Plaut. Men.* Nempe jubes? M. Jubeo hercle vero. *Cic. pro Flac.* Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ne rata ſit emptio. ¶ Sæpe adverbium eſt confirmantis, ſeu reſpondendi vim elegantem habet poſt noſtram ipſorum interrogationem. *Cic. pro Mil.* Quid ergo tulit Pompejus? nempe ut quæreretur. *Plaut. Merc. 4. 4. 36.* Scio jam quid velis: nempe hinc me abire vis. Ly. Volo, inquam. *Cic. Tuſc. 5. c. 3.* Nempe negas, ad beate vivendum ſatis poſſe virtutem? *Secondo dunque tu nieghi?*

Nemus, oris, n. *boſco, ſelva*, [illegible], Germ. *luſtwald*, Gall. *bois*, Hiſp. *boſque, moheda, ſoto*, νέμος, ὕλη, ſylva, præſertim quæ voluptatis cauſa comparata eſt, & in qua greges, atque armenta paſcuntur, a νέμος, quod a νέμω, *paſco*. *Feſtus*. Nemora ſignificant ſylvas amœnas. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Hanc, inquam, accepimus agris, & nemora cum quodam ſtrepitu, fremituque peragrare. ¶ Differt nemus a ſilva, inquit *Valla*, quod hæc ardua eſt. a luco, quia religioſus eſt; a ſaltu, quia in eo jumenta paſcuntur. Verum ſi traditæ etymologiæ fidem adhibemus, nemus, & ſaltus idem ſunt. Cæterum hæc omnia promiſcue a latinis ſcriptoribus uſurpantur.

Nemut, niſi etiam, vel nempe. *Cato apud Feſtum*.

Nenia, ſeu nænia, & næniæ, arum, fem. 1. θρῆνος, ἐπικήδειον, *nenia*, carmen funebre, præcipue ultimum illud, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadaver ſepultum. *Cic. 2. de Leg. c. 24.* Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, eaſque etiam cantu ad tibicinem proſequantur, cui nomen næniæ, quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. *Feſt.* Nænia eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. *Non.* Nenia ineptum, & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, iis, quibus propinqui non eſſent, mortuis exhiberet. Adde *Quintil. l. 8. c. 3.* Hinc *Sueton. in Auguſt. c. 100.* Funus triumphali porta ducendum, canentibus neniam principum liberis. ¶ Apud *Sidon. l. 7. ep. 17.* Nenia ſepulcralis eſt epitaphium ſepulcro inſcriptum. ¶ Tranſlate dicitur de quocunque lugubri carmine. *Plaut. Pſeud. 5. 1. 37.* Id fuit nænia ludo. h. e. id ludum in luctum mutavit. *Id. Truc. 2. 1. 3.* Huic homini amanti mea hera dixit neniam de bonis: nam fundi & ædes obligatæ ſunt ob amoris prandium. *Id. Bacch. 4. 8. 48.* Te faciam, ſi tu me irritaveris, confoſſiorem foricina neniæ. V. *Confoſſus*. *Horat. l. 2. od. 1. poſt enumerata mala ex bello civili*. Sed ne relictis Muſa procax jocis Ceæ retractes munera næniæ. Ubi ſimul innuit, a Simonide Ceo hoc genus carminis primum inſtitutum fuiſſe. ¶ Item de quovis ſermone, aut ſcripto nugatorio, aut nullius momenti. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 62.* Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum nenia? *Phædr. l. 3. Fab. 1.* Legeſne potius viles nenias? ¶ Denique nenia eſt genus edulii fruſtillatim concisi, ut docent Interpretes ad illud *Arnobii l. 7.* Quid tædæ, quid neniæ, quid offæ?

Nenia, f. 1. Dea, quæ funeribus, ſeu carminibus funebribus præerat, cui ſacellum a Romanis dedicatum fuit extra Portam Viminalem. *Feſt. Auguſt. l. 6. de Civ. c. 9.*

Nenu, non, apud veteres. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 580.* Nenu moleſtum eſt. *Lucret. l. 4. v. 713.* Nenu queunt rapidi contra conſtare leones.

Neo, es, evi, etum, n. 2. *filare*, [illegible], Germ. *ſpinnen*, Gall. *filer*, Hiſp. *hilar*, νέω, νήθω, κλώθω, filum torqueo, vel duco. *Plin. l.* [illegible] *c.*

F 2 3. So-

3. Superque omnia netur, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. *Ovid. de medicam. faciei, v.* 14. Aſſiduo durum pollice nebat opus. *Id. e. Faſt. v.* 771. Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina nevit. *Tibul. l.* 3. *eleg.* 3. *v.* 36. Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt. Ubi *neunt* pen *nent* poſitum eſt, pleonaſmo ? u. *Scaliger* hoc loco *neunt* non a *neo*, ſed a *neoducendum* putat, quemadmodum *abnuunt* pro *abnuo* dixit *Ennius*. Verum ſi a *neo* ſit, *neunt* diſſ debere videtur. Alii putant hic uſurpari *neo*, *neis*, in tertia conjugatione. ¶ *Ovid. l.* 1. *de Pont. el.* 8. *ad fin.* Nerunt fatales hoc tia ſila Deæ. *Juſt. l.* 1. *c.* 3. Invenit eum colo nentem. ¶ Particip. *netus* V ſuo loco.

Neocōrus, i, νεωκόρος, qui templi cuſtodiam habet. *Firmic. l.* 3. *c.* 7. & *l.* 4. *c.* 7. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1122. *n.* 2. ¶ Aliquando ipſi populi & civitates *neocoros* ſe dicebant, in quorum regione templum eſſet totius provinciæ commune, & publica omnium cura tuendum. Ita Epheſii ſe appellare dicuntur in numm. M. Antonii, propter templum Dianæ.

Neomenia, f. 1. νεομηνία, novilunium, vel prima dies Lunæ, aut menſis. Græci enim ſuos menſes ad Lunæ curſum dirigebant, & a primo novilunii die menſes ſuos auſpicabantur. Hinc ad neomenias latinas, proverb. apud *Hieronym.* quod idem eſt ac, ad calendas græcas, h. e. nunquam.

Neoptolĕmus, m. 2. Νεοπτόλεμος, cognomen Pyrrhi filii Achillis, a νέος, *novus*, & πόλεμος, *bello*, quod admodum puer ad bellum Trojanum ductus fuerit. *Cic.* 1. *de Am.* & 2. *Tuſc.* & *Serv. in* 2. *Æn.* ¶ Item rex Moloſſorum, pater Olympiadis, quæ Alexandrum M. genuit. *Juſtin. l.* 7. *n.* 6.

Neoſtrophium. V. Neſtrophium.

Neutericè, adverb. nove, recens, *modernamente*. *Aſcon. Pedian. in Divin. Verr c.* 4. *ad fin.* Hoc leviter a Cicerone dictum, & neoterice putant.

Neotericus, a, um, νεωτερικός, juvenis, recens, a νεώτερος, *junior*, ut Scriptores neoterici, quibus antiqui opponuntur. *Aurel. Vict. de orig. Gentis R. in princip.* Ut quiſquam neotericorum aſſeveraret.

Nepa, æ, f. *ſcorpione*, עקרב. Ger. *ſcorpion*, Gal. *ſcorpion*, Hiſp. *alacran*, σκορπίος, animal venenatum, cauda feriens, alio nomine *ſcorpius*, cujus natura eſt, ut in parietum latibulis deliteſcat, & , cum aliquid ſenſerit, retrocedat. *Feſtus* dubitat, num cancer ſit, an ſcorpius, namque quin utroque modo veteres uſi, pro cancro *Plautus*, ut *Feſto* placet, pro ſcorpio *Tullius in Arateis*. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 7. Receſſim dabo me ad parietem, imitabor nepam. *Cic. l.* 5. *de Fin. c.* 15. Cornibus uti videmus boves, nepas aculeis. ¶ Ponitur & pro ſcorpio ſigno cœleſti. *Cicer.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. Atque oculos urget pedibus, pectuſque Nepai. ubi *Aratus* habet, σκορπίος, ὑφ᾽ ἡμαξαν τε, &c. *Col. l.* 11. *c.* 2. Pridie Non. Maji Nepas medius occidit. ¶ Ipſa vox Afra eſt origine, teſte *Feſto*.

Neparcus, a, um, adject. non parcus. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 77. Id quidem tibi neparcus dabo. Ita leg. Acidalius. Alii *ne parſis*. h. e. ne peperceris.

Nepenthes, n. indecl. νηπενθές, h. e. triſtitiam, & dolorem fugans, a νη particula privativa, & πένθος, *luctus*. Hoc nomine vocatur herba, quam quidam eandem ac bugloſſon eſſe putant, quod vino injecta hilaritatem inducat. *Plin. l.* 21. *c.* 21. & *l.* 25. *c.* 2. & 8. ¶ Vox eſt ab *Homero* primum uſurpata *Odyſſ.* 4. ubi conſule ejus Interpretes.

Nepĕta, æ, f. *nepitella*, herba, alio nomine pulegium agreſte. *Plin. l.* 20. *c.* 14. & *Col. l.* 5. *c.* 7.

Nephĕle, es, uxor Athamantis, mater Phryxi, & Helles. Hinc

Nephelæus, a, um, adject. ad Nephelen pertinens, ut Nephelæum pecus, idest aries aurei velleris, qui Phryxum, & Hellen Nepheles filios per mare vexit. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 56.

Nephelēias, adis, f. patronym. filia Nepheles. *Lucan. l.* 9. *v.* 956. Qua pelago nomen Nepheleias abſtulit Helle.

Nephelēis, idis, patronym. fem. h. e. Helle Nepheles filia. *Ovid.* 11. *Met. v.* 195. Anguſtum citra Pontum Nepheleidos Helles.

Nepos, otis, m. 3. *nipote*, נכד, Ger. *Kindes kind*, Gal. *neveu*, Hiſp. *nieto*, ἔγγονος, qui ex filio, filiave natus eſt, a νέπος, qua voce, *Feſto* teſte, uſi *Theocritus*, & *Apollonius*. *Cic. pro Dejot.* Qui nepos avum in diſcrimen capitis adduxerit. ¶ Sunt qui filium fratris appellent *nepotem* Italico more, ſed non tamen ſatis latino. Sunt etiam, qui adjectione facta dicant *nepotem ex fratre*; quod multis Eruditis placuit, nondum tamen exemplo Latino probatum eſt. nam *nepos ex fratre* idem eſt ac *fratris nepos*, h. e. is, qui ex filio, filiave fratris genitus eſt, quod autem de filio fratris dicimus, idem intelligendum eſt de filio ſororis. *Cajus l.* 7 *ff. de leg. tut.* Veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepoſque ex eo. *Leg. Nemini* 17. *Cod. de nupt.* Nemini liceat contrahere matrimonium cum ſorore, ſororis filia, & ex ea nepte. *Tac.* 3. *Ann. c.* 30. Sororis nepotem in nomen adſcivit. h. e. natum ex filio, vel filia ſororis. *Suet. in Cæſ. c.* 27. Cæſar Octaviam ſororis ſuæ neptem Pompejo detulit. h. e. filiam Atiæ, quæ nata erat ex Julia Cæſaris ſorore. ¶ Qui putant fratris ſororiſve meæ filios dici etiam *fratris ſororiſve nepotes*, vel *nepotes ex fratre, aut ſorore*, afferunt locum *Suetonii in Cæſ. c.* 83. ubi ait *Cæſar tres ſubſtituit hæredes ſororum nepotes, C. Octavium, Q. Pedium, &* *L. Pinarium*, quia ſcil. Pedius & Pinarius nati erant ex Julia Cæſaris ſorore. Sed *Suetonius* per figuram ζεῦγμα confundit Pedium & Pinarium cum Octavio filio Atiæ, de qua ſupra. ¶ Igitur nullum eſt ſpeciale cognationis nomen, quo filius fratris ſororiſve meæ appelletur, ſed communiter dicitur a Latinis *fratris filius*, *ſororis filius*, qui ab Italis *nipote*. Quod enim ait *Paſſeratius* Amphitruonem dici a *Plauto* nepotem Gorgophones, cujus amica ejus fuit, id nullius momenti eſt: locus enim deſumitur ex *Suppoſitis*, quæ neque Plautina ſunt, neque Latina. ¶ Cæterum non eſt negandum, procedente Linguæ Latinæ ætate, & a priſca puritate recedente, uſurpari cœpiſſe nepotem, & neptem pro fratris, vel ſororis filio, vel filia. Afferri enim poſſunt hac de re exempla ex *Inſcriptionib. Reineſ. claſſ.* 8. *num.* 37. *Ambroſ. l.* 6. *ep.* 48. *Venant. Fortun. l.* 6. *carm.* 4. *v.* 16. &c. ¶ Sic *nepos ex fratre* pro filio fratris legitur in *Chronico Euſeb. a D. Hieronymo in Latinum verſo prope fin. Oroſ. l.* 7. *cap.* 28. *Spartian. in Hadrian. c.* 2. &c. Sed de toto hujus vocis controverſia, atque uſu V. *epiſtolam Jacobi Facciolati*, editam *Patavii* 1723. una cum ejus *Orationib. item Venet.* 1722. *ne' Supplementi del Giornale de' Letterati to.* 1. ¶ Quandoque nepotes vocantur poſteri, & quidem propriè per patrem & avum deſcendentes. *Virg.* 6. *Æn.* Forte recenſebat numerum, caroſque nepotes. ¶ Poëtæ per catachreſim transferunt hoc nomen etiam ad poſteros, qui per fratres & ſorores deſcendunt. Itaque *Ovid.* Jul. Cæſarem nepotem Cupidinis appellat, quod genus ſuum duceret ab Ænea uterino Cupidinis fratre. *lib.* 3. *de Pont. eleg.* 3. Cæſar, ab Ænea qui tibi fratre nepos. ¶ Nepotes etiam dicuntur poſteri qualeſcunque. *Horat. l.* 2. *od.* 13. in nepotum perniciem, opprobriumque pagi. ¶ *Nepos* pro *neptis* antiquum eſt. *Enn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 147. Ilia, dia nepos, quas ærumnas tetuliſti. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 678. *n.* 11. Ercreſa Fortunata nepoti ſuæ. Adde *pag.* 427. *n.* 4. & *pag.* 477. *n.* 5. ¶ Nepos etiam dicitur de beſtiis. *Col. l.* 8. *c.* 37. *de nemine* Itaque ejuſmodi admiſſarios nepotibus magis, quam filiis utilior eſt. ¶ Translate nepotum nomen prodigis impoſitum eſt, tum quia avi indulgentiores eſſe ſolent, quam parentes, tum quia pueri parentibus orbati, avorum hæreditatem tenella ætate conſequuntur, eamque juvenititer prodigeque adminiſtrant, *godiotore*. *Cicer. in Rull.* 1. *cap.* 1. Ut ſit non minus in populi R. patrimonio nepos, quam in ſuo. *Id. Catil.* 2. *c.* 4. Quis ganeo? quis nepos? quis adulter? ¶ Per translationem etiam nepotes vocantur teneliæ vitium fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur, ita dictæ, quod ad ſucceſſionem veterum palmitum veluti nepotes in majorum ſuorum locum ſuccreſcant, vel a nepos, qui prodigum notat, quod nulli alteri rei ſint utiles, quam abſumendis vitis alimentis, cum ipſæ uvas non ferant. *Col. l.* 4. *c.* 6. Ex eo loco, unde nepotem ademerit, confeſtim alterum fundit. *Idem ibid.* Omnes ejus intra id ſpatium nepotes enatos ſæpius decerpamus.

Nepotālis, le, adject. luxurioſus, prodigus, ut nepotalis menſa. *Ammian. l.* 31. *c.* 13. Nepotalis luxus. *Apul. l.* 2. *A. A.*

Nepotātus, us, m. ἀσωτία, voracitas, extra luxuries. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Raro adhuc fuere, nec niſi in nepotatu, ſinguli teſtæ millia nummum.

Nepotīnus, a, um, *ſmoderato*, luxurioſus, immoderatus. *Suet. in Calig. c.* 37. Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperavit. Al. leg. *nepotatus*.

Nepōtor, aris, atus ſum, d. 1. *vivere prodigamente*, Ger. *ſchwelgen*, Gal. *vivre prodigalement*, Hiſp. *glotonear*, ἀσωτεύω, luxurioſe, & prodige vivo. *Senec. de Benefic. l.* 1. *c.* 15. Vero liberalitatem nepotari. idest in prodigalitatem verti. Alii explicant, Beneficium non dandum eſſe ei, qui nepotetur profuſurus ſit. *Tertull. in Apol. c.* 46. Ariſtippus in purpura nepotatur.

Nepotŭlus, i, maſc. *nepotino*, parvus nepos. *Plaut. Mil.* 2. 5. *v.* 20. Sic te ſalvum hinc mittamus tu Venereum nepotulum.

Nepta, æ, f. neptis. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 12. *n.* 112.

Neptĭcula, læ, f. parva neptis. *Symmach. l.* 6. *ep.* 32. Nepticulæ meæ infirmitas.

Neptis, is, f. *nipote*, Germ. *kindes tochter*, Gall. *niece*, Hiſp. *nieta*, ἔγγονη, θυγατριδῆ, quæ ex filio, filiave nata eſt. *Cic. de clar. Orat.* Et filias ejus Mucias ambas, & neptes Licinias. *Sueton. in Aug. c.* 31. Cuiquam neptium ſuarum. V. *Nepos*.

Neptunālis, le, adject. ad Neptunum pertinens, ut Neptunales ludi, qui in honorem Neptuni celebrabantur. *Tertul. de Spect. c.* 6. ¶ Hos *Varr. l.* 5. *de L. L.* abſolute Neptunalia vocat, ut & *Auſon. de feriis Latinis, v.* 19.

Neptunicŏla, læ, Neptunum colens. *Silius lib.* 14. *v.* 444. Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis.

Neptunīne, es, f. filia Neptuni. *Catul. in Argon. v.* 28. Te ne Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Neptunium, n. 2. Navale Antiatum, *Nettuno*, opp. Latii, in ora maris Tyrrheni, verſus Pomptinas paludes, cum portu.

Neptunius, a, um, ποσειδώνιος, quod ad Neptunum ſpectat. *Cic. in Arateo v.* 129. Neptunia prata ſecantes. h. e. maria. Sic apud *Virgil.* 8. *Æn. v.* 695. arva Neptunia. *Id.* 2. *Æn. v.* 625. Neptunia Troja. quia ſcil. a Neptuno una cum Apolline ejus muri conditi dicuntur.

Neptūnus, m. 2. *Nettuno*, Ποσειδῶν, filius Saturni, & Opis, Deus maris, a verbo græco νίπτειν, *lavare*. Sed V. Etymologos. ¶ Fratres habuit Jovem, & Plutonem. Hunc quoque, ut eſt in fabulis, mater abſcondit, ne a patre devoraretur. Sed expulſo Saturno, Jovi cœlum, Plutoni inferorum regnum, Neptuno aquæ in ſortem ceciderunt. *Plato in Critia* ſcribit, Neptunum ſortitum eſſe gubernationem inſulæ Atlanticæ. Tridentem huic pro ſceptro tribuunt. Uxorem habuit Amphitritem, ex qua plurimas Nymphas ſuſcepit. Muros urbis Trojæ una cum Apolline condidit. ¶ Habitus eſt equorum creator. *Virg.* 1. *Georg.* Tuque, o cui prima frementem Fudit equum tellus magno percuſſa tridenti Neptune. ¶ Frequenter a Poetis pro mari ponitur. *Lucret. l.* 8. Neptunoi corpus acerbum. *Plaut. Rud.* Credere ſe Neptuno. ¶ Pro piſcibus, qui ſunt in mari. *Nævius* apud *Feſt. in verbo Coquus*. Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.

Nepūrus, a, um, impurus, non purus. *Feſt.*

Nequa. V. Nequis.

Nequa, adverb. ne per aliquem locum. *Ter. Adelph.* 2. 4. 18. Videndum eſt, nequa ad patrem hoc permanet. ¶ Item ne aliqua ratione. *Virg.* 1. *Æn.* Ne quis ſcire dolos, mediuſve occurrere poſſit.

Nequalia, n. 3. detrimenta. *Feſt.*

Nequam, nomen indecl. *uomo da niente*, *inutile*, *ribaldo*, *diſſoluto*, בליעל, Ger. *ſchlack*, Gal. *vaurien*, *mechant*, Hiſp. *que no vale nada*, ἄχρηστος, πονηρός, proprie homo inutilis, prodigus, profuſus, qui opes non conſervat, ſed profundit. *Flavius Caper l.* 1. *de Orthogr.* Nequam non malum ſignificat, ſed inutilem. *Gl. Philox.* Nequam, ἄχρειος. Itaque nequam fere dicitur, qui eſt ἄσωτος, *prodigus*. Indeque eſt, quod *nequitia*, & *luxuria* ſæpe conjunguntur, ut affinia, ac contra opponantur *nequam*, & *homo frugi*. V. *Gell. lib.* 7. *c.* 11. ¶ Eſt ex *ne*, & *quicquam*, media extrita ſyllaba, quaſi is, in quo non eſſe quicquam putamus. *Var. l.* 9. *de L. L. Cicer.* 2. *Phil.* O hominem nequam! Nihil enim poſſum magis proprie dicere. *Id. pro Dejot.* Non modo nequam, & improbus, ſed & fatuus, & amens es. *Id. in Piſon.* Niſi nequior, quam Gabinius extitiſſet. *Id. l.* 11. *Fam.* Quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti. ¶ Tribuitur & aliis, ut nequam liber, apud *Ovid.* 2. *Triſt.* Nequam vitis, h. e. inutilis. *Col. l.* 3. *c.* 10. Nequam verbum. *Plaut. Truc.* 2. 3. 28. ¶ Pro nequiter videtur uſurpaſſe *Plaut. Pœn.* 1. 1. 49. Locum ſibi velle liberum præberier, ubi nequam faciat clam ne quis ſit arbiter. *Id. Trinum.* 4. 3. 29. Strenue præterite, more ſit. Ch. Nequam quidem.

Nequando, adv. *acciocchè in neſſun tempo*, Ger. *das nicht etwann*, Gall. *afin que en quelque temps ne*, Hiſpan. *que no en algun tiempo*, μήποτε, ne ullo tempore, ſicut *ſi quando*, ſi aliquo tempore. *Cic. Att. l.* 10. Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito, nequando quid emanet. Adde *de Amic. c.* 10.

Nequaquam, adv. *per niente*, a *niun modo*, לא, Ger. *mit nichten*, *nicht*, Gal. *nullement*, *en nulle façon*, Hiſp. *en ninguna manera*, μηδαμῶς, nunquam, non, minime. *Cic. de Sen.* Sed nequaquam in iſto ſunt omnia. *Id.* 2. *Fin. c.* 24. Nequaquam iſta amicitia eſt.

Neque, ad, non, ולא, Germ. *auch nicht*, Gall. *ny*, Hiſp. *ni*, μήτε, οὔτε, non, nec, conjunctio disjunctiva, a *ne*, & *que*. *Cic. de Am.* Neque ſunt iſti audiendi. *Id. pro Roſc. Com. cap.* 4. Ut neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus, conſequamur. *Ter. Andr.* 1. 2. 34. Neque tu haud dicas, tibi non prædictum. *Cic. l.* 1. *Att. ep.* 17. Id neque amoris mediocris, & ingenii ſummi. ¶ *Neque dum*, idem ac necdum. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat. ¶ *Neque vero*, & *neque enim*, tranſitionibus inſerviunt. *Cicer. de Amic.* Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram eſſe volunt. *Id. l.* 1 *de Orat. c.* 31. Neque vero illis tragœdiis tuis, Craſſe, perturbor. ¶ Dicitur & *neque autem*, ſed raro. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 12. Neque autem ego ſum ita demens, ut &c. ¶ *Neque non*, nec non, etiam. *Varr. l.* 1. *R. R.* 1. 13 *ad fin.* Orcæ in Hiſpania fervore muſti ruptæ, neque non & dolia in Italia. *Et ſub fin. l.* 2. Neque non quaſdam nationes caprarum pellibus ſunt veſtitæ.

Nequĕo, is, ivi, & ii, itum, n. anom. *non potere*, Germ. *nicht konnen*, Gall. *ne pouvoir pas*, Hiſp. *no poder*, ἀδυνατέω, οὐ δύναμαι, non poſſum, e *ne*, & *queo*. *Cic.* 2. *de Orat.* Aut ea, quæ ſanare nequeunt, exulcerant. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 29. Nequeo, quin lacrymem. *Virg.* 6. *Æn.* te, amice,

nequi-

nequivi conſpicere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. Quam nequiere proci recto depellere curia. ¶ *Nequibo*, futurum pro nequeam. *Lucret. l.* 1. *v.* 380. Quo poterunt undæ, cum piſces ire nequibunt. ¶ Particip. *nequiens*. *Ammian. l.* 25. *cap.* 26. Annibalem aſſequi nequiens. Adde *Salluſt. in fragm. Auſon. in Profeſſorib.* 2. *v.* 29. & *Apul. in Florid.* Pluraliter *Arnob. l.* 1. Cæcitate ingenita nequeuntes videre. ¶ Paſſive *Salluſt. Jugurt. c.* 31. Quidquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur. *Pacuv.* apud *Feſt.* Cum contendi nequitum. h. e. non potuit.

Nequicquam, adv. *in vano*, רִיק, Germ. *vergebens*, Gal. *en vain*, Hiſp. *en balde*, μάτην, fruſtra. *Cic. pro Quinct.* Et ſero, & nequicquam pudet. ¶ Interdum reperitur pro *non*, vel *nihil*. *Virg.* 1. *Georg.* Nequicquam pinguis palea teret area culmos. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 31. Secernere a corpore animum, nequicquam aliud eſt, quam emori diſcere. ¶ Quidam a MSS. codicibus contendunt *nequiquam* ſcribendum ſine c.

Nequino, is, n. anom. nequeo, apud veteres. *Feſt.*

Nequis, nequa, nequod, vel nequid, adject. anom. μήτις, ne aliquis, a *ne*, & *quis*, *qua*, *quod*, *accioché alcuno non*. *Cic. Verr.* 5. Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat. *Ter. Heaut.* 2. 3. 28. Ut nequid hujus rerum ignores. *Virgil. Æn.* 2. Gemere nequis eos, neu quis contingere poſſet. ¶ *Nequid nimis*, μηδὲν ἄγαν, effatum ſeptem Sapientum fuit, & templo Apollinis Delphici ſcriptum, quo monemur in rebus omnibus modum ſervare. *Ter. Andr.* 1. 1. 34. ¶ Nequi, pro nequit. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 3. Nequi porcellus a matre opprimatur.

Nequiter, adv. *inutilmente*, *diſſolutamente*, Ger. *ſchlich*, Gal. *meſchamment*, Hiſp. *malvadamente*, ἀκολάστως, inutiliter, diſſolute, profuſe, cui opponitur *frugaliter*. *Cic.* 3. *Tuſc. cap.* 17. A me quidem paulo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. *Id.* 1. *Fin.* Ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. ¶ Ponitur & pro male, pravo, *malamente*, *viziosamente*, κακῶς. *Liv. l.* 41. *cap.* 7. Utrum bellum ſuſceptum ſit nequius, an inconſultius geſtum, dici non poteſt. *Plin. l.* 12. *cap.* 25. Nequiſſime autem gummi (balſamum vitiatur) quoniam, &c.

Nequitia, æ, f. 1. *dappocaggine*, *poltroneria*, *diſſolutezza*, בְּלִיַּעַל, Germ. *faulheit*, Gall. *meſchanceté*, Hiſp. *maldad*, ἀχρειότης, inertia, intemperantia, prodigalitas. *Cicer.* 3. *Tuſc. c.* 8. Reliqua igitur, & quarta virtus ut ſit ipſa frugalitas, neceſſe eſt. Ejus enim videtur eſſe proprium motus animi appetentis regere, & ſedare, ſemperque adverſantem libidini moderatam in omni re ſervare conſtantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor, a fruge, qua nihil melius e terra oritur: nequitia ab eo (etſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tentemus, & luſiſſe putemur, ſi nihil ſit) quod nec quicquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Hæc *Cicero*. *Africanus*, referente *Gell. l.* 7. *c.* 11. ſcripſit, mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus eſſe, malitia, & nequitia. Ubi nequitiam intelligi vult luxum vitæ prodigum, & effuſionem immodicam pecuniarum. *Ter. Adel.* 3. 3. 3. Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt, qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 46. Officinæ nequitiæ, & diverſorium flagitiorum omnium domus ejus. ¶ Interdum ſumitur pro malitia, improbitate, libidine. *Ovid.* 1. *Faſtor. v.* 411. Te quoque inextinctæ, Silene, libidines urunt. Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem. *Phædr. lib.* 2. *fab.* 7. Vis, & nequitia quidquid oppugnans, ruit. ¶ *Plin. l.* 14. *c.* 20. Aceti nequitiæ ineſt virtus ad magnos uſus. h. e. acrimonia aceti.

Nequities, ei, f. 5. idem ac nequitia. *Hor. l.* 2. *Serm. ſat.* 2. *v.* 131. Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris Poſtremum expellet certe vivacior hæres.

Nequitus, adv. nequiter. *Feſtus*.

Nerecte, adverb. non recte, apud Veteres, quemadmodum *nepurus* pro non purus, *nequeo* pro non queo dicere. Multa ex Plauto exempla congerit *Pareus in Lex. Crit.* unum etiam ex *Cicerone de Amic.* Ubique tamen varia eſt lectio.

Nereis, idis, p. indiff. fem. Νηρηΐς, filia Nerei. Nereides fuerunt maris Nymphæ, humanam effigiem habentes, quarum nomina ſunt Agave, Amathea, Amphinome, Amphitoe, Apſedis, Atheis, Calbanaſſa, Callianira, Cimodoce, Climene, Cymothoe, Dianaſſa, Dynamene, Doris, Doto, Doea, Galatea, Gere, Glauce, Janira, Limnoria, Melite, Menis, Mera, Nimerta, Neſæa, Orithya, Panope, Pheruſa, Proto, Spio, Thalia, Thoe, & infinita alia. V. *Hom. in Iliade*, & *Heſiod. in Theog.* *Ovid.* 13. *Met. v.* 623. Nereis his contra reſecuta Crateide natam. *Id. l.* 11. Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam. *Id. ibid. l.* 13. *v.* 732. Nerei te vereor, &c. *Cic. in Arat.* Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.

Nereius, a, um, adject. ad Nereum pertinens. *Ovid.* 13. *Met. v.* 162. Præſcia venturi genitrix Nereia lethi. *h. e.* Thetis Nerei mater. *Seren. Sammon. c.* 35. *de omnib. obſ. med.* Nereia lympha. *h. e.* aqua marina.

Nereus, i, m. 2. Νηρεύς, Oceani, & Tethyos filius, Deus maris, quaſi νηρὸς, *humidus*, a νάω, vel ῥέω, *fluo*. Hunc Orpheus in Argon. Deorum antiquiſſimum appellat. Unde & grandævus a *Virgilio* dicitur 4. *Georg.* Ex Doride uxore eademque ſorore maximam Nympharum turbam ſuſcepit, quæ a nomine patris Nereides appellantur. *Bocc. l.* 7. *Gen.* ¶ Metonymice accipitur pro mari. *Perſ. ſat.* 1. Cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Neriene, es, f. 1. vel Nerienes, is, f. 3. vel Nerio, enis, f. 3. Νηριένη, Martis uxor. Vide *Gel. l.* 13. *c.* 21. *Plaut. Truc.* 2. 6. Mars peregre adveniens ſalutat Nerienem uxorem ſuam.

Nerine, es, patronym. fœmininum a *Nereo* deductum, Νηρίνη. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 37. Nerine Galatea.

Nerinus, a, um, ad Nereum pertinens. *Nemeſian. Ecl.* 4. *v.* 52. Nerines potabis aquas. *h. e.* marinas. *Auſon. ep.* 4. *v.* 55. Nodoſas veſtes animantum Nerinorum. *h. e.* piſcium.

Neritæ, f. νηρῖται, genus concharum, quæ per maria navigans, præbentes concavam ſibi partem, alteram flatu auræ inſtar veli opponentes. *Plin. l.* 9. *c.* 33.

Neritos, fem. 2. Leucas. *S. Maura*, inſ. maris Jonii, oræ Epiri occiduæ, ſeu Acarnaniæ proxima, & ponte juncta, media inter Acroceraunia, & Peloponneſum. ¶ Neritos item, m. 2. mons Ithacæ inſ. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *Virg. Æn.* 3. *v.* 271.

Neritius, a, um, adject. Ithacenſis, a Nerito Ithacæ monte, ut Neritius Dux, hoc eſt Ulyſſes. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 4. Neritia ratis, qua is vectus eſt. *Id. l.* 14. *Met. v.* 563. Neritia proles. *Silius l.* 2. *v.* 317.

Nerium, ii, n. νήριον, frutex foliis amygdalæ, ſed majoribus, & pinguioribus, quæ quadrupedibus ſunt venenum, al. rhododaphne, quod florem roſæ, folium lauro ſimile habeat. Vulgo in officinis dicitur *oleander*. *Plin. l.* 24. *c.* 11.

Nerones, m. 3. familia Romana nobiliſſima in gente Claudia, a *nerie* ſive *nerienes*, verbo Sabino, quo ſignificatur virtus, & fortitudo. Origo nominis eſt, quod ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregie, atque præſtanti fortitudine, *Nero* appellabatur. *Gell. lib.* 13. *c.* 21. Ex hac familia fuit ille Nero, qui Aſdrubalem Annibalis fratri ſuppetias ferentem, junctis cum Livio Collega copiis, ſuperavit. Ex hac item fuit ſextus Romanorum Imperator, monſtrum illud teterrimum crudelitatis, & omnis turpitudinis, Ejus vitam ſcripſit *Suetonius*.

Naronius, &

Neronianus, a, um, adjectiva, ad Neronem pertinens. *Martial. l.* 7. *epigr.* 33. Quid thermis melius Neronianis? *Stat. l.* 2. *Sil.* 5. *v.* 62. Neronea lotus in unda.

Nervalis, le, adject. *Scribon. Larg. compoſ.* 12. Herbam, quam Græci νευρολάπαθον, nos nervalem appellamus.

Nerviæ, arum, f. vel nervia, orum, n. *corde della cetra*, *ed altri ſtromenti*, τὰ νεῦρα, fidiculæ ex nervis concinnatæ, chordæ citharæ, vel alius muſici inſtrumenti. *Varr. in Sat.* quæ ὄνος λύρας inſcribitur, apud *Non. c.* 3. *n.* 149. In pſalterio tendamus nervias. *Id. ibid.* Quæ ejus nervia tractare ſolebat.

Nervicus, a, um, adject. nervorum vitio laborans, νευρικός. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Ita aut nervicos, aut podagricos efficiunt homines. Al. leg. *neuricos*, & fortaſſe rectius.

Nervii, m. 2. pop. Galliæ Belg. ubi nunc Com. Hannoniæ, quorum primaria Bagacum. Terminabantur ab Or. Aduaticis, ab Occ. Atrebatibus, & Pleumoſiis. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 27. *Lucan. l.* 1. *v.* 428. nimiumque rebellis Nervius.

Nervinus, a, um, *di nervo*, e nervo factus, ut nervini funes. *Veget. de re milit. l.* 4. *c.* 9.

Nervius, a, um. Nervius miles apud *Claudian. de B. Gild. v.* 421. eſt miles legionis a Nerva Imperatore inſtitutæ.

Nervolaria, æ, f. una ex Comœdiis *Plauti* amiſſis.

Nervoſe, adv. *valoroſamente*, Ger. *mit ſtercke*, Gall. *vigoureuſement*, Hiſp. *poderoſamente*, νευρωδῶς, valide, firmiter. *Planc. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 12. Ut vigilanter, nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. *Cic. in Or. c.* 36. Diceret enim non Peripateticorum more, ſed aliquanto nervoſius. *Id.* 3. *Off. c.* 29. Qui iſta nervoſius diſſerunt.

Nervoſitas, atis, f. *nervoſità*, robur, firmitas. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Nervoſitas filo æqualior pene, quam araneæ.

Nervoſus, a, um, *nervoſo*, *nerboruto*, Ger. *adrechtig*, Gal. *nerveux*, Hiſp. *nervioſo*, νευρώδης, quod multos habet nervos. *Plin. l.* 11. *cap.* 37. Ideo nulla eſt ei caro, ſed nervoſa agilitas. ¶ Per tranſlationem nervoſus dicitur fortis, & vehemens, quod omne robur in nervis conſiſtat, ut Nervoſus Orator, qui magnam vim, & efficaciam ſermonis habet. *Cicer. de clar. Orat. c.* 31. Quis Ariſtotele nervoſior?

Nervulus, i, m. *nervetto* dim. a *nervus*. *Cic. Capitoni ſub l.* 16. *Attic. ep.* 16. Si nervulos tuos adhibueris.

Nervus, vi, m. *nervo*, גִּיד, Ger. *ein ſpannader*, Gal. *nerf*, Hiſp. *nervo*, νεῦρον, primum in corpore animalis ſenſus, motuſque inſtrumentum, a cerebro, & ſpinali medulla ortum, totius corporis membris movendi, ſentiendique vim conferens, a Græco nomine aſſato, trajectione literarum. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 23. Nec enim Dii venis, nervis, & oſſibus continentur. Et *c.* 55. Huc adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem. ¶ Specia.im dicitur de membro virili. *Juven.* Menſura incognita nervi. Adde *Horat. Epod.* 8. ¶ Metonymice ponitur pro robore, & viribus corporis, & tranſlate pro firmitate, & conſtantia animi, item pro vehementia cujuſcunque rei. *Cic. l.* 3. *Fam.* Plane video, fore nervis opus, ſapientiaque tua vehementer. *Id. l.* 16. Quantum in cujuſque animo roboris eſt, atque nervorum. *Id. ad Q. Fr.* Tu ut id poſſis, eſt tuorum nervorum. *Id. in Acad.* Theophraſtus nervos omnes virtutis incidit. *Id.* 12. *Phil.* Legionum noſtrarum nervos his conſiliis incidemus. *Id. in Or.* Tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos Oratorios, ac forenſes habet. ¶ Nervi Reipub. appellantur milites, claſſes, & vectigalia, quod in iis conſiſtat omnis Reip. fortitudo, & robur. *Cic. pro L. Man. c.* 7. Etenim ſi vectigalia nervos eſſe Reipub. ſemper duximus. ¶ *Nervos intendere*, *omnes nervos contendere*, *omnibus nervis contendere*, eſt ſumma vi, ſummaque ſtudio uti, omnem ſolicitudinem, atque operam adhibere. *Ter. Eun. c.* 3. 20. Digna adeo res eſt, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic.* 2. *Ver. c.* 12. Veruntamen dignum, in quo omnes nervos ætatis, induſtriæque meæ contenderem. *Id.* 5. *Ver.* Omnibus enim nervis mihi contendendum eſt, atque in hoc elaborandum, ut omnes intelligant. ¶ Accipitur etiam nervus pro amento, vel pro chorda arcus. *Virg.* 5. *Æn.* Primaque per cœlum, nervo ſtridente, ſagitta Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras. ¶ Item nervi dicuntur chordæ citharæ, vel alius muſici inſtrumenti. *Cic.* 1. *Tuſc.* Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in nervorum, vocumque cantibus. ¶ Nervus etiam vinculi genus eſt, quo pedes, aut cervices impediuntur, ποδοκάκκη, aut ξυλοπέδη, prout in vett. Gl. exponitur. Ex quo illud *Catonis*. Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætatem agunt, fures publici in auro, atque in purpura. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 5. Nervos, catenas, numellas, pedicas, boias. *Id. in fragment.* Eo adepol nervo cervices probat. ¶ *Ter. Phorm.* 4. 4. 14. Cæterum cum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet in nervum potius ibis. *anderà piuttoſto in prigione*.

Neſæa, æ, vel Neſæe, es, f. Νησαίη, Nympha, una Nereidum, a νῆσος, *inſula*, vel νάω, *nato*. *Virg.* 4. *Georg.* & 5. *Æn.*

Neſapius, vel Neſapus, a, um, adject. non ſapiens, inſipiens. *Petron. in Fragm. Tragur.* Ne me putetis neſapium eſſe. *Q. Terent. Scaurus de Orthogr.* Ne pro non poſitum apud antiquos: ſic nefrendes porci, qui ſine dentibus ſunt, ideſt qui fabam frendere non poſſunt. Sic neſapius, qui non ſapit.

Neſciens, tis, nom. ex particip. neſcius, ignarus. *Ter. Heaut.* 3. 1. 59. Ut neſcientem ſentiat te id ſibi dare.

Neſcienter, adverb. inſcienter. Habet *Auguſt. l.* 2. *Doctr. Chriſt. c.* 40. & quidam tribuunt etiam *Prudentio in Præfat.* 2. *Apotheoſ. v.* 4. invito *Nic. Heinſio*.

Neſcientia, æ, inſcitia, *ignoranza*. *Claud. Mamert. l.* 1. *c.* 11. Agnoſco, te multorum neſcientias abſtuliſſe.

Neſcio, is, ivi, itum, a. 4. *non ſapere*, לֹא יָדַע, Ger. *nicht wiſſen*, Gal. *ignorer*, Hiſp. *no ſaber*, ἀγνοεῖν, ignoro, ſum inſcius, a *ne*, & *ſcio*. *Cic.* 1. *de Orat.* Nemo in eo, quod neſciat, diſertus eſſe poteſt. *Teren. Eun.* 4. 4. 54. Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis, neque de eunucho, neque de vitio virginis. *Donatus* admonet, eſſe proverbium, *Quod ſcis*, *neſcis*, quo ſumma taciturnitas, certaque in tacendo fides ſignificatur, dum quis quod ſcit, perinde continet, ac diſſimulat, quaſi neſciat. Simile eſt *in Heaut.* Tu neſcis, quod ſcis Dromo, ſi ſapies. D. Muſum dices. ¶ Neſcio quis, neſcio quid, neſcio quomodo, neſcio quo pacto, & hujuſmodi uſurpantur, quoties perſonam aliquem, vel rem, vel modum nobis ignotum volumus ſignificare. *Cic. de Amic.* Qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. *Id. pro Quinct.* Poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit. *Id. de Am.* Serpit enim neſcio quomodo per omnem vitam amicitia. *Id. ibid.* Plus neſcio quo pacto videtur habere gravitatis. ¶ Neſcire Latine, eſt Latinam linguam ignorare. *Cic. in Brut. c.* 37. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Att. l.* 7. Utrum conſiſtere uſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. ¶ Neſcio te ego? hoc eſt, egone te non cognoſco? *Plaut. Menæch.* ¶ Jungitur & cum infinito. *Virg.* 3. *Georg. v.* 84. Stare loco neſcit. ¶ *Neſcibo*, pro neſciam, ἀγνοήσω. *Plaut. Capt.* 2. 2. 15. ubi al. leg. *neſcivo*. ¶ *Neſcias id, quod ſcias*, formula

mula admonentis aliquem, ne ſecretum commiſſum prodat. *Ter. Heaut.* 4. 4. 26. Sic *Plaut. Mil.* 2. 6. 88. Ne tu hercle, ſi te dii amant, linguam comprimes poſthac: etiam illud, quod ſcies, neſciverit.

Neſcitus, a, um, adject. ex particip. e neſcio, *non ſaputa*, *non conoſciuto*. *Sidon. l.* 8. *ep.* 6. Litem intra Gallias ante neſcitam edidit.

Neſcius, a, um, *ignorante*, *che non ſa*, Ger. *unwiſſend*, Gal. *qui ne ſçait*, *ignorant*, Hiſp. *que no ſabe*, ἀγνοῶν, ἄιδρις, ἀϊδρις, ignarus, qui aliquid ignoret, vel neſcit. *Cic. pro Dejot.* Iratum te Regi Dejotaro fuiſſe, non erant neſcii. *Virg.* 10. *Æn.* Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ. ¶ Interdum paſſive accipitur pro ignoto, ſive incognito. *Plaut. Rud.* 1. 5. 17. In locis neſciis neſcia ſpe ſumus. *Id. Capt.* 3. 5. 23. Si quid neſcibo, id neſcium tradam tibi. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 59. Inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa.

Neſi, pro ſine poſitum eſt in lege dedicationis aræ Dianæ Aventinenſis. *Feſt.*

Neſis, idis, & Nebum, *Niſita*, *Neſis*, inſ. parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim 6. M. P. & Puteolos 3. ante Pauſilippum prom. aſparago herba celebris. Hujus nominis caſus obliqui interdum producti reperiuntur. *Papin.* Sylvaque, quæ fixam Pelago Neſide coronat. Adde *Lucan. l.* 6. *v.* 90.

Neſſæus, a, um, quod eſt ex Neſſo, ſeu ad Neſſum ſpectat. *Ovid. in epiſt. Dejan.* 9. *v.* 163. Illita Neſſæo miſit tibi texta veneno.

Neſſotrophion, ii, n. *luogo da tener anitre*, νηϲϲοτροφεῖον, locus, ubi anates clauſæ aluntur, & paſcuntur, e νῆσσα, anas, & τροφή, alimentum. *Col. l.* 8. *c.* 15. Media deinde parte neſſotrophii locus defoditur, &c. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 11. Qui volunt greges anatum habere, ac conſtituere neſſotrophium. Al. leg. *neoſſotrophium*, ſed minus recte. Nam *neoſſotrophium* aviarium ſignificat, a νεοσσός, pullus avium.

Neſſus, m. 2. Νέσσος, Centaurus, filius Ixionis, & Nubis, qui cum Dejaniram rapere vellet, ab Hercule ſagitta confixus eſt. *Ovid. l.* 9. *Met.* ¶ Eſt etiam hoc nomine Thraciæ fluvius, in Hæmo monte naſcens.

Neſtor, m. 3. Νέστωρ, filius Nelei, & Chloridis, teſte *Hom. l. Odyſſ.* 11. qui adhuc adoleſcens bellum geſſit, vivo patre, adverſum Epeos Peloponneſi populos in Achaja, deinde, cum Pirithoi nuptiis intereſſet, adverſus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, ſtrenue pugnavit. Poſtremo jam ſenior, ut idem *Hom.* in 2. *Iliad.* ſcribit, quinquaginta navibus cum reliquis Græcis Principibus ad Trojam venit, cum natus ducentos annos jam tertiam hominis ætatem viveret, vel (ut ipſe dicit apud *Ovid.* 12. *Met. v.* 189.) cum 200. annum ageret. Sed hoc fabuloſum plerique putant, & ſolos octoginta annos vixiſſe credunt. Conſilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon non dubitaret, brevi ſe Ilium fuiſſe expugnaturum, ſi decem ſibi contigiſſent Neſtores. Nam præter ſummam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ex ejus ore melle dulcior fluere diceretur oratio, ut ait *Cic. de Senect.* c. 10. Fratres duodecim habuit. Duxit uxorem Eurydicen, Clymeni filiam, ex qua ſeptem filios ſuſcepit, Antilochum, Piſiſtratum, Thraſymedem, Echephronem, Stratium, Perſeum, Aretum, al. Aretum, & unam filiam, Polycaſten. *Ovid. l.* 13. *Met.*

Neſtoreus, a, um, adject. ad Neſtorem pertinens, ut Neſtorea ſenecta, apud *Stat. l.* 1. *Silv.* 3. *ad fin.*

Neſtorides, is, patronym. filius Neſtoris. *Ovid. l.* 2. *de Pont. eleg.* 4. *v.* 22. Quaetus in Æacide, Neſtorideque ſuis. h. e. Antilocho.

Nete, es, f. νήτη, h. e. ultima, nomen eſt chordæ muſicæ. V. *Synemmenon*.

Netos, us, m. filum netum. *Martian. Capella l.* 2. *pag.* 48. Ex candentis byſſi netibus.

Netus, a, um, nom. ex partic. a neo, es, *filato*, ut *neta lana*, apud *Ulp. l. ſi cui lana*, *ff. de leg.* 3.

Neu, *che non*, μήτε, vel ne, aut ne, *neve*, per Apocopen. *Virg.* 2. *Æn.* Neu recipi portis, aut duci in mœnia poſſit. ¶ Hæc particula geminata elegantem vim habet. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Neu ſe, neu Pompejum abſentem Imperatorem ſuum adverſariis ad ſupplicium tradant.

Neve, *ovvero che non*, μηδέ, vel ne, & interdum neque, ne etiam, a ne, & ve. *Cic. l.* 1. *epiſt.* 9. Ne id a me, neve in hoc reo, neve in aliis quæras. *Id. in Orat.* Neve veſtes ſyllabæ diducantur.

Neunqnam, antique pro nunquam. *Vetus lapis* apud *Dauſqu. in Nunquam*. Ita neunquam de nomine familiæ noſtræ.

Neunt, V. in neo, nes.

Nevōlo, nevis, nevult, n. anom. idem ac nolo, apud vet. a *non*, & *volo*. *Plaut. Trin.* 5. 2. 32. Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu nevis. *Id. ibid.* 2. 2. 70. Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevult.

Neuri, m. 2. pop. Sarmatiæ Europææ, quos Mela ad ortum Tyræ fl. locat, Solinus circa Boryſthenem, quorum urbs Nerva, ſeu Narva, in ora Livoniæ extrema. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Neuricus, V. Nervicus.

Neurobăte, æ, νευροβάτης, ſuper nervum, ſeu funem ambulans. *Firmic. l.* 8. *c.* 17. & *Hygin. Mythol. c.* 273. V. *Turneb. l.* 11. *c.* 13.

Neuroides, f. 3. νευροειδής, ſpecies ſylveſtris lactucæ, alio nomine limonium, multo minoribus foliis, quam beta ſativa. *Plin. l.* 20. *c.* 8.

Neuroſpaſton, i, n. νευρόσπαστον, imaguncula quædam tali artificio intus compacta, ut ſi occultum nervum, ſeu filiculam trahas, ad ſpeciem hominis vivi movere membra, & totum corpus videatur, ſimilis fortaſſe illi, quæ ab Italis *bamboccio* dicitur, a νεῦρον, *nervus*, & σπάω, *traho*. Itaque vox græca eſt, & græcis literis ſcripta a *Gellio l.* 14. *c.* 1.

Neuroſpaſtos, νευρόσπαστος, herba folium habens veſtigio hominis ſimile, & uvam nigram habens, in cujus acino nervus conſpicitur, unde & nomen habet. *Plin. l.* 24. *c.* 14.

Neuter, tra, trum, *nè l'uno*, *nè l'altro*, Ger. *beim aner beyden*, Gal. *ny l'un*, *ny l'autre*, Hiſp. *ni uno*, *ni otro*, οὐδέτερος, μηδέτερος, nec hic, nec ille, a ne, & uter. In genitivo habet *neutrius*, in dativo *neutri*. *Cic. Att.* Effecl, ut neutri illorum quiſquam eſſet me charior. *Id. de Amic.* Quos fidos amicos habuiſſet, quoſque infidos, cum neutris gratiam referre poſſet. *Quintil. l.* 1. Neutrum ab altero ſeparo. *Cic.* 2. *Div. c.* 4. Quid bonum, quid malum, quid neutrum ſit. h. e. medium. *Id.* 4. *Acad. c.* 42. In neutram partem moveri. *Sen. l.* 2. *de ira*, *c.* 13. In neutris partibus eſſe, *eſſer neutrale*. ¶ Neuter junctum cum plurali numeri verbo. *Plaut. Menaech.* 5. 2. 35. Ut caveres, neuter ad me iretis. ¶ *Neutra verba* dicuntur a Grammaticis, quæ neque activam, neque paſſivam habent ſignificationem, ſed mediam, ut *ſto*, *vivo*: *neutra nomina*, quæ neque maſculina, neque fœminina ſunt, ut *donum*, *frigus*. *Var. l.* 8. *L. L. Diomed. Priſcian.* & alii. ¶ *Neutri* pro *neutrius* legitur apud eundem *Var. ibid.* & aliis in locis.

Neutiquam, adv. *non*, *per niente*, *a niun modo*, לא, Germ. *gantz*, *und gar nicht*, Gal. *nullement*, Hiſp. *en ninguna manera*, μηδαμῶς, nequaquam, nullo modo. *Cic. de Un.* Indiſſolubiles vos quidem eſſe non poteſtis, neutiquam tamen diſſolvemini. *Id. l.* 9. *Att. epiſt.* 10. Coi te ſocium neutiquam puto eſſe oportere.

Neutrālis, & le, o. 3. οὐδέτερος, quod neutrius partis eſt. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. Aut quæ fœminas poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant. h. e. neutro genere.

Neutraliter, adv. vox eſt Grammaticorum, cum *neutro genere* ſignificare volunt. *Chariſ. l.* 1. Gellius fora navium neutraliter dixit.

Neutro, adv. *nè nell'uno*, *nè nell'altro luogo*, Ger. *kein theil*, Gal. *vers nulle de deux parts*, Hiſp. *ni a una parte*, *ni a otro*, μηδετέρωσε, nec ad unum locum, nec ad alterum, item nec ad unam partem, nec ad alteram. *Liv. l.* 5. *c.* 26. Et neutro inclinata ſpe torpebat.

Neutrūbi, adv. nec in uno loco, nec in altero. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 56. Neutrubi habeam ſtabile ſtabulum. *Ammian. l.* 19. *c.* 5. Neutrubi prælio inclinato. h. e. neutram in partem.

Nex, necis, f. *morte*, מות, Ger. *der tods*, Gal. *mort*, Hiſp. *muerte*, φόνος, mors, quæ ferro fit, aut alia vi, ab antiquo *necis*, quod e νέκυς, mortuus. Sic neci datus dicitur, qui quovis modo interfectus eſt: quamvis *Feſtus* neci datum intelligi velit, qui ſine vulnere interfectus eſt, ut veneno, aut fame. *Suet. in Cæſ. c.* 14. Manus equitum, quæ armata circumſtabat, perſeveranti necem comminata eſt. Quo loco *nex* per venenum, aut ſicarium intelligi non poteſt. *Cic. pro Mil. c.* 4. Inſidiatori vero, & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex? ¶ Artifices necis, qui novum aliquod necis genus comminiſcuntur. *Ovid.* 1. *de art. v.* 655. Quam necis artifices arte perire ſua. ¶ Necem ſibi conſciſcere, eſt ſe occidere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. Junios necem ſibi ipſe conſcivit. ¶ In necem alterius aliquid facere, eſt in damnum, & fortunarum everſionem. *Ulpian. de crim. ſtellion.* Si quis impoſturam fecerit, vel colluſionem in necem alterius. ¶ In plur. num. *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 381. Fas ideo miſcere neces. In recto caſu ſingulari *neces* pro *nex* legitur a quibuſdam apud *Quintil. declam.* 8. *c.* 13. Sed valde incerta ea lectio eſt.

Nexibĭlis, le, adiect. nexilis. *Ammian. l.* 29. *c.* 3. (al. 2.) Nexibili aſſeveratione. h. e. callide mendaciis connexis.

Nexĭlis, & le, o. 3. *che ſi aggroppa*, πλεκτός, quod nectitur. *Lucr. l.* 5. Nexilis ante fuit veſtis, quam textile tegmen. *Ovid.* 6. *Met.* Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Nexĭo, onis, f. actus nectendi, connexio. *Arnob. l.* 5. Vinculorum nexiones. Adde *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 15. & 23.

Nexo, as, a, *r. aggroppare*, πλεκτανάω, freq. e necto. *Lucr. l.* 2. *v.* 98. Pars etiam brevibus ſpatiis nexantur ab ictu. Al. leg. *vexantur*. *Virg.* 5. *Æn. v.* 279. Nexantem nodis, ſeque in ſua membra plicantem.

Nexo, is, a. 3. idem quod *nexo*, *as*. *Accius* apud *Priſcian. l.* 10. *pag.* 904. Nos continuo ferrum eripimus, manibus manicas neximus. ¶ Præteritum eſt *nexui*, vel *nexi*, eod. iſte *ibid.* & *l.* 9. *pag.* 860. & *Diomed. l.* 1. *pag.* 366. Sed hæc etiam ad *Necto* pertinent.

Nexum, i, *n.* idem ac nexus. *Cic. pro Cæc.* Ut non ſuſtuleris horum nexa, atque hæreditates. V. *nexus*, *us*.

Nexus, a, um, *aggroppato*, πλεχθείς, partic. a nector. *Cic.* 3. *Tuſc.* Omnes enim inter ſe nexæ & jugatæ ſunt. ¶ Nexi, & addicti, δεδέμενοι, apud Romanos vocati ſunt homines obærati, ſeu qui ſolvendo non erant, qui lege 12. Tab. ob æs alienum creditoribus in temporariam ſervitutem addicebantur, ideſt, quoad debitum perſolverent, & ducebantur in ergaſtula ad perſolvendum. *Varro l.* 6. *L. L. ad fin.* Nexi ſunt liberi homines, qui operas ſuas in ſervitute pro pecunia, quam debebant, domino præſtabant. Hinc *Liv. l.* 2. *c.* 23. Propter nexos ob æs alienum. *Marcian. l. Res quæ*. *Dig. de jure fiſci*. Nexa res pignori. ¶ Nexi item ſunt vincti, & captivi, *prigionieri*. *Juſtin. l.* 21. *c.* 1. Nexorum tria millia e carcere dimitti. ¶ Nexus ſacramento, *obbligato con giuramento*. *Id. l.* 20. *c.* 4.

Nexus, us, m. *vincolo*, *congiunzione*, *connesſione*, συμπλοκή, δεσμός, conjunctio, colligatio, a necto. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 62. Firmis nexibus compagem ſuperſtruere. *Ovid.* 6. *Met. v.* 242. arcto luctantia nexu vincula. ¶ Tranſlate nexus legis. *Tacit. Annal. l.* 3. *c.* 28. ¶ Apud Romanos nexus, vel nexum, i, ὑποθήκη, erat genus obligationis civilis, qua corpus etiam, ut pignus, afficiebatur. *Feſtus*: Nexum eſt, ut ait Gallus, quodcunque per æs, & libram geritur, idque necti dicitur, quo in genere ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. More receptum fuit, ut auctor, ideſt venditor, nexu ſe dicis cauſa obligaret ad rem perpetuo mancipi, hoc eſt emptori præſtandam. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. *c.* 11. *Cic. pro Mur.* Quod ſi in iis rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit. ¶ Obligatio nexi in hunc modum fiebat: mancipi, ideſt is, cui res abalienabatur, ſtipulabatur ab altero, *Dare ſpondes*? & alter reſpondebat, *ſpondeo*, ſimulque dicis cauſa ſpondentem alligabat, ac nectebat. *Cic. in Top. c.* 5. Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio. Quæ cauſa eſt, ut ſæpe apud Latinos mancipium, & nexum conjungantur. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 30. Attici te proprium eſſe ſcribis mancipio, & nexu, meum autem uſu, & fructu. *Id. de Aruſp. Reſp.* Multæ ſunt domus in hac urbe, atque haud ſcio, an fere cunctæ jure optimo, ſed tamen jure privato, jure hæreditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi. ¶ Jus nexorum proprium Civium Roman. fuiſſe, *Cicero* oſtendit, cum ait *pro Cæcina*; L. Syllam ita ademiſſe civitatem Volaterranis, ut nexa reliquerit. ¶ Inire nexum, eſt lege nexus addici, ſive ſe & corpore, & bonis obligare, devincireque creditoribus. *Liv. l.* 7. Sorte ipſa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ Nexu vinctus, ſeu obligatus dicebatur, qui cum ſolvendo non eſſet, addictus fuerat fœneratori, ut ei ſerviret, quoad debitum perſolveret; nexu autem ſolutus is vocabatur, qui, cum addictus eſſet creditori, poſtea ære alieno diſſoluto ipſe necti deſinebat. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Nexu vincti ſolutique ſe undique in publicum proripuerunt.

N ANTE I.

Ni, *ſe non*, εἰ μὴ, ſi non, niſi. Jungitur tum indicativo, tum ſubjunctivo. *Ter. Andr.* 3. 4. Mirum, ni domi eſt. *Cic. in Verr.* 5. *c.* 96. Ni ad Equeſtrem Ordinem judicia referrentur. ¶ Uſurparunt præcipue in ſponſionibus, & in judicio recuperatorio. *Cic. pro Mur.* Sponſionem facere poſſent, ni adverſus edictum Prætoris vis facta eſſet. *Plaut. Rud.* 5. 3. 24. Cedo qui cum habeam judicem, ni dolo malo inſtipulatus ſis, nive etiam &c. *Cic. pro Cæc. c.* 23. Tum illud, quod dicitur, ſive, nive, irrident. V. *Sponſio*, & *Judex*. ¶ *Serv. Donat.* & *Priſcian.* docent, *ni* pro *ne* aſſumpari cum ab aliis auctoribus, tum præſertim a *Plauto*, ſed nihil certi colligitur ex multis locis, quæ efferri ſolent: niſi forte ex illo *Lucretii l.* 2. *v.* 733. ubi *nive* pro *neve* legitur.

Nicæa, f. *Nicea*, Νίκαια, urbs Bithyniæ, ad Aſcaniam pal. in campo, inter Nicomediam ad Bor. & Pruſam in Eur. ¶ Item oppidum Locrorum Epicnemidiorum, in Achaja, Thermopylis proximum, ad ſinum Maliacum. Scribitur & Nicea, apud *Plin. l.* 10. *ep.* 48.

Nicæenſis, ſe, adject. Nicææ incola. *Cic. Fam. l.* 13. *ep.* 61. Pecuniam Nicæenſes grandem habent. ¶ Legitur & Niceenſis, ſe, apud *Plin. l.* 10. *ep.* 48.

Nicephorium, n. 2. *Neſrue*, al. *Naſſivancaſſi*, opp. Aſiæ in conf. Meſopotamiæ, & Arabiæ Deſertæ, a Babylone in Occ. ad 110. M. P. *Plin. l.* 6. *c.* 26.

Nicephorius amnis, eſt in Syria, & Tigranocertam urbem alluit. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 4.

Nicer, cri, fluvius Sueviæ in Germania, *il Necher*. *Sidon. carm.* 7. *v.* 324.

Nic-

Digitized by Google

Nicĕros, otis, m. nomen eſt myropolæ cujuſdam, ſeu unguentarii. *Martial. l. 12. epigr. 66.* Utrumne Coſmi, Niceroſis an libram. Hine

Nicerotiānus, a, um, adject. a Nicerote præſtanti unguentorum, & odoramentorum confectore. *Martial. l. 6. epigr. 55.* Flagras plumbea Nicerotiana. *Id. l. 10. epigr. 38.* Nimbis Nicerotianis.

Niceterĭa, n. 2. νικητήριον, præmium victorum, quod ob victoriam ſiebat, & de collo pendens geſtabatur, ut torquis, & hujuſmodi, ut ſcribit vetus *Juvenalis Interpres in ſat. 3. in illud v. 68.* Et ceromatico fert niceteria collo.

Nicetiānus, a, um, ad Nicetium pertinens, quod eſt nomen viri proprium. *Sidon. l. 3. ep. 1. a med.* Nicetiana hereditas.

Nicĭa, f. 1. *Lenza*, fl. Æmyliæ. Oritur ex Apennino M. verſus Apuam, & deinde in Bor. tendens, ditionem Mutinenſem a Parmenſi ſeparat, tandem in Padum apud Brixellum fluit.

Nico, is, ci, a. 3. ſignum facio, moveo, ut nicere manu, *far ſegno colla mano*. *Plaut. Truc. 2. 8. 63.* Emoriere ocyus, ſi manu niceris. G. Quid, manu nicerim? Ita legit *Turneb. l. 24. c. 17.* qui hinc deduci putat verbum *nicto, as*. Alii aliter legunt.

Nicomăchus, m. 2. Νικόμαχος, pater Ariſtotelis. Latine exponitur victor pugnæ. Medicus fuiſſe traditur. ¶ Item filius ejuſdem Ariſtotelis, ſimiliter Medicus, qui ſcripſit commentarios in Phyſicam patris. ¶ Item Poeta Tragicus, ex Alexandria Troadis, qui ſcripſit tragœdias undecim. ¶ Item Poeta Athenienſis ſimiliter Tragicus, qui vicit Euripidem, & Theogenem. ¶ Item filius Machaonis, nepos Æſculapii, Medicus, qui ſcripſit de Medicinæ libros ſex, & de Philoſophia unum. *Suid.*

Nicomedenſis, e, ad Nicomediam urbem pertinens. *Plin. l. 10. ep. 43.* Poſſe collegium fabrorum apud Nicomedenſes conſtitui.

Nicomedia, f. 1. *Comidia*, Νικομήδεια, urbs Bithyniæ, a Nicomede Rege, qui eam condidit, appellata, olim clariſſima, hoc tempore pene jacens, & deſerta ad Propontidem, inter Byzantium, & Nicæam.

Nicopolitānus, a, um, ad Nicopolim pertinens. Duæ ſunt urbes hoc nomine: altera in Bithynia, de qua *Plin. ſub fin. l. 3.* altera in Armenia minore, de qua *Id. l. 6. c. 9.* verba facit. *Id. l. 4. cap. 1.* Nicopolitana civitas. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 472. n. 4.* Princ. civitatis Nicopolitanorum.

Nictatĭo, onis, f. 3. *cenno*, [illegible], oculorum concluſio, & apertio. *Plin. l. 11. c. 37.* Iidem neque nictationes iis, quæ animal generant. Et *paulo poſt*: Sine ulla nictatione, propter prædurοs oculos.

Nicto, as, avi, atum, n. 1. *ammiccare*, *occhieggiare*, קרץ, Ger. *mit den augen zwintzern*, Gal. *cligner les yeux*, Hiſp. *ſenasbazer con los ojos*, ἐπιμύειν, eſt oculis ſignum dare, claudendo vel alterum, vel utrunque, freq. verbi *niveo*, inuſit. *Plaut. Aſin. 4. 1. 39.* Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. *Plin. l. 11.* Pleriſque vero naturale eſt, ut nictare non ceſſent, quos pavidiores accipimus. ¶ Apud *Lucret. l. 6. v. 181.* nictantia fulmina dicuntur, h. e. micantia, vibrantia lumen præſtringens, & nictare faciens.

Nicto, is, n. 3. *fiutare*, [illegible], ad canes pertinet, cum ſentiunt odorem leporum, ſeu perdicum. *Ennius apud Feſt.*

Nictor, aris, d. 1. eſt oculis ſignum dare, idem ac *nicto, as*, vel eſt & oculorum, & aliorum membrorum niſu aliquid conari, ut *Feſto* placet, a nitor. Nam veteres a nitor videntur dixiſſe & *nixum*, & *nictum*, indeque formaſſe *nictor*. *Plin. l. 11. c. 37.* Graviores alitum inferiore gena connivent, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. *Lucr. l. 6. v. 836. apud Feſt.* Nec ubi nictari nequeunt, inſiſtereque alis. Al. leg. *nixantur*. h. e. nituntur, conantur, ut ſit velut frequentativum a *nitor*. Cæterum ſi *nictantur* retineas, eandem habet ſignificationem.

Nictus, us, m. idem ac nictatio. *Feſtus ex Cæcilio.*

Nidamentum, ti, n. nidus. *Arnob. l. 6.* Non videtis, ſub iſtorum ſimulacrorum cavis ſorices, mures, blattas nidamenta ponere? *Plaut. Rud. 3. 6. 51.* In nervum ille hodie nidamenta congeret. *h. e.* muſcum, paleas, tomentum, & id genus alia, ex quibus aves nidos conſtruunt ſuos. Eſt autem ibi allegoria, qua ſignificatur, lenonem (de quo eſt ſermo) nidum parare, in quo naſcatur nervus. h. e. eo facere, propter quæ brevi nervo plectendus ſit, vel compedibus vinciendus. V. integrum *Plauti* locum.

Nidĭcus, a, um, adject. ad nidum pertinens. *Varronis fragment. apud Scalig. Pomp. & alios*: Ad quos tum volucres veſtit puſillos Uſque ad limina nidica eſca vilis. *Nonius c. 4. n. 578.* legit *indica*. Alii *unida*.

Nidificĭum, ii, nidi conſtructio. *Apul. l. 8. Metam.* In carioſo ſtipite nidificia burriebant inhabitantium formicarum.

Nidifĭco, as, n. 1. *far nido*, νοσσεύω, nidum facio. *Col. l. 8. c. 13.* Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aves. *Plin. l. 9. c. 26.* Nidificare in alga. *Id. l. 10. c. 55.* Nidificare luto.

Nidifĭcus, a, um, adject. nidum faciens. *Senec. Medea, v. 714.* Quæcumque tellus vere nidifico creat.

Nidor, oris, m. *odore de' cibi*, ריח, Ger. *ein geſchmack*, Gal. *odeur*, Hiſp. *olor*, κνίσσα, proprie eſt odor eſculentorum, interdum & aliorum. *Martial. l. 1. epigr. 93.* Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. *Virg. 12. Æn.* Illi ingens barba reluxit, nidoremque ambuſta dedit. *Hor. l. 2. Serm. ſat. 7. v. 38.* Naſum nidore ſupinor. *Plin. l. 13. c. 1.* Cedri tantum, & citri in ſacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem noverant. ¶ Differunt *odor*, & *nidor* in eo, quod *odor* in malam partem ſumi non ſolet niſi cum addito, ut malus odor, teter, fœdus: at *nidor* abſolute poſitus fœtorem ſignificat.

Nidorōſus, a, um, adject. nidorem multum exhalans. *Tertull. lib. 3. adv. Marc. c. 3.* Holocauſtomata nidoroſa.

Nidŭlor, aris, d. 1. *far nido*, νοσσεύω, nidifico. *Varr. apud Non. c. 2. n. 598.* Halcyones hyeme in aqua nidulantur. *Gell. l. 2. c. 29.* Caſſita nidulatur in ſegetibus. ¶ *Plin. l. 11. c. 28.* Aliud (inſectorum) genus, qui e fimo ingentes pilas averſis pedibus volutant, parvoſque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus ſui nidulantur. h. e. in nido fovent, vel incubando excludunt.

Nidŭlus, m. 2. *nidiuzzo*, νοσσίδιον, parvus nidus. *Gell. l. 2. c. 28.* De aviculæ nidulo lepide, atque jucunde præmonet. *Cic. l. 1. de Orat. c. 44.* In aſperrimis ſaxis, tanquam nidulum, affixam.

Nidus, di, m. 2. *nido*, קן, Ger. *ein vogelneſt*, Gal. *nid*, Hiſp. *nido*, νοσσιά, καλιά, avium domicilium. *Quintil. l. 2. c. 16.* Texere nidum. *Cic. l. 2. de Orat. c. 6.* Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis ſuæ cauſa fingere, & conſtruere nidos. ¶ Per Metonymiam accipitur pro fœtu avium, quaſi continens pro contento. *Virg. 12. Æn. v. 473.* Pabula parva legens, nidiſque loquacibus eſcas. *Colum. l. 7. c. 9. ad fin.* Et in cubili ſuam quiſque matrem nidus conſpectat. Ubi de ſcrofæ fœtu loquitur. ¶ Tranſlate uſurpatur pro quodam vaſis genere, a nidorum ſimilitudine. *Varro apud Non.* Lymphaque e lacuna fontium allata nidos implebat. ¶ Et nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur, [illegible]. *Mart. l. 1. epigr. 118.* De primo dabit, alterove nido raſum pumice, purpuraque cultum. ¶ Denique dicitur de quovis cujuſque domicilio. Hinc *Virgilius* villam ſuam, nidum ſenectutis ſuæ vocabat, referente *Plin. l. 6. ep. 10.* *Horatius etiam l. 1. ep. 10. v. 6.* Tu nidum ſervas, ego laudo ruris amœni Rivos.

Nigellus, a, um, *negretto*, ὑπομέλας, ſubniger, dim. a niger. *Varr. apud Non. c. 16. n. 12.* Nigellum amiculum. *Auſon. ep. 4. v. 72.* litteras vocat, Cadmi nigellas filias.

Niger, gra, grum, o. t. 2. *negro*, *moro*, שחור, Ger. *ſchwartz*, Gal. *noir*, Hiſp. *negro*, ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν, nigredine coloratus. *Virg. 4. Georg.* Et nigram mactabis ovem. *Cic. 2. de Div. c. 3.* Neſcio, qui ille divinus, ſi oculis captus ſit, ut Tireſias fuit, poſſit, quæ alba ſint, quæ nigra, dicere. *Juv. Sat. 3.* Nigra in candida vertunt. Solebant enim priſci bonum, & laudabile alba creta notare, malum, & turpe carbone nigro. ¶ Hinc niger interdum tranſlate pro malo ponitur. *Horat. l. 1. Sat. 4. v. 84.* commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto. *Cic. pro Cæcin. c. 10. de Clodio.* Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt. ¶ Ponitur & pro obſcuro, umbroſo, ut nigræ ſilvæ. *Horat. l. 1. od. 21.* Nigrum nemus. *Virg. 3. Georg.* ¶ *Juven. Sat. 1. v. 71.* Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas, Per famam, & populum nigros efferre maritos. Ubi nigros maritos. h. e. veneno ſublatos intelligit. nam tali nece perempti livorem contrahunt. ¶ Comparativum eſt *nigrior*, Superlativ. *nigerrimus*. *Virg. 3. Georg. v. 278.* nigerrimus auſter. *Ovid. Heroid. ep. 17.* Cœlum pice nigrius.

Nigidius, ii, figulus, Philoſophus Pythagoricus, floruit Romæ, Cæſaris & Ciceronis tempore. Multa ſcripſit de re grammatica, ut teſtatur *Gellius*, qui proinde ſæpe de eo mentionem facit.

Nigĭna, æ, herba tribus foliis longis intubaceis, quæ illita cicatrices ad colorem reducit. *Plin. l. 27. c. 12.*

Nigrans, antis, nom. ex particip. idem ac niger. *Virg. 5. Æn. v. 97.* nigrantes terga juvenci. *Lucret. l. 2. v. 792.* Nigrans color. *Silius l. 9. v. 523.* Corpore ab immodico ſervans nigrantia Phœbo.

Nigrēdo, inis, f. *negrezza*, שחור, Ger. *ſchwartze*, Gall. *noirceur*, Hiſp. *negror*, μελανία, color niger. *Apul. l. 2. de Aſino*: Corvina nigredine cœrulos columbarum colli floſculos æmulantur. *Martian. Capell. l. 1.* Libri nigredine colorati.

Nigrĕo, es, *eſſer nero*, n. 2. niger ſum. *Pacuv. & Acc.* apud *Non. c. 2. n. 585.*

Nigreſco, is, nigrui, n. 3. *farſi nero*, μελαίνομαι, niger fio. *Ovid. 3. Faſt.* Cœlum nigreſcit ab Auſtris. *Colum. l. 12. c. 48.* Olivæ cum nigruerint. *Virg. 11. Æn. v. 824.* tenebris nigreſcunt omnia circum.

Nigrĭco, as, n. 1. *eſſer neretto*, *oſcurare*, ὑπομελαίνομαι, aliquantulum niger ſum. *Plin. l. 10. c. 3.* Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarum fœtus ſuos alit. Adde *l. 35. c. 16.*

Nigricŏlor, oris, nigrum colorem habens. *Solin. c. 1.* Nigricolor facies.

Nigrifĭco, as, a. 1. *annerire*, *far nero*, ut nigrificare dentes, apud *Marcell. Empir. c. 33.*

Nigris, m. 3. Νίγειρ, fl. Lybiæ ulterioris. Ejuſdem eſt, ac Nilus, naturæ. Nam & calamum gignit, teſte *Plin. l. 5. c. 8.* & papyrum, ejuſdemque generis animantes, quæ in Nilo gignuntur: iiſdem etiam temporibus augeſcit. Dictus ſic eſt propter ſolitudines nigri pulveris, eminentibus interdum velut exuſtis cautibus. Pop. *Nigritæ*. ¶ Item Nigris, fons eſt in Æthiopia, quem nonnulli caput Nili putaverunt. *Plin. l. 5. c. 9.*

Nigritĭa, æ, f. idem ac nigredo. *Plin. l. 9. c. 38.* Nimiæque ejus nigritiæ dat auſteritatem.

Nigritĭes, ei, f. idem ac nigredo. *Celſ. l. 8. c. 2.* Si autem nigrities eſt, aut ſi caries ad alteram quoque partem oſſis tranſit.

Nigritūdo, inis, f. idem ac nigredo. *Plin. lib. 10. c. 36.* Nulla veris initio apparet nigritudo in roſtro.

Nigro, as, avi, atum, n. 1. *eſſer nero*, nigreſco, niger ſum. *Lucret. l. 2. v. 735.* ne forte hæc albis ex alba rearis Principiis eſſe, ante oculos quæ candida cernis, Aut ea, quæ nigrant, nigro de ſemine nata. Vide *Nigrans*. ¶ Active pro nigrum facere, ſeu lividum. *Stat. l. 2. Silv. 6. v. 83.* non ſævius atros Nigraſſet planctu genitrix ſibi ſæva lacertos.

Nigror, oris, m. idem ac nigredo. *Cic. l. 1. de Div. c. 14. ex Pacuv.* Noctiſque, & nimborum occæcat nigror. *Celſ. l. 2. c. 1.* Nigrorem in ulceribus excitat.

Nihil, n. indecl. *niente*, idem ac nihilum, a quo factum eſt per Apocopen extremæ ſyllabæ. *Cic. de Sen.* Nihil ergo agebat Q. Maximus? ¶ Nihil ad rem, *nulla a propoſito*. *Cic. in Orat. c. 64.* ¶ Nihil ad me attinet, *a me nulla importa*. *Terent. Andr. 4. 1. 60.* Et omiſſo verbo. *Cic. 2. de Or.* Quem cognovimus non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. ¶ Nihil aliud, quam, *non altro che*, *ſolamente*. *Sueton. in Cæſ. c. 20.* Ut domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. *Id. in Aug. c. 83.* Ad pilam primum folliculumque tranſiit, mox nihil aliud quam vectabatur ac deambulabat. *Cicer. de Amic.* Amare nihil aliud eſt, quam eum diligere &c. ¶ Eodem modo, nihil præterquam vigilatum eſt, apud *Liv. lib. 3.* h. e. tantummodo vigilatum eſt. Sic, nihil amplius quam. *Suet. in Galba, c. 19.* Nihil amplius, quam continere ſe ſtatuit. ¶ Nihil minus, *nulla meno*. *Cic. 3. Off. c. 20.* Cadit ergo in bonum virum mentiri? nihil profecto minus. ¶ Nihil non, pro omne, vel omnia, *tutto*. *Hor. de ar. poet. v. 122.* nihil non arroget armis. ¶ Nihil mihi cum illo eſt, *non ho che fare con colui*. *Terent. Andr.* ¶ Ponitur interdum pro non. *Idem ib. 1. 2. 31.* Nihil circuitione uſus es. *Liv. l. 25. c. 7.* Militibus, qui ad Cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent, Senatus nihil videri rempublicam committendam eſſe. ¶ Uſurpatur etiam more ſubſtantivi. *Cic. de clar. Or. c. 58.* Nihil admodum litterarum ſciebat. Sic nihil penſi, apud *Salluſt.* nihil incommodi, apud *Terent. Hecyr. 3. 3.* ¶ *Nihil eſt*, dicimus, cum rem quampiam elevamus, aut negamus. *Ter. Andr. 1. 2. 3.* Lætus eſt, neſcio quid. C. nihil eſt.

Nihildum, adv. *niente fin' ora*, οὐδέν πω, nihil adhuc. *Cic. Fam. 12. ep. 12.* Et quanquam nihildum audieramus.

Nihili. V. Nihilum.

Nihilomĭnus, adv. *nientemeno*, *nondimeno*, οὐδὲν ἧττον, duæ dictiones ſunt, *nihilo*, & *minus*, quæ vulgo conjunguntur per modum adverbii, & uſurpantur pro tamen, vel attamen. *Cic. 1. de Inv.* Quare meo quidem animo nihilominus Eloquentiæ ſtudendum eſt. *Id. l. 12. Fam. ep. 4.* In his rebus, quæ nihilominus, ut ego abſim, confici poſſunt. *Plin. l. 17. c. 16.* Nihilominus tamen & luto munire, & vinculo melius. ¶ Diviſim *Plin. jun. l. 7. ep. 27.* Audito pretio, percunctatus omnia docetur, ac nihilo minus, immo tanto magis conducit.

Nihĭlum, i, *niente*, *neſſuna coſa*, אין, Ger. *nichts*, Gall. *rien*, Hiſp. *nada*, οὐδέν, nulla res, a ne, & hilum. *Varro l. 8. de L. L. Perſe. l. 5.* Hilum vero, ut *Feſto* placet, eſt id, quod grano fabæ adhæret. Alii eſt idem quod *nillum*, ut *Chariſ. l. 1.* docet. *Hor. l. 2. ſat. 3.* Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira. *Perſ. Sat. 3. v. 84.* De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reverti. *Ter. Hecyr. 3. 7. 1.* Non hoc de nihilo eſt, quod Laches me conventam eſſe expetit. h. e. non fruſtra eſt, non eſt nihil. *Propert. l. 1. eleg. 2. v. 16.* Non ſum de nihilo blandus amator ego, *per niente non ſono amante*. *Id. l. 2. el. 16. v. 32.* Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit, *non cade così per poco*. ¶ In nihilum redigere, venire, verti, interire, *ridurre*, *e ridurſi in nulla*. *Cicer. Fam. 11. & in Orat. Lucret. l. 1.* &c. ¶ Nihili, abſolute, *da nulla*. *Cic. Tuſc. 3.* Si nil ſit ab eo quod nequicquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. *Plaut. Pſeud. 4. 7.*

4. 7. Servus nihili eſt, ſiuum qui officium facere eſt immemor, niſi adeo monitus. Adde *Varr. l.* 8. *de L. L.* ¶ Nihili facere, nihili pendere, *ſtimar nulla*. *Cic.* 2. *Fin. c.* 27. At eum nihili facit. *Ter. Eun.* 1. 2. Illud abs te factum nihil penderem? ¶ Eodem ſenſu dicimus, pro nihilo habere. *Cic. pro Dom.* Pro nihilo habenda eſt adoptio nullo decreto probata. *Idem ad Attic.* Dii immortales, quam mihi iſta pro nihilo videntur! ¶ Nihilo aliter, *non altrimente*. *Terent. Phorm.* 3. 2. Is me feſellit, ego illi nihilo ſum aliter ac fui, *io ſono tuttavia il medeſimo verſo di lui*. ¶ Jungitur ſæpe cum nominibus comparativis. *Cicer. Ver.* 7. Nihilo diligentior ad claſſem ornandam eſſe cœpit. Sic nihilo plus, nihilo ſecius. *Terent. Eun.* 1. 1. & *Andr.* 3. 2.

Nil, *n.* indecl. idem ac nihil, unde factum eſt, per Syncopen. *Nepos in Thraſyb. c.* 2. *in fin.* Nihil attigit, niſi arma, quibus indigebat. *Virgil.* 3. *Georg.* Te ſine nil altum mens inchoat. ¶ Interdum adverbialiter ſumitur pro non. *Lucr. l.* 5. *v.* 164. Nil opus eſt verbis.

Niliăcus, a, um, Νειλιακὸς, quod ad Nilum ſpectat, Ægyptius. *Martial. l.* 4. *epigr.* 42. Niliacis primum puer hic ſit natus in oris. *Juven. ſat.* 5. Cum pars Niliacæ plebis. *Martial. lib.* 13. *epigr.* 122. Acetum Niliacum. V. *Acetum*.

Nilicŏla, læ, ad Nilum incolens. Ægyptius. *Prudent. lib.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 493. Iſis Nilicolas reliquit.

Niligĕna, æ, Nilo genitus, h. e. Ægyptius. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 16. Argutus Niligena, & gentis accola numerorum potentis. *Ovid. l.* 1. *de art. am. v.* 77. Niligenæ Memphitica ſacra juvencæ. h. e. Iſidis. Al. leg. *Linigeræ*.

Nilion, ii. *n.* νείλιον, gemmæ, colorem habens fumidæ topazii, aut aliquando mellei. *Plin. l.* 37. *c.* 8. India & has generat, & nilion, fulgore hebeti, & brevi, & cum intueare, fallaci.

Nilotĭcus, a, um, Νειλωτικὸς, Νειλῷος, quod eſt ex Nilo, ut Nilotica tellus. *Martial. l.* 6. *epigr.* 80. Nilotica aqua. *Senec. l.* 3. *qu. nat. c.* 25.

Nilōtis, idis, adject. fœm. *a Nilo*, Ægyptia. *Martial. l.* 10. *epigr.* 6. picti tunica Nilotide Mauri.

Nilum, idem ac nihilum. *Lucret. l.* 1. *v.* 237. Haud igitur poſſunt ad nilum quæque reverti.

Nilus, m. 2. *Nilo*, Νεῖλος, fl. maximus Africæ, in Æthiopia, & Ægypto. Dictus aït a Nileo Rege. *Servius* Nilum dici exiſtimat, quaſi *νέαν ἰλὺν*, hoc eſt, novum trahentem limum, quia ſua inundatione in Ægypti agros novum infert lutum, & oblimando feraces reddit. A Poetis fingitur filius Oceani, & Terræ, multoſque filios genuiſſe, Minervam, Vulcanum, Dionyſium, Meteorium quartum, Herculem. *Cic.* 3. *de nat. Deor. Boc. l.* 7. *Gen.* ¶ Bis in anno certis diebus, præcipue circa ſolſtitium æſtivum, auctu magno, per totam ſpatiatus Ægyptum terram pluviis omnibus deſtitutam aquis ſuis irrigat, limo tegit, & fœcundiſſimam efficit. Unde unica ſpes Ægyptiis in Nilo poſita eſt, quia fertilis, aut ſterilis annus eſt, prout ille magnus, aut parcior influxit. V. *Cic.* 2. *de nat. Deor. Senec. l.* 4. *quæſt. nat. c.* 2. & *Plin. l.* 5. *c.* 9. & *l.* 18. *c.* 18. ubi de Nilo multa. ¶ Unde revera ortum habeat, quæque cauſæ incrementi ejus, Veteribus ignotum fuit: qua de re V. *Senec. l.* 6. *quæſt. nat. c.* 8. ¶ In Ægyptium mare ſeptem oſtiis ſe exonerat. unde *Juven. ſat.* 13. *v.* 26. Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili. ¶ Nili quoque apud Veteres accipiuntur pro foſſis, ſeu canalibus, quibus aqua in locum aliquem deducitur, cujus generis erant ii, qui aquam in privatas domos derivabant, & qui ſpectaculis circumdari ſolebant. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep. ult.* Imagines iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & nilus, multorum Philotimorum eſt, &c. *Id.* 2. *Leg. c.* 1. Ductus vero aquarum, quos iſti nilos, & Euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriſerit?

Nimbātus, a, um, nimba, ideſt, faſciola ligatus. Aliqui interpretantur unguento perfuſum, a nimbo vaſe. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 135. Tam magis ſit nimbata, & nugæ meræ.

Nimbĭfer, ra, rum, ὀμβροφόρος, ferens nimbos. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 858. & *Ovid.* 4. *de Pont. ep.* 8. *v.* 60. Ad ſtyga nimbifero vindiſis igne datos. Ita legit *Scalig.* & *Heinſ. ex MSS.* Alii *nubifero*.

Nimbōſus, a, um, ὀμβρώδης, pluvioſus, gravis nimbis, afferens nimbos. *Virg.* 1. *Æn. v.* 535. Fluctu nimboſus Orion. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Campus a montibus ſubjacens nimboſis.

Nimbus, i, m. *nembo, pioggia improvviſa*, נשם, Germ. *ein ſchlag regen*, Gal. *ravine, pluye avec orage*, Hiſp. *nubada de agua*, ὄμβρος, νίφος, repentina, & præceps pluvia, ut teſtatur *Apulejus de mundo*, item *Serv. in* 1. *Æn. Liv. l.* 1. *c.* 16. Subito coorta tempeſtas cum magno fragore tam denſo Regem operuit nimbo. ¶ Ponitur & pro nube. *Virg.* 2. *Æn. v.* 615. Jam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas inſedit, nimbo effulgens. *Id. ib.* ſonuerunt æthere nimbi. ¶ Item pro vento. *Virg.* 1. *Æn.* Nimborum in patriam loca fœta furentibus Auſtris Æoliam venit. ¶ Aliam etiam omnis vulgatem hujus vocis notionem docet nos *Iſid. l.* 19. *c.* 31. Nimbus, inquit, eſt faſciola tranſverſa ex auro aſſuta in linteo, quod eſt in fronte fœminarum. Uſus *Arnob. l.* 2. Lamines pertunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos inumbrarent. ¶ Aliqui addunt, ſumi etiam pro vaſis genere, quo vina, unguenta, & alii liquores funduntur. *Martial. lib.* 14. *ep.* 112. A Jove qui veniet, miſcenda ad pocula largas fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit. Sed hic imbrem, vel nubem ſignificare videtur. ¶ Tranſlate ponitur pro quavis denſa, & ſubita ſparſione, ſive multitudine, quæ ad modum nimbi, aut procellæ ingruit. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 3. Quo enim nimbo, qua procella verborum impium caput obrui meretur? *Flor. l.* 3. *c.* 8. Lapidum, favorumque nimbo claſſem operuerunt. ¶ Item pro quavis ſubita & repentina calamitate. *Cicer.* 15. *Att. ep.* 9. Quid iſte in domo tua caſus armorum? ſed hunc quidem nimbum cito tranſiiſſe lætor. ¶ *Nimbum* pro *nimborum*. *Pacuv. apud Cic. l.* 1. *de Div. c.* 14.

Nimie, *troppo, aſſai*, nimis, aut valde, σφόδρα. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *poſt med.* In locis nimie frigidis præcoquas ficus ſeremus. *Macrob. lib.* 7. *cap.* 6. *Saturn. acat* non nimie, ſed pulcre dictum. *Capitolin. in Gordian. c.* 6. Cupide, aut immodice, aut nimia aliquid facere.

Nimiĕtas, atis, f. *ſuperfluità*, περιουσία, ſuperfluitas, redundantia, nimia copia. *Col. lib.* 6. *c.* 24. Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciviunt. *Pallad. l.* 7. *c.* 7. Sanguinis nimietatem prohibet.

Nimio, adverb. *aſſai troppo*, valde, nimis. *Plaut. Truc.* 4. 1. 6. Nimio magno melliſſimum eſt mihi. *Id. Pœn.* 1. 2. 90. Bonam ego, quam beatam me eſſe nimio dici mavolo. ¶ Jungitur frequenter comparativis. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 31. Nimio melius. *Cic. Att. l.* 10. Te nimio plus diligo.

Nimiopere, adv. idem ac nimis, vel admodum nimis. *Cicer. in Parad.* 5. Quem ædificia magnifica nimiopere delectant. Sed alii legunt disjunctim *nimio opere*.

Nimirum, adv. *certamente*, כן, Ger. *nemlich*, Gal. *certes*, Hiſp. *ciertamente*, δηλονότι, certe, pro certo, ſine dubio, ut Donatus inquit, adv. confirmandi, a *ne*, & *mirum*, quaſi ne mirum ſit, vel nec mirum eſt. *Cic.* 4. *Tuſc.* Itaque in cognitione nimirum aſſentiar. *Auct. ad Her. l.* 1. Abſolute nimirum munus oratorium confecerimus. ¶ Aliquando ad reſponſionem adhibetur pro utique, certe. *Quintil. l.* 12. *c.* 1. Uter melior dicetur Orator? Nimirum qui homo quoque melior. ¶ Eſt etiam adv. explanandi, & ſignificat ſcilicet, videlicet, nempe. *Cic. pro Plan.* Hoc nimirum eſt illud, quod non longe a gradibus Aurelius hæc cauſa dicitur.

Nimis, adv. *troppo*, כאיד, Ger. *zu viel*, Gall. *trop*, Hiſp. *demaſiado*, ἄγαν, λίαν, σφόδρα, plus ſatis, ſupra modum. *Cic.* 1. *de Orat.* Neque ſumus nimis avidi. *Id.* 1. *Off.* Nimis magnum ſtudium. ¶ Uſurpatur etiam cum genitivo. *Cic. in Orat.* Nimis inſidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. ¶ Item cum aliis adverbiis. *Id.* 3. *Leg. in princ.* Nec nimis valde, nec nimis ſæpe laudaveris. ¶ Ponitur etiam pro valde, multum. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 24. ¶ Philotimi litteræ me quidem non nimis, ſed non admodum delectarunt. *Plaut. Rud.* 4. 2. 15. Nihil eſt, qui piger eſt, nimiſque id genus odi. *Id. Stich.* 5. 3. 49. Nimis factum bene. *Nimis quam*, maximopere. *Plaut. Moſtel.* 2. 2. 79. Nimis quam formido, ne manifeſto hic me opprimat.

Nimium, adv. idem ac nimis. *Cic.* 4. *Acad.* De quo jam nimium etiam diu diſputo. *Horat. l.* 3. *od.* 3. Nimium pii. ¶ *Nimium quantum*, idem eſt ac plurimum, maximopere, εἰς ὑπερβολήν. *Cic.* 4. *Fin. c.* 25. Differt enim inter honeſtum & turpe nimium quantum. *Gell. l.* 16. *cap.* 6. Sed nimium quantum audacter inquit, &c. *Id. l.* 18. *c.* 3. Lingua, atque facundia nimium quantus præſtabilis. Al. leg. *quantum*.

Nimius, a, um, *troppo, intemperato*, יתרה, Ger. *zu heffrig*, Gal. *exceſſif*, Hiſpan. *demaſiado*, περιττός, quod modum excedit. *Cicer.* 4. *Tuſculan.* Nam quod ajunt, nimia reſecari oportere, naturalia relinqui. *Id. Brut. lib.* 15. *Fam.* Quod in honoribus decernendis eſſem nimius, & tanquam prodigus. ¶ Reperitur etiam cum genitivo, *Liv. l.* 6. *c.* 11. Nec nimius animi cum alios principes ſperneret. *Tac. l.* 19. Sermonis nimius erat. ¶ Et cum ablat. *Hor. l.* 2. *Carm. od.* 12. Et nimium mero h. e. intolerabilem ebrietate. *Plin. l.* 14. *c.* 6. Ex minus fertilis vicinis, & fæce nimiæ. ¶ Sumitur interdum nimius per præpotentem, & ſuperbiente. *Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 52. Erant qui necterent moras, quippe jam nimius Antonius. *Id. in Agric. c.* 7. *de legione viceſima*. Legatis quoque nimia & formidoloſa erat. *Velley. l.* 2. *cap.* 32. Nimius Reip. liberæ vir. ubi dativum caſum nota.

Ningit, vel ninguit, ebat, xit, imp. 3. *nevicare*, השליג, Germ. *ſchneyen*, Gal. *il neige*, Hiſp. *nevar*, νίφει, eſt nive pluere. Antiqui dicebant *ningo*, & *ninguo*. *Pierius* quidem in 3. *Georg.* teſtatur ſe *ninguo* per n in omnibus codicibus ſcriptum inveniſſe. Eſt a νίφω, quod idem notat inſerto. *Virg.* 3. *Georg.* Interea toto non ſecius aere ningit. ¶ Tranſlate ſumitur pro magnam copiam rei alicujus effundere, & aſpergere. *Lucr. l.* 2. *v.* 627. Ninguntque roſarum floribus. ¶ Paſſive imperſonaliter. *Apulej. in Florid. n.* 2. (*al. l.* 1.) Totum illud ſpatium, qua pluitur & ningitur.

Ningor, oris, m. nivis copia decidens. *Apul. de mundo*. Eam tempeſtatem nos ningorem vocamus.

Ninguĭdus, a, um, *nevoſo*, νιφόεις, nivoſus, nivalis, nivibus abundans. *Auſon. ad Paulin. v.* 88. Barcinone bimaris, juga ninguida Pyrenes. Et *paulo poſt v.* 114. Jam ninguida linquit Oppida Iberorum.

Ninguis, is, f. idem quod nix apud Veteres. *Lucret. l.* 6. *v.* 736. Albas decedere ningues. *Apul.* Omnia ningue canebant.

Ninguit, V. Ningit.

Ningŭlus, a, um, nullus, nemo. *Enn.* apud *Feſt.* Ne ningulus mederi queat.

Ninive, f. 1. urbs maxima Aſſyriæ, quam Aſſur condidit, ſic dicta a Nino Rege, qui eam amplificavit, Regia olim Aſſyriorum, in regione *Diarbek* dicta, ad Tigrim fl. ſupra Bagdatum in Bor. 100. M. P. Aliqui omnino extinctam putant. ¶ Pop. Ninivitæ. *Tertull. l.* 3. *adv. Marcion.* & *Prudent. Cathem.* 7. *v.* 131.

Ninnius, ii, m. parvus equus, qui & hinnus dicebatur, ex Græco γίννος, ut docet Scalig. ad lib. 5. Manilii. *Mecænas ad Horatium*. Tu tum ſodalem Ninnio videas ſtrigoſiorem.

Niobæus, a, um, quod ad Niobem ſpectat. *Horat. l.* 4. *Carm. od.* 6. Quem proles Niobæa magnæ Vindicem linguæ, Tityoſque raptor ſenſit.

Niŏbe, f. 1. Νιόβη, filia Tantali Regis Phrygiæ, & Lydiæ, qui Jupiter dictus fuit, ex Taygete, al. ex Penelope, uxorque Amphionis, Regis Thebarum, cui ſeptem filios, totidem filias peperit. Cum Thebanæ mulieres juſſu Mantus filiæ Tireſiæ rem divinam Latonæ facerent, eas reprehendit multis verbis, ſe ſe Deæ anteferens, illiſque perſuaſit, ut illis ſacris abſtinerent. Latona irata filios Apollinem, & Dianam in vertice Cynthi montis admonuit, ut injuriam ulciſcerentur, qui Iſmenum, & Sipylum ſagittis confixere, cum ſe exercerent in equeſtri certamine in campo extra urbem, reliquos pueros in palæſtra, fecerruntque, ex ſeptem virgines, cum fratres extinctos una cum matre flerent, repentina morte conciderent. Niobe ex dolore in lapidum verſa eſt, qui in Sipylum Lydiæ montem in Phrygiæ Magnæ confinio, ubi illa nata fuerat, turbine ventorum raptus eſt, & fixus in cacumine montis liquitur, & lacrymis etiam nunc manat. Hinc a Poetis Sipyleia mater Niobe dicitur. *Cic.* 3. *Tuſc.* Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu ſilentium. *Ovid.* 6. *Metam. Bocc.* 12. *Gen.* ¶ Niobe item, filia Phoronei Regis Argivorum, ex qua Jupiter Oſirim ſuſcepit, qui & Apis, vel Serapis dictus eſt. *Bocc. l.* 7. *Gen.*

Niphates, maſc. 3. Νιφάτης, pars Tauri M. inter Armeniam majorem, & Meſopotamiam. ¶ Nyphates item, fl. qui profluit ex Niphate M. qui Armenios, Medos, ac Meſopotamios attingit, ac in Tigrim influit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 30.

Niptra, orum, n. νίπτρα, lavacra, a νίπτω, *lavo*. Hoc nomine dicta eſt Comœdia Pacuvii. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 21.

Nireus, m. 2. Νιρεύς, filius Charopi, & Aglajæ, Græcorum omnium, qui ad Trojam navigaverunt, formoſiſſimus. *Ov. l.* 4. *de Pont. el.* 13. *v.* 16. Tam mala Therſitem prohibebat forma latere, Quam pulcra Nireus conſpiciendus erat. *Propert. l.* 3. *el.* 18. Nirea non facies, non vis exemit Achillem.

Nis, dat. pl. pro nobis, apud vet. *Feſt. in voce Calim*.

Niſa, V. Niſæa

Niſæa, f. 1. regio Parthyenes, cujus caput fuit Alexandropolis, in qua præſtantiſſimi equi naſcebantur, qui Niſæi dicti ſunt. *Plin. l.* 6. *c.* 26. *Strabo l.* 11. ¶ Niſæa item, vel Niſſe, *Talcatan*, urbs Margianæ præcipua. ¶ Niſæa item, *Salvia*, urbs Megaridis maritima, in Atticæ confinio ad ſinum Saronicum, ubi Megarenſium erant Navalia, teſte *Thucyd. l.* 2. Hic Bacchum a Nymphis educatum fabulantur, unde Niſæus cognominatus eſt.

Niſæus, a, um, quod ad Niſum ſpectat, ut *Niſæi canes*, Scylla filia Niſi, vel melius Scylla filia Phorci (nam Poetæ interdum fabulas confundunt) cujus pars inferior in canes verſa eſt, & fretum Siculum nautis infeſtum, & tremendum facit. *Ovid.* 4. *Faſt.* Et vos Niſæi naufraga monſtra canes. ¶ A Niſa urbe Megaridis *Niſæus* dictus eſt Bacchus, quod ibi a Nymphis educatus fuit.

Niſēis, idis, f. patronym. filia, vel neptis Niſi. *Ovid. de remed. amor. v.* 737. Præterita cautus Niſeide navita gaudet.

Niſeius, a, um, adject. idem quod Niſæus, ut Niſeia virgo, apud *Ovid.* 4. *Met. v.* 35. h. e. Scylla.

Niſi, *ſe non*, εἰ μή, ſi non, præterquam, a ni, & ſi. Regit tum indicativum, tum conjunctivum. *Cic.* 2. *de Or.* Miſeros illudi nolunt, niſi ſe forte jactant. ¶ Inſervit ſæpe exceptionibus. *Ter. Andr.* 2. 1. 6. Nihil aliud

niſi

Digitized by Google

niſi Philumenam volo. *Cic. de Amic. c.* 5. Niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe. *Senec. Suaſor.* 2. Taygeti montis, niſi Lacedæmoniis, difficillima juga. *Plaut. Men. prol. v.* 59. Ei liberorum, niſi divitiæ, nihil erat. *h. e.* liberis carebat, non divitiis: quæ inſolens eſt loquendi ratio. particula enim *niſi* non niſi ſimilia, & ejuſdem generis excipit ¶ Interdum ponitur pro ſed, *ma. ſennonchè. Cic.* 13. *Fam. ep.* 1. Nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: niſi tamen multo tibi concedi poteſt, quam illi, laborare ſine cauſa. *Id. ib. ep.* 73. De re mihi poſſum judicare, niſi illud mihi perſuadeo, te nihil temere feciſſe. *Ter. Adelph.* 1. *c.* 73. Ecce autem de integro, niſi quidquid eſt, volo ſcire. Eodem modo locutus eſt Plautus, cujus exempla congerit *Pareus in Lex. Crit.* ¶ Niſi ſi, idem eſt, ac niſi, *ſe non ſe. Terent. Andr.* 1. 5. 23. Quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. Poetas metri neceſſitas excuſat, niſi ſi quando nihil impedimenta in utroque modulatione, pedum alterum malunt. *Cic. Catil.* 2. *cap.* 4. Niſi vero ſi quis eſt, qui &c. ¶ Niſi quod, *ſennonchè. Cic.* 9. *Fam. ep* 16. Nihil video quod timeam, niſi quod omnia ſunt incerta. ¶ *Niſi vero*, & *Niſi forte* inſerviunt tranſitionibus, & ironiæ. *Cic pro Syll.* Niſi vero paucos fuiſſe putatis &c. *Id. de Pace.* Niſi forte volumus Epicureorum opinionem ſequi. ¶ Niſi pro tantum, ſolummodo. *Plaut. Epid.* 3. 2. 80. Niſi ea, quæ tu vis, volo. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 33. Niſi hoc video Capitonem in his bonis aliis ſocium. ¶ Pro præterquam. *Id.* 1. *Teſtul.* Quid tum egimus, niſi omnium ad ſe ipſum revocamus? *che altro facciamo, che richiamare*, &c. Non *niſi*, & *niſi non. Cicer.* 1. *Fam. ep.* 1. Niſi perfecta te, de me non conqueſti. *Plaut. Amph.* 1. 1. 234. Non loquar, niſi pace facta.

Niſiades, um, f. patronym. a Niſo. *Ovid. heroid. ep.* 15. *v.* 54. Niſiades matres, Niſiadeſque nurus. *h. e.* Siculæ Megarenſes. Eſt enim Megara in Sicilia oppidum, teſte *Plin. l.* 3. *c.* 8. conditum a Megarenſibus Græcis, quorum rex Niſus fuit.

Niſibenus, a, um, adject. a Niſibe. *Ammian. l.* 15. *c.* 57.

Niſibis, is, f. urbs Meſopotamiæ antiquiſſima, *Nisibin, Nisibio. Plin. l.* 6. *c.* 13.

Niſus, i, m. 2. Nῖσος, Rex Megarenſium, pater Scyllæ, contra quem dum pugnaret Minos, devictis Athenienſibus, propter filii Androgei interitum, quem Athenienſes, & Megarenſes dolo necaverant, amatus eſt a Scylla, quæ ut hoſti placeret, comam purpuream parentis abſciſſam ei obtulit, quam Niſus ita habuerat conſecratam, ut tandiu Regno poteretur, quamdiu illam habuiſſet intactam. Sed Scylla a Minoe contempta fuit. Niſus extinctus Deorum miſeratione in halyæeti avis mutatus eſt formam: Scylla etiam, dum Minoem in Cretam navigantem ſequitur, in avem ciris converſa eſt: quæ aves hodie magna inter ſe flagrant diſcordia. *Ovid.* 8 *Met. Serv. in* 1. *Georg.* ¶ Niſus itaque eſt avis genus, ex hac fabula nomen ducens, ut *Ovid.* narrat *loc. cit. ſparviero, o ſmeriglio*, [illegible]. Sunt qui putant halyæetum eſſe, ut dictum eſt. alii accipitrem minorem vocant. *Virg.* 1. *Georg. v.* 404. Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus, Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Niſus, a, um, [illegible], partic. a nitor, pro nixus. *Cic. pro Cluent. c.* 57. Veſtra æquitate niſi confidimus. Ita legendum cenſet *Pareus in Lex. Crit.* ubi alia exempla congerit ex *Livio*, & *Lipſiano*. Ubique tamen alii leg. *nixus*.

Niſus, us, m. *sforzo*, [illegible], conatus. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 23. Pedetentim, inquit, ite, & ſedato niſu. *Virg. Æn.* 11. *v.* 852. Dat rapido pulcherrima niſu.

Nitedula, æ, f. genus muris agreſtis. *Serv. in* 1. *Georg. Cic. pro Sext. c.* 33. Id fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. *Plin. l.* 8. *c.* 57. *de muribus.* Conditi & hi cubant, rurſus æſtate juveneſcunt, ſimili & nitedulis quiete. Al. alit. leg.

Nitefacio, is, a. 3. nitidum facio. *Gell. l.* 18. *c.* 11. Ventus mare cæruleum criſpicans nitefacit.

Nitefactus, a, um, nitidus. *Juvenc. in Matth. c.* 6. grato crinem nitefactus olivo.

Nitela, æ, f. nitor. *Solin. c.* 35. Nam præcipua viris gloria eſt in armorum nitela. ¶ Dicitur etiam de micis pulveris auri. *Solin. c.* 36. Nitelas interpretantur micas pulveris auri, quæ inter arenas reperiuntur. ¶ Nitela item, vel nitedula eſt mus agreſtis in vepribus agens. *Martial. l.* 5. *epigr.* 39. Quæ crine vincit Bætici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitelam. Ubi rutilos puellæ crines comparat cum lana Bætica, capillis Germanorum, & pilis nitelæ. Alii hic quoque micas auri intelligunt. ¶ Sumitur quoque nitela pro re, quæ levigat ſordem, & expolit, [illegible]. Unde Apuleius utitur pro dentifricio ut ipſum, & dentes honeſtante. Miſi, inquit in 1. *Apolog.* ut petiſti, munditias dentium, nitelas oris, ex Arabicis frugibus tenuem pulviſculum, complanatorem tumidæ gingivulæ, converritorem pridianæ reliquiæ.

Nitelinus, a, um, quod ad nitelam animal ſpectat, ut Color nitelinus pro rufo & rutilo: Salix nitelina, colore nitelæ. *Plin. l.* 16. *c.* 38. Apud nos multi totidem generibus nomina imponunt, viminalem vocant, eandemque perpetuam, alteram nitelinam a colore, quæ ſit tenuior, tertiam Gallicam, quæ tenuiſſima.

Nitens, entis, o. nom. ex partic. a *niteo*, politus, ſplendidus. *Mart. l.* 10. *epigr.* 38. Crine nitens, niger unguento. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 543. Aſtra nitentia. *Id.* 10. *Metam. v.* 211. Flos nitentior oſtro. ¶ Tranſlate nitens oratio, h. e. culta, & elaborata, apud *Cic. de clar. Orat. c.* 67. Nitens ingenium, *Stat. l.* 2. *Silv.* 4. ¶ Eſt etiam particip. a *nitor. Virg.* 3. *Georg.* valido nitens ſub pondere faginus orbis increpat.

Niteo, es, ui, ſine ſup. n. 2. *rilucere, riſplendere*, [illegible], Ger. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *riſplandecer*, [illegible], ſplendeo, ſplendidus ſum, a νίπτω, vel νίζω, *lavo.* nam lota nitent, unde & lautum pro nitido, atque eleganti accipitur. *Plaut. Pſeud.* Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 3. Nitent unguentis, fulgent purpura. ¶ Tranſlate ſumitur pro excultum, expolitum eſſe. *Cic.* 4. *Fin.* Illorum, vides, quam niteat oratio. ¶ De animalibus etiam dicitur, quæ bene paſta, & pinguia ſunt. *Phædr. l.* 3. *fab.* 8. Cani perpaſto macie confectus lupus forte occurrit: Salutantes dein invicem ut reſtiterunt: Unde ſic, quæſo, nites? &c. ¶ Ponitur & pro abundare, vigere. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 4. Res ubi magna nitet domino ſene. *h. e.* ubi ſane magnæ divitiæ. *Cic. Agrar.* 2. Vectigal in pace niteat, in bello non obſoleſcat. *h. e.* vigeat, abundet. ¶ Item pro florere, celebrem eſſe. *Vellej. l.* 2. *cap.* 9. Eodem tractu temporis nituerunt oratores Scipio Æmilianus, Læliuſque.

Niteſco, ſcis, n. 3. *farſi riſplendente*, [illegible], nitidus fio. *Cicer.* 1. *Tuſc. cap.* 28. Cœlum niteſcere, arbores frondeſcere. ¶ De pecoribus pinguibus, *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Multa equorum armenta, quæ herbis, & tepore verno niteſcunt. ¶ Tranſlate *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 26. Ingenio, doctrina, præceptione, natura niteſcit in arte memoriæ.

Nitibundus, a, um, vehementer nitens. *Gell. l.* 1. *c.* 11. Achæos Homerus pugnam incipiſci ait non tibiarum concentu, ſed mentium conſpiratu tacito nitibundos.

Nitide, adv. *ſplendidamente*, λαμπρῶς, ſplendide. *Plaut. Truncul.* 2. 4. 3. Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! *Id. Ciſtell.* 2. 1. 11. Ita in prandio nos lepide atque nitide accepiſti.

Nitiditas, atis, f. idem ac nitor. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 578. Formæ nitiditate præcluem Regis.

Nitidiuſcule, adv. [illegible], aliquantum nitide, dim. adverbii *nitide*, a comp. nitidius. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 8. Ut curet tandem nitidiuſcule.

Nitidiuſculus, a, um, adject. aliquantum nitidus. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 84. Nitidiuſculum caput.

Nitido, as, a. 1. *illuſtrare*, [illegible], nitidum facio. *Col. l.* 12. *c.* 3. Ferramenta deterſa nitidentur. *Pallad. l.* 2. *c.* 17. Plagam ferramentis acutis nitidamus. *Enn. apud Non. c.* 2. *n.* 583. Eunt ad fontem, nitidant corpora.

Nitidus, a, um, *ſplendido, rilucente*, [illegible], Ger. *gleiſſend*, Gal. *net, poli*, Hiſp. *lucido*, [illegible], ſplendidus, clarus, lucens. *Cicer. in Or. c.* 11. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca, contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant. *Id. Verr.* 5. *n.* 18. Colles nitidiſſimi, viridiſſimique. *Ovid.* 3. *Faſt.* aries nitidiſſimus auro. *Lucret. l.* 2. Nitidæ fruges, arbuſtaque læta. *Horat. l.* 4. *od.* 10. Nitidæ virgines. ¶ Tranſlate nitidi dicuntur homines, & armenta bene paſta, & pinguia. *Id. l.* 1. *ep.* 4. *ad fin.* Me pinguem, & nitidum bene curata cute viſes. *Nepos in Eum. c.* 5. Quo factum, ut jumenta æque nitida ex caſtello educeret, ac ſi in campeſtribus locis ea habuiſſet. ¶ Uſurpatur etiam ſæpe de ornatu, & cultu verborum, & orationis. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Aliis alia ſublimiora, nitidiora, &c. Eadem fere habet *Cic. in Partitionib.* & 1. *de Orat. c.* 18. ¶ Hinc homo nitidus idem eſt ac urbanus. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 7. Ex nitido fit ruſticus, atque ſulcos & vineta crepat mera. Sic *Plin. l.* 23. *c.* 15. Inter pauca nitidioris vitæ inſtrumenta.

Nitiobriges, m. 3. pop. Aquitaniæ, inter Petrocorios ad Bor. Auſcios ad Mer. Vaſates ad Occ. Cadurcos ad Or. ubi nunc Agennenſis prov. quorum caput Aginnum ad Garumnam fl. *Cæſar l.* 7. *B. G.*

Nitor, oris, m. *ſplendore, pulitezza*, [illegible], Ger. *ſchein*, Gal. *eclat*, Hiſp. *reſplendor*, λαμπρότης, munditiea in quacumque re. *Cic. de Sen.* Intuentem purpuram ejus, & nitorem corporis. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 50. Gemmæ nitore, & auri ſplendore aſpectus omnium præſtringere. ¶ Sumitur tamen indifferenter pro luce, ſeu ſplendore. *Lucret. l.* 4. *v.* 539. Aureæ exoriens nitor. *Cic. in Arat.* Delphinus ſurgit nimio luſtratus nitore. ¶ Sumitur interdum pro pinguedine. nam quæ pinguia ſunt, nitida ſunt. *Varro. l.* 20. *n.* 2. Neque nitorem olei, neque vinum fructum habere potuiſſemus. V. *Nitidus*, & *Niteo.* ¶ Tranſlate uſurpatur pro vitæ cultu. *Stat. l.* 3. *Silv.* 3. *v.* 149. Teſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus Hetruſci. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 9. Nitor generis. h. e. nobilitas. ¶ Item pro ornatu orationis. *Cic. de clar. Orat. c.* 9. Ad hanc ætatem oratorum, in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 2. Nitor eloquii.

Nitor, eris, niſus, vel nixus ſum, d. 3. *sforzarſi*, [illegible], Ger. *unterſtehen*, Gal. *s'efforcer*, Hiſp. *esforzarſe*, *eſtribar*, [illegible], conor, contendo, operam do, a [illegible], per Metatheſin, quod valet omnes nervos intendere, conari. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. Att. l.* 9. Contra cujus honorem P. R. beneficio conceſſum inimici, atque invidi niterentur. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad. Cic. de Sen. c.* 23. Haud optimi cujuſque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. ¶ Vel cum abl. & præp. *de. Cicer.* 3. *Fam.* Nos cum maximo conſilio, ſtudio, labore, gratia de cauſa Regia niteremur. *Id. in Parad.* Niti de æquitate. h. e. ad æquitatem tuendam. ¶ Vel cum infinitivo. *Auct. ante Enni.* Profecto talibus conatibus obviam ire niteremur. ¶ Vel cum conjunctivo, & partic. *ut. Nepos in Miltiad. c.* 4. Nitebantur maxime, ut primo quoque tempore caſtra fierent. h. e. ſuadebat. ¶ Accipitur etiam pro ambulare, ſeu aſcendere cum conatu, *poggiare. Plin. l.* 5. *epiſt.* 6. Latiſſima vitis in culmen nititur, & aſcendit. *Virg.* 2. *Georg. de pomis:* ad ſidera raptim vi propria nituntur. *Pacuv. apud Non.* Ardua per loca trepidanti gradu nititur. Niti alis, eſt volare. *Virg.* 4. *Æn.* Paribus nitens Cyllenius alis. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 7. Ovus motis nituntur in aera pennis. ¶ Niti pro aliquo, *affaccendarſi per qualcheduno. Liv. l.* 35. *c.* 10. Cum Africanus pro Lælio niteretur. ¶ Uſurpatur etiam ſæpiſſime pro incumbere, fulciri, firmari, ſuſtentari, *appoggiarſi*, cum abl. ſine præp. vel cum abl. & præp. *in. Virg.* 6. *Æn.* Ille, vides, pura juvenis qui nititur haſta. ¶ Transfertur eleganter ad res incorporeas. *Cic.* 1. *Offic.* Quorum conſilio, atque auctoritate nititur. *Id. pro Mil.* Cujus in vita nitebatur ſalus civitatis. *Id. pro Dejot.* In quo frequentia Oratorum ſtudia niti ſolent. ¶ Singularem eſt hujus verbi uſus apud *Sueton. in Veſpaſ. c.* 20. Statura fuit quadrata, compactis, firmiſque membris, vultu veluti nitentis. (h. e. *ventrem exonerare conantis.*) unde quidam non infacete, dicam, inquit, cum ventrem exonerare deſieris. ¶ Particip. *niſus*, & *nixus* V. ſuis locis.

Nitraria, æ, f. locus, ubi nitrum fit, & invenitur. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit a colore terræ.

Nitratus, a, um, cui nitrum admiſtum eſt. *Col. l.* 12. *c.* 55. Nitratam aquam ſuffundito. *Mart. l.* 13. *epigr.* 18. Nitrata viridis braſſica fiat aqua.

Nitroſus, a, um, *nitroſo*, [illegible], quod nitrum habet, vel nitri ſaporem. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Lacus eſt nitroſus, exiliente e medio dulci fonticulo. Et *paulo ante.* Aquæ vero nitroſæ pluribus locis reperiuntur, ſed ſine viribus denſandi.

Nitrum, i, n. *nitro*, [illegible], Ger. *ſalpeter*, Gal. *nitre*, Hiſp. *ſalitre*, [illegible], ſalis genus, non multum diſtans a ſale Ammoniaco, quod ex terra ad metallorum modum effoditur, variaſque habet in medicinæ uſus. De eo multa ſcripſit *Plinius* præſertim *l.* 31. *c.* 10.

Nivalis, & le, o. *nevale, nevoſo*, Ger. *ſchneeicht*, Gal. *de nege*, Hiſp. *de nieve*, [illegible], quod ad nivem pertinet. *Cic.* 1. *de Div. ut quodam Poeta.* Tumulos Albano in monte nivales. *Liv. l.* 1. Erat forte brumæ tempus, & nivalis dies. ¶ *Nivale oſculum*, frigidum, per tranſlationem. *Martial. l.* 7. *epigr.* 95. Audes tu tamen oſculo nivali omnes obvius hinc, & hinc tenere. *Horat. l.* 1. *v.* 18. Hebrus nivali compede vinctus, *agghiacciato*. *Virg.* 3. *Æn.* Nivalis candor.

Nivarius, a, um, [illegible], quod ad nivem pertinet, ut nivarium ſaccum, ad nivem percolandam; ex qua expreſſa aqua utebantur ad vini vim aſperitatemque frangendam. nam refrigerando vinum mitescit. Legitur in titulo *epigrammatis* 104. *l.* 14. *Martialis:* Nivarius ſaccus. ¶ Idem *colum nivarium* dicitur in titulo epigram. præced. V. *Saccus.*

Nivatus, a, um, [illegible], nive refrigeratus. *Suet. Ner. c.* 27. Refotus ſæpe calidis piſcinis, ac tempore æſtivo nivatis. *Senec. l.* 4. *quæſt. nat. c. ult.* Nivatæ potiones.

Nive. V. Ni.

Nivco, es, n. 2. vel nivo, is, n. 3. idem ac ningo, ſeu ninguo, apud vet. *Pacuv. apud Non. c.* 10. *n.* 28. Sagittis, plumbo, & ſaxis grandinat, nivit.

Niveſco, is, n. 3. nivis inſtar albeſco. *Tert. de Pal. c.* 3. Lavacro niveſcunt.

Niveus, a, um, n. 1. *c. di neve*, [illegible], quod eſt ex nive. *Virg.* 3. *Georg.* Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto terra gelu late. ¶ Metaleptice ponitur pro candido. *Ovid.* 10. *Met.* Interea niveum mira feliciter arte ſculpſit ebur. *Horat. l.* 2. *od.* 4. niveus color. *Virgil. Ecl.* 6. Niveum latus.

Nivoſus, a, um, *che abbonda di neve*, Germ. *ſchneeicht*, Gall. *neigeux*, Hiſp. *lleno di nieve*, [illegible], nive abundans. *Col. l.* 2. *c.* 9. Ea locis prægelidis, ac nivoſis recte committitur. *Liv. l.* 3. *c.* 15. Nivoſa hiems. ¶ Nivoſa grando, uſo, vel grando compacta ex nive. *Liv. l.* 21. Tectum nivoſa grandine dejecit.

Nie,

Nix, nivis, f. *neve*, [illegible], Ger. *ſchnee*, Gal. *neige*, Hiſp. *nieve*, [illegible], aquarum cœleſtium ſpuma, ut *Plin.* definit *l.* 17. *c.* 2. Juxta *Priſc. l.* 10. eſt a ningo, nixi, ut dux a duco, duxi. *Cic.* 4. *Acad.* Anaxagoras nivem nigram dixit eſſe. *Id.* 3. *de nat. Deor. de aqua.* Nive, pruinaque concreſceret. *Curt. l.* 5. 2. 4. Nix cumulata vento. *Id. l.* 7. *c.* 3. Nives altæ. *Liv. l.* 5. *c.* 2. Nivibus, pruinisque obrui. ¶ Translate dicitur de canitie. *Hor. l.* 3. *od.* 13. Te quia rugæ turpant, & capitis nives.

Nixii Dii. V. Nixus, 2.

Nixor, aris, d. 1. idem ac nitor. *Lucr. l.* 4. *v.* 508. Quibus nixatur vita, ſaluſque. *Id. lib.* 4. *v.* 1114. Hoc eſt adverſo nixantem trudere monte ſaxum.

Nixurio, is, a. 4. [illegible], niti volo, ſeu cupio, conor facere. *Nigid. apud Non. c.* 2. *n.* 584. Nixurit, qui niti vult, & in conatu ſæpius aliquare perpellitur.

Nixus, a, um, *appoggiato*, *ſoſtentato*, [illegible], Ger. *angelehnet*, Gal. *appuyé*, Hiſp. *arrimado*, [illegible], incumbens, fultus, partic. a *nitor*. *Cic.* 7. *Verr.* Stetit ſoleatus Prætor P. R. cum pallio purpureo, tunicaque talari, mulierculæ nixus in littore. *Virg.* 10. *Æn. v.* 736. ſuper abjectum poſito pede nixus. *Plaut. Rudent.* 5. 3. 35. Genibus nixus. *Auctor Declam. antep. & ext in anil. c.* 4. Innocentia freti, nobilitate nixi. ¶ *Nixi dii* appellantur tria ſigna in Capitolio, ante cellam Minervæ, genibus nixa, velut præſidentes parientium nixibus: quæ ſigna ſunt qui memoriæ prodiderunt, Antiocho rege Syriæ ſuperato, M. Atilium ſubtracta populo R. adportaſſe, atque ubi ſunt, poſuiſſe. Sunt etiam qui dicant, capta Corintho advecta huc quæ ibi ſubjecta fuerint menſæ. *Feſtus.*

Nixus, i, m. [illegible], ſignum cœleſte, quod alii Ingeniculum vocant, a *nitendo*, quia Herculis imago eſt, qui dextero genu nixus, ſiniſtro pede capitis draconis dexteram partem opprimere conatur. *Cic. in Arato.* Jam dextrum genu, & decoratam lumine ſuram erigit ille vagans vulgato nomine Nixus. ¶ Nixi Dii appellabantur, quos putabant præſidere parientium nixibus. *Feſtus.* Hinc *Ovid. Metam.* 9. *v.* 585. tendenſque ad cœlum brachia, magno Lucinam, Nixuſque pares clamore vocabam. Ita legendum putat *Tarnb. l.* 7. *c.* 8. & *Dempſterus in Roſin. l.* 2. *c.* 19. Alii legunt, *Lucinam ad nixus pariter &c.*

Nixus, us, m. conatus, *sforzo*. *Quintil. l.* 2. *c.* 13. Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod ſemel invaſit, incumbit. ¶ Speciatim ſumitur pro partu, vel labore parturientium. *Gell. l.* 12. 2. 1. Quam diutinum puerperium, & quam laborioſi nixus fuiſſent. *Virg.* 4. *Georg.* Haud fœtus nixibus edunt.

N ANTE O.

No, as, avi, atum, n. 1. *nuotare*, [illegible], Ger. *ſchwimmen*, Gall. *nager*, Hiſp. *nadar*, [illegible], eſt per aquam excurrere, proprium piſcium, quos etiam homines, & alia animalia imitantur, [illegible], *nato*, [illegible] *fluo*. *Cic.* 3. *de Fin.* Serpere anguiculos, nare anaticulas. *Catul. ep.* 65. Barbara novit Athon claſſi. *Ovid.* 1. *Metam.* Nat lupus inter oves. *Idem* 8. *Metam.* Carinæ nant freto. ¶ *Nare ſine cortice*, proverbialis Metaphora, de iis, qui ſuo jam Marte ſibi poſſunt conſulere, nullo alieno egentes ſubſidio, ſumpta ab iis, qui natandi jam ſatis periti cortice non egent. *Hor. l.* 1. *Serm. Sat.* 4. Nabis ſine cortice. ¶ Transfertur hoc verbum etiam ad volatum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 59. *de apibus.* Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.

Nobilis, le, o. 3. *nobile*, [illegible], Ger. *edel*, Gall. *noble*, Hiſp. *noble*, [illegible], celebris, inſignis, clarus, a ſup. *nosco* verbi *noſco*. *Cic.* 1. *de Or.* Multi etiam præterea præclari in Philoſophia, & nobiles. *Id. pro Arch.* Natus eſt Antiochiæ loco nobili, & celebri quondam urbe. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui claro genere ortus eſt. Apud Romanos *nobiles* erant, qui majorum ſuorum imagines oſtendere poterant, idest quorum majores Magiſtratus Curules geſſerant, ut *novi* erant, qui nec majorum, nec ſuas, ut docet *Sigon. l.* 2. *de ant. jure C. R. c.* 10. *Cic. ult. Verr.* Quanta ſit in invidia, quantoque in odio apud quoſdam homines nobiles novorum hominum virtus, & induſtria. *Vellej. l.* 2. *c.* 112. Nobilior animo, quam gente. ¶ Patriciorum tamen nemo ignobilis dicebatur, quia ſaltem ejus imaginem oſtendere poterat, qui primus inter Patricios lectus fuerat. Hinc ſub ipſum libertatis initium Vitellii, & Aquilii *nobiliſſimi juvenes* dicuntur a *Livio l.* 2. *c.* 5. & C. Mutius *adoleſcens nobilis*, *l.* 2. *c.* 12. Imo totus Patriciorum ordo nobilitatis nomine ſignificari ſolet ab *eod. Liv. l.* 6. *c.* 42. *l.* 7. *cap.* 1. & alibi. V. Nobilitas. Ponitur interdum nobilis pro noto. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 10. Cum iis mihi nec locus, nec ſermo convenit, iis nunquam nobilis fui. *Liv. l.* 39. *c.* 4. Nobiliſſimæ inimicitiæ. h. e. inſignes. ¶ Sed tamen *nobiles*, & *noti* uſurpatione, & uſu communi diſtinguuntur. *Cic. pro Cæl.* Res eſt omnis in hac cauſa nobis cum Clodia muliere non ſolum nobili, ſed etiam nota. ¶ Item pro inſigni, & excellenti in quacumque re, ſive bona, ſive mala. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 2. Nam fuit tempore eodem, quo Ariſtoteles, magnus, & nobilis Rhetor Iſocrates. *Liv. l.* 39. *c.* 9. Hiſpala Fecenia ſcortum nobile. *Plaut. Rud.* 3. 2. 3. Qui ſe ſcelere volunt fieri nobiles. *Horat. l.* 1. *od.* 12. Illum ſuperare pugnis nobilem. h. e. peritum, excellentem in pugilatu. *Celſ. l.* 5. *c.* 18. Emplaſtrum nobile ad extrahendum ferrum. *buono per eccellenza.* ¶ Interdum nobilis abſolute ponitur pro homine nobili. *Liv. l.* 22. *c.* 58. Miſſus cum his Carthalo, nobilis Carthagimenſis. *Plin. l.* 5. *ep.* 17. Ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulcrum, niſi imagines habeant. ¶ Veteres ſcripſere etiam *gnobilis*, ut videre eſt apud *Feſtum.*

Nobilitas, atis, f. *nobiltà*, [illegible], Ger. *adel*, Gal. *nobleſſe*, Hiſp. *nobleza*, *hidalguia*, [illegible], claritas, celebritas, excellentia in virtute, in genere, in quacunque alia re. *Cic. pro Arch.* In quo prædicationem, nobilitatemque deſpiciunt. *Id.* 3. *de Or.* Cum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum videret. ¶ Duplex præſertim eſt, una ex imaginibus, altera ex virtute ducitur. prima tota Populi R. fuit, ſecunda omnium gentium, atque hominum. *Cic. ad Hortenſ.* Cum nobilitas nihil aliud ſit, quam cognita virtus, quis in eo, quem veteraſcentem videas ad gloriam, generis antiquitatem deſideret? ¶ Aliquando nobilitas pro ipſis nobilibus uſurpatur. *Liv. l.* 7. *c.* 1. Quod pro Conſule uno Plebejo tres Patricios Magiſtratus Curules nobilitas ſibi ſumpſiſſet. *Id. l.* 6. *c.* 42. Comitia Conſulum adverſa nobilitate habita. *Et paulo poſt.* Conceſſum ab nobilitate plebi de Conſule plebejo; a plebe nobilitati de Prætore uno. Quibus omnibus locis *Livius* nobilitatis nomine *Patricios* intelligit. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 10. Claudius nobilitatibus externis mitis. ¶ Item pro naturæ excellentia, ac bonitate. *Id. Ann.* 1. *c.* 29. Druſus, vocata concione, quanquam rudis dicendi, nobilitate ingenita incuſat priora, probat præſentia. ¶ Tribuitur & aliis rebus. *Plin. l.* 10. *c.* 37. *de columbis:* Nobilitatemque ſingularum, & origines narrat. *Ov.* 2. *de Pont eleg.* 5. *v.* 36. Eloquio [illegible] nobilitatis iniſt. *Plin. l.* 14. *c.* 15. *de vinis:* Poſtea alia omnia in [illegible] itatem venerunt. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Nobilitas nutricum non alio ſucco efficaciore curare pronunciavit corporum pruritus. h. e. abſtetrices nobiles, periſſimæ.

Nobil[illegible]**tus**, a, um, nom. ex partic. *nobilitato*, nobilis, aut inſignis factus. *Cic. in Parad.* 2. 10. Rerum geſtarum veſtigiis nobilitati. *Curt. l.* 4. *c.* 8. Obſidio nobilitata periculo regis. *Plin. l.* 7. *c.* 38. Praxitelen nobilitatum marmore. *Cic.* 2. *Offic. c.* 7. Nobilitata crudelitas.

Nobiliter, adv. *nobilmente*, [illegible], clare, inſigniter, decore. *Plin. l.* 35. *c.* 8. Qui & argentum cælavit nobiliter. *Varro l.* 7 *in præfat.* Ædem Jovis nobiliter architectatus. *Epitom Liviana*, *c.* 74. Nobiliſſime tumulatum.

Nobilito, as, avi, atum, a. 1. *nobilitare*, *far nobile*, [illegible], Germ. *beruhmbt machen*, Gal. *annoblir*, Hiſp. *ennoblecer*, [illegible], nobilem facio, dignitatem addo, decoro. *Cic. de Sen.* Neque enim ea te unquam ea nobilitatus, ſed ex latebris, & lacertis tuis. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 15. Quid Poetæ? nonne poſt mortem nobilitari volunt? ¶ Eſt etiam notum, & inſignem facere in quacunque re, ſive bona, ſive mala. *Ter. Eun.* 5. 6. 20. Qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & tandem andeas. *Cic.* 2. *Offic. c.* 7. Cujus eſt præter cæteros nobilitata crudelitas.

Nocens, entis, o. *che nuoce*, *cattivo*, *ribaldo*, [illegible], qui alteri nocet, damnumque infert, qui injuriam, aut maleficium committit, vel cum [illegible] partic. a *noceo*. *Cic.* 2. *Offic.* Ita eſſe habendum religioni nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere. *Nep. Epal.* Edet cicatris al[illegible] nocentius. *Cic.* 1. *Verr.* In hac libidine hominum nocentiſſimorum. *Id.* 2. *Verr.* Se avariſſimi hominis cupiditati ſatisfacere poſſe, nocentiſſimi victoriam non poſſe. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. *ad fin.* Nocentiſſimi mores.

Nocenter, adv. *con nocumento*, *con danno*, [illegible], noxie, damnoſe. *Col. l.* 8. *c.* 2. Sed inteſtina velut ſodibus nocenter armata.

Noceo, es, cui, citum, n. 2. *nuocere*, [illegible], Ger. *ſchaden*, Gal. *nuire*, Hiſp. *danar*, [illegible], officio, obſum, damnum, aut injuriam alicui infero. Conſtruitur vel abſolute, *Cic. pro Cæc.* Arma ſunt alia ad tegendum, alia ad nocendum. ¶ Vel cum dat. *Cic.* 3 *Off.* Ut non liceret ſui commodi cauſa nocere alteri. ¶ Reperitur etiam cum acc. *Plaut. Mil.* 2. 5. v. 1[illegible]. Jura, te non nociturum eſſe hominem de hac re neminem. *Lambin. & Andel.* legunt *homini neminem*. Alii omnes priorem retinent lectionem cum pleriſque MSS. Sed quidquid ſit, eleganter habere poſſe aliquem ex accuſativis communibus, ut alia verba. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Si oreſo, aut grando quippiam nocuit. *Id.* 2. *Fam.* In quo tibi nihil nocerem. ¶ Poteſt item illi res verbi in acc. adjungi. *Liv. l.* 9. Atque ob eam rem noxam nocuerunt. ¶ Paſſive *Juſtin. l.* 44. *c.* 4. Itaque cum non ſolum non noceretur, verum quarundam uberibus aleretur. ¶ Et impersonaliter. *Cic.* 4 *Verr.* Ne quid ei per filium ſuum noceretur. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 36. Sperare, a multitudine impetrari poſſe, quod ad militum ſalutem pertineat, ipſi vero nihil nocitum iri. *Ulp. l.* 1. *Dig. de his, qui dejec. vel effud.* Si nocitum ei eſſe dicetur. ¶ *Noctes noctu*, eſt dimen cottam protrahendo dormiendi ſibi tempus adimere. *Plaut. Curr.* 2. 3. 73. Neque diem decet memoriæ, neque noctu nocerier. ¶ *Nocuit* pro *nocuit* dixit *Lucil.* apud *Feſt.* in voce *Tama*.

Nociturus, a, um, o. t. 2. partic. temporis futuri verbi noceo. *Cic.* 1. *Off.* Declinetque ea, quæ nocitura videantur. *Ov.* 11. *Met.* Pocula nocitura.

Nocivus, a, um adject. *nocivo*, *dannoſo*, [illegible], qui nocet. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Pœoni præcipue nocivum. *Phædr. l.* 1. *fab.* 29. Et ſibi nocivum concitant periculum.

Noctescit, ebat, imp. 3. *farſi notte*, [illegible], tenebræ incipiunt, ac obtenebratur. *Furius apud Non. c.* 2. *n.* 59. & *Gell. l.* 18. *c.* 11. Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Noctícola, læ, qui noctem colit, ut nocticola Indus apud *Prudent. Hamartig. v.* 634. quia ſcilicet ob diurnos nimios calores noctem amat, quo refrigeratur.

Nocticolor, oris, adject. noctis colorem habens, h. e. atrum, ut nocticolor Stya, apud *Auſon. in Monoſyllab. de Diis*, v. 11. Sic, Memnonem nocticolorem, dixit *Lævius apud Gell. l.* 19. *c.* 7.

Noctifer, ra, rum, [illegible], quod noctem affert, epithetum Heſperi ſtellæ, a *nocte*, & *fero*, ea forma, quæ mane Lucifer vocatur. *Catull. in Carm. nupt.* 63. *v.* 9. Jam dudum Oetæos oſtendit Noctifer ignes. *Adde Calpurn. ecl.* 5. *ad fin.*

Noctiluca, f. 1. [illegible], Luna, quia nocte lucet. *Varro l.* 4. *de L. L.* Lunam in Palatio ita vocari ait, quod ibi noctu ejus luceat templum. *Hor. l.* 4. *Carm. ode* 6. Rite Latonæ puerum canentes, Rite creſcentem face Noctilucam. ¶ Item lucerna, eapſe de cauſa. *Varro apud Scalig. in Conject. pag.* 34. Noctilucam tolle, ad focum fero, inflo, anima reviviſcit.

Noctivagus, a, um, *nottivago*, [illegible], quod nocte vagatur. *Virg.* 10. *Æn.* Almaque curru Noctivago Phœbe medium pulſabat Olympum. *Lucr. l.* 5. *v.* 1190. Noctivagæ faces cœli.

Noctividus, a, um, adject. qui noctu videt, ut noctivida noctua, apud *Martian. Capell. l.* 6. *vide in carm.*

Noctivigilus, a, um, adject. qui noctu vigilat. Noctivigilam Venerem dixit *Plaut. Curcul.* 1. 3. 40. quia nox amatoribus amica eſt, & ipſi noctu inſomnes ducere ſolent. In quibuſdam codicibus legitur *noctuvigila*.

Noctuus, a, um, adject. idem ac nocturnus. *Lucret. l.* 6. *v.* 1218. nec noctis ſecla ferarum Exibant ſilvis. Alii leg. *nocti*, alii *noctibus*.

Noctu, *di notte*, [illegible], Germ. *zu nacht*, Gall. *de nuit*, Hiſp. *de noche*, [illegible], nocte, nomen indecl. ablativi tantum caſus, ut *diu*, *natu*, *ſponte*, &c. *Cic. pro Mil.* Nec in eo loco ſubſedit, quo ille noctu venturus eſſet? *Salluſt. Jugurth. c.* 58. *Plaut. Caſ.* 4. 4. 5. Noctuque & diu ut viro ſubdola ſiet. *Hac noctu*, *qua noctu*, *pomeridiana nocte* affert ex Ennio *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 4. Et *de noctu* ex *Quadrigario*. *Plautus* etiam *Trinum.* 4. 2. 27. Hac, inquit, noctu agitandum eſt vigiliis.

Noctua, f. 1. *civetta*, [illegible], Ger. *nachteul*, Gal. *chat-huant*, Hiſp. *lechuza*, [illegible], avis genus, a *nocte*, ut *veſpertilio* a *veſpere*, quia noctu canit, ac vigilat. *Varro l.* 4. *de L. L. Plin. l.* 10. *c.* 17. Noctuarum contra aves ſolers dimicatio. ¶ *Noctuas Athenas ferre*, proverbio dicuntur ii, qui eo rem aliquam afferunt, ubi ejus maxima eſt copia. Noctuarum enim maxima vis Athenis. Hoc proverbio utitur *Cic. Fam. l.* 9. *c.* 3. *& alibi*, ſed græce, quod eſt, [illegible] Ἀθήνας.

Noctuabundus, a, um, adject. noctu vagans, vel iter faciens. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 1. Cum complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius.

Nocturnalis, le, adject. idem quod nocturnus. *Sidon. l.* 7. *ep.* 16. Per quos nocturnalem cucullum tranſmiſit. *Alcuin. Avit. epiſt.* 55. Nocturnalis habitatio.

Noctuinus, a, um, adject. ut noctuini oculi, h. e. glauci, quales noctuæ ſunt. *Plaut. Curc.* 1. 3. 33. Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas? *Turneb. l.* 11. *c.* 7. legit *nocturnis*.

Nocturninus. V. in voce ſequenti.

Nocturnus, a, um, *notturno*, *di notte*, Germ. *nachtlich*, Gall. *de nuit*, Hiſp. *nocturno*, [illegible], quod eſt noctu, a *nocte*, ut *diurnus* a *die*. *Cic.* 4. *Verr.* Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum ſuarum. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 7. Hora nocturna. *Id. de Sen. c.* 23. Diurni, nocturnique labores. ¶ Nocturnus, i, m. pro Deo noctis ponitur a *Plaut. Amph.* 1. 1. 116. ¶ Hunc eundem *Auguſtinus*, & *Martian. Capell.* Nocturninum vocant. ¶ Nocturnus pro Veſpere, eſt apud *Stat.* 6. *Theb. v.* 240. quemadmodum *noctifer* a Catullo dicitur.

Noctuvigilus, V. Noctivigilus.

No-

Nocuus, a, um, *che nuoce*, ניזק, Germ. *ſchedlich*, Gal. *nuiſant*, Hiſp. *dañoſo*, βλαβερὸς, quod nocet. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* Magiſtratus nec obedientem, & nocuum civem mulcta, verberibus, vinculiſque coercento. Ita quidam Lexicographi: verum optimæ Editiones plerumque exhibent *noxium*.

Nodatio, onis, f. 3. actus nodandi, nodoſitas. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Et perdolata propter nodationis duritiem dicitur eſſe ſuſterna.

Nodatus, a, um, adject. nodos habens, nodoſus, *nodoſo*. *Plin. l. 13. c. 22.* Ferula geniculatis nodata ſcapis. ¶ Item nodo vinctus, *legato*. *Ovid. de remed. amor. v. 17.* collum laqueo nodatus ab arcto.

Nodia, æ, f. 1. herba, alio nomine mularis, quæ nomas curat, & efficaciſſima eſt adverſus ſcorpiones pota in vino, aut poſca. *Plin. 24. 19.*

Nodo, as, a. 1. *annodare*, *legare*, קשר, Germ. *knuepffen*, Gal. *nouer*, Hiſp. *nudar*, *atar*, πλέκω, nodos facio, ligo in nodos. *Virg. l. 4. Æn. v. 138.* Crines nodantur in aurum. *Plin. l. 37. c. 3.* Ut retia arcendis feris podium protegentia ſuccinis nodarentur.

Nodoſitas, atis, f. nodorum multitudo, durities. *nodoſità*. Eſt *Auguſtini l. 2. Confeſſion. c. ult.*

Nodoſus, a, um, *nodoſo*, Ger. *knopffechtig*, Gal. *noueux*, Hiſp. *nudoſo*, κονδυλώδης, multos habens nodos. *Lucr. l. 8.* Nodoſaque frangit oſſa. *Sen. epiſt. 12.* Nodoſi rami. *Ovid. Heroid. epiſt. 1. v. 101.* Nodoſo ſtipite. ¶ Nodoſa podagra dicitur, quia nodos ſuis articulos tentat. *Ovid. l. 1. de Pont. epiſt. 3. v. 23.* Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. Adde *Horat. l. 1. ep. 1.* ¶ Translate nodoſus ponitur pro difficili, ducta metaphora a ligno, quæ quia nodoſa ſunt, difficile caeduntur. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 1.* Nodoſæ & anxiæ quæſtiones. *Horat. l. 2. Sat. 3.* adde Cicutæ nodoſi tabulas centum. h. e. difficile ſe explicantis, per ambages loquentis, ſcrupuloſi, nimis cauti.

Nodulus, m. 2. parvus nodus. *Plin. l. 21. c. 5.* Deinde nodantibus ſe nodulis in fæce nigri vini, vel Græci, menſe Martio macerantur.

Nodus, m. 2. *nodo*, *groppo*, קשר, Germ. *knopff*, Gal. *neud*, Hiſp. *nudo*, ἅμμα, ligatum, quod non facile ſolvitur. *Cic. de Univ.* Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quaſi nodum, vinculumque deſiderant. ¶ *Nodus Herculeus*, proverbii ſpeciem habet pro vinculo arctiſſimo, & quod non facile ſolvi poſſit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus oſtendiſſe, in quo neque principium, neque finis appareret, propter quod poſteris & admirationi fuerit, & religioni, eoque ſuſtendi genere uti ſolere in obligandis vulneribus. *Plin. l. 28. c. 6.* Vulnera nodo Herculis præligare, mirum, quanto ocyor medicina eſt. ¶ Nunc nodum dracones duo repræſentant, in virgo mutuo implicati. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 19.* Ni dracones parte media voluminis ſui invicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur. ¶ Hujuſmodi etiam nodo, auctore *Feſto*, novæ nuptæ cingulum boni ominis cauſa vinciebatur, quem maritus deinde in lecto ſolvebat: quo commento ſignificare volebant, indiſſolubile futurum earum nuptiarum vinculum. ¶ Dicitur præterea nodus in arbore, arundine, herba, eminens ille callus, ubi veluti colligata ſimul rami eſſe apparent, ὄζος. *Col. de arborib. c. 3.* Ejus imam partem acutiſſima falce juxta nodum rotunda plaga amputato. *Liv. l. 3.* Baculum ſine nodo aduncum tenens. ¶ Similiter in corporibus animalium ponitur pro articulo, ſeu junctura membrorum. *Plin. l. 11. c. 37.* Articulorum nodis jungitur. ¶ Translate accipitur pro ænigmate, vel alia quæſtione difficili, & generaliter pro quacunque difficultate. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 11.* Incideramus enim in difficilem nodum. *Cic. Att. l. 5.* Dum hic nodus expediatur. *Id. ad Brut. ep. 18.* Maximus in Republ. nodus eſt inopia rei pecuniariæ. *Florus l. 4. c. 9.* Nodus, & mora publicæ ſecuritatis Antonius. ¶ Hinc vetus illud prov. *Nodum in ſcirpo quæris*, quod dici ſolet in homines vehementer moroſos, & anxios, qui etiam in re faciliima ſcrupulum inveniunt. Tractum eſt proverbium a lævitate ſcirpi, quem conſtat omni prorſus carere nodo. *Ter. Andr. 5. 4. 39.* Nodum in ſcirpo quæris. ¶ Nodus item in exercitu per tranſlationem dicitur denſa peditum multitudo, quod non facile poſſit reſolvi. *Serv. in 10. Æn. v. 428.* ¶ Ponitur etiam pro quovis vinculo, & conjunctione. *Cic. de Amic.* Amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere. *Lucret. l. 2. v. 948.* Vitalis animæ nodos e corpore ſolvit. *Horat. l. 3. od. 21.* Segneſque nodum ſolvere Gratiæ. h. e. quæ ſeparari invicem non ſolent. *Virg. 8. Æn.* Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem Corripit, in nodum complexus. h. e. manibus complexus conſtrictum, & vinctum tenet. ¶ Cœleſtis nodus olim dicebatur ſtella in cauda piſcium. *Cic. in Arat.* Quam veteres ſoliti cœleſtem dicere Nodum.

Nodutereniſis Dea, quæ præerat frugibus terendis. *Arnob l. 4.*

Nodutus Deus, qui ad nodos perducebat res ſatas. *Arnob. l. 4.* In vulgatis apud Arnobium eſt *Nodutis*, quæ terminatio magis Deæ convenit. Sed *Nodutus*, ſive *Nodotus* legendum eſt. *Aug. l. 3. de Civ. c. 8.* Præfecerant Proſerpinam frumentis germinantibus, geniculis, nodiſque culmorum Deum Nodotum.

Noegium, i, n. quidam dicunt amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum, ac perlucidum, quaſi a nauco, quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum, non ſine candore, ut *Livius* ait in *Odyſſea*: Simul ac lacrymas de ore noegeo deterſit. id eſt candido. Hæc *Feſtus*.

Noema, tis, n. νόημα, figura eſt ſententiarum, cum quibuſdam prolatis, aliud quidpiam intelligi volumus. Eam pluribus deſcribit *Quint. l. 8. c. 5.* Græcis tamen literis ſcribit νόημα, non latinis.

Nola, f. 1. *Nola*, Col. & urbs in Campania, propior Acerris, & Sarno. *Plin. l. 3. c. 5.*

Nola, æ, f. *campanella*, tintinnabulum. *Avien. fab. 7. de cane mordaci*, Nunc dominus, ne quem probitas ſimulata lateret, juſſeras in rabido gutture ferre nolam. ¶ De proverbio Quintiliani, *in cubiculo nola*, V. Chous.

Nolentia, æ, f. noluntas. *Tertull. l. 2. adverſ. Marcion. c. 25.* Indignatio, bilis, nolentia, offenſa.

Nolo, non vis, nolui, verb. anom. *non volere*, לא רוצה, Germ. *nicht woellen*, Gall. *ne vouloir pas*, Hiſp. *no querer*, οὐ θέλω, non volo, a *ne*, & *volo*, unde in ſecunda perſona olim fuit *nevis* pro non vis. *Nolo* unico *l* ſcribitur, *nolle* duobus, quia illud eſt *nevolo*, hoc *nevelle*, ut ſcribit *Ceratus apud Caſſiod. de Orthogr. Cic. in Orat. c. 45.* Libenter etiam copulando verba jungebant, ut ſodes, pro ſi audes, nolle, pro non velle. *Id. in Fam.* Evolare altius certe noluerunt. *Lucan. l. 1. v. 275.* quamvis nolente Senatu, Traximus imperium. *Lucil. apud Non. c. 10. n. 6.* Noliro tibi me maledicere poſſe, putare. *Siſen. apud eund. c. 7. n. 106.* Noliſſe mutari. *Horat. l. 1. ep. 19.* contendere noli. *Terent. Eun. 4. 7.* novi ingenium: Nolunt, ubi velis; ubi nolis, cupiunt ultro. *Id. Adelph. 3. 1. 11.* Nollem factum. h. e. nollem feciſſe, vel factum eſſe. *Id. Fam.* Nolo, me in via cum hac veſte videat. *Cic. 6. Verr.* ¶ Non nolle, eſt velle. *Id. Verr. 2. c. 74.* Exempla literarum ipſi habere non nollent. ¶ Veteres pro *nolo* dixere *nevolo*. V. ſuo loco.

Noluntas, atis, f. *il non volere*. *Ennius apud Calpurn. Piſon.* Vim tua noluntas fecit imperioſa vetando. Quod tamen non arridet *Voſſio de vit. ſermon. l. 3. c. 29.*

Nomæ, arum, f. νομαί, carcinomata, ulcera, quæ carnem depaſcendo ſerpunt. *Plin. l. 23. c. 4.* Nomas repurgare. ¶ Dicitur & *nome*, es. *Id. l. 31. c. 8.* Dyſentericis utile eſt, etiamſi nome inteſtina corripit.

Nomades, m. 3. pop. Africæ, iidem, ac illi, qui Latinis Numidæ dicuntur, a in u mutato, qui ſtabiles ſedes non habuere, a νέμω, *paſco*, quia ſæpe loca alia, atque alia petentes permutant pabulum, quod Græce νομή. *Sall. in Jug. Plin. l. 5. c. 3. Feſt.* ſic ſcripſit: Numidas dicimus, quos Græci Νομάδας, ſive quod id genus hominum pecoribus negotiatur, ſive quod herbis, ut pecora, aluntur. ¶ Nomades etiam dicti ſunt pop. in Scythia Europæ, qui nunc Tartari, quorum vita omnis in paſcendis gregibus habebatur. *Plin. l. 4. c. 3.*

Nomarcha, æ, νομάρχης, Nomi præfectus. Quidam Lexicographi *Plinio* tribuunt *l. 5. cap. 14.* ſed ibi non apparet.

Nomas, adis, f. Numidia. *Martial. l. 8. epigr. 55. de leone.* Cui diadema daret marmore picta Nomas. Adde *lib. 9. epigr. 77.* ¶ Item Numida, *Sil. l. 5. v. 194.* Garamaſque, Nomaſque.

Nome. V. Nomæ.

Nomen, inis, n. 3. *nome*, שם, Germ. *ein name*, Gal. *nom*, Hiſp. *nombre*, ὄνομα, proprie dicitur, teſte *Nonio*, proprium vocabulum ſingulorum, hoc eſt quo ſingulæ res appellantur, a *noſcendo*. Nam ut a *moveo*, vel *movi* eſt *movimen*, a quo *momentum*; ita a *noſco*, vel *novi* eſt *noſcimen*, vel *novimen*, unde per Sync. *nomen*. *Cic. 1. de Invent.* Nomen eſt quod unicuique perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur. *Id. 1. Offic.* Eum, quicum bella geras, tam molli nomine appellari. *Id. 1. Acad.* Ex quo etiam nomen hoc duxerat. ¶ A Grammaticis nomen definitur pars orationis declinabilis, quæ caſus habet. *Quintil. l. 1. c. 5. Priſcian. Chariſius.* ¶ Nomen proprium apud Romanos in quatuor genera dividebatur, prænomen, nomen, cognomen, & agnomen. Romani enim Cives tribus uti ſoliti fuerunt nominibus, ut *Appius Claudius Regillanus*, *Marcus Tullius Cicero*, nonnulli etiam quatuor appellati ſunt, ut *Publius Cornelius Scipio Africanus*. Ex his igitur primum dicebatur prænomen, ſecundum nomen, tertium cognomen, quartum agnomen. Mulieres vero duo duntaxat nomina habebant, prænomen, & nomen. *Plutarch. in quæſt.* ¶ Nomen erat illud, quo Cives R. vocabantur ſecundum originem, quam ob aliqua gente trahabant, ut *Cornelius*, *Fabius*, &c. eratque commune pluribus familiis ſub una eademque gente contentis. Cognomen cujuſque familiæ proprium erat, ut *Scipio* Scipionum, *Sylla* Syllarum. Agnomen perſonas diſtinguebat, ut *Africanus*, *Aſiaticus* &c. Sed cognomen, & agnomen promiſcua fere a latinis ſcriptoribus uſurpantur. ¶ Prænomen anguſtiſſime continetur. Vix enim triginta totius civitatis Romanæ prænomina ex tota antiquitate inveniri poſſunt. Hujuſmodi erant *Cajus*, *Cneus*, *Marcus*, *Lucius*, &c. Servi apud Romanos unico nomine appellabantur, ut *Dama*, *Davus*, &c. De Romanorum nominibus ſcripſere accurate *Onuphr. Panvin. Sigon. l. 1. Emendat. Beroald. Torrent. ad Sueto. Paul. Manut.* &c. ¶ Nomen alicui imponere, *dar nome*, *Cic. 3. Phil. c. 1. Quintil. l. 1. c. 1.* Sic donare aliquem nomine, apud *eund. Quint. l. 5. c. 10.* ¶ Fingere nomina, *inventar nome*. *Quint. l. 1. c. 5.* Fingendis nominibus feliciores Græci. ¶ Nomina ſanguinis ſunt pater, ſoror, mater, &c. *Ovid. 9. Metam.* Jam dominum appellat, jam nomina ſanguinis odit. ¶ Adipiſci, aſciſcere ſibi nomen, *farſi il nome*. *Cic. ad Brut. ep. 16.* Qui tyranni nomen aſcivit ſibi. Adde *Ovid. 8. Metam.* ¶ Dicere nomine, *nominare*. *Virg. 6. Æn.* Lugentes campi, ſic illos nomine dicunt. *Id. 3. Æn.* dictam ducis de nomine gentem. ¶ Nomen eſt mihi, *ho nome*. *Plaut. Rud. prolog. v. 5.* Nomen Arcturo eſt mihi. ¶ Nomen habere. *Ovid. 1. Metam.* Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno: Lactea nomen habet. ¶ Habere tria nomina idem erat apud Romanos, ac civem eſſe: totidem enim ii utebantur, ut dictum eſt. *Juvenal. ſat. 5.* ſi quid tentaveris unquam Hiſcere, tanquam habeas tria nomina. ¶ Edere nomen ſuum, *dir il ſuo nome*. *Ovid. 9. Metam. v. 532.* pudet eh, pudet edere nomen. ¶ Appellare aliquem nomine, *chiamarlo per nome*. *Cic. 4. Acad.* Me autem nomine appellabant. *Id. l. 9. Fam. ep. 22.* Placet Stoicis ſuo quamque rem appellare nomine. ¶ Notus nomine, *conoſciuto*, *ſolo di nome*. *Horat. l. 1. Sat. 9. v. 3.* Occurrit quidam notus mihi nomine tantum. ¶ *Nomine* ablat. abſolute ponitur, *per nome*, *di nome*. *Id. l. 1. ep. 7.* narrat, Vulteium nomine Mennam, Præconem &c. *Terent. Phorm. 2. 3.* Nec mihi cognatus fuit quiſquam iſto nomine. ¶ *Plin. l. 27. c. 4.* Vagi nominis eſt ambroſia, & circa alias herbas fluctuati. h. e. ambroſia nomen eſt pluribus herbis commune. ¶ *Spart. in Severo*, c. 14. Damnabantur pleriſque, cur pleraque figurata dixiſſent, ut eſſet imperator vere ſui nominis, vere Pertinax, vere Severus. *Trebell. in Claud. c. 5.* De Aureolo ſic habuit; venimus ad imperatorem nominis ſui, magna eis videlicet virtus, ab auro nomen accipere. ¶ Sæpe nomen vox eſt militaris. Nam, dare, edere, & profiteri nomen, eſt ſe militiæ offerre, ſeu adſcribere, *arrolarſi ſoldato*. *Liv. l. 4. c. 26.* Dubii quoque inclinant ad nomina danda, & Hernicis, Latiniſque milites imperati. *Id. l. 2. c. 24.* Alius alium confirmare, ne nomina darent. Patres militarent, Patres arma caperent &c. *Et infra*. Ne quis civem Romanum vinctum teneret, quominus ei nominis edendi apud Conſules poteſtas fieret. ¶ Hinc reſpondere ad nomina, e. i. obedire Magiſtratui ad bellum vocanti, apud *eund. Liv. l. 7.* Mittere ad nomina. h. e. ad militandum. *Quint. declam. de Milite Mariano*. Ad nomen mittere filios parentes feſtinarunt, quamvis aſperrimo bello, ut ſub te ponere militiæ rudimenta contingeret. ¶ Item forenſe, & judiciorum. Nam deferre nomen alicujus eſt accuſare. *Cic. pro Cal.* Non modo nomina deferunt inter ſe ſodales, ſed etiam commemorent ſodalitatem in accuſando. Et, nomen recipere, *ricever l'accuſa*. *Id. Verr. 4.* Palam de ſella, ac Tribunali pronunciat, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis facere vellet, ſe ſe ejus nomen recepturum. ¶ Sæpiſſime etiam pro fama & celebritate ponitur. *Velle. l. 2. c. 94.* Rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus. Et *c. 34.* Clari nominis vir. *Horat. l. 3. od. 9.* Multi Lydia nominis. *Virg. Æn. 2.* nullum memorabile nomen fœminea in pœna eſt. h. e. nulla gloria. Hinc illa, eſſe qui nomen, *farſi fama*, *Plin. in Paneg.* Committere nomen alicujus æternæ famæ, *Auctor carm. ad Piſon.* Dignus nomine. *Cic. de clar. Orat.* Magnum nomen habere in Oratoribus. *Id. in Orat.* Ferre ad ſidera alicujus nomen, *Virg. Ecl. 9.* Gerere nomenque, decuſque, *Id. 2. Æn.* Pervenire ad nomen ingenii. *Quintil. l. 6. c. 2.* Officere nomini alicujus, *Liv. in præfat. lib. 1.* Sic ſtringere nomen alicujus, eodem ſenſu, apud *Ovid. 2. Triſt.* &c. ¶ Hoc ſenſu transfertur ad alia. *Virg. 2. Georg. verſ. 239.* Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat. h. e. ſuam bonitatem, & præſtantem ſaporem. *Id. 2. Æneid.* avulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus. ¶ Uſurpatur etiam pro avita nobilitate. *Cic. 3. Fam. epiſt. 7.* Iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus. *Plin. l. 3. epiſt. 3.* Quibus imaginibus oneretur, quæ nomina, & quanta ſuſtineat. ¶ Item pro ſtirpe, familia, gente. *Virg. 7. Æn.* Illuſtres animas, noſtrumque in nomen ituras. *Velle. l. 1. c. 6.* Clariſſimus Graii nominis. Et *l. 2. c. 53.* Nominis Romani princeps. *Tacit. 4. hiſt. c. 18.* Pulſum Batavorum inſula Romanum nomen. ¶ Item

de

Digitized by Google

de perſonis. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 118. nova dua accedere gaudet nomina. h. e. ſocios. ¶ Nonnunquam nomen pro re ponitur. *Tibul. l.* 3. *el.* 4. nec fidum fœmina nomen. ¶ Interdum rei opponitur. *Liv. l.* 3. *c.* 65. Jamque plebs in tribunatu ponere aliquid ſpei, ſi ſimiles Icilii tribunos haberet; nomina tantum ſe biennio habuiſſe. *Id. l.* 7. *c.* 29. Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires cum attuliſſent. ¶ Elegans etiam eſt hujus vocis uſus pro cauſa, *preteſto, motivo, cagione. Cic.* 2. *Fam. ep.* 1. Negligentiæ nomine alicui eſſe ſuſpectum. *Vellej. l.* 1. *c.* 3. Quo nomine micari eos convenit, &c. h. e. *per la qual uſo*. Eodem ſenſu uſurpat *cap.* 3. *ſequenti*. Rurſus *Cic. pro Fam.* Portitori nomine aliquid exigere. *a titolo di &c.* Huc & illa ſpectant: gratulari alicui alterius nomine, *da parte di &c. Cic. Phil.* 1. ¶ Præterea frequenter nomen accipitur pro capite rationum, ſeu librorum, in quibus deſcripta ſunt nomina eorum, qui pecunias debent, vel dederunt, *partita, conti de debito, e credito. Cic. Verr.* 3. Neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent. *Id. ibid.* ſæpe repetit, recita nomina. *Id. ibid.* Pecuniæ mihi eſt in nominibus. *in bo de' crediti. Liv. l.* 45. Nomine transſcribere in alios. *addoſſar ad altri i propri debiti.* ¶ Sæpe etiam accipitur pro ipſa pecunia credita, vel debita. *Cic. Attic. l.* 6. Ut totum nomen Scaptio vellent ſolvere. *Id.* 3. *Ver. c.* 10. Cum reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe. *Id. ad Attic. l.* 3. *ep.* 19. Appellare de nomine, *intimar' il pagamento. Id. pro Quinc. c.* 23. A me nominis ejus, quod inficiatus eſſet, diem petivit. *dimandò tempo a pagare.* ¶ Nomina facere, eſt pecuniam alteri credere, *far de' crediti. Senec. l.* 1. *de Benef. c.* 1. Nomina facturi, diligenter in patrimonium, & vaſa debituris inquirimus. ¶ Item pecuniam ab altero accipere, *far de' debiti. Cic.* 3. *Offic. c.* 14. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit, nomina facit, negotium conficit. ¶ Locare nomen, *far de' debiti. Phædr. l.* 1. *fab.* 17. Fraudator nomen cum locat ſponſu improbo, non rem expedire, ſed malum dare expedit. ¶ Nomina certa, h. e. quibus certa cauſa adſcripta eſt. *Cic. Verr.* 3. *c.* 78. Ex omni pecunia, quam ſolvere aratoribus debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione, & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. *Id. pro Quint. c.* 11. Qui tibi certis nominibus grandem pecuniam debuit. *partite liquide.* His opponuntur nomina incerta. ¶ Item pro ipſis debitoribus. *Columell. l.* 1. *c.* 7. Optima nomina non appellando fieri mala, Alphius dixiſſe veriſſime fertur. h. e. etiamſi optimi ſint debitores, ſi tamen diutius debitum exigere diſtulerit, negligentia peſſimos fieri.

Nomenclatio, onis, f. ὀνομασία, ὀνοματολογία, nominatio, nuncupatio. *Col. l.* 3. *c.* 8. Quare prudentis magiſtri eſt ejuſdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, ſtudioſus non demorari. Adde *Q. Cic. de petit. Conſul. c.* 11.

Nomenclator, oris, m. ὀνοματολόγος, qui memoriter unumquemque nominatim vocare didicit, a *nomine calando*, id eſt vocando. *Cic. Att. l.* 4. Ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit. ¶ Varia Romæ nomenclatorum fuere miniſteria, ut *Caſaubonus*, & *Voſſius* obſervarunt. Sed munera præcipua duo numerantur. Extra domum inſerviebant prenſantibus, ut Candidati, iis ſuggerentibus, nomina civium ſcirent, quos nominatim in prenſando compellare vellent: domi in compellandis nominatim iis, qui mane ſalutatum advenirent. ¶ Legitur & *nomenculator*, quod integrum eſt. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 30. Nomenculator mugilem citat notum. *Sueton. in Auguſt. c.* 19. Telephi ſervi nomenculatoris.

Nomenclatura, æ, f. nominatio, nuncupatio. *Plin. l.* 3. *in proœm.* Sit quædam in his nomenclatura.

Nomentanum, n. 2. Nomentana villa, *Lamentana*, pagus Sabinorum, al. caſtrum Sabinæ, apud Eretum, ad Alliam fl. ab urbe Roma 12. M. P.

Nomentanus, a, um, adject. a Nomento, ut Nomentanus agellus, *Martial. l.* 7. *epigr.* 92. Nomentanum nepos, *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 22. Nomentana, ſeu Numentana porta, *Porta di S. Agneſe*, *Porta Pia*, una ex urbis Romæ portis, per quam in Sabinos Nomentum uſque itatur, quæ & *Viminalis*, & *Piculnenſis*, ſeu *Figulnenſis* dicta eſt, teſtibus Marliano, Fulvio, Fenario. Sed Nardinus, Baudrandus, & alii eam collocant in monte Quirinali, inter portas Salariam, & Viminalem. ¶ Nomentana, ſeu Nomentana via, quæ ab urbe Roma per portam Nomentanam in Sabinos Nomentum uſque ducebat. *Liv. l.* 3. *c.* 52. ¶ Nomentanus pons, *Ponte Lamentano*, pons ſuper Anienem fl. in via Nomentana.

Nomentum, i, *Nomento*, olim urbs, nunc pagus in Sabinis, a Nomento conditore, ad Anienem fl. apud Vicum Varronis. *Virgil.* 6. *Æn. Columell. l.* 3. *cap.* 2.

Nominalia, ium, n. 3. dies ſolemnis, quo puero imponebatur nomen. *Tertul. de Idolol. c.* 16. Officia privatorum, & communium ſolemnitatum, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium.

Nominalis, le, adject. ad nomen pertinens, ut nominalis gentilitas. *Varr. l.* 7. *de L. L.* Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii, ac gentiles, ſic ab Æmilii nomine declinatæ voces in gentilitate nominali.

Nominaliter, adv. *nominatamente. Arnob. l.* 2. nominaliter annuere.

Nominatim, adv. *nominatamente, a nome per nome*, Ger. *mit namen*, Gal. *nommement*, Hiſp. *nombradamente, cadauno por ſu nombre*, ὀνομαστί, per ſingulorum nomina, ſpeciatim, cui generatim opponitur. *Cic. Att. l.* 9. Ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata. *Id. Att. l.* 11. *ep.* 7. Ut me exciperet, & Lælium nominatim. ¶ Dicitur & de uno. *Cic. Att.* De quo Senatus nominatim decrevit, ut ſtatim mitteretur in Siciliam. ¶ Aliquando etiam accipitur pro expreſſe. *Cic. l.* 3. *Off.* Quicquid enim eſt in prædio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere.

Nominatio, onis, f. ὀνομασία, actus nominandi, *nomina. Cic. Philip.* 13. In paternum auguratus locum mea nominatione cooptabo. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 45. Quatuor progeneri Cæſaris delecti, additusque nominatione Conſulum P. Petronius. Adde *Plin. l.* 4. *ep.* 8. ¶ Facere nominationem, *Liv. l.* 26. *far nomina.* ¶ Eſt etiam nominatio figura orationis, quæ, ut ait *Auct. ad Heren. l.* 4. nos admonet, ut cui rei nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis cauſa.

Nominativus, a, um, adject. ut nominativus caſus, apud Grammaticos, qui & *rectus* dicitur. Uſus eſt hac voce, præter cæteros Grammaticos, *Varro l.* 7. 8. & 9. *de L. L.* ¶ Idem nominativum pro nomine poſuiſſe videtur, cum inquit *l.* 7. Dicunt, debuiſſe omnes nominativos, & articulum habere totidem caſus.

Nominator, oris, m. qui nominat. *Ulpian. Dig. l.* 27. *tit.* 8. *leg.* 1. Nec nominatores magiſtratuum ex hac cauſa tenebuntur, ſed ſoli magiſtratus. Adde lemma tituli 7. *ejuſd. libri*, *quod eſt* de fidejuſſoribus, & nominatoribus, &c.

Nominatus, us, m. idem ac nomen, ſeu res nominata. *Varr. lib.* 9. *de L. L.* Ad an... inatuum ſimilitudines animadvertendas. *Et paulo ante.* Quod inter ſe diſſimiles habeant analogias nominatus. Ut ſimilis ſit nominatus, &c.

Nominatus, a, um, *nominato*, ὀνομαζόμενος, appellatus, adject. a nominor. *Cic.* 2. *Offic.* 33. Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici, atque Annicerii Philoſophi nominati omne bonum in voluptate poſuerunt. ¶ Sumitur etiam pro celebrato. *Cic.* 6. *Verr. c.* 12. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Hejo peripetaſmata emere oblitus es? *Plin. l.* 12. *c.* 19. Vicina eſt Bactriana, in qua bdellium nominatiſſimum. *Tertull. de anim. c.* 13. Nominatiora pericula.

Nominito, as, a. 1. frequentativ. a nomino. *Lucret. l.* 3. *v.* 353. Suſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus. *Id. l.* 4. *v.* 48. Quæ quaſi membrana eſt, vel cortex nominitanda.

Nomino, as, a. 1. *nominare*, ὀνομάζω, nomen impono, appello, voco, nuncupo. *Cic. de Am.* Amor enim, ex quo amicitia eſt nominata. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 97. Hem quis me nominat? *Ter. Phorm.* 3. 1. 12. Meum nomen nominat. *Cic. pro Cæl. c.* 18. Quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumptus, libidines nominarentur. ¶ Interdum eſt, aliquem ad aliquem honorem deligere, ſeu præſentem ſiſtere, nominare deſignandum. *Plin. lib.* 4. *epiſt.* 8. Illo die, quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſacerdotio judicant, me ſemper nominabat. *Sueton. in Claud. c.* 22. In cooptandis per collegia ſacerdotibus, neminem niſi juratus nominavit. ¶ Item pro deferre ad magiſtratum, accuſare. *Liv. l.* 31. *c.* 17. Si quiſquam ad ſe deduxiſſet, nomenve abſentis detuliſſet, qui nominatus profugiſſet, diem certum definituros, ad quem niſi citatus reſpondiſſet, abſens damnaretur: Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam eſſet, nominaretur, ei laxiorem diem laturos. *Sueton. in Caſ. c.* 17. Inter ſocios Catilinæ nominatus. ¶ Item pro celebrare, prædicare. *Cic. pro Arch.* Prædicari de ſe, & nominari volunt omnes. ¶ Nominare honoris cauſa, formula eſt, qua utimur, cum honeſtos viros nominamus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 2. Sylla, quem honoris cauſa nomino. *Et cap.* 6. Quas, ut æquum eſt, familias honeſtatis, amplitudiniſque gratia nomino. ¶ Nominandi caſus, idem eſt, ac nominativus, apud *Quintil.*

Nomio, onis, m. canticum, ſeu hymnus in honorem Apollinis, qui Νόμιος etiam dictus eſt, poſtquam Admeti regis armenta pavit. Legunt quidem hanc vocem apud *Cic.* 2. *de Orat. c.* 39. ubi alii *Monitionem*, alii *minutionem*, reponunt.

Nomiſma. V. Numiſma.

Nomius, m. 2. νόμιος, Apollo, a νέμω, *paſco*, juxta Phyſicos, quia Sol, quæcunque terris naſcuntur, paſcit, ſeu vegetat, juxta Poetas, quia cœlo exulans pavit pecus Regis Admeti ad Amphryſum amnem, unde Maroni *paſtor ab Amphryſo* dicitur. Sed *Cicero l.* 3. *de nat. Deor.* ſcripſit, hunc Apollinem quartum fuiſſe, dictumque Nomionem a νόμος, lex, his verbis. Apollinum antiquiſſimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum eſſe dixi, cuſtodem Athenarum, alter Corybantis filius natus in Creta, cujus de illa inſula cum Jove ipſo certamen fuiſſe traditur, tertius Jove tertio natus, & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt adveniſſe, quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo ſe leges ferunt accepiſſe. *Juſtinus l.* 13. narrat, Nomium filium fuiſſe Apollinis ex Cyrene filia Spei Regis Theſſaliæ, Cyrenen ab Apolline raptam, perlatamque in Africam, in Cyram montem, ibi quatuor filios peperiſſe, Nomium, Ariſtæum, Autochum, Argæum.

Nomos, vel Nomus, i, m. νόμος, Præfectura. *Plin. l.* 5. *c.* 9. *de Ægypto*: Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur, dividitur in Præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant, duodecim. *Trajanus ad Plin. jun. l.* 10. *ep.* 23. Tu, ex quo nomo ſit, notum mihi facere debes. Hic quoque de Ægypto loquitur. ¶ In Muſicis nomus eſt idem ac cantilena, ſeu modus certa lege compoſitus. νόμος enim græce legem latinæ ſignificat. *Sueton. in Ner. c.* 20. Nec ante cantare deſtitit, quam inchoatum abſolveret nomon. Pleræque editiones habent νόμον, græcis literis. V. ibi *Salmaſ.*

Non, *non*, *no*, אל, Germ. *nein*, Gall. *non*, Hiſp. *no*, οὐ, οὐκ, minime, nequaquam, adv. negandi. Omnibus modis, præterquam imperative, accommodari poteſt. *Cic. pro Planc.* Non eſt ita, Judices, non eſt profecto. ¶ Si negationi præponatur, affirmat, ut *Nonnihil tibi debeo*, id eſt aliquid debeo, cum poſtponitur, magis affirmat, quam ſi præponeretur, ut *Nihil non tibi debeo*, hoc eſt omnia tibi debeo. *Ovid. l.* 3. *Faſt.* Multa tibi memores, nil non debemus Eliſſa. V. *Non nihil.* ¶ Conjungitur eleganter cum quibuſdam dictionibus, ut, *non modo*, *non ita*, *non quod*, *non quo*, *non ut*, *non vero*, *non niſi*, &c. *Cic. de Amic.* Non modo aperte, ſed etiam acriter. *Id. Attic. l.* 6. *epiſt.* 9. Non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. *Id. Catil.* 1. *c.* 3. Nihil cogitas, quod ego non modo audiam, ſed etiam videam &c. Ubi *non modo* pro *non modo non* ponitur. *Id. Ver.* 4. Non ita multum tecum fuit. *Id.* 10 *Orat. c.* 39. Non quod ſola ornent, ſed quod excellant. *Id. Verr.* 6. *c.* 28. Non quo quicquam metueret, ſed ut ne multi ante perciperent &c. *Id. de Senect. c.* 9. Non vero tam iſti, quam tu ipſe nugator. *Id.* 2. *Orat. c.* 87. Non ut totum aliquid pariat, verum ut &c. *Plin. l.* 4. *ep.* 13. Ne eam pecuniam non niſi dignus accipiat. ¶ Non poſſum non, non poſſum quin, *non poſſo far di meno. Id. Attic.* 7. *ep.* 2. Quas ad te non potui non dare. *Id.* 2. *de Orat. c.* 10. Non poſſum quin exclamem. ¶ Uſurpatur interdum in interrogationibus, pro nonne. *Cic. pro Quint. c.* 16. Quid hæc immaturitas tanta ſignificat? non vim? non ſcelus? non latrocinium? ¶ *Unus non*, eſt ne unus quidem. *Flor. l.* 2. *c.* 18. Unus omnium vir Numantinus non fuit, qui &c. ¶ Non unus, eſt plures. *Cic. ad Q. Fr.* Superioribus literis non unis. ¶ Interdum *non* geminatur. *Catull. Carm.* 14. Non, non hoc tibi, falſe, ſic abibit. *Ter. Phorm.* 1. 3. 73. Non, non ſic futurum eſt, non poteſt.

Nona, æ, f. 1. Νώνα, una ex Parcis. Latini *Nonam*, *Decimam*, & *Mortam* Parcas dixere, quod tempeſtivum tempus partus ſit nono, & decimo menſe, qui vero ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui naſcantur, aut paullo poſt moriantur. *Gell. l.* 3. *c.* 16.

Nonacrinus, a, um, Arcadicus, a Nonacre monte. *Ovid.* 2. *Met. v.* 409. In virgine Nonacrina hæſit, ideſt, Atalanta.

Nonacris, m. 3. Νώνακρις, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, cum oppidulo cognomine, ex quo Styx aqua frigidiſſima, teſte *Suida*, & *Vitr. l.* 8. *c.* 3. emanat, quam Inferorum paludem fabulantur, ubi etiam Nonacrinum nemus.

Nonacrius, a, um, ex Nonacre M. vel ex Arcadia. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 97. Et matri, & vati paret Nonacrius Heros. ideſt Evander.

Nonæ, arum, f. *le none*, νῶναι, dies quintus, vel ſeptimus menſis. Erant dies ſeptimus in Martio, Majo, Julio, Octobri, quintus in reliquis. Priores nonæ ſeptimanæ dicuntur a *Varrone l.* 5. *de L. L.* poſteriores quintanæ. ¶ Dictæ ſunt a *nonus*, quod a nonem, quia a die 5. vel 7. incluſive, uſque ad Idus, ideſt, diem 13. vel 15. incluſive novem dies numerantur. Quidam putarunt, dictas eſſe a *novus*, quaſi novæ initium obſervationis, quia poſt novam Lunam Nonarum die populares, qui in agris eſſent, confluebant in Urbem, accepturi cauſas feriarum a Rege Sacrorum, ſcituarique, quid eſſet eo menſe faciendum. Utrumque etymon adducit *Varro l.* 3. *de L. L. Feſtus in Nonæ*, & *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 13. *Cic. pro Flacc.* O Nonæ illæ Decembres, quæ me Conſule fuiſtis! *Id. pro*

Digitized by Google

pro Quinct. Nonis Februarii ſi Romæ fuit. *Id. l. 5. Fam.* Ad tertium nonas Januarii cum agere cœpiſſet.

Nonagenarius, a, um, nonageſimus. *Plin. l. 2. c. 15.* Unde & nomen accepit is motus, primus, & ſecundus nonagenarius dictus ab utroque exortu.

Nonageni, æ, a, *novanta*, nomen eſt diſtributivum, quod tamen etiam pro cardinali *nonaginta* adhibetur. *Plin. l. 36. c. 13.* Porticus aſcenduntur nonagenis gradibus.

Nonageſimus, a, um, *nonageſimo*, quod habet numerum nonaginta. *Cic. de Sen. c. 5.* Qui eum librum quarto, & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur.

Nonagies, adv. *novanta volte*, ἐνενηκοντάκις, nonaginta vices. *Cic. 5. Verr. c. 70.* In alteras decumas ſeeme ad nonagies, &c.

Nonaginta, *nonante*, *novanta*, ἐνενήκοντα, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. de Sen. c. 10.* Hoſpes tuus Maſiniſſa quæ faciat hodie nonaginta annos natus.

Nonanus, a, um, adject. *Nonanus miles* apud *Tacit. l. 1. Annal. c. 23. & 30.* eſt miles nonæ legionis.

Nonarius, a, um, quod fit nona hora, vel die, vel menſe, &c. a *nonus*. Hinc nonaria meretrix, quæ circa nonam horam cellam aperit, & proſtat. Hoc enim Romæ uſuveniſſe teſtatur Vetus interpres ad illud *Perſii ſat. 1. v. 133.* Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. Id autem ideo factitatum ſcribit, ne, ſi ante illud tempus ad eas accedi poſſet, matutina officia ab adoleſcentibus omitterentur.

Nondum, adv. *non ancora*, μήπω, non adhuc, necdum, nequedum, etiam nunc non. *Cic. Mario.* Nondum ſatis conſtitit. *Id. 2. Div.* Nondum dicen, quam hæc ſigna nulla ſint.

Nongenti, æ, a, *novecento*, ἐνακόσιοι, novies centum. *Cic. pro Flacco, c. 37.* Flacidius emerat ſeſtertiis nongentis millibus. *Col. l. 5. c. 2.* Quatuor millia, & nongenti pedes.

Nongenties, adv. *novecento volte*, novies centies. *Vitruv. l. 1. c. 6.* Millies mille, & nongenties mille paſſus.

Nonius Marcellus Grammaticus ſcripſit opus de varia ſignificatione verborum, diſtinctum in capita. Poſterior Apuleio eſt, ipſum enim non ſemel affert inter cæteros latinos ſcriptores. Cæterum plerumque antiqua ſectatur, delectaturque plurimum *Accio*, *Pacuvio*, *Nævio*, *Plauto*, & his ſimilibus.

Nonne, *forſe non*, εἰ, ἆρ' οὐ, an non, adv. dubitandi, vel interrogandi, ex non, & *ne*. *Cic. 5. Tuſc.* Cum eſſet ex eo quæſitum, Archelaum Perdiccæ filium nonne beatum putaret. *Id. de nat. Deor.* Nonne animadvertis, id iniquo fieri? *Id. pro Cæc.* Te dejectum debeo intelligere, nonne?

Nonnihil, *qualche coſa*, μικρόν τι, aliquid, aliquantum. *Cic. pro Quinct. c. 1.* Eloquentia Q. Hortenſii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor. *Nepos 23. c. 13.* Nonnihil temporis tribuit literis. ¶ Scribitur & diviſum *non nihil*.

Nonnullus, a, um, *alcuno*, ἔνιοι, aliquis. *Cic. 2. Verr.* Nonnullum de alterius ingenio judicium facere. *Nepos 25. c. 3.* Nonnulli ita interpretantur. *Plin. l. 7. ep. 20.* Nonnullius in literis nominis.

Nonnunquam, adv. *alle volte*, *qualche volta*, ἐνίοτε, aliquando. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Et te nonnunquam a me alienarunt.

Nonnuſquam, adv. *in qualche luogo*, in aliquo loco. *Plin. l. 14. c. 19.* Nonnuſquam vini fæce, acetove condiunt.

Non pridem, *non ha molto*, æque & recte, & frequenter dicimus, ut jampridem, quampridem. *Feſtus.*

Nonuncium, quod novem unciarum eſt. *Feſtus.*

Nonus, a, um, *nono*, ἔννατος, nomen numerale ordinis, a *novenus*, per Sync. quod a *novem*. *Plin. l. 18. c. 22.* Et a ſemente non niſi nonis menſibus in areas redeunt.

Nonuſdecimus, a, um, *decimonono*. *Tacit. 13. Ann. cap. 6.* Nonodecimo ætatis anno.

Nonuſſis, novem aſſes. *Varr. l. 5. de L. L.*

Norax, acis, m. filius Mercurii quinti ex Nympha Oſchira filia Pyrenæi, qui a Tharſalo opp. Hiſpaniæ in Sardiniam venit, ubi urbem condidit, & de ſuo nomine appellavit. *Boec. l. 7. Gen.*

Norba, f. 1. *Norma rovenata*, opp. Latii, in Campania Romana, ad rad. montium. *Liv. l. 2. c. 34. Plin. l. 3. c. 5.* Hinc

Norbanus, a, um, adject. ad Norbam pertinens, ut Norbanus ager, *Liv. l. 8. c. 19.*

Noricum, i, n. veteris Illyrici pars, Rhætis, Vindeliciſque finitima: nunc pars eſt Bavariæ, & circuli Auſtriaci. De ea V. *Cluver. l. de Noric. & Vindel.*

Noricus, a, um, quod eſt ex Norico. *Horat. l. 1. od. 16.* Quas neque Noricus deterret enſis.

Norma, æ, f. *ſquadra*, *norma*, קו, מרובע, Germ. *ein winckelmaß*, Gall. *equierre*, Hiſp. *eſquadra*, *nivel*, γνώμων, fabrorum inſtrumentum, habens duo latera, quo omnia diriguntur, metiunturque, quæ & regula dicitur. *Lucret. l. 4. v. 516.* Normaque ſi fallax rectis regionibus exit. *Plin. l. 36. c. 22.* Structuram ad normam, & libellam fieri, & ad perpendiculum reſpondere oportet. ¶ Per Metaphoram accipitur pro lege, formula, & præſcripto. *Cic. pro Mur. c. 2.* Et primum M. Catoni vitam ad rectam rationis normam diligenti, & diligentiſſime perpendenti momenta officiorum omnium de officio meo reſpondebo. *Hor. in Arte*, Si volet uſus, quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi. *Plin. l. 9. ep. 26.* Demoſthenes ille norma oratoris, & regula.

Normalis, & le, o. 3. *a ſquadra*, ad normam factus, ut Normalis linea, quo nomine *Aggenus*, & alii agrimenſores vocant eam, quæ latus quadrati claudit ad angulos rectos, at Solino quævis κάθετος nominatur. *Quinctil. lib. 11. cap. 3.* Ut quaſi normalem illum angulum faciat. *Manil. l. 2. v. 289.* Quorum deſignat normalis virgula ſedes. Ubi ipſam normam ſignificat.

Normaliter, adverb. ad normam, ad perpendiculum. *Frontin. de limitib.* Quæ normaliter ex regione aguntur. *Ammian. l. 20. c. 4.* Cum luna a regione (ſolis) normaliter ſteterit, lumine pleno fulgebit.

Normannia, f. 1. *Normandia*, prov. Galliæ Celticæ, ampla, & valde fertilis, dicta a Normannis pop. Septentrionalibus, qui populi etiam vulgo Normandi dicuntur, a *Nort*, Septentrio, & *man*, vir, quaſi viri Septentrionales, qui ex Scandinavia, ſeu ex Norvegia, & Suedia in Galliam irrumpentes in ea regione conſedere.

Normatus, a, um, ὀρθογώνιος, quod ad normam factum, & directum eſt. *Col. l. 3. c. 13.* Ut tanquam ſuppoſitæ baſi ad perpendiculum normata inſiſteret.

Normo, as, a. 1. ad normam dirigo. *Diomed. Grammat.*

Northia, æ, Fortuna, apud Hetruſcos. *Juven. ſat. 10. v. 74.* Si Northia Tuſco faviſſet. Al. leg. *Nurtia*, alii *Narſcia*.

Nos, noſtrum, vel noſtri, *noi*, אנחנו, Germ. *wir*, Gall. *nous*, Hiſp. *nos otros*, ἡμεῖς, plurale eſt pronominis *ego*, a νώ, adjectione literæ *s*, ut a *ego* νῶι, literarum trajectione. *Terent. Adelph. 2. 3. 7.* Quaſi non norimus nos inter nos. *Virg. Ecl. 2. v. 7.* Nil noſtri miſerere. *Cic. 5. Fam.* Utriuſque noſtrum magni intereſt. ¶ Interdum adjectio ſyllabica *met* ei adjungitur. *Cic. 4. Fin.* Noſmetipſos commendatos eſſe nobis. Et *4. Acad.* Diſcedamus a nobiſmetipſis. *Plaut. Rud. 1. 2. 70.* Noſmet meminimus. ¶ Quando jungitur *nobis* cum præpoſit. *cum*, ea ſemper poſtponitur, nam præpoſita κακέμφατον faceret. *Virg. 8. Æn. v. 174.* Nobiſcum aſſueſcite menſis. ¶ *Nobiſcum* pro *nos* accuſandi caſu. *Plaut. Pœn. 3. 2. 24.* Quaſi tu nobiſcum adveniens hodie oraveris, liberum ut commonſtraremus tibi locum, ἰδιωτισμὸς eſt non imitandus. ¶ Sæpe per ſynecdochen *nos* uſurpamus etiam de uno loquentes. *Cic. Fam. 7. ep. 19. de ſe ipſo loquens.* In qua nos te continebimus, ſi ſalvi redierimus.

Noſcentia, æ, f. cognitio, notitia. Quidam *Symmacho* attribuunt *l. 6. ep. 11. & l. 4. ep. 9.* ſed utroque loco alii leg. *notitia*.

Noſcitabundus, a, um, o. t. 2. noſcitans, agnoſcens. *Gell. l. 5. c. 14.* Deinde ſenſim, atque placide tanquam noſcitabundus ad hominem accedit.

Noſcito, as, a. 1. γνωρίζω, freq. a noſco. *Liv. l. 3.* Circumſpectare omnibus fori partibus Senatorem, raroque uſquam noſcitare. *Apulei. l. 6. c. 25. Catul. in Epithal. Julia, epigr. 56.* Et facile inſciis noſcitetur ab omnibus.

Noſco, is, novi, notum, a. 3. *conoſcere*, ידע, Germ. *erkennen*, Gal. *connoitre*, Hiſp. *conocer*, γινώσκω, cognoſco, notum, aut cognitum habeo, notitiam alicujus rei habeo. *Cic. 1. Tuſc. 1. 22.* Et numerum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut ſe quiſque noſcat. Cum igitur, noſce te dicit, hoc dicit, noſce animum tuum. *Tacit. in Agric. c. 5.* Noſcere provinciam, noſci exercitui, h. e. ab exercitu. *Id. de Germ. c. 30.* Audire præpoſitos, noſſe ordines. *Plaut. Amph. prol. v. 104.* Vos novíſſe credo, ut ſit pater meus. *Ter. Phorm. 2. 1. 35.* Unum cognoris, omnes noris. ¶ Noſſe de facie, *conoſcer di viſta*. *Cic. in Piſon. c. 32.* Virtutem tu ne de facie quidem noſti. ¶ Noſſe animum alicujus, *conoſcer la ſua natura*. *Terent. Heaut. 3. 3. 9.* Novi ego amantium animum: advertunt graviter quæ non cenſeat.

Noſocomium, ii, n. *oſpitale*, νοσοκομεῖον, hoſpitium ægrotantium pauperum, locus, in quo recipiuntur, & aluntur pauperes ægroti. *Juſtinian. l. illud. 16. & l. ſancimus 18. C. de Sacroſ. Eccl. & Hieronym. epiſt. 30. c. 2.*

Noſter, tra, trum, *noſtro*, ἡμέτερος, quod ad nos pertinet, a *nos*. *Cic. Att. ep. 10.* Cnæus noſter (o rem miſeram, & incredibilem!) ut totus jacet! *Plaut. Aulul. 2. 2. 14.* Virtute Deum, & majorum noſtrorum. *Id. Caſ. 2. 8. 75.* Noſtra omnis lis eſt. h. e. vicimus. ¶ Noſtri dicuntur, qui ejuſdem familiæ ſunt, aut patriæ, aut gentis, & alieni, exterique opponuntur. *Plaut. Mil. 2. 5. 21.* Noſtri, an alieni ſimus. *Idem Ciſtel. 4. 2. 48.* Hæc mulier noſtra eſt. *Plin. l. 12. c. 25.* In totum alia natura, quam noſtri exteriuſque prodiderant. Noſter etiam dicitur, qui nobis favet. *Virg. Æn. 12.* Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem. ¶ Additur interdum adjectio ſyllabica per epentheſim. *Terent. Phorm. 5. 6.* Noſtrapte culpa facimus, ut &c.

Noſtras, atis, o. quod eſt a noſtra gente, vel patria. *Cic. l. 2. ep. 11.* Ut mihi verba deeſſent, neque ſalum ita veſtra oratoria, ſed hæc etiam levia noſtratia. *Idem l. 9. ep. 15.* Mirifice capior facetiis, maxime noſtratibus. *Id. l. 5. Tuſc. c. 32.* Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates Philoſophi facere non potuerunt?

Nota, æ, f. *nota*, *ſegno*, סימן, Germ. *zeichen*, Gall. *marque*, Hiſp. *ſenal a quien*, ſignum, quo aliquid notatur, quale cernitur in pecoribus, in tabulis, &c. *Cic. 2. de Orat.* Si ſigna, & notas oſtenderem locorum. *Id. Q. Valerio.* Reliquis epiſtolis, tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit. *Liv. l. 44.* Inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie agnoſcerent, ſua mandata eſſe. *Suet. in Ner. c. 25.* Poſuit ſtatuas ſuas citharœdico habitu, qua nota etiam nummum percuſſit. Apud *Quinctil. l. 1. c. ult.* notæ muſicæ ſunt, quibus vox formatur. Al. leg. *modi muſici*. ¶ Accipitur etiam pro indicio. *Celſ. l. 2. c. 6.* In acutis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis, & mortis. ¶ Speciatim ſumitur pro literis. *Cic. 2. de Div.* In robore inſculptis priſcarum literarum notis. *Id. in Partit.* Literatura conſtat ex literarum notis. ¶ Item ſpeciatim notæ dicta ſunt compendia eorum, qui velociter ſcribunt, qui & inde notarii dicebantur. Erant autem tria genera notarum. Vel enim litera una vocem totam ſignabat, vel erat nota conficta, quæ litera non eſſet, vel una litera pro altera ponebatur, ut *d* pro *a*. Prioris generis eſt, cum vulgo D. pro *Digeſtis* ſcribimus: poſterioris, cum §. ſcribimus pro *paragrapho*: Tertii generis exemplum eſt in *Manil. l. 4.* Hic & ſcriptor erit velox, cui litera verbum eſt, quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis excipiat longas nova per compendia voces. *Suet. de Cæſare c. 56.* Extant & ad Ciceronem, item ad familiares, domeſticis de rebus, in quibus, ſi qua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit. *ſcriſſe in ciffra*. *Id. in Aug. c. 88.* Quoties per notas ſcribit, *b* pro *a*, *c* pro *b* ponit, pro *x* autem duplex *a a*. ¶ Uſurpatur etiam nota pro ſcriptura. *Cælius Cic. l. 7. Fam. ep. 29.* Et Sulpitii ſucceſſori nos de meliore nota commenda. Hoc genus loquendi natum eſt ab eo, quod veteres ſolebant vini cados in cellis condere inſignitos quibuſdam literis, aut aliis notis diſtinctos, ad tempus, aut præſtantiam vini ſignificandam. *Horat. l. 2. od. 3.* ſeu te bearis interiore nota Falerni. ¶ Hinc tranſlate *Senec. l. 2. Quæſt. nat.* Ex hac nota corporum aer eſt. h. e. ex hoc genere. *Colum. l. 9. c. 14.* Mella optimæ notæ. Et *c. 15.* Secundæ notæ mel. *Idem.* Notæ vilioris herba. ¶ Significat etiam infamiam, ignominiam, probrum, quia turpitudine aliqua affecti noti plerumque eſſe ſolent. *Feſt.* Nota nunc ſignificat ſignum, ut in pecoribus, tabulis, libris literæ ſingulæ, nunc ignominiam. *Cic. 3. Offic.* O turpem notam temporum. *Id. pro Dom.* Ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. Adde *pro Rabir. cap. 9.* ¶ *Nota cenſoria* erat ignominia, qua Cives R. a Cenſoribus puniebantur, in hoc poſita, ut ex ſuis Ordinibus pellerentur. Cenſores notabant adimendo, quod in unoquoque Ordine ſummum erat, e. gr. Senatorem, eum Senatu ejiciendo, Equitem, adimendo ei equum, & annulum aureum; Plebejum, Tribu movendo. *Cic. pro Cluent. c. 46.* Is nota Cenſoriæ ſeveritatis non inuretur. ¶ Ad notam pro ignominia in univerſum hæc quoque ſpectant. *Propert. l. 1. eleg. 18.* Nunc in amore tuo cogor habere notam. h. e. ignominiam ſubire. Sic eximere notæ, apud *Gel. l. 4. c. ult. ſottrarre dall' infamia*, *Ulp. Dig. de his, qui not. inf. leg. 2.* Laborare nota. Ferre notam, *Senec. Herc. fur.* Notam ſubire, *Cic.* & his ſimilia. *Plin. l. 2. ep. 6.* Eadem omnibus pono; ad cœnam enim, non ad notam invito. h. e. non ad ignominiam, & notam inæqualitatis. ¶ Notis etiam inſcribebantur improbi ſervi, ferro candenti. V. *Sueton. in Calig. c. 27. & Veget. l. 1. c. 8.* ¶ Barbarus compunctus notis Threiciis apud *Cic. 2. Offic. c. 7.* eſt quem ibidem paulo infra *ſtigmatiam* appellat, h. e. ſtigmatis in fronte notatum, ut Thracibus mos erat. ¶ Eſt præterea nota, quæ in libris legendis appingitur iis rebus, quas probamus, vel improbamus. *Senec. ep. 6.* Notas imponere. *Cic. in Piſon. c. 30.* Notam apponere ad malum verſum. V. *Cera.* ¶ Interdum nota in bonam partem accipitur. *Ovid. 1. Faſt. v. 596.* Ille Numantina traxit ab urbe notam. Scipionem Æmilianum intelligit, qui ab devicta Numantia Numantini cognomen duxit.

Notabilis, is, o. 3. *notabile*, ניכר, Germ. *zu mercken*, Gal. *notable remarquable*, Hiſp. *notable*, γνωστός, quod notari poteſt, hoc eſt, conſiderari, & dignoſci. *Plin. Jun. in epiſt.* Notabilem te futuris Principibus feciſti. *Col. l. 5. c. 21.* Vitis neque folium notabile gerit, ideſt per quod noſci poſſit. ¶ Ponitur etiam pro inſigni, & aperto. *Cic. l. 13. Fam. ep.*

Digitized by Google

22. Si vero exitu notabili concluduntur. *Plin. l. 58. c. 5.* Notabilis fœditas vultus Hipponacti. *Auct. dial. de Orat. cap. 8.* Notabilior paupertas. ¶ Item pro reprehenſione digno. *Quintil.* Illi minus ſunt notabiles, quia &c. *Ulpian. l. 1. ff. de poſtulan.* Turpitudine notabilis.

Notabiliter, adv. *notabilmente*, Germ. *merklich*, Gal. *notablement*, Hiſp. *notablement*, γνωρίμως, inſigniter, ita ut percipiatur. *Plin. l. 1. epiſt. 5.* Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper. *Tac. 1. hiſt. c. 55.* Quibuſdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus.

Notaculum, n. e. nota, ſignum. *Minuc. Felix, c. 31. ad fin.* Nos notaculo corporis, ſed innocentiæ ſigno facile dignoſcitur.

Notarius, rii, m. *notaro*, *notaio*, סופר, Ger. *ſchreiber*, Gal. *notaire*, Hiſp. *notario*, γραμματεὺς, ταχυγράφος, qui notis quibuſdam brevibus citiſſime excipit & exſcribit, quæ quis dictaverit, de quo *Mart. l. 14. epigr.* 208. Currant verba licet, manus eſt velocior illis. Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus. *Id. l. 10. epigr. 62.* Notarius velox. *Plin. l. 3. epiſt.* 4. Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cujus manus hieme manicis muniebantur. ¶ *Martial. l. 5. epigr. 53.* Hic, qui libellis prægravem gerit lævam, Notariorum quem premit chorus levis. alii intelligit fortaſſe eos, qui in judiciis acta perſcribunt, de cauſidico enim eſt epigramma. V. *Lipſ. Centur. 1. ad Belgas, ep. 27.*

Notatio, onis, f. *notazione*, *oſſervazione*, Germ. *wahrnemmung*, Gall. *notation, remarque*, Hiſp. *notacion*, σημείωσις, animadverſio. *Cic. in Orat. c. 55.* Notatio naturæ, & animadverſio peperit artem. *Id. in Brut. c. 17.* Eligant ea, quæ notatione, & laude digna ſunt. ¶ Sumitur etiam pro punitione Cenſoria. *Cic. 3. Offic. c. 31.* Indicant notationes, animadverſioneſque Cenſorum. ¶ Notatio item apud Rhetores locus eſt communis, quam Græci etymologiam vocant, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, ut *Si conſul eſt, qui conſulit patriæ, quid aliud fecit Piſo Conſul, qui eam evertit.* *Cic. in Top. c. 8.* Notatio eſt, cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, ideſt verbum ex verbo, veriloquium. Nos autem novitatem verbi non ſatis apti fugientes genus hoc notationem appellamus, quia ſunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod Latine eſt nota.

Notatus, a, um, nom. ex partic. *ſegnato*, *notato*, *oſſervato*, *ſcritto*. *Ov. Heroid. epiſt. 1. v. 62.* Traditur huic digitis charta notata meis. *Cic. de Provinc. Conſul.* Diſtincte & notata caſtris via. *Id. 3. Tuſc.* Verbis latinis melius, quam Græcia hæc notata ſunt. *Plin. l. 8. c. 36.* Notatum annalibus. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 22.* Quo nobis notatior ſit ſimilitudo. ¶ Item infamiæ nota inuſtus, *infamato*. *Cic. pro Dom. c. 9.* Omnium ſcelerum, ac libidinum maculis notatiſſimus L. Piſo. Sic notatus ignominia, *Id. 6. Fam. ep. 6.* & famulus fronte notatus. *Mart. l. 3. epigr. 21.*

Noteſco, is, notui, n. 3. *eſſer fatto noto*, נודע, Germ. *bekandt werden*, Gall. *venir en connoiſſance*, Hiſp. *ſer conocido*, γνωρίζομαι, notus fio, ab inuſitato *notre*. *Plin. l. 32. c. 2.* Prius, quam hæc oteſcerent. *Tacit. 12. Ann. c. 8.* Ne malis tantum facinoribus noteſceret. *Id. 1. Ann. c. 37.* Quæ ubi Tiberio notuere.

Nothus, i, m. *baſtardo*, νόθος, qui ex uxore non legitima natus eſt, a Græco vocabulo diſto. *Quint. l. 3. c. 6.* Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideoque utimur peregrino. ¶ Nothi, & ſpurii quomodo differant, V. Spurius. ¶ Dicitur etiam de beſtiis, & aliis rebus. *Virg. 7. Æn. de equis.* Suppoſita de matre nothos furata creavit. *Col. l. 8. c. 2.* Omnium autem horum generum nothi ſunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus noſtrates ediderunt.

Nothus, a, um, כזור, Germ. *bockend*, Gal. *bâtard*, Hiſp. *baſtardo*, νόθος, non legitimus, ut Mulier notha. ideſt non vera, ſed mas caſtratus, apud *Catul. de Berecynth. epigr. 58.* Elephantes nothi, ideſt Arabici, qui Indicis minores ſunt, teſte *Plin. l. 8. c. 1.* Sic nothum dicitur lumen Lunæ, quod luce lucet aliena. *Lucret. l. 5. v. 575.* Lunaque ſive notho fertur loca lumine luſtrans. Adde *Catul. in carm. ſeculari, v. 15.*

Notia, æ, f. *gemma*, gemma, quæ cum imbribus cadere dicitur. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Notialis, le, adject. ad Notum pertinens, auſtralis. *Avien. in Phænom. v.* 551. jacet in Notialia nubila pronus.

Notifico, as, avi, atum, a. 1. *far noto*, *manifeſtare*, הודיע, Ger. *zu wiſſen thun*, Gal. *notifier*, *faire ſavoir*, Hiſp. *notificar*, γνωρίζω, notum facio, a ſup. *notum* verbi *noſco*. *Ovid. l. 2. de Pont. eleg. 2.* Atque modum pœnæ notificare velis. *Gel. l. 9. c. 3.* Philippi arma, virtuſque toti Græciæ cavendam, inclytæ illæ Demoſthenis Orationes notificant.

Notio, nis, f. *cognizione*, הכרה, Germ. *das wiſſen*, Gall. *notion*, Hiſp. *conocimiento*, ἔννοια, cognitio, a ſup. *notum* verbi *noſco*. *Plaut. Truc. 2. 7. 62.* Quid tibi hanc eſt notio? ¶ Sumitur etiam pro cauſæ cognitione. *Tac. l. 3. Ann. c. 59.* Tiberius dilata notione de jure Flaminis, &c. ¶ Item pro ſpecie rei, & pro conceptu, vel idea mentis. *Cic. 1. Acad.* Unde poſtea notiones rerum in animis imprimerentur. *Id. 1. Tuſc.* Ut a pueris tot rerum, atque tantarum inſitas, & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus. ¶ Item pro vi, & ſignificatione alicujus verbi. *Cic. 5. Tuſcul. c. 10.* Neque ulla alia huic verbo ſubjecta notio eſt, niſi, &c. ¶ Item pro punitione Cenſoria. *Cic. de Prov. Conſ.* Cenſorium judicium, ac notionem, & illum morem ſeveriſſimum magiſtratuum non eſſe nefariis legibus de civitate ſublatum. Adde *Gel. l. 17. c. 18.*

Notitia, f. t. *notizia*, *cognizione*, ידיעה, Germ. *wiſſenſchafft*, Gal. *notice*, *connoiſſance*, Hiſp. *noticia*, γνῶσις, cognitio. *Cic. de Leg. c. 8.* Itaque ex tot generibus nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. *Id. Offic. 2. c. 24.* Valetudo conſervatur notitia ſui corporis. *Nepos in Dione, c. 9.* Hi propter notitiam ſunt intromiſſi. h. e. quia noti, & familiares. ¶ Notitiam fœminæ habere, eſt cum ea concumbere. *Caſ. l. 6. B. G. c. 21.* Intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis habent rebus. ¶ In variis locis Codicis Juſtiniani, ut *lib. 1. tit. 27. §. 4. & lib. 12. tit. 60. leg. ult.* &c. notitia eſt libellus, in quo deſcripti ſunt Officiales, qui publice inſerviunt, & ratio omnis adminiſtrationis eorum, & annonæ, quæ unicuique ab Imperatore præſtatur, &c. exemplum habes priore loc. cit. Cod. ¶ *Notitias*, antiquum pro *notitia*. *Lucret. l. 2. v. 123.* Exemplare dare, & veſtigia notitiai.

Notities, ei, f. idem ac notitia. *Vitruv. in proœm. l. 6.* Ideo notitiei parum eſt aſſecuta.

Notius, a, um, Νότιος, ad Notum pertinens, Auſtralis. Græci, teſte *Plin. l. 3. c. 5. ad fin.* Notium mare vocant, quod Latini Inferum, quia ad Auſtrum ſpectare videtur. Sic Notius polus apud *Hygin. poet. aſtron. l. 1. c. 5. & 6. & l. 4. c. 11.* eſt polus Auſtralis.

Noto, as, a. 1. *notare*, *ſegnare*, רשם, Germ. *zeichnen*, Gal. *marquer*, *noter*, Hiſp. *notar*, *ſenalar*, σημειόομαι, eſt notam, vel ſignum apponere. *Cic. 3. Fin. c. 2.* Notam res novis nominibus. *Id. Catil. 1. c. 1.* Notat, & deſignat oculis ad cædem unumquemque noſtrum. *Ovid. 1. Amor. eleg. 7.* notata genas ungue. ¶ Item obſervare, animadvertere. *Plin. l. 8. c. 51.* Notarunt hoc annales. *Cic. l. 1. Divin. v. 56.* Curſus rerum obſervando notatus eſt. ¶ Eſt etiam ſcribere compendioſe, & ab alio dictam excipere. *Quintil. proœm. l. 1.* Quantum notando conſequi potuerunt boni juvenes. ¶ Item afficere ignominia, quod apud Romanos officium fuit Cenſorum. *Cic. pro Cluent. c. 43.* Quos homines duo Cenſores furti, & captarum pecuniarum nomine notaverunt. ¶ Item univerſim pro reprehendere, arguere, infamia afficere. *Cic. pro Corn. Balb.* Maledicto communi notari. *Id. 2. de Orat.* Notari, & vituperari ſine vitiorum cognitione ſatis inſigniter improbus non poteſt. Sic notari infamia, apud *eund.* & *Ulpian. ff. de his, qui notant. infam.*

Notor, oris, m. γνώστης, qui ignotæ rei notitiam dat. *Sen. epiſt. 39.* Qui notorem dat, ignotus eſt. *Id. in Apocolocynth.* Si quis a me notorem petiſſet, te fui nominaturus, qui me optime noſti.

Notorius, a, um, idem ac notus. *Paul. l. ab accuſ. ff. ad S. C. Turpil.* Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis aſſiſtere jubentur. h. e. denunciationibus, ut mox dicetur. ¶ Notoria epiſtola dicitur, quæ alicujus rei notitiam dat. *Gallien. apud Trebel. Pollion. in Claudio, c. 17.* Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimaſti. *Apul. l. 7. Metam.* Ille, qui de me falſam notoriam pertulerat. Utroque loco *epiſtola* ſubintelligitur, aut aliquid ſimile. ¶ *Notoria* abſolute ponitur interdum pro denunciatione. *l. 7. Cod. de accuſat.* Falſis, nec ne notoriis inſimulatus ſit, perpenſo judicio diſpici debet.

Notula, æ, f. parva nota. *Martian. Capell. l. 1. pag. 17. extr.* Multicoloribus notulis variata pictura.

Notus, a, um, *noto*, *conoſciuto*, ידוע, Germ. *bekandt*, Gal. *connu*, Hiſp. *conocido*, γνωτὸς, γνώριμος, cognitus, partic. a noſcor. *Cic. pro Mur.* Tua vero nobilitas, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior. *Id. 4. Acad.* Cui erant, quæ paulo ante dixi, notiſſima. *Virg. 1. Æn. v. 383.* Fama ſuper æthera notus. ¶ Noti dicuntur amici, & familiares. *Virg. in Ciri.* Nec mihi notorum deſlectunt lumina vultus. *Hor. l. 1. ſat. 1. v. 84.* Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ. ¶ Notus pro eo, qui novit. *Cic. pro Cal. l. 2.* Cæſius mihi facile reſpondet: quibus autem non æque eſt cognitum, &c. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 35.* Ita herus meus eſt imperioſus. Ba. Novi, notis prædicas.

Notus, i, m. e. *Auſtro*, Νότος, Auſter, ventus Meridionalis, a νέω, ſluo, vel potius a νοτίς, *humiditas*, quia humidiſſimus eſt. *Ovid. 1. Metam. v. 264.* madidis Notus evolat alis. ¶ Accipitur interdum pro quovis vento. *Virg. 3. Æn. v. 268.* Tendunt vela Noti.

Novacula, f. 1. *raſoio*, *raſoio*, תער, Germ. *ſcheer meſſer*, Gall. *raſoir*, Hiſp. *navaja*, ξυρὸν, culter raſorius, a *novo*, *as*, quod faciem novare, & juvenem facere videatur. *Cic. 1. de Div. c. 17.* Ita cotem in Comitium allatam, inſpectante & Rege, & Populo, novacula eſſe diſciſſam. ¶ Sumitur etiam interdum pro quovis cultro. *Col. l. ult. c. 42.* Raporum ſummam cutem novacula decerpito.

Novalis, is, & Novale, is, νεωμα, νέατις, εἶ..., ἀρὸς, τρία, νεωτὶ ἀγρ. ager, qui primam ſolum arationem expertus fuit, poſtquam annum ceſſavit, a novando. *Varr l. 4. de L. L.* Qui intermittitur, a novando novalis ager dicitur. *Plin. l. 18. c. 9.* Quod vero ſemel aratum eſt, a tempore argumentum veruactum vocetur. Hoc in novali, itaque requieto neceſſarium eſt. Novale eſt, quod alternis annis ſeritur. *Virg. 1. Georg. v. 71.* Alternis idem tonſas ceſſare novales, &c. ¶ Habet novale & alteram ſignificationem, qua accipitur pro arvo novo, ac non antea, ſed tunc primum ad ſementem proſciſſo. *Plin. l. 17. c. 5.* Talis fere eſt in novalibus, cæſa vetere ſilva. Eandem ſignificationem monſtrat *Servius* ad locum *Virg. citatum*. Et ad illud 1. *Ecl.* Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Novalia, inquit, etiam dicuntur, unde ſylva tollitur.

Novamen, inis, n. res nova, novatio. *Tert. lib. 1. adv. Marcion. cap. 22.* Hos novamen, illas vetuſtates.

Novaria, æ, f. *Novara*, urbs Inſubriæ. *Plin. l. 3. c. 17.*

Novarienſis, ſe, adject. a Novaria. *Plin. l. 17. c. 15.* Novarienſis agricola.

Novatio, onis, f. ἀνανέωσις, actus novandi. *Arnob. l. 5.* Quid novatio, & revelatio pulendorum? Adde *Tertul. l. 4. adver. Marcion. c. 1.* ¶ A JCtis ſumitur pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalem, aut civilem transfuſione. *Scæv. l. chirogr. ff. de admin. tut.* Aut ad novationem faciendam cogere.

Novator, oris, m. *novatore*, *inventore*, qui novat. *Gel. l. 1. c. 15.* Salluſtium novatorem verborum vocat.

Novatrix, icis, f. quæ novat. *Ovid. 15. Met. v. 252.* Rerumque novatrix Ex aliis alias reddit natura figuras.

Novatus, us, m. novatio, mutatio. *Auſon. Idyl. 14. v. 39.* Tot ſpecies, tantoſque ortus, varioſque novatus Una dies aperit, conficit una dies.

Novatus, a, um, nom. ex partic. *rinnovata*, *mutato*. *Ovid. 2. Met. v. 674.* pariterque novata eſt Et vox, & facies. ¶ Novatus ager dicitur diu ante ſementem cultus, ut interim fermentetur, & uberiorem inde ferat fructum. *Cic. 2. de Orat. c. 30.* Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato, & iterato, quo meliores fœtus poſſit edere.

Nove, adv. *novamente*, καινῶς, denuo, de novo, recenter. *Auct. ad Her. l. 1. c. 9.* Ne quid ambigue, ne quid nove dicamus. *Apul. l. 1. dog. Plat. cir. princ.* Nova nove proferre. Superl. *noviſſime* uſurpatur pro poſtremo, *ultimamente*, *poſcia*, *finalmente*. *Quintil. l. 5. c. 10.* Noviſſime inventa. *Piſon. ad Cic. 10. Fam. epiſt. 24.* Deinde quod ad omnes caſus contentiores Reipublicæ eſſe volebam, noviſſime ut eos tales ſolus præſtare poſſem, quales &c. *Sen. l. 3. de Ira, c. 5.* Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus; deinde quemadmodum ab illa liberemur, noviſſime quemadmodum retineamus.

Novellaſter, a, um, adject. novellus, novus. *Marcel. Empir. c. 8.* Vinum optimum, ſed novellaſtrum.

Novelletum, i, n. νεόφυτον, vinea ex novellis vitibus conſita. *Paul. l. veluti, ff. de imp. in reb. dot. fact.* Veluti ſi novelletum in fundo factum ſit.

Novelliſas, atis, f. novatio, res nova. Vox eſt *Tertull. adv. Prax. c. 2.* & *de anim. c. 28.*

Novello, as, avi, atum, a. 1. *novo*, νεάζω, novum agrum colo, ſeu novas vites pungo. *Suet. in Domit. cap. 7.* Edixit, ne quis in Italia novellaret.

Novellus, a, um, *novello*, νεόφυτος, dim. a novulus, quod a novus. *Cic. 5. Fin. c. 14.* Itaque & vivere vitem, & mori dicimus, arboremque & novellam, & vetulam & vigere, & ſeneſcere. *Varr. lib. 2. R. R. c. 23. de caprarum ætate.* Novella, quam vetus, utilior. *Vopiſc. in Tac. c. 1.* Novellum imperium.

Novem, *nove*, תשע, Germ. *neun*, Gall. *neuf*, Hiſp. *nueve*, ἐννέα, genus numeri decimo proximi. *Cic. Q. Fr. l. 3. epiſt. 5.* In novem & dies, & libros diſtributus ſermo.

November, bris, m. *Novembre*, νοέμβριος, πυανεψιών, unus ex menſibus anni, ita dictus, quod nonus ſit a Martio, a quo Latini annum inchoabant. *Auſon. in ecl. de menſib.* Sidera præcipitas pelago intempeſtus November. *Martial. l. 3. epigr. 58.* Hic poſt Novembres, imminente jam bruma. ubi ſubintelligitur *dies*. revera enim hæc vox adjectiva eſt. ¶ Dicitur & *Novembris* in recto caſu. *Cato apud Priſc. l. 6.* Menſe Octobri fecimus, Novembris reliquus erat.

Nove-

Novenarius, a, um, quod novem habet, vel continet. *Var. l. 8. de L. L.* Novenarius numerus. *Plin. l. 17. c. 22.* Sulco, qui novenarius dicitur.

Novemdĕcim, *diciannove*, undeviginti. Legitur hæc vox *in epit. Livii, c. 119.* ubi tamen *Gronov.* notat in MSS. *decem & novem* legi.

Novendialis, le, o. 3. quod novem diebus, vel nono die fit. Novendiale ſacrificium, & Novendiales feriæ dicebantur, quæ novem diebus continuis fieri ſolebant ad expiationem prodigiorum. *Liv. l. 1. c. 31.* Nuntiatum Regi, patribuſque eſt, in monte Albano lapidibus pluiſſe. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale ſacrum publice ſuſceptum eſt, ſeu voce cœleſti ex Albano monte miſſa (nam id quoque traditur) ſeu Aruſpicum monitu. Manſit certe ſolemne, ut quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. epiſt. 5.* Novendiales feriæ.

Novenſiles Dii, ſive, ut quidam malunt, *Novenſides*, iidem fortaſſe ſunt, ac Indigetes, qui hoc præterea cognomine appellantur, quod noviſſime in Deorum ſedes recepti ſunt. Nihil tamen certi afferri poteſt. Quidam enim putant, ſic appellatas novem Muſas a numero. *Cornificius* credit, eos fuiſſe Deos novitatum præſides, quaſi eorum cura & patrocinio res innovarentur, & inſtaurarentur. *Cincius* inquit, ſic appellata numina omnia peregrina in Urbem recepta, ex ipſa cultus novitate. Alias præterea opiniones refert *Arnob. l. 3. pag.* 122. a quo hæc deſumpſimus. *Varr. l. 4. L. L. pag.* 18. a Sabinis hanc appellationem deductam ait. *Liv. l. 8. c. 9.* hos ab Indigetibus diſtinguit.

Novēnus, a, um, ἐννεαδικός, nomen numerale diſtributivum, a *novem*. Fere uſurpatur num. plur. ut cætera diſtributiva. *Liv. lib. 27. c. 37.* Ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent. *Ovid. 12. Met. v. 97.* Terga novena boum. *Plin. l. 3. c. 7.* Novenorum conceptu dierum.

Noverca, æ, f. 1. *matrigna*, Germ. *eine ſtiefmutter*, Gall. *maratre*, Hiſp. *madaſtra*, μητρυιά, nova uxor, a *novum*, & *ercſtum*, quia nova accedit hæreditati. *Cic. in Orat.* Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *Plin. lib. 6. epiſt. 33.* Inducere filiis novercam. *Capitolin. in Antonino in fin.* Concubinam ſibi aſcivit, ne tot liberis ſuperduceret novercam. ¶ Tranſlate dicitur de re infeſta, inimica, contraria; nam novercæ in privignos tales plerunque eſſe ſolent. *Aurel. Vict. de Vir. illuſt.* Quibus Italia noverca eſt, non mater. *Plin. l. 27. cap. 2.* Quibuſque ſatis umbra aut nutrix, aut noverca eſt.

Novercālis, & le, o. 3. ὁ τῆς μητρυιᾶς, quod novercæ proprium eſt, ut odium novercale, quo noverca privignum proſequitur. *Tac. Ann. l. 1. c. 6.* Illam metu, hanc novercalibus odiis cædem feſtinaviſſe. *Sen. Controverſ. Excerpt. l. 4. n. 6.* Quid alterum novercalibus oculis intueris?

Novercor, aris, depon. 1. novercam ago, ſævio ut noverca. *Sidon. l. 7. epiſt. 16.* Quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.

Novies, *nove volte*, ἐννάκις, novem vices. *Varr. l. 1. de R. R. c. 2.* Hoc ter novies cantare jubet. *Virg. 4. Georg. v. 40.* Novies Styx interfuſa.

Noviodūnum, i, *Noyon*, oppidum Sueſſonum in Gallia. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 12.* ¶ Item oppidum in finibus Æduorum, *Nevers*, ad Ligerim fl. *Id. ibid. c. 55.* ¶ Item urbs Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum. *Idem l. 7. B. G. c. 12.*

Noviomagum, vel Novomagum, i, *Nimega*, urbs Belgii ad Vahalim fl. *Auſon. in Moſel. v. 11.* Novomagum, divi caſtra inclyta Conſtantini.

Noviſsĭme, V. Nove.

Noviſsĭmus, V. Novus.

Novĭtas, atis, f. *novità*, Ger. *newligkeit*, Gal. *nouveauté*, Hiſp. *novidad*, νεότης. *Cic. 2. de Div.* Quem tibi rei novitas attulerit. *Id. de Amic.* Novitates, ſi ſpem afferunt, non ſunt repudiandæ. *Ovid. 1. Faſt.* Anni novitas. ¶ Ponitur & pro generis ignobilitate. *Philoſ. l. 2. c. 127.* Quibus novitas familiæ haud obſtitit, quominus ad conſulatus eniterentur. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Putabam novitati eſſe inviſum meæ.

Novĭter, adv. nove. *Plaut. in ſuppoſitis in Aulul. ſc. Quid hic, v. 5.* Niſi fodiam noviter. *Inſcript. apud Grut. p. 171. n. 7.* (quam ſæculi Chriſtiani quarti, h. e. anno 376. judicat *Reineſius*) Baſilicæ noviter reparatæ. *Fulgent. l. 3. Mythol. c. 1.* Amor noviter. ¶ Affert *Calepin.* & *Paſſerat.* exemplum ex Plin. in Paneg. c. 34. ſed ibi non *noviter*, ſed *non iter* legendum eſt.

Novitiŏlus, a, um, adject. diminut. a novitius. Utitur *Tertul. in Apolog. c. 47. de Pœnis. c. 6.*

Novitius, a, um, *novizio*, *nuovo*, חדש, Germ. *gantz new*, Gall. *novice*, Hiſp. *novicio*, νεαρός, novus. *Ter. Eun. 3. 5. 34.* Paucæ, quæ circum illam eſſent, manent novitiæ puellæ. h. e. imperitæ, & ſimplices. *Plin. l. 23. s. 1.* Vinum jejunos bibere novitio invento inutiliſſimum eſt. ¶ Novitia mancipia, teſte *Mertiano ff. de ædil. ed.* intelliguntur, quæ nondum annum ſervierunt, quibus opponuntur veterana. *Ulp. eod. tit.* Pleriqua ſolent mancipia, quæ novitia non ſunt, quaſi novitia diſtrahere, ad hoc, ut pluris vendant. Adde *Var. l. 7. de L. L. Cic. in Piſ. c. 1.* Syrum neſcio quem de grege novitiorum factum eſſe Conſulem. ¶ *Novus novitius* dicitur qui valde novus eſt. Ita *Alphen. JCtus* apud *Gell. l. 6. c. 5.* Sed hoc improbare videtur ipſe *Gell. ibid.*

Novo, as, avi, atum, a. 1. *far novello*, *rinnovellare*, *mutare*, חדש, Ger. *ernewern*, Gal. *renouver*, Hiſp. *renovar*, νεόω, novum facio, muto, a *novus*. *Cic. 3. de Leg. c. 5.* Nihil habui ſane, non modo multum, quod putarem novandum in legibus. *Manil. l. 4. v. 580.* Scilicet in piſcem ſe ſe Cytherea novavit. *Ovid. epiſt. 4. v. 90.* requies feſſa membra novat. h. e. reficit, recreat. ¶ Abſolute novare, eſt, rebus novis ſtudere, *macchinar novità*. *Curt. l. 7. c. 7.* Coercendos, qui novaverant. ¶ Novare agrum quid ſit, V. Novatus.

Novocōmum, i, oppidum Inſubriæ ad Lacum Larium, quod & novum Comum dicitur. *Catul. carm. 35. ad Cæcil.* Novi relinquens Comi mœnia, Lariumque litus.

Novus, a, um, *nuovo*, חדש, Ger. *new*, Gal. *nouveau*, Hiſp. *nuevo*, νέος, καινός, recens, quod nuper fuit, a νέος, vel ab Æolico νέϝος. *Cic. l. 7. Fam. epiſt. 29.* Nihil te ad me poſtea ſcripſiſſe demiror, præſertim tam novis rebus. *Id. l. 1. de Orat.* Nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. *Id. Attic. l. 8. ep. 14.* Nihil novi auditur. *Sen. in Apocolocynth.* Annus novus. *Cicer. Arat. l. 10.* Nova Luna. ¶ *Virgil. Ecl. 3.* Pollio & ipſe facit nova carmina, h. e. magna, miranda, ut *Serv.* interpretatur. ¶ Res novæ, *novità*, *ribellione*, ſæpe in malam partem accipiuntur. Hinc novis rebus ſtudere dicuntur ii, qui Reipub. ſtatum mutare ſtudent. *Cicer. Cat. l. 1. ſc. 1.* Sp. Mælium novis rebus ſtudentem manu ſua occidit. *Velle. l. 2. c. 129.* Libonem ingratum, & nova molientem oppreſſit. ¶ Novus alicui res dicitur, qui in aliqua re imperitus eſt, vel inſuetus. *Tac. in Agric. c. 16.* Petronius Turpillianus delictis hoſtium novus, eoque pœnitentiæ mitior. ¶ Novi homines, apud Romanos, dicebantur, quorum nulli majores clari fuiſſent, ſed ipſi per ſe clari eſſe inciperent, Magiſtratus, & publica munera gerendo. *Cic. 5. Fam. epiſt. 18.* Adeptus es, quod non multi homines novi; amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi. V. Nobilis. ¶ Compar. *novior*. *Var. l. 6. de L. L.* Ut a vetere vetuſtius, ac veterrimum, ſic a novo declinatum novius, & noviſſimum. ¶ Superlat. *noviſſimus*, quod ponitur pro poſtremo, recenti. *Ovid. 3. Met. v. 361. de Echo.* Reddere de multis ut verba noviſſima poſſet. *Tac. l. Ann. c. 28.* Ut noviſſimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam ſumus. *Id. 12. Ann. c. 20.* Meritum quidem noviſſima exempla Mithridatem. h. e. extrema ſupplicia. *Cic. pro Roſc. Com. c. 11.* (quidquid dicat *Gel. l. 10. c. 21.* Ciceronem hac voce abſtinuiſſe, tanquam non latina) Qui ne in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit comœdos. *Nep. in Eumen. c. 1.* Noviſſimo tempore, *ultimamente*. Hoc ſenſu *noviſſimum* dixit *Apulej. l. 8. Metam.* adverbialiter.

Nox, ctis, f. *notte*, ליל, Ger. *die nacht*, Gal. *nuit*, Hiſp. *noche*, νύξ, terræ umbra, Solis privatio, a græca voce allata, vel a nocendo. ¶ *Cic. 2. de nat. Deor.* Ipſa umbra terræ Soli officiens, noctem efficit. *Cæſ. l. 1. B. G.* Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum eſt. *Id. l. 5. B. C.* Præmiſſis prima nocte impedimentis. *Cic. pro Mur.* Vigilare de nocte. *Id. 4. Att. ep. 3.* Media nocte venire. *Id. ib. l. 7. ep. 4.* Multa de nocte proficiſci. *Id. pro Roſc. Amer. c. 55.* Noctem pervigilare. *Tac. 13. Ann. c. 20.* Provecta nox. *Id. 3. hiſtor. c. 25.* Adulta nocte. *Cic. l. 1. Div.* Nocte conubia. V. Conubium. *Idem in Piſon.* Nocte intempeſta. Vide Intempeſtus. ¶ Æquare nocti ludum, eſt ludere totam noctem. *Virg. 9. Æn.* Felix, ſi protinus illum æquaſſet nocti ludum. ¶ Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. *Hor. Epod. od. 15.* Non feret aſſiduas potiori te dare noctes. ¶ Item locare noctes, meretricum eſt. *Ovid. 1. Amor. eleg. 10.* Sola locat noctes, ſola locanda venit. ¶ Negare noctem dicuntur meretrices, cum nolunt admittere amatores noctu. *Ovid. 1. Amor. eleg. 8.* Sæpe nega noctem, capitis modo finge dolorem, &c. ¶ Poſcere, & rogare noctem, amatorem ſunt. *Ovid. l. 9. Amor. eleg. 8. & l. 2. eleg. 2.* ¶ Nocte pro noctu ponitur. *Cic. pro Mil.* Huic, ſi inſidiaretur, nocte prope urbem expectandum. ¶ Noctes & dies, eſt continue, ſemper. *Virg. 6. Æn.* Noctes, atque dies patet atri janua Ditis. *Plaut. Amph. 1. 1. 14.* Noctes, dieſque. ¶ Metonymice ponitur pro ſomno. *Stat. 10. Theb.* Talia vociferans noctem exturbabat. ¶ Per Metaphoram ſumitur pro morte. *Virg. 10. Æn.* In æternam clauduntur lumina noctem. ¶ Item pro calamitate, imminutione dignitatis, rerum confuſione. *Cic. pro Roſc. Amer.* Tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet. ¶ Item pro obſcuritate. *Cic. 2. de nat. Deor.* Et quaſi noctem quandam rebus offunderet. *Ovid. in Ibin.* Verſus aliquantum noctis habebunt. ¶ Item pro cæcitate, ignorantia. *Ovid. 6. Met. v. 472.* Pro ſuperi quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habent! *Id. 6. Met.* Tantaque nox animi. ¶ In Fabulis Nox Dea eſt, filia Terræ, ſed patre incerto. Huic gallum ſacrificabant. *Ovid. 1. Faſt. v. 455.* Nocte Deæ Nocti criſtatus cæditur ales. ¶ Dicitur mater ſiderum. *Tibull. l. 2. el. 1. v. 87.* ¶ *Noctu* ablativus caſus, pro *nocte* V. ſupra ſuo loco. ¶ Antiqui dixere etiam *nox* pro noctu. *Lex XII. Tab. apud Macrob. l. 1. Saturn. c. 4.* Sei nox furtum factum ſiet. h. e. ſi noctu furtum factum erit. Item *nocti*. *Lucret. l. 6. v. 1218.* Nec nocti ſecla ferarum Exibant ſilvis. *Lambin.* legit *noctibu'*.

Noxa, æ, f. *nocumento*, *danno*, נזק, Ger. *miſshandlung*, Gal. *domage*, Hiſp. *daño*, βλάβη, propria eſt nocumentum, ſive damnum, a *nocendo*. *Suet. in Cæſ.* Quod ſine ulla noxa Idus Martiæ adeſſent. *Liv. l. 34. c. 19.* Si domos abire valent, nihil eam rem noxæ futuram, quod hoſtibus ſe junxiſſent. ¶ Per ſynecdochen accipitur pro delicto, ſeu culpa, quo quis alteri contra leges nocet, & generatim pro quovis delicto, αἰτία. *Cajus, l. Plebi, ff. de verb. ſignif.* Noxæ appellatione omne delictum continetur. *Cic. pro Roſc. Amer.* Quod in minimis noxiis, & in his levioribus peccatis, &c. *Ter. Phorm. 2. 1. 56.* Eſſe in noxa, *eſſer' in colpa*. ¶ Nocere noxam, eſt culpam, ſeu crimen admittere. *Liv. l. 9.* Atque ob eam rem noxam nocuerunt. ¶ Ponitur etiam pro jurgio, aut diſſidio. *Petron. in ſatyr.* In mediam noxam perfertur. Sic hunc locum interpretatur *Joſ. Scal.* Alii leg. *rixam*. ¶ Metaleptice accipitur pro obligatione ad pœnam, vel pro pœna ipſa, τιμωρία. Hinc Noxæ dedere ſervum, vel quadrupedem, quæ damnum intulit, eſt pœnæ tradere, ſeu tradere puniendum ejus arbitrio, cui damnum illatum eſt. *Ovid. 1. Faſt.* Noxæ tibi debitus hoſtis Spargitur effuſo cornua Bacche mero. ¶ Noxa eximere, eſt culpam remittere, pœna liberare. *Liv. l. 8.* Non ideo eximitur Fabius.

Noxālis, le, adject. *Cajus l. 1. ff. de noxal. act.* Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atque maleficio ſervorum adverſus nos inſtituuntur. *Paul. l. 4. ff. eod. tit.* Noxalis cauſa. *Ulp. l. 2. & alt. ff. eod.* Noxale judicium.

Noxia, æ, f. *colpa*, אשמה, Ger. *ein ſchade*, Gal. *faute*, Hiſp. *culpa*, αἰτία, culpa. Natura ſua adjectivum eſt, quia intelligitur *culpa*, ſed ſimpliciter ſumitur pro culpa. *Plaut. Merc. 4. 3. 30.* Nihil magis manifeſto teneo, in noxia te. *Cic. 3. de Leg. c. 4.* Quod ſi quis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto. ¶ Ponitur etiam pro jurgio, aut diſſidio. *Auſon. in monoſyl.* Sæpe in conjugiis fit noxia, ſi nimia eſt dos. Sic hunc locum interpretatur *Joſ. Scalig.*

Noxiālis, le, adject. noxius. *Prudent. Cathem. 9. v. 18.* Lex noxialis.

Noxiōſus, a, um, idem ac noxius. *Sen. 1. de Clem. c. 26.* Si noxioſiſſimo cuique animali in nos daretur poteſtas. Al. leg. *noxiſſimus*, ut ſit a *noxius*. *Id. ep. 7. ſub fin.* Animi perditi, noxioſique. *Petron. in ſatyr.* Noxioſiſſimum corpus.

Noxitūdo, inis, f. idem ac noxia. *Attius apud Non. 2. 2. n. 576.* Noxitudo oblitteretur Pelopiderum.

Noxius, a, um, *nocevole*, מזיק, Germ. *ſchuldig*, Gal. *dommageable*, Hiſp. *dañoſo*, βλαβερός, quod nocet. *Virg. 6. Æn.* Quantum non noxia corpora tardant. *Ovid. 5. Triſt. eleg. 10.* Noxia tela. ¶ Speciatim ſumitur pro facinoroſo, ſceleſto, improbo. *Cic. 3. de Leg.* Magiſtratus nec obedientem, & noxium civem multa, vinculis, verberibuſque coercento. Quædam exemplaria habent *nocuum*. *Liv. l. 5.* Qui noxii ambo, alter in alterum cauſam conferant. *Tac. 5. Ann. c. 12.* Ut noxium conjurationis ad diſquiſitionem trahebat. h. e. reum.

N ANTE U.

Nubecŭla, æ, f. *nuvoletta*, νεφέλιον, parva nubes. *Plin. l. 18. c. 35.* Nubecula, quamvis parva, ventum procelloſum dabit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro triſtitia, inepta, & importuna ſeveritate. *Cic. in Piſ. c. 9.* Frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem. ¶ Eſt etiam nubecula macula in cute. *Plin. l. 27. c. 12.* Purgat cicatrices & nubeculas.

Nubes, is, f. *nuvola*, עב, Ger. *ein wolck*, Gal. *nue*, Hiſp. *nube*, νεφέλη, vapor humidus, in ſublime elatus a terra per æſtum, ſive aer in liquorem coactus, cujus denſitas Solem obumbrat. *Cicer. 2. de Div.* Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit. ¶ Tranſlate ponitur pro denſitate, & multitudine. *Liv. l. 35. c. 49.* Res contra peditum, equitumque nubes jactat. ¶ Item pro triſtitia, & ſeveritate immoderata, quæ contracto, ac ſublato ſupercilio ſignificatur. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 94.* Deme ſupercilio nubem. ¶ Objicere nubem fraudibus, apud *eund. l. 1. epiſt. 16.* eſt tegere, velare. ¶ Nubes belli, apud *Virg. Æn. 10. v. 809.* eſt belli moles. Verba ſunt: ſic obrutus undique telis Æneas nubem belli dum detinet, omnes ſuſtinet. Alii leg. *Æneas, nubes belli dum detonet*, &c. ¶ Legitur & nubis in recto caſu, & m. g. *Plaut. Merc. 5. 2. 38.* Nubis ater, imberque inſtat.

Nubĭfer, ra, rum, νεφεληφόρος, nubes ferens, ut Nubiferi montes, ideſt tam aditi, ut nubes ſuſtinere videantur. *Ovid. 2. Met. v. 226.* Aeriaeque Alpes, & nubifer Apenninus. ¶ Item quod nubes affert. *Ovid. epiſt. 3. v. 58.* Te dare nubiferis linea vela Notis.

Nubĭfŭgus, a, um, νεφελαλάτης, qui nubes fugat. *Col. l. 10. v. 288.* Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiabat vultu.

Nubigĕna, æ, com. νεφεληγενής, genitus ex nube. *Col. l. 10.* Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c. *Stat. 1. Theb. v. 365.* Amnes nubigenæ. *Id. l. 5. ſilv. 2. v. 131.* Nubigena clypei. *h. e.* ancilia. *V. Nubiger.* ¶ Speciatim *nubigenæ* dicuntur Centauri, quod ex nube nati ſint. Cum enim Ixion Junonem deperiret, oblata eſt illi nubes, quæ faciem Junonis repræſentaret, cum qua congreſſus genuit Centauros. *Stat. 5. Theb. v. 263.* Si quando profundo Nubigenæ caluere mero.

Nubĭger, a, um, nubifer. *Stat. l. 5. ſilv. 2. v. 131.* Nubigeros clypeos, intactaque cædibus arma. *Heinſ.* legit *nubigenas*, & intelligit ancilia.

Nubĭlārium, ii, n. 2. ὑπεκδοχεῖον, ædificium ruſticum, in quo nubilo cœlo meſſis reponitur. *Col. l. 1. c. 6.* Huic areæ nubilarium applicari debet, maxime in Italia, propter inconſtantiam cœli, quo collata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber acceſſerit. *Id. l. 2. c. 21.* Protinus in acervum, vel in nubilarium congeritur. Al. leg. *nubilar*, ut ſit neutrum 3.

Nūbĭlis, le, o. 3. *da marito*, Ger. *mannbar*, Gal. *en age de ſe marier*, Hiſp. *moça caſadera*, ὡραία γάμου, quæ eſt apta, ut viro in matrimonium jungatur. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Reliquit grandem, & nubilem filiam. *Virg. 7. Æn. v. 53.* Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Nūbĭlo, as, *nuvolare*, [illegible], Ger. *gewwolck werden*, Gal. *ſe couvrir de nues*, Hiſp. *nublar*, νεφόω, nubilum, ſeu obſcurum facio. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Si nubilare cœperit. ¶ Tranſlata *Plin. l. 37. c. 7.* Fulgor carbunculi extremo viſu nubilans.

Nūbĭlor, aris, idem ac nubilo. *Cato de R. R. c. 88.* Ubi nubilabitur, noctu ſub tecto ponito.

Nūbĭlōſus, a, um, *nuvoloſo*, νεφελώδης, nubibus plenus. *Apul. l. 11. Met.* Cœlum nubiloſa caligine disjecta ſplendore candebat.

Nūbĭlum, i, ſubſt. n. idem ac nubes. *Virg. 6. Æn. v. 592.* Denſa inter nubila telum Contorſit. *Plin. l. 2. c. 62.* Rhodi, & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cernatur. ¶ Tranſlate ponitur pro triſtitia, mœrore. *Plin. l. 2. c. 7. de Sole.* Hic cœli triſtitiam diſcutit, atque etiam humani animi nubila ſerenat. Adde *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 12.*

Nūbĭlus, a, um, *nuvoloſo*, *foſco*, σκοτεινός, νεφελώδης, nubibus tectus, fuſcus, a *nubes*. *Plin. l. 26. c. 26.* Sed ſiat Auſtrinum cœlum, atque nubilum. ¶ Tranſlate ponitur pro obſcuro. *Plin. l. 9. c. 35.* Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum. ¶ Item pro triſti, & calamitoſo. *Ovid. 1. Triſt. el. 8. v. 6.* Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Nūbĭvăgus, a, um, adject. inter nubes vagans. *Sil. l. 12. v. 102. de Dædalo.* Hic pro nubivago gratus pia templa meatu inſtituit Phœbo.

Nūbo, is, pſi, & nuptus ſum, ptum, n. 3. *coprire*, *velare*, καλύπτω, operio, velo, a *nubes*, ut propria ſit nubis inſtat velare, ac tegere. *Vetus Poeta in pervigil. Veneris*, v. 22. Ipſa juſſit, mane ut udæ virgines nubant roſæ. *Arnob. l. 3.* Quod aqua nubat terram, appellatus eſt, inquiunt, Neptunus. Quoniam vero ſponſæ apud veteres, cum viro tradebantur, nubere, ideſt velare capita ſolebant, factum eſt, ut nubere uſurpetur pro viro tradi, in matrimonium ellocari, *maritarſi*, [illegible], Ger. *mahn nehmen*, Gal. *ſe marier*, Hiſp. *caſarſe*, γαμεῖσθαι, νυμφεύειν. Conſtruitur cum dativo. *Cic. 1. de Div.* Virgo autem nupſit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. cum. *Cic. l. 15. Fam. epiſt. 3.* Quocum eſſet nupta Regis Armeniorum ſoror. ¶ Vel cum accuſ. & præp. in. *Cic. pro Col. c. 14.* Cum ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſit. ¶ Eſt proprium mulieris. Non enim vir, ſed mulier proprie nubit. Sed tamen aliquando figurate, vel perverſo naturæ ordine, etiam vir nubere dicitur. Sunt, qui dicant, virum tum nubere cum ſervit uxori, tanquam illa potius vir ſit, quam ille. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 579.* Sed meus frater major nupſit poſterius dotatæ vetulæ, varicoſæ Afræ. *Juven. ſat. 2.* Quid quæris? nubit amicus. *Martial. lib. 8. epigr. 12.* Uxori nubere nolo meæ. ¶ Metaleptice ponitur pro Venerea copula conjungi. *Plaut. Pſeud. a. 1. ſc. 3.* Eho an nunquam hujus nupſiſti patri? ¶ Tranſlate nubere dicuntur etiam vites arboribus, & arbores vitibus. *Plin. l. 14. c. 1.* In Campano agro populis nubunt. *Id. l. 18. c. 28.* Varii populi albæ etiam vitibus nuptæ. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Plaut. Perſ. 3. 1. 58.* Hic cum mala fama facile nubitur. ¶ Supinum *nuptum* cum aliis verbis eleganter conjungitur. Hinc nuptum dare, aut collocare, eſt in uxorem dare. *Nepos in Pauſan.* Das ei filiam tuam nuptum. *Cic. in Philip.* Filiam ſuam nuptum collocare poſſe. *Plaut. Stich. 2. 2. 65.* Quo dediſti nuptum, abire nolumus. *Et v. 83.* Hoſtis eſt uxor, invita quæ ad virum nuptum datur. *Sidonius* (is enim auctor creditur) in *argum. Curcul. Plauti.* Sororem Phædromo nuptum locat.

Nŭcālis, le, adject. *di noce*. *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 37.* Palmulæ nucales, quas caryotas appellant.

Nŭcāmenta, n. 2. κάρυον, paniculæ ſquamatim compactæ, quæ de nuce dependent, ſeu ex ramis piceæ, & aliarum arborum nuces ferentium. *Plin. l. 16. c. 10.* E ramis generum horum paniculatim modo nucamenta ſquamatim compacta dependent, præterquam larici.

Nŭcella, læ, f. parva nux, ut nucella cocta. *Apic. apud Bart. l. 34. c. 18.*

Nŭcĕria, f. 1. *Nocera*, urbs Umbriæ, in colle, ad radices Apennini, in via Flaminia. *Liv.* ¶ Nuceria altera, Luceria Colonia, *Nocera*, *Nocera de' Pagani*, urbs in Picentibus, apud Sarnum fl. & Campaniæ fines. *Plin. l. 3. c. 4. & Sil. l. 8.*

Nŭcĕrīnus, a, um, adject. ad Nuceriam pertinens, ut Nucerinus ager. *Plin. l. 3. c. 5.*

Nŭcētum, i, n. locus nucibus conſitus, ea ratione, qua *olivetum*, & *lauretum* dicitur. *Stat. l. 1. Sylv. 6. v. 12.* Quicquid nobile Ponticis nucetis, fœcundis cadit aut jugis Idumes.

Nŭcĕus, a, um, *di noce*, καρύϊνος, quod eſt ex nuce. *Plin. l. 16. c. 39.* Ulmeam, pineam, nuceam, hanc, atque aliam materiam omnem eum effodies.

Nŭcĭfrangĭbŭlum, n. 2. dens, quia dentibus nuces ſolent confringi. *Plaut. Bacch. 4. 5. 16.* Nec nucifrangibula excuſſerit ex malis meis.

Nŭcĭnus, a, um, quod eſt ex nuce, ut Nucinæ menſæ, quæ fuere in pretio prius, quam citreæ eſſent cognitæ. *Vetus Interpres in illud Juvenal. ſat. 1. v. 119.* Si forte nucem dejecerit Eurus.

Nŭcĭprūnum, i, n. prunum inſitum nuci. *Plin. l. 15. c. 13.* Appellata ab utroque nuciprunа.

Nŭclĕātus, a, um, id cui nucleus ademptus eſt. *Scribonius Largus.* Uva paſſa nucleata, contuſa, ac miſta.

Nŭclĕus, m. 2. *gariglio*, *garione*, Ger. *nußkern*, Gal. *noyeau*, Hiſp. *meollo*, πυρήν, quod tenerum in nuce includitur, a *nuce*. *Plaut. Curc. 1. 1. 55.* Qui e nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem. ideſt qui commodum appetit, ne fugiat laborem. ¶ Nucleum amiſi, proverbium. *Plaut. Capt. 3. 4. in fin.* Nucleum amiſit, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis, ubi reſciviſſet, ſibi impoſitum eſſe, & herum amiſſum pro ſervo, ſervum pro domino retentum. Is enim, ex quo fructus exſpectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. ¶ Transfertur ad alia. In acinis nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ vulgo vinacea vocant, *vinacciolo*. *Plin. l. 15. c. 1.* Niſi pro remedio ipſis acinis nuclei eſſent. ¶ Nucleus ferri uſurpatur pro chalybe, *acciaio*. *Plin. l. 34. c. 14.* In iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandam aciem. ¶ Nucleus allii, eſt allii ſpica. *Id. l. 19. c. 6.* ¶ Nucleus olivarum, h. e. os intus incluſum. *Ulp. l. Carbon. ff. de V. S.* ¶ *Plin. l. 17. c. 6.* Eſt autem quidam terræ adeps, ac veluti glandia in corporibus, ubi denſante ſe pinguitudinis nucleo. h. e. pinguitudine velut in nucleum coeunte.

Nuctŭreja, æ, f. genus navigii, apud *Gell. l. 10. c. 25.* Sed alii aliter legunt.

Nŭcŭla, æ, f. *nocella*, καρύδιον, minuta nux. *Plin. l. 15. c. 22. de nuce juglande.* Tinguntur cortice earum lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis.

Nūdātio, onis, f. veſtium detractio, *nudità*. *Plin. l. 28. c. 6.* Ne Deum aliquem nudatio offendat.

Nūdātus, a, um, *ſpogliato*, *nudo*. *Cic. 2. de Or.* Aliquandoque evolutum illis integumentis diſſimulationis tuæ, nudatumque perſpicio. *Liv. l. 27.* Nudatum tecto culmen. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 6.* Nudatus defenſoribus murus. *Planc. ad Cicer. l. 10. Fam. ep. 17.* Nudata interitu Conſulum Reſpublica. *Tibul. l. 1. eleg. 3.* Pede nudato currere.

Nūde, adverb. *Lactant. l. 3. c. 1. a med.* Breviter ac nude tradere aliquid. *h. e.* aperte, clare, ſimpliciter.

Nūdĭpĕdālia, um, ſacra quædam, nudis pedibus celebrari ſolita. *Tertul. de Jejun. c. 16. & in Apologet. c. 40. Hieron. in c. 4. ad Galatas.*

Nūdĭpes, edis, pedes nudos habens. *Tertul. de Pall. c. 5.* Non expedit, in algore, & ardore agere nudipedem.

Nūdĭtas, atis, f. *nudità*. Tranſlate ponitur pro inopia. *Quintil. l. 12. c. 2. ad fin.* Si tenuitas, aut nuditas in aſperis, gravibuſque cauſis ponderi rerum parum reſpondeant.

Nūdĭus, vox ex *nunc*, & *dies* conflata jungitur cum nominibus numeralibus tertius, quartus, quintus, &c. Itaque nudius tertius ſignificat *l' altro ieri*, ante duos dies, q. d. nunc dies tertius eſt, ſic nudius quartus, *tre giorni fa*, nunc dies quartus eſt, &c. *Cic. Attic. l. 14.* Nudius tertius dedi ad te epiſtolam longiorem. *Id. Philip. 5. c. 2.* Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit. *Plaut. Truc. 2. 6. 28.* Heri nudius quintus natus illa eſt. *Id. Moſtel. 4. 2. 40.* Heri, & nudius tertius, quartus, quintus, ſextuſque, poſtquam hinc peregre abiit, nunquam deſitum eſt, &c.

Nūdo, as, avi, atum, a. 1. *nudare*, *ſpogliare*, [illegible], Ger. *entbloſſen*, Gal. *denuer*, Hiſp. *deſnudar*, γυμνόω, nudum facio, detego, veſtibus ſpolio. *Cic. 7. Ver.* Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet. ¶ Transfertur ad multa pro detegere, aperire, in aperto ponere, privare, &c. *Virg. 1. Æn.* Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant. *Liv. l. 28.* Nudare gladios. ideſt a vagina educere, diſtringere. *Id. l. 35. c. 52.* Jam Ætoli defectionem nudabant. *Virg. 5. Æn.* Et nunc terga fugæ nudant, nunc ſpicula vertunt Infenſi. h. e. terga vertendo hoſtium telis exponunt. *Cicer. Ver. 5.* Quæ victores Siculis dederunt, aut reddiderunt, ſpoliavit, nudavitque omnia. *Id. pro Dom.* Præſidio ſceleratorum civium perditos magiſtratus nudare.

Nūdus, a, um, *nudo*, *ignudo*, ערום, Ger. *nackend*, Gal. *nud*, Hiſp. *deſnudo*, γυμνός, quod eſt ſine veſte, vel quocunque tegmine. a *ne* priv. & *duo*, *induo*. Uſurpatur vel abſolute, vel cum accuſat. (apud Poetas), vel cum ablat. ſine præpoſit. vel cum præpoſit. *a*, vel *ab*. *Horat. l. 2. ſat. 5.* Nudus, inopſque. *Ovid. 7. Metam.* Nuda pedem. *Virg. 1. Æn.* Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes. ¶ Cum genitivo. *Ovid. 12. Metam. v. 512.* parvoque in tempore nudus Arboris Othrys erat. ¶ Et quoniam paupertatis comes ſolet eſſe nuditas, metaleptice factum eſt, ut nudus pro paupere poneretur. *Cic. pro Flac.* Quem tu cum ephebum Temni cognoſſes, quoniam te nudus delectarat, ſemper nudum eſſe voluiſti. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſimplici, non fucato. *Cic. in Brut. de Commentariis Cæſaris.* Nudi enim ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis quaſi veſte detracta. ¶ Item pro deſtituto, privato. *Cic. Att. l. 7. ep. 13.* Huic tradita urbs eſt nuda præſidio, referta copiis. *Id. pro Dom. c. 22.* Tam inops aut eram ab amicis, aut tam nuda Reſp. a Magiſtratibus. ¶ Nudo veſtimenta detrahere, eſt commodum ſperare ab eo, qui nihil habet, quod auferre queat. *Plaut. Aſin. 1. 1. 79.* Nudo detrahere veſtimenta me jubes. ¶ Nuda verba. h. e. aperta, ſatis explicata. *Plin. l. 4. ep. 14.* Summos illos & graviſſimos viros non modo laſcivia rerum, ſed ne verbis quidem nudis abſtinuiſſe. ¶ Uſurpatur & nudus pro ſolo. *Ovid. 5. Triſt. eleg. 11.* Et mala nulla feram, niſi nudam Cæſaris iram. *Martial. l. 1. epigr. 44.* Nudus aper, ſed & hic minimus. hoc eſt in cœna ſolus aper appoſitus eſt. *Velley. l. 2. c. 61.* Antonius turpi, ac nuda fuga coactus deſerere Italiam. h. e. ſolus, deſertus, amiſſo exercitu.

Nūgæ, arum, f. 1. *ciancie*, *baje*, לֵיצָנוּת, Ger. *zotterey*, Gal. *niaiſeries*, *baveries*, Hiſp. *minerias*, *deſonras*, φλυαρίαι, λῆροι, propria ſunt nænia, ſive carmina a præficis cani ſolita in laudem mortuorum. Hinc *Plaut. Aſin. 4. 1. 63.* Hæc non ſunt nugæ; non enim mortualia. ¶ Per ſynecdochem nugæ dicuntur ſermones leviium rerum, ſcurriles, nullius pretii. Hinc *Catullus & Martialis* poemata ſua nugas vocant. *Cic. l. 2. de Div.* Hunccine hominem tantum delectatum eſſe nugis? *Horat. l. 1. Sat. 9. v. 2.* Neſcio quid meditans nugarum. ¶ Nugas agere, eſt nugari, ineptire. *Plaut. Men. Prol. v. 52.* Niſi qui argentum dederit, nugas egerit, qui dederit, magis majores agerit. *Id. Aſin. 1. 3. 78.* Maximas nugas agis. ¶ Nugæ etiam dicuntur leves homines, & nugatores. *Cic. Attic. l. 6. ep. 3.* Amicos habet meras nugas, M. Scaptium, &c. Adde *Plaut. Curc. 1. 3. 36.*

Nūgālis, le, o. 3. *pieno di ciancie*, φλυαρώδης, quod eſt nugis plenum. *Gel. l. 1. c. 2.* Sed theorematibus tantum nugalibus oblatrantes objurgatione juſta incaſſivit. *Id. l. 3. c. 16.* Alii alia quædam nugalia.

Nūgāmenta, orum, n. idem ac nugæ. *Apul. l. 1.* A quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti. De piſciculis quibuſdam vilibus loquitur.

Nūgārius, a, um, adject. ut nugarium unguentum, apud *Varron. l. 6. de L. L.* h. e. in res nugatorias ſolumptum. *V. Scalig. in Conjectan. Pet. Victor.* legit *nugatorium*.

Nugas pro Nugax. *V. Nugax.*

Nūgātor, oris, m. *cianciatore*, לֵיצָן, Ger. *ſchwetzer*, Gal. *badin*, *cauſeur*, Hiſp. *chocarreador*, φλύαρος, qui nugatur, qui nugas loquitur. *Cicer. pro Flac. c. 16.* Neque in iſtum nugatorem, tanquam in aliquem teſtem, invehar. ¶ Item ſcortator. *Prudent. Cathem. 2.* Cum ſit libido, temperans, caſtumque nugator ſapit.

Nūgātōrie, adv. φλυαρῶς, nugaciter, frivole, futiliter. *Auth. ad Heren. l. 4. c. 36.* Non contra tenenter, & nugatorie reſponſum?

Nūgātōrius, a, um, *pieno di ciancie*, *vano*. Ger. *lecherfertig*, Gal. *plein de ſaferies*, Hiſpan. *lleno de minerias*, φλυαρώδης, nugis plenus, futilis, vanus. *Cic. 1. de nat. Deor.* Tota res nugatoria eſt. *Plaut. Trinum. 4. 2. 2.* Nugatoriæ artes.

Nūgātrix, icis, f. *Prudent. in Pſychomach. v. 434.* nugatricem aciem dixit de luxuriæ copiis.

Nūgax, acis, o. *cianciatore*, לֵץ, Germ. *ſchwetzer*, Gall. *cajolleur*, Hiſp. tho-

Digitized by Google

…camador, φλύαρος, qui nugas loquitur. *Petron. in fragment. Tragur.* Ve ſis nugax. *Plaut. Trinum.* 3. 3. *v. ult.* Actum reddam, nugax ſum, ut ſic. *Schopp. l.* 2. *Suſpec.* & alii Critici apud *Taubman.* in hunc loc. nugas ſcribunt. Veteres enim *v* in *s* ſæpe mutarunt, ut teſtatur *Chariſ. & Priſcian.* nam hi quoque affirmant dictum ab antiquis, *hic*, *& hæc*, *& hoc nugas*. Cæterum in quibuſdam Editionibus hæc Plauti verba deſunt. *Varro apud Taubman. loc. cit.* Si Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet, non nugas ſaltatoribus in Theatro fieret. Sed hic quoque ſcriptura varia eſt. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 15. Ecquando hominem inertiorem vidiſti, qui tantas turbas, qui tam nugax eſſet, commoriſt?

…iger, ra, rum, *chi porta ciancie*, ὑθλοφόρος, qui vana gerit, vel nuntiat. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 5. Dices, vellem jampridem: ſcio, te voluiſſe, & me aſſ nugigeram manum fuiſſe, ideſt vanam, & quæ ſe ipſam fefellit. Verum hæc lectio mendoſa videtur. In optimis codicibus aliter legitur. Variæ enim hic ſunt Criticorum conjecturæ.

…gerulus, a, um, idem ac nugiger. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 51. Ubi nugigerulis res ſoluta eſt omnibus. Ita legit *Lambinus*. V. Nugivendus.

…ipolyloquides, vox hybrida, ex *nuga*, πολὺ, & *loquor*, joculariter conflata a *Plaut. Perſ.* 4. 6. 21. h. e. multas nugas loquens. Alii leg. *nugidolilquides*, h. e. nugas, & dolus loquens.

…givendus, i, m. qui res nullius uſus vendit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 51. Ubi nugivendis res ſoluta eſt omnibus. Ad quæ verba *Non. c.* 2. *n.* 587. Nugivendos, inquit, dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendunt. Nam omnia, quibus matronæ utuntur, nugas voluit appellari. Alii leg. *nugivendulis*, alii *nugigerulis*.

…go, onis, m. nugator, nugax. *Apul. l.* 5. 5. *A. A. circa fin.* Sed utique præſumis nugo, & corruptor.

…gor, aris, atus ſum, d. 1. *cianciare*, *ſcherzare*, צחק, Ger. *loſe ding ſchwätzen*, Gal. *caſeller*, *jaſer*, Hiſp. *chocarrear*, φλυαρεῖν, nugas ago, vana ago, vel dico. *Cic.* 2. *de Div. c.* 13. Democritus tamen non inſcite nugatur. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 73. Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec decoqueretur olus, ſoliti. *Plaut. Epid.* 3. 4. 42. Non mihi nugari potes.

…llatenus, *in niuna maniera*, nullo modo. *Martian. Capell. lib.* 2. *p.* 35. Immortalitatis ſedem nullatenus obtinebis.

…llibi, adv. *in niun luogo*, Ger. *niegend*, Gal. *en nul lieu*, Hiſp. *en ningun lugar*, οὐδαμοῦ, in nullo loco. *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. Nullibi extantes. Sed lectio hæc prava eſt.

…llificamen, inis, n. contemptus, deriſio. *Tertul. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 7. & 17. Ignominia hominis, & nullificamen populi.

…llificare. V. Annihilare.

…llificatio, onis, f. *diſpregio*, nullificamen. *Tertul. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 14. Quæ ignominia? quæ nullificatio?

…llus, a, um, *niuno*, Ger. *keiner*, Gall. *nul*, Hiſp. *ninguno*, οὐδείς, non aliquis, ne unus quidem, a *ne*, & *ullus*, ut *nemo* ex *ne homo*. *Cic. l.* 13. *Fam. epiſt.* 1. Tua nullam in partem multum intereſſe. *Id.* 5. *Fin.* Et de virtutibus nulla deſit. *Id. de Sen.* Nolite putare, me, cum a vobis diſceſſero, nullum fore. hoc eſt omnino interiturum. ¶ Interdum ponitur pro irrito, inani, nullius momenti. *Cic.* 2. *de Leg.* Igitur Titias, & Apuleias leges nullas putas? *Id. l.* 7. *Fam. ep.* 3. *de Pompejo*. Nullus imperator fuit ea illo tempora, vir ille ſummus. ¶ Item pro non. *Id.* 11. *Att. ep. penult.* Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per literas quidem certiorem me facit. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 4. Si non quæret, nullus dixeris. ¶ Nullus ſum, frequens eſt apud Comicos pro, perii, actum eſt de me. *Ter. Hecyr.* 4. 1. Credo, ipſum ad me exire, nullus ſum. *Plaut. Caſin.* 3. 5. 1. Nulla ſum, nulla ſum, tota die occidi. ¶ Nullus non, pro omnis. *Senec. ep.* 12. Nullo non ſe die extulit. ¶ Homo nullis literis eſt illiteratus, qui literis nullam dedit operam. *Plin. l.* 6. *ep.* 29. Video multos parvo ingenio, nullis literis, et bene agerant, agendo conſecutos. ¶ Nullus dum, h. e. nullus adhuc, *fin' ora niuno*. *Liv. l.* 5. Quas inſuperabiles viſas, haud equidem miror, nulla dum via ſuperatas. ¶ Nullo in numero homo, *uomo da nulla*, nullius pretii, nihili homo. *Cic. Phil.* 3. ¶ Tam nullus. *Plin. l.* 11. *c.* 2. In his tam parvis, atque tam nullis quæ ratio! quanta vis! ¶ Nullus ullus. *Gel. l.* 1. *c.* 3. Aſſeverabat, nulli eſſe ulli ea magis explorata. *Nepos in Att. c.* 19. Nulla ulla re, quam elegantia vitæ. Utroque tamen loco alii aliter legunt. ¶ Nullus alter. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 22. Sceleſtiorem nullum illuxere alterum. ¶ *Nulli* pro nullius. *Terent. Andr.* 3. 5. 2. Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii ſum. ¶ Nullæ pro nulli. *Plaut. Mil.* 3. 1. 207. Studioſus rei nullæ aliæ eſt.

…um, *forſe ſe*, ἆρα γε, an, numquid, adv. interrogandi, a μῶν, per Metatheſin. *Cic. in Ver.* Nam exſpectabis, dum L. Metellus tibi reſpondeat? *Id.* 1. *de Or.* Num quod eloquentiæ veſtigium apparet? ¶ Eſt etiam adverbium dubitandi, quando alicui verbo poſtponitur. *Cic.* 1. *Catil.* Interrogas me, num in exilium? ¶ Jungitur & cum *nam*. *Ter. Andr.* 3. 4. 12. Numnam periimus? ¶ Et cum *ne*. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 65. Numne vis me?

Numa Pompilius, vir Sabinus, ſecundus Romanorum rex, fuit juſtitia & pietate inſignis, omniſque divini & humani juris, ut illis temporibus, conſultiſſimus: qui populum ſacra, rituſque divinos docuit, feroceſque ejus animos religione, atque inſtitutis civilibus temperavit. Jani templum conſtituit, & clauſit: annum in duodecim menſes diviſit, ſeu decem menſibus ab Romulo inſtitutis duos addidit: dies faſtos, & nefaſtos fecit. creditus Pythagoræ diſcipulus fuiſſe, & cum Nympha Egeria ſæpe de his omnibus conſultaſſe. Regnavit annos 43. *Liv. l.* 1. *c.* 21. *Ovid.* 1. *Faſtor.*

Numana, æ, f. Oppidum Piceni, a Siculis conditum, a Gothis everſum. *Silius l.* 8. *v.* 433. ſcopuloſæ rura Numanæ.

Numantia, æ, f. *Puente Garay*, Νουμαντία, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc in Caſtella veteri, inter Celtiberos, & Arevacos, ad Durium fl. haud longe Mienteru, ad radices montium. Exciſa eſt a Scipione Africano minore poſt diutinam obſidionem 14. annorum, cum ſe, filios, & uxores occidiſſent cives. *Flor. l.* 2. *c.* 17.

Numantinus, a, um, quod ad Numantiam ſpectat. Numantinus ſpeciatim cognomen fuit *P. Scipionis Africani Æmiliani*, ſeu minoris, qui Numantiam urbem evertit. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 596. Illa Numantinæ traxit ab orbe notam.

Numella, læ, f. genus machinæ ligneæ ad diſcruciandos noxios, in quam collum & pedes immittuntur, ut deſcribit *Non. c.* 2. *n.* 568. Hinc inter ſervorum tormenta enumerat *Plaut. Aſin.* 3. 2. 5. Stimulos, laminas, cruces, compedes, nervos, catenas, numellas, pedicas, bojas. ¶ Feſtus interpretatur genus vinculi, quo deligantur quadrupedes, ex nervo, aut corio crudo bovis ut plurimum factum. Atque hoc ſenſu uſurpat & *Columella*, ſed maſcul. genere, *l.* 6. *c.* 19. ubi ait. Ubi poſſunt etiam numelli fabricari, ut inſerto capite, deſcendentibus per foramina regulis cervix teneatur. h. e. vincula ex ligneis regulis facta. *Turneb. lib.* 23. *c.* 21. & alii leg. *numella*.

Numellus, i, m. V. Numella.

Numen, inis, n. idem ac nutus, a *nuo*, ut *flumen* a *fluo*. *Lucret. l.* 2. *v.* 632. *de Curetibus*. Terrificas capitum quatientes numine criſtas. *Id. l.* 3. *v.* 144. Pares, & ad numen mentis, momenque movetur. ¶ Tranſlata ſumitur ſæpe pro Deorum nutu, voluntate, potentia, *volontà degli Dei*, θέλησις, θεῖον. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 777. non hæc ſine numine Divum eveniunt. *Plin. l.* 7. *ep.* 27. Velim ſcire, eſſe phantaſmata, & habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an &c. ¶ In plur. numero tribuitur aliquando uni tantum Deo. Sic Venus alloquitur Cupidinem apud *Virg.* 1. *Æn. ad fin.* Supplex tua numina poſco. ¶ Sæpius pro ipſis Diis, *Nume*, *Deità*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 7. ſi quem Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. *Ovid. Met.* 10. *v.* 430. promiſſaque Numine firmat. h. e. invocato numine per juramentum. ¶ Dicitur etiam de voluntate & potentia hominum. *Cic.* 3. *Phil.* Magna eis eſt, magnum numen unum & idem ſentientis Senatus. *Virgil.* 2. *Æn.* Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. h. e. non voluntate noſtra. ¶ Romani Imperatores ſuos numinis appellatione honorabant, ſive adulatione aliquis, ſive quod ſumma rerum apud eos poteſtas eſſet. Hinc illa formula: Devotus numini majeſtatique ejus, apud *Grut. in Inſcriptionib.* Sic *Symmach. l.* 10. *ep.* 11. Præcipua quidem beneficia numinis veſtri populus R. expectat. ¶ Videtur numen accipi pro aera in illo *Horat. l.* 3. *od.* 10. poſitas ut glaciet nives puro numine Jupiter.

Numerabilis, le, o. 3. *numerabile*, *che ſi può numerare*, Germ. *zelbar*, Gall. *nombrable*, Hiſp. *numerable*, εὐαρίθμητος, quod numerari poteſt. *Hor. de Art. v.* 206. Quo ſane populus numerabilis, &c. h. e. parvus, modicus.

Numeralis, le, o. 3. ἀριθμητικός, quod ad numerum pertinet, ut Numerale nomen, quod numerum ſignificat, apud *Priſcian. l.* 2.

Numerarius, ii, m. qui publicam pecuniam in ærarium inferendam curat. *Sidon. l.* 1. *ep.* 11. & *l. ult. Cod. de Numerar.* ¶ Apud *Auguſtin. in Pſalm.* 146. numerarius eſt, qui arithmeticam profitetur, computator, calculator, ψηφιστής, *aritmetico*. Adde *Ammian. l.* 19.

Numeratio, onis, f. *novero*, *il numerare*, ἀρίθμησις. *Senec. ep.* 18. Ab iſto fiet numeratio. ¶ Item perſolutio, *pagamento*. *Colum. l.* 1. *c.* 8. Ubi æris numeratio exigitur, rem pro nummis oſtendit.

Numerato, *a contanti*, abl. abſol. vice adverbii. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 15. Mihi & res, & conditio placet, ſed ita, ut numerato malim, quam æſtimatione. ideſt potius numerata pecunia, quam aliorum bonorum æſtimatione.

Numerator, oris, m. *numeratore*, ἀριθμητής, qui numerat. *Auguſt. l.* 5. *Confeſſ. c.* 4. Menſor cœli, & numerator ſiderum.

Numeratus, a, um, num. ex partic. *numerare*, ἀριθμηθείς. *Sil. l.* 7. *v.* 730. Numerato milite repetabat caſtra. *Cic. pro Cæc. c.* 4. Cum uteretur dote uxoris numerata, *dote in contanti*. ¶ Habere pecuniam in numerato, eſt in promptu habere, præſentem, paratam, *aver' in contanti*. *Plin. l.* 33. *cap.* 10. Teſtamento edixit, relinquere in numerato H. S. DC. ¶ Hinc tranſlate *Quintil. l.* 6. *c.* 3. *ad fin.* De Aſinio Pollione ſeriis, jociſque pariter accommodato dictum eſt, eſſe eum omnium horarum; & de actore facile dicente ex tempore ingenium eum in numerato habere.

Numera. V. Numero, adv.

Numeria, æ, f. ἡ ὠκυτόκος, Dea, quæ partus celeritati præerat. *Var.* apud *Non. c.* 4. *n.* 319. Quod etiam in partu precabantur Numeriam, quam Deam ſolent indigitare etiam Pontifices.

Numerius, m. 2. prænominabantur, qui celeriter nati fuerant, a *numerus*, ſeu a *numero* adv. *Varro* apud *Non. c.* 4. *n.* 319. Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerium prænominabant, quod qui cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat, numero id fore.

Numero, as, avi, atum, a. 1. *numerare*, *annoverare*, ספר, Germ. *zehlen*, Gal. *nombrer*, Hiſp. *contar*, *numerar*, ἀριθμεῖν, per numeros recenſeo. *Cicer.* 2. *de Or.* Ea, ſi ex reis numeres, & innumerabilia ſunt, & obſcura. *Ovid.* 3. *Faſt.* Numerare per digitos. ¶ Speciatim ponitur pro præſentem pecuniam dare. *Cic. ad Planc.* Atticus pecuniam numeravit de ſuo. ¶ Interdum ſupprimitur accuſativus. *Cic. pro Quinct.* Simul atque ſibi hic annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. *Id. pro Flacc.* Si Prætor dedit, a Quæſtore numeravit. hoc eſt *per le mani del Camerlingo*. ¶ Eleganter ponitur pro habere, vel cenſere. *Cic. in Brut.* In mediocribus Oratoribus numeratus eſt. *Id. pro Roſc. Am.* Honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur. *Id.* 1. *Fam. ep.* 9. Tota jam ſapientum civium, qualem me & eſſe, & numerari volo, ſententia mutata eſt. ¶ Nullo loco numerare, eſt nihili facere. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 28. Qui voluptatem nullo loco numerant. ¶ Numerare in bonis, h. e. inter bona. *Id. l.* 1. *Fin.* Cur nec voluptas in bonis ſit numeranda, nec in malis dolor. ¶ Numerare in beneficii loco, *tener per beneficio*. *Id.* 2. *Fam. ep.* 5. Sic, numerare in beneficii partem. *Id.* 11. *Philip.*

Numero, & Numera, adverb. *preſto*, *ſubito*, cito, celeriter. *Feſtus* monet, numero dici de præſenti tempore, ac futuro, *numere*, de præterito. Verum hoc a Scriptoribus non ſervatur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 25. Nunc numero mihi in mentem fuit. Ita legit *Nonius c.* 4. *n.* 319. Alii *nunc vero*. *Varr.* apud *eund. ib.* Qui, cito facturum ſe quid, oſtendere volebat, dicebat, numero id fore. ¶ *Plaut. Menæch.* 2. 2. 13. Numero huc advenis ad prandium: nunc obſonatu redeo. h. e. nimis cito. Adde *eund. Pœn.* 5. 4. 101. ¶ *Feſtus numero* exponit etiam *nimium*.

Numeroſe, adv. *numeroſamente*, *in copia*. *Apul. de Deo Socrat.* Famulos numeroſiſſime comparare. ¶ Item numeroſe, & per numeros, id eſt menſuras muſicas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes? ¶ Numeroſe dicere, eſt, oratione uti concinne & ſuaviter concluſa. *Cic. in Orat. c.* 66. Circumſcripte, & numeroſe dicere. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Diſtinctius, numeroſiuſque omnia dicere. *Quintil. l.* 10. *c.* 5. Sententias numeroſiſſime verſare.

Numeroſitas, atis, f. *numeroſità*, *abbondanza*, *copia*, multitudo, magnus numerus, πολυαριθμία. *Sidon. l.* 7. *ep.* 2. Nepotum numeroſitate gaudere. *Id. Carm.* 23. *v.* 151. Varro ſcriptorum numeroſitate verendus. *Macrob. l.* 5. *Sat. c.* 29. Numeroſitas innumera.

Numeroſus, a, um, *numeroſo*, Germ. *viel*, *groſſ*, Gall. *en grand nombre*, Hiſp. *numeroſo*, πολυπληθής, quod magno conſtat numero. *Plin. l.* 11. *c.* 40. Quæ numeroſo fœcunda partu, hæc plures habent mammas. *Plin. in Paneg.* Alio me vocat numeroſa gloria tua. hoc eſt multiplex, magna. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop.* Quæſtus numeroſior. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Oculi in homine numeroſiſſimæ varietatis. ¶ Item latus, amplus. *Colum. l.* 6. *c.* 29. Numeroſum pectus. *Plin. l.* 2. *ep.* 9. Cauſa numeroſiſſima. h. e. quæ plura capita, ac quæſtiones habet. ¶ Numeroſa oratio dicitur, quæ apte, & æquabiliter fluit. *Cic. in Or. c.* 62. Adhibenda eſt igitur numeroſa oratio, ſi aut laudandum eſt &c. *Id. l.* 3. *de Orat.* V. ibi hac de re plura. ¶ *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 4. *v.* 29. Illa placet geſtu, numeroſaque brachia ducit. hoc eſt ad numerum, ad certam legem movet.

Numerus, ri, m. *numero*, מספר, Ger. *eine zahl*, Gal. *nombre*, Hiſp. *numero*, ἀριθμός, eſt collectio unitatum, unde unitatem dicunt non eſſe numerum, ſed principium numeri. *Juven. ſat.* 13. *v.* 26. Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot &c. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Breviores numeri. ¶ Licet autem numerus dicatur de iis, quæ numerantur, interdum tamen etiam refertur ad ea, quæ menſurantur, & ponitur pro vi, copia. *Cic. l.* 3. *Off.* Si vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit. *Id.* 1. *Phil. c.* 27. Magnus vini numerus. Adde *Verr.* 4. *c.* 71. ¶ Accipitur etiam pro ordine. *Velley. l.* 2. *c.* 77. In numerum exercitus aliquem recipere. *Virg.* 3. *Æn.* Digerere in numerum. *Plin. in ep.* 8. *l.* 3. In numeros referre. *Id. l.* 10. *ep.* 38. Sacramento militari nondum

dum diſtributi in numeros erant. h. e. in cohortes, *incorporati nell' ordinanze*. nam & *Tacitus* pro cohorte hanc vocem uſurpat, ubi ait *in Agric. c.* 18. Sparſi per provinciam numeri, præſumpta apud militem illius anni quies. Adde *Sueton. in Veſpaſ. c.* 6. Hinc illo in numeris manere, deſinere in numeris eſſe, &c. apud JCtos *lib.* 42. *ff. de teſtam. milit.* & *l.* 11. *ff. de iis qui not. inf.* &c. ¶ Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris conſtat, frequenter etiam numerus pro ratione harmonica ponitur, quam Græci vocabulo ῥυθμὸν appellamus. Hinc oratio, quæ numeris conſtat, numeroſa dicitur, quæ vero numeris caret, ſoluta. *Cic. in Or.* Quicquid eſt enim, quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt a verſu (nam id quidem orationis eſt vitium) numerus vocatur, qui Græce ῥυθμὸς dicitur. ¶ Numeri orationis omnino intelliguntur ordo verborum, totiuſque orationis, quæ non claudicat, nec fluctuat, ſed æqualiter, conſtanterque ingreditur. *Cic.* 3. *de Or. c.* 44. Numeris orationem aſtringere. *Id. ib. l.* 1. Numerus & modus oratorius. De numero oratorio ſcripſit *Quint. l.* 9. *c.* 4. & *Cic. l.* 3. *de Or.* & *in Or. c.* 49. &c. ¶ Numerus etiam dicitur ſocietas, *corpo*, *catalogo*. *Cicer. in Rull.* Non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis, & colendos putatis? *Salluſt.* En ſuo numero legatos miſit, *del ſuo rango*. ¶ Uſurpatur item pro honore, vel exiſtimatione. *Cic.* 2. *Phil.* Quem locum apud ipſum Cæſarem poſt ejus ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti? *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 17. Minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi a domino. ¶ Item pro perfectione, virtute, *parte*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 13. Perfectum, expletumque omnibus ſuis numeris, & partibus. *Id.* 3. *Off. c.* 3. Omnes numeros habere. *Plin. l.* 9. *ep.* 38. Legi librum omnibus numeris abſolutum. *Id. in Paneg.* Obire omnes numeros comitatis. ¶ Numerus interdum pro carminibus uſurpatur, quoniam ea maxime numeris conſtant. *Horat. lib.* 4. *od.* 2. Numeriſque fertur lege ſolutis. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 2. nec numeris nectere verba juvat. *Virg. Ecl.* 9. numeros memini, ſi verba tenerem. h. e. rhythmum, metrum. ¶ Item pro modis muſicis. *Quintil. l.* 9. *cap.* 4. Quod ſi numeris, & modis ineſt tanta vis. *Lucr. l.* 2. *v.* 631. In numerum exultare. *Virg. Ecl.* 6. In numerum ludere. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 4. Roſcius in ſenectute numeros in cantu cecinerat, ipſaſque tardiores fecerat tibias. h. e. Roſcius, qui cum eſſet juvenis, magna contentione egerat, jam ſenex factus remiſſius ſervabatur, & ipſos modos tardiores faciebat. Al. leg. *ceciderat*: ſed fortaſſe nequeunt apte explicare. ¶ Item pro lege, ac regula, quæ ſervatur ab hiſtrionibus, & a palæſtricis in flexu corporis, & manuum geſtu. *Quint. l.* 12. *c.* 2. Ut palæſtrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco diſcentibus tradunt. *Cicer. Parad.* 3. Hiſtrio ſi paulo ſe moverit extra numerum, exſibilatur. ¶ Translate *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 59. Quamvis nil extra numerum feciſſe, modumque curas. hoc eſt ſtulte, imperite. ¶ Denique pro calculis luſoriis: in his enim numeri inſcripti erant. *Ovid.* 2. *de art. am. v.* 203. Seu ludet, numeroſque manu jactabit eburnos. ¶ Numerus quadratus dicitur, qui gemina dimenſione in æqua conſiſtit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, &c. *Gell. l.* 1. *c.* 20. ¶ Numerus ſingularis, & pluralis in nominibus apud Grammaticos. *Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Numicius, & **Numicus**, *Rivo de Nemo*, *Rivo*, fluviolus Latii, qui effluit ex lacu Nemo, ex quo via Numicia Brunduſium ducit, & Lavinio proximus labitur. In eo Æneas ſubmerſus traditur. Hic, ut aliqui ſcribunt, poſtea decrevit, & in fontem redactus fuit, qui & ipſe poſtea exſiccatus eſt, ſacris etiam Veſtæ, (cui non niſi ex hoc fluvio libari fas erat) una interceptis. *Virg.* 7. *Æn. v.* 150. hæc fontis ſtagna Numici. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 647. Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius undis creditur.

Numidæ, arum, m. Numidiæ incolæ, quaſi *nomades*. V. Nomades. Eorum in equitatu maxima laus fuit. *Virgil.* 4. *Æn.* Infreni Numidæ. ¶ Antiqui Numidas vocarunt non incolas modo Numidiæ, ſed alios quoque, qui pecuariam exercentes vagi huc illuc mearent. Hinc Numidarum in Arabia mentio fit apud *Vitruv.*

Numidia, f. 1. Metagonitis, *Biledulgerid*, Νουμιδία, regio medit. Africæ, in Libyæ interioris, & Mauritaniæ confinio, leonibus, & urſis ferociſſimis abundans. *Plin. l.* 5. *c.* 3.

Numidianus, a, um, adject. ut Numidiana pyra, quæ ex Numidia afferuntur. *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Numidicus, ci, m. cognomen Q. Metelli, qui de Numidiæ rege Jugurtha triumphavit. *Gell. l.* 1. *c.* 6. & *l.* 6. *c.* 11.

Numidicus, a, um, Νουμιδικός, quod eſt ex Numidia, ut Lapis Numidicus, qui inter generoſa marmora numeratur, & a Papinio Libycus ſilex appellatur, ex quo præſertim pavimenta ſternebantur, quæ pavimenta Punica a veteribus dicebantur. *Iſid. l.* 15. *Orig. c.* 5. ¶ Gallinæ Numidicæ, apud *Col. l.* 8. *c.* 2. ſunt, quas *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Numidicas guttatas appellat. V. *Africanus*. ¶ Numidici equi. *Liv. l.* 30. *c.* 6.

Numiſma, atis, n. *moneta*, *medaglia*, νόμισμα, nummus. *Hor. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 234. Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. *Prudent.* 2. *periſteph. v.* 95. Et Cæſar agnoſcit ſuum Numiſma nummis inditum. h. e. imaginem ſuam nummis impreſſam. ¶ Sunt qui ſcribunt *nomiſma*.

Numitor, m. 3. filius Procæ Albanorum Regis, & Amulii frater, Romuli, & Remi avus maternus. Hujus filiam Rheam Sylviam Amulius, pulſo Numitore fratre, Veſtalem virginem fecit, ne tandem ſobolem haberet, quæ patruum ulciſceretur. Senex a Romulo, & Remo, occiſo Amulio, in Regnum reſtitutus eſt. *Liv. l.* 1. *Dionyſ. l.* 1.

Nummarius, a, um, o. r. 2. χρηματικός, quod ad nummos ſpectat. *Cic.* 3. *Off. c.* 20. Ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. *Id.* 4. *Verr.* Se in ſumma difficultate eſſe nummaria. ¶ Nummarium judicium, quod fit acceptis pecuniis. *Cic.* 5. *Verr.* Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti? ¶ Judex nummarius, ſordidus, qui pecunia corrumpitur. *Cic. Att. l.* 1. Inſectandis, exagitandiſque nummariis judicibus omnem omnibus ſtudioſis, ac fautoribus illius victoriæ παρρησίαν eripuit. ¶ Interpres nummarius, mercenarius, & qui ob id pecunias accepit. *Cic. pro Cluent.* Nummarius interpres pacis, & concordiæ non probabatur.

Nummatio, onis, f. πολυχρηματία, nummorum abundantia, affluentia. *Cic.* 2. *Phil. c.* 45. Confer cum cum nummatione tua cuicumque.

Nummatus, a, um, πολυχρήματος, nummis abundans. *Cicer.* 2. *Agr. c.* 21. Volitat enim ante oculos iſtorum Jubæ Regis filius adoleſcens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus. *Apul. l.* 1. *Met. circa princ.* Nummatior revertor.

Nummoſus, a, um, nummis abundans. *Nigid.* apud *Gell. l.* 4. *c.* 9.

Nummulariolus, i, m. dim. parvus, vel vilis nummularius. *Senec. in Apocolocynt.* Deſignatum Conſul nummulariolus.

Nummularius, ii, m. κολλυβιστής, menſarius, qui nummos permutat. *Ulp. l. ſi hominem ff. depoſiti.* Quoties foro cedunt nummularii. *Suet. in Galba, c.* 9. Nummulario non ex fide verſanti pecunias manus amputavit.

Nummulus, m. 2. νομισμάτιον, parvus nummus. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Si judicium eſt, triginta homines Populi R. leviſſimos, ac nequiſſimos nummulis acceptis jus, ac fas omne delere.

Nummus, & **Numus**, i, m. *danajo*, *moneta*, [illegible], Germ. *ein muentz*, Gall. *monnoye*, Hiſp. *dinero*, νόμισμα, numiſma, pecunia, aurum, argentum, æs ſignatum. Eſt vox pura Græcorum. Nam, ut *Jul. Pollux l.* 9. Romani hanc vocem habent a Dorienſibus Siciliæ, & Magnæ Græciæ incolis, quos Ariſtoteles in lib. de Tarentinorum Rep. auctor eſt habuiſſe νόμμον, in quo Tarantis Neptuni filii imago impreſſa erat equo inſidentis. Eadem fuit ſententia *Varronis l.* 4. *de L. L.* In argento, inquit, nummi: id a Siculis. Alii volunt, nummus eſſe a Græco νόμισμα, quod *Feſtus* ſcripſit. ¶ In veteribus libris & monumentis *numus* legitur, & *nummus*. Prior tamen ſcriptio videtur magis in uſu eſſe. *Perſ. in prol. Satyr.* Si doloſi ſpes refulſerit nummi. *Plaut. Pœn.* 1. 2. *v.* 132. Neſcio quot nummi aurei. ¶ Nummus adulterinus, *moneta falſa*. *Cic.* 3. *Off.* Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis. ¶ Aliquando ſpeciale nomen eſt [illegible] monetæ, quæ alio nomine *ſeſtertius*, vel conjunctim *nummus ſeſtertius* appellabatur, valebatque æſtimatione Veneta ſolidos V. id eſt, quartam partem denarii argentei. *Cic.* 4. *Verr.* Facta eſt ſponſio ſeſtertiis quinque, cogit Scandilius quinque illa millia nummum dare ac numerare Apronio. ¶ Nummo vel nummo ſeſtertio æſtimare, vendere, addicere, &c. eſt nullo, vel viliſſimo pretio. *Cicer. pro Rabir. Poſth. c.* 17. Ecquis eſt ex tanto populo, qui bona C. Rabirii nummo ſeſtertio ſibi addici velit? Adde *Valer. Max. l.* 5. *c.* 2. ¶ In nummo exigere, eſt non rem, ſed rei pretium exigere, *eſigger' in contanti*. *Trebell. Poll. in Claud.* Si alicubi aliquid defuerit, non præſtetur, nec in nummo exigatur. ¶ Nummus aſper, legitur apud *Senec. ep.* 19. & *Sueton. in Ner. cap.* 44. Alii interpretantur, recens cuſum, bene percuſſum, atque adeo probum, & juſti ponderis. Alii veterem, ſed in theſauro ſervatum. V. *Lipſ. ad Senec. l. c.* ¶ Habere in nummis, *aver del danajo*. *Cic. ad Attic. l.* 8.

Numnam. V. Num.

Nunc, *ora*, *adeſſo*, עתה, Ger. *jetz*, Gal. *à preſent*, Hiſp. *aora*, νῦν, adv. temporis, quod tempus præſens denotat. *Cic. in Phil.* 7. *c.* 5. Erat tunc excuſatio oppreſſis, nunc nulla eſt. *Id. Attic. l.* 2. Nunc reus erat apud Craſſum Vetius. ¶ Interdum nullum tempus denotat, & ponitur pro *ſed*, *at*, *verum*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 29. Quæ quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo, & vino confuſa, & perturbata cernimus. ¶ Eleganter conjungitur cum quibuſdam particulis, *jam*, *ergo*, *vero*, *primum*, *demum*, & ſimilibus. *Ter. Eun. prol. v.* 9. Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. *Id. And.* 5. 4. 35. Nunc primum audio, quid illo ſit factum. *Id. Adelph.* 2. 1. I nunc jam. ¶ Interdum geminatur. *Virg.* 5. *Æn. v.* 189. Nunc nunc inſurgite remis. *Id. ib.* Nunc hos, nunc illos aditus &c. ¶ Nunc homines, h. e. homines qui nunc ſunt, οἱ νῦν ὄντες. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 57. Tace ſtulta; non tu nunc hominum mores vides.

Nuncine. adv. interrogandi, an nunc, nunc ne? *Terent. And.* 4. 2. 60. Hem nuncine demum?

Nuncio. V. Nuntio.

Nuncubi, adv. μή που, numquid alicubi, vel quo in loco, quo in re. *Ter. Eun. a.* 1. *ſc.* 2. *v.* 83. Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier.

Nuncupatim, adv. nominatim. *Sidon. & Claudian. Mamert. l.* 2. *c.* 9.

Nuncupatio, onis, f. προσαγόρευσις, *Sueton. in Calig. c.* 38. Quo mero injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem vivere perſeverarent. ¶ Item pro dedicatione libri, aut alterius operis. *Plin. in præfat. hiſt. nat.* Hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. *Senec. de Conſolat. ad Marc. c.* 13. Primus impetus ab altaribus publicis, & fauſta nuncupatione non abduxit patrem. ¶ Quod vero addunt quidam Lexicographi ex *Plin. l.* 9. *c.* 35. V. in *Mancipatio*.

Nuncupator, oris, m. qui nuncupat. *Apul.* 2. *Florid. ſub fin.* Pythagoras primus philoſophiæ nuncupator, & conditor.

Nuncupatus, a, um, nom. ex particip. a nuncupo, appellatus, nominatus. *Sueton. in Aug. c.* 17. Cleopatræ liberis inter hæredes nuncupatis. *Varr. l.* 6. *de L. L.* Nuncupatæ pecuniæ, in legibus, ſunt ſcriptæ. *Feſtus*: Nuncupata pecunia eſt idem ac certa, nominata, nominibus propriis pronunciata. *Idem*: Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules, & Prætores, cum in provincias proficiſcuntur, faciunt, ea in tabulas præſentibus multis referuntur. Alii apud *eund. Feſt.* exponunt, promiſſa, & quaſi teſtificata, & recepta. ¶ Nuncupatus hæres eſt is, qui voce, non ſcripto a teſtatore eſt deſignatus coram idoneis teſtibus. *Julian. JCtus l. Si ita ff. de bon. poſſeſſ.*

Nuncupo, as, avi, atum, a. 1. *nominare*, *appellare*, קרא, Germ. *nennen*, Gall. *nommer*, Hiſp. *nombrar*, προσαγορεύω, eſt nomine ſuo vocare, ſeu nominare, a *nomen*, & *capio*. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Qua me infueta nuncupaſti nomine. *Cic. Liv. l.* 1. Quem Julum eundem Julia gens auctorem ſui nominis nuncupat. ¶ Nuncupare lingua, eſt non ſcripto, ſed verbo cavere, vel dicere. *Cic.* 1. *de Or.* Ut totum illud, uti lingua nuncupaſſet. ¶ Nuncupare vota, eſt alicui Divorum vota polliceri, & deſtinare. *Cic.* 3. *Phil. c.* 4. Ea vota, quæ nunquam ſolveret, nuncupavit. *Id.* 7. *Verr.* Votaque pro imperio ſuo, communique P. R. nuncupaſſet. ¶ Nuncupare teſtamentum, eſt viva voce ſupremam voluntatem declarare. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Alii teſtamenta ſua nuncupant. De nuncupandis teſtamentis, Vide JCtos, & præſertim *Juſtinian. Inſtitut. de teſtam.* ¶ *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 17. Conſultatum inde pro roſtris, an in Senatu adoptio nuncuparetur. h. e. exprimeretur, publicaretur. ¶ Nuncupare hæredem idem eſt ac deſignare, inſtituere. *Juſtin. l.* 12. *c.* 15. Ut digniſſimum nuncuparet hæredem.

Nuncuſque, uſque nunc, uſque adhuc. *Ammian. l.* 14. *c.* 2. (*al.* 7.) Ubi conduntur nuncuſque commeatus, diſtribui militibus aſſueti.

Nundina, æ, f. 1. Romanorum Dea, præſes ejus luſtrationis, qua infantes die nono luſtrabantur. *Macr. l.* 1. *Sat. c.* 16.

Nundinæ, arum, f. 1. *fiera*, *mercato*, [illegible], Ger. *iahrmarck*, Gal. *foire*, *marché*, Hiſp. *feria*, *mercado*, πανήγυρις, [illegible], ἀγορά, mercatus, ſeu feriæ ruſticorum, quibus Romam proficiſcebantur negotiis domeſticis proviſuri, quaſi *novendinæ*, quia nono quoque die fiebant. *Ovid.* 1. *Faſt. Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 16. Rutilius ſcribit, Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum, legeſque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita, atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die propoſita a ſingulis, atque univerſis facile noſcebantur. *Cicer. Att.* Ipſo die nundinarum veniſt. ¶ Transfertur etiam hæc vox ad celebres mercatorum conventus immunes, liberoſque. *Cic. in Rull.* 2. Illi Capuam nundinas ruſticorum, horreum Campani agri eſſe voluerunt. Adde *Colum. in præfat. l.* 1. ¶ Imo dicitur de quacunque negotiatione. *Cic. in Phil.* 2. In interiore ædium parte totius Reipubl. nundinæ erant. ¶ Nundinas inſtituere, *piantar' una fiera*. *Plin. l.* 5. *ep.* 4. Vir prætorius a Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. ¶ In ſingulari num. *Sidon. l.* 7. *ep.* 3. In nundinam, & auctionem mitti, ſi emptor inveniatur. ¶ Legitur & nundinum, i, n. *Liv. l.* 3. *c.* 34. Poſtquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta ſunt. *Cic. pro Dom. c.* 16. Quod in cæteris legibus trinum nundinum eſſe oportet.

Nundinalis, le, o. 3. ἀγοραῖος, novendialis. *Plaut. Aulul. a.* 2. *ſc.* 4. Cocus ille nundinalis eſt, in nonum diem ſolet ire coctum. Ubi ſignificatur coquus buſtuarii ordinis, quinque magis noſſet coquere cœnam feralem, qui

nono

Digitized by Google

nono die fiebat, quam iis, quorum ingenioſa eſſet gula. *Roſſ.* Alii interpretantur coquum vulgarem, & vilem, qui non niſi nundinis conducitur, cum plebs ex agris convenit. V. *Taubman.*

Nundinarĭus, a, um, πανηγυρικὸς, *da mercato*, quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum eſt. *Plin. l.* 12. *c.* 17. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. ¶ Nundinariæ epulæ dicuntur eſcaria, quæ dantur nundinas frequentantibus, h. e. mercaturam exercentibus. *Ulp. l.* 70. *Dig. pro Soc.* Cum ſocietas ad emendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquis nundinarias epulas præſtaret.

Nundinatĭo, onis, f. ἀγοραςμὸς, ἀνπωλεία, nundinandi actus, mercatura. Translate *Cic. Agr.* 2. *c.* 3. Quam denique in omnibus locis nundinationem juris, ac fortunarum fore putatis? *Id.* 3. *Verr.* Nundinatio hominum.

Nundinatitĭus, a, um, adject. *Tertull. de virg. veland. c.* 3. capita nundinatitia vocat virginum non velatarum, q. d. expoſita procorum, & amatorum oculis, & veluti venalia.

Nundinātor, oris, m. 3. ἀγοραςτὴς, πανηγυριςὴς, qui nundinas frequentat. *Feſt. in voce nundinaus:* Ne interpellarentur nundinatores. *Quintil. declam.* 121 *c.* 3. Salutis publicæ nundinator.

Nundĭno, as, a. 1. idem ac nundinor. *Firmic. l.* 6. *Math.* Quæſtus, & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nundinabit. *Capitolin. in Gordian. c.* 24. Et qui pepulerit homines, per quos antea, velut in auctione poſitus, nundinatus eſt.

Nundĭnor, aris, atus ſum, d. 1. *vendere, o comperare al mercato*, מכר, Ger. *handeln*, Gall. *marchander*, Hiſp. *venderen ferias*, πανηγυρίζω, ἀγοράζω, eſt palam vendere, vel emere, ſicut nundinis fit. Translate *Apul. l.* 10. *Metam.* Toti nunc Judices ſententias ſuas pretio nundinantur. *Cic. Verr.* 4. *c.* 49. Ab iſto pueri annorum ſenum, ſeptenumque denum ſenatorium nomen nundinati ſunt. *Sueton. in Tito c.* 7. Conſtabat, in cognitionibus patris nundinari, præmiarique ſolitum, h. e. judicia pretio, & muneribus corruptum vendere.

Nundĭnum. V. Nundinæ.

Nunquam, adv. *non mai*, לא לעולם, Germ. *zu keiner zeit*, Gall. *jamais*, Hiſp. *jamas*, οὐδέποτε, μηδέποτε, nullo tempore. *Cic.* 2. *Acad. c.* 2. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere. *Virg. Ecl.* 3. Nunquam hodie effugies. ¶ Nunquam non, ſignificat ſemper. *Suet. in Tib. c.* 69. Turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream cervice geſtavit. ¶ *Manut. in Orthograph.* monet *numquam*, & *numquid*, & *numquis*, & ſimilia in veteribus monumentis ſcripta legi per *m* ante *q*, quanquam uſus *n* retinere plerunque ſolet, quod τὸ *m* non facile eo loco pronuntiari poſſe videatur, præſertim cum hoc tempore ratio latine pronuntiandi fere omnis perierit.

Nunquando, adv. num aliquando. *Cic. de Amic.* Nunquando amici novi digni amicitia veteribus ſint anteponendi. Adde 5. *Phil. c.* 21. Alii tamen leg. diviſim *num quando*.

Nunquid, adv. *se, forſe non*, ἆραγε, ἆρα μὴ, an, nonne. *Cic.* 2. *Off.* Nunquid officium aliud alio majus ſit. *Id. de Leg.* Nunquid vos duas habetis patrias? ¶ Nunquid non, pro an non? *Senec. ep.* 90. Nunquid non pelles ferarum a frigore ſatis defendere queunt?

Nunquidnam, adverb. idem quod nunquid. *Terent. Andr.* 1. 4. 8. Ut ſciam, nunquidnam hæc turba triſtitiæ afferat. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 5. Craſſus, nunquidnam, inquit, novi?

Nunquis, quæ, quod, vel quid, nom. anom. ἆρα μήτις, num aliquis. *Cic. Att. l.* 13. Nunquis fundus in Nolano venalis ſit. *Id.* 4. *Acad.* Nunquid horum probat noſter Antiochus? *Id. Att. l.* 3. Cum me ſpectans e ſua villa, nunquid vellem, rogaſſet. *Terent. Eun.* v. 2. 52. Nunquem evocari hinc vis foras? *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 34. denique teipſum Concute, numqua tibi vitiorum inſeverit olim Natura, aut etiam conſuetudo mala. ¶ *Nunquid vis?* &, *Nunquid aliud?* formulæ ſunt diſcedentium. *Plaut. Aul.* 2. 1. 58. & *Moſtell.* 2. 1. 57. ¶ Sicubi invenitur *Nunqua*, pro *nunquis*, non ſolum incerta lectio eſt, ſed ne probabilis quidem.

Nuntĭa, vel nuncia, æ, f. quæ nuntiat. *Cic.* 1. *de Leg. ex quodam Poem.* Nuntia fulva Jovis miranda viſa figura. *Id.* 2. *de Orat. cap.* 9. Hiſtoria nuntia vetuſtatis.

Nuntiatĭo, & nunciatio, onis, f. verbale a *nuntio*, παράγγελμα. Sumitur in re augurali, pro manifeſtatione eorum, quæ augur viderit. *Cic. Phil.* 2. *c.* 30. Nos nuntiationem ſolum habemus, Conſules, & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. V. *Spectio*.

Nuntiātor, & nunciator, oris, m. *nunzio*, qui nuntiat, ἄγγελος. *Arnob. l.* 1. *ſub fin.* Chriſtus rei maximæ nuntiator. Adde *Ulp. l. Prætor ait, ff. de novi op. nunc.*

Nuntĭo, & nuncio, as, avi, atum, a. 1. *annunziare, ſignificare*, בשר, Ger. *verkundigen*, Gall. *annoncer*, Hiſp. *anunciar*, ἀπαγγέλλω, moneo, ſignifico. *Cic. Att. l.* 1. Quin celerius tibi hæc rumor, quam ullius noſtrum literæ, nuntiarit. *Id. ib. l.* 4. *ep.* 10. Miſit ad me ſtatim, qui ſalutem nuntiaret, *mandò a ſalutarmi*. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 79. Vibius nuntiavit Piſoni, Romam ad dicendam cauſam veniret. *Martial. l.* 8. *epigr.* 67. Horas quinque puer nondum tibi nuntiat. ¶ Uſurpatur interdum paſſive, varia conſtructione. *Id. l.* 11. *Fam. ep.* 12. Ita Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, fugiſſe Antonium. *Plaut. Moſtell.* 1. 3. 76. Utinam meus nunc pater mortuus ad me nuntietur. *Serv. ad Cic. l.* 4. *Fam.* Poſtquam mihi nuntiatum eſt de obitu Tulliæ tuæ. *Plin. l.* 3. *ep.* 7. Modo nunciatus eſt Silius Italicus in Neapolitano ſuo inedia vitam finiiſſe. ¶ De ratione ſcribendi hoc verbum V. in voce ſequenti.

Nuntĭus, & Nuncius, ii (utroque enim modo ſcriptum legitur in antiquis monumentis) *nunzio, meſſaggero, ambaſciadore*, מלאך, Ger. *ein mundlicher bote*, Gal. *meſſager*, Hiſp. *menſajero*, ἄγγελος, qui nuntiat. *Cic.* 11. *Att. ep.* 24. Per nuntium certiorem facit me, quid egerit. *Id.* 1. *Fam.* Domeſticarum rerum tuarum habes & ſcriptores, & nuntios. *Cæſar de B. G.* Nuntios ad Cæſarem mittit, niſi ſubſidium ſibi mitteret, diutius ſuſtinere non poſſe. ¶ Accipitur & pro ea quæ nuntiatur, *novella, ambaſciata*. *Cic.* 2. *Fam. ep. ult.* Cum nuntium optatiſſimum accepiſſem, te mihi Quæſtorem obtigiſſe. *Id.* 2. *Att.* De Q. Fratre nuncii nobis triſtes, nec varii venerunt. *Ter. Heaut.* 3. 1. 18. Nuntium apportare alicui. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. Nuntiare nuntium exoptabilem. ¶ Hoc ſenſu uſurpatur etiam in neutro genere. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 9. Ubi noctu cenſura auſpicatus, & cœlo nuntium erit, præconi ſic imperato, &c. *Catul. de Aty*, *v.* 76. Geminas Deorum ad aures nova nuntia referens. Scaliger legit *novus nuntius ferens*, reliquis Interpretibus & Criticis fere omnibus invitis. ¶ Item adjective. *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 10. Uror, habes animi nuntia verba mei. *Tibull. l.* 3. *eleg.* 4. *v.* 3. venturæ nuntia ſortis Vera monent Thuſcis exta probata viris. ¶ Nuntium uxori remittere, eſt uxorem repudiare. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 13. Uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. Adde eund. in *Top. c.* 4. & *lib.* 1. *de Orat. c.* 40. *in med.* ¶ Translate *Id.* 15. *Fam. ep.* 16. Biennium eſt, cum virtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis.

Nuper, adv. *poco fa*, Ger. *neulich*, Gal. *il n'a gueres*, Hiſp. *poco a*, νεωστὶ, ἄρτι, recenter, non longo ante tempore. *Cic.* 1. *de Or.* In quibus erat is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hoſpes meus. *Id.* 2. *de Div.* Neque ante Philoſophiam patefactam, quæ nuper inventa eſt. ¶ Superl. nuperrime. *Cic.* 1. *de Inv. cap.* 17. Et ab eo potiſſimum, quod ille nuperrime dixerit.

Nupĕrus, a, um, *nuovo*, חדש, Germ. *new*, Gal. *nouveau*, Hiſp. *nuevo*, νέος, quod recens eſt, quod nuper fuit. *Plaut. Capt.* 3. 3. 60. Recens captum hominem, & nuperum, & novitium te perdocere. *Terent. Heaut.* 1. 1. 1. nupera notitia. Alii leg. *nuper*.

Nupta, æ, ſubſt. f. *ſpoſa*, כלה, Ger. *eine braut*, Gal. *epouſe*, Hiſp. *eſpoſa*, νύμφη, mulier, quæ nupſit, *a nubo*. *Ter. Adel.* Et nova nupta eadem hæc diſcet. *Cic.* 5. *Tuſc.* Singulis Indis plures ſolent eſſe nuptæ.

Nuptĭæ, arum, f. 1. *nozze*, חתונה, Ger. *hochzeit*, Gal. *nopces*, Hiſp. *bodas*, γάμος, cæremoniæ, & hilaritates in ducendis uxoribus, *a nubo*, quod ſponſa, cum ad maritum deduceretur, faciem flammeo noberet, hoc eſt, velaret, quemadmodum Ælium, & Cincium ſcripſiſſe, auctor eſt *Feſtus*, & ſcriptum etiam reperitur apud *Varronem l.* 4. *de L. L. Ter. Andr.* 1. 3. 34. In hunc diem ſunt conſtitutæ nuptiæ. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 54. Renuntiare repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis. *Cic. ad Q. Fr.* Apud Pompeium in ejus nuptiis eram cœnaturus. ¶ Per Synecdochen hæc vox uſurpatur pro conjunctione maris, & fœminæ, *matrimonio*. *Cic. pro Cluent.* Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt, erant enim non matrimonii dignitate, ſed ſceleris ſocietate conjunctæ. *Id. Att. l.* 13. *ep.* 29. Mulier vetula multarum nuptiarum. *Horat. l.* 3. *od.* 11. Nuptiarum expers. *Nepos in Attic. c.* 5. Conciliare nuptias. & *c.* 12. Nuptiarum conciliator, *ſenſale di matrimoni*. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 1. *n.* 9. Nuptiis inter ſe jungi. ¶ Metonymice accipitur pro copula Venerea. *Juſtin. l.* 31. *c.* 6. Novis quotidie nuptiis deditus erat. *Petron. in Satyr.* Nuptias facere.

Nuptĭālis, & le, o. 3. *nuziale*, Germ. *hochzeitlich*, Gall. *nuptial*, Hiſpan. *nupcial*, γαμικὸς, quod ad nuptias pertinet. *Cic. pro Cluent. c.* 6. Non timuiſſe, ſi minus vim Deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales? Et *c.* 9. Nuptialia dona. *Plaut. Curc.* 3. 1. 61. Nuptialis cœna.

Nuptiālĭter, adv. γαμικῶς, more nuptiarum. *Martian. Capell. l.* 6.

Nuptiarĭus, a, um, nuptialis, ut Nuptiarium donum. *Paul. Dig. l. ult. tit. penult. leg.* 194.

Nuptiātor, oris, m. qui nuptias celebrat. *Hieron. adverſ. Jovin. l.* 1. *c.* 25.

Nupto, as, frequentat. a nubo. *Tertul. in Sodoma*, *v.* 43. Quo nullæ nuptant animæ.

Nupcŭla, æ, f. parva nupta. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 330. Pueri obſcœnis verbis novæ nuptulæ aures returant.

Nupturĭo, is, n. 4. γαμησείω, nubere cupio. *Martial. l.* 3. *epigr.* 93. Gaudes ducentas nupturire poſt mortes. *Apul. in Apol.* Sponte eam diceres ſine ulla magia jam olim nupturiſſe.

Nuptus, a, um, *maritato*, חתן, Ger. *die gefreyet hat*, Gall. *marié*, Hiſp. *caſado*, γεγαμημένος, matrimonio conjunctus. *Cic. pro Sext.* Ex qua hic eſt puer, & nupta jam filia. *Id. Verr.* 5. *c.* 13. Mulier nupta uni, propoſita omnibus. ¶ *Nupta verba*, obſcœna, qualia ſunt mulierum, quæ viro traditæ verecundiam dedidicerunt, quæ non licebat virginibus dicere, a *nubo*, quia nutat copula Venerea conjungi. *Feſt. Plaut. Dyſcolo*, referens *Feſto:* Virgo ſum, nondum didici verba nupta dicere. ¶ Videtur *Plautus* ſubſtantive uſurpaſſe *nuptus*, i, *Caſ.* 5. 1. 5. ubi ait: Lubet Chalinum quid agat ſcire novum nuptum cum novo marito.

Nuptus, us, m. *maritaggio*, γάμησις, nubendi actus. *Caſ.* 3. *B. G.* Et ſorores ſuas nuptum in alias civitates collocaſſe. *Plin. de viris illuſt. c.* 39. Eo die Numantini forte ſolemni nuptu filias locabant. Adde *Caſ. l.* 4. *c.* 3.

Nurſĭa, æ, f. 1. *Norcia*, urbs parva Italiæ, in Sabinis. ¶ Item urbs Piceni, a *Virg.* 7. *Æn.* frigida dicta.

Nurſīnus, a, um, adject. a Nurſia oppido. *Martial. l.* 13. *epigr.* 20. Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

Nurus, us, f. *nuora*, כלה, Germ. *des ſohns weib*, Gall. *bru*, *belle fille*, Hiſp. *nuera*, νυὸς, ἐννὸς, filii uxor, a Græco nomine allato, *r* inſerto. *Cicer.* 2. *Phil.* Mater amicam impuri filii, tanquam nurum ſequebatur. ¶ Poetæ nurum ſæpe univerſim pro fœmina uſurpant. *Ovid.* 2. *Met. v.* 366. Et nuribus mittit geſtanda Latinis.

Nuſpĭam, adv. in nullo loco, a *ne*, & *uſpiam*. *Gel. l.* 3. *c.* 4. Librarius in quodvis pignus vocabat, ſi in una nuſpiam litera delictum eſſet. Al. leg. *ſi in una uſpiam*.

Nuſquam, adv. *in niun luogo*, Germ. *nienen*, Gall. *en nul lieu*, Hiſp. *en ningun lugar*, οὐδαμοῦ, in nullo loco, a *ne*, & *uſquam*. *Cic. de Sen.* Nolite arbitrari, me, cum a vobis diſceſſero, nuſquam, aut nullum fore. *Id.* 4. *Acad. c.* 35. Illud ſit diſputatum non inaſſe in his propriam, quæ nuſquam alibi eſſet, veri, & certi notam. *Ter. Adelph.* 4. 2. Fratrem nuſquam invenio gentium. ¶ Nuſquam non, eſt ubique. *Plin. l.* 24. *c.* 1. Parente rerum nuſquam non remedia diſponente homini. ¶ Uſurpatur etiam cum verbis motus. *Id. Eun.* 2. 2. 50. Profecturus alio fueras. P. Nuſquam. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 4. Nuſquam ventum, aut abitum ſine cauſa putetur.

Nutabĭlis, le, adject. nutans, vacillans. *Apul. de Deo Socrat.* Regni nutabilis ſuggeſtus.

Nutabundus, a, um, adject. nutans. *Solin. c.* 27. Capite nutabundo.

Nutāmen, inis, n. nutatio. *Stat. l.* 2. *v.* 399. Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.

Nutatĭo, onis, f. νεῦσις, actus nutandi. *Plin. l.* 11. *c.* 37. A cerebro proficiſcitur ſomnus, hinc capitis nutatio. ¶ Translate *Plin. alter in Paneg. c.* 3. Nutatio Reipublicæ.

Nuto, as, n. 1. νευςάζω, frequenti capitis inclinatione aliquid ſignifico, freq. a *nuo*. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. ¶ Translate accipitur pro moveri, vacillare, ruinam minari. *Liv. l.* 4. *c.* 37. Altera ex parte nutant circumſpectantibus galeæ, & incerti trepidant. *Cic.* 6. *Verr.* Illud ſignum nutabat. ¶ Item pro dubitare. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Mihi quidem etiam Democritus nutare videtur in natura Deorum.

Nutribĭlis, le, adject. qui nutrire poteſt, ut cibi nutribiles, apud *Cal. Aurel. Tard.* 4. *c.* 3.

Nutricatĭo, onis, f. idem ac nutritio. *Gel. l.* 12. *c.* 1. Ne ad dolores, quos in enitendo tuliſſet, munus quoque nutricationis grave, ac difficile accederet. *Apul. l.* 2. *degm. Plat.* Puerorum nutricationes.

Nutricātus, us, m. idem ac nutricatio. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 47. Non modo non evellenda in nutricatu, ſed etiam non calcanda. *Plaut. Mil.* 3. 1. 54. Plane eductus in nutricatu Venereo.

Nutricĭa, orum, n. merces nutricis, θρεπτήρια. *Ulp. l.* 1. *fin. §. de variis, & extraordinariis cognitionibus*. Nutricia eo uſque producemus, quoad infantes uberibus aluntur.

Nutricĭum, ii, n. idem ac nutricatio, vel munus nutricationis. *Senec. de conſolat. ad Helv. c.* 17. Illius pio, maternoque nutritio per longum tempus æger convaluit. *Arnob. l.* 3. Nutricia ducere ab aliquo.

Nutricĭus, vel Nutritius, ii, m. *ajo, balio*, τροφεὺς, qui nutrit, qui educat. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 108. Nutritius ejus pueri eunuchus, nomine Pothinus. ¶ Adjective *Colum. l.* 3. *c.* 13. Nutricio ſinu recipere. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. Qui Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutricium, qui Romulum, & Remum educavit.

Nutri-

Digitized by Google

Nutrico, as, avi, atum, a. 1. idem ac nutrio, vel educo. *Plaut. Merc.* Nec pecus rori paſcere, nec pueros nutricare. *Varr. l. 2. R. R. c. 13.* Quod iis Sole nutricantur. *Col. l. 8.* Nam ſuburbanus lactens porcus aere nutricandus eſt.

Nutricor, aris, atus ſum, d. 1. idem ac nutrico. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 34.* Omniaque, ſicut membra ſua, & partes ſuas nutricatur, & continet.

Nutricŭla, æ, f. diminut. parva nutrix. *Horat. l. 1. epiſt. 4. v. 8.* Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Suet. in Aug. c. 94.* Repoſitus in cunas a nutricula. ¶ Translate *Juven. ſat. 7. v. 148.* Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum. *Cicer. 11. Phil.* Ut haberent aliquorum nutriculas præDiorum.

Nutrīmen, inis, n. idem ac nutrimentum. *Ovid. 15. Met. v. 354.* Naturæque ſuum nutrimen deerit edaci.

Nutrimentum, n. 2. *nutrimento*, מְכַלְכֵּל, Germ. *nahrung*, Gall. *nourriture*, Hiſp. *nutrimento*, τροφή, alimentum. *Virg. 1. Æn. v. 176.* arida nutrimenta ignis. ¶ Translate *Cic. in Orat.* Sed quod educata hujus nutrimentis eloquentia eſt. ¶ Accipitur & pro ipſa nutritione. *Suet. in Aug. cap. 6.* Nutrimentorum ejus oſtenditur adhuc locus in avito ſuburbano juxta Velitras permodicus. ¶ Item pro eo, qui alitur. *Val. Max. l. 9. c. 3. de filiis Annibalis.* Digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ ſuæ, ut evenit, converterentur.

Nutrĭo, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. *nodrire*, הֵכִיל, Ger. *ernehren*, Gall. *nourrir*, Hiſp. *ſuſtentar*, τρέφω, educo, alo, & propria parvulorum eſt, ut creſcant. *Plin. l. 11. c. 40.* Balænæ, vituliique mammis nutriunt fœtus. ¶ Dicitur etiam translate de rebus incorporeis. *Col. l. 12. c. 30.* Eo ſæpius convenit, vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. h. e. vini curam habere. *Ovid. l. 3. de ar. am.* longum male nutrit amorem. *Celſ. l. 3. c. 23.* nutrire vires, *encourager le forces*. *Id. l. 5. c. 26.* Nutrire ulcus.

Nutrior, iris, d. 4. idem ac nutrio. *Virgil. 2. Georg.* Hoc pinguem, & placidam paci nutritor olivam. ideſt nutrito, vel nutrias.

Nutrītor, oris, maſc. *nutritore*, *nutricatore*, τροφεύς, qui nutrit. *Stat. 10. Theb. v. 228.* Volucrum nutritor equorum. *Suet. de cl. Gram. c. 7.* M. Antonius Gnypho ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, a nutritore ſuo manumiſſus.

Nutritorius, a, um, adject. nutricius, qui nutrit. *Theod. Priſcian. de Diæta, c. 3.* Lac omne nutritorium eſt.

Nutrītus, us, m. idem ac nutrimentum. *Plin. l. 30. c. 20.* Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu toleravere.

Nutrītus, a, um, *nodrito*, partic. a nutrior. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 11.* nutritus lacte ferino.

Nutrix, icis, f. *nodrice*, *balia*, מֵינֶקֶת, Germ. *eine ſeugamme*, Gal. *nourice*, Hiſp. *ama*, τιθήνη, mulier, quæ nutrit. *Cic. 3. Tuſc. c. 1.* Ut pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. *Horat. l. 1. od. 22.* Terra leonum arida nutrix. ¶ Sumitur ſæpe translate. *Cicer. in Or.* Eſt enim illa quaſi nutrix ejus Oratoris, quem informare volumus. *Claudian. lib. 1. in Rufin.* Diſcordia belli nutrix. ¶ Nutrices pro mammis, quod iis pueri nutriuntur. *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v. 18.* Nymphas nutricum tenus extantes e gurgite vaſto. ¶ *Plin. l. 17. c. 10.* loquens de arborum ſatione, nutricem vocat eam terram, in quam tenella germina deponuntur, alio deinde transferenda, cum adoleverint. *Plaut.* quoque *Trinum. 2. 4. 121.* nutricem appellat agrum, ex quo quis alimenta habet.

Nutus, us, m. *cenno*, νεῦμα, ſignum, quod fit oculis, vel capite, vel manibus. *Virg. 9. Æn.* Et totum nutu tremefecit Olympum. *Cic. ad Brut. l. 11. ep. 22.* Nutu tuus poteſt hominem incolumem in civitate retinere. ¶ Per Metonymiam ponitur pro voluntate, quæ hujuſmodi ſignis declaratur, ſive affirmando, ſive negando. *Cic. pro Quinct.* Si fas eſt reſpirare P. Quinctium contra nutum, ditionemque Nævii. *Id. in Or.* Ad alicujus arbitrium, nutumque totum ſe fingere, & accommodare. ¶ Translate dicitur de rebus inanimatis. *Cic. 1. de Or. c. 43.* Auctoritate, nutuque legum docemur coercere cupiditates. ¶ Item ſumitur pro vergentia, & proclivitate. *Cic. 1. Tuſc. c. 17.* Ut terrena, & humida ſuopte nutu, & ſuo pondere ad pares angulos in terram, & in mare ferantur. ¶ Item pro nutatione, motu, ruina. *Val. l. 6. Arg.* Quin gravior, nutuque cadens exterruit Idam.

Nux, ucis, f. 3. *noce*, κάρυον, arbor omnis, quæ fructus edit duro operimento, ut juglans, avellana, caſtanea, pinus, amygdalus, & hujuſmodi, item fructus, qui ab hiſce arboribus producitur. *Plin. l. 16. cap. 25.* Germinant ulmus, ſalix, alnus, nuces. *Cic. 2. de Orat.* Tum at diceret, ſi quid vellet, ſi nucem fregiſſet. *Sueto. in Aug. c. 83.* Ludere nucibus. ¶ Differt nux a pomo, quod nux dicitur de iis, quæ duro operimento teguntur, pomum de iis proprie, quæ mollem habent corticem. Sed tamen aliquando pomum pro nuce accipitur. *Plin. l. 15. c. 22.* Ab his locum amplitudine vindicaverunt, quæ ceſſere auctoritati, nuces juglandes. Et *paulo poſt*: Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit. ¶ Nucum plura genera ſunt, ut nux juglans, nux avellana, nux Indica, nux amara, nux caſtanea, &c. apud *Celſ. Plin. variis in locis*, *Virg. & Macrob.* ¶ *Qui e nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem*, a *Plaute in Curc. 1. 1. 55.* proverbialiter dictum eſt. V. *Nucleus*. ¶ *Nuces relinquere*, eſt omiſſis ſtudiis, ac nugis puerilibus ad graviora, magiſque ſeria converti. Ductum eſt a puerorum luſibus, qui nucibus peraguntur. *Perſ. ſat. 1. v. 10.* Et nucibus facimus quæcunque relictis. ¶ *Nux caſſa*, ponitur pro quavis re minima, & nullius pretii. *Horat. l. 2. ſat. 5.* Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te Contemptum caſſa nuce pauperet. Sic nux *vitioſa* apud *Plaut. Mil. 2. 3. 45.* ¶ *Nil extra eſt in nuce duri*, proverb. apud *Horat.* V. *Olea*. ¶ Spargere nuces ſolemne erat in antiquorum nuptiis, cujus rei cauſam quidam eſſe ajunt, quia dum eæ ſpargerentur, & a pueris colligerentur, non poteret exaudiri vox puellæ virginitatem deponentis: alii quod nuces ad concitandam Venerem aptæ ſint: alii denique quia nux duplici protecta operimento calycis, & putaminis ſignificat fœtum in matris utero contectum; quod ſcriptum fuit a *Plin. l. 15. c. 22.* Hinc *Virg. Ecl. 8.* Sparge marite nuces.

N ANTE Y.

Nyctălops, opis, o. 3. νυκτάλωψ, ſignificat eum, qui noctu quidem ſatis cernit, at diu cæcus eſt, a νύξ, nox & ὤπτομαι, video. *Theodor. Priſcian. l. 1. c. 10.* Nyctalopes vero, qui per noctem vident, & per diem obſcuritatem patiuntur. ¶ *Plinius* tamen nyctalopas vocat eos, qui interdiu ſatis, veſpere minus, aut nihil vident; ait enim *l. 8. c. 50. de caprino ſevo*. Reſtituit veſpertinam aciem his, quos nyctalopes vocant. Adde *l. 28. c. 11.* ¶ Eſt etiam nomen herbæ. V. *Chenomychon*.

Nyctegrĕton, νυκτέγρετον, V. Chenomychon.

Nictĕis, idos, patronym. fem. *Propert. l. 1. eleg. 4. v. 3. 5.* Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, &c. *h. e.* filiæ Nyctei Ægypti regis.

Nyctēlius, vel Nyctĕlius, i, νυκτέλιος, cognomen Bacchi, a νύξ, *nox*, & τελέω, *perficio*, quod noctu ſacra ejus peragebantur. *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 567.* Nycteliumque patrem, nocturnaque ſacra precara. ¶ Nyctelius latex, pro vino, apud *Senec. Oedip. v. 492.* ¶ Nyctelia ſacra, *h. e.* Orgia. *Serv. ad 4. Æn. v. 302.*

Nycteus, m. 2. Νυκτεύς, filius Neptuni ex Celæne Atlantis filia, Rex Æthiopiæ. Ex Amalthea Cretenſi Nympha Antiopam, & Nyctimenen ſuſcepit. Ferunt, Nycteum a Nyctimene turpi amore adamatum, cum eadem nutricis opera ignarum concubuiſſe, ſed ſcelere cognito Nyctimenen occidere voluiſſe, illam vero fugientem miſeratione Minervæ in avem ſui nominis verſam eſſe, & in ipſius tutelam ſuſceptam. *Ovid. 2. Met.* Sed alii contra dicunt, patrem filiæ amore captum fuiſſe, filiam fugiſſe, ne flagitium patraretur. ¶ Eſt etiam *Nycteus* unus ex equis Plutonis. V. *Alaſtor*.

Nyctimĕne, es, f. 1. Νυκτιμένη, filia Nyctei, & Amaltheæ, quæ, quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoſcens in ſylvas aufugit, & Minervæ miſeratione in avem converſa eſt, quæ a Græcis etiam γλαύξ, a Latinis *noctua* dicitur, a νύξ, *nox*, & μένω, *maneo*, quaſi noctem manens. *Ovid. 2. Met. v. 591.*

Nyctostratēgus, i, νυκτοστράτηγος, Præfectus vigilum, qui noctu urbem perluſtrant publicæ quietis cauſa. *Arcad. l. ult. ff. de mun. & honor.*

Nympha, æ, & Nymphe, es, fem. *Ninfa*, Νύμφη, Dea præſes aquæ, a νύμφη, aqua, quod a νέω, *moveo*, & φαίνομαι, *appareo*. *Cic. pro Mil.* Ædem Nympharum incendit. *Ovid. 1. Metam. v. 744.* Officioque pedum Nymphe contenta duorum. ¶ Poetæ fabulati ſunt, Nymphas eſſe filias Nerei, & Doridis. At *Catul. carm. 83.* (al. 86.) Non genitor Nympharum abluit Oceanus. ¶ Veteres credebant, Nymphas, ſi conſpicerentur, furorem immittere. Unde furioſi Græcis νυμφόληπτοι, Latinis *lymphati*, a lympha, quod a νύμφη. *Feſt.* ¶ Per Catachreſin Nymphæ dicuntur etiam Deæ montium, quæ proprio nomine *Oreades* ſunt appellandæ, item Deæ præſides arborum, & ſylvarum, quæ *Dryades*, & *Hamadryades*. ¶ Nympha etiam ſponſam ſignificat, ſive novam nuptam. *Ovid. ep. 1. v. 27.* Grata ferunt Nymphæ pro ſalvis dona maritis. ¶ Dicuntur & nymphæ apes, cum primum formam cœperint habere. *Plin. l. 11. c. 16.* ¶ *Nymphabus* in dativo plurali legitur in *Vet. Inſcript.* apud *Spon. in miſcell. antiq. pag. 32.* V. Alma.

Nymphæa, æ, fem. *ninfea*, νυμφαία, herbæ genus, al. *heraclion*, & Officinis *nenuphar*, in paludibus naſcens, & locis ſtagnantibus, a *nympha*, hoc eſt aqua, quod aquis gaudeat. Venerem extinguit. *Plin. l. 25. c. 7. & l. 26. c. 10.*

Nymphēum, i, n. νυμφαῖον. Nymphea dicebantur loca publica, in quæ aqua, non ad uſum, ut in thermis, ac balneis, ſed ad amœnitatem deduceretur. *Jul. Capitol. in Gordian. c. 32.* Opera Gordiani Romæ nulla extant præter quædam Nymphea, & balneas. ¶ Item templum Nympharum. *Plin. lib. 35. c. 12. de quodam opere fictili.* Eumque ſervatum in Nymphæo, donec Corinthum Mummius everteret. ¶ Eſt etiam hoc nomine promontorium, & portus in ora Liburniæ, non longe a Liſſo oppido. *Plin. l. 3. c. 22. Cæſ. l. 3. B. C. c. 26.*

Nymphæus, m. 2. *Sturace*, fl. Latii, qui fluit apud Circæos poſt Aſturam, & apud Foſſam novam. *Plin. l. 3. c. 5.*

Nysa, ſeu Niſſa, æ, vel Nyſæ, arum, f. urbs Arabiæ, in ea parte, quæ Ægypto conterminα eſt, apud quam, ut *Diodorus* ait, Bacchus educatus a Nymphis fuit, unde & Nyſeus dictus eſt, & Dionyſius, a Jove ſc. & Nyſa urbe. ¶ Nyſa item urbs Indiæ eſt. a Baccho condita, & appellata, ad Indum fl. ſub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. *Juſtin. l. 12. c. 7.* ¶ Plures etiam aliæ urbes, vel oppida hoc nomine numerantur, in Ægypto, in Caria, in Jonia, in Lycia, in Thracia, in Bœotia, in Helicone, &c. ¶ Eſt & mons Peloponneſi, & Armeniæ, & Indiæ apud Nyſam urb. *Virg. 6. Æn. v. 806.*

Nysæus, a, um, νυσαῖος, adject. a Nyſa urbe, & monte ſignificat ea, quæ ad Bacchum pertinent. *Propert. l. 3. eleg. 17.* Indica Nyſæis arma fugata choris. *Silius l. 7. v. 198.* Feſtas Nyſæo redimivit palmite menſas. ¶ Nyſæi præterea ſunt Nyſæ incolæ. *Cic. l. 13. Fam. ep. 64.* Deinde Nyſæos, quos Nero in primis habet neceſſarios.

Nyseïus, a, um, adject. Nyſeus. *Lucan. l. 8. v. 801.* Et juga tota vacant Bromio Nyſeia.

Nyseus, m. 2. per duas ſyllabas, Νυσεύς, cognomen Bacchi, a Nyſa urbe Arabiæ, ubi educatus eſt. *Ovid. 4. Met. v. 13.* Additur his Nyſeus, indetonſuſque Thyoneus.

Nysiacus, a, um, ad Niſeum, ſeu Bacchum pertinens. *Martian. Capell. initio l. 2.* Hæc quoque Nyſiacis quod ſparſam floribus ardet, Multiplici ambitum redimitur lumine ſertum. *h. e.* corona Ariadnes a Baccho in cœlum translata.

Nysias, adis, f. patronymicum a Nyſeo, hoc eſt Baccho. *Ovid. 3. Faſt. v. 769.* Nyſiades Nymphæ, puerum quærente noverca, Hanc frondem cunis oppoſuere novit.

Nysigĕna, æ, m. Nyſæ natus, ut Nyſigenæ Sileni, qui una cum Baccho Nyſæ educati. *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v. 252.*

Nysius, a, um, Nyſæus. *Arnob. l. 5. pag. 176.* Nyſius, & Semeleius Liber.

DE LITTERA O.

O, ō, ô, adv. vocandi. Conſtruitur cum vocativo. *Cic. lib. 10. Fam. ep. 26.* O mi Furni, quam tu cauſam tuam non noſti. *Id. in Catil.* Eſt mihi tanti, o Quirites. ¶ Item adv. optandi, idem ac utinam. *Virg. 2. Ecl.* O tantum libeat mecum tibi ſordida rura, atque humiles habitare caſas. ¶ Aliquando utrunque conjungimus, ita tamen, ut o præcedat, *utinam* ſequatur. *Ovid. in ep. 1. v. 5.* O utinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat, obrutus inſanis eſſet adulter aquis. ¶ Jungitur quoque ei particula *ſi*. *Virg. 11. Æn.* Quanquam o ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet. ¶ Eſt etiam interjectio exclamantis. Et adjungitur vel nominativo. *Ter. Phorm. a. 2. ſc. 2.* O vir fortis, atque amicus. ¶ Vel acc. *Cic. 3. de Or.* O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam. ¶ Vel vocat. *Cicer. in Piſon.* O paterni generis oblite, materni vix memor. ¶ Item admirantis, ô. *Juven. ſat. 10.* O qualis facies, & quali digna tabella. *Ter. Eun. 2. 3.* O faciem pulchram! ¶ Item dolentis, ô. *Cic. Att. l. 14. ep. 4.* O me perditum, o me afflictum. ¶ Item indignantis. *Cic. in Catil.* O tempora, o mores. ¶ Item exultantis. *Ter. Andr. 1. 1.* O factum bene, beaſti me. ¶ Item irridentis. *Cic. 3. Phil.* O præclarum cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum. ¶ Item optati adventus, aut repente perculſi. *Ter. Andr. 4. 6.* O Myſis, ſalve. ¶ Interdum o omittitur. Et, ſicut docet *Donatus*, majoris ſtuporis eſt ſententia hoc modo pronuntiata, & quandoque melius ſonat. *Cic. in Piſon.* Miſerum me, cum hæc me peſte, atque labe confero. *Id. Att. lib. 10.* Me cæcum, qui hæc ante non viderim.

O ANTE A.

Oarion, onis, m. idem quod Orion. *Catul. carm. 67. v. ult. de coma Beren.* Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

Oasēnus, a, um, adjectiv. ab Oaſi, ut Oaſena deportatio. *Leg. un. Cod. Theodoſ. de Nili aggeribus.*

Oaſis,

Digitized by Google

Oaſis, it, locus deſertus inter Ægyptum & Libyam, quo fontes exilii cauſa deportabantur. *l. ult. Cod. de Pœnis*.

Oaxes, is, m. Ὄαξις, fluvius Cretæ, a quo civitas Oaxia. Varro (*Atacinus*) hoc docet: Quos magno Anchiala partus adducta dolore, Et geminus capiens tellurem Oaxida palmis. Ita *Vibius Sequeſter de fluminib.* &c. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 66. Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem. Varronis locum affert etiam *Servius* hic: negat tamen, in Creta eum fluvium eſſe, ſed in Meſopotamia, vel Scythia, ubi velocitate ſua rapiens albam terram, turbulentus efficitur. Unde *rapidum cretæ* dixit, quod cretam rapiat, h. e. terram albam. *Idem ad Ecl.* 5. *v.* 24. ait, Virgilium, exemplo Theocriti, ut oſtendat ruſticam ſimplicitatem, multa aliter, quam res habent, dicere. Ita & *Aſſarum Aracyntum* dixiſſe, cum non ſit Athenienſis, ſed Thebanus, & *Cretæ Oaxem*, cum in Scythia ſit.

O ANTE B.

Ob, *per cagione*, על, Ger. *von*, *wegen*, Gal. *pour*, Hiſp. *por*, διά, ἕνεκα; pro, propter, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 23. Aut ob avaritiam, aut miſera ambitione laborat. *Cic. de nat. Deor.* Ob eam ipſam cauſam Erichtheus Athenis colitur. *Id.* 4. *Verr.* A quo pecuniam ob abſolvendum acceperis. ¶ Accipitur etiam pro *ante*. *Cic. pro Rab.* Ob oculos mihi ſæpe mors verſata eſt. ¶ Apud veteres etiam pro *ad* ponebatur. *Cic. l.* 9. *Fam. ep. ult. referens verba veteris cujuſdam poetæ*. Cujus ob os Graii ora obvertebant ſua. ¶ Ob rem, *non in darno*. *Ter. Phorm.* 3. 2. 40. Non pudet vanitatis? Do. Minime, dum ob rem. *Salluſt. in Jug. c.* 31. Id fruſtra, an ob rem faciam, in manu veſtra ſitum eſt.

Obacerbo, as, a. 1. idem quod exacerbo. *Feſt.*

Obacerare eſt obloqui, atque alterius ſermonem moleſte impedire; quod ſumptum videtur a paleis, quas Græci ἄχυρα vocant: vel a Latino *acus*, *aceris*. Al. leg. *obacerare*, *Feſt.*

Obæratus, a, um, *indebitato*, *debitore*, Germ. *viel ſchuldig*, Gal. *endetté*, Hiſp. *empenando*, ὑπόχρεως, qui ære accepto jam obligatus eſt, quaſi ære alieno aſtrictus, & debitor ad aliquid operandum. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 4. Omnes clientes, obæratoſque ſuos eodem conduxit. *Tacit.* 6. *Ann. c.* 17. Quanto quis obæratior, ægrius diſtrahebant.

Obagito, as, a. 1. agito, exagito. *Enn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 605.

Obambulatio, nis, f. *paſſeggiamento*, הליכה, Ger. *ſpatzierung*, Gall. *promenade*, Hiſp. *paſſeo*, περίπατος, actus obambulandi. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 19. Obambulatio hominum conturbat.

Obambulo, as, avi, atum, n. 1. *paſſeggiare*, הלך, Germ. *ſpatziren*, Gal. *ſe promener*, Hiſp. *paſſear*, περιπατεῖν, adverſus alios ambulo, ut inquit *Feſtus*, vel circumeo, ultro citroque per aliquem locum diſcurro. Conſtruitur vel abſolute. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 459. Cum ſolus obambulet ipſa. ¶ Vel cum acc. *Ovid. l.* 14. *Met.* Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Virg.* 3. *Georg.* Nec gregibus nocturnus obambulat. Ubi *Servius* exponit, *obambulat*, pro inſidiatur. *Liv. l.* 46. Obambulare muris cœpit. ¶ Vel addita prœpoſit. *Id. l.* 25. *c.* 39. Milites obambulantes inter vallum, portaſque. ¶ Interdum accipitur pro ſimul ambulo. *Sueton. in Tiber. c.* 15. Secretum petenti non niſi adhibito Druſo filio dedit, dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad peragebatur ſermo, continuit.

Obarator, oris, m. arator. *Fabius Pictor* apud *Serv.* 1. *Georg.* Flaminem Cerealem invocaſſe Deum obaratorem.

Obardeo, es, n. 2. exardeſco, inflammor. *Stat.* 9. *Theb. v.* 856. torvo clypei metuendos obarſit Luce Dryas.

Obareſco, is, arui, n. 3. περιξηραίνομαι, circumquaque areſco. *Lactant. de opif. Dei, c.* 10. Membrana illa (oculi) quam ſiccari, & obareſcere non oportet. Quædam MSS. habent *areſcere*.

Obarmatus, a, um, adject. armatus, munitus. *Apul. l.* 3. *A. A.* Oculi ad vigilias obarmati.

Obarmo, as, avi, atum, a. 1. idem quod armo. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Amazonia ſecuri dextras obarmet.

Obaro, as, avi, atum, a. 1. περιαρόω, circum aro, vel arando excolo. *Liv. l.* 23. *c.* 19. Et cum hoſtes obaraſſent quidquid herbidi extra murum eſt.

Obater, tra, trum, ὑπομέλας, quodammodo ater, ſubater. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Naſcens Luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget.

Obatreſco, is, n. 3. ater fio. *Jul. Firmic. in præfat. Aſtron.* Lacus liventibus ſpumis obatreſcit.

Obaudio, is, a. 4. idem ac obedio, teſte *Feſto*. *Apul. l.* 3. *Metam.* Secreta, quibus obaudiunt Manes. *Tertul. lib.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 2. Adam non obaudiit.

Obauratus, a, um, adject. *indorato*, inauratus. *Apul. l.* 11. *Met.* Alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte, mundoque pretioſo.

Obba, æ, f. 1. vas vinarium, amplum, & ventricoſum, ab אוב, quod utrem, aut dolium ſignificat. *Non. c.* 5. *n.* 597. definit poculi genus ex ligno, vel ex ſparto. *Varr.* apud *eund. ib.* Utrum meridie, an veſperi libentior ad obbam accedas. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 148. Vejentanumque rubellum Exhalet vapida læſum pice ſeſſilis obba.

Obbatus, a, um, in obbæ figuram factus. *Apulej. l.* 10. *Metam.* Caſtor & Pollux, quorum capita caſſides obbatæ, ſtellarum apicibus inſignes contegebant. Apud *Helmenhorſt.* legitur *obata*, unde quidam ſuſpicantur legendum *ovata*. Apud *Pricæum* eſt *avata*.

Obbibo, is, a. 3. idem ac bibo, vel celeriter bibo. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 40. Qui cum conjectus in carcerem triginta juſſu Tyrannorum venenum ut ſitiens obbibiſſet. *P. Victor.* & *Gruter.* ex MSS. quampluribus leg. *obduxiſſet*.

Obblatero, as, a. 1. idem quod blatero. *Apul. l.* 9. *Met.* His & aliis ſimilibus affaniis fruſtra obblateratis. Alii leg. *adblateratis*.

Obbruteſco, is, n. 3. *perder la ragione*, ἄλογος γίνομαι, eſt brutum fieri, ſenſum, rationem, vitam amittere. *Luc. l.* 3. *v.* 526. An contracta ſuis e partibus obbruteſcas. *Afran.* apud *Feſt.* Non poſſum verba facere, obbrutui. h. e. obſtupui, ut idem *Feſtus* exponit.

Obcæcatio, vel Occæcatio, onis, f. idem eſt ac occatio, h. e. occultatio ſeminis terræ superinducta. *Serenus* apud *Non. c.* 1. *n.* 306. Occatio occæcatio eſt. *Id. Nonius alio in loco*. Occæcationem ab occæcatis ſeminibus, qua id efficitur, dici, M. Tullius voluit de Senectute. V. *Obcæco*.

Obcæcatus, a, um, *acciecato*, idem ac cæcatus. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 1. Quod ego negotium non ſtultitia obcæcatus, ſed verecundia deterritus non recuſavi. ¶ Scribitur aliquando *occæcatus*. *Cic.* 1. *Pis. c.* 10. Occæcati cupiditate non provident. *Plaut. Men.* 1. 2. 67. Solem vides, ſatin' ut occæcatus eſt præ hujus corporis candoribus?

Obcæco, & Occæco, as, avi, atum. a. 1. *acciecare*, *affuſcare*, ἐπισκοτεῖν. *Liv. l.* 33. *c.* 7. Denſa caligo occæcaverat diem. ¶ Obcæcare foſſas, eſt obtegere ne pateant. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ubi ſolutior eſt humus, aliquæ ſiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. ¶ Occæcare ſemen, eſt occultare, terra obruere. *Cicer. de Senect. c.* 15. Terra cum ſparſum ſemen excepit, primum id occæcatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt. ¶ Tranſlate *Liv. l.* 3. *c.* 37. Occæcat animos fortuna. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 80. Obſcura narratio totam obcæcat orationem.

Obcædes, is, f. idem ac cædes. *Plaut. Stich.* 3. 4. 52. Ohe, jam ſatis: nolo obcædes. h. e. nolo hic quicquam tragicum, & cruentum. Alii aliter legunt. *Taubman.*

Obcæno, as, idem quod cæno. *Plaut. in fragm.* apud *Var. lib.* 6. *de L. L.* De lumbo obcœnabis.

Obcaleo, es, lui, n. 2. circumcaleo. *Celſ. l.* 4. *c.* 27. Intereſt, an tumor etiam obcaluerit. Et *infra*. Si tumores obcaluerunt, & dolent.

Obcallatus, & Occallatus, a, um, *incallito*, callo obductus. *Senec. ſub fin. l.* 4. *quæſt. nat.* Quid ſentire poſſunt emortuæ fauces, & obcallatæ cibis ardentibus?

Obcalleſco. V. Occaleſco.

Obcantatus, a, um, nom. ex particip. incantatus, veneficio læſus, *ammaliata*. *Apul. Apolog.* Mulier obcantata, vecors, amans, amare.

Obcanto, as, avi, atum, a. 1. incantamentis devincio, lædo, *ammaliare*. *Paul. JCtus l.* 5. *Sentent. tit.* 23. *n.* 9. Qui ſacra impia, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, &c.

Obcenſus, a, um, accenſus, uſtus. *Enn.* apud *Feſt. in voce Ob*. Omnes occiſi, obcenſique in nocte ſerena.

Obditus, a, um, adject. *ferrato*, occluſus. *Plin. l.* 6. *c.* 11. Ubi fores obditæ ferratis trabibus.

Obdo, is, didi, ditum, a. 3. *opporre*, German. *vorthun*, Gall. *oppoſer*, Hiſp. *oponer*, ἐπιτίθημι, oppono, ex *ob*, & *do*. *Terent. Eun.* 3. 5. 55. Peſſulum oſtio obdo. *Plaut. Caſ.* 5. 1. 15. Forem obdo, ne ſenex me opprimat. h. e. claudo. *Senec. epiſt.* 31. Sapiens eris, ſi clauſeris aures, quibus ceram parum eſt obdere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 59. nullique malo latus obdit apertum.

Obdormio, is, n. 4. idem ac dormio. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 38. Neſcio, quando in Latmo obdormivit. *Plaut. Curc.* 2. 3. *v.* 43. Ubi obdormivi abitur.

Obdormiſco, is, n. 3. dormire incipio, vel etiam dormio, ſimpliciter. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 49. Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere? *Suet. in Claud. c.* 8. Nonnunquam in jure dicendo obdormiſcebat.

Obduco, is, xi, ctum, a. 3. *coprire*, חפה, Ger. *verziehen*, Gal. *couvrir*, Hiſp. *cubrir*, ἐπισκήνω, ſuperduco, obſtruo, operio, tego. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Obducunturque libro, aut cortice trunci ſtirpium. *Colum. l.* 3. *c.* 18. Obducunt cicatricem radices, quæ excreverunt. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Cruſtam verius, quam cutem obducunt. *Plin. alter l.* 7. *ep.* 21. Cubicula, obductis velis, opaca, nec tamen obſcura facio. ¶ Aliquando ponitur pro detegere, aperire. *Lucil.* Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite. idest, aperite, ut interpretatur *Nonius c.* 4. *n.* 340. ¶ Aliquando pro circumducere, contra ducere, opponere. Nam *ob* in compoſitione interdum idem valet, quod *ad*. *Plaut. Pſeud.* 2. 1. 13. Poſt ad oppidum hoc vetus continuo meum exercitum protinus obducam. *Cic. Attic. l.* 1 *ep.* 1. Ut mihi videatur, non eſſe ἀδύνατον Curium obducere. h. e. opponere. *Plaut.* (*vel verius Sedonius*) *Mercat. argument.* 1. *verſ.* 7. Eum putat uxor illius obduxiſſe ſibi ſcortum. ¶ Aliquando pro inducere. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere. *Plin. l.* 22. *c.* 15. Lana ſilveſtris torporem obducit percuſſo loco. ¶ Aliquando pro educere, ſeu adhibere. *Senec. de provid. c.* 3. Mala tractatum Socratem putas, quod illam potionem non aliter, quam medicamentum immortalitatis obduxit. Aliud ex Cicerone exemplum V. in *Obbibo*. ¶ Obducere frontem, eſt contrahere, corrugare. V. *Obductus*. ¶ Obducere callum, V. *Callus*. ¶ Obducere diem, eſt conſumere. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 6. Non. Cal. ad Sicam. ibi tanquam domi meæ ſcilicet: itaque obduxi poſterum diem, *dimorai il giorno ſeguente*.

Obductio, onis, f. περικάλυψις, tegumentum, obvolutio. *Cic. pro Rab. perduel. c.* 5. Carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipſum crucis abſit.

Obducto, as, a. 1. freq. ab *obduco*. *Plaut. Merc.* 4. 4. 46. Meaſque in ædes ſic ſcorta obductarier? h. e. induci.

Obductus, a, um, nom. ex particip. *coperto*, ἐπικαλυφθείς. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Alias ſquama videmus obductas. *Virg.* 10. *Æn. v.* 64. Obductum verbis vulgare dolorem. Rurſus *Cic.* 3. *de Leg. Agr. c.* 2. Refricare obductam cicatricem, *piaga chiuſa*, *rammarginata*. *Id. pro Sext.* Hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta, ita ut curioſis oculis perſpici non poſſit. ¶ Item inductus, ſuperfuſus. *Lucan. l.* 3. *v.* 572. cruor altus in undis ſpumat, & obducto concreſcunt ſanguine fluctus. Sic obducta vela, V. *obduco*. ¶ *Nepos in Annib. c.* 3. Nox obducta. h. e. obducta nubibus tenebroſiſſima. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Interrogavit, quæ cauſa frontis tam obductæ. h. e. contractæ, triſtis. *Hor. Epod.* 13. obducta ſolvatur fronte ſenectus. Adde *Juven. ſat.* 9. *v.* 2.

Obduratio, onis, f. *induramento*, actus obdurandi. *Auguſtin. epiſt.* 105. *ante med.*

Obduratus, a, um, *indurato*. *Capitolin. in Pertin. cap.* 9. Alimentaria etiam compendia obdurata verecundia ſuſtulit.

Obdureſco, is, durui, n. *indurarſi*, קשה, Ger. *hart werden*, Gal. *s'endurcir*, Hiſp. *endurecerſe*, σκληρύνομαι, durus fio. *Cic. Verr.* 6. Soſipater cum pena obduruiſſet. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 14. Earum ſemen minutum, ut teſta molli, diuturnitate obdureſcit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro hebetem, barbarum, inhumanum fieri. *Cic. de Fin.* Aut quis contra ſtudia naturæ tam vehementer obduruit? *Idem Fam.* 13. *ep.* 16. Jam ad iſta obduruimus, & omnem humanitatem exuimus. ¶ Item pro aſſueſcere, longa doloris conſuetudine res adverſas æquiore animo ferre. *Cic. Att. l.* 10. Exanimavit omnes, qui mecum erant. nam ipſe obdurui. *Id. Phil.* 3. *c.* 42. Obdureſcere conſuetudine. *Idem* 2. *Fam. ep.* 16. Obdureſcere ad dolorem novum. *Id.* 7. *Ver. c.* 13. Obdureſcere in turpitudinis patientia.

Obduro, as, avi, atum, a. 1. *indurare*, הקשה, Ger. *hart machen*, Gal. *endurcir*, Hiſp. *endurecer*, σκληρύνω, durum facio. Tranſlate *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 38. Perſta, atque obdura. h. e. animum firma. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 11. *v.* 7. Perfer, & obdura, dolor hic tibi proderit olim. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 56. Pernegabo, obdurabo, perjurabo denique.

Obediens, entis, o. *obbediente*, שומע, Germ. *gehorſam*, Gall. *obeiſſant*, Hiſp. *obediente*, ὑπήκοος, ἀκροατής, part. ab obedio, & nomen ex participio. *Cic.* 1. *Off.* Appetitum rationi obedientem præbeamus. *Liv. l.* 25. Et ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit. *Plin. l.* 16. *c.* 43. Obedientiſſima quocunque in opere fraxinus: h. e. quæ facillime duci poteſt.

Obedienter, adv. *obbedientemente*, [illegible], cum obedientia. *Liv. l.* 5. Collatum obedienter, miſſumque ad exercitum eſt. *Id. l.* 21. *c.* 34. Obedienter imperata facere. *Id. l.* 38. *c.* 34. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent. *Auguſtin. l.* 22. *de Civ. Dei*, *c.* 8. Obedientiſſime paruit.

Obedientia, æ, f. *obbedienza*, שמיעה, Ger. *gehorſamkeit*, Gall. *obeiſſance*, Hiſp. *obediencia*, ὑπακοή, [illegible], obſequium. *Cic.* 1. *Off. c.* 29. Relinquunt enim, & abjiciunt obedientiam. *Id. Parad.* 5. Servitus obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis ſuo.

Obedio, edis, ivi, itum, n. 4. *obbedire*, שמע, Ger. *gehorſam ſeyn*, Gall. *obéir*, Hiſp. *obedecer*, πείθομαι, pareo, obtempero, obſequor, ex *ob*, & *audio*. Conſtruitur cum dat. *Cic.* 3. *de Leg.* Nec vero ſolum ut obtemperent,

Digitized by Google

rent, obediantque Magiſtratibus. *Id. pro Cæ.* Ut ad verba nobis obediant. ¶ Cum accuſativo, *Apulej. l. 10. Metam.* Hæc omnia perfacile obediebam, quæ, nullo etiam monſtrante, ſcilicet facerem. ¶ Obedire temporibus reulsorum, *ſecondare la fortuna, accomodarſi agli accidenti. Cicer. de clar. Orat. 69.* ¶ In proprio audiendi ſenſu videtur uſurpare *Nepos in Datam. c. 5.* ubi ait: Quibus rex maxime obediat, eos habet inimiciſſimos. h. e. quorum conſiliis maxime utitur; quorum in conſultendo ſententias maxime ſequitur. ¶ *Obedire* pro obediam in futuro tempore, *Afran.* apud *Non. c. 10. n. 34.* Meo ut obſequar amori, obedibo tibi.

Obeliſcolychnium, ii, n. ὀβελισκολύχνιον, inſtrumentum militare, ſcilicet lucerna parvo veru præfixa. Legit hanc vocem apud *Quintil. c. 8. l. ult.* Turnebus, ubi alii alia. Cæterum vox græca eſt.

Obeliſcus, ſci, m. & f. *aguglia*, Ger. *eine groſſe ſeule*, Gal. *aiguille*, Hiſp. *aguja*, ὀβελίσκος, proprie eſt veruculum, apud Græcos, dim. ab *obelos*, ſed tranſlate Latinis vocatur lapis cuneus quadratus ingens, pyramide tamen minor, paulatim graciliſcens, uſque dum in cuſpidem deſinat veruculo ſimilem. *Ammian. l. 17. c. 7.* ¶ Obeliſci fuere conſecrati Solis numini, propterea ad radiorum ſimilitudinem fiebant. *Plin. l. 16. c. 40.* Obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum. *Id. l. 36. c. 8.* Trabes ex pyropœcilo fecere Reges quodam certamine, obeliſcos vocantes, Solis numini ſacratos. Plura de Obeliſcis V. apud *eund. l. 36. c. 8. 9. 10. & 11.* ¶ Eſt & idem quod parvus obelus, quem appingebant ſcriptis geminis, & adulterinis diſtinguendis. *Auguſt. epiſt. 10. ad Hieron. c. 2.* Aſteriſcis notaſti, quæ in Hebræo ſunt, & in Græco deſunt: obeliſcis autem, quæ in Græco ſunt, & in Hebræo non ſunt.

Obĕlus, li, m. *a. ſpadone, ſchidone*, Ger. *ſpieſſ*, Gal. *broche*, Hiſp. *aſſador*, ὀβελός, veru. Ita apud Græcos. ¶ Ab ejus ſimilitudine virgula quædam, qua adulterina, aut etiam perperam ſcripta notamus. *Auſon. in præfat. Ludi ſept. Sapient.* Pone obelos igitur, ſpuriorum ſtigmata vatum, Palmas, non culpas eſſe putabo reus.

Obĕo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *andare*, הלך, Ger. *begeben*, Gal. *aller*, Hiſp. *yr*, ἐφοδεύω, eſt adire. Nam *ob* pro *ad* quandoque ponitur. *Cic. Att. l. 1. ep. 2.* Obieris Quinti fratris comitia. ideſt adieris, atque illis adfueris. ¶ Frequenter eſt circuire. *Cic. 5. Fin. c. 29.* Cur tantas regiones Barbarorum pedibus obivit? *Plin. ep. 7. l. 3.* Cum unreenſum exercitum oculis obiiſſet. hoc eſt circumſpexiſſet. ¶ Item circundare. *Virg. 8. Æn.* Quem fulva leonis pellis obit totum. *Ovid. 1. Faſt.* Carepus obitur aquæ. ¶ Item complecti. *Cic. 4. Verr.* Dum omnes obeam oratione mea civitates. ¶ Item ſuſcipere. *Cic. pro L. Man.* Qui rerum privatarum cauſa legationes liberas obeunt. *Id. 1. de Or.* Judicia privata magnarum rerum obire. *Liv. l. 4.* Obire bella. *Id. l. 5.* Obire labores, & pericula. ¶ Item fungi, exequi, peragere, perficere. *Cic. Att. l. 8.* Id enim, etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. ¶ Item occidere, interire, mori. *Plin. l. 2. c. 26.* Non modo an obirent, naſcerenturve ſidere. *Lucret. l. 3. v. 1056.* Ipſe Epicurus obit, decurſo lumine vitæ. ¶ *Mortem, vel morte obire*, eſt mori. *Cic. in Phil.* Alexander tertio, & triceſimo anno mortem obiit. *Id. pro Cluent.* Aut obeunda mors Cluentio, aut ſuſcipienda accuſatio fuerat. *Suet. in Aug.* Morte obiit repentina, & ſine caſu. ¶ *Obire diem*, eſt item mori. *Serv. Sulp. Cic. 4. Fam. ep. 12.* Nuntiatum eſt mihi, Marcellum diem ſuum obiiſſe. *Suet. in Veſpaſ. c. 1.* Fœnus apud Helvetios exercuit, ibique diem obiit. ¶ Aliquando eſt præſto eſſe, ſe præſentem exhibere. *Suet. in Cæſ.* Craſſum diem cadi deſtinatum non obiiſſe. ¶ *Obire vadimonium*, eſt ire ad vadimonium, ad diem ſe ſiſtere. *Cic. pro Quint.* Vadimonium mihi non obiit quidam ſocius, & affinis meus. *Id. ib.* Qua tibi hora vadimonium non ſit obitum. *Plin. l. 8. ep. 12.* Obire ad vadimonia. ¶ Obire annum petitionis. *Cic. Fam. 10. ep. 25.* Multi clariſſimi viri, cum Reip. darent operam, annum petitionis ſuæ non obierunt. *laſciarono paſſar l' anno del concorſo alle pubbliche cariche.* ¶ Obire cœnas, eſt modo apud hunc, modo apud illum cœnare. *Id. Att. l. 9.* Quas eos cœnas & facere, & obire, quam lautas. ¶ Obire hæreditatem, idem eſt ac adire, cernere. *Id. de Leg. Agr.* ¶ Obire ſacra, *aſſiſtere a' ſacrifizj. Liv. l. 1.* ¶ Obire vigilias, *far la ſentinella*, *Plin. l. 14. c. ult.* Obire munus vigiliarum, apud *Liv.* eodem ſenſu.

Obequito, as, n. 1. *cavalcare intorno*, περιϊππεύω, circumequito. *Liv. l. 2.* Obequitando caſtris, provocandoque. *Id. l. 34. c. 31.* Obequitare Syracuſas. *Curt. l. 3. c. 10.* Cum agmen obequitaret Alexander.

Oberro, as, n. 1. *errare intorno*, περιπλανάω, circumerro. *Plin. l. 17. c. 12.* In ſumma tellure oberrant. *Tac. Ann. 1. c. 63.* Oberrarent tentoriis inſomnes magis, quam pervigiles. *Perſ. ſat. 4.* Quanquam non milvus oberret. ¶ Paſſive *Apul. l. 9. Metam.* Paucis caſtellis oberratis, divertimus ad quendam pagum. ¶ Eſt etiam errare, peccare. *Horat. de art. Poet. v. 355.* & citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem. *h. e.* in eadem re ſemper peccat, ὀλιγωρεῖν.

Obeſcet, oberit, vel aderit. *Feſt.*

Obeſco, as, a. 1. δελεάζω, eſcam præbeo, paſco. *Col. l. 8. c. 7.* Madefacto triticeo pane obeſcant avem. Al. leg. *obeſant*. hoc eſt, ſaginant.

Obeſitas, atis, f. *graſſezza*, Ger. *die feiſte*, Gal. *graiſſeur*, Hiſp. *gordura*, πολυσαρκία, pinguedo. *Sueton. in Domit. c. 18.* Poſtea calvitio quoque deformis, & obeſitate ventris, & crurum gracilitate. *Id. in Claud. c. 41.* Obeſitate cujuſdam fractis ſubſelliis. Adde *Col. l. 6. c. 24.*

Obĕſo, as, a. 1. *ingraſſare*, ſagino. V. Obeſco.

Obĕſus, a, um, *graſſo*, שמן, Ger. *feiſt*, Gal. *gras*, Hiſp. *gordo*, πίων, εὔσαρκος, pinguis, craſſus. Proprie, & *Gellio* credimus *l. 19. c. 7.* & *Nonio c. 4. n. 343.* ſignificat exilem, macrum, graciliorem, ab *ob*, & *edo*. Affertur ab iis in hanc rem illud *Nævii* (*al.* Lævii) Corpore pectoreque undique obeſo, ac mente exenſa, tardigenulo ſenio oppreſſum. Quæ tamen verba non omnino videntur rem probare. ¶ Pro exeſo accipitur in illo *Severi in Ætna, v. 434.* nec obeſa avamine terra eſt. ¶ Sæpiſſime accipitur pro pingui, ut dictum eſt. *Virg. 3. Georg. v. 79. de noſtri equis generoſi.* Illi ardua cervix, Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga. *Plin. l. 11. c. 37.* Minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. *Claud. l. 1. in Eutrop. v. 135.* Obeſus lacte. ¶ Tranſlate pro hebeti, & tardo ponitur, quia craſſi homines plerumque craſſo quoque ingenio eſſe ſolent. *Hor. epod. 12.* Nec firmo juveni, nec naris obeſæ. V. Nares. Sic *Calpurn. ecl. 4. v. 52.* aures obeſas poſuit pro parum peritis.

Obex, icis, m. *oſtacolo*, Germ. *riegel*, Gall. *obſtacle*, Hiſp. *obſtaculo*, ἐμφραγμός, objectio, obſtaculum, ab *objiciendo*. *Virg. 2. Georg. v. 480.* qua ſe vi maria alta tumeſcant Objicibus ruptis. *Ovid. 14. Met. v. 680.* Claudere portas obice. ¶ Reperitur etiam in gen. f. *Plin. Paneg. c. 47.* Nulla obicem, nulli contumeliarum gradus. ¶ Si unico *i* in obliquis ſcribatur, ut fit ab Oratoribus, habet primam brevem, ſi duplici, longam. *Virg. 10. Æn. v. 377.* Ecce maris magna claudit nos objice pontus. *Sil. l. 4.* Et ſidos certant obices arceſſere ſylva.

Obfirmate, adv. *oſtinatamente*, βεβαίως. *Suet. in Tib. c. 25.* Quanquam obfirmate reſiſtentem.

Obfirmatus, & offirmatus, a, um, adject. *coſtante, pertinace*, firmus, conſtans. *Plaut. Amph. c. 2. 13.* Perfectam abitum apud animo forti, atque obfirmato. *Cic. 1. Att. ep. 11.* Incredibile eſt, quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in hac iracundia obfirmatior.

Obfirmo, & Offirmo, as, avi, atum, n. 1. *eſſer coſtante*, חזק, Germ. *feſt machen*, Gall. *tenir ferme*, Hiſp. *porfiar*, ἀντιτείνω, eſt firmum propoſitum in animo habere, & quaſi obſtinate in re aliqua perſiſtere. *Ter. Eun. 2. 1* Cenſeo, poſſe me obfirmare, & perpeti, ne redeam interea? ¶ Eſt etiam activum, pro firmum facere, ἐνδιαβεβαιόω. *Ter. Hec. 3. 5. 4.* Certum obfirmare eſt viam me, quam decrevi perſequi. Ubi *Donat. Obfirmare viam*, adverſus omnia obſtinate agere, *Plaut. Merc. prol. v. 81.* Ut ut animum obfirmo meum. ¶ Proprie *Apul. l. 7. Met.* Coctum obfirmare cicute inſperſu.

Obfuſcatio, onis, f. *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 10.* Pertinet ad obfuſcationem Deorum veſtrorum. h. e. ad elevandam exiſtimationem.

Obfuſco, as, *offuſcare*, obtenebro. Tranſlate *Tertul. l. 2. adv. Marc. c. 12.* Obfuſcare juſtitiam.

Obgannio, & Oggannio, is, n. 4. *cionciare, ſuſurrare*, garrio, immurmuro, ſecreto loquor, ἐγκαλίζω. *Apul. l. 2. A. A.* In aurem mulieris obgannit. *Ter. Phorm. 5. 8. 41.* Habet hæc, ei quod, dum vivat, uſque ad aurem obganniat. *Plaut. Aſin. 2. 4. 16.* Quid centies eadem impetem, atque ogganniam.

Obhærĕo, es, hæſi, hæſum, n. 2. *attaccarſi*, adhæreo. *Suet. in Tib. c. 2.* Navem obhærentem Tiberino vado extraxit. *Lucret. l. 4. v. 422.* in medio nobis equus acer obhæſit flumine.

Obhæreſco, is, n. 3. obhæreo. *Apul. l. 6. A. A.* Lanoſum aurum ſurpibus connexum obhæreſcit.

Obherbeſco, is, n. 3. *coprirſi d' erbe*, ὑποβοτανίζω, eſt herbis obduci. *Feſt.*

Obhorrĕo, es, n. 2. horridus undequaque ſum. *Plin. l. 37. c. 8.* Cujus alterum genus ſanguineis punctis obhorret.

Objacĕo, es, cui, n. 2. *giacere all' incontro*, ἀντίκειμαι, contra, vel ob viam jaceo, obſto. *Stat. 4. Theb.* Quaque objacet alto Iſthmos. *Tac. 5. hiſt. c. 6.* A meridie Ægyptus objacet. *Pomp. Mela l. 1. c. 3.* Græcia Joniis fluctibus objacet. *Liv. l. 2. c. ult.* Saxa objacentia pedibus ingerit in ſubeuntes. ¶ Feſto *objacuiſſe* eſt, antea jacuiſſe. ¶ *Enn. in Iphigen.* Acherontem obibo, ubi mortis theſauri objacent. h. e. circumjacent.

Objectacŭlum, i, n. obex, obſtaculum. *Varr. l. 3. de R. R. c. 17.* Objectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exortu Lunæ ad proximam novam intraret, ac redire rurſus in mare poſſet.

Objectamentum, i, n. objectio, exprobratio. *Apul. Apolog. in princ.* Objectamenta jurgio prolata.

Objectatio, onis, f. oppoſitio, exprobratio. *Caſ. l. 3. B. C. c. 60.* Cum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domeſtico judicio.

Objectatus, a, um, crimini datus, exprobratus. *Apulej. in Florid. n. 3. ſub fin.* (*al. l. 1.*) Hoc genus crimina Apollini objectata.

Objectio, onis, f. actus objiciendi, h. e. opponendi contra aliquem. *Arnob. l. 6. pag. 191.* Deos convenit tectorum munitionibus claudere, ſaturæ aut objectione tutari. ¶ Item exprobratio. *Tertull. l. 2. ad Uxor. c. 5. extr.* Objectio nominis. *Martian. Capel. l. 5. pag. 142.* Intentio eſt objectio ejus facti, quod in judicium venit.

Objecto, as, avi, atum, a. 1. *eſporre*, objicio, expono. *Virg. 2. Æn. v. 751.* caput objectare periclis. *Id. 11. Æn.* cunctis pro talibus unam objectare animam. ¶ Item exprobro, *rinfacciare, rimproverare. Cic. pro Dom. c. 29.* Iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. *Plaut. Moſt. 3. 2. 123.* Ah cave, tu illi objectes nunc in ægritudine, te has emiſſe.

Objectus, us, m. *oppoſizione*, πρόβλημα, objectio, oppoſitio. *Plin. l. 2. c. 10.* Objectu terræ Lunam occultari. *Tac. Ann. 14. c. 8.* Hi molem objectus, ibi proximus ſcaphas ſcandere.

Objectus, a, um, *oppoſto, eſpoſto*, ἀντικείμενος, oppoſitus, partic. ab objicior. *Cic. pro Font.* Oppoſitum, & objectum hoſtibus propugnaculum. *Id. Torquato.* Ad omnes caſus ſubitorum periculorum objecti ſumus. *Virgil. 3. Georg.* flumina objecta retardant equos. ¶ Item pro oblato. *Cic. 1. Fin.* Victi, & debilitati objecta ſpecie voluptatis. *Tacit. Ann. 4. c. 60.* Druſus traxit in partes, ſpe objecta principis loci. ¶ Item exprobratus. *Tac. Ann. 3. c. 12.* Ne objecta crimina pro approbatis accipiatis. ¶ Objecta, orum, abſolute dicuntur objecta crimina, oppoſitiones, exprobrationes. *Cic. pro Dom.* De objectis non confiteri. *Quint. l. 4. c. 2.* Objecta diluere.

Objens, euntis, o. particip. ob obeo. *Cicer. in Somn.* Quis in reliquis Orientis, aut obeuntis Solis ultimis, aut Aquilonis, Auſtrive partibus tuum nomen audiet?

Obii, orum, m. mortui. *Apul. de Mund.* Geniis miniſtratur, obiis libatur, perfunditur. Al. leg. *obitis*.

Objicio, is, eci, ectum, a. 3. *mettere innanzi, offerire*, Ger. *entgegen werffen*, Gal. *oppoſer, opoſer*, προβάλλω, ὑποτείνω, ante jacio, porrigo, offero. *Cic. 1. Off.* Cum his ampla, & honeſta res objecta eſt. *Plin. l. 8. c. 40.* Objicere cibum canibus. *Ter. Phorm. 5. 6.* Etiam argentum eſt ultro objectum ei. h. e. oblatum. *Plaut. Merc. 3. 1. 40.* Religionem illic objecit, *ha fatto ſcrupolo*. Sic objicere terrorem, vel metum alicui, *atterrire*; objicere ſpem, lætitiam, *metter' in eſperanza, e in allegrezza*; objicere ſollicitudinem, *metter' in travaglio*, objicere lucrum, *offerir guadagno*, &c. *Cic. 2. Tuſc. Ter. Heaut. 1. 2. Plaut. Mil. & Curc.* &c. ¶ Eſt item contra jacere, opponere, & conſtruitur cum dat. *Cic. in Phil.* Quid ſalſius, quam objicere adverſario, quod illa ſi verbo negarit, longius progredi non poſſit, quæ objecerit? *Id. pro Balb.* Qui ſe ſæpe telis hoſtium, qui dimicationi capitis, qui morti objecerit. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *in*, vel *ad*. *Cic. pro Arch.* Nunquam me pro ſalute veſtra in tot, ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objeciſſem. *Id. ad Torquat.* Ad omnes caſus objecti ſumus. ¶ Aliquando eſt inferre. *Plaut. Amph. 1. 1. 35.* Qui multa Thebano populo acerba objecit funera. ¶ Tranſlate eſt exprobrare, aliquid in aliquem dicere, & maledicti loco ponere. *Cic. 6. Ver.* Non tibi objicio, quod hominem digniſſimum tuis moribus ſpoliaſti. *Id. 1. Tuſc. c. 2.* Objecit ut probrum M. Fulvio Nobiliori, quod is Poetas in provinciam duxiſſet. *Id. Att.* Objecit mihi, me ad Bajas fuiſſe. *Id. pro Mur.* Multa viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis. ¶ In hac ſignificatione jungitur interdum duobus dativis. *Plin. l. 34. c. 3.* Camillo inter crimina objecit Sp. Carvilius Quæſtor, quod, &c. ¶ Interdum præter dativum ablativo cum præpoſ. *de*. *Brut. ad Anton. lib. 11. Fam.* Quin nobis de morte Cæſaris objiceres. ¶ Interdum ablat. cum præpoſ. *in*. *Cic. 7. Ver.* Ut iſtam rem accuſator in magnis criminibus objiciendam putaret. *Id. pro Cluent.* In maledicti loco objicere. *Id. in Vatin.* Objicere in maledictis. ¶ Objicere alicui mentem, eſt ei mentem inducere. *Liv. l. 5.* Quo ſibi eam mentem objeciſſent, ut, &c. Objicere moram, eſt retardare. *Plaut. Trin. 5. 1. 8.* Sed fores hæ ſonitu ſuo mihi moram objiciunt incommode. ¶ *Objexis* pro objeceris. *Plaut. Caſ. 2. 6. 52.*

Obigito, ante agito. *Feſt.*

Obinanis, & ne, n. 3. idem ac inania. *Varr. l. 3. de R. R. c. 9.* Quod periceat, id eſſe obinane. Sunt qui diviſim legunt *ob inane*.

Obinunt, obeunt. *Feſt.*

Obiraſcor, eris, iratus ſum, dep. 3. idem quod iraſcor, vel valde iraſcor. *Sen.*

Sen. de tranquil. anim. c. 2. Obiraſcens fortunæ animus. *Apul. Apol.* Cum male audiunt, obiraſcuntur.

Obiratio, onis, f. iracundia. *ſdegno*. *Cic.* 6. *Att. ep.* 3. Nebulonis obiratione ſi Brutus moveri poteſt, licebit &c. Al. leg. *oratione*.

Obiratus, a, um, idem ac iratus. *Liv. l.* 1. *c.* 31. Aut fortunæ obirati cultum reliquerant Deum.

Obiter, adv. *incidentemente*, Ger. *oben anhin*, Gal. *en paſſant*, *par hazard*, Hiſp. *de camino*, *a caſo*, παρέργως, παροδικῶς, ἐν παρόδῳ, incidenter, præter propoſitum, ab *ob*, & *iter*, quaſi ob viam, vel in itinere occurrens. *Plin. in hiſt. natur. ad fin.* Us obiter caveam iſtos Homeromaſtigas. *Juven. ſat.* 3. *v.* 241. ingenti curret ſuper ora Liburno, Atque obiter leget. ¶ *Plin. l.* 18. *c.* 10. Major pars Italiæ utitur rotis, quas aqua verſet obiter, & molat. h. e. obeundo, circumeundo. *Idem l.* 17. *c.* 23. *eod. ſenſu*. Traduces virgultorum comitatu obiter rigorati.

Obitus, us, m. ἀπάντησις, adventus. *Turpil. apud Non. c.* 4. *n.* 331. Et quis eſt, qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? ¶ Item occurſus. *Ter. Hec.* 5. 4. Ut voluptati obitus, ſermo, adventus tuus, quocunque adveneris, ſemper ſiet. ¶ Item interitus, mors, מות, Ger. *der abgang*, *todt*, Gal. *fin*, *mort*, Hiſp. *muerte*, θάνατος. *Cicer l.* 4. *Fam. ep.* 5. Poſtquam mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ. *Virg.* 4. *Æn. ad fin.* longum miſerata dolorem, Difficileſque obitus. ¶ Item occaſus. *Cic.* 1. *de Orat.* In Aſtrologia cœli converſio, ortus, obitus, motuſque ſiderum. Adde 1. *Div. c.* 56. ¶ Obitum pro aditu dicebant Veteres. *Feſt.*

Obitus, a, um, partic. ab obeo. *Cic. pro Sext. c.* 38. Quos a majoribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atque in Roſtris collocatos videtis. ¶ Obitum vadimonium dicitur, cum ad dictam diem in judicio quis comparuit. *Cic. pro Quint.* V. obeo.

Objurgatio, onis, f. *riprenſione*, ἐπιτίμησις, λοιδορία, eſt poſt turpe factum caſtigatio, ſeu reprehenſio, auctore *Feſto*. *Cic. de Amic.* Deinde ut objurgatio contumelia careat. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Objurgatione mordere. Et *infra*. Objurgatione corrigere.

Objurgator, oris, m. *riprenſore*, ἐπιτιμητής, qui objurgat. *Cic. de Leg. Agr.* Quantas conceſſiones agrorum hic noſter objurgator uno verbo facere conetur. *Idem* 1. *de Divin. c.* 49. Objurgatores ſuos convincere.

Objurgatorius, a, um, *riprenſivo*, ἐπιτιμητικός, quod ad objurgationem, vel ad objurgatorem ſpectat. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 6. Una cum illius objurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum reſcripſeram, miſi.

Objurgito, as, a. 1. frequenter objurgo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 30. Malim ut te verbis multum objurgitem.

Objurgo, as, avi, atum, a. 1. *riprendere*, הוכיח, Ger. *ſchelten*, Gal. *reprendre*, Hiſp. *reprehender*, ἐπιτιμάω, valde ergno, reprehendo, increpo. Conſtruitur cum accuſ. *Cic. pro Cæl.* Objurgavit M. Cœlium, ſicut neminem unquam parens. ¶ Vel cum ablat. & præp. *de*. *Cic. Att. l.* 2. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas. ¶ Vel cum ablat. & præp. *in*. *Cic. in Fam.* Ne in quo te objurgem, id ipſum videar imitari. ¶ Res, de qua quis reprehenditur, ſæpe ponitur in accuſat. ut in cæteris verbis accuſandi, cum judicialia non ſunt. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 17. Quæ objurget cæterarum villarum infamiam. Et *alibi*. Cæſar meam in rogando vereſundiam objurgavit. ¶ Aliquando capitur pro exprobrare. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Objurgantibus, quod ſexagenarius Publiliam virginem duxiſſet. ¶ Item pro caſtigare, plectere. *Suet. in Othone c.* 2. Ut ſæpe flagris objurgaretur a patre. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 169. ſolea puer objurgabere rubra.

Objuro, as, a. 1. ἐξομνύω, jurejurando aſtringo. *Feſt.* citans locum ex antiqua *fabula Pentaſilea*: Formidabant objurata.

Oblædo, is a. 3. oblido, lædo. Quidam legunt in *Plaut. Caſ.* 2. 6. 8. verum varia ibi valde lectio eſt.

Oblangueo, es, ui, n. 2. idem ac langueo. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Literulæ meæ, ſive noſtræ tui deſiderio oblanguerunt.

Oblaqueo, as, avi, atum, a. 1. laqueo cingo, ligo, circundo. *Tert. de reſur. car. c.* 7. Argento gemmas oblaqueare.

Oblatio, onis, f. *offerta*, προσφορά, ἀνάθημα, actus offerendi. *Aſcon. in Ver.* 4. *c.* 2. Genus omne praeſtationis in hoc capite poſitum eſt, canonis, oblationis, indictionis. Ubi *oblationem* intelligis tributum olim oblatum.

Oblatitius, a, um, adject. qui offertur. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Oblatitium ſtipendium.

Oblativus, a, um, adject. *Serv. in* 6. *Æn.* Auguria aut oblativa ſunt, quæ non poſcuntur, aut impetrativa ſunt, quæ optata veniunt. Adde *Symmach. l.* 10. *ep.* 50.

Oblator, oris, m. qui offert. *Tertul. l.* 2. *adv. Marcion. c.* 26. Oblatorem animæ ſuæ pro populi ſalute.

Oblatrator, oris, m. *maledico*, qui oblatrat. *Sidon. l.* 1. *ep.* 3. Ille obiter ſtertentium oblatratorum aures mox voce præconia everberat.

Oblatratrix, icis, f. καθυλακτρις, quæ oblatrat. *Plaut. Mil.* 3. 1. 85. Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Oblatro, as, avi, atum, n. 1. *abbajare contro*, προσυλακτέω, circum, aut contra latro. Et canum proprium eſt. Per tranſlationem pro obloqui accipitur. *Sil. l.* 8. *v.* 250. Iuſtina dum vulgi favet, oblatratque Senatum.

Oblatus, a, um, *offerto*. *Cic. Att. l.* 16. Oblatam mihi cauſam gratulor. *Id.* 5. *Fin.* Oblatum ſtuprum per vim. h. e. illatum, intentatum. *Liv. l.* 43. Oblata fortuna delendi exercitus. ¶ Oblatum abſolute pro oblatum munus, *donativo*. *Liv.* l. 44. Gallorum ingens oblatum avaritia dimiſſum eſt. ¶ Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva alicui offertur, ut apud eum conciperetur. *Gel. lib.* 11. *c.* 18. ¶ Oblatus timor opponitur inteſtino. *Cic.* 4. *Acad. c.* 15. Neque ut quidquam intereſſet inter inteſtinum, & oblatum timorem. Sic oblatum incendium opponitur fortuito, apud *eund. pro Dom. c.* 24.

Oblectabilis, le, adject. jucundus. *Auſon. epiſt.* 19. *ad fin.* Oblectabile negotium.

Oblectamen, inis, n. idem ac oblectamentum. *Stat. l.* 3. *ſyl.* 5. *v.* 95. Nec deſunt variæ circum oblectamina vitæ.

Oblectamentum, i, n. *diletto*, delectatio. *Cic. de Sen. c.* 15. Ut meæ ſenectutis requietem, oblectamentumque noſcatis.

Oblectaneus, a, um, adject. jucundus, oblectans. *Vet. Inſcript.* Si quid oblectaneum apud Manes eſt.

Oblectatio, onis, f. *dilettazione*, שעשועים, Ger. *ergetzligkeit*, Gal. *reſjouiſſance*, *plaiſir*, Hiſp. *deleyte*, *plazer*, τέρψις, delectatio. *Cic.* 4. *Acad.* Indagatio ipſa rerum cum maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem. *Id.* 1. *Orat. c.* 26. Oblectatio animi. *Id.* 1. *Acad.* Oblectatio otii.

Oblectator, oris, m. *ſolazzatore*, qui oblectat. *Apul. l.* 3. *Flor.* Arion belluarum oblectator. *Tertul. de cor. Mil. c.* 8. Deus oblectator hominis ſui.

Oblectatorius, a, um, *dilettevole*, oblectabilis. *Inlemmate cap.* 2. *l.* 18. *Gellii*. Quædam ſophiſmata, & ænigmata oblectatoria.

Oblecto, as, avi, atum, a. 1. *dilettare*, שעשע, Ger. *beluſtigen*, Gall. *reſjouir*, *recreer*, Hiſ. *deleytar*, τέρπω, delecto, recreo, ex *ob*, & *lacto*, quaſi noret blanditiis trahere. Conſtruitur cum accuſat. *Cic. pro Arch. c.* 7. Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant. ¶ Vel cum accuſ. & ablat. ſine præp. *Cic. de Sen.* Qui ſe agricolatione oblectabant. ¶ Vel cum præp. *cum*. *Cic. ad Q. Frat.* Oblecta te cum Cicerone noſtro quam belliſſime. ¶ Oblectare ſe, eſt animum paſcere, & recreare. *Cic.* 3. *Offic.* Quo amicos invitare, & ubi ſe oblectare poſſet. ¶ Oblectare mium temporis, eſt tempus otioſum, & vacuum a rebus ſeriis traducere in voluptatem. *Plin. l.* 4. *ep.* 14. Accipies hendecaſyllabos noſtros, quibus nos in vehiculo, in balineo, inter cœnam oblectamus otium temporis.

Oblector, aris, atus ſum, d. 1. *dilettarſi*, delector. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 13. In communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecie. *Id. pro Mur.* Laudis tamen oblectamur & ducimur. ¶ Sunt qui putant, in his, & hujuſmodi exemplis paſſive uſurpari. ¶ Conſtruitur etiam cum accuſat. *Cic. ad Q. Frat. l.* 2. *ep.* 15. Ego me in Cumano, & Pompejano, præterquam quod ſine te, cæterum ſatis commode oblectabar.

Oblenio, is, ivi, itum, a 4. lenio, delenio, mitigo. *Sen. l.* 3. *de ira*, *c.* 9. Lectio illum carminum obleniat.

Oblido, is, iſi, iſum, a. 3. *ſoffocare*, חנק, Ger. *verlemmen*, Gal. *ſuffoquer*, Hiſp. *ahogar*, ἀποπνίγω, uſque ad mortem lædo, percutio, neco, ex *ob*, & *lædo*. *Col. l.* 7. *c.* 3. Nec anguſtiæ (ſtabulorum) fœtus oblidant.

Obligamentum, i, n. colligatio, alligatio. *Tertul. de cor. mil. c.* 14. Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento.

Obligatio, onis, f. *obbligazione*, אסר, Ger. *verbindung*, Gal. *obligation*, Hiſp. *obligacion*, ἔνδεσις, actus obligandi. *Cic. ad Brut. ep.* 18. Eſt autem gravior, & difficilior animi, & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quam pecuniæ, obligatio. ¶ Eſt etiam ligatio, impedimentum. *Juſtin. l.* 13. *c.* 7. Cui nomen Battos ob linguæ obligationem fuit.

Obligatorius, a, um, adject. *che obbliga*. *Juſtin. inſtit. tit. de mandato*, §. *illud quoque*. Mandatum obligatorium.

Obligatus, a, um, *obbligato*, *legato*, καταδεδεμένος, circumligatus. *Horat. Epod. ult.* Obligatus aliti. *Auct. ad Her. l.* 1. *c.* 13. Obvolutus, & obligatus corio. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Horat. l.* 2. *carm od.* 7. Dapem obligatam redde Jovi, ideſt promiſſam, ac debitam. *Cic.* 13. *Phil.* Magnis, & multis pignoribus eum Reſpub. obligatum tenet. *Plin. l.* 8. *ep.* 2. Tanto mihi obligatior abit. *Sen. l.* 1. *de benef. c.* 4. Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium, obligatorumque animi certent.

Obligo, as, avi, atum, a. 1. *legare intorno*, אסר, Germ. *verbinden*, Gal. *envelopper*, *lier autour*, *obliger*, Hiſp. *atar al rededor*, *obligar*, ἐνδέω, obſtringo, devincio, comprehendo. *Cic.* 2. *Tuſc.* Medicum modo requirens, a quo obligetur. ¶ Per tranſlationem eſt devincire beneficiis, ſeu debitorem reddere, *obbligare*. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr.* Scaurum beneficio defenſionis valde obligavi. *Plin. l.* 4. *ep.* 4. Obligabis me, obligabis Calviſium, &c. ¶ Obligare ſe furti, eſt furtum committere, conſcium ſe furti reddere. *Gel. l.* 7. *c.* 15. Sic obligare aliquem ſcelere. h. e. conſcium facere, apud *Cic. pro Dom.* obligare ſe ſceleri. *Sen. de tranquil.* ¶ Obligare ſe ſacramento militiæ, *Cic.* 1. *Offic.* Obligare ſe ſponſione. *Id.* 2. *de Leg.* ¶ Interdum eſt oppignerare, *impegnare*. *Suet. in Veſpaſ. c.* 4. Redit nihilo opulentior, ut qui prope labefactata fide, omnia prædia fratri obligarat. *Scæv. JCtus l. Titius*, *ff. qui pot. in pign.* Obligare bona ſua pignori. ¶ Hinc tranſlate *Cic.* 5. *Phil.* 5. Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis, populoque Rom. *Papin. l. Bona fide*, *ff. ad S. C. Vellei.* Si fidem ſuam pro ea apud virum obligaverit. ¶ Interdum etiam eſt veneficiis devincire, *ammaliare*. *Paul. l.* 5. *ſent. tit.* 23. *n.* 9. Qui ſacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint. ¶ *Hor. l.* 2. *od.* 8. Simul obligaſti perfidum caput votis, eniteſcis pulchrior multo. *h. e.* perjurando te Diis devoviſti.

Obligurio, is, ivi, itum, a. 4. *tracannare*, זלל, Ger. *verſchlemmen*, Gal. *avaler*, *conſumer tout par friandiſe*, Hiſp. *tragar*, *gaſtar en golo ſinas*, καταλαφύσσω, eſt multa avide conſumere, diſſipare. *Cic.* 2. *Catil. c.* 5. Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt. Al. leg. *abligurierunt*.

Obligurítor, oris, m. *diſſipatore*, *mangione*. *Jul. Firm. l.* 5. *Aſtr. c.* 5. Homines audaces, ſumtuarios, obliguritores.

Oblimatus, a, um, adject. *ingraſſato con letame*, *o coperto di fanga*, limo oblectus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 35. Nilus Ægyptum irrigat, mollitoſque, & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Adde *Suet. in Aug. c.* 18.

Oblimo, as, avi, atum, a. 1. *infangare*, *imbrattare*, Ger. *beſudeln*, Gal. *couvrir de boüe*, Hiſp. *enſuzyar con lodo*, περιπηλόω, limo obduco, limo repleo, ex *ob*, & *limus*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 136. Et ſulcos oblimet inertes. ¶ Tranſlate ponitur pro obcæcare, quaſi limo meatus claudere, ſeu obtundere. *Claud. l.* 3. *v.* 29. Sed quod diſſuaſit honeſti locus, & humanas oblimat copia mentes. ¶ Oblimo item eſt verbum compoſitum ex *ob*, & *limo*, quod pro deterere, & tranſlate pro conſumere ponitur. *Hor. l.* 1. *ſerm. ſat.* 3. Rem patris oblimare malum eſt ubicunque.

Oblinio, is, a. 4. idem ac oblino. *Colum. l.* 5. *c.* 9. Et imas partes miſto fimo cum cinere oblinito.

Oblinitus, a, um, adject. *unto all' intorno*. *Col. l.* 12. *c.* 38. Oblinitis vaſis includere. Adde *l.* 5. *c.* 9.

Oblino, is, ivi, vel evi, itum, a. 3. *ungere intorno*, Ger. *beſtreichen*, Gal. *ſoüiller autour*, Hiſp. *enſuzyar con lodo*, περιχρίω, circumlino. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 7. Aves decipiuntur, cum ſe obleverint viſco. ¶ Sumitur eleganter tranſlate. *Cic. in Brut.* Ut ſe externis oblinerent moribus. *Horat. l.* 1. *ep.* 20. *v.* 30. Nec ſoccrum quærit, quem verſibus oblinet atris. h. e. inſectetur, infamem reddat.

Obliquatio, onis, f. obliquitas. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 1. Hedera thyrſo per obliquationem circumfuſa.

Obliquatus, a, um, adject. *torto*, *obbliquo*. *Ammian. l.* 16. *c.* 12. Undarum moles obliquatis meatibus declinantes.

Oblique, adv. *obbliquamente*, πλαγίως, tranſverſe, cui contrarium eſt recte. *Cic.* 1. *Fin. c.* 6. Quæ recte, quæ oblique ferantur. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Obliquæ in latera procedunt locuſtæ. ¶ Tranſlate *Gel. l.* 3. *c.* 2. His verſibus oblique admonere voluit. *tacitamente*, *indiretamente*. *Id. l.* 7. *c.* 17. Tum vero ego permotus, agendum jam oblique, ut cum homine ſtulto, exiſtimavi. h. e. diſſimulando. *Tac.* 3. *Ann. c.* 35. Caſtigatis per literas oblique Patribus.

Obliquitas, atis, f. *obbliquità*, λοξότης, curvitas. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Ni talis obliquitas in latus digredi videretur.

Obliquo, as, avi, atum, a. 1. *torcere*, עקל, Ger. *biegen*, *krumb machen*, Gal. *detourner*, Hiſp. *torcer*, λοξόω, curvum facio. *Plin. l.* 6. *c.* 13. Lunatæ obliquatur cornibus. *Tac. de Germ. c.* 38. Obliquare crinem. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 410. Obliquare oculos. ¶ Obliquare ſinus in ventum, eſt vela torquere, ut ventum, qui tranſverſus flat, oblique capiant. Itali dicunt *andar a poggia*, *e ad orza*. *Virg.* 5. *Æn. v.* 16. Colligere arma jubet, validiſque incumbere remis; Obliquatque ſinus in ventum. ¶ Tranſlate *Stat. Theb.* 3. *v.* 382. variis prætentat pectora dictis, Obliquatque preces. h. e. vertit verſat.

Obliquus, a, um, *obbliquo*, *torto*, עקש, Ger. *krumb*, Gal. *oblique*, *qui va de travers*, Hiſp. *tuerto*, *al traves*, λοξός, πλάγιος, tranſverſus, non rectus. *Ovid.* 2. *Met.* Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens. *Cic. in Jurem.* Sed partim obliquos, partim tranſverſos, partim etiam adverſos ſtare vobis. *Caſ. l.* 7. *B. G.* Obliquus ordo. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Obliquam imaginem pingere. *in proffilo*. ¶ In obliquum, idem eſt ac oblique. *Ovid.*

Digitized by Google

Ovid. 2. *Met.* v. 130. *de Zodiaco*. Sectus in obliquum lato curvamine limes. ¶ Caſus obliqui apud Grammaticos ſunt caſus omnes præter nominativum. *Quintil.* l. 1. c. 6. & *Priſcian.* Secundæ etiam, & tertiæ perſonæ verborum, & prima pluralis, quæ a prima ſingulari formantur, *obliquæ* appellantur ab eodem *Quintil. ibid.* ¶ Tranſlate obliquus varios habet ſignificatus. *Quint.* l. 9. c. 2. Apud hiſtoricos reperiuntur obliquæ allocutiones, *parlar indiretto*. Affert ibi ſtatim Quintil. de Livio exemplum. ¶ Obliquæ orationes. h. e. quæ aliquem carpunt, nomine diſſimulato. Sic obliquum carmen ab *Stat.* in *epithalam. Stellæ*, v. 27. dicitur, in quo quidam amicam ſuam ſub alio tamen nomine celebrant. *Flor.* l. 4. c. 2. Cato adverſus potentes ſemper obliquus. h. e. adverſus, infeſtus. Hinc obliquo oculo limare alicujus commoda, *guardar di mal occhio*. *Horat.* l. 1. *ep.* 14. v. 36. Obliquoque notare vultu. *Stat.* l. 1. *ſilv.* v. 102. ¶ Obliquum adverb. pro oblique, *Apulei.* l. 3. *Metam.* Oculis obliquum reſpiciens.

Oblīſus, a, um, fractus, ſuffocatus, necatus. *Tac.* l. 5. *Ann.* c. 3. Eniſo obliſis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abjecta.

Oblitĕrātio, onis, f. actus obliterandi, deletio. *Plin.* l. 34. c. 7. Tanto magis deprehendi æris obliteratio poteſt. h. e. fundendi æris ſcientia obliterata. *Arnob.* l. 6. Vetuſtatis obliteratione carieri. *Ammian.* l. 30. c. 22. Pacem cum præteritorum obliteratione obſecrantes.

Oblitĕrātor, oris, m. qui delet, aut memoriam aufert. *Tert.* l. 4. *adv. Marcion.* c. 26. Commemorator, non obliterator vetuſtatis.

Oblitĕrātus, a, um, nom. ex particip. deletus, abolitus, *cancellata*, *levato*, *tolte*. *Liv.* l. 3. c. 71. Res obliterata vetuſtate. *Id. ibid.* c. 59. Peccata obliterata repetere.

Oblitĕro, as, avi, atum, a. 1. *dipennare*, *cancellare*, מחה, Ger. *die buchſtaben ausleſchen*, Gal. *effacer* Hiſp. *raer*, *borar*, ἀφανίζω, abrado, aboleo, deleo. Nam oblitterare eſt literis aliquid ſuperducere. Tranſlate *Cic. poſt red. in Sen.* c. 8. Publica mei beneficii memoria privatam offenſionem obliteravetunt. *Catul. carm.* 63. v. 232. Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas. *Liv.* l. 21. c. 29. Obliterare memoriam.

Oblitĕrus, a, um, adject. *Nev.* apud *Gel.* l. 19. c. 7. Obliteram gentem, pro obliteratam dixit.

Oblitēſco, ſcis, litui, n. 3. *naſconderſi*, נחבא, Ger. *verligen*, Gal. *ſe cacher*, Hiſp. *eſconderſe*, ἀποδύνω, deliteſco, abſcondor. *Var.* l. 1. *de R. R.* c. 51. Ne æſtu per rimoſa in rimis grana oblitteſcant. *Cic. de Univ.* c. 10. Quæſque temporibus ſidera a noſtro conſpectu oblitteſcant. *Sen.* l. 7. *quæſt. natur.* c. 29. Cometa exigens ſuum curſum oblituit.

Oblītus, a, um, *dimenticato*, *ſcordato*, ἐπιλελησμένος, particip. ab obliviſcor. *Cic. Att.* l. 4. Me non oblitum conſuetudinis, & inſtituti mei rarius ad te ſcribere. *Virg. Ecl.* 9. *verſ.* 53. Nunc oblita mihi tot carmina, ubi uſus paſſivus eſt animadvertendus. *Ovid. ep.* 16. Oblitus pudoris.

Oblĭtus, a, um, *unto attorno*, περικεχρισμένος, circumlitus, partic. ab oblinor. *Cic.* 7. *Ver.* Ut non cera, ſed cœno obliti eſſe videantur. *Tac. Ann.* 2. c. 17. Oblitus faciem ſuo cruore. ¶ Tranſlate ſumitur pro aſpero. *Cic.* l. 9. *Fam. ep.* 15. Præſertim cum eas videam primum oblitas Latio. ideſt aſperſas Latinitate, ſeu lingua Latina. *Suet. de clar. Grammat.* Scripta omnia peſſimorum verborum affectatione oblita. ¶ Item pro circumquaque fœdato, contaminato, polluto. *Cic.* 5. *Ver.* Contraque ſunt omnia cum ſummo dedecore, ac turpitudine, tum ſingulari ſtultitia, atque inhumanitate oblita. *Id. Phil.* 11. Oblitus parricidio.

Oblīviālis, le, adject. oblivionem inducens, ut obliviale poculum, apud *Prudent. in hymn. ante ſomn.*

Oblīvio, nis, f. *oblivione*, *dimenticanza*, שכחה, Germ. *vergeſſenheit*, Gal. *oubly*, Hiſp. *olvidança*, λήθη, actus obliviſcendi, memoriæ defectus, ſive imbecillitas. *Cic. pro Leg. Man.* Omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, ſed ad comparationem novi contulit. *Id.* 1. *Offic.* c. 8. Ut nos juſtitiæ capiat oblivio. *Id.* 2. *de Orat.* c. 2. Laudem alicujus ab oblivione vindicare. *Id. in Salluſt.* Venire in oblivionem. *Liv.* l. 2. c. 31. Dare aliquid oblivioni. Sic dicimus oblivione delere, in oblivione jacere, oblivione obſcurare, obruere, &c. *Cic.* ſæpiſſime, & *Liv.* ¶ Oblivio ſibi ſurrepit cervario lupo, apud *Plin.* l. 8. c. 22. h. e. obliviſcitur ſibi.

Oblīviōſus, a, um, *ſcordevole*, *ſmemorato*, ἐπιλήσμων, qui cito obliviſcitur. *Cic. de Sen.* c. 11. Hos ſignificat credulos, obliviosos, diſſolutos. *Tert. de anim.* c. 24. Homo oblivioſiſſimus. ¶ *Horat.* l. 2. *od.* 7. Oblivioſo levia Maſſico ciboria exple. h. e. oblivionem inducente.

Oblīviſcor, eris, oblitus ſum, d. 3. *dimenticarſi*, *ſcordarſi*, שכח, Ger. *vergeſſen*, Gal. *s'oublier*, Hiſp. *olvidarſe*, memoriam rei alicujus amitto, ἐπιλανθάνομαι. Conſtruitur cum gen. *Cic. pro Cæl.* Obliviſcor injuriarum, depono memoriam doloris mei. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. in Brut.* Subito totam cauſam oblitus eſt. ¶ Vel cum infin. *Cic. pro Roſc. Com.* Obliviſcor, Roſcium, & Cluvium viros eſſe primarios. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic.* l. 8. *Fam.* Quid ego tibi ſcripſerim, te non arbitror oblitum. ¶ Reperitur etiam paſſive in partic. præteriti temporis. V. Oblitus. Sic in partic. *obliviſcendus*. *Horat.* l. 1. *ep.* 11. v. 13. Oblituſque meorum, obliviſcendus & illis. Adde *Plaut. Mil.* 4. 8. 49. ¶ *Virg.* 2. *Georg.* v. 58. Pomaque degenerant ſuccos oblita priores. h. e. priore ſapore amiſſo.

Oblīvium, ii, n. idem ac oblivio. *Virg.* 6. *Æn.* Et longa oblivia potant. *Tac.* l. 4. *hiſt.* c. 3. Eam ſententiam modeſtiſſimus quiſque ſilentio, deinde oblivio tranſmiſſe. *Hor.* l. 2. *ſat.* 6. Ducere ſollicitæ jucunda oblivia vitæ.

Oblīvius, a, um, adject. obſoletus, oblivione deletus. *Var. de L. L.* l. 4. *circ. init.* hæc ſunt tripertita verba, quæ ſunt aut noſtra, aut aliena, aut oblivia.

Oblŏco, as, a. 1. idem quod loco. *Juſtin.* l. 11. c. 10. Cum operam oblocare ad puteos exhauriendos ſolitus eſſet. *Suet. in Caſ.* c. 26. Quæ ad epulum pertinebant, macellariis oblocata.

Oblongŭlus, a, um, adject. dimin. ab oblongus. *Gel.* l. 17. c. 9. Surculi teretes oblonguli.

Oblongus, a, um, ὑπόμηκες, longus, vel valde longus. *Plin.* l. 37. c. 12. Figura oblonga probatur. *Liv.* l. 21. Haſtile oblongum. *Vitruv.* l. 12. c. 17. Foramen oblongius.

Oblŏquium, ii, n. contradictio, calumnia. *Sidon.* l. 7. *ep.* 9. *in concione ibi ſubnexa*. Noſſe vos par eſt, in quæ me obloquiorum Scyllas turbo conjecerit.

Oblŏquor, eris, quutus ſum, d. 3. *interrompere il parlar d' alcuno*, נגדר, Ger. *widerſprechen*, Gal. *parler contre*, *médire*, Hiſp. *hablar en contrario*, *eſtorvar ao que habla*, ἀντιλαλέω, contra loquor, obturbo, ſermonem alicujus interpello. *Cic. Q. Fr.* l. 2. Tu vero ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare, velim. *Id. pro Cluent.* Quæ mihi obloqui videtur. ¶ Interdum eſt accinere. *Virg.* 6. *Æn.* Nec non Threicius longa cum veſte Sacerdos obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum. ¶ Interdum detrahere, maledicere. *Curt.* l. 10. c. 2. Qui ferociſſime obloquuti erant, ſingulos manu corripuit.

Oblŏquūtor, vel Oblocutor, oris, m. ἀντίλογος, maledicus, detractor. *Plaut. Mil.* 3. 1. 48. Obloquutor non ſum alteri.

Oblucinaſſe, dicebant antiqui, mente erraſſe, quaſi in luco Deorum alicui occæcaſſe. *Feſt.*

Obluctātio, onis, f. actus contra aliquid obluctandi. *Arnob.* l. 2. Qui cum ſuis voluptatibus pugnant, pertinaci moliuntur obluctatione virtutis.

Obluctor, aris, d. 1. *sforzarſi all' incontro*, ἀνθέλκω, arctos contra aliquid nitor. *Col.* l. 18. c. 14. Fruticibus, aut ſolidioribus herbis obluctatur pertinaciter. *Virg. Æn.* 3. v. 38. genibuſque adverſæ obluctor arenæ. *Curt.* l. 7. c. 9. Obluctari difficultatibus. *Stat.* l. 3. *ſilv.* 1. ſaxa obluctantia ſummovet.

Oblūdo, is, ſi, ſum, n. 3. *giuocare*, *ſcherzare*, παίζω, idem ac ludo. *Plaut. Truc.* 1. 2. 70. Obludunt, qui cuſtodem oblectent per joculum, & ludum.

Oblūridus, a, um, idem ac luridus, aut valde luridus. *Ammian.* l. 14. c. 6 (*al.* 17.) *a med.* Spadones obluridi, diſtortaque lineamentorum compage deformes.

Obmănens, entis, o. permanens, diu manens. *Feſt.*

Obmitto, is, pro omitto, legitur a quibuſdam apud *Col.* l. 1. c. 4. & l. 7. c. 5. Sed alii utrobique leg. *amitto*.

Obmōlior, iris, itus ſum, d. 4. προβάλλω, molem objicio, facta mole obſtruo. *Liv.* l. 37. c. 32. Ad munienda, & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant. ideſt obſtruenda oppoſitis molibus. *Curt.* l. 6. c. 6. Arborum truncos, & ſaxa obmoliuntur.

Obmŏvĕo, es, a. 2. idem ac admoveo, apud vet. *Feſt.* & *Cato R. R.* c. 135.

Obmurmŭro, as, n. 1. ἀντιγογγύζω, contra murmuro. *Ovid. ep.* 18. v. 47. Precibuſque meis obmurmurat ipſe.

Obmuſsĭto, as, a. 1. frequentat. &

Obmuſſo, as, a. 1. obmurmuro, ſummuſſo. *Tertull. de Pal.* c. 4. Tacendum, ne quid & illi de Cæſonibus obmuſſitent. *Id. de anim.* c. 18. Porro hæc nobis ſemper obmuſſant.

Obmūteſco, is, utui, n. 3. *ammutirſi*, נאלם, Ger. *verſtummen ſe*, Gal. *taire comme un muet*, Hiſp. *enmudecer*, ἀποκωφόομαι, mutus fio, taceo. *Cic.* 2. *de Orat.* Neque Antonium verbum facere patiar, & ipſe obmuteſcam. ¶ Tranſlate ſumitur pro ceſſare. *Cic.* 3. *de Or.* Hoc ſtudium noſtrum conticuit ſubito, & obmutuit. ¶ Item pro non eſſe in uſu. *Plin.* l. 33. c. 14. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit.

Obnātus, a, um, *nato all' intorno*, circum natus. *Liv.* l. 23. c. 19. Ibi harenta (dolia) inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur.

Obnecto, is, a. 3. ligo, obligo. *Feſt.*

Obnĭger, gra, grum, niger, vel ſubniger, vel admodum niger. *Plin.* l. 20. c. 13. Radicibus multis, & obnigris.

Obnītor, eris, iſus, vel ixus ſum, d. 3. *sforzarſi all' incontro*, נתאמץ, Ger. *widerſtreben*, Gal. *tenir ferme contre quel' un*, Hiſp. *aſtribar*, ἀντερείδω, contra nitor. *Cic. pro Mil.* At non P. Clodio mortuo uſitatis jam rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam. *Vellei.* l. 1. c. 9. Triumphum Pauli impedire obnitebantur. *Lucret.* l. 4. v. 439. Navigia, aplaſtris fractis, obniti undis. *Tac.* 15. *Ann.* c. 11. Obniti adverſis.

Obnixe, adv. *con ogni sforzo*, Ger. *befftiglich*, Gal. *en s' efforçant de tout pouvoir*, Hiſp. *eſtribando con todas fuerças*, ἐντόνως, cum conatu, inſtanter, totis viribus, quantum poſſibile eſt. *Ter. Andr.* 1. 1. 134. Pedibus, manibuſque obnixe omnia facturum. *Claud. Mamert.* l. c. *de ſtatu anim.* c. 3. Obnixius argumentatur.

Obnixus, a, um, particip. ab obnitor, contra nixus, obluctans. *Liv.* l. 6. c. 12. Obnixus impetum hoſtium excepit. *Id.* l. 34. Obnixi ſcutis, & corporibus. *Virg. Æn.* 10. v. 359. Stant obnixa omnia contra. *Id. Æn.* v. 132. Obnixus curam ſub corde premebat.

Obnoxie, adv. *timidamente*, ſerviliter, trepide, quaſi obligato animo. *Liv.* l. 3. c. 39. Sed magis obedienter ventum in curiam, quam obnoxie dictas ſententias, accepimus. *Plaut. Stich.* 3. 2. 41. Peril hercle vero plane, nihil obnoxie. *Gel.* l. 7. c. 17. legit *non obnoxie*. V. Interpretes in hunc locum, & *Gel. loc. cit.*

Obnoxio, as, a. 1. obnoxium reddo. *Claud. Mamert. de ſtat. anim.* l. 2. c. 9. Alienis ſemet noxiis obnoxiantes.

Obnoxiōſe, adv. timide, remiſſe. *Plaut. Epid.* 5. 2. 30. Nihil vero obnoxioſe.

Obnoxiōſus, a, um, adject. obnoxius, ſubjectus. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 31. Magis quæ ſunt obnoxioſi, quam parentes, liberi.

Obnoxius, a, um, *ſoggetto*, *obbligato*, חייב, Germ. *ſchuldig*, Gal. *ſujet*, Hiſp. *ſugeto*, ὑπαίτιος, qui pœnæ obligatus eſt ob delictum, & generatim qui quovis modo eſt obligatus, ſeu ſubjectus, *ob*, & *noxia*, culpa, quaſi propter culpam. De hac voce multa diſputat *Gel.* l. 7. c. 17. quem conſule. *Ter. Hec.* Tum uxori obnoxius ſum. *Brut. Att. ep.* 17. Vivat hercule Cicero, qui poteſt, ſupplex, & obnoxius. *Liv.* l. 4. Obnoxius criminis. *Sen. de ira*. Nemo tam obnoxius iræ fuit. *Hor.* l. 2. *ſat.* 7. pars hominum pravis obnoxia. h. e. addicta. ¶ Sumitur etiam pro obediente, & morigero. *Salluſt. in Catil.* Niſi ſibi obnoxia foret. ¶ Item pro noxio. *Enn. apud Gel. loc cit.* Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcuro latent. ¶ Item pro eo, quod expoſitum eſt. *A. Vict. de Vir. Illuſt.* Quorum ætatem injuriæ obnoxiam ſciebat. *Colum.* l. 4. c. 19. Vel quæ vehementibus procellis obnoxia eſt. *Suet. in Domit.* c. 12. Sed cum obnoxium ſe barbaris per hoc animadverteret. h. e. expoſitum barbarorum incurſionibus. *Plin.* alter l. 14. c. 2. *de vitibus*. Tecenia, & cum ea florens Biturica, nunquam floribus obnoxia, quoniam antecedunt, ventiſque, & imbribus reſiſtunt. ¶ Obnoxia corpora, ſunt valetudinaria, *infermiccie*, *cagionevoli*. *Plin.* l. 31. c. 6. Idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis. ¶ Obnoxius animus eſt illiberalis, ſervilis, *animo abbietto*, *ſoggetto*. *Plin. in præfat. hiſt.* Obnoxii profecto animi, atque infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. *Liv.* l. 23. c. 12. Si reticeam, aut ſuperbus, aut obnoxius videar: quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti, alterum ſuæ. ¶ Obnoxiam pacem pro indecora, turpi dixit *Id.* l. 9. ¶ Arva non obnoxia curæ. h. e. quæ curare, & colere non eſt opus. *Virg.* 2. *Georg.* Juvat arva videre Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ. ¶ Luna radiis fratris obnoxia. hoc eſt, quæ lumen a Sole refert acceptum. *Virg.* 1. *Georg.* ¶ Cum genitivo, *Paul. receptar. ſentent.* l. 2. *tit.* 17. Obnoxius auctoritatis.

Obnūbĭlo, as, avi, atum, a. 1. *annubilare*, עיפר, Germ. *verfinſtern*, Gal. *obſcurcir*, Hiſp. *anublar*, ἐπινεφόω, eſt nubibus implere, caligine quadam, & nubilo obtenebrare, obſcurum facere. *Gel.* l. 1. c. 2. Ac ne oris quidem, & vultus ſerenitatem Stoici hominis unquam ulla poſſe ægritudine obnubilari.

Obnūbĭlus, a, um, *oſcuro*, nubibus, vel tenebris obſitus, obſcurus. *Cic.* 1. *Tuſcul.* c. 21. *ex quodam Poeta*: Obnubila, & obſita tenebris loca.

Obnūbo, is, pſi, ptum, a. 3. *coprire*, חבה, Ger. *verbinden*, Gal. *couvrir*, Hiſp. *cubrir*, περικαλύπτω, tego, abſcondo. *Cic. pro Rab. perduel.* c. 4. Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. *Virg.* 11. *Æn.* v. 77. caput obnubit amictu.

Obnuntiatio, & Obnunciatio, onis, f. actus obnuntiandi. *Cic.* 1. *de Div.* Cratio quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. *Id.* 4. *Att. ep.* 16. Obnuntiationibus per Scævolam interpoſitis. V. *Obnuntio*.

Obnuntio, & obnuncio, as, avi, atum, a. 1. *avviſar qualche male*, Germ. *boſes ankundigen*, Gal. *annoncer du mal*, Hiſp. *denunciar mal*, κακαγγέλλω, mali aliquid nuntio. *Ter. Adel.* 4. 2. 7. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia, primus porro obnuntio. ¶ Speciatim Augures obnuntiare dicebantur, qui, ubi de cœlo ſervaſſent, nunciabant ſe mali aliquid omnino vidiſſe, ne quid eo die cum populo agi poſſet. E-

Digitized by Google

rat autem id potiſſimum remedium contra pernicioſas ſeges. *Cic.* 2. *Phil.* Augur Auguri, Conſul Conſuli obnuntiaviſſi. *Suet. in Cæſ. c.* 20. Lege autem agraria promulgata obnuntiantem Collegam armis foro expulit. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Att. l.* 4. Ut tibi poſtero die in foro obnuntietur.

Obnuptus, a, um, nom. ex particip. ab obnubo, velatus. *Macrob. Saturn.* 1. *c.* 21. Simulacrum hujus Deæ fingitur capite obnupto. *Et infra.* Terræ nubibus obnupta.

Obœdire, per diphthongum œ pro obedire legitur in MSS. apud *Plaut. Perſ.* 1. 4. 2.

Obolĕo, es, lui, *n.* 2. *rendere cattive odore, puzzare*, Ger. *ſtincken*, Gal. *rendre mauvais odeur*, Hiſp. *echar mal olor, heder*, ὄζω, male oleo, graveolentiam, odoremque tetrum reddo. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 38. Oboluiſti allium. *Suet. in Cal. c.* 23. Ille antidotum oboluiſſet. ¶ Ponitur etiam pro ſubolere tranſlate. *Plaut. Amph.* 1. 1. 163. Hei numnam obolui? *Id. Men.* 2. 3. 33. Obolunt marſupium huic iſtud, quod habes.

Obŏlus, i, m. ὀβολός, *piccola moneta*, genus parvæ monetæ ſextam partem continens drachmæ Atticæ, teſte *Plin. l.* 21. *c. ult.* & valens circiter ſeptem denariolos monetæ Gallicæ, teſte Budæo. *Ter. Andr.* 2. 2. 32. Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. h. e. minimo pretio coemptos.

Obominor, aris, atus ſum, dep. 1. male ominor. *Apul. l.* 9. *Metam.* Ceterum ei fragium obominata.

Obŏrior, eris, ortus ſum, d. 3. *naſcere*, ἐγγίγνομαι, adnaſcor, ſubnaſcor. *Sil. l.* 17. *v.* 481. Lux oborta micat. ¶ Tribuitur & aliis tranſlate. *Liv. l.* 21. Obortum eſt bellum. *Idem.* Obortus eſt riſus. *Ter. Heaut.* 4. 3. 5. Tanta hæc lætitia oborta eſt. *Cic. pro Ligar. c.* 3. Vide, quanta lux liberalitatis, & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.

Obortus, a, um, particip. ab oborior. *Stat. Theb.* 8. *v.* 32. Expavit oborta ſidera. *Lucret. l.* 6. *v.* 586. Terræ motus obortus.

Obortus, us, *m.* ortus, acceſſio. *Lucret. l.* 4. *v.* 118. Perpetuoque fluant certis ab rebus obortu. Ita legit Lambinus. Ceteri *odores*, ut & *l.* 6. *v.* 924. ubi Lucret. eadem verba repetit.

Obſcŭlor, aris, depon. 1. oſculor. *Petron. Satyr.* Quæ flagellorum veſtigia obſculantur.

Obpuvĭat, verberat. *Feſtus.*

Obraucatus, a, um, nom. ex particip. raucus factus. *roco. Solin. c.* 10. *de gruibus.* Volatus deſidiam caſtiges voce, quæ cogit agmen, ea ubi obraucata eſt, ſuccedit alia.

Obrendarium, ii, *n. Inſcript.* apud *Gruter pag.* 884. *n.* 16. L. Pomponius Cladus, & Claudia Parheſia fecerunt ſibi, & ſuis poſteriſque eorum, & M. Quintius Claudiano ollarium N. XII. ab imo in ſummo cum obrendario. *h. e.* cum loco in pavimento ad obruenda integra cadavera relicto, ut explicat *Fabret. Inſcription. c.* 1. *pag.* 15. ubi *n.* 83. refert aliam, in qua *vaſa obrendaria* memorantur, quæ exiſtimat fuiſſe fictilia ſarcophaga ad corpora integra condenda, & obruenda: *obrendarium* autem dictum videri quaſi *obruendarium*.

Obrēpo, is, pſi, ptum, n. 3. *venir celatamente*, Germ. *hinein ſchleichen*, Gal. *ſe coulier doucement*, Hiſp. *entrar, venir a eſcondidas, y paʒiblemente*, ὑφέρπω, latenter, & tacite advenio, tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ greſſu tacito gradiuntur, & dicitur de omni eo, quod ſenſum fallit, ut Obrepit ſenectus, mors, ſomnus, fames, dies, &c. *Cic. de Sen.* Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quam pueritiæ adoleſcentia obrepit? *Id. Att. l.* 6. Obrepſit dies, ut vides. ¶ Jungitur interdum accuſativo cum præp. *in. Cic.* 1. *de Div.* Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. ¶ Interdum pro fallere ponitur, ſive incautum aggredi. *Plin. l.* 36. *c.* 3. Nec poteſt videri Scaurus rudi, & hujus mali improvidæ civitati obrepſiſſe quodam vitæ rudimento. ¶ Obrepere ad Magiſtratus dicitur, qui falſa ſpecie vel probitatis, vel doctrinæ ad Magiſtratus aſſumitur. *Cic. pro Planc.* Cn. Plancium non obrepſiſſe ad honores. *Id. in Piſon.* Obrepſiſti ad magiſtratus errore hominum. ¶ *Plaut. Pœn. prol. v.* 14. Niſi alamabis, tacitum te obrepet fames. h. e. obrepet tibi, vel ad te.

Obreptĭo, onis, f. ὑφέρπυσις, latens, & fallax aditio. *Ulp. l. ſed & hoc, ff. de in jus voc.* Dum arrogetur per obreptionem. *Arnob. l.* 5. Ab furto obreptionis rejectus.

Obreptitius, a, um, per obreptionem factus. *Impp. Honor. & Theodoſ. lib.* 3. *Cod. tit.* 6. *leg.* 3. Sub colore adipiſcendæ poſſeſſionis obreptitia petitio alteri obeſſe non debet.

Obreptīve, adverb. obrependo, latenter. *l.* 4. *Cod. Theodoſ. de Fide Cath.* Obreptive, aut clanculo ſupplicare.

Obreptivus, a, um, adject. clandeſtinus, obrepens, ut obreptiva ſupplicatio, *Symmach. l.* 5. *ep.* 66.

Obrepto, as, avi, atum, n. 1. freq. ab obrepo. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 15. Opertæ ne fuerint, ne quis obreptaverit.

Obretĭo, is, ivi, itum, *a.* 4. ἐνσαγηνεύω, reti aliquem circundo, obvium reti accipio. *Lucr. l.* 3. *v.* 385. Quando obretimus euntes.

Obrigĕo, es, ui, n. 2. *indurarſi per il freddo*, Ger. *erſtarren fuer kaelten*, Gal. *ſe roidir de froid*, Hiſp. *elarſe de frio*, ῥιγόομαι, totus frigore contrahor, indureſco, rigidus fio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Pars obriguerit nive, pruinaque.

Obrigeſco, is, ui, n. 3. obrigeo, vel obrigere incipio. *Senec. epiſt.* 82. (*al.* 83.) Quid ergo? Viro non vel obrigeſcere ſatius eſt?

Obrizum. V. Obryzum.

Obroboratio, onis, f. morbus, apud *Veget. l.* 3. *vel veterin. c.* 85. quo rigent nervi.

Obrōdo, dis, oſi, ſum, a. 3. *rodere d' intorno*, περιτρώγω, circumrodo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 92. Ut quod obrodat, ſit, animo ſi male eſſe acceperit.

Obrogatio, onis, f. actus obrogandi. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 10. Cum duæ leges inter ſe diſſentiunt, videndum eſt, num qua obrogatio, aut derogatio ſit.

Obrŏgo, as, 1. *Obrogare legem*, inquit *Feſtus*, eſt legis prioris infirmandæ cauſa aliam legem ferre. *Ulpian. tit.* 1. *Regular.* Obrogatur legi, ideſt mutatur aliquid ex prima lege. *Cicer. Phil.* 1. *c.* 9. Quid, quod obrogatur legibus Cæſaris? *Flor. l.* 3. *c.* 17. Auſus tamen obrogare de legibus conſul Philippus. Adde *l.* 3. *ad Attic. ep.* 23. & V. *Abrogo.*

Obroſus, a, um, *roſo all' intorno*. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Poculum obroſo margine.

Obprōbro, as, a. 1. probrum objicio. *Feſtus.*

Obpavio, as, a. 1. verbero, a pavio. *Feſtus.*

Obructo, *as*, avi, atum, n. 1. in faciem alicui ructo. *Apul. in Apol.* Animadverti iſtis notabiliter in medio foro tibi obructantem.

Obrumpo, is, upi, uptum, a. 3. idem ac rumpo, *rompere*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 10. *de anſeribus.* In paſcendo, ſi radicem prehenderunt, quam educere velint e terra, obrumpunt collum. Al. leg. *abrumpunt.*

Obrŭo, is, ui, utum, a. 3. *coprire*, קָבַר, Ger. *vergraben*, Gal. *couvrir de terre*, Hiſp. *enterrar*, συγχωννύω, operio, ſubſterno, opprimo. *Cic. de Senect. c.* 7. Quo loco theſaurum obruiſſet. *Liv. l.* 5. *c.* 8. Obrui civibus. Sic obruere telis, *Virg.* 2. *Æn.* armis, *Stat.* 11. *Theb.* lapidibus, *Curt. lib.* 4. *cap. ult.* ¶ Obrui vino, *abbriacarſi*. *Cic. pro Dejot.* ¶ Tranſlate *Id. l.* 2. *ad Attic. ep.* 1. *ſub fin.* obrui ære alieno, *indebitarſi aſſai*. *Id. Verr.* 4. Obrui teſtimoniis, *eſſer convinto affatto*. *Id. l.* 1. *ep.* 1. *Q. Fr. cap.* 2. Obrui magnitudine negotiorum tanquam fluctu, *eſſer ſopraffatto, o oppreſſo*. *Id.* 3. *Ver.* Obrui criminibus, & teſtibus, *eſſer caricato di accuſe &c.* *Id.* 3. *de Orat.* Obruitur teſtis riſu omnium, *vien confuſo dalle beffe di tutti*. ¶ Obruere aliquid oblivione, *metter in obblio*. *Cic.* 1. *Fin. cap.* 27. Ut adverſa quaſi perpetua oblivione, obruamus. Sic mutata conſtructione, *Tacit. in Agric. in fine.* Multos veterum, velut ingloriοs, & ignobiles, obruet oblivio. ¶ Abſolute obruere eodem fere ſenſu. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quod Dii omen obruant. ¶ Obruere nomen, famam, memoriam alicujus, eſt delere, tollere. *Plaut. Truc.* 1. & *al.* ¶ Interdum obruo idem eſt quod tuo. *Lucret. l.* 3. *v.* 777. An metuit concluſa manere in corpore putri? Et domus ætatis ſpatio ne feſſa vetuſto Obruat? Poteſt tamen ſubaudiri accuſat. *ſe.*

Obruſa, vel Obruſſa, æ, f. ὄβρυζα, exploratio auri & argenti per ignem. *Cicer. in Brut. c.* 74. Quo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda, tanquam obruſſa, ratio. *Senec. epiſt.* 13. Sic verus ille animus probatur; hæc ejus obruſſa eſt. *Sueton. in Ner. c.* 44. Exegit aurum ad obruſſam.

Obruſſum. V. Obryſum.

Obrŭtus, a, um, adject. *coperto, ſopraffatto, oppreſſo*. *Cato R. R. c.* 147. Obrutus in terra. *Lucret. l.* 4. *v.* 924. Ignis obrutus cinere. *Stat.* 10. *Theb.* Legio obruta ſomno. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop.* Corpora obruta morbo. *Nepos* 4. *c.* 1. Vitiis obrutus. *Plin. l.* 11. *c.* 17. Reliqua vetuſtatis ſitu obruta. V. *Obruo.*

Obryzatus, a, um, adject. ut obryzati nummi, h. e. ex auro excocto, & ſyncero conflati. *Leg. ult. Cod. de vet. numiſm. poteſt.*

Obryzum, vel Obrizum, vel Obruſſum (tot enim modis ſcriptum invenitur) *oro purgato, o fino*, ὄβρυζον, dicitur aurum igne excoctum, & purgatum. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Auri experimento ignis eſt, ut ſimili colore rubeat, quo ignis, atque ipſum obryzum vocant. ¶ Sunt qui hanc vocem ducunt ab *Ophir* loco apud Indos, unde Salomoni, aliiſque Hebræis regibus aurum omnium optimum advehi ſolitum. Ita enim dici potius Obryſſum, quaſi Ophirizum, inquit *Hieronymus.*

Obſævio, is, n. 4. *incrudelir contra*, ἐπιχαλεπαίνω, contra ſævio. *Plaut. Epid.* 4. 1. 29. Qui per voluptatem in me ærumna obſæviſti graviter. Alii leg. *in me ærumnam obſeviſti gravem.* hoc eſt me in ærumnam conjeciſti. ut ſit præteritum ab *obſero, is.*

Obſalūto, as, a. 1. eſt ſalutandi gratia ſe ſe offerre alicui. *Feſt.*

Obſatūro, as, a. 1. ἀναπίμπλημι, ſaturo, ſaturitatem uſque ad faſtidium induco. *Ter. Heaut.* 4. 7. 27. Næ tu propediem, ut iſtam rem video, iſtius obſaturabere.

Obſcævo, as, avi, atum, 1. vox eſt hybrida ex latino *ob*, & græco σκαιός, (quod ſiniſtrum, infelicem, infauſtum ſignificat) conflata, uſurpaturque a *Plauto* pro male ominari, malo omine rem aliquam impedire, vitiare, turbare, ubi ait *Aſin.* 2. 1. *v. ult.* Metuo, quod illæ obſcævavit meæ falſæ fallaciæ. Alii leg. *obſcœnavit*, eodem ſenſu.

Obſcœne, adv. *lordamente*, αἰσχρῶς, impure. *Cic.* 1. *Off. c.* 35. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe eſt, ſed dicitur non obſcœne. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. Obſcœnius excitata natura Mercurii traditur. *Eutrop. l.* 8. *c. penult.* Impudiciſſime, & obſcœniſſime vixit.

Obſcœnitas, atis, *oſcenità, diſoneſtà*, αἰσχρότης, impuritas, fœditas. *Cic.* 1. *Offic. c.* 29. Rerum turpitudini adhibere verborum obſcœnitatem. *Suetan. in Claud. c.* 15. Obſcœnitatis in fœminas reus. Ubi ſingularem quandam libidinis fœditatem notat. Adde *eund. in Tiber. c.* 45. ubi eodem ſenſu uſurpat.

Obſceno, as, V. Obſcævo.

Obſcœnus, a, um, *di mal' augurio*, Ger. *garſtig*, Gal. *de mal augure*, Hiſp. *de mal aguero*, αἰσχρός, proprie eſt, quod mali auſpicii eſt, inauſpicatum, infelix, malum omen afferens, teſte *Feſto*. Varia hujus nominis affertur Etymologia, & inde varia ſcriptio. Plurimi ſcribunt *obſcænus* per *æ*, quaſi ſit ab *obs*, & κοινός, quod cœnum aliquando ſignificat: nos cum Manutio, Priſciano, & aliis ſine diphthongo ſcribimus, ſive ſit ab *obs*, & *cano*, ſive ab *ob*, & *ſcena*, ſive ab *Oſcis*. V. *Voſſ. in Etymolog. Virg.* 3. *Æn. v.* 241. *de Harpyis.* Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres. Ubi *Serv.* Obſcœnæ aves ſunt, quæ canendo adverſa ſignificant. *Sueton. in Galba, c.* 4. Ceteris ut obſcœnum oſtentum abhorrentibus. *Feſtus:* Allienſis dies dicebatur apud Romanos obſcœniſſimi ominis. *Catul. carm.* 68. *ad Mall. v.* 99. Troja obſcœna. h. e. infauſtis ominibus condita. ¶ Sæpiſſime uſurpatur pro turpi, impudico, *oſceno, diſoneſto*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Obſcœniſſimi verſus. *Id.* 5. *Tuſc. c.* 38. Illud Antipatri eſt quidem paulo obſcœnius. ¶ Obſcœni, abſolute, dicuntur impudici. *Senec. Controv. l.* 4. *in Excerpt. ſub fin.* obſcœnos & impudicos conjungit. ¶ Obſcœna, orum, ſunt pudenda. *Pomp. Mela l.* 3. *c.* 7. Pars nudi agunt, pars tantum obſcœna velant. Adde *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. & *Senec. ep.* 70.

Obſcuratĭo, onis, f. *oſcurazione*, אֹפֶל, Germ. *ver ſin ſterung*, Gal. *obſcurciſſement*, Hiſp. *eſcuridad*, σκότωσις, actus obſcurandi, obſcuritas. *Cic.* 4. *Fin. c.* 55. Quibus autem in rebus obſcuratio tanta non ſit. *Id. apud Auguſtin. l.* 3. *de Civ. Dei, c.* 15. Obſcuratio ſolis.

Obſcuratus, a, um, nom. ex particip. *oſcurato, oſcuro*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 55. Memoria ſenſim obſcurata. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 115. Obſcurata diu populo vocabula rerum.

Obſcure, adv. *oſcuramente*, בַּחֹשֶׁךְ, Germ. *dunkel*, Gall. *obſcurement*, Hiſp. *eſcuramente*, σκοτεινῶς, tenebricoſe, ſine lumine. Tranſlate ponitur pro involute, implicate, difficile. *Cic.* 2. *Fin.* Quia de natura nimis obſcure memoravit. *Id. in Catil.* Non agam obſcure. *Id.* 4. *Acad.* Alterum palam, alterum obſcurius. ¶ Obſcure aliquid ferre, eſt diſſimulanter ferre, ſic, ut nemo agnoſcat motus animi commoti. *Cic. pro Cluent. c.* 19. Neque id obſcure ferebat, neque diſſimulare ullo modo poterat. ¶ Obſcure naſci, *naſcer di vil condizione*. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 3. Sic obſcuriſſime natus, apud *Ammian. l.* 19. Non obſcure, h. e. manifeſto, aperte. *Cæſar l.* 8. *B. Gall.* Neque obſcure hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur.

Obſcurĭtas, atis, f. 3. *oſcurità*, חֹשֶׁךְ, Germ. *dunckelheit*, Gal. *obſcurite*, Hiſp. *eſcuridad*, ἀσάφεια, tenebroſitas, caligo, opacitas. *Plin. lib.* 20. *c.* 1. Obſcuritates, & vitia oculorum ſanat. ¶ Tranſlate ſumitur pro difficultate. *Cic.* 2. *Fin.* Sed ineſt in rebus ipſis obſcuritas. ¶ Item pro ignobilitate. *Cic.* 1. *Off. c.* 13. Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur.

Obſcūro, as, a. 1. *oſcurare*, הֶחְשִׁיךְ, Ger. *verdunckeln*, Gal. *obſcurcier*, Hiſp. *eſcurecer*, ἐπισκιάζω, obſcurum reddo, obumbro, velo, tenebras affero. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcuraviſſe dicuntur. ¶ Tranſlate ponitur pro non curare, tegere. *Cic. pro Arch. c.* 11. Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt. *Id. pro Cluent.* Nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. ¶ Item pro ignobile reddere. *Cic. de Fin.* Omnia illa, quæ tu bona

Digitized by Google

vocas, neceſſe eſt obſcurari, & non apparere. ¶ Obſcurare aliquid allegoriis, *Id. Attic. l.* 2. Itali dicunt, *parlar ſotto metafora*.

Obſcūrus, a, um, *oſcuro*, אפל, Germ. *dunckel*, Gal. *obſcur*, Hiſp. *oſcuro*, σκοτεινός, obſcuritatem habens, tenebricoſus, ſine lumine, *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 231. Infernis tenebris obſcurior. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 420. Si quos obſcura nocte per umbram fudimus inſidiis. ¶ Tranſlate ponitur pro involuto, implicato, difficili. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 36. Videre res obſcuriſſimas. *Quintil. l.* 7. *c.* 11. Obſcurum jus. *Horat. l.* 3. *ep.* 14. Obſcurum odium. ¶ Item pro dubio, incerto. *Cic. de L. Agr.* Nolo, ſuſpenſam, & incertam plebem R. obſcura ſpe, & cæca expectatione pendere. ¶ Item pro ignobili, quæ Metaphora inde tracta eſt, quod viri nobiles omnibus conſpicui ſint, & cogniti, contra qui humili genere ſunt orti, tanquam in tenebris agentes, nemini innoteſcant. *Cic.* 1. *Off. c.* 32. Qui magna ſibi proponunt obſcuris orti majoribus. ¶ Item pro aſtuto, & fallaci. *Cic.* 3. *Off.* Sed verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratores, vafri. *Id. Verr.* 1. *c.* 2. Quod ſi quam audax eſt ad conandum, tam eſſet obſcurus in agendo, fortaſſe nos fefelliſſet. ¶ Non obſcurus, pro aperto, manifeſto. *Cic.* 13. *Fam. ep.* 70. Non obſcura benevolentia tua in me. ¶ *Obſcurum* adverbialiter pro obſcure, *Lucan. l.* 5. *v.* 632. obſcurum nimboſus diſſilit aer.

Obſecrātio, onis, f. *preghiera*, λιτανεία, precatio, obteſtatio, preces. *Cic. pro Font.* Ejus vos obſecrationem repudiare, &c. *Id.* 1. *de Inv. c.* 16. Si prece, & obſecratione humili, ut ſupplici utemur. ¶ A *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 53. enumeratur inter figuras ſententiarum.

Obſecrātus, a, um, *pregato inſtantemente*, *ſcongiurato*, enixe rogatus. *Salluſt. in Jug. c.* 27. A Numidis obſecrati, triduo navim aſcendere. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 5. Nominatim evocati, atque obſecrati.

Obſecro, as, avi, atum, a. 1. *pregare*, התפלל, Germ. *umb gottes willen bitten*, Gall. *prier*, Hiſp. *rogar*, λιτανεύω, oro, obteſtor, deprecor, a *ſacro*, quaſi per ſacra rogo, vel opem a ſacris rogo. *Cic. pro Quinct.* Nævium obſecravit per fratris ſui mortui cinerem. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 102. Si fas eſt obſecram abs te, pater. *Ter. Heaut.* 5. 5. Obſecro, ne facias. *Plin. l.* 9. *ep.* 29. Venia obſecranda eſt. *Plaut. Amph.* 1. 1. 231. Obſecro, ut per pacem liceat te alloqui. ¶ Obſecrare fidem alicujus, h. e. per fidem. *Id. ib. v.* 817. Tuam fidem obſecro. ¶ Obſecro, obteſtor ſæpe a Cicerone conjunguntur, ut *Attic. l.* 11. &c. ¶ Obſecrare precibus, *Marcell. ad Cic.* 4. *Fam. ep.* 11. ¶ Sæpe adverbialiter ponitur, ut quæſo. *Ter. Eun.* 5. 5. 21. Obſecro, an is eſt? *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 15. Attica mea, obſecro te, quid agit?

Obſecundanter, adverb. *obſecundando*. *Nigidius apud Non. cap.* 2. *n.* 607. Obſecundanter naturæ vivere.

Obſecundātio, onis, f. obſequium, ut obſecundatio ſervilis, *l.* 92. *Cod. Theodoſ. de Decurionib.*

Obſecundātor, m. 3. ut, obſecundatores ſacrorum ſcriniorum. h. e. qui in ſacris ſcriniis ſervandis operam navant, *l.* 3. *Cod. Theodoſ. de proximis comitib. diſpoſit.*

Obſecundo, as, avi, atum, *ſecondare*, *compiacere*, ריצה, Germ. *zu willen ſeyn*, Gall. *complaire*, *faire au gré*, Hiſp. *complazer*, *hazer lo que otro quiere*, ὑπουργέω, aſt obſequi, omnia ad alterius nutum facere, ex *ob*, & præp. *ſecundum*. *Cic. pro L. Man. cap.* 16. Ut ejus ſemper voluntatibus non modo cives aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti, tempeſtateſque obſecundarint. *Liv. l.* 3. *c.* 55. Obſecundando mollire impetum aggrediuntur. *Terent. Heaut.* 4. 6. 23. Obſecundare in loco.

Obſecūtio, & Obſequūtio, onis, f. obſequium. *Arnob. l.* 7. Inviolabili obſecutione ſervare.

Obſecūtor, & Obſequūtor, oris, m. qui obtemperat. *Tertull. l.* 4. *contr. Marcion. c.* 9. Obſecutores legis.

Obſēpio, is, n. 4. *circondare di ſiepe*, *chiudere*, שוך, Germ. *umbzaunen*, Gall. *environner*, & *clorre des hayes*, Hiſp. *ſepiar*, *verdar*, περιφράττω, ſepibus circundo, claudo. *Cic. pro Mur.* Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant. *Liv. l.* 9. Hæc Plebi ad Curules Magiſtratus iter obſepſit. V. *Obſeptor*.

Obſeptus, a, um, nom. ex particip. *chiuſo*, *ſerrato*. *Liv. l.* 25. Alii obſeptis itineribus ſuper vallum ſaliunt. *Silius l.* 12. *v.* 110. Obſepta viarum. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 35. Ubi illum ſaltum video obſeptum.

Obſequēla, æ, f. *oſſequio*, *compiacenza*, θεραπεία, morigeratio. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 50. Omnes parentes, Libane, liberis ſuis, qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam. *Feſtus*. Obſequela, obſequium.

Obſĕquens, tis, o. *obediente*, *oſſequioſo*, ὑπήκοος, obediens. *Plaut. Senecæ l.* 10. *Fam. ep.* 8. Legiones noſtra liberalitate nobis obſequentes. *Terent. Heaut.* 3. 5. 9. Homo obſequens voluptati. h. e. deditus. *Colum. l.* 3. *c.* 8. Curæ mortalium obſequentiſſimam Italiam, quæ pene totius orbis fruges, adhibito ſtudio colonorum, ferre didicerit. ¶ Propriæ *Senec. ep.* 50. Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obſequentior?

Obſequenter, adv. πειθηνίως, obedienter, *obbedientemente*, *oſſequioſamente*. *Apul. l.* 11. *Metam. circa princ. de luna*: Nunc incrementis conſequenter augeri, nunc decrementis obſequenter imminui. *Plin. l.* 5. *ep.* 24. Vixit in contubernio ſeveriſſime, & tamen obſequentiſſime.

Obſequentia, æ, f. idem ut obſequium, *condiſcendenza*. *Caſ.* 7. *B. G. c.* 29. Factum imprudentia Biturigum, & nimia obſequentia reliquorum.

Obſequiæ, arum, f. idem quod exſequiæ. *Inſcript. apud Fabret. p.* 702. Me decuit morti prius occubuiſſe ſupremæ, Teque mihi tales, nate, dare obſequias.

Obſequialis, le, adject. obſequioſus. *Fortun. l.* 6. *carm.* 7. Solvit & exſequias obſequialis amor.

Obſequibilis, le, o. 3. θεραπευτικός, qui obſequitur. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Cognatos, affineſque nullos ferme tam obſequibiles eſſe ait.

Obſequiōſus, a, um, εὐπειθής, qui facile obſequitur. *Plaut. Capt.* 2. 3. 57. Nihilo ſecius mihi obſequioſus ſemper fuiſti.

Obſequium, ii, n. *oſſequio*, *compiacimento*, משמע, Germ. *willfahrung*, Gall. *reſpect*, *obeiſſance*, Hiſp. *acatamiento*, θεραπεία, officium, quo quis id ſequitur, & facit, quod alteri placiturum novit. *Ter. Andr.* 1. 1. 41. Obſequium amicos, veritas odium parit. *Cic.* 1. *de Leg.* Cum animus a corporis obſequio, indulgentiaque diſceſſerit. *Id. in Piſon. cap.* 2. Patientia, & obſequio ſuo aliquem mitigare, *con la convenienza*. ¶ Graſſari obſequio. V. *Graſſor*. ¶ Obſequium animo ſumere, eſt ſibi indulgere. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 7. ¶ Tranſlate *Ovid. l.* 2. *de art. am. v.* 179. Flectitur obſequio curvatus ab arbore ramus: Frangis, ſi vires experiere tuas.

Obſĕquor, eris, quutus, & cutus ſum, *compiacere*, *condiſcendere*, רצה, Ger. *zu willen ſeyn*, Gal. *obeir*, *complaire*, Hiſp. *temporizar*, *complazer*, ὑπηρετέω, χαρίζομαι, alterius voluntati morem gero, inſervio, indulgeo, cum dat. *Cic.* 2. *Fin. c.* 6. Obſequar igitur voluntati tuæ. *Id.* 1. *Fam. ep.* 9. Tempeſtati in navigando obſequi, artis eſt. ¶ Obſequi animo ſuo, vel obſequi animo, eſt indulgere ſibi. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 12. Lubido eſt hominum, ſuo animo obſequi. ¶ Reperitur etiam cum acc. communi. *Gell. l.* 2. *c.* 7. Sed ea tamen, quæ obſequi non oportet.

Obſĕrātus, a, um, adject. *ſerrato*, *chiuſo*. *Horat. Epod.* 17. Quid obſeratis auribus fundis preces? *Liv. l.* 5. *c.* 41. Ædificiis obſeratis.

Obſĕro, as, avi, atum, a. 1. *ſerrare*, הגיף, Germ. *verſchlieſſen*, Gal. *fermer au verrouil*, Hiſp. *cerrar con llave*, *o con aldaba*, κλειδόω, occludo, veluti ſera impoſita. *Ter. Eun. a.* 5. *ſc.* 5. *v.* 25. Tu abi, atque oſtium obſera intus. *Catull. carm.* 52. *in Comerium*. Licet, obſeres palatum. h. e. ut claudas, neque loquaris.

Obſĕro, ris, evi, itum, a. 3. *ſeminare*, κατασπείρω, idem ac ſero, vel circum ſemino. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 28. Obductaque terra erat, frugibus obſerebatur. *Plaut. Trin.* 2. 4. 129. Frumenti cum alibi meſſis maxima eſt, minus reddit, quam obſeveris. ¶ Ponitur etiam pro circumplantare. *Col. de arb. c.* 3. Agrum antequam vineis obſeras. ¶ Tranſlate obſerere mores, eſt imbuere. *Plaut. Trin.* 2. 4. 130. Item iſtic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendis poſſit interficiet. ¶ Obſerere pugnos, eſt pugnos indere, pugnis percutere. *Id. Men.* 5. 7. 25. Hiſce ſementem in ore faciam, pugnoſque obſeram. V. *Sementis*.

Obſervābilis, le, adject. *oſſervabile*, quem obſervare poſſumus. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Manus averſæ & tectæ minus ſunt obſervabiles. h. e. minus caveri poſſunt. *Apul.* 11. *Metam.* Potentia obſervabilis. *degna di ammirazione*.

Obſervans, tis, nom. ex partic. *oſſervante*, *riſpettoſo*, *riverente*, ἐπιτηρητικός. *Cic.* 16. *Attic. ep.* 16. Ut mehercule paucos æque obſervantes, atque amantes me habere exiſtimem. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Obſervantiſſimus mei homo. *Plin. l.* 10. *ep.* 11. Obſervantiſſimus omnium officiorum. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 289. obſervantior æqui.

Obſervanter, adverb. obſervando. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 1. Idem obſervanter ſecutus eſt in illis præcipue voluminibus, quibus ſtatum Reip. formandum præcepit. *Gell. lib.* 10. *cap.* 21. Obſervantiſſime vitare aliquid. *Ammian. l.* 23. Obſervantius hæc declinat.

Obſervantia, æ, f. *oſſervanza*, *riverenza*, כבוד, Germ. *ehrerbietung*, Gal. *obſervation*, *reverence*, Hiſp. *obſervacion*, θεραπεία, veneratio, & honoris exhibitio in aliquem. *Cic.* 2. *de Inv.* Obſervantia eſt, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignamur. *Id. Attic.* 11. *ep.* 17. De tua erga ſe obſervantia plurima exponit. *Id.* 12. *Fam. ep.* 26. Obſervantia colere aliquem. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Obſequio & obſervantia in regem cum omnibus certaſſet. ¶ Accipitur & pro obſervatione, conſideratione. *Velle.* *l.* 2. *c.* 106. Temporum obſervantia. *Pompon. l.* 2. *de orig. jur.* § 24. Juris obſervantia deſerit in hoc.

Obſervāte, adverb. *oſſervando*. *Gell. l.* 2. 2. 17. Obſervate, curioſeque animadvertit M. Tullius.

Obſervātio, onis, f. *oſſervazione*, *avvertimento*, משמר, Germ. *wahrnehmung*, Gall. *obſervation*, Hiſp. *obſervacion*, ἐπιτήρησις, animadverſio, annotatio, attentio. *Quintil. l.* 2. *c.* 11. Obſervatione perpetua dignum aliquid. *Cic.* 2. *Offic.* 2. 25. Notitia ſui corporis, & obſervatione ſuſtentatur valetudo. ¶ Quandoque ponitur pro honore, & reverentia. *Val. Max. l.* 1. *c.* 8. Quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſervatio redderetur. ¶ Item pro cautela. *Cic.* 1. *Offic.* Summa erat obſervatio in bello movendo apud antiquos. ¶ Item pro vivendi ratione, quæ ægrotis a medicis præſcribitur. *Celſus*. Huc referri poteſt & illud quod modo ex *Cic.* 2. *Off.* attulimus. ¶ In obſervatione eſt, h. e. obſervatur. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Quondam in obſervatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo. ¶ Obſervationi operam dare, pro ſervare, cuſtodire, *Plauti eſt Mil.* 2. 6. 5.

Obſervātor, oris, m. qui obſervat. *Plin. in Paneg. c.* 40. Nemo obſervator, nemo caſtigator aſſiſtet. *Senec. ep.* 41. Sacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum, bonorumque noſtrorum obſervator, & cuſtos.

Obſervātrix, icis, f. quæ obſervat. *Tertull. de corona Mil. c.* 4. Conſuetudo confirmatrix, fides obſervatrix.

Obſervātus, a, um, animadverſus. *Virg.* 2. *Æn. v.* 754. veſtigia retro Obſervata ſequor.

Obſervātus, us, m. idem ut obſervatio. *Varr. l.* 2. *de re ruſt. c.* 7. Ex obſervato dicunt, cum equum habere annos ſexdecim.

Obſervito, as, a. 1. frequenter obſervo. *Cic. l.* 1. *Div. c.* 45. Deorum voces Pythagorei obſervitaverunt. Ita habetur in quibuſdam MSS. & editis. Alii *obſervaverunt*. ¶ *Maſſur. Sabin.* apud *Gell. l.* 10. *c.* 15. *ad fin.* Eædem ferme cærimoniæ ſunt, quas Flaminicas Dialis ſeorſum aiunt obſervitare.

Obſervo, as, a. 1. *oſſervare*, *por mente*, שמר, Germ. *wahrnehmen*, Gall. *obſerver*, Hiſp. *obſervar*, τηρέω, eſt advertere aliquid oculis, animoque. *Ter. Andr.* 1. 1. Obſerves filium, quid agat. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Tempus ulciſcendi obſervare. *Id. de Clar. Or. c.* 72. Obſervare ſe ſe. *oſſervar ſe ſteſſo; aver la mira alle proprie azioni*. Obſervata Hippocrati, pro notata ab Hippocrate, *Plin. l.* 7. *c.* 51. ¶ Obſervare leges. h. e. cuſtodire. *oſſervar le leggi*. *Cic. pro Dom. ſua*. Sic obſervare fœdus ictum, *Sil. lib.* 17. ¶ Obſervare nutum alicujus, *ſtar' attento ai cenni di alcuno*. *Cic.* 4. *Tuſc. apud Non.* ¶ Item pro admirari, colere, aſſidue cum aliquo eſſe honoris cauſa. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 8. Quod me, quamquam a pueritia ſua ſemper, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem, & obſervat, & diligit. ¶ Interdum obſervare eſt verbum Augurum, cum de cœlo ſervant, teſte *Servio in illud Virg. Æn.* 6. Obſervant quo ſigna ferant, quo tendere pergant. ¶ Obſervare oſtium, *far guardia alla porta*. *Plaut. Mil.* 2. 3. *verſ. penult.*

Obſes, idis, com. *oſtaggio*, בן התערובה, Germ. *geiſel*, Gal. *otage*, Hiſp. *rehen*, ὅμηρος, qui traditur imperio alicujus ea conditione, ut, ſi dator obſidis a fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus, & vitam ejus, qui datus eſt. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. cap.* 14. Ut obſides accipere, non dare conſueverint. *Cic. pro L. Man. c.* 12. Pompejus eis ſpem deditionis non ademit, obſides imperavit. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. *Cic.* 4. *Catil.* Habemus enim a C. Cæſare ſententiam tanquam obſidem perpetuæ in Remp. voluntatis.

Obſeſſio, onis, f. *aſſedio*, מצור, Germ. *belagerung*, Gall. *ſiege*, Hiſp. *ſitio*, *cerco*, πολιορκία, actus obſidendi. *Cic. pro Dom.* Obſeſſione templorum, occupatione fori. *Caſ. l.* 3. *Bel. Civ. c.* 31. Obſeſſionem omittere. *levar l'aſſedio*.

Obſeſſor, oris, m. *aſſediatore*, צר, Ger. *belagerer*, Gall. *aſſiegeant*, Hiſp. *cercador*, *ſitiador*, πολιορκητής, qui obſidet. *Cic. pro Dom. c.* 5. Fori depopulator, obſeſſor curiæ. *Liv. l.* 9. *c.* 15. Obſeſſor Luceriæ urbis.

Obſeſſus, a, um, adject. *aſſediato*, *chiuſo*. *Velle. l.* 2. *c.* 51. Inopia obſidentibus, quam obſeſſis, erat gravior. *Virg.* 3. *Georg. v.* 508. Obſeſſas fauces. *Senec. Herc. Fur.* Pectora obſeſſa multis malis. *Caſ. l.* 1. *B. C.* Omnibus rebus obſeſſi tandem colloquium petunt.

Obſībilo, as, a. 1. ſibilo, exſibilo. *Apul. Metam.* 11. Dulces ſtrepitus obſibilabant.

Obſĭdātus, us, m. ipſa obſidum obligatio, vel conditio. *Ammian. l.* 16. *c.* 27. Obſidatus pignore tentus in Galliis. *Id. l.* 25. *c.* 24. Obſidatus ſpecie viri celebres altrinſecus dantur.

Obſīdeo, es, edi, eſſum, n. 2. *ſedere attorno*, περικαθίζομαι, proprie circumſedere. *Curt. l.* 8. *c.* 4. Per hos pellices introducebantur alio aditu, quam quem armati obſidebant. Adde *Plaut. Rud.* 3. 5. 36. ¶ Interdum reperitur pro ſimplici ſedeo. *Ter. Adel.* 4. 6. Nunc vero domi certum

Digitized by Google

tum obſidere eſt. ¶ Fere ponitur pro vi circumſidere, foſſa, & vallo ſeptum tenere, *aſſediare*, צר, Germ. *belagern*, Gall. *aſſieger*, Hiſp. *cercar*, *ſitiar*, πολιορκεῖν. *Cic. pro Pont.* Ab his gentibus obſeſſum Capitolium eſt. *Id. l. 6. c. 8.* Obſidere itinera. ¶ Aliquando pro occupare, & detinere. *Cic. 1. Ver.* Sed qui meum tempus obſideret. hoc ait, qui accuſando locum occuparet, ut ego iſtum accuſare non poſſem. *Virg. 3. Æn. v. 400.* Et Salentinos obſedit milite campos. ¶ Obſidere ſtuprum, eſt per inſidias ſtupri occaſionem aucupari. *Cic. in Catil. 2. c. 11.* Jacere humi non ſolum ad obſidendum ſtuprum.

Obſidiæ, arum, f. 1. idem ac inſidiæ. *Col. l. 8. cap. 2.* Ne obſidiis hominum, aut inſidioſorum animalium diripiantur.

Obſidiānus lapis, genus lapidis pellucidi, nigerrimi coloris, quod in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddit, ita dictum ab Obſidio inventore. Naſcitur maxime in Æthiopia, item in India, in Hiſpania, ad Oceanum, & in Samnio Italiæ. *Plin. l. 36. c. 26.* ¶ Obſidianum vitrum obſidiano lapidi ſimile. *Id. ib.*

Obſidio, onis, f. *aſſedio*, πολιορκία. *Cic. pro Mur. c. 9.* Partim vi, partim obſidione urbes capere. *Liv. l. 5. c. 2.* Cum ſpes major Romanis in obſidione, quam in oppugnatione eſſet. *più nell' aſſedio, che nell' aſſalto, o oppugnazione.* *Nepos in Epamin. c. 8.* Urbem obſidione claudere. *Id. in Alcibiad. c. 4.* In obſidione tenere. *Cæſ. l. 3. B. C.* Habere in obſidione. *Quintil. l. 1. c. 10.* Trahere obſidionem in longum.

Obſidionālis, & le, o. 3. πολιορκητικός, quod ad obſidionem ſpectat, ut Corona obſidionalis. *Feſt.* Obſidionalis corona eſt, quæ datur Imperatori ei, qui obſidione liberavit ab hoſtibus obſeſſos. Ea fit ex gramine viridi, fere ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. *Aur. Vict. de Vir. Illuſt.* Quare a Minutio, & ejus exercitu obſidionali corona donatus eſt. Adde *Liv. l. 7. c. 37.*

Obſidior, aris, d. 1. *far inſidie*, προεδρεύω, inſidias facio. *Col. l. 9. c. 14.* Qui ante alvearia plerumque obſidiantur prodeuntibus.

Obſidium, ii, n. 2. idem ac obſidio, *aſſedio*. *Tac. l. 4. Ann. c. 37.* Primo ſui inceſſu ſolvit obſidium. *Gell. l. 15. c. 30.* A peritia, diſciplinaque faciendi obſidii. ¶ Obſidio dare alicui aliquem, eſt, obſidem dare, apud *Tacit. l. 11. Ann. c. 10.* ¶ Translata *Col. l. 9. c. 7.* Cum licet vitare peſtis obſidia per aliud vadentibus effugium. h. e. peſtem circumquaque obſidentem.

Obſīdo, is, edi, eſſum, a. 3. idem ac obſideo, *aſſediare*, *occupare*. *Lucret. l. 4. v. 351.* Obſiditque vias oculorum. *Id. ib. v. 1083.* Quæ quoniam certas poſſunt obſidere partes. *Virg. 9. Æn. v. 159.* vigilum excubiis obſidere portas.

Obſigillo, as, a. 1. abſcondo, ab antiquo more obſignandi annulo, quæ abſtruſa eſſe volebant. *Sen. ep. 115.* Nunc multa obſigillant. Plerique tamen leg. *obſtrigillant*.

Obſignātor, oris, m. ἐπισφραγιστής, qui obſignat. *Cic. pro Cluent.* Literarum obſignator. ¶ Speciatim obſignatores dicti ſunt teſtes, qui teſtamentum ſignis ſuis obſignabant. *Cic. pro Cluent.* Oppianicus obſignatores ad eum adducit. *Id. Attic. 12. ep. 18.* Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui.

Obſignātus, a, um, adject. *ſigillato*. *Cic. 8. Attic. epiſt. 6.* Obſignata epiſtola. *Id. 2. Divin. cap. 70.* Aliquid obſignatum habere. *Id. 5. Tuſc. cap. 11.* Tu quidem tabellis obſignatis agis mecum. h. e. convincis me teſtimonio ſcriptorum meorum. proverbium eſt, ductum, opinor, a fori conſuetudine, ubi tabellæ cito obſignatæ ſi proferantur, iis refragari non licet.

Obſīgno, as, a. 1. *ſigillare*, *ſuggellare*, חתם, Germ. *verſiegeln*, Gall. *ſceller*, *cacheter*, Hiſp. *ſellar*, ἐπισφραγίζομαι, ſigni impreſſione occludo, & ad literas, cæteraque, quæ ſigno quovis notantur, aut imprimuntur, pertinet. *Cic. Att.* Obſignaram jam epiſtolam meam. *Id. pro Cluent.* Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignavit. *Id. ib.* Pecunia obſignata. *Id. 6. Verr.* Publico ſigno lituras obſignandas curavi.

Obſimulātus, a, um, adject. ſimulatus, fictus. *Ammian. l. 28. c. ult.* Obſimulatis documentis probabilibus.

Obſīpo, as, a. 1. ἐπιῤῥαίνω, objicio, ab antiquo *ſipo*. *Feſt.* Inſipare, farinulam jacere pullis: unde diſſipare, obſipare, ut cum ruſtici dicunt: *Obſipa pullis eſcam*. *Plaut. Ciſt. 2. 3. 37.* Obſipat aquulam. hoc eſt adſpergit.

Obſiſto, is, ſtiti, ſtatum, vel ſtitum, n. 3. *oſtare*, *far reſiſtenza*, לעמוד נגד, Ger. *wiederſtehen*, Gal. *reſiſter*, *s'oppoſer*, Hiſp. *reſiſtir*, ἀνθίσταμαι, contra ſiſto, obſto, repugno. *Cic. 7. Verr.* Quis enim unquam iſtius libidini obſtitit? *Id. de Senec. cap. 20.* Audacter alicui obſiſtere. ¶ Interdum ſignificat in aliquo loco ſe ſiſtere. Itaque hoc ſenſu *Plaut. Mil. 2. 3. 62.* Hic obſiſtam, ne imprudenti ea ſe ſurrepſit mihi. *Id. ib. v. ult.* Oportet hoc obſervare oſtium: hac obſiſtam. *Id. Capt. 4. 2. 11.* Obſiſtere obviam alicui. ¶ Cum infinito, *Tacit. de Germ. c. 34.* Nec defuit audentia Druſo Germanico, ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul, atque in Herculem inquiri.

Obſĭtus, a, um, περιφυτευθείς, quod circum ſeminatum, aut plantatum eſt, quod conſitum eſt, partic. ab *obſero*. *Liv. l. 28.* Fragoſa loca, & obſita virgultis tenebant colles. *Ovid. 13. Metam.* Rura obſita pannis. ¶ Translate ponitur pro tecto, obtecto, involuto, *involto*, *coperto*, περικαλυμμένος. *Cic. 1. Tuſc. c. 21.* ex poeta. Obnubila, obſita tenebris loca. *Hor. l. 1. Carm. od. 18.* Variis obſita frondibus. *Virg. 8. Æn. v. 307.* Obſitus ævo. *carico d' anni*. *Senec. Agamem.* Obſitus pædore. *Ter. Eun. 2. 2. 5.* Annis, & pannis obſitus. h. e. ſenex, & pannoſus. *Liv. l. 29. c. 16.* Obſitus ſqualore, & ſordibus.

Obſolefacio, is, eci, actum, a. 3. *metter' in diſuſo*. *Arnob. l. 5.* Ne illam vis temporis, & vetuſtatis obſolefaceret longitudo.

Obſolefactus, a, um. *Senec. ep. 90.* Rivi non opere, nec fiſtula, ore ullo coacto itinere obſolefacti, ſed ſponte currentes, *contaminati*. *Id. ep. 59.* Auctoritas obſolefacta. *avvilita*, *ſprezzata*. *Valer. Max. l. 3. c. 5.* Toga turpitudinis maculis obſolefacta. h. e. inquinata.

Obſoleſio, is, actus ſum, neutr. paſſiv. *Sueton. in Aug. cap. 89.* Admonebat, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri. *renderſi volgare*, *e eſſer' avvilito*.

Obſolĕo, es, lui, & levi, etum, n. 2. *non eſſer in uſo*, ἀπαρχαιοῦμαι, in uſu non ſum, antiquus ſum. *Cic. 2. Phil.* In homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia. idest ſordebant. *Id. 1. de Inv. c. 26.* Et quæ propter vetuſtatem obſoluerunt. *V. Obſoleſco*.

Obſoleſco, is, levi, vel lui, letum, n. 3. *diſuſarſi*, *invecchiarſi*, Germ. *in abgang kommen*, Gall. *aller hors d' uſage*, Hiſp. *deſacoſtumbrarſe*, ἀπαρχαιοῦμαι, deficio, deſueſco, inveteraſco, ab uſu recedo. *Cic. pro Leg. Man. c. 17.* Obſolevit jam iſta oratio, re multo magis, quam verbis refutata. *Id. de Lege Agr. 1. c. 7.* Vectigal in pace niteat, in bello non obſoleſcat. *Id. pro Sext. c. 28.* Virtus ſplendet per ſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcit. *non perde il ſuo ſplendore*. *Curt. l. 9.* Obſoleſcit gloria. *Tacit. 4. Ann.* Laus alicujus obſoleſcis.

Obſolēte, adv. antique, ſordide. *Cic. 3. Ver. c. 38.* Paulo tamen obſoletius veſtitum viderer.

Obſolēto, as, a. 1. *macchiare*, obſolefacio, obſoletum reddo. *Tertul. Apolog. c. 15.* Majeſtatis veſtigia obſoletant. *Id. adverſ. Gnoſt. c. 6.* Qui veſtitum obſoletaſſent nuptialem.

Obſolētus, a, um, *diſuſato*, παλαιούμενος, id, quo uti ſolebamus, nec nunc utimur amplius, quod ab uſu receſſit, inveteratum, antiquum. *Cic. 3. Ver.* Ne hæc forte cuiquam nimis antiqua, & obſoleta videantur. *Id. 3. de Or. c. 37.* Abjecta, & obſoleta verba fugiat Orator. *Id. ib. c. 9.* Oratio paulo obſoletior. ¶ Item detritus, ſordidus. *Id. Agrar. 2. c. 5.* Veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido. *Apul. l. 4. Florid.* Obſoletiſſimos veſtitu. *Horat. epod. 17.* Mulier obſoleta ſordibus paternis. *Senec. Agamemn. v. 967.* Dextra obſoleta ſanguine, *contaminata*, *lorda*. ¶ *Col. l. 2. c. 11.* A cicercula colore tantum diſcernitur: nam eſt obſoletior, & nigro propior. *colore più ſmorto*.

Obſolidātus, a, um, adject. *aſſodato*, ſolidatus, firmatus. *Vitruv. l. 2. c. 3.* Tectorio inducto, rigideque obſolidata.

Obſonātor, oris, m. *ſpenditore*, ὀψώνης, qui emit obſonia. *Senec. epiſt. 47.* Obſonatoribus dominici palatus ſubtilis notitia eſt. *Plaut. Mil. 3. 1. 73.* Primarius paraſitus, obſonator optimus.

Obſonātus, us, m. ὀψωνία, obſonium, vel obſonii apparatus, *provviſione di companatico*. *Plaut. Truc. 4. 2. 17.* Dare minam in obſonatum.

Obſonĭto, as, a. 1. frequentativ. ſæpe obſonor. *Cato apud Feſtum*. Poſtea cœnitis obſonitavere.

Obſonium, ii, n. *vivanda*, *companatico*, ὀψώνιον, quidquid præter panem & vinum in menſa apponitur, a voce Græca, quæ allata eſt, cui quidam adhærentes *opſonium* ſcribunt. *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 9.* Omnia conductis coemens obſonia nummis. *Juven. ſat. 11. v. 134.* Obſonia rancidula. ¶ Interdum de piſcibus tantum accipitur. De piſce enim loquitur *Juven. ſat. 4. v. 64.* Excluſi ſpectant admiſſa obſonia patres. Adde *Terent. Andr. 2. 2. 23.* & *Plaut. Caſ. 2. 8. 57.* ¶ V. dicta in voce *Abſis*.

Obsōno, as, a, 1. obſonium emo, paro. *Plaut. Stich. 3. 1. 36.* Egomet ibo, atque obſonabo obſonium. *Id. Aulul. 2. 4. 1.* Poſtquam obſonavit herus, & conduxit coquos. *Id. ib. c. 2. 45.* Tribus vobis obſonatum eſt, an obſono amplius? *Id. Pæn. 5. 5. 16.* Obſonare prandium. ¶ Obſonare famem, eſt acuere, excitare. *Cic. 5. Tuſc.* Se, quo melius cœnaret, obſonare ambulando famem.

Obsōno, as, n. 1. a ſono, as. Obſonare alicui ſermone, h. e. alicui loquenti obſtrepere. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 74.* Male facis mihi, cum ſermone huic obſonas. Ps. Taceo.

Obsōnor, aris, atus ſum, depon. 1. *comperare il companatico*, obſonium coemere. *Ter. And. 2. 6. 20.* Vix drachmis obſonatus eſt decem. *Plaut. Aulul. 2. 4. 16.* Non poterat de ſuo ſenex ſuæ obſonari filiæ in nuptiis?

Obſopio, is, ivi, itum, a. 4. *addormentare*. *Scribon. Larg. compoſit. 180.* A ſomni tempore prohibere, ne obſopiatur.

Obſopītus, a, um, nom. ex particip. *addormentare*. *Solin. c. 18.* Odoris novitate obſopitus. *Et c. 33.* Somno obſopitus.

Obſorbĕo, es, ui, a. 2. idem quod ſorbeo, vel totum ſorbeo. *Plaut. Mil. 3. 2. 21.* Dii me perdant, ſi bibere potui. P. Qui jam? L. Quia enim obſorbui: nam nimis calebat. *Id. Truc. 2. 3. in fine*. Semio aperiri fores, quæ obſorbent quidquid venit intra peſſulus.

Obſordeſco, ſcis, us, n. 3. ſordidus fio. *Prudent. Apotheoſ. v. 146.* Ne coma fuſa humeris fumo obſordeſcat amaro. *Cæcil. apud Non. 1. 2. n. 604.* Obſorduis jam hæc in me ærumna. h. e. obſolevit, ut *Non. ibid.* explicat.

Obſtacŭlum, li, n. 2. *oſtacolo*, Germ. *ein verderſtand*, Gall. *obſtacle*, Hiſp. *eſtorvo*, κώλυμα, impedimentum. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 10.* Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula. Meliores codices habent, *obſepta eſt via*. *Prudent. Hamartig. v. 599.* Rumpere obſtacula. *Nazar. in Paneg. Conſtantini, cap. 7.* Quis crederet, tantis ſucceſſibus tuis ullum obſtaculum fore?

Obſtans, tis, nom. ex particip. qui obſtat. *Horat. l. 1. ep. 14.* Obſtantia clauſtra. *Ovid. 1. Amor. eleg. 11.* Moras obſtantes pellere. *Tacit. 1. Ann. c. 50.* Cæcinna præire, & obſtantia ſilvarum amoliri jubetur.

Obſtantia, æ, f. *reſiſtenza*, *oſtacolo*. *Vitruv. l. 6. 1. 1.* Propter obſtantiam terræ. *Et l. 8. c. 1.* Obſtantia umbrarum.

Obſtatūrus, a, um, participium futuri temporis ab *obſto*, *as*. *Quintil. l. 2. c. 11.* Vidi quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.

Obſterno, is, ſtravi, ſtratum, a. 3. ante ſterno, ob oculos pono. *Apul. Apolog.* Uxorem fratris miſero puero objicit, & obſternit.

Obſtetricius, a, um, adject. ad obſtetricem pertinens. *Arnob. l. 3.* Manus obſtetricias quærere. ¶ Obſtetricia, h. e. obſtetricum officia. *Plin. l. 35. c. 11.* Jove Liberum parturiente inter obſtetricia Dearum.

Obſtētrix, icis, f. *quella che aiuta la partoriente*, *levatrice*, מילדת, Germ. *hebamme*, Gall. *ſage femme*, Hiſp. *partera*, μαῖα, quæ parturientium curam habet, quaſi aſſeſtrix, quia aſſidet parturienti. *Plin. l. 28. cap. 7.* Quæque alia non obſtetrices modo, verum etiam meretrices prodidere. *Terent. Andr. 1. 5. 64.* Obſtetricem arceſſe.

Obſtinăte, adv. *oſtinatamente*, ἰσχυρογνωμόνως, pertinaciter, firmiter. *Ter. Andr. 1. 5. 8.* Ita ne obſtinate operam dat, ut me a Glycerio miſerum abſtrahat? *Sueton. in Cæſ. cap. 59.* Obſtinatius cum omnia agi videret. ¶ Et in bonam partem. *Id. in Tito 1. 8.* Obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret.

Obſtinatio, onis, f. *oſtinazione*, ἐπιμονή, αὐθαδεία, pertinacia, firmitas animi, ab *obſtino*. *Cic. de Prov. Conſ. c. 17.* Quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiavi. *Tacit. 3. hiſt. c. 39.* Blæſo ſuper claritatem natalium, & elegantiam morum, fidei obſtinatio fuit. ¶ In plurali num. *obſtinationes* dixit *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 17.* ¶ Poetæ fabulati ſunt, obſtinationem filiam eſſe Herebi, & Noctis, *Cic. 3. de nat. Deor.*

Obſtinātus, a, um, *oſtinato*, ἀπεγνωσμένος, διατεταμένος, ἐγκρατής, αὐθάδης, perſeverans, obfirmatus, pertinax. *Liv. l. 3. c. 47.* Adverſus quæ omnia obſtinato animo Appius in tribunal aſcendit. *Id. l. 1.* Quo terrore cum viciſſet obſtinatam pudicitiam. *Id. l. 2. c. 40.* Obſtinatior adverſus lacrymas. *Senec. ep. 71.* Populariùm virtus pro regno ſuo obſtinatiſſima. ¶ Cum infinito *Liv. l. 32.* Jam obſtinatis mori ſpes affulgit. ¶ Obſtinatum eſt, pro certum eſt, ſtatutum eſt. *Liv. l. 2.* Quoniam id certum atque obſtinatum eſt, neque ego obtundam.

Obſtĭnet dicebant antiqui, quod nunc *oſtendit*, ut in veteribus carminibus: Sed jam ſe cælo ſcandens aurora obſtinet ſuum patrem. Hæc *Feſtus*.

Obſtino, as, avi, atum, a. 1. eſt obfirmato, & perſeveranti animo expetere, ut *Feſtus* exponit. *volere ad ogni maniera*. *Plaut. Aulul. 2. 2. in fi.* Credo, illum inaudiſſe, mihi eſſe theſaurum domi: id inhiat: ea affinitatem hanc obſtinavit gratia. *Liv. l. 23. c. 29.* Obſtinaverant animis vincere, aut mori, *s' erano inteſtati di*, ec.

Obſtipo, as, avi, atum, a. 1. obturo. Lexicographi verbum hoc, ejuſque ſignificationem confirmant loco *Plauti in Ciſtel.* quem nos attulimus in verbo *Obſipo*. Quidam ex iis alterum addunt ex *Mercatore ſc. 17.* ſed a nobis inveniri non potuit.

Obſtĭpus, a, um, adject. obliquus, curvus, *torto*, *curvato*, inclinatus, obliquus, curvus, ἐγκεκυφώς. *Perſ. ſat. 3. v. 80.* Obſtipo capite, & figentes lumine terram. *Colum. l. 7. c. 10.* Cum obſtipæ ſues tranſverſa capita ferunt. *Suet. in Tiber. c. 68.* Incedebat cervice rigida, & obſtipa. h. e. flexo collo, & difficile ſe vertente. ¶ Translate *Lucret. l. 4.*

Digitized by Google

v. 318. Omnia mendoſe fieri, atque obſtipe, neceſſe eſt. Feſtus legit obſtito, & exponit obliqua.

Obſtitum, i, n. locus de cœlo tactus. Cic. 2. de leg. c. 9. ubi leges antiquas refert. Iidem fulgura atque obſtita pianto. Alii leg. oſtenta. ¶ Feſtus, obſtitum, violatum explicat.

Obſtitus, a, um, adject. obliquus. Enn. apud Feſt. Montibus obſtitis, obſtantibus, unde oritur nox. Addit ibi Feſtus aliud ex Lucretio exemplum, quod in Obſtipus attulimus. Apul. de Deo Socrat. Pro ſitu, & flexu, & obſtitu mulierum.

Obſto, as, ſtiti, ſtatum, n. 1. impedire, ἀνθίσταμαι, contra ſto, impedio. Cic. Verr. 7. c. 8. Obſtitiſti, ne tranſire in Siciliam poſſent. Id. pro Roſc. Amer. Commodis alicujus officere & obſtare. Plin. Paneg. c. 91. Obſtat verecundia, quominus percenſeamus. Terent. Andr. 1. 1. 76. Quid obſtat, cur non veræ fiant? Id. Heaut. 3. 1. 98. Paulum negotii mihi obſtat. h. e. impedit, diſtinet. Lucan. l. 1. v. 58. pars ætheris illa ſereni Tota vacet, nullæque obſtent a Cæſare nubes. h. e. circa Cæſarem. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. Cic. Phil. 13. Nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur. ¶ Partic. obſtaturus V. ſuo loco.

Obſtragŭlum, i, n. romaio, ἱμάντιον. Obſtragula in calceamentis ſunt corrigiæ, quæ decuſſatæ ſupra pedem, atque inter digitos ductæ ſoleam continebant, quod in caligis Veterum videre eſt. Plin. l. 9. c. 35. Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis (margaritas) addunt. V. Obſtrigillus.

Obſtrangulatus, a, um, adject. ſtrangulatus. Tranſlate Prudent. Cathem. 7. v. 10. Obſtrangulata mens.

Obſtrepĕrus, a, um, obſtrepens. Apulej. in Florid. n. 13. (al. l. 2. ad fin.) Occinunt carmine cicadæ obſtrepero.

Obſtrepitacŭlum, i, n. oblocutio, ſtrepitus oppoſitio. Tert. l. 3. adv. Marc. c. 20. Defenſio neceſſaria adverſus obſtrepitacula diverſæ partis.

Obſtrepito, as, n. 1. frequentativ. ab obſtrepo. Claudian. l. 2. de raptu Proſ. v. 355. Obſtrepitant lamenta choris.

Obſtrĕpo, is, pui, itum, n. 3. fare ſtrepito contro a qualcuno, Germ. widerſtreben, Gall. faire du bruit contre quelqu'un, Hiſp. hazer eſtruendo contra alguno, ἀντιφθέγγομαι, contra aliquem ſtrepitum facio, reclamo, obloquor. Cic. l. 5. Fam. ep. 4. Ut tibi literis obſtrepere non auderem. Id. 3. de Or. Atque ut quodammodo ipſi ſibi in dicendo obſtrepere videantur. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. Cic. pro Mur. c. 8. Sed tamen ejuſmodi res obſtrepi clamore militum videntur, & tubarum ſono. ¶ Item impers. Liv. l. 3. Decemviro obſtrepitur. ¶ Obſtrepere laudi alicujus, eſt, obtrectare, detrahere. Senec. in Herc. Fur. v. 1031. nomini turpem tuo remove parentem, ne tuæ laudi obſtrepat. ¶ Uſurpatur interdum generatim pro impedire. Plin. l. 11. c. 37. de variis oculorum coloribus. Aliis nigri, aliis ruſi, aliis glauci, ut habili mixtura, & accipiatur circumjecto candore lux, & temperato repercuſſu non obſtrepat.

Obſtrictus, us, m. Senec. l. 5. quæſt. nat. c. 14. Per hæc loca cum ſe exitus quærens ſpiritus torſit, accendat flammam ipſo obſtrictu neceſſe eſt. h. e. ipſis locorum anguſtiis, quibus veluti obſtringitur. V. Affrictus.

Obſtrictus, a, um, nom. ex partic. ἀναδεδεμένος, ſtretto, chiuſo, legato. Ovid. in Ibin. v. 715. Obſtrictuſque famem patiaris lumine tecti. Flor. l. 4. c. 9. Purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis. ¶ Tranſlate Cic. pro Cœl. c. 19. Obſtrictus voluptatibus teneatur. Id. ib. c. ult. Addictum, deditum, obſtrictum ſibi ac liberis ſuis aliquem habere. obbligato. Id. pro Planc. Beneficii vinculis obſtrictus. Id. in Piſon. Obſtrictus fœdere. Id. Ver. 6. Religione obſtrictus. Paulin. Nolan. 9. Natal. Felicis, v. 145. quia nemo obſtrictior eſt me Debitor huic.

Obſtrigillātor, oris, m. reprehenſor, cenſor. Varr. apud Non. c. 8. n. 73. Æmilium illius eſtis, & obſtrigillator.

Obſtrigillo, as, a. 1. impedire, ἀντιπίπτω, obſto, repugno, a ſtrigillo, quod in Onomaſtico veteri exponitur ξύω, eſtque a ſtrigo, ſeu ſtringo, ut ſigillo a ſigno. Varro apud Non. c. 2. n. 605. Lex neque innocenti propter ſimultatem obſtrigillat. hoc eſt non adverſatur, non officit. Id. l. 4. de vita P. R. Se Curio dicebat obſtrigillaturum, ne triumphus ei decerneretur. Senec. epiſt. 115. Multa obſtrigillant, & aciem noſtram aut nimio ſplendore repercutiunt, aut obſcuro retinent. Alii leg. obſigillant. ¶ In multis editionibus pro obſtrigillo legitur obſtringillo.

Obſtrigillus, i, m. Obſtrigilli, inquit Iſidor. l. 19. c. 34. Orig. ſunt calcei, qui per plantas conſuti ſunt, & ex ſuperiori parte corrigia trahitur, ut conſtringantur, unde & nominantur. Salmaſ. in Solin. per conjecturam hanc vocem legit in Plinii verbis, quæ in voce Obſtragulum attulimus, eique & Gravius aſſentitur. Verum priorem tam lectionem tuetur P. Harduinus editis libris omnibus, & pluribus etiam MSS.

Obſtringo, is, nxi, ictum, legare, aſtringere, אסר, Germ. verbinden, Gall. etreindre, Hiſp. atar, conſtrenir, ἐξάπτω, devincio, & obligo, quaſi circumſtringo. Col. l. 5. Alii viminibus obſtringunt. Plaut. Cor. 5. 3. 29. Collum obſtringe homini. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur, ut Obſtringere aliquem beneficio, religione, legibus, &c. Cic. Serv. l. 13. Fam. Quibuſcumque officiis in Epiroticis, reliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris. Id. 3. Off. Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere? h. e. ſcelus commiſit. Id. Phil. 2. c. 33. Obſtrinxiſti populum R. religione. Id. 3. Offic. Parricidio ſe obſtringere. Sic obſtringere ſe perjurio, Liv. l. 26. Obſtringi fœdere, Gell. l. 11. c. ult. &c. ¶ Obſtringere fidem ſuam alteri, impegnarſi, obbligarſi a qualcuno, Plin. l. 4. ep. 13. ¶ Obſtringere aliquem debito, farlo debitore, Senec. l. 6. Benef. c. 12. ¶ Obſtringere civitatem jurejurando, Cæſ. l. 1. B. G. c. 31.

Obſtructio, onis, f. oſtruzione, ἔμφραξις, actus obſtruendi, occluſio. Cic. pro Sext. c. 9. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit.

Obſtructus, a, um, nom. ex particip. occluſus, occupatus. Cic. 4. Acad. c. 3. Obſtructa eſt difficultatibus omnis cognitio. Silius l. 11. v. 138. Obſtructæ cadavere portæ.

Obſtrūdo, is, ſi, ſum, a. 3. ſerrare, coprire, ἐμπίπτω, idem ac obtrudo. Prudent. in Vincent. v. 95. Conclamat: os obſtrudite, Ne plura jactet improbus. Al. leg. obtrudite, eliſo ſ. ¶ Apud Plaut. uſurpatur pro avide vorare, in os cibum trudendo inferere, Stich. 4. 2. 13. Stans obſtruſero aliquid ſtrenue. Verba ſunt Paraſiti, qui cum audiret non eſſe ſibi ad recumbendum in cœna locum, ait, ſe nihilominus ſtantem rem ſuam acturum. Id. Capt. 2. 3. 87. Aliquid prius obſtrudamus, pernam, ſumen, &c. Alii hic leg. obtrudamus. quod eundem habet ſenſum.

Obſtrŭo, is, uxi, uctum, a. 3. chiudere, סגר, Ger. verbauen, Gal. boucher, eſtouper Hiſp. cerrar, ἐμφράττω, occludo, & quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſto, ne quid effluat. Cic. de Sen. Qui iter Pœnis vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt. Nepos 4. c. 5. Valvas ædis obſtruxerunt. Lucan. ¶ Obſtruere luminibus vicini, eſt ſtructuram aliquam juxta ejus ædificium facere, quæ lumen domui ejus eripiat. Cic. pro Dom. c. 44. Primo ſe luminibus ejus obſtructurum minabatur. ¶ Per Metaphoram quis dicitur alterius luminibus obſtruere, qui nominis ejus claritatem obſcurat. Cic in Brut. Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. ¶ Obſtruere aures alicui, eſt inexorabilem reddere. Virg. 4. Æn. v. 440. Placidaſque viri Deus obſtruit aures.

Obſtrūſus, a, um, pro obtruſus aliqui legunt apud Cic. de clar. Orat. c. 74. cujus verba vide in Obtruſo. Præterea apud Claudian. Senec. Plaut. & Plin. Verum ubique meliores Editiones habent abſtruſus.

Obſtupefacio, a. 3. ſtupefare, ἐκπλήττω, animo conſterno, & ſtupidum reddo. Liv. l. 2. Adeoque conſtantia ſua & Tribunos obſtupefecit, & plebem. Ter. Phorm. 2. 1. 54. Eum timidum obſtupefecit pudor.

Obſtupefactus, a, um, nom. ex partic. valde ſtupefactus. Valer. Max. l. 3. c. 8. n. 6. extern. Obſtupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus. Cic. pro Dejot. c. 12. Obſtupefactis hominibus.

Obſtupeſco, is, obſtupui, n. 3. ſtupirſi aſſai, devenir ſtupide. Cic. 2. Divin. c. 23. Ejus aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus. Id. pro Marcell. c. 9. Obſtupeſcent poſteri triumphos legentes tuos. ¶ Quidam Lexicographi ponunt Obſtupeo, es, a quo præteritum mutuatur obſtupeſco. Sed cæteræ voces carent exemplo.

Obſtupĭdus, a, um, valde ſtupidus. Gell. l. 5. c. 1. Conſtituiſſe univerſos quaſi attonitos, & obſtupidos. Adde Plaut. Mil. 4. 6. 30.

Obſtuprātus, a, um, adject. ſtupro corruptus. Lamprid. in Commodo, c. 3. Appellatus e mimis, quaſi obſtupratus.

Obſum, obes, obfui, n. anom. nuocere, הזיק, Germ. ſchaedlich ſeyn, Gal. nuire, Hiſp. danar, βλάπτω, noceo, quaſi contra ſum. Cic. 2. de Orat. Qui tamen non obeſſet ejus orationi. Ovid. 11. Metam. v. 381. Gloria multis obfuit. ¶ Partic. obfuturus, vel offuturus, Auctor ad Heren. l. 4. c. 23. Subjicimus id, quod aut nobis adjumento futurum ſit, aut offuturum illis e contrario.

Obſuo, is, a. 3. cucire all' intorno, circum ſuo. Virg. 4. Georg. v. 301. huic geminæ nares, & ſpiritus oris Multa reluctanti obſuitur. Eſt qui leg. obſtruitur.

Obſurdeſco, is, urdui, n. 3. aſſordire, devenir ſourde, ἀποκωφόομαι, totus ſurdus fio. Cic. in Somn. c. 5. Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. Id. de Am. Obſurdeſcimus tamen, neſcio quomodo, nec ea, quæ ab iis monemur, audimus.

Obsūtus, a, um, nom. ex particip. ab Obſuo, cucito all' intorno. Sueton. de claris Rhetor. cap. 1. Sportæ auri obſuta. Ovid. 2. Faſt. v. 578. Obſutum menta torret in igne caput.

Obtectus, a, um, coperto. Virg. 2. Æn. Arboribuſque obtecta receſſit. Cic. pro Cœl. c. 18. Vitia multis virtutibus obtecta.

Obtĕgo, is, xi, ctum, coprire, כסה, Germ. zudecken, Gal. couvrir, Hiſp. cubrir, περικαλύπτω, circumtego, cum diligentia operio, & tego. Col. l. 3. c. 13. Summis glebis obtegatur. Cic. in Vatin. Ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate, & ſordibus tuis obtegatur. ¶ Obtegere ſe corpore alicujus, eſt poſt illum latere, & ſe tueri. Cic. pro Sext. Seque ſervorum, & libertorum corporibus obtexit.

Obtemperanter, adv. obedienter. Prudent. in hymn. Laurent. v. 512. Obtemperanter annuit.

Obtemperatio, onis, f. ubbidienza, ὑπακοή, obedientia. Cic. de Leg. c. 15. Quod ſi juſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutiſque populorum.

Obtempĕro, as, avi, atum, n. 1. obbedire, שמע, Ger. gehorchen, Gal. obeir, Hiſp. obedecer, πειθαρχῶ, morem gero. Cic. pro Cæc. Ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi poteſt, obtemperent. Id. Fam. 8. ep. 7. Te audi, tibi obtempera. Cæſ. l. 4. B. Gal. c. 21. Imperio populi R. obtemperare. Valer. Max. l. 9. c. 3. n. 7. Obtemperare vitio.

Obtendo, is, di, tum, a. 3. diſtendere innanzi, opporre, παρέχομαι, contra tendo, ante aliquid tendo, oppono. Plin. l. 5. c. 20. Huic par, interjacente valle, mons adverſus Antilibanus obtenditur. hoc eſt oppoſitus eſt. ¶ Sæpe tranſlata ſumitur. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 5. Multis ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis obtenditur uniuſcujuſque natura. ¶ Aliquando eſt excuſare, prætendere. Plin. ep. 6. l. 8. Nec puduit rationem turpitudini obtendere. h. e. turpe factum ratione excuſare. Tacit. Ann. 3. c. 17. Matris preces obtendens. Et c. 35. Cum valetudinem corporis, ætatem liberum, nubilem filiam obtenderet.

Obtenĕbro, as, a. 1. tenebras offundo, obſcuro. Lactant. l. 4. c. 19. Obtenebrabitur dies lucis. Ita legit Lipſius; alii tenebrabitur.

Obtentio, onis, f. obtentus, actus obtendendi. Arnob. l. 5. Si textus omnis expoſitionis, & ſeries obtentionibus allegoricis clauſa ſunt.

Obtento, as, avi, atum, a. 1. obtineo, occupo. Cic. Attic. l. 9. epiſt. 10. Spes quædam me obtentabat, fore ut &c.

Obtentus, us, m. πρόσχημα, extenſio. Virg. 11. Æn. Extructoſque toros obtentu frondis inumbrant. ¶ Tranſlate ſumitur pro prætextu. Gell. l. 12. c. 22. Qui obtentu Philoſophiæ nominis inutile otium, & linguæ, vitæque tenebras ſequuntur. Salluſt. in orat. Lepidi ad pop. R. Secundæ res mire ſunt vitiis obtentui. Adde Tacit. 1. hiſt. c. 49. ¶ Sumitur & pro obſtaculo. Nazar. in paneg. Conſtant. c. 5. Non terror obtentui eſt, &c.

Obtentus, a, um, extenſus, ab obtendo. Virg. 1. Georg. v. 248. Et obtenta denſantur nocte tenebræ. Eſt etiam particip. ab obtineo, ottenuto. Cic. pro Corn. Balb. Quæ volebamus, obtenta non ſunt. Id. Philip. 2. Quod etiam infimis civibus ſemper obtentum eſt.

Obtĕro, is, trivi, tritum, a. 3. fracaſſare, כתת, Ger. zertreten, Gal. broſer, briſer, Hiſp. hollar, quebrar, ἐντρίβω, contero. Varro l. 2. de R. R. c. 7. Ut pure, & molliter fiant, videndum, & ne obterantur. ¶ Aliquando eſt circum, ſeu ab omni parte terere. Col. l. 6. c. 4. Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum vino miſcent. ¶ Tranſlate ſumitur pro deprimere, ad nihilum redigere. Cic. pro Cæc. c. 7. Ita calumniam, ſtultitiamque obtrivit, atque contudit. Id. 7. Verr. Noli obterere laudem imperatoriam criminibus avaritiæ veliſtis. Liv. l. 3. Obterere jura. ¶ Item pro detrahendo imminuere, dir male, abbaſſare. Cic. 1. de Div. Cum Achivi cœpiſſent inter ſe ſtrepere, aperteque artem obterere extiſpicum. Curt. l. 8. Donec Philippi res orſos obterere.

Obteſtatio, onis, f. ἐπιμαρτυρία, ἐξορκισμός, obſecratio. Feſt. Obteſtatio eſt, cum Deus teſtis in meliorem partem vocatur. Cic. pro Cluent. Quæ mulier obteſtatione viri decem illis menſibus ne domum quidem ullam, niſi ſocerae ſuæ, noſſe debuit. Liv. l. 27. c. 50. In preces, obteſtationeſque verſæ mulieres. Tac. Ann. 1. c. 12. Senatu ad infimas obteſtationes procumbente.

Obteſtātus, a, um, particip. ab Obteſtor. Salluſt. in Catil. c. 46. Multa de ſalute ſua Pomptinum obteſtatus. ¶ Paſſive ſcongiurato, ſupplicato, obſecratus. Apulej. l. 2. Metam. Obteſtata fide præſentium. Al. leg. fidem. Ammian. l. 31. c. 9. (al. 25.) a med. Ni obteſtatus prece impenſa ſuperſtitibus pepercisset.

Obteſtor, aris, atus ſum, d. 1. pregare con iſcongiuri, השביע, Ger. om gottes willen bitten, Gal. prier inſtamment, Hiſp. rogar, ἐπιμαρτύρομαι, ἀντιβολῶ, ἱκετεύω, eſt Deos ob aliquam cauſam teſtes adhibere cum jurejurando, ut ſcribit Don. in 6. Æn. ſed fere ſumitur pro precari cum adjuratione. Cic. pro Flac. Cum ego te, Flacce, cœlum, noctemque conteſtans flens flentem obteſtabar. Id. 7. Verr. Cæteros item Deos, Deaſque omnes imploro, atque obteſtor. Terent. And. 1. 5. 57. Per tuam fidem, perque hujus ſolitudinem te obteſtor. ¶ Sæpe ſumitur pro enixe precari, ſine adjuratione, pregare con iſtanza. Cic. pro Cæl. c. 32. Oro vos, obteſtorque, Judices. Id. Attic. l. 3. ep. 23. Precibus omnibus orare, atque obteſtari.

Obte-

Digitized by Google

Obtexo, is, ui, xtum, a. 3. *teſſer d'interno*, *ὑφαίνω*. *Plin. l.* 11. *c.* 19. Pila etiam araneoſa, quacunque inceſſerit, alatum maxime lanugine obtexit. *Virg.* 11. *Æn. verſ.* 611. Cælumque obtexitur umbra.

Obthūro. V. Obturo.

Obticentia, æ, f. *il tacere*. *Quintil. l.* 9. Α'ποσιώπησις, quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam appellat.

Obticĕo, es, cui, n. 2. *tacere*, *ἀποσιωπάω*, taceo, & proprie de iis, quæ nos pudet dicere. *Ter. Eun.* 5. 1. 4. Virgo conſciſſa veſte lacrymans obticet. Ubi *Donatus:* Tacemus conſilio, reticemus dolores, obticemus, ubi dicere rem pudet. ¶ Hoc tamen non ſemper ſervatur. *Martial. l.* 10. *epigr.* 17. Et queritur nugas obticuiſſe meas. *Horat. de art. poet. v.* 284. chorusque turpiter obticuit.

Obtinentia, æ, f. verbale ab Obtineo; affertur a *Priſciano l.* 18.

Obtinĕo, es, nui, tentum, a. 2. *ottenere*, קנה, Ger. *erlangen*, Gal. *obtenir*, Hiſp. *alcançar*, *ἐπέχω*, vinco, impetro, quaſi contra teneo. *Cic. Fam.* 1. Neque, ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. ¶ Eſt item fortiter tenere. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 54. Si iſtam firmitudinem animi obtines. ¶ Interdum eſt ſimpliciter tenere, ſive habere. *Col. l.* 2. Tertium locum obtinet pecudum ſtercus. ¶ Aliquando ponitur pro retinere, & conſervare. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 11. Tu ſi iſtic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis. ¶ Aliquando pro occupare. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Arbor agros longis obtinent umbris. *Liv. l.* 29. Noctem inſequentem eadem caligo obtinuit. Sic obtinere urbem armis, apud eund. *l.* 30. ¶ Aliquando pro exiſtimare. *Salluſt. ep.* 1. *ad Cæſ. de rep. ordin.* Populus R. antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare. *Apul. in Apolog. in princip.* Certus equidem eram, proque vero obtinebam. ¶ Obtinere, abſolute. *Ulp. l.* 1. *Dig. de Offic. Quæſt.* Hodie obtinuit, indifferenter Quæſtores creari. h. e. invaluit, *ſi uſa*. Sic, conſuetudo obtinuit, *apud eund. l. Si aliquam. Dig. de Offic. Proconſ.* ¶ Obtinere jus ſuum, & in cauſa ſuperiorem eſſe. *Cic. pro Quint.* & *Verr.* 3. & 7. Sic, obtinere litem, cauſam, eodem ſenſu. *Id. Verr.* 4. *c.* 10. Pecuniam qui dabant, cauſas obtinebant. *Id. pro Roſc. Com.* Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem vel obtineamus, vel amittamus. ¶ Et obtinere, abſolute eodem fere ſenſu. *Liv. l.* 35. Obtinuit, ut præferretur aliis. *Cic.* 2. *Pis.* Obtinuit exiſtimari vir bonus. ¶ Sæpe obtinere, eſt ſimpliciter habere. *Plin. l.* 11. *c.* 42. Medicamenti vim obtinet. *Cic.* 4. *Tuſc.* Obtinet locum proverbii. ¶ Obtinere numerum cæſorum, *eſſer annoverato tra gli uccisi*. *Cic.* 2. *Offic. c.* 15. ubi ſunt qui legunt *nomen* pro numerum. ¶ Obtinere injuriam, pro rem injuſte acquiſitam retinere, apud *Liv.* legitur *l.* 29. *c.* 1. V. *Injuria*. ¶ Obtinere, pro principem eſſe in aliqua re. *Cic.* 1. *de Orat.* Academiam Carneades, & Clitomachus obtinebant. ¶ Obtinere admirationem, pro in admiratione eſſe. *Plin. l.* 34. *c.* 2.

Obtingit, ebat, tigit, imp. 3. *accadere*, *avvenire*, קרה, Germ. *zufallen*, Gal. *il arrive*, Hiſp. *acontecer*, *συμβαίνει*, obvenit, evenit. *Cic.* 1. *Off. c.* 7. Quod cuique obtigit, id quiſque teneat. *Id. Catil.* 4. *c.* 2. Si quid obtigerit, æquo animo morior. *Plaut. Rud.* 4. 6. 7. Eloquere, ut res obtigit de filia. *Terent. Heaut.* 4. 3. 5. Iſtud tibi ex ſententia obtigiſſe lætor. *Horat. Epod.* 4. Lupis & agnis quanta ſortito obtigit, Tecum mihi diſcordia eſt. ¶ Obtingere alicui provincia dicitur, cum ſortito provincia regenda alicui committitur. *Cic. in Vatin. c.* 5. Cum tibi provincia ſorte obtigiſſet. Translate *Id. Att. l.* 1. *ep. ult.* Quam tibi diois obtigiſſe *ὑπόστασιν*, non modo nunquam deſeram, ſed &c.

Obtinnio, is, n. 4. idem ac tinnio. *Apul. in Apol.* Ecquid illi aures obtinnirent.

Obtorpĕo, es, vel

Obtorpeſco, ſcis, pui, n. 3. *impigrirſi*, Ger. *erſtarren*, Gal. *ſe roidir*, *s'engourdir*, Hiſp. *entorpecerſe*, *ἀποναρκάω*, valde torpidus fio, torpore afficior. *Cic. pro Domo c.* 52. Miror, ei non & linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe. *Id.* 3. *Tuſc.* Sed jam ſubjectus miſeriis obtorpui. *Curt. l.* 10. *c.* 3. Quis crederet, ſævam paulo ante concionem obtorpuiſſe ſubito metu?

Obtorquĕo, es, a. 2. *torcere forte*, *συστρέφω*, vehementer torqueo. *Victor de Vir. illuſt. in Livio Druſo*. Conſuli legibus agrariis reſiſtenti ita collum in Comitio obtorſit.

Obtortus, a, um, tortus, vel valde tortus, ab obtorqueo. *Virg.* 5. *Æn. v.* 559. it pectore ſummo Flexilis obtorti per collum circulus auri. *Cic.* 6. *Verr. c.* 10. Obtorta gula, in vincula abripi juſſit. *Plaut. Pæn.* 3. 5. 45. Obtorto collo, ad Prætorem trahi.

Obtrectatio, onis, f. *διασυρμός*, detractio, maledictio. *Cic.* 4. *Tuſc.* 8. Obtrectatio autem eſt, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupierit. *Id. l.* 10. *Fam.* Quod habere poſſet obtrectationem. ideſt in quod cadere poſſet obtrectatio. *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam.* Is pro honore meo puſillorum, ac malevolorum obtrectationes, & invidias non proſternat, atque obteret? *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 1. Obtrectatio, & livor pronis auribus accipiuntur.

Obtrectator, oris, m. *διασυρτής*, *διαβολος*, *κακολόγος*, qui obtrectat. *Cic. in Bruto c.* 1. Dolebamque, quod non, ut plerique putabant, adverſarium, aut obtrectatorem laudum mearum, ſed ſocium potius, & conſortem glorioſi laboris amiſeram.

Obtrectatus, us, m. idem ac obtrectatio. *Gell. l.* 20. *c. ult.* Ut ſine vano obtrectatu conſideret.

Obtrecto, as, avi, atum, n. 1. *dir male*, חרף, Ger. *ubel nach reden*, Gal. *médire*, *blâmer*, Hiſp. *maldezir*, *διασύρω*, *διαβάλλω*, eſt maledicere, alicujus dicta, aut facta verbis depravare, ex *ob*, & *tracto*, q. d. male, vel contra tracto. *Cic. l.* 9. *Fam.* Si qui mihi obtrectent. *Liv. l.* 8. *c.* 36. Obtrectare laudibus alicujus. *Id. l.* 45. obtrectare laudes, dixit. ¶ Ponitur aliquando pro culpare, ſive damnare, cum acc. *Cic.* 10. *Phil.* Hanc tibi conſuetudinem plerique in rebus bonis obtrectandi ſiquis detrectarit. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Regina meretrix lautitiam ejus omnem, apparatumque obtrectans. ¶ *Nepos in Ariſtid. c.* 1. Obtrectarunt inter ſe. h. e. æmuli fuerunt. Sic obtrectare, & æmulari conjungit *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 20. & quid proprie ſignificent, quidque inter ſe differant, docet his verbis *ibid. c.* 26. Obtrectare vero alteri, aut illa vitioſa æmulatione, quæ rivalitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet utilitatis? cum ſit æmulantis, angi alieno bono, quod ipſe non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Obtritio, onis, f. actus obterendi. *Auguſtin. ſerm.* 8. *de diverſ. c.* 4. Accedite ad eum in obtritione cordis.

Obtritus, us, m. actus obterendi. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Ne herbæ obtritu hebetentur.

Obtritus, a, um, *καταπεπατημένος*, partic. ab obteror. *Cic.* 2. *de Or. c.* 86. Neque poſſent obtritos internoſcere ullo modo. *Lucret. l.* 3. *v.* 907. Obtritus pondere terræ. *Plaut. Curc.* 4. 4. 17. Meæ pugnæ præliares obtritæ jacent. h. e. contemptæ.

Obtrūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *ſpingere con forza*, *a incontro*, *προσωθίζομαι*, idem quod trudo, vel contra aliquem trudo, vi pello. *Plaut. Mil.* 3. 3. 26. Jamne abiit intro? abivit, obtruſit fores. Al. leg. *aperuit*. *Cic. Verr.* 6. *c.* 36. Qui non obtruſit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtulit & delevit. h. e. evertit. Sunt qui ſuſpicantur legendum *obruit*, alii *obnuit*, alii *obſtruxit*. ¶ Significat interdum avide in os immittere, & quaſi gulam cibo infercire. V. *Obſtrudo*. ¶ Item claudere. V. *ibidem*. ¶ Sæpiſſima vero ponitur pro invito & repugnanti offerre, aut dare, *dar per forza*. *Terent. Andr.* 1. 5. 15. Ea quia nemini obtrudi poteſt, itur ad me. *Id. Hecyr.* 5. 1. 16. Nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater. ¶ Obtrudere palpum alicui, *far carezze, o adulare chi non ne ha voglia*. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 35. Ego iſthuc aliis dare condidici; mihi obtrudere palpum non potes.

Obtruncatio, onis, f. *κατακοπή*, actus obtruncandi. *Col. l.* 4. *c.* 29. Quod tum & obtruncatione vitis, & cum ejuſdem refectione fiſſura præcipit fieri.

Obtruncatus, a, um, *tagliato a pezzi*, *trucidato*, *ammazzato*, trucidatus, occiſus. *Salluſt. in Jug. c.* 71. Juxta boni, malique, ſtrenui & imbelles inulti obtruncati.

Obtrunco, as, avi, atum, a. 1. *tagliare a pezzi*, קצץ, Ger. *abhauen*, Gal. *tailler en pieces*, Hiſp. *deſcabeçar*, *κατακόπτω*, cædo, capite cædo, vulneribus conficio, & neco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Puerum interea obtruncat, membra articulatim dividit. *Liv. l.* 1. *c.* 5. Ita Regem obtruncant. *Curt. l.* 6. *c.* 1. Obtruncatis qui promptius reſiſtebant.

Obtuĕor, eris, d. a. *guardare fiſſo*, *ἐφοράω*, diligenter conſpicio. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 17. Quod ſic terram obtuere. Adde *Amph.* 3. 2. 19.

Obtumeſco, is, obtumui, n. 3. tumidus fio, *gonfiarſi*. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Ex aqua bibendum dedere repente obtumeſcentibus.

Obtundo, is, obtudi, obtuſum, a. 3. *percuotere*, *καταπαλαίω*, eſt totum, ſeu circum percutere. *Firmic. l.* 5. *c.* 3. Et pectora pugnis obtundant. ¶ Metaleptice accipitur pro hebetare, *render ottuſo*. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Lens aciem oculorum obtundit. *Cic.* 3. *Tuſc.* Ægritudinem obtundere, *ſopire il dolore*. ¶ Translate capitur pro craſſum, rude, tardum facere. *Cic.* 2. *de Or.* Cum vocem in dicendo obtudiſſet. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 33. Multa enim a corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. *Id.* 3. *de Orat.* Ingenia obtundi nolo. ¶ Item pro ſæpius repetendo eadem inculcare, moleſtiam & faſtidium afferre, *ſtordire*, tractum a fabris, qui repetunt tundendo aliquid malleo, ut inquit *Donat.* ad illud *Terent. Andr.* 2. 2. 11. Obtundis, tametſi intelligam. *Id. Adel.* 1. 2. 33. Ne me obtundas de hac re ſæpius. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 1. Tam longis epiſtolis te non obtunderem.

Obtunſio, onis, f. actus obtundendi, percuſſio. *Lamprid. in Commodo*, *c.* 12. Quem vidiſſet albeſcentes inter nigros capillos quaſi vermiculos habere, ſturno appoſito, qui ſe vermes ſectari crederet, capite ſuppuratum reddebat obtunſionibus.

Obtunſus. V. Obtuſus.

Obturacŭlum, i, n. obturamentum. *Marcell. Empir. c.* 35. Obturaculum extrahere.

Obturamentum, i, n. *turacciolo*, quo aliquid obturatur. *Plin. l.* 16. *c.* 8. Uſus ejus cadorum obturamentis.

Obturātus, a, um, adject. occluſus. *Cic. de Fato*, *c.* 5. Obſtructas eas partes, atque obturatas eſſe dicebat.

Obturbator, oris, m. qui obturbat. *Aſcon. in Divinat. Verr. c.* 15. *ad fin.* Obturbatores quoſdam, ſordidoſque cauſidicos ſignificat.

Obturbātus, a, um, *turbato*, ut obturbata aqua. *Plin. l.* 8. *c.* 18.

Obturbo, as, avi, atum, *ἐπιταράττω*, idem quod ſimplex turbo. *Cic. Att. l.* 12. Me ſcriptio, & literæ non leniunt, ſed obturbant. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 25. Poſtquam pulſus ſenſit Antonius, denſo agmine obturbat, *il mette in diſordine*. *Terent. Andr.* 5. 4. 23. Itane vero obturbat? h. e. obſtrepit, loquentem interpellat.

Obturgeſco, is, n. 3. *gonfiarſi*, turgidus fio, *οἰδίσκομαι*. *Lucret. l.* 6. *v.* 658. Obturgeſcit enim ſubito pes. Alii leg. *obbruteſcit*.

Obtūro, as, avi, atum, a. 1. *chiudere*, *intaſare*, אטם, Germ. *verſtopffen*, Gal. *boucher*, Hiſp. *cerrar*, *ἀποφράττω*, claudo, occludo. Scribitur a nonnullis *obthuro* cum aſpiratione. Derivant enim a *thuro*, vel a *θύρα*, *janua*, de quo V. *Voſſ. in Etymol.* Legitur tamen etiam in antiquis libris ſine *h*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Paucæ extra oſtium alvei obturant omnia. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 105. Obturem patulas impune legentibus aures. *Plaut. Stich.* 1. 2. 58. obturare os alicui, *farlo tacere*.

Obtūſe, adverb. craſſe, *rozzamente*, *goffamente*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 25. Quo quid dici poteſt obtuſius?

Obtuſus, a, um, nom. ex particip. ab obtundo, *percoſſo*, *battuto*. *Plaut. Amphyt.* 2. 1. 39. Nam ſum obtuſus pugnis peſſime. Metaleptice ſumitur pro craſſo, cui opponitur acutus, *ottuſo*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 261. Vomeris obtuſi dens. Ubi notant Critici, in vetuſtis exemplaribus & MSS. legi *obtunſi*, quod & aliis in locis obſervant apud *Plaut. Gell. Plin. jun.* & alios, ut *Pareus in Lex. Crit.* teſtatur. *Colum. l.* 4. *c.* 14. Obtuſa, hebeſque falx putatorem moratur. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Cornua lunæ obtuſa. *Lucret. l.* 4. *v.* 355. Obtuſus angulus. ¶ Translate ponitur pro rudi, hebete, debili, ſeu debilitato. *Lucret. l.* 3. *v.* 453. obtuſis ceciderunt viribus artus. *Cic. de Senect. c. ult.* Animus, cui obtuſior ſit acies. *Virg.* 1. *Æn. v.* 567. Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni. h. e. non adeo ſumus ruſticis moribus, & animo ſtupido. Sic obtuſæ aures apud *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. *v.* 171. h. e. minus ſagaces, & ad exaudiendum aptæ. Obtuſus ſtomachus, apud *Plin. l.* 7. *ep.* 3. *ſtomaco ſvogliato*. ¶ Obtuſior juriſdictio quid ſit, ſatis explicant verba hæc *Tacit. in Agric. c.* 9. Credunt plerique, militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis juriſdictio ſecura, & obtuſior, ac plura manu gerens, calliditatem fori non exerceat.

Obtūtus, us, m. *ſguardo*, שור, Ger. *anſehung*, Gal. *regard*, Hiſp. *mirada*, *ὄψις*, aſpectus, inſpectio, ab *obtueor*, quaſi obtuitus. *Cic.* 3. *de Or.* Qui vultum ejus, cum ei dicendum eſſet, obtutumque oculorum in cogitando probe noſſet. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 24. Obtutum aliquo figere. *Id. de Univerſ. c.* 8. Effugit obtutum oculorum animos. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Viſus fatigatur continuo obtutu oculorum.

Obvagio, is, n. 4. *ἀντιβοάζω*, vagitu obſtrepo, contra, ſeu circum vagio. *Plaut. Pœn.* Ne eſurientes hic quaſi hædi obvagiant.

Obvagŭlo, as, n. 1. convicium dico. *Lex XII. Tab. apud Feſt. in voce Portus*. Tertiis diebus ob portum obvagulatum ito. Al. leg. *ob vagulationem*.

Obvallātus, a, um, adject. quaſi vallo circumdatus, protectus. *Cic. Agr.* 2. *c.* 1. Quem locum nobilitas & præſidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat.

Obvaricātor, oris, m. qui cuipiam occurrit, quominus rectum iter conficiat. *Feſtus*.

Obvāro, as, n. 1. *guaſtare*, *διαστρέφω*, depravo, perverto, a *varis*, ideſt qui intorſum pedes intortos habent. *Enn. c.* 2. *n.* 606. *apud Non.* Nam conſiliis obvarant.

Obvenio, is, n. 4. *venire incontro*, קרא, Germ. *begegen*, Gal. *echoir*, Hiſp. *acontecer*, *ἀπαντάω*, obviam, vel contra, ſive coram venio. *Cic. Att. l.* 2. Eas daturum eram ei, qui mihi primus obveniſſet. ¶ Sumitur frequenter pro contingere ſortito. *Cic.* 4. *Verr. c.* 6. Sorte provincia Sicilia Verri obvenit. ¶ Item pro quomodocunque contingere. *Cic.* 2. *Philip.* Id igitur obvenit vitium, quod tu jam Cal. Jan. futurum eſſe præviderus. ¶ Hæreditatem obvenire, vel aliquid obvenire hæreditate, vel ex hæreditate. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 12. Si hujuſmodi mihi fundus hæreditate

Digitized by Google

obveniat. *Auct. ad Her. l. 4.* Hæreditas ei obvenit.

Obventio, onis, f. actus obveniendi, reditus. *Ulp. l. magis puto, ff. de reb. eor. qui ſub tut. & cura ſunt.* Vel etiam in redituum ſpe, atque obventionum. *Id. leg. 1. Dig. de exercit. act.* Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones, & reditus omnes perveniunt.

Obventitius, a, um, forte obveniens, ut obventitia bona, *apud Tertull. l. 2. adverſ. Marcion. c. 3.*

Obverbero, as, a. 1. idem quod verbero. *Apul. l. 7. Metam.* Inſenſum (aſinum) obverberans. Et *l. 9.* Ferula nates ejus obverberans.

Obverſatio, onis, f. [illegible], actus obverſandi, huc illuc itio. *Cic. pro Mur. c. 24.* Mœſtus amicos, obverſationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant. Ita quidam Lexicographi: verum in optimis codicib. legitur *obſervationes*.

Obverſe, adverb. *verſo, in fronte*. *Colum. l. 9. c. 7.* Domicilia apum obverſa ad hibernum orientem componi debebunt, ut apricum habeant apes matutinum egreſſum, & ſint experrectiores.

Obverſor, aris, atus ſum, d. 1. *ſtar attorno*, [illegible], circum, vel ante verſor, adſum. *Plin. l. 13. ep. 16.* Centumviri venerant, obverſabantur advocati. ¶ Tranſlate ponitur pro apparere animo, ita ut res adeſſe coram videatur, & cerni. *Cic. pro Sext.* Mihi ante oculos obverſatur Reip. dignitas. *Liv. l. 35. c. 11.* Caudinæque cladis memoria non animis modo, ſed prope oculis obverſabatur. *Id. l. 2.* Obverſatam ſpecies in ſomnis.

Obverſus, a, um, *in faccia*, adverſus. *Plin. l. 9. c. 57.* Et in illis obverſos ſtare. *Col. l. 7.* Ut paſcentium capita ſint obverſa Soli.

Obverto, is, ti, rſum, a. 3. *volgere contra*, [illegible], contra verto. *Cic. 3. Tuſc. ex antiquo Poeta:* Cujus ob os Graii ora obvertebant ſua. *Plin. l. 14. c. 21.* Feneſtras obverti in Aquilonem oportere. *Virg. 6. Æn.* Obvertunt pelago proras. ¶ Obvertere cornua alicui, h. e. alicui adverſari. *Plaut. Pſeud. 4. 3. 5.* Ne in ea ſecunda nunc mihi obvertat cornua. ¶ Obvertere terga alicui, *voltar le ſpalle*. *Virg. 2. Georg. v. 270.*

Obviam, *incontro*, [illegible], adv. loci, quaſi ob, idest contra viam. *Cic. pro Mil. c. 10.* Obviam fit ei Clodius expeditus in equo. *Id. 2. Fam. ep. 16.* Cum in Cumanum mihi obviam veniſſes. *Id. pro Mur. c. 32.* Obviam ire alicui. *Id. pro Planc. c. 40.* Obviam ſe ferre alicui. *Id. 12. ad Att. ep. 16.* De obviam itione ita faciam, ut ſuades. *Plaut. Pſeud. 4. 8. 5.* Minas obviam ultro ei deferam. *Id. Amph. 3. 4. 2.* Nec quiſquam tam audax fuat, qui obviam obſiſtat mihi. *Id. Pæn. 3. 6. 11.* Bonam dediſtis, advocati, operam mihi: ite nunc, quæſo, in comitio aſſota obviam, *laſſi aſſervi vedere*. Sic dicimus, obviam alicui procedere, prodire, exire, proficiſci, obviam mittere, &c. apud *Cic.* ſæpe. ¶ Interdum obviam pro contra uſurpatur. *Cic. Attic. l. 4.* Huic obviam Cato, & Servilius aperte. *Id. Verr. 1. c. 41.* Obviam ire cupiditatibus. *Plaut. Stich. 4. 1. 19.* Si tibi nulla ægritudo eſt animo obviam. ¶ Ire obviam periculis, eſt fortiter periculo adire. *Salluſt. in Jug. c. 7.* ¶ *Plaut. Capt. 3. 3. 5.* Neo ſycophantiæ, nec fuci ullum mantellum obviam eſt. h. e. eſt in promptu.

Obvigilato, adverb. vigilanter. *Plaut. Bacc. 3. 2. 14.* Quare, me eſſe quam obvigilato, eſt opus. Alii leg. *atque advigilare eſt opus.*

Obvio, as, avi, atum, n. 1. obviam eo, obſiſto, reſiſto. *Macrob. l. 7. Sat. c. 5.* Proceres, quibus obviandum non erat. *Quintil. Declam. 307.* Nequitia obviatum eſt legi. *Pallad. l. 1. tit. 35.* Obviare grandini. *Marcian. JCtus. l. 2. Dig. de Donat.* Confeſſioni obviare.

Obviolo, as, a. 1. idem ac violo. *Varr. l. 5. de L. L.* Aſtiacum illud, Obviolavit. Alii leg. *Oblivio laves*. *Inſcript. apud Gruter. pag. 906. n. 13.* Quiſquis es homo, ne mea oſſa obviolas.

Obvius, a, um, *ciò che viene all' incontro*, [illegible], Ger. *zu wegs*, Gal. *qui rencontre, ou qu' on rencontre*, Hiſp. *encontradizo*, [illegible], quod alicui occurrit, vel obviam fit. *Cic. pro Cæc.* Sin autem ingredienti tum armata multitudine obvius fueris. *Id. Att. l. 6. ep. 4.* Ut mihi tum literæ volent obviæ. *Liv. l. 1. c. 6.* Se mihi obvium dedit. *Tacit. Ann. 12. c. 7.* Obviam præbet ſe gratantibus. *Id. Ann. 13. c. 8.* Apud Ægeas civitatem Ciliciæ obviam Quadratum habuit. ¶ Ponitur & pro adverſo. *Virg. 9. Æn.* Obvia ferte arma. *Lucan. l. 1.* Signa obvia ſignis. *Lucret. l. 4.* Tute tibi obvius obſtas. ¶ Item pro expoſito, ſeu pro eo, quod facile adiri, aut haberi poteſt. *Virg. 3. Æn.* Obvia orbs inimicis. ¶ Tranſlate *Plin. l. 1. ep. 10.* Eſt enim obvius, & expoſitus, plenuſque humanitate. *Tacit. Ann. 2. c. 2.* Prompti aditus, obvia comitas. *Id. Ann. 16. c. 2.* Obviæ opes. h. e. ultro oblatæ.

Obumbratio, onis, f. actus obumbrandi. *Arnob. l. 5.* Allegoricæ cæcitatis obumbratio.

Obumbratrix, icis, f. quæ obumbrat. *Tertul. Apolog. c. 9.* Arbores templi obumbratrices.

Obumbratus, a, um, adject. *adombrato*. *Pallad. l. 12. tit. 1.* Germina obumbrata defendere.

Obumbro, as, avi, atum, *adombrare, oſcurare*, [illegible], umbris undique obſcuro. *Virg. 12. Æn. v. 578.* Obumbrant æthera telis. ¶ Per tranſlationem ponitur pro hebetare, imperfectum reddere. *Quinct. in præf. l. 8.* Præter id, quod gratiam amittunt, ſenſus obumbrant. *Plin. l. 13. c. 3.* Sapientiam vino obumbrari. ¶ Item pro tueri. *Virg. 11. Æn.* Et magnum Reginæ nomen obumbrat. ¶ Item pro tegere. *Ovid. 3. de Pont. eleg. 3.* Tu licet erroris ſub imagine crimen obumbres. ¶ Item pro obſcurum, & vilem reddere. *Tacit. 2. Hiſt. c. 32.* Senatum & populum nunquam obſcura nomina, etſi aliquando obumbrentur.

Obuncatus, a, um, adject. obuncus, aduncus, ut obuncatæ ungues. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 18.*

Obunctus, a, um, adject. circum unctus. *Apul. l. 2. Metam.* Guttis Arabicis obunctus. Et *l. 8.* Oculi obuncti graphice.

Obuncus, a, um, *molto torto*, [illegible], valde uncus, & incurvus, ob uncus, ei. *Virg. 6. Æn. v. 597.* Roſtroque immanis vultur obunco.

Obundatio, onis, f. *inondazione*, exundatio. *Flor. l. 4. c. 2.* Interim obundatione verni fluminis commeatibus prohibetur.

Obundo, as, n. 1. circum undo, exundo. *Stat. l. 1. Achil. v. 122.* Iſteque Deæ Sperchios obundat Obvius, & dulci veſtigia circuit unda. Sunt qui legunt *abundat*.

Obvolito, as, avi, atum, n. 1. circum volito. *Porc. Latro, declam. in Catil. c. 32.* Gladiatoriis agminibus per ora vulgi palam obvolitare.

Obvolvo, vis, olvi, utum, a. 3. *involgere, volgere intorno*, [illegible], Ger. *umwickeln*, Gal. *envelopper*, Hiſp. *bolver al rededor*, [illegible], circumvolvo. *Cic. in Or.* Obvolvendum caput Agamemnonis eſſe. ¶ Tranſlate ponitur pro velare, obtegere, celare. *Hor. l. 2. Sat. ſat. 7.* Verbiſque decoris obvolvas vitium?

Obvolutatus, a, um, *avvolto*. *Veget. l. 3. c. 4.* Obvius obvolutatus radicibus.

Obvolutio, onis, f. *avvolgimento*. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 12.* In ſingulis ſphæris, quæ cœlo ſubjectæ ſunt, ætherea obvolutione veſtitur.

Obvolutus, a, um, adject. *avvolto*, circumvolutus. *Cic. 1. Invent. c. 50.* Os obvolutum folliculo. *Id. 2. Divin. c. 31.* Fax obvoluta ſanguine. *Auct. ad Herenn. l. 1. c. 13.* Obvolutus corio.

Obuſtus, a, um, adject. uſtus, vel circum uſtus, *abbruciato, abbruſtolito*. *Virg. 11. Æn. v. 892.* Stipitibus ferrum, ſudibuſque imitantur obuſtis. *Ovid. 5. Triſt. eleg. 2.* Glebaque canenti ſemper obuſta gelu.

O ANTE C.

Occa, æ, f. 1. *erpice*, βωλοκόπος, raſtrum, inſtrumentum ruſticum, quo tractu, raptanteque ſuper terram, ferreis, aut ligneis dentibus, quibus inſtructum eſt, glebæ conteruntur, agri ſuperficies coæquatur, & ſemina cooperiuntur. *Col. l. 2. c. 18.* Et inducta occa coæquabimus. Caſtigatiora tamen Exemplaria habent *inducta crate*.

Occæco. V. Obcæco.

Occalleſco, ſcis, allui, n. 3. *far il callo*, [illegible], callum obduco. *Plaut. Aſin. 2. 4. 13.* Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis? ¶ Tranſlata ponitur pro obdureſcere. *Ovid. 14. Metam. v. 287.* Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro. ¶ Item pro perferre, perpeti, diſcere diuturna malorum conſuetudine adverſa patienter ferre. *Cic. Att. l. 1. ep. 18.* De Statio manumiſſo, & nonnullis aliis rebus angor equidem, ſed jam prorſus occallui. *Plin. l. 2. epiſt. 15.* Longa patientia occallui.

Occano, is, nui, n. 3. idem ac occino. *Tacit. Ann. 2. c. 81.* Tum Sentius occanere cornua, & peti aggerem juſſit. *Salluſt. in fragm. l. 1. hiſt. apud Priſcian. l. 10.* Juſſu Metelli cornicines occanuere.

Occaſio, onis, f. 3. *occaſione, opportunità*, עת, Ger. *gelegenheit*, Gal. *occaſion*, Hiſp. *ocaſion*, καιρὸς, opportunitas temporis cauſa proveniens, tempus opportune oblatum, anſa. *Cic. de Invent.* Occaſio eſt pars temporis habens in ſe alicujus rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. *Id. 1. Off.* Tempus autem actionis opportunum Græce [illegible], Latine appellatur occaſio. ¶ Occaſionem veteres Romani Deam eſſe putaverunt. Ejus ſimulacrum ita fingebatur, ut pennatis pedibus volubili rotæ inſiſteret, vertigine quadam velociſſima ſe in orbem circumagens, priore capitis parte capilloſa, poſteriore glabra. Quo commento occaſionis brevitatem, & inconſtantiam voluerunt denotare, quæ, niſi cum primum ſe ſe offerat, arripiatur, ſtatim elabitur e manibus. *Cic. pro Mil.* Quæ tum non modo occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit? *Id. 4. Verr. c. 25.* Amplam occaſionem calumniæ nactus. Hinc occaſionem arripere, captare, amplecti, præbere, tenere, amittere, emittere, &c. *Cic. ſæpe*, *Quintil. Plin. uterque*, & al. ¶ Occaſio mihi eſt faciendi aliquid. *Cic. Attic. l. 5. Ter. Phorm. 5. 7.* ¶ Data occaſione. *Cic. Phil. 7.* Qui familiarem jugularat, quid hic, occaſione data, faciet inimico? ¶ Occaſionem opprimere, pro occupare, arripere, dixit *Plaut. Aſin. 2. 2. 13.* ¶ Imminere occaſioni, eod. ſenſu, *Curt. l. 5.* ¶ Interdum occaſio ponitur pro copia, ſeu facultate. *Curt. l. 9. c. 1.* Genus claſſium fabricatur ex robore, quercu, vel ſubere; nam oleæ rara occaſio eſt. *Plin. l. 16. c. 41.* Ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt.

Occaſiuncula, æ, f. parva occaſio. *Plaut. Trin. 4. 2. 131.* Nimis argute obrepſiſti in eapſa occaſiuncula.

Occaſo, is, n. 3. intereo, apud ant. a ſup. *occaſum* verbi occido. *Plaut. Caſ. 3. 4. 8.* Satin' propter te pereo ego, atque occaſo? Ita *Calepinus*. At meliores Codices habent pro *occaſo*, *occaſio*.

Occaſus, a, um, nom. partic. a ſupino *occaſum* verbi *occido*, *caduto*. *Plaut. Epid. 1. 2. 41.* Ante ſolem occaſum. *Lex XII. Tab. apud Gel. l. 17. c. 2.* Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſt. *Ipſe Gell. l. 3. c. 2.* Poſt ſolem occaſum.

Occaſus, us, m. *morte*, [illegible], Ger. *der abgang*, Gal. *mort*, Hiſp. *muerte*, [illegible], interitus, mors, obitus, & tam de homine, quam de rebus inanimatis dici ſolet. *Cic. 1. Acad.* Ac poſt Lælii noſtri occaſum. *Id. 3. Catil. c. 8.* Et totius Urbis, ac Imperii occaſum appropinquare dixerunt. ¶ Sumitur etiam pro Solis veſpertina abſconſione, vel tranſitu ad inferius hæmiſphærium, *occaſo*. *Auct. ad Her. l. 3.* Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. ¶ Aliquando pro loco, ubi Sol occidit, *Occidente*. *Cicer. 2. de nat. Deor.* Quarum alterum ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeans nullum unquam curſus ſui veſtigium inflectit. ¶ Veteres etiam occaſus dixere pro occaſione. *Enn. apud Feſt.* Hic occaſus datus eſt. *Id. ibid.* Occaſus juvat res.

Occatio, onis, f. [illegible], actus occandi. *Cic. de Sen. c. 15.* Primum id occæcatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt. *Plin. l. 18. c. 20.* Aratione per tranſverſum iterata occatio ſequitur.

Occator, oris, m. [illegible], qui glebas in arvo confringit. *Col. l. 2. c. 13.* Tritici modii quatuor operam occupant occatoris unam. ¶ Tranſlate *Plaut. Capt. 3. 5. 4.* Sator ſcelerum, meſſorque maxime. Ty. Non occatorem dicere audebas prius? ¶ Fuit hoc nomine Deus, qui occationi præerat, ut legitur in antiquis Indigitamentis Flaminis Cerealis.

Occatorius, a, um, [illegible], quod ad occationem ſpectat. *Col. l. 2. c. 13.* Bubulcorum operas tres exiget, occatoriam unam.

Occedo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *andare incontro*, [illegible], obviam eo, accedo, ex *ob*, & *cedo*. *Plaut. Moſt. 3. 2. 4.* Ait, ſe metuere in conſpectum illius occedere.

Occento, as, avi, atum, a. 1. [illegible], frequenter occino. Et ſpeciatim de probroſis cantibus dicitur. *Feſt.* Occentaſſint antiqui dicebant, quod nunc, convicium fecerint, dicimus, quod id clare, & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri poſſit, quod turpe habetur, quia non ſine cauſa fieri putatur. *In Leg. XII. Tab.* Siquis carmen occentaſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto. *Plaut. Perſ. 4. 4. 20.* At cum illi occentabant oſtium. h. e. ante oſtium convicia facient. ¶ Accipitur etiam in bonam partem. *Id. Curc. 1. 2. 57.* Quid, ſi adeam ad fores, atque occentem? Itali dicunt *fare una ſerenata*. Lege reliqua ejus Plautinæ ſcenæ.

Occentus, us, m. actus occinendi, cantus. *Val. Max. lib. 1. c. 1. ſ. 5.* Occentus ſoricis auditus Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio Magiſterium Equitum deponendi cauſam præbuit.

Occepſo, is, it, futurum Conjunctivi, idem ac occepero. *Plaut. Amph. 1. 2. 41.* Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Occepto, as, a. 1. frequentativum ab occipio. *Plaut. Men. 5. 5. 18.* Jam hercle occeptat inſanire primulum.

Occidens, entis, ſubſt. m. *occidente, ponente*, [illegible], German. *niedergang*, Gall. *occident*, Hiſp. *occidente*, [illegible], occaſus, plaga, in qua Sol occidit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 66.* Qui has nobiſcum terras ab oriente ad occidentem colunt. *Horat. Epod. 1.* Occidentis uſque ad ultimum ſinum. ¶ Eſt etiam partic. ab *occido*, moriens, cadens. *Cic. 1. Tuſc. c. 45.* Cum ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari poteſt. *Id. 4. Fam. ep. 1.* Aliquid opis occidenti Reip. tuliſſemus.

Occidentalis, le, n. 3. *occidentale*, [illegible], quod vergit ad occidentem. *Plin. l. 18. c. 34.* Ab occaſu ſolſtitiali, & occidentali latere Septentrionis.

Occidio, onis, f. *ammazzamento*, *ſtrage*, idem ac occiſio, idest cædes, mors. *Col. l. 4. c. 17. de vitibus.* Nec ad occidionem univerſum genus perduci patimur. *Tacit. Ann. 13. c. 57.* Quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. ¶ Occidione occidere eſt ad internecionem delere. *Liv. l. 28.* Cum duo exercitus prope occidione occiſi eſſent, *quaſi totalmente disfatti*. *Tacit. Annal. 12. c. 38.* Ni cito ſubventum foret, copiæ tum occidione occubuiſſent. *Juſtin. l. 2. c. 14.* Fama venit Mardonium copias occidione occidiſſe, *eſſere ſtate disfatte*.

Occido, is, cidi, ciſum, a. 3. *uccidere, ammazzare*, [illegible], Ger. *todten*, Gal. *tuer*, Hiſp. *matar*, [illegible], eſt quocunque modo interficere, ab *ob*, & *cædo*.

vado. *Cic. pro Cluent.* Cujus virum A. Aurium occiderat. *Liv. l.* 3. *c.* 23. Ad unum omnes occidit. ¶ Interdum eſt excruciare, tantaque moleſtia afficere, ut quis occiſus prope videatur. *Horat. Epod.* 14. Occidis ſæpe rogando. *Id. de art. poet.* Legendo aliquem occidere. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* Remp. condere unius diſceſſu, quam omnium interitu occidere maluit. h. e. avertere. ¶ Aliquando occidere eſt valde cædere, ferire, percutere; qua ratione explicat *Donatus* illud *Terentii* 4. 2. Me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam uſque occidit.

Occĭdo, is, di, occaſum, n. 3. *cadere*, נפל, Ger. *niederfallen*, Gall. *mourir*, *tomber*, Hiſp. *morir*, *caer*, πίπτω, proprie eſt cadere, ex *ob*, & *cado*. *Plaut. Rud. Prol. verſ.* 8. Et alia ſigna de cœlo ad terram occidunt. ¶ Metalepticωs ponitur pro perire, interire, extingui, mori. *Plaut. Moſt.* 2. 1. 2. Occidit ſpes noſtra. *Cic.* 4. *Acad.* Ut hic ornatus unquam dilapſus occidat. *Id. de clar. Or. c.* 63. *in fin.* Sulpicius occideret, Cato abeſſet, & Cotta. *Ovid.* 13. *Met. v.* 471. Occidit a forti (ſic dii voluiſtis) Achille, *per mano d' Achille*. ¶ Translate capitur pro ſeneſcere, evaneſcere; & dicitur etiam de herbis, & arboribus. *Virg.* 4. *Ecl.* Et fallax herba veneni occidet. ¶ Item pro de priſtina dignitate, vel auctoritate dejici. *Cic. l.* 4. *Fam.* Eos, qui auctoritatem, & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occidiſſe. ¶ Pro deſcendere, ſeu tranſire ad inferius hemiſphærium, *tramontare*. *Catul. carm.* 5. Soles occidere & redire poſſunt. ¶ Occidi, frequens eſt apud Comicos velut interjectio deſperantis, nullus ſum, perii, *ſon perduto*, *per me ella è ſpedita*. *Ter. Andr.* 3. 4. 26. Sed eccum ipſum video, occidi. *Plaut. Caſ.* 3. 5. 1. Nulla ſum, nulla ſum, tota, tota occidi. ¶ Particip. *occaſurus*. *Cic. pro Mil. c.* 36. Ut beneficia, quæ in me contuliſtis, aut in hujus ſalute augeatis, aut in ejuſdem exitio occaſura eſſe videatis. ¶ Aliud particip. *occaſus* V. ſuo loco.

Occiduālis, le, adject. *occidentale*. *Prudent. adverſ. Symmach. v.* 597. Omnibus in terris, quas diſtinet occidualis Oceanus.

Occidŭus, a, um, δυτικός, quod occidit. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Redirēmuſque in urbem Sole jam fere occiduo. ¶ Ponitur etiam pro occidentali, ſeu ubi fit ſtellarum, aut alterius rei occaſus. *Claud.* 2. *de raptu Proſerp. in præf. v.* 38. Occiduo ducis ab orbe greges. ¶ Translate occidua ſenectus, apud *Ovid.* 13. *Met. v.* 227.

Occillo, as, a. 1. videtur eſſe diminut. ab *occo*, quod glebas comminuere ſignificat. Nam pro comminuere, ſeu contundere uſurpat *Plaut. Amph.* 1. 1. 58. Qui mi advenienti os occillet probe. Vetus quoque Onomaſticum occillare vertit συγκόπτειν. Alii leg. *ocillo*.

Occĭno, is, nui, entum, κατᾴδω, contra cano, cantu obſtrepo. *Liv. l.* 6. *c.* 41. Si occinuerit avis. ¶ Reperitur etiam præteritum *occanui*. *Salluſt. in fragm.* apud *Priſc. l.* 10. *pag.* 898. *Putſchii.* Juſſu Metelli cornicines occanuere. Adde *Serv.* 2. *Georg.* 2. 384.

Occĭpio, is, epi, eptum, a. 3. *principiare*, idem ac incipio. *Ter. Andr.* 1. 1. 32. Accepit conditionem, dein quæſtum occipit. *Id. Adelph.* 3. 1. 2. Dolores mei ſunt occipiunt primum. *Id. Eun.* 1. 2. Qui me amare occeperat. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 13. Hoc volo, quod occeptum eſt, agi. *Tacit.* 11. *Ann. c.* 12. Occipiebat hiems. *Id. An.* 3. *c.* 2. Conſules Magiſtratum occeperant. h. e. inierant.

Occipĭtium, ii, n. idem ac occiput. *Plaut. Aul.* 1. 1. 25. Quæ in occipitio quoque habet oculos peſſima. *Celſ. l.* 4. *c.* 2. Cucurbitulas occipitio admovere. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 32. Cæſar reverſionem fecit, ne poſt occipitium in Hiſpania exercitus, qui erant, relinqueret, *per non laſciar i nile ſpalle*. ¶ *Frons occipitio prior*, ideſt potior, meliorque. prov. inſtar ænigmatis jactatum, quo ſignificavit antiquitas, rectius geri negotium, ubi præſens, ac teſtis adeſt is, cujus agitur negotium. *Cato l.* 2. *de R. R. c.* 4. Fructi plus capies: frons occipitio prior. *Plin. l.* 18. *c.* 5. Frontemque domini plus prodeſſe, quam occipitium.

Occĭput, pitis, *n.* 3. *nuca*, ἰνίον, poſterior capitis pars, a vertice uſque ad cervicem, ex *ob*, & *caput*, quia ei pars ſincipiti opponitur. *Auſon. in epigr.* 12. Occipite es calvo? Ne tenear fugiens.

Occiſio, onis, f. 3. *uccisione*, φόνος, actus occidendi, cædes. *Cic. pro Cæc. c.* 14. Si cædes, & occiſio facta non erit. ¶ Occiſione occidere, eſt uſque ad internecionem delere. *Cic.* 14. *Phil. c. ult.* Ejuſque copias occiſione occiderit ſuo exercitu ita incolumi.

Occiſitantur, ſæpe occiduntur. *C. Gracchus* apud *Feſtum*.

Occiſor, oris, m. *uccisore*, qui occidit. *Plaut. Mil.* 4. 2. 64. Occiſor regum.

Occiſōrius, a, um, adjectiv. ut animalia occiſoria, h. e. quæ mactari poſſunt, apud *Tertull. de anim. c.* 33.

Occĭſus, a, um, *ucciso*, ἀναιρεθείς, interfectus, necatus. *Liv. l.* 3. *c.* 11. Occidione prope occiſi. *Cic. Catil.* 1. Vigilare non ſolum ad inſidiandum ſomno maritorum, ſed etiam bonis occiſorum. ¶ Item perditus, deſperatus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 7. Occiſa eſt hæc res, niſi reperio atrocem aliquam aſtutiam. *Id. Caſ.* 3. 5. 32. Occiſiſſimus ſum omnium, qui vivunt.

Occlamĭto, as, a. 1. idem ac clamito. *Plaut. Curc.* 1. 3. 27. Domini, ne occlamites.

Occlāmo, as, idem ac acclamo. *Vellej. l.* 2. *c.* 4. Cum omnis concio occlamaſſet. Alii leg. *acclamaſſet*.

Occlūdo, is, ſi, ſum, a. 3. *chiudere*, κατακλείω, claudo. *Cicer.* 4. *Acad.* Et quidem, ut ſeditioſi Tribuni ſolent, occludi tabernas jubes? ¶ Occludere linguam, eſt impedire, ne quis aliquid reſpondere poſſit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 11. Tuopte conſilio occludunt linguam, & conſtringunt manus.

Occlūſus, a, um, κατακλεισθείς, *chiuſo*. *Cic. Catil.* 4. Quæſtus occluſis tabernis minui ſolet. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. Odium occluſum effundere. *Terent. Andr.* 3. 3. 55. Dum ejus libido occluſa eſt contumeliis. h. e. propter contumelias refrixit, & ſe ipſis coercuit. *Plaut.* format gradus *Trinum.* 1. 2. *v. ult.* Occluſiorem habeant ſtultiloquentiam. h. e. minus ſtulte loquantur. Et *Curc.* 1. 1. 15. Illud oſtium occluſiſſimum.

Occo, as, a. 1. *erpegare*, βωλοκοπέω, eſt crate, vel raſtro glebas comminuere, quod in aratione fiebat, ut iſta contuſione ſemina pulvere operirentur. Iteratione confringebantur glebæ proſcindendo excitatæ. Sed ſi ea non ſatis glebas imminuiſſet, occatio accedebat, quæ eas penitus frangeret, pulvereque ſemina conderet, & operiret. V. *Plin. l.* 18. *c.* 19. & 20. ¶ *Cicero de Sen. cap.* 15. deducit ab *occare*, quia glebæ occatione ſemina occæcentur, hoc eſt ſub terra operiuntur, & occultantur. Cujus etymi etiam meminit *Feſtus*. *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 160. Et villicus Orbi Cum ſegetes occat. ¶ Uſi etiam ſunt hac voce, ubi nulla operiuntur ſemina, ut de vineis. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 31. Vineas novellas fodere, aut arare, & poſtea occare. ideſt comminuere, ne ſit gleba.

Occœpi, iſti, pit, n. defectiv. 3. idem quod cœpi, *principiare*. *Plaut. Epid.* 3. 3. 53. Eradicabam hominum aures, quando occœperam. *Id. Aſin.* 2. 1. 50. Hariolari quæ occœperunt, ſibi eſſe in mundo malum. *Id. ibid.* 1. 1. ult. Pergam, quo occœpi.

Occubĭtus, us, m. *morte*, mors. *Hieronym. ep.* 27. *ad Euſtoch. epitaph. Paulæ, ad fin.*

Occŭbo, as, bui, bitum, n. 1. idem ac occumbo, ex *ob*, & *cubo*. *Virg.* 1. *Æn.* Nec adhuc crudelibus occubat umbris. h. e. nondum inter umbras degit. *Id.* 3. *Æn. verſ.* 371. ad tumulum, quo maximus occubat Hector. *Liv. l.* 8. Occubare morte.

Occulcātus, a, um, nom. ex particip. calcatus, conculcatus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 13. Chors exterior operta ſtramentis ne paleæ occulcata pedibus pecudum. Al. leg. *conculcata*. *Liv. l.* 27. *c.* 14. Et partim occulcatis, partim diſſipatis qui circa erant, nudaverant una parte aciem. Hic quoque alii leg. *conculcatis*. In Lexico Crit. Parei, ubi duo hæc exempla afferuntur, eſt *occultatis*, ſed plane mendoſe eſt lectio.

Occulco, as, a. 1. idem quod conculco. *Cato de R. R. c.* 49. Operitoque, & bene occulcato.

Occŭlo, is, lui, ultum, a. 3. *celare*, *naſcondere*, κλέπτω, abſcondo, abdo, ex *ob*, & *colo*, quia proprie dicitur de ſuperficie agri, cum quod ſenſus prius patebat, arando ſubvertitur, aliaque ſolo obtegitur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 346. quæcumque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. ¶ Sæpiſſime uſurpatur pro quocumque modo abſcondere. *Cic. Att.* 5. *ep.* 15. Appii vulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt. *Id.* 2. *Tuſc.* Parietum umbris occuluntur. *Senec. Hippolyt.* Arcana pectore fido occulam. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 16. Neque tamen occulare debui narratum ab iis, qui &c. h. n. ſilentio præterire.

Occultāte, adv. occulte. *Cic. pro Dejot. c.* 6. Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit. Meliores codices habent occultius.

Occultātio, onis, f. *naſcondimento*, ἀπόκρυψις, celatio. *Cic.* 2. *Fin.* Quæ libido ſe non proripiet, ac projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? Adde 2. *de nat. Deor. c.* 50.

Occultātor, oris, m. *naſconditore*, qui occultat, *celator*. *Cic. pro Mil. c.* 19. Suſtinuiſſet hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator, & receptor locus.

Occultātus, a, um, *naſcoſto*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 39. Latent iſta omnia craſſis occultata, & circumfuſa tenebris. ¶ Occultatus pro conculcatus. V. *Occulcatus*.

Occulte, adv. *occultamente*, בסתר, Ger. *heimlich*, Gal. *en cachette*, Hiſp. *a eſcondidas*, κρυφίως, clam, abſcondite. *Cic.* 1. *Agr.* Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. *Id.* 1. *Off.* Ipſique neceſſitati, dant operam, ut quam occultiſſime pareant. *Id. pro Dejot. c.* 6. Et occultius conari, & efficere cautius potuit.

Occultĭpēde. V. Ocolicrepida.

Occultim, adverb. occulte. *Solin. c.* 4. Occultim raptare.

Occulto, adv. occulte. *Afran.* apud *Chariſ. lib.* 2. *pag.* 186. *Putſch.* Age, curre curſim ad Numiſium occulto.

Occulto, as, avi, atum, a. 1. *naſcondere*, *coprire*, צפן, Germ. *verbergen*, Gal. *cacher*, Hiſp. *aſconder*, ἀποκρύπτω, abſcondo, abdo, celo, obtego, freq. ab *occulo*. *Cic.* 1. *Off. cap.* 35. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, removent ab oculis. *Id. pro Leg. Man. c.* 3. Latebris ſe occultare. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Occultare fugam. *Id. ib. l.* 6. Occultare apud ſe. *Plaut. Trin.* 2. 5. 3. Me abs tuo conſpectu occultabo. *Id. Perſ.* 4. 3. 26. Res eſt quædam, quam occultabam tibi dicere. ¶ *Occultaſſis*, pro occultaveris, ejuſdem *Plauti* eſt *Trinum.* 3. 2. 1.

Occultus, a, um, a. 1. 3. *occulto*, *ſecreto*, נסתר, Ger. *verborgen*, Gal. *caché*, Hiſp. *eſcondido*, κρυπτός, abditus, abſconditus, latens, clandeſtinus, partic. ab occulo. *Cic.* 1. *Acad.* Primus a rebus occultis, & ab ipſa natura involutis avocaviſſe Philoſophiam. *Id. ibid.* Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam quæ latent in ſimulatione officii. *Id.* 4. *Acad. c.* 19. Cum res occultiſſimas aperueris, in lucemque protuleris. *Salluſt. Catil. c.* 23. Occultum aliquid habere. *Tac.* 15. *Ann. c. ult.* Qui occulta conjurationis retexiſſet. *Horat. l.* 1. *od.* 12. Arbor creſcit occulto ævo, *inſenſibilmente*. ¶ Homo occultus, idem eſt ac fictus, diſſimulator aſtutus. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 10. *circa med.* Sin autem me occultum, & aſtutum libet fingere. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 38. Cn. Pompejus occultior, non melior. ¶ In occulto, pro occulte, ſecreto. *Cic. pro Cluent.* Qui tum conſulto penes in occulto ſtetiſſet. ¶ Sic ex occulto. *Cic. pro Cluent.* Multi viri boni cum ex occulto intervenniſſent.

Occumbo, is, occubui, occubitum, n. 3. *morire*, מות, Ger. *tot ſterben*, Gal. *mourir*, Hiſp. *morir*, τελευτάω, a *cubo*, vel ab antiquo *cumbo*. *Ovid.* 3. *de Arte*, *v.* 17. Et ante annos occubuiſſe ſuos. ¶ Conſtruitur ſæpe cum accuſat. *mortem*, vel *necem*. *Liv. lib.* 31. Qui pugnantes mortem occubuiſſent. *Sueton. in Aug. c.* 13. Voluntariam occubuiſſet necem. ¶ Sæpe etiam cum ablativo *morte*. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Cacus ictus clava morte occubuit. ¶ Quin etiam cum dativo *morti* apud Poetas. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 62. Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. ¶ Dicimus etiam occumbere ferro. *Ovid.* 15. *Met.* Occumbere ſævo certamine. *Silius l.* 1. Occumbere occidione. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 38.

Occupātio, onis, f. *occupazione*, ἀσχολία, κατάληψις, uſurpatio, actus occupandi. *Cic.* 1. *Off.* Sunt autem nulla privata natura, ſed aut veteri occupatione, &c. *Id. pro Dom.* 1. 3. Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiæ. ¶ Sumitur etiam pro diligenti vel neceſſaria vacatione. *Cic. in Or. c.* 10. In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 23. Occupatione diſtineri. *Id. Fam.* 10. *ep.* 28. Occupationibus impediri. *Id.* 1. *nat. Deor.* Implicatus occupationibus. *Id.* 1. *de Orat.* Deſcendere ad occupationem juris civilis perdiſcendi. ¶ Apud Rhetores Occupatio, vel Præoccupatio, vel Præſumptio, vel Prolepſis eſt Figura ſententiarum, per quam præveniendo dicimus in noſtram partem id, quod ab adverſario, vel ab auditoribus objici poteſt. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 27. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. &c.

Occupatīcius ager, καταληφθεὶς χωρίον, qui deſertus a cultoribus propriis, ab aliis occupatur. *Feſtus*.

Occupatōrius ager. V. Arcifinalis.

Occupātus, us, m. occupatio. *Claud. Mamert. ep. ad Sidon.* (*quæ eſt inter ejuſdem Sidonii ep. l.* 4. *ep.* 2.) Ecquo tam ex occupatu unquam implicabere, quin &c.?

Occupātus, a, um, adject. *occupato*, *preſo*, καταληφθείς. *Curt. lib.* 9. *c.* 7. Occupatum complexu enectavit in terram. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 55. Tranſitus Alpium præſidiis occupati. ¶ Item ante captus, oppreſſus, *prevenuto*, *oppreſſo*. *Juſtin. l.* 3. *c.* 9. Miſerunt, qui eum interciperent, a quibus occupatus, vivus in cubiculo crematus eſt. *Id. l.* 2. *c.* 12. Græci adventu hoſtium occupati prælium capeſſunt. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 129. Accepto vulnere occupatus, pro mortuo ſublatus eſt. ¶ Occupatum argentum, *danaro inveſtito*. *Plaut. Epid.* 2. 2. 114. V. Occupo. ¶ Translate *Liv. l.* 27. Occupati animi beneficiis alicujus. ¶ Frequenter ponitur pro eo, qui negotio aliquo detentus non poteſt alteri operam dare. Et uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ut, ſi occupati aliquid profuimus civibus noſtris, proſimus etiam, ſi poſſumus, otioſi. ¶ Vel cum ablat. & præp. *in*. *Cicer.* 1. *Acad.* In quibus omnes ante eum Philoſophi occupati fuerunt. ¶ Vel cum dat. *Plin. l.* 26. *c.* 2. Sedere nanque in his ſcholis auditionis occupatum gratius erat. ¶ Comp. *occupatior*, ſup. *occupatiſſimus*. *Cic. Att. l.* 10. Eramque occupatior de Quinto fratre. *Id. Att. lib.* 12. *ep.* 38. Non dubito, quin occupatiſſimus fueris.

Occŭpo, onis, m. cognomen Mercurii, qui furum Deus eſt aliena bona occupantium. *Petron. in fragment.*

Occŭpo, as, avi, atum, a. 1. *occupare*, לכד, Germ. *einnemmen*, Gall. *occuper*, Hiſp. *ocupar*, καταλαμβάνω, ex ob, & capio. *Cic. in Rull.* 2. Totam Italiam ſuis præſidiis obtinere, & occupare cogitet. *Id. in Bruto*, Locus in ſubſelliis occupetur. *Id.* 6. *Verr.* Tanta ſuperſtitio ex iſtius facto

Digitized by Google

ſto mentes omnium Siculorum occupavit. ¶ Accipitur etiam pro ſi capere. *Liv. l.* 33. Ipſi vocantibus orbem hunc accepit, non occupavit. ¶ Item pro inopinantem opprimere, *ſorprendere*. *Curt. l.* 3. Cum deinde Darium Regem occupare ſtatuiſſet. ¶ Item ſæpe pro prævenire, antevertere, *preoccupare*, *prevenire*. *Liv. l.* 1. *c.* 14. Occupant bellum facere. *Horat. lib.* 1. *ep.* 7. Volteium mane Philippus Occupat, & ſalvere jubet prior. *Cic. in Orat.* Ut ante occupet, quod putat opponi. ¶ Item ſæpiſſime pro diſtinere, detinere, diſtringere. *Cic.* 1. *Off. c.* 19. In ea funditus delenda occupati fuerunt. *Ter. Hecyr. prol.* Populus in funambulo animum occuparet. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 133. Ne quod ea ad aliud occupes negotium. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Affectibus occupari. ¶ Item aliquando pro capere. *Plaut. Men.* 3. 2. 94. Niſi occupo mihi aliquod conſilium. ¶ Occupare pecuniam, eſt, fœnori locare, *inveſtire*. *Cicer. Ver.* 3. *c.* 36. Pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat. *Id. pro Planc.* Pecuniam adoleſcentulo, grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupaviſti. ¶ Eſt item in alias merces impendere. *Colum. l.* 11. *c.* 1. Pecuniam domini neque in pecora, neque in aliis rebus promercalibus occupet.

Occurro, is, occurri, urſum, n. 3. *andare all' incontro*, [illegible], Germ. *entgegen lauffen*, Gal. *aller au devant*, Hiſp. *encontrar*, ἀπαντάω, obvius fio, obviam procedo, me obviam offero. *Cicer.* 1. *Phil.* Non quo me ad tempus occurſurum putarem. *Brut. ad Cic. ep.* 6. Ut mihi Heracleam occurreret. ¶ Aliquando pro currere ponitur. *Plaut. Curc.* 2. 2. 28. Video paraſitum tuum occurrentem. ¶ Translate accipitur pro offerre ſe, ſeu offerri. *Col. l.* 1. *c.* 2. Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. ¶ Item pro antevertere, prævenire, præoccupare. *Cicer. pro Cluent.* Sed ego occurram expectationi veſtræ. ¶ Item pro ſponte juvare. *Cic. pro Dejot.* Occurrere ipſa ſolet ſupplicibus, & calamitoſis. ¶ Item pro obſtare, obſiſtere, reſiſtere. *Cic. de Pace.* Itaque illi ſatinoi, quam paulo ante conſului, ſic occurrit. *Id.* 2. *Off.* Occurritur autem nobis, & quidem a doctis, & eruditis, quærentibus, &c. *Caſ. l.* 2. *B. G.* Etiam inermes armatis occurrerunt. *Cic. in Orat.* Varietas ſatietati occurrit. *Plin. l.* 26. *c.* 7. Quinquefolii ſuccus jecinoris, & pulmonis vitiis occurrit. ¶ Item pro accurrere. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 4. Quod ad cauſam dicendam non occurriſſet. *Lucret. l.* 3. *v.* 929. nec dulces occurrent oſcula nati Præripere. ¶ Item pro in mentem venire. *Cic. de Sen.* Tu mihi occurrebas dignus eo munere. *Idem pro Mil.* Occurrebat, mancam, & debilem Præturam ſuam futuram, Conſule Milone. *Id. Att. l.* 15. De noſtro itinere permulta mihi occurrunt. Sic occurrere animo eodem ſenſu. *Id.* 4. *Acad.* Si id, quod officii ſui ſit, non occurrit animo. ¶ Occurrere ſuppetiat, pro ad auxilium ferendum accurrere. *Hirt. de B. Afric.* Occurrere ſuppetiis fugientibus ſuis. ¶ *Occucurri* pro *occurri* format in præterito *Plaut. Mercat.* 1. 2. 88. Illico occucurri, atque interpello &c. ¶ Ælius Tubero apud *Gell. lib.* 7. *c.* 9. occecurri dicit.

Occurſaculum, i, n. quidquid alicui occurrit. *Apul. Apolog.* Noctium occurſacula. h. e. ſpectra.

Occurſatio, onis, f. actus huc & illuc curſitandi ad negotium aliquod conficiendum. *Cic. pro Mil. c.* 35. Veſtrorum ordinum occurſationes, ſtudia, ſermones ſecum ablaturum eſſe dicit, *i voſtri brogli in favor ſuo*. *Id. pro Planc. c.* 11. Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis. h. e. ſtudium conciliandi ſibi homines.

Occurſator, oris, m. qui occurſat. *Auſon. Idyll.* 2. *v.* 25. Non occurſator, non garrulus, obvia cernens.

Occurſio, onis, f. occurſus. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 18. Luna a fraternis occurſionibus lumen mutuans. Al. leg. *occurſibus*.

Occurſito, as, idem ac occurſo. *Solin. c.* 38. *de elephantis*. Si confertis pecoribus occurſitent.

Occurſo, as, avi, atum, n. 1. currendo obviam eo, freq. ab *occurro*. *Virg.* 9. *Ecl.* Et inter agendum occurſare capro, cornu ferit ille, caveto. ¶ Ponitur quandoque pro ſuccurrere, ſive in memoriam venire. *Plaut. Mil.* Nam ita me occurſant multæ. *Plin. lib.* 5. *ep.* 3. Occurſant animo mea mortalitas, & mea ſcripta. ¶ Occurſare Numinibus, eſt eos adorare, ſacrificiis placare, & prævenire, ne nobis noceant. *Plin. Paneg.* Atque inter hæc pia mente adire lucos, & occurſare Numinibus.

Occurſorius, a, um, adject. occurrens, in occurſoria potio. *Apul. l.* 9. *A. A.*

Occurſus, us, m. 4. ἀπάντησις, occurrendi actus, obviatio. *Plin. l.* 8. *c.* 3. Ne contrario occurſu atterantur. *Ovid. Met.* 14. *v.* 460. utſique, lemque Occurſu fecere metum. In plur. numero *Solin. c.* 37. (al. 43.) Obviis occurſibus impediri.

Oceanitis, dis, f. filia Oceani. *Virg. l.* 4. *Georg. v.* 341. Clioque, & Beroe ſoror, Oceanitides ambæ.

Oceanus, i, m. 2. *Oceano*, ὠκεανός, mare magnum, quo tota cingitur terra. Sic dicitur a celeritate, ut *Solinus* ait *c.* 56. nempe ab ὠκύς, *celer*, & νάω, *fluitare*. ¶ Veteres fabulati ſunt, filium eſſe Cœli, & Veſtæ, maritum Tethyos, & viginti quatuor filios genuiſſe, qui ſunt, Eurynome, Perſa, Æthra, Pleione, Clymene, Triton, Doris, Proteus, Coruphius, Nereus, Achelous, Inachus, Peneus, Nilus, Alpheus, Criniſus, Thebrus, Axius, Aſopus, Cephiſus, Mæander, Philyra, Sperchius, Sol. *Cic. de Univerſ. c.* 11. Ut Oceanum, Salaciamque Cœli ſatu, Terræque conceptu generatos, editoſque memoremus. *Id. in Somn.* Circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Quid Oceani ſervant illis in locis, Europam, Libyamque rapax ubi dividit unda? ¶ Poetæ Oceanum pro quocunque mari uſurpant. *Virg.* 2. *Æn.* Et ruit Oceano nox. ¶ Qui putant, vocem hanc etiam adjective uſurpari, vel dubiis exemplis probant, vel nihil conficientibus. ¶ Oceanus etiam vocatus lacus, ſeu alveus major in balneis, ab amplitudine. *Lamprid. in Alex. Severo.*

Ocellæ, arum, m. 1. qui exiguos habent oculos, aliiſt, juſto minores. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Qui parvis utriſque oculis naſcerentur, Ocellæ vocantur.

Ocellatus, a, um, quod ocellos habet. ¶ Speciatim oculos, & ocellatos appellavere lapillos in litore oculi inſtar nitentes, quaſi lapillos ocellatos diceres. *Varro* apud *Non. c.* 3. *n.* 138. Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum ſemodium margaritorum. Sic *Sueton. in Aug. c.* 83. ait, Auguſtum ſolitum ludere ocellatis, nucibuſque.

Ocellulus, li, dim. ab *ocellus*, affertur a *Diomede Grammat. l.* 1.

Ocellus, i, m. 2. ὀμμάτιον, parvus oculus. *Catull. epigr.* 42. Et dulcis pueri ebrios ocellos. *Martial. l.* 1. *ep.* 93. Sæpe mihi queritur non ſiccis Ceſtus ocellis. ¶ Translate dicitur de re præſtantiſſima, aut pulcherrima. *Cic. Att. l.* 16. Cur ocellos Italiæ villulas meas non video? ¶ Eſt etiam vox blandientis. *Plaut. Aſin.* 3. 3. Da, meus ocellus, mea roſa.

Ochra, æ, f. *ocra*, ὤχρα, creta, ſive lapidis ſpecies, coloris lutei, quæ fit exuſta rubrica in ollis novis luto circumlitis. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Ochus, i, m. *Obengir*, fluv. Indiæ apud Bactras. *Plin. l.* 6. *c.* 16. & *l.* 31. *c.* 7.

Ocimum, vel ocymum, i, neut. ὤκιμον, pabuli miſcellanei genus, de quo *Plin. l.* 18. *c.* 16. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocimum vocat, quo ſiſtebant (*Varr. l.* 1. *R. R. c.* 31. ciebant) alvum bubus: Id. quæ erat e pabulis, ſegete viridi ſecta. Addit *Varr. loc. cit.* qui deducit ab ὠκύς, *celer*, quod celerrime naſcatur. Unde quidam etiam per *y* ſcripſere. ¶ Eſt item herba hortenſis, vulgo *baſilicò*. *Heſych.* Ὤκιμον βοτάνη ἄδιμος, τὸ λεγόμενον βασιλικόν. De oc *Plin. lib.* 19. *c.* 20. Ocimum ſub canis ortu palleſcit. *Ibid.* Ferro non expedit tangi rutam, nebtum, ocimum. Et *c.* 12. Hora rigandi ocimo eſt meridiana. ¶ Ocimum cum maledictis, & probris ſerebatur, ut lætius proveniret, teſte *Plin. l.* 19. *c.* 7. Hinc *Perſ. Sat.* 4. *v.* 22. Cum bene diſcincto cantaverit ocima vernæ. h. e. maledicta congeſſerit. Quanquam ſarmen hoc alii trahunt ad mulierculam circumferentem olera per urbem. ¶ Legitur & *ocimus*, *i*, maſcul. gen. *Æmil. Macer* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 33. *Putſch.* Inter præteritas numerabitur ocimus herbas. In loco *Varronis* ſupra citato legitur & *ocinum*.

Ociabundus, & rectius otiabundus, a, um, adject. otio plenus. *Sidon. l.* 4. *ep.* 18. Multis diebus otiabundus.

Ociolum, & rectius otiolum, i, n. breve otium. *Cælius ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 3. Ubi delectem otiolum meum non habeo.

Ocior, iſſimus. V. Ocyor.

Ocior, & melius otior, aris, atus ſum, d. 1. *ſtare in ozio*, [illegible], German. *müſſig ſeyn*, Gal. *etre oiſif*, Hiſpan. *holgar eſtar en ocio*, σχολάζω, in otio, & quiete ſum, cujus contrarium eſt negotior. *Cicer.* 3. *Offic. c.* 14. Cum ſe Syracuſas otiandi cauſa, non negotiandi, contuliſſet. *Horat. l.* 1. *Sat.* 6. *v.* 128. Domeſticus otior. h. e. domi.

Ociose, & melius otioſe, adverb. *oziosamente*, ἀργῶς, σχολῇ, cum otio, tranquille, libere, ſine ſolicitudine, ſine impedimento, negligenter. *Cic.* 3. *Off.* Et Ithacæ vivere otioſe cum parentibus, cum uxore, cum filio. *Id.* 3. *Fin.* Tum licebit otioſe iſta quærere de magnitudine rerum. *Liv. l.* 2. *c.* 58. Segniter, otioſe, negligenter omnia agere. *Plaut. Epid.* 5. 1. 21. Otioſe iſtis admirari. h. e. tarde, lente.

Ociositas (rectius otioſitas), atis, f. *oziosità*, otium. *Sidon. l.* 2. *ep.* 12. Otioſitates trepidanter edere. Ubi intelligit carmina per otium conſcripta.

Ociosus, vel potius otioſus, a, um, *ozioso*, *ſcioperato*, Ger. *müſſig*, Gall. *oiſif*, Hiſp. *ocioſo*, σχολαῖος, vacuus, ceſſans, opere ſolutus, nihil agens, otio affluens. *Cic.* 3. *Offic. c.* 1. Dicere ſolitum Scipionem accepimus, nunquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum eſſet otioſus. *Id.* 3. *Fam.* Ad urbem te otioſiſſimum eſſe arbitrabar. ¶ Dies otioſus, pro feſto ponitur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. Id perficiam his ſupplicationum otioſis diebus. ¶ Sumitur etiam pro ſecuro. Nam, niſi qui ſecurus eſt, nemo eſt otioſus, ut inquit *Ter. Andr.* 5. 2. 1. Animo jam nunc otioſo eſſe impero. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Otioſus a metu. ¶ Item pro tranquillo, vacuo ſolicitudine, curis laxato, vel vacuo. *Cicer. de Senect.* Nihil eſt otioſa ſenectute jucundius. *Senec.* 3. *de Ira*, *c.* 13. Quid quiete otioſius animi? ¶ Item pro ſuperfluo, inutili. *Quintil. l.* 8. *c.* 2. At ego otioſum ſermonem dixerim, quem auditor ſuo ingenio non intelligit. *Id. l.* 1. *c.* 5. Otioſa ſententia. Hinc in *Dial. de Oratorib.* Otioſus Orator dicitur qui ſuperflua multa dicat, & ad rem inepta. ¶ Otioſa pecunia, cui opponitur occupata, dicitur, *danaro infruttuoſo*. *Plin. l.* 10. *ep.* 62. publicæ pecuniæ & exactæ ſunt, & exigumur, quæ vereor ne otioſæ jaceant. *Scævola l.* 63. *Dig. de uſur.* Quæſitum eſt, an judicio negotiorum geſtorum, vel mandati, pro pecunia otioſa uſuras præſtare debeat. ¶ Otioſum eſt mihi. h. e. vacat. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 3. Adnotabant ſeniores, quibus otioſum eſt vetera, & præſentia contendere, primum Neronem alienæ facundiæ eguiſſe. ¶ Uſurpatur interdum cum genit. *Plin. in Præfat. hiſtor. nat.* Scripta ſunt turbæ agricolarum, denique ſtudiorum otioſis.

Ocium, vel melius otium, ii, n. *ozio*, *agio*, [illegible], Germ. *müſſiggang*, Gal. *oiſiveté*, Hiſp. *ocio*, σχολή, vacatio a labore, laboris laxamentum, atque remiſſio, cui contrarium eſt negotium, & in bonam æque, ac malam partem uſurpatur. ¶ Otium, ejuſque derivata in veteribus libris, ac monumentis per *c* fere ſcribi, docet *Pierius*, *Virgilianis Caſtig.* 1. *Ecl. v.* 6. & 4. *Æn.* Probat quoque eandem ſcribendi formam *Manutius in Orthogr.* *Cic. Fam.* 10. *ep.* 28. Plura ſcriberem, ſi plus otii haberem. *Id.* 2. *de Orat. c.* 13. Conſumendi otii cauſa ſcribunt. *Id. Agrar.* 2. *c. ult.* In otio vivere. *Id.* 1. *de Orat. c.* 6. Abundare otio. Et *l.* 3. *c.* 32. Otio diffluere. *Terent. Heaut.* 1. 1. 23. Tantum ne ab re tua eſt otii tibi? *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 36. Ut in otia tuta recedant. h. e. in locum otii, & quietis. ¶ Oblectare otium. Vide *Oblecto*. ¶ Languere, marceſcere, tabeſcere otio, involvere ſe otio, &c. Ciceronis ſunt. ¶ *Per otium*, hoc eſt cum vacat. *Cicer.* 1. *de Invent.* Concelebrare per otium honeſta ſtudia. ¶ Item *pacis tempore*. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 18. Militares artes per otium ignotæ. ¶ *Cum otium eſt*, h. e. per otium. *Cic.* 2. *de Orat.* Horum libros, cum eſt otium, legere ſoleo. ¶ Accipitur etiam otium pro exercitatione leviore animi, vel corporis, & relaxatione a gravioribus, & magis ſeriis negotiis. Hinc otium litterarium pro ſtudio literario uſurpatur, quod hoc exercitationis genus oblectamentum potius videri debeat, quam ſeria aliqua occupatio. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 36. Quid dulcius otio litterato? ¶ Item pro tranquillitate, pace, quiete. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 28. Si antea auditum erit, otium eſſe in Syria. *Caſ. l.* 1. *B. Civ. cap.* 5. Si qua hominum æquitate res ad otium deduci poſſet. ¶ Interdum otium dicitur id, quod per otium facimus. *Ovid.* 1. *Triſt. v.* 114. Excutiaſque oculis otia noſtra tuis.

Ocliferia. V. Oculiferia.

Oclus, i, m. oculus, per ſync. *Prudent. Periſteph. ult. de S. Romano v.* 581.

Ocnus, m. 2. Ὄκνος, filius Tiberis fl. ex Manto filia Tireſiæ Thebani, muliere fatidica, qui in Galliæ Ciſalpinæ urbem condidit, & e nomine matris Mantuam appellavit. *Virg.* 10. *Æn.* ¶ Eſt etiam Ocnus nomen cujuſdam apud Inferos, quem affinxerunt perpetuo torquere funem, aſtante aſella, quæ, quantum ille torſiſſet, ſtatim prærodere. *Propert. l.* 4. *eleg.* 3. Dignior, obliquo funem qui torqueas Ocno, Æternuſque tuam paſcat, aſelle, famem.

Ocquiniſco, is, n. 3. inclino. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 600. Qui ocquiniſcet, quo compingam terminum in tutum locum.

Ocrea, æ, f. *gambiera*, *ſchiniera*, [illegible], Hiſpan. *bota*, κνημίς, militaris calceamenti genus, ex ære, ad obtegendas tibias accommodatum, quo utebantur tantum duarum primarum claſſium milites, cum reliqui caligis tibias munirent. *Liv. l.* 9. *c.* 40. Siniſtrum crus ocrea tectum.

Ocreatus, a, um, κνημιδωτός, ocreis calceatus. *Plin. l.* 19. *cap.* 2. Ad reliquos uſus laborioſe evellitur ocreatis cruribus. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 234. In nive Lucana dormis ocreatus.

Ocris, is, m. 3. mons confragoſus. *Liv. Andron.* apud *Feſt.* Qui ſunt hi, qui aſcendunt altum ocrim. *Id. ib.* Quem Chiron in Pelio docuit ocri.

Ocriſia, æ, P. Corniculæ uxor, Servii Tullii mater, Tanaquilis reginæ ancilla. *Ovid. Faſt.* 6. *verſ.* 627. Namque pater Tullii Vulcanus, Ocriſia mater. V. *Plin. l.* 36. *c. ult.* ubi ea tradit, quæ ad hujus Ovidiani carminis intelligentiam mire faciant.

Octachordos, m. & fem. & octachordon, n. 2. inſtrumentum octo habens chordas. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13.

Octangulus, a, um, ὀκτάγωνος, res, vel figura, quæ octo angulos habet. *Apul. l.* 1. *de dogm. Platon.*

Octans, tis, pars octava. *Vitruv. l.* 10. *c.* 11. Dividuntur circinationes octantibus, in partes octo ductis lineis.

Octaſtylos, ὀκτάστυλος, octo columnas habens. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Octavia gens, una ex gentibus Romanis. Velitris olim fuiſſe præcipuam, ſcribit in *Auguſto Suetonius*. In duas familias Romæ diſtinguebatur. Pri-

ma

Digitized by Google

ma a Tarquinio Priſco Rege in Senatum lecta, & a Serv. Tullio inter Patricias cooptata, procedente tempore ad plebem ſe contulit. Longo deinde intervallo a C. Cæſare Caſſia lege in Patriciatum revocata eſt. In hac primus Cn. Rufus Magiſtratum eſt adeptus, Suetonio teſte, qui Quæſtorius mortuus eſt. Ejus filius Cn. Octavius primus in eam familiam attulit Conſulatum, quæ deinde omnibus dignitatibus floruit. *Cic. 1. Off. & 9. Phil.* ¶ Altera vero, in qua Octavius, ſive Octavianus Auguſtus natus eſt, nullis neque rebus geſtis, neque honoribus floruit. Teſtis eſt ipſe Auguſtus, qui nihil amplius, quam equeſtri familia ortum ſe ſcribit, vetere, ac locuplete, & in qua primus Senator pater ſuus fuerit. V. *Sueton. in Aug. c.* 1. 2. &c.

Octaviæ Porticus, duæ appellantur, quarum alteram Theatro Marcelli propiorem Octavia ſoror Auguſti fecit, alteram Theatro Pompeji proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Ædilis Curulis, Pr. Coſ. Decemvir ſacris faciundis, & triumphavit de rege Perſe navali triumpho, quam combuſtam reficiendam curavit Cæſ. Auguſtus. *Feſt.*

Octaviānus, maſc. 2. cognomen Auguſti, inde tractum, quod ex Octaviorum familia in Cæſarum gentem fuerit adoptatus. Ejus vitam habes apud *Sueton.*

Octaviānus, a, um, quod ad Octavium ſpectat, ut Octavianum bellum. *Cic. 1. de Div. c.* 2.

Octāvum, adv. octiem, ottava vice. *Liv. l. 6. c. 36.* Jam octavum Tribunos pl. refectos.

Octāvus, a, um, *ottavo*, ὄγδοος, nomen numerale ordinis. *Horat. ep. 7.* Ab officiis octavam circiter horam dum redit. *Id. lib. 2. Sat. 3.* Sapientum octavus.

Octavusdecimus, a, um, adject. *decimottavo*. *Gell. l. 1. c. 16.* Varro in octavodecimo rerum humanarum.

Octennis, ne, adject. *di otto anni*. *Ammian. l. 18. cap. 13.* Liberali forma puerum octennem vidimus ajulantem.

Octies, adv. *otto volte*, ὀκτάκις, octo vicibus. *Col. l. 8. c. 8.* Nam & octies anno pullos educat. *Cic. Somn. Scip. c.* 2. Septenos octies anfractus.

Octingenarius, a, um, quod octingentas habet res, vel partes. *Varro l. 2. de R. R. c.* 10. Septingenarii enim mei: tu, opinor, octingenarios habuiſti.

Octingenteſimus, a, um, *ottocenteſimo*, ὀκτακοσιοστός, nomen numerale ordinis. *Cic. 2. de Sen. c.* 2. Si octingenteſimum annum agerent.

Octingenti, æ, a, *ottocento*, ὀκτακόσιοι, nomen numerale cardinale. *Cic. 4. Acad. c.* 25. Mille, & octingenta ſtadia quod abeſſet, videbat.

Octingenties, adverb. *ottocento volte*. *Aſcon. Pedian. & Martian. Capell. lib. 6. pag.* 198.

Octĭpes, edis, o. 3. ὀκτάπους, quod octo habet pedes. *Ovid. 1. Faſt. v.* 313. Octipedis fruſtra quærentur brachia cancri.

Octo, *otto*, שמונה, Ger. *achte*, Gall. *huit*, Hiſp. *ocho*, ὀκτώ, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Virg. 1. Georg. v.* 171. Pedes temo protentus in octo.

Octōber, bris, m. *Ottobre*, בול, Ger. *weinmonat*, Gal. *Octobre*, Hiſp. *Octubre*, Πυανεψιών, Γαμηλιών, unus ex menſibus, ita dictus, quod octavum locum teneret a Martio, qui primus ineuntis anni menſis erat. *Auſon. de Menſib.* Septembri, Octobri Autumnus, totoque Novembri. ¶ Uſurpatur & adjective. *Colum. lib. 11. cap.* 2. Calendis Octobribus. ¶ *October equus* appellabatur, qui in campo Martio immolabatur quotannis Marti, menſe Octobri. *Feſtus.*

Octodĕcim, *diciotto*, decem & octo. *Frontin. de ſtrateg. l. 2. cap. 5. circa med.* Octodecim cohortes in obſcura valle poſuit.

Octogămus, a, um, qui octo uxores habuit. *Hieronym. l. 1. adverſ. Jovinian. c. 8. in fin.*

Octogenarius, a, um, adject. *ottogenario*, ut octogenarius ſenex. *Plin. lib. 6. ep.* 33.

Octogēni, æ, a, *a ottanta a ottanta*, nomen numerale diſtributivum, ab octoginta. *Liv. l. 10. c.* 30. Dati ex præda militibus æris octogeni bini. ¶ Uſurpatur & ſine diſtributione, pro octoginta. *Plin. l. 9. c.* 51. Torpedo octogenos habens fœtus invenitur.

Octogeſimus, a, um, *ottanteſimo*, ὀγδοηκοστός, nomen numerale ordinis. *Cicer. de Amic. c.* 10. Quartum annum ago, & octogeſimum.

Octogies, adverb. *ottanta volte*, octoginta vicibus. *Cic. in Piſon. c.* 35. Nonne ſeſtertium centies, & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti?

Octoginta, *ottanta*, ὀγδοήκοντα, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cicer. de Sen. c.* 19. Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annis. ¶ *Octuaginta* etiam legitur. *Gell. l. 3. c.* 10. Poſt ducentos octuaginta dies. Alii leg. *Poſt ducentos ſeptuaginta tres dies*. *Vitruv. lib. 10. c.* 17. Octuaginta pondo. Hæc autem lectio, collatis aliquot exemplaribus, conſtans eſt. Cæterum *octoginta* eſt tritum.

Octogōnus, i, ὀκτάγωνος, *ottagono*, octo habens latera, ſeu angulos. *Vitruv. l. 1. c.* 6. Collocavit turrim marmoream octogonon.

Octojŭgis, ge, o. 3. quod octo habet juga. Translate *Liv. l. 5. c.* 2. Nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.

Octonarius, a, um, adject. *ottonario*, ut octonarius numerus apud *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c.* 5. Octonariæ fiſtulæ, apud *Plin. l. 31. c.* 6.

Octōni, æ, a, *a otto*, *a otto*, nomen numerale diſtributivum. *Plin. l. 8. c.* 50. Octonis menſibus ferunt partus. ¶ Uſurpatur interdum pro *octo* cardinali. *Ovid. 5. Met. v.* 50. bis adhuc octonis integer annis.

Octominutalis, le, adject. qui octo minutos argenteos valet. *Lamprid. in Alex. Severo, c.* 22. Libra carnis octominutalis. V. ibi *Salmaſ. & Caſaub.*

Octophŏrum, i, n. ὀκτάφορον, lectica, quæ ab octo ſervis geſtatur. *Sueton. in Calig. c.* 43. Interdum adeo ſegniter, & delicate inceſſit, ut octophoro veheretur. *Cicer. ad Q. Fr. l. 2. ep.* 10. Cum hominem portarem Neapoli ad Bajas octophoro Anitiano. Adde *Martial. l. 6. epigr.* 84. ubi in quibuſdam editionib. octaphoro legitur.

Octuagies, adverb. *ottanta volte*. *Plin. l. 2. cap.* 108. Octuagies quinquies centena. Quidam leg. *octogies*.

Octuplicatus, a, um, multiplicatus octo vicibus. *Liv. l. 4. c.* 24. Octuplicatoque cenſu ærarium fecerunt.

Octuplus, a, um, idem ac octuplicatus. *Cic. 3. Verr.* Ta in Decumanum in octuplum judicium daturum eſſe. *Id. de Univerſ. cap.* 7. Sextam octuplam primæ detraxit &c.

Octuſſis, m. 3. nummus valoris octo aſſium. *Horat. 2. Ser. ſat. 3. v.* 156. Quanti emptæ? parvo. Quanti ergo? octuſſibus?

Ocularius, ii, m. faber, qui vitra muniendis oculis, vel objectis majori forma repræſentandis conficit. Legitur hæc vox in *Inſcript.* apud *Grut. pag. 645. n. 1. & Reineſ. claſſ. 11. n.* 66. ſed non videtur valde vetuſta, quia de hoc oculorum inſtrumento nihil conſtat in Scriptoribus antiquis. ¶ Alii interpretantur eum, qui oculos conficit ſtatuis apponendos. Veteres enim ſolebant ſtatuis, præſertim deorum, oculos addere ex vitro, aut argento, aut lapillis pretioſis. Proinde artificium hoc apud eos florebat: & M. Rapilius Serapio in veteri Inſcript. apud *Fabrett. c. 9. n.* 357. laudatur, quod *oculos repoſuit ſtatuis*, *quaad vixit bene*. V. Diſſertation. Italicam Dominici Manni, *degli occhiali*.

Ocularis, re, adject. ad oculos pertinens, ut ocularis tunica, apud *Veget. lib. 2. cap.* 17.

Oculariter, adverb. ut oculariter intueri. *Sidon. l. 7. ep.* 14.

Ocularius, a, um, adject. ad oculos pertinens, ut ocularium medicum, qui oculis medetur, apud *Celſ. l. 6. c.* 6. Qui & ocularius abſoluta dicitur a *Scribon. Largo compoſit. 37. & ſeq.* Sic chirurgus ocularius, in *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 400. n.* 7. Ocularia claritas, apud *Solin. c.* 37. ¶ Ocularius, ii, abſolute pro chirurgo oculario, legitur apud *Marcel. Empir. c.* 8.

Oculata, æ, fem. genus piſcis, ſic dicta ab oculorum magnitudine. *Plin. lib. 32. cap.* 11.

Oculatio, onis, f. defectio gemmarum ſuperfluarum in vitibus. *Plin. l. 7. c.* 21. Pampinationi quoque, & oculationi, omnique operi facilior. Meliores Codices habent *occationi*.

Oculatus, a, um, adject. *occhiuto*, πολυόμματος, qui oculos habet. *Plaut. Trucul. 2. 6.* 8. Plus valet oculatus teſtis unus, quam auriti decem, *teſtimonio di viſta*. *Sueton. de claris Rhetorib. c.* 5. Sex. Clodius male oculatus, & dicax. *Tertul. l. 2. adverſ. Marc. c.* 25. Oculatior Deus. ¶ *Plin. l. 34. c.* 6. Statuam poni juſſit quam oculatiſſimo loco, in Roſtris. h. e. maxime conſpicuo. ¶ Dies oculata. V. *Cæcus*. ¶ *Solin. c.* 27. Oculati circuli. h. e. inſtar oculorum facti.

Oculeus, a, um, *occhiuto*, *pieno d' occhi*, πανόπτης, plenus oculis. *Plaut. Aulul. 3. 6.* 19. Quos ſi Argus ſervet, qui totus oculeus fuit. ¶ Per tranſlationem pro perſpicaci ponitur, quaſi qui totus ex oculis conſtet. *Apul. l. 2. A. A.* Perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

Oculicrepida, æ, maſc. vox ficta a *Plaut. Trinum. 4. 3.* 14. ſignificat eum, cui oculi pugnis contundi ſolent. Alii leg. *oculiſeripeda*. hoc eſt occulto rapinos.

Oculiferia, vel oculiferia, orum, n. quæ oculos feriunt, & perſtringunt, ut ſunt res maxime ſplendidæ. *Senec. epiſt.* 33. Non habemus iſta oculiferia (alii *ocliferia*, alii *oculiſera*) nec emptorem decipimus. Ita legit *J. Lipſius*, & *oculiſera* non damnat Muretus. In editis legitur *odoriſera*.

Oculiſſimus, a, um, adject. ſuperlat. fictum a Plauto jeculariter, pro cariſſimo inſtar oculorum. *Curc. 1. 2.* 28. Salve, oculiſſime homo. *Et 1. 1.* 16. Valuiſtin' oculiſſimum oſtium? Alii hic leg. occluſiſſimum.

Oculitus, adv. ὀφθαλμηδόν, ita care, ut oculus carus eſt. *Plaut. in fragm.* apud *Non. c. 2. n.* 608. Qui amant ancillam meam oculitus.

Oculo, as, a. 1. oculorum uſum præbeo. *Tertull. de pœnit. c.* 12. Ibi hirundo ſi excæcaverit pullos, novit iſtos oculare rurſus de chelidonia ſua.

Oculus, m. 2. *occhio*, עין, Germ. *aug*, Gall. *oeil*, Hiſp. *ojo*, ὀφθαλμός, inſtrumentum viſus. *Plin. l. 11. c.* 37. Oculi pars corporis pretioſiſſima, & qui lucis uſu vitam diſtinguunt a morte. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nam oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes fungantur ſuo munere. ¶ Tranſlate dicitur de re præſtantiſſima, vel pulcherrima. *Cic. 3. de nat. Deor. ſub fin.* Critolaus evertit Corinthum, Carthaginem Aſdrubal: duos illos oculos oræ maritimæ effoderunt. ¶ Item de notis, ſeu maculis rotundis, quales videmus in pardorum pellibus, & caudis pavonum. *Plin. l. 13. c.* 15. Si pavonum caudæ oculos imitentur. *Id. l. 2. c.* 5. oculos ſtellarum dixit. Sol etiam eleganter mundi oculus dicitur ab *Ovid. 4. Metam.* ¶ Item de ſurculis arborum, unde germinant, qui & gemmæ dicuntur. *Col. l. 5. c.* 18. Reliqui duo, vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur. *Virgil. 2. Georg.* Nec modus inſerere, atque oculos imponere ſimplex. ¶ Oculus in proprio ſenſu aliquando accipitur pro viſu. *Suet. in Veſpaſ. c.* 7. Reſtituturum oculos, ſi inſpuiſſet, confirmaturum crura, ſi dignaretur calce contingere. Sic amittere oculos, apud *Cæſ. l. 3. B. C.* ¶ Oculi a colore dicuntur cærulei, glauci, nigri, cæſii, &c. *Plin. Plaut. Suet.* ¶ Oculi noctuini, & oculi herbei a *Plauto* referuntur inter convicia. *Curc. 1. 3. 35. & 2. 1.* 16. Sic emiſſitii oculi, apud eund. *Aulul. 1. 1.* 2. V. Emiſſitius. ¶ Sunt autem oculi variorum affectuum indices. Hinc oculos ad terram dejicere, apud *Ter. Eun. 3. 5.* 132. verecundiæ ſignum eſt. Defigere oculos, apud *Horat. l. 1. ep. 6. v.* 14. torpentis eſt, & deſidioſi. Oculi torvi, minaces, ardentes, &c. dicuntur de irato, & ſævo, ab *Ovid. Cicer. Lucan. & al.* Molles oculi, de eo, qui facile commovetur ad lacrymas, itidem ab *Ovid. l. 1. de remed.* ¶ Dolere oculi dicuntur ei, qui aliquid videt, quod ſibi moleſtum eſt. *Cic. Fam. 8. ep.* 14. Nunquam oculi tui doluiſſent, ſi in repulſa vultum Domitii vidiſſes. Eadem ratione dixit *Horat. l. 1. ep.* 14. Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat. ¶ Sæpe oculi de re cariſſima uſurpantur. *Catull. carm.* 14. Ni te plus oculis meis amarem. *Cicer. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c.* 3. Balbum, qui eſt iſtius rei adjutor, in oculis fero. h. e. cariſſimum habeo, valde diligo. Sic, geſtare aliquem in oculis, apud *Ter. Eun. 3. 1.* 11. Et, eſſe alicui in oculis. *Cic. 2. Tuſc. c.* 26. *Sueton. de clar. Rhetorib. c.* 5. Per oculorum in ſe ſpecie ... M. Antonii Triumviri extitiſſe ſe, ajebat: h. e. familiariſſimum, cariſſimum M. Antonio. ¶ Hinc in blanditiis hæc vox uſurpatur. *Plaut. Curc. 1. 3.* 47. Bene vale ocule mi. ¶ Per oculos quoque jurare ſolebant Veteres. *Ovid. 2. Amor. eleg.* 16. *Plaut. Men. ſc. ult.* ¶ Ponere in oculis, *mettere in luce, in viſta*. *Cicer. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c.* 2. ¶ Habere ante oculos virum bonum, *aver la mira all' uomo da bene*, *per imitarlo*. *Senec. ep.* 11. ¶ Obverſari ante oculos, eſſe in oculis multitudinis, in luce atque oculis omnium civium, &c. *Cic. ſent 2. Tuſc. & pro Sextio, c. 3. &c.* *eſſer eſpoſto alla viſta de tutti*. Sic habitare in oculis, apud eund. *pro Planc. c.* 27. ¶ Paſcere oculos, *dilettar la viſta*. *Cic. Verr. 7. c.* 26. Et, fructum capere oculis ex aliqua re. *Nepos 18. c.* 11. ¶ Adjicere oculos alicui rei, & ad rem aliquam, eſt eam vehementer cupere. *Cicer. 4. Verr.* Plane videbant adjectum eſſe oculum hæreditati. *Id. in Agrar.* Cum ad omnia veſtra cupiditatis oculos adjeciſſent. Sic *Horat. lib. 1. od.* 37. Omnes in Damalim putres deponent oculos. ¶ Alicujus oculos in oculis habere. *Plaut. Pſeud. 3. 2.* 68. h. e. ejus oculos obſervare, quo ſpectans &c.

Ocymum. V. Ocimum.

Ocyor, vel ocior, nomen adjectiv. comparativum poſitivo carens, *più preſto*, *più veloce*, ὠκύτερος, ab ὠκύς, celer, citus. *Virg. 5. Æn. verſ.* 319. ventis, & fulminis ocyor alis. *Plin. l. 2. c. 8. de Mercurii ſtella*. Inferiore circulo fertur novem diebus ocyore ambitu. ¶ Superlativ. eſt *ocyſſimus*. *Plin. l. 16. c.* 31. Fici, quarum radices longiſſimæ, & ocyſſima ſenectus. ¶ Sunt qui ſcribunt *ocior*, & *ociſſime*; quod placet *Voſſio in Etymolog. Priſciano, & Giſanio, &c.*

Ocyrrhŏe, vel Ocyroe, es, fem. 1. Ὠκυρρόη, filia Chironis, ex Nympha Chariclo, ita dicta a matre, ab ὠκύς, velox, & ῥέω, fluo, quia eam in fluminis rapidi ripa pepeᏪſſet. Excelluit arte medicinæ, & prædictione rerum futurarum. Æſculapio infanti prædixit, qualis & quantus futurus eſſet. In equam verſa eſſe fingitur. *Ovid. 2. Met.* ¶ Poetæ in carmine abjiciunt alterum r, quod aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. *Ovid. 2. Met. v.* 638. Quam quondam Nympha Chariclo Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit Ocyroen.

Ocyter. V. Ocyus.

Ocyus, vel Ocius, *più preſto*, *più velocemente*, ὠκύτερον, adv. comparativum, cujus poſitivum *ocyter* non eſt in uſu, (quamquam uſurpatum ſit ab *Apulejo l. 1. Metam.*) *Cic. 4. Tuſc.* In morbum & incidunt tardius, & recrean-

rerentur ocyus. *Ter. Eun.* 3. 5. 61. Perlonge eſt, ſed tanto ocyus properemus. ¶ Superlat. *ocyſſime. Salluſt. in Jug. c.* 25. Quam ocyſſime provinciam accedat. Adde *Ter. Heaut.* 4. 8.

O ANTE D.

Oda, æ, vel ode, es, ᾠδή, cantio, carmen. *Auctor carm. de Philom.* v. 25. Et merulus modulans tam pulcris concinit odis.

Odarius, ii, m. cantilenarum magiſter. Legitur hæc vox in *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 11. n. 81. ſed dubiæ eſt lectionis.

Odarium, ii, n. ode, cantilena, ᾠδάριον. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 55. *Burm.* Odaria ſaltare.

Odefacio, is, n. 3. idem ac olfacio, apud vet. *Feſt.*

Odeſſus, i, fem. urbs Thraciæ in ora maris Euxini, colonia Mileſiorum. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Odeum, n. 2. ᾠδεῖον, locus minuti theatri ſpeciem habens, in quo certamina muſica ſpectabantur, quale Athenis a Pericle extructum fuit: Romæ quatuor erant. Ejus præter Græcos meminere *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 16. *Sue.* & *Vitr. l.* 5. *c.* 9. V. *Baldum in vocibus Vitruvianis*. Nomen ab ᾠδή, *cantus*. *Cic. loc. cit.* Ut odeum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis expliceremus. Optimi tamen codices habent forum. *Sueton. in Domit. c.* 5. Templum Flavia gentis excitavit, & ſtadium, & odeum, & naumachiam.

Odi, iſti, n. def. *odiare, avere in odio*, שנא, Ger. *haſſen*, Gal. *hair*, Hiſp. *odiar*, μισέω, odio habeo. *Cic. de Am. c.* 18. Aperte enim odiſſe magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. *Id. pro Mil.* Improbos omnes civili odio odimus. *Brutus ad Cic. epiſt.* 16. Pati contumelias pejus odero malis omnibus aliis. *Ter. Adelph.* 4. 1. 17. Illud nos nulla alia cauſa odi tam male. ¶ Partic. futuri oſurus. *Cic. de Amic. c.* 16. Ita amare oportere, ut ſi aliquando eſſet oſurus. ¶ Oderim Ciceronis eſt *ad Att. l.* 14. Oderam, *ejuſd. l.* 7. *Fam.* Cæterum alia multa leguntur apud minus elegantes ſcriptores. Nam *odivit* dictum eſt ab Antonio, referente *Cic. Phil.* 13. *c.* 19. *Oditur* paſſiva forma, & ſignificatione, a *Tertul. in Apolog. c.* 3. Præteritum *oſus ſum* pro *odi*, deponentis forma uſurpatum *Plaut. Amph.* 3. 2. 19. & *Gell. l.* 4. *c.* 8. Similiter *odiendi* legitur apud *Apul. odientes* apud *Petron.* & *odiens*, apud *Senecam* legit *Janus Gruter.* ubi alii alia.

Odibilis, le, adject. odio dignus. *Lamprid. in Heliogab. c.* 18. Vita, moribus, improbitate ita odibilis, ut ejus nomen Senatus eraſerit.

Odinolyontem appellant Græci piſciculum dolores ſolventem gravidis adalligatum. *Plin. l.* 32. *c.* 1. Eſt ab ὠδίν, *dolor*, & λύω, *ſolvo*.

Odioſe, adv. *odioſamente*, Ger. *verdrieſslich*, Gal. *odieuſement*, Hiſp. *odioſamente*, ἀπεχθῶς, cum odio, vel tædio. *Cic.* 2. *de Orat.* Qui cum interpellaret odioſe. *Id. in Brut. c.* 82. Qui nec inepte dicunt, nec odioſe, nec putide.

Odioſicus, a, um, odioſus. Vox eſt ficta jlocaliter a *Plaut. Capt.* 1. 1. 19.

Odioſus, a, um, *odioſo*, שנוא, Ger. *gehaeſſig*, Gal. *odieux*, Hiſp. *odioſo*, μισητός, qui odio habetur. *Cic. de Am. c.* 20. Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium. *Id. de Sen. c.* 2. Quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt. *Capitolin. in Albin. c.* 11. Uxori odioſiſſimus fuit. *Cic.* 1. *Off. c.* 36. Palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. ¶ Sumitur etiam pro moleſto. *Cic. pro Mur.* Spernitur Orator odioſus in dicendo, ac loquax. *Plaut. Curc.* 1. 1. 7. Tandem es odioſus mihi.

Odites, m. Ὀδίτης, unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, qui a Mopſo occiſus eſt in nuptiis Pirithoi. *Ovid.* 12. *Met.* v. 458.

Odium, ii, n. 2. *odio*, שנאה, Ger. *ein haſſ*, Gal. *haine*, Hiſp. *odio*, μῖσος, ira inveterata, ut inquit *Cic.* 4. *Tuſc. Id. l.* 10. *Fam.* Incredibile eſt omnium civium, latronibus exceptis, odium in M. Antonium. ¶ Sumitur interdum pro moleſtia, faſtidio. *Ter. Eun.* Neque agri, neque urbis odium unquam me percipit. *Cic. Att.* Sed cum horas tres fere dixiſſet, odio, & ſtrepitu Senatus coactus eſt aliquando perorare. ¶ Item pro inſtantia, ſeu moleſta aſſiduitate, *importunità*. *Ter. Phorm.* 5. 6. 9. Perge ſane: nunquam tu odio tuo me vinces. *Id. Hecyr.* 1. 2. 48. Tundendo, atque odio denique effecit &c. ¶ Plurimi ſunt hujus vocis uſurpandæ modi. *Senec. in Octav.* v. 132. Odio alicujus flagrare. *Cic. ad Quir. poſt redit. c.* 1. Concipere odium in aliquem. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Conciliare odium alicui. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Odium in aliquem concitare. *Cic.* 2. *Att. ep.* 21. Odio eſſe alicui, h. e. odio haberi, &, apud aliquem. *Id. pro L. Manil. c.* 22. & , eſſe in odio. *Id. Att. l.* 10. Et habere odium alicujus rei. *Id. Philip.* 5. & habere odium in aliquem. *Id.* 2. *de Invent.* Et venire in odium omnibus. *Id. Att. l.* 10. quod ipſum dixit *Plin. l.* 28. *c.* 8. Venire odio omnibus. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Remiſſione negata odium ſtudiorum faciunt. ¶ Uſurpatur & in plurali num. ſæpe a Poetis, nonnunquam ab Hiſtoricis, & Oratoribus. *Virg.* 2. *Æn.* Exercere urbem odiis. *Liv. l.* 21. *c.* 1. Odiis prope majoribus certarunt, quam viribus. *Cic.* 9. *ad Att. ep.* 1. Odia improborum rurſus in nos, quæ jam extincta erant, incendamus. ¶ Dicitur interdum hæc vox de homine odioſo. *Plaut. Mil.* 5. 5. 48. Quin noverim odium populi! h. e. qui a populo odio habetur. *Id. Pœn.* 1. 2. 180. Obſecro te, voluptas hujus, atque odium meum! h. e. quæ me odiſti.

Odo. V. Udo.

Odor, oris, m. *odore*, ריח, Ger. *geruch*, Gal. *odeur*, Hiſp. *olor*, ὀσμή, qualitas, quæ ex rebus emittitur, quæ ad olfactum ſpectat, ab antiquo *odeo* pro oleo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eo quod omnis odor ad ſuperiora feratur. *Id. de Sen.* Suavitates odorum, qui afflantur a floribus. ¶ Interdum ſumitur pro aromatibus. *Col. l.* 12. *c.* 20. Ad prædictum autem modum muſti adjici debent odores, nardi folium, iris Illyrica. ¶ Per tranſlationem ponitur pro indicio. *Cic. Att. l.* 4. Res fluit ad Interregnum, & eſt nonnullus odor Dictaturæ. ¶ Sumitur & pro fœtore. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 23. *de urina*. Sciſcitans, num odore offenderetur. *Virg.* 4. *Georg.* Gravis odor cœni. ¶ Legitur & odos in recto caſu. *Lucret. l.* 4. *v.* 88. Præterea omnis odos, fumus, vapor, atque aliæ res. *Plaut. Capt.* 4. 2. 35. Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit.

Odoramen, inis, n. idem ac odoramentum. *Macrob. l.* 1. *Sat. in præf.* Confuſura videlicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum unum.

Odoramentum, ti, n. *odoramento*, *odore*, ἄρωμα, res odorifera. *Plin. l.* 21. *c.* 7. Omnium odoramentorum, atque etiam herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco.

Odorarius, a, um, quod ad odores pertinet. *Plin. l.* 12. *c.* 16. *de myrrha*, Pretium ejus, quam odorariam vocant.

Odoratio, nis, f. actus odorandi, olfactio. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum. ¶ Item ſenſus ipſe odorandi. *Lactant. de Opif. Dei*, *c.* 10. Viſus in duas acies, & odoratio in duas nares diviſa eſt.

Odoratus, us, m. *l'odorare*, *heggerie*, ὄσφρησις, olfactus, actus odorandi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eorum jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, & ſpectatus. ¶ Item ſenſus, ſeu facultas odorandi, *odorato*. *Plin. l.* 11. *c.* 4. Inſecta habent oculos, aliqua & odoratum. Adde *Cic.* 4. *Acad. c.* 7.

Odoratus, a, um, *odorato*, *profumato*, Germ. *wolgeſchmack*, Gal. *parfumé*, Hiſp. *perfumado*, ὄζων, quod aliunde accepit odorem, inquit *Servius*. *Hor. l.* 3. *Carm. od.* 20. Sparſum odoratis humerum capillis. ¶ Interdum pro odorifero ſumitur, ideſt, quod ex ſe odorem habet. *Virg.* 3. *Georg.* v. 414. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. *Plin. l.* 21. *c.* 4. *de roſa*. Præterea magis omnibus locis ſiccis, quam humidis odoratum. *Id. ib. c.* 7. Hortenſium odoratiſſima.

Odorifer, a, um, *odorifero*, Ger. *wol ſchmeck*, Gal. *odoriferant*, Hiſp. *que da buen olor*, πολύοσμος, odorem reddens. *Plin. l.* 12. *c.* 17. In odoriferis ſylvis frequentiſſimas. ¶ Gens odorifera, Achæmenii pop. Arabiæ. *Ovid.* 4. *Met.*

Odoriſequus, a, um, odorem ſequens. *Liv. Andron.* apud *Terentian. Maur.* p. 2426. *Putſch.* Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes, *verſus miurus*.

Odoro, as, avi, atum, a. 1. *dar odore*, θυμιάω, odore repleo, odorem facio. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 734. Et odorant aera fumis. *Colum. l.* 9. *c.* 4. Qui coloret, odoretque mella.

Odoror, aris, d. 1. *odorare*, הריח, Ger. *ſchmeck*, Gal. *flairer*, *ſentir*, Hiſp. *oler*, ὀσφραίνομαι, olfacio, odorem percipio, ex odore aliquid deprehendo. *Plaut. Men.* Agedum odorare hanc, quam ego habeo, pallam. *Col. l.* 6. *c.* 5. Deinde nares perfricato, ut homines diſcant odorari. ¶ Tranſlate ponitur pro explorare, inveſtigare. *Cic. poſt red. in Sen.* Hi voluptates omnes veſtigant, & odorantur. *Id. Att. l.* 6. Tu ſagacius odorabere. ¶ Odorari aliquem, eſt callide, & clam explorare, quid habeat animi. *Cic. Att. l.* 4. Tu, velim, ut Fabium, ſi quem habes aditum, odorere, & iſtum convivam tuum deguſtes. ¶ Odorari decemviratum, h. e. cupide quærere, aut petere. *Cic. Agrar.* 2. Committite vos nunc his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc Decemviratum ſuſpicamini.

Odorus, a, um, *che ha odore*, Ger. *geſchmackt*, Gal. *qui rende bonne odeur*, Hiſp. *odoroſo*, εὐοσμος, quod ex ſe odorem emittit. *Ovid.* 9. *Met.* Nardes hunc pomis, & odoro flore repletum ſacrarunt. *Claud. de VI. Conſ. Honor.* v. 324. cui lumen odorum Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fumat. ¶ Item qui ſagaciter odoratur. *Virg. Æn.* 4. v. 132. & odora canum vis.

Odos. V. Odor.

Odryſa, æ, urbs Thraciæ. Hinc Odryſæ, arum, m. Thraciæ populi, circa Hebrum fluv. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Odryſius, a, um, adject. Thracius. *Sil. l.* 5. *v.* 571. Boreas Odryſius. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 490. Odryſius rex. *Val. Flacc. l.* 5. Odryſium carmen. h. e. Orphei, qui a Thracia fuit.

Odyſſea, æ, Ὀδύσσεια, carmen Homeri de Ulyſſis erroribus, ab Ὀδυσσεύς, Ulyſſes. ¶ *Ovid.* 2. *Triſt.* 375. Aut quid Odyſſea eſt, niſi femina propter amorem, Dum vir abeſt, multis una petita procis? ¶ Eſt etiam Latina Odyſſea *Livii Andronici*, cujus meminit *Cic. in Bruto*, *c.* 18. *Gell. l.* 5, *c.* 16. &c.

O ANTE E.

Œa, æ, f. Οἶα, oppidum Africæ, unum ex tribus, unde Tripolis conflata eſt, ut tradit *Solin. c.* 27. (*al.* 40.) *Sil. l.* 3. *v.* 257. Œaque Trinacrios Afris permixta colonos. Al. aliter leg. ¶ Hinc particip. *Oenſes*, *c.* *Plin. l.* 5. *c.* 4. Civitas Œenſis. *Et c.* 5. *ſub. fin.* Bellum cum Œenſibus.

Œagrus, m. 2. pater Orphei. ¶ Item fl. Thraciæ, a quo Hebrus initium ſumit.

Œagrius, a, um, adject. ut Œagrius Hebrus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 524. Æagrius Œagrius. *Ovid. Met.* 2. Œagrii nervi, h. e. Orphei. *Sil. l.* 5. *v.* 463.

Œbalia, f. 1. οἰβαλία, regio Græciæ, eadem ac Laconia, ab Œbalo filio Arguli. *Stat.* 1. *Achil.* v. 20. ¶ Item arx Tarentina, & ipſum Tarentum, vel regio Italiæ juxta Tarentum, ab Œbalo filio Telonis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 125.

Œbalidæ, arum, m. Οἰβαλίδαι, Caſtor, & Pollux, ab Œbalia Laconiæ regione, in qua nati feruntur. *Ovid.* 5. *Faſt.* Effugere Œbalidæ curſu potuere ſequentes.

Œbalides, æ, m. Οἰβαλίδης, patron. m. ex Œbalis. *Ovid. in Ibin.* v. 588. Quo puer Œbalides, ictus ab orbe cadas. ideſt Hyacinthus, qui Lacon fuit.

Œbalis, idis, f. patron. quæ eſt ex Laconia. *Stat.* 1. *Syl.* 2. *v.* 150. Quis purpura ſæpe Œbalis, & Tyrii moderator livet aheni.

Œbalius, a, um, adject. Lacon. *Stat.* 9. *Theb.* v. 690. Œbalio ſaturatam murice pallam. *Id. l.* 3. *Silv.* 2. *v.* 10. Œbalii fratres. h. e. Caſtor, & Pollux.

Œbalus, m. 2. Οἴβαλος, Arguli filius, Rex Laconiæ, pater Tindari, & Icari. *Bocc. l.* 5. *Gen.* ¶ Fuit & Œbalus, filius Telonis Regis Caprearum inſ. prope Neapolim ex Sebethide Nympha. *Virg.* 7. *Æn.* v. 733.

Œchalia, f. Οἰχαλία, urbs Laconiæ, ab Œchaleo fl. eam præterfluente ita dicta, unde & ea pars Laconiæ, quæ urbi huic propinqua eſt, Oechalia appellatur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 290. In hac Eurytus regnavit, qui Herculi filiam Jolen ante promiſſam denegavit, filii hortatu, quod Hercules ſuam uxorem, & filios interfeciſſet. Quare Hercules illum, & filios interemit, atque Œchaliam urb. evertit. ¶ Hoc item nomine plures aliæ urbes fuere in Eubœa, quæ eadem eſt ac Chalcis, teſte *Plinio*, in Theſſalia, quæ & Thrachinia, in Meſſenia, in Arcadia, in Æolia.

Œclides, æ, patronym. Amphiaraus Œclei filius, apud *Ovid.* 8. *Metam.* v. 317.

Œconomia, æ, f. οἰκονομία, rei domeſticæ adminiſtratio, apud Græcos. ¶ Tranſlate accipitur pro diſpoſitione, ordine, ſtructura cujuſcunque rei. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Nec οἰκονομίαν meam inſtituam, ſed ordinem conſervabo tuum. Loquitur de ordine in ſcribendo. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. *de diſpoſitione Oratoria*. Œconomia quoque in his diligentior, quam in pleriſque novorum erit. *Id. l.* 3. Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis ſunt, ſubjecit œconomiæ. *Vitr. l.* 1. *c.* 2. Architectura autem conſtat ex ordinatione, quæ Græce τάξις dicitur, & ex diſpoſitione, (hanc autem Græci διάθεσιν vocant) & eurythmia, & ſymmetria, & decore, & diſtributione, quæ Græce οἰκονομία dicitur.

Œconomicus, a, um, *economico*, οἰκονομικός, ad œconomiam pertinens. Hinc *œconomicus*, dictus eſt liber Xenophontis, in quo de familiæ, ac domus gubernatione diſſeritur. *Cic.* 2. *Offic. c. penult.* Has res commodiſſime Xenophon Socraticus perſecutus eſt in eo libro, qui Œconomicus inſcribitur. ¶ Tranſlate *Quintil. l.* 7. *c. ult.* Illa enim potentiſſima eſt, quæque vere dicitur œconomica totius cauſæ diſpoſitio, ubi aſſumendum prooemium, ubi omittendum, &c.

Œconomus, i, *economo*, οἰκονόμος, ab οἶκος, domus, & νέμω, diſtribuo, eſt diſpenſator, qui domus rationes curat, & rem domini familiarem adminiſtrat. *Imp. Juſtinian. l.* 1. *Cod. tit.* 3. *leg.* 42. *e mod.*

Œcus, i, οἶκος, apud Græcos domum ſignificat. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Œcum vocat partem domus amplam, in qua convivia celebrantur. V. etiam *Plin. l.* 36. *c.* 25.

Œdipodes, æ, m. Οἰδιπόδης, idem ac Œdipus. *Sen. Her. Fur.* 6. Imus Œdipodæ nuptiales faces. *Martial. l.* 10. *epigr.* 4. Qui legis Œdipoden. h. e. tragœdiam Œdipodæ.

Œdi-

Œdipodionides, *m.* 1. Polynices, fil. Oedipi. *Stat.* 1. *Theb.* v. 313. Interea patriis olim vagus exul ab oris Œdipodionides furtim deſerta pererrat.

Œdipodionius, a, um, quod ad Œdipum ſpectat. *Ovid.* 15. *Met.* v. 429. Œdipodioniæ quid ſunt, niſi nomina, Thebæ?

Oedipus, pi, m. Οἰδίπους, filius Laji Regis Thebanorum, & Jocaſtæ, quem pater, cum conſulto Apollinis Oraculo futurum intellexiſſet, ut a filio interficeretur, paſtori occidendum tradidit, qui miſericordia commotus, neque tamen Regis imperium audens detrectare, perforatis gladio plantis, viminεque trajecto, ex arbore ſuſpendit, futurum ratus, ut ita inedia moreretur. Sed cum Phorbas Polybii Corinthiorum Regis paſtor illac iter faceret, audito vagitu eo occurrens, puerum ſervavit, Reginæque Merope obtulit, a qua veluti puer cœlitus miſſus filii loco educatus, & a pedibus ex vulnere tumentibus *Oedipus* eſt appellatus, nempe ab οἰδέω, tumeo, & ποῦς, pes. Grandior deinde natu factus, audito, ſe Polybii filium non eſſe, patrem quærere ſtatuit. Apollinem conſulenti reſponſum fuit, ab eo in Phocide patrem repertum iri, inſuper matrem ductum iri in uxorem. In Phocidem igitur profectus, cum coorta inter cives, & peregrinos diſſenſione, pro peregrinis pugnaret, patrem rixam ſedare conantem ignorans interfecit. Deinde quaſi ab Oraculo deceptus Thebas ſe contulit, & in ingreſſu urbis Sphingis ænigma diſſolvit, cum eſſet præſtantiſſimo ingenio, monſtrumque interemit. Thebis, cum Polybii filius haberetur, ei Regnum traditum eſt, & Jocaſta collocata in matrimonium, quam cum deinde matrem ſuam eſſe cognoviſſet, & parricidii, & inceſtus a ſe pœnas repetens utrunque ſibi eruit oculum, Jocaſta ſuæ ſibi manibus mortem conſcivit. Tandem Oedipus Athenas in voluntarium conceſſit exilium, & juſſu Creontis in Cythæronem M. relegatus eſt. Ab Athenienſibus Oedipo templum dedicatum eſt, & ſacra inſtituta. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 34. Oedipo eſt conjectore opus, qui Sphingi interpres fuit. ¶ *Davus ſum, non Oedipus*, proverbium eſt, quo ſignificamus, nos homines rudes eſſe, ſimpliceſque, & ad intelligenda obſcuriora ænigmata minime idoneos. Tractum eſt a callido, acutoque Oedipi ingenio, qui ad portam Thebarum Sphingis ænigma diſſolvit. *Terent. Andr.* 1. 2. 23.

Oenanthe, es, *f.* 1. οἰνάνθη, flos eſt labruſcæ, non tamen cujuslibet, ſed ejus, quæ ſolum florem, non etiam uvas profert, quaſi οἴνου ἄνθος, ideſt, vini flos. *Plin. l.* 12. *c.* 28. ¶ Eſt præterea oenanthe herba in petris naſcens, folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. *Plin. l.* 21. *c.* 24.

Oenanthĭnus, a, um, οἰνάνθινος, quod ex oenanthe factum eſt, ut Oenanthinum unguentum. *Plin. l.* 13. *c.* 4.

Oenēïus, a, um, οἰνεῖος, quod ad Oeneum ſpectat. *Stat.* 5. *Theb. v.* 651. Oeneius heros.

Oenĕus, a, um, trium ſyll. quod ad Oeneum pertinet. *Ovid.* 8. *Met.* v. 282. & Oeneos ultorem ſpreta per agros Miſit aprum.

Oeneus, m. 3. οἰνεύς, Ætoliæ, ſeu Calydoniæ Rex, Parthaonis filius, qui ex Althæa Teſtii filia Meleagrum, Tydeum, Menalippum, Gorgen, & Dejaniram genuit, quam Hercules duxit uxorem, licet alii matrem Tydei Eurigonam appellent. Fabulantur Poetæ, Regem hunc de primitiis omnibus Numinibus ſacrificaſſe, excepta Diana, quæ irata aprum immiſit, qui cuncta vaſtabat, donec a Meleagro occideretur. *Serv. Honorat. lib.* 9. *Gen.* & *Ovid.* 8. *Metam. fab.* 4.

Oenīdes, æ, m. 1. οἰνείδης, Meleager, vel alius ex filiis Oenei. *Ovid.* 8. *Met. v.* 415. At manus Oenidæ variat.

Oenogărum, i, n. condimenti genus apud *Apic. l.* 1. *c.* 32. Hinc œnogaratus porcellus, h. e. oenogaro conditus. *Id. l.* 8. *c.* 7.

Oenomăus, m. 2. filius Martis ex Harpina filia Aſopi, ſeu, ut alii tradunt, Eurythoe filia Danai, Rex Elidis, & Piſæ, pater Hippodamiæ, qui cum ex Oraculo ſe a genero interfectum iri didiciſſet, & filia tamen a multis procis ob formæ præſtantiam ambiretur, curule procis certamen propoſuit, ea lege, ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem ſubiret. Tredecim igitur victis, & occiſis, Pelops Tantali filius Myrtilum ejus aurigam pretio corrupit, ut axes infirmos, & fragiles currui ſubjungeret: quo facto Oenomaus una cum curru corruit, membriſque omnibus ea ruina colliſis, mortuus eſt. Pelops itaque & conjugio, & Regno potitus, univerſam Cherroneſum de nomine ſuo Peloponneſum appellavit. V. *Hygin. fab.* 84. *Stat.* 1. *Theb. v.* 275.

Oenomĕli, itis, n. 3. οἰνόμελι, potio ex auſtero vino, & melle compoſita, quam Latini mulſum appellant. Legitur hæc vox *l.* 9. *Dig. de trit. vino, vel ol.*

Oenōne, *f.* 1. Nympha Phrygia, quæ Paridem amavit, antequam ille Helenam raperet. Extat ejus nomine ſcripta ab *Ovid. Heroid.* 5. epiſtola ad ipſum Paridem. ¶ Eſt etiam hoc nomine inſula Atticæ, alio nomine Ægina. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Oenophŏrum, n. vas vinarium ad ferenda vina aptum, ab οἶνος, vinum, & φέρω, porto. *Cic.* 2. *Phil. c.* 8. Quibus vinum diffuſum e pleno ſit oenophoro, ut ait *Lucilius*. In quibuſdam MSS. legitur inophorum, abjecta prima vocali græcæ diphthongi.

Oenopia, inſula, quæ alio nomine Ægina dicitur. *Ovid.* 7. *Metam.* Hinc

Oenopius, a, um, adject. ab Oenopia, ut Oenopii muri, apud *Ovid.* 7. *Metam. v.* 490.

Oenopolium, n. οἰνοπώλιον, taberna vinaria. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 48. Cum a piſtore panem petimus, vinum ex oenopolio.

Oenotrĭa, *f.* 1. regio Italiæ inter Pæſtum, & Tarentum, quæ partem Lucaniæ, Brutiorum, & Magnæ Græciæ complexa eſt, ita dicta ab Oenotro Rege, vel ab οἶνος, vinum, quod ibi generoſum vinum provenit. ¶ Ipſa etiam Italia quondam Oenotria dicta eſt. V. *Oenotrius*.

Oenotrides, *f.* 3. Oenotriæ, duæ inſulæ maris Tyrrheni, ante Veliam urb. etc. Lucaniæ, in ora, quarum una ſpeciatim Pontia dicitur, altera Logia, & Iſcia, ſeu Iſchia. *Plin. l.* 3. *c.* 7.

Oenotrĭus, a, um, adjectiv. ab Oenotria, & ponitur ſæpe pro Italo. *Virg.* 3. *Æn.* Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ; Oenotrii coluere viri; nunc fama, minores Italiam dixiſſe. *Id.* 7. *Æn. v.* 85. Oenotria tellus.

Oenotrus, a, um, adject. Oenotrius, ut Oenotri fines, *Sil. l.* 8. Oenotræ oræ, *Id. l.* 13. Fines Oenotri.

Oenus, m. 2. Ænus, *Inn*, *In*, *Inor*, fl. Germaniæ, qui oritur ex monte *Bernina*, uno ex Alpibus, & Danubio miſcetur. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 5.

Oeſtrus, i, m. 2. *tafano*, Germ. *roſſ brem*, Gall. *tahon*, Hiſp. *moſcarda*, οἶστρος, inſecti genus, quod a Latinis *aſilus*, a vulgo *tabanus* vocatur. *Plin. l.* 11. 16. Naſcuntur in extremis favis apes grandiores, quæ cæteras fugant: Oeſtrus vocatur hoc malum. *Virg.* 3. *Georg. v.* 148. Eſt lucos Silari circa, ilicibuſque virentem plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo Romanum eſt, œſtrum Graji vertere vocantes, aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſylvis diffugiunt armenta. ¶ Metonymice ſumitur pro furore. Cauſa eſt, quia hoc animali Juno in pellicem ſuam Jo immiſſo eam in furorem convertit. Unde Poetæ divino furore correpti, œſtro perciti dicuntur. *Stat.* 1. *Theb. v.* 32. Tempus erit, cum laurigero tua fortior œſtro facta canam.

Oeſўpum, n. οἴσυπον, οἴσυπος, οἰσύπη, pinguedo, & immunditiæs hærens in ovium velleribus nondum purgatis, vel, ut *Voſſius* definit, ſuccus lanæ ſordidæ, immundæque, qualis vel putrida eſt, vel odorem ſaltem putreſcentium habet: ab οἶς, ovis, & σήπομαι, putreſco. *Plin. l.* 29. *c.* 2. Quia ipſæ ſordes pecudum, ſudorque feminum, & alarum adhærentes lanis (œſypum vocant) innumeros prope uſus habent. *Ovid. l.* 3. *de Art. v.* 213. Oeſypa quid redolent, quamvis mittantur Athenis, demptus ab immundæ vellere ſuccus ovis?

Oeta, æ, m. & *f.* Oete, es, *Monte Bunina*, al. *Bovino*, Οἴτη, mons Theſſaliæ aſperrimus, in Trachinia reg. in Doridis confinio, in ſinum Maliacum, qui & Oetæus, deſinens. Hic helleborum optimum provenit. In eo locus eſt Pyra dictus, in quo ſe combuſſit Hercules. *Plin. l.* 25. *c.* 5. & *Liv. l.* 36. *c.* 15. Ejus meminerunt *Virg. in Culice*, *v.* 202. Et piger aurato procedit veſper ab Oeta. *Senec. Herc. Oet. v.* 861. Hæc, hæc, renatum prima quæ videt diem, Oeta eligatur. *Sil. l.* 6. *v.* 453. Viderat ſumma dies ſumma luſtrabat in Oeta Herculei monumenta rogi. Et *lib.* 3. *v.* 43. Inter quæ fulget ſacratis ignibus Oete.

Oetæus, a, um, adject. ab Oeta, ut Oetææ ſevillæ, *Stat. l.* 4. *Silv.* 6. *v.* 53. ¶ *Hercules Oetæus*, titulus eſt unius ex Tragœdiis Senecæ, in qua Hercules inducitur ſe ipſe, aſcenſo rogo, concremans in vertice Oetæ.

Oetum, i, herba quædam in Ægypto naſcens. *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Oetus, m. Οἶτος, gigas, filius Alcei, & frater Ephialtis, qui in Creta bellum geſſit. *Serv. in* 6. *Æn. v.* 582. vocat Otum.

O ANTE F.

Ofella, æ, *f.* μαζίον, ζωμίδιον, fruſtulum rei comeſtibilis, dim. ab *offa*, ut a *mamma mamilla*. *Juven. ſat.* 11. *v.* 144. Exiguæ fruſtis imbutus ofellæ. *Martial. l.* 14. *ep.* 201. Parva tibi curva craticula ſudet ofella.

Offa, æ, *f.* *zuppa*, *pezzo di pane*, *o carne*, ‎פת‎, Germ. *brey*, Gal. *ſoupe*, Hiſp. *pedaço de carne*, *o de pan*, μάζα, maſſa, quicquid ex aliquo corpore abſciſſum eſt globi forma in rebus comeſtibilibus, qualia ſunt fruſta panis in jure pingui, caſeo, pipere, & item fruſta pultis, & cujuſcumque rei, & quæ in pultis modum eſt redacta, item fruſta carnis, &c. *Virg.* 6. *Æn. v.* 420. Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam objicit. *Cic.* 1. *de Div. c.* 15. Neceſſe enim eſt, offa objecta cadere fruſtum ex pulli ore, cum paſcitur. ¶ Offa penita, erat abſegmen carnis cum cauda. *Nev. apud Feſt.* ¶ Sumitur etiam generatim pro quacunque maſſa. *Plin. l.* 9. *c.* 48. *de lepore marino*. In noſtro mari offa informis, colore tantum lepori ſimilis. ¶ Tranſlate ſumitur pro tumore. *Juven. ſat.* 16. *v.* 11. Et nigram in facie tumidis livoribus offam. ¶ Item pro quacumque re informi, & inelaborata. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 5. quantas robuſti carminis offas Ingeris, ut par ſit centeno gutture niti? *Juven. ſat.* 2. *v.* 33. Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam Solveret, & patruo ſimiles effunderet offas. *h. e.* fœtus. ¶ *Inter os*, & *offam*. V. Ancæus.

Offarcinātus, a, um, impletus, confertus. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 24. Profecto oneribus offarcinata.

Offātim, adv. λεπτομερῶς, particulatim, per fruſta. *Plaut. Truc.* 2. 7. 52. Jam hercle ego te hic hac (machæra) offatim conficiam. *ti farò in bocconi*. Al. leg. *affatim*.

Offectio, onis, *f.* *Arnob. l.* 5. Illis color eſt purpurei luminis offectione ſubluteus. h. e. contraria, & oppoſita infectione.

Offector, oris, m. infector, qui proprio colori novum adjicit. *Feſt.*

Offectus, a, um, nom. ex particip. ab officio, is, impeditus, obſtructus. *Lucret. l.* 4. *v.* 764. omnes Corporis offecti ſenſus per membra quieſcunt. *Id. l.* 5. *v.* 774. Quove modo ſoleant offecto lumine obire.

Offendicŭlum, i, n. *impedimento*, ‎מכשול‎, Germ. *hindernuſſ*, Gal. *obſtacle*, Hiſp. *tropiezo*, πρόσκομμα, impedimentum, obſtaculum. *Plin. ep.* 21. *l.* 9. Sunt enim in hac offendicula nonnulla.

Offendimentum. V. Offendix.

Offendix, icis, *f.* de qua *Feſtus*: Offendices dicebant ligaturæ nodos, quibus apex, ſeu galerus retinebatur: id cum perveniſſet ad mentum, dicebatur offendimentum.

Offendo, inis, *f.* offenſio. *Afran. apud Non. c.* 2. *n.* 602. Quoque nunc offendo ſæpe procul noſtra ſit male.

Offendo, is, di, ſum, a. 3. *incompere*, *urtare*, ‎כשל‎, Germ. *an einem ſtoſſen*, Gal. *heurter*, *offenſer*, Hiſp. *offender*, *encontrar*, προσκόπτω, proprie eſt incurrere, ſive incidere in aliquid, ex *ob*, & antiquo *fendo*. Dicitur de corpore, & de anima, & de animatis, & de inanimatis. *Cic. pro Roſc. Am.* Ubi ſcopulum offendis ejuſmodi. *Col. l.* 2. *c.* 3. Offendam ad ſtipitem. *Ovid. de Pont. el.* 24. *v.* 21. Ad veteres ſcopulos iterum devertor, & illas, in quibus offendit naufraga puppis, aquas. ¶ Metaleptice ponitur pro invenire, præſertim præter opinionem. *Cic.* 1. *de Rep.* Et omnia aliter offendiſſet. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. Non offendes eundem bonorum ſenſum, quem reliquiſti. ¶ Item pro percutere. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Caput eum ad fornicem Fabii offendiſſe. ¶ Et quoniam qui incidunt in aliquid, lædere ſæpe ſolent id, in quod incidunt, factum eſt, ut offendere uſurpetur etiam pro lædere, injuriam facere, *offendere*. *Cic. pro Cluent.* Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiſſe vehementer. *Id. pro Corn.* Neminem unquam alterius rationis, atque partis non re, non verbo, non vultu denique offendi. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. Multis rebus meus offendebatur animus. ¶ Tranſlate capitur pro peccare, errare. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Quis eſt tam lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? *Id.* 1. *de Orat.* Quam id, in quo aliquid offenderit. ¶ Item pro infeliciter agere. *Cic.* 7. *Verr.* Cum multi viri fortes in communi, incertoque periculo belli & terra, & mari ſæpe offenderint. ¶ Offendere apud aliquem, eſt infeliciter agere, in ejus odium incurrere, in malam opinionem incidere. *Cic. pro Cluent.* Qui bis apud eos judices offendiſſet. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 7. Si cecidiſſet, ut volumus, & optamus, omnes te & ſapienter, & fortiter, ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupide, & temere feciſſe, dicturos. ¶ Offendere aliquid in aliquo, in malam fere partem accipitur pro aliquid in aliquo invenire, quod lædat. *Cic. pro Mil.* Quæ ſi vos cepit oblivio, aut ſi in me aliquid offendiſtis. ¶ Offendere exiſtimationem alicujus, h. e. lædere. *Cic. Fam.* 3.

Offenſa, æ, *f.* idem ac offenſio, *offeſa*, ſumitur tum active, tum paſſive. *Quint. l.* 2. *c.* 20. Periculoſa potentium offenſa. *Plin. l.* 4. *ep.* 9. Conjectabis ex hoc quantas offenſas ſubierimus. *Suet. in Claud. c.* 26. Divortium fecit cum Petina, ex levibus offenſis. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 2. Magno in offenſa ſum apud Pompejum hoc tempore. *ſono in diſgrazia*. *Celſ. l.* 1. *c.* 6. Si quid offenſæ in cœna ſentit, vomere debet. Rurſus *Plin. l.* 8. *ep.* 5. Cum uxore ſine offenſa vivere. h. e. concorditer.

Offenſacŭlum, i, n. πρόσκομμα, offendiculum, id, quod ponitur, ut aliquis in ipſum incidat, vel impingat. *Lact. de Opif. c.* 1. Quoniam adverſarius noſter offenſacula pedibus latenter opponit. Adde *Apul. l.* 9. *A. A.* ¶ *Offenſaclum* per ſyncopen legitur apud *Prudent. in Apotheoſi v.* 45.

Offenſatio, onis, *f.* offenſaculum, offenſio, lapſus. *Plin. l.* 28. *c.* 16. Perniones ſubtriti, contuſive offenſatione. *Senec. l.* 5. *Benef. c. ult.* Offenſationes memoriæ labentis.

Offen-

Digitized by Google

Offenſator, oris, m. qui ſæpe offendit, ſeu in aliquid incurrit. *Quint. l.* 10. *c.* 3. Ille qui excipit ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo, velut offenſator fuerit.

Offenſibilis, le, adject. qui offendit, *chi ſtappuccia*, ut offenſibilibus, & caducis greſſibus incedere, apud *Lactant. l.* 4. *c.* 26.

Offenſio, onis, f. *offenſione*, *offeſa*, כשלה, Germ. *ſtrauchlung*, Gall. *offenſe*, Hiſp. *ofenſa*, πρόσκρουσις, βλάβη, incurſus in aliquam rem. *Cic.* 3. *de Div. c.* 40. Pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda. *Id. de Univ.* Tornare aliquid, ut nihil aſperitatis habeat, nihil offenſionis. *ἀσαὶ intoppo*. ¶ Tranſlate ponitur pro læſione, damno, dolore, infirmitate, in ſenſu paſſivo, *caduta*, *danno*. *Cic. de Sen.* In corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio. *Id. l.* 16. *Fam. ep.* 12. Graves ſolent offenſiones eſſe ex gravioribus morbis. *Id. pro L. Mur. c.* 10. Non offenſionibus belli, ſed victoriis. ¶ Frequenter accipitur pro invidia, ſeu odio, cui gratia, vel benevolentia opponitur. *Cic. pro Cluent.* Et invidiam, atque offenſionem ſe timere dicebat. *Id. pro Flac.* Hinc totum odium, hinc omnis offenſio. *Id. Ver.* 3. Offenſionem negligentiæ vitare. *Id. Verr.* 2. *c.* 18. Incurrere in odium offenſionemque populi. *Id.* 1. *nat. Deor. c.* 30. In offenſionem alicujus cadere. *Id.* 1. *de Invent.* Gravem offenſionem in aliquem concitare. *Id.* 4. *Ver.* Suſcipere invidiam, atque offenſionem apud populum, pecuniæ conciliandæ cauſa. *Plin. lib.* 19. *cap.* 1. Quod apud alios gratiam, apud alios offenſionem habet.

Offenſiuncula, æ, f. *offeſa picciola*, προσκρουσμάτιον, parva offenſio. *Cic. pro Planc.* Vidit M. Piſonem in iſta Ædilitate offenſiuncula accepta ſummos a P. R. eſſe honores adeptum. Adde *Fam.* 13. *ep.* 1.

Offenſo, as, a. 1. προσκρούω, freq. ab *offendo*. *Liv. l.* 23. *c.* 37. Flere omnes repente, & offenſare capita. h. e. manibus percellere. *Lucret. l.* 6. *v.* 1051. Cogitur offenſare igitur, pulſareque fluctu Ferrea texta ſuo. h. e. verberare, quatere. *Quintil. l.* 10. *c.* 7. Non interſiſtentes, offenſanteſque. *non fermandoſi ad ogni terza parola*.

Offenſor, oris, m. qui offendit, ſeu lædit. *Arnob. l.* 7. In gratiam ſuis cum offenſoribus redeant.

Offenſum, i, V. Offenſus, a, um.

Offenſus, us, m. 4. *Lucret. l.* 4. *v.* 359. Cogit hebeſcere eum crebris offenſibus aer. h. e. crebro incurſu, ſeu occurſatione. *Id. l.* 6. *v.* 322. eodem ſenſu. Non igitur multis offenſibus in remorando Hæſitet. Et *Senec. epiſt.* 107. Per ejuſmodi offenſus emetiendum eſt confragoſum hoc iter. *per queſti intoppi*.

Offenſus, a, um, *offeſo*, נכשל, Germ. *verletzt*, Gal. *offenſé*, Hiſp. *ofendido*, βεβλαμμένος, læſus, part. ab offendor. *Ovid.* 2. *Faſt.* Creditus offenſo eſt procubuiſſe pede. *Cic.* 5. *Tuſc.* Id ſi propter alienam, & offenſam populi voluntatem malum eſt. ¶ Sæpe ſumitur pro invidioſo, inviſo, odioſo. *Cic.* 5. *Ver.* O miſerum, atque invidioſum, offenſumque paucorum culpa, atque indignitate Ordinem Senatorium. *Id. pro Cluent.* Etiamſi is invidioſus, aut multis offenſus eſſe videatur. ¶ Item pro infenſo, & irato. *Plane. Cic. l.* 10. *Fam.* Si hominem offenſum mihi, conjunctum cum Rep. non ſublevaſſem. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 3. Quem cum eſſe offenſiorem arbitraretur. *Nepos* 10. *c.* 7. Offenſa in eum militum voluntate. ¶ Offenſus, activa pro eo qui lædit. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 49. In ipſo (genere argumentationis) vitium erit, ſi falſum erit, ſi commune, ſi turpe, ſi offenſum &c. Et *cap. ſeq.* Offenſum eſt, quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit, ut ſi quis &c.

Offerentia, æ, f. verbale ab offero. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 24. Conſidera cauſarum offerentiam.

Offero, ers, obtuli, oblatum, a. anom. *offerire*, *mettere innanzi*, הקריב, Ger. *entregen*, Gal. *offrir*, Hiſp. *ofrecer*, προσφέρω, proprie eſt exhibere, præſentare, obvium facere. *Cic.* 3. *de Orat.* Ipſi ſe offerent, & reſpondebunt non vocati. *Terent. Hec.* 5. 3. 10. Opportune te mihi offers. *Id. Adelph.* 5. 3. 64. Obviam ſe alicui offerre. ¶ Interdum eſt inferre. *Cic.* 3. *Offic.* Reginæ ſtuprum obtulit. Sic offerre injuriam alicui. *Ter. Hecyr.* 5. 1. Offerre mortem hoſtibus. *Cic. pro Sext.* ¶ Aliquando immittere. *Cic. pro Dom.* Domus ardebat in Palatio, non fortuito, ſed oblato incendio. ¶ Aliquando injicere. *Cic. ad Planc. l.* 10. *Fam.* Recitatis literis, oblata religio Cornuto eſt. Sic offerre metum, *Id. Fam.* 15. *ep.* 1. ¶ Aliquando opponere. *Cic. ad Brut.* Statim me obtuli Antonii ſceleri, atque dementiæ. ¶ Aliquando tradere, exponere. *Cic. in Offic. l.* 1. *c.* 24. Temere ſe periculis offerre ſine cauſa. *Idem pro Sext. c.* 28. Offerre vitam ſuam in diſcrimen. *Id. Tuſc.* 1. Offerre ſe ad mortem pro patria. ¶ Aliquando objicere. *Cic. de Amic.* Ut ne in criminibus aut tolerandis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶ Aliquando polliceri, profiteri, deferre, ſponte dare. *Cic pro Roſc. Amer.* Obtulerunt hanc prædam Chryſogono. *Liv. l.* 40. *c.* 23. Operam offerre ultro alicui in omnia, *eſibire*. Sic, offerre beneficium, apud *Cæſ.* 6. *B. G. c.* 41. Et offerre auxilium, *Cic. Ver.* 6. orationem, *Id. pro Leg. Manil.* Jusjurandum offerre. hoc eſt ſiſtere ſe paratum ad jurandum, *Suet. de claris Rhet.* & *Quintil. l.* 5. *c.* 6. ¶ *Ter. Adel.* 5. 9. 61. Dii tibi ſemper omnia optata offerant. h. e. quæ optas præſtent. *Cic. l.* 2. *ad Att.* Quod ſors obtulerit, id agere, *quello che porta il caſo*.

Offertor, oris, m. qui offert. *Commodian. Inſtruct.* 39. Abel offertor mactatus a fratre.

Offertus, a, um, ἐμπλεως, plenus, pinguis, ab offerſior. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 16. Maximas opimitates, gaudio offertiſſimas pariet. *Id. Capt.* 4. 1. 8. Sine ſacris hæreditatem ſum aptus offertiſſimam. Optimi tamen codices utrobique habent *effertiſſimam*.

Offerumenta, æ, f. *ſtaffilate*, plaga, & vibex oblata, impreſſaque tergo, metaphorice ab *offerumentum*, quod dicitur de donariis, quæ in templorum parietibus hærent. *Plaut Rud.* 3. 4. 47. Ni offerumentas habebis pluris in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos.

Offerumenta, orum, n. ἀναθήματα, donaria, quæ Diis offeruntur. *Feſt.*

Officialis, & le, τὸ περὶ καθηκόντος, quod ad officium pertinet. *Lact. l.* 6. *c.* 11. M. Tullius in ſuis officialibus. *hoc eſt*, libris. *Ulpian. Dig. lib.* 38. *tit.* 1. *leg.* 6. Fabriles operæ ad hæredes tranſeunt, officiales non tranſeunt. *h. e.* quæ officii cauſa præſtantur.

Officialis, is, ſubſt. m. 3. miniſter Magiſtratus. *Apul. l.* 1. *Metam.* Ædilis jubet officialem ſuum inſuper piſces inſcendere, & pedibus ſuis totos obterere. *Inſcript. apud Gruter p.* 420. *n.* 7. Officiales ejus (Conſulis) Provinciæ Aquitanicæ.

Officina, æ, f. *bottega*, Ger. *ein werkſtet*, Gal. *boutique*, Hiſp. *tienda*, ἐργαστήριον, locus, in quo artifices opera faciunt, ab officio, quod ex ob, & facio. Vel per Syncopen dicitur pro *opificina*. Differt ab apotheca, & taberna. Nam in officina ea fiunt, quæ poſt vel in apothecam deferuntur, ut ibi cuſtodiantur, vel in tabernam, ut vendantur. *Cic.* 1. *Offic.* Nec vero quicquam ingenuum poteſt habere officina. *Id. in Piſon* Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris? ¶ Transfertur ad loca, in quibus artes ingenuæ traduntur. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 13. Qui quaſi officinas inſtruxerunt ſapientiæ. *Id. in Brut. c.* 13. Cujus domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidem patuit, atque officina dicendi. *Id. pro Roſc. Amer* Officina nequitiæ, & diverſorium flagitiorum. ¶ Interdum officina ſumitur pro taberna. *Suet. de Illuſtr. Grammat. c.* 23. Cum officinas promercalium veſtium exerceret. ¶ Item pro aviario. *Col. l.* 8. *c.* 3. Totius autem officinæ, ideſt ornithonis, tres continuæ ſtruuntur cellæ. *Et cap.* 4. Ut propter cibi ſpem gallinæ temporius ad officinam redeant. Adde *cap.* 5. ¶ *Plin. l.* 11. *c.* 1. In magnis corporibus facilis officina, ſequaci materia, fuit. *hoc eſt*, effectio, fabricatio.

Officinator, oris, m. *bottegaio*, officinæ magiſter, faber, ἐργαστηριάρχης. *Apul. l.* 9. *Met.* Forenſi negotio officinatorem noſter attentus, ferias nobis fecit. *Vitruv. l.* 6. *c. ult.* Cum ſubtiliter officinatoris probabitur exactio.

Officio, is, eci, ectum, a. 3. *nuocere*, נזק, Germ. *ſchaden*, Gal. *nuire*, Hiſp. *dañar*, βλάπτω. *Cic.* 3. *Offic c.* 16. Quorum altitudo officeret auſpiciis. *Id. pro Roſc. Amer.* Quoniam ei pecuniæ vita Sexti Roſcii obſtare, atque officere videbatur. *Liv. in præfat. l.* 1. Qui nomini officiant meo, *oſcureranno la mia fama*. *Id. l.* 2. *c.* 2. Ne libertati officeret. ¶ A veteribus accuſ. jungebatur. *Plaut. Truc.* 2. 7. 56. Jam hercle ego te hic aſſatim officiam. Al. leg. *conficiam*. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic.* 2. *de Orat.* Quod cuicunque particulæ cœli officeretur. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Lucr. l.* 2. *v.* 155. Et extra officiuntur, uti cogantur tardius ire.

Officioſe, adv. *officioſamente*, *corteſemente*, εὐχαρίστως, cum officio. *Cic. de Amic. cap.* 20. Quod officioſe, amice, & cum labore aliquo ſuo factum queant dicere. *Id. l.* 6. *Att. epiſt.* 1. *ad fin.* Officioſius fecit, quod &c. *Plin. l.* 10. *ep.* 32. Officioſiſſime venit ad me.

Officioſitas, atis, f. *officioſità*, *corteſie*. *Sidon. carm.* 23. *v.* 478. Seu nos eximii ſimul tenebat Nectens officioſitas Marini.

Officioſus, a, um, o. 1. e. *officioſo*, *pronto a far piacere*, נדיב, Germ. *dienſtwillig*, Gall. *officieux*, Hiſp. *oficioſo*, ἐπιμελής, qui libenter, vel probe officium, ſeu beneficium alicui exhibet, ſive qui obſequi alteri multum ſtudet. *Cic. l.* 13. *Fam. epiſt.* 20. Hominem prudentem, & officioſum cognoſces. *Id. pro Planc.* Officioſa amicitia. *Id. pro Mil. c.* 5. Officioſi labores. *Id.* 14. *Fam. epiſt.* 16. Volumnia debuit in te officioſior eſſe, quam fuit. *Id. in Piſon. cap.* 23. Officioſiſſima natio candidatorum. ¶ Officioſus dolor a *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 58. dicitur, qui cauſam habet, & pertinet ad officium ſapientis hominis. ¶ *Sen. l.* 4. *Controv. excerpt. in præfat.* Memini illum, cum libertinum reum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuiſſet, dixiſſe: Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liberto officium. Res in jocos abiit: non facit mihi officium, &, multum ille, & hic in officio verſatur: ex eo impudici, & obſcœni aliquandiu officioſi vocati ſunt. Hæc *Sen. Officioſus*, i, m. pro ſervo. *Petron. in Satyr. cap.* 92. At ego ne veſtimenta quidem ab officioſo recepiſſem, niſi, &c. *h. e.* a ſervo balneario, qui lavantium veſtimenta ſervabat.

Officium, ii, n. 2. *ufficio*, *quello*, *che ogn' uno deve fare*, עבודה, Germ. *ein ampt*, Gall. *office*, Hiſp. *oficio*, τὸ καθῆκον, quod quiſque efficere debet, obſervata locorum, temporum, & perſonarum ratione, congruus actus uniuſcujuſque perſonæ; id in quod quiſque debet incumbere, ut ipſum pro loci, temporis, & perſonæ qualitate reddat effectum. Unde in familia bene inſtituta dicimus, omnes in officio eſſe oportere, ideſt agere quæ debent. Eſt a verbo *efficio*, quod ex *ob*, & *facio*. Nam olim officere idem fuit, quod efficere, nunc tantum ſumitur pro obeſſe. Vel per Syncopen dicitur pro opificium. *Voſſ. Cic.* 3. *Fin.* Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut ejus probabilis ratio reddi poſſit. Et *infra*, Quod autem ratione actum ſit, id officium appellamus. *Ad Terent. l.* 14. *Fam.* Si erunt in officio amici, pecunia non deerit. ¶ Officium duplex eſt, καθῆκον μέσον, ideſt officium medium, ſeu commune, inchoatum, & κατόρθωμα, ideſt officium rectum, ſeu perfectum. *Cic.* 1. & 3. *Offic* 3. & 4. *Fin.* ¶ Elegantiſſimæ ſunt hujus vocis locutiones. *Cic.* 13. *Fam. ep.* 20. Eſſe frequenter in officio. h. e. ſæpe in officio ſuo adimplendo verſari. *Id.* 3. *Fam. ep.* 17. Omnia officia amicitiæ diligenter, ſancteque ſervare. *Id. ad Att. l.* 3. Exſequi officia. *Id.* 3. *Fam. epiſt.* 8. Fungi officio (quod *Terent. Heaut.* 3. 3. fungi officium, dixit). *Id.* 1. *Verr.* Satis facere officio. *Plin. l.* 10. *epiſt.* 48. Implere officii ſui partes. *Tac.* 3. *Ann. c.* 49. Manere in officio. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 71. Meminiſſe officium ſuum. Contra *Cic.* 1. *Offic. c.* 9. Officium ſuum deſerere. Et *cap.* 10. Diſcedere ab officio. Et *Fam.* 7. *epiſt.* 3. Deeſſe officio ſuo. ¶ *Id. pro Syl.* Vir ſingulari officio in Rempub. h. e. qui de Repub. optime eſt meritus. *Id. Ver.* 3. Summo officio præditus homo. h. e. qui omnino id, quod decet, ſtrenue facit. *Suet. in Tiber. c.* 11. Officii duxit, exorare patrem, *ſtimò ſuo debito*. ¶ *Cic.* 1. *de Orat.* Oratoris officium eſt, dicere ad perſuadendum accommodate. ¶ Suprema officia. h. e. funera. *Tac.* 3. *Ann. c.* 2. Quod ſupremis in matrem officiis defuiſſet. ¶ Officium etiam dicitur, cum quis honoris cauſa alteri adeſt. *Juven. ſat.* 2. Quæ cauſa officii? quid quæris? nubit amicus. *Plin. l.* 1. *ep.* 9. Officio togæ virilis interfui. ¶ Et quoniam proprium hominis officium eſt, alteri pro viribus prodeſſe, & omnibus gratificari, & benefacere, factum eſt, ut officium acciperetur pro beneficio. *Cic. de Amic. c.* 20. Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium. *Colum. l.* 11. *c.* 59. Litat ſlicem ſine immiſſa vicini, etiam ceat officio, decidere. ¶ Quandoque pro obſequio, vel honore ſumitur. *Suet. in Cæſ.* Aſſidentem conjurati ſpecie officii circumſteterunt. ¶ Magiſtratus quoque officium dicitur, quia jus, quod cuique debetur, reddit, vel quia populo opem fert, vel quia honoris gratia inſtitutus eſt. *Suet. in Veſpaſ. c.* 21. Deinde perlectis epiſtolis, officiorumque omnium breviariis. *Plin. in Paneg. de Præfectura ærarii*. Nondum biennium compleveramus in officio laborioſiſſimo, & maximo. Hinc illa *JCtorum*, Cavere apud officium, deponere apud officium, &c. ¶ Sumitur etiam pro apparitore. *Hermog. l. ſi plus*, *vel minus*, *ff. de evict.* & *dupla ſtip.* Si juſſu pradeis rei judicatæ pignus captum per officium diſtrahatur. ¶ Item pro actis. *Paul. l. cum*, *ff. de in jus vocan.* Eum, pro quo quis apud officium cavit, exhibere cogitur. ¶ Item pro quovis munere. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 5. Præerat Ægyptiis navibus Pompeius, Aſiaticis Cælius, Syriacis Caſſius; toti tamen officio maritimo Bibulus præpoſitus cuncta adminiſtrabat. ¶ Officium obſceno ſenſu V. in Officioſus.

Offigo, is, a. 3 idem ac figo, infigo. *Plaut. Moſt.* 2. 1. 13. Ut offigantur bis pedes, bis brachia. *Liv. l.* 33. *c.* 5. Denſos offigunt, implicantque ramos.

Offirmo, V. Obfirmo.

Offlecto, a. 3. περικλάω, circumflecto, vel contra flecto. *Plaut. Rud.* 4. 3. 74. At ego hinc offlectam navem, ne quo abeas.

Offoco, as, a. 1. *ſtrangolare*, ſuffoco. *Flor. l.* 2. *c.* 11. Cum offocandas invicem fauces præbuiſſent. Al. leg. *offucandas*. ¶ *Feſtus* hoc verbum ita exponit, ut ſignificet aquam in fauces ad ſorbendum excipere.

Offrenatus, a, um, nom. ex particip. frenatus. *Plaut. Capt.* 3. 3. 96. Ut offrenatum me ſuis ductarent dolis. *Apul. Apol.* Juvenis novæ nuptæ illecebris offrenatus.

Offringo, is, a. 3. ἐπικλάω, quod fractum eſt, contrario modo frango. *Feſt.* Offringi terra dicitur, quando iterum tranſverſo ſulco aratur. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 29. Rurſum terram cum primum arant, proſcindere appellant, cum iterum, offringere dicunt, &c.

Offucia, æ, fœm. 1. *belletto*, φαρμάκεια, idem quod fucus, quo mulieres faciei

Digitized by Google

faciei candorem inducunt, aut ruborem. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 105. Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam. ¶ Per Metaphoram accipitur pro fallacia, vel techna. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Sed id præſtigiarum, atque offuciarum genus. *Plaut. Cap.* 3. 4. 123. Stolido mihi os ſublevere offuciis.

Offuco, as, aquam in fauces ad ſorbendum dare. *Feſt.*

Offŭla, læ, f. diminut. parva offa, ζωμίδιον. *Colum. l.* 12. *c.* 53. *de ſalſura carnis ſuillæ*. Offulæ carnis ſpiſſæ componuntur, & ſal ingeritur. Adde *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4.

Offulcio, cis, lſi, ltum, a. 4. infulcio, inculco. *Apul. lib.* 1. *Metam.* Vulnus, qua maxime patebat, ſpongia offulciens. *Id. l.* 4. Multis laciniis offulto vulnere.

Offulgĕo, vel Obfulgeo, es, lſi, ltum, n. a. idem ac fulgeo. *Sil. l.* 13. *v.* 124. Offulſit omen. *Virg.* 9. *Æn. v.* 731. nova lux oculis offulget. Verum utrobique alii aliter.

Offundo, is, udi, uſum, a. 3. *gittar d' intorno*, שפך, Germ. *begieſſen*, Gall. *epandre, a l'entour*, Hiſp. *derramar en rededor*, ἀμπέχειν, circumfundo, aſpergo. *Cic.* 4. *Acad. c.* 25. Aer craſſus nobis offunditur. *Sen. epiſt.* 11. Offunditur illi ſubitus rubor. ¶ Tranſlate dicitur de caligine, nocte, tenebris, pro obtenebrare, obſcurare. *Cic.* 3. *Fin.* Obſcuratur, & offunditur luce Solis lumen lucernæ. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 3. Et quaſi noctem quandam rebus offunderet. *Id.* 5. *Tuſc.* Hic error, & hæc doctorum animis offuſa caligo eſt. *Id. pro Roſc.* Tanquam ſi offuſa Reip. ſempiterna nox eſſet. *Liv. l.* 34. Offundere errorem alicui. ¶ Offundere pavorem pro injicere. *Id. l.* 10. *c.* 5. Incompoſitis ſubitum pavorem offundit.

Offuſco, V. Obfuſco.

Offūſus, a, um, o. r. a. περικεχυμένος, ſparſus, partic. ab offundor. *Liv. l.* 2. *c.* 40. Nec in Sacerdotibus tanta offuſa oculis, animoque religione motus eſſet. *Tac. Ann.* 11. *cap.* 31. Pavore offuſus. *Cic. pro Dom.* Offuſæ tenebræ. V. Offundo.

O ANTE G.

Oggannĭo, V. Obgannio.

Oggĕro, is, eſſi, ſtum, ἀνατίθημι, intendo, ſeu injicio, apud vet. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 72. Amarum ad ſatietatem uſque oggerit. *Id. Trucul.* 2. 2. 8. Oggerere oſculum.

Oggraſſor, d. 1. incedo. *Plaut. Capt.* Niſi eum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu. Ita quidam Lexicographi. Nos in Plauto hujuſmodi verba invenire non potuimus.

Ogyges, is, & i, Ὠγύγης, Thebanorum Rex, qui Thebas Bœotias ædificavit, circiter mille, & quingentis annis ante Urbem conditam. Sub hoc Rege fuit diluvium, teſte *Auguſt. de Civ. Dei*, & *Var. l.* 3. *R. R. c.* 1. non illud univerſale, quod Noe temporibus contigiſſe ſacræ Literæ teſtantur, ſed tamen majus eo, quod Deucalionis ſæculo bonam terræ partem inundavit. ¶ De genitivo *Ogygi* diximus in voce *Cataclyſmos*.

Ogygia, f. 1. ὠγύγιος, Bœotia, aut Thebana regio, imo etiam Attica, ab Ogyge Rege. ¶ Ogygia item, quæ & Calypſus, inſ. parva maris Auſonii, Magnæ Græciæ, ante Lacinium prom. dicta ab Ogyge Thebanorum Rege, ubi Ulyſſes a Calypſo Nympha hoſpitio exceptus eſt. *Plin. l.* 3. *c.* 10.

Ogygĭdæ, arum, m. Thebani. *Stat.* 2. *Theb. v.* 586. denſi glomerantur in unum Ogygidæ, firmantque gradum.

Ogygius, a, um, ad Ogygem ſpectans, Thebanus, *Auct. carm. de Ætna*, *v.* 559. Ogygiis circundata mœnia Thebis. *Ovid. Heroid. ep.* 10. *v.* 48. Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo. h. e. a Baccho, qui a Thebanis præcipue cultus fuit.

O ANTE H.

Oh, *oh*, interjectio, qua utimur, ubi ex intervallo notos videmus, Comicis uſitata. Non eſt facta ex *ohe*, vel *oho*, ut quidam putant, cum diverſa harum interjectionum vis ſit. *Ter. Adel.* 5. 9. Oh, qui vocare? ¶ Eſt etiam admirantis cum contemptu quodam. *Ter. Andr.* 3. 5. 12. Oh, tibi ego ut credam furcifer? ¶ Aliquando affirmantis cum quadam certitudine. *Ter. Eun.* Oh, qui egomet produxi. ¶ Aliquando dolentis, & reprehendentis. *Ter. Heaut.* 5. 3. 8. Oh, iniquus es, qui me tantã poſtules. ¶ Aliquando dolentis, & deprehenſi. *Plaut. Caſ.* Oh perii, manifeſto teneor miſer. ¶ Aliquando exultantis ob rem bene geſtam. *Plaut. Moſt.* Oh, probus homo ſum. ¶ Oh, oh, exultantis eſt. *Plaut. Moſt.* 1. 4. 12. Oh, oh, ocellus et meus, tuus ſum alumnus. Alii leg. *ohoho* conjunctim. Alii *oh* tantum. ¶ Oh, oh, oh, ejulantis eſt. *Plaut. Capt.* 1. 1. 6. Oh, oh, oh, L. Ejulatione haud opus eſt.

Ohe, ὢ ἅλις, interjectio exclamantis, quæ ſatietatem uſque ad faſtidium deſignat, & jubet modum imponere. *Mart. lib.* 4. *epigr.* 91. Ohe, jam ſatis eſt, ohe libelle.

Oho, interjectio admirantis aliquid fieri repente. *Plaut. Pœn.* Oho, amabo, quid illuc nunc properas? ¶ Aliquando agnoſcentis cum gaudio. *Plaut. Pſeud.* Oho, Polymachæroplacides purus putus eſt ipſus.

Ohoho, V. Oh.

O ANTE I.

Oileus, per tres ſyllabas, m. 2. Ὀϊλεύς, Locrorum Rex, pater Ajacis. Hinc ipſe Ajax Oileus dicitur. *Virg.* 1. *Æn. verſ.* 41. Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 622. Non audet Oileos Ajax. Alii leg. *Oileus*, ut verſus ſpondaicus ſit.

Oilĭdes, æ, patron. filius Oilei. *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 117. Victor Oilide, rape nunc, & dilige vatem.

O ANTE L.

Olax, acis, adject. olidus, odorem emittens. *Mart. Capel. l.* 1. Olacis temeti mador. *Id. l.* 2. Olax acerra.

Olbĭa, æ, *urbe* Galliæ Narbonenſis, *Hyeres*. *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 5. ¶ Item oppidum Pamphiliæ. *Plin. l.* 5. *c.* 27. ¶ Item Sarmatiæ ad Boryſthenem. *Id. l.* 4. *c.* 11. ¶ Item Bithyniæ. *Mela l.* 1. *c.* 19.

Olbianus, a, um, adject. ab Olbia, ut Olbianus ſinus. *Mela l.* 1. *c.* 19.

Olbiopŏlis, urbs ad Boryſthenem ſita. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Olĕa, æ, f. *olivo*, & *oliva*, זית, Ger. *ein oelbaum*, Gal. *olivier*, Hiſp. *olivo*, ἐλαία, arbor, quæ olivam producit, quaſi *elea*, a Græca voce allata, ut *oleum* ab ἔλαιον. *Cic.* 2. *de Divin.* Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque ſe viſurum putat. *Ov.* 4. *Faſt.* Ure mares oleas, tedamque, herbaſque Sabinas. ¶ Sumitur interdum pro oleæ fructu. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 24. In agro craſſo oleam conditaneam ſerere. *Hor. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 31. Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri. Quod proverbium eſt uſurpatum in eos, qui conceſſa negant, & manifeſto falſa pro veris affirmant: nam & olea interius, & nux exterius partem oſſeam, duramque habet. ¶ *Oleabus* in dativo plur. pro *oleis* dixit *Gellius hiſtoricus*, teſte *Chariſ. l.* 1. *pag.* 40. ſed non eſt imitandus. V. *Aſina*.

Oleacĕus, a, um, *ſimile all' olivo*, ἐλάϊνος, quod eſt ſimile oleæ. *Plin. l.* 35. *c.* 15. Gignitur & pingue, liquoriſque oleacei. *Id. l.* 21. *c.* 4. Folia oleacea.

Oleaginĕus, a, um, idem ac oleaginus. *Var. l.* 1. *de R. R.* Demum in oleagineis ſeminibus arborum. *Gel. l.* 5. *c.* 6. Corona oleaginea.

Oleaginus, a, um, *d' olivo*, ἐλαΐνεος, quod eſt ex olea arbore, ut *faginus* ex *fago*. *Virg.* 2. *Georg.* Truditur e ſicco radix oleagina ligno. ¶ Dicitur etiam oleaginum, quod eſt coloris oleæ. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Poſt eos autem ceræi, ac deinde oleaginei.

Oleāmen, inis, &

Oleamentum, i, n. voces a *Scribon. Largo compoſit.* 211. & 269. uſurpatæ, quibus ſignificatur aliquid ex oleo factum, verb. grat. unguentum.

Olearis, & re, o. 3. *ciò che appartiene ad olea*, ἐλαιηρός, quod ad oleum pertinet. *Plin. lib.* 34. *cap.* 14. Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ æque differant, ideſt quæ oleo aſperguntur, quibus utuntur tonſores.

Olearius, a, um, quod ad oleum pertinet. *Colum. l.* 2. In vaſis oleariis, ſalſamentariiſque. *Cic. in Top. c.* 3. Olearia cella.

Olearius, ii, m. *oliandolo*, ἐλαιοπώλης, qui oleum facit, vel vendit. *Colum. lib.* 12. *cap.* 50. Diligentes olearii baccam integram prælo non ſubjiciunt. *Plaut. Capt.* 3. 1. 29. Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii.

Olearos, i, f. *Quinimio*, inſula, una Cycladum. *Virg.* 3. *Æn. v.* 127. Olearon, niveamque Paron. *Erythræus in Indic. Virg.* contendit *Olearos* legendum. nam græce ὠλίαρος, eſt apud *Steph.* & *Strab.*

Oleaſtellus, li, m. 2. χαμαιελαία, frutex exiguus, ſurculoſus, foliis oleæ. *Colum. l.* 12. *c.* 49. Olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant.

Oleaſter, ſtri, m. 2. *olivo ſalvatico*, ἀγριέλαιον, olea ſylveſtris. Gl. Phil. *Oleaſter*, ἀγριελαία. *Virg.* 2. *Georg.* Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem plurimus.

Oleatus, a, um, o. 1. a. ἐξ ἐλαίου, cum oleo factus, ut Pultes oleatæ, apud *Cæl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 37.

Oleitas, atis, f. 3. tempus legendarum olivarum, vel ipſa olearum collectio. *Cat. de R. R. c.* 68. Ubi vindemia, & oleitas facta erit.

Oleoides, æ, patron. Oleni filius, apud *Val. Flac. l.* 3. *v.* 204.

Olenius, a, um, quod ad Olenum urb. ſpectat, ut Capella Olenia, Capra Amaltheæ, quam Jovi lac præbuiſſe fabulantur, & inter aſtra eſſe locatam, quod circa Olenum urb. Bœotiæ & nata dicatur, & nutrita. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 113. Naſcitur Olenia ſidus pluviale capellæ. Et *v.* 251. Olenius flos emiſſus ab arvis.

Olentia, æ, f. odor. *Tert. l.* 2. *adv. Marcion. c.* 21. Suavis olentia gratiæ.

Olentica, orum, loca mali odoris. *Feſt.*

Olenticētum, i, n. ſterquilinium. *Apul. in Apol.* Semper in olenticetis ſuis jacet.

Olĕnus, i, m. *Chaminiza*, oppidum Achajæ, ubi ferunt Jovem lacte capræ Amaltheæ enutritum. *Plin. l.* 4. *c.* 5. ¶ Fuit & hoc nomine vir quidam, qui propter ſuperbiam in lapidem mutatus fuit. *Ovid. Met.* 10. *v.* 69. ¶ Item celeberrimus Hetruriæ vates, *Plin. l.* 28. *c.* 2.

Olĕo, es, lui, itum (& evi, etum in quibuſdam compoſitis) n. 2. *aver odore*, ריח נתן, Germ. *geruch*, *geben*, Gall. *rendre odeur*, Hiſp. *oler*, ὄζω, odorem ſpiro, & emitto. Eſt verbum medium, quod & in bonam, & in malam partem accipi poteſt. Nam bene olere, & male olere dicimus. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. Att. l.* 2. Ideo bene olere, quod nihil olebant, videbantur. *Id.* 4. *Tuſc.* Male olet omne cœnum. *Plin. lib.* 27. *cap.* 6. Roſa recens a longinquo olet. ¶ Vel cum accuſ. *Cic.* 3. *de Orat.* Ceram, quam quod crocum olet unguentum, magis laudari. ¶ Vel cum ablat. *Propert. l.* 4. *eleg.* 7. *v.* 32. Cur nardo flammæ non oluere meæ? ¶ Interdum oleo ſimpliciter notat male olere. *Horat. epod.* 10. Mala ſoluta navis exit alite ferens olentem Mævium. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem diſciplinis. *Id. pro Roſc. Com. cap.* 7. Nonne ipſum caput, & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? *Plaut. Aulul.* 2. 2. 39. Olet huic aurum. h. e. hic auri odorem ſentit, aurum cupit. ¶ Olim hoc verbum in tertia conjugat. uſurpatum fuit. *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 623. Meæ male olant manus. *Plaut. in fragment. apud Diomed. lib.* 1. *pag.* 378. *Putſch.* Facite, olant ædes Arabiæ. ¶ *Oleo*, pro *creſco* uſurpat *Prudent. in hymn. de incenſu Cerei Paſchal.* Nectar de liquido vertice fervidum Guttatim lacrymis ſtillat olentibus. Sic enim quidam interpretes exponunt. Cæterum apte fortaſſe poſſis explicare: ſuavem odorem emittentibus.

Oleōſus, a, um, *pieno d' olio*, Germ. *voll oel*, Gall. *plein d' huile*, Hiſp. *lleno de azeyte*, ἐλαιώδης, plenus oleo. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Semen oleoſum. ¶ Ponitur & pro pingui. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Id, quod ſupernatat, butyrum eſt oleoſum natura.

Oleracĕus, a, um, adject. ad olus pertinens, ut oleraceus frutex, *Plin. lib.* 26. *cap.* 8.

Olĕro, as, *piantar' erbaggi*, olera ſero. *Cn. Martius* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 722. *Putſch.* Meos hortulos plus ſtercoro, quam olero. ¶ Olim *holero* ſcribebatur.

Oleſco, is, n. 3. *creſcere*, creſcere, adoleſcere. *Lucret. l.* 2. *v.* 1128. Donicum oleſcendi ſummum tetigere cacumen. Al. leg. *adoleſcendi*. *Feſt. in voce Suboles*: Subolus ab oleſcendo, id eſt creſcendo dictæ.

Olĕto, as, a. 1. oleto inquino. *Lex vetus apud Frontin. de aquæduct. art.* 97. Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice ſalit. Si quis oletaſit, ſeſtertiorum X. M. mulcta eſto.

Olētum, ti, n. 2. *luogo dove ſono molti olivi*, Germ. *oelgarten*, Gall. *olivete*, Hiſp. *olivar*, ἐλαιών, locus oleis conſitus, ſeu in quo oleæ conſitæ ſunt, ab *olea*, ut *olivetum* ab *oliva*. *Cat. de R. R. c.* 1. Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oletum, quinto pratum. ¶ Oletum item ponitur pro loco oleate, cujuſmodi eſt, in quo vel alvus exonerari ſolet, vel crebro meitur, ab *oleo*. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 112. Hic, inquis, veto, quiſquam faxit oletum. Pueri ſacer eſt locus: Extra meite.

Olĕum, i, n. *olio*, שמן, Germ. *oel*, Gall. *huile*, Hiſp. *azeyte*, ἔλαιον, pinguis olivæ liquor, a nomine Græco allato, *e* in *o* abeunte. *Colum. l.* 6. Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. *Virg.* 5. *Æn.* Nudatos humeros oleo perfuſa niteſcit. ¶ *Oleo tranquillior*, prov. in hominem leni ingenio præditum, & minime iracundum, a natura ejus liquoris, quo nihil magis lene. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 66. Ita hanc hominem faciam tibi oleo tranquilliorem. V. *Plin. l.* 2. *c.* 103. ¶ *Oleum addere camino*, V. Caminus. ¶ *Oleum, & operam perdere*, eſt fruſtra laborare. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 119. Tum pol ego & oleum, & operam perdidi. Adde *Cic.* 2. *Att. ep.* 17. ¶ Metonymice ponitur pro ſimulacro pugnæ, & pro exercitatione litteraria. *Cic.* 1. *de Orat.* Nitidum quoddam genus eſt verborum, & lætum, ſed palæſtræ magis, & olei, quam hujus civilis turbæ, ac fori.

Olfacĭo, is, eci, actum, a. 3. *odorare*, הריח, Germ. *riechen*, Gal. *flairer*, Hiſp. *oler*, ὀσφραίνομαι, odoror. *Cic.* 5. *Tuſc.* Ut ea, quæ guſtamus, olfa-

Digitized by Google

olfaciamus, tractemus, audiamus, &c. ¶ Tranſlate ponitur pro ſuboderari, ſive præſentire. *Cic. in Rul.* Nunc quiſnam jam abſtruſus unquam nummus videtur, quem non architecti hujuſce legis olfecerint?

Olfactatrix, V. Olfactrix.

Olfactatus, a, um, nom. ex particip. *odorato*. *Plin. l. 28. c. 16.* Membrana partus aſinarum olfactata.

Olfacto, as, a. 1. frequenter olfacio. *Plin. l. 2. c. 14.* Xenocrates pulegii ramum lana involutum, in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit. *Plaut. Men. 1. 2. 36.* Me olfactare oportet veſtimentum muliebre.

Olfactorium, ii, n. ſertum, vel odorum faſciculus, olfactus gratia, vel delectandis naribus comparatus. *Plin. l. 30. c. 11.* Sicut & lethargum olfactoriis excitari.

Olfactrix, icis, f. quæ olfacit. Sic *Plin. l. 17. c. 24.* vocat vitem, quæ raphanum, & laurum odore ſentit, & ab eis recedit. Ita legit *Harduin.* ex MSS. Alii *olfactatrix*.

Olfactus, a, um, *odorato*, particip. *Plin. lib. 23. cap. 8.* Laurus folia trita, olfactaque. Adde *lib. 24. cap. 16.*

Olfactus, us, m. *odorato*, [illegible], Germ. *das riechen*, Gall. *l' odorat*, Hiſp. *ſentido*, ὄσφρησις, odoratus, facultas olfaciendi, ſenſus odoris. *Plin. l. 29.* Baſiliſcum, quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt alias olfactu necantem. *Id. l. 8. c. 4.* Elephas intremiſcere inſidiarum metu, ſubſiſtere ab olfactu, circumſpectare, &c.

Olficus, a, um. V. Alphicus.

Oliaros, V. Olearos.

Olidus, a, um, *che ha odore, così buono, come rio*, Germ. *das einen geruch giebet*, Gall. *qui ſent fort*, Hiſp. *que huele mucho*, [illegible], quod olet generatim, ſive bonum, ſive malum odorem habeat. *Mart. l. 1. epigr. 50.* Olidæque veſtes murice. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 28.* Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ.

Oligochronius, a, um, ὀλιγοχρόνιος, qui brevem vitam vivit. *Firmic. l. 3. c. 5. & 13. & l. 4. c. 1. & 8.*

Olim, *altre volte, per l' avvenire, per lo paſſato, già*, מקדם, Ger. *vorzeiten*, Gal. *autre fois*, Hiſp. *otras vezes*, πάλαι, adv. temporis. Tria tempora notat, præteritum, præſens, futurum. *Cic. 3. de Orat.* Sic veteres olim loquebantur. *Plin. l. 2. ep. 10.* Quod ego olim pro te non temere præſumo. *Virgil. 1. Æn.* Hunc tu olim cælo ſpoliis Orientis onuſtum accipies. ¶ Ponitur & pro aliquando. *Hor. l. 1. ſer. ſat. 1.* Ut pueris olim dant cruſtula blandi doctores. ¶ Interdum pro *jampridem, jamdudum*. *Plin. ep. 9. l. 8.* Olim non librum in manus, non ſtylum ſumpſi. ¶ Interdum pro *nuper*. *Ter. And. 3. 3. 13.* Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, cum dabam? Interdum pro quovis tempore. *Virg. 1. Georg.* Hic tibi prævalidas olim, multoque fluentes ſufficiet Baccho vites. ¶ Jungitur interdum cum *jam*. *Sen. ep. 77.* (al. 78.) Olim jam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur. h. e. jam a longo tempore, *è gran tempo, che*, &c.

Olitor, ris, m. *ortolano*, Ger. *gaertner*, Gal. *jardinier*, Hiſp. *hortelano*, κηπουρός, λαχανοπώλης, qui olerum hortum exercet, quique olera vendit. *Cic. l. 16. Fam. ep. 18.* Sic olitorem ipſum commovebis.

Olitorius, a, um, λαχανικός, quod ad olera ſpectat. *Plin. l. 19. c. 8.* Ut omnia olitoria ex his factitari prodiderint. *Liv. l. 21. c. 62.* Olitorium forum. h. e. ubi olera venduntur.

Oliva, æ, f. *oliva*, זית, Ger. *olive*, Gal. *olive*, Hiſp. *azeituna*, ἐλαία, fructus oleæ. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quid? Ariſtæus, qui olivæ dicitur inventor, Apollinis filius. *Plin. l. 15. c. 31.* Olivæ conſtant nucleo, oleo, carne, amurca. ¶ Frequenter etiam ſumitur pro olea arbore. *Virg. 8. Ecl.* Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ. ¶ Fuit oliva Palladi ſacra; hinc ſcribit *Pallad. l. 1. R. R. c. 6.* morem fuiſſe apud Græcos, ut cum plantaretur & legeretur, a mundis pueris, atque virginibus id opus fieret. ¶ Item Paci. *Virg. 2. Georg. v. 425.* placitam paci nutritor olivam. Hinc qui ſupplices pacem petebant, olivæ ramum præferebant. *Id. 8. Æn. v. 116.* Paciferæque manu ramum prætendit olivæ. ¶ De olivarum differentiis V. *Plin. l. 13. c. 3. & 5. & Columell.*

Olivarius, a, um, ἐλαιηρός, quod ad olivam pertinet. *Col. l. 12. c. 47.* Tanquam olivariæ metretæ imbuuntur liquamine. *l. 21. Dig. de inſtruct. & inſtrum. leg.* Olivaria mola.

Olivetum, ti, n. *oliveto*, ἐλαιών, ἐλαιόφυτον, locus, in quo oleæ conſitæ ſunt, ab *oliva*. *Cic. de Sen. c. 16.* Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumque ſpecie dicam? Adde *Horat. l. 2. od. 15. v. 7.*

Olivifer, a, um, ἐλαιοφόρος, quod olivam fert. *Ovid. 3. Faſt. v. 151.* Primus oliviferis Romam deductus ab arvis.

Olivina, æ, f. reditus olei, vel olei maxima copia, vel cella olivaria. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 76.* Cujus amatores domi olivinam habent maximam. Alii leg. *olivi dynamin domi habens maximam*. Eſt autem *dynamis*, græce δύναμις, vis, copia.

Olivitas, atis, f. ἄμητος τῶν ἐλαιῶν, tempus legendarum olivarum. *Col. l. 12. c. 50.* Media eſt olivitas plerunque initium menſis Decembris. ¶ Interdum olei proventus. *Varro apud Non. c. 2. n. 611.* Tum denique, omnis cum lucerna combuſta eſt in lucubrando, olivitaſque conſumpta eſt. *Col. l. 1. c. 1.* Largiſſimis olivitatibus, uberiſque vindemiis exuberent.

Olivitor, oris, m. qui oleas colit. *Apul. l. 2. Florid.* Ager aratro irritus, fœcundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori ſcalpitur. *Sidon. l. 2. ep. 9.* Colles exercentur vinitori, & olivitori.

Olivo, as, n. 1. ἐλαιολογῶ, olivas colligo, olivarum vindemiam ago. *Plin. l. 15. c. 3.* Quippe olivantibus lex antiquiſſima fuit: oleam ne ſtringito.

Olivum, i, n. oleum ex olivis expreſſum. *Virg. 2. Georg. v. 466.* Liquidi corrumpitur uſus olivi. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 123.* Ungor olivo. *Id. l. 1. od. 8.* Cur olivum ſanguine viperino cautius vitat? h. e. cur vitat palæſtram? nam in palæſtra ſe exercentes olivo ungebantur.

Olla, æ, f. χύτρα, genus vaſis, aſt antiquo *aula*, mutato *au* in *o*, ut *codex a caudex*. *Col. l. 12. c. 43.* Monendus erit, ne bibulas, aut male coctas ollas emat. *Id. l. 8. c. 8.* Pulli fictilibus ollis conduntur. *Plaut. Capt. 4. 4. 8.* Ollas, caliceſque omnes confregit.

Ollar, ris, n. ollæ operculum. *Varr. l. 3. R. R. c. 15.* Cum ollar impoſitum aſt. Ita legit *Scalig.* Alii *cum cumulatim impoſitum eſt*.

Ollaria, æ, f. temperatura æris. *Plin. l. 34. c. 9.* Noviſſima eſt, quæ vocatur ollaria, vaſe nomen hoc dante, ternis, aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

Ollaris, re, n. χυτρικός, quod ad ollam pertinet, ut Ollares uvæ, quæ in ollis fictilibus conduntur, de quibus *Col. l. 12. cap. 43. Mart. l. 7.* Illic & uvæ collocantur ollares.

Ollarium, ii, n. Ollaria ſunt loculi ad mortuorum cineres aſſervandos. *Inſcript. apud Gruter. pag. 307.* Macetiani, & olloria libertis, libertabuſque ſuis fecit. V. etiam apud *Fabret.* plura *pag. 13.*

Ollic pro illic. *Paulus apud Feſt.*

Ollicula, æ, f. ollula. *Theodor Priſcian. in l. de Phyſ. ſcient.*

Ollula, æ, f. χυτρίδιον, parva olla. *Varro l. 1. R. R. c. 54.* Inde in ollulas addatur.

Ollus, a, um, adject. antiq. pro ille. *Var. l. 6. de L. L.* In comitiis cum recitatur, a præcone dicitur, olla centuria, non illa: in funeribus indictivis cum dicitur, ollus letho datus eſt, &c. *Virg. Æn. 1.* Olli ſubridens hominum ſator. *Lucret. l. 6. v. 207.* Flammeus eſt plerumque color, & ſplendidus ollis.

Olo, is. V. Oleo.

Oloes. *Feſt.* Ab oloes dicebant, pro ab illis.

Olor, oris, m. *cigno*, Ger. *ein ſchwan*, Gal. *cigne*, Hiſp. *ciſne*, κύκνος, cygnus, avis aſt alba, anſere major, voce arguta. Varias de hujus vocis etymologia opiniones habes apud *Voſſ. in Etymol.* ¶ Poetæ dicunt olores moribundos ſuaviſſimum cantum edere. *Ovid. Heroid. ep. 7.* Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis, Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Plin.* tamen *l. 10. c. 23.* id negat. ¶ Eſt etiam idem ac odor, ab *oleo*: cum hoc tamen diſcrimine, quod *odor* fere de bono, *olor* de malo odore uſurpatur. *Arnob. l. 2.* Amara ſunt elementa, vel dulcia, odoris ſunt alicujus, vel oloris.

Olorifer, a, um, adject. *Claudian. in ep. ad Serenam, v. 12.* Cycnus olorifer venit ab amne Padi. h. e. ubi plures olores habitant.

Olorinus, a, um, quod ad olorem ſpectat, ut Color olorinus, ideſt candidus. *Plin. l. 37. c. 10.* Gaſidanem Medi mittunt coloris olorini. *Virg. 10. Æn. v. 187.* Olorinæ pennæ.

Oloſtræ, arum, m. Indorum gens. *Lucan. l. 3. v. 249.* Tum furor extremos movit Romanus Oloſtras. Adde *Plin. l. 6. c. 20.*

Olvatium, unguenti genus. *Feſtus.*

Olus, eris, n. *ortaggio, ogni erba buona da mangiare*, ירק, Ger. *gartenkraut*, Gal. *herbe potagere*, *herbe à manger*, Hiſp. *hortaliza*, λάχανον, omnis herba ſativa, quæ in uſu cibario eſt. In veter. libris legitur & *holus* cum aſpiratione. *Horat. l. 1. ep. 5.* Nec modica cœnare times olus omne patella. *Plaut. Caſ. 5. 2. 29.* Profecto hercle non fuit quicquam olerum. ¶ Per Synecdochen ponitur pro tenui, & quotidiano victu. *Hor. 2. ſat. 7. v. 30.* Si nuſquam es forte vocatus ad cœnam, laudas ſecurum olus. Hoc eſt dicis, nihil eſſe melius, quam parce, & continenter domi vivere. ¶ Per antonomaſiam olus aliquando de braſſica dicitur. *Plin. l. 27. c. 4.* Anagyros (herba) fruticoſa eſt, gravis odore, flore oleris. *Varr. R. R. l. 1. c. 16.* Vitis addita ad olus. V. ibi *Scalig.*

Oluſatrum, i, n. (quod & *atrum olus* dicitur a *Col. l. 11. c. 3.*) herba eſt, foliis ſubnigris, quæ a Græcorum nonnullis ἱπποσέλινον, ab aliis σμύρνιον dicitur. In genitivo habet *oleriſatri*, & *oluſatri*. *Plin. l. 19. c. ult.* Labanis radicem habet oluſatri.

Oluſculum, n. 2. λαχανάριον, dim. ab *olus*. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Lancibus, & ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis non ſoles paſcere.

Olympia, æ, f. Piſa, Olympia Piſa, *Langanic*, Ὀλυμπία, urbs Elidis, in Peloponneſo, in prov. *Belvedere* dicta, ad Alpheum fl. Ab hac urbe ſeſqui milliario fuit celeberrimum templum Jovis, ubi ludi Olympici, ſive Olympiaci celebrabantur. *Plin. l. 2. c. 103. & l. 4. c. 6.*

Olympia, orum, n. 2. τὰ Ὀλύμπια, gymnicum certamen, ſeu ludi, qui in honorem Jovis Olympici apud Olympiam urb. Elidis celebrabantur. Inſtituti ſunt ab Hercule, Augia Elidis Tyranno ſuperato, repurgatoque ejus ſtabulo, ut Græca juventus ſe ſe exerceret curſibus, curru, ſaltu, diſco, & palæſtra. Alii ſcribunt, Olympia inſtituta fuiſſe a Pelope, verum eſt Atreo, & Hercule fuiſſe inſtaurata. Fiebant quinto quoque anno ineunte, vel, ut Lycophronis Interpres aſſerit, quinquageſimo menſe. Hoc certamini quinto die finis imponebatur, & victor oleaſtro, vel, ut Ariſtoteli placet, olea coronabatur, tantumque ei honoris habebatur, ut non per portas urbis, ſed per ruinas murorum ſublimis in curru in patriam reveheretur. *Cic. de Cl. Orat.* Pugiles exercitati pugnos, & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt. *Id. 2. de Div.* Curſor ad Olympia proficiſci cogitans. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 50.* magna coronari Olympia. h. e. ut Olympiis.

Olympiacus, a, um, quod ad Olympia ſpectat. *Auct. ad Her. lib. 4. c. 3.* Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit curſum.

Olympias, adis, f. Ὀλυμπιάς, ſpatium annorum quatuor, ideſt, ut Lycophronis Interpres tradit, quinquaginta menſium, ex eo ita dictum, quod juxta Olympiam Elidis urbem quinto quoque anno ineunte fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Græci enim tempora per Olympiadas ſupputare cœperunt, ita numerantes. Olympiadis prima, aut ſecundæ, aut centeſimæ anno primo, vel ſecundo, vel tertio, vel quarto. Atque ut Conſules, ita & in Olympiis victores iterum, & tertio dicebantur. *Ovid. 3. de Pont. ep. 6.* In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. ¶ Eſt & hoc nomine ventus flans in Eubœa. *Plin. l. 17. c. 24.*

Olympias, adis, f. filia Neoptolemi Regis Moloſſorum, uxor Philippi Regis Macedoniæ, mater Alexandri Magni. *Juſtin. l. 9. c. 7.*

Olympicus, a, um, Ὀλυμπικός, quod ad Olympia ſpectat. *Horat. l. 1. od. 1.* Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum collegiſſe juvat.

Olympionices, æ, m. 1. Ὀλυμπιονίκης, qui in Olympiaco certamine victor evaſit, aſt Olympia, & νίκη, *victoria*. *Cic. pro Flac.* Quid, ſi etiam occiſus aſt a piratis Adramitenus homo nobilis, cujus eſt fere nobis omnibus nomen auditum, Acinus pugil Olympionices? Hæc eſt apud Græcos, quoniam de eorum gravitate dicimus, prope major, & glorioſior, quam Romæ triumphaſſe. Adde *1. Tuſc. c. 46.*

Olympionicarius, a, um, adject. *Col. l. 3. cap. 9.* Nos quoque pari ratione volut olympionicarum equarum, ita feraciſſimarum vinearum ſeminibus &c. *h. e.* quæ in olympiacis certaminibus decurrerunt.

Olympius, m. 2. Ὄλυμπος, Myſiæ tibicen, & poeta melicus, & elegiacus, Marſyæ Satyri diſcipulus, qui citharæ legem dedit, modoſque pulſandi reperit, & docuit. Floruit ante bellum Trojanum. Ab hoc & monte in Myſia nomen accepit. *Ovid. 6. Met.* ¶ Fuit item alius junior Phrygia tibicen, tempore Midæ Regis. *Suid.* ¶ Præter hoc fuit & Olympius Nemeſianus, qui, ut ait *Vopiſcus in vita Numeriani*, c. 1. ſcripſit *Halieutica*, *Cynegetica*, *Nautica*.

Olympius, a, um, adject. ab Olympia, Ὀλύμπιος, ut Olympius Jupiter, apud *Cic. 2. Tuſcul. c. 17.* Qui templum prope Olympiam habuit, teſte *Plin. l. 4. c. 5.* ¶ *Lactant. l. 1. c. 11.* ſcribit, Jovem Olympium dici, quod maximam vitæ partem in Olympo monte tranſegerit.

Olympus, i, m. *Olimpo*, *Lacha*, Ὄλυμπος, mons Theſſaliæ, Oſſæ, & Pelio attiguus, qui Pieriam reg. Macedoniæ attingit, & Theſſaliam a Macedonia dirimit, adeo excelſus, ut nubes tranſgrediatur, & paſſim apud Poetas pro Cælo accipiatur, ita dictus, quaſi ὁλολαμπής, h. e. totus fulgidus, quia Solem clarum habet, nulliſque unquam nubibus vertex obfuſcatur. *Virg. 2. Æn. v. 779.* Superi regnator Olympi. *Lucan. l. 2. v. 271.* nubes excedit Olympus. ¶ Scribit *Apul. de Mundo ſub fin.* Olympum dici non omne Cælum, ſed altiſſimam & puriſſimam Cæli partem, eamque ſplendidiſſimam, ibique Deorum ſedem eſſe. Huc faciunt illa Jovis verba in *Apocolocynth.* Placet, eum Cælo intra dies triginta excedere, Olympo intra diem tertium. ¶ Eſt præterea Olympus mons Myſiæ in Aſia, Idæ proximus. Item Lyciæ juxta urbem cognominem. Item Cypri, in Leſbo, in Lydia, in Æolide, &c. quos omnes refert Plin. variis in locis.

Olynthus, f. 2. Olinthos, *Olinto*, Ὄλυνθος, urbs Macedoniæ, ſeu Thraciæ, in Sithonia reg. quondam maxima, inter Athon M. & Palleneurb. *Cic. Verr. 3. c. 21. Curt. l. 8. c. 8.*

Ol'y-

Olyſſipo, vel Ulyſſippo, onis, f. *Lisbona*, Ulyſſis civitas, in Luſitania, olim municipium Romanorum, teſte *Plin. l. 4. c. 22.*

O ANTE M.

Omaſum, n. 2. *budel grosso*, כרש, Ger. *der feiſter darm*, Gal. *tripes de beuf*, Hiſp. *tripa gruessa*, ἐχῖνος, craſſior, pinguiorque ventriculi pars, ſive, ut alii dicunt, craſſius, & pinguius inteſtinum, quod nonnulli bubulum eſſe credunt, apud veteres in deliciis habitum. *Horat. l. 1. ep. 15.* patinas cœnabat omaſi, Vilis & agnini. *Plin. l. 8. cap. 45.* Qui concubino procaci, omaſum edi ſe, negante, bovem occiderit.

Ombria, f. 1. ὀμβρία, gemmæ ſpecies, quam nonnulli notiam vocant, quæ cum imbribus, & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum ceraunia, & brontia, & eundem, quem illæ, effectum habet. *Plin. l. 37. c. 10.*

Omen, inis, n. *augurio*, נחש, Ger. *ein zeichen zum glück, oder un glück*, Gal. *augure*, Hiſp. *aguero*, οἰωνός, proprie eſt augurium, quod hominum ore fit, ut explicat *Cic. 1. Div. c. 45.* ſed accipitur etiam pro quovis auſpicio, & augurio. *Cic. loc. cit.* Neque ſolum Deorum voces Pythagorei obſervaverunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina; quæ quia valere cenſebant majores noſtri, ideirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur. *Id. Phil. 11. c. 5.* Hoc deteſtabile omen avertat Jupiter. *Id. de Aruſp. reſp. c. 20.* Quod Dii omen obruant. *Virg. 2. Æn. v. 178.* Nec poſſe Argolicis exſcindi Pergama telis, Omina ni repetant Argis. *Ovid. 5. Met.* Bubo dirum omen mortalibus. *Tacit. 2. hiſt. c. 74.* Fauſta Vitellio omina precantem. Sic dicimus omen accipere. *Cic. 1. Div. c. 46.* Cum bonis ominibus aliquid incipere, *Liv. in præfat. l. 1.* Secundo omine exire, *Horat. l. 3. od. 11.* &c.

Omentatus, a, um, ἐπιπλωτός, quod eſt omento fartum. *Apicius l. 2. c. 1.* Iſicia omentata, pulpam conciſam teras.

Omentum, ti, n. *omento, rete*, ἐπίπλοον, vel ἐπίπλους, membrana tenuis, & pinguis, qua integuntur ventris inteſtina. *Plin. lib. 11. c. 37.* Ventriculus, atque inteſtina pingui, ac tenui omento integuntur. ¶ Pro membrana cerebri uſurpatur a *Macrob. l. 7. Sat. c. 9.* ¶ Uſurpatur & de ipſis inteſtinis. *Juven. Sat. 13. v. 117.* In carbone tuo charta pia thura ſoluta Ponimus, & vituli ſectum jecur, albaque porci omenta. Adde *Perſ. ſat. 2. v. 46.*

Omitis, idis, f. *Ovid. 3. de art. am. v. 273.* Conveniunt tenues ſcapulis omatides altis. h. e. humerales faſciæ, ab ὦμος, *humerus*. Ita legit & exponit *Turneb. V. Analectides.*

Ominatio, onis, f. actus ominandi, omen. *Feſt. ſeu potius Paul. in voce Faventia.* Faventia bonam ominationem ſignificat.

Ominator, oris, m. qui omen capit, vel qui præeſt ominibus capiendis. *Plaut. Amph. 2. 2. 90.* Ob iſtuc omen ominator capies, quod te condecet.

Omino, as, n. 1. idem ac ominor, apud vet. *Pompon. apud Non. 2. 7. n. 53.* Ita ſis & tibi bene, qui recte ominas.

Ominor, aris, d. 1. *augurare*, נחש, Germ. *vorſſagen*, Gall. *augurer*, Hiſp. *agorar*, οἰωνίζω, omen capio, auguror, futurum aliquid præſumo. *Cic. 2. Off.* Malo enim alteri, quam noſtræ ominari. *Plin. l. 4. ep. 15.* Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum Conſulatum. *Vellej. l. 2. c. 71.* Vara de cantu Antonii ominatus eſt. *Liv. l. 26. c. 18.* Clamore, & favore ominati ſunt felix fauſtumque imperium.

Ominoſe, adverb. malo omine. *Quintil. declam. 6. c. 5.* Inauſpicatum metiens iter, prorſus ominoſe re actus.

Ominoſus, a, um, δυσοιώνιστος, quod malum omen portendit. *Plin. l. 3. ep. 14.* Notabilis, atque etiam ominoſa res accidit.

Omiſſio, onis, f. *ommiſſion*, actus omittendi. Legitur apud *Symmach. l. 3. ep. 48. l. 10. epiſt. 70.*

Omiſſus, a, um, *tralaſciato*, παραλειφθείς. *Cic. pro Lig. c. 4.* Omiſſa controverſia, mutin omnis ad miſericordiam tuam conferenda eſt. ¶ Aliquando ponitur pro negligente, languido, remiſſo. *Ter. Heaut. 5. 2. 9.* Ubi te vidi animo eſſe omiſſo. *Id. Adel. 5. 3. 45.* At enim metuas, ne ab re ſint tamen omiſſiores paulo.

Omitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *laſciare, tralaſciare*, עזב, Ger. *unter laſſen*, Gal. *omettre*, Hiſp. *dexar*, παραλείπω, eſt rem aliquam penitus dimittere, relinquere, prætermittere, præterire, nullam facere, non vacare, re ab, & mitto. *Cic. 3. Off.* Omiſit hic & pietatem, & humanitatem. *Id. in Brut.* Itaque omittamus lugere. ¶ Sæpe eſt tacere, ſilentio prætermittere. *Cic. pro Sext.* Omitto, quid iſte Tribunus omnium rerum divinarum, humanarumque prædo fecerit. ¶ Item deponere. *Cic. in Somn. Scip. c. 1. in fi.* Adeſ animo, & omitte timorem, Scipio. *Terent. Adelph. 2. 4. 3.* Omitte vero triſtitiam tuam. ¶ Item dimittere. *Plaut. Mil. 4. 3. 3.* Nullo pacto poteſt prius hæc in ædes recipi, quam illam amiſerim. ¶ Omittere aliquem alicui, pro alicui condonare in gratiam alterius. *Cic. ad Capiton. l. 16. ad Attic.* Deinde ſi me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo. Aliæ Editiones ſic habent. Deinde ſi me amas (omitte Atticum) Ciceroni tuo totum hoc da.

Ommentans, idem eſt quod obmanens, manens, inquit *Feſt. in Liv. in Odyſſ.*

Omniciſinus, a, um, adject. q. d. ſemper canens. *Apul. l. 2. Florid.* Ululis, & omnicana.

Omnicarpus, a, um, adject. omnia carpens. *Varr. l. 4. de L. L. c. 19.* Omnicarpæ capræ.

Omnicolor, ris, adject. *di ogni colore*, ut omnicolor pictura, apud *Prudent. in paſſ. Petri & Pauli v. 39.*

Omnifariam, adv. *in ogni guiſa*, παντοίως, omnibus modis. *Gell. l. 12. c. 13.* Cum vero omnes terras omnifariam, & undique verſum circumſſuit. Adde *Macrob. l. 7. Sat. c. 13.* & *Apul. in Triſmegiſto.*

Omnifer, ra, rum, n. 1. a. παντοφόρος, omnia ferens. *Ovid. 2. Met. v. 275.* Suſtulit omniferos collo tenus arida vultus.

Omniformis, e, adject. omnium formarum. *Apul. in Triſmegiſto.* Mundus receptaculum omniformium ſpecierum. *Prudent. in Rom. v. 339.* Verbo creavit omniformam machinam.

Omnigenus, a, um, παντοῖος, ex omni genere. *Virg. 8. Æn. v. 698.* Omnigenumque Deum monſtra.

Omnimode, adv. *in ogni modo*, παντοίως, omnibus modis. *Lucr. l. 2. v. 488.* Omnimoda expertus fueris, quam quiſque det ordo. Al. leg. Omnimodis expertus eris.

Omnimodis, adv. omnibus modis. *Lucr. l. 2. v. 699.* Nec tamen omnimodis connecti poſſe putandum eſt Omnia. Adde *Apul. l. 1. Florid.*

Omnimodus, a, um, παντοῖος τρόπος, quod eſt omnium modorum. *Lucret. l. 1. v. 684.* Omnimodus ignis. *Apul. Apolog.* Omnimodis maculationibus convariat.

Omnino, adv. *totalmente, del tutto*, Germ. *gantz und gar*, Gall. *toute fois*, Hiſp. *de todo punto*, ὅλως, παντελῶς, prorſus, plane, funditus, uſquequaque, ab omnis. *Cic. 1. Toſc.* Cum defenſionum laboribus, Senatoriiſque muneribus aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. *Id. pro Cluent.* Quinque omnino fuerunt, qui illum veſtrum innocentem Oppianicum abſolverent. *Id. de Amic. c. 6.* Omnino nuſquam. *Horat. lib. 2. Sat. 8. v. 94.* Omnino nihil. ¶ Ponitur & in principio ſententiæ. *Cic. 1. Offic.* Omnino fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur. *in fatti.*

Omniparens, entis, o. παντογενέτωρ, qui omnia gignit. *Virg. 6. Æn. v. 595.* Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat.

Omnipater, is, omnium rerum pater. *Prudent. in paſſ. Eulal. v. 70.* omnipatremque negare Deum.

Omnipavus, a, um, adject. qui omnia timet. *Cal. Aurel. Acut. 3. c. 12.* Pantophobus, ideſt omnipavus.

Omniperitus, a, um, valde, & omnino peritus. *Albinov. eleg. 2. v. 110.* Æris fuccis omniperita ſuis.

Omnipollens, tis, adject. omnipotens. *Prudent. Apotheoſ. in præfat.* Statum lacediant omnipollentis Dei.

Omnipotens, tis, o. *onnipotente*, שדי, Ger. *allmæchtig*, Gall. *toutpuiſſant*, Hiſp. *todo poderoſo*, παντοκράτωρ, omnia potens, ex omnia, potes, & ens, ut ait *Priſc.* quaſi qui omnium potis eſt. *Cic. 4. Toſc. c. 34. ex quodam Poeta.* Teque omnipotens Neptune invoco. *Virg. 8. Æn.* Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum his poſuere locis. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 17.* Omnipotentiſſimus Deus.

Omnipotentia, æ, f. *onnipotenza*, παντοδυναμία, rerum omnium facultas. *Macrob. l. 5. Saturn. c. 16.* Omnipotentiam quoque eidem tribuit.

Omnis, & ne, o. 3. *ognuno, ciaſcuno*, כל, Ger. *alles*, Gal. *tout*, Hiſp. *todo*, πᾶς, univerſus. Eandem vim habet in ſingulari, quam in plurali. *omnis enim homo* ſignificat idem, quod *omnes homines*. *Cic. pro Roſc. Amer.* Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperiri paſſis. ¶ Differt *omnis* a *toto*, quod *omnis* ad numerum refertur, *totus* ad quantitatem, *totum* dicimus corpus aliquod integrum, ut Tota domus, *omnis* de univerſis numero diſtinctis, ut Omnis grex. Confunduntur tamen plerumque. *Cic. pro Quinct.* Et in hoc ſingulare judicium cauſa omnis concluderetur. *Id. 2. Fin. c. 34.* Omne Cœlum, tota terra cum univerſo mari. ¶ Omne genus, & omnis generis, pro eodem ſumuntur. *Varro l. 2. de R. R. c. 29.* Seminaria omnia genus ut ſerantur. *Liv. l. 7.* Superbiamque, & omnis generis injurias in ſe, atque populares. ¶ *Horat. l. 3. od. ult.* Non omnis moriar. h. e. aliqua mei parte tantum moriar, cetera immortalis ero. ¶ In plur. numero ſubſtantivi naturam induit. *Cic. 2. de Orat.* Omnia quæ in diſcepationem cadere poſſunt. *Liv. l. 31.* Macedonum fere omnibus, ut manerent, perſuaſit. ¶ Omnia eſſe alicui dicitur is, qui apud aliquem in ſumma gratia eſt. *Liv. l. 10.* Demetrius iis omnia eſt, cum jam regem vivo patre appellant. ¶ Omnia facere, *far di tutto*, omnia experiri. *Cic. 5. Fin.* Facere omnia, ut adipiſcamur. ¶ *Ire, diſcedere, tranſire in alia omnia* dicitur de ſenatoribus, cum ab auctore ſententiæ in ſenatu diſſentiunt, *eſſer d' altro parere*. *Cic. l. 1. Fam. epiſt. 2.* De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. *Id. Fam. 10. ep. 12.* Frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit. *Hirt. de B. Gall. l. 8. c. 53.* Senatus frequens tranſiit in alia omnia. ¶ *Alia omnia, quam quæ velis, agere* eſt nihil eorum agere quæ velles. *Plin. l. 9. ep. 15.*

Omnituens, tis, adject. qui omnia videt. *Valer. Flacc. l. 5. v. 248.* Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum Omnituens. *Lucret. l. 2. v. 940.* Sentus omnituentes.

Omnivagus, a, um, qui ubique vagatur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 27. de Luna.* Quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non a venando, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam vagantibus. Al. leg. *omnivaga*.

Omnivolus, a, um, *che vuole ogni coſa*, omnia volens. *Catull. carm. 69. ad Mall. v. 140.* Noſcens omnivoli plurima furta Jovis.

Omnivorus, a, um, παμφάγος, qui nullo diſcrimine quibuslibet veſcitur. *Plin. l. 25. c. 8.* Quoniam boves omnivoræ ſunt in herbis.

Omole, es, mons Theſſaliæ. *Virg. 7. Æn. v. 675.* Omolen, Othrynque nivalem linquentes.

Omoplatæ, ὠμοπλάται, duo oſſa lata, utrinque a cervice ad ſcapulas tendentia, quæ Latinis ſcoptula operta vocantur. Vox Græca eſt, & græcis literis ſcribitur a *Celſo l. 8. c. 1.*

Omphacium, cii, o. *agreſto*, Ger. *agreſt*, *unreiffer wein*, Gal. *verjus*, Hiſp. *agraz*, ὀμφάκιον, ſuccus uvæ immaturæ, atque acerbæ. *Plin. l. 23. in præf.* Omphacium quo fieret ratione, incipientis uvæ pubertate.

Omphacius, a, um, adject. ut omphacium vinum, *agreſto*, apud *Plin. l. 14. c. 16.* ¶ Omphacium oleum, dicitur ab eodem *Plin. l. 12. c. 27. & l. 15. c. 3.* quod fit ex oleis albis adhuc, & nondum maturis. Al. leg. *omphacinum*, quod idem eſt.

Omphale, es, Ὀμφάλη, f. 1. Regina Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornavit, quod anguem juxta Sagarim & multos homines interficientem interemiſſet, eundemque poſtea ſibi ſervientem, ut tradit *Donatus in Ter.* ad lanificium compulit, cum ipſa calathum, & colum, vultuſque fœmineos ſagittis, & clava, leoniſque tegmine mutaſſet. Alii dicunt, ob Iphiti Euryti Regis filii cædem a Mercurio, juſſu Jovis, Omphalæ Lydorum Reginæ juſſu in ſervitutem addictum, & inde eſſe, quod illi ſerviſſe, & calathos ſubminiſtraſſe dicatur. *V. Ovid. 2. Faſt. v. 305. & ſeq.* ¶ Penultima hujus vocis fere corripitur a *Senec. Hippolyt. v. 317. & alibi*, & a *Terent. Eun. 5. 8. 3.* &c. Videtur tamen produxiſſe *Propert. l. 3. eleg. 11. v. 17.* Omphale in tantum formæ proceſſit honorem.

O ANTE N.

Onager, gri, vel onagrus, i, m. *aſino ſelvatico*, פרא, Ger. *ein waldeſel*, Gal. *ane ſauvage*, Hiſp. *aſno montes*, ὄναγρος, aſinus agreſtis, ex ὄνος, *aſinus*, & ἄγριος, *ſylveſter*. *Varro l. 2. de R. R. c. 6.* Aſinorum duo ſunt genera, unum ferum, quos vocant onagros, alterum manſuetum, ut ſunt in Italia omnes. *Cic. Att. l. 6. epiſt. 1. ad fin.* Erat præterea cynocephalus in aſſedo, nec deerant onagri. ¶ Eſt & onager machina bellica (de qua *Ammianus l. 23.* & *Veget. l. 4. c. 9. & 22.*) magnis ſaxis torquendis apta.

Onagos, ὀνηγός, aſinorum ductor. *Plaut. Aſin. prol.* Huic nomen Græce eſt onagos Fabulæ.

Onchesmites. V. Anchiſites.

Onchestus, i, *Carmo*, urbs Bœotiæ, condita ab Oncheſto Neptuni filio. *Stat. 7. Theb. v. 272.*

Onerarius, a, um, *da carico*, מטען, Ger. *das da tregt*, Gal. *de voiture*, *de charge*, Hiſp. *de carga*, φορτηγός, quod oneratur, vel onerari poteſt, ut *Naves onerariæ*, quibus onera geſtantur, quæ magnæ & capaces ſunt, obque id reliquis tardiores, ut contra *actuariæ* & minores ſunt, & celeritate, agilitateque onerariis præſtant, unde & nomen habent, ab agendi ſcilicet facilitate. *Cic. 3. Verr.* Eaque in onerariam navem ſuam conjicienda curavit.

Oneratus, a, um, nom. ex particip. *aricato*, onuſtus. *Curt. l. 4. c. 14.* Armis ſuis onerati. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 46.* Jumenta onerata plagis. *Salluſt. in Jugurth. c. 46.* Vino & epulis onerati.

Onero, as, avi, atum, a. 1. *caricare*, טען, Ger. *aufladen*, Gal. *charger*, Hiſp. *cargar*, ἐπιφορτίζω, onus impono. *Ter. Phorm.* Qui non humerum hunc onere pallio. *Virg. 1. Æn.* Vina bonus quæ deinde cadis oneraret Aceſtes. ¶ Sæpe translata ponitur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Animadverti, te, cum in foro diceres, quam plurimis poſſes, argumentis onerare judicem. *Id. 3. Fam. ep. 10.* Te autem quibus mendaciis homines leviſſimi onera-

nerarunt? quanto impoſture ti anno dato! Virg. 9. Æn. Æthera oneravit votis. Terent. Andr. 5. 1. 8. onerare injuriis. Salluſt. Jugurth. c. 12. onerare promiſſis. Liv. l. 4. Onerare laudibus. Id. l. 35. c. 11. onerare ſpe præmiorum. ¶ Onerare populum, eſt nimio tributa exigendo affligere. Plin. in Paneg. ¶ Onerare rationem, caricarſi di ſpeſa. Colum. l. 4. c. 2. ¶ Onerare annonam, metter careſtia ne' viveri. Ulpian. l. Annonam Dig. de extraord. crim. ¶ Onerare ſe voluptatibus, ingolfarſi ne' piaceri. Plaut. Stich. 4. 1. 27. ¶ Terent. Phorm. 5. 6. O fortuna, quantis commoditatibus hunc onerasti diem? h. e. quot commoditates hoc die hero meo attuliſti? ¶ Interdum onero abſolute poſitum eſt in invidiam adducere, odioſum reddere. Tacit. 4. hiſt. c. 14. Delectum natura gravem onerabant miniſtri avaritia, & luxu. Adde l. 2. c. 64.

Oneróſe, adverb. odioſe. Paulin. Nolan. ep. 20. (al. 13.) Cur in nos oneroſe loqueris?

Oneroſitas, atis, f. onus. Tertull. de cultu fem. c. 7. Tanta ornandi capitis oneroſitas.

Oneróſus, a, um, grave, ponderoſo, Ger. laſtig, Gal. chargeant, peſant, Hiſp. moleſto, peſado, φορτικὸς, quod eſt oneri, quod onerat, & gravat. Plin. l. 22. c. 23. Capiti, & ſtomacho oneroſum. Virg. 9. Æneid. Oneroſa præda. Ovid. 1. Met. v. 51. Tanto eſt oneroſior igne.

Oneirocrites, æ, m. ſomniorum interpres, ab ὄνειρος, ſomnium, & κρίνω, judico. Fulgent. l. 1. Mythol.

Oniſcus, i, ὀνίσκος, vermis terrenus, alio nomine centipeda. Plin. lib. 29. c. 6.

Onochîlus, i, ὀνόχειλος, h. e. labium aſini, herbæ nomen eſt apud Plin. l. 20. c. 21.

Onocrotălus, i, m. grotto, ὀνοκρόταλος, avis eſt aquatica, anſere major, oloris ſimilitudine, mira voracitate. Dicta eſt ab ὄνος, aſinus, & κροταλεῖ, crepitat, quia capite in aqua merſo ſpirans rugitum aſininum ſimilem edere dicitur. Plin. l. 10. c. 47.

Onomatopœia, ὀνοματοποιΐα, fictio nominis, figura eſt apud Rhetores, quando rei, cui nomen non ſit, aut non ſatis idoneum, nomen imponimus, aut imitationis, aut ſignificationis gratia.

Ononis, herba. V. Anonis.

Ononychites dictus eſt a Gentilibus Chriſtianorum Deus, quem illi fingebant aſininis auribus, altero pede ungulato, togatum, & librum geſtantem, ut ſcribit Tertull. in Apolog. c. 16.

Onus, eris, n. 3. peſo, carico, משא, Ger. eine laſt, Gal. charge, faix, Hiſp. carga, peſo, φόρτος, pondus, moles gravans. Cic. pro Leg. Manil. Quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant. Plin. l. 8. c. 27. Per eam partem ſe proluere, qua reddi ciborum onera ſalubre eſt, h. e. excrementa. ¶ Dicitur & de fœtu in utero. Ovid. 10. Metam. verſ. 306. Tendit onus matrem. ¶ Item de ſumptibus, qui rem familiarem onerant. Sueton. in Calig. c. 42. Nata filia, paupertatem, nec jam imperatoria modo, ſed & patria conquerens onera. ¶ Translate ſumitur pro moleſtia. Liv. l. 23. c. 43. Ne & ipſe oneri eſſet. ¶ Et ſæpiſſime pro officio, ſeu munere, quod multam operam exigit, carica. Hinc onus ſuſcipere, ſuſtinere, deponere, ſubire, alicui imponere, &c. apud Cic. ſæpiſſime, Id. 3. Fam. ep. 13. Hoc nihil ad te, noſtrum eſt onus. Id. Verr. 3. Plus oneris habeo, quam qui cæteros accuſarunt. Quintil. l. 2. c. 6. Liberare aliquem onere.

Onuſtus, a, um, caricato, φορτηγὸς, cui impoſitum eſt onus. Cic. 3. Off. Naveſque in curſu frumento onuſtas petentes Rhodum viderit. ¶ Frequenter accipitur pro pleno. Id. 1. de Divin. c. 29. Onuſtus cibo, & vino. Tacit. 2. Ann. c. 13. Onuſta vulneribus tergum. ¶ Iuventus & cum genit. Plaut. Aulul. 4. 2. 10. Se aulam onuſtam auri abſtruſiſſe hic.

Onychinus, a, um, ὀνύχινος, ab onyche. Onychina pira dicuntur, quæ unguis colorem referunt. Plin. l. 15. c. 13. ¶ Onychina pruna, quæ unguis formam, & ſimilitudinem habent. Col. l. 10. c. 10.

Onychipuncta, æ, gemma ex jaſpidum genere, niveo colore, rutilis punctis diſtincta. Plin. l. 37. c. 9.

Onychîtis, idis, f. cadmiæ ſpecies, intus onychis maculis ſimilis. Plin. l. 34. c. 10.

Onyx, ychis, m. vel f. ὄνυξ, gemmæ ſpecies, humani unguis candorem referentis, intervenientibus venis quibuſdam ſardæ, & jaſpidis colorem imitantibus, ab ὄνυξ, unguis. Plin. l. 37. c. 5. ¶ Onyx item genus eſt marmoris, idem ac alabaſtrites, in montibus Arabiæ præcipue naſcens, poſtea etiam in Carmania repertum, ex quo vaſa unguentaria, & ingentia fiebant pocula, item lectorum pedes, & ſellæ, & ſolidæ columnæ, & tota pavimenta. Plin. l. 36. c. 7. Martial. l. 12. epigr. 30. Calcatuſque tuo ſub pede lucet onyx. ¶ Per Synecdochen ponitur pro vaſculo unguentario ex hoc marmore excavato. Martial. l. 7. ep. 93. Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat.

O ANTE P.

Opa, æ, f. ὀπὴ, foramen. Apud Græcos Opæ a Vitruv. ponuntur pro tignorum cubilibus, quæ Latini columbaria appellant.

Opacĭtas, atis, f. obſcuritas, caligo. Col. l. 8. c. 17. Plus nocet putris unda, quam prodeſt opacitas.

Opāco, as, avi, atum, a. 1. adombrare, הצל, Germ. bedecken, Gall. ombrager, Hiſp. hazer ſombra, σκιάζω, obumbro, obſcuro, umbram alicui rei induco. Cic. lib. 1. de Orat. cap. 7. Platanus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis. Silius lib. 13. v. 331. opacat tempora pinus.

Opācus, a, um, ombroſo, צל, Ger. ſchattechtig, Gal. ombrageux, ſombre, Hiſp. ſombroſo, σκιερὸς, umbroſus, cui apricus opponitur. Cic. 1. de Leg. In viridi, opacaque ripa inambulantes. Virg. Ecl. 1. frigus captabis opacum. il freſco all' ombra. Ovid. 2. de art. am. Opaca quies. Colum. lib. 6. cap. 22. Opaciſſima nemorum, ac montium paſcua. Plin. lib. 5. ep. 6. Hippodromi limes cupreſſis ambitur, denſiore umbra opacior, nigriorque. Stat. 2. Theb. v. 95. longævi vatis opacos Tireſiæ vultus. h. e. cæcos.

Opalia, n. 3. feſta Opi dicata, quæ menſe Decembri paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Plin. l. 19. c. 6. Sunt, qui allium, & alpicum inter Opalia, & Saturnalia aptiſſime ſeri putent. ¶ Varr. l. 5. de L. L. ſcribit Opalia tertio poſt Saturnalia die celebrari ſolita fuiſſe.

Opālis, le, adject. ad Opem pertinens, ut Opale ſacrum, apud Auſon. eclog. de feriis Rom. v. 15.

Opălus, i, m. gemma colore candido, ita tamen ut & carbunculi ignis, & amethyſti purpura, & ſmaragdi viror in ea tranſluceat. Plin. l. 37. c. 6.

Opeconſiva, vel Opiconſiva dies dicta eſt ob Deam Opeconſivam, cujus in regia ſacrarium, quod ideo actum, ut eo, præter Virgines Veſtales, & ſacerdotem publicum, introeat nemo. Varr. l. 5. de L. L. ¶ Ejus ſacra celebrabantur octavo Kal. Septembr. teſte Turneb.

Opella, æ, f. operetta, ἐργασίδιον, parva, & exigua opera. Hor. l. 1. ep. 7. v. 8. Officioſaque ſedulitas, & opella forenſis adducit febres.

Opĕra, æ, f. opera, fatica, induſtria, עבודה, Ger. arbeit, mühe, Gal. travail, peine, Hiſp. obra, ἐργασία, actio eſt, & labor, & induſtria operantis, operatio, quæ pro mercede ſuſcipitur, vel ingenue ſine mercede. Cic. l. 1. Off. Non male præcipiunt, qui ſervis uti jubent, ut mercenariis, ad juſta præbenda, & operam exigendam. Ter. Phorm. 2. 3. Pauper, cui opera vita erat. Caſ. l. 3. B. Gall. Res multæ operæ, ac laboris. Cic. Att. l. 14. Ope, atque opera omni enitar, ut aliquid fiat. ¶ Operam dare alicui rei, & in aliquam rem, eſt ſtudioſe aliquam rem agere. Ter. And. 1. 1. 130. Nunc id operam do. (ubi id caſus eſt communis) Cic. 1. Tuſc. c. 4. In quam exercitationem nos ſtudioſe operam dedimus. Id. Fam. 13. ep. 28. Dare operam, ut aliquid fiat. Id. ad Att. l. 15. Dare operam funeri, aſſiſter all' eſequie. Id. de clar. Or. In juris civilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scævolæ. h. e. Q. Scævolam diligenter audiebam. Id. 9. Fam. ep. 00. Dare operam liberis. h. e. concumbere. Plaut. Captiv. prol. v. 6. Id ego apud vos proloquar, ſi operam datis. h. e. ſi attenditis. Et in plur. numero, Id. Bacch. 1. 1. 11. Ut revehatur domum, ubi ei dederis operas. Sueton. in Aug. c. 79. Dare operam tonſori. h. e. tonderi. Sic Id. in Vitell. c. 10. Ob editam in Galbæ cæde operam. ¶ Significat etiam opem alicui præbere, adeſſe, patrocinari. Ter. Eun. 5. 8. 30. Tu igitur paululum da mihi operæ, &c, ut admittar ad illam. Eodem ſenſu Cic. ad Brut. epiſt. ſ. Tibi omnes navare operam, & ſtudium volunt. ¶ Judex etiam dare operam dicitur, cum audientiam alicui accommodat. Cic. Att. l. 23. Dion, judicem operam dare ſibi conſtituiſſe eo ipſo die, quo &c. ¶ Operæ eſt, idem quod vacat, otium eſt. Liv. l. 21. Nec Annibali in tanto diſcrimine rerum operæ eſſe legationes audire. ¶ Opera eſt mihi. io da fare, ſon' occupato. Plaut. Merc. 2. 5. 15. Dicam, ſi videam tibi eſſe operam, aut otium. ¶ Dedita opera, & data opera, a bella poſta, de induſtria, conſulto. Cic. pro Roſc. Am. & Plin. l. 7. ep. 12. V. Deditus, & Datus. ¶ Opera meo, tua, &c. h. e. cauſa mea, tuo, &c. Liv. l. 35. Laonvinos, quorum opera inſtauratæ eſſent feriæ, hoſtias præbere. Terent. Hecyr. 2. 1. Non mea opera, neque pol culpa evenit. ¶ Plaut. Capt. 3. 4. 31. Una opera mihi ſunt ſodales, qua iſte. h. e. eodem modo, qua iſte. ¶ Dicimus præterea, operam conſumere, conterere in aliqua re; operam conferre, præbere, impendere, inſumere, interponere, offerre, & ſimilia quampluruma, quæ paſſim leguntur apud Cic. Liv. Caſ. Horat. & al. ¶ Operæ pretium, τὸ ἔργου ἄξιον, dignum, cui opera impendatur, fructuoſum, & ad rem pertinens. Cic. 6. Verr. Ut hæc omnia reperire, ut perſcrutari ſolitus ſit, eſt operæ pretium cognoſcere. Liv. in præf. Facturus ne operæ pretium ſim. Id. l. 2. bell. Pun. Et magna operæ pretia mereri. ideſt magna præmia militiæ. Id. l. 23. c. 6. Operæ pretium habent libertatem, civitatemque. ideſt cenſent libertatem, & civitatem dignam opera, & labore militandi. ¶ Interdum pretium ſubauditur. Perſ. ſat. 6. v. 9. Lunai portum eſt operæ cognoſcere cives. ¶ Non raro opera pro opere ponitur. Cic. 16. Fam. ep. 10. Tu Muſis noſtris para ut operas reddas, noſtra ad diem dictam fiant. Adde Senec. de Provid. c. 2. ¶ Item pro ipſo homine, qui ſervilem, aut mercenariam præſtat operam. Horat. l. 2. ſat. 7. in fi. ocyus hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. Adde Cic. Att. l. 4. ep. 3. ¶ Item pro tempora unius diei, qua operari quis poteſt, ſeu pro ruſtico opere unius diei, giornata. Varr. l. 1. R. R. c. 18. Saſerna ſcribit, ſatis eſſe ad jugera octo hominem unum: eo debere eum fodere diebus quadraginta quinque: tametſi quaternis operis ſingula jugera poſſit. ſed relinquere ſe operas undecim valetudini, tempeſtati, inertiæ, indulgentiæ. Adde Colum. l. 2. c. 13. ¶ In ſacris etiam hujus vocis aliquis eſt uſus. Afran. apud Non. c. 10. n. 91. Jubeo hominem tolli, & collocari, & conſoveri, ſolvo operam Divæ, h. e. rem divinam ſolvo, quam debebam.

Opĕrans, tis, nom. ex particip. qui operatur. Tertull. l. 2. adverſ. Marcion. c. 4. Bonitas operantior. Cal. Aurel. Acut. 2. c. 39. Cyſteres adhibere operantiſſimos.

Operārĭa, æ, f. lavoratrice, quæ operatur. Plaut. Rud. 1. 2. 41. Nimium pretioſa es operaria.

Operārius, ii, m. operario, lavoratore, פועל, Ger. arbeiter, tagelöhner, Gal. ouvrier, Hiſpan. trabajador, ἐργάτης, qui laborem operando fert. Caſſius apud Varr. lib. 1. de re ruſt. cap. 17. precipit, operarios parandos eſſe, qui laborem ferre poſſint, ne minores annorum duorum, & viginti, & ad agriculturam dociles. Cic. in Parad. Utrum potius de bono eſt quærendum, quid bajuli, atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint?

Operārius, a, um, ἐργατικὸς, quod pertinet ad operam, vel ad operarium, quod induſtria, atque opera fit. Plin. l. 14. c. 10. Sed inter operaria numeramus. ¶ Operarius homo, qui operatur, mercenarius. Cic. Attic. l. 7. Non de altero illo minus ſum admiratus, operario homine. ¶ Operarium pecus, cujus uſum ad operas noſtras faciendas convertimus. Col. l. 6. c. 2. Humilis enim, & modica corporatura pecoris operarii eſſe debet. h. e. illius, quo terram colimus. ¶ Operarius uſus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, vel qui alicui operi accommodatur. Plin. l. 8. c. 3. Alterius mucroni parcunt, ne ſit præliis hebes, alterius operario uſu fodiunt radices, impellunt moles. ¶ Operarii lapides, qui ad opus aliquod accommodari, & incidi poſſunt. Plin. l. 36. c. 22. Nunc ad operarios lapides tranſiiſſe conveniat, primumque cotes ferro acuendo.

Operatĭo, onis, f. operazione, פעולה, Ger. ein arbeit wirckung, Gal. operation, œuvre, Hiſp. obra, ἐργασία, actus operandi, opera. Cic. Att. l. 6. ep. 3. Hujus nebulonis operatione ſit Brutus moveri poteſt. ideſt impulſu, inſtigatione. Aliqui legunt oratione. Plin. l. 11. c. 24. Tertium araneorum genus, erudita operatione conſpicuum. ¶ Ponitur etiam pro ſacrificio. Plaut. in fragm. apud Pareum in Lex. Crit. Ut illæc operatione crimen expiet.

Operātor, oris, m. qui operatur. Jul. Firmic. l. 3. c. 9. Artes, quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exiguntur. Tertull. in exhortat. ad caſtit. c. 3. Indulgentia patrocinatur operatori.

Operatrix, icis, f. quæ operatur. Tertul. de anim. c. 11. operatrix prophetiæ. Et c. 32. operatrix mortis.

Operātus, a, um, particip. ab operor. Horat. l. 1. ep. 2. v. 29. In cute curanda plus æquo operata juventus. Virg. 3. Georg. v. 136. Connubiis arviſque novis operata juventus. Id. 1. Georg. v. 338. annua magnæ Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis. h. e. ſacra faciens. ¶ Tert. de anim. c. 57. comparat. operatior uſurpat, più attivo. ¶ Paſſiva ſignificatione Id. de præſcript. adverſ. Hæret. c. 29. Tot opera fidei perperam adminiſtrata, tot virtutes, tot chariſmata perperam operata. Lactant. l. 7. c. ult. Suſceptis, operatiſque virtutibus, procurate, eſercitate.

Operculātus, a, um, nom. ex particip. operculo clauſus. Colum. l. 12. c. 6. Si fuit plenus, atque operculati favi.

Opercŭlo, as, a. 1. coprire, πωμάζω, operculo operio. Col. l. ult. c. 10. Ab eo tempore, quo primum dolia operculaveris.

Opercŭlum, li, n. coperchio, Ger. ein deckel, Gal. couvercle, Hiſp. cobertera, πῶμα, inſtrumentum, quo aliquid tegitur, ab operio. Cic. 2. de nat. Deor. Aſpera arteria tegitur quaſi quodam operculo. ¶ Operculum ambulatorium, quod facile huc, vel illuc movetur. Plin. l. 21. c. 14. Operculum a tergo eſſe ambulatorium. ¶ Dignum patella operculum proverbio dicitur cum magiſtro dignus aliquis diſcipulus inventus eſt: & gen-

Digitized by Google

ſtatim cum malum malo acceſſit. Itali dicunt *tal guaina*, *tal coltello*. Legitur apud *Hieron. ep. 43. ad Chromat. & ep. 16. ad Principiam*.

Operimentum, ti, *n. 2. coprimento*, [illegible], Ger. *ein zudeckung*, Gall. *couverture*, Hiſp. *cobertura*, ἐπίβλημα, quod aliquid tegit. *Plin. l. 8. c. 42.* Detractio oculorum operimento. ¶ *Prudent. in pſychom. v. 463.* poetica licentia *opermentum* dixit.

Operio, is, rui, ertum, a. 4. *chiudere*, [illegible], Ger. *zudecken*, Gal. *couvrir*, Hiſp. *cubrir*, κλείω, claudo, cui aperio opponitur. *Plaut. Men. 2. 3. 1.* Sine fores ſic, nolo operiri. *Catul. epigr. 78. de Berecynth.* Sopor operit oculos. ¶ Item tegere, *coprire*. *Cic. Verr. 6.* Qui tuus fluctu operiretur. ¶ Tranſlate ſumitur pro celare, abſcondere. *Plin. l. 3. ep. 16.* Abdere lacrymas, operire luctum. ¶ Alia V. in *Opertus*.

Operior, V. Opperior.

Opĕror, aris, atus ſum, dep. 1. *operare*, *lavorare*, *affaticarſi intorno a qualche coſa*, ἐργάζομαι, opus facio, operam in aliqua re pono. *Plin. l. 11. c. 10. de apib.* Quibus eſt adoleſcentia, ad opera exeunt: ſeniores intus operantur. *Ulp. Dig. lib. 48. tit. 5. leg. 33.* Servi, qui operari in agro conſueverunt. *Horat. l. 1. ep. 2. v. 29.* In cute curanda plus æquo operata juventus. *Apul. l. 2. Metam.* Quod in ceteris membris floridæ veſtis hilaris color, hoc in capite nativus operatur. *h. e.* efficit. ¶ Sæpe habet poſt ſe dativum, & ponitur pro operam dare, incumbere, *occuparſi*, *impegarſi*, *attendere*. *Virg. 3. Æn. v. 136.* Connubiis, arvisque novis operari. *Ovid. 2. Amor. eleg. 7. v. 23.* Ancilla operata capillis ornandis. *Tac. lib. 5. hiſt. c. 20.* Operari materiis caedendis. *Id. 3. Annal. c. 43.* Operari ſtudiis litterarum. *Ulpian. Dig. lib. 48. tit. 3. leg. 13.* Operari reipublicæ. *Eumen. in orat. pro reſtaur. Schol. cap. 4.* Operari commodis alicujus. ¶ Sæpiſſime ſignificat rem divinam facere, *far ſacrifizj*: adeoque hac notione uſitatum eſt, ut putarint nonnulli, alias ab iſta tanquam per tranſlationem deſcendere. Adhibetur autem tum abſolute, tum addito dativo caſu. *Propert. l. 2. eleg. 33. v. 1.* Triſtia jam redeunt iterum ſolemnia nobis: Cynthia jam noctes eſt operata decem. *h. e.* operam dedit ſacris Iſidis, vel Cereris, quibus initiatæ fœminæ, a viris remotæ decubabant. *Virg. 1. Georg. v. 339.* Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis. *Hor. l. 3. od. 14.* Unico gaudens mulier marito prodeat juſtis operata divis. *Juven. Sat. 12. v. 91.* longos erexit janua ramos, Et matutinis operatur feſta lucernis. Al. leg. *operantur*; ſed recte monet *Lipſ.* cum aliis, legendum eſſe *operitur*. ¶ Pro valere, effectum habere, *Imp. Gordian. lib. 3. Cod. tit. 12. leg. 7.* Id pactum non debere ad ſuum diſpendium operari. *Imp. Alexand. ib. lib. 7. tit. 16. leg. 3.* Operari ad præſcriptionem. *Lamprid. in Commodo, c. 17.* Primum ei venenum dederunt; quod cum minus operaretur, &c. *Cal. Aurel. Acut. l. 3. c. 8. a med.* Clyſteres vehementius operantes.

Operōſe, adv. *faticoſamente*, *difficilmente*, Ger. *muehelich*, Gall. *avec peine*, *& travail*, Hiſp. *con mucho aoro*, *y trabajo*, ἐπιπόνως, laborioſe, difficulter. *Cicer. in Or. c. 44.* Quod vel maxime deſiderat diligentiam, nec id tamen operoſe. *Plin. l. 18. c. 26.* Diceimus mox paulo operoſius. *h. e.* accuratius, pluribus verbis.

Operoſitas, atis, f. τὸ ἐπίπονον, diligentia, labor. *Quinctil. l. 18. c. 3.* Eſt etiam, quæ περιεργία vocatur, ſupervacua, ut ſic dixerim, operoſitas.

Operōſus, a, um, *pieno di faccende*, [illegible], Germ. *arbeitſam*, Gall. *penible*, *ou qui travaille beaucoup*, Hiſp. *laborioſo*, *de mucho trabajo*, ἐργατικός, qui agit, qui rebus gerendis operam dat. *Cic. de Sen. cap. 8.* Ut ſenectus non modo languida non ſit, verum etiam operoſa. *Plin. l. 18. c. 26.* Hoc intervallum temporis agricolis maxime operoſum eſt. ¶ Operoſus etiam res quiſque dicitur, in qua deſudat. *Ovid. 2. Faſt. v. 177.* Diſce meto poſito vatet operoſe dierum, quod petis. h. e. qui in dinoſcendis diarum laboras. ¶ Sumitur etiam pro efficaci, ſeu quod habet magnam vim agendi. *Ovid. 4. Met.* Utere tentatis operoſæ viribus herbæ. ¶ Quandoque paſſive accipitur pro eo, quod eſt multæ operæ, quod multo eſt labore confectum, difficile, laborioſum. *Ovid. in ep. 3. v. 31.* Viginti fulvos operoſo ex ære lebetas. *Cic. 2. de Leg. c. 26.* Ne quis ſepulchrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo. *Plin. l. 7. c. 53.* Operoſiſſima tamen ſecuritas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur. *Horat. l. 4. od. 1.* Divitiæ operoſiores.

Opertanĕa Sacra, μυστήρια, ſacrificia, quæ in operto fiebant, quæ & Secluſa dicebantur, ne profanorum oculis polluerentur. *Plin. l. 10. cap. 56.* Gallinæ puræ non videntur ad Opertanea Sacra digeræ.

Operte, adv. tecte. *Gel. l. 4. c. 11.* Operte, & ſymbolice, more Pythagoræ.

Operto, as, *a. 1.* σκεπάζω, freq. ab *operio*. *Feſt.*

Opertorium, rii, *n. coprirure*, *coprimento*, περικάλυμμα, operimentum. *Sen. ep. 87.* Ex duabus penulis altera ſtragulum, altera opertorium facta eſt.

Opertum, i, n. myſterium, ſacrificium occultum. *Cic. in Parad. 4.* Ut ſi Opertum Bonæ Deæ acceſſiſſes. ¶ Sumitur etiam pro Oraculo. *Cic. de Div. l. 1. c. 30.* Quo ex genere Apollinis Operta prolata ſunt.

Opertus, us, ui, m. operimentum. *Apul. in Apolog.* Non modo indutui, & amictui, ſed opertui quoque in rebus ſacris uſurpatur.

Opertus, a, um, κεκαλυμμένος, tectus, clauſus. *Ovid. 2. Faſt.* Operto fores. *Cic. de Sen.* Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto ſit. *Id. 1. Phil.* Ipſe lectica operta latus eſt per urbem. *Id. 2. Fin. c. 2.* Patefactio rerum opertarum. ¶ Tranſlate *Cic. pro Cluent.* Opertus dedecore, & infamia. *Plin. in Paneg.* Opertus præda. h. e. onuſtus.

Operŭla, f. 1. *operetta*, πονημάτιον, dim. ab opera. *Arnob. l. 4.* Non iſtam ſuſcepimus operulam. Adde *Apul. l. 1. A. A.*

Opes, opum, opibus, f. *ricchezze*, *potenza*, πλοῦτος, δύναμις, divitiæ, opulentia. *Horat. l. 2. ſat. 2.* puer hunc ego parvus Ofellum integris opibus novi non largius uſum, Quam nunc acciſis. *Ovid. 1. Metam. v. 140.* Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Tranſlata *Ovid. l. 1. de arte am. v. 652.* adoptivas arbor habebit opes. h. e. fructus. ¶ Plerunque tamen in eo differunt *divitiæ*, & *opes*, quod divitiarum nomine veniunt tantummodo facultates, ut agri, aurum, & cæteræ poſſeſſiones; opum vero nomen latius patet, & ſignificat omne id, quo poſſumus. Itaque opibus facultates includuntur, non contra. *Cic. de Amic.* Divitiæ, ut utare, opes, ut colare, honores, ut laudere. *Id. Att. l. 11.* Illam miſeram tueare meis opibus, ſiquæ ſunt, tuis, quibus moleſtum non erit, facultatibus. *Horat. l. 3. od. 3.* pugnaces Achivus Hectoreis opibus refringit. h. e. viribus, & virtute. *Nepos in Mil. c. 3.* Nullus unquam tam exigua manu tantas opes proſtravit. h. e. tantas copias. ¶ Hoc ſenſu in ſingulari numero rariſſimum eſt. *Vetus Poeta* apud *Cicer. 1. Tuſc. cap. 33.* Aſtante ope barbarica. h. e. imperio Trojæ, ut ex antecedentibus videre eſt. ¶ Tranſlate *Ovid. 2. de arte am. v. 343.* Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo, Quoque venit, multas accipit amnis aquas.

Opheltes, m. 3. filius Lycurgi Regis Thracum, al. Archemorus, alumnus Hypſipiles, qui a ſerpente necatus eſt, in cujus honorem Argivi Nemæa certamina inſtituerunt. *Ovid. Met. 3. v. 605.* *Stat. 4. Theb. v. 733.*

Ophiăca, um, n. pl. τὰ ὀφιακά, quæ ad ſerpentes, & venena pertinent. *Plin. l. 20. c. 23.* Petrichius, qui Ophiaca ſcripſit, & Micton, qui rhizotomumena, adverſus ſerpentes nihil hippomarathro efficacius putavere.

Ophicardelus, i, gemma, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. *Plin. l. 37. c. 10.*

Ophidĭon, ĭ, genus piſcis longi, & lævis, ſerpenti ſimilis. *Plin. l. 32. c. 11.*

Ophiogĕnes, um, m. 3. pop. Aſiæ, ad Helleſpontum, quos Crates Pergamenus ſcripſit ſerpentium ictus tactu ſolitos levare, & manu impoſita venena extrahere corporibus. *Plin. lib. 7. c. 2.* ¶ *Varr.* apud *Priſcian. lib. 10.* ſcribit, eum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ei admovere, ut pungat, colubrum: cum pupugerit, ſi de genere ſit, vivere, ſi non ſit, mori.

Ophion, ὀφίων, nomen Gigantis cujuſdam, qui una cum conjuge Eurynoma Oceani filia cum rerum potitus eſſet, a Saturno fugatus eſt. *Claudian. l. 3. de raptu Proſerp. verſ. 348.* ¶ Item unus a Cadmi ſociis illis, qui e ſerpentinis dentibus progenati ſunt.

Ophionĭdes, æ, patronym. Ophionis filius. *Ovid. 12. Metam. v. 245.*

Ophionius, a, um, adject. ut Ophionia cædes. h. e. Thebana, ab Ophione Cadmi ſocio. *Senec. Oedip. v. 485.*

Ophiophăgi, Arabiæ populi, quos ſerpentibus veſci ſolitos ſcribit *Plin. l. 6. c. 29.* ab ὄφις, ſerpens, & φάγω, comedo.

Ophioſcorŏdon, i, ὀφιοσκόροδον, allii genus. *Plin. l. 13. c. 23.*

Ophioſtaphylus, i, vitis genus apud *Plin. l. 23. c. 1.*

Ophites, æ, m. *ſerpentino*, ὀφίτης λίθος, marmoris genus, ſerpentis maculas habentis, ab ὄφις, *ſerpens*, ut uchites a maculis viperæ. *Plin. lib. 36. cap. 7.* duo ejus genera facit, alterum molle, & candidum, alterum nigricans, & durum. *Lucan. lib. 9. v. 714.* Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites.

Ophiūchus, m. 2. ὀφιοῦχος, Anguitenens, ſignum cæleſte, hominis effigie anguem manu tenentis, ab ὄφις, *ſerpens*, & ἔχω, *teneo*. Nonnulli Herculem eſſe putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens angues a Junone immiſſus præfocavit, alii Æſculapium, alii Canobontem Getarum Regem, alii Phorbantem Triopæ Theſſalorum Regis filium. *Cic. 2. de nat. Deor.* *Manil. l. 1. v. 331.*

Ophiūſa, f. 1. ὀφιοῦσα, herba in Elephantina Æthiopiæ regione naſcens, livida, difficiliſque aſpectu, qua pota minas, terroremque ſerpentium animo obverſari tradidit Democritus, adeo ut mortem ſibi eo metu damnati conſciſcant. Quare & ſacrilegiis bibenda dari conſuevit. *Plin. l. 24. c. 17.*

Ophiūſa, f. 1. inſula prope Cretam, apud *Plin. l. 4. c. 5.* Hinc

Ophiuſius, a, um, quod ad Ophiuſam ſpectat. *Ovid. 10. Met. v. 230.* Ipſa ſuas urbes, Ophiuſiaque arva parabat Deſerere alma Venus.

Ophrys, ὀφρύς, herba quædam, denticulato oleri ſimilis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. *Plin. l. 26. c. 13.*

Ophthalmĭa, æ, ὀφθαλμίας, piſcis latino nomine Oculata, ſic dictus ab oculorum magnitudine. *Plin. l. 23. c. 11.* *Plaut. Captiv. 4. 2. 70.* ubi V. *Taubman.*

Ophthalmĭcus, m. 2. medicus oculorum. *Martial. l. 8. epigr. 74.* Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

Opĭci, orum, m. 2. Opiſci, pop. Campaniæ, qui poſtea Auſonii, teſte Ariſtotele dicti ſunt, juxta Tyrrhenum mare incolentes, & in Latium novum etiam extenſi, in quibus numerabantur Bajani, Cumani, Puteolani, Neapolitani. *Serv. in 7. Æn.*

Opĭcus, a, um, rudis, impolitus, agreſtis, ignarus, ab Opicia pop. antiquiſſimis Italiæ in Campania, quod rudes præ cæteris, & agreſtes fuerint. M. Cato apud *Plin. l. 29. c. 1.* Nos (Græci) dictitant barbaros, & ſpurcius nos, quam alios opicos, appellatione fœdant. *Juven. ſat. 6. v. 454.* Nec curanda viris opicæ caſtigat amicæ verba. *Id. ſat. 3. v. 207.* Et divina opici rodebant carmina mures. Simili ratione locutus eſt *Gel. l. 2. c. 21. l. 11. c. 16. & l. 13. c. 9.* ¶ Sunt qui *opicus* interpretantur ſordidum, ſpurcum: ad quam notionem trahi poſſe videtur illud, quod modo attulimus ex *Juven. ſat. 3.* ubi varii interpretes varias afferunt explicationes. Præterea *Feſtus* in voce *Oſcum* ſcribit, opicum interdum dici pro Oſco: Oſcis autem frequentiſſimum uſum fuiſſe libidinum ſpurcarum.

Opĭfer, a, um, *ajutatore*, βοηθός, opem ferens. Unde Junonem opiferam appellarunt Romani, quod parturientibus opem ferre crederetur. *Plin. l. 11. c. 37.* Cum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere. Sic *Ovid. Metam. 13. v. 633. de Æſculapio*: Cum Deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus.

Opĭfex, icis, m. *artefice*, [illegible], Ger. *werckmeiſter*, Gal. *ouvrier*, Hiſp. *official*, κατασκευαστής, artifex, operator, fabricator, ab *opus*, & *facio*. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 8.* Opifex, ædificatorque mundi Deus. *Id. 3. Tuſcul.* Zeno Citticus, advena quidam, & ignobilis verborum opifex. *Id. Fam. 7. ep. 25.* Stilus dicendi opifex. *Varr. l. 3. R. R. c. 16.* Apes ſilveſtres minores ſunt, ſed opifices magis. ¶ Per Synecdochen opifices accipiuntur pro iis, qui in ſordidis artibus verſantur. *Cic. 1. Offic. c. 42.* Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio.

Opificina, æ, f. officina. *Plaut. Mil. 3. 3. 6.* Stultitia maxima ſit, me ſibi meam operam pollicitari, ſi ea in opificina neſciam aut mala eſſe, aut fraudulenta.

Opificium, ii, n. χειρούργημα, operis confectio, vel ipſum opus, ab *opifex*. *Varro l. 3. de R. R. c. 16.* Niſi opificii eas urget tempus.

Opificus, a, um, adject. ad opificem pertinens. *Apul. l. 1. Florid.* Extare in opificiis operibus.

Opigĕna, æ, f. Juno, quaſi Ope genita. Poetæ enim Saturnum, & Opem Jovis, & Junonis parentes faciunt. *Feſtus* ſcribit, hoc nomine cultam Junonem a matronis, quod in partu laborantibus opem ferret.

Opĭlio, onis, m. *pecoraio*, [illegible], Ger. *ein ſchaphirt*, Gal. *berger*, Hiſp. *paſtor*, ποιμήν, paſtor ovium, qui ovium gregem ſervat, & paſcit, quaſi ovilio. *Col. l. 7. c. 3.* Poſt futuram deinde longinquæ regionis paſcua petiturus opilio fere omnem ſobolem paſtioni reſerves ſuburbanæ. ¶ Prima hujus vocis brevis eſt; itaque Poetæ ut producant, *upilio* ſcribunt, teſte Servio ad illud *Virg. Ecl. 10.* Venit & upilio, tardi venere bubulci.

Opilo, vel Opilio, genus avis. *Feſtus*.

Opimatus, a, um, adject. *ingraſſato*, pinguis factus. *Auſon. in Moſell. v. 103.* opimato abdomine venter. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Opimata vivariis oſtrea.

Opime, adv. *abbondevolmente*, Germ. *reichlich*, Gal. *abondamment*, Hiſp. *abundantemente*, πλουσίως, abundanter, & laute. *Plaut. Bacch. 3. 1. 6.* Omnium ad perniciem inſtructa domus opime.

Opimiānus, a, um, adject. *Opimianum vinum*, quod & *Opimianum* abſolute dicitur, celebre fuit apud Latinos, dictum a L. Opimio Nepote, qui Conſul fuit Romæ una cum Q. Maximo Æmiliano tempore Gracchorum ſeditionis, ut eſt apud *Velle. l. 2. c. 7.* hoc eſt circa annum U. C. 633. teſte *Plin. l. 14. c. 4. & 14.* Eo anno cum mira cœli temperies, & ad maturanda vina aptiſſima fuiſſet, ea condita, & in multos annos ſervata, in deliciis poſtea fuere: durabantque adhuc poſt ducentos annos, *Plinii* tempore, ut idem teſtatur *ib. c. 4.* quamquam hanc durationem *Velle. ib.* negat. Hoc vinum ſæpe laudat *Martial. l. 1. epigr. 27. l. 2. epigr. 4. l. 3. epigr. 82.* &c. Adde *Cic. de clar. Orat. c. 83.*

Opimĭtas, atis, f. abundantia. *Ammian. l. 19. c. 22.* Expletus prædarum opimitate exercitus. *Plaut. Aſin. 2. 2. 16.* Maximas opimitates gaudio effertiſſimas pariet. Adde *Captiv. 4. 1. 2.*

Opĭmo, as, avi, atum, a. 1. *ingraſſare*, [illegible], Ger. *feiſt machen*, Gall. *engraiſſer*, Hiſp. *engordar*, πιαίνω, pinguefacio. *Col. l. 8. c. 9.* Hyeme tamen offæ penis vino madefactæ, ſicut etiam palumbes, celerius opimane,

Digitized by Google

maius, quam cæteri mihi. ¶ Tranſlate *Auſon. ep.* 15. O qui venuſtos uberi facundia Sales opimas Tetradi.

Opimus, *a*, um, *graſſo*, שמן, Ger. *feiſt*, Gall. *gras*, Hiſp. *gordo*, *vivo*, pinguis, obeſus, a πιμελὴς, a præmiſſo, quomodo a πιειν, eſt *opinor*. *Cic. in Brut.* Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur. *Id. pro Roſc. Am.* Ut ad illam opimam, præclaramque prædam damnatio Sex. Roſcii velut cumulus accedat. *Gell. l.* 5. *c.* 14. Ferarum membra ad ſpecum mihi ſuggerebat. *Varr. lib.* 2. *R. R. c.* 1. Opimi boves. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 19. Opimus, & fertilis ager. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Opimus Triumphus. ¶ Tranſlate *Cic. in Bruto*. Ornamenta non ſatis opima dicendi. ¶ Opima ſpolia dicebantur κατ᾽ ἐξοχὴν, quæ dux exercitus duci hoſtium detraxiſſet, ut fuere ea, quæ Romulus de Acrone, Cornelius Coſſus de Tolumnio, M. Marcellus de Viridomaro retulerunt, teſte *Feſto*. *Liv. l.* 1. *c.* 10. Jupiter Feretri hæc tibi victor Romulus regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quæ, regibus ducibuſque hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent. *Et mox*. Bina poſtea inter tot annos, tot bella, opima parta ſunt ſpolia. adeo rara ejus fortuna decoris fuit. ¶ Dicitur & *opima* abſolute. *Flor. l.* 2. *c.* 17. Scipio ſingulari certamine opima retulerat. *Senec. Herc. fur. v.* 48. Opima victi regis ad ſuperos refert.

Opinabilis, le, o. 3. δοξαστὸς, quod opinione concipi poteſt. *Cic.* 1. *Acad.* Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. ¶ *Idem* 1. *Divin. c.* 14. Omnis opinabilis eſt divinatio: conjectura enim alitur. h. e. in opinione conſiſtit.

Opinamentum, i, n. opinatio, opinio. *Apul. de Deo Socrat.* Aliquando eorum nonnulla opinamenta habere.

Opinatio, onis, f. δόξασμα, actus opinandi, & fere in malam partem accipitur. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 11. Opinatio eſt, judicare ſe ſcire quod neſciat. *Val. Max. l.* 2. *c.* 8. *extern. n.* 8. Sophiſtæ ineptæ, & mordacis opinationis.

Opinato, adv. opinando, conſiderate. *Cic.* 3. *Fin.* Ut alterum nec opinato videremus. *Liv. l.* 5. *c.* 15. Propius aliud novum malum, nec opinato exortum. ¶ Legitur & *necopinato*, conjunctim. V. *Opinatum*.

Opinator, oris, m. qui opinionem tantum, non ſcientiam habet, qui nihil aſſerit, ſed opinatur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 20. Ego vero ipſe & magnus quidam ſum opinator, non enim ſum ſapiens. ¶ Præterea opinatores a JCtis dicuntur, qui in provincias mittebantur ad militarem annonam exigendam. *l.* 12. *Cod. tit.* 38. *leg.* 11. Opinatoribus, id eſt exactoribus militaris annonæ, nullum ſit cum provincialibus commercium. V. *Alciat. Parerg. jur. l.* 8. *c.* 12. ubi hanc lectionem tuetur. Sunt enim qui *Opinatores* legunt.

Opinatum, i, n. opinio, ut Ex opinato, ideſt ex opinione, ſecundum opinionem. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Jam hæc magis nova ſententiarum genera ex opinato &c. *Liv. l.* 7. *c.* 17. Caſtra quoque nec opinato aggreſſus cepit. Scribitur & *necopinato*, conjunctis duabus vocibus, quod maiore probatur ex illo ejuſdem *Liv. lib.* 4. *c.* 27. Unde ex necopinato adverſum hoſtem invadat.

Opinatus, us, m. idem ac opinio. *Lucret. l.* 4. *v.* 467. pars horum maxima fallit propter opinatus animi.

Opinatus, a, um, nomen ex particip. opinione conceptus. *Cicer.* 4. *Tuſc. c.* 6. Partim perturbationum volunt ex duabus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Italiam nec opinatus invadere cogitavit. h. e. improviſus. ¶ Opinatus interdum dicitur, de quo magna opinamur, illuſtris, celebris, *di gran nome*, *di gran fama*. *Florus l.* 2. *c.* 7. Rhodos opinatiſſima inſula, & totius Aſiæ inſularum metropolis. In quibuſdam editionibus hæc verba deſunt. Sic *Gellius* referente *Alciato l.* 8. *Parerg. c.* 12. opinatiſſimos auctores dixit. *Ennius*: Cum opinati loquuntur pariter atque ignobiles. *Gell. l.* 11. *c.* 4. hæc Ennii verba afferens, *opulenti*, legit.

Opinio, onis, f. 3. *opinione*, דעה, Germ. *der wahn*, Gall. *opinion*, *avis*, Hiſp. *opinion*, δόξα, exiſtimatio, judicium, ſuſpicio, perſuaſio, quam habemus de re aliqua. Diſtinguunt Philoſophi opinionem a ſcientia, quod opinio incerti ſit, ſcientia vero certi. *Cic.* 1. *de Leg.* Sed perturbat nos opinionum varietas, hominumque diſſenſio. *Id.* 14. *Fam. ep.* 23. Opinione celerius venturus dicitur. *Id. Verr.* 6. *c.* 10. Ut mea fert opinio, *come io ſtimo*. *Nepos* 1. *c.* 2. Præter opinionem res ceciderat. *Id.* 14. *c.* 6. In opinionem adduci. *Id.* 25. *c.* 9. Nemini in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sic, contra, & præter omnium opinionem. *Cic. Verr.* 4. & *pro Roſc. Amer.* Præterea *Colum. l.* 2. *c.* 12. Eſt ejus opinionis Cornelius Celſus. *Cic. Attic. l.* 8. In ea opinione fui, qua reliqui omnes. *Id. ad Octav.* Quantum te de me fefellit opinio? ¶ Sæpe ſumitur opinio pro exiſtimatione, vel fama de aliquo concepta. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 7. Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 60. Quæ civitas in Gallia magnam habet opinionem virtutis. *Cajus l.* 7. *Dig. Teſtam. quemad. aper.* Optimæ opinionis viri. *Sidon. l.* 1. *ep.* 5. Montes omnium opinione vulgatos.

Opiniōſus, a, um, adject. qui opinionibus abundat. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 35. Si cui tam opinioſus videbitur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 47. Principes Dialecticorum Antipater, & Archidemus opinioſiſſimi homines.

Opinor, aris, atus ſum, d. 1. *penſare*, *ſtimare*, חשב, Ger. *wahnen*, Gall. *avoir opinion*, *eſtimer*, Hiſp. *penſar*, δοξάζω, opinionem habeo, exiſtimo, cenſeo, arbitror, ſuſpicor. *Cicer.* 4. *Acad.* Sapientem nihil opinari. h. e. nunquam aſſentiri rei vel falſæ, vel incognitæ. *Id. pro Domo*, *c.* 40. Falſo multa in vita homines opinantur. *Id. in Piſ. c.* 20. De vobis Senatus opinatus non ſecus, ac de teterrimis hoſtibus. *Terent. And. a.* 2. *ſc.* 2. *v.* 9. Num videntur convenire hæc nuptiis? Pa. Non opinor, Dave. Da. Opinus, nerras? ¶ Male opinari de aliquo, *aver cattivo concetto*. *Sueton. in Auguſt. c.* 51. Cum Æmilio Cordubenſi inter cætera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Cæſare ſoleret. ¶ *Opinor*, & *ut opinor*, eleganter ſermoni interferuntur. *Cic. l.* 1. *ad Att.* Prius, ut opinor, introitus. *Id. ib. l.* 9. Sed, opinor, quieſcamus. ¶ Invenitur etiam *opino*, *as*, uſurpatum ab *Enn. Cæcil.* & *Plaut.* apud *Non. c.* 7. *n.* 59. Adde *Priſcian. l.* 8.

Opinus, a, um, adject. fere cum *nec* jungitur, & in quibuſdam Livii editionibus conjunctim, in quibuſdam diviſim legitur. V. *Necopinus*.

Opipăre, adv. *copioſamente*, Germ. *reichlich*, Gall. *richement*, *largement*, Hiſp. *abondantemente*, ἀφθόνως, copioſe. *Cic. Off.* 3. *c.* 14. Opipare a Pythio paratum erat convivium.

Opipăris, re, o. 3. idem ac opiparus. *Apul. l.* 2. *de Aſino*. Piſcatum opiparem expoſitum video. Aliqui ſuſpicantur, hic mendum ſubeſſe.

Opipărus, a, um, *ſontuoſo*, הדור, Germ. *reichlich*, Gal. *ſomptueux*, Hiſp. *coſtoſo*, *de mucho geſto*, πολυτελὴς, ſplendidus, ſumptuoſus, opulento opparatu inſtructus, ab *opis*, ſeu *opum* apparatu. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 1. Satin' Athenæ tibi viſæ fortunatæ, atque opiparæ? *Id. Mil.* 3. 1. 49. Vino, ornamentis, opipariſque obſoniis.

Opis. V. Ops.

Opis, is, f. nomen Nymphæ comitis & miniſtræ Dianæ. *Virg.* 11. *Æn. v.* 836. At Triviæ cuſtos jamdudum in montibus Opis.

Opiſthographus, a, um, adject. ὀπισθόγραφος, utraque parte paginæ ſcriptus. Solebant autem Veteres fere in adverſa tantum charta ſcribere. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 5. Commentarios reliquit opiſthographos, & minutiſſime ſcriptos. Adde *Ulp. Dig. l.* 37. *tit.* 11. *leg.* 4.

Opiſthotonĭcus, i, ὀπισθοτονικὸς, qui opiſthotono laborat. *Plin. l.* 20. *c.* 18.

Opiſthotŏnus, i, ὀπισθότονος, morbus, quo nervi ita contrahuntur, ut totum corpus, vel ejus membrum aliquod in contrariam flectant partem. *Plin. l.* 20. *c.* 21. *l.* 24. *c.* 12. & *l.* 28. *c.* 12.

Opiter, tris, m. dicitur is, cujus pater avo vivo mortuus eſt, ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus ſit, aut quod avum ob patrem habeat, ideſt pro patre. Hæc *Feſtus*.

Opitergīnus, a, um, adject. ab Opitergio. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Opitergina ratis. *Lucan. l.* 4. *v.* 462. Hic Opitergina moles onerata colonis. ¶ De gente Opitergina V. *Plin. l.* 4. *c.* 2.

Opitergium, ii, n. *Oderzo*, oppidum Venetorum in Marchia Tarviſina ad amnem Monteganum. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Opitulatio, onis, f. *ajuto*, auxilium, quaſi opis latio. *Ulp. l.* 1. *Dig. de minor. vigintiquinque ann.* Prætor pollicitus opitulationem. *Arnob. lib.* 4. Gratioſis opitulationibus præſto eſſe.

Opitulātor, oris, m. *ajutatore*, qui opitulatur. *Apulej. de Deo Socrat.* Periculoſis tutator, egenis opitulator. *Id. in Florid. n.* 16. (*al. l.* 3.) Patronus objurgator, & ſodalis opitulator, & miles prœliator. ¶ Eſt etiam epithetum Jovis proprium, teſte *Feſto*.

Opitulatus, us, m. opitulatio. *Fulgent. l.* 3. *Mythol.* Ejus opitulatu cuncta adoleſcit nativitas.

Opitŭlor, aris, atus ſum, d. 1. *ajutare*, *ſoccorrere*, עזר, German. *helffen*, Gal. *aider*, Hiſp. *ayudar*, ὠφελέω, opem fero, ſubvenio, adjuvo, ab *ope*, & *tulo* vel *tulo*, quo veteres uſi ſunt pro *fero*. *Cic. Serv. Sulpitio*. Quoniam nihil jam videmus poſſe opitulari Reipublicæ. *Plin. l.* 28. *c.* 8. & dorſo medullam adalligatam contra varias ſpecies opitulari. Rurſum *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 1. Permultum ad dicendum opitulati ſunt præceptores. ¶ Invenitur & *opitulo*, *as*, activa forma. *Liv. Andron.* apud *Non. c.* 7. *n.* 61. Da mihi haſce opes, corrige, opitula.

Opitŭlus, i, dictus eſt Jupiter, quaſi opis lator. *Feſtus*.

Opium, ii, n. *opio*, ὄπιον, ſuccus, ſive lac ex inciſo papaveris ſcapo profluens, ab ὀπὸς, quod ſignificatur ſuccus, ſive humor. Habet per ſomnum vim mortiferam, ſi copioſius ſumatur. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Aliqui addunt & opium pilulæ in die ternis lupini magnitudine.

Opobalſamētum, i, n. locus, ubi plures ſunt arbores opobalſamum ferentes. *Juſtin. l.* 36. *c.* 5. Palmeta & opobalſameta diſtinguitur. *Voſſ. in Etym.* in voce *Balſamum* legit *opobalſamo*.

Opobalſămum, i, ὀποβάλσαμον, ſuccus e balſamo manans, qui præfertur omnibus odoribus, ab ὀπὸς, *ſuccus*, & βάλσαμον, *balſamum*, quæ arbor eſt in ſola Judæa naſcens, quæ inciſa vitro, lapide, oſſeiſve cultellis ſuccum hunc ſummæ ſuavitatis mittit. *Plin. l.* 12. *c.* 25. & *Juſtin. l.* 36. *c.* 3. Hinc *Stat. l.* 3. *Silv.* 2. *v.* 141. Candida felices ſudent opobalſama virgæ.

Opocarpăſhon, i, ὀποκάρπαθον, ſuccus carpathi, quem inter venena enumerat *Plin. l.* 28. *c.* 10.

Opopănax, acis, ὀποπάναξ, ſuccus panacis, ſeu panaceæ herbæ. *Plin. l.* 20. *cap.* 24.

Oporīnus, a, um, adject. autumnalis. vox græca eſt, & græcis literis ſcripta a *Martial. epigr.* 13. Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem.

Oporothēca, æ, & Oporothece, es, f. ὀπωροθήκη, locus, ubi fructus autumnales conduntur, ab ὀπώρα, *autumnus*, & θήκη, *repoſitorium*. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 59. In oporotheca mala manere putant ſatis commode. *Id. ibid.* Oporothecas qui faciunt, &c.

Oportet, ebat, tuit, imp. 2. *fa biſogno*, *biſogna*, Ger. *man muſſ*, Gall. *il faut*, Hiſp. *es meneſter*, δεῖ, expedit, vel utile, aut neceſſe eſt, ab *opus*, *eris*. Differt a decere. *Cic. in Orat.* Oportere enim perfectionem declarat officii, quo & ſemper utendum eſt, & omnibus, decere, quaſi aptum eſſe, conſentaneumque tempori, & perſonæ. ¶ Differt etiam ab *opus eſt*. *Id. l.* 4. *Att. ep.* 9. Ego vero, qui, ſi loquor de republica quod oportet, inſanus, ſi quod opus eſt, ſervus exiſtimor, quo dolore eſſe debeo? ¶ Conſtruitur vel cum nom. antecedente. *Ter. Heaut. a.* 3. *ſc.* 2. *v.* 25. Hæc facta ab illo oportebant. *Id. Andr.* 3. 2. Quæ aſſolent, quæque oportent. *Cic.* 4. vel potius 3. *Parad.* Quicquid non oportet, ſcelus eſſe, quicquid non licet, nefas putare debemus. ¶ Vel cum infinitivo activo, aut paſſivo. *Cic. de Amic.* Quocirca cum judicaveris, diligere oportet, non, cum dilexeris, judicare. *Id. in Catil.* Apollinis ſignum ablatum certe non oportuit. ¶ Vel cum conjunctivo. *Cic. de Amic.* Accedat huc ſuavitas quædam, oportet, ſermonum, atque morum. ¶ Aliquando eſt conjicientis. *Plaut. Pſeud.* Hunc hominem malum eſſe oportet. ideſt ſuſpicor eſſe malum.

Oppango, is, pegi, pactum, a. 3. *attaccare*, affigo, conjungo. *Plaut. Cur.* 1. 1. 59. Ubi ſuavium oppegit, fugit.

Oppecto, is, xi, xum, a. 3. ab *ob*, & *pecto*. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 30. Ut muræna, & congrus ne calefierent; nam nimio melius oppectuntur frigida. h. e. digitis, quaſi pectine, circum carpuntur, & comeduntur.

Oppēdo, is, edi, n. 3. καταπέρδω, contra pedo, ventris crepitum in aliquem mitto. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. *v.* 70. curtis Judæis oppedere.

Opperĭor, iris, oppertus, vel opperitus ſum, d. 4. *aſpettare*, περιμένω, expectare, ex *ob*, quod veteribus notabat ad, & *perio*. *Cic. Att. l.* 3. An ibidem opperiar, aut me ad te conferam. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 121. Seniorum otium erat, id ſum opperitus. *Ter. Phorm.* 3. 2. 29. Unam præterea horam ne oppertus ſies. *Virg.* 10. *Æn. v.* 771. hoſtem magnanimum opperiens.

Oppeſſulātus, a, um, nom. ex partic. peſſulo clauſus. *Plaut. Amph. in ſcena ſuppoſit. Dei veſtram fidem v.* 22. Oppeſſulatas ante fores gradiens. *Apul. l.* 9. *Metam.* Foris diligentiſſime oppeſſulata.

Oppēto, is, ivi, tii, itum, a. 3. *andare incontro*, *incontrare*, proprie eſt obire, vel ſubire, ex *ob*, & *peto*, quaſi contra peto. *Cicer.* 1. *Tuſc.* Veſtras manes peto prius, quam oppeto malam peſtem hoſtili manu. Oppetere mortem, vel ſimpliciter oppetere, eſt mori. *Cic.* 1. *de Div.* Equites eſſe cenſuit maturam ſe mortem oppetere. *Virg.* 1. *Æn.* O terque, quaterque beati, Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœnibus altis contigit oppetere. *Macrob. l.* 3. *Satur. c.* 7. Opportune factum Haleſum ſunt, quia oppetiturus erat.

Oppexus, us, m. verbale ab oppecto. *Apul. l.* 11. *Met.* Flexus digitorum ornatum, atque oppexum crinium regalium fingerent.

Oppiānus, ni, m. 2. Grammaticus, & Poeta inſignis, ex Anazarbe, ſive ut *Suida* placet, ex Coryco Ciliciæ urbe, patre Ageſilao, matre Zenodota, ſcripſit ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ, καὶ ἰξευτικὰ, ideſt de piſcibus, de canum venatione, & de viſcatibus, elegantiſſimis verſibus viginti millibus, quæ Antonino Imper. Severi filio obtulit, cum ſuæ doctrinæ ſummæ maxima commendatione, a quo totidem aureos ſtateres accepit. Obiit in patria, ſæviente illic peſtilentia.

Oppĭco, as, a. 1. idem quod pico, ideſt pice illino, quod fieri antiquitus ſolebat in doliis, vel cadis vinariis, ne perſluerent. *Cato de R. R. c.* 120. In amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.

Oppidanĕus, a, um, adjectiv. oppidanus. *Cod. Theodoſ. l.* 12. *tit.* 1. Obnoxios oppidaneis mancipari.

Oppi-

Digitized by Google

Oppidānus, i, m. *cittadino*, Ger. *ſtadtmann*, Gal. *citoyen*, Hiſp. *ciudadano*, πολίτης, qui oppidum incolit. *Caſ. l. 2. B. G. c. 33.* Ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent.

Oppidānus, a, um, πολιτικὸς, quod ad oppidum ſpectat. *Cic. in Brut.* Quæſtores celeriter facti ſunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi. *Id. pro Planc. c. 12.* Jus oppidanum.

Oppidātim, adv. κατὰ πόλεις, per oppida. *Sueton. in Auguſt. c. 19.* Ludos quinquennales pene oppidatim conſtituerunt. *Id. in Galb. c. 18.* Cum oppidatim victimæ cæderentur.

Oppido, adv. *molto*, מאוד, Germ. *heiſſig*, Gall. *beaucoup*, Hiſp. *mucho*, *muy*, ἄγαν, valde, multum. *Feſtus de verbo* ſic ſcripſit: Oppido, valde, multum. Ortum eſt & hoc verbum ex ſermone inter ſe fabulantium, quantum quiſque frugum faceret, utque multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur, Quantum vel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem venit, ut diceretur, oppido, ideſt valde, multum. Itaque ſi in aliis rebus eo utuntur, ut puta, ſi qui dicat, Oppido didici, ſpectavi, ambulavi, errant, quia nulli eorum ſubjici poteſt, Quod vel oppido ſatis eſt. Hæc *Feſtus*. Quidquid tamen contra is dicat, paſſim uſurpatur. *Ter. Heaut.* Dic, me hic oppido eſſe invitam. *Cic. l. 14. Fam. ep. 4.* Servirent præterquam oppido pauci. *Id. 3. Fin.* Eorum definitione paulum oppido inter ſe differunt. In hoc luſit *Apulejus in Apol.* Ligoem a me toto oppido, & quidem oppido quæſitum.

Oppidŭlum, n. 2. parvum oppidum. *Cic. Att. l. 10. ep. 7.* Nec tamen in arce, ſed Melitæ, aut alio in loco, ſive in oppidulo futurum puto.

Oppĭdum, (vel opidum, ut aliqui ſcribunt) di, n. *Città*, עיר, Germ. *einer ſtadt*, Gall. *ville*, *bourg*, Hiſp. *ciudad*, *caſtillo*, πόλις, locus mœnibus concluſus, in quem homines multi habitandi cauſa conveniunt. Idem eſt, ac urbs. A caſtello differt magnitudine, a vico mœnibus. *Serv. in 9. Æn. Cic. 6. Verr.* Segeſta eſt oppidum pervetus in Sicilia. *Serv. Sulp. Cic.* Quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt. ¶ Oppidum etiam dicebatur locus in Circo, unde quadrigæ emittebantur. *Var. l. 4. de L. L. pag. 37. & Feſt.* ¶ In genit. plur. *oppidum* pro *oppidorum*. *Sulpic. ad Cic. Fam. 4. ep. 5.* Tot oppidum cadavera.

Oppignĕro, as, avi, atum, a. 1. *impegnare*, עבט, Ger. *pfand verſet*, *zen*, Gal. *engager*, Hiſp. *empenar*, ἐνεχυράζω, aliquid pignori do. *Cicer. pro Sext. c. 51.* Libelli pro vino etiam ſæpe oppignerabantur. *Terent. Heaut. 4. 5. 46.* Num illa oppignerare filiam meam, me invito, potuit? *Martial. l. 2. epigr. 58.* Oppigneravit ad menſam octo nummis annulum, unde cœnaret.

Oppilatio, onis, f. obſtructio, ἔμφραξις, ut oppilatio narium, apud *Scribon. Larg. compoſit. 47.*

Oppilātus, a, um, nom. partic. clauſus, obſtructus. *Cic. Phil. 2. c. 9.* Scalis taberna oppilatis.

Oppīlo, as, a. 1. *ſerrare*, ἐμφράττω, occludo. *Lucret. l. 6. v. 725.* Fluctibus adverſis oppilare oſtia contra.

Opplĕo, es, evi, etum, a. 2. *empire*, ἀναπληρόω, circumquaque, ſive maxime impleo, vel impleo ſimpliciter. *Plaut. Rud. 4. 1. 14.* Jam meas opplebit aures ſua vaniloquentia. Al. leg. *oppilabit*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit. *Varr. l. 3. R. R. c. 4.* Alienus odor nares opplet.

Opplētus, a, um, partic. ab oppleor. *Cic. poſt red. in Sen. c. 4.* Quorum mentes anguſtæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris, ac ſordibus.

Opplōro, as, n. 1. ἀντικλαίομαι, contra ploro, plorando obtundo. *Auth. ad Her. l. 4. c. 52.* Ac vos auribus meis opplorare non deſinitis?

Oppōno, is, ſui, (apud *Plaut.* etiam *opposivi*) ſitum, a. 3. *opporre*, בנגדים נצב, Ger. *entgegen ſetzen*, Gall. *opposer*, Hiſp. *eponer*, ἀντιτίθημι, contra pono, ex adverſo pono. *Cic. Att. l. 7.* Omnes noſtra corpora opponimus. *Id. pro Cæc.* Atque iſte ad omnes introitus armatos homines opponit. *Id. pro Mur.* Ad omne periculum, atque ad omnem invidiam ſolus opponitur. ¶ Sæpe ponitur pro contrarium eſſe, adverſari. *Cic. 2. de Or.* His quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur. ¶ Item pro adverſari alicui in diſputando. *Cic. 4. Acad.* Non quo probaret, ſed ut opponeret Stoicis. ¶ Item objicere, ideſt, ponere ante oculos, vel animum, *mettere innanzi*. *Cic. pro Quinct.* Pericula intendantur, formidines opponantur. ¶ Item deponere, & contra alium provocantem pignus ponere. *Plaut. Curc. 2. 3. 34.* Pono pallium, ille ſuum annulum oppoſivit. *Ter. Phorm. 4. 3. 56.* Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas. Huc pertinet illud *Catull. carm. 26.* Furi villula noſtra non ad Auſtri Flatus oppoſita eſt, nec ad Favoni, Verum ad millia quindecim & ducentos. h. e. pignori obnoxia eſt propter eam pecuniæ ſummam. ¶ Item interponere. *Cic. 4. Acad.* Authoritate tanta movebat, niſi tu oppoſuiſſes non minorem tuam. ¶ Item apponere. *Horat. l. 1. ſat. 9. in fin.* Licet anteſtari? Ego vero Oppono auriculam. h. e. aſſentior. *Cato de R. R. de braſſica, in fin.* De petigine porcæ; braſſicam opponito, ſanam faciet. Ita legit *Turneb.* alii *potigini porca*, *braſſicam opponite*.

Opportūne, adv. *opportunamente*, *a tempo*, *e luogo*, Germ. *zu rechter zeit*, Gal. *en temps*, & *lieu*, Hiſp. *oportunamente*, εὐκαίρως, commode, loco, & tempore. *Cicer. 1. de nat. Deor.* Atqui mihi quoque videor veniſſe opportune. *Id. l. 1. Fam. ep. 9.* Accidere opportunius nihil potuit. *Liv. lib. 32. c. 18.* Anticyra opportuniſſime ſita.

Opportūnĭtas, atis, f. *opportunità*, Germ. *gelegenheit*, Gall. *opportunité*, Hiſp. *opportunidad*, εὐκαιρία, commoditas, ratio loci, temporis, & perſonarum. *Cic. 2. Fin.* Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν,) non fit major productione temporis. *Caſ. l. 3. B. G. c. 19.* Opportunitas loci. *Salluſt. in Jug. c. 6.* Opportunitas ætatis. ¶ Ponitur etiam pro aptitudine. *Cic. de Leg. l. 1. c. 9.* Omitto opportunitates, habilitateſque reliqui corporis. ¶ Item pro facilitate. *Plin. ep. 24.* Tranquilli ſtomachum multa ſollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ. ¶ Item pro utilitate. *Cic. de Am.* Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet. ¶ Opportunitate venire, *venir' a tempo*. *Plaut. Epid.* Optima opportunitate ambo autem veniſtis.

Opportūnus, a, um, *opportuno*, *comodo*, בעתו, Germ. *fueglich*, Gall. *opportun*, Hiſp. *opportuno*, εὔκαιρος, quod idoneum eſt ad agendum, quod nobis commode, & pro deſiderio, ſuoque tempore obtingit. *Cicer. pro Roſc. Am.* Locus opportunus captus eſt ad eam rem. *Id. 2. Fin.* Claſſe optimæ, & opportuniſſimæ. *Tacit. Ann. 4. c. 24.* Locorum opportuna permunivit. ¶ Aliquando ponitur pro utili. *Cic. de Am.* Cæteræ res, quæ expetuntur, opportunæ ſunt ſingulæ rebus fere ſingulis. ¶ Aliquando pro apto, & idoneo. *Ter. Eun.* Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex uſu tuo nemo eſt. ¶ Aliquando pro proclivi, & obnoxio. *Plin. l. 7. c. 52.* Fœminarum ſexus huic malo videtur maxime opportunus. *Id. l. 18. c. 7.* Opportuniora morbis corpora. *Id. l. 9. c. 31.* Opportunus injuriæ.

Oppoſĭtio, onis, f. *oppoſizione*, *oppoſimento*, ἀντίθεσις, contrarietas. *Cic. 1. de Inv. c. 28.* Diſparatum autem eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur.

Oppoſĭtus, us, m. idem ac oppoſitio. *Cic. pro Marc. ſub fin.* Sed etiam laterum noſtrorum oppoſitus, & corporum pollicemur.

Oppoſĭtus, a, um, ἀντιτεθεὶς, partic. ab opponor. *Cic. pro Font.* Ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum, & objectum. *Juven. ſat. 11. v. 18.* Lancibus oppoſitis. h. e. oppigneratis. Al. leg. *appoſitis* eodem ſenſu. *Senec. l. 7. Benef. c. 14.* Rebus meis in ſecuritatem creditoris oppoſitis.

Oppreſſio, onis, f. *oppreſſione*, καταθλίψις, actus opprimendi. *Cicer. pro Dom.* Occupatione fori, oppreſſione curiæ. *Id. 3. Offic. c. 21.* Legum & libertatis oppreſſio. *Ter. Adelph. 2. 2. 30.* Per oppreſſionem eripere, *con prepotenza*.

Oppreſſiuncŭla, æ, f. dim. ab *oppreſſio*. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 66.* Papillarum horridularum oppreſſiunculæ. h. e. compreſſiones.

Oppreſſor, oris, m. 3. *oppreſſore*, καταθλίβων, qui opprimit. *Brut. ep. 16. Cic.* Ut vindices, atque oppreſſores dominationis ſalvi ſint?

Oppreſſus, a, um, *oppreſſo*, κατατριβεὶς, partic. ab opprimor. *Plin. l. 9. ep. 18.* Oppreſſa memoria, *piena di troppe coſe*. *Cic. 2. Off.* Qui vi oppreſſos imperio coercent? *Id. Fam. 9. ep. 14.* Oppreſſus totius corporis doloribus. *Id. 2. Divin.* Oppreſſus terra, *ſepolto*. *Id. in Catil.* Oppreſſus invidia. *Id. ibid.* Oppreſſus ære alieno. *Liv. l. 24.* Oppreſſus metu.

Oppreſſus, us, m. oppreſſio. *Lucret. l. 1. v. 850.* In oppreſſu valido. *Sidon. l. 9. ep. 11.* Saxei montis oppreſſu.

Opprĭmo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *opprimere*, ἐγκαταλαμβάνω, valde premo, obruo. *Ter. Eun. 3. 5.* Somnus eum oppreſſit. *Cato R. R. c. 46.* Pede opprimere. *Cicer. 2. Divin.* Opprimi terra. *Liv. l. 49.* Opprimere ignem. *ſpegnere*. *Ter. Phorm. 5. 7. 93.* Os opprime. h. e. tace. ¶ Tranſlate eſt celare, tegere. *Cic. pro Roſc. Amer.* Quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur, & abſconditur, eo magis eminet, & apparet. *Val. Max. l. 2. c. 1.* Opprimere oculos mortuorum. h. e. claudere. ¶ Item ex improviſo deprehendere. *Cic. Att. l. 10.* Ad quam diem hic ita poſſim eſſe, ut ne opprimat. *Ter. Andr. 1. 3. 23.* Ne de hac re pater imprudentem opprimat. ¶ Item occupare, prævenire. *Liv. l. 26.* Opprimere incautos. *Cic. 15. Fam. ep. 16.* Hæc te tertia epiſtola ante oppreſſit, quam tu ſchedam ant litteram. *Plaut. Aſin. 2. 2. 14.* Occaſionem opprimere. h. e. arripere. ¶ Item evertere, occidere, necare. *Cic. 4. Fam. ep. 3.* Quicunque Rempubl. oppreſſiſſet armis. *Id. pro Roſc. Amer.* Extinguere, & opprimere potentiam alicujus. *Id. 4. Fam. ep. 6.* Dolore opprimi. *Id. Verr. 3. c. 7.* Opprimi criminibus. ¶ Alia V. in *Oppreſſus*.

Opprobramentum, i, n. idem ac opprobrium. *Plaut. Merc. 2. 3. 87.* Quam opprobramentum, aut flagitium muliebre efferri domo. Al. leg. *opprobramentum*.

Opprobratio, onis, f. ὀνειδισμὸς, actus opprobrandi. *Gel. l. 12. c. 12.* Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.

Opprobrioſus, a, um, adject. opprobriis plenus. *l. 40. Cod. de Epiſc. & Cler.* Abſurdum Clericis eſt, imo etiam opprobrioſum.

Opprobrium, i, n. *vituperio*, *infamia*, חרפה, Ger. *ſmachrede*, Gal. *opprobre*, *outrage*, Hiſp. *oprobrio*, ὄνειδος, infamia, dedecus, ex *ob*, & *probrum*, quaſi objectum probrum. *Hor. l. 1. ep. 9.* Sic ego majoris fugiens opprobria culpæ. ¶ Item exprobratio, reprehenſio. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 41.* Mordeat opprobriis falſis.

Opprŏbro, as, n. 1. *rinfacciare*, *villaneggiare*, חרף, Ger. *fuerwerffen*, Gal. *reprocher*, Hiſp. *denoſtar*, ὀνειδίζω, opprobrio do, objicio, ex *ob*, & *probrum*. *Plaut. Moſt. 2. 1. 3. 143.* Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? *Id. Trucul. 2. 2. 25.* Res tu mihi opprobras? *Gell. l. 17. c. 1.* Ut opprobraret adverſariis.

Oppugnatio, onis, f. *oppugnazione*, πολιορκία, actus oppugnandi. *Cic. 2. de Or.* De ſignorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus. *Liv. l. 4. c. 29.* Nec ſegnior oppugnatio eſt, quam pugna fuerat.

Oppugnātor, oris, m. πολιορκητὴς, qui oppugnat. *Cic. pro Balb.* Et contra oppugnatores Reipublicæ de civitate exterminari. *Id. pro Planc. c. 31.* Salutis meæ oppugnator.

Oppugnatorius, a, um, adject. ad oppugnationem pertinens. *Vitru. l. 10. c. 22.* Hoſtes comparant res oppugnatorias.

Oppugnātus, a, um, nom. ex partic. *combattuto*. *Properz. l. 2. eleg. 12. v. 46.* Nec toties propriis circum oppugnata triumphis Roma.

Oppūgno, as, avi, atum, a. 1. *dare aſſalto*, πολιορκῶ, contra perſonam, vel rem aliquam pugno nocendi cauſa. *Cic. l. 2. Fam. ep. 9.* Ibi quintum, & vigeſimum jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitiſſimum Pindeniſſum. *Liv. de bel. Pun.* Tum vero ſimul ab hoſtibus, ſimul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur. ¶ Tranſlata *Cic. l. 5. Fam.* Si ſine cauſa ſum a tuis oppugnatus. *Id. l. 3. Fam.* Aut ejus exiſtimationem oppugnare in provincia. *Id. pro Quint. c. 12.* Caput alicujus oppugnare. *Metell. l. 5. Fam. ep. 1.* Capite ac fortunis aliquem oppugnare, *macchinare alla vita*, *e ai beni di qualcheduno*. *Cic. Fam. 1. ep. 1.* Oppugnare aliquem pecunia. *Ibid. 1. de Invent.* Oppugnare verbis commoda patriæ. ¶ *Plaut. Caſ. 2. 6. 60.* Oppugnare os alicui. h. e. pugnis cædere.

Oppūto, as, a. 1. circumquaque puto, propriéque de arboribus dicitur. *Plin. l. 17. c. 21.* Opputatur autem, quicquid proximo tulit fructum.

Oppuvio, is, a. 4. percutio, apud vet. *Feſtus*.

Oppuvium, ii, n. *sferza*, verber. *Afran. apud Non.* Oppuviis pueri coercentur.

Ops, Opis, f. 3. filia Cœli, & Veſtæ, ſoror, & conjux Saturni, quæ & Terra, & Rhea, & Cybele, & Magna Mater, & Mater Deorum, & Berecyntia, &c. vocatur, ita dicta, quaſi opulenta, ac dives. *Varro l. 4. de L. L.* terram Opem vocatam ait, quia hic omne opus, & hac opus ad vivendum. *Macrob. l. 1. c. 10.* ait, terram dici Opem, cujus ope vitæ humanæ alimenta quæruntur, vel ab opere, per quod fructus, frugeſque naſcuntur. Aliqui dicunt eſſe ab antiquo adjectivo *ops* pro divite, cujus contrarium inops remanſit pro paupere, & egeno. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? ¶ Sed aliqui Opem filiam Oceani, & Salaciæ, neptem Cœli, & Terræ faciunt. *Cic. de Univ.* Ut Oceanum, Salaciamque Cœli ſatu, Terræque conceptu generatos, editoſque memoremus, ea hinc Phorcym, Saturnum, & Opem, deinceps Jovem, atque Junonem.

Ops, opis, f. *ajuto*, *facoltà*, *potere*, auxilium, facultas, vires. *Cic. 4. Fam. ep. 1.* Aliquid opis occidenti Reipublicæ tuliſſemus. *Id. 5. Tuſc.* A te opem petimus. *Id. Fam. 14.* Omni ope, atque opere enitar. *Ovid. de remed. amor. v. 76.* Carminis, & medicæ Phœbe repertor opis. *Id. 8. Metam. v. 269.* Hujus opem magnis imploravere periclis. *Virg. 1. Æn.* Non opis eſt noſtræ. h. e. non poſſumus. ¶ Eſt præterea ops, ut inquit *Feſtus*, idem ac opulentus, cujus contrarium eſt *inops*. ¶ In plur. numero mutat hæc vox ſignificationem. V. *Opes*.

Opſonium, &c. V. Obſonium.

Optabĭlis, le, o. 3. *deſiderabile*, נחמד, Ger. *zu wünſchen*, Gal. *deſirable*, Hiſp. *deſſeable*, εὐκτὸς, quod optari debet. *Cic. Fam. l. 5. ep. 12.* Quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt. *Id. 4. Fin. c. 23.* Optabilior vita.

Optabĭlĭter, adv. cum deſiderio. *Cic. 1. Tuſc. c. 40.* Quam optabiliter iter illud jucundum eſſe debet? Optimæ quædam edit. ex MSS. ly *optabiliter* omittunt. *Valer. Max. l. 5. c. 1. ad fin.* Ut optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria &c.

Optatio, onis, f. *ſcelta*, optio, eligendi facultas. *Cic. 3. Off. c. 25.* Theſeo

cum

Digitized by Google

cum tres optationes Neptunus dediſſet, optavit interitum Hippolyti. Eſt qui legit *optiones*. ¶ Eſt præterea optatio Rhetorum figura. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Purgatio, conciliatio, læſio, optatio, atque exſecratio. Hujus figuræ exemplum ſit illud *ejuſd. pro Planc.* Utinam hanc mihi facultatem cauſa concederet.

Optativus, a, um, adject. qui optationem continet, ut modus optativus in verbis, quo optandi actus ſignificatur, apud Grammaticos. *Diomed. l.* 1. & *Priſcian. l.* 8. Optative conjunctio. *Diomed. l. c.* &c.

Optāto, adv. *deſideratamente*, Ger. *erwunſcht*, Gal. *avec deſir*, Hiſp. *deſſeadamente*, ἀσπαστῶς, cum deſiderio. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 28. Niſi quid te aliud impediet, mihi optato veneris. *Ter. And.* 3. 3. 1. Optato advenis.

Optātum, ti, n. *deſiderio*, חֵפֶץ, Ger. *einwunſch*, Gal. *ſouhait*, Hiſp. *deſſeo*, ἐπιθυμία, deſiderium. *Cic. in Piſon.* Illud etiam accidit præter optatum meum. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 13. Cui mihi non in optatis ſit complecti hominem, &c. *Ter. Heaut.* 3. 3. 50. Optata loquere.

Optātus, a, um, o. 1. 2. *deſiderato*, ἀσπαστός. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 21. Grati tibi, optatoſque eſſe, qui de me rumores afferuntur. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 5. Tametſi mihi nihil fuit optatius, quam &c. *Id.* 14. *Phil.* Optatiſſimi nuntii, & literæ venerunt. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 7. Frater optatiſſime.

Optĭce, es, f. ὀπτική, *l'Ottica*, facultas, qua viſus ratio dirigitur, ab ὀπτομαι, video. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. V. Mathematicus.

Optimātes, tum, com. 3. *primati*, *nobili*, ἄριστοι, qui optimis ſuam cauſam probatam volunt, ab *optimus*. Duo enim fuere in Rep. hominum genera, qui accellere cuperent: alii ea, quæ agebant, ac dicebant, populo jucunda eſſe volebant, eoque dicti populares, alii ita ſua inſtituebant, ut optimo cuique ſuam cauſam probarent, atque inde appellati optimates. Hanc utriuſque nominis cauſam affert *Tullius* ipſe *in Or. pro Sextio c.* 25. *Cæl. ad Cic. ſub l.* 10. *ad Att. ep.* 9. Vide, ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter, quod optimum ſit, eligas. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 6. Matronæ opulentæ, optimates.

Optĭme, adverb. *ottimamente*, *beniſſimo*, Ger. *es iſt gar gut*, Gal. *tres bien*, Hiſp. *muy bien*, ἄριστα, præclare, eximie, omnino. *Cic.* 4. *Fam.* Sed hæc tu melius, vel optime omnium. *Id. ad Q. Fr.* Si perficiunt, optime, ſin minus, ad noſtrum Jovem revertemur. ¶ Aliquando ponitur pro opportune. *Ter. Eun.* 5. 2. 66. Adeſt optime ipſe frater. ¶ Eſt etiam adverbium concedentis, ſeu annuentis. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 3. Habeat, optima eſt. ¶ Apud *Plaut.* & *Terent.* plerumque legitur *optume*. ſic enim ſolebant antiqui.

Optimĭtas, atis, f. utilitas, commodum. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 15. Maximas optimitates, gaudiaque offertiſſimas ſuis herie illa una mecum pariet. Ita quidam Lexicographi, ſed legendum videtur, *opimitates*.

Optĭmus, & (antiquis *optumus*) a, um, *ottimo*, *perfetto*, כְּטוֹב, Ger. *gar gut*, Gal. *tres bon*, Hiſp. *muy bueno*, ἄριστος, præſtantiſſimus, ſup. a *bonus*, ab *opto*, ideſt eligo, quaſi electiſſimus. *Cic. in Brut.* Et quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque abſolutio. *Id. de Aruſp. Reſp.* Optimus a Populo R. judicatus eſt. ¶ *Optimus maximus* de Deo dicitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 25. Jupiter dicitus a majoribus noſtris optimus maximus, & quidem ante optimus, ideſt beneficentiſſimus, quam maximus, quia majus eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. ¶ Idem titulus datus eſt etiam R. Imperatoribus, ut videre eſt *l.* 30. *Dig. de excuſ. tut.* & alibi in Jure. ¶ Dicitur etiam optimus de aliis rebus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 33. Stilus optimus, & præſtantiſſimus eſt dicendi magiſter. ¶ Optimus fundus dicitur a JCtis, qui prorſus immunis eſt, *l.* 126. & 169. *de V. S.* Sic optimo jure prædia, apud *Cic. Agrar.* 3. eodem ſenſu. ¶ Optimo jure, h. e. juſte, merito. *Cic.* 1. *Offic.* Ne jure optimo irrideamur.

Optĭo, onis, f. *elezione*, בְּחִירָה, Germ. *wahl*, Gall. *choix*, Hiſp. *election*, αἵρεσις, electio, ſeu eligendi facultas, ab *opto*, quod notat eligere. *Plaut. Caſ.* Optio hæc tua eſt, utram harum vis conditionem, accipe. *Cic. de Par.* Utro frui malis, optio tua ſit. *Id.* 1. *Fin. c.* 10. Optio eligendi. *Id. de clar. Orat.* optionem dare. *Id. Attic. l.* 2. deferre. *Id.* 1. *Ver.* facere alicui. ¶ Metonymice dicitur gen. maſc. de eo, qui eligitur, ac præſertim in militia de iis, quos Centuriones ſibi adjutores optabant, ſive adoptabant, ut ſua privata obirent negotia, dum ipſi publicis curis eſſent diſtricti, vel etiam univerſa curarent, ſi ipſi ægritudine præpediti eſſent, quos antea *accenſos* appellatos eſſe *Feſtus* ſcripſit, ab *optando*. *Var. l.* 4. *de L. L.* Quos hi (Decuriones militares) primo adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti. Adde *Non. c.* 1. *n. ult. Veget. l.* 2. *c.* 7. ¶ Translate ſumitur pro cujuſcumque rei adjutore. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 88. Optionem tibi ſumito Leonidam.

Optionātus, us, m. dignitas, & munus optionis. *Cato apud Feſtum*. Decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, aliaſque honores.

Optīvus, a, um, idem ac adoptivus. *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 100. Et optivo cognomine creſcit.

Opto, as, avi, atum, a. 1. *deſiderare*, חָמַד, Ger. *begeren*, Gal. *ſouhaiter*, *deſirer*, Hiſp. *deſſear*, εὔχομαι, deſidero, cupio, expeto, a ποθῶ, per Metatheſin, & converſo θ in τ, quomodo ab αἴθω, eſt *uro*. *Cic. in Piſon. c.* 14. Optare, & expetere aliquam fortunam. *Id. Catil.* 2. A Diis immortalibus optare, ut aliquid fiat. ¶ Item eligo, *ſcegliere*. *Id.* 1. *Offic.* Quæ majori parti pulcherrima videntur, ea maxime optant. *Virg.* 1. *Æn. v.* 425. Pars optare locum tecto. Adde 3. *Æn. v.* 109. ¶ Optaſſis, pro optaveris legitur apud *Plaut. Mil.* 3. 1. 75.

Opŭlens, tis, adject. opulentus. *Salluſt. in Jug. c.* 69. Civitas magna, & opulens. *Auſon. Idyl.* 2. *v.* 7. Non opulens, nec egens, parcus ſine ſordibus egi. *Nepos in Chabr. c.* 3. Neque animo æquo pauperes aliorum opulentium intuentur fortunam.

Opulenter, adv. *ſplendidamente*, Ger. *reichlich*, Gal. *richement*, Hiſp. *ricamente*, πλουσίως, cum opulentia, ſumptuoſe, ſplendide. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Ludos opulentius, inſtructiuſque, quam priores reges, fecit. *Salluſt. in Jugur. c.* 85. Neque militem arcte colam, nec opulenter.

Opulentia, æ, f. *ricchezza*, עֹשֶׁר, Ger. *reichthumb*, Gal. *richeſſe*, Hiſp. *riqueza*, πλοῦτος, divitiæ. *Salluſt. de bello Catil. c.* 6. Invidia ex opulentia orta eſt. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 22. Antequam illa meis opulentiis fiat gravior.

Opulentĭtas, atis, f. idem ac opulentia. *Plaut. Mil.* 4. 4. 35. Quaſique ejus opulentitatem everteris.

Opulento, as, a. 1. *arricchire*, πλουτίζω, dito, abundantem facio, fœcundo. *Hor. l.* 1. *ep.* 16. Arvo paſcat herum, an baccis opulentet olivæ.

Opulentus, a, um, *ricco*, *potente*, עָשִׁיר, Ger. *reich*, Gal. *riche*, Hiſp. *rico*, πλούσιος, opibus abundans, dives. *Cic. de Amic.* Ut mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant, quam viri; & inopes, quam opulenti. *Hor. l.* 3. *ode* 24. Intactis opulentior theſauris Arabum. *Liv. l.* 23. *c.* 33. Opulentiſſimi in terris populi. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 6. Provincia pecuniæ opulenta.

Opuleſco, is, n. 3. diteſco. *Porius apud Gel. l.* 18. *c.* 11. Quo magis in patriis poſſint opuleſcere campis.

Opŭlus, i, f. arbor, quæ a veſticis obierus, vel opierus dicitur, corno ſimilis, ulmi proceritate, caudice recto, & enodi, maritandis vitibus maxime idonea. *Col. l.* 4. *c.* 6. Sed vitem maxime opulus videtur alere. Adde *Var. l.* 1. *R. R.* 1. 8.

Opuntia, f. 1. herba circa Opuntem naſcens. *Plin. l.* 21. *c.* 17.

Opuntius, a, um, adject. ab Opunte, ut Opuntius ſinus. *Pomp. Mela.*

Opus, untis, f. urbs Bœotiæ. Item oppidum Locrorum non procul ab Aſopo fluvio. *Ovid.* 1. *de Pont. eleg.* 4. Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit.

Opus, eris, n. 3. *opera*, מְלָאכָה, Ger. *werk*, Gal. *œuvre*, Hiſp. *obra*, ἔργον, id, quod fit operando, ab ὄπω, quod notat operari. *Cic. in Or.* Magnum opus omnino, & arduum conamur. ¶ Differt ab *opera*, quia opera eſt actio, qua fit aliquid, *opus* eſt id, quod operando factum eſt. *Ter. Heaut.* 1. 1. 21. utrunque complexus eſt, cum ait: Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ. Cæterum interdum opus capitur pro opera. *Virg.* 8. *Æn.* Sub te tolerare magiſtro militiam, & grave Martis opus. ideſt laborem belli. ¶ *Inter opus*, eſt in ipſo opere, cum opus fit, dum quis operatur. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 7. *v.* 8. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus. ¶ Opus etiam pro artificio frequenter ponitur. *Cic.* 6. *Ver.* Cum ille ab ſe ſe hydriam Boëti manu factam, præclaro opere, & grandi pondere, per poteſtatem abſtuliſſet. *Id.* 5. *Tuſc.* In aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto. ¶ Item pro fabrica, ſeu munitione militari. *Nepos in Milt. c.* 7. Urbem operibus clauſit. *Cæſ. B. G. l.* 5. *c.* 21. Locum reperit egregie natura, & opere munitum. ¶ Item de quocunque ædificio. *Sueton. in Tiber. c.* 30. De extruendis, reficiendiſque operibus ad P. C. referebatur. ¶ Ablativus *opere* pro magnopere. *Plaut. Truc.* 2. 7. 27. Juſſit opere orare, ut &c. *Id. Stich.* 2. 1. 93. Rogare te juſſit multum opera maximo. Quod autem addit *Pareus in Lex. Crit.* ex *Cic. l.* 4. *Att. ep.* 11. non caret varia lectione.

Opus, nom. indecl. δεῖ, neceſſitas, vel neceſſe. Sed tamen *opus*, & *neceſſe* videntur aliquantum inter ſe differre. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Legem Curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe. h. e. utile eſſe. Quare *opus* notat indigentiam, ſeu utilitatem, non neceſſitatem. ¶ Modo ſubſtantive accipitur, modo adjective. Sed quocunque modo uſurpetur, ſemper eſt indeclinabile. Utroque modo conjungitur cum verbo *ſum* et *eſt*, & ſive dativum perſonæ vel expreſſe, vel occulte exigit. Quando uſurpatur ſubſtantive, verbum *ſum* ſemper numeri ſingularis eſſe debet, & tertiæ perſonæ. Tunc vel uſurpatur abſolute. *Cic.* 2. *Fin.* Bonum ipſum etiam quid eſſet, fortaſſe, ſi opus fuiſſet, definiſſes. ¶ Vel cum abl. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 35. Apud Terentiam gratia opus eſt nobis, tuaque auctoritate. ¶ Reperitur etiam cum gen. *Cic. ad Q. Fr.* Opus erit elegantioris alicujus. ¶ A veteribus conjungebatur etiam cum acc. *Plaut. Truc.* 5. 1. 10. Puero opus eſt cibum. ¶ Conjungitur quoque cum conjunctivo, & particula *ut*. *Plaut. Truc.* 2. 6. 18. Nunc tibi opus, ægram ut te aſſimules. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. de Am.* Anne opus ſit quidem nihil unquam omnino deeſſe amicis. ¶ Item cum participio. *Ter. Heaut.* 1. 1. Tibi ut opus eſt facto, face. *Cic. pro Mil. c.* 19. Primum erat nihil, cur properato opus eſſet. ¶ Si adjective uſurpetur, vergit nominativum ante ſe, & verbum *ſum* ſecundum numeros, & perſonas variandum eſt. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 5. Dux nobis, & auctor opus eſt, & eorum ventorum, quos propoſui, moderator quidem, & quaſi gubernator. *Liv. l.* 10. *bell. Pun.* Ad comparanda ea, quæ opus erant. ¶ In utraque uſurpatione admittit etiam acc. cum præp. *ad*. *Cic. lib.* 3. *Fam. ep.* 3. Præſidio firmiori opus eſſe ad iſtam provinciam. ¶ Jungitur etiam aliquando cum verbo *habeo*. *Colum. l.* 9. *c.* 1. Feræ graminibus opus habent.

Opuſcŭlum, i, *operetta*, πονημάτιον, parvum opus. *Cic.* 4. *Acad.* Ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur.

O ANTE R.

Ora, æ, f. *eſtremità*, ἐσχατιά, extremitas cujuſcunque rei, ab ὅρος, extremitas, terminus. *Lucret. l.* 1. *v.* 934. Oras pocula circum contingunt. *Feſtus*. Oræ veſtimentorum. *Cic.* 2. *Fin.* Infinitaſque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas. ¶ Oræ vulneris, ſunt hiantis vulneris extremitates, quæ ſutura conjunguntur. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. *de glutinatione vulnerum*. Oras vulneris ſutura jungit. ¶ Spatiatim uſurpatur de regione litorali, ſeu de extremitate regionis prope litus maris. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 5. A prima enim ora Græciæ uſque ad Ægyptum optimorum civium imperiis muniti erimus, & copiis. ¶ Per Synecdochen ſumitur pro tota regione. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 66. Omnibus hominibus, qui ubique ſunt, quacunque in ora, ac parte terrarum. ¶ Capitur etiam pro climate, vel ſegmento cœli. *Cic.* 1. *Tuſc.* Tum globum terræ eminentem e mari, fixum in medio mundi univerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem, & cultam. ¶ Reperitur etiam pro funis m. *Cæcil. apud Feſt.* Oram reperire nullam, quam expediam, queo. ¶ Oram ſolvere, & reſolvere, *partirſi dal lido*, eſt navem ora litoris alligatam ſolvere. *Quint. in ep. ad Tryphon.* Permittamus vela ventis, & oram ſolventibus bene precemur. *Liv. l.* 22. *c.* 19. Vixdum omnes conſcenderant, cum alii reſolvunt oras, aut anchoram vellunt. *Id. l.* 28 *c.* 36. Trahunt ſcalas, oraſque & anchoras, ne in molliendo mora eſſet, præcidunt. h. e. funes, quibus navis litori adhæret.

Ora, æ, f. Dea juventutis. V. Herſilia.

Oracŭlum, i, n. *oracolo*, λόγιον, χρησμός, μαντεῖον. Deorum reſponſum. *Cic. in Top. c.* 20. Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his Deorum oratio. *Id.* 2. *de Div.* Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implevit. *Id.* 1. *Div. c.* 34. Cum oraculum ab Jove Dodonæo petiviſſent. Sic oraculum conſulere, ſcitari, poſcere. *Id.* & *Virg.* & al. ¶ Oraclum per ſyncop. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 321. Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat. ¶ Sumitur etiam pro ipſo loco, in quo reſponſa dantur. *Cic.* 1. *de Div.* Nunquam illud Oraculum Delphis tam celebre, & tam clarum fuiſſet, neque tantis donis refertum omnium populorum, atque Regum, niſi omnis ætas oraculorum illorum veritatem eſſet experta. *Plin. l.* 12. *c.* 23. Ab Ammonis oraculo, juxta quod naſcitur arbor. ¶ Accipitur etiam pro vaticinio generatim, ſive a Deo, ſive ab homine fiat, ſive per diem, ſive in ſomno. *Cic.* 1. *de Div.* Quibus inflatæ mentes oracula funderent. *Id. ibid.* Expoſui ſomnii, & furoris oracula. ¶ Item pro dicto, ſive ſententia celebri, notatuque digna. *Plin. l.* 18. *c.* 5. Inde illa reliqua oracula, nequam agricolam eſſe, &c.

Oramentum, i, n. oratio, preces. *Plaut. Truc.* 2. 2. 63. Illum ſpero mutatum blandimentis, oramentis cæteris meretriciis. Ita legit *Meurſius*: alii *ornamentis*.

Orārium, ii, n. linteum ori tergendo accommodum. *Vopiſc. in Aurel. c.* 48. Sciendum, ipſum primum donaſſe oraria populo R. quibus uteretur populus ad favorem. Adde *Lucil. apud Non. c.* 14. *n.* 16. ¶ Plura de hac voce differit *Caſaub. ad hunc locum*, item *Salmaſ.* & *Voſſ. l.* 3. *de vit. ſerm. c.* 30.

Orārius, a, um, adject. ab ora, ut oraria navis, parvæ molis, & ad legenda tantum littora apta. *Plin. l.* 10. *ep.* 26. Nunc deſtino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere.

Orāta. V. Aurata.

Orātim, adverb. per oras. *Solin. c.* 9. (*al. c.* 3.) Ut oratim omnes inſulas legamus.

Ora-

Oratio, onis, f. *orazione*, *diſcorſo*, תפלה, Ger. *ein red*, Gal. *oraiſon*, Hiſp. *oracion*, λόγος, locutio, ſermo, compoſitum ex pluribus dictionibus, ſeu vocibus, quo homines animi ſui ſenſa exprimunt, ab *oro*. *Cic. l. 6. Fam.* Non ſolum ex oratione ipſius Cæſaris, quæ ſane mollis, & liberalis fuit. *Ter. Andr.* 1. 1. 114. Oratio hæc me miſeram exanimavit metu. *Cic. 1. de nat. Deor. in fi.* Epicurus re tollit, oratione relinquit Deos. ¶ Specialiſtim dicitur de locutione Oratorum. *Cic. in Or. c. 19.* Quanquam enim omnis locutio oratio eſt, tamen unius Oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. *Quint. l. 4. c. 3.* Orationem facere jucundam & ornatam. *Id. l. 2. c. 17.* Habere orationem contra aliquem. *Id. ibi.* Orationem ſcribere. *Cic. 5. Tuſc.* Habere multam orationem de re aliqua. ¶ Oratio perpetua. V. *Perpetuus*. ¶ Proſa oratio, V. *Proſa*. ¶ Interdum publici libelli, & literæ, in quibus aliquid ad Remp. pertinens perſcribitur, orationes vocantur. *Sueton. in Tito c. 6.* Cum patris nomine & epiſtolas ipſe dictaret, & edicta conſcriberet, orationeſque in ſenatu recitaret etiam Quæſtoris vice. V. *eund. Sueton. in Aug. c. 65.*

Oratiuncŭla, æ, f. *orazioncella*, parva oratio. *Cicer. in Brut.* Indicant orationculæ, tum hiſtoria quædam Græce ſcripta dulciſſime. *Id. 3. de nat. Deor. c. 17.* Oratiuncula aureola.

Orātor, oris, m. *Oratore*, ῥήτωρ, eſt ille ex ſententia L. Craſſi, qui omnium artium cognitione, & ſcientia ornatus poteſt dicere prudenter, copioſe, ornate, memoriter, cum quadam etiam actionis dignitate, de omnibus rebus, quæcunque in quæſtionem, & in hominum diſceptationem cadunt. *Cic. 1. 2. 3. de Or.* Dictus eſt ab *oro*, non qua notat ſupplex peto, ſed ab antiqua ejus notione pro *dico*. Differt a Rhetore, quod Orator ſit, qui in judiciis, vel in concionibus, vel in Senatu cauſas agit: Rhetor, qui profitetur artem bene dicendi. V. Rhetor. *Sidon. l. 3. ep. 3.* Oratorem pro Rhetore uſurpat. ¶ Oratores etiam Legati dicuntur, qui Principum, vel Rerum publicarum mandata peragunt. *Virg. 11. Æn. v. 331.* Centum Oratores prima de gente Latina Ire placet. Adde *Liv. l. 1. c. 15.* ¶ Orator quoque dicitur liber Ciceronis, in quo de Oratore diſſerit. *Cic. l. 15. Fam. ep. 20.* Oratorem meum (ſic enim inſcripſit) Sabino tuo commendavi.

Oratōrie, adverb. *oratoriamente*, ῥητορικῶς, more Oratorum. *Cic. in Orat. c. 68.* Nihil eſt enim aliud pulchre, & oratorie dicere, niſi optimis ſententiis, verbiſque lectiſſimis dicere.

Oratōrius, a, um, *ῥητορικός*, quod ad Oratorem ſpectat. *Cic. 1. de Or.* Sic illam orationem diſertam ſibi, & oratoriam, fortem, & virilem non videri. *Id. de clar. Orat. c. 75.* Ornamenta oratoria. ¶ Oratoria, abſoluta, h. e. oratoria ars. *Quintil. l. 2. c. 14.*

Orātrix, icis, f. *oratrice*, mulier, quæ orat. *Plaut. Mil. 4. 2. 80.* Me oratricem haud ſprevitti. ¶ Alio ſenſu *Quintil. l. 2. c. 14.* Rhetoricem in latinum transferentes, tum oratoriam, tum oratricem nominaverunt.

Orātum, ti, n. petitio, preces. *Ter. Hec. 3. 3. 25.* Cum orata ejus reminiſcor.

Orātus, tus, m. *priego*, precatio, rogatio. *Cic. pro Plac. c. 57.* An etiam ſcripſit oratu tuo?

Orātus, a, um, nom. ex particip. *pregato*. *Horat. l. 1. ep. 13. v. 18.* Prece multa oratus. *Id. l. 2. ſat. 3. v. 176.* Oratus per divos. *Valles. l. 2. c. 70.* Oratus a medico.

Orbatio, onis, f. privatio. *Sen. ep. 88.* (al. 87.) Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem.

Orbātor, oris, m. qui privat. *Ovid. Metam. 13. v. 500.* Exitium Trojæ, noſtrique orbator Achilles.

Orbātus, a, um, *privato*. *Cic. pro Cluent. c. 15.* Quæ eb ſe ſe poſtea auctâ pecunia majore præmio, orbata filii minore periculo necaretur. *Id. pro Cæc.* Quibus te conſoler ut afflictum, & jam omni ſpe ſalutis orbatum.

Orbiculātim, adv. *in giro*, Ger. *rings umbſe*, Gal. *rondement*, Hiſp. *entorno*, κυκλόθεν, per orbes, & circulos, quaſi circulatim. *Plin. l. 11. c. 37.* Sed quibus cervix e multis, vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis, &c.

Orbiculātus, a, um, a. 1. 2. *tondo*, *ritondo*, κυκλοτερής, quod in orbem, & circuitum factum eſt. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 15.* Nunc tibi noſtri milites malis orbiculatis eſſe paſti videntur. Adde *Plin. l. 27. c. 13.*

Orbicŭlus, li, *rotellino*, dimin. ab orbis. *Plin. l. 25. c. 13.* Conciſa quoque in orbiculos ſervatur in vino. ¶ Sumitur etiam pro rotula trochleæ. *Cat. c. 3.* Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus ſparteis ducantur, orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis citius duces.

Orbĭcus, a, um, *girato intorno*, κυκλοτερής, quod eſt per orbem ductum, ſeu per circulum. *Var. apud Non. c. 2. n. 614.* Ut ſidera cœli circa terram, atque axem volvuntur motu orbico.

Orbifico, as, a. 1. orbum facio. *Act.* apud *Non. c. 2. n. 85e.* Orbificor liberorum letho.

Orbĭle, is, n. 3. quod rotam in ſummo axe continet, vel id potius, quod in extremis radiis eſt, & canthis cingitur, ab *orbis*. *Var. l. 3. de R. R. c. 5.* Ad extremum, ubi orbile ſolet eſſe acutum.

Orbilius, m. 2. Beneventanus Grammaticus, Horatii in pueritia præceptor, quem *l. 2. ep. 1. v. 70.* ob nimiam in pueros ſævitiam *plagoſum* vocat. Huic in ſenectute accidit, ut omni prorſus memoria deſtitueretur. Unde per jocum *Literarum oblivio* dictus eſt. Vixit ad centeſimum primum annum, & reliquit filium Orbilium, & ipſum Grammaticum. *Suet. de clar. Gramm.*

Orbis, is, m. *circolo*, גלגל, Ger. *ein ring*, Gall. *cercle*, Hiſp. *circulo*, κύκλος, circulus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæ anno fere vertente ſignifer luſtrat orbem. *Id. ib.* In orbem ferri. *Liv. l. 3.* In orbem volvi. ¶ Differt a ſphæra, ſeu globo, quod orbis proprie dicatur de plano corpore, quod circularem habet figuram, ſphæra autem, vel globus de corpore ſolido. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui Græce κύκλος dicitur. ¶ Sed hoc non ſemper obſervatur. Ponitur enim frequenter orbis pro eo, quod ſphæricum eſt, vel rotundum. Igitur uſurpatur pro mundo, propter ejus rotunditatem. *Ovid. 1. Faſt.* Jupiter, arce ſua totum cum ſpectet in orbem. ¶ Item pro globo terreſtri. *Cic. l. 4. Fam. ep. 1.* Orbem terrarum imperiis diſtributis ardere bello. ¶ Item pro cœlis, & cœleſtibus ſphæris. *Cic. in Somn.* Novem tibi orbibus, vel potius globis connexa ſunt omnia. ¶ Item pro circulari cœleſtium corporum circumvolutione. *Cic. in Somn. c. 3.* Circulos ſuos, orbeſque conficiunt celeritate mirabili. ¶ Ponitur quandoque pro regione. *Plin. l. 12. cap. 12.* In noſtro orbe proxime laudatur Syriacum. ¶ Item pro diſco, ſeu lance, ac præſertim eo diſco, ſuper quem carnes in menſa minutim concidimus, ut mappa corrumpatur. *Ovid. in Ibin.* Quo poer Œbalides, ictus ab orbe cadas. ¶ Item pro clypeo. *Petron. in Satyr.* Gladios retractant, commovent orbes manu. Sic ſæpe *Stat.* ¶ Item pro menſa rotunda. *Martial. l. 2. epigr. 43.* Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes. ¶ Item pro operculo in orbem facto. *Cat. de R. R. c. 10.* Abacum unum, orbes ahenos duos, &c. ¶ Item pro rota. *Virg. 3. Georg.* Undique jam tergo ferratos ſuſtinet orbes. *Plin. l. 8. c. 16.* Atque hoc tale, tam ſævum animal rotarum orbes circumacti, curruſque inanes terrent. ¶ Item pro orbile, hoc eſt extremitatibus radiorum in rota, quæ canthis cinguntur. *Var. l. 3. de R. R. c. 5.* Cum & aqua calida, & frigida ex orbe ligneo, menſaque, &c. ¶ Item pro frontis foraminibus, inter quæ latent oculi. *Prudent. periſteph. 3. v. 145.* Illic utriſque obtutibus Orbes exuvatos præferent. ¶ Item pro ipſis luminibus, ſive oculis. *Lactan. de opif. Dei, c. 8.* Orbes ipſos humoris puri, ac liquoris plenos eſſe voluit. ¶ Item pro multitudine hominum. *Ovid. 1. de Ar.* Atque ingens orbis in urbe fuit. ¶ Item pro manu militum, quæ etiam globus dicitur. *Gell. l. 10. c. 9.* Hinc *orbem volvere*, apud *Liv. l. 4. c. 28.* eſt terga vertere, & alio fugæ cauſa inclinare aciem, *voltar la ordinanza*. ¶ Item pro anno. *Virg. 1. Æn.* Triginta magnos volvendis menſibus orbes imperio explebit. ideſt triginta annos regnabit. ¶ Item pro contextu, & ſerie continua, quam periodum vocant. *Cic. 3. de Orat. c. 51.* Cum circuitum, & quaſi orbem verborum conficere non poſſent. *Id. in Orat. c. 71.* In Thucydide orbem orationis deſidero. ¶ Orbis ſaltatorius, eſt ſpecies quædam motus, cum ſaltatores ſe verſant, in orbemque rotant. *Cicer. in Piſon.* Cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem. ¶ Orbis ablaqueationis, eſt foſſura, ſive foſſio illa, quæ in orbem circa vites, aut arbores fieri ſolet. *Col. l. 4. c. 4.* Nam dum exaltare fortius orbem ablaqueationis foſſor ſtudet. ¶ Pro rotunditate, *rotondità*. *Plin. l. 9. c. 35.* Dos omnis unionum in candore, magnitudine, orbe.

Orbĭta, æ, *ſegno della ruota*, *rotaia*, veſtigium rotæ decurrentis. *Cic. Att. ep. 25.* Via impreſſam orbitam videre poſſemus. ¶ Item pro veſtigio vinculi, quo vitis alligatur. *Plin. l. 17. c. 23.* Orbita vinculi ſentitur vexationis non dubia. ¶ *Sever. in Ætna, v. 230.* Solis ſcire modum, & quanto minor orbita Lunæ. h. e. curſus in orbem circumactus. ¶ Translate *Juv. ſat. 14. v. 30.* Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ. ¶ Orbita, inquit *Aſcon. Pædian. in 1. Ver. pag. 108.* duas res ſignificat, nam orbita & rota ipſa intelligitur, & veſtigium in molli ſolo. *Cic. Ver. 5. 3.* Qui ex theſaurum orbitis prædari auſus ſit.

Orbĭtas, atis, f. *orbità*, *privazione*, ὀρφανία, privatio liberorum, aut parentum, ideſt ſtatus patrum poſt amiſſos liberos, vel ſtatus filiorum, cum parentes amiſerunt. *Cic. 5. Fin. c. 18.* Bonum liberi, miſera orbitas. *Id. 1. de Orat.* Ac ſe Pop. Rom. tutorem inſtituiſſe dixiſſet illorum orbitati. ¶ Translate ſumitur generatim pro quacunque privatione. *Cicer. lib. 10. Fam.* Maxima orbitate Reipublicæ virorum talium. *Plin. l. 7. c. 37.* Citra deformitatem oris curata orbitas luminis. *Id. l. 35. c. 3.* Orbitas tecti. ¶ *Orbitates* in pl. num. uſurpat *Arnob. l. 5.* & *Solin. c. 11.*

Orbitōſus, a, um, adject. rotarum orbitis impreſſus. *Incertus Auct. in Catalect. Virg. carm. de Sabino.* Et inde tot per orbitoſa millia Jugum tuliſſe.

Orbitūdo, inis, f. idem ac orbitas, apud vet. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 559.* Miſeret lacrymarum, luctuum, orbitudinis.

Orbo, as, avi, atum, a. 1. *privare*, שכל, Germ. *berauben*, Gall. *priver*, Hiſp. *privar*, ὀρφανίζω, proprie eſt filios parentibus, vel parentes filiis privare, ab *orbus*. *Cic. 1. Offic.* Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. ¶ Translate ſumitur pro privare generatim. *Cic. in Piſon.* Cum orbabas Italiam juventute. *Id. 2. Acad.* Non ergo is excæcat nos, aut orbet ſenſibus. *Plin. l. 12. c. 8.* Pene equitatu orbavit Alexandrum.

Orbōna, æ, f. Dea, quæ præeſt parentibus liberis orbatis, teſte *Plin. l. 2. c. 7.* & *Arnob. l. 4.*

Orbus, a, um, *privo*, משכל, Ger. *beraubet*, Gall. *privé*, Hiſp. *privado*, ὀρφανός, ἄτεκνος, privatus liberis, vel parentibus. *Quinctil. l. 7. c. 5.* In paupere gratior, quam divite, patre, quam orbo. *Cic. in Parad.* Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſervet? *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Te incolumi orbi non erunt filii. ¶ Translata accipitur pro eo, qui quacunque re privatus eſt. *Cic. in Brut.* Quoniam orbæ Eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus. *Id. pro Flac.* Uſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio. *Plaut. Rud. 2. 3. 10.* Orbus auxilii, opumque. *Plin. l. 7. cap. 43.* Orbam luminibus exegit ſenectam. *Silius l. 12. v. 725.* Pyrrhumque a limine porta Dejecit viſus orbus. ¶ Orbi palmites dicuntur, qui oculis, ſeu gemmis carent, & nihil pariunt. *Col. l. 4. c. 27.* Nec orbos tantum detrahere palmites.

Orca, f. 1. *orca*, ὄρυξ, genus beluæ marinæ balænis infeſtum. *Plin. l. 9. c. 6.* Hoc ſcire orcam, infeſtam his beluam, & cujus imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quam carnis immenſæ dentibus truculentæ. ¶ Eſt etiam genus vaſis ſpecie teretis, & uniformis, ab Æolico ὄρχη, quod vaſis fictilis genus notet. *Perſ. ſat. 3.* Mænaque quod prime nondum defecerit orca. *Horat. l. 2. ſerm. ſat. 4.* Non alia, quam quæ Byzantia putruit orca. ¶ Ab hujus vaſis ſimilitudine ad alia quoque id nomen translatum. Ita vinarium vas orcam dixere. *Var. l. 1. de R. R. c. 13.* Quod ſæpe, ubi conditum novum vinum, orcæ in Hiſpania fervore muſti ruptæ. ¶ Et vaſe ficaria. *Col. l. 12. c. 15.* Nonnulli hane ipſam formam fici orcis ſine pice illudunt. *Plin. l. 15. c. 19.* At ubi (ficorum) copia abundat, implentur orcæ in Aſia. ¶ Phimus quoque, ſive pyrgus orca dicebatur. *Pompon. apud Priſcian. l. 3. c. 9.* Interim dum contemplor orcam, taxillos perdidi. *Perſ. ſat. 3. v. 50.* Anguſtæ collo non fallier orcæ. De talorum ludo agit Satyricus. ¶ Item capſa pigmentorum muliebrium. *Plin. l. 35. cap. 6.* Uſta caſu reperta incendio, Piræei, ceruſſa in orcis cremata. ¶ Denique eſt nomen gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10.* Orca barbari nominis e nigro, fulvoque, et viridi, & candido placet.

Orcădes, f. 3. *Orcane*, inſulæ Scotiæ ad Bor. in mari Caledonio, ab ea tantum Pictico freto diviſæ, extenſæ a Septen. in Merid. num. 40. al. 30. ex quibus undecim majores, reliquæ minores. *Mela l. 3. c. 6.*

Orchămus, m. 2. Ὄρχαμος, Aſſyriorum Rex, qui ex Eurymene uxore filiam Leucotheam ſuſcepit, quam ab Apolline ſtupratam vivam defodit. *Ovid l. 4. Metam.*

Orcheſtra, æ, f. 1. *orcheſtra*, ὀρχήστρα, locus in medio theatro, h. e. interior pars, quæ concava, inter ſedilia, ſive cuneos, & proſcenium, ab ὀρχέομαι, *ſalto*, quia in ea apud Græcos chorus ſaltabat. Nam alius fuit orcheſtræ uſus apud Romanos, alius apud Græcos. Apud Romanos quidem orcheſtræ planities deſignata fuit Senatoribus ad ſpectandum, ſed apud Græcos in ea chorus canere, ac ſaltare conſuevit. In orcheſtra erat pulpitum, ſive locus editior, qui *thymela* dicebatur, in quo canebatur a citharœdis, ac tibicinibus, qui ex eo dicti *thymelici*. Supra orcheſtram erat proſcenium, ideſt locus ante ſcenam, nempe ſcena depreſſior, in medio ſui pulpitum habens, qui ſcenicorum, ideſt agentium, ac loquentium locus erat. *Juvenal. ſat. 3. v. 177.* Similemque videbis Orcheſtram, & populum. ideſt ſeſſionem Senatus. *Sueton. in Neron.* Deinde in orcheſtram, Senatumque deſcendit. V. *Vitruv. l. 5. c. 6.*

Orchia lex, lex de cœnis lata ab Orchio Tribuno pleb. de Senatus ſententia, tertio poſt anno, quam Cato Cenſor fuerat, quæ certum numerum convivarum præſcribebat, cavebatque, ut patentibus januis cœnaretur, neque lex fraus fieri poſſet. Hæc fuit prima omnium, quæ de ſumtibus ad populum lata ſunt. *Macrob. 3. Saturn. c. 17.*

Orchis, is, f. 3. ὄρχις, herba, al. cynoſorchis. *Plin. l. 26. c. 10.* *Dioſc. l. 3. c. 143.* ¶ Item genus piſcis. *Plin. l. 32. c. 5.* Pruſſion in ore piſcium conſtat, qui orchis vocatur, rotundus eſt, & ſine ſquamis, totuſque capite conſtat. ¶ Item genus olivæ Atticæ grandius orchite. *Col. l. 5. c. 8.* Orchas quoque, & radius melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur.

Orchites, is, ſeu orchites, it, f. 3. ὀρχίτας, ὀρχίτης, olea grandis. *Var. l. 4.*

l. 4. de L. L. Meminit ejus *Cat. c. 6. Col. l. 5. c. 82. Virg. 2. Georg.* Eſt ob *orchis*, *teſticulus*, quod ſit teſticulorum magnitudinis. *Serv. in 2. Georg. & Feſt.*

Orchomĕnus, i. f. 2. *Orcomeno*, Ὀρχόμενος, opp. & fl. Bœotiæ, inter Theſpiam, & Coroneam proximas urbes, ubi templum ditiſſimum, ac potentiſſimum Gratiarum, ab Eteocle Rege conditum, cui Thebani tributa pendebant. Hujus ſolum a talpis totum ferme evertitur, authore *Plin. l. 8. c. penult. & l. 32. c. 2.* ¶ Item opp. Arcadiæ, inter paluſtria, & paludoſa loca, Mantineæ proximum. *Plin. l. 4. c. 5.* ¶ Eſt & fluvius Theſſaliæ Minyeus antea, & poſtea Minterius dictus, cum opp. cognomine. *Plin. l. 4. c. 8.*

Orcinianus, a, um, adjectiv. ab Orco, ut Orciniana ſponda. h. e. feretrum, ſeu ſandapila, *ferètro*. *Martial. lib. 10. epigr. 5.* Vocet beatos, clamitetque felices, Orciniana qui feruntur in ſponda.

Orcīnus, a, um, adjectiv. ſepulcralis, ad Orcum pertinens. *Nævi. apud Gell. l. 1. c. 24.* Poſtquam eſt Orcino traditus theſauro, obliti ſunt Romæ loquier latina lingua. Sunt qui legunt *Orco*, eodem ſenſu. ¶ Orcini liberti dicuntur a *JCtis l. 21. ff. de pecul. legat. & alibi*, qui ex domini teſtamento libertatem ſunt aſſecuti, nec aſſertorem ſuum viderunt. ¶ Hinc Orcini Senatores, Auguſti tempore ii dicebantur, qui in Senatum irrepſerant poſt Cæſarem occiſum, & Orco demiſſum, ejus commentariorum auctoritate jactantes, eum ſe nominem obtinuiſſe. *Sueton. in Aug. c. 35.* Alii legunt *Orcivus*.

Orcīvus, a, um, V. vocem præcedentem.

Orcŭla, æ, f. *orciolo*, dimin. ab orca, parvum vas. *Cat. de R. R. c. 17.* Mencham in orculam condito.

Orcus, i, m. 2. Ὅρκος, Deus Inferorum, ut veteres putaverunt, quem & Plutonem, & Ditem Patrem vocabant, ab ὅρκος, *juramento*, quod eſſet juramenti Deus, quippe per Plutonem, vel per Stygiam paludem Dii jurabant. *Cic. 6. Ver. c. 50.* Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, veniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. ¶ Aliquando etiam pro fluvio Inferorum ponitur, imo pro toto loco. *Prop. l. 3. eleg. 19.* Arbiter Orci Minos. *Plaut. Aſin.* Bene vale, apud Orcum te videbo. ¶ *Horat. l. 3. od. 27.* Impudens Orcum moror. h. e. mortem differo. ¶ Cum Orco rationem habere, vel ponere, eſt periculo mortis ſe ſe exponere, cum id prævideamus, quod ſolent agricolæ, qui in peſtilenti agro ſerunt. *Var. l. 1. de R. R. c. 4.* Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita.

Orcus, i, m. fl. Theſſaliæ, ex Styge palude profluens, qui in Peneum labitur, aquis adeo pinguibus, ut Peneo olei in modum ſupernatet. *Hom. l. 2. Iliad.* Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Orcus Inferorum flu. eſſe dicatur, cujus apud Deos ſanctiſſimum ſemper habitum ſit juramentum.

Orcynus, i, m. ὄρκυνος, genus magni piſcis, qui a Narbonenſibus *Ton* dicitur. *Plin. l. 32. c. ult.*

Ordia prima, prima initia, primordia. *Lucret. l. 4. v. 32.* Quove modo diſtracta rediret in ordia prima.

Ordinālis, le, adiect. ordinem ſignificans, ut ordinale nomen. *Priſc. l. 2.*

Ordinarie, adv. cum ordine. *Tertul. de reſur. car. c. 2.* Hæretici ex conſcientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant. *Frontin. de Colon.* Agrum ordinarie diſponere.

Ordinarius, a, um, o. 1. 2. *ordinato*, Germ. *ordentlich*, Gall. *ordinaire*, Hiſp. *ordinario*, τακτικός, in quo ſervatur ordo. *Colum. l. 3. c. 16.* Malleolus ordinariis vitibus interſerendus eſt. ¶ Item conſuetus, & in quo nihil præter receptum morem, aut legem fit, *ordinario*. *Suet. in Aug. c. 45.* Spectavit ſtudioſiſſime pugiles, non legitimos, & ordinarios modo, ſed & catervarios pugnantes temere, & ſine arte. Sic ordinarius Conſulatus, apud *eund. in Galba c. 6.* Ordinaria conſilia, *Liv. l. 27.* Ordinaria oratio, *Sen. epiſt. 39.* ¶ Ordinarii ſervi, *l. 15. ff. de injur.* ſunt, qui certum aliquod miniſterium (quod ordinarium officium dicitur a *Senec. l. 3. de Benef. c. 28.*) in familia exercent, quibus opponuntur ſervi vicarii. ¶ Ordinaria paria gladiatorum, quæ legitimo loco, tempore & apparatu inducuntur, quibus opponuntur ex tempore ſuffecta, & veluti vicaria. *Id. epiſt. 7.* ¶ Ordinaria ſtructura apud *Vitruv. l. 2. c. 8.* eſt media inter eam, quæ fit e lapide quadrato, & quæ ex informi cæmento temere congeſto, ubi lapides, (qui ideo *ibid.* ordinarii vocantur) etſi ad normam non reſpondent, e ſe tamen invicem non abhorrent, & ordine coagmentantur. Hæc *Philander in loc. cit. Vitruv.* ¶ Homo ordinarius, qui aſſidue in foro verſatur, & lites gerit. *Feſtus.* ¶ Item homo vilis conditionis. *Idem.*

Ordināte, adv. *ordinatamente*, Germ. *ordentlich*, Gal. *par ordre*, Hiſp. *con orden*, κατὰ τάξιν, cum ordine. *Auct. ad Her. l. 4. c. ult.* Diſtincte, & ordinate diſponemus. *Tert. l. 1. adv. Marc. c. 19.* Quo ordinatius retractentur. *Auguſtin. 1. de Retract. c. 24.* Ordinatiſſime ſubjunxit.

Ordinātim, adv. idem ac ordinata. *Brut. Cic. l. 11. Fam. epiſt. 13.* Illa enim ut poſſim, ego ordinatim.

Ordinatio, onis, f. *ordine*, [illegible], Germ. *ordnung*, Gall. *ordonnance*, Hiſp. *ordenanza*, τάξις, [illegible], diſpoſitio. *Colum. l. 12. c. 3.* Ut ordinatio conſtituta conſervetur. *Vellei. l. 2. c. 59.* Omnem ordinationem & nepotis, & teſtamenti comperit. ¶ De ordinatione in architectura V. *Vitruv. l. 1. c. 2.* ¶ Interdum ſumitur pro adminiſtratione provinciæ. *Sueton. in Neron. c. 40.* Spoponderunt quidam ei ordinationem Orientis. Optimi quidem Codices habent *dominationem*. ¶ Eſt etiam ordinatio magiſtratuum creatio, & eorundem per provincias diſpoſitio. *Id. in Domit. c. 4.* Ecquid ſciret, cur ſibi viſum eſſet ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum.

Ordinatīvus, a, um, *ordinativo*, ad ordinem ſpectans, ut ordinativa adverbia, apud *Priſcian. l. 15.* Adde *Tertull. adv. Hermog. c. 19.*

Ordinātor, oris, m. *ordinatore*, qui recte diſponit. *Senec. epiſt. 110. (al. 109.)* Quomodo advocato, & litis ordinatori.

Ordinātus, a, um, *ordinato*. *Liv. l. 24.* Ea comparatione tam ordinatæ diſciplinæ animadvertit. *Nepos in Iphicr. c. 2.* Ordinatæ acies. *Apul. de Deo Socrat. poſt princ.* Ordinatiſſimi meatus. *Senec. epiſt. 74.* Vita ordinatior, & prudentior.

Ordĭno, as, avi, atum, a. 1. *ordinare*, [illegible], Germ. *ordenen*, Gall. *ordonner*, *mettre par ordre*, Hiſp. *ordenar*, *poner en orden*, [illegible], ſuo quæque ordine diſpono, recte conſtituo, deſigno, in ordinem redigo. *Cic. 2. de Orat.* Ea mihi videntur in lite ordinanda, & in conſilio dando eſſe poſita. *Colum. l. 5. c. 3.* Ordinare locum vitibus. *Suet. in Caeſ. c. 40.* Ordinare Reipub. ſtatum. *Liv. l. 29. c. 1.* Ordinare milites. *Curt. l. 3. c. 8.* Ordinare aciem. *Flor. l. 3. c. 19.* ſub ſignis ordinare. *Sen. ep. 9.* Ordinare res ſuas ſuo arbitrio. Et *epiſt. 10.* Ordinare cupiditates improbat. h. e. in officium redigere. Al. leg. *cogitationes*. Et *ep. 12.* Ordinare diem, *diſporre le azzioni del giorno*. ¶ Ordinare aliquem, eſt ad aliquod munus gerendum conſtituere. *Suet. in Veſpaſ. cap. 23.* Quendam e charis miniſtris diſpenſationem cuidam, quaſi fratri petentem cum diſtuliſſet, ipſum candidatum ad ſe evocavit, exactaque pecunia, ſine mora ordinavit. ¶ Ordinare teſtamenta apud JCtos, *l. 5. ff. de inoffic. teſtam.* eſt conficere. ¶ *Ordinare medicamenta* dicuntur Medici cum ea ægrotantibus præſtituunt. Legitur hæc phraſis apud *Cal. Aurel. Chronic. l. 1. c. 7. ſub fin.*

Ordior, iris, orſus ſum, d. 4. *cominciare*, [illegible], Germ. *anfahen*, Gal. *commencer*, Hiſp. *començar a dezir*, [illegible], incipio. *Cic. Att. l. 4. ep. 1.* Alterius vitæ quoddam initium ordimur. *Id. in Brut.* Cum admodum adoleſcens orſus eſſet in foro dicere. *Id. pro Marc.* Sed ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea. *Nepos in Alcib. in fin.* Satis de hoc, reliquos ordiamur. h. e. ordiamur de reliquis dicere. ¶ Significat etiam texere; quæ a nonnullis putatur propria, & præcipua hujus verbi notio. *Plin. l. 11. c. 24.* Aranea orditur telas. ¶ Particip. futuri *ordiendus*, & *ordiundus*. *Liv. in præfat. l. 1.* Ab initio tantæ ordiendæ rei. *Cic. 2. de Or. c. 81.* Craſſus princeps ejus ſermonis ordiendi fuit. ¶ Particip. præteriti *orditus* pro orſus ponitur a *Diomede*, & *Priſcian.* & uſurpatur a *Sidon. l. 2. ep. 9.* paſſiva ſignificatione: narratiunculas bifariam orditas. Adde *Fortunat. l. 1.* quæ tamen imitandæ minime ſunt. ¶ Particip. *orſus* V. ſuo loco.

Ordītus, V. Ordior.

Ordium, V. Ordia.

Ordo, inis, m. *ordine*, *diſpoſizione*, [illegible], Ger. *ordnung*, Gal. *ordre*, Hiſp. *orden*, τάξις, [illegible], digeſtio, & in ſuo loco rei cujuſque collocatio, veluti in acie fit, ubi pedites, ubi alæ, cæteraque omnia ſuo quæque ordine collocantur, quaſi [illegible], *terminum do*, ut conjicit *Caſ. Jul. Scalig. de cauſ. L. L. c. 35.* Potius & deducere a Græco [illegible], *rectus*. *Cic. 1. Offic.* Nam & ordinem ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis, & accommodatis locis. *Id. de Sen.* Et proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines. *Quintil. l. 10. c. 5.* Dare ordinem ſtudiis. ¶ Sæpe ponitur pro conditione, qualitate, ſtatu hominum. *Virg. 7. Æn.* Delectos ordine ab omni. *Cic. 4. Ver.* M. Octavium hominem ornatiſſimum loco, nomine, ordine, virtute. *Idem Ver. 3.* Homo tui ordinis frugaliſſimus, *tra quelli del ſuo rango*. ¶ Apud Romanos tres ordines aetum fuere, Senatorius, Equeſter, Plebejus. *Cic. in Catil. pro Domo. Liv. l. 26. Sigon. de ant. jur. Civ. Rom. l. 2. c. 1.* ¶ Ordo ampliſſimus, vel nobiliſſimus Senatorius vocabatur. *Cic. de Prov. Conſ.* Reduxit ordo ampliſſimus, & Ordo is, qui eſt & publici conſilii, & meorum omnium conſiliorum auctor, & princeps. ¶ Aliquando ordo ponitur pro ipſis hominibus, ideſt iis, qui ejuſdem ſunt dignitatis, ut Senatores, &c. *Cic. 3. Offic.* Qui eſſet, ut argentarios, apud omnes Ordines, gratioſus. ¶ Item pro agmine. Hinc ordines ducere dicuntur, qui militibus præſunt, ut Tribuni, Centuriones, atque alii. *Cic. 1. Phil.* Viri fortiſſimi, atque honeſtiſſimi, qui ordines duxerunt. ¶ Ordinis inferioris amici, dicuntur, vel qui ſunt infimæ conditionis, vel qui in genere amicitiæ infimi ſunt, & omnium amicorum minimi. *Cic. de Amic.* Nunquam ſe ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amicis. ¶ *Ordine*, & *ex ordine* eſt ſecundum ordinem, vel diſtincte, dilucide. *Virg. 1. Ecl.* Pone ordine vites. *Cic. in Pætr.* Teſtes ordine interrogandi ſunt. *Idem 6. Verr. c. 64.* Ut quiſque ætate, & ordine antecedebat, ita ſententiam dixit ex ordine. ¶ *Extra ordinem*, eſt neglecta, & poſthabita ordinis ratione, præter morem, & conſuetudinem. *Cic. pro Dom.* Cn. Pompejo plurima, periculoſiſſima, maxima terra, marique bella extra ordinem ſunt commiſſa. ¶ *Extra ordinem* per Metaphoram ponitur pro eximie, & quaſi præter cæteros. *Cic. l. 6. Fam. ep. 5.* Ad eam ſpem, quam extra ordinem de te ipſo habemus. ¶ Vel pro accidenter. *Quintil. l. 10. c. 3.* In quo notentur, quæ ſcribentibus ſolent extra ordinem, ideſt ex aliis, quam qui ſunt in manibus loci, occurrere. ¶ Juriſconſulti ponunt *extra ordinem* pro ſine verbis, & formulis ſolemnibus. *Paul. l. ordo, ff. de publ. jud.* Cum extra ordinem crimina probantur. ¶ *Ex ordine*, eſt ſecundum ordinem, pro ratione ordinis, ordine ſervato. *Cic. in Ver.* Ita ſententiam dicebat ex ordine. ¶ Interdum ſignificat ſine intermiſſione, ut aliqui dicunt. *Virg. 4. Georg.* Septem illum totos perhibent ex ordine menſes fleviſſe. ¶ In ordine ſtare dicuntur, qui ſtando ordinem ſervant, vel ordine ſtant. *Auct. ad Her. l. 3.* Si in ordine ſtantes notos quam plurimos viderimus. ¶ In ordinem cogere, vel redigere, *fare ſtare*, *coſtringere alcuno a che che ſia*, proprie dicitur, cum quis per vim prohibet magiſtratus, ne jure ſuo utantur, eoſque in ordinem, & conditionem privatorum quodammodo redigit. *Liv. l. 43. c. 16.* Eo facto avocatam a ſe concionem tribunus queſtus eſt, & in ordinem ſe coactum. *Id. l. 25. c. 3.* Conſul tribunis, Nonne videtis, inquit, vos in ordinem coactos eſſe? *Plin. l. 1. ep. 23.* Tribunatus poteſtatem in ordinem cogi a nullo decet. Adde *Sueton. in Claud. c. 38.* & *in Veſpaſ. c. 15.* ¶ Translate *Plin. l. 2. ep. 6.* Gula reprimenda, & quaſi in ordinem redigenda eſt.

Orĕa, æ, f. *freno*, *morſo*, χαλινός, frænum, ita dictum, quod ori inferatur, ab *ore*. *Trebel. pro ſe apud Pep.* Oreas detraho inſpectante Lucio Stertinio. Citat *Feſtus*, qui & Nævium, Titinnium, Catonem, Cœlium uſos docet. ¶ Orea quoque, vel, ut alii ſcribunt, oria, vel horia, eſt genus naviculæ. V. Horia.

Oreădes, dum, f. Ὀρειάδες, Nymphæ montium, ab ὄρος, *mons*. Hujus dictionis ſecunda a Poetis licenter producitur, quod propter tot brevium ſyllabarum concurſum alioqui carmen hexametrum ingredi non poſſet. *Virg. 1. Æn. v. 500.* quam mille ſecutæ Hinc, atque hinc glomerantur Oreades. ¶ In ſing. num. *Calpurn. ecl. 4. v. 136.* Per juga ſiccata felix pede currit Oreas.

Oreon, i, ὄρεον, genus herbæ in montibus naſcens, refertur inter ſpecies polygoni. *Plin. l. 27. c. 12.*

Oreoſelīnum, ὀρεοσέλινον, apium montanum. *Plin. l. 20. c. 11.*

Oreſtes, m. 3. Agamemnonis, & Clytæmneſtræ filius, ſic appellatus ob ferinam, atque agreſtem, & quaſi montanam naturam, ab ὄρος, *mons*, quem ſoror Electra, necem ei parari ab Ægiſtho, qui patrem Agamemnonem interfecerat, & cum matre in adulterio vivebat, metuens, per pædagogum in Phocidem clam ablegavit. Illic duodecim annos commoratus cum pædagogo ſuo Argos rediit, ubi ſub ſpecie hoſpitis intromiſſus ad Clytæmneſtram, eandem in ultionem patris occidit. Deinde Pyrrhum quoque Machærei Sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quod Hermionem Menelai filiam, ſibi prius deſponſatam, rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitatus eſt furiis, quibus non ante liberari potuit, quam judicium in Areopago expertus ſit, ubi cum a ſex Diis condemnaretur, a ſex abſolveretur, tandem a Pallade & abſolutus, & a furiis liberatus eſt. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem, periculorumque ſocium, cum quo tam ſancte amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recuſaret. *Cic. de Amic. Virg. 3. Æn. & al.* ¶ Pro tragœdia de Oreſte, *Juven. ſat. 1.* Scriptus & in terga, needum finitus Oreſtes.

Oreſtēus, a, um, adject. ad Oreſtem pertinens, Ὀρέστειος, ut Oreſtea Diana, cujus ſimulacrum Oreſtes juxta Ariciam collocavit. *Ovid. 15. Metam. v. 489.*

Orexis, is, f. *fame*, appetitus, eſuritio, ὄρεξις, ab ὀρέγομαι, appeto. *Juven. ſat. 11. v. 127.* Hinc ſurgit orexis, Hinc ſtomacho vires.

Organarius, ii, m. qui organa tractat, vel fabricatur. *Firmic. Matheſ. l. 3. c. 14.* Mercurius cum Venere facit organarios, & myropolas.

Orga-

Digitized by Google

Organice, adv. per organo, ſeu machinas. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. Organice moveri. Optimæ editiones habent *organicῶς*, græca terminatione.

Organicus, i, ſubſt. m. 2. *organiſta*, qui muſicis organis canit. *Lucret. l.* 2. *v.* 412. Ac muſæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Organicus, a, um, quod ad organa, ſive inſtrumenta ſpectat. *Firm. l.* 8. *c.* 30. Organicæ machinationis. *Lucr. l.* 3. *v.* 133. Saltus Organicus Heliconis. h. e. ſonorus, muſicis organis refertus.

Organum, ni, n. *organo*, *inſtrumento*, Ὄργανον, inſtrumentum. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 14. Ὄργανον enim meum erat Senatus, id jam eſt diſſolutum. ¶ Per excellentiam organa dicuntur quævis muſicorum inſtrumenta. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Ut illi quoque organorum ſoni, quamquam verba non exprimunt, &c. *Juven. ſat.* 6. Prætoribus organa ſemper in manibus. ¶ Eſt & organum inſtrumentum quoddam ædificiis conſtruendis aptum. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. Inter machinas, & organa id videtur eſſe diſcrimen, quod machinæ pluribus operibus in majores coguntur effectus, ut baliſtæ, torculariumque prela; organa autem unius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propoſitum eſt, uti ſcorpiones, & aniſocyclorum verſationes. ¶ Item inſtrumentum idoneum ad metiendum. *Colum. l.* 3. *c.* 13. Sic compoſitum organum cum in ſulcum demiſſum eſt, latem docum, & conductoris ſine injuria deducit.

Orgia, orum, n. 2. ὄργια, quævis ſacra apud Græcos, quemadmodum apud Latinos cæremoniarum appellatio generalis eſt, ſed ſpeciatim, & per excellentiam ſacra Liberi Patris. *Serv. in Æn.* 4. *v.* 302. Innovabantur tertio quoque anno, unde *trieterica* dicta ſunt, id eſt triennalia. *Virg.* 4. *Æn.* *v.* 302. Ubi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia.

Oria, V. Horia.

Orichalcum, V. Aurichalcum.

Oricilla, V. Auricilla.

Oricius, a, um, quod ſpectat ad Oricum urb. vel montem. *Virg.* 10. *Æn.* *v.* 136. Incluſum buxo, aut Oricia terebintho.

Oricularius, a, um, adject. auricularius, ad aures pertinens, ut oricularius clyſter, quo in aures aliquid injicitur, apud *Celſ. lib.* 6. *cap.* 7. bis, & *l.* 5. *c.* 28. ubi de fiſtulis agit.

Oricus, i, m. & fem. *Orca*, opp. Epiri, in ora Maris Jonii. *Caſ. l.* 3. *B. C.* Recepto Orico Cæſar Apolloniam proficiſcitur. *Lucan. l.* 3. *v.* 187. Tunc qui Dardaniam tenet Oricon. Quædam Editiones habent *Orithon*. ¶ Ibi mons eſt eodem nomine appellatus. *Plin. l.* 2. *c.* 86.

Oriens, entis, *naſcente*, ἀνατέλλων, naſcens, ſurgens, partic. ab orior. *Cic. in Somn.* Quis in reliquis Orientis, aut obeuntis Solis partibus tuum nomen audiet?

Oriens, entis, ſubſt. m. *Oriente*, *Levante*, ἀνατολή, ea pars mundi, in qua Sol oritur. *Cic. de nat. Deor.* Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Orientalis, le, *Orientale*, ad Orientem pertinens. *Juſtin. l.* 39. *c.* 5. Orientalia regna. *Pallad. l.* 3. *c.* 17. Ab Orientali arboris parte.

Orificium, ii, *orifizio*, *apertura*, anguſtus aditus, vel exitus quaſi per os. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 4. Ventris ſunt duo orificia. Et *infra*. Retrimenta inferiori orificio labuntur.

Origanum, i, n. & Origanus, i, m. *origano*, ὀρίγανον, fruticulus, tam folio, quam ramis ſylveſtri ſerpyllo ſimilis, comante ſupra cacumen umbella, in quo flores ex albo purpurei, odore jucundo prædito emicant. *Plin. l.* 20. *c.* 17. ubi de eo plura. *Seren. Sammon. c. tit. ſcorpio*, &c. Cumque hoc abſumi debebit origanus herba.

Originalis, le, o. 3. *originale*, ἀρχαῖος, quod eſt ex origine. *Apul. l.* 11. *Metam ſub init.* Ceres frugum parens originalis. Adde *Tertul. adverſ. Hæret. c.* 21.

Originarius, a, um, adject. Titulus 38. in Codice lib. 10. eſt de municipiis, & originariis, h. e. de iis, qui origine municipes ſunt.

Originatio, onis, f. *etimologia*. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Etymologia a Cicerone dicta eſt notatio; ſunt qui vim potius intuiti, originationem vocent.

Originitus, adverb. ab origine. *Ammian. l.* 31. *c.* 6. Perſæ, qui originitus fuere omnes Scythæ.

Origo, inis, f. *origine*, *principio*, מקור, Germ. *urſprung*, Gall. *ſource*, Hiſp. *origen*, γένεσις, ortus, initium, principium, cauſa. *Cic. de Univerſ. c.* 2. Nullius enim rei, cauſa remota, reperiri origo poteſt. *Id.* 2. *Fin.* Origo ſummi boni. *Id. de clar. Orat.* Eloquentiæ origo eſt verborum delectus. ¶ Item genus, natales. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 39. Sabinus modicus originis. *Horat. l.* 3. *od.* 17. Auctore ab illo ducis originem &c. *Virg.* 1. *Æn.* Trojanus origine Cæſar. ¶ Quod ait *Gell. l.* 11. *c.* 3. in *fi. Quod eſt ſcriptum a M. Catone in ſexta origine*: intelligis ſextum librum *Originum* ab illo conſcriptarum: de quibus *Cic. de Senect. c.* 11. Qui quidem libri ad nos non pervenerunt.

Oriola. V. Horiola.

Orion, onis, m. Ὠρίων, filius Jovis, Neptuni, & Mercurii, quaſi Urion, ab οὖρον, *urina*. Nam olim Jupiter, Neptunus, & Mercurius, cum terram peragrarent, ſupervenıente nocte ad pauperem quendam diverterunt, qui eos hilari animo ſuſcepit, cumque Deos eſſe animadvertiſſet, occiſo bove, iiſdem ſacrificium obtulit. Quo officio motus Jupiter, præcepit, ut aliquid muneris a ſe peteret, ſtatim voti compos futurus. Ille nihil ſe ſe magis cupere reſpondit, quam filium, conjugem tamen ſe non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dediſſet, ſe aliam non ducturum. Jupiter igitur, & reliqui Dii corium immolati bovis ſumpſerunt, in quod cum urinam emiſiſſent, juſſerunt, ut terra obrutum completis maternis menſibus ſolveret. Quod cum feciſſet, invenit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic poſtea adultus evaſit venator maximus, adhæſitque Dianæ. Sed cum viribus fidens glariaretur, nullam eſſe feram, quam non conficeret, Dii inſolens verbum ulturi effecere, ut terra ſcorpionem pareret, cujus ictu Orion extinctus eſt. Diana ſatellitis ſui obitum graviſſime ferens, eum in cœlum juxta Tauri ſidus conſtituit. *Bocc. lib.* 11. *Gen.* ¶ Aliter de ſcorpione iſto narrat *Ovid. in Faſt.* aliter *Lucan.* aliter *Horat.* Ipſam denique totam fabulam diverſe tradunt *Servius*, *Heſiod.* & alii. ¶ Conſtat Orionis ſidus ex octo, & triginta ſtellis. Enſem habere videtur ſtellarum fulgore terribilem. Si fulget, ſerenitatem, ſi obſcuratur, tempeſtatem denotat. ¶ Hoc nomen apud Poetas habet primam ſyllabam indifferentem. Nam olim a Græcis per ω diphthongum ſcribebatur, quæ Dorice in ω ſolet commutari: qua ratione conſtat poſſe produci. Poteris tamen etiam corripi, ſi abjiciamus ex prima ſyllaba vocalem ſubjunctivam more Græcorum. Media autem ſyllaba fere ſemper producitur. Penultima obliquorum rurſus eſt indifferens. *Virg.* 1. *Æn.* Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion, &c. *Lucan. l.* 9. Teſte tulit cœlo victi decus Orionis. Verſus eſt ſpondaicus. *Ovid.* 8. *Met.* Strictumque Orionis enſem. ¶ Per Epentheſin Poetæ dicunt Oarion. *Catul. de coma Beren. in fi.* Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Orior, eris, ortus ſum, d. 3. *naſcere*, *venire alla luce*, זרח, Germ. *entſpringen*, Gall. *naiſtre*, Hiſp. *nacer*, φύομαι, γίγνομαι, naſcor, ab ὄρω, vel ὄρνυμαι, *excitor*, inſerto *i*. Tertiæ eſt conjugationis, excepto infinitivo *oriri*, qui ducitur a quarta. Partic. temporis præteriti habet *ortus*, temporis futuri *oriturus*. *Cic.* 2. *de Leg.* In quo tu ortus es, & procreatus. *Ovid. l.* 10. *Met. v.* 166. Tu toties oreris, viridique in ceſpite flores. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 16. Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. ¶ Tranſlate ponitur pro ſurgere, prodire. *Cic. pro Cluen.* Cum quædam in collibus controverſia paſtorum orta eſſet. *Id. de Am.* Ab his ſermo oritur, id eſt hi primi loquuntur in dialogo. *Terent. Adelph.* 2. 1. Tibi a me nulla orta eſt injuria.

Orites, m. 1. ὀρίτης, gemma globoſa ſpecie, quæ a quibuſdam ſiderites vocatur, ignem non ſentiens. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Orithyia, æ, f. Ὠρείθυια, Ὠρείθυια, filia Erichthei Athenarum Regis, quam a Borea raptam, & in ventum converſam Poetæ fabulantur. *Ovid. l.* 6. *Met.* Sed *Euſebius* pro vera hiſtoria refert, Boream Regem Threciæ fuiſſe, qui, cum Orithyiam amaret, & ſibi conjugem dari poſtularet, nec impetrare poſſet, illam rapuit, & in Threciam ſecum detulit, ex qua Zeten, & Calaim filios procreavit. *Bocc. l.* 12. *Gen.* ¶ Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum Regina, quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in Regno. Ea regnante, fortiſque bellum gerente, Hercules, & Theſeus Amazonas adorti ſunt. *Juſtin. l.* 2. *c.* 4. 17. & 26.

Orithyon, i, mons, de quo *Sidon. carm.* 15. *v.* 2. Quæ ſuper Idalium levat Orithyon in æthram.

Oriundus, a, um, *dipendente*, *nativo*, נולד, Germ. *geboren*, Gall. *natif*, Hiſp. *natural*, ἐξ οὗ, qui ratione parentum originem ducit ex aliquo homine, vel loco. Differt ab *ortus*, quia oriundus refertur ad perſonam, vel ad locum, unde parentes noſtri ſunt, *ortus* idem eſt, ac natus, denotatque genitores, vel locum, unde ipſi nati ſumus. *Liv. l.* 34. Oriundus a Magno Alexandro. *Id. lib.* 24. Hippocrates, & Epicides, nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis. ¶ Aliquando pro orto, ſeu nato ponitur. *Cic. in Top. c.* 6. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. *Colum. l.* 1. *c.* 3. Si modo liberis parentibus eſt oriundus. ¶ Tranſlate *Liv. l.* 1. *c.* 20. Sacerdotium Alba oriundum.

Orix. V. Oryx.

Orminium, ii, n. aſparagus ſylveſtris. *Plin. l.* 20. *c.* 10.

Ornamen, inis, n. ornamentum. Habet *Martian. Capell. pag.* 192.

Ornamentum, ti, n. *ornamento*, עדי, Germ. *eine zierde*, Gall. *ornement*, Hiſp. *atavio*, κόσμος, ornatus. *Cic.* 3. *Ver.* Quod ornamentum pueritiæ pater dederat. *Id.* 1. *Fin. c.* 5. Ornamenta orationis. *Id. pro Mil. c.* 14. Ornamentum Reip. *Id. Fam.* 15. *ep.* 4. Ornamento te mihi fore duxi. ¶ Sæpe pro honore ponitur, ſive dignitate. *Cic. Lic. Craſſo*. Suſcepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. ¶ Item pro beneficio honorifico. *Cic. Cælio*. Quæcunque a me ornamenta in te proficiſcentur. ¶ Ponitur & pro quocumque apparatu, ſeu inſtrumento. *Cic. Catil.* 2. *c.* 11. Neque vero cæteras copias, ornamenta, præſidia veſtra cum illius latronis inopia, ac egeſtate debeo conferre. *Plaut. Amph. prol. v.* 84. Eis (hiſtrionibus) ornamenta & corium uti conciderent, hoc eſt veſtes ſcenicas. *Senec. epiſt.* 14. Ars ei conſtat, qui per ornamenta percuſſus eſt. h. e. per arma gladiatoria. V. *Lipſ.* 1. *Saturn. c.* 17. ubi hac de re plura. *Tacit. hiſt.* 1. *c.* 79. Ornamenta conſularia. h. e. inſignia, lictores, faſces, ſella curulis &c. Sic triumphalia ornamenta, apud *eund. in Agric. c.* 40.

Ornate, adv. *ornatamente*, Germ. *zierlich*, Gal. *avec ornement*, Hiſp. *con atavio*, κοσμίως, cum ornamento, eleganter. *Cic.* 1. *Fin.* Res vero bonas verbis electis graviter, ornateque dictatas quis non legat? *Id.* 1. *de Or. c.* 53. Ornatius cauſam ſuam dicere. *Id.* 9. *Fam. ep.* 21. Ornatius cauſas agere. *Id. de clar. Or. c.* 5. Ornatiſſime, & copioſiſſime defendi.

Ornatio, onis, f. ornatus. *Vitruv. lib.* 5. *cap.* 7. in *fi.* Mutare ſpeciem ornationis in fronte.

Ornator, oris, m. qui ornat. *Jul. Firmic. Matheſ. l.* 3. Ornatores Deorum, vel fabricatores templorum.

Ornatrix, icis, f. quæ ornat, κομμώτρια. Ornatrices dicebantur ancillæ, quæ dominarum crinem componebant. *Sueton. in Claud. cap.* 40. Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. *Ovid.* 3. *de art. am. v.* 238. Tuta ſit ornatrix: odi, quæ ſauciat ora Unguibus, & rapta brachia figit acu.

Ornatus, a, um, *ornato*, מכתר, Ger. *gezieret*, Gall. *orné*, Hiſp. *ataviado*, κεκοσμημένος, ornamentis decoratus. *Feſt.* Ornatus dicitur, qui bonis artibus inſtructus eſt, ſive qui honorem adeptus eſt a populo, & bene aptus, ut miles, & gladiator, aut actores fabulas. *Cic.* 2. *Agr.* Sed tamen magnificentius, atque ornatius eſſe illo nihil poteſt, quod &c. *Id. pro Planc.* Inter ornatiſſimos homines Equites R. ſummo ſplendore fuerit. *Nepos* 15. *c.* 3. Ornatus in oratione. *Ter. Adelph.* 2. 1. 12. Ornatus ex ſuis virtutibus. ¶ Item inſtructus, paratus, *fornito*. *Cic. pro Leg. Manil.* Domicilia regis omnibus rebus ornata. *Id.* 2. *Fam. ep.* 2. Satis probe ornatus exercitus. *Id. pro Quint.* Ornatiſſimus fundus. *Nepos in Annib. c.* 3. Elephantus ornatus. h. e. armatus. *Lucret. l.* 2. *v.* 41. Claſſem ornatam armis. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 63. Exercitus ad prælium intentus, ornatuſque. *accinto*.

Ornatus, us, m. *ornamento*, κόσμησις, cultus, quo quis ornatur, ornamentum. *Cic.* 1. *Off.* Quod ſtatuas quoque videmus ornatu fere militari. *Id. in Or.* Afferunt hæc quaſi lumina magnum ornatum orationi. *Id. in Brut.* Ornatum aliquem habere. *Id.* 2. *Fin. cap.* 21. Ornatus regalis. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Equus inſtratus ornatu regio. ¶ *Ornato* in dat. pro *ornatui*. *Cæſar apud Gel. l.* 4. *c.* 16. Iſti & honori erant, & ornatu. ¶ Invenitur & *ornati* in genitivo ſingul. *Terent. Andr.* 2. *c.* 28. In ædibus nihil ornati, nihil tumulti.

Orneus, a, um, adject. qui eſt ex orno. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Orneam frondem bubus præbere.

Ornithiæ, m. 1. ὀρνιθίαι, venti Septentrionales, qui decimo cal. Martii, cum Leo deſinit occidere, ſpirare incipiunt, perque dies triginta ſpirant, teſte *Col. l.* 11. *c.* 2. & *Plin. l.* 2. *c.* 47.

Ornithoboſcion, n. 2. ὀρνιθοβοσκεῖον, locus ad paſcendum aves. Habet hanc vocem *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. ſed græcis literis ſcriptam.

Ornithon, onis, m. ὀρνιθών, aviarium. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 3. Ornithones aviaria ſunt, in quibus ſtabulantur turdi, pavones, & omnes alites, quæ intra parietes villæ ſolent paſci.

Ornithotrophium, n. 2. ὀρνιθοτροφεῖον, locus, in quo aves educantur; idem ac ornithon. Habet *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. ſed græce ſcribit.

Orno, as, avi, atum, a. 1. *ornare*, *adornare*, עדה, Germ. *zieren*, Gall. *orner*, Hiſp. *ataviar*, κοσμέω, pulchrum facio. *Cic.* 1. *de Or.* Qui mirabilius, & magnificentius augere poſſet, atque ornare, quæ vellet. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 7. Ornare capillos. ¶ Sæpe ſumitur pro præparare, apparare, aptare, inſtruere. *Cic. pro Quinct.* Ornare magnifice, ſplendideque convivium. *Id. pro L. Man.* Ornare claſſes. *Ter. Eun.* Ornare fugam. ¶ Tranſlate accipitur pro honorare. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Quo minus etiam hiſce eum ornes gloriæ inſignibus. ¶ Ornare verbis, eſt laudare, & verbis quodammodo majus facere. *Ter. Eun.* Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris. ¶ Item pro honeſtare, additis vocibus, quæ beneficium, aut ornatum ſignificent. *Cic. pro Dejot.* Eum regem, quem ornare cuncti cum ſenatu ſolebamus. *Id. Ver.* 3. 2. 13. Ornare aliquem beneficiis, officiiſque omnibus. *Nepos in Themiſt. c.* 2. Ornare divitiis. *Plin. l.* 1. *ep.* 25. Ornare candidatum ſuffragio. *Cic. in Piſon.* Ornare frequentia egreſſum alicujus.

Ornus, i, f. ὀρεινὴ μελία, ſylveſtris fraxinus, arbor procera, caudice tereti,

Digitized by Google

ti, lævi cortice. quaſi ὀρεινή, *montanus*, quia montibus propria eſt. *Hor. l. 2. Carm. od. 9.* Et foliis viduantur orni.

Oro, as, avi, atum, a. 1. *pregare*, הִתְפַּלֵּל, Germ. *beten*, Gal. *prier*, Hiſp. *rogar*, δέομαι, ἀντιβολῶ, peto, precor, rogo, obſecro, ab *os*. *Cic. pro Planc.* Illud unum vos magnopere oro, atque obſecro. *Ovid. Metam. 8.* Orare veniam dapibus. V. Dape. *Liv. l. 21. c. 6.* Legati auxilium ad bellum orantes. *Nepos 10. c. 5.* Oravit omnes, ne id facerent. *Ter. Andr. 3. 2. 48.* Orabo uxorem gnato. *Plaut. Amph. 1. v. 501.* Orant, ignoſcamus. ¶ Cum infinito *Virg. Ecl. 2. v. 43.* Jampridem a me illos abducere Theſtylis orat. Ubi *Servius*: orat, ut abducat: figuratum eſt, ut *donat habere* (5. *Æn. v. 262.*) ideſt, donat, ut habeat. ¶ Eleganter interſeritur orationi, quemadmodum & *quæſo*. *Senec. epiſt. 88.* Quid enim, oro, liberale habent iſti jejuni vomitores? ¶ Significat etiam agere, ſeu dicere cauſas. *Quint. l. 1. c. 10.* Perfecta eſſe ſine his orandi ſcientia non poteſt. *Cic. de clar. Orat. c. 23.* Neminem melius ullam oraviſſe cauſam capitis. ¶ *Oraſſis* pro oraveris, *Plaut. Epid. 5. 2. 63.*

Orobanche, es, f. *coda di leone*, *piſciacane*, ὀροβάγχη, cauliculus, ſine foliis, & altitudine ſeſquipedali, ſubrubens, flore ſubalbido in luteum vergente, ab ὄροβος, *ervum*, & ἄγχω, *ſtrangulo*, quod ervum, & cicer, in quibus fere naſcitur, circumligando præfocat. *Plin. l. 22. c. 25.*

Orobia, æ, f. thuris genus, minutiſſimis conſtans guttis, ab ὄροβος, *ervum*, ob ſimilitudinem. *Plin. l. 12. c. 14.*

Orobinus, color aſſ luteo ſimilis, hoc eſt color ervi herbæ, quæ Græce ὄροβος dicitur. *Plin. l. 37. c. 10.* Gaſidanea Græci mittunt coloris orobini.

Orobitis, f. 3. ὀροβῖτις, chryſocollæ factitiæ genus, ſeu coloris ſpecie confecta ex lutea herba. *Plin. l. 33. c. 5.*

Orontes, is, m. fl. maximus Syriæ, qui ex Libano M. profluit, multiſque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, ad Seleuciam Pieriam in Syrium pelagus prolabitur. *Prop. l. 2. eleg. 23.*

Orontēus, a, um, adject. pro Syriaco. *Propert. l. 1. eleg. 2.* Aut quid Orontea crines perfundere myrrha.

Orōpus, f. 2. *Zucamino*, *Suſamene*, opp. Bœotiæ, in conf. Atticæ, in ora. *Plin. l. 4. c. 7.* ¶ Item urbs Macedoniæ, ubi Seleucus Nicator natus; ſic ab Oropo filio Lycaonis dicta.

Orphaicus, a, um, adject. Orphicus. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 12.* Liberum Patrem Orphaici νοῦν ὑλικόν ſuſpicantur intelligi.

Orphanotrophīum, ii, n. *ſpedale per gli orfani*, ὀρφανοτροφεῖον, *l. 2. Cod. Juſtin. tit. 2. de ſacroſ. Eccleſ. leg. 16.*

Orpheus, m. 2. Ὀρφεύς, diſyllab. Poeta, ſeu Vates, genere Thrax, Apollinis, & Calliopes filius. Alii dicunt, filium fuiſſe Oeagri, & Polyhymniæ, & Regem Ciconum, qui ſunt populi Thraciæ juxta Hebrum. Hinc Oeagrius appellatur. Hic a Mercurio, ſive, ut alii habent, a patre Apolline lyram accepiſſe fertur, eaque tantum valuiſſe, ut illius cantu ſylvas, & ſaxa moverit, fluviorum curſum prohibuerit, feraſque mitiores reddiderit. Cum Argonautis in Colchidem navigavit, ideo ab illis aſſumptus, quod juxta vaticinium Chironis Sirenes præteriri non poterant, niſi præſente Orpheo. Eurydicen uxorem habuit, quæ Ariſtæum vim ſibi inferre volentem fugiens, a ſerpente occiſa eſt. Ob cujus mortem Orpheus incredibilem in modum dolens, accepta lyra ad Inferos deſcendit, ubi carminibus, & cantu Plutonem, & Proſerpinam flexit, ut Eurydicen redderent, hac tamen lege, ne in itinere reſpiceret. Quod cum præ amore non ſervaſſet, eam denuo amiſit. Deinceps cælibem vitam agere ſtatuit. Cum igitur jam multas nuptias rejeciſſet, alios inſuper a mulierum conſortio dehortaretur, a Mænadibus inter Bacchi ſacrificia juxta Hebrum fl. occiſus, & diſcerptus eſt. Sed alii aliam cauſam afferunt. Dicunt, reverſum ab Inferis in perpetuo luctu vitam duxiſſe, rogatum eſſe quadam die a mulieribus Bacchi Sacerdotibus, ut lyra caneret, recuſantem laceratum fuiſſe. Ejus membra paſſim per agros ſparſa Muſæ collegerunt, & tumulaverunt. Caput vero, & lyra in Hebrum dejecta, ad Lesbon inſ. delata ſunt, ubi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, Lyra autem a Muſis in cœlum tranſlata. *Ovid. l. 10. & 11. Met.*

Orphēus, a, um, per tres ſyllabas, ὀρφεῖος, quod ad Orpheum ſpectat. *Claudian. carm. 24. ad Alyp.* Orpheos alii libros impune laceſſunt. *Martial. de Spectac. ep. 21.* Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro dicitur. Poeta loquitur de variis beſtiarum generibus, quæ ab Orpheo lyræ cantu congregabantur.

Orphĭcus, a, um, quod ad Orpheum ſpectat. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 38.* Orpheum poetam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe: Et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujuſdam Cercopis.

Orphnæus, i, ὀρφναῖος, m. unus ex equis Plutonis. V. *Alaſtor*.

Orſa, orum, n. initia, orſus. *Liv. in præfat.* Ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. *Manil. lib. 1. v. 57.* Noſtra loquor, nulli vatum debebimus orſa.

Orſus, us, m. principium, ab *ordior*. *Cic. 2. de Div. c. 30.* Scire, ratos ne habeant, an vanos pectoris orſus. *Virg. in Culice.* Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum.

Orſus, a, um, ἀρξάμενος, qui incipit, vel incepit, partic. ab ordior. *Cic. 1. de Leg. c. 3.* Et ego animi pendere ſoleo, cum ſemel quid orſus, ſi traducor alio. *Virg. 1. Æn.* Veneris contra ſic filius orſus. h. e. cœpit loqui. *Id. 6. Æn. v. 125.* orſa loqui vates.

Orthĭum carmen, genus eſt modulationis erectum, numeris altiſſimis conſtans, & intentiſſima voce prolatum, quod ceciniſſe Arionem, cum in mare eſſet projiciendus, ſcribit *Gel. l. 16. c. 19.*

Orthodoxus, a, um, *ortodoſſo*, ὀρθόδοξος, qui rectam habet opinionem in rebus Fidei Catholicæ: ab ὀρθός, rectus, & δόξα, opinio. *lib. 1. Cod. Juſtin. tit. 8. leg. 9. & 10.*

Orthogonius, a, um, quod rectis angulis conſtat, & omnium partium æqualitatem habet. *Col. l. 5. c. 2.* Orthogonius ager.

Orthographia, æ, f. *ortografia*, ὀρθογραφία, recta ſcriptura, ſcientia recte ſcribendi, ab ὀρθός, *rectus*, & γράφω, *ſcribo*. *Sueton in Auguſt. c. 88.* Orthographiam, ideſt formulam rationemque ſcribendi a Grammaticis inſtitutam non adeo cuſtodiit. Adde *Quintil. l. 1. c. 7.* ¶ Apud *Vitruv. l. 1. c. 2.* orthographia eſt erecti operis, adverſique deſcriptio, cui opponitur deſcriptio veſtigii, ſeu plantæ. V. *Scenographia*.

Orthomaſtĭca poma, genus malorum, quod refert erectam mammam, ab ὀρθός, *rectus*, & μαστός, *mamma*. *Plin. l. 15. c. 14.* Mammarum effigie orthomaſtica mela.

Orthopnœa, æ, f. ὀρθόπνοια, difficultas illa ſpirandi, cum ſpirari non poteſt, niſi recta cervice ſpiritus trahatur. ab ὀρθός, *rectus*, & πνέω, *ſpiro*. *Celſ. l. 4. c. 4. & Plin. l. 12. c. 20.*

Orthopnoĭcus, a, um, adject. qui orthopnœa laborat, ὀρθοπνοικός. *Plin. l. 20. c. 14.* Menthaſtrum orthopnoicis efficaciſſimum.

Orthoſtăta, æ, m. ὀρθοστάτης, fulcimentum, pila erecta ad aliquid ſuſtinendum. *pilaſtro*, *ſperone*. *Vitruv. l. 2. c. 8.*

Orthragoriſcus, i, m. ὀρθραγορίσκος, piſcis marinus figura tereti, qui grunnire porcorum more dicitur, cum capitur. *Plin. l. 32. cap. 2.*

Ortivus, a, um, adject. orientalis, ad ortum ſpectans. *Manil. l. 4. v. 189.* Ortivo totidem de cardine duces.

Ortus, us, m. *naſcimento*, *oriuolo*, γένεσις, nativitas, origo. *Cic. 2. de Leg. c. 2.* Cato ortu Tuſculanus fuit, civitate Romanus. *Id. de Univ.* Quæ ortum habere, gignique dicimus. ¶ Tranſlate uſurpatur pro prima corporis cœleſtis apparitione ſupra noſtrum hemiſphærium. *Cic. 2. de Div.* Ortus occaſuſque ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes, neceſſe eſt. ¶ Item pro loco illo, in quo Sol oritur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Spatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeans.

Ortus, a, um, nom. ex particip. ab orior, *nato*. *Horat. l. 4. od. 6.* Orti claris patribus. *Salluſt. in Jug. cap. 108.* Ortus ex concubina. *Liv. l. 10.* Loco obſcuro, tenuique fortuna ortus. *Id. l. 1. c. 6.* Ortus ejuſdem ſanguinis. ¶ Dicitur & de ſideribus. *Virg. 3. Georg. v. 156.* Sol recens ortus. *Tac. 1. An. c. 29.* Orto die.

Ortygĭa, æ, f. inſ. maris Ægæi, eadem ac Delos, ab ὄρτυξ, *ugos*, *coturnix*, quod in ea primum hæc avis viſa ſit, vel a coturnicum copia. *Virg. 3. Æn. v. 694.* ¶ Item inſula circa Siciliam. *Id. ib.*

Ortygometra, æ, f. ὀρτυγομήτρα, rex coturnicum, major aliquanto, et nigrior, ab ὄρτυξ, *coturnix*, & μήτηρ, *mater*. *Plin. l. 10. c. 23. v. 694.* Aquilone ergo maxime volant ortygometra duce.

Ortyx, ygis, f. ὄρτυξ, plantago, herba. *Plin. l. 21. c. 17.*

Oryx, ygis, m. *orige*, ὄρυξ, beſtia in Getulia, biſulca, & unicornis, alioqui capræ non diſſimilis, pilo contra aliorum animalium naturam ad caput verſo, quæ ſub ortum Caniculæ, tanquam ejus ſideris adventum præſentiens, fixis oculis eam plagam cœli intuetur, ubi primum ſignum hoc exoritur, eoque conſpecto ſternutat, & veluti venerabunda adorat. De eo *Plinius* diſſerit *l. 2. c. 40. l. 8. c. 53. l. 11. c. 40. & 46.* & ob figuræ ſimilitudinem nunc cervis, nunc capris aſcenſet. Idem *Col.* facit *l. 9. cap. 1.* Nomen eſt ex eo, quia unicum illud cornu, quod geſtat, refert ſalſamentum illud foſſorium, quod Græcis ὄρυξ, ab ὀρύσσω, *fodio*. *Juv. ſat. 11.* Et Getulus oryx hebeti lautiſſima ferro Cæditur. ¶ Legitur & *Orix*, *igis*.

Oryza, æ, f. *riſo*, ὀρύζα, ὄρυζον, genus leguminis, in locis paluſtribus, & uliginoſis maxime proveniens altitudine cubitali, folia habens carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora, florem autem purpureum, ſemen non in ſpica, quemadmodum frumenta, ſed in paniculis, aut jubis, more milii, aut panici. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 155.* agedum, ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

O ANTE S.

Os, oris, n. *bocca*, פֶּה, Germ. *der mund*, *das maul*, Gall. *bouche*, Hiſp. *boca*, στόμα, concavum illud, intra quod lingua, & dentes concluduntur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nam cum tribus rebus animantium vita contineatur, cibo, potione, ſpiritu, ad hæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum. ¶ Per Synecdochen ponitur pro facie. *Cic. 1. Off.* Licet ora ipſa cernere iratorum. ¶ Neque ſolum de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie, quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet, os dici poteſt. *Virg. 3. Georg.* Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum ulceris os. *Id. 2. Æn.* lato dedit ore feneſtram. ¶ Metonymice uſurpatur pro impudentia, & temeritate. *Cic. 1. de Or.* Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad cauſas ſine ulla ſcientia juris audet accedere? Hinc os habere, h. e. verecundiam, *Cato apud Senec. 3. de ira, cap. 38.* ¶ Nonnunquam pro præſentia, & conſpectu. *Tac. 3. hiſt. c. 77.* Verberibus fœdatus, in ore ejus jugulatur. ¶ Tranſlate dicitur de aditu, vel de anguſtiis alicujus rei. *Cic. 6. Verr.* Alterum ſignum in Ponti ora, & anguſtiis. *Flor. l. 2. c. 17.* Claſſem ſub ipſo ore urbis incendit. Sic os ſpecus apud *Tacit. 4. Ann. c. 59.* Os Tiberis, *Liv. l. 1. c. 33.* ¶ *Ora venarum* dicuntur a *Celſ. l. 2. c. 7. & 8.* venæ hæmorrhoides, *l'emorroidi*. ¶ Os ſublinere, & oblinere alicui, eſt verba dare, & decipere. *Plaut. Aulul. 4. 6. 2. & Curc. 4. 4. 33.* ¶ Uno ore, h. e. uno omnium conſenſu. *Ter. Andr. 1. 1. 69.* ¶ Habere aliquid ſemper in ore, pro ſemper de aliqua re loqui, *Cic. Fam. 6. ep. 19.* ¶ In ore eſt omni populo, *ſe ne parla comunemente*. *Ter. Andr. 1. 1. 69.* Sic in ore vulgi verſari, *Cic. Verr. 3. c. 46.* in ore, & ſermone omnium eſſe, *Id. Ver. 4.* venire in ora hominum, h. e. celebrem fieri, *Horat. l. 1. ep. 3.* Sic *Tacit. in Agric.* Poſcebatur ore vulgi Agricola. *venia comunemente chieſto*. ¶ *Senec. 7. de Benef.* Jugulare filios in ora parentum, *ſu gli occhi*. Sic laudare aliquem in os, *Ter. Adelph. 2. 4. 5.* Nulli lædere os. h. e. neminem præſentem lædere. *Id. ibid. 5. 4. 10.* ¶ *Virg. 2. Æn.* ora diſcordia. *linguaggi differenti*. ¶ Duriſſimo ore eſſe, h. e. eſſe impudentiſſimum, *Cic. pro Quint.* Et oris duritiæ. h. e. impudentia, *Senec. de conſtant. Sapient. c. 17.* ¶ Os præbere, eſt offerre ſe contumeliis, conviciis, & verberibus. *Terent. Adelph. 2. 2. 7.*

Os, oſſis, n. *oſſo*, עֶצֶם, Germ. *ein bein*, Gall. *os*, Hiſp. *hueſſo*, ὀστοῦν, ſolidamentum corporis, quod nervis natura alligavit, a voce Græca oſteon. *Celſ. l. 8. c. 1.* Omne autem os, ubi injuria acceſſit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Quid dicam de oſſibus, quæ ſubjecta corpori, mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem? ¶ Oſſa etiam vocantur lapilli illi, qui in prunis, dactylis, ceraſis, ſimilibuſque fructibus medium tenent locum. *Suet. in Claud. c. 8.* Oleſtum, ac palmulatum oſſibus inceſſebatur. ¶ Tranſlate oſſa orationis dicitur orationis corpus, ſed tenue, & exile. *Cic. in Bruto.* Atque utinam imitarentur, nec oſſa ſolum, ſed etiam ſanguinem. ¶ Olim uſurparunt Vet. *oſſum*, *ſi*, & in plur. numero *oſſua*, pro oſſa, teſte *Chariſ. l. 1. Priſcian. l. 7.* & legitur aliquando in inſcriptionibus, ut apud *Gruter. p. 575. n. 3.* &c.

Os leonis, genus herbæ flore purpureo. *Colum. l. 10. v. 99.* Et hiantis ſæva leonis Ora feri.

Oſca, æ, f. 1. *Hueſca*, urbs Illergetum, in Hiſp. cit. ad Iſuelam fl. *Plin. l. 3. c. 1.*

Oſce, adverb. V. Oſci.

Oſcēdo, inis, f. *sbadigliamento*, Germ. *da gienen*, Gall. *baaillement*, Hiſp. *boceço*, χάσμη, vitium, quo quis ſæpius oſcitat. *Gell. l. 4. cap. 20.* Teneriqne eo vitio, quod oſcedo appellatur.

Oſcen, inis, V. Oſcines.

Oſcenſis, e, ad Oſcam pertinens. *Liv. l. 34. c. 10. & 46.* Oſcenſe argentum. ¶ *Oſcenſes*, *ium*, ſunt ejus urbis incolæ. *Caſ. l. 1. B. C. c. 60.*

Oſci, m. 2. pop. Campaniæ, in Latii, & Samnii confinio, qui poſtea Sidicini vocati ſunt, teſte *Strabone*, quorum urbs Teanum, ſic dicti ab oris fœditate. Apud veteres ſermonis impuri notantur, ut tradit *Feſtus ex Titinio*. Unde Oſce, & Volſce fabulari dicuntur, qui Latine neſciunt loqui. *Oſculana pugna* etiam proverbio dicitur, quoties qui victus eſt, paulo poſt victor evadit. Hæc *Feſtus*.

Oſcilla, feſta in honorem Bacchi, in quibus homines ſe per funes jactant. Alii putant Erigones, & Icari feſta. *Feſtus*.

Oſcillatio, onis, f. jactatio per funem, Oſcilli ludus. *Feſt.* V. *Oſcillum*.

Oſcillo, as, ſe per funem jactare, & præcipitem in ut ferri. *Feſtus*. ¶ Oſcillantes ait *Cornificius apud eund.* dicta ab eo, quod os celare ſoliti ſint, qui eo genere luſus utebantur propter verecundiam. ¶ Oſcillo, *pro* percutio, V. *Oecillo*.

Oſcil-

Digitized by Google

Oſcillum, n. 2. *bocchina*, στομάτιον, dim. ab os, oris. *Colum. l.* 2. *c.* 10. Si humor invaſit, vermes gignit, qui ſimul atque oſcilla lupinorum ederunt, reliqua pars enaſci non poteſt. Quod *Colum.* os vocat lupinorum, id *Plin. l.* 18. *c.* 14. ſimili tranſlatione vocat umbilicum. ¶ Eſt præterea oſcillum ludi genus, in quo funis altrinſecus de tigno, arboreve religata, in aera quis libratus ſubvectatur, *bindola*. Hoc ludi genus ſiebat tanquam ſacrificium iis, qui ſuſpendio mortui eſſent. Nam oſcillatione, ſive jactatione per funem optime exprimitur mors ſuſpendioſorum. Hinc Oſcillationem Athenienſes inſtituerunt in Erigones gratiam, quæ ſe ſuſpenderat. Omnino *Hyginum* adi *in Arctophylace*, ubi perſpicue rem narrat, item *Varron. apud Serv. in* 11. *Æn.* ¶ *Feſtus* dicit, oſcillationem per ſex Feriarum Latinarum dies celebrari ſolitam fuiſſe, in memoriam, & imaginem vitæ humanæ, in qua altiſſima interdum in infima dejiciuntur, infima in altum efferuntur. *Serv. in* 2. *Georg.* refert etiam illorum ſententiam, qui dicunt, oſcilla membra eſſe virilia de floribus facta, quæ ſuſpendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clauſis perſonis impingerent, & ea ore tollerent, id eſt moverent, ad riſum populo commovendum. *Virg. Georg. v.* 389. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu, Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis. ¶ Oſcilla etiam, parvæ imagunculæ, ſeu parvæ ſtatuæ erant, quæ ex fictili fingebantur, & venales proponebantur, quibus homines pro ſe, atque ſuis Diti patri, & Saturno piacula faciebant. *Macrob. l.* 1. *Saturn.* 1. 7. & 11.

Oſcinis, ſive Oſcen, oſcinis, f. avis, quæ ore canens facit auſpicium, ab *os*, & *cano*. Differunt oſcines ab alitibus, quia oſcines ore, alites alis auſpicium faciunt. Prioris generis ſunt corvus, cornix, noctua, poſterioris buteo, ſanqualis, &c. Picus autem Martius, Feroniuſque, quia & cantu, & volatu faciunt auſpicium, inter oſcines, & alites reponuntur. *Feſt.* & *Plin. l.* 10. *c.* 19. *Horat. l.* 3. *od.* 27. Oſcinem corvum prece ſuſcitabo. V. *Ales*.

Oſcinum, i, n. οἰωνισμός, augurium avium. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 9. Fulgura, atque oſcina pianto. Alii leg. *obſtita*.

Oſcitabundus, a, um, adject. oſcitans, inertiæ plenus. *Sidon. lib.* 1. *ep.* 2. Diſcipulis exponere oſcitabundus ordiris. Legitur etiam *in titulo capitis* 20. *l.* 4. *apud Gell.*

Oſcitans, antis, n. particip. ab oſcito. *Cic. in Brut.* Vide oſcitantem judicem, loquentem cum altero. ¶ Tranſlate ponitur pro otioſo, & negligente. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. *Id.* 1. *de Or. c.* 33. Et iſtam oſcitantem, & dormientem ſapientiam Scævolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus.

Oſcitanter, adv. *pigramente*, ῥᾳθύμως, negligenter. *Cic. in Bruto*, *c.* 80. Tam ſolute egiſſet, tam leniter, tam oſcitanter.

Oſcitatio, onis, f. oſcitandi actus. *Plin. l.* 7. *c.* 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt. *Martial. lib.* 2. *epigr.* 6. longas trahere oſcitationes. ¶ Tranſlate de libellis negligenter ſcriptis. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 9. *verſ.* 20. Sed Bruti ſenis oſcitationes, De capſa miſeri libellionis.

Oſcito, as, avi, atum, n. 1. *sbadigliare*, פהק, Germ. *gewen*, Gall. *baailler*, Hiſp. *bocezar*, χασμάομαι, eſt os totum aperire, ut fit præ ſomno, aut tædio, ab ore ciendo, hoc eſt commovendo. *Donat. in And.* a. 1. *ſc.* 1. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Et in jure ſtans clare admis & ſonore oſcitavit. ¶ Tranſlate ponitur pro aperiri. *Plin. l.* 16. *c.* 24. Sed omnium folia quotidie ad Solem oſcitant.

Oſcitor, aris, d. 1. idem ac oſcito. *Auct. ad Her. lib.* 4. Cum etiam majores calamitates impendere videantur, ſedetis, & oſcitamini. Adde *Plaut. Men.* 5. 2. 80.

Oſculabundus, a, um, adject. oſculans. *Sueton. in Vitell. c.* 2. Detractum ſocculum dextrum gerlavit aſſidue inter togam, tunicaſque, nonnunquam oſculabundus.

Oſculans, antis, particip. *Cic. in ſomn. Scip. c.* 3. Ille me complexus, atque oſculans. *Plaut. Mil.* 2. 3. 67. Eam me vidiſſe oſculantem cum alieno viro.

Oſculanus, a, um, adject. ab Oſcis. V. Oſci.

Oſculatio, onis, f. *baciamento*, φίλημα, actus oſculandi. *Cic. pro Cœl. c.* 20. Sed etiam complexu, oſculatione, aquis, navigatione, &c.

Oſculo, as, a. 1. idem ac oſculor, apud vet. *Titinn. apud Non. c.* 7. *n.* 77. Laudor, quod oſculavi priuignæ caput.

Oſculor, aris, atus ſum, d. 1. *baciare*, נשק, Germ. *kueſſen*, Gall. *baiſer*, Hiſp. *beſar*, φιλέω, eſt dare oſculum. *Cic. pro Mur.* Filium mater oſculato eſt. *Id. Verr.* 6. *c.* 43. Venerari & oſculari.

Oſculum, li, n. *bocchino*, Ger. ein *muendlein*, Gal. *bouchette*, Hiſp. *boca pequena*, στομάτιον, parvum os. *Petron. in Satyr.* Oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. ¶ Metonymice pro ſuavio, ſive baſio accipitur. Nam baſiando os coarctamus, atque minuimus, & quaſi ex ore oſculum facimus. Oſculum, baſium, & ſuavium Donatus ad *Ter. Eun.* 3. 2. his verbis diſtinguit, Oſcula officioſorum ſunt, baſia pudicorum affectuum, ſuavia libidinum, vel amorum. Sed diſcrimen id non obſervatur. *Cic. Att. l.* 11. Et ad oſculum Atticæ poſſim currere. *Ovid.* 1. *de Arte*. Oſcula qui ſumpſit. *Plin. l.* 14. *c.* 13. Oſculum dare. *Virg.* 1. *Æn.* Oſcula figere alicui. *Id. ibid.* Oſcula libare. *Ovid.* 2. *Metam.* Jungere oſcula. *Tac.* 15. *Ann.* Fatigare dextram oſculis.

Oſcus, a, um, quod ad Oſcos ſpectat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe, præſertim cum Oſcos ludos vel in Senatu veſtro ſpectare poſſis, ideſt, impudicum, & ſuperbum Senatorum ſermonem. *Virg.* 7. *Æn.* Oſcorumque manus. *Propert. l.* 4. *eleg.* 2. Tellus Oſca.

Oſi, orum, m. Germaniæ populi, qui nunc ſunt pars Ducatus Sileſiæ. *Tacit. de Ger. c.* 28. & 43.

Oſiris, is, vel idis, m. Ὄσιρις, Jovis filius ex Niobe Phoronei filia. Succeſſit Phoroneo in Regnum Argivorum. Poſtea tamen Ægialeum fratrem præfecit Regno Achaiæ, & ad Ægyptios transfretavit gloriæ deſiderio. Quos cum ſubegiſſet, Iſidem (quæ & Io vocabatur) Inachi primi Regis Argivorum filiam duxit uxorem. Ubi, cum illa literas, Oſiris varias artes Ægyptios docuiſſet, uterque divinos honores meruit. Ferunt, Oſirim apud Ægyptios inſitionem, & aratrum, vinique uſum primum reperiſſe, aliaque nonnulla. *Tibullus lib.* 1. *eleg.* 8 Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris. ¶ A Satyphone Ægyptio, vel (ut Servius ait) a Typhone fratre clam occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem apud Philam, juxta Syenen, laceratus repertus eſt. Curavit eum Iſis ſepeliendum in Abato, inſula ejus paludis, quæ Memphi proxima eſt, quam etiam Stygem, ideſt mœrorem appellavit, nec niſi Sacerdotes certis diebus, eoſque mitratos eo accedere voluit. Sed cum apparuiſſet Ægyptiis deinde bos quidam, Oſirim putarunt, adoraveruntque ut Deum, & vocaverunt Apim, ideſt bovem, eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Sed aliqui dicunt, Oſirim Ægyptiis Solem fuiſſe, Iſim Lunam. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Plutarchus in quarto in Iſim, & Oſiridem commentario. *Juvenal. Sat.* 8. *v.* 29. Exclamare libet, populus quod clamat Oſiri invento.

Oſiris, f. 3. herba ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceu lini, ſemenque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubeſcens. Vulgus Herbariorum linariam vocat. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Oſirites, m. 1. ὀσιρίτης, ab Ægyptiis dicitur herba, quam cynocephaliam vocant, hoc eſt canis caput, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt, ſiquis eam totam eruat, ſtatim mori. *Plin. l.* 30. *c.* 2.

Oſmen, pro omen, &

Oſnamentum, pro ornamentum, dicebant Veteres. *Varr. l.* 5. *de L. L.*

Oſor, oris, m. qui odit. *Argumentum Pœnuli Plautini*. Oſor mulierum. *Pacat. in paneg. Theodoſ. c.* 20. Regii nominis Brutus oſor.

Oſpicor, aris, pro *auſpicor* dicebant Veteres, ex commercio τοῦ *ou* cum *o*, ut *ex coda*, *ploſtrum*, *explodo* videre eſt. *Diomed. l.* 1. *pag.* 378. *Paſch.* ubi & *Claudii Quadrigarii* exemplum affert.

Oſprios, ὄσπριος, q. d. leguminarius, vox græca ab ὄσπριον, *legumen*. Titulus eſt libri 5. Apicii, quia in eo de leguminibus condiendis, pulmentiſque faciendis agitur.

Oſſa, æ, f. *Monte Caſſovo*, al. *Olira*, mons excelſus Theſſaliæ, Pelio, & Olympo attiguus. Poetæ fabulantur, olim fuiſſe conjunctum Olympo, Herculis autem opera abſciſſum ab ea parte, ubi Peneus fl. per Tempe fluit. Ajunt etiam, unum eſſe ex iis montibus, quibus coacervatis Gigantes in Cœlum aſcendere conati ſunt. *Virg. Georg.* 1. Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 307. non ut ferat Oſſan Olympus. ubi græca terminatione uſus eſt.

Oſſæus, a, um, Ὀσσαῖος, ex Oſſa. *Stat. l.* 11. Nec Oſſæi bello cœſidere bimembres. ideſt Centauri, qui Oſſam incolebant.

Oſſe, is, n. idem ac os, oſſis. Ita declinabant olim *Varr.* & *Titin.* teſte *Chariſ. lib.* 1.

Oſſeus, a, um, *di oſſo*, עצמי, Germ. *beinen*, Gal. *d' os*, Hiſp. *de hueſſo*, ὀστέινος, quod ex oſſibus eſt. *Col. l.* 5. *c.* 11. Deinde cuneum tenuem terreum, vel oſſeum inter corticem, & materiam demittito. *Juven. Sat.* 5. *v.* 53. nigri manus oſſea Mauri, h. e. macra.

Oſſiculatim, adv. minutatim. *Cæcil. apud Non. c.* 2. *n.* 609. Oſſiculatim Parmenonem devia licet legant.

Oſſiculum, i, n. ὀστάριον, dim. ab *os*, *oſſis*. *Gell. l.* 6. *c.* 1. Ut tenuiſſimis, minutiſſimiſque oſſiculis caput compingeret. Adde *Plin. l.* 32. *c.* 15.

Oſſifragus, a, um, qui oſſium fractura debilitat quempiam. *Caſſ. Severus apud Sen. l.* 5. *Contr.* 33. In quemquam ſæviens oſſifragus iſte alterius brachia amputat, alterius enervat. ¶ *Oſſifraga* etiam, & *oſſifragus* dicitur aquilæ quoddam genus, a frangendis oſſibus, quia, teſte *Iſid. l.* 12. *c.* 7 oſſa ab alto demittit, & frangit. *Plin. l.* 30. *c.* 7. Unum eſt oſſifrago inteſtinum mirabili natura, &c. *Lucr. l.* 5. *v.* 1078. Accipitres, atque oſſifragæ.

Oſſilago, inis, f. Dea oſſium ſolidatrix, quæ ſc. infantibus oſſa durat, & ſolidat. *Arnob. l.* 4. V. *Oſſipagina*.

Oſſipaga. V. Oſſipagina.

Oſſipagina, æ, f. eadem quæ Oſſilago, quod pangat, ſive, ut antiqui loquebantur, pagat puerorum oſſa. *Arnob. l.* 3. Nulla Pomona, nulla Oſſipaga, nulla Populonia &c. Alii leg. *Oſſipanga*, & *Oſſipaga*, quemadmodum & *lib.* 4. ubi ait: Quæ durat & ſolidat infantibus parvis oſſa, Oſſilago eſſe memoratur.

Oſſuaria, æ, f. vel

Oſſuarium, ii, n. 2. ὀστοθήκιον, cella, in qua reponebantur oſſa ejus, in cujus locum aliud cadaver reponebatur, ab eo veterum more, quo *oſſua* dicebant pro *oſſa*, ut ex *Terentio*, *Gellio*, *Soſipatro*, & antiquis inſcriptionibus conſtat. *Ulp. l. ſi ſepulchro*, *ff. de ſepul. viol.* Caſſius ſcribit, ſtatuam iis eſſe monumenti, ut oſſuaria. Aliqui legunt *oſſuarium*. ¶ Oſſuariæ cellæ leguntur in quibuſdam vet. Inſcriptionib. teſte *Voſſ. in Etymol.* & *Fabrett. p.* 16.

Oſſuoſus, a, um, adject. oſſibus plenus. *Veget. de re veterin. l.* 2. *c.* 13. Loci oſſuoſi, & commiſſurales.

Oſſum, i, n. V. Os, oſſis.

Oſtendo, is, di, ſum, vel tum, n. 3. *dimoſtrare*, הראה, Germ. *weiſſen*, Gall. *monſtrer*, Hiſp. *enſenar*, ἀποδείκνυμι, demonſtro, ex *ob*, & *tendo*. Nam veteres dicere obtendo. Alii ab *os*, & *tendo* derivant. In ſupino olim non tantum oſtenſum, ſed etiam oſtentum fecit, ut *Priſc.* probat ex illo *Varr. l.* 3. *Rer. Div.* Saluta oſtenta. & hoc *Catonis pro L. Cæſare ad populum*, Quod ego me ſpero oſtenturum. *Cic.* 3. *Verr.* Et os ſuum Populo R. oſtendere auderet. *Terent. Adelph.* 1. 2. 25. Te plera in hac re peccare, oſtendam. *Cic. Verr.* 6. Tum ſpem, tum metum oſtendere. ¶ Oſtendere ſe, *farſi conoſcere*. *Terent. Eun.* 2. 3. 15. Nunc tu oſtendes, qui vir ſies. *Cic. ad Q. Fr.* Conſules ſe optime oſtendunt. h. e. optime ſe gerunt. ¶ *Sueton. in Calig. c.* 44. Ut ſe acrem & ſeverum ducem oſtenderet. *Phædr. fab* 14. *l.* 1. Dum vult vocem oſtendere. h. e. oſtentare. *Nepos in Ageſil. c.* 1. Ut oſtendimus ſupra. h. e. narravimus. ¶ Oſtendere aciem, vel copias, eſt in pugnam educere, Græcis ἐκτάσσειν, *Liv. l.* 29. *c.* 7. *Serg. Galba ad Cic. Fam.* 10. *ep.* 30. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ.* & al.

Oſtenſionales milites dicuntur apud *Lamprid. in Alexand. c.* 33. qui ad oſtentationem & pompam Principem comitabantur, non pretioſis, ſed ſpecioſis veſtibus ornati.

Oſtenſor, oris, m. qui oſtendit. *Tertull. Apolog. c.* 11. Novæ frugis auctor, quia inventor, & oſtenſor.

Oſtenſus, a, um, nom. particip. *moſtrato*. *Terent. Phorm.* 5. 4. 7. Oſtenſa ſpes. *Lucan. l.* 2. *v.* 192. Cædes Syllæ oſtenſa.

Oſtentamen, inis, n. oſtentatio. *Prudent. Pſychom. v.* 204. Mens inſtructa nullo oſtentamine. Adde *Tertull. adverſ. Gnoſtic. c.* 13.

Oſtentarius, ii, m. oſtentorum interpres, ut oſtentarius Thuſcus, apud *Macrob. l.* 3. *Saturn c.* 7.

Oſtentatio, onis, f. *vanto*, יהרה, Germ. *hoffart*, Gall. *vanterie*, Hiſp. *obſtentacion*, ἀλαζονεία, jactantia, venditatio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 81. Ingenuo oſtentationis vitanda eſt ſuſpicio.

Oſtentatitius, a, um, adject. ad oſtentationem compoſitus, ut oſtentatitia virginitas, apud *Tertull. de virg. veland. c.* 3.

Oſtentator, oris, m. *vantatore*, יהיר, Ger. *prahler*, Gal. *vanteur*, Hiſp. *obſtentador*, ἀλαζών, jactator. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 50. Oſtentatorem pecunioſum deſcribere. *Liv. l.* 1. Oſtentator factorum.

Oſtentatorius, a, um, adject. oſtentatitius, ut oſtentatoria novitas, *Martian. Capell. l.* 2.

Oſtentatrix, icis, f. quæ ſe oſtentat. *Apul. Apolog.* Quam immodica fui oſtentatrix. *Prudent. Pſychom. verſ.* 439. Pompa oſtentatrix vani ſplendoris.

Oſtentatus, a, um, ἐνδεικνύμενος, oſtenſus. *Ter. Eun.* 3. 5. 56. An ego occaſionem mihi oſtentatam amitterem?

Oſtento, as, avi, atum, a. 1. *moſtrare*, προφαίνω, frequentativum ponitur pro ſimplici *oſtendo*. *Plaut. Aul.* Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 14. Cujus exitus ex altera parte cædem oſtentat, ex altera ſervitutem. ¶ Periculum capitis alicui oſtentare, eſt minari mortem. *Cic. pro Cluent.* Qui ſibi delationem nominis, & capitis periculum oſtentarat. ¶ Oſtentare alicui jugulum pro capite alterius, eſt exponere ſe periculo vitæ pro altero. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Ut aperte jugula ſua pro meo capite Clodio oſtentarint. ¶ Sæpe eſt cum jactantia, & gloriandi cauſa oſtendere, venditare, pro ſe ferre, *vantarſi*, Ger. *zeigen*, Gal. *ſe vanter*, Hiſp. *obſtentar*, ἀλαζονεύεσθαι. *Cic. pro Cœl.* In aliis rebus ſe oſtentent. *Id. l.* 1. *Fam.* Quid me oſtentem,

Digitized by Google

qui &c.? *Auſt. ad Her. l.* 4. Ingeniique venditandi, & memoriæ oſtentandæ cauſa. *Ter. Eun.* 3. 1. 30. Cicatrices oſtentare.

Oſtentum, i, n. *moſtro*, *prodigio*, מופת, Ger. *ein wunderzeichen*, Gal. *monſtre*, *prodige*, Hiſp. *monſtruo*, *prodigio*, τέρας, monſtrum, prodigium. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. Prædictiones, & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. *Id. Verr.* 6. *c.* 49. Cum magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 5. Jampridem ſibi per hæc oſtenta conceptam rei ſpem imperii venit. *Liv. l.* 56. Procurare oſtenta.

Oſtentus, us, m. *beffa*, *dileggiamento*, χλεύη, irriſio. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 29. Corpora extra vallum abjecta oſtentui. *Salluſt. Jug. c.* 24. Ut Jugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. ¶ Item oſtentatio. *Id. ib.* Illa deditionis ſigna oſtentui eſſe credere. h. e. in ſpeciem ficta.

Oſtentus, a, um, ἐπιδειχθείς, demonſtratus, partic. ab oſtendor, apud vet. *Cato de R. R. c.* 6. Qui in ventum Favonium ſpectabit, & Soli oſtentus erit. *Pacuvius apud Feſt.* In ipſo tempore oſtentum ſenem.

Oſtia, æ, *Oſtia*, urbs alias Latii, nunc Campaniæ Romanæ, condita ab Anco Martio, ad oſtia Tyberis, in ora maris Tyrrheni. *Feſtus*: Oſtiam urbem condidiſſe Ancus Martius rex, & feminino appellaſſe vocabulo fertur. *Liv. l.* 1. *c.* 33. In ore Tiberis Oſtia urbs condita. ¶ Scribitur & *Hoſtia*.

Oſtiarium, ii, n. tributi genus, quod oſtiorum nomine pendebatur. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 31. Columnaria, oſtiaria, frumentum, vecturæ imperabantur. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. exactionem oſtiorum vocat.

Oſtiarius, ii, m. *portinajo*, שׁוֹעֵר, Germ. *pförtner*, Gal. *portier*, *huiſſier*, Hiſp. *portero*, θυρωρός, oſtii cuſtos. *Plin. l.* 18. *c.* 14. Præter hos & cuſtodes, ſatellites que, & oſtiarii, & miniſtri populantur.

Oſtiatim, adv. *a porta per porta*, Ger. *von hauſſ zu hauſſ*, Gal. *d'huis en huis*, Hiſp. *de puerta en puerta*, κατὰ θύρας, per ſingula oſtia. *Quinctil. l.* 5. *c.* 10. Nec ſectanda ſingula, & velut oſtiatim pulſanda. ¶ Accipitur etiam pro ſingulatim. *Cic.* 6. *Verr. c.* 22. Uno impetu oſtiatim totum oppidum compilarit. idest per ſingulas domos. ¶ Item pro nominatim. *Cic.* 6. *Verr. c.* 24. Dum ego hæc crimina agam oſtiatim.

Oſtienſis, & Hoſtienſis, ſe, adject. ad Oſtiam pertinens, ut Oſtienſis ora, *Plin. l.* 9. *s.* 17. & Oſtienſis portus, *Id. ib. c.* 6. ¶ Oſtienſis porta, una ex portis Urbis Romæ Oſtiam ducens, nunc *porta di S. Paolo*. Inde via Oſtienſis incipit.

Oſtigo, iginis, f. V. Mentigo.

Oſtiolum, li, n. *uſciolo*, exiguum oſtium. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Adeo ut oſtiola plurima ex his factitari cœperint.

Oſtium, ii, n. *porta*, *uſcio*, שַׁעַר, Ger. *ein thuer*, Gal. *porte*, *huis*, Hiſp. *puerta*, θύρα, porta, janua. *Cic.* 2. *de Or.* Eique ab oſtio quærenti ancilla dixiſſet, domi non eſſe. *Juvenal. Sat.* 9. *v.* 105. Jungere oſtia. h. e. claudere. ¶ Oſtium item, vel oſtia, orum, *bocca di fiume*, ἐκβολή, dicitur per tranſlationem de fluviorum patentibus aditibus, per quos in mare exonerantur. *Cic. pro L. Man.* Ut vos, qui modo ante oſtium Tyberinum claſſem hoſtium videbatis, ii nunc nullam intra oceani oſtium prædonum navem eſſe audiatis? ¶ Item de portuum anguſtis faucibus. *Virg.* 7. *Æn.* Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. *Cic.* 7. *Verr.* Propter ipſum introitum, atque oſtium portus. ¶ Oſtia, abſolute pro oſtiis Tiberis, ubi Oſtia urbs. *Juven. ſat.* 12. *v.* 49. Qui vertere ſolum, Bajas, & Oſtia currunt.

Oſtocopus, i, m. qui oſſium dolore laborat. *Serenus Sammon. c. Subitan. dolori*, *febri*, &c. Oſtocopon lenta conducit melle perungi.

Oſtracias, æ, m. 1. idem ac oſtracites. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Oſtraciſmus, i, m. ὀστρακισμός, genus relegationis apud Athenienſes, id eſt exilium annorum decem, ab ὄστρακον, *teſta*. Teſtulæ enim inſcriptum ferebant nomen ejus, quem exterminare volebant. Differebat ab exilio, quod fiebat ob flagitia, oſtraciſmus, quod nimia potentia ſuſpecta eſſet. Præterea eorum, qui exilio damnati erant, bona publicabantur, iis vero, qui per teſtulam a civitate erant ſummoti, pecuniam populus non adimebat. Præterea oſtraciſmo damnatis tempus, & locus præfiniebatur, ii autem, qui exulabant, neutrum horum habebant. *Nepos in Cimone c.* 3. Teſtarum ſuffragiis, quod illi oſtraciſmum vocant, decem annorum exilio multatus eſt.

Oſtracites, æ, m. ὀστρακίτης, gemma teſtacea, ab oſtrei ſimilitudine. Duplex eſt, altera ſimilis achatæ, niſi quod achates politura pingueſcit, altera tam dura, ut aliæ gemmæ fragmentis ejus ſcalpantur. *Plin. l. ult. c.* 10. ¶ Item lapidis genus, teſtæ ſimilitudinem habens, cujus uſus eſt pro pumice ad lævigandam cutem. *Plin. l.* 36. *c.* 19.

Oſtracium, ii, n. onyx gemma. *Plin. l.* 32. *c.* 10.

Oſtrea, æ, f. idem ac oſtreum. *Gell. l.* 20. *c.* 7. Oſtreæ cum appoſitæ fuiſſent, & multæ quidem, ſed inuberes, macræque eſſent. *Metell.* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 9. Echinos, oſtreas crudas, quantum vellent.

Oſtrearium, ii, n. ubi oſtreæ vivunt, & reperiuntur. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Nuper compertum eſt in oſtreariis, humorem his fœtificum lactis modo affluere. *Macrob.* 3. *Saturn. c.* 15. Sergius Orata primus oſtrearia in Bajano locavit.

Oſtrearius, a, um, quod ad oſtrea ſpectat, ut Oſtrearius panis, quo veteres cum oſtreis veſci ſolebant. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Panis ipſius genera proſequi ſupervacaneum videtur, alias ab obſoniis appellati, ut oſtrearii.

Oſtreatus, a, um, *duro*, *aſpro*, ὀστρεώδης, durus, atque aſper. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 186. Itaque jam quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtito.

Oſtreoſus, a, um, adject. oſtreis abundans. *Auctor Priap. carm.* 77. Cyzicus oſtreoſa. *Catul. in Priap. carm.* 18. ora Helleſpontia cæteris oſtreoſior oris.

Oſtreum, i, n. *oſtrica*, Ger. *muſcheln*, Gal. *huitre*, Hiſp. *oſtia*, ὄστρεον, generale nomen eſt ad omnes eos piſces, qui teſtam habent aſperam, & ſcabram. *Cic.* 2. *de Div.* Oſtreiſque, & conchyliis omnibus contingere, ut cum Luna pariter creſcant, pariterque decreſcant. *Plin. l.* 32. *c.* 6. Peculiariter vero contra leporis marini venena, & oſtrea advertantur.

Oſtriago, inis, f. genus herbæ, de qua *Apul. de herb. c.* 28.

Oſtricolor, oris, o. purpureus. *Sidon. carm.* 5. *v.* 18. Oſtricolor pepli textus.

Oſtrifer, ra, rum, oſtreis abundans. *Virg.* 1 *Georg. v.* 207. Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi. Adde *Lucan. l.* 9. *v.* 959.

Oſtrinus, a, um, ὀστρεινός, oſtro tinctus, oſtri colorem habens. *Propert. l.* 3. *eleg.* 11. Et Tyros oſtrinos præbet Cadmea colores. *Id. l.* 1. *eleg.* 14. Oſtrinus torus.

Oſtrogothi, orum, m. Gothi, ad Orientem incolantes. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 155. Oſtrogothis colitur, mixtiſque Gruthungis. ¶ A *Trebell. Poll. in Claud. cap.* 6. dicuntur *Auſtrogothi*.

Oſtrum, i, n. 2. *oſtro*, *porpora*, ארגמן, Germ. *meerſchneckenfarbe*, Gall. *pourpre*, *eſcarlate*, Hiſp. *purpura*, *o grana*, ὄστρον, ſanies illa, vel liquor qui ex oſtreis, ſeu conchyliis, ſeu purpuris, ſeu muricibus eximitur ad pretioſarum lanarum infecturam, & color ille, qui ex hac ſanie conficitur. *Plin. l.* 9. *c.* 36. & 37. videtur diſtinctas facere ſpecies, conchylium, purpuram, muricem. Similiter *Nonius* oſtrinum colorem diſtinguit a colore muricis, quod ille ſit ſubrubeus, hic ſanguineus. Sed hæc a ſcriptoribus confunduntur. Et ſane oſtrum, ut de ejus natura tradiderunt Scriptores, non habet in omnibus locis, quibus naſcitur, unius generis colorem, ſed Solis curſu naturaliter temperatur. Itaque quod legitur in Ponto, & Gallia, quia hæ regiones ſunt proximæ ad Septentrionem, & Occidentem, invenitur lividum: quod autem legitur ad Æquinoctialem, & Orientem, invenitur violaceo colore: quod vero Meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur poteſtate, ut ait *Vitruv. l.* 7. *c.* 13. ubi rationem etiam tradit oſtrini coloris conficiendi. *Virg.* 5. *Æn. v.* 111. Veſtes oſtro perfuſæ. *Id. Æn.* 11. *v.* 704. Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro. h. e. lectis purpureis. *Sever. in Ætna*, *v.* 332. Purpureoque rubens ſurgit jubar aureus oſtro.

Oſtrya, æ, f. 1. & oſtrys, yos, f. 3. arbor materia dura, atque firma, ſimilis fraxino, cortice, & ramis, & folio pyri, paulo tamen longioribus, craſſioribuſque, ac rugoſis inciſuris, quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa. *Plin. l.* 13. *c.* 21. Gignit arborem oſtryn, quam & oſtryam vocant &c.

Oſurus, &
Oſus, participia. } V. Odi.

O ANTE T.

Otacuſta, æ, ὠτακουστής, ab οὖς, ὠτός, auris, & ἀκούω, *audio*, apud *Apulejum de Mundo* eſt emiſſarius, clam aliorum ſermones captans. *Spia*.

Otho, onis, m. L. Roſcius Otho trib. pleb. legem theatralem tulit, qua quatuordecim gradibus orcheſtræ proximis equeſtri ordini aſſignatis, cautum eſt, ut pauperes ſecreti a divitibus ſpectarent. *Juven. Sat.* 3. *verſ.* 159. Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni. ¶ M. Salvius Otho octavus R. Imperator poſt Galbam, tertio imperii menſe a Vitellio ingenti clade apud Bebriacum affectus, ſe ipſum pugione tranſfixit. Ejus vitam habes apud *Sueton.*

Othone, es, herba in Syria naſcens, ſimilis erucæ, flore croci. *Plin. lib.* 29. *cap.* 12.

Othonianus, a, um, ad Othonem pertinens, ut Othonianæ partes, *Tacit.* 2. *hiſtor. c.* 35. Othoniani duces. *Id. ibid. c.* 24.

Othrys, m. 3. *Dolocho*, mons Theſſaliæ ingens, qui contra Oſſam in Meridiem vergit, ſedes Centaurorum. *Virg.* 7. *Æn. Lucan. l.* 6.

Othryſius, a, um, adject. ab Othry. *Martial. l.* 10. *epigr.* 7. Quicumque Othryſias bibunt pruinas.

Otia, æ, f. piſcis marinus, e genere oſtrearum, ab ὠτίον, auricula. *Plin. lib.* 32. *c.* 11.

Otis, idis, f. ὠτίς, avis eſt, quam Hiſpani avem tardam vocant, teſte *Plin. l.* 10. *c.* 22. damnata in cibis propter malum odorem, quem emiſſa ex ejus oſſibus medulla reddit. V. *Harduin.*

Otium cum derivatis V. *Ocium*.

Otus, i, ὦτος, noctua aurita, bubone minor, noctuis major, quam quidam Latine *aſionem* vocant, avis paraſita, & quodam genere ſaltatrix. *Plin. l.* 10. *c.* 23. V. *Harduin.* ¶ Eſt præterea Otus nomen Gigantis, Ephialtis fratris. *Virg. in Cul. v.* 234. vinctus ſedet immanis ſerpentibus Otus. V. *Aloeus*. ¶ Scribitur & *Oetus*.

O ANTE V.

Ovalis, & le, o. 3. quod ad ovationem ſpectat, ut Ovalis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores, qui ovantes urbem introibant, neque juſti triumphi honorem meriti videbantur. *Gell. l.* 5. *c.* 6.

Ovans. V. Ovo.

Ovanter, adv. ovando, exultando. *Tertull. adverſ. Valent. c.* 28. Propere, & ovanter accurrit.

Ovatio, onis, f. *trionfo minore*, ϑρίαμβος ἐλάττων, minor triumphus, cum belli duces, rebus quidem proſpere geſtis, non tamen ita magnis, ut juſto triumpho digni eſſent, ex S. C. pedites, vel, ut aliis placet, uno equo vecti urbem ingrediebantur, myrteam coronam, quam ob id ovalem vocabant, in capite geſtantes, & a Plebeiis, vel ab Equitibus Romanis deducebantur in Capitolium, ibique ovem immolabant. *Serv. in* 4. *Æn.* Ovandi autem, & non triumphandi, teſte *Gell. l.* 5. *c.* 6. cauſæ erant, cum aut bella non rite erant indicta, neque cum juſto hoſte geſta, qualia erant, quæ adverſus piratas, & ſervos fugitivos aliquando ſuſcepta leguntur, aut quoties deditione repente facta victoria citra magnam ſanguinis effuſionem contigerat. Ob quam etiam cauſam coronam ovalem ex myrto, quæ arbor Veneri eſt ſacra, conficiebant, quod incruentas hujuſmodi victorias Venereas potius judicarent, quam Martias. ¶ Ovatio item, ὠοτοκία, tempus eſt, quo gallinæ ova faciunt, dictum ea forma, qua pullatio, mellatio, &c. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Tanquam congruere ovationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrii. Alii legunt *operationem*.

Ovatus, us, ovantium, & exultantium lætus clamor. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 18. Hinc barbarici glomerantur ovatus.

Ovatus, a, um, *ovato*, *fatto in forma d'ovo*, ὠοειδής, quod eſt in ſimilitudinem ovi factum. *Plin. l.* 15. *c.* 22. Aliis turbinatio pyri, aliis ovata ſpecies, ceu malorum aliquibus. ¶ Item quod diverſi coloris maculis variegatum eſt, ovi ſpeciem referentibus. *Plin. l.* 35. *c.* 1. Ut ovatus eſſet lapis Numidicus, & purpura diſtingueretur Synnadicus. ¶ Eſt etiam particip. ab ovo, as. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 55. auro ſacras quod ovato Perducis facies. h. e. triumphato, victoria acquiſito. Sunt qui aliter explicant. V. *Interpretes*.

Oufentina, vel Uſentina, Tribus Romana erat in Latio, ſic dicta ab Uſente fluvio agri Privernatis. Facta eſt A. U. 435. una cum Falerina.

Ovaria, æ, f. *greggia di pecore*, προβάτων πλῆθος, ovium multitudo. *Var. in prol. l.* 2. *de R. R.* Quod & ipſa pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias, & Reatino equarias.

Oviaricus, vel oviarius, a, um, προβατικός, quod ad ovem ſpectat. *Colum. l.* 7. *c.* 6. Et quoniam de oviarico ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc revertar. Al. leg. *oviario*.

Ovicula, æ, f. προβάτιον, parva ovis. Hinc Q. Fabius Cunctator apud *Aurel. Victor. de Vir. illuſtr. c.* 2. ovicula dictus eſt, a morum clementia. *Auguſt. de doctr. Chriſt. l.* 3. *c.* 21. Oviculam exhibuit manducandam.

P. Ovidius Naſo, Poeta Latinus, Sulmone natus, quæ urbs eſt in Pelignis, ex Equeſtri Naſonum familia, Hircio, & Panſa Coſſ. 14. Cal. Apr. Romæ educatus, & liberalibus diſciplinis inſtitutus eſt. Multa ſcripſit, quæ adhuc fere omnia extant. Ab Auguſto in Pontum relegatus, anno ætatis 50. quod ad Juliam ejus filiam ſub Corynnæ nomine laſcivas de amoribus elegias ſcripſiſſet, Tomis novem poſt annos mœrore extinctus eſt, ibique ſepultus.

Ovile, is, n. *ovile*, *ſtalla di pecore*, מִכְלָא, Ger. *ein ſchaffſtall*, Gal. *bergerie*, Hiſp. *apriſco*, *de ovejas*, προβατών, locus, in quo oves morari ſolent. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 5. Incuſtoditum captat ovile lupus. ¶ Præterea ovile locus erat Romæ in Campo Martio, cancellis concluſus, quo populus Romanus ſuffragia laturus concludebatur, ſic dictus a ſimilitudine. V. *Roſin. l.* 6. *Antiquit. Roman. c.* 14. Huc ſpectat illud *Lucan. l.* 2. *v.* 197. de cæde Syllæ, quæ illo in loco facta fuit: Tum flos Heſperiæ, Latii jam ſola ju-

Digitized by Google

juventus Concidit, & miſera maculavit Ovilia Romæ. ¶ Dicitur etiam de ſtabulo caprarum. *Ovid.* 13. *Met* v. 828. Sunt quoque, par ætas, alii in ovilibus hœdi.

Ovilĭo, onis, m. upilio, ovium cuſtos. *L. Pandi, ff. de fund. inſtr. legat.*

Ovilis, le, adject. ovillus. *Apul. l.* 4. *A. A.* Ovili ſtabulationi accommodatus.

Ovillīnus, a, um, adject. ovillus, ut ovillina caro, *Theod. Priſcian. de Diæt. c.* 6.

Ovillus, a, um, ovinus. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Quo & ovillo fimo uti, quoniam aliud herbeſceret. *Liv. l.* 22. *c.* 10. Grex ovillos.

Ovinus, a, um, *pecorino*, προβάτειος, quod ex ove eſt. *Seren. Sammonic. c.* 15. *de dentium vitio.* Aut tu ſume pilam, quæ caudis hæret ovinis.

Ovipărus, a, um, adject. ova pariens. *Apul. in Apol.* Diſcrevit natura viviparos, & oviparos. *Auſon. in Moſell. v.* 133.

Ovis, is, f. *pecora*, רחל, Ger. *ein ſchaaff*, Gal. *brebis*, Hiſp. *oveja*, pecus lanigera, ab οἶς. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid enim oves aliud afferunt, niſi ut earum villis confectis, atque contextis homines veſtiantur? ¶ Ovis etiam g. m. legitur, ut admonent *Feſtus*, & *Nonius*. Imo *Gell. l.* 11. *c.* 1. auctor eſt, in multis dicendis hoc ſemper obſervatum fuiſſe, ut ovem virili genere appellarent, alioqui multam juſtam non videri. *Var. apud eund.* Quando citatus neque reſpondit, neque excitatus eſt, ego unum ovem multam dico. ¶ Proverbium eſt illud *Cic. Phil. l.* 3. *c.* 11. O præclarum cuſtodem ovium, quod aiunt, lupum? Sic *Terent. Eun.* 5. 1. 16. Lupo ovem committere. ¶ Tranſlate homo ſimplex, ac ſtolidus, ovis dicitur. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 3. Amabo, quis has huc oves adegit? ¶ Overn pro ovem in accuſ. ſing. habet *Plaut. Merc.* 3. 1. 26. ¶ In ablativo *ovi* dicimus, & etiam *ove* ſine reprehenſione, inquit *Varr. l.* 7. *L. L. pag.* 107.

Ovo, as, avi, atum, n. 1. *trionfare*, eſt minorem triumphum, quem vocabant ovationem, peragere. V. Ovatio. *Gel. l.* 5. *c.* 6. Scripſerunt qui ovaret introire ſolitum equo vehentem; at Sabinus pedibus introire ovantes dicit. *Solin. c.* 45. Equum inſiluit ovaturus. ¶ Sæpe accipitur pro lætari, exultare, ductum, ait *Feſtus*, ab eo clamore quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites, geminata i littera. *Liv. l.* 1. *c.* 25. Romani ovantes, ac gratulantes Horatium accipiunt. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 507. non Africus alto Tantus ovat.

Ovum, i, n. *ovo*, ביצה, Ger. *ein ey*, Gal. *oeuf*, Hiſp. *huevo*, ὠόν, fœtus avium, piſcium, & aliquorum animalium terreſtrium, unde eorum filii naſcuntur, a nomine græco allato. Ovi partes ſunt vitellus, & luteum ovi, & albumen, vel album ovi, quæ vide ſuis locis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. Anatum ova gallinis ſæpe ſupponimus. ¶ Ova incubere, & incubare ova. V. Incubo. Ova ponere, edere, parere. *Plin. Ovid. Col. & al.* ¶ *Ovum ovo tam ſimile non eſt*, proverbialis eſt hyperbole, de rebus indiſcretæ ſimilitudinis. *Cic.* 4. *Acad.* Videſne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? ¶ *Ovo prognatus eodem*, proverbialiter de illis dici poteſt, quorum ingenium, moreſque ita conveniunt, ut iiſdem parentibus nati videri poſſint. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. ubi reſpicit ad fabulam Ledæ, quæ ex Jove in cygnum converſo ovum peperit, unde nati Caſtor, & Pollux. ¶ Ab ovo uſque ad mala. h. e. a principio uſque ad finem. *Id. l.* 1. *ſat.* 3. Sic *Cic. Fam.* 9. *ep.* 20. Integram famem ad ovum affero.

O ANTE X.

Oxălis, idis, f. ὀξαλίς, lapathi genus, ſativo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. Latini rumicem, vulgo acetoſam vocat. *Plin. l.* 20 *c.* 21.

Oxalme, ὀξάλμη, acida muria. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Idem *l.* 24. *c.* 4. acetum ſalſum vocat.

Oxia, æ, f. genus navis velocis. *Gel. l.* 10. *c.* 25. Al. leg. *oria.*

Oxus, m. 2. *Gerchon*, *Deiſtna*, *Ya*, *Cappowoch*, *Abiam*, *Abiamu*, fl. maximus Sogdianæ, qui Choraſanam regionem a Mauritania diſtinguit, & per Margianam in Hyrcanum mare decurrit. *Plin. l.* 51. *c.* 7.

Oxycedros, f. 2. ὀξύκεδρος, ſpecies cedri, ramoſa, & nodis infeſta. *Plin. l.* 13. *c.* 5.

Oxydracæ, arum, m. Indiæ populi, apud *Curt. l.* 9. *c.* 29. & 14.

Oxygăla, æ, f. ὀξύγαλα, lactis in acorem redacti pars coactior, quod a ſero ſeparatum origano, cepa, mentha, coriandro, thymo, & cunicula condiri ſolet, ab ὀξύ, *acetum*, & γάλα, *lac*, quaſi acetoſum lac. *Colum. l.* 12. *c.* 8. ¶ Dicitur & *oxygala*, *actis*, n. *Plin. l.* 28. *c.* 9.

Oxygărum, n. 2. ὀξύγαρον, garum ex aceto, ideſt, liquaminis genus ex minoribus piſciculis confici ſolitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti ſolet admiſceri, quod in principio menſæ apponebatur, ab ὀξύς, *acetum*, & γάρον, *garum*, liquamen piſcium ſale conditorum. *Martial. l.* 3. *epigr.* 50. Affertur protinus ingens inter lactucas, oxygarumque liber.

Oxylapăthon, n. 2. ὀξυλάπαθον, lapathi ſpecies, acutis foliis. Quidam tamen putant, dictum a ſaporis aciditate. Officinæ lapathum acutum nominant. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Oxymĕli, n. 3. *oſſimele*, acetum mulſum, genus potionis ex melle, aceto, thymbra, ſale marino, aqua pluvia. *Plin. l.* 14. *c.* 17. Oxymeli hoc vocarunt, &c. *Id. l.* 28. *c.* 9. Item acidas cum oximelite.

Oxymōron, ti, ὀξύμωρον, figura eſt, ſeu ſententia ita acute, & affectate enuntiata, ut fatua videatur, ut illud *Cic. Catil. l.* 1. *c.* 8. De te, cum tacent, clamant. *Aſcon. Ped.* cujus verba attulimus in *Cacozelus.*

Oxymyrſine, es, f. 1. ὀξυμυρσίνη, acuta myrtus, frutex, qui habet folia myrto ſimilia, ſed acutiora, & rigidiora, & producit baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem. *Plin. l.* 26. *c.* 11.

Oxypæderotĭnus, a, um, adject. colorem referens gemmæ, quæ pæderota appellatur, qui color maxime ad purpuram accedit. *Vopiſc. in Aurel. c.* 46. Veſtes oxypæderotinæ.

Oxyrŏpōla, æ, m. ὀξυροπώλης, qui cibos vendit aceto conditos. *Plin. l.* 20. *c.* 7. In eos uſus & oxyropolæ ſervant, addito dulci acrimoniam aceti temperantes. Optimæ editiones habent: *oxypori obolis aſperitatem, addito, &c.*

Oxypŏrus, a, um, ὀξύπορος, quicquid ex pluribus una tritis, mixtiſque ex aceto præberur, ab ὀξύς, *acetum*. Sic oxyporum moretum dixit *Colum. l.* 12. *c.* 57. ex caſeo, ſeſamo, nucibus, & herbis conſtans aceto piperato conditis. *Stat. l.* 4. *ſylv.* Non ſal, oxyporumve, caſeuſve. *Plin. l.* 20. *c.* 23. Fœniculum condimentis prope omnibus inſeritur, oxyporis etiam aptiſſime, *condimento acri*, *e penetranti*. *Id. l.* 24. *c.* 8. Juniperus miſcetur antidotis oxyporis.

Oxys, yos, m. ὀξύς, herba, de qua hoc ſolum ſcribit *Plin. l.* 27. *c.* 12. folia terna habere. dari ad ſtomachum diſſolutum: adi & ab iis, qui enterocelen habent. Vulgo dicitur *trifoglio acetoſo*, *acetoſella*, *luggiola*, *lujula*, *alleluja*, & Gallice *pain de cocu.*

Oxyſchœnos, m. 2. ὀξύσχοινος, acutus juncus, qui & marinus dicitur. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

Oxyzōmus, a, um, adject. *acetoſo*, jure conditus, ut oxyzomus pullus, apud *Apic. l.* 6. *c.* 9. *Priſcian. de diæta*, *c.* 6. Oxyzoma nutriunt competenter.

Tom. II.

O ANTE Z.

Ozæna, æ, f. 1. *ozyna*, ὄζαινα, piſcis ex polyporum genere, caput habens graviſſimi odoris, ab ὄζω, *oleo*. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Polyporum generis & ozæna, dicta a gravi capitis odore. ¶ Eſt item ozæna, narium morbus, concurſu acrium humorum ulcera, & plures cruſtas intra nares gignente, quæ graviſſimum ſpirent odorem. Nomen trahit ab ozæne piſce. *Plin. l.* 25. *c.* 21. Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

Ozænītis, f. 3. ὀζαινῖτις, pſeudonardus, herba ex genere nardi, ad Gangem Indiæ flu. naſcens, odore virus referens, ab ὄζω, *oleo*. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Oze, f. 1. ὄζη, oris graveolentia. *Celſ. l.* 3. *c.* 11. ubi tamen græcis literis ſcribit.

Ozymum, V. Ocimum.

DE LITERA P.

P Litera muta eſt, nec aſpirationem poſt ſe admittit, niſi in dictionibus Græcis, ut *Phaethon*. ¶ In prænominibus majuſcola ſola poſita idem ſonat quod *Publius*, ut P. Virgilius Maro. P. R. eſt Populus Romanus. P. C. Patres Conſcripti.

P ANTE A.

Pabulāris, re, n. 3. νομαδικός, quod ad pabulum pertinet, ſeu quod pro pabulo datur. *Colum. l.* 2. *c.* 14. De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia.

Pabulatĭo, onis, νομή, προνομή, actus pabulandi, ut cum milites in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli cauſa. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Ut pabulatione, & commeatu Romani prohibeantur. ¶ Aliquando pro pabulo ponitur. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 16. Si e bono loco tranſtuleris, ubi idonea pabulatio non ſit.

Pabulator, oris, m. *paſcolatore*, ὁ περὶ νομὴν πραγματευόμενος, qui pabulatum vadit. *Liv. l.* 9. Deinde cum in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus Hiſpanis factus eſſet.

Pabulatorĭus, a, um, quod ad pabulum ſpectat, ut pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. *Colum. l.* 6. *c.* 3. Frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti ſufficiet.

Pabŭlor, aris, d. 1. *foraggiare*, רעה, Ger. *auff der futterung ſeyn, weyden*, Gal. *fourrager*, *paiſtre*, Hiſ. *apacentar*, νέμομαι, dicitur proprie de militibus, cum e caſtris cum falcibus egreſſi pabulum in uſum jumentorum ex agris capiunt. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 37. Quo in loco noſtri pabulari conſueverant. ¶ Interdum eſt paſcere, *paſcolare*. *Col. l.* 7. *c.* 6. *de capris*. Sed placide, ac lenta pabuletur. ¶ Fimo pabulari oleas, eſt fimum oleis circumponere, quod veluti pabulum earum eſt. *Id. l.* 5. *c.* 9. ¶ Pro piſcari *Plaut. Rud.* 2. 1. 6. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum.

Pabulōſus, a, um, adject. pabulo abundans. *Solin. c.* 35. *de Britannia*. Ita pabuloſa ut pecuaria in periculum agat ſatietas.

Pabŭlum, li, n. *paſcola*, מרעה, Germ. *futter*, Gal. *fourrage*, Hiſp. *forrage*, τροφή, proprie pecudum, & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœnaceus, paleaceus, vel ſtramentitius eſt, a πάω, *veſcor*. *Cæſ. l.* 2. *B. G.* cum pabuli copia eſſe inciperet. *Cic.* 2. *de Div.* Pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreat, vel pubertatem, vel teneritatem. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quid enim hunc perſequar, pecudem, ac beluam, pabulo inimicorum meorem, & glande corruptum? ¶ Pabulum ſtudii, eſt oblectatio, qua animus paſcitur, & vegetatur, quemadmodum cibis corpus. *Cic. de Sen.* Si vero habet ſenectus aliquod tanquam pabulum ſtudii, & doctrinæ. *Id.* 4. *Acad. c.* 41. Eſt enim animorum, ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum, conſideratio contemplatioque naturæ.

Pacālis, & le, o. 3. *pacifico*, εἰρηνικός, pacificus, pacifer, pacem ſignificans. *Ovid.* 6. *Metamorph. v.* 101. Circuit extremas oleis pacalibus oras.

Pacāte, adv. *pacificamente*, Ger. *fridlich*, Gal. *pacifiquement*, Hiſp. *pacificamente*, εἰρηνικῶς, pacifice, tranquille, ſedate. *Petron. Satyr.* Pacatius ad reliqua ſeceſſimus. Affertur etiam a Lexicographis quibuſdam locus *Cæſ. l.* 1. *B. G his verbis:* Pacate per provinciam iter facere: quem tamen nos invenire non potuimus.

Pacatĭo, onis, f. pax, ſeu pacis conſtitutio, *pacificamente*. *Front. de ſtrateg. in præfat.* Quæ ad prælium, & confectam pacationem pertinent.

Pacator, oris, m. *pacificatore*, משלים, Ger. *fridmacher*, Gal. *appaiſeur*, Hiſ. *apaziguador*, εἰρηνοποιός, pacis conciliator, turbarum compoſitor. *Sen. Her. Oet. ad fin.* Sed tu domitor magne ferarum, orbiſque ſimul pacator ades. Adde *Claudian. de Conſul. Stil. v.* 13. & *Stil. l.* 2. *v.* 453.

Pacatorĭus, a, um, adject. *pacifico*. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 29. Judicium juſtum, & pacatorium.

Pacātus, a, um, *pacifico*, *tranquillo*, שלום, Ger. *geſtillet*, Gal. *appaiſé*, Hiſ. *apaziguado*, εἰρηνευθείς, pacificatus, tranquillus. *Cic.* 3. *Ver.* Civitates pacatæ. *Id.* 7. *Phil.* Hunc, inquam, tali viro poteritne pacatus eſſe Antonius? *Id. in Brut.* Sed & hujus oratio in Philoſophiam tranſlata pugnacior, ut ita dicam, videtur, & eorum in judicia pacatior. *Id. pro Ligar. c.* 2. Pacatiſſima provincia. *Horat. l.* 4. *od.* 5. Pacatum mare.

Pacenſis, e, ad Pacem Juliam pertinens, quæ eſt urbs Hiſpaniæ ulterioris, non longe ab Ana fluvio, nunc *Beja*. *Plin. l.* 4. *c.* 22. & *Inſcrip. apud Gruter. pag.* 199. *n.* 4.

Pachy̆num promontorium, *Capo Paſſero*, unum ex tribus, propter quæ Sicilia Trinacria dicitur, in ora orientali ejuſdem inſulæ, ubi ad Auſtrum vergit, ſic dictum ab aeris craſſitudine: nam παχύς græce craſſum ſignificat. *Plin. l.* 3. *c.* 8. Ipſius promontorium Pelorus vocatur Italiam verſus, Pachynum in Græciam. *Virg.* 3. *Æn.* Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni. ¶ *Priſcian. in Periegeſi* penultimam corripuit, illo verſu: Eminens ad Zephyrum Lilibe, Pachynuſque ſub ortum. ¶ Dicitur & Pachinos, i, *Ovid.* 13. *Met. v.* 726. Et quibus imbrifero verſus Pachynus ad Auſtros: ubi primam produxit.

Pacĭfer, a, um, *che apporta pace*, εἰρηνοφόρος, pacem ferens. *Plin. l.* 15. *c.* 36. Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. *Ovid. Met.* 14. *v.* 291. Pacifer huic florem dederat Cyllenius album.

Pacificatĭo, onis, f. *pacificazione*, Ger. *fridmachung*, Gal. *appaiſement*, Hiſp. *pacificacion*, εἰρήνευσις, pacis conciliatio. *Cic.* 7. *Attic. epiſt.* 8. Quærit, ecqua ſpes pacificationis ſit.

Pacificātor, oris, m. *pacificatore*, *paciere*, εἰρηνοποιός, pacis faciendæ arbiter, deprecator pacificus, conciliator pacis. *Liv. l.* 27. *c.* 30. Adhibitus ab Ætolis pacificator Anaximander.

Pacificatorĭus, a, um, εἰρηνοποιός, quod ad pacificationem pertinet. *Cic.* 12. *Phil. c.* 1. Poſtquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificātus, a, um. *Juſtin. l.* 23. *c.* 1. Agathocles pacificatus cum Carthaginienſibus. ¶ Adducit etiam locum *Cic. l.* 15. *ad Att. epiſt.* 7. ubi alii *pacificator* legunt.

Digitized by Google

Pacifico, as, a. 1. *pacificare*, השלים, Ger. *befridigen*, Gal. *pacifier*, Hiſp. *pacificar*, εἰρηνεύειν, pacem facio, pacem inter aliquos concilio. *Juſtin. l. 6. c. 1.* Dux pacificari cum altero ſtatuit. ¶ Item de pace tranſigere. *Liv. l. 5. c. 23.* Inter hæc pacificatum Legati a Volſcis venerunt. ¶ Item placare, delinire. *Claudian. de B. Gildon. in præf.* Pieriis aures pacificare modis. *Sil. l. 15.* Pacificans Divos.

Pacificus, a, um, *pacifico*, שלו, Ger. *fridſam*, Gal. *pacifique*, Hiſ. *pacifico*, εἰρηνικός, pacem faciens, paci ſtudens. *Cic. Att. l. 8. ep. 12.* Ecqua pacifica perſona deſideretur. *Martial. l. 12. ep. 63.* Pacificus Numa. *Lucan. l. 3. v. 304.* duramque viri deflectere mentem Pacifico ſermone parant.

Pacio, onis, f. idem ac pactio, ſeu pactum, ab antiquo paco, is, *Feſt.*

Paciſcor, ſceris, pactus ſum, d. 3. *pattuire*, *patteggiare*, יער, Ger. *vertrag machen*, Gal. *pactiſer*, *faire un pacte*, Hiſp. *pactear*, *hazer pacto*, συντίθεμαι, pactum facio, convenio, ab antiquo *paco*, *is*, ut ab *apo*, *is*, *apiſcor*, unde *adipiſcor*. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 5. Ver.* Satis hæc magna vis eſt ad inique paciſcendum. ¶ Vel cum caſibus pretii. *Plaut. Bacch.* Paciſci cum illo paulula pecunia potes. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. 2. de Or.* Dimidium ejus rei, quod pactus eſſet. ¶ Vel cum accuſ. & dat. *Cic. pro Sext. c. 25.* Gabinius Siciliam ſibi pactus eſt. ¶ Vel cum accuſ. & abl. & præpoſ. a, vel *ab*. *Salluſt. in Jugur.* Tantum ab eo vitam paciſcatur. ¶ Vel cum accuſ. & ablat. & præpoſ. *cum*. *Juſtin. l. 2.* Cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciſcitur. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*, vel *ne*. *Cic. in Sall.* Is ne cauſam diceret, ſeſtert. duodecies cum Cæſare paciſcitur. ¶ Vel cum infinito. *Plin. l. 8. c. 7.* Pactus dimitti, ſi interemiſſet elephantum. ¶ Ponitur aliquando pro promittere. *Cic. Att. l. 5.* Cujus filio pacta eſt Artavaſdis filia. ¶ In præteritis perf. & pluſq. perf. & partic. temporis præt. uſurpatur etiam paſſive. *Cic. 1. Off.* Cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ. V. Pactus. ¶ Paciſco, is, activa forma uſurpat *Nav. apud Non. c. 7. n. 54.*

Paco, as, avi, atum, a. 1. *placare*, *mitigare*, השקיט, Ger. *befridigen*, Gal. *appaiſer*. Hiſp. *apaziguar*, ἱλάσκω, mitigo, lenio, placo, tranquillum, & pacificatum reddo, a *pace*. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 7.* Omnem Galliam, Germaniamque pacaverint. ¶ Tranſlate *Hor. l. 1. epiſt. 2. v. 45.* Incultæ pacantur vomere ſilvæ, hoc eſt, frugiferæ redduntur.

Pacta, æ, f. V. Pactus.

Pactilis, & le, o. 3. πηκτός, quod ex pluribus partibus compactum eſt, & conjunctum. *Plin. l. 21. c. 3.* Summaque auctoritas pactili coronæ.

Pactio, onis, f. *patto*, *convenzione*, ברית, Ger. *ein vertrag*, Gal. *paction*, Hiſp. *pacto*, ὁμολογία, pactum, fœdus, conditio, promiſſio. *Cic. 3. Off.* Regulus non debuit conditiones, pactioneſque bellicas, & hoſtiles perturbare perjurio. *Id. pro Rab. Com.* Pactio verborum, *formola*. *Id. ibid.* Facere pactionem de tota lite, *fare un compromeſſo*. *Nepos 17. c. 2.* In pactione manere. Rurſus *Cic. Att. l. 9. ep. 10.* Res venit ad pactionem. Et *Nep. 10. c. 5.* Talibus pactionibus pacem fecere.

Pactitius, a, um, conventionalis, pacto firmatus. *Gel. l. 1. c. 25.* Ceſſatio pugnæ pactitia induciæ dicuntur.

Pactius, m. 2. *Cava*, fl. Apuliæ Peucetiæ, qui per oram fluit inter Barium ad Occ. & Brunduſium in Or. & in mare apud Monopolim labitur.

Pactolus, i, Πακτωλός, fluv. Lydiæ aureis arenis abundans, ob idque etiam Chryſorrhoas dictus. *Horat. Epod. 15.* Tibique Pactolus fluet.

Pactor, oris, m. qui paciſcitur. *Cic. 7. Ver. c. 21.* An fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores?

Pactum, i, n. *patto*, συνθήκη, pactio, conventio, conſenſus de aliqua re. *Cic. 2. de Inv.* Pactum eſt, quod inter aliquos convenit, quod jam ita juſtum putatur, ut jure præſtari dicatur. *Id. 2. Ver.* Manſit in conditione, atque pacto uſque ad eum finem, dum judices rejecti ſint. *Id. in Offic. l. 3. c. 24.* Pacta, & promiſſa ſemperne ſervanda ſint. *Nep. Milt. c. 2.* Ex pacto poſtulat, ut ſibi urbem tradant. *Liv. l. 9. c. 11.* Pacto non ſtare. ¶ In ablativo ſumitur etiam pro modo. *Cic. de Un.* Ut diſſolvi nullo pacto queat. *Hor. l. 1. ep. 18.* Quo tandem pacto. *Cic. pro Mur.* Neſcio quo pacto.

Pactumeius, ii, filius Canidiæ apud *Hor. epod. 17. v. 50.* Tuuſque venter Pactumeius. ubi *venter* pro filio ponitur. Cum enim fama eſſet, Canidiam anum effœtam ſibi Pactumeium ſuppoſuiſſe, Horatius ironice laudans inquit, revera Pactumeium eſſe ejus filium. Alii legunt *Partumeius*, ſed fortaſſe minus recte.

Pactus, a, um, *pattuito*, ὁμολογηθείς, pacto decretus, partic. a *paciſcor*, quod fere in paſſiva conſtructione, & ſignificatione reperitur. *Cic. ad Q. Fr.* Propter ſuſpicionem pactorum a Candidatis præmiorum. *Virg. 7. Æn. v. 722.* Pacta conjux. *Tac. Ann. 1. c. 55.* Filia alii pacta, *promeſſa in matrimonio*. Et *pacta* ſubſtantiv. more, eodem ſenſu. *Vellei. l. 1. c. 1.* Nam quod pactæ ejus, Menelai, atque Helenæ filiæ Hermiones nuptias occupaverat, eum interfecit. ¶ Eſt etiam *pactus* particip. a *pango*. *Ovid. Heroid. ep. 2. n. 4.* Litoribus noſtris anchora pacta tua eſt. h. e. impacta, infixa.

Pactus, us, m. idem quod pactum. *Petron. in Satyr.* Unius noctis pactu omnia vendere.

Pacuvianus, a, um, adject. a Pacuvio. *Cic. 1. Div. c. penul.* Ille Pacuvianus, qui in Chryſe phyſicus inducitur.

Pacuvius, m. 2. Πακούβιος, Brunduſinus, Poeta Tragicus illuſtris, ex Ennii ſorore natus. Romæ picturam exercuit, ac fabulas venditavit. Vixit ætate Accii. Male locutus eſt, inquit *Cic. in Brut.* Cæterum, *Quintil. teſte*, gravitate ſententiarum, pondere verborum, auctoritate perſonarum graviſſimus fuit. Senex Tarentum tranſgreſſus prope nonagenarius diem obiit. Ejus epitaphium extat apud *Gel. l. 1. c. 24.*

Padanus, a, um, ad Padum pertinens, ut Padani culices, *Sidon. l. 1. ep. 8.*

Pades, is, f. arbor picea. *Plin. l. 3. c. 16.*

Padua, æ, *Padova*, idem ac Patavium. *Catul. carm. 92.* At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam. Ita referunt quidem Lexicographi. At optimorum Criticorum (qui hanc vocem Veteribus ignotam putant) alii leg. *Patavi morientur ad urbem*, alii *aquam pergentur ad ipſam*.

Padus, m. 2. Eridanus, *Pò*, Πάδος, Ἠριδανός, fluv. maximus Italiæ, qui in Gallia Subalpina oritur, & vario, longoque curſu in mare Adriaticum ſe exonerat. *Plin. l. 3. c. 16.* ubi de hoc fluvio plura. ¶ Padus, i, f. genus arboris circa fontem Padi fluvii naſcentis. *Plin. ibid.*

Paduſa foſſa, *il Pò di Argenta*, foſſa ex Pado Ravennam uſque perducta. *Plin. l. 3. c. 16. Virg. 11. Æn.*

Pæan, anis, m. Παιάν, Apollo, ſic dictus, ut quidam putant, a παίω, *curo*, *medeor*. *Juv. ſat. v. 171.* Parce, precor, Pæan, & tu, Dea, pone ſagittas. *Ovid. lib. 2. de ar. am.* Dicite, io Pæan, & io bis dicite Pæan. ¶ Item hymnus in honorem Apollinis, & etiam aliorum Deorum. *Virg. 6. Æn. v. 657.* lætumque choro pæana canentes. *Stat. 4. Theb. v. 98.* Herculeum pæana canunt, vaſtataque monſtra omnia. ¶ Eſt præterea pæan pes quatuor ſyllabis conſtans, cujus quatuor genera enumerat *Diomedes*, ſcilicet unum, cum primo loco longam habet ſyllabam, cæteras breves; alterum, cum ſecundo loco, & ſic de reliquis. *Cic. 3. de Orat. cap. 47. & 49.* duo tantum genera agnovit, ſcilicet primum, ut *confinere*, & ultimum, ut *celeritas*. Al. leg. *Pæon*. V. *Cic. in Orat. c. 57. & 64. & Quintil. l. 9. c. 4.*

Pæantiades, æ, m. 1. Philoctetes Pæantis filius. *Ovid. 13. Metam.* Nec Pæantiadem quod habet Vulcania Lemnos.

Pæantides, dum, f. παιαντίδες, gemmæ, quæ parturientibus mederi dicuntur. *Plin. l. 37. c. 10.*

Pæantius, a, um, quod ad Pæantem ſpectat. *Ovid. de rem. am.* Qua luſus fuerat, patrem Pæantius Heros. hoc eſt, Philoctetes Pæantis filius.

Pædagium, V. Pædagogium.

Pædagogandus, inſtruendus, educandus. *Pacuv. apud Feſt. in Repotia.*

Pædagogatus, us, m. inſtructio, educatio. Eſt *Tert. adv. Valentin. c. 13.*

Pædagogianus, a, um, adject. qui eſt in Pædagogio, ut Pædagogianus puer, *Ammian. l. 21. c. 6. (al. 17.) & l. 29. c. 18.*

Pædagogium, ii, παιδαγωγεῖον, locus in ædibus, ubi verſantur ſervi puerilis ætatis. *Plin. lib. 7. ep. 27.* Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. *Catanæus* legit *pædagium* eodem ſenſu. ¶ Item ipſa puerorum turba. *Plin. alter l. 33. c. 12.* Jam vero pædagogia ad tranſitum virilitatis cuſtodiantur argento, *i paggi*. Sicut apud *Suet. in Ner. c. 28.* ingenuorum pædagogia. *Ulp. l. Quæſitum, ff. de fund. inſtr. & inſtrum. leg.* Si inſtructum fundum legaſſet, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut cum eo veniſſet, præſto eſſent in triclinio, legato continentur.

Pædagogus, gi, m. *pedagogo*, *pedante*, Ger. *zuchtmeiſter*, Gal. *pedagogue*, Hiſp. *ayo maeſtro*, παιδαγωγός, cuſtos, & inſtitutor pueri, a παῖς, *puer*, & ἀγωγός, *inſtitutor*. *Cic. de Amic.* Iſto enim modo nutrices, & pædagogi maxime erunt diligendi. *Sen. ep. 89.* Nam eum locum, qui munitiones continet, ſuſtulit, & pædagogi eſſe dixit, non philoſophi: tanquam quicquam aliud ſit ſapiens, quam humani generis pædagogus. ¶ Differunt autem pædagogus, & præceptor: nam hujus munus eſt puerum liberalibus inſtituere diſciplinis: ille proprie cuſtos eſt vitæ, & morum. *Sen. 2. de ira, c. 22.* Pertinebit ad eum, præceptores, pædagogoſque pueris placidos dari. ¶ Interdum pædagogus eſt in contemptu, ut apud Italos, *pedante*. *Plaut. Pſeud. 1. 5. 32.* Hic dux, hic ille eſt pædagogus, hunc ego cupio excruciari. *Sueton. in Ner. c. 37.* Pæto Thraſeæ objectus eſt triſtior, & pædagogi vultus.

Pæderos, otis, m. acanthus criſpus, & levis, *Plin. l. 22. c. 22.* ¶ Item gemma, alio nomine opalum. *Id. l. 37. c. 6. Solin. c. 36.*

Pædia, f. 1. παιδεία, eruditio, diſciplina, inſtitutio ad bonas artes. *Gel. l. 13. c. 15.* & græcam vocem eſſe ait, & ipſe ſcribit græcis literis.

Pædicator, is, m. idem ac pædico. *Suet. in Cæſ. c. 49.*

Pædico, onis, m. πυγιστής, puerarius, amator, concubitorque puerorum. *Auct. Priap. carm. 68.*

Pædico, as, a. 1. πυγίζω, præpoſteram cum maſculis libidinem exerceo. *Martial. l. 12. epigr. 89.*

Pædidus, a, um, ſordidus, ſqualidus. *Feſt.*

Pædor, oris, m. *ſordidezza*, טנף, Ger. *wuſt*, Gal. *ordure*, *ſaleté*, Hiſp. *hedor*, *hedionde*z, ῥύπος, ſqualor, illuvies, ſordes. *Cic. 3. Tuſc. c. 26.* Barba pædore horrida, atque intonſa infuſcat pectus illuvie ſcabrum. *Tac. l. 6. Ann. c. 44.* Neque exuerat pædorem, ut vulgum miſeratione adverteret. *Lucan. l. 2. v. 73.* longuſque in carcere pædor. *Senec. Agamemn. v. 991.* Pædore obſitus.

Pægniares gladiatores. V. Pegmaris.

Pæmani, m. 2. pop. Galliæ Belg. in Eburonibus, verſus Moſam fl. ubi nunc pars Occidentalis Duc. Luxemburgenſis, & minuta pars ditionis Leodienſis. *Cæſ. de B. G.*

Pæminoſus, a, um, pædore olens. *Varr. l. 1. R. R. c. 51.* Terra ſitu pæminoſa.

Pæne. V. Pene.

Pænula. V. Penula.

Pænultimus, a, um, *penultimo*, qui eſt ultimo proximus, & quaſi ultimus. *Gell. l. 4. cap. 7.* Pænultimam circumflectere. *Auſon. in Eclogar. quot ſ. cal. ſint menſ. v. 10.* Sextilis, Junius, atque Aprilis: poſt quos pænultima meta November. ¶ Eſt qui ſcribit *penultimus*.

Pæon, m. 3. Παιών, Medicus prudentiſſimus, a quo Pluto ab Hercule graviter vulneratus curatus eſſe dicitur. *Hom. l. 5. Iliad.* Hic herbam illam inſignem inveniſſe traditur, quæ ab illo Pæonia dicta eſt. *Plin. l. 25. c. 4.*

Pæon. V. Pæan.

Pæones, m. 3. populi Maced. quorum regio Pæonia, in Myſiæ ſuperioris confinio, quos *Herodotus* ad Strymonem fl. deſcribit, *Dion* ad Rhodopen M. *Ptolemæus* ad ortum Haliacmonis fl. alii circa Axium flu. Inter bellicoſiſſimos habiti ſunt. *Plin. l. 4. c. 10.*

Pæonia, æ, f. *peonia*, παιωνία, herbæ genus. V. Pæan.

Pæonia, æ, f. 1. regio Macedoniæ. V. Pæones.

Pæonius, a, um, adject. a Pæonia regione, ut Pæoniæ gentes. *Plin. l. 4. c. 10.* ¶ Item adject. a Pæone medico. *Claudian. de B. G. v. 121.* Ulcera Pæonia tractat ſolertia curæ.

Pæſtanus, a, um, quod ad Pæſtum urb. ſpectat, ut Pæſtanæ roſæ, quæ bis in anno florebant. *Ovid. lib. 2. de Pont. eleg. 4.* Calthaque Pæſtanas vincit odore roſas.

Pæſtum, i, n. Poſidonia, *Peſto*, *Peſti*, olim urbs, nunc vicus Lucaniæ litoralis, ubi ob ſoli clementiam bis in anno fructus producebantur, Maio, & Septembri. Fuit præſertim roſarum abundantiſſima. *Ovid. 15. Metam.*

Pætulus, a, um, adject. dim. a Pætus. *Cic. 1. nat. Deor. c. 29.* Redeo ad Deos; ecquos ſi non tam ſtrabones, at pætulos eſſe arbitremur?

Pætus, a, um. *loſchetto*, qui obliquatis oculis eſt, vel qui alterum oculum minorem habet. Eſt minus, quam ſtrabo. *Porph. in Hor. lib. 1. ſerm. ſat. 3.* Strabo, qui eſt detortis oculis, dicitur, pætus, leviter declinatis. Paulo aliter *Acro*: Pæti dicuntur, quorum huc, atque illuc oculi velociter vertuntur. *Horat. lib. 1. ſerm. ſat. 3.* ſtrabonem appellat pætum pater, & pullum, male parvus ſi cui filius eſt. ¶ Poetæ Venerem quoque pætam faciunt. *Ovid. 2. de ar. am. v. 659.* ſi pæta eſt, Veneris ſimilis, ſi flava, Minervæ. ¶ Fuit & cognomen familiæ Romanæ. *Plin. l. 11. c. 37.* Uni animalium homini depravantur (oculi) unde Strabonum, & Pætorum cognomina.

Paganalia, orum, n. 2. κωμαστικά, ruſticorum feſta, a *pagus*. *Varro l. 4. de L. L.*

Paganica, æ, f pilæ ſpecies, quæ pluma ſolita fuit farciri, trigone mollior, ſeu laxior, folle durior, ſeu arctior, & firmior, ad uſum non adeo agilis, ut quæ nec tam levis eſt, nec jactata facile reſilit, a *pagus*, quia hac in pagis uterentur. Sed inde in urbem allata eſt. Nam ea in gymnaſiis utebantur. *Martial. l. 7. epigr. 31.* Non pila, non follis, non te paganica thermis præparat. *Id. l. 14. epigr. 45.* Hæc, quæ difficilis turget paganica pluma, folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.

Paganicus, a, um, *coſa da villa*, quod paganorum eſt, h. e. quod ad ruſticos pertinet. Unde paganicum peculium, vel paganicum abſolute dicitur, quod ex prædiis, vel paſtione, aliiſve ruſticis reditibus provenit, cui opponitur caſtrenſe. *Antoninus in L. 1. C. de teſtam. milit.* Fratre tuo milite, ſi te ſpecialiter de bonis, quæ in paganico habeat, hæredem fecit, bona, quæ in caſtris reliquit, petere non potes. *Varr. l. 5. de L. L.* Paganicæ feriæ agriculturæ cauſa ſuſceptæ. *Martial. l. 14. epigr. 45.* Paganica pluma, de qua vide dictionem præced.

Paganitas, atis, f. *Gentileſimo*, apud ſequioris Latinitatis ſcriptores. *Cod. Theodoſ. l. 16. tit. 5.* Paganitatis ſtolido errore detineri.

Paga-

Digitized by Google

Paganus, i, m. *ruſtico, villano*, Ger. *dorffiſch*, Gal. *villageois, paiſan*, Hiſp. *aldeano, aldeaniego*, ruſticus, qui ſcilicet ruri natus eſt, & educatus, & qui in pagis habitat. *Cic. pro Dom.* Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non ampliſſime non modo de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverint. ¶ Ponitur etiam pro iis omnibus, qui milites non ſunt. Unde paſſim apud *Juriſc.* opponuntur miles, & paganus. *Juven. ſat.* 16. Citius falſum producere teſtem contra paganum poſſis, quam vera loquentem contra fortunam armati. *Tacit.* 3. *hiſt.* c. 24. Vos niſi vincitis, pagani. ¶ Metaphorice quoque ea res tranſlata ad literarum ſtudium, quæ quaſi militia eſt. *Plin. l.* 7. *ep.* 25. *ad Rufum.* Sunt enim, ut in caſtris, ſic etiam in literis noſtris plures cultu pagano, quos cinctos, & armatos, & quidem ardentiſſimo ingenio diligentius ſcrutatus invenies. Atque hinc *Perſius in antiloquio Sat.* modeſtiæ cauſa ſe *ſemipaganum* vocat, quaſi ſemipoetam dixeris. ¶ Denique a Chriſtianis pagani dicti ſunt gentiles omnes, hoc eſt, qui eſſent a Religione Chriſtiana alieni. Cauſa nominis eſt, quod gentiſis religionis homines tantummodo in pagis, ſive ruri morarentur. Nam tum demum paganorum nomen inolavit, cum paſſim in urbibus vigeret Chriſtiana Religio, ac illa gentilium in ſolis pagis ſervaretur. Non abſurde tamen aliqui eos tranſlate ſic dici exiſtimant, quod non militent ſub Duce Jeſu Chriſto. *Auguſt.* 2. *Retract. c.* 43. & *Tertul. de cor. Mil. c.* 11.

Paganus, a, um, quod ad pagos ſpectat. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Pagana lege in pleriſque Italiæ prædiis cavetur, &c.

Pagarchus, i, m. pagi præfectus. *Juſtinian. in Novell.*

Pagaſæ, arum, f. Παγασαί, *Armiro*, oppidum maritimum Theſſaliæ, Pheræorum navale. *Plin. l.* 4. *c.* 8. ¶ Dictę ſunt ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι, quod ibi navis Argo fabricata ſit. *V. Valer. Flacc. l.* 8. *v.* 451.

Pagaſæus, & Pagaſeius, a, um, adject. a Pagaſis, ut Pagaſæa puppis, h. e. navis Argo. *Ovid. l.* 7. *Metam.* Eadem *Pagaſeja* dicitur a *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 422. ¶ *Pagaſæa conjux* apud *Ovid.* 3. *de ar. am v.* 19. Eſt Alceſtis, & Pagaſis Theſſaliæ urbes.

Pagaſicus, a, um, adject. Pagaſæus, ut Pagaſicus ſinus, *Golfo d' Armiro*. *Plin. l.* 4. *c.* 8.

Pagatim, adv. κατὰ κώμας, per ſingulos pagos, ut oppidatim per ſingula oppida. *Liv. l.* 31. *c.* 26. Templa Deum, quæ pagatim ſacrata habebant.

Pagella, æ, f. 1. σελίδιον, dim. a pagina. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 25. Altera jam pagella procedit.

Pages, is, f. compages, compactio. Affert *Non.* 2. 1. *n.* 327. ſed ſine ulla ſcriptoris auctoritate.

Pagina, æ, f. *facciata della carta*, Germ. *ein ſeite deſſblatz*, Gal. *page*, Hiſp. *hoja*, σελίς, utraque pars folii. *Cic.* 4. *Fin.* Utrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commovere? *Id. Att.* 13. *ep.* 34. Complere utramque paginam. ¶ Dicitur & de ſcriptis ipſis. *Martial. lib.* 1. *ep.* 5. Laſciva eſt nobis pagina, vita proba. ¶ Paginam utranque facere in re aliqua, proverbialiter dicitur, cujus tanta eſt auctoritas, ut nihil omnino ſine ipſo rerum geratur, ſumpta Metaphora a codicillis rationalibus duas habentibus paginas, alteram, quæ indicat, quid ſit datum, alteram, quæ quid acceptum ſit, oſtendit. Sic in rebus humanis fortuna utranque facit paginam, ideſt ſive quid obtigit boni, ea laudatur, quaſi dederit, ſive mali quid accidit, eadem inceſſitur, ceu malorum auctor. *Plin. l.* 2. *c.* 7. Huic omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola utranque facit paginam. ¶ Paginæ in vitibus dicuntur areæ interſeptæ inter duo juga. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Ut quintoquoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur.

Paginatus, a, um, adject. compactus, ab inuſitato *pagino* pro pango. *Paulin. in Jambe ad Cyther. v.* 353. Solidoque navem paginatam robore.

Paginula, æ, f. σελίδιον, dim. a pagina. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 8. Ut non minus longas jam in codicillorum faſtis futurorum Conſulum paginulas habeat, quam factorum.

Pagmentum, i, n. congeries materiæ coacervatæ, & compactæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Ante ſecundum pagmentum.

Pago, is, pepigi, pactum, a. 3. *pattuire, far patto*, ſυντίθεμαι, ſυμβάλλω, paciſcor, apud vet. teſte *Quinct. l.* 1. *c.* 6. Fuit a *Dorico* πάγω pro πήγω, unde πήγνυμι, ſeu πήγνυμαι, quod tum figere notat, tum componere, coagmentare. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 13. Pacta ſunt, quæ legibus obſervanda ſunt, hoc modo, Rem ubi pagunt, oratione pagunt. V. *Pango.*

Pagrus, m. 2. πάγρος, piſcis ex genere cancrorum. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Pagri fluviatilis longiſſimus dena capillo adalligatus. ¶ Legitur & *Phagrus*.

Pagur, i, m. πάγουρος, cancri marini ſpecies. *Ovid. Halieutic. v.* 107. & rutilus pagur, & fulvi ſynodontes.

Pagurus, i, m. *granceporro*, genus cancri. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Pagus, m. 2. *villa, villaggio*, Germ. *ein dorff*, Gal. *gros village, bourg*, Hiſp. *barrio, aldea*, κώμη, ſimul poſitæ villæ. Pagus, & vicus in eo differunt, quod pagus eſt villa ruſticana in eodem tractu, & parte regionis diſpoſita: vicus autem eſt plurium domorum juxta poſitarum congregatio. Itaque pagi ſunt partes provinciarum; vici autem pagorum. *Tacit. de Germ.* 1. 12. Eliguntur principes, qui jura per pagos, vicoſque reddant. V. *Vinet. Caſ. l.* 4. *B. G. de Suevis.* Ii centum pagos habere dicuntur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 382. Ingentes pagos, & compita circum.

Pala, æ, f. *pala, badile*, Ger. *ein ſchauffel*, Gal. *paelle, pale*, Hiſp. *pala*, ἀγρεῖον, inſtrumentum ruſticum, ligoni ſimile, æque itidem latum, quo terra foſſa vel egeritur, vel aggeritur. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Juncoſus ager verti pala debet. ¶ Eſt etiam inſtrumentum, quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. *Cato c.* 11. *de R. R.* Palæ ligneæ quatuor, nec non ventilabrum. ¶ Item quo frumentum in area ventilatur. *Tertul. de Perſecut. c.* 1. Pala illa, quæ dominicam aream purgat. ¶ Item anuli pars plana, & latior, in qua gemma inſeritur. *Cic.* 3. *Off. c.* 9. Cum palam ejus anuli ad palmam converteret. ¶ Palæ etiam dicuntur minores auri, vel alius metalli purgatioris maſſulæ, & utique non majores ſelibra. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Ac repente vehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Aliqui legunt *palea*. ¶ Item arbor in India de pomorum genere. *Plin. l.* 12. *c.* 6.

Palabundus, a, um, adject. palans, diſperſus huc & illuc. *Tertul. Apolog. c.* 21. Judæi diſperſi palabundi, & cœli, & ſoli ſui extorres.

Palacra, &

Palacrana, æ, f. major auri maſſa. Utraque vox legitur apud *Plin. l.* 33. *c.* 4.

Palæmon, onis, m. Παλαίμων, Melicerta, filius Athamantis, & Inus, qui patris furorem fugiens, una cum matre ſe in mare præcipitavit. Ambo enim Dii marini facti ſunt, mutatiſque nominibus, mater *Leucothea*, hoc eſt Alba Dea, dicta eſt, crediturque eſſe Aurora, quæ & *Matuta* dicitur, filius vero a Græcis *Palæmon*, a noſtris, quod portubus præeſſe putetur, *Portunus* eſt appellatus. *Ovid.* 4. *Metam.* & *Heroid. ep.* 18. ¶ Item Grammaticus Vicentinus, qui Romæ vixit ſub Tib. & Claud. Principibus, tanta arrogantia, ſeu ſtultitia, ut M. Varronem porcum appellaſet; ſecum & natas, & morituras literas jactaret, luxuriæ ita indulgeat, ut ſæpius in dia lavaretur, nec ſufficeret ſumptibus. *Sueton. de Grammat. c.* 23.

Palæmonius, a, um, quod ad Palæmonem ſpectat, ut Palæmoniæ coronę, quæ ex pinu erant, & victori dabantur in Iſthmiis, quæ a multis in Palæmonis, ſeu Melicertæ honorem celebrari ſolita fuiſſe creduntur. *Claud. de Conſul. Mall. v.* 289. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adſit.

Palæphatia papyrus, libri Palæphati patria Parii, ſeu, ut alii volunt, Prieneni, qui τῶν ἀπίστων, hoc eſt rerum incredibilium, multa conſcripſit volumina. *Virg. in Ciri, v.* 88. Docta Palæphatia teſtatur voce papyrus.

Palæſtes, æ, m. παλαιστής, luctator. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 27. Palæſtes primum fuit, in armis magnus, &c.

Palæſtina, æ, f. *Paleſtina, Terra Santa*, regio Aſiæ. Extenditur a Bor. in Mer. Habet a Sept. Syriam, a Merid. Ægyptum, ab Or. Arabiam Petræam, ab Occ. mare Syrium, vel, ut alii volunt, terminatur a Sept. Syria, a Mer. Arabia Petræa, ab Or. Arabia deſerta, ab Occ. mari Mediterraneo. Nunc eſt pars Syriæ. Diviſa fuit in Galilæam ad Bor. Judæam cum Idumæa ad Auſt. & Samariam in medio. *Plin. l.* 5. *cap.* 13. ¶ Palæſtinæ etiam nomine appellata eſt Sittacene regio Aſſyriæ, quæ a Tigride fl. irrigatur, teſte *Plin.*

Palæſtinenſis, ſe, adject. Palæſtinus. *Spartian. in Severo c.* 9. Neapolitani Palæſtinenſes.

Palæſtinus, a, um, quod ad Palæſtinam ſpectat. *Ovid.* 5. *Met.* Matre Palæſtina, dubio genitore creatus. ¶ Palæſtina aqua pro Tigride ponitur. *Ovid.* 2. *Faſt.* Inque Palæſtinæ margine ſedit aquæ. ¶ Palæſtinæ Deę ſunt Furiæ. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 235. Et modo, tolle faces, remove, modo, verbera, clamat. Sæpe Palæſtinas jurat adeſſe Deas. Sunt qui putant Palæſtinas dictas a Palæſte vico Epiri, ubi templum Diris ſacrum fuit.

Palæſtra, æ, f. *paleſtra, lotta*, Ger. *das ringen*, Gall. *lutte*, Hiſp. *lucha*, παλαίστρα, lucta, luctatio, luctatorum certamen, a παλαίω, luctor, quod a πάλη, *lucta*. *Cic. de Or.* Sed judicat ipſe motus, didicerint ne palæſtram, an neſciant. ¶ Metonymice ponitur pro loco luctæ & diſputationis. *Cic.* 2. *de Or.* Porticus hæc ipſa, ubi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones gymnaſiorum, Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commovent. V. *Vitruv. l.* 5. *c.* 11. ¶ Tranſlate ponitur pro quavis re, & quovis loco, in quo præcipue ſe quis exercet. *Ter. Phorm.* 5. 1. Eccum, e ſua palæſtra exit foras. ideſt e domo lenonis, quę eſt veluti palæſtra, & exercitium ipſius amatoris. *Cic.* 1. *de Or.* Sed palæſtrę magis, & olei, quam hujus civilis turbæ, ac fori. ideſt exercitationis domeſticæ, vel ludicræ.

Palæſtrans, ntis, nom. partic. qui ſe in palæſtra exercet. *Fulgent. lib.* 1. *Mythol.* Sudore hic opus eſt palæſtrantis ingenii.

Palæſtrice, adv. παλαιστρικῶς, more palæſtritarum. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 3. Sed ita, ut palæſtrice ſpatiari in xyſto liceat.

Palæſtricus, ci, m. 2. παλαιστρικός, palæſtrę gnarus, ſeu peritus, qui palæſtram alios docet. Aliqui dicunt, eundem eſſe, ac palæſtritam. *Quinct. l.* 1. *c.* 11. Qui paulum etiam palæſtricis vacaverint. Adde *l.* 12. *c.* 2. ubi palæſtricos doctores vocat.

Palæſtricus, a, um, *coſa da lotta*, παλαιστρικός, quod eſt ex uſu palæſtræ, ſive quod ad palæſtram pertinet. *Plaut. Rud.* 2. 1. 7. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum, pro exercitio gymnaſtico, & palæſtrico. ¶ Palæſtrici motus, nimis accurati corporis geſtus. *Cic.* 1. *Off. c.* 36. Nam palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores.

Palæſtrita, æ, m. *lottatore*, Ger. *ringer*, Gall. *luteur*, Hiſp. *luchador*, παλαιστρίτης, qui in palæſtra ſe exercet. *Cic.* 6. *Verr.* De Heraclii hæreditate, quam palæſtritis conceſſiſſet. ¶ Tranſlate ſumitur pro omnia accurato. *Quinctil. l.* 2. *c.* 4. Sicut etiam, quos palæſtritas eſſe nolumus, peritum tamen palæſtræ eſſe volumus, non apalæſtros. Comparat geſtibus palæſtricis numeros orationis, quam nec plane numeroſam eſſe vult, qualis Iſocrateus Panegyricus, nec plane numerorum expertem, uti indoctorum.

Palalia, æ, f. herba, quæ alio nomine Cyclamine dicitur. *Apul. de herb. c.* 17.

Palam, adv. *paleſemente*, Germ. *offentlich*, Gal. *publiquement*, Hiſp. *publicamente, manifeſtamente*, φανερῶς, manifeſte, aperte, in conſpectu, in ore, atque in oculis omnium, cui *clam*, & *obſcure* opponitur. Differt a *coram*, quia *coram* ad perſonas certas tantum refertur, *palam* ad omnes. *Cic.* 4. *Acad.* Alterum quidem, ut videmus, palam, alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius. *Id. poſt red. in Sen. c.* 5. Divulgata palam. *Id. Verr.* 7. *cap.* 26. Palam ante oculos omnium. *Ter. Eun.* 1. 2. 24. Sin falſum eſt, continuo palam eſt. *Plin. l.* 10. *c.* 70. Palam eſt, piſces audire. hoc eſt certum eſt. *Nepos in Annib. c.* 7. Palam facere alicui. ¶ Reperitur etiam cum abl. pro coram. *Liv. l.* 6. *c.* 14. Inde rem creditori palam populo perſolvit.

Palamedes, m. 3. Παλαμήδης, fil. Nauplii Eubœæ Regis, qui Ulyſſis fraude a Græcis interfectus fuit. Dicitur, cum in bello Trojano & ipſe adeſſet, quatuor græcas litteras Θ, Ξ, Φ, Χ obſervato gruum in volando ordine inveniſſe, teſte *Plin. l.* 7. *c.* 56. Alii dicunt litteram Υ inveniſſe, alii Δ. Hinc *Martial. l.* 13. *epigr.* 75. Turbabis verſus, nec littera tota volabit, Unam perdideris ſi Palamedis avem. ¶ Invenit etiam ex earundem avium volatu ordinem aciei, item teſſeras bellicas, & vigilias. *Plin. loc. cit.* ¶ De ejus morte V. *Serv.* in 2. *Æn.*

Palamediacus, a, um, ad Palamedem pertinens, ut *Palamediaci calculi*, h. e. calculorum ludus a Palamede inventus. *Caſſiodor. Variar. l.* 8. *ep.* 31.

Palangæ. V. Phalangæ.

Palans, V. Palor, aris.

Palara, æ, f. avis, de qua *auctor Carm. de Philomela*, *v.* 21. Dulce palara ſonat, quam dicunt nomine Droſtam.

Palaria, ium, neut. 3. genus militaris exercitii, quo milites ad palum pugnandi diſciplinam ediſcunt. Item locus talis exercitii. *Chariſ. l.* 1. *c. Veget. l.* 1. *c.* 11. & *l.* 2. *c.* 23.

Palaris, & re, quod ad palum ſpectat, ut Sylva palaris, ex qua pali ſumuntur. *Ulp. de uſufr. l.* 9 *fundi.* Niſi forte ſalicti ejus, vel ſylvæ palaris, vel arundineti uſusfructus ſit legatus.

Palatim, adv. πλανώμενος, paſſim vagando. *Liv. l.* 5. *c.* 28. Tuſculum palatim fugerent. Ita Calepinus, at meliores Codices habent *palati*.

Palatina, æ, f. quarta Regio Romæ circa Palatium M. ¶ Palatina Tribus dicta eſt a Palatio monte, & ſecundum locum dignitatis obtinuit. Erat autem in Palatio, & in Capitolio, & in eo ſpatio, quod utrumque montem interjacet.

Palatinus, a, um, παλατῖνος, quod ad Palatium M. ſpectat. Palatinus mons, idem ac Palatium. ¶ Palatina palæſtra, quæ in Palatio M. exercebatur. *Cic. Att. l.* 2. ¶ Palatina Officia dicuntur Officiales aulici, & imperatorii. *Jul. Capit. in Gallieno.* Cum iret ad hortos nominis ſui, omnia Palatina Officia ſequebantur. ¶ Palatini populi, hoc eſt Aborigines. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Prima hujus vocis ſyllaba brevis eſt, cujus producendæ cauſa Poetę alterum *l* adjiciunt. *Martial. lib.* 8. *epigr.* 39. Qui Pallatinę caperet convivia menſę.

Palatio, onis, f. *palificata*, dicitur illud fundamenti genus, cum in ſolo uliginoſo, aut alioqui ſuſtinendo ædificio non ſatis firmo, fiſtuca, vel ſimili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innitetur. *Vitruv. l.* 3. *c.* 9.

Palatium, ii, n. Palatinus mons, *Monte Palatino*, παλάτιον, παλλάντιον, unus ex 7. collibus urbis Romæ, in quo urbs primum condita eſt, ita dictus a Palantio, ſeu Palanteo urbe Arcadiæ, ut ſcribit *Plin. l.* 4. *c.* 6.

Digitized by Google

Palleſco, ſcis, n. 3. *impallidirſi*, pallidus fio. *Propert. l. 1. eleg.* 22. Tardis palleſcere curis incipis. *Horat. l. 1. ep.* 1. nulla palleſcere culpa.

Palliaſtrum, ri, n. 2. τριβώνιον, pallium breve, ſciſſum, & ſordidum. *Apul. l.* 5. *Met.* Humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

Palliatus, a, um, τριβωνοφόρος, pallio indutus, ſeu coopertus. *Cic. lib.* 3. *ad Q. Fr.* Illi palliati topiariam facere videantur. ¶ Fabulæ, ſeu Comœdiæ, aut Tragœdiæ palliatæ dicuntur, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus, & habitus Græcorum, qui palliis utebantur, vel cum perſonæ Græco more palliis indutæ in ſcenam prodibant. *Donatus*, & *Diomed.*

Pallidulus, a, um, dim. a pallidus. *Catull. ad Ortalum, carm.* 65. Pallidulum manans alluit unda pedem.

Pallidus, a, um, *pallido, ſmorto*, Ger. *bleych*, Gal. *pale, bleme*, Hiſp. *amarillo*, ὠχρός, quod eſt ſine rubedine, ſine ſanguine. *Horat. l.* 1. *ſerm. ſat.* 2. Vel pallida lecto deſiliat mulier. *Ovid.* 4. *Met. v.* 134. Oraque buxo pallidiora gerens. *Plin. l.* 2. *c.* 25. Stella pallidiſſima.

Pallio, as, a. celo, diſſimulo, quaſi pallio abſcondo, *Apuleius*. Nec palliari tam aperta res poteſt.

Palliolatim, adv. cum palliolo. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 29. Sed palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

Palliolatus, a, um, τριβώνιον ἔχων, palliolo indutus. *Sueton. de Claudio*, *c.* 2. Palliolatus novo more præſedit. Adde *Mart. l.* 9. *epigr.* 33.

Palliolum, li, n. *cappetta, mantelletto*, τριβώνιον, brevius, & vilius pallium. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 23. ex *Cæcilio*. Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia.

Pallium, lii, n. *mantello, ſopravveſta*, מעיל, Ger. *ein mantel*, Gall. *manteau*, Hiſp. *manto, capa*, τρίβων, ἱμάτιον, veſtis longe, lateque diffuſa, quæ ſuperne injicitur, ſeu tunicæ ſuperinduitur. Aliqui deducunt a πάλλειν, *vibrari, moveri*. Id ſane ſenſiſſe videtur *Tertull. l. de Pallio, cap.* 3. ubi ſcribit, cum voce veſtem e Græcia in Latium intraſſe. Imo *Varro* ipſam pallam ob mobilitatem a πάλλω deducit, teſte *Servio in* 1. *Æn.* ¶ Eſt & virorum, & mulierum. Unde ab *Ulpiano* pallia inter communia veſtimenta, quæ promiſcua appellat, numerantur. Sed tamen pallium muliebre proprio nomine palla dicebatur. Proprie autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quemadmodum Romanorum toga. *Cic.* 3. *de Orat.* Sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. ¶ Pallium quoque Philoſophorum erat. *Gell. l.* 9. Video barbam, & pallium, Philoſophum nondum video.

Pallor, oris, m. *pallore, pallidezza*, ירקון, Ger. *bleiche farb*, Gal. *paleur*, Hiſpan. *amarillez*, ὠχρίασις, color ille in homine, cum pallis ſanguine deſtituta liveſcit, quod accidere ſolet in ſubito metu, ſanguine ſe ad interiora recipiente. *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 8. Ex quo fit, ut pudorem rubor, ſic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Apud *Colum. l.* 12. *c.* 50. pallorem capere vaſa dicuntur, quæ ſuum nitorem amittunt. ¶ Poetæ fabulantur Pallorem filium eſſe Herebi, & Noctis. *Liv. l.* 1. *c.* 27.

Pallula, læ, fœm. diminut. parva palla. *Plaut. Truculent.* 5. 1. 32. Confecta pallula eſt.

Palma, æ, f. *palma della mano*, כף, Ger. *die flache hand*, Gal. *la paume*, Hiſp. *palma*, θέναρ, παλάμη, ſtola, planum illud, & ex parte concavum in manu, quod eſt inter carpum, & digitos intermedium, a παλάμη, quo Græcis cum palma, tum manus tota ſignificatur. *Cic. in Orat.* Cum autem manum dilataverat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. ¶ Sumitur etiam pro tota manu. *Virg.* 1. *Æn.* Duplices tendens ad ſidera palmas. ¶ Palma vero arbor eſt, quæ dactylos profert, quæ a Græcis φοῖνιξ dicitur, ita appellata, quod expanſis eſt ramis in modum palmæ hominis, quemadmodum fructus ejus a ſimilitudine digitorum dicti dactyli. Hæc arbor maxime viget in Oriente, ubi ex ejus fructu vinum fit, alicubi etiam panis, & pluribus quadrupedibus cibus. In Italia ſterilis eſt, in maritimis Hiſpaniæ fructum fert, ſed immitem, dulcem in Africa, ſed ſtatim evaneſcentem. Non cedit ponderi, ſed adverſum pondus ſurgit, nec contra inferiora, ſed in diverſum reniſendo fornicatur. *Plin. l.* 13. *c.* 5. & *l.* 23. *c.* 4. ¶ Ponitur ſæpe palma pro victoria. Cauſa locutionis eſt, quod victori certaminis daretur corona ex palma. Rationem ejus moris aperit ex Plutarcho *Gell. l.* 3. *cap.* 6. quod non ceſſerit, ſed inſtar palmæ pertinax in prælio perſtiterit. *Cic. pro Roſc. Am.* Alter plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Ingens palmæ ambitio. *Cic. ad Att. l.* 4. Palmam tulit. *Ovid. e. de ar. am. v.* 3. Donare aliquem palma. ¶ Palma etiam vocatur majus vitis flagellum, unde naſcuntur uvæ. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 31. Quam vocant minorem, flagellum, majorem etiam, unde uvæ naſcuntur, palmam. *Col. l.* 4. *c.* 22. Sed novellis palmis ſemper vitis renovetur. ¶ Item de ramis aliarum arborum palma dicitur. *Catul. in Argon.* Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. h. e. remis. ¶ Item ut *Servius* dicit in 2. *Æn.* genus togæ, quæ uſitato magis nomine toga palmata appellatur.

Palmaris, & re, o. 3. quod ad palmam ſpectat, ut Palmaris ſtatua, quæ alicui propter palmam, ideſt victoriam, ponitur. *Cicer.* 6. *Phil. c.* 5. Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere. ¶ Palmaris ſententia, quæ optima eſt omnium, & veluti palmam meretur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Sed illa palmaris quidem, quod &c. Loquitur de ſententia Philoſophorum. ¶ Eſt etiam adject. a *palmus*, *de un palmo*. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 35. Roſa conciditur radicitus in virgulas palmares.

Palmarium, ii, n. victoria, vel victoriæ pretium. *Ulpian. l.* 1. *ff. de extraord. cognit.* Etſi nomine palmarii cautum ſit.

Palmarius, a, um, ἐξαίρετος, quod palma eſt dignum. *Ter. Eun.* 5. 5. *ſc.* 4. Id vero eſt, quod mihi puto palmarium, me reperiſſe, &c. ¶ Eſt etiam adjectivum a *palmus*, idem ac palmaris. *Col. l.* 8. *cap.* 3. Per ſpatia palmaria modicis forantur cavis. Sed in hoc exemplo, & aliis ſimilibus, quæ afferuntur, adject. *palmaria* a *palmaris* eſſe poteſt.

Palmatiæ, arum, m. quidam terræ motus, & palmationes. *Apulej. de Mundo*. Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant.

Palmatus, a, um, adject. *Palmata veſtis*, hoc eſt quæ palmas intextas habet, qualis erat triumphantium toga. *Sueton. in Claud. c.* 17. Craſſus equo phalerato, & in veſte palmata. ¶ Eadem & toga *palmata* dicitur; nihilque differt a picta, de qua V. *Pictus*. *Mart. l.* 7. *epigr.* 1. Palmatæque ducem, ſed cito, redde togæ. ¶ Proprie tamen *toga picta* dicitur, & *tunica palmata*, a clavorum magnitudine, & figura, ut ait *Feſtus*, quod manus palmam referret. *Liv. l.* 30. *c.* 15. Maſiniſſam toga picta, & palmata tunica donat. *Capitolin. in Gordian. c.* 4. Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus ſuam propriam habuit, cum ante imperatores etiam de Capitolio acciperent, vel de Palatio. ¶ *Palmati lapides* ſunt, qui fracti intus palmæ manus figuram referunt, cujuſmodi apud Mondam Hiſpaniæ urbem reperiri, ſcribit *Plin. l.* 36. *c.* 18. ¶ Palmatus ſanguine paries, hoc eſt palmæ manus ſanguine aſperſæ veſtigiis maculatus. *Quintil. Declam.* 1. *c.* 22. & 12.

Palmenſis, ſe, adject. Palmenſis ager eſt in Piceno, ubi nunc caſtellum. *la torre de Palma*. Hinc vina Palmenſia inter optima annumerantur a *Plin. l.* 14. *c.* 6. ita appellata a palma non forte nata, ut *Id. ib.* notat. ¶ Legitur & *Palmeſia*.

Palmes, itis, m. *palmite, tralcio*, זמורה, Ger. *rebezweig*, Gal. *ſerment*, Hiſp. *ſarmiento*, κλῆμα, vitis ſarmentum, pampinus, nempe lignum illud, quod quotannis ex ipſa ſtirpe emergit, & gemmas producit, quæ deinde in virgulas abeunt, & palmæ cujuſdam digitos faciunt, a *palma*, qua dicitur de vitis parte, quæ eadem eſt, ac *palmes*. *Col. l.* 4. *c.* 17. Detrahendi ſunt eis ſinguli palmites. ¶ Aliquando pro flagello vitis ponitur. *Col. l.* 4. *c.* 21. Hæc brachia fas erit interim ſingulis palmitibus in fructum ſummitti. ¶ Dicitur etiam de palmarum virgis, quæ Græce σπάθαι. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Pomum eſt, non inter folia, ut in cæteris, ſed ſuis inter ramos palmitibus racemoſum. ¶ Interdum palmes pro tota vite ponitur, *Stat. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 147. nemoroſus palmite Gaurus.

Palmeſia vina. V. *Palmenſis*.

Palmetum, ti, n. *palmeto*, φοινικών, locus palmis conſitus, vel ubi frequentes ſunt palmæ. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Exiſtere circa veſtigia habitati quondam ſoli vinearum, palmetorumque reliquias. ¶ Aliquando ponitur pro palmarum frequentia. *Plin. l.* 5. *c.* 14. Hierichuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam.

Palmeus, a, um, *di palma*, φοινίκινος, quod eſt ex palma arbore. *Col. l.* 5. *c.* 5. Palmeis tegetibus vineas adumbrabat. *Plin. l.* 24. *c.* 17. Vinum palmeum capiti noxium.

Palmiceus, a, um, adject. palmeus, ut palmicea ſporta, ex palmarum foliis texta. *Sulpit. Sever. Dial.* 1. *de virtutibus Monach. c.* 5. & 8.

Palmifer, ra, rum, *che produce palme*, φοινικοφόρος, ferens palmas. *Ovid. Am.* 2. *eleg.* 13. Et Memphin, palmiferamque Pharon.

Palmiger, ra, rum, adject. palmarum ferax, ut Nemea palmigera. *Plin. l.* 31. *c.* 4.

Palmipedalis, le, o. 3. σπιθαμοποδιαῖος, quod palmi, & pedis magnitudinem habet. *Col. l.* 3. *c.* 19. Nam in clivoſis poteſt malleolus palmipedalis deponi.

Palmipes, edis, om. στεγανόπους, planos ad palmæ ſimilitudinem habens pedes. *Plin. l.* 10. *c.* 22. Aut in palmipedum genere ſunt, ut anſeres. ¶ Item qui menſuram habet pedis, & palmi, quæ menſura definitur ſpatio a cubito ad ſummos digitos extenſos. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Talea feritur palmipede intervallo. ¶ Apud *Vitruv.* legitur *palmipes*, *l.* 5. *c.* 6.

Palmiprimum vinum dicitur genus quoddam vini fictitii a ficis, cujus conficiendi rationem tradit *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Palmo, as, avi, atum, a. 1. *ligo*, κλαδεύω. Fortaſſe eſt a *palma*, h. e. flagello vitium. *Col. l.* 11. *c.* 2. Cæterum palmare, hoc eſt materias alligare, hoc tempore non expedit. ¶ Eſt item palma ſignum, & notam imprimere. *Quintil. in Decla. Cæci.* Præterea cum manus ex parte, qua palmare veſtigium poteſt, &c.

Palmopes. V. Palmipes.

Palmoſus, a, um, φοινικώδης, palmis abundans. *Virg. l.* 3. *Æn. v.* 705. Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinus.

Palmula, æ, f. extrema pars remi, a *palma*, ideſt a ſimilitudine palmæ humanæ, teſte *Feſto*, quod in modum palmæ hominis porrecta eſt. *Virg.* 5. *Æn.* Et lævas ſtringat, ſine, palmula cautes. ¶ Sunt & palmulæ fructus Palmæ, qui & dactyli, & caryotæ dicuntur. *Var.* 1. *R. R. c.* 67. Nucem juglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas, jucundiore utare. ¶ Sumitur etiam palmula pro parva manu. *Apul. l.* 8. *Metam.* Decora brachia ſævientibus palmulis converberans. Adde & *l.* 3.

Palmularis, re, adject. a palma manus. *Martian. Capel. l.* 2. Frictu palmulari madida detergit ora.

Palmus, mi, m. *palmo*, טפח, Ger. *ein ſpann*, Gal. *meſure d'une paume*, Hiſp. *palmo*, δοχμή, menſuræ genus. Eſt duplex, major, & minor. Minor eſt quatuor digitorum, quem Græci παλαιστήν appellant, major duodecim, qui & Græco vocabulo σπιθαμή, Latino dodrans appellatur, quia ad perficiendum pedem quarta pars deeſt. *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. & *l.* 7. *c.* 4. ¶ Eſt etiam palmus idem quod palma manus. *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. Doron Græci appellant palmum, quod munerum datio Græce δῶρον appellatur, id autem ſemper geritur per manus palmum.

Palmyra, æ, f. *Amegara*, ol. *Faid*, urbs Syriæ, Palmyrenes regionis, quæ *Arden* dicitur, caput, ſitu loci, ſoli divitiis, & aquarum amœnitate inſigne, in Arabiæ deſertæ confinio.

Palmyrenus, a, um, quod ad Palmyram ſpectat, ut Palmyrenæ ſolitudines, quæ a Palmyra uſque ad Petram Arabiæ Petrææ metropolim, & ad fines Arabiæ Felicis pertingunt. *Plin. l.* 5. *c.* 24. & *l.* 6. *c.* 28.

Palo, as, avi, atum, a. 1. *paliſicare*, סמך, Germ. *ſtecken*, Gal. *echalaſſer*, Hiſp. *meter palos*, χαρακόω, palis munio, & generatim ſepio, fulcio. *Col. l.* 11. *c.* 2. Vitis paletur, & capita tenus alligetur. ¶ Item palari, vagari. *Sulpicia in ſat. v.* 43. Sic noſtri palare ſenes dicuntur.

Palor, aris, atus ſum, d. *vagare*, πλανάομαι, paſſim vagor. *Liv. l.* 5. *c.* 28. Ut nequicquam retinente Æmilio Tuſculum palati fugerent. *Tac.* 3. *Hiſt. c.* 80. Palantur comites, occiditur proximus lictor. *Virg.* 12. *Æn. v.* 738. dare terga palantia. *Id.* 9. *Æn. v.* 21. palanteſque Polo ſtellas.

Palpamen, inis, n. &

Palpamentum, ti, palpatio. *Prudent. in Hamartig. v.* 303. Palpamen tenerum blandæ a ſotibus ambit. *Ammian. l.* 27. *c.* 12. Aptus ad muliebria palpamenta.

Palpatio, onis, f. ψηλάφησις, actus palpandi. *Plaut. Men.* 4. 2. 44. Aufer hinc palpationes.

Palpator, oris, m. adulator. *Plaut. Rud.* 1. 2. 37. Malus, perjurus, palpator.

Palpatus, a, um, *palpato*, *accarezzato*, molliter tactus, blanditus. *Prudent.* περὶ στεφ. 4. *de S. Hippol. v.* 89. duo cogunt animalia freni ignara inſueta ſubdere colla jugo, Non ſtabulis, blandive manu palpata magiſtri.

Palpebræ, f. 1. *palpebre*, עפעפים, Ger. *augbrauen*, Gal. *paupieres*, Hiſp. *los parpados*, βλέφαρα, pili prodeuntes ex oculorum tunicis. *Plin. l.* 11. *c.* 37. ¶ Item ipſæ tunicæ ſeu tegumenta oculorum. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 57. Palpebræ, quæ ſunt tegumenta oculorum, molliſſimæ tactu, ne læderent aciem, aptiſſime factæ & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri poſſet cum maxima celeritate. Munitæque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur, & ſomno conniventibus, cum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui tanquam involuti quieſcerent. ¶ Uſurpatur & *palpebra* in ſingulari num. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. Frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum.

Palpebralis, le, adject. ad palpebras pertinens, ut palpebrales ſetæ. *Prudent. in Hamartig. v.* 872.

Palpebraris, re, adject. palpebralis. *Cæl. Aurel. Tard.* 4. *c.* 2. Collyſia palpebraria.

Palpebratio, onis, f. palpebrarum motus. *Cæl. Aurel. Acut.* 1. *c.* 3. Sine ulla palpebratione. Adde *Tard.* 1. *c.* 5.

Palpebro, as, n. 1. palpebras frequenter moveo. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 10. Palpebrant urgentanter.

Palpitatio, onis, f. *palpitazione*, παλμός, frequens, & continuus motus cordis,

dis, item partium ſingularum corporis animalis. *Plin. l.* 32. *c.* 5. Imponat ſupra cardis palpitationem mulieri dormienti. Adde *l.* 11. *c.* 4.

Palpitātus, us, m. palpitatio. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Ne palpitatu ejiciatur.

Palpĭto, as, avi, atum, n. 1. *palpitare*, Ger. *zittern*, Gal. *treſaillir*, Hiſp. *palpitar*, παλλομαι, leviter, ac frequenter moveor, & præcipue de corde dicitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 9. Cum cor animantis alicujus evulſum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. *Plin. l.* 7. *c.* 13. Palpitat cerebrum. *Stat.* 12. *Theb.* palpitat arduum ignia. *Juven. ſat.* 3. v. 134. Ut ſemel atque iterum ſuper illam palpitet.

Palpo, onis, m. 3. adulator, a palpando. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 176. Jus habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem cretata ambitio? *Lubinus* hunc locum ita interpretatur, ut *palpo* ſit auferendi caſus, non nominandi, hoc ferme ſenſu. Ille ne adulatione ſua jus ſui habet, quem ambitio ducit, &c.?

Palpo, as, a. 1. *palpare*, מִשֵּׁשׁ, Germ. *angreiffen*, Gal. *toucher doucement*, Hiſp. *palpar*, ψηλαφάω, leviter, blande, & quaſi tentando tango, contrecto, a Ͽάλπω, foveo. *Ovid.* 2. *Met.* Modo pectora probes virginea palpanda manu. Alii leg. *plaudenda*. ¶ Ponitur etiam pro aſſentari, ſeu adulari, quia adulantes ſolent leviter contrectare. *Juvenal. ſat.* 1. v. 35. Quem munere palpat Caſue.

Palpor, aris, d. 1. idem, ac palpo, ideſt adulor, blandior. Fere dativo jungitur. *Plaut. Amph.* 1. 3. 9. Quam blande mulieri palpabitur. *Hor. l.* 2. *ſat.* 1. Cui male ſi palpere, recalcitret.

Palpum, vel Palpus, i, m. vel n. blanda contrectatio, adulatio, *adulazione*, *carezza*. *Plaut. Amph.* 1. 4. 28. Timidam palpo percutit. *Id. Pſeud.* 4. 1. 35. Mihi obtrudere non potes palpum. h. e. blanditiis me decipere.

Palūda, æ, f. eadem ac Pallas. *Enn. apud Var. l.* 6. *de L. L.* Corpore tartareo prognata Paluda virago.

Paludamentum, ti, n. *paludamento*, χλαμύς, pallium bellicum purpura, auroque diſtinctum, proprium Imperatorum, ut indicat cum *Apulejus in Apol.* tum *Iſid. l.* 19. *c.* 24. *Feſtus* ait, paludamento ſignificari omnia militaria ornamenta. Superimponebatur thoraci, non ad tutelam, ſed ornatus cauſa. Idem eſt quod *Chlamys*, ut *Non. c.* 14. *n.* 11. docet. *Plin. l.* 22. *c.* 2. Coccum Imperatoris dicatum paludamentis. *Sueton. in Caſ. c.* 64. *de Caſ.* narratur. Paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis. *Liv. l.* 9. *c.* 5. Conſulibus paludamenta detracta. ¶ Militum quoque paludamenta ſunt. V. *Chlamys*.

Paludātus, a, um, χλαμυδωτός, paludamento indutus. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 17. Paulus noſter paludatus ad 3. Cal. Jan. profectus eſt. ¶ In Libris Auguralibus, teſte *Veranio apud Feſt.* paludati generatim armati, vel ornati accipiuntur. Omnia enim militaria ornamenta *Feſtus* paludamenta dixit. *Lucil. apud Non. c.* 18. *n.* 3. Pone paludatus ſtabat rorarius velox. ¶ Metonymice paludati pro militibus uſurpantur. *Sidon. l.* 5. *ep.* 7. Hi ſunt, qui invident tunicatis otia, ſtipendia paludatis.

Paludicŏla, læ, com. qui ad paludem incolit, ut paludicolæ Sicambri. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1.

Paludifer, a, um, adject. paludem faciens. *Auctor carm. de Philom. v.* 44. Inque paludiferis butio bubit aquis.

Paludivăgus, a, um, adject. qui per paludes vagatur. *Avien. in deſcriptione Orbis*, v. 312. Mæſta paludivagos Germaniæ flevit alumnos.

Palūdōſus, a, um, *paludoſo*, ἑλώδης, quod paludem habet. *Ovid.* 15. *Met.* v. 268. Eque paludoſa ſiccis humus aret arenis.

Palumba, æ, f. idem, ac palumbes. *Prop. l.* 4. *eleg.* 5. *v.* 63. Sed cape torquatæ Venus o regina palumbæ. Al. legunt columbæ.

Palumbes, is, com. *colombo ſelvatico*, Ger. *ringeltaub*, Gal. *pigeon ramier*, Hiſp. *paloma*, φάττα, ſylveſtris columbus in arboribus, ſepibuſque nidificans. Horum duo ſunt genera, unum torquatum, a torque quo inſignitur, quod Ariſtoteles φάτταν vocat, alterum, quod Græci οἰνάδα, Latinorum nonnulli vinaginem dicunt, ab eſu labruſcæ. V. *Plin. l.* 10. *c.* 35. *Virg.* 1. *Ecl.* Raucæ tua cura palumbes. *Plin. l.* 10. *c.* 35. Vivere palumbes ad 30. ann. aliquos ad 40. habemus auctores. ¶ Translate *Plaut. Bacc.* 1. 1. 17. Duæ unum expetitis palumbem. h. e. amatorem. ¶ Palumbem alicui ad aream adducere, prov. eſt, quod ſignificat offerre alicui occaſionem rei gerendæ. Nam palumbes capiuntur, area frumento ſtrata. *Plaut. Poen.* 3. 3. 63.

Palumbīnus, a, um, φάττειος, quod ex palumbe eſt. *Plin. l.* 30. *c.* 12. In contractione nervorum caro palumbina in cibis prodeſt, & inveterata.

Palumbŭlus, i, m. parvus palumbes. *Apul. l.* 8. & 10. *A. A.*

Palumbus, i, m. idem, ac palumbes. *Martial. l.* 13. *ep.* 67. Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi.

Pālus, li, m. *palo*, יָתֵד, Germ. *ein pfal*, Gal. *pieu*, Hiſp. *palo*, σκόλοψ, ſudes, lignum acutum, quod ſolet in terram defigi, ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut caſtra munienda, aut claudendos hortos, aut ſuſtinendas vites, aut ſimiles uſus. *Tibul. l.* 1. *Eleg.* 7. Hic docuit teneram palis adjungere vitem. *Plaut. Men.* 2. 3. 52. Quaſi ſupellex pellionis, palus palo proximus eſt. V. *Taubman.* & alios interpr. ¶ Sontes, de quibus ſupplicium ſumendum erat, ad palum deligabantur. *Cic. Ver.* 7. Nomine ſceleris damnati, ad ſupplicium traditi, ad palum alligati, repente multis ſpectantibus ſoluti ſunt.

Pălus, udis, f. *palude*, אֲגַם, Ger. *ein pfuel*, Gal. *un marais*, Hiſp. *laguna palude*, λίμνη, aqua ſtagnans, quæ æſtate plerumque ſiccatur, in quo differt a lacu, qui perpetuam habet aquam. *Horat. lib.* 3. *od.* 27. Stantes paludes. *Caſ. c. B. G.* Quia propter paludes exercitui aditus non eſſet. ¶ Priorem habet correptam, poſteriorem fere ſemper producit. *Virg.* 4. *Georg.* Cocyti, tardaque palus innabilis unda. Invenitur tamen etiam cum ultima correpta. *Hor. in Arte*, v. 65. Sterilíſque diu palus, aptaque remis.

Paluſter, & paluſtris, ſtre, o. 3. *di palude*, ἑλειος, quod eſt ex palude. *Col. l.* 1. *c.* 5. Deterrime aqua paluſtris. *Caſ. l.* 7. *B. G. c.* 20. In locum paluſtri. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 337. junciquе paluſtres. *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proſerp.* Paluſtre vadum. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Locus congeſtitius, aut paluſter.

Pamiſus, m. 1. *Stromio*, al. *Spirnazza*, fl. Meſſeniæ, in Peloponneſo, cujus oſtia a Meſſene 40. M. P. abſunt. ¶ Item fl. Theſſaliæ, in Peneum influens. ¶ Pamiſus item, vel Panyſus, fl. Myſiæ inf. qui inter Odyſſum, & Meſembriam in mare Euxinum fluit. *Plin. l.* 4. *c.* 8. & 11.

Pamphylĭa, æ, f. *Settalia*, al. *Zina*, Παμφυλία, regio Aſiæ min. ad Auſtr. & verſus oram litoralem maris Mediterranei, ſeu Pamphylii ab ea dicti. Ejus pars occidua, & ad mare terminata nunc dicitur *Scandalor*, pars ad Or. cum parte Ciliciæ *Caraman*. Dicta eſt a πᾶν, *omne*, & φῦλον, *gens*, vel φύλλον, *folium*, *frons*. ideſt quaſi tota frondoſa, propter arborum copiam. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 4. *v.* 77. Hunc quoque, per que novem timuit Pamphylia meſſes.

Pamphylĭus, a, um, adject. ad Pamphyliam pertinens. *Plin. l.* 5. *c.* 26. Pamphylium mare. *Cic.* 1. *Divin. c.* 15. A Cilicibus, Pamphyliis, Lyciis tenentur.

Pampillum, o. 2. genus delicati curruus. *Lamprid. in Heliog. c.* 29. Junxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, vel ternas, & ſic vectatus eſt. Plures optimi Codices habent *ad papillam*.

Pampinacĕus, a, um, οἰναρώδης, quod eſt ex pampino. *Col. l.* 12. *c.* 20. Cripe pampinaceum libum.

Pampinārium, rii, n. *pampino*, *pampinario*, κλῆμα, palmes, qui e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, ſive congeries enaſcentium ramuſculorum. *Plin. l.* 17. *c.* 22.

Pampinārius, a, um, *di pampano*, κληματικός, quod eſt pampini. *Col. l.* 3. *c.* 10. Ne pampinariam virgam deplantet. *Id. l.* 5. *c.* 6. Palmes pampinarius.

Pampinātĭo, onis, f. actus pampinandi. *Col. l.* 4. *c.* 27. Si quidem vel magis pampinatio, quam putatio, vitibus conſulit.

Pampinātor, oris, m. qui pampinat. *Col. l.* 4. *c.* 27. Idque faciet variis de cauſis pampinator induſtrius.

Pampinātus, a, um, κληματοειδής, quod pampini ſimilitudinem imitatur. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Pampinato ſemper orbe ſe volvens. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 17. Lanx argentea pampinata.

Pampinĕus, a, um, idem, quod pampinarius. *Virg.* 2. *Georg.* Liber pampineas invidit collibus umbras. ¶ Pampineus odor, pro ſapore vini ponitur. *Prop. l.* 2. *eleg.* 22. Pampineus, noſti, quam ſit amarus odor.

Pampĭno, as, avi, atum, n. 1. *pampinare*, Ger. *laubbrechen*, Gal. *ébourgeonner*, Hiſp. *cortar los pampanos*, οἰναρίζω, pampinos decerpo, vel (ut ait *Varro de R. R. l.* 1. *c.* 13.) ex ſarmento coles, qui nati ſunt, de his, qui plurimum valent, primum, ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquo, reliquos decerpo, ne reliqui colibus ſarmentum nequeant miniſtrare ſuccum. *Col. l.* 3. Identidem pampinent, ne plura ſarmenta, quam debent, excreſcant. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Pampinare vineas.

Pampinōſus, a, um, *pampanoſo*, κληματώδης, pampinis abundans. *Col. l.* 5. *c.* 5. Et, ſi parum pampinoſa vitis eſt. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Folia pampinoſa. h. e. pampinea.

Pampĭnus, m. 2. *pampino*, Ger. *eine rebſchoſſ mit laub*, Gal. *pampres*, Hiſp. *pampano*, ἕλιξ, dicitur in vite tener, frondoſuſque coliculus, fructus fovens, & ab æſtus vindicans injuria, ab ἄμπελος, *vitis*, quaſi pampelus. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 448. Heu male tunc mites defendit pampinus uvas. ¶ Accipitur aliquando pro cirris ovorum polypi piſcis. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Polypi pariunt vere ova tortili vibrata pampino.

Pan, anos, m. 3. *Pane*, *Dio della natura*, Πάν, filium Demogorgonis, quem Arcades ut Deum pecoris coluere. *Ovid.* 2. *Faſt.* Pana Deum pecoris veteres coluiſſe feruntur Arcades: Arcadiis plurimus ille jugis. ¶ Habitus eſt etiam totius naturæ Deus. eſt enim a πᾶν, *totum*, *omne*. Itaque ita Pana pinxerunt, ut nihil ex toto univerſo in eo videatur prætermiſſum. Habet enim cornua in radiorum Solis, & cornuum Lunæ ſimilitudinem: rubet ejus facies ad ætheris imitationem. in pectore Nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem. pars ejus inferior hiſpida eſt propter arbores, virgulta, feras; caprinos pedes habet, ut oſtendat terræ ſoliditatem. Fiſtulam compoſuiſſe dicitur ſeptem imparibus calamis ſimul conjunctis, propter harmoniam cœli. V. *Macrob. l. Sat. c.* 19. *Valer. Flacc.* 3. *v.* 48. Pan nemorum bellique potens. *Propert.* 3. *el.* 17. Capripedes Panes. *Virg.* 8. *Æn.* Panos de more Lycei. ¶ Amavit puellam Syringam nomine, quam cum fugientem perſequeretur, illa Nympharum precibus in calamum verſa eſt, unde Pan fiſtulam ſuam compoſuit, quæ Græce σῦριγξ dicitur. Amatus eſt etiam a Luna, quam ut ad ſe inlicere, dicitur in pulcherrimum niveum arietem ſe transformaſſe. *Vir.* 3. *Georg.*

Panăce, es, f. eadem quæ panacea. *Celſ. l.* 3. *c.* 21. Videntur autem hanc facultatem habere iris, nardum, crocum, myrrha, panace, &c.

Panacēa, æ, f. *panacea*, πάναξ, πάνακες, πανάκεια, herbæ genus, efficax adverſus omnia morborum genera, a πᾶν, *omne*, & ἄκος, *medela*, ab ἀκέομαι, *medeor*, *ſano*. *Virg.* 12. *Æn.* Odoriferam panaceam. *Lucan. l.* 9. *v.* 918. Et panacea potens, & Theſſala centaurea.

Panăces, idem, ac panacea. *Plin. l.* 25. *c.* 4. Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit.

Panætius, ii, m. Παναίτιος, Philoſophus Rhodius, cujus inter Philoſophos multa mentio, ſcriptaque feruntur. *Suid.* ¶ Panætius alter, junior, filius Nicagoræ, & ipſa patria Rhodius, Stoicæ ſectæ Philoſophus, Diogenis familiaris, Scipionis Africani præceptor. Scripſit de Officiis, unde Cicero ſuorum librorum materiam mutuatus eſt.

Panætolĭcus, a, um, adject. ut Panætolicum concilium. *Liv. l.* 33. *c.* 3. V. in dictione ſeq.

Panætolium, ii, n. univerſæ Ætoliæ concilium. *Liv. l.* 31. Concilium Ætolorum ſtatuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat. ¶ Item mons altiſſimus Ætoliæ, ita dictus, quaſi totam occupet Ætoliam. *Plin. l.* 4. *c.* 2.

Panaricium, ii, n. *panariccio*, morbus circa ungues digitorum. *Apul. de herb. c.* 42. Scyllæ radix piſata cum aceto, & pane impoſita panaricium mirifice ſanat.

Panariŏlum, i, n. vaſculum vimineum, in quo panis ſervatur, dim. a panarium. *Martial. l.* 4. *epigr.* 30. Cum panariolis tribus reliſis.

Panārium, rii, n. *panattiera*, Ger. *ein brotten ſtallein*, Gal. *lieu ou mettre le pain*, Hiſp. *lugar para guardar el pan*, ἀρτοθήκη, locus, vel vas, ubi panis ſervatur, panis repoſitorium. *Varro l.* 4. *de L. L.* Hinc panarium, ubi id ſervabant, ſicut granarium, ubi granum frumenti condebant, unde id dictum. *Plin. l.* 1. *ep.* 6. Proinde cum venabere, licebit auctore me, ut panarium, & lagunculam, ſic etiam pugillares feras. *Suet. in Calig. c.* 18. Et panaria cum obſonio viritim diviſit.

Panathenæa, orum, n. 2. Παναθήναια, quinquatria magna, Palladis feſta, ſeu ludi, ac celebritates, quæ quinto quoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant. Solemni carmine per tubicinem, & præconem indicebantur. In his peplum Minervæ ferebatur, & Panathenaicus Iſocratis recitabatur. V. *Col. Rhod. l.* 11. *c.* 27. ubi plura.

Panathenaicon, n. 2. παναθηναϊκόν, genus unguenti, quod Athenæ perſeverantes obtinuere. *Plin. l.* 13. *c.* 2.

Panathenaicus, m. 2. liber Iſocratis, ſic dictus, quoniam in Panathenæis erat recitandus. Continet autem Athenarum encomium, & rerum ab Athenienſibus geſtarum. *Cic. in Or.* & *de Senect.*

Panax, acis, f. idem ac panaces. *Col. l.* 11. *c.* 3. Panax utroque tempore rariſſime differitur.

Pancarpĭæ, f. 1. παγκαρπία, coronæ ex variis, & pene omnibus florum generibus factæ. *Feſt.* & *Tertull. adv. Valentin. c.* 12.

Pancarpinĕus, a, um, ex omnium generum fructibus conſtans: a πᾶν, omne, & καρπὸς, fructus. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 171. Et pullos peperit fritinnientes, Quos non lacte novo levata paſcat, Sed pancarpineo cibo coacto.

Pancarpum, i, n. πάγκαρπον, genus ſpectaculi, & quaſi ex omnium arborum fructibus concinnata ſilva. *Juſtinian. in Novell. de Conſul.* §. *Ac primus quidem*.

Panchæus, a, um, quod ad Panchaiam ſpectat. *Virg.* 2. *Georg.* Panchæis adoleſcunt ignibus aræ. ideſt thure.

Panchaia, æ, f. Παγχαία, regio Arabiæ Felicis, tota arenoſa, a πᾶν, *omne*, & χαίρω, *hilaro*, quaſi tota debiſcens, poſt Sabæos thus optimum producit. In ea apud urbem Solis phœnix reperitur, & nidum ſuum reponit. *Virg.* 2. *Georg. v.* 139. Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Panchalcus, a, um, &

Pan-

Panchaius, a, um, adject. Panchæus. *Ovid.* 10. *Met.* v. 309. Thura ferat, Floreſque alios Panchaia tellus. Alii leg. *Panchæa*. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar.* v. 94. Panchaia cinnama.

Panchreſtarius, ii, m. operis dulciarii artifex. *Arnob. l.* 2.

Panchreſtum, n. 2. πάγχρηστον, medicamentum morbis omnibus conducibile, vel omnibus affectibus utile. *Plin. l.* 23. *c.* 7. & *l.* 36. *c.* 20. *Cic.* 3. *Verr. c.* 65. Cum omnes ejus comites iſto ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amiſſos redemiſſet. Quo in loco pecuniam per jocum *medicamentum panchreſtum* appellat, quod ad varios uſus ſit utilis.

Panchrus, i, πάγχρους, gemma varii coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Pancratia, æ, m. idem qui pancratiaſtes. *Gell. l.* 13. *c.* 27. Eſſe oportet animo ſemper prompto, atque intento, ut ſunt athletarum qui pancratiæ vocantur. Alii malunt *pancratiaſtæ*.

Pancratiaſtes, æ, m. 1. παγκρατιαστής, certator, & victor pancratii. *Gell. l.* 3. *c.* 15. Diagoras tres filios habuit, unum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem.

Pancratice, adv. robuſte, ut Pancratice valere. ideſt robuſtum eſſe, & firma corporis valetudine, ut ſolent ii, qui pancratio exercentur. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 14. Bene ne uſque valuit? C. Pancratice, atque athletice.

Pancratium, ii, n. παγκράτιον, gymnicum certamen, quod conſtabat pugilatu, & luctatione, a πᾶν, *omne*, & κράτος, *robur*, quod omnium nervorum, viriumque contentione tranſigeretur. Nam non pugnis modo, ſed & calcibus, & cubitis utebantur, ut indicat *Quintil. l.* 2. *c.* 8. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Qui olympiæ pancratio citra pulveris tactum vicit. *Propert. l.* 3. *el.* 13. Et patitur duro vulnera pancratio.

Pancratium, ii, herba, quam & cichorium appellant. *Plin. l.* 20. *c.* 8. ¶ Item herba ſcylla. *Id. l.* 27. *c.* 12. *Apul. de herb. c.* 42.

Pancratius, ii, m. idem, ac pancratiaſtes. *Sen. l.* 5. *de Ben. c.* 3. Lacedæmonii vetant, ſuos pancratios ceſtu decernere. Rectius tamen legitur *pancratiaſtas*, aut *ceſtu*.

Panda, æ, Dea, eadem quæ Ceres. *Arnob. l.* 4. *Gell. l.* 13. *c.* 22. *Varr. apud Non. in Pandere*.

Pandana, æ, f. Saturnia, Libera, una ex portis Romæ, in Capitolio, a *pando*, quod ſemper pateret ad res, quæ in Urbem ferebantur. *Feſtus*. Nunc non extat.

Pandataria, *S. Maria*, inſ. parva Italiæ, verſus oram Latii in ſinu Puteolano. *Plin. l.* 3. *c.* 6.

Pandatio, onis, f. incurvatio. *Vitr. l.* 7. *c.* 1. Contignationes pandationibus ſidentes movendo ſe faciunt vitia pavimentis.

Pandatus, a, um, nom. particip. curvatus. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Sunt & illi breves geſtus, cum manus leviter pandata movetur.

Pandectæ, arum, *le pandette*, *el pandectas*, volumina, quæ omnia continent, ſeu in quibus de omnibus rebus diſſeritur, a πᾶν, *omne*, & δέχομαι, quod a λέγομαι, *complector*. Pandectas primus Tullius Tiro Ciceronis libertus libros quoſdam ſuos de variis, ac promiſcuis quæſtionibus inſcripſit, tanquam omne rerum, atque doctrinarum genus continentes, teſte *Gell. l.* 13. *c.* 9. *Plin. in præf. nat. hiſt.* ponit hanc inſcriptionem inter illecebroſas, & magna promittentes, propter quas, ut ipſe inquit, vadimonium deſeri poſſit. ¶ Eodem modo inſcripti ſunt a Juſtiniano libri Digeſtorum, qui ex triginta ſeptem Juriſconſultis ſunt coagmentati, quia omnes leges, atque jura, & omnes Juriſconſultorum diſputationes, ſeu reſponſa de jure continent. ¶ De genere non conveniunt Grammatici: uſus Latinus obtinuit, ut per fœmininum efferatur: quia tamen apud Græcos maſculinum eſt, *Voſſius* & alii contra communem uſum inclamant. Cæterum non eſt novum Græca maſculina transire apud Latinos in fœminina, ut docet *Priſcian. l.* 7.

Pandecter, πανδέκτης, titulus eſt libri quarti Apicii de arte coquin. & ſignificat, *omnia continens*, eadem origine qua *Pandectæ*.

Pandicularis dies, idem ac communicarius, in quo communiter omnibus Diis ſacrificabatur. *Feſt.*

Pandiculor, aris, atus ſum, d. 1. *diſtendere*, σκορδινάομαι. *Feſt.* Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oſcitantes extenduntur, eo, quod pandiſunt. *Plaut. Men.* 5. 2. 30. Ut pandiculans oſcitatur.

Pandion, onis, m. Πανδίων, filius Erichthei Regis Athenarum, qui patri ſucceſſit in Regno. Hujus filiæ fuerunt Progne, & Philomela.

Pandionius, a, um, Atticus, a Pandione. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proſ.* v. 19. & Pandionias quæ cuſpide protegit arces.

Pando, as, a. 1. *torcere*, *incurvare*, כפף, Ger. *biegen*, Gal. *courber*, Hiſp. *encorvar*, κυρτόω, incurvo. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Facile pandatur juglans. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Pectus ac venter ne projiciantur, obſervandum: pandant enim poſteriora, & eſt odioſa omnis ſupinitas.

Pando, is, di, paſſum, & panſum, a. 3. *aprire*, פתח, Ger. *offnen*, Gal. *ouvrir*, Hiſp. *abrir*, πετάννυμι, aperio, patefacio, a φαίνω, *oſtendo*, unde analogica fit φανός, *apertus*. *Virg.* 4. *Georg.* & alas pandere ad æſtivum Solem. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 27. Longe, lateque ſe pandunt divina bona. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 6. Pandere fores. ¶ Particip. *paſſus* V. ſuo loco. *Panſus* vero aperte colligitur in uſu fuiſſe tum ex compoſitis *expanſus*, & *diſpanſus*, tum ex *Prudent. Cathemer. hymn. ult.* Panſis in altum brachiis. Et *in præf. l.* 1. *adv. Symmach.* Vix panſa poterat currere carbaſa. ¶ Translate *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 5. Pandere vela orationis. ¶ Sumitur & pro explicare, exponere. *Virg.* 3. *Æn.* remque ordine pando. *Lucret. l.* 5. *v.* 55. Atque omnem rerum naturam pandere dictis. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 12. verſam proles tua pandet Idumen. h. e. carmine perſequetur, illuſtrabitque.

Pandora, æ, f. Πανδώρα, prima mulier, a Vulcano Jovis juſſu fabricata, quam ſinguli Dii donis ſuis ornaverunt. Pallas enim ſapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo Muſices, Mercurius eloquentiæ. Dicta eſt a πᾶν, *omne*, & δῶρον, *donum*, quaſi omnium donum, vel quaſi ab omnibus donata, vel donata omnium rerum genere. V. *Bocc. l.* 4. *Gen.*

Pandoſia, f. 1. urbs Epiri, cum laſu cogn. in Theſprotia, in conf. Caſſiopæ, apud Acherontem fl. *Plin. l.* 3. *c.* 1. ¶ Item urbs ext. Brutiorum, in colle, ſimiliter apud Acherontem fl. ubi Alexander Rex Epiri Tarentinis opem ferens, a Brutiis obtruncatus eſt, juxta Apollinis oraculum, cum non animadvertiſſet, præter Pandoſiam Epiri aliam Pandoſiam ſibi fatalem eſſe poſſe. *Id. l.* 4. *c.* 1. & *Liv. l.* 8.

Pandura. V. vocem ſequent.

Pandurizo, as, n. 1. panduram pulſo. (Eſt autem pandura muſicum quoddam inſtrumentum a Pane inventum, ut ait *Iſid. l.* 3. *c.* 20. ubi *Pandorium* vocat: quidam autem tradunt inſtrumentum trichordum eſſe, alii multas tibias cera junctas.) *Lamprid. in Heliog. c.* 32. Ipſe ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus eſt.

Pandus, a, um, *aperto*, *largo*, כפוף, Germ. *gebogen*, Gall. *courbe*, Hiſp. *pando*, πεπετασμένος, apertus, latus, a *pando*, quia ſe pandit, hoc eſt extendit. *Virg.* 2. *Georg.* Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. ¶ Sumitur etiam pro incurvo. *Ovid.* 14. *Met.* v. 287. Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro. *Id.* 1. *Amor. eleg.* 13. juga panda boum. *Id.* 3. *Triſt. eleg.* 10. Pandi delphines.

Panegyricus, a, um, adject. πανηγυρικός, Laudatorius, ut panegyrica oratio, un *panegirico*. *Cic. de Orat. c.* 11. Laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, & talium ſuaſionum, qualem Iſocrates fecit panegyricum, ſubaudi *ſermonem*. Sic *Quintil. l.* 10. *c.* 4. Panegyricum Iſocratis decem annis dicunt elaboratum.

Panegyris, is, fem. πανήγυρις, nundinæ, vel conventus publicus, quales quinto quoque anno Athenis celebrari ſolitas, ſcribit *Herod. l.* 6. a πᾶν, *omne*, & Æolico ἄγυρις, pro ἀγορά, *cœtus*. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 14. græcis literis ſcribit. Erat, inquit, in eo ipſo loco illo die nundinarum πανήγυρις. ¶ Claudiani carmina omnia, quæ alicujus laudes continent, *panegyris* titulum habent, hoc eſt elogium magno populi conventu pronuntiatum.

Panegyriſta, æ, m. *panegiriſta*, πανηγυριστής, laudator. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. Si quid heroicus arduum, comicus lapidum, panegyriſta plauſibile condiderunt.

Paneros, m. 3. πανέρως, gemma, al. panſebaſtos, quæ fœcunditatem creditur afferre. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Pangæus, i, m. & in plur. num. Pangæa, orum, n. *Malaca*, *Caſtagna*, πάγγαιον, mons Thraciæ, in Macedoniæ confinio, Philippis urbi imminens, ad cujus rad. Neſtus fl. decurrit. Roſarum ferax eſt. Abundat item cinnamis. Ibi etiam auri, & argenti fodinæ. *Plin. l.* 4. *c.* 11. Mons Pangæus, Heraclea, Olynthos. *Virg.* 4. *Georg.* flerunt Rhodopeiæ arces, Altaque Pangæa, &c.

Pango, is, pepigi, (quod tamen *Quintil. l.* 1. *c.* 10. monuit, a *pago* fieri, non a *pango*) & panxi, pactum, a. 3. *ficcare*, תקע, Ger. *pflantzen*, Gal. *ficher*, Hiſp. *hincar*, πήγνυμι, figo, ab antiquo *pago*, inſerto n, ut *tango* a *tago*. *Liv. l.* 7. Idibus Septembris clavum pangat. ¶ Sumitur etiam pro plantare. *Col. l.* 11. *c.* 2. Malleoliſque recentiſſimis curioſiſſime pangenda. *Id. ib.* Olearum taleam cum panxeris. ¶ Item pro ſcribere, componere. *Cic. l. ult. Fam. ep.* 18. An pangis aliquid Sophocleum? *Gell. l.* 13. *c.* 19. Si verſum pangis. ¶ Pangere oſculum, eſt oſculari. *Plaut. Curc.* Pangit ſaltem ſuavium. ¶ Pangere fœdus, aut inducias, eſt componere, facere. *Liv. l.* 7. Ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe, aut inducias pepigiſſe. Sic pangere pacem cum aliquo populo. *Id. l.* 24. *c.* 29. ¶ Pangere terminos, eſt figere, ſtatuere. *Cic.* 1. *Leg. c.* 21. Placere terminos, quos Socrates pegerit. Ita legit *Pareus in Lex. Crit.* ex veteribus libris, & *Turneb.* Alii pepigerit. Idem *Pareus ib.* alia affert exempla ex eod. *in Piſon. c.* 16. Fines, quos lex cupiditatis tuæ pegerat. ſed hic quoque alii *pepigerat*. At in illo *Pacuvii* apud *Feſt.* in voce *Tonſilla*, tonſillam pegi læto in littore: conſtans eſt lectio. ¶ Participium *pancturus*, pro *pacturus*. *Pallad. l.* 3. *R. R. tit.* 9. Atque is, qui pancturus eſt, projecta circa ſurculos ſarmenta ſine ullo errore deponet.

Pangonius, ii, gemma pluribus angulis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Paniceus, a, um, adject. a *panis*. Hinc *Plaut. Capt.* 1. 2. 59. per jocum appellat milites paniceos, piſtorienſes, & placentinos. Alii paniſcos dictos putant a Pana urbe Samnii, de qua *Strabo l.* 5.

Panicula, æ, f. φόβη, ἀνθήλη, lanugo, ſive capillamentum, ſive coma lanoſa in milio, panico, arundine, avellanis, in omnibus fere arboribus picei generis, in qua ſemen dependet: denique quicquid ſublonga, & ſubrotunda forma tumet. *Plin. l.* 16. *c.* 10. E ramis generum horum paniculárum modo nucamenta ſquamatim compacta dependent. *Id. l.* 18. *cap.* 7. Panicum a paniculis dictum, cacumina languide nutante. *Id. l.* 21. *c.* 4. Græcula roſe convolutas habet foliorum paniculas. ¶ Translate panicula dicitur tumor mammoſus circa inguina præcipue naſcens, *pannocchia*. *Apul. de herb. c.* 14. Cum caluerit, impones ſuper paniculam, & panno ligabis lineo. *Scribon. Larg. Compoſit.* 82. Malagma ad mammarum duritiem, ad paniculas, ad tubera, & ad cætera, quæ ſubito adnaſcuntur.

Panicum, i, n. *panico*, Germ. *pfennich*, Gal. *panic*, Hiſp. *panico*, ἔλυμος, μελίνη, genus frugis, a paniculis ſic dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato pene in ſurculum, ut *Plin. l.* 18. *c.* 7. deſcribit. *Cæſ. l.* 2. *B. C.* Panico vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur.

Panicus, a, um, quod ad Panem Deum ſpectat. Panicus terror, eſt pavor repentinus ſine cauſa obortus, terriculamentum inane, quicquid cum ſtupore contingit. Cauſa appellationis eſt, quia veteres exiſtimabant, Panem Deum repentinos terrores, & animi conſternationes immittere. Hujuſmodi timoris exemplum habes apud *Curt. l.* 4. *c.* 12. Alexandri, inquit, exercitum pavor, cujus cauſa non ſuberat, invaſit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente, &c. *Hygin. l.* 2. *Aſtron. c.* 28. *de capricorno*: Hic dicitur, cum Jupiter Titanas oppugnaret, primus objeciſſe hoſtibus terrorem, qui Panicus appellatur. Quædam exemplaria habent πανικόν. *Cicero* quoque Græcis literis ſcribit *ad Att. l.* 14. *ep.* 3. Rumorem magnum afferunt, πανικὰ certe, *ſenza ſuſſiſtenza*. Sic *ibid. l.* 5. *ep.* 2. Scis enim dici quædam πανικά. Quod vero e quibuſdam Lexicographis additur ex *eod. ibid. l.* 7. *ep. ult.* Bellum fœdiſſimum futurum puto, niſi quem Panicus caſus excitarit. optimæ quæque editiones habent *Parthicus*.

Panificium, cii, neut. ἀρτοποιία, panis confectio, vel etiam ipſe panis. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Omnia legumina, quæque ex frumento panificia ſunt. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 7. Verbenas, coronaſque, & panificia obtuliſſe ei viſus eſt. Adde *Varr. l.* 4. *de L. L.* ¶ *Panefi cium* pro *panificium* legitur in *Cod. Theodoſ. l.* 14. *tit.* 3. *leg.* 4. & 22.

Panion, i, herba, quæ & Satyrion dicitur. *Apul. de herb. c.* 55.

Panionius, Apollo, Πανιώνιος, cujus meminit *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. *ante med.* Ita dictus eſt, quia communiter tota Jonia colebatur, a πᾶν omne, & Ἴων, Jonis. Sic Panionia & Panionium dicta eſt regio juxta Prienem, in Jonia, quod ibi Jones conventum habere, & Neptuno ſacra facere conſueverant. *Plin. l.* 5. *c.* 29. *Pompon. Mela l.* 1. *c.* 17.

Panis, i, m. 3. *pane*, לחם, Ger. *brots*, Gall. *pain*, Hiſp. *pan*, ἄρτος, cibus ex farina, & aqua, qui igne aſſatus ſit, a Dorico πάνος, *panis*, quod a πάομαι, *edo*. *Cic. pro Cluent.* Oppianicum veneno eſſe necatum, quod ei datum ſit in pane. ¶ Panis varia ſunt genera. Alii ab obſoniis appellantur, ut *oſtrearii*, alii a deliciis, ut *artolagani*, alii a feſtinatione, ut *ſpeuſtici*, alii a coquendi ratione, ut *furnacei*, vel *artopticii*, qui in clibanis ſunt cocti. V. *Plin. l.* 18. *c.* 11. ¶ Panis ſecundarius, ſeu cibarius, eſt panis vulgaris. *Sueton. in Aug. c.* 76. Secundarium panem maxime appetebat. ¶ Panis ſiccus. h. e. ſine obſonio. *Vopiſc. in Tacit. c.* 11. Panem niſi ſiccum nunquam comedit, eundemque ſale, atque aliis rebus conditum. Ita interpretatur *Salmaſius*. (additque, panem comedere, & panem guſtare idem fuiſſe veteribus quod ientare.) Sic *Senec. ep.* 83. Non multum mihi ad balneum ſupereſt, panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſunt lavandæ manus. ¶ Panis nauticus, *biſcotto*. *Plin. l.* 22. *c.* 25. ¶ Panis ſiligineus, h. e. delicatus, cui opponitur plebejus, apud *Senec. ep.* 119. ¶ Interdum panis dicitur maſſa cujuſvis materiæ in panis morem formata, ut panes ærei, apud *Plin. l.* 34. *c.* 11. Panes aphronitri, *Stat. l.* 3. *Silv.* 9. *v.* 37. panis ex fimo bubulo. *Marcel. Empir.* ¶ Docet *Arnob. l.* 1. *pag.* 36. etiam *hoc pane* in recto caſu ſingulari uſurpatum fuiſſe.

Paniſci, m. 2. πανίσκοι, Dii ſylveſtres, quaſi minutuli Panes, ut a Satyro Satyriſcus inclinatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. Si Nymphæ, Paniſci etiam, & Satyri. *Id.* 2. *de Divin.* Saxo diffiſſo caput extitiſſe Paniſci.

Panneum. V. Pannucellum.

Panni-

Panniculária, orum, n. 2. ea, quæ quis in carcerem ductus attulit. *Ulp. l. Divus de bon. damn.*

Pannicularius, a, um, adject. ut pannicularia cauſa, apud *Ulpian. l. 6. de bonis damnator.* hoc eſt de bonis eorum, qui in carcere ſunt. V. vocem præced.

Pannículus, i, m. *ſtiacco*, dim. a *pannus*. *Juven. ſat. 6. v. 259.* Et panniculus bombycinus urit. *Celſ. l. 7.* Cui imo loco pila aſſuta eſt, ex panniculis facta. ¶ Fuit hoc nomine mimus quidam tempore Domitiani, qui Latino itidem mimo inſerviebat ad riſum conciliandum. *Martial. l. 2. epigr. 72.* Os tibi perciſum, quantum non ipſe Latinus Vilia Panniculi percutit ora ſono.

Pannonia, æ, f. 1. *Hungaria*, regio Europæ perampla. Habet a Sept. Danubium fl. quo ſeparatur a Jazygibus Metanaſtis, a Mer. Savum fl. quo ab Illyrico, ab Occ. Noricum, ab Or. item Danubium, quo a Myſia. Fuit aliquando pars Illyrici Occidentis late ſumpti. Duplex fuit, prima, ſeu ſuperior, quæ magis ad Occ. ubi nunc pars Orientalis Auſtriæ, maxima pars Stiriæ, Carniola, Cellejenſis Comitatus, pars Vindorum Marchiæ, & Sclavoniæ, & ſecunda, ſeu inferior, quæ ad Or. ſpectat, ubi nunc magna pars Hungariæ inferioris cum parte Sclavoniæ. *Ovid. Triſt. l. 2. verſ. 225.* Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda.

Pannonícus, a, um, quod ad Pannoniam ſpectat. *Sueton. in Aug. c. 20.* Ut tamen quibuſdam Pannonicis, atque Germanicis aut interveniret, aut non longe abeſſet.

Pannónis, adject. fem. 3. quæ eſt a Pannonia. *Lucan. l. 6. v. 220.* Pannonis haud aliter poſt ictum ſævior urſa.

Pannonſus, a, um, adjectiv. Pannonicus. *Stat. l. 1. Silv. 4. v. 78.* Pannoniuſque ferox.

Pannóſus, a, um, *mal veſtito*, ῥακώδης, qui ſordida veſte, & craſſo panno, vilique opertus eſt. *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* Clodii veſtibulum vacuum ſane mihi nuntiabatur, paucis pannoſis, ſine laterna. *Juv. ſat. 10. v. 102.* Ædilis pannoſus. ¶ *Perſ. ſat. 4. v. 30.* Pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti. h. e. albis floccis tanquam panno obductam. ¶ *Martial. l. 3. epigr. 72.* Aut tibi pannoſæ pendent a pectore mammæ. h. e. rugoſæ, & deciduæ.

Pannuceus, a, um, craſſo, ac vili indutus panno, ſive diverſis pannis obſitus, ut exponit *Iſid. l. 19. c. 22.* idem, ac pannoſus. *Perſ. ſat. 4. v. 21.* Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis. ¶ Sumitur etiam pro languido, & mollitie pannum referente. *Martial. l. 11. epigr. 47.* Truditur & digitis pannucea mentula laſſis. ¶ Pannucea poma, quæ lanugine obducuntur. *Plin. l. 15. c. 14.* Celerrime in rugas marceſcunt pannucea.

Pannulejum. V. Pannuellium.

Pannúlus, i, m. dim. a pannus. *Apul. l. 7. Met.* Diloricatis ſtatim pannulis. *Ammian. l. 31. c. 3. de Hunnis.* Tunica ſemel collo inſerta non ante deponitur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata. h. e. in panni fruſta.

Pannum, i, n. idem, ac pannus. *Nævius* apud *Non. c. 5. n. 163.* Qui habet uxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.

Pannus, i, m. *panno*, בגד, Ger. *tuch*, Gall. *drap*, *du drap*, Hiſp. *pano*, ῥάκος, id, quo veſtimur. *Horat. l. 1. od. 35.* Te ſpes, & albo rara fides colit velata panno. ¶ Sumitur & pro panni fruſto. *Id. de ar. poet. v. 15.* Purpureus, late qui ſplendeat, unus & alter Aſſuitur pannus. *Id. epod. prolo.* Pannos cruore rubros lavit obſtetrix. ¶ Item pro veſte pannoſa. *Ter. Heaut. 2. 3. 50.* Ancillula pannis obſita, neglecta, immunda illuvie. ¶ Item pro linamento, quod vulneri imponitur. *Colum. l. 6. R. R. c. 12.* Pannis aceto, & ſale, & oleo madentibus inſolatis.

Pannychiſmus, i, m. παννυχισμὸς, in Gloſſis exponitur pervigilium, h. e. vigilatio per totam noctem, a πᾶν, omne, & νὺξ, nox. *Arnob. l. 5.* Quibus myſteriis pervigilia conſecrata ſunt, & pannychiſmi graves.

Panomphæus, Jovis epithetum, a πᾶν, *omnis*, & ὀμφὴ, *vox*, quod omnium voce celebretur, vel quod omnium voces audiat. *Ovid. 11. Metam. v. 198.* Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Panópe, es, fem. & Panopea, Πανόπη, Nympha marina, una de Nereidibus, a πᾶν, *omne*, & ὄπτω, *video*, idest a perſpicuitate viſus. *Virg. 5. Æn. v. 240.* Nereidum, Phorcique chorus, Panopeaque virgo. *Ovid. ad Liviam, v. 435.* Illi cæruleum Panope matertera crinem ſolvit.

Panormitanus, a, um, adject. da *Palermo*. *Cic. Verr. 3. c. 49.* Legati Catinenſes, Panormitanique dixerunt.

Panormus, femin. & Panormum, neut. 2. Litus Pulchrum apud vet. *Palermo*, urbs Siciliæ, caput totius regionis, ampliſſima, amœniſſima, a Phœnicibus condita circa Græcorum in Siciliam adventum, in prov. ſeu valle Mazaræ, prope oſtia Orethi fl. Dicta eſt a πᾶν, *omne*, & ὅρμος, *ſtatio navium*, propter multitudinem navium, quæ undique illuc conveniunt. *Plin. l. 3. c. 8.* Oppida Panormum, Solus, Himera cum fluvio. *Silius lib. 14. v. 262.* Tergemino venit numero fœcunda Panormus. ¶ Scribitur & *Panhormus*.

Panſa, æ, m. 1. qui eſt veſtibus panſis, ſeu latis, & extenſis, a *panſum* ſup. verbi pando. *Plin. l. 11. c. 45.* *Plaut. Merc. 3. 4. 55.* Subnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum, cæſum, varum, &c. ¶ Hinc cognomen nobiliſſimæ Romanorum familiæ, ex qua C. Panſa Conſul, qui in obſidione Mutinæ mortem occubuit. *Plin. ibid.* V. *Cic. Philip. 14.*

Panſebaſtos. V. Paneros.

Panſus, a, um, *aperto*, *allargato*, explicatus, expanſus: a *pando*, *is*. *Germanic. in Arat. v. 68.* ſuppliciter panſis ad numina palmis. *Ammian. l. 27. c. 5. a med.* (al. *c. 30. ſub fin.*) Sago porrectus panſo.

Pantagáthus, i, πανταγαθὸς, avis nomen, de qua mentio fit apud *Lamprid. in Anton. Diadum. c. 4.* Putat *Caſaubon.* pantagathum vocari, quod in auguriis omnia fauſta portendat, a πᾶν, *omne*, & ἀγαθὸς, *bonus*.

Pantagias, æ, & Pantagies, æ, m. *Porcari*, & *Bruca*, Παντακύας, fl. Siciliæ, in ora Leontinorum, qui apud Taurum prom. mari excipitur. Dictus eſt a πάντα, *omnia*, & ἄγω, *ago*, propter nimiam rapiditatem, quia obvia quæque proſternit, atque ſecum rapit. Alii derivant a πάταγος, *fragor*, quia per ſaxa volutus ſonitum ingentem edit. Secundum fabulas, olim, dum plenus incederet, totam Siciliam ſonitu implebat, poſt raptum autem Proſerpinæ, cum Cereri filiam quæreati obſtreperet, tacere juſſus paruit Numinis voluntati. *Serv. in 3. Æn.* *Ovid. 4. Faſt. v. 469.* Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagienque. *Claudian. lib. 2. de rapt. Proſ. v. 58.* & ſaxa rotantem Pantagiam.

Pantex. V. Pantices.

Panthéon, i, n. *S. Maria Rotonda*, πάνθειον, templum Romæ, in cultum Deorum omnium extructum a M. Agrippa Auguſti genero, opere Corinthio, forma rotunda, ædificiorum Urbis, præſertim templorum facile pulcherrimum. Muro continuo 30. palmorum lato circumdatur, unica tantum janua, unico quoque foramine in ſupremo culmine lumen admittens. Altitudo ejus tanta eſt, quanta latitudo, 144. pedum in circuitu. Habet porticum 16. columnarum. Reſtauratum fuit ab Hadriano, Septimio Severo, & Aureliano. V. *Plin. l. 36. c. 15.* ¶ A Bonifacio IV. Pont. Max. conſecratum fuit in honorem B. M. V. & omnium Sanctorum, Imperatore Phoca. Dictum eſt a πᾶν, *omnes*, & θεὸς, *Deus*.

Panther, eris, m. genus retis, quod humi extenſum, & quiſquiliis tectum, adducta cum opus eſt fune, paſcentes aviculas omnes convolvit, & irretit. *Varr. l. 4. de L. L.* ¶ Accuſativus *panthera* græca more legitur apud *Ulpian. l. emptorem. Dig. de act. empt. & vend.* Alii tamen leg. *pantheram*, ut ſit gen. fœminini. ¶ Eſt præterea panther animal quoddam, quod a nonnullis lupus cervarius dicitur. *Auct. carm. de Philom. verſ. 5.* Panther caurit amans, pardus hiando felit.

Panthéra, æ, f. *pantera*, πάνθηρ, πάρδαλις, animal maculoſum, & proſus ferum, ita dictum a πᾶν, *omne*, & θὴρ, *fera*, quia cætera fere animalia feritate ſuperat, vel, ut alii volunt, quia pene omnium in ſe ferarum colores cernere eſt. *Plin. l. 8. c. 17.* Panthera, & tigris macularum varietate prope ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris unus, ut cuique generis color eſt. ¶ Magnus pantherarum erat uſus in ludis publicis Romanorum; unde apud *Cic. 2. Fam. ep. 11. & l. 8. ep. 3. & 9.* de iis conquirendis, & Romam mittendis mentio fit.

Pantherínus, a, um, quod ad pantheram ſpectat. *Plin. l. 35. c. 11.* Sed & nobiliſſimo Satyro cum pelle pantherina. ¶ Pantherinæ menſæ, quæ in torto diſcurſu maculatæ ſunt. *Plin. l. 13. c. 15.* Illud oblongo venis diſcurſu, ideo tigrinæ appellantur; hoc intorto, & ideo tales pantherinæ. ¶ Translate pantherini homines ſunt, qui variis artibus, & dolis agunt, fraudulenti, verſipelles. *Plaut. Epid. 1. 1. 16.* Capngenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Panthesiléa. V. Penthesilea.

Panthoídes, æ, m. 1. Euphorbus filius Panthoi, item Pythagoras, qui tempore belli Trojani ſe Euphorbum Panthoi filium fuiſſe gloriabatur. *Ovid. 15. Met.* Panthoides Euphorbus eram. *Horat. l. 1. Carm. ode 28.* Habentque Tartara Panthoiden iterum Orco demiſſum.

Panthous, & per contract. Panthus, m. 2. Πάνθοος, filius Otrei fratris Hecubæ. Vocativum habet *Panthu*, abjecto *s* finali more Græcorum. *Virg. 2. Æn. v. 322.* Quo res ſumma loco, Panthu?

Pantices, cum, f. *ventraglia*, inteſtina, lactes, hoc eſt inteſtinum tenue, jejunum, & duodenum, a *pando*, quia in ventre jacente expanſæ, extentæque, & generatim ipſe venter. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 31.* Vino modo cupidæ eſtis: Eo vos, veſtros panticeſque adeo madefacitis. *Mart. l. 6. ep. 64.* Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi, Et rubro pulmone, lanius per compita portat. ¶ In ſingul. num. *Catull. in Priapeis.* Latet jacente pantice abditus ſpecu. V. ibi *Scalig.*

Pantomíma, æ, f. quæ pantomimum agit. *Senec. de Conſol. ad Helv. c. 12.* Quorum pantomimæ decies H.S. nubunt.

Pantomímicus, a, um, adject. ad pantomimum pertinens, ut pantomimica ornamenta. *Senec. ep. 29.*

Pantomímus, i, m. παντόμιμος, genus hiſtrionum, qui fabulas in ſcena non voce & cantu, ſed ſolo geſtu & ſaltando repræſentabant: quare & ſaltare fabulas dicebantur. Hi primum Romam inducti ſunt ſub Auguſto, celebreſque fuerunt Pylades, Hylas, Bathyllus, quos refert *Macrob. Saturn. l. 2. c. 7.* & *Sueton. in Aug. c. 45.* De his plura vide in *Syntagmate de Mimis, & Pantomimis Nicolai Calliachii* edito *Patavii* 1713. & in *Diſſertatione Octavii Ferrarii* edita *Volffenbutelii* 1715. ¶ Interdum Pantomimus accipitur pro ipſa fabula, quæ a Pantomimo agitur. *Plin. in Paneg.* Nunc in pantomimis quoque adverſatur, & damnat effeminatas artes, & indecora ſæculo ſtudia. Adde *Plin.* alterum *l. 7. nat. hiſt. c. 53.*

Panucellium, n. 2. glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ, vel fuſus filis involutus, vel radius, quo ſtantes procurrunt telas. Aliqui efferunt *pannuellium*, alii *panuelium*, alii *panuelum*, alii *panuellium*, alii *panuclum*, alii *pannuleium*. *Varro lib. 4. de L. L.* conflatum putat a *panno*, & *volvendo*. V. *Voſſ.* in *Etymol.*

Panuelum, i, n. idem quod panus, h. e. tramæ involucrum. *Varr. l. 4. L. L.* ubi alii leg. *panuclum*.

Panúla, læ, f. dim. parvus panus. *Nonius c. 2. n. 613.*

Panurgia, æ, f. πανουργία, aſtutia, fraus. *Plaut.* Iſthæc panurgia te te in piſtrinum dabit. Ita Calep. & al. Lexicographi. Nos tamen locum Plauti invenire non potuimus.

Panus, i, m. πῆνος, tramæ involucrum, quo panni texuntur, id, quo trama involvitur, fuſus filis involutus, glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ. *Non. c. 2. n. 613.* *Lucil. ib.* Panis ſubtegminis panus eſt. ¶ Tranſlate panus dicitur tuberculi genus in vertice, aliis, aut inguine, latius, quam altius, quod Plinius mammoſum panum vocat. *Novius* apud *Non. loc. cit.* Qui me miſerum miſeriorem reddidit, quam panus puerum. Ubi *Non.* Quod pueri ægritus patiantur hoc genus morbi. *Plin. l. 20. c. 1.* Et laterum parotidas, & panos ſanat. *Celſ. l. 5. cap. 28.* At adverſus panum tum primum orientem (quod φύγεθλα Græci vocant) & omne tuberculum, quod phyma nominatur, &c. ¶ In arboribus panus eſt tumor quidam, qui & panicula dicitur. *Plin. l. 16. c. 8.* E glandiferis ſola quæ vocatur ægilops, fert panos arentes, muſcoſo villo canos, non in cortice modo, verum & a ramis dependentes cubitali magnitudine.

Papa, æ, f. vox infantium petentium cibum. *Varr.* apud *Non. cap. 2. n. 97.* Cum cibum, ac potionem, buas, ac papas docent. ¶ Legitur & *pappa*. ¶ Significat etiam patrem, aut ſenem. Itaque ea voce honoris cauſa compellare mos fuit Chriſtianis Scriptoribus Epiſcopos, & alios in ſacra dignitate conſtitutos. *Tertull. de Pudic. c. 13.* & *Sidon. in epiſtolis* paſſim. ¶ Per excellentiam vero ſic vocatur Romanus Pontifex, qui eſt Pater Patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum.

Papæ, βαβαί, interjectio admirantis. *Ter. Eun.* Papæ, hæc ſuperat ipſam Thaidem.

Papáver, eris, n. *papavero*, Ger. *magſamen*, Gall. *pavot*, Hiſp. *la dormidera*, μήκων, genus herbæ ſomniferæ, cujus plura genera refert *Plin. l. 19. c. 19. & 25.* *Virg. 4. Æn.* Soporiferumque papaver. ¶ Reperitur etiam gen. m. *Plaut. Aſin.* apud *Non. c. 3. n. 177.* Formicis objicis papaverem.

Papaverátus, a, um, adjectiv. Papaverata veſtis, μηκωνοειδὴς χιτὼν, veſtis tenuis, ac delicata, a *papavere*. Sic a Lucillio vocatur Græcorum exemplo, quibus μήκων non ſolum notat papaver, ſed etiam textum byſſinum, ſive linteum. Nam Heſychius ὑφαντὸν λινοῦν exponit. Sed de cauſa nominis non conſentiunt. Aliquibus videtur appellatio eſſe ex eo, quia quoddam papaveris genus eſſet, e quo, ut *Plinius* ait, candorem lintea præcipuum trahunt. Alii cenſent, ſic dicta, quia mollis papaveris lanugo neretur, veſtiſque ex ea texeretur. *Plin. lib. 8. c. 48.* Crebro papaverata antiquiorem habens originem, jam ſub Lucillio poeta in Torquato notatur. Aliqui legunt *paverata*.

Papavercúlum, i, n. diminut. a papavere. *Apul. de herb. c. 7.*

Papavéreus, a, um, adject. qui eſt ex papavere, ut papavereæ comæ. *Ovid. 4. Faſt. v. 438.*

Paphages, is, rex Ambraciæ, qui a leæna catulis ſuis ſtipata, cui forte obviam occurrit, dilaniatus fuit. Hinc

Paphagéus, a, um, adject. *Ovid. in Ibin. v. 501.* Siſque Paphageæ cauſa leæna necis.

Paphíacus, a, um, adject. ad Paphum pertinens. *Avien. in Periegeſi, v. 007.* Ceſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Corombis.

Paphius, a, um, adject. Paphiacus, ut Paphia Venus. *Tacit. 2. hiſt. c. 2.* Paphiæ myrti. *Ovid. 3. de ar. am. v. 181.*

Paphlagónes, um, m. incolæ Paphlagoniæ. *Curt. l. 6. c. 11.*

Paphla-

Paphlagonia, æ, f. *Bolli*, al. *Roni*, al. *Plagania*, παφλαγονία, regio Aſiæ minoris, ſic dicta eſt a Paphlagone Phinei filio, auctore Stephano. *Plin. l. 2. c. 103. & l. 6. c. 2.*

Paphos, f. 2. *Baffo*, *Bapho*, πάφος, urbs Cypri exc. in ora occidua, apud Drepanum prom. Veneri quondam ſacra. *Hor. l. 1. od. 30.* O Venus regina Gnidi, Paphique. *Virg. 10. Æn. v. 56.* eſt celſa mihi Paphos, atque Cithera.

Paphus, m. filius Pygmalionis filii Cilicis, ex Eburnea matre, qui patri in Regno Cypri ſucceſſit, condiditque urbem, quam de ſuo nomine Paphon vocavit, conſtruxit etiam templum, & aram in honorem Veneris, cui diu ſolo thure ſacrificatum eſt. *Bocc. l. 2. Gen.*

Papia Poppæa lex de conjugiis, ſic dicta a M. Papio, & Q. Poppæo ſecundo Coſſ. qui eam tulerunt. *Auſon. epigr. 89.* Papia lex placuit, Julia diſplicuit. V. *Alex. ab Alex. l. 4. c. 22.*

Papia Tribus refertur a Manutio inter Romanas, ab aliis omittitur. V. *Sigon. & Panvin.*

Papilio, onis, m. *farfalla*, *parpaglione*, ψύχη, vermiculus alatus, qui luminibus accenſis advolitat, quo nullum animal imbecillius eſt. *Plin. l. 11. c. 19.* Papilio etiam hic ignavus, & inhonoratus, luminibus accenſis advolitans, paſſifer, nec uno modo, &c. ¶ Papilio item tentorium ſignificat, σκηνή, ut exponitur in vett. Gloſſ. *Iſid. l. 15. c. 10.* dicit, ita vocari a ſimilitudine papilionis animalis. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 51.* In expeditionibus apertis papilionibus prandit, atque cœnavit. Adde *Spartian. in Nigro c. 11. & Veget. de re milit. l. 1. c. 23.* ¶ De diſcrimine inter papilionem, & tentorium V. *Tentorium*.

Papiliuncŭlus, li, m. diminut. parvus papilio. *Tertull. de anim. c. 32.* Siccitatibus gaudent locuſtæ, papiliunculi, chamæleontes.

Papilla, æ, f. *papilla*, θηλή, dimin. a *papula*, eſt caput mammæ, quod infans ſugens comprehendit, & dicitur de fœminis, de viris, de beſtiis. Differt a *mamilla*, quod *mamilla* eſt omnis eminentia uberis, *papilla* vero breve illud, unde lac trahitur. *Serv. ad 11. Æn. & Feſtus.* ¶ Sæpe pro ipſa mamma ſumitur. *Virg. 11. Æn. v. 803.* Haſta ſub exertam donec perlata papillam hæſit. ¶ Interdum pro parva papula, ſeu tuberculo. *Seren. Sammonic. c. penult. de verrucis tollendis.* Interdum exiſtit turpi verruca papilla. ¶ Per Catachreſin papillæ in fontibus claviculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt, quibus exertis aqua effluit, fiſtulæ vero immiſſis aquæ curſus prohibetur. *Varr. l. 3. R. R. c. 14.* Et in eam papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam. Al. leg. *mamillas*.

Papinianus, m. 2. Juriſconſultus, Scævolæ diſcipulus, Severo imper. gratiſſimus, cui moriens filios ſuos commendavit. Ab Antonino Caracalla ſecuri percuſſus eſt. *Spartian. in Carac. & in Sever. c. 21.*

Papinius Statius, vir Neapolitanus, haud ignobili genere natus, qui inter Heroicos Poetas relatus eſt. Compoſuit Thebaidem lib. 12. & opus Sylvarum, poſtremo Achilleidem aggreſſus, morte præventus, reliquit inchoatam. *Crinit.*

Papiria Tribus ruſtica cognominata eſt a quodam Papirio, ut ait *Feſt.* V. *Onuph. Panvin.*

Pappa, V. Papa.

Pappārium, ii, n. *pappa*, cibus, qui Infantibus datur, cum a lacte ſugendo removendi ſunt. Translate *Sen. l. 1. Controverſ. 1.* dominicæ libidinis papparium facere.

Pappas, æ, m. *Aio*, πάππας, nutricius. *Juven. ſat. 6. v. 632.* Timidus prægustet pocula pappas

Pappo, as, n. 1. vel papo (diverſimode enim hæc vox ſcribi ſolet) eſt edere, vel cibum poſcere, a *pappa*, ſive *papa*, quo puerorum cibus ſignificatur. *Plaut. Epid. a. 5. ſc. 2.* Novo liberto opus eſt, quod pappet. *Perſ. ſat. 3.* Et ſimilis Regum pueris pappare minutum Poſcis? Ubi ſumitur pro cibum poſcere, auctore *Voſſio*, etſi alii exponant minutis, & blandiuſculis verbis patrem appellare.

Pappus, i, m. πάππος, antiqua lingua idem quod ſenex. Unde Sponſa pappi, & Agricola, & Hermiæ pappi: quibus nominibus fabulas ſcripſit Pomponius. *Voſſ.* Confirmat hanc ſignificationem *Var. l. 6. de L. L.* Item, inquit, ſignificant in Atellanis aliquot pappum (ſic ex vett. libris emendant *Turneb. & Scalig.* pro quo vulgo *papum*) ſenem, quod Oſci caſnar appellant. Eſt a græcorum πάππος, *avus*. Latini interdum pro avo utuntur, more Græcorum. *Auſon. in Protreptico, v. 18.* Pappos, aviaſque trementes Anteferunt patribus ſeri, nova cura, nepotes. ¶ Etiam Græcis a ſenilis canitiei ſimilitudine ſic vocatur lanugo carduorum, unde hanc quoque acceptionem habent Latini. *Lucret. l. 3. v. 387.* Veſtes, nec plumas avium, papposque volantes. ¶ Item pappus dicitur lanugo cacti, ſive helſines herbæ. *Plin. l. 21. c. 16.* Semen ei lanuginis, quam pappon vocant. ¶ Item herba, quæ vocatur erigeron, vel ſenecio, vel acanthis. *Plin. l. 25. c. 13.* Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum. ¶ *Turnebus* etiam putabat, ut ex poſthumis in *Varronem l. 6. L. L.* notis liquet, *pappum* maximum antiquitus a ruſticis dictum pro lanugine meſſium, ſive ſegetis. Aliter vero *Scaliger* cum de *pappi*, tum de maxi voce. V. ejus *Conjectanea*.

Papŭla, æ, f. ἐξάνθημα, quod tuberculi ſpeciem habet, puſtula cuti ex prurigine inſurgens, quæ cutis exaſperatur, & rubet, leviterque roditur. Jejunæ ſalivæ defricatione curatur. V. *Celſ. l. 5. c. ult. Virg. 3. Georg.* Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor Membra ſequebatur.

Papŭlo, as, n. 1. papulas emitto. Eſt *Cælii Aurel. Tard. 2. c. 1. & l. 3. c. 4.*

Papyraceus, a, um, παπύρινος, quod eſt ex papyro. *Plin. l. 26. c. 11.* Optime ellychnio papyraceo.

Papyrĭfer, ra, rum, παπυροφόρος, quod papyrum fert, ſeu gignit. *Ovid. 15. Met. v. 753.* Papyriferi ſeptemflue flumine Nili.

Papyrinus, a, um, ad papyrum pertinens, ut *Papyrinus ſtylus*, h. e. qui ad ſcribendum in papyro aptus eſt. *Varr. apud Non. c. 1. n. 759.*

Papyrius, a, um, adject. papyraceus. *Auſon. epiſt. 7. v. 47.* Fac campum replices Muſa papyrium.

Papyrus, m. & f. papyrum, i, n. πάπυρος, arbuſcula Ægypti. *Plin. l. 13. c. 11.* Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Ægypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ubi evagatæ ſtagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ craſſitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigiatura, thyrſi modo cacumen includens, ſemine nullo, aut uſu ejus alio, quam floris, ad Deos coronandos. Hæc *Plin.* V. *Guilandinum*, & quæ adverſus eum *Joſ. Scalig.* item adi *Salmaſ. Exercit. in Solin.* ¶ Radicibus papyri incolæ pro ligno utuntur, ut ait *Plin.* nec ignis tantum gratia, ſed ad alia quoque utenſilia vaſorum. Ex libro ab incolis fiunt funes, vela, veſtes, tegetes, ſtragula. Ex hoc item frutice charta fiebat, foliis ejus, ſeu membranis acu diductis, & diviſis in prætenues, & latiſſimas philyras, quæ eo meliores erant, quo medio papyro propinquiores. Unde etiam hodie chartam omnis generis papyrum vocamus. *Plin. l. 13. c. 11. & 12. Juven. ſat. 7. v. 100.* oblita modi milleſima pagina ſurgit Omnibus, & creſcit multa damnoſa papyro. ¶ De charta, & diverſis chartæ generibus vide *Plin. l. 13. c. 12.* ¶ Ex ligno autem papyri faciebant naves. *Plin. l. 13. c. 11.* Sane Ægyptios naves feciſſe etiam ex juncis, legas apud *Herodot. l. 2. Lucan. l. 4.* Cum tenet omnia Nilus, conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.

Par, aris, n. ſubſt. *coppia*, צמד, Germ. *ein par*, Gall. *un pair*, Hiſp. *un par*, *lecir*, ζεῦγος, numerus duorum inter ſe æqualium. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 6.* A me autem gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. *Id. de Amic. c. 4.* Quod ex omnibus ſæculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum.

Par, aris, o. *aguale*, משוה, Germ. *gleich*, Gall. *pair*, Hiſp. *par*, ἴσος, æqualis. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. de Sen.* Pares autem cum paribus veteri proverbio facillime congregantur. *Id. 4. Acad.* Ut, ſtellarum numerus par, an impar ſit, neſciatur. ¶ Vel cum dativo. *Cic. l. 4. Fam.* Ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus ſim. ¶ Vel cum genit. *Cic. in Piſon.* Cujus paucos pares hæc civitas tulit. ¶ Vel cum conjunctione *ac*, vel *atque*. *Cic. 3. de nat. Deor.* Neque mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit. *Caſ. l. 5. B. G.* Pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam. ¶ Admittit etiam ablat. rei, in qua comparatio fit, ſine prop. vel cum prop. *in*. *Cic. l. 6. Fam.* Cujus ſummorum tuæ ætatis vel ingenio, vel gratia, vel fama parem. *Id. de Amic.* Sunt pares in amore, & æquales. ¶ Cum genitivo *Lucan. l. 10. v. 382.* Quem metuis, par hujus erat. *Plaut. Rud. prol. v. 49.* Ei erat hoſpes, par illius. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, convenienti, quod inter omnes æquabile eſt. *Cic. 2. de Div.* Ut conſtantibus hominibus par erat. *Id. in Orat.* Sed par eſt, omnes omnia experiri. ¶ Pares aliquando pro duobus accipiuntur. Paribus equis utebantur Romani in prælio, ut ſudante altero tranſilirent in ſiccum. *Feſt.* ¶ Parem eſſe, interdum eſt ſufficere alicui rei, ſive reſiſtendo, ſive exæquando. *Cic. Att. l. 12.* Sed adhuc pares non ſumus. *Quintil. Declam. 15.* Aſpexio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, eſt, quod omiſſum eſt, aut quod aliunde acceptum eſt, alibi, aut aliunde compenſare. *Plin. in Paneg. c. 6.* Adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti. *Quintil. Declam. 6.* Paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. *Colum. l. 11. c. 1.* Paria facere cum rationibus domini, *ſaldare i conti col padrone*. ¶ Par pari referre, vel reſpondere, eſt tale aliquid reddere, quale accepimus. *Ter. Eun. a. 3. ſc. 1.* Denique par pari referto. *Cic. Att. l. 16.* Ut ſis, unde par pari reſpondeatur. ¶ Par, impar, ἄρτιοι, ἢ περιττοί, genus ludi. *Suet. Aug. c. 71.* Si vellent inter ſe poſt cœnam vel talis, vel par impar ludere, *giuocar' a paro, e caffo*. Adde *Horat. l. 2. ſat. 3.* ¶ Invenitur ſuperl. pariſſimus. *Plaut. Cur. 4. 2. 20.* Eodem hercle vos pono, & paro, pariſſimi eſtis ibus.

Parabĭlis, le, n. 3. εὐπόριστος, quod in promptu eſt, & cito haberi poteſt. *Cic. 5. Tuſc.* Divitias natura parabiles eſſe. *Curt. l. 3. c. 5.* Levi, ac parabili cultu corporis eſſe contentum. *Sen. epiſt. 5.* Res non magno parabiles.

Parabŏla, æ, f. παραβολή, collatio, comparatio, a παραβάλλω, *confero*, *compono*. *Donat.* Parabola eſt rerum genere diſſimilium comparatio, ut Qualis mugitus, fugit cum ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit cervice ſecurim. *Quintil. l. 5. c. 11.* Parabola, quam Cicero vocat collationem, longius res, quæ comparantur, repetere ſolet, ut Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam utique apud Uticam Cato. Adde *Sen. epiſt. 59.*

Parabolani, m. 2. ſive parabolarii, ut *Jul. Firmic.* vocat *l. 8.* homines pauperrimæ ſortis, qui operam ſuam noſocomiis, & xenodochiis accommodabant. Quandoquidem parabolani cum alias, tum imprimis graſſante peſte, vitam propriam ſummo exponunt periculo, maxime veriſimile eſt, venire a παραβάλλειν, quod notat ad audendum projectum, ut Cicero loquitur. *Juſtinian. Cod. de Epiſc. & Cler. tit. 6. leg. 18.* Parabolani, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur. V. *Voſſ. l. 4. Inſtitut. c. 19.*

Paracentēſis, f. 3. παρακέντησις, ſuratio, quæ fit manu chirurgi, cum morbus aliter curari nequit, a παρακεντεῖν, *pungo*, quia locus vulneris pungitur, deinde hamus, vel acus infigitur, vel quia hoc curationis genus plurimum affert doloris. *Plin. l. 25. c. 13.* Et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracenteſis fit.

Paracenterium, ii, n. παρακεντήριον, inſtrumentum chirurgicum perforationi idoneum, de quo *Veget. Mulomed. l. 2. c. 17.*

Paracharactes, æ, m. *monetario*, παραχαράκτης, qui falſam monetam cudit: a παραχαράττω, falſum characterem imprimo. *Impp. Valentinian. Theodoſ. & Arcad. l. 9. Cod. Theodoſ. tit. 21. leg. penult.*

Parachlămys, idis, f. genus veſtimenti militaris, & puerilis. *Ulp. l. Veſtis, ff. de aur. argent. leg.*

Paraclĭtus, ti, m. advocatus, conſolator, adhortator, deprecator, a παρακαλεῖν. Hoc nomine Eccleſiaſtici Scriptores deſignant tertiam Sanctiſſimæ Trinitatis perſonam. *Tertul. de vel. Virgin. c. 1. de anim. c. 55. & de reſur. carn. c. 63.* ¶ Penultimam hujus vocis, quæ natura longa eſt, corripuit *Prudent. cathemer. 5. v. 160.* Spirat de patrio corde Paracletum. Adde *Periſteph. 14. v. 430.*

Paracollētĭcus, a, um, adject. παρακολλητικός, agglutinandi vim habens, ut paracolleticum emplaſtrum. *Celſ. l. 5. c. 19.*

Parăda, æ, f. navigii, vel currus tegumentum, ſeu umbraculum. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Superflexa crata paradarum. *Auſon. epiſt. 6. v. 17.* poſitum ſub paradas, lectoque jacentem.

Paradiaſtŏle, es, f. 1. παραδιαστολή, Diſcriminatio, Figura, cum res ſimiles diſcernuntur, contrariis redditis, teſte *Julio Ruffiniano*, vel, ut *Rutilius Lupus* definit, Schema eſt, quod duas, aut plures res, quæ videntur unam vim habere, disjungit, & quantum diſtent, docet, ſuam cuique propriam ſententiam ſubjungendo. *Virg. in Ecl.* Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

Paradigma, atis, n. παράδειγμα, comparatio, exemplum facti, vel dicti alicujus, a παραδείκνυμι, *juxta oſtendo*, *confero*. Fit tribus modis, a pari, a majori ad minus, a minori ad majus. *Virg. 1. Æn.* Antenor potuit mediis elapſus Achivis Illyricos penetrare ſinus, &c. V. *Auct. ad Her. l. 4. c. 49.*

Paradiſiăcus, a, um, adject. ad Paradiſum pertinens. *Alcim. Avit. l. 1. v. 300.* In Paradiſiaca ponuntur ſede parentes. Adde *Venant. Fortun. l. 6. carm. 8.*

Paradiſĭcŏla, læ, m. qui Paradiſum incolit. *Prudent. Hamartig. v. 928. de Lazaro.* Et paradiſicolæ poſt ulcera dira beato.

Paradiſus, m. 2. παράδεισος, pomarium, viridarium, hortus conſitus. In ſacris Libris accipitur ſpeciatim pro amœniſſimo horto in Oriente, in quo primi noſtri generis auctores a Deo conſtituti fuere. *Tertul. Apolog. c. 47. Sidon. & Auguſtin. ad Oroſ.* ¶ Hac voce Græcis dicuntur etiam ferarum ſepta, ſive vivaria. *Gel. l. 2. c. 20.* Vivaria, quæ nunc vulgus dicit, ſunt, quos παραδείσους Græci appellant.

Paradoxi, orum, m. mimi, & hiſtriones poſteriori ævo dicti ſunt. *Vet. Juven. Interp.* ad illa verba *ſat. 8.* Vocem Damaſippe locaſti ſipario. ideſt præco fuiſti in mimo. Siparium velum eſt, ſub quo latent paradoxi, tum in ſcenam prodeunt.

Paradoxum, i, n. παράδοξον, inopinatum, dictum admirabile, & præter opinionem omnium hominum, a παρά, *præter*, & δόξα, *opinio*. *Cic. in præfat. Parad.* Quæ quia ſunt admirabilia, contraque opinionem omnium,

ab

Digitized by Google

ab ipſis etiam παράδοξα appellantur. *Id. 4. Acad.* Sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. *Id. 4. Pin.* Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus.

Paradrŏmis, idis, παραδρομίς, xyſtus, ambulatio. *Vitruv. l. 5. c. 11. & l. 6. c. 9.* græcis litteris ſcribit.

Parænĕſis, f. 3. παραίνεσις, præceptio, admonitio, adhortatio, a παραινέω, admoneo. *Vulcat. Gallic. in Avid. Caſſ. c. 3.* Per ordinem parænefeon, h. e. præceptionum, per triduum diſputavit.

Parænĕtĭce, adv. παραινετικῶς, præceptive, monitorie. *Acron Horat. Scholiaſt.* Hæc ode parænetice ſcripta eſt.

Parænetĭcus, a, um, παραινετικός, præceptivus, admonitivus. *Senec.* græcis litteris ſcribit, *epiſt.* 95.

Paratacēne, es, f. regio Aſiæ inter Perſidem, & Mediam, cujus meminit *Curt. l. 5. c. 13.*

Parætonium, ii, n. *Berton*, *Alberton*, urbs, & emp. Marmaricæ, in regione Barcæ, in ore Boreali maris Mediterranei. Portum habet ampliſſimum 40. ſtad. patentem. *Plin. lib. 5. cap. 5. Ovid. 9. Metam. v. 771.* ¶ Hinc Parætonium dicitur coloris quoddam nativi genus ex ſpuma maris cum limo ſolidata, quæ circa hanc urbem in litora ſolet inveniri. *Plin. l. 35. c. 3. & l. 35. c. 6.*

Parætonius, a, um, adject. ad Parætonium pertinens, ut Parætonia urbs, *Lucan. l. 10. v. 9.* Parætoniæ ſyrtes, *Id. l. 3. v. 293.* Parætonius Nilus, *Stat. Theb. 5. v. 12.*

Paragauda, æ, f. & paragaudis, is, faſcia vel aurea, vel ſerica auro ornata, quæ veſti intexebatur, non, ut reſuta, aſſuebatur. *Leg. 1. Cod. de veſt. holob. l. 11.* Nemo vir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas. ¶ Per Synecdochen ſumitur pro ipſa veſte, quæ hiſce faſciis diſtincta, & inſignita erat. Hujuſmodi veſtium quædam monolores erant, quibus una tantum paragauda, ſeu faſcia intexta erat, aliæ dilores, quibus duæ, aliæ trilores, quibus tres, aliæ tetralores, quibus quatuor, aliæ pentalores, quibus quinque. *Vopiſc. in Prob. cap. 4.* Interulas paragaudas duas. *Trebel. Pol. in Claud. c. 17.* Albam Paragaudem unam.

Paragōga verba dicuntur a Grammaticis, quæ a primitivi verbi declinatione & mutationem, & adjectionem litterarum capiunt, & nihilominus interdum variant ſignificationem, ut *laceſſo*, & *faceſſo* ex eo quod eſt *lacio*, & *facio*. *Chariſ. Grammat. l. 3.*

Paragōge, es, f. παραγωγή, Paralepſis, Proparalepſis, Prolepſis, Adductio, Figura Poetica, cum in fine vocis littera, vel ſyllaba adjungitur, ut *deludier* pro *deludi*. *Virg. 9. Æn.* Confeſtim alacres admittier orant. ¶ Vox græca eſt, & græce ſcribenda.

Paragogia, orum, aquarum ductus, & meatus. *Cod. l. 10. leg. 11. de aquæduct.*

Paralipomĕnon, παραλειπομένων, Græcus genitivus plur. neut. h. e. rerum omiſſarum, aut relictarum: a παραλείπω, omitto, prætermitto. Sic inſcribuntur duo ſacrorum Bibliorum libri, in quibus ſupplentur ea, quæ in præcedenti Regum hiſtoria aut omiſſa, aut non plene relata fuere. *Hieronym. ep. 103. a med.*

Parallus, m. 2. πάραλιος, tertia ſpecies tithymali, a πάραλος, marinus, quod ex παρά, juxta, & ἅλς, mare, quod loca maritima amet. *Plin. lib. 26. cap. 8.*

Parallelogrammus, a, um, adject. παραλληλόγραμμος, lineis parallelis conſtans, ut parallelogramma menſura, apud *Frontin. de Colon.*

Parallēlus, a, um, παράλληλος, alternus, mutuus, invicem comparatus, æqualiter diſtans, a παρά, ad, & ἀλλήλων, invicem. Lineæ parallelæ ſunt, quæ in immenſum protenſæ æqualibus ſemper ſpatiis inter ſe diſtant, & nunquam concurrunt. *Parallelos linea* legitur apud *Vitruv. l. 3. c. 8.* more Græcorum, quibus παράλληλοι, communis generis eſt. ¶ Circuli paralleli, & paralleli abſolute, ſunt ſegmenta ſphæræ, ab Or. in Occ. ducta, alterum ex polis habentia pro centro, omnique ex parte a ſe invicem æqualiter diſtantia. *Plin. l. 6. c. 33.* Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellavere, Græci parallelos.

Paralyſis, f. 3. *paraliſia*, [illegible], diſſolutio, nervorum reſolutio, ut *Celſ.* vocat *l. 2. c. 1.* a παραλύω, reſolvo. *Plin. l. 20. c. 3.* Inteſtinorum omnium vitiis medetur, & renum, & lumborum, & paralyſi. ¶ Differt ab apoplexia, quod hæc totum corpus infeſtat, paralyſis partem tantummodo. Ita *Celſ. l. 3. c. 27.* qui tamen ibidem notat, utramque interdum paralyſin appellari.

Paralytĭcus, a, um, *paralitico*, παραλυτικός, diſſolutus, qui paralyſi laborat. *Plin. l. 20. c. 9.* Idem paralyticis, & tremulis dari jubet. ¶ *Reſtringere paralyticos*, eſt ſanare, cum paralyſis nihil aliud ſit, quam nervorum diſſolutio, quæ aliter ſanari non poteſt, niſi nervi illi diſſoluti, & juſto laxiores reſtringantur. *Tertul. in Apolog. c. 21.* Cum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret.

Paramĕſe, es, παραμέση, genus chordæ muſicæ, apud *Vitruv. l. 5. c. 4.* Recentioribus Muſicis eſt *b fa b mi*.

Paranēte, es, παρανήτη, chorda muſica, ultimæ proxima. *Vitruv. l. 5. c. 4. & l. 8. c. 1.*

Parangaria, orum, n. Angaria dicuntur operæ publicæ ob negotium aliquod impoſitæ, Parangaria vero ſunt, in quibus & operæ perſonarum, & rerum impedia imponuntur propter publicam aliquam neceſſitatem. De utriſque fit mentio *in Cod. Juſtin. l. 12. tit. 51. & in Theodoſ. l. 8. tit. 5.*

Paranĭtes, æ, m. gemma, al. ſapinos, ex amethyſtorum genere. *Plin. l. 37. c. 9.*

Paranymphus, i, m. παράνυμφος, pronubus. *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. verſ.* 305. Angelus inde tuos repetens paranymphus honores.

Parapegma, atis, n. παράπηγμα, græce eſt tabula ænea, quæ columnæ affigitur, cujuſmodi tabulis leges inſcribebantur, a παραπήγνυμι, affigo. Aſtrologi etiam ſic dixere tabulas, quibus deſcriberent canonem aſtronomicum, ſive prædictiones ſiderum, eclipſium, aliarumque rerum cœleſtium. Sic Democritum ſcripſiſſe parapegmata, auctor eſt *Diog. Laert.* Meminit & parapegmatum ejuſmodi *Vitruv. l. 9. c. 7.*

Parapetruma, tis, n. teſſeræ nomen. *Lib. 1. Cod. tit. 24. leg. 2.* Centum viginti quinque modios frumenti, præter ſolitum canonem, nomine parapetrumatis de horreis publicis hujus almæ urbis tribuimus.

Paraphŏron, i, παράφορον, ſpecies aluminis. *Plin. l. 35. c. 15.*

Paraphrăſis, f. 3. παράφρασις, ejuſdem ſententiæ per alium ſermonem explicatio, & liberior interpretatio, cum quædam mutamus, & addentes, copioſius, ac dilucidius rem aliquam explicamus. *Quintil. l. 10. c. 5.* græcis litteris ſcribit. Neque ego, inquit, παράφρασιν eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen, atque æmulationem.

Parapſis. V. Paropſis.

Paratĭus, a, um, adject. *ſenſale*, conciliator, qui contractibus faciendis intervenit. *Sen. l. 2. de benef. c. 23.* Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi paratior. Adde *l. 3. c. 15.* ¶ Paratium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur, a paribus equis. *Feſt.*

Paraſanga, æ, f. modus ſpatii, quo Perſæ itinera metiebantur. *Plin. l. 6. c. 26.* ſcribit non unius generis paraſangas fuiſſe. Nam *Herod.* & *Xenophon* 30. ſtadiis definiunt, alii 40. alii 60. ut teſtatur & *Strab. l. 11.* Juſtiniani temporibus unum & viginti ſtadia continebat.

Paraſcĕve, es, f. παρασκευή, Græca præparationem ſignificat. Apud Hebræos ita vocabatur dies ante Sabbatum, quia eo die parabantur neceſſaria, ne præceptum ceſſandi ab opere die feſto Sabbathi violaretur. *Tertul. l. 4. adv. Marcion. c. 12.*

Paraſiopēſis, f. 3. παρασιώπησις, Figura, eadem ac Apoſiopeſis. Aliqui Latine Præoccupationem vocant, & cum Prætermiſſione confundunt. *Quintil. l. 9. c. 3.* ¶ Græca vox eſt, & græce ſcribenda.

Paraſīta, æ, f. 1. mulier quæ menſas alienas, & cibaria ſequitur. *Hor. l. 2. ſat. 2. v. 98.* Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ, ad talem ſtola demiſſa. *Plin. l. 10. c. 23.* Otis imitatrix avis, ac paraſita.

Paraſitaſter, ſtri, m. παρασιτάσιμος, paraſitorum imitator. *Ter. Adel. 5. 2. 4.* Eſt alius quidam paraſitaſter parvolus, *paraſitello*.

Paraſitatĭo, onis, f. paraſiti ars. *Plaut. Amph. 1. 3. 23.* Nequiter pene expedivit prima paraſitatio.

Paraſītĭcus, a, um, adject. ad paraſitum pertinens. *Auct. vita Horat.* qui a quibuſdam *Sueton.* creditur. Venies ab hac paraſitica menſa ad hanc regiam. *Plaut. Stich. 1. 3. 77.* Perjuratiunculæ paraſiticæ.

Paraſītor, aris, d. 1. *ſcroccare*, παρασιτέω, paraſitum ago. *Plaut. Stich. 4. 2. 54.* Vides, ridiculus nihili fieri, atque ipſos paraſitarier.

Paraſītus, m. 2. *paraſiat*, *ſcroccone*, [illegible], Germ. *ſchmarotzer*, Gall. *écorniſleur*, Hiſp. *paraſito*, παράσιτος, primo dictus fuit, ut ex *Athen. l. 6.* & *Heſych.* cognoſcimus, qui cum Sacerdotibus victimæ partem caperet, itaque iidem fere Græcis παράσιτοι, qui Latinis Epulones, quo nomine etiam, *Plutarcho teſte*, Solon eos appellavit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur: poſtea vero in malam partem accipi cœpit, ut de iis dictum, qui cibi gratia aſſentaremur, quos cœnarum aſſeclas ex *orat. contra Salluſt.* poſſis appellare. Eſt a παρά & σῖτος, quo proprie ſignificatur frumentum, & Synecdochice panis, & quivis cibus. *Cic. de Amic.* Nec paraſitorum in Comœdiis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi. *Hor. l. 1. ep. 1.* Edaces paraſiti. *Mart. l. 3. epigr. 19.* Vos me lauriger paraſitum dicite Phœbi. h. e. hiſtrionem.

Paraſtăda, æ, f. ſunt paraſtades lapides utrinque oſtio latus munientes. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Ad medianam paraſtadam.

Paraſtas, adis, f. παραστάς, poſtis, lapis oſtio appoſitus. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Latitudo paraſtadis mediæ.

Paraſtăta, f. 1. *pilaſtro*, pila quadrata, aut lapides pilarum modo ad columnarum latera appoſiti, teſte *Philandro*. *Vitruv. l. 5. c. 1.* In columnas, aut paraſtata horæ deſcribuntur. *Plin. l. 33. c. 3.* Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & paraſtatæ. Alii putant in hiſce *Vitr.* & *Plin.* locis legendum eſſe *paraſtatica*, & *paraſtaticæ*.

Paraſtatĭca, V. dictionem præcedentem.

Paraſtĭchis, idis, f. ſeries litterarum, ſumma rerum, aut verborum capita, *la tavola*, *o indice di un libro*, παραστιχίς. *Sueton. de illuſtr. Grammat. c. 6.* In paraſtichide libelli, qui dicitur Pinax. *Gel. l. 14. c. 6.* græcis litteris ſcribit.

Paraſynaxes, f. παρασυνάξεις, conventicula, & coitiones hæreticorum. *Impp. Valent. & Martian. Cod. l. 1. tit. 8. leg. 8.* Paraſynaxes, & conventicula interdicta.

Parāte, adv. κατεσκευασμένως, cum præparatione, prompte, expedite. *Cic. in Brut. c. 68.* It tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate. *Id. 1. Off.* Dimicareque paratius de honore, & gloria, quam de ceteris commodis. *Plin. l. 3. epiſt. 9.* Paratiſſime reſpondit.

Paratella, æ, f. herba eadem quæ lapathum. *Æmil. Macer de virtutib. herb. cap. 62.*

Paratĭo, onis, f. *preparazione*, comparatio. *Salluſt. in Jug. c. 31. in orat. Memmi.* Fuerit ſane regni paratio, plebi jura ſua reſtituere. Ita habetur in MSS. Alii *reparatio*. *Afran.* apud *Non. c. 3. n. 373.* Silentio opus eſt, nulla ineſt paratio.

Paratragœdio, a. 1. παρατραγῳδέω, exaggero, & verborum magnitudine aliquid augeo. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 17.* Vide, ut paratragœdiat carnifex. In MSS. eſt *paratragœdat*.

Paratūra, æ, f. apparatus. *Tertul. de Pal. c. 3.* paratura materiarum. Et *de Spectac. c. 4.* paratura ſpectaculorum.

Paratus, us, m. *preparazione*, κατασκευή, actus parandi, præparatio. *Tac. l. 13. c. 17.* Proviſo ante funebri paratu, qui modicus erat. *Valer. Flac. l. 2. v. 651.* menſæque paratu Regifico. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 191.* decet Hanc faciem largis ſine fine paratibus uti. *Quintil. l. 10. c. 1.* Verborum paratus.

Parātus, a, um, *apparecchiato*, ἑτοιμασμένος. Conſtruitur vel abſolute. *Ter. Andr. 4. 3.* Amicum amatorem virum, quovis in loco paratum. *Cic. pro Sext.* Conſenſu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad contentionem expedita. ¶ Vel cum accuſat. & præpoſ. *ad*. *Cic. l. 6. Fam. epiſt. 22.* Et ad omnem eventum paratus ſum. ¶ Vel aliquando cum dat. *Quintil. l. 7. c. 3.* Idem certamini paratior. ¶ Vel cum ablat. inſtrumenti. *Cic. Att. l. 6.* Ego huius ita paratum video peditatu, equitatu, claſſibus. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *a*, vel *ab*. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 10.* Quam paratus ab exercitu eſſes. ¶ Vel cum gerundio accuſativi. *Cic. Att. l. 9. ep. 6.* Domitius paratus erat ad navigandum. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. pro Quinct.* Si qua in te, id quod parati ſunt facere. *Caſ. l. 8. B. G.* Paratiſſimo animo ... ſubiere omnia, quæ impendebant. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *contra*. *Cic. l. 5. Fam. ep. 13.* Et optime contra fortunam paratum, armatumque cognoſci. ¶ Interdum paratus dicitur, qui in promptu eſt, & nullo negotio acquiri poteſt. *Plin. l. 1. ep. 17.* Obvius, & paratus humor. *Id. in Paneg. c. 88.* Paratum id quidem, & in medio poſitum.

Paraverēdus, m. 2. *palafreno*, major equus agminalis. *Cujac. ad rubr. Cod. de curſ. publ. l. 2. & 19. Cod. de curſ. publ. l. 12. Cod. de extraord. muner. l. 10. l. 1. Cod. de præp. ſacr. cubic. l. 12. l. 3.* & alibi.

Parazonium, ii, n. παραζώνιον, gladius, qui lateri accinctus geſtatur: vel gladius ſimul, & zona, ſeu baltheus, quo ad latus appenditur. *Martial. l. 14. epigr. 32.* V. Cinctorium.

Parcæ, arum, f. 1. μοῖραι, *Parche*, tres ſorores veteribus fuere, filiæ Herebi, & Noctis, teſte *Cic. l. 3. de nat. Deor.* quæ finguntur vitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere, quæ etiam Fata appellantur, & a Poetis Sorores laniſicæ. *Martial. 4. epigr. 54.* Theodontius ait, filias fuiſſe Demogorgonis ex Chao. Multis placet, Parcis inde nomen eſſe, quod minime parcant. A Veteribus Latinis appellatæ ſunt Nona, Decima, Morta, ut eſt apud *Gel. l. 3. c. 16.* a Græcis vero Clotho, Lacheſis, Atropos, quæ omnia V. ſuis locis. *Virg. Ecl. 4.* Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. ¶ In ſingulari numero *Ovid. epiſt. Heroid. 11. v. 105.* Nubite felices, Parca meliore, ſorores. h. e. melioribus auſpiciis. *Horat. l. 2. od. 16.* mihi parva rura, & Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ Parca non mendax dedit, & malignum ſpernere vulgus.

Parce, adv. *parcamente*, φειδομένως, frugaliter, moderatius. *Cic. 1. Off. c. 30.* Quamque honeſtum parce, continenter, ſevere, ſobrie vivere. *Id. 2. Fin.* Cur id tam parce, tamque reſtricte faciunt. *Id. pro Mar.* Parcius de eius laude dicerem. *Colum. l. 6. c. 7.* Nec poteſtas aquæ, niſi quam parciſſime, facienda eſt.

Parciloquium, n. ſermonis parcitas. *Apul. l. 3. Metam.* Fidei, atque parciloquii mei perpendiſti documenta.

Parti-

Digitized by Google

Parcimonia, V. Parſimonia.

Parcipromus, i, m. qui parce promit. *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 22. Parcipromus victu optimo. *Id. Truc.* 1. 2. 81. Qui cum geniis ſuis belligerant, parcipromi.

Parcitas, atis, f. 3. *parſimonia*, φειδώ. *Sen. l.* 1. *de Clem. c.* 22. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadverſionum.

Parciter, adv. parce. *Pompon. apud Non. c.* 11. *n.* 47. Parciter, tanquam frater mihi ſis.

Parco, is, peperci, & parſi, parcitum, & parſum, n. 3. *riſparmiare*, *aver riguardo*, *aſtenerſi*, Germ. *ſchonen*, Gall. *pardonner*, Hiſp. *perdonar*, φείδομαι, proprie eſt abſtinere, temperare, ceſſare, continere ſe a re aliqua. Conſtruitur cum dat. & infinit. *Cicer.* 2. *de Orat.* Parcebat enim adverſarii dignitati, in quo ipſo ſervabat ſuam. *Id.* 6. *Ver.* Itaque ædificiis omnibus, publicis, & privatis, ſacris, & profanis ſic pepercit. *Virg.* 1. *Æn.* Parce metu Cytherea. ideſt metu abſtine, metum depone. Ubi *metu* dativus eſt, more antiquorum, qui dativum quartæ in *u*, & in *o* inflectebant. *Id.* 3. *Æn.* Parce pias ſcelerare manus. ideſt abſtine, deſine. *Idem Ecl.* 3. Parcite oves nimium procedere. hoc eſt ſervate, ne procedant. Alii exponunt *abſtinete*, & *oves* vocativum eſſe dicunt. ¶ Reperitur etiam cum accuſativ. & dativ. *Virg.* 10. *Æn.* Argenti, atque auri memoras quæ multa talenta, natis parce tuis. hoc eſt ſerva, *riſparmia*. Quo ſenſu dixit *Plaut. Curcul. act.* 3. *v.* 10. Qui mature acquiſiit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit. Sic apud *Gel. l.* 16. *c.* 19. Vitam modo ſibi ut parcerent, oraviſſe. ¶ Reperitur & cum oblat. cum præpoſ. *a*, aut *ab*. *Liv. l.* 25. *c.* 25. Precantes, ut a cædibus, & ab incendiis parceretur. ¶ Eſt etiam ignoſcere, condonare, veniam, & impunitatem dare, *perdonare*, συγγινώσκειν. Conſtruitur cum ſolo dativo perſonæ. Quod ſi accuſ. criminis, vel culpæ exprimendum ſit, ad verbum *condono*, vel *remitto* confugiendum erit. *Cic.* 3. *Ver.* Si hominibus ſceleratis pepercissent. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 19. Sed tamen ſatisfiet a nobis, neque parcetur labori. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Italiæ parcitum eſt vetere interdicto Patrum. ¶ Partic. *parſurus*. *Suet. in Tiber. c.* 62. Ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur. ¶ *Parſi*, pro pepercero, *Plaut. Mil.* 4. 9. 3. ubi alii leg. *parco*.

Parcus, a, um, *parco*, *ſcarſo*, Germ. *karg*, Gall. *epargnant*, Hiſp. *guardoſo*, φειδωλός, frugi, ſumptibus parcens, tenax, parvo contentus, a *parum*. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Cal. c.* 15. Illum filiumfamilias patre parco, ac tenaci. *Id.* 2. *de Orat. c.* 76. Colonus parciſſimus, modeſtiſſimus. ¶ Vel cum genit. *Hor. l.* 2. *ſerm. ſat.* 1. Veteris non parcus aceti. *Plin. ep.* 626. Quanquam ejuſmodi honorum parciſſimus. ¶ Vel cum ablat. ſine præpoſ. *Plaut. Rud.* 4. 2. 14. Opera haud fui parcus. *Plin. Paneg.* Parcus comitatu. ideſt paucos habens in comitatu. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Cic. pro Cæc.* ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Horat. l.* 3. *od.* 16. Parca manu offerre aliquid. *Balb.* Tum vel nimium parcus in largienda civitate. *Stat. l.* 4. *ſil.* 5. Parca tellus ¶ Accipitur etiam pro modico, exiguo. *Plin. in Paneg.* Parcus, & brevis ſomnus. *Virg.* 3. *Georg.* Parco ſale contingere.

Pardalianches, is, n. παρδαλιαγχές, aconiti genus, a *pardalis*, & ἄγχω, *ſtrangulo*, quia carnes eo tectæ pantheras ſtrangulant, & necant. *Plin. lib.* 8. *cap.* 27.

Pardalios, m. παρδάλιος, gemma maculis quibuſdam variegata, a pantherinæ pellis ſimilitudine. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Pardalis, is, f. 3. πάρδαλις, animal ferum, Aſiæ, & Africæ peculiare, idem ac pardus. A panthera ſexu differt. Græcis ſimiliter mas πάρδαλις, fœmina πάρδος. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Leones quoque, & pardales caveis præferebantur.

Pardalium, n. 2. παρδάλιον, genus unguenti, quod pardalis odorem reddat *Plin. l.* 13. *cap.* 1. Pardalium in Tarſo, cujus etiam compoſitio, & mixtura obliterata eſt.

Pardus, i, m. 2. *pardo*, πάρδος, animal ferum, frequens in Aſia, & Syria, ſolo ſexu a panthera differens. Nam mares pardi dicuntur, fœminæ pantheræ, ut ex *Plin.* conſtat *l.* 8. *c.* 17. *Juven. ſat.* 11. *v.* 123. Et magno ſublimis pardus hiatu.

Pareas, antis, m. filius Ploti, nepos Philomeli, pronepos Jaſonis, qui regnavit in Minoida inſ. quæ ab eo poſtea Paros dicta eſt. *Iſid.* & *Boc. l.* 13. *Gen.* ¶ Eſt præterea pareas, παρείας, ſerpentis genus. *Lucan. l.* 9. *verſ.* 721. Et contentus iter cauda ſulcare pareas. ¶ Scribitur & *pharias*.

Parecbaſis, f. 3. Digreſſio, Excurſus, Figura Rhetorica (vox græca). *Quintil. l.* 4. *c.* 3. παρέκβασις, eſt alienæ rei, ſed ad utilitatem cauſæ pertinentis extra ordinem procurrens tractatio.

Parectatus, a, um, qui jam ſtaturæ eſt virilis, vel quæ non prope abeſt, quaſi παρεκτατος, h. e. extenſus, a παρεκτείνω, *extendo*. *Lucil l.* 8. Inde parectato chlamydes, ac barbula prima. Inde cognoſcitur, penultimam a Latinis produci, quæ Græcis eſſet brevis. *Id. l.* 20. Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. *Var. de comp. Satyr.* Parectatæ adſunt, mulierque mulier Venus caput. Omnia hæc exempla affert *Non. cap.* 1. *n.* 341.

Paregoricus, a, um, adject. q. d. mitigatorius, ut paregorica adjutoria. *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 9.

Parelcon, n. 2. παρέλκον, Productio, Figura Grammaticalis, cum ſyllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adnectitur, ut *vaſuet*, *adeſdum*, *nihil quicquam*. Vox græca eſt. V. Grammat.

Parelion, ii, n. παρήλιον, imago Solis in nube repercuſſis radiis apparens, & alterum Solem referens. Vox græca eſt. *Sen. l.* 1. *quæſt. nat. c.* 11. Græci παρήλια appellant, quia in propinquo fere a Sole viſuntur.

Parens, entis, com. *padre*, *e madre*, γονεύς, dicitur tam de patre, quam de matre, & num. plur. utrunque complectitur, a *pariendo*, more Græcorum, quibus ſimiliter parentes vocantur, τοκεῖς, a τίκτω, *pario*. *Cic. pro Planc.* In parentum loco Quæſtoribus ſuis Prætores eſſe oportere. ¶ Hoc nomine, auctore *Feſto*, apud JCtos non modo pater, & mater, ſed avus, & proavus, avia, & proavia, & omnes ſuperiores uſque ad tritavum incluſive ſignificantur. *Paul. l.* 4. *ff. de in jus voc.* Parentes uſque ad triavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. ¶ Extenditur etiam ad quoslibet conſanguineos, *parenti*. *Cur. l.* 6. *c.* 11. *ad fin.* Solent rei capitis adhibere vobis parentes. *Lamprid. de Alexan. Sever. c.* 67. Amicos, & parentes Alexander, ſi malos reperit, punivit. *Jul. Capitolin. de M. Antonio*, *c.* 5. Adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus ſuis tantam reverentiam, quantam privatus, exhibuit. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. Att. l.* 9. Cum parentem non alere nefarium ſit, noſtri principes antiquiſſimam & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putant. *Idem de Fin.* Socrates parens Philoſophiæ jure dici poteſt. ¶ In arbore parens dicitur ſtirps ipſa, vel truncus, unde rami naſcuntur. *Plin. l.* 12. *c.* 5. Rami novam ſibi propaginem faciunt circa parentem in orbes. ¶ Genitivus pluralis hujus nominis eſt *parentum*: Sed apud Poetas reperitur etiam *parentium*. *Hor. l.* 3. *carm. od.* 24. Dos eſt magna parentium Virtus.

Parens, tis, adject. ex particip. a pareo, *obediente*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. Sulla parens. *Cic.* 1. *Offic.* 2. 22. Et parentiores habuerunt exercitus, & fortiores. Al. leg. *paratiores*. *Virg.* 1. *Æn.* dicto parens.

Parentalia, orum, n. ἐναγίσματα, ſacrificium, atque epulæ, item funebris laudatio, & ſiqua alia quotannis fiebant in defunctorum memoriam. *Cic.* 1. *Phil. c.* 6. Ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur. *Auſon. in Parental. in præfat.* Titulus libelli eſt, *Parentalia*: antiquæ appellationis hic dies, & jam inde ab Numa cognatorum inferiis inſtitutus.

Parentalis, le, a. 3. quod ſpectat ad parentes, & per Synecdochen ad mortuos in genere. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 10. Fama parentales ſi vos mea contigit umbræ. ¶ Dies parentales erant, quibus ſolemnes epulæ ad mortuorum ſepulchra ſolebant afferri. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 548. Parentales deſeruere dies.

Parentatio, onis, f. actus parentandi. *Tertul. de ſpectac. c.* 12. Quod mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur.

Parentatus, a, um, parentando oblatus. *Tertul. de Spectac. cap.* 13. Non ſacrificamus, nec parentamus: ſed neque de ſacrificato, & parentato edimus.

Parentela, æ, f. conſanguinitas, affinitas, apud rec. a *parens*. *Jul. Capitol. in Gordian. c.* 23. Quem cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua judicaverit.

Parentheſis, f. 3. παρένθεσις, Interpoſitio, Interjectio, Interruptio, Figura eſt orationis. De ea *Quintil. l.* 9. *c.* 3. Quam nos interpoſitionem, vel interclusionem dicimus, Græci παρένθεσιν vocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus intervenit. ¶ Parentheſis nota ſunt duo ſemicirculi ſe invicem reſpicientes, ut in illo *Virg.* 1. *Æn. v.* 644. Æneas (neque enim patrius conſiſtere mentem Paſſus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem.

Parenticida, æ, com. idem ac parricida, apud vet. *Plaut. Epid.* 3. 2. 13. Quin ego tuum patrem faciam parenticidam. Optimæ quædam Editiones habent *perenticidam*, ficto nomine a *pera*, & *cædo*, q. d. crumenam cædens, emungens.

Parento, as, n. 1. ἐναγίζω, proprie, ut vox indicat, eſt parentibus juſta facere, ſed per Synecdochen aliis quoque tribuitur. *Cic.* 2. *de Leg.* Hoſtia autem maxima parentare pietati eſſe adjunctum putabat. *Id.* 1. *Phil.* Ut cujus ſepulchrum nuſquam extet, ubi parentetur, ei publice ſupplicetur. ¶ Reperitur & cum accuſ. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 13. Sic Memnonis umbras Annua ſolemni cæde parentet avis. ¶ Interdum ſignificat cædem alicujus ulciſci, q. d. manes occiſi occiſoris ſanguine placare. *Liv. l.* 24. *c.* 21. Parentandum regi ſanguine conjuratorum eſſe. *Petron. Satyr.* Noxio ſanguine parentabo injuriæ meæ. ¶ Parentare luxuriæ, eſt immoderatius convivari, & omnis generis deliciis uti, velut luxuriæ tanquam parenti funebres epulæ parentur. *Sen. de vit. beat. c.* 11.

Parentor, aris, d. 1. idem ac parento. *Sen. epiſt.* 128. Mortuis certe vivi parentantur. Alii rectius legunt: *Mortuis certe interdum parentatur*. Qua ratione eſt paſſiv. verbi parento.

Pareo, es, parui, paritum, n. 2. *apparire*, Ger. *folgen*, Gal. *obeir*, Hiſp. *obedecer*, φαίνομαι, primo notat præſto eſſe, adeſſe, a πάρειμι, *adſum*. *Cic. pro Mil.* Quid porro quærendum eſt? Factum ne ſit? at conſtat. A quo? at paret. Alii aliter leg. *Martial. l.* 12. *epigr.* 85. Ad portam quoties paruit Hermogenes. ¶ Hoc ſenſu ad formulas judiciales pertinet: *ſi paret feciſſe*, *ſi paruerit promiſiſſe*, & ſimilia. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 4. *ex verbis edicti*. Si paret HS DCC. dari oportere. h. e. ſi conſtat, ſi probatur. Adhibebatur autem in judiciis dandis. *Cic. in Div. Ver. c.* 17. Judicium dat ſtatim, ſi pareret, eam &c. V. *Briſſon. de formul. l.* 5. *circa init.* ¶ Hinc *pareo* accipi cœpit pro videri, ſeu reapſe, ſeu ſecundum opinionem. *Virg. Æn.* 10. *v.* 176. Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent, ideſt a quo fibræ, & ſidera cernuntur, & peritiſſime agnoſcuntur, ut interpretatur *Servius*. ¶ Et quia qui alteri ſerviunt, præſto eſſe, & mandata exequi coguntur, hinc uſurpatur pro obedire, obtemperare, dicto audientem eſſe. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. Qui religionibus paruiſſent. *Juſtin. l.* 1. *c.* 2. Tot, ac tantis gentibus vix patienter ab viro, nedum fœminæ, pariturus. ¶ Promiſſis parere, eſt præſtare promiſſa. *Ovid.* 6. *Faſt.* Paret promiſſis, diſſimulantque Deos. ¶ Parere gulæ, eſt gulæ indulgere. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Nil ſervile gulæ parens habet. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Liv. l.* 9. Firmatiſque cibo viribus arma capiunt: dicto paretur. *Symmach. l.* 10. *ep.* 43. Paritum eſt ſententiæ.

Parergon, n. 2. πάρεργον, quod alicui rei præter propoſitum additur, ut ſi pictor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbuſculas, & aviculas, & hujuſmodi addiderit, a παρά, *præter*, & ἔργον, *opus*. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Adjecerit parvulas naves longas in iis, quæ pictores parerga appellant. *Vitruv. l.* 9. *c. ult.* Vertuntur metæ, calculi, aut tonia projiciuntur, buccinæ canunt, reliquaque parerga.

Parhippus, i, παρίππος, equus, qui juxta ducitur. *L.* 22. *Cod. Theodoſ. de curſu public.* ¶ Præterea parhippus dicitur is, qui licentiam habens duos vehendi, tertium vehit, aut vectionem extra ordinem facit. *Lib.* 12. *Cod. Juſtin. tit.* 51. *leg.* 4.

Parhypate, es, παρυπάτη, chorda muſica, quaſi ſubprincipalis, Parhypate hypaton eſt, quæ in noſtratium Muſicorum ſyſtemate dicitur *C fa ut*: Parhypate meſon, quæ *F fa ut*. *Vitr. l.* 5. *c.* 4. *Mart. Capel. l.* 9.

Pariambus, i, παρίαμβος, pes idem, qui pyrrhichius, hoc eſt duabus brevibus conſtans. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. ubi al. leg. *periambus*.

Parianus, V. Patrianus.

Paritio, onis, f. æquatio, ſolutio, cui opponitur reliquatio, a *pario*. *Scæv. l. ult. ff. de rendict. indeb.* An pactum, quod in pariationibus aſcribi ſolet. Aliqui legunt *pactionibus*.

Pariator, oris, m. qui paria facit, cui opponitur reliquator. *Paulus in l. Julius Paulus*, *ff. de cond. & demonſtr.* An Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente. Aliqui leg. *paria*, *vel reliqua habente*.

Parici Quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærendarum. *Feſt.* ¶ Monet *Scalig.* legendum *Parrici*. Alii emendant *Parricidi*.

Paricida, V. Parricida.

Parientia, æ, f. obedientia; & *imparientia* (vel *imparentia*) inobedientia, a *pareo*, es. *Tacit. in Agric. c.* 16. *de Britannorum defectione*. Unius prælii fortuna veteri parientiæ reſtituit. *Gell. l.* 1. *c.* 13. Ne, ſi ſpes feſelliſſet, culpa imparientiæ, & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet. Sin utroque loco legendum cenſet *Parens* in *Lexic. Crin.* & *Lipſ.* at editi libri *parientia*.

Paries, etis, m. 3. *parete*, *muro*, Germ. *ein ſcheidwand*, Gal. *paroit*, Hiſp. *pared*, τοῖχος, vel τεῖχος, id, quod domum ambit, & ab aliis diſtinguit. Differt a *murus*, quia *paries* dicitur de ædificiis privatis, *murus* tam de publicis, quam de privatis. *Cic.* 6. *Ver.* Hic autem tabulis templi interiores parietes veſtiebantur. *Idem pro Mil. c.* 27. Ducere parietem per veſtibulum. ¶ Intra parietes, vel intra domeſticos parietes, eſt domi noſtræ, privatim. *Cic. in Brut.* Intraque parietes aluit eam gloriam, &c. ¶ Intra parietes diſceptare, vel experiri, eſt amicis domi, & extra cancellos forenſes controverſiam componendam permittere. *Cic. pro Quinct. c.* 11. Si quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur. ¶ Paries etiam dicitur ſubſtru-

ctio quælibet, licet non ex calce, & lapidibus. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Cratitii parietes velim ne inventi quidem eſſent.

Parietalis, le, adject. ad parietem pertinens, ut parietalis herba. *Marcell. Empir. c. 13.*

Parietaria, æ, f. *parietaria, vetriuola*, παρθένιον, ἑλξίνη, herbæ ſpecies, al. muralis, helxine, parthenion, perdicium, a *paries*, quia in parietibus, ac muris veteribus naſcitur. *Apul. de herb. c. 81.*

Parietarius, ii, m. qui parietes conſtruit. *Jul. Firmic. l. 8. c. 24.* Architectos faciet, ſtructores, parietarios, vel marmorarios. ¶ Adjective in *Inſcript.* apud *Fabret. pag.* 157. Structor parietarius.

Parietina, f. τοῖχος ἐρειπόμενος, paries vetus, & ſemidirutus. *Cic. l. 13. Fam. ep. 1.* Ut neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes. *Id. 4. Fam. ep. 3.* In parietinis Reip.

Parilia. V. Palilia.

Parilis, le, o. 3. *pariglio, eguale*, ἶσος, æqualis. *Ovid. 8. Met.* Quoſque alios parili fuerat dignatus honore.

Parilitas, atis, f. *egualità*, ἰσότης, æqualitas. *Gel. l. 14. c. 3.* Parilitas virtutum inter ſe conſimilium.

Parilitium ſidus. V. Palilitium.

Pario, is, peperi, partum, & paritum, a. 3. *partorire*, ילד, Germ. *gebaren*, Gall. *enfanter*, Hiſp. *parir*, τίκτω, eſt fœtum, vel ovum emittere, quod proprie ad fœminas pertinet. Olim etiam quartæ conjugationis fuit, hodie eſt tantum tertiæ. *Cato de R. R. c. 89.* Gallinas teneras, quæ primum parient. *Enn.* apud *Varr. l. 4. L. L.* Ova parire ſolet genus pennis condecoratum. *Cic. 2. de Or.* Si quintum pareres mater ejus, aſinum fuiſſe parituram. *Id. 1. nat. Deor. c. 2.* Terra parit fruges. ¶ Accipitur aliquando pro generare, ut etiam de viris dicatur, ſed hoc rariſſime, idque apud vetuſtiſſimos. *Cæc.* apud *Non. c. 6. n. 94.* Hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat. ¶ Per Tranſlationem pro acquirere, ſive comparare ponitur. *Cic. 2. Off.* Maxime autem & gloria paritur, & gratia defenſionibus. *Virg. 11. Æn.* Quæ ſanguine nobis hanc patriam peperere ſuo. Sic parere alicui ægritudinem, honores, laudem. *Cic. Horat. Plaut.* & alii. ¶ Parere verba, eſt nova fingere. *Cic. de Fin. l. 3. c. 1.* Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt, imponendaque novis rebus nomina. ¶ Parere ſibi lethum manu, h. e. conſciſcere. *Virg. 6. Æn.* ¶ Particip. *partus* V. infra ſuo loco. ¶ *Parire* in infinitivo pro *parere*, *Enn.* apud *Varron. l. 4. de L. L. c. 10.* Ova parire ſolet genus pennis condecoratum.

Pario, as, avi, atum, n. 1. eſt paria facere, ideſt ita rationes reddere, ut expenſa paria ſint acceptis, cui *reliquari*, opponitur, a *par*. *Ulp. l. 4. §. 5. ff. de manum.* Proinde etſi ei nummos prorogavit emptor, cum ei pariaverit.

Paris, idis, m. Πάρις, Priami Trojanorum Regis, & Hecubæ filius, alio nomine Alexander, cujus matri, cum illa ſe facem ardentem parere ſomniaſſet, conjectores reſponderunt, fore, ut filius, quem in utero geſtabat, cauſa eſſet Trojani excidii. Qua re cognita, Priamus puerum, ubi primum fuit natus, Archelao ſervo exponendum tradidit. Sed mater filium formoſiſſimum perſpiciens, ejus miſerta, curavit, ut furtim nutriretur a paſtoribus in Ida monte. Ubi cum adoleviſſet, Oenonem virgunculam amavit, & compreſſit, ſuſcepitque ex ea duos filios, Daphin, & Idæum. Porro cum in dirimendis controverſiis eſſet æquiſſimus, maximam juſtitiæ famam ſibi comparavit, adeo, ut orta inter Deas, Junonem, Palladem, & Venerem diſceptatione de forma propter aureum pomum a Jove cœlitus demiſſum, in quo ſcriptum erat, *Detur pulcherrimæ*, judex ſit ab iis conſtitutus. Quas cum vidiſſet nudas, ſententiam tulit ſecundum Venerem, quæ pulcherrimam fœminarum ei promiſerat, neglecto Regno, quod pollicebatur Juno, & contempta, quam Pallas offerebat, ſapientia. Præterea cum eſſet fortiſſimus, in agonali certamine, quod ad Trojam agebatur, cum alios omnes ſuperavit, tum ipſum etiam Hectorem, qui cum iratus, quod vinceretur, gladium in eum ſtringeret, paſtorem putans, Paris illi aperuit, ſe ejus fratrem eſſe germanum, quod allatis crepundiis probavit. Sic igitur cognitus, a patre receptus eſt. Deinde conſtructis viginti navibus, ſub ſpecie legationis ad repetendam Heſionem in Græciam miſſus eſt, ubi a Menelao hoſpitio eſt ſuſceptus. Verum cum ille neceſſaria de cauſa in Cretam navigare cogeretur, Paris ſibi occaſionem rei bene gerendæ oblatam ratus, Helenam, quam mutuo amore deperibat, eripuit, & in Aſiam abduxit. Ex illa rapina deinde ſecutum eſt bellum Trojanum. In quo Paris ſingulari certamine cum Menelao congreſſus, cum pene vinceretur, a Venere ſubtractus eſt. Poſtremo Hectore, & Troilo fratribus occiſis, cum ipſe, ſumpto arcu, & ſagittis, quibus plurimum valebat, Achillem ſub prætextu deſponſandæ Polyxenæ ſororis in templo Thymbræi Apollinis interfeciſſet, & ipſe a Pyrrho, ſive, ut aliorum eſt opinio, a Philoctete occiſus eſt. Poſt cujus mortem Helena Deiphobo fratri nupſit. *Virg. Ovid. & Boccac. l. 6. Gen. Ovid. epiſt. 17. ad fin.* Bella gerant fortes, tu, Pari, ſemper ama.

Pariſiacus, a, um, adject. ad Pariſios pertinens. *Venant. Fortun. l. 4. de vita Martini.* Inde Pariſiacam properabis ad arcem.

Pariſii, orum, m. pop. Galliæ Celticæ, in Belgicæ confinio, quorum urbs item Pariſii, vel Lutetia, & Lutetia Pariſiorum, Ammiano Caſtellum Pariſiorum, Zoſimo Pariſium, Venantio Fortunato Pariſius, Gallis *Paris*, Italis *Parigi*, in prov. Inſulæ Franciæ, ad Sequanam, & Matronam fl. Galliæ caput, ſedeſque Regia, Academia, ex inſtitutione Caroli Magni, Parlamentum, & Emporium, poſt Byzantium maxima totius Europæ, populoſiſſima, & ditiſſima.

Pariſius, a, um, adject. Pariſiacus, ut Pariſii homines, *Amm. l. 20. c. 4.*

Paritas, atis, f. parilitas, æqualitas. *Arnob. l. 2.* in imperii paritas, dulcedo in amaritudine contineri nequit.

Pariter, adv. *parimente, egualmente*, יחד, Germ. *gleichlich*, Gall. *pareillement*, Hiſp. *igualmente*, ἴσως, ex æquo, æqualiter. *Cic. de Am.* Ut pariter in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter, æqualiterque reſpondeat. ¶ Item convenienter. *Titinn.* apud *Non. c. 4. n. 380.* Ne tu iſtam ædepol inedia extuliſti pariter, ut dignam fuit. ¶ Item ſimiliter. *Plaut. Aul. prol. v. 22.* Qui hic habet filium pariter moratum, ut pater, atque avus ejus fuit. *Cic. pro Font.* Pugnat pariter pro ſalute M. Fonteii Narbonenſis Colonia. ¶ Item ſimul. *Cic. 1. Tuſc.* Pariter enim cum vita ſenſus amittitur. *Plin. l. 7. c. 25.* Epiſtolas quaternas pariter librariis dictare. *Plaut. Curc. 1. 1. 48.* Amo pariter ſimul. ¶ Jungitur eleganter cum particulis, *ut*, *atque*. *Ter. Phorm. 5. 3. 3.* Pariter nunc opera nunc adjuves, ac dudum re opitulata es. *Plaut. Amph. 4. 1. 11.* Pariter hoc fit, atque ut alia facta ſunt. *Id. Men. 4. 2. 52.* Pariter hoc, atque alias res ſoles. ¶ *Id. Rud. 3. 6. 37.* Pariter ſuades, qualis es.

Parito, as, a. 1. freq. a *paro*. *Plaut. Merc. 3. 4. 64.* Quo nunc ire paritas?

Paritudo, inis, f. pariendi actus, a ſup. paritum verbi *pario*. *Plaut. Aul. 2. 1. ſc. 1. v. 36.* Propinqua paritudo cui appetit. Al. leg. *parturado*. *Solin. c. 4.* Si corpuſculum in marem figuratur, promtior eſt paritudo uteri.

Parius, a, um, Πάριος, quod eſt ex Paro inſ. ut Parius lapis, quo veluti Lydia aurum probant, & Parium marmor, quod candidum, & lucidum eſt, & maxime commendatum. *Virg. 1. Æn.* Pariuſque lapis circundatur auro. *Horat. l. 1. od. 19.* Splendentis Pario marmore purius. *Nepos in Miltiad. c. 8.* Crimine Pario accuſatus eſt. h. e. quod per proditionem, Paron inſulam, cum poſſet, non expugnaſſet. ¶ *Jambi Parii* apud *Horat. l. 1. epiſt. 19. v. 23.* ſunt Archilochi, ab Archilocho poeta, qui Parius fuit.

Parma, æ, f. *targa, brocchiero*, מגן, Ger. *ein rondel*, Gal. *targue, rondelle*, Hiſp. *broquel*, πάρμη, πέλτη, breve ſcutum, & rotundum, quo pedites utebantur. A Thracibus & res, & vox defluxit. *Liv. l. 8.* Quem cuſpide, parmaque innixum Manlius a jugulo terræ affixit. ¶ Parma utebantur gladiatores quidam, qui Threces, ſeu Thraces vocabantur. Hinc *Mart. l. 9. ep. 70.* Mitior in magno clamor furit Amphitheatro, Vincenti parmæ cum ſua turba favet. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Italiæ in Gallia Ciſalpina, inter Placentiam, & Cremonam, patria *Macrobii*; lanis quoque olim multo in pretio habitis celebrata. *Martial. l. 14. epigr. 155.* Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.

Parmanus, a, um, adject. Parmenſis. *Varr. l. 7. de L. L.* Quoniam ſimilis eſt Roma, Nola, Parma, dicemus, ut Romani, Nolani, ſic Parmani.

Parmatus, a, um, parma tectus. *Liv. l. 4. c. 39.* Ut parmatis, novæ cohorti hoſtium, locus detur.

Parmenſis, e, *Parmegiano*, ad Parmam urbem pertinens, ut *Caſſius Parmenſis*. *Horat. l. 1. epiſt. 4. v. 3.* ¶ *Parmenſes*, *ium*, Parmæ urbis incolæ. *Cic. Phil. 14. c. 3.*

Parmula, æ, f. exigua parma. *Hor. l. 2. od. 7.* Senſi relicta non bene parmula.

Parmularius, ii, m. parmularum fautor, h. e. cujuſdam gladiatorum generis, qui parmulis armati pugnabant, & Threces, ſeu Thraces dicebantur, nam parma Threcum propria fuit. *Sueton. in Domit. c. 10.* Patremfamilias, quod Threcem Mirmilloni parem dixerat, canibus objecit, cum hoc titulo: Impie locutus parmularius. V. *Lipſ. 2. Saturn. c. 8. & 24.* Huc fortaſſe & illud pertinet apud *Quint. l. 2. c. 1.* Alius (Rhetor) percontantibus, Theodoreus, an Apollodoreus eſſet, (duæ ſectæ Rhetorum erant, de quibus *Id. Quintil. l. 3. c. 1.*) Ego, inquit, parmularius ſum. Sunt qui hic parmularium intelligunt parmularum fabrum.

Parnacis, idis, f. genus veſtium puellarium. *Varro de lib. educ.* apud *Non. c. 14. n. 38.* Ut puellæ habeant potius in veſtitu chlamydas, encombomata, & parnacidas, quam togas.

Parnaſæus, a, um, &

Parnaſius, a, um, quod ad Parnaſſum ſpectat. *Virg. 6. Ecl.* Nec tantum Phœbo gaudet Parnaſia rupes. *Avien. in Phænom. Arat. v. 620.* Ut Parnaſſeo munus memorabile Phœbo.

Parnaſis, & Parnaſis, idis, adject. femin. Parnaſia, Παρνασίς. *Ovid. 11. Metam. v. 165.* Ille caput flavum lauro Parnaſide vinctus.

Parnaſſus, m. 2. *Parnaſo*, & Barbaris *Licacura*, Παρνασσός, mons Phocidis, cujus duo ſunt juga, Cyrrha, & Nyſa, vel Tithoreum, & Hyampeum, ut *Herodotus* tradit in *Urania*. In eo laurus laudatiſſima, & plurima provenit, item rupes undique præceps in formam theatri, quæ ſitu horrorem viſentibus facit. Ad Parnaſſi radices eſt fons Caſtalius, quem nonnulli eundem faciunt, atque Hippocrenen, ſeu Caballinum. Olim ſacer fuit Apollini, Muſis, & Baccho. Ab aliquibus ſcriptum eſt, in Parnaſſo olim habitaviſſe Pieres nationem Thraciam, unde Mons Pierius, & Muſæ Pierides dictæ ſint: item ſub Parnaſſo habitaviſſe Hyantes pop. unde aquam fontis Parnaſſi Poetæ Hyantida dicunt. Paſſim in Poetarum carminibus hujus montis mentio fit.

Parnethes, i, vel Parnes, ethis, m. Πάρνης, ηθος, mons Atticæ, multa venatione abundans. *Senec. in Hippol. v. 4.* Quæ ſaxoſo loca Parnetho ſubjecta jacent. *Al. leg.* ſaxoſo loca Parnethi. *Stat. 12. Theb. v. 620.* Parneſque benignus vitibus.

Paro, as, avi, atum, a. 1. *apparecchiare*, הכין, Ger. *ruſten, bereiten*, Gal. *apprêter*, Hiſp. *apparejar*, παρασκευάζω, inſtruo, inſtituo, molior, orno, adorno, compono. *Cic. Att. l. 12.* An excuſationem aliquam ad Silium paro? *Id. l. 1. ep. 6.* Ut illud ſubſidium ſenectuti parem. *Id. l. 1. Fam. epiſt. 7.* Huc te pares, Hæc cogites. *Id. pro Flacco.* Ad id ſe parat, nihil aliud curat. Ponitur etiam pro acquirere. *Cic. de Am.* Quid autem ſtultius, quam ut plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſint, cætera parare, quæ parent, pecuniam, equos, famulos, veſtes, gloriam, vaſa pretioſa, amicos non parare, optimam, & pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, ſupellectilem? *Catull. carm. 10.* Non poſſum octo homines parare rectos. ¶ Item pro conſtituere, deliberare. *Plaut. Pœn. 4. 2. 87.* Ita paratum eſt. *Virg. 2. Æn.* Extrema in morte parant defendere telis. ¶ Item æquare, parem facere. *Plaut. Curc. 4. 1. 20.* Eodem vos pono, & paro: pariſſimi eſtis ibus.

Paro, onis, m. παρών, navigii piratici genus. *Poſt. Cic.* apud *Iſidorum, l. 19. c. 1.* Tunc ſe fluctigero tradit, mandatque paroni.

Parochia, æ, f. παροχία, præbitio, exhibitio, a παρέχω, præbeo. *Cic. Att. l. 13. ep. 2.* Omnino cum Sextius noſter parochiis publicis occupavit. Alii leg. *parochiis*, alii *parochus publicus*. ¶ Pro conventu fidelium ad eandem Eccleſiam pertinentium, vox eſt infimæ latinitatis Scriptorum. *Sidon. l. 7. ep. 6.* Per ruſticas ſolitudo parochias. Alii leg. *parœcias*, quod idem ſonat.

Parochus, i, m. qui Legatis, & Magiſtratibus publice miſſis tectum, ligna, ſalem, & cætera ex lege Juliæ præbebat, quod colligitur ex *Cicer. l. 13. ad Att. epiſt. 16.* ubi de continentia ſua in provincia loquitur. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 45.* Proxima Campano ponti quæ villulæ, tectum Præbuit, & parochi quæ debent, ligna, ſalemque. ¶ Eſt a Græco παρέχω, præbeo. hinc per ſimilitudinem *Id. Horat.* parochum appellat convivatorem, qui cœnam præbet, *l. 2. ſat. 8. v. 35.* vertere pallor Tum parochi faciem, nil ſic metuentis ut acres potores. ¶ *Nonius c. 1. n. 139.* ducit hanc vocem a παροχεῖν, quod ſignificat tranſvehere; quæ etymologia Eruditis non placet.

Parodia, æ, παρῳδία, carmen ad alterius imitationem compoſitum. *Aſcon. Pedian.*

Parœcia, æ, f. παροικία, idem quod parochia. *Auguſtin. ep. 261.* Caſtellum, quod cum contigua ſibi regione ad parœciam Hipponenſis Eccleſiæ pertinet.

Paronomaſia, æ, f. *annominazione*, παρονομασία, Paragramma, Antanaclaſis, Agnominatio, ſeu Annominatio, Alliteratio, eſt Figura verborum per ſimilitudinem, per quam vocabula ſecundum ſyllabas mutantur, ut *Fama*, & *flamma*, *reprimi*, & *comprimi*, a παρά, ab, & ὀνομάζω, nomino. *Auct. ad Her. l. 4. & Cic. 2. de Orat. & Quintil. l. 9. c. 3.* Vox tamen ipſa græca eſt, & græcis potius literis ſcribenda. Latine autem *annominatio* appellatur.

Paronychiæ, arum, f. & Paronychia, orum, n. *panericci*, παρωνυχία, abſceſſus circa radices unguium, *reduviæ*. *Plin. l. 28. c. 8.* Eboris ſcobe paronychia tolluntur. *Id. l. 23. c. ult.* Myrti folia purgant lentigines, pterygia, & paronychias.

Paropſis, idis, f. παροψίς, vas eſcarium concavum. *Juvenal. ſat. 3. v. 142.* Quam multa, magnaque paropſide cœnat. *Sueton. in Galb. c. 12.* Paropſidem leguminis alicui porrigere. ¶ Dicta eſt paropſis a παρά, & ὄψον, quia vas eſt opſoniis coquendis aptum. In quibuſdam antiquis libris legitur *parapſis*.

Paroptus, a, um, adject. παροπτός, aſſatus, ut paroptus pullus, apud *Apic. l. 6. c. 9.*

Pa-

Digitized by Google

Paros, i, f. s. *Pario*, Πάρος, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, circuitu 80. M. P. clara marmore candido, & lapide, quo veluti Lydio aurum probant. Hic mures non reperiri dicuntur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 126. niveamque Paron. *Nepos in Miltiad. c.* 7. Parum inſulam opibus elatam.

Parōtis, idis, f. *orecchioni*, παρωτὶς, apoſtema ſecus aures, a παρὰ, *juxta*, & οὖς, ὠτὸς, *auris*. *Celſ. l.* 6. *c.* 16. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Parotidas, & panos ſanat. ¶ Dicuntur etiam parotides, Celſo auctore, arteriæ duæ, dextra, ſiniſtraque juxta guttur, quæ ſurſum procedentes ultra aures feruntur.

Parra, æ, f. genus avis mali cantus, & ideo inauſpicatæ. *Horat. l.* 3. *od.* 27. Impios parræ recinentis omen ducat.

Parrhasia, æ, f. regio Arcadiæ, cum urbe cognomine, Stymphalo finitima, ubi Parrhaſius mons, & Parrhaſium nemus, a Parrhaſo filio Lycaonis, teſte Steph.

Parrhăsis, idis, f. mulier Arcas, ut Caliſto filia Lycaonis Regis Parrhaſiæ, ſeu Arcadiæ, quæ in urſam mutata fingitur. *Ovid.* 2. *Met.* Parrhaſis erubuit. *Id. Heroid. ep.* 18. Parrhaſis urſa. *Et* 4. *Faſt. v.* 577. Parrhaſides ſtellæ.

Parrhasius, a, um, παῤῥάσιος, Arcadicus. *Virg.* 8. *Æn. v.* 344. Parrhaſio dictum Panos de more Lycei. *Senec. Herc. Oet. v.* 1281. Parrhaſius axis. h. e. Arcticus polus.

Parrhesiastes, æ, m. Παῤῥησιαστὴς, qui nimis libere loquitur, dicax, mordax: a Παῤῥησία, loquendi licentia. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 23.

Parricida, ſeu paricida, æ, m. *parricida*, Germ. *der ſein vatter, oder mutter, tode*, Gal. *parricide*, Hiſp. *parricida*, πατραλοίας, parentum interfector, quaſi parenticida, per Sync. a *parens*, & *cædo*. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Inſui in culeum parricidas vivos, atque ita in flumen dejici voluerunt. ¶ Per Synecdochen vox hæc latius eſt extenſa. *Cic. Catil.* 1. *c.* 12. Hoc parricida civium interfecto. *Id.* 2. *Leg. c.* 1. Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritve, parricida eſto. ¶ Apud *Plin. l.* 7. *c.* 45. in quibuſdam editionib. legitur *patricida*.

Parricidatus, us, ui, m. parricidium. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. ſcribit hac voce uſum Cœlium (is eſt qui ad *Cic.* multas ſcripſit *epiſtolas l.* 8. *Fam.*) ſed vix tolerabilem videri.

Parricidalis, & Parricidalis, le, adject. ad parricidium pertinens. *Juſtin. l.* 27. *c.* 1. Parricidiale ſcelus. *Petrus* ex MSS. legit *parricidale*. *Lamprid. in Heliogab. c.* 14. Homo parricidalis animi. *Quintil. declam.* 16. Vultus parricidali ardore ſuffuſi. *Flor. l.* 3. *c.* 21. Parricidale bellum.

Parricidaliter, adverb. *da parricida*. *Lampr. in Alex. Severo c.* 5. Parricidaliter perire.

Parricidiōſe, adv. ſcelerate. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 2. Parricidioſe vituperare parentem. Ita *Calep.* & alii quidam Lexicographi. at ibi legendum: Vituperare quiſquam vitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet. Danetius pro hac voce citat Apulej.

Parricidium, dii, n. *parricidio*, Ger. *die ermordung der vatters, oder mutter*, Gal. *parricide*, Hiſp. *parricidio*, πατροκτονία, occiſio patris, vel matris, vel alius ex propinquis, itemque machinatio contra patriam. Lege enim Pompeja cautum fuit, ut is parricidii teneretur, non ſolum qui patrem, & matrem interfeciſſet, ſed etiam qui fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, nepotem, neptem, avum, alioſque propinquos ſuſtuliſſet. *Cic. pro Cluent. c.* 11. In ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum videtur. *Id.* 2. *Phil. c.* 7. Cum homines nefarii de patriæ parricidio confiterentur. ¶ Pœna parricidii more veterum Romanorum hæc inſtituta eſt: parricida virgis ſanguineis verberabatur, deinde in culeum inſuebatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia, tandem in mare abjiciebatur. *Cic. pro R. Am. Modeſtin. ff. ad legem Pompejam, de parricidiis l.* 9. *Inſtit. l. ult. tit. ult.* §. 6. Quod ſi mare remotum eſſet, beſtiis objiciebatur ſecundum D. Hadriani conſtitutionem. ¶ Per Catachreſin ſumitur pro quocunque homicidio. Hinc, teſte *Feſto*, parricidii Quæſtores appellabantur, qui quærendis cauſis capitalibus præerant. ¶ Item pro quocumque immani ſcelere. *Cic. Tuſcul.* 5. *c.* 2. Vituperare quiſquam vitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet. Alii alit. leg. V. *Parricidioſe*.

Pars, partis, f. *parte*, פֶּלֶג, Ger. *ein theil*, Gal. *part*, *partie*, Hiſ. *parte*, μέρος, unum aliquid ex iis, in quæ totum dividitur. *Cic.* 7. *Verr.* Quibus illi urbis ſuæ partem ademerunt, iis tu noſtri Imperii partem dediſti. ¶ *Facere partes*, eſt totum in partes dividere. *Cic.* 2. *de Or.* Quis Antonio permiſit, ut partes faceret, & utram vellet, prior ipſe ſumeret? ¶ *Magna pars*, ſæpe pro multis ponitur, major pro pluribus, *maxima* pro plurimis. *Cic. pro Corn. Balb.* Cum magna pars in his civitatibus juris ſui libertatem civitati anteferret. *Idem* 1. *Off.* Quæ majori parti pulcherrima videntur. *Id. in Catil.* Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt. ¶ *Bona pars*, idem eſt ac magna pars. *Cic.* 1. *de Or.* Bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam. ¶ *Pars multa*, idem, quod multi, vel plerique. *Hor. l.* 2. *Serm. ſat.* 7. Pars multa natat, modo recta capeſſens. ¶ *Pars diverſa*, vel *adverſa*, adverſarium notat. *Quintil. l.* 5. *c.* 5. A patronis diverſæ partis inducuntur in laqueum. *Id. l.* 4. *c.* 1. Partis adverſæ patronus. ¶ *Pars* interdum adverbialiter uſurpatur pro partim. *Suet. in Veſpaſ. c.* 8. Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore ad omnem licentiam proceſſerant. ¶ *Parte*, abl. ponitur aliquando pro partim. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Melichloron eſt geminus, parte flavus, parte melleus. ¶ *Ex parte*, eſt ex una parte, vel partim. *Cic. ad Q. Fr.* Tamen ex parte gaudeo. ¶ Dicimus eleganter *ex aliqua parte*, *ex magna parte*, &c. *Cic.* 5. *Fam.* Tua laus ex aliqua parte fuerit. *Id. in Brut.* Quod ab his vere quadam ex parte, non totum dicitur. *Id. Att.* Ex magna parte tibi aſſentior. ¶ Interdum *magna ex parte* ponitur pro plerunque. *Plin. l.* 8 *c.* 54. Itaque magna ex parte complectendo necant. ¶ Item elegans uſus eſt hujus vocis in abl. cum præp. *in*, cum quibuſdam verbis. *Cic. Att. l.* 9. Quod plura in ea parte verba fecerim. ¶ *In parte*, aliquando pro partim capitur. *Quintil. l.* 5. *c.* 7. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. ¶ *Pro ſua parte*, eſt pro virili, pro viribus. *Cic. l.* 15. *Fam ep.* 15. Quibus aliquid opis fortaſſe ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet. ¶ *Multis partibus*, ſæpe idem valet, atque adv. multo. *Cic.* 3. *Pis.* Ut eandem illam rem, quam adipiſci ſcelere quovis velit, non multis partibus malit ad ſe ſe, etiam omni impunitate propoſita, ſine facinore, quam illo modo pervenire? ¶ *Duabus partibus aliquid aut amplius habere*, eſt duplo plus. *due volte di più*. *Cic.* 5. *Verr.* Quid, ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quam P. R. miſiſſe? ¶ Per Helleniſmum dicimus *magnam partem* pro magna parte, ſubintellecta præp. *ſecundum*. *Cic. in Brut.* Magnam partem ex jambis noſtra conſtat oratio. *Id.* 1. *Off.* Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli. ¶ Eleganter hoc nomen cum quibuſdam verbis ponitur in acc. cum præp. *in*. *Cic.* 11. *Phil.* A quo victore, ſi cruciatus abſit, mors in beneficii partem numeretur. *Id.* 2. *Off. c.* 6. Tamen ſine hominum operibus, & ſtudiis neutram ſe partem effici poſſunt. *Id.* 7. *Verr.* Neque ego ullam in partem diſputo. *Id. Att. l.* 7. Nunc vero in alteram partem magis timendi. *Id. pro R. Am.* In eam partem potius peccant. *Id.* 15. *Attic. ep.* 7. In optimam partem aliquid accipere. *Id. pro Mur. c.* 51. Mitiorem in partem interpretari. ¶ *In omnes partes*, eſt omnino. *Cic. l.* 4. *Fam.* Te quam primum venire, atque in omnes partes valere. ¶ *Nullam in partem* eſt nullatenus, nullo modo. *Cic. l.* 13. *Fam.* Tua nullam in partem multum intereſſe. ¶ Pars interdum uſurpatur pro loco, ſeu regione. *Cic.* 12. *Fam.* Omnes, quæ in illis partibus eſſent, opes, copiaſque tuas eſſe. ¶ Sæpe pro factione, ſed fere in num. pl. *Cic. poſt red.* Cum viderem ex ea parte homines, cujus partis principes nos numerabamur. *Id. pro Quinct. c.* 21. Erat, inquit, illarum partium. *Id.* 13. *Phil.* Tenuerunt partes Cæſaris. ¶ Item pro officio, & conſequenter pro dignitate, ſemper in num. pl. Dici autem *proprie* videtur in hac acceptione de hiſtrionibus, quibus partes Comœdiæ diviſæ diſtribuuntur, & translatione ab hiſtrionibus ducta de quocunque genere hominum. Primas partes agere dicitur in Comœdiis, qui primas tenet, ideſt, qui Principem gerit perſonam. *Ter. Phorm.* Primas partes qui aget, is erit Phormio. *Cic.* 1. *Ver.* Ut in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat. *Id. pro Mur.* Ego autem has partes lenitatis, & miſericordiæ ſemper egi libenter. ¶ Interdum acc. *partes* ſupprimitur. *Id. de clar. c.* 21. Eſſet utrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio. ¶ Meæ partes ſunt, *è mio officio*, *a me tocca*. *Id.* 11. *Fam. ep.* 14. Sic *Id. Att. l.* 7. *ep. ult.* Sin erit bellum, meæ partes non deſiderabuntur. *non mancherò al mio dovere*. Hinc partes alicujus ſuſcipere. *Id. Verr.* 6. *c.* 36. partes alicui imponere, *Antonius ad Cic. l.* 10. *ad Attic. ſub epiſt.* 8. partes depoſcere, *Cic. pro Sex. Roſc.* partes ſubire, *Quint. l.* 6. *c.* 1. ¶ Apud Veteres legitur ablativus *parti*, pro parte. *Plaut. Men.* 3. *a.* 14. Satur nunc loquitur de me, & de parti mea.

Parſimonia, f. *parſimonia*, *riſparmio*, φειδωλία, parcitas, frugalitas, moderatio ſumptuum. *Cic. in Parad.* 6. *c.* 3. O Dii immortales, non intelligunt homines, quam magnum vectigal ſit parſimonia. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Alexandro magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerente aris. ¶ Parſimonia oratoris, h. e. verborum parcitas. *Cic. in Orat. c.* 24. Sunt pleraque hujus oratoris, de quo loquor, parſimoniæ. ¶ *Parſimoniæ* pluraliter dixit etiam *Prudent. Cathem.* 7. *v.* 5. ¶ Scribitur & *parcimonia*.

Parſūrus. V. Parco.

Parta. V. Partus, a, um.

Parthaon, onis, Παρθάων, filius Martis, vel Meleagri regis Calydoniæ ex Merope: filios habuit Agrium, Theſtium, & Oeneum patrem Dejaniræ, & filiam Melam. *Plaut. Men.* 5. 5. 45.

Partheniæ, arum, m. ita dicti Tarentini Lacedæmone profecti, ob notam materni pudoris, ut ait *Juſtin. l.* 3. *c.* 4. Cum enim ſcirent, illicito ſe matrum concubitu procreatos, patriam ſponte reliquerunt, & in Italiam duce Phalanto delati, Tarentum occupaverunt. V. *Juſtin. loc. cit.* & *l.* 20. *c.* 1.

Parthenianus, a, um, adject. a Parthenio, viri nomine. *Martial. l.* 9. *ep.* 5. Partheniana toga.

Parthenīce, es, f. herba, quæ & Parthenis dicitur. *Catull. carm.* 62. *v.* 194. Alba parthenice velut, luteumve papaver.

Parthĕnis, idis, f. herba. quæ & Artemiſia. *Plin. l.* 25. *c.* 7.

Parthenium, ii, n. *matricale*, παρθένιον, herbæ ſpecies, folio ſimilis ocimo, nigrior tantum, in parietinis naſcens, a παρθένος, *virgo*, ideſt a Minerva, quia, cum vernula charus Pericli Athenis in arce templum ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba Pericli a Minerva ſomnio monſtrata ſanatus eſt. *Plin. l.* 22. *c.* 17. ¶ Parthenium alterum, herba eſt, quam alii leucanthen. alii amaracum vocant, quæ naſcitur in hortorum ſepibus, flore albo, odore mali, ſapore amaro. *Plin. l.* 21. *c.* 30. ¶ Parthenium denique herba eſt, al. linozoſtis, & Hermupoa, & Mercurialis. *Plin. l.* 25. *c.* 5.

Parthenius, m. 2. Παρθένιος, mons Arcadiæ, in quo virgines Veneri ſacra faciebant, vel venari ſolebant, ut vult *Servius*, & *Plin. l.* 4. *c.* 6. a παρθένος, *virgo*. ¶ Item fl. Arcadiæ. ¶ Item fl. Bithyniæ, *Perreni*, al. *Dolap*, in Paphlagoniæ confinio, qui Amaſtrim urb. alluit, & interluit, & inter illam, & Tium urb. in mare Euxinum ſluit, ſic a Diana dictus, quæ juxta illum venata dicitur, vel a filia Palæmonis Regis, quæ in eo ſuffocata eſt. *Plin. Liv.* & *Mela*. ¶ Item fl. Sami inſ. al. Imbraſus, a quo Samos Parthenia dicta eſt. ¶ Item fl. Sarmatiæ Europææ. *Ovid. l.* 4. *de Pont. el.* 10. *v.* 49.

Parthenius, a, um, adject. a Parthenio monte. *Propert. l.* 1. *el.* 1. Parthenia antra.

Parthenopæus, m. 2. Παρθενοπαῖος, filius Minalionis, al. Menalionis, ideſt Hippomenis, ut vocat *Ovidius*, Regis Arcadiæ, ex Atalanta. *Statius l.* 4. *Theb.* matris tantum Atalantæ meminit. *Boccatius l.* 9. *Gen.* Meleagri, & Atalantæ filium facit. *Servius in* 6. *Æn.* ſcripſit, filium fuiſſe Martis ex Menalippe. Admodum puer ad bellum Thebanum profectus eſt. Periit in bello Trojano. Eum Æneas apud Inferos vidiſſe fingitur a *Virg.* 6. *Æn. v.* 480.

Parthenŏpe, es, f. 1. Παρθενόπη, una Sirenum, quæ præ dolore, quod prætereuntem Ulyſſem cum ſociis in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitaverunt. Harum aliæ in alia loca, Parthenope eo delata eſt, ubi poſtea condita fuit Neapolis, quæ proinde & ipſa Parthenope dicta eſt. *Sil. l.* 12. *v.* 33. Sirenum dedit una ſuum & memorabile nomen Parthenope muris. *Virg.* 4. *Georg.* Parthenope dulcis.

Parthenopeius, a, um, adject. a Parthenope. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 101. Has ubi præterit, & Parthenopeia dextra Mœnia deſeruit.

Parthi, m. 2. Πάρθοι, pop. Aſiæ, quorum regio Parthia, qui ex Scythia expulſi Orientis Imperio diu potiti ſunt. Plurima hi bella cum Romanis geſſere, ſagittis maxime mittendis feroces, & ſimulata fuga præliantes. *Horat. l.* 1. *od.* 19. Parthus animoſus verſis equis. *Virg.* 4. *Georg.* Parthi leves.

Parthĭa, æ, f. *Arach*, Παρθυαία, regio Aſiæ, pene. Imperii Perſarum. Habet ab Occ. Mediam, ab Or. Ariam, a Sept. Hyrcaniam, a Merid. Perſidem. Late ſumpta præter Parthiam propriam, quæ eſt inter Mediam, & Ariam, complectitur etiam Hyrcaniam, & Margianam. Aliquando etiam hoc nomine appellatum fuit totum Perſarum Imperium, nempe tempore Romanorum, quod Parthi eo potirentur.

Parthicus, a, um, adject. ad Parthos pertinens, ut Parthicus equitatus. *Flor. l.* 4. *c.* 9. Parthica damna, *Lucan. l.* 1.

Parthiēne, es, f. eadem quæ Parthia. *Curt. l.* 6. *c.* 2.

Partiarĭo, adverb. *alla parte*, dimidia, vel æqua parte. *Cat. R. R. c.* 16. Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant: Perficit & coquit, & ex fornace calcem eximit calcarius; dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus fiet, præbet.

Partiarĭus, a, um, quod a pluribus participatur, ut pecora partiaria, *l.* 8. *Cod. de Paſt.* quorum fœtus inter dominum, & paſtorem dividuntur. *Apul. l.* 4. Quæ cum mortali puella partiario majeſtatis honore tractor. Et *l.* 8. Domi vero promiſcui operis partiarios agebant concubitus. ¶ Partiarii dicuntur, qui inter ſe aliquid partiuntur, ut partiarius redemptor, *Cato R. R. c.* 137. ¶ *Tertul. l.* 3. *adv. Marcion. c.* 16. Partiarii erroris Judæi. h. e. participes.

Partiatim, adverb. partiario. *Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c.* 22. Partiatim cucurbitas adhibere.

Partibilis, le, adject. qui dividi poteſt. *Claud. Mamert. l.* 1. *c.* 18. Animam partibilem putant.

Particeps, ipis, o. *partecipe*, Ger. *theil hafftig*, Gal. *participant*, Hiſ. *parcionero*, μέτοχος, qui partem alicujus rei capit, ſocius. Conſtruitur cum gen. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 2. Digni ſumus, quos habeas tui conſilii participes. ¶ Vel cum gen. rei, & dat. perſonæ. *Curt. l. 4. c.* 7. Seque ejus conſilii fortibus viris, & illuſtribus eſſe participem. ¶ Vel cum dat. perſonæ, & abl. rei cum præp. *in*, vel *de*. *Quintil.* 3. *Declam.* Et in pleriſque ruris operibus minito particeps. *Plaut. Truc.* 4. 2. 34. Non licet de obſonio ſaltem me participem fieri. ¶ Participem facere aliquem rei alicujus, eſt ei communicare, quicquid eſt. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 12. Feci continuo omnes participes meæ voluptatis.

Participalis, le, adject. *l. un. ff. de offic. præf. prat.* Adſociati participales curæ. h. e. participes. ¶ Nomina participalia apud *Varr. l. 9. L. L. pag.* 149. ſunt ipſa Participia.

Participatio, onis, f. *partecipazione*. *Spartian. in Juliano, cap.* 4. Petiit, ut fieret ſenatuſconſultum de participatione imperii.

Participatus, us, m. participatio. *Spartian. in Sever. c.* 8. Cum Severum ad participatum vocaret, contemptus eſt. V. ibi *Caſaubon.*

Participatus, a, um, *communicato*, *partecipato*, communicatus. *Juſtin. l.* 34. *c.* 2. Participato cum fratre regno.

Participialis, le, adject. ad participium pertinens, ut participialia verba, *Quintil. l.* 1. *c.* 4.

Participialiter, adverb. per participium; vox Grammaticorum. *Feſt. in Torrens*. Torrens participialiter pro exurens.

Participium, ii. n. μετοχή, eſt pars orationis declinabilis, quæ caſus habet, & ſignificat cum tempore, ut *Amans*, a *pars*, & *capio*, quod tum nominis, tum verbi partem capiat. *Var. l.* 7. & 8. *L. L. Quint. l.* 9. *c.* 3.

Participo, as, avi, atum, a. 1. *partecipare*, *eſſer fatto partecipe*, Germ. *theilhafftig ſeyn*, *oder machen*, Gal. *participer*, Hiſ. *participar*, μεταλαμβάνω, partem capio, particeps fio, cum acc. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 17. *ex veteri Poeta*; Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet, ſibi paratum, peſtem ut participet parem. ¶ Vel cum abl. & præp. *a* vel *ab* præter acc. *Cic.* 1. *de Leg.* Sequitur igitur, ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, juſtos natura eſſe factos. ¶ Eſt etiam participem facere, partem tribuere, communicare, *far partecipe*, κοινωνεῖν. Et conſtruitur cum acc. & abl. cum præp. *cum*. *Liv. l. 3. c.* 12. Suas laudes participare cum Cæſone. ¶ Reperitur etiam cum acc. perſonæ, & abl. rei ſine præp. & alio abl. cum præp. *de*. *Plaut. Mil.* 2. 2. 108. Quin ſuo ſermone aliquem familiarium participaverit de heri amica. ¶ Item cum accuſ. perſ. & gen. rei. *Plaut. Ciſt.* 1. 3. 27. Paternum ſervum ſui participat conſilii.

Particula, æ, f. *particella*, μερίς, μόριον, parva pars. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nulla modo perfectus, ſed quædam particula perfecti. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 79. Atque affigit humo divinæ particulam auræ. ¶ Apud Grammaticos particulæ ſunt minutæ voces, quæ verborum conſtructioni, vel compoſitioni inſerviunt. *Gel. l.* 4. *c.* 17. & *l.* 11. *c.* 3.

Particularis, re, adject. *particolare*. *Apul. de Syllogiſ. categorum*. Propoſitiones aliæ univerſales, aliæ particulares. Sic *ibid.* ſæpe.

Particulariter, adv. *particolarmente*. *Apul. de ſyllog. categorem.* Non niſi particulariter converti poteſt. Adde *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 1.

Particulatim, adv. *a parte*, *a parte*, μερικῶς, per particulas, particulariter, membratim. *Auct. ad Her. l.* 1. *c.* 9. Si ſummatim, non particulatim narrabimus. *Senec. epiſt.* 24. Particulatim excarnificare. *Colum. l.* 7. *c.* 5. Particulatim facilius, quam univerſus convaleſcit.

Particulo, onis, m. συμμέτοχος, partiarius. *Non. c.* 2. *n.* 72. Particulones dicti ſunt cohæredes, quod partes patrimonii ſumant. *Pomp. ibid.* Age modo, Stagari, particulones producam tibi.

Partilis, le, adject. quem partiri poſſumus. *Ammian. l.* 14. *c.* 11. *de Nemeſi*. Generalis potentia partilibus præſidens fatis.

Partiliter, adv. per partes, diviſim. *Arnob. l.* 6. Non partiliter uſpiam, ſed ubique eſſe totum. Adde *lib.* 1.

Partim, adv. *parte*, ἀνὰ μέρος, ex parte, pro parte. *Cic.* 4. *Ver.* Ut ejus in provincia ſtatuæ in locis publicis poſitæ, partim etiam in ædibus ſacris, &c. ¶ Fere ſemper in oratione repetitur bis, ter, quater, &c. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 8. Ut eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. ¶ Nonnunquam in poſteriore orationis parte pro repetitione adv. partim ponitur *alius*, *alia*, *aliud*. *Sall. in Jug.* Ille probare partim, alia abnuere. *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 37. Beſtiarum aliæ ſunt terrenæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites. ¶ Regit interdum gen. teſte *Gellio l.* 10. *c.* 13. & tunc per Enallagen ponitur pro nomine, ut Partim hominum venerunt. ideſt pars hominum venit, ſive quidam homines. *Cato in or. de Re Floria apud eund.* Cum partim illorum jam ſæpe ad eundem modum erat. ideſt cum parte illorum, ſeu cum quibuſdam illorum. *Cic.* 2. *Off.* Eorum autem ipſorum partim ejuſmodi ſunt, ut ad univerſos cives pertineant, partim ut ſingulos attingant. ¶ *Plaut. Perſ.* 3. 3. 29. Faceres quod partim faciunt argentarii. h. e. magna, vel major pars argentariorum.

Partio, onis, f. idem ac partus. *Gel. l.* 3. *c.* 16. Sed nono menſe, aut decimo, neque præter hos alio partionem mulieris fieri exiſtimaſſe. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. *de gallinis*. Hæ ad partiones ſunt aptiores.

Partio, is, ivi, itum, a. 4. idem ac partior, divido. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 5. Prædam pariter cum illis partiam. *Lucret. l.* 5. *v.* 683. Imparibus curſus (Sol) anfractibus ætheris oras partit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 30. Paulo ſecus a me, atque ab illo partita ſunt.

Partior, iris, itus ſum, d. 4. *partire*, *dividere*, חלק, Ger. *theilen*, Gal. *partir*, Hiſp. *partir*, μερίζω, eſt partes facere, & diſtribuere, ſeu dividere. Conſtruitur cum acc. *Cic. pro R. Com.* Quod æqualiter omnes partirentur. ¶ Vel cum acc. patiente, & alio acc. cum præp. *in*. *Cic. in Orat.* Genus univerſum in ſpecies certas partietur. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *cum*. *Cic. in Brut.* Qui, cum partiretur tecum cauſas. ¶ Vel cum alio acc. & præp. *inter*. *Caſ. l.* 1. *B. C.* Officia inter ſe partiuntur. *Cic.* 14. *Phil. c.* 6. Partirenturque inter ſe, qui Capitolium, qui Oſtia, qui urbis portas occuparent.

Partite, adv. *diſtintamente*, Ger. *vertheilt*, Gall. *par partie*, Hiſp. *en partes*, μεμερισμένως, diviſe. *Cic. in Orat. c.* 33. Qui enim nihil poteſt tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, diſtincte, facete dicere.

Partitim, adverb. partite, per partes. *Claud. l.* 1. *de laud. Stilic. c.* 30. Sed privata minus, partitim ſingula quemque Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis. Al. leg. *partitum*.

Partitio, onis, f. *diviſione*, מחלקת, Ger. *theilung*, Gall. *diviſion*, Hiſp. *partimiento*, μερισμός, diviſio tantum in partes. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Hæc, ſi recte memini, partitio fuit. *Id.* 2. *Off. c.* 11. Æquabilis prædæ partitio.

Partito, adv. idem ac partite. *Ulp. in eo lib. qui inſcribitur*, *Tituli ex corpore Ulpiani tit.* 24. Mævius hæres meus cum Titio hæreditatem meam partito dividito.

Partitor, oris, m. *diviſore*, μεριστής, diviſor. *Cic. in Vatin. c.* 5. Sed partitorem ad partiendas merces miſſum putares. Al. leg. *portitorem*.

Partitudo. V. Paritudo.

Partitus, a, um, nom. ex particip. ſignific. paſſivæ, *diviſo*. *Lucret. l.* 3. *v.* 711. animi natura Partita per artus. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 593. partitaque fœdera lecti ſentiat.

Partor, oris, m. qui acquiſivit. *Plaut. Truc.* 2. 1. 42. Unde ante-parta demus poſt-partoribus.

Partualis, le, adject. ad partum pertinens, ut partualis ſanguinis fluxus. *Tertull. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 20.

Partula, æ, f. nomen Deæ, quæ partus gubernat. *Tertul. de Anima c.* 37.

Partumeius, a, um, adject. Partumeius venter dicitur, qui facile concipere, & parere poteſt, a *pario*. Quidam conflatum putant a *partu*, & *meio*, q. d. ea facilitate pariens, ac ſi meieres. Sed *meius* eſt additamentum, ſeu terminatio vocis nihil per ſe ſignificans. *Horat. Epod.* 17. *v.* 50. Tuuſque venter partumeius: & tuo Cruore rubros obſtetrix pannos lavit. Alii legunt *Paſtumeius*, quam vocem V.

Partura, æ, f. partus. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 1. *ad fin.* Deme duas res de mulis, admiſſuram, & parturam.

Parturio, is, ivi, itum, a. 4. *partorire*, חולל, *cholel*, Ger. *gern wollen geboren*, Gall. *être en travail d'enfanter*, *s'efforcer de produire*, Hiſp. *eſtar de parto*, ὠδίνω, cupio parere, laboro, ut pariam, deſid. a *pario*. *Ter. Adelph.* 3. 4. 42. Numnam quæſo illa parturit. ¶ Translate *Cic.* 2. *Phil. c. ult.* Utinam aliquando dolor P. R. pariat, quod jam diu parturit. *Id. pro Mur. c.* 39. Periculum conceptum Reſpublica parturit.

Parturitio, onis, f. actus parturiendi. Translata *Auguſtin. epiſt.* 34. *a med.* Explicare conceptionem & parturitionem cordis ſui. Et *l.* 8. *Confeſſion. c.* 6. *a med.* Turbidus parturitione novæ vitæ.

Partus, us, m. *parto*, לדה, Ger. *ein geburt*, Gal. *enfantement*, Hiſp. *parto*, τόκος, pariendi actus. *Cic. pro Cluent. c.* 11. Et jam appropinquare partus videretur. ¶ Translate etiam de arboribus dicitur. *Plin. l.* 12. *c.* 24. Autumno legitur ex æſtivo partu. ¶ Metonymice accipitur pro prole. *Cic.* 1. *Tuſc.* Nonne pro ſuo partu ita propugnant? &c. *Plin. lib.* 8. *c.* 32. Ferre partum. h. e. gravidam eſſe.

Partus, a, um, *partorito*, τετοκυμένος, in lucem editus, partic. a pario. *Virg.* 6. *Æn.* Alius Latio jam partus Achilles. ¶ Translate ſumitur pro acquiſito, comparato. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut ipſum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, ſed divinitus ad nos delatum videretur. *Id.* 2. *Phil. c.* 27. Male parta male dilabuntur. ¶ *Parta* deponentis more pro ea, quæ peperit. *Colum. l.* 7. *c.* 4. Parta nutrici conſociata munus laboret in educatione fœtus ſui.

Parve, adverb. *poco*, μικρῶς. *Vitruv. l.* 9. *c.* 6. Parve per eos flectitur delphinus. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 38. Parviſſime aliquid memorare.

Parvifacio, is, o. 3. *vilipendere*, parvi facio. *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 64. Ego rumorem parvifacio. ¶ Paſſive *Titian.* apud *Priſcian. l.* 8. Conſilium parvifaciatus.

Parvitas, atis, f. *picciolezza*, μικρότης, exiguitas. *Cic. de Un. c.* 13. Quæ cerni non poſſent propter parvitatem. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Parvitates rerum, & magnitudines.

Parum, adv. *poco*, מעט, Ger. *wenig*, Gal. *peu*, Hiſp. *poco*, μικρόν, modicum. *Ter. Adel.* 5. 9. Impoſe cupitis, conſulitis parum. *Cic. Att. l.* 10. Ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter, quod optimum ſit, eliges. *Id. pro Sext.* Parum ne eſt, Piſo, quod tantum homines fefelliſti? *Horat. l.* 2. *ep.* 2. Quæcunque parum ſplendoris habebunt. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 10. Parum prudens. *Cic. Tuſc.* 3. Parum diu vixit. *Ter. Phorm.* 5. 7. 27. Itane parum mihi fidem eſſe apud te? *Salluſt. Jug. c.* 76. Hæc facinora impune ſuſcepiſſe, parum habuere, *l'ebbero per poco*, *non ſi contentarono*. Sic *Velley. l.* 2. *c.* 66. Parum habebat ſummam accepiſſe, & conſul creatus eſſe, niſi &c.

Parumper, adv. *un pochetto*, ἐπὶ μικρόν, parvo tempore. *Cic. de Am.* Tu, velim, animum a me parumper avertas. *Virg.* 6. *Æn.* Pulſuſque parumper corda dolor triſti. h. e. paulatim.

Paruncŭlus, m. dim. a *paro*, *onis*. *Cic.* apud *Iſid. l.* 19. *c.* 1. Paruncŭlis ad litus ludit parvulis.

Parus, i, m. avis genus, cujus multas ſpecies refert Geſnerus: ab Italis nonnullis *parizola* dicitur. *Auctor carm. de Philom. v.* 9. Parus enimquamvis per noctem tinniat nemoem.

Parvulum, adverb. paululum. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 14. Quia parvulum referret, an, &c. alii leg. *paululum*.

Parvulus, a, um, τυτθός, dim. a parvus. *Cic.* 4. *Acad.* Vide, quæſo, quam in parvulis ſitis. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 10. Qui ex fuga tam parvulam manum peditum haberet inermem. ¶ Parvula res, eſt res nullius momenti. *Cicer. pro Quinct.* Si in parvula re captioſis aliquid vererere. ¶ Parvulus abſolute pro puerulo uſurpatur. *Quint. l.* 1. *c.* 7. Excepta parvulorum judicia. *Teren. Andr.* 1. 1. 8. Poſtquam te emi a parvulo, *da fanciulla*. *Caſ. l.* 6. *B. G. c.* 20. A parvulis duritiæ, & labori ſtudent.

Parvus, a, um, *piccolo*, צעיר, Ger. *klein*, Gal. *petit*, Hiſp. *pequeno*, μικρός, exiguus, a παῦρος, paurus, extrita a, & inſerto digamma. *Cic.* 1. *de Leg.* In parvum quendam, & anguſtum locum concludatur. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod eſt minimi pretii. *Cic.* 1. *Off.* Parva ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. *Id. ibid.* Et ea, quæ eximia pleriſque, & præclara videntur, parva ducere. ¶ Genitivus *parvi* eleganter cum verbis æſtimandi, & hujuſmodi conjungitur. *Cic. pro Arch. c.* 6. Pericula mortis, atque exilii parvi eſſe ducenda. *Nepos in Eum. c.* 10. Omnes præ illo parvi futuros. *Cic. pro Leg. Manil.* Illud primum parvi refert, *poco importa*, *a poco giova*. ¶ Interdum parvus pro brevi ponitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 83. Parvæ conſuetudinis cauſa. Sic *Lucan. l.* 4. *v.* 476. & 528. parvam mortem dixit. ¶ Item pro pauco, *poco*. *Plin. l.* 10. *c.* 13. Odoris parvi amomum. *Ter. Eun.* 1. 2. 117. Parvam mihi habeat fidem. ¶ Item pro paupere, humili. *Hor. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 28. parvi properamus & ampli. Hinc parvus animus, *animo abietto*. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. ¶ Item pro puero. *Stat. l.* 1. *ſilv. ult. v.* 44. Parvi, fœmina, plebs, eques, ſenatus. *Id.* 7. *Theb. v.* 520. liquiſtis enim parvoſque ſenesque. ¶ Hinc *a parvo*, *a parvis*, eſt ab infantia, vel pueritia. *Cicer. de Leg.* A parvis ea didicimus. *Liv. l.* 1. *c.* 39. Puerum in domo a parvo eductum. ¶ *In parvo*, accipitur pro ſere. *Plin. l.* 8. *c.* 33. Eminet roſtrum, ut in parvo ſit haud abſimile ſuillo. ¶ Com. *minor*, ſup. *minimus*, V. ſuis locis. Sed tamen reperitur ſup. *parviſſimus*. *Lucr. l.* 3. *v.* 200. Igitur parviſſima corpora quanto, & leviſſima ſunt. Adde *Varr.* apud *Non. c.* 6. *n.* 43.

Paſcalis, le, o. 3. idem, quod paſcualis, a paſco. *Lucil.* apud *Non.* Paſcali pecore, ac montano hircum. *Feſtus*: Paſcales oves Cato poſuit pro paſcuales.

Paſceolus, m. 2. ſacculus ex aluta. *Non. c.* 2. *n.* 635. *Plaut. Rud.* 5. 2. 27. Præterea centum minæ Philippicæ in paſceolo ſeorſum.

Paſcha, æ, n. *Paſqua*, פסח, Ger. *oſtern*, Gall. *paque*, Hiſp. *paſcua*, πάσχα, feſtum Hebræorum, & Chriſtianorum verno tempore, a פסח, *tranſire*, quod a ſad. פסח, *tranſiit*. Hieroſolymitani pro פסח dixere פסחא. Ratio nominis eſt, quod Angelus, cum cæderet Ægyptios, domos Iſraelitarum ſanguine illitas tranſierit. In Græco N. T. textu eſt indeclinabile. *Tert. l.* 2. *c.* 4. Solemnibus Paſchæ abnoctare. *Auſon. ep.* 12. *ad Paulum*.

Digitized by Google

ſum. Nos etenim primis poſt ſanctum Paſcha diebus. ¶ In plurali numero, *Symmach. lib.* 10. *ep.* 77. Paſcharum dies celebrare. ¶ Invenitur etiam *Paſcha*, *æ*, m. *Tertul.* (*ſeu quicumque alius auctor eſt*) *in carm. lib.* 2. *adv. Marcion.* c. 3. Hunc Paſcham Paulus mactatum prædicat agnum. ¶ Sunt qui inflectunt in 3. declin. *Paſcha*, *atis*, ut *Ambroſius de myſter. Paſchatis*, & alii ſequioris ævi. Sed nullum nomen 3. declin. in *a* invenitur quod non ſit Græcum, & græca terminatione in *ma* terminetur, quia hujuſmodi nomina e prima perſona præteriti perfecti paſſivi formantur.

Paſchālis, le, adject. ad Paſcha pertinens. *Sedul. in princip. oper.* Hac firmos ad dona gradus Paſchalia ducit. *Impp. Gratian. Valentinian.* &c. *l.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 35. *leg.* 4. Paſchale tempus.

Paſcito, as, a. 1. *paſcolare*, βοσκήσω, freq. a paſco. *Varr. R. R. c.* 16. Nunc feras dico, quæ in ſylvaſtribus locis paſcitant.

Paſco, is, pavi, paſtum, a. 3. *paſcere*, *paſcerſi*, *mangiare*, רעה, Ger. *ſich weiden*, Gal. *paître*, Hiſp. *apacentar*, *comer*, τρέφομαι, veſcor, comedo, a τάω, nutrio. Fere de beſtiis dicitur. Et conſtruitur vel abſolute. *Ovid.* 4. *Met.* Mille greges illi; totidemque armenta per herbas paſcebant. ¶ Vel cum acc. *Ovid.* 1. *Faſt.* Pavit ovis pratum, verbenas improba carpſit. ¶ Dicitur etiam de hominibus. *Plaut. Meſt. a.* 1. *ſc.* 2. Geſtis aliquo jam hercle ire paſtum foras. Adde *Martial. l.* 9. *epigr.* 81. ¶ Eſt etiam verbum activum, & ſignificat paſcere facio, pabulum præbeo. *Cic.* 1. *de Div.* Qui cum propter paupertatem ſues puer paſceret. *Id. Att. l.* 6. Lancibus, & ſplendidiſſimis caniſtris, oluſculis nos ſoles paſcere. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 1. *a med. Cic.* 7. *Ver.* Neceſſe eſt conſtituas, quot greges, & quanto ſit paſturus. ¶ Tranſlate etiam ſumitur, ut Paſcere oculos, ideſt viſu alicujus rei grate delectare. *Cic.* 7. *Ver.* Cum ejus cruciatu, atque ſupplicio paſcere oculos, animumque exſaturare vellent. *Id. Att. l.* 4. Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. *Id. pro Sext.* Paſci diſcordiis. *Id.* 2. *Off.* Maleficio, & ſcelere paſci. *Virgil.* 2. *Georg.* Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem. ¶ Item pro nutrire, alere, fovere, ut paſcere barbam. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. paſcere amorem. *Ovid. de remed. amor.* paſcere ſpes inanes. *Virg.* 10. *Æn.* ¶ *Id.* 2. *Æn.* Lambere flamma comas, & circum tempora paſci. h. e. creſcere, nutriri. ¶ Nummos alienos paſcere, hoc eſt augere ære alieno contrahendo, & uſuris ſolvendis. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. ¶ *Paſcito linguam* in ſacrificiis dicebatur, ideſt coercito, contineto, taceto. *Paulus Feſti abbreviator.*

Paſcor, eris, paſtus ſum, depon. 3. *paſcerſi*, *mangiare*, comedo, paſco. *Virg.* 3. *Georg.* Paſcuntur vero ſilvas, & ſumma Lycæi. *Id.* 4. *Georg.* paſcuntur & arbuta paſſim, Et glaucas ſalices, caſiamque &c. ¶ Hæc tamen, & alia hujuſmodi exempla non ſatis omnino deponentis naturam in hoc verbo oſtendunt. poteſt enim hujuſmodi conſtructio ad Græcam ſyntaxim, quam ſæpe imitantur Poetæ, referri.

Paſcŭa, æ, f. 1. idem, ac paſcuum. *Tertul. Apolog. c.* 22. Quæ illi accuratior paſcua eſt, quam ut &c.

Paſcuālis. V. Paſcalis.

Paſcŭe, adverb. laute, q. d. paſcuo abundante. *Apul. Metam.* 2. Abacus paſcue vinolentus.

Paſcuōſus, a, um, adject. Paſcuo abundans, vel idoneus ad paſcendum, ut paſcuoſa herba. *Apul. de herb. virtutib. c.* 91.

Paſcŭum, i, n. *paſcolo*, βόσκημα, νομὰ, locus, in quo pecudes paſcuntur. *Col. l.* 8. *c.* 14. Eſuriens mittatur in paſcuum. *Cic.* 1. *Agr.* Utrum tandem hanc ſylvam in relictis poſſeſſionibus, an in Cenſorum paſcuis invenisti? ¶ Paſcua etiam, generatim omnia dicebantur, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 3.

Paſcŭus, a, um, *paſtulatrio*, Ger. *zur weidfuglich*, Gal. *qui ſert de paturage*, Hiſp. *coſa que pace*, νομαδικός, quod paſtui aptum eſt, quod paſcuis pecudum deſtinatum eſt. *Plaut. Truc.* 1. 2. 47. Non arvus hic, qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager. *Lucret. l.* 5. *v.* 1247. Paſcua rura.

Paſiphăe, es, per quatuor ſyll. f. 1. Πασιφάη, filia Solis e Perſide filia Oceani, ſoror Circes, & Æetæ, uxor Minois Regis Cretæ, quam fabulæ ferunt tauri amore captam fuiſſe, Dædalique opera, qui ligneæ eam vaccæ incluſit, voti compotem factam, Minotaurum peperiſſe, media parte hominem, reliqua taurum referentem, quod monſtrum poſtea in Cretenſi labyrintho Theſeus dicitur interfeciſſe, Ariadnes ope adjutus. *Servius* Minois ſcribam fuiſſe tradit nomine Taurum, cum quo Paſiphae mutuo ejus amore capta, in Dædali ædibus concubuit. Filiam etiam ex Minoe peperit, quæ Phædra dicta eſt. In numero Dearum habita eſt. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* & 1. *de Divin.*

Paſiphaēĭus, a, um, per ſex ſyll. quod ad Paſiphaen ſpectat. *Ovid.* 15. *Met. v.* 500. me Paſiphaeia quondam Tentatum fruſtre, &c. ideſt Phædra filia Paſiphaes.

Paſithĕa, f. 1. Πασιθέη, una ex tribus Gratiis, quam Euphroſynam alii vocant. *Stat.* 2. *Theb. verſ.* 286. Non hoc Paſithea blandarum prima ſororum.

Paſſa, æ, f. idem quod paſſum. *Gall. l.* 10. *c.* 23. Bibere ſolitas ferunt loream, paſſam, murrinam &c. Alii leg. *paſſum*.

Paſſaria ficus, *fico ſeccato al ſole*. *Capitolin.* in *Albino*, c. 11.

Paſſer, eris, m. *paſſera*, צפור, Ger. *ein ſpatz*, Gall. *paſſereau*, *moineau*, Hiſp. *gorrion*, στρουθὸς, avis ſpecies, a θεῖν, per Metatheſin. *Cic.* 1. *de Divin.* Calchas ex paſſerum numero belli Trojani annos auguratus eſt. ¶ Eſt avis ſalaciſſima, & vitam breviſſimam vivit. *Plin. l.* 10. *c.* 36. Hinc *Sappho* apud *Athen. l.* 9. inquit, Venerem in paſſeribus vehi. ¶ Tranſlata dicitur de mentula. *Politianus* quidem *in Miſcell. c.* 6. hac ſignificatione paſſerem a *Catullo ep.* 2. accipi putat. *Martial. l.* 11. *ep.* 7. Da mihi baſia, ſed Catulliana, quæ ſi tot fuerint, quot ille dixit, donabo tibi paſſerem Catulli. Alii interpretantur carmina, qualia a Catullo de Lesbia dicta fuere. ¶ Paſſer marinus, eſt avis ingens, & maxima omnium avium, quæ proprio vocabulo ſtruthiocamelus dicitur, *ſtruzzo*. Nam quemadmodum Græcis στρουθὸς non paſſerem tantum ſignificat, ſed etiam ſtruthiocamelum, ſic Latini quoque paſſerem appellant & avem hanc vulgarem, & avem illam Libycam. Marinus autem vocatur, hoc eſt trans mare advectus. *Auſon.* ep. *Accium Paullum*. Ovum tu quoque paſſeris marini. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 17. Iſthuc marinus paſſer per circum ſolet. ¶ Paſſer etiam piſcis eſt genere planorum, ſimilis rhombo, niſi quod rhombo ſitus corporis dexter reſupinatus eſt, paſſeri lævus. *Plin. l.* 32. *c.* 11. *Hor. l.* 2. *ſat.* 8. Cum paſſeris, atque ingeſtata mihi porrexerit ilia rhombi. ¶ Eſt etiam paſſer vox blandientis. *Plaut. Caſ.* 1. 1. 50. Meus pullus paſſer, mea columba, mi lepus.

Paſſercŭlus, m. 2. στρουθίον, parvus paſſer. *Cic.* 2. *de Div. c.* 30. Cur autem de paſſerculis conjecturam facit? ¶ Uſurpatur interdum in blanditiis amantium. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 76. Dic me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem.

Paſſerīnus, a, um, adject. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 337. Ut te objectes ſtrofiatim paſſerinum prandium. *h. e.* ita dilacerandum præbeas, & devorandum leonibus, ut paſſeres devorari in convivio ſolent.

Paſſerīces, f. 3. cotes, quæ aqua trahunt aciem. Trans Alpes inveniuntur. *Plin. l.* 36. *c.* 22.

Paſſibĭlis, le, adject. *paſſibile*, qui pati poteſt. *Arnob. l.* 7. Quidquid vexatur rei alicujus motu, paſſibile eſſe conſtat, & fragile. Adde *Tertul. adverſ. Prax. c.* 20.

Paſſibĭlĭtas, atis, f. *paſſibilità*, aptitudo ad recipiendam paſſionem. *Arnob. l.* 2. Paſſibilitate interveniente corruptibilem eſſe.

Paſſibĭlĭter, adverb. patiendo. *Tertul. de anim. c.* 45. Anime, & paſſibiliter in ſomnis conterreri.

Paſſim, adv. *per tutto*, Ger. *hind*, *und her*, Gal. *çà*, *& là*, Hiſp. *de paſſo en paſſo*, πανταχῆ, ſparſim, a ſup. *paſſum* verbi *pando*. *Cic. pro Font.* Hi contra vagantur læti, atque erecti paſſim toto foro. *Id. pro Syll. c.* 15. Dividi paſſim, & pervulgari. *Brutus ad Cic. Fam.* 11. *ep.* 13. Antonius biduo me anteceſſit, itinera multo majora fugiens, quam ego ſequens; ille enim iit paſſim, ego ordinatim, *marciò con diſordine*. ¶ Differt ab *ubique*, quia *ubique* dicitur de eo, ubi nullum eſt intervallum, *paſſim*, ubi aliquid intervalli eſt, ex. gr. herba eſt in prato ubique, grex paſſim paſcitur, quia aliquid intervalli eſt inter pecudem, & pecudem, non inter herbam, & herbam. Sed quandoque confunduntur. *Lact.* apud *Vallam*. Creditur ei paſſim, tanquam cognitæ veritati. ideſt ubique. ¶ Interdum ponitur pro undique. *Lact. l.* 2. *c.* 7. Eo paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi quique. ¶ Interdum pro quomodolibet. *Virg.* 3. *Æn.* Paſſimque in litore ſicco corpora curamus. ideſt ſine ullo conditionis diſcrimine in litore ſparſi.

Paſſĭo, onis, f. *paſſione*, Germ. *bewegung*, Gall. *paſſion*, Hiſp. *paſſion*, πάθος, ægritudo corporis. *Cornel. Gallus* (*ſi modo is ejus carminis auctor eſt*) *eleg.* 5. *v.* 42. Si nihil imminuit paſſio, nulla fuit. Uſi ſunt præterea hac voce *Prudent. periſteph.* 2. *v.* 290. *Apul.* in *Triſmegiſto*, *Sever. Sulpit. l.* 2. *hiſt. c.* 32. & alii hujus notæ.

Paſſiōnālis, le, adject. paſſionem afferens. Uſus eſt *Tertul. cont. Gent. c.* 2. & 4. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 4.

Paſſīve, adverb. paſſim, confuſe, incondite. *Tertul. adverſ. Pſych. c.* 2. ubi tamen *Scioppius* in notis ineditis legit paſſim. Eadem lectionis varietas eſt & apud *Apulej. l.* 11. *Metamorph.* ¶ Paſſivorum more, apud Grammaticos. *Priſcian. l.* 8. *pag.* 791. *Putſch.*

Paſſīvĭtas, atis, f. frequentia promiſcua, a *paſſim*. *Tertul. lib.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 4. Quantum denotarus paſſivitas offert. Et in *Apol.* Suppeditante materias paſſivitate luxuriæ.

Paſſīvĭtus, adv. idem, ac paſſim. *Tertull. l. de Pallio*, c. 3.

Paſſīvus, a, um, adject. *paſſibile*, qui pati poteſt, παθητικός. *Arnob. l.* 2. Argumenta ſunt præſto, quibus anima paſſiva, & interibilis invenitur. Adde *Apul. in Triſmegiſto*. ¶ Paſſiva verba a Grammaticis dicuntur, quæ paſſionem ſignificant, ut amor, verberor. *Chariſ. l.* 2. *Priſcian. l.* 18. & alii. ¶ Interdum paſſivus dicitur, qui promiſcuus eſt, & pluribus communis, a *paſſim*. Hinc *Tertul. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 7. paſſivum nomen Dei dixit, quia & hominibus dictum eſt: Ego dixi, dii eſtis. Sic *Jul. Firmic. lib.* 5. *cap.* 1. paſſivas cupiditates, hoc eſt quas paſſim homines ſectantur.

Paſſum, i, n. *ſapa*, γλυκὺ, vini dulcis genus, quod exprimitur ex uvis paſſis, ideſt ex uvis, quæ in vite diutius Sole adultæ ſunt, & rurſus poſt vindemiam ad Solem ſuſpenſæ ejus ardorem dies aliquot paſſæ fuere. *Varro l.* 1. *de vita P. R.* apud *Non. c.* 1. *n.* 16. V. *Plin. l.* 14. *c.* 9. & *Col. l.* 12. *c.* 39. *Virg.* 2. *Georg. v.* 93. Et paſſo pſythia utilior. *Juven. ſat.* 14. Qui gaudes pingue antiquæ de litore Cretæ Paſſum, & municipes Jovis adveхiſſe lagenas.

Paſſus, a, um, παθών, qui paſſus eſt, particip. a patior. *Virg.* 1. *Æn. v.* 203. O paſſi graviora, dabit Deus his quoque finem. *Ovid.* 7. *Metam.* Cornix novem ſæcula paſſa. h. e. quæ vixit. ¶ Uva paſſa dicitur, quæ in vite diu retenta, poſt vindemiam etiam ad Solem ſuſpenſa ejus ardorem paſſa eſt. *Plin. l.* 14. *c.* 1. A patientia nomen acinis datur paſſis. *Virg.* 4. *Georg. v.* 269. Vel pſythia paſſos de vite racemos. Sunt qui paſſam uvam iden dici putant, quod ad Solem pandatur, h. e. expanſam. ¶ Ducta ab uva paſſa metaphora, paſſi ſenes dicuntur a *Lucilio* apud *Non. c.* 1. *n.* 38. h. e. exſucci, *ſmunti*. Sic *Ovid. Metam.* 14. *verſ.* 274. lac paſſum, h. e. coctum.

Paſſus, a, um, *ſparſo*, *diſteſo*, *aperto*, πεπεταμένος, extenſus, explicatus, porrectus, patens, a pandor. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quo utinam paſſis velis pervehi liceat. *Id. c. nat. Deor.* Minorem autem Septentrionem Cepheus paſſis palmis a tergo ſubſequitur. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 51. Crines paſſi.

Paſſus, us, m. *paſſo*, צעד, Germ. *ein tritt*, *oder ſchritt*, Gall. *pas*, Hiſp. *paſſo*, βῆμα, greſſus, extenſio pedum in progrediendo, a *paſſum*, ſup. verbi *pando*. *Virg.* 2. *Æn.* Sequiturque patrem non paſſibus æquis. ¶ Sumitur etiam pro menſura ita dicta a pedibus paſſis, ideſt extenſis. Duplex eſt. Primus dicitur paſſus ſimplex, & minor, & a nonnullis greſſus, & eſt menſura duorum pedum & dimidii. Tantum enim fere in progrediendo ſpatii eſt inter digitos prioris pedis, & calcaneum poſterioris. Secundus dicitur paſſus major, & geometricus, quod eo peculiariter Geometræ utantur, & conſtat ex quinque pedibus, ſive ex duobus greſſibus, id eſt ex paſſu minore geminato. Et de hoc paſſu intelligendum eſt, cum dicimus, Milliaria ſingula conſtare ex mille paſſibus, & generaliter quoties apud Scriptores paſſus mentio occurrit. *Cic. pro R. Am.* Edixit, ut ab Urbe abeſſet millia paſſuum ducenta. *Plin. l.* 2. *c.* 23. Stadium viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos viginti quinque.

Paſtīcus, a, um, adject. qui paſtus eſt, ut agnus paſticus, qui a lacte remotus jam herbas paſcere cœpit. *Apic. l.* 8. *c.* 6.

Paſtillĭco, as, n. 1. paſtilli figuram repræſento. *Plin. l.* 21. *c.* 8. Luteum bulbo, paſtillicantibus barbulis coronatur. *Sipontinus* legit *patuſcantibus*. h. e. patulis, patentibus. Verum prior lectio in optimis quibuſque editionibus invenitur.

Paſtillum, i, n. libi rotundi genus in ſacris adhibiti. *Paul. Feſti abbreviator.*

Paſtillus, li, m. *paſtello*, τροχίσκος, globulus ex farina aqua ſubacta. Eſt dim. a *panis*, teſte *Feſto*. ¶ A paſtilli hujus figura etiam nomen tributum eſt pilulis unguentariis. *Horat. l.* 1. *Serm. ſat.* 2. *v.* 27. Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum. ¶ Item aridis medicamentis, quæ contrita humore non pingui, aut vino, vel aceto incocta ſunt, & a coctione rurſus inaruerunt, quæ, cum utendum eſt, ſubinde ejuſdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illinuntur, non autem imponuntur, ut emplaſtra. Sed quomodo differant emplaſtrum, malagma, & paſtillus, docebit *Celſus l.* 5. *c.* 18. *Plin. l.* 36. *c.* 6. Iterumque in mortario teritur, & in paſtillos dividitur.

Paſtināca, æ, f. *paſtinaca*, σταφυλῖνος, genus radicis, virtutis calidæ, cujus duæ ſunt ſpecies, agreſtis, & hortenſis. *Plin. l.* 19. *c.* 5. *Colum. l.* 6. *c.* 17. & *l.* 9. *c.* 4. *Dioſc. l.* 3. *c.* 57. & 81. ¶ Etiam paſtinaca eſt piſcis marinus, venenatus, ex planorum genere, qui per radium, ſeu telum virus ejaculatur. Ita dici putatur a nudæ colore, ac rotunditate, qua paſtinacam radicem refert. *Plin. l.* 9. *c.* 42. *Celſ. l.* 6. *c.* 9. Et plani piſcis, quem noſtri paſtinacam, Græci τρυγόνα vocant, aculeus torretur.

Paſtĭnātio, onis, f. *paſtinazione*, *divelto*, *ſcaſſo*, σκαπανεία, actus paſtinandi. *Col. l.* 3. *c.* 11. Quibus omnibus diligenter exploratis, tum paſtinationem ſuſcipiemus.

Paſtĭnātor, oris, m. *zappatore*, σκαπτήρ, qui paſtinat. *Col. l.* 3. *c.* 13. Qua paſtinator ſulcum facturus eſt.

Digitized by Google

Paſtinātus, us, m. Idem, ac paſtinatio. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Albo populus ſeritur bipedaneo paſtinatu.

Paſtinātus, a, um, *zappato*. *Col. l.* 3. *c.* 13. Neve jam paſtinatum ſolum jacentibus molibus imprimatur. Et abſolute. *Id. l.* 4. *c.* 4. Facta in paſtinato ſcrobe. Et *l.* 3. *c.* 3. Radices, quæ de paſtinato eximantur.

Paſtĭno, as, avi, atum, *zappare*, עדר, Germ. *hacken*, Gal. *bouer*, Hiſp. *cavar*, σκάπτω, eſt agrum fodere, a *paſtinum*. *Col. l.* 3. *c.* 13. Nunc paſtinandi agri propoſitum eſt rationem tradere.

Paſtĭnum, i, n. 2. *forcelle di ferro*, *paſtino*, σκάφιον, σκαφεῖον, ferramentum bifurcum, teſte *Col. l.* 3. *c.* 18. quo ſemina panguntur. *Id. ib.* Ne paſtinum effugiat, prædium ſemen demerſit. ¶ Interdum ſumitur pro paſtinatione, vel pro terra paſtinatione renovata, *paſtino*, *divelto*, *ſcaſſo*. *Pallad. l.* 2. *c.* 10. Paſtinum fieri omne tempus eſt.

Paſtĭo, onis, f. *paſtura*, νομή, actus paſcendi. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 10. In paſtione diem totum eſſe. ¶ Sumitur etiam pro pabulo, ſeu alimento pecudum. *Cic. pro L. Man. c.* 6. Et varietate fructuum, & magnitudine paſtionis.

Paſtŏmis, idis, f. παστομίς, inſtrumentum ferreum, ſive ligneum, quod ad cohibendos equum naribus, vel morſui imponitur. Vox eſt truncata, pro epiſtomis, ſeu proſtomis, quæ a νόμη, ας, *orie*. *Lucil.* Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

Paſtophŏri, m. 2. παστοφόροι, Sacerdotes ſacroſancti Ægyptiorum, honoratiores cæteris, quod pallium Iſidis ferrent, cui nomen παστός, a quo & ipſa Iſis Paſtophoros dicta eſt. *Apul. l.* 10. *A. A.* Cœtus Paſtophororum. *Id. l.* 11. Collegium Paſtophororum.

Paſtor, oris, m. *paſtore*, רועה, Ger. *hirt*, Gall. *berger*, Hiſp. *paſtor*, *zagal*, ποιμήν, qui curam habet paſcendi. *Cic. pro Flacc.* O paſtores neſcio quos cupidos literarum. *Juv. ſat.* 11. *v.* 151. Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci. Ubi adverte diſcrimen inter paſtorem, & bubulcum. nam ille proprie dicitur, qui ovium, & caprarum paſcendarum curam habet; hic vero qui boves paſcit. Quamquam non ſemper hæc differentia ſervatur. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 6. *ad fin.* Paſtor pavonum. *Colum. l.* 8. *c.* 2. *ante med.* Paſtor gallinarum.

Paſtorālis, le, o. 3. *paſtorale*, ποιμενικός, quod eſt paſtoris, vel quod ad paſtorem pertinet. *Cic.* 1. *de Divin.* At ille Romuli auguratus paſtoralis non urbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. *Liv. l.* 9. *c.* 36. Paſtoralis habitus. *Vell. l.* 1. *c.* 8. Paſtoralis manus. h. e. paſtorum caterva.

Paſtorālĭter, adv. more paſtorum. *Venant. Fortun. l.* 8. *in epiſtola, quæ eſt inter carmen* 14. & 15.

Paſtorĭtius, a, um, *paſtoreccio*, idem, ac paſtoralis. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 11. Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας ſine ulla paſtoritia fiſtula auferebamus. *Id. pro Cœl. c.* 11. Fera ſodalitas, & plane paſtoritia, atque agreſtis.

Paſtorius, a, um, idem, quod paſtoralis. *Ovid.* 2. *Met. v.* 682. Quo te paſtoria pellis texit. Adde *Plin. l.* 1. *c.* 17.

Paſtūra, æ, f. paſtio, paſtus. *Pallad. Septembr. tit.* 8. Uſque in Majum menſem ejus paſtura ſufficiet.

Paſtus, us, m. *paſtura*, σίτευσις, νομή, actus paſcendi, cibatio, pabulum, cibus. *Virg.* 4. *Georg.* Veſper ubi e paſtu vitulos ad tecta reducit. ¶ Tranſlate *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 23. Suaviſſimus paſtus animorum oblectatio ſolertiæ.

Paſtus, a, um, *paſciuto*, σιτισθείς, qui pabulum, vel cibum ſumpſit. *Cic. pro Cluent.* Ut etiam beſtiæ fame dominante plerumque ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, revertantur. *Id. pro Cluent. c.* 26. Quæſtu judiciario paſtos. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 8. *v.* 41. Agna gramine paſta. *Silius l.* 13. Mœror paſtus fletu. ¶ Paſtus in paſſiva ſignificatione probatur a pluribus Lexicographis ex *Plin. l.* 9. *c.* 3. ubi tamen res contra ſe habet: inquit enim de marinis belluis loquens; Exeunt & pecori ſimiles belluæ ibi in terram, paſtæque radices fruticum remeant.

Patagiārii, m. 2. qui patagia faciunt. *Feſt.* & *Plaut. Aulul.* 3. 5. 35.

Patagiāta veſtis, cui patagium aſſutum eſt. *Plaut. Epid.* 3. 2. 47. Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Patagium, ii, n. id, quod in muliebri veſte addebatur, ut clavus in virili. *Feſt.* Patagium eſt, quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet. quæ & patagiata dicitur, & patagiarii, qui ejuſmodi opera faciunt. *Non. c.* 14. *n.* 49. Patagium, aureus clavus, qui pretioſis veſtibus immitti ſolet. *Apul. de A. A.* Senſimque ſinecto patagio reſidentes.

Patĭgus, i, m. πάταγος, genus morbi, teſte *Feſto*, ideſt, ut putat *Scalig. in Conject.* capitis conquaſſatio, morbus peſtilens, qui nullum ſui relinquit indicium præter maculas in corporis partibus, a πατάσσω, *pulſo*, quod eo homines ſubito perculſi, ac ſtupefacti moriantur.

Patelēna, Dea, quæ frumento præerat, cum ejus folliculi patere inciperent. *Auguſt. de Civ. Dei l.* 4. *c.* 8.

Patalis, le, o. 3. idem, ac patulus, ut Bos patalis, qui cornua diverſa, & valde expanſa habet. *Feſt.* & *Plaut. Truc.* 2. 2. ſc. Ego rus hamaxari me mavelim patalem bovem.

Patăra, æ, f. *Patara*, *Patare*, Πάταρα, urbs Lyciæ, in ora maris Pamphylii, in colle, Xantho urbi proxima, al. prope oſtia Xanthi fl. Dicta eſt a Pataro filio Apollinis ex Lycia Xanthi filia, vel ab alio Pataro filio Lapeonis. Olim clara fuit templo, & oraculo Apollinis, ut Delphi. Dicitur Pataræ reſponſa dediſſe ſex menſibus hyemalibus, reliquis ſex menſibus Deli. Unde Patareus vocatus eſt. *Serv. in* 4. *Æn. verſ.* 143. & *Plin. l.* 5. *c.* 27.

Patarĕis, idos, adject. fœm. quæ eſt a Patara. *Avien. in deſcript. Orbis*, *v.* 684. Qua frons tenta ſalo Patareidos eminet arcis.

Patarĕus, a, um, adject. a Patara, Παταρεύς. *Horat. l.* 3. *od.* 4. Patareus Apollo. *Ovid.* 1. *Met. v.* 516. Patareaque regia ſervit.

Patavīnĭtas, atis, f. proprietas, ſeu ratio ſermonis Patavini. Refert *Quint. l.* 1. *c.* 5. Pollionem in T. Livii hiſtoria Patavinitatem deprehendiſſe, hus aſt peculiarem quandam ſermonis inflectendi rationem, quæ ab ipſius Romæ uſu aliquantum diſcederet.

Patavīnus, a, um, adject. *Padovano*, ad Patavium pertinens, ut Patavinus ager. *Plin. l.* 3. *c.* 16. ¶ Patavinæ tunicæ. *Martial. l.* 14. *epigr.* 143.

Patavium, n. 2. *Padova*, Παταούιον, urbs Venetiæ, in tribu Fabia, condita ab Antenore, Academia totius Europæ celeberrima. Ex hac urbe prodiere T. Livius, qui res Romanas ſcripſit, Paulus J. C. Stella Poeta, Valerius Setinus Flaccus Poeta, qui Argonautica ſcripſit Apollonium Rhodium imitatus, Voluſius Poeta, qui poſt Ennium rerum geſtarum P. R. annales confecit, & Aſconius Rhetor. *Virg. Æn.* 1. *v.* 231. Hic tamen ille (*Antenor*) urbem Patavi, ſedeſque locavit Teucrorum.

Patefaciendus, a, um, particip. paſſiv. manifeſtandus. *Arnob. lib.* 1. Inexplicabilis ratio fati clauſis patefacienda myſteriis.

Patefacio, is, eci, actum, a. 3. *aprire*, פתח, Ger. *offnen*, Gal. *ouvrir*, *manifeſter*, Hiſp. *abrir*, *manifeſtar*, ἀνοίγω, aperio, patentem facio. *Liv. l.* 2. Hoſtibus potius, quam Regibus, portas patefacere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* In ea parte iis, qua eſculentis, & poculentis iter natura patefecit. *Id. Fam.* 13. *ep. pen.* Huic ego aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio. *Idem* 1. *Off.* Patefacere aures aſſentatoribus. ¶ Tranſlate ponitur pro declarare, manifeſtare, palam facere. *Cicer. ad Q. Fr. l.* 2. Racilius rem patefecit. *Id. Att. l.* 12. *ep.* 15. Neque hoc tempore, nec antea patefeciſſet odium ſuum in me. *Id. de Amic. c.* 26. Patefacere verum, & illuſtrare. *Id.* 6. *Fam. ep.* 10. Liberto tuo me totum patefeci.

Patefactĭo, onis, f. *aprimento*, ἄνοιξις, apertio, manifeſtatio. *Cic.* 2. *Fin. c.* 2. Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cum, quid quidque ſit, aperitur, definitio eſt.

Patefactus, a, um, ἀνοιχθείς, partic. a patefio. *Cic.* 3. *Catil.* Quamquam patefactus indiciis, & confeſſionibus ſuis. *Id. pro Syll. c.* 16. Patefacta vocibus. *Id.* 2. *Div. c.* 23. Patefactus aratro lucem aſpexit Tages.

Patefio, is, factus ſum, n. paſſ. anom. ἀνοίγομαι, aperior, manifeſtor. *Propert. l.* 3. *eleg.* 20. Patefiunt nocte feneſtræ. *Terent. Phorm.* 3. 4. 6. Si hoc celetur, in metu, ſin patefit, in probro ſim.

Patella, æ, f. λεκάνιον, parva patina, & ab ea diminutivum, *padella*, *tegame*. *Hor. l.* 1. *ep.* 5. Nec modica cœnare times olus omne patella. *Mart. l.* 13. Quamvis lata gerat patella rhombum. ¶ Præterea patellæ dicebantur vaſa parva picata, ſacris faciendis apta, quæ erant forma velut capidula quædam. *Perſ. Sat.* 3. Cultrixque foci ſecura patella. *Cic.* 6. *Ver.* Patella grandis cum ſigillis, ac ſimulacris Deorum. ¶ Eſt & morbus arborum, al. clavus, & fungus. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Olea clavum etiam patitur, ſive fungum placet dici, vel patellam. ¶ Item os latum, molle, & cartilaginoſum, genu conſtituens. *Cel. l.* 8. *c.* 1. *ad fin.*

Patella, & **Patellāna**, Dearum nomina ſunt. *Arnob. l.* 4. Patellana numen eſt, & Patella, ex quibus una eſt patefactis, patefaciendis rebus altera præſtituta.

Patellarius, a, um, quod ad patellam ſpectat. Patellarii Dii, iidem ac Lares, ſic vocati, quia non a potu modo in focum, qui Larium ſedes, aliquid iis Veteres defunderent, ſed e cibis quoque in patella aliquid in focum deferrent, quemadmodum monet vetus Scholiaſtes in illud *Perſii Sat.* 3. Cultrixque foci ſecura patella. Ac tangit eum morem quoque *Varro apud Non. c.* 15. *n.* 6. his verbis: Oportet, bonum civem legibus parere, & Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας, ideſt parum carnis. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 46. Dii me omnes, magni, minutique, & Patellarii faxint, &c.

Patĕna, æ, f. idem ac patina, niſi quod patena labra grandia habet, teſte *Budæo*. *Col.* 12. *c.* 43. de uvis ſervandis: Ex ea creta, qua fiunt amphoræ, lata vaſa in modum patenarum fieri jubebat. Rectius tamen legitur *patinarum*. *Varr.* apud *Non. c.* 15. *n.* 26. Acetabula, catini, patenæ.

Patens, entis, o. *patente*, *aperto*, ἀναπεπταμένος, apertus. Differt a *patulo*, quia *patens* eſt, quod ad tempus patet, ut janua, *patulum*, quod ſemper patet, ut cœlum, arbor. Sed hæc differentia non obſervatur. *Cic.* 1. *de Div. c.* 1. Cum cœlum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur. *Liv. l.* 7. Via patentiore ad hoſtem ducuntur. *Colum. l.* 12. *c.* 45. Lagena, quæ ſit patentiſſimi oris. *Cic. pro Quinct.* Domus patens & expoſita cupiditati, & voluptatibus.

Patenter, adv. ἀναπεπταμένως, aperte. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 23. Sed patentius, & expeditius recti, & non recti quæſtionem continet.

Patĕo, es, ui, abſque ſupino, n. 2. *eſſere patente*, *eſſere aperto*, נפתח, Ger. *offenſeyn*, Gal. *etre manifeſte*, *apparoir*, Hiſp. *ſer manifeſto*, ἀνέῳγμαι, apertus ſum. Poſſis a πετάω, deducere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Similiter nares, quæ ſemper propter neceſſarias utilitates patent. *Id. in Somn. c.* 3. Huc tibi aditus patere non poteſt. ¶ Tranſlate eſt extendi. *Cic.* 1. *Off.* De tribus autem reliquis latiſſime patet ea ratio, qua &c. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Ante id oppidum planities millia paſſuum tria in longitudine patebat. ¶ Item in poteſtate eſſe. *Salluſt. in Catil.* Ubi cuncta maria, terræque patebant. ideſt in Romanorum poteſtate erant. *Cic. pro Mur.* Quod omnibus patet, & æque promptum eſt mihi, & adverſario meo. ¶ Item expoſitum eſſe. *Liv. l.* 1. *Bell. Mac.* In patentem vulneri equum, equitemque ſagittas conjicere poterat. ¶ Item obnoxium, ſive opportunum eſſe. *Celſ. l.* 2. *c.* 1. Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. ¶ Item permitti, concedi, dari. *Cic. pro Corn. Balb.* His præmiis, & his honoribus, quæ patent ſtipendiariis. ¶ Item conſtare, ſive manifeſtum eſſe, fere in 3. perſonis. *Cic.* 5. *Tuſc.* Cum pateat igitur, æternum id eſſe. *Plaut. Capt.* 3. 3. 9. Patent præſtigiæ. ¶ Uſurpatur ſæpe hoc verbum in rationibus, & ſupputationibus. *Cic. pro Roſc. Com.* Non habere ſe hoc nomen in Codice accepti & expenſi relatum, confitetur, ſed in adverſariis patere contendit. *Id. Phil.* 2. Ubi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod patet in tabulis, quæ ſunt ad Opis? ¶ Item de iis dicitur, qui corpora ad libidinem proſtituunt. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 134. & *Tibull.*

Pater, tris, m. *padre*, אב, Ger. *vatter*, Gal. *pere*, Hiſp. *padre*, πατήρ, qui aliquem genuit, genitor, parens, a Græco nomine allato. *Cic. pro Roſc. Amer.* Certo patre naſci. *Terent. Adelph.* 5. 7. 4. Tuus hercle vero & animo, & natura pater. *Claudian. de* 4. *Conſul. Honor. v.* 93. Patrem generare, *portar il de padre*. ¶ In plur. num. ſumitur pro majoribus, ſeu aſcendentibus, *gli avi*, *i maggiori*, *Cic.* 1. *de Orat.* Quid quod uſu memoria patrum venit, ut &c. *Id.* 1. *Verr.* Patres, majoreſque noſtri. ¶ Cum patrum noſtrorum memoria aliquid factum eſſe dicimus, inquit *Valla*, de proxima ætate intelligimus. itaque patrum nomine veniunt avi, abavi, proavi, atavi (non autem tritavi) itemque ſoceri, & reliqui majores in linea tranſverſa. *Plin. l.* 7. *c.* 3. Q. Metellus cum ſex relinqueret liberos, undecim nepotes reliquit, nurus vero generoſque, & omnes qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti ſeptem. ¶ Pater etiam nomen religionis eſt, & uſurpatur de Diis, tum Deorum, tum hominum quoque ratione. *Hor. l.* 1. *od.* 12. *de Jove*: Gentis humanæ Pater, atque cuſtos. *Virg.* 1. *Æn.* Divum Pater atque hominum Rex. ideſt Jupiter. Sed & ſimpliciter Jupiter *Pater* vocatur. *Virg.* 1. *Georg.* Ipſe Pater media nimborum in nocte coruſca fulmina molitur dextra. *Virg.* 3. *Æn.* Gradivumque Patrem, Geticis qui præſidet arvis. *ideſt* Martem. ¶ Etiam minoribus diis tribuitur. *Liv. l.* 1. *c.* 10. Tiberine pater. ¶ Sed peculiariter Baccho tribuitur. Cauſa eſt, quia teſte *Aug. de Civ. l.* 7. *c.* 21. Bacchum liquidis ſeminibus, ac per hoc & liquoribus fructuum, & ſeminibus animalium præfecerunt. *Virgil.* 2. *Georg.* Huc Pater o Lenæe veni. ¶ Similiter Pater nomen eſt reverentiæ. Ideo Romulus centum Senatores, quos ad Reip. curam elegit, Patres honoris cauſa vocavit. V. infra. *Virg.* 9. *Æn. de Auguſto*: Imperiumque Pater Romanus habebit. *Hor. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 126. non noſti, quid pater, inquit, Chryſippus dicat. ¶ Sumitur etiam pro effectore, conditore, creatore. *Virg.* 4. *Georg.* Oceanumque patrem rerum. ¶ Pater familias, vel familiæ, *padre di famiglia*, οἰκοδεσπότης, dicitur, qui primus eſt, & imperium habet in familiam. *Cic.* 2. *de Leg.* Ut ne morte patris familias ſacrorum memoria occideret. *Liv. l.* 1. Bos in Sabinis nata cuidam patri familiæ dicitur, &c. *Siſenna apud Varr. l.* 7. *de L. L.* Patrum familiarum. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. in fine*. Pauci milites, patreſque familias. ¶ Pater Patratus, princeps Fecialis. Inſtitutus eſt a Numa Pompilio, cum bellum Fidenatibus indicendum eſſet. Aliqui dicunt a Tullo Hoſtilio. Creabatur e Fecialibus, qui eum verbena caput, capilloſque tangens conſecrabat. Præerat fœderi faciendo. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Fecialis erat M. Valerius, is Patrem Patratum Sp. Fuſium fecit. Vide ibi reliqua, quibus Livius ceremonias a Patre Patrato ſervatas in ſanciendo fœdere perſequitur. ¶ Patres appellati ſunt ſenatores (qui initio centum fuere) a Romulo, cum primam

Digitized by Google

mum Senatum inſtituit, tum ob ætatem, quia ſeniores electi ſunt, tum quia ſic conſulere civibus, tanquam patres filiis debebant, ut ait *Florus l. 1. c. 1.* Adde *Salluſt. in Catil. c. 6.* & *Liv. l. 1. c. 8.* Poſt hos qui in Senatum adſcripti ſunt, *Patres Conſcripti*, & *Senatores minorum gentium* dicti ſunt. Hinc cum in Curiam vocabant, ita vocabant: *Qui Patres, quique Conſcripti*. Deinde qui propter Senatorum paucitatem rurſus in Senatorium ordinem ex equeſtri adſciti ſunt, *allecti* ſunt appellati. *Feſtus*. ¶ Quanquam hi omnes uno Patrum conſcriptorum nomine appellari conſueverunt. *Cic. Phil.* 13. Mutavit calceos, Pater Conſcriptus repente factus eſt. Quia cum eorum mentio fit, *Patres* plerumque abſolute vocantur, præſertim a *Livio* paſſim. ¶ Patris Patriæ honorificentiſſimum titulum primus meruit Cicero ob detectam Catilinæ conjurationem, qua de re is ipſe non ſemel glorıatus eſt; amiſſa vero Republica, promiſcue ſic appellati ſunt omnes fere Principes. V. *Senec. l. 1. de Clement. c. 14.*

Patĕra, æ, f. *tazza*, גביע, Ger. *ein weite trinckſchalen*, Gal. *coupe*, *taſſe a boire*, Hiſp. *copa*, *vaſo para bever*. φιάλη, poculi genus latum, ac patens, a *patendo*, quod pateat, diſpanſiſque labris ſit. *Varro l. 4. de L. L. Cic. in Hist.* Excepiſſe ſanguinem patera. *Id. 6. Verr.* Patera, qua mulieres ad res divinas uterentur. V. *Crater*.

Patercŭlus. V. Vellejus.

Paterfamilias. V. Pater.

Paternĭtas, atis, f. conditio & effectus patris. *Auguſtin. epiſt.* 232. Epiſcopali paternitate Eccleſiæ providere.

Paternus, a, um, *paterno*, πατρῷος, quod eſt patris. *Ter. Adelph. 3. 4. 4.* Pol haud paternum iſtuc dediſti. *Cic. 1. de Orat.* Egiſſetque lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius.

Patĕſco, is, ui, n. 3. *aprirſi*, נפתח, Ger. *ſich offnen*, *ſich auſſerbrn*, Gal. *ſtre découverte*, & *manifeſte*, Hiſp. *ſer manifieſto*, ἀνοίγομαι, aperior, patens fio. *Virg. Æn. 2. v. 483.* Et atria longa pateſcunt. ¶ Quandoque pro primitivo ponitur. *Liv. l. 22. c. 4.* Deinde paulo latior pateſcit campus. ¶ Translate uſurpatur pro apparere, manifeſtum fieri. *Virg. 2. Æn. v. 309.* Danaumque pateſcunt inſidiæ.

Patĕtan, i, n. πατήταν, palmæ genus. *Plin. l. 13. c. 4.*

Pathetĭce, adverb. affectus adhibendo, ſeu permovendo. *Macrob. Sat. 4. c. 6.* Utrumque Virgilius bene pathetice tractavit.

Pathetĭcus, a, um, παθητικός, quod conſtat affectibus, ut Pathetica oratio, quæ ad indignationem, ad miſericordiam, & cæteros animi motus dirigitur, apud *Macrob. l. 4. Sat. c. 2.* Adde *l. 4. c. 5. & 6.*

Pathĭcus, a, um, qui muliebria patitur, a παθεῖν, n. a. inf. act. verbi πάσχω, *patior*. Nonnullis placet paticus ſine aſpiratione, & deducunt a latino *patior*. *Juv. ſat. 6.* Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis. ¶ Per translationem pathicus etiam dicitur de rebus inanimatis, pro laſcivo, vel obſcœno. *Mart. l. 12. ep. 96.* Muſæi pathiciſſimos libellos.

Patĭbĭlis, le, o. 3. παθητός, quod perferri poteſt. *Cic. 3. Tuſc. c. 13.* Patibiles & dolores putandi. ¶ Item quod patitur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 12.* Cumque omne animal patibilem naturam habeat.

Patibulātus, a, um, adject. qui patibulum, ſeu furcam fert. *Plaut. Moſt. 1. 1. 53.* Te ſotabunt patibulatum per vias ſtimulis.

Patibŭlum, i, n. *patibola*, *forca*, *croce*, צליב, Ger. *ein galgen*, *ein ſparren*, Gal. *potence*, *levier*, *barre*, Hiſp. *horca*, *cruz*, σταυρός, pro, ſic idem ac furca, quo nomine intelligitur rectus ſtipes, ſed cum duobus cornibus, qui Græcæ literæ V figuram refert. Differt a cruce. Nam crux literæ T ſimilis erat. Veteres pro inſtrumento ſupplicii uſi ſunt. Facinoroſi inter cornua patibuli cervices interſerebant, eorumque manus cornibus ſive ramis alligabantur: exinde ſic geſtantes furcam ſive patibulum a pone ſequente carnifice, vel conſervis cædebantur virgis. *Plaut. Mil. 2. 4. 7.* Credo, tibi eſſe eundem actutum extra portam, diſpeſſis manibus patibulum cum habebis. *Tacit. l. 14. Ann. c. 33.* Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam redditurì ſupplicium, ac prærepta interim ultione, feſtinabant. *Sall. in frag. 4. hiſt. apud Non. c. 4. n. 355.* Patibulo eminens affigebatur. Quo ſimo patibulum pro ipſa cruce videtur uſurpari. V. *Salmaſ. in ep. de Cruc.* ¶ Patibulum item uſurpatum reperitur pro ſera lignea, qua oſtia clauduntur, teſte *Non. loc. cit.* qui cauſam nominis affert, quod hoc ligno remoto valvæ pateant. *Titinn. apud Non.* Si quiſquam hodie præter bene poſticum noſtram pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Eſt præterea patibulum lignum quoddam curvum, vel duo ligna tranſverſim alligata, quibus agricolæ vitium ramos curvant, quo fœcundiores ſint. *Plin. l. 17. 23.* Novarienſis agricola traducum turba non contentus, impoſitis etiamnum patibulis palmites circumvolvit. Adde *Caton. de R. R. c. 27.*

Patibŭlus, li, m. idem, ac patibulum, apud vet. teſte *Nonio*. *Lucil. Rerum. l. 11.* Deligata ad patibulum, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur.

Patibŭlus, a, um, adject. patibulatus. *Plaut. in fragment. Carbonar.* Patibulus ferar per urbem, deinde ſuffigar cruci. *Apul. l. 3. Metam.* Patibulum aliquem relinquere.

Patĭens, entis, o. *paziente*, ferens, tolerans. *Cic. 2. de Or.* In quo ego nimium patiens, & lentus exiſtimor. *Plin. l. 5. ep. 6.* Medius illa agros ſecat navium patiens, *navigabile*. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 14.* Meæ quoque literæ te patientiorem, leniorem que fecerunt. *Id. pro Lig. c. 8.* Non tam ut ne offendam tuas patientiſſimas aures. *Plin. l. 11. c. 37.* Patiens vetuſtatis, h. e. diu durans. *Virg. 2. Georg.* Talis patiens vomeris, h. e. quæ facile vomere proſcinditur.

Patienter, adv. *pazientemente*, ὑπομενόντως, patienti animo, toleranter, conſtanter, fortiter. *Cic. de Am. c. 25.* Alterum patienter accipere, non repugnanter. *Id. 2. Phil.* Quæ tuliſſe illum fortiter, & patienter ferunt. *Id. l. 1. Fam. ep. 8.* Si quidem homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. *Valer. Max. l. 4. c. 3. num. 11.* Iſta patientiſſime Cato toleravit.

Patientĭa, f. *pazienza*, *ſofferenza*, Ger. *gedult*, Gal. *patience*, Hiſp. *paciencia*, ὑπομονή, tolerantia. *Cic. 2. de Invent. c. 54.* Patientia eſt honeſtatis, aut utilitatis cauſa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpeſſio. *Id. 1. Catil.* Habes, ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis, & frigoris. *Id. 1. Off. c. 34.* Adoleſcentia a libidinibus arcenda eſt, exercendaque in labore, patientiaque & animi, & corporis. *Id. Agear. c. cap. 7.* Patientiam alicujus tentare. *Id. Catil. 1. a. 1.* Abuti patientia. *Tacit. in Agric. c. 16.* Britanniam uno prælio veteri patientiæ reſtituit, *all' antica ſoggezione, e ſervitù*. ¶ Interdum in malam partem accipitur pro nimia tolerantia, ſeu ſtupiditate. *Plin. l. 8. ep. 31.* Maritum non ſine aliqua reprehenſione patientiæ amor uxoris retardabat. *Porcius Latro apud Senec. l. 5. Controv. 15.* Ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium ſtuporem arguat.

Patĭna, æ, f. *tegame*, λοπάς, vaſis genus, quo utebantur ad condiendos, & coquendos piſces, & alia. Vulgo confundunt cum lance, & definiunt vaſis genus, quo dapes elixæ, & juſculentæ in menſam feruntur. Atqui lanx Græce eſt πίναξ, patina vero λοπάς, deinde lancibus & cibi ſimplices apponebantur, ut carnes aſſæ, fructus, & ſimilia, patinis vero id factum nuſquam legas, ut bene adverſus Guilandinum obſervat Scaliger, ſed iis ad condiendos, coquendoſque piſces, & alia utebantur. Itaque ut λοπάδες, ita patinæ quoque operculum habebant. Id vel docetur proverbio hoc apud *Hieron.* Dignum patella operculum (V. *Operculum*) Nam patella eſt dim. a *patina*. *Plin. l. 23. c. 2. de ſeco ſapa*: Decoquitur in patinis cum ſale, & adipe. *Cic. Attic. l. 4. ep. 8.* Multa me in opſoniis tua delectarunt, ſed nihil magis, quam patina tyrotarichi. *Ter. Eun. 4. 7. 46.* Jamdudum animus eſt in patinis. ¶ In menſis quoque patinarum uſus fuit. *Horat. l. 2. ſat. ult.* Affertur ſquillas inter muræna natantes In patina porrecta.

Patinarius, a, um, λοπαδοθήρας, quod eſt in patina conditum, vel repoſitum. *Plaut. Aſin. 1. 3. 28.* Vel patinarium, vel aſſum verſes. *Plaut. Menæch. 1. 1. 26.* Struices concinnat patinarias. *Id. Aſin. 1. 3. 28. de piſce:* Eum quovis pacto condias, vel patinarium, vel aſſum. h. e. in jure coctum. ¶ Patinarius abſolute dicitur gulοſus, heluo. *Sueton. in Vitell. c. 17.* Alias incendiarium, & patinarium vociferantibus.

Patior, eris, paſſus ſum, d. 3. *patire*, *ſoſtenere*, סבל, Ger. *leiden*, Gal. *ſouffrir*, Hiſp. *ſufrir*, *padecer*, πάσχω, fero, tolero, ſuſtineo, a παθεῖν, n. 2 inf. act. verbi πάσχω, ſive a verbali inus πάθη. *Plin. l. 17. c. 10.* Semina fruticentia ſupputare, & falcem pati conſueſcere. *Ter. Andr.* Qui me tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc. *Cic. 6. Phil. c. ult.* Aliæ nationes ſervitutem pati poſſunt. *Id. de Un.* Mundus per ſe, & a ſe & patitur, & facit omnia. ¶ Sæpe ponitur pro ſinere, permittere, æquo animo ferre, & conjungitur cum adv. *facile*, *ægre*, *indigne*, *moleſte*, vel cum abl. *æquo animo*, *iniquo animo*. *Cic. Catil. 1. c. 5.* Non feram, non patiar, non ſinam. *Id. Att. l. 12.* Quem jam etiam gravius accuſas, quam tua conſuetudo patitur. *Id. pro Roſc. Am.* Quare facile omnes patimur, eſſe quam plurimos accuſatores. *Hor. l. 1. od. 2.* Patiens vocari Cæſaris ultor. *Et od. 3.* Neque per noſtrum patimur ſcelus iracunda Jovem ponere fulmina. *Ter. Eun. 2. 1. 6.* Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. *Id. Heaut. 5. 5. 13.* Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam, *non poſſo conteneruni*. *Plin. l. 18. c. 10.* Nec ulla ſegetum dilationem patitur propter teneritatem, *non permette, che ſi differiſca*. *Tacit. 2. Ann. c. 48.* Ut honeſtam innocentium paupertatem levavit, ita prodigos, & ob flagitia egentes movit Senatu, aut ſponte cedere paſſus eſt. h. e. effecit, ut cederent, vel juſſit, *fece tanto, che &c.* ¶ Pati ævum dicuntur, quæ diu durant. *Colum. l. 2. c. 10.* Repoſitum in granario patitur ævum. ¶ Pati abſolute pro degere, vivere mala ferendo. *Virg. Ecl. 10.* Certum eſt, in ſilvis, inter ſpelæa ferarum Malle pati. *Senec. Thyeſt. v. 468.* Immane regnum eſt poſſe ſine regno pati. ¶ Particip. paſſurus. *Nepos 5. cap. 1.* Negavit Elpinice, ſe paſſuram, &c. ¶ Partic. *patiendus* paſſiva ſignificatione. *Ovid. 2. Amor. eleg. ult.* Lentus es, & pateris nulli patienda marito. ¶ Patio, is, active poſitione pro *patior*. *Naevius* apud *Diomed. l. 1. pag. 395.* Populus patitur: tu patias modo. *Vetus lex* apud *Cic. 3. de Leg. c. 4.* Doceri a magiſtratibus patiunto.

Patiſcens, is, particip. fatiſcens, hians. *Senec. ep. 94. verſus fin.* Fulgores cœli patiſcentis. Sic legit *Lipſius*.

Patmos, f. 2. Pathmos, *Palmoſa*, al. *Patino*, πάθμος, inſ. maris Icarii, al. maris Ægæi, una Sporadum, cum urbe. *Plin. l. 4. c. 12.*

Pator, oris, m. *apertura*, χάσμα, hiatus, & apertio, a *pateo*. *Apul. l. 3.* Quod altrinſecus ædium patore perflabili. *Scribon. Larg. Compoſit. 46. & 47.* Narium pator.

Patræ, arum, f. olim Aroe, Turc. *Badra*, & *Balubadra*, id eſt veteres Patræ, *Patras*, Πάτραι, Col. & urbs Achajæ, in Peloponneſo, apud Rhium prom. & in ſinu Corinthiaco, a *Patreo*, qui mœnia ampliavit. *Plin. l. 4. c. 4. Ovid. 6. Metam. v. 417.*

Patratio, onis, f. effectio, perfectio, conſummatio alicujus rei. *Velle. l. 2. c. 98.* Gentes feroſiſſimas in priſtinum pacis redegit modum, ejuſque patratione Aſiæ ſecuritatem reddidit, *conchiuſione della pace*.

Patrator, oris, m. alicujus rei auctor, effector. *Tacit. Ann. 14. c. 62.* Viſus idoneus maternæ necis patrator Anicetus. *Avien. in Arat. Phænom. v.* Auctor agendorum, propriique patrator, &c.

Patratus, a, um, *perfezionato*, *condotto a fine*, factus, perfectus, conſummatus, partic. a patro. *Tac. l. 2. Ann. c. 66.* Maluit patrati, quam incepti facinoris reus eſſe. *Velle. l. 2. c. 21.* Commiſſum, patratumque piaculum. Rurſus *Tacit. Ann. 11. c. 28.* Multas mortes juſſu Meſſalinæ patratas. *Id. 4. hiſt. c. 81.* Patrati remedii gloria penes Cæſarem. ¶ Pater Patratus V. Pater.

Patrenſis, e, ad Patram urbem pertinens. *Patrenſes*, *ium*, ſunt ejus urbis incolæ. *Cic. Fam. 13. ep. 19.*

Patrĭa, æ, f. *patria*, ארץ מולדת, Ger. *vatterland*, Gal. *patrie*, Hiſp. *patria*, πατρίς, urbs, ſive alius locus, in quo nati ſumus, *Cic. 1. Offic.* Chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? *Id. 5. Tuſcul. c. 37.* Patria eſt, ubi bene eſt. ¶ Aliquando & provincia ipſa, ex qua nati ſumus, patria vocatur. Unde *Salluſt.* Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit. ¶ In plurali num. *Plin. l. 7. c. 26.* Neque enim ipſi coronantur, ſed patrias ſuas coronant.

Patriānus, a, um, quod pertinet ad Patras urb. *Cic. l. 13. Fam. ep. 54.* Quod ei Patriana civitas decrevit, & dedit. Al. leg. Pariana, a Pario urbe Helleſponti.

Patriarcha, æ, m. *Patriarca*, Πατριάρχης, princeps patrum, vel primus pater. *Vopiſcus in Saturnino c. 8.* mentionem facit de Patriarcha Ægypti, ſeu Alexandrino. ¶ Apud *Tertul. de cor. mil. c. 19.* legitur *Patriarches* in recto ſingulari.

Patrĭce, adv. *da gentil' uomo*, πατρικῶς, more patricio, nobiliter, apud vet. *Plaut. Caſ. 1. 7.* At at ceſſo magnifice, patriceque, amiceque hero meo ire advorſum?

Patriciātus, us, m. Patriciorum dignitas. *Suet. in Aug. c. 2.* Ac rurſus magna vi per D. Julium in Patriciatum rediit. ¶ Alia fuit Patriciatus dignitas Conſtantini M. & ſequentium Imperatorum tempore, erant enim ejus ætatis Patricii Imperatori ipſi honore proximi, ejuſque amici & conſiliarii. V. *Caſſiod. l. 8. ep. 9.* de honore Patriciatus.

Patricii, m. 2. *Patrizii*, εὐπατρίδαι, qui e primis illis Patribus, qui a Romulo, vel ab aliis poſtea electi ſunt, oriundi erant, ita dicti, quia Patrum eſſent progenies. *Liv. l. 1. c. 8.* Patres ab honore, Patricii, qui progenies eorum, appellati. ¶ Qui dicunt, Patricios vocatos eſſe, quod patres ſuum ciere poſſent, iidem etiam Patricios primis Urbis annis aliud nihil fuiſſe, quam ingenuos aſſerunt. Cincius apud *Feſtum*, P. Decius apud *Liv. l. 10. c. 8.* ¶ Differebant a Senatoribus. Non enim omnes Patricii Senatores erant, ut perſpicuum eſt de fœminis, pueris, & pauperibus. Et præterea etiam ex plebe in Senatum legi cœperunt. *Tac. Ann. 11. c. 25.* Iiſdem diebus in numerum Patriciorum aſcivit Cæſar vetuſtiſſimum quemque ex Senatu. ¶ Patricii haud ſecus, ac Patres, alii majorum, alii minorum erant gentium. Majorum gentium patricii dicti ſunt, qui a primis illis patribus a Romulo allectis ſunt profecti: minorum gentium, qui a Patribus Conſcriptis, ſeu Allectis orti ſunt. *Tacit. loc. cit.* Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant. V. ibi *Lipſ.* ¶ Exire e Patriciis, eſt fieri Plebejum. *Cic. pro Dom.* Sed ut e Patriciis exeat, ut Tribunus Plebis fieri poſſit. ¶ Plura de Patriciis V. apud *Sigon.*

Digitized by Google

Sigon. de antiq. jur. Civ. Rom. l. 1. c. 7. Panvin. in 1. Faſt. & *Manut. de orig. Senatus.* ¶ Diverſi generis Patricii erant illi, qui a Conſtantino M. inſtituti fuerunt, & ſequentium Imperatorum temporibus celebrantur. V. *Patriciatus.*

Patricius, a, um, *πατρίκιος*, quod ad Patricios ſpectat, ut Patricia familia, Magiſtratus patricius, &c. *Cic. ad Brut.* Dum unus erit patricius Magiſtratus. *Vellej. l. 2. c. 59.* Patricia genitus familia. Patricius, vicus Romæ, quod ibi Patricii habitaverint, jubente Serv. Tullio, ut ſi quid adverſus ipſum molirentur, ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

Patricus caſus, h. e. genitivus, legitur apud *Varron. l. 7. L. L. & l. 8.* bis, ubique tamen alii leg. *patrius.*

Patrie, adv. *da padre*, affectu paterno. *Quinct. l. 11. c. 1.* Ut eum non inimice corripere, ſed patrie monere videatur.

Patrimis, e, adject. pro patrimus. *Feſtus.*

Patrimonialis, le, adject. *patrimoniale*, apud JCtos, ut patrimoniale munus, *l. 1. Dig. de mun. & honor.*

Patrimoniolum, li, n. parvum patrimonium. *Hieronym. ep. 10. ad Fur. ad fin.* Patrimoniolum meum quotidie perit.

Patrimonium, nii, n. *patrimonio, beni paterni*, [illegible], bona paterna, hereditas a patre relicta. *Cic. pro Rab. Poſth. c. 14.* Lautum, & copioſum patrimonium. *Id. pro Flac. c. 36.* Diſſipare patrimonium conviviis. *Id. 2. Offic. c. 15.* Patrimonium effundere. *Quintil. l. 3. c. 10.* Patrimonium exhaurire. ¶ Patrimonium Principis duplex erat, publicum, quod bona fiſcalia complectebatur; privatum, quod bona propria, ſeu patrimonialia. Ex quo intelliges locum illum *Juſtin. l. 2. c. 10.* de privato Darii patrimonio, & *Jul. Capitolin. c. 7.* de patrimonio privato Antonini pr. Huc referendum eſt illud *Ulpian. l. Cum ſervus in fine, dig. de Legat. 1.* Prædia in formam patrimonii redacta. h. e. publica facta, hic enim nomine *patrimonii* intelligitur fiſcus.

Patrimus, a, um, ille, cui pater ſuperſtes eſt. Illi, quibus uterque parens in vivis erant, conjunctim patrimi, & matrimi appellabantur. Dicebantur autem vel patrimi matrimi, vel patrimi, & matrimi, quomodo vocantur in veteri inſcriptione p. 121. edit. Geſter. *Liv. l. 37.* Patrimi omnes, matrimique ad id ſacrificium adhibiti. *Catull. epigr. 1.* Patrima virgo, h. e. Minerva. *Tacit. 4. hiſt. c. 53.* Cum pueris puellisque patrimis, matrimiſque.

Patriſſo, as, avi, atum, n. 1. patrem imitor, *πατρίζω, πατριάζω*. *Ter. Adelph. 4. 2. 23.* Laudo, Cteſipho, patriſſas. *Plaut. Pſeud. 1. 5. 27.* Miraris, ſi patriſſat filius? ¶ Scribitur & *patrizo.*

Patritus, a, um, *πατρῷος*, quod eſt patris, ut avitus quod eſt avi. *Cic. 1. Tuſc. c. 19.* Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam, & avitam, ut ait Theophraſtus, Philoſophiam excitavit. Alii leg. *patriam.* *Varro* apud *Non. c. 2. n. 703.* Patrito, & avito more precabamur. Affertur & locus *Plaut. Mil. 3. 1. 190.* ſed dubia eſt lectio.

Patrius, a, um, *patrio, natio*, *πατρικός*, quod eſt patriæ, vel patris. *Cic. pro Flac.* Ut ſenſum jam percipere poſſit ex mœrore patrio. *Id. 1. de Orat.* Hic enim eſt mos patrius Academiæ adverſari ſemper omnibus in diſputando. *Virg. 2. Æn. v. 279.* Patrii muri. *Id. 6. Æn. 308.* patria decedens ponere terra. ¶ Patrius caſus dicitur a Grammaticis caſus genitivus, fortaſſe quod a recto tanquam a patre oriatur. V. *Patricus.*

Patrizo. V. Patriſſo.

Patro, as, avi, atum, a. 1. [illegible], proprie notat rem Veneream conſummare, liberis operam dare, a *pater*, ut docet *Scholiaſtes in Perſ. ſat. 1.* ad illud v. 18. patranti fractus ocello. ¶ Frequentius tamen accipitur pro rem quamvis perficere, aliquid jam inceptum ad finem perducere, vel ſimpliciter pro efficere, *fare, condur' a fine.* *Sall. in Catil.* Si Romæ ſocii incepta patraviſſent. *Liv. l. 23. c. 8.* Si forte abeſſe, dum facinus patratur, malis. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Patrare promiſſa. h. e. præſtare. *Tacit. 4. hiſt. c. 83.* Patrare juſſa, h. e. exequi. ¶ Patrare bellum, dictum eſt a *Salluſt. Vellei. Tacit.* & *Floro*: quam phraſim ſancte & antique uſurpari, affirmat *Quintil. l. 8. c. 3.* licet, inquit, a nobis rideantur, ſi diis placet: quam culpam non ſcribentium quidem judico, ſed legentium, tamen vitandam. Hæc *Quintilianus* ideo ſcripſit, quia verbum hoc obſcœnam etiam, ut dictum eſt, habuit notionem. ¶ Patror, aris, deponenti forma aſſertus a quibuſdam Lexicographis, & probatur illo *Lucretii* carmine *l. 5. v. 386.* Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur. Quod tamen ſi attente expendatur, non ſatis certum conficit.

Patrocinium, nii, n. *patrocinio*, [illegible], Ger. *ſchurz*, Gal. *defenſe, protection*, Hiſp. *padronazgo*, [illegible], protectio, tutela, defenſio. *Feſt.* Patrocinia appellari cœpta ſunt, cum plebs diſtributa eſt inter Patres, ut eorum opibus tuta eſſet. *Cic. 2. Off.* Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium, poterat nominari. *Id. 1. de Orat.* Arripere patrocinium æquitatis. *Id. 1. de nat.* Suſcipere patrocinium. *Id. 2. de Fin.* Repudiare patrocinium voluptatis.

Patrocinor, aris, atus ſum, d. 1. *difendere, proteggere*, Ger. *einen vertheidigen*, Gal. *defendre, proteger*, Hiſp. *defender*, [illegible], imbecilliorem protego vel verbo, vel facto. *Quinct. l. 6. c. 4.* Sic, ut non homini patrocinemur, ſed fidei. *Plin. l. 14. c. 2.* Patrocinante vicinitate. *Mirr. de R. Hiſp. c. 29.* Adverſarii patrocinari loco iniquo non deſinunt, *difendere il poſto.*

Patroclianus, a, um, adject. a Patroclo. *Martial. l. 12. epigr. 78.* Sellas ante petit Patroclianas. Ubi publicas quaſdam Romæ latrinas intelligere videtur.

Patroclus, m. 2. *Πάτροκλος*, Menœtii filius, & Sthenelea, qui occiſo per ludum aſtragalorum Cleonymo, ſeu, ut aliis placet, Æane Amphidamantis filio, ſolum vertens Phthiam venit, ubi a Peleo propter generis propinquitatem ſuſceptus eſt, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctiſſima amicitia junctus vixit. Poſtea etiam cum Achille ad expeditionem Trojanam profectus eſt, ubi armis Achillis indutus, quo tempore ille iratus Agamemnoni propter ereptam ſibi Briſeidem bello abſtinebat, cum Hectore pugnans, ab eodem confoſſus occubuit. Quod cum reſciviſſet Achilles, acceptis a Thetide matre aliis armis a Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, amici mortem vindicaturus, Hectoremque interfecit.

Patrona, æ. f. quæ aliquem defendit. *Teren. Eun. 5. 2. 48.* Te mihi patronam cupio, Thais. *Cic. 2. de Or.* Provocatio patrona illa civitatis, ac vindex libertatis. *Martial. l. 7. epigr. 71.* Ut vocem mihi commodes patronam. Ubi videtur adjective uſurpari.

Patronalis, le, adject. ut verecundia patronalis, h. e. quæ patrono debetur, *l. 20. ff. de donat.*

Patronatus, us, m. patrocinium humilium, & pauperum. Jus patronatus a Romulo originem habuit. Nam poſtquam populum in Patricios, & Plebejos diviſit, & ſancivit, ut Patricii auſpicia haberent, ſacra curarent, Magiſtratus gererent, jus dicerent, ſecum Remp. adminiſtrarent, Plebeii agros colerent, pecus alerent, artes quæſtuoſas exercerent; ne ſeditiones orirentur, Patricios patronos Plebis, Plebejos clientes Patriciorum eſſe conſtituit, commendans Plebem Patribus, & unicuique de Plebe liberam optionem tribuens, ut ſibi, quem vellet, patronum eligeret. Hoc igitur ſanctiſſimum neceſſitudinis vinculum, quo Patricios, & Plebejos inter ſe aſtrinxit, ex parte Patriciorum *patronatum*, ex parte plebejorum *clientelam* appellavit. *Dionyſ. l. 2. Manut. de orig. Sen. Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. c. 7.* De jure Patronatus mentio ſæpe fit a JCtis *l. 3. & 21. tit. 14. l. 37. Digeſt.* & *in Cod. l. 1. tit. 3. leg. 20.*

Patronus, ni, m. *tutore, difenſore*, [illegible], Ger. *ein fürſprach, beſchirmer*, Gal. *defenſeur, advocat*, Hiſp. *patron, defenſor*, *προστάτης*, qui aliquem in periculo defendit, quia patris ſit loco. *Feſt.* ¶ Proprie patroni apud Romanos Patres, ſeu Patricii fuere, ex Romuli inſtituto, qui Patricios patronos Plebis, Plebejos Patrum clientes eſſe conſtituit. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 7. Cic. pro Sext.* Qui propter ſalutem illius urbis Conſulatu conſervatam meo me unum patronum adoptavit. ¶ Quoniam vero patronorum officia fuere, ut clientes omnibus in rebus tuerentur, ut potiſſimum ut iis incognita jura traderent, cauſamque eorum in foro, re poſtulante, defenderent, factum eſt, ut patronus pro oratore, ſive actore cauſarum uſurparetur. *Pedianus in Divin. Verr. c. 4.* Qui defendit aliquem in judicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt, aut advocatus, ſi jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam accommodat amico, aut procurator, ſi negotium ſuſcipit, aut cognitor, ſi præſentis cauſam novit, & ſic tuetur ut ſuam. *Cic. 2. Off.* Judicis eſt ſemper in cauſis verum ſequi, patroni nonnunquam veriſimile, etiamſi minus ſit verum, defendere. ¶ Eſt etiam *patronus* correlativum *liberti*, & ſumitur pro domino, qui ſervum libertate donavit. *Cic. l. 13. Fam.* Quod eſt in patronum ſuum officio, & fide ſingulari. *Id. 10 Fam.* Ut Antonium libertum in patroni ejus negotio tueare. ¶ Tranſlate pro quovis defenſore ponitur. *Cic. pro Balb.* Patroni fœderum, & fœderatorum. *Id. pro Syll.* Patronus criminum. *Id. Tuſc. 3.* Patronus ærarii. *Id. de Amic. c. 7.* Patronus juſtitiæ.

Patronymicum nomen, *πατρωνυμικὸν ὄνομα*, eſt, quod fit ex nomine patris, avi, vel alius ex majoribus, & ſignificat filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel alium ex deſcendentibus, ut *Pelides*, Achilles filius Pelei, *Æacides*, Achilles nepos Æaci: Item ex nominibus Regum, urbium, fluminum, &c. V. *Priſcian. l. 2. & alios Grammat.*

Patruus, a, um, *πατρῷος*, patrius, paternus. Apud *Catull. epigr. 1.* ubi habetur *patrona Virgo*, alii leg. *patrua*, eodem ſenſu.

Patrueles, m. 3. *fratelli cugini*, [illegible], Ger. *bruder kinder*, Gal. *couſins*, Hiſp. *primos*, *ἀνεψιοί*, patruorum filii, ideſt, ut ait *Nonius*, marium fratrum filii, & filiæ: ut ſororum duarum, aut plurium filii inter ſe ſobrini, & filiæ ſobrinæ dicuntur, ut *Cajus Dig. l. 38. tit. 10. leg. 1. & 10.* docet. *Cic. 5. Fin. c. 1.* Et L. Cicero frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. ¶ Item filii ſororum patris. Hinc Q. Metellus Celer dicitur a *Cic. pro Cæl. c. 24.* frater patruelis Clodii, quia mater Clodii ſoror fuerat patris Metelli.

Patruelis, le, c. 3. *ἐξάδελφος*, quod eſt ex parte patrui. *Ovid. ep. 14. v. 61.* Quid metuam necem patruelis Regna tenendo?

Patruus, i, m. *zio*, [illegible], Germ. *ein vetter*, Gall. *oncle*, Hiſp. *tio*, *θεῖος, πρὸς πατρός, πατράδελφος*, frater patris, quod ſit quaſi patris loco. *Cic. 3. Verr.* Patruo teſtimonium dicente. ¶ *Patruus magnus*, frater avi, *patruus major*, frater proavi, & patruus avi, qui & *propatruus* dicitur, *patruus maximus*, frater abavi, qui & *abpatruus* appellatur. V. *leg. 1. Dig. de gradib.* Patruum ſapere, apud *Perſ. ſat. 1. v. 10.* eſt ad ætatem gravem accedere, cum patrui mores induimus, h. e. ſeveros. Hinc & *Cic. pro Cæl.* Qui in reliqua vita mitis eſſet, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter.

Patruus, a, um, adject. a patruo, uſurpatur pro ſevero, & aſpero; quia patrui nepotes caſtigare acrius, quam patres ſolent. *Horat. l. 3. od. 12.* metuentes patruæ verbera linguæ. *Manil. l. 5. v. 433.* Tutoriſque ſupercilium, patruumque rigorem. ¶ Jocularitur *Plaut. Pœn. 5. 4. 24.* Patrue mi patruiſſime.

Patulcius, m. V. Cluſius.

Patuſſco. V. Paſtillico.

Patulus, a, um, *patente, aperto*, *ἀνοικτός*, quod ſemper patet, apertum, extenſum, latum. *Cic. 2. Fin.* At illa, quæ in concha patula pinna dicitur. *Id. de Or.* Patulis ramis diffuſa platanus. *Ovid. 3. Met.* Patulum os. *Col. l. 6. c. 1.* Nares reſimæ, & patulæ. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 70.* Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures. ¶ *Patuli boves* qui ſint, V. in *Camurus.*

Pava, æ, f. *paoneſſa*, fœmina in genere pavonum. *Auſon. epigr. 69.* Pavaque de pavo conſtitit ante oculos.

Paucies, adv. etes. *Titin.* apud *Non. 2. n. 681.* Uxorem meam paucies videbo. Legitur & *paucitus.*

Pauciloquium, ii, n. *βραχυλογία*, paucitas ſermonis. *Plaut. Merc. 1. 2. 32.* Contumelia, & diſpendium, multiloquium, pauciloquium.

Paucitas, atis, f. *poca numero, pochezza*, *ὀλιγότης*, exiguus numerus. *Cic. 2. de Orat. c. 2.* Quanta Oratorum ſit, ſemperque fuerit paucitas. *Id. 1. de Inv.* Paucitas in partitione ſervatur. *Curt. l. 3. c. 3.* Ad paucitatem redigi.

Pauculus, dimin. a paucus. *Cic. Att. l. 5.* Ut ibi pauculos dies eſſes. *Terent. Heaut. 4. 6. 24.* Loquitur paucula. ¶ In ſingul. numero exempla non vidimus.

Paucus, a, um, *poco*, [illegible], Ger. *wenig*, Gal. *peu*, Hiſp. *poco*, *παῦρος*, quod eſt exigui numeri, cui *multus* opponitur, a græca voce allata. *Cic. 5. Tuſc.* Quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. *Plaut. Pœn. 5. 4. 34.* Rem in pauca conferre. *Plin. l. 10. c. 59.* Anſeres plurima ova ſexdecim, pauciſſime ſeptem. *Tacit. 1. Ann. cap. 27.* Cum paucis Centurionibus, paucioribus Tribunis. ¶ *Paucis*, ablativ. abſolute, pro paucis verbis. *Virg. 6. Æn.* Reſponſum paucis reddere. *Id. 4. Æn.* Paucis docebo. Sic *Teren. Andr. 5. 3.* Pateſ, licet ne pauca? S. Quid dicis mihi? ¶ In ſingulari numero fere obſoletum eſt. *Hygin. fab. 194.* Poſt paucum tempus nuntiatur. ¶ In dativo plur. *paucubus* pro *paucis* dixit *Gell. hiſtoricus* apud *Chariſ. l. 1. pag. 39. Putſch.* V. dicta in *Aſina.*

Pavefactus, a, um, particip. a pavefio. *Ovid. 13. Met. v. 878.* Aſt ego vicinum pavefacta ſub æquore mergor.

Pavendus, a, um, timendus, partic. a paveo. *Plin. l. 8. c. 23.* Nec pedibus pavendos tantum ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento.

Pavens, entis, o. *pauroſo*, [illegible], qui timet, partic. a paveo. *Ovid. 2. Met.* Colligit amentes, & adhuc terrore paventes Phœbus equos.

Paventia, æ, fem. Dea paventis, quæ terret Infantes. *Auguſtin. de Civit. Dei, lib. 4. cap. 11.*

Paveo, es, pavi, ſine ſup. n. 2. *aver paura, temere*, [illegible], Germ. *ſich fürchten*, Gal. *avoir grand peur*, Hiſp. *tener miedo*, [illegible], timeo, trepido, tremo. *Cic. 3. Phil. c. 5.* Pavet animus apud concilium illud pro reo dicere. *Hor. Epod. 12.* Paves atres agna lupos. *Ter. Andr. 2. 2. 12.* Id pavet, ne te ducas illam. *Ovid. 9 Met.* Pectora pavent metu. ¶ Videtur autem diſcrimen eſſe inter *timeo*, & *paveo*, quod timere occultum metus affectum denotat; qui autem pavet, cum pallore, & tremore ſe prodit. *Tacit. Ann. 4. c. 70.* Idipſum paventes, quod timuiſſent. Neque tamen hoc perpetuum eſt apud Auctores.

Paveſco, is, neut. 3. *temere*, [illegible], timidus fio, vel idem ut timeo. *Colum. l. 6. c. 1.* Ne ad hujuſmodi tactum poſtmodum paveſcant.

Pa.

Digitized by Google

Tac. Ann. 1.2.4. Bellum plures pavefcere. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Paveſcere ſenſim, & quaſi albeſcere.

Pavere, frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant. *Feſt.*

Paveratus, a, um, adject. denſus, calcatus, ut paverata veſtis. Vide Paveratus.

Pavibundus, a, um, adject. pavens. *Arnob. l.* 7. Pavibundæ trepidationes.

Paviclla, æ, f. inſtrumentum, quo area denſatur, æquaturque, a *pavio*. Gloſ. *Pavicula*, ὁμαλιστῆρες. *Cat. c.* 139. *R. R.* Comminuito terram, & cylindro, aut pavicula coæquato. Adde *Col. l.* 11. *c.* 3.

Pavide, adv. *timidamente*, περιδεῶς, timide, meticuloſe. *Liv. l.* 5. *c.* 39. Quæ ad Alliam tam pavide fugerat.

Pavidus, a, um, *timido*, חרד, Ger. *erſchrocken*, Gal. *craintif*, Hiſp. *medroſo*, περιδεής, qui natura timidior eſt, qui ſemper timet, *Virg.* 8. *Æn.* Stant pavidæ in muris matres. *Sil. l.* 10. *v.* 65. Tabin' pavidiſſime dignum me vita, pulchraque indignum morte putaſti? *Plin. l.* 11. *c.* 37. Quos pavidiores accepimus. ¶ Pavidus etiam dicitur, qui pavidot facit. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 16. pavidos excute corde metus. *Lucret. l.* 2. *v.* 44. Pavidæ religiones. *Stat. l.* 5. *Theb. v.* 567. pavidi ferus incola luci. ¶ *Pavidum* adverbialiter pro pavide. *Ovid.* 9. *Met. v.* 568. Deque ſuis unum famulis pudibunda vocavit, Et pavidum blandita, &c.

Pavimentatus, a, um, in quo pavimentum ſtratum eſt, partic. a pavimentor. *Cic. pro Dom.* In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat. Adde *ad Q. Fr. lib.* 3. *epiſt.* 1. *cap.* 1.

Pavimento, as, avi, atum, a. 1. *fare pavimento*, Ger. *ein eſtrich ſchlagen*, Gal. *paver*, Hiſp. *achar ſuelo*, ἐδαφίζω, pavimentum facio, pavimento ſterno. *Plin. l.* 27. *c.* 4. Ergo pavimentandum, ubi ſata ſit, cenſent.

Pavimentum, ii, n. *pavimento*, *terraccio*, קרקע, Germ. *ein eſtrich*, Gall. *pavé*, Hiſp. *ſuelo de caſa*, ἔδαφος, domus ſolidamentum, ſive incruſtatio, quam gradiendo calcamus, a *pavio*. *Cato c.* 18. *R. R.* Ibi de teſta arida pavimentum ſtruito, ubi ſtructum erit, pavito, fricatoque, oleoque perungito, uti pavimentum bonum ſiet. *Juven. ſat.* 14. *v.* 60. Verre pavimentum, & nitidas oſtende columnas. *Cic. Q. Frat. l.* 3. *epiſt.* 1. *c.* 1. Pavimentum facere. ¶ Pavimentorum plura apud veteres genera recenſet *Plin. l.* 36. *c.* 25.

Pavio, is, ivi, itum, a. 4. *percuotere*, הכה, Ger. *ſchlagen*, *gleich machen*, Gal. *paver*, *batre la terre*, Hiſp. *piſonar la tierra*, παίω, percutio, cædo, tundo, apud cet. a verbo Græco allato, inſerto *v* conſono, quomodo ab ᾠόν, ſit *ovum*. *Cat. c.* 18. Ubi ſtructum erit, pavito. *Cic.* 2. *de Div. c.* 34. Neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire.

Pavitans, antis, o. timens, partic. a pavito, *Virg.* 6. *Æn.* Vix adeo agnovit pavitantem.

Pavitatio, onis, f. trepidatio. *Apul. de Mundo*. Quorum pavitatione quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant.

Pavito, as, avi, atum, a. 1. *temere molto*, ὑποτρέμω, valde timeo, freq. a *paveo*. *Lucr. l.* 2. *v.* 57. Quæ pueri in tenebris pavitant. *Ter. Hec.* 3. 1. 40. Uxorem Philumenam pavitare neſcio quid dixerunt.

Pavitus, a, um, percuſſus, calcatus. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Pavitumque ſolum habeat. *Plin. l.* 9. *c.* 10. Terra pavita, & complanata.

Paulatim, adv. *a poco a poco*, מעט מעט, Germ. *nebiſd*, *allgemach*, Gall. *peu a peu*, Hiſp. *poco a poco*, κατὰ μικρόν, ſenſim, leniter. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 17. Cujus amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. ¶ Reperitur cum genit. pro paulolum. *Cat. c.* 47. Aquæ paulatim addito. ¶ Scribitur & *paullatim*.

Paulianus, a, um, adject. a Paulo, nom. proprio, ut Pauliana reſponſa, h. e. Pauli JCti, *in præfat. in Pandect. ad Antecoſſ.* §. 5. Sic Pauliana victoria. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 11. *n.* 1. h. e. a L. Paulo parta.

Paulinus, i, & Paulina, æ, nomen Romanum, ut Suetonius Paulinus, Lollia Paulina, &c. apud *Tac.* & *Plin.* ¶ Paulinus Epiſcopus Nolanus ſcripſit epiſtolas, & carmina, floruitque circa ſæculi IV. finem, & initium V. Auſonii diſcipulus fuit, & amicus. V. *Auſon. epigr.* 24. ¶ Paulinus alter, Petrocorius (vel Petricordius) dictus a Petrocorio Aquitaniæ oppido, ſcripſit metro vitam S. Martini, vixitque Sec. V. annis circiter 40. poſt Nolanum.

Paulisper, adv. *poco tempo*, *per poco tempo*, מעט, Germ. *ein kleine zeit*, Gal. *un peu de temps*, Hiſp. *un rato*, ὀλίγον χρόνον, velut paulum temporis. *Cic.* 1. *de Leg.* Paulisper faceſſant, rogamus. *Ter. Heaut.* 2. 2. *in fin.* Paulisper mane. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 12. Paulisper eſt libido homini ſuo animo obſequi. ¶ Scribitur & *paullisper*.

Paulo, & Paullo, adv. *un poco*, idem ac paulum, niſi quod *paulum* poſitivis, *paulo* comparativis, & præpoſ. ante, & *poſt* jungitur. *Cic.* 2. *Verr.* Ego autem Ædilis, hoc eſt paulo amplius, quam privatus. *Id.* 6. *Verr.* Imo vero modo, ac plane paulo ante vidimus. *Suet. in Tib.* quaſi neque rediturus unquam, & cito mortem etiam obiturus, quod paulo minus utrunque evenit. h. e. propemodum, pene. Rurſus *Cic. de Orat.* De quibus paulo poſt dicemus. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 20. Poſt paulo tamen cognoſcunt. ¶ Paulo magis interdum ponitur pro nimium. *Cic. in Brut. c.* 21. Et lubenter verbis etiam uti paulo magis priſcis. ¶ Paulo mox, eſt ſtatim, cum parvo intervallo. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Sicut paulo mox docebimus.

Paululatim, adv. dim. a paulatim. *Apul. l.* 1. *Metam.* Paululatim labellis minuens. Alii aliter legunt.

Paululum, ſeu paullulum, adv. *alquanto*, *un pochetto*, ἐπὶ μικρόν, paulisper, dim. a paululum. *Ter. Eun.* Paululum opperirier ſi vis. *Cic.* 4. *Acad.* Et paululum ante dicendum eſt.

Paululus, ſeu paullulus, a, um, *pochetto*, μικρός, parvus, exiguus, dim. a *paulus*, quod a *parvus*. *Ter. Adel.* Agelli hic ſub urbe eſt paululum. *Liv. l.* 8. *c.* 11. Pro paulula via magnam mercedem Romanis eſſe ſolvendam. *Liv. l.* 35. *c.* 11. Equi, hominesque pauluſi, & graciles. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 8. Habeo paululum, quod requiram.

Paulum, ſeu paullum, adv. *poco*, ἐπὶ μικρόν, dim. a *parum*. *Teren. Eun.* Quaſi vero paulum interſit. *Cic.* 1. *Acad.* Paulumque cum ejus villa abeſſemus. *Quintil. l.* 12. *c.* 3. *ad fin.* Paulum aliquid in ſcholis ſederunt.

Paulus, vel Paullus, m. 2. Παῦλος, cognomen gentis Æmiliæ, Latina puſillus exponitur. Hac cognomine celeberrimus eſt L. ille Æmilius, qui in prælio Cannenſi pro patria occubuit. *Cic.* 1. *de Div.* Item Africani minoris pater. *Cic. in Brut.* Item ille, qui Perſen vicit. *Cic.* 1. *Agr.* 4. *Conſil. pro Mur.* &c. ¶ Jul. Paulus Juriſconſultus Patavinus fuit, auditor Papiniani, tempore Alexandri Severi.

Paulus, ſive paullus, a, um, idem ac parvus, vel paucus. *Plaut. Curc.* 1. 1. 31. Venus de paullo hoc paullulum dabo tibi. *Ter. Andr.* 1. 5. 31. Paullo momento huc, illuc impellitur. *Id. Aud.* 5. 3. *in fin.* Pro peccato magno paulum ſupplicii ſatis eſt patri. ¶ *Poſt paulum*, eſt paulo poſt. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Sed de propoſitorum diverſitate poſt paulum.

Pavo, onis, m. *pavone*, טוס, Ger. *pfaw*, Gal. *paon*, Hiſp. *pavon*, ταώς, avis vario pennarum fulgore conſpicua, quam Poetæ Junonis tutelæ aſſignarunt, a græca voce efficta. Junoni ſacra eſſe dicitur, cujus illa caudam ornaſſe fingitur oculis Argi a Mercurio interempti. V. *Ovid.* 1. *Met. fab.* 13. ¶ Tradunt, hanc avem glorioſam eſſe. Laudata enim expandit colores adverſo maxime Sole. Malevola etiam eſt, quippe quæ fimum ſuum reſorbet invidens hominum utilitati. *Ovid. l.* 1. *de ar. am. v.* 627. Caro ejus diutiſſime incorrupta ſervatur. V. *Plin. l.* 10. *c.* 20. *Juven. ſat.* 1. *v.* 143. Et crudum pavonem in balnea portas. ¶ Fœmina dicitur pava. Sed tamen uterque ſexus pavo appellari poteſt cum appoſitione horum nominum *maſculus*, & *fœmina*. *Colum. l.* 8. *cap.* 11. Maſculus pavo gallinaceam ſalacitatem habet. Et *paulo poſt*: Nam pavones fœminæ, quæ non incubant.

Pavonaceus, a, um, quod pavoni ſimile eſt. *Plin. l.* 36. *c.* 22. At quæ vocant pavonacea tegendi genera. Alii legunt *pavimentata*. h. e. pavimentorum more conſtructa.

Pavoninus, a, um, quod ex pavone eſt, ut Muſcarium pavoninum, ex pavonum caudis confectum. *Col. l.* 8. *c.* 5. Pavoninum ovum. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. Si ova gallinis pavonina ſubjicies. Quidam leg. *pavonia*.

Pavonius, V. Pavoninus.

Pavor, oris, m. 3. *paura*, פחד, Germ. *forcht*, Gall. *peur*, Hiſp. *miedo*, δέος, timor, *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. Pavorem, metum mentem loco moventem, ex quo illud Ennii, Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. *Virg.* 3. *Georg.* haurit corda pavor pulſans. *Liv. l.* 24. Pavorque circa eam ceperat milites. ¶ Pavorem, & Pallorem Tullus Hoſtilius Deos conſecravit. *Liv. l.* 1. *c.* 27. *Auguſt. de Civ. Dei l.* 6. *c.* 10. *Lactan. l.* 1. *c.* 20.

Pauper, eris, o. *povero*, אביון, Germ. *arm*, Gall. *pauvre*, Hiſp. *pobre*, πένης, inops, indigens, tenuis, cui parca, & anguſta res familiaris eſt, a παῦρος, paucus. *Cicer. in Parad.* Sed etiam inopes, ac pauperes exiſtimandi ſunt. *Stat. l.* 1. *Theb.* Lis eſt de paupere Regno. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 142. Pauper Opimius argenti poſiti intus, & auri. *Cic. in Verrem. cap.* 12. Sis ne ex pauperrimo dives factus in illo ipſo anno. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 2. Et carmen vena pauperiore fluit. h. e. ſteriliore. *Quintil. l.* 10. *c.* 5. Pauper, & jejuna eloquentia. *Plaut. Rud.* 5. 1. 17. Pauperes. *Ter. Andr.* 4. 5. Quæ ſeſe inhoneſte optavit parare hic divitias potius, quam in patria honeſte pauper vivere. Sunt qui legunt *paupera*. Invenitur enim & *pauper*, *ra*, *rum*. *Plaut. in fragm.* Paupera hæc eſt mulier. *Cal. Aurel. Tard.* 1. *c.* 1. Caput carnibus pauperum. *Varro tamen l.* 7. *de L. L.* improbat hujuſmodi terminationem.

Pauperatus, a, um, adject. *impoverito*. *Sidon. l.* 6. *ep.* 12. Defectio civium pauperatorum.

Pauperculus, a, um, *poveretto*. *Ter. Heaut.* 1. 1. 44. Eſt e Corintho hic advena anus paupercula. *Var. l.* 1. *de R. R. cap.* 17. Ut pletique pauperculi cum ſua progenia.

Pauperies, ei, f. 5. idem ac paupertas. *Horat. l.* 3. *od.* 24. Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis & facere, & pati. ¶ Pauperiem facere, *danneggiare*, eſt damnum inferre, propter quod quis pauperior fiat. Hinc tit. in *Pandect. l.* 9. *tit.* 1. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Pauperius, adv. comparativ. *più poveramente*. *Tertul. de cult. fœm. c.* 11. Ex quo facta eſt Chriſtiana, pauperius incedit.

Paupero, as, avi, atum, a. 1. *impoverire*, πένητα ποιῶ, pauperem facio. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 27. Boni viri me pauperant, improbi alunt. ¶ Uſurpatur etiam cum accuſ. & ablat. pro privare. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 33. Quem te contemptum caſſa nuce pauperet.

Paupertas, atis, f. *povertà*, עני, Germ. *armuth*, Gal. *pauvreté*, Hiſpan. *pobreza*, πενία, pauperis conditio, egeſtas, inopia, anguſtia rei familiaris. *Var. l.* 1. *L. L.* Pecunia, quæ erat parva, ab ea paupertas dicta eſt. *Cic.* 2. *Off.* Vita, mors, divitiæ, paupertas omnes homines vehementiſſime permovent. ¶ Paupertatem quidam ab egeſtate ita diſtinguunt, ut egeſtas ſit, quando ad victum neceſſaria deſunt, paupertas, quando licet non ſint opes, tamen neceſſaria ſuppetunt. *Martial. l.* 11. *epigr.* 33. Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil. *Cic. in Parad.* Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. ¶ In plur. num. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 714. Horum temporum divitias, & illorum paupertates. ¶ Paupertas a poetis Dea fingitur, filia Herebi, & Noctis. *Boccat. l.* 1. *Gen.*

Paupertatula, æ, f. *Hieronym. in epitaph. Marcellæ ad Princip. virgin. in fin.* Et ea paupertatulæ ſuæ reliquit hæredem.

Paupertinus, a, um, idem ac pauper. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 715. Quod ſi paupertina ſit elegantia. *Gell. l.* 20. *c.* 1. In jus vocato paupertino homini.

Pausa, æ, f. *pauſa*, נוח, Ger. *ruhe*, *ſtillhaltung*, Gal. *pauſe*, Hiſp. *pauſa*, παῦσις, ἀνάπαυσις, cessatio, requies alicujus rei, a prima voce græca allata, quæ a παύω, *ceſſo*. In veteri quadam inſcriptione *pauſſa* gemino *ſſ* legitur. *Plaut. Rud.* 4. 6. 2. Aliquando oſculando melius eſt, uxor, pauſam fieri. *Lucret. l.* 3. *v.* 944. mortem vocat frigidam vitæ pauſam. ¶ Uſus fuit hujus vocis in ſacris Iſidis, in quibus qui Anubis ſimulacrum circumferebant, ſubinde ſubſiſtere ſolebant, ut commodius hymnos in ejus laudem canerent. *Spartian. in Carac. c.* 9. Cum Antoninus Commodus ita ea (ſacra Iſidis) celebraverit, ut & Anubin portaret, & pauſas ederet.

Pausabilis, le, adject. ſubinde ceſſans, ut pauſabilior inſpiratio. *Cal. Aurel. Acut.* 2. *c.* 13.

Pausarius, m. 2. κελευστής, portiſculus, ille, qui modos dat remigibus, a *pauſa*, quia pro ejus imperio remiges vel remigare incipiunt, vel pauſam faciunt. *Senec. ep.* 56. Ut audire vel pauſarium poſſim voce acerbiſſima remigibus modos dantem. ¶ Pauſarii item dicti ſunt Iſidis Sacerdotes, qui in ejus Deæ ſacris pauſas explebant. V. Pauſa. *Vet. Inſcript.* apud *Salmaſ. in Spartiani Carac. c.* 9. Corpora pauſariorum, & argentariorum Iſidi, & Oſiri manſionem ædificavimus. Ita explicat ibi *Salmaſ.*

Pausatio, onis, f. ceſſatio, pauſa. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 41. Poſt pauſationem cœnæ.

Pausatus, a, um. *Arnob. l.* 5. Et ſauciat pectus pauſatæ circa arboris robur. Ubi alii leg. *pauſate*, h. e. per pauſas, certo modo, ῥυθμῷ. Nam quid ſit pauſata arbor, non conſtat apud Interpretes.

Pausia, f. 1. genus olivæ, a *paviendo*, quia non emittit oleum, niſi antequam molæ ſubjiciatur, paviatur, ſeu tundatur, ut *Serv.* tradit in 2. *Georg.* & *Iſid. l.* 17. *c.* 7. *Colum. l.* 5. *c.* 8. & *l.* 12. *c.* 48. *Virg.* 2. *Georg. v.* 86. Et amara pauſia bacca. Legitur & *pauſea*.

Pausiacus, a, um, adject. ad Pauſiam pictorem pertinens. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 95. Vel cum Pauſiaca torpes inſane tabella.

Pausias, æ, pictor Sicyonius, cujus tabulam Lucullus duobus talentis emit. V. *Plin. l.* 35. *c.* 11.

Pausilypum, i, n. villa Campaniæ prope Neapolim, ita dicta ab amœnitate, ſcilicet ἀπὸ παύσεως τῆς λύπης, a curæ, mœrorisque ceſſatione. *Plin. l.* 9. *c.* 53.

Pauso, as, avi, atum, n. 1. *ceſſare*, ἀναπαύομαι, quieſco, a pauſa. *Plaut. Trin.* 1. 2. 150. Pauſa, viciſſim caſtigatorem tuum.

Pausulani, m. 2. pop. Piceni, quorum ager Pauſulenſis, & pag. *Paſule*, in agro Firmano. *Plin. l.* 3. *c.* 13.

Pausus, i, Deus pauſam, & quietem afferens. *Arnob. lib.* 1. Vide *Turneb. l.* 15. *c.* 21.

Pavus, i, maſc. idem ac pavo. *Gell. lib.* 7. *cap.* 16. Pavus e Samo præſtantior eſt.

Pauxillatim, adverb. *a poco a poco*, κατὰ μικρόν, paululum, ſenſim, pedetentim.

Digitized by Google

tentim. *Plaut. Epid.* 5. 2. 63. Cœpi ſurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere.

Pauxilliſper, adv. paoliſper. *Plaut. Truc.* 2. 5. v. 21. Plus decem pondo e-moris pauxilliſper perdidi.

Pauxillo, adv. dimin. e paulo, un *pochettino*. *Celſ.* l. 5. c. 28. Medium habet pauxillo levius.

Pauxillulum, adv. un *pochettino*. *Plaut. Rud.* 3. 4. 24. Occipito modo illis afferre vim joculo pauxillulum.

Pauxillulus, a, um, dim. a pauxillus. *Ter. Phorm.* 1. 1. 3. Jampridem apud me reliquum pauxillulum nummorum. *Plaut. Stich.* 1. 3. 9. Pauxillulam famem. *Gel. in præfat.* Pauxillulas admonitiones.

Pauxillum, adv. parum admodum, e *pauluium*. *Plaut. Capt.* 1. 2. 73. Sed ſi pauxillum potes contentus eſſe.

Pauxillus, a, um, *pochino*, [illegible], dim. a paululus. *Lucret.* l. 1. v. 835. Oſſa pauxilla, atque minuta. *Plaut. Pan.* 3. 1. 62. Res eſt pauxilla.

Pax, acis, f. *pace*, שלום, Ger. *fried*, Gal. *paix*, Hiſp. *paz*, εἰρήνη, publica tranquillitas, a *pacis*, per contractionem, quomodo vox eſt e vocis, *Rex* a Regis, *dux* e ducis, &c. *Pacis* autem eſt a *pacere*, ſive *pagere*. Sic enim veteres, *Fabio* teſte, dicebant pro pangere. *Cicer.* 3. *Phil.* Pactio pacis. *Id.* 3. *Off. cap.* 30. Pacem cum Samnitibus fecerant. *Id.* 10. *Fam. ep.* 27. Pacem inter aliquos conciliare. *Liv.* l. 30. c. 35. Pacem impetrare. *Id.* l. 2. c. 13. Pacem componere. Rurſus *Cic. Phil.* 7. c. 8. Pacem cum aliquo habere. *Id. de Senect.* Ad pacem inclinare. ¶ Uſurpatur & in plur. num. *Var.* apud *Non.* c. 3. n. 631. Quibus de cauſis, & quemadmodum conſtituerint paces. *Horat.* l. 1. *ep.* 1. Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecundi. ¶ Interdum ſumitur pro quacunque quieta. *Cic. in Soma.* Quæſo, ne me e ſomno excitetis, & pax ſit rebus. ¶ Item pro venia. *Virgil.* 3. *Æneid.* Sed votis, precibuſque jubent expoſcere pacem. ¶ Item pro propitiatione. *Virg.* 4. *Æn.* Pacemque per aras exquirunt. ¶ *Pace tua*, vel *pace alicujus*, honeſtus eſt reprehendendi modus, prius capta venia. ideſt tua venia, te non iraſcente, te non inſo. *Ter. Eun.* Pace quod fiat tua. *Cic. in Tuſc.* Pace tua dixerim. *Id.* 1. *de Or.* Pace horum dixerim. *Vellei.* l. 2. c. 129. Pace majeſtatis ejus dixerim. ¶ Pax etiam adverbium Comicum eſt, & ſignificat tantummodo vel ſilentium, aut quietem, imperantis eum habet. *Teren. Heaut.* 4. 3. Unus eſt dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius. *Plaut. Mil.* 3. 1. 212. Quam nominem? Pa. Glyceram. Pl. Nempe eandem, quæ dudum conſtituta eſt. Pa. Pax, abi. ¶ *Flor.* l. 4. c. 2. Ubi pax fluminis redit. h. e. ubi exundatio deſiit, & flumen non amplius infeſtum fuit. ¶ Pax ab Romanis pro Dea habita, & culta eſt. *Ovid Faſt.* 1. *ad fin.* Ejus templum magnificentiſſimum Romæ fuit prope forum. *Sueton.* in *Veſpaſ.*

Paxæ, arum, inſulæ duæ in Jonio mari. *Plin.* l. 4. c. 12.

Paxillus, m. 2. *palo*, יתד, Germ. *ein klein pfahl*, Gall. *pieu*, Hiſp. *palo*, [illegible], [illegible], palus. Aliqui cenſent eſſe dimin. a *palus*. Alii contra *palum* a *paxillo* derivant, ut *Cic.* in *Orat.* c. 45. *Colum.* l. 8. c. 8. Paxillis adactis tabulæ ſuperponantur. *Var.* apud *Non.* c. 2. n. 649. Ubi dicatur patruus Zenon novem barbam novo paxillo ſuſpendiſſe.

P ANTE E.

Peccāmen, inis, n. peccatum. *Prudent. Apotheoſ.* v. 915. tincta roſlo peccamine principis Adæ.

Peccanter, adverb. male, prave. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. c. 1. Hoc peccanter definiunt.

Peccantia, æ, &

Peccatela, æ, f. voces ſunt barbariem ſonantes, quas uſurpat *Tertul. de Anim.* c. 40. & *adv. Jud.* c. 10.

Peccatio, nis, f. peccatum. *Gel.* l. 13. c. 20. Peccatus, quaſi peccatio, recte laſineqoa dicitur.

Peccator, oris, m. qui peccat. *Lactant.* l. 3. c. 26. Da injuſtum, inſipientem peccatorem. Adde *Tert. Apol.* c. 7.

Peccatorius, a, um, adject. *Tertul.* l. 2. *adv. Marcion.* c. 24. Male non peccatoria, ſed ultoria.

Peccatrix, icis, f. quæ peccat. *Tertul. de Spectac. cap.* 3. Gens peccatrix. Adde *Hieronym. ep.* 61. *ad Pammach.* c. 2.

Peccatum, ti, n. *peccato*, חטא, Germ. *ſund*, *fehl*, Gall. *peche*, Hiſp. *pecado*, ἁμαρτία, quicquid fit contra officium, culpa, crimen, ſcelus, delictum. *Cic de Amic.* Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaveris. *Id. Att.* l. 3. *ep.* 14. Scio nos noſtris multis peccatis in hanc ærumnam incidiſſe.

Peccatus, us, m. idem ac peccatum. *Cic.* 4. *Ver. c. ult.* Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur. Sic legendum putat *Gel.* l. 13. c. 20. ita enim ſcriptum ſe inveniſſe in uno atque altero antiquiſſimæ fidei libro Tironiano. Nihilominus alii *peccato*.

Pecco, as, avi, atum, n. 1. *peccare*, חטא, Germ. *fehlen*, *ſundigen*, Gal. *pecher*, Hiſp. *pecar*, ἁμαρτάνω, delinquo, labor, offendo, culpam committo. *Ter. Adelph.* 2. 1. Verum in iſtam partem potius peccato tamen. *Cic.* 4. *Ver.* Si denique uno aliquo in genere peccaſſet. ¶ Uſurpatur etiam cum accuſ. præſertim communi. *Plaut Bacch.* 3. 3. 30. Si unam peccaviſſes ſyllabam. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat. ¶ Item paſſive. *Teren. in prol. Eun.* Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt. *Cic.* 1. *Off. cap.* 10. Quo in genere etiam in Rempub. multa peccantur. ¶ Item imperſ. *Cic.* 1. *Offic.* Ne quid in eo genere peccetur. ¶ Interdum peccare ſtricte ſumitur pro ſcortari. *Hor.* l. 1. *ſat.* 2. v. 63. intereſt, in matrona, ancilla, peccesne togata. *Martial.* l. 1. *ep.* 35. Incuſtoditis, & apertis, Lesbia, ſemper liminibus peccas. ¶ Peccare erga aliquem, pro in aliquem, *Plaut* eſt *Aulul.* 4. 10. 62.

Pecorarius, m. 2. *pecoraio*, [illegible], qui pecora publica redimit, ut inquit *Aſcon.* Romani enim vetuſtiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. Optimi Codices habent *pecuarius*.

Pecorinus, a, um, [illegible], quod pecudis eſt, ut caro pecorina. *Var.* apud *Diomed.* l. 1. Pecorinæ deletæ literæ.

Pecorōſus, a, um, *che abbonda di pecore*, [illegible], quod pecore abundat. *Propert.* l. 4. *eleg.* 9. Venit ad invictos pecoroſa Palatia montes. *Stat.* 4. *Theb.* v. 45. pecoroſaque Phyllos.

Pecten, inis, m. *pettine*, Ger. *ſtrahl*, Gall. *peigne*, Hiſp. *peyne*, κτείς, inſtrumentum textorum, quo ſubtegmen ſtamini immittitur, ſeu quo fila in tela ſiguntur, a *pecto*. *Virg.* 1. *Georg.* v. 294. Arguto conjux percurrit pectine telas. ¶ Item inſtrumentum, quod capillos explicat, a ſimilitudine pectinis textorum. *Ovid.* 4. *Metam.* Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. ¶ Eſt quoque ruſticum inſtrumentum, *raſtello*. *Colum.* l. 2. c. 21. Alii pectinibus ſpicam ipſam legunt. *Ovid. de remed. amor.* v. 92. Et tonſam raro pectine verrit humum. ¶ Item pubes, ideſt locus, ubi pili ad verenda naſcuntur, *pettignone*. *Juvenal. ſat.* 6. v. 370. Inguina traduntur medicis jam pectine nigro. ¶ Eſt & inſtrumentum, quo citharam pulſamus, πλῆκτρον. *Virg.* 6. *Æn.* v. 647. Jam pectine pulſat eburno. ¶ Item pectines ſunt piſces, qui ſe ex aqua jaculantur ſagittæ modo. *Horat.* 2. *ſer. ſat.* 4. v. 34. Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum. ¶ Pectines item in arboribus, & earum materia dicuntur rectæ per longitudinem pectinum modo lineæ, & intervalla, ideſt diſcurſus ille venarum rectus, in longitudinem porrectus, cujuſmodi in pectine conſpiciuntur dentes. Ita a *Plinio* appellantur l. 16. c. 38. & alibi. Pecten Veneris, herba eſt, a pectinis ſimilitudine. *Plin.* l. 24. c. 19. ¶ Digiti pectine juncti, V. *Pectinatim*.

Pectinārius, re, adject. a pectine. *Vet. Inſcript. apud Fabret.* p. 701. Accepto Chiæ ſervo pectinari lanari ſodalem poſuere.

Pectinātim, adv. a *guiſa di pettine*, κτενωτῶς, ad pectinis ſimilitudinem, & quaſi denticulatim. *Plin.* l. 9. c. 33. Cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata. *Id.* l. 8. c. 25. Pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie. *Id.* l. 28. c. 6. Digitis pectinatim inter ſe implexis, quod *Ovid.* 9. *Met.* dixit digitos inter ſe pectine junctos. h. e. ita complicatis manibus, ut digiti utrinque eminentes pectinis figuram referant. *Vitruv. lib.* 1. *cap.* 5. Fundamenta pectinatim diſpoſita, quemadmodum ſerræ dentes ſolent eſſe, collocentur.

Pectinātus, a, um, adject. in modum pectinis factus, ut pectinatæ manus, apud *Apul.* l. 6. *Metam.* V. Pectinatim. ¶ Pectinatum tectum dicitur a ſimilitudine pectinis, in duas partes devexum, ut teſtudinatum in quatuor. *Feſt.*

Pectino, as, avi, atum, a. 1. κτενίζω, eſt ruſtico inſtrumento, quod pectinem vocant, ſpicas legere, vel ſegetem metere. *Plin.* l. 18. c. 21. Quorum ubertas pectinari ſegetem in herba cogat.

Pectitus, a, um, *pettinato*, [illegible], pexus. *Colum.* l. 12. 1. 3. Præparatæ ſint, & pectitæ lanæ. ¶ Tranſlate accipitur pro culto, polito. *Colum.* l. 10. v. 94. Verum ubi jam puro diſcrimine pectita tellus depoſito ſqualore nitet.

Pecto, is, pexui, vel pexi, pexum, & pectitum, a. 3. *pettinare*, Germ. *ſtrahlen*, *kæmen*, Gal. *peigner*, Hiſp. *peinar*, κτενίζω, explico, & pando capillum, e πέκω, inſerto c. *Hor.* l. 1. *Carm. od.* 15. Nequicquam Veneris præſidio ferox pectes cæſariem. ¶ Jumenta quoque, aliave animalia pecti dicuntur, cum ſordes eorum, & pili decidui ſtrigili diſtinguuntur. *Virg.* 7. *Æn. de cervo*. Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat. ¶ Dicitur etiam de lana, lino, & hujuſmodi. *Plin.* l. 9. c. 1. Et ipſa ſtuppa pectitur ferreis hamis. ¶ Terram pectere, eſt ſubigere, purgare, & parare ſationi. *Colum.* l. 10. v. 147. ferroque bicorni Pectat, & algentem ſulcis exterminet herbam. ¶ Tranſlate *Plaut. Rud.* 3. 2. 32. Opinor, leno pugnis pectitur. *Id. Captiv.* 4. 2. 116. Fuſti pectito.

Pectorāle, is, n. 3. [illegible], genus armaturæ, quo pectus munitur. *Plin.* l. 37. c. 7. Fecit & Sp. Carvilius Jovem, qui eſt in Capitolio, victis Samnitibus, a pectoralibus eorum, ocreiſque, & galeis.

Pectorālis, le, c. 3. [illegible], quod ad pectus pertinet. *Celſ.* l. 8. c. 1. In exiguo ſinu pectoralis oſſis.

Pectorōſus, a, um, *pettoruto*, [illegible], quod eſt magni, & validi pectoris. *Colum.* l. 8. c. 2. Sint ergo matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. *Catul. in Priap.* Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

Pectus, oris, n. *petto*, חזה, Ger. *bruſt*, Gal. *poitrine*, Hiſp. *pecho*, στῆθος, anterior pars animalis a gula uſque ad ventrem. Pectus homini tantum latum eſt, reliquis animalibus carinatum, ut ait *Plin.* l. 11. c. 37. *Cic. de Amic.* c. 26. In amicitia, niſi, ut dicitur, apertum pectus videas, tuumque oſtendas. ¶ Metonymice accipitur pro corde, quod ſub pectore latet, vel pro ipſo animo, quem in corde reſidere nonnulli antiquorum putaverunt. Hinc fit, ut, cum aliquem perfecte, & ſyncere a nobis amari velimus ſignificare, dicamus, nos illum amare ex toto pectore. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 18. Amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur. *Liv.* l. 5. c. 59. Unde novum in Bruti pectore ingenium. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 4. Non tu corpus eras ſine pectore. h. e. ſine animo, aut prudentia. *Virg. Ecl.* 1. Quam noſtro illius labatur pectore vultus. *Martial.* l. 9. *epigr.* 15. fidæ pectus amicitiæ.

Pectuſcŭlum, i, n. diminut. parvum pectus. Habet quidem hanc vocem *Hieron. epiſt.* 22. *cap.* 13. at in *Plauto*, quem affert *Danetius*, invenire non potuimus.

Pecu, u, n. 4. idem ac pecus. *Priſcian.* l. 6. *Charſ.* l. 1. *Feſt. Non.* c. 2. n. 691. *Serv. in* 3. *Georg. Plaut. Rud.* 2. 3. Non vides me referre oviduum rete, ſine ſquamoſo pecu? *Plin.* l. 8. c. 43. Nec æquinoctio verno, ut cætera pecua, admittitur, ſed ſolſtitio. *Liv.* l. 35. c. 21. In agris pecua obliſe. *Lucret.* l. 6. v. 1131. Pecubus balantibus. ¶ *Pecuda*, etiam pro pecua dixere, teſte *Non. loc. cit.* ubi exempla affert ex *Nævio*, *Siſenna*, & *Cic.* l. 4. *de Repub.*

Peculis, le, adject. pecuarius. *Sedul.* l. 1. Edidit humanas animal pecuale loquelas.

Pecuaria, æ, f. *arte paſtorale*, [illegible], ſcientia parandi, ac paſcendi pecoris, ut fructus ex eo capiatur, quæ & res pecuaria dicitur. *Var.* l. 3. *de R. R.* c. 1. Tres libros inſtitui, e queis duos ſcripſi, primum ad Fundaniam uxorem de agricultura, ſecundum de pecuaria ad Turanium Nigrum. ¶ Sumitur etiam pro grege pecudum. *Var. de R. R.* l. 3. 1. 2. Duo cum ſint genera paſtionum, unum agreſte, in quo ſunt pecuaria, alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ. ¶ Item pro loco, in quo pecorum greges conſiſtunt. *Var.* l. 2. c. 1. Cujus nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Sed hoc exemplum, & ſimilia etiam de gregibus pecudum intelligi poſſunt.

Pecuaria, orum, n. *greggi di pecore*, pecorum grex, [illegible]. *Virg.* 3. *Georg.* v. 64. mitte in Venerem pecuaria primus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34. Cujusnam præſidio pecuaria credemus?

Pecuarius, a, um, [illegible], quod ad pecus pertinet, ut Res pecuaria, ideſt greges pecudum. Canis pecuarius, qui pecudes cuſtodit a luporum voracitate, & injuria, apud *Col.* l. 7. c. 12. *Cic. pro Quinct.* c. 3. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta, & fructuoſa. ¶ Pecuariam rem facere, [illegible], eſt armenta, gregeſque alere. *Suet. in Caſ.* c. 42. Neve hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter paſtores haberent.

Pecuarius, ii, m. *paſtore*, [illegible], qui pecorum curam habet, vel qui pecuarias habet, aliterque. *Cic. pro Dejot.* 1. 9. Ut non ſolum Tetrarcha nobilis, ſed optimus paterfamilias, & diligentiſſimus agricola, & pecuarius haberetur. *Liv.* l. 10. *cap. ult.* Damnatis aliquot pecuariis.

Pecuaſcĕre, pecus alere, paſcere, vel in paſcua mittere. In veteri Decreto Arbitrum finium regundor. apud *Gruter. pag.* 204. *a med.* In eo agro pecuaſcere liceat.

Pecūda, orum. V. Pecu.

Pecudālis, le, adject. pecualis. *Martian. Capell.* l. 7. Non minus ſenſus, quam nominis pecudalis.

Pecuīnus, a, um, quod pecoris eſt, ut Pecuina oſſa, *Apul. lib.* 8. *Metam. ſub fin.*

Peculātor, oris, m. [illegible], qui pecuniam publicam, & ea, quæ ad Rempub. ſeu Principem pertinent, furatus. *Cic.* 3. *Offic.* Neque etiam de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

Peculatōrius, a, um, adject. a peculio, ut peculatoriæ oves, quas ſervis, aut

Digitized by Google

aut filiisfamilias ſunt in peculio. *Varr. l. 4. de L. L.*

Peculātus, us, *furto del danaro publico*, Germ. *diebſtal gemeins guts*, Gal. *larcin du bien public*, Hiſp. *hurto de las rentas publicas*, ἀπάτη τῶν δημοσίων, furtum pecuniæ publicæ, aut Principis. *Cic. 3. Verr.* Hæc ad aliam quæſtionem, atque ad peculatus judicium pertinere. *Id. pro Flacc. c. 18.* Peculatus damnari. ¶ Lege peculatus tenebatur, ſi quis pecuniam publicam ſurripuiſſet, vel, ut ſurriperetur, curaſſet: ſi quis in aurum, argentumve, aut æs publicum quid indidiſſet, vel immiſcuiſſet, feciſſetque dolo malo, quo id pejus fieret. Hæc præterea ſunt in crimine peculatus: ſi quis Imperator pecuniam ex præda captam penes ſe privatim retinuiſſet, eamque nec in triumpho tuliſſet, nec in ærarium retuliſſet. ¶ Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis. Nam qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuerat, in quadruplum damnabatur, cæteris autem aqua, & igni interdicebatur. Poſtea irrogata eſt alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit, propterea ut in repetundis, ſic in peculatu æſtimationes fiebant litium, contraque hæredes, ut ſcripſit *Papinianus ad legem Juliam peculatus*, actio dabatur. *P. Manut. l. de legib. Rom.*

Peculiāris, re, o. 3. quod ex peculio eſt, ſeu ad peculium pertinet. *Plaut. Aſin. 3. 1. 37.* Etiam opilio, qui paſcit alienas oves, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſolatur ſuam. ¶ Quoniam vero etiam peculium dicebatur, quod a filiusfamilias ſeponebatur, uſu receptum eſt, ut peculiaris uſurpetur pro proprio, ſpeciali, præcipuo, nec cum aliis communi, *particolare*, Germ. *das eigen iſt*, Gall. *propre, particulier*. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 12.* Hoc vero mihi peculiare fuerit hic etiam iſto frui. *Id. pro Flacc.* Venio ad Lyſanium ejuſdem civitatis, peculiarem tuum Deciane teſtem. ¶ Peculiare edictum dicitur, quod peculiariter ad certam rem eſt propoſitum. *Cic. 3. Verr.* Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis, &c.

Peculiarĭter, adv. ex peculio, in peculio. *Paul. l. 3. §. ſalvus, ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Quod quædam etiam ignorantes poſſideamus, ideſt quæ ſervi peculiariter paraverunt. ¶ Fere ſumitur pro ſpecialiter, præcipue, *ſpecialmente, particolarmente*, Germ. *ſonderlich*, Gal. *particulierement*, Hiſp. *eſpecialmente*, ἰδίως. *Quintil. l. 8. c. 10.* Commune nomen alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem, Romam accipimus. *Plin. l. 20. c. 7.* Medicina peculiariter efficax. *Id. l. 36. c. 20.* Hæmatites peculiarius ſplendet. Alii leg. *clarius*.

Peculiātus, a, um, *danaroſo*, peculio inſtructus, nummatus, pecunia abundans. *Aſin. Pollio Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Plane bene peculiatus. ¶ Obſceno ſenſu in *Priap. carm. 52.* Penſilibus pulcre peculiatus.

Peculĭo, as, a. peculio dono, locupleto. *Plaut. Perſ. 2. 2. 20.* Scelus tu pueri es: atque ob iſtam rem ego te aliquid peculiabo. ubi ambigue ludit *Plaut.* alludens ad verbum *peculium*, quod obſcenum etiam ſenſum habet. Sunt qui exponunt; aliquid a te auferam; q. d. peculio te multabo.

Peculiŏlum, li, n. parvum peculium. *Quintil. l. 1. c. 5.* Vitium, quod fit per quantitatem, ut magnum peculiolum, erunt qui ſolœciſmum putent.

Peculiōſus, a, um, χρηματώδης, qui peculii multum habet. *Plaut. Rud. 1. 2. 24.* Peculioſum eum eſſe decet ſervum, & probum.

Pecūlium, ii, n. *peculio*, סגולה, Germ. *eigenthumb*, Gall. *bien propre*, Hiſp. *peguxal*, ἀργύριον, quidquid alicuius labore, & induſtria partum eſt, a *pecus*, quia veterum bona, teſte *Plut. in Poplicola*, in pecudibus conſiſtebant, illi circa pecudes negotiabantur, & ex pecudibus opes parabant. Quare apud veteres nomen generale fuit ad quodcunque patrimonium, ſeu ad quaſcunque opes, quorumcunque eſſent; poſtea conſuetudine loquendi factum eſt, ut peculium de ſervis diceretur, pecunia de patrefamilias; peculii, inquam, nomine id comprehenderetur, quod ſervus, dum adhuc in poteſtate domini eſſet, induſtria ſua, & labore ſibi crilociſſet. *Serv. ad Virg. Ecl. 1. v. 33. Florentin. l. peculium, ff. de peculio: & Tubero apud Celſ. l. 6. Dig. &c. Cic. in Parad.* Qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſervitutis. ¶ Non tamen peculium ſolum ſervorum fuit, ſed & illud ita dictum, quod filiusfamilias ſibi parentis permiſſu ſervabat. *Plaut. prol. Merc. v. 95.* Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater dedit æſtimatas merces. Ita peculium conficio grande. ¶ Etiam peculium dicebatur, quod a patribusfamilias ſeponebatur. *Celſ. Dig. l. 32. leg. 77.* Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe. Cujus dicti mentem pluribus declarat *Revardus l. 5. Var. c. 17.* Peculium caſtrenſe, quod legitur in quodam titulo in *Pandect.* V. *Caſtrenſis*. ¶ Translate *Sen. ep. 12.* Sed jam debeo epiſtolam claudere. Sic, inquis, ſine ullo ad me peculio veniet? Noli timere: aliquid ſecum feret, &c. ¶ Apud *Petron.* & alios hæc vox habet obſcenum ſenſum, & τὰ αἰδοῖα ſignificat.

Pecūlor, aris, depon. 1. publicam pecuniam, & ea, quæ ad rempubl. pertinent, aufero, intercipio, male adminiſtro. *Flor. l. 3. c. 17.* Interceptis vectigalibus, peculabantur ſuo jure Rempublicam.

Pecūnia, æ, f. 1. *danaro*, כסף, Germ. *gelt*, Gall. *argent*, Hiſp. *dinero*, ἀργύριον, copia nummorum, a *pecu*, quia pecudis primum nota ſignari ſolita fuit, ideſt bovis, aut ovis, aut ſuis. *Varro l. 2. de R. R. c. 1. Plin. l. 18. c. 3. & l. 33. c. 3.* vel quia ex pecudum corio primum confecta. *Col. præf. l. 6.* In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademque quæſtuoſiſſima, propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculii tracta videntur a pecore. Primus Servius Rex ovium, boumque effigie æs ſignavit, ut ſcribit *Plin. l. 18. c. 3. & l. 33. c. 3.* Alii Numam auctorem faciunt. *Macrob. l. 1. Sat. c. 7. & Lact. l. 1. c. 13.* Jano id tribuunt. *Cic. pro Cluent.* C. Ælio Staleno judici pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpendum judicium dediſſe. ¶ Pecuniæ nomine, ut inquit *Hermogenianus l. pecunia, ff. de verb. ſign. & Ulp. l. 178. Dig. de Verb. ſign.* non modo nummi, h. e. numerata pecunia, ſed omnes res tam ſolidæ, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur. *Cic. 2. Fin.* Magni æſtimabat pecuniam non modo non contra legem, ſed etiam legibus partam. *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 5.* Omnes viri pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ cauſa faciunt. *Nepos in Cim. c. 1.* Magnas pecunias ex metallis fecerat. *Tacit. 3. Hiſt. c. 76.* Pecunias acerbe conquirere. *Quintil. l. 6. c. 3.* Signum magnæ pecuniæ, *di gran prezzo*. *Cic. pro leg. Man. c. 7.* Pecunias collocare, *dar ad uſura*. *Suet. in Aug. c. 39.* Notavit quoſdam, quod pecunias levioribus uſuris mutuati, graviore fœnore collocaſſent. Eodem ſenſu dicimus, pecuniam occupare. V. *Occupo*. *Cic. 3. Verr. c. 10.* Pecunias mutuas ſumere. *Id. 2. de Or.* Venire ad maximas pecunias. *Nepos in Timoth. c. 1.* Pecunia numerata, *danaro in contanti*. Sic pecunia præſens. *Cic. pro Cluent. & Plaut.* ſæpiſſime. ¶ Pecunia vacua dicitur, quæ nullas uſuras confert, *leg. Q. Cæcilius. Dig. depoſiti*. ¶ Pecuniam erogare, effundere, diſſipare, conferre, conficere de vectigalibus, imperare, numerare, & ſimilia Ciceronis ſunt.

Pecuniālis, le, adject. pecuniarius, ut pecunialis quæſtus. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 5.*

Pecuniārie, adv. modo in pecuniaria cauſa oſitato. *Ulpian. l. 10. Dig. de compenſat.* Si in ea (cauſa) pecuniarie agitur.

Pecuniāris, re, adject. pecuniarius, ut pecuniaris damnatio, *l. 10. Dig. De Pœnis*.

Pecuniārĭter, adverb. pecuniarie, ut pecuniariter agere, *l. ult. Dig. de priv. delict.*

Pecuniārius, a, um, χρηματικός, quod ad pecuniam ſpectat. *Cic. l. 16. Fam. ep. 6.* Nodus eſt inopia rei pecuniariæ. *Quintil. l. 6. c. 1.* Lis pecuniaria. *L. 9. Dig. de Offic. Proconſ.* pecuniaria cauſa.

Pecuniōſus, a, um, *danaroſo*, Germ. *geltreich*, Gal. *pecunieux, riche*, Hiſp. *dineroſo*, πολυχρήματος, qui abundat pecunia. *Cic. 2. Ver.* Pecunioſum hominem, quamvis ſit nocens, neminem poſſe damnari. *Id. Verr. ult. c. 9.* Hominem pecunioſiſſimum a carcere emittere. *Suet. in Auguſt. c. 25.* Viris, fœminiſque pecunioſioribus indictum. *Mart. l. 5. epigr. 57.* Artes diſcere vult pecunioſas, h. e. quæſtuoſas.

Pecus, oris, n. *beſtiame*, בהמה, מקנה, Germ. *vieh*, Gall. *betail*, Hiſp. *manada, ganado*, θρέμμα, multitudo pecudum, a πόκος, quod Heſychio teſte notat τὸ ἔριον τῶν προβάτων. Proprie dicitur de ovibus. *Plin. l. 8. c. 47.* Magna & pecori gratia vel in placamentis Deorum, vel in uſu vellerum. Adde *c. 49.* ¶ A Scriptoribus generatim uſurpatur pro omnibus beſtiis. *Virg. 3. Æn.* Caprigenumque pecus nullo cuſtode per herbas. *Virg. 4. Georg. v. 168.* Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent. *Colum. l. 8. c. 3.* Volatile pecus facile cuſtodiam decipit. *Virg. 3. Georg. v. 72.* pecori eſt idem delectus equino. ¶ In hac generali ſignificatione *pecus* aliud eſt *majus*, aliud *minus*. Majus ſunt equi, muli, boves, aſini, cameli &c. minus oves, capræ, porci, &c. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Nomina multa habemus ab utroque pecore, a majore, & minore: a minore Porcius, Ovinius, Caprinius, ſic a majore Equitius.

Pecus, udis, f. πρόβατον, ovis, *pecora*. *Tacit. Ann. 13. c. 2.* Segnis, & dominationibus aliis faſtiditus, adeo ut C. Cæſar pecudem auream eum appellare ſolitus ſit. *Cic. 2. Fin.* Ut tardam aliquam & languidam pecudem. Adde *Plin. l. 8. c. 1.* ¶ In recto caſu exempla non vidimus, præter illud quod ex *Caſare in Anticat. affert Priſcian. l. 6.* Si ſincera pecus erat. ¶ Sæpiſſime accipitur, quemadmodum & *pecus, oris*, pro omni beſtia, quæ ſub imperio hominis eſt, ut ſunt boves, capræ, aſini, equi, cameli, & ſimilia. *Varr. l. 2. R. R. c. 5. de armentis, ſeu beſtiis majoribus loquens*. Ut ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ. *Cic. de Fin.* Quæ quidem mihi vox pecudum videtur eſſe, non hominum. *Lucret. lib. 2. v. 342.* mutæque natantes Squamigerum pecudes. ¶ Item de hominibus per convicium, *pecorone*. *Cic. in Piſ. c. 9.* Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet, aut præſidio niti volebam. *Hor. l. 1. ep. 19. v. 19.* O imitatores, ſervum pecus. ¶ Pecuda in plur. numero. V. *Pecu*.

Pecuſcŭlum, i, n. diminut. parvum pecus. *Juvencus l. 2. v. 593.* foveam ſi forte pecuſcula veſtra inciderint.

Peda, æ, f. 1. veſtigium pedis, *pedata*. *Feſt.*

Pedāle, lis, n. 3. ſocculus, qui pedi inducitur. *Petron. in Satyr.* Ubi al. leg. *peda*. ¶ Pro menſura pedis affertur a *Cornel. Front. Grammat.* ſed ſine exemplis.

Pedalion, ii, herba, alio nomine proſerpinaca. *Apul. de Herb. c. 18.*

Pedālis, le, o. 3. *d' un piede*, Germ. *ſchuchig*, Gall. *d' un pied*, Hiſp. *de un pie*, ποδιαῖος, quod eſt menſuræ unius pedis. *Cic. 4. Acad. de Sole*. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis. *Colum. l. 8. c. 3.* Pedalis longitudo.

Pedamen, inis, n. idem, ac pedamentum. *Col. l. 4. c. 30.* Pedaminum, jugorumque, & viminum proſpiciendorum tradenda ratio eſt.

Pedamentum, ti, n. *foſtentacolo, ſoſtegno*, Germ. *ſein pfahlen weinſtock*, Gall. *echalas, ou autre appuy*, Hiſp. *rodrigon, eſtaca*, χάραξ, ſtatumen, adminiculum, ſuſtentaculum vitium, a *pedo*, quo notat ſuffulcire. *Varro l. 1. de R. R. c. 8.* Quibus ſtat rectis vinea, dicuntur pedamenta: quæ tranſverſa junguntur, juga. *Plin. l. 17. c. 20.* Caſtanea pedamentis omnibus præfertur.

Pedanĕus, a, um, idem ac pedalis. *Col. l. 5. c. 6.* Nemo minorem pedanea ſcrobem viribus comperat. ¶ Pedanei Judices χαμαιδικασταί dicuntur, qui de levioribus tantummodo cauſis ſolent cognoſcere. Quidam ſic dictos putant, quod humiliore loco conſiderent, hoc eſt ubi Magiſtratus ſubſellia pedum habebant: atque adeo non uterentur tribunali, ſed in plano judicarent: alii quod non, ut Magiſtratus, curru veherentur, ſed pedibus incederent. *Ulpian. l. 1. Dig. de poſtul.* Apud Judicem pedaneos poſtulare prohibetur. ¶ Senator pedaneus. V. *Pedarii*.

Pedānus, a, um, adject. ad Pedum, vel Pedon pertinens, quod eſt oppidum Italiæ, Præneſti finitimum, nec procul a Roma diſtans. *Horat. l. 1. ep. 4.* Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

Pedarii Senatores, vocati ſunt, ut Gabius Baſſus, *Gellio teſte l. 3. c. 18.* ſcriptum reliquit, qui nondum geſſerant Magiſtratum Curulem, idque, quia pedibus irent in Curiam, cum qui Magiſtratu Curuli functi erant, ſoliti eſſent curru vehi. *Feſtus*, & alii ſic dictos putant, qui non haberent jus novæ dicendæ ſententiæ, ſed pedibus irent in alienam ſententiam: Senatorum enim alios fuiſſe principes, qui in ſolio eburneo ſederent, ibique ſententiam dicerent, alios fuiſſe minores, qui non haberent in Senatu ſententiæ dictionem, ſed ab aliis dictam approbarent, moventes ſe loco, & in partem ejus ambulantes, cujus ſententiæ aſſentiebantur. Propter quod qui ſententiam aliorum ſequuntur, ire in ſententiam pedibus dicuntur. *Gellius* cenſet, equites eos, qui nondum a Cenſoribus in Senatum lecti erant, eoque nec Senatores dici poterant, ſi populi honoribus uſi eſſent, habuiſſe jus veniendi in Curiam, dicendæque ſententiæ, ſed quia in poſtremis ſcripti erant, non rogatos fuiſſe ſententias, ſed quas principes dixerant, in eas diſceſſiſſe. Pro *pedarius* dixere etiam *pedaneus*. Sed Gellius ut minus Latinum rejicit. Horum Senatorum ſententia *pedaria* appellata eſt. *Cic. Att. l. 1. ep. 17. (al. 19.)* Eſt illud S. C. ſumma Pedariorum voluntate, nullius noſtrum auctoritate factum. *Et ep. ult.* Et rapim in eam ſententiam Pedarii concurrerunt. *Laberius* apud *Gell. loc. cit.* Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt.

Pedarius, a, um, ad pedes pertinens. *pedarium tignum* in vet. Inſcript. apud *Gruter. pag. 207. col. 2.* videtur eſſe trabs ex pede ſeu trunco arboris facta.

Pedātim, adv. κατὰ πόδα, motu ſucceſſivo pedum, a *pedo*, quo notat ire. *Plin. l. 11. c. 45.* Leo tantum, & camelus pedatim, hoc eſt ut ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur.

Pedātio, onis, f. χαράκωσις, actus, quo pedamentis vitis fulcitur, vel ipſum pedamentum, aut fulcimentum per pedamenta. *Col. l. 4. c. 12.* Dum ſe vinea corroboret in pedationem.

Pedatūra, æ, f. ſpatium certo pedum numero definitum, & ipſa menſuratio per pedes. *Veget. de re milit. l. 3. c. 8.* Singulæ centuriæ, dividentibus campidoctoribus, accipiunt pedaturas, & foſſam aperiunt. *Frontin. de Colon. p. 333. Goeſ.* Numero pedaturæ ſunt limites conſtituti.

Pedātus, us, vel i, m. acceſſus pedis, vel pedis ictus. *Plaut. Ciſtel. 2. 3. 54.* Niſi tertio pedatu omnem affixero. *Cato apud Non.* Igitur tertio pedatu nobis bellum fecere, *per la terza volta*. *Vetus Gloſſographus*, tertio pedatu, τρίτῳ ποδὶ. V. *Turneb. l. 24. c. 38.*

Pedātus, a, um, ὑπόπους, cui ſunt pedes. *Suet. de Othone, c. 12.* Fuiſſe traditur

Digitized by Google

ditus & modicæ ſtaturæ, & mala pedatus, calvuſque. ¶ Item ſuſtentaculo firmatus, ἀχαρακωμένος, partic. a *pedo*, quod notat ſuffulcire. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Aut pedatæ vineæ ſimplici jugo.

Pedāma, V. Pytiſma.

Pedetentim, adverb. *βάδην*, tarde, paulatim, lente, & tarda itione. *Non. c.* 1. *n.* 119.

Pedes, ditis, m. *pedone*, רַגְלִי, Germ. *ein fuſſ gehend, ein fuſsknecht*, Gal. *pieton, qui va a pied*, Hiſp. *peon, hombre de pie*, πεζοί, qui pedibus incedit. *Curt. l.* 8. *c.* 1. Scivere, ne pedes venaretur. ¶ Item miles, qui pedibus meretur, ſicut eques qui equo, *pedone, fante, la fanteria*. *Liv. l.* 30. *c.* 34. Equite nudata erat Punica acies, cum pedes concurrit, nec ſpe, nec viribus par. *Cic. Att. lib.* 8. Quantas brevi tempore equitum, & peditum copias contracturus ſit.

Pedeſter, ſtris, ſtre, vel pedeſtris, ſtre, o. 3. πεζικός, πεζός, qui pedibus iter facit. *Martial. de Spectac. ep.* 28. Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis. ¶ Pedeſtre iter, *viaggio per terra*, dicitur, quod terra ſit, ſive pedibus eatur, ſive equo. *Caſ. l.* 2. *B. C. c.* 32. Eoque illos compulerim, ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu juvari poſſint. ¶ Pedeſtres copiæ a Nepote in *Conon. c.* 1. opponuntur navalibus. Interdum tamen pedeſtris exercitus, pedeſtres copiæ, pedeſtre agmen eſt, quod peditibus tantum conſtat, *fanteria*. *Cic.* 2. *Fin.* Xerxes cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus, & pedeſtribus copiis. *Liv. l.* 7. *c.* 10. Scutum pedeſtre. *da fante*. ¶ Pedeſtris oratio, vel ſermo *Horatio*, atque aliis vocatur, quem alii vocant orationem *proſam*, ſive *prorſam*. Nomen ex eo eſt, non quod in ea pedes quoque ſpectentur, qui rhythmum gignant, ut poetica pedum obſervatio metrum efficit, verum potius quia quaſi pedes eſt, hoc eſt, quia humi graditur, neque habet carminum ſublimitatem. *Hor. l.* 4. *carm.* Tuque pedeſtribus dices hiſtoriis prælia Cæſaris. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. *de Platone*. Multum ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem vocant Græci, exurgit. ¶ Muſa pedeſtris dicitur ab *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 17. h. e. humilis, vulgaris, & valde accedens ad proſam orationem. ¶ Pedeſtria auſpicia, *Feſto* teſte, nominabantur, quæ dabantur a vulpe, lupo, ſerpente, equo, cæteriſque animalibus quadrupedibus.

Pedetentim, adv. *a poco, a poco*, בְּאַט, Germ. *fuſſ fur fuſſ*, Gal. *tout doucement, bellement, pas a pas*, Hiſp. *pie ante pie*, κατὰ πόδας. *βάδην*, lento gradu, ſenſim, paulatim. *Don. in Phorm. a.* 3. *ſc.* 3. & *Priſc. l.* 15. deducunt a *pede*, & *tentando*. Ita de iis proprie dicitur, qui, priuſquam pedem ponant, ſolum tentant, ut in tenebris, aut molli ſolo facere ſolemus. Videturque pro hoc etymo facere illud *Catonis apud Soſipatrem l.* 2. Eam ego viam pedetentim tentabam. *Cic.* 1. *Off. c.* 33. Senſim erit, pedetentimque faciendum. ¶ Metaleptice accipitur pro cauta. *Ter Phorm. a.* 3. *ſc.* 3. *v.* 19. Di bene vertant, quod agas, pedetentim tamen. *Cic. pro Cluent. c.* 40. Caute, pedetentimque omnia dicere.

Pediānus. V. Aſconius.

Pedica, æ, f. *laccio*, מוֹקֵשׁ, Ger. *ein fuſsſtricken*, Gal. *piege*, Hiſp. *pigueſa, laco*, πέδη, laqueus, quo pedes illigantur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 307. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis. Adde *Liv. l.* 21. *c.* 36.

Pedicellus, i, m. parvus pediculus. *Petron. in fragm. Tragur.* In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides?

Pedicīnus, i, m. pes torcularis, ut quidam putant, vel, ut alii, parva menſura unius pedis. Nonnulli etiam dicunt, hujus vocis ſignificationem prorſus hodie ignorari. *Cato R. R. c.* 18. Foramen pedicinis duobus facito, ibique arbores pedicino in lapide ſtatuito. V. *Turneb. Adverſ. l.* 7. *c.* 25.

Pedicōſus, a, um, adject. idem ac pediculoſus. *Titin. apud Feſtum*. Rus detrudetur pedicoſus, ſqualidus. Quod vero hic addunt Lexicographi quidam ex *Plauto*: Pedicoſus, ſqualidus, ubi me vides, caput ſcabit, pedes legit, hæc verba leguntur apud *eund. Feſtum*. At *Joſeph. Scalig.* ubique *pedidoſus* legendum contendit.

Pediculāris, re, adject. ad pediculos pertinens, ut pedicularis herba, apud *Colum. l.* 6. *c.* 30. quæ pediculos necat, alio nomine pituitaria, & ſtaphiſagria. ¶ Pedicularis morbus is eſt, quem Græci φθειρίασιν appellant, qua lue mortuus eſt L. Sylla, ut *Plin. lib.* 11. *c.* 33. narrat. *Serv. ad illud* 3. *Georg. v. penult. Immundus ſudor*. Morbus pedicularis, qui & φθειρίασις.

Pediculi, m. c. Pediculi, pop. Apuliæ, inter Peucetios, & Salentinos, citra Brundiſium, ubi Oſtunium. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & 11.

Pediculōſus, a, um, *pidocchioſo*, Germ. *lauſſig*, Gall. *pouilleux*, Hiſp. *pio-joſo*, φθειριακός, qui pediculis plenus eſt. *Martial. l.* 12. *epigr.* 59. Hinc menti duminus pediculoſi.

Pedicŭlus, i, m. *piccolo piede*, Germ. *fuſslein*, Gal. *petit pied*, Hiſp. *pie pequeno*, ποδίον, parvus pes. *Plin. l.* 9. *c.* 28. His caput inter pedes, & in ventre, pediculi octoni omnibus. ¶ Pediculi quoque vocantur, quibus fungi, fructus, & hujuſmodi ſuſtinentur. *Plin. l.* 15. *c.* 28. Dependent alia pediculis, ut pyra, alia racemis, ut uvæ, palmæ. ¶ Varmis item genus pediculus dicitur, qui in capite præſertim hominis, & in corpore cæterorum animalium naſcitur, *pidocchio*, כִּנִּים, Germ. *lauſſ*, Gall. *pou*, Hiſp. *piojo*, φθείρ. *Col. l.* 8. *c.* 7. Illic ne pediculum creet, hic ne ſtercore loca naturalia exulceret. ¶ Pediculi etiam terræ ſunt, qui aliter ſcarabæi terreſtres, ricino ſimiles. *Plin. l.* 30. *c.* 5. ¶ Sunt & maris pediculi, ita dicti a ſimilitudine pediculorum capitis, quibus ad varia medicamenta utuntur. *Id. l.* 32. *c.* 8.

Pedĭolus, i, m. ποδίον, parvus pes. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 699. Atque adeo nolo, nudo pediolo eſt pus.

Pedis, is, f. idem quod pediculus. *Nævius* apud *Non. c.* 3. *n.* 180. Eſt pedis nae ingens in naſo. *Plaut. ibid.* Ubi quamque pedem videbat, ſubſuabatur omnes.

Pediſĕquus, a, um, *Staffiere*, ἀκόλουθος, qui dominum ſequitur, ſervus, famulus. *Ter. Andr.* 1. 1. 96. Accedo ad pediſequas. *Cic. Att. lib.* 2. Quæ mihi videtur una conciuncula clamore pediſequorum noſtrorum eſſe pertuſe. ¶ Sæpe tranſlata ſumitur. *Cic.* 1. *de Or. c.* 55. Idcirco iſtam juris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam, pediſequamque adjunxiſti. ¶ Scribitur & *pediſſequus*.

Peditatus, us, m. *eſercito a piedi, fanteria*, τὸ πεζὸν, πεζικὸν, peditum copiæ, ſicut equitatus, equitum copiæ. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. Aut armatura varia peditatus, & equitatus, ut in aliqua pugna.

Pedĭtum, i, n. πορδὴ, Strepitus, ſive crepitus obſcœnus ventris. *Catul. in Caſar. & evolet. carm.* 54. Subtile, & leve peditum Libonis.

C. Pedo Albinovanus, Poeta, Epigrammatum ſcriptor, temporibus Auguſti, & Neronis. *Ovid. l.* 4. *de Ponto, el.* 10. & 16. *Martial. in præf. l.* 1. *Sidon. carm.* 9. *v.* 57. Ab *Ovid. el.* 10. Pedonius vocatur, & *el.* 16. ſidereus, vel propter excellentiam, vel quia fortaſſe aliquid de ſideribus ſcripſit. ¶ Ejus duæ extant Elegiæ; etſi non deſunt, qui eas illi abjudicent. Scripſit præterea alia multa, quæ interciderunt.

Pedo, as, a. 1. *palare*, vites, & alias arbuſculas pedamentis fulcio. *Col. l.* 4. *c.* 12. Putationem ſequitur vineæ pedandæ cura.

Pedo, is, pepedi, ſine ſup. n. 3. *peggiare*, Germ. *furtzen, ein furtz*, oder *ſchmiſſ laſſen*, Gal. *peter faire de pets*, Hiſp. *peer*, πέρδω, crepitum ventris emitto, a *βδέω*, per Metatheſim, mutata converſa ut tenuiore, vel e πέρδω, extrita litera canina. *Horat. l.* 1. *Sat.* 8. *v.* 46. Nam diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi.

Pedon, vel Pedum, oppidum. V. *Pedanus*.

Peducæanus, a, um, ad Peducæum pertinens, quod eſt nomen Latini hominis. *Cic. Verr.* 4. *c.* 56. Interea Peducæanum cenſum obſervari jubet.

Pedūlis, le, adject. *Ulpian. l.* 25. *Dig. de aur. arg. leg.* Faſciæ crurales, peduleſque. h. e. quibus crura, aut pedes involvuntur. Adde *Lamprid. in Alex. Sever. c.* 40. & *ibi Salmaſ.* ¶ Abſolute *pedule*, *lis*, a *Cornel. Front.* dicitur quod ſub pedibus cingitur, quaſi ſolea, *pedule*, *ſcappino*.

Pedum, i, n. c. καλαῦροψ, baculus incurvus paſtorum. *Feſt.* Pedum eſt baculum incurvum, quo paſtores utuntur ad comprehendendas oves, aut capras a pedibus. *Serv. ad* 5. *Ecl.* Pedum, virga incurva, unde retinentur pecudum pedes. *Virg.* 5. *Ecl.* At tu ſume pedum.

Pedunculus, li, m. pediculus, vermis. *Plin. l.* 30. *c.* 7. Vocant & in mari pedunculos, eoſque tritos inſtillari ex aceto auribus jubent. ¶ Pedunculus, parvus pes, affertur a *Priſcian. l.* 3. ſed ſine exemplis.

Peduſcŭlus, i, m. ποδάριον, parvus pes. *Plin. l.* 11. *c.* 10. Apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant. Alii leg. *apprehenſi ponduſculo lapilli*.

Pegănon, i, πήγανον, ruta hortenſis. *Apul. de herb. c.* 89. ¶ Peganon orinon, ruta montana. *Id. c.* 115.

Pegaſeius, a, um, quod ad Pegaſum ſpectet, ſive ad Muſas, quibus Pegaſus equus Hippocrenen fontem aperuit. *Perſ. in proæ.* Cantare credas Pegaſeium melos.

Pegaſĕus, a, um, quod ſpectat ad Pegaſum. *Catull. ad Camerium carm.* 55. Nec ſi Pegaſeo ferar volatu.

Pegăſis, idis, & in plur. num. Pegaſides, f. 3. πηγασίδες, Muſæ, a Pegaſo equo, quod ſe lavarent in Hippocrene fonte, quem Pegaſus ictu ungulæ fingitur aperuiſſe. *Ovid. ep.* 15. *v.* 27. At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictent. ¶ Interdum etiam Pegaſides dicuntur fontium, vel fluviorum Nymphæ, quæ & Najades. *Ovid. epiſt.* 5. *v.* 3. Pegaſis Oenone Phrygiis celeberrima ſylvis. ¶ Pegaſis unda, eſt Hippocrene. *Martial. l.* 9. *ep.* 59. Tu fueris muſis Pegaſis unda meis.

Pegăſus, i, m. πήγασος, nomen equi alati, a πηγὴ, *fons*, quod juxta fontes Oceani natus ſit, ubi Gorgones habitabant. Hinc *Hyginus*, & alii complures Neptuni, & Meduſæ filium dicere. Alii ex Meduſæ ſanguine, quam Perſeus interemit, natum aſſerunt. Hic cum in Helicona evolaſſet, ſaxum ungula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene, id eſt fons equinus eſt appellatus. Poſtea vero, cum ex Pyrene Corinthia fonte biberet, a Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus eſt. Tandem rerum terreſtrium tædio ductus, in cælum dicitur evolaſſe, ibique inter ſidera conſtitutus, Arcticum circulum ſpectare, pedibuſque æſtivo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarii manum dextram cervici ſuæ adjungere. *Ovid.* 4. *Met.* & *Strabo l.* 8. Conſtat ex viginti ſideribus.

Pegma, atis, n. *macchina*, πῆγμα, machina, quæ ex pluribus tabulis, vel aliis rebus compacta eſt, cujuſmodi ſunt machinæ ligneæ, aut marmoreæ, in quibus ſtatuæ collocantur, & ſimulacra magnorum virorum cum expreſſione rerum ab illis geſtarum, a πήγνυμι, *compingo*. *Feſt.* Pegmata ſunt ex ære, aut marmore armamenta, quæ ut plurimum in atriis, quandoque in porticibus, auliſque affigebantur, majorum, aliorumque fortium virorum geſta certius, quam picturæ, oſtendentia. ¶ Fuere autem varia pegmatum genera. Quædam erant privatarum ædium. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 8. Nihil venuſtius, quam illa tua pegmata: poſtquam miſiſti, libros illuſtrarunt valde. Quo loco intelligit Lipſius loculamenta, pluteoſque librarios. *Ulp. l.* 12. §. *ſpecularia*, *ff. de inſtr. vel inſtr. leg.* In emptione domus ſpecularia, & pegmata, ſive in ædificio ſint poſita, ſive ad tempus detracta. *Turneb. l.* 8. *c.* 9. cenſet, hic ſignari antepagmenta, quæ ſunt valvarum ornamenta affixa antis. ¶ Sed imprimis pegmatum vox dici ſolet de pegmatis theatricis. Erant ea grandes, & ingenioſæ machinæ e variis tabulis, & ſublicis compactæ, quæ per ſe occulte ſurgebant, et ſurſum ſubſidebant, quemadmodum deſcribit *Senec. ep.* 88. (al. 89.) *Martial. de Spectac. epigr.* 2. Et creſcunt media pegmata celſa via. V. *Lipſ. de Amphith. c.* 22. ubi hac de re multa.

Pegmăris, re, adject. e pegmate, ut pegmaris gladiator apud *Sueton. in Calig. c.* 26. qui ſuper pegmata pugnat. V. *Schild.* ad hunc Sueton. loc. Alii leg. *pegniares*, a παίγνιον, ludicrum.

Pejerātus, a, um, partic. a pejero. *Hor. l.* 2. *od.* 8. Ulla ſi juris tibi pejerati pœna, Barine, nocuiſſet unquam. h. e. juris perjurio violati.

Pejĕro, as, avi, atum, n. 1. *giurare il falſo*, לְשַׁקֵּר, נִשְׁבַּע, Ger. *falſch ſchwœren*, Gal. *ſe parjurer, jurer a faux*, Hiſp. *perjurar*, ἐπιορκέω, eſt falſo, & animo fallendi jurare, ſeu juramentum infringere, & id, quod juramento, ac verbis concipitur, non facere. *Cic.* 3. *Off.* Non enim falſum jurare, pejerare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia juraris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere perjurium eſt. *Id. pro R. Com.* Qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit. *Id. pro Cluent. c.* 48. Illum verbis conceptis pejeraſſe, *Martial. l.* 7. *ep.* 19. Pejerata da tædo.

Pejor, & pejus, oris, *peggiore*, *men buono*, χείρων, compar. anom. nominis *malus*. *Pejor*, & *deterior* differunt, quod *pejor* reſpectu mali dicatur, *deterior* reſpectu melioris, ut *deterius* dicatur, quod minus bonum eſt. *Cic.* 8. *Phil.* Turpis autem fuga mortis omni eſt morte pejor. *Virg.* 1. *Georg.* In pejus ruere. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 265. Ficto in pejus vultu. *Terent. Adelph.* 3. 2. 46. Pejore loco res eſſe non poteſt, quam &c. *Vellej. l.* 2. *c.* 68. Pejor illi res familiaris, quam mens erat.

Pejōro, as, a. 1. *far peggiore*. *Paul. JCtus l.* 2. *ſentent. c.* 19. Homo liber, qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & pejorare eum, & meliorem facere poteſt.

Pejus, adv. *peggio*, χεῖρον, comparat. adv. male. *Plin. l.* 17. *c.* 2. Fruges pejus matureſcunt Auſtrinis diebus, ſed celerius. *Nepos* 15. *c.* 10. Vide, ne tu pejus conſulas. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 31. Pejus victoribus, quam victis accidiſſe. ¶ Ponitur & pro vehementius in malam partem. *Cic. Phil.* 10. Quo neminem veterani pejus oderunt.

Pelagĭa, f. c. πελαγία, piſcis ex genere concharum, qui & purpura dicitur, in mediis faucibus ſuccum habens, tingendis lanis laudatiſſimum, qui ab eo *pelagium* dicitur. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Pelagiæ altius merſæ, quam ut penetrent radii. *Id. c.* 37. Purpuræ nomine alia pelagiæ vocantur.

Pelagĭcus, a, um, *marino*, πελαγικός, quod in mari vivit, ſive quod eſt ex mari. *Colum. l.* 8. *c.* 17. Cæteri ſaxatiles, aut pelagici ſatis ex his, ſed ex recentibus melius paſcuntur.

Pelagĭum, ii, n. pelagiæ ſuccus, ſeu medicamentum colorem purpureum faciens, ſed valde nigricantem. *Plin. l.* 9. *c.* 8.

Pelagĭus, a, um, *marino*, πελάγιος, pelagicus. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 3. Et in eas pelagios greges piſcium revocarit. Adde *Col. l.* 8. *c.* 16.

Pelăgus, i, n. *mare*, יָם, Germ. *das meer*, Gall. *la haute mer*, Hiſp. *la mar*, πέλαγος, notat proprie maris profunditatem, ſed abſolute pro mari uſurpatur. *Cic.* 3. *de Orat. ex quodam Poeta*: Fervet æſtu pelagus. *Plin. l.* 10. *c.* 32. In reliquis partibus uſque quidem mitius pelagus. ¶ Reperitur & in g. m. *Flac. lib.* 1. *Argon. v.* 169. Pelagum quantos aperimus in uſus. In aliquibus editionibus legitur *pelagus*. ¶ Poetæ etiam uſurpant nom. acc. & voc. pl. in a longo, more Græcorum, qui decli-

Digitized by Google

declinant πελάγεα, πελάγη. *Lucret. l. 6. v. 619.* At pelage multa, & late ſubſtrata videmus.

Pelamys, ydis, f. 3. πηλαμύς, piſcis genus, idem ac thynnus, niſi quod, ſi nondum annum exceſſerit, pelamys dicitur, cum annum exceſſit, thynnum vocatur. *Feſt. Plin. l. 9. cap. 15.* Limoſæ vero a luto pelamydes incipiunt vocari, & cum annuum exceſſere tempus, thynni. *Juven. ſat. 7. v. 120.* Siccus petaſunculus, & vas pelamydum. ¶ Pelamydum varia genera *Plin. l. 9. c. 15. & l. 32. c. 11.* refert. ¶ Scribitur & *pelamis, idis.*

Pelaſgi, orum, m. 2. pop. Argiæ in Peloponneſo, Arcadibus finitimi, quorum metropolis Argos Achaicum, ejuſdem gentis, atque illi, qui cum Oenotro in Italiam venerant, ita dicti a Pelaſgo filio Jovis ex Niobe filia Phoronei. *Dionyſ. l. 1. Ant. Rom.* Sæpiſſime a *Virgilio* pro Græcis omnibus ſumuntur.

Pelaſgia, æ, f. regio Peloponneſi, eadem, ac Argia, ubi primum Pelaſgi habitavere. Aliqui dicunt, hoc nomine Arcadiam, alii totam Peloponneſum appellatam eſſe. ¶ Item regio Theſſaliæ, ita dicta, quod Pelaſgi ex Argia expulſi in hac Theſſaliæ parte conſederint. *Plin. l. 4. c. 4.*

Pelaſgias, adis, adject. f. quæ eſt e Pelaſgia. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 3.* Fama Pelaſgiades ſubito pervenit in urbes.

Pelaſgis, idis, f. eadem ac Pelaſgia, Arcadia. *Plin. l. 4. c. 6.*

Pelaſgus, a, um, adject. ad Pelaſgos pertinens, a *Virg.* ſæpiſſime accipitur pro Græco, ut *Æn. 9.* pubes Pelaſga. Et *Æn. 2.* dolis inſtructus, & arte Pelaſga. *Ovid. Metam. 13.* Pelaſga claſſis.

Pelaſgus, i, m. filius Jovis, & Niobes filiæ Phoronei, atavus Oenotri illius, qui in Italiam venit. *Dionyſ. l. 1. Ant. Rom.* Sed Iſidorus dicit, filium fuiſſe Jovis, & Lariſſæ, Theodontius Neptuni, & Amphitrites. *Bocc. l. 10. Gen.* Regnavit in Argia. Nonnullis ejus Regnum etiam ad Arcadiam, alii ad univerſam Peloponneſum extendunt. Hinc regio Pelaſgia dicta eſt, & populi Pelaſgi.

Pelaſgus, i, m. πελασγὰς, genus lauri, quod Herbarii laureolam vocant. *Plin. l. 15. c. 30.*

Pelecanus, vel Pelicanus, i, πελεκᾶν, & πελεκᾶνος, avis Ægyptia, circa ſolitudines Nili præcipue naſcens, quæ amore pullorum dicitur femur ſuum roſtro vulnerare, & ſanguinem ad eos alendos elicere. Ejus meminit *Hieronym. in Pſalm. 100.* ubi addit duo eſſe Pelicanorum genera, aquatile unum, alterum volatile. *Geſnerus* vulturem Ægyptium vocat. Sunt qui putant, Pelicanum eundem eſſe ac plateam, *Plin. l. 10. c. 40.* & plataleam, *Cic. 2. de nat. Deor.*

Pelecinos, i, herba noxia ſegetibus, quæ inter lentem præcipue naſcitur. Nomen inde traxit, quod ejus ſiliquæ ſecuriculis ſimiles ſunt, quas Græci πελέκεις dicunt. *Plin. l. 18. c. 17.*

Pelecynon, i, n. horologii genus, apud *Vitruv. l. 9. c. 9.* V. ibi *Bald. in Lex.*

Pelethronia, æ, herba, centaurie major, *Apul. de herb. c. 34.*

Pelethronii, m. 2. Lapithæ pop. Theſſaliæ, Pelethronium opp. incolentes, qui primi omnium frænorum uſum inveniſſe dicuntur, & domandorum equorum artem, ita dicti a Pelethronio monte, & oppido. *Virg. 3. Georg. v. 115.*

Peleus, diſſyllab. m. 2. πηλεύς, Æaci, & Æginæ filius, qui ex Thetide genuit Achillem. V. *Ovid. 11. Metam. v. 267. & 330.*

Peleius, a, um, adject. a Peleo. *Sil. l. 13. v. 803.* æquantem Peleia facta. h. e. geſta Achillis Pelei filii.

Peliacus, a, um, adject. a Pelio monte, ut Peliacus apex. *Ovid. 2. Faſt. v. 308.* Peliaca juga, *Stat. Achil. 1. v. 321.* Peliaca cuſpis, *Ovid. Metam. 12.* h. e. in nemore Pelio receſo ligno facta.

Pelias, æ, m. πελίας, Rex Theſſaliæ, filius Neptuni ex Tyro Nympha, frater Æſonis, & Nelei. Huic Æſon moriens Jaſonem filium in tutelam commendavit, tradito etiam Regno, ea tamen lege, ut illud adulto Jaſoni reſtitueret. Primis Regni initiis Neleum fratrem ex Theſſalia expulit, qui profectus in Meſſeniam Pylon urb. condidit. Quare Alcimede mater Jaſonis ſuſpectum habens Peliam, puerum Chironi alendum dedit. Jaſon adultus ad repetendum paternum Regnum venit. Sed Pelias commentus fraudem, Jaſonem Colchos navigare juſſit ad vellus aureum auferendum. In fabulis eſt, Æſonem, quo tempore Jaſon ex Colchide rediit, incolumem fuiſſe, & a Medea magica arte in priſtinam juventutem renovatum eſſe. Aliqui etiam narrant, Peliæ ab Oraculo reſponſum eſſe, in propinquo illi mortem futuram, cum rem divinam faciens quiſpiam nudis pedibus ſuperveniſſet: Neptuno patri Pelia ſacrificante Jaſonem accurriſſe ad ſacrificium altero pede nudato, quod calceus forte in limo viæ inhæſerat, Peliam Oraculi memorem, nepotem, cujus indolem formidabat, ad expeditionem Colchicam, velut ad certiſſimum periculum, ablegaviſſe. Senex a filiabus, ſectis venis, interfectus eſt, Medeæ fraude, quæ virginibus promiſerat, ſe ejus ſenectam renovaturam eſſe, commutato ſanguine. *Plaut. in Pſeud.* dicit de Pelia, quod alii de Æſone, Medeam ſuis veneniis feciſſe Peliam rurſus ex ſene adoleſcentulum. Peliæ in Regno Acaſtus filius ſucceſſit. *Ovid. l. 7. Metam. Flacc. l. 1. Argon. Bocc. l. 1. Gen.*

Pelias, adis, f. 3. πηλιάς, patron. fæm. a Peleus. *Ovid. ep. 3. v. 126.* Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus, h. e. haſta Achillis filii Pelei.

Pelicanus, V. Pelecanus.

Pelides, æ, m. 1. πηλείδης, Achilles filius Pelei. *Ovid. 8. ep.* Pelidas utinam vitaſſet Apollinis arcus.

Peligni, m. 2. pop. Italiæ, in Aprutio, inter fl. Aternum, & Sangrum, & inter Veſtinos a Sept. Marſos ab Occ. Marrucinos ab Or. *Plin. l. 3. c. 1.*

Pelignus, a, um, quod ad Pelignos ſpectat. *Ovid. 3. Am. eleg. 15.* Pelignæ dicar gloria gentis ego. *Horat. l. 3. od. 19.* Pelignæ frigora.

Pelion, n. 2. *Petras*, Πήλιον, mons Theſſaliæ, Oſſæ, & Olympo attiguus, quem Dicæarchus Siculus Ariſtotelis auditor cæteris Theſſaliæ montibus altiorem 1250. paſſibus ratione perpendiculi invenit, teſte *Plin. l. 2. c. 65. Virg. 3. Georg. v. 94.* Pelion hinnitu fugiens implevit acuto. *Ovid. Metam. 12. v. 513.* nudus Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.

Pelius, a, um, adject. a Pelio monte, ut Pelium nemus, apud *Quinct.* & *Cic. pro Cæl. c. 8.*

Pella, æ, f. *Janizza*, urbs Macedoniæ clara quondam Philippo Rege, & Alexandro M. qui ibi natos dicitur. *Liv. l. 26. Pompon. Mela, Plin. l. 33. c. 10.*

Pellacia, æ, f. ἐπαγωγὴ, fallacia, blanditiæ, a *pellax*. *Lucr. l. 2. v. 559.* Subdola cum ridet placidi pellacia ponti. *Virg. 4. Georg. v. 443.* Verum ubi nulla fugam reperit pellacia. Alii hic legunt *fallacia*.

Pellæus, a, um, quod ad Pellam urb. ſpectet, ut Pellæus juvenis, idest Alexander Macedo. *Juven. ſat. 10. v. 168.* Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis. ¶ Pellæa gula, deliciæ Macedonicæ. *Martial. l. 13. ep. 85.* Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ. Alii hic intelligunt delicias Alexandriæ, urbis conditæ ab Alexandro. ¶ Pellæa Canopus dicitur, quia vicina eſt Alexandriæ in Ægypto conditæ ab Alexandro. *Virg. 4. Georg. v. 287.* ¶ Pellæus puer *Lucano l. 8. v. 608.* & Pellæus rex *l. 9. v. 1012.* eſt Ptolemæus rex Ægypti: vel quia primus ejus nominis rex ex Macedonum genere fuerat. vel propter Alexandriam ab Alexandro M. conditam.

Pellarius, ii, m. qui pelles curat. *Jul. Firmic. l. 4. c. 7.*

Pellax, acis, o. 3. *ingannatore*, מפתה, Ger. *betrieger*, Gal. *trompeur*, Hiſ. *engañador*, *liſongero*, ἐπαγωγὸς, qui per blanditias aliquem decipit, a *pellicio*. *Virg. 2. Æn. v. 90.* Invidia poſtquam pellacis Ulyſſi, &c.

Pelleatus, a, um, adject. pellitus, pelle indutus. *Paul. Nolan. ad Nicet. v. 548. de Dacis*, vel ille Dacus multo bove pelleatus Accola ripæ.

Pellectio, onis, f. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* (al. 11.) Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo graviorem ferre poſſit, niſi eam pellectione relevarit? h. e. eam perlegendo. Alii leg. *per lectionem relevarit*.

Pellex, icis, f. *concubina*, פילגש, Ger. *ein kebes weib*, Gall. *concubine d'un homme marie*, Hiſ. *adultera*, παλλακή, ſive παλλακὶς, ut inquit *Juriſc.* illa vulgo appellatur, quæ cum uxorato corpus miſcet, a *pelliciendo*, quod alienos viros ad ſe pelliciat. *Senec. in Herc. Fur.* Locumque cælo pulſa pellicibus dedi. *Cic. pro Cluent.* & *in Or.* Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. ¶ Dicitur etiam de pueris. *Auct. in Sall.* Tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter. *Suet. de Cæſare c. 49.* In quibus eum Dolabella pellicem Reginæ dicit. ¶ Item de ea, quæ per vim a marito alterius ſtupratur. *Ovid. 16. Met. v. 537. de Philomela:* pellice ego facta ſororis. Adde *Martial. l. 10. ep. 51.* ¶ Tranſlate & jocularitèr *Mart. l. 14. ep. 119. de matella.* Dum poſcor crepitu digitorum, & verna moratur, O quoties pellex culcita facta mea! h. e. ipſa culcita urina perfuſa meum ſibi munus arrogavit.

Pellicator, oris, m. προαγωγὸς, qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. *Feſt.*

Pellicatus, us, m. παλλακεία, actus, quem pellex exercet. *Cic. 2. Off. c. 7.* Ab ea enim eſt ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus.

Pelliceo, ces, cui, a. 2. blanditiis impetro, *Colum. in præf. l. 10.* Perverſaque cupidine pretioſiores alias a veris pelliceant.

Pelliceus, a, um, *di pelle*, δερμάτινος, quod eſt ex pelle, ut pelliceum ſtragulum, *Paul. Dig. l. 34. tit. 2. leg. 25.* ubi al. leg. *pellicium*.

Pellicio, icis, exi, ectum, a. 3. *ingannare luſingando*, פתה, Ger. *locken*, Gall. *amadouer*, *attraire par belles paroles*, Hiſp. *atraher con alagos*, ἐπαγομαι, blanditiis in fraudem induco, blandiendo decipio, a *per*, & *lacio*. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Animum adoleſcentis nondum conſilio, ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi, ac deleniri poteſt. *Ter. Phorm. 1. 2. 18.* Senem per epiſtolam pellexit, montes auri pollicens. *Lucret. l. 5. v. 1003.* Pellicere in fraudem. *Cic. pro Flacc.* Mulierem imbecilli conſilii ad ſe pellicere. *Id. 2. de Or. c. 57.* Multo majorem partem ſententiarum ſale tuo, & lepore, & politiſſimis facetiis pellexiſti, h. e. alliciendo a judicibus expreſſiſti. ¶ Dicitur & de rebus inanimis. *Lucr. l. 6. v. 999. de magnete.* Cauſa patefiet, quæ ferri pelliciat vim. ¶ Pellicere ſegetes dicuntur, qui veneficiis, & excantationibus corrumpunt. *Lex XII. Tab. apud Serv. in Ecl. Virg. 8.* Neve alienam ſegetem pellexeris. *Plin. l. 18. c. 6.* C. Furius cum in parvo agello largiores fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. ¶ Legitur & *perlicio*.

Pellicula, æ, f. *pelliccia*, δερμάτιον, parva pellis. *Cic. pro Mur. c. 36.* Stravit pelliculis hœdinis lectos punicanos. ¶ Continere ſe in ſua pellicula, proverbialiter dicitur pro intra ſuam ſortem ſe continere. *Mart. l. 3. epigr. 16.* Sed te, mihi crede, memento nunc in pellicula cerdo tenere tua. ¶ Curare pelliculam, eſt corpus ſuum molliter tractare. *Hor. 2. ſat. 5. v. 38.* Atque pelliculam curare jube. ¶ Veterem pelliculam retinere, eſt priſtinos mores conſervare. *Perſ. ſat. 5.* Pelliculam veterem retines.

Pelliculatio, onis, f. inductio in fraudem, a pelliciendo. Uſus eſt *Cato*, teſte *Feſto*.

Pelliculo, as, a. 1. ἀναδερματίζω, δερματόω, pellibus alligatis obturo, a *pellicula*. *Col. l. 12. c. 46.* Vas operculatum pelliculant. Adde *c. 30. & 36.*

Pellio, onis, m. *pellicciajo*, *pellicciere*, δερματοπώλης, qui veſtes pelliceas, & alia ex pellibus opera facit. *Plaut. Men. 2. 3. 63.* quaſi ſupellex pellionis, palus palo proximus eſt.

Pellionarius, ii, m. qui pelles negotiatur, præſertim ad uſum militiæ. *Inſcript. apud Spon. Miſcell. p. 65.* Procurator Coll. Pellionarior.

Pellis, is, f. *pelle*, עור, Ger. *ein balg*, *haut*, Gal. *peau*, Hiſ. *pelleja*, δέρμα, differt a cuta, quia fere pellis dicitur cum eſt ab animali detracta, & ad uſus traducta; cutis, cum adhuc viventi inhæret. Hinc *Juven. ſat. 10. v. 192.* de rugoſa ſenum pelle: tetrum ante omnia vultum Diſſimilemque ſui, deformem pro cute pellem. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quam tu nunquam, ne in ſomnis quidem, vides, niſi cum pelle caprina. ¶ Hoc tamen diſcrimen non eſt perpetuum. *Perſ. ſat. 3. v. 95. de hydropico.* Surgit tibi lutea pellis. V. *Cutis*. ¶ Quieſcere in propria pelle, eſt contentum eſſe ſua ſorte, nec aliorum fortunis, & opibus inhiare. *Hor. l. 1. ſat. 6.* Quoniam in propria non pelle quieſſem. ¶ Sub pellibus eſſe, eſt, in caſtris eſſe, quia militaria tentoria pellibus contegi ſolent. *Cic. 4. Acad.* Ut non multum Imperatori ſub ipſis pellibus otii relinquatur. *Tacit. Ann. 13. c. 35.* Retentus omnis exercitus ſub pellibus, quamvis hieme ſæva. ¶ Pellem alicui detrahere, eſt ejus animum detegere, *ſcoprire l'interno*. *Horat. l. 2. ſat. 1. v. 64.* cum eſt Lucilius auſus Primus in hunc operis componere carmina morem, Detrahere & pellem, nitidus qua quiſque per ora Cederet, introrſum turpis. ¶ Sumitur interdum pellis pro mantica, ſeu ſacculo e pelle, quo in itinere utimur, *valigia*. *Perſ. ſat. 5. v. 140.* Jam pueris pellem ſuccinctus, & œnophorum aptas. ¶ Pellem caninam rodere, proverb. h. e. hominem maledicum, & improbum conviciis inſectari. *Martial. l. 5. ep. 61.*

Pellitus, a, um, *pellicciato*, δερματοφόρος, quod pelles habet, vel pellibus tectum eſt. *Prop. l. 4. eleg. 1.* Pellitos habuit, ruſtica corda, patres. *Horat. 2. ode 6.* Dulce pellitis ovibus Galæſi flumen.

Pello, is, pepuli, pulſum, a. 3. *ſcacciare*, הדף, Ger. *treiben*, *jagen*, Gal. *chaſſer*, *pouſſer*, Hiſ. *empuxar*, *echar*, ἐλαύνω, abigo, extrudo, arceo, a πάλλω, *commuovo*, *quatio*, vel ab ἀπέλλω, *arceo*. Conſtruitur vel cum acc. *Hor. l. 2. od. 2.* Nec ſitim pellit. *Cic. 4. Fin.* Ut pellatur religionis metus. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *a*, *ab*, *e*, *ex*, *de*. *Cic. 1. Fin.* Quæ mœſtitiam pellas ex animis. *Id. in Brut.* Pellatur e civitate eloquentia. *Id. 4. Acad.* Deque eo nulla ratione neque pelli, neque moveri poteſt. ¶ Vel cum abl. ſine præp. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Cum lapidibus optimos viros foro pelleres. *Id. Att. l. 16.* Pelli patria. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*. *Cic. 2. de Or.* Cum e Rep. remotus, atque in exilium pulſus eſſet. ¶ Sumitur etiam pro agitare, percutere. *Ter. Adelph. 4. 5. 3.* Tune has pepuliſti fores? *Cic. in Brut.* Ut ex nervorum ſono in fidibus, quam ſcienter ii pulſi ſint, intelligi ſolet. *Catull. in carm. nup. 60. v. 14.* Pelle humum pedibus. ¶ Tranſlate capitur pro commovere, afficere. *Cic. 4. Acad.* Quemadmodum prima viſa nos pellerent. *Id. 3. Off.* Species militaris animum pepulit ejus. ¶ Item pro exagitare, affligere. *Cic. l. 4. Fam. ep. 13.* Quanquam enim nulla me ipſum privatim pepulit inſignis injuria. *Liv. l. 30. c. 14.* Non mediocri cura animum Scipionis pepulit. ¶ Pellere ſermonem, eſt commovere, excitare, *proporre*, *incaminare un diſcorſo*. *Cic. de clar. Orat. c. 87.* Longi ſermonis initium pepuliſti, Attice, eamque commoviſti nova diſputatione dignam. Ita leg. *Victorius*, & *Gronov.* Alii *deduxiſti*. ¶ Præteritum *pulſi* pro *pepuli*, uſurpavit *Ammian. l. 30.*

Pellonia, æ, f. Dea potens pellendorum hoſtium, a *pello*. *Arnob. l. 4.* Pellendorum hoſtium Dea potens Pellonia eſt. Adde *Aug. l. 4. de Civ.*

Digitized by Google

Pellos, i, m. πέλλος, avis, quæ latine ardea dicitur. *Plin. l.* 10. *c.* 60.

Pellūcens, & **Perlucens**, entis, o. clarus, apertus, pellucidus. *Cic. in Bruto*, *c.* 79. Ita reconditus, exquiſitaſque ſententias mollis, & pellucens veſtiebat oratio. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 411. Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.

Pellūceo, & **Perluceo**, es, uxi, n. 2. *lucere*, *riſplendere*, διαφαίνω, per medium luceo, vel lucen ſimpliciter. *Celſ. l.* 2. *c.* 10. Si ſanguis & rubere, & pellucere cœperit. *Cic.* 2. *Offic. c.* 9. Decorum, honeſtumque ex virtutibus maxime pellucet. *Juven. Sat.* 2. *v.* 77. libertatiſque magiſter, Cretice, pelluces. h. e. pellucidam veſtem induis, & parum honeſtam, ac virilem.

Pellucidĭtas, & **Perlucĭditas**, atis, f. *traſparenza*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. Parietes tectoriis operibus expoliti, ut vitri pelluciditatem videantur habere.

Pellucidŭlus, a, um, adject. diminut. a pellucidus. *Catull. ep.* 70. (*al.* 64.) Pelluciduli deliciæ lapidis.

Pellūcidus, & **Perlucidus**, a, um, adject. valde lucidus, translucidus, *lucido*, *traſparente*, διαφανής. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 57. *de oculi membranis*. Quas perlucidas fecit, ut per eas cerni poſſet. *Id.* 1. *Divin. c.* 57. Stella illuſtris, & perlucida. *Horat. l.* 1. *od.* 18. Arcanique fides prodiga perlucidior vitro. *Senec. de conſtant. Sap. c.* 18. Hac ipſe pellucidus, crepidatus, armillatus. *h. e.* veſte tenuiſſima indutus, quæ nihil tegeret; quod mollium virorum erat. *Id. de conſol. ad Marc. c.* 17. Pellucidiſſimum ſtagnum.

Pellŭviæ, arum, f. ποδόνιπτρα, vaſa, in quibus pedes lavantur. *Feſt.*

Pelopēa, æ, f. Πελόπεια, Thyeſtis filia, quæ a patre gravida facta, inſigni forma infantulum peperit, quem recenter natum, ne turpitudo ſua palam fieret, feris devorandum in ſylvis reliquit. Evenit tamen, ut paſtor quidam illac iter faciens in puerum incideret, qui miſericordia motus domum ſuam illum detulit, lacteque caprino educavit. Unde & Ægyſthus appellatus eſt. *Ovid.* 1. *epiſt. & de Rem. & Sen. in Thyeſte.*

Pelopēias, adis, &

Pelopeis, idis, patronymica fœminina a Pelope ducta. *Ovid.* 4. *Faſt.* Pelopeiadus undæ. *Id.* 3. *Faſt. v.* 83. Pelopeiadeſque Mycenæ.

Pelopeius, a, um, idem, ac Pelopeus. *Ovid.* 8. *Met. v.* 623. Nam me Pelopeia Pittheus miſit in arva.

Pelopēus, a, um, Πελοπήϊος, quod ad Pelopem ſpectat. *Prop. l.* 3. *el.* 19. Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus.

Pelopĭdas, æ, m. Πελοπίδας, Thebanus vir rei militaris gloria clariſſimus, amiciſſimus Epaminondæ. Vitam ejus vide apud *Plutarch. & Corn. Nepot.*

Pelopĭdæ, arum, m. a Pelope oriundi. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 15. *ex quodam Poeta*. Nus Pelopidarum facta, neque famam audiam.

Peloponnenſis, ſe, adject. ad Peloponneſum pertinens, ut Peloponnenſium defectio. *Curt. l.* 7. *c.* 4.

Peloponnesĭăcus, &

Peloponnesius, a, um, adject. Peloponnenſis. *Cic.* 1. *Offic. c.* 24. Peloponneſiacum bellum. *Id. Attic. l.* 6. *ep.* 1. Civitates Peloponneſiæ.

Peloponnēſus, f. 2. olim Apia, & Pelaſgia, Plinio teſte, *la Morea*. Πελοπόννησος, regio, & peninſ. Græciæ. Dicta eſt a Pelope filio Tantali Regis Phrygum, quaſi Pelopis νῆσος, ideſt inſula. Pelops enim ſuperato curuli certamine Oenomao Rege Elidis, & Piſæ, Hippodamiam ejus filiam in uxorem, & illius Regnum in dotem accepit, & ex Phrygia ſecum in hanc regionem colonos duxit, & de ſuo nomine appellavit Peloponneſum. Figura folium platani refert. Jungitur Achaiæ, ſeu Græciæ ad Sept. Iſthmo anguſto 6. M. P. ubi gemina maria, Jonium ab Occ. quod Corinthiacum, ſeu Criſſeum, ſeu Halcyonium ſinum efficit, & Ægæum ab Or. quod Saronicum, ſeu Salaminiacum, ſeu Eleuſinium. V. *Plin. l.* 4. *c.* 4.

Pelops, pis, m. Πέλοψ, Tantali Phrygiæ Regis, & Taygetes filius, quem pater Jovi, & aliis Diis, cum eos in Terris peregrinantes hoſpitio excepiſſet, ut certo aliquo argumento divinitatem eorum experiretur, quaſi carnem aliam epulandum appoſuit, a cujus eſu cum Dii cæteri abſtinuiſſent, ſola Ceres humerum ejus dextrum depaſta eſt. Sed Jupiter puerum ad vitam revocavit, eique eburneum humerum addidit. *Virg.* 3. *Georg.* humeroque Pelops inſignis eburno. ¶ Cum in virum adoleviſſet, relicta patria in Elidam ſe contulit, ubi id temporis regnabat Oenomaus, qui unicam habebat filiam, nomine Hippodamiam, & forma eximiam, & Regni totius hæredem, iiſque nominibus a procis plurimis ambitam. Verum Oenomaus, cum Oraculo edoctus eſſet, fore ut generi opera interiret, duriſſimam hanc procis conditionem tulit, ut, qui nuptias filiæ petiri vellet, ſecum prius curuli certamine contenderet, ea lege, ut victorem filiæ ſuæ conjugium, & Regni hæreditas, victum mors ſequeretur. Certamen inſtituit ad aram Neptuni, quæ erat in iſthmo Corinthiaco. Cum itaque jam complures equorum celeritate ſuperaſſet, necique tradidiſſet, Pelops Myrtilum aurigam ejus pretio corrupit, ut fragiles currui axes ſubjungeret. Quo facto Oenomaus cum curru corruit, membriſque omnibus ea ruina colliſis mortuus eſt. Pelops itaque & conjuge potitus, & Regno univerſam Cherroneſum de nomine ſuo Peloponneſum appellavit.

Pelōrias, adis, f. idem, ac Pelorus. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 479. Jamque Peloriadem, Lilybæaque, jamque Pachynon Luſtrarat.

Pelōris, idis, f. πελωρίς, genus conchæ, chama major. *Plin l.* 32. *c.* 9. Ex peloridet emolliunt alvum. Eſt etiam idem ac Pelorus. *Cicer. Verr. ult. c.* 3. Ad Peloridem accedere. *Avien. in deſcript. Orbis*, *v.* 636. Celſa Peloris.

Pelorītānus, a, um, adject. ut Peloritana regio, ad Pelorum promontor. ſita. *Solin. de Sicilia*, *cap.* 5.

Pelōrus, i, m. 2. *Capo di Faro*, Πέλωρος, prom. Siciliæ, unum ex tribus præcipuis, in ora Orientali, ubi Borealis incipit, in valle Nemorenſi, ex adverſo Calabriæ. Dictus eſt a Peloro claſſis Annibalis gubernatore ibi ſepulto, teſte *Val. Max. l.* 9. *c.* 8. *Mela l.* 2. *c.* 7. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *Silius l.* 14. *v.* 79. Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus.

Pelta, æ, f. *targhetta*, *brocchiere*, מגן, Ger. *rund runder ſchild*, Gal. *targe pavois*, Hiſp. *adarga*, πέλτη, ſcutum exiguum, quo genere Amazones præcipue in prœliis uti ſolebant. *Non. Suidas* ἀσπίδιον τετράγωνον facit, ideſt ſcutulum quadrangulare. Amazoniæ tamen peltæ figura alia. Hederæ folio ſimilem fuiſſe ſcribit *Xenophon. Plin. l.* 12. *c.* 5. folio ſimilem ficus. *Virgilius* eam vocat lunatam, quo ſignificat, figuram habuiſſe Lunæ ſemiplenæ. 1. *Æn. v.* 491. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Peltaſtes, æ, m. 1. πελταστής, qui peltam gerit, idem, ac peltatus. *Liv. l.* 31. *c.* 36. Nocte ceteratos, quos peltaſtas vocant, in inſidiis abdiderat.

Peltātus, a, um, πελταστής, pelta armatus. *Liv. l.* 28. *c.* 5. Menippem item quendam ex Regiis Ducibus cum mille peltatis Chalcidem mittit.

Peltĭfer, a, um, adject. peltam gerens, peltatus. *Stat.* 10. *Theb. v.* 761. Peltiferæ puellæ, *h. e.* Amazones.

Pelvis, f. 3. *conca*, *catino*, כיור, Ger. *ein becken*, Gal. *baſſin*, Hiſ. *fuente*, λεκάνη, vaſis genus, quo pedes lavantur, vel, ut alii placet, etiam manus, & alia. *Nonius* ducit hanc vocem a *perluendo*, quaſi *perluis* ſit. *Juven. ſat.* 3. *v.* 277. Ut ſint contentæ patulas effundere pelves.

Pelusĭăcus, a, um, &

Pelusiānus, a, um, adject. ad Peluſium pertinens. *Virg.* 1. *Georg. v.* 228. Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. *Colum. l.* 5. *c.* 10. Peluſiana mala.

Pelusiōta, & **Pelusiotes**, æ, m. qui eſt e Peluſio. *Hieronym. l.* 2. *adverſ. Jovian. c.* 5. Impelle, ſi vales, Peluſiotam, ut manducet cæpe. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Peluſiotæ cæpe non edunt.

Pelusium, ii, n. Ælimpolis, *Belbais*, *ſeu Belbes*, urbs Ægypti prope oram littoralem maris Mediterranei, apud oſtium Nili orientale, quod inde Peluſiacum dicitur. Dicitur Peleus Achillis pater hanc urbem condidiſſe, monitu Deorum, poſt luſtrationem. Eo enim tempore Peleus furiis agitabatur, quia fratrem Phocum interemerat. Hanc olim quoque Ælinpolim ab Ælio Principe, qui eam triplici muro cinxerat, dictam ſcribit Sabellicus. *Plin. l.* 7. *c.* 34. ¶ Pop. Peluſiotæ. *Hieron. contra Jovin.*

Pelusius, a, um, idem, ac Peluſiacus. *Martial. l.* 13. *ep.* 9. Accipe Niliacam, Peluſia munera, lentem.

Pemīnōſus, vel **Pæminoſus**, a, um, adject. mali odoris. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 51. Ne ſitu peminoſa terra, in rimis ejus grana oblitteſcant. Ita legit *Non. c.* 2. *n.* 718. Alii in *æſtu rimoſa*.

Penarius, a, um, quod ad penum pertinet, ut penaria cella, *Varr. l.* 4. *de L. L.* & abſoluta penarium (ſcilicet locus) ubi penus reponitur. *Paul. Feſti abbreviator.* V. Penuarius.

Penātes, ium, m. γενέθλιοι θεοί, πατρῷοι, Dii domeſtici. Sed qui ſint Dii Penates, non ſatis convenit, cum alii putent eſſe Neptunum, & Apollinem, alii Jovem, Junonem, & Minervam, alii Cœlum, & Terram, Hetruſci vero, quemadmodum tradit *Arnobius l.* 3. Deos conſentes, ſive complices, quorum & numerum, & nomina ignota eſſe docent. *Macrob. l.* 3. *Sat. c.* 4. Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. Dicti ſunt a *penu*, quod proprie ſignat locum intimum in ædibus, nempe qua colantur in Penetralibus, hoc eſt penitus ædibus, ut *Iſid.* ait *l.* 8. Atque ideirco Feſtus penetralia dicit eſſe Deorum Penatium ſacraria. Idem placuit *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Nec longe abſunt ab his vi Dii Penates, ſive a penu ducto nomine (eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus) ſive ab eo, quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales a Poetis vocantur. *Id.* 6. *Verr.* Non dubitavit illud inſigne Penatium, hoſpitaliumque Deorum ex hoſpitali menſa tollere. ¶ Interdum Penates ſumuntur pro ipſa domo. *Velle. l.* 2. *c.* 95. Quem intra Cæſaris penates enixa eſt. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 84. Duos virilis ſexus ſimul enixa eſt, quod rarum, lætumque etiam modicis penatibus. ¶ Uſurpatur & in num. ſingulari. At rectum caſum alii volunt eſſe *Penas*, alii *Penatis*, inquit *Feſtus*. *Liv. l.* 28. *c.* 18. Quoniam ſors eos ſub uno tecto eſſe, atque in eodem penate voluiſſet. Al. leg. *ad eoſdem penates*.

Penatĭger, era, rum, qui Penates gerit. *Ovid.* 15. *Met. v.* 450. Hæc Helenum ceciniſſe penatigero Æneæ Mente memor refero.

Penātor, oris. m. qui penum geſtat. *Cato apud Feſt.* Non ex militibus piſcatores, penatores feci.

Pendens, entis, o. partic. a pendeo. *Plin. l.* 10. *c.* 38. Expandunt alas, pendenteſque raro intervallo quatiunt. ¶ Pendens vinum, quod adhuc in ipſa vite pendet, & nondum ex uvis expreſſum eſt. *Cato c.* 147. *R. R.* ¶ Pendens animus, hoc eſt dubius. *Senec. ep.* 5.

Pendeo, es, pependi, penſum, n. 2. *pendere*, תלה, Ger. *hangen*, Gal. *pendre*, Hiſ. *eſtar colgado*, κρέμαμαι, proprie eſt ſuſpenſum eſſe, in ſublime ella. Uſurpatur vel abſolute. *Ter. Eun.* 5. 7. Tu jam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis. *Cic. in Piſon.* Uſpiam laxis ſunt aſperis aviſceratus latera penderes. ¶ Vel cum abl. & prep. *e*, *ab*, *a*, *ex*, *de*, *in*. *Cic.* 6. *Verr.* Sagittæ pendebant ab humero. *Id.* 5. *Verr.* Pendere ex arbore. *Virg.* 1. *Ecl.* Dumoſa pendere procul de rupe videbo. *Id. ibid.* Cui pendere ſua patereris in arbore poma. ¶ Nonnunquam cum abl. ſine præp. *Virg.* 4. *Ecl.* Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva. ¶ Nonnunquam cum acc. & præp. *per*. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 35. Per pedes quando pendes. ¶ Item cum *ad*. *Plin. l.* 15. *c.* 15. Serotina (pyra) ad hyemem uſque ad maturam pendent, gelu maturescentia. ¶ Metonymice rei pendere dicebantur, cum eorum nomina in programmate, ideſt tabula pendula, publice propoſita, atque ſuſpenſa erant. *Suet. in Dom. c.* 9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent. ¶ Eodem modo & quorum bona venalia proponebantur, pendere dicti ſunt. *Id. in Claud. c.* 9. Ut cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependit ſub edicto præfectorum. ¶ Per tranſlationem ponitur pro inniti, confidere, ſpem habere. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 22. Tuorumque, qui ex te pendent. *Id. Att. l.* 14. Qui Remp. putem pendere a Bruto. *Id. in Piſon. c. ult.* In ſententiis omnium civium famam noſtram, fortunamque pendere. *Id. pro Flacc.* Quæ ſpe exigua, extremaque pendet. ¶ Item pro regi, gubernari, per omnia alterius addictum eſſe voluntati. *Cic.* 1. *Offic.* Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet. *Liv. l.* 5. *bel. Maced.* Quæ ſiſtat viribus, non quæ ex alieno pendet arbitrio. ¶ Item pro animo ſuſpenſum eſſe, dubium eſſe, vel abſolute, vel cum genit. ſingul. *animi*, vel cum ablat. plur. *animis*. *Cic. Att. l.* 4. Ne diutius pendeas, palmam tulit. *Id. l.* 8. *Fam. ep.* 5. Ego quidem vehementer animi pendeo. *Id.* 1. *Tuſc.* Quod ſi expectando, vel deſiderando pendemus animis, cruciamur, & angimur. ¶ Item pro *expectare*, vel deſiderare. Sic pendere dicimur, qui nimio deſiderio alicujus rei intentus ceſſat ab omni alio opere, & ad unum ſolicitus expectat. *Virg.* 6. *Æn.* Dum conſulta petis, neſtoque in limina pendes. *Ovid. in epiſt. Penelopes.* Narrantis conjux pendet ab ore viri. ¶ Item pro deſinere, ceſſare. *Virg.* 4. *Æn.* Pendent opera interrupta, minæque murorum ingentes. ¶ Interdum pendere idem notat, quod *pendo*, ideſt ponderare, ſeu pondus efficere, teſte *Budæo*. *Plin. l.* 21. *c. ult.* Cyathus pendet per ſe drachmas decem.

Pendīgo, inis, f. *Arnob. l.* 6. Utinam liceret in ſimulacri alicujus medium introire pendigines. Quidam interpretantur velamina, quibus ſimulacra conteguntur. Alii intelligunt juncturas partium, quibus ſimulacra conſtant. *Veget. Mulomed. l.* 2. *c.* 44. Inter nervos & commiſſuras pendigines faciat.

Pendo, is, pependi, penſum, 2. 3. *peſare*, שקל, Ger. *wiegen*, Gal. *peſer*, Hiſp. *peſar*, σταθμάω, proprie eſt ponderare, a *pendo*, quia proprie pendit, qui facit, ut quid pendeat, & quæ ponderantur, ex libra pendent. *Plin. l.* 9. *c.* 15. Præcipua magnitudine thynni. Invenimus, talenta quindecim pependiſſe. ¶ Tranſlate ponitur pro conſiderare, & æſtimare, & conjungitur ſæpe cum genit. vel abl. pretii. *Cic. pro Quint.* Si apud hoc conſilium ex opibus, non ex veritate cauſa penderetur. *Id. pro R. Am.* Neque levi conjectura res penditur. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 29. Ima unica mea plurimi pendit. *Lucret. l.* 6. *v.* 1274. Nec jam religio divum, nec numina magni Pendebantur. ¶ Metaleptice ponitur pro ſolvere. Nam antequam nummi ſignarentur, Romani, qui gravi ære utebantur, non ſolvebant numerando pecuniam, teſte *Plin. l.* 33. *c.* 3. ſed æs in ſtateris ponderando. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Ego pro aqua vectigal pendam. *Id. Att. l.* 12. Uxoram pendam, a quo emero. *Liv. l.* 1. Quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent. ¶ Et dicitur etiam de pœna, proprie enim pœnas pendere eum dicimus, qui ob delictum pecuniam ſolvit, *Feſto* teſte. Generatim tamen uſurpatur de omnibus, quibus quævis mulcta irrogatur pœna, vel ſupplicium. *Cic. in Piſon.* Pœnas patrum, Diiſque immortalibus eas, quæ graviſſimæ ſunt, furore, atque inſania penderet. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt. ¶ Uſurpatur etiam impers. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Iteramque Imperii noſtri publicanis penditur. ¶ Particip. *penſurus*, *Liv. l.* 23. *c.* 8. Negas ullum vectigal Pœnos penſuros.

Digitized by Google

Pendŭlus, a, um, *pendente*, תּלוּי, Germ. *hangend*, Gal. *pendant*, Hiſp. *colgado*, ἐκκρεμής, quod pendet. *Ovid. ep.* 1. v. 10. Laſſaret viduas pendula tela manus. *Colum. l.* 2. c. 18. Pendula loca. h. e. declivia. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. v. 110. dubiæ ſpe pendulus horæ. h. e. pendens, dubius.

Pene, adv. *quaſi*, כּמעט, Ger. *ſchier*, *gar nach*, Gal. *preſque*, Hiſp. *caſi*, παρ' ὀλίγον, fere, ferme, quaſi. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 4. Eo die acerbum habui Curionem, Bibulum multo juſtiorem, pene etiam amicum. *Id. pro R. Com.* Si quæ enim ſunt privata judicia ſummæ exiſtimationis, & pene dicam capitis. ¶ Reperitur & ſup. *peniſſime*, ut *Priſc.* ait *l.* 3. *pag.* 608. *Putſch.* & *l.* 15. *pag.* 1008. licet alii a *penitus* eſſe velint. *Plaut. Aul.* 3. 4. 7. Me intus gallus gallinaceus, qui erat anui peculiaris, perdidit peniſſume. *h. e.* pene nihil abfuit, quin me perderet. *Apul. l. Metam.* 8. Peniſſime ibi, quam devoverat, reddit animam. ¶ Scribitur a multis *pæne* per diphthongum *æ*, quod & probat *Manut. in Orthograph.*

Peneia, æ, f. Daphne, ita dicta, quia apud Peneum fl. in laurum converſa eſt, vel quia Peneum fl. patrem habuit. *Ovid.* 1. *Met.* Plura locuturum rapido Peneia curſu fugit.

Peneis, idis, f. eadem ac Peneia. *Ovid.* 1. *Met.* v. 472. Hac Deus in Nympha Peneide fixit.

Peneus, m. 2. *Igliaco*, fl. Elidis, in Peloponneſo, qui in mare Jonicum labitur inter Araxum, & Chelonatem prom. *Ovid.* 1. *Met.*

Peneius, a, um, quod ad Peneum ſpectat. *Virg.* 4. *Geor.* Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe.

Penelopæus, a, um, adject. ad Penelopen pertinens, ut Penelopæa fides. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg. ult.* v. 36.

Penelŏpe, f. 1. Icari filia, Ulyſſis uxor. Dictam volunt ab avibus, quæ Penelopes dicuntur, ſive Meleagrides, cum ante Arnea diceretur, quaſi abjecta, & repudiata, ab ἀρνεῖσθαι, *recuſo*, *abnuo*. Ferunt enim, cum ab Icaro, Peribœaque parentibus eſſet expoſita, ab hoc avium genere fuiſſe educatam. Celebratur tanquam pudicitiæ exemplar, quæ abſente totos viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, ut fidem, quam viro diſcedenti dederat, ſecundis nuptiis violaret. Cum autem proci acrius inſtarent, atque adeo vim illaturi viderentur, tantum moræ ab illis ſibi poſtulavit, quoad telæ, quam in manibus habebat, abſolvendæ ſufficeret: quod cum impetraſſet, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat, eoque commento eorum cupiditatem in reditum mariti diſtulit, qui ab illa ſub mendici habitu hoſpitio ſuſceptus, procos ad unum omnes interemit. *Cic.* 2. *Acad. Ovid. Heroid. ep.* 1. *Bocc. l.* 5. *Gen.* Sed *Lycophron* ſcripſit, Penelopen cum omnibus procis corpus miſcuiſſe, & ex eorum uno Panem peperiſſe, Ulyſſem cognito uxoris adulterio in Cretam inſ. receſſiſſe, & Gortynæ mortuum eſſe. Sane Pan ex Mercurio tertio, & ex Penelope natus dicitur, ſive hæc uxor Ulyſſis, ſive alia quædam fuerit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Tertius Jove tertio natus, & Maja, ex quo, & Penelopa Panem natum ferunt. ¶ Ulyſſes ex Penelope Telemachum ſuſcepit. ¶ Sponſos Penelopes *Horat.* vocat homines luxui deditos, quibus nihil cordi eſt, præter voluptates, *l.* 1. *ep.* 2. v. 18. ¶ Translate quævis caſta mulier Penelope dicitur. *Martial. l.* 1. *epigr.* 63. juvenemque ſecuta, relicto Conjuge, Penelope venit, abit Helene. Sunt tamen qui aliter hunc locum interpretantur.

Penĕlops, opis, m. παιόλοψ, avis circa paludes, & amnes verſans, vario colore, collo puniceo, alio nomine Meleagris. *Plin. l.* 37. c. 2.

Penes, *appreſſo*, אצל, Germ. *bey*, Gall. *auprès*, Hiſp. *cerca*, παρά, apud, præp. ex iis, quæ acc. regunt, & dicitur de perſona cum ſignificatione dominii, vel poteſtatis. Nam quod penes te, ſive in poteſtate tua eſt, id exterorum dici nequit, ſed quaſi intus eſt, firmiterque tenetur. *Ulpian. l. penes*, *ff. de verb. & rer. ſign.* *Penes te* amplius eſt quam *apud te*. Nam *apud te*, eſt, quod qualiter qualiter a te tenetur: *penes te* eſt, quod quodammodo a te poſſidetur. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 119. Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi. *Cic. Agrar.* 2. c. 19. Eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompejum omne judicium, & poteſtas debet eſſe, decemviri vendent? *Id. de clar. Orat.* Penes quos laus fuit. *Plin. l.* 17. 1. 22. Fides penes auctores erit, *a chi rapporta a che ciò racconta*. Adde *Senec. in Apocolocynth. Velle. l.* 2. c. 63. Summa virium penes eum eſt. *Plaut. Amph.* 2. 2. 21. Omnia bona adſunt, quem penes eſt virtus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. v. 272. Penes te es? h. e. es ne ſanus mente? *Ter. Heaut.* 4. 1. Penes te culpa eſt. ¶ Sæpe ſignificat locum. *Ter. Adelph.* 3. 4. 24. Iſthæc jam penes vos pſaltria eſt? S. Illam intus. *Cic. pro Mil.* Servi centum dies penes accuſatorem fuere. ¶ *Tacit. Ann.* 4. c. 16. Plures ejus rei cauſas afferebat, potiſſimam penes incuriam virorum, fœminarumque. h. e. potiſſimam cauſam tribuebat incuriæ &c.

Penetrabĭlis, le, o. 3. *penetrabile*, חדיר, Ger. *durchtringig*, Gal. *penetrable*, Hiſ. *penetrable*, διάτορος, quod penetrari poteſt, quod facile penetratur. *Ovid.* 12. *Met.* Corpus nulli penetrabile telo. ¶ Interdum active ſumitur, pro eo, quod facile penetrat. *Virg.* 10. *Æn.* v. 48. Aſpice, num mage ſit noſtrum penetrabile telum. *Macrob. Saturn. l.* 7. 1. 12. Penetrabilius in venas vinum.

Penĕtral, lis, o. penetrale. *Macrob. Sat.* 7. c. 2. Intra ſuum penetral. *Symmach. l.* 2. *ep.* 34. Sanctum penetral animi tui neſciunt.

Penetrāle, is, ſubſt. n. *luogo*, e *ſtanza rimota*, μυχός, omnis pars interior domus, vel templi, teſte *Servio*, adeo ut opus ſit penetrare, h. e. penitus intrare, ut *Feſtus* inquit. *Martial. l.* 10. *ep.* 51. Nec Capitolini ſummum penetrale Tonantis. *Virg.* 2. *Æn.* v. 484. Apparent Priami, & veterum penetralia Regum.

Penetrālis, le, o. 3. *rimoto*, ἐνδόμυχος, internus, interior. *Virg.* 2. *Æn.* Æternumque adytis effert penetralibus ignem. *Tac. l.* 2. *Ann.* c. 10. Libertatem avitam, penetrales Germaniæ Deos. ¶ Dii Penetrales, iidem ac Penates. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Ex quo etiam Penetrales a Poetis vocantur. ¶ Penetrale ſacrificium, quod in interiore parte ſacrarii conficitur. *Feſt.* ¶ Comparativ. *penetralior* V. in Penetraliter.

Penetrālĭter, adverb. q. d. penetrando, intus, interius. *Fortunat.* 4. *Mart.* Penetraliter ulcera mordens. *Lucret. l.* 2. v. 382. Quare fulmineus multo penetralior ignis. Rectius tamen leg. *penetralior*.

Penetratio, onis, f. *penetrazione*, actus penetrandi. *Apul. l.* 4. *Flor.* Paribus utrinque aculeis, ſimili penetratione, mutuo vulnere.

Penetrator, oris, m. qui penetrat. *Auguſtin. epiſt.* 193. *a med.* Alienæ domus penetrator.

Penĕtro, as, avi, atum, a. 1. *penetrare*, הבריח, Ger. *durchdringen*, Gal. *penetrer*, Hiſp. *penetrar*, εἰσδύνω, διαπείρω, pervado, permano, tranſeo, a *penitus*, quia eſt penitus intrare, ut *Feſtus* interpretatur. Conſtruitur cum acc. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ut penetret, & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*, *ad*, *ſub*. *Cic.* 4. *Acad.* Qui penetrare in cœlum, terram intrare poſſit. *Id. de Prov. Conſ.* Non ipſa ad eorum urbes, ſedeſque penetravit. *Id.* 6. *Ver.* Et ſubito non longe a Syracuſis penetraſſe ſub terras. ¶ Sumitur etiam pro prætergredi, ſuperare. *Plin. l.* 5. 1. 1. Atlantem penetraſſe in gloria fuit. *Velley. l.* 2. 1. 40. Penetratæ cum victoria Media, Albania, Iberia. ¶ Item pro inferre. *Plaut. Men.* 5. 2. 64. Intra ædes penetravi pedem. *Gell. l.* 5. c. 14. Specum quandam nactus remotam, latebroſamque, in eam me penetro, & recondo. ¶ Item pro conjicere, ponere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 94. Penetrare ſe in fugam. ¶ Penetrare, ad homines relatum eſt interius afficere, ad animum aut mentem uſque pertingere. *Tacit. Ann.* 3. c. 4. Nihil Tiberium magis penetravit, quam ſtudia hominum accenſa in Agrippinam. ¶ *Id. hiſt.* 4. c. 7. Sorte, & urna mores non diſcerni, ſuffragia & exiſtimationem, Senatus reperta, ut in cujuſque vitam, famamque penetrarent. h. e. invaderent.

Penēus, m. 2. *Salampria*, Πηνειός, fl. Theſſaliæ, qui ex Pindo M. oritur, deinde rigans Lariſſam, inter Olympum, & Oſſam M. prope Theſſalica Tempe in ſin. Thermaicum ſe exonerat. *Plin. l.* 4. c. 8. Poetæ fabulantur filium eſſe Oceani, duaſque filias habuiſſe, Cyrenen, & Danaen.

Penēus, a, um, adject. ut Penea Nympha, h. e. Daphne. *Ovid. Met.* 1. v. 504. Nympha precor Penea mane. Al. leg. *Peneï*, ut ſit a *Peneis*, *idis*.

Penicillus, i, m. & penicillum, i, n. *pennello*, Ger. *ein maler pinſel*, Gal. *pinceau*, Hiſ. *pincel*, σπόγγος, inſtrumentum illud, quo pictores pingunt, dim. a *peniculus*. *Plin. l.* 9. c. 45. Spongiarum genus tenue, & denſum, ex quo penicilli. *Quintil. l.* 2. c. 21. Sed ille opifex, ut cælator cœlum, & pictor penicilla deſiderat. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 16. Quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. ¶ Item penicillus tectorius dicitur, quo albarium tectorio inferunt. *Plin. l.* 28. c. 17. Setarum e tergo a penicillis tectoriis canis tum adipe tritum. ¶ Eſt item penicillus id, quo vulnus ſtipatur. *Celſ. l.* 7. 1. 7. Tunc exigua penicilla interponenda. *Plin. l.* 10. c. 15. Penicillis fervens adprimitur faſciis. ¶ Item ſpongiæ longæ genus molliſſimum eſt, quod penicillum dicitur. *Plin. l.* 31. c. 11.

Peniculamentum, i, n. 2. pars veſtis, quæ terram attingit. *Voſſ.* dicit, notare lacinias veſtium fractas. *Enn. apud Non.* c. 2. n. 614. Pendent peniculamenta unum ad quemque pedem. ¶ *Arnob. l.* 5. Peniculamenta decurtantem cantheriorum. h. e. caudas.

Penicŭlo, as, a. 1. detergo, vel attenuo inſtar caudæ, a *peniculus*. *Arnob. l.* 5. Peniculantem decurtamenta. Alii leg. *penicula decurtantem*.

Penicŭlus, i, m. vel peniculum, i, n. parva cauda, dim. a penis. Dicebatur ſpeciatim de iis, quibus pulvis, ſordeſque ex veſtibus, & vaſis detergeretur, quod fierent ex pene, id eſt, ex cauda beſtiarum, quemadmodum etiam hodie vulpinis caudis pulverem diſcutimus. *Feſt.* ¶ Translate peniculus notat caudam ſalacem. Itaque apud *Plaut. Men.* 2. 1. 11. ambiguitate vocabuli ludit nequam ſervus. Rogante enim coquo, ubi paraſitus foret nomine Peniculus (id homini inditum nomen erat, quod caudæ inſtar detergeret menſas) reſpondet ſcurriliter: *Eccum hunc, in vidulo ſalvum gero*. Nam vidulum vocat ſubligar ſcorteum, in quo ea corporis pars contecta erat. ¶ Peniculus item dicitur, γραφίς, quo pictores pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiet. *Plin. l.* 35. c. 10. Arreptoque peniculo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. ¶ Peniculi quoque ſpongiæ longæ ſunt, ita appellatæ propter ſimilitudinem caudarum. *Feſt.* ¶ Denique peniculus id omne vocatur, quod ad aliquid mundandum, detergendum, illinendum adhibetur, præſertim ſi ex ſpongia ſit factum. *Ter. Eun.* 4. 7. 7. Quid, ignave, peniculo ne pugnare, qui iſthuc huc portes, cogitas? Sa. Imperatoris virtutem noveram, & vim militum: ſine ſanguine hoc fieri non poſſe, qui abſtergerem vulnera.

Penīnsula, æ, f. *penſola*, Ger. *ein halbinſul*, Gal. *preſqu' ile*, Hiſp. *penínſula*, χερρόνησος, χερσόνησος, terra undique fere aquis clauſa, & brevi tantum anguſtia, quæ dicitur *iſthmus*, continenti adnexa, a *pene*, & *inſula*, quia quaſi inſula eſt. Nam inſula dicitur terra, quæ undique aquis clauditur, propria autem mari. *Plin. l.* 9. c. 3. Cadara appellatur rubri maris peninſula ingens. Adde *Catul. epigram.* 32.

Penis, is, m. κέρκος, proprie eſt cauda, a *pendendo*, ut ſcribit *Feſtus*, nempe quia de animali dependet, ac velut appendix quædam eſt. *Nævius apud Feſtum*. Peni pectit bubulo. ¶ Translate membrum virile penis dicitur. *Cicer. lib.* 9. *Fam. epiſt.* 22. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem peniculus. At hodie penis eſt in obſcœnis.

Penīte, adverb. penitus. *Catul. de nupt. Mall.* v. 178. Pectore uritur intimo Flamma, ſed penite magis. Ita ex antiq. Codicib. legit *Scalig.* Alii *penitus*, ut ſit adjectivum. *Sidon. l.* 4. *ep.* 9. Actiones ejus quotidianas peniſſime inſpexi. Hoc tamen ſuperlativum a *penitus* etiam duci poteſt.

Penĭtus, a, um, *ciò*, *ch' è dentro*, ὁ ἔνδον, quod intus eſt, & in abditis partibus ſitum, intrinſecum, intimum. *Plaut. Asin.* 1. 1. 28. Age, quæſo, excrea uſque ex penitis faucibus. *Id. Ciſt.* 1. 1. 65. In latebras abſcondas pectore penitiſſimo tuam ſtultitiam. *Id. Perſa* 4. 3. 71. Ne quis vero ex Barbaria penitiſſima perſequatur. *Macrob. Sat.* 5. 1. 19. De Græcorum penitiſſimis literis hanc hiſtoriam eruit Maro. *Apulej.* apud *Priſcian. l.* 3. *pag.* 599. *Putſch.* in penitiorem partem domus.

Penĭtus, adv. *molto a dentro*, ἔνδον, intus, interne, intrinſecus, in intimis partibus. *Cic. pro Cluent.* Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus inſitam, tam vetuſtam? *Id.* 4. *Verr.* Bene penitus in iſtius familiaritatem ſe dedit. *Id.* 1. *de Or.* Omnes animorum motus, quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoſcendi. *id eſt*, perfecte, & uſque ad interiora. *Celſ. l.* 5. c. 28. n. 11. Penitus condita ſuppuratio. ¶ Frequenter eſt adv. qualitatis, & ponitur pro omnino, prorſus, valde. *Cic.* 3. *Fin.* Et honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus everteris. ¶ Adduni aliqui accipi etiam pro longe, remote. *Virg.* 1. *Æn.* Penituſque alias advexerat oras. Sed hoc pro *omnino* accipi poteſt. ¶ Superlat. peniſſime V. in *Penite*.

Penītus, a, um, adject. κερκωτός, quod penem habet, id eſt caudam. Unde penita offa, teſte *Feſto*, quæ conſtat ex ea parte carnis ſuillæ, cui cauda adhæret. *Plaut. Mil.* 3. 1. 165. Aufer hinc illam offam penitam.

Penna, æ, f. *penna*, אבר, Ger. *ein feder*, Gal. *plume*, Hiſp. *pluma*, πτερόν, κάλαμος, extrinſecum illud, quo aves veſtiuntur. *Ovid.* 3. *de arte*, Terretur minimo pennæ ſtridore columba. ¶ Differt a pluma. Nam pennæ in avibus propria dicuntur, quæ majores ſunt, & duriores, quales ſunt, ex quibus cauda, & alæ conſtant, plumæ autem minores ſunt, & molliores, quibus reliquum corpus tegitur. Unde avem pennis volare dicimus, non plumis. *Col. l.* 8. 2. c. Ex ſint rubicundæ, vel fuſcæ plumæ, nigriſque pennis. ¶ Accipitur tamen penna nonnunquam generaliter, ut etiam plumas comprehendat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ut & pennis foveant, ne frigore lædantur. ¶ Uſurpatur etiam translate. Hinc *Pennæ renaſcuntur*, dicitur de iis, qui priſtinam recuperant auctoritatem. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 2. Iidem, inquam, illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. Sic *Horat. l.* 2. *ep.* 2. v. 49. me dimiſere Philippi deciſis humilem pennis, *umile*, *e mortificato*. ¶ Majores nido pennas extendere, proverbialis Metaphora eſt pro ſe amplius efferre, quam ferat fortunæ ſuæ tenuitas. *Horat. l.* 1. *ep. ult.* v. 21. Me libertino natum patre, & in tenui re majores pennas nido extendiſſe loqueris. ¶ Pennæ dicuntur etiam inſectorum. *Plin. l.* 11. 1. 28.

Pennatŭlus, a, um, adject. diminut. a *pennatus*. *Tertul. l.* 1. *ad Nation.* c. 10. Mercurius in calvitio pennatulus. h. e. pennato galero tectus.

Pennātus, a, um, *pennuto*, *che ha le penne*, Ger. *gefiedert*, Gal. *empenné*, Hiſp. *veſtido*, *cubierto de plumas*, πτερωτός, quod pennas habet. *Plin. l.* 10. c. 32. Pennatorum autem infecunda ſunt, quæ aduncos habent ungues.

gues. ¶ Pennatum ferrum, dicitur pennis munitum, ut levius fiat, & aerem facilius penetrat, quemadmodum in telo, & ſagitta videmus. *Plin. l. 34. c. 14.* Sed etiam miſſili, volucrique, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc vero pennato. ¶ Translate dicitur etiam de plantis, præſertim arboribus. *Plin. l. 16. c. 13. de fraxino.* Procera hæc, ac teres, pennata & ipſa folio. Ubi fraxini folium pennatum eſſe ait, quomodo *Theophraſtus l. 3. Hiſt. c. 10.* ſcripſerat, abietis folium πτερυγῶδες ἔχειν. ¶ Item de ſpicis. *Feſtus.* Pennatas, impennataſque agnas, in Saliari Carmine, ſpicas ſignificat cum ariſtis, & alias ſine ariſtis agnas novas volunt intelligi.

Pennĭfer, a, um, adject. penniger. *Sidon. carm. 9. v. 309.* Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.

Pennĭger, a, um, *pennuto*, πτεροφόρος, qui gerit pennas. *Cic. de Un. c. 10.* Alterum pennigerum, & aereum.

Penninus, i, Deus Alpinorum, a quo & Penninæ Alpes dictæ. *Liv. lib. 21. c. 38.*

Pennĭpes, edis, quod pennas ad pedes habet. *Catull. carm. 55. ad Camer.* Perſeus pennipes.

Pennĭpŏtens, entis, avis. *Lucr. l. 2. v. 867.* Et corpore pennipotentum.

Pennŭla, æ, *pennuta*, πτερὶς, dim. a penna. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 52.* Cum autem pennulis uti poſſunt.

Penſābĭlis, le, adject. qui penſari poteſt. *Ammian. l. 31. c. 13.* Nunquam penſabilia damna.

Penſātio, onis, f. æſtimatio, penſio, compenſatio. Legitur apud *Ulpian. l. 26. Dig. tit. 2. l. 7. Petron. in Satyr. Quintil. Declam. 332.* & *Ammian. l. 26. c. 12.*

Penſātor, oris, m. *peſatore*, σταθμοῦχος, ponderator. *Plin. l. 33. c. 3.* Stipis ponderandæ penſatores libripendes dicuntur.

Penſātus, a, um, adject. *peſato*, *eſaminato*. *Sil. l. 7. v. 23.* Penſata diu belli ſententia. ¶ Item compenſatus. *Liv. l. 26. c. 37.* Tranſmarinæ res quadam vice penſatæ.

Penſe, adverb. cum ſtudio, impenſe. *Symmach. l. 2. ep. 34.* Nihil hac ætate tractandum penſius domeſticis rebus.

Penſĭcŭlāte, adv. ἀκριβῶς, cum pondere, juſtoque examine. *Gell. l. 1. c. 3.* Quæ a Theophraſto penſiculate, atque enucleate ſcripta. Al. leg. *penſim*, eodem ſenſu.

Penſĭcŭlo, as, a. 1. idem, ac penſito. *Gell. l. 13. c. 20.* Penſicula utrunque moderate. Sunt qui legant: *utrunque penſiculate, moderateque*, &c.

Penſĭlia, ium, n. 3. res, quæ pendent. *Auctor Priap. carm. 32.* Pulchre penſilibus peculiati. h. e. teſtibus.

Penſĭlis, le, o. 3. *penſile*, μετέωρος, quod ſuſpenſum, & ſublime eſt, ut Penſilis homo, qui laqueo ſuſpenſus eſt. Penſiles horti, qui ſupra ædificia facti ſunt. Penſile horreum, quod eſt in altiore domus loco. Penſilis uva, quæ ex tignibus ſuſpenſa ſervata eſt. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 87.* Reſtim volo mihi emere. P. Quamobrem? C. Qui me faciam penſilem. *Plin. lib. 36. cap. 14.* Leguntur & penſiles horti, imo vero totum oppidum feciſſe Ægyptiæ Thebæ. *Col. l. 1.* Poſitionem penſilis horrei probemus. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 121.* Tum penſilis uva ſecundas ornabat menſas. ¶ Penſiles *horti* dici poſſunt etiam vaſa fictilia majora, quibus terra plena ſeruntur olera, aliæque plantæ, ut facile ab injuria temporum transferendo defendi poſſint. *Plin. l. 19. c. 5.* Penſiles cucumerum hortos promoventibus, in ſolem rotis olitoribus, rurſuſque hibernis diebus intra ſpeculariorum munimenta revocantibus. *Colum. l. 11. c. 3. a med.* Poſſunt etiam vaſis majoribus rotulæ ſubjici, quo minore labore producantur, & rurſus intra tecta recipiantur. Sed nihilo minus ſpecularibus integi debebunt; ut etiam frigoribus, ſerenis diebus tuto producantur ad ſolem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Cæſari cucumis præbebatur. Hactenus *Colum.*

Penſim. V. Penſiculate.

Penſio, onis, f. *penſione*, Ger. *ein zinſz*, Gal. *penſion*, Hiſp. *penſion*, καταβολή, idem, ac ſolutio. Nam olim non numeratione, ſed pondere ſolutio fiebat. *Cic. Att. l. 11.* De penſione altera oro te, omni cura conſidera, quid ſit faciendum. *Liv. l. 36.* Et ſtipendium, quod prioribus penſionibus in multos annos deberent. ¶ Metonymice uſurpatur pro eo, quod pro re aliqua ſolvitur, ut pro uſu domus, agri, aut alius rei. *Cic. pro R. Com.* Cur, cum altera penſio ſolvenda eſſet, non tum, cum prima? *Id. Lepta, l. 6. Fam.* Dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem.

Penſĭtātio, onis, f. penſio, ſolutio. *Aſcon. Pedian.* ¶ Item compenſatio. *Plin. l. 19. c. 6.* Proſperare præteriti temporis penſitatione.

Penſĭtātor, oris, m. ἐξεταστής, λογιστής, ponderator, examinator. *Gel. l. 17. c. 1.* Verborum penſitatores ſubtiliſſimi.

Penſĭtātus, a, um, ἐσταθμισμένος, ponderatus, examinatus. *Plin. ep. 8.* Nec contra multos, ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus avaritiæ vinculis eximebat. Adde *Tacit. Ann. 3. c. 32.*

Penſĭto, as, avi, atum, a. 1. *peſare*, σταθμίζομαι, ſæpe pondero, valde, vel bene pondero, freq. a *penſo*. *Plin. l. 7. c. 7.* Is demum vitam æque lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. ¶ Translate ſumitur pro conſiderare, examinare. *Gell. l. 1. c. 4.* Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur. ¶ Metaleptice capitur pro ſolvere. *Cic. pro l. Man. c. 6.* Aut eos, qui vectigalia vobis penſitant. *Id. de leg. Agrar.* Immunia (prædia) commodiore conditione ſunt, quam quæ penſitant.

Penſiuncŭla, æ, f. parva penſio. *Col. in præfat. l. 10.* Fœnoris tui reliquam penſiunculam percipe.

Penſo, as, avi, atum, a. 1. *peſare*, σταθμίζομαι, pondero, freq. a pendo. *Liv. l. 38.* Et Centurionem penſantem aurum occiderent. ¶ Translate ponitur pro æſtimare. *Liv. l. 34. c. 49.* Ut factis, non ex dictis amicos penſent. ¶ Aliquando eſt compenſare, ſive compenſando parem facere, aliquid pro alio dare. *Val. Max. l. 1.* Ut ex ſe & uno, & ſena complures Panorum juventa penſarentur. *Plin. l. 7. c. 4.* Nec lætitia ullo minimo mœrore penſanda. *Sen. 3. de Benef. c. 9.* Penſare beneficia. ¶ Aliquando ſupplere. *Plin. l. 31. c. 8. de muria:* Aquæ marinæ vicem penſat. ¶ Interdum exæquare. *Calpurn. ecl. 3. v. 83.* Dicitur & cocto penſare legumine panem. ¶ Penſare pudorem nece, apud *Ovid. ep. 2. ad fin.* eſt amiſſum pudorem morte ulciſci.

Penſum, i, ſubſt. n. *penſo*, τὸ σταθμώμενον, proprie in lanificio mulierum locum habet, & ſignificat id, quod molieri faciendum aſſignatur, a *pendo*, ideſt pondero. *Juſtin. l. 1.* Penſa inter virgines partiri. *Virg. 9. Æn.* Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa. ¶ Metaphorice notat officii cujuſque perfunctionem. *Cic. 3. de Or. c. 30.* Meque ad meum munus, penſumque revocabo. *Id. 5. Verr. c. 46.* Penſum exigere. *Var. 2. R. R. c. 2.* Penſum ſuum abſolvere. *Quintil. l. 3. c. 7.* Penſa imperata. *Col. l. 3. c. 10.* Penſum peragere. *Plaut. Perſ. 2. 4.* Penſum meum, quod datum eſt, confeci. ¶ Penſi habere. V. in *Penſus*.

Penſūra, æ, f. idem quod penſio, ponderatio. *Var. l. 4. de L. L. ſub fin.* Ea etiam nunc propter penſuram, trutinam habet poſitam.

Penſus, a, um, adject. *peſato*, ponderatus. *Titin. apud Non. c. 4. n. 362.* Date penſam lanam; qui non reddet tempori putatam recte, facite ut multetur malo. ¶ Translate eſt cogitatus, æſtimatus, deliberatus. *Ovid. 14. Metam. v. 270.* Et adverteat penſas examinat herbas. *Plaut. Stich. 1. v. 61.* Utra ſit conditio penſior, virginem ne, an viduam habere. h. e. æſtimatior, pretioſior. ¶ *Nihil penſum*, & frequentius, *nihil penſi habere*, eſt nihili ducere, non curare, contemnere. *Gel. l. 13. c. 12.* Ratum penſumque nihil habere. *Id. l. 12. c. 3.* Nihil quicquam eſt carius penſiuſque nobis, quam noſmetipſi. *Tacit. 13. Ann. c. 15.* Neque fas, neque fidem penſi habere. *Liv. l. 34. c. 31.* Vobis, quod faciatis, minus penſi eſt. *Salluſt. in Catil. c. 3.* Neque id quibus modis aſſequeretur, unquam penſi habebat. *Et c. 32.* Quibus ſi quidquam penſi unquam fuiſſet, non ea conſilia habuiſſent. *Plaut. Truc. 4. 2. 32.* Nec mihi adeſt tantillum penſi jam. *Val. Max. l. 2. c. 9. n. 3.* Nec penſi duxerat.

Pentacamon. V. Pentapetes.

Pentadactylus, f. 3. piſces ex genere concharum. *Plin. l. 32. c. ult.*

Pentadactylon, i, n. herba, eadem quæ pentaphyllon. *Apul. de herb. c. 2.*

Pentadōron, n. 2. πεντάδωρον, ſpecies lateris, ſive terræ coctæ, quinque palmos continens, a πέντε, *quinque*, & δῶρον, *palmus minor*. Alii dicunt, ædificii genus eſſe. V. *Vitr. l. 2. c. 3. Plin. l. 35. c. 14.* Genera eorum tria, didoron, quo utimur, longum ſeſquipede, latum pede, alterum tetradoron, tertium pentadoron.

Pentaeterĭcus, a, um, *di cinque anni*, πενταετηρικός, quinquennalis, a πέντε, *quinque*, & ἔτος, *annus*. *Inſcript.* apud *Gruter. p. 499. n. 6.* Pentaetericum certamen.

Pentagōnus, a, um, adject. *quinquangolo*, quinque angulos habens, πεντάγωνος. *Hygin.* & *Apulej. de Herb. c. 2.*

Pentamĕter, verſus, πεντάμετρος, qui quinque pedibus conſtat. *Quintil. l. 9. c. 4.*

Pentapĕtes, æ, herba, eadem quæ pentaphyllon, & pentacamon. *Apul. de herb. c. 2. Plin. l. 29. c. 9.*

Pentapharmăcum, i, n. compoſitio ex quinque pharmacis. Apud *Spartian. in Ælio Vero, c. 5.* ſumitur pro edulio, in quo quinque ciborum ſpecies ſunt.

Pentaphyllon, n. 2. πεντάφυλλον, chamæzelon, pentapetes, quinquefolium, herba, quæ quinque folia habet. *Plin. l. 25. c. 9.*

Pentapŏlis, f. 3. πεντάπολις, regio Palæſtinæ, ad lacum Aſphaltitem, ita dicta a quinque urbibus, quæ in illa erant, ex quibus Sodoma, & Gomorrha nominantur. Olim de cœlo tacta fuit, teſte *Solino*, propter ſcelus Sodomiticum, ut teſtatur humus nigra, & cinere ſoluta. *Naſcuntur ibi* poma, ſpecie pulcherrima, ſed quæ comedi non poſſunt, licet matura videantur, quod leniter manibus preſſa fumum exhalent, & in pulverem fatiſcant. ¶ Item regio Cyrenaica, mari Libyco expoſita, in qua quinque urbes, Berenice, Arſinoe, Ptolemais, Cyrene, Apollonia. Hinc Pentapolitana regio. *Plin. l. 5. c. 5.*

Pentaſpaſton, i, n. πεντάσπαστον, machina tractoria, quinque orbiculis conſtans, a πέντε, *quinque*, & σπάω, *traho*. *Vitruv. l. 10. c. 3.*

Pentaſtĭchæ porticus, πεντάστιχοι, ſunt quæ ex quinque columnarum ordinibus conſtant. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 18.*

Pentateuchus, maſc. 2. πεντάτευχος, volumen quinque librorum, a πέντε, *quinque*, & τεῦχος, *vas*, *alveus*. Hoc nomine ſpeciatim vocatur opus Moyſis Prophetæ, cujus libri ſunt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. *Tertul. l. 1. adverſ. Marcion. c. 10.*

Pentathli, m. 2. πένταθλοι, quinquertiones, athletæ, qui pentathlo ſe exercebant. *Plin. l. 34. c. 8. de Myrone:* Hic fecit Delphicos pentathlos.

Pentathlum, i, n. πένταθλον, quinquertium, exercitatio quinque artium, quaſi πέντε ἆθλοι, *quinque certamina*. Quinque enim, quibus apud Græcos ingenuorum puerorum inſtitutio conſtabat, hæ erant, diſci jactus, curſus, ſaltus, lucta, jaculatio. Aliqui loco ſaltus pugilatum numerant. Latini natationem, & equitationem adjecere. *Paulus Feſti abbreviator.*

Pentelĭcus, i, mons Atticæ, unde optimum marmor effodiebatur. Hinc Hermæ Pentelici, apud *Cic. Att. 1. ep. 8.*

Penthemimĕris, f. 3. πενθημιμερής, ſemiquinaria, cæſura verſus hexametri, conſtans ex duobus pedibus, & ſyllaba, quæ dictionem claudit, a πέντε, *quinque*, & ἡμι, *ſemi*, & μέρος, *pars*, ut *Virgil. 1. Æn.* Arma, virumque cano. Græca vox eſt, & græcis potius literis ſcribenda. V. *Quintil. l. 9. c. 4.*

Pentēris, is, πεντήρης, f. navis quinqueremis. *Hirt. de B. Alex. c. 46.* Capit ex eo prælio penterem unam, triremes duas, &c. Eſt qui legit *penteremem*, quæ vox idem ſignificat, ſed hybrida eſt.

Penthesĭlēa, f. 3. Regina Amazonum, poſt Orithyiam, ſive, ut alii ſcribunt, Otteram. Hæc, ut ait *Serv.* dicta eſt furens, quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans, ſe cervam ferire. Auxilium Trojanis adverſus Græcos tulit, ejuſque in bello inter fortiſſimos viros magna virtutis exempla extitere. Ab Achille victa, & interfecta eſt. *Juſtin. l. 2. Virg. 1. Æn. Ovid. 12. Met.*

Penthēĭus, a, um, adject. &

Penthēus, a, um, n. 1. 2. quod ad Pentheum ſpectat. *Stat. 2. Theb. v. 573.* Pentheumque trahens, nondum te Phœdimus æque, Bacche gravis. *Sidon. carm. 22. v. 94.* Penthea mater.

Pentheus, m. 2. per duas ſyllabas, Πενθεύς, filius Echionis, & Agaves, qui, cum Bacchi ſacra contemneret, a matre, & ſorore Numinis furore actis eſt dilaceratus. *Ovid. 3. Met. v. 514. Horat. l. 2. od. 19.*

Pentirēmis. V. Penteris.

Penuarĭus, a, um, adject. ad penum pertinens, ut penuaria cella, in qua penus reponitur, *ſalvaroba*. *Cicer. de Senect. c. 16.* Semper enim rustica cella vinaria, olearia, etiam penuaria eſt. *Ulp. l. 3. Dig. de pen. legat.* Penuaria vaſa. ¶ Legitur & *penarius*.

Penula (vel Pænula, vel Pœnula, a φαινόλης, & φαινόλιον, & φενόλης), æ, f. 1. *gabbano*, גלימא, Ger. *filtz mantel*, *regen mantel*, Gal. *manteau*, Hiſp. *capote*, φαινόλης, φαινόλιον, veſtis ſpiſſa, frigori, & imbribus arcendis apta, quæ ſuper tunicam aſſumitur loco pallii. ¶ Differt a toga, & pallio, quia arctius, preſſiuſque veſtiebat pænula, quam aut toga, aut pallium. Itaque *Artemidorus l. 2. ὀνειροκρ. c. 3.* ut chlamydem, ita pænulam quoque ait afflictionem, & anguſtiam, ac litigantibus damnationem ſignificare, quia circumquaque corpus contineat. *Ulpianus JC.* inter communia veſtimenta, quibus vir, & mulier promiſcue utuntur, pænulam annumerat. *Lampridius* ſcribit, Alexandrum conſtituiſſe, ut Senatores pænulis intra urbem frigoris cauſa uterentur, cum id veſtimentum itinerarium, & pluviæ fuiſſet. Sed quis apud Romanos pænulæ uſus fuerit, docet *Lipſius Elect. l. 1. c. 23.* & *Caſaubonus in Notis ad Spartianum*, ubi & aliqua de vocabulo ipſo. ¶ Pænulam alicui ſcindere dicitur, qui hoſpitem impenſius invitat, & prope cogit, ut apud ſe maneat. *Cic. Att. l. 13. ep. 33.* Venit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet; ſed ego ita egi, ut non ſcinderem pænulam. *Et mox.* Horum ego vix attigi pænulam, & tamen remanſerunt. ¶ Pænularum varia erant genera. Erat enim pænula gauſapina, candida, ac villoſa, qua hyberno tempore utebantur. *Martial. l. 14. epigr. 145.* Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt, ut me vel media ſumere meſſe velis. h. e. ut etiamſi hyberno uſui ſim adſcripta, tamen mea ſpecie captus me ſumere velis etiam media æſtate. ¶ Erat & pænula ſcortea, quæ ſc. ex pellibus conſtabat, ad pluviam arcendam. *Martial. l. 14. ep. 103.* Ad labias ma-

Digitized by Google

nunquam ſcortea deſit aquas. ¶ Per Catachreſin notat *Non. c. 6. n.* 3. Pænulam dici de cunctis, quæ inſtar pænulæ tegunt. *Varro in Mano.* Cum corrigias diſruptas tenet, pænula reliquam pedem ſcortea pertegere. Ubi, ut *Turneb. in Adverſ.* monet, pænula vocatur pars calcei, quæ pedem involucro ſuo contegit. ¶ *Vitruvius etiam l.* 10. *c.* 12. partem Cteſibicæ machinæ pænulam appellat, nempe, ut *Baldus* opinatur, quia & ipſa quoddam eſt operculum.

Penularium, ii, n. φαινολοθήκη, locus, in quo pænulæ reponuntur. *Nævius apud Non.* c. 2. *n.* 618.

Penuleus, & Penularius, voces ſunt a *penula* deductæ. *Lamprid. in Anton. Diadum. c.* 2. Paraverat ſane penulas populo dare Macrinus, in honorem filii ſui, quæ appellarentur Antonianæ, ut Caracallæ Baſſiani dictæ ſunt: aſſerens, melius filium ſuum Penuleum, vel Penularium dicendum, quam Caracallus dictus eſſet Baſſianus.

Penulatus, vel Pænulatus, a, um, *in gabano*, penula indutus. *Cic. pro Mil. c.* 10. Cum uxore veheretur in rheda penulatus.

Penultimus, V. Pænultimus.

Penuria, æ, f. *penuria*, *careſtia*, ἀπορία, inopia, egeſtas, a πένης, *pauper*, ſive a πενία, *paupertas*. Nuda vocali, non diphthongo ſcribi debet. *Aldus* tamen *Manutius* teſtatur per æ ſcribi in vett. libb. *Cic.* 7. *Ver.* Ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem Imperatorem ignorare poſſitis. *Virg.* 7. *Æn.* Ut vertere morſus exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Plin. l.* 8. *c.* 6. Penuria conſilii.

Penus, us, m. vel f. & penus, ni, m. & penum, ni, n. & penus, oris, n. & penu, u, n. *vettovaglia*, צֵדָה, Ger. *provant*, Gal. *proviſion*, *vivres*, Hiſp. *vitualla*, Σῖτος, accipitur pro rebus neceſſariis ad victum quotidianum, quæ ad futuri temporis uſum ſervantur, ut ſunt aromata, caſei, carnes ſalitæ, & alia eſculenta, item, ut *Gellius ex Maſſurii* auctoritate demonſtrat, thus, ceræ, & ligna. *V. eund. l.* 4. c. 1. ubi hac de re multa. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Dii Penates, a penu ducto nomine: eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus. *Gel. loc. cit.* Ea ſola eſſe penoris putat. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 74. in locuplete penu. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 45. Nam niſi penus annuus hodie convenerit. *Lucil. apud Non.* c. 3. *n.* 174. Magnus penus parvo ſpatio conſumpta peribit. *Ter. Eun.* 2. 3. Patris ad te penum omne congerebam clanculum. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 16. *v.* 72. Portet frumenta, penuſque.

Peparethius, a, um, Πεπαρήθιος, ad Peparethum pertinens, ut Peparethium vinum. *Plin. l.* 14. c. 7. *extr.*

Peparethus, f. 2. *Peperi*, al. *Lemene*, al. *Savaquino*, al. *Opula*, inſ. parva Macedoniæ, in mari Ægæo, inter Thermaicum ſin. ad Bor. & Pelaſgicum ad Mer. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 471. *Plin. l.* 4. c. 12.

Peplios, m. 2. herbæ genus, al. portulaca. *Plin. l.* 20. c. 20.

Peplos, i, f. *peplo*, πέπλος, frutex lactei ſucci plenus, foliis rutæ paulo latioribus, rotunda coma dodrantali, humi reſperſa, ſemine rotundo ſub foliis, ſimili candidi papaveris, ſed minore. *Plin. l.* 27. *c.* 15.

Peplum, i, n. & peplus, i, m. πέπλον, πέπλος, palla muliebris a ſubtili ſtamina, promiſſa, & fluxa, quæ cæteris veſtibus ſuperinduebatur: videtur fuiſſe non quarumcumque fœminarum, ſed matronarum, ut colligitur ex verbis *Iſidori l.* 19. *c.* 25. Peplum matronale pallium, & purpura ſignatum, cujus fimbriæ aurei ſtaminis ſummitate reſplendent. *Claudian. de nupt. Honor. & Mart. v.* 123. Et crines feſtina ligat, peplumque fluentem allevat. ¶ Fuit etiam peplum, ut *Lutatius Statii interpres* deſcribit *ad l.* 10. *Thebaid.* veſtis candida aureis clavis picta, ſine manicis, quæ ad veſtienda ſimulacra fiebat. Ab Athenienſibus peplum inſtitutum eſt, illudque matronæ ſuis manibus texebant, & in Panathenaicis ludis, qui quinto quoque anno celebrabantur, Minervæ conſecrabant: erat autem in eo intexta Gigantomachia, & victoria Palladis de Encelado. Hinc apud *Plaut. in fragment.* Nunquam in urbem venio, niſi cum infertur peplum. *Id. in Merc. prol. v.* 67. Quinto anno quoque ut ſpectaviſſet peplum. *Virg.* 1. *Æn. v.* 479. Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant. *Ad quem locum inquit Turneb. l.* 14. c. 15. Peplum Trojanæ mulieres ferunt, ut ea veſte Minervæ ſimulacrum induant, magnis enim in periculis Deorum fidem, & opem implorantes, eos veſtibus ornabant.

Pepo, onis, m. *pepone*, *melone*, πέπων, cucumeris genus mollius, dulciuſque, quod magnitudine cætera excedit, a Græca voce allata. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Cucumeres, cum magnitudinem exceſſere, pepones vocantur. ¶ Per convicium pepo inſulſus dicitur a *Tertul. de anim. c.* 32. homo bardus, & ſtupidus. *Id. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 40. Peponem cordis loco habere.

Pepſis, f. 3. πέψις, a πέπτω, *coquo*, concoctio, ſeu maturatio cibi in ventriculo. Legitur apud *Gell. l.* 13. c. *ult.* ſed græcis literis ſcripta.

Pepticus, a, um, adject. a πέπτω, *coquo*, *digero*. Pepticæ medicinæ dicuntur a *Plin. l.* 20. *c.* 18. quæ cibi concoctionem in ſtomacho juvant.

Per, *per*, *per mezzo*, διά, בְּ, Ger. *durch*, Gal. *par*, Hiſp. *por*, *ſen*, præp. ex iis, quæ accuſ. regunt. Hæc præpoſitio ſeparata quandoque denotat motum per locum, & dicitur tam de perſonis, quam de locis. *Liv. l.* 43. Dum ipſe terreſtri per Hiſpaniam, Galliaſque itinere Italiam peteres. ¶ Quandoque tempus. *Cicer.* 7. *Verr.* Ac per eos dies cum iſte verſaretur in conviviis muliebribus. *Id. ib.* Vos aliquot jam per annos conceptam huic Ordini turpitudinem, atque infamiam delere poteſtis. ¶ Per tempus, eſt in tempore, tempeſtive, opportune. *Plaut. Men.* 1. 2. 30. Per tempus advenis. ¶ Quandoque ſignat cauſam. *Terent. Andr.* 4. 2. 16. Ne per me ſtetiſſe credat, quominus hæ fierent nuptiæ, *accio non creda, ch' io ia ſtare la cagione*. *Plin. ep.* 5. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater. Quandoque inſtrumentum, operam, officium. *Cicer. in Fam.* 2. *ep.* 6. A me petebat per litteras. *Id. Att.* 5. *ep.* 21. Appius aliquot turmas equitum dedit Scaptio, per quos Salaminios coerceret. *Id. pro R. Am.* Recede de medio, per alium tranſigam. *Id. ib.* Per vos vitam, & famam poteſt obtinere, ideſt veſtro beneficio. ¶ Quandoque modum. *Cic. pro Roſc. Am.* Per ſummum dedecus vitam amiſit. *Liv. l.* 1. Cujus ad ſolemne, ludoſque per fas, ac fidem decepti veniſſent, *ſotto la buona fede*. ¶ *Per ludum*, & *jocum*, eſt ludendo, & jocando aliquid facere. *Cic.* 3. *Verr.* Q. Opimium per ludum, & jocum fortunis omnibus everſiſſe. *Id.* 7. *Ver.* Ad quos (honores) eos per ludum, & negligentiam perveniſtis. ¶ Per otium, eſt otioſe, commode. *Liv. l.* 27. Ubi nemo hoſtium adverſus prodiit, ſpolia per otium legere. ¶ Per ſpeciem, eſt per ſimulationem, ſimulata occaſione. *Liv. l.* 1. Per ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmavit. ¶ Per cauſam, eſt per ſimulatam cauſam, ſimulate. *Liv. l.* 34. Per cauſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret a tergo agmen. ¶ Eſt etiam particula jurandi, ut per Herculem, per Pollucem. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. Hoc per ipſos Deos quale tandem eſt? *Idem* 2. *de Div. c.* 55. Per Deos, atque homines. ¶ Item precandi, deprecandi, ut per Deos, per dexteram, per fortunas, per fidem, per deorum immortalium fidem, per jura, per genua, &c. *Plaut. Rud.* 3. 4. 18. Per ego te hæc genua obteſtor. *Cic. ad Brut. ep.* 14. Subveni per Deos, idque quamprimum. *Ter. Andr.* 5. 1. Per ego te deos rogo. *Liv. l.* 23. *c.* 9. Per ego te, fili, quæcumque liberos jura jungunt parentibus precor, quæſoque. ¶ Item concedendi, permittendi. *Ter. Adel.* Si eſſes homo, ſineres nunc

facere, dum per ætatem licet. ideſt dum ea ætas adeſt, in qua id poteſt facere. *Cicer.* 10 *Tuſc.* 4. Digladientur illi, per me licet. ideſt ego non impedio. *Id. de Am.* Suoſque omnes per ſe eſſe poſſe ampliores volebat, ideſt quod ad ſe attinebat. ¶ Aliquando ponitur pro inter. *Virg.* 1. *Georg.* Et ea ſecta per ambas. ¶ Per ſe, ſignificat ex ſe ſe. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. Per te tibi conſulis. *Cic. de Fin.* Per ſe eſſet & virtus, & cognitio rerum, quod minime illa vult, expetenda. ¶ Jungimus nonnunquam in eadem ſignificatione per ſe, & propter ſe. *Cic. de Am.* Ita pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia per ſe, & propter ſe expetita. ¶ Componitur cum innumeris dictionibus, a quacunque littera incipiant. ¶ Aliquando vim habet adverbii, & pro *valde* ponitur cum poſitivis, & interdum etiam cum ſuperlativis, ut in *pergravis*, *perpaucíſſimus*, quas voces V. ¶ Quod ſi addatur *quam*, ſignificat maxime, ut *perquam bonus*, ideſt optimus; *perquam magnus*, ideſt maximus. ¶ Interdum ipſum nomen cum *per* compoſitum eleganti tranſpoſitione, interjecto verbo, dividitur. *Cic. Att l.* 10. *ep.* 1. Per enim magni æſtimo, tibi factum noſtrum probari. *Id.* 1. *de Or. c.* 49. Per hoc mihi mirum viſum eſt.

Pera, æ, f. *biſaccia*, תַּרְמִיל, Ger. *ledertaſch*, *lederſack*, Gal. *beſace*, *poche*, Hiſp. *alforja*, πήρα, ſacculus ex aluta, a collo ad lumbos pendens, quo panem, & aliquid obſonii geſtare viatores ſolent. *Mart. l.* 4. *ep.* 53. Cum baculo, peraque ſenex, ubi Philoſophum quendam notat. Erant enim baculus & pera inſignia Philoſophorum, & Cynicorum in primis, qui pauperes ſe eſſe profitebantur, & rerum omnium contemptores. *Apul. Apolog.* Peram, & baculum tu philoſophis exprobrares?

Perabſurdus, a, um, valde abſurdus. *Cicer.* 2. *Acad.* Illud vero perabſurdum, quod dicitis. Adde 5. *Fin. c.* 11.

Peraccommodatus, a, um, adject. valde accommodatus. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 5. Per fore accommodatum tibi. V. *Per* in fine.

Peracer, cris, cre, o. 3. valde acer, & vehemens. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 16. Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre judicium. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 1. Acetum peracre.

Peracerbus, a, um, valde acerbus. *Cic. de Sen. c.* 15. Primo peracerba guſtatu. *Plin. l.* 6. *c.* 5. Mihi peracerbum fuit, quod &c.

Peraceſco, is, cui, n. 3. valde aceſco, ſeu acidus fio. Tranſlate *Plaut. Bacch.* 3. 1. 13. Hoc hoc eſt, quod peraceſcit, hoc eſt demum, quod percrucior.

Peractio, onis, f. *compimento*, *fine*, τελείωσις, perfectio, finitio. *Cicer. de Sen. c. ult.* Senectus autem peractio ætatis eſt.

Peractus, a, um, nom. ex particip. *finito*, *compito*, perfectus, abſolutus. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 7. Vita peracta ſine labe. *Virg.* 9. *Æn.* Cædes ingens peracta. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 1. Opus peractum. *Hor. l.* 4. *od.* 14. Imperiis peractis, *finito il comando dell' armi*. *Juven. ſat.* 10. *v.* 6. votum peractum. h. e. impetratum.

Peracuo, is, ui, utum, a. 3. valde acutum facio. *Cato c.* 40. *R. R.* Sumito tibi ſurculum durum, eum peracuito.

Peracute, adv. valde acute. *Cic.* 1. *Acad. c.* 10. Valdeque ſubtiliter diſſereret, & peracute moveretur. Adde 3. *Fam. ep.* 8.

Peracutus, a, um, valde acutus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 24. Ut cito teſticulos peracuta falce ſecaret. ¶ Tranſlate *Cic.* 4. *Ver. c.* 44. Ut ſibi ipſe peracutus eſſe videatur.

Peradoleſcens, tis, *molto giovine*. *Cic. pro Leg. Manil. cap.* 21. Quid tam præter conſuetudinem, quam homini peradoleſcenti imperium, atque exercitum dari?

Peradoleſcentulus, i, m. valde juvenis. *Nepos in Eum. c.* 1. Hic peradoleſcentulus ad amicitiam acceſſit Philippi.

Peredificatus, a, um, adject. *compito di fabbricare*. *Col. l.* 4. c. 3. Ab inchoato domus extruunt, nec peredificatis cultum adhibent.

Peræquatio, onis, f. perfecta æquatio. *Solin. c.* 1. (al. 3.) Temporum peræquatio. Alii leg. *adæquatio*. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 9. Similitudinum peræquatio.

Peræquatores, m. 3. exactores cenſuum capitationis, quod æqualiter ab omnibus exigant. *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.* 361. *n.* 1. Peræquatores cenſus provinciæ Gallæciæ.

Peræque, adv. *Cic. in Piſon.* Quod cum peræque omnes, tum acerbiſſime Bœotii ſenſerunt. Adde *Nepot. in Att. c.* 13.

Peræquo, as, avi, atum, a. 1. *Col. l.* 3. *c.* 3. Et apud me octogenæ ſtirpes inſitæ intra biennium ſeptenos culeos peræquarent. h. e. omnino implerent.

Peræquus, a, um, valde æquus. *Cic.* 7. *Verr. c.* 21. Fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

Perætimo, as, a. 1. idem quod æſtimo. *Impp. Conſtant. & Julian. l.* 6. *Cod. Theodoſ. tit.* 29. *leg.* 2. *extr.* Quod ſi forte aliquis peræſtimaverit perpetrandum, &c.

Peragitatus, a, um, nom. partic. valde agitatus. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 8. Vehementiuſque peragitati ab equitatu, montem excelſum capiunt.

Peragito, as, avi, atum, a. 1. valde, vel frequenter agito. *Senec.* 1. *de Ira, c.* 7. Hic ſtimulus peragitavit, miſitque in pericula audaces. *Colum. l.* 12. *c.* 19. Subrude fœniculo peragitet. h. e. permiſceat.

Perago, is, egi, actum, a. 3. *compire*, *finire*, כִּלָּה, German. *auſmachen*, *vollenden*, Gall. *achever*, Hiſp. *acabar*, περαίνω, perficio, abſolvo, finio. *Cic. de Sen.* Nec hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt fabula. *Sueton. in Oth. c.* 7. Quingenties H S ad peragendam auream domum. ¶ Sæpe ponitur pro agere, ſimpliciter. *Liv. l.* 1. Rea cætera, ut orſus erat, peragit. *Cæſ. l.* 6. *c.* 4. Peragit concilium Cæſar. *Liv. l.* 1. *c.* 32. peragere poſtulata. *Colum. l.* 3. *c.* 10. Peragere propoſitum laboris penſum. ¶ Item pro interficere. *Silius l.* 11. *v.* 363. nec tantum fata dederant Externa peragi dextra. Adde *Martial. l.* 3. *epigr.* 38. ¶ Interdum eſt valde agere, concitare. *Senec. ep.* 59. Hunc, quem Græci œſtrum vocant, pecora peragentem. ¶ Item agere per aliquam rem, adigere, penetrare. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 119. Latus enſe peregit. ¶ Item percurrere. *Ovid.* 13. *Met.* Cum Sol duodena peregit ſigna. ¶ Item deſcribere. *Liv. l.* 2. Liberi jam hinc P. R. res pace, belloque geſtas, annuos Magiſtratus, imperiaque legum potentiora, quam hominum, peragam. ¶ Item tranſigere. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 5. Et vacuam ſomno noctem, quam longa, peregi. ¶ Item conſiderare, ſecum reputare. *Virg.* 6. *Æn.* Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi. ¶ Item conficere, concoquere. *Plin. l.* 9. *c.* 60. Omnem cibum ſtatim peragat. ¶ Peragere reum, eſt condemnare, vel potius ita res accuſationem perſequi, ut tandem damnetur. *Plin. l.* 3. *ep.* 9. Marium una civitas publice, multique privati reum peregerunt. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 1. *v.* 24. Et peragar populi publicus ore reus. ¶ Peragere verum judicium, eſt judicium comprobare. *Liv. l.* 6. ¶ Peragere ſententiam ſuam, *finir di dire il ſuo parere*. *Id. l.* 7. Claudium interpellandi verecundia fuit; igitur ſententiam peregit. *Id. l.* 7. Ubi ſententiam meam vobis peregero. ¶ Cum infinito interdum accipitur pro pergere, *continuare*. *Perſ. Sat.* 5. *v.* 139. Varo, reguſtatum digito terebrere ſalinum contentus perages.

Peragranter, adv. peragrando. *Ammian. l.* 14. *c.* 1. (*alii* 9.)

Peragratio, onis, f. περιπάτησις, ambulatio, actus peragrandi. *Cic.* 4. *Phil. c.* 21. Quæ fuit ejus peragratio itinerum.

Peragratrix, icis, f. quæ peragrat. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 192. Peragratrix cœlicolarum.

Digitized by Google

Peragrātus, a, um, περιπεπλανημένος, *ſcorſo*. *Cic. 5. Fin.* A quibus propter diſcendi cupiditatem videmus ultimas terras eſſe peragratas.

Perăgro, as, avi, atum, a. 1. *andar errando*, *ſcorrere*, ירד, Germ. *durch gehen*, *durch ſtreichen*, Gal. *aller par les pais*, Hiſp. *andar camino*, *peregrinar*, περινοστέω, ambulo, luſtro, inquirendo circumeo, e *per*, & *ager*, quaſi multos agros peretro. *Cic. 6. Verr.* Orbem omnium peragraſſe terrarum. *Id. pro Mil. c.* 35. Ultrò quam fines imperii ſunt, non ſolum fama de illo, ſed etiam lætitia peragravit. *Id. 1. de Orat.* Peragrare per animos hominum. *Id. pro Cæl.* Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo.

Perăgror, aris, depon. 1. peragro. *Velley. l. 2. c.* 98. Peragratuſque victor omnes partes Germaniæ.

Peralbus, a, um, adject. valde albus, ut equus peralbus. *Apul. l. 1. A. A.* avis peralba. *Id. l.* 3.

Perămans, tis, nom. ex particip. valde amans. *Cic. Att. l. 4. ep.* 8. Homo peramans ſemper noſtri fuit.

Peramanter, adv. valde amanter. *Cic. l. 9. Fam. ep.* 20. Qui me quidem perofficioſe, & peramanter obſervant.

Perambŭlo, as, avi, atum, a. 1. ambulando circumeo. *Var. R. R. l. 1. c.* 2. Vos, qui multas perambulaviſtis terras. *Horat. Epod.* 17. Perambulabis aſtra ſidus aureum.

Perămo, as, avi, atum, a. 1. *amare caldamente*, ὑπεραγαπάω, valde amo, perfecte amo, ad finem uſque amo. *Cic. 1. de Leg.* Si non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore? Alii leg. *per ſe amatur*.

Peramœnus, a, um, adject. valde amœnus. *Tacit. Ann. 4. c.* 67. Æſtas in Favonium obverſa, & aperto circum pelago peramœna.

Peramplus, a, um, πολυυλάστος, valde amplus. *Cic. in Verr. 6. c.* 49. Sunt ea ſimulacra perampla, atque præclara.

Peramputo, as, a. 1. perfecte amputo. *Colum. l. 8. R. R.* Vulnus ita inſanabile facit, ut totum peramputandum ſit.

Perănceps, itis, adject. valde anceps. *Ammian. l. 29. c. 5.* (*aliis* 30.)

Perangŭſte, adverb. admodum anguſte. *Cic. 2. de Orat. c.* 33. Coarctavit, & peranguſte refarſit in oratione ſua.

Perangŭſtus, a, um, admodum anguſtus. *Cic. 7. Verr.* Peranguſto freto diviſa ſervitutis, ac libertatis jura cognoſceret. *Liv. l. 22. c.* 4. Via peranguſta.

Perănno, as, a. 1. διενιαυτίζω, per integrum anni tempus vivo, annum perago, ex *per*, & *annus*, *as*. *Macrob. l. 1. Saturn. c.* 12. Ut annare, perannareque commode liceret. V. Anno, as. *Sueton. in Veſp. cap.* 5. Ideo puella nata non perannavit. Al. leg. *perennavit*. V. Perenno.

Perantīquus, a, um, valde antiquus. *Cic. de cl. Or. cap.* 10. Ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienſes, non ita ſane vetus.

Perappoſĭtus, a, um, valde appoſitus, ſeu aptus. *Cic. 2. de Or. c.* 67. Non ſolum minus perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis.

Perarātus, a, um, nom. ex particip. *Ovid. 1. Amor. eleg.* 11. ad dominam pararatas mane tabellas Perfer. h. e. ſcriptas.

Perardŭus, a, um, ὑπεράναντες, valde arduus, perdifficilis. *Cic. 5. Verr. c.* 71. Mihi autem hoc perarduum eſt demonſtrare.

Perareſco, is, n. 3. valde areſco. *Var. l. 1. R. R. c.* 49. Herbam, quoad perareſcat, furcillis verſare. *Col. l. 12. c.* 3. Ut perareſcat, aut totum decidat.

Perargūtus, a, um, valde argutus. *Cic. in Brut. c.* 45. Quem ſtudebat imitari L. Afranius Poeta, homo perargutus.

Perarĭdus, a, um, valde aridus. *Col. l. 2. c.* 19. Ut neque peraridum, neque rurſus viride colligatur. *Cato R. R. c.* 5. Frondem condere non peraridam.

Perarmatus, a, um, nom. particip. perfecte armatus. *Curt. l. 4. c.* 9. Hoc modo inſtructo exercitu ac perarmato, copias movit.

Perarmo, as, a. 1. munio, armo. *Prudent. Cathem. 6. v.* 85. Hujus manum potentem Gladius perarmat anceps.

Perăro, as, avi, atum, a. 1. rugis ſignare, criſpare. Nam rugæ in fronte quandam ſulcorum ſimilitudinem referunt. *Ovid. 14. Metam.* Et rugis peraravit anilibus ora. ¶ Interdum pro ſcribere, exarare. *Ovid. 1. de art. v.* 455. Ergo tibi blandis peraretur litera verbis. ¶ Interdum pro navigare. *Senec. Med. v.* 650. Pontum perarare, ſorte timenda.

Peraſper, a, um, adject. valde aſper. *Celſ. l. 5. c. 28. n.* 14. Super corpus, quaſi verruca, eminet, in ſummo peraſperum.

Peraſtūte, adv. valde aſtute. *Plaut. Truc. 2. 2.* 43. Ut peraſtute eum inijciatis in malam fraudem, & pœnam. Quædam Edition. τὸ *peraſtute* omittunt.

Peraſtutŭlus, a, um, adject. valde aſtutus. *Apul. l. 9. Metam.* Mulier callida, & ad hujuſmodi flagitia peraſtutula.

Peratĭcum, i, n. bdellii genus, quod in Media defluit ex arbore quadam. *Plin. l. 12. c.* 9.

Perātim, adverb. cum pera, vel per peram. Peratim ductare, eſt argento aliquem circumducere, argentum, quod in pera eſt, alicui oſtentare, & fraudulenter ſurripere. *Plaut. Epid. 3. 2.* 14. Nihil moror vetera, & vulgata verba, peratim ductare, at ego follitim ductitabo. V. ibi Interpretes, ex quibus nonnulli aliter legunt.

Perattente, adv. valde attente. *Cic. pro Cæl. c.* 55. Auditi a vobis meum familiarem L. Herennium perattente.

Perattentus, a, um, valde attentus. *Cic. 5. Verr. c.* 5. Superiore omni oratione perattentos veſtros animos habuimus.

Peraudiendus, a, um, partic. omnino audiendus. *Plaut. Mil. 1. 2.* 34. Auribus peraudienda hæc ſunt.

Perbacchor, aris, d. 1. παροινέω, perpoto, & luxu conviviis frequentandis. *Cic. 2. Phil. cap.* 41. At quam multos dies in ea villa turpiſſime es perbacchatus!

Perbeātus, a, um, valde beatus. *Cic. 1. de Orat. cap.* 1. Perbeati fuiſſe illi videri ſolent.

Perbelle, adv. valde belle. *Cic. l. 16. Fam. ep.* 18. Quod quidem aut facis, aut perbelle ſimulas. Adde *ad Attic. l. 4. c.* 4.

Perbĕne, adv. valde bene. *Cic. in Brut. c.* 28. Perbene loqui Latine putabatur. Adde *Liv. l. 45. c.* 3.

Perbenevŏlus, a, um, adject. valde benevolus. *Cic. Fam. lib. 14. ep.* 4. Peſcennius eſt perbenevolus nobis.

Perbenigne, adv. valde benigne. *Cic. ad Q. Fr. l. 2.* Perbenigne mihi reſpondit. Adde *Ter. Adelph. 4. 5.* 68.

Perbibeſia, æ, f. vox jocularis a *Plauto* efficta ad ſignificandam regionem, in qua ſtrenue bibitur. *Curc. 2. 3. v.* 74.

Perbĭbo, is, ibi, a. 3. *bever bene*, διαπίνω, valde bibo, perfecte bibo, totum bibo. *Cato c.* 130. Perbibant bene. ¶ Translate ſumitur pro recipere, imbui. *Col. l. 7. c.* 4. Ubi per triduum delibuto tergore medicamen at perbiberit. *Senec. ep.* 36. Perſeveret colere virtutem, perbibere liberalia ſtudia. ¶ Item pro conſumere. *Plaut. Stich. 2. 2.* 16. Cui medullam laſſitudo perbibit.

Perbīto, is, n. 3. vel perbito, as, n. 1. *perire*, pereo, ab antiquo beto, vel betio pro eo. *Plaut. Capt. 3. 5.* 32. Qui per virtutem perbitat, non interit. Alii leg. *periſſet*. *Liv. Andr.* apud *Non. c. 2. n.* 634. puerum interea ancillæ ſubdam, ne fame perbitet. ¶ Item tranſmeare, alio ire. *Plaut. Rud.* 2. 6. Malo cruciatu in Siciliam perbiteres. Sunt qui hunc quoque locum ad priorem notionem transferunt, & in *Sicilia* legunt.

Perblande, adverb. valde blande. *Macrob. lib. 2. Sat. c.* 2. Cum perblande ſalutaviſſet.

Perblandus, a, um, valde blandus. *Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep.* 2. Succeſſorem habes perblandum. *Liv. l. 23. c.* 10. Oratio perblanda.

Perbŏnus, a, um, valde bonus. *Cic. pro Flacc.* Agros habent & natura perbonos. Adde *Verr. 6. c.* 18.

Perbrĕvis, & ve, o. 3. valde brevis. *Cic. in Brut.* Quodque difficile eſt, idem & perornatus, & perbrevis. ¶ Interdum interjecto verbo dividitur. *Id. pro Cluen. c.* 1. Altera pars per mihi brevis, & non magnæ in dicendo contentionis fore videtur.

Perbreviter, adv. valde breviter. *Cic. 2. de Or.* De omni iſto genere quid ſentiam, perbreviter exponam. Adde *pro Dom. c.* 15.

Perca, æ, f. πέρκη, piſcis delicatiſſimus, in genere ſaxatilium, qui & in mari, & in fluminibus, & lacubus capitur. *Plin. l. 9. c.* 16. Perca marina mænæ ſimilis eſt. *Auſon. in Moſella.* Nec te delicias menſarum, perca, ſilebo.

Percădo, is, cecidi, caſum, a. 3. valde, vel omnino cædo. *Flor. lib. 3. c.* 20. In Apennino Lentuli exercitum percecidit. *Id. l. 4. c.* 12. Terga hoſtium percecidit.

Percalefacio, is, eci, actum, a. 3. valde calefacio. *Vitruv. l. 8. c.* 3. Sulphuroſi fontes nervorum labores reficiunt percalefaciendo. ¶ Paſſivum Percalefio, is, actus ſum. *Id. ib.* Percalefieri cogit aquam.

Percalefactus, & Percalfactus, a, um, valde calefactus. *Lucret. l. 6. v.* 276. omnia motu Percalefacta vides ardeſcere. *Scribon. Larg. Compoſit.* 136. Loco flammæ percalfacto.

Percalefio, V. in Percalefacio.

Percalĕo, vel Percaleſco, is, n. valde caleo. *Lucret. l. 6. v.* 280. Inde ubi percaluit vis venti, &c. *Ovid. 2. Met. v.* 417. poſtquam vetus humor ab igne Percaluit Solis.

Percallĕo, es, lui, n. 2. induratum, & obduratum eſſe longa conſuetudine, *aver fatto il callo*. *Cic. pro Mil. c.* 28. Sed jam uſu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia. ¶ Item perfecte callere, *eſſer prattico*. *Cic. 2. de Orat. c.* 34. Si uſum rerum percallueris, nihil te effugiet.

Percandefacio, is, a. 3. valde calefacio. *Vitruv. l. 8. c.* 3. Ignis percandefacit terram.

Percandĭdus, a, um, adject. valde candidus. *Celſ. l. 5. cap.* 9. Percandida compoſitio. *Solin. c.* 30. (al. 37.) Gemma percandida.

Percantatrix. V. Præcantatrix.

Percārus, a, um, adject. valde carus. *Juſtin. l. 12. c.* 12. Unus ex amicis ejus, obſequiis regi percarus. ¶ Item qui magno pretio venditur. *Ter. Phorm. 3. 3.* 24. Quantum opus eſt tibi argenti? Ph. Solæ triginta minæ. Ge. Hui percara eſt. Al. leg. *peracara*.

Percautus, a, um, valde cautus. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c.* 6. Delectus in familiaribus & provincialium hominum, & Græcorum percautus, & diligens.

Percēdo, is, pro decedo, affert ex *Cic. Non. c. 2. n.* 704. ſed locus dubius eſt.

Percelebrātus, a, um, valde celebratus. *Cic. pro Cæl. c.* 29. Audita, & pervulgata, & percelebrata ſermonibus res eſt.

Percelĕbris, bre, adject. valde celebris. *Plin. l. 10. c.* 3. Eſt percelebris apud Seſton urbem aquilæ gloria. *Pompon. Mela l. 2. c.* 3. Templum vetuſtate percelebre.

Percelĕbro, as, a. 1. maxime celebro, ſeu divulgo. *Cic. 7. Ver. c.* 31. De qua muliere plurimi verſus tota Sicilia percelebrantur.

Percĕler, & ris, o. valde celer. *Cic. pro Cæl. c.* 24. Cujus perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatum venenum.

Perceleriter, adv. valde celeriter. *Cic. Fam. 6. ep.* 12. Recepit, perceleriter ſe ablaturum diploma.

Percello, is, culi, (vel culſi) culſum, a. 3. *percuotere*, נגף, Ger. *anſtoſſen*, Gal. *abbatre*, Hiſp. *herir*, παρασείω, ἐκπλήσσω, permoveo, proſterno, ab antiquo *cello*, *is*, pro movere. *Ovid. 5. Met.* Stipite, qui media poſitus fumabat in ara, perculit. *Cic. 2. Tuſc.* Si te forte dolor aliquis perculerit. *Liv. l. 1.* Percellere pectus pavore. *Colum. l. 7. c.* 7. Cum unam, vel alteram (capram) paſtis perculit. *Plin. in paneg. cap.* 66. Naufragia multorum, quos inſidioſa tranquillitate profecto improviſus turbo perculerat. *h. e.* everterat. Alii leg. *proculerat*. ¶ *Plaut. Mil. 3. 1.* 167. Sed percellunt ſe, ſed procumbunt dimidiati. h. e. inclinant ſe ad menſam. Alii leg. *procellunt*. ¶ *Perculſus* paſſiva ſignificatione pro perculſus fuit. *Flor. l. 3. c.* 10. Ille fortiter a Dolabella ſubmotus eſt: hic, inſidiis in valle diſpoſitis, dolo perculit. ¶ Præteritum *perculſi* incertum, an Latinum ſit. Nam quæ afferentur loca ex *Ter. Andr. 1. 1.* 98. percolſit illius animum: Et ex *Hor. l. 1. od.* 7. Lariſſæ perculſit campus opimæ: dubia ſunt, & utrobique al. leg. *percuſſit*.

Percenſĕo, es, ui, itum, a. 2. *commemorare*, *annumerare*, idem, quod recenſeo, niſi præpoſitio quid perfectionis addat. *Cic. in Partit.* Quo in genere percenſere poterit plerique inveniendi locos. *Id. ad Quirit. poſt redit. c.* 1. Percenſere numerando. *Ovid. 1. Met.* 2. totum percenſuit orbem, h. e. peragravit. ¶ Item cenſorio more notare, perſtringere. *Gell. l. 6. c.* 3. Orationem ſubtili judicio percenſere.

Perceptio, onis, f. *percezione*, κατάληψις, comprehenſio, collectio, actus percipiendi. *Cic. 2. Off. c.* 3. Neque frugum, fructuumque reliquorum perceptio, & conſervatio ſine hominum opere ulla eſſe potuiſſet. ¶ Tranſlata ſumitur pro cognitione. *Cic. 2. Acad.* Ars vero quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex una, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat?

Perceptum, i, n. perceptio, cognitio, cogitatio. *Cic. de Fato, cap.* 6. A perceptis artis proficiſcitur: percepta appello, quæ dicuntur græce θεωρήματα. Alii leg. *a præceptis*.

Perceptus, a, um, nom. ex particip. *compreſo*, *guſtato*, *inteſo*. *Ovid. 1. de Pont. el. 2.* 53. percepta eſt brevis, & non vera voluptas. *Nepos in Attic. c.* 17. Philoſophorum percepta habuit præcepta. *Gel. l. 14. c.* 1. Mirabatur, id cuiquam pro percepto liquere. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 56. Perceptus uſu.

Percerpo, is, a. 3. decerpo, carptim lego. *Gel. l. 2. c. ult.* Cujus rei cauſa cum Ariſtotelis libros problematum percerpſimus, notavi.

Percīdo, is, idi, iſum, a. 3. *percuotere*, *battere*, valde cædo. *Plaut. Perſ.* 2. 4. 12. Non hercle, ſi os perciderim tibi, metuam. Ita legunt in MSS. & veterib. editionib. plerique Critici. Addit *Gruter.* exemplum *Senecæ l. 4. quæſt. nat.* Mendacia leviora, in quibus ne percidi, non oculi erui ſolent. Non deſunt tamen qui ubique *præcide* pro percido reponunt.

Percĭĕo, es, a. 2. & Percio, is, a. 4. valde cieo, commoveo. *Lucret. l. 3. v.* 304. iras fax ſubdita percit. & *v.* 185. Ocyus ergo animus, quam res ſe perciet ulla. ubi *perciet* præſens tempus eſt. & *v.* 28. ubi me divina voluptas Percit, atque horror. ¶ *Plaut. Aſin. 2. 4.* 69. Crura hercle diffringentur, ni iſtum impudicum percies. hoc eſt magna voce proclamas, ſeu prædicas, iſtum impudicum eſſe.

Percinctus. V. Præcinctus.

Percingo, is, inxi, inctum, a. 3. circumquaque cingo. *Colum. l. 10. v.* 347. Sæpe ſuas ſedes percinxit vitibus albis.

Percio, is. V. Percieo.

Percipio, is, epi, eptum, a. 3. *prendere*, תפש, קבל, German. *faſſen*, *ergreiffen*, Gal. *comprendre*, *percevoir*, Hiſp. *recebir*, καταλαμβάνω, perfecte capio,

Digitized by Google

capio, comprehendo, colligo. *Cic. de Off. l. 1.* Vicinum citius adjuveris in frugibus percipiendis, quam propinquum. *Plin. l. 15. c. 1.* Fructum ex arbore percipere. ¶ Item occupare. *Ter. Eun. 3. 6.* Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. *Plaut. Amph. 5. c. 66.* Nam mihi horror membra percipit. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſentire, ſeu apprehendere aliquo ſenſu, ut viſu, tactu, &c. *Cic. in Brut.* Quod neque oculis, neque auribus, neque ullo ſenſu percipi poteſt. *Id. l. 14. Fam. ep. 1.* Acerbiſſimos dolores, miſeriasque percepit. *Caſ. l. 7. B. G.* Hac opinione perceperat. ¶ Item pro intelligere, cognoſcere, diſcere. *Cic. Treb. l. 7. Fam.* Nullam artem literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. *Id. 1. Catil.* Percipite, quæſo, diligenter, quæ dicam. *Id. de Sen.* Themiſtocles omnium civium nomina perceperat, *avec imparata mente.* ¶ *Percepſe* pro percepiſſe, *Vetus Poeta* apud *Cic. 3. Off. c. 26.*

Percīſus, a, um, nom. ex particip. valde cæſus, percuſſus, tuſus. *Martial. l. 2. epigr. 67.* Os tibi percīſum, quanto non ipſe Latinus Vilia Panniculi percutis ora ſono. Al. leg. *præciſum*.

Percitatus, a, um, percitus, incitatus. *Auctor* apud *Non. c. 7. n. 2.* Matronæ percitatæ tumultu.

Percīto, as, a. 1. excito, permoveo. *Pacuv.* apud *Poſt.* in *Reciprocare*.

Percitus, a, um, *incitato, commoſſo*, commotus, incitatus. *Ter. Hec. 3. 3. 27.* Incredibili re, atque atroci percitus. *Cic. pro Mil. c. 23.* Sive enim illud animo irato, ac percito feciſſes. *Lucret. l. 2. v. 1053.* Semina æterno percita motu. *Plaut. Men. 5. 3. 21.* Percitus inſania.

Percīvīlis, le, adject. valde civilis. *Sueton. in Tiber. c. 58.* Exſtat & ſermo ejus in Senatu percivilis.

Perclāmo, as, ἀνακράζω, valde clamo. *Plaut. Truc. 2. 1. 8.* Quot perclamandi, Dii veſtram fidem! Al. aliter legunt.

Perclārĕo, es, vel Perclareſco, is, ui, n. valde clareo. *Alcim. Avit. l. 6. v. 308.* ſancto cunctis perclaruit ore. Adde *Symmach. l. 10. ep. 71.*

Perclūdo, is, ſi, uſum, a. 3. concludo, claudo. *Vitruv. l. 1. c. 1.* Funes, qui non percluduntur, nec præligantur. *Paul. JCtus l. 10. Dig. tit. 2. leg. 9.* Antequam penſionis nomine percludamur. Utroque loco alii *præcludo* reponunt.

Percnoptĕrus, m. 2. περκνόπτερος, avis ex aquilarum genere, quæ circa lacus verſatur, vulturi ſimilis, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens, ſed imbecillis, & degener, ita, ut a corvis ſæpenumero verberetur, a περκνός, *niger*, nigro colore diſtinctus, varius, & πτερόν, *ala*, quod alas habeat punctis, ac maculis nigricantibus interſtinctas. *Plin. l. 10. c. 3.*

Percnos, maſc. 2. περκνός, genus aquilæ, punctis, ac maculis nigricantibus toto corpore interſtinctum, quod inter aquilarum genera ſecundam magnitudinem, & vim obtinet, vivitque ut plurimum circa lacus. *Plin. l. 10. c. 3.*

Percoarcto, as, a. 1. vehementer conſtringo. *Colum. l. 2. c. 19.* Et utrinque ſiccatum percoarctabimus in ſtriam.

Percoctus, a, um, nom. ex particip. bene, vel valde coctus. *Lucret. l. 6. v. 722. de Æthiop.* nigra virum percoctaque ſecla calore. *Plin. l. 22. c. 25.* Lens non bene percocta.

Percognoſco, is, a. 3. διαγινώσκω, perfecte cognoſco. *Plaut. Truc. 1. 2. 50.* Utroſque percognovi probe. *Plin. l. 4. c. 14.* Nam Germania multis poſtea annis, nec tota percognita eſt.

Percolatio, onis, f. actus percolandi. *Vitruv. l. 8. c. 7.* Uti percolationibus aquæ mutari poſſint.

Percolatus, a, um, per colum tranſmiſſus. *Plin. l. 31. c. 6.* Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit.

Percōlo, as, a. 1. *colare*, διυλίζω, διηθέω, per colum tranſmitto, totum colo. *Colum. l. 12. c. 41.* Deinde refrigerantur, & percolantur. Adde *Senec. in præfat. ad quæſt. nat.*

Percŏlo, is, lui, cultum, a. 3. culturam abſolvo, ſupremam manum addo, polio, perficio, compleo. *Plin. l. 3. ep. 6.* Quæ maxima ex parte inchoavi, aut inchoata percolui. ¶ Eſt etiam valde amare, & venerari. *Plaut. Trin.* Patrem tuum ſi percoles. Adde *Tacit. 2. hiſt. c. 82.*

Percōmis, me, a. 3. valde comis. *Cic. in Brut. c. 38.* Qui peritiſſimus juris, idemque percomis eſt habitus.

Percommŏde, adv. admodum commode. *Cic. pro Cæc. c. 27.* Hoc loco percommode accidit, quod, &c. Adde *Verr. 2. c. 2.*

Percommŏdus, a, um, valde commodus. *Liv. l. 22. c. 43.* Id caſtris percommodum fuit.

Percondĭtus, V. Perrecondĭtus.

Percontatio, onis, f. 3. ἐρώτησις, interrogatio, inveſtigatio, inquiſitio. *Cic. de Univerſ. ſub init.* Ac primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percontatione conſumpſimus. Adde *Caſ. l. 3. B. G. c. 13.* ubi quidam ſcripſere *percunctatio*.

Percontative, adverb. per interrogationem. Vox eſt *Charifii l. 2. pag. 161. Putſchii*.

Percontator, oris, m. *inquiſitore*, πευθήν, qui percontatur. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 69.* Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt.

Percontor, as, a. 1. idem quod percontor. *Nævius* apud *Non. cap. 7. n. 52.* Docte percontat Ennius, quo pacto &c. *Apulej. l. 11. Metam.* Quod ſedulo percontaveram. ¶ Hinc paſſive *Gell. l. 16. c. 6.* De ovium dentibus opiliones percontantur.

Percontor, aris, atus ſum, d. 1. *cercar diligentemente*, שאל, Germ. *nachforſchen*, Gal. *s'enquêter, s'enquerir*, Hiſp. *buſcar, preguntar*, πυνθάνομαι, diligenter inquiro. Alii ſcribunt *percunctor*, ut ſit per cuncta curioſe interrogare. *Don. in Hec. a. 1. ſc. 2. ait, & percontor, & percunctor*, ſcribi, ſed *percontor*, eſſe a contus (quod eſt nauticum inſtrumentum ad profunditatem aquarum agnoſcendam) *percunctor* dici, quod a cunctis perquiratur. *Feſtus* utcunque ſcribendi modum pro diverſa origine ponit, ſed dicit per u ſcribendum eſſe, quia percunctatio dicitur, quod is, qui curioſe quid interrogat, per cunctas res it. *Cicer. in Somn. c. 1.* Deinde ego illum de ſuo Regno, ille me de noſtra Rep. percontatus eſt. *Idem 4. Acad.* Partim in percontando a peritis, partim &c. *Id. de clar. Orat.* Percontari ex aliquo, quanti aliquid vendat. *Ter. Hec. 5. 3. 22.* Tua quod nihil refert, percontari deſinas.

Percontŭmax, acis, o. valde contumax. *Ter. Hec. 3. 5. 34.* Percontumax rediiſti huc nobis Pamphila.

Percopiōſe, adv. copioſiſſime. *Sidon. l. 4. ep. 7.* Percopioſe me officii votici compotem fecit.

Percopiōſus, a, um, valde copioſus. *Plin. ep. 31. l. 9.* In quibus quidem percopioſus fuiſti.

Percŏquo, is, a. 3. perfecte coquo. *Plin. l. 23. cap. 7.* Bubulæ carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Adde *Ovid. lib. 1. de remed. amor. v. 83.*

Percoſius, a, um, quod ad Percoten urb. ſpectat. *Val. Flac. 3. Arg.* Muneribus primum conjux Percoſia veſtes Impoſuit.

Percōte, es, f. 1. opp. Troadis, cum monte, ad oſtia Æſapi fl. in ora Myſiæ. A Rege Perſarum Themiſtocli Athenienſi in veſtes datum fuit. *Flacc. l. 2. & 3. Arg.*

Percraſſus, a, um, adject. valde craſſus. *Celſ. l. 3. c. 26.* Meliteria percraſſa.

Percrebreſco, is, percrebui, n. 3. *divulgarſi*, Ger. *auſſbrechen*, Gall. *ſe divulguer*, Hiſpan. *divulgarſe*, διαθρυλλοῦμαι, valde crebra fio, divulgor. *Cic. Att. l. 11. ep. 9.* Si ejus hoc tantum ſcelus percrebuiſſet. *Id. 6. Verr.* Præſertim cum hæc omnino fama de noſtrorum hominum avaritia, & cupiditate percrebuerit. *Id. Verr. 2.* Opinio pernicioſa omnium ſermone percrebuerit. *Plin. in Paneg.* Percrebuerat, urbem ſuſtentari non poſſe.

Percrĕpo, as, pui, pitum, *riſonare*, διαπαταγέω, valde crepo, reſono, perſono, perſtrepo. *Cic. 7. Verr. c. 13.* Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniæ.

Percreſco, is, a. 3. valde creſco. *Quintil. l. 7. c. 2.* Vis quæſtionum percreſcere debet, & ad potentiſſima ab infirmiſſimis pervenire. Alii rectius leg. *ſemper creſcere*.

Percribrātus, a, um, bene cribratus. *Scribon. Larg. compoſ. 269.* Res, quæ infra ſcriptæ ſunt, contuſæ & percribratæ.

Percrĭbro, as, a. 1. bene cribro. *Scribon. Larg. compoſ. 87.* Contunditur crocum, percribratur.

Percrucio, as, a. 1. valde crucio. *Plaut. Bacch. 5. 1. 13.* Hoc demum eſt, quod percrucior.

Percrūdus, a, um, valde crudus, immaturus. *Colum. l. 12. c. 10.* Pruna purpurea cum immatura, non tamen percruda legeris.

Percūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *battere*, διακόπτω, valde cudo, ſeu percutio. *Col. l. 8. c. 3.* Ac pulli roſtellis ova percuderint.

Perculſus, us, maſc. perculſio. *Tertull. de anim. cap. 32.* Inteſtino perculſu deſidiosos.

Perculſus, a, um, *commoſſo, abbattuto*, ἐκπλαγείς, valde commotus, percuſſus, a *percello*. *Virg. 9. Æn.* Magno laudum perculſus amore. *Cic. l. 9. Fam. ep. 25.* Repente perculſus eſt atrociſſimis literis. *Id. Brut. ep. 3.* Timore quodam perculſa civitas. *Id. Catil. 2. c. 1.* Perculſus, atque abjectus. *Tacit. 1. Ann. c. 28.* Ut ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes.

Percultor, oris, m. diligens, & aſſiduus cultor. *Aurel. Vict. de Cæſarib. in Aug.* Doctorum, qui abunde erant, neceſſariorumque percultor.

Percultus, a, um, valde politus, ſeu ornatus. *Plaut. Pæn. 1. 2. 22.* Niſi perculta eſt, meo animo quaſi invenuſta eſt.

Percunctor. V. Percontor.

Percupĭdus, a, um, valde cupidus. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Cognovi Hortenſium percupidum tui.

Percupio, is, a. 3. valde cupio. *Plaut. Aſin. 1. 1. 62.* Percupio obſequi gnato meo. Adde *Ter. Eun. 5. 2. 37.*

Percurātus, a, um, perfecte ſanatus, partic. a percuror. *Curt. l. 7. cap. 6.* Percurato vulnere acrius obſidioni inſtitit. Adde *Liv. l. 21. c. 57.*

Percurioſus, a, um, valde curioſus. *Cic. pro Cluent. c. 62.* Nicoſtratus fidelis Oppianici ſervulus, percurioſus, & minime mendax.

Percūro, as, avi, atum, a. 1. καταθεραπεύω, perfecte ſano. *Plin. l. 24. c. 13.* Deinde axungia adjecta percurant. *Senec. l. 3. quæſt. nat. c. 1.* Deſperata a medicis vitia percurant.

Percurro, is, percurri, & percucurri, curſum, a. 3. *correre, ſcorrere*, διατρέχω, valde curro, currere perſevero, currendo pervenio. *Ter. And. 2. 2. 18.* Continuo ad te properans, percurro ad forum. ¶ Frequenter eſt curſim pertranſire, & eleganter tranſlata uſurpatur pro conſiderare, cognoſcere, percipere. *Auct. ad Heren. l. 3.* Identidem primos quoſque locos imaginum renovandarum cauſa celeriter animo percurremus. *Cic. de Or.* Multa animo, & cogitatione, multa etiam legendo percurriſſe. ¶ Item pro ſtrictim attingere, breviter dicere. *Cic. de Or. c. 14. l. 3.* Faciles enim partes hæ fuerunt duæ, quas modo percucurri, vel potius bene præterii. *Id. ib. l. 1. c. 47.* Quæ valde breviter a ſe de ipſa arte percurſa ſunt. *Id. pro Cæc.* Id, tametſi extra cauſam eſt, percurram tamen brevi. ¶ Item pro percenſere, numerare. *Cic. 5. Verr.* Nam nec omnes civitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. 2. de Or.* Si ſic conſtituitur aliquando, ac non iſta brevitate percurritur.

Percurſatio, onis, f. *ſcorreria*, actus percurſandi. *Cic. Phil. 2. c. 39.* O præclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili, atque Majo!

Percurſio, onis, f. actus percurrendi. *Cic. 4. Tuſc. c. 3.* Propter animi multarum rerum brevi tempore percurſionem. ¶ Eſt etiam figura rhetorica ſententiarum, ἐπιτροχασμός, cum diſſoluta plura inter ſe velociter oratione percurrimus, ut Cæſar in Italiam evolavit, Corfinium præſidio deſertum cepit, Urbe potiebatur, Pompejum perſequebatur. Ita *Aquila Romanus de figur. ſententiar. Cic. 3. de Orat. c. 53.* Nam & commoratio una in re permultum movet, &c. & huic contraria ſæpe percurſio. Ita quidam leg. ex MSS. Plerique alii *præciſio*.

Percurſo, as, avi, atum, n. 1. freq. a percurro. *Liv. l. 3. c. 42.* Jam latronum modo percurſant totis finibus noſtris.

Percurſor. V. Præcurſor.

Percurſus, a, um, *ſcorſo*. *Cic. 2. de Or.* Ut omnes eas diligentes, & memores, & ſobrii Oratores percurſas animo, & prope decantatas habere debeant. *Tacit. 4. Ann. c. 40.* Suis in eum beneficiis modice percurſis.

Percuſſibilis, le, adject. ut percuſſibilis pulſus. *Cæl. Aurel. Tard. l. 4. c. 8.* odores percuſſibiles. *Id. ib. l. 1. c. 4.*

Percuſſio, onis, f. *percoſſa*, מכה, Ger. *ſchlagung*, Gal. *frappement*, Hiſp. *heriminente*, πληγή, actus percutiendi. *Cic. 3. Tuſc.* Mulebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones. ¶ Sumitur etiam pro ictu, ſeu dimenſione temporum in pedibus, aut muſica. *Cic. 3. de Or.* Sed ſunt inſignes percuſſiones eorum numerorum.

Percuſſor, oris, m. *percuſſore, ſicario*, מכה, Ger. *ſchlager*, Gal. *frappeur*, Hiſp. *heridor*, πλήκτης, qui percutit, vel occidit, & ſpeciatim qui ad id faciendum conducitur. *Cic. Phil. 2. c. 29.* Quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica.

Percuſſūra, æ, f. percuſſio. *Apul. de herb. c. 31.* Percuſſura ferro, vel fuſte facta. Adde *Veget. l. 2. c. 20.*

Percuſſus, a, um, *percoſſo*, partic. a percutior. *Cicer. 1. Acad.* Nunc vero fortunæ graviſſimo percuſſus vulnere. *Ovid. 4. Triſt. el. 2.* Collum percuſſa ſecuri Victima.

Percuſſus, us, m. idem, ac percuſſio. *Plin. l. 7. c. 51.* Venarum inæquabili, aut formicante percuſſu. Adde *Senec. l. 2. Q. nat. c. 6.*

Percutio, is, cuſſi, cuſſum, a. 3. *percuotere*, מכה, Ger. *ſchlagen*, Gal. *battre, frapper*, Hiſp. *herir, dar golpes*, παίω, ἀποκτείνω, πλήττω, valde quatio, ferio, cædo, verbero, pulſo, a *per*, & *quatio*, q in c mutato, & abjecto a. *Cic. 7. Verr.* Qui tantam beſtiam percuſſiſſet. *Id. 2. de Or.* Cum Cato percuſſus eſſet ab eo, qui arcam ferebat. ¶ Percutere de cœlo, eſt fulmine ferire. *Cic. in Catil. 3. c. 8.* Profecto memoria tenetis, Cotta, & Torquato Coſſ. complures in Capitolio turres de cœlo eſſe percuſſas. ¶ Percutere foſſam, eſt fodere. *Plin. l. 10. ep. 50.* Ego per eadem loca invenio foſſam a Rege percuſſam. ¶ Interdum percutere eſt occidere. *Suet. in Cal. c. 35.* Ptolemæum non alia de cauſa repente percuſſit. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro commovere. *Cic. 5. Tuſc.* Quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit. ¶ Vel pro affligere. *Cic. pro Mar.* Percuſſi Syllani temporis calamitate. *Id. 9. Fam. ep. 25.* Repente percuſſus eſt atrociſſimis literis. ¶ Percutere aliquem palpo, eſt verbis adulari, & blande ſuadere. *Plaut. Amph. 1. 3. 28.* Timidam palpo percu-

Digitized by Google

percutit. ¶ Hinc & pro decipere ponitur. *Id. Pſeud.* 2. 2. 9. Jam pol ego hunc nuncium advenientem probe percutiam. ¶ Percutere fœdus cum aliquo, eſt icere. *Hirt. de B. Alex.* 1. 44. Cum barbaris fœdera percuſſiſſe. ¶ Percutere nummos, eſt ſignare. *Suet. in Aug. c.* 94. Ut nummum argenteum nota Capricorni percuſſerit. Hinc translate *Sener. ep.* 34. Omnia facta dictaque tota ſe congruant, reſpondeant ſibi, ac una forma percuſſa ſint. ¶ Percutere ſe flore Liberi, eſt ſe inebriare, apud *Plaut. Caſ.* 3. 5. 16. ¶ *Percuſſi* per ſyncop. pro percuſſiſti. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 273. Gaudes, ſi camerum percuſſi ſorte, penes te es?

Perdāgo, as, a. 1. pro Indago, as, dixit *Claud. Mamert. l.* 2. *c.* 3.

Perdecōrus, a, um, valde decorus. *Plin. l.* 3. *ep.* 9. Eſt alioqui perdecorum.

Perdelĕo, es, evi, etum, a. 2. omnino deleo. *Tertul. adverſ. Jud. c.* 11. Interficite omnes, ut perdeleantur. Adde *Veget. l.* 3. *c.* 10.

Perdelīrus, a, um, adject. valde delirus. *Lucret. lib.* 1. *v.* 693. Quod facit hic idem, perdelirum eſſe videtur.

Perdenſus, a, um, valde denſus. *Col. l.* 3. *c.* 12. Perdenſam humum cœleſtes aquas non ſorbere.

Perdĕo, is, n. 4. idem quod pereo, *d* inſerto. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 62. Metuo, ne a te perdeam. Alii aliter leg.

Perdepſo, is, ui, a. 3. in obſcœna ſignificatione, pro ſubigere, rem Veneream habere. *Catul. in Gell. epigr.* 69. Patri perdepſuit ipſam Uxorem. Sunt qui leg. *perdeſpuit*, quod *Scalig.* ibid. improbat.

Perdicālis, le, adject. ad perdices pertinens, ut perdicalis herba, eadem quæ perdicium. *Apul. de herb. c.* 81.

Perdicium, n. 2. περδίκιον, herba parietaria, urceolaris, muralis, a perdicibus, quia perdices ea præcipue veſcuntur. *Plin. l.* 21. *c.* 30. & *l.* 22. *c.* 17.

Perdīco, is, xi, ctum, a. 3. idem ac dico. *Alcim. Avit. l.* 5. *v.* 596. via hæc perdixerat, illi Proſiliunt. Adde *Quintil. declam.* 19. ubi tamen alii *prædico*.

Perdifficĭlis, le, o. 3. παγχάλεπος, valde difficilis. *Cic. in Partit.* Quæ perdifficilia ſunt, perinde habenda ſæpe ſunt, ac ſi effici non poſſint. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 1. Tum perdifficilis, & perobſcura quæſtio eſt de natura Deorum.

Perdifficĭlĭter, adv. valde difficiliter. *Cic.* 4. *Acad. c.* 15. Quæ perdifficiliter, internoſcantur tamen.

Perdignus, a, um, valde dignus. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 6. Sed tamen ſuſpicor, ipſum hominem, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia.

Perdilĭgens, entis, o. valde diligens. *Cic. ad Q. Frat. l.* 3. *epiſt.* 5. Res operoſa eſt, & hominis perdiligentis.

Perdilĭgenter, adv. valde diligenter. *Cic. Att. l.* 1. Duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eamdem rationem ſcriptis. Adde *de clar. Or.* 1. 3.

Perdiſco, is, didici, a. 3. perfecte diſco. *Cicer. pro Balb. c.* 20. Omnia jura belli perdiſcere, ac noſſe potuiſſe. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 35. Perdidici, iſthæc eſſe vera.

Perdiſerte, adv. valde diſerte. *Cic.* 1. *de Or. c.* 14. Conſtat, perdiſerte populo rationem ſui operis reddidiſſe.

Perdĭte, adv. ἀπολέτως, corrupte. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 1. Qui hic poteſt ſe gerere non perdite? ¶ Interdum ſumitur pro vehementer, ut Perdite amare, perdite conari, *diſperatamente*. *Ter. Heaut.* 1. 1. 45. Ejus filium amare cœpit perdite. *Quintil. l.* 2. *c.* 12. Illud quoque alterum, quod eſt in eloeutione ipſa, periculum minuit, aitat, conaturque perdita.

Perdĭtio, onis, f. *perdita*, ἀπώλεια, amiſſio, actus perdendi. *Plin. l.* 9. *c.* 37. Subeunt luxuriæ ejus nomina, & tædia, exquiſita perditione portuta. Alii leg. *perdita operata*. *Alcim. Avit. l.* 4. *v.* 138. Perditionis iter.

Perdĭtor, oris, m. *rovinatore*, qui perdit. *Cic. pro Planc. cap.* 36. Ut ideus perditor Reip. nominaret. Adde *in Piſon. c.* 34.

Perdĭtrix, icis, f. quæ perdit. *Tertul. Exhortat. ad Caſtit. c. ult.* Luxuria perditrix caſtitatis.

Perdĭtus, a, um, *perduto*, παραλειφθείς, amiſſus. *Cic.* 2. *Ver.* Claſſes optimæ, atque opportunæ cum magna ignominia P. R. amiſſæ, & perditæ. ¶ Translate dicitur de afflicto, jacente, deſperato. *Cic. lib.* 14. *Fam.* O me perditum, o me afflictum! *Id. pro Mur.* Lacrymis, ac mœrore perditus. *Id.* 2. *Phil.* Perditus ære alieno. *Id.* 8. *Phil.* Cum eſſet ſumma ſenectute, & perdita valetudine. ¶ Perditum perdere, eſt jam afflictum, & jacentem plane avertere. Eſt enim exaggeratio quædam. *Cic. Ter. l.* 16. *Fam.* Vide, ne puerum perditum perdamus, h. e. ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus. ¶ Item de profligato, facinoroſo, de eo, qui omni vitio contaminatus eſt. *Cic.* 2. *Off.* Dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. Nihil perditius his hominibus, his temporibus. *Id.* 3. *Verr. c.* 26. Profligatiſſimus, & perditiſſimus omnium.

Perdiu, adverb. admodum diu. *Cic.* 3. *Att. epiſt.* 22. Perdiu nihil eram auditurus.

Perdīves, itis, o. 3. παμπλούσιος, valde dives. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Ariobarzanis Regis duo, treſve perdivites.

Perdius, a, um, πανήμερος, qui per diem vigilat. *Gell. l.* 2. *c.* 1. Stare ſolitus Socrates dicitur, pertinaci ſtatu perdius, atque pernox, a ſummo lucis ortu ad Solem alterum orientem.

Perdiuturnus, a, um, quod valde diu durat. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 33. Quæ autem ſempiterna ſit, neceſſe eſt, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum, & immenſum pene tempus. *Id. pro Sext. c.* 27. Cum Armeniorum Rege Tigrane grave bellum, perdiuturnumque geſſimus.

Perdix, icis, f. *pernice*, πέρδιξ, ..., ſpecies avis ſatis nota, de qua multa *Plin. l.* 10. *c.* 33.

Perdo, is, didi, itum, a. 3. *rovinare*, אבד, Ger. *verlieren*, Gall. *perdre*, Hiſp. *perder*, ἀπόλλυμι, vaſto, deſtruo, perimo, everto. Si vocem ſpectes, videatur eſſe a *per*, & *do*: Si notionem, quæ multum a dandi natura abit, non obſcurum fuerit, plane venire a πέρθω, quod eſt vaſto. *Ter. Andr.* Dii te perdant. *Cic. Att. l.* 6. Civitatem funditus perdidiſſem. ¶ Aliquando eſt mortis periculo exponere. *Ter. Andr.* Ubi ille ſcelus eſt, qui me perdidit? ¶ Translate eſt corrumpere, malis moribus inficere. *Ter. Adelph.* Cur perdis adoleſcentem nobis? ¶ Perdo etiam ſæpe notat amittere, rei alicujus jacturam facere. *Cic. l.* 4. *Fam.* Summo ingenio, & ſumma virtute filium perdidit. *Id. ib.* Omnes me & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. ¶ *Operam, & oleum perdere*, proverbialiter dicitur pro in vanum laborare, tractum ab iis, qui pernoctando multum olei conſumunt. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. In quibus ipſe Pompejus confitetur ſe & operam, & oleum perdidiſſe. *Id. pro Mur. c.* 10. Quod quidem Jus Civile didiciſti, non dicam, operam perdidiſti. ¶ *Perdere aquam*, eſt tempus datum fruſtra conterere, cum ad clepſydram dicitur. *Quinctil. l.* 1. Et temporibus præfinitis aquam perdit. ¶ Perdere tempus, eſt male conſumere. *Cic.* 3. *de Or.* Sic *Ovid.* 11. *Met.* Tempora precando perdere. ¶ Perdere nomen dicuntur, quibus memoria excidit. *Terent. Phorm.* 2. 3. 39. ¶ Perdere fugam, h. e. fugiendi rationem. *Martial. de Spect. epigr.* 11. ¶ Perdere aliquem capitis, apud *Plaut. Aſin.* 1. 2. 6. & *Bacch.* 3. 3. 86. eſt vita privare. ¶ *Perduis* pro perdas V. infra.

Perdoceo, es, ui, ctum, a. 2. *inſegnar bene*, διδάσκω, perfecte doceo. *Cic. pro Sext. c.* 44. Rem quæris præclaram juventuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Imperiti, ac interim ſævientes ſuam ſtultitiam perdocent, *ſanno conoſcere*.

Perdocte, adv. valde docte. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 112. Ut perdocte cuncta callet.

Perdoctus, a, um. *Cic. pro Corn. Balb. c.* 17. Cum ma præſertim rerum varietate, atque uſu ipſo jam perdoctum viderent.

Perdolatus, a, um, adject. perfecte dolatus. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Arbor præciſa alte, & perdolata. *Arnob. l.* 6. Fumos perdolatus in fulminis morem.

Perdolĕo, es, lui, n. 2. vehementer doleo. *Ter. Eun.* 1. 2. 74. Heu noſter, laudo, tandem perdoluit. ¶ Reperitur & impers. *Q. Claudius* apud *Gell. l.* 9. *c.* 13. Id ſubito perdolitum eſt cuidam T. Manlio.

Perdoleſco, is, n. 3. perdoleo. *Liv.* apud *Non.* 1. 2. *n.* 318. Nec perdoleſcit, ſugi ſuam ſortem.

Perdŏlo, as, avi, atum, a. 1. perfecte dolo. *Vitruv. l.* 2. 1. *ult.* Cum in materiem perdolantur.

Perdomĭnor, aris, dep. 1. idem quod dominor. *Claudian. in Feſcen. in nupt. Honor. in fin.* Solus ovantem Zephyrus Perdominetur annum, *h. e.* dominetur per annum: niſi malis, verbum *perdominor* accuſativum regere: quæ conſtructio inſolens eſt.

Perdomĭtor, oris, m. qui perdomat. *Prudent. Cathemer.* 4. v. 12. Mortis perdomitor, ſalutis auctor.

Perdomĭtus, a, um, partic. a perdomor. *Liv. l.* 9. *c.* 20. Apulia perdomita, in Lucanos perrectum.

Perdŏmo, as, ui, itum, a. 1. perfecte domo, *ſoggiogare*. *Liv. l.* 3. *c.* 13. Placuit, ad perdomandum Latium exercitum victorem circumducere. *Velle.* 1. 2. 1. 95. Gentes locis tutiſſimas, aditu difficillimas, numero frequentes perdomuerunt.

Perdormiſco, is, n. 3. *dormire continuamente*, κατακοιμάομαι. *Plaut. Men.* 5. 5. 59. Perdormiſcin' uſque ad lucem?

Perduaxint. V. Perduis.

Perdūco, is, uxi, uctum, a. 3. *condurre*, *menare*, *ridurre*, διάγω, idem, ac duco, vel diu duco, ad finem uſque duco. *Cic. de Sen.* M. quidem Valerium Corvinum accepimus ad centeſimum annum vitam perduxiſſe. *Id.* 2. *Fin.* Nec enim abſolvi vita beata ſapientis, neque ad exitum perduci poterit. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ior Ajacem ad furorem, mortemque perduxit. *Planc. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 7. Mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut &c. *Caſ. l.* 7. *B. G.* Perducere murum in altitudinem. *Plin. l.* 10. *ep.* 37. Perducere aquam ex aliquo loco. *Leg. Quintus*, *ff. de ann. leg.* Perducere ad effectum. ¶ Significat etiam inducere, quaſi per vim cogere. *Nepos in Eum. c.* 5. Cum perducere non poſſet, interficere conatus eſt. *Plaut. Muſtel.* Si dictis nequis perduci, ut vera hæc credas. ¶ Eſt etiam proprium Medicorum, & ſignificat perungere. *Seren. Sammon. c.* 39. Eſt qui gallinæ perducit nectare corpus. Sic *Virgil.* 4. *Georg. v.* 415. liquidum ambroſiæ diffudit odorem, Quo totum nati corpus perduxit. ¶ Item lenonum. V. *Perductus*, & *Perductor*.

Perductio, onis, f. actus perducendi. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. Nunc de aquarum perductionibus ad habitationes explicabo.

Perducto, as, freq. a perduco. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 157. Vin', qui te perductet?

Perductor, oris, m. προαγωγός, qui perducit, & ſpeciatim, qui mulieres honeſtas vel promiſſis inductas, vel minis coactas, vel vi ad potentiores viros perducit. Differt a *lenone*, ut Aſconius inquit, quod *leno* eſt ſcortorum, *perductor* etiam invitarum perſonarum. *Plaut. Moſt.* Apage illuc perductorem. *Cic.* 3. *Verr. c.* 12. Lenonum perductorum nulla mentio fiat.

Perductus, a, um, nom. ex partic. *Lucret. l.* 4. *v.* 340. ſermo perductus ab exoriente nitore noctis ad umbram. ¶ De ſcortis. *Sueton. in Tiber. c.* 42. Quam perductam delatoribus objecit. *Id. in Calig. c.* 25. Perductam a marito conjunxit ſibi. V. *Perductor*.

Perdūdum, *molto tempo fa*. *Plaut. Stich.* 4. 1. 69. Vidi ædepol hominem haud perduudum.

Perduellio, onis, f. ...ία, eſt crimen læſæ majeſtatis, & quidem atrociſſimum, cum ſcilicet in ipſam Remp. vel in magiſtratum, aut Principem injuria infertur. Eſt a *duellis*, h. e. hoſtis apud veteres. Nomen ex eo eſt, quod a quo committitur, perduellis debeat cenſeri. Nam *per* hic notat perquam, ſeu valde, teſte *Chariſio*, ut perduellis ſignificat valde duellem, ſive hoſtem. *Priſc. l.* 12. deducit a *duellum*, h. e. bellum. *Ulp. l. ult. ff. ad leg. Jul. Majeſt.* Qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo adverſus Rempublicam, vel Principem animatus eſt. *Cic. pro Rab.* Nam perduellionis judicia, quod a me ſublatum eſſe, criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirii. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18. ¶ Apud *Liv. l.* 1. *c.* 26. videtur uſurpari pro homicidio, nam homicidium ſororis ab Horatio patratum perduellio dicitur. *Ibidem* perduellionem alicui judicare, eſt perduellionis reum facere, P. Horati, tibi perduellionem judico.

Perduellis, is, m. *inimico*, *ribelle*, *reo di leſa maeſtà*, πολέμιος, olim dicebatur hoſtis valde pertinax, teſtibus *Feſto*, & *Chariſio*, poſtea dici cœpit de hoſte patriæ, qui crimen aliquod adverſus majeſtatem Reip. aut perſonam Magiſtratus, vel Principis admiſiſſet. *Cajus, l. quos nos, ff. de verb. ſignif.* Quos nos hoſtes vocamus, eos veteres perduelles vocabant. *Plaut. Amph.* 1. 1. Perduelles penetrant ſe in fugam. *Cic.* 1. *Off.* 1. 12. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. *Id.* 3. *Offic. c.* 29. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium.

Perduellum, li, n. quaſi duellum, hoc eſt bellum. *Varr. l.* 6. *L. L. pag.* 81.

Perduis, & Perduint, &c. apud antiquos Comicos eſt pro perdas, perdant. *Plaut. Amph.* 2. 2. 13. Cave ſis, ne te uſu perduis. *Idem Moſt.* 2. 2. 33. Dii te, deæque omnes perduint cum iſto omine. Al. leg. *perduxint*. *Id. Pœn.* 3. 4. 59. Dieſpiter vos perduit. *Ter. Phorm.* 1. 2. 73. Illum Dii omnes perduint.

Perdulcis, ce, adject. cujus ſuperlat. perdulciſſimus legitur in quadam *Inſcrip. apud Reineſ. claſſ.* 20. *n.* 150.

Perduratus, a, um, adject. induratus. *Sen. de tranquil. anim. c.* 15. Quidquid imbecillius in animo, nec perduratum eſt, exulcerat.

Perdureſco, is, durui, n. 3. durus fio. *Col. l.* 6. *c.* 2. Neque ante tertium, neque poſt quintum annum juvencos domari placet, quoniam illa ætas adhuc tenera eſt, hæc jam perduruit. Al. leg. *pradura*.

Perdūro, as, n. 1. diu duro, uſque ad finem duro. *Ter. Hec.* 2. 2. 27. Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. *Ovid. de medicam. faciei*, v. 49. Probitas longum perdurat in ævum.

Perdūrus, a, um, adject. valde durus. *Leg.* 2. *ff. de cuſtod. & exh.* Interpretatio perdura.

Peredia, æ, f. γαστριμαργία, edendi cupiditas, ut bibeſia, bibendi deſiderium. *Feſt. Plaut. Curc.* 3. 1. 74.

Perĕdo, is, edi, eſum, a. 3. *conſumare mangiando*, κατεσθίω, totum edo, vel edendo conſumo. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 12. Lacrymæ peredere humore exangues genas. *Virg.* 6. *Æn.* Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit.

Perĕger, gris, gre, o. 3. peregrinus, extraneus, apud vet. quaſi per agrum. *Ulp.*

Digitized by Google

Ulp. in l. regular. tit. 17. de caducis. Pereger factus ſit. Auſon. epiſt. ad Symmachum. Nedum me peregrem exiſtimes compoſita fabulari. Ita ex veteri libro reſtituit Joſ. Scal. Auſon. lect. 14. l. 2. Tertul. 2. ad Uxor. c. 4. Si pereger frater adveniat. Al. leg. peregre.

Perĕgre, adu. da lontano, Ger. in der frembde, Gal. hors de ſon pays, Hiſp. lexos de ſu caſa, ἐπὶ ξένης, peregrinando, extra patriam, quaſi per agros. Plaut. Aſin. 4. 1. 16. Epiſtola peregre allata. Hor. l. 1. ſat. 6. v. 102. Peregre exire. Cic. 3. Tuſc. Peregre rediens. Liv. l. 2. c. 6. Peregre accire. Rurſus Horat. tranſlate l. 1. ep. 12. v. 13. dum peregre eſt animus ſine corpore velox.

Peregregius, a, um, adject. valde egregius. Apul. in Apol. Peregregia tragœdia.

Perĕgri, extra patriam, adv. ſtatus in loco. Plaut. prol. Amph. v. 5. Peregrique, & domi. Ita legitur in vett. MSS. Gruteri, itemque in editionibus antiquis. Id. ib. ſc. 1. v. 196. Quia nos eramus peregri, tutatu 'ſt domi. Alii tamen utroque loco peregre legunt. Addit Chariſ. l. 2. peregre ad locum, peregri in loco ſignificare.

Peregrinabundus, a, um, qui ſolitus eſt peregrinari. Liv. l. 28. c. 18. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem tantum ducem Romanum.

Peregrinatĭo, onis, pellegrinaggio, מגור, Germ. wanderung, Gal. pelerinage, Hiſp. peregrinacion, ἀποδημία, actus peregrinandi. Cic. 5. Tuſc. c. 37. Exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt?

Peregrinātor, oris, m. pellegrino, qui peregrinatur. Cic. l. 6. Fam. ep. 18. (al. 19.) Mehercule non tam ſum peregrinator jam, quam ſolebam.

Peregrinĭtas, atis, f. alieni ſoli habitatio. Ulp. l. ſed ſi. ff. de in jus voc. Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus. ¶ Apud Romanos peregrinitatis rei dicebantur, qui cum cives eſſent, aut ſenatores, ultra permiſſum a legibus tempus, non impetrata venia, ab urbe abeſſent. Suet. in Claud. c. 15. Peregrinitatis reum mutare habitum ſæpius juſſit. ¶ Redigere in peregrinitatem eſt tanquam peregrinum cenſere, & jus civitatis Romanæ adimere. Id. ib. c. 16. Splendidum virum non modo albo judicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit. ¶ Tranſlate Cic. 9. Fam. ep. 15. In urbem noſtram infuſa eſt peregrinitas. h. e. externa ſermonis ratio. Quint. l. 11. c. 3. Os urbanum, in quo nulla ruſticitas, nulla peregrinitas adſit.

Peregrinor, aris, atus ſum, d. 1. andare in pellegrinaggio, גור, Ger. reiſen, wandern, Gall. peregriner, Hiſp. peregrinar, ἐπιξενοῦμαι, ἀποδημεῖν, iter peregre facio, per aliena loca peragrans proficiſcor. Conſtruitur vel abſolute. Cic. 1. de nat. Deor. In quam ſe injiciens animus, & intendens ita late, longeque peregrinatur. ¶ Vel cum caſibus ſtatus in loco. Cic. pro Rab. Perduel. c. 10. Ut peregrinari in aliena civitate, non in tua Magiſtratum gerere videare? ¶ Vel cum caſibus motus per locum. Cic. in Brut. Atque ita peregrinata tota Aſia eſt. ¶ Reperitur etiam cum acc. ſine præp. per. Cic. 5. Tuſc. c. 39. Ille infinitatem omnem peregrinabatur. Aliqui legunt in infinitatem, aliqui per. ¶ Transfertur interdum ad animum, & ad ſenſus. Animus peregrinari dicitur, cum exſpatiatur, divagatur. Plin. in præf. l. 3. Nec quo peregrinari animus expetat. ¶ Peregrinari dicuntur aures, quæ rem non audiunt, nec attendunt. Cic. pro Mil. c. 12. Veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato ſermone verſantur.

Peregrinus, i, m. & Peregrina, æ, f. pellegrino, גר, Germ. frembdling, auſslender, Gall. eſtranger, pelerin, Hiſp. peregrino, ξένος, advena, qui extra ſuam verſatur regionem, a peregre. Differt ab hoſpite, quod peregrinus ſimpliciter eum ſignificat, qui in ſua civitate non eſt, hoſpes, qui in aliena civitate eſt. Cic. de Amic. Cives potiores ſunt, quam peregrini, & propinqui, quam alieni. Id. pro Syl. At ſi tibi non peregrini videmur. Ter. Andr. 3. 1. 11. Adeon' eſt demens ex peregrina? Ubi Donatus peregrinam, meretricem intelligit, quod meretrices plerumque ex peregrinis terris eſſent.

Peregrinus, a, um, pellegrino, eſterno, ξενικός, quod aliunde eſt, ut Peregrinæ arbores, quæ ad nos aliunde ſunt advectæ. Plin. l. 12. c. 3. Peregrinæ & ceraſi, perſicæque, & omnes quarum Græca nomina, aut aliena. Hor. l. 2. ep. 1. v. 204. Divitiæ peregrinæ. Ovid. 4. Triſt. eleg. 8. Peregrinum cœlum. Col. in præfat. l. 1. Longinqui litoris peregrinus. Catull. carm. 31. ad Sirmion. v. 8. peregrino Labore feſſi venimus ad Larem noſtrum. h. e. labore peregrinandi, vel peregre ſuſcepto. ¶ Peregrina ſacra, quæ ex aliis urbibus Romam religionis gratia erant advecta, ut quæ avocatis Diis in oppugnandis urbibus delata fuerant, aut quæ ob quaſdam religiones per pacem fuerant petita, ut ex Phrygia Matris Magnæ, ex Græcia Cereris, ex Epidauro Æſculapii, quæ colebantur eorum more, a quibus accepta erant. Feſt. ¶ Tranſlate ſumitur pro diverſo, ut Peregrina facies, quæ a quotidianis noſtris differt, & quam apud nos non ſumus ſoliti videre. Plaut. Pſeud. 4. 2. 9. Facies peregrina, atque ignobilis.

Perelĕgans, antis, o. valde elegans. Cic. 2. de Orat. Genus eſt perelegans, & cum gravitate ſalſum. Id. pro Planc. c. 24. Et quoniam tua fuit perelegans, ac perſubtilis oratio. Velley. l. 2. c. 7. Perelegantis ais ingenii.

Pereleganter, ad. ὑπερηφάνως, valde eleganter. Cic. in Brut. c. 58. Et ſatis ornate, & pereleganter dicerat.

Perelixo, as, a. 1. perfecte elixo. Apic. l. 7. c. 7. Denuo eum perelixabis.

Perelŏquens, entis, o. valde eloquens. Cic. in Brut. c. 70. C. autem Lentulus Marcellinus nec unquam indiſertus, & in Conſulatu pereloquens viſus eſt.

Peremere, pro vitiare dixit Cat. apud Feſt.

Peremne, is, n. genus auſpicii, cum Magiſtratus amnem, aut fontem auſpicato tranſibant. Feſt. Peremne dicitur auſpicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. Id. Petronia omnis eſt in Tiberim profluens, quam Magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in Campo quid agere volunt, quod genus auſpicii Peremne vocatur. Cic. 2. de nat. Deor. c. 3. Bella nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla peremnia ſervantur. Al. leg. perennia, & interpretantur ſectas quaſdam cæremonias quotannis obſervari ſolitas.

Peremptalĭa fulgura, priſci appellavere, quæ ſuperiora portenta perimunt, ideſt tollunt. Feſt. & Sen. l. 2. qu. nat. c. 49.

Peremptor, oris, m. uccifore, qui perimit. Senec. in Oedip. v. 221. Ecquis peremptor inclyti regis fuit. Apul. l. 8. Met. Cruentus mariti peremptor.

Peremptorĭus, a, um, mortifero, che uccide, ἀναιρετικός, quod eſt mortiferum, a perimendo. Apul. l. 10. Venenum peremptorium. ¶ Tranſlate peremptorium edictum dicitur, quod tribus edictis propoſitis, vel una pro tribus fieri ſolet, quia dirimit diſceptationem inter litigatores, ideſt non patitur, adverſarium tergiverſari. Hoc edictum qui ſpernit, contumax vocatur. Ulp. l. & tertium, ff. de judiciis. Sic peremptoriæ exceptiones, L. 2. & 3. ff. de exception.

Peremptrix, icis, f. quæ perimit. Tertul. de anim. cap. 42. Mors peremptrix ſenſus.

Peremptus, & Peremtus, a, um, ſublatus. Cic. 1. Tuſc. Non poteſt eſſe miſer quiſquam ſenſu perempto. Id. de Aruſp. Reſp. Ludi non intermiſſi, ſed perempti, atque ſublati ſunt. ¶ Speciatim ponitur pro occiſo, interfecto. Virg. 9. Æn. Primis una tot cæde peremptis. ¶ Item pro enecto, macerato, diſtrutto, ſnervato. Liv. l. 2. c. 23. Fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti.

Perendĭe, adu. poſdomani, Germ. ubermorgen, Gal. apres demain, Hiſp. deſpues de manana, μεταύριον, poſt cras, quaſi perempta die. Cic. Att. l. 12. epiſt. 44. Sciès igitur fortaſſe cras, ſummum perendie.

Perendinus dies, ἡ μεταύριον ἡμέρα, dies ab hinc tertius, a perendie. Cic. pro Mur. c. 12. Utrum diem tertium, an perendinum, judicem, an arbitrum, rem, an litem dici oporteret. Cæſ. l. 3. B. G. Qui perendino die caſum belli ſuſtineat. Et abſolute Plaut. Trinum. in fin. Tu in perendinum paratus ſis ut ducas.

Perenna, æ, f. Anna Perenna Dea fuit apud Romanos, cui ſacrificia fiebant, ut annare, & perennare proſpere liceret, teſte Macrob. l. 1. Saturn. c. 12. De ea multa Ovid. Faſt. l. 3. v. 523. & deinceps. Vide Anna.

Perenne, neutrum adverbii loco poſitum, perpetuo, continuo. Col. l. 12. c. 18. Perenne fabricandæ decemodiæ & trimodiæ.

Perennĭo, V. Peremne.

Perennis, ne, o. 3. continuo, perpetuo, תמיד, Germ. immer wwerend, Gal. continuel, Hiſp. perenal, ἀΐδιος, perpetuus, ex per, & annus, quaſi per annos durans. Cic. 6. Ver. c. 48. Quo ne ſumma eſt æquata agri planities, & aquæ perennes. Id. 2. Div. c. 30. Fama, & laus perennis. Ovid. 3. Amor. eleg. 4. In thalamum Danae ferro ſaxoque perennem. h. e. munitum, & clauſum, ita ut adiri nuſquam poſſet. Hor. l. 3. od. ult. Exegi monimentum ære perennius.

Perenniſervus, m. 2. ἀείδουλος, qui perpetuo ſervit ſine ſpe manumiſſionis. Plaut. Perſ. 3. 3. 16. Perenniſerve, lurco, edax, furax.

Perennĭtas, atis, f. perpetuità, נצח, Germ. langwirigkeit, Gal. perpetuité, Hiſp. perpetuidad, ἀϊδιότης, duratio in multos annos. Cic. 2. de nat. Deor. c. 39. Adde huc fontium gelidas perennitates. Col. l. 1. c. 6. Perennitatem conditis frumentis afferunt. Plaut. Perſ. 3. 1. 2. Cibus perennitatis. h. e. cibus perennis. ¶ Olim perennitas fuit in titulis Principum. Sext. Ruf. 1. 2. In ortum perennitatis veſtræ; de Valente Imp. loquitur. Symmach. l. 10. ep. 45. (al. 52.) Perennitas veſtra. ¶ Verum hæc longo abſunt a latini ſermonis majeſtate.

Perenno, as, avi, atum, a. 1. durare molto tempo, Germ. langwirig ſeyn, Gall. durer longues annees, Hiſp. durar para ſiempre, διαχρονίζω, per multos annos duro, a perennis. Col. l. 1. c. 9. Ut diutius perennent boves, non confecti vexatione ſimul verberum, operumque. Ovid. 3. de ar. aman. v. 42. Arte perennat amor. ¶ Legitur & peranno. V. ſupra.

Perenticĭda, æ, m. vox joculariter ficta a Plaut. Epid. 3. 2. 23. ſignificat eum, qui peram, ſeu marſupium incidit, ſeque auro emungi patitur. Ego, inquit, tuum patrem faciam perenticidam.

Perĕo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. perire, אבד, Ger. verderben, Gal. perir, Hiſp. perecer, ἀπόλλυμαι, intereo, morior, a per, & eo. Plaut. Bacch. 3. 3. 81. Cui periit pudor. Cic. 2. Cat. Quamobrem ſi vivere honeſte non poſſunt, pereant turpiter velint, aut cur minore dolore perituros ſe cum multis, quam ſi ſoli pereant, arbitrentur. Plin. l. 7. c. 7. Tanti perire potuiſti, atque etiam hodie minoris potes. ¶ Peream, poſſ' io morire, vox eſt jurantis, vel imprecantis. Caſſ. Cic. l. 15. Fam. epiſt. 19. Peream, niſi ſolicitus ſum, &c. ¶ Perii, exclamatio eſt deſperantis. ſon morto, ſono ſpedito, frequens apud Terent. & Plaut. ¶ Oleum, & operam perire, eſt fruſtra eſſe, tractum a lucubrantium lucernis. Cic. Att. l. 2. Ne & opera, & oleum philologiæ noſtræ periiſſet. ¶ Aliquando pereo quandam ſtatus, & dignitatis imminutionem, atque convulſionem deſignat. Cic. l. 14. Fam. Non mihi videbor plane periiſſe. ¶ Interdum eſt amare, ut depereo, cum accuſ. Plaut. Pœn. 5. 2. 135. Et duæ puellæ ſunt meretrices ſervulæ: earum hic alteram efflictim perit, neque eam incestavit unquam. ¶ Perire ab aliquo. Plaut. Truc. 1. 1. 26. Bis perit amator, ab re, atque ab animo ſimul. h. e. rem ſimul, & mentem amiſit. Ovid. 3. de Pont. epiſt. 3. v. 46. Diſcipulo perii ſolus ab ipſe meo. ¶ Particip. pereundus paſſiva ſignificatione. Plaut. Epid. 1. 1. 70. Puppis pereunda eſt probe. h. e. neceſſe eſt puppim perire.

Perequĭto, as, avi, atum, a. 1. cavalcare intorno, διιππάζω, circumequito, equito in omnem partem. Cæſ. l. 4. B. G. c. 33. Primo per omnes partes perequitant. Liv. l. 5. Cum perequitaſſet aciem, promiſſa repetens.

Pererrātus, a, um, luſtratus, percurſus. Virg. 12. Æn. Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto. Ovid. 1. Faſt. Orbis pererratus.

Pererro, as, avi, atum, a. 1. errare intorno, circondare, סבב, Ger. durch ſchweiffen, Gall. aller ça, & là, Hiſp. andar mas perdido, περιπλανάω, errando circumeo, huc, illuc erro. Col. in præfat. l. 1. Semperque ritu volucrum, longinqui litoris peregrinus ignotum pererret orbem. Virg. 4. Æn. v. 363. totumque pererrat luminibus tacitis. Ovid. 2. Amor. eleg. 3. v. 3. Arva pererrantur Peligna.

Pereruditus, a, um, πολυμαθής, valde eruditus. Cic. Att. l. 4. ep. 15. Et homo pereruditus, ut ajunt.

Perĕſus, a, um, conſumptus. Virg. 3. Georg. Morbo, illuvieque pereſa vellera. Catul. carm. 51. Languoribus pereſus.

Perexcrucĭo, a. 1. vehementer crucio. Plaut. Stich. 3. 1. 32. Meam culpam habeto, niſi perexcruciavero. Al. leg. probe excruciavero.

Perexigŭe, adverb. valde exigue. Cic. Att. lib. 16. epiſt. 1. Perexigue, & γλίσχρως præbere.

Perexigŭus, a, um, valde exiguus. Cic. 6. Ver. Itaque cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulaviſſem. Adde 2. de nat. Deor. c. 32.

Perexĭlis, & le, o. 3. valde exilis. Col. l. 11. c. 2. Si perexilis eſt, vel rara ipſa vitis.

Perexoptātus, a, ore, adject. valde exoptatus. Gel. l. 18. c. 4. Per, magiſter optime, exoptatus mihi nunc venis.

Perexpedītus, a, um, adject. valde expeditus. Cic. 3. de Fin. c. 11. Hæc quidem eſt perfacilis, & perexpedita defenſio.

Perfabrĭco, as, a. 1. περιπαραλογίζομαι, tranſlate ponitur pro technis, & dolis fallere. Plaut. Perſ. 5. 2. 4. Ita me Toxilus perfabricavit.

Perfacēta, adv. valde faceta, perjucunde. Cic. 3. Ver. c. 46. Neque enim perfacete dicta, neque porro hac ſeveritate digna ſunt.

Perfacētus, a, um, admodum facetus. Cic. de clar. Orat. Atque eundem & vehementem, & valde dulcem, & perfacetum fuiſſe dicebat. Adde pro Planc. c. 14.

Perfacĭle, adv. valde facile. Cic. pro Roſc. Amer. Perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe. Id. Ver. ult. c. 4. Perfacile ſeſe tuebatur.

Perfacĭlis, & le, o. 3. valde facilis. Cic. 4. Tuſc. Sive quod erat cognitu perfacilis. Id. 2. de Leg. Nam ſententias interpretari perfacile eſt.

Perfacul, adu. idem ac perfacile, apud vet. Feſt.

Perfacundus, a, um, adject. valde facundus. Juſtin. l. 22. c. 1. Et manu ſtrenuus, & in concionibus perfacundus habebatur.

Perfamiliāris, & re, o. 3. valde familiaris. Cic. 5. de Fin. c. 31. Carneades Epicuro perfamiliaris. Gell. lib. 1. cap. 18. Phædon Socrati, & Platoni per fuit familiaris.

Perfatŭus, a, um, valde fatuus. Martial. l. 10. epigr. 18. Heu quam perfatuæ ſunt tibi, Roma, togæ.

Per-

Digitized by Google

Perfectè, adv. *perfettamente*, Ger. *volkommenlich*, Gal. *parfaitement*, Hiſp. *perfettamente*, τελείως, cum perfectione. *Cic. 1. de Orat.* Quum nihil ab eo, niſi perfectè, nihil niſi cum ſumma venuſtate fiat. *Gel. l. 11. c. 16.* Quod a Græcis perfectiſſime uno verbo, & planiſſime dicitur. *Apul. l. 3. Florid.* Sed de hoc tum ego perfectius.

Perfectio, onis, f. *perfezione*, τελείωσις, abſolutio, expletio. *Cic. 1. de Orat.* Hanc ego abſolutionem, perfectionemque in Oratore deſiderans. Adde *pro Marcel. c. 8.*

Perfectiſſimatus, us, m. dignitas perfectiſſimi. *L. 3. Cod. Theodoſ. de cohortal. princip. corniicul.* V. Perfectus.

Perfector, oris, m. qui perficit. *Cic. 1. de Orat. c. 60.* Quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe, et magiſtrum. *Ter. Eun. 5. 9. 4.* O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector.

Perfectrix, icis, f. quæ perficit. *Corn. Nep. ad Cic. (apud Lactant. l. 3. c. 15.)* Philoſophiæ beatæ vitæ perfectrix.

Perfectus, us, m. perfectio, perfectum opus. *Vitruv. l. 1. c. 1.* Si interiora perfectus habuerint elegantes. Adde *Tertul. de anim. c. 20.*

Perfectus, a, um, *compito*, הבנים, Ger. *auſſgemacht*, Gal. *parfait*, Hiſp. *perfeto*, τετελειωμένος, abſolutus, perſolutus, elaboratus cum ſuis omnibus partibus, partic. a perficior. *Cic. in Brut.* Manus extrema non acceſſit operibus ejus, præclare inchoata multa, perfecta non plane. *Id. Ver. 4.* Simulacrum ſingulari opere, artificioque perfectum. ¶ Frequenter in nomen tranſit, *perfetto*, τέλειος, ἐντελής. *Cic. 1. Fin.* Quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto. *Id. pro Sext.* Sentire vero, & facere, perfectæ, cumulatæque virtutis. *Id. 4. Tuſc.* Erit hoc totum ex utroque perfectius. *Id. in Orat. c. 1.* Summum, & perfectiſſimum illud eſt, cui nihil addi poteſt. *Quintil. in proœm. l. 1.* Perfectus moribus. ¶ *Perfectiſſimus* ſub poſterioribus Imperatoribus inter dignitatum titulos fuit. *Ammian. l. 21. c. 31.* Nec ſub eo dux quiſquam cum clariſſimatu provectus eſt: erant enim, ut nos quoque meminimus, omnes perfectiſſimi, &c.

Perferens, tis, nom. ex particip. *tollerante*. *Cic. 2. de Orat.* Exprimere mores integros, religioſos, perferentes injuriarum, &c.

Perferentia, æ, f. *ſofferenza*, tolerantia. *Lactant. l. 3. c. 11.* Virtutis vis in malorum perferentia poſita eſt.

Perfero, ers, tuli, latum, a. anom. *portare*, הביא, Ger. *hin tragen*, Gall. *porter*, Hiſp. *llevar*, προσφέρω, διαφέρω, idem ac fero, vel uſque ad finem conſtitutum fero. *Liv. l. 7.* Clamor perfertur circa collem. *Id. l. 28. c. 13.* Cum ad eum fama tanti exercitus perlata eſſet. *Cic. 2. Tuſc.* Ut hujus quoque generis laudem in hanc urbem perferant. *Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 17.* Perferre mandata. Et *l. 1. ep. 2.* Perferre nuntium. *Id. 14. Fam. ep. 1.* Et literis multorum, & ſermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam fortitudinem eſſe. ¶ Pro ſimplici fero. *Valer. Flac. l. 5.* Perferre opem alicui. *Colum. l. 3. c. 20.* Perferre fructum. ¶ *Liv. l. 36.* Perferre rogationem. h. e. ita ferre, ut plebs ſciſcat. Sic perferre legem, *Id. l. 2. c. 56.* Ego hic aut in conſpectu veſtro moriar, aut legem perferam. Adde *l. 3. c. 11.* ¶ Accipitur etiam pro pati, patienter ferre, *ſopportare*, *ſoffrire*, *tollerare*, ὑπομένειν. *Cic. de Or. l. 2. c. 19.* Facile omnes perpetior, ac perfero. *Id. in Catil.* Quo pacto illi Apenninum, atque illas pruinas, ac nives perferent? *Ovid. 3. Amor. eleg. 11.* Perfer, & obdura.

Perferveo, es, n. 2. valde ferveo. *Pomp. Mela, l. 1. c. 8. de fonte Solis:* Cum eſt (nox) media, perfervet.

Perfervefio, is, valde ferveſco. Diviſit per tmeſim *Varr. l. 1. R. R. c. 9.* Terra ſole perfervefacta fit, ut radices ſatorum comburat.

Perfervidus, a, um, adject. valde fervidus. *Colum. lib. 9. cap. 5.* Æſtas perfervida.

Perferus, a, um, πανάγριος, valde ferus. *Var. 2. de R. R. c. 1.* Boves perferi etiam nunc multi ſunt in Dardania, & Media, & Thracia.

Perfica, æ, Dea rerum obſcœnarum, quibus perficiendis præerat. *Arnob. l. 4. pag. 131.*

Perfice, adv. perfecte. *Lucret. l. 2. v. 1124.* ad extremum creſcendi perfice finem, Omnia perduxit rerum natura. Ita cum *Non. c. 2. n. 698.* legit *Pareus*, & alii. Quidam reponunt *perfica*: alii *denique*. *Plaut. Rud. 2. 5. 4.* Perficiſſime ſatis nequeas ſum. Al. leg. *perfiſcias*.

Perficio, is, eci, ectum, a. 3. *finire*, השלים, Germ. *auſmachen*, Gal. *achever*, Hiſp. *acabar*, ἀποτελέω, abſolvo, compleo, munus ſuſceptum expleo. *Cic. pro Arch.* Quibus auditis hunc ad perficiendum hortatus ſum. *Id. 2. de nat. Deor.* In omni natura, ac multa etiam magis, neceſſe eſt abſolvi aliquid, ac perfici. ¶ Perficere coria, *acconciare le pelli*. *Plin. l. 13. c. 9.* ¶ Promiſſa perficere, eſt implere, quod promiſeris. *Terent. Andr. 4. 1.* ¶ Perficere cibum eſt concoquere. *Plin. l. 15. c. 53.* Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & avide hauſta. ¶ Sæpe perficere eſt efficere, vel obtinere, *far tanto che*. *Cic. Att. l. 8.* Perficiam profecto, ut neque Reſpublica civis a me animum, neque tu amici deſideres. *Ter. Eun. 1. c. 120.* Quam joco rem voluiſti a me tandem, quin perfeceris? ¶ Perficere annos centum, h. e. perdurare, vivere, *Hor. 2. epiſt. 1. v. 39.* ¶ Eſt etiam diſputantium verbum, & ſignificat pervincere, aperte oſtendere. *Cic. 1. Tuſc. c. 8.* Quoniam coegiſti, ut concederem, qui mortui eſſent, eos miſeros non eſſe, perfice, ſi potes, ut ne moriendum quidem eſſe miſerum putem.

Perficus, a, um, adject. perfectus, vel perficiens, ut perfica natura, apud *Lucret. l. 2.* V. Perfice.

Perfide, adv. *perfidamente*, perfidioſe. *Gel. l. 20. c. 1. ad fin.* Qui quoniam pactum perfide ruperat, laceratus eſt. *M. Sen. Controv. 26.* Crudeliter exponentem, perfide recuperantem.

Perfidelis, & le, o. 3. πολύπιστος, valde fidelis. *Cic. Att. l. 12. epiſt. 19.* Si perfidelem haberem, cui dem, ſcriberem plura omnia.

Perfidens, entis, valde fidens. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 17.* Audacia, ac robore corporis, pugnandique arte perfidens.

Perfidia, æ. f. *perfidia*, *infedeltà*, בגד, Germ. *trewloſigkeit*, Gall. *deloyauté*, *perfidie*, Hiſp. *perfidia*, ἀπιστία, infidelitas, fidei minime obſervatæ crimen, iniquitas. *Plaut. Capt. 3. 3. 7.* Neque precatio perfidiis meis, neque malefactis fuga eſt. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 38.* Iſtius fide, ac potius perfidia deceptus ſum. *Id. l. 1. Fam.* Ut poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate.

Perfidioſe, adv. *perfidamente*, *infedelmente*, ἀπίστως, infideliter, perverſe. *Auct. ad Her. l. 1.* Si quid eorum ſpurce, & ſuperbe, perfidioſe, crudeliter factum proferemus. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 40.* Ubi multa perfidioſe facta videtis. *Suet. in Aug. c. 21.* Perfidioſius rebellare.

Perfidioſus, a, um, idem ac perfidus, vel plenus perfidiæ. *Cic. in Piſ.* Quod fallax, quod perfidioſus, quod impudens, quod audax eſſe videatur. *Id. 3. de nat. Deor. c. 32.* Cur omnium perfidioſiſſimus C. Marius Q. Catulum præſtantiſſima dignitate virum mori potuit jubere?

Perfidus, a, um, *perfido*, *disleale*, בוגד, Germ. *trewloſe*, Gal. *perfide*, Hiſp. *perfido*, ἄπιστος, qui fidem violat, ſive prodit. *Cic. 3. Offic. c. 14.* Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud ſimulantes perfidi, improbi, malitioſi ſunt. *Ammian. l. 14. c. 12. (al. 27.)* Homo perfidiſſimus.

Perfingo, is, nxi, ictum, a. 3. fingo, apte fingo. *Vet. Inſcript. apud Fabret. p. 683* Hic ſita ſum varios avium perfingere mores, &c.

Perfinio, is, a. 4. idem quod finio, finem impono. *Lucret. l. 1. v. 611.* pars ſemper habebis Dimidiam partem, nec res perfiniet ulla.

Perfixus, a, um, transfixus. *Lucret. l. 3. n. 306.* Nec gelidis torpet telis perfixa pavoris.

Perflabilis, le, o. 3. qui perflari poteſt. *Cic. 2. de Div. c. 17.* Deos ipſos jocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos, & perflabiles. ¶ Item qui perflat. *Pallad. l. 1. R. R. c. 6.* Ventus mediocris, ſine vi, & horrore perflabilis.

Perflagitioſus, a, um, adject. valde flagitioſus. *Cic. pro Cal. c. 20.* Num tibi perturpe, aut perflagitioſum eſſe videatur.

Perflamen, inis, n. idem quod flamen, flatus. *Prudent. Apotheoſ. v. 696.* Sic divino Domini perflamine ſummi Arida terra fuit.

Perflatilis, le, adject. paſſiva ſignificatione. *Apul. l. 3. Metam.* Teſtum admodum patore perflatili nudatum.

Perflatus, us, m. *ſoffiamento*, actus perflandi. *Plin. lib. 16. cap. 40.* Ulmus in perflatu firma. *Id. lib. 17. c. 19.* Admittere perflatus. *laſciar che vi paſſi l' aria*. *Celſ. lib. 3. cap. 19.* Ut perflatus aliquis accedat. Adde *Colum. l. 1. c. 5.*

Perfletus, a, um, nom. ex partic. multum fletus. *Apul. l. 2. Mileſ.* Diutine viſa perfleto.

Perflo, as, avi, atum, n. 1. *ſoffiar per tutto*, נשב, Ger. *durchblaſen*, Gal. *ſouffler par tout*, Hiſp. *mucho ſoplar*, διαπνέω, valde flo, five multum flando commoveo. *Virg. 1. Æn.* Et terras turbine perflant. *Colum. l. 2. c. 21.* Qui lenis, æqualiſque æſtivis menſibus perflat.

Perfluctuo, as, n. 1. multum fluctuo, fluctuum more circa aliquid moveor. *Lucr. l. 3. v. 722.* Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus.

Perfluo, is, uxi, uctum, n. 3. *ſcorrere*, Germ. *durchrinnen*, Gal. *couler à travers*, *ou de tout coſté*, Hiſp. *ſalir de todas partes*, διαρρέω, fluo per aliquam rem, præterfluo. *Liv. l. 1.* Infima valle perfluit Tiberis. *Horat. l. 4. carm. od. 3.* Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt. ¶ Paſſive *Arnob. lib. 6.* Pluvialibus nimbis perfluuntur. ¶ Interdum dicitur de liquore, & ſumitur pro tranſmitti. *Lucret. l. 2. v. 392.* Per colum vina videmus perfluere. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro abundare. *Cic. 2. Fin. c. 35.* Perpetuis malis voluptatibus perfluens, in ea, quam ſæpe uſurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem ſine dolore. ¶ Item dicitur de hominibus futilibus, qui arcana continere non poſſunt. *Terent. Eun. 1. 2. 25.* Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.

Perfluus, a, um, adject. qui perfluit. Tranſlate *Apul. l. 11.* Inceſſu perfluo fœmineam mentiebatur. h. e. molli, & diffluente.

Perfluxus, a, um, adject. valde fluxus, qui facile corrumpitur, & perit. *Quintil. declam. 314.*

Perfoco, as, avi, atum, a. 1. *ſoffocare*, effoco. *Paul. l. 4. ff. de agnoſc. & alend. lib.* Necare videtur non tantum is, qui partum perfocat, ſed & is, qui abjicit. Al. leg. *præfocat*.

Perfodio, is, di, ſſum, a. 3. διορύττω, perforo, transfigo, rumpo. *Cic. in Vatin. c. 5.* Licet impune parietes perfoderis, vicinos compilaris. *Var. l. 3. R. R. c. 17.* Perfodere montem. *Gell. l. 3. c. 7.* Perfodi gladiis.

Perfœcundus, a, um, adject. valde fœcundus. *Pomp. Mel. l. 1. c. 9.* Ægyptus hominum perfœcunda generatrix.

Perforaculum, i, n. τρύπανον, terebra. *Arnob. l. 6.* Serris, perforaculis, aſcius ſecta, dolata, effoſſa.

Perforatus, a, um, *traforato*. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 4.* Et cum rerum natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluiſſet. *Sen. ep. 99.* Perforatu animo hauriebamus, & tranſmittente.

Performidatus, a, um, multum formidatus. *Sil. l. 3. v. 608.* Jam puer antiquum performidate Batavo.

Performidoloſus, a, um, adject. valde formidoloſus. *Aurel. Victor. in Claud. Caſ.* Natura performidoloſus.

Performo, as, a. 1. conformo, informo. *Tertul. Apol. cap. 1.* Ad malum performantur.

Perforo, as, avi, atum, a. 1. *perforare*, τρυπάω, valde foro, pertenebro, ab uno latere ad alterum foro. *Col. l. 5.* Sed aliud eſt ferramentum, quo priores vitem perforabant. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti, & patefeciſti Sejanum. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 9.* Latus enſe perforet. *Lucret. l. 5. v. 1267.* Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare.

Perfortiter, adv. valde fortiter. *Ter. Adel. 4. 2. 23.* Me ſervolum, qui ridere non audebam, vicit, hui perfortiter.

Perfoſſor, oris, m. qui perfodit, διορύκτης. *Apul. Apol.* Qui veſtem quæſierit, perfoſſor. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 23.* Perfoſſor parietum.

Perfoſſus, a, um, partic. a perfodior. *Cic. 2. Fin.* Helleſponto juncto, Athoque perfoſſo. *Gel. l. 3. c. 7.* Quadringenti cum una perfoſſi gladiis cadunt. *Virg. 11. Æn. v. 10.* Thorax perfoſſus.

Perfracte, adv. obſtinate. *Cic. 3. Offic. c. 22.* Nimis mihi perfracte videbatur ærarium, vectigaliaque defendere. Rectius legitur *præfracte*.

Perfractus, a, um, omnino fractus. *Sil. l. 16.* Perfracto volvitur axe. *Ovid. Heroid. epiſt. 4. v. 115.* Oſſa perfracta clava trinodi.

Perfremo, is, ui, n. 3. vehementer fremo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 35. ex vet. Poeta.* Incitati, atque alacres roſtris perfremunt delphini.

Perfrequens, tis, adject. valde frequens. *Liv. l. 41. c. 1.* In portu emporium brevi perfrequens factum.

Perfreto, as, a. 1. transfreto, pertranſeo. *Solin. c. 40. (al. 27.)* Inter hæc vadoſa claſſem Romanam accepimus perfretaſſe.

Perfricatus, a, um, nom. ex particip. bene fricatus. *Plin. l. 28. c. 11.* Pueris ſelio fimo extrinſecus perfricatis. *Petron. in Satyr. c. 132.* Perfricata diutius fronte. Al. leg. *perfricta*.

Perfrico, as, cui, ictum, περιτρίβω, valde frico. *Cic. 5. Ver. c. 25.* Cum interea Apronius caput, atque os ſuum unguento perfricaret. ¶ Perfricare os, faciem, frontem, uſurpatur pro pudorem abjicere. Nam cum in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem, qui erubeſcere nolunt, hi ſolent faciem, & frontem perfricare ad ruborem illum detergendum, & ſanguinem ad interiora repellendum. *Cic. 1. Tuſc. c. 13.* Quid tergiverſamur, Epicure, nec fatemur, eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cum os perfricuiſti, ſoles dicere? *Plin. in præf. l. 1.* Perfricui faciem, nec tamen profeci. *Mart. l. 11. epigr. 28.* Aut ſi perfricuit frontem, poſuitque pudorem. ¶ Perfricare caput dicuntur, qui in aliqua re hærent, neque quid faciendum ſit plane ſciunt. *Cic. in Piſon. c. 25.* Perſcriptis rationibus, ſecum ipſe, caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus eſt.

Perfrictio, onis, f. περίψυξις, κατάψυξις, a per, & frigeo, morbus eſt, quo vehementi frigore totum corpus corripitur, ut fieri ſolet in febrium acceſſione: interdum aliqua tantum pars corporis laborat, & in eo temporis, ut cum occupantur fauces, raucedo ſequitur, & tuſſis, cum ad meatus, ſpiritus difficultas; cum brachium, aut pes, torpor, &c. *Plin. l. 20. c. 14.* Tuſſi in perfrictione fricari ante balnea convenit. *Scribon. Larg. compoſit. 57.* Si quando moventur dentes ex perfrictione, conſumendi eruca gargarizatione lactis aſinini.

Perfrictus. V. Perfricatus.

Perfrigefacio, is, eci, actum, a. 3. valde frigidum facio. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 117.*

7. 127. Mihi jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit, h. e. metu, & horrore quodam perfundit.

Perfrigĕro, as, a. 1. idem ac refrigero. Plin. l. 25. c. 13. Omnium harum vis eadem perfrigerare, & aſtringere. Harduinus legit refrigerare. Scribon. Larg. compoſit. ult. Hæc omnia infervefcunt ſuper carbones, deinde perfrigerata reponuntur.

Perfrigeſco, is, xi, n. valde frigeo, perfrictione laboro. Martial. lib. 3. epigr. 18. Perfrixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces. Juven. ſat. 7. v. 95. Etſi perfrixit, cantat bene. Plin. l. 31. c. 6. Difficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Scribon. Larg. compoſit. 268. Acopum hieme non patitur perfrigeſcere artus.

Perfrigĭdus, a, um, valde frigidus. Cic. 6. Ver. c. 40. Erat hyems ſumma, tempeſtas perfrigida.

Perfringo, is, egi, actum, a. 3. rompere, frangere, שבר, Germ. zerbrechen, Gall. briſer, Hiſp. quebrantar, διαῤῥήγνυμι, valde, ſeu in totum frango, perrumpo. Ter. Adelph. Aut uſpiam occiderit, ac perfregerit aliquid. ¶ Translate ſumitur pro debilitare, laſſare, fatigare. Plin. ep. 101. Campi, quos novaſſi, ingentes boves, & fortiſſima aratra perfringunt. ¶ Item pro violare, tollere. Cic. 7. Ver. Ut eorum rerum vi, & auctoritate omnia repagula juris, pudoris & officii perfringeres. Id. pro Mil. Senatus graviſſima decreta perfregerat. ¶ Item pro ſuperare. Cic. de Aruſp. reſp. c. 23. Anguſtias omnes, omnes altitudines, omnium objecta tela vi, & virtute perfringere. Caſ. l. 1. B. G. Perfringeres phalangem hoſtium.

Perfrivŏlus, a, um, adject. valde frivolus. Vopiſc. in Aurelian. c. 6. Hæc videri eſſe perfrivola.

Perfructĭo, onis, f. actus perfruendi. Auguſt. l. 1. de doctr. Chriſt. c. 22.

Perfrŭor, eris, uctus ſum, d. 3. idem ac fruor, vel diu, & conſtanter fruor, in totum fruor, omnem fructum percipio. Cic. 5. Fin. Sequamur eam vitam, quæ rebus ipſis perfruatur. Id. 1. Offic. Expetuntur autem divitiæ tum ad uſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. Id. in Hortenſ. apud Priſcian. l. 10. Amœnitate ſumma perfructus eſt. Lucret. l. 3. v. 970. Omnia perfructus vitai præmia. h. e. omnibus vitæ præmiis perceptis. Sunt qui leg. perfunctus. Ovid. Heroid. epiſt. 11. Perfrui mandata alicujus, h. e. diligenter exequi.

Perfŭga, æ, m. fuggitivo, ribello, αὐτόμολος, qui ad hoſtes perfugit, ſive tranſit. Cic. 3. Offic. Perfuga ab eo venit in caſtra Fabricii.

Perfugio, is, ugi, n. 3. ricorrere, ברח, Germ. entfliehen, Gal. fuir à refuge, Hiſp. huir por ayuda, καταφεύγω, auxilii gratia ad aliquem confugio. Cæſ. 1. B. C. Magnus quotidie eorum numerus ad Cæſarem perfugiebat. Cic. 7. Verr. c. 48. Hic locus eſt igitur unus, quo perfugiant. Id. in Piſon. Perfugere in oppidum aliquod devium.

Perfugium, ii, n. rifugio, מנוס, Germ. zuflucht, Gall. refuge, Hiſp. amparo, recogida, καταφύγιον, locus tutiſſimus, quo nos in vexatione, aut calamitate recipere contendimus. Liv. lib. 2. Quia nullum propius perfugium erat. Cæſ. 4. Bel. Gal. Quo perfugio ſuperiore anno fuerant uſi. ¶ Translate dicitur de omni re, cui in rebus adverſis animum adjicimus. Cic. Att. Utor eodem perfugio, quo tibi utendum cenſeo, literulis noſtris.

Perfulcĭo, is, lſi, ltum, a. 4. bene fulcio. Ovid. vel Lucan. ad Piſon. v. 81. Eloquio ſanctum modo perfulcire ſenatum.

Perfulgĕrat, abat, imperſ. valde fulgurat. Stat. 7. Theb. v. 502. Multoque latus perfulgerat enſe. Al. leg. præfulgurat.

Perfunctĭo, onis, f. λειτουργία, adminiſtratio, exercitatio, finis, actus perfungendi. Cic. 3. de Orat. c. 2. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam auctoritatem dabat. Id. 1. Fin. c. 13. Nam neque laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit.

Perfunctorie, adv. languidamente, πρὸς ἀφοσίωσιν, languide, remiſſe, negligenter, oſcitanter, cum quid non ſerio accuratur, ſed ut officio perfuncti videamur, & quantum ſatis ſit aut ad reprehenſionem vitandam, aut ad veniam emerendam. Petron. in Satyr. Me cœpit non perfunctorie verberare. Afferuntur etiam duo loca ex Ulp. l. 5. ff. Quod vi, aut clam, & ex Papin. l. propter, ff. de S. C. Syllano. Sed utroque loco dubia eſt lectio.

Perfunctus, a, um, nom. particip. a perfungor, qui peregit, confecit, abſolvit. Lucret. l. 3. v. 981. Quæ tamen omnia te vita perfuncta ſequentur, h. e. poſtquam vivere deſierint. Sic Liv. l. 9. Perfunctus fato. Cic. pro Dom. Hercule perfuncto jam laboribus. Varr. R. R. l. 2. c. 4. Perfunctas a febri ſues. h. e. quæ jam febri laborarunt, & liberatæ ſunt. ¶ Cum accuſativo, Apulej. l. 8. Metam. Timorem illum ſatis inanem perfuncti.

Perfundo, is, udi, uſum, ſpargere, διαβρέχω, in omnes partes fundo, conſpergo, humore affuſo madefacio. Cic. 3. Ver. c. 26. Aqua denique ferventi a Rubrio ipſo Philodamus perfunditur. ¶ Translate ſumitur pro imbuere, implere. Cic. 1. de nat. Deor. Ut eos perfundas voluptatibus. Liv. l. 10. c. 38. Qui perfundere religione animum poſſet. ¶ Perfundere tecta auro, pro deaurare. Sen. ep. 116. ¶ Perfundi liberalibus ſtudiis, h. e. leviter imbui. Id. ep. 36. ¶ Perfundere aliquem judicio, eſt ei judicii ſpeciem offundere, perfuſorii judicii ſpecie vexare. Cic. pro Roſc. Amer. c. 28. Mihi videris una mercede duas res aſſequi velle, nos judicio perfundere, accuſare autem eos, &c.

Perfungor, eris, nctus ſum, d. 3. far perfettamente, ἐκτελέω, idem ac fungor, vel diligenter fungor, ſtrenue operam navo, ad extremum obeo munus. Cic. de Sen. Munere quodam neceſſitatis, & gravi opere perfungimur. Id. l. 1. Fam. ep. 8. Cum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus. Id. pro Marcel. c. 10. Reſpublica perfuncta eſt hoc miſero, fatalique bello. h. e. peregit, bellum hoc evaſit, liberata eſt, &c. Sic perfungi malis, periculis, &c. Id. pro Mur. & alibi. ¶ Abſolute Id. pro Cluent. Quod ſe perfunctus jam eſſe arbitrantur, cum de reo judicarunt. ſtimano d'aver fatto quanto baſta. Alia V. in Perfunctor.

Perfŭro, is, o. 3. valde furo. Virg. 9. Æneid. ver. 343. incenſus & ipſe Perfurit.

Perfūſe, adv. in copia, largiter, affatim. Siſenn. apud Non. c. 11. n. 61. Perfuſe, atque abunde ſemper uſi, magnum pondus auri, argentique.

Perfuſio, onis, f. actus perfundendi. Lactant. l. 4. c. 15. Roris perfuſio. Plin. l. 18. c. 7. Italia hordeum ſine perfuſione toſtum molit.

Perfuſorie, adv. ambigue, obſcure, ſimulate, confuſe. leg. 5. ff. Quod vi, aut clam. Perfuſorie, aut obſcure dicere. Adde l. 60. ff. de evict.

Perfuſorius, a, um, adject. ſuperficiale, finto, leviter perfundens, nec intus penetrans. Sen. epiſt. 23. Hæc, quibus delectatur vulgus, tenuem habent, & perfuſoriam voluptatem. hoc de quo loquor, ſolidum eſt, & quod plus pateat introrſus. ¶ Perfuſoriæ aſſertiones dicuntur, quibus aliquid dicitur involute, obſcure, ambigue, multa tacendo, quæ ad rem pertinent. Sueton. in Domit. c. 8. Recuperatores, ne ſe perfuſoriis aſſertionibus accommodarent, admonuit. Eſt qui legit perfuſorie.

Perfūſus, a, um, aſperſus. Liv. l. 30. Perfuſum millies cruore Romano. Cic. 2. Fin. c. 34. Dulcedine omni perfuſi ſenſus moventur. Lucret. l. 4. v. 912. Corpus perfuſum frigore lethi. Virg. 5. Æn. v. 111. Oſtro perfuſæ veſtes. Liv. l. 2. c. 61. Metu perfuſus.

Perga, æ, vel Perge, es, Πέργη, oppidum Pamphiliæ, ubi Dianæ templo iſſigni colebatur. Mela l. 1.

Pergamēnus, a, um, adjectiv. ad Pergamum ſpectans, ut Pergamena civitas. Cic. pro Flac. c. 30. Pergamenæ naves, Nep. in Eumen. c. 11. ¶ Pergamena charta, carta pecorina, genus chartæ ex membranis beſtiarum, præſertim ovium, a Pergamo urbe Myſiæ ad Caicum fl. ubi inventa eſt ab Eumene Rege, cum Ptolemæus Rex Ægypti, orta circa bibliothecas æmulatione, chartas ſupprimeret. Plinius ex Varrone l. 13. c. 11. Hieron. epiſt. ad Chromat.

Pergamēus, a, um, Trojanus, ut Pergameæ arces. Virg. 5. Æn. v. 744. Pergamea vates. h. e. Caſſandra. Propert. l. 4. eleg. 1.

Pergamum, n. 2. Pergamus, Pergamo, Πέργαμος, urbs Troadis, ſeu Myſiæ medit. ad Caicum fl. olim ſedes Regum Attalicorum. Nam πέργαμα vocant Jones quidquid in edito loco ſitum eſt. Fuit ita dicta, quod ſita ſit in rupe excelſa. Fuit patria Galeni Medici, & Apollodori Oratoris. Pergami item Æſculapius medicinam exercuit, ut Lucian. in dial. Icaromenippus tradit. Ibidem primum charta illa inventa eſt, quæ inde Pergamena vocatur. Plin. l. 13. c. 11.

Pergămus, i, f. 2. & Pergama, orum, n. 2. arx Ilii, ſeu Trojæ, ita dicta, quod eſſet in loco excelſo, quia olim omnia loca editiora πέργαμα vocabantur. Ponitur tamen pro ipſa urbe Ilio, ſeu Troja. Virg. 1. Æn. v. 470. bellantes Pergama circum. Sen. Troad. v. 14. Exciſa eſt ferro Pergamus. Græca terminatione Cornel. Sever. in Ætna, v. 18. Quis non Argolico deflexit Pergamon igni Impoſitam?

Pergaudĕo, es, n. 2. vehementer gaudeo. Cic. ad Q. Frat. l. 3. ep. 1. c. 3. Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo.

Pergigno, is, a. 3. idem quod gigno. Catul. Argon. carm. 63. Quales Eurotæ pergignunt flumine myrtos. Alii leg. progignunt.

Perglīſco, is, o. 3. valde creſco, vel etiam creſcere deſino. Colum. l. 8. c. 7. Quæ prima Luna ſaginari cœpit, vigeſima perglīſcit.

Pergnarus, a, um, adject. valde peritus. Salluſt. apud Non. c. 18. n. 14. Locorum pergnari. Apul. in Apolog. Magia eſt ars Diis immortalibus accepta, colendi eos, & venerandi pergnara.

Pergo, is, perrexi, ectum, n. 3. andare, הלך, Germ. hingehen, gehen, Gall. aller, continuer, Hiſp. ir, andar camino, πορεύομαι, eo, vado, iter facio, a per, & rego. Conſtruitur cum caſibus motus ad locum. Cic. 1. Catil. Perge, quo cœpiſti, egredere aliquando ex urbe. Id. pro Planc. c. 41. Viam aliquorum dierum in Macedoniam, ad Planciumque perrexi. ſubintellige facere, ire, aut quid ſimile. Auct. ad Heren. l. 4. Pergere obviam alicui. Paſſive Tacit. de German. c. 42. Ea Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio pergitur. ¶ Translate ſumitur pro proſequi, perſeverare. Et uſurpatur vel abſolute. Cic. 1. de Or. Quamobrem pergite, ut facitis, adoleſcentes. Idem 4. Fin. Perge porro. Nam de iſto magna diſſenſio eſt. ¶ Vel cum infinitivo. Q. Cic. de pet. Conſ. Perge tenere iſtam viam, quam inſtituiſti. Plaut. Pſeud. 5. 1. 4. Pergitin' pergere? Liv. l. 32. c. 6. Pergit ducere. ¶ Vel cum accuſ. Cic. Att. l. 4. Perge reliqua, geſtio ſcire omnia. Subintelligitur tamen inf. narrare, vel ſcribere. ¶ Vel cum accuſ. & præp. ad. Cic. 1. Offic. Sed ad reliqua pergamus. ¶ Vel cum ablat. & præp. de. Cic. in Brut. Sed perge Pomponi de Cæſare, & redde, quæ reſtant. ¶ Aliquando pro feſtinare. Ter. Phorm. 1. 4. 17. Domum ire pergam. ¶ Aliquando pro agere. Virg. 6. Ecl. Pergite Pierides. ¶ Aliquando pro omittere, præterire. Cic. Att. l. 3. ep. 15. Sed pergo præterita. ¶ Partic. perrecturus legitur apud Cic. Tuſc. l. 5. c. 5. ¶ Pergor, paſſive, Macrob. 7. Saturn. c. 16. Non poteſt ad ſimilitudinem pergi res, quæ necdum eſt.

Pergracĭlis, le, o. 3. valde gracilis. Plin. l. 25. c. 13. Longiore caule, ſed pergracili.

Pergræcor, aris, d. 1. ἑλληνίζω, eſt Græcorum more intemperantius bibere, epulis, & potationibus inſervire. Plaut. Moſt. a. 1. ſc. 1. v. 21. Dies, noctesque bibite, pergræcamini.

Pergrandeſco, is, n. 3. grandis fio. Au. apud Non. c. 2. n. 358. Fruges prohibet pergrandeſcere.

Pergrandis, de, o. 3. valde grandis. Cic. Verr. 6. c. 37. Vas vinarium ex una gemma pergrandi. Liv. l. 29. c. 29. Ad fratrem regis pergrandem natu pervenit.

Pergraphĭcus, a, um, idem ac graphicus, idest ad unguem factus, abſolutus, quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. Trin. 5. 2. 15. Nimis pergraphicus ſycophanta.

Pergrātus, a, um, admodum gratus. Cic. ad Brut. Pergratum mihi erit, ſi cum ita tractaris, &c. ¶ Interponitur aliquando dictio aliqua inter per, & gratum, idque elegantiſſime. Cic. Attic. l. 1. Per mihi, per, inquam, gratum feceris. Id. Attic. l. 5. Per mihi gratum erit, ſi, &c.

Pergrăvis, ve, o. 3. valde gravis. Cic. pro Sext. c. 50. Hujus oratio & pergravis, & grata concioni fuit. Id. pro Cal. c. 26. Teſtes pergraves.

Pergravĭter, adv. admodum graviter. Cic. Att. l. 1. ep. 10. Pergraviter illum eſſe offenſum.

Pergŭla, æ, f. ſporto, loggetta, poggiuolo, ringhiera, προβολή, pars domus exporrecta, & propendens, ſeu locus apertus, a multis lateribus aerem excipiens, extra parietem porrectus, & modo tectus, modo ſub dio expoſitus, a pergo, ut regula a rego, tegula a tego, quia extra murum porrigatur. Plin. l. 21. c. 3. Cum corona roſacea interdiu e pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus. ¶ In pergulis res venales proponebant. Ulp. l. heres, ff. de judiciis. At ſi quo in loco conſiſteret, non dico jure domicilii, ſed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, ſeu officinam conducens. ¶ Pictores quoque in pergulis ſuas picturas collocabant. Plin. l. 35. c. 10. de Apelle. Perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. ¶ Item in pergulis præceptores diſcipulos ſuos erudiebant. Suet. de Craſſitio Grammatico. Deinde in pergula docuit. ¶ Metonymice ponitur pro iis, qui in pergula verſantur. Juven. ſat. 2. Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis pergula. Ubi aliqui interpretantur locum, ubi æſtivo tempore cœnare mos eſt, alii intelligunt ordinem, ac cœtum miniſtrorum ſtructori obedientium. ¶ In vineis topiarium opus ſignificat. Colum. l. 11. c. 2. Siquæ pergulæ vitium generoſarum a putatoribus relictæ ſunt. Adde l. 4. c. 21.

Pergulānus, a, um, quod ad pergulam ſpectat, ut Pergulana vitis, quæ pergulis adjungitur, & ſuſtinetur. Colum. l. 3. c. 2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, &c.

Pergus, lago di Goridan, lacus Siciliæ, apud Ennam urb. ubi Proſerpina rapta traditur. Ovid. 4. Metam. v. 386.

Perhaurĭo, is, uſi, ſtum, a. 4. exhaurio. Tertul. lib. 1. ad Nation. c. 13. Infantem totum præcoquum perhauritis. Apul. lib. 10. A. A. Calicem uno hauſtu perhauſi. Sever. in Ætna, v. 420. mille perhauſtis ignibus inſtaurant vires.

Perhibĕo, es, bui, bitum, a. 2. dire, affermare, λέγω, dico, affirmo, ex per, & habeo. Plaut. Stich. Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur. Cic. 2. de Div. c. 5. Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. Id. in Arat. Cum quibus, ut perhibent, auſa eſt contendere forma. Id. Fam. 5. ep. 12. Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, h. e. prædicandus. ¶ Interdum ſumitur pro exhibere, dare.

Digitized by Google

re. *Plaut. Merc.* 3, 1, 46. Diem unum oravit, ut apud me perhiberem ſibi locuer. ¶ Hinc perhibere teſtimonium, pro ferre. *Varr. l.* 2. *R. R. cap.* 5. Ut teſtimonium perhibere poſſis. ¶ Perhibeor honorem. *Plin. lib.* 9. *c.* 4. Virgilio quoque confeſſo, quam ſit difficile, verborum honorem tam pervis perhibeor. h. e. tam parvas res verbis amplificare.

Perhiemo, as, n. 1. hiemo, hiemem totam tranſigo. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Sub initium ſulcos vacuos perhiemare patiemur.

Perhilum, adv. *aſſai poco*, perpaulum. *Lucret. l.* 6. *v.* 574. vacillant omnia tecta, ſumma magis mediis, media imis, ima perhilum.

Perhoneſtus, a, um, adject. valde honeſtus. *Arnob. lib.* 2. Sint licet perhoneſti, fuerintque laudabiles.

Perhonorifice, adv. πολύτιμως, valde honorifice. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 12. Hic perhonorifice, & amice Octavius, quem quidem ſui Cæſarem ſalutabant.

Perhonorificus, a, um, πολύτιμος, valde honorificus. *Cic. Attic. lib.* 2. *ep.* 18. Conſalutatio forenſis perhonorifica.

Perhorreſco, is, perhorrui, n. 3. καταθαμβέομαι, valde horreſco. *Cic. Att. lib.* 13. Sed quid eſt, quod perhorreſcas? *Id. ibid. l.* 9. *epiſt.* 10. Genus belli crudeliſſimi, & maximi perhorrui. *Id.* 5. *de Fin. c.* 11. Diſſolutionem naturam tam valde perhorreſcere. Ubi nota, aut *per*, aut *valde* otioſum eſſe.

Perhorridus, a, um, valde horridus. *Liv. lib.* 22. *c.* 16. Pœnus contra inter Formiana ſaxa, ac Literni arenas, ſtagnaque perhorrida ſitu hybernaturus eſſet.

Perhoſpitalis, le, a. 3. valde hoſpitalis. *Cic.* 8. *Verr. cap.* 2. Hujus domus eſt vel optima Meſſanæ, notiſſima quidem certe, & noſtris hominibus apertiſſima, maximeque perhoſpitalis. Pleræque optimæ Edition. habent *hoſpitalis*.

Perhoſpitus, a, um, adject. perhoſpitalis. *Tibul. l.* 4. *el.* 1. *v.* 142. Ardet Arectæ aut unda perhoſpita campis. Sed varia hic apud Criticos & lectio, & interpretatio eſt.

Perhumaniter, adv. valde humaniter. *Cic. Fam.* 7. *epiſt.* 8. Scripſit ad me Cæſar perhumaniter.

Perhumanus, a, um, admodum humanus. *Cic. ad Q. Fratr. lib.* 2. Multumque is mecum ſermonem habuit, & perhumanum. Adde *lib.* 16. *Attic. epiſt.* 12.

Perhyemo. V. Perhiemo.

Periacti, orum, m. περίακτοι, machinæ quædam verſatiles ad ſcenarum mutationes. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. græcis literis ſcribit.

Periambus, i, pes conſtans duabus ſyllabis brevibus, ut *Deus*. *Quintil. lib.* 9. *cap.* 4.

Periander, m. n. Περίανδρος, Gypſeli filius, Corinthiorum Rex, unus e ſeptem Græciæ ſapientibus. Crudelior, & in magna ſuſpicione agebat, ſtipatus ſemper militibus, otioſus in foro, & oſcitantes uſque formidans. Quapropter aſſiduus erat in bellis navalibus perficiendis. Dicitur & iſthmum voluiſſe perfodere. Aliquando interrogatus, quare, cum ſapiens eſſet, in tyrannide perſeveraret; quia, inquit, & ſponte, & invitum cedere eſt periculoſum. Uxorem adeo dilexit, ut etiam cum mortua concubuerit. Scripſit ὑποθήκας, ideſt humanæ vitæ præcepta. Hujus illud eſt, μελέτη τὸ πᾶν, Imm compeſce. Regnavit annos quadraginta. *Diog. Suid. Laert.* & *Auſon. de ſeptem Sapient.*

Periboetus, vox Græca, quæ ſignificat celebrem, & nominatiſſimum, περιβόητος. Legitur apud *Plin. l.* 34. *s.* 8.

Pericarpum, i, n. bulbi genus. *Plin. l.* 23. *s.* 10.

Perichriſtarium, ii, n. genus medicamenti, apud *Marcell. Empir.* 1. 8.

Pericles, is, ſummus Athenienſium Orator, qui tonare, ac fulmine circumdicendo videbatur. Fuit temporibus Thucydidis, & Alcibiadis. Ejus meminere *Quintil. l.* 12. *c.* 9. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Ciceru etiam multis in locis, ut *l.* 1. *Offic. c.* 40. O puerum pulcrum, Pericle!

Periclitabundus, a, um, adject. periclitans, experiens. *Apul. l.* 5. *Metam.* Pencillo pollicis extremam ſagittæ acicem periclitabunda.

Periclitans, antis, partic. *Tacit. Ann.* 1. *cap.* 39. Neque aliud periclitanti ſubſidium.

Periclitatio, onis, f. *eſperienza*, *erfahrung*, experimentum, uſus. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *s.* 64. Quarum utilitatem longinqui temporis uſu, & periclitatione percipimus.

Periclitatus, a, um, partic. a periclitor, quod etiam paſſive aperitur. *Cic. de Am. c.* 17. Aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

Periclitor, aris, atus ſum, d. 1. *andare a pericolo*, Germ. *in gefahr ſtehen*, Gal. *etre en danger*, Hiſp. *ponerſe, o eſtar en peligro*, κινδυνεύω, periculum ſubeo, periculo me expono. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 2. *de Inv.* Periclitari omnium jura debent, ſi ſimilitudinem neſpiantur. ¶ Vel cum ablat. ut *Periclitor capite*, vel *fama*, ideſt periculum ſit, ne caput, aut famam amittam. *Martial. l.* 6. *epigr.* 26. Periclitatur capite Sotades noſter. ¶ Interdum cum ablat. communi eneſe. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Arbores gelu periclitabantur. ¶ Reperitur etiam cum gerundio gerundivo. *Cic. in Catil.* 1. *cap.* 5. Non eſt ſæpius in uno homine ſalus periclitanda Reipublicæ. ¶ Periclitor etiam notat experiri, & conſtruitur cum acc. *Cic. pro Quinct.* Omnia ſurſum verſa Quintius, omnia periclitatus eſt. *Id.* 1. *de Orat. c.* 34. Subeundus eſt uſus omnium, periclitandæ vires ingenii. *Planc. Cic. l.* 10. *Fam.* Potius periclitari volui, ſi poſſet mea præſentia & Lepidum tueri, &c. ¶ Cum infinito *Plin. l.* 26. *c.* 11. Omnia, quæ periclitantur ſecari, *che vanno a pericolo de dover eſſer tagliate*. *Plin. alter in Paneg. c.* 84. Nunquam periclitabuntur eſſe privatæ. ¶ Paſſive *Liv. l.* 1. *c.* 45. Tullius haud debius rex, ſeu patrum, ſeu plebis periclitaretur animus. h. e. tentaretur. Ita Edit. princip. A. 1470. & 1480. Aldina 1528. Al. hab. *animos*.

Periclymenos, i, *madreſelva*, περικλύμενος, herba, quam vulgo matriſylvam dicunt. *Plin. l.* 27. *s.* 12. ¶ Periclymenus Nelei filius fuit, cui ab avo Neptuno conceſſum, ut in omnem ſe, quam vellet, transformaret figuram. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 556.

Periculor, aris, d. 1. periclitor. *Cato* apud *Feſt.* Periculatus ſum.

Periculoſe, adv. *pericoloſamente*, Ger. *gefærlich*, Gall. *perilleuſement*, Hiſp. *peligroſamente*, ἐπικινδύνως, cum periculo. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Et periculoſe hyeme naviges. *Id. Att. l.* 8. *ep.* 2. Periculoſe ægrotare. *Hirt. de Bell. Alex. s.* 64. Periculoſius navigaret. *Senec.* 3. *de Ira*, *s.* 28. Periculoſiſſime, & libentiſſime faciunt.

Periculoſus, a, um, *pericoloſo*, Ger. *gefærlich*, Gall. *perilleux*, Hiſp. *peligroſo*, ἐπικίνδυνος, quod eſt cum periculo, non procul a periculo, præceps, lubricum, anceps. *Cic.* 1. *Offic.* Gravioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Intrare intra præſidia periculoſum putabat. Rurſus *Cic. Att. l.* 13. Fuiſſemus in noſmetipſos, ſi illum offenſuri fuimus, pene periculoſi. *Liv. l.* 27. *c.* 35. Periculoſiſſimus annus. *Senec.* 3. *de Ira*, *s.* 5. Eo periculoſior ira eſt, &c.

Periculum, i, n. *eſperienza*, ἀπόπειρα, experimentum, ab antiquo *perior*, quod fuit conari, tentare, diſcere. Pro eo veteres *periclum* ſcribebant per *i*, teſte *Velio Longo*. *Ter. Heaut. a.* 1. *ſc.* 2. Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet. *Cic.* 2. *Ver.* Eos velis meæ fidei, diligentiæque periculum facere. ¶ Sumitur etiam pro ſalutis diſcrimine, *pericolo*, Ger. *ein gefahr*, Gal. *peril*, *danger*, Hiſp. *peligro*, κίνδυνος. *Cic.* 1. *Off.* Si ei tractanti, contemplantique res cognitione digniſſimas ſubito ſit allatum periculum, diſcrimenque patriæ. *Ter. Andr.* 4. 1. 53. Pericula adire. *Liv. l.* 1. *s.* 54. Obire pericula. *Id. l.* 28. In periculo eſſe. *Nepos in Dione c.* 2. Majore periculo eſſe. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 76. Periculum audere. *Sueton. Aug. c.* 84. Adire periculum memoriæ. *Cic. pro Mur. cap.* 27. In periculum venire. *Id. Verr.* 3. *c.* 6. Nihil eſt jam, quod in hac cauſa peccare quiſquam niſi veſtro periculo poſſit, a *veſtro danno*. *Id. Ver.* 1. Paceſſere periculum innocenti. *Ter. Hec.* 5. 1. 9. Nihil tibi pericli eſt e me mulier. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 55. Non periculum eſt, ne quid recte monſtret. ¶ Sumitur interdum pro judiciali condemnationis libello, *proceſſo di condanna*. *Nepos in Epamin. s.* 8. Unum ab his petivit, ut in periculo ſuo conſcriberent: Epaminondas a Thebanis morte multatus eſt &c. Simile videtur illud, quod legitur in titulo *Codicis l.* 7. *tit.* 44. De ſententiis ex periculo recitandis. Sed alii leg. *breviculo*. ¶ Poetæ metri gratia *periclum* uſurpant. *Virg. Æn.* 2. Quo res cumque cadent, unum, & commune periclum.

Peridromis, idis, περιδρομίς, pars ædificii ambulationi idonea, cyſtus. Vox græca eſt, & græcis literis ſcribitur a *Vitruv. l.* 5. *c.* 11. & *l.* 6. *c.* 10.

Peridoneus, a, um, valde idoneus. *Cæſ.* 2. *B. C. c.* 24. Quod is locus peridoneus caſtris habebatur. Adde *Tac. Ann.* 4. 1. 12.

Periegeſis, is, vel eos, f. περιήγησις, hoc eſt circumductio: Item expoſitio, & commemoratio rei alicujus, quæ fit ſingillatim, & quaſi per ſingula ducendo, a περὶ, *circum*, & ἡγέομαι, *duco*. Periegeſis inſcribitur poema *Dionyſii Alexandrini*, ex Græco Latina metaphraſi translatum a *Rufo Feſto Avieno*, in quo Orbis terræ deſcriptio habetur. *Priſcianus* quoque eam Periegeſim Latine vertit, ſed adſtrictius Dionyſii orbis inhæſit, cum *Avienus* ſæpe liberius vagetur, & ſeipſum potius, quam auctorem ſuum, ſequi videatur.

Periergia, f. 1. περιεργία, curioſitas, ſedulitas, nimia anxietas, & veluti redundans diligentia. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. ſcribit græcis literis.

Perjero, as, a. 1. idem quod pejero. *Plaut. Truc.* 1. 1. 9. Quid perjurandum eſt etiam præter munera? *Lipſ. l.* 3. *Antiq. lection.* 1. 3. cenſet, hanc veram eſſe hujus verbi ſcripturam, quando & *perjurium* dicimus, non *pejurium*.

Perileucus, i, περίλευκος, gemma filum tranſmittens candidum. *Plin. lib.* 37. *cap.* 10.

Perilleus, a, um, adject. ad Perillum pertinens. *Ovid. in Ibin*, *verſ.* 437. Ære Perilleo veros imitere juvencos.

Perillus, er. 2. Πέριλλος, faber Athenienſis, ingenio præſtans, qui Phalaridi Tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricavit, ut quo reus claudereretur, ac ſubjecto igne mugitum bovis ederet, cujus muneris nomine cum ampliſſimum a Tyranno, qui novis ſemper tormentis delectabatur, ſperaret munus, incluſus tauro, ſuppoſitiſque ignibus, primus ſuæ artis experimentum præbuit. *Plin. l.* 34. *s.* 8.

Perilluſtris, ſtre, a. 3. admodum illuſtris. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 20. Ibi manſimus biduum perilluſtres fuimus.

Perimachia, æ, f. περιμαχία, aggreſſio, oppugnatio. Vox Græca. *Solin. l.* 1. *ep.* 7. *circa med.* Deferimus igitur nihil tale meruerit totam perimachiam, quam ſummo artificio acres & flammas viri occulere in tempus judicii meditabantur.

Perimbecillus, a, um, valde imbecillus. *Cic. Att. l.* 10. *ep. ult.* Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.

Perimede, es, Περιμήδη, inſignis venefica apud *Theocrit. Idyll.* 2. Hinc

Perimedeus, a, um, adject. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 74. Non Perimedea gramina cocta manu. Alii aliter leg.

Perimele, es, Nympha Hippodamantis filia, in inſulam ſui nominis mutata. *Ovid. Met.* 8. *v.* 591.

Perimetrus, i, f. *circonferenza*, *perimetro*, περίμετρος, circuitus, ambitus. *Vitruv. l.* 5. *c.* 6. Theatri conformatio ſic eſt facienda, uti, quam magna futura eſt perimetros imi, circumagatur linea rotundationis, centro medio collocato.

Perimo, is, emi, emptum, a. 3. *diſtruggere*, ἀναιρέω, tollo, prorſus adimo, adimo, a *per*, & *emo*, quod antique etiam tollere ſignabat. *Cic.* 1. *Tuſc.* Sin autem perimit, ac delet omnino. *Id.* 3. *Off. c.* 7. Niſi aliquis caſus, aut occupatio conſilium ejus peremiſſet. h. e. impediſſet. *Id. pro Planc. c.* 42. Sin autem vitam mihi fors ademiſſet, aut vis aliena mortem ceditum peremiſſet. h. e. interclusiſſet. ¶ Speciatim ſumitur pro occidere, interficere. *Plaut. Men.* Virum hunc ego perimam impuriſſimum. *Cic. de Div.* Ubi tam teneras volucres, matremque peremit.

Perimpeditus, a, um, adject. valde impeditus. *Hirt. de B. Afric.* 1. 58. Locus perimpeditus ante oſtium Scipionis.

Perincertus, a, um, adject. valde incertus. *Salluſt.* apud *Gel. lib.* 18. *c.* 4. Perincertum, ſtolidior, an vanior.

Perincommode, adv. valde incommode. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Accidit perincommode, quod eum nuſquam vidiſti.

Perincommodus, a, um, valde incommodus. *Liv. l.* 37. *c.* 41. Quæ nihil admodum Romanis, ut perincommoda Regiis erant.

Perinconſequens, entis, a. valde inconſequens, valde abſurdum. *Gel. lib.* 14. *c.* 1. Per autem, inquit, inconſequens, ipſum quidem corpus, & habitum tam profundi uteris ſub alio, atque alio cœli curvamine non eundem manere.

Perinde, adv. *quaſi*, ὡσαύτως, ita, ſimiliter, a *per*, & *inde*. *Suet. in Galb. c.* 13. Adventus ejus non perinde gratus fuit. ¶ Fere poſt ſe habet particulam *quaſi*. *Cic.* 3. *Tuſc.* Perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio mœror levaretur. ¶ Vel *ac*. *Cic.* 3. *de Orat.* Sed hæc ipſa omnia perinde ſunt, ut aguntur. ¶ Vel *prout*. *Plin. in Pan.* Meminerint, perinde conjecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hos, vel illud elegerint. ¶ Vel *ut*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Ne philoſophia quidem, tantum abeſt, ut perinde, ut de hominum eſt vita merita, laudetur. ¶ Vel *ac ſi*. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 49. Quod ego perinde tuebar, ut ſi uſus eſſem. ¶ Vel *atque*. *Cic. pro Marc. c.* 4. Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. ¶ Vel *tanquam*. *Gel. l.* 13. *c.* 29. Hoc perinde eſt tanquam ſi ego dicam: Eſt mihi nomen Jelium. ¶ Vel *dum ut*. *Plaut. Amph.* Fac ſis perinde adeo, ut me velle intelligis. Ubi perinde adeo pro *ita* ponuntur. ¶ Uſurpatur etiam pro *tam*. *Suet. in Dom. c.* 16. Nulla tamen re perinde commotus eſt, quam reſponſo, caſuque Aſcletarionis Mathematici. ¶ Item pro *pariter*, *æque*, *ſimiliter*, ſine particula ſequente. *Cic.* 1. *Fin.* Vivendi artem tantam, tamque operoſam, & perinde fructuoſam reliquerunt. ¶ Item pro *ad hunc modum*. *Ter. Phorm.* Sextantem perinde potius ſcribito mihi jam dicas.

Perindigeo, es, n. 2. valde indigeo. *Tertul. Scorpiac. c.* 13. Indigeamus, ſed non perindigeamus.

Perindigne, adverb. valde moleſte, indigne, graviter. *Suet. in Tiber. c.* 50. Tulit perindigne actum a Senatu, ut &c.

Perindignus, a, um, adject. valde indignus. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 4. Quæ non perindignum eſt deliberare.

Perindulgens, tis, o. valde indulgens. *Cic.* 3. *Off. c.* 31. Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in fratrem.

Digitized by Google

Perinfamis, me, o. 3. valde infamis. *Suet. in Vitel. c.* 2. Vir innocens, & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis. *Apul. l.* 3. *Metam.* Alioqui publicitus maleficæ diſciplinæ perinfames ſumus.

Perinfirmus, a, um, valde infirmus. *Cic.* 2. *Fin. c.* 16. Sunt enim levia, perinfirma, quæ dicebantur a te.

Peringenioſus, a, um, valde ingenioſus. *Cic. in Brut. c.* 24. Quod peringenioſis hominibus, neque ſatis doctis plerumque contingit.

Peringratus, a, um, adject. valde ingratus. *Senec. ep.* 98. (al. 99.) Peringratus eſt, qui eum amiſerit, pro accepto nihil debet.

Periniquus, a, um, valde iniquus. *Cic. pro L. Man.* Quare videant, ne ſit periniquum, & non ferendum. Adde 12. *Fam. ep.* 18.

Perinjurius, a, um, valde injurius. *Cato apud Priſcian. l.* 6. *pag.* 694. & 717. *Putſch.* Nam perinjurium ſiet, cum mihi, &c. Adde *Minuc. Fel. in Octav. c.* 15.

Perinſignis, gne, o. 3. valde inſignis. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 20. An corporis pravitates, ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis?

Perinteger, gra, um, valde integer, omnino inviolatus. *Gell. l.* 3. *c.* 5. Caſtitatis perintegræ dicebatur.

Perinthia, æ, f. 1. comœdia Menandri, a Perintho urbe. *Ter. prol. Andr.* Menander fecit Andriam, & Perinthiam.

Perinthus, f. 2. Heraclea, *Pantero*, *Heraclea*, *Heraclia*, Πέρινθος, orbs Thraciæ, in Corpialica prov. in ora Propontidis. Ibi olim fuit celeberrimum amphitheatrum marmoreum, ex uno lapide exciſum, quod inter orbis miracula numerabatur.

Perinviſus, a, um, adject. *molto odiato*. *Cicer. pro Cornel.* apud *Aſcon.* Homo Diis, ac nobilitati perinviſus.

Perinvitus, a, um, adject. valde invitus. *Cic. Fam.* 7. *ep. ult.* Ne perinvitus legerem tuas literas. Adde *Liv. l.* 40. *c.* 57.

Perinundo, as, a. 1. valde inundo. *Alcim. Avit. l.* 1. *v.* 207. Et nigris ſumpos perinundas arenis.

Perinungo, is, a. 3. idem quod perungo. *Varro l.* 2. *R. R. c. ult.* Intrinſecus perinungere.

Periocha, æ, f. περιοχή, argumentum, complexio, certæ cujuſpiam rei, vel negotii perfecta complexio, quæ per ſe conſiſtere, atque a cæteris disjungi poteſt, a περιέχω, *contineo*, quod ab ἔχω, *habeo*. Hujuſmodi ſunt partes majores orationis, ideſt *exordium*, *narratio*, *confirmatio*, *confutatio*, *peroratio*, item ſingulæ partes cauſæ, & ſingula argumenta, quæ in confirmatione tractantur. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 25. Ego Tyroni quidem dictavi, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet. Ita legimus in quibuſque optimis Editionibus, quamquam alibi *periochas* latinis literis ſit exaratum. ¶ Periochæ etiam dicuntur argumenta fabularum Terentii, quæ ſcripſit Sulpitius Apollinaris præceptor Pertinacis Imperatoris.

Periodicus, a, um, quod ſtatis temporibus ad id, unde diſceſſit, quaſi facta periodo revertitur, ut Febres periodicæ, quæ certis temporibus abeunt, & quodam quaſi circuitu facto rurſus redeunt, ut ſunt tertianæ, & quartanæ. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Semina ejus ſi fuerint pari numero adalligata febribus, ſanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant.

Periodus, i, f. *periodo*, περίοδος. Apud Rhetores periodus eſt compoſitum quoddam ex pluribus membris, vel inciſis, quorum unum ab alio, conjunctionibus, & aliis orationis partibus quaſi vinculis quibuſdam ligatum, dependet. *Cic. in Or.* In toto circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus. *Quintil. l.* 9 *c.* 4. Periodo plura nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. ¶ Periodus item apud Græcos accipitur pro complexione quatuor ſacrorum Græciæ certaminum, Iſthmiorum, Nemæorum, Pythiorum, Olympiorum, quod hæc ſpectacula unum poſt aliud celebrarentur, & per circuitum, ſive orbem renovarentur. Hinc apud *Feſtum* periodum viciſſe is dicitur, qui quatuor illa certamina obivit, & in omnibus vicit.

Peripatetici, orum, m. *Peripatetici*, περιπατητικοί, Philoſophi illi, qui ab Ariſtotele originem habuere, a περιπατέω, *obambulo*, quod Ariſtoteles Philoſophiam ſolitus fuerit docere inambulando in Lyceo. *Cic.* 1. *Acad. c.* 43. *de Or.* & *alibi*. ¶ Ex Peripateticis celeberrimi fuere Ariſtoteles princeps, ejus diſcipulus Theophraſtus, Strato Theophraſti auditor, deinde Hieronymus, Diodorus, Critolaus, & alii. *Cic.* 1. & 2. *c. Acad.*

Peripateticus, a, um, *Peripatetico*, ad Peripateticos pertinens. *Colum. l.* 9. *c.* 3. Secta Peripatetica. *Gell. l.* 2. *c.* 3. Peripatetica Philoſophia.

Peripetaſmata, um, n. 3. *arrazzi*, יריעה, Ger. *teppich*, Gal. *tapiſſerie*, Hiſp. *mantas de pared*, περιπετάσματα, cortinæ, & tapetia, quibus parietes aularum ornatus gratia teguntur, & pavimenta inſternuntur, a περιπετάννυμι, *circumquaque obtendo*. *Cic.* 4. *Verr. c.* 12. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Hero peripetaſmata emere oblitus es?

Periphraſis, f. 3. *circonlocuzione*, περίφρασις. Circumlocutio, Circuitio, Tropus, cum id, quod uno, aut certe paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur, a περιφράζω, *circumloquor*. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. & *Auct. ad Her. l.* 4.

Periplus, us, m. περίπλους, græce ſignificat circumnavigationem. Hinc quidam Scriptores, qui oram maritimam aliquam deſcripſerint, hujuſmodi libros Periplus inſcripſere, ut Xenophon. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Xenophon in Periplo, &c.

Peripneumonia, f. 1. περιπνευμονία, inflammatio pulmonis cum febri acuta ex difficultate ſpirandi, a πνεύμων, *pulmo*. *Celſus l.* 4. *c.* 7. ait, a Græcis peripneumonicon appellari. Hinc

Peripneumonici, m. 2. qui peripneumoniam patiuntur. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Jam vero peripneumonicis, pleuriticiſque decoctum.

Peripterus, i, περίπτερος, genus ædificii, quod ex omni parte columnarum ordine cingitur, quaſi circum alatus. *Vitr. l.* 3. *c.* 1. & *l.* 4. *c.* 7. V. *Bald. in Lex.*

Periratus, a, um, adject. *molto adirato*. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 6. Erant nobis perirati.

Periſcelis, idis, f. *centiglia*, περισκελίς, ornamentum muliebre pedes, & crura ambiens, a περί, *circum*, & σκέλος, *crus*. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 56. ſæpe catellam, ſæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.

Periſcelium, ii, n. idem quod periſcelis. *Tertul. l.* 2. *de cultu fœmin. c. ult.*

Periſſochoregia, æ, annonæ curatio, περισσοχορηγία, *Cod. Theodoſ. l.* 14. *tit.* 25. & *Cod. Juſtin. l.* 11. *tit.* 27. *& ſeq.* a.

Periſſologia, æ, f. περισσολογία, ſuperflua locutio, vitioſa quædam periphraſis, vitium Grammaticale, cum oratio inani verborum turba, & copioſa loquacitate obruitur, a περισσός, *redundans*, & λόγος, *ſermo*. *Virg.* 1. *Æn.* Faciem mutatus, & ora Cupido. Ubi *Serv.* & ora, Periſſologia eſt. V. *Quintil. l.* 8. *c.* 9.

Periſteron, onis, m. *colombaja*, περιστερών, idem, quod periſterotrophium, hoc eſt locus, ubi columbæ educantur, a περιστερά, *columba*. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 7. Græcis literis ſcribit.

Periſtereos, m. 2. περιστερεὼς, περιστερεών, herba, al. verbena, & verbenaca, a περιστερά, *columba*, quod columbæ unice hac herba delectentur. *Plin. l.* 25. *c.* 10.

Periſterotrophion, n. 2. *colombara*, περιστεροτροφεῖον, locus, in quo columbæ habentur, a περιστερά, *columba*, & τρέφω, *alo*. Latine dicitur columbarium. Sed aliqui volunt, columbarium proprie eſſe loculamentum in periſterotrophio ſingulis columbarum paribus præparatum. Græcis literis ſcribitur hæc vox a *Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 7.

Periſtroma, atis, n. 3. περίστρωμα, idem eſt, ac peripetaſma, ſive aulæum, vel affine illi eſt, a περιστρώννυμι, *circumſterno*. *Plaut. Pſeud. a.* 1. *ſc.* 2. *v.* 13. Ut ne periſtromata æque picta ſint Campanica. *Cic.* 2. *Phil. c.* 27. Conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis ſervorum in cellis lectos ſtratos videres.

Periſtylium, n. 2. περιστύλιον, locus columnis clauſus, circumquaque porticum habens, vel ſaltem a tribus lateribus, a περί, *circum*, & στῦλος, *columna*, quaſi circumcolumnium. *Vitr. l.* 5. *c.* 11. In palæſtris periſtylia quadrata, ſive oblonga ita ſunt facienda, uti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem.

Periſtylum, i, n. idem, ac periſtylium. *Cic. pro Domo c.* 44. In Palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, ampliſſimum periſtylum. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 5. Periſtylum tectum tegulis. *Auſon. de Urbib.* Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis.

Perite, adv. *dottamente*, ἐμπείρως, docte, ſapienter, cum peritia. *Cic.* 2. *de Leg.* Quod inſtitutum perite a Numa, poſteriorum Pontificum negligentia diſſolutum eſt. *Senec. ep.* 90. (al. 89.) Multa facit aut peritius, aut exercitatius. *Cic. Verr.* 4. *c.* 54. Literas periſſime, & calidiſſime venditabat.

Peritia, æ, f. *ſcienza*, *pratica*, ἐμπειρία, cognitio, ſcientia. *Quinctil. l.* 2. *c.* 15. Gratiæ, ac voluptatis peritia. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 69. Peritia morum Tiberii. *Salluſt. Jug. c.* 46. Peritia locorum.

Perito, as, n. 1. freq. a *pereo*. *Plaut. Cap.* 3. 5. 32. Qui per virtutem peritat, non interit.

Peritonæum, i, n. περιτόναιον, membrana tenuiſſima, ſed firmiſſima, omnibus tum viſceribus, tum inteſtinis, reliquiſque partibus inferioris ventris circumextenſa, a περιτείνομαι, *circumquaque extendor*. Ipſa vox Græca eſt, & græcis literis ſcribitur a *Celſo l.* 4. *c.* 1. & *l.* 7. *c.* 4.

Peritretum, i, περίτρητον, h. e. perforatum. Ita vocatur a *Vitruv.* ipſum balliſtæ foramen, *l.* 1. *c.* 2. & *l.* 10. *c.* 7.

Peritus, a, um, *perito*, *pratico*, *dotto*, יודע, Ger. *wohlberichtt*, Gal. *expert*, & *ſavant*, Hiſp. *docto*, *experimentado*, ἔμπειρος, intelligens in aliqua re, ſciens, gnarus, ab antiquo *perior*, h. e. tento, diſco. *Non. a.* 5. *n.* 56. Doctum, & peritum cum ſimile videantur, a Tullio diſcretum eſt, ut ſit peritum plus, quam doctum. *Cic.* 3. *Off.* Itaque eum ſint docti a peritis, deſiſtunt facile ſententia. ¶ Conſtruitur vel abſoluta. *Cic.* 1. *de Or.* Ut inter homines peritos conſtare video. ¶ Vel cum gen. *Id. pro Cluent. c.* 38. Quis judiciorum, atque ejus dignitatis peritior? *Id. pro Leg. Manil. c.* 23. Bellorum omnium periſſimus. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. pro Pont. c.* 15. Ad uſum, ac diſciplinam peritum, ad conſilia prudentem. ¶ Vel cum abl. *Cic. pro Cluent. c.* 38. Quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior commemorari poteſt? ¶ Vel cum abl. & præp. *de*, vel *in*. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 2. Qui de agricultura Romanus periſſimus fuit. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 15. Periſſimus in iis ipſis rebus, quas, &c. ¶ Sæpe conjungitur cum *uſu*, qui eſt abl. cauſæ. *Cic.* 1. *Off. c.* 41. Adhibere doctos homines, vel etiam uſu peritos. ¶ Interdum & cum infinito, præſertim apud Poetas. *Virg. Ecl.* 10. cantare periti Arcades. *Tacit. in Agric. c.* 8. Peritus obſequi, eruditiuſque utilia honeſtis miſcere.

Perjucunde, adv. valde jucunde. *Cic. Att. l.* 13. O hoſpitem mihi tam gravem ἀμεταμέλητον. Fuit enim perjucunde. Adde *pro Cæl. c.* 11.

Perjucundus, a, um, *aſſai grato*, valde jucundus. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 7. Cui quidem litteræ tuæ perjucundæ fuerunt. Adde 2. *de Orat. c.* 7. ¶ Dividitur etiam, interjecto verbo. *Id.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 4. Id mihi pergratum, perque jucundum erit.

Perjuratiuncula, æ, f. parvum perjurium. *Plaut. Stich.* 3. 1. 76. At perjuratiunculas paraſiticas.

Perjuratus, a, um, nom. partic. paſſivæ ſignificationis, perjurio violatus. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 11. *v.* 22. Et perjuratos in mea damna Deos.

Perjurioſus, a, um, idem ac perjurus. *Plaut. Truc.* 1. 2. 52. Procaciores eſtis vos, ſed illi perjurioſi.

Perjurium, ii, n. *giuramento falſo*, שבועת שקר, Ger. *ein meyneid*, Gal. *pas jurement*, Hiſp. *perjuro*, ἐπιορκία, jusjurandum violatum, juramentum falſum, a *perjuro*. *Cic. Off.* 3. *c.* 29. Quod ex animi tui ſententia juraris, id non facere, perjurium eſt. *Id.* 2. *de Leg. c.* 9. Perjurii pœna divina exitium, humana dedecus.

Perjuro, as, n. 1. idem quod pejero. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 127. Quare, ſi quidvis ſatis eſt, perjuras, ſurripis, auferſ undique?

Perjurus, a, um, *ſpergiuro*, עובר שבועה, Ger. *meyneidig*, Gal. *parjure*, Hiſp. *perjurado*, ἐπίορκος, qui jusjurandum violat, qui jurando jus pervertit. *Cic. pro R. Com.* At quid inter perjurum, & mendacem? *Plaut. Mil.* 2. 2. 21. Perjurior hoc homine non eſt. *Cic. pro R. Com. c.* 7. Nam Ballionem illum improbiſſimum, & perjuriſſimum lenonem cum agit.

Perlabor, eris, d. 3. idem ac labor. *Virg.* 1. *Æn. v.* 151. Atque rotis ſummas levibus perlabitur undas. *Cic. Att. l.* 9. Et jam de ſupero mari perlabor.

Perlætus, a, um, vehementer lætus. *Liv. l.* 10. *c.* 21. Supplicatioque perlæta fuit.

Perlate, adv. valde late. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 4. Idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet.

Perlateo, es, ui, n. 2. omnino lateo. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 416. Inque ſua turri perlatuiſſet anus.

Perlatio, onis, f. *tolleranza*, verbale a perfero. *Lactant. l.* 5. *c.* 22. Patientia eſt malorum cum æquanimitate perlatio.

Perlator, oris, m. qui affert, *riportatore*. *Ammian. l.* 21. *c.* 32. Perlatore capto. *Symmach. l.* 5. *ep.* 30. Perlator harum literarum.

Perlatus, a, um, o. 1. a. allatus, *portato*, particip. a perferor. *Virg.* 11. *Æn. v.* 803. haſta perlata hæſit. *Curt. l.* 5. *c.* 12. Ad illos clamore perlato.

Perlavo, as, avi, atum, a. 1. perfecte lavo. *Tertull. de Pœnit. c.* 4. Te peccatorum fluctibus merſum perlavabit. Adde *Apic. l.* 8. *c.* 7.

Perlecebra, æ, f. idem, ac illecebra. *Plaut. Aſin.* 1. 2. 7. Te perdam ego, & filiam, perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium.

Perlecto, as, a. 1. freq. a *perlicio*. *Cic. pro Flacco c.* 8. Egentes, & leves ſpe legationis, & viatico publico, privata etiam benignitate perlectat. Aliqui legunt *prolectat*.

Perlego, is, egi, ectum, a. 3. *legger tutto*, ἐπιλέγομαι, a principio ad finem uſque lego. *Cic.* 1. *de Div. c.* 5. Perlegi, ille inquit, tuum paulo ante tertium de natura Deorum. ¶ Tranſlate ſumitur pro diligenter intueri, contemplari. *Virg.* 6. *Æn. v.* 34. Quin protinus omnia perlegerent oculis. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 591. Perlege diſpoſitas generoſa per atria ceras.

Perlepide, adv. valde lepide. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 47. Perlepide narrat.

Perlepidus, a, um, valde lepidus. *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 53. Euge perlepide Charine, me meo ludo jam beas.

Digitized by Google

Perlĕvis, ve, o. 3. valde levis. *Cic. de Leg. Agr.* 2. c. 29. An ignoratis, cætera illa magnifica P. R. vectigalia perlevi ſæpe momento fortunæ inclinatione temporis pendere?

Perlevĭter, adv. valde leviter. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Perleviter commotus. Adde 3. *Tuſc. c.* 25.

Perlibenter, adv. valde libenter. *Cic. de Univerſ. c.* 1. Perlibenter & Nigidium vidi, & cognovi Cratippum. Adde *l.* 8. *Attic. epiſt.* 14. ¶ Dicitur & *perlubenter*.

Perlibĕrālis, le, o. 3. valde liberalis. *Ter. Hec.* 3. 4. 24. Perliberalis viſa eſt.

Perlibĕrālĭter, adv. valde liberaliter. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 4. Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibrātĭo, onis, f. actus perlibrandi. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. Perductionis (aquarum) prima ratio eſt perlibratio. V. *Libratio*, & *Libramentum*.

Perlibrātus, a, um, æquilibratus, æquatus. *Col. l.* 3. *c.* 13. Sic permenſum, & perlibratum opus in ſimilitudinem cervacti ſemper procedit.

Perlĭbro, as, avi, atum, a. 1. , eſt diligenter, ac perfecte menſurare, & ad libram æquare, ſive æqualem facere. *Col. l.* 3. *c.* 13. Nam ſtella pariter imæ foſſæ ſolum metior, atque perlibrat. ¶ Interdum pro librando torquere ſumitur. *Silius l.* 2. *v.* 189. ſævamque bipennem perlibrat medius fronti. *Et l.* 5. *v.* 321. fervidus haſtam perlibrat.

Perlicio. V. Pellicio.

Perligātus, a, um, valde ligatus, conſtrictus. *Plaut.* 2. 6. 28. O perligatum pectus. Rectius tamen legitur *præligatus*.

Perlĭmo, as, a. 1. *Vitruv. l.* 5. *c.* 9. Ex viridibus ſubtilis & extenuatus aer oculorum perlimat ſpeciem. h. e. extergit, acutam reddit, & puriorem, quaſi lima expoliens.

Perlĭnĭo, is, ivi, itum, a. 4. valde linio, multum, perfecte, undique, totum oblinio. *Col. l.* 9. *c.* 16. Protinus cuſtos novum loculamentum in hoc præparatum perlimat intus prædictis herbis.

Perlĭno, is, livi, vel livi, vel levi, litum, a. 3. idem, ac perlinio. *Col. l.* 7. *c.* 5. Et tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur.

Perlĭquĭdus, a, um, *adject.* valde liquidus. *Celſ. l.* 2. *c.* 4. Si quod deſcendit, eſt perliquidum.

Perlitĕrātus, a, um, adject. valde literatus. *Fragment. Cic. pro Q. Gall.* apud *Hieron. ep.* c. Homo perliteratus.

Perlĭto, as, a. 1. perfecte lito, ſacrificio facto, Deus placo, votumque impetro. *Liv. l.* 41. *c.* 15. Saluti Petilium perlitaſſe negant. *Valer. Antias* apud *Gell. l.* 1. *c.* 7. Si hæ res divinæ factæ, riteque perlitatæ eſſent. ¶ Et imperſ. *Liv. l.* 6. *B. Mac.* Ea omnia ſacrificia læta fuere, primiſque hoſtiis perlitatum eſt.

Perlĭtus, a, um, , partic. a perlinor. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 83. Senecta ætate unguentis perlitus ignave incedit. Al. leg. *unguentatus per vias*.

Perlonge, adv. valde longe. *Ter. Eun.* 3. 5. 61. Perlonge eſt, ſed tanto ocyus properemus.

Perlonginquus, a, um, valde longinquus. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 77. Jam pol id quidem eſſe haud perlonginquum.

Perlongus, a, um, valde longus. *Plaut. Trin.* 3. 3. 17. Nunc ſi opperiri vis adventum Charmidis, perlongum eſt. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 20. Perlonga, & non ſatis tuta via.

Perlubens, entis, o. valde lubens, ſeu gaudens. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 8. In quibus me perlubente Servius allitus eſt.

Perlubenter. V. Perlibenter.

Perlubet, abat, buit, vel bitum eſt, imp. 2. vehementer lubet, valde cupio. *Plaut. Capt.* 4. 3. 31. Perlubet hunc hominem colloqui.

Perlucĕo, } V. Pelluceo &c.
Perlucĭdus, }

Perluctuōſus, a, um, valde luctuoſus. *Cic. ad Q. Pr. l.* 3. *ep.* 8. Serrani domeſtici filii funus perluctuoſum.

Perlūdo, is, ſi, 3. idem, ac ludo. *Prop. l.* 4. *el.* 4. Vidit arenoſis Tatium perludere campis. Alii leg. *praludere*. *Manil. l.* 5. *v.* 81. Totum perludere circum.

Perlūmĭno, as, a. 1. valde illumino. *Tertull. de carne Chriſti c.* 4. Carnem cæcam perluminat.

Perlŭo, is, ui, utum, a. 3. idem ac lavo, vel multum lavo. *Ovid.* 5. *Faſt.* v. 435. Cumque manus puræ fontana perluit unda. Al. leg. *proluit*. *Colum. l.* 6. *c.* 8. Tum vino perluitur os. *Id. l.* 9. *c.* 16. Poſtquam diligenter aqua dulci perlutæ ſunt.

Perluſorius. V. Præluſorius.

Perluſtro, as, avi, atum, a. 1. idem, ac luſtro, vel diligenter, & attente luſtro. *Liv. l.* 7. Perluſtravitque hoſtium agros. *Id. l.* 25. *c.* 9. Perluſtrantque omnia oculis. *Cic. in Part. c.* 11. Hujus igitur materiæ ad argumentum ſubjectæ perluſtrandæ animo partes erunt omnes.

Permăcer, cra, crum, valde macer. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Omnia creta coquit in permacra. Adde *Celſ. l.* 2. *c.* 21.

Permacĕro, as, a. 1. valde, ſeu perfecte macero, ſubigo. *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. Calculi in opere cum permacerantur, diſſolvunt tectorii expolitiones.

Permădĕfăcĭo, is, eci, actum, a. 3. valde madefacio. *Plaut. Moſtell.* 1. 2. 63. Pro imbre amor advenit, permadefecit cor meum.

Permădēſco, is, dui, n. 3. valde madeo, . Tranſlate *Senec. de Provid. c.* 4. Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadeſcunt. hoc eſt, debilitantur. *Id. ep.* 20. Deliciis permaduimus. Propria *Colum. l.* 2. *c.* 4. Quaſi uberius pluviis terra permaduerit.

Permagnus, a, um, , valde magnus. *Cic.* 1. *Fin.* Fieri tamen permagna acceſſio poteſt. *Id.* 1. *Tuſc.* Permagnum exiſtimans, tres Olympionicas una ex domo prodire. *Id.* 10 *Parad.* Permagni intereſt. *Id.* 5. *Ver.* Permagno decumas vendidiſti.

Permāle, adv. aſſai malamente. *Cic. l.* 4. *Att. ep.* 19. Sequani permale pugnarunt. Al. leg. *male*.

Permănanter, adv. , tranſitorie, penetrabiliter, a *permano*. *Lucr. l.* 6. *v.* 916. Uſque adeo permananter vis pervalet ejus.

Permănāſco, is, n. 3. idem, ac permano, vel incipio permanare. *Plaut. Trin.* 1. 2. 118. Unde ad eum id poſſet permanaſcere.

Permănĕo, es, ſi, ſum, n. 2. *ſtare*, *perſeverare*, *durare*, , et manere in aliquo loco, uſque ad finem perſeverare, durare. *Cic.* 2. *Fin.* Nam cum ſemel eſt ſuſcepta beata vita, tam permanet, quam ipſa effectrix beatæ vitæ ſapientia. *Id. de Am.* Aliter amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 4. Ut in officio permaneret. *Senec. ep.* 77. Virtus ſola permanet tenorem ſui. Rurſus *Cic.* 5. *de Fin.* Permanere in ſententia. *Lucceius ad Cic. l.* 5. *Fam.* Permanere in incepto.

Permāno, as, avi, atum, n. 1. *ſcorrere*, *penetrare*, , Germ. *durchfließen*, Gall. *couler par tout*, Hiſp. *manar*, , penitus mano, manando penetro, deſcendo. Conſtruitur cum acc. fere cum præp. *in*, vel *ad*. *Cic. pro Cluen.* Celerius potuit comeſum, quam epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanare? *Id.* 2. *de nat. Deor.* Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per vias quaſdam &c. ¶ Interdum cum præp. *per*. *Lucr. l.* 3. *v.* 700. Permanare animam nobis per membra ſolere. ¶ Tranſlate ſumitur pro vulgari. *Plaut. Capt.* 2. 1. 55. Neve permanet palam hæc noſtra fallacia. ¶ Item pro pervenire. *Cic. pro Domo, c.* 45. Quæ etiam ad noſtras aures ſæpe permanant.

Permanſĭo, onis, f. , perſeverantia. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Nunquam præſtantibus in Repub. gubernanda viris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio. Adde 2. *Invent. c.* 54.

Permarinus, a, um, adject. Permarinos Lares, de quibus mentio fit apud *Liv. l.* 40. *c.* 52. quidam putant fuiſſe, quos veteres in navibus colerent, quemadmodum Lares familiares, quos domi. In vetere quodam Lexico Lares permarini exponuntur , teſte *Turnebo*.

Permătūrēſco, is, rui, n. 3. penitus maturus fio. *Ovid.* 4. *Met. v.* 165. Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater. Adde *Celſ. l.* 2. *c.* 24.

Permătūro, as, a. 1. ad perfectam maturitatem perduco. *Hygin. fab.* 136. Morum, cum permaturavit nigrum. Al. leg. permaturuit.

Permătūrus, a, um, adject. *ben maturo*. *Colum. l.* 12. *c.* 48. Cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint. *Celſ. l.* 6. *c.* 15. Non permatura mandere.

Permaxĭme, idem quod maxime. *Cato R. R. c.* 38. Auſtrum permaxime caveto. Adde *Apulei. l.* 10. *Metam.*

Permĕdĭŏcris, cre, o. 3. , admodum mediocris. *Cic.* 2. *de Or. c.* 51. Permediocres, et potius leves motus debere eſſe dicunt.

Permĕdĭtāte, adv. cum diligenti meditatione. *Plauti* exemplum V. in *Meditate*, ubi per Tmeſim *per quam meditate* legitur.

Permĕdĭtātus, a, um, adject. *Plaut. Epid.* 3. 2. 39. Eam (fidicinam) permeditatam meis dolis mittam. h. e. probe inſtructam. Alii legunt *præmeditatam*.

Permĕābĭlis, le, adject. qui tranſiri poteſt. *Solin. c.* 47. (al. 60.) Latitudo vix eſt plauſtro permeabilis.

Permĕātor, oris, m. qui permeat. *Tertull. Apolog. c.* 21. Permeator univerſitatis ſpiritus.

Permĕātus, a, um, *paſſato*, particip. paſſivæ ſignificationis. *Ammian. l.* 21. *c.* 23. Permeato flumine. Et *l.* 24. *c.* 8. Navigiis parvis permeato amne.

Permenſus, a, um, particip. paſſivæ ſignificationis, *ben miſurato*. *Colum. l.* 3. *c.* 13. Permenſum, & perlibratum opus. *Tibull. l.* 3. *el.* 5. Permenſo defunctus tempore lucis. h. e. tranſacto.

Permĕo, as, avi, atum, a. 1. *paſſare*, *penetrare*, , meo per aliquam rem, prætergredior, penetro. *Cic.* 4. *Acad. c.* 37. Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet, & tranſeat. *Plin. l.* 31. *c.* 5. Quoniam Alpheus in ea inſula ſub ima maria permeat.

Permĕrĕo, es, ui, ritum, a. 2. multum & legitime mereo, de militantibus dictum. *Stat. l.* 1. *Silv.* 4. *v.* 73. Sole ſub omni Permeruit jurata manus.

Permeſſis, idis, adject. patronym. femininum a *Permeſſo*. *Martial. l.* 1. *ep.* 77. Quid tibi cum Permeſſide lympha? Al. *Permeſſidos unda*. quo pacto accipitur pro Permeſſo.

Permeſſius, a, um, adject. ad Permeſſum pertinens. *Claudian. de laudib. Serenæ*, v. 8. Fons Aganippea Permeſſius educat unda.

Permeſſus, m. a. *Permeſſo*, , fl. Bœotiæ, Phœbo, & Muſis ſacer, qui ex Helicone M. naſcitur, & in Copaidem lac. apud Haliartum opp. influit. *Virg. Ecl.* 6. errantem Permeſſi ad flumina Gallum.

Permētĭor, iris, enſus ſum, d. 4. idem, ac metior. *Cic.* 4. *Acad. c.* 26. Vos ſolis magnitudinem quaſi decempeda permenſi. ¶ Item peragro. *Virg.* 3. *Æn. v.* 157. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor.

Permĕtŭo, is, ui, a. 3. valde metuo. *Virg.* 2. *Æn. v.* 572. Et pœnas Danaum, & deſerti conjugis iras permetuens.

Permīlĭto, as, avi, atum, n. 1. idem ac milito, ſeu juſtum militiæ tempus milito. *Ulpian. l.* 9. *Dig. de excuſation.* Si tribunus in cohortibus Prætoriis permilitaverit.

Permingo, is, xi, ctum, n. 3. *ſcompiſciare*, mingendo conſpurco. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 44. Hunc perminxerunt calones.

Permĭnūtus, a, um, valde minutus. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 13. Ut omnia præterea, quæ bona corporis, & fortunæ putantur, perexigua, & perminuta videantur. Al. leg. *minuta*.

Permīrandus, a, um, valde mirandus. Per tmeſim diviſum legitur apud *Gell. l.* 3. *c.* 6. Per hercle valde mirandam.

Permīrus, a, um, valde mirus, magnopere admirandus. *Cic.* 2. *de Divin.* Ut mihi permirum videatur, quemquam extare, &c. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 10. Illud vero permirum mihi accidit. *Id.* 1. *Orat. c.* 49. Per mihi mirum viſum eſt.

Permiſcĕo, es, iſcui, a. 2. , valde miſceo, admodum miſcendo confundo. *Cic.* 4. *Verr.* Non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæſtuſque permiſcuit. *Id.* in *Vatin. c.* 5. Suas ſordes cum clariſſimorum virorum virtute permiſcere. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Permiſceri connubio. *Silius l.* 15. Cœlum pelago permiſcuit Eurus.

Permiſſĭo, onis, f. *permiſſione*, *conceſſione*, , Ger. *zulaſſung*, Gall. *permiſſion*, Hiſp. *permiſſion*, , actus permittendi, conceſſio. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 17. Quod tibi mea permiſſio manſionis tuæ grata eſt. ¶ Apud Rhetores *Permiſſio*, Græce , eſt Figura ſententiarum, per quam Orator alicui rei vehementer confidit, & oſtendit, ſe eam audientium voluntati tradere, atque concedere. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 29.

Permiſſor, oris, m. qui permittit. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 22. Mali permiſſor.

Permiſſum, i, n. res conceſſa, & permiſſa. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 45. Utor permiſſo. Adde *Ulpian. l.* 8. *l.* 1. *Dig. tit.* 7.

Permiſſus, us, m. idem ac permiſſio. *Cic.* 1. *Off.* Cum Annibalis permiſſu exiſſet a caſtris. Adde *de Aruſp. Reſp. c.* 15.

Permiſſus, a, um, nom. particip. *permeſſo*, *commeſſo*. *Liv. l.* 4. *c.* 30. Cognitio ejus rei L. Sergio permiſſa. *Lucan. l.* 1. *v.* 393. Quibus ſacri permiſſa poteſtas.

Permiſte, vel Permixte, adv. *meſcolatamente*, valde confuſe. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 30. Neque permiſte cum partibus implicantur.

Permiſtim, vel Permixtim, adv. permiſte. *Prudent. in Hippolyto*, *v.* 129.

Permiſtĭo, vel Permixtio, onis, f. 3. , idem ac miſtio. *Cic. de Un. c.* 12. Superiori ſque permiſtionis reliquias fundens æquabat.

Permiſtus, vel Permixtus, a, um, valde miſtus. *Cic.* 1. *de Div.* Quæ permiſti cum corpore animi videre non poſſunt. *Id. pro Planc. c.* 58. Fructus magna acerbitate permiſtos tuli. *Horat. l.* 1. *od.* 1. Lituo tubæ permiſtus ſonitus.

Permĭtis, te, o. 3. valde mitis, perfecte maturus. *Colum. l.* 12. *c.* 40. Et ſorba non permitia diviſa, exemptis ſeminibus.

Permitto, is, ſi, ſſum, a. 3. *permettere*, *concedere*, , Ger. *vertrauen*, *ſchicken*, Gal. *permettre*, Hiſp. *permitter*, , ſino, concedo, poteſtatem facio. *Cic. pro Sylla*. Permitto aliquid iracundiæ tuæ. *Id.* 4. *Verr.* In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ, ſummæque faciendæ Cenſori permittitur. *Id. Att. l.* 16. Quibus & lege, & S. C. permiſſum erat, ut de Cæſaris actis cognoſcerent. ¶ Sumitur etiam pro committere. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 12. Totum ei negotium permiſi. ¶ Item pro condonare. *Cic. pro Sext.* Eas ſe dixit & temporibus, & Reip. permiſſurum. ¶ Item pro dedere. *Caſ.* 2. *B. G.* Se, ſuaque omnia in fidem, atque poteſtatem P. R. permittere. *Liv. l.* 7. Nos ipſos, noſtraque omnia cognitæ permittimus fidei. *Id. l.* 31. *c.* 17. Quibus cum Philippus nihil parati, niſi omnia permittentibus, reſpondiſſet, &c. *ſe non ſi arrendevano a diſcrezione*. ¶ Item pro tranſmittere. *Col. l.* 7. *c.* 8.

Hoc

Digitized by Google

Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti. ¶ Item pro immittere, incitare. *Liv. l. 3. c. 61.* Concitant equos, permittuntque in hoſtem. *Siſenna* apud *Non. c. 4. n. 710.* Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permiſit aciem. *Ovid. 12. Metam. v. 282.* ſaxum permittere in hoſtem. ¶ Item pro præcipitare. *Siſenna* apud *Non. loc. cit.* Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Plin. l. 4. c. 14.* Si conjectare permittitur. ¶ Permittere vela ventis, pandere. *Quintil. in epiſt. ad Tryphon.*

Permodeſtus, a, um, admodum modeſtus. *Cic. in Catil.* Homo enim videlicet timidus, & permodeſtus vocem Conſulis ferre non potuit. Adde *ad Attic. l. 4. epiſt. 8.*

Permodice, adv. valde modice, valde parum. *Colum. l. 5. c. 11.* Permodice fundito.

Permodicus, a, um, πολύ μέτριος, valde modicus. *Suet. in Aug. c. 6.* Locus permodicus. Adde *in Tiber. c. 47.*

Permoleſte, adv. πολυχαλεπῶς, valde moleſte. *Cic. Att. l. 15.* De Pletorio vicino tuo permoleſte tuli, &c. Adde *Verr. 6. c. 58.*

Permoleſtus, a, um, vehementer moleſtus. *Cic. Att. l. 1. ep. 18.* Atque hi non ſunt permoleſti.

Permollis, le, adject. valde mollis. *Quintil. l. 9. c. 4.* Quod etiam in carminibus eſt permolle.

Permŏlo, lis, a. 3. valde molo. Tranſlate, alienas permolere uxores, dixit *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 35.* h. e. ſubagitare, violare.

Permonſtro, as, a. 1. indico, monſtro. *Ammian. l. 18. c. 13.* (al. 6.) Erupiſſe hoſtium manus permonſtrantes.

Permorior, eris, d. 3. idem quod morior, apud *Commodian. Inſtruction. 27. & 69.*

Permotio, onis, f. κατακίνησις, ταραχή, commotio, motus, perturbatio. *Cic. 2. de Div.* Mentis permotione magis, quam natura hæc ſentimus. ¶ Speciatim dicitur de perturbationibus animi, quas vulgo *paſſiones* vocamus. *Cic. 4. Acad.* Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas.

Permotātus, a, um, permotus. *Commodian. Inſtruct. 12.* Vino permotati.

Permōtus, a, um, valde motus. *Caſ. l. 1. B. G.* Auctoritate Orgetorigis permoti conſtituerunt, &c. *Cic. pro Cæc. c. 17.* Permotus metu. ¶ Permotus mente, accipitur pro inſano, quaſi de mente remotus. *Cic. 1. de Div.* Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis.

Permovĕo, es, ovi, otum, a. 2. διακινέω, vehementer moveo. *Cic. 5. Verr.* Si quem oratorum fuga, calamitates, exilia, ſuſpendia denique non permovent. *Id. in Orat. c. 38.* Miſeratione mens judicum permovenda eſt. *Caſ. l. 1. B. G.* Adduci, & permoveri aliqua re.

Permulcĕo, es, ſi, ſum, vel ctum, a. 2. *mitigare*, *ammollire*, καταψάω, valde mulceo, mitigo, lenio, mollio, leniter attrecto. *Cic. de Sen.* Præterita enim ætas, quamvis longa, cum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. *Id. in Or. c. 49.* Sonus, & numerus permulcent aures. *Ovid. 4. Faſt.* Tarque manu permulſit eum. *Liv. l. 39. c. 23.* Permulſit iram ejus conſul.

Permulctus, a, um, *raddolcito*, a permulceo. *Sall. in fragment. l. 4. Hiſt.* apud *Priſcian. l. 9.* Dein, lenita jam ira, poſtquam ſatis liberalibus verbis permulcti ſunt.

Permulſio, onis, f. actus permulcendi, lenis attrectatio, blanditiæ. *Nonius c. 1. n. 494.* Quæ ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcunt.

Permulſus, a, um, idem ac permulctus, a permulceo. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 12.* Arteriæ leni voce permulſæ.

Permulti, æ, a, valde multi. *Cic. 4. Acad.* Ad has viſiones inanes Antiochus quidem permulta dicebat. Adde *3. Leg. c. 14.*

Permulto, adv. idem ac permultum, niſi quod cum comparativis jungitur. *Cic. 2. de Div. c. 61.* Præſertim cum Chryſippus Academicos refellens permulto clariora, & certiora eſſe dicat, &c.

Permultum, adv. πάμπολυ, valde multum. *Cic. 1. Off.* In omni injuſtitia permultum intereſt, utrum, &c. Adde *3. Fam. ep. 11.*

Permundus, a, um, valde mundus. *Var. l. 3. R. R. c. 7.* Permundæ ſunt enim hæ volucres.

Permunio, is, ivi, itum, a. 4. *fortificare*, κατοχυρόω, valde munio, aut abſolvo, quod munire inceperam. *Tac. l. 5. Annal.* Locorumque peropportuna permunivit. Adde *3. hiſt. c. 9.*

Permunītus, a, um, *ben fortificato*. *Liv. l. 7. c. 16.* Cum ante mœnia ſua caſtris permunitis conſediſſent.

Permutatio, onis, f. idem ac mutatio. *Cic. ult. Parad.* Nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur. *Id. 3. Fam. ep. 5.* Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, *per publiche lettere di cambio*. ¶ Apud Oratores permutatio eſt oratio, quæ aliud verbis, aliud ſententia oſtenditur: ea dividitur in tres partes, ſimilitudinem, argumentum, contrarium. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 34.*

Permutātus, a, um, nom. ex particip. *mutato*. *Lucret. l. 1. v. 826.* Tantum elementa queunt, permutato ordine ſolo.

Permūto, as, avi, atum, a. 1. idem, quod muto. Differt a commuto, teſte *Feſto*, quia permutari id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur, at commutatur, cum aliud pro alio ſubſtituitur. Sed hoc non obſervatur. *Cic. 2. Catil.* Si Catilina ſententiam permutaverit. *Plin. l. 11. c. 37.* Lien cum jecinore locum aliquando permutat. *Plaut. Cap. 3. 5. 19.* Nomine inter vos permutaſtis. ¶ Permutare pecuniam, eſt curare, ut per trapezitam, aut argentarium alio in loco reddatur, *far cambio*, *girar danaro*. *Cic. l. 2. Fam. ep. 17.* Ait ſe curaſſe, ut cum quæſtu populi pecunia permutaretur. ¶ Permutare Remp. eſt perturbare. *Cic. 3. de Leg.* C. vero Gracchus nonne omnem Reipub. ſtatum permutavit? ¶ Interdum permutare ſumitur pro emere. *Plin. l. 31. c. 8.* Singulis millibus nummum permutantibus congios pene binos.

Perna, æ, f. *coſcia di porco*, *preſciutto*, Ger. *ſchunken*, Gal. *Jambon*, Hiſp. *pernil del tocino*, πέρνα, πετασών, coxa porcina tum prior, tum poſterior, ſalita cum toto pede, a primo Græco nomine alleto. *Plin. l. 8. c. 51.* Caſtrantur fœminæ poſt bidui inediam, ſuſpenſæ pernis prioribus. *Plaut. Truc. 2. 2. 39.* per convicium, pernam vocat hominem ſtolidum. ¶ Perna item piſcis eſt ex concharum genere, ita dictus a pernæ porcinæ ſimilitudine. *Plin. l. 32. c. ult.*

Pernavĭgo, as, avi, atum, n. 1. διαπλέω, idem, ac navigo, vel totum aliquem locum navigo. *Plin. l. 2. c. 67.* Sub eodem ſidere pars tota vergens in Caſpium mare pernavigata eſt Macedonum armis.

Pernecеſſarius, a, um, admodum neceſſarius. *Cic. Att. l. 5. ep. 21.* Non eſſe Romæ meo tempore perneceſſario, ſubmoleſte fero. ¶ Sumitur etiam pro valde conjuncto, & propinquo. *Cic. pro Planc. c. 6.* Contendiſſe a Lælio paterno amico, ac perneceſſario.

Pernĕco, as, avi, atum, a. 1. *ammazzare*, interficio. *Silius l. 4. v. 611.* Tyrrhenaque pernecat haſta.

Pernĕgo, as, avi, atum, a. 1. *negare al tutto*, ἐξαρνέομαι, vehementer, vel omnino nego. *Ter. in prol. Eun.* Sed eas fabulas factas prius Latinas ſciſſe ſe, id vero pernegat. *Tibul. l. 1. el. 6.* Sic etiam de me pernegat ille viro. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. 6. Ver.* Itaque illo tempore, ac primo iſtius adventu pernegatur.

Pernĕo, es, a. 2. idem quod neo, vel totum penſum neo. *Martial. l. 1. epigr. 89.* Cum mihi ſupremos Lacheſis perneverit annos.

Pernĕtus, a, um, nom. particip. abſolute netus. *Sidon. carm. 15. v. 167.* vitam Parcarum vellere in ipſo Nondum pernetam.

Perniciabĭlis, le, o. 3. idem ac pernicialis. *Curt. l. 7. c. 3.* Plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit. *Tac. l. 4. Ann. c. 34.* Id perniciabile reo.

Perniciālis, le, o. 3. *mortifero*, Ger. *verderblich*, Gal. *pernicieux*, Hiſp. *pernicioſo*, ὀλέθριος, quod perniciem affert, quod ad necem ducit, exitiale. *Liv. l. 27. c. 23.* Quæ tamen magis in longinquos morbos, quam in perniciales evaſit. *Plin. l. 15. c. 18.* Cum perniciali odio Carthaginis flagraret.

Perniciēs, ei, f. 5. *ruina*, אֵיד, Germ. *verderbnus*, Gal. *ruine*, *deſtruction*, Hiſp. *deſtrucion*, ὄλεθρος, exitium, mors, interitus, a perneco. *Cic. in Catil. 4. c. 5.* Cum de pernicie Reip. & exitio hujus urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit. *Tacit. 2. hiſt. c. 70.* Quæ læta in præſens, mox ipſis perniciem tecere. *Id. 2. Ann.* Vertere in perniciem. *Cic. in Catil.* Perniciem moliri. *Id. 3. de nat. Deor.* Incurrere in perniciem. *Id. pro Dom.* Depellere perniciem a patria. ¶ In plurali num. uſus eſt *Arnobius*. ¶ In genitivo ſingulari *hujus pernicies* dictum eſt olim a quibuſdam, teſte *Diomed. l. 1. pag. 281. Putſch.* Item *pernicii*. V. *Gel. l. 9. c. 14. ad fin.*

Perniciōſe, adverb. *dannoſamente*, ὀλεθρίως, damnoſe, exitialiter. *Cic. 2. de Leg. c. 5.* Quid, quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis? *Id. 3. de Leg. c. 14.* Quo pernicioſius de Rep. merentur vitioſi principes. *Auguſt. ep. 39.* Rebus mortalibus pernicioſiſſime campediri.

Perniciōſus, a, um, *dannevole*, Ger. *todlich*, Gal. *pernicieux*, Hiſp. *danoſo*, ὀλέθριος, quod perniciem affert, mortiferum, exitioſum, damnoſum. *Cic. de Am.* Quanquam iſta aſſentatio pernicioſa ſit. *Id. 1. de Inv.* Is inutilis ſibi, pernicioſus civis patriæ alitur. *Id. 3. Tuſc.* At & morbi pernicioſiores, pluresque ſunt animi, quam corporis. *Quintil. l. 2. c. 2.* Hoſtis ſtudiorum pernicioſiſſima.

Pernicĭtas, atis, f. 3. מְהִירוּת, Ger. *ſchnelligheit*, Gal. *viteſſe*, *legereté*, Hiſp. *ligereza*, ὠκύτης, velocitas. *Liv. l. 9. c. 16.* Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit.

Perniciter, adv. velociter. *Plin. l. 8. c. 14.* Ut ſupervolantes quamvis alte, perniciterque alites hauſtu raptas abſorbeant. *Liv. l. 6. bel. Pun.* Et vehi poſt ſe ſe, & deſilire perniciter. Rurſus *Plin. l. 8. c. 53.* Rupicapræ pernicior exultent.

Pernĭger, gra, grum, valde niger. *Plaut. Pæn. 5. 2. 153.* Ore parvo, atque oculis pernigris.

Pernimium, adv. *aſſai troppo*. *Ter. Adel. 3. 4. 29.* Nimium inter vos, ac pernimium intereſt.

Pernĭo, onis, m. *ſpernagliа*, *baganzo*, Ger. *er froren fleiſch an fuſſen*, Gal. *mule aux talon*, Hiſp. *ſavanon*, χίμετλον, morbus pedum ex nimio frigore proveniens, & calcaneum infeſtans præcipue. *Plin. l. 20. c. 3.* Raporum domeſticorum perniones fervens impoſitum ſanat.

Perniuncŭlus, li, m. dim. a pernio. *Plin. l. 26. c. 11.* Perniunculos curat, & cotyledon cum axungia.

Pernix, icis, o. ταχύπους, qui multum nititur, & diu in re aliqua perſeverat, a *pernitor*, *eris*. *Virg. 3. Georg. v. 229.* Et inter dura jacet pernix inſtrato ſaxa cubili. *Liv. l. 28. c. 20.* Pernicium corporum homines. ¶ Aliquando ſumitur pro celeri. *Virg. 4. Æn. v. 180.* Pedibus celerem, & pernicibus alis. *Stat. 4. Theb. v. 31e.* vento pernicior. *Senec. ep. 208.* Temporis perniciſſimi celeritas.

Pernobĭlis, le, o. 3. valde nobilis. *Cic. Verr. 6. c. 57.* Tum epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi.

Pernocto, as, avi, atum, n. 1. *ſtar de notte*, לוּן, Ger. *ubernacht ſeyn*, Gal. *paſſer la nuit*, Hiſp. *paſſar la noche*, ἀπονυκτερεύω, noctem totam aliquo in loco tranſigo, ſive vigilando, ſive dormiendo, ſive aliud quid operis faciendo. *Cic. pro Cluent.* Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret. *Id. pro Arch. c. 7.* Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

Pernonidem laridum, h. e. pernam, vel laridum ex perna, dicit *Plaut. Men. 1. 3. 27.* Al. leg. *peronidem*, quod quidem quid ſit, quærit *Lambinus*. fortaſſe eſt a περόνη, quod apud Græcos oſſa tibiæ ſignificat.

Pernoſco, is, ovi, otum, a. 3. διαγινώσκω, perfecte noſco. *Cic. de Pato, c. 5.* Qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere.

Pernoteſco, is, tui, n. 3. perfecte, & certe cognoſcor. *Tacit. Ann. 1. c. 53.* Neque illi fuiſſe unquam fratrem, pernotuiſſet. Adde *Ann. 13. c. 65.*

Pernōtus, a, um, adject. valde notus. *Curt. l. 9. c. 7.* Dioxippos regi pernotus, & gratus.

Pernox, octis, o. παννύχιος, per totam noctem durans, ut Pernox vigilia, quæ per totam noctem continuatur. Luna pernox, quæ per totam noctem lucet. *Gel. l. 2. c. 1.* Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius, atque pernox. *Liv. l. 5. c. 28.* Sed Luna pernox erat. *Juvenal. ſat. 8. v. 10.* ſi luditur alea pernox.

Pernoxius, a, um, adject. valde noxius. *Pomp. Mela l. 1. c. ult.* Pernoxii appoſita.

Pernumĕro, as, a. 1. idem ac numero, vel numerum abſolvo. *Liv. l. 28. c. 34.* Dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent.

Pero, onis, m. ἐμβάς, genus calceamenti ruſtici prægalti, ex corio crudo, quod adverſus imbres, nives, & frigora commodum eſt, quo etiam priſci Latini in bellis uſi ſunt. *Virg. 7. Æn. v. 690.* Veſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis, crudus tegit altera pero. *Juven. ſat. 14. v. 185.* Quem non pudet alto per glaciem perone tegi. ¶ Perones quoque pro ſaccis legi putant, eſſeque id nomen a pera. Sed rectius *arones* vocantur. V. *Æro*.

Pero, f. 4. contract. Πηρώ, filia Nelei, ſoror Neſtoris, & Periclymeni. Tam admiranda fuit pulchritudine, ut unum accolæ illam ducere in uxorem cuperent. Quam ob rem pater illi ſoli eam promiſit, qui boves ingentes ex Herculis cuſtodia eriperet. *Hom. Odyſſ. l. 11.*

Peroſcūrus, a, um, valde obſcurus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 1.* Tum perdifficilis, & peroſcura quæſtio eſt de natura Deorum.

Perōdi, iſti, anom. 4. valde odi. *Manil. l. 5. v. 409.* Quiſquis ſævit, culpamve perodit.

Perodiōſus, a, um, valde odioſus. *Cic. Attic. l. 10.* Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam. Adde *l. 13. ep. 22.*

Perofficiōſe, adv. valde officioſe. *Cic. Fam. 9. ep. 20.* Me perofficioſe, & peramanter obſervat.

Perolĕo, es, n. 2. valde oleo. *Lucr. l. 6. v. 1153.* Rancida quo perolent projecta cadavera ritu.

Peroleſco, is, n. 3. creſco, adoleſco. Hinc *peroleſſe* pro peroleviſſe. *Lucil.* apud *Priſcian. ſub fin. l. 9.* Qui totum ſeis corpus jam peroleſſe biſulcis.

Peronātus, a, um, peronibus calceatus. *Perſ. ſat. 5. v. 102.* Navem ſi poſcat ſibi peronatus arator.

Perōnis, idis. V. Pernonidem.

Peropportūne, adv. valde opportune. *Cic. 7. Ver.* Peropportune fortuna te obtulit. Adde *2. de Orat. c. 4.*

Digitized by Google

Peropportūnus, a, um, valde opportunus. *Cic. l. 1. de Or. c. 57.* Requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diverſorio.

Peroptāto, adv. valde optato, ſive ex animi ſententia. *Cic. 2. de Orat. c. 5.* Nunc peroptato nobis datum eſt.

Perŏpus eſt, valde opus eſt. *Ter. Andr. 1. 5. 30.* Sed nunc peropus eſt, hanc cum ipſa loqui.

Perorātio, onis, f. *perorazione*, ἐπίλογος, ἀνακεφαλαίωσις, epilogus, concluſio, ultima pars orationis, in qua tota cauſa concluditur, vel abſolvitur. *Cic. in Brut. c. 33.* Extat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. V. *Auct. ad Her. l. 2.* & *Cic. l. 1. de Inv.*

Perorātus, a, um, *finita di dire*. *Cic. 3. Att. ep. 10.* Sed hæc tunc laudamus, cum erunt perorata. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 20.* Perorata narratione.

Perŏriga. V. Proriga.

Perornātus, a, um, valde ornatus. *Cic. in Brut. c. 43.* Craſſus in dicendo & perornatus, & brevis.

Perorno, as, avi, atum, a. 1. valde orno. *Tac. l. 16. Ann. c. 26.* Detraheret potius Senatui, quem perornaviſſet, infamiam tanti flagitii.

Perōro, as, avi, atum, a. 1. *perorare*, *conchiudere*, Germ. *auſſreden*, Gall. *perorer*, *faire fin à ſon maiſon*, Hiſp. *concluir*, *perorar*, ἐπιλέγω, ἀνακεφαλαιόω, orationem finio, vel abſolvo, epilogum orationi impono, a *per*, & *oro*. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. Att. l. 4.* Cum horas fere tres dixiſſet, odio, & ſtrepitu Senatus coactus eſt aliquando perorare. ¶ Vel cum acc. *Cic. 5. Verr.* De qua cum dicero, totum hoc crimen decumanum perorabo, id eſt de eo in peroratione dicam. ¶ Vel impersonaliter. *Cic. 2. de Or.* Alii jubent, antequam peroretur, &c. ¶ Uſurpatur etiam de universa oratione, pro ultimo loco cauſam agere, & concludere. Plures enim Oratores ad ſingulas cauſas adhibebantur. *Cic. pro Quinct.* Mihi perdifficile eſſe contra tales Oratores non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino verbum facere conari. ¶ Item de tota oratione abſolute, pro dicere, vel diligenter dicere. *Cic. pro Sext.* Quanquam a Q. Hortenſio clariſſimo viro, atque eloquentiſſimo cauſa eſt P. Sextii perorata. ¶ Dicitur quoque de diſputationibus Philoſophicis, & aliis, item de ſcriptione librorum. *Cic. 2. de nat. Deor.* Reſtat, ut doceam, atque aliquando perorem. *Id. 2. de Leg. cap. ult.* Video, Platonem idem feciſſe, omnemque orationem ejus de legibus peroratam eſſe uno æſtivo die. ¶ Item de quocunque ſermone, pro differere, loqui. *Plin. lib. 29. c. 1.* Et rabie quadam in omnes ævi Medicos perorantem.

Perorſi, maſc. 2. Perorſi, pop. Libyæ interioris, gens ingens, & bellicoſa, qui quadrupedum ferarum modo vagantur, earumque viſceribus veſcuntur. *Plin. l. 5. c. 8.* & *l. 6. c. 30.*

Perōſus, a, um, *che ha in odio*, διαμισῶν, qui valde odit, a *per*, & *oſus*, partic. verbi antiqui *odio*, voce paſſiva, ſed activa ſignificatione. *Liv. l. 3. c. 34.* Plebi conſulum nomen, haud ſecus quam regum, peroſa erat. *Virg. 6. Æn.* lucemque peroſi. ¶ Paſſiva ſignificatione pro eo qui odio habetur. *Tertul. de an. c. 1.* Veritas tanto peroſior, quanta plenior.

Perpacātus, a, um, partic. a perpacor. *Liv. l. 36. c. 21.* Paucoſque per dies omnibus perpacatis, &c.

Perpāco, as, a. idem, ac paco. *Flor. l. 4. c. 12.* Omnes illius cardinis populos perpacavit. *Aurel. Victor de Vir. illuſtr. c. 33.* Quos uſque ad mare ſuperum perpacavit.

Perpallĭdus, a, um, adject. valde pallidus. *Corn. Celſ. l. 2. c. 6.* Color perpallidus.

Perparce, adverb. admodum parce. *Ter. Andr. 2. 6. 24.* Tu quoque perparce nimium.

Perpărum, n. a. valde parum. *Cic. 5. Ver. c. 57.* Perparum ex illis magnis lucris ad ſe ſe pervenire. Alii leg. *perparvum*.

Perparvŭlus, a, um, dim. a perparvus. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Duo tamen ſigilla perparvula tulimus.

Perparvus, a, um, admodum parvus. *Cic. 1. de Leg.* Quæ, & cum adſunt, perparva ſunt. *Id. pro Dejot. c. 3.* Perparva culpa.

Perpaſco, is, a. 3. idem quod paſco, veſcor. *Var. l. 5. de L. L.* Pecus ab eo quod perpaſcat.

Perpaſtino, as, a. 1. evello, eradico, apud *Tertul. l. 2. de cult. fœm. c. 9.* ubi alii leg. *repaſtino*.

Perpaſtus, a, um, nom. ex partic. bene paſtus, ut perpaſtus canis, apud *Phædr. 3. fab. 7.*

Perpaucŭlus, a, um, dim. a perpaucus. *Cic. 1. de Leg. c. 20.* Deduxitque in Academiam perpauculis paſſibus.

Perpaucus, a, um, valde paucus. *Cic. 4. Acad.* Erat quidem, ſi perpauca mutaviſſet, germaniſſimus Stoicus. *Colum. l. 3. c. 20.* Tum perpauciſſimis agricolis contigerit.

Perpavefăcio, is, a. 3. valde pavefacio. *Plaut. Stich. 1. 2. 68.* Perplexabilitcr earum hodie perpavefaciam pectora.

Perpaulŭlus, a, um, dim. a perpaulus. *Cic. 2. de Orat. c. 35.* Inter ingenium quidem, & diligentiam perpauluIum loci reliquum eſt arti.

Perpaulum, adv. valde paulum. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Declinare dixit atomum perpaulum.

Perpauper, ra, rum, valde pauper. *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Erat enim Rex perpauper.

Perpauxillum, adv. dim. a perpaulum. *Plaut. Capt. 1. 2. 74.* Næ, perpauxillum modo.

Perpĕdio, is, a. 4. impedio, præpedio. *Accius* apud *Non. c. 4. n. 10.* Si unquam perpediar genu.

Perpello, is, uli, a. 3. *indurre*, ἐπαναγκάζω, impello, induco, cogo. *Liv. l. 32. c. 14.* Eodem metu perpulit ad deditionem. *Ter. Andr. 4. 1. 38.* Suadere, orare uſque adeo, donec perpulit. *Tacit. l. 12. Ann. c. 50.* Perpellunt Vologeſum omittere præſentia. *Liv. l. 11. c. 53.* Nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent.

Perpendĭculātor, oris, m. artifex, qui perpendiculo utitur. *Aurel. Victor Epitom. in Adriano.* Fabros, perpendiculatores, architectos centuriavit.

Perpendĭculātus, a, um, adject. ad perpendiculum factus. *Martian. Capell. l. 6.* Illæ velut perpendiculatæ ſuſpectantur.

Perpendĭcŭlum, i, n. *perpendicolo*, *pendolo*, κάθετος, inſtrumentum fabri materiarii, ſeu cæmentarii, quo plumbo a filo, & gnomone pendente rectitudo, ſeu obliquitas operis perpenditur, & examinatur. Ejus inventor, teſte *Plin. l. 7. c. 56.* fuit Dædalus. *Cic. Ver. 3. c. 51.* Ad perpendiculum columnas exigere, κατὰ κάθετον. *Plin. l. 35. c. 14.* Si ad perpendiculum ſiant.

Perpendo, is, di, ſum, a. 3. σταθμάομαι, diligenter pondero, probe examino, diligenter conſidero. *Cic. 3. de Or.* Bonis ii verbis, aut aliquis non bonis utitur, non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu judicatur. *Id. pro Mur.* Hæc omnia ad rationem civitatis ſi dirigas, recta ſunt, ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis, reperiuntur praviſſima. Propriè *Gell. l. 20. c. 1.* Perpendere in librili.

Perpenſa, æ, f. herba, quæ a nonnullis vocatur baccar. *Plin. l. 21. c. 19.* Baccar in medicina uſu aliqui ex noſtris perpenſam vocant.

Perpenſātio, onis, f. diligens examen. *Gell. l. 1. c. 3.* Perpenſatio honorum, atque officiorum.

Perpenſe, adv. ἐξητασμένως, ponderate, conſiderate. *Ammian. lib. 26. c. 11.* Utilitate rei perpenſius cogitata.

Perpenſo, as, avi, atum, a. 1. freq. a perpendo. *Ammian. l. 19. c. 4.* Altis mentibus perpenſantes. *Gratius in Cyneg. v. 499.* Perpenſare vires.

Perpenſus, a, um, nom. ex partic. accurate conſideratus, examinatum. *Colum. l. 3. c. 3.* Ut ante perpenſum, & exploratum habeamus, an &c.

Perpĕram, adv. *malamente*, Germ. *übel*, Gall. *mal*, Hiſp. *malamente*, ἀνοήτως, πονηρῶς, leviter, temere, præpoſtere, prave. *Cicer. pro Cæc. c. 24.* Perperam judicare. *Liv. l. 2. c. 23.* Recte an perperam interpreter. *Plin. l. 3. ep. 5.* Perperam pronunciare.

Perpĕre, adverb. perperam. *Claud. Mamert. lib. 1. c. 1.* Opiniones perpere præſumptæ.

Perpĕrĭtūdo, inis, f. 3. *leggierezza*, περπερεία, levitas, temeritas, pravitas, a *perperus*. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 626.* Et en plectuntur poetæ, quum ſuo vitio, ſæpius ductabilitate nimia veſtra, aut perperitudine.

Perpĕrus, a, um, adject. πέρπερος, pravus, vitioſus, temerarius, inconſtans. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 626.* Deſcribere in theatro perperos populares. Ubi *Non.* interpretatur ſtultos, indoctos. *Vopiſc. in Tacit. cap. 6.* Nihil immaturum, nihil perperum. *Plaut. Truc. 3. 1. 8.* Perperas, minae aves. h. e. infauſtas. Alii aliter legunt.

Perpes, etis, o. idem ac perpetuus, ſive jugis. *Plaut. Amph. 1. 1. 105.* Atque ibi quievi in navi noctem perpetem. *Capitolin. in Vero, c. 4.* Nocte perpeti alea ludere.

Perpeſſio, onis, f. *tolleranza*, ὑπομονή, πάθος, actus perpetiendi, tolerantia. *Cic. pro Rab.* Harum enim omnium rerum non ſolum eventus, atque perpeſſio, ſed etiam metus ipſa indigna homine libero eſt. *Id. 2. de Invent. c. 54.* Laborum perpeſſio. *Et paulo poſt.* Rerum arduarum ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpeſſio.

Perpeſſĭcius, a, um, adject. *tollerante*, *paziente*, qui ex multorum malorum perpeſſione jam didicit facile pati. *Senec. ep. 53.* Levis aliquem motiuncula decipit, ſed cum creverit, & vera febris exarſerit, etiam a duro, & perpeſſicio confeſſionem accipit. *Id. ep. 104.* Socrates perpeſſicius ſenex, & per omnia jactatus.

Perpeſſus, a, um, partic. a perpetior. *Cic. l. 12. Fam.* Ubi mihi tam multa pro te perpeſſo, atque defuncto hoc concederet.

Perpeſſus, us, m. idem ac perpeſſio. *Cic. 4. Fin. c. 26.* Si eum aſperum, & difficilem perpeſſu, & contra naturam, quam ſi malum eſſe dicero. *Id. 2. Tuſc. c. 8.* ex vet. poeta. O multa dictu gravia, perpeſſu aſpera. Sed fortaſſe in hiſce locis eſt ſupin. paſſivum, quod ſingulare eſſet, quia verba deponentia hoc ſupino carent.

Perpĕtim, adv. idem ac perpetuo. *Voſſius* dicit, notum eſſe accuſativum, pro *perpetem*, quaſi dicas, perpetem diem, noctemque. Ut *amuſſim*, unde *adamuſſim*, pro *amuſſem*, hoc eſt ad amuſſem, ſic *perpetim* pro perpetem dicere. V. *Feſt.* in Perpetem. *Plin. l. 10. cap. 6.* Et in angulis oculi perpetuo humore manans.

Perpĕtior, eris, eſſus ſum, d. 3. *patire*, *ſopportare*, סבל, Ger. *leiden*, Gal. *ſouffrir*, Hiſp. *ſufrir*, *padecer*, ὑπέχω, idem quod patior, aut fortiter patior, ſuſtineo, perfero. *Cic. 1. Fam. c. 14.* Iidem etiam dolorem ſæpe perpetiuntur. *Id. l. 2. Fam. ep. 15.* Nonne tibi affirmavi, quidvis me potius perpeſſurum, quam &c.? *Plaut. Aſin. 9. 1. 15.* Unum hunc diem perpetere. h. e. ſuſtine, expecta.

Perpetrābĭlis, le, adject. *Tertul. l. 2. ad uxor. c. 1.* Nubere in Domino perpetrabile eſt. h. e. permiſſum eſt.

Perpetrātio, onis, f. actus perpetrandi. *Tertul. de Pænit. c. 3.* Aliqua difficultas perpetrationem ejus intercipit.

Perpetrātus, a, um, *fatto*. *Liv. l. 1. c. 6.* Poſtquam juvenes perpetrata cæde pergere ad ſe gratulantes vidit. *Id. l. 35. c. 21.* Pace nondum perpetrata. Et *l. 44. c. 37.* Sacrificio rite perpetrato.

Perpĕtro, as, avi, atum, *finire*, *compire*, *mandare ad effetto*, פעל, Germ. *volbringen*, Gal. *venir about*, *achever*, Hiſp. *acabar de hazer*, ἐξεργάζομαι, perficio, a *per*, & *patro*, *Feſt.* Sumitur & in bonam partem, & in malam. *Tacit. 4. hiſt. 1. 51.* Validiſſimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Judaici belli perpetranda. *Plaut. Pſeud. 5. 1. 24.* Poſtquam opus meum, ut volui, omne perpetravi. *Liv.* perpetrare pacem, & perpetrare ſacrificium. V. *Perpetratus*.

Perpetuālis, le, o. 3. perpetuus. *Quinctil. l. 2. c. 14.* Καθολικά, id eſt, ut dicamus, quo modo poſſumus, univerſalia, vel perpetualia.

Perpetuārius, a, um, adject. perpetuus. Perpetuarius mulio, h. e. qui perpetuo mulioniam exercet, apud *Senec. in apocolocynth.* ¶ Perpetuarii, apud *JCtos*, *leg. fin. Cod. de locat.* dicuntur, qui fundum, aut rem aliam perpetuo conduxerunt.

Perpetuĭtas, atis, f. *continuazione*, *perpetuità*, Ger. *unnachlaſſung*, Gall. *perpetuité*, Hiſp. *perpetuidad*, αἰδιότης, continuatio, perennitas. *Cic. in Tuſc.* Non ex ſingulis vocibus Philoſophi ſunt ſpectandi, ſed ex perpetuitate, atque conſtantia. *Id. 2. Offic. c. 7.* Contraque benevolentia fidelis eſt vel ad perpetuitatem.

Perpetuĭto, as, n. 1. perpetuum facio. *En.* apud *Non. c. 2. n. 632.* Libertatem ut perpetuitaſſint quum maxime.

Perpĕtŭo, as, avi, atum, a. 1. *perpetuare*, *continuare*, התמיד, Ger. *underlaſſen*, Gal. *perpetuer*, Hiſp. *perpetuar*, αἰδίζω, pereuno, continuo ſine intermiſſione. *Cic. 3. de Or. cap. 46.* Tamen cum perpetuare verba nolumus. *Id. pro Sylla.* Semper Cæcilius in calamitate fratris ſui judicum poteſtatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit. ¶ *Dii te perpetuent*, formula fuit acclamantium Imperatoribus, apud *Lamprid. in Alexandr. c. 6.*

Perpĕtŭo, adv. *perpetuamente*, *continuamente*, תמיד, Ger. *immerdar*, Gal. *perpetuellement*, Hiſp. *perpetuamente*, ἀεί, continuo, perenniter, aſſidue, ſemper, æterne. *Cic. 7. Verr.* Quæ in amicitia, fideque P. R. perpetuo manſerant. Adde *Cæſ. l. 1. B. G. c. 31.*

Perpĕtŭum, adv. idem ac perpetuo. *Ter. Adelph. 4. 1. 6.* Cupio perpetuum in lætitia degere.

Perpĕtŭus, a, um, *perpetuo*, *continuo*, תמיד, Ger. *ewig*, Gal. *perpetuel*, Hiſp. *perpetuo*, διηνεκής, αἰδιος, continuus, temporis ſpatio non intermiſſus, perennis, conſtans, a *perpes*. Differt ab æterno, quia æternum dicitur, quod non habet finem, perpetuum, quod eſt ſine intermiſſione. *Cic. 2. de nat. Deor.* Earum autem perennes curſus, atque perpetui cum admirabili, incredibilique conſtantia declarant, in his vim, & mentem eſſe divinam. *Ter. Hec. 1. 2. 12.* Biennium ibi perpetuum illum tuli. ¶ Dicitur etiam de eo, quod ratione loci, vel magnitudinis, ſive corporis continuatum eſt, non interruptum, aut conciſum, ut *Montes perpetui*, *valles perpetuæ*, *via perpetua*, *foſſa perpetua*, *agger perpetuus*, &c. *Cic. 6. Verr.* Cæteræque urbis partes una lata via perpetua, multiſque tranſverſis diviſæ privatis ædificiis continentur. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 57.* Perpetua palus. *Id. l. 3. B. C.* Perpetuæ munitiones. *Virg. Æn. 5. v. 156.* hic atrite cæſa Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis. h. e. longis, ad perpetuum ſedentium ordinem exæquatis. *Id. 8. Æn. v. 183.* Veſcitur Æneas ſimul, & Trojana juventus Perpetui tergo bovis. h. e. quo perpetuo veſci mos erat in ea regione: vel quod unicum fuit tota illa cœna ferculum. Alii bovem integrum, & non caſtratum intelligunt. ¶ Item de oratione, & de diſputatione, quæ altercatione, aut interlocutione non interrumpitur. *Cicer. Att. lib. 1. epiſt. 11.* Clodium præſentem fregi

in

in Senatu cum oratione perpetua, pleniſſima gravitatis, tum altercatione. ¶ Sæpe ſumitur pro æternο, ſive pro ἀεὶ, quod nunquam perit. *Cic. Att. l.* 1. Tempus eſt nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare. ¶ Nonnunquam capitur pro univerſali, pro eo, quod tam generale eſt, ut ſemper habeat locum. *Celſ. l.* 2. *c.* 10. Cum ſit autem minime crudo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum eſt. hoc eſt, non uſquequaque verum eſt. ¶ *In perpetuum*, idem eſt ac perpetuo. *Cic. pro Cluent.* Quid eſt, quamobrem quiſquam noſtrum Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? ¶ *Perpetuius*, & *perpetuiſſimus* ſunt *Catonis* apud *Chariſ. l.* 3. & *Pacuvii* apud *Priſcian. l.* 3.

Perpexus, a, um, nom. ex partic. diligenter pexus. *Jul. Firmic. l.* 5. c. 5. Pectora pugnis obtundant, & perpexam barbam permulceant.

Perpictus, a, um, exacte pictus, partic. a perpingor. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 261. Lilia, perpictaſque pilas. Alii leg. *Liliaque, pictaſque pilas*.

Perplaceo, es, o. 2. valde placeo. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 23. Vide legem, quam T. Fabio ſcripſit T. Viſellius: ea mihi perplacet.

Perplexabilis, le, o. 3. idem ac perplexus, implexus, involutus, obſcurus. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 47. Neque ullum verbum faciat perplexabile.

Perplexabiliter, adv. idem ac perplexe. *Plaut. Stich.* 1. 2. 18. Perplexabiliter hodie eorum perpaveſaciam pectora.

Perplexe, adv. *intricatamente*, πολυπλόκως, obſcure, implicite, a *perplexus*. *Ter. Eun.* 5. 1. Pergin' ſceleſta mecum perplexe loqui? *Liv. l.* 6. c. 13. Defectionem haud perplexe indicavere. *Prudent. adverſ. Symmach. l.* 2. *v.* 847. Anfractus dubios habet, & perplexius errat.

Perplexim, adv. idem ac perplexe. *Plaut. Stich.* 1. 2. 18. Utrum ego perplexim laceſſam oratione.

Perplexitas, atis, f. *perpleſſità*, dubium, ambiguitas. *Ammian. l.* 18. c. 14. (al. 6.) Ob perplexitatem omnium.

Perplexor, aris, d. 1. aliquid perplexum facio, & in dubium voco. *Plaut. Aul.* 2. 2. 82. At ſcin, quo vos pacto ſoleatis perplexarier.

Perplexus, a, um, *intricato, inviluppato, perpleſſo*, נבוך, Germ. *verwirret*, Gal. *douteux*, Hiſp. *enredado*, ἐμπλεκτος, intricatus, implicitus, involutus, a *plexus*. *Plin. l.* 9. *c.* 2. Perplexis, & in ſemet alitar, atque aliter nunc flatu, nunc fluctu convolutis ſeminibus. *Virg.* 9. *Æn.* Iter perplexum. ¶ Per tranſlationem accipitur pro obſcuro, & ita involuto, ut commode intelligi non poſſit, *difficile, intrigato*. *Liv. l.* 40. c. 5. Singulos amicorum petris tentare ſermonibus perplexis inſtitit. *Id. l.* 15. *c.* 10. Perplexius carmen.

Perplicatus, a, um, implicitus, perplexus. *Lucret. l.* 2. *v.* 394. Aut magis humanos inter ſe, perque plicatis.

Perpluit, ebat, imperſ. 3. *trapiouere*, διαβρέχεται, eſt per medium pluere. *Cato R. R. cap.* 155. Circuire oportet, ſicubi perpluat. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 30. Lavat parietes, perpluunt tigna. *Quinctil. l.* 6. *c.* 3. Cum cœnaculum perplueret. ¶ Uſurpatur etiam tranſlate. *Plaut. Trin.* 2. 2. 41. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. ¶ Et tranſitive, cum accuſat. *Id. Moſtell.* 1. 3. 6. Hæc eſt illa tempeſtas, quam mihi amor in pectus perpluit meum.

Perplures, urium, o. 3. valde plures. *Plin. l.* 13. c. 24. Spondetque jugero ejus annuos perplures. Alii leg. *annua H. S. M. M.*

Perplurimum, adv. valde plurimum. *Plin. l.* 2. *c.* 54. Itaque perplurimum refert, unde venerint fulmina, & quo conceſſerint.

Perpol, per Pollucem, adv. jurandi. *Ter. Hec.* 1. 1. Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores. Ubi tamen *Donatus* vult dictum eſſe pro *Pol perquam paucos*, &c. nam, inquit, *perpol* latinum non eſt. Quod ſi verum eſt, idem dicendum erit de illo *Plauti Caſ.* 2. 6. 18. Perpol ſæpe peccas. h. e. pol perſæpe.

Perpolio, is, ivi, itum, a. 4. ἐκλεαίνω, valde polio, abſolvo, ſupremam manum addo. *Cic.* 2. *de Orat.* Et tractu orationis leni, & æquabili perpolivit illud opus. Adde *pro Balb. c.* 7.

Perpolitio, onis, f. *abbellimento*, actus perpoliendi. *Auct. ad Her. lib.* 4. *cap.* 13. Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.

Perpolitiſſime, adv. omnino polite. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 30. Ut continuatione perfecte, & perpolitiſſime poſſint eſſe abſolutæ.

Perpolitus, a, um, valde politus, abſolutus, perfectus, ornatus. *Cicer.* 1. *de Orat.* Perfecti in dicendo, & perpoliti homines. *Id. in Piſon. cap.* 29. Perpolita oratio.

Perpopulatus, a, um, *ſaccheggiato*, partic. paſſiva ſignificatione. *Liv. l.* 26. *c.* 9. Annibal, perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit.

Perpopulor, aris, d. 1. ἀπερημόω, totum populor, & vaſto. *Liv. l.* 22. *c.* 3. Annibal emiſſus a manibus perpopuletur Italiam.

Perporto, as, a. 1. idem ac porto. *Liv. l.* 28. *c. ult.* Prædam Etruſcam, Ligurumque captivos Carthaginem perportantes.

Perpotatio, onis, f. actus perpotandi. *Cic. in Piſon.* c. 10. Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotationes prædicem?

Perpoto, as, avi, atum, o. 1. valde poto, vel totum tempus in potationibus conſumo. *Cic.* 7. *Verr. c.* 33. Similiter totos dies in litore tabernaculo poſito perpotabat.

Perpremo. V. Perprimo.

Perpreſſa, æ, f. herba quædam, quæ calculos ejicere dicitur. *Plin. l.* 26. c. 8.

Perprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. valde, vel perpetuo premo. *Horat. epod.* 16. Inominata perprimat cubilia. *Ovid.* 1. *de art. am. v.* 394. Perprime tentatam, nec niſi victor abi. *Senec. ep.* 99. Adjacentem humorem perprimit, & expellit. Quædam opt. Editiones habent *perpremit*.

Perpropere, adv. valde propere. *Plaut. Mil.* 2. 4. 10. Feri perpropere.

Perpropinquus, a, um, valde propinquus. *Cic.* 1. *de Div. c.* 26. *ex Poeta*. Perpropinqua hæc bene verruncent populo.

Perproſper, a, um, adject. valde proſper. *Sueton. in Claud.* c. 31. Valetudine perproſpera uſus eſt.

Perpruriſco, is, o. 3. ἀποκνήθομαι, admodum prurio. *Plaut. Stich.* 5. 5. 20. Ubi perpruriſcamus uſque ex unguiculis.

Perpudeſcit, ebat, valde pudet. *Cornelia in ep. ad Gracch. inter fragm. Cornel. Nepot.* Quando perpudeſcet miſcenda, atque perturbanda republicæ?

Perpugnax, acis, adject. valde pugnax. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 10. Perpugnacem in diſputando videri. Quidam perperam leg. *repugnacem*. Adde *Auguſt.* 3. *contra Acad.* c. 4.

Perpulcher, chra, um, valde pulcher. *Ter. Eun.* 3. c. 15. Perpulchra, credo, dolia, haud noſtris ſimilia.

Perpunctus, a, um, adjectiv. *punto*. *Cæl. Aurel. Acut.* c. 2. 10. Perpuncti ſentiunt.

Perpurgatus, a, um. *Plaut. Mil.* 3. 1. 177. Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. *Cic. pro Mur.* c. 26. Locus orationis perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt.

Perpurgo, as, avi, atum, a. 1. *purgare perfettamente*, ἐκκαθαίρω, omnino purgo, totum purgo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 50. Cervæque ante partum perpurgant ſe quadam herbula. ¶ Tranſlate ſumitur pro expedire, abſolvere, finire. *Cic.* 2. *de Div.* c. 1. Perpurgatus eſt is locus a nobis quinque libris.

Perpuſillum, adverb. aliquantulum. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 60. Non occultabis, perpuſillum rogabo. Ambiguum tamen eſt, adverbium ne ſit, an adjectivum: Eſt enim ibi ſermo de puſillo teſte, & judice magis puſillo. V. locum.

Perputo, as, a. 1. perfecte puto, declaro, profero. *Plaut. Ciſt.* 1. 3. 7. Ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.

Perquam, adv. *molto*, ὡς σφόδρα, maxime. Fere jungitur poſitivis, vel verbis. *Cic.* 2. *de Or.* Quod mihi quidem perquam puerile videri ſolet. *Id.* 2. *Tuſc.* Apud illum enim perquam flebiliter Ulyſſes lamentatur in vulnere. *Plin. ep.* 27. *lib.* 7. Per quam velim ſcire, an eſſe phantaſmata, &c. ¶ Interdum & ſuperlativis. *Apulej. l.* 1. *Met.* Tucetum perquam ſapidiſſimum. *Pomp. Dig. l.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. *a med.* Libros perquam breviſſimos.

Perquieſco, is, evi, etum, n. 3. conquieſco. *Apul. Metam. lib.* 8. Totam perquieſcimus noctem.

Perquiro, is, ſivi, ſitum, a. 3. *cercar diligentemente*, בקש, Ger. *durch ſuchen*, Gal. *rechercher*, Hiſpan. *buſcar diligentemente*, ἐκζητέω, diligenter quæro. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Aditus, viaſque in Suevos perquirit. *Cic.* 5. *Fin.* Ut pueri ne verberibus quidem a contemplendis rebus, perquirendiſque deterreantur. ¶ Sumitur etiam pro interrogare. *Cicer. pro Cæl.* Poſſum etiam illa ab accuſatore perquirere. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. pro Cluent.* Ne multa, perquiritur a coactoribus.

Perquiſite, adv. ἐξεταστικῶς, diligenter. *Cic.* 1. *de Inv.* c. 41. Sed perquiſitius, & diligentius conſcripſiſſe pollicemur.

Perquiſitio, onis, f. diligens inveſtigatio. *Petron. in Satyr.*

Perquiſitor, oris, qui perquirit. *Plaut. Stich.* 2. 3. 61. Malevoli perquiſitores.

Perquiſitus, a, um, ἀναζητηθεὶς, part. a perquiror. *Plin. l.* 18. c. 4. Et poſtea inventis omni cura perquiſitis, &c.

Perraro, adv. πανσπανίως, valde raro. *Cic.* 2. *Fin.* c. 16. Quæ perraro appellantur ab Epicuro.

Perrarus, a, um, valde rarus. *Liv. l.* 6. Tum quod perraræ per eidem tempore literæ fuere. *Plin. l.* 31. c. 3. Perrarum eſt, ut levior ſit aliqua.

Perrecturus. V. in Pergo.

Perreconditus, a, um, adject. valde reconditus. *Cic.* 1. *de Or.* c. 30. Aut perrecondita, aut valde difficilis ratio conſuetudinis. Alii leg. *percondita*.

Perrepo, is, pſi, ptum, *ſerpere, aggrapparſi*, ἀνέρπω, rependo aliquo pervenio, & æque de inanimatis, ac de animalibus quibuſque dicitur. *Col. l.* 6. c. 5. Ne ad præſepia ſus, aut gallina perrepat. *Id. l.* 4. *c.* 14. Et a capite vitis emicuerit, & brachiis ta aliena jugorum complexa perrepſerit. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 2. Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex, &c.

Perrepto, as, o. 1. undique reptando diſquiro, freq. a *perrepo*. Aliqui exponunt tarde, & cum labore incedere, ſeu ambulare. *Plaut. Rud.* 1. 4. 4. Atque in lateribus omnibus perreptavi quærere conſervam voce, oculis, auribus. *Ter. Adel.* 4. 6. 3. Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad lacum.

Perrhæbi, m. 2. περραιβοὶ, pop. Macedoniæ, in confinio Theſſaliæ, juxta Peneum fl. & Olympum M. apud Pelaſgiotas. Eorum opp. Perrhæbia. Perrhæbi etiam in Ætolia collocantur. Cauſa eſt, quia Perrhæborum regio attingens Pindum montem Ætoliæ, ex parte in Ætolia collocatur. Aliqui cauſam afferunt, quod Perrhæbi a Lapithis fracti in Ætoliam fugerint. Hinc Pindus Perrhæbus dicitur. *Propert. l.* 3. *el.* 3. *v.* 55. Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi.

Perridicule, adv. valde ridicule. *Cic.* 2. *de Or.* c. 59. Sed etiam, ſi quid perridicule poſſis.

Perridiculus, a, um, valde ridiculus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 6. Quid in provincia facturus eſſet perridiculi homines augurabantur. *Id.* 2. *de Or.* c. 19. Sed tamen eſt eorum doctrina perridicula.

Perrodo, is, oſi, oſum, a. 3. vehementer rodo, totum rodo, rodendo penetro. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Valet purgare, ſiſtere, excalfacere, perrodere. *Id. l.* 30. *c.* 16. Quæ non perroderetur e veneno Stygis aquæ. Adde *Celſ. l.* 5. 2. 18.

Perrogito, as, a. 1. frequentativum a perrogo. *Pacuv.* apud *Priſcian. l.* 4. Perrogitando adveaes de natis. h. e. ſciſcitando.

Perrogo, as, a. 1. idem, ac rogo, ſeu interrogo. *Tac. l.* 4. *hiſt.* c. 9. Cum perrogarent ſententias Conſules. *Liv. l.* 29. *c.* 19. Perageri eo die ſententiæ non potuerunt. h. e. omnium ſententiæ uſque ad ultimum ſenatorem. ¶ Perrogare legem, eſt ita rogare, ſeu perferre, ut a populo accipiatur. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 2. *extern.* 1. Minos a Jove traditas ſibi leges perrogabat. *Id. l.* 8. *c.* 6. *in fin.* Tribunus plebis legem perrogavit magna cum clade Reipublicæ.

Perrumpo, is, upi, ptum, a. 3. διαῤῥήγνυμι, perfecte, ſeu per medium rumpo, diſrumpo, perfringo. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Ut rates perrumperet. *Cic.* 1. *Tuſc.* Aerem perrumpere. ¶ Hinc tranſlate ſumitur pro violare. *Id.* 3. *Off.* Legum, quas ſæpe perrumpunt. ¶ Item pro ſuperare. *Plin. l.* 8. c. 23. Perrumpit omnes difficultates. Sic apud *Cic. in Partit.* c. 52. Perrumpere periculum. ¶ Metaleptice ponitur pro vi intrare, irrumpere. Et uſurpatur vel abſolute. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Perrumpere nituntur. ¶ Vel cum accuſ. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Ut ſi eam paludem Romani perrumpere conarentur. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*, vel *in*. *Liv. l.* 26. Nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe. *Id. l.* 3. Jam in veſtibulum templi perruperant. ¶ Perrumpi affectu, eſt, commoveri, *commuoverſi*. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 15. Ne quo affectu perrumperetur.

Perruptus, a, um, partic. a perrumpor. *Col. l.* 2. Omnes radices herbarum perruptæ necantur. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 51. Munimenta perrupta.

Perſa, æ, f. 1. vel Perſeis, idis, f. 3. filia Oceani, & Tethyos, quæ a Sole adamata eſt, & peperit Æetem Regem Colchorum, Paſiphaen & Circen, &, ut alii addunt, etiam Perſem Regem Tauricæ regionis. Alio nomine Hecate, ſive Luna dicta eſt ab Heſiodo, teſte Leontio. Sed aliqui volunt, Hecaten fuiſſe neptem Solis, & Perſæ, filiam vero Perſis. *Hom. in Odyſſ. Cic.* 3. *de nat. Deor. & Bocc. l.* 7. *Gen.*

Perſæ, arum, maſc. *Perſiani*, pop. Aſiæ, quorum regio Perſis, vel Perſia, qui diu Aſiæ imperium, poſt Medos uſque ad Alexandrum Magnum, tenuere, ſub quibus etiam Medi, Parthi, & alii populi, qui Regi Perſarum parent, comprehenduntur. A Perſe, vel Perſeo Rege, filio, ut creditur, Perſei filii Jovis, & Danaes, nomen accepere. Solem, quem Mithram appellabant, colebant præ cæteris Diis, cui equum immolabant, per quem etiam jurare ſolebant. Deliciis ſemper deditì fuere, utentes unguentis pretioſis, & lautitia in cœnis, & conviviis. *Cicer.* 2. *de Leg.* Nec Perſarum Magos ſequor. *Nepos in Pelopid. c.* 4. In Perſas proficiſci. h. e. in Perſiam. ¶ In ſingulari numero *Cic. l.* 10. *Att.* Non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem tolerabile.

Perſæpe, adv. *aſſai ſpeſſo*, valde ſæpe. *Cic. de Am.* c. 20. Ne quia intemperata quadam benevolentia, quod perſæpe fit, &c. Adde *Q. Fr. lib.* 1. *ep.* 1. *cap.* 5.

Perſalſe, adv. valde ſalſe. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. Perſalſe, & humaniter etiam mihi gratias agit.

Perſalſus, a, um, valde ſalſus. *Cic.* 2. *de Or.* c. 69. Perſalſum illud eſt apud Nævium, Quid ploras pater?

Perſalutatio, onis, f. idem, ac ſalutatio. *Cic. pro Mur.* c. 21. Non declamatio potius, quam perſalutatio.

Perſalūto, as, a. 1. valde ſaluto, frequenter ſaluto, ad unum omnes ſaluto. *Cic. pro Flac. c.* 18. Ut omnes nos, voſque perſalutet.

Perſancte, adv. valde ſancte, & religioſe. *Ter. Hec.* 5. 2. 5. Philippe, Bacchis dejerat perſancte.

Perſanatus, a, um, nom. ex particip. omnino ſanatus, ut perſanata ulcera. *Senec. ep.* 8.

Perſāno, as, avi, atum, a. 1. omnino ſano. *Plin. l.* 20. *cap.* 22. Vomicas rumpere, purgare, perſanare promittens.

Perſānus, a, um, adject. perfecte ſanus. *Cato de R. R. c.* 157. Ut radices polypi perſanas facias.

Perſapiens, tis, o. valde ſapiens. *Cic. de Prov. Conſ. cap.* 18. Quod magni cujuſdam hominis, & perſapientis videtur.

Perſapienter, adv. valde ſapienter. *Cic. pro Mil. c.* 4. Etſi perſapienter, & quodam modo tacite dat ipſa lex poteſtatem defendendi.

Perſciens, tis, nom. particip. valde ſciens. *Lamprid. in Commod. c.* 3. Perennis Commodi animum perſciens, invenit, &c.

Perſcienter, adv. admodum ſcienter, & induſtrie. *Cic. de clar. Or. c.* 55. Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat.

Perſcindo, is, a. 3. διασχίζω, totum ſcindo, vel per medium ſcindo. *Tib. l.* 1. *eleg.* 13. Sit ſatis e membris tenuem perſcindere veſtem. Adde *Liv. l.* 21. *c.* 58.

Perſciſſus, a, um, part. a perſcindor. *Lucret. l.* 6. *v.* 110. Interdum perſciſſa furit petulantibus auris.

Perſcitus, a, um, valde ſcitus. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 67. Per mihi ſcitum videtur, &c.

Perſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. ἀναγράφω, idem, ac ſcribo, vel totum, & ad finem uſque ſcribo. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 23. Quod ni ita putarem, ipſe perſcriberem. *Id. l.* 5. *ep.* 4. Nunc mihi Quinctus frater meus miſiſſimam tuam orationem, quam in Senatu habuiſſes, perſcripſit. *Liv. l.* 1. Si a primordio Urbis res P. R. perſcripſerim. ¶ Aliquando eſt in tabulas publicas, in actaque referre, *regiſtrare*. *Cic.* 3. *Catil.* Et quoniam nondum eſt perſcriptum Senatus conſultum. *Id. pro Syll.* Qui omnia judicum dicta perſcriberent. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 14. Viri boni uxoras ſuas perſcribunt. adde, nomina debitorum in codicem referunt. *V. eund. pro Roſc. Com. c.* 1. ¶ In hac acceptione uſurpatur etiam cum acc. & præp. *in*. *Cic.* 3. *Ver.* In tabulas publicas ad ærarium perſcribenda curavit. ¶ Aliquando eſt lege ſancire. Nam leges literis conſignantur, & monumentis continentur. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Quanquam hoc ſi minus civili jure perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, communi jure gentium ſancitum eſt, ut, &c. ¶ Perſcribere pecuniam, eſt reddere creditori per ſcripturam, h. e. de menſa argentariorum, quibus ſcriptura cavebatur, *pagar con lettere di cambio, pagar in banco del giro*. *Ter. Phor.* 5. 8. Nec ego perſcripſi porro illis, quibus dedi. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 2. Qui de reſiduis CCCC. H. S. CC. præſentia ſolverimus, reliqua perſcribamus. *V. Donat. ad loc. cit. Terent.*

Perſcriptio, onis, f. actus perſcribendi, ἀναγραφή, *regiſtro*. *Cic. Agr.* 2. *c.* 9. Ei locus primus invidiæ in perſcriptione legis conceſſus eſt. *Id. Fam.* 5. *ep.* 2. Illud Senatuſconſultum, quod eo die factum eſt, ea perſcriptione eſt, ut dum id extabit, &c. *il regiſtrato con termini, e parole tali, che*, &c. ¶ Sumitur etiam pro ſcriptura, ſeu inſtrumento, in quo perſcribitur pecuniæ ab altero ſolvenda, *lettera di cambio, viglietto*. *Id. Phil.* 5. *c.* 4. Illa vero diſſipatio pecuniæ ferenda nullo modo eſt, per quam ſeſtertium ſepties millies falſis perſcriptionibus, donationibuſque avertit. *Id. pro Flac. c.* 30. Emptiones falſas, prædiorum perſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. Alii leg. *proſcriptiones*, alii *præſcriptiones*. *Id. l.* 12. *Att. ep.* 51. Tiro mihi narravit, debere, non eſſe dignitatis meæ, perſcriptionem tibi placere. h. e. ſolutionem per literas. V. *Præſcribo*.

Perſcriptor, oris, m. *notajo*, tabellio, ſive cautor, qui formulas concipit. *Cic.* 5. *Ver. c.* 71. Scribam tuum dicit Verres hujus perſcriptorem fœnerationis fuiſſe.

Perſcriptus, a, um, num. ex particip. ſcriptus, exaratus, deſcriptus. *Cic Agrar.* 2. *c.* 93. Hoc perſcriptum in monumentis veteribus reperietis. *Id.* 1. *Fam. ep.* 2. Senatus auctoritas perſcripta. *regiſtrata*.

Perſcrutatio, onis, f. actus perſcrutandi, inquiſitio. *Sen. de conſol. ad Helv. c.* 9. *ad fin.* Quid opus eſt profundi perſcrutatione?

Perſcrutātor, oris, m. qui perſcrutatur. *Capitolin. in Maxim. jun. cap.* 1. Harum rerum perſcrutator. Adde *Veget. de re milit. l.* 3. *c.* 3.

Perſcrutātus, a, um, nom. ex particip. paſſiva ſignificatione. *Ammian. l.* 17. *c.* 4. Montium venis perſcrutatis.

Perſcrūto, as, a. 1. idem quod perſcrutor. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 30. Poſtremo hunc jam perſcrutavi: nihil hic habet.

Perſcrūtor, aris, atus ſum, d. 1. *cercare con diligenza*, διερευνάω, diligenter inquiro. *Cic.* 1. *Off.* Qui perſcrutarentur arculas muliebres. *Id.* 2. *de Invent. c.* 44. Sententiam ſcriptoris domeſticis ſuſpicionibus perſcrutari.

Perſculptus, a, um, num. ex particip. ſculptus, vel perfecte ſculptus. *Corippus l.* 3. *v.* 377. Perſculpti lapides, ſurdæ, mutæque figuræ.

Perſĕa, f. 1. περσέα, περσία, πέρσιον, arbor Ægyptia, procera, fructu piri, aut mali magnitudine, noxio in Perſide, vaica in Ægypto. *Plin. l.* 13. *c.* 9. & *l.* 15. *c.* 13. ubi multa de hac arbore.

Perſĕco, as, cui, ctum, a. 1. διατέμνω, idem, ac ſeco, vel perfecte ſeco, medium ſeco. *Cic.* 4. *Acad. c.* 39. Eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, dividere poſſumus. *Liv. l.* 40. *c.* 19. Vitium, ne ſerpat, perſecate.

Perſector, aris, atus ſum, depon. 1. ſector, perſequor. *Lucret. l.* 2. *v.* 1004. Edere ſuos perſectantes, viſaque volantes. *Id. l.* 4. *v.* 263. Nec perſectari primordia. ubi alii leg. *perſcrutari*.

Perſecutio, onis, f. δίωξις, actus perſequendi in judicio. *Cic. in Orat. c.* 41. In altera perſecutionum, cautionumque præceptio.

Perſecūtor, oris, m. *perſecutore*, qui perſequitur, & inſectatur. *Capitolin. in Albino, c.* 11. Averſæ Veneris ſemper ignarus fuit, & talium perſecutor. ¶ Item qui aliquid perquirit, ut perſecutor auri, *in Cod. l.* 10. *tit.* 72. *leg.* 1.

Perſecutoria, æ, f. *in Cod. l.* 10. *tit.* 72. *leg.* 1. accipitur pro licentia ſcripto data aliquid perſequendi, ſeu perquirendi.

Perſecutrix, icis, f. *perſecutrice*. *Auguſtin. lib.* 1. *de conſ. Evangeliſtar. c.* 25. Juno perſecutrix Herculis.

Perſedĕo, es, edi, eſſum, n. 2. διακαθίζομαι, perpetuo ſedeo. *Liv. l.* 45. In equo dies, noctesque perſedendo. *Sen. epiſt.* 108. Multis apud Philoſophum annis perſedera. Adde *Sueton. in Claud. c.* 34.

Perſegnis, gne, o. 3. valde ſegnis. *Liv. l.* 25. *c.* 7. Pedeſtre prælium fuit perſegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Perſēis, idis, f. Hecate Perſis filia. *Senec. Med. v.* 814. Cauſa vocandi, Perſei, tuos ſæpius arcus. ¶ Hinc adjective herbæ Perſeides dicuntur, quibus in veneficiis ſagæ utuntur. *Ovid. de remed. amor. v.* 263. Quid tibi profuerunt, Circe, Perſeides herbæ?

Perſeius, a, um, ad Perſeum pertinens. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 495. Hecate Perſeia.

Perſĕnex, o. 3. valde ſenex. *Suet. de clar. Gramm. c.* 9. Namque jam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur.

Perſentio, is, nſi, nſum, a. 4. ἐπαισθάνομαι, idem, ac ſentio. *Virg.* 4. *Æn. v.* 448. Magno perſentit pectore curas.

Perſentiſco, is, a. 3. ἐπαισθάνομαι, idem, ac perſentio, vel incipio perſentire. *Ter. Heaut.* 5. 1. 43. Ubi poſſem perſentiſcere, niſi eſſem lapis, quæ vidi.

Perſephŏne, es, f. 1. Περσεφόνη, eadem, ac Proſerpina. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 591. At neque Perſephone digna eſt prædone marita. *Id. Heroid. epiſt.* 21. *v.* 46. Perſephone noſtras pulſat acerba fores. h. e. mors.

Perſephonium, ii, n. περσεφόνιον, herba, papaver ſylvaticum, album. *Apul. de herb. c.* 53.

Perſepŏlis, is, f. *Siras*, Περσέπολις, urbs Perſidis olim ampliſſima, & regia, ad Rhogomanem fl. in amœniſſima planitie. Ejus arx, quæ ad montis radices jacebat, univerſa triplici muro cingebatur. Condita fuit, & nominata a Perſeo Rege, & incenſa ab Alexandro Magno ebrio, Thaidis meretricis perſuaſione. *Curt. l.* 5. *c.* 7.

Perſĕquax, acis, adject. ſtrenuus in perſequendo. *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 9. In rerum perveſtigando perſequax. *Apul. append. Florid.* Ales oculis perſequax, unguibus pertinax.

Perſĕquens, tis, nom. ex partic. qui perſequitur, ſeu ſectatur. *Plaut. Caſ.* 2. 1. 12. Acheruntis pabulum, flagitii perſequentem. h. e. flagitii amatorem. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 19. Virum integerrimum, inimicitiarum perſequentiſſimum. h. e. ulciſcentem inimicitias.

Perſĕquor, eris, cutus ſum, d. 3. *ſeguire*, *ſeguitare*, ἐπακολουθέω, idem ac ſequor, vel aliquem præcedentem, ſeu præeuntem ſequor, illum aſſequendi gratia. *Cic. l.* 3. *Fam.* Qui me in caſtra, & qui trans Taurum perſequi non poſſent. ¶ Tranſlate ponitur pro imitari. *Cic.* 1. *de Orat.* Cujus veſtigia qui perſequi cupiunt. ¶ Item pro colere, exercere, ſtudere. *Cic.* 1. *Fin.* Qui ſtudioſe antiqua perſequeris. *Id. ibid.* Eas ergo artes perſequeretur, &c. ¶ Extrema perſequi, eſt in re incepta perſeverare. *Cic. in Piſon.* Extrema ſi perſequitur, qui inchoavit. ¶ Item pro exequi. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 15. Ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. *Plaut. Merc.* 3. 2. 11. Hoc, ut dico, factis perſequar. ¶ Item pro conquirere, acquirere, *procacciarſi*. *Id. ibid.* 5. 1. Hodie extollo mea domo patria pedem: alios mihi deos Penates perſequar, aliam urbem, &c. ¶ Item pro urgere, inſiſtere, ut Promiſſa alterius perſequi, ideſt urgere, ut ille ſtet promiſſis. *Plaut. Merc. prol. v.* 85. ¶ Item pro oratione conſectari, explicare. *Cic.* 1. *Acad.* Sic Philoſophiam Latinis literis perſequitur. *Id.* 2. *Off.* Has res commodiſſime Xenophon Socraticus perſecutus eſt in eo libro, qui Oeconomicus inſcribitur. ¶ Sumitur etiam pro inſectari, ulciſci, *perſeguitare*, רדף, Ger. *nachjagen*, Gal. *pourſuivre*, Hiſp. *perſeguir*, καταδιώκω. *Cic. pro Flac.* Hunc æſtuantem, & tergiverſantem judicio ille perſequitur. *Id. pro Cæc.* Atque injuriam tuam perſequar. ¶ Perſequi aliquem odio, h. e. valde odiſſe. *Senec. Hippolyt.* ¶ Perſequi rem ſuam, *pretender il ſuo*. *Cic. pro Quint. c.* 13. Sic, jus ſuum perſequi. *Id. Verr.* 1. & *Terent. Adel.* 2. 1. ¶ Perſequi pœnas a cive ſeditioſa, h. e. repetere, exigere. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 9.

Perſĕro, is, a. 3. inſero, immitto. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 41. Reſticulas per ficos, quas edimus, maturas perſerunt, & eas, cum inaruerunt, complicant, &c.

Perſervio, is, n. 4. *ſervire*, idem quod ſervio. *Vopiſc. in Probo c.* 18. Probo potius perſervire maluerunt, quam cum Bonoſo eſſe.

Perſes, is, m. 3. vel Perſeus, i, m. 2. Πέρσης, filius Perſei filii Danaes ex Andromeda Cephei filia, a quo Perſæ originem habuerunt. *Herod. l.* 7. Hic primus ſagittas reperit. *Plin. l.* 7. *c.* 6. & *Berr. l.* 12. *Gen.* ¶ Fuit & alter Perſes, Solis, & Perſæ Nymphæ filius, & pater Hecates, ut aliqui dicunt, Rex Tauricæ regionis crudeliſſimus. ¶ Denique nomen fuit Regis Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus, ductus eſt in triumphum Romam cum filiis, ubi in carcere interiit, *Cic.* 2. *de nat. Deor.* 1. *de Div.* 3. *Fin.* 3. & 5. *Tuſc.* & *pro L. Mur.*

Perſeverabilis, le, adject. conſtans, perſeverans. *Cæl. Aurel. Tard.* 3. *c.* 2. Perſeverabilis reſumptio.

Perſevērans, antis, o. *perſeverante*. *Colum. in præf. l.* 1. Hæque mos dum ſervatus eſt perſeverantiſſimo colendorum agrorum ſtudio. *Liv. l.* 5. *c.* 30. Valerius perſeverantior fuit cædendis hoſtibus in fuga. *Curt. l.* 6. *c.* 7. Averſari ſcelus perſeverantem metu mortis terret.

Perſeveranter, adv. *perſeverantemente*, *coſtantemente*, Ger. *beharrlich*, Gal. *conſtamment*, Hiſp. *perſeveradamente*, ἐνστάτως, conſtanter. *Liv. l.* 4. *c.* 60. Patres bene cœptam rem perſeveranter tueri. *Id. l.* 21. *c.* 10. Vereor, ne perſeverantius ſæviant. *Plin. l.* 4. *ep.* 21. Ham patrem illarum defunctum quoque perſeverantiſſime diligo.

Perſeverantia, æ, f. *perſeveranza*, Ger. *verharrung*, Gal. *perſeverance*, Hiſp. *perſeverancia*, καρτερία, eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis, & perpetua permanſio, ut *Cic.* definit *l.* 2. *de Inv. Id.* 5. *Ver.* Cujus iſte fides, diligentiæ, perſeverantiæ nulla ratione eripi poſſit.

Perſeveratio, onis, f. perſeverantia, conſtantia. *Apul. in Aſclep.* Cognovimus te, æterna perſeveratio.

Perſeverātus, a, um, num. ex partic. *continuato*. *Juſtin. l.* 12. *c.* 6. Ob hæc illi quatriduo perſeverata inedia eſt.

Perſevēre, adv. valde ſevere. *Plin. l.* 9. *ep.* 5. Inquiro enim perſevere. Alii leg. *inquiro*, & *perſevero*.

Perſevēro, as, avi, atum, n. 1. *continuare*, *perſeverare*, עמד, Ger. *verharren*, Gal. *perſeverer*, Hiſp. *perſeverar*, ἐγκαρτερέω, ſevere in ſententia permaneo, cum conſtantia animi, & quaſi quadam ſeveritate continuo. *Cic. de Amic. c.* 7. Oreſtes autem, ita, ut erat, Oreſtem ſe eſſe (dicere) perſeveraret. *Cæſ.* 5. *B. G.* atque in eo perſeverat. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic.* 6. *Ver.* Non eſt ab iſto primo illo adventu perſeveratum. ¶ Cum accuſativo more activorum. *Symmach. l.* 1. *ep.* 90. Perſevera diligentiam. *Jul. Firmic. l.* 4. *Matheſ.* Iras ſuas perpetuis indignationibus perſeverantes.

Perſevērus, a, um, valde ſeverus. *Tac. l.* 15. *Ann. c.* 48. Imperium perſeverum.

Perſĕus, i, vel Perſes, is, m. Περσεύς, filius Jovis ex Danae Acriſii Argivorum Regis filia. Educatus fuit a Polydecte Rege Seriphi inſ. qui Perſei ingenium veritus, audaciamque, & felicitatem, ſub prætextu immortalis gloriæ eum miſit in Gorgades inſ. quæ ſunt in mari Atlantico, Africam verſus, & Promontorium viride, ad debellandam Meduſam. Accepto igitur a Vulcano enſe adamantino, quem vocant harpen, a Mercurio talaribus, a Pallade clypeo, Pegaſo equo inſidens in Regnum Meduſæ pervenit, quam Palladis clypeo impune vidit (illa enim ſe ſe aſpicientes in ſaxa commutabat) & in aere certans Vulcanio enſe interfecit, Abſtulit Meduſæ caput, cum quo per aerem volans a ventis diſcordibus in varias mundi partes nunc ad Boream, nunc ad Auſtrum, nunc in Ortum, nunc in Occaſum delatus eſt. Cum ſuper Libycas arenas penderet, guttæ ſanguinis ex capite Meduſæ cecidiſſe dicuntur, & in varios ſerpentes animatæ fuiſſe, inde eſſe, quod Libya tanta ſerpentum multitudine infeſtetur. Sole occiduo conſtitit in Mauritania, ubi Atlantem Regem in ſaxum convertit, quod ſibi hoſpitium denegaviſſet. Sequenti die, cum per Æthiopiam, vel potius per Chaldæam Aſſyriæ regionem tranſiret, vidit Andromedam filiam Cephei, & Caſſiopes ſcopulo alligatam, eamque facta de illius nuptiis pactione, bellua interfecta liberavit, cui virgo devoranda expoſita fuerat, Jovis Hammonis ſententia, ob crimen matris, quæ ſe Nereidibus formæ præſtantia prætulerat. In nuptiali convivio Phineus frater Cephei, cui Andromeda deſponſata ante fuerat,

ſpon-

Digitized by Google

ſponſam repetiit. Ingens igitur rixa exorta eſt, in qua Perſeus multos occidit, tandem oſtenſo Meduſæ capite omnes, qui Phineo favebant, in lapides immutavit. Poſtremo Phineus, cum ſupplex a Perſeo veniam petiiſſet, & impetraſſet, caſu, & temere monſtrum intuitus, & ipſe converſus eſt in lapidem. Ex Aſſyria Perſeus cum Andromeda in Græciam venit, & capite Meduſæ in ſaxum vertit Prœtum, qui Acriſium Argivorum Regno expulerat. Eadem ratione Polydectem ultus eſt, de ſua gloria ob invidiam aſſidue detrahentem. *Ovid.* 4. & 5. *Met.* Denique Acriſium avum caſu lapidem fecit. Poſt multas tandem res præclariſſime geſtas in cœlum translatus dicitur, ejuſque meritis etiam Cepheus, Caſſiope, & Andromeda. Conſtat ſtellis ſex & viginti. Filios reliquit Gorgophontem, Sthelenum, Erythræum, Bacchemonem, & Perſen, de quo ſupra. *Cic.* 2. *de nat. Deor. Herod. l.* 7.

Perſēus, a, um, o. 1. 2. quod ad Perſeum ſpectat. *Propert. l.* 3. *eleg.* 20. Sectaque Perſea Phocidis arva manu.

Perſia, æ, f. & Perſis, idis, f. 3. *Perſia*, inc. *Farſi*, & *Farſiſtan*, Περσίς, prov. Aſiæ, ampla, ad mare rubrum, quod propterea & ſinus Perſicus appellatur, a Perſe, vel Perſeo rege ſic dicta. V. *Plin. l.* 6. *c.* 26. & 27. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 28. Tabellæ a Perſia allatæ. *Virg.* 4. *Georg. v.* 290. Quaque pharetratæ vicinia Perſidis urget.

Perſĭbe, adv. acute, callide. *Var. l.* 6. *de L. L.* ut *Scaliger* legit, Perſibe, perite. Ubi vulgo *Perſibus aperite*.

Perſĭbus, a, um, peracutus, a *per*, & *ſibus*, callidus, acutus. *Feſt.* Perſibus peracutum ſignificare videtur. *Plaut.* ac *Nav.* ee uſus docet. Alii leg. *perſicus*.

Perſiccātus, a, um, nom. ex partic. valde ſiccatus. *Apic. l.* 7. *c.* 6. Perſiccatam, & expreſſam.

Perſiccus, a, um, adject. valde ſiccus. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Si oculi graves, & aut perſicci, aut ſubhumidi ſunt.

Perſĭce, adverb. *alla Perſiana*, Perſarum more. *Quintil. l.* 11. *c.* 2. *ſub fin.* Perſice loqui.

Perſĭcum. V. Perſicus, a, um.

Perſĭcus, a, um, adject. *Perſiano*, *di Perſia*, ut Perſicus ſinus, *Plin. l.* 6. *c.* 24. *Golfo di Perſia*, Perſica regna, *Juven. ſat.* 14. Perſicus apparatus, h. e. opulentus, delicatus, ſplendidus, a Perſarum deliciis, & luxu, *Horat. l.* 1. *od.* 38. ¶ Perſica malus, *peſco*, περσικὴ μηλέα, *perſicaro*, arbor humilis, folio linguæ ſimili, & amygdalæ, paulo majore, flore ſubpuniceo, fructu ſimili cordi, qui *Perſicum malum* vocatur, *peſca*, *perſico*. Nomen habet a Perſide, ex qua a Macedonibus poſt victum Darium in Græciam translata eſt. ¶ Sacra fuit Harpocrati ſilentii Deo, ut auctor eſt *Plut. l. de Iſide, & Oſiride*. Ratio eſt, quia hujus arboris folium linguæ ſimile eſt, fructus cordi. V. *Macrob. l.* 2. *c.* 15. & *Plin. l.* 13. *c.* 9. & *l.* 15. *c.* 13. ¶ Dicitur etiam Perſicus, i, f. abſolute. *Pallad. l.* 1. *c.* 37. Perſicus, pirus, pomiferæque arbores. ¶ Perſicum malum, *perſico*. fructus Perſicæ arboris, foris molli lanugine veſtitus, carnoſus, ſucculentus, intus oſſe duro, & ſcabro, quod nucleum amygdalæ ſimilem habet. *Plin. l.* 16. *c.* 12. Sed Perſicorum palma duracinis, &c. ¶ Eſt etiam Perſica malus eadem quæ Medica, & citrea, apud *Macrob.* 2. *Saturn. c.* 15. V. Aſſyrius.

Perſĭdĕo, es, edi, eſſum, ἐγκαθίζομαι, permaneo, ex *per*, & *ſedeo*. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatque.

Perſides, um, m. piſces ex genere polyporum. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Perſidicus, a, um, idem quod Perſicus. In vet. epigram. ætatis Gratiani Imp. apud *Panvin. de civ. Romana*, c. 38. Perſidicique Mithræ antiſtes Babylonia templi.

Perſīdo, is, n. 3. ἐγκαθίζομαι, deorſum fero, deſcendo, penetro. *Lucret. l.* 2. At neque quo pacto perſederit humor aquai, viſum eſt, id eſt immiſſus ſit, intrarit, penetrarit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 442. Ubi frigidus imber altius ad vivum perſedit. Rurſus *Lucret. l.* 2. *v.* 1124. Fruges perſidit in ipſas Peſtilitas.

Perſigno, as, a. 1. *ſuggellare*, ἐνσημαίνω, obſigno. *Liv. l.* 25. *c.* 7. Uti ſaceris conquirendis, doniſque perſignandis.

Perſillum vocant ſacerdotes ridiculum picatum, in quo unguen eſt, quo Flamen arma Quirini ungit. *Feſt.*

Perſimilis, le, *n.* 3. valde ſimilis. *Cic. in Part.* Quæ eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis. Adde de *petit. conſul. c.* 7.

Perſimplex, icis, adject. valde ſimplex. *Tac.* 15. *Ann. c.* 45. Perſimplici victu, & agreſtibus pomis vitam tolerat.

Perſis, idis, f. idem quod Perſia. V. Perſia. ¶ Item adjective, quæ eſt ex Perſia. *Ovid.* 1. *Amor. v.* 172. Perſidas induas, Cecropiaſque ntes.

Perſiſto, is, ſtiti, n. 3. *perſiſtere*, *perſeverare*, διατελῶς ἀφίσταμαι, duro, perſevero. *Cic.* 2. *de Div.* Pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris. *Liv. l.* 38. *c.* 14. In eadem impudentia perſiſtem.

Perſites, æ, tithymali ſpecies. *Apul. de herb. c.* 108.

C. Perſius, Civis Roman. doctiſſimus omnium Romanorum. *Cic.* 2. *de Orat.* & *in Brut.* ¶ Perſius Flaccus, Poeta Satyricus, Volaterris Hetruriæ oppido natus. Conſtat, eum clarviſſe iiſdem fere temporibus, quibus Domitius Nero imperium Urbis Romæ ſuſcepit. Magiſtros habuit, in Grammatica Rhemnium Palæmonem Vicentinum, in Rhetorica Flavium Virginium. Fuit amiciſſimus Annæi Cornuti. Scripſit ſatyras multo quidem ſale, & acumine, ſed non minore obſcuritate, adeo ut affectaſſe eum quidam putent, & in eo dediſſe operam, ut minus intelligeretur. *Mart. l.* 4. *epigr.* 29. Sæpius in libro laudatur Perſius uno, Quam levis in tota Marſus Amazonide.

Perſolāta, vel Perſollata, æ, f. 1. ἄρκειον, προσώπιον, προσωπίς, genus herbæ circa rivos, & flumina, quam Officinæ lappam majorem vocant. Ita ſcribitur apud *Plin.* in manuſcriptis, & ita ſimiliter eſt in veteri editione Parmenſi. Quibuſdam tamen dicitur *perſonata*, vel *perſonacea*, *Plin. l.* 25. *c.* 9. *Colum. l.* 16. *c.* 17.

Perſolemnis, ne, adject. valde ſolemnis. Quidam Lexicographi afferunt exemplum *Suetonii* in *Ner. c.* 28. quod tamen nihil conficit. Verba ſunt: Cum dote & flammeo per ſolemne nuptiarum ad ſe deductum pro uxore habuit.

Perſolido, as, avi, atum, a. 1. idem ac ſolido. *Stat.* 5. *Theb. v.* 353. Sicco quos aſper hiatu perſolidat Boreas. h. e. congelat.

Perſolla, læ, f. diminut. parva perſona, ut corolla a corona. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 36. ubi tamen Codices mire variant. V. Perſolus.

Perſolvo, is, lvi, utum, *pagare affatto*, ἐκτίνω, perfecte, ſeu in totum ſolvo. *Cic. Att. l.* 5. Stipendiumque ejus uſque illius Quintilis perſolutum. ¶ Item pro reddere, quod acceptum eſt, quodcunque illud ſit, *rendere*. *D. Brut. Cic. l.* 11. *ep.* 11. Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt. *Cic.* 7. *Ver.* Et receptum officium Siculis neceſſariis meis erit perſolutum. *Virg.* 1. *Æn.* Grates perſolvere dignas non opis eſt noſtræ. ¶ *Perſolvere pœnas*, eſt dare pœnas, puniri. *Cic.* 2. *Phil.* Pœnas Diis, hominibuſque meritas, debitaſque perſolvat. ¶ *Perſolvere promiſſum*, eſt promiſſum perficere. *Cic. pro Sext.* Sinite, me, quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id a vobis ei perſolvere. *Caſſ. Cic. l.* 12. *Fam.* Dum promiſſa militibus perſolvo. Sic perſolvere, *Propert. l.* 2. *eleg.* 26. ¶ *Perſolvere epiſtolæ*, eſt ſatisfacere, ſeu reſpondere. *Cic. Att. l.* 14. Perſolvi primæ epiſtolæ, venio ad ſecundam. ¶ Perſolvere quæſtionem, eſt expedire, explicare. *Id. Att. l.* 7. Si hoc mihi ζήτημα perſolveris. ¶ Poetæ metri cauſa *perſoluo* dicunt quadriſyll. pro *perſolvo*. *Albinovan. ad Liviam*, *v.* 369. Vita data eſt utenda, data eſt ſine fœnore nobis Mutua, nec certa perſoluenda die.

Perſōlus, a, um, n. 1. 2. idem ac ſolus, ſeu merus, *unico*. *Plaut. Curc.* 1. 3. 38. Ebriola, perſolæ nugæ. Alii aliter legunt. *Id. Menach.* 1. 2. 46. Oculum effodito perſolum mihi, ſi ullum verbum faxo. Verba ſunt cujuſdam inſci, ſeu cocliti.

Perſolūta, æ, f. 1. herba hortenſis, apud Ægyptios, al. perſolytan. *Plin. lib.* 21. *c.* 13. Et perſolutam Ægyptus in hortis ſerit coronarum gratia.

Perſōna, æ, f. 1. *maſchera*, μορμολύκειον, proprie eſt hiſtrionum larva, imago hominis, ſatyri, beſtiæ, aut hujuſmodi. *Gel. l.* 5. *c.* 7. ex *Gabio Baſſo* ſcribit dici a *perſonando*, nempe quia caput, & os cooperimento perſonæ tectum, undique, unaque tantum vocis emittendæ via apertum, quoniam non vaga, nec diffuſa eſt, in unum tantummodo exitum coarctat vocem, & magis claros, canoroſque ſonitus facit. *Juven. ſat.* 3. *v.* 174. tandemque redit ad pulpita notum Exodium, cum perſonæ pallentis hiatum In gremio matris formidat ruſticus infans. ¶ Translata, ſeu figurate varie accipitur. Imprimis per Metonymiam pro fabulæ actore, id eſt pro uno ex iis, qui ad fabulam agendam in ſcenam producuntur. *Teren. in prol. Eun.* Eas ſe non negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuum. ¶ Deinde per Metaphoram pro ſpecie, imagine, idea rerum incorporearum. *Cic.* 4. *Ver.* Imponatur honeſtæ civitati turpiſſima perſona calumniæ? ¶ Item pro ſpeciali hominis natura, moribus, ſtatu, dignitate, exiſtimatione. In hac acceptione in uno homine multæ poſſunt eſſe perſonæ, mariti, patris, præceptoris, magiſtratus, mitis, læti, iracundi &c. *Cic. pro Cluent.* Hujus Staleni perſona populo jam nota, atque perſpecta a nulla turpi ſuſpicione abhorrebat. *Id. de Amic.* Quia nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus, &c. *Id. pro Planc.* Abjecta Quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta. ¶ Item pro onere, munere, officio. *Cic. in Piſon.* Non capiunt anguſtiæ pectoris tui tantam perſonam, tam gravem, tam ſeveram. *Id. de Leg. Agr.* Vos mihi Prætori biennio ante hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, ut, &c. ¶ Per Metaphoram, & Metonymiam ſimul ponitur pro ipſo homine, *perſona*, פרצוף, Germ. *perſon*, Gal. *perſonne*, Hiſp. *perſona*, πρόσωπον. *Cic.* 2. *Agr.* Grave eſt enim nomen imperii, atque etiam in levi perſona pertimeſcitur. *Id. l.* 6. *Fam.* Et in ejus perſonam multa fecit aſperius. ¶ Denique per Catachreſin perſonæ appellantur eminentes figuræ in ædificiis, vel in hortis, quæ varios vultus, & geſtus exprimunt, vel aquas ore, aut mentula fundunt. *Ulp. l. fundi. §. de act. empt.* ¶ Apud Grammaticos perſonæ in nominibus, & verbis ſunt, *ego*, *tu*, *amo*, *amas*, &c. *Varr. l.* 7. & 8. *de L. L.*

Perſonacia, æ, f. apud *Apul. de herb. c.* 36. eadem herba eſt, quæ *Plinio* perſolata, ſeu perſonata.

Perſonalis, le, n. 3. *perſonale*, προσωπικός, quod ad perſonam pertinet, ut *Actio perſonalis*, quæ in perſonam datur, cui opponitur actio *realis*, quæ datur in rem. *Paul. l. pen. ff. de ſerv. præd. ruſt.* Perſonalis uſus aquæ. Adde *Ulp. l.* 63. *ff. pro ſoc.* ¶ Verbum perſonale eſt, quod habet omnes perſonas utriuſque numeri, ut amo, *amas*, *amat*, *amamus*, *amatis*, *amant*. *Charſ. Diomed. Priſcian.*

Perſonaliter, adv. apud Grammaticos ſignificat, cum perſonis, ut Verbum perſonaliter dictum, *Gell. l.* 15. *c.* 13. ¶ *Arnob. l.* 3. alia ratione uſurpat: Etiamſi, inquit, perſonaliter ignoramus, qui ſunt Lares, Penates, &c. *non ſappiamo preciſamente*.

Perſonata. V. Perſolata.

Perſonatus, a, um, *maſcherato*, Ger. *der eine larve fur hat*, Gal. *maſque*, Hiſp. *maſcharado*, προσωπιδοφορῶν, ὁ ἐν προσωπείῳ, qui perſona, h. e. larva indutus eſt. Proprie perſonati, teſte *Feſto*, dicebantur hiſtriones Atellani, quia jus erat iis non cogi in ſcena ponere perſonam, quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 59. Qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. ¶ Perſonata fabula dicitur, quæ agitur a perſonatis hiſtrionibus. Hoc nomine fabula quædam *Nævii* inſcribitur, non quod primum ab hiſtrionibus perſonatis acta ſit, ut quidam putant, cum multis poſt annis comœdi, & tragœdi perſonis uti cœperint, ſed quia propter inopiam comœdorum acta nova eſt per Atellanos, qui proprie vocabantur perſonati. *Feſt.* ¶ Per translationem etiam folia herbæ perſolatæ perſonata dicuntur. *Plin. l.* 21. *c.* 15. Foliis latiſſimis ad ſimilitudinem earum, quæ perſonata in noſtris amnibus vocamus. ¶ Item translate perſonatus dici poteſt, quiſquis foris aliud oſtendit, & intus aliud ſentit, & machinatur. *Cic. Att. l.* 15. Quid eſt autem, cur ego perſonatus ambulem? ¶ Perſonata felicitas, quæ vera non eſt, ſed ſimulata, *Senec. epiſt.* 80.

Perſōno, as, ui, itum, n. 1. *ſonare molto*, *gridare*, *riſonare*, ἐξηχέομαι, valde ſono, clamo, perſtrepo. *Cic. pro Cæl. c.* 20. Illæ vero non loquuntur ſolum, verum etiam perſonant, huc unius mulieris libidinem eſſe prolapſam, &c. *Virg.* 1. *Æn.* Cithara crinitus Jopas perſonat aurata. *Id.* 6. *Æn.* Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci perſonat. *Hor.* 2. *ſer. ſat.* 6. Simul domus alta Moloſſis perſonuit canibus. *Id. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 7. Eſt, mihi purgatam crebro qui perſonet aurem, h. e. in aurem clamet.

Perſōnus, a, um, adject. *reſonante*. *Val. Flac. l.* 4. *v.* 418. In Aſpide cincta comas, & ovanti perſona ſiſtro.

Perſorbĕo, es, n. 2. ἀναῤῥοφέω, totum ſorbeo. *Plin. l.* 31. *c.* 15. Tanui fiſtula, ſpiſſioreſque perſorbentes.

Perſpecte, adv. διεσκεμμένως, diligenter, & docte. *Plaut. Mil.* 3. 1. 161. Ut docte, & perſpecte ſapis.

Perſpectio, onis, f. perſpicientia. *Lactant. l.* 2. *c.* 8. Terrenum animal rerum cœleſtium perſpectionem non capit. Adde *de ira Dei*, c. 1.

Perſpecto, as, a. 1. freq. a perſpicio, ἀναθεωρέω. *Plaut. Mil.* 3. 1. 2. Sinite, me prius perſpectare, ne uſpiam inſidiæ ſient. *Suet. in Domit. c.* 4. Navales pugnas inter maximos imbres perſpectavit. h. e. uſque ad finem ſpectavit.

Perſpector, oris, m. qui perſpicit. *Juvenc. l.* 2. *v.* 175. Mentis perſpector Jeſus.

Perſpectus, a, um, διεγνωσμένος, viſus, cognitus, exploratus, diligenter animadverſus, certus, a *Perſpicio*. *Cic. pro Balb.* Hujus (virtus) præſens, experta, atque perſpecta obtrectatorum voce læditur? *Cic. Attic. l.* 2. In ſua erga me mihi perſpectiſſima benevolentia. *Id. ad Brut. epiſt.* 1. Perſpectum, & cognitum habere animum alicujus.

Perſpecŭlor, aris, d. 1. περισκοπέομαι, diligenter ſpeculor. *Hirt. de B. Afric. c.* 31. Cum de vallo perſpecularetur.

Perſpergo, is, rſi, rſum, *a.* 3. καταῤῥαίνω, idem ac aſpergo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 34. Quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.

Perſpicabilis, le, adject. conſpicuus. *Ammian. lib.* 14. *cap.* 8. (al. 25.) Tarſus urbs perſpicabilis.

Perſpicace, adv. perſpicaciter. *Afran.* apud *Non. c.* 11. *n.* 35. Quam perſpicace, quam benigne.

Perſpicacia, æ, f. idem ac perſpicacitas. *Cic. Attic. l.* 15. Quod ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret. Alii pro *perſpicaciam* reponunt τρανότητα.

Perſpicacitas, atis, f. *acutezza*, פקח, Germ. *verſtande*, Gal. *claire veue*, Hiſp. *agudeza*, περιλέπεια, acumen. *Cic. Att. lib.* 1. *ep.* 18. *in fi.* Etſi ex iis, quæ ſcripſimus, tanta et perſpicacitate, etiam a me non ſcripta

pta perſpicis. Pleræque optimæ editiones omittunt *et perſpicacitate*.

Perſpicaciter, adv. acute, cum perſpicientia. *Ammian. l.* 29. c. 1. Omnibus perſpicaciter inquiſitis.

Perſpicax, acis, o. 3. *acuto*, פקח, Ger. *verſtandig*, Gal. *clairvoyant*, Hiſp. *agudo*, ὀξυδερκής, conſideratus, acutus. *Cic.* 1. *Offic.* Id, quod acutum, & perſpicax natura eſt. *Apul. l.* 2. *A. A.* Perſpicacior Lynceo, vel Argo.

Perſpicibilis, le, adject. qui perſpici poteſt. *Vitruv. l.* 9. c. 4. Perſpicibilis, & parens Solis ſplendor.

Perſpicientia, f. 1. *cognizione*, θεωρία, perfecta viſio, vel cognitio. *Cic.* 1. *Off. c.* 5. Aut enim in perſpicientia veri, ſolertiaque verſatur.

Perſpicio, is, exi, ectum, a. 3. *vedere, o conoſcere perfettamente*, διορῶ, perfecte video, cognoſco, intelligo. *Cic. pro Cluent.* Hæc niſi omnia perſpexeritis in cauſa. *Idem de Amic. c.* 17. Quidam ſæpe in parva pecunia perſpiciuntur quam ſint leves. *Idem pro leg. Manil. c.* 9. Conjecture perſpicere.

Perſpicue, adv. *chiaramente*, φανερῶς, clare, evidenter. *Cic.* 4. *Acad.* Quo enim modo perſpicue dixeris, album? &c. Adde 3. *Fin. c.* 5.

Perſpicuitas, atis, f. *chiarezza*, Ger. *clarheit*, Gall. *evidence, clairté*, Hiſp. *claridad*, ἐνάργεια, ſplendor, evidentia, facilitas. *Cic.* 4. *Acad.* Propterea, quod nihil eſſet clarius energia, ut Græci, perſpicuitatem, aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus. Adde 3. *de nat. Deor. c.* 4.

Perſpicuus, a, um, *traſparente, chiaro*, נראה, Germ. *offenbar*, Gall. *fort clair*, Hiſp. *muy claro*, διαφανής, quod viſum tranſmittit, diaphanum, lucidum, pellucidum. *Martial. l.* 4. *epigr.* 86. Prodas perſpicuus ne duo vina calix. ¶ Translate ponitur pro manifeſto, facili, minime dubio. *Cic. pro Quinct.* Eſt quidam tamen ita perſpicua veritas, ut eam infirmare nulla res poſſit. *Id. pro Dom.* Se in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus injeciſſe. *Id. Ver.* 2. c. 2. Perſpicuum facere.

Perſpiro, as, a. 1. idem quod ſpiro, vel valde ſpiro. *Cato R. R. c.* 157. Venæ ubi ſufflatæ ſunt cibo, non poſſunt perſpirare in toto corpore.

Perſterno. V. Perſtratus.

Perſtimulo, as, a. 1. idem ac ſtimulo. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 42. Agrippinæ proximi illiciebantur pravis ſermonibus ſpiritus perſtimulare.

Perſtino. V. Præſtino.

Perſto, as, perſtiti, perſtatum, n. 1. *perſeverare, continuare*, עמד, Ger. *beſtehen*, Gal. *perſeverer*, Hiſ. *perſeverar*, ἐπιμένω, permaneo, perſevero. *Gel. l.* 2. c. 1. Homo pervius, pernoxque perſtabat. *Cic.* 4. *Acad.* Perſtare in pravitate ſua. *Liv. lib.* 8. c. 34. Se tamen perſtaturum in incepto. *Virg.* 5. *Æn.* mens eadem mihi perſtat. *Tacit. Ann.* 14. c. 6. Perſtiterunt ſanctitatem dominæ tueri.

Perſtratus, a, um, partic. a perſterno, perfecte, vel totus ſtratus. *Liv. l.* 10. c. *ult.* Damnatis aliquot pecuariis, via a Martis ſilice ad Bovillas perſtrata eſt.

Perſtrenue, adverb. valde ſtrenue. *Terent. Adelph.* 2. 2. 13. Abi perſtrenue, ac fores aperi. Al. leg. præſtrenue.

Perſtrepo, is, pui, pitum, n. 3. καταψοφέω, valde ſtrepo. *Terent. Eun.* 5. 9. 58. Abeunt lavatum, perſtrepunt.

Perſtrictus, a, um, adject. valde ſtrictus. *Plin. l.* 17. c. 24. Perſtrictus gelu non potuit eo humor pervenire.

Perſtringo, is, inxi, ictum, a. 3. *ſtringere forte*, σφίγγω, valde ſtringo. *Cat. de R. R. c.* 32. Ne vitem præcipites, & ne nimium perſtringas. *Liv. l.* 1. c. 25. Perſtringit me horror. ¶ Translate ſumitur pro breviter, & ſummatim dicere, vel ſcribere. *Cic. pro Roſc. Amer.* Sed in animo eſt leviter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquanque rem. ¶ Item pro leviter reprehendere, levique dolore afficere. *Cic. pro Sext.* Ut eos, quorum ſcelere, & furore violatus eſſem, vocis libertate perſtringerem. *Id. pro Planc. c.* 14. Perſtringere aliquem facetiis aſperioribus. ¶ Item pro obnubilare, obſcurare, obtundere. *Cic. de Sen.* Voluptas rationi inimica mentis, ut ita dicam, perſtringit oculos. *Id.* 1. *de Div.* Quorum utrunque perſtringere aciem mentis ſolet. *Hor. l.* 2. *od.* 1. Jam nunc minaci murmure cornuum perſtringis aures. ¶ Aratro perſtringere, eſt arare. *Cic. de Leg. Agr.* 2. c. 25. Quod ſolum tam exile, & macrum eſt, quod arature perſtringi non poſſit.

Perſtruo, is, a. 3. idem quod ſtruo, ædifico. *Vitruv. l.* 7. c. 4. Paries cum in altitudinem perſtructus fuerit.

Perſtudioſe, adv. valde ſtudioſe. *Cic. in Brut. c.* 56. Eumque audire perſtudioſe ſolerem.

Perſtudioſus, a, um, πολυμαθής, valde ſtudioſus. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 22. Muſicorum vero perſtudioſum accepimus.

Perſuadeo, es, aſi, aſum, a. 2. *perſuadere*, פתה, Germ. *uberreden*, Gall. *perſuader*, Hiſp. *perſuadir*, μεταπείθω, idem ac ſimplex ſuadeo. *Ter. Andr.* Et is mihi perſuadet, nuptias, quantum queam, ut maturem. ¶ Sæpe eſt ſuadendo inducere ad credendum aliquid, vel faciendum. *Cic. pro Cluent.* Cum hoc perſuadere vobis velim. *Auct. ad Her. l.* 1. c. 6. Cum animus auditoris perſuaſus videtur ab iis, &c. *Cæſ. l.* 4. Huic magnis præmiis, pollicitationibuſque perſuadet, ut ad hoſtes tranſeat. ¶ Perſuadere ſibi, eſt credere. *Cic. pro Roſc. Amer.* Ego contra breviorem poſtulationem affero, & (quomodo mihi perſuadeo) aliquanto æquiorem. *Id. ad Brut. l.* 11. *epiſt.* 5. Quamobrem velim, tibi ita perſuadeas, me &c. ¶ Sæpe uſurpatur imperſ. *Cic. de Sen.* Mihi quidem nunquam perſuaderi potuit, animos, &c. *Id.* 1. *Offic.* Cum perſuaſum ſit, nihil hominem, niſi quod honeſtum ſit, expetere oportere.

Perſuaſibilis, le, *perſuaſibile, probabile, veriſimile*, πιθανός, qui perſuaderi poteſt, probabilis, veri ſimilis. *Quintil.* aliquoties uſurpat *l.* 2. c. 15. ubi de Rhetorices definitione diſſerit, & Latine vertit vocem Ariſtotelis, & aliorum Græcorum πιθανόν. Sunt qui leg. *perſuadibilis*.

Perſuaſibiliter, *perſuaſibilmente, probabilmente*, πιθανῶς, veriſimiliter, probabiliter. *Cornel. Celſ.* apud *Quintil. l.* 2. *cap.* 15. Finis Rhetorices eſt dicere perſuaſibiliter in dubia & civili materia. Adde *Quintil.* ibi Hermagoræ Græca verba vertentem. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 5. dicit *apposite ad perſuaſionem*.

Perſuaſio, onis, f. *perſuaſione*, Germ. *beredung*, Gall. *perſuaſion*, Hiſp. *perſuaſion*, πίστις, credulitas, opinio firma, fides. *Plin. lib.* 25. c. 2. Durat tamen tradita perſuaſio in magna parte vulgi, &c. *Quintil. l.* 2. c. 4. Arrogans de ſe perſuaſio. *Id. lib.* 1. c. 1. Falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt.

Perſuaſorius, a, um, ad perſuadendum accommodus. Vide Perſuaſorius.

Perſuaſtrix, icis, f. quæ perſuadet. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 47. Eccas tandem probri perlecebras, & perſuaſtrices.

Perſuaſus, a, um, *perſuaſo*, πεπεισμένος. *Cic. in Tuſc.* Quo viſo, & perſuaſo, ægritudo inſequitur neceſſario. *Id.* 7. *Ver.* Hodieque omnes ſic habent perſuaſum, iſtum, &c. *Brut. Cic. lib.* 11. *epiſt.* 12. Sed quod mihi perſuaſiſſimum eſt, Lapidum, &c. *Colum. lib.* 12. c. 2. Ea porro perſuaſiſſimum habere debebit, &c. *Auct. ad Her. l.* 1. c. 6. Cum animus auditoris perſuaſus videtur eſſe ab iis, qui ante dixerunt. *Et mox.* Si perſuaſus auditor fuerit.

Perſuaſus, us, m. perſuaſio. *Cic. pro Varone*, apud *Quintil. l.* 5. c. 10. Hujus perſuaſu, & inductu. ¶ In aliis caſibus cave uſurpes, antequam exemplum reperias.

Perſubtilis, le, o. 3. valde ſubtilis. *Cic. pro Planc. c.* 24. Et quoniam tua fuit perelegans, ac perſubtilis oratio. *Lucr. l.* 3. v. 180. Animum perſubtilis.

Perſulcatus, a, um, nom. ex partic. ſulcis cavatus, aratus. *Claudian. l.* 1. *in Rufin.* v. 136. rugiſque ſeveras Perſulcata genas.

Perſultator, oris, m. qui perſultat. *Symmach. lib.* 7. *epiſt.* 20. Bajani litoris perſultator.

Perſulto, as, avi, atum, n. 1. σκιρτάω, ſuper rem aliquam ſalto, quod proprie ferarum eſt, & pecudum, quæ in pabuli ubertate identidem ſubſiliunt. *Lucret. lib.* 1. v. 14. Inde feræ pecudes perſultant pabula læta. ¶ Eſt item cum petulanti quadam inſultatione locum, agrumve percurrere, & interdum ſaltando lætitiam animi oſtendere. *Liv. lib.* 34. c. 20. Quem ſæpe in agro eorum impune perſultaſſent. *Tac.* 11. *Ann. c.* 27. Dum hiſtrio cubiculum principis perſultaret, dedecus quidem illatum. *Id.* 5. *hiſt. c.* 15. Germani notis vadis perſultabant.

Pertabeſco, is, ui, o. 3. valde tabeſco. *Sever. in Ætna*, v. 472. Tum ſi quæ lapidum ſummo pertabuit igne.

Pertædeo, es, dui, o. 2. ἀδημονέομαι, tædio vehementer afficior. *Gel. l.* 1. c. 2. Jamque omnes finem cuperent, verbiſque ejus defatigati pertæduiſſent.

Pertædeſcit, ebat, imp. 3. idem ac pertædet, vel incipit pertædere. *Cat. c.* 156. Nolite multum dare, ne pertædeſcat.

Pertæſus, a, um, *annoiato*, ἀπηυδηκώς, partic. a pertædeo, voce paſſiva, ſed ſignificatione activa. Conſtruitur cum genit. *Ter. l.* 15. *Aue. c.* 51. Lentitudinis eorum pertæſa. ¶ Vel cum accuſ. *Suet. in Cæſ. c.* 7. Ut quaſi pertæſus ignaviam ſuam, &c.

Pertædet, ebat, tæſum eſt, imp. 2. *rincreſcere molto*, ἀδημονεῖται, eſt tædio vehementer affici. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 2. Pertæſum eſt enim levitatis, &c. *Gell. l.* 15. c. 20. Quarum matrimonii pertædebat.

Pertego, is, xi, ctum, a. 3. *coprire da ogni parte*, περιστεγάζω, omni ex parte tego. *Plaut. Rud.* 1. 2. 35. Quin pertegamus villam. *Id. Trinum.* 1. 1. 41. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pertendo, is, di, ſum, a. 3. διατείνω, ἐπιτείνω, valde tendo, extendo. *Cat. de R. R. c.* 52. In arboribus, ubi radices capiant, calicem, aut qualum pertendito. Aliqui legunt *pertundito*. ¶ Aliquando eſt ad finem ducere id, quod cœperamus. *Ter. Heaut.* 5. 3. 9. Video non licere, ut cœperam, hæc pertendere. ¶ Ponitur & pro proficiſci, recta tendere. *Liv. l.* 5. c. 8. Pars maxima, atque ipſe Sergius Romam pertenderunt. ¶ Item pro perſiſtere, perſeverare. *Propert. l.* 2. *eleg.* 16. (al. 13.) v. 17. Quod ſi pertendere animo veſtra cubare. Al. leg. *Quod ſi pertendens animo veſtra cubaris*. ¶ Pertendere cum aliquo pro contendere, aſſerunt nonnulli Lexicographi ex *Cic. pro Balb. c.* 5. ſed ibi dubia eſt lectio.

Pertentatus, a, um, nom. ex partic. valde tentatus, affectus. *Apul. Met.* 1. Fatigatione pertentatus. *Tac.* 6. *Ann. c.* 20. Diverſis ſermonibus pertentatus.

Pertento, as, avi, atum, a. 1. *tentare bene*, ἐπιπειράομαι, vehementer tento, exploro, expiſcor. *Ter. Andr.* Sed ea gratia ſimulavi, vos ut pertentarem. *Tac.* 2. *hiſt. c.* 49. Allatis pugionibus duobus, cum utrumque pertentaſſet. *Id.* 1. *hiſt. c.* 29. Placuit pertentari animum cohortis. ¶ Item pro conſiderare. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 1. *ep.* 4. Sed tu perſpice rem, & pertenta. ¶ Item pro permovere, commovere. *Virg.* 4. *Æn.* Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. *Id.* 3. *Georg.* Ut tota tremor pertentet equorum corpora.

Pertenuis, e, o. 3. παμλέπτος, valde tenuis. *Plin. l.* 16. c. 43. Secatur in laminas pertenues & ilex. ¶ Translata ſumitur pro valde parvo. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 3. Spes ſalutis pertenuis oſtenditur. *Id. de Leg. Agr.* Cum pertenui diſcrimine ſepararentur.

Pertepidus, a, um, adject. valde tepidus, ut aquæ pertepida. *Vopiſc. in Carino*, c. 17.

Perterebro, as, avi, atum, a. 1. διατετραίνω, idem ac terebro, ſeu plane terebro. *Cic.* 1. *de Div. c.* 24. Annibalem Cœlius ſcribit columnam auream perterebraviſſe. *Vitruv. l.* 8. c. *ult.* Lapis perterebratus.

Pertergeo, es, &

Pertergo, is, erſi, erſum, a. 3. ἀπομάττω, diligenter tergo. *Col. l.* 12. c. 9. Extrinſecus munda ſpongia vaſa pertergere. *Hor. l.* 2. *ſat.* 8. v. 11. Gauſape purpureo menſam perterſit. *Lucret. l.* 4. v. 248. Iſque ita per noſtras acies perlabitur omnis, Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit.

Pertero, is, trivi, itum, a. 3. *conſumare fregando*, κατατρίβω, terendo comminuo. *Plaut. Men.* 1. 1. 9. Tum compediti januam lima preterunt. Alii leg. *praeterunt*. *Col. l.* 12. c. 38. Cum eam paululum ſiccaverunt, pererunt. *Et mox.* Per lineum ſaccum, quod pertriverunt, exprimunt.

Perterrefacio, cis, a. 3. ἐκπλήσσω, valde terrefacio, idem ac perterreo. *Ter. Andr.* 1. 2. 145. Perterrefacias Davum.

Perterrefactus, a, um, partic. a perterrefio. *Brut. ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 20. Sperare eos, te perterrefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia. Alii leg. *pertimefacto*.

Perterreo, es, ui, itum, a. 2. καταπλήττω, valde terreo. *Cic. pro Cæc. c.* 9. Ferro, inquit, te rejeci, atque perterrui. *Ter. Eun.* 5. 3. 13. Hunc perterrebo ſacrilegum.

Perterricrepus, a, um, ἐκπληκτικός, quod terrorem crepando incutit. *Lucret. de contra*, *l.* 6. v. 128. Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem. *Cic. in Orat. ex Poeta* Habeo iſtam ego perterricrepam.

Perterrito, as, a. 1. frequentat. a perterreo. *Avien. in phænom. Arat.* v. 1071. Scorpius ingentem perterritat Oriona.

Perterritus, a, um, καταπλαγείς, valde territus. *Cic. pro Cæl.* Ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent. *Id. pro Cæc. c.* 10. Omnes metu perterriti. *Id. ib. c.* 13. A tuis ædibus vi, atque armis perterritus. h. e. expulſus.

Pertexo, is, xui, xtum, a. 3. ἐξυφαίνω, ad finem uſque texo, perago, perficio. *Cic.* 2. *de Or. c.* 33. Pertexe modo, quod exorſus es. *Idem Att. l.* 1. *ep.* 14. Totum hunc locum valde graviter pertexuit. *Lucr. l.* 1. Pertexere coeptum.

Pertica, æ, f. 1. *pertica*, מטה, Germ. *ein ruten*, Gal. *perche*, Hiſp. *varal*, ἀκμαί, baculus oblongus, et quo fructus decutiunt. *Ovid. de Nuce*, Pertica dat plenis immitia vulnera ramis. ¶ Sumitur etiam pro regula, qua agros metiuntur. Unde in vet. Gloſſ. non ſolum ἀκμαί, ſed etiam κανών exponitur. Crebra hujus perticæ mentio eſt apud *Aggenum*, *Siculum Flaccum*, & alios agrimenſores. *Poeta in Oris*. Perticæ, quæ noſtros metata eſt impia agellos. *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. v. 130. Abſtulit excultas pertica triſtis opes. ¶ Pertica militaris erat, qua militibus agri dividebantur. *Serv. ad* 9. *Ecl.* Uſque ad eum autem locum perticam militarem Octavius Muſca porrexerat. ¶ *Una pertica tractare*, prov. eſt una ulna metiri, ſeu tractare eodem modo. Alii explicant, eadem opera. *Plin. l.* 8. *ep* 2. Ex his etiam, quos non una, ut dicitur, pertica, ſed diſtincte, gradatimque tractavi.

Perticalis, le, o. 3. ex quo fiunt perticæ. *Col. l.* 4. c. 31. Perticalis fere ſalix eundem agrum, quem viminalis, deſiderat.

Pertimefactus, a, um, perterritus. *Pacuv.* apud *Non. c.* 7. n. 2. Is triplici pertimefactus mœrore. V. Perterrefactus.

Pertimeſco, is, mui, n. 3. ἀποφοβέομαι, valde timeo. *Cic.* 7. *Ver.* Hanc tu tantam religionem ſi tum in imperio propter cupiditatem, & audaciam

non

Digitized by Google

non pertimeſcebas. *Id. 7. Ver.* De ſuis periculis, fortuniſque omnibus pertimeſcunt. *Ovid. 6. Faſt.* Attonitæ Mauras pertimuere manus.

Pertinacia, æ, f. *pertinacia, oſtinazione*, Germ. *verharrung*, Gall. *obſtination*, Hiſp. *pertinacia*, αὐθάδεια, obſtinatio. *Cic. de Inv. c. 54.* Ut audacia, quæ fidentiæ, pertinacia, quæ perſeverantiæ finitima eſt. *Id. 1. Fin.* Cum pertinacie, & iracundia recte diſputari non poteſt. ¶ Sumitur etiam in bonam partem pro conſtantia. *Cic. 2. Acad. 12.* Non pertinacia, aut ſtudio vincendi. *Suet. in Caſ. c. 68.* Ne patientia, & pertinacia hoſtis animi ſuorum frangerentur.

Pertinaciter, adv. *pertinacemente*, ἐχυρῶς, obſtinate, perſeveranter. *Plane. Cic. l. 10. Fam. ep. 23.* Ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido infenſus, &c. *Liv. l. 26. c. 38.* Pertinacius defenſa Capua. Et in bonam partem, *Sen. ep. 5.* Quod pertinaciter ſtudes, & omnibus omiſſis, hoc unum agis, ut te quotidie meliorem facias. ¶ Proprie ſignificat valde tenaciter. *Plin. l. 33. c. 6.* Cum æra inaurentur, ſublitum bracteis pertinaciſſime retinet. *Quint. l. 1. c. 1.* Pertinaciter hærere.

Pertinax, acis, adject. *molto tenace*, ὑπέργλισχρος, Gall. *fort tenant*. *Hor. lib. 1. od. 9.* Pignuſque dereptum lacertis, aut digito male pertinaci. ¶ Tranſlate ſumitur pro avaro. *Plaut. Capt. 2. 2. 39.* Tenax ne pater ejus eſt? Ph. imo ædepol pertinax. ¶ Item ſæpiſſime pro obſtinato, nimiſque in ſua ſententia perſiſtente, *oſtinato, pertinace*. *Cic. 1. Fin. c. 8.* Certe pertinax non ero, tibique, ſi mihi probabis ea, quæ dices, libenter aſſentiar. *Hor. 3. od. 29.* Ludum inſolentem ludere pertinax. Rurſus *Cic. 2. Fin. c. 33.* Pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris. *Liv. l. 29. c. 33.* Pertinacior in repugnando. ¶ Item pro duro, acri, diuturno, ut pertinax certamen. *Liv. l. 2. c. 40.* pertinax prælium, *Id. l. ea. c. 48.* pertinax dolor. *Sen. in Herc. Oet. v. 1854.* ¶ Sumitur interdum in bonam partem pro firmo, & conſtanti, *coſtante*. *Apul. in Apol.* Pertinax juſtitiæ. *Liv. l. 25. c. 14.* Vicit omnia pertinax virtus. *Mart. l. 8. epigr. 38.* Qui præſtas pietate pertinaci.

Pertinenter, adv. convenienter, *apto, a propoſito*. *Tertul. l. 4. adverſ. Marc. c. 38.* Vides, quam pertinenter ad cauſam? *Id. ib. c. 31.* Pertinentiſſime ad hanc parabolam. Et *c. 9.* Pertinentius volebat agnoſci.

Pertinĕo, es, nui, n. 2. *arrivare, giugnere*, διατείνω, pertingo, pervenio, a *per*, & *teneo*. Conſtruitur cum accuſ. & præpoſ. *ad*, vel *in*. *Sen. ep. 12.* Hoc pertinet a natali ad diem extremum. *Ulp. l. 1. ff. de cloacis.* Cloaca, quæ ex ædibus ejus in ſuas pertinet ædes. *Cic. l. 2. Div.* Quæ poteſt igitur contagio ex infinito pene intervallo pertinere ad Lunam, vel potius ad Terram? *Id. de Sen.* Tanta eſſe conatos, quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *per*, vel *in*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Eam caloris naturam vim in ſe habere vitalem per omnem mundum pertinentem. Al. leg. *pertingentem*. *Liv. l. 25. c. 24.* Et in vaſtæ magnitudinis urbe partium ſenſu non ſatis pertinente in omnia. ¶ Vel cum abl. ſine præpoſ. *Cic. 2. de nat. Deor.* Earumque implicationem toto corpore pertinentem. ¶ Vel cum adv. *quo*. *Cic. 2. Agr.* Quo pertineat, videte.

Pertinet, ebat, nuit, imp. a. *appartenere*, προσήκει, eſt ſpectare, attinere, dominio cujuſpiam ſubjectum eſſe. *Pompon. l. 50. ff. tit. 16. de verb. ſignif. l. 181.* Verbum illud Pertinere latiſſime patet. Nam & eis rebus petendis aptum eſt, quæ dominii noſtri ſint, & eis, quas jure aliquo poſſideamus, quamvis non ſint noſtri dominii ſint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſſint. Conſtruitur cum accuſ. & præpoſ. *ad*. *Curt. l. 10. c. 7.* Affectaverant nihil ad ipſos pertinens regnum. ¶ Vel interdum cum præpoſ. *in*. *Cic. 2. de Orat.* Non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent. Sed aliqui hic accipiunt pro *pertingerent*. ¶ Sæpe ponitur pro attingere, cadere in aliquem, vel in aliquid. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Ad quem ſuſpicio maleficii pertineat. *Idem pro Cluent.* Pertinuiſſe hoc ad cauſam, tunc, cum reliqua cognoveritis, intelligetis. ¶ Item pro referri. *Cic. pro Cluent.* Id quoque ad corrumpendum judicium pertinet. ¶ In hac acceptione eleganter admittit adverbia *huc*, *illuc*, *eo*, *eodem*, *quo*, *quorſum*. *Cic. 7. Ver.* Summa illuc pertinet, ut ſciatis. *Id. Att. l. 8.* Eodemque pertinet, quod cauſam ejus probo. *Id. 3. de nat. Deor.* Interpretando, quorſum quidque pertineat. *Cajus in l. ſi id, de duobus reis,* Hæc ſententia eo pertinet. ideſt inquit *Bud.* hujus ſententiæ effectus eo uſque progreditur, vel hæc ſententia eo tendit. ¶ Item pro intereſſe, utile eſſe, expedire. *Cic. ad Brut. epiſt. 2.* Id valde pertinet, ut ego tum intelligebam, ad Rempublicam, ut nunc judico, ad dignitatem tuam. ¶ Item pro officium eſſe, munus eſſe. *Cic. de Amic. c. 4.* Si nihil ad eos pertinere arbitrarentur. *Id. pro Roſc. Amer.* Quod prima illa res ad meum officium pertinet. ¶ *Pertinere ad rem*, eſt a re eſſe, non alienum eſſe a re, *far a propoſito*. *Cic. l. 13. Fam. ep. 13.* Si quid hoc ad rem pertinet.

Pertingo, is, tigi, tactum, n. 3. *giugnere, arrivare*, διϊκνέομαι, ἐφάπτω, pervenio. *Plin. l. 11. c. 37.* Venam ab oculis pertingere ad cerebrum, peritiſſimi auctores tradunt. V. aliud Ciceronis exemplum in pertineo.

Pertiſus, a, um, idem ac pertæſus. *Feſt.* Diſtiſum, & pertiſum dicebant, quod nunc diſtæſum, & pertæſum.

Pertolĕro, as, a. 1. tolero, fero. Legitur in *ſuppoſitis Plauti*, *Amphytr. ſcena quæ incipit*, *Dy veſtram fidem*, *v. 20.* Pertolerarem vim tantam, cladeſque exantlarem impetibiles.

Pertōno, as, n. 1. *Hieronym. epiſt. 61. ad Pammach. c. 4.* Et morantem in populis, laudis cupidum pertonabas.

Pertorquĕo, es, orſi, rtum, idem ac torqueo, diſtorqueo. *Lucret. l. 2. v. 401.* Ferique Centauri fœdo pertorquent ora ſapore.

Pertractate, adv. *Plaut. Capt. prol. v. 55.* Profecto expediet Fabulæ huic operam dare: non pertractate facta eſt, neque item ut cæteræ. h. e. non vulgariter, non ratione in aliis uſitata, & pertractata, ſed nova, & ſingulari. Alii leg. *prætextate*. h. e. laſcive, quemadmodum *Gellius* dixit *prætextata verba*.

Pertractatĭo, onis, f. διαχείρισις, actus pertractandi, frequens revolutio. *Cic. 1. de Orat. c. 11.* In Grammaticis Poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio. ¶ Legitur & pertrectatio. *Gel. l. 5. c. 1.* Ut conſcientiam ejus afficerit animi partium aut ſincerarum, aut ægrarum pertrectatio.

Pertractātus, a, um, adject. valde tractatus, exploratus, cognitus. *Cic. 3. Tuſc. c. 14.* Hæc eſt divina ſapientia, & perceptas, & pertractatas res humanas habere.

Pertracto, as, a. 1. *maneggiare*, ἀναψηλαφάω, manibus frequentius tracto, & tango. *Cic. in Parad.* Barbatulos mullos receptantem de piſcina, & pertractantem. ¶ Tranſlate ponitur pro examinare, diligenter conſiderare. *Cic. 2. Fin.* Eamque omni cogitatione pertractans percontare ipſe te. ¶ Item pro diſſerere, diſputare de re aliqua. *Cic. 4. Tuſc. c. 10.* Ea, quæ rem continent, pertractemus. ¶ Dicitur etiam *pertrecto*. *Juſtin. l. 1. c. 9.* Tum pertrectare dormienti caput jubet.

Pertractus, us, m. mora, perductio. *Tertul. de Orat. c. 5.* Quidam pertractum quendam in ſæculo poſtulant.

Petrăho, is, xi, ctum, a. 3. *tirare*, ἐφέλκω, valde traho, ad deſtinatum finem traho, cum molimine traho. *Liv. l. 21. c. 28.* Ea ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur. *Id. l. 5.* Ut ad terga collis ab equite ſuo inſeſſi hoſtem incautum pertraherent. ¶ Tranſlate ponitur pro producere, extendere. *Plin. l. 28. c. 1.* Vitam quidem non adeo extendendam cenſemus, ut quoquo modo pertrahenda ſit.

Petransĕo, is, ivi, itum, n. anom. διαβαίνω, idem, ac tranſeo. *Plin. l. 37. c. 5.* Cum viridis non pertranſit aſpectus. *Senec. ep. 4.* Aut perveniat, aut pertranſeat.

Pettranslucĭdus, a, um, quod valde tranſlucet. *Plin. l. 13. c. 16.* Alias indecoro viſu pertranſlucida.

Pertrectatĭo. V. Pertractatio.

Pertrecto. V. Pertracto.

Pertrepĭdus, a, um, valde trepidus. *Capitolin. In Max. & Balb. c. 1.* Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ concurrit.

Pertribŭo, is, a. 3. idem, ac tribuo. *Plin. ep. 18. l. 10.* Apud me & milites, & pagani certatim et qua privatim, qua publice teſtimonium pertribuerunt.

Pertricōſus. V. Petricoſus.

Pertriſtis, & ſte, n. 3. valde triſtis. *Cic. pro Cæl. c. 11.* Fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter.

Petrītus, a, um, nom. ex particip. valde tritus, comminutus. *Col. l. 8. c. 5.* Uva pertrita, & cum aqua potui data. ¶ Item uſu tritus, vulgaris. *Senec. controverſ. 18.* Vulgaris in ejuſmodi controverſiis, & pertrita quæſtio.

Pertrux, ocis, adject. valde trux. *Apul. l. 5. Muſam.* Pertrux beſtia. Alii leg. *trux*.

Pertumultuōſe, adv. valde tumultuoſe. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Pertumultuoſe, neque tamen non vere, Parthos in Syriam tranſiſſe, nuntiaverunt.

Pertunda, æ, f. Dea, quæ pertundendo cingio præeſſe credebatur. *Arnob. l. 4. pag. 131.*

Pertundo, is, udi, uſum, a. 3. *rompere, ſpezzare*, Germ. *ablegenzerſ*, Gal. *percer, rompre*, Hiſp. *quebrar, romper*, διακόπτω, valde percutio, percutiendo frango, perforo. *Colum. l. 6. c. 5.* Aut acuta teſta, vel lapide ungulam pertuderit. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 37.* Ne quiſquam pertundas crumenam, cautio eſt.

Perturbate, adv. *confuſamente*, διατεταραγμένως, confuſe, non ſervato ordine rerum, & temporum. *Cic. 1. de Inv. c. 20.* Ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur.

Perturbatĭo, onis, f. *confuſione*, מבוכה, Ger. *verwierung*, Gal. *perturbation*, Hiſp. *perturbacion*, ταραχή, confuſio. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quibus ſublatis perturbatio vitæ ſequitur, & magna confuſio. *Id. 2. Divin.* Perturbatio cæli. ¶ Speciatim dicitur de commotione, ſex motu animi. *Cic. 4. Tuſc.* Eſt igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio ſit, quod πάθος ille dicit, averſa a recta ratione contra naturam animi commotio. *Id. 1. Off.* Ut perturbationes fugiamus. *Id. 1. Offic.* in perturbationes incidere. ¶ De animi perturbationibus *Cicero* diſſerit *in libris Quæſt. Tuſc. præſertim l. 4. item l. 1. & 2. de Or. & in Or.*

Perturbātrix, icis, f. *turbatrice*, quæ perturbat. *Cic. 1. de Leg. c. 13.* Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arceſila, & Carneade recentem exoremus, ut ſileat.

Perturbatus, a, um, *turbato, confuſo*, διατεταραγμένος, confuſus. *Cic. 3. de Orat.* Non confuſis perſonis, non perturbato ordine. *Id. Att. l. 10.* Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu. *Id. Agrar. 1. c. 8.* Civitas ſeditionibus perturbata. *Senec. l. 7. quæſt. nat. cap. 10.* Perturbatiſſimum tempeſtatis genus.

Perturbĭdus, a, um, valde turbatus, ut perturbida civitas, *Vopiſc. in Saturn. cap. 7.*

Perturbo, as, avi, atum, a. 1. *turbare, confondere*, עכר, Germ. *verwirren*, Gall. *troubler*, Hiſp. *perturbar*, ταράττω, valde turbo, confundo, commoveo. *Cic. 3. Offic.* Regulus non debuit conditiones, pactioneſque bellicas, & hoſtiles perturbare perjurio. *Id. 5. Verr.* Hæc te vox non perculit? non perturbavit? *Id. pro Mil. c. 2.* De Reip. ſalute magis, quam de ſua perturbari. ¶ Significat etiam deturbare, expellere. *Auct. ad Herenn. lib. 4.* Ut eum præcipitem perturbetis ex civitate. *Caſ. l. 7. B. Gall.* Fundis, ſagittis, lapidibus noſtros de vallo perturbare. *Ovid. Metam. 3. ver. 79.* ceu concitus imbribus amnis Fertur, & obſtantes perturbat pectore ſilvas. Sunt tamen qui ubique *deturbare* reponunt, vel *proturbare*.

Perturpis, & pe, n. 3. valde turpis. *Cic. pro Cæl. c. 50.* Cum hac aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis non tibi perturpe, aut perflagitioſum eſſe videtur?

Pertuſūra, æ, f. perforatio. *Cæl. Aurel. 5. c. 2.* Pertuſuræ patiens locus.

Pertūſus, a, um, *traforato*, perforatus. *Cato c. 157.* In vas pertuſum congeſta omnia. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 135.* In pertuſum ingerimus dicta dolium.

Pervādo, is, ſi, ſum, n. 3. *trapaſſare*, עבר, Ger. *durchgehen*, Gal. *ſurpaſſer*, Hiſp. *traſpaſſar*, διαβαίνω, vado per aliquam rem, pertranſeo, penetro, ingredior. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 3. Verr.* Non ut legatus P. R. ſed ut quædam calamitas pervadere videretur. *Tac. l. 1. Ann. c. 17.* Niſu tamen corporis, & impetu equi pervaſit. ¶ Vel cum acc. & præp. *per*. *Cic. 3. Verr. c. 26.* Quod & quantum incendium Decumanorum impetu non ſolum per agros, ſed etiam per reliquas fortunas aratorum, non ſolum per bona, ſed etiam per jura libertatis, & civitatis iſto Prætore pervaſerit. *Id. pro L. Man. c. 9.* Opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaſerat. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*, vel *ad*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ne quid in eas, quod noceat, poſſit pervadere. *Liv. l. 7. c. 36.* Inter trepidationem, tumultumque Samnitum præſidium ad caſtra Conſulis pervaſit. ¶ Vel cum acc. ſine præp. *Cic. pro Syll.* Quas oras maxime quaſi morbus quidam illius furor pervaſerat. *Liv. l. 5.* Famaque ea forum, atque urbem pervaſiſſet. ¶ Vel cum adv. motus ad locum. *Cic. pro Leg. Man.* Quo non illius diei fama pervaſerit.

Pervagabĭlis, le, adject. pervagans. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Pelagi campus cymbis late ſecatur pervagabilibus.

Pervagātus, a, um, partic. a pervagor. *Liv. l. 38. c. 17.* Inter mitiſſimum genus hominum ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum, ſedem cepit. ¶ Sæpe ſumitur pro divulgato. *Cic. 4. Verr.* Ut in re tam clara, tam teſtata, tam pervagata tabulas publicas corrumpere auderes? *Id. 2. de Inv.* Pars autem eſt pervagatior, & aut in omnes ejuſdem generis, aut in pleraſque cauſas accommodata. *Id. in Orat. c. 43.* Pervagatiſſimus ille verſus, qui vetat, Artem pudere proloqui, quam factites, diſſimulare non ſinere.

Pervāgo, es, avi, atum, n. 1. idem ac vagor. *Auct. ad Her. l. 3.* (ſi ſalva eſt lectio) Ut identidem primos quoſque locos imaginum innovandarum cauſa celeriter animo pervagemus.

Pervăgor, aris, atus ſum, d. 1. *andare vagando*, περιπλανάομαι, per aliquem locum vagor. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 7. Verr.* Hic, te Prætore, prædonum naviculæ pervagatæ ſunt. ¶ Vel cum acc. & præp. *per*, vel etiam ſine præp. *Cic. 1. de Leg. c. 11.* Moleſtiæ, lætitiæ, cupiditates, timores ſimiliter omnium mentes pervagantur. *Liv. l. 1.* Nunc errabundi domos ſuas ultimum illas viſuri pervagarentur.

Pervăgus, a, um, valde vagus. *Ovid. lib. 2. de Arte v. 18.* Puer pervagus vaſto orbe.

Pervalĕo, es, lui, n. 2. multum valeo. *Lucret. l. 6. v. 916.* Uſque adeo permananter vis pervalet ejus. Al. leg. prævalet.

Per-

Pervalidus, a, um, adject. multum validus. *Ammian. l.* 29. *c.* 9. Agminibus pervalidis. Aliud exemplum, quod affertur ex *Liv. l.* 40. *c.* 47. dubiam habes lectionem.

Perváriè, adv. παμποικίλως, valde varie. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 8. Reliqua pervarie jucundeque narrantur.

Pervastatus, a, um. *Tac. l.* 3. *c.* 45. Interea conferendis pecuniis pervaſtata Italia, provinciæ everſæ.

Pervasto, as, avi, atum, a. 1. prorſus vaſto. *Liv. l.* 6. *c.* 4. Ad pervaſtandos fines duxere.

Pervasus, a, um, nom. ex particip. a pervado, penetratus, invaſus. *Ammian. l.* 24. *c.* 7. Pervaſa urbe. *Id. l.* 31. *c.* 8. Pervaſis regionibus.

Perubique, adverb. idem quod *ubique*, addita per pleonaſmum præpoſit. *per*. *Tertull. de Pall. c.* 2.

Pervector, oris, m. qui pervehit. *Symmach. l.* 4. *epist.* 64. Pervector apicum. h. e. tabellarius.

Pervectus, a, um, nom. ex partic. allatus, perlatus. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Pervectus in litus. *Sil. l.* 8. *v.* 226. Illa cito paſſu pervecta ad litora.

Pervěho, is, xi, ctum, a. 3. *condurre*, διακομίζω, uſque in aliquem locum porto. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Inde non pervehuntur ad nos. *Liv. l.* 5. Virgines, ſacraque in plauſtrum impoſuit, & Cære pervexit. *Cic.* 2. *Off. c.* 6. Nam & cum proſpero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 8. Secunda navigatione pervehi. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 18. *in fi.* Mulo Romam pervehi.

Pervēlim. V. Pervolo, is.

Pervello, lis, alli, a. 3. καταπίλλω, vellico. *Ascon. in Verr.* 3. *c.* 13. *ad fin.* Pervellere pelus alicui, *cavar' i peli*. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 17. Quæ pervellere ſe forſitan potuit, & pungere, non potuit certe vires frangere. *Id.* 2. *Tusc. c.* 20. Si te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis ut mulier? *Id.* 1. *de Orat. c.* 62. Neque tam mihi moleſtus fuit, quod jus noſtrum civile pervellit. h. e. juri civili obtrectat. *Valer. Max. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 8. Pervellere aures. *Horat. l.* 2. *sat.* 8. Pervellere ſtomachum. *h. e.* edendi appetitum excitare.

Pervenio, is, eni, entum, n. 4. *pervenire*, *arrivare*, הגיע, Ger. *darkommen*, Gal. *parvenir*, Hisp. *llegar*, ἀφικνέομαι, idem ac venio, vel ad conſtitutum locum venio, ad finem venio. *Cic. in Pison.* Ipſe cum hominibus XV. male veſtitis ad portam Cœlimontanam ſitiens pervenerim. ¶ Translate ſumitur pro afferri, incurrere. *Cic. Att. de epistola*: Ne in illius manus pervenires. *Cic. Verr.* 6. *c.* 28. Pervenit res ad iſtius aures, neſcio, quo modo. *Col. l.* 5. *c.* 8. Pervenire in notitiam. ¶ Item pro conſequi, adipiſci. *Cic. pro Sylla c.* 4. Nondum ad propoſitum mihi finem honoris pervenaram. *Id. de Orat.* Te paucis annis ad maximas pecunias perventurum. ¶ Item pro obtingere, in dominium venire. *Cic. pro Rab. Posth.* Quo, & ad quos pecunia pervenerit. ¶ Item pro dari. *Cic.* 2. *Off. c.* 8. Nunquam ad unum tanta licentia perveniſſet. ¶ Item pro infligi. *Cic. ad Brut.* 15. Ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna parentum perveniat. ¶ Item pro ferire. *Cic. in Parad.* Jactam a te in me injuriam ſemper duxi, tamen perveniſſe ad me nunquam putavi. ¶ Item pro adduci. *Id. Verr.* 4. In maximam invidiam pervenit. *Caes. l.* 2. *B. Civ.* Pervenire ad deſperationem. ¶ In ſcripta alicujus pervenire, eſt ejus ſcriptis illuſtrari, & celebrari. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Si in tua ſcripta pervenero. ¶ Uſurpatur etiam cum accuſativo ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Ovid.* 3. *Met. v.* 462. Verba refers aures non pervenientia noſtras. Adde *Claudian. de B. Get. v.* 73. ¶ Item impers. *Cic. Att. l.* 1. Ad quem propter diei brevitatem perventum non eſt. *Id. pro Sext.* Vix ſero, & raro ad manus pervenitur. ideſt pugnatur.

Pervĕnor, aris, atus ſum, d. 1. ἀναθηράω, diligenter venor, ſolertia adhibita inveſtigo. *Plaut. Merc.* 4. 3. 3. Defeſſus ſum urbem totam pervenarier.

Perventio, onis, f. actus perveniendi. *Augustin. lib.* 2. *de consens. Evangelistar. cap.* 20.

Perventor, oris, m. qui pervenit. *Augustin. l.* 2. *de consensu Evangelistar. c.* 20. Vulgo perventores appellantur, qui potentium quorumlibet tanquam inacceſſibiles animos, per convenientium perſonarum interpoſitionem, ambitionis arte pertingunt.

Pervenustus, a, um, adject. valde venuſtus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 13. Elegans homo, pervenuſtuſque.

Perverse, adv. *perversamente*, Germ. *bößlich*, Gal. *perversement*, Hisp. *perversamente*, διαστρόφως, præpoſtere, inverſo ordine, prave. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 28. Utuntur perverſe deorum beneficio multi. *Id.* 1. *de Orat.* Perverſe dicere. *Plaut. Merc.* 3. 3. 12. Perverſe facies. *Id. ib.* 2. 2. 20. Perverſe vides. *Cic.* 5. *Tuscul.* Dicere perverſius. *Hieronym. in c. ult. Matth.* Perverſiſſime ſuſpicantur.

Perversio, onis, f. *perversione*. *Tertull. l.* 4. *advers. Marcion. c.* 5. Ut ſi qui Evangelium pervertebant, eorum curarent perverſionem, quæ &c. ¶ Eſt etiam oratoria figura. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 32. Tranſgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem, perverſione, aut trajectione. Perverſione ſic: hoc vobis deos immortales arbitror dediſſe pro pietate veſtra.

Perversitas, atis, f. *perversità*, עוה, Germ. *boßheit*, Gal. *perversité*, Hisp. *perversidad*, διαστροφή, ordo præpoſterus rei cujuslibet, pravitas. *Cic. in Orat.* Quæ eſt autem in hominibus tanta perverſitas, ut inventis frugibus glande veſcantur? *Id.* 2. *Tusc.* In omni continuo pravitate, & in ſumma opinionum perverſitate verſamur. *Sueton. in Aug. c.* 62. Perverſitas morum.

Perversus, a, um, *rovesciato*. *riversa*, inverſus. *Plin. l.* 10. *c.* 16. Pondere capitis perverſa ova, poſteriorem partem corporum fovendam matri applicans. ¶ Translate eſt præpoſterus, pravus, qui ordinem in agendo invertit. *perverso*, מעקש, Germ. *verkehrt*, Gal. *pervers*, Hisp. *perverso*, διάστροφος. *Cic. pro Cluent. c.* 26. Itaque ut erat ſemper præpoſterus, atque perverſus, initium facit a Bulbo. *Brut. Cic. l.* 2. Graviorem me eſſe in te poſſe, quam iſti perverſi ſunt in me. *Plaut. Men.* 5. 5. 1. Ædepol me hic dies perverſus, atque adverſus mihi obtigit. h. e. ineptus, incommodus, intempeſtivus. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 28. At erat, ſicut hodie eſt, perverſiſſimis oculis. *h. e.* ſtrabo, *di occhi stravolti*. *Id.* 4. *Fam. c.* 8. Quid perverſius, quid intolerabilius, quid ſtultius?

Perverto, is, rti, rſum, a. 3. *rovesciare*, *voltare sotto sopra*, הפך, Germ. *verkehren*, Gal. *pervertir*, Hisp. *pervertir*, ἀνατρέπω, extra ordinem pono, inverto. *Cic.* 1. *Off. c.* 2. Quidam propoſitis bonorum, & malorum finibus, officium omne pervertunt. ¶ Speciatim ſumitur pro ad terram dejicere. *Cic.* 1. *de Div.* Quæ, quacunque incederet, omnia arbuſta, virgulta, tecta perverteret. ¶ Metaleptice accipitur pro depravare, labefactare. *Cic.* 1. *Verr.* Nunquam ille me opprimet conſilio, nunquam ullo artificio pervertet. *Hort. in epist. Cic. ad Att. l.* 15. Rapinis, incendiis, cædibus omnia funditus pervertere. *Tacit.* 3. *hist. c.* 38. Ubi, aſperatum Vitellium, & poſſe Blæſum perverti, ſatis patuit.

Vervespĕri, *assai tardi*. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 2. Cum ad me perveſperi veniſſet.

Pervestigatio, onis, f. ἀνίχνευμα, actus perveſtigandi. *Cic.* 1. *de Or. c.* 3. Sed omnia, quæcunque eſſent, vel ſcientiæ perveſtigatione, vel diſſerendi ratione comprehenderunt.

Pervestigatus, a, um, nom. particip. inveſtigatus. *Cic. Verr.* 5. *c.* 68. A me perveſtigata, & cognita.

Pervestigo, as, avi, atum, a. 1. *investigare*, ἀνιχνεύω, eſt non ſolum quærere, ſed quærendo invenire, vel acquirere. *Cic.* 6. *Verr. c.* 13. Ita odorabantur omnia, & perveſtigabant. *Id.* 2. *de Or.* Noſſe regiones, intra quas venias, & perveſtiges, quod quæras.

Pervĕtus, eris, o. παλαίγενος, valde vetus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 4. Reddita mihi vix pervetus epiſtola.

Pervetustus, a, um, idem ac pervetus. *Cic.* 3. *de Or. c.* 52. Ut translatis utamur frequenter, interdumque factis, raro etiam pervetuſtis.

Perviam, adv. acceſſibiliter, a *per*, & *via*. *Plaut. Aul. a.* 3. *sc.* 2. *v.* 24. Qui angulos hic omnes meatum ædium, & conclavium mihi perviam facitis.

Pervicacia, æ, f. *ostinazione*, Ger. *beharlichkeit*, Gal. *opiniastreté*, Hisp. *porfia*, αὐθάδεια, durities, obſtinatio. Pervicacia, & pertinacia hoc diſtant, inquit *Nonius c.* 5. *n.* 40. quod pervicacia eſt interdum bonarum rerum perſeverantia, pertinacia ſemper malarum. Sed hæc differentia non eſt perpetua. Nam & pertinacia in bonam aliquando partem accipitur. *Cic.* 4. *Tusc. c.* 11. Ægrotationi autem talia quædam ſubjecta ſunt, avaritia, ambitio, mulieroſitas, pervicacia, liguritio, violentia, cupedia, & ſi quæ ſunt ſimilia. *Plin. l.* 17. *c.* 20. *de castanea*: Perdurandi pervicacia.

Pervicaciter, adv. *ostinatamente*. *leg.* 3. *Dig. de suspect. tutor.* Neque pecuniam deponere pervicaciter perſtans. *Curt. l.* 10. *c.* 6. Quo modeſtius quod expectabat, appeteret, pervicacius oblaturos eſſe credebat. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 42. Inclementiam pervicacius amplecti.

Pervicax, acis, *ostinato*, עקשים, Germ. *hartſinnig*, Gall. *opiniastre*, Hisp. *cabeçudo*, αὐθάδης, durus, obſtinatus, contentioſus, ab antiquo vico pro vinco, quaſi pervincax, quod non ceſſet, uſque dum pervicerit. *Accius apud Non.* 5. 5. *n.* 40. Tu pertinaciam eſſe, Antiloche, hanc prædicas, ego pervicaciam aio, & hac me uti volo. Nam pervicacem dici me eſſe, & vincere, Perfacile patior: pertinacem nil moror. Hæc fortes ſequitur: illam indocti poſſident. Tu addis, quod vitio eſt, demis, quod probro haud datur. Hæc *Accius*, quæ tamen differentia non ſemper vera eſt: nam & *pertinax*, & *pervicax* in bonam æque, ac in malam partem uſurpantur. In bonam, *Tacit.* 4. *hist. c.* 5. Opum contemptor, recti pervicax adverſus metus. ¶ In malam, *Plin. l.* 8. *c.* 51. Pervicaciſſimi hoſtes. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 17. Adeo eo pervicaci eſſe animo? *Tacit.* 4. *Ann. c.* 33. Pervicax ira. *Colum. l.* 6. *c.* 2. Pervicax contumacia.

Pervīcus, a, um, idem ac pervicax, apud veteres. *Accius apud Non. c.* 8. *n.* 28. Pervico Ajax animo. *Plaut. in fragment. Aulul. apud eund. Non. l. c.* Hic quidem pervicos auſtodem addidis.

Pervidĕo, es, idi, iſum, a. 2. διοράω, diligenter, & perfecte video. *Col. l.* 2. *c.* 1. Videt ſine dubio, quid eveniat, ſed, cur id accidat, non pervides. *Cic. Attic. l.* 15. 1. 4. Ibi te quamprimum pervidere velim. ¶ Apud *Horat. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 25. contraria notione ponitur pro parum videre, quemadmodum apud Græcos ὑπερείδω, *negligenter aspicio*, *praetereo*, & apud Latinus ipſos *perfidus*, h. e. male fidus. Verba Horatii ſunt: Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Pervigĕo, es, vel Pervigeſco, is, gui, n. 2. ἀκμάζω, valde vigeo. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 34. Et uterque opibus, atque honoribus perviguere.

Pervĭgil, is, o. 3. παννύχιος, qui valde vigilat. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Eamque ſolus intelligis in cacumine montis ejus pervigil. *Ovid. epist. Medea ad Jason. v.* 60. Pervigil anguis. ¶ Pervigilia cura, in recto caſu legitur apud *Apul. l.* 11. *Metam.*

Pervigilatio, onis, f. παννυχίς, actus pervigilandi. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 15. Et in his colendis nocturnæ pervigilationes.

Pervigilatus, a, um, partic. a pervigilo. *Ovid.* 6. *Fast. v.* 326. In multo nox eſt pervigilata mero.

Pervigilia, æ, f. pervigilatio. *Justin. l.* 24. *c. ult.* Fames, & laſſitudo, ſuper hæc maximum pervigiliæ malum. Alii leg. *pervigilii*.

Pervigilium, ii, n. *lunga vigilia*, παννυχίς, multa vigilatio, & cuſtodia, diuturnæ vigiliæ. *Plin. l.* 15. *c.* 53. Pervigilio quidem præcipue vincuntur cibi. ¶ Speciatim eſt ſacrum nocturnum, quo vigiliæ indicuntur, ut per totam noctem vigiletur. *Liv. l.* 21. Caſtra Campana ut pervigilio neglecta ſimul omnibus portis invadit. *Sueton. in Galba, c.* 4. Menſtruis ſupplicationibus, & pervigilio anniverſario coluit. Adde *Gell. l.* 2. *c.* 23. ¶ *Pervigilium Veneris* titulus eſt cujuſdam carminis anonymi, ſed antiqui tamen poetæ, in quo & veris, & Veneris laudes celebrantur.

Pervigilo, as, avi, atum, n. 1. παννυχίζω, valde vigilo, diu vigilo, uſque ad finem vigilo. *Cic. pro R. Am. c.* 35. Non erat, ut eam noctem pervigiles? *Liv. l.* 24. *c.* 38. Pervigilare in armis. ¶ Pervigilare Veneri, eſt nocturnum ſacrum Veneri facere. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 25. Tu Veneri pervigilare te voviſti. V. *Pervigilium*.

Pervīlis, le, o. 3. admodum vilis. *Liv. l.* 31. *c. ult.* Annona quoque eo anno pervilis fuit.

Pervinca. V. vinca pervinca.

Pervinco, is, ici, ictum, omnino vinco, obtineo. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. Reſiſtit, & pervicit Cato. *Liv. l.* 4. *c.* 12. Neque ut de agris dividendis plebi referrent Conſules ad Senatum, pervincere potuit.

Perviridis, & de, o. 3. valde viridis. *Plin. l.* 6. *c.* 22. Mare id colore perviridi.

Perviso, is, a. 3. *vedere*, cerno, oculis luſtro. *Manil. l.* 4. *v.* 923. Parvula ſic totum perviſit pupula cœlum.

Pervivo, is, o. 3. ἐπιζάω, valde vivo, ſuperſtes vivo. *Plaut. Capt.* 5. 3. 84. Etſi pervivo uſque ad ſummam ætatem.

Pervius, a, um, *accessibile*, Germ. *durchgehend*, Gall. *accessible*, Hisp. *que se puede passar*, διάβατος, per quod iri poteſt. *Ter. Adelph.* 4. 2. 40. Id quidem angiportum non eſt pervium. *Liv. l.* 9. *c.* 43. Pervii ſaltus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Perviæ tranſitiones. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 764. domus non ulli pervia vento. *Tacit.* 3. *hist. c.* 8. Ne pervium illa Germanis exercitibus foret. ſubaudi *iter*. ¶ Translate *Claudian. de bello Get. v.* 130. *&* nulli pervia culpæ Pectora Fabricii.

Perūla, æ, f. *tascbetta*, parva pera, ſacculus. *Senec. ep.* 90. Fregit venturum e perula calicem. *Apul. l.* 5. *A. A.* Quantum boni geris in iſta perula?

Perunctio, onis, f. idem ac unctio. *Plin. lib.* 28. *cap.* 16. Perunctione prodeſſe dicitur.

Perunctus, a, um, nom. ex particip. unctus. *Horat. epod.* 5. Nardo perunctus. *Id. de ar. poet. v.* 277. fæcibus ora peruncti.

Perungo, is, nxi, unctum, a. 3. valde ungo, circumquaque ungo. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 47. Corpora oleo perunxerunt.

Pervolaticus, a, um, adject. qui pervolat. *Tertull. de anim. c.* 46. Vis vaga, & pervolatica.

Pervolgo, as, n. 1. pervagor, apud vet. *Lucr. l.* 2. *v.* 165. Tempore, quo Solis pervolgant fulgura cœlum. Adde *v.* 346.

Pervolitantia, æ, f. circumvolutio. *Vitruv. l.* 9. *c.* 7. Mundi circa terram pervolitantia.

Pervolito, as, n. 1. freq. a volo. *Virg.* 8. *Æn. v.* 24. Omnia pervolitat late loca.

Pervŏlo, as, avi, atum, n. 1. διαπέτομαι, idem ac volo, vel valde volo, celeriter volo. *Ovid.* 2. *Fast.* Et aerium pervolat altus iter. ¶ Translate *Cic. in Somn. c.* 1. Quibus agitatus & exercitatus animus velocius

in hanc

in hanc ſedem, & domum ſuam pervolabit. *Juven. ſat.* 6. pervolare urbem totam.

Pervŏlo, vis, lui, nnom. 3. valde volo, *περιθυμέω*. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 23. Faciant adverſus eos, qui pervolunt. Alii rectius leg. *quod volunt*. Itaque ex hoc verbo in uſu ſunt *perveiim*, *pervellem*, & *pervelle*. *Cic. l.* 1. *Att. ep.* 1. Quod abs te mihi ignoſci pervelim. *Liv. l.* 39. *c.* 43. Illum negaſſe unquam vidiſſe quemquam, & pervella id videre. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 14. *extr.* Quem videre pervellem. ¶ In aliis perſonis, & temporibus exempla nondum vidimus.

Pervolvo, is, olvi, utum, a. 3. *volgere da ogni parte*, *διακυλίω*, magna vi volvo, valde verſo. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Erumpit torrens tanta vi, ut ſaxa pervolvat. ¶ Translate ſumitur pro valde exercere. *Cic.* 2. *de Or.* Deinde ut in iis locis pervolvatur animus. ¶ *Item* pro diligenter legere. *Catull. de Smyrna carm.* 96. Smyrnam incana diu ſæcula pervoluent. ubi diæreſi uſus eſt metri cauſa.

Pervolūto, as, a. 1. *ἀναπτύσσω*, freq. a *pervolvo*, & uſurpatur pro omni adhibita diligentia legere. *Cic. Att. l.* 5. Quoniam meos cum Thallumeto noſtro pervolutas libros. *Id.* 1. *de Or. c.* 34. Omnium bonarum artium ſcriptores, ac doctores & legendi, & pervolutandi.

Perurbane, adverb. *molto civilmente*. *Sidon. lib.* 5. *epiſt.* 17. Reſpondit ille perurbane.

Perurbānus, a, um, valde urbanus. *Cic. in Brut.* Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Perurgĕo, es, rſi, a. 2. valde urgeo. *Spartian. in Severo*, *c.* 23. Cum videret ſe perurgeri hora mortis. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 5. Cum Aureolus perurgeret Illyricum.

Perūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *διακαίω*, valde uro, ardendo conſumo. *Plin. l.* 34. *c.* 17. Eadem in aqua, calculus æreus quadrans ſi addatur, vas peruri. *Plin. alter l.* 7. *ep.* 1. Ardentiſſima febre peruri. Adde *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 543. *Sueton. in Tiber. c.* 25.

Perusĭa, æ, f. *Perugia*, *Περουσία*, urbs Italiæ, una ex 12. primis Thuſcorum Coloniis, condita ab Achæis, ampla, & culta, cum arce munita, in monte, apud Tyberim in confinio Umbriæ, media fere inter urbem Romam, & Florentiam. A quibuſdam dicitur *Peruſium*, n. ſed *Plin.* tamen *l.* 3. *c.* 5. & *Velles. l.* 2. *c.* 74. in fœminino genere uſurpant.

Perusīnus, a, um, quod ad Peruſiam urb. ſpectat, ut *Peruſina fames*, quæ in proverbio eſt, poſtquam M. Antonius ab Auguſto obſeſſus, fame coactus eſt deditionem facere. *Lucan. l.* 1. *v.* 41. His Cæſar, Peruſina fames, Mutinæque labores Accedant fatis. ¶ *Peruſini*, *orum*, Peruſiæ incolæ. *Velles. l.* 2. *c.* 74. In Peruſinos ira militum ſævitum.

Perustus, a, um, partic. a peruror. *Prop. l.* 4. *el.* 10. Coma Sole peruſta. ¶ Sumitur etiam translate pro vehementer cupido. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 16. Etiam hominem peruſtum etiamnum gloria volunt incendere. ¶ Item pro pertrito, *logorato*. *Horat. epod.* 4. Ibericis peruſte funibus latus, & crura dura compede. Et translate *Senec. in Med. v.* 547. peruſtum pectus curis. ¶ Terra peruſta gelu, apud *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 4. *v.* 49. dicitur, quæ ita frigore conſtringitur, ut herbas non pariat, velut ſi igni peruſta eſſet.

Perutĭlis, le, o. 3. *πάγχρηστος*, valde utilis. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 17. In hac enim fortuna perutilis ejus & opere, & fidelitas eſſet.

Pervulgāte, adverb. valde uſitato more. *Gell. l.* 16. *c.* 7. *Cotionem* pervulgate dici, quem veteres *arulatorem* dixerunt.

Pervulgātus, a, um, adject. valde uſitatus, notus, conſuetus. *Cic.* 2. *Verr. c.* 34. Pervulgatum apud omnes. *Id. ib. c.* 42. Res clare, teſtata, & pervulgata. *Gell. l.* 7. *c.* 17. Quod videtur notius, pervulgatiuſque eſſe. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 8. Ex infima, & pervulgatiſſima verborum dignitate.

Pervulgo, as, avi, atum, a. 1. *divulgare*, *διαφημίζω*, divulgo, in vulgus ſemino. *Cic. pro Syll.* Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, dividi paſſim, & pervulgari, atque edi populo imperavi. ¶ Interdum eſt corpus ſuum proſtituere. *Cic. pro Cæl. c.* 16. Mulier, quæ ſe omnibus pervulget.

Pes, pedis, m. *piede*, רגל, Ger. *der fuſſ*, Gal. *pied*, Hiſp. *piè*, *πούς*, extremum, & infima pars in corpore animalis, qua incedit, h. e. graditur, a *πῶς*, quod Æolice *πὼς*, unde pes u in n converſo. *Cic.* 2. *Tuſc.* Si pes condoluit, ſi dens, ferre non poſſumus. *Id.* 1. *de Or. de calceis Sicyoniis*: Quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem. *Ovid.* 5. *Metam.* ictus pedis. *un calcio*. *Id.* 12. *Metam.* certamine pedum vincere, *nel corſo*. ¶ Pede preſſo, *a piè fermo*. *Liv. l.* 8. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. ¶ Pedem inferre in aliquem locum, eſt ingredi, accedere. *Cic. Liv. Plaut.* ¶ Ferre pedem, eſt ire, *venire*. *Virg.* 3. *Æn.* Ferte ſimul Faunique pedem, Dryadeſque puellæ. *Senec. in Med.* Huc fert pedes, & illuc. Sic *Horat. Epod.* 11. incerto pede ferri. h. e. titubare eundo, vel quo eundum ſit, dubitare. ¶ Referre pedem, *tornar indietro*, *ritirarſi*. *Quintil. l.* 6. *c.* 15. Ab iis, quæ non adjuvant, quam molliſſime pedem oportet referre. Sic, revocare pedem, apud *Virg.* 9. *Æn.* ¶ Pedibus ſtipendia facere, & pedibus merere, *militare in qualità di pedone*. *Liv.* 24. *c.* 18. *& alibi.* ¶ Conficere iter pedibus, *andar per terra*. *Cic. in Vatin. c.* 5. Cum iter illud Hiſpanienſe pedibus fere confici ſoleat, aut, ſi quis navigare velit, certa ſit ratio navigandi. Adde *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 61. ¶ Item *andar a piedi*. *Cic.* 5. *Att. ep.* 9. ¶ Pedem porta efferre, *uſcire*, *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 2. ¶ Conferre pedem cum aliquo, eſt congredi, *azzuffarſi*, *attaccarſi*, *contraſtare*. *Cic. pro Planc.* Non poſſum magis pedem conferre, ut ajunt, & propius accedere. *Liv. l.* 26. Collato pede præliari. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Tam moleſta ſunt (adverſariorum objecta, vel argumenta) ut pedem conferre cum ſingulis non expediat. Sic, congredi pede, *Virg.* 12. *Æn.* ¶ *Deſcendere ad pedes* dicuntur equites, cum ex equis deſcendunt, *ſmontare*. *Liv. l.* 9. *c.* 22. ¶ Pedem trahere, eſt claudicare, *zoppicare*. *Ovid. de remed. Amor. loquens de poematis alterno verſu breviore reſtantibus*. Liber in adverſos hoſtes ſtringatur iambus; Seu celer, extremum ſeu trahat ille pedem. ¶ Trahi pedibus aliquid dicitur, cum contemnitur, & nihil penſi habetur: ex eo ductum, quod victi hoſtes ſolebant pedibus trahi, quemadmodum de Hectore ab Achille, & de Caco ab Hercule raptatis legimus apud *Virgil.* & *Ovid.* Hinc *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 16. Fratrem mecum, & te ſi habebo, per me iſta pedibus trahantur. Alii leg. *trahuntur*. h. e. non laboro, etiam ſi iſta peſſime adminiſtrentur. *Id.* 7. *Fam. ep.* 31. De judiciis multo laboro minus; trahantur per me pedibus omnes rei. ¶ *Ante pedes* eſſe dicuntur, quæ præſentia ſunt, & omnibus obvia. *Terent. Adelph.* 3. 4. 23. Illud eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt. *Cic.* 3. *de Or. c.* 40. Poſita ante pedes tranſilire, & alia longe repetita ſumere, ſpecimen eſt ingenii. ¶ Suo pede fluere, eſt ſponte, *di ſuo piede*. *Serv. in Ætna*, *v.* 13. *auream ætatem deſcribens*. Ipſe ſuo flueret Bacchus pede. h. e. vinum proveniret ſine laboribus agricolarum. ¶ Accidere ad pedes alicujus, eſt ſupplicare, *Cic.* 1. *Attic. epiſt.* 14. Sic ſternere ſe ad pedes. *Id. Attic l.* 10. Abjicere, ſeu projicere ſe ad pedes, eodem ſenſu. *Id. l.* 8. *Attic. ep.* 9. & *pro Sext. c.* 11. ¶ Ponere pedem in aliquo loco. *Cic.* 13. *ad Attic.* Pedem ubi ponat in ſuo, non habet, *non ha palmo di terreno*. ¶ Pulſare terram pede libero, *ballare*. *Horat. l.* 1. *od.* 37. Sic alterno pede terram quatere, *Id. l.* 1. *od.* 4. ¶ Servus a pedibus, *valletto*, *lacchè*. *Cic. Attic. l.* 8. ¶ Pedem, vel pedes tollere, eſt in obſcœnis apud *Martial. l.* 10. *epigr.* 81. & *l.* 11. *epigr.* 72. Hinc jocus *Cic. Att. l.* 2 *epiſt.* 1. *cir. med.* Noli de uno pede ſororis queri: licet etiam alterum tollas. ¶ Suo ſe pede metiri, *regolarſi ſecondo le ſue forze*. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *in fine*. ¶ Stans pede in uno aliquid facere dicitur is, qui nullo labore, uno multa facilitate aliquid facit. *Id. ſat.* 4. *l.* 1. *v.* 9. In hora ſæpe ducentos, Ut magnum, verſus dictabat, ſtans pede in uno. ¶ Nec caput, nec pedes, proverbium eſt, quod dicitur de re aliqua incondita, & confuſa. *Plaut. Asin.* 3. 3. *v.* 139. & *Captiv.* 3. 4. 88. ¶ Conjicere ſe in pedes, *darſi a fuggire*. *Terent. Phorm.* 1. 4. 13. Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. *Id. Eun.* 5. 2. 5. omiſſo *ſe* conjicere. Ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quoddam deſertum. ¶ In pedes ſignificat ſtando, *in piedi*. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Aves omnes in pedes naſcuntur, contra quam reliqua animalia. ¶ Pedibus pecuniam compenſari, proverbium eſt *Catonis*, apud *Cic. pro Flacc. c.* 29. & ſignificat, agros ab urbe remotos minore pretio emi, ſed itinerum labore pretium compenſari. ¶ Translate de multis rebus dicitur, nam de fulcris menſarum, & lectorum ſæpe uſurpatur. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 660. menſæ ſed erat pes tertius impar. *Senec.* 1. *de Benef. c.* 34. Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. ¶ Itaque pes veli eſt imus veli angulus, vel potius funiculus ad imum veli angulum, quo ad latera navis religato, velum expanditur; quem Græci quoque *πόδα* appellant. Is duplex eſt, dexter, & ſiniſter. *Catull. carm.* 4. Læva ſive dextera vocaret aura, ſive utrumque Jupiter ſimul ſecundus incidiſſet in pedem. ¶ Hinc pedem facere, eſt dimidio vento navigare, cum ſcilicet altero veli angulo adducto, altero remiſſo, recto curſu navis fertur, licet ventus oblique ſpiret, *andare a poggia*, *a ad orza*, Gall. *aller a la bouline*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 830. Una omnes fecere pedem, pariterque ſiniſtros, Nunc dextros ſolvere ſinus. Sic *Lucan. l.* 5. *v.* 427. Et flexo navita cornu Obliquat lævo pede carbaſa. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Iiſdem autem ventis in contrarium navigatur, prolatis pedibus, ut noctu plerumque adverſa vela concurrant, hoc eſt, laxatis funiculis veli, & longius productis. *Virg. l.* 5. *Æn. v.* 16. obliquare ſinus, dixit eodem ſenſu. V. *Obliquo*. ¶ In carminibus pes eſt pars verſus duabus, aut tribus, aut etiam pluribus ſyllabis conſtans, qua de re V. *Grammaticus*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 47. Heroici pedes dactylus, anapæſtus, & ſpondeus. Hinc *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. claudere verba pedibus, hoc eſt verſus facere. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 1. *in fine*. Muſa per undenos emodulanda pedes, hoc eſt hexametro verſu, qui ſex, & pentametro ſimul, qui quinque pedibus conſtat. ¶ Præterea curſus aquarum interdum a Poetis pedis nomine deſignatur. *Horat. epod.* 16. Levis crepante lympha deſilit pede. ¶ Item quidquid fundamenti rationem habet, pes vocatur, hinc qui fundamentum inſtituit, pedem ponere dicitur, teſte *Varr. l.* 4. *de L. L. Senec. de Tranquill. animi*, *c.* 10. Exiguam ſæpe aream in multos uſus deſcribentis arte patuere, & quamvis anguſtum pedem diſpoſitio fecit habitabilem. *Auſon. in Moſell. v.* 337. irriguis humili pede condita pratis, hoc eſt humili ſolo, vel ſitu. ¶ Imæ quoque montium partes, pedes dicuntur. *Ammian. l.* 14. *c.* 26. Imoſque pedes Caſii montis prætermeans, funditur in mare. ¶ Eſt item pes menſura generis, quam *Frontinus* palmis quatuor, & unciis duodecim definit, alii palmis quatuor, unciis duodecim, & digitis ſex. V. *Hygin. de Limitib. conſtit. pag.* 219. *Plin. l.* 6. *c.* 26. [illegible] ducenos pedes altis, quinquagenos latis. *Cic. Attic. l.* 7. Pedem in Italia video nullum eſſe, qui non in illius ſit poteſtate, *ora un piè di terra*, &c. ¶ Huc pertinet & illud *Cic. pro Dejot.* Nunquam a te pedem diſceſſit. *Et* 13. *ad Att.* Pedem e villa egreſſi non ſumus. Quamquam in his, & ſimilibus exemplis non accipitur pes pro ea menſura, quæ modo explicata eſt, ſed pro ipſa humani pedis magnitudine, nam *pedem non diſcedere*, eſt ne tantillum quidem diſcedere. ¶ Pes quandoque pro pediculo fructuum, & pro cauliculo herbarum ponitur, ut pes uvæ apud *Colum.* pes betæ apud *Varr.* ¶ Pedes navales. *Plaut. Menæch.* 2. 2. *v. ult.* Aſſervatote hoc, ſultis, navales pedes. h. e. remiges. Alii ipſos remos interpretantur, inter quos eſt *Non.* Alii denique intelligunt pueros, ſeu ſervos qui in navi ſunt, h. e. *ναῦται*. ¶ Pedes pro pediculis, ſeu verminibus, *pidocchi*. *Plaut. Curc.* 4. 2. 13. Muſcæ, culiceſque, pedeſque, puliceſque. Adde *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. ¶ Pes gallinaceus, herbæ genus, alio nomine fumaria. *Plin. l.* 25. *c.* 13. ¶ Pes milvi, & pes milvinus, alia herba, apud *Colum. l.* 12. *c.* 7. ¶ *Omni pede ſtandum eſt*, proverb. agricolarum, apud *Quintil. l.* 12. *c.* 9. *ad fin.* quod ſignificat omni contentione, totiſque viribus.

Pesĭa, orum, n. 2. in Saliari carmine Ælius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles *πέσεα*, neutro genere pluraliter. *Feſtus.*

Peſedas, atis, f. peſtilentia, apud vet. *Feſtus*.

Peſſarium, ii, n. *peſſario*, *πεσσάριον*, genus medicamenti, idem quod peſſum, vel ei ſimile, apud *Theod. Priſcian. l.* 3. *c.* 5.

Peſſime, *peſſimamente*, *κάκιστα*, adv. ſuperlat. anom. a *male*. *Cic.* 5. *Verr.* Intelliget, ſecum actum eſſe peſſime. *Id. Phil.* 14. *c.* 6. Peſſime de Republica ſentiunt. *Ter. Heaut.* 3. 1. 28. Peſſime iſtud in te conſulis.

Peſſĭmus, a, um, *peſſimo*, *κάκιστος*, ſuperlat. anom. nominis *malus*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Eſt autem jecur nihil aliud, quam purgamentum peſſimi ſanguinis. *Ovid.* 14. *Met. v.* 489. ſors peſſima rerum. *Catull. carm.* 50. Peſſimus omnium poeta. ¶ Peſſimum abſolute, more ſubſtantivi. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 13. Villis peſſimo publico ædificantis certant. *Liv. l.* 2. *c.* 1. Neque ambigitur, quam Brutus peſſimo publico id facturus fuerit. ¶ Apud *Plaut.* & *Terent.* ſæpiſſime legitur *peſſumus*, & *peſſume*.

Peſſinuntĭcus, & Peſſinuntĭus, a, um, adject. a Peſſinunte. *Cic. pro Sext. c.* 26. Peſſinuntius ſacerdos magnæ Matris. ¶ Ipſa Cybele Peſſinuntica dicitur ab *Apul. l.* 11. *Metam.*

Peſſinus, untis, f. 3. *Paſſeor*, *Πεσσινοῦς*, urbs Galatiæ, in Phrygiæ Magnæ confinio, ſub Agdiſti monte, in qua Atys tumulatus creditur: ita dicta a conditore, teſte *Stephano*. Ibi Cybele magnificentiſſimum templum habuit, quæ idcirco Dea Peſſinuntia, vel Peſſinuntica vocata eſt. *Liv. l.* 29. *c.* 10. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Peſſŭlus, li, m. 2. *catenaccio*, *chiavistello*, בריח, Ger. *ein rigel*, Gal. *verrouil*, Hiſp. *berrojo*, *μοχλός*, obex, ſive id, quo obducto fores clauduntur. Duos fere obdebant, qui ſecuriores eſſe vellent, unus erat ſuperior, alter inferior. *Ter. Heaut.* 2. 3. 37. Anus foribus obdit peſſulum. *Plaut. Aulul.* 1. 3. 26. Oſtium intus ambobus occlude peſſulis. *Apul. l.* 3. *Metam.* Et cum dicto peſſulis injectis, & uncino firmiter immiſſo ſit ad me reverſa.

Peſſum, *in profondo*, *a baſſo*, adverb. idem ſignificat quod in profundum, vel deorſum, quaſi ſub pedes, fortaſſe a *βυσσός*, Ionice pro *βυθός*, profunditas. *Colum. l.* 12. *c.* 6. Eſt aliud muriæ naturæ experimentum, nam ubi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam, ſi innatabit, maturam. *Lucret. l.* 6. *v.* 588. multæ per mare peſſum ſubſedere ſuis pariter cum civibus urbes. *Lucan. l.* 3. *v.* 674. ſidentia peſſum Corpora cæſa tenent. Sic abire peſſum, *affondarſi*, dictum de navi, & rete, a *Plaut. Trucul.* 1. 1. 15. *Aul.* 4. 1. 12. & *Rud.* 2. 3. 64. ¶ Translate peſſum ire, eſt ruere, perdi, *andar in rovina*, *a in malora*. *Plaut. Ciſtell.* 2. 1. 12. Neque, niſi quia miſer non eo peſſum, mihi ulla abeſt perdito pernicies. ¶ Peſſum dare, *apud. Apul. l.* 5. *Metam.* Nec ſum mulier,

Digitized by Google

lier, niſi eam peſſum de tantis opibus dejecero. *h. e.* exturbavero. ¶ Peſſam premere, pro peſſundare, perdere. *Plaut. Moſtell. ſc. ult. v.* 49. Quidvis impetrari e me facilius perferam, quam ut non ego iſtum pro ſuis factis peſſimis peſſum premam. *Æſtum peſſum acta* eſt tranſacta, ad finem perducta. Ita locutus eſt *Ennius*, ſi credimus *Lactantio l.* 1. *c.* 21. Alii *leg. peſſume acta*.

Peſſum, i, n. *peſſario*, *πεσσός*, medicamentum molli lana compoſitum, quod fœminis inter naturalia inditur, ſi doleant. Deſcribit illud *Celſus l.* 5. *c.* 21. ſed græca voce utitur, quam attulimus. *Apul. de herb. c.* 121. Herbæ anethi medicamine peſſam factam injiciatur ob obſtetrica.

Peſſundo, as, dedi, atum, a. 1. proprie videtur ſignificare deorſum mitto, in profundum mitto, vel, ut alii interpretantur, proculco, pedibus protero, quaſi ſub pedes do. Sed uſurpatur tranſlate pro perdere, *rovinare*, *mandar a male*. *Ter. Andr.* 1. 3. 3. Quæ ſi non aſtu providentur, me, aut herum peſſundabunt. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 5. *v.* 45. Peſſundare cuncta. ¶ Item pro extinguere, reprimere, tollere. *Plaut. Merc.* 5. 2. 8. Peſſundendi iram, inimicitiam, ſtultitiam, mœrorem, lacrymas.

Peſtibilis, le, adject. peſtilens. *Edictum Diocletiani, & Maxim. relatum l.* 4. *Cod. de Ædilit. action.* Peſtibilis fundus, h. e. peſtibiles herbas, vel lethiferas habens. *Alii legunt:* Peſtibile fundus, h. e. peſtibulas, vel herbam lethiferam habens. *Peſtibulam* autem interpretatur *Cujac. l.* 6. *Obſervat. c.* 24. natricum, & aliarum noxiarum ſerpentum peſtes.

Peſtibŭla, æ, f. V. in dictione præced.

Peſtifer, (& interdum Peſtiferus) a, um, adject. *peſtifero*, peſtem afferens, pernicioſus, exitioſus. *Cic. pro Domo, c.* 32. Tu unus peſtifer civis. *Celſ. l.* 2. *c.* 6. Sudor frigidus in acuta febre peſtiferus eſt. ¶ Peſtifera auſpicia eſſe dicebant, teſte *Feſto*, cum aut in extis, aut caput in jecinore non fuiſſet.

Peſtifĕre, adv. *λοιμικῶς*, peſtilenter, pernicioſe. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 5. Quid, quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis?

Peſtilens, entis, o. *peſtilente*, Ger. *peſtilentziſch*, Gal. *peſtilentieux*, Hiſp. *peſtilencial*, *λοιμώδης*, quod peſtem affert. *Cic. de Fato*, 1. 4. Inter locorum naturas quantum interſit, videmus; alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes. *Id.* 3. *Off. c.* 13. Ædes peſtilentes, *inferme*. *Liv. l.* 4. *c.* 21. Peſtilentior annus. ¶ Tranſlate *Cic.* 5. *Fam. ep.* 16. Graviſſimus, & peſtilentiſſimus annus. *Senec. in Hippolyt.* Peſtilens invidia.

Peſtilentĭa, iæ, f. *peſtilenza*, lues contagioſa, peſtis. *Liv. l.* 27. *c.* 23. Incidit peſtilentia gravis per urbem. *Cic. Agrar.* 2. Deſertus propter peſtilentiam ager. ¶ *Colum. l.* 7. *c.* 7. peſtilentia vexari. ¶ Tranſlate *Catull. carm.* 44. orationem plenam veneni, & peſtilentiæ legit. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Animorum labes, & peſtilentiæ.

Peſtilentiarius, a, um, adject. peſtilens. Eſt *Tertul. de ſpectac. c.* 27.

Peſtilentioſus, a, um, idem ac peſtilens. *Ulp. l.* 3. *ff. ne quid in loco publ. fiat*. Si odore ſoli locus peſtilentioſus fiat.

Peſtilentus, a, um, adject. peſtilens. *Nævius* apud *Gell. l.* 19. *c.* 7. Loca pulverulenta, & peſtilenta.

Peſtilis, le, adject. peſtilentioſus. *Arnob. l.* 1. Poſſumus nos auris peſtilibus enecare.

Peſtilitas, tis, f. idem ac peſtis. *Lucret. l.* 6. *v.* 1096. Hæc igitur ſubito clades nova, peſtilitaſque.

Peſtis, is, f. *peſte*, דבר, Ger. *die peſtilentz*, Gal. *peſte*, Hiſp. *peſtilencia*, *λοιμός*, morbus contagioſus, ob aeris plerunque infectionem initium capiens, qui noxam, qua afficitur, in omnium animantium perniciem effundit, quanquam etiam ex aliis cauſis peſtis nonnunquam gignatur. *Liv. l.* 25. *c.* 26. Major vis peſtis Pœnorum caſtra, quam Romana affecerat. *Et ibid.* Abſumi peſte. *Id. l.* 4. *c.* 25. Avertere a populo peſtem. ¶ Latius ſumpta peſtis dicitur de omni noxa, morbo, pernicie. *Senec. Med. v.* 681. peſtes vocat, quaſcumque ſerpentes creat Arena Lybiæ. Sic *Cic.* 2. *Toſc. c.* 8. peſtem textilem appellat veſtem Neſſi ſanguine imbutam, qua Hercules confectus eſt. *Virg. Æn.* 5. *de incendio*. reſtinctus donec vapor omnis, & omnes, Quatuor amiſſis, ſervatæ a peſte carinæ. *Id. in. Æn.* belli peſtem evadere. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes larido? *Cic.* 2. *Off. c.* 5. Tam deteſtabilis peſtis nulla eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. *Id.* 3. *de nat.* Machinari peſtem alicui, *machinar la rovina*. Sic peſtem importare, afferre, minitari, &c. *Liv. Cic. Virg.* ¶ Per metonymiam peſtis dicitur, qui alius pernicioſus eſt. Hinc *Cic. Catilinam* ſæpe peſtem appellat. ¶ In plurali numero uſurpatur hæc vox a *Cic. de Aruſp. reſp. Col. l.* 7. *c.* 5. *Virg.* 1. *Georg. v.* 150. & aliis.

Peta, æ, f. Dea, quæ rebus petendis præerat. *Arnob. l.* 4. *pag.* 131. Putationibus arborum Puta præſto eſt, rebus petendis Peta.

Petalium, ii, n. *πετάλιον*, genus unguenti, Latine foliatum, & nardinum, a *πέταλον*, *folium*. *Plaut. Curc.* 1. 2. 7. Tu ſtacte, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum, & caſia es, tu petalium. Alii leg. *Bdellium*.

Petaminarius, vel petamenarius, m. 2. qui ſtrenua corporis agilitate ſaltans volare videtur, e *πετάμενος*, *volans*. *Firmic. l.* 8. *c.* 15. Cum Marte vero, & Mercurio petaminarius, ephalmator, arcobilopelarius, petauriſtarius.

Petaſatus, a, um, *πετασωμένος*, qui petaſo tectus eſt. *Cic. l.* 15. *Fam. epiſt.* 17. *de tabellariis*. Sed petaſati veniunt, comites ad portam expectare dicunt. *Suet. in Aug. c.* 82. Domi quoque non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur.

Petaſio, onis, m. idem quod petaſo. *preſciutto*. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. Pernæ, & petaſiones e Gallia apportantur Romam.

Petaſo, onis, m. *preſciutto*, Germ. *ein rib*, Gall. *jambon*, Hiſp. *tocino*, *pernil*, *πετασών*, coxa porcina ſalita, etiam collæ comprehendens, e Græca voce allata. *Martial. l.* 13. *epigr.* 55. Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.

Petaſuncŭlus, i, m. dim. a *petaſo*, *Juven. ſat.* 7. *v.* 119. Siccus petaſunculus, & vas pelamidum. ¶ Eſt etiam diminut. a *petaſus*. *Arnob. l.* 6. Mercurium rurſus arcipiat, atque in Solis faciat demigrare delubrum, detque huic radium, Solis capiti petaſunculum ſuperponat.

Petaſus, i, m. *a cappello* Ger. *ein breiter hut*, Gal. *chapeau bonnet*, Hiſ. *ſombrero*, *πέτασος*, capitis tegmen, galeri genus, e *πετάννυμι*, *extendo*, quod latos haberet margines, quemadmodum videre eſt in imaginibus Mercurii, qui petaſatus fingitur, & pingitur. Utebantur petaſo longum iter facientes, quo adverſus Solis, & imbrium injurias faciem tuerentur. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. *ſc.* 4. Etiam opus eſt chlamyde, & machæra, & petaſo. Sermo eſt impoſtoris ea poſcentis, ut peregre advenisse videretur. Quam rem pluribus illuſtrat *P. Victorius Var. Lect. l.* 1. *c. ult.* ¶ Tranſlate petaſus dicitur quiddam in galeri formam ædificiis ſuperpoſitum, extenſum, & explicatum, in metæ formam ſe contrahens. *Plin. l.* 36. *c.* 13. Ut in ſummo orbis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus.

Petauriſta, æ, m. *πεταυριστής*, qui ex petauro ſe in aerem excutit, atque in terram devolat. Unde dicatur, *Feſtus* docet his verbis, Petauriſtas Lucilius a petauro appellatos exiſtimare videtur, cum ait, Sicuti mechanici cum alto exiluere petauro. At Ælius Stilo, quod in aere volent, eam ait, Petauriſta propere Græci, quod in *πρὸς ἀέρα πέτονται*. Plura de petauriſtis *Scaliger* habet ad *Feſtum*. *A Nonio c.* 1. *n.* 577. petauriſtæ definiuntur, qui ſaltibus, vel ſchœniis leviorıbus moventur. *Varr. l.* 2. *de vita P. R.* Nec minus aliquo in genere ſunt ludi veteris Galli, Germani petauriſtæ.

Petauriſtarius, ii, m. petauriſta. Exemplum V. in Petaminarius.

Petaurum, i, n. e. *πέταυρον*, machina in ſublimi ſuſpenſa, ex qua ſe in aerem excutiebant, atque in terram devolabant, ab *ἄειρω*, *orno*, & *πετάω*, *pando*, quia in auras expanditur. Aliqui hoc nomine comprehendunt & machinam ligneam, & genus ludi, quo homines per aerem rotarum pulſu jactantur, & omne id, ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt, ut ſunt haſtæ, circa quas ſe volvunt, funes, ſupra quos etiam reſupini ambulent, circuli, per quos ſe more piſcium tranſmittunt, tabulæ, e quibus in aere pendent, uno brachio ſe ſuſtinentes. *Juven. ſat.* 14. *v.* 265. An magis oblectant animum jactata petauro Corpora, quique ſolet rectum deſcendere funem? *Mart. l.* 11. *ep.* 22. Quam rota tranſmiſſo totus impacta petauro.

Petelia, vel Petellia, æ, urbs Brutiorum, Lucaniæ metropolis, cujus fidem in Romana ſocietate ſervanda commendat *Valer. Max. l.* 6. *c.* 6. *n.* 2. *extern.* & *Liv. l.* 23. *c.* 30.

Petelinus, a, um adject. a Petellia, ut Petelinus lucus, *Liv. l.* 6. *c.* 20. Petellina fides, *Valer. Max. l.* 6. *c.* 6. *in fin.* ¶ Petellini, Petelliæ incolæ. *Id. ibid.*

Peteon, ōnis, urbs Bœotiæ. *Stat. Theb.* 7. *v.* 333.

Peteſſo, is, a. 3. idem ac peto, apud vet. a *peto*, ut *laceſſo*, a *lacio*. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 26. Qui bene peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. *Lucret. l.* 3. *v.* 649. pugnam cædeſque peteſſit. Alii pro *peteſſo*, leg. *petiſſo*, vel *petiſſo*.

Petiginōſus, a, um, petigine laborans. *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 12.

Petigo, ginis, f. ſcabies, prurigo, impetigo. *Cato de R. R. c.* 157. Petigini braſſicam opponito, ſanam faciet.

Petilia, æ, f. Petelia, *Policaſtro*, al. *Belicaſtro*, *Πετηλία*, olim urbs ampla Brutiorum, in Magna Græcia. Condita fuit e Philoctete, & ſic dicta e *πέταμαι*, *volo*, quod ex volatu avium ſumpto augurio ibi futuræ urbi locum delegiſſet. *Virg.* 3. *Æn. v.* 402. Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Petilia lex de peculatu lata eſt a Q. Petilio Trib. pl. anno Urbis 565. *Liv. l.* 38. *Hotomann. in Lex. jur.*

Petilianus, a, um, adject. ad Petiliam oppidum pertinens. *Martial. l.* 11. *ep.* 57. Petilianis delicatus in regnis.

Petilium, n. *πετίλιον*, flos colore albo, vel roſa ſylveſtris, e *petilus*, exilis, ob parvitatem foliorum. *Plin. l.* 21. *c.* 8.

Petilus, a, um, tenuis, exilis. *Feſtus* petilam ſuram exponit ſiccam, & ſubſtrictam, ſed addit, Scævolam putaſſe, petilam dici ungulam equi albam. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 620. Inſignis varis & cruribus, atque petilis.

Petimen, inis, n. *guidalesco*, ulcus in humeris jumentorum, *Lucil.* apud *Feſtum*. Ut petimen naſe, aut lumbos cervicibus tangant.

Petiolus, i, m. *ποδίσκος*, pediculus, parvus pes. *Celſus l.* 2. *c.* 18. Petioli agni, vel hœdi leviores ſunt, quam cetera membra. ¶ Tranſlate accipitur pro pediculo, ex quo fructus pendet. *Col. l. de Arborib. c.* 25. quibus pendent, intorqueto.

Petiſco, vel Petiſſo, V. Peteſſo.

Petiſia mala, n. genus malorum minutorum, ſed ſapore gratiſſimo. *Plin. l.* 15. *c.* 14.

Petitio, onis, f. *domanda*, *αἴτησις*, actus petendi, poſtulatio. *Gell. l.* 11. *c.* 16. Cogitatio, & petitio rerum plurimarum. ¶ Speciatim ſumitur pro ambitu, ſeu ſtudio adipiſcendi honoris. *broglio*. *Cic. Att. l.* 1. Fuit & mihi, & Quinto fratri magno uſui in noſtris petitionibus. *Id.* 3. *Fam.* Petitioni ſe dare. ¶ Item pro intentione actoris. *Quint. l.* 4. *c.* 4. Reuſ ſæpe quoque plures interim propoſitiones habet, ut contra petitionem petentis. Male petis, procuratori enim tibi eſſe non licuit. ¶ Significat etiam impetitionem, ſeu aggreſſionem gladiatorum, & tranſlate ſicariorum, aut inſidiatorum. *Cic.* 1. *Catil. c.* 6. Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari poſſe non viderentur, parva quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugi? *Id. in Orat. c.* 68. Sic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta.

Petitor, oris, m. *αἰτητής*, qui petit. Speciatim ſumitur pro eo, qui bona petit, & litem intendit. *Cic. pro R. Com.* Quis erat petitor? Fannius. quis reus? Flavius. quis judex? Cluvius. Adde *pro Quintio, c.* 13. ¶ Item pro candidato, qui honores ambit. *Horat. l.* 3. *od.* 1. Hic generoſior deſcendat in campum petitor. *Lucan. l.* 2. *v.* 131. famæque petitor. *ambizioſo de gloria*.

Petitorius, a, um, adject. ad petendum inſerviens, ut petitorium judicium. *Cajus JCtus l. Qui petitorio judicio utitur, Dig. de rei vindicat.*

Petitrix, icis, f. quæ petit judicio aliquid. *Paul l.* 74. *Dig. ad S. C. Trebel.* Contra petitricem pronunciavit. *Quintil. Declam.* 252. Quid porro adjicitur, quod adverſus petitricem?

Petitum, i, n. petitio. *Catull. carm.* 69. *ad Mall.* utriuſque petiti copia facta eſt.

Petituris, is, a. 4. honores petere cupio. *Cic. l.* 1. *Att. ep.* 14. *in fin.* Videns, hominem valde petiturire, navabo operam.

Petitus, us, m. idem, ac petitio. *Gell. l.* 18. *c.* 3. Juſſitque cum conſulis, petituque annuum, &c. *Lucretius l.* 3. *verſ.* 71. Attamen inſequitur languor, terræque petitus. h. e. cupido humi decumbendi.

Petitus, a, um, nom. partic. e peto. *Horat. epod.* 11. latere petitum imo ſpiritum, *tirato*. *Id. epod.* 5. Petita ferro bellua, *ferita*. *Vallej. l.* 2. *c.* 63. Petitus inſidiis, *tendinato*. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 7. puellis votis ſæpe petita meis.

Peto, is, ivi, & tii, itum, a. 3. *domandare*, שאל, Ger. *bitten*, Gal. *demander*, Hiſ. *pedir*, *αἰτέω*, poſtulo, poſco, flagito, oro, obſecro. Eſt ab *αἰτεῖν*, præmiſſo *p*, vel potius a *ποθῶ deſidero*, vel quod Scaligero viſum, ab obſoleto *πέθω*, unde fit *πόθος*, *deſiderium*. Conſtruitur cum acc. rei, & abl. perſonæ cum præp. a, vel *ab*. *Cic.* 5. *Toſc.* Ad te confugimus, a te opem petimus. *Id.* 1. *Verr.* Auxilium ſibi per eos a vobis, atque a P. R. legibus petunt. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 73. A te autem pro vetere noſtra neceſſitudine etiam atque etiam peto, ut ejus filios mihi potiſſimum condones. ¶ Cum duobus accuſativis non invenitur. Nam illud *Plin. l.* 3. *c.* 1. Jura Corduham petunt, non ſufficit, quia *petunt* ne loco ſignificat ire, & per figuram Synecdochen ſubaudiur *ad accipienda*. Sententia enim perfecta eſt, *Petunt Cordubam ad accipienda jura*. ¶ Admittit etiam dat. commodi, ut vocant. *Virg.* 9. *Æn.* O genitrix quo fata vocas? aut quid petis iſtis? ¶ Aliquando notat exigere. *Cic. in Brut.* Hæc dixi brevius, quam res petebat. ¶ Aliquando appetere, cupere, deſiderare. *Virg.* 3. *Georg.* Pulchramque petunt per vulnera mortem. Huc reducuntur illa, petere præturam, magiſtratus, honores, h. e. cum ambitione petere, *far broglio*; & petere abſolute. Utroque modo ſæpiſſime uſurpat *Cic.* ¶ Aliquando quærere, inquirere. *Cic. pro Arch. c.* 8. Et, ſi ex his ſtudiis delectatio ſola peteretur. ¶ Aliquando accipere, ſumere. *Cic.* 1. *Acad.* Quæ docti a Græcis petere malent. ¶ Aliquando eligere, vel capere. *Virg.* 4. *Georg.* Principio ſedes apibus, ſtatioque petenda. ¶ Aliquando adipiſci. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Caius etiam Cæſar Auguſti filius inde gloriam petiit. ¶ Aliquando commemorare, *teſte Nonio*, ſeu repetere. *Virg.* 8. *Æn.* Quid cauſas petis ex alto? ¶ Aliquando manare, expectare. *Virg.* 9. *Æn.* Troianos hæc monſtra petunt. ¶ Aliquando ire, proficiſci, cum accuſ. ſemper ſine præp. *Cic. pro Planc.* Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi. *Id.* 2. *de nat. Deor.*

Digitized by Google

Deor. Cum loca calidiora petentes maria tranſmittunt. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Et hanc in Indos peti, h. e. navigatione in Indos, ſeu ab Indis. *Virg. Æn.* 10. Italiam petiit fatis auctoribus. ¶ Aliquando influere. *Virg.* 1. *Georg.* Non qui per ſaxa volutus purior electro campum petit amnis. ¶ Aliquando tenere. *Virg.* 3. *Æn.* Summiſſi petimus terram. *Cic. Attic. l.* 3. Fortaſſe altum curſum petivit. ¶ Eſt etiam pugnantium proprium, & ponitur pro invadere, ictum inferre, ſeu deſignare. *Cic.* in *Orat. circa fin.* Ut athletas, nec multo ſecus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, ita &c. *Id. pro Lig.* Cujus latus ille mucro petebat. *Liv. l.* 22. *c.* 46. Hiſpano punctim magis, quam cæſim aſſueto petere hoſtem. ¶ Hinc petere aliquem bello, h. e. aggredi. *Virg.* 3. *Æn.* petere aliquem fraude, *macchinar frodi*. *Id.* 4. *Æn.* petere inſidiis, veneficiis, latrocinio vitam alicujus. *Pass. Cic. Aul. ad Heren.* & alii. Sic dicimus petere aliquem gladio, lapide, telis, pro percutere. *Virg. Liv. Ovid.* petere unguibus ora. *Horat. Epod.* 5. petere criminibus, h. e. accuſare. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 31. ¶ Abſolute petere aliquem, eodem invadendi, aut percutiendi ſenſu. *Planc. ad Cic. l.* 13. *ep.* 23. Quo magis ma petiverunt, tanto majorem his fruſtratio dolorem attulit. ¶ Petere aliquem literis, pro laceſſere, pungere. *Cic. Attic. l.* 2. ¶ Petere fugam, eſt fugæ ſe dare. *Liv. l.* 58. Et, petere ſalutem fuga, *ſalvarſi colla fuga*. Nepos in *Annib. c.* 11. ¶ Atque ut reliqua omittamus, innumeros habet hoc verbum, varioſque uſus pro variis nominum, quæ illi adjunguntur, ſignificatione.

Petoritum, vel petorritum, ti, n. πέτωρον, genus vehiculi, quo Belgæ peculiariter utebantur. Eſt a Græcis, non quidem a πέτομαι, *volo*, ſed ab Æolico πίσυρες pro τέσσαρες, *quatuor*, quia ex quatuor rotis conſtat. Vel eſt a πέτομαι, *volo*, & Latino *rota*, ob volucres rotas, quod quendam cenſuiſſe ſcribit *Gell. l.* 15. *c.* 30. *Hor. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 192. Eſſeda feſtinat, pilenta, petorrita, naves.

Petoſiris, idis, m. Πετόσιρις, Ægyptius Mathematicus inſignis. *Plin. l.* 2. *c.* 23. & *l.* 7. *c.* 49. Hinc pro quolibet Mathematico ponitur a *Juven. ſat.* 6. *v.* 580.

Petra, f. 1. *pietra*, *rupe*, סלע, Germ. *ein felſ*, Gall. *pierre*, Hiſp. *piedra*, πέτρα, proprie rupes eſt. *Plin. l.* 10. *c.* 32. Gauiæ in petris ædificant. ¶ Pro lapide, aut ſaxo uſurpari videtur *ab eod. l.* 37. *c.* 10. ubi de gemmis loquens inquit: Cyitis circa Copton naſcitur candida, & videtur intus habere petram, quæ ſentiatur etiam ſtrepitu. Ita legi in omnibus MSS. teſtatur *Harduin.* at editi libri fere omnes habent *partum*, *qui*. ¶ Cæterum petrarum, inquit *Feſtus* genera ſunt duo, quorum alterum naturale, ſaxum prominens in mare, alterum manufactum, petra eſt, quæ Jovis dextra, ac ſiniſtra fornicem amplectitur ad libramentum ſummi fornicis. ¶ Præterea nomen eſt quarundam urbium in petris conditarum, ut Petra, quæ metropolis eſt Arabiæ Petrææ, apud *Plin. l.* 5. *c.* 34. Item Petra Oxi, quam deſcribit *Curt. l.* 7. *c.* 11.

Petræus, a, um, adject. in petris naſcens, ut petræa braſſica, apud *Plin. l.* 20. *c.* 9. & *l.* 27. *c.* 6. ¶ Arabia Petræa dicta eſt, propter rupium in ea frequentiam. V. *Arabia*.

Petreia, f. 1. mulier dicebatur, quæ pompam præcedens, in coloniis, ac municipiis imitabatur anum ebriam, quod pedes in petras frequenter impingeret. Aliqui volunt, ab agri actio, ſcilicet petris, appellatam eſſe. *Feſtus*.

Petrenſis, ſe, adject. petræus, ut petrenſes piſces, *Cal. Aurel. Tard.* 2. *c.* 1. ¶ Petrenſe ſtagnum, h. e. ad Petram urbem ſpectans. *Solin. c.* 11.

Petricoſus, a, um, adjectiv. petroſus, difficilis, *ſcabroſo*, *difficile*. *Martial. l.* 3. *epigr.* 63. Res petricoſa eſt, Cotila, bellus homo. Alii leg. *perticoſa*, h. e. tricis plena.

Petrinum, n. 3. *Rocca di Monte Dragone*, opp. & Duc. Campaniæ, cum arce, apud Sinueſſam urb. ext. in monte dictæ urbi imminente. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum. ¶ Petrini incolæ ejus oppidi. *Cic. Verr.* 3. *c.* 39.

Petrinus, a, um, adject. qui eſt ex petra, ut petrina acies, apud *Tertul. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 18. & *adverſ. Judæos*, *c.* 9.

Petrites, æ, m. genus vini, ita dictum, ut videtur, quia circa Arabiæ Petram naſcitur. *Plin. l.* 14. *c.* 7.

Petro, onis, m. ruſticus, a petrarum aſperitate, duritiaque. *Feſt.* ¶ A petra quoque arietes vocantur petrones, ideſt a duritie, & aſperitate, qua referunt Petram. *Plaut. Capt.* 4. 2. 40. Qui petroni nomen indunt verveci ſectario. Sententia eſt, qui petronum, ſive arietum carnem vendunt pro vervecina, quæ ſapore magis commendatur.

Petrocorii, m. 2. *les Perigourdins*, pop. Aquitaniæ, quorum regio Petrocoricenſis provincia, *le Perigord*. Forum caput fuit Petrocorii, ſeu Veſunna, recentioribus Petrocorium, *Perigueux*, ad Iilam fl.

Petronia, æ, m. fl. Latii, apud Romam fluens in Tiberim, quem Magiſtratus in Campo aliquid acturi tranſibant. *Feſtus*.

Petronius Arbiter Maſſilienſis, Equeſtri genere natus, Vir Conſularis, & inter familiares Neronis Imp. a cujus familiaritate, & favore cum artibus Tigellini æmuli excidiſſet, ſectis venis vitam finivit A. C. 67. Scripſit Satyricon, quo corruptiſſimos ſuorum temporum mores inſectatur, eleganti quidem, & polito loquendi genere, verum tot obſcœnitatibus aſperſo, ut non ſine pudoris detrimento perlegi poſſit.

Petroſelinum, i, n. *petroſellino*, πετροσέλινον, herba ſemine nigro, guſtu amaro, ſativo apio multo major, quaſi petrarum apium, ita dicta, quod optime in petris, hoc eſt in rupibus proveniat, præſertim in Macedonia, ubi in crepidine rupium peculiariter naſcitur, onde etiam Macedonicum a quibuſdam cognominatur. *Plin. l.* 20. *c.* 12.

Petroſus, a, um, adject. πετρώδης, petris plenus, aſper, incultus. *Plin. l.* 9. *c.* 31. Vivunt petroſis in locis.

Petteuma. V. Pytiſma.

Petulans, antis, o. *petulante*, פריץ, Germ. *mutwillig*, Gall. *petulant*, Hiſ. *deſvergonçado*, ὑβριστής, procax, improbus, immodeſtus. *Feſtus*. Petulantes, & petulci etiam appellantur, qui protervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. *Cic.* 2. *de Or.* Illud aſſequor, ut, ſi quis mihi forte maledicat, petulans, aut plane inſanus mihi eſſe videatur. *Id. pro Mar.* Dictum petulans proferre. *Id. in Salluſt.* Bonos petulantiſſima lingua conſectari. *Arnob. l.* 4. *ſub fin.* Aures alicujus petulantiore convicio pulſare. ¶ Quandoque accipitur pro laſcivo. *Cic. in Parad.* Lapſa eſt libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quam ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili virgine.

Petulanter, adv. *sfacciatamente*, Ger. *mutwilliglich*, Gall. *effrontement*, Hiſp. *deſvergonçadamente*, ὑβριστικῶς, procaciter, improbe. *Cic. Att. l.* 2. Diphilus tragœdus in noſtrum Pompejum petulanter invectus eſt. *Id. pro Cæl. c.* 3. Quæ ſi petulantius jactetur. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 19. Cum a perditis in civili nefario bello petulantiſſime fiant. ¶ Item laſcive. *Id. pro Cæl.* Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuſe, libidinoſa meretricio more viveret.

Petulantia, æ, f. *immodeſtia*, פריצות, Ger. *mutwill*, Gal. *petulance*, Hiſ. *deſverguença*. ὕβρις, immodeſtia, improbitas illa, qua alios per contumeliam petimus, & generatim effrænatio immodica ad quodlibet vitium. *Cic.* 4. *de Rep.* apud *Non. c.* 1. *n.* 89. Itaque a petendo petulantia, a procando, i. e. poſcendo, procacitas nominata eſt. *Id. de Sen.* Petulantia, & libido magis eſt adoleſcentium, quam ſenum, nec tamen omnium adoleſcentium, ſed non proborum. *Gal. l.* 3. *c.* 3. Cum delicta ſua, & petulantias dictorum diluiſſet. ¶ Tranſlate dicitur etiam de pecudibus. *Col. l.* 7. *c.* 6. Quoniam cornuti fere pernicioſi ſunt, propter petulantiam. ¶ Et de arborum ramis. *Plin. l.* 16. *c.* 30. Præcipueque dominus expetitur ramorum petulantia. ¶ Et de morbis. *Gell. l.* 12. *c.* 3. Itaque vidi Philoſophum ratione decreti ſui manum petulantia morbi, doloriſque exultantia colluctantem.

Petulcus, a, um, idem ac petulans, ideſt qui in alios contumelioſus eſt, vel qui laſcivus eſt, a *petendo*. *Chariſ. lib.* 1. & *Feſt.* V. *petulans*. *Virg.* 4. *Georg.* Hædique petulci. Ubi *Serv.* id eſt laſcivi, & exultantes. Unde & meretrices petulcas vocamus. *Col. l.* 7. *c.* 3. Itaque capri, vel arietis petulci ſævitiam paſtores hac aſtutia repellunt. ¶ Petulcam vaccam, quæ cornu petit, apud *Sulpit. Sever. dial.* 2. *c.* 9.

Petuleum Palatii, dicta eſt ea regio Urbis, quam Romulus obverſam poſuit ei parti, in qua plurimum erat agri Romani, mare verſus, quia molliſſime inde adibatur Urbs, cum Hetruſcorum agrum a Romano Tyberis diſcluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppoſitos. *Feſtus*.

Peuce, es, πεύκη, ſpecies arboris. *Plin. l.* 11. *c.* 15. & *l.* 14. *c.* 7. ¶ Græce pinum ſignificat.

Peucedanum, i, n. & peucedanos, i, m. *peucedano*, *finocchio porcino*, πευκέδανον, herbæ genus, a πεύκη, *pinus*, quia ejus folia imitatur, ut *myrtidanum* a *myrto*: unde & pinaſtellum nonnulli ex recentioribus appellaverunt. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatiſſimum in Arcadia, mox Samothrace. *Apul. de herb. c.* 94. A Græcis peucedanos dicitur, &c.

Peucetia, æ, f. *Terra di Bari*, regio Italiæ, in Regno Neapolitano, ad oram maritimam, una ex Apuliis inter Apuliam Dauniam, a qua Aufido fl. ſeparatur, & Japygiam.

Peucinæ, es, πευκίνη, ſpumæ argenteæ genus. *Plin. l.* 36. *c.* 6.

Pexatus, a, um, qui pexa veſte eſt indutus, hoc eſt cujus flocci nondum ſunt detriti. *Martial. lib.* 2. *epigr.* 58. Pexatus pulchre rides mea, Zoila, trita.

Pexitas telæ, eſt lanugo illa, quæ pectitur. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ?

Pexus, a, um, *pettinato*, partic. a pector. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Doctor pexus, & pinguis. ¶ Veſtis pexa dicitur, quæ nova eſt, cui trita opponitur. Dicta autem a *pecto*, quia in texendo pectinis morſibus vellus ſeruntur. Quidam pexam veſtem arbitrantur eſſe, quam Græci dicunt μαλλωτήν, hoc eſt villoſam, quæ ob eminentes villos pecti ſoleat. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 95. Si forte ſubucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Iſtriæ, Liburnæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena veſtibus. ¶ Tranſlate pexa folia dicuntur, quæ craſſa ſunt, & in medio extuberantias quaſdam habent in modum panni pexi. *Col. l.* 11. *c.* 3. At Cappadocia, quæ pallido, & pexo, denſoque folio viret menſe Februario. ¶ Pexa munera, craſſa, & opima, ac ſpiſſa, non lævia. *Martial. l.* 7. *epigr.* 45. Divitibus poteris muſas, elegoſque ſonantes mittere, pauperibus munera pexa dato. Alii aliter legunt.

Pezicæ, vel Pezitæ, f. 1. πεζῖται, fungi ſine radice, aut pediculo, a πεζὸς, pedes, quaſi pedeſtres, quod non tollant ſe ſe altius a terra. *Plin. lib.* 19. *cap.* 3.

P A N T E H.

Phæaces, m. 3. Φαίακες, pop. Phæaciæ inſ. h. e. Corcyræ. In ſingulari num. eſt Phæax, cis. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. Pinguis ut inde domum poſſim Phæaxque reverti, *h. e.* obeſus, bene nutritus. Phæaces enim luxu inſames fuere.

Phæacia, æ, f. inſ. maris Jonii, eadem ac Corcyra. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Phæacis, idis, f. quæ eſt ex Phæacia. *Ovid.* 4. *de Pont. epiſt.* 12. *v.* 27. Dignam Mæoniis Phæacida condere chartis.

Phæacius, a, um, Φαιάκιος, quod ad Phæaciam inſ. ſpectat. *Tibull. l.* 4. *ad Meſſalam*, Tellus Phæacia.

Phæacus, a, um, Φαιακός, idem ac Phæacius. *Prop. l.* 3. *el.* 2. Nec mea Phæacas æquant pomaria ſylvas.

Phæax. V. Phæaces.

Phæcaſiani Dii, Græci Dii dicebantur, quod ſimulacra Deorum in Græcia cum phæcaſiis fingerentur. *Juven. ſat.* 3. *v.* 219. Phæcaſianorum vetera ornamenta Deorum. Al. leg. *phæcaſiatorum*. al. *hæc Aſianorum*.

Phæcaſiatus, a, um, Phæcaſio indutus. *Senec. epiſt.* 113. Quæ doceat phæcaſiatum, palliatumque. *Petron. in Satyr.* Phæcaſiati milites.

Phæcaſium, ii, o. φαικάσιον, calceamenti genus. *Poll. l.* 7. *c.* 22. Hujuſmodi phæcaſia alba erant, ſaltem illa, quibus Sacerdotes utebantur, ut ex Appiano, & Herodiano cognoſcimus. Sacerdotes Alexandrinos, atque etiam Athenienſium candidis uſos eſſe, tenemus ex *l.* 5. *Appiani de B. Civ.* Cæterum Philoſophorum phæcaſia colore nigro erant. *Sen. l.* 7. *de Ben. c.* 21. Pythagoricus quidam emerat a ſutore phæcaſia.

Phædra, f. 1. Φαίδρα, Minois Cretenſium Regis filia ex Paſiphae, ſoror Ariadnes, uxor Theſei filii Ægei Regis Athenarum, qui eam ſe ſecutam relicta Ariadne uxorem ſibi copulavit, atque ex ea Demophoontem, & Antigonum ſuſcepit. Hæc amore Hippolyti privigni capta, cum ipſum adducere non potuiſſet, ut paternum thalamum conſpurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam ſtuprum ſibi per vim inferre voluiſſet. Tandem Hippolyti morte audita, qui patris iram fugiens ab equis diſcerptus fuerat, ſcelus ſuum Theſeo narravit, & Hippolyti enſe, vel laqueo, ut *Servius* ait, ipſa ſibi mortem conſcivit. *Bocc. l.* 11. *Gen.*

Phædrus, m. 2. Φαῖδρος, adoleſcens Myrrhinuſius, ſeu Myrinenſis, inſigni pulchritudine, inter Platonis diſcipulos numeratur, qui ejus ingenio adeo delectatus eſt, ut illi primitias ſtudiorum ſuorum dicaverit. Ad hunc epigrammata ſcripſit, ad hunc elogia, ad hunc primum ſuum de pulchritudine librum, qui *Phædrus* inſcribitur. *Ficin. in Conv. Plat. c.* 2. & *Orat.* 7. *c.* 4. ¶ Phædrus alter, Philoſophus Epicureus, qui valde elegans fuit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Auditus eſt a Cicerone. *Cic.* 1. *Fin.* Item a Pomponio Attico. *Cic.* 1. *de Leg.* ¶ Denique Phædrus, Thrax, Auguſti libertus fuit, & ſub Tiberio Imperatore libros ſex conſcripſit Latino eleganti carmine, ſenariis verſibus, ex Æſopi fabulis græcis materia deſumpta.

Phænomena, orum, n. Φαινόμενα, a φαίνω, *oſtendo*, ab Aſtronomis dicuntur, quæ in aere, & cœlis digna obſervatione apparent. *Lactant. l.* 5. *c.* 5. Eum librum, quo phænomena breviter comprehendit, &c. Quædam Lactantii editiones hanc vocem habent Græcis literis exaratam.

Phaëthon, ontis, m. Φαέθων, filius Solis Ægyptii, & Clymenes, a φαέθω, quod idem, ac φάω, *ſplendeo*. Hic cum a patre impetraſſet, ut uno die currus ſui habenas ſibi permitteret, aurigandique imperitus cœlum, & terram combureret, a Jove fulmine a curru excuſſus, in Padum fluvium decidit. *Cic.* 3. *Offic. c.* 25. & 3. *de nat. Deor. Ovid.* 2. *Met.* ¶ Græci Poetæ interdum Phaëthontem vocant ipſum Solem. Hos itaque imitatus videtur *Virg.* 5. *Æn. v.* 105. Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.

Phaëthonteus, a, um, adject. ad Phaëthontem pertinens. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 246. Poſt Phaëthonteos vidiſſe dolentius ignes.

Phaethontiădes, f. 3. tres Heliades virgines, Phaethuſa, Lampetie, & Lampetuſa, filiæ Solis, & Clymenes, ſorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem flerent, converſæ ſunt in alnos arbores, ſeu in populus, ex quibus perpetuo guttæ, tanquam lacrymæ, fluunt, quæ deinde in electrum rigeſcunt, & durantur. *Ovid. 2. Met. Virg. 6. Ecl. & 10. Æn.*

Phaethontis, idis, patronymicum fœmin. *Avien. in Phænom. Arat. v. 791.* Illum prolixis duræ Phaethontides ulnis planxerunt; hoc eſt ſorores Phaethontis.

Phaethontius, a, um, adject. Phaethonteus, ut Phaethontius amnis, h. e. Padus, in quem Phaethon decidiſſe dicitur. *Silius l. 7. v. 149.*

Phaethuſa, æ, f. φαέθουσα, filia Solis, & Clymenes, ſoror Phaethontis, Lampetiæ, & Lampetuſæ. *Ovid. 2. Met. v. 346.* ¶ Phaetuſa altera, filia Solis ex Neæra Nympha, & ſoror Lampetiæ, al. Salempetiæ, quæ in Sicilia patris ſui armenta cum ſorore cuſtodivit, de quibus ſocii Ulyſſis contra Circes præcepta deguſtantes naufragium fecerunt. *Hom. l. 12. Odyſſ. Bocc. l. 4. Gen.*

Phagedæna, æ, f. 1. φαγέδαινα, idem ac bulimus, ſeu bulimia, ideſt immodicus cibi appetitus, edacitas præter conſuetudinem a φάγω, *edo*, & ἄδην, *affatim*, quod te ea affatim edatur. Translate ſic dicitur exulceratio uſque ad oſſa, celeriter depaſcens, cum inflammatione, ſaniem malolentem emittens, & ad mortem perducens. *Plin. l. 26. c. 11.* Phagedænis, quod nomen ſine modo exedentium eſt, & alias ulcerum, tithymali medentur cum ſeſamis ſumpti. ¶ Item de morbo apum, cum ceræ partes cacuæ computreſcunt, & ſerpente latius vitio ipſæ quoque apes intereunt. *Col. l. 9. c. 13.* Sæpe etiam vitio, quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt.

Phagedænicus, a, um, adject. ad phagedænam pertinens, ut phagedænica ulcera. *Plin. l. 24. c. 4.*

Phager, vel phagrus, i, m. φάγρος, genus piſcis, qui lapidem in capite habere exiſtimatur. *Plin. l. 32. c. ult.* qui *l. 9. cap. 16.* pagrum vocat, nam Græce etiam πάγρος dicitur.

Phago, onis, m. edax, vorax, heluo. Edones, & phagones, inquit *Non. c. 1. n. 237.* ab edacitate (ſcilicet a φάγω, *edo*) unum Latinum, alterum Græcum. *Vopiſc. in Aureliano, c. ult.* Vehementiſſime delectatus eſt phagone, qui eo uſque multum comedit, ut uno die aprum integrum, centum panes, vervecem, & porcellum comederet. V. *Lipſ. Centur. miſcellan. ep. 51.*

Phagrus. V. Phager.

Phalacrocŏrax, acis, m. φαλακροκόραξ, corvus aquaticus, ita dictus a naturali calvitie. *Plin. l. 10. c. 48.*

Phalæ, (vel falæ, ut ſcribunt *Non. & Feſt.*) arum, f. ligneæ turres, ſeu machinæ, ex quibus ludi ſpectabantur. *Enn. apud Non. c. 2. n. 351.* Malos diffindunt, fiunt tabulata, phalæque. *Juven. ſat. 6. v. 589.* Conſulit ante phalas, Delphinorumque columnas. ¶ Erant etiam phalæ militares, ex quibus milites in obſidionibus tela in hoſtilem urbem jaciebant. De his intelligendum videtur illud *Plaut. Moſtell. a. 1. sc. 10.* Iſti, qui trium nummorum cauſa ſubeunt phalas, h. e. parvo ſtipendio, ſeu mercede pericula gravia adeunt. ¶ Translate, ut machina, ſic & phala ponitur pro dolo, & fallacia. *Nævius apud Non.* Me non vocacit; ob eam rem hanc feci phalam.

Phalæcium. V. Phaleucium.

Phalæcus, i, m. nomen Poetæ cujuſdam, a quo Phalæcium carmen nomen habet, teſte *Terentiano Mauro, c. 71.*

Phalanga, ſeu palanga, æ, f. *curro*, *ſtanga*, Germ. *vvalker*, Gal. *rouleau*, Hiſp. *palancas*, φαλάγγες, vel φαλάγγαι. *Non. c. 2. n. 725.* Phalangæ, inquit, dicuntur fuſtes teretes, qui navibus ſubjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora ſubducuntur; unde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſvehunt. *Varro de vita P. R. l. 4.* Cum Pœnus in fretum obviam veniſſet & noſtris, quoſdam capiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubjecerat, quo metu debilitaret noſtros. *Cæſ. l. 2. B. C.* Palangis ſubjectis ad turrim hoſtium admovent. ¶ Sumitur etiam pro fuſte generatim. *Plin. l. 7. c. 56.* Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fuſtibus, quos vocant phalangas.

Phalangarii, ſeu Palangarii, m. 2. qui aliquid oneris fuſtibus tranſvehunt. V. *Phalanga. Vitr. l. 10. c. 8.* Onerum vero maxima pondera, cum feruntur a palangariis. ¶ Phalangarii dicuntur etiam milites phalangit. *Lamprid. in Alexand. Sev. c. 50.* Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari juſſerat.

Phalangitæ, m. 1. milites ex phalange. *Liv. l. 37. cap. 40.* Decem, & ſex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

Phalangites, æ, m. 1. φαλαγγίτης, genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Phalangites a quibuſdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon, (ut in quibuſdam exemplaribus invenio) leucacantha.

Phalangium, ii, n. φαλάγγιον, genus aranei, a φάλαγξ, quod idem notas. *Plin. l. 18. c. 17.* Naſcitur & phalangion in ervo, beſtiola aranei generis, ſi hyems aquoſa ſit. ¶ Eſt & herbæ nomen. V. *Phalangites.*

Phalango, ſeu palango, as, a. 1. onus aliquod fuſte tranſveho, a *Phalanga*. *Afranius.* Et capream unam ſemilaceram quaterni ſimul phalangabant.

Phalantēus, a, um, adject. &

Phalantinus, a, um, adject. a Phalanto, ut Phalanteum Tarentum, h. e. a Phalanto conditum. *Sil. l. 11. v. 16.* Et, Agna Galeſi Phalantini, apud *Martial. l. 5. epigr. 38.* Eſt autem Galeſus fluvius Tarentini agri.

Phalantus, i, vir quidam Lacedæmonius, qui cum aliquibus ſociis in Italiam venit, & Tarentum condidit. *Juſtin. l. 3. c. 4.*

Phalanx, angis, f. *falange*, [illegible], Ger. *eine ſolche ordnung*, Gal. *phalange*, Hiſp. *gente de pie puesta en ordenança*, φάλαγξ, agmen peditum apud Macedones, figura quadrata, vel cunei, ubi pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conſerebatur. Amplior militum numerus erat in phalange, quam in legione. Nam, ut *Vegetius* ſcribit *l. 2. de R. Mil. c. 2.* continebat phalanx octo hominum millia, cum legio tantum ſex millibus conſtaret. Accurate imprimis phalangem Polybius deſcripſit. *Curt. l. 3. c. 2.* Macedones phalangem vocant peditum ſtabile agmen, ubi vir viro, armis arma conferta ſunt. ¶ Dicitur etiam de exercitibus aliarum gentium. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 25.* Milites noſtri e loco ſuperiore pilis miſſis facile hoſtium phalangem perfregerunt. Ubi procul dubio accipitur pro armorum connexione, atque teſtudine. *Liv. l. 8.* Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe. *Virg. Æn. 2. de claſſe.* Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat.

Phalarica, ſeu falarica, æ, f. φαλαρική, genus teli ad modum haſtæ, validо præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, ut cum armis corpus tranſfigat, inter cujus tubam, & haſtile ſulphur, reſina, bitumen, ſtupa convolvuntur, infuſo oleo, quod incendiarium vocant, deinde balliſtæ impetu emiſſum, figitur ligno, turritaſque machinas incendit. Becmano placet eſſe a φαλός, *ſplendidus*, quod a φάω, *ſplendeo*. Phalaricæ deſcriptio eſt apud *Livium*, & *Silium*, utrumque in Saguntina hiſtoria: item apud *Serv. ad 9. Æn.* Aliis placet eſſe a *phalis*, quomodo dicebantur turres, e quibus phalaricæ mittebantur. *Feſt.* ¶ Duplex fuit, magna, quæ balliſtæ impetu emittebatur, & parva, quæ manu jaciebatur. Vide quædam de phalarica apud *Stewechium ad Veget. l. 4. c. 18.* & imprimis *Juſt. Lipſ. l. 5. Poliorcet. c. 5. Virg. 9. Æn. v. 705.* Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit, Fulminis acta modo.

Phalaris, idis, m. φάλαρις, Tyrannus immaniſſimus Agrigentinorum in Sicilia. Præter cætera novorum ſuppliciorum inſtrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immiſſi damnati, igneque ſubjecto, bovis mugitum edebant: cujus muneris nomine cum artifex non leve munus ſperaret, juſſu Tyranni in taurum conjectus, primus artis ſuæ ſpecimen præbuit. Ad extremum ipſe quoque Phalaris, cum omnia ejus atrocitas ulterius ferri non poſſet, facto in eum univerſorum civium impetu, correptus, & ipſo tauro, quo alios excruciarat, incluſus, vivus crematus eſt. *Cic. 2. Offic. 3. de nat. Deor. 1. & 2. de Divin. Plin. l. 8. c. 56. & l. 34. c. 8.*

Phalăris, idis, f. genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Phalaris thyrſum habet longum, tenuem, ceu calamum, in ſummo florem inclinatum, ſemen ſimile ſeſamæ. ¶ Eſt etiam genus avis aquaticæ apud *Varr. l. 3. R. R. c. 11. Plin. l. 10. c. 48. & Colum. l. 8. c. 15.* apud quos legitur & *phaleris* eodem ſenſu.

Phalĕræ, arum, f. *abbigliamenti di cavalli*, φάλαρα, ornamenta equorum, a Græca voce allata. *Liv. l. 22. c. 52.* Et ſi quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat. ¶ Per Catachreſin etiam ornamenta virorum nobilium phaleræ vocantur. *Liv. l. 9.* Ut plerique nobilium aureos anulos, & phaleras deponerent. ¶ Translate hæc vox uſurpatur pro rebus externis, & fucatis, quæ animi bonis opponuntur. *Perſ. ſat. 3.* Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute novi. *Cic. Att. l. 15. ep. ult.* Plancum ſcribebant hunc Buthrotium pridie, quam hoc ſcribebam, ideſt tertio nonas, vidiſſe, demiſſum ſine phaleris, *h. e.* ſine honore.

Phaleratus, a, um, adject. phaleris ornatus, ut phaleratus equus, apud *Liv. l. 30. c. 17.* ¶ Translate *Terent. Phorm. 3. 2. 15.* Phaleratis dictis ducas me, h. e. fucatis, *con belle paroline*.

Phalerēus, a, um, adject. ut Phalereus portus Athenis, de quo *Nepos in Themiſtocl. c. 6.*

Phalĕris. V. Phalaris.

Phalĕro, as, a. 1. phaleris ornare, eſt metaphorice fucum facere. *Ambroſ. l. 2. in c. 2. Lucæ.* Plebs ſimplex, quæ phalerare audita, & fucare neſcit. V. *Phaleræ.*

Phalĕrus, i, unus ex Jaſonis comitibus in expeditione Colchica. *Valer. Flacc. l. 1. & 6. Argon.*

Phaleucium carmen, apud Grammaticos eſt genus carminis conſtans ex quinque pedibus, ſpondeo, dactylo, & tribus choreis. *Terentian. Maurus* appellat Phalæcium, & dicit nomen accepiſſe a Phalæco inventore. Alio nomine dicitur Hendecaſyllabum, quia undecim ſyllabis conſtat, ut *Martial. l. 1.* Commendo tibi Quintiane noſtros.

Phallĭca, orum, n. 2. carmina in honorem Bacchi. *Ariſtoteles in Poetica* ſcribit, ſua etiam ætate in pleriſque urbibus Phallica obtinuiſſe, cumque in ſacris Bacchi obtinerent dithyrambica, & phallica, ex illa quidem tragœdiam, ex his comœdiam cepiſſe incrementum. ¶ Phallicus auctor eſt ille, qui Priapea ſcripſit, quæ perperam Virgilio quidam tribuunt.

Phallovitrobŏlus, i, m. poculum obſcœnæ figuræ, Priapus ex vitro apud *Capitolin. in Pertinace, c. 8.* ubi alii leg. *Phallovitrobolum*, alii *Phallovitrobolo*, ſed eodem ſenſu.

Phallus, i, m. φαλλός, Græce eſt penis ligneus, vel vitreus, vel coriaceus. Speciatim dicitur de veretro ficulneo, quod in Bacchi feſtis plauſtro impoſitum, per rura primum, deinde per urbem, magno honore vectabatur, teſte *S. Auguſt. l. 7. de Civ. c. 21.* Item de privatis veretris, quæ ſinguli, qui Dionyſia celebrabant, ſibi de collo ſuſpendebant, & palam geſtabant, ut *Plutarchus* ſcripſit. ¶ *Phallus Deo*, prov. ubi rerum quidem honeſta, ſed tamen apta tribuuntur, tractum a Bacchi ſacris, in quibus phallus ferebatur.

Phanæus, i, promontorium in Chio inſula, optimo vino celebre. *Virg. Georg. 2. v. 98.*

Phantaſia, f. 1. *fantaſia*, *immaginazione*, φαντασία, viſum, imago rerum animo inſidentium, Philoſophi accipiunt pro uno ex ſenſibus internis. Ita dicta eſt a φαίνομαι, *appareo*, quia ſpecies rerum, quas ſentimus, vel etiam ſentire nos putamus, intus apparent. *Cic. 1. Acad. c. 11.* In qua primum de ſenſibus ipſis quædam dixit nova, quos junctos eſſe cenſuit e quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos viſum appellemus, licet. ¶ Apud Rhetores accipitur pro mentis conceptu, *concetto*, *idea*, *penſiero*. *Senec. Suaſor. 2.* Ceſtius cum deſcripſiſſet honores, quos &c. adjecit: per ſepulcra noſtra jurabitur. Nicetas longe diſertius hanc phantaſiam movit, &c.

Phantaſma, atis, n. φάντασμα, ſpecies, vel imaginatio falſa, quales ſunt, quas dormientes videre ſibi videntur. Hinc & pro ſpectro ſumitur. *Plin. l. 8. ep. 27.* Eſſe aliquid phantaſmata, & habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an inanem, & variam ex metu noſtro imaginem accipere.

Phaon, onis, m. φάων, juvenis Lesbius formoſiſſimus, a Sappho poetria perditiſſime amatus. *Ovid. in ep. 15.*

Pharĕtra, æ, f. *faretra*, *turcaſſo*, [illegible], Germ. *ein kocher*, Gall. *carquois*, Hiſp. *carcax*, φαρέτρα, theca, ubi ſagittæ reponuntur. *Virg. Æn. 1.* Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis. *Horat. l. 1. od. 22.* Nec venenatis gravida ſagittis, Fuſce pharetra.

Pharetrātus, a, um, qui pharetras fert. *Virg. 3. Georg.* Quaque pharetratæ vicinia Perſidis urget.

Pharetrĭger, a, um, adjectiv. qui pharetram fert, *Silius l. 14. v. 287.* Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas.

Pharĭa, æ, f. Inſula Illyrici maris cum oppido. *Plin. l. 3. c. 26.* ¶ Eſt etiam uvæ genus, apud Piſas, unde & Pharium vinum. *Id. l. 14. c. 3.*

Pharias. V. Pareas.

Pharĭcon, vel Paricum, i, n. genus veneni, ita dicti a Pharico inventore. *Plin. l. 28. c. 10. Scribon. Larg. compoſit. 106.*

Phariſæus, i, m. φαρισαῖος, una ex tribus Judæorum ſectis, a cæteris religione, & ſanctitate diſtincta. Unde *Heſychius* φαρισαῖοι, ἀφωρισμένοι, ... καθαροί. Quare ipſum nomen Hebraice ſeparationem ſonat. Secunda ſecta erat Sadducæorum, tertia Eſſæorum. *Tertul. de præſcription. c. 45.* Prætermitto Phariſæos, qui additamenta quædam legi adſtruendo, a Judæis diviſi ſunt, unde etiam hoc accipere ipſum, quod habent, nomen digni fuerunt.

Phariſaicus, a, um, φαρισαϊκός, quod ad Phariſæos ſpectat. *Hieron. contra Vigilant.* Quaſi ſepulchra Phariſaica foris dealbata.

Pharius, a, um, adject. a Pharo, ponitur pro Ægyptio, vel Alexandrino, ut Pharia unda, h. e. Nilus. *Lucan. l. 3. v. 260. Ovid. 1. de Pont. ep. 1. v. 38.* Jactans Pharia tinnula ſiſtra manu. *Juvenal. ſat. 13. v. 85.* Pharium acetum. V. Acetum. ¶ Pharias flammas pro igne, qui in turri Phari ardebat, *Lucan. l. 9. v. 1005.* ¶ *Pharius annus* apud *Stat. l. 3. Silv. 2. v. 22. & Claud. de B. Gild. v. 57.* eſt annona ex Ægypto.

Pharmaceutĭce, es, f. φαρμακευτική, ea medicinæ pars, quæ medicamentis curat. *Celſ. in præfat. l. 1.* ſcribit Græcis literis.

Phar-

Digitized by Google

Pharmaceutria, f. 1. *maga*, *ſtrega*, φαρμακεύτρια, ſaga, venefica. Hoc nomine *Virg. Eclogam* quandam inſcripſit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum viri, a quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur revocare.

Pharmacopōla, æ, m. *chi vende medicine*, Ger. *apoteker*, Gal. *apothicaire*, Hiſ. *boticario*, φαρμακοπώλης, qui pharmaca vendit, a πωλέω, *vendo*, & φάρμακον, *medicamentum*. Olim alii erant pharmacopolæ, quam hodie. Nunc etiam ſimplicia divendunt, atque ex Medicorum præſcripto pharmaca concinnant. Olim ſimplicia divendebant ſeplaſiarii, qui Græcis ῥιζοτόμοι. Pharmacopolæ autem non ex alieno agebant præſcripto, ſed ipſimet remedia concinnabant, venaliaque habebant, quales nunc Medici circumforanei, qui per fora, atque urbes curſitant, & peritiam ſuam, ac remedia jactando ſimplici popello ſublinere os ſolent, *cerretani*. *Cato apud Gell. l. 1. c. 15.* Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam. Nam ejus verba audiuntur, verum ei ſe nemo committit, ſi æger eſt. *Cic. pro Cluent. c. 14.* Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur.

Pharmacotrŏphi, m. 2. Φαρμακοτρόφοι, pop. Aſiæ, Margianis, & Suſianis finitimi, qui ſe venenis alere conſueverant, a φάρμακον, *venenum*, & τρέφω, *nutrio*. *Plin. l. 6. c. 16. Mela l. 1.*

Pharmăcum, ci, n. φάρμακον, medicamentum. Vox media eſt, quales multas recenſet *Gell. l. 12. c. 9. Cajus, l. qui venenum, ff. de verb. ſign.* Sumitur enim & pro medicamento ſalutifero, & pro veneno malo, ſeu toxico, quemadmodum & Latine medicamentum vox media eſt, & tam in malam, quam in bonam partem accipitur; ut Nonius auctor eſt.

Pharmăcus, i, m. φαρμακός. Pharmaci, inquit *Cæl. Rhodig. l. 6. antiq. lect. c. 12.* dicebantur ignobiles quidam homines, & inutiles, qui ad civitates ſua morte expiandas deſtinabantur, & publice alebantur, quos & καθάρματα vocant Græci. Hinc pharmacus convicium eſt in hominem ſceleſtum, & abjectum. *Petron. in Satyr.* Quid tu dicis, latro? quæ ſola ſalamandra ſupercilia tua excuſſit? cui Deo crinem voviſti? pharmace, reſponde.

Pharnacĕon, i, n. herba, genus panacis folio longiore, & ſerrato: ita dictum a Pharnace rege inventore. *Plin. l. 25. c. 4.*

Pharſalia, f. 1. regio Theſſaliæ, Pharſalo opp. circumjacens, a quo & nomen accepit. Sunt tamen, qui vocatam fuiſſe exiſtiment a Pharſalo duce, quæ primo Æmathia ab Æmathio, poſtea Theſſalia a Theſſalo, deinde a Macedone Macedonia dicta. Apud *Ptol.* pars eſt Æmathiæ in Theſſaliæ confinio. *Lucan. l. 9. v. 985.*

Pharſalĭcus, a, um, quod ad Pharſaliam ſpectat, ut Campi Pharſalici, in quibus duorum maximorum bellorum civilium procellæ detonuerunt. primi inter Cæſarem, & Pompejum, alterius inter Auguſtum, & percuſſores Cæſaris, Brutum, & Caſſium. Hi & Philippici dicti ſunt, a Philippis urbe. *Cic. 1. & 2. de Div. & Lucan.*

Pharſalĭus, a, um, adject. idem ac Pharſalicus. *Catul. de nupt. Pel. & Thet. carm. 65. v. 37.* Pharſalum coeunt, Pharſalia tecta frequentant.

Pharsālus, i, m. Φάρσαλος, oppidum Theſſaliæ, a quo Pharſalia dicta eſt. V. vocem præced.

Pharus, f. 2. *Faro*, *Farion*, inc. *Magrab*, ins. & opp. Ægypti, olim urbs Regia, apud Alexandriam, in inſula oblonga, parvaque, continenti pene juncta, contra Canopicum oſtium Nili. In ea ingens turris a Ptolemæo Philadelpho Rege Soſtrati Gnidii opera 800. talentis extructa eſt albo lapide, quæ inter ſeptem orbis miracula numeratur, ex qua lumen per noctem navigantibus elucebat. Unde ut *Solinus* ſcribit, machinæ in portubus ad prælucendi miniſterium ædificatæ Phari deinceps apud omnes gentes appellari cœptæ ſunt. ¶ Pharus ponitur interdum pro Ægypto, ut regina Phari, *Stat. l. 3. ſilv. 2. v. 102. Lucan. l. 8. v. 443.* Petimus Pharon, arvaque Nili.

Pharuſii, m. 2. pop. Libyæ, olim Perſæ, quorum regio nunc *Afonaga*, ſive *Azenaga*. Quondam comitati fuere Herculem Thebanum, ſive potius Ægyptium, qui Libycus cognominatus eſt, ad Heſperidas proficiſcentem. *Plin. l. 5. c. 8. Mela l. 1. & 3.*

Phaſelīnus, a, um, adject. quod ex phaſelo legumine fit, ut phaſelinum oleum. *Plin. l. 23. c. 4.*

Phaſēlus, vel Faſelus, m. & f. φάσηλος, navigii genus, mixtam habens formam ex oneraria, & longa triremi, quod tam velis, quam remis agi poterat. *Servius ad Virg. 4. Georg.* monet, eſſe brevem naviculam. *Acro ad Hor. l. 3. carm. od. 5.* ſcribit, eſſe navem velocem, & oblongam. *Non. c. 13. n. 7.* dicit eſſe navigium Campanum. *Bayfius* eundem putat, ac myoparonem, aut certe ab illius figura non multum diſtantem. Nomen habet a Phaſelide urbe Pamphyliæ, quod hoc genere navis Phaſelitæ piratæ uterentur. *Cic. Att. l. 1. ep. 8.* Tertiam, quam, ut ſcribis, anchora ſoluta de phaſelo dediſti. *Salluſt. apud Non. loc. cit.* Cohors una, grandi phaſelo vecta, a cæteris deerravit. *Mart. l. 10. epigr. 30.* Pictam phaſelum adjuvanta fert aura. *Catul. carm. 4.* Phaſelus ille, quem videtis hoſpites. ¶ Fictiles etiam phaſelos fuiſſe teſtatur *Strabo, l. 17. & Juvenal. ſat. 15. v. 126.* Parvula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis. ¶ Scribitur & *phaſellus*. ¶ Eſt etiam phaſelus, vel faſelus, m. genus leguminis, de quo V. in dictione ſeq. *Virg. 1. Georg.* viciamque ſeres, vilemque phaſelum.

Phaſeŏlus, vel Faſeolus, m. 2. *fagiolo*, Germ. *faſeln*, Gall. *phaſeole*, Hiſp. *feſoles*, φάσηλος, genus leguminis, ſiliquam ferens longiorem quam fœnogræcum, quæ una cum ſemine manditur viridis ex oleo, & garo. Pro eo *phaſiolus*, vel *paſſiolus* legas in antiquis *Plinii* codicibus, qui ejus meminit *l. 24. c. 9.* ¶ Invenitur & phaſelus a Græco φάσηλος. *Virg. 1. Georg.* Viciamque ſeres, vilemque phaſelum.

Phaſganium, ii, n. gladiolus, herba. *Plin. l. 25. c. 11.*

Phaſiăcus, a, um, adject. ad Phaſidem pertinens, Colchicus, ut Phaſiaca conjux, h. e. Medea, *Senec. in Hercul. Oet. v. 948.* Phaſiaca aqua, *Ovid. epiſt. Medeæ, v. 10.*

Phaſiāna, æ, f. avis eadem, quæ phaſianus. *Plin. l. 10. c. 48.* Phaſianæ in Colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt, ſubriguntque.

Phaſianarĭus, m. 2. φασιανοτρόφος, qui phaſianos paſcit. *Paul. l. avibus legatis, ff. de legat. 3.* Phaſianarii, & paſtores anſerum non continentur.

Phaſianīnus, a, um, adject. ad Phaſianum pertinens, ut phaſianina ova. *Pallad. l. 1. tit. 29.*

Phaſiānus, a, um, adject. Phaſiacus, ut phaſiana gallina, idem, ac phaſiana. *Plin. l. 10. c. 48.* Nonnulli etiam phaſianas gallinas vocant. *Id. l. 11. c. 33.* Hoc quidem & aves infeſtat, phaſianas vero interimit.

Phaſiānus, m. 2. *fagiano*, Ger. *ein phaſian*, Gal. *faiſan*, Hiſp. *faiſan*, φασιανός, ſpecies avis, a Phaſide fl. Colchidis, ad cujus oſtia frequentes convenire, a Græcis proditum eſt. Inde enim ab Argonautis primum in Græciam, ex Græcia vero ad nos hujus generis aves deportatæ ſunt. *Mar. l. 13. ep. 72.* cujus titulus eſt, *Phaſianus*. Argiva primum ſum tranſportata carina, Ante mihi notum nil, niſi Phaſis, erat. *Lamprid. in Alex. c. 41.* Aviaria inſtituerat pavonum, phaſianorum, gallinaceorum. Adde *Pallad. l. 1. c. 29.* ¶ In hanc avem Poetæ fabulantur mutatum eſſe Ityn Terei filium. *Ovid. 6. Met.*

Phaſias, adis, f. Medea a Phaſide urbe, & fl. *Ovid. 2. de ar. am. v. 381.* Maritum barbara per natos Phaſias ulta ſuos.

Phaſiŏlos, i, φασίολος, herba folio aniſi, & in pampinos ſe torquente, alio nomine iſopyron. *Plin. l. 27. c. 11.*

Phaſis, idis, patronym. fœmin. idem quod Phaſias, adis. *Ovid. 2. Faſt. v. 42. de Medea.* Vectam frænatis per inane draconibus Ægeus Credulus immerita Phaſida juvit ope.

Phaſis, is, vel idis, f. *Paſſe*, *Faſo*, inc. *Phazzath*, Φᾶσις, urbs Colchidis, in Aſia, ad oſtium Merid. fl. cognominis, in ora maris Euxini, in Mingrelia regione. *Pomp. Mela l. 1. c. 19. Plin. l. 6. c. 4.*

Phaſis, is, vel idis, m. *Paſſe*, Φᾶσις, fl. Colchidis, qui oritur ex Moſchicis montibus, teſte *Plinio*, ſeu Caucaſiis, teſte *Ptolemæo*, & influit in mare Euxinum. Juxta hunc Phaſis inſula parva eſt, ex qua genus illud avis exportatum eſt, teſte *Iſidoro*, quod phaſianum propterea nominatur. Ibidem herbæ venenoſæ naſcuntur. Inter præcipuos amnes habetur, cum ſeptem oſtiis in Euxinum exeat. *Plin. l. 6. c. 4. Ovid. 7. Met. v. 6.* ¶ In vocativo eſt *Phaſi*. *Valer. Flacc. l. 5. v. 206.*

Phaſma, atis, n. 3. φάσμα, viſum, ſpectrum, idem ac Phantaſma. Hinc nonnulli *phaſmata* legunt pro *phantaſmata* in *epiſt. Plinii*, quam in *Phantaſma* attulimus. ¶ Eſt etiam nomen unius ex fabulis Menandri, *Terent. Eun. prol.* Item cujuſdam Catulli mimographi, apud *Juven. ſat. 8. v. 186.*

Phaſſachătes, æ, φασσαχάτης, nomen gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10.*

Phatnæ, arum, φάτναι, ſtellæ in Cancri ſigno. *Cic. in progn. apud Priſc.*

Phaulĭæ, f. 1. φαυλίαι, olivæ, corpore grandiſſimo, puſillo nucleo, minimo ſucco. *Plin. l. 17. c. 3.*

Phegēĭus, a, um, adject. a Phegeo, Phegeius enſis. *Ovid. Metam. 9. v. 412.*

Phegeus, i, m. 2. fil. Inachi fl. qui primus in Græcia Diis templa erexit, & ſacra inſtituit, & vulgus docuit tempus in annos, & menſes dividere. Adoleſcens occubuit. Templo, & ſacrificiis honoratus fuit. *Bocc. l. 7. Gen.* ¶ Phegeus alter, pater Alphesibœæ, Thamonis, & Axionis, de quo multa *Ovid. 9. Metam.*

Phellandrion, ii, n. φελλάνδριον, herba paluſtris, folio apii, cujus potu levari veſicæ vitia, tradit *Plin. l. 27. c. 15.*

Phellus, i, φελλὸς Græcis eſt ſuber, genus arboris. A *Vitruv. l. 9. c. 9.* ſumitur pro ea horologii parte, quæ ex ſubere facta eſt.

Phemius, ii, citharœdus Homeri præceptor, quem ipſe canentem inducit *Odyſſ. 1.* Hinc *Ovid. 3. Amor. v. 417.* Quid juvat, ad ſurdas ſi cantet Phemius aures?

Phemonŏe, es, f. 1. Φημονόη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuiſſe, & carmen heroicum inveniſſe. *Stat. l. 2. Sylv. 2.* ¶ Eſt & nomen Phœbados cujuſdam, quam quidam dicunt Phœbi filiam fuiſſe. *Heſiod. in Theog. & Lucan. l. 5. v. 126.*

Pheneatæ, m. 1. Φενεᾶται, cives Phenei urbis, qui Mercurium quintum colebant. *Cic. 3. de nat. Deor.*

Pheneus, f. *Feneo*, al. *Phonia*, Φένεος, opp. Arcadiæ, in Peloponneſo, apud Cyllenem M. inter Clitorium, & Æginam. Ibi moly herba contra veneficia omnia provenit. *Plin. l. 4. c. 6. & l. 24. c. 4.* ¶ Pheneus item, m. 2. fl. al. lacus Arcadiæ, qui in Alpheum defluit. Ejus aqua noctu perniciofa eſt, interdiu ſalutaris. *Ovid. l. 15. Met. & Plin. l. 4. c. 6.*

Phengites, ae. 1. φεγγίτης, lapis duritia marmoris, candidus, & tranſlucens, a φέγγος, *ſplendor*. *Plin. l. 36. c. 22. Sueton. in Domit. c. 14.*

Phenion, e. 2. herba, al. anemone, *Plin. l. 22. c. 23.*

Pheos, i, n. φέως, herba foliis, & caule ſpinoſo, alio nomine ſtœbes. *Plin. l. 21. c. 15.*

Pheræ, arum, f. *Cheramidi*, Φηραί, opp. Peloponneſi, in Meſſenia, in ora ſin. Meſſeniaci. ¶ Pheræ item, *S. Giorgio* opp. Achaiæ Peloponneſiacæ, apud Helicen. *Plin. l. 4. c. 5.* ¶ Item opp. Atticæ, inter Megara, & Thebas. *Plin. l. 4. c. 7.* ¶ Pheræ etiam, *Fere*, *Jenezar*, *Sidro*, opp. Theſſaliæ geminum, in Magneſiæ tractu, ad Bebeidem lac. inter Demetriadem, & Pharſalum, ubi tyrannidem Alexander ille exercuit, qui inde Pheræus cognominatus eſt. *Cic. 1. de Div. 2. Off. & Plin. l. 4. c. 8.*

Pheræus, a, um, adject. ad Pheras pertinens, ut Pheræi campi. *Val. Flacc. l. 1. v. 444.* Pheræus conjux, *Senec. in Med. v. 665.* h. e. Admetus Theſſaliæ (in qua Pheræ oppidum) rex. ¶ Alexander Pheræus tyrannidem exercuit in Pheræos adeo crudelem, ut ab ipſa uxore noctu cubans interfectus ſit. *Ovid. in Ibin, v. 351. Cic. 2. Inv. c. 49.*

Phereclēus, a, um, adject. ad Phereclum pertinens, qui fuit architectus, & Paridi naves fabricavit ad rapiendam Helenam. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 22.* Hac duce Sigæo dubias a litore feci Longa Phereclea per freta puppe vias.

Pherecȳdes, is, Philoſophus Syrus, qui primus animorum immortalitatem docuit, teſte *Cic. 1. Tuſc. c. 16. & 1. Divin. c. 50.* Morbo pediculorum conſumptum tradit *Plin. l. 7. c. 51.*

Pherecydēus, a, um, adject. ad Pherecydem ſpectans. *Cic. 2. Divin. c. 13.* Quale Pherecydeum illud, quod eſt a ſe dictum.

Phiăla, æ, f. φιάλη, vas vini, vel aquæ, plerunque ex auro conflatum. *Martial. l. 7. ep. 51.* Quis labor in phiala? *Juven. ſat. 5. v. 38.* Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum.

Phidiăcus, a, um, quod ad Phidiam ſpectat. *Martial. l. 6. ep. 73.* Quis te Phidiaco formatam Julia Cœlo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus? *Juven ſat. 8. v. 103.* Phidiacum vivebat ebur.

Phidĭas, æ, m. φειδίας, nobilis ſtatuarius, qui in ebore ſcalpendo citra æmulum claruit, Diis tamen, ut inquit *Quinct. l. 2.* quam hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera præcipue commendata eſt Minervæ ſtatua, quam Athenis ex ebore fecit 26. cubitorum altitudine, in cujus clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam inſculpſit, in ſoleis vero Centaurorum, & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Jupiter Olympius, & ipſe totus ex ebore. Cœlavit & Venerem, quæ poſtea Romæ ſita fuit in porticu Octaviæ. Item ſtatuam Nemeſis Deæ donum cubitorum apud Rhamnuntem Atticæ opp. fecit. *Cic. 2. Acad. 1. Tuſc. 2. de Or. in Orat. in Bruto, & Plin. l. 35. c. 8.*

Phidĭtia, orum, n. cœnationes, ſive convivia apud Lacedæmones, ita dicta, ſive quod φιλίας, ideſt, amicitiæ cauſa, inſtituta ſint, ſive potius a parſimonia, ideſt a φείδομαι, *parco*, *parce utor*. Conveniebant enim ad Phiditia conferentes ſinguli farinæ modium, vini congios octo, caſei quinque minas, ficuum quinque ſemis minas. *Cic. 5. Tuſc. c. 34.* Quid? victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nonne videmus?

Philadelphia, æ, f. *Filadelfia*, urbs Lydiæ, ad Tmoli M. radices. ¶ Philadelphia altera urbs Cœleſyriæ, in Decapolitana reg. a Philadelpho Rege condita, de qua *Plin. l. 5. c. 18.* ¶ Hinc Philadelpheni, Philadelphiæ incolæ, *Id. l. 5. c. 29.*

Philæ, arum, f. inſ. parva Ægypti, aſpera, & undique prærupta, duobus in unum coeuntibus amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & ejus nomen ferunt. *Strabo l. 17.* ¶ Item opp. Ægypti, in Thebaida, apud Nili cataractem. V. *Plin. l. 4. c. 12.*

Philammon, nis, m. filius Apollinis ex Chione Nympha, clariſſimus carmina, & cithara. *Ovid. 11. Met.*

Philanthropia, æ, f. φιλανθρωπία, humanitas, amor erga homines, liberalitas. *Ulpian. l. 2. Dig. de Proxeneticis.* Si quid philanthropiæ nomine acceperit.

Philanthrōpos, m. 2. lappæ genus, Dioſcoridi aparine, Officinis rebulum, a

Digitized by Google

φίλος, *amicus*, & ἄνθρωπος, *homo*, quia veſtibus hominum adhærens eos amare videtur. *Plin. l. 24. c. 19.*

Philēma, otis, n. φίλημα, oſculum. *Lucret. l. 4. v. 1161.* ſimula, Silena, ac Satura eſt, labioſa, Philema.

Philetæria, æ, φιλεταίριον, herba rutæ ſimilis. *Plin. l. 25. c. 6.*

Philētas, æ, poeta Græcus, Elegiacus, patria Cous, acerrimus poetarum cenſor, Ptolemæi Philadelphi præceptor. *Propert. l. 3. eleg. 1.* Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ.

Philetēus, a, um, adject. a Phileta. *Propert. l. 3. el. 2. in fine.* Ora Philetæa noſtra rigavit aqua, h. e. docuit me Elegiaci carminis rationem.

Philippenſis, ſe, adject. a Philippis, ut Philippenſe prælium, *Plin. l. 7. c. 45.* Philippenſis acies, *Valer. Max. l. 1. c. 5. n. 7.*

Philippēus, a, um, adject. φιλίππειος, ad Philippum Macedonum regem pertinens. *Propert. l. 3. el. 9. v. 40.* Una Philippeo ſanguine inuſta nota. ¶ Philippēus nummus erat moneta aurea pretioſa, dicta ab eodem Philippo. *Plaut. Aſin. 1. 3. 1.* Nummis philippeis aureis. *Id. Rud. 5. 2. 27.* Centum denaria philippea.

Philippi, orum, m. *Filippo*, urbs Macedoniæ, in Thraciæ confinio, ad Pangæi M. radices, apud oram maris Ægæi, olim clara, nunc pene jacens, & deſerta. Dicta eſt a Philippo Alexandri Magni patre. Celebris fuit pugna Octaviani, & Antonii contra Brutum & Caſſium, qua hi ab illis devicti, & debellati fuerunt. V. *Flor. l. 4. c. 7.* ¶ *Virgilius* prælium hoc cum Pharſalico confundit, cum inquit 1. *Georg. v. 490.* Romanaſque acies iterum videre Philippi.

Philippicus, a, um, adject. ad Philippum pertinens, ut Philippicum talentum, apud *Plaut. Trin. 5. 1. 60.* ¶ Philippicæ orationes, φιλιππικοὶ λόγοι, dictæ ſunt, quas Demoſthenes in Philippum regem Macedonum habuit, quem imitatus *Cicero*, eodem nomine ſuas inſcripſit in Antonium.

Philippopŏlis, f. 3. *Filippopoli*, urbs Thraciæ, ampla, ſine mœnibus, ad Hebrum fl. in Beſſica, opus Philippi Imperatoris. *Plin. lib. 4. c. 11. Tacit. 3. Ann.*

Philippus, i, m. filius Amyntæ, pater Alexandri Magni, Rex Macedonum. V. *Juſtinum l. 8. & 9.*

Phillyra. V. Philyra.

Philocalia, æ, f. φιλοκαλία, hoc eſt amor pulchritudinis, honeſtatis, rerum honeſtarum ſtudium. *Auguſtin. l. 2. cont. Acad. c. 3.*

Philocăres, n. 3. herba, al. marrubium. *Plin. l. 22. c. 22.*

Philoctetæus, a, um, quod ad Philoctetem ſpectat. *Cic. 2. Tuſc.* Refutetur, ac rejiciatur Philoctetæus ille clamor.

Philoctētes, æ, m. 1. φιλοκτήτης, Pœantis filius, & comes Herculis. Huic Hercules moriens in Oeta monte mandavit, ne cui corporis ſui reliquias indicaret, idque jurare eum adegit, deditque pro munere pharetram, & ſagittas Hydræ felle intinctas. Sed cum Delphico Oraculo moniti eſſent Græci ad evertendam Trojam ſagittis Herculis opus eſſe, inventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit primo, ſe aliquid de Hercule ſcire, tandem vero mortuum eſſe confeſſus eſt, & cum graviter ad indicendum ſepulchrum cogeretur, ne juſjurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit. Igitur conſtituere Principes Græciæ, ut ad bellum Trojanum duceretur, quia ipſe ſolus Lernæis ſagittis uti poterat. Verum unius ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum monſtraverat, vulnere pene immedicabili affectus eſt. Quare cum vulneris fœtor a Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt. Sed occiſo Achille, Ulyſſes in Lemnum regreſſus, ad Trojam illum perduxit. Devicta autem Troja, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt. *Cic. 5. de Or. Virg. 3. Æn. Ovid. 13. Met. Propert. l. 2. el. 1.* Sed *Servio* auctore ad 3. *Æn.* Græci Philoctetem in Lemno ſublatis ſagittis reliquerunt.

Philogræcus, m. 2. φιλέλλην, qui libenter utitur dictionibus Græcis. *Varr. l. 3. R. R. c. 10.* Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philogræci vocatis ἀμφίβιον.

Philologia, æ, f. φιλολογία, *ſtudio di belle lettere*, ſtudium eruditionis, ſeu humaniorum litterarum, quam eruditionem appellat *Sueton. in Aug. c. 89. & in Calig. c. 53. Cicero filius Fam. 16. ep. 21.* Quid de Bruto dicam? cujus cum frugi, ſeveraque eſt vita, tum etiam jucundiſſima convictio: non eſt enim ſejunctus locus a philologia, & quotidiana συζητήσει. *Cicero pater Attic. 2. ep. 17.* Ne & opera, & oleum philologiæ noſtræ perierit. Adde *Vitruv. præfat. lib. 7.* ¶ Proprie philologia eſt amor ſermonis, loquacitas, omnium verborum ſtudium, a φίλος, *amicus*, & λόγος, *ſermo*. Hinc *Senec. ep. 108.* Quæ philoſophia fuit, facta eſt philologia.

Philolŏgus, m. 2. φιλόλογος, ſtudioſus Philologiæ. *Cic. Att. l. 13. ep. 12.* In qua homines nobiles illi quidem, ſed nullo modo Philologi, nimis acute loquuntur. *Senec. epiſt. 108.* Cum Ciceronis libros de Republica prehendit hinc Philologus aliquis, & hinc Grammaticus, hinc Philoſophiæ deditus. ¶ Adjective *Vitruv. l. 6. proœm.* Philologis rebus delectari, *di coſe erudite.*

Philomēla, f. 1. φιλομήλη, Pandionis Athenienſis Regis filia, ſoror Prognes, quæ cum a Tereo compreſſa fuiſſet, tandem Deorum miſeratione in avem ſui nominis converſa fuit, quæ & luſcinia dicitur, quæ etiam nunc deflere non ceſſat cantu dulciſſimo injuriam, quam paſſa eſt. *Ovid. 6. Met.*

Philomēlus, m. 2. filius Jaſonis, frater Thoantis, Eunei, & Pluti. Filium reliquit nomine Plutum. *Bocc. l. 13. Gen.*

Philomūſus, m. 2. φιλόμουσος, amator, ſive amicus muſarum. Nomen proprium eſt apud *Martial. l. 3. ep. 10 & l. 7. ep. 75.*

Philonium, ii, n. φιλώνειον, pharmaci genus. *Seren. Sammon. v. 593.* Quid referam multis compoſita philonia rebus.

Philosarca, æ, m. amicus, vel amator carnis: a φίλος, amicus, & σάρξ, caro. *Hieronym. epiſt. 61. ad Pammach. cap. 6.*

Philoſophia, æ, f. *Filoſofia*, פִילוֹסוֹפְיָא, Ger. *philoſophey*, Gall. *philoſophie*, Hiſp. *filoſofia*, φιλοσοφία, amor, & ſtudium ſapientiæ, a φίλος, *amicus*, & σοφία, *ſapientia*. *Cicero* ita deſcripſit *lib. 2. Off.* Quid eſt enim per Deos optabilius ſapientia? quid præſtantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc qui expetunt igitur, Philoſophi nominantur, nec quicquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiæ. Sapientia autem eſt, ut a veteribus Philoſophis definitum eſt, rerum divinarum, & humanarum, cauſarumque, quibus eæ res continentur, ſcientia. V. etiam *lib. 1. Tuſcul.* ¶ Triplex eſt, Phyſica, Ethica, Logica, quo nomine etiam Metaphyſica a veteribus comprehenditur. Prima rerum naturam ſcrutatur, ſecunda animum componit, tertia bene diſſerendi rationem docet. *Cic. 1. & 2. Acad. 5. Fin. & 1. de Or.* De diviſione Philoſophiæ ſecundum ſectas *Cicero* diſſerit 1. *Acad. 1. de Leg. 3. de Or.* ¶ Antonomaſtice, ſeu per excellentiam Philoſophiæ nomine Ethica, ſeu Moralis intelligitur. *Cic. 2. de Div. & 1. de Or.* ¶ In plur. numero Philoſophias uſurpat *Cic. 3. de Or. c. 27. Gel. l. 4. c. 1. & Senec. epiſt. 48.*

Philoſophice, adverb. *da Filoſofo*, ut Philoſophice vivere, apud *Lactant. l. 3. c. 14. ſub fin.*

Philoſophicus, a, um, *Filoſofico*, φιλοσοφικός, quod ad Philoſophiam ſpectat. *Cic. 5. Tuſc. c. ult.* A quo non modo impulſi ſumus ad Philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti.

Philoſŏphor, aris, atus ſum, d. 1. *filoſofare*, *ſtudiar Filoſofia*, Ger. *weisheit ſtudiern*, Gal. *philoſopher*, Hiſp. *filoſofar*, φιλοσοφῶ, ſapientiæ ſtudeo, rerum naturas perſcrutor, Philoſophorum more diſputo. *Cic. 1. de nat. Deor.* Et cum minime videbamur, tum maxime philoſophabamur. *Id. 2. de Or. c. 37.* Decrevi philoſophari potius (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis: nam omnino haud placet. ¶ Reperitur etiam impers. *Plaut. Pſeud. 2. 3. 22.* Sed ſatis eſt philoſophatum.

Philoſŏphus, phi, m. 2. *Filoſofo*, *amatore della ſapienza*, פִילוֹסוֹף, Ger. *ein Philoſophus*, Gal. *Philoſophe*, Hiſp. *Filoſofo*, φιλόσοφος, amator ſapientiæ, naturæ interpres, magiſter virtutis, qui rerum cognitione delectatur, a φίλος, *amicus*, & σοφία, *ſapientia*. *Cicero* ſic deſcribit *l. 1. de Or. c. 49.* Philoſophi denique ipſi, qui de ſua vi, ac ſapientia unus omnia pene profitetur, eſt tamen quædam deſcriptio, ut is, qui ſtudeat omnium rerum divinarum, atque humanarum vim, naturam, cauſaſque noſſe, & omnem bene vivendi rationem tenere, & perſequi, nomine hoc appelletur. ¶ Hoc nomen a Pythagora originem habuit. Cum enim Phliuntem veniſſet, & cum Leonte principe Phliaſiorum docte, & copioſe diſſeruiſſet, ejus ingenium, & eloquentiam cum admiratus eſſet Leon, quæſivit ex eo, qua maxime arte confideret; at ille, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe Philoſophum, reſpondit. *Cic. 5. Tuſc.* ¶ Primus Philoſophus Thales Mileſius fuit. *Cic. 1. de nat. Deor. & 10 Fragm. de Philoſophia apud Lact. l. 3. c. 15.* ¶ Adjective *Pacuv.* apud *Gell. l. 13. cap. 8.* Ego odi homines ignava opera, philoſopha ſententia. ¶ Primam ſyllabam Poetæ vi neceſſitate producunt. *Sidon. carm. 15. v. 45.* Innumerabilium primordia Philoſophorum. Adde *v. 182.*

Philotechnus, a, um, adject. φίλος, *amicus*, & τέχνη, *ars*, artificioſus, induſtrius. *Vitruv. l. 6. proœm.* Philologis, & Philotechnis rebus me delectans.

Philtrum, i, n. φίλτρον, genus veneni, quod amorem, & ut plurimum inſaniam ingerit, a φιλεῖν, *amare*. A Martiano dicitur amatorium. Ac ſimiliter Gloſſæ vett. exponunt. *Cicero* vocat amatorium poculum. *Horatius Epod. ode 17.* deſiderii poculum appellat. *Juven. ſat. 6. v. 609.* Theſſala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti. Adde *Ovid. 2. de ar. am. v. 106.*

Philus, i, m. φίλος, amicus. Vox Græca eſt, quam tamen uſurpavit *Petron. in Satyr. c. 70.* ubi ait. Quam facile (mulieres) adamarent. quam cito etiam philorum obliviſcerentur.

Philyra, æ, f. φιλύρα, membrana tenuiſſima inter corticem, & lignum tiliæ arboris, coronarum lemniſcis celebris, quam deſcribit *Plin. l. 16. c. 14.* Hinc *Horat. l. 1. od. ult.* Diſplicent nexæ philyra coronæ. *Ovid. 5. Faſt. v. 337.* Ebrius incinctus Philyra convive capillos. ¶ Ex philyra chartas fieri ſolitas, ſcribit *Id. l. 13. c. 11.*

Philyra, æ, filia Oceani, mater Chironis Centauri. Hinc

Philyrēius, a, um, adject. ut Philyreia tecta, *Ovid. 7. Met. v. 352.* Philyreius heros, h. e. Chiron, *Id. 2. Met. v. 678.*

Philyrĭdes, (vel Phillyrides, metri cauſa) æ, patronymicum, Chiron filius Philyræ. *Ovid. 1. de ar. am. v. 11.* Phillyrides puerum citharæ perfecit Achillem.

Phimos, i, φιμός, fritillus, pyrgus. Quidam hanc vocem legunt in illo *Horatii l. 2. ſat. 7.* Mitteret in phimum talos. At plerique *pyrgum*.

Phinēius, a, um, quod Phinei eſt. *Virg. 3. Æn.* Phineia poſtquam Clauſa domus.

Phineus, i, Φινεύς, filius fuit, teſte Hellanico, Agenoris, vel, ut Heſiodus ait, Phœnicis, & Caſſiopeæ, nepos Agenoris, frater Cilicis, Dorycli, & Atamini. Hic Rex Arcadiæ, vel, ut alii ſcribunt, Thraciæ, vel, ut rurſus alii, Paphlagoniæ, uxorem duxit Cleopatram, quam quidam Sthenoboeam, ſeu Sthenoboco vocant, ex qua genuit Orytum, & Crambum, ut Sophocles, ut alii, Mariandynum, & Thynum, vel, ut rurſus alii, Palæmonem, & Phineum, quibus, mortua priore conjuge, Harpalycem filiam Boreæ, & Orithyiæ, ſororem Calais, & Zethi novercam ſuperinduxit. Sed Flaccus, cui etiam Apollonii Commentarius l. 1. aſſentitur, dicit, Phineum Cleopatram filiam Boreæ, & Orithyiæ, uxorem duxiſſe, ſecundum vero Idæam Dardani filiam novercam ſuperinduxiſſe. Suaſu ſecundæ uxoris filios ſuos ex priore ſuſceptos excæcavit. Quapropter & ipſe excæcatus eſt a Diis, & Harpyiæ contra eum miſſæ, quæ menſam ejus, & cibos turpiſſime fœdabant. Poſtea vero, cum Argonautas humaniſſime excepiſſet, Jaſon præcepit Calais, & Zetho fratribus alatis, ut aves illas ex ejus Regno repellerent, a quibus uſque ad Strophades inſulas fugatæ ſunt. Poſtremo occiſus eſt ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei inveniſſet excæcatos, audiviſſetque, eos calumniis novercæ ejectos fuiſſe. ¶ Phineus alter, Cephei frater, qui cum promiſſam ſibi Andromedam filiam fratris a Perſeo, cui ea paulo poſtea nupſerat, repeteret, poſt ingentem rixam, viſo caſu capite Meduſæ, in lapidem mutatus eſt. *Ovid. 5. Met.*

Phinidæ, arum, m. duo filii Phinei de quibus V. in voce præced. *Ovid. in Ibin, v. 273.* Ut duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit, Qui dedit.

Phiſon, m. 3. unus ex quatuor fluviis, qui a terreſtri Paradiſo egrediuntur. Alius eſt Ganges, alius Nilus, alius Phaſis, qui eſt in Colchide. *Alcim. Avit. l. 1. v. 290.* Quartus Phiſon erit, quem poſſidet India Gangem.

Phlebotŏmo, as, a. 1. vena inciſa ſanguinem extraho, φλεβοτομέω, *Vegetius* eſt *l. 3. c. 24. Theod. Priſc. l. 1. c. 37.* Et *Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c. 14.*

Phlebotŏmus, i, m. φλεβοτόμος, venæ inciſor, & Phlebotomum, i, n. φλεβοτόμον ſcalpellum, quo vena inciditur. *Theod. Priſc. l. 2. c. 4.* Intra tertium diem phlebotomo ſubvenire nos convenit. Et *c. 9.* Si moleſtia perſeveraverit, phlebotomum adhibeo. Et *c. 21.* Primus phlebotomus adhibendus. Adde *Veget. l. 1. Rei veterin. c. 14.*

Phlegĕthon, ontis, m. φλεγέθων, flu. Inferorum, a φλεγέθω, poetice pro φλέγω, *ardeo*, *uro*, quia igneis undis fluit. A poetis filius Cocyti fingitur. *Virg. 6. Æn.*

Phlegethontēus, a, um, quod ad Phlegethontem ſpectat. *Claudian. l. 1. de rapta Proſerp.* Ripa Phlegethontea.

Phlegethontis, idis, f. quæ Phlegethontis eſt. *Ovid. 5. Met. v. 544.* Sparſumque caput Phlegethontide lympha.

Phlegma, & Flegma, atis, n. *flemma*, φλέγμα, humor in corpore frigidus & humidus, hyeme potiſſimum exuberans. *Pallad. in Jul. tit. 6.* Hoc vini genus ventrem purgabit, phlegma diſſolvet. *Veget. de re veterin. l. 2. c. 12.* Jumentum inſaniens multum flegmatis ex ore profundet. ¶ Volunt eſſe a φλέγω inflammo, per antiphraſim, quia minime calida eſt.

Phlegmŏne, es, f. φλεγμονή, inflammatio, ſive collectio, quoties ſanguis otioſus, & mediocriter craſſus fertur ſubitus in aliquam corporis partem, & ſpeciatim, ac propria quælibet incenſio cum tumore, & ulcere. *Plin. l. 20. c. 4.* Phlegmonæ prodeſt ipſos (raphanos) illinere tuſos.

Phlegon, ontis, m. φλέγων, unus ex equis Solis, a φλέγω, *ardeo*. *Ovid. Met. 2. v. 154.* V. Æthon.

Phlegontis, idis, f. φλεγοντίς, gemmæ genus, a φλέγω, *uro*, quod in ea flamma quædam intus ardere videtur. *Plin. l. 37. c. 11.*

Phlegra, f. 1. poſtea Pallene, urbs Macedoniæ, circa quam vallis fuit, in qua Gigantes olim cum cœleſtibus conflixiſſe, & ab Hercule extincti eſſe dicuntur. *Sil. l. 8. v. 539. Plin. l. 3. c. 5.* ¶ Theagenes, & Eudo-

Digitized by Google

dorus, qui ad hiſtoricam fidem pugnam hanc conantur reducere, ita ſcripſerunt, ut refert *Strabo lib.* 5. Pallenem, quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas, & ſuperbia morum Gigantum cognomen peperit. In hos, ineunte prælium Hercule, fulmina de cœlo miſſa ſunt, donec ii fugere coacti ſunt, ſicque ingenti victoria ſuperati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, ut Gigantes moverint bellum Diis.

Phlegræus, a, um, adject. a Phlegra, ut Phlegræa prælia. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 5. *v.* 196. tumultus Phlegræi. *Propert. l.* 2. *el.* 1. ¶ Phlegræi Campi, Φλεγραῖα πεδία, campi in Macedonia, vel Theſſalia, ubi Gigantes cum Cœleſtibus pugnavere. Dicti ſunt a Phlegra urbe. ¶ Phlegræi item Campi, al. Forum Vulcani, *la Solfatara*, locus Campaniæ, e Puteolis a. M. P. Neapolim verſus, e φλέγω, *ardeo*, quia ſulphurem gignunt, & in morem ingentis theatri ignes perpetuos emittunt. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Phlegyæ, m. 1. Φλεγύαι, pop. inſulani Theſſaliæ, a Phlegya Ixionis patre cognominati, qui cum ſacrilegi eſſent, Deoſque, & homines ſpernerent, ab irato Neptuno immiſſo diluvio ſubmerſi ſunt. *Ovid. Met.* 11.

Phlegyas, m. 1. Φλεγύας, Martis filius, Rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis, & Coronidis Nymphæ, quam cum ab Apolline vitiatam ſenſiſſet, confeſtim ira percitus, templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipſum ſagittis interfectum ad inferos detruſit, ubi hac pœna afficitur, ut ſub ingenti ſaxo, ruinam minitante, ſedens ſemper illud caſurum ſuſpicetur, & timeat. *Virg. Æn.* 6. *Ovid.* 5. *Met.*

Phleos, m. 2. φλέως, *ortica*, herba caulem habens aculeatum, & folium hiſpidum, quam nonnulli ſteben vocant, a φλέω, *abundo*, quod in Orchomenio lacu copioſiſſime proveniat. *Plin. l.* 20. *c.* 15.

Phliaſius, a, um, adject. a Phliunte urbe. *Cic.* 7. *Phil.* Phliaſius ſermo. ¶ Et Phliaſii, orum, Phliuntis incolæ. *Id.* 5. *Tuſc.*

Phlius, untis, fem. *Uri*, al. *Rapola*, el. *Phoica*, opp. Peloponneſi, conditum a Phliante, teſte *Pauſania*, in Sicyonia, ad fontes Aſopi fl. *Plin. l.* 4. *s.* 5.

Phloginos, i, & Phlogites, æ, Φλόγινος, & Φλογίτης, nomina ſunt duarum gemmarum igneo, vel flammeo colore nitentium. *Plin. l.* 37. *c.* 10. & 11. & *Solin. c.* 40. V. Chryſites.

Phlomis, idis, f. φλομίς, verbaſcum, quo pro ellychnio utuntur. *Plin. l.* 25. *c.* 10. *Apul. de herb. c.* 71.

Phlox, ogis, f. genus floris flammeo colore, a φλόξ, flamma. *Plin. l.* 21. *c.* 11.

Phoca, æ, I. *vecchiomarino*, φώκη, vitulus marinus, bellua, quæ corio, & pilis tecta eſt, canum modo coit, & parit in terra pecudum more, & in ſomno inſtar bovis mugit. *Plin. l.* 9. *c.* 7.

Phocæa, æ, f. *Foccia vecchia*, al. *Fochia vecchia*, al. *Foglia vecchia*, Φώκαια, urbs Æolidis, in Aſia minore, & in ora maris Ægæi, cum portu capaci, & amplo, cui adjacet altera Phocæa, *Fochia nova* dicta, Athenienſium colonia, apud oſtia Hermi fl. Dicta creditur, quod vituli marini magno numero apparuiſſent urbem condentibus. *Plin. l.* 5. *c.* 30.

Phocæenſis, ſe, adject. ad Phocæam pertinens. *Plin. l.* 3. *c.* 4. Maſſilia Græcorum Phocæenſium fœderata.

Phocæus, a, um, quod eſt ex Phocide. *Ovid.* 11. *Met. v.* 354. Advolat armenti cuſtos Phocæus Anetor. *Hor. Epod.* 16. Phocæorum civitas. h. e. eorum, qui Maſſiliam condiderunt.

Phocaicus, a, um, Φωκαϊκός, quod ad Phocæam urb. ſpectat. *Ovid.* 6. *Met. v.* 9. Murice Phocaico. ¶ *Lucan. l.* 3. Phocaicæ carinæ. h. e. Maſſilienſium. ¶ Item quod ad Phocidem ſpectat. *Lucan. l.* 5. *v.* 144. Candida Phocaica complectitur inſula lauro.

Phocais, idis, adject. patronym. fœmin. a Phocide. *Lucan. l.* 3. *v.* 301. Phocais in dubiis auſa eſt ſervare juventus. Ubi Maſſilienſes intelligit, qui a Phocida oriundi dicuntur. Alii leg. *Phocias*, eodem ſenſu.

Phocenſes, ium, m. populi Phocidis. *Juſtin. l.* 8. *c.* 1. ¶ Item incolæ Phocææ urbis. *Strabo l.* 4. *Herod. l.* 1. ¶ Iidem aliquando relicta Græcia ultra Italiam navigantes Maſſiliam dicuntur vel condidiſſe, vel inſtauraſſe. V. Maſſilia.

Phocias, V. Phocais.

Phocis, idis, f. Φωκίς, regio Achajæ, inter Bœotiam ad Or. & Ætoliam ad Occ. in qua Delphi urbs, & Parnaſſus, & Helicon montes, Caſtalius fons, & Cephiſſus flu. *Lucan. l.* 5. Exuſta Phocidos arva.

Phocus, m. 2. Φῶκος, filius Æaci, qui a Peleo occiſus eſt. *Ovid.* 7. *Met.*

Phœbas, adis, f. Φοιβάς, Phœbi ſacerdos, ita dicta, teſte *Serv.* quod Phœbei Numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in bacchantis imaginem. *Sil. l.* 15. *v.* 282. *de Caſſandra*. Sanctius Iliaca ſervata eſt Phœbade virgo.

Phœbe, f. 1. Φοίβη, Phœbi ſoror, Diana, ſive Luna. *Virg.* 1. *Georg. v.* 431. Vento ſemper rubet aurea Phœbe.

Phœbeïus, a, um, adject. &

Phœbēus, a, um, quod ad Phœbum ſpectat. *Virg.* 3. *Æn.* Phœbeæ lampadis inſtar. *Ovid.* 15. *Met. v.* 642. Quam colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem.

Phœbigĕna, næ, m. Phœbi filius. *Virg.* 7. *Æn. v.* 773. *de Æſculapio*. Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas.

Phœbus, m. 2. *Febo*, Φοῖβος, idem ac Apollo, ita dictus a ſpecie, & nitore, ut aliqui ſenſere apud *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 17. Nam φοῖβος notat ſplendidum, lucidum, purum, teſte *Heſych. Hor. in carm. ſæc.* Augur, & fulgente decorus arcu Phœbus. ¶ Revera φοῖβος adject. eſt, quare *Homerus* ſæpe φοῖβος Ἀπόλλων, habet; eumque imitatus *Virg. Æn.* 3. *v.* 252. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit. ¶ Ponitur interdum pro Sole. *Horat. l.* 5. *od.* 21. Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

Phœnīce, es, & Phœnicia, æ, *Fenicia*, Φοινίκη, regio Syriæ maritima, inter reliquam Syriam ad Bor. Eleuthero fl. diſterminante, & Palæſtinam ad Mer. Cherſeo fl. ab ea diviſa. Olim Phœnices erat, quicquid terrarum inter Eleutherum flu. & Peluſium opp. Ægypti mari interno objacebat. Dicta eſt a Phœnice filio Neptuni, & Libyes, qui in hac regione regnavit. Phœnice inter alia abundat murrha, gypſo, gentiana, liliis, myrtis, & circa Orontem myrrha. Sed oſtro maxime Tyrio claret. V. *Plin. l.* 5. *c.* 22. & 19. & *l.* 36. *c.* 20. ¶ Phœnicia item inſ. parva maris Ægæi, Siguo promont. objecta. *Plin. l.* 5. *c.* 5. *l.* 4. *c.* 12. *l.* 3. *c.* 31.

Phœnicĕa, æ, f. φοινιξ, herba, quam Latini hordeum murinum appellant, quidam hodie ſterilem avenam. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Phœnices, m. 3. Φοίνικες, pop. Phœniciæ, qui a Poetis etiam Agenoridæ, & Pygmalionii dicuntur. Nomen accepere a Phœnice filio Neptuni, & Libyes. A mari rubro profecti Tyrum, Sidonem, & alias urbes in Phœnicia condidere. Iidem Thebas, Uticam, Hipponem, Leptim, Maſſiliam, Emporias, & alias urbes ædificavere in Bœotia, Africa, Gallia, Hiſpania, & aliis Provinciis. Fuere inventores literarum. *Lucan. l.* 3. *v.* 220. *Plin. l.* 5. *s.* 25. ¶ Item artis navigandi. *Plin. l. c.* ¶ Iidem primi mercaturam exercuere. *Cic.* 5. *de Rep.* ¶ Iidem habiti ſunt vafri, malitioſi, & malæ fidei; hinc Græca illa proverbia, *Phœnicum pacta*, *Phœnicum mendacium*.

Phœnicĕus, a, um, adject. ut phœniceus color, φοινικοῦν χρῶμα, qui & ſpadicem, & badius dicitur, vulgo *bajo*. Confunditur ſæpe cum puniceo, ad quem maxime accedit ob exuperantiam ruboris, quam ei tribuit. *Gel. l.* 5. *c.* 9. & *l.* 2. *c.* 16. ubi hac ipſa de re diſputatio eſt. Eſt a φοῖνιξ, *palma*, quia rubet, quemadmodum fructus palmæ non admodum Sole incoctus. Quidam cum purpureo confundunt, ſed differt, ut patet ex *Plin. l.* 21. *s.* 25. *de anemone herba*. Aut phœniceum florem habet, aut purpureum, aut lacteum. *Plaut. Pſeud.* 2. 1. *ſc.* 4. *in fin.* phœniceum corium vocat tergum ſervi hominis plagis lividum, & cruentum, cui loco ſimilem affert ex Ariſtophane *H. Steph. in Græc. Theſ.* ad vocem φοινίκεος, *cruenta*, *ſanguine infecto*. Unde maxime apparet, quinam fuerit phœniceus color. Cognatio ejus cum puniceo colligitur maxime ex alio *Plauti* loco, qui ad ſuperiorem valde accedit. *Rud.* 4. 3. 61. Niſi caves, fiet tibi puniceum corium, poſtea atrum denuo. ¶ Multis rebus tribuitur, ut floribus, equis, veſtibus. *Ovid.* 14. *Met. v.* 345. Phœniceam fulvo chlamydem compreſſa ab auro. ¶ In aliquibus codicibus legitur *puniceus*, extrita littera aſpirata.

Phœnicia. V. Phœnice.

Phœnicĭas, æ, m. Φοινικίας, ventus ſpirans medio regione inter ortum brumalem, & meridiem. *Plin. l.* 2. *c.* 47. ubi alii leg. *Phœnicem*.

Phœnicites, æ, gemma balano ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Phœnicĭus, a, um, adject. ad Phœniciam pertinens, ut Phœnicium mare, *Plin. l.* 5. *c.* 12. Phœnicia cedrus. *Id. l.* 13. *c.* 5. ¶ *Phœnicium corium* legitur in quibuſdam *Plauti* codicibus pro *Phœniceum*, *Pſeud.* 2. 2. V. Phœniceus.

Phœnicobalănus, m. 2. φοινικοβάλανος, palmæ Ægyptiæ fructus præ maturitate nigreſcens, veſcentesque inebrians. *Plin. l.* 12. *s.* 22.

Phœnicoptĕrus, m. 2. φοινικόπτερος, ſpecies avis rubentes pennas habentis. Suapte natura nomen adjectivum eſt, & commune, quod ſignificat pennas habens punicei coloris. Conflatur enim ex φοῖνιξ, qua colorem notat *puniceum*, & πτερόν, quod eſt *penna*. *Plin. l.* 10. *c.* 48. Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe, Apicius docuit nepotum omnium altiſſimus gurges. V. *Martial. epigr.* 71. *l.* 13.

Phœnicurus, i, φοινίκουρος, avis a caudæ rubore ſic dicta. *Plin. l.* 9. *c.* 24.

Phœniſſa, æ, adject. quæ eſt ex Phœnicia. *Virg.* 6. *Æn. v.* 674. Hunc Phœniſſa tenet Dido. ¶ *Phœniſſa agmina* dixit *Sil. l.* 17. *v.* 147. non tamen ideo credas *Phœniſſus*, & *Phœniſſum* dici poſſe.

Phœnix, icis, m. φοῖνιξ, filius Agenoris, nepos Beli Priſci Ægyptii, frater Taygetæ, Polydori, Cilicis, Europæ, Cadmi Labdaci, pater Filiſthenis, & Beli ſecundi. Aliqui dicunt, non filium, ſed patrem Agenoris fuiſſe. Regnavit in parte maritima Syriæ, quæ ab eo Phœnice, ſeu Phœnicia dicta eſt, circa ann. mundi 1746. tempore Danai Regis Argivorum. ¶ Phœnix alius, fil. Amyntoris, qui Achilli a Peleo patre comes datus eſt ad bellum Trojanum, ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum. *Ovid.* 8. *Metam.* & *Cicer.* 3. *de Orat.* ¶ Achille mortuo, ſpes rei nuntium ad patrem detulit. Hinc *Plaut. Bacch.* 2. 2. 48. Metuo magis, ne Phœnix tuis factis fuam, teque ad patrem eſſe mortuum renunciem.

Phœnix, fl. Theſſaliæ, qui in Apidanum influit. *Plin. l.* 4. *c.* 8.

Phœnix, icis, m. 3. *fenice*, Ger. *phœnix*, Gal. *phenix*, Hiſp. *fenix*, φοῖνιξ, avis in Oriente, in Arabia, aquilæ magnitudine, pennis rubentibus, quæ annos ſexcentos, & ſexaginta vivere dicitur, deinde conſtructo nido ſe comburere, & nato ex cineribus vermiculo reſurgere. Vide *Plin. l.* 15. *c.* 4. & *l.* 10. *s.* 2. *Tac. Ann.* 6. *c.* 28.

Pholoe, es, f. 1. Φολόη, *Xeria*, mons Peloponneſi, in Arcadia, excelſus, ſylvoſus, nivoſus, Piſæ Olimpiæ proximus. *Ovid.* 2. *Faſt.* ¶ Item mons Theſſaliæ, ubi Hercules Centauros occidit. Hinc

Pholoeticus, a, um, quod ad Pholoen ſpectat, ut Pholoetica monſtra, id eſt Centauri. *Sidon. in Paneg. Majorani*, *carm.* 5. *v.* 230. Non ſic Pholoetica monſtra, Atque Pelethronios Lapithas Semelejus Evan Miſcuit.

Pholus, m. 2. Φόλος, unus ex Centauris, filius Ixionis ex Nube, qui Herculem ſuſcepit hoſpitio, cum ad expugnandos Centauros pergeret. *Serv.* in 8. *Æn.* Periit in nuptiis Pirithoi. *Virg.* 2. *Georg.*

Phonaſcus, m. 2. Φωνασκός, vocis exercitator, vocis, pronuntiationiſque magiſter, & moderator, a φωνή, *vox*, & ἀσκέω, *exerceo*. *Suet. de Aug. c.* 84. Pronunciabat dulci, & proprio quodam oris ſono, dabatque aſſidue phonaſco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Sed cura non eadem Oratoribus, quæ phonaſcis. ¶ Interdum phonaſcus dicitur præcentor in choro canentium, quem ducem carminis *Apulejus* vocat. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 11. *in carm.* Pſalmorum hic modulator, & phonaſcus, ubi contra naturam Græcæ vocalis ω, primam corripuit.

Phorcus, ci, vel Græco more Phorcys, os, aut etiam Phorcyn, nos, Φόρκυς, Φόρκυν, filius Neptuni, & Thooſæ Nymphæ, vel Oceani, & Salaciæ, ut *Cicero* ſcripſit in *Timæo*, Rex Corſicæ, & Sardiniæ inſularum, quem ab Atlante navali prælio victum, undique obrutum, poſtea ſocii ſuperſtites in marinum Deum converſum dixere, atque divinos honores exhibuere. Reliquit filium Bathyllum, & quinque filias, Thooſam, Scyllam, Meduſam, Sthennyonem, Euryalem. *Virg.* 6. *Æn. Serv. ib.* ¶ Eſt etiam phorcus nomen piſcis cujuſdam, apud *Plin. l.* 32. *s. ult.*

Phorcȳnis, idos, f. Meduſa filia Phorci. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 230. In partem Phorcynida tranſtulit illam.

Phorcys, ydis, f. 5. Meduſa filia Phorci. *Proper. lib.* 3. *eleg.* 22. Sectaque Perſea Phorcydos ora manu.

Phormĭo, onis, m. 3. paraſitus apud *Terent.* a φορμός, *ſporta*. *Donat. in Phorm. a.* 1. *ſc.* 2. *v.* 73. Phormio non a formula, ſed a phormio dictus ſporten, quem nos æronem dicimus trivialiter, & pro conſuetudine. *Id. in prol. ejuſd. Comœdiæ* ſcribit, phormium dici tegeticulum, quo pavimentum inſternitur. ¶ Fuit etiam Phormio Philoſophus Peripateticus, qui Epheſi coram Antiocho, & Annibale diſertiſſime locutus eſt de imperatoris officio, & de omni re militari, de quo Annibal interrogatus, quid ſentiret, dixit, multos ſe deliros ſenes vidiſſe, ſed qui magis, quam Phormio deliraret, vidiſſe neminem. *Cic.* 2. *de Orat.*

Phormium, ii, n. 2. Φορμίον, hero, ſive aero, cophinus. V. Phormio.

Phoronĕus, m. 2. per tres ſyllabas Φορωνεύς, filius Inachi fl. frater Ius, ſive Ionis, Rex Argivorum. *Euſeb. l. de Temp.* Aliqui dicunt, Phoroneum Argivorum Regem filium habuiſſe Inachum, qui a ſe fluvium Inachum denominarit, hinc eſſe, quod Poetæ fluvium pro filio Phoronei accipiant. Hic initio diſperſos populos in urbem coegit, quam appellavit Phoronicon. Filium genuit Ægialeum, & filiam Niobem. *Hec. l.* 7. *Gen. Stat.* 4. *Theb. v.* 589. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Phoronēus, a, um, per quatuor ſyllabas, Φορώνειος, quod ad Phoroneum ſpectat. *Stat.* 3. *ſyl.* 2. *v.* 101. Et Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris.

Phorōnis, idis, f. Φορωνίς, Io filia Inachi, ſoror Phoronei. *Ovid.* 1. *Met. v.* 668. Nec ſuperum Rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre poteſt. *Sen. in Threſt. v.* 114. Phoronides latuere venæ. h. e. undæ Inachi fluvii, filii Phoronei.

Phoſphorĕus, a, um, adject. *Prudent. Cathem.* 5. *v.* 147. Et qua Phoſphoreus temo regit jugum. Al. leg. *Boſphoreum*.

Phoſphŏrus, i, maſc. *Lucifero*, Φωσφόρος, Lucifer, ſtella Veneris matutino tempore. Nam veſpere eadem *Heſperus* vocatur. Eſt a φῶς, *lumen*, &

φέρω, *porto*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris, quæ Phoſphoros Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum ſubſequitur autem, Heſperos.

Phradmon, onis, m. ſtatuarius inſignis, qui paucis annis poſt Phidium floruit, de quo *Plin. l. 34. c. 8.* & *Colum. l. 10. v. 30.*

Phragmites, is, φραγμίτης, genus calami, ſeu arundinis tenuis, & gracilis, *Plin. l. 32. c. 10.*

Phraſis, is, f. *fraſe*, φράσις, dictio, ſtylus, elocutio, genus elegans, & ornatum loquendi. A *Quintil. l. 10. 2. 1.* definitur eloquentiæ corpus, & dicendi modus: eſt a φράζω, *edissero*. *Quintil. lib. 10. cap. 1.* Macer, & Lucretius legendi quidem, ſed non ut phraſim, id eſt corpus eloquentiæ, faciant.

Phrenes, um, φρένες. *Plin. l. 11. c. 37.* Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membrana, quas præcordia appellant, Græci appellaverunt phrenas.

Phreneſis, is, f. *freneſia*, φρένησις, idem ac phrenitis, hoc eſt inſania, furor. *Senec. l. 1. de Ira, c. 13.* Dic & phreneſim, & inſaniam viribus neceſſariam, quia ſæpe validiores reddit. *Juven. ſat. 14. v. 136.* Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis. *Seren. Sammon. c. 8.* & *Prudent. Hamartig. verſ. 155.* ſecundam hujus vocis corripuere, licet Græce ſcribatur per η: qua in re imitandi non ſunt.

Phreneticus, a, um, o. ſ. 2. *frenetico*, φρενητικός, qui phreneſi laborat. *Cic. 1. de Div. c. 38.* Ego autem haud ſcio, an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis.

Phrenetizo, as, n. 1. phreneſi laboro. *Cæl. Aurel. in præfat. Acut.* Phrenetizandi cauſas dicens.

Phrenitis, itidis, f. *freneſia*, Ger. *unſinnigkeit*, Gal. *phreneſie*, Hiſp. *freneſia*, φρενῖτις, delirium, inſania, cum febri acuta, proveniens ex immoderata ſanguinis efferveſcentia. Plura de illa leges apud *Celſ. l. 3. c. 18.*

Phroneſium, f. 2. Φρονήσιον, a prudentia, meretricis nomen, apud *Plaut.*

Phryganion, ii, n. nomen animalis, quod adalligatum quartanas ſanare creditum fuit, teſte *Plin. l. 30. c. 11.*

Phryges, gum, m. pop. Phrygiæ. Barbari, ac ſervili ingenio eſſe feruntur, ſolíque verberibus in officio contineri. Hinc adag. *Phryx plagis melior fieri ſolet*, apud *Cic.* in eos, qui non monitis, nec pudore, ſed verberibus tantum emendantur. *Cicer. pro Flacc.* Utrum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? ¶ Paſtores erant. *Cic. 1. de Div.* ¶ Avibus, & earum ſignificationibus obtemperabant. *Id. ibid.* ¶ Populi Phrygiæ minoris, id eſt Trojani, innumeris acceptis calamitatibus ob Helenæ raptum, vix decimo demum anno de ea reſtituenda conſultare cœperunt, quam ſi ſtatim repoſcenti Menelao reddidiſſent, iis ærumnis ſe ſubduxiſſent. Hinc prov. *Sero ſapiunt Phryges*, quod eſt in Tragœdia Livii Andronici, quæ inſcribitur *Equus Trojanus*, in eos, quos ſera pœnitet mali, vel ſtulte factorum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 16.* In Equo Trojano ſcis eſſe in extremo, Sero ſapiunt. ¶ In ſing. num. *Claud. l. 2. in Eutrop. v. 153.* Oſtrogothis colitur, mixtiſque Gruthungis Phryx ager. *Phædr. l. 3. in præfat.* Si Phryx Æſopus potuit, &c.

Phrygia, f. 1. *Frigia*, φρυγία, regio Aſiæ minoris, ita dicta a Phryge fl. qui eam a Caria dividit, vel a Phrygia filia Cecropis, vel a Phrygio, ſive Brygio oppid. Macedoniæ, unde coloniæ profectos ajunt in Phrygiam. Duplex eſt, magna, ſeu major, & parva, ſeu minor. Phrygia magna eſt regio ampla in mediterraneis, Galatiæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Cariæque confinis. Regia eſt verſus Helleſpontum, & oram maris Ægæi, ad Oceaſ. Ante Troas dicebatur, a Phrygibus occupata Phrygia minor dici cœpit. V. *Plin. l. 5. c. ult.* & *Curt. l. 3. c. 1.*

Phrygianus, a, um, Phrygionum opera confectus, ut Phrygianæ veſtes, id eſt acu pictæ, & filis aureis decoræ. *Plin. lib. 8. cap. 48.* Togæ raſæ, Phrygianæque D. Auguſti noviſſimis temporibus cœpere, ſcribit *Pomſtelio*. *Harduin.* legit ex quibuſdam MSS. *Phryxianas*, & exponit veſtes villoſas, & criſpas ad ſimilitudinem Phryxei velleris.

Phrygicus, a, um, Phrygius. *Valer. Max. l. 7. c. 5. n. 2.* Qui Matrem Idæam Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem excepit.

Phrygiones, m. 3. *ricamatori*, Φρύγιοι, qui acu pingunt, vel qui veſtes auro intexunt, a *Phrygibus*, qui artem veſtes acu pingendi nobiles erant, atque adeo artem hanc inveniſſe exiſtimantur, ut auctor eſt *Serv. ad 3. & 9. Æn.* & *Plin. l. 8. c. 48.* his verbis: Acu facere Idæi Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt. *Harduin.* ex MSS. omnibus legit: *ideoque Phrygionæ appellatæ* ſunt, ſubaudi veſtes. *Plaut. Aul. 3. 5. 34.* Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. *Id. Men. 2. 3. 72.* Pallam illam ad phrygionem ut deferas, ut reconcinnetur. Adde *ibid. 3. 2. 4.* & *Titin.* apud *Non. c. 1. n. 10.*

Phrygioclus, a, um, adject. V. in dictione præcedenti.

Phrygius, a, um, φρύγιος, quod eſt e Phrygia. *Cic. pro Roſc. Am.* Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? *Ovid. 13. Met.* Phrygiæ arces, h. e. Trojæ. ¶ Phrygius lapis, gleba pumicoſa, tingendis veſtibus utilis, a Phrygia, ubi naſcitur. *Plin. l. 36. c. 19.* ¶ Phrygii modi, h. e. concentus, & choreæ adhibitæ a Sacerdotibus Cybeles, quæ in Phrygia maxime colebatur. *Ovid. in Ibin.* Attonituſque ſeces, ut quos Cybeleia mater Incitat, ad Phrygios vilia membra modos. Adde *Tibul. l. 1. eleg. 4.* ¶ Phrygiæ, mulieres e Phrygia. *Virg. Æn. 9.* O vere Phrygiæ, neque enim Phryges. ¶ Idem *Virg.* ſæpiſſime Phrygium pro Trojano uſurpat. ¶ Phrygia nox apud *Stat. 12. Theb. v. 224.* eſt, qua ſacra magnæ deum matris a Phrygibus in Dindymo Phrygiæ monte fiebant. ¶ *Phrygium canere* apud *Quintil. l. 1. c. 10.* (al. *c. 17.*) eſt Phrygium modum canere.

Phryne, es, f. 1. Φρύνη, nobilis Athenis meretrix, Theſpienſis genere. Cum in judicium capitis adducta eſſet, plurimiſque, & graviſſimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad abſolutionem ſuffragata eſt, quam formæ præſtantia. Nam Hyperides Orator, qui eam defendebat, cum oratio eſſet, condemnatum iri, illam conſtituit in eorum conſpectu, tunicaſque a pectore abſcidit, ut nudum ejus pectus aſpicerent, tantamque & orationis, & hoc facto judicum miſericordiam commovit, cum eam tanquam Veneris Sacerdotem olea perfunderet, ut judices, religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non ſine auſi eam condemnare. Phryne abſoluta, Euthias accuſator iratus, quod e judicio victus in re tam aperta diſceſſiſſet, nullam poſtea cauſam dixit. *Quintil. l. 2. c. 15.* ¶ Tantam vim pecuniæ confeciſſe quæſtu corporis dicitur, ut exciſas ab Alexandro Thebas reficere propria ære potuerit. *Propert. lib. 2. eleg. 5.* (al. 6.) *v. 5.* ¶ Apud *Horat. epod. 14.* Phryne pro quovis ſcorto ponitur.

Phrynion, ii, Φρύνιον, herba efficax remedium præbens contra rubetas, quas Græci φρύνας vocant. *Plin. l. 25. c. 10.*

Phryx, gis, adject. V. Phryges.

Phryx, gis, m. fl. Phrygiæ minoris, unde univerſa Phrygia nomen accepit, qui Phrygiam a Caria diſterminat, & in Hermum Smyrnæ fl. influit. *Plin. l. 5. c. 29.*

Phryxeus, a, um, φρίξειος, quod ad Phryxum ſpectat. *Ovid. 7. Metam.* Phryxeaque vellera poſcunt.

Phryxus, maſc. 2. Athamantis ex Nephele filius, qui cum Novercales inſidias ferre non poſſet, una cum Helle ſorore profugit, accepto a patre ariete, cui vellus erat aureum. Eo conſcenſo cum in Aſiam trajicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ea cognomine Helleſpontus appellatur. Phryxus vero incolumis in Colchidem pervenit, ad Regem Æetam, ubi arietem Jovi, vel ut aliis placet, Marti immolavit, velluſque illud aureum in templo ſuſpendit, quod poſtea Jaſon Medeæ ope adjutus, abſtulit. Aries vero inter ſidera locatus, primam ſignorum tenuit. Phryxus Cithorum genuit. *Juſtin. l. 42.* *Tac. 6. Annal. c. 34.* & *Boccat. l. 13. Gen.*

Phthia, æ, f. Φθία, opp. Phthiotidis reg. in Theſſalia, patria Achillis, apud ſin. Maliacum, & Apidanum fl. *Plin. l. 4. c. 7.*

Phthiotis, idis, femin. Φθιῶτις, regio Helladis, pars Theſſaliæ auſtralis, *Plin. l. 4. c. 8.*

Phthiotæ, arum, m. Phthiæ incolæ. *Plin. l. 4. c. 7.*

Phthioticus, a, um, adject. a Phthia, ut Phthiotica Tempe, apud *Catul. carm. 65.* (al. *63.*) *v. 35.*

Phthiriaſis, is, f. 3. φθειρίασις, morbus pedicularis, a φθεὶρ, *pediculus*, quod a φθείρω, *corrumpo*, quia naſcitur ex corporis corruptione. *Plin. l. 20. c. 1.* Sic & contra Phthiriaſin bibitur, & hydropiſes.

Phthirophagi, maſc. 2. pop. Sarmatiæ Aſiaticæ, in Gorocondama peninſ. ad Euxinum mare, a φθεὶρ, *pediculus*, & φάγω, *edo*, propter tenuitatem victus, quaſi pediculis veſcantur. *Plin. l. 6. c. 4.*

Phthiſicus, a, um, adject. *tiſico*, φθισικὸς phthiſi laborans. *Plin. l. 20. c. 6.* Sanguinem vero excreantibus, & phthiſicis ſuccus prodeſt.

Phthiſis, is, f. 3. *tiſico*, φθίσις, tabes, morbus, qui totum corpus extenuat, & conſumit, conjunctus cum tuſſi, ſputo purulento, aliiſque ſymptomatibus. Provenit ex ulcere pulmonum, vel etiam alterius viſceris nobilioris ſanguine, a φθίω, ſive φθίνω, *corrumpo*. *Colum. l. 6. cap. 4.* Cum pulmones exulcerantur, inde toſſis, & macies, & ad ultimum phthiſis invadunt. *Juven. ſat. 13. v. 95.* Et phthiſis, & vomicæ putres.

Phthiſiſco, is, o. 3. phthiſi laboro. *Sidon. l. 5. ep. 14.* Jecoroſis, & phthiſiſcentibus medicabilis.

Phthirarus, i, m. nomen piſcis noſtris temporibus incogniti. *Plin. l. 32. c. ult.*

Phthius, a, um, φθιὸς, quod eſt ex Phthia urbe Theſſaliæ. *Ovid. in epiſt. Briſeid.* Quam ſtoc me Phthiis caneſcant æquora remis. *Horat. l. 4. od. 6.* Phthius Achilles.

Phthongus, m. 2. φθόγγος, ſonus, tonus. *Plin. l. 2. c. 22.* In ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio. Adde *Vitr. l. 5. c. 2.*

Phthorius, a, um, adject. φθόριος, corrumpendi, ſeu extinguendi vim habens, a φθορὰ, *pernicies*. *Plin. l. 14. c. 16.* Hoc vinum phthorium vocant, quoniam facit abortus.

Phu, *fu*, *valeriana*, φοῦ, herba Valeriana. *Plin. l. 12. c. 12.*

Phy, interjectio mirantis, teſte *Donato*. *Terent. Adelph. 3. 3. 59.* Phy, domi habuit, unde diſceret.

Phycis, idis, φυκὶς, piſcis verno tempore varii coloris, reliquis anni partibus candidus. *Plin. l. 9. c. 26.*

Phycites, æ, φυκίτης, gemma algæ colorem habens. *Plin. l. 37. c. 10.*

Phycos, i, φῦκος, frutex marinus. *Plin. lib. 13. c. 25.* ubi ait, a Latinis appellari algam, ſed minus proprie, cum alga herba ſit, phycos autem frutex.

Phygethlon, n. 2. φύγεθλον, tuberculum inflammatorium, vel potius eryſipelaceum abſque ſuppuratione, ad glandulas plerunque ſubcutaneas obortum, cum dolore inſigni urente, & mordicante, proveniens ab ichore ſanguineo acriore, ibidem ſtagnante. *Celſ. l. 5. c. 28.*

Phylaca, f. 1. *prigione*, locus cuſtodiæ, id eſt carcer, a φυλάσσω, vel *vro*, *cuſtodio*. *Plaut. Capt. 3. 5. 39.* Illico eſt abductus recta in phylacam.

Phylace, es, f. 1. opp. Theſſaliæ, al. Magneſiæ, in Epiri, ſeu Moloſſidis, quæ Epiri regio eſt, confinio, conditum a Phylaco Deionis filio, ubi Proteſilaus regnavit. *Plin. l. 4. c. 9.*

Phylaceius, a, um, quod ad Phylacen urbem ſpectat. *Ovid. Triſt. l. 5. el. ult.* Ut vivat fama conjux Phylaceia, id eſt Laodamia uxor Proteſilai.

Phylacides, æ, m. Proteſilaus, a Phylace urbe Theſſaliæ, in qua regnavit. *Ovid. l. 2. de Art. v. 356.* Phylacidus aberat, Laodamia, tuus. Ubi Poeta primam produxit contra primitivi naturam. Alii ſcribunt *Phylacides*.

Phylaciſta, æ, maſc. 1. φυλακιστὴς, carceris cuſtos, a φυλάσσω, *cuſtodio*. *Plaut. Aul. 3. 5. 44.* Trecenti conſtant phylaciſtæ in atriis. Ubi tranſlate intelligit importunos creditores, qui non minus cuſtodiunt debitores ſuos, quam cuſtos carcere detentos.

Phylacterium, ii, n. φυλακτήριον, amuletum, remedium, quod geſtatur ad avertendos morbos, & incantamenta: a φυλάσσω, cuſtodio. *Marcel. Empir. cap. 8.* Lapillos pertundes, & lino inſerto pro phylacterio uteris. ¶ Apud Hebræos *phylacteria* erant pittacia, ſeu membranæ decalogi legem perſcriptam habentes, quas geſtabant in capite ſupra frontem: de quibus V. *Hieronym. in Matth. c. 23.*

Phylarchus, i, φύλαρχος, tribunus, vel tribuum princeps: a φυλὴ, tribus, & ἄρχω, princeps. *Cic. Fam. 15. ep. 1.* Phylarchus Arabum. *Ammian. l. 24.* Phylarchus Saracenorum.

Phyllis, idis, f. φυλλὶς, filia Lycurgi Regis Thracum, quæ Demophoontem Theſei filium Regem Athenienſium e Trojano bello redeuntem hoſpitio, lectoque excepit, accepta prius ab eo fide, ut domi compoſitis rebus, illam uxorem duceret. Profectus itaque Demophoon cum ultra ſtatutum tempus variis diſtrictus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quod ſe ſpretam eſſe crederet, laqueo vitam finivit, & converſa eſt in arborem amygdalum ſine foliis. Poſtea reverſus Demophoon, cognita re, ejus amplexus eſt truncum, qui, velut ſponſi ſentiret adventum, folia emiſit. Unde etiam *phylla* ſunt dicta a Phyllide, quæ ante *petala* dicebantur. Aliqui dicunt, Phyllidem, cum ſe vellet in mare dejicere, Deorum miſeratione in amygdalam eſſe converſam. *Serv. in 5. Ecl.* Cremutius auctor eſt, nuſquam vivere arborem, ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. *Plin. l. 16. c. 26.*

Phyllon, n. 2. φύλλον, ſpina, al. polygonaton, iſchias, & leucacantha, ſine caule, ſine flore, ſive echina, foliis longis, aculeatis, & lactucæ ſimilibus. *Plin. lib. 22. c. 16.*

Phyma, atis, φῦμα, tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius, & planius, ſæpe etiam majus. *Celſ. l. 5. c. 28.*

Phynon, onis, m. φύνων, nomen eſt collyrii, cujus conficiendi rationem tradit *Celſ. l. 6. c. 6.*

Phyrama, atis, n. φύραμα, lacrymæ genus, ex metopio arbore ſtillans, pingue, & reſinoſum. *Plin. l. 12. c. 23.*

Phyſeter, eris, m. 3. φυσητὴρ, bellua ex balænarum genere, in mari Gallico & Indico. Nomen habet a φυσάω, *flo*, quod non ore, ſed fiſtulis quibuſdam in vertice prope oculos poſitis ingentem aquarum vim eructet. *Plin. l. 9. c. 4.* Maximum animal in Indico mari priſtis, & balæna eſt, in Gallico Oceano phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorque navium velis diluviem quandam eructans.

Phyſica, æ, vel Phyſice, es, f. Germ. *natürliche ſachen*, Gall. *phyſique*, Hiſp. *ſiſica*, φυσικὴ, ſcientia naturalis, id eſt quæ circa res naturales verſatur. *Cic. 2. Acad. c. 7.* Sed enitar, ut Latine loquar, niſi in hujuſcemodi

Digitized by Google

modi verbis, ut Philoſophiam, aut Rhetoricam, aut Phyſicam, aut Dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, conſuetudo jam utitur pro Latinis.

Phyſica, orum, n. φυσικά, res naturales, ſcientia naturalis, libri, in quibus de rebus naturalibus diſſeritur. *Cic. in Orat.* Quem etiam, quo grandior ſit, & quodammodo excelſior, ut phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. Adde 1. *Fin. c. 6.*

Phyſice, adv. *fiſicamente*, more phyſicorum. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 7.* Quæ a te phyſice dicta ſunt de vi ignea.

Phyſicŭlo, as, φυσιολογεῖν, res naturales inveſtigo, phyſicum ago. *Martian. Capel. l. 1.*

Phyſĭcus, ci, ſubſt. m. *fiſico*, Ger. *naturkundiger*, Gall. *phyſicien*, Hiſp. *fiſico*, φυσικός, Philoſophus naturalis, ſeu qui Phyſicæ dat operam, qui rerum naturam ſcrutatur, vel, ut *Cic.* definit *in Timæo*, acer inveſtigator, & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur. *Id. 1. de nat. Deor. c. 30.* Non pudet igitur Phyſicum, id eſt ſpeculatorem, venatoremque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis.

Phyſicus, a, um, *naturale*, φυσικός, naturalis, ſive ad rerum naturam pertinens. *Cic. 2. de Div.* Aut geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. *Id. 2. de nat. Deor. c. 21.* Phyſica ratio.

Phiſiognōmon, onis, m. *fiſionomo*, φυσιογνώμων, qui hominum mores ex vultu, & corpore cognoſcit. *Cic. de Fato, c. 5.* Quid? Socratem, nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere?

Phyſiologia, æ, f. φυσιολογία, ſcientia, quæ de naturis rerum diſſerit, eadem ac Phyſica. *Cic. 1. de nat. Deor.* Hunc cenſes primis, ut dicitur, labiis guſtaſſe Phyſiologiam? *Id. 1. de Div. c. 41.* Qui & naturæ rationem, quam Phyſiologiam Græci appellant.

Phyſis, is, φύσις, Græce naturam ſignificat. Hinc Phyſes appellari ait *Plin. l. 37. c. 11.* quaſdam gemmas proprio nomine carentes, quia ipſius naturæ admirationem in ſe continent.

Phyteuma, atis, φύτευμα, herba amatoria. *Plin. l. 27. c. 12.*

P A N T E I.

Piābĭlis, le, o. 3. *che ſi può purgare*, ἱλαστός, quod purgari, ſeu placari poteſt. *Ovid. 3. Faſt. v. 289.* Piabile fulmen.

Piacŭlaris, & re, n. 3. *eſpiatorio*, καθαρτήριος, ἀγνιστικός, quod vim habet expiandi, quod ad ſatisfactionem peccati pertinet, vel datur, a *piaculum*. *Plaut. Epid. 1. 2. 35.* Me ne piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum? Idest, oportet ne, tuam ſtultitiam meis ſcapulis expiari. *Liv. l. 1. c. 26.* Is quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, &c. ¶ Piacularia auſpicia dicebantur, teſte *Feſto*, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, cum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum ediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidiſſet. ¶ Piacularis porta, quædam porta urbis Romæ, ita appellata ob quædam piacula, quæ ibi fieri ſolebant. *Idem Feſt.*

Piacularĭter, adv. ita ut piaculo opus ſit, impie. *Tertul. de pudic. c. ult.* Piaculariter negare. Al. leg. *peculiariter*.

Piacŭlo, as, avi, atum, a. 1. expio, piaculis placo. *Cat. R. R. cap. 141.* Mars Pater, te hiſce ſuovetaurilibus piaculo.

Piacŭlum, i, n. ſcelus, delictum, a *pio*. *Virg. 6. Æn. v. 569.* Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Ubi *Serv.* Piacula, commiſſa, propter quæ expiatio deberetur. ¶ Metonymice ſumitur pro quolibet ſacrificio piaculari, ſeu expiatorio, *ſacrifizio*, *purgazione*, כִּפּוּר, Ger. *opffer*, Gall. *ſacrifice*, *offrende pour le peché*, Hiſp. *ſacrificio por el peccado*, *purgacion*, ἄγνισμα, καθαρμός. *Hor. l. 1. od. 28.* Teque piacula nulla reſolvent. *Cic. 2. de Leg. c. 22.* Contra cenſet, habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. Aliqui pro *pati* corrigunt *dandum*. *Liv. l. 2. c. 38.* Piaculum mereri.

Piacŭlus, a, um, adject. piacularis, ut porco piaculo facere, apud *Cat. de R. R. c. 139.*

Piam, ſyllabica adjectio, quæ extra compoſitionem nihil ſignificat, in compoſitione aliquid addit ſignificationi dictionis, cum qua componitur, ut *Quiſpiam*.

Piāmen, inis, n. idem ac piamentum. *Ovid. 2. Faſt. v. 19.* Februa Romani dixere piamina patres.

Piamentum, ti, n. *purgazione*, κάθαρσις, expiatio, actus expiandi, vel id ipſum, quo in expiando utebantur. *Plin. l. 25. c. 4.* Hac evulſa, ſcrobem repleri vario genere frugum, religio eſt, ut terræ piamentum.

Piatĭo, onis, f. piamentum, expiatio. *Liv. l. 28. c. 2.* In menta id reponi, adolerique ad Larem, piatio eſt.

Piātrix, icis, f. ἁγνίστρια, Sacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alii ſagam, alii expiatricem vocant. *Feſt. Plaut. Mil. 3. 1. 101.* Tum piatricem non poteſt quin muneret.

Pica, æ, f. *pica*, *gazza*, Ger. *ein atzel*, Gal. *pie*, Hiſp. *pega*, *picaza*, κίσσα, avis magnitudine palumbæ, alia vario colore, & præſertim cæruleo depictis, humana imitans verba. In has aves fabulantur Poetæ mutatas eſſe Pierides, id eſt, novem filias Pieri, & Evippes, quod cum Muſis certare auſæ eſſent, indeque illis priſtinam loquacitatem, humanæque linguæ ſtudium remanſiſſe. *Perſ. in prol.* Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi, corvos poetas, & poetrias picas cantare credas Pegaſeium melos. V. *Plin. l. 10. c. 33. & 42. & Ovid. 5. Metam.* ¶ Eſt & alia pica, ſub ventre alba, ſuperius nigra, cauda longa, quæ varia appellatur, quæ ab Apennino Romam verſus Plinii ætate cerni cœpit. *Plin. l. 10. c. 29.*

Picaria, æ, f. locus ubi pix effoditur (eſt enim pix quædam foſſilis, teſte *Plin. l. 16. c. 12.*) vel ubi coquitur. *Cic. de clar. Orat. c. 22.* Liberi ſocietatis ejus, quæ picarias redemiſſet. Al. leg. *picearias*, al. *pecuarias*. *Ulp. l. 17. de V. S.* Vectigal ſalinarum, metallorum, & picariarum. Sed alii leg. *piſcenariarum*.

Picatus, a, um, *impeciato*, πιττωτός, pice illitus. *Colum. l. 12. c. 2.* Dolia partim picata, partim deſiccata. ¶ Vinum picatum dicitur, quod pice conditum eſt. Solebat enim muſto in primo fervore (qui fere novem diebus peragitur) pix aſpergi, ut odor vino conciliaretur, & quoddam ſaporis acumen. *Plin. l. 14. c. 19. & 20.* ¶ Fuit & vinum picatum naturale, ex uva picata, quæ natura picis odorem, & ſaporem habebat, in agro Viennenſi. *Plin. l. 14. c. 1. & 2. Id. l. 23. c. 1.* Ad omnia hæc utilius id, quod ſponte naturæ ſuæ picem reſipit, picatumque appellatur.

Picea, æ, f. *picea*, πεύκη, πίτυς, arbor ejuſdem generis, ut pinus, teſte *Dioſcoride*, niſi quod minus alta, minuſque recta aſſurgit, pinguiore, at tenuiore folio eſt, conum minorem, ac magis algentem, nucleos quoque reſina perfuſos gerit. Aliquibus definitur arbor larici ſimillima, folio brevi, tædo proximo, immortali virore. Eſt a πεύκη, mutato ευ in ι breve, vel a *pice*, quam fundit. De ea *Plin. l. 16. c. 9. 10. 24. 25. 26. l. 17. c. 12. 18. l. 24. c. 6. Virg. Æneid. l. 9. v. 87.* Nigranti picea, trabibuſque obſcurus acernis.

Picearia. V. Picaria.

Piceaſter, ſtri, m. picea ſylveſtris. *Plin. l. 14. c. 20.* Fit e picea reſina, in Hiſpania autem e piceaſtris minime laudata.

Piceātus, a, um, πισσόχειρος, pice illitus. *Martial. l. 8. epigr. 59.* Non fuit Autolyci tam piceata manus. Ubi piceatam manum dixit pro furaci, quaſi quæ picis inſtar, quod tangit, auferet.

Picentes, tium, & tum, Picentini. *Cic. pro Syll. & Silius l. 10.* ¶ In ſingulari numero *Prudent. in Hippolyte, v. 206.*

Picentĭa, f. 1. *Bicenza*, olim opp. Picentinorum, nunc tenuis vicus, quem allabitur fl. *il Bicentino*, inter Salernum, & Ebolos. *Sil. l. 8. v. 579.*

Picentīnus, a, um, adject. ad Picenum pertinens. *Martial. l. 13. ep. 47.* Picentina Ceres niveo ſit nectare creſcit. ¶ Picentini, pop. Italiæ, in ſecunda regione, in ora maris Tyrrheni, a Surrento, ſive Minervæ promontorio ad Silarum uſque fl. teſte *Plin. l. 3. c. 5.* inter Campanos ad Occ. Lucanos ad Or. Silaro fl. dividente, & Hirpinos ad Bor. in Regno Neapolitano, ubi nunc pars Borealis Principatus citerioris, juxta ſinum Salernitanum, quorum ager Picentinus, & ora Picentinum litus Plinio dicitur, vulgo *Coſta d' Amalfi*, *& Principato citra*. *Plin. l. 3. c. 5. & 13.*

Picēnum, n. *Marca d' Ancona*, regio Italiæ, juxta mare Hadriaticum. Habet ab Or. Aternum fl. quo ab Aprutio dividitur, etſi aliqui ab hac parte terminum Piceni conſtituant Truentum fl. ab Occ. Æſim fl. quo ſeparatur ab Umbria, a Sept. mare Hadriaticum, a Mer. Apenninum M. quo ab Umbris, & Sabinis ſejungitur. Nomen accepit a *pica*, vel a *pico* Martio, qui, cum populi Piceni a Sabinis, a quibus originem traxerunt, Aſculum commigrarent, in eorum vexillo inſediſſe dicitur, teſte *Strabone l. 5.* V. *Plin. l. 3. c. 13.*

Picēnus, a, um, quod ad Picenum reg. ſpectat, ut Picena tellus. *Sil. l. 8. v. 425.* Picena oliva. *Martial. l. 9. ep. 15.*

Picĕus, a, um, πίττινος, quod eſt ex pice, vel quod eſt viſcoſum, ut tenax inſtar picis: item quod nigrum eſt. *Mart. l. 2. ep. 41.* Et tres ſunt tibi Maximina dentes, ſed plane piceique, buxeique. *Virg. 2. Georg. v. 309.* picea caligo. *Ovid. 11. Met. v. 549.* piceæ nubes. *Valer. Flacc. l. 1. v. 617.* Piceum cœlum.

Pictĭnum oleum. V. Piſtinum.

Pico, as, a. 1. *impegolare*, *impeciare*, πιττόω, pice linio. *Colum. l. 12. c. 18.* Et ferventiſſima pice infuſa novo alio rutabulo, & ſcopula picatur. *Sueton. in Claud. c. 16.* Picare dolia.

Picris, f. 3. πικρίς, lactucæ, vel cichorei agreſtis genus, a πικρός, amarus. *Plin. l. 19. c. 8. l. 21. c. 17. l. 22. c. 22.*

Pictacium. V. Pittacium.

Pictavi, m. 2. *Poitlevins* pop. Galliæ Aquitanicæ, quorum regio Pictavienſis Provincia. *le Poitou*.

Pictavĭcus, a, um, adject. ad Pictavos pertinens. *Auſon. epigr. 31.* Imago Rufi Rhetoris Pictavici.

Pictŏnes, um, iidem ac Pictavi. *Plin. l. 4. c. 19.*

Pictonĭcus, a, um, adject. ad pictones pertinens, ut Pictonicum litus. *Auſon. ep. 9. v. 36.*

Pictĭlis, le, adject. pictus, ut pictilis baltheus. *Apul. l. 10. Metam.*

Pictor, oris, m. *pittore*, γραφεύς, qui pingit, ſeu picturam exercet. *Cic. 4. Acad. c. 7.* Multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. *Hor. de Arte.* Pictoribus, atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Pictorius, a, um, adject. ad pictores pertinens. *Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 3.* Poetica, & pictoria licentia.

Pictura, æ, f. γραφική, ars pingendi. *Cic. 3. de Or.* Una eſt ars, ratioque picturæ, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles. ¶ Metonymice accipitur pro tabula, vel tela, vel alia re, quæ picta eſt. *Cic. 6. Verr. c. 1.* Nego, ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit. *Id. in Or.* In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca, contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

Picturatus, a, um, ποικιλόγραμμος, pictura exornatus. *Claudian. in epiſt. ad Seren. v. 3.* picturatæ volucres. *Stat. Theb. 6. v. 58.* picturatus floribus agger. ¶ Veſtes picturatæ dicuntur, quæ acu pictæ ſunt. *Virg. 3. Æn. v. 483.* Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes.

Pictus, a, um, *dipinto*, γραπτός. *Cic. 5. Fin.* Quæ quidem dicunt, qui nunquam Philoſophum, ut dicitur, pictum viderunt. *Id. 5. Tuſc.* Stragulum textile magnificis operibus pictum. *Id. de cl. Orat. c. 85.* Lyſia nihil poteſt eſſe pictius. h. e. in dicendo ornatius. *Virg. in Culice, v. 69.* Florida cum tellus gemmantes picta per herbas. *Martial. l. 10. epigr. 72.* Picti reges. h. eſt pictis veſtibus induti. ¶ *Picta toga*, quæ triumphantium fuit, itemque Conſulum, ſub Imperatoribus, & Prætorum, quoties ludos ederent, ita dicta eſt, quod acu elaborata eſſet, & opere Phrygio diſtincta. Eadem & *palmata* dicta eſt; quanquam ſæpius apud Latinos Scriptores invenies *palmatam tunicam*, quam *palmatam togam*. V. Palmatus. Item *Capitolina* aliquando dicitur, tum quod ea Jupiter Capitolinus indutus eſſet, tum quod veſtes triumphales in templo Jovis Capitolini ſervarentur, & inde, cum opus foret, depromerentur. *Lamprid. in Alexand.* Prætextam, & pictam togam nunquam niſi Conſul accepit, & eandem quidem, quam de Jovis templo ſumptam alii quoque accipiebant aut Prætores, aut Conſules. V. *Ferr. de re Veſtiar. l. 2. c. 7.*

Picŭla, læ, diminut. a *pix*. *Apul. de herb. c. 36.* Ipſam cum nitro, & axungia, picula ex aceto foveto.

Picumnus, m. 2. πικουμνος, genus avis, al. picus Martius. *Non. c. 18. n. 36.* ¶ Item Picumnus, Deus, qui in ſacris Romanis adhibebatur. V. *Pilumnus*.

Picus, i, m. *pico*, *picchio*, Ger. *ein ſpecht*, Gal. *pic*, Hiſp. *pico*, δρυοκολάπτης, δενδροκολάπτης, avis parva uncis unguibus, quæ cavat arbores, in quibus pullos educat, & ſcandit in ſubrectum felium modo, quæ ab Ariſtophane πελεκᾶν, *pelecanas* vocatur, a πελεκάω, hoc eſt, ξαίνω, ἀσκίπτω, quia arbores tundit, atque excavat. *Feſt. & Iſid. l. 12. Orig. c. 7.* dicunt, ſic vocari a Pico Aboriginum Rege, quod ille hac ave in auſpiciis uteretur. Cognomine dicitur Martius, quod Marti ſacer eſſet. De hac ave *Plin.* diſſerit *l. 10. c. 18. 29. & 33. l. 11. c. 37. l. 25. c. 4. l. 27. c. 10. l. 29. c. 4. l. 31. c. 16.* ¶ Picos etiam Romani veteres vocabant, qui Græcis gryphes dicuntur. *Plaut. Aul. 4. 8.* Picis divitiis, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero.

Picus, m. 2. filius Saturni, pater Fauni, avus Latini, Rex Aboriginum, peritiſſimus augurorum. Hunc Pomona Dea pomorum amavit, & ejus voluntas eſt ſortita conjugium. Poſtea a Circe etiam amatus eſt, quam cum ſperneret, ab illa irata in avem picum Martium converſus eſt. Hoc ideo fingitur, quia augur fuit, & domi habuit picum, per quem futura noſcebat: quod Pontificales indicant libri. Uxorem habuit Canentem filiam Jani, & Veniliæ, ex qua genuit Faunum. *Ovid. 14. Metam. Serv. in 7. Æn.*

Pie, adv. *piamente*, Ger. *gottsfurchtiglich*, Gal. *religieuſement*, Hiſp. *piamente*,

Digitized by Google

ve, θεοσεβῶς, religioſe, cum magna in Deum fiducia. Cicer. de nat. Deor. Pie, ſanctéque Deum colunt. ¶ Aliquando ponitur pro benigne, clementer. Cic. l. 11. Fam. ep. 27. Alia, quæ detendam a ſe pie fieri, & humane. Senec. de conſol. ad Polyb. c. 34. Utrumque piſſime [illegible]dera, & fortiſſime tulit.

Pieres, rum, Πιερες, populi Macedoniæ. Plin. l. 4. c. 10.

Pieria, f. 1. Vería, al. Lacoſiebra, Πιερία, regio Macedoniæ, in confinio Dardaniæ, inter Axium, Aliacmonem, & Peneum fl. in qua urbes Pieria, Phylacæ, & Vallæ. Pieam habet Indicæ, Noriciæ, Idæm, & Illyricæ comparendam. Plin. l. 4. c. 10. ¶ Pieria altera, regio Syriæ, in ora, in Caſiotide, inter Ciliciam, & Phœnicen, ubi mons ejuſdem nominis, qui vulgo dicitur Monte Nme, al. Montana nigra, & Amagi pars eſt, ubi etiam Seleucia urbs præcipua cognomento Pieria. Plin. l. 5. c. 12. & 21.

Pierides, f. 3. novem filiæ Pieri Macedonis, vel Theſſali ex Evippe, al. Enippe, quæ Muſas ad carminum, & cantus certamen provocare auſæ, ab iis victæ ſunt, judicio Nympharum, cumque convicia facerent, ab illis in picas verſæ ſunt. Ovid. 5. Met. ¶ Vulgo hoc nomine Muſæ appellantur, dictæque creduntur a Pieria reg. Macedoniæ, vel a Pierio monte Theſſaliæ in Macedoniæ confinio, ubi ex Jove, & Mnemoſyne natæ ſunt. Virg. Ecl. 8. Dicite Pierides. ¶ In ſingulari numero. Ovid. 4. Faſt. v. 220. Pieri orſa loqui. Hor. l. 4. od. 3. O teſtudinis aureæ Dulcem quæ ſtrepitum, Pieri, temperas.

Pierius, a, um, Πιέριος, quod ad Pieriam reg. vel ad Pierium mont. aut fl. vel ad Pierides, vel, ut vulgus uſurpat, ad Muſas ſpectat. Ovid. l. 2. de Pont. Lucida Pieria tendis ad aſtra via. Horat. l. 3. od. 4. Pierium antrum. ¶ Dies Pierii ſunt, quos impendimus literarum ſtudiis. Stat. l. 1. Sylv. 3.

Pierus, m. 2. Macedo quidam, vel Theſſalus, qui ex Evippe, al. Enippe, genuit novem filias, quæ Pierides appellatæ ſunt. Ovid. 5. Met. Idem Linum filium ex Enippe ſuſcepit. Condidit urb. Pieriam in Macedonia, al. in Bœotia.

Pierus, m. 2. al. Pierius, mons Theſſaliæ, al. Bœotiæ, in confinio Macedoniæ, apud Olympum M. ubi opp. ejuſdem nominis, Pieris proximum, cum lacu cogn. Plin. l. 4. c. 8. Vulgo dicitur Muſis ſacer eſſe. Sed filiæ Pieri cum Muſis confunduntur. V. Pierides.

Pietas, atis, f. pietà, חסד, Ger. gottesfurcht, Gal. pitié, Hiſp. piedad, εὐσέβεια, amor, & cultus erga parentes, vel alios majores, item erga patriam, quemadmodum religio eſt cultus erga Deum, a pius. Cic. 2. de Inv. Pietas, per quam ſanguine conjunctis, patriæque benevolis officium, & diligens tribuitur cultus. Id. pro Planc. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? Id. in Somn. Cole pietatem, quæ cum ſit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima. ¶ Dicitur etiam de Deo. Cic. 1. de nat. Deor. Eſt enim pietas juſtitia adverſum Deos. Id. pro Dom. Nec eſt ulla erga Deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod ſit injuſtum, ac inhoneſtum, arbitrere. ¶ Interdum ponitur pro benignitate, & clementia. Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 513. Quæ pietas, quantuſque rigor, tranquillaque magni Vis animi. ¶ Pietas a Romanis Dea putata eſt, ædemque habuit Romæ eo in loco, ubi poſtea Marcelli theatrum extructum eſt. Cic. 2. de Leg. Plin. l. 7. c. 36.

Pietaticultrix, icis, quæ pietatem colit. Petron. in Satyr. Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita, Pietaticultrix.

Pigendus, a, um, particip. a Piget, coſa da rincreſcere. Propert. l. 4. el. 1. v. 74. Poſcis ab invita verba pigenda lyra. Ovid. ep. 7. v. 110. cauſas habet error honeſtas. Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Pigeo, es, gui, n. 2. idem, ac piget, apud vet. Plaut. Men. 5. 9. 7. Adoleſcens, quæſo, loquere tuum mihi nomen, niſi piges. Plerique al. leg. piget. ¶ Particip. pigens, ntis. Apulej. l. 4. Metam. Pigens triſtiſque retro domum pergit.

Piger, gra, grum, pigro, עצל, Ger. faul, Gall. pareſſeux, Hiſp. perezoſo, ἀσκνός, ſegnis, iners, tardus. Horat. l. 1. ſat. 4. piger ſcribendi ferre laborem. Id. ibid. Diſcedet pigrior ultro. Id. l. 1. ep. 1. piger militiæ. Cic. Fam. 8. ep. 1. Ad literas ſcribendas pigerrimus. Id. ib. ep. 17. Piger in re militari. ¶ Interdum ponitur pro lento, ſeu viſcoſo, & minime fluido. Colum. l. 5. c. 2. Qui modo pigrum teneat humorem. Sil. l. 15. v. 504. Arat pigerrimus undas. Ovid. 4. de Pont. el. 10. Pigra palus. ¶ Item pro longo, & diuturno. Horat. l. 1. ep. 1. Piger annus. Ovid. 2. Faſt. pigrius bellum. ¶ Præterea piger dicitur, qui pigros facit, ut frigus pigrum. Auct. ad Heren. l. 4. pigra hyems. Ovid. 3. Amor. el. 5. ¶ Martial. l. 2. epigr. 11. Lugubre quiddam quod tacet piger voltus. h. e. triſtis. ¶ Pigriſſimus pro pigerrimus, eſt Tertulliani in Exhortat. ad caſtit. c. 13.

Piget, ebat, guit, vel pigitum eſt, imp. 2. rincreſcere, eſſere moleſto, קוץ, Ger. es verdreuſt, Gal. être marry, Hiſp. aver dolor o verguenza, ἀνιάομαι, μεταμέλει, doleo, moleſtum eſt, a piger. Quibuſdam contra placet, pigrum eſſe a piget. Differt a pudet, quod pudet de iis dicitur, quæ turpiter fiunt, piget de iis, quæ cum damno, & malo. pudeo ad dedecus refertur, piget ad dolorem. Don. & vetus Interpres Ter. [illegible]. Conſtruitur cum gen. rei, vel cum infinitivo loco genitivi, & cum acc. perſonæ. Cic. pro Dom. c. 11. Ut me non ſolum pigeat ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudeat. Id. in Brut. c. 50. Ad miſericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. Id. in Salluſt. Quærere non piguit. Silius l. 7. v. 173. Nec pigitum parvoſque lares, humileſque ſubire. ¶ Reperitur etiam cum nom. ſeu accuſat. Ter. Phor. 3. 3. Ne quid plus, minuſve faxit, quod nos poſtea pigeat. Id. in prol. Heaut. Neque ſe id pigere. Plaut. Pſeud. Id, quod pudet, facilius fertur, quam id, quod piget. ¶ Interdum ponitur pro tardare. Feſt.

Pigmentarius, ii, m. μυρεψός, qui divendit pigmenta, itemque thus, aliaque aromata, ac unguenta. Jul. Firmic. Thurarios faciet, vel pigmentarios, ſeu pharmacopolas. l. 3. ff. de ſicar. Pigmentarii ſi cui temere cicutam dederint. Cic. 15. Fam. ep. 17. Accinum pigmentarium valde gaudebat, ſe adverſarium perdidiſſe.

Pigmentatus, a, um, πεφαρμαγμένος, pigmentis ornatus. Tertul. de cultu fœm. c. 13. l. 2. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem. Prudent. Hamartig. v. 315. Pigmentatu meretrix crine.

Pigmentum, ti, n. χρώματα, colores pictorum, a ſup. pictum verbi pingo, c in g converſa. Plaut. Epid. 5. 1. 20. Quam Apelles, Zeuxiſque duo pingeant pigmentis ulmeis: ideſt virgis ulmeis utentur ad corpus meum ſanguine pingendum. Cic. 1. de Div. c. 13. Aſperſa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere poſſunt. ¶ Speciatim ſumitur pro unguento, quo mulieres utuntur ad venuſtandam faciem, qualis eſt ceruſſa, aliaque id genus fuci, quibus cuti candorem, & ruborem inducunt, belletto, liſcio, פוך, Ger. farbe, Gal. fard, Hiſp. afeyte, φῦκος. Plin. l. 26. c. 43. Nuper portentoſis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet ſe. ¶ Quandoque accipitur pro ſucco herbarum, unde pigmenta fiunt. Firmic. l. 8. c. 17. Marſi erunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis ſalutaria ſoleant hominibus remedia comparare. ¶ Translate dicitur de coloribus Rhetoricis, ideſt de exornationibus. Cic. Att. l. 2. ep. 1. Meus autem liber totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus diſcipulorum arculas, & nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit. ¶ Item de ornamentis inanibus, de mendaciis, de fraudibus. Nam ejus, qui pingitur, non eſt naturalis color, ſed artificialis. Cic. 2. de Orat. c. 45. Tam integræ ſententiæ, tam veræ, tam novæ, tam ſine pigmentis, fucoque puerili.

Pigneratio, onis, f. actus pignerandi, pignus. Cajus l. 9. Dig. de pign. & hyp. Quod emptionem, venditionemque recipit, etiam pignerationem poteſt recipere. ¶ Quidam ſcribunt pignoratio.

Pigneratitius, a, um, ὑπόβολος, qui pignori datur, et fundus pigneratitius, l. Quamvis, Dig. de pign. act. Pigneratitius creditor dicitur, cui pignus capere licet. Ulp. l. 1. ff. de pign. act. Quæritur in pigneratitio creditore, an pigneris perſecutio denegetur. ¶ Pigneratitia actio a JCtis dicitur, quæ inſtituitur ad pignus perſequendum. Vide Digeſt. l. 13. tit. 7. ¶ Eadem dicitur & pigneratitia, abſolute, ut l. 3. Dig. de novatione. Si agat pigneratitia debitor. ¶ Scribitur & pignoratitius.

Pignerator, oris, m. ἐνεχυραστής, qui pignus accipit. Cic. 4. Ver. c. 11. Cum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe.

Pigneratus, a, um, nom. ex particip. paſſiva ſignif. impegnato. Liv. l. 24. c. 1. Velut obſidibus datis pigneratos habere animos.

Pignero, as, a. 1. dare in pegno, חבל, Ger. zum pfand geben, Gal. engager, Hiſp. empeñar, ὑποτίθεμαι, ἐνεχυράζω, eſt rem pignori dare, ab antiquo pignera pro pignora. Suet. de Vitell. c. 7. Utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impenſas. Juven. ſat. 7. v. 73. Culpet & alveolos, & lænam pignerat Atreus, h. e. Rubrenus Poeta (de quo ſermo eſt) dum tragœdiam de Atreo ſcribit, cogitur ob paupertatem lænam pignori dare. Itaque perperam quidam Lexicographus hoc loco pignerare accipit pro pignus capere.

Pigneror, aris, atus ſum, dep. 1. pignus capio, [illegible]. Translate Sueton. in Claud. c. 10. Prius Cæſarum fidem militum præmio pigneratus. Cic. Phil. 14. c. 11. Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet, h. e. ſibi aſſerere, veluti in pignus accipere. Itaque ſenſus eſt, fortiſſimum quemque primum in prælio occumbere ſolere.

Pignoriſcapio, onis, f. ſequeſtro, quaſi captio pignoris. Cato apud Gell. l. 7. c. 10. Pignoriſcapio ob æs militare, quod æs a Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum ſeorſum fit.

Pignus, oris, n. pegno, חבל, Ger. pfand, Gal. gage, Hiſp. prenda, ὑποθήκη, id, quod creditori datur, ut ſit ſecurus, & dicitur de re mobili æque, ac de immobili. Ulpian. l. ſi rem alienam, Dig. de pign. act. Cavere ſibi pignoribus. Scævola l. ult. Dig. eod. tit. Sub pignoribus pecunias accipere. Sic pignori obligare aliquid, pignus liberare, ſolvere, ſuſcipere, &c. apud JCtos Dig. loc. cit. Ter. Phorm. 3. 5. 6. Pignori opponere. V. Oppono. Plaut. Moſt. 4. 2. 42. Quadraginta dedit huic, quæ eſſent pignori. ¶ Auferre pignora dicitur Magiſtratus, cum bona alicujus capi jubet, & ſub cuſtodia publica retineri, mettere in ſequeſtro. Cic. 3. de Orat. c. 1. Philippus Conſul pignoribus ablatis Craſſum inſtituit coercere. ¶ Sæpe pignus accipitur pro eo, quod deponitur ab iis, qui ſimul de re aliqua decertant, ut ſit victoris. Virg. Ecl. 3. Dic, mecum quo pignore certes. Catull. carm. 45. Pignore contendere. ¶ Translate pignus dicitur argumentum, indicium, ratio, quo aliquid evincitur. Sever. in Ætna, v. 418. Certaque venturæ præmittit pignora flammæ. Curt. l. 6. c. 7. Dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit. Cam. pro Sen. pignus Reipublicæ videbatur, la ſicurezza della Republica. ¶ Filii quoque ſæpiſſime pignora dicuntur. Ovid. 3. Faſt. Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres. Stat. l. 2. ſilv. 1. Adſcita pignora, h. e. filii adeptivi. ¶ Item parentes, nepotes, & quicumque aliqua neceſſitudine cari ſunt. Ovid. 3. Metam. v. 134. Pignora cara nepotes. Quintil. l. 6. c. 1. Quare & obſecratio illa judicum, per cariſſima pignora, utique, ſi reo ſint liberi, conjux, parentes, utilis erit.

Pigre, adv. pigramente, Ger. fauliglich, Gal. pareſſeuſement, Hiſp. perezoſamente, ὀκνηρῶς, ſegniter, tarde. Plin. l. 10. c. 34. Pigrius incubant [illegible] ad pullos. Senec. l. 3. de Ira, c. 17. Pigre in lenitatem tranſiero.

Pigreo, es, n. piger ſum. Enn. apud Non. c. 3. n. 170. Pigret ſufferre laborem. Accius ibid. Omnes gaudens facere recte, male pigrent.

Pigreſco, is, n. 3. divenire pigro, עצל, Ger. langſam werden, Gall. devenir pareſſeux, Hiſp. emperezarſe, νωθρεύω, fio piger, vel lentus. Plin. l. 18. c. e. de Nilo: Mox pigreſcit, in Virginem tranſgreſſo Sole.

Pigritia, æ, f. pigrezza, עצלות, Ger. faulheit, Gal. pareſſe, Hiſp. pereza, ὄκνος, ignavia, tarditas. Cic. ſic definit 4. Tuſc. Pigritiam, metum conſequentis laboris. Id. 1. Off. Ne propter pigritiam, aut ignaviam deſerant. Martial. l. 12. ep. 4. Tu das ingenuæ munera pigritiæ, h. e. honeſti otii.

Pigro, as, n. 1. piger ſum, tardo, idem ac pigror. [illegible] apud Non. c. 2. n. 655. Melius pigraſſe, quam properaſſe eſt nefas. Id. ib. Sed cur propter te pigrem hanc, aut hujuſce dubitem parcere capiti?

Pigror, aris, d. 1. tardare, ὀκνέω, per pigritiam cunctor, moror, tardo, differo. Cic. Att. l. 14 ep. 1. Tu, quæſo, quicquid erit novi, ſcribere ne pigrere. Adde Lucret. lib. 1. v. 409.

Pigror, oris, m. pigritia. Lucil. apud Non. c. 3. n. 169. Languor enim oppreſſit, pigror, torporque quietem.

Pila, æ, f. mortaro, מדוכה, Ger. ein morſel, Gal. mortier, Hiſp. mortero, ὅλμος, mortarium, ſeu vaſis genus, in quo aliquid tunditur, ſeu vas illud concavum, quo antiqui ſiccata frumenta piſebant, ac commolebant. Item vas illud, in quo pharmacopolæ res ad medicinam pinſunt. Plin. l. 18. c. 11. Tunditur granum ejus in pila lignea. ¶ Sumitur etiam pro ſtructura erecta ad aliquid ſuſtinendum in modum columnæ, ſed differunt pila, & columna, quod columna uno conſtet ſcapo, hoc eſt lapide oblongo perpetuo, pila vero conſtruatur ex lapidibus, cæmentis, aut lateribus, unde & columna ſtructilis vocatur ab Ulpiano. Apul. l. 3. Met. Pila media, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Plin. l. 11. Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar. ¶ Pilæ etiam dicuntur ſaxa illa, quæ præſtruuntur muro litorali ad frangendam undarum vim, murumque ab iis defendendum. Virg. 9. Æn. Qualis in Euboico Bajarum litore quondam Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante Conſtructam jaciunt ponto. V. Vitruv. l. 5. Col. l. 9.

Pila, æ, f. 1. palla, כדור, Germ. ballen, Gal. paume, Hiſpan. pelota, σφαῖρα, σφαιρίον, rotunda illa ſphærula, qua luditur. Cicer. 1. de Orat. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ, &c. Id. l. 3. c. 15. Ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt. ¶ Pilarum genera quatuor fuere, trigonalis, paganica, follis, & harpaſtum. V. ſuis locis. ¶ Pilæ primus inventor fuit Pythus. Plin. l. 7. cap. 56. ¶ Pila etiam dicitur, quicquid eſt rotundum inſtar pilæ. Plin. l. 52. c. 10. Cucurbitæ maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus veſtes pretioſo linteo fiunt. Ovid. 10. Met. v. 262. Munera fert illi illa, pictaſque pilas, h. e. ſuccini globulos. ¶ Præterea pilæ dicuntur veſtes in globi modum confectæ, & interdum in effigiem hominum ex panno purpureo ſtramine farcto, quibus utebantur in publicis ludis ad irritandos tauros, aliaſque feras. Martial. de Spectac. ep. 19. Sic

ſuſtulerat raptas taurus in aſtra pilas. ¶ Claudi more tenere pilam. V. *Claudus*. ¶ *Mea pila eſt*, proverb. h. e. res eſt in mea poteſtate. *Plaut. Truc.* 5. 1. 8.

Pilānus, m. 2. idem, ac triarii, a *pilum*, telum, ſive haſtile proprium Romanorum. *Faſt. Ovid.* 3. *Faſt.* v. 129. Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora.

Pilarii, m. 2. præſtigiatores, qui levi agitatione parvas pilas videntur emittere, aut in vas injicere, cum ſecus faciant. *Quintil. l.* 10. *c.* 7. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum, ac ventilatorum, ut ea, quæ emiſerint, ultro venire in manus credas, & quo jubentur decurrere.

Pilāris, e, ad pilam luſoriam pertinens. *Stat. in præfat. l.* 4. *ſilvar.* Pilaris luſio admittitur.

Pilātes, m. 3. genus lapidis candidiſſimi. *Cato l.* 5. *Orig.* apud *Feſt.* Lapis candidior, quam pilates.

Pilātim, adv. per pilas, ſive columnam, vel in pilarum modum. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Quæ pilatim ſtruuntur ædificia. ¶ Item ſtrictim, ſeu denſe, preſſe. *Aſellius* apud *Serv.* in 12. *Æn.* Quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat. *Scaurus ibid.* In agrum hoſtium veni: pilatim exercitum duxi.

Pilātrix, icis, fem. quæ pilat, hoc eſt furatur. *Titinn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 459. Pilatrix pallii.

Pilātus, a, um, adject. denſus, ſpiſſus, preſſus. *Ennius* apud *Serv.* Contemplor inde loci liquidas, pilataſque ætheris oras. *Varro ibid.* Quadratum agmen, quod immiatis etiam jumentis incedit; pilatum, quod ſine jumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt. ¶ Item pilis, & haſtis armatos. *Virg.* 12. *Æn.* v. 121. pilataque plenis Agmina ſe fundunt portis. Quidam hic quoque *pilata* exponunt *denſa*. Alii intelligunt in longitudinem directa, qualia eſſe ſolent cum portis exeunt, quaſi in modum pilæ diſpoſita. ¶ *Martial. l.* 10. *ep.* 48. Nuntiat octavam Phariæ ſua turba juvencæ, Atque pilata redit jamque, ſubitque cohors, h. e. cui pili e capite cecidere, calva. Sacerdotes Iſidis intelligit. Alii legunt, *& pilata redit*, h. e. pilis armata, & de cohorte prætorianorum militum ſermonem eſſe putant.

Pileātus, a, um, πιλοφόρος, pileo tectus. *Liv. l.* 24. Pileati, aut lana alba velatis capitibus Volones epulati ſunt. *Mart. lib.* 11. *ep.* 7. Verſu ludere non laborioſo Permittis, puto, pileata Roma. Ubi *Turneb.* Romani Saturnalibus pileum gerebant, aliis diebus nudo capite erant, aut caput veſte velabant. ¶ Pileati ſervi, qui pileo impoſito vendebantur. *Gell. l.* 7. *c.* 4. Pileatos ſervos venum ire ſolitos, quorum nomine venditor nihil præſtaret, Cælius Sabinus Juriſperitus ſcriptum reliquit.

Pilentum, ti, n. μετέωρον ὄχημα, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur, ita libratum duabus rotis, ut conſidentes in pulvinis, in aere ſuſpenſæ agitari viderentur. Differebat a petorito, nam pilentum duabus, petoritum quatuor rotis conſtabat: pilentum fuit inventum Hiſpanorum, petoritum Gallorum. *Feſt.* Pilentis, & carpentis per urbem vehi matronis conceſſum eſt, quod, cum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. *Virg.* 8. *Æn.* Caſtæ ducebant ſacra per urbem Pilentis matres in mollibus. *Hor. l.* 2. *Epiſt.* Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naves.

Pileŏlus, i, m. πιλίδιον, exiguus pileus. *Ovid.* 1. *de Arte.* Nec turpe putaris, pileolum nitidis impoſuiſſe comis. *Colum. de Arbor. cap.* 25. Pileolos induere. ¶ Pileolum in neut. genere uſurpatur a *Hieronymo epiſt.* 153. *ad Paulinum.*

Pileus, i, m. & pileum, i, n. *cappello*, *berretta*, מִגְבָּעָה, Germ. *ein hut*, Gall. *chappeau*, Hiſp. *ſombrero*, πῖλος, πιλίον, tegmen capitis. *Plaut. in fragm.* Pileum, quem habuit, deripuit. ¶ Vulgaris forma pilei Romani erat non abſimilis pileolis noſtris dormitoriis, aut nauticis. Diverſi ab iis erant pilei Theſſalici, qui latos habebant margines ad faciendam umbram, videnturque iidem fuiſſe, ac petaſi. Qua de re erudite *H. Junius l.* 2. *Animadv. c.* 6. Quando vero Romani, qui nudo alioqui capite prodibant, pileis uti ſolerent, vide *Juſt. Lip. l. de Amphith. c.* 19. & 20. *Plaut. Amph. a.* 1. *ſc.* 1. *in fine.* Ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum. *Perſ. ſat.* 5. v. 82. Hoc nobis pilea donant. ¶ Pileus fuit ſignum libertatis apud Romanos. Nam libertatem impoſitione pilei ſervis conferebant, quam pilei impoſitionem antecedebat raſura, quæ fiebat in templo Deæ Feroniæ. *Serv. in* 8. *Æn.* Cauſam affert *Nonius cap.* 12. *n.* 38. Qui, inquit, liberi fiebant, ea cauſa calvi erant, quod tempeſtatem ſervitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati ſolent. *Liv. l.* 24. Poſtero die ſervi ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi. Adde huc Plauti, & Perſii loca in §. ſuperiori allata. ¶ Pileus etiam, vel pilrum, eſt membrana, ſeu pellicula, qua fœtus contecti naſcuntur, quæ unum erat ex amuletorum generibus. *Lamprid. in Antonino Diadum. c.* 4. Solent pueri pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt; ſiquidem cauſidici hoc juvari dicuntur, &c.

Pilicrĕpus, i, m. Pilicrepi, ut cenſet *Turnebus l.* 7. *c.* 4. vocantur, qui datatim pila ludunt, idque, vel quod pilas crepent, vel quod, crepante pila, ludant, quod paulo ante balnea facere ſolent, vel dum hypocauſta, & ſudationes caleſcunt. Aliter tamen *Cæl. Rhod. l.* 3. *c.* 10. *Hieron. Mercurialis*, *l.* 1. *Artis Gymnaſticæ*, & *Jo. Savaro*, *ad ep.* 2. *l.* 11. *Sidonii*, qui pilicrepos dictos putant, qui in balneis pilas pice illitas in vaporarium conjicerent, ut incaleſcerent. V. *Vitr. l.* 5. *c.* 10. Hanc vocem legere eſt apud *Senecam ep.* 56. & in vet. *inſcriptione*, *p.* 637. *edit. Grut. n.* 1. V. etiam *Lipſ. ad Senec. loc. cit.*

Pililudĭus, m. 2. idem ac pilarius, vel pilicrepus. *Jul. Firmic.*

Pilo, as, avi, atum, n. 1. τριχόω, pilos accipio, vel emitto, a *pilus*. *Feſt.* Pilat, pilos habere incipit: alias pro detrahit pilos, a quo depilati. *Non. c.* 1. *n.* 184. Pilare dictum eſt, ut plumare plumis veſtiri. *Afranius* Compitalibus. Præterea corpus meum nunc pilare primum cœpit. *Accius ibid.* Tunc primum pilabant genæ. ¶ Eſt etiam activum, pro pilos evellere, ſeu detrahere. *Martial. l.* 6. *ep.* 57. Teque pilare tuas teſtificare nares. *Id. l.* 12. *ep.* 32. Summænianæ quæ pilantur uxores.

Pilo, as, a. 1. πιλόω, vel πιλέω, premo, a verbo Græco allato. Aliter *Non.* cum ait, Suppilare eſt involare, vel rapere, a pilorum raptu, unde & furtum paſſi compilari dicuntur. Etymon ſatis aptum eſt, ſed modulus ſyllabæ refragatur. *Ammian. l.* 33. Caſtra inimica pilantes. *Hoſtius de bello hiſtrico*, *apud Serv.* in 12. *Æn. v.* 12. Percutit, atque haſtam pilans præ pondere frangit, h. e. frigens, ut *Serv.* exponit. V. *Pilatus*. ¶ Eſt etiam expilo, furor, ſpolio. *Ammian. l.* 31. *c.* 14. Pilando villas, & incendendo. *Petron. in fragmen. Tragur.* Singulas pilabat.

Pilōſus, a, um, *peloſo*, τριχώδης, pilis plenus. *Cic. in Piſon.* Non color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt. *Plin. l.* 20. *c.* 26. E contrario quæ mollis vocatur, piloſioribus foliis, ac ramis, & aculeatis.

Pilŭla, æ, f. *pallotta*, *pillola*, σφαιρίδιον, parva pila, globulus, ſphæricum quiddam, & rotundum. *Plin. l.* 16. *c.* 7. Naſcuntur in ea pilulæ nucibus non abſimiles. ¶ Speciatim uſurpatur de venenis, ſive pharmacis, quæ hac forma ſumimus, quæ Græcis dicuntur καταπότια, a καταπίνω *deglutio*. Non enim comminuendæ dentibus, aut guſtandæ ſunt pilulæ, ſed integræ devorandæ. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Vetus axungia phthiſin in pilulis ſumpta ſanat.

Pilum, i, n. ὕπερον, piſtillum, inſtrumentum, quo quippiam in mortario teritur. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Pinſente pilo præferrato. ¶ Pilum Græcum eſt, teſte *Turnebo*, quod in pinſendo tritico una deprimitur parte, altera attollitur. *Plaut. in fragm.* Quaſi tollenonem, aut pilum Græcum reciproces plana via. ¶ Pilum item, πῖλον, fuit telum Romanum, cujus haſtile, teſte *Vegetio l.* 2. *c.* 15. erat quinque pedum, & ſemis, & ferrum trigonali figura novem unciarum. Generaliter tamen pila, *Varrone* auctore *l.* 4. *de L. L.* tela Romana ſunt, ſicut geſa Gallorum, & ſariſſæ Macedonum. *Cic.* 11. *Phil.* Cervicibus caput abſcidit, idque fixum geſtari juſſit in pilo. ¶ Pilum alicui injicere, apud *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 43. eſt impedimentum afferre, & quaſi injectu pilo morari. ¶ Ex hoc pilo fecere *primum pilum*, quo nomine ſignificatur prima centuria pilanorum, ſeu triariorum. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 35. Superiore anno primum pilum duxerat. *Id. ib. l.* 3. P. Sextius Baculus primi pili centurio. ¶ Hoc ſenſu Lexicographi neutrius generis faciunt, ita nimirum poſtulante analogia: ſed nullo exemplo genus confirmant. Certe maſculini generis eſt apud *Sueton. in Calig. cap.* 44. Pleriſque Centurionum maturis jam primos pilos ademit. ¶ Poetæ carminis cauſſa *pilum* ſimpliciter dicunt pro *primum pilum*. *Martial. l.* 1. *ep.* 32. Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili. Adde *l.* 6. *epigr.* 58. ¶ Sunt, qui putant, *pilum* ſignificare etiam pilam, hoc eſt columnam ſtructilem, ducti illo *Livii* loco *l.* 1. *c.* 26. Spolia Curatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur. *Et paulo poſt*: Verbera vel intra pomœrium, modo inter illa pila, & ſpolia hoſtium. *Dionyſ.* enim *Halicarnaſ. l.* 3. de eadem re verba faciens, columellam erectam fuiſſe narrat, eique impoſita ſpolia Curatiorum: quæ tamen ſuo tempore vetuſtate periiſſe, columellam adhuc extitiſſe.

Pilumni, m. 2. Romani, *Feſt.* Pilumnæ poplæ, in Carmine Saliari, Romani, velut pilis uti adſueti, vel quia præcipue pellant hoſtes.

Pilumnus, m. 2. filius Jovis, Deus piſtorum, itemque infantium, alio nomine Sterculus, frater Picumni, ſeu Pitumni. Dictus eſt a *pilo* piſtorio, quia pilum invenit, quo frumentum, & aliæ fruges pinſebantur. Sed Piſo Pilumnum dictum voluit, quia pelleret mala infantiæ. *Serv. in* 10. *Æn.* Ad hunc Danae Acriſii filia, quæ forte ad Apulum litus acta fuerat, a paſtore una cum Perſeo parvulo ducta eſt, quam ipſe cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium ſuſcepit. *Virg.* 10. *Æn.*

Pilus, i, m. *pelo*, שֵׂעָר, Germ. *haar*, Gal. *poil*, Hiſp. *pelo*, θρίξ, excrementum in pelle animalis. Differt a *capillo*, quia *pilus* dicitur de omnibus corporis partibus, *capillus* proprie eſt pilus ille, qui caput veſtit. Sed hæc differentia nonnunquam confunditur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Munitæque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum. ¶ Proverbialiter ponitur pro re nullius momenti. *Cic. Att. l.* 5. *epiſt.* 20. *in med.* Interea e Cappadocia ne pilum quidem. *Catull. epig.* 17. Ludere hanc ſinit, nec pili facit uni. Ubi *uni* gen. antiquus eſt.

Pimpla, æ, f. Πίμπλα, mons Macedoniæ, fortaſſe idem, ac Pierus, in confinio Theſſaliæ, al. Thraciæ, Olympo vicinus, & Muſis ſacer, cum fonte cogn. ubi etiam antrum Pimplæum. ¶ Item locus Phocidis apud Parnaſſum, qui ſimiliter Muſis ſacer erat. *Strab. l.* 10.

Pimplæus, vel Pimplēus, a, um, adject. ad Pimplam pertinens. *Catull. carm.* 103. Pimplæum ſcandere montem. *Mart. l.* 12. *ep.* 11. Pimplæum antrum. ¶ Pimplea, abſolute pro una ex Muſis. *Horat. l.* 1. *od.* 26. Necte coronam Pimplea dulcis. ¶ Videtur etiam uſurpari pro fonte Muſis ſacro. *Stat. l.* 1. *Silv.* 4. *v.* 26. Excludat Pimplea ſitim.

Pimplēis, idis, adject. fœmin. Muſa. *Martial. l.* 11. *ep.* 4. Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent Otia.

Pinacothēca, æ, & Pinacothece, es, f. πινακοθήκη, *galleria*, locus, in quo tabulæ pictæ, argentum cælatum, ſtragula veſtis, ſigna, & ornamenta reponuntur, a πίναξ, *acis*, *tabula*, & θήκη, *repoſitorium*, quia tabulæ in hoc loco præcipue aſſervabantur. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 59. Ut in pinacotheca faciant, quod, &c. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis conſuunt.

Pinaria gens, una ex gentibus Patriciis Romæ, ſic dicta a Pinariis, qui Herculi faciebant ſacra anniverſaria, vel a Pino Numæ Regis filio, ut auctor eſt *Plut. in Numa.*

Pinarii, m. 2. familia nobiliſſima in Latio, quæ una cum familia Potitiorum ſacris Herculis operabatur, a πεινάω, *eſurio*. Cum enim Evander Herculi adhuc viventi, qui ex Hiſpania victo Geryone cum armento boum in Italiam veneret, rem divinam facere vellet, adhibuit ad miniſterium, dapemque duas familias, ex quibus una ad tempus præſto fuit, altera extis jam adeſis venit. Igitur Hercules ſtatuit, ut ii, qui ad tempus præſto fuere, eorumque poſteri extis ſolemnibus veſcerentur, qui tarde, & negligenter acceſſere, ii cum omni poſteritate extis excluderentur, & interea miniſtrarent, his verbis, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε, *Vos vero eſurietis*. Hinc primi Potitii appellari cœpti ſunt, quod extis potiti eſſent, cæteri Pinarii, quod iis fames extorum indicta fuiſſet. *Liv. l.* 1. & *Serv. ad* 8. *Æn. v.* 269.

Pinaſtellus, i, herba caule fœniculi, radice magna, & nigra, flore nigro, alio nomine peucedanos. *Apul. de herb. c.* 97.

Pinaſter, ſtri, m. πίτυς ἀγρία, pinus ſylveſtris. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Pinaſter nihil aliud eſt, quam pinus ſylveſtris, mira altitudine, & a medio ramoſa, ſicut pinus in vertice.

Pinax, acis, f. πίναξ, Græce tabulam ſignificat. A *Vitruv. l.* 10. *c.* 3. pinax dicitur tabula illa in organo hydraulico, quæ foramina habet, in quibus fiſtulæ immittuntur. Scribit tamen & ipſe Græcis literis. Itali artifices vocant *ſommiero*.

Pincerna, æ, m. *coppiere*, מַשְׁקֶה, Ger. *einſchenck*, Gal. *ſommelier*, Hiſp. *eſcanciano*, *copero*, οἰνοχόος, pocillator, poculorum miniſtrator, vini miniſter. *Aſcon. in Cic. orat. Verrin. de Prætura urb.* Provocant ſe invicem; majoribus autem poculis poſcunt a pincerna. Adde *Lamprid. in Alexandro*, *c.* 41.

Pindarĭcus, a, um, adject. a Pindaro. *Ovid.* 4. *de Pont. ep.* 16. Pindaricæ fidicen tu quoque, Ruſe, lyræ.

Pindărus, m. 2. Πίνδαρος, Poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, temporibus Æſchyli Poetæ, & Perſarum expeditionis in Græciam. Primum a patre tibiam, mox ab Hermione lyram edoctus eſt. Scripſit lingua Dorica Olympia, Pythia, Nemeæa, Iſthmia, quæ extant. Altiſſimus fertur & verborum, & ſententiarum copia, ut ait Quinct. gravitate arduus, conſtructioneque, ac ordine immenſus, ac prolixus. Eum *Hor. l.* 4. *Carm. od.* 2. dicit inimitabilem. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Bœotiam ſævientes Thebis pepercerunt. Alexander etiam cum Thebas everteret, & in omnes ſæviret ſine diſcrimine, Pindari vatis penatibus, familiæque parci juſſit. Duas ſuſcepit filias. Expiraſſe fertur in gremio pueri adamati, *Valerio Max. teſte l.* 9. *c.* 12. *extern.* 7. V. *Quintil. l.* 10. *c.* 1.

Pindus, m. 2. Πίνδος, mons ingens Macedoniæ, inter illam, & Ætoliam, ac inter Epirum, & Theſſaliam. Ab Acroceraunis jugis ad Thermopylas excurrit, & ex medio ſui brachium emittit, quod Parnaſſum facit, & definit in Heliconem. Hæc cauſa eſt, cur apud Poetas tria hæc nomi-

nomina, *Pindus*, *Parnaſſus*, *Helicon*, confundantur, & in omnibus promiſcue Muſæ collocentur. Ætolos ab Acarnanibus dividit. Ex Pindo Inachus, & Æas teſte Strabone, & Peneus teſte Ovidio, flumina effluunt. In eo invenitur lapis galactites. *Plin. l.* 4. *c.* 8.

Pinĕa, æ, f. idem ac pinus. *Col. l.* 5. *c.* 10. Eodem tempore juglandem, & pineam, & caſtaneam ſerere oportet.

Pinētum, i, n. pineta, πιτυών, locus pinis conſitus. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Chryſolachanon in pineis lactucæ ſimile naſcitur. ¶ Hujuſmodi eſt *la Pineda*, ſylva pinorum in Æmilia, apud Ravennam urb.

Pinĕus, a, um, πίτυινος, quod eſt ex pino. *Plin. l.* 15. *c.* 10. Pinea corona apud Iſthmum victores coronabantur.

Pingo, is, pinxi, pictum, *a.* 3. *dipingere*, צבע, Germ. malen, Gall. *peindre*, Hiſp. *pintar*, γράφω, formam alicujus rei ductis lineis repræſento. *Cic.* 2. *de Orat.* Qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit. *Id. l.* 5. *Fam. epiſt.* 12. Neque Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & a Lyſippo fingi volebat. ¶ Pingere humum variis floribus, eſt verſicolorem florum varietatem humi ſpargere. *Plaut. Stich.* 2. 3. 28. Age tu ocyus pinge humum, conſperge ante ædes. ¶ Aliquando pro deſcribere, & formare ponitur. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *epiſt.* 14. Pingam coloribus tuis, penicillo meo. *Id. de Clar. Orat. c.* 37. Σχήματα quæ vocant Græci, (h. e. figuræ) habent pondus in verbis pingendis. ¶ Pingere acu, eſt pulchre variegare veſtem, ut picta videatur. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 23. Seu pingebat acu, ſcires a Pallade doctam.

Pingue, guis, ſubſt. n. 3. πιμελή, πῖαρ, quod inter carnem, & cutem eſt, ſebo liquidum. Quomodo ab adipe differat, V. Adeps. *Virg.* 3. *Georg. v.* 124. Et omnes impendunt curas denſo diſtendere pingui.

Pinguēdo, inis, f. *graſſezza*, שמן, Ger. *feiſte*, Gal. *graiſſe*, Hiſp. *groſſura*, λιπαρία, ſubſtantia oleoſa in animalibus, & aliis rebus. *Plin. l.* 12. *c.* 15. Unguentarii digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis. Hoc uno in loco ita legit *Harduin.* nam in cæteris, quæ a Lexicographis afferri ſolent, *pinguitudo* reponit. Quin, nunquam *Plinium pinguedinis* voce uſum, ſed *pinguitudinis*, aſſerit *Gronov. Sedon. l.* 2. *ep.* 2. Limi bibuli pinguedo coaleſcit.

Pinguedinĕus, a, um, adject. pinguis, oleoſus. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Gignitur & pinguedineus liquoris. Ita *Salmaſ.* Alii & *pinguis liquoriſque*, &c.

Pinguefacio, is, eci, actum, a. 3. *ingraſſare*, השמין, Germ. *feiſt machen*, Gal. *engraiſſer*, Hiſp. *engordar*, λιπαρὸν ποιῶ, pinguem efficio. *Plin. l.* 16. *cap.* 44. Deinde ea pinguefacit.

Pinguesco, is, *n.* 3. *ingraſſarſi*, שמן, Ger. *feiſt werden*, Gal. *s'engraiſſer*, Hiſp. *engordarſe*, παχύνομαι, pinguis fio, a *pinguis*. *Col. l.* 2. *c.* 11. Omne emaciatum armentum medica pingueſcit.

Pinguiarius, ii, m. qui pinguia amat. *Mart. l.* 11. *ep.* 101. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

Pinguis, & gue, *o.* 3. *graſſo*, שמן, Germ. *feiſt*, Gall. *gras*, Hiſp. *gordo*, λιπαρός, opimus, a πιμελής, quod idem ſignificat. Juxta *Scalig. in Conject.* eſt a παχύς, *pinguis*, inſerto n. *Plin. l.* 10. *c.* 50. Nec eiſt in cervice pingui cute. *Virg.* 1. *Georg. v.* 341. Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina. *Juven. ſat.* 11. *v.* 65. Pinguiſſimus hœdulus. ¶ Dicitur & de aliis rebus. *Virg. ibid. v.* 64. pingue ſolum fortes invertant tauri, h. e. fecundum. *Hor. l.* 2. *od.* 1. Latino ſanguine pinguior campus. *Catull. in carm. nupt.* pingues menſæ, h. e. opipare inſtructæ. ¶ Ponitur etiam pro denſo, craſſo. *Sueton. in Ner. c.* 20. Inſignes pinguiſſima coma, & excellentiſſimo cultu pueri. *Id. in Aug. c.* 82. Pinguis toga. *Juven. ſat.* 9. *v.* 28. Pingues lacernæ. ¶ In illo *Martial. l.* 2. *epigr.* 29. Cujus olet toto pinguis coma Marcelliano: *pinguis* non tam denſam, quam madidam unguentis comam ſignificat. ¶ Tranſlate accipitur pro craſſo, & impedito. *Cic.* 1. *de Div.* Si obſcurior quaſi caliginoſa ſtella extiterit, pingue, & concretum eſſe cœlum. ¶ Item pro hebeti, rudi. *Cic. pro Arch.* Ut etiam Cordubæ natis Poetis pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet. *Ovid.* 11. *Metam.* Pingue ingenium. *Colum. l.* 9. *c.* 14. Pinguiorum ruſticorum literæ. ¶ Pingui Minerva aliquid facere. V. *Minerva*.

Pinguĭter, adv. *graſſamente*, λιπαρῶς, cum pinguedine. *Col. l.* 2. *c.* 2. Proximum deinde huic pinguiter denſum. ¶ Comparativum *pinguius* legitur in *l.* 14. *Dig. de except. rei judic.*

Pinguitia, æ, &

Pinguities, ei, f. pinguitudo. *Arnob. l.* 7. Non videtis albas eſſe hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguitias? *Apul. l.* 10. *Metam.* Corpus obeſa pinguitie complevéram.

Pinguitūdo, inis, f. idem, ac pinguedo. *Col. l.* 2. *c.* 15. Ineſſe tali materiæ naturalem pinguitudinem, & ſuccum. *Quint. l.* 1. *c.* 11. Quarundam enim (literarum) vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus. Adde *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4.

Pinĭfer, ra, rum, in quo pini naſcuntur. *Virg.* 10. *Æn.* Multos Veſulus quem pinifer annos Defendit.

Pinĭger, a, um, adject. pinifer, ut pinigerum Fauni caput, *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 84.

Pinna, æ, f. *ala*, *penna*, כנף, Germ. *feder*, Gall. *plume*, Hiſp. *pluma*, πτερόν, πτέρυξ, ala, & pluma craſſior avium. *Sueton. in Claud. c.* 33. Pinnam in os indere ad exonerandum ſtomachum. *Col. l.* 8. *c.* 4. Nam his rebus plumam, pinnaſque emendant. ¶ Dicitur etiam de alis piſcium. *Plin. l.* 9. *c.* 13. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. ¶ Sunt & terreni pinnæ, hoc eſt, propugnacula quædam in ſummitate murorum, turrium, & valli, in acutum deſinentia, *merli*. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Vallum extruxit: huic loricam, pinnaſque adjecit grandibus cervis. *Curt. l.* 9. *cap.* 41. Anguſta muri corona erat: non pinnæ, ſicut alibi, faſtigium ejus diſtinxerant. *Liv. l.* 30. Muri pinnas decutere. ¶ Pinnæ quoque dictæ ſummitates, quæ fuere in galeis militum, item gladiatorum eorum, qui *Samnites* vocabantur. Hinc qui cum Samnitibus depugnarent, *pinnirapi* vocati, quod pinnam appeterent, raperentque. V. *Pinnirapus*. ¶ Denique pinna genus conchæ eſt, quod & Græcis πίννα. *Plin. l.* 9. *c.* 42. Concharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper, nec unquam ſine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem. Adde *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. ¶ Apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 10. pinnæ dicuntur aſſerculi infixi rotis molendinorum, in quos aqua incurrens, eas verſat. ¶ Præterea *Id. l.* [illegible] *c.* 13. pinnas appellat in organo hydraulico regulas, quibus digitis impulſis, fit ſonus. *I taſti*.

Pinnacŭlum, i, n. faſtigium ædificii in acumen deſinens. *Tertul. contra Jud. c.* 8. Deſtrui pinnaculum uſque ad interitum.

Pinnæ Veſtinæ, *Penna*, oppidum Italiæ in Veſtinis. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3.

Pinnālis, le, adject. ad modum pinnæ factus, ut pinnalis riger, apud *Frontin. de coloniis* apud *Goeſium pag.* 340. V. *Riger*.

Pinnātus, a, um, *pennato*, πτερωτός, quod pinnas habet, quod eſt acutum, alatum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quæ pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur. *Plin. l.* 37. *c.* 7. Pinnato fulgore radiantes. ¶ Pinnata folia, quæ pinnarum modo conciſa, & aculeata ſunt. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Folio pinnato denſa.

Pinnicillum, li, n. idem quod penicillum. *Pallad. l.* 4. *c.* 1. Ligaturæ ipſi tenuis debet frequenter humor aſſundi.

Pinnĭger, a, um, adject. pinnas ferens. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 836. Cirtaque pinnigero cervata noviſſima piſce.

Pinnipŏtens, tis, adject. pinnis, ſeu volatu valens. *Donat. Grammat.* Componuntur autem voces, ut pinnipotens, nugigerulus.

Pinnirăpus, pi, m. πτερυγοκλάδης, qui cum Samnite gladiatore depugnabat, quod pinnam, ideſt ſummitatem in illius galea appeteret, & raperet. *Juven. ſat.* 3. *v.* 158. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes.

Pinnotēres, is, m. parva ſquilla, comes pinnæ conchæ, πιννοτήρης. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 19. Illa quæ in concha patula pinna dicitur, iſque qui erat in concha, qui quod eam cuſtodiat, Pinnoteres vocatus, is eamque cum ſe recipit, includitur, ut videatur admonuiſſe, ut caveret.

Pinnothēres, is, m. πιννοθήρης, genus cancri minimi, qui inanium oſtrearum teſtis ſe condit, & cum accreverit, migrat in capaciores. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Pinnŭla, æ, f. πτερύγιον, parva pinna. *Col. l.* 8. *c.* 3. Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares trajecta. *Plin. l.* 9. *c.* 37. Quoſdam vide eam ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu.

Pinſatio, onis, f. actus pinſendi. *Vitruv. l.* 7. *cap.* 1. Rudus crebriter pinſatione ſolidetur.

Pinſĭto, as, *n.* 1. ἀναπλάττω, freq. a *pinſo*. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 18. Qui polentam pinſitam. Alii legunt, *prænſitant*.

Pinſĭtus, a, um, *peſtato*, partic. a pinſor, eris. *Col. l.* 2. *c.* 9. Panicum pinſitum, & evolutum furfure, &c.

Pinſo, is, ſi, & ſui, piſtum, pinſum, pinſitum, a. 3. *peſtare*, דך, Germ. *zerſtoſſen*, Gall. *piler*, *broyer*, Hiſp. *majar en un almirez*, *moler*, *porro*, tundo, contundo, frango, a πτίσσω, quod idem notat. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. *a med.* Alii uvam paſſam, & ficum cum pinſerunt, aſſundunt ſapam. *Auctor. Paneg. ad Piſon. v.* 17. Humida calloſa cum pinſeret hordea dextra. *Pompon.* apud *Diomed. l.* 1. *pag.* 370. *Paſch.* Cum neque molis molas, neque palmis pinſis. ¶ Aves pinſere dicuntur cum roſtrum rei alicui crebro impingunt. *Perſ. ſat.* 1. O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit. Loquitur tranſlate. *Ciconiam* enim intelligit digitos in formam roſtri ciconiæ contractos, quod genus olim erat irriſionis apud Italos: *pinſo* vero uſurpat pro irridet, vel illudit. ¶ Pinſi flagris apud *Plaut. Merc.* 2. 3. 81. eſt cædi. ¶ Reperitur & pinſo, as, are, ex 4. conjugat. *Enn.* apud *Varr. l.* 4. *de L. L.* In terram cadentes humeris pinſibant humum. *Turneb. l.* 20. *c.* 29. in MSS. legit *pinſabant*. ¶ Particip. *pinſitus*, *piſtus*, & *pinſus* V. ſuis locis.

Pinſor, oris, m. 3. idem ac piſtor. Quidam legunt in *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 643. ſed alii pleriqué *piſtor*.

Pinſus, a, um, nom. ex particip. a pinſo, *peſtato*, *calcato*. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Rudus pinſum.

Pinus, i, f. *pino*, Germ. *ein fichtenbaum*, Gall. *pin*, Hiſp. *pino*, πίτυς, genus arboris, quod nuces fert omnium maximas, quas Græci [illegible] vocant, a Græca voce allata. In quibuſdam caſibus eſt 2. declinat. in quibuſdam 4. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Pinorum erucæ. *Virg. Ecl.* 7. Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. *Id. Ecl.* 1. Ipſæ te, Tityre, pinus. *Id. Æn.* 10. Actas ad ſidera pinos. *Id. Ecl.* 8. argutumque nemus, pinoſque loquentes. Rurſus *Plin. l.* 23. *c.* 8. Decoctum corticis a pino. *Id. l.* 37. *c.* 5. Gummi in ceraſis, reſina pinis. *Plin. Valerian. l.* 5. *c.* 28. Pini arboris corticem. ¶ A Poetis pinus accipitur pro navi, quia pinus ad naves fabricandas aptiſſimæ ſunt. *Virg.* 5. *Æn.* Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet. ¶ Eſt etiam pinus floris genus, alio nomine chamæpytis. *Virg.* 4. *Georg. v.* 112. Ipſe thymum pinoſque ferens a montibus altis. ¶ Fuit pinus arbor Cybele ſacra, quia, ut ait *Ovid.* 10. *Metam. v.* 103. Cybeleius Atys Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Pio, as, avi, atum, *a.* 1. σέβομαι, propitium reddo, ſive, ut *Non. c.* 2. *n.* 636. explicat, colo, forte a θύω, *ſacrifico*. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 3. Ubi piem pietatem, ſi iſto more moratam tibi poſtulem placere. ¶ Quandoque eſt pie amare. *Nævius* apud *Non.* Nemo eſt, qui magis ſuos piet liberos. ¶ Aliquando purgare, expiare. *Cic.* 2. *de Leg.* Ideinque ſit, & guia, atque oſtenta pianto. *Id. pro Dom. c.* 51. Siquid tibi aut piandum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica. *Virg.* 2. *Æn.* Et culpam miſerorum morte piabunt.

Pipatio, onis, f. clamor plorantis, lingua Oſcorum. *Feſtus*.

Pipātus, us, m. vox pullorum. *Varr. l.* 6. *de L. L.* Pipulum declinatum a pipatu pullorum.

Piper, eris, n. *pepe*, Germ. *pfeffer*, Gal. *poivre*, Hiſp. *pimienta*, πέπερι, fructus cujuſdam arboris in India, condimentis aptus, & calidus, a voce Græca allata per Apocopen, ut mel a μέλι. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Paſſim vera, quæ piper gignunt, juniperis noſtris ſimiles. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 55. Rugoſum piper. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. Piper album.

Piperatum, i, n. condimentum ex pipere. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. *Apic. l.* 4. *c.* 3.

Piperatus, a, um, quod pipere conditum eſt. *Colum. l.* 12. *c.* 4. Piperatum acetum. ¶ Tranſlate *Sidon. l.* 5. *ep.* 8. piperata facundia, h. e. ſalſa, & dictis aſperſa.

Piperītis, is, vel idis, f. *gengiovo*, Πιπερῖτις, genus herbæ. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Piperitis, quam & ſiliquaſtrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Caſtor & aliter demonſtrabat, caule rubro, & longo, denſis geniculis, foliis lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris ſuavitati, & ructibus.

Pipilo, as, n. 1. Πιπίζω, eſt canere proprium paſſeris. *Catul. epigr.* 3. Ad ſolam dominam uſque pipilabat.

Pipinna. V. Piſinnus.

Pipio, as, n. ploro, clamo. *Tertul. de monogam. c.* 16. Et uteros nauſeantes, & infantes pipiantes. *Id. adverſ. Valentin. c.* 1. Cæleſtes imbres pipiavit Achamoth, h. e. plorando effudit.

Pipio, is, n. 4. *pipare*, *pigolare*, πιπίζω, proprium eſt vocis pullorum gallinaceorum, item paſſerum, & aliarum avium minutarum, a Græco verbo allato. *Colum. l.* 8. *c.* 5. Et auſcultet, ſi pipiant. *Auctor Philom.* Peſſimus at paſſer triſtia ſtando pipit. ¶ Per Metaphoram Oſcis notabat cum ejulatu conqueri, *Feſto* teſte.

Pipio, onis, m. *piccione*, *pippione*, pullus avium, & præcipue columbarum, περιστερίδιον, *Lamprid. in Alex. c.* 41. Et ſervos ex pipionibus aleret.

Pipo, as, n. 1. idem ac pipio. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 676. Mugit bos, balat ovis, equi hinniunt, gallina pipat. ¶ Apud *auctorem carm. de philom. v.* 24. tribuitur & accipitri.

Pipulum, i, n. vel Pipulus, i, m. ploratus inconditus, convicium, opprobrium. *biſſa*. *Varro l.* 6. *de L. L.* Pipulum declinatum a pipatu pullorum. ¶ Pipulo differre aliquem, eſt conviciari, *oltraggiare*. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 32. Pipulo hic differam te ante ædes.

Piræus, vel Piræeus, *Porto di Setine*, & *Porto Leone*, Πειραιεύς, Πειραιός, Portus Athenienſium, capax quadraginta navium, ab Athenis 40. ſtad. in Auſtr. Opera Themiſtoclis urbi conjunctus fuit. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 3. Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus Piræea ſcripſerim, non Piræeum (ſic enim noſtri homines locuti ſunt) quam

Digitized by Google

quam quod ei addiderim. Non enim hoc, ut oppido præpoſui, ſed ut loco, ſecutuſque ſum non dico Cæcilium: *mane ut ex portu in Piræum:* ſed Terentium: *heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum*, &c. Hactenus *Cic.* ¶ Uſurpatur & num. pl. & n. gen. *Ovid. 4. Faſt. v.* 563. Piræaque tuta receſſu linquit. V. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Piræus, a, um, adject. ad Piræum portum pertinens. *Propert. l.* 3. *el.* 19. *v.* 23. Piræi capient me litora portus. *Ovid. Met.* 6. *v.* 446. Piræaque litora tangit.

Piráta, æ, m. *corſaro*, πειρατὴς, prædo maritimus, a nomine Græco allato. *Cic.* 3. *Offic.* Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. *Velle.. lib.* 2. *cap.* 31. Piratæ orbem claſſibus terrebant.

Piraticus, a, um, *corſareſco*, πειρατικὸς, quod ad piratas ſpectat. *Cic.* 7. *Verr.* Myoparnon piratico capto, dux liberatus, ſymphoniaci Romam miſſi. ¶ Piraticam facere (ſubaudi, artem) *corſeggiare*. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 5. Egeſtate, & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet.

Piréne. V. Pyrene.

Pirithŏus, m. 2. Πειρίθοος, Ixionis filius, non ex Nube, quemadmodum Centauri, ſed ex legitima uxore, Rex Lapitharum. Arctiſſimo amicitiæ fœdere Theſeo Athenienſi conjunctus fuit. Duxit in uxorem Hippodamen Atracii filiam, quam cum ei Centauri eripere in nuptiis vellent, a Pirithoo ope Theſei, & Lapitharum ſuperati ſunt. Mortua autem Hippodame, cum Theſeo, qui tum forte cœlebs erat, convenit, ut uxorem, niſi ex Jove natam, nullam ducerent. Et cum jam Theſeus Helenam Jovis, & Ledæ filiam rapuiſſet, nec alia eo tempore noſceretur, quæ Jovis eſſet, præter Proſerpinam, Plutonis conjugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad Inferos. Verum Pirithous primo impetu a Cerbero interfectus eſt, quem Theſeus adjuvare volens, ipſe quoque in vitæ diſcrimine fuit, atque ad extremum captus, a Dite detentus eſt, ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperiſque reſtitutus. Filium Polypitem ex Hippodame ſuſcepit. *Bocc. l.* 9. *Gen.*

Pirum, i, n. *pero*, ἄπιον, fructus piri arboris, a πῦρ, *ignis*, quia flammæ inſtar a lato in oblongum faſtigiatur, ac protenditur, υ in *i* tranſeunte, ut a φῦω, eſt *fio*. Legitur tamen & *pyrum*. *Horat. Epod. od.* 2. Ut gaudet inſitiva decerpens pira. ¶ Pirorum varia ſunt genera. *Decumana pira* ea dicuntur, quæ maxima ſunt. Nam decumanus pro maximo accipitur, quia in rerum natura fere uſuvenit, ut decima quæque ſint maxima. *Colum. l.* 12. *c.* 10. *Cucurbitina* ſunt, quæ ſimilitudinem cucurbitæ habent. *Cat. c.* 7. *Tyberiana* ſunt pira autumnalia, acidulo ſapore jucunda, ita dicta, quod maxime Tyberio Imper. placuere. *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Pirus, vel pyrus, i, f. *pero*, ἄπιος, genus arboris, cujus fructus pirum dicitur. *Virg.* 1. *Ecl.* Inſere nunc Melibœe piros. V. *Plin. l.* 15. *c.* 15. 17. *l.* 16. *c.* 18. 25. 26. *l.* 17. *c.* 2. 13. 14. 18.

Piſa, æ, f. Πίσα, urbs Peloponneſi, in Elide, ad Alpheum flu. & montem Piſæum, eadem ac Olympia. Piſæ Milo Tyrannus cum ſubditos variis cruciatibus affeciſſet, ab eis in mare demerſus eſt. *Ovid. in Ibin.* ¶ Juxta Piſam ludi Olympici celebrabantur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 180. Aut Alphea rotis prælabi flumina Piſæ.

Piſæ, arum, f. 1. *Piſa*, Πίσαι, urbs Hetruriæ, ampla, cum arce permunita, ad Arnum fl. interfluentem. Condita fuit a Piſæis, ſeu Piſanis pop. Peloponneſi, teſte *Strab. l.* 5. qui Neſtorem ad Ilium ſecuti, in reditu tempeſtate disjecti, alii quidem Metapontum, alii litus Tyrrhenum tenuerunt. *Lucan. l.* 2. Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Piſæ.

Piſæus, a, um, quod ad Piſam Elidis ſpectat. *Ovid. l.* 2. *Amor. el.* 2. Ah quam pene Pelops Piſæo concidit axe. *Juven. ſat.* 13. *v.* 99. Piſææ ramus olivæ. ¶ Piſæi, orum, Piſæ incolæ. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Piſāni, orum, m. incolæ Piſarum Hetruriæ. *Plin. l.* 2. *c.* 103. *Liv. l.* 40. *c.* 43.

Piſatīles pro Piſanis dixit *Nævius* apud *Feſtum*.

Piſaurenſis, e, adject. qui eſt e Piſauro urbe. *Cic. de clar. Orat.*

Piſaurum, n. 2. *Peſaro*, Πίσαυρον, col. & urbs Umbriæ, parva, ſed elegans, ad Iſauri fl. oſtium. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Piſaurus, i, (qui & Iſaurus) fluvius Piceni, a quo Piſaurum, urbs ei impoſita, nomen traxit.

Piſcaria, æ, f. *peſcaria*, locus, ubi piſces venduntur. *Varro*. Nullus in piſcaria piſcis erat. Adde *Ulpian. l.* 17. *Dig. de V. S.* ubi tamen dubia eſt lectio. V. *Picaria*.

Piſcarius, a, um, ἁλιευτικὸς, quod ad piſces ſpectat. *Plaut. Stich.* 2. 1. 67. Arundinem fert, ſportulamque, & hamum piſcarium. *Id. Curc.* 4. 1. 13. Symbolorum collatores apud forum piſcarium.

Piſcatio, onis, f. *peſca*, piſcatus. *Ulpian. l.* 14. *Dig. Commun. prædiſtam urb. &c.* Piſcationem thynnariam exercere. Adde *l.* 9. *Dig. de Uſufr. & quemad. &c.*

Piſcator, oris, m. *peſcatore*, צייד, Ger. *fiſcher*, Gal. *peſcheur*, Hiſp. *peſcador*, ἁλιεὺς, qui piſcatur. *Cic.* 3. *Offic. c.* 14. Piſcatores ad ſe convocat.

Piſcatorius, a, um, *da peſcare*, ἁλιευτικὸς, quod ad piſcatorem ſpectat. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Cum ex linea piſcatoria apud eos factitari docuerim. ¶ Piſcatorii ludi vocabantur, qui quotannis menſe Junio trans Tyberim fieri ſolebant a Prætore Urbano pro piſcatoribus Tyberinis, quorum quæſtus non in macellum perveniebat, ſed fere in aream Vulcani, quod id genus piſciculorum vivorum dabatur ei Deo pro animis humanis. *Feſt.* ¶ Piſcatorium æs vetuſto more appellabatur, quod in Monte Albano dabatur pro piſcibus. *Feſt.*

Piſcetrix, icis, f. *peſcatrice*, ἁλιεύτρια, quæ piſcatur. *Plin. l.* 9. *c.* 42. Nec minor ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur.

Piſcatūra, æ, f. piſcatus. *Tertul. lib.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 9. Ad piſcaturam reſpexit.

Piſcātus, us, m. *peſcagione*, Germ. *fiſchung*, Gall. *peſcherie*, Hiſp. *peſcadura*, γρῖπος, ἅλιεια, piſcatio, actus piſcandi. *Plin. l.* 6. *c.* 25. Eſt in piſcatu voluptas, maxime teſtudinum. *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Vivere piſcatu, aucupio, venatione. ¶ Olim fuit ſecundæ declinat. *Pompon.* apud *Non. c.* 8. *n.* 38. Omne piſcati genus.

Piſcicŭlus, i, m. *peſcetto*, ἰχθύδιον, parvus piſcis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. Itaque cum piſciculi parvi in concham hiantem innataverint.

Piſcina, æ, f. *peſchiera*, בריכה, Germ. *fiſchgruben*, Gall. *vivier a poiſſon*, *piſcine*, Hiſp. *vivar*, ἰχθυοτροφεῖον, lacus, & ſtagnum, in quo vivi piſces coercentur. *Cic.* 5. *Parad. c.* 2. Barbatulos mullulos exceptantem de piſcina. ¶ Et quoniam in piſcinis etiam homines natare ſolebant, invaluit conſuetudo, ut omnes in hunc uſum collectæ aquæ, ſive frigidæ, ſive calidæ, piſcinæ dicantur, quamvis in his nihil piſcium ſit. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Si natare latius, aut tepidius velis, in area piſcina eſt. ¶ Imo piſcinæ etiam vocantur, ubi anates innatant, unde pecora bibunt, denique ubicunque aqua eſt ad uſum aliquem hominum. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Piſcinas minimum duas, alteram, quæ anſeribus, ac pecoribus ſerviat, alteram, in qua lupinum, vimina, & virgas, atque alia, quæ ſunt uſibus noſtris apta, maceremus. ¶ Denique piſcina dicitur quoque de vaſis ligneis amplioribus, ad tenendam aquam. *Plin. l.* 34. *cap.* 12. Et in piſcinas ligneas funditur.

Piſcinālis, & le, o. 3. ἰχθυοτροφικὸς, quod eſt piſcinæ, vel quod ad piſcinam ſpectat. *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. Piſcinales cellæ in æſtivis balneis.

Piſcinarius, ii, m. ἰχθυοτροφὸς, qui piſcinis delectatur. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 14. *de Hortenſio, & Lucullo*. Mihi vero ut invideant piſcinarii noſtri. Adde *ep.* 19.

Piſcinenſis, ſe, adject. piſcinalis. *Lucil.* apud *Feſt.* Piſcinenſis res eſt.

Piſcinella, æ, f. &

Piſcinŭla, læ, f. diminutiva ſunt a piſcina. *Varr. l.* 8. *de L. L.*

Piſcis, is, m. *peſce*, דג, Ger. *fiſch*, Gal. *poiſſon*, Hiſp. *peſcando*, ἰχθύς, animal, quod in aquis degit, & proprie, quod tegitur ſquammis, ut ex *Plinio* apparet *l.* 9. *c.* 12. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Etſi piſces, ut ajunt, ova cum genuerunt, relinquunt. *Hor. l.* 4. *Carm. od.* 3. O mutis quoque piſcibus donatura cycni, ſi libeat, ſonum. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 26. Quaſi piſcis, itidem eſt amator lenæ: nequam eſt, niſi recens. ¶ Piſces etiam ſunt unum ex ſignis Zodiaci conſtans ex quatuor, & triginta ſideribus. Cum olim bello Giganteo Venus Typhonem fugiens ad Euphratem una cum Cupidine veniſſet, repentino arborum, & cannarum ſtrepitu, quæ circa flumen erant, perterrita in ipſum invocatis Nymphis proſiluit. Duo piſces accurrerunt, alterque Venerem, alter Cupidinem trans Euphratem incolumes detulerunt. Hoc merito in Cœlum translati ſunt. *Ovid. l.* 2. *Faſt.* Sed aliqui dicunt, cum Venus, & Cupido in Euphratis ripa animi gratia eſſent, Typhœum repente apparuiſſe, illos terrore ingenti correptos ſe ſe in piſces immutaviſſe, periculo defunctos voluiſſe, ut in Cœlo piſcium illorum imago extaret. Etiam pars Cœli Auſtralis piſcis figura ab Aſſyriis ornata fuit, quæ duodecim ſtellas habet. *Ovid.* 3. *Faſt. Colum. l.* 11. *c.* 2. Quintodecimo Calendas Martii Sol in piſces tranſitum facit, ideſt, die 15. Februarii. *Virg.* 4. *Georg.* Aut eadem ſidus fugiens ubi piſcis aquoſi triſtior hybernas Cœlo deſcendit in undas.

Piſcor, aris, d. 1. *peſcare*, דיג, Ger. *fiſchen*, Gal. *peſcher*, Hiſp. *peſcar*, ἁλιεύω, piſces venor. *Cic.* 4. *Off. c.* 14. Ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur. ¶ *Piſcari in aere*, prov. eſt operam ludere, fruſtra laborare. *Plaut. Aſin. c.* 1. 86. Jubeas una opera me piſcari in aere.

Piſcōſus, a, um, *che abbonda di peſci*, ἰχθυώδης, piſcibus abundans, vel in quo piſcari facile eſt. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 581. Eſt prope piſcoſus lapidoſi Cratidis amnes parvus ager.

Piſculentus, a, um, idem ac piſcoſus. *Plaut. Rud.* 4. 2. 2. Qui ſalſis locis incolit piſculentis. *Solin. de Sardinia, c.* 4. Piſculentiſſima ſtagna.

Piſidæ, arum, m. Piſidiæ populi. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 241. Finibus obliquis Lydi, Piſidæque feroces. *Cic.* 1. *Divin. c.* 1. Piſidarum gens. ¶ *Priſcian.* in *Perieg.* uſurpat in 3. declin. & primam, & ſecundam ſyllabas producit. Poſt hos Piſidum pinguiſſima rura coluntur.

Piſidĭa, æ, f. *Piſidia*, Turc. *Verſacgeli*, ſeu *Verſacili*, Πισιδία, pars Borealis Pamphyliæ. *Plin. l.* 5. *c. ult.* & *l.* 6. *c.* 34.

Piſinnus, i, m. vetus vocabulum ſignificans puerum, infantem, puſionem, quaſi *puſillus*. *Labeo* apud *veterem Scholiaſt. Perſii ad ſat.* 1. Crudum manduces Priamum, Priamique piſinnos. *Martial. l.* 11. *ep.* 73. Draucı Natta ſui vocat piſionam, h. e. parvam puellam. Quanquam ibi tranſlate loquitur. Alii legunt *pipinnam*, hoc eſt parvam mentulam. Alii *pipinnam* eodem ſenſu.

Piſinum oleum. V. Piſſinus.

Piſito, as, a. 1. frequentativum a piſo, verbum exprimens vocem ſturni. *Auct. carm. de Philom. v.* 17. Sturnus tunc piſitat ore.

Piſo, as, a. 1. idem ac piſo, is, ſeu pinſo. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 63. Far promendum in hieme, ut in piſtrino piſetur, ac torreatur.

Piſo, is, ſi, a. 3. πτίσσω, pinſo, calco, tundo, purgo, ut fit in hordeo, & aliis frugibus, a verbo Græco allato. *Varr. R. R.* Alii ficum, & uvam paſſam cum piſerunt, affundunt ſapam. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Ut niſi intenti piſant, concidantur grana. *Id. ib.* Cum piſitur ſpica. Ita legit *Harduin*. Alii ubique *pinſa* reponunt, etiam in loco *Varronis*.

Piſo, onis, m. mortarium, in quo aliquid piſitur. *Marcel. Empir. c.* 8. Radices betæ lavabis, ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.

Piſōnes, m. 3. Πείσωνες, familia nobiliſſima Romæ, a piſorum ſatione, quod ipſa optima ſererent; ut *Cicerones*, a cicere, *Fabii* a faba, *Lentuli* a lente. Sed *Plinius l.* 18. *c.* 3. deduxit a pinſendo. ¶ E Calpurniorum propſapia, ſeu gente fuere, quæ a Numa Pompilio deſcendit. Calpurnius enim Numæ filius fuit, ut ait *Feſtus*. ¶ Ex hac familia fuit L. Piſo cognomento Frugi. Hic ſemper contra legem frumentariam C. Gracchi dixerat. Lege tamen lata, Conſularis ad frumentum accipiendum venit. Animadvertit Gracchus in concione Piſonem ſtantem, & quæſivit audiente P. R. qui ſibi conſtaret, cum ea lege frumentum peteret, quam diſſuaſerat. Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere liceat, ſed, ſi facias, partem petam. *Cic.* 3. *Tuſc.* & 2. *Fin.* ¶ Item M. Piſo Philoſophus Peripateticus, æqualis Hortenſii. Item C. Piſo Orator. Item C. al. Cn. Piſo Orator gener Ciceronis. Item Cn. Piſo ſocius Catilinæ. Item L. Piſo inimicus Ciceronis, homo omnibus vitiis infamis. *Cic.* 2. *nat. Deor. de clar. Orat.* & *poſt redit. in Sen.* Piſonum etiam familia plebeja fuit, in qua natus eſt L. Piſo Orator, qui Tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis Cenſorino, & Manilio Coſſ. tulit. *Cic. in Brut.*

Piſoniānus, a, um, adject. ad Piſones pertinens, ut Piſonianum vitium, h. e. nimia loquendi libido, qua L. Piſo laboraſſe fertur. *Hieronym. ad Ocean. epiſt.* 83.

Piſſaſphaltus, i, m. *piſſaſpalto*, πισσάσφαλτος, pix mixta bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur. *Plin. l.* 24. *c.* 7.

Piſſelæon, i, n. πισσέλαιον, hoc eſt oleum piceum, a πίσσα, pix, & ἔλαιον, oleum. Ita appellatur oleum factum ex ſucco, ſeu pice cedrina, ut *Plin.* docet *l.* 24. *c.* 5. item ex cedrinis malis, ut idem tradit *l.* 5. *c.* 7. ubi alii pro *piſſelæon* legunt *cedrelæon*, hoc eſt cedri oleum, κεδρέλαιον. Sed *Harduin.* ubique *piſſelæon* retinet.

Piſſinum oleum eſt, quod e pice fit, a πίσσα. *pix*. *Plin. l.* 15. *c.* 7. E pice fit quod piſſinum appellant. Ubi quidam editi libri habent *picinum*; at MSS. omnes *piſſinum*, teſte Harduino. *Id. l.* 23. *c.* 4. Piſſino oleo uſus ad quadrupedum ſcabiem eſt. ¶ Perperam itaque quidam Lexicographus *piſinum* legit, & a piſo legumine deduxit.

Piſſocēron, i, n. 2. πισσόκηρος, genus melliginis, mixtum ex cera, & pice, ſive gummi, ſive reſina. *Plin. l.* 11. *c.* 7. Prima operis fundamenta commoſin appellant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin.

Piſtacium, & Piſtaceum, n. 2. *piſtacchio*, πιστάκιον, nucis genus apud Alexandriam Ægypti, & Berrhœam Syriæ copioſiſſime proveniens. *Pallad. de inſitione, v.* 157. Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos. *Plin. l.* 13. *c.* 5. In nucum genere piſtacea nota. ¶ *Pyſtacia*, *arum*, f. legitur apud eund. *Pallad. in Februar. tit.* 25. *in fine*.

Piſtana, æ, f. herba ex ulvarum genere. *Plin. l.* 21. *c.* 17.

Piſtia Diana, & Piſtia Ceres leguntur in Inſcriptionib. apud *Reineſ. claſſ.* 1. *n.* 130. & 230. & videri poſſunt ita cognominatæ a πίστις, *fidelis*, *fidus*, ut quemadmodum Πίστιος, apud Græcos Jovis cognomentum eſt, ita Diana Fidia, Ceres Fidia dici potuerit. Ipſe tamen *Reineſ.* marmorarii errorem eſſe arbitratur, & utrobique *Fiſica* fuiſſe ſcribendum. V. *eund. ibid.* ad Inſcriptionem XVIII.

Piſtil-

Piſtillum, li, n. *peſtello*, עלי, Germ. *morſelſtoſſel*, Gall. *pilon*, Hiſp. *majadero*, ὕπερον, inſtrumentum, quo in mortario quippiam tunditur, a ſup. *piſtum* verbi *pinſo*. *Colum. l.* 12. *c.* 55. Aut bene concuſſatum contritum, & piſtillis contuſum.

Piſtillus, i, m. idem ac piſtillum. *Virg. in Moreto*, v. 111. Sed gravior lentos ibat piſtillus in orbes.

Piſto, as, a. 1. *peſtare*, pinſo. *Veget. de re Veterin. c.* 31. *l.* 2. In pila ligneu piſtabis, terneique ſubtiliter.

Piſtolochia, πιστολοχία, herba, genus Ariſtolochiæ, denſis radicis capillamentis. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Piſtor, oris, m. ἀρτοποιός, qui ante inventum molarum uſum frumentum in pila contundebat, a *pinſendo*. Piſtor autem antiquitus idem, qui coquus, teſte *Feſto*. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 643. Nec piſtorem ullum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam. *Id. l.* 2. *de vita P. R.* Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus, qui far pinſebat. ¶ Inventis molis dici cœpit de eo, qui farinam ſubigit, panemque conficit, *piſtore*, *fornajo*, ἀρτοποιός. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum, annis ab Urbe condita ſuper quingentos octoginta. *Suet. in Cæſ.* Ut piſtorem alium, quam ſibi, panem convivis ſubjicientem compedibus vinxerit.

Piſtoricus, a, um, idem ac piſtorius. *Ulp. l. ſervus autem ſuos*, *ff. de leg.* 3. Sed quorum operas locabat vel piſtoricas, vel hiſtrionicas. Alii legunt *piſtorias*.

Piſtorienſes milites dicuntur a *Plauto* jocoſe, & ambigue, *Captiv.* 1. 2. 57. poſſunt enim intelligi, ut ſint a Piſtorio oppido, & ut ſtrenui ſint in arte piſtoria, h. e. in pane, & frugibus conſumendis. Verba ſunt: Opus eſt militibus piſtorienſibus, opus paniceis, placentinis, turdetanis, ficedulenſibus.

Piſtorium, n. a *Piſtoja*, Urbs Hetruriæ, in agro Florentino, ad Stellam fl. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Piſtorius, a, um, *da piſtore*, ἀρτοπωλικός, ἀρτοποιητικός, quod ad piſtorem pertinet, ut *ars piſtoria*, quod fuit nomen generale ad panem, & ad omnia delicatiora panis genera, cujuſmodi erant, quas placentas, & mazas appellabant. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Ad operis piſtorii genera tranſeunte cura. Adde *Celſ. l.* 2. *c.* 18.

Piſtriger, vel Priſtiger, a, um, adject. a Piſtris. *Sidon. l.* 4. *ep.* 8. *in carm.* Piſtrigero quæ concha vehit Tritona Citheren.

Piſtrilla, æ, f. mola truſatilis, quæ manibus verſatur. *Ter. Adelph.* 4. 2. 45. Apud ipſum lacum eſt piſtrilla, & ex adverſum eſt fabrica.

Piſtrina, æ, f. idem ac piſtrinum. *Plin. l.* 18. *c.* 9. E ſiligine laudatiſſimus panis, piſtrinarumque opera laudatiſſima.

Piſtrinalis, le, adject. ad piſtrinum pertinens, piſtrinenſis. Piſtrinales ſues dicuntur, quæ in piſtrino aluntur furfuribus, & farina. *Colum. lib.* 7. *c.* 9. *R. R. de ſuibus*. Si regio temperata, eſt glabrum pecus, vel etiam piſtrinale album poteſt paſci. Huc facit illud *Plauti Capt.* 4. 2. 27. Piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues, quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt. Quidam in verbis *Colum.* legunt *priſtinale*, ſed non facile confirmant.

Piſtrinarius, ii, m. qui piſtrinum exercet. *Ulpian. l.* 1. *Dig. Depoſiti*. Actionem eſſe adverſus piſtrinarium.

Piſtrinenſis, ſe, o. 3. μυλικός, quod ad piſtrinum pertinet. *Suet. in Calig. c.* 39. Comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & piſtrinenſibus jumentis.

Piſtrinum, ni, n. *peſtrino*, *molino*, μυλών, locus, in quo frumentum, & aliæ fruges ante molarum truſatilium inventionem in pilis conterebantur, item poſt molas inventas omnis locus, in quo fruges mola circumacta, opera jumentorum, vel ſervorum, vel impulſu aquæ, aut venti, comminuuntur, a *pinſendo*. *Ter. Andr.* Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 11. Oratorem in judicia, tanquam in aliquod piſtrinum, detrudi, & compingi videbam. *Suetau. in Aug.* Exercere piſtrinum, h. e. artem piſtoriam. ¶ Tranſlate pro quovis operoſo loco, vel labore accipitur. *Cic.* 2. *de Orat.* Tibi mecum erit, Craſſe, in eodem piſtrino vivendum.

Piſtris V. in dictione ſeq.

Piſtrix, icis, fem. *fornaja*, mulier, quæ grana in pila pinſit, vel quæ panem conficit. Nam panis confectio apud Romanos fuit opus præcipue mulierum, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 11. *Lucil.* apud *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Eſt etiam piſtrix, icis, vel piſtris, is, πρίστις, marina bellua longi corporis, & anguſti. *Flac. l.* 3. *c.* 7. *de quodam nuncio natante*. Videntibus procul quaſi marina piſtrix evaſerat. V. *Plin. l.* 9. *c.* 3. & 4. ¶ Item ſidus cœleſte, quod & Cetus dicitur. *Cic. in Arat.* v. 154. Piſtricis ſpinæ valida cum luce refulgens. *Germanicus Cæſar in Arat. c. de piſce Notio*. E quibus una maris ſub cauda flamma relucet Squammigeræ Piſtris. *Id. ibid.* v. 357. *Auſter Piſtrin. agit.* ¶ Eſt etiam Piſtris nomen navis in formam marinæ piſtris efformatæ, quæ & Priſtis dicitur per Metatheſim. *Virg.* 5. *Æn.* v. 116. Velocem Mneſtheus agit acri remige piſtrim. *Liv. l.* 35. *cap.* 26. Tres tectas naves, & lembos, piſtreſque.

Piſtura, æ, f. ἄλεσις, ἄλετον, ars pinſendi, ideſt hordea, & frumenta conterendi. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Piſtura non omnium facilis. Et *cap.* 8. Variam piſturarum rationem habens.

Piſtus, a, um, *peſtato*, *peſto*, particip. a pinſor. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Si piſtæ ferantur. ¶ *Feſtus*. Piſtum pro politum antiqui frequentius uſurpabant.

Piſum, i, n. *piſello*, πίσον, genus leguminis, cujus caules ſparguntur in terram, niſi habeant adminicula. *Plin. l.* 18. *c.* 12. Piſum in apricis ſeri debet frigorum impatientiſſimum.

Pithaules, is, πιθαύλης, qui pulſit quoddam tibiæ genus in modum dolii factum, a πίθος, *dolium*, & αὐλός, *tibia*. *Senec. ep.* 76. Hoc ingenii ſtudio quis ſit pithaules bonus, judicatur. *Vopiſc. in Carino*, c. 19. Centum choraulas, etiam pithaulas centum. Alii legunt *pythaulas*. V. *Pythaula*.

Pitheclum, n. a. πιθήκιον, dim. a πίθηκος, *ſimia*. *Plaut. Mil.* 4. 1. 42. Pithecium hæc eſt præ illa, & ſpinthurnicium. ¶ Eſt etiam nomen herbæ apud *Apulej. de herb. c.* 86.

Pithecuſa, æ, f. *Iſchia*, *Iſcia*, Πιθηκοῦσα, inſ. prædives maris Tyrrheni, in Campania, in ſinu Puteolano, ante Miſenum prom. cum urbe cogn. probe munita cum arce, & ſcopulo ab inſula pene ſejuncto. Sed aliquibus duæ inſulæ, Inarime, & Prochyta, Pithecuſæ vocantur. *Ovid. l.* 14. *Met.* deducit a πίθηκοι, *ſimia*, his verſibus: Inarimen, Prochytenque legunt, ſterilique locatas Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas. Sententia eſt, urbem Pithecuſas dici a ſimiarum in illa, vel in inſula degentium multitudine. Aliis tamen placet, id nomen accepiſſe a copia doliariorum, qui ibi dolia ex creta faciebant. Nam Pithecuſam dici volunt, non a πίθηκοι, *ſimia*, ſed a πίθος, *dolium*. *Plin. l.* 3. *c.* 6. Ænaria a ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavere, ſed a figlinis doliariorum.

Pitheis, vel Pittheis, idis, patronym. fem. *Ovid. ep.* 10. *v.* 131. nec tu Pittheidos Æthræ filius, h. e. Æthræ filiæ Pithei. De Theſeo loquitur.

Pitheius, vel Pittheius, a, um, quod ad Pitheum ſpectat. *Ovid.* 10 *ep.* 4. *v.* 107. Hic tecum Trœzena colam, Pitheia Regna.

Pithētes, æ, πιθίτης, genus cometæ dolii figuram referens. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

¶ Eundem hunc *Apul. l. de mundo* Pitheu vocat.

Pithēus, vel Pitthēus, a, um, adject. ad Pitheum pertinens. Fuit autem Pittheus avus maternus Theſei, Trœzen. rum rex. *Ovid. Met.* 15. *v.* 295. Eſt prope Pitheam tumulus Trœzena ſine ullis, &c.

Pithiæ, arum, πιθίαι, meteora, globi ignis in cœlo apparentes dolii figura. *Senec. Quæſt. nat. l.* 1. *c.* 14.

Pitho, us, f. contract. Πειθώ, Suada, Suadela, Dea perſuadendi, Dea præſes Eloquentiæ, a πείθω, *perſuadeo*. *Cic. in Brut. c.* 15. Πειθώ quam vocant Græci, cujus effector eſt Orator, hanc Suadam appellavit Ennius. ¶ Pitho alia, Dea quædam fuit, quæ colebatur Corinthi, quam Hermeſianax, & Proclus unam ex Gratiis eſſe dixerunt. Sappho, ut legitur in *Scholiis in Heſiodum*, ait aliam eſſe Veneris, quo in loco in ἔργοις, ſcribit, Pandoram a Gratiis, & Pitho ornari. *Pauſanias l.* 2. ait eandem eſſe, ac Dianam. alii unam ex Atlantibus, ideſt ex filiabus Atlantis, & Æthræ. Huic templum Hypermnaſtra, ſeu Hypermneſtra filia Danai dedicavit, cum in judicio rea a parente ob Linum, ſeu Lynceum ſervatum facta, evaſiſſet. *Pauſan. l.* 2. *Plin. l.* 34. *c.* 8. & ibi *Hermol.*

Pitiſſo, a. 1. *aſſaggiare il vino*, Ger. *ſuepſſen*, Gal. *beuvoter*, *eſſayer*, Hiſp. *bever poco a poco*, ἀπογεύομαι, eſt rotantibus, ut loquitur *Tullius*, & minutis poculis pergræcari, ideſt parvum vini paullatim, & quaſi tentandi gratia guſtare, a πιτίζω, quod a πίω, *bibo*. *Ter. Heaut.* 3. 1. 48. Pitiſſando modo mihi quid vini abſumpſit? ¶ Alii ſcribunt *pytiſſo*, quod ſignificat, inquit *Donat.* vinum cum aliqua probatione expuere. Nam πτύω, ſpuere eſt, a quo fit πτύζω.

Pittacium, vel Pictacium, πιττάκιον, neut. 2. modicus pannus, qui aliquo medicamento illitus modo præcordiis, modo capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandum cruciatum. *Celſ. l.* 3. *c.* 10. *de capitis dolore*: Habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis æquent. In quibuſdam codicib. legitur *pittacia* unico *t*. *Laberius* apud *Gel. lib.* 16. *c.* 7. pictacium poſuiſſe dicitur pro tegmine capitis, *cappuccio*. ¶ Præterea pictacia, ſeu pittacia dicuntur ſchedulæ breves, ſeu libelli, in quibus memoriæ cauſa aliquid adſcribitur, *viglietto*. *Petron. in ſatyr.* Allatæ ſunt amphoræ vitreæ diligenter gypſatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo. Falernum annorum centum. *Lamprid. in Severo*, *c.* 21. De promovendis etiam ſibi adnotabat, & perlegebat cuncta pittacia. Alii ſcribunt *pittacia*. V. ibi *Caſaub.*

Pittacus, m. 2. Πιττακός, Philoſophus Mitylenæus, unus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchrum depulit, & certantibus Athenienſibus, atque Mitylenæis dux in bello factus, Phrynonem Athenienſium ducem ſingulari certamine interfecit. Hujus illud eſt: *Providere, ne caſus veniant; ſi forte venerint, æquo animo tolerare*. *Auſon. de Sapientib.*

Pittheus. V. Pitheus.

Pituita, æ, f. *flemma*, *catarro*, Germ. *die feuchter*, Gal. *rabbeure*, *flegme*, Hiſp. *flema*, *humor*, φλέγμα, ſanguis imperfecte coctus, humor crudus, aqueus, excrementitius, vel naturaliter, vel præternaturaliter in corpore genitus, quo pertinent mucus narium, qui ex capite redundat, ſaliva, phlegma ventriculi, & inteſtinorum. *Cic.* 4. *Tuſc.* Quemadmodum cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi ægrotationeſque naſcuntur. In plurali num. *Plin. l.* 25. *c.* 11. Hujus radix pituitas capitis purgat. ¶ Interdum ſumitur pro morbo ex pituita fluxu narium, quo etiam gallinæ infeſtantur. *Col. l.* 8. *c.* 5. Sæpe etiam jam validioribus remediis factis, atque ipſis matribus etiam vitanda pituitæ pernicies erit. *Pallad. l.* 1. *tit.* 27. Pituita his naſci ſolet, quæ alba pellicula linguam veſtit extremam. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 57. ubi & remedia affert. Hoc genus morbi Itali vocant *la pipita*. ¶ Dicitur etiam de humore lento ex arboribus effluente. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, ſi ſtipite ab ima parte circumforato, defluens pituita abſtergatur. ¶ Varia eſt ratio quantitatis in hac voce. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 57. Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt. Ubi videtur triſyllaba eſſe. *Catul. epigr.* 20. Mucuſque, & mala pituita naſi.

Pituitaria, f. herbæ ſpecies, al. aſtaphiſagria, ſeu uva agreſtis, ita dicta, quod pituitam oris ſiccet. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Pituitōſus, a, um, *pituitoſo*, Germ. *vol rotz*, Gal. *flegmatique*, Hiſp. *flemaſtro*, φλεγματώδης, qui pituita abundat. *Cic. de Fat. c.* 4. In aliis eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exſiccatos, atque aridos.

Pityīnus, a, um, adject. qui eſt ex pinu, quæ Græca πίτυς dicitur, ut pityina reſina, apud *Marcel. Empyr.* pityina cera, apud *Theod. Priſcian. l.* 2.

Pityis, idos, f. nux pinea e pinaſtro. *Plin. l.* 15. *c.* 10.

Pityocampa, æ, f. πιτυοκάμπη, eruca e pinu naſcens, a πίτυς, *pinus*, & κάμπη, *eruca*. Venenatum eſt animal, & legibus prohibitum. *Plin. l.* 23. *c.* 2. & *l.* 28. *c.* 9.

Pityūſæ, f. 1. *las Iſlas de Yvica*, duæ inſulæ Hiſpaniæ, in mari Medit. inter Balearem majorem inſ. ad Or. & prom. Dianium, ſinumque Sucronenſem ad Occ. quarum major, quæ ad Bor. Ebuſus vocatur, vulgo *Yvica*; minor extenſa eſt ad Auſtr. parvi admodum circuitus, & dicitur Ophiuſa, *la Formentera*, ſed deſerta eſt propter ſerpentes. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Pius, a, um, *pio*, חסיד, Germ. *gottesforchtig*, Gall. *religieux*, Hiſp. *pio*, *devoto*, qui parentes, & eos, qui parentum loco ſunt, item patriam juſto cultu proſequitur. *Cic.* 3. *Offic.* Ipſi patriæ conducit pios habere cives in parentes. ¶ Dicitur etiam de religioſo, ſive de eo, qui recte in Deum affectus eſt. *Cic. de Leg.* Dii piorum, & impiorum habent rationem. ¶ Accipitur pro benigno, & miſericorde. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 78. Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Caret comparativo. De ſuperlativo ſic *Cic.* 13. *Phil. cap.* 19. Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris. & quod verbum omnino nullum in Lingua Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. ¶ Sed tamen a poſterioribus auctoribus *piiſſimus* invenitur uſurpatum. *Curt. l.* 9. *c.* 6. Vobis quidem, o fidiſſimi, piiſſimique civium, atque amicorum, grates ago, habeoque. Adde *Senec. de conſol. ad Polyb. c.* 26. *Tacit. in Agric. c.* 43. *Florum l.* 4. *c.* 7. & alios: ut omittamus antiquas Inſcriptiones, in quibus ſæpiſſime legitur. Quin & *pientiſſimus* in iiſdem Inſcriptionibus non ſemel reperitur, ut apud *Gruter. pag.* 369. *n.* 5. Patri pientiſſimo. & *pag.* 636. *n.* 7. Fratri optimo pientiſſimo.

Pix, icis, f. *pece*, זפת, Ger. *pech*, Gall. *poix*, Hiſp. *pez*, πίσσα, ſtuans combuſta in tæda ſua reſina, ut definit *Ruellius*. Differt a *reſina*. Nam eſt liquor craſſus ex arboribus fluens, & ſæpe ſua ſponte ſiccatus ad Solem, *pix* eſt, quæ fit ex arborum reſinis ad ignem decoctis, idque ad navium, & aliarum multarum rerum uſum. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Sed & picem meminiſſe debemus non aliud eſſe, quam combuſtæ reſinæ fluxum. *Id. l.* 14. *c.* 20. Craſſiorem vero, & ad picem faciendas cedrus. *Ovid. epiſt.* 18. *v.* 7. Cœlum pice nigrius. ¶ Eſt etiam pix inter tormenta ſervorum. *Lucret. l.* 3. *v.* 1030. Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædo. Adde *Plaut. Capt.* 3. 4. 65.

Pyxacanthum, ſeu pixacanthum, neut. 2. πυξάκανθον, ſpinæ ſpecies, al. chironium. *Plin. lib.* 24. *cap.* 13. Pyxacanthi baccæ contra ſerpentium ictus utuntur.

Placa-

P ANTE L.

Placabĭlis, le, o. 3. *placabile*, εὐίλατος, qui facile placatur, propitiabilis. *Cic. Att. l.* 1. Et irrevocabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles. *Id. Verr.* 2. *c.* 38. Omnia placabiliora, quam animum Prætoris. ¶ Item qui facile placat. *Lactant. epitom. Inſtit. c.* 6. Sacrificium placabile. & *l.* 4. *c.* 28. Placabiliores hoſtiæ. Videtur etiam *Terentius* hoc ſenſu uſus fuiſſe, cum inquit *Adelph.* 4. 3. 17. Quapropter te ipſum purgare ipſi coram, placabilius eſt. h. e. magis inſervit ad placandum.

Placabilĭtas, atis, f. τὸ εὐίλατον, lenitas, manſuetudo. *Cic.* 1. *Offic. c.* 25. Nihil enim laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia.

Placabilĭter, adv. placate. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Judices conciliandos eſſe laudabiliter, ac placabiliter.

Placāmen, inis, n. idem ac placamentum. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Ludi quoque ſcenici, nova res bellicoſo populo, inter alia cœleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur.

Placamentum, ti, n. *placamento, pace*, id, quo quis placatur. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Hos veluti placamento terræ blandiuntur. *Tac. l.* 15. Non largitionibus Principis, nec Deum placamentis decedebat infamia.

Placāte, adv. *pacificamente*, ἀταράχως, quiete, inturbate. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 1. Omnia humana placate, & humane feramus. *Id. l.* 6. *Fam. ep.* 13. Sed hoc ipſum intelligamus eum quotidie remiſſius, & placatius ferre.

Placatĭo, onis, f. ἐξιλασμός, mitigatio, pacificatio. *Cic.* 4. *Tuſc.* Sed omnis ejuſmodi perturbatio animi placatione abluatur. Adde 3. *nat. Deor. c.* 2.

Placatorĭus, a, um, ad placandum pertinens. *Tertul. de patient. c.* 13. Hoſtia placatoria.

Placātus, a, um, *placato, quieto, mite*, ἐξιλασμένος, εὐίλατος, lenitus. *Cic.* 3. *Catil.* Niſi Dii immortales omni ratione placati ſuo numine prope fata ipſa flexiſſent. *Plin. l.* 12. *c.* 18. Imo vero, ut palam eſt, placatiores. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 41. Quæ nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert.

Placendus, a, um, *che deve piacere*, partic. a placeo. *Plaut. Trin.* 5. 2. 25. Si ille tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi.

Placenta, æ, f. *focaccia*, חרה, Germ. *kuche*, Gall. *gateau*, *torteau*, Hiſp. *torta*, πλακοῦς, panis, ſive cibi genus, quod citra fermentum in furno coqui conſuevit, ex farina fere conſtans ſiliginea, caſeo, & melle adjecto. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 11. Pane egeo, jam mellitis potiore placentis.

Placentĭa, æ, *piacenteria*, ἀρέσκεια, ſtudium omnium ubique & omnibus placendi. *Apul. de Philoſoph.* Ad placentiam relicti.

Placentia, æ, f. *Piacenza*, Πλακεντία, urbs Galliæ Togatæ, & Ciſpadanæ, colonia Romanorum, ampla, cum arce probe munita, circa finem Æmiliæ, apud Padum fl. *Silius l.* 8. *v.* 594. Certavit Mutinæ quaſſata Placentia bello.

Placentīnus, a, um, πλακεντῖνος, quod ad Placentiam ſpectat. *Cic. in Brut.* Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetiſſimum. Adde *Verr.* 5. *c.* 13. ¶ Placentini milites ambigue dicuntur a *Plauto*, vel Placentiæ incolæ, vel placentarum ſtudioſi. V. *Piſtorienſis*, ubi verba Plauti retulimus.

Placĕo, es, cui, citum, n. 2. *piacere*, רצה, Germ. *gefallen*, Gall. *plaire*, Hiſp. *plazer*, ἀρέσκω, gratus ſum, arrideo. *Cic.* 2. *de Or.* Ego enim nunquam mihi minus, quam heſterno die, placui. *Id. ad Q. Fr.* Suſpicabar placiturum tibi eſſe librum meum. *Ovid. ep.* 6. facie placere. ¶ Placere ſibi, *compiacerſi*, efferri, gloriari, confidere. *Quintil.* Placeas, licet, tibi opum tuarum fiducia dives. Particip. *placendus* V. ſuo loco. ¶ Sæpe uſurpatur impersonaliter.

Placet, ebat, uit, vel placitum eſt, *piacere*, *parere*, ἀρέσκει, δοκεῖ. *Cic pro Dom.* Ut populo de Cyprio Rege placeret, de exulibus Byzantiis diſplaceret? ¶ Sæpe ponitur pro videri, eſſe alicujus opinionis. *Cic.* 1. *de Div.* Ut doctiſſimis, ſapientiſſimiſque placuit. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 2. Itaque poſtridie placuit, ut breviter ſententias diceremus. *D. Brutus l.* 11. *Fam. ep.* 1. Placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi reliquiſque noſtris. ¶ Hinc in placitis, & ſtatutis publicis ſenatus, vel aliorum Magiſtratuum fere ſemper hoc verbo utebantur, ut apud *Cicer. Verr.* 4. *c.* 39. Cum Sthenius abſens reus factus eſſes, de abſente nullum fieri judicium placere; ſi quod eſſet factum, id ratum eſſe non placere. ¶ Placitum eſt, placuit. *Tac.* 6. *Ann. c.* 7. Placitum, eandem pœnam irrogari. ¶ *Res mea mihi placent*, ſuccedunt, proſpera fluunt, *mi van bene*. *Liv. l.* 33. *c.* 31. Antiochum tranſgreſſurum in Europam, cum primum ei res ſuæ placuiſſent, non dubitabant.

Placidia, æ, V. Maraplacida.

Placĭde, adv. *placidamente*, ἡσύχως, εἰρηνικῶς, quiete, ſine tumultu. *Cicer.* 4. *Verr.* Prætoris injurias tacite, hoſpitis placide ferendas arbitrabatur. *Id. in Orat. c.* 27. Placide, ſedateque loqui. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 14. Placide ire. *Salluſt. in Catil. c.* 39. Plebem placidius tractare. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 35. Placide oſtium aperire, *pian piano*.

Placidiānus, vel Placideianus, i, præſtantiſſimus ſui temporis gladiator, cujus meminere *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 21. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. & *Lucil.* apud *Non. cap.* 4. *num.* 62.

Placidĭtas, atis, f. ἡσυχότης, lenitas. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 1. Et propter utilitatem, & propter placiditatem. *Gell. l.* 13. *c.* 21. *ex comment. Servilii Claudii*. Nerio dictum quaſi Neirio, hoc eſt ſine ira, cum placiditate.

Placidŭlus, a, um, adject. diminut. a placidus. *Auſon. in Parental.* 27. Cinis placidula.

Placĭdus, a, um, *piacevole*, שקט, Ger. *freidſam*, Gal. *paiſible*, Hiſp. *blando*, *plazentero*, πρᾶος, ἡμερος, ſedatus, placatus, tranquillus, lenis, quietus, mitis. Differt a clemente, quia, teſte Donato, clemens eſt circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes, clemens animo, placidus vultu. *Ter. Adelph.* 5. 4. Ille ſemper egit ſuam vitam in otio, in conviviis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Cicer. pro Cæc.* Ita eum placidum, mollemque reddidi. *Id.* 1. *de Orat.* Non ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis. *Id.* 5. *Tuſc.* Semper in ejus animo placidiſſimam pacem eſſe. ¶ Arbor placida eſt, cui ſylveſtris opponitur. *Plin. l.* 16. *cap.* 5. Præterea ſunt aliquæ ſylveſtres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent. ¶ Cœlum placidum, ſerenum notat. *Sil. l.* 12. Nec placido commota tonitrua cœlo. ¶ Dies placidus, tranquillus, & ſerenus dicitur. *Plin. ep.* 101. Accipit ob hoc auras quam libet ſereno, & placido die.

Placītis, idis, f. cadmiæ ſpecies. *Plin. l.* 34. *c.* 9.

Placĭto, as, a. 1. freq. a *placeo*. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 10. Neque placitant mores.

Placĭtum, ti, ſubſt. n. *decreto*, ἀρεστόν, δογματιζόμενον, decretum, a *placet*, *ebat*, qua notat cenſere, opinari. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Delentem cunctorum majorum placita. *Id. l.* 14. *c.* 23. Medicorum placitis novitate aliqua ſe ſe commendantium.

Placĭtus, a, um, *piacciuto*, ἀρεσθείς, quod placuit, part. a *placeo*. *Ter. in prol. Hec.* Ubi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. *Id. ibid.* Quæ vobis placita conditio eſt, detur. *Ovid. ep.* 16. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Plāco, as, avi, atum, a. 1. *placare*, *pacificare*, πραΰνω, ἱλάσκομαι, ſedo, mitigo, placidum facio. *Cicer.* 2. *Catil. c.* 8. Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare Reipublicæ. *Id. de Aruſp. reſp. c. ult.* Noſtræ nobis ſunt inter nos iræ, diſcordiæque placandæ. *Id. Fam.* 13. *ep.* 1. Placare ſibi aliquem. ¶ Tranſlate *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. Eſca placat iratum ventrem.

Plāga, æ, f. *piaga*, *percoſſa*, πληγή, ictus, percuſſio, vulnus. *Celſ. l.* 8. *c.* 4. Plagam, ſi ex vulnere eſt, talem neceſſe eſt habeamus, qualem acceperimus, *piaga*, *che viene da ferita*. *Cic. pro Plac. cap.* 27. Utrum noſtrum eſt, an veſtrum hoc proverbium: Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? ¶ Ponitur & pro inciſione arboris. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Succus e plaga manat. ¶ Tranſlate accipitur pro damno, calamitate, exitio. *Cic. pro Sext. c.* 19. Ac non accipienda plaga mihi inſanabilis illa mortifera, quam Reip. impoſuiſſet. *Id. pro Mur. cap.* 23. Atque ex omnibus illa plaga eſt injecta petitioni tuæ, non tacente me, maxima. *Id. in Orat. c.* 68. Sic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta.

Plăga, æ, f. *clima*, κλίμα, χώρα, ſpatium amplum cœli, vel terræ, quod etiam dicitur tractus, a πλάξ, *æquor*, *planicies*. *Virg.* 7. *Æn. v.* 227. plaga Solis iniqui. *Cic.* 2. *de Div. c.* 13. Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. ¶ Interdum etiam ſignificat retis genus, idest rete rarum ad capiendas feras, vel funem, quo retia tenduntur, & uſurpatur fere in num. plur. *Virg.* 4. *Æn.* Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Ubi *Servius* ſcribit, plagas proprie illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam, & ſummam partem. ¶ Hinc incidere in plagas, tranſlate pro incidere in periculum. *Cic.* 7. *Verr. c.* 58. Si mehercules ex his laqueis te exueris, ne te aliqua vi, ac ratione explicaris, in illas tibi majores plagas incidendum eſt. ¶ Præterea plaga, *Nonio* teſte *c.* 4. *n.* 361. accipitur pro torali, ſeu lectuaria, ſeu lecticaria ſindone, ideſt pro grandi lecti tegmine linteo, & candido. *Varro ibid.* Eburneis lectis, & plagis ſigilletis. ¶ Item pro patria veſtis, quæ aliter *clavus* vocatur. *Pacuvius*, *Atalanta*. Et ſimilu pictæ plagæ pallam. Ita enim legendum apud *Nonium*, ut in Notis ad fragmenta veterum *Voſſius* obſervavit.

Plagiārius, ii, m. ἀνδραποδιστής, qui plagii crimine tenetur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Licinium plagiarium cum ſuo pullo Milvino tributa exigere. ¶ Per Synecdochen hæc vox etiam ad librorum fures extenditur. *Martial. l.* 1. *ep.* 53. Impones plagiario pudorem.

Plagiātor, oris, m. idem qui plagiarius. *Tert. l.* 1. *adv. Marc. c.* 23.

Plagĭger, ra, rum, πληγοφόρος, qui plagas gerit, qui genitus eſt ad plagas ferendas. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 20. Plagigera genera hominum.

Plagigĕrulus, a, um, idem ac plagiger. *Plaut. Moſtel.* 4. 1. 19. Peculii ſui prodigi, plagigeruli.

Plagioſippus, i, m. vox ficta ad ſignificandum eum qui plagas infert: vel (ſi malis ducere a *plagium*) eum qui furtis delectatur. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 31. Pronominatio eſt, quæ cognomine quodam extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt, ut ſiquis de adverſario dicat: Videte, judices, quemadmodum me plagioſippus iſte tractarit. *Turneb. l.* 20. *c.* 25. ex conjectura lectionem mutare conatur.

Plāgipatida, æ, com. qui plagas patitur. *Plaut. Capt.* 3. 2. 12. Nihil morantur jam Lacones imi ſubſellii viros plagipatidas.

Plāgium, ii, n. ἀνδραποδισμός, crimen illud, quo quis hominem, quem ſcit liberum eſſe, emit, & pro ſervo tenet, vel vendit, item quo alieno mancipio perſuadet, ut a domino fugiat, vel ipſum invito, vel inſciente domino celat, vinctum habet, emit, vendit, donat. Eſt a πλάγιον, quod proprie notat obliquum, metaphorice autem pro doloſo ſumitur. *Calliſtrat. l. non ſtatim*, *ff. ad l. Fabiam*, *de Plagiariis*. Servos alienos qui ſollicitaverit, aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, tenetur, nec ne, facit quæſtionem. ¶ Eſt etiam retis genus. *Gratius in Cyneg. v.* 24. Armorum caſſes, plagiique exordiar uſus.

Plāgōſus, a, um, *impiagato*, πληγώδης, plenus plagis. *Apul. l.* 9. *Metam.* Plagoſum dorſum. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui frequentes, & multas plagas infert. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 70. Memini quæ plagoſum mihi parvo Orbilium dictare.

Plāgŭla, æ, f. breve pallium, veſtimentum, aut velum textile, linteum. *Suet. in Tito c.* 10. Lecticæ dimotis plagulis. *Liv. l.* 39. *cap.* 6. Inde primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, &c. ¶ Item byblus, ſeu papyri philyra. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Premuntur deinde prælis, & ſiccantur Sole plagulæ, atque inter ſe junguntur.

Plagŭla, f. 1. genus piſcis, a πλάγιος, *obliquus*, quia oblique incedit, ideſt, non verſus caput, ſed in latera. *Plaut. in Rud.* 2. 1. 9. Muſculos, plagulas, ſtriatas. Al. aliter leg.

Planaratrum, i, n. aratrum cum duabus rotis, a Gallis primo inventum. *Plin. l.* 18. *c.* 18. ubi Harduinus mavult legere *plauſtraratrum*, compoſitum voce ex *plauſtro*, & *aro*, *as*.

Planaria, f. 1. *Pianosa*, inſ. parva maris Liguſtici, inter Caprariam, & Corſicam. *Plin. l.* 3. *c.* 6. dictam ſcribit a *planicie*, quod æqualis freto ſit, ideoque navigiis fallax. ¶ Planaria item, una ex inſulis Fortunatis. *Plin. lib.* 6. *cap.* 32.

Planarius, a, um, adject. qui in plano fit, ut planarius conflictus, apud *Ammian. l.* 19. *c.* 5. Planaria interpellatio, *l.* 4. *Cod. de dilat.* h. e. compellatio Magiſtratus, quæ fit de plano, h. e. antequam in tribunal aſcendat.

Planca, æ, f. πλάξ, tabula plana, vel complanata. *Feſt. Plin. l.* 8. *c.* 43. Nec pontes aſini tranſeant per raritatem plancarum tranſlucentibus fluviis. Aliqui legunt, *per raritatem earum*. *Pallad. l.* 1. *tit.* 21. Plancæ roboreæ ſupponantur ſtationibus equorum cum ſtramine.

Planciānus, a, um, adject. a Planco nom. proprio, ut Plancianum Senatusconſultum, *l.* 1. *Dig. de l. agnoſc.*

Planctus, us, m. *percoſſa*, κοπετός, percuſſio, a *plango*, quod proprie notat verberare. *Lucan. lib.* 2. *v.* 24. Exigit ad ſævos famularum brachia planctus. ¶ Speciatim ſumitur pro fletu, & lamentatione cum pectoris percuſſione, *pianto*, θρῆνος. *Senec. in Herc. Oet. verſ.* 1545. Planctus immenſos reſonet per urbes.

Plancus, a, um, πλατύπους, qui ſupra modum planis pedibus eſt, ideſt, qui pedes imos graciles, planoſque æqualiter habet, qui aliter *plotus*, & *plautus* dicitur. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. Namque & hinc cognomina inventa Plauti, Planci, &c. ¶ Eſt præterea plancus, i, aquilæ genus. *Id. l.* 10. *c.* 3.

Plancus, m. 2. Romanus quidam, cujus extant epiſtolæ luculenter ſcriptæ inter *Cic. Famil.* Hic, teſte *Euſebio*, cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit, quæ urbs Senecæ temporibus deflagravit incendio.

Plāne, adv. *apertamente*, *pianamente*, *chiaramente*, σαφῶς, τρανῶς, aperte, manifeſte. *Cic.* 2. *Fin. c.* 5. Plane, & aperte loqui. *Id.* 1. *de Orat. c.* 61. Nemo planius eo locutus. *Id.* 2. *Div. cap.* 46. Demoſthenem ſcribit Phalereus, cum *rho* dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſſime diceret. ¶ Significat etiam omnino, penitus, *totalmente*, *affatto*. *Id.* 14. *Fam. ep.* 4. Non videbor mihi plane periiſſe. *Id. de clar. Or. c.* 81. Perfecte planeque eruditus. ¶ Item certo, *certamente*, *ſicuramente*. *Ter. Hecyr.* 5. 1. Qui illa tam plane ſcias.

Planēta, æ, m. *pianeta*, Ger. *planeſtern*, Gal. *planete*, Hiſp. *planeta*, πλανήτης, ſidus errans, a πλανάομαι, *erro*, *vagor*. Ita autem planetæ vocantur, non quia errent re vera, ſed quia errare videantur, idque ideirco, quia

Digitized by Google

nunc aliu, atque alio ab octavi cœli ſtellis diſtent intervallo, cum idem ſemper ſpatium ſervent ſidera firmamenti, utpote urbis ejuſdem ſtellæ, atque partes. *Cic. 1. & 2. de nat. Deor.* ¶ Planetæ ſeptem ſunt. Saturnus ſummum locum obtinet, proximum Jupiter, tertium Mars, quem deinde Sol ſubſequitur, Solem Venus, ſub Venere Mercurius ſitus eſt, Luna ultimum, terriſque proximum, eundemque minimum orbem poſſidet. *Cic. 2. de nat. Deor. & in Somn. Scip.* ¶ In plurali num. *planetes*, pro *planetæ*. *Gel. l. 14. c. 1.* Ut alii planetes pari poteſtate eſſent. ¶ De genere hujus nominis V. dicta in *Cometes*.

Planetarius, ii, m. *oſſervator de' Pianeti*, *aſtrologo*, aſtrologus. *Auguſt. l. 4. Confeſſ. c. 3.* Illos planetarios, quos mathematicos vocent, conſulere non deſiſtebam. Al. rectius leg. *planos*. Adde *Serv. ad Æn. 3. v. 284.*

Planeticus, a, um, adject. ad planetam pertinens. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Planeticorum ſiderum globus.

Plango, is, xi, ctum, a. 3. *percuotere*, κόπτομαι, proprie eſt verberare, ab antiquo *plago*. Plago autem fuit a πλαγά, quod Doricum pro πληγή, *percuſſio*. *Lucret. l. 2. v. 1133.* Nec mare, nec fluctus plangentes ſaxa crearunt. *Ovid. 2. Met. v. 584.* Plangere nuda meis conabar pectora palmis. ¶ Significat etiam lugere cum clamore, & pectus, aut caput præ dolore percutere. *Stat. 12. Theb. verſ. 117.* Plangunt ſua damna coloni. ¶ *Virg. 1. Georg. v. 334.* Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt, h. e. reſonant.

Plangor, oris, m. κοπετός, ictus, percuſſio. *Catul. Arg. 39.* Leviterque ſonant plangore cachinni. ¶ Ponitur quandoque pro fletu cum pectoris percuſſione, aut alio doloris ſigno. *Cic. in Orat.* Plangore, & lamentatione complerimus forum.

Plangunculla, æ, f. puſilla pupa, a πλαγγών, quod pupam notat. Unde Scholiaſtes Callimachi exponit ἀγαλμα νυμφῶν, ceream nympham. *Cicer. Att. l. 1. ep. 8.* Tulliola, deliciæ noſtræ, tuam planguneulam flagitat. Alii leg. *suum munuſculum*. *Id. ib. l. 6. ep. 1.* Inventæ ſunt quinque planguncolæ matronarum. Al. leg. *lagunculæ*.

Planiloquus, a, um, qui plana, & libere dicit, quod ſentit. *Plaut. Truc. 4. 4. 11.* Planiloqua eſt, paucis ea rem ipſam attigit.

Planipedes mimi dicti ſunt, qui nudis pedibus in ſcenam introibant, ad differentiam comœdorum, qui ſoccis, & tragœdorum, qui cothurnis induti pedes egebant. *Feſtus*. Vel quia non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano orcheſtræ actitabant. *Diomed. l. 3. Quintius Atta apud eund. ibid.* Daturin' eſtis aurum? exultat planipes.

Planipedius, a, um, adject. humilis, ut planipedia Comœdia apud *Donat. & Diomed.* V. Planipes.

Planitas, atis, f. *chiarezza*, ſermonis perſpicuitas, ſimplicitaſve. *Auctor dial. de cauſ. corrupt. eloq. c. 23.* Sententiarum planitas.

Planitia, æ, f. &

Planities, ei, f. *pianura*, מישור, Ger. *ein ebne*, Gal. *plaine*, Hiſp. *el llana*, *llanura*, ὁμαλότης, πεδίον, æqualitas loci, locus planus. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Principio Aſſyrii propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, &c. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Planitiæ coronarum ſunt periculoſæ.

Planitudo, inis, f. idem ac planities. *Colum. l. 4. c. 30.* Perticæ cacuminum modicæ planitudinis.

Planitus, adv. idem ac plane. *Tertul. l. de Pall. c. 4.* Quo planitus aſſuantur.

Planta, æ, f. *pianta*, [illegible], Ger. *zweyg*, Gal. *plante*, Hiſp. *planta*, φυτόν, φυτάλια, ſtirps, ſurculus, vel germen tum herbæ, tum arboris. *Cic. de Sen.* Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines nonne ea efficiunt? &c. ¶ Hinc planta ponere, *trapiantare*, contrarium eſt ſemine ponere. *Colum. l. 11. c. 3. de ruta*. Menſe Februario vel planta, vel ſemine recte ponetur. ¶ Planta item eſt tota pars inferioris pedis, *la pianta del piede*. *Virg. 12. Æn. v. 718.* Pernices plantæ. *Ovid. 2. Metam.* Ut terſis niteant talaria plantis. *Plaut. Caſ. 4. 4. 20.* Inſiſtit plantam, h. e. pedem pede preſſit.

Plantago, inis, f. *piantagine*, ἀρνόγλωσσον, genus herbæ, a *planta*, quia plantis pedum ſimilis eſt. *Plin. l. 25. c. 8.* Celebravit & Themiſon medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inventam.

Plantaris, & re, o. 3. πελματώδης, quod ad plantam pedis ſpectat. *Stat. l. 1. Theb. v. 304.* Summa pedum propere plantaribus alligat alis. ¶ *Juven. ſat. 13. v. 123.* ſubſtantivum facit. Non Epicurum ſuſpicit exigui læti plantaribus horti, h. e. oleribus.

Plantarium, ii, n. φυτολογεῖον, locus plantarum, ſeminarium. *Plin. l. 13. c. 4. de palmis*. Ergo plantaria inſtituunt, anniculaſque transferunt, & iterum bimas. ¶ Sumitur etiam pro ipſa planta in terra nata, teſte *Servio*, quæ cum radice transfertur de uno loco in alium. *Virg. 2. Georg. v. 27.* Et viva ſua plantaria terra. ¶ Translate *Perſ. ſat. 4. v. 39.* Quinque palæſtritæ, licet hæc plantaria vellant, hoc eſt pilos in corpore. ¶ Plantaria Perſei ſunt alæ, quæ Perſei pedibus affixæ a Poetis finguntur. *Valer. Flacc. l. 1. v. 67.*

Plantarius, a, um, φυτευτικός, quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum, ut plantetur. *Colum. l. 5. c. 9.* Antequam plantaries arbuſculas effodias ſolo.

Plantatio, onis, f. *piantagione*, *piantamento*, φύτευσις, actus plantandi. *Plin. l. 21. c. 4.* Ipſaque plantatione proficiunt.

Plantator, oris, maſc. *piantatore*, qui plantat. Eſt *Auguſtini epiſt. 89.* (al. 157.) c. 20.

Plantiger, ra, rum, φυτοφόρος, plantas gerens, vel ex ſe pullulando emittens. *Plin. l. 13. c. 8.* Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

Planto, as, avi, atum, a. 1. *piantare*, φυτεύω, eſt herbas terræ mandare, vel arbores, aut partem arborum in terra figere, vel alteri arbori inſerere. *Plin. l. 17. c. 20.* Hoc modo plantantur punicæ. ¶ Differt a *ſero*. Seruntur enim ſemina, plantantur germina ex ſeminibus nata. *Pallad. l. 4. tit. 9.* Nunc ſinapis, & caules optime ſeruntur, vel plantantur.

Planus, ſubſt. m. *ingannatore*, πλάνης, ſycophanta, ſeductor, impoſtor, a græca voce allata. *Cicer. pro Cluent. c. 26.* Hic ille planus improbiſſimus, quæſtu judiciario paſtus, &c. *Horat. l. 1. ep. 17. v. 59.* Nec ſemel irriſus triviis attollere curat fracto crure planum. Quo in loco *Acron* annotavit, Planum nomen eſſe notiſſimi ſui temporis impoſtoris, qui, ut in vehiculo tolleretur, fingebat, ſe crus fregiſſe, ſed cum poſtea vere crus fregiſſet, rogaretque, ut vehiculo in Urbem reveheretur, non eſt ei creditum. *Petron. in Satyr.* Notavit me miles, ſive ille planus fuit, ſive nocturnus graſſator. *Arnob. l. 2.* Aliiſque inſtitoribus, atque planis.

Planus, a, um, *piano*, *eguale*, ישר, Ger. *eben*, Gal. *egal*, Hiſp. *llano*, ὁμαλός, æqualis, in quo nihil eminet. *Cic. de Univ.* Quod ſi univerſitatis corpus planum, & æquabile explicaretur. *Ovid. 10. Met.* Planiſſimi campi area. *Id. 3. Triſt. el. 4.* Cadere in plano. *Liv. l. 34.* Aditus planus erat. ¶ Plani pedis ædificia dicuntur a *Vitruv. l. 6. c. 11.* quæ hypogæa, & concamerationes non habent. ¶ Plani piſces dicuntur, qui ſuperficiem planam, non rotundam habent. *Plin. l. 9. c. 24.* Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet. ¶ *De plano*, vel *e plano* aliquid facere, eſt a ſolo, ſeu a loco humili, nihil a terra aſſurgente, in quo populus ſtat, & ſpeciatim Principe, vel Judice non ſedente. Solent enim Reges, Judices, & hujuſmodi in thronis, vel tribunalibus editioribus ſedere. *Paul. ff. de Quæſt. l. unica, in fine.* Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt, atque damnari. *Sueton. in Tib.* Judiceſque aut e plano, aut a Quæſtoris tribunali admonebat. ¶ *De plano promittere*, eſt facile promittere, & ſine ulla dubitatione, ducta translatione a Prætoribus, qui lites difficiles, atque implicatas e tribunali, faciles de plano dijudicabant. *Lucret. l. 1. v. 411.* Hoc tibi de plano poſſum promittere Memmi. ¶ Translate ponitur pro aperto, & manifeſto, quod quæ plana ſunt, nullum impedimentum habent, quin undique videri poſſint. *Plaut. Perſ. 2. 2.* Satin' hæc tibi ſunt plane, & certa? ¶ *Planum facere*, eſt declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſolvere, & ante oculos verbis explanando ponere, & patefacere. Translatio ſumpta eſt a loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. *Cicer. 2. Ver. c. 14.* Cum planum facere multis teſtibus poſſim.

Plaſea, æ, f. pars omenti. *Arnob. l. 7.* Plaſea ſiligine, & ſanguine delibuta. Alii interpretantur bovis caudam.

Plaſma, atis, n. πλάσμα, figmentum, opus figlinum, id, quod ex luto formatum eſt, a πλάσσω, ſeu πλάττω, *forma*, *fingo*. *Auſon. ep. 10.* Si qua fides unquam falſis adhibenda figuris, Nec plaſma ſemper alluunt. Hinc *Prudent.* ſæpe uſurpat pro homine, qui e luto factus eſt, ut *Cathemer. 7. v. 184.* Emancipator ſervientis plaſmatis. ¶ Eſt item dulcis quædam potio, qua colluebant os, & fauces, ne raucedine læderentur, qui voci ſtudebant. *Quintil. l. 1. c. 8.* Sit lectio virilis, & gravis; non in canticum diſſoluta, nec plaſmata, ut nunc a pleriſque fit, effeminata. *Perſ. ſat. 1. v. 17.* Sede leges celſa, liquido cum plaſmate guttur colluens.

Plaſmator, oris, maſc. qui plaſmat. *Tertul. adv. Jud. cap 2.* Deus, hominis plaſmator.

Plaſmo, as, a. 1. fingo, efformo, a πλάσμα, *figmentum*. *Tert. adv. Jud. c. 13.* Terra, ex qua homo primum plaſmatus eſt. *Prudent. Apotheoſ. v. 869.* Plaſmaſſe corporis effigiem.

Plaſſo, as, a. 1. πλάσσω, *formo*, *fingo*. Eſt *Apicii* auctoris culinarii, *l. 2. c. 1.*

Plaſtes, m. πλάστης, fictor, figulus, qui figulinam artem exercet; qui vaſa, vel ſtatuas ex argilla conficit. *Plin. l. 35. c. 12.* Plaſtæ laudatiſſimi fuere Demophilus, & Gorgaſus. *Tertul. de Idololat. c. 3.* Plaſtes effingit idolum. Adde *Vellej. l. 1. c. 17.*

Plaſticator, oris, m. plaſtes. *Firm. l. 3. c. 16.* Inauratores, plaſticatores.

Plaſtice, es, f. 1. πλαστική, ars figlina, qua finguntur imagines ex argilla, a πλάσσω, ſeu πλάττω, *fingo*, *formo*. *Plin. l. 37. c. 7.* In ea, quam plaſticen Græci vocant.

Plaſticus, a, um, adject. vim fingendi habens, ut plaſtica manus. *Tertul. l. 2. ad Nation. c. 12.* Plaſtica ratio. *Vitruv. lib. 1. cap. 1.* h. e. plaſtice. ¶ Plaſtici abſolute iidem qui plaſtæ. *Jul. Firmic. l. 7. c. 25.* Faciet pictores, plaſticos, aurifices.

Platææ, f. 1. πλαταιαί, urbs olim Bœotiæ, apud Cithæronem M. Theſpiis proxime, inter Cithæronem, & Thebas. Apud hanc urbem Themiſtocles dux Athenienſium, & Pauſanias dux Spartanorum vicerunt Mardonium ducem Xerxis cæſis trecentis millibus peditum, & viginti millibus equitum, ideſt univerſis fere copiis Perſarum, quas illi Xerxes in regnum revertens reliquerat. *Cic. 1. Off. c. 18.* *Nepos 3. c. 2.*

Platæenſis, ſe, adject. a Platæis, ut Platæenſes, Platæarum incolæ. *Nep. 1. c. 5.* Platæenſe prœlium. *Id. 3. c. 2.*

Platæicus, a, um, Platæenſis. *Vitruv. l. 1. c. 1.* Platæicum prœlium.

Platalea, æ, f. *palettone*, avis, ut Platea, & Pellecanus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Legi etiam ſcriptum, eſſe avem quandam, quæ Platalea nominetur, eam ſibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ ſe in mare mergerent, quæ cum emerſiſſent, piſceſque cepiſſent, uſque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent id, quod ipſa invaderet. Eademque hæc avis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſque cum ſtomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ ſunt eſculenta. Hæc *Cicero*.

Plataninus, a, um, πλατάνινος, quod ex Platano eſt. *Col. l. 12. c. 16.* Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis ſemivietas uvas contegunt.

Plataniſta, æ, piſcis in Gange fluvio, delphino major. *Plin. l. 9. c. 15.*

Platano, onis, m. πλατανών, locus platanis conſitus. *Martial. l. 3. epigr. 19.* Exornant fictæ, qua platanone feræ. *Vitruv. l. 5. c. 11.* Silvæ, aut platanones.

Platanus, f. 2. *platano*, πλάτανος, arboris genus, quod umbræ tantum gratia expetitur, a πλατύς, *latus*. Hinc ab *Horat. l. 2. od. 15.* cœlebs dicitur, quia non ſolet adhiberi ad vites fulciendas, ut ulmus. *Cic. 1. de Orat.* Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quam illa, cujus umbram ſecutus eſt Socrates, quæ mihi videtur non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creviſſe. ¶ Legitur aliquando in quarta declinatione. *Virg. in Cul.* Nam primum prona ſurgebant valle patentes aeriæ platanus.

Platea, æ, f. *ſtrada larga*, *borgo*, Πλατεῖα, via lata, quæ fere militaris, Conſularis, Prætoria dicitur, a græca voce allata, in qua ſupplendum eſt ὁδός, *via*. Eſt enim adjectivum fœm. nominis πλατύς, *latus*. *Ter. Andr. 4. 5.* In hac habitaſſe Platea dictum eſt Chryſidem. ¶ A Poetis ſecunda etiam corripitur. *Horat. in ep. 2. l. 2. v. 69.* Puræ ſunt plateæ, nihil ut properantibus obſtent. ¶ Quandoque etiam capitur pro area in mediis ædibus, *cortile*. *Lamprid. in Heliog. c. 24.* Plateas in palatio ſtravit Lacedæmoniis, & porphyreticis ſaxis. ¶ Platea item, Πελεκᾶς, eſt nomen avis, quæ etiam dicitur platalea, & pellecanus, a πλατύς, *latus*, propter roſtri latitudinem, *palettone*. *Plin. l. 10. c. 50.* Platea nominatur advolans ad eas, quæ ſe in mari mergunt, & capita illarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat.

Plateſſa, æ, f. genus piſcis plani, & jacentis. *Auſon. ep. 4. v. 58.* molleſque plateſſæ.

Platice, es, πλατική, rudis alicujus rei diſpoſitio, *abbozzo*. *Jul. Firmic. l. 1. c. 11.* Nunc ad platicen revertamur.

Platice, adv. *rozzamente*. *Jul. Firm. l. 2. c. 16.* Primum platice oſtendi.

Platicus, a, um, adject. πλατικός, latus, laxus, ut platica diſpoſitio, *abbozzo*. *Jul. Firmic. l. 3. c. 2.*

Plato, onis, Πλάτων, philoſophus Athenienſis, ſic dictus ab humerorum latitudine, nam primis annis Ariſtocles eſt appellatus, teſtibus *Laertio*, & *Apulejo*. Filius fuit Ariſtonis, & Perictiones. Audivit Athenis Socratem: deinde in Italiam profectus Pythagoræ diſcipulus fuit. In Ægyptum quoque navigavit, ubi Moyſis libros legiſſe dicitur. Ariſtotelem habuit diſcipulum, quem poſtea, quod contra ſe ipſum doceret, mulum appellare ſolitus fuit. Vixit annos 81. teſte *Seneca*, & *Cicerone*, deceſſitque placidiſſime inter ſcribendum: alii ſcribunt in convivio quodam nuptiali diem obiiſſe. Tanta fuit ſapientiæ fama, ut divinus dictus, & habitus ſit. Errare mehercule (inquit *Cic. 1. Tuſc. c. 17.*) malo cum Platone, quam cum aliis vera ſentire. ¶ In recto caſu invenitur etiam *Platon*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 11.* Neſcis, qua ætate Hecuba ſervire cœpit, qua Crœſus, qua Diogenes, qua Platon ipſe?

Platonicus, a, um, adject. ad Platonem pertinens, ut Platonica ſublimitas. *Plin. l. 1. ep. 10.* Platonici philoſophi. *Gell. l. 15. c. 2.*

Platyceros, otis, πλατύκερως, animal quoddam latis cornibus. *Plin. l. 11. c. 37.*

Platycoriaſis, is, fem. pupillæ dilatatio, morbus equorum oculos infeſtans. *Theodor. Priſcian. l. 2. c. 29.* *Veget. l. 2. c. 16.*

Pla-

Platyophthalmus, i, πλατυόφθαλμος, lapis ſpumæ candidæ, nitentiſque, oculos dilatans. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Platyphyllon, i, πλατύφυλλον, genus tithymali latis foliis. *Plin. l.* 26. *c.* 8. *Apul. de herb. c.* 7. & 108.

Plaudo, is, ſi, ſum, n. 3. *applaudere*, ספק, Ger. *frolocken*, Gal. *frapper des mains*, *applaudir*, Hiſp. *hazer palmas*, *hazer applauſo*, κροτῶ, eſt manus inter ſe pulſando ſtrepitum facere, quod fieri ſolet, cum pro re bene geſta gratulamur, & lætitiam volumus oſtendere. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. Att. l.* 16. Populum Rom. manus ſuas non in defendenda Republ. ſed in plaudendo conſumere. *Idem Q. Fr. l.* 2. *ep.* 4. Diis plaudentibus. ¶ Vel cum dat. *Cic. Att. l.* 2. Qui Curioni ſtantes plauſerant. ¶ Item paſſive. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 44. Quod propter malum vicinum ne victoria quidem plauditur, ideſt, plauſu excipitur. Al. leg. *victoriæ quidem plauditur*. Nam etiam *plodo*, is dicitur. *Varr.* apud *Non. c.* 7. *n.* 85. In balneis plodere cœpimus, & murmurari. ¶ Item impersonaliter. *Cic. Att. l.* 2. Huic ita plauſum eſt, ut ſalva Repub. Pompeio plaudi ſolebat. ¶ *Plaudere ſibi*, eſt ſibi blandiri, & placere, ſua nimium amare. *Plin. epiſt.* 91. Nos ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quam de te ſcribo. ¶ *Plaudite*, verbum eſt addi ſolitum in fine comœdiarum. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres comœdiæ, tragœdiæque clauduntur, plaudite. *Hor. in Ar. v.* 155. Et uſque ſeſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. ¶ Ponitur etiam pro percutere, calcare. *Virg. in Cir.* Non Libyco molles plauduntur pectine telæ. *Id.* 6. *Æn. verſ.* 644. Pars pedibus plaudunt choreas, *h. e.* terram pedibus feriendo ſaltant. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 74. vitreaſque natatu Plaudit aquas.

Plauſibilis, & le, *n.* 3. *plauſibile*, *favorabile*, ἀποδεκτικόν, ἀρεστόν, quod placet, & plauſum meretur, populare, jucundum. *Cic.* 1. *pro Ver.* Id nunc poſcitur, id jam populare, atque plauſibile factum eſt. *Quintil. l.* 4. *c.* 31. *de oratione*. In aliquem lætum, atque plauſibilem locum, quam maxime poſſint, favorabiliter excurrere.

Plauſibiliter, adv. *plauſibilmente*. *Sidon. l.* 8. *ep.* 10. Amplum plauſibilius manifeſtat ingenium.

Plauſilis, le, adject. plauſibilis. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 14. Plauſilibus aliquem fovere ulnis.

Plauſito, as, n. 1. freq. a plaudo. *Auct. Philom. v.* 21. Plauſitat arborea clamans de fronde palumbes.

Plauſor, oris, m. *applauſore*, qui plaudit. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro.

Plauſtrarius, ii, m. opifex plauſtrorum. *Lamprid. in Alex. Sever. c.* 24. Linteonum, vitreariorum, plauſtrariorum, & cæterarum artium vectigal pulcherrimum inſtituit. ¶ Item qui plauſtrum regit. *Ulp. l. ſi ſervus*, §. *ſi ſum*, *ff. ad leg. Aquiliam*. Si ex plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plauſtrarium teneri placet.

Plauſtrum, i, n. *carro*, עגלה, Ger. *wagen*, Gal. *charriot*, Hiſp. *carro*, ἅμαξα, ὄχημα, currus, quo moles, atque onera feruntur, & convehuntur. *Cic.* 1. *de Div.* Se interfectum in plauſtrum a caupone eſſe conjectum. ¶ Veteres Comici in plauſtris fabulas agebant, & matronæ Athenienſes Eleuſina ſacra in plauſtris celebrabant. *Horat. in Art.* Dicitur in plauſtris vexiſſe poemata Theſpis. *Virg.* 1. *Georg.* Tardaque Eleuſinæ Matris volventia plauſtra. ¶ *De plauſtro loqui*, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, Græcum prov. eſt pro libere quemlibet taxare. Natum eſt a Poetis Comicis, qui de plauſtro perſonati Comœdias agebant, & non ſolum in alios Comicos, ſed etiam in potentiores cives, atque in Deos ipſos, pro libito dicebant, quæ vellent. *Eraſm. in Chiliad.* ¶ *Plauſtrum percellere*, aliud proverb. ſignificat res ſuas evertere, perturbare, tractum ab iis qui onuſtum plauſtrum evertunt. *Plaut. Epid.* 4. 2. 22. Perii, plauſtrum perculi. ¶ Plauſtrum item accipitur pro duobus ſignis ad Septentrionem, quas & *Urſas* appellamus. Conſtat enim utrumque ex quatuor ſtellis in quadrangulum diſpoſitis, quæ totidem rotarum ſpeciem referunt, & aliis tribus, quæ tribus equis currum trahentibus aſſimilantur. *Ovid.* 10. *Met.* Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Plauſus, us, m. *plauſo*, Ger. *frolockung*, Gal. *applaudiſſement*, Hiſp. *aplauſo*, κρότος, κρότημα, actus plaudendi. *Cic. de Sen.* Quibus cum e cuncto conſenſu plauſus eſſet multiplex datus. *Id. Attic. l.* 2. Plauſus impertire. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 26. Captare plauſus. ¶ Ponitur aliquando pro ſonora percuſſione. *Plin. de gallinaceis l.* 10. *c.* 21. Diem venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum plauſu laterum, ideſt alarum concuſſu.

Plauſus, a, um, percuſſus, motus, partic. a plaudor. *Virg.* 3. *Georg.* Et plauſæ ſonitum cervicis amare. *Ovid.* 14. *Met.* Et remos plauſis circumvolat alis.

Plautinus, a, um, adject. ad Plautum pertinens. *Horat. de ar. poet. v.* 270. Plautinos & numeros, & laudavere ſales. *Gell. l.* 3. *c.* 3. Plautiniſſimi verſus, h. e. abſque dubio auctorem Plautum habentes, non ſuppoſiti. ¶ *Plautina proſapia*, proverbium de iis, qui adeo obſcuro genere nati ſunt, ut eorum parentes qui ſint, ignoretur. Nam Plautus ſervili genere fuit, & in piſtrino vitam egit. *Minuc. Felix in Octav.*

Plautus, a, um, cui aures latæ, ac flaccidæ. *Feſt.* Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ ſunt, ac flaccidæ, et latius videantur patere. ¶ Alteram quoque hæc vox ſignificationem habet. Notat enim etiam eum, qui planis eſt pedibus. *Feſt.* Ploti appellati ſunt Umbri, pedibus planis quod eſſent. Unde ſoleas dimidiatas, quibus utuntur in venando, quo planius pedes ponerent, vocant ſemiplotia. Et ab eadem cauſa M. Accius Poeta, quia Umber Sarſinas erat, a pedum planitie, initio Plotus, poſtea Plautus cœptus eſt dici.

Plautus, m. a. olim Plotus, cognomen M. Accii Poetæ Umbri Sarſinatis, ita dicti a πλατύς, *latus*, propter pedum planitiem. Sed Ploti, & Plauti communiter omnes Umbri propter eam cauſam cognominati ſunt. *Feſt.* V. *Plautus*, *a*, *um*. Cum propter paupertatem molam in piſtrino verſaret, horis ſubſecivis, quibus ab eo liberæ otium erat, fabulas componebat, quas venditaret. *Gell. l.* 3. *c.* 24. Atque hæ fabulæ illæ ſunt, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Excelluit linguæ Latinæ puritate. *Cic. in Brut.* Cæteris Comicis præfertur ſententia multorum, præſertim *Varronis*, qui ait: Si Muſæ Latine loquerentur, Plautino ſermone loquerentur. Eſt plenus facetiis, & Latinorum omnium feſtiviſſimus. *Cic.* 1. *Off.* Mirifice gaudebat Comœdia illa ſua, quæ *Truculentus* inſcribitur. *Cic. de Sen.* Mortuus eſt P. Claudio, L. Porcio Coſſ. *Cic. in Brut.*

Plebecula, æ, f. δημίδιον, dimin. a plebs. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 11. Quod illa concionalis hirudo ærarii, miſera, & jejuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat.

Plebeius, a, um, *plebeo*, Ger. *der gemeinen volcks*, Gal. *vulgaire*, *du menu peuple*, Hiſp. *menudo*, *plebeyo*, δημοτικός, quod eſt ex plebe, vel ad plebem ſpectat. *Liv. l.* 6. *c.* 40. Duos plebejos fieri conſules liceat, duos patricios non liceat. *Id. l.* 29. *c.* 11. Ludi Romani ter, plebeo ſepties inſtaurati. *Aſcon. in proœm. in Verr.* docet, plebejos ludos fuiſſe, quos exactis regibus pro recuperata libertate fecerunt Romani, vel pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in montem Aventinum. ¶ Tranſlate, et metaleptice ſumitur pro vulgari, humili, abjecto. *Cic.* 1. *Tuſc.* Licet concurrant plebeji omnes Philoſophi (ſic enim ii, qui a Platone, & Socrate, & ab illa familia diſſident, appellandi videntur) non modo &c. *Id. l.* 9. *Fam.* Nonne plebejo ſermone agere tecum? *Id. pro Sext.* Purpura illa plebeia, ac pene fuſca. ¶ Item pro paupere, tenui. *Martial. l.* 13. *epigr.* 8. Imbue plebejas Cluſinis pultibus ollas. ¶ *Plebeji*, *ordo*, tertius Romani populi, infimuſque ordo. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 21. Ad patres cenſeo revertare: plebeji quam fuerint importuni, vides. V. *Plebs*.

Plebes, is, f. pro Plebe, is, fortaſſe a πλῆθος. *Lucan. l.* 7. *v.* 760. Capit impia plebes Ceſpite Patricio ſomnos. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 2. Atrata plebes, trabeati equites. Adde *Cic.* 3. *de Legib.* & *Salluſt.*

Plebicola, æ, com. δημοκόλαξ, qui plebem colit, & plebi ſervit. *Cic. pro Sext.* Qui, credo, non libidinis cauſa, ſed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Adde 2. *Agrar. c.* 31.

Plebiſcitum, i. ψήφισμα, γνώμη, ſtatutum plebis, ideſt id, quod Plebs ſuo ſuffragio, ſine Patriciis, & Senatoribus, Plebejo Magiſtratu interrogante, e. g. Tribuno, juſſit, a *Plebs*, & *ſciſco*, quod ſignificat decernere. Senatus enim cenſere, & auctor eſſe, Populus ſciſcere, & jubere ſolet. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. *c.* 5. *Cic. pro Domo*. Hoc Plebiſcitum eſt? hæc lex? hæc rogatio eſt? *Id.* 2. *Fin.* Quo Plebiſcito decreta a Senatu eſt Conſuli quæſtio Cn. Scipioni.

Plebitas, atis, f. conditio plebeja, ignobilitas. *Cato* apud *Non. c.* 2. *n.* 669. Propter tenuitatem, & plebitatem.

Plebs, ebis, f. *Plebe*, עם, Ger. *volck*, Gal. *peuple*, Hiſp. *pueblo*, πλῆθος, vulgus, vilior pars populi. Romæ plebs ea civitatis pars erat, quæ a Patribus diſtinguebatur, & differt a *populus*, quia populi nomine cives omnes veniebant, ſive patricii eſſent, ſive plebeji. *Capit.* apud *Gell. l.* 10. *c.* 20. *Salluſt. orat.* 2. *ad Cæſ. de rep. ordin.* In duas partes civitatem diviſam arbitror, patres, & plebem. *Liv. l.* 2. *c.* 56. Huic actioni gratiſſimæ plebi cum ſumma vi reſiſterent patres. ¶ Aliquando populus patricios tantum notat, plebs vero cæteros cives. *Cic. pro Mur. c.* 1. Ut ea res populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eveniret. ¶ Interdum plebs ſignificat infimos homines, pauperiores, & viliores. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 45. In Hircania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos. *Id. pro Mil. c.* 35. Plebs, & infima multitudo. ¶ Plebs interdum figurate de quocunque infimo cœtu dicitur. *Ovid. in Ibin*, *v.* 79. Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque. ¶ De uno tantum. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 59. Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint, Plebs eris. Ludit autem Poeta in celebri illa Populi Romani diviſione ſecundum cenſum, de qua *Auſonius*. Martia Roma triplex, equitatu, plebe, ſenatu: Quo ſenſu etiam *populus* pro plebe uſurpatur a *Mart. l.* 8. *ep.* 15. Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus. De hac porro civitatis Romanæ diviſione V. *Sigon. de ant. Jur. Civ. Rom.* ¶ In plurali numero. *Colum. l.* 9. *c.* 11. Duas, vel tres plebes. *Auguſtin. ep.* 166. Recedite a plebibus noſtris. ¶ Legitur & *plebes* apud *Plin.* in genit. & dativo, pro *plebis*, & *plebi*, vetere ſcribendi more. *Plin. l.* 10. *c.* 43. Tanta plebei conſternatione, ut &c. *Id. l.* 11. *c.* 11. *de apibus*. Domos primum plebei exædificant, deinde regibus.

Plectibilis, le, adject. plecti dignus. *Sidon. l.* 5. *ep.* 6. Plectibilis invidia. *Id. ibid. ep.* 13. Et quoniam nemo ferme eſt, qui plectibilibus careat occultis, h. e. criminibus. Alii leg. *prolectibilibus*, h. e. malis illecebris, a *prolecto*, as.

Plectilis, & le, n. 3. πλεκτός, quod plexum eſt. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 37. Pro inſigni ſit corolla plectilis. *Prudent. Apotheoſ. præfat.* 2. *v.* 23. Sillogiſmi plectiles.

Plecto, is, ſine præt. & ſup. a. 3. *percuotere*, πλήσσω, ferio, percutio, a πλάκτης, *percuſſor*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. Tergo plector enim. *Ter. Phorm.* 2. 4. 42. Tu jam lites audies, ego plectar pendens. ¶ Per Synecdochen ponitur pro punire, ſupplicio afficere. *Cic. de Off.* Multis in rebus negligentia plectimur. *Id.* 3. *Leg. c.* 20. Plecti capite. *Nepos* 25. *c.* 11. Cavit, ne qua in re jure plecteretur.

Plecto, is, a. 3. *unire*, *congiungere*, πλέκω, necto, implico, texo, a verbo Græco allato. *Auctor. Paneg. ad Piſones*, *v.* 169. Mobilitate pedum celeres ſuper agbibus orbes plectis. Al. leg. *flectis*. *Hieronym. ad Ruſtic. Monachum*. Vel fiſcellam texe junco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus. ¶ Particip. *Plexus* V. ſuo loco.

Plectripotens, tis, adject. poeticæ, & muſicæ peritus. *Sidon. in metro epiſt.* 11. *l.* 9. Flaccus lyrico Pindaricum ad melos Frænis flexit equos plectripotentibus.

Plectrum, i, n. *plettro*, Ger. *fiedelboge*, Gal. *archet*, Hiſp. *plectro*, πλῆκτρον, inſtrumentum citharœdi, quo ab illo fides, ſive chordæ percutiuntur, a nomine Græco allato, quod a πλήσσω, *ferio*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere. ¶ A Poetis fere uſurpatur pro lyra ipſa, item pro ipſis carminibus. *Tibul. l.* 3. *el.* 4. Plectro modulatus eburno. *Horat. l.* 2. *od.* 13. Et te ſonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. ¶ Plectra linguæ titubantia afferunt quidam Lexicographi ex *Sueton. in Claud. c.* 30. ſed ibi pro *plectra* legendum eſt *præterea*. ¶ Eſt etiam plectrum navis gubernaculum, vel ipſius gubernaculi ſumma pars. *Sil. l.* 14. *v.* 549. Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ Parcitur, & *v.* 403. Deduxit telum, & reſidentis puppe magiſtri Affixit plectro dextram.

Pleiades, dum, f. *le Pleiadi*, *le Gallinelle*, πλειάδες, ſeptem filiæ Atlantis, ex Pleione Nympha, nempe Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Aſterope, Taygete, Merope, quæ in cœlum tranſlatæ, & ante genua Tauri collocatæ finguntur. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 105. Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiades Atlanteas Senſerat? ¶ Dictæ ſunt ἀπὸ τοῦ πλεῖν, ideſt a navigando, quia exortu ſuo indicant tempus navigationi idoneum. Alii dictas putant, quaſi πλειάδες, quod nunquam ſingulæ appareant, ſed fere omnes ſimul, præter Meropen, quæ vix cernitur. Cauſa hujus rei affertur, quod, cum reliquæ ſorores Diis nupſiſſent, Maja, Electra, & Taygeta Jovi, Halcyone, & Celæno Neptuno, Aſterope Marti, ſola Merope mortali viro Siſypho nupſit: quam ob cauſam veluti pudibunda lateat. Sed aliorum opinio eſt, hanc eſſe Electram matrem Dardani, & ideirco obſcuriorem videri, quod excidium Trojæ ſpectare non potuerit, ſed oculis manum oppoſuerit. *Ovid* 4. *Faſt.* A Latinis appellantur Vergiliæ, a veris temporis ſignificatione, quod indicant, dum in noſtro hemiſphærio oriuntur. Nam vere exoriuntur, & circa æquinoctium earum ortus matutinus eſt. *Hygin. in Aſtron. Poet.* Inter hujus Tauri ſectionem, & caudam Arietis ſtellæ ſunt, quae noſtri Vergilias, Græci πλειάδας dixere. ¶ Hæc dictio aliquando fit tetraſyllaba. *Propert. l.* 3. *el.* 5. *v.* 35. Pleiadum denſo cur coit igne chorus? ¶ Aliquando ex diphthongo ει Poetæ abjiciunt e, & dicunt *Pliades*. *Stat. l.* 1. *Sylv.* 3. *v.* 95. Nec & per Ægæas Hyadas, Pliadumque nivoſum Sidus. ¶ In ſingulari numero. *Id. l.* 1. *Silv.* 6. *v.* 22. Terras obruit aut ſoluta Plias. *Virg.* 4. *Georg. v.* 233. Pleias, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes. ¶ *Ovid.* triſyllabum facit, 1. *Metam. v.* 670. Pleias enixa eſt, lethoque dat imperat Argum.

Pleione, es, fem. *g.* Πληιόνη, Nympha, filia Oceani, & Tethyos, uxor Atlantis, ex quo Pleiades ſuſcepit. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 83. Hinc ſata Pleione cum cœlifero Atlante.

Plemmyrium, neut. 2. *Maſſa Oliveri*, Πλημμύριον, promontorium Siciliæ, in Ora Orientali, apud Anapi fl. oſtium, cum fl. cognom. Fortaſſe dictum eſt quaſi undoſum, ut vocatur a *Virg.* 3. *Æn. v.* 693. a πλημμυρέω, *exundo*,

Digitized by Google

exundo, vel a πλημμύρα, *maris æſtuantis acceſſus*, quod maris fluctibus alluitur. Sed aliqui putant, undoſum eſſe epithetum fluvii.

Plene, adv. *pienamente*, [Greek illegible], perfecte, cumulate, abundanter. *Cic.* 1. *Offic.* Quoniam vivitur non cum perfectis hominibus, planeque ſapientibus. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. Ubi plenius æquo laudat venales, qui vult extrudere, merces. *Cic.* 4. *Fin. c.* 6. E quibus pleniſſime Polemo ſecundum naturam vivere ſummum bonum eſſe dixiſſet.

Pleniluṅium, ii, n. *plenilunio*, πανσέληνος, oppoſitio Lunæ, & Solis, cum Luna Soli ex diametro oppoſita tota ab illo illuminatur, tempus illud, cum Luna quintadecima, & rotunda eſt. *Plin. lib.* 18. *c.* 32. Cum vero occidente Sole oritur ex adverſo, ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. *Col. l.* 11. *c.* 2. Ut pridie, quam plenilunium ſit, fabam ſpargas.

Plenitas, atis, f. *pienezza*, plenitudo. *Vitruv. l.* 8. *c.* 2. Propter plenitatem, & gravitatem. Adde *l.* 5. *c.* 9. ubi in plurali num. uſurpat.

Plenitūdo, inis, f. *pienezza*, πλήρωμα, perfectio. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 20. Ut longitudo, aut plenitudo harum multitudinem alterius aſſequatur, & æquet. ¶ Sumitur etiam pro corpulentia, ſive craſſitudine. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Homo creſcit in longitudinem ad annos uſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem.

Plenus, a, um, *pieno*, מלא, Ger. *voll*, Gal. *plein*, Hiſp. *lleno*, πλήρης, μεστός, integer, perfectus, refertus, in quo nihil vacui eſt, a πλέος, vel a πλήρης, quæ idem notant. Conſtruitur vel abſolute. *Plaut. Stich.* Propino tibi ſalutem plenis faucibus. *Cic. pro Mil. c.* 9. Sed ut haberet ad Præturam gerendam, hoc eſt ad evertendam Remp. plenum annum, atque integrum. ¶ Vel cum gen. *Cic. pro Leg. Man.* Portus Caietæ pleniſſimus navium. ¶ Vel cum abl. *Cic. l.* 16. *Fam.* 14. Habui noctem plenam timoribus, ac miſeriis. Alii tamen leg. *timoris*, ac *miſeriæ*. *Id. Att. l.* 3. *ep.* 14. Ex tuis literis plenus ſum expectatione. *Liv. l.* 26. *c.* 42. Urbem omni bellico apparatu plenam. ¶ Ponitur aliquando pro divitiis onuſto. *Cic.* 4. *Verr.* Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, &c. ¶ *Plena manu facere*, vel dare, eſt ample, copioſe. *Cic. Att. l.* 2. *ep. ult.* At hercle alter tuus familiaris Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit! ¶ Pleno gradu ingredi dicuntur, qui magno ſtudio rem aliquam aggrediuntur, cui opponitur, Summo pede ingredi, hoc eſt leviter rem aliquam attingere. *Trebon. Cic. l.* 12. *ep.* 16. Illum paratum, ut video, & ingreſſum pleno gradu cohortari non intermittemus. ¶ Plenus in dicendo eſt, qui copioſe dicit, cui opponitur jejunus. *Cic.* 2. *de Orat.* Qui ductus opinione vulgi aut Antonium jejuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet. ¶ Plena pro gravida. *Plaut. Amph.* 2. 2. 49. Et cum te gravidam, & cum pulchre plenam aſpicio. *Ovid.* 10. *Met. v.* 469. Plena patris thalamis excedit. *Feſtus*: Plena ſue Telluri ſacrificare. ¶ Pleno ore laudare, eſt valde laudare, *a piena bocca*. *Cic.* 1. *Offic.* Quæ magno animo geſta ſunt, ea neſcio quomodo, quaſi pleniore ore laudamus. ¶ Pleni a medicis dicuntur qui pingues ſunt. *Cic. l.* 2. *de Div. c.* 60. Medici ex quibuſdam rebus intelligunt nonnullas valetudinis ſignificationes, pleni, enectine ſimus, &c. ¶ Plenus aer, h. e. craſſus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 6. Quibuſdam regionibus contingere videmus, hebetiora ut ſint hominum ingenia propter Cœli pleniorem naturam. ¶ Ad plenum, *pienamente*, plene, penitus. *Horat. lib.* 1. *od.* 17. Manabit ad plenum benigno ruris honorum opulenta cornu. *Virg. Georg.* 2. *v.* 244. dulceſque a fontibus undæ Ad plenum calcentur. ¶ *In plenum*, univerſim, omnino. *Plin. l.* 16. *c.* 40. In plenum dici poteſt.

Pleonaſmus, m. 2., πλεονασμός, abundantia, redundantia, vitium Grammaticale, cum ſupervacaneis verbis oratio oneratur, ut Ego oculis meis vidi, Sic ore locuta eſt. Nam *oculis meis*, & *ore*, ſuperflua ſunt. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. ¶ Sed vox Græca eſt, & Græcis literis ſcribenda.

Pleriſmus. V. Plerus.

Plerique, pleræque, pleraque, num. plur. *molti*, *la maggior parte*, οἱ πολλοί, πάμπολλοι, multi, major, vel maxima pars. *Cic.* 1. *de Orat.* Eſt magni laboris, quem plerique fugimus. *Id.* 1. *Acad.* Ut dies pleroſque duceret. *Id.* 1. *de Invent.* Pleraque viribus corporis adminiſtrabant. *Id. in Tuſc.* Pleræque quæſtiones. ¶ Interdum additur adject. *omnes*. *Terent. Andr.* 1. 1. 28. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, *quaſi tutti*. *Nepos in Eumen. c.* 12. Cum plerique omnes admirarentur. V. *Donat. ad loc. cit. Ter.* & *Scalig. l.* 7. *Poet. cap. ult.* ¶ Interdum etiam uſurpatur in ſing. num. *Salluſt. in Jug. c.* 79. Qua tempeſtate Carthaginienſes pleræque Africæ imperitabant. *Gell. l.* 4. *c.* 8. Ita in pleraque hiſtoria ſcriptum eſt. ¶ Videtur etiam quibuſdam, interdum uſurpari pro nonnullis. *Quintil. l.* 6. *c.* 5. Videas pleroſque ira percitos exclamantes, ne judex audiet contrarium eſſe, quod admoneatur.

Plerōma, atis, n. πλήρωμα, plenitudo, complementum: vox Græca, quam uſurpat *Tertul. de Præſcriptionib. c.* 49.

Pleropīcus, a, um, *ſupplito*, *aggiunto per compire qualche coſa*, ſuppletus; a πληρόω, impleo. *Frontin. de Colon.* apud *Goeſ. pag.* 131. Plebe deficiente, aliis paucioribus ager eſt aſſignatus terminis pleropicis.

Plerumque, adv. *il più delle volte*, ἐπὶ πολύ, fere. *Cic. in Bruto*. Cadit etiam plerumque numeroſe. *Id.* 2. *Div.* Plerumque, non ſemper quæ eveniunt, fortuita ſunt. ¶ Uſurpatur interdum cum genitivo, more ſubſtantivi. *Liv. l.* 45. *c.* 9. Per Europæ plerumque, atque Aſiam omnem, *per la maggior parte dell' Europa*. *Salluſt. in Jug. c.* 21. Ubi plerumque noctis proceſſit. ¶ Videtur etiam poni pro nonnunquam, interdum, *alle volte*. *Quintil. Declam.* 15. Exeuſſe ſunt plerumque languentium verberibus, redemptaque debilitate vitia. Adde *Ulp. l. Falſus, Dig. de furt.*

Plerus, a, um, adject. antiquum. *Pacuv.* apud *Feſtum*. Periere Danai, plera pars perfundata eſt, h. e. major pars, plerique. *Cic.* 3. *Leg. cap.* 4. *leges veteres referens*. Minores magiſtratus, partiti juris, plures in plera ſunto. Al. leg. *præſto*. ¶ Superl. *pleriſmus*. *Gel. l.* 4. *c.* 19. Pleriſmo cibo uti. Al. leg. *plurimo*. ¶ Plerus Græce πλέος, plenum ſignificat, quo ſenſu *Cato in Originib.* apud *Priſcian. l.* 1. Agrum, quem Volſci habuerunt, campeſtris plerus Aboriginum fuit. V. *Pletus*.

Pleruſque. V. Plerique.

Pletus, a, um, nom. ex particip. a *pleo* inuſit. idem quod plenus, *pieno*. *Lucret. l.* 2. *v.* 631. Sanguine pleti. Al. leg. *fleti*. h. e. reſperſi. *Id. l.* 6. *v.* 1201. Corruptus ſanguis pletis ex naribus ibat. Al. leg. *pleris*.

Plevitas, atis, fem. ignobilitas, apud vet. quaſi plebitas, a *plebs*, *b* in *u* tranſeunte. *Cato* apud *Non. c.* 2. *n.* 619. Propter tenuitatem, & plevitatem. *Hemina ibid.* Quicunque propter plevitatem agro publico ejecti ſunt.

Pleuricus, a, um, adject. πλευρικός, *laterale*, ut pleurici termini, apud *Frontin. de Coloniis*.

Pleuriticus, a, um, πλευριτικός, qui pleuritidem patitur. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Datur & pleuriticis, & peripneumonicis.

Pleurīſis, is, f. morbus, idem quod pleuritis. *Prudent. in Romano*, *v.* 484. Mucrone quanto dira pulſat pleuriſis.

Pleurītis, idis, f. *mal di punta*, πλευρῖτις, lateris dolor acutus, ac pungens cum febre aſſidua, ſpirandi difficultate tuſſi, ſputo citius, vel tardius ſubſequente, orte ab inflammatione pleuræ, ſeu membranæ coſtas ſuccingentis, ob ſanguinis biliosi efferveſcentis impeditum per venas ibidem refluxum. Tunc enim inter membranam, & coſtas ſanies colligitur, & apoſtema generatur. Eſt a πλευρά, vel πλευρόν, latus. *Cæl. Aurel. l.* 2. *c.* 13. Serenus Sammonicus auctor eſt, vulgo quoque telum appellari, quia tali inſtar membranam pungat. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Graveſdo, tuſſis, pleuritis, phthiſis. ¶ Sunt etiam pleuritides *i regiſtri dell' organo, che non entrano nel ſommiero, e voraue, ed aprono le diverſe claſſi delle canne per mutar la voce*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13.

Pleuron, n. 2. *Bozichiſtron*, opp. mediterr. Ætoliæ, ad Evenum fl. proximum Calydoni, patria Meleagri. *Plin. l.* 4. *c.* 2.

Pleuronius, a, um, adjectiv. a Pleurone oppido, ut Agmen Pleuronium. *Ovid.* 14. *Metam. verſ.* 494. ¶ Pleuronia, æ, ipſa Ætoliæ regio. *Auſon. Epitaph.* 10.

Plexus, us, maſc. colligatio, implexus. *Manil. l.* 5. *v.* 145. tortos in plexum ponere crines.

Plexus, a, um, nom. ex particip. a plecto, *intrecciato*, implexus, colligatus, ἐμπεπλεγμένος. *Lucret. l.* 5. *v.* 1398. caput plexis redimere corollis. *Id. l.* 4. *v.* 623. plexis foramina linguæ.

Plias, adis, f. una ex Pleiadibus, πλειάς. *Stat. l.* 1. *Silv. ult. v.* 11. Non tantis Hyas inferius nimbis Terras obruit, aut ſoluta Plias.

Plicatĭlis, & le, n. 3. *pieghevole*, πλεκτός, quod plicatur, aut plicari poteſt. *Plin. l.* 10. *cap.* 29. Upupa criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque per longitudinem capitis. ¶ *Navis plicatilis*, eſt navis facta ex corio, quæ complicata circumfertur ad trajiciendos amnes. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Ubi Æthiopum convenerunt naves. Namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum eſt.

Plicatūra, æ, f. *piegatura*, actus plicandi. *Plin. l.* 7. *c.* 31. *de ſignis morbis*. Straguli veſtis plicatura.

Plico, as, a. 1. *piegare*, כפל, Germ. *falten*, Gall. *plier*, Hiſpan. *doblar*, πλέκω, plecto, veluti rugas facio, a verbo Græco allato. *Lucret. l.* 6. *v.* 826. Ideo faſtigia poſſe ſurarum, ac feminum pedibus fundata plicari. *Martial. l.* 4. *epigr.* 83. Plicare chartam. *Virg.* 5. *Æn. v.* 279. ſeque in ſua membra plicantem. ¶ In compoſitis quibuſdam habet præteritum *ui*, *itum*, in quibuſdam *avi*, *atum*. Simplicis vero *plico* exempla in præterito nondum vidimus.

C. Plinius Secundus, Civis Veronenſis, Philoſophiæ Naturalis ſcientia, & omni genere doctrinarum inſignis, vixit temporibus Veſpaſiani Imp. cujus etiam negotia adminiſtravit. Noctibus, & ſubſicivis horis ſcripſit 37. libros de Rerum natura, qui adhuc extant, unus omnium parciſſimus temporis. Periit in Veſuvii M. incendio, dum ejus cauſam indagare cupit. Ejus vitam diligentius narrat C. Plinius Cæcilius ejus ſororis Filius, l. 3. ep. 5. & l. 6. ep. 16. ¶ C. Plinius Cæcilius ex Novo Como, natus ex ſorore C. Plinii Secundi, ut diximus, ſcripſit Epiſtolas, & Panegyricum in laudem Trajani Imp. quem ex præſente dixit, in quo gratias egit, quod ab illo Conſul factus eſſet. Hæc etiam opera uſque in hodiernam diem ſervata ſunt. ¶ Plinius Valerianus medicus Empiricus ſcripſit libros quinque de re medica, quos quidam olim Plinio Secundo perperam tribuerunt. Floruit paulo ante Conſtantini M. tempora. Ex quibuſdam Inſcriptionibus viri docti colligunt, ipſum quoque patria Comenſem fuiſſe.

Plinthigonius, ad latera habens angulos. *Vitruv. l.* 10. *c.* 17.

Plinthis, idis, f. plinti baſis, ut exponit *Philander* apud *Vitruv. l.* 3. *c.* 2. V. *Bald. in Lex. Vitr.* ¶ Apud Gromaticos eſt ſpatium agri conſtans ex jugeribus quingentis, & quinquaginta, al. quinque millia, & quinquaginta, per ſex millia pedum quinquaginta limitibus incluſum. *Hygin. de limitib.*

Plinthium, ii, n. lacunar. Ita uſurpat & exponit *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. Plinthium, inquit, ſive lacunar, quod in Circo Flaminio eſt poſitum.

Plinthos, i, f. πλίνθος, laterem ſignificat, apud *Vitruv. l.* 3. *c.* 3.

Pliſthĕnes, is, m. Πλεισθένης, filius Pelopis, & Hippodamiæ, nepos Tantali primi, frater Atrei, Thyeſtis, & Lyſidices. Filios duos habuit, Agamemnonem, & Menelaum, quos moriens Atreo fratri commendavit, qui ab illo inſtar filiorum educati ſunt. Quare progreſſu temporis, memoria Pliſthenis ſublata, filii Atrei habiti ſunt, & appellati Atridæ. *Bocc. l.* 12. *Gen.* ¶ Pliſthenes alter, filius Thyeſtis ex uxore Atrei, qui cum fratribus Tantalo, & Harpagyge, ob Atreo interfectus, & patri epulandus appoſitus eſt. *Sen. in Thyeſt. a.* 4. *ſc.* 1. *Bocc. l.* 12. *Gen.*

Pliſthenius, a, um, adject. ad Pliſthenem pertinens, ut Pliſthenius tor, h. e. Agamemnon. *Ovid. de remed. v.* 778.

Pliſtolochia, æ, πλειστολοχία, herba ex aristolochiarum genere. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Plodo, idem ac plaudo. V. *Plaudo*.

Plorabĭlis, le, adject. fletu dignus, lugubris. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 34. Vatum & plorabile ſi quid. *Claud. in Eutrop. l.* 1. *v.* 261. Verbaque ſonat plorabile quiddam.

Plorabundus, a, um, ploranti ſimilis, vel qui multum plorat. *Plaut. Aul.* 2. 4. 38. Homo ad Prætorem plorabundus devenit. Al. leg. *deplorabundus*.

Plorātor, oris, m. οἰμωκτής, qui plorat. *Martial. l.* 14. *ep.* 54. Si quis ploratur collo tibi vernula pendet.

Plorātus, us, m. *grido*, *pianto*, κλαυθμός, actus plorandi, clamor cum fletu. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 8. *ex Poeta*: Heu virginalem me ore ploratum edere. *Liv. l.* 29. *c.* 17. Omnia mulierum ploratibus ſonant.

Plōratus, a, um, partic. a ploro. *Stat. l.* 5. *Sylv.* 3. *v.* 164. Quos Veneri plorata domus, neglectaque tellus, &c. *Ovid. l.* 1. *de art. am. v.* 75. Venere ploratus Adonis.

Ploro, as, avi, atum, n. 1. *gridare piangendo*, בכה, Ger. *weinen*, Gall. *pleurer*, Hiſp. *llorar*, κλαίω, proprie ſignificat plorans inclamare, cum quodam vociferari, teſte *Feſto*, qui affert in hanc rem illud fragmentum ex legibus Ser. Tullii: *Si parentem puer verberit, aſt olle ploraſſit*, &c. Hinc differt a *lacrimari*: addit enim præter lacrimas clamorem ſtridulum. *Senec. ep.* 63. Nec ſicci ſint oculi, amiſſo amico, nec fluant: lacrimandum eſt, non plorandum. *Cic. pro Dom. c.* 21. *in fin.* Senatum pro eo plorare, & ſupplicare prohibuerunt. *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 54. Aut ciſtam effractam, & ſubducta viatica plorat, *h. e.* queritur. *Id. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 9. Ploravere, ſuis non reſpondere favorem Speratum meritis.

Ploſus, oris, m. idem quod plauſus, quemadmodum *ploſtrum* pro *plauſtrum* dicitur. *Sidon. ep.* 25. *l.* 4. Ploſoribus ſuis prædæ eſſe. *Id. carm.* 9. *v.* 300. Ploſores cui ſolgidam Quirites ſtatuam locarunt.

Ploſtellum, i, n. 2. ἁμάξιον, dim. a *ploſtrum*. *Varro l.* 1. *R. R. c.* 52. Ploſtellum Pœnicum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 247. Ploſtello adjungere mures.

Ploſtrarius, a, um, ad ploſtrum pertinens. *Cato R. R. c.* 11. Aſinos ploſtrarios duos.

Ploſtrum, i, n. 2. idem ac plauſtrum, apud vet. *Au* in *o* abit, quomodo a *clauſtrum* eſt *cloſtrum*. *Col. l.* 6. *c.* 2. Poſt ejuſmodi experimenta vacuo ploſtro ſubjungendi. Adde *Caton. R. R. c.* 2.

Plotæ, arum, f. duæ inſulæ maris Jonii, quæ & Strophades dictæ. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Plotia lex, qua peregrinis prohibebatur acceſſus ad Romanam civitatem, commemoratur a *Cic.* 8. *Fam. ep.* 8. & alibi.

Plotiānus, a, um, adject. ad Plotium pertinens, ut Plotiana bona. *Cic.* 13. *Fam. ep.* 8.

Plotīnus, maſc. n. Πλωτῖνος, inſignis Academicæ ſectæ Philoſophus, Ægyptius natione, ex urbe Lyco, vel Lycopoli, diſcipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, temporibus Galieni, Taciti, & Probi. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morboque ſacro obnoxius. *Suid.*

Plo-

Plocius, maſc. 2. vir Gallus, patria Lugdunenſis, Rhetor inſignis. Floruit Romæ tempore Ciceronis, a quo & ipſe, & Quinctus ejus frater Latinas literas edoctus fuit. *Cic. de Orat. Quinctil. l. 2. c. 4.*

Plotus. V. Plautus.

Ploxĕmum, i, n. capſa in ciſio. *Feſtus.* Eſt vox Gallica. *Quintil. l. 1. c. 10.* dicit, a Catullo circa Padum inventum eſſe. *Catul. epigr. 96.* (al. 98.) Gingivas vero ploxemi habet veteris. Aliqui putant, hoc loco eſſe nomen proprium viri. ¶ Scribitur etiam *Ploximum.*

Pluit, ebat, pluit, vel pluvit, imp. 3. *piovere*, המטיר, Germ. *es regnet*, Gal. *il pleut*, Hiſp. *llover*, βρέχει, eſt imbrem decidere, a πλύω, *lavo*, vel potius eſt a βλύω, vel βλύζω, *ſcaturio.* Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 43.* Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt a pluendo. ὕειν enim eſt pluere. *Plaut. Men. prol. v. 63.* Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat. ¶ Vel cum nominativo rei, quæ pluendo decidit. *Virg. 4. Georg.* Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. *Stat. l. 8. Theb.* Saxa pluunt. ¶ Vel cum ablat. *Liv. l. 36.* Tarracinæ, & Amiterni nuntiatum eſt aliquoties lapidibus pluiſſe. ¶ Aliqui etiam exiſtimant, conſtrui cum accuſativo. *Liv. l. 40. c. 19.* In area Volcani, & Concordiæ ſanguinem pluit. Sed aliqui codices habent *ſanguine.* ¶ Tranſlate *Stat. l. 1. ſilv. ult.* Jam bellaria adorea pluebant. ¶ Paſſive *Apul. in Floridis.* Totum iſtud ſpatium, qua pluitur, & ningitur.

Pluma, æ, f. *piuma*, נוצה, Ger. *feder*, Gal. *plume*, Hiſp. *pluma*, πτίλον, penna exigua, & mollis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Pluma alias, alias ſquama videmus obductas. *Plaut. Men. 3. 2. 22.* Homo levior, quam pluma. ¶ *Juven. ſat. 1.* Penſilibus plumis vehi, h. e. lectica plumis farcta. ¶ Tranſlate *Horat. l. 4. od. 10.* Inſperata tuæ cum veniet pluma ſuperbiæ, h. e. cum ſenior factus fueris.

Plumarius, ii, ſubſt. ὑφάντης, qui acu pingit, a *pluma*, quia clavos, patagia, ſegmenta, ſcutulas, teſſellas veſtibus ſuperaſſuendo plumas avium refert. *Turneb. l. 11. c. 25.* Sed *Nicol. Pullorus in Miſcellaneis ſacris* plumarios dictos arbitratur eos, qui ex plumis avium verſicoloribus opera mira elaborant. Vide, quæ de plumariis *Scaliger in Euſebianis Animadverſionibus* annotavit. *Varro apud Non. c. 2. n. 716.* Etenim nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene judicare, quid ſit bene pictum a plumario, aut textore in pulvinaribus plagis. *Vitruv. l. 6. c. 7.* Plumatorium textrinæ, picturumque officinæ. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Plumatĭlis, & le, o. 3. πτιλωτός, quod eſt ex pluma, ſeu quod inſtar plumæ avium acu pictum, vel textum eſt. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Cumatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum. Ubi *Nonius c. 14. n. 22.* plumatile exponit alavatum, aut ex plumis factum.

Plumātus, a, um, *piumato*, πτερωτός, plumis tectus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 44.* ex *poeta.* Extremam nitens plumato corpore Corvus roſtro tundit. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod acu pictum, item pro eo, quod aliis rebus, ac præſertim variis figuris intertextum eſt. *Lucan. l. 10. v. 125.* Pars auro plumata nitet.

Plumbāgo, inis, f. *piombaggine*, μολύβδαινα, genus metalli, plumbi, & argenti ſimul naturam referens. *Plin. l. 34. c. 18.* ¶ Item talis metalli color. *Plin. l. 37. c. 5. de gemmis:* Frequens & iis plumbago, hoc eſt, ut in Sole plumbei videantur. ¶ Item genus herbæ. *Plin. l. 25. c. ult.* Naſcitur vulgo molybdæna, ideſt plumbago, etiam in arvo, folio lapathi, craſſa radice, hiſpida. Hac commanducata ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitii, ex oculo tollitur.

Plumbārius, a, um, μολυβδικός, quod ad plumbum pertinet. *Plin. l. 34. c. 18.* Pſimmythium quoque, hoc eſt ceruſſam plumbariæ dant officinæ. ¶ Plumbarius, ſubſtant. qui opera ex plumbo facit. *l. ult. Dig. de Jur. immunit.* Plumbarii, ferrarii, lapidarii.

Plumbātæ, arum, f. *piombate*, μολυβδίδες, pilæ plumbeæ, quas veteres peregrino vocabulo martiobarbulos vocabant, a quo & milites, qui his utebantur, martiobarbuli appellati ſunt. *Veget. de re milit. l. 1. c. 17.* Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulas vocant, eſt tradenda junioribus.

Plumbatūra, æ, f. *impiombatura*, Ger. *lohtig*, Gal. *ſoudure de plomb*, Hiſp. *emplomadura*, μολύβδωσις, ferruminatio, & quæcunque conjunctura plumbo facta. *Caſſius apud Paul. l. in rem actio, ff. de rei vindic.* Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura non efficit.

Plumbātus, a, um, adject. qui eſt ex plumbo, ut plumbata jacula, apud *Solin. c. 46.* plumbatæ ſagittæ. *Plin. l. 10. c. 33.*

Plumbĕus, a, um, *di piombo*, Ger. *bleyern*, Gal. *de plomb*, Hiſp. *de plomo*, μολύβδινος, quod ex plumbo eſt. ¶ Nummus plumbeus ponitur pro minima pecunia, & vili. *Plaut. Trin. 4. 2. 120.* Cui, ſi capitis reus ſiet, nummum numquam credam plumbeum. ¶ Plumbea vina dicuntur inſipida, nullius pretii. *Martial. l. 10. ep. 48.* Quiſquam plumbea vina volt in auro? ¶ Plumbeum Auſtrum vocat *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 18.* quia humido ſtatu gravedinem corporibus inducit. ¶ Plumbeus pugio, tranſlate eſt frigidum argumentum. *Cic. 4. Fin. c. 18.* O plumbeum pugionem! ¶ Plumbeo jugulare gladio, eſt futili, levique argumento convincere. *Cic. Att. l. 1. ep. 2.* Cum illum plumbeo gladio jugulatum iri tamen diceret. ¶ Plumbeus color, eſt color plumbum referens, qualis apparet in iis, qui ictero nigro laborant. *Plin. l. 11. c. 52.* Igitur vitæ brevis ſigna, raros dentes, plumbeum colorem. ¶ Plumbeus homo dicitur de obtuſo, & ſtupido. *Ter. Heaut. 5. 1. 5.* In me quidvis harum rerum convenit, quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. *Cic. 1. Tuſc. c. 29.* Niſi plane in phyſicis plumbei ſimus. ¶ Plumbeæ iræ, ſunt graviſſimæ, & quæ diu inſident pectoribus. *Plaut. Pœn. 3. 6. 18.* Siquid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt. ¶ Plumbea Nicerotiana, h. e. vaſa plumbea plena odoramentis a Nicerote unguentario confectis, apud *Martial. l. 6. ep. 55.* ¶ Plumbea, æ, pro plumbea pila. *Spartian. in Severo, c. 21.* Mortuus ictu plumbeæ.

Plumbo, as, a. 1. *impiombare*, Ger. *mit bley loeten*, Gal. *plomber*, Hiſp. *plomar*, μολυβδόω, ferrumino, vel plumbo conglutino. *Plin. l. 34. c. 17.* Neque argentum ex ſtanno plumbatur. Adde *Caton. de R. R. c. 21.*

Plumbōſus, a, um, quod plurimum plumbi habet admixtum. *Plin. l. 34. c. 18.* Quantoque minus plumboſa, friabilis, & modice gravis. *Id. l. 33. c. 6.* Fex ejus intelligitur plumboſiſſima.

Plumbum, i, *piombo*, עופרת, Ger. *bley*, Gal. *plomb*, Hiſp. *plomo*, μόλυβδος, μόλιβδος, genus metalli. Duplex eſt ſecundum *Plin. l. 34. c. 16.* album, & nigrum. Sed album ſpeciali nomine dicitur ſtannum. *Hor. l. 1. carm. od. 35.* Nec ſeverus uncus abeſt, liquidumque plumbum. ¶ Eſt & plumbum genus vitii in oculis. *Plin. l. 25. c. 13.* Hac commanducata ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitii, ex oculis tollitur. ¶ Sumitur interdum plumbum pro globulis plumbeis. *Ovid. 2. Met. v. 727.* Balearica plumbum funda jacit.

Plumeſco, is, n. 3. πτερόομαι, plumas emitto, pennatus fio. *Plin. l. 10. c. 53.* Pullus ab eodem tempore plumeſcit.

Plumĕus, a, um, πτίλινος, quod plumam habet, quod pluma refertum eſt. *Cic. 3. Tuſc.* Collocemus in culcita plumea. ¶ Accipitur etiam pro textili, & pro variis figuris, vel coloribus diſtincto. *Prudent. in Hamartigenia v. 294.* Avium quoque verſicolorum indumenta novis texentem plumea telis.

Plumĭger, a, um, adject. qui plumas gerit, ut plumigeri anſeres. *Plin. l. 10. c. 22.*

Plumĭpes, edis, o. πτερόπους, qui pedes pennatos habet. *Catul. ep. 51. ad Camer.* Adde huc plumipedas, volatileſque, &c.

Plumo, as, avi, atum, a. 1. *fare la piuma*, Germ. *federn bekomen*, Gall. *prendre plume, commencer a jetter plume*, Hiſp. *echar plumas*, πτιλόω, plumas emitto. *Gel. l. 2. c. 29.* Pullis jam jam plumantibus. ¶ Sumitur etiam pro acu pingere, & generatim pro texere, propter varias figuras in ejuſmodi operibus, quibus avium plumæ referuntur. *Vopiſc. in Carino c. 20.* Laneas tunicas purpura micantes, & plumandi difficultate perſnobiles.

Plumōſus, a, um, plumis tectus, plumis abundans. *Propert. l. 4. el. 2.* Sed arundine ſumpta Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.

Plumŭla, æ, f. πτιλάριον, parva pluma. *Colum. l. 8. c. 5.* Plumulæ ſub cauda alunibus detrahendæ.

Pluo. V. Pluit.

Pluor, oris, m. idem ac pluvia. *Laber.* apud *Non. c. 3. n. 131.* Qui pedem ex taberna tolimus, tantus cum ſtaret pluor.

Pluralis, la, adject. ut pluralis numerus in nominibus, qui plura ſignificat, *Quintil. l. 8. c. 6.* Cum dico vultus hominis pro vultu, dico pluraliter, quod ſingulare eſt, quod plurale eſt, ſingulariter.

Pluralĭtas, atis, f. pro plurali numero. *Chariſ. Grammat. l. 1.* In pluralitate tantum declinari.

Pluralĭter, adverb. in plurali numero. V. *Pluralis.*

Plurativus, a, um, adject. pluralis, ut plurativus numerus, apud *Gell. l. 1. c. 16. & l. 5. c. 21. & l. 19. c. 8.*

Plures, adv. *più volte*, ſæpius. *Caſ. l. 1. B. C. c. 79.*

Pluriſariam, adv. *in più modi*, πολλαχόθι, pluribus modis, vel locis. *Suet. in Tib. c. 43.* Cubicula pluriſariam diſpoſita tabellis, ac ſigillis laſciviſſimarum picturarum adornavit.

Plurifarius, a, um, πολλαπλοῦς, varius, multiplex. *Suet. in Claud. c. 21.* Gladiatoria munera pluriſaria, ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria habent *pluriſariam.*

Plurĭformis, e, adject. *di molte maniere*, ut pluriformi modo. *Apul. l. 1. Florid.*

Plurĭmum, adv. *grandiſſimamente*, πλεῖστον, permultum, maxime, ſup. a *plus.* *Cic. ad Brut. l. 11. ep. 16.* Hoc ego utor uno omnium plurimum. *Id. 2. de Invent.* Præſtare plurimum aliis. ¶ Ponitur etiam pro frequenter. *Ter. Phorm. 1. 4. 17.* Domum ire pergam, ibi plurimum eſt. ¶ Ut plurimum, eſt ſæpius, frequenter. *Plin. l. 15. c. 3.* Tribus ut plurimum bonitatibus diſtat.

Plurĭmus, a, um, *aſſaiſſimo*, הרבה, Ger. *ſehr viel*, Gal. *en tres grand nombre*, Hiſp. *muchiſſimo*, πλεῖστος, ſup. a *plus.* *Plaut. Aulul. 1. 1. 27.* Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis. *Ter. Eun. 2. 2.* Plurima ſalute Parmenonem ſuum impertit Gnatho. *Cic. 4. Ver.* Plurimum ætatis meæ verſor in cauſis. *Id. 3. de Fin.* Eſt illud quidem plurimi æſtimandum. *Horat. l. 1. od. 7.* Plurimus in Junonis honorem Aptum dicit equis Argos, *h. e.* plurimi dicunt. *Martial. l. 8. epigr. 51.* Plurima auro tenua lampade luna nitet, *h. e.* luna plena. *Virg. 1. Æn.* Jamque aſcendebant collem, qui plurimus urbi imminet, *h. e.* altiſſimus eſt, & totus imminet, &c.

Plus, pluris, o. *più*, יותר, Ger. *mehr*, Gal. *plus*, Hiſp. *mas*, πλεῖον, πλεῖστον. Conſtruitur cum ablat. *Cic. de Amic.* Ne plus æquo quid in amicitia congeratur. *Id. pro Quint. c. 12.* Plus anno tecum vixit. ¶ Vel cum junctiona, *quam.* *Cic. de Amic.* Et hercle ita fecit, vel plus etiam, quam dixit. ¶ Interdum conjunctio *quam* ſupprimitur. *Ter. Adelph. 2. 2. ſc. 1.* Plus quingentos colaphos infregit mihi. ¶ Admittit etiam genitivum, ut omnia adjectiva, cum ſubſtantive uſurpantur. *Cic. de Leg.* Ex iis alios alio plus habet virium. ¶ Interdum geminatur. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Pompejum plus pluſque in dies diligo. ¶ Conjungitur etiam ſæpe cum minus. *Plin. l. 16. c. 6.* Continentur hiſpido calyce, per genera plus minus complectentia, *poco più, poco meno, in circa.* *Martial. l. 8. epigr. 71.* Venerunt pluſve, minuſque duæ. ¶ Item cum adverbiis in o, ut nihilo plus, paulo plus, omnio plus, &c. *Cic.* ſæpe, & *ad Heren. l. 4. Teren. & alii.* ¶ *Plus ſatis*, eſt plus, quam ſatis. *Plaut. Epid. 3. 2. 10.* Quantum ſat eſt, & plus ſatis. ¶ In numero plurali eſt generis omnis, & maſculinum quidem, ac fœmininum eſt *plures*, neutrum *plura.* *Cic. pro Leg. Man.* Ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant. *Plin. l. 9. c. 15.* Aquatilium tegumenta plura ſunt. *Tac. l. 12. c. 47.* Simulque concurſu plurium injiciuntur catenæ, ac compedes. ¶ *Plura* reperitur pro amplius. *Lucret. l. 1. v. 92.* Ne te in promiſſis plura moremur. ¶ Pluris facere, æſtimare, eſſe, *ſtimare più*, *ed eſſere ſtimato più.* *Cic. Pom. 3. ep. 4. in Topic. & Attic. l. 8. & 10.* ¶ Pluris ædificare, h. e. majore impenſa. *Col. l. 1. c. 4.* ¶ *Pluri* in dat. & abl. ſingulari non eſt in uſu. Sunt ſane, qui ſcriptoris alicujus Latini exemplum conantur afferre, ſed non ejuſmodi, ut varia lectione careat. V. *Gaelen. Problem. Grammat. 3. 30.* ¶ *Pluria* pro plura dixere Veteres. *Lucret. l. 1. v. 876.* Apparere unum, cujus ſint pluria mixta. Adde *Gell. l. 5. c. 21.* apud quem *Labeo* aſſerit *pluria* Latinum eſſe, *plura* barbarum. Verum conſuetudo nullam reddit Labeonis auctoritatem.

Plus, adv. *più*, πλεῖον, πλεῖστον, com. adv. *multum.* Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Top.* Verba ne plus, an ſententiæ valere debeant. ¶ Vel cum abl. *Cic. 1. de nat. Deor.* Alterum profecto fieri poteſt, ut earum nulla, alterum certe non poteſt, ut plus una vera ſit. ¶ Vel cum conjunctione *quam.* *Cic. de Aruſp. Reſp.* Eum nunquam plus a me eſſe occiſandum putavi, quam ſtipitem illum, &c. ¶ Interdum conjunctio *quam* ſupprimitur. *Cic. Att. l. 6. ep. 6.* Num eſt hoc plus annum obtinere provinciam? ¶ Interdum jungitur cum *ac* pro *quam.* *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 270.* nihilo plus explicet, ac ſi inſanire paret certa ratione modoque.

Pluſcŭlum, i, ſubſt. o. *un poco più*, aliquanto plus, dim. a *plus.* *Cic. 2. de Or.* Ex ſeis quidem, in quibus pluſculum negotii eſt. *Id. l. 5. Fam. ep. 12.* Pluſculum etiam, quam concedit veritas, amori noſtro largiare.

Pluſcŭlum, adv. *un poco più*, aliquanto plus. *Plaut. Amph. 1. 1. 127.* Niſi invitavis ſe ſe in cœna pluſculum.

Pluſcŭlus, a, um, *un poco più*, ὀλίγῳ πλείων, aliquanto plus, paulo plus, dimin. a *plus.* *Ter. Phorm. 4. 3. 60.* Tum pluſcula ſupellectile opus eſt.

Pluſimus, a, um, idem ac plurimus apud vet. o *plus.* *Varr. l. 6. de L. L. & Feſt.*

Pluteālis, & le, o. 3. quod ad pluteum ſpectat, ut Sigilla pluteália, ideſt imagunculæ plutais, ſeu tabulis incluſæ. *Cic. Att. l. 1. ep. 10.* Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigilla duo. Al. leg. *putealia.*

Plutĕus, i, m. machina ad expugnandos muros urbium, ad ſimilitudinem caſidis, contexta e vimine, coriis tecta, inſiſtens tribus rotis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, quibus in quamcumque partem volueris, admovetur, quam obſidentes muris admovent, applicantque, & ejus munitione ſagittis, aut aliis miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbant, ut ſcalis aſcendendi præſtetur occaſio. *Feſt.* Plutei, crates, corio crudo intextæ, quæ ſolebant opponi militibus opus facientibus, & appellabantur militares. Nunc etiam tabulæ, quibus quid præſegitur, eodem nomine dicuntur. *Plaut. Mil. 2. 2. 111.* Ad eum vineas, plu-

pluteoſque agam. *Caſ. l. 2. B. G. c. 30.* Eo magis, quod dejectos pluteos turrium videbant. ¶ Plutei etiam, tabulæ vocantur, quibus aliquid præſepitur. *Martial. l. 3. epigr. 91.* Exciduntque ſenem ſpondæ qui parte cubabat, namque puer pluteo vindice tutus erat, h. e. interiore lecti ſponda. ¶ Item pluteus accipitur pro fulcro tori diſcubitorii. *Suet. in Calig. c. 26.* Quoſdam ſummis honoribus functos cœnare modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. ¶ Item pro repoſitorio librorum, pictorum, ſtatuarum, & aliarum rerum. *Juven. ſat. 2. v. 7.* Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas. ¶ Item pro tabula, qua utimur, dum literis damus operam, & ſcribimus. *Perſ. ſat. 1. v. 103.* Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. ¶ Pluteum, i, neut. gen. *Vitruv. l. 10. c. 20.* Supra caput collocatum mas pluteum, turriculæ ſimilitudine ornatum. Quæ verba ex *Athenæo* ſumpſit, apud quem pro pluteo eſt [illegible], h. e. luſcula, *parapetto*. ¶ Apud eund. *Vitru. l. 4. c. 4.* plutei dicuntur ſepta ex marmore, aut latentibus, aut alia materie, quibus intercolumnia ſepiri, intercludique ſolent. ¶ Præterea apud *Ulpian. l. Fundi, ff. de action.* plutei dicuntur ſpondæ ſcamnorum parietibus affixæ, quibus ſedentes tergo adhæremus. Reticuli, inquit, circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia, vela, ædium non ſunt. Plura de his vide apud *Bald. in Lex. Vitruv.*

Pluto, vel Pluton, onis, m. *Plutone*, Πλούτων, Ἅιδης, filius Saturni, & Opis, Deus Inferorum, a Πλοῦτος, divitiæ, quia opes omnes ab inferis, ideſt ex intimis terræ viſceribus effodiuntur. *Cic. 2. de nat. Deor.* ¶ Fratres habuit Jovem, & Neptunum, ſororem Glaucen, quæ cum ipſo eodem partu nata eſt. *Cic. 3. de nat. Deor.* ¶ Fabulantur, cum ad Regni diviſionem veniſſent, Jovi imperium cœli, Neptuno maris, Plutoni, qui natu minor erat, inferorum obtigiſſe, quia Jupiter plagam Orientalem Regni paterni, ideſt Cretam, ſortitus eſt, Neptunus inſulas, ideſt Peloponneſum, & alias, Pluto partem Occid. & inferiorem, ideſt Epirum. Ejus currus a quatuor equis trahitur, de quibus V. in *Alaſtor*. ¶ Rapuit Proſerpinam filiam Cereris. Hunc raptum *Claudianus* Poeta tribus libris deſcribit. *Juven. ſat. 3. v. 50.* Sicula torvus cum conjuge Pluton. *Horat. l. 2. od. 14.* Illacrymabilem Plutona placare.

Plutonia, orum. n. 2. ſpecus ſunt in Aſia, quæ tetrum, & peſtiferum halitum evomunt, omniaque accedentia animalia ſtatim enecant, ſed *Plutonium* dicitur ad Hierapolim in Phrygia Magna, & *Charonium* ad Thymbriam vicum Cariæ. *Cic. 1. de Div. c. 36.*

Plutonius, a, um, quod ad Plutonem ſpectat. *Horat. lib. 1. od. 4.* Jam te premet nox, fabulæque Manes, Et domus exilis Plutonia.

Plutus, i, m. Πλοῦτος, Dis, Deus divitiarum. Hujus domicilium conſtituit *Poſidonius* in ſubterraneis Hiſpaniæ locis, eo quod regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. ¶ Plutus item, filius Philumeli, nepos Jaſonis, pater Pareantis. *Bocc. l. 13. Gen.* ¶ Eſt item hoc nomine comœdia Ariſtophanis.

Pluvia, æ, f. *pioggia*, [illegible], Ger. *regen*, Gal. *pluye*, Hiſp. *lluvia*, ὑετός, βροχή, aquæ ex aere decidens. *Cic. Att. l. 13.* Equidem etiam pluvias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt. *Virg. 1. Georg. v. 92.* tenues pluviæ.

Pluvialis, & le, o. 3. ὄμβριος, quod ad pluviam ſpectat, ut Aqua pluvialis. *Virg. 3. Georg.* Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Auſtris. *Colum. l. 2. c. 13.* Pluviales dies. ¶ Hœdi pluviales, ſtellæ duæ ſunt, quas Auriga (quod ſignum cœleſte eſt ſuper cornua Tauri) in manu tenet, ita dictæ, quod earum ortus, & occaſus tempeſtates graviſſimas faciat. *Virg. 9. Æn.* Quantus ab occaſu veniens pluvialibus hœdis verberat imber humum.

Pluviaticus, a, um, adjectiv. pluviatilis, ut pluviatica aqua. *Marcel. Empir. cap. 8.*

Pluviatilis, & le, o. 3. idem ac pluvialis. *Colum. l. 9. c. 1.* Qui receptam pluviatilem contineant. *Celſ. l. 7. c. 3.* Aqua pluviatilis.

Pluvioſus, a, um, *piovoſo*, Ger. *volregen*, Gal. *pluvieux*, Hiſp. *lluvioſo*, ὑετώδης, pluviis abundans. *Plin. l. 18. cap. 25.* Nubilo occaſu pluvioſam hyemem denuntiat.

Pluvius, a, um, idem ac pluvialis, vel pluvioſus. *Cic. pro Mur. c. 9.* Tu ſcis, ut aquæ pluviæ arceantur. *Horat. l. 1. carm. od. 17.* Et igneam defendit æſtatem capellis uſque meis, pluvioſque ventos, h. e. pluvias inducentes. *Virg. 3. Georg.* Naſcitur, & pluvio contriſtat frigore cœlum.

P ANTE N.

Pneumaticus, a, um, πνευματικός, ſpiritalis, ut Pneumatica organa, ſpiritalia, hoc eſt, quæ vi flatus, vel ſpiritus aliquid hauriunt, vel attrahunt, item quæ inflatis fiſtulis muſicum ſonum edunt. *Plin. l. 9. c. 4.* E puteo pertica, pneumaticiſve organis, vel tollenonum hauſtu rigandos. *Id. l. 7. c. 37.* Cteſibius laudatus, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Pnigeus, ei, m. πνιγεύς, a πνίγω, *ſuffoco*, machina quædam, ſeu vas ad inſtar infundibuli inverſi, quæ in organo hydraulico aerem aſcendentem coercet, & veluti ſuffocat, ne extra exhalet. *Vitr. l. 10. c. 13.* V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Pnigitis, ſ. πνιγῖτις, terra quædam Eretriæ ſimillima, grandioribus tantum glebis, & glutinoſa. *Plin. l. 35. c. 16. & 17.*

P ANTE O.

Pobliſia Tribus, vel Poblilia, vel Popilia, una ex Ruſticis, in Volſcis conſtituta, anno Urbis 393. *Manutius* Pobliliam a Popilia diſtinguit, & duas facit.

Pocillator, oris, m. *coppiere*, [illegible], Germ. *einſchek*, Gal. *ecuyer a coupe*, Hiſp. *eſcanciador*, *copero*, οἰνοχόος, qui eſt a poculis, pincerna, qualis fuit Ganymedes in menſa Jovis, a *pocillum*. *Apul. l. 6. A. A.* Quo, ductu Cupidinis, Jove pocillatorem Phrygium ſuſtulerat. *Id. ib.* Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum eſt, Jovi quidem ſuus pocillator ille ruſticus puer, cæteris vero Liber miniſtrabat.

Pocillum, i, n. *in vaſcuccio*, parvum poculum. *Liv. l. 10. c. 42. in fin.* Voverat Jovi Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi.

Poclum, i, per ſyncopen dictum pro *poculum*, legitur in quodam carmine apud *Arnob. l. 5. pag. 175.* Inde manu poclum ſumit, &c.

Poculentus, a, um, *che ſi può bere*, πότιμος, quicquid potari poteſt. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Quæ eſculentis, & poculentis iter natura patefecit. Alii leg. *poculentibus*, tanquam a recto *poculens*. *Gell. l. 4. cap. 1.* Penus eſt, quod eſculentum, aut poculentum eſt.

Poculum, li, n. *bicchiere*, [illegible], Germ. *ein trunck*, Gall. *vaiſſeau a boire*, Hiſp. *vaſo*, *copa*, ἔκπωμα, ποτήριον, vas, quo bibitur, a potione, vel a potu, quaſi potaculum. *Cic. 6. Verr.* In his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta. ¶ Poſcere majoribus poculis, eſt copioſius, & liberius potationi indulgere. & convivas ad potandum invitare. *Cic. 3. Verr.* Poſcunt majoribus poculis, celebratur omnium ſermone, lætitiaque convivium. ¶ Quandoque ſumitur pro potu, ſive potione. *Virg. 3. Georg. v. 529.* Pocula ſunt fontes liquidi. *Plin. l. 2. c. 20.* Ubi efficiat, præ poculis neſcientes, h. e. præ ebrietate. *Horat. epod. 5.* Amoris poculum, h. e. philtrum. ¶ Translate *Plaut. Caſ. 3. 2. 44.* Ut ſenex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet, h. e. in eandem calamitatem incideret.

Podager, gra, grum, idem ac podagricus. *Enn. apud Priſcian. l. 7.* Nunquam poetor, niſi podager. *Claudian. epigr. 30.* Atque nihil prorſus hunc putat podager.

Podagra, æ, f. ποδάγρα, pedum dolor, ſeu morbus articularis, qui pedes præcipue infeſtat, *podagra*, *gotta*, Ger. *zipperlein*, *podagra*, Gall. *goutte aux pieds*, Hiſp. *gota*. Vox Græca eſt, quaſi ἄγρα τῶν ποδῶν. Si manus infeſtet, *chiragra* dicitur. Morbus peregrinus eſt. Nam ſi in Italia fuiſſet antiquus, Latinum nomen inveniſſet. Non enim Roma, cum ſudando, & laborando vivebat, hoc malum cognovit, teſte *Plin. l. 26. c. 10.* *Martial. l. 1. ep. 99.* Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat, ſed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt. *Cic. 2. Tuſc. c. 19.* Doloribus podagræ cruciari. *Id. 3. Fin. c. 32.* Ardere doloribus podagræ. ¶ In plur. numero *Celſ. l. 4. c. 24.* Vitia longiora ſunt, quæ in podagris, chiragriſve eſſe conſueverunt.

Podagricus, a, um, *gottoſo*, Ger. *poddagramiſch*, Gall. *gouteux*, Hiſp. *gotoſo*, ποδαγρικός, qui podagra laborat. *Plin. lib. 20. c. 8.* Omnes hæ & podagricis utiles, & ſanguinem rejicientibus.

Podagroſus, a, um, idem ac podagricus. *Plaut. Merc. 3. 4. 8.* Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eutychus.

Podalirius, m. 2. Æſculapii filius, qui ex Creta ob inſignem medicæ artis peritiam una cum fratre Machaone ad bellum Trojanum evocatus fertur, ita dictus, ut aliqui ajunt, ob pedum magnitudinem. *Ovid. 5. Triſt. el. 6.* Quem ſemel excepit, nunquid Podalirius ægro Promiſſam medicæ non tulit artis opem? ¶ Podalirius alter, vir Trojanus, qui Æneam in Italiam navigantem ſecutus eſt. *Virgil. Æn. 12.*

Poderes, vel podris, is, m. ποδήρης, veſtis ſpecies, quæ uſque ad pedes, vel ad crura deſcendit, ita adhærens corpori, & ita arcta, & ita ſtrictis manicis, ut nulla omnino in ea ſit ruga, *camiciotto*, a ποῦς, ποδὸς, *pes*, & ἄρω, *apto*. *Tertull. adverſ. Judæos, c. 11.*

Podex, icis, m. πρωκτός, κύσθος, idem ac culus, ideſt poſterior pars corporis pudenda, a *podo*. *Juven. ſat. 2. v. 12.* Sed podice lævi cæduntur tumidæ, medico ridente, mariſcæ.

Podiſmatus, a, um, pedibus menſuratus, ut Ager podiſmatus. *Frontin. de Colon. pag. 132. edit. Goeſ.*

Podiſmus, i, m. ποδισμός, idem ac pedatum, ideſt menſura jugeri, areæ, aut alterius rei pedibus definita, a ποδίζω, *pedibus dimetior*. Pedibus enim, vel paſſibus, vel fune, aut pertica certam pedum menſuram habente colligebatur magnitudo loci. *Veget. l. 2. c. 7.* Menſores ſunt, qui ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, &c. Uſus eſt etiam *Frontinus de Colon. pag. 130. edit. Goeſ.* ¶ Podiſma, atis, n. eodem ſenſu legitur *apud eund. ibid. pag. 135.*

Podium, ii, n. *poggio*, *poggiolo*, πόδιον, projectura in ſummo muro arenam circi, vel amphitheatri proxime cingente. Quia vero podium arenæ proximum erat, ideo digniſſimus is orcheſtræ gradus (nam plurium orcheſtra graduata erat) qui proximus podio: ſuitque is latior, cum in eo ſuggeſtus fuerit Imperatoris, & Conſules, Prætores, aliique, quibus id jus, ſederint in eo ſellis curulibus, cum lictoribus, apparitoribus, & Magiſtratus ſui pompa. Sed & in eodem ſuus tribunal editoris, & Virginum Veſtalium ſedes. Plura de podio *Lipſ. lib. de Amphith. c. 11.* *Juven. ſat. 2. v. 174.* Generoſior & Marcellis, & Catulis, Pauliique minoribus, & Fabiis, & omnibus ad podium ſpectantibus. ¶ Dicitur etiam de quolibet loco porrecto extra domus parietem inſtar pulpiti, qui aliter dicitur Mœnianum. *Plin. l. 5. epiſt. 101.* Eſt & aliud cubiculum a proxima platano viride, & umbroſum, marmore excultum podio tenus. Adde *Vitruv. l. 3. c. 3.*

Pœcile, es, f. 1. ποικίλη, porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur, a Polygnoto Thaſio gentis picta, a Ποικίλος, *varius*, *maculoſus*, quia varia, ſive variegata propter multiplicem picturam. *Plin. l. 35. c. 9.* ¶ Fuit & in Helide porticus Pœcile, quæ a Plinio *Heptaphonos* appellatus, quoniam ſepties eadem vox in ea reddebatur.

Poëma, atis, n. *poema*, Ger. *ein gedicht in verſen geſtellet*, Gal. *poeme*, Hiſp. *poema*, ποίημα, figmentum, fictio, & præcipue opus Poetarum, a Græca voce allata, quæ a Ποιεῖν *facio*, quod Poetæ proprium eſt. *Nonius* diſtinguit *poema* a *poeſi*, quod *poeſis* ſit totum opus Poetæ, ut Ilias, & Odyſſea, *poema* ſit quædam pars operis, ut ſinguli libri Iliadis, vel Odiſſeæ, vel aliqua deſcriptio, ut armorum Achillis. Sed hæc differentia non obſervatur. Alii dicunt, poema illud eſſe, quod poeſis naturam exprimit. *Cic. 1. Acad. c. 3.* Atque ipſe varium, & elegans omni fere numero poema feciſti. *Id. in Or.* Platonis, & Democriti locutionem, etſi abſit a verſu, tamen, quod incitatius feratur, & clariſſimis verborum luminibus utatur, potius poema putandam, quam Comicorum Poetarum. ¶ In dat. & abl. pl. habet *poematis*, ſæpius, quam *poematibus*. *Cic. 3. Offic. c. 3. ad fin.* Quod item in poematibus, & picturis uſuvenit. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 4.* Cum ex orationibus, aut poematis elegeris exempla. *Plaut.* quoque *Aſin. 1. 3. 21.* & *Var. lib. 6. L. L. pag. 78.* *poematis* dixere. ¶ In genitivo fere *poematum* uſurpamus, quanquam & *poematorum* dixere, ut ex *Acc.* *Lælio*, & *Cic.* oſtendit *Chariſ. l. 1.*

Poematium, ii, n. *poemetto*, parvum poema. *Auſon. Idyll. 7. in præfat. ad Pal.* Poematia, quæ in alumnam meam luſeram.

Pœmenis, idis, f. nomen canis, a ποίμνη, grex, quod oves ſervaret. *Ovid. 3. Metam. v. 215.*

Pœna, æ, f. *pena*, *gaſtigo*, [illegible], Ger. *ein ſtraff*, Gal. *peine emende*, Hiſp. *pena*, τιμωρία, animadverſio, ſupplicium, quo quis ob delictum afficitur, a ποινή, quod idem notat. *Cic. pro Flacc.* Pœna eſt, ut opinor, Dorylai gravius, quam apud alios, falſarum, & corruptarum literarum. *Id. in Fragm. de Leg. apud S. Auguſt. de Civ. l. 21. c. 2.* Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, ſervitus. ¶ Interdum ſumitur pro Furia. *Virg. in Cul. v. 217.* Et flammas, & ſæva quatit mihi verbera Pœna. *Valer. Flacc. l. 1. v. 796.* Ultriceſque Deæ, Fas, & grandæva ſororum Pœna parens. ¶ Item pro quacunque calamitate. *Lucan. l. 7. v. 103.* Mors ultima pœna eſt. *Cic. in Piſon. c. 37.* O pœna, o Furia ſociorum! ¶ Item pro labore, *pena*, *travaglio*. *Ovid. in epigr. Amoribus præfixo.* Ut jam nulla tibi nos ſit legiſſe voluptas, At levior demptis pœna duobus erit. ¶ Ad primam notionem quod attinet: dicimus pœna aliquem afficere, pœnam alicui irrogare, in aliquem conſtituere, ſtatuere, excogitare, *Cic. ſæpe*, *Liv. Terent.* & alii. ¶ Pœnas exigere, poſcere, petere, repetere ab aliquo, *Plin. Salluſt. Cic. Virg.* ¶ Dare pœnas *pagar' il fio*. *Cic. 9. Attic. ep. 10.* Et, eodem ſenſu, pœnas pendere, dependere, perſolvere, *Id. pro Sext. ad Brut. ep. 3.* & al. ¶ Pœnam ſubire, ſufferre, ſuſtinere, *ſoggiacer' al caſtigo.* *Id. 2. Catil. pro Dom. & pro Planc.* ¶ Capere pœnas pro aliquo, h. e. ſubire, *Salluſt. in Jug.* ¶ Capere pœnam in hoſtem, h. e. hoſtem pœna afficere, *Curt. l. 4. c. 6.* Sic capere pœnam de aliquo, *Liv. l. 2.*

Pœnalis, & le, o. 3. *penale*, quod ad pœnam ſpectat. *Plin. l. 18. c. 21.* Pilo vinctorum pœnali opera. *Id. l. 4. c. 8.* Pœnales aquas, diriſque genitas.

Pœnaliter, adv. per pœnam, ut pœnaliter iotmire, *Ammian. l. 16. c. 15.*

Pœnarius, a, um, idem ac pœnalis. *Quinct. l. 4. c. 3.* Aut pœnarias actiones inferemus.

Digitized by Google

Pœni. V. Pœnus.

Pœnice, adverb. Punice. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 1. De agricultura ſcripſerunt & Pœnice, & Græce, & Latine.

Pœniceus. V. Phœniceus.

Pœnicus, a, um, idem ac Punicus, ut Pœnicæ feminæ, *Val. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 15. Plostellum Pœnicum, *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 52. ¶ Pœnica pavimenta dicuntur marmore Numidico constrata. *Cato apud Feſt.* ¶ Pœnicum, abſolute, genus veſtimenti a Pœnis primum allatum, *Varr. l.* 4. *de L. L.*

Pœninæ Alpes, vel Penninæ, *Monte maggiore di S. Bernardo*, vel etiam *Monte di Giove*, Germ. *Groſſ S. Bernardsberg*, pars Alpium, quæ, qua Allobroges, & Centrones a Salaſſis, hoc eſt Galliam Narbonenſem, in qua Sabaudia, ab Italia ſeparat. Hæ Alpes extenduntur inter ſummum Pœninum, & Adulam M. ex quo Rhodanus, Rhenus, Ticinus, & Arola fl. exiſtunt, inter Lepontios, & Sedunos pop. *Plin. l.* 3. *c.* 17.

Pœnio, is, a. 4. pro punio, legitur in quibuſdam Editionib. & MSS. apud *Gell. l.* 20. *c.* 1. & *l.* 12. *c.* 18. item apud *Cic. pro Mil. c.* 31. & 1. *Tuſc. c.* 44. ut teſtatur *Pareus in Lex. Crit.* ubique tamen alii punio reponunt.

Pœnitendus, a, um, *da pentirſi*, μεταμελητέος, cujus nos pœnitet, parvi æſtimandus, vilis, partic. a pœnitet. *Col. l.* 2. *c.* 2. Itaque hic ager, ſive exercetur, ſive ceſſat, colono eſt pœnitendus. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Sub haud pœnitendo magiſtro.

Pœnitens, tis, nom. particip. *chi ſi pente*. *Sueton. in Vitell. c.* 13. Pœnitens facti. *Id. in Claud. c.* 43. Pœnitens de matrimonio. *Cic. Phil.* 12. *c.* 2. Portus optimus pœnitenti mutatio conſilii.

Pœnitenter, adverb. cum pœnitentia. *Minuc. Fel. in Octav.* Auſpicia, & auguria pœnitenter omiſſa, obſervata feliciter.

Pœnitentia, æ, f. *penitenza*, תְּשׁוּבָה, Germ. *rewe*, Gal. *penitence*, Hiſp. *penitencia*, μετάνοια, actus ipſe pœnitendi, quo aliquem facti pœnitet, dolor ob factum aliquod noxium, occaſioniſve prætermiſſionem. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Nihil eſt fœdius agricolis, quam geſtæ rei pœnitentia. *Plin. ep.* 20. *l.* 7. Agatque pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. *Curt. l.* 3. *c.* 2. Sera pœnitentia ſubiit regem. ¶ *Plin. l.* 5. *c.* 17. de Eſſenis populis ſine mulieribus vitam agentibus: Ita, inquit, per ſæculorum millia gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur: tam fecunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt. h. e. tædium, vel contemptus.

Pœnitet, ebat, tuit, imp. a. *pentirſi*, נִחַם, Germ. *es rewet*, Gal. *ſe repentir*, Hiſp. *arrepentirſe*, μεταμέλει, tædet, piget, doleo, moleſte fero. Conſtruitur cum gen. rei, & acc. perſonæ. *Cic.* 1. *Fam.* Ut eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. ¶ Vel cum infinitivo loco genitivi. *Cic. pro Cal.* Ut eum pœniteat non deformem eſſe natum. ¶ Uſurpatur etiam præter acc. perſonæ cum nominativo. *Plaut. Stich.* 1. 1. 50. Me quidem hæc conditio nunc non pœnitet. ¶ Item cum accuſ. communi. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 28. Sapientis eſt proprium nihil, quod pœnitere poſſit, facere. ¶ Dicitur etiam de iis, in quibus nullus facti dolor ineſt, & uſurpatur pro dolere generatim, pigere, & interdum pro pudere. *Cic. de Sen.* Num igitur, ſi ad centeſimum vixiſſet annum, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? *Id.* 6. *Fam. ep.* 1. Ut ſuæ quemque fortunæ maxime pœniteat. *Ter. Eun.* 5. 7. 12. An pœnitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens? ¶ Item pro non ſatisfacere, non magni facere. *Cic.* 4. *Acad.* Quid eum Mneſarchi pœnitebat? quid Dardani? qui erant tunc principes Stoicorum. *Id. pro Planc.* Vide, quam me verbi tui pœniteat. ¶ Pœnitendum eſt, *è da pentirſi*. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 5. Conſilii noſtri nobis pœnitendum putarem. ¶ *Pœnitendi*, gerund. *Id.* 4. *Tuſc. c.* 37. Alexander cum interemiſſet Clytum familiarem ſuum, vix a ſe manus abſtinuit: tanta fuit vis pœnitendi. ¶ Particip. *Pœniturus*, & *Pœnitendus* V. ſuis locis.

Pœnitio, onis, f. pro punitio, apud *Gell. l.* 11. *c.* 1. & *l.* 6. *c.* 14. ex MSS. Idem tandem dicendum de hac, atque de *Pœnio* dictum eſt, quod V.

Pœnitudo, inis, f. pœnitentia. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 769. Deſiderio, pœnitudine. *Auſon. in Sapient. de Thal. v.* 55. Prædes, vadeſque pœnitudinis rei. Adde *Sidon. l.* 4. *ep.* 9.

Pœniturus, a, um, partic. temporis futuri verbi pœnitet. *Quinct. l.* 9. *c.* 3. Eo uſque proceſſum eſt, ut non pœniturum pro non acturum pœnitentiam, & viſuros ad videndum miſſos Salluſtius dixerit. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 685. Neque quemquam arbitror tuæ pœniturum laudis.

Pœnulus, m. 2. dim. a *Pœnus*, unde Plautina fabula nomen ſumpſit, in qua Pœnus Hanno punice loquens introducitur.

Pœnus, m. 2. Λίβυς, Carthaginienſis, a Φοῖνιξ, *Phœnix*. Pœni enim e Phœnicia erant, quæ Græce Φοινίκη. *Virg.* 1. *Æn. v.* 302. Ponuntque feroci Pœni Corda volente Deo. *Cic.* 2. *de Or.* Hic Pœnus non optime Græce, ſed tamen libere reſpondiſſe fertur. ¶ Uſurpatur etiam adjective pro Punicus. *Virg. Ecl.* 5. Pœnos ingemuiſſe leones. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 31. Nullus me hodie Pœnus Pœnior, *h. e.* callidior. Pœni enim vaferrimi habiti ſunt. ¶ In genit. plur. *Pœnum* pro *Pœnorum* dixit *Silius l.* 7. *v.* 714.

Poeſis, is, f. *poeſia*, Ger. *poeterey*, Gall. *poeſie*, Hiſp. *poeſia*, ποίησις, ars, vel opus Poetarum, a ποιέω, *facio*, V. poema. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 33. Anacreontis tota poeſis amatoria eſt. *Horat. de ar. poet. v.* 361. Ut pictura poeſis erit.

Poeta, æ, m. *Poeta*, Ger. *ein Poet*, Gal. *Poete*, Hiſp. *Poeta*, ποιητής, carminum ſcriptor, a ποιεῖν, *facere*, *fingo*. *Hor. in Art.* Pictoribus atque Poetis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. *Cic.* 2. *de Or. c.* 47. Bonus Poeta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. ¶ Pro artifice *Plaut. Aſin.* 4. 1. 3. Nam tu poeta prorſus ad eam rem unicus.

Poetica, æ, vel Poetice, es, f. 1. *Poetica*, ποιητική, ars ſcribendorum verſuum. *Cic.* 1. *Tuſc.* Serius Poeticam nos accepimus. *Idem* 1. *Tuſc.* O præclaram emendatricem vitæ poeticam!

Poetice, adv. *poeticamente*, ποιητικῶς, more Poetarum. *Cic.* 5. *Fin. c.* 4. Ut poetice loquar.

Poeticus, a, um, *di Poeta*, ποιητικός, quod ad Poetam pertinet. *Cic.* 3. *de Or.* Sed tamen ſtro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Poetica licentia.

Poetificus, a, um, quod Poetas facit. Uſus *Ennius in fragm.* qui Caballinum fontem poetificum nominavit.

Poetilla, æ, m. *poetuzzo*, diminutivum a *poeta*, per ludibrium effictum a *Plauto Trucul.* 2. 6. 4.

Poetor, aris, d. 1. *poetare*, ποιητίζω, in Poetica me exerceo, ſive Poetam ago, a *Poeta*. *Enn. apud Priſc. l.* 8. Nunquam poetor, niſi podager.

Poetria, f. 1. *Poeteſſa*, Ger. *Poetin*, Gal. *Poeteſſe*, Hiſp. *Poetamuger*, ποιήτρια, mulier Poetices perita. *Cic. pro Cal. c.* 27. Verum hæc tota fabella veteris, & plurimarum fabularum Poetriæ, quam eſt ſine argumento, quam nullum invenire exitum poteſt.

Poetris, idis, f. idem ac poetria. *Perſ. in prolog.* Corvos poetas, & poetridas picas cantare credas Pegaſeium melos.

Pogonias, æ, f. 1. πωγωνίας, genus cometæ, ſtellæ barbatæ ſimilitudinem referens. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Pol, per Pollucem, adv. jurandi, quod juramenti genus tam viris, quam mulieribus erat commune. *Hor. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 92. Pol, me miſerum patrone vocares. *Ter. Eun.* 4. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. Verba ſunt ancillæ. *Plaut. Amph.* 1. 1. 215. Pol profecto.

Polēs, æ, f. 1. πόλεως, fimus pulli aſinini, quem mater ante fœtum effundit. *Plin. l.* 28. *c.* 13.

Polēmon, & Polemo, onis, m. Πολέμων, Philoſophus Athenienſis, filius Philoſtrati, diſcipulus Xenocratis, magiſter Zenonis. *Cic.* 1. *Acad.* 4. & 5. *Fin.* & 3. *de Or.* ¶ Cum in juventute petulans eſſet, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis ſcholam ingreſſus fuiſſet, ejus oratione, quæ tunc de pudicitia erat, adeo mores immutavit, tantumque in Philoſophia profecit, ut Xenocrati in ſchola ſuccedere potuerit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 254. quæro, faciamne quod olim Mutatus Polemon? *Cic.* 4. *de Fin. c.* 6. Polemo, ſecundum naturam vivere, ſummum bonum eſſe dixit.

Polemonēus, a, um, adject. ad Polemonem pertinens. *Cic.* 4. *Acad. c.* 43. Si Polemoneus peccat Stoicus, rei falſæ aſſentiens.

Polemonia, æ, f. πολεμώνιον, herba. V. Chiliodynama.

Polenta, æ, *polenta*, ἄλφιτον πεφωγμένον, cibus ex farina hordeacea toſta, proprius tenuiter viventium. Fiebat autem a Græcis hac ratione. Perfuſum aqua hordeum ſiccabant nocte una, poſtero die frigebant, deinde molis frangebant, ſervabantque in multos dies, cum vero uti vellent, partem illius farinæ aqua ſpergebant, & torrebant in ſartagine. Ita narrat *Plin. l.* 18. *c.* 7. additque alias conficiendæ polentæ rationes ab iiſdem uſurpatas: alii enim adjiciebant hordeo ſemina lini, & coriandri, ſal, &c. Italia vero, ſubdit *Id. ibid.* ſine perfuſione toſtum hordeum in ſubtilem formam molit, iiſdem additis, atque etiam milio. V. eund. & *l.* 22. *c.* 25. ubi medicinas ex polenta recenſet. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 55. *de Stoicis*. detonſa juventus Invigilat ſiliquis, & grandi paſta polenta. ¶ Macedonibus mos fuit, urbis quam condere pararent, muros polenta deſignare, teſte *Curt. l.* 4. *c.* 8.

Polentarius, a, um, ἀλφιτηρός, quod pertinet ad polentam, vel eſt ex polenta. *Plaut. Curc.* 2. 3. 16. Faciam polentarium exipitum.

Polentia, vel Pollentia, *Polenzo*, urbs etc. Liguriæ, apud Tanarum fl. ¶ Item *Polentia*, ſeu *Pugienza*, opp. Hiſpaniæ, in Baleari majori, ſeu in Majorica, in parte Or. inſulæ, verſus Minoricam. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 7. ¶ Item *Monte Milone*, oppidum in Piceno. *Liv. l.* 30. *c.* 44.

Polentini, vel Pollentini, orum, m. Polentiæ incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 23. Polentinos campos. *Claudian de VI. Conſ. Honor. v.* 127.

Polimen, inis, n. politura, politio. *Apul. de Deo Socrat.* Balthei polimina inſpicimus. ¶ Polimina dicuntur ab *Arnob. l.* 7. teſticuli porcorum, quos *Plaut.* polimenta vocat.

Polimenta, orum, n. teſticuli porcorum, poſtquam ex folliculo extracti ſunt in caſtratione. *Plaut. Men.* 2. 3. 28. Pernam itidem, aut ſinciput, aut polimenta porcina. Adde *Feſt.*

Polindium, i, n. nomen aromatis, vel condimenti, fictum jocular iter a coquo apud *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 43.

Polio, is, ivi, itum, a. 4. *pulire*, *forbire*, *nettare*, לִטֵּשׁ, Ger. *glatten*, Gall. *polir*, *orner*, Hiſp. *polir*, *ornar*, ξέω, λεαίνω, nitidum, & ſplendidum reddo. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Opere tectorio polire. *Cic. in Arat. v.* 160. Nam quas ſideribus clatis natura polivit, Et varie pinxit diſtinguens lumine formas, &c. *h. e.* ornavit. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Polire linum. *Lucret. l.* 5. Polire ſigna Dædala. *Virg.* 8. *Æn.* Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma, certatim ſquamis ſerpentum, auroque polibant. Ubi *polibant* pro *poliebant*, more veterum. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 23. Rogum aſcia ne polito. ¶ Transfertur etiam ad agros, & ſignificat excolere. *Enn. apud Non.* 2. 1. *n.* 359. Raſtros dentiſibres capſit agri poliendi. ¶ Translate item dicitur de oratione pro ornare. *Cic.* 1. *de Or. c.* 14. Ignaruſque ſit faciundæ, ac poliendæ orationis. *Ovid.* 1. *de Pont. Eleg.* 6. Carmina polire ſollicita cura.

Pollio, onis, m. qui arma polit, a poliendo. *Aurel. Arcad. l.* 50. *Dig. de jure immun. l.* 6. Et ſtratores, & poliones, & cuſtodes armorum. Alii leg. *pollianes*, alii *politores*. *Jul. Firmic. l.* 2. Mars & Mercurius poliones faciunt.

Polion, i, n. *polio*, πόλιον, herba grati odoris, quam Muſeus, & Heſiodus tanquam ad omnia utilem laudarunt. *Plin. l.* 21. *c.* 7.

Poliorcētes, is, m. πολιορκητής, urbium obſeſſor. *Vitruv. l.* 10. *c.* 22. Demetrius, qui propter animi pertinaciam poliorcetes eſt appellatus.

Polite, adv. *politamente*, γλαφυρῶς, ornate, eleganter. *Cic.* 1. *Tuſc.* Fieri autem poteſt, ut recte quis ſentiat, & id, quod ſentit, polite eloqui non poſſit. *Idem* 2. *Acad. c.* 1. Quæ & ſunt magna ſane, & limantur a me politius. *Id. declam. Orat. c.* 19. Scribere polite.

Polītes, æ, m. 1. Πολίτης, filius Priami ex Hecuba, quem Pyrrhus, capto Ilio, in conſpectu patris interfecit. Filium reliquit nomine Priamum. *Virg.* 2. *Æn.*

Politia, æ, f. πολιτεία, reſpublica, ſtatus civitatis, &, ut *Ariſtoteles* definit in *Rhet.* principatus, & conſuetudo rerum, ſecundum quam vivere unumquemque, & converſari decet. Hoc nomine inſcriptum eſt opus Platonis de Republica, quod in decem dialogos diſtinguitur. *Cic.* 2. *de Div.* Vide, quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Adde *l.* 2. *c.* 27.

Politica, æ, f. πολιτική, ars civilis, reipublicæ gerendæ ratio, atque prudentia. *Cicero* quotieſcumque uſurpat, Græcis literis ſcribit.

Politicus, a, um, *politico*, *civile*, Ger. *ſtattlich*, Gal. *politique*, Hiſp. *politico*, πολιτικός, civilis, ad cives pertinens. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum &c.? Aliqui legunt *polito*. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 3. Quaſdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ ſunt, & temporum horum. *Cal. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 1. Tui libri politici omnibus vigent.

Politio, onis, f. *politezza*, actus poliendi, cultus, nitor. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Recipiens in ſe politionem, fulgentes in aſpectu, certaſque conſiſtentibus imagines reddit. ¶ Speciatim politio dicitur illa cultura agri, quæ pactione certæ frugis pro mercede fit, atque adeo ipſa merces. *Cato de R. R. c.* 136. Politionem quo pacto dari oporteat.

Politor, oris, m. qui polit. *Firmic. l.* 4. *c.* 7. Politores gemmarum. ¶ Translate politores dicebantur, qui agros excolere conſueverunt. *Ulp. l.* 52. §. *venit*, *ff. pro ſocio*. Aut agrum politori damus in commune, quærendis fructibus. Adde *Caton. R. R. c.* 5.

Politulus, a, um, dim. a *politus*. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 33. Opus eſt huc limatulo, & politulo tuo judicio.

Politura, æ, f. *politura*, ἐξεργασία, ornatus, politio. *Plin. l.* 36. *c.* 6. Thebaica polituris accommodatur. Adde *l.* 11. *c.* 24. & *Vitruv. l.* 7. *c.* 1.

Politus, a, um, *polito*, *ornato*, ξεστός, γλαφυρός, ornatus, cultus, nitidus. *Cic. Att. l.* 2. Sic hunc omnibus a me pictum, & politum artis coloribus, &c. *Id. in Piſon.* Ut es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus e ſchola. *Id. in Brut.* Oratio accurata, & polita. *Id.* 3. *Fin.* Quæ abhorret ab omni politiore elegantia. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Nunc, ut Apelles Veneris caput, & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit.

Polla, pro Paula, nomen Romanæ feminæ, legitur in veteribus quibuſdam Inſcriptionibus, quas collegit *Manut. in Orthograph.*

Pollen, inis, n. idem ac pollis. *Cæſar in Analogia*, *Probus in Catholicis*, *Priſcian. l.* 6.

Pollens, tis, adject. *potente*, potens, opulentus, a *polleo*, δυνάμενος. *Plaut. Capt.* Genus pollens, & honoratiſſimum. *Id. Curc.* 1. 2. 21. *de Baccho*. Vini pollens. *Lucret. l.* 1. *v.* 60. Pollens opibus. *Tertul. adv. Pſych. c.* 6. Multo pollentioris mentis. *Alcim. Avit. l.* 5. *v.* 63. pollentiſſime, curſus Teſtor, Nile, tuos. *Solin. c.* 2. Ingenii pollentiſſima.

Pol-

Pollenter, adverb. potenter. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 254. Ceſaque redit pollentius hydra.

Pollentia, æ, f. *potenza*, δύναμις, potentia. *Plaut. Rud.* 3. 2. 4. Ne impiorum potior ſit pollentia. Adde *Caſin.* 4. 4. 3.

Pollentia urbs, V. Polentia.

Polleo, es, n. 2. ſine præt. & ſup. *potere, valere*, יכול, Ger. *vermogen*, Gal. *pouvoir*, Hiſp. *poder*, ἰσχύω, poſſum, potentia valeo. Antiqui dixere *poleo*, quia conſonantes non geminabant. *Feſt. Cic. in Parad.* Nec eſt ulla res, quæ plus apud eum polleat. *Id.* 4. *Tuſc.* Qui moderatione, & conſtantia polleat. *Id.* 1. *Offic. c.* 9. Pollere ad fidem faciendam. ¶ Interdum accipitur pro præſtare, melius eſſe, vel utilius. *Plin. l.* 36. Ex oleo, & aqua Ciliciæ cotes pollent. *Id. l.* 19. *c.* 3. Cum quæſtu nullo polleant.

Pollex, icis, m. *pollice, dito groſſo*, בהן, Germ. *daum*, Gal. *pouce*, Hiſp. *pulgar*, ἀντίχειρ μέγας, δάκτυλος, digitus primus in manu, & in pede, a *pollendo*, quod inter cæteros polleat vi, & poteſtate. Dicitur autem vel ſimpliciter pollex, vel cum adjectione digitus pollex. *Cic.* 3. *Off.* Ut Æginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur. *Caſ. B. G.* Digiti pollicis craſſitudine. ¶ Antiquitus in pollice erat favoris, ſtudiique ſignificatio. Igitur qui faverent, pollicem premebant, qui male alicui vellent, cuperent, pollicem vertebant. Hinc *Premere pollicem* proverbialiter pro favere, vel ſuffragari uſurpatur, *Vertere pollicem* pro refragari, male alicui velle. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio jubemur. *Juven. ſat.* 3. *v.* 36. Et verſo pollice vulgi quemlibet occidunt. ¶ *Utroque pollice*, eſt utraque manu, per Synedochen, ideſt ſummo favore. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 66. Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. ¶ Pollex etiam in vite dicitur de ſarmento craſſiore, & breviore duarum, vel trium gemmarum. *Col. l.* 4. *c.* 21. In pollicem tondeatur, quem quidam cuſtodem, alii reſecem, alii præſidiarium appellant, ideſt ſarmentum gemmatum duarum, vel trium. ¶ Item de nodis, vel partibus prominentibus in corticibus arborum. *Plin. l.* 13. *c.* 4. *de palmis*. Reliquæ teretes, atque proceræ denſis, gradatiſque corticum pollicibus, faciles ſe ad ſcandendum Orientis populis præbent.

Pollia, æ, f. Tribus Romana, dicta a Pollio oppido in Marſis. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 400. *n.* 5. C. Curtio C. F. Pollia Rufino, &c. Adde *pag.* 386. *n.* 5. *& alibi*.

Pollicaris, & re, o. 3. δακτυλιαῖος, quod pollicis latitudinem, ſive craſſitudinem habet. *Plin. l.* 15. *c.* 24. Et interim falcata pollicari latitudine.

Polliceor, eris, citus ſum, d. 2. *promettere*, נדר, Ger. *verheiſſen*, Gal. *promettre*, Hiſp. *prometer*, ἐπαγγέλλομαι, proprie eſt pro merce pretium offerre, ſeu promittere, a *polliceor*, a in o, abeunte, quod *liceor*, ut *polluceo* a *polluceo*. Nam licitantium verbum proprium eſt. Sed generatim poſtea accipi cœpit pro promittere, hoc ſolum diſcrimine, quod, ut *Servius* diſtinguit, pollicemur ſponte, promittimus rogati, ſive, quod, ut *Donatus* cenſet, pollicitatio majoris eſt aſſeverationis. *Priſcianus* ait, eſſe verbum commune. *Cic. pro Planc.* Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar. *Id. l.* 5. *Fam. ep.* 5. De Alexandrina re, cauſaque Regia tantum habeo polliceri. *Id. Fam.* 16. *ep.* 21. Te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, polliceris. ¶ Cum infinitivo præſentis temporis. *Caſ. l.* 6. *B. G. c.* 9. Si amplius obſidum velit, dare pollicentur. ¶ Ponitus aliquando pro affirmare. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 3. De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, ſe, &c. ¶ Legitur etiam polliceo, es. *Varr. apud Non.* 1. 7. *n.* 55. Ne dares, ne polliceres. ¶ Hinc paſſive *Metell. Numid.* apud *Priſcian. l.* 8. *pag.* 792. *Poſtea*. Ut aliis ob meritum ſtatuæ pollicerentur, ἐπαγγέλλονται.

Pollicitatio, onis, f. *promeſſa*, ἐπαγγελία, promiſſio. *Aſin. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 32. Reliquas quoque legiones non deſtitit literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. Adde *Sueton. in Ner. c.* 13.

Pollicitator, oris, m. qui pollicetur. *Tertul. adverſ. Jud. c.* 5. Habemus Deum idoneum pollicitatorem.

Pollicitatrix, icis, f. quæ pollicetur. *Tertul. in Apolog. c.* 23. Virgo pluviarum pollicitatrix.

Pollicitor, aris, d. 1. freq. a polliceor. *Plaut. Mil.* 3. 3. 6. Aut tibi meam operam pollicitari. *Ter. Andr.* 5. 4. 9. Pollicitando eorum animum lactas.

Pollicitum, ti, n. promiſſio. *Ovid.* 1. *de art. v.* 444. Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Memores polliciti noſtri.

Pollicitus, a, um, nom. paſſivum ex particip. *promeſſo*. *Ovid. in epiſt.* 21. *v.* 140. Exige polliciti debita jura tori. *Vellej. l.* 2. *c.* 111. Ad id bellum operæ pollicitæ.

Pollinarius, a, um, γυρώδης, quod ad pollinem ſpectat, ut Cribrum pollinarium, quod de lino, non de ſetis equorum fit, ad pollinem purgandum, quemadmodum cribrum, quod ad excutiendam farinam fit, excuſſorium dicitur. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Cribrorum genera, Galliæ ſetis equorum invenere, Hiſpaniæ lino excuſſoria, ac pollinaria. Adde *Plaut. Pœn.* 1. 2. 10.

Pollinctor, oris, m. vel pollictor, ut alii ſcribunt, *beccamorti*, Germ. *todtenfaber*, Gall. *corbeau*, Hiſp. *el que tiene el entierro*, ταφεύς, νεκροθάπτης, qui funera procurat, & cadavera ungit, a *pollingo*. *Plaut. Aſin.* 5. 5. 61. Ecquis currit pollinctorem arcerſere? *Id. in prol. Pœn. v.* 63. Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Dicitur etiam de veſpillonibus, quorum propria munus erat cum rogi accenſio, tum ſepultura. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Moxque ſidente ſtrue correm devolutum reddere pyræ faſtidioſus pollinctor exhorret.

Pollinctorius, a, um, adject. ad pollinctorem pertinens. *Plaut. in ſuppoſit. Aulul. ſcena, Quid hic, v.* 4. Libitinarius, ſive pollinctorios efferat.

Pollinctura, unctio, & curatio cadaveris. V. *Pollinctura*.

Pollinctus, a, um, adject. fucatus, unctus. Tranſlate *Senec. de vita beata, c.* 7. Voluptas medicamentis pollincta. Alii leg. *polluta*.

Pollingo, is, inxi, inctum, a. 3. *governare i corpi morti*, νεκροστολέω, νεκρὰ στολίζειν, ἐνταφιάζω, ταριχεύω, ut in vett. Gloſſ. exponitur, eſt corpus mortuum curare, lavare, ungere, & cætera præſtare, quæ cadaveri ſuper pyram locando opus ſunt. *Plaut. prol. Pœn. v.* 63. Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Digladiantur inter ſe Etymologi in aſſignanda hujus verbi radice. V. *Voſſ. in Etym.* ¶ Quidam *pollinctio* putant eſſe in præſenti tempore.

Pollinio, onis, f. actus pollinem cribro cernendi, apud *Caton. R. R. c.* 136. ubi alii *polinio* legunt.

Pollintor, oris, m. qui pollinem cribro purgat. *Cato de R. R. c.* 136. ſed dubia eſt lectio.

Pollio, is, n. 4. pila ludo. *Feſtus*.

Pollio, onis, m. Aſinius Pollio Orator celebris fuit Romæ, Auguſti amicus, & Virgilii patronus. *Horatius*, tragœdiarum etiam, & hiſtoriarum ſcriptorem fuiſſe teſtatur, *l.* 2. *ſat.* 10. ¶ De Trebellio Pollione V. *Capitolinus*, *i*.

Pollis, inis, m. 3. γῦρις, farina a furfuribus expurgata, paullo tamen minus, quam flos. Marcellus Dioſcoridis interpres dicit, pollinem eſſe tenuiſſimum pulverem, ſubtilioremque farinæ partem, qualis circa molas plerumque, & loca, in quibus panis pinſitur, parietibus hærens, invenitur, unde fit panis omnium infirmiſſimus. Idem *Plinius* dicere videtur *l.* 18. *c.* 10. his verbis: Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex Africo juſtum eſt e modiis redire ſemodios, & pollinis ſextarios quinque. Ita autem appellant in tritico, quod florem in ſiligine. *Ter. Adelph.* 5. 3. 60. Atque illa, favillæ plena, fumi, ac pollinis. ¶ Dicitur etiam de pulvere aliarum rerum. *Col. l.* 6. *c.* 30. Ex thuris pollinis cum eo, qui profluit, ſanguine immiſto armi linantur.

Pollubrum, vel Polubrum, i, n. *catino*, Ger. *handbecken*, Gal. *baſſin*, Hiſp. *fuente*, χέρνιψ, pelvis, vas latum ad manus, pedeſque lavandos. *Fabius Pictor. l.* 16. *apud Non. c.* 15. *n.* 32. Aquam manibus, pedibuſque dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua.

Polluceo, es, uxi, uctum, a. 2. *offerire*, ὀλολύζω, ſacrorum verbum eſt, de illis, qui Diis libamenta offerunt. Dicitur a porriciendo, quia Diis libamenta porriciuntur. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Vel eſt a *pollucendo*, ſeu quia in eo ſacrificii genere, quod *pollucum* dicebatur, ſacrificii lumina admodum lucerent, ut ait Perottus, ſeu quia in eodem ſplendor epuli pelluceret, quæ *Turnebi* ſententia eſt *l.* 28. *cap.* 31. Verum quidquid ſit de origine, illud de ſignificatione certum eſt, pollucere idem eſſe, ac, convivio lauto inſtituto, ſacra facere, Diis offerre, conſecrare. *Cato R. R. c.* 132. Jovi Dapali culignam vini, quantum vis, polluceto. *Plaut. Stich.* 2. 1. 80. Ut decumam partem Herculi polluceam. *Plin. l.* 32. *c.* 2. *ex Caſſio Hemine*, Numa conſtituit, ut, piſces, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent. V. *Pollucibus*.

Pollucibilis cœna, opulenta, opipara, ſplendida, a *polluctu*, quia polluctum plane opiparum, ac ſumptuoſum erat. *Macrob. l.* 3. *Satur. c.* 17. Altera die Cleopatra, pertentans Antonium, pollucibilem ſane cœnam paravit, ſed quam non miraretur Antonius. ¶ Comparativum *pollucibilior* legitur apud *Tertull. de jejun. c. ult.*

Pollucibiliter, adv. πολυτελῶς, opipare, ſplendide, laute. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 23. Paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter.

Polluctè, adv. opipare, a *polluctum*. *Plaut. Nervolaria in fragm.* Pollucte prodigum eſſe amatorem addecet. Id ſine dubio verius eſt, quam quod in vulgatis legitur, *producte*.

Polluctum, i, n. ſacrificium, ſive convivium, quod Jovi Dapali, Herculi, aliive Deo fiebat, a pollucendo. *Caſſius Hemina apud Plin. l.* 32. *c.* 2. Ni qui ad polluctum emerent. *Macrob. l.* 3. *Sat. c.* 16. Proprie autem Catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurriebant. ¶ Porro quia polluctum hoc plane opiparum, ac ſumptuoſum erat, hinc eſt, quod vocabulo eo generatim uterentur pro cœna lauta, ac ſumptuoſa. *Plaut. Rud. a.* 5. *ſc. ult. v.* 63. Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil ſim, neque ſit quicquam polluſti domi.

Polluctūra, æ, f. lautum convivium, cœna lauta, ac ſumptuoſa. *Plaut. Stic.* 3. 4. 6. Quiſquis prætereat, comeſſatum volo vocari. ST. Conveniet, dum quidem hercle quiſque veniet cum vino ſuo. Nam hinc quidem hodie polluctura, præter nos jam dabitur nemini. Eſt qui legit *pollucibura*, ſed hoc ad rem hic non facit.

Polluctus, a, um, partic. a polluceo, in medium poſitus, omnibus communis, ductum a *polluctis*, ad quæ quilibet conveniebat. *Plaut. Rud.* 2. 4. 11. Non ego ſum pollucta pago: potin' ut me abſtineas manum? ¶ Significat etiam opipare acceptus, laute habitus, nempe quia pollucentes Veteres convivia lauta inſtituebant. Hinc jocoſe *Id. Cur.* 1. 3. 37. Polluctus virgis ſervus.

Polluo, is, lui, lutum, a. 3. *macchiare*, *imbrattare*, טמא, Germ. *beflecken*, Gal. *polluer*, Hiſp. *enſuziar*, μιαίνω, inquino, fœdo, contamino. *Cic. pro R. Am.* Qui cum omnia divina, atque humana jura ſcelere nefario polluiſſet. *Horat. l.* 3. *od.* 5. Domus caſta polluitur ſtupris.

Pollutio, onis, f. actus polluendi, inquinatio. *Pallad. l.* 9. *tit.* 10. Aqua colore perlucido, carens muſco, & omni labe pollutionis aliena.

Pollūtus, a, um, *macchiato*, *imbrattato*, μεμιασμένος, inquinatus, fœdatus. *Cic.* 7. *Verr.* Polluta, & violata ſacra. *Silius l.* 11. *v.* 343. Polluta dolis fœdera. Et *v.* 46. Pollutior ipſa ſenectus. *Apul. lib.* 9. *Metam.* Pollutiſſimus dives. *Stewech. in Arnob.* legit *pollentiſſimus*. ¶ Pollutus præterea a porriciendo dictus, idem eſt ac Diis oblatus, teſte *Varrone l.* 5. *de L. L. Scalig.* tamen *ad Feſtum* legit *polluctus*, quod multo rectius eſt. V. *Polluceo*.

Pollux, ucis, m. Jovis, & Ledæ filius, frater Caſtoris, Helenæ, & Clytemneſtræ. Hunc Poetæ fabulantur immortalem fuiſſe, tantoque amore fuiſſe erga fratrem, qui mortalis genitus fuerat, ut cum eo immortalitatem ſuam divideret. *Boccac. l.* 11. *Gen.* V. Caſtor. ¶ *Polluces* in plurali numero legitur, licet de uno tantum ſermo ſit. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 55. Ita me Jupiter, Juno, Ceres, Caſtor, Polluces, Mars ament. Similiter & *Caſtores* dicebant, unum Caſtorem ſignificantes, interdum & utrumque fratrem. *Arnob. lib.* 1. Dii Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugillator bonus. Adde *Serv. in* 3. *Georg.* & *Var. l.* 4. *de L. L.*

Polonia, f. 1. *Polonia*, Regnum peramplum Europæ, ubi alias Germano-Sarmatia cum parte Orientali Germaniæ, prope Viſtulam fl. Terminatur a Sept. mari Baltico, Livonia, & Moſcovia, ſeu Ruſſia alba, a qua etiam terminatur ab Or. ab Occ. Germania, a Mer. Hungaria, Tranſylvania, & Moldavia. Dividitur in duas partes, in Poloniæ Regnum proprium, & in Magnum Ducatum Lithuaniæ.

Polubrum. V. Pollubrum.

Polulus, a, um, adject. antique, pro paululus. *Cato R. R. c.* 10. Labellum polulum. Et *cap.* 21. Laminæ polulæ.

Polus, i, m. πόλος, cœlum, circuitus cœli, a πολέω, verto. Fabulantur, Polum filium fuiſſe Demogorgonis, Demogorgonem prope aquas maris ſedentem, ex aqua, & ex limo molem finxiſſe, quæ Polus dicta eſt, illam in ſublime evolaviſſe, & in immenſam magnitudinem excreviſſe, ita, ut omnia ambiret, cum patrem circumſtaret lucis globulum fabricantem, cumque cerneret plurimas favillas ictibus mallei accenſas, & hinc, atque illinc evolantes, gremium expandiſſe, omnes illas favillas collectas ſuum in domicilium tuliſſe, illiſque ipſum ornaviſſe. *Bocc. l.* 1. *Gen. Virg.* 3. *Æn. v.* 589. Humentemque Auroram polo dimoverat umbram. ¶ Poſteriores Græci πόλους, & Latini polos, vel vertices dixere extrema axis, ideſt duo puncta immobilia in cœlo, circa quæ tanquam circa cardines quoſdam cœlum vertitur. Duo enim ſunt poli, quorum alter Arcticus, vel Borealis dicitur, eſtque altiſſimus his, qui ſunt in noſtro hemiſphærio, & perpetuo apparet, alter Antarcticus & Auſtralis vocatus, qui Arctico ex diametro opponitur, imus, & depreſſus eſt, neque a nobis cerni poteſt. Ab horum uno ad alterum imaginaria quædam linea per mundi centrum ducitur, quam axem appellant, cujus extrema poli occupant. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 41. Extremuſque adeo duplici de cardine vertex Dicitur eſſe polus. Adde *Plin. l.* 2. *c.* 15.

Polyacanthos, i, Πολυάκανθος, herbæ genus, ſpinoſa habens lanugines. *Plin. l.* 21. *c.* 16.

Polyægos, f. 2. *Poligaſa*, *Polagaſa*, inſ. maris Ægæi, una Sporadum ſic dicta a caprarum multitudine. Aliis eſt *Falconera*, al. *Polegandro*. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Polyanthĕmum, i, πολυάνθεμον, herba, quam nonnulli batrachion appellant. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Polycarpos, i, f. πολύκαρπος, herba, eadem quæ polygonus. *Apul. de herb. c.* 18.

Polychronius, a, um, adject. πολυχρόνιος, diuturnus, longævus. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 58.

Digitized by Google

Polycletĕus, a, um, adject. ad Polycletem pertinens. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 67. Aut Polycleteo juſſum eſt quod vivere cœlo.

Polyclĕtus, m. 2. πολύκλειτος, ſtatuarius eximius, genere Sithonius, diſcipulus Ageladæ. Duas eodem argumento ſtatuas fecit, alteram arte ſua, alteram de vulgi opinione, quam de ſententia cujuſvis prætereuntis cælaverat. Quibus perfectis turbam admiſit, & primum illam oſtendit, quam arte ſua cælaverat, quæ magnopere laudata eſt, deinde eam, quam ex vulgi opinione, quæ non æque placuit. Tunc, *Atqui*, inquit, *hanc, quam tantopere laudatis, ego feci, quam vero vituperatis, vos feciſtis.* Fecit aſtragalizontes, hoc eſt talis ludentes, quo opere nullum abſolutius judicant. Hujus etiam Doryphorus celebratur, quem Lyſippus ajebat ſibi magiſtrum fuiſſe. *Cic.* 2. *de Orat. in Bruto*, 2. *Acad.* & *Ælian. de Var. Hiſt.*

Polycnĕmon, i, πολύκνημον, herba odorifera, cunilæ ſimilis. *Plin. lib.* 25. *cap.* 14.

Polycrătes, m. 3. Tyrannus, qui regnavit in Samo inſula, ætate Pythagoræ, & Anacreontis, celebris apud Hiſtoricos opibus, & felicitate. Nihil enim ei in vita adverſi unquam contigit. Anulum habuiſſe dicitur incredibilis pretii, ſibique chariſſimum, quem, ut nimis ſibi blandientem fortunam aliqua adverſitate temperaret, in mare abjecit: quem tamen poſtea in præcordiis piſcis inventum recuperavit. Sed ejus mors ærumnoſa, & infamis docuit, neminem ante obitum merito dici poſſe felicem. Fuit enim ab Oronte Satrapa Perſarum captus, ſuſpenſuſque. *Cic.* 5. *Fin.* & *Strab. l.* 14.

Polydămas, antis, m. πολυδάμας, vir Trojanus, filius Antenoris ex Theanno ſorore Hecubæ. Alii Panthoi filium fuiſſe dicunt. Fuit æqualis Hectoris, ejuſdemque ſocius, & magiſter. *Ælian.* ¶ Eloquentia valuit. *Hom.* 18. *Iliad.* Lycaſten Priami filiam ex concubina uxorem duxit. *Dares* Hiſtoricus hunc dicit ad caſtra Græcorum noctu profectum de conſilio Antenoris patris, & Æneæ Trojam prodidiſſe. *Ovid.* 12. *Metam.* ¶ Polydamas alter, Pancratiaſtes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperavit, taurum ingentem apprehenſis natibus pedibus retro tenebat, currum agitatum in ſe opponendo altera manu apprehenſum ex curſu retrahebat, in equoſque inſiliebat dejecto auriga. Accerſitus a Dario Artaxerxis magni filio ter epod eum ex provocatione victor fuit. Poſtremo poſt cœnam in caverna, cum ſaxum a vertice ruinam minaretur, diffugientibus convivis, confiſus ipſe viribus, ac manibus poſſe illud ſuſtinere, oppreſſus eſt. *Pauſan.*

Polydamantĕus, a, um, adject. ad Polydamantem pertinens. *Sil. l.* 12. *v.* 212. Polydamanteis juvenis Pedianus in armis.

Polydectes, m. 1. πολυδέκτης, filius Magnetis, Rex Seriphi inſulæ. Hic Perſeum Jovis, & Danaes filium educavit. Cujus tandem ingenium, virtute, audaciamque, & felicitatem, ſub prætextu æternæ gloriæ illum ad ſuperandam Gorgonem Meduſam miſit. Sed Perſeus devicta Meduſa victor reverſus eſt. Polydectes, cum Perſeo ſemper detraheret, converſus eſt ab illo in ſilicem, monſtrato capite Meduſæ. *Ovid.* 5. *Metam.* ¶ Polydectes alter, filius Moloſſi, nepos Pyrrhi, ex genere Æacidarum. *Bocc. l.* 12. *Gen.*

Polydorĕus, a, um, adjectiv. ad Polydorum pertinens. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 629. Et Polydoreo manantem ſanguine terram.

Polydōris, idis, f. filia Pelei, quæ adamata eſt a Sperchio flu. ex quo Mneſtheum peperit, qui cum Achille ad bellum Trojanum profectus eſt. Hæc poſtea Borioni nupſit. *Bocc. l.* 12. *Gen.*

Polydōrus, m. 2. πολύδωρος, filius Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Trojani cum magno auri pondere conſervandum miſit Polymneſtori Regi Thraciæ, non ſolum antiquo amico, & hoſpiti, ſed etiam genero ſuo, data ei in matrimonium Ilione maxima filiarum. Sed ille, incenſa Troja, cæteriſque Priami filiis fere omnibus interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in litore ſpatiantem telis aggreſſus eſt, & fruſtra fidem Deorum, hominumque implorantem occidit. *Virg.* 3. *Æn.* Sed *Ovid. l.* 13. *Met.* rem aliter narrat. V. etiam *Serv. in* 3. *Æn.* ¶ Polydorus ſecundus, filius Priami ex Laothoe Altai Lelegum Regis filia, frater Lycaonis, minimus natu omnium liberorum. Pedum velocitate omnibus illius ævi adoleſcentibus præſtitiſſe fertur. Cum præ cæteris liberis a patre amaretur, ei interdictum fuerat, ne in prælium exiret. Sed quadam die ex urbe inſcio patre egreſſus in Achillem incidit, a quo haſta confoſſus eſt, Hectore fratre nimis ſero opem ferente, quo extincto, Lycaon ejus frater multis precibus vitam ab Achille deprecans, tamen ab illo in Scamandrum fluvium projectus, natandi imperitia interiit.

Polygăla, æ, f. πολύγαλα, genus herbæ, quæ pota lactis abundantiam facit, a πολὺ, *multum* & γάλα, *lac.* *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Polygnōtus, ti, m. πολύγνωτος, pictor præſtantiſſimus filius Aglaophontis, patria Thaſius. *Plin. l.* 33. *c.* 13. & *l.* 34. *c.* 8.

Polygonāton, i, *Sigillo di Salomone, Sigillo S. Maria*, n. 2. πολυγόνατον, herba ſine foliis, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, a πολὺ, *multum*, & γόνυ, *genu*, propter multitudinem geniculorum. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Polygonium. V. Polygonus.

Polygonĭus, a, um, adject. πολυγώνιος, multos habens angulos, ut polygoniæ turres, apud *Vitruv. l.* 1. *c.* 5. ¶ Apud *Hyginum* legitur *polygonus*, eodem ſenſu.

Polygonoīdes, is, n. 3. πολυγονοειδὲς, genus herbæ, folio lauri, longa, teneiſque, adverſus ſerpentes, ac privatim aſpides ex aceto pota efficax. Ægyptus hanc maxime gignit. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Polygŏnus, i, f. *correggiuola*, πολύγονον, ſpecies herbæ, al. ſanguinaria, a πολὺ, *multum*, & γονὴ, *ſemen*, propter multitudinem ſeminis. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Polygonon Græci vocant, quam nos ſanguinariam. *Id. l.* 26. *c.* 13. Polygonus pota menſes ciet. ¶ Apud *Scribon. Larg. compoſ.* 193. legitur *polygonium*.

Polygrammos, f. 2. πολύγραμμος, genus gemmæ lineis albis multis diſtinctæ, cætera ſmaragdo ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Polygynæcon, n. 2. πολυγυναικεῖον, frequentia, ſeu ſenatus mulierum. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Pinxit in templo Eleuſini Phylarchum, Athenis frequentiam, quam vocavere polygynæcon. Aliqui legunt *gynæconitam*, alii *polygynæcon*.

Polyhiſtor, oris, m. πολυΐστωρ, multiſcius. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo *Gel. lib.* 5. *c.* 14. item *Solinus*, ob variarum rerum commemorationem. item Cornelius Alexander Græcus Grammaticus, teſte *Sueton. de illuſtr. Grammat. c.* 20.

Polyhydion, i, πολυΰδιον, herba, centaurea major. *Apul. de herb. c.* 34.

Polyhymnia, ſeu Polymnia, æ, f. πολύμνια, πολύμνεια, Muſa, quæ laudationibus præeſt, a πολὺς, *multus*, & ὕμνος, *hymnus*, *cantus*. Aliqui dictam volunt, quaſi multæ memoriæ, ex πολὺς, *multus*, & μνεία, *memoria*. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 1. Nec Polyhymnia Leſboum refugit tendere barbiton. Aliqui leg. *Polymneia*. Adde *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 9. & 53.

Polymitus, a, um, πολύμιτος, quod multis verſicoloribus liciis in longum, tranſverſumque ductis contextum eſt, a πολὺ, *multum*, & μίτος, *licium*. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. *Hieronym. epiſt.* 128. *ad Fabiol.* Balteum ita polymita arte diſtinctum, ut diverſos flores, ac gemmas artificis manu non textas, ſed additas arbitreris.

Polymneſtor, oris, Thracum Tyrannus in ea regione, quæ Biſtonia, & Pallene dicta eſt, gener Priami, cujus filiam Ilionem uxorem duxerat. Polydorum primum, Priami filium, quem pater ejus fidei cum magno auri pondere crediderat, incenſa Troja, auri cupiditate interfecit. Quod cum Hecuba in Græciam cum aliis captivis mulieribus navigans, ubi in Thraciam pervenit, cognoviſſet, Tyrannum adiit, tanquam aliud ei auri pondus vellet indicare, eique ab aliis mulieribus adjuta oculos unguibus eruit. *Ovid.* 13. *Metam.*

Polymyxos, m. 2. *lucerna di molti ſtoppini*, πολύμυξος, lucerna, quæ multis ellychniis lumen in diverſa ſpargit, a πολὺς, *multus*, & μύξα, quod inter alia etiam de lucernæ ellychnio dicitur. Legitur apud *Martial. in lemmate epigr.* 41. *l.* 14.

Polyneuron, i, πολύνευρον, herba multas fibras veluti nervos habens. *Apul. de herb. c.* 1.

Polynīces, is, m. πολυνείκης, filius Oedipi Regis Thebarum ex nefando Jocaſtæ matris concubitu editus, frater Eteoclis. Hi mortuo patre inter ſe convenere, ut alternis annis regnarent. Sed cum Eteocles pactis non ſtaret, bello a Polynice indicto, poſt varia diſcrimina, ambo fratres ſingulari certamine mutuis confecti vulneribus, periere. *Stat.* 7. *Theb. v.* 689. Parcior ad cives Polynicis inhorruit enſis.

Polyonymos, i, πολυώνυμος, herba perdicalis. *Apul. de herb. c.* 81.

Polyphēmus, mi, πολύφημος, Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, monſtrum ingenti corpore, uno tantum oculo in fronte. Galateam Nympham adamavit, a qua ſpretus, animi dolore Acin puerum, quam illa prætulerat, ſaxo interfecit. Ad hunc venit Ulyſſes cum duodecim comitibus, & optimo vino ſoporatum titione obcæcavit. *Virg.* 3. *Æn.*

Polypluſios, a, um, πολυπλούσιος, bene nummatus, ubertim dives, ex πολὺ, *multum*, & πλούσιος, *dives*. *Plaut. Capt.* 2. 2. 27. Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polypluſio.

Polypodium, ii, n. *felce quercina*, *polipodio*, πολυπόδιον, genus herbæ, al. dolichos, & ſerpillum, vulgo filicula, a *polypus*, ſive quod radix ejus veluti cirros ad ſimilitudinem polypi piſcis habeat, ſive quod farina ejus indita naribus polypum conſumat. *Plin. l.* 17. *c. ult. l.* 26. *c.* 8. 11. 15.

Polypōſus, a, um, qui polypo morbo laborat. *Martial. l.* 12. *epig.* 37. Naſutum nolo, nolo polypoſum.

Polyptōton, i, πολύπτωτον, traductio, figura locutionis, qua caſibus diverſis oratio diſtinguitur, ut apud *Virg.* 4. *Æn. v.* 628. Litora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis pugnent, &c. Sed vox Græca eſt, & Græce ſcribenda. *Quintil. l.* 9. *c.* 3.

Polypus, pi, & podis, m. *polpo*, πολύπους, piſcis ex genere eorum, qui molli cute teguntur, a πολὺς, *multus*, & πούς, *pes*, quia multos pedes habet, ideſt octo, unde & ὀκτάπους, ideſt octipes uſitatius dicitur. De polypo *Plin.* ſcribit *lib.* 9. *cap.* 12. 19. 20. 29. 30. 31. 62. *l.* 32. *c.* 10. & 11. ¶ Polypus item narium morbus eſt, hoc eſt caruncula narium oſſi inhærens, quæ interdum adeo excreſcit, ut reſpirationem impediat, hominemque ſtrangulet, teſte *Celſo l.* 6. *c.* 8. Nomen ei a polypo piſce. Nam & carne eum refert, & multas habet radices, uti piſcis ille pedes. *Horat. Epod.* 12. Polypus, an gravis hirſutis cubet hircus in alis. *Cat. de R. R. c.* 157. Et, ſi polypus in naſo introierit, braſſicam erraticam, aridam, tritam in manum conjicito, & ad naſum admoveto. ¶ Tranſlate etiam de homine rapaci uſurpatur, nempe quia polypus magna cum ſolertia acetabulis ſuis conchas, ac piſciculos attrahat, conſtrictoſque teneat, ut nequeant avelli. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 21. Ego iſtos novi polypos, qui ubi quid attigerint, tenent. ¶ In fœminino gen. uſurpavit *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 175.

Polyrrhizos, i, πολύρριζος, herba radice multa, alio nomine ariſtolochia. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Polyſēmus, πολύσημος, h. e. multa ſignificans: Græca vox, a πολὺ multum, & σῆμα, ſignum, nota. *Polyſemus ſermo* dicitur a *Servio ad l.* 1. *Æn. v.* 1. & 86. cum vox aliqua adhibetur, quæ plures habeat ſignificationes.

Polyſpaſtos machina dicitur a *Vitruv. lib.* 10. *cap.* 5. quæ multis orbiculis conſtat, atque adeo magnam trahendi vim habet, a πολὺ, *multum*, & σπάω, *traho*.

Polyſynthĕton, n. 2. Figura verborum per adjectionem, per quam eadem conjunctio in membris, vel inciſis orationis frequenter repetitur, a πολὺ, *multum*, & συντίθημι, *ſimul pono*. Quidam ex *Rutilio Lupo* duas figuras diſtinguunt, *Polyſyndeton*, & *Polyſyntheton*, & *Polyſyndeton* eſſe volunt, cum eadem conjunctio ſæpius in inciſis repetitur, *Polyſyntheton*, cum in membris ejuſdem conjunctionis repetitio fit, vel etiam plures conjunctiones diverſæ afferuntur. Exemplum prioris eſt in illo Virg. 3. Georg. *Tectumque, laremque, armaque, Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram*. Poſterioris hoc modo. *Ille hunc pœna conſtrictum trahebat, hic autem vociferabatur, concurſus vero non mediocris erat, cum tamen omnes opitulari vellent, ſed nemo auderet, neque ibi Magiſtratus aderat, neque circumſpicientes, quo potiſſimum confugeremus, reperiebamus.* Sed utraque vox Græca eſt, & Græcis literis ſcribenda.

Polytĕles, πολυτελὴς, titulus eſt libri ſeptimi *Apicii*, & ſignificat ſumptuoſus, impendioſus, a πολὺ, *multum*, & τέλος, *vectigal*, *impenſa*, quia in eo libro multa traduntur condimenta, quæ magnas impenſas requirunt.

Polytrĭchon, i, πολύτριχον, herba, capillus Veneris, a multitudine tenuium fibrarum, ſeu capillamentorum in radicibus ſic dicta; nam πολὺ, *multum*, θρὶξ, τριχὸς, *capillum*, ſignificat. *Plin. l.* 22. *c.* 21. ¶ Eadem dicitur & Polythrix, icis, πολύθριξ, ab *eod. l.* 26. *c.* 11. 12. & 14. ¶ Polythrices nomen eſt gemmæ capillamentum referentis. *Id. l.* 37. *c.* 11.

Polyxĕna, æ, *Poliſſena*, πολυξένα, vel πολυξένη, filia Priami, ex Hecuba conjuge. Poſt Trojæ excidium a Pyrrho Achillis filio ad patris ſepulcrum jugulata eſt, quod Achilles ſub ſpecie nuptiarum cum ea celebrandarum a Paride per inſidias interfectus fuiſſet in templo Apollinis. V. *Ovid.* 13. *Met. Virg.* 3. *Æn.* & *Sen. in Troade*.

Polyxenĭus, a, um, quod ad Polyxenam ſpectat. *Catul. Argon. v.* 368. Alta Polyxenia madefient cæde ſepulcra.

Polyxo, f. 4. contract. una Amazonum, vates Apollinis in Lemno inſula, quam aliqui dicunt auctorem fuiſſe, ut Thraces mulieres omnem virilem ſexum interimerent. *Stat. Theb.* 5. & *Val. Flac. l.* 2. *v.* 316.

Polyzōnos, m. 2. πολύζωνος, gemma nigra, multis zonis candicantibus diſtincta. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Pomarĭum, ii, n. μηλών, locus, ubi reponuntur poma. *Plin. l.* 15. *c.* 16. Pomaria in loco frigido, ac ſicco contabulari, ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die patere. ¶ Sumitur etiam pro pometo, ideſt loco arboribus pomiferis conſito, qui Græcis παράδεισος, vocatur. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Et uda mobilibus pomaria rivis. *Ovid.* 4. *Metam.* Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas Montibus.

Pomarĭus, ii, m. pomorum venditor, ὀπωροπώλης. *Horat. l.* 2. *ſer. ſat.* 3. *v.* 227. Edicit piſcator uti, pomarius, auceps.

Pomarĭus, a, um, adject. pomis conſtans, ut pomarium ſeminarium, apud *Cat. R. R. c.* 28.

Pome-

Digitized by Google

Pomerania, æ, *Pomerania*, Inc. *Pommern*, prov. Germaniæ, ad mare Balticum, Ducatus titulo nobilis ab anno 1181. in Circulo Saxoniæ ſuperioris. Terminatur a Sept. Mari Baltico, a Mer. Marchia Brandeburgica, ab Or. Pruſſia, ab Occ. Ducatu Megalopolitano. Antea Duces habuit proprios, ſed mortuo Boguslao ultimo Duce, bipartita fuit pace Monaſterienſi, & Oſnabrugenſi. Pomerania citerior, ſeu cis Oderam flu. conceſſa fuit Sueciæ, Pomerania vero ulterior, ſeu inter Oderam, & Pruſſiam, conceſſa fuit Electori Brandeburgico.

Pomeridianus, & Poſtmeridianus, a, um, ἑσπερινὸς, quod poſt meridiem fit, *poſt*, & *meridies*, *Cic. in Orat. c.* 47. Et pomeridianas quadrigas, quam poſtmeridianas, libentius dixerim. *Id.* 3. *de Orat. cap.* 30. Neque Tuſculani, atque hujus ambulationis antemeridianæ, aut noſtræ pomeridianæ ſeſſionis. *Id.* 3. *de Orat. cap.* 5. Inclinato in poſtmeridianum tempus die.

Pomeridiem pro poſtmeridiem dixiſſe quoſdam, ſcribit *Quintil. l.* 9. *c.* 4. ad evitandum conſonantium concurſum.

Pomerium, vel Pomœrium, ii, πωμήριον, locus prope mœnia, tam intra, quam extra, quem antiqui in condendis urbibus inaugurato conſecrabant, neque patiebantur vel ædificiis impediri, vel arari, a *poſt*, & *mœrus*, quo antiqui uſi ſunt pro *muros*, non tam quod hoc ſpatium eſſet poſt murum, quam quod murus poſt hoc ſpatium extaret. *Gel. l.* 13. *c.* 14. *Liv. l.* 1. *c.* 44. *Var. l.* 4. *de L. L.* dici vult, quia ſit pone muros. Si etymon ſpectes, omnino *pomœrium* ſcribendum eſt per œ. Rectius tamen *pomerium* dices, quando veteres libri, & lapides ſimplici e ſcribunt. *Manut. in Orthogr. Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quod cum pomerium poſtea intraſſet habendi Senatus cauſa, in redeundo, cum idem pomerium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus. ¶ Pomerium Romæ antiquiſſimum Palatii radicibus terminabatur. Sed pro incrementis Reipublicæ poſtea ſæpius dilatatum eſt. Proferendi autem pomerii jus habebat, qui Rempublicam agris de hoſtibus captis auxerat, cujus rei exemplum habes apud *Tac. Ann.* 12. *c.* 23. & 24.

Pometinus, a, um, ad Pometiam pertinens, quod fuit Volſcorum oppidum. *Liv. l.* 1. *c.* 55. Pometinæ manubiæ.

Pometum, i, μηλὼν, locus arboribus pomiferis conſitus, a *pomum*. *Pallad. l.* 1. *tit.* 36. Longa ab hortis, vineis, atque pometis.

Pomifer, era, erum, μηλοφόρος, quod poma fert. *Col. l.* 4. *c.* 9. Supereſt ratio pomiferarum arborum. *Hor. l.* 4. *od.* 7. Pomifer autumnus.

Pomœrium, V. Pomerium.

Pomona, æ, pomorum Dea, ideſt quæ fructibus arborum præerat. *Ovid.* 14. *Metam. Arnob. l.* 3. Hinc Vicus Pomonæ apud *Sextum Rufum*. Hanc Picus Latinorum Rex adamavit, propter quod a Circe in avem ſui nominis transmutatus eſt. *Ovid. ibid.*

Pomonalis Flamen, Sacerdos Pomonæ Deæ ultimus dignitate omnium Flaminum. *Feſt.* in Maximæ.

Pomoſus, a, um, adject. pomis abundans. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 1. Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis. *Propert. l.* 4. *eleg.* 2. Inſitor hic ſolvit pomoſa vota corona.

Pompa, æ, f. *pompa*, Ger. *prachet*, Gal. *pompe*, Hiſp. *pompa*, πομπή, omne ſpectaculum, teſte *Valla l.* 4. & apparatus ſolemnis, cum oſtentatione, & ſpecie quadam triumphi, tam in adverſis, quam in proſperis, & lætis. *Nep. in Att. c. ult.* Pompa funeris. *Virg.* 3. *Georg. v.* 22. Solemnes ducere pompas. *Cic.* 1. *Off.* Ut pomparum feraulis ſimiles eſſe videamur. ¶ Speciatim dici ſolet de Circenſi pompa, *Tertul. l. de Spectac. c.* 7. Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus, quibus propria hoc nomen pompa præcedit. *Ovid.* 4. *Faſt.* Circus erit pompa celebris, numeroque Deorum. Erat autem pompa Circenſis ſimile aliquid noſtris Proceſſionibus, ut appellant, cum Magiſtratus, Sacerdotes, & multi præterea cives rite atque ordine a templo Jovis Capitolini in Circum procedebant, multis circumlatis ferculis cum Deorum, Semideorum, & Imperatorum ſtatuis, quas in Circo ipſo ante ludos ſacrificaturi collocabant. V. *Dionyſ. Halic. l.* 7. ¶ Sumitur etiam pro longo incedentium ordine. *Ter. Heaut.* 4. 4. 17. Et tua pompa eo traducenda eſt. Loquitur de prolixo meretricis comitatu. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 15. Moleſta hæc pompa lectorum meorum. ¶ Transfertur ad orationem quoque, atque alia, & ſumitur pro ſplendore, magnificentia, faſto. *Cic.* 2. *de Orat.* Adhibere quandam in dicendo ſpeciem, atque pompam. *Q. Cic. de petit. Conſul.* Tota petitio, procura, ut pompæ plena ſit, ut illuſtris. *Sen. l.* 2. *de Benef. c.* 12. Detrahere pompam muneri ſuo, h. e. dare ſine faſtu.

Pompabilis, le, adject. *pomposo*, magnificus, ſplendidus. *Trebell. Pol. in Zenobia, ſeu in xxx. Tyrann. c.* 30. Ducta per triumphum ea ſpecie, ut nihil pompabilius populo Romano videretur.

Pompalitas, atis, f. pompa. *Priſcian. in lib. de verſib. Comicis poſt princip. edit. Putſchii pag.* 1320.

Pompalis, & le, n. 3. quod cum pompa eſt. *Capitol. in Gordian. c.* 6. Canitia decora, pompali vultu.

Pompaliter, adv. cum pompa. *Trebell. in Gallien. c.* 8. Gladiatores pompaliter ornati. Al. leg. *pompabiliter*.

Pompaticus, a, um, quod cum pompa conjunctum eſt. *Tert. de cult. fem. c.* 9. Fœminæ pompaticæ progrediuntur. *Apul. l.* 10. *Mileſ.* Pompatico favore deducor.

Pompatus, a, um, quod pompam habet. *Tertul. l. de Spectac. c.* 7. Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus.

Pompejanum, i, n. *Pomigliano*, al. *S. Maria Nunciata*, *Torre dell' Annonciata*, *Annunciata*, villa Ciceronis, prope Nolam. *Baudrando* idem videtur ac oppidum Pompeii.

Pompejanus, a, um, quod ad Pompejum ſpectat. *Lucan. l.* 3. *v.* 166. Pompejani triumphi. *Velles. l.* 2. *c.* 51. Prælio Pompejanis proſpero. ¶ Pompejanus coloſſus, ſeu Pompejanus Jupiter, ſtatua Jovis in Campo Martio a Claudio Cæſare dicata, ita dicta a vicinitate theatri Pompeji. *Plin. l.* 34. *c.* 7. ¶ Pompejana vitis, vel uva, eadem ac Murgentina, ita dicta ab inſitore. *Colum. l.* 3. *c.* 2. *Plin. l.* 14. *c.* 2. 3. 6. ¶ Ficus Pompejanæ, vel Pompejæ, genus ficuum ab auctore nomen habens, optimum ad ſiccandum. *Plin. l.* 15. *c.* 18.

Pompeji, orum, gens Romæ, Plebeja. *Vellejus Paterculus* tres Pompejæ gentis fuiſſe familias *l.* 2. tradit, ſed quæ ſint, non explicat. Alii dicunt, duas omnino hujus gentis familias diverſas occurrere. Prima Ruforum eſt, in qua tres ante bellum civile Syllanum, tres poſt Pompejanum Curules Magiſtratus geſſere. Nam Bithynici ejuſdem plane ſunt ſtirpis. Hujus familiæ auctor fuit, & princeps A. Pompejus Rufus, a quo Q. Pompejus A., qui Conſul fuit cum Cn. Servilio Cæpione anno 629. alias 642. & rem ad Numantiam male geſſit. *Cic. in Brute*, *pro Mur.* 5. *Vet.* & *Flor. l.* 2. Altera eſt Cneorum, ex qua Cn. Pompejus Magnus filius Cn. Pompeji Strabonis, qui cum Cæſare bellum civile geſſit, & in Ægypto occiſus fuit. V. *Vellej. lib.* 2. *Lucan.* &c. ¶ Pompeji homines novi fuere. *Cic. pro Mur.*

Pompeji, orum, m. *Caſtel a mare di Stabia*, al. *Crovid*, opp. Campaniæ, in ora ſinus Neapolitani, apud Sarnum flu. *Baudrandus* credit, idem eſſe ac Pompejanum, *Torre dell' Annunciata*, & ait eſſe ad oſtia Sarni flu. Conditum fuit ab Hercule, cum boves Geryonis abduceret, teſte *Solino*. Sub Nerone terræmotu concidit. Ejus meminit *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Pompejopolis, Ciliciæ urbs, poſtea Trajanopolis dicta, teſte *Solin. c.* 51.

Pompejus, a, um, πομπήιος, quod ad Pompejum ſpectat. *Ovid. l.* 4. *de Pon. eleg.* 5. Protinus inde domus vobis Pompeja petatur. ¶ Lex Pompeia, quæ lata eſt a Cn. Pompejo Strabone Conſule patre Pompeji Magni anno U. C. 664. ut Ligures, Veneti, & Galli Ciſpadani Civitate Romana, Galli vero Tranſpadani jure Latii donarentur. *Plin. lib.* 3. *cap.* 20. *Sigon. de ant. jur. Ital. l.* 1. *cap.* 1. & *l.* 3. *cap.* 1. & 2. ¶ Pompeia ficus, eadem ac Pompejana. *Plin. lib.* 15. *cap.* 18. ¶ Pompeja umbra, V. Porticus.

Pompelon, ſeu Pompelo, onis, f. 3. *Pamplona*, πομπέλων, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, a Pompejo condita, teſte *Strabone*. ¶ Populi Pompelonenſes. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Pompholyx, ygis, f. *ponfolice*, *tuzia*, πομφόλυξ, fuligo, ſeu cinis metallicus in officinis potiſſimum ærariis e fornacibus evolans, & ſummis caminis partibus adhærens. *Plin. l.* 34. *c.* 13.

Pompilia gens, una ex gentibus Patriciis Romæ, cujus auctor fuit Pomponius, vel Pompo, homo imprimis nobilis, & clarus, urbe Sabinorum oriundus. *Plutarch.*

Pompilius, ii, ſecundus Rex Romanorum. V. Numa. ¶ Pompilius, a, um. *Horat. de ar. poet. v.* 292. Pompilius ſanguis.

Pompilus, i, m. πομπίλος, ναυτίλος, nautilus, piſcis thynno ſimilis, quem ſimilitudine quidam decepti cum inter thynnos retulerunt, ut et *Plinio* diſcimus, a πομπεύειν, *deduco*, quia per mare uſque ad litus deducat naves. *Ovid. in Halieut. v.* 101. Tuque comes ratium, tractique per æquora ſulci, Qui ſemper ſpumas ſequeris, Pompile, nitentes. Adde *Plin. l.* 9. *c.* 15. & *l.* 32. *c.* 11.

Pompo, as, n. 1. cum pompa aliquid ago. *Sedul. l.* 1. *v.* 2. Grandiſonis pompare modis, tragicoque boatu.

Pomponia, æ, πομπωνία, mater Scipionis, ex congreſſu Jovis, ut credi volebat, in anguem mutati. *Sil. l.* 13. *v.* 615. Aſtabat fœcunda Jovis Pomponia furto.

Pomponiana pyra, genus pyrorum, ita dictum ab inſitore. Eadem mammoſa ob ſimilitudinem mammæ cognominantur. *Plin. l.* 15. *c.* 15. ¶ Eſt etiam Pomponiana Inſula, una ex Stœchadibus. *Id. l.* 3. *c.* 5.

Pompoſe, adv. *pompoſamente*, magnifice, cum pompa. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 9. Pompoſe ſcribere.

Pompoſus, a, um, adject. *magnifico*, *pompoſo*. *Sidon. l.* 4. *ep.* 9. Pompoſus inceſſus.

Pomptina Tribus Rom. in Latio fuit, in Volſcis, ſic dicta ab urbe Pometia, vel Pontios. Facta eſt anno U. C. 395. una cum Poplilia. ¶ Pomptina palus. V. Pontina.

Pomum, i, n. *pomo*, תפוח, Germ. *obeſt*, Gall. *pomme*, Hiſp. *mançana*, μῆλον, omnis fructus, qui ex arboribus eſui aptus provenit, ſive mollis, ſive durus ſit. Quidam enim etiam nucem hoc nomine complexi ſunt, quæ Græcis ἀκρόδρυον. (*Macrob. lib.* 2. *Sat. c.* 15. ſcribit ficum, tanquam non pomum, ſecerni a pomis apud idoneos Scriptores; additque exempla ex *Cic. de Republ.* & ex *Afranio*. Nihilominus *Plin. l.* 15. *c.* 17. non ſemel pomum pro fico poſuit.) Sed alii in hoc diſtinguunt nucem a pomo, quod nux generale ſit nomen omnibus, quæ duro operimento teguntur, ut ſunt nuces juglandes, avellanæ, amygdalæ, caſtaneæ, & hujuſmodi, pomum vero de iis proprie dicatur, quæ mollem habent corticem, quamvis etiam pro nucibus aliquando usurpetur. *Plin. l.* 16. *c.* 22. *de nuce juglande*. Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit. Adde *Paul. JCtum*, *l.* 205. *Dig. de verb. ſignif.* ¶ Mora etiam inter poma annumerat *Plin. l. eod. c.* 24. At non item glandes, *ibid. Cic. de Sen.* Poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur. ¶ Fuit & pomi vox inter obſcœna. Num ſic coitus vocabant. Hinc legere poma, *h. e.* concubitu uti. *Propert. l.* 2. *Eleg.* 21. *v.* 95. Cum quibus Idæo legiſti poma ſub antro. *Servius* etiam ad illud *Virg. Eleg.* 2. Ipſa ego cana legam tenera lanugine mala: notat, velaſſe Virgilium honeſtis verbis, quod Theocritus liberius expreſſiſſet. V. *Lipſ. l.* 3. *antiq. lection.* ubi alia in hanc rem exempla affert; quæ tamen omnia qui velis, nullo fortaſſe negotio ad alium ſenſum traducere poteris. ¶ Reperitur etiam pomum in neut. gen. pro ipſa arbore. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *villam quandam deſcribens:* Alternis metulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma.

Pomus, i, f. μηλέα, arbor pomifera. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 1. *v.* 45. Tunc victus abiere feri, tunc conſita pomus.

Ponderabilis, le, adject. qui ponderari poteſt. *Claud. Mamert. l.* 2. *c.* 4. Corpora numerabilia, ponderabilia, & menſorabilia.

Ponderatio, onis, actus ponderandi, examen, libra. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. In ſtatera æquipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum. *Theodor. Priſc. l.* 1. *c.* 13. Æque ponderatione confici.

Ponderator, oris, m. *peſatore*, ζυγοστάτης, qui ponderat, penſitator. *De ponderatoribus* inſcribitur *titulus* 71. *lib.* 10. *Cod.* & *tit.* 7. *lib.* 12. *Cod. Theodoſ.*

Ponderatus, a, um, adject. *peſato*, *eſaminato*. *Sidon. l.* 8. *ep.* 6. Sententia affectu ponderatiore prolata.

Ponderitas, atis, f. *peſo*, idem quod pondus. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 671. Ponderitatem, gravitatemque hominis.

Pondero, as, avi, atum, a. 1. *ponderare*, *peſare*, שקל, Germ. *waegen*, Gall. *peſer*, Hiſp. *peſar*, σταθμίζω, libro, pendo, ponderibus examino. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Si quis granum ipſum ponderet. ¶ Translate capitur pro conſiderare, examinare. *Cic.* 1. *Off.* In quo tamen imprimis quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia fecerit, ponderandum eſt. *Id.* 3. *de Orat. c.* 37. Verborum delectum aurium quodam judicio ponderare. *Id. in Partit.* Non eſſe fidem ex fortuna ponderandam. *Plaut. Amph.* 1. 1. 156. Pugnos ponderare.

Ponderoſus, a, um, *grave*, *peſante*, βαρύς, quod eſt grave, ſive gravis ponderis. *Plin. l.* 36. *c.* 19. Pyritarum ponderoſiſſimi. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 11. Ex ſudore ejus lana fit mollior, & ponderoſior, & colore meliore. ¶ Translate *Cic.* 2. *Att. ep.* 11. Da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum.

Pondo, n. indecl. *libra*, מנה, Germ. *ein pfund*, Gall. *livre*, Hiſp. *libra*, λίτρα, μνᾶ, libra, hoc eſt pondus duodecim unciarum, a *pendo*. *Cic. pro Cluent. c.* 64. Et auri quinque pondo abſtulit. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Torques aureus centum pondo. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 33. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? ¶ Accipitur etiam pro pondere. *Liv. l.* 4. *c.* 20. Scribitur, coronam auream libræ pondo Jovi dicatam fuiſſe. *Colum. l.* 12. *c.* 12. Cum dodrante pondo mellis. *Id. ibid. c.* 20. Amomi pondo quadrans. *Gel. l.* 2. *c.* 24. Argenti plus pondo, quam libras centum.

Pondus, eris, n. *peſo*, *carico*, משקל, Ger. *gewiche*, Gal. *pois*, Hiſp. *peſo*, βάρος, rei alicujus gravitas, onus, gravis moles, ut pondus auri, argenti, & ſimilium, a *pendo*. *Cic. de Sen.* Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cum attuliſſent. *Virg.* 6. *Æn.* Gemuit ſub pondere cymba. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Pondere emere, *comperare a peſo*. ¶ Ponitur etiam pro pondo, ideſt pro libra. *Cic. pro Plant.* Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, &c. ¶ Reperitur quoque pro multitudine, ſeu numero, earum

etiam

Digitized by Google

etiam rerum, quæ non ponderantur, ſed tantum numerantur. *Varro de vita P. R.* E Græcia comportaſſe magnum pondus omnium artificum. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Grave ipſius conſcientiæ pondus eſſet. ¶ Per translationem interdum notat amplitudinem, magnitudinem, magnificentiam. *Cicer. 2. de Or. cap.* 17. Omnium ſententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus eſt utendum. ¶ Interdum magnitudinem animi, firmitatem, conſtantiam. *Cic. Att. l.* 11. Addis etiam, cæteris quoque, ideſt qui pondus habeant, factum noſtrum probari. ¶ Interdum auctoritatem, & vim. *Cic. l. 3. Fam. ep.* 18. Sed tuæ literæ maximi ſunt apud me ponderis. *Id. in Top. c.* 19. Pondus teſtimonii. *Id. Attic. l.* 10. *ep.* 1. Eodem eſſe apud aliquem pondere, *Horat. l.* 1. *ep.* 18. Nugis addere pondus. *Senec. Hippolyt. v.* 799. Et pondus veteris triſte ſupercili, h. e. ſeveritas. *Nemeſian. ecl.* 1. *v.* 5. plenum tibi ponderis æqui Pectus erat, h. e. morum gravitate. ¶ *Horat. l. 1. ep. 6. v.* 51. cogat eſt ans pondera dextram Porrigere, h. e. extra pondera togæ brachio convolutæ & ſuſtentatæ. ¶ *Lucan. l. 8. v.* 280. Mentis pondera, h. e. momenta, & conſilia mentis. ¶ Pondera clavæ, *Sil. l. 2. v.* 146. *h. e.* clava magni ponderis. Eadem ratione pondus pili, & pondera conti. *Id. l. 9. v. 336. & l. 15. v.* 687.

Ponduſculum, i, n. *picciol peſo*, dim. a *pondus*. *Col. l.* 12. *c.* 51. Et ita cum laxi ponduſculo in olei, atque muſti partem demitti. Adde *Plin. l. 14. c.* 15.

Pone, adv. *dietro*, אחור, Ger. *hinderennach*, Gall. *par derriere*, Hiſp. *de tras*, ὄπισθεν, ἐξόπιθεν, poſt, retro, in loco poſtico, a tergo, cui *ante* opponitur. *Cic. de Univ. c.* 13. Ita totum animal movebatur illud quidem, ſed immoderate, & fortuito, ut ſex motibus veheretur. Nam & ante, & pone, & ad lævam, & ad dextram, & ſurſum, & deorſum, modo huc, modo illuc. ¶ Interdum præp. eſt, eadem ac poſt, & acc. regit. *Cic. de Un.* Et pone quos, aut ante labantur. *Tacit. 3. hiſt. c.* 85. Vinctis pone tergum manus.

Pono, is, ſui, ſitum, a. 3. *ponere*, *mettere*, שים, Germ. *ſetzen*, Gal. *mettre*, Hiſp. *poner*, τίθημι, loco, colloco, conſtituo. *Liv. l. 5. c.* 28. Ponere caſtra in plano. *Colum. l. 4. c.* 1. Ponere vitem. *Cic. 2. de Fin.* Ponere fundamenta. *Id. 4. Fin.* Sapientia pedem ubi poneret, non habebat. ¶ Uſurpatur etiam pro ædificare, erigere. Unde in antiquis marmoribus legimus. Bene merenti poſuit. *Virg. Æn. 6. v.* 19. Poſuitque immania templa. ¶ Item pro pingere, ſculpere, efformare. *Hor. l. 4. od.* 8. Hic ſaxo, liquidis ille coloribus ſolers nunc hominem ponere, nunc Deum. ¶ Item pro apponere, ideſt ponere ante aliquem. *Martial. l. 8. ep.* 22. Invitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum. *Juven. ſat.* 1. Pone Tigillinum. ideſt affer aliquid de Tigillino ſcriptum. ¶ Item pro proponere, aſſignare. *Cic. 1. Tuſc. c.* 4. Ponere jubebam, de quo quis audire vellet. *Id. pro Cal.* Res minime dubitanda in contentione ponitur, utrum &c. ¶ Item pro componere, temperare. *Hor. l. 1. Carm. od.* 3. Tollere, ſeu ponere vult freta. ¶ Item pro deſinere, quieſcere, quoniam cum ceſſamus ab opere, collocare quodammodo, ac reponere videmur id, quod agebamus. *Virg. 7. Æn.* Cum venti poſuere, omniſque repente reſedit flatus. ¶ Item pro deponere. *Virg. 1. Æn.* Ponuntque ferocia Pœni corda, volente Deo. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c.* 8. Quos quidem libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat. *Liv. l.* 4. Ponere arma. *Hor. l. 3. od.* 10. Ponere ſuperbiam. *Sueton. in Calig. c.* 5. Ponere barbam. ¶ Item pro conferre, dare. *Cic. l. 13. Fam. ep.* 57. Quam id beneficium bene apud Meſcinium poſiturus eſſes. ¶ Item pro adhibere. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep.* 1. Totum ut animum, curam, cogitationemque tuam ponas in omnium laude undique colligenda. *Id. ib. l. 3. ep.* 17. Ponere ſumptus. ¶ Item pro dicere, ſcribere, uſurpare. *Cic. in Pam.* Ut paulo ante poſui. *Id. de Leg.* Recte igitur Magnus ille noſter me audiente poſuit in judicio, &c. *Id. poſt red. ad Quir.* Tum in perorando poſuit, vos rogati a Senatu, &c. ¶ Item pro ſupponere, præmittere. *Cic. 3. Fin.* Sed primum poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis. ¶ Item pro numerare, cenſere. *Cic. 1. Tuſc.* Ut qui mortem in malis ponit. *Id. pro Clu.* Ut, quæcunque dicendi poteſtas eſſet data, in honore, atque beneficio ponerent. *Id. 3. Tuſcul.* Ponere aliquid in vitio. *Id. Fam. 15. ep.* 4. Ponere in beneficii loco. *Id. 5. Verr.* Ponere in laude. ¶ Item pro ſtatuere, cenſere, arbitrari. *Cic. in Bruto.* Tamen pono, ſatis in eo fuiſſe orationis, atque ingenii. *Id. 5. Fin.* Qui multum in fortuna ſecunda, aut adverſa, multum in bonis, aut malis corporis ponerent. ¶ Item pro conſiſtere, contineri. *Cic. in Or.* Negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ. *Id. pro Quinct.* Quorum vita in alterius manu poſita eſt. ¶ Item pro exponere. *Plaut. Capt. 3. 5.* 30. Meum me potius caput periculo præoptaviſſe, quam is periret, ponere. ¶ Item pro deponere in ſponſione. *Virg. Ecl.* 4. Ponere fagina pocula. Sic ponere pignori veſtem, *dar' in pegno*, *Scævola, l. Uxor. Dig. de legat.* 3. ¶ Ponere rudimentum, ſeu tirocinium, V. *Rudimentum*, & *Tirocinium*. ¶ *Poſivi* pro poſui, *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 35. Commuto illico pallium: illud poſivi. *Id. Trinum.* 2. 2. 108. Ubi poſiveris.

Pons, ontis, m. *ponte*, Germ. *ein brucke*, Gal. *pont*, Hiſp. *puente*, γέφυρα, nimne, per quod ſuper aquas, vel foveas, vel quid ſimile tranſimus. *Cic. 6. Verr. c.* 52. Eorum conjunctione pars oppidi, quæ appellatur Inſula, mari disjuncta anguſto, ponte rurſum adjungitur, & continetur. *Nepos in Milt. c.* 3. Pontem facere. *Flor. l. 1. c.* 4. Tiberim interfluentem urbi ponte commiſit. *Plin. l. 8. ep.* 8. Ponte flumen tranſmittere. *Curt. l. 5. c.* 1. Fluvio pontem imponere. *Plin. l. 34. c.* 15. Jungere pontem. ¶ Pontes etiam dicuntur viæ in aggeribus conſtitutæ, & lignis ſtratæ in locis paludoſis. *Tacit. Ann. 1. c.* 63. Pontes longos quam maturrime ſuperare: anguſtus is trames vaſtas inter paludes, &c. ¶ Comitiorum tempore Romæ in Campo Martio, vel in Foro pontes ad tempus conſtruebantur, per quos Cives Romani tranſirent, cum a primo ſepto in alterum ad ſuffragandum vocarentur, acceptis tabellis, quæ a diribitoribus ex ipſis pontibus miniſtrabantur. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c.* 17. *Panvin. de Comit. Cent. Cic. Attic. l. 1. ep.* 11. Operæ Clodianæ pontes occuparant, tabellæ miniſtrabantur ita, ut nulla daretur, Uti rogas. ¶ Narrant autem, cum primum per pontes ſuffragia ferri cœpta ſunt, juniores conclamaviſſe, ut de ponte dejicerentur ſexagenarii, ne forte ſuæ ætati in mandandis Magiſtratibus ſuffragarentur. Sexagenarii enim a publicis negotiis liberi erant. *Ovid. 5. Faſt. Sinnius Capito, Feſt. Sigon.* & alii. *Ovid. loc. cit. v.* 633. Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli, Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes. ¶ Hinc *de ponte dejicere* proverb. uſurpatur pro ſuffragio privare, vel auctoritatem adimere. Huc *Cicero* alludit *pro R. Am.* cum inquit *c.* 35. Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorem annis 60. de ponte in Tyberim dejecerit. ¶ Interdum pons de ſcalis navium dicitur. *Virg.* 10. *Æn.* Interea Æneas ſocios de puppibus altis pontibus exponit. ¶ Ad pontes ſedere ſolebant mendici, ſtipem a viatoribus poſtulantes, ut videre eſt apud *Senec. de vita beata c.* 25. Hinc *Juven. ſat. 14. v.* 134. Invitatus ad hæc aliquis de ponte, &c. *Id. ſat. 4. v.* 116. Cæcus adulator, diruſque a ponte ſatelles.

Ponticulus, i, *ponticello*, γεφύριον, pons exiguus. *Cic. 5. Tuſc. c.* 20. Ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet.

Ponticus, a, um, quod ad Pontum prov. ſpectat. *Col. l. 12. c.* 35. Pontici abſynthii pondo libram. *Ovid. 1. Triſt. el. 2. v.* 94. Pontica terra. ¶ Nuces Ponticæ, eædem ac Præneſtinæ, & Avellanæ, ita dictæ, quod in Ponto maxime abundent circa Ponticum mare, & inde in Græciam, & ex Græcia in Italiam tranſlatæ fuerint. *Plin. l. 15. c.* 22.

Pontifex, icis, m. *Pontefice*, כהן, Germ. *Prieſter*, *Papſt*, Gall. *Pontife*, Hiſ. *Pontifice*, ἱεράρχης, ſacer Magiſtratus, ut inquit Scævola. Sacerdotes hujus generis appellati ſunt Pontifices a *ponte faciendo*, quod pontem Sublicium ſuper Tyberim primum fecerint, & ſæpe reſtituerint. *Varro l. 4. de L. L.* Porro pons hic plane ligneus erat, nullo ære, aut ferro compactus, quem Romani adeo ſacrum æſtimarunt, ut, ſi collaberetur, non niſi cæſa victima, & perfecto ſacrificio, eum reficere Pontifex poſſet. Cauſa hujus pontis faciendi fuit, ut etiam trans Tyberim ſacra fierent. Sacra illa Pontifices ipſi apud pontem non mediocri ritu faciebant. Primum factus eſt Anco Martio regnante. Quare videntur a Numa Romanorum ſacrorum auctore non Pontifices, ſed Sacerdotum Principes nominati. *Cic. 3. de Leg.* Sed ut Pontifices veteres propter ſacrificiorum multitudinem Treſviros Epulones eſſe voluerunt. ¶ Eos diu, præterquam a Patribus, creari non licuit. Sed M. Valerio, & Q. Apulejo Coſſ. etiam Plebs ad hujuſmodi Sacerdotium admiſſa eſt. Dividebantur in majores, & in minores. Omnibus unus præfectus fuit a Numa, iſque *Pontifex Maximus* appellabatur. Primus Pontifex Maximus fuit Martius Martis filius, Numæ gener. *Liv. l.* 1. ¶ Fuerunt ab initio quatuor. Poſtquam autem Plebi quoque communicatus Pontificatus eſt, quatuor alios creari ex Plebe Pontifices placuit. Hinc Pontificum Collegium dicebatur. Summum Sacerdotium, & ſummam poteſtatem habebant. Præerant omnibus ſacris publicis, privatiſque. *Cic. 1. de nat. Deor. 2. de Leg. pro Domo*, *Dionyſ. l. 2. Liv. l.* 1. ¶ Leges etiam de ſacris ferre ſolebant, deque omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus ipſi tanquam ſupremi judices cognoſcebant, quæ in re & mulctandi jus habebant, cum ipſi nulli mulctæ, nulliuſque arbitrio obnoxii eſſent. *Dionyſ.* & *Liv. loc. cit.* ¶ Pontifex vero Maximus habebat ex Numa ſacra omnia exſcripta, exſignataque, quibus diebus, quæ ad templa, quibus hoſtiis ſacra fieri deberent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Hinc commentarii, & apud *Liv. l. 4. c.* 3. libri Pontificum, & *Hor. l. 2. ep.* 1. ¶ Cœnæ Pontificum in proverbium abiere pro lautis, & opiparis: quod inde natum eſt, quia ſolemnes, ſacræque cœnæ exquiſitiſſimis epulis ſolebant inſtrui. *Macr. 3. Sat. c.* 13. *Hor. l. 2. od.* 14.

Pontificalis, & le, n. 3. *pontificale*, ἱεραρχικός, quod ad Pontificem pertinet. *Cic. 2. de Leg. c.* 21. Si pontificalis maneret auctoritas. ¶ Pontificales cœnæ prov. dicuntur de cœnis opiparis, vel quia Pontifices lautiſſime vivebant, vel quia cœnæ ſacrorum cauſa inſtitutæ exquiſitiſſimis epulis parari ſolebant. *Macrob. 3. Saturn. c.* 13.

Pontificatus, us, m. *Pontificato*, כהונה, Ger. *das Paps-Amt*, Gal. *Pontificat*, Hiſp. *Pontificado*, ἀρχιερωσύνη, Pontificis dignitas. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 9. Qui ſtatus, ſolemneſque cæremonias Pontificatus, rerum bene gerendarum auctoritates augurio contineri putaverunt. *Velle. l. 2. c.* 59. Pontificatus ſacerdotio puerum honoravit.

Pontificium, ii, poteſtas, auctoritas, licentia aliquid faciendi. *Gel. l. 1. c.* 13. Ab eo, cujus id negotium, pontificiumque eſſet. *Symmach. l. 3. ep.* 17. Pontificio iterati honoris auctus, nullum mihi indicium communis gaudii dediſti. *Arnob. l. 2. pag.* 89. Ita unius pontificium Chriſti eſt, dare animis ſalutem.

Pontificius, a, um, de *Pontefice*, ἱεραρχικός, quod eſt Pontificis, ut Jus Pontificium. *Cic. 3. de nat. Deor.* Docebo, meliora me didiciſſe de colendis Diis immortalibus jure Pontificio, & more majorum. *Id. 1. nat. Deor. c.* 30. Nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem noſtris, ſubaudi libris.

Pontilis, le, adject. ad pontem pertinens, ut ſtratus pontilis, apud *Veleg. l. 1. c.* 56.

Pontina, ſeu Pomptina palus. *Paludi Pontine*, *Aſente Palude*, palus Volſcorum, in Latio, ſeu Campania Romana, inter Appii Forum, Tarracinam, & Circeios, olim adeo late patens, ut illam teſte *Plin. l. 3. c.* 5. viginti tres urbes circumſtarent, in quibus erat Pometia. In eam Uſens fl. influit. Per hanc Trajanus viam ſaxo ſtravit ingenti ſumptu, & ejus etiamnum videntur reliquiæ. *Id. Plin. l. 26. c.* 4. Pontinas paludes vocat in plur. num. ¶ Sedes latronum fuit, teſte *Juven. ſat. 3. v.* 306. & *Lucan. lib. 3. v.* 85.

Pontones, f. 3. naves, quibus in trajiciendis amnibus loco pontium utimur. *Paul. l. ult. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Diverſum, ſi pontonibus trajiciatur. *Cæſ. 3. B. Civ. c.* 29. Pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Lyſſi relinquit.

Pontus, ti, m. *mare*, πόντος, mare in genere, & per excellentiam mare Euxinum, vel mare illud, quod a Palude Mæotide uſque in Tenedum protenditur, teſte *Strabone l. 1.* & *Euſtathio*. Eſt a Græca voce illata. *Virg. 1. Æn.* Interea magno miſceri murmure pontum. *Cic. 6. Verr.* Quod autem eſt ad introitum Ponti, id, cum tam multa ex illo mari bella emerſerint, &c. *Id. 1. de Or.* Citius hercule is, qui duorum ſcalmorum naviculam in portu everterit, in Euxino ponto Argonautarum navem gubernarit.

Pontus, ti, f. 2. *Ponto*, regio Aſiæ minoris. Habet a Sept. mare ponticum ſeu Pontum Euxinum, a Mer. Aſiam minorem, ab Occ. Bithyniam, ab Or. Paphlagoniam. Sed a Pompejo Magno an. 683. Q. Hortenſio, Q. Cæcilio Metello Coſſ. conjuncta eſt cum Bithynia. Igitur terminari cœpit a Sept. mari Pontico, a Mer. Aſia min. ab Occ. Propontide, ab Or. Galatia. Dicta eſt a Ponto Rege. Ferax eſt herbarum venenatarum. Nobilitata eſt crudelitate Medeæ. Hic regnavit Mithridates, Eupator, & Pythodoris Regina. *Ptolem. l. 5. c.* 6. ¶ Aliæ etiam regiones ad Euxinum Pontum ſitæ, Pontus appellantur, ut pars Cappadociæ, & Tomitana regio in Myſia inferiore, ubi *Ovid.* exulavit, &c.

Popa, æ, m. θύτης, victimarius, ideſt, ut aliqui explicant, qui victimas venales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebatque. *Prop. l. 4. el. 3. v.* 66. Succinctique calent ad nova lucra popæ. *Suet. in Calig. c.* 32. Admota altaribus victima, ſuccinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactavit. ¶ Sumitur etiam pro guloſo, & inſatiabili. *Perſ. ſat. 6. v.* 74. Aſt illi tremat omento popa venter. Ubi ſignat helluonem ſe popæ inſtar delicatiſſimis Sacerdotum cibis explentem.

Popanum, i, πόπανον, placenta lata, tenuis, orbicularis, teſte *Suida*, a πέπτω, *coquo*, utpote genus rerum, quæ coquuntur. Harum placentarum uſus in ſacrificiis fuit, quemadmodum indicat Ariſtophanes in Pluto, & Lucianus de ſacrificiis. *Juven. ſat. 6. v.* 540. Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

Popellus, i, m. *popoletto*, δημίδιον, parvulus populus, plebecula, dim. a *populus*. *Perſ. ſat. 4. v.* 15. Ante diem blando caudam jactare popello.

Popilia Tribus, vel Popillia. V. Pobilia.

Popilii, m. 2. familia plebeja Romæ. Ex hac fuit Marcus Popilius, M. F. qui cum Conſul eſſet cum C. Manlio anno Urb. Cond. 394. eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, Plebis contra Patres concitatione, & ſeditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedavit. *Cic. in Bruto.* Hinc *Lænas* cognominatus eſt. ¶ Fuere præterea alii in oratoria facultate inſignes, quos enumerat *Id. in Bruto.*

Popina, æ, f. 1. ὀπτανεῖον, locus, ubi publice caro cocta, ac delicate con-

ſecta, & alia obſonia venditantur, & comeduntur. *Cic.* 2. *Phil.* Hujus in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro tricliniis popinæ ſunt. ¶ Accipitur etiam pro delicatioribus cibis, qui in ganea vendi conſueverunt. *Cic.* 3. *Phil.* Si epulæ potius, quam popinæ dicendæ ſunt. *Id. in Piſon.* Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Popinalis, & le, o. 3. καπηλικός, quod ad popinam ſpectat. *Col. l.* 8. *c.* 16. Tunc celebres erant deliciæ popinales.

Popinarius, ii, m. popinæ miniſter, vel dominus. *Lamprid. in Alexandr. c.* 49. Contra popinarii dicerent, ſibi eum deberi. Adde *Jul. Firmic. l.* 4. *c.* 15.

Popinatio, onis, *crapula*, ἀσωτία, heluatio, a popinor. *Gell. l.* 10. *c.* 17. Dives ἄσωτος, & popinationem filii deplorans. In pleriſque editionibus legitur ἀσωτίας filii, &c. & τὸ popinationem gloſſema putatur.

Popinator, oris, m. qui popinæ indulget. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 14. Apud popinatores propem.

Popino, onis, m. *leccardo*, Ger. *ſchlemmer*, Gal. *yvrogne*, *banteur de cabarets*, Hiſ. *goloſo*, *borrachonaco*, ἄσωτος, heluo, gulo, qui ſe popinis dedit. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 39. Imbecillus, iners, ſim quidvis, adde popino. *Suet. de Cl. Gramm. c.* 15. Luſconem, & nebulonem, popinonemque appellans.

Popinor, aris, d. 1. *darſi alla gola*, λαιχαίνω, heluor, indulgeo popinis. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrannis*, *c.* 29. *de Celſo*. Cum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus deputat vitam.

Poples, itis, m. *piegatura interiore del ginocchio*, ἰγνύα, ἰγνύς, pars ea, quæ genu oppoſita eſt, ex *poſt*, & *plico*, quia poſt genu plicetur, ac curvetur. *Col. l.* 6. *c.* 12. Oleo, & ſale genua, poplitesque, & crura confricanda ſunt. *Liv. l.* 2. Quoſdam & jacentes vivos, ſuccisis femoribus, poplitibusque invenerunt.

Poplicola, æ, m. idem quod publicola. *Silius l.* 2. *v.* 8. ſed dubia eſt lectio.

Poplicitus, adv. publice. *Plaut. Stich.* 5. 2. 35. Ambraciæ veniunt huc legati poplicitus. Alii aliter legunt.

Poplicus, a, um, adject. publicus. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 16. Remoram faciunt rei privatæ, & poplicæ. Al. leg. *publicæ*.

Poplifugium, populifugium. *In vet. Calendar.* apud *Gruter. pag.* 133. *in Julio*.

Poplus, i, m. idem quod populus per ſyncopen. *Plaut. Amph.* 1. 1. 103. Thebano poplo. *Id. Caſ.* 5. 2. 6. Senati columen, præſidium popli.

Poppæa, vel Poppæa, æ, f. Sabina cognomine, Neronis uxor, de qua *Suet. in Ner. c.* 35.

Poppæanus, vel Poppæanus, a, um, quod ad Poppæam ſpectat, vel quo Poppæa uti ſolet, ut Unguenta Poppæana. *Juven. ſat.* 6. Aut pinguia Poppæana ſpirat.

Poppyſma, atis, n. πόππυσμα, palpus, ſive ſonus linguæ, manibus, ut ſimilibus modis excitatus ad favorem oſtendendum. *Scholiaſtes Juven. ea ſat.* 6. Poppyſma eſt oris preſſi ſonus, & labiorum in ſe colliſorum ſtrepitus. eſt a ποππύζω, *ſibilare*. Quidam ποππύζειν etiam exponunt *applodere*, ideſt illiſis manibus inter ſe, & palma cum palma collata plauſum edere. *Juven. ſat.* 6. *v.* 583. Præbebit vati crebrum poppyſma roganti. ideſt crebram mentium tractationem cum quadam vocis adulatione. ¶ Quandoque pro ſibilo ponitur, qui in re obſcœna fieri conſuevit. *Mart. l.* 7. *ep.* 17. Quis ſidere poteſt ſatus poppyſmata cunni? ¶ Scribitur & *poppyſmo*.

Poppyſmus, i, m. idem ac poppyſma. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Fulgetra poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.

Poppyzonta, accuſ. ſingularis Græcus, ποππύζοντα, a ποππύζω, quod ſignificat blande contrectare, palpare, tenui ſibilo ore emiſſo, quod facere ii ſolent, qui equos feroces demulcere, & mites reddere volunt. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Cum pingeret poppyzonta retinentem equum.

Populabilis, & le, quod populari poteſt. *Ovid.* 9. *Met. v.* 263. Interea quodcumque fuit populabile, flamma Mulciber abſtulerat.

Populabundus, a, um, ἐξαλαπάζων, qui populatur, prædabundus. *Liv. l.* 2. *c.* 25. In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam juſti more belli.

Popularia. V. Popularis.

Popularia, ium, n. 3. locus in theatro, ubi populus, ideſt plebs ſedebat, videlicet media, & ſumma cavea, ut equeſtria, locus, unde equites ſpectabant. *Suet. in Domit. c.* 4. Et quia pars major intra popularia deciderat.

Populares, ium, m. δημόται, δημοτικοί, erant Cives Romani humiles, & nullorum majorum, vel nobiles quidem, ſed egentes, atque ære alieno obſtricti, vel & nobiles, & divites, ſed improbi, & furioſi, quibus in Republica propoſitum erat nihil aliud, quam vis, & ſeditio, a quibus tandem Reipublicæ perturbatio, & converſio in Monarchiam exorta eſt. His *Optimates* opponebantur. Ex *Sigon. l.* 2. *de ant. jur. C. R. c. ult. Cic. pro Sext. c.* 45. Duo genera in hac civitate ſemper fuerunt eorum, qui verſari in Republica, atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt, quibus ex generibus alteri Populares, alteri Optimates & haberi, & eſſe voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda eſſe volebant, Populares; qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, Optimates habebantur. Hæc *Cicero*. *Liv. l.* 2. *c.* 20. Nec quiſquam malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam &c. Sed aliter aliis in locis hæc vox ab ipſo Cicerone accipitur, ideſt pro iis, qui Reipublicæ tranquillitatem volunt, & tuentur, libertatem P. R. defendunt, ſaluti Populi conſulunt, quia nihil tam eſt populare, quam pax, concordia, otium, illa vero popularia non ſunt, largitio exhauſto ærario, judiciorum perturbatio, rerum judicatarum infirmatio, reſtitutio damnatorum. *Cic.* 1. & 2. *Agr. pro Rab.* & 4. *Catil.*

Popularis, & re, o. 3. *popolare*, δημοτικός, quod eſt populi, vel ad populum ſpectat. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Sulpitium ab optima cauſa profectum popularis aura provexit. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Populari etiam nomina a nobis appellantur balani. h. e. nomine vulgo a populo uſurpato. ¶ Interdum popularis dicitur charus, & gratus populo, vel qui populi ſtudia, & favorem aut largitione, aut quavis alia ratione captat. *Cic.* 1. *Agr.* Qui ſperaſtis vos contra Conſulem veritate, non oſtentatione popularem poſſe in evertenda Republica populares exiſtimari. *Id. ibid.* Nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. *Liv. l.* 7. *c.* 33. Quo nihil popularius eſt. ¶ Interdum ſumitur pro plebeio, vili, & ignobili. *Plaut. apud Donatum*. Præſtat divitem eſſe, ac popularem, quam nobilem, & mendicum. ¶ Interdum pro cive, municipe, oppidano, qui eſt ejuſdem patriæ, & gentis. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 79. O mihi popularis ſalve. ideſt ex eadem urbe Carthagine. *Ter. Adelph.* 2. 1. Obſecro, populares, ferte miſero, atque innocenti auxilium. *Cic.* 4. *Acad.* At hoc Anaximandro populari, & ſodali ſuo non perſuaſit. Adde *Salluſt.* & *Liv. Plin. l.* 8. *c.* 57. *de gliribus*. Quæ in ea notarum, non congregari niſi populares ejuſdem ſilvæ. ¶ Item de eo, qui eſt ejuſdem generis, conditionis, fortunæ. *Ter. Phorm.* 1. 1. Amicus ſummus meus, & popularis Geta. Erat enim & ipſe ſervus. ¶ Item de eo, qui eſt ejuſdem factionis & ſocietatis. *Senec. de vita beat. c.* 13. Mea quidem iſta ſententia eſt (invitis hoc noſtris popularibus dicam) ſancta Epicurum & recta præcipere. Sic populares ſceleris, populares conjurationis, h. e. complices, apud *Salluſt. in Catil. c.* 22. & 24. ¶ Popularia ſacra, ut *Labeo* inquit apud *Feſt.* ſunt, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis propria ſunt, ut Fornacalia, Palilia, Laralia, &c. ¶ Popularia agere, h. e. nugatoria, vulgaria. *Laber. apud Non. c.* 2. *n.* 630. Popularia agimus per ludum. Alii legunt *Popularia* eodem ſenſu. ¶ Popularium nomine interdum intelligitur multitudo urbana, quibus milites opponuntur. *Capitolin. in M. Antonin. cap.* 17. Peſtilentia multa millia & popularium, & militum intereraerat.

Popularitas, atis, *grazia*, *e favore popolare*, δημαγωγία, ſtudium populi, humanitas, blanditiæ, quibus populi favorem aucupamur. *Plin. ep.* 117. Homo munificus, & innoxiæ popularitatis. *Suet. in Tit. c.* 8. Ne quid popularitatis prætermitteres. ¶ Aliquando ponitur pro conjunctione, quæ debet eſſe inter populares, ſeu pro amicitia, quæ ex ejuſdem patriæ habitatione contrahitur. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 81. Atque impera popularitatis cauſa.

Populariter, adv. *popolarmente*, δημοτικῶς, more populi, vulgo, pro populari inſcitia, ut Populariter agere, loqui, ſcribere, &c. *Cic. in Somn.* Homines enim populariter annum tantummodo Solis, ideſt unius aſtri, reditu metiuntur. *Id.* 2. *de Fin. c.* 6. Loqui populariter. *Id. l.* 5. *de Fin. c.* 5. Duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. ¶ Interdum ponitur pro ſeditioſe, cum gratia populi. *Cic.* 2. *Offic. c.* 21. Sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non eſſe in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. *Juven. ſat.* 3. *v.* 37. Quemlibet occidunt populariter.

Populatim, adv. catervatim, in univerſum, per populos. *Pompon. apud Non. c.* 2. *n.* 628. Poeta placuit populatim omnibus.

Populatio, onis, *ſacco*, *ruberia*, πόρθησις, actus populandi. *Liv. l.* 1. Præda, ut populationibus magis, quam otio, aut requie gaudentibus. ¶ Dicitur etiam de beſtiis. *Colum. l.* 2. *c.* 20. A populatione murium, formicarumque frumenta defendit. ¶ Tranſlate *Plin. l.* 9. *c.* 34. Populatio morum, h. e. corruptio, corruptela. ¶ Pro populi multitudine. *Sedul. in c. Joan.* 11. Flebant germanæ, flebat populatio præſens.

Populator, oris, *rubatore*, ἐκπορθήτωρ, qui populatur. *Ovid.* 13. *Met. v.* 655. Hunc ubi cognovit Trojæ populator Atrides. Adde *Liv. l.* 3. *c.* 68.

Populatrix, icis, πορθήτρια, quæ populatur. *Mart. l.* 13. *ep.* 104. Hunc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti Pallados a ſylvis nobile nectar apis. Adde *Stat. l.* 3. *ſilv.* 2. *v.* 86.

Populatus, a, um, *chi ha rubato*, πορθήσας, qui populatus eſt, vel diripuit, deprædatus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 524. amnes in æquora currunt Quiſque ſuum populatus iter. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic. Divin. in Ver. c.* 1. Qui nunc populati, atque vexati cuncti ad me publice ſæpe venerunt. *Virg. Æn.* 6. *v.* 496. populataque tempora raptis auribus.

Populatus, us, m. idem ac populatio. *Lucan. l.* 2. *v.* 544. Ardent Heſperii ſævis populatibus agri. Adde *Claudian. l.* 2 *in Eutrop. v.* 244.

Populetum, ti, αἰγειρών, locus populis conſitus. *Plin. l.* 14. *c.* 6. Antea Cæcubo erat generoſitas celeberrima paluſtribus populetis.

Populeus, a, um, *di pioppo*, αἰγείρινος, quod eſt ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. *Virg.* 4. *Georg.* Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra. *Hor. l.* 1. *od.* 7. Populea corona.

Populifer, a, um, adject. populorum arborum ferax. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 17. *v.* 32. Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

Populifugia, orum, n. dies feſti Romæ celebrati menſe Junio (al. Julio) quo die populus a Thuſcis in fugam verſus fuit. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 2. V. & *Var. l.* 5. *de L. L.* ubi aliter narrare videtur.

Populiſcitum, i, populi decretum, plebiſcitum. *Nep. in Alcib. c.* 5. Populiſcito reſtituitur. *Id. in Epamin. c.* 7. Populiſcito non paruit. Ita MSS. ſed editi codices utroque loco habent *Plebiſcitum*.

Populitor, aris, dep. 1. frequentat. a populor. *l.* 21. *ff. de appellation. & relat.* Cum populitarentur ab adverſario. Alii leg. *depopularentur*.

Populneus, a, um, idem ac populnus, ſeu populeus. *Col. l.* 6. *c.* 3. Probatur maxime ulmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea frons.

Populnus, a, um, idem ac populeus. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 32. Non iſthæc aut populna ſors aut abiegna eſt tua?

Populo, as, a. 1. idem ac populor. *Virg.* 1. *Georg. v.* 185. Populatque ingentem farris acervum. ¶ Aliam quoque, ac priori plane contrariam hujus verbi notionem docet nos *Non. Marcel. c.* 1. *n.* 185. qui populare interdum eſt populi amorem concitare, ſeu conciliare. Sic uſum ait *Pacuv. in Chryſe:* Atque ut promeruit pater, mihi patriam populavit meam. Sed Voſſius putat, Nonium valde falli. Nam cum locus ſit ex *Chryſe:* Chryſeidis verba eſſe arbitratur de Agamemnone, qui Chryſeidis patriam Thebas Cilicias vaſtarat, indeque Aſtynomen, ſive Chryſeida abduxerat.

Populonia, æ, f. dicta eſt Juno, quod populum tuetur. *Macrob.* 3. *Saturn. c.* 11. *Arnob. l.* 3.

Populonia, æ, *Porto Baratto*, Ποπλώνιον, urbs Hetruriæ, in ora maris Tyrrheni, contra Ilvam inſ. Dicta creditur a populorum arborum multitudine, quæ in ejus agro eſt, vel a populando, quod frequentibus piratarum populationibus pateret. *Plin. l.* 3. *c.* 6.

Populonium, n. 2. *Capo Campana*, prom. prope Populoniæ urb. rudera, in ora maris Tyrrheni, contra Ilvam inſ. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Populor, aris, atus ſum, dep. 1. *ſaccheggiare*, *ed eſſer ſaccheggiato*, שדד, Germ. *verwuſten*, Gal. *piller*, *ravager*, Hiſp. *robar*, *y deſtruir*, πορθέω, deprædor, diripio. *Cic.* 1. *Offic. c.* 10. Ut ille, qui, cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, nocte populabatur agros. *Ov.* 1. *Met.* Tradere terras populandas. *Lucan. l.* 2. *v.* 445. ferro populatur, & igni. ¶ Tranſlate *Ov. de medicam. faciei*, *v.* 45. formam populabitur ætas. *Sen. Hippol.* Cura populatur artus.

Populoſitas, atis, f. multitudo, ut populoſitas ſumma Deorum, apud *Arnob. l.* 3.

Populoſus, a, um, πολυάνθρωπος, plenus populo, *popolato*. *Apul. l.* 8. *A. A.* Civitas populoſa. *Veget. l.* 3. *de re milit. c.* 19. Populoſior militum globus. *Solin. c.* 52. In Gange inſula eſt populoſiſſima.

Populus, i, *popolo*, עם, Germ. *volck*, Gal. *peuple*, Hiſp. *pueblo*, δῆμος, multitudo unius civitatis. *Cic.* 5. *de Rep.* apud *S. Aug. de Civ. l.* 2. *c.* 21. Populus autem non omnis cœtus multitudinis, ſed cœtus juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus. *Cic.* 4. *Tuſc.* Id ſi propter alienam, & offenſam populi voluntatem malum eſt. ¶ Sæpe ſumitur pro parte humiliore civitatis, quæ proprie plebs dicitur. *Cic.* 2. *de Leg.* Reipublicæ conſilio, & auctoritate optimatum ſemper populum indigere. V. plura in voce Plebs. ¶ Interdum pro hominibus unius vici, ſive pagi. *Apul. in Apol.* Quindecim liberi homines populus eſt, totidem ſervi familia, totidem vincti ergaſtulum. ¶ Interdum pro quacumque hominum multitudine. *Juſtin. l.* 10. *c.* 1. *de* 50. *filiis*. In tanto populo. ¶ Tranſlate, vel per Catachreſin uſurpatur etiam de beſtiis, ut de apibus. *Colum. l.* 9. *c.* 13. Duo populi conjungi debent, qui poſſint adhuc integrae ceras explere. *Sidon. l.* 6. *ep.* 2. ſcelerum populum, dixit.

Populus, i, f. *pioppo*, αἴγειρος, arbor cerro ſimilis, caudice procero, & erecto, cortice lævi. Duo ejus ſunt genera, alba, & nigra. *Virg.* 9. *Ecl.* Hic candida populus antro imminet. *Plin. l.* 16. *c.* 23. tertium genus addit: Populi, inquit, tria genera, alba, nigra, & quæ Libyca appellatur.

Por, i, m. a. puer ſervus, apud vet. reperitur in vet. inſcriptione Auſidenati in Samnitibus, *pag.* 951. *n.* 2. P. Rubrio Latino Sictorius P. por patrono ſuo B. M. ¶ A por ſunt *Caipor*, *Lucipor*, *Marcipor*, *Quinctipor*, quæ nihil aliud ſunt, quam Caii, Lucii, Marci, Quincti puer. h. e. ſervus.

Por-

Porca, æ, ὗς, ſus fœmina. *Cat. c.* 134. Priuſquam fœminam portam immolabis. ¶ Porca item dicitur, quod in urando extat, ſeu terra elata inter duos ſulcos, quæ alio nomine liræ vocatur. *Var. l.* 4. *de L. L. & l.* 1. *de R. R. c.* 29. *Colum. l.* 2. 2. 4. Sed *Feſt. & Non.* porcam ſulcum eſſe volunt. *Var. l.* 4. *de L. L.* Ab eo, quod aratri vomer ſuſtollit, ſulcus: quod ea terra jacta, ideſt projecta, porca. *Idem l.* 1. *de R. R. c.* 29. Qua aratrum vomere lacunam fecit, ſulcus vocatur. Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. *Feſt.* Porcæ appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia, dicti, quod porcent, ideſt prohibent aquam frumentis nocere. *Non. c.* 1. *n.* 305. Porcæ ſunt ſigna ſulcorum, quæ ultra ſe jaci ſemina prohibeant. Porcere enim prohibere ſæpius legimus. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 22. Quæque in porca contracta jure ſint. ¶ Porca item apud Bæticos erat ſpatium agri conſtans ex triginta pedibus in latitudinem, centum & octoginta in longitudinem, auctore *Col. l.* 5. *c.* 1.

Porcarius, ii, χοιροβοσκός, porcorum cuſtos. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 6. Faciet armentarios, porcarios, & his ſimiles.

Porcarius, a, um, χοίρειος, idem ac porcinus. Vulva porcaria dicebatur illa, qua, edito partu, veſcebantur. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejectitia vocantur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima.

Porcellinus, a, um, adject. qui eſt ex porcello, ut porcellina caro, *Apic. l.* 4. *c.* 3. & *Theod. Priſcian. de diæta*, *c.* 6.

Porcellio, onis, m. *porcellino terreſtre*, genus vermiculi. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 4. Porcellionum, ideſt oniſci (*oniſcus*, græce ὀνίσκος, parvum aſinum ſignificat) animalia, quæ humectis locis naſcuntur.

Porcellus, i, *porcelletto*, dimin. a porculus. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Nequis porcellus a matre opprimatur.

Porceo, es, xi, ſine ſup. *impedire*, ἀπείργω, prohibeo, ex *porro*, & *arceo*, quaſi procul arceo. *Feſt. in Porca*. Dicti, quod porcent, ideſt prohibent aquam frumentis nocere. *Non. c.* 1. *n.* 305. Porcere enim pro prohibere ſæpius legimus. *Lucil. l.* 6. Non ta porro procedere porcent.

Porcetra, æ, f. χοῖρος, al. ἔκφυξ, porca, quæ ſemel tantum peperit, ut ſcrofa, quæ ſæpius. *Gel. l.* 18. *c.* 6.

Porcii, m. a. familia plebeja Romæ, e Tuſculo Municipio ortum habens, cujus princeps fuit M. Porcius Cato ille Cenſorius, qui fuit Conſul cum L. Valerio anno U. C. 558. *Cic.* 2. *de Leg. Plut. in Cenſor. Tac. l.* 11. ¶ Cognomen hoc Cato a *porco* traxit. Nam multa cognomina Romanorum, teſte *Varrone*, a beſtiis erant, vel majoribus, ut Equitius, Taurus, vel minoribus, ut Porcius, Caprilius.

Porcinarius, ii, m. qui carnes porcinas vendit. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta laniis laſſitudo! quanta porcinariis!

Porcinus, a, um, *porcino*, *di porco*, χοίρειος, quod ex porco eſt. *Plaut. Capt.* 4. 2. 69. Alium piſces præſtinatum abire, alium porcinam, atque agninam.

Porcila, V. Porculena.

Porculata, æ, f. χοιροβότανον, ἀνδράχνη, genus herbæ. Vide Portulaca.

Porculatio, onis, f. χοιροβοσκία, porcorum nutritio, apud vet. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 4. In nutricatu, quam porculationem appellabant, &c.

Porculator, oris, m. qui porcos nutrit, ut pingueſcant. *Col. l.* 7. *c.* 9. Itaque porculatoris maximum officium eſt, ut unamquamque cum prole claudat.

Porculena, æ, fœm. idem ac porcula. *Plaut. Mil. Gl.* 4. 2. 68. Non hic ſuo ſeminio quanque porculenam impertiturus eſt. Al. leg. *porculam*.

Porculetum, i, n. idem ac porca, ideſt terra elata inter duos ſulcos, vel area in hortis. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Umbri, & Marſi ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia, in his, quæ vocant porculeta.

Porculus, i, maſc. χοιρίδιον, dimin. a *porcus*. *Plaut. Men.* 2. 2. 38. ¶ Porculus marinus, genus piſcis. *Plin. lib.* 9. *c.* 15. ¶ Porculus in torculari vinario vocabatur batillus, aut uncus in media circiter ſucula, qui figebatur, ut teneret funem, &, dum verſabatur ſucula, circumplicabatur. *Cat. c.* 19. Porculum in media ſucula facito, &c.

Porcus, ci, m. *porco*, חזיר, Ger. *ſchwein*, Gal. *porc*, *porceau*, Hiſp. *puerco*, χοῖρος, proprie dicitur ſus domeſticus, quemadmodum aper ferus. Suis autem appellatio utrique generi eſt communis. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 22. Porco fœmina piaculum pati. *Id. de Senect.* Villa abundat porco, agno, hœdo, gallina, &c. ¶ Porcus Trojanus vocabatur, qui aliis animalibus incluſis fartus coquebatur, ducta metaphora ab equo Trojano armatis militibus pleno. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 13. Cincius objicit ſæculo ſuo, quod porcum Trojanum menſis inferat. ¶ Porcus etiam dicitur homo obeſus, & pinguis. *Catul. carm.* 39. *v.* 11. Aut porcus Umber, aut obeſus Hetruſcus. ¶ Denique in fœminis pars genitalis a Latinis porcus appellatur; ex quo natus eſt mos, ut ſponſi nuptiarum die porcum immolarent. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4. ubi alii leg. *porcam*.

Pordica, æ, f. videtur eſſe vaſis genus. *Ammian. l.* 28. Lucanicus cum pordaca, & ſalſula. Πορδακός græce, ſignificat madidum, ſeu uliginoſum.

Poreaſtrum, i, n. portulaca, herba. *Apul. de herb. c.* 103.

Porgo, is, a. 3. idem ac porrigo, per ſyncop. *Virg. Æn.* 8. *v.* 274. & pocula porgite dextris. *Corippus in præfat.* pro munere carmina porgo.

Porphyreticus, a, um, adject. ad porphyriten pertinens, ut porphyreticum marmor, *Sueton. in Ner. c.* 50. Porphyretica ſaxa, *Lamprid. in Heliogab. c.* 24.

Porphyriacus, a, um, purpureus, a *porphyra*, purpura. *Ovid.* Et porphyriacis figere labra genis. Ita referunt quidam Lexicographi: nos Ovidii locum non invenimus.

Porphyrio, onis, m. Πορφυρίων, genus avis, quæ a nonnullis *Pelecanus* dicitur. *Plin. l.* 10. *c.* 46. Porphyrio ſolus morſu bibit. Idem eſt proprio genere, omnem cibum aquam ſubinde tingens, deinde pede ad roſtrum veluti manu afferens. Laudatiſſimi in Comagene. Roſtra iis, & prælonga crura rubent. *Id. l.* 11. *c.* 37. Quædam neutro modo, ſed ventrem proximum habent, quibus prælonga colla, & anguſta, ut porphyrioni.

Porphyrion, onis, unus ex Gigantibus. *Horat. l.* 3. *od.* 4. *Claudian. in Gigantom. Euſtath. ad Iliad.* ξ *Martial. l.* 13. *epigr.* 78. ¶ Item auriga Neronis, factionis Praſinæ. *Martial. ibid.* ¶ Item Interpres Horatii, ſenior Chariſio Grammatico: ab eo enim citatur.

Porphyrites, æ, m. πορφυρίτης, genus marmoris rubei, in Ægypto, a πορφύρα, purpura. *Plin. l.* 36. *c.* 7. Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidis interveniendibus punctis leucoſtictos vocatur.

Porphyrites ficus, genus ficus purpuræ colorem referens. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Primo autem provenit porphyritis, longiſſimo pediculo.

Porraceus, a, um, πράσινος, quod ad porrum ſpectat, quod porrum refert. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Heliotropium naſcitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, ſanguineis venis diſtincta.

Porrecte, adv. *in lungo*, extenſe. *Ammian. l.* 29. *c.* 32. Sago puniceo porrectius panſo.

Porrectio, onis, *oſtenſione*, ἔκτασις, actus porrigendi, extenſio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Digitorum enim contractio facilis, faciliſque porrectio propter molles commiſſuras, & artus nullo in motu laborat.

Porrectus, a, um, *ſteſo*, προτεταμένος, extenſus. *Cic. c. Piſ.* At etiam A-

thenis ſtatua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis porrecta manu. *Virg.* 9. *Æn. v.* 589. multa porrectum extendit arena. *Plin. l.* 4. *c.* 9. Theſſaliæ in porrectum longitudo, *per diritto*. *Minuc. Fel.* Porrecta camporum. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. (*al.* 10.) Porrecta ſyllaba, *h. e.* producta. ¶ Porrecti dicuntur interdum, qui mortui jacent. *Catul. carm.* 46. *O dulc.* *v.* 6. Poſtquam eſt porrecto facta marita ſene. ¶ Porrecta loca dicuntur, quæ neque montibus interſepta ſunt, neque ſylvis impedita. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 19. Quem ad finem porrecta, atque aperta loca pertinebant. ¶ Porrecta frons dicitur, quæ læta eſt, hilaris, alacris. In rebus enim lætis cutem frontis extendere ſolemus, & contra in triſtibus contrahere, & corrugare. *Plaut. Caſ.* 2. 4. 3. Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui. ¶ Porrecta coma, *longa*, *e diſteſa*. *Plin. l.* 32. *c.* 2. ¶ Eſt etiam partic. a *porricio*, pro porro jacto, dato, oblato, ut *Exta porrecta*, ideſt aris impoſita, ut comburantur, vel etiam jacta in mare ad Deos marinos placandos. *Var. l.* 5. *de L. L.* Inter cujus exta cæſa, & porrecta Flamen prorſus vinum legit. V. *Cæſus*.

Porriciæ, arum, f. V. Proficiæ.

Porricio, is, a. 3. jacio, do, offero. Eſt verbum ſolemne ſacrificantibus ex diſciplina Haruſpicum, & præcepto Pontificum, ut *Macrob.* ait *l.* 3. *c.* 2. & ſignificat Diis porrigere, in aræ foco imponere, in fluctus exta projicere expiationis cauſa, offerre, ſacrificare. *Nævius* apud *Non. c.* 2. *n.* 62. Simul atrocia porricerent exta miniſtratores. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 32. Si ſacrificem ſummo Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. *Virg.* 5. *Æn.* Extaque ſalſos Porriciam in fluctus. Ita *Macrob.* legit. Alii *projiciam*. *Liv. l.* 29. *c.* 27. Secundum eas preces cruda exta, cæſa victima, uti mos eſt, in mare porricit, tubaque ſignum dedit proficiſcendi. *Pomponius* apud *Non. c.* 5. *n.* 660. Et quædam exta præſente ſuis, quædam abſente porrexiſſem. Al. leg. *projeciſſem*.

Porriginoſus, a, um, qui porrigine infeſtatur. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 4. Caput porriginoſum.

Porrigo, inis, πίτυρα, capitis vitium furfuribus velut farina obliti. *Celſ. l.* 6. *c.* 2. Porrigo eſt, ubi inter pilos quædam quaſi ſquamulæ ſurgunt, eæque a cute reſolvuntur, & interdum madent, multo ſæpius ſiccæ ſunt, idque evenit modo ſine ulcere, modo exulcerato loco. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Urina porrigines ſanat. *Hor. l.* 2. *ſerm. ſat.* 3. *v.* 126. Ungere ſi caules oleo meliore, caputque Cœperis impexa fœdum porrigine? ¶ Dicitur etiam de aliis partibus, quæ pilis veſtitæ ſunt, nec ſolum de hominibus, ſed etiam de beſtiis. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 79. ſicut grex totus in agris Unius ſcabie cadit, & porrigine porci.

Porrigo, is, exi, ectum, a. 3. *porgere*, *ſtendere*, הושיט, Ger. *darreichen*, Gal. *tender*, *bailler*, Hiſp. *dar*, *entrar*, extendo, dilato. *Plin. l.* 3. *ep.* 16. Vineæ per latus omne porriguntur. *Cic. pro Cæl.* Licinium autem, cum jam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. ¶ Interdum eſt extenſa manu offerre. Unde Auguſtus, ut eſt apud *Macrob. l.* 2. *Satur. c.* 4. cum ei quidam libellum trepidus offerret, & modo proferret manum, modo retraheret, Putas te, inquit, ſtipem elephanto porrigere? *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Eſſe ſtultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle ſumere. ¶ Ecquæ quæ interficiuntur, in terra extenduntur, factum eſt, ut porrigere ſic proſternere, & interficere. *Martial. de ſpect. epigr.* 13. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. ¶ Manum porrigere, eſt opem ferre. *Cic. pro Flac. c.* 7. Sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ. ¶ Manum porrigere adverſus aliquem dicuntur judices, cum lata ſententia ulterius procedunt, ut ea adimpleatur. *Ulp. l. a Divo Pio*, §. *ſi emptor*, *ff. de re judic.* Utrum adverſus emptorem porrigere manus debeant iidem judices, qui ſententiam exequuntur. ¶ Herbam porrigere eſt victum ſe fateri. *Plin. l.* 22. *c.* 4. Summum apud antiquos ſignum victoriæ erat, herbam porrigere victos. h. e. terra, & altrice ipſa humo, & humatione etiam cedere. ¶ Porrigere dexteram, eſt datæ fidei ſignum. *Plin. l.* 11. *c.* 45. ¶ Porrigere in tempus aliquod, eſt protrahere, *portar' innanzi*, *differire*. *Celſ. l.* 2. *c.* 3.

Porrima, æ, f. Nympha comes Carmentis matris Evandri, de qua V. in Poſtvorta. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 633.

Porrina, æ, f. locus, ubi porrus creſcit, vel porrorum uno in loco conſitorum multitudo. *Scæv. l. defuncta*, *ff. de uſufr.* Sempronio do, lego ex reditu, fructum oleris, & porrinæ. Adde *Cat. R. R. c.* 47.

Porro, adv. *da lungi*, πόῤῥω, procul, longe, in anteriorem partem, ultra, ulterius, a græca voce allata. *Virg.* 4. *Æn.* Quæ ſunt ea flumina porro. *Liv. l.* 1. Ex loco infeſto agere porro armentum occepit. *Id. l.* 8. Si ire porro pergas. ¶ Quandoque temporis adverbium eſt, & ſignificat longe poſt. *Virg.* 3. *Æn.* Hinc maxima porro accepit Roma, & patrium ſervavit honorem. Ubi *Serv.* Porro, per longum intervallum: & eſt adverbium temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porro ab Homeri temporibus fuit. ¶ Interdum ponitur pro deinde, poſtea. *Terent. Hec.* Quid reſtat, niſi porro ut miſer ſiam? ¶ Aliquando eſt adverb. ordinis, pro deinde, præterea. *Terent. And.* 4. 4. 10. Move ocyus te, ut, quid agam, porro intelligas. *Id. Phorm.* 1. 1. Porro autem Geta feriatur alio munere. ideſt præterea vero. Aliqui exponunt *&* *vero*. *Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 9. Non eſt porro tuum, uno ſenſu ſolum oculorum moveri. *Id.* 3. *Ver.* Hominibus & naturæ, & diſciplina leviſſimis, porro autem Pop. Rom. conditione ſociis, fortuna ſervis. *Salluſt. in Catil.* Porro autem anxius erat. Aliqui explicant, *ſed*, *verum*. ¶ Eſt item adverb. confirmandi, pro certe, ſane, profecto. *Cic. pro Planc.* Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum. ¶ Nonnunquam adverb. hortantis, pro age, agedum, eja. *Virg.* 9. *Æn.* Percipe porro, quid dubitem. *Cic.* 4. *Pis. c.* 27. Perge porro: nam de iſto magna diſſenſio eſt. ¶ Nonnunquam adverb. intendendi, pro valde. *Cic. de Sen.* Qui ſe porro pueros a ſenibus audiviſſe dicebant. ¶ Eſt etiam conjunctio, & ſumitur pro, vero, autem. *Cic. pro Mil. c.* 9. Eum porro ſummo conſenſu Pop. Rom. Conſulem fieri videbat. *Id. pro Roſc. Amer.* Jam porro videte cætera Judices. *Id.* 7. *Ver.* Age porro tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem fœderum. ¶ Vel pro etiam. *Cic.* 5. *Fin.* Ea nos mala dicimus, ſed exigua, & porro minima. Aliqui explicant, *longe minima*. *Id.* 3. *Ver.* Neque enim perfaceta dicta, neque porro hac ſeveritate digna ſunt. ¶ Sæpe eſt conjunctio expletiva, ornatus tantum gratia addi ſolita. *Terent. Andr.* 1. 5. Adeon' me ignavum putas, adeon' porro ingratum, & inhumanum? ¶ *Porro Quirites*, vox eſt exclamantis, & Quiritium opem implorantis. *Laber.* apud *Macrob.* Porro Quirites! libertatem perdidimus. *Auct. Priapeor. carm.* 25. Porro Quirites, aut præcidita, &c. Adde *Tertul. adver. Valentin. c.* 14.

Porrum, i, n. *porro*, Ger. *lauch*, Gall. *porreau*, Hiſp. *puerro*, πράσον, genus oleris. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Porrum ſeritur ſemine ab æquinoctio Autumno. ¶ Porrum eſt duplex, capitatum, & ſectile. De utroque agit *Plin. l.* 20. *c.* 6. *Martial. l.* 3. *epigr.* 47. Et utrunque porrum, ſeſſileſque lactucas. *Juven. ſat.* 3. *v.* 293. Quis ſectile porrum, quis tecum elixi vervecis labra comedit?

Porrus, i, m. idem ac porrum. *Celſ. l.* 4. *c.* 6. Aut jus, in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus ſit. *Martial. l.* 13. *epig.* 19. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.

Lars Porſena, Rex Cluſinorum, qui erant populi Hetruriæ. Hic precibus L. Tarquinii Superbi bellum Romanis intulit, ut eum in Regnum reſti-

Digitized by Google

tarret, Romamque abſedit. Sed poſt multa virtutum exempla, quæ in Romanis admiratus eſt, præſertim in P. Horatio Coclite, & in C. Mucio Scævola pacem ultro petiit, & Tarquiniorum defenſionem deſeruit. *Liv. l.* 2. ¶ Penultima in *Porſena* brevis eſt. *Martial. l.* 1. *epigr.* 22. Hanc ſpectare manum Porſena non potuit. *Virgilius* produxit poſitione deſpicies o n, 8. *Æn. v.* 647. Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat Accipere.

Porta, æ, f. *porta*, שַׁעַר, Ger. *thor*, Gal. *porte*, Hiſp. *puerta*, πύλη, aditus urbis, vel alterius loci vallo, foſſave muniti, & generatim aditus domus, & cujuſcunque rei. Eſt a *porto*, quia per portam res importantur, & exportantur. Altera quoque nominis ratio affertur. Nam olim, cum urbem novam conderent, aratro urbis futuræ ſpatium deſignabant, ubi vero introitus, & exitus futurus erat, aratrum a deſignatore portabatur: unde portas nominatas volunt. Quomodo differat a janua, V. in Janua. *Cic.* 4. *Phil.* Si Annibal ad portas veniſſet. *Id. Att. l.* 8. Efferre pedem porta. *Manil. l.* 4. *v.* 604. Hac ubi ſe primum porta mare fudit ab alta. *Virg.* 1. *Æn. v.* 83. Qua data porta, ruunt. ¶ Portæ item per ſimilitudinem quandam montium fauces dicuntur in maximas anguſtias coarctatæ, cujuſmodi pleræque in diverſis Tauri montis partibus a Coſmographis commemorantur, ut Caſpiæ Portæ. *Plin. l.* 6. *c.* 11. ¶ Porta cœli eſt hemiſphærium, ſive ſemiglobus cœli. *Virg.* 3. *Georg.* Quem ſuper ingens porta tonat cœli. ¶ Portæ jecoris dicuntur de hepatis parte ima, ubi duæ parvæ ſunt protuberantiæ, quas ideirco veteres portas dixerunt, quod crederent, per eas omnem chylum in hepar deferri. Vena quoque ibidem exorta, & per viſcera abdominis diſperſa vena portæ propterea vocatur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Per vias quaſdam a medio inteſtino uſque ad portas jecoris. ¶ *Portabus* in dat. plur. dixit *Gell. hiſtoric.* teſte *Chariſ. l.* 1. *pag.* 40. V. dicta in *Aſina*. ¶ *Porta itineri longiſſima eſt*, proverbium apud *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. quo ſignificatur, in apparatu negotii plus inſumi aliquando temporis, quam in ipſo negotio.

Portabilis, le, adject. *portabile*, qui portari poteſt. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Portandus quidem, ſed portabilis. *Auguſtin. ep.* 34. Onus tolerabilius, & portabilius.

Portatio, onis, f. *il portare*, geſtatio, tranſvectio. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum inventæ eſſent machinationes.

Portatus, us, m. *portatura*, κόμισις, actus portandi. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Tæda anquiſita perditiore portatu. Rectius tamen alii *nepotatu*. *Sil. l.* 12. *v.* 443. Perque averſa tulit portatus in arva carinas. Alii legunt *portatas*.

Portendo, is, di, tum, a. 3. *ſignificare*, *moſtrare da lungi*, הִגִּיד, Ger. *vordeuten*, Gal. *predire*, *ſignifier*, Hiſp. *ſignificar*, [illegible], e longe oſtendo, præmonſtro, a *porro*, & *tendo*. *Cic.* 1. *de Div.* Populo commutationem rerum portendit fore. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Quæ tum dormientibus, tum vigilantibus portenduntur. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 34. Nimiæ voluptati eſt, quod in ratis noſtris portentum eſt, ſoror.

Portentifer, a, um, adject. portenta ferens, portentoſus. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 55. Hunc Dea prævitiat, portentiferiſque venenis Inquinat. Al. leg. *portentificiſque*.

Portentificus, a, um, adject. portentoſus. *Lactant. l.* 2. *c.* 13. Portentificas animalium figuras commenti ſunt. V. Portentifer.

Portentoſus, a, um, *moſtruoſo*, *prodigioſo*, Ger. *vvundergeſtaltig*, Gall. *merveilleux*, *monſtrueux*, Hiſp. *prodigioſo*, τερατώδης, quod portentum facit, portento ſimile. *Cic.* 2. *de Div. c.* 28. Si quando aliqua portentoſa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur. *Sueton. in Domit. c.* 4. Puerulus portentoſo, parvoque capite. *Plin. l.* 36. *c.* 13. Dicamus & labyrinthos, portentoſiſſimum humani ingenii opus. *Senec. epiſt.* 87. Quo quid fieri portentoſius poteſt?

Portentum, i, *moſtro*, *prodigio*, מוֹפֵת, Ger. *ein zeichen*, Gall. *prodige*, Hiſp. *prodigio*, *milagro*, τέρας, monſtrum, oſtentum, prodigium, a *portendo*, quia præmonſtrat, aliquid futurum eſſe, ut cum inſolita corpora in aere apparent, ut cometæ, turbines, & ſereno cœlo tonitrua. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Prædictiones vero & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. *Id.* 2. *de Div.* Nec, ſi id factum eſt, quod fieri potuit, portentum debet videri. *Id. de Prov. Conſ.* Gabinium, & Piſonem duo Reip. portenta, ac pene funera. ¶ Dicitur etiam de bono omine. *Virg.* 8. *Æn.* Ne quære profecto, quem caſum portenta ferant. Ubi *Serv.* Modo bona omina, quæ victoriam portendunt. ¶ Aliquando etiam portenta dicuntur fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. *Cic.* 1. *Tuſc.* Aut quid negotii eſt hæc Poetarum, & Pictorum portenta convincere?

Porthmeus, m. 2. per duas ſyllabas, πορθμεύς, portitor, tranſfretator, qui homines trans fretum navigio vehit, a πορθμός, *fretum*. *Juven. ſat.* 3. *v.* 265. Jam ſedet in ripa, tetrumque novitius horret Porthmea.

Porticatio, onis, f. porticuum complexus, porticus. *Martian. l. Funeris. Dig. de relig. & ſumpt. fun.* In circuitu porticationes.

Porticula, æ, f. parva porticus. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 23. Exhedria quædam mihi nova ſunt inſtituta in porticula Tuſculani.

Porticus, us, f. *portico*, אוּלָם, Ger. *gang*, Gal. *porche*, Hiſp. *portal*, στοά, locus amplus, & ſpatioſus, ambulationum, & deambulationis gratia ædificatus, tecto incluſus propter repentinos imbres. *Cic. Att. l.* 4. Eaque erit tecta excelſa porticu. ¶ Multæ Romæ inſignes fuere porticus, omnium tamen magnificentiſſima fuit, quæ a Pompejo ædificata, *Pompeja*, vel *Pompejana* dicebatur. *Cic. pro Dom.* Vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum acceſſit. *Ovid.* 1. *de Arte.* Tu modo Pompeja lentus ſpatiare ſub umbra. ¶ Metonymice ponitur pro ſecta Stoicorum, quia Stoici in porticu Athenis philoſophabantur. *Cic.* 4. *Acad.* Qui fulcire putatur porticum Stoicorum. ¶ Interdum ſumitur pro tabernaculo, ſive tentorio. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 16. Namque Æſculapii liberorum ſaucii opplent porticum. Loquitur de Podalirio, & Machaone, qui ad Trojam tabernacula habebant. *Col. l.* 9. *c.* 7. Conveniet alvearia porticibus ſupermuniri.

Portio, onis, *porzione*, *parte*, חֵלֶק, Germ. *ein theil*, Gal. *portion*, Hiſp. *parte*, μέρος, pars, quaſi partio, a *pars*. *Cic.* 7. *Ver. cap.* 21. Quam Mamertinus pro portione imperaretur. *Plin. lib.* 8. *cap.* 28. Circa quod portio magna mortalium hæret. *Id. l.* 11. *c.* 37. Cerebrum omnia habent animalia, quæ ſanguinem, ſed homo portione maximum, *a proporzione*.

Portionalis, le, adject. particularis. *Tertul. de virg. veland. c.* 4. Subjectum eſt portionale univerſali.

Portiſculus, i, m. *comite*, *aguzzino*, κελευστής, qui remigibus dat ſignum. *Non. c.* 2. *n.* 637. Portiſculus proprie eſt hortator remigum, hoc eſt, qui eandem perticam tenet, quæ portiſculus dicitur, qua modum, & hortamenta moderatur. Affert autem exempla ex *Ennio*, & *Laberio*. Dictus eſt, quod in portu modos det remigibus, ut ex Ælio Stilone tradit *Feſtus*. ¶ Sumitur etiam pro ſigno, ſeu inſtrumento, quo remigibus datur requies, aut modus, ideſt pro pertica, vel malleo. *Feſt.* Portiſculus eſt, qui in portu modum dat claſſi. Id autem eſt malleus. Idem *Nonius* ſentit, ut ex loco allato apparet. Tranſlate *Plaut. Aſin.* 3. 4. 15. Ad loquendum, atque ad tacendum tete habes portiſculum.

Portito, as, a. 1. freq. a *porto*. *Gel. l.* 20. *c.* 2. Crumenam plenam aſſiduo portitans.

Portitor, oris, m. qui aliquid portat, a *porto*. *Sidon. l.* 6. *epiſt.* 3. Portitor apicum. h. e. tabellarius. *Stat. l.* 2. *Theb. v.* 693. Languet Hyperboreæ glacialis portitor urſæ. ¶ Portitor item, πορθμεύς, dicitur, qui homines in ulteriorem fluvii ripam, vel de litore maris ad navem, aut de navi ad litus trajicit. *Virg.* 6. *Æn.* Portitor has horrendus aquas, & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon. ¶ Uſurpatur etiam de publicano, ideſt de eo, qui portorium, ſcilicet fructus pecuarios in porta conduxit, quique nomine portorii ſtipem a venientibus exigit. *Don. in Ter. Phorm.* 1. 2. *Cic.* 1. *Off. c.* 42. Improbantur ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. Alia exempla ex *eod. Cic.* & *Plauto* affert *Nonius c.* 1. *n.* 65.

Portiuncula, læ, f. *picciola porzione*, μερίς. *Ulpian. Dig. l.* 39. *tit.* 2. *leg.* 15. Si modica portiuncula ædium ampliſſimarum vitium faceret.

Porto, as, avi, atum, a. 1. *portare*, נָשָׂא, Ger. *tragen*, Gal. *porter*, Hiſp. *llevar*, φέρω, fero, gero, geſto, a φέρτος, *onus*. *Cic. ad Q. Fr.* Cum homines portarent ad Bajas Neapoli octophoro. *Id.* 2. *Off.* Ad exemplum amiſſi imperii portari in triumpho Maſſiliam vidimus. ¶ Eſt etiam navibus, aut jumentis aliquid vehere. *Virg.* 1. *Æn.* Portantur avari Pygmalionis opes pelago. ¶ Dicitur item de rebus incorporeis. *Virg.* 9. *Æn.* Multa patri portanda dabat mandata. *Salluſt. in Catil.* Sociis, atque amicis auxilia portabant. *Ter. Andr.* 2. 2. Dii boni, boni quid porto! *Id. ibid. ſc.* 6. Portare fallaciam alicui. *Id. Heaut.* 4. 1. 12. Neſcio quid peccati portet hæc purgatio, hoc eſt, hæc excuſatio arguit peccatum aliquod.

Portorium, ii, n. 2. *nolo*, Ger. *zoll*, *fuohr lohn*, Gal. *peage por*, Hiſp. *flete*, πορθμεῖον, naulum, & merces, quæ datur portitoribus, ideſt iis qui nos cymba, vel ponte trans fluvium, vel fretum trajiciunt, a portando. *Plaut. Trinum.* 4. 4. 15. Solutum eſt portitori jam portorium. ¶ Portorium etiam fuit vectigal, quod capiebatur ex rerum importatione, & exportatione per maria, flumina, lacus, ſtagna, quod qui redimerent, portitores ſunt appellati. *Cic.* 2. *de Inv.* Nam ſi Rhodiis turpe non eſt portorium locare. *Id. pro Font.* Nomina portorii in ſingulas amphoras vini quatuor denarios exigere. *Id. in Piſon.* Imponere portorium ſingulis rebus. *Id. Ver.* 4. Portorium dare pro re aliqua.

Portuenſis, ſe. Menſores Portuenſes in *Cod. Theodoſ. lib.* 14. *tit.* 4. *leg.* 9. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 472. *n.* 1. erant, qui annonam Tiberi a Caudicariis advectam metiebantur, & in horrea publica deferebant. Dicti ſunt a Portu Romano, quod fuit oppidum Hetruriæ cum portu prope Oſtiam, & fauces Tiberis.

Portula, æ, *porticella*, πυλίς, parva porta. *Liv. l.* 25. *c.* 9. Philomenes portula aſſueta venationem inferens.

Portulaca, æ, *porcellana*, ἀνδράχνη, genus herbæ. *Turneb. l.* 8. *c.* 23. rectius dici videtur *portulata*, nempe quia ſolus portulas imitatur, & portulas habere videtur. Vel cum Salmaſio potius ſcribendum *porcilaca*, ut a porcula ſit nomen. Unde & Græcis χοιροβοτάνη dicitur, & Latinis olim dicebatur porcellia, & porcacia. De portulaca ſcribit *Plin. l.* 20. *c.* 20. & *l.* 25. *c.* 13.

Portulata. V. Portulaca.

Portunalia, ium, n. 2. παλαιμόνια, ſacra in honorem Portuni, ſeu Palæmonis. Differebant ab Iſthmiis. Nam Iſthmiis erant certamina in honorem Neptuni. Deinde Portunalia noctu agebantur, & mutandi magis, quam ſpectaculi ſpeciem præ ſe ferebant. *Varr. l.* 5. *de L. L.*

Portunus, m. 2. ſeu Portumnus, παλαίμων, Deus marinus, qui portubus præeſt, idem ac Melicerta, & Palæmon. Sed *Grotius* docet ad *l.* 1. Capellæ hoc nomine nunc Palæmonem, nunc Neptunum ſignari. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 26. Nomenque productum, ut Portunus a portu, ſic Neptunus a nando, paullum primis litteris immutatis. Adde *Virg.* 5. *Æn. v.* 241.

Portuoſus, a, um, λιμενώδης, quod multos portus habet. *Cic.* 3. *de Or. c.* 19. Ut Philoſophi tanquam in ſuperum mare Jonium defluerent Græcum quiddam, & portuoſum. *Salluſt. in Jug. c.* 16. Pars Numidiæ portuoſior. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Inſularum portuoſiſſima.

Portus, us, m. *porto*, חוֹף, Ger. *ein ſchiff port*, Gal. *port*, Hiſp. *puerto*, λιμήν, locus in littore concluſus, ubi naves conſiſtunt ab hyemis, tempeſtatumque injuria liberæ. *Cic. pro L. Man.* An vero ignoratis, portum Cajetæ celeberrimum, atque pleniſſimum navium, inſpectante Prætore, a prædonibus eſſe direptum? *Id.* 6. *Ver.* Quæ duobus portubus cincta in utriuſque portus oſtium, aditumque projecta eſt. *Id.* 1. *Fam. ep.* 9. Portum tenere. *Hor. l.* 1. *od.* 14. Portum occupare. Sic dicimus, e portu ſolvere, prodire, portum ingredi, capere, in portum deferri, invehi, pervenire, ſe recipere, in portum naves cogere, conjicere, &c. *Cic. Caſ. Virg.* & alii. ¶ Tranſlate uſurpatur pro loco tuto, & quodam adverſarum rerum perfugio. *Cic. pro Syll.* Quo facilius vento aliquo in optimum quemque excitato poſſet in malis Reip. portum malorum ſuorum aliquem invenire. ¶ Res in portu eſſe dicitur, h. e. in tuto, & extra omne periculum. *Plaut. Merc.* 4. 7. 49. In portu res eſt. ¶ In portu navigare, prov. eſt ſecurum eſſe, & omni periculo defunctum. *Ter. in Andr.* 3. 1. 22. Nunc hujus periculo fit, ego in portu navigo. ¶ Impingere in portu, eſt in ipſo ſtatim operis initio peccare. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. ¶ Portum pro domo uſurpaſſe veteres, teſtis eſt *Feſtus*, afferens exemplum ex *Leg. XII. Tab.* ¶ Apud JCtos videtur portus peculiarem habere ſignificationem. Inquit enim *Ulpian. l.* 59. *de Verb. ſign.* Portus eſt locus concluſus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa atque munita: inde angiportus dictus eſt. V. *Angiportus*.

Porus, i, m. *poro*, πόρος, tranſitus, meatus, via, a πείρω, *tranſeo*. Specialiter dicitur de meatu, per quem urina a veſica exit. *Plin. l.* 20. *c.* 21. Succus decoctæ pori meatus ſuaves facit. In quibuſdam MSS. legitur *permeatus* pro *pori meatus*. ¶ Eſt etiam genus lapidis candore, & duritia Parii marmoris cadaveribus aſſervandis idoneum. *Plin. l.* 36. *c.* 17. Porusque ſimilis candore, & duritia, minus tamen ponderoſus, qui porus vocatur.

Poſca, æ, f. 1. ὀξύκρατον, potionis genus, quod ex aqua, acetoque miſtura conficitur. Alii vinum ſecundarium, ſive loram interpretantur. Eſt a πίνω, *bibo*, ut eſca ab *edo*. Apud Celſum *poſco* per s legitur. *Plin. l.* 30. *c.* 7. Tormina ſedat palumbes ferus ex poſca decoctus.

Poſcinummius, a, um, adject. qui nummos poſcit, ut poſcinummia meretricum baſia, apud *Apul. l.* 10. *A. A.*

Poſco, is, popoſci, ſine ſup. *domandare*, שָׁאַל, Germ. *fordern*, Gall. *demander*, Hiſp. *demandar*, αἰτέω, peto. Donatus *poſco* a *poſtulo* diſtinguit, his verbis: Poſcimus imperioſe, poſtulamus jure. *Cic.* 6. *Ver.* Nemo tam audax, qui poſceret, nemo tam impudens, qui poſtularet, ut venderet. Sed hæ differentiæ non obſervantur. Conſtruitur tum *acc.* *Cic.* 2. *Fin.* Quorum a numero primus eſt auſus Leontinus Gorgias in conventu poſcere quæſtionem. ¶ Vel cum duobus accuſativis. *Cic.* 3. *Ver. c.* 3. Ei parentes pretium pro ſepultura liberum poſceret. Adde *Liv. l.* 27. *c.* 14. ¶ Vel cum *acc.* & abl. cum præp. *a*, vel *ab*. *Cic.* 4. *Ver.* Si hoc me muneris non univerſa provincia popoſciſſet. ¶ Vel rem utenſilibus, & particula *ut*. *Juv. ſat.* 5. *v.* 112. Poſcimus, ut cœnes civiliter. ¶ Aliquando eſt provocare. *Virg.* 8. *Æn.* Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum. *Cic.* 3. *Ver.* Poſcunt majoribus poculis. ideſt provocant ſe mutuo ad largius potandum. ¶ Aliquando indicare rem venalem, & pretium ejus taxare. *Plaut. Merc.* 2. 4. 22. Tanti, quanti poſcit, vin' tanti emam illam? ¶ Aliquando requirere, exigere. *Caſ.* 4. *B. G.* Ad quos ſe celeriter, cum uſus poſcit, recipiunt. ¶ Aliquando vocare. *Plaut.*

Caſ.

Digitized by Google

Curt. 5. 3. 5. Clamore hominem poſco. *Virg.* 8. *Æn.* v. 573. Ego poſcor Olympo. Poſcere aliquem reum, eſt accuſare. *Liv. l.* 1. ¶ Poſcere ſibi, *pretendere*, *arrogarſi*. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 13. Audacter partem Roſcii ſibi popoſcerunt. ¶ Poſcere aliquid, pro polliceri. *Ter. Heaut.* 3. 3. 44. Cliniam orat, ſibi ut id nunc det, illam illi tamen poſt daturum mille nummum poſcit. *Plaut. Merc.* 2. 3. 102. *de auctionantibus loquens*. Nequicquam poſcit, ego habebo. Ch. At illic pollicitus eſt prius. De. Nihili facio. ¶ *Popoſci* pro popoſci, dixerunt antiqui, teſte *Gell. l.* 7. *c.* 9. *ex Valerio Antiate*.

Poſĕa, vel Poſia, æ, f. olivæ, ſeu oleæ genus, de qua *Cato de R. R. c.* 6. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 24. & *Colum. l.* 12. *c.* 47.

Poſidiānus, a, um, adject. ut Poſidianæ aquæ apud Bajas, quæ a Poſidio Claudii Cæſaris liberto nomen acceperunt. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Poſidium, vel Poſideum, i, n. promontorium & oppidum Joniæ, oraculum Branchidarum appellatum, nunc *Capo di Melaxo*. *Plin. l.* 5. *c.* 29. ¶ Item promontorium in finibus Macedoniæ, *Id. l.* 4. *c.* 10. ¶ Item aliud in Syria. *Id. l.* 5. *c.* 20.

Poſidonia, æ, ποσειδωνία, eadem ac Jonia, regio Aſiæ minoris, a ποσειδῶν, *Neptunus*. ¶ Item urbs Lucaniæ, al. Pæſtum, *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Poſĭtio, onis, *ſito*, *poſitura*, תְּשׁוּבָה, Ger. *gelegenheit*, Gal. *aſſiette*, Hiſp. *poſtura*, κατάθεσις, conſtitutio, ſitus. *Cic. pro Flac. c.* 26. De quorum urbis poſitione, propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen fuiſſe proditum eſt. *Col. l.* 1. *c.* 6. Naturalis calor contingit poſitione cœli, & declinatione. Ubi *poſitio cœli* ponitur pro ſitu, vel ſtatu ad aliquam cœli, vel Solis partem. Alii aſpectum vocant. *Quinct. l.* 3. *c.* 7. Illa propria, quæ ex loci poſitione, aut munitione ſunt. ¶ Syllabam dicimus eſſe longam poſitione, vel poſitura, cum vocalem duæ conſonantes immediate ſequuntur, ut *Terra*, *aſtra*. *Diomed. Grammat. l.* 2. & *Quintil. l.* 9. *c.* 4. ¶ A Dialecticis, & Rhetoribus poſitiones appellantur Θέσεις, ipſa veluti fundamenta, quibus argumenta innituntur. *Quint. l.* 2. *c.* 10. Quin aliquando etiam argumenta ex ipſis poſitionum vitiis ducimus. Adde *l.* 1. *c.* 3. ¶ Poſitio dictionis eſt vocis terminatio, *deſinenza*. *Quint. l.* 1. *c.* 4. Aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant. ¶ Poſitio in pronunciando dicitur ſyllabæ depreſſio, & ſublationi, ſeu elevationi opponitur; illa a Græcis Θέσις dicitur, hæc ἄρσις. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *Diomed. Grammatic. l.* 3. ¶ Apud Philoſophos poſitio dicitur, cum aliquid dicendo ponitur, ſeu, ut barbari loquuntur, cum eſſentia res poſitiva exponitur: huic contraria eſt detractio, ſeu privatio, qua rem privative explicamus. *Sen. epiſt.* 87. Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem: Græci dicunt στέρησιν.

Poſitīvus, a, um, adject. *poſitivo*, Θετικός, quod primo poſitum eſt, nec aliunde derivatum. Hinc Nomen poſitivum, vel abſolutum eſt, quod rem ſimpliciter, & abſolute ſignificat, ut *doctus*, *fortis*, *bonus*, &c. Ita dictum creditur, quia eſt quaſi fundamentum comparativi, & ſuperlativi. *Servius*, & *Cledonius Grammatici*. Legitur præterea hæc vox apud *Gell.* in titulo *c.* 4. *l.* 9. qui ſic habet. Nigidius argutiſſime docuit, nomina non poſitiva eſſe, ſed naturalia, quod ipſe *Gell.* in *c. eod.* ſic exponit. Nomina, verbaque non poſitu fortuito, ſed quadam vi, & ratione facta eſſe, Nigidius docet.

Poſĭtor, oris, m. qui ponit, conditor. *Ovid.* 9. *Met. v.* 448. Et in Aſide terra Mœnia conſtituit poſitoris habentia nomen. *Id. Faſt.* 2 *v.* 63. Templorum poſitor.

Poſitūra, æ, *poſitura*, poſitio, ſitus. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Quo habitu, quaque forma, quaque poſitura ſtellarum aliquis naſceretur, *coſtellazione*. *Lucret. l.* 2. *v.* 1017. poſitura diſcrepitant res. hoc eſt diſpoſitione.

Poſĭtus, us, m. idem ac poſitio, ſive ſitus. *Celſ. l.* 8. *in prin.* Prius poſitus oſſium, figuraſque indicabo. *Tacit.* 6. *Ann. c.* 21. Poſitus ſiderum. *Id.* 4 *Ann.* 2. 5. Poſitus regionis. *Ovid. de medicam. faciei*, *v.* 19. variare capillos poſitu.

Poſĭtus, a, um, *poſto*, *collocato*, תְּשׁוּבָה, Ger. *geſetzt*, Gal. *ſituation*, Hiſp. *pueſto*, *ſitio*, τεθείς, ſitus, collocatus, partic. a ponor. *Cic.* 2. *Agr. c.* 35 Romam in montibus poſitam, & convallibus, &c. ¶ Interdum ſumitur pro depoſito. *Liv. l.* 7. Poſitis omnium aliarum rerum curis. ¶ Interdum pro exanimato. *Virg.* 4. *Æn.* Sic te ut poſita crudelis abeſſem. *Albinovan. ad Liv. v.* 249. Nec juvenis poſiti ſupremos deſtrue honores. ¶ Interdum pro ſepulto. *Albinov. eleg.* 1. *v.* 69. Vix poſito Agrippa, tumuli bene janua clauſa eſt. ¶ Item pro præpoſito, ut poſitus ſuper armamentarium, eſt præfectus armamentario. *Curt. l.* 6. *c.* 7. Nobili juveni ſuper armamentarium poſito, quod ſcelus pararetur, indicat. ¶ Aliquando idem eſt ac ſatus, *ſeminato*. *Virg.* 2. *Georg. v.* 354. Seminibus poſitis. ¶ Hoc poſito, *ciò ſuppoſto*. *Cic.* 1. *Div. c.* 52. Hoc autem poſito, atque conceſſo, eſſe quandam vim divinam. ¶ *Poſtus* pro poſitus per ſyncop. *Lucr. l.* 3. *v.* 885. putreſcat corpore poſto. h. e. humato.

Poſſeſſio, onis, *poſſeſſione*, יְרוּשָּׁה, Ger. *einbeſitzung*, Gal. *poſſeſſion*, Hiſp. *poſſeſſion*, κτῆσις, actus, ſive ipſum jus poſſidendi agri, aut ædificii. *Cic. pro Mil.* Niſi ſibi hortorum poſſeſſione ceſſiſſet. ¶ Poſſeſſio fiduciaria eſt, quæ ea conditione nobis traditur, ut eam alteri poſtea reſtituamus. Sic dicitur quaſi accepta, data fide. *Liv. l.* 2. Nabidi eam tyranno velut fiduciariam (*poſſeſſionem*) dare optimum viſum. ¶ Frequenter ſumitur pro ipſis rebus, quæ poſſidentur, præſertim pro bonis immobilibus. *Cic. in Parad.* Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores prata, & areas magno æſtiment, quod ei generi poſſeſſionum nemo nocere poteſt. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 17. Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur. ¶ Transfertur etiam ad res incorporeas. *Cic.* 3. *de Or.* Noſtra eſt enim omnis iſta prudentiæ, doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam, atque vacuam abundantes otio nobis occupatis involaverant.

Poſſeſſiuncŭla, æ, parva poſſeſſio. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 23. Credas, velim, mihi majori offenſioni eſſe, quam delectationi, poſſeſſiunculas meas.

Poſſeſſīvus, a, um, *poſſeſſivo*, κτητικός. Nomen poſſeſſivum eſt, quod ſignificat rem poſſeſſam, vel pertinentem ad aliquem, ut *Antonianus*, *Pompejanus*, *Regius*, &c. *Quinctil. l.* 1. *cap. de virt. & vit. orat.* In quibus patrium pro poſſeſſivo dicitur.

Poſſeſſor, oris, *poſſeſſore*, יוֹרֵשׁ, Ger. *inhaber*, Gal. *poſſeſſeur*, Hiſ. *poſſeedor*, κτήτωρ, qui poſſidet. *Cic.* 2. *Offic. c.* 22. Ut poſſeſſores pellantur ſuis ſedibus.

Poſſeſſorius, a, um, *poſſeſſorio*, quod ad poſſeſſionem ſpectat. *Triphon. l. pen.* §. *Sed numquid*, *ff. de bon. libert.* Sed nunquid Prætor ei denegare poſſeſſorias actiones debeat.

Poſſeſſus, us, m. *poſſeſſo*, poſſeſſio. *Apul. in Apol.* Plurimis rebus poſſeſſu careo, uſu fruor.

Poſſeſſus, a, um, κτηθείς, *poſſeduto*. *Ovid.* 1. *Am. el.* 2. *v.* 8. Et poſſeſſa ferus pectora verſat amor.

Poſſeſſrix, icis, f. *poſſeditrice*, quæ poſſidet. *Afran. apud Non. c.* 2. *n.* 631. Aliber totus muniis poſſeſſricem.

Poſſibĭlis, & le, *poſſibile*, Ger. *moglich*, Gall. *poſſible*, Hiſp. *que puede ſer*, δυνατός, quod fieri poteſt, a *poſſum*. *Plaut. Stich* 5. 6. 3. Poſſibile eſt ſtantem ſtanti ſuavium dare amicum amicæ? Ita referunt quidam Lexicographi: at legendum eſt *proſtibili*, quod eſt pro *proſtibuli* poſitum. Eſt autem ſenſus. Eſt meretricis amicum oſculari. Sunt qui legunt *Proſtibile eſt*. h. e. meretricium eſt. *Quinctil. l.* 3. *c.* 8. Melius ergo qui tertiam partem dixerunt δυνατόν, quod noſtri poſſibile nominant, quæ, ut dure videatur appellatio, tamen ſola eſt. *Modeſtin. lib.* 27. *Dig. tit.* 1. *l.* 1. Factum autem, quoad poſſibile erit.

Poſſibilĭtas, atis, f. *poſſibilità*, facultas, potentia. *Arnob. l.* 1. Omnia numinis ſui poſſibilitate facere. *Pallad. in Februar. tit.* 14. Sarmenta pro eius poſſibilitate ſervabis. Adde *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 605.

Poſſĭdĕo, es, edi, eſſum, a. 2. *poſſedere*, קָנָה, Germ. *beſitzen*, Gall. *poſſeder*, Hiſp. *poſſeer*, κτάομαι, habeo in mea poteſtate, vel dominio. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 50. Sua eſſe omnia, atque a ſe poſſideri, ſicut propria, volunt Philoſophi. *Id.* 1. *Inv. c.* 45. Inverecundum animi ingenium poſſidere. ¶ Eſt etiam occupare. *Id. pro Dom. c.* 40. Forum armatis hominibus poſſidere. ¶ *Ex edicto poſſidere*, eſt poſſidere per adjudicationem, ſive per decretum, ideſt rem nobis judicis ſententia adjudicatam. *Cic. pro Quinct.* Ut ex edicto bona poſſidere liceret. ¶ *Publice poſſidere*, eſt in fiſcum redigere, *confiſcare*. *Cic.* 11. *Phil. c.* 6. Bona ejus cenſuit publice poſſidenda.

Poſſīdo, is, a. 3. idem quod poſſideo, teneo, occupo. *Lucret. l.* 1. *v.* 386. Inter corpora quod fiat, poſſidat inane. Et *v.* 964. Uſqueadeo quem quiſque locum poſſidit, in omnes, &c.

Poſſum, tes, tui, ſine ſup. *potere*, יָכֹל, Ger. *mogen*, Gal. *pouvoir*, Hiſ. *poder*, δύναμαι, potens ſum, valeo, a *potis* & *ſum*, per Apocopen. Veteres dixere *poteſſem*, & *poteſſe* pro *poſſem*, & *poſſe*. *Lucil. l.* 5. Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe poteſſet, &c. *Plaut. Aul.* 2. 4. 30. Cenſen', talentum magnum exorari poteſſe ab iſto ſene? Sic *poteſſis* pro *poſſis* apud *eund. Aulul.* 1. 1. 41. & *poteſſunt* pro poſſunt, *id. Pæn.* 1. 2. 17. Et *pote* pro *poteſt*, apud *Cic. in Brut. c.* 46. Et paſſive *poteſtur* apud *Lucret. l.* 3. *v.* 1024. & *poteratur*, *Cælius apud Non. c.* 10. *n.* 33 & *poſſitur* in veteri quadam lege, quam refert *Cujac. l.* 7. *Obſervat. c.* 29. Quæ omnia nunc obſoleverunt. ¶ Conſtruitur cum infinitivo. *Cic. pro Dom.* Poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos vicinos, & familiares meos. *Id.* 13. *Phil.* Fieri poteſt, ut fallat. ¶ Interdum verbum infinitivi ſupprimitur. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 38. Poteſt, ut alii ita arbitrentur. ideſt poteſt fieri. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 7. Poterat utrunque præclare, ſi eſſet fides, ſi gravitas in hominibus Conſularibus. ¶ Vel conſtruitur abſolute. *Plaut. in fragm.* Non hic, ut poſſit, edit, ſed poſſe cupit, ut edat. ¶ Vel cum acc. comm. *Cic. l.* 6. *Fam.* Ego, quid poſſim, neſcio, vel potius me parum poſſe ſentio. *Virg.* 8. *Ecl.* Non omnia poſſumus omnes. Aliqui volunt ſubintelligi infinitivum *facere*, aut hujuſmodi. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic.* 1. *de Div.* Quid ſcamoniæ radix ad purgandum, quid ariſtolochia ad morſus ſerpentium poſſit. ¶ Vel cum præpoſ. *apud*. *Cic.* 5. *Verr.* Et præter cæteros is, qui apud iſtum plurimum poterat. *i. e.* valebat, habebat magnam auctoritatem. ¶ Vel cum abl. *Cic. l.* 6. *Fam.* Si auctoritate, & gratia tantum poſſem. ¶ Vel cum præp. *a*, vel *ab*. *Ter. prol. Heaut. v.* 13. Sed hic actor tantum poterit a facundia. ¶ Vel cum adv. *quin*. *Cic.* 3. *de Or. c.* 10. Non poſſum, quin exclamem. *ora poſſo far di meno*. ¶ Vel cum adv. *quoad*. *Cic. Att. l.* 2. Facendo homines, amabo te, quoad potes. ¶ Ponitur aliquando pro valere, & bene habere. *Cic.* 1. *Tuſc.* Nihil enim dolet, niſi pes, poſſunt oculi, poteſt caput, latera, pulmones, poſſunt omnia. ¶ Aliquando pro debere, licere, æquum eſſe. *Cic. pro Dom.* Certe Conſules cauſam ſuſcipere, certe Senatus aliquid conſilii capere potuit. ¶ *Poſſiem*, *poſſies*, *poſſiet*, pro poſſim, is, it, Comicorum eſt, præſertim *Plauti Stich.* 3. 2. 25. *Men.* 5. 9. 45. & *Ciſtel.* 1. 3. 37. Adde *Cic. in Arat. v.* 304.

Poſt, *dopo*, *doppoi*, אַחַר, Germ. *nach*, Gall. *apres*, Hiſp. *deſpues*, ἐπί, μετά, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt, quæ demonſtrat ordinem loci, temporis, vel alicujus alterius rei. *Cic. de clar. Orat.* Poſt homines natos. *Id. Att. l.* 3. *ep.* 7. Et alii porro poſt diem tertium ejus diei literas eſias attulerunt. ¶ Significat etiam pone, retro. *Caſ. l.* 7. *B. G.* Repente poſt tergum equitatus cernitur. *Virg. Ecl.* 3. Tu poſt carecta latebas. ¶ Interdum uſurpatur adverbialiter, loco adv. poſtea, ἔπειτα, ſine caſibus. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Ut initio mea ſponte, poſt autem invitatu tuo mittendum duxerim. *Id. in Brut.* Quas idem Cæſar anno poſt, & deinceps ſingulis annis adminiſtravisſet in Gallia. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Paucis poſt diebus, quam Luca diſceſſerat. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 30. De Capitone poſt videtimus. ¶ Sive præpoſitio ſit, ſive adverbium, venuſte conjungitur cum adv. in *o* deſinentibus, ut Multo, paulo, aliquanto, tanto, & tunc vel præponitur, vel poſtponitur. *Cic.* 1. *Cat.* Neque enim ſunt aut obſcura, aut non multo poſt commiſſa. *Id. in Or.* Quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe poſt aliquanto ſentire cœpimus. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 20. Poſt paulo de Domitii fuga cognoſcunt. ¶ Adverbium jungitur cum *inde*, & *deinde*. *Ter. Andr.* 3. 2. 3. Primum fac, iſthæc ut lavet, poſt deinde, quod juſſi ei dare bibere, date. *Virg.* 5. *Æn.* ſpatio poſt deinde relicto. *Lucret. l.* 4. *v.* 530. Poſt inde per artus ire alios. ¶ Poſt eſſe, eſt poſtponi. *Salluſt. in Catil. c.* 23. Ubi periculum advenit, invidia, atque ſuperbia poſt fuere. Quidam duas voces jungunt *poſtfuere*.

Poſtautumnālis, le, qui poſt autumnum venit, ut Pyra poſtautumnalis apud *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Poſtĕa, adv. *dopo*, *doppoi*, כֵּן אַחַר, Germ. *darnach*, Gal. *apres*, Hiſp. *deſpues*, ἔπειτα, exinde, ex *poſt*, & *ea*. *Cic. in Brut.* Poſtreque proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt. *Ter. Hec.* 4. 1. 36. Quid tum poſtea? *Celſ. l.* 7. *c.* 8. Trajicere id cavum candente acu, Poſtea deinde imponere id, quod purget. ¶ Pro præterea, *in oltre*, *oltre a ciò*. *Plaut. Merc.* 2. 3. 35. Neſcio quid meo animo eſt ægre, pater: poſtea hac nocte non quievi ſatis ex mea ſententia.

Poſtĕaquam, adv. *dappoichè*, *poichè*, ἐπεί, ἐπειδή, poſt illud tempus, quo aliquid actum fuit. Significat tempus, & indicativum poſtulat. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 1. Et poſteaquam de medio curſu Reipubl. ſum voce revocatus. ¶ Aliquando interponitur conjunctio vero. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 7. Poſtea vero quam ita cœpi, &c.

Poſtĕo. V. Poſtire.

Poſtĕri, orum, ſubſt. m. *poſteri*, *diſcendenti*, ἐπιγιγνόμενοι, ὀψίγονοι, quicunque ex nobis, & poſt nos etiam ex aliis naſcentur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Expectantur hæ pœnæ a liberis, a nepotibus, a poſteris. *Anton. ad Cic. l.* 4. *ad Att.* Non eſſe poſteris tradendas inimicitias.

Poſtergānĕus, a, um, adject. a tergo poſitus. *Arnob. l.* 4. Occaſus ab ſolo poſterganeus habebitur.

Poſtĕrior, & us, o. 3. *poſteriore*, אַחֲרוֹן, Ger. *der folgende*, Gal. *poſterieur*, Hiſ. *poſtrero*, μεταγενέστερος, ὑστέρος, inferior tempore, vel ordine, comp. a *poſterus*. *Cic.* 3. *de Or.* Paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Poſteriores pedes. *i piedi di dietro*. Rurſus *Cic. de clar. Or.* Ætate poſterior. ¶ Interdum idem eſt, quod vilior, minor. *Ter. Adel.* 5. 4. 26. Si id fit dando, atque obſequendo, non poſteriores feram. Ubi *Don.* Non poſteriores feram. ſubauditur, *Partes*: ideſt, Non vincar a Mitione. *Cic. in Phil.* 13. *c.* 3. Ut hæc poſteriora libertate ducas. *Id. in Piſon. c.* 27. Poſterius & nequius iſto nihil eſt. *Plaut. Mil.* 4. 1. 7. Omnes res poſteriores pono, atque operam do tibi. *tralaſcio tutto*. ¶ Quemadmodum omnes cognati ante tritavum *majores* vocantur, ita poſt trinepotem *poſteriores*. Ita *Paul. Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 10. Frequentius tamen ii appellantur *poſteri*.

Poſtĕrĭtas, atis, *poſterità*, *diſcendenti*, אַחֲרִית, Germ. *nachkommen*, Gall. *poſte-*

Digitized by Google

poſteritá, Hiſp. poſteridad, ὁ μέλλων χρόνος, οἱ ἀπόγονοι, poſterum ſæculum, vel ipſi poſteri, ſive homines, qui poſt nos naſcentur. *Cic.* 1. *Tuſc.* c. 15. Cum optimus quiſque maxime poſteritati ſerviat. *Id. de Am.* 2. 4. Quo in genere ſperare videor, Scipionis, & Lælii amicitiam notam poſteritati fore. ¶ Dicitur etiam ſimpliciter de tempore mox futuro, etiam viventibus nobis. *Cic Fam.* 2. *ep. penult. in fin.* Sed ſi me audies, vitabis inimicitias, & poſteritati otio conſules. *Lege integram epiſt.*

Poſterius, adv. *dopo, nell' avvenire*, ὕστερον, poſtea. *Cic.* 6. *Verr.* Jubet iſta poſterius ad ſe reverti. ¶ Ponitur etiam pro tardius, vel ſecundo, *Plaut. Epid.* 1. 1. 76. Vos priores eſſe oportet, nos poſterius dicere. ¶ Interdum pro minus, vilius. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 48. Poſterius iſtuc dicis, quam credo tibi.

Poſtĕro, as, a. 1. ὑστερίζω, differo. *Pallad. Novembr. tit.* 4. Quod ſpecie merito poſteravit, fundendi ubertate compenſat.

Poſterŭla, læ, f. *Ammian. l.* 30. *poſt init.* Cum bivium armato milite vidiſſet oppletum, per poſterulam excedens &c. h. e. per poſticum, vel per occultam ſemitam, & reductam.

Poſtĕrus, a, um, *ſeguente*, ὕστερος, quod poſtea exiſtit, ſequens. *Cic.* 4. *Ver.* Id ei poſtera die venit in mentem, &c. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 91. In poſterum tempus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 40. Poſtero anno. ¶ In poſterum, *nell' avvenire*, ..., eſt in poſterum tempus, poſtea, poſthac. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 7. Ego nec præterita, nec præſentia abs te, ſed ut ab homine longe in poſterum proſpiciente futura expecto. *Plin. in epiſt.* In poſterum, niſi adhibebis modum, ego adhibebo. ¶ *Poſtero*, abſolute, eſt poſtero die. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 45. Idemque cum poſtero ad quæſtionem traheretur. ¶ Poſteri dies, hoc eſt atri. *Non. c.* 6. *n.* 40. V. Ater.

Poſtfactus, a, um, adject. *fatto dopo*. *Gell. l.* 17. *c.* 7. Utrum in poſtfacta modo furta lex valeret, an etiam in antefacta.

Poſtfĕro, ers, tuli, latum, a. anom. idem ac poſtpono, vel poſthabeo. *Plin. l.* 3. *c.* 4. de Narbonenſi prov. Urbibus, & agrorum cultu, virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli provinciarum poſtferenda. *Liv. l.* 3. *c.* 64. Qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent.

Poſthabĕo, es, a. 2. *poſponere*, ὕστερον νομίζω, poſtpono. *Virg.* 7. *Ecl.* Poſthabui tamen illorum mea ſeriis ludo. *Ter. Phorm.* 5. 7. 15. Omnes poſthabui mihi res, poſtquam, &c.

Poſthabĭtus, a, um, *poſpoſto*, partic. a poſthabeo. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 1. Ut omnibus rebus poſthabitis totus ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocarent. *Virg.* 1. *Æn.* Poſthabita Samo.

Poſthac, adv. *nell' avvenire*, ..., Germ. *forthin*, Gall. *dorenavant*, Hiſ. *de aqui adelante*, μετὰ ταῦτα, poſt hoc tempus, deinceps, in futurum, a *poſt*. *Cic. Att. lib.* 3. Scribam poſthac ad te planius.

Poſthæc, idem ac poſtea. *Cic. ad Att. l.* 13. *ep. alt.* Inde ambulavit in litora, poſthæc in balneum. Quidam leg. *poſt hæc* diviſum. Plures *poſt horam*.

Poſthinc, adv. ἐξῆς, dainde, deinceps. *Virg.* 8. *Æn. v.* 546. Poſthinc ad naves graditur. Scribitur & *poſt hinc* diviſim.

Poſthumĭa, æ, f. mulier bibaciſſima, cujus meminit *Catul. epigr.* 24. ¶ Poſthumia lex, *Vino rogum ne reſpergito*, lata fuit a Numa Pompilio, teſte *Plin. l.* 14. *c.* 12.

Poſthumĭa gens patricia Romana, ex qua P. Poſthumius Q. F. Tubero Conſul fuit cum M. Valerio A. U. 249. Meminit *Cic.* 2. *de Legib. & Valer. Max. l. c.* 2. 2. ¶ In veteribus monum. legitur *Poſtumius* ſine aſpiratione, teſte *Manut. in Orthograph.*

Poſthumiānus, a, um, adject. a Poſthumiis, ut Poſthumiana imperia, apud *Gell. l.* 1. *c.* 13. hoc eſt Poſthumii Tuberti dictatoris, qui filium injuſſu ſuo pugnantem ſecuri ferire juſſit.

Poſthŭmus, a, um, *nato dopo la morte del padre*, Ger. *kunfftig*, Gall. *poſthume*, Hiſp. *poſtumo*, ὀψίγονος, qui poſt mortem patris natus eſt, a *poſt*, & *humo*, quaſi natus poſt humatum patrem. *Cic.* 3. *Pis.* Ut liberis conſultum velimus, etiamſi poſthumi futuri ſint. *Id.* 1. *de Orat.* 2. 39. Poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniret, mortuus. Adde *Plaut. Aul.* 2. 1. 41. ¶ Aliud eſt *Poſtumus* ſine aſpiratione, quod V. ſuo loco.

Poſtibi, adv. idem quod poſtea. *Plaut. Pœn. Prol. v.* 108. Dat aurum, ducit noctem, poſtibi rogitat, unde ſit. Adde *ibid.* 4. 2. 81.

Poſtica, æ, f. idem ac poſticum. Suapte natura adjectivum eſt. Subintelligitur enim *janua*, vel *pars*. *Non. c.* 3. *n.* 158.

Poſticŭla, æ, f. 1. dim. a *poſtica*. *Apul. l.* 2. *Met.* Per quandam brevem poſticulam introvocat me.

Poſticŭlum, i, n. pars exigua, quæ eſt poſt domum. *Plaut. Trin.* 1. 2. 157. Poſticulum hoc recepit, cum ædis vendidit. Hunc locum *Agellius l.* 17. *c.* 6. adducit, ut probet *recipere* in venditionibus poni pro excipere, ſeu retinere. *Id. Plaut. ibid.* 4. 3. 78. Ubi nunc filius meus habitat? S. Hic in hoc poſticulo.

Poſtĭcum, ci, n. *l' uſcio di dietro della caſa*, ..., oſtium in poſteriore parte ædium. Natura adjectivum eſt. Nam & in *poſticum* & in *poſticam* reſpicitur ad vocem *oſtium*, quomodo & *antica*, & *poſtica* dicitur reſpiciendo vocem *janua*. *Hor. l.* 1. *ep.* 5. Atria ſervantem poſtico falle clientem. *Titin. Veliterna*, *apud Non. c.* 3. *n.* 158. Atque duo poſtica, quæ loco mercede. Ubi quidam intelligunt, agrum vel hortum poſt domum ſitum. ¶ Speciatim poſticum dicitur locus, ubi ventram exoneramus, qui ſæpe in poſtico domus locari ſolet. *Varr.* apud *Non. c.* 3. *n.* 158. Retrimenta cibi, qua exierunt per poſticum, vallem fecerunt. *Arnob. l.* 1. Superfluas fœditates ejiciunt poſticis. ¶ Item cavus locus amphitheatri, unde feræ emittuntur. *Ammian. l. ult. c.* 3. Ut ſæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem ſolutæ poſticis.

Poſtĭcus, a, um, *che è di dietro*, ὀπίσθιος, quod retro eſt, a *poſt*, ut *anticus* ab *ante*. *Servius ad* 2. *Æn.* ſcribit, Augures poſticam vocare ſeptentrionalem cœli partem, anticam vero meridionalem. Unde vett. Gloſſ. *Antica*, ... *Varr. l.* 6. *de L. L.* Ejus templi partes quatuor, ſiniſtra ab Oriente, dextra ab Occaſu, antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem. *Liv. l.* 33. *c.* 8. Hortus erat poſticis ædium partibus. *Solin. c.* 24. Poſticis pedibus inſiſtere. ¶ *Poſtica linea* in agris dividendis Servio Sulpitio dicebatur, quæ ab Oriente ad Occidentem ſpectaret. *Feſt.* ¶ *Poſtica ſanna*, eſt clancularia irriſio, a geſtu ridentium aliquem a tergo. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 62. Poſticæ occurrite ſannæ.

Poſtidĕa, adv. idem ac poſtea, quaſi *poſt id*. *Plaut. Stich.* 1. 2. 40. Cum æquius eſt, nos potiores habere te, poſtidea viros noſtros. *Id. ib.* 5. 5. 17. Poſtidea loci ſi hoc eduxeris, &c.

Poſtĭdem, adverb. idem ac poſtea. *Plaut. Aul.* 1. 2. 40. Nunc quo profectus ſum, ibo, poſtidem domum. Ita in manuſcriptis optimis, & vett. edit. Voſſius legit obſervatum Grutero, & aliis. *Var. l.* 8. *de L. L.* Verbis, quæ non ad rationem ſunt, oportet non uti. Sic enim obſoleſcunt, ac poſtidem facilius corrigi poterunt. Sic legendum cenſet Scioppius. Ubi vulgo *poſtea idem*.

Poſtilēna, æ, f. *groppiera*, *poſolino*, ..., lorum ex ephippio, vel clitellis, quod ſub caudam jumenti alligatur, ne ſarcina impoſita decidat. *Plaut. Caſ.* 1. 1. 37. Ita te aggerunda curvum aqua faciam probe, ut poſtilena poſſit ex te fieri.

Poſtilla, ad. idem, ac poſtea. *Catull. carm.* 85. Non ſibi poſtilla metuebant talia verba. *Ter. Phorm.* 3. 2. 33. Prima coitio eſt acerrima, ſi eam ſuſtinueris, poſtilla jam, ut lubet, ludas licet. *Id. Andr.* 5. 4. 33. Poſtilla nunc primum audio. *da quel tempo in qua queſt' è la prima volta, che ne oda novella.*

Poſtĕo, neut. ab *eo*, *is*, & *poſt*, *andar dopo*, *eſſer' inferiore*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 11. Severinum ſicut honore poſtibat, ita favore præceſſerat.

Poſtis, is, m. *balauſtrata della porta*, ..., Germ. *thurpfoſt*, Gall. *jambage*, Hiſp. *baſtidor*, ..., valva oſtii, ſive latus portæ, ex lapide, ligno-va, a *poſt*, quod poſt fores ſtet. Duo poſtes ſunt, quorum alter fores ſuſtinet cardinibus affixit, alter ſeram recipit, & repagula, cum oſtium clauditur. *Cic. pro Dom.* Si is poſtes tenuerit, & aliquid dixerit. ¶ Sæpe pro ipſis foribus ponitur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 493. Emoti procumbunt cardine poſtes. ¶ Transfertur ad res alias. *Lucr. l.* 3. *v.* 370. Cernere res animus ſublatis poſtibus ipſis. ideſt oculis, qui ſunt animi fores.

Poſtliminĭum, ii, n. 2. ..., jus recuperandi, cum in patriam redierimus, ea, quæ ex patriæ finibus egreſſi reliquimus. *Paul. l.* 49. *Dig. tit. de capt. & de poſtlim.* &c. Poſtliminium eſt jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos, ac liberos populos, Regeſque moribus, ac legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam extra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere. Idque naturali æquitate introductum eſt, ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum jus ſuum reciperet. ¶ Eſt a *poſt*, & *limen*, quod ſicut in domo finem quendam facit, ita de imperii fine, ſeu termino dicitur, quia homo, vel res ab hoſtibus capta in limen noſtrum poſtea pervenit. *Scævola apud Cic. in Top. c.* 8. & *Gell. l.* 7. *c.* 18. *Cicer. pro Balb.* 2. 11. Quod ſi civi Romano licet eſſe Gaditanum, ſive exilio, ſive poſtliminio, ſive rejectione hujus civitatis. *Id.* 2. *de Or.* Quem pater ſuus, aut populus vendidiſſet, aut Pater Patratus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtliminium. ¶ Poſtliminio rediiſſe dicuntur, quæcunque a nobis alienata ad hoſtem pervenerunt, cum e noſtro limine exierint, ſi poſt ad idem limen revertantur. *Scævola apud Gel. loc. cit.* & *Gall. Ælius apud Feſt.* Vide *l.* 49. *Dig. de capt. & poſtlim. rev.* 15. *l.* 29. ¶ Translate *Apul. l.* 1. *A. A.* Poſtliminio me in forum cupedinis reducens, h. e. rurſus me per reverſionem in forum ducens. *Id. l.* 2. Corpus poſtliminio mortis animare.

Poſtmeridiānus. V. Pomeridianus.

Poſtmitto, is, a. 3. idem ac poſtpono. *Cic. pro Cal. c.* 22. Quod in alicujus agraſtis periculo non poſtmitteret. Sed rectius optima quæque exemplaria habent *prætermitteret*.

Poſtmŏdo, adv. idem, ac poſtmodum. *Liv. l.* 4. Fore, ut poſtmodo gaudeant, ſi iræ moderatæ. *Ovid. l.* 1. *de ar. v.* 486. voti poſtmodo compos eris.

Poſtmŏdum, adv. *dopo*, *depoi*, poſtea, poſtremo, ex *poſt*, & *modus*. *Liv. l.* 1. Sæpe ex injuria poſtmodum exortam gratiam. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 11. Poſtmodum reſciſcet.

Poſtpartor, oris, m. ſucceſſor, hæres, qui poſt nos bona noſtra adeptus poſſidet. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 42. Ut ante parta demus poſtpartoribus.

Poſtpōno, is, ſui, ſitum, a. 3. *poſporre*, ..., Ger. *nachſetzen*, Gal. *poſpoſer*, Hiſp. *poſponer*, περὶ ἐλάττονος ποιῶ, poſthabeo, vilius puto, quaſi retro pono. *Plin. l.* 13. 2. 19. Cyrenaica regio loton ſuæ poſtpoſuit paliuro. ¶ Aliquando ſumitur pro omittere. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 21. Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerem.

Poſtprincipĭum, ii, progreſſus rei alicujus, qui principium ſubſequitur. *Varro apud Gell. l.* 16. *c.* 18. Voluptas autem, vel utilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, cum perfectæ abſolutæque ſunt, in principiis vero ipſis ineptæ, & inſuaves videntur. Adde *Plaut. Perſ.* 4. 1. 4.

Poſtpŭto, as, avi, atum, a. 1. *poſporre*, poſthabeo, poſtpono. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 33. Te poſtputaſſe omnes res præ parente, intelligo. *Id. Adelph.* 2. 3. 9. Quin omnia ſibi poſtputavit eſſe præ meo commodo.

Poſtquam, adv. idem ac poſteaquam. *Cic. Att. l.* 16. Non multo, poſtquam tu a me diſceſſiſti. *Ter. Andr.* 3. 1. 14. Poſtquam ante oſtium me audivit ſtare. *Plaut. Merc. prol. v.* 12. Biennium factum eſt, poſtquam abii domo. ¶ Interdum interpoſito aliquo verbo dividitur. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 3. Quod poſt acciderit, quam dediſſem liberto literas. *Nepos in Dione*, 2. *ult.* Quartum poſt annum, quam in Siciliam redierat.

Poſtremĭtas, atis, ἔσχατον, extremitas. *Macrob. Saturn. l.* 1. *c.* 11. Tam ima, quam ſumma poſtremitas.

Poſtrēmo, adv. *ultimamente*, *finalmente*, Ger. *zuletzt*, Gall. *enfin*, Hiſp. *ultimamente*, *en fin*, τὸ τελευταῖον, τελευταῖον, ultimo loco, denique, tandem, ad extremum. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 37. Quæro, veſter Deus primum ubi habitet, deinde quæ cauſa eum loco moveat, poſtremo Deus quid appetat.

Poſtrēmum, adv. idem, ac poſtremo. *Cic.* 3. *de Orat.* In quo ille poſtremum inſtitiſſet. *Ter. Andr.* 2. 1. 24. Si id facis, hodie poſtremum me vides. *per l' ultima volta.*

Poſtrēmus, a, um, *ultimo*, ..., Germ. *der aller letzt*, Gal. *dernier*, Hiſp. *poſtrero*, ὕστατος, ἔσχατος, ultimus, extremus, ſup. a *poſterus*. *Cic. in Or.* De firmiſſimis alia prima ponet, alia poſtrema. *Plaut. Ciſtell. in fine.* Date plauſum poſtrema in Comœdia. ¶ Interdum accipitur pro nequiſſimo. *Cic. pro Roſc. Am.* Ut homines poſtremi pecuniis alienis locupletarentur. ¶ Eſſe in poſtremis, *eſſer de gli ultimi*. *Id.* 7. *Fam. ep.* 9. ¶ Ad poſtremum, ultimo loco, *finalmente*. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 51. Ad poſtremum cedit miles. ¶ Gradus *poſtremior*, & *poſtremiſſimus* leguntur quidem apud Scriptores, ſed non apud optimos. *Gracchus apud Gell. l.* 15. *c.* 12. Omnium nationum poſtremiſſimum, nequiſſimumque exiſtimatote. *Apul. de Deo Socrat.* Nullum animal in terris homine poſtremius.

Poſtrīdie, adv. *il giorno dopo*, *il giorno ſeguente*, ..., Ger. *des andern tags*, Gal. *le lendemain*, Hiſp. *el dia deſpues*, τῇ ὑστεραίᾳ, die poſtero, die ſequenti, ex *poſtridie*, quaſi poſtero die. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 4. *Ver.* Eo die nihil actum eſt, adeſſe jubentur poſtridie. ¶ Vel cum adv. *quam*. *Cic l.* 14. *Fam. ep.* 7. Quid cauſæ autem fuerit, poſtridie intellexi, quam a vobis diſceſſi. ¶ Vel cum gen. ut Poſtridie ejus diei, calendarum, nonarum, iduum. *Cic. l.* 3. *Fam.* Hæc ſcripſi poſtridie ejus diei, cum caſtra haberem in agro Moſſuſiæ. *Cal. Cæ. l.* 8. *ep.* 2. Poſtridie ejus abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introiit. ¶ Vel cum acc. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 4. Quæ poſtridie ludos Apollinares futura eſt. *Suet. in Aug. c.* 92. Poſtridie nundinas.

Poſtriduānus, a, um, adject. qui poſtridie venit, vel fit. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 16. Majores noſtri dies poſtriduanos ad omnia [illegible] putarunt. V. *Ater*.

Poſtridŭo, adv. idem ac poſtridie. *Plaut. Mil.* 4. 2. 90. Poſtriduo natus ſum ego, mulier, quam Jupiter ex Ope natus eſt.

Poſtſcenĭum, ii, n. pars theatri poſt ſcenam. Translate *Lucret. l.* 4. *v.* 1173. Poſtſcenia vitæ vocat eas actiones, quas homines celant. verba ſunt: Omnia ſummopere hos vitæ poſtſcenia celant, Quos retinere volunt. Alii legunt *poſt ſcena*, diviſim.

Poſtſcrībo, is, ipſi, iptum, a. 3. *ſcriver dopo*. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 64. Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat.

Poſtſignani milites dicuntur qui poſt ſigna collocati ſunt. *Ammian. l.* 18. *c.* 20. & *l.* 24. *c.* 23. V. *Salmaſ. de Milit. Rom. pag.* 127.

Poſtvenĭo, is, n. 4. *venir dopo*. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Nunc præcurrente tempeſtatum ſignificatu, nunc poſtveniente.

Poſt-

Digitized by Google

Poſtverta, vel Poſtvorta, æ, Dea, quæ perverſo partui præſidet, ut cum non caput, ſed pedes primi in naſcendo exeunt, ut *Proſa* erat, quæ recto partui præerat. *Varro apud Gell. l. 16. c. 16.* Sed *Ovid. l. 1. Faſt.* ſcripſit, Porrimam, & Poſtvertam, vel ſorores, vel comites in exilio Carmentæ fuiſſe, Porrimam res præteritas ceciniſſe, Poſtvertam prædixiſſe, quæ futura eſſent. Idem & apud *Macrob. l. 1. Saturn. c. 7.* legere eſt. *Ovid. loc. cit. v. 633.* Porrima placantur Poſtvertaque, ſive ſorores, ſive fugæ comites, Mænali Nympha, tuæ. Altera quod porro fuerat, ceciniſſe putatur: Altera verſurum poſtmodo quidquid erit.

Poſtularia fulgura, quæ votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant. *Feſt.*

Poſtulatio, onis, f. *domanda*, αἴτησις, actus poſtulandi, petitio. *Cic. Att. l. 5.* Eſt ille quidem impudens poſtulatio. *Id. ad Q. Fr.* Cum re unum diceret poſtulationi L. Sextii Panſæ reſtitiſſe. ¶ Poſtulationibus vacare, vel reſpondere, eſt eas expedire. *Plin. l. 7. epiſt. ult.* Cum exploraſſet Conſules poſtulationi vacaturos. ¶ Dicitur etiam de actionibus advocatorum, patronorumque in foro. *Suet. in Ner. c. 7.* Celeberrimis patronis non tranſlatitias, & breves, ut aſſolet, ſed maximas, plurimaſque poſtulationes certatim ingerentibus. ¶ Interdum ſumitur pro ſupplicatione publica, quæ in templis Deo, & Cœlitibus fit ad eorum iram averruncandam. *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 11.* Poſtulationes decretas eſſe Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cœleſtibus. ¶ Interdum pro querela, interpoſitione querelarum. *Plaut. Bacch. 3. 3. 45.* Acris poſtulatio hæc eſt, cum hujus dicta intelligo.

Poſtulatitius, a, um, αἰτησιμαῖος, quod poſtulatur, ſeu ad poſtulationem conceditur, ut Poſtulatitii gladiatores, qui poſtulante populo præter ordinarios, & conſuetos exhiberi Principis benignitate conſueverant. *Sen. ep. 7.* Hæc plerique ordinarii paribus, & poſtulatitiis prætulerunt.

Poſtulator, oris, m. αἰτητής, qui poſtulat. *Suet. in Ner. c. 15.* In juriſdictione poſtulatoribus, niſi ſequenti die, &c. Aliqui legunt *poſtulationibus*.

Poſtulatorius, a, um, adject. quo aliquid poſtulatur. Itaque poſtulatoria fulmina, apud *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 49.* ſunt quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetuntur, quaſi ea poſtulent Dii, ut res ſibi divinæ rite fiant. Hæc *Feſtus* poſtularia vocat.

Poſtulatrix, icis, f. quæ poſtulat. *Tertull. de carne Chriſti, c. 13.* adjective ſolemnitates poſtulatrices.

Poſtulatum, i, *domanda*, αἴτημα, idem ac poſtulatio, id eſt petitio. *Cic. Att. l. 7.* Poſtulataque hæc ab eo interpoſita eſſe. *Id. l. 12. Fam. ep. 4.* Ultro ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. *Nepos 7. c. 8.* Poſtulata facere noluit. *ſodisfare alle domande*.

Poſtulatus, a, um, *domandato*, petitus. *Flor. l. 4. c. 12.* Poſtulatum ſilentium. ¶ Item delatus, accuſatus. *Plin. l. 7. c. 27.* Sit proprium Catonis, quater & quadragies cauſam dixiſſe, nec quemquam ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutum. *Cic. 2. ad Q. Fr. ep. 3. a med.* Sextius a Nerio de ambitu poſtulatus. ¶ Argentum poſtulatum apud *Martial. l. 9. epigr. 85.* videtur eſſe *puſtulatum*, vel *puſulatum*, V. Puſtulatus.

Poſtulatus, us, m. idem ac poſtulatio, ſive petitio. *Liv. l. 4. c. 9.* Poſtulatu audito matris, tutorumque.

Poſtulio, onis, f. idem, ac poſtulatio, a *poſtulando*: vox eſt ſacrorum. *Varr. l. 4. L. L.* Eſſe reſponſum, Deum manium poſtulionem poſtulare. h. e. ſacrificium ad ejus iram placandam, & veniam poſtulandam. *Arnob. l. 4.* In ceremoniis veſtris, rebuſque divinis, poſtulionibus locus eſt.

Poſtulo, as, avi, atum, a. 1. *demandare*, שאל, Ger. *begehren*, Gal. *demander*, Hiſp. *demandar*, ἀξιόω, αἰτέω, poſco, peto, vel, ut aliqui explicant, rem debitam, & juſtam peto, meo quodammodo jure peto. Solet diſtingui inter *poſtulare*, *poſcere*, *petere*, *obſecrare*, & *flagitare*, quia poſcimus imperioſe, petimus precario, poſtulamus jure, obſecramus, cum per ſacra rogamus, flagitamus non ſine ſtrepitu verborum, addendo convicium. *Cic. pro Quinct.* Tamen, quin cauſa poſtulat, non flagitat, præteribo. *Id. 6. Verr.* Nemo tam audax, qui poſceret, nemo tam imprudens, qui poſtularet, ut venderet. Sed hæc differentia non obſervatur. Conſtruitur cum acc. *Cic. Att. l. 2.* Statim fidem publicam poſtulavit. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *a*, *ab*. *Cic. de Am.* Neque quicquam unquam, niſi honeſtum, & rectum alter ab altero poſtulabit. ¶ Vel cum abl. & præp. *pro*. *Gell. l. 7. c. 19.* P. Scipio Africanus poſtulavit pro L. Scipione Aſiatico fratre. ¶ Duos etiam acc. videtur habere. *Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Orationes me autem duas poſtulas. Alii leg. *a me*. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ne*. *Cic. Fam. 1. ep. 3.* Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur. ¶ Vel cum infinito: & ſæpe accipitur pro cupere, velle. *Terent. Adelph.* Per oppreſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet. *Id. Eun. 1. 1.* Si tu poſtules certa ratione facere. ¶ Item pro requirere, exigere, ut Perſona, res, cauſa, locus, tempus poſtulat. *Cic. in Or.* Ut cauſæ natura, & temporis ratio poſtulabit. *Id. l. 2. Fam. epiſt. 25.* Ut amicitia noſtra, & tua fides poſtulabit. ¶ Item pro æquum cenſere. *Plaut. Aſin. 3. 1. 3.* Ubi piem pietatem, ſi iſto more moratam tibi poſtulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis? ¶ Item pro interrogare. *Cic. pro Balbo.* Sapienter homines, & publici juris periti Gaditani M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. a Senatu de fœdere poſtulaverunt. *Cæſ. l. 1. B. G.* Poſtulare de colloquio, *domandar d' abboccarſi*. ¶ Eſt etiam verbum judiciale. Poſtulare igitur eſt deſiderium ſuum, vel amici in jure, apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *Ulp. l. 1. ff. de poſtul.* ¶ Item accuſare, ſeu querelam dicere de altero apud alterum. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 17.* Gabinium tres adhuc factiones poſtulant. *Id. ibid. l. 2. ep. 7.* Sextius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus. *Suet. in Cæſ. c. 4.* Dolabellam Conſularem, & triumphalem virum repetundarum poſtulavit. ¶ Poſtulare quæſtionem, ejus eſt, qui injuriam ſibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. *Liv. l. 2.* Quæſtionem poſtulantibus iis, qui pulſati fuerant. Sic poſtulare ſervos in quæſtionem, apud *Cic. pro Mil. c. 21.* ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. l. 1. Fam. ep. 3.* Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur.

Poſtumatus, us, m. locus poſterior. *Tertull. adverſ. Valentin. c. 35.* Sunt qui nec principatum Bytho defendant, nec poſtumatum.

Poſtumo, as, n. 1. poſterior ſum. *Tertull. Apolog. c. 19.* Prophetæ Moſy poſtumant. Adde *de reſurr. carn. c. 45.*

Poſtumus, a, um, adject. *ultimo*, poſtremus, ultimus, a *poſt*, ut exterus ab *extra*, internus ab *intra*. *Apul. l. 4. Metam.* Poſtuma ſpes. *Virg. 6. Æn. v. 763.* Silvius, Albanum nomen, tua poſtuma proles, Quem tibi longævo ſerum Lavinia conjux Educet, &c. Sunt hic magnæ Interpretum lites. Ajunt enim quidam, Silvium poſt mortem Æneæ natum, atque ideo ſcribunt *poſthuma*. *longævo* autem exponunt, inter Deos agenti, immortali: Aliis tamen hujuſmodi interpretatio durior videtur. ¶ Poſtumus cognomen Romanum, rectius ſcribitur ſine aſpiratione: ſic enim plerumque legitur in antiquis monumentis. *Manut. in Orthogr.* ¶ Poſthumus alio ſenſu V. ſuo loco.

Poſtvorta. V. Poſtverta.

Potabilis, le, adject. *potabile*, qui potari poteſt. *Auſon. de urbib. 14. v. 31.* Fonte medico potabilis hauſtu. *Cœl. Aurel. Tard. 2. 1. 4.* Medicamentis potabilibus uti.

Potaculum, i, n. potio, potatio. *Tertull. Apolog. c. 39.* Non epulis, non potaculis.

Potamantis, is, f. ποταμαντις, herba, qua pota homines inſanire dicuntur. *Plin. l. 24. c. 71.*

Potamogiton, onis, ποταμογείτων, herba fluviatilis. *Plin. l. 26. c. 8.*

Potatio, onis, f. πόσις, actus potandi. *Cic. 1. de Div.* Si modo temperatis eſcis, modicisque potationibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe vigilet.

Potator, oris, m. *bevitore*, φιλοπότης, qui potationibus indulget. *Plin. l. 20. c. 23.* Radix cujuſque ex aqua decocta potatoribus ſitim facere narratur. Adde *Plaut. Men. 2. 1. 34.*

Potatorius, a, um, adject. ad potandum aptus, ut potatorium vas. *Plin. Valer. l. 3. c. 54.*

Potatus, a, um, *bevuto*. *Plin. l. 2. c. 103.* In Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boves facit.

Potatus, us, m. potus, potatio. *Apul. l. 7. Metam.* Vinum potatui affatim ſufficiens.

Pote, particula, quæ cum *ut* juncta ſignificat quippe, nempe, quoniam. *Cic. 5. Fam. 5.* Utpote qui peregre depugnavit. ¶ Adhibetur etiam pro *poteſt*. *Terent. Adelph. 3. 3. 11.* Nihil pote ſupra. *Perſ. ſat. 1. v. 56.* Qui pote? vis dicam? &c.

Potens, entis, o. *potente*, יכול, Ger. *vermogend*, Gal. *puiſſant*, Hiſp. *poderoſo*, ἰσχυρός, qui multum poteſt, qui in magna potentia eſt, magnis opibus, & copiis præditus, atque affluens. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro Domo, c. 19.* Cum tu florens, ac potens per medium forum popularis volitares. *Id. 6. Attic. epiſt. 3.* Potentiſſimi homines. ¶ Vel cum abl. *Virg. 1. Æn.* Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ. ¶ Vel cum gen. *Liv. l. 8.* Inter ſarcinas objacentes, neque pugnæ, neque fugæ ſatis potentes cæduntur. *Id. l. 26. c. 13.* Dum liber, dum mei potens ſum. ¶ Potens Imperii, qui Imperium obtinet. *Tacit. Ann. 11. c. 31.* ¶ Potens Regni, aſt Regno maturus. *Liv. l. 1.* Juvenem jam eſſe dictitans, ac Regni potentem. ¶ Potens uteri, eſt præſes mulieribus parturientibus. *Ovid. 9. Metam.* Diva potens uteri, id eſt Diana, ſeu Ilithyia, ſeu Lucina. Sic Potens ſcelerum, apud *Stat. 11. Theb.* h. e. qui in ſceleribus patrandis valet plurimum. Potens mentis, hoc eſt compos, *Senec. Thyeſt. v. 547.* Iræ potens, qui iram coercet, *Curt. l. 4. c. 2.* Non tenuit iram Alexander, cujus alioquin potens non erat, *la collera, da cui ordinariamente ſi laſciava traſportare*. Sic potens ſuperſtitionis, *chi non ſi laſcia vincere dagli ſcrupoli*, *Id. Curt. l. 7. c. 7.* ¶ Voti aliquem potentem facere, h. e. compotem. *Ovid. 8. Metam.* ¶ Conſtruitur & cum infinito. *Ulpian. l. ſi ambo. Dig. de compenſat.* Si quis igitur potens compenſare ſolverit. ¶ Et cum ablat. & præpoſ. *in*. *Catull. epigr. 98.* (*al.* 101.) Sis in amore potens. *Quintil. l. 6. c. 2.* Potentiſſimus in affectibus. ¶ Et cum accuſ. & præp. *ad*. *Id. l. 6. c. 1.* Potentior ad efficiendum. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Ovid. 3. Amor. eleg. 11.* potentia verba. *Id. ibid. el. 7.* Auro nihil potentius. *Quinctil. l. 5. c. 4.* potentiſſima argumenta. *Plin. l. 23. 1. 2.* Potentiſſimus odor. ¶ Potens abſolute, more ſubſtantivi. *Cic. Fam. 9. epiſt. 16.* Contra potentes ne quid ſtulte dicam, aut faciam. *Horat. l. 3. od. 30.* Ex humili potens.

Potentator, oris, m. potens, princeps. *Tertull. de reſurr. carn. c. 23.* Solus potentator, & rex regnantium.

Potentatus, us, m. *potentato*, *principato*, δυναστεία, potentia, principatus, a *potens*. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 31.* Cum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent. *Liv. l. 26. c. 38.* At ille cum ab re averſus, tum æmulo potentatus inimicus rem Annibali aperit.

Potenter, adv. *potentemente*, κατὰ δύναμιν, cum potentia, juxta vires. *Hor. in Arte v. 40.* Cui lecta potenter erit res. *Quinct. l. 6. c. 4.* Quod in altercatione fit potentius. *Id. Declam. 274.* Potentiſſime dicere.

Potentia, æ, *potenza*, *podeſtà*, יכלת, Ger. *macht*, Gal. *puiſſance*, Hiſp. *potencia*, δύναμις, vis, vires, poteſtas, a *potens*. *Virg. 1. Georg.* Ne tenues pluviæ, rapidive potentia Solis acrior. ¶ Sæpe ſumitur pro auctoritate, & opibus civilibus. *Cic. 2. de Invent.* Potentia eſt ad ſua conſervanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. ¶ Differunt ſecundum Priſcianum potentia, & poteſtas. quod poteſtas magis pro vi accipitur, potentia pro dominatione. Sed hæc differentia non obſervatur. *Cic. 3. Offic.* Dummodo potentiam conſequantur. *Id. pro Mur. c. 11.* Erant in magna potentia, qui conſulebantur. *Plin. l. 3. ep. 7.* Fuit inter principes civitatis ſine potentia, ſine invidia.

Potentialiter, adverb. *Sidon. l. 7. ep. 14.* Cui me unitus potentialiter notum morum ſimilitudine facit.

Poterion, n. 2. genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Poterion, aut, ut alii vocant, phrynion, vel neuras, large fruticat, ſpinis retorrida, lanugine ſpiſſa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris, ſeminis nullo uſu, ſed guſtu acuto, & odorato.

Poterium, ii, ποτήριον, poculum. *Plaut. Stich. 5. 4. 12.* Nos noſtro Samiolo poterio tamen vivimus. Adde *Trinum. 4. 3. 20.*

Poteſſum. V. Poſſum.

Poteſta, æ, f. 1. idem ac poteſtas, apud vet. *Plaut. Merc. Prol. v. 63.* Neque poteſtam ſibi fuiſſe. Sed rectius legitur *poteſtatem* in opt. editionib.

Poteſtas, atis, *podeſtà*, *licenza*, *potere*, רשות, Ger. *andgewalt*, Gall. *puiſſance*, Hiſp. *potencia*, *facultad*, δύναμις, potentia, vis, facultas, a *potens*. *Cic. 3. de Leg. c. 1.* Regia poteſtas. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Redigere aliquem in ſuam poteſtatem. *Id. ibid.* Tenere motum animi in ſua poteſtate. *Id. 5. Fam. ep. 4.* Omnibus in rebus me fore in tua poteſtate, tibi confirmo. *Id. Cat. 2. c. 12.* In poteſtate ſua aliquos continere. *Id. Phil. 8. c. 10.* Conveniendi ſui poteſtatem omnibus fecere. *Id. ad Q. Fr. l. 1.* Cum neque Prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent. *Id. Fam. 1. epiſt. 7.* Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus dem, non prætermittam. *Id. pro Dom. c. 29.* Vitæ, necisque poteſtatem habere in aliquem. Sic dare, deferre, permittere, concedere, tradere poteſtatem alicujus rei alicui, *dar facoltà*, *dar licenza*, *dar comodo*. *Cic. pro Balb. pro Quint. 1. de Orat. poſt red. in Sen. & alibi.* ¶ In poteſtate mea eſt hoc facere, *è in mio potere*, *in mio arbitrio*. *Cic. 4. Ver.* Petis a me, quod in tua poteſtate eſt. ¶ Dicitur etiam poteſtas de conſilio, & ratione. Hinc Exire de poteſtate, eſt mentis impotem fieri. *Cic. 3. Tuſc. c. 5.* Itaque nihil melius, quam quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cum exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrænati feruntur aut libidine, aut iracundia. Quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. Sic enim definitur iracundia, ulciſcendi libido. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum eſt. *Id. 4. Tuſc. c. 36.* Iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt de conſilio, de ratione, de mente. ¶ Metonymice accipitur pro eo, qui Magiſtratum gerit, vel Judiciis præeſt, denique pro Principe potenti, quem Græci Dynaſtam vocant. *Cic. 1. Tuſc.* Sed tanquam a Magiſtratu, aut ab aliqua Poteſtate legitima, ſic a Deo evocatus, atque emiſſus exierit. ¶ Hinc Prætores urbium Poteſtates appellantur. *Sueton. in Claud. c. 23.* Juriſdictionem de fidei commiſſis, quotannis, & tantum in urbe delegari Magiſtratibus ſolitam, in perpetuum,

atque etiam per Provinciis Poteſtatibus demandavit. *Juven. ſat.* 10. v. 99. An Fidenarum, Gabiorumque eſſe poteſtas. Adde *Plin. l.* 9. *c.* 8. ¶ Hinc poteſtas dicitur de imperio, ſeu juriſdictione in Rep. *giuriſdizione*, *comando*. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 7. Poteſtates gerere. *Cic. Phil.* 1. *c.* 7. Verſari cum imperio, & poteſtate in Republica. *Sueton. in Cæſare c.* 30. Poteſtate abire.

Poteſtativus, a, um, adject. qui poteſtatem habet. *Tert. adv. Hermog. c.* 19. Ἀρχὴ non tantum ordinativum, ſed & poteſtativum caput principium.

Potestur. V. Poſſum.

Pothos, i, m. πόθος, flos vaga ſpecie, cujus duo genera tradit *Plin. l.* 21. *c.* 11. ¶ Quidam putant eſſe eundem illum, quem recentiores florem Conſtantinopolitanum appellant, Galli *Croix de Hieruſalem*.

Potiens, entis, particip. a potior, iris. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 18. Natura voluptat bus potiens dolore caret.

Potilis, le, adject. potabilis. *Cæl. Aurel. Tard.* 3. *c.* 8. & *l.* 3. *c.* 8.

Potin', *ſi può? puoi tu?* pro *potes ne?* vel *potis ne es?* *Terent. Adelph.* 4. 1. 33. Potin', ut deſinas? *Id. Andr.* 2. 6. 6. Potin' es mihi verum dicere?

Potina, æ, Dea apud Romanos, quæ puerorum potui præſidere putabatur, ut Educa eorundem alimentis. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 310.

Potio, onis, f. *bevanda*, שקוי, Ger. *ein tranck*, Gall. *breuvage*, Hiſp. *bevida*, πόσις, potus. *Cic.* 4. *Tuſc.* Quid, quod ea mente quidem recte uti poſſumus multo cibo, & potione completi? *Id.* 1. *Fin.* Cum cibo, potioneque fames, ſitiſque depulſa eſt. *Id. de Sen.* Tantum cibi, & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. ¶ Dicitur & de medicamento, quod bibitur. *Cic. pro Cluent. c.* 14. Pharmacopola circumforaneus prima potione mulierem ſuſtulit. *Celſ. l.* 4. *c.* 8. Potiones efficaces ad id. Adde *Plaut. Men.* 5. 5. 22. ¶ Servus *a potione*, eſt pincerna. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 578. *n.* 1.

Potiono, as, a. 1. *dar da bevere*, ποτίζω, potum præbeo. *Sueton. in Calig. c.* 50. Creditur potionatus a Cæſonia uxore amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem verterit.

Potior, & potius, u. 3. *migliore*, κρείττων, βελτίων, melior, præſtantior, charior, antiquior. *Cic. de Amic.* Itaque cives potiores ſunt, quam peregrini, & propinqui, quam alieni. *Id.* 1. *Fin.* Judicabit, nulla ad legendum his eſſe potiora. *Id. in Somn. Scip. c.* 1. Nihil mihi fuit potius quam ut Maſiniſſam viſerem. *Tacit. in Agric. c.* 33. Honeſta more turpi vita potior. ¶ Potiorem habere, eſt præferre. *Caſ. l.* 1. *B. C.* Semper ſe Reipublicæ commoda privatis neceſſitudinibus habuiſſe potiora. ¶ In rebus amatoriis potiores dicuntur, qui apud amicam magis gratia valent. *Tibull. l.* 1. *eleg.* 6. At tu, qui potior nunc es, mea furta caveto. *Horat. Epod.* 15. Non feret, aſſiduas potiori te dare noctes. ¶ Potior pro compos, h. e. qui re aliqua potitus eſt. *Plaut. Caſ.* 1. 1. 12. Hercle me ſuſpendio, quam tu ejus potior fias, ſatius eſt mortuum. Alii tamen legunt *potitor*.

Potior, iris, d. 3. *impadronirſi*, מצא, Ger. *uberkommen*, Gal. *jouir*, Hiſp. *alcançar*, κρατεῖν, eſt potem, ſeu compotem alicujus rei fieri, vindicare ſibi, adipiſci, acquirere, a *potis*. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. de Sen.* Cujus voluptatis avidæ libidines temere, & effrænate ad potiundum incitarentur. ¶ Vel cum gen. *Cic. pro Roſc. Am.* Prudentiſſima civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe dicitur. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 25. Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. ¶ Vel cum abl. *Cic.* 2. *Off.* Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paullus. ¶ Vel cum acc. *Nepos Eumen. c.* 3. Qui ſummam imperii potiuntur. *Lucr. l.* 3. v. 1030. Humerus ſceptra potitus. ¶ Sumitur interdum paſſive pro venire in alienam poteſtatem. *Plaut. Capt. a.* 1. *ſc.* 1. *v.* 24. Nam poſtquam meus Rex eſt potitus hoſtium. ¶ Eſt etiam compotem eſſe, dominum eſſe, poſſidere, in poteſtate habere, tenere, frui. *Id. l.* 1. *Fam.* 1. qui potiuntur rerum, ideſt imperium tenent, imperio fruuntur. *Id. de Sen.* Deinde iis, quibus ſeneſtus ſi non abunde potitur, non omnino caret. *Ter. Adelph. a.* 5. *ſc.* 4. *v.* 17. Ille alter ſine labore patria potitur commoda. ¶ Eſt etiam tertiæ conjugationis. *Virg.* 3. *Æn.* Fas omne abrumpit, & auro vi potitur. *Ovid.* 13. *Met.* Tuque tuis armis, nos te poteremur Achille. Alii legunt *potiremur*. *Valer. Flac. l.* 7. *v.* 54. Scilicet Æolim potiretur ut toro. Alii *poteretur*. ¶ Legitur & *potio, is*, activa poſitione. *Plaut. Amph.* 1. 1. 23. Qui fuerim liber, eum (h. e. *me*) nunc potivit pater ſervitutis. *Feſtus*: Potitus ſervitute ab antiquis dicebatur, qui, ut ait Labeo, ſervitutem ſervit. Eodem ſenſu *Ter. Phorm.* 3. 1. 5. Ne quid decepta potiretur mali. Al. leg. *poteretur*.

Potis, & te, o. 3. *potente*, *che può*, δυνατός, potens. *Plaut. Mil.* 3. 1. 90. Alteri ſapienter potis es conſulere. *Virg.* 3. *Æn.* Nec potis Ionios fluctus ſuperare ſequendo. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 16. *ex antiquo Poeta*. Neque ſanguis ullo potis eſt pectu profluens conſiſtere. ¶ Adhibetur etiam in plurali numero. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 2. Ut videamus, quid paſtores potis ſint. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 17. Duæ populo plus ſatis dare potis ſunt.

Potiſſime, adv. idem ac potiſſimum. *Cic. pro Mur.* Ut potiſſima honore affecto defenſor daretur. *Id.* 2. *de Or.* Non potiſſime confirmo.

Potiſſimum, adv. *principalmente*, μάλιστα, maxime, præcipue, adv. ſup. a *potis*. *Cic.* 1. *de Leg.* A Deo nobis cauſa ordienda eſt potiſſimum. ¶ Differunt potius, & potiſſimum, quod potius ad duo tantum, potiſſimum ad plura refertur, ut fit in cæteris comp. & ſup. ut Quem potius inſtituam hæredem? Fabium, an Lucium? Quem Juriſperitorum potiſſimum conſulam? *Auct. ad Her. l.* 1. Cum quæris, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potiſſimum dicat. ¶ Invenitur tamen quandoque potiſſimum referri ad duo. *Cic. de Invent.* Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potiſſimum conſulendum ſit, deliberetur.

Potiſſimus, a, um, *ottimo*, *ſpeciale*, *ſingolare*, κράτιστος, βέλτιστος, optimus, præſtantiſſimus, præcipuus, ſup. a *potis*. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Denique ut ſemel, quod eſt potiſſimum, dicam, id eſt præcipuum. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus, ac vernaculis Italiæ.

Potitii, orum, m. 2. Herculis Sacerdotes, a *potiendo*, quod ſoli extis ſolemnibus veſcerentur, uti Pinarii, a πεινῶ, *eſurio*, quod non ederent, ſed miniſtrarent. *Serv. ad* 8. *Æn.* V. Pinarii.

Potito, as, a. 1. ποτίζω, ſæpe poto, conſuetudinem potandi habeo, freq. a *poto*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 125. Pterela Rex, qui potitavit. *Id. Aſin.* 4. 1. 36. Tecum una poſtea æque pocula potitet.

Potiuncula, æ, f. *piccola bevanda*, parva potio. *Sueton. in Domit. c.* 21. modicam in ampulla potiunculam ſumere.

Potius, *piuttoſto*, μᾶλλον, ἢ καὶ μᾶλλον, magis, adv. compar. a *potis*. *Cic.* 2. *Tuſc.* Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendæ tyrannidis indicaret.

Potniæ, æ, Potniæ, πότνιαι, opp. exc. Bœotiæ, Thebis proximum, prope Potniam fontem. Ibi Glaucus ab equis dilaceratus fuit. ¶ Potniæ item, opp. Magneſiæ, in Macedonia, & Theſſaliæ confinio. *Plin. l.* 4. *c.* 9. Apud Potnias paſcua ſunt, in quibus aſini in rabiem vertuntur. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Potniades, f. 3. mulieres, vel equæ ex Potnia, urbe Bœotiæ, vel etiam Magneſiæ. *Virg. in Georg.* 3. *v.* 268. Quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. *Ovid. in Ibin, v.* 553. Potniadum morſus ſubeas, ut Glaucus, equarum. V. *Potnia*, & *Glaucus*. ¶ Hoc etiam nomine Bacchæ, & Mænades appellatæ ſunt, ſc. ab eadem urbe Bœotiæ.

Heſych. & *Lil. Greg. Girald. primo ſuo Syntagmate de Hiſt. Deor.* Aliqui pro Bacchis, & Mænadibus Potniades dictas eſſe volunt Deas quaſdam, quæ furorem facerent, a Potnio fonte, vel puteo, ex quo ſi aqua pota fuiſſet ab equis indigenis, furore agitabantur.

Poto, as, potavi, & potus ſum, potatum, vel potum, a. 1. *bere*, שתה, Ger. *trincken*, Gal. *boire*, Hiſp. *bever*, πίνω, bibo. V. *potus*, *us*. *Cic. in Brut.* Si potare velle, de dolio ſibi hauriendum eſt. *Virg.* 3. *Georg.* Et lac concretum cum ſanguine potat equino. *Ter. Phorm.* 5. 9. 9. Apud me potaturus eſt. *Claudian. in Eutrop. l.* 2. *v.* 250. Pro Rheno potamus Halyn. *Virg. Ecl.* 7. potum venient per prata juvenci. *Col. l.* 12. *c.* 51. Dabitur potatum bobus imbecillis. *Varr. apud Gell. l.* 2. *c.* 13. Cum a cœno, & prandeo, & poto, & cœnatus ſum, & pranſus ſum, & potus ſum dicamus. ¶ Arbores quoque potare dicuntur, *inacquarſi*, cum liquor earum radicibus affunditur. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Docuimus, etiam arbores vina potare. ¶ Item lanæ, cum colores accipiunt. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Quoties lana potat ſicaris, ruſuſque mergitur. Adde *Horat. l.* 1. *ep.* 10. ¶ Uſurpatur & imperſ. *Cic.* 2. *Phil. c.* 27. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur.

Potor, oris, m. idem ac potator. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 19. Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Poterium, rii, *bicchiere*, ποτήριον, vas, quod ad potum deſtinatum eſt, al. poterium. *Plin. l.* 33. *c.* 11. Millia convivas totidem aureis potoriis mutantem vaſa cum ferculis ſaginaſſe.

Potorius, a, um, ποτήριος, quod ad potandum pertinet. *Paul. l.* 3. *ff. de ſupell. leg.* Vitrea eſcaria, & potoria in ſupellectile ſunt, ſicut fictilia. Adde *Martial. l.* 14. *in tit. epigram.* 110.

Potrix, icis, f. quæ potat. *Phædr. l.* 4. *fab.* 4. *v.* 25. Seponit potrici plenam antiquis apothecam cadis.

Potua, æ, Dea quæ potui præeſt, ut Victa, quæ victui. *Arnob. l.* 3.

Potulens, V. Poculentus.

Potulentus, a, um, *ubbriaco*, οἰνωθείς, ebrius. *Suet. in Oth. c.* 2. Atque invalidum quemque obviorum, aut potulentum corripere. ¶ Aliqui addunt poni etiam pro eo, quæ potui idonea eſt. *Gell. l.* 4. *c.* 1. Penus eſt, quod eſculentum, aut potulentum eſt. Sed & hic, & apud alios Scriptores poculentum legi debet.

Potura, æ, idem ac potio. *Varro l.* 4. *de L. L.* Sic potura a potu, non ut ovne a πίνω.

Potus, i, m. 2. pudendum, pellis, quæ glans virilis tegitur, a πόσθη, quod idem notat. *Auct.* Catalectorum. Scilicet hoc ſine fraude, Vate dulciſſime, dicam, Diſpeream, niſi me perdidit iſte potus. Sin autem præcepta vetant me dicere, ſane Non dicam, ſed me perdidit iſte puer. Nequiuſculo, inquit, vocabolo puerum, quem amo, potum, ſive putum, hoc eſt, πόσθωνα, appellarem: verum quia metri ratio impedit, quominus id in pentametri ſine uſurpem, ſane pro eo utar puris vocabulo. V. non rei, at metro tamen magis aptu. *Voſſ. in Etymol.* in voce Propuium.

Potus, a, um, *bevuto*, πεπωκώς, partic. a poto. *Cic. in Brut.* Exorpſe ſanguinem potera, & ne poto mortuum concidiſſe. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui potavit, πεπωκώς. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 22. Etſi domum bene potus, ſeroque redieram.

Potus, us, m. *bevanda*, שקוי, Ger. *tranck*, Gal. *bruvage*, Hiſp. *bevida*, πόσις, πόμα, potio. *Cic. de Div. c.* 29. Cum ſit immoderato obſtupefacta potu, atque paſtu. *Celſ. l.* 2. *c.* 13. Medicamentum potui dare.

P ANTE R.

Practicus, a, um, *pratico*, πρακτικός, activus, ad actionem ſpectans, aut ipſo aliquid perficiens, ut Artes practicæ, quæ in exercitatione, & actione conſiſtunt. *Quinct. l.* 2. *c.* 18. hanc vocem ſcribit grammaticis. Eſt enim a πράσσω, *facio*, *operor*.

Præ, *avanti*, לפני, Ger. *vor*, Gal. *devant*, Hiſ. *antes*, *delante*, πρό, ante, præp. ex iis, quæ abl. inſerviunt, a Græca voce allata, o in *æ* mutato. Conſtruitur vel abſolute. *Ter. Andr.* I præ, ſequar. ¶ Vel cum abl. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Quum præ ſe armentum agens nando trajeceret. ¶ Præ ſe ferre, eſt dicto, vel facto, ipſa ſtatim fronte, palam, & publice aliquid profiteri, oſtendere, demonſtrare. *Cic. de L. Agr.* Sed vocem vivam præ vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum, in ſudorem tuliſſe. ¶ Præ ſe gerere, idem, ac præ ſe ferre. *Cic.* 1. *de Inv.* Nam affectiones quidem ratio perſpicuam ſolet præ ſe gerere conjecturam. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Plaut. Pæn.* 3. 3. 57. Trecentos nummos Philippeos portat præ ſibi. Alii rectius leg. *præſidio*. ¶ Sæpe accipitur pro reſpectu, ſeu ad comparationem, *in paragone*. *Cic. pro R. Am.* Hominem præ ſe neminem putat. *Id. in Off.* In quibus utilitatis ſpeciem præ honeſtate contemnitur. *Plaut. Stich. a.* 3. 37. Imo res omnes relictas habeo, præ quod tu velis, ideſt præ eo, quod, &c. *Id. Mil.* 1. 1. 20. Nihil quidem hic, præ ut alia dicam. ¶ In hac ſignificatione conſtruitur etiam cum adquam. *Plaut. Amph.* 2. 2. 3. Parva res eſt voluptatum in vita, præ quam quod moleſtum eſt. ¶ Item pro *ob*, propter. *Cic. in Tuſc.* Solem præ jaculorum multitudine non videbatis. *Id. in Pæn.* Non hercule præ lacrymis poſſum reliqua ſcribere. Sic præ gaudio, præ amore, præ ira. *Liv. Ter. & al.* ¶ Item pro extra, præter. *Gel. l.* 1. *c.* 2. Præque ſe unum cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gentemque omnem togatam, quodcumque nomen Latinum, rudes, atque agreſtes prædicabat. ¶ Præ manibus. V. *Manus*.

Præacuo, is, o. 3. προθήγω, ante acuo, valde acuo. *Cato de R. R.* Vitem utriuſque teneram præacuito. Alii leg. *præacuunt*.

Præacute, adverb. valde acute. *Apul. Apol.* An præacute vobis repetiſſe videbamini.

Præacutus, a, um, πάνυ ὀξύς, valde acutus. *Caſ. l.* 2. *B. G.* Præacutas trabes in muro collocabant. Adde *l.* 4. *c.* 17.

Præalte, adverb. valde alte. *Veget. l.* 4. *de re milit. c.* 21. Trabs in terram præalte defigitur.

Præaltus, a, um, valde altus. *Liv. l.* 10. *c.* 2. Oſtium fluminis præalti, quo circumagi naves in ſtationem tutam poſſint.

Præauditus, a, um, nom. ex partic. ante auditus. *Ulpian. l.* 6. *Dig. de Off. Procons.* Ut præauditas cuſtodias ad ſe remittant.

Præbeo, es, bui, bitum, a. 2. *dare*, נתן, Germ. *geben*, Gall. *donner*, Hiſp. *dar*, παρέχω, do, tribuo, præſto, exhibeo, impertio, ſuppedito, a *præhibeo*, per Sync. quod a *præ*, & *habeo*. *Plin. l.* 13. Turbidus liquor vim glutini præbet. *ſervo di collo*. *Liv. l.* 30. *c.* 10. Præbere cervicem. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Vitalem, & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. *Ter. Eun.* 5. 6. 9. Nunquam pol hominem ſtultiorem vidi; nec potius ſatis narrare, quos ludos præbueris intus. *quanta materia di dar di ridere di te*. *Id. Adelph. a.* 2. 7. Adoleſcenti morem geſtum oportet. Sic Qui potui melius, qui hodie uſque os præbui. ſc. ad plagas. *Cic. Att. l.* 1. Præbere os ad mala audiendum. *laſciarſi dir male in faccia*. *Liv. l.* 38. *c.* 51. Præbere aures conviciis. *Cic. amicq. aver in ...* Præbere cervicem, ſc. feriendas. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 28. Solidum præbet tibi vellere barbam Jupiter. *Sen. ep.* 70. Præbere ſe legibus, h. e. ultro ſe legibus ſubmittere. *Nepos in Attic. c.* 4. Fidem alicui præbere in periculis. ¶ Præbere

bere etiam dicuntur, qui Magiſtratibus in provinciam euntibus neceſſaria ſuppeditant. *Hor. l. 1. ſat. 5. v. 46.* tectum Præbent, & parochi, quæ debent, ligna, ſalemque. *Gell. l. 15. c. 4.* Comparandis mulis, & vehiculis, quæ magiſtratibus præbenda publice conduxiſſet. ¶ Frequenter ſumitur pro oſtendere, gerere. *Cic. Fam. 4. ep. 18.* Rogo, atque oro, te colliges, eſumque præbeas. *porgen de nome. Id. 2. Fam. ep. 1.* Præbere ſe æquum. *Et ep. 18.* Præbere ſe dignum ſuis majoribus. *Nepos in Datam. c. 2.* Pari ſe virtute poſtea præbuit. ¶ Præbere abſolute aliquando eſt præbere cunnum. *Horat. l. 1. ſat. 4. v. 88.* quavis aſpergere cunctos Præter eum, qui præbet, aqua. V. Aqua.

Præbia, orum, n. 2. alexipharmaca, ſive amuleta, cujuſmodi erant lora, quæ de puerorum collo ſuſpendebantur, a *prohibendo*, quod mala prohiberent. *Feſt.* Sed idem *Feſt.* prius dixit, eſſe curandi mali remedia, dictaque eſſe, quod ægrotantibus curationis cauſa præbeantur. *Novius apud Varron. l. 6. de L. L.* Præbia a præbendo, ut ſit tutum, quod ſint remedia in collo pueris.

Præbibo, is, a. 3. *bere innanzi*, ante bibo. *Apul. l. 10. Metam.* Cantharum mulſo contempera, & offer paraſito meo, ſimulque, quod ei præbiberim, commoneto.

Præbitero, is, n. 3. prætereo, apud ant. *Plaut. Pœn. 5. 3. 43.* At ne inter vias præbiteramus eas, metuo. Optimæ Edition. hab. *præterbitamus*.

Præbitio, onis, f. *il dare*, actus præbendi, ſeu ſuppeditandi. *Varr. apud Non. c. 2. n. 647.* Quod ea die mea erat præbitio. *Juſtin. l. 38. c. 10.* Cum gravari ſe copiarum præbitione civitates videreor. *Aurel. Vict. de Cæſ. c. 41.* Olei frumentique præbitiones, quibus angebantur.

Præbito, is, a. 3. perimo, occido. *Plaut. Pſeud. 3. 1. 10.* Eum eras cruciatu maximo præbitere. Alii leg. *perbitere*.

Præbitor, oris, m. qui præbet, dator, diſpenſator. *Cic. 2. Offic. c. 15.* Ut Macedones te non Regem ſuum, ſed miniſtrum, & præbitorem putent?

Præbitus, a, um, datus, ſuppeditatus. Hinc præbita in plurali numero gen. neutr. *Col. l. 1. c. 8.* Ne aut in veſtiariis, aut in cæteris præbitis injurioſe tractentur. *Sueton. in Tiber. c. 50.* Sed & peculio conceſſo a patre, præbitiſque annuis privavit.

Præcădens, entis, ante cadens. *Cæl. Aurel. Cronic. l. 4. c. 3.*

Præcalidus, a, um, adject. valde calidus. *Tacit. Ann. 13. c. 16.* Præcalida potio traditur Britannico.

Præcalvus, a, um, calvus in anteriore parte capitis. *Suet. in Galba c. 21.* Statura fuit juſta, capite præcalvo.

Præcano, is, n. 3. præcino, prædico. *Tertull. adverſ. Jud. c. 10.* Cum amaritudine manducaturos præcanebat. *Id. l. 4. cont. Marcion. c. 40.* Hieremias præcanit.

Præcantatio, onis, f. *incanto*, incantatio. *Quintil. 14. Decl.* Diris utique carminibus, & feralium præcantationum terrore permiſſum.

Præcantator, oris, m. *incantatore*, *ſtregone*, qui incantationibus medetur. *Auguſtin. in ſerm. de Temp.* apud *Gronov. l. 2. Obſervat. c. 1.* Nullus ſibi præcantatores adhibeat. *Id. tract. 7. in Joann. ante med.* Non, quando nobis dolet caput, curramus ad præcantatorem, ad ſortilegos, ad remedia vanitatis.

Præcantatrix, icis, f. *maga*, *ſtrega*, ſaga, incantatrix. *Var. apud Non. c. 8. n. 92.* Ut faciunt pleræque, ut adhibeant præcantatrices. Al. leg. *præcantrices*. *Plaut. Mil. 3. 1. 99.* Quod dem Quinquatribus præcantatrici, conjectrici, &c. Al. leg. *percantatrices*, alii *præcatrici*.

Præcanto, as, prædico, præcino. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 260.* Quæ nunc ego præcanto, atque exigo.

Præcantria. V. Præcantatrix.

Præcānus, a, um, qui ante juſtos annos canus eſt. *Hor. l. 1. ep. 20. v. 24.* Corporis exigui, præcanum, Solibus aptum.

Præcārus. V. Percarus.

Præcăvĕo, es, avi, autum, n. 3. *provedere*, Germ. *fürkommen*, Gal. *pourvoir*, *prendere garde*, Hiſp. *guardarſe antes*, ante caveo, provideo. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Quod a me ita præcautum, atque ita proviſum eſt. *Id. pro Roſc. Amer.* Peccata, quæ difficillime præcaventur. *Id. pro Planc.* Providens ante, & præcavens. *Liv. l. 9. c. 17.* Præcavere ſibi ab inſidiis. *Id. l. 36. c. 17. ad fin.* Satis undique proviſum, antequam præcautum eſt.

Præcautor, oris, m. qui præcavet. Probant hanc vocem quidam Lexicographi ex *Plaut. Pſeud. 2. 2. 12.* ſed ibi *precator* legitur in pleriſque opt. editionib.

Præcautus, a, um, partic. a præcaveo. *Cic. 6. Verr.* Ita res mihi tota proviſa, atque præcauta eſt. *Plaut. Merc. 2. 2. 61.* Præcauto eſt opus.

Præcēdo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *trapaſſare*, antecedo. Conſtruitur vel abſolute, vel cum dat. vel cum acc. & quidem frequentius. *Plin. l. 11. c. 37.* Nullo præcedente injuria, *Virg. 9. Æn. v. 48.* Turnus ut antevolans tardum præceſſerat agmen. ¶ Translate *Juven. ſat. 13. v. 58.* Tam venerabile erat præcedere quatuor annis. *Plin. l. 18. c. 3.* In quo præceſſit omnes D. Syllanus. *Id. l. 29. c. 1.* Crinas Maſſilienſis auctoritate eum præceſſit. *Plaut. Aſin. 3. 3. 39.* Veſtræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe.

Præcĕler, ris, re, o. valde celer. *Plin. l. 9. c. 46.* Niſi præceleri vi repente rapiant. *Stat. 6. Theb. v. 550.* ad præmia curſu Præceleres.

Præcelĕro, as, a. 1. præcurro. *Stat. 4. Theb. v. 799.* Pars arcta plebe ſequuntur, Præcelerantque ducem. *Id. 2. Theb. v. 497.* calle latenti præcelerant.

Præcellens, entis, valde excellens. *Cic. pro Balb.* Privatus vero nequis vir & animo, & virtute præcellens pro noſtro imperio periculo ſuo dimicaret. *Plin. l. 15. c. 6.* Major alia pomo, & ſuavitate præcellentior. *Cic. 6. Verr. c. 44.* Idem ille P. Scipio vir omnibus rebus præcellentiſſimus.

Præcellentia, æ, f. excellentia. *Tertull. Apolog. c. 23.* Ubi eſt ergo præcellentia divinitatis?

Præcello, is, lui, elſum, n. 3. *ſuperare*, *avanzare*, Germ. *fürtreffen*, Gall. *outrepaſſer*, Hiſp. *ſobrepujar*, antecello, præeo, præcedo, ſupero. *Plin. l. 11. c. 3.* Malus Aſſyria odore præcellit foliorum. *Tacit. 3. Ann. c. 24.* Silanus per inſignem nobilitatem, & eloquentiam præcellebat. *Id. Ann. 12. c. 23.* Ad Eunonem, qui Adorſorum genti præcellebat, h. e. imperabat.

Præcelſus, a, um, valde celſus. *Cic. 6. Verr. c. 48.* Enna autem eſt loco præcelſo, atque edito.

Præcentio, onis, *ricercata*, modulatio illa vocum, quæ ante initium cantus fieri ſolet, quaſi præludium. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 10.* Tui ſacerdotii ſunt theoſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum. ¶ Translata dicitur de exordio orationis. *Gell. l. 1. c. 11.* Tibicines intra exercitum poſiti canere inceptabant. ea præcentione tranquilla, & venerabili, ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam, vis, & impetus militum, ne ſparſi, diſpalatique procurrerent, cohibebatur.

Præcentor, oris, m. qui canendo præcedit. *Apul. de Mundo ſub fin.* Quod præcentor in choris, dux in exercitu, hoc eſt in Mundo Deus.

Præcentorius, a, um, adject. ad præcinendum aptus, ut præcentoria tibia, apud *Solin. c. 5. (al. 11.) de Sicilia*.

Præceps, ipitis, o. *ſtraboccheuole*, Germ. *ſturtzig*, Gal. *precipité*, *trop hâtif*, Hiſp. *precipitoſo*, qui ex loco ſublimi deorſum in caput decidit. *Cic. pro Cluent.* A ſocrum, ab uxorum, a fratris, a liberum pœnis actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem, atque regionem. *Liv. l. 31. c. 37.* Ruente equo præceps ad terram datus. *Cic. 6. Verr. c. 40.* Dejicere præcipitem. ¶ Dicitur etiam de loco, & tunc idem eſt, quod altus, vel editus, *precipitoſo*, ut Rupes præceps, alta, ardua, ex qua quis poteſt præceps dari, via præceps, prærupta, in qua vix licet ſine aliqua prolapſione conſiſtere. *Virg. 2. Æn. v. 460.* Turrim in præcipiti ſtantem. *Liv. l. 38. c. 23.* Saxa præcipitia. ¶ Item de rebus. *Cic. 3. de Orat.* Propter tot, tantos, tamque præcipites caſus clariſſimorum hominum, atque optimorum virorum. ¶ Præcipites foſſæ dicuntur, in quas quis poteſt præcipitari, profundæ. *Virg. 11. Æn.* Nondum præcipitem cingebant oppida foſſæ. ¶ Sæpe translate uſurpatur. *Cic. 2. Acad.* Ut in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere. *Id. 6. Verr.* Præceps e provincia populi R. exturbatus eſt. *Id. ad Octavium.* Præceps ſenectus, h. e. decrepita. ¶ Palmites præcipites ſunt, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur. *Col. l. 5. c. 6.* ¶ Præceps dies dicitur, cum Sol occaſui propinquus eſt, noxque appetit. *Liv. l. 4. c. 9.* Præcipitique jam die curare corpora milites jubet. ¶ Quoniam vero cæcitas, furor, ſeu nimia feſtinatio cauſa eſt, ut quis præceps cadat, hinc metonymice præceps uſurpatur pro inconſiderato, qui temere agit. *Cic. 5. Phil. c. 13.* Homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps, & devius. ¶ Item pro cæco, ſeu furioſo. *Cic. 7. Verr.* Præceps amentia ferebatur. ¶ Item pro vehementer celeri, nimis feſtino. *Cic. Att. l. 9.* Ego vero in præſentia ſubitum diſceſſum, & præcipitem profectionem tum tibi, tum ipſi Cnæo inutilem, & periculoſam puto. *Virg. 2. Æn.* Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. ¶ Item pro valde proclivi, *Liv. l. 26. c. 38.* Animus in avaritiam, & crudelitatem præceps. *Id. l. 23.* Præceps ingenio in iram. ¶ Eſſe in præcipiti, eſt in ſummo diſcrimine verſari. *Celſ. l. 2. c. 6.* In præcipiti eſt ægrotus. ¶ *Juven. Sat. 1. v. 147.* Omne in præcipiti vitium ſtetit, h. e. in ſummo, ita ut progredi ſine Reip. ruina non poſſit. ¶ Olim nominativus fuit *præcipes*, genitiv. *præcipis*, teſte *Priſc. l. 6. Plaut. in Commorientibus.* Saliam in puteum præcipes. *Liv. in Jone.* Sequi in alta maria præcipem, inops, ægra, ſanitatis heroïs. *Enn. 17. Annal.* Occumbunt multi letum ferroque, lapique, aut intra muros, aut extra præcipe caſu. Hæc omnia refert *Id. Priſcian. loc. cit.* Adde *Plaut. Rud. 3. 3. 8.*

Præceptio, onis, actus præcipiendi, præceptum. *Cic. 1. Off. c. 2.* Itaque propria eſt ea præceptio Stoicorum, & Academicorum, & Peripateticorum. *Id. 1. nat. Deor. c. 31.* Lex eſt recti præceptio, pravi depulſio. ¶ Eſt etiam actus præcipiendi, hoc eſt ante capiendi. Hinc apud JCtos legare aliquid alicui per præceptionem, eſt ita legare, ut aliquam rem heredes, quibus ea legata eſt, ſibi ſumant, antequam tota hereditas dividatur, & partes aliis coheredibus diſtribuantur. *Leg. Sextam, 32. Dig. de Legat. 3. & leg. ult. Dig. de legat. 2.*

Præceptive, adv. præcipiendo. *Tertul. l. 5. adverſ. Marcion. c. 10.*

Præceptivus, a, um, adject. *precettivo*, qui præcepta dat. *Senec. ep. 95.* Pars hæc philoſophiæ, quam Græci vocant, nos præceptivam dicimus.

Præcepto, as, a. freq. a præcipio, *In Saliari Carmine*, apud *Feſtum*.

Præceptor, oris, m. *precettore*, *maeſtro*, doctor, inſtitutor, magiſter. *Cic. 3. de Or.* Sed iidem erant vivendi præceptores, atque dicendi. *Id. Philip. 2. c. 6.* Hunc tu auctorem, & præceptorem omnium conſiliorum, totiuſque vitæ habere debuiſſes.

Præceptorius, a, um, quod ad præcipiendum ſpectat, quod præcepta continet. *Plin. l. 4. ep. 13.* Hac quaſi præceptoria epiſtola rogo. Rectius aliæ opt. Editiones habent *præcurſoria*.

Præceptrix, icis, f. quæ præcipit, magiſtra. *Cic. 1. Fin. c. 13.* Qua præceptrice in tranquillitate vivi poteſt.

Præceptum, i, *precetto*, *comandamento*, Germ. *ein gebott*, Gall. *commandement*, Hiſp. *mandamento*, juſſio. *Tacit. in Agric. c. 37.* Tranſvectæ præcepto ducis equitum alæ. *Nepos in Eumen. c. 9.* Curare præcepta diligenter. *Virg. 9. Æn. v. 45.* Facere præcepta. ¶ Sumitur etiam pro diſciplina, admonitione, regula bene vivendi. *Cic. 1. Offic.* Neque ulla officii præcepta firma, ſtabilia, conjuncta naturæ tradi poſſunt. *Id. in Brut.* Hermagoræ diſciplina ea dat rationes certas, & præcepta dicendi.

Præceptus, a, um, ante captus, prægustatus. *Liv. l. 1.* Tempore illi præcepto. *Cic. 3. Tuſc.* Præſertim ſi & ante præceptis bonis contentus eſſes. Alii legunt *percepris*.

Præcerpo, is, erpſi, rptum, a. 3. ante carpo. *Plin. l. 18. c. 19.* Ne germinum tenera præcerpant. ¶ Sumitur & translate. *Cic. 6. Verr. c. 37.* Non præcerpo fructum officii tui. ¶ Hinc *præcerptus*, *a*, *um*, part. *Liv. l. 43. c. 1.* Victoriæ nuntii præcerptam ejus rei lætitiam invenerunt.

Præcertatio, onis, f. quoddam futuræ pugnæ quaſi præludium. *Auct. ad Her. l. 4. c. 30.* Mihi tecum præcertatio non eſt.

Præceſſor, ris, m. *predeceſſore*. *Tertull. adv. Prax. c. 2.* Præceſſorum ejus auctoritates defendendo.

Præcia, æ, m. idem ac præco, a ciendo. *Feſt.* Præcias dicebant, qui a Flaminibus præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abſtinerent ab opere, ne, ſi vidiſſet Sacerdos facientem opus, ſacra polluerentur. *Apul. l. 11. A. A.* Præciæ, qui facilem ſacris viam dari prædicarent.

Præcīdanĕus, a, um, quod præcedit, ſive antecadit, a *præcedendo*, quemadmodum ſuccidaneus, quod ſuccedit, ſive ſubſequitur, a *ſuccedendo*, ut Hoſtia præcidanea, quæ ante alias cædebatur, ſive, ut aliqui interpretantur, quæ ante ſacrificia ſolemnia pridie ſacrificabatur. Porca præcidanea, quam qui juſta defuncto non fecerant, vel in faciendo peccaverant, vel, ut *Varro* ait *lib. 3. de vita P. R.* qui defunctum non humaverant, e. g. quod in mari interiiſſet, familiæ expiandæ gratia, Telluri, & Cereri ſingulis annis immolabant, antequam novæ fruges fieri inciperent; vel, ut alii ſupliraut, antequam novæ fruges præciderentur, vel, ut alii, antequam ipſa porco novam frugem caperet. *Gell. l. 4. c. 6. Feſtus Marius Victorinus l. 1. Artis Gramm. c. de Orth.* conſent, hoſtiam, & porcam præcidaneam eſſe a *præcidendo*, quod ante alias cæderetur. ¶ Feriæ præcidaneæ apud *Gell. loc. cit.* erant, quæ feſtum aliquod præcedebant, Græce.

Præcīdo, is, cidi, ciſum, a. 3. *tagliare*, Ger. *abhauen*, Gal. *couper pres*, Hiſp. *cortar antes*, ante cædo, hoc eſt ante immolo, ut *Feſtus* interpretatur, & generatim cædo, amputo, obtrunco, ex *præ*, & *cædo*. *Cic. 5. Tuſc.* At Cinna Collegæ ſui Conſulis Cn. Octavii præcidi caput juſſit. ¶ Translata *Cic. in Verr. 3.* Ut una hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioſo, profuſo, perdito ſpem judicii corrumpendi præciderem. *Id. de Amic.* Magis decere, amicitias ſenſim diſſuere, quam repente præcidere. *Id. 5. Verr.* Præcidere ſibi libertatem vivendi. *Id. 2. de Grat.*

de Orat. Præcidere dubitationem. ¶ Item pro deſignare, ut cum quis non ſimpliciter, & in univerſum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, ſed cogitur id deſignare, quod dicere, aut oppugnare velit. Tranſlatio ſumpta eſt a fabris, qui quod ſecare ferra volunt, prius linea ducta ſignant, & præcidunt. *Cic. 10 Acad. l. 4. c. 43.* Præcide, & ſtatue, quid libeat. ¶ Item pro dure negare. *Cic. Att. l. 10. ep. 16.* Quod quis plane, cum in Formianum veniſſet, præciderat. *Id. ib. l. 8. ep. 4.* Plane ſine exceptione præcidit. ¶ Significat etiam verberare, percutere, ſed in hac ſignificatione facile reutame in *percido*, quod V. ¶ Item prædicare. *Martial. l. 4. ep. 48.* Præcidi gaudes, præciſus, Papile, ploras. *Id. l. 2. ep. 72.* utranque notionem verberandi, & prædicandi ſpectans, ludit in ambiguo: Os tibi præciſum, quanto non ipſe Latinus Vilis Panniculi percutit ora ſono. Ubique tamen alii *percido*, & *perciſum* reponunt.

Præcinctio, onis, f. Apud *Vitruv. l. 5. c. 3.* præcinctiones ſunt intervalla graduum in theatro, & diviſiones ordinum ſedendi. V. *Balteum.* ¶ *Id. Vitruv. l. 2. c. 8.* Per mediam altitudinis curvaturam, præcinctionemque platea ampla facta. h. e. per locum planum, qua collis cingitur.

Præcinctorius, a, um, adject. quo mecumquaque præcingit, ut præcinctorii funes, apud *Vitruv. l. 10. c. 21.*

Præcinctura, æ, f. ἀνάζωσις, *cintura*, faſcia, zone, qua veſtem mediam corpori aſtringimus. Narrat *Macrob. l. 2. Saturn. c. 3.* cum poſt Cæſaris de Pompejo victoriam interrogatus eſſet Cicero, cur in electione partis erraſſet, & non a Cæſare potius ſtetiſſet, reſpondiſſe, *præcinctura me decepit.* Utebatur autem Cæſar laxiore præcinctura, ita ut incedendo togæ laciniam traheret, propter quod mollis & effeminatus habitus eſt.

Præcinctus, us, m. præcinctura, præcinctio. *Non. c. 16. n. 5.* Caſtula eſt palliolum præcinctui, quod &c.

Præcinctus, a, um, περιεζωσμένος, *cinto*, circum cinctus. *Ovid. epiſt. 4.* præcinctis flore capilli. *Plin. l. 10. ep. 48.* Parietes teſtaceo opere præcincti. h. e. obducti. *Horat. l. 2. ſat. 8.* ut omnes Præcincti recte pueri, comptique miniſtrent. h. e. tunicas bene cincti, alte cincti, ut præſto eſſe ad omnem nutum poſſint, *accinti.* Hinc male præcinctus dicitur, qui mollis eſt, tardus, iners. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 3.* Sylla Pompejum ſæpius admonuit, ut illum puerum (Cæſarem) male præcinctum caveret. Eadem leguntur apud *Suet. in Cæſ. c. 45.* ubi alii *pertractum* reponunt. V. vocem præcedentem.

Præcingo, is, xi, ctum, a. 3. περιζώννυμι, idem ac cingo, vel circum cingo. *Ovid. 2. Triſt. v. 271.* Et latro, & cautus præcingitur enſe viator. *Id. 14. Met.* fulvo cervix præcingitur auro. *Silius l. 3.* Præcingere litore muro.

Præcino, is, nui, centum, a. 3. *cantare innanzi*, προᾴδω, ante cano. *Cic. 4. Tuſc. c. 2.* Deorum pulvinaribus, & epulis Magiſtratuum fides præcinunt. ¶ Interdum ſumitur pro prædicere, prædivinare. *Plin. l. 8. c. 46.* Hi greges repente lymphati futura præcinunt.

Præcipio, is, epi, eptum, a. 3. *pigliare innanzi*, *preoccupare*, תפש, Ger. *befehlen*, Gal. *commander*, Hiſp. *mandar*, προλαμβάνω, ante capio, prævenio, præoccupo. *Liv. l. 3.* Dum præciperent iter nuntii miſſi in caſtra. *Tacit. 3. hiſt. c. 15.* Feſtinato prælio victoriam præcepit. *Flor. l. 3. c. 9.* Veneno fata præcepit. *Lucr. l. 6. v. 802.* Niſi aquam præcepimus ante. ¶ Tranſlate ſumitur pro ante conciliare. *Cic. 2. Off.* Præcipiant oratione benigna multitudinis animos. ¶ Item pro ante videre, providere. *Cic. 1. Off. c. 23.* Illud etiam ingenii magni eſt præcipere cogitatione futurum. ¶ Eſt etiam jubere, imperare. *Cicer. 7. Famil.* Ego quidem, ut debeo, & ut rate mihi præcepiſti. ¶ Item præceptis inſtruere, docere, monere. *Cic. 2. de Or.* Num igitur placet, cum de eloquentia præcipias, &c. *Id. pro Mur.* Quod ſi portu ſolventibus ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent & tempeſtatum rationem, & prædonum, & locorum. *Quintil. l. 3. c. 1.* Præcipere artem oratoriam. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. de Am.* Recte etiam præcipi poteſt in amicitiis, ne, &c. ¶ Hinc abſolute uſurpatur pro præceptorem eſſe. *Suet. de illuſtr. Gramm. c. 16.* Scholam aperuit, ſed ita ut paucis, & tantum adoleſcentibus præciperet. ¶ *Præcepſe* pro præcepero. *Cato de R. R.* Villici officia quæ ſunt? quæ dominus præcepſit.

Præcipitans, antis, partic. a præcipito, ut Reſpublica præcipitans, quæ cadit, ſeu evertitur. *Cic. pro Syll. c. 31.* Sol præcipitans, idest occaſui vicinus. *Id. 3. de Or. c. 55.* Imber præcipitans. *Lucr. l. 6. v. 291.*

Præcipitanter, adv. *precipitoſamente*, [illegible], cum præcipitatione, inconſiderate, temere. *Lucret. l. 3. v. 1076.* Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter.

Præcipitantia, æ, [illegible], præcipitatio. *Gell. l. 6. c. 2.* Cauſam quidem ei, & initium præcipitantiæ fecerit.

Præcipitatio, onis, *precipitazione*, κατακρήμνισις, actus præcipitandi. *Sen. l. 1. de Ira, c. 12.* Etſi ita aliquando, ut venenum, & præcipitatio, & naufragium, ex inordinato profuit, non ideo, &c.

Præcipitatus, a, um, κατακρημνισθείς, in precepe datus, *precipitato.* *Cic. pro Cæcin. c. 17.* Qui ſe præcipitatos ex locis ſuperioribus diceremus? *Vellej. l. 2. c. 49.* Præcipitata morte fungi. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 3.* moræ ſpatium nox præcipitata negabat. h. e. ad diem vergens. *C. Matius ad Cic. l. 11. Fam. ep. penult.* Ætas præcipitata. h. e. decrepita.

Præcipitium, ii, *precipizio*, [illegible], locus præruptus, unde præcipitari facile quis poteſt. *Quintil. l. 1. c. 10.* Acto illo in inſaniam, & per præcipitia delato. *Senec. ep. 8.* In præcipitia curſus iſte deducit. *Lactant. l. 2. c. 3.* Dum aliorum præcipitia videns.

Præcipito, as, avi, atum, a. 1. *precipitare*, [illegible], Ger. *abhin ſturtzen*, Gal. *precipiter*, Hiſp. *deſpenar*, κατακρημνίζω, in precepe dejicio, præcipitem ago. *Cic. 4. Tuſc.* Qui ſe e Leucade præcipitaverit. *Liv. l. 23. c. 37.* Præcipitare ſe de turri. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 15.* In flumen ſe præcipitare. ¶ Tranſlate *Cic. pro Dom. c. 37.* Ex altiſſimo dignitatis gradu præcipitari. *Virg. 2. Æn. v. 316.* furor, iraque mentem præcipitant. ¶ Præcipitare palmitem, eſt deorſum flectere. *Colum. l. 5. c. 6.* Quæ pars palmitis præcipitata eſt, fructu inducitur. ¶ Præcipitare moras, eſt feſtinanter moras abjicere. *Virg. 12. Æn. v. 699.* Præcipitatque moras omnes. Eodem ſenſu *Silius l. 13. v. 774.* tu magna gerendi præcipita tempus. ¶ Præcipitare fata ſua, apud *Lucan. l. 7.* eſt accelerare ſibi mortem. Sic *Quintil. in ep. ad Tryphon.* Suadet ne præcipitemur editio. Et *Silius l. 3.* priſcoſque referre labores præcipitat, h. e. feſtinat. ¶ Sumitur etiam neutrorum more pro præcipitem cadere, ruere, celeriter deſcendere. *Plaut. Trinum. 2. 1. 30.* Qui in amorem præcipitavit, pejus perit, quam ſi ſaxo ſaliat. *Cic. in Somn. Scip. c. 5.* Ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 25.* Multi jam menſes tranſierant, & hiems jam præcipitaverat. h. e. ad ver proxime accedebat. *Virg. 2. Æn. v. 9.* nox humida cœlo præcipitat. Quamquam in his omnibus, & hujuſmodi aliis ſubaudiri poteſt accuſativus *ſe.*

Præcipue, adv. *ſpezialmente*, *maſſimamente*, Ger. *fürnemlich*, Gal. *ſur tout*, Hiſp. *ſenaladamente*, μάλιστα, ante alia, potiſſimum, præſertim. *Cic. l. 2. Fam. ep. 5.* In quo ſum præcipue ab illo adjutus. *Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 19.* Me, & M. Brutum præcipue obſervant.

Præcipuus, a, um, *principale*, Ger. *fürnem*, Gal. *principal*, Hiſp. *principal*, ἐξαίρετος, potiſſimus, optimus, magnus, a *præcipio*, qua notat ante capere, quia præ aliis capitur. *Tacit. 12. Ann. c. 40.* Præcipuus ſcientia rei militaris. *Id. 6. Ann. c. 4.* Præcipuus circumveniendi Sabini. *Cic. 3. Fin.* Hoc, quod præpoſitum, vel præcipuum nominemus. *Plin. l. 8. c. 27.* Eſt & ad ſerpentis ictus præcipua. *Quintil. l. 6. c. 3.* Vir ad eloquentiam præcipuus. ¶ Sæpe ſumitur pro peculiari, vel ſingulari. *Cic. Att. l. 11.* Quod negas, præcipuum mihi ullum incommodum impendere. ¶ Apud JCtos præcipuum dicitur, quod per præceptionem peculiarem, & præter hæreditariam portionem legatum eſt, & ab eo capitur, quod præcipitur ſeu ante capitur, quam partes hæreditatis diſtribuantur. *Seneca l. 6. ep. 12.* Illud autem debere tibi quodam, ut juriſconſulti dicunt, præcipui titulo, nec tuus poteris ire pudor inficies. Adde *l. 90. Dig. ad leg. Falcid.* & *l. 33. Dig. de legat. 2.*

Præciſe, adv. *preciſamente*, συντόμως, abrupte, abſciſſe. Præciſe dicere, eſt cum compendio ſermonis dicere, & per ellipſim [illegible]. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 29.* Sed id præciſe dicitur, ut ſi quis dicat, Athenienſium Rempublicam conſilio regi, deſit illud Areopagi; ſic cum dicimus, providentia mundum adminiſtrari, deeſſe arbitrator, deorum: plene autem & perfecte, &c. ¶ Præciſe negare, eſt dure negare. *Cic. Att. l. 8. ep. 4.* Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam præciſe negavi, quam hic mihi.

Præciſio, onis, *preciſione*, ἀποτομή, actus præcidendi. *Vitruv. l. 4. c. 2.* Præciſiones tignorum. ¶ Apud Rhetoras Figura ſententiarum eſt, quæ Græce Apoſiopeſis, Latine etiam Reticentia, & Interruptio vocatur, per quam membrum aliquod orationis reticetur, quod [illegible] ſignificat, quam ſi exprimeretur. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* *Quintil. l. 9. c. 2.* *Auct. ad Herenn. l. 4.*

Præciſum, n. 2. pars carnis viſcerum, idest circa quæ viſcera involuta ſunt, a *præcidendo*, quod oras circumciſas habeat. *Naevius apud Non. c. 2. n. 653.* Præciſum, urnaſum, pernam, callum, glires, glandia.

Præciſura, æ, f. præciſio, obſciſſio. Præciſura aſparagorum apud *Apic. l. 4. c. 2.* dicuntur, quæ præciſa abjiciuntur. ¶ Apud *Frontin. de colon.* præciſuræ dicuntur pinguiores agrorum laciniæ, ut interpretatur *Goeſius.*

Præciſus, a, um, ἀποτετμημένος, *ceſſo*, abruptus, abſciſſus, partic. a præcidor. *Plin. l. 11. c. 37.* Nec præciſa oſſa recreſcunt. *Quintil. l. 11. c. 9.* Præciſi montes, *ſcoſceſi.* ¶ Tranſlate ſumitur pro dempto, ablato. *Cic. ad Brut. 15.* Oppreſſa ab impiis civitas, opitulandi poteſtate præciſa. ¶ Item pro brevi, obſcuro. *Quintil. l. 10. c. 2.* Qui præciſis concluſionibus obſcuri Salluſtium, atque Thucydidem ſuperant. *Id. l. 4. c. 2.* præciſa narratio. ¶ Item pro eo, qui [illegible]. *Sen. de Provid.* Interim in urbe ſecuros eſſe præciſos, & [illegible]? V. *Præcido.*

Præclamitatores, m. 3. qui Flaminem Dialem, idest ſacerdotem Jovis, antecedebant, clamantes, ut homines ab operibus abſtinerent, quia ei opus facientem videre irreligioſum videbatur. *Feſtus.*

Præclamo, as, n. 1. *gridare innanzi*, προβοάω, ante clamo. *Paul. l. 7. Dig. ad l. Corn. de ſic.* Si putator ex arbore, cum ramum dejiceret, non præclamaverit, & hominem occiderit.

Præclare, adv. *nobilmente*, *egregiamente*, *ottimamente*, optime, egregie. *Cic. 3. Phil. c. 10.* Præclare facitis, qui de præſidio Conſulum [illegible]. *Id. pro Mil. c. 35.* Nihil in vita niſi præclariſſime fecerit. *Id. 9. Fam. ep. 24.* Si in hac adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, præclare actum mecum putem. *Id. Verr. 4.* Omnino præclare ta habes. *Id. Phil. 13.* Præclare vult Antonius? præclare. *Id. 1. Acad.* Præclare explicas.

Præclareo, es, vel Præclareſco, is, ui, n. valde clareo. *Mam. Avit. l. 6. ad Sever. v. 508.* ſancto cunctis præclaruit ore.

Præclariter, adv. præclare. *Quadrigar.* apud *Non. c. 11. v. 56.* Rebus præclariter geſtis.

Præclarus, a, um, *molto chiaro*, περιφανής, valde clarus. *Lucret. l. 5. v. 121.* Præclarumque velint cœli reſtinguere Solem. ¶ Tranſlate ſumitur pro valde bono, præſtanti, celebri. *Cic. 1. de Orat. c. 25.* Egregia, & præclara indoles ad dicendum. *Id. Verr. 4.* præclara [illegible] tum. *Id. ibid. c. 11.* Multi erant præclari in Philoſophia. *Tac. Ann. 4. c. 33.* T. Livius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis. *Juſt. 3.* Armis præclari. *Salluſt. in Jug. c. 85.* Præclarum vita. *Hirt. de B. Alex. c. 24.* Præclariſſima patria.

Præclavium, ii, [illegible], pars veſtis, quæ ante clavum texebatur. *Afran.* apud *Non. c. 1. n. 326.* Tertium diem præclavium uxor texere.

Præcludo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſerrare*, *chiudere*, ἀποκλείω, claudo, intercludo, præcido. *Cæſ. l. 2. B. G.* Per ſe cohortes egreſſi, portaſque præcluſit. *Cic. pro Planc. c. 40.* Nam maritimos curſus præcluſerat hyemis magnitudo. *Id. in Piſon.* In perpetuum tibi curiam præcluſiſſe. *Id. in eod.* Animus ad exponendam rei imaginem præcluſus.

Præcluo, es, n. 2. valde cluo, celebris ſum. *Prudent. in hymn. poſt cibum, v. 37.* Sic olim tua præcluens poteſtas. *Terentian. Maurus de metro Jambico;* Vel qui in vetuſta præcluunt comœdia.

Præcluis, e, adject. qui præcluet, illuſtris, nobilis. Uſurpatur a *Martian. Capell. l. 1. pag. 2. & 10.*

Præcluſio, onis, f. concluſio, incluſio, ut præcluſiones aquarum. *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Præcluſor, oris, m. qui præcludit, ut præcluſores legis. *Tertul. l. 4. adverſ. Marcion. c. 27.*

Præcluſus, a, um, *chiuſo*, [illegible], partic. a præcludor. *Ovid. 1. Met.* Sed nocet eſſe Deum, præcluſaque janua lethi. *Cic. 7. Verr. c. ult.* Omnes tibi aditus miſericordiæ judicum jampridem eſſe præcluſos.

Præco, onis, m. *banditore*, *trombetta*, Ger. *außrufer*, Gal. *crieur*, Hiſp. *pregonero*, κῆρυξ, [illegible], prædicator, quales erant, qui in Curia Senatuſconſulta prædicabant, poſtquam decreta erant, qui in Senatu literas publice legebant, qui juſſu Magiſtratuum publice aliquid ore denunciabant, qui in Comitiis Tribus, & Centurias citabant, & ſimilia faciebant. Dici videtur quaſi prædico, per Syncopen, vel a [illegible]. *Plaut. Bacch. 4. 7. 17.* Stulte neſcis nunc vendi te, atque in eo ipſa aſtas lapide, ut præco prædicat. *Cic. 6. Fam. ep. 18.* Per præconem vendere. *Id. 1. Off. c. 43.* Præconi voci bona ſua ſubjicere. *Id. pro Dom.* Ut Cyprius Rex cum omnibus bonis ſuis ſub præcone ſubjiceretur. ¶ Tranſlate dicitur & laudatore, qui res a nobis geſtas laudando divulgat. *Cic. pro Arch. c. 10.* O fortunate adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!

Præcoctus, a, um, adject. ante, vel bene coctus. *Plin. l. 14. cap. 9.* Duo præcocta alba faciunt, ſiccantes ſole.

Præcogitatus, a, um, adject. *premeditato*, *preveduto*. *Liv. l. 40. c. 4.* Præcogitatum facinus. *Senec. in ep.* Præcogitati mali mollis ictus venit.

Præcogito, as, a. 1. *penſare innanzi*, προνοέω, ante cogito. *Quintil. l. 12. c. 9.* Licet præcogitare plura, & animum ad cauſas componere.

Præcognitus, a, um, προγνωσμένος, ante cognitus. *Planc. Cic. l. 10. Fam. ep. 15.* Quod ſi latro, præcognito noſtro adventu, curſus in Italiam ſuſcipere cœperit.

Præcommodo, as, a. 1. accommodo, præbeo. *Coripp. l. 1. verſ. 7.* Omne quocunque datur præcommoda linguam.

Præcompoſitus, a, um, ante compoſitus, præparatus, partic. a præcompono.

ponor. *Ovid. 6. Faſt. v. 674.* Cum præcompoſite nuntius ore venit.

Præconceptus, a, um, προσυλληφθεὶς, ante conceptus. *Plin. l. 2. c. 82.* Præconceptum enim ſpiritum exhalent.

Præcondio, is, a. 4. idem ac condio. *Apic. l. 8. c. 8.* Et hunc præcondies, ſicut hædum Tarpeianum.

Præconinus, a, um, adject. e præconio. *Suet. de Grammat. illuſtr. c. 3.* L. Ælius præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur.

Præconium, ii, *preconio*, κήρυγμα, vox, vel officium præconis. *Cic. l. 6. Fam. ep. 18.* Reſcripſit, eos, qui facerent præconium, vetari eſſe in Decurionibus, qui feciſſent, non vetari. *Id. 13. ad Att.* Deferre alicui præconium. h. e. rem aliquam vendendam dare. ¶ Quoniam vero a præcone res geſtæ etiam pronuntiari ſolent, idem quandoque pro laude, fama, & gloria ſumitur, cum ſcilicet aliquis laudatur a genere, aut e virtutibus, cæteriſve bonis corporis, aut fortunæ. *Cic. pro Arch.* Qui non mandari verſibus æternum ſuorum laborum facile præconium patiatur. *Id. Fam. 6. ep. 12.* Præconium alicui tribuere.

Præconſumo, is, a. 3. προαναλίσκω, ante conſumo, vel conſumo, ſimpliciter. *Ovid. 7. Met. v. 489.* Atque ſuas ibi præconſumere vires.

Præconſumptus, a, um, προαναλωθεὶς, particip. a præconſumor. *Ovid. 4. Triſt. el. 6.* Nec præconſumptum temporis eſſe malis.

Præcontrecto, as, a. 1. ante contrecto. *Ovid. 6. Metam. v. 674.* Spectat eam Tereus, præcontrectatque videndo.

Præcoquis, & que, n. 3. idem ac præcox. *Nev. apud Non. c. 2. num. 627.* Huic puellæ præcoquis libido fuit. *Colum. l. 3. c. 2.* Præcoques uvæ. Et *c. 21.* Serum fructum cum præcoque elevare.

Præcoquo, is, oxi, ctum, a. 3. πρὸ τῆς ὥρας πεπαίνω, eſt ante tempus ſuum coquere, ſeu maturare, præmature coquere. *Colum. lib. 3.* Uvæ commodius inſolatæ præcoquuntur. ¶ Nonnunquam valde, vel nimis coquere. *Plin. l. 18. c. 58.* Acinique præcoquuntur in callum.

Præcoquus, a, um, idem ac præcox. *Colum. l. 12. c. 37.* Uvas præcoquas quam maturiſſimas legito. *Martial. l. 13. epigr. 46.* Vilia maternis fueramus præcoqua ramis. Uſus & *Tertul. l. 1. de Pallio*, ubi Uticam vocat Romanam præcoquam, quaſi quæ præcoce, & præpropero conſilio Romana facta eſſet.

Præcordia, orum, n. διάφραγμα, proprie ſunt membrana cordi prætenſa, ſive ſeptum tranſverſum, quod vitalia viſcera a naturalibus ſeparat, quia cordi prætenditur. Græci diaphragma dixere. *Plin. l. 11. c. 37.* Exta hominis ab inferiore parte ſeparantur membranis, quæ præcordia appellantur, quia cordi prætenduntur, quod Græci appellaverunt φρένας. ¶ Metonymice præcordia dicta ſunt cor, & pulmo, & generalius hoc nomen ponitur pro quibuſcunque partibus interioribus cordi vicinis. *Plin. l. 30. c. 5.* Præcordia vocamus uno nomine exta in homine. ¶ Imo & ita appellantur partes laterales præcordiis ſubjectæ, quæ Græcis dicuntur ὑποχόνδρια, quia adjacent χονδροῖς, ſive cartilaginibus nothatum coſtarum. *Cic. 3. Fin.* Felix rurſus, cum is ipſe anulus in præcordiis piſcis inventus eſt. ¶ Quia vero ea pæcipua animæ ſedes exiſtimatur, hinc etiam præcordia ſumuntur pro animo, & animi affectibus. *Virg. Æn. 2. v. 367.* Redit in præcordia virtus.

Præcorrumpo, is, a. 3. *corrompere innanzi*, προφθείρω, ante corrumpo. *Ovid. 14. Met. v. 136.* Dum præcorrumpere donis Me cupit.

Præcorruptus, a, um, προφθαρτος, ante corruptus, partic. a præcorrumpor. *Ovid. 9. Met. v. 596.* Illa quidem eſt, ſed præcorrupta.

Præcox, cis, adject. omn. gen. *primaticcio*, בכור, Ger. *frühzeitig*, Gall. *meuravant la ſaiſon*, Hiſp. *temprano antes la ſazon*, πρώϊμος, quod ante alia coctum, maturumque eſt, cui ſerotinum opponitur. *Colum. l. 1. c. 6.* Præcocem maturitatem contrahere. *Plin. l. 15. c. 12. de perſicis duracinis.* Poſt autumnum mateſcunt, æſtate præcocia intra triginta annos reperta. ¶ Translate dicitur de omnibus, quæ ante tempus fiunt, vel contingunt, ut Præcox ingenium, quod nimis cito maturitatem eſt conſecutum, nimiſque cito videtur adoleviſſe. *Quinctil. l. 1. c. 3.* Illud ingeniorum velut præcox genus non temere unquam pervenit ad frugem. *Id. in præfat. l. 6.* Riſus ille præcox ante quadrageſimum diem nulli datur. *Sen. Thebaid.* Fatum præcox. *Stat. l. 2. Silv. 1.* Modeſtia præcox. *Curt. l. 8. c. 3.* Nullum eſſe eundem & diuturnum & præcocem fructum: cæleſtes honores non dare ſe Regi, ſed auferre.

Præcraſſus, a, um, παχύτατος, valde craſſus. *Plin. l. 16. c. 8.* Cortex præcraſſus, ac renaſcens.

Præculco, as, a. 1. antea inculco. *Tertul. de monogam. c. 10.* Ad cujus ſenſum perſpiciendum, tanto inſtantius præculcandum eſt.

Præcultus, a, um, ante cultus, præparatus. *Cic. in Partit. c. 23.* Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quaſi præculti, & præparati rectis ſtudiis, & artibus.

Præcupidus, a, um, adject. *vogliosa*, valde cupidus. *Sueton. in Aug. c. 70.* Pretioſæ ſupellectilis præcupidus.

Præcuro, as, a. 1. ante curo. *Cal. Aurelian. Acutor. l. 2. c. 37.* Corpus erit præcurandum unctione olei lentiſcini.

Præcurro, is, præcurri, (& interdum præcucurri) rſum, n. 3. *correre innanzi*, προτρέχω, ante curro. *Cæſ. 6. B. G.* Præcurrunt equites: quanta res ſint in periculo, cognoſcunt. *Cic. 1. de Div.* Sed ita a principio inchoatum eſſe mundum, ut certis rebus certa ſigna præcurrerent. *Id. in Or. c. 52.* Horum uterque Iſocratem ætate præcurrit. *Id. Catil. 4. cap. 9.* Vos, qui mihi ſtudio præcurritis. *Nepos in Thraſyb. c. 1.* Cum eum nemo anteiret virtutibus, multi nobilitate præcurrerunt. *Plin. l. 4. ep. 15.* Amor votis ſuis plerumque præcurrit. *Id. l. 6. ep. 28.* Præcurrere adventum alicujus in aliquem locum. *Plaut. Merc. 1. 2. in fine.* Ee ego huc præcucurri gratia, ne te opprimeret.

Præcurſio, onis, προδρομή, actus præcurrendi. *Cic. de Fat. c. 19.* Confitentes, non fieri aſſenſiones ſine præcurſione viſorum. ¶ Sumitus etiam pro cauſa præcurrente, ſeu præcurſoria. *Cic. in Top.* Alia autem præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum.

Præcurſor, oris, m. πρόδρομος, qui præcurrit. *Cic. 7. Ver. c. 41.* Quem iſta in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcurſorem habere ſolebat, & emiſſarium. *Lactant. l. 6. c. 7.* Præcurſor viæ. Alii leg. *percurſor*. ¶ Præcurſores in exercitu, *i foriere*. *Liv. l. 26. c. 17.* Levia prælia inter extremum Punicum agmen, præcurſoreſque Romanorum fiebant.

Præcurſorius, a, um, adject. qui præcurrit. *Ammian. l. 15. c. 1.* Præcurſorius index. Eadem verba habet *l. 31. c. 9.* ubi alii leg. *procurſorius*. V. *Præceptorius*, ubi aliud ex *Plin.* exemplum habes.

Præcurſus, us, m. idem ac præcurſio. *Plin. l. 16. c. 25.* Omnia intra 8. Julii Idus Eteſiarum præcurſu.

Præcurſus, a, um, nom. ex particip. *precorſo*. *Ammian. l. 18. c. 2.* Rumore præcurſo.

Præcutio, is, uſſi, uſſum, a. 3. ante, vel prius quatio. *Ovid. 4. Metam. v. 757.* tædas Hymenæus, Amorque præcutiunt.

Præda, æ, f. *preda*, *bottino*, שלל, Germ. *raub*, Gall. *proye*, Hiſp. *robo*, λεία, λάφυρα, corpora rerum quæ capta ſunt, ut definit *Gell. l. 13. c. 24.* & differt a manubiis, quæ proprie ſunt pecunia a quæſtore ex venditione prædæ redacta, quanquam interdum promiſcue uſurpantur, teſte *eod. ibid.* V. *Manubiæ*. *Cic. 7. Ver. c. 31.* Cum ea res non ſolum provinciæ ſaluti, verum etiam prædæ eſſe poſſet. *Id. Phil. 4. c. 4.* Proponere ſibi urbem ad prædam. *Id. 1. Fin. c. 16.* Præda parta. *Liv. l. 1.* Hoſtilem in modum prædas agere. ¶ Sæpe dicitur de re venando capta. *Horat. l. 4. od. 4.* Cervi luporum præda rapacium. ¶ Translate *Id. l. 2. ſat. 2.* Rejecta præda, quam præſens Mercurius offert. *Cic. Verr. 5. c. 50.* Magnos quæſtus, prædaſque facere. *Id. pro Dom. c. 38.* Prædam capere crudeliſſime ex alicujus infortunio.

Prædabundus, a, um, *depredando*, λαφυραγωγῶν, prædas agens. *Salluſt. in Jug.* Deinde ſidem, ſi prædabundum poſt paucos dies eodem exaturum. Adde *Liv. l. 2. c. 26.*

Prædaceus, a, um, *di preda*, λαφυρικός, quod ex præda eſt. *Gel. l. 4. c. 18.* Rationem pecuniæ prædaceæ poſceretur. Optime quæque Editio habet *prædaticia*.

Prædamnatio, onis, f. anticipata damnatio. *Tertul. Apolog. c. 26.* Deſperata conditio eorum ex prædamnatione.

Prædamnatus, a, um, nom. ex partic. ante damnatus. *Liv. l. 6. cap. 61.* Culpam in prædamnatum collegam transferre. *Id. l. 25. c. 15.* Prædamnata ſpe dimicandi. h. e. præciſa, ſublata.

Prædamno, as, avi, atum, a. 1. ante damno, προκατακρίνω. *Lactant. l. 5. c. 1.* Non licet prædamnari quenquam incognita cauſa. *Suet. in Aug. c. 56.* Prædamnare amicum. ¶ Dicitur etiam *prædemno*, ut condemno. *Valer. Max. l. 6. c. 9.* Stultum eſt perpetuæ ſe infelicitati prædemnare.

Prædatio, onis, f. *saccheggio*, *ruberia*, actus prædandi. *Velley. l. 2. c. 73.* Latrociniis ac prædationibus infeſtatum mare. *Lactant. l. 3. c. 9.* Aperta prædatione graſſantur.

Prædatitius, vel Prædaticius, a, um, idem ac prædaceus. *Gell. l. 13. c. 24.* Ex manubiis, ideſt ex pecunia prædatitia.

Prædator, oris, m. *predatore*, *saccheggiatore*, שלל, Ger. *rauber*, Gal. *pilleur*, Hiſp. *robador*, λαφυραγωγὸς, prædo, populator, ſpoliator. *Cic. 2. Catil. c. 9.* Quos ego utroſque in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. *Ovid. 12. Met. v. 306.* & Abas prædator aprorum. h. e. venator.

Prædatorius, a, um, λῃστρικός, quod ad prædatorem ſpectat. *Liv. l. 29. c. 28.* Nullum Romanum exercitum viderant, præter prædatorias claſſes. *Id. l. 34. c. 36.* Prædatoriæ naves, *navi corsare*.

Prædatrix, icis, f. quæ prædatur. *Stat. 1. Sylv. 5. v. 22.* Et Herculei prædatrix cedat alumni.

Prædatus, a, um, nom. partic. præda onuſtus. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 39.* Bene ego ab hoc prædatus ibo. *Id. Perſ. 4. 5. 115.* Heu prædatus probe! ¶ Item prædando ablatus. *Vopiſc. in Probo, c. 8.* Cum de prædato inventus eſſet equus non decorus. ¶ Prædatus, a, um, eſt ante datus. *Cal. Aurel. Chronic. l. 1. c. 1. l. 2. c. 1. & l. 3. c. 7. ad fin.*

Prædelaſſo, as, a. 1. προκαταπονέω, ante delaſſo. *Ovid. Metam. 11. v. 736.* adjacet undis Facta manu moles, quæ primas æquoris iras Frangit, & incurſus quæ prædelaſſat aquarum.

Prædemno. V. Prædamno.

Prædenſatus, a, um, denſus factus. *Plin. l. 9. c. 33.* Prædenſate, porrecta, ſinuata. Al. leg. *denſata*.

Prædenſus, a, um, ὑπέρπυκνος, valde denſus. *Plin. l. 18. c. 18.* Culter vocatur prædenſam, prius quam proſcindatur, terram ſecans.

Prædes. V. Præs.

Prædeſignatus, a, um, adject. prædeſtinatus. *Tertul. de reſur. carn. c. 23.* Ut mittat prædeſignatum vobis Chriſtum.

Prædeſtino, as, avi, atum, a. 1. *predeſtinare*, προορίζω, eſt præordinare, præmittere. *Liv. l. 45. c. 40.* Quos prætextatos curru vehi cum patre, ſibi ipſos ſimiles prædeſtinantes triumphos, oportuerat. *Nepos in Eumen. c. 2.* Macedoniam præoccupare prædeſtinaverat. Rectius alii *deſtinaverat*.

Prædexter, a, um, adject. qui magna dexteritate præditus eſt. *Grattius in Cyneg. v. 68.* Ut prædexter erat, geminiſque ſecuribus ingens.

Prædiator, oris, m. χωρωνώμης, peritus juris ad prædia pertinentis. *Cic. Att. l. 12. ep. 14.* Etſi reus locuples eſt, & Apuleius prædiator liberalis. Ita exponit hanc vocem *Manutius*, et *Briſſon. de verb. ſignif.* Prædiatores, inquit, ut prædes, dictos puto, qui publico fidem ſuam obligabant. *Salmaſ. de modo uſur. c. 16.* prædiatores intelligit eos, qui eorum, quorum fides & bona publice obligata erant, prædia emebant, h. e. hypothecarum emptores. Gloſſ. Vet. *Prædiator*, ὠνητὴς ὑποθηκῶν.

Prædiatorius, a, um, n. 1. 2. περὶ χωρίων, quod ad prædium pertinet. *Cic. pro Balb. c. 20.* Cum de jure prædiatorio conſuleretur.

Prædiatus, a, um, prædiis munitus. *Apul. l. 2. Flor.* Ipſe bene veſtitus, bene prædiatus.

Prædicabilis, & le, o. 3. *degno di laude*, ἄξιος, quod eſt prædicatione dignum, palam dicendum, & gloriandum. *Cic. 5. Tuſc. c. 17.* Nec in reliqua vita quicquam eſt prædicabile, aut gloriandum.

Prædicatio, onis, *commemorazione*, κήρυξις, celebratio, commemoratio. *Cic. de Araſp. Reſp. c. 8.* Ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio non grata potius, quam arrogans videatur. *Plin. l. 20. c. 10.* Radix plurimorum prædicatione trita. ¶ Sæpe ſumitur pro laudatione. *Cic. pro Arch. c. 11.* In quo prædicationem, nobilitatemque fugiunt. ¶ Proprie videtur eſſe præconis rem in auctione, vel alia de cauſa prædicantis. *Cic. Agr. 2. c. 18.* Ego præconi auctionem ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto. Sunt qui leg. *terrationem*. *Apul. l. 6. A. A.* Mandatæ prædicationis munus exequebatur. V. Prædico, as.

Prædicativus, a, um, adject. vox philoſophorum, ut prædicativa propoſitio, apud *Apul. de ſyllogiſmo*, quæ rem aliquam abſolute explicat, & cui conditionalis opponitur.

Prædicator, oris, m. *predicatore*, *divulgatore*, κήρυξ, divulgator, laudator. *Cic. pro Balb. c. 2.* Qui ſui facti, ſui judicii, ſui beneficii voluit me eſſe & prædicatorem, & auctorem. *Id. 2. Fam. ep. 9.* Te ipſo prædicatore, & teſte. ¶ Prædicatorem pro concionatore uſurpat *Tertul. l. 6. adv. Marcion. c. 8.* quæ notio non longe recedit a priori. ¶ Pro præcone rem divulgante *Apul. l. 6. Metam.*

Prædicatrix, icis, f. quæ prædicat. *Tertull. de anim. c. 46.* Hæc ſpecies ſummarum prædicatrix poteſtatum.

Prædicatus, a, um, adject. *lodato*, *famoſo*, *celebre*, ut arbor hiſtoriis prædicata. *Plin. l. 16. c. 41.*

Prædico, as, avi, atum, a. 1. *predicare*, *dire pubblicamente*, קרא, בשר, Ger. *ausſchreyen*, Gal. *dire en publique*, Hiſp. *predicar*, *publicar*, ἀναγορεύω, aperte, ſeu publice dico, divulgo, palam promulgo, celebro, & proprie eſt præconum, deinde ad alia transfertur. *Cic. Ver. 3. cap. 16.* Si præco juſſu tuo prædicaſſet, decumas frumenti emere. *Colum. l. 7. c. 12. de cane villatico*. Quis hominum clarius, aut tanta vociferatione furem prædicat, quam iſte latratu? *Cæſ. l. 1. B. C. c. 30.* Injuriam in eripiendis legionibus prædicabat. *Cic. Phil. 12. c. 13.* Quæ de illo viro Sylla, quæ Muræna, quæ Servilius, quam ornate, quam honorifice ſæpe in Senatu prædicaverunt? *Id. 1. Catil.* Si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam. *Id. pro Arch. c. 11.* Prædicari de ſe, ac nominari volunt. *Id. pro Leg. Man.* Medeam prædicant in his locis fratris ſui membra diſſipaviſſe.

Prædico, is, ixi, ictum, a. 3. *predire*, הודיע, Ger. *vorſagen*, Gall. *predire*, Hiſp. *predezir*, προλέγω, ante, ſive prius dico, prænuntio, præ-

mon-

Digitized by Google

monſtro. *Cic. 1. Catil.* Quos ego jam multis, ac ſummis viris ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. *Id. 4. Phil.* Si enim prodigiis, atque portentis Dii immortales nobis futura prædicunt. *Vellej. l. 1. c. 4.* Chalcidenſes orti, ut prædiximus, Atticis Cumas condiderunt. *Sen. ep. 102.* Niſi aliquid prædixero, intelligi non poterunt quæ refellentur. ¶ Significat etiam indicere, *intimare*, *far intendere*. *Terent. Andr. 1. 1. 19.* Hoc primum in hac re prædico tibi. *Tac. Ann. 2. c. 19.* Reo, atque accuſatoribus diem prædixiſſet. h. e. agendæ cauſæ diem præſtituiſſet.

Prædictio, onis, *predizione*, הגדה, Ger. *vorſagung*, Gal. *prediction*, Hiſp. *prediccion*, προάγγελμα, actus prædicendi, vel id, quod prædicitur, ſive præmonetur, ſive prædivinatur. *Cic. 1. de Divin. c. 2.* Ex quo ſæpe genere hariolorum etiam, & vatum furibundas prædictiones audiendas putaverunt.

Prædictum, i, *pronoſtico*, πρόῤῥημα, prędictio, quod prędictum fuit. *Cic. 2. de Div. c. 24.* Qui hęc Chaldęorum natalitia prędicta defendunt.

Prædictus, a, um, *predetto*, προειρημένος, ante, vel prius, vel ſupra dictus, partic. a prędicor. *Cic. 4. Acad.* Quęque ab his dicuntur, ſic perſequamur, ut nihil in prędictis relinquamus. ¶ Sępe ponitur pro pręnuntiato, ſeu prędivinato. *Cic. 2. de nat. Deor.* Defectiones Solis, & Lunę in omne poſterum tempus cognitę, prędictęque ſunt. ¶ Item pro pręſtituto. *Suet. in Claud. c. 8.* Prędicta cœnę hora. *Tac. Ann. 2. c. 6.* Inſula Batavorum, in quem convenirent prędicta. ¶ Repertus *prædicto* in ablat. abſ. ſine nomine. *Tac. l. 16. Ann. c. 33.* Prædicto, ne in Repub. haberetur.

Prædifficilis, e, adject. valde difficilis. *Tertul. de baptiſ. c. 2.* Prędifficilia penes homines, facilia penes Deum.

Prædiolum, i, *poderetto*, χωρίδιον, parvum prędium. *Cic. pro Cal.* Mea prędiola tibi nota ſunt. *Id. Att. l. 16. epiſt. 3.* Prędiola belle ędificata.

Prædirus, a, um, adject. valde dirus. *Ammian. l. 31. c. 24.* (al. 8.) Facta dictu viſuque prędira.

Prædiſco, is, didici, a. 3. προμανθάνω, ante diſco. *Virg. 1. Georg. v. 51.* Ventos, & cœli varios prędiſcere mores. *Cic. de Orat. c. 32.* Quę in foro agenda ſunt, exercitatione prędiſcere.

Prædiſpoſitus, a, um, ante diſpoſitus. *Liv. l. 40. c. 56.* Nuntios prędiſpoſitos, ita, ut convenerat, miſit.

Præditus, a, um, *ornato*, בעל, Ger. *begabet*, Gal. *doué*, Hiſp. *dotado*, ἔχων, κεκοσμημένος, qui aliqua re pręter alios donatus eſt, re aliqua ornatus, vel affectus, a *præ*, & *do*. *Cic. pro Leg. Man.* Itemque ſummis ornamentis honoris, fortunę, virtutis, ingenii prędituſ Q. Hortenſius. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro polluto, contaminato. *Cic. pro Syl.* Niſi vero me unum vis ferum pręter cęteros, me aſperum, me inhumanum exiſtimari, me ſingulari immanitate, & crudelitate prędituum. ¶ Item ſimpliciter pro eo, qui habet. *Id. 5. Ver.* Quid ageret illa ętate prędituſ, auſciebat. *Id. 6. Ver.* Magiſtratu ſummo prędituſ. *Id. de Amic.* Prędituſ ſtudio venandi. *Auct. ad Her. l. 2.* Tumore prędituſ. *Cic. 2. Invent.* Vitio perſpicuo prędituum exemplum poſuimus.

Prædives, itis, o. *molto ricco*, ὑπερπλούσιος, valde dives. *Plin. l. 34. c. 3.* Prædives illud candelabrum ſolvit. *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 142.* fores prędivitis aulę.

Prædivinatio, onis, idem ac divinatio. *Plin. l. 8. c. 27.* Eaque extra eam locum transferent ſemper incubat prędivinatione quadam.

Prædivino, as, a. 1. idem ac divino. *Plin. l. 11. c. 10.* Prędivinant enim apes ventos, imbreſque. *Plaut. Trucul. 2. 3. 17.* Prius prędivinant, quo die eſuri ſient.

Prædivinus, a, um, valde divinus. *Plin. l. 37. c. 10.* Promittitur prędivina ſomnia repręſentare.

Prædium, ii, *poſſeſſione*, *podere*, שדה, Germ. *ligend gut*, Gall. *heritage*, Hiſp. *heredad de bienes rayzes*, χωρίον, poſſeſſio tum ruſtica, tum urbana. *Varro* cenſet, prędia a *prædibus* nomen accepiſſe, ut propria ſint bona, quibus quis, velut prędibus, poſſet ſe obligare. *Aſcon. in 3. Ver. c. 54.* diſtinguit inter prędia, & bona prędia. Inquit enim: *bona prædia dicuntur bona ſatiſdationibus obnoxia, ſive ſint in mancipiis, ſive in pecunia numerata, prædia vero domus, & agri.* Quod illo uno Ciceronis exemplo probat *Ver. 3. loc. cit.* *Ubi illa conſuetudo bonis prædibus, prædiiſque vendendis.* Verum hinc nihil tale conficitur. Dicuntur enim hęc *bona prædes*, & fortaſſe etiam *bona prædia*, quibus ſatis publico cautum eſt. *Cic. loc. cit.* Prędibus, & prędiis populo cautum eſt. Adde *Liv. lib. 22. c. 6.* ¶ Differt a *poſſeſſione*, quia *poſſeſſio* generale nomen eſt. Nam *prædium* dicitur de omnibus bonis immobilibus, *poſſeſſio* etiam de mobilibus, ut de pecunia, de ſervis, de beſtiis, &c. Differt etiam a *fundo*, quia *fundus* eſt poſſeſſio ruſtica, ſive pars agri, *prædium* tum ruſtica, tum urbana. Itaque ſingula prata, vineę, horti, oliveta, pomaria, paſcua, ſalicta, nemora, loca venatoria, & piſcatoria, ſive villam, atque ędificium, ſive piſcinam, ſive ciſterna habeant, ſive non habeant, ſinguli fundi ſunt, ſed in agro duntaxat: in urbe, oppido, caſtello, vico, quicquid tale eſt, prędium vocatur. Sed prędium, & fundus ſępe promiſcue uſurpantur. *Cicer. pro Roſc. Am. cap. 15.* Fructuoſa prędia colenda, ac tuenda pater filio tradiderat. *Id. 11. Att. ep. 2.* Fructus prędiorum abeunt in ſumptus.

Prædo, onis, m. *ladro*, *corſaro*, גזלן, Germ. *rauber*, Gall. *pilleur*, *ecumeur de mer*, Hiſp. *ladron*, λῃστής, qui iter facientes terra, marive ſpoliat, quaſi prędatus. *Cic. pro Leg. Man.* Cum veſtros portus in prędonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. *Id. pro Dom. cap. 55.* Quo tandem iſtum perturbatione mentis omnium templorum, atque tectorum, totiuſque urbis prędonem fuiſſe cenſetis?

Prædoceo, es, ui, ctum, a. 2. idem, quod doceo, vel ante doceo. *Prudent. in hymn. Epiph.* myrrheus pulvis ſepulcrum prędocet.

Prædoctus, a, um, nom. ex partic. ante doctus. *Salluſt. in Jugur. c. 94.* Prædoctus a duce.

Prædomo, as, ui, itum, a. 1. προδαμάζω, ante domo, comprimo, ſedo. *Sen. ep. 114.* Et omnes caſus, antequam exciperet, prędomuit meditando.

Prædonius, a, um, adject. ad prędonem pertinens. *Ulp. l. 8. ff. de heredit. petit.* Prędonio more verſari cœpit.

Prædonulus, i, dim. a *prædo*. *Cat. apud Feſt.*

Prædor, aris, atus ſum, d. 1. *rubbare*, שלל, Ger. *rauben*, Gal. *piller*, Hiſp. *robar*, λῄζω, eſt diripere, vi auferre, quemadmodum prędę in bello ſolens. *Cic. 3. Ver. c. 78.* Tuus apparitor de aratorum bonis prędabitur. *Ovid. 1. Amor. eleg. 3.* Quę me nuper prędata puella eſt. *Nepos 7. c. 8.* In terram prędatum exire.

Præduco, is, xi, ctum, a. 3. ante duco. *Plin. l. 33. c. 16.* Et quod ſi ęra pręducantur, violaceum reddit colorem. ¶ Prędůcere alicui vallum, ſeu foſſam, eſt circumvallare. *Tac. l. 14. Ann. c. 32.* Neque foſſam, neque vallum prędůxerunt.

Præductorius, a, um, adject. ad prędůcendum aptus, ut loca prędůctoria, apud *Cat. R. R. c. 135.*

Præductus, a, um, nom. partic. ante ductus. *Sen. c. de Ira, c. 8.* Prędůctam obſeſſis parentibus foſſam.

Prædulcis, & ce, o. 2. *molto dolce*, ὑπεργλυκύς, valde dulcis. *Plin. l. 12. c. 5.* Fructus per folia Solibus coctus prędulci ſapore. *Stat. l. 3. ſilv. 3. v. 82. de Sirenibus*: nautis prędulce minantur.

Præduratus, a, um, nom. ex partic. valde induratus. *Plin. l. 23. c. 7.* Prędůratum eas ſole torrebant.

Præduro, as, a. 1. ὑπερσκληρύνω, præter morem duro, ſive valde durum facio. *Colum. l. 3. c. 11.* Nec nimium ſiccam, quia omnium prædůratur. Al. leg. *præduretur*. *Apic. l. 2. c. 1.* Adipes phaſiani prædůrato.

Prædurus, a, um, *molto duro*, ὑπέρσκληρος, valde durus. *Colum. l. 6. c. 1.* Illa ætas adhuc tenera eſt, hęc jam prędura. *Virg. 10. Æn. v. 749.* Prędurus viribus.

Præeminentia, æ, f. *preminenza*, excellentia, pręſtantia. *Claud. Mamert. in præf. lib. 1.*

Præemineo, es, n. 2. ὑπερέχω, valde emineo, antecello. *Senec. l. 1. controverſ. 4.* Albutium, qui Græcis prępollet. *Tacit. Ann. 12. c. 12.* Ea tempeſtate Caſſius cęteros prępollebat peritia legum. Alii legunt *præminebat*, ſublato altero *e*. & ſic legitur etiam *3. Ann. c. 56.*

Præeo, is, ivi, itum, n. anom. *andare innanzi*, קדם, Ger. *vorgehen*, Gal. *aller devant*, Hiſp. *preceder*, *delante*, καθηγέομαι, ante eo. *Liv. lib. 1.* Pręierat Aruns Tarquinius filius Regis. *Quintil. l. 2. c. 5.* Si legentibus diſcipulis ſingula prævire ſemper ipſi (præceptores) velint. ¶ Pręire verba, eſt certam verborum formam alicui dictare, quam ille iiſdem reſerat verbis. Solebant enim veteres ad execrationes, vel devotiones hoſtilis exercitus, & ad fœdera percutienda, ſimileſque publicos ritus peragendos, certam verborum formulam habere conceptam, quod *carmen* vocabant, a qua ne minima quidem ſyllaba recedere licebat. Itaque ne imparatiores, qui ſe, hoſtilemque exercitum erant execraturi, aut ii, per quos fœdera ſanciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex, aut Sacerdos, qui verba præiret, ideſt conceptam verborum formulam dictaret, quam alter totidem verbis repeteret. Sic pręire verba juriſjurandi dicatur, qui juriſjurandi verba concipit, & juraturo dictat. *Liv. l. 8. c. 9.* Agedum Pontifex publicus Pop. Rom. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. *Gell. l. 14. c. 2.* Si de omni officio judicis pręire tibi me vis, ideſt pronuntiare, quod ſequaris. Sic pręire obſecrationem, apud *Sueton. in Claud. c. 25.* Et præfari carmen. *Liv. l. 5.* ¶ Pręire verba de ſcripto, eſt dictare legenda. *Plin. l. 28. c. 2.* Ne quid verborum prętereatur, de ſcripto pręire. ¶ Pręire voce alicui, eſt idem fere, quod pręire verba. *Cic. pro Mil. c. 2.* Qui heſterna concione inſtati ſunt, ut vobis voce pręirent, quid judicaretis.

Præexercitamentum, i, n. *Priſcian. de præexercit. Rhet.* τὰ προγυμνάσματα vertit pręexercitamenta. h. e. pręludia.

Præfacilis, le, o. 3. *molto facile*, πάνυ ῥᾴδιος, valde facilis. *Plaut. Epid. 5. 2. 21.* De prefacili exoras Epidice. Al. leg. *facile*.

Præfactus, a, um, antefactus. *Col. Aurel. l. 2. Chronic. c. 1. & 14. & l. 5. c. 4.* Al. leg. *præfectus*, eodem tamen ſenſu.

Præfamen, inis, n. prefatio, prooemium. *Symmach. l. 2. ep. 34.* Recordaris, hoc te prefamine epiſtolam texuiſſe.

Præfamino, imperativum pro præfator. *Cat. de R. R. c. 141.* Janum Jovemque vino prefamino. Ita explicat *Turneb.* quem conſule *l. 15. c. 14.*

Præfaris, ri, atus ſum, d. 1. *parlar innanzi*, *far proemio*, Ger. *vorrede*, Gal. *avant parler*, Hiſp. *hablar antes*, προοιμιάζω, eſt ante fari, proloqui. *Virgil. 11. Æn.* Prefatus Divos ſolio Rex infit ab alto. Ubi *Serv.* Prefatus Divos, more antiquo. Nam Majores nullam orationem, niſi invocatis numinibus, inchoabant. *Cic. de Univ.* Quę de Deorum, qui arbitrior, quique ſunt orti, natura præfati ſumus. *Id. 1. Div. c. 45.* Majores noſtri omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, prefabantur. *Celſ. l. 3. c. 1.* Iuſipiam a primis, pauca de omnibus prefatus. *Catul. carm. 64. de nupt. Pel. & Thet.* Talia prefantes quondam felicia, &c. ¶ Præfari aliquem, eſt ejus nomen, auctoritatemque premittere. *Plin. l. 8. c. 16.* Ariſtoteles diverſa tradit, vir, quem in iis magna ſecuturus ex parte, præfandum reor. ¶ Præfari honorem dicimus, cum rem non ſatis honeſtam dicturi, aliquot verbis præmiſſis mollimus, quod alioquin pudicis auribus indignum eſſet. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Nos autem ridiculi, ſi dicimus, ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur, ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus eſt. Adde *2. Fin. c. 10.* ¶ Præfari carmen. V. Præeo.

Præfatio, onis, f. 3. *prefazione*, *proemio*, הקדמה, Ger. *vorrede*, Gall. *preface*, Hiſp. *prologo*, πρόλογος, προοίμιον, id, quod prœloquimur. *Cic. 5. Ver. c. 80.* Quę porro præfatio tum donationis fuit. *Sueton. in Claud. c. 25.* Cum regibus fœdus in foro icit, vetere ſecialium præfatione adhibita. *Plin. in præfat. natur. hiſtor.* Vocabula cum honoris præfatione ponenda.

Præfatiuncula, æ, f. brevis præfatio. *Hieronym. ep. 128. ad Fabiol.* Ex de obſervatione Pontificis prefatiunculam ſtruerem.

Præfatum, i, n. præfatio. *Symmach. l. 6. ep. 3.* Præfato opus eſt, ſi ardua poſtulentur.

Præfatus, us, m. prædictio. *Symmach. l. 10. ep. 49.* Comperit meo præfatu.

Præfatus, a, um, nom. ex partic. paſſiva ſignif. prædictus, ante dictus. *Quintil. l. 8. c. 3.* In præfata videmus incidere. *Vopiſc. in Aureliano, c. 2.* Vir illuſtris, ac præfata reverentia nominandus. *Arnob. l. 5.* Sine honoribus appellare prefatis. ¶ *Senec. l. 5. de Benef. c. 17.* Quis ſine querela moritur? quis non recuſans, quis non gemens exit? Atqui hoc ingratum eſt, non eſſe contentum prefato tempore. h. e. in fatis prædeſtinato.

Præfectianus, a, um, adject. ad Præfectum pertinens. *Ammian. l. 17. c. 3.* Nec Præfectianus, nec præſidialis apparitor. Adde *l. 2. & 3. Cod. de apparit. Præf. Præt.*

Præfector, oris, m. idem ac Præfectus. Vetus lapis Romæ, quem refert *Ferret in Muſ. lapid. pag. 276.* Sextilius Ageſilaus Præfector per Hiſpanias.

Præfectorius, a, um, qui præfectura perfunctus eſt. *Ulp. de Senat. l. 1.* Sed vir Prefectorius an fœminę Conſulari præfertur, videndum.

Præfectura, æ, *Prefettura*, ἐπαρχία, ὑπαρχία, officium, vel dignitas Præfecti. *Cicer. Att. l. 5.* Prefecturam petivit: negavi, me cuiquam negotianti dare. *Cæſ. l. 8. B. G. c. 12.* Prefectura equitum. ¶ Sumitur item pro adminiſtratione alicujus orbis, vel provinciæ, & pro ipſa urbe, vel provincia, in quam Prefectus mittitur. Perſę vocant Satrapiam, Ægyptii Nomon, Gręci Eparchiam, Proſtatiam, Strategiam. *Plin. l. 5. c. 9.* Ægyptus dividitur in Prefecturas oppidorum, quas Nomos vocant, Ombiten, Phathniten, &c. ¶ Apud Romanos Prefecturę erant urbes Italię cum ſuis agris, quorum populi, cum iniqui, ingratique erga Pop. Rom. fuiſſent, ac fidem datam ſemel, atque iterum fefelliſſent, tandem, ubi in poteſtatem, ditionemque ſunt adducti, propriis legibus, ac ſuis Magiſtratibus, qui imperium, & juriſdictionem exercebant, ſpoliari ſunt, & Magiſtratuum Romanorum arbitrio regi cœperunt, qui in eas urbes ſingulis annis nomine Prefectorum mittebantur. Formula enim Prefecturę non longe a provincię formula videtur abfuiſſe. Ut enim quotannis in Provincias Prętores Roma mitti ſoliti, ſic in Prefecturas Prefecti, qui eas adminiſtrarent, ac jus dicerent. Deinde Prætores, & Prefecti non legibus perpetuis, quæ a Pop. Rom. datæ eſſent, Provincias, & Prefecturas regebant, ſed arbitrariis, ideſt edictis, quæ ipſi promulgabant. Itaque inter omnes Italicas civitates Prefecturarum conditio infima erat, & incommodiſſima. *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 2. c. 10. &c. Feſt.* Prefecturę eæ appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinę agebantur, quarumque quædam erat Reſpublica, neque tamen Magiſtra-

tus

tus ſuos habebant, ſed quotannis ad eas Præfecti mittebantur, qui eis jus dicerent. *Cic. de nat. Deor.* Cum e Præfectura Reatina Romam venienti obtu duo juvenes cum equis albis dixiſſent, &c.

Præfectus, i, m. *Prefetto*, ἔπαρχος, qui rei alicui agendæ præpoſitus eſt, a *præficiendo*, ut præfectus moribus, qui ad componendos mores eſt conſtitutus, al. Cenſor. *Cic. pro Cluent.* Tu es Præfectus moribus? tu Magiſter veteris diſciplinæ, & ſeveritatis? *Idem poſt Redit.* His etiitur quaſi Præfectus libidinum ſuarum. ¶ Præfectus Urbis, vel Urbi, Magiſtratus Romæ, qui urbanis negotiis præerat. *Gell. l. 13. c. 16.* Qui Præfectus Urbi, & his Conſul fuit. A principio creabatur, quotieſcunque Regem ab urbe abeſſe oporteret. Reipublicæ tempore creabatur, quoties Conſules, & alii Magiſtratus in Monte Albano Feriis Latinis operam darent. Sub Imperatoribus magiſtratus hic cœpit eſſe perpetuus, multæque Reipubl. partes ejus procurationi tributæ ſunt, quas enumerat *Ulpian.* variis locis. ¶ Præfectus Prætorio, fuit Magiſtratus Romæ, temporibus Cæſarum, talis apud Cæſares, quales apud Reges fuerant Tribuni Celerum, & apud Dictatores Magiſtri equitum, qui diſciplinæ militari præerat, & ſecundas poſt Cæſarem partes gerebat. *Sueton. in Claud. & Cod. Juſtin. de Præf. Præt.* ¶ Præfectus Vigilum fuit Magiſtratus Romæ, qui cum ſeptem cohortibus invigilabat, ne Urbs incendiis flagraret, neve ſcelera noctu in Urbe admitterentur. Creatus fuit ab Octaviano Auguſto. Nam etſi apud veteres Romanos incendiis arcendis Triumviri nocturni præeſſent, nonnunquam etiam Ædiles, & Tribuni Plebis intervenirent, familia publica circa portas, & muros diſpoſita, quæ inde, ſi opus eſſet, vocabatur, etſi eſſent & privatæ familiæ, quæ incendia vel mercede, vel gratia extinguerent, ut ait *Paul. l. 1. ff. tit. 15. n. 1.* tamen pluribus uno die incendiis exortis, teſte *Ulp. ibid. n. 2.* quibus occurrere, ſatiſque facere non poſſe eos appareret, D. Auguſtus ſalutem Reipublicæ tueri nulli magis credens convenire, quam ſuæ diligentiæ, nec alium ſufficere ei rei, quam Cæſarem, coercendorum incendiorum cauſa ſeptem cohortes opportunis Urbis locis diſpoſuit, ita ut binas regiones (tunc enim quatuordecim erant) unaquæque cohors tueretur, præpoſitis eis Tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro, qui Præfectus Vigilum appellaretur. ¶ Apud Præfectum Vigilum erat cognitio omnium ſcelerum, quæ nocturno tempore fieri ſolerent, præſertim de incendio & latrocinio. Cognoſcebat ergo de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptoribus, niſi ſiqua tam atrox, tamque famoſa eſſet perſona, ut ad Præfectum Urbis remittenda videretur. *Ulpian. & Paul. JCti.* ¶ Præfectus annonæ, Magiſtratus Romæ fuit extraordinarius, qui rei frumentariæ curam gerebat. *Liv. l. 4.* ¶ Præfectus Ærarii, cui publicæ pecuniæ cuſtodia & cura demandata erat. *Tacit. Id.* ¶ Præfecti Provinciarum erant, qui Provinciis præerant. Sed potius appellabantur Prætores, vel Proconſules, vel Præſides, vel Correctores. Ex *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 1. c. 26. Cic. Att. l. 5. epiſt. 4.* De quinque Præfectis quid Pompeius facturus ſit, faxiam, ut ſcias. ¶ Præfectus Auguſtalis, fuit Præfectus Ægypti, cui imperium ad ſimilitudinem Proconſulis lege ſub Auguſto datum eſt. *Ulp. l. 1. ad edict. l. 1. ff. tit. 16.* ¶ Præfectus in militia dicebatur, qui alicui ordini præerat. Singulorum enim ordinum aliquando Præfecti creati ſunt. Hoc eſt, quod ſæpe de Præfectis alarum, & cohortium, &c. legimus apud *Tac. Cæſ. & Sueton.* Sic Præfectus caſtrorum, *Mareſciallo di Campo*, *Tac. Sueton.* ¶ Præfectus fabrum, fuit Magiſtratus militaris, cui artifices, qui caſtra ſequebantur, ut fabri lignarii, carpentarii, ferrarii, & cæteri, qui ad fabrilia ædificia deputati erant, obtemperabant. *Cæſ. ad Opium poſt epiſt. 8. l. 8. Cic. ad Att.* Jam duo Præfecti fabrum Pompeji in meam poteſtatem venerunt.

Præfericulum, vas æneum, ſine anſa, patens veluti pelvis, quod præferre in ſacrificiis ſolebant. *Feſt.*

Præfĕro, fers, tuli, latum, a. anom. *portare innanzi*, הקדיר, Germ. *fürtragen*, Gall. *preferer*, Hiſp. *preferir*, προφέρω, ante fero. *Cic. 6. Verr.* Dextra ardentem facem præferebat. *Id. 1. Cat. c. 6.* Præferre facem ad libidinem. ¶ Tranſlate ſumitur pro oſtendere, prænuntiare, ſigno illuſtri indicare. *Cic. pro Roſc. Amer.* Avaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipiis, cognatique fortunis cum alieniſſimo. *Curt. l. 4. c. 10.* Vultus tuus neſcio quid ingens malum præfert. ¶ Præferre etiam eſt præponere, anteponere. *Cic. 6. Phil.* Quem vos hominem a ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis. *Id. 2. de Orat. c. 84.* Præferre ſe aliis. *Colum. l. 2. c. 3.* Adeo ut multi prætorlarine carere penatibus: hoc eſt maluerint. *Plin. l. 15. c. 21.* Præfertur illa bonitate olei. ¶ Item anticipare. *Liv. l. 39. c. 5.* Ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet, prætulit triumphi diem. *Cæſ. l. 1. B. C.* Præfertur opinio. h. e. jactatur. ¶ Præferre opem, pro afferre. *Stat. 6. Theb.*

Præfĕrox, ocis, o. πολυάγριος, valde ferox. *Liv. l. 5. c. 36.* Præferoces legatus, Galliſque magis, quam Romanis ſimiles habuiſſet.

Præferrātus, a, um, *ferrato in cima*, προσιδηρωμένος, cujus anterior pars ferro munita eſt. Pilum præferratum eſt, quod ferrum habet in ſummitate, quo Hetruſci olim utebantur ad pinſenda grana, diverſumque eſt a pila rudia, quod ſine ferro eſt, ad uſum molarum, quas aqua verſat, utile. *Plin. l. 18. c. 10.* ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ferro vinctum eſt. *Plaut. Perſ. 2. 2. 25.* Pluſculum annum fui præferratus apud molas Tribunus vapularis.

Præfervĭdus, a, um, ὑπέρζεστος, valde fervidus. *Col. l. 3. c. 2.* Niſi tamen glaciali, vel præfervida. Tranſlate *Liv. l. 9. c. 18.* trux, ac præfervida ira.

Præfeſtinātim, adverb. idem ac præfeſtine. *Siſen. apud Non. c. 2. n. 708.* Judices, quos vellent, inſtituerent præfeſtinatim, & cupide.

Præfeſtinātus, a, um, *accelerato*. *Col. l. 11. c. 2.* Quia neque præfeſtinatum opus nimium immature videri poſſit ante quindecim dies factum.

Præfeſtīne, adv. προτεταμένως, valde celeriter. *Plaut. Rud. 2. 5. 4.* Ut ſine labore extraxi hanc præfeſtine ſatis. Ita quidam Lexicographi, ſed rectius alii *præfiſcine*, vel *præfiſcini*.

Præfeſtīno, as, a. 1. προτείγω, ante tempus feſtino. *Liv. l. 23. c. 14.* Ne deficere præfeſtinarent. *Plaut. Rud. 1. 2. 31.* Qui præfeſtinet, ubi heros adſit, præloqui. ¶ Significat etiam feſtinando præcurrere, præterire. *Tac. Ann. 5. c. 10.* Toronæum, Thermæumque ſinum præfeſtinans, mox Eubœam, anguſtias Iſthmi evadit.

Præfĭca, æ, f. ἡ θρηνοῦσα, mulier in exſequiis ad plorandum pretio conducta, ut familiaribus, & cæteris flere incipientibus ſuo ejulatu, ſuiſque lacrymis præiret. Unde dicta ſit, docet *Feſtus*. Præficæ, inquit, dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant cæteris modum plangendi, quaſi in hoc præfectæ. ¶ Nænias quaſdam in laudem mortuorum canere ſolebant, quæ tamen ineptæ erant, & nugaces, mutatoque nomine ita omnes conveniebant. *Plaut. Truc. 2. 6. 14.* Præfica, quæ alios collaudare abſentes, ſe ſe vero non poteſt. *Gel. l. 18. c. 7.* Vos, Philoſophi, mera eſtis, ut Cato ait, mortualia gloſſaria: namque colligitis lexia, res tetras, & inanes, & frivolas, tamquam mulierum voces præficarum. ¶ Quomodo præfica differat a Funera, V. Funera, V. etiam *Hieron. Baruffaldi Diſſertat. de Præficis*.

Præfĭcio, is, eci, ectum, a. 3. *preporre*, הפקיד, Ger. *fürſetzen*, Gal. *charger, commettre*, Hiſp. *poner en algun oficio*, ἐφίστημι, præpono, ex *præ*, & *facio*. *Cic. 4. Ver.* An aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciundis præeſſet. *Liv. l. 4.* Qum & pro Centurionibus ſibi præfecerant Tempanio auctore Equites. Rurſus *Cic. pro Leg. Man. c. 16.* Imperatorem bello præficere. *Id. pro Dom. c. 33.* populo ducem præficere.

Præfīdens, tis, nom. partic. valde fidens. *Cic. 1. Off. c. 26.* Homines ſecundis rebus effrænatos, ſibique præfidentes.

Præfīgo, is, a. 3. *ficcare innanzi*, προσπήγνυμι, ante figo. *Plin. l. 33. c. 4.* Lineas itineri præfigunt. *Virg. 3. Æn.* Capita in haſtis præfigere. ¶ Sumitur etiam pro præcludere. *Virg. 3. Georg.* Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris.

Præfigūro, a. 1. ὑποτυπόω, repræſento, præmonſtro. *Lactant. l. 6. c. 20.* Ac ſe quiſque in illis imaginibus præfigurat.

Præfīnio, is, a. 4. *prefinire, determinare*, ינה, Ger. *vorſchreiben*, Gal. *prefinir, limiter*, Hiſp. *determinar*, προορίζω, limites præfigo, determino, præſcribo. *Cic. de Prov. Conſ.* Præfinit enim ſucceſſori diem. *Id. l. 7. ep. 2.* Quod præfiniſti, quo ne pluris emerem. *Id. 7. Ver.* Neque de illo quicquam tibi præfinio, quominus, &c. *Id. 2. de leg.* A quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus a minis quinque uſque ad minam.

Præfinītio, onis, f. determinatio. *Julian. l. cum fine, ff. quando dies leg. vel fideicom. ced.* Cum ſine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit.

Præfinītus, a, um, adject. *determinato*, definitus, præſcriptus. *Scæv. 47. ff. de Pact.* Intra præfinitum tempus. ¶ Præfinito, ablat. abſolute poſitus, pro præfinito tempore, vel ex præſcripto. *Ter. Hecyr. 1. 2. 19.* Nam illic haud licebat, niſi præfinito loqui.

Præfiſcine, adv. vel præfiſcini, ἀβασκάντως, h. e. præter faſcinum, citra invidiam, idem ac locutio illa, *Abſit verbis invidia*, a *præ*, & *faſcino*. Sane præpoſ. *præ* hic accipi pro *ſine*, diſerte apud *Chariſ. l. 2. pag. 010. Poſtea.* legitur. Laudaturi, *præfiſcini*, vel *præfiſcine* dicebant, quod putarent, homines effaſcinari, ſi impenſius laudarentur. *Plaut. Aſin. 2. 4. 84.* Præfiſcine hoc dixerimus, nemo etiam me accuſavit merito meo, neque me Athenis alter hodie ſit quiſquam, cui credi recte æque putent. Uſus etiam *Titinnius*, apud quem, Paulla laudante immodica, perſona altera metu faſcini interrumpens ait: Paulla mea, amabo, pol tu ad laudem addito, præfiſcini: ne puella faſcinetur. Citat *Chariſ. ibid. pag. 189.* Sed poſtrema verba ipſius *Chariſii* videntur eſſe, non *Titinnii*. Adde *Afran. ibid.*

Præfixus, a, um, ante fixus. *Liv. l. 26.* Et ſeptena jacula quaternos longa pedes data præfixo ferro. *Virg. Æn. 10. v. 479.* Robur præfixum ferro. h. e. acumine ferrato. *Suet. in Cæſ. c. 84.* Caput haſta præfixum.

Præflorātus, a, um, adject. libatus, deguſtatus, corruptus, ut præflorata virgo, apud *Apul. in Apolog.* cui flos pudicitiæ eſt imminutus. *Plin. in Paneg. c. 58.* Summumque illud purpuræ decus, nonniſi præcerptum, præfloratumque tranſmittere. Adde *Liv. l. 37. c. 58.* ubi tamen al. leg. *deflorata*.

Præflōreo, as, n. 2. προανθέω, ante floreo. *Plin. l. 16. c. 29.* Ideoque præflorent talia, & prægerminant.

Præflōro, as, a. 1. προαπανθίζω, prælibo. *Gell. l. 14. c. 1.* [illegible]futuri gaudii fructum ſpes tibi jam præfloravit.

Præflŭo, n. 3. προρρέω, ante fluo, præterfluo. *Plin. l. 5. c. 31.* Pergamum, quod intermeat Silenus, præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte. Adde *Tac. Ann. 15. c. 15.* ¶ Cum accuſativo *Plin. l. 3. c. 5.* Aufidus ex Alpinis montibus Canuſium præfluens.

Præflŭus, a, um, qui ante fluit. *Plin. l. 19. c. 4.* Hortos eſſe riguos habendos præfluo amne.

Præfocabilis, le, adject. præfocandi vim habens, ut præfocabilis difficultas, apud *Cæl. Aur[illegible] Acut. [illegible] 27.*

Præfocātio, onis, a[illegible] præ[illegible]. *Scribon. Larg. Compoſit. 100.* Subitæ præfocationes.

Præfŏco, as, a. 1. *affogare*, [illegible], Germ. *erſtecken*, Gall. *etouffer*, Hiſp. *ahogar*, ἄγχω, ſpiritum obſtructis faucibus claudo. *Ovid. in Ibin, v. 558.* Præfocent animæ Gnoſia mella viam.

Præfŏdio, a. 3. ὑπορύττω, idem ac fodio, vel ante fodio. *Virg. 11. Æn. v. 473.* Præfodiunt alii portas. Ubi *Serv.* Præfodiunt, ideſt ante portas foſſas faciunt. *Ovid. 13. Met. v. 6.* Et oſtendit, quod jam præfoderat, aurum.

Præfœcundus, a, um, πολύγονος, valde fœcundus. *Plin. l. 16. c. 27.* Omnia autem celerius ſeneſcunt præfœcunda.

Præfomentare, præfovere. *Theodor. Priſcian. l. 1. c. 19.* Præfomentare vulnera aqua gelida.

Præformator, oris, m. *Tertul. de Præſcript. c. 30.* Marcion inſtitutor, & præformator Apelles.

Præformātus, a, um, ante formatus. *Quintil. l. 2. c. 6.* Namque incipientibus danda erit velut præformata materia ſecundum cujuſque vires.

Præformīdo, as, a. 1. προφοβέομαι, valde formido. *Quintil. lib. 4. cap. 5.* Quem judex ſi providet, non aliter præformidat, quam, &c. Alii legunt *reformidat*.

Præformo, as, a. 1. προτυπόω, ante, vel prius formo. *Sil. l. 7. v. 385.* Atque his præformat dictis, fingitque movendo.

Præfortis, te, adject. valde fortis. *Tertul. de car. Chr. c. 5.* Hinc infirmum, inde præfortem.

Præfovĕo, es, ante foveo. *Cæl. Aurel. Chronic. l. 4. c. 2.* Præfotis partibus aqua marina, vel aceto ſalſo.

Præfracte, adv. *oſtinatamente*, ἀθρόως, obſtinate. *Cic. 3. de Offic.* Nimis præfracte videbatur ærarium, vectigaliaque defendere.

Præfractus, a, um, *rotto prima*, διάφθορος, idem quod fractus, ſive ante, vel prius fractus. *Celſ. l. 3.* Surculos corpori inſitum, ſi præfractus eſt, vel altius deſcendit. *Ovid. 12. Metam.* Pinus præfracta. ¶ Quoniam vero præfractum dicitur, quod flecti non poteſt, ſed potius frangitur, hinc tranſlate præfractus ponitur pro obſtinato, contumaci, pervicaci, quaſi duro, & inflexibili, *oſtinato*. *Val. Max. l. 6. c. 5. in fin.* Sed aliquanto Charondæ Tyrii præfractior, & abſciſſior juſtitia ad vim, & cruorem uſque. *Cic. in Hortenſ. apud Non. c. 2. n. 664.* Huic eruditus Ariſto Chius, præfractus, ſeverus. ¶ Dicitur etiam de eo, qui conciſe loquitur, vel ſcribit, ideoque durus, & aſper eſt. *Cic. in Orat. c. 13.* Thucydides autem præfractior, nec ſatis, ut ita dicam, rotundus.

Præfrigĭdus, a, um, περίψυχρος, valde frigidus. *Plin. l. 17. c. 20.* Quamlibet opaco, ſeptentrionalique, & præfrigido ſitu. *Celſ. l. 4. c. 5.* Vinum præfrigidum. *Ovid. 4. de Pon. eleg. 10.* præfrigidus Auſter.

Præfringo, is, egi, actum, a. 3. προκατάγνυμι, idem ac frango, vel prius frango, vel parte anteriore frango. *Liv. l. 8. c. 10.* Et haſtas aut præfregiſſent, aut hebetaſſent.

Præfŭgio, is, a. 3. ante fugio. *Tertul. de anim. c. 33.* Etſi anima præfugerit.

Præfulcio, is, lſi, ltum, a. 4. προερείδω, ante fulcio, præmunio, ſuſtento. *Cic. Att. l. 5. epiſt. 13.* Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud præfulci, atque præmuni, quæſo, ut ſimus annui. ¶ Præfulcire aliquem negotiis, aut miniſteriis, pro præficere, dixit *Plaut. Perſ. 1. 1. 12. & Pſeud. 3. 1. 6.*

Præfulgens, entis, o. partic. a præfulgeo. *Virg. 8. Æn. v. 553.* Quem fulva leonis pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

Præ-

Pręfulgĕo, es, lſi, n. 2. περιστίλβω, valde fulgeo. *Tac. Ann.* 13. c. 45. Conſulari decore pręfulgere. *Auct. ad Her. l.* 3. Nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos haberi oportet, ne aut obcęcentur tenebris imagines, aut ſplendore pręfulgeant.

Præfulgŭrat, abat, imp. 1. antefulgurat. *Val. Flac. l.* 3. *Argon. v.* 119. Strictoque vias pręfulgurat enſe. h. e. fulgurare vias facit enſem vibrando.

Pręfurnium, nii, προπνιγεῖον, os patens furni, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obſtruitur. *Cat.* 1. 38. *R. R.* Ventus ad pręfurnium, caveto, ne accedat.

Præfŭro, is, n. 3. ante, vel valde furo. *Stat. Theb.* 2. *v.* 420. torvus pręfuris. *Id. l.* 4. *v.* 831. juſtumque in gurgite Martem pręfurere.

Prætuſcus, a, um, valde fuſcus. *Manil. l.* 4. *v.* 715. Æthiopes maculant orbem, terraſque figurant Pręfuſcus. Al. aliter leg.

Prægĕlĭdus, a, um, πολύψυχρος, qui multum, aut nimis frigidus eſt. *Colum. l.* 4. c. 8. Pręgelida frigora. Et *l.* 5. *c.* 6. Cœli ſtatus pręgelidus. Adde *Sil. l.* 4. *v.* 226.

Prægermĭno, a. 1. προβλαστάνω, ante germino. *Plin. l.* 16. *c.* 29. Ideoque & pręflorent talia, & pręgerminant.

Prægĕro, is, ſſi, ſtum, a. 3. pręfero, ante gero. *Apul. l.* 4. *Met.* Alius ſub oculis dominę ſpeculum pręgerit.

Prægeſtio, is, a. 4. *deſiderar molto*, ὑπερπροθυμοῦμαι, valde geſtio, percupio. *Cic. pro Cal. c.* 28. Pręgeſtit animus jam videre primum lautos juvenes mulieris beatę.

Prægeſtus, a, um, ante geſtus. *Cæl. Aurelian. Chronic. l.* 1. *c.* 5. Obliviones pręgeſtorum affici.

Prægigno, is, a. 3. προγεννάω, ante gigno. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 77. Quia nolebam, ex aes morem pręgigni malum. Al. leg. *progigni*.

Prægloriōſus, a, um, adject. valde glorioſus. *Inſcript. apud Grut. pag.* 391. *n.* 5. Cl. Claudiano prægorioſiſſimo poetarum.

Prægnans, antis, f. *pregna*, *gravida*, הרה, Germ. *ſchwanger*, Gall. *enceinte*, Hiſp. *prenada*, ἔγκυος, ἐγκυμονοῦσα, ut veteres Gloſſę interpretantur, gravida, plena, in utero gerens, fœta, quę occupata eſt in efformando, quod conceperit. Pro eo in antiquis codicibus legitur *prægnas* abſque n; atque id, quantum ex *Chariſio* colligere licet, *Plinio* quoque agnitum videtur, & *Plaut. Cic.* 1. *de Div.* Cum pręgnans hunc ipſum Dionyſium alvo contineret. ¶ Dicitur etiam de brutis. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 4. *de porca*. Quatuor enim menſes eſt pręgnans. ¶ *Et de arboribus*, Pręgnans autem arbor, quę etiam fœta dicitur, tunc eſt, cum humorem, & ſuccum ſibi familiarem exſuxit, necdum in folia, aut flores propagavit. *Plin. l.* 12. c. 14. Incidentibus, quia maxime videantur eſſe pręgnans. ¶ Tranſlate *Plaut. Aſin.* 2. 2. 12. Etiam de tergo ducentas plagas pręgnantes dabo. h. e. eminentes, ut protuberantes, prout uteri ſolent pręgnantium. *Juven. ſat.* 2. *v.* 55. pręgnantes ſtamine fuſos.

Prægnas. V. Prægnans.

Prægnatio, onis, f. 3. *gravidanza*, κύησις, graviditas. *Var. de R. R. l.* 2. *c.* 1. Hi enim primi pręgnationis, & extremi fines. Adde *Apul. l.* 1. *A. A.*

Prægnatus, us, m. pręgnatio. *Tertul. adv. Jud. cap.* 9. Juvenculę pręgnatus & partus.

Prægnavĭter, adv. valde naviter. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 39. Indica pręgnaviter. Alii leg. *pregnaviter* h. e. valde ſtrenue.

Prægracĭlis, le, adject. valde gracilis. *Tac.* 4. *Ann. c.* 57. Pręgracilis & incurva proceritas.

Prægrădo, as, a. 1. pręgredior, antevenio. *Pacuv. apud Non. c.* 4. *n.* 328. Ipſam pręgradat Parthenopem.

Prægrandis, & de, o. 3. *molto grande*, ὑπερμεγέθης, valde grandis. *Plin. l.* 4. 1. 13. Pręgrandes aures. *Apul. l.* 2. *A. A.* Lucerna pręgrandis.

Prægravātus, a, um, nom. ex partic. valde gravis factus. *Liv. l.* 10. *c.* 13. Pręgravata inhęrentibus telis ſcuta. *Col. l.* 6. *c.* 7. Pręgravatum caput.

Prægravĭdus, a, um, adject. valde gravidus. *Stat. l.* 6. *Theb. v.* 700. Molis pręgravidę caſtigat pulvere lapſus.

Prægrăvis, & ve, o. 3. *molto grave*, πολυβαρής, valde gravis. *Plin. l.* 8. c. 21. Caput tantum pręgrave ęgre ferens, ideſt dejectum ſemper in terram. *Curt. l.* 4. 1. 11. Pręgrave imperium.

Prægrăvo, as, avi, atum, 2. 1. *gravare ſopra modo*, Germ. *ſchwerer machen*, Gall. *peſer fort*, Hiſp. *mucho peſar*, ὑπερβαρύνω, ſupra modum gravo, opprimo, obruo. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 77. corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque pręgravat una. *Id. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 13. Urit enim fulgore ſuo, qui pręgravat artes Infra ſe poſitas. h. e. gravis eſt inferioribus, & infra poſitis nocet, qui bonis artibus cęteros vincit. invidiam enim inferiorum in ſe concitat. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, & ſignificat graviorem eſſe, præponderare. *Plin. l.* 17. c. 21. Ne pręgravet fructus parte aliqua. Quidam hunc locum active intelligunt. *Suet. in Cæſ. c.* 76. Pręgravant tamen cętera facta, dictaque ejus. *Col. l.* 7. *c.* 6. Flaccidis auribus, & pręgravantibus, *orecchie pendenti*.

Prægrĕdiens, entis, o. præcedens. *Cic.* 13. *Phil.* Sequentes alios, alios pręgredientes amicos.

Prærogatīva, æ, f. *prerogativa*, προνομία, πρώτευμα, proprio ſignificat ſuffragium, quod a Centuria, ſeu Tribu prærogativa detur, h. e. a Centuria habente jus, ac privilegium, ut prior ſuffragia conferat: & quia plerumque cæteræ Tribus, vel Centuriæ prioris exemplum ſequuntur, ideo prærogativa, ut ait *Aſcon.* ſignificat etiam aliquid dictum, aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus eſt, ante ipſum beneficium præſtitum, quo demonſtrat ſuam in nos propenſam voluntatem, unde bene ſperare debeamus. *Cic. in Verr. act.* 1. c. 9. Qui (Metellus) quam iſtis amicus, attendite, dedit enim prærogativam ſuæ voluntatis ejuſmodi, ut iſti pro prærogativis eam dediſſe videatur. h. e. dedit teſtimonium ſuæ benevolentiæ pro tribubus prærogativis, Verris pecunia eblanditis ad Metellum conſulem creandum. *Idem* 1. *de Div.* Prærogativam majores omen juſtorum comitiorum eſſe voluerunt. *Cato ad Cicer. lib.* 15. *Famil. epiſt.* 5. Quod ſi triumphi prærogativam putas ſupplicationem. h. e. ſi putas ſupplicationem antaire triumphum, illumque neceſſario portendere. *Liv.* l. 21. c. 3. Haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua extemplo juvenis Annibal imperator ingenti omnium aſſenſu appellatus erat, favor etiam plebis ſequeretur. ¶ Tranſlate ſumitur pro privilegio, auctoritate, aut præſtantia, qua quis alteri in aliqua re præfertur. *Ulpian.* l. *Obſervare*. *Dig. de offic. Proconſ.* Magni enim faciunt provinciales, ſervari ſibi conſuetudinem iſtam, & hujuſmodi prærogativam. *Arrius JCtus* l. *Dig. de veteran.* Veteranorum privilegium etiam in delictis habet prærogativam. V. in dict. ſequenti.

Prærogatīvus, a, um, quod primo rogatur, ſeu interrogatur, ut Tribus, & Centuria prærogativa, quæ prima ferebat ſuffragia, Comitia prærogativa, quæ inſtar Tribus, vel Centuriæ prærogativæ bonam voluntatem erga aliquem Candidatum ante ſecundam ſuffragationem præ ſe ferebant, Suffragium prærogativum, quod primo latum eſt, Omen prærogativum, quod Tribus, vel Centuria prærogativa alicui Candidato afferebat de Magiſtratu adipiſcendo, vel non adipiſcendo. *Cicer. pro Planc.* Cujus in honore non unius Tribus pars, ſed Comitia tota Comitiis fuerint prærogativa? hoc eſt, præjudicatam opinionem, auctoritatemque afferentia. Alii legunt *prærogata*. *Id. pro Mur. cap.* 18. Etenim ſi tanta illis Comitiis religio eſt, ut adhuc ſemper omen valuerit prærogativum. ¶ Prærogativa Tribus (ut iterum diligentius explicem) dicebatur, quæ in Comitiis Tributis ſorte educta prima omnium Tribuum, ſex ante Tribus jure vocatas, ſuffragium ferebat: ſimiliter Centuria Prærogativa erat, quæ in

Comitiis Centuriatis ſorte educta ex aliqua Tribu, ſeu ex Centuriis alicujus Tribus (quæ & ipſa ex 35. Tribubus ſorte educta fuerat) prima omnium Centuriarum ad ſuffragium ferendum vocabatur. Cęterę Tribus, vel Centurię, quę poſt Pęrogativam ſuffragabantur, dictę ſunt jure vocatę, quod non ſorte, ut Pęrogativa, ad ſuffragium vocarentur, ſed ſingulę jure, & ordine ſuo. *Cic.* 2. *Phil.* Ecce Dolabellę Comitiorum dies: ſortitio Pęrogativę, quieſcit: renuntiatur, tacet: prima claſſis vocatur, deinde, ut aſſolet, ſuffragia: tum ſecunda claſſis. *Id.* 1. *de Div.* Qui in pęrogativa referenda ſubito concidiſſet. *Liv. l.* 10. Q. Fabium & Pęrogativa & primo vocatę omnes Centurię Conſulem cum L. Volumnio dicebant.

Prærŏgo, as, a. 1. προερωτάω, ante rogo, primo loco rogo, ſeu interrogo. *Cic. pro Planc. c.* 20. Cujus in honore non unius Tribus pars, ſed Comitia tota Comitiis fuerint pęrogata? Ita legunt *Sigonius, Doletus*, & alii. Alii *prærogativa*. ¶ Interdum ſumitur pro repręſentare, ante diem ſolvere. *Ulp. l. ſed addes, ff. loc. & cond.* Nam inter eum, qui per errorem ſolvit, & eum, qui penſionem integram pęrogavit, multum intereſt.

Prærōſus, a, um, partic. corroſus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 25. Inſidiatorem pęroſo fugerit hamo.

Prærumpo, is, upi, uptum, a. 3. προαπορρήγνυμι, idem, ac rumpo, vel prius rumpo. *Ovid.* 14. *Met. v.* 547. Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis.

Prærupta, adv. *ruinoſamente*, ἀπορρώξ, abrupte. *Plin. l.* 34. *c.* 14. Mons pęrupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materia eſt.

Præruptus, a, um, *erto, ſcoſceſo, precipitoſo*, ἀνάντης, ἀπορρώξ, abruptus, disjectus, præceps. *Cic.* 7. *Verr.* Aut aliqua promontoria, aut pęrupta ſaxa tenuiſſe, dicuntur. *Virg.* 3. *Georg.* Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. *Col. l.* 2. *c.* 23. Pęruptior vero collis, vel in quatuor pedes vertendus. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 33. Pęrupiſſima ſaxa. ¶ Abſolute pęrupta, orum, *precipizj*. *Plin. l.* 8. *c.* 32. Ad pęrupta ducunt, ſaltumque demonſtrant.

Præs, ædis, m. *mallevadore, ſicurtà*, בן הערבה, Germ. *ein burg*, Gall. *pleige*, Hiſp. *fiador*, ἐγγυητής, ſponſor, qui ſe pro alio obligat, ideſt promittit, ſe, ſi quid incommodi fiat, plene ſatisfacturum. Secundum *Varronem l.* 5. *de L. L.* dictus videtur quia pro alio pręſtat, ſeu quia pręeſt, ſecundum *Feſtum*. ¶ Differt a vade, quia vas appellatus, qui pro alio vadimonium promittit in re capitali, præs eſt fidejuſſor in re nummaria. *Auſon. in Technopægnio*. Quis ſubit in pœnam capitali judicio? vas. Quid, ſi lis fuerit nummaria? quis dabitur? præs. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 16. Laodiceæ me pędes accepturum arbitror omnis pecunię publicæ, ut & mihi, & populo cautum ſit ſine vecturæ periculo. *Nepos in Att. c.* 6. Nullius rei neque præs, neque manceps factus eſt. *Cic.* 3. *Verr. c.* 57. Prædes accipere. *Id. ib. c.* 34. Prædibus, & prædiis populo cavere. *Idem pro Rabir. Poſth.* Prædes dare. *Id. Att. l.* 8. Dare aliquid per prædem. ¶ Boni prædes qui ſint, V. in *Prædium*. ¶ Vendere prędes, eſt vendere bona ejus, qui præs ſeu fidejuſſor fuit pro illo, qui fidem obligatam non liberavit, quemadmodum Claudius dicitur *venalis pependiſſe l. 3. prædiatoria apud Suet. in ejus vita*, *c.* 9. non quod ipſe Claudius, ſed quod bona ejus vendita ſint. *Cic. Phil.* 2. *c.* 31. Ne L. Plancus prædes ſuos venderet. ¶ Tranſlate *Id. Att. l.* 6. *ep.* 1. Cum ſex libris tanquam prædibus me ipſum obſtrinxiſſem.

Præſāgio, is, a. 4. *preſentire, indovinare*, כסם, Germ. *vorhin mercken*, Gall. *preſager, deviner*, Hiſp. *adivinar*, προαισθάνομαι, præſentio, ſentio rem, antequam contingat, a *ſagio*, quod eſt acute ſentire. *Cic.* 1. *de Div. c.* 31. Neque enim illud verbum temere conſuetudo approbaviſſet, ſi ea res nulla eſſet omnino. Præſagibat animus, fruſtra me ire, cum exirem domo. Sagire enim ſentire acute eſt. Ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. Is igitur, qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur præſagire, ideſt futura ante ſentire. *Cœl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 10. Exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat. *Liv. l.* 30. *c.* 2. Præſagire animo.

Præſāgior, iris, d. 4. idem, ac pęſagio. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 28. Jam animus iſthoc dicto plus præſagitur mali.

Præſāgītio, onis, *preſenſione*, προμαντεία, pręſenſio rerum futurarum, divinatio. *Cic.* 1. *de Div. c.* 31. Ineſt igitur in animis Pręſagitio extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur. *Id. ibid.* Cum uterer, qua ſoleo, præſagitione divina.

Præſāgium, ii, *preſagio, preſenzo*, סכם, Germ. *vorſagung*, Gall. *preſage*, Hiſp. *divination, preſagio*, προμήνυμα, μαντεία, præſenſio, divinatio. *Col. l.* 11. *c.* 1. Quantumvis utile contingat villico tempeſtatis futuræ pręſagium. *Ovid.* 2. *de Pont. ep.* 8. *v.* 57. Pręſagia mentis.

Præſāgus, a, um, *preſago, indovino*, קוסם, Germ. *ein vorſager*, Gal. *qui prevoit, devin*, Hiſp. *el que divina, y prevee*, μαντικός, qui præſagit, futura pręſentiens, vates. *Virg.* 10. *Æn. v.* 843. Agnovit longe gemitum præſaga mali mens.

Præſānatus, a, um, nom. ex particip. nimis celeriter ſanatus. *Plin. l.* 26. *c.* 14. Vulneribus pęſanatis radix decocta, &c.

Præſāno, as, n. 1. ante ſanus fio, προϋγιαίνομαι. *Plin. l.* 24. *c.* 10. Cortex ejus interior cicatrices, quę pręſanavere, aperit.

Præſauciātus, a, um, nom. ex particip. valde, vel ante ſauciatus, ut pręſauciatæ vires. *Cæl. Aurel. Acut.* 1. *c.* 3.

Præſcateo, es, n. 2. *abbondare*, idem ac ſcateo, abundo. *Gell. l.* 14. *c.* 6. Et ſimul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, ut ipſe dicebat, præſcatentem.

Præſcientia, æ, f. *preſcienza*. *Martian. Capell. l.* 1. *pag.* 22. & *Auguſtin. l.* 5. *de civ. Dei*, *c.* 9.

Præſcindo, is, idi, iſſum, a. 3. ante ſcindo, ſeparo, divido. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. Inferiores ſedes præſcindantur. Alii leg. *præcidantur*.

Præſcio, is, ivi, itum, a. 4. *ſaper innanzi*, προγιγνώσκω, ante ſcio. *Ter. And.* 1. 5. 4. Nonne oportuit præſciſſe me ante?

Præſciſco, is, n. 3. idem ac præſcio, vel præſentiſco. *Liv. l.* 27. *c.* 35. Et præſciſcere, quam quiſque eorum provinciam, quem hoſtem haberet. *Virg.* 4. *Georg. v.* 70. Longe præſciſcere.

Præſcitio, onis, f. præſcitum. *Ammian. l.* 29. *c.* 2. Pręſcitionum auctor.

Præſcitum, i, *pronoſtico*, προγνωστικόν, divinatio, augurium, oſtentum. *Plin. l.* 10. *c.* 18. Unum eorum præſcitum tranſire non poſſum. *Id. ib. c.* 75. Utrum ne ſint aliqua pręſcita animi quieſcentis.

Præſcius, a, um, πρόγνως, qui ante ſcit. *Virg.* 6. *Æn. v.* 66. Tuque o ſanctiſſima vates Pręſcia venturi.

Præſcrībo, is, pſi, ptum, a. 3. *preſcrivere, ſcrivere innanzi*, Ger. *fuerſchreiben*, Gal. *preſcrire*, Hiſp. *preſcrivir*, προγράφω, ante, ſive prius ſcribo. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 28. Sic enim pręſcripſimus iis, quibus ea negotia mandavimus. ¶ Eſt item inſcribere, pęnotare. *Virg.* 6. *Ecl.* Quam ſibi quę Vari pręſcripſit pagina nomen. ¶ Item definire, pęfinire, determinare. *Ter. And.* 1. 1. 124. Tute ipſe his rebus finem pęſcripſti, pater. *Cic. pro L. Man.* Et quid de me judicaretis, & quid aliis pręſcriberetis. ¶ Item proponere, objicere. *Cic. de Sen.* At Senatui, quę ſunt gerenda, pręſcribo. ¶ Item pęnuntiare, prædicere. *Cic. in Vatin.* At tibi idem pęſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. ¶ Item excipere, ſive exceptionem ſummotoriam objicere agenti. *Quintil. l.* 7. *c.* 6. Ignominioſa patri filius præſcribit, de eo ſolo judicatio eſt, an liceat. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Cum ei præſcriptum eſſet, ne ſine Sextii noſtri ſententia ageres.

Præſcriptio, onis, *preſcrizione, titolo*, ἐπιγραφή, titulus. *Cicer.* 1. *Offic.* Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatium dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum: ſimiliſque eſt privatarum poſſeſſionum præſcriptio. ¶ Ponitur etiam pro pręcepto, lege, regula. Vide præſcriptum. *Cic.* 4. *Tuſc. cap.* 46. Sic averſa a præſcriptione rationis, ut, &c. *Id.* 4. *Acad.* Hanc normam, hanc regulam, hanc pręſcriptionem eſſe naturæ. Hoc ſenſu intelligendus titulus libri *Tertull. de præſcriptionibus adverſus hæreticos*: ibi enim multa præſcribit, hoc eſt multas leges, & regulas ponit, quas Chriſtianos cum Hæreticis agentes ſervare oporteat. ¶ Item pro pętextu. *Cæſ. l.* 3. *Bel. Civ. c.* 32. Ut honeſta præſcriptione rem turpiſſimam tegerent. ¶ Apud Juriſconſultos præſcriptio eſt exceptio peremptoria ex tempore legibus definito vim capiens. *Quinctil. l.* 7. *c.* 6. Cum ex præſcriptione lis pendet. Ubi pręſcriptionem vocat, quam *l.* 3. *c.* 6. tranſlationem vocaverat.

Præſcriptive, adv. utendo præſcriptione, & exceptione. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 1. Præſcriptive occurrere.

Præſcriptum, i, *precetto, legge, regola*, ὑπόγραμμα, præſcriptio, lex, norma, certa quædam regula, quam ſequi deceat. *Senec. ep.* 49. Pueri ad præſcriptum diſcunt. *Cic. pro Cluent.* 53. Omnia legum imperio & præſcripto fieri videbitis. *Id.* 1. *Off.* Hęc præſcripta ſervantem licet magnifice vivere. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 51. Ad præſcriptum omnia agere. *Cic.* 2. *Invent.* Adminiſtrare rem aliquam ex pręſcripto.

Præſcriptus, us, m. idem ac pręſcriptum. *Tertull. de exhortat. ad caſtit. c.* 3. De divino præſcriptu inducere.

Præſcriptus, a, um, *preſcritto*. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 2. Vegetus pręſcripta ad munia ſurgit.

Præſĕca, æ, f. nomen eſt oleris. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Braſſica ut præſeca, quod ex hujus ſcapo minutatim præſecatur.

Præſecātus, a, um, nom. ex partic. *tagliato*. *Apul. l.* 2. *Metam.* Impetu teli præſecata gula. Al. leg. *præſecta*.

Præſĕco, as, cui, ctum, a. 1. *tagliare innanzi*, ἀποτέμνω, ſeco, vel prius ſeco, præcido. *Ovid.* 1. *de Rem. am. v.* 112. Qua læſus fuerat, partem Pœantius Heros Debuerat celeri pręſecuiſſe manu. ¶ Sæpe ſumitur pro ſimpliei ſeco. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 16. Favorum, qui eximuntur, ſiqua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præſecatur. ¶ Uſurpatur etiam in ſacrificiis. *Sueton. in Aug.* Semicruda exta rapta foco pręſecuit. Adde *Liv. l.* 5.

Præſectus, a, um, *tagliato*. *Col. l. de arb. c.* 29. Radicem arundinis acuta falce præſectam impendente pluvia diſponito. *Horat. in Art.* Pręſectum decies non caſtigavit ad unguem.

Præſegmen, inis, n. ἀπότμημα, pars corporis pręciſa, res ſuperflua, quæ amputatur, ut ſunt partes illę, quę ex unguibus animalium cęduntur. *Non. c.* 2. *n.* 639. Pręſegmina, quę unguibus animalis pręſecantur. *Plaut. Aul.* 2. 4. 34. Quin ipſi pridem tonſor ungues dempſerat, Collegit, omnia abſtulit præſegmina.

Præſemĭnans, tis, partic. ante ſeminans, pręſtrepens, pęmoliens. *Ammian. l.* 30. *c.* 6. Majora ſibi præſeminans, legato ad principem miſſo, &c.

Præſemĭnatio, onis, f. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. *de ſeminis progenitoribus*. In corpore pręſeminatio creſcens ex omnibus cibi poteſtatibus detrahit alimentum in ſe. h. e. fœtus.

Præſens, entis, o. *preſente*, Ger. *gegenwertig*, Gal. *preſent*, Hiſp. *preſente*, παρών, ἐνεστώς, quod adeſt, quod eſt in conſpectu, vel quod nunc fit, vel ſine mora. Dicitur enim & de loco, & de tempore. Eſt a *præ*, & *ens*, interjecta litera *ſ*. *Cic.* 1. *de Orat.* Hic eſt unus homo ex omnibus, quo pręſente minime ineptus eſſe vellem. *Id.* 1. *Catil.* Quanta tempeſtas invidiæ nobis, ſi minus in pręſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat. ¶ Quandoque præſens dicitur, non quod nunc fit, ſed quod tunc fiebat, vel tunc fiet. Nam illo tempore pręterito, quo fiebat, præſens erat, item tempore illo futuro, quo fiet, pręſens erit. *Cic.* 4. *Fin.* Ille pręſenti potius, quam futuræ dignitati conſulebat. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Sed cætera pręſenti ſermoni reſerventur. *Horat. in Arte poet. v.* 44. Pleraque differat, & pręſens in tempus omittat, ideſt in ſuum tempus. ¶ Quandoque ponitur pro ſubito, potenti, efficaci, pręſtanti, quia is, qui pręſto eſt, majorem vim habet, quam qui abeſt. *Cic.* 6. *Verr.* Multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxilium ejus oblatum eſt. *Id. Att. l.* 15. In contentione præſentes ad nocendum habent vires. *Ib.* 13. *Phil.* A quo tibi præſentem peſtem vides comparatam. *Virg.* 2. *Georg. v.* 126. quo non pręſentius ullum auxilium venit. *Colum. l.* 6. *c.* 14. Pręſentiſſimum remedium. *Horat. l.* 1. *od.* 35. *de Fortuna*. Præſens vel imo tollere de gradu. ¶ Quandoque pro forti, ut Animus præſens. *Cic.* 1. *Off. c.* 23. Sed pręſentis animi uti conſilio. ¶ Quandoque pro propitio, quoniam is, qui pręſens eſt, nobis propitiatur facilius, ſi invocetur, & citius, quam is, qui pręſens non eſt. *Virg.* 1. *Georg.* Et vos agreſtum pręſentia numina, Fauni, ferte ſimul, Fauniquę pedem, Dryadeſque puellę. Adde *Cic. Catil.* 1. *c.* 9. ¶ Quandoque pro parato, vel in promptu. *Cic. Att. l.* 2. Pro eo tibi pręſentem pecuniam ſolvi impetravi. ¶ In præſens, ſignificat præſenti tempore. *Cic. ad Brut. ep.* 15. Quam ut in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem. ¶ In pręſenti, eſt præſenti tempore. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 10. Hæc ad te in præſenti ſcripſi. ¶ Eodem ſenſu dicimus *ad præſens*. *Sueton. in Tib. cap.* 6. Ita ad præſens multum contraxit invidiæ. Adde *Tacit. Ann.* 13. *c.* 22. Venire in rem præſentem, eſt in eum locum venire, de quo controverſia eſt, ex. gr. in agrum, in ædes, vel venire in judicium, cum res agitur coram judice. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 38. An vero ſi de re ipſa, ſi de finibus, cum in rem præſentem non venimus, &c.? *Id.* 1. *Offic.* Ut ſi conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem venturum. ¶ In re pręſenti, eſt in loco, de quo controverſia eſt, *ſul fatto*. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Occiſum hominem quæro, non omnia, quæ in re pręſenti accidiſſe credibile eſt, in oculis habebo. *Plaut. Caſin.* 2. 8. 63. In re præſenti conſulere æquum eſt. ¶ Veteres dixere *præſente* pro *præſentibus*. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 660. Præſente teſtibus mihi vendidit. *Nov. ibid.* Præſente omnibus. Sic abſente nobis, apud *Terent.* &c. Præſente ſais, apud *Feneſtell.* teſte *Non. c.* 2. *n.* 660.

Præſenſio, onis, *preſenſione, preſenza*, πρόνοια, actus pręſentiendi, præſagitio, divinatio. *Cic.* 1. *de Div. c.* 1. Verſari quandam inter homines divinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, ideſt pręſenſionem, & ſcientiam rerum futurarum. *Id. ε. de nat. Deor. c.* 3. Prædictiones vero, & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, &c.

Præſenſus, a, um, *preſentito*. *Cic.* 1. *de Div.* Si unum aliquid ita ſit prædictum, præſenſumque. *Id. ib.* Pauciora divine præſenſa, & prædicta.

Præſentālis, le, adjectiv. præſens, qui præſens adeſt, ut præſentales milites. h. e. præſentes in comitatu principis, *l. ult. Cod. de re milit.* Et præſentales domeſtici, *l. ult. Cod. de domeſt. & protect.*

Præſentanee, adv. in præſenti, ſtatim, brevi tempore. *Theodor. Priſcian. in præfat. l.* 1. *ad Timoth. Fr.* Confeci nonnullos præſentanee libellos.

Præſen-

Digitized by Google

Præſentanĕus, a, um, *che opera ſubito*, παραυτικός, quod in præſens ſubito fit, ſeu potius quod præſentem habet efficaciam. *Plin. l.* 21. *c.* 31. Præſentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. *Id. l.* 24. *c.* 1. Præſentaneum venenum.

Præſentarĭus, a, um, quod præſens eſt, vel quod præſentatur. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 14. A me argentum petito præſentarium.

Præſentĭa, æ, *preſenza*, Germ. *gegenwertigkeit*, Gal. *preſence*, Hiſp. *preſencia*, παρουσία, actus ille, quo quis præſens eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Sed quod præſentiam ſæpe Divi ſuam declarant. *Id. ibid.* Præterea ipſorum Deorum ſæpe præſentiæ, quales ſupra commemoravi, declarant, &c. ¶ In præſentia, aſt præſentia tempora, ideſt quod vel præſens eſt, vel fuit, vel erit. *Cic. Att. lib.* 8. Quot in præſentia cohortes contra te habeat Cæſar. *Id.* 3. *Verr.* Neque in præſentia, Tymarchidi quid reſponderet, habuit. *Nepos in Alcib.* c. 4. Id quod in præſentia veſtimentorum fuit, arripuit. ¶ Præſentia animi, παρρησία, eſt præſidentia, & robur animi. *Cic. pro Mil.* Videbant enim ſapientiſſimi homines facti rationem, præſentiam animi, defenſionis conſtantiam. ¶ In præſentiarum. V. *Impræſentiarum.* ¶ Præſentiam ſui facere, *comparire*, apud JCtos, *Paul. l.* 42. *Dig. tit.* 1. *leg.* 47. & 53.

Præſentĭo, is, ſi, ſum, a. 4. *preſentire*, Ger. *vermercken*, Gal. *preſentir*, Hiſp. *preſentir*, προαισθάνομαι, ante, vel prius ſentio, prænoſco, futura ante ſentio. *Plaut. Trin.* Peciſſet ædepol, niſi hæc præſenſiſſent canes. *Cic.* 2. *de Div.* Cenſeot eſſe in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præſentiant. *Id. pro Arch.* Certe ſi nihil animus præſentiret in poſterum. *Liv. l.* 21. *c.* 49. Præſenſum tamen eſt, quia luna pernox erat. ¶ Interdum idem eſt, ac ſimplex ſentio, vel a longe ſentio. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe, receptum eſt.

Præſentiſco, is, n. 3. idem ac præſentio. *Plaut. Amph.* 1. 3. 29. Nunc, ne legio præſentiſcat, clam illuc redeundum eſt mihi. Adde *Terent. Heaut.* 4. 3. 21. Utrobique tamen alii leg. *preſentiſco*.

Præſento, as, a. 1. *preſentare*, הגיש, Germ. *zugegen bringen*, Gal. *preſenter*, Hiſp. *repreſentar*, παρίστημι, præſens facio, præſens exhibeo, offero, *a præſens*. *Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr.* c. 77. Caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite Cæſari præſentatum eſt. ¶ Eſt etiam referre, ſpeciem præbere, *rappreſentare*. *Plin. l.* 30. *c.* 10. Sarcites bubulas carnes præſentat. ¶ Afferuntur a pleriſque Lexicographis duo inſuper exempla, alterum ex *Quintil. l.* 11. *c.* 2. alterum ex *Plin. l.* 37. *c.* 10. ſed utroque loco optimæ quæque Editiones habent *repræſentat*.

Præſēpe, is, n. *preſepio*, *ſtalla*, אבוס, Ger. *ein krippe*, Gal. *creche*, Hiſp. *peſebre*, φάτνη, locus præſeptus, ubi pecudes ſtabulantur, a *præ*, & *ſepes*, vel *ſepio*. *Virg.* 7. *Æn.* Stabant ter centum nitidi in præſepibus alti. ¶ Per Synecdochen præſepe linter concavus dicitur, in quo pabulum jumentis ponitur, *preſepio*, *mangiatoja*. *Colum. l.* 1. *c.* 16. Non alius præſepia edita eſſe convenit, quam ut bos, aut jumentum ſine incommodo ſtans veſci poſſit. ¶ Dicitur etiam de alveo, ſeu loco apum. *Virg.* 4. *Georg.* Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent. ¶ Tranſlate ponitur pro lupanari. *Cic. in Piſon.* Verum audis in præſepibus, audis in ſtupris. ¶ Item pro menſa. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 28. Non qui certum præſepe teneret impranſus. ¶ *Præſepia*, orum, num. pl. & gen. n. eſt parva nubecula in cœlo, ita dicta, quod in ea aſelli ſtabulari videantur *Plin. lib.* 18 *c. ult.* V. Aſellus.

Præſēpes, is, f. præſepe. *Cato R. R.* c. 4. Bubilia bona, bonas præſepes.

Præſepia, æ, f. idem ac præſepe. *Varro de R. R. l.* 9. ut citat *Non.* c. 3. *n.* 160. Is habebat culinam ruſticam unam, præſepiam latam, cellam vinariam. *Id. l.* 2. *R. R.* c. 13. *ad fin.* Habere præſepias laxas.

Præſepio, is, pſi, ptum, a. 4. *ſerrare d' ogni intorno*, περιφράττω, ſepe, vel ſepto includo, circummunio. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 27. Aditus autem, & itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis præacutis præſepit.

Præſēpis, vel Præſēpes, is, f. idem quod præſepe. *Plaut. Curc.* 2. 1. 13. Reciperet ſe huc eſum ad præſepem ſuam. *Nonius c.* 3. *n.* 160. legit *præſepiam*. *Id. Caſ. prolog. v.* 57. Futurum quod amat intra præſepes ſuas. h. e. in ſua poteſtate.

Præſepĭum, ii, n. idem quod præſepe. *Apul. l.* 9. *Metam.* Cibariis abundanter inſtruxit præſepium.

Præſepultus, a, um, adject. ante ſepultus. *Quintil. declam.* 9. *ſub fin.* Video ſenem, meliore ſui parte præſepultum.

Præſerātus, a, um, reſeratus, apertus. V. *Præſeratus*.

Præſertim, adv. *ſpezialmente*, Ger. *voraus*, Gal. *principalement*, Hiſp. *eſpecialmente*, ἄλλως τε, præcipue, ante alia, a *præ*, & *ſero*, quod notat nectere, ſeu jungere. Dicitur enim præſertim, quando aliquid ſerie eſt ante alia. *Cic. pro Flac.* Præſertim quod tua negligentia factum arbitremur. *Terent. Phorm.* 1. 2. 5. Præſertim ut nunc ſunt mores.

Præſervĭo, is, n. 4. idem ac ſervio. *Plaut. Amph. prol. v.* 126. Ut præſervire meo amanti poſſim patri.

Præſes, idis, com. *preſidente*, נציב, Ger. *landtvoitigt*, *landtpfleger*, Gal. *preſident*, Hiſp. *alcade*, ἡγεμών, qui dignitate præſidet, qui aliis præeſt, a *præſidendo*. *Cic. Agr.* 2. *c.* 6. Per Tribunum plebis, quem majores præſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerunt. *Id. pro Dom. c.* 55. Cuſtos, & præſes templi. *Ovid.* 15. *Metam.* Cæſar rerum præſes. ¶ Dii Præſides, *Dii tutelares*. *Cic. pro Sext. c.* 65. Senatus Reſp. cuſtos, præſides ſunt Penates. ¶ Nomen præſidis, inquit *Macer JCtus l.* 1. *Dig. de offic. Præſ.* generale eſt, eo quod & proconſules, & legati Cæſaris, & omnes provincias regentes præſides appellentur. V. *lib.* 1. *Dig. tit.* 18. ¶ Aliquando ponitur pro auxiliatore, & defenſore. *Liv. l.* 6. *c.* 16. Jupiter, Junoque regina, ſiccine veſtrum militem, ac præſidem ſinitis vexari? hac dextra, qua Gallos fudi, &c. ¶ Præſes locus, pro tuto. *Plaut. Caſ.* 5. 1. 12. Senex, quo nequior nullus vivit, ne illum quidem nequiorem arbitror eſſe, qui locum præbet illi nunc præſidem. ¶ In fœmin. gen. *Senec. Hippolyt. v.* 108. Adjudicatam præſidem terræ Deam.

Præſiccatus, a, um, adject. ex particip. bene, vel ante ſiccatus. *Apul. de herb. c.* 124. Succus ſole præſiccatus.

Præſiccus, a, um, adject. valde ſiccus. *Prudent. periſteph.* 5. *v.* 241. Præſicca rurſus vulnera diruere.

Præſidalis, le, adject. ad præſidem pertinens, ut præſidalis juſſio, *l.* 11. *Cod. de pignerat. act.* Adde *Ammian. l.* 22. *c.* 33.

Præſidātus, us, m. officium, & dignitas præſidis. *Auſon. in Profeſſorib.* 25. *v.* 18. Honore geſti præſidatus inclytus. *Aurel. Vict. de Cæſarib.* c. 29. Qui Macedonas præſidatu regebat. Adde *Modeſtin. l.* 6. *Dig. de Excuſat.*

Præſĭdens, tis, m. *preſidente*, idem ac præſes. *Tertull. de cor. milit. c.* 3.

Præſĭdĕo, es, edi, ſſum, n. 2. *preſedere*, *eſſer preſidente*, שלט, Ger. *verwalten*, Gal. *preſider*, Hiſp. *ſer preſidente*, προκαθίζω, ſedeo ante alios, præſum, ſedeo ad gubernacula alicujus provinciæ. *Cic.* 13. *Phil.* c. 9. Et omnes Deos, qui huic urbi præſident. *Suet. in Tiber.* c. 6. Præſedit & Actiacis ludis. *Cic. pro Mil. c.* 37. Alicui judicio præſidere. ¶ Significat etiam præſidio eſſe. *Plaut. Moſtell.* 5. 1. 47. Hic ego tibi præſidebo. *Curt. l.* 3. *c.* 1. Naves, quæ Helleſponto præſiderent. ¶ Reperitur etiam cum accuſativo. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 29. Scripſit P. Atellio, qui Pannoniam præſidebat. *Id. Ann.* 3. *c.* 39. Is proximum exercitum præſidebat. ¶ Præſidere dicuntur Magiſtratus, cum officio ſuo funguntur. *Sueton. in Aug. c.* 35. Quo tempore exiſtimatus lorica ſub veſte munitus, ferroque cinctus præſediſſe. Adde *c.* 28.

Præſīdĕro, as, n. 1. eſt, quando ſidera citius hybernam tempeſtatem apportant, quam ex anni tempore ruſticum vulgus collegiſſet, προχειμάζειν, *Feſt.* Præſiderare dicitur, cum maturius hyberna tempeſtas movetur, quaſi ante ſideris tempus.

Præſidiālis, le, adject. idem quod præſidalis, ut præſidialis apparitor. *Ammian. l.* 17. *c.* 3. Adde *l.* 28. *c.* 1.

Præſidiarĭus, a, um, φρουρικός, quod paratur, ut præſidio ſit. *Liv. l.* 29. *c.* 8. Præſidiarii milites, *ſoldati di guarnigione*. ¶ Præſidiarios palmes in vitibus, idem eſt qui cuſtos. *Colum. l.* 4. *c.* 15. Et præſidiarii malleoli propagandi ſunt. ¶ Toga præſidiaria eſt, quam Præſes geſtat. *Spartian. in Severo*, c. 1. Cum ad cœnam imperatoriam palliatus veniſſet, qui togatus venire debuerat, togam præſidiariam ipſius Imperatoris accepit.

Præſidiātus, tus, m. idem quod Præſidatus. *Monumentum vetus in Spon. Miſcell. pag.* 36.

Præſidĭum, ii, n. *preſidio*, *guardia*, מצב, Ger. *beſatzung*, Gall. *garniſon*, Hiſp. *guarnicion*, φρουρά, cuſtodia, ſtatio militum, qui ad defenſionem caſtrorum, vel urbis, vel arcis, vel perſonæ deſtinati ſunt, & metonymice ipſi milites cum præfecto, qui cuſtodiam gerunt, a *præſidendo*. *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 4. Præſidia diſponere. *Cic. Phil.* 1. *c.* 10. Collocare armatos in præſidiis. *Id. pro Cluent. c.* 57. Conſtituere præſidia in arca, *metter ſoldati di guarnigione*. *Liv. l.* 24. *c.* 7. Imponere præſidium civitati. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 13. Introducere præſidium in oppidum. *Et c.* 12. Cohortes ex præſidiis deducere. *Et l.* 3. *c.* 15. Præſidio locum tenere. *Et c.* 23. Præſidium deſerere. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 9. Præſidiis aliquem locum firmare. ¶ Pro loco. *Cic. Phil.* 12. Hæc mea ſedes eſt, hæc vigilia, hoc præſidium ſtativum. *Id. pro Ligar.* Eſſe in præſidiis. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 45. Præſidium occupare. ¶ Pro auxilio, ſeu ſubſidio militari. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 39. Legatos præſidio auxiliarium equitum dimittit. ¶ Tranſlate ſumitur pro quovis auxilio, & tutela. *Ter. Heaut.* 5. 2. 14. Tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho. *Cic. pro Syll. c.* 18. Tegi præſidio amicorum. *Id. Verr.* 7. *c.* 65. Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. *Id.* 1. *de Orat.* Naturæ præſidiis omnibus ad dicendum paratus. *Id. ad Brut.* Ferre præſidium Reip. labenti. *Id. pro Leg. Manil.* Quærere ſibi præſidia periculis.

Præſignātor, oris, m. deſignator. *Inſcript. apud Fabret. p.* 38. D. M. Primo Aug. Ser. Præſignator. Hæreditat. filio piiſſimo. ¶ *Fabrettus* legit *præſignatori hereditatium*, & putat pertinere ad procuratorem, ſeu adminiſtratorem vectigalis viceſimæ hereditatium. Quod ſi verum eſt, *præſignator* fuit, qui prænotabat, quantum ex quaque hereditate pendendum ærario eſſet viceſimæ partis nomine: vel qui teſtamenta, in quibus hereditas viceſimæ ſubjecta perſcripta eſſet, Principis nomine, ne qua fraus interponeretur, præſignabat. Alia apud *Murator. pag.* 915. *n.* 6. Saturninus Cæſaris præſignator fecit contubernali ſuæ, &c.

Præſignificatĭo, onis, f. actus præſignificandi. *Lactant. l.* 7. *c.* 15. Præſignificatio, & figura.

Præſignifĭco, as, a. *predire*, προσημαίνω, prædico, præmoneo, ante oſtendo. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 38. Aut non cenſent, eſſe ſuæ majeſtatis præſignificare hominibus, quæ ſunt futura.

Præſignis, & gne, n. 3. *illuſtre*, ἔξοχος, præ aliis inſignis, præſtans. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 628. Præſignis facie Corniculana fuit. *Stat. l.* 4. *Silv.* 8. *v.* 22. Libyca præſignis avunculus haſta.

Præſigno, as, a. 1. *ſegnare prima*, προσημειόω, prius ſigno. *Cato c.* 154. Et ad ſummum, qua fini culeum capiet, præſignato. ¶ Sumitur etiam pro linire, ungere, *Plin. l.* 28. *c.* 4. Incipientes furunculos ter præſignare jejuna ſaliva.

Præſilĭo, is, e. 4. προπηδάω, ante ſalio. *Plaut. Stich.* 3. 2. 13. Ut præ lætitia lacrymæ præſiliunt mihi.

Præſipere. V. Adſipere.

Præſolĭdus, a, um, adject. valde ſolidus, conſtans. *Juvenc. l.* 1. *hiſt. Evang. v.* 425. Præſolidum Simonem, dignum cognomine Petri.

Præſŏno, as, ui, itum, n. 1. ante ſono. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 13. *v.* 11. Hinc ubi præſonuit ſolemni tibia cantu. Ita legit *Heinſ.* alii *perſonuit*.

Præſpeculātus, a, um, nom. ex particip. paſſiva ſignificatione, ante examinatus, conſideratus. *Ammian. l.* 25. *c.* 25. Gemina utilitate præſpeculata.

Præſpargo, is, rſi, rſum, a. 3. προραίνω, ante ſpargo. *Lucr. l.* 5. *verſ.* 738. Flora quibus mater præſpargens ante viai cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet. Alii legunt *Præſpergens*, a præſpergo.

Præſpēro, as, a. 1. ante, vel valde ſpero. *Tertull.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 17. Qui præſperavimus in Chriſtum.

Præſpicio, is, a. 3. ante aſpicio, proſpicio. *Cæl. Aurel. Chronic. l.* 2. *c.* 4.

Præſtabĭlis, & le, o. 3. *eccellente*, ἔξοχος, excellens. *Cic.* 2. *de Or. c.* 85. Sumendæ autem res erunt aut magnitudine præſtabiles, aut novitate primæ, aut genere ipſo ſingulares. *Id.* 1. *Fin. c.* 12. Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere? *Gel. l.* 1. *c.* 3. Homo ſapientia præſtabilis. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 4. Quanto fuerat præſtabilius, ubivis gentium ætatem agere, quam huc redire?

Præſtāna, æ, Dea, cujus ope aliquis aliis præſtat, ſeu antecellit, a *præſtando*. *Arnob. l.* 4. Præſtana eſt, ut perhibetis, dicta, quod Quirinus in jaculi miſſione cunctorum præſtiterit viribus.

Præſtandus, a, um, dandus, exhibendus, partic. vel gerund. a præſto, verbo activo. *Ovid. l.* 4. *de Ponto*, *el.* 10. Sed præſtandus amor, res non onerosa volanti.

Præſtans, antis, o. *eccellente*, προτεύων, ἔξοχος, excellens, ſuperans. *Cic. pro Planc.* Ingenio, juſtitia, integritate omnibus præſtans vir. *Virg.* 12. *Æn.* O præſtans animi juvenis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, & ad rationem, ſolertiamque præſtantior. *Id. de Am. c.* 1. Quem unum noſtræ civitatis & ingenio, & induſtria præſtantiſſimum audeo dicere. *Virg.* 1. *Æn.* Septem præſtanti corpore Nymphæ.

Præſtanter, adverb. *eccellentemente*. Superlat. legitur apud *Plin. l.* 28. *c.* 12. Lichenas oris præſtantiſſime vincit glutinum.

Præſtantĭa, æ, f. *eccellenza*, יתרון, Ger. *fürtreffenheit*, Gal. *excellence*, Hiſp. *excelencia*, ἐξοχή, excellentia. *Cic.* 1. *Off.* c. 28. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia, præſtantiaque animantium reliquorum. *Id. de Amic. c.* 19. Si quam præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ conſecuti ſunt.

Præſtat, abat, itit, imperſ. *è meglio*, ἄμεινόν ἐστι, melius eſt. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 9. Mori millies præſtitit, quam hæc pati. *Id.* 3. *de Nat. Deor. c.* 31. Tacere præſtat Philoſophis, quam loqui.

Præſtatĭo, onis, f. actus præſtandi, exhibitio. *Paul. l. ſi plures gradus*, *ff. de legat.* Itaque ſi quis velit non omnes hæredes onerare legatorum præſtatione. *Senec. de brev. vitæ*, c. 14. Ut concedas, omnia eos fide bona dicere, ut ad præſtationem ſcribant. h. e. ut parati ſint præſtare, & probare quæ ſcribunt.

Præſtātor, ris, m. qui præſtat in vadimonio, *mantenitore*. *Frontin. de Colon. pag.* 128. *edit. Goeſ.* Qui advocantur ut præſtatores.

Præſtatūri. V. *Præſto*, *as*, in fine.

Præſtatūrus, a, um, partic. futuri, a præſto, as. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 8. Se præſtaturos, nihil ex eo te offenſionis habiturum. *Planc. ad Cic. l.* 10. *ep.* 11.

Idque me præſtaturum ſpem. *Liv. l.* 30. *c.* 15. Maſiniſſam libenter primam ei ſidem præſtaturum fuiſſe.

Præſtauro, as, n. 1. præſtruo, ſubminiſtro. *Diomed. Grammat.* Præſtaurare maternum dicendi. *Voſſ. in Etym.* in voce *Inſtauro*.

Præſtega, æ, f. [illegible], locus, ubi otii cauſa ſumus, ſub tecto tantum, patula reliqua parte, tanquam ſub porticu. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 31. Vorſa pręſtega, ſtrata, lautaque, coctaque omnia uti ſint. Alii leg. *præſterga*, h. e. omnino terſa, & munda, ut ſit antique dictum pro *præterſa* a *prætergo*.

Præſterga V. in dictione præced.

Præſterno, is, a. 3. [illegible], ante ſterno. *Stat. l.* 3. *Sylv.* 2. *v.* 114. Quæ ſibi præſternat vivax altaria phœnix. ¶ Translate ponitur pro præparare. *Plin. l.* 5. *ep.* 8. Illud peto, præſternas, ad quod hortaris. Alii leg. *præſtruas*.

Præſtes, itis, com. *preſidente*, [illegible], idem ac præſes, ſeu antiſtes. *Feſt.* Antiqui ſic præſtites dixerunt, ut nunc antiſtites. ¶ *Dii Præſtites* cognomen eſt Larium publicorum, hoc eſt eorum, qui urbis ſunt cuſtodes, ideoque in compitis, ſemitis, ac viis publicis ſtatuebantur. Dicti ſunt a *præſtando*, quod omnia tuta præſtarent, ideſt tuerentur, & conſervarent. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 129. *& ſeq.* ¶ Nec Romæ ara conſtituta fuit Cal. Maji. *Id. ibid.*

Præſtigia, orum, n. idem ac præſtigiæ. *Cic.* 6. *Verr. c.* 24. Non per præſtigia, ſed palam per poteſtatem, uno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit. Plures tamen legunt *præſtigias*.

Præſtigiæ, arum, f. *preſtigii*, [illegible], Ger. *zauberey*. Gal. *enchanterie*, Hiſp. *juegos de paſſa paſſa*, [illegible], [illegible], incantationes, deluſiones, cujuſmodi ſunt, quæ manuum quadam dexteritate fiunt, a *præſtringendo*, quod celeritate manuum præſtringantur oculi, ita ut miracula videantur fieri. Præſtigiarum Mercurium inventorem fuiſſe dicitur. *Cic.* 4. *Acad.* Ne ab iis, quę clara ſint ipſa per ſe ſe, quaſi præſtigiis quibuſdam, & captionibus depellamur. ¶ Translate hæc vox dicitur de quavis fraude, & impoſtura. *Cic. pro Rab. Poſth.* Illinc omnes præſtigiæ, illinc, inquam, omnes fallaciæ, omnia denique ab his mirmillonum argumenta nata ſunt. *Id.* 3. *Fin. c.* 27. Verborum præſtigiæ. ¶ In ſingulari num. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Petere plauſum præſtigiæ.

Præſtigiator, oris, m. *giocolatore*, [illegible], Ger. *betrieger der augen*, Gal. *joueur*, *bateleur*, Hiſp. *jugador de manos*, [illegible], præſtrictor, qui celeritate inſitandi, & ludibria illa oculorum factitandi ita præſtringit viſum intuentium, ut miracula facere credatur, ſeu qui circumſtantibus ita oculorum aciem præſtringit, ut non advertant dolum. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 6. Præſtigiator hic quidem Pœnus probus eſt. *Senec. ep.* 45. Quomodo præſtigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipſa delectat.

Præſtigiatrix, icis, f. quę pręſtigias facit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 150. Aut pol hæc præſtigiatrix mulier multo maxima eſt.

Præſtigioſus, a, um, adject. *preſtigioſo*, pręſtigiis plenus, captioſus, ad fallendum compoſitus. *Gell. l.* 7. *c.* 14. Unumquodque genus enim cum caſte ornatur, fit illuſtrius, cum fucatur, atque prælinitur, fit pręſtigioſum. *Arnob. l.* 1. Nihil magicum, nihil pręſtigioſum, aut ſubdolum.

Præſtinguo, is, xi, nctum, a. 3. extinguo, obſcurum facio, tenebras offundo. *Lucret. l.* 3. *v.* 1056. *de Epicuro.* Qui genus humanum ingenio ſuperavit, & omnes Pręſtinxit, ſtellas exortus uti æthereus ſol. *Vellei. l.* 2. *c.* 118. Omnem animi ejus aciem pręſtinxerant. ¶ Adduntur a Criticis loca multa ex Cicerone, in quibus alii *perſtringo* reponunt.

Præſtino, as, avi, atum, *a.* 1. emo, vel emendo teneo, apud vet. a *præ*, & obſoleto *ſtano*, vel *ſtino*, quod a *ſto*. *Feſt.* Præſtinare apud Plautum emere eſt, ideſt, emendo tenere. *Plaut. Pſeud.* 1. *c.* 36. Ego eo in macellum, ut piſcium quicquid eſt, pretio pręſtinem. *Apul. l.* 1. *Met.* Peſtinos occurri, id omne pręſtinaturus.

Præſtitor, oris, m. qui pręſtat, ſeu efficit, aut tribuit. *Apul. in Aſclep.* Pręſtitor, tributor omnium.

Præſtituin, V. Pręſto, ae, in fine.

Præſtituo, is, ui, utum, a. 3. *preſcrivere*, *ordinare*, [illegible], prius ſtatuo, præſcribo, præfinio. *Cic.* 3. *Verr.* Diem pręſtituis operi faciundo calendas Decembres. *Id. pro Cæc.* Prætor is, qui judicia dat, petitori non pręſtituit, qua actione uti eum velit.

Præſtitutus, a, um, *prefiſſo*, *determinato*, *ſtabilito*. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 39. Ad ea quidem dedit naturam vitæ tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die.

Præſto, as, præſtiti (in quibuſdam editionibus apud *Ulp. l. Et in contraria* . *Dig. de Uſur.* præſtavi) præſtitum, & præſtatum (a quo particip. *præſtaturus*) n. 1. a. *præ*, & *ſto*, proprie ſignificat ante ſtare. *Luc. l.* 4. *v.* 28. ſubita circumdedit agmine colla: Tum primæ præſtant acies. Sunt qui leg. *perſtant*. Quidam Lexicographi afferunt præterea locum *Plaut. Moſtell.* 5. *c.* 18. his verbis: Ego illum ante ædes præſtabo ludificatorem meum. h. e. adducam, præſentem eſſe jubebo. At optimus quiſque Plautinus Codex habet perſtolabor. ¶ Frequenter ponitur pro ſuperare, antecellere, [illegible], & conſtruitur cum dativo, vel accuſ. addito interdum abl. exceſſus. *Ter. Eun.* 2. 2. Nullo homini quid præſtas? *Cic.* 4. *Fin c.* 18. Virtus præſtat cæteris rebus. *Id. de Clar. Orat. c.* 43. Totidem annis mihi ætate pręſtabat. *Et c.* 64. Inter ſuos æquales longe præſtitit. *Nepos in Att. c.* 3. Qui humanitate præſtaret omnes. *Liv. l.* 5. *c.* 38. Quantum Galli virtute cæteros mortales præſtarent. *Lucret. l.* 3. *v.* 1355. longe præſtat in arte. ¶ *Præſtat* imperſ. quod ad hanc notionem reducitur V. ſupra ſuo loco. ¶ Frequentiſſime ſumitur pro efficere, perſolvere, obire, *fare*. *Cic. ad Brut. ep.* 18. Quod promiſi, vix videm præſtare poſſe. *Id. Fam.* 7. *ep.* 17. Ultima expectatio, quæ ego tibi & jucunda, & honeſta præſtabo. *Id. Fam.* 14. *ep.* 4. Præſtare jus, & officium. *Id. in Orat.* Præſtare munus ſuum. ¶ Item pro exhibere, & adhibere, dare. *Balb. ad Cic.* 9. *ad Attic. ep.* 8. Præſtare alicui benevolentiam. *Cic. de clar. Or.* Præſtare pietatem non tam fratri quam patriæ. *Id. Phil.* 9. *c.* 3. Præſtare alicui debitum honorem. *Plin. l.* 3. *ep.* 18. Præſtare ſedulitatem alicui. *Liv. l.* 29. *c.* 25. Præſtare alicui ſilentium. *Sueton. in Domit. c.* 9. Ut quotannis ingredientibus Curiam ſenatoribus certam ſummam viritim præſtaret heres. h. e. ſolveret. ¶ Item pro oſtendere. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 16. Eum ſemper te & privatis in rebus, & publicis præſtitiſti, tuenda tibi ut ſit gravitas. *ti fei deportato in maniera, che &c. Id. ibid.* Gravitatis & ſapientiæ tuæ, quam tu a puero præſtitiſti. *Brut. ad Cic. l.* 11. *Fam.* Præſtare ſe propugnatorem acerrimum ¶ Præſtare ſe alicui, h. e. aditum alicui ad ſe dare. *Pompon. l.* 2. *Dig. de orig. jur.* Conſultatoribus potius, quam diſcere volentibus ſe præſtabant. ¶ Uſurpatur præterea ſæpiſſime pro fidejubere, cavere, alicujus rei exitum in ſe recipere, *mantenere*. *Cic. pro Planc.* Prędones nullos fore, quis præſtare poſſit? *Id. l.* 5. *Fam. ep.* 11. Quamcumque ei fidem dederis, præſtabo. *Id. ib. ep.* 17. Communem, & incertum caſum neque vitare quiſquam noſtrum, neque pręſtare ullo pacto poteſt. *Id. l.* 6. *ep.* 1. Simus ea mente, ut nihil in vita a nobis præſtandum putemus, niſi culpam. h. e. de nulla re laboremus, aut ſolliciti ſimus, niſi de culpa vitanda. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 3. Inter hos eos, quos tibi comites, & adjutores negotiorum publicorum dedit ipſa reſp. dumtaxat finibus his præſtabis, quos ante præſcripſi. Quos vero aut ex domeſticis convictionibus, aut ex neceſſariis apparitionibus tecum eſſe voluiſti, horum non modo facta, ſed etiam dicta nobis pręſtanda ſunt. *Id. Attic. l.* 10. Præſtare Remp. h. e. incolumem conſervare. Sic præſtare ſe incolumem. *Id.* 16. *Fam. ep.* 9. Præſtare fidem promiſſi, & præſtare promiſſum, h. e. ſervare. *Liv. l.* 30. *&* 33. ¶ Præſtare alicui damnum, noxam, periculum, eſt in ſe recipere, & veluti vadem ſe conſtituere, ſi quid periculi, aut damni in re ſit. *Cic. pro Mur.* 3. *Offic.* & alibi. Sic præſtare culpam. *Id.* 1. *de Or.* præſtare vitium ædium. *Id.* 3. *Offic.* ¶ *Lucret. l.* 3. *v.* 215. mors omnia præſtat, Vitalem præter ſenſum, calidumque vaporem. h. e. omnia integra relinquit. ¶ *Præſtaturus* particip. V. ſupra ſuo loco. *Præſtitum iri*, pro præſtandum eſſe. *l.* 66. *Dig. de contrahen. empt.* Viam, iter, aquæductum pręſtitum iri. Et *l.* 10. *Dig. de hered. vel act. vend.* Nec poſtea quicquam præſtitum iri. Utroque loco in quibuſdam Edition. legitur *præſtaturi*, vel *præſtaturi* eodem ſenſu.

Præſto, *preſente*, [illegible], adverbium eſt, vel, ut alii volunt, nomen indecl. omnis generis, quod jungitur verbo *ſum*, vel *adſum*, & ſignificat adeſſe, præſentem eſſe, paratum eſſe, in promtu eſſe. *Ter. Eun.* 5. 9. Sed ubi eſt frater? C. Pręſto adeſt. *Id. Heaut. l.* 1. Domi præſto apud me eſſe ajuns. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 5. Ibi mihi pręſto fuit L. Luſius cum literis, mandatiſque tuis, ideſt occurrit. ¶ Ponitur etiam pro advenire, comparere. *Auct. ad Her. l.* 4. Hirundines æſtivo tempore præſto ſunt, frigore pulſę recedunt. *Tibull. l.* 1. *el.* 6. *v.* 25. Pauper erit præſto tibi, præſto Pauper adibit. ¶ Metaleptice ponitur pro opem ferre, præſidio eſſe, juvare. *Cic. pro Mur. c.* 9. Jus civile didicit, multum vigilavit, laboravit, præſto multis fuit.

Præſtolans, antis, o. partic. a præſtolor. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 23. Hujus adventum L. Cæſar filius cum decem longis navibus præſtolans.

Præſtolor, aris, d. 1. *aſpettare*, [illegible], Ger. *auff einen warten*, Gal. *attendre*, Hiſp. *eſperar*, [illegible], expecto, maneo. *Feſt.* Pręſtolari dicitur is, qui ante ſtando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. Conſtruitur cum acc. vel dat. ſed frequentius cum acc. *Cic. Att. l.* c. Ita tamen, ut in Formiano te pręſtoler uſque ad 3. Nonas Majas. *Id.* 1. *Catil. cap.* 9. Qui tibi ad Forum Aurelium præſtolarentur armati. ¶ De quantitate penultimæ pugnant inter ſe Grammatici: uſus videtur producere. ¶ *Præſtolo*, as, activa forma. *Turpil. apud Non. c.* 7. *n.* 67. Ego pręſtolabo illi.

Præſtrictio, onis, f. actus pręſtringendi. *Tertull. de reſurr. carn. c.* 49. Præſtrictio ſenſus.

Præſtrictus, a, um, valde ſtrictus. *Ovid. in Ibin*, *v.* 549. Utve Syracuſio præſtricta fauce Poetæ.

Præſtringo, is, nxi, ictum, *ſtringere*, *legare*, [illegible], ante ſtringo, valde ſtringo. *Plin. l.* 18. *c.* 34. Præſtringit enim, atque percellit hic radices arborum. *Stat. l.* 5. *Syl.* 3. Ille tuis toties pręſtrinxit tempora ſertis. ¶ Sæpe uſurpatur pro obſcurare, obtenebrare. Quidam dicunt id fieri per translationem. Sed oculorum ſenſus, qui per ſe ampliſſimam vim habet, Solis radiis vere & proprie reſtringitur, & coarctatur. Similiter acies oculorum a præſtigiatoribus reſtringi videtur, cum manuum celeritate impeditur, ne ea perſpiciat, quæ alioqui perſpicere apta eſt. *Auct. ad Her. l.* 2. Exiſtimat ſe gemmæ nitore, & auri ſplendore aſpectus omnium præſtringere. *Cic. in Vatin. c.* 10. Cujus dignitas, & ſplendor præſtringebat, credo, oculos Vatinii. *Liv. l.* 40. *c. proxis.* Ingenti fragore cœli, tonitribuſque, & fulgoribus præſtringentibus aciem oculorum. ¶ Item pro obtundere, hebetare. *Plin. l.* 15. *c.* 24. Vis tanta, ut aciem gladii præſtringat. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 49. Quorum utrumque præſtringere aciem mentis ſolet. *Id.* 1. *Verr. c.* 14. Sed ſeſe ipſo, ac motu corporis præſtringas aciem ingenii tui. ¶ Nonnunquam ponitur pro radere, attingere *Nonn.*, ſeu tranſeundo attingere. *Cic.* 2. *Phil. c.* 40. Vomere portam Capenam pene præſtrinxiſti. Pleræque tamen Editiones habent *perſtrinxiſti*.

Præſtructim, adverb. præſtruendo, ante præparando, via ante præſtructa. *Tertull. de Pall. c.* 3. Multo dicendum fuit, ut ad hominem præſtructim perveniretur.

Præſtructio, onis, f. præparatio, fundamentum. *Tertull. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 14. Niſi hanc promiſſionem creator in Evangelii ſui præſtructionem deſtinaſſet.

Præſtructura, æ, f. præſtructio. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 2. Ad Evangelii præſtructuram.

Præſtructus, a, um, ante præparatus, præmiſſus. *Suet. in Tib. c.* 53. Cum præſtructum utrumque conſulto eſſet. *Col. l.* 1. *c.* 5. Ab imo præſtructa valenter reſiſtunt.

Præſtruo, is, xi, ctum, a. 3. *fabbricare innanzi*, [illegible], ante ſtruo, prius ędifico. vel ordino, vel præparo. V. *Præſtructus*. ¶ Translate *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 370. prius agmina duris Exerce ſtudiis, & ſævo præſtrue marti. h. e. ante inſtrue, para. ¶ Interdum ponitur pro conciliare. *Liv. l.* 28. *c.* 42. Fraus fidem in parvis ſibi præſtruit. ¶ Interdum ponitur pro obſtruere, claudere. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 563. Ille aditum magni pręſtruxerat obice montis.

Præſtupidus, a, um, adject. valde ſtupidus. *Juven. l.* 4. *v.* 200. Altera præſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde.

Præſudo, as, n. 1. [illegible], ante ſudo. *Claud. l.* 2. *de rapt. Proſ. v.* 120. Dum matutinis præſudant ſolibus aer. h. e. rore fluit. ¶ Translate ſumitur pro exerceri. *Stat.* 4. *Theb. v.* 4. Super quo Martia bellis Pręſudare parat, ſe ſeque accendere virtus.

Præſul, is, m. *Prelato*, [illegible], princeps Saliorum, a *præſiliendo*. Nam Saliis inde nomen fuit, quia ancilia per Urbem geſtantes ſalire ſolebant. *Capitolin. in M. Antonino Philoſ. c.* 4. Fuit in eo ſacerdotio (Saliorum) & pręſul, & vates, & magiſter. Legitur etiam in quibuſdam Editionib. apud *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 26. & *l.* 2. *c.* 66. ¶ Late accipitur quandoque pro eo, qui alicui rei pręeſt. *Sidon. l.* 4. *ep.* 14. Pręſul fori. *Pallad. l.* 1. *R. R. tit.* 6. Recordans, arbori huic (oleę) eſſe pręſulem caſtitatem. ¶ In fœminin. genere *Avien. in deſcript. Orbis*, *v.* 519. Et Junone calent hic ara pręſule ſemper.

Præſulſus, a, um, valde ſalſus. *Col. l.* 6. *c.* 2. Libraleſque offas in pręſulſę adipe liquamine tinctas.

Præſultator, oris, m. idem ac pręſultor. *Liv. l.* 2. *c.* 36. Jovi præſultatorem diſplicuiſſe.

Præſulto, as, n. 1. [illegible], ante ſalio. *Liv. l.* 7. *c.* 10. Quando adeo ferox pręſultat hoſtium ſignis.

Præſultor, oris, m. [illegible], qui in ſacris choream ducit, & ante alios ſalit. Narrat *Lactant. l.* 2. *c.* 7. Jovem per quietem cuidam Atinio dixiſſe, ludis Circenſibus proximis præſultorem ſibi diſplicuiſſe. Idem refert *Valer. Max. l.* 1. *c.* 7. *n.* 4.

Præſum, es, fui, *n.* anom. *eſſer preſidente*, [illegible], Ger. *vorſtehen*, Gal. *preſider*, Hiſp. *preſidir*, [illegible], ante alios ſum, prælectus ſum, curam alicujus rei habeo, guberno, rego, adminiſtro. *Cic.* 4. *Acad.* Ibi per multos annos admirabili quadam laude provinciæ præfuit. *Id.* 1. *de Orat.* Clariſſimi viri ei ſtudio hodie præſunt. *Nepos in Dione*, *c.* 6. Præeſſe claſſi. *Et in Themiſt. c.* 4. Præeſſe ſummo imperio. *Et in Conon*, *c.* 4. Ducem fortem regiis opibus præfuturum.

Præſumo, is, umpſi, mptum, a. 3. *preſumere*, Germ. *zu vor nemmen*, Gall. *prendre au paravant*, *preſumer*, Hiſp. *preſumir*, *tomar antes*, [illegible], prius ſumo, præcipio. *Plin. l.* 36. *c.* 11. Potores in certamine bibendi præſumere farinam ejus. *Virg.* 11. *Æn. v.* 18. Arma parate animis, & ſpe præ-

præſumite bellum. *h. e.* bellum jam jam futurum veſtris animis proponite. *Tacit.* 11. *Ann. c.* 7. Æternitatem famę ſpe præſumere. *h. e.* præcipere, anticipare. *Id. Ann.* 1. *c.* 38. Venire ſe valida manu, ac ni ſupplicium in malos præſumant, uſurum promiſcua cęde. *h. e.* niſi ante ſuum adventum malos puniant. *Sen. ep.* 107. Cogitare futura, ac præſumere, *prefigurarſi*. *Veter. Mon. l.* 1. Præſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuum, *preſagì*. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Illa mihi in pueris natura minimum ſpei dederit, in qua ingenium judicio præſumitur. *h. e.* venit ante judicium. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. Præſumere mollitiem, *avvezzarſi delicatamente avanti il tempo*. Sic præſumere gaudia, remedia. *Tac. Plin. in Paneg.* & al. ¶ Ponitur & pro audere, apud ſequioris ævi Scriptores. *Sulpic. Sever. l.* 1. *hiſt. ſacr. c.* 47. Elatus ſecundis rebus, illicita præſumens, &c. *Sext. Ruf. c.* 6. Epirotę ad Italiam tranſire præſumpſerant.

Præſumpte, adverb. *preciſamente*. *Vopiſc. in Caro, cap.* 4. Cari patria ſic ambigue a pleriſque proditur, ut præſumpte veritatem dicere nequeam.

Præſumptio, onis, *anticipazione*, Ger. *vermaſſenheit*, Gal. *preſomption*, Hiſp. *preſumpcion*, πρόληψις, ante ſumptio, anticipatio. *Plin. l.* 9. *ep.* 3. Qui bonæ, manſuręque famę præſumptione perfruitur. *Sen. ep.* 117. Multum dare ſolemus præſumptioni omnium hominum, h. e. pervagatę opinioni, & communi. ¶ Apud Scriptores ſequioris ævi accipitur interdum pro nimia ſpe, temeritate, audacia, *preſunzione*. *Spartian. in Hadrian. c.* 2. Habuit autem præſumptionem imperii mox futuri ex Jovis *reſponſo*. *Sulpic. Sever. l.* 2. *hiſt. ſacr. c.* 33. Illicita præſumptione holocauſtum obtulit. ¶ Eſt etiam figura rhetorica, eadem ac Occupatio. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Mire in cauſis valet præſumptio, quę πρόληψις dicitur. ¶ Præterea præſumptio dicitur prima ſyllogiſmi propoſitio, quam Logici majorem vocant. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 53. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quę λήμματα appellant dialectici, ſed nos Latine loqui malumus. præſumptio autem, quam πρόληψιν iidem vocant, non dabitur.

Præſumptor, oris, *m. preſontuoſo*, qui audacter aliquid ſperat, vel conatur. *Tertull. de pudic. c.* 6. At ille præſumptor, cum ſibi promitteret, &c. Adde *Ammian. l.* 26. *c.* 8.

Præſumptorie, adverb. *con preſunzione*, nimia fiducia. *Tertull. l.* 4. *contra Marcion. c.* 41. Petrum præſumptorie elocutum negationi deſtinando.

Præſumptuoſe, adverb. præſumptorie. *Sidon. l.* 7. *ep.* 6. Hoc ipſum præſumptuoſe, arroganterque loquor.

Præſumptuoſus, a, um, adject. *preſontuoſo*, nimis confidens, ſuperbus, audax. *Sidon. l.* 1. *ep.* 1. Præſumptuoſis veſtigiis C. Plinii maturitatem conſecuturus. *Id. l. eod. ep.* 11. Quod præſumptuoſum fuiſſet. Al. leg. *præſumptioſus* eodem ſenſu.

Præſumptus, a, um, προληφθείς, ante ſumptus, anticipatus. *Sil. l.* 5. Ipſa ſuis manibus præſumpta piacula mittens. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 168. Feſtinaque voti Præſumptum diadema dedit. h. e. ante legitimam ætatem. ¶ Præſumpta opinio, eſt opinio ante capta de re aliqua. *Quintil. l.* 2. *c.* 17. Nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præſumpta. Sic ſuſpicio præſumpta, apud *Tacit.* 1. *Ann. c.* 73. Huc etiam referendum illud *Ulpian. leg.* 33. *tit.* 1. *l.* 21. *Dig.* Qui mancipia vendunt, nationem cujuſque exprimere debent: præſumptum enim eſt, quoſdam ſervos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata. *avuto comune concetto, che*, &c.

Præſuo, is, ſui, ſutum, a. 3. προρράπτω, ante ſuo. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Mox præſuunt recentibus coriis quadrupedum.

Præſutus, a, um, partic. a præſuo. *Ovid.* 11. *Met. v.* 9. Quæ foliis præſuta notam ſine vulnere fecit.

Prætactus, a, um, ante tactus. *Cæl. Aurel. Chronic. l.* 4. *cap.* 3. Oleo prætactus venter. *h. e.* præunctus.

Prætango, is, a. 3. ante tango. *Cæl. Aurel. Chronic. l.* 3. *c.* 7. Corpus prætangi acceſſione ventura.

Prætego, is, xi, ctum, a. 3. προκαλύπτω, ante tego, prævelo. *Lact. lib.* 5. Tum vitia ſua capillis, & palliis, & vittis prætegebat. *Plin. in Paneg. c.* 15. Quę refectiones tuas arbores, quę ſomnum ſaxa prætexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleveris.

Prætendo, is, di, tum, a. 3. *porre innanzi*, Ger. *fürſpannen*, Gal. *pretendre*, Hiſp. *tener delante*, προτείνομαι, eſt aliquid ante tendere, vel opponere, ne quæ occulta, & tecta volumus, appareant, & omnium aſpectui expoſita ſint, vel ne calor nimius nos urat, aut ne ventus nobis ſit moleſtus, vel ne aves evolent, &c. *Virg.* 1. *Georg. v.* 270. Segeti prætendere ſepem. *Plin. l.* 9. *cap.* 8. Qua de cauſa non queunt retia prætendi. *Tac.* 2. *hiſt. c.* 6. Quidquid caſtrorum Armeniæ prætenditur. ¶ Quandoque eſt præferre. *Virg.* 4. *Georg.* Fumoſque manu prætende ſequaces. ¶ Translate ponitur pro ponere ante, opponere, allegare, &c. *Cic. in Vatin.* Et hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere. *Quinct. l.* 8. *c.* 3. Prætendebat, ſe id metu facere. *Id. l.* 7. *c.* 2. Ignorantia prætendi non poteſt. ¶ *Paul. l. Si plures. Dig. de pact.* Unus tutor plurium pupillorum nomine, unum debitum prætendentium. h. e. ſuum eſſe contendentium.

Prætener, ra, rum, ὑπάπαλος, valde tener. *Plin. l.* 23. *c.* 13. Sed alia eſt eſpnos, fruticoſa, prætenera, foliis coriandri. Adde *l.* 24. *c.* 2.

Prætenta, æ, f. idem ac prætentura. *Manil. l.* 4. *v.* 691. Gallia prætentis, Hiſpania maxima bellis. Al. leg. *per cenſus*.

Prætentatus, us, m. actus prætentandi. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.

Prætentatus, a, um, particip. a prætentor. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 78. Idcirco tota cauſa prætentata, atque perſpecta, locis omnibus inventis, atque inſtructis, conſiderandum eſt, &c. *Suet. in Aug. c.* 35. Prætentato ſinu.

Prætento, as, a. 1. *tentare innanzi*, Germ. *vorhin verſuchen*, Gal. *tenter premier*, Hiſp. *tentar primiero*, προπειράζομαι, prius tento, ante experior, inquiro, inſpicio. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. Et pedibus prætentat iter ſuſpenſa timore. *Quintil. l.* 4. In egreſſu parcius, & modeſtius prætentanda eſt judicis miſericordia.

Prætentura, æ, f. cuſtodia militaris poſita in confiniis provinciæ, & veluti prætenta. *Ammian. l.* 14. *c.* 9. Meſopotamiæ tractus omnes crebro inquietari ſueti, prætenturis, & ſtationibus ſervabantur agrariis.

Prætentus, a, um, προταθείς, ante extenſus. *Suet. in Claudian. c.* 10. Interque prætenta vela ſe abdidit. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 56. Gens provinciis late prætenta. *Claudian. de B. Get. v.* 416. Legio prætenta Britannis. h. e. oppoſita, ſeu cuſtodiæ Britannorum appoſita.

Prætenuis, & nue, o. 3. παγλέπτος, valde tenuis. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Et tactu prætenuia fila mittit.

Prætepeo, es, n. 2. προχλιαίνομαι, ante tepeo. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 3. Si tuus in quavis prætepuiſſet amor.

Præter, *fuorchè, eccetto, oltre*, זו, Germ. *auſſgenommen*, Gall. *hormis excepte*, Hiſp. *fuera, demas, de*, παρὰ, πλὴν, χωρὶς, extra, excepto, niſi, prep. ex iis, quæ acc. inſerviunt, a *præ*, ut ſubter a *ſub*, inter ab *in*. *Priſc. l.* 14. *Cic. in Fam.* 1. *ep.* 5. Amicum ex Conſularibus neminem tibi eſſe video, præter Lucullum. ¶ Sumitur etiam pro ultra. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 13. Præter ſpem, ſi quid erit, facies, ut ſciam. ideſt ultra ſpem, ex inſperato. *Id.* 2. *de Or.* Nihil magis ridetur, quam quod eſt præter expectationem. ¶ Item pro ſupra. *Cic.* 2. *Off.* Cujus eſt præter cęteros crudelitas nobilitata. *Id. pro Planc.* Quod gratum præter modum dicat eſſe. ¶ Item pro contra. *Plaut. Epid.* 1. 2. 3. Præter ætatem, & virtutem ſtultus es. hoc eſt dedecet ætatem tuam te ſtultum eſſe, contra ætatem facis. *Ter. And.* 5. 3. 8. Præter civium morem, atque legem. ¶ Item pro ante. *Cic.* 5. *Ver. c.* 25. Præter oculos Lollii hęc omnia ferebant. ¶ Aliquando adverbium eſt pro præterquam, *eccetto che*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Atqui etiam e Græcis ipſis diligenter cavendæ ſunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum. *Salluſt. in Catil. c.* 37. Ceteræ multitudini diem ſtatuit, præter rerum capitalium condemnatis. ¶ Vel pro inſuper. *Plin. l.* 11. *c.* 4. Habent autem oculos, præterque e ſenſibus tactum, atque guſtatum. *Id. ibid. c.* 26. Stelliones rore tantum vivunt, præterque araneis. ¶ *Præter propter* ſignificat, plus minus, circiter. *Gel. l.* 19. *c.* 10. Cum Architectus dixiſſet, neceſſaria videri ſeſtertia trecenta, unus ex amicis Frontonis, & præter propter, inquit, alia quinquaginta. *Vivere præter propter* eſt inconſtantem vitam agere, modo huc, modo illuc ferri, nullam in vita inſtituenda rationem ſequi. *Enn. apud Gell. loc. cit.* Imus huc, hinc illuc, cum illuc ventum eſt, ire illinc lubet, incerte errat animus, præter propter vita vivitur. Alii leg. *præter propter vitam vivitur*. hoc eſt vivitur præter id, quod propter vitam eſt. Sed lectio hæc minus proba eſt.

Præterago, is, u. 3. ago ultra aliquem locum. *Hor. l.* 1. *ep.* 15. Et diverſoria nota Prætereagendus equus.

Præterbito, as, n. 1. *oltrepaſſare*, παραμείβομαι, prætereo, a *præterito*, *as*, interpoſito *b*. *Plaut. Epid.* 3. 4. 1. Cave, præterbites ullas ædes, quin roges, &c. Alii leg. *præterbitas*, ut ſit 3. conjugat. quemadmodum eſt in illo ejuſdem in *Pan.* 5. 3. 43. Ne inter vias præterbitamus, metuo.

Prætercurro, is, ri, rſum, n. 3. *ſcorrer oltra, a da vicino*, currendo prætereo. *Veget. l.* 3. *c.* 24. Equis prætercurrentibus.

Prætercurſus, a, um, partic. paſſiv. *traſcorſo*, currendo præteritus. *Ammian. l.* 22. *c.* 22. (al. 9.) Tranſgreſſus itaque fretum, prætercurſa Chalcedone, & Libyſſa, unde Nicomediam venit.

Præterduco, is, xi, ctum, a. 3. ultra, vel ante aliquem duco. *Plaut. Mil.* 2. 2. 67. Ut ne hodie quaſi pompam illac præterducerem.

Præterea, adv. *oltre a ciò*, עוד, Germ. *über das*, Gall. *outre cela, d'avantage*, Hiſp. *demas deſto, fuera deſto*, ἀλλά τε, ἔτι, ultra ea, quę dicta ſunt, ad hæc, inſuper, a *præter*, quaſi dicas præter hęc. *Cic.* 5. *Phil.* Eſt enim Phędri Philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtivus. ¶ Interdum habet pronomen incluſum tam ſingularis numeri, quam pluralis. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 3. Ut tibi uni concedam, præterea nemini, ideſt præter te. *Id. l.* 1. *ep.* 7. Præterea quidem de Conſularibus nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. ¶ Uſurpatur etiam pro poſtea, ſive poſthac, deinceps. *Virg.* 1. *Æn.* Et quiſquam numen Junonis adoret præterea?

Prætereo, is, ivi, itum, n. anom. *paſſar oltre, trapaſſare*, עבר, Germ. *fürgehen*, Gall. *paſſer outre*, Hiſp. *paſſar, allende*, παρέρχομαι, ultra eo, prætergredior, ultra id progredior, quo iter præfinitum eſt. *Ter. Eun.* Dum hæc reputo, imprudens villam præterii. ¶ Ponitur etiam pro labi, decurrere, evaneſcere. *Ovid.* 3. *de Art. ver.* 63. Nec quæ præterit, curſum revocabitur unda, nec quæ præteriit, hora redire poteſt. ¶ Translate capitur pro antecellere, vincere. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 1. Hos nobilitate Mago Carthaginienſis præteriit. *Cic. in Sal.* Neque ab alio vinci poteſt, neque ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire. ¶ Item pro effugere, vitare. *Ter. Hec.* Neſcis, quid mali præterieris. ¶ Item pro omittere, prætermittere, tacere. *Cic. de Prov. Conſ.* Cæteras relinquo, libidines prætereo. *Id. ad Brut.* Sed tamen tantam omnium laudum excellentiam non queo ſilentio præterire. *Id. pro Planc. c.* 3. Populus ſolet nonnunquam dignos præterire. h. e. candidatos negligere. *Id.* 5. *Tuſc.* Cum ſapiens, & bonus vir ſuffragiis præteritur. ¶ *Hoc me præterit*, h. e. oblitus ſum, memoria excidit. *Ter. Hec.* 5. 4. 38. An temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto uſus ſit? *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 8. Non te præterit, quam ſit difficile. *Id.* 13. *Fam. epiſt.* 65. Non me præterit, nos eam rem expertos eſſe.

Præterequito, as, n. 1. *cavalcare avanti*, παριππεύω, equitando prætereo, vel tranſeo. *Liv. l.* 3. *c.* 61. Præterequitanteſque abſterrent.

Præterenter, curſim. *Auguſtin. tract.* 118. *in Joan.* Non eſt præterenter loquendum.

Præterferor, ferris, latus ſum, paſſ. anom. *paſſare*, prætereo, tranſeo. *Liv. l.* 21. *c.* 55. Simul ac latebras eorum improvida præterlata acies eſt.

Præterfluo, is, xi, xum, n. 3. *trapaſſare ſcorrendo, ſcorrere vicino*, παραῤῥέω, fluendo prætereo, vel juxta fluo. *Varr. R. R. l.* 3. *c.* 16. Quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat. *Liv. l.* 41. *c.* 11. Amnem præterfluentem mœnia novo alveo avertit. ¶ Translate uſurpatur pro elabi, pertranſire, evaneſcere. *Cic.* 5. *Tuſc.* de voluptate, Nec præteritam præterfluere ſinere.

Prætergeo, es, rſi, a. 2. quidam Lexicographi afferunt ex *Lucr. l.* 4. ſed optimæ notæ Codices habent *pertergeo*.

Prætergredior, eris, d. 3. *trapaſſare*, παρέρχομαι, prætereo, tranſeo. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 7. Curſus Lepta mihi nuntiavit, te jam caſtra prætergreſſum eſſe. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 23. Fines ſuos prætergredientem.

Præterhac, adverb. præterea, pro præter hæc, ut *antehac* pro ante hęc. *Plaut. Rud.* 4. 4. 74. Si præterhac unum verbum faxis. Adde *Men.* 1. 3. 3.

Præteriens, euntis, partic. *chi paſſa, oltrepaſſa*, παρερχόμενος. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 5. Et plaudat curru prætereunte pater. *Cic.* 4 *Acad.* Nihil præteriens eorum, quę pro hac cauſa dici poſſunt. ¶ *Præteriens* facere aliquid dicitur, qui obiter facit, nec diu immoratur. *Cic. de Clar. Orat.* Uno aſpectu & præteriens de aliquo judicat. *Id. Verr.* 1. Quaſi præteriens ſatisfaciam univerſis. *di paſſaggio*.

Præterinquiro, is, u. 3. inſuper inquiro. *Ammian. l.* 13. *c.* 10. Statuit, in negotium præterinquiri.

Præteritio, onis, f. *il laſciar fuori*. *Cod. l.* 6. *tit.* 29. *leg.* 4. Pœnam pati præteritionis.

Præteriturus, a, um, partic. futuri a prætereo. *Ovid. l.* 3. *de ar. am. v.* 612. Quaque vigil cuſtos, præteriturus eram.

Præteritus, a, um, *paſſato*, quod præteriit, quod elapſum eſt, vel tranſactum. *Cic. de Sen. c.* 19. Nec præteritum tempus unquam revertitur. *Id.* 1. *de Div.* Tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prævidet. *Id.* 4. *Acad.* Nihil in præteritis relinquere, *laſciar' in dietro*. ¶ Interdum præteritus pro extincto, ſeu mortuo accipitur. *Prop. l.* 2. *el.* 14. Fas eſt præteritos ſemper amare viros. ¶ Sæpe pro omiſſo. Sic *Senatores veteres* dicebantur præteriti, quos Cenſores in recitando Senatu notę cauſa omiſiſſent: & *Candidati præteriti* dicebantur, qui in petitione Magiſtratuum repulſam habuiſſent. *Cic. pro Planc. c.* 21. Quos omnes ſcimus Ædilitate præteritos, Conſules eſſe factos. ¶ Præteritum tempus in verbis dicitur a Grammaticis, quod rem jam præteritam ſignificat. *Quintil. Priſcian. & alii*.

Præterlabor, eris, lapſus ſum, d. 3. *traſcorrere*, παραῤῥέω, juxta labor, præterfluo, prætereo. *Virg.* 6. *Æn.* Cum tumulum præterlabere recentem. ¶ Translate ſumitur pro evaneſcere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 25. Ante enim præterlabitur, quam percepta eſt.

Præ-

Digitized by Google

Prætérlambo, is, a. 3. leviter attingo, prętereundo lambo. *Ammian. l.* 17. c. 4. Oppidum, quod Moſa fluvius prętęrlambit.

Prætérlátus, a, um, παραφερόμενος, partic. a pręterferor. *Lucr. l.* 4. v 570. Prętęrlata, fruſtra diffuſa per auras.

Prætérměo, as, n. 1. παραπορεύομαι, juxta meo, prætérfluo. *Lucret. l.* 1. v. 319. Sępe ſalutantum tactu, prętęrque meantum. *Ammian. l.* 32. c. 23. Quos Iſſes prætermeat.

Prætermiſsĭo, onis, *ommiſſione*, παράλειψις, actus prętermittendi. *Cic. in Top. c.* 7. Formę igitur ſunt hę, in quas genus ſine ullius prętermiſſione dividitur.

Prætermiſſus, a, um, nom. partic. *ommeſſo*. *Cic.* 3. *Off. c.* 2. Negat, cum locum prętermiſſum a Panętio.

Prætermitto, is, ſi, ſſum, a. 3. *tralaſciare*, הניח, Germ. *underlaſſen*, Gall. *laiſſer paſſer*, Hiſp. *dexar*, παραλείπω, omitto, prætereo, relinquo, intactum relinquo. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 8. Neque ullum officium erga te hominis amantiſſimi, prudentiſſimi, diligentiſſimi prętermiſit. *Id. l.* 12. *Fam. ep.* 24. Nullum locum laudandi tui prætermitto. *Id.* 3. *de nat. Deor.* prętermittere voluptates. *Id l.* 11. *Fam.* Neminem prętermiſit, cui non eadem iſta dixerit. ¶ Prætermittere pœnam ſceleris, idem eſt, quod ignoſcere. *Cic. ad Brut.* 15. Sed ſceleris pœnam prętermittere (id enim eſt, quod vocatur ignoſcere) etiamſi in rebus tolerabile eſt ¶ Sępe ponitur pro tacere. *Cic.* 2. *Agr.* Prętermitto illa, quę nemo eſt, quin graviſſime, & veriſſime conqueri poſſit. *Id.* 13. *Phil.* Ac ne illud quidem ſilentio prętermittendum puto.

Prætermonſtro, as, a. 1. pręmonſtro. *Gel. l.* 20. *c.* 10. Uſus conſilio ſum magiſtri, quod docere ipſe me debuerat, a quo diſcerem, prętermonſtrantis. h. e. monſtrantis alium, qui quod ipſe debebat, doceret.

Prætĕrnavigatĭo, onis, παράπλευσις, navigatio juxta, vel ultra aliquem locum. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Ab hac Ægina liberę conditionis 17. M. P. cujus 20. M. P. prętęrnavigatio eſt.

Prætĕrnavĭgo, as, n. 1. *navigare avanti*, παραπλέω, juxta, vel ultra navigo. *Sueton. in Ner. c.* 27. Quoties Bajanum ſinum prętęrnavigaret. *Ad. de in Tiber. c.* 22.

Prætĕro, is, trivi, itum, a. 3. idem quod tero, vel valde tero. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *de dentibus*. Frater Timarchi non mutavit primores, ideoque prętrivit. *Plaut Men.* 1. 1. 9. Anum lima prętęrunt. Alii leg. *prœterunt*.

Prætĕrproptęr, V. Prętęr.

Prætĕrquam, *fuorchè*, *ſalvo che*, *accetto che*, Germ. *dan nur*, Gall. *excepté que*, Hiſp. *ſi no que*, πλὴν ἤ, prętęr, excepto, niſi, adv. ſeu conjunctio excipiendi. Requirit ſemper pręcedentem caſum, quia idem verbum ſubintelligitur, & poſt ſe regit caſum pręcedenti ſimilem. *Cic.* 3. *Catil.* Quibus pro tantis rebus nullum ego a vobis prętium virtutis, nullum inſigne honoris, nullum monumentum laudis poſtulo, prętęrquam hujus diei veſtram memoriam ſempiternam. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Omnium diligentiſſimus vę fuiſſe argumentis, prętęrquam ſama intelligitur. ¶ Dividitur interdum per Tmeſim. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 38. Quę prętęr ſapiet, quam placet parentibus. ¶ Jungitur ſępe cum aliis particulis, ut Prętęrquam etiam, prętęrquam ſemper, prętęrquam ſi. *Celſ. l.* 1. *c.* 9. Aqua vero frigida infuſa, prętęrquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt. *Gel. l.* 15. *c* 1. Declamaverat Antonius Julianus rhetor, prętęrquam ſemper alias, tum vero nimium quam delectabiliter, & feliciter. *i.* ideſt cum ſemper. *Plin. l.* 8. *c.* 25. Prętęrquam ſi humore madeant. ¶ Prętęrquam quod, eſt, *niſi quod*, *ſenonchè*. *Cic.* 2. *Q. Fr. epiſt.* 13. Ego me in Cumano, & Pompejano, prętęrquam quod ſine te, cętęrum ſatis commode oblectavi. ¶ Significat etiam *non modo*. *Id. Att. l.* 15. *ep.* 15. Suram autem prętęrquam quod nefarium hominem cognovi, prętęrea in me contumacem, ſemel omnino domi meę vidi. *oltre che*. *Id.* 1. *Div. c.* 12. Id prętęr quam quod fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt.

Prætĕrrādo, is, a. 3. *radere paſſando*, παραξύω, idem ac rado. *Lucret. l.* 4. v. 531. Prętęrradit enim vox fauces ſępe.

Prætĕrſum, es, fui, ſ. anom abſum, extra ſum. *Tertul. in Apolog. c.* 38. Ipſis rebus, de quibus transfiguntur ſpectacula, prętęrſumus.

Prætĕrvectĭo, onis, παράπλευσις, prętęrnavigatio. *Cic.* 7. *Ver. c.* 66. Prętęrvectione omnium, qui ultro, citroque navigarent.

Prætĕrvectus, a, um, particip. a prętęrvehor. *Cic pro Cœl. c.* 21. Sed quoniam emerſiſſe jam e vadis, & ſcopulos prętęrvecta videtur oratio mea. ideſt difficiliora percurrit, & explicavit. *Stat.* 5. *Theb. v.* 472. Litora rectis prætervectur aquis.

Prætĕrvĕho, is, xi, ctum, a. 3. παρακομίζω, trans, vel ultra veho, navi, curru, vel jumentis aliquid prętęr locum aliquem veho, & fere paſſive uſurpatur. *Cic.* 5. *Fin c.* 18. Revocare eos ſolitæ, qui prętęrvehebantur. *Virg.* 4. *Æn.* Vivo prætervehor oſtia ſaxo Pantagiæ. *Liv. l.* 1. Tamen cum prætervehęrer navibus Galliæ oram. ¶ Legitur & abſolute pro prætervehi, prętęrnavigare. *Suet. in Aug. c.* 93. Quod Judæam prętęrvehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet. ideſt prętęrvectus. Sed poteſt ſubintelligi accuſ. *eam terram*, aut quid ſimile. ¶ Tranſlata ponitur pro prætermittere, omittere, & tacere. *Cic.* 7. *Philip.* 3. Quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum prætervectus.

Prætervertĭo, te, a. 3. verto, converto. Afferri ſolent duo exempla, alterum *Plin. l.* 2. *c.* 71. alterum *Cic.* 1. *de Div. c.* 6. in quibus rectius legitur *præverto*.

Prætervŏlo, as, n. 1. *trapaſſare volando*, παραπέτομαι, ultra volo, volando prætereo. *Cic in Arat.* Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales. ¶ Tranſlate ponitur pro celeriter præterire, & quaſi ultra volando effugere. *Cic.* 3. *de Orat. cap* 59. Sententiæque ſæpe acutæ non acutorum hominum ſenſus prætervolant, ideſt antequam intelligantur, præterfugiunt.

Prætĕſtātus, a, um, partic. prius, ſeu ante teſtatus. *Tertul. l.* 4. *carm. cont. Marcion. c.* 6. Prętęſtata viam vitæ.

Prætexo, is, xui, extum, a. 3. *teſſere*, παρυφαίνω, idem ac texo, vel prius texo, ante, vel circum veſtem, aliudve quippiam attexo. *Plin. l.* 16. *c.* 1. Ulva, & paluſtri junco funes nectunt ad prætexenda piſcibus retia. ¶ Tranſlate ſumitur pro præordinare, præordiri. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 78. Sic omnia, quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipſa prætexuit. ¶ Item pro cooperire, quaſi ſupra texere. *Auſon. ad Gratian. Imp.* Aſſultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur. *Virg.* 6. *Æn.* Et litora curvæ prætexunt puppes. ¶ Item pro obtendere, contegere, cauſam aliquam non veram afferre, colorem quęrere. *Virg.* 4. *Æneid.* Hoc prætexit nomine culpam. *Cic. in Piſon. cap.* 24. Ut non prætexat cupiditatem triumphi. ¶ Item inſerere, attexere. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Sapientes vero quamplures, quos ſequentes prætexuimus in hoc volumine.

Prætexta, æ, vel toga prætexta, *preteſta*, περιπόρφυρος, genus veſtimenti oblongum, a *prætexendo*, h. e. toga alba, purpureo prætexta limbo. Unde *Plutarchus* vocat περιπόρφυρον. *Cic.* 3. *Ver.* Neque te tam commovebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod ſine bulla venerat. ¶ Quatuor hominum genera prætexta utebantur, omnes Magiſtratus urbani; Senatores omnes, cum Deorum dies feſtos celebrabant. Magiſtri Collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant, pueri ingenui, & puellæ, illi uſque ad diem tirocinii, ideſt uſque ad annum ætatis 17. (al. 15.) hæ uſque dum nuberent. *P. Manut. in Orat. pro Sext.* 31. *Phil. & in Piſon.* Itaque prætextatus a togato non tantum differt, ut puer a viro, ſed etiam ut privatus a Magiſtratu. Hinc eſt, quod turba togata pro plebe ſæpe uſurpatur. Pueri prætexta utebantur ea inſtitutione Tarquinii Priſci, qui cum de Sabinis triumphum egiſſet, filium ſuum annos quatuordecim natum, quod hoſtem in eo bello manu percuſſiſſet, pro concione laudavit, bullaque aurea, & toga prætexta donavit. Hinc deductus mos, ut prætexta, & bullæ in uſum puerorum nobilium uſurparentur, ad omen, & vota conciliandæ virtutis. V. *Macrob. l.* 1. *Saturn. cap.* 6. ubi alias quoque hujus rei cauſas affert. *Cic. de Aruſ.* Quod ſummi puerorum amores ſæpe una cum prætexta, ſumpta toga, deponerentur. *Id.* 3. *Ver.* Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis? ¶ Fuit & in uſu prætexta bulla, qua nulli alii licebat uti, niſi ei, qui funus faciebat. V. *Manut. de Quæſit. per Epiſt.* ¶ Prætexta etiam dictum eſt fabulæ genus, ſimile tragœdiæ, in quo publica negotia agebantur, & Reges Romani, Magiſtratuſque inducebantur. Nomen a prætexta veſte, quod in his fabulis fere Regum, aut Magiſtratuum acta comprehendebantur, qui toga prætexta uſi ſunt. *Don. ad prol. Adel.* Sicut apud Græcos δρᾶμα, ſic apud Latinos generaliter fabula dicitur, cujus ſpecies ſunt Tragœdiæ, Comœdiæ, Togata, Tabernaria, Prætexta, Crepidata, Attellana, μῖμοι, Rhintonica. *Horat. in Arte*, v. 288. Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Alii in verbis Donati legunt *prætextata*.

Prætextāte, adverb. V. Pertractate.

Prætextātus, a, um, περιπόρφυρος, quod ad prætextam ſpectat. Hinc prætextati dicuntur pueri, qui nondum decem, & ſeptem annos prætergreſſi erant, quia eo uſque prætextam ferebant. *Juſtinian. Inſtit. l.* 4. §. 1. Sive quis matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve adſectatus fuerit. *Ad. de Sueton. in Aug. c.* 24. ¶ Sermo prætextatus, verba prætextata, mores prætextati dicuntur de obſcœnis, & impudicis. *Feſtus:* Prætextatum ſermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas ſit obſcœno verbo uti: alii, quod nubentibus, depoſitis prætextis, a multitudine puerorum obſcœna clamentur. *Sueton. in Veſpaſ.* Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis, ac ſordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abſtineret. *Macrob. l.* 2. *Saturn.* Vice planipedis, & ſubulonis impudica, & prætextata verba jacientis. *Juvenal. ſat.* 2. *in fin.* Sic prætextatos referunt Artaxata mores. ¶ Prætextata fabula, V. Prætexta.

Prætextum, i, n. idem ac prætextus. *Suet. ad Cæſ. c.* 30. Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit. ¶ Sumitur etiam pro ornato. *Sen. ep.* 71. Sed illud pulcherrimum Reipub. prætextum, optimates, & prima acies Pompejanarum partium, Senatus, uno prœlio profligabuntur. *Valer. Max. lib.* 7. *c.* 1. *n.* 1. Conſulatus decus, imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextum (fortuna) largita eſt. Al. leg. *prætextam*.

Prætextus, us, m. *preteſto*, Ger. *forwort*, Gal. *couleur*, *excuſe*, Hiſp. *ſo color*, *cobertura*, πρόσχημα, obtentus, illud velamen, quo moveri ſe aliquis ſimulat ad aliquid agendum, cum tamen alia cauſa moveatur. *Sueton in Tiber. c.* 58. Omnium inimicitiæ hoc prætexto ad nos deferentur. ¶ Item decus, ſplendor. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 19. Cenſuerant Patres mittendos ad exercitum Legatos agitatum ſecreto, num & Piſo proficiſceretur, majore prætextu. Illi auctoritatem ſenatus, hic dignationem Cæſaris laturus.

Prætextus, a, um, περιπορφυρωθείς, *teſſuto*. *Cic. Fam.* 2. *epiſt.* 16. Togam prætextam texi Appio, puto te audiſſe. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 567. Spectat & Auguſto prætextum nomine templum. h. e. inſcriptum, vel decoratum. ¶ Prætexta calumnia, apud *Cic. Catil.* 2. *c. c.* quid ſit non facile eſt dicere, nam ille locus ab interpretibus varie & legitur, & exponitur.

Prætiměo, es, a. 2. ὑποδειδίττομαι, valde timeo. *Plaut. Amph. prol. v.* 29. Mirari non eſt æquum, ſi ſibi prætimet.

Prætimĭdus, a, um, adjectiv. valde timidus. *Tertul. in carm. de Jona*, v. 65. famulum ſe ſe ille fatetur prætimidum.

Prætinctus, a, um, adject. *tinto*. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 123. Semina mollit humus valido prætincta veneno.

Prætondĕo, es, a. 2. idem quod tondeo. *Apul. l.* 5. *Met.* Cum ejus pinnas prætotonderim.

Prætor, oris, maſc. *Pretore*, *Podeſtà*, ἄρχων, qui Rempubl. regit, vel qui exercitui præeſt, & ſpeciatim qui juriſdictionem exercet, ſeu jus populo dicit. Prætoris enim appellatio longe aliter accepta eſt poſt annum U.C. 388. aliter ante. Quippe Regibus exactis iidem erant Conſules, ac Prætores, qui etiam progreſſu temporis Judices dicti ſunt. *Cic. lib.* 3. *de Leg.* Regio imperio duo ſunto, iique præeundo, judicando, conſulendo Prætores, Judices, Conſules appellantor. *Id.* 1. *de Divin.* Cum apud Delium male pugnatum eſſet, Lachete Prætore. Ubi Imperatorem Athenienſem more Romano Prætorem vocat. *Var. l.* 2. *de Vit. P. R.* apud *Non.* Quod iidem dicebantur Conſules, & Prætores, quod præirent populo, Prætores, quod conſulerent Senatum, Conſules. *Liv. lib.* 3. Fuere, qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege Conſulibus quoque, & Prætoribus, quia iiſdem auſpiciis, quibus Conſules crearentur, cautum eſſe, Judicem enim Conſulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus (ideſt anno 307.) nondum Conſulem Judicem, ſed Prætorem appellari mos fuerit. ¶ Duravit hæc appellatio, uſque dum creſcente Pop. Rom. imperio, bellis pluribus implicarentur; eoque, cum plurimum Urbe abeſſent, jus Populo reddere nequirent. ideſt uſque ad L. Æmilium Mamercum, & L. Sextium Coſſ. videlicet anno U. C. 388. Tum enim Patricii pro communicato Plebi altero Conſulatu quæſiere ſibi hunc honorem, & impetrarunt. Poſtquam igitur Prætorium nomen peculiarem habuit Magiſtratum, Conſules nomen Prætorum amiſere, quod proprium iis factum eſt, qui jus Populo dicerent. *Cic. pro Mur.* Qua in ſorte ſapiens Prætor, qualis hic fuit, offenſionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. ¶ Primum unus tantum Prætor creatus eſt, ut Conſulibus bello avocatis, jus in urbe redderet, iſque *Prætor Urbanus* dictus eſt. Poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in urbem veniret, creatus eſt & alius Prætor, qui *Peregrinus* appellatus eſt, quod inter cives, & peregrinos, vel inter peregrinos, & peregrinos jus diceret. *Pompon. lib.* 1. *ff. tit.* 2. *lib.* 2. ¶ Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi Provincia, Prætores Provinciales totidem creati ſunt, quot Provinciæ in ditionem venerant, qui in Provincias cum imperio, & exercitu mitterentur, & partim rebus urbanis, partim provincialibus præeſſent, ideſt & jus dicerent, & Provincias regerent, bellum geſturi, ſi opus eſſet. *Pompon. loc. cit.* ¶ Varie deinde auctus eſt Prætorum numerus, nam C. Julius Cæſar duos novos Prætores creavit. *Dio l.* 42. & *Pompon. loc. cit.* Auguſtus ſexdecim Prætores conſtituit, Claudius denique duos adjecit. *Pompon. ibid.* V. *Sigon. de ant. jur. Civ. Rom. Manut. & alios.* ¶ Prætor primus erat ille, qui in Comitiis plura, quam cæteri, ſuffragia ferebat, & primus omnium renunciabatur. *Cicer. pro Leg. Manil. cap.* 1. Nam cum Prætor primus centuriis cunctis renunciatus ſum, &c. ¶ Transfertur etiam hæc vox ad quoſvis præfectos, ſive rei ſacræ præſint, ſive prophanæ, teſte *Aſcon. in* 3. *Verr.* Hinc Prætores Ærarii, apud *Tacit.* 1. *Ann. c.* 75. Prætor ſacris Vulcani, in *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.* 318.

Præ-

Digitized by Google

Prætoriānus, a, um, adject. ad Prætorem pertinens, ut Prætoriana comitia. h. e. Prætori creando habita. *Liv. l.* 22. Alii leg. *Prætoria*. ¶ Prætoriani dicebantur milites cohortis Prætoriæ, qui ad cuſtodiam corporis Prætoris, h. e. Imperatoris deligebantur, hi pacis tempore caſtra Romæ habebant, quæ Prætoria dicebantur, erantque cæteris militibus honoratiores. *Tac. 1. hiſt. c.* 44. *Plin. l.* 6. *c.* 19.

Prætoritius, a, um, idem ac Prætorius. *Martial. l.* 8. *epigr.* 33. De Prætoritia folium mihi Paulle corona Mittis.

Prætorium, ii, *pretorio*, Ger. *des hauptmans hauſſ*, Gal. *pretoire*, Hiſp. *caſa del corregidor*, στρατηγεῖον, πραιτώριον, tabernaculum Prætoris, ideſt ejus, qui præeſt exercitui, a *Prætor*, qua olim notabat omnem Magiſtratum, qui in urbe, vel in exercitu imperium haberet. *Aſcon. in* 3. *Ver.* & *Feſt.* ¶ Prætorium quoque dicebatur in Provinciis locus, in quo Prætor jus dicebat. *Cic.* 7. *Ver.* Curritur ad Prætorium. *Id. ibid.* Procedit iſte repente e Prætorio. ¶ Item domus, in qua Prætor, ſive Princeps habitabat. Alio nomine a *Quintil.* dicitur Auguſtale. *Liv. l.* 3. Quercus, ingens arbor, Prætorio imminebat. ¶ Item Prætorianæ militiæ ordo. *Sueton. in Ner. c.* 9. Antium coloniam deduxit, adſcriptis veteranis e Prætorio. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 46. In Prætorium accepit, hoc eſt prætorianis adſcripſit. ¶ Poſteriore ævo Prætoria dixere villas omnes elegantiores, & non ruſtici uſus. *Suet. in Calig. c.* 37. In extructionibus Prætoriorum, atque villarum, omni poſthabita ratione, nihil tam efficere concupiſcebat, &c. ¶ Metonymice Prætorium ponitur pro conſilio. Hinc dicimus, Prætorium dimittere, ut dimittere Senatum, ideſt eos, qui in Prætorio convenerant. *Liv. l.* 37. *c.* 3. Ubi, Prætorio dimiſſo, ſigna concinuiſſent.

Prætorius, a, um, στρατηγικός, quod pertinet ad Præturam, vel ad Prætorem. ¶ Hinc *Vir Prætorius* eſt, qui Præturam geſſit. *Cic. in Brut.* L. etiam Cotta Prætorius in mediocrium Oratorum numero dicendi non ita multum laude proceſſerat. ¶ *Prætorium genus* dicitur, ex quo majorum aliquis Præturam geſſit, ad Conſulatum tamen non pervenit. *Cic. pro Planc.* Cedet Conſulari generi Prætorium, nec contendat cum Prætorio Equeſtre locus. ¶ *Prætoria cohors*, comites Conſulares, ut ait *Aſcon. in* 3. *Ver.* vel qui ab Imperatoris latere non diſcedebant. ¶ *Prætoria porta* in caſtris appellabatur, quæ ex Prætorio e conſpectu hoſtium dirigi conſuevit, qua exercitus in prælium educebatur. Nam initio Prætores dicebantur, qui poſtea Conſules, & ii bella adminiſtrabant. *Feſt.* & *Aſcon. in* 3. *Ver. c.* 24. ¶ Navis Prætoria, *la capitana*, eſt qua claſſis præfectus vehitur. *Liv. l.* 29. *c.* 25. ¶ Prætoria turba apud *Cic. Verr.* 3. *c.* 32. ſunt, qui ad Prætorem conveniunt juris petendi cauſa.

Prætorqueo, es, orſi, ortum, a. 2. ante torqueo, diſtorqueo. *Plaut. Rud.* 3. *c.* 15. Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos perveniat.

Prætorrĭdus, a, um, adject. valde torridus. *Calpurn. ecl.* 2. *v.* 8. Quos etiam prætorrida muneret æſtas.

Prætortus, a, um, valde tortus. *Colum. l.* 3. *c.* 18. Julios Atticus prætorto capite, & recurvato ſemen demerſit.

Prætractātus, us, m. tractatus ante, prius poſitus. *Tertul. de fuga in perſec. c.* 4. Poſſumus determinare ex hoc ipſo prætractatu.

Prætrepĭdans, tis, nom. ex partic. valde trepidans, feſtinans. *Catul. carm.* 47. *de adventu veris*. Jam mens prætrepidans avet vagari.

Prætrepĭdus, a, um, adject. valde trepidus, tremens, timidus. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 54. lætari prætrepidum cor. *Suet. in Tiber. c.* 63. Cum inter hæc non modo inviſus, ſed prætrepidus quoque vixerit. *Id. in Ner. c.* 41. Urgentibus aliis ſuper alios nuntiis, Romam prætrepidus rediit.

Prætrunco, as, a. 1. *cagliare*, ἀποτέμνω, amputo, præcindo. *Plaut. Mil.* 2. 3. 47. Nonne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquam jubes?

Prætumĭdus, a, um, valde tumidus. *Claud.* 1. *in Ruff. v.* 265. Prætumidus furor.

Prætūra, æ, *Pretura*, *Podeſtaria*, Germ. *richterampt*, Gal. *preture*, Hiſp. *pretura*, στρατηγία, πραιτωρία, Prætoris dignitas. *Cic.* 3. *Catil.* Cum prætura ſe abdicaſſet. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 30. Voluſio vetus familiæ, neque tamen Præturam egreſſa.

Prætutiānus, a, um, quod ad Prætutianos, ſeu Prægutios (qui ſunt populi Piceni trans Truentum fluvium) ſpectat. *Plin. l.* 3. *c.* 13. Quo finitur Prætutiana regio, & Picentum incipit. Adde *Liv. l.* 22. *c.* 29.

Prætutium, ii, opp. Italiæ in Piceno. *Ptolem. l.* 3. *c.* 1.

Prætutius, a, um, quod ſpectat ad Prægutios. *Sil. l.* 8. *v.* 568. Prætutia pubes. *Plin. l.* 14. *c.* 6. & 7. Prætutium vinum.

Prævălens, tis, nom. ex partic. valde potens. *Liv. in Præfat.* Jampridem prævalentis populi vires ſe ipſæ conficiunt. *Velle. l.* 2. *c.* 108. Prævalens corpore.

Prævalentĭa, æ, fœm. actus prævalendi. *L.* 23. *ff. de rei vindic.* In omnibus iſtis cauſis, ex quibus mea res per prævalentiam alienam rem trahit.

Prævalĕo, es, lui, n. 2. *prevalere*, גבר, Ger. *mehr gelten*, Gal. *exceder*, *etre ſuper*, Hiſ. *prevalecer*, ὑπερισχύω, potentior, ſeu robuſtior ſum. *Stat.* 1. *Achil.* Quiſquis equo, jaculoque potens, qui prævalet arcu. *Plin. l.* 10. *c.* 6. Vulturum prævalent nigri. *Velle. l.* 2. *c.* 118. Prævalebant jam fata conſiliis. *Tac. Ann.* 14. *c.* 45. Prævaluit pars, quæ ſupplicium decernebat. *Catul. epigr.* 6. Nam nil prævalet iſte tacere. h. e. nihil prodeſt.

Prævaleſco, is, n. 3. invaleſco, validior fio. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Vitem quoque annis, quam ex toto prævaleſcat arbor, conſerere convenit.

Prævalĭde, adv. παν ἰσχυρῶς, admodum valide. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Ut prævalide accipientis trunco in media fiſſura relinquatur.

Prævalĭdus, a, um, ὑπερισχύων, præpotens. *Liv. l.* 26. Duas prævalidas urbes magno inter ſe maris, terrarumque ſpatio diſcretas. *Id. l.* 3. *c.* 43. Juvenis prævalidus. *Tac.* 3. *Ann. c.* 33. Vitia prævalida, & adulta.

Prævello, as, a. 1. ante vello. *Hirt. de bel. Alexandr. c.* 19. Imperat, pontem adverſus hoſtem prævellari.

Prævaricatĭo, onis, καθυφεσις, actus prævaricandi. *Cic. in Partit. c.* 36. Ut ſi in reo pecunia abſoluto, rurſuſque revocato prævaricationem accuſator eſſe definiat omnem judicii corruptelam ab reo, defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 16. Qua die hæc ſcripſi, Druſus erat de prævaricatione a Tribunis ærarii abſolutus. *Plin. l.* 1. *ep.* 20. Damnari prævaricationis.

Prævaricātor, oris, m., καθυφειςς, qui prævaricatur, ſive prætergreditur. Accipitur pro eo, qui ab officii ſui præſcripto deflectit, atque aberrat, & ſpeciatim pro accuſatore, qui a reo pecunia corruptus eſt. *Marcian. ad S. C. Turpil. l.* 1. Prævaricatorem eſſe eum oſtendimus, qui colludit cum reo, & tranſlatitie munere accuſandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes diſſimularet, falſas vero rei excuſationes admitteret. *Ulpian. Dig. l.* 3. *tit.* 2. *leg.* 4. Prævaricator autem eſt quaſi varicator, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſua. *Cic.* 1. *Ver.* Utrum te perfidioſum, an prævaricatorem exiſtimari mavis? *Id. in Piſon. c.* 10. Prævaricator Catilinæ quondam, nunc alter. *Cal. ad Cic. l.* 8. *Fam. epiſt.* 11. Prævaricator cauſæ publicæ. ¶ Apponere ſibi prævaricatorem, eſt curare ſe per alium quempiam accuſari colludendi gratia. *Cic. Philip.* 2. *c.* 11. Jam vereor ne prævaricatorem mihi appoſuiſſe videas, qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam oneraret alienis.

Prævaricātrix, icis, f. Eſt *Auguſtini epiſt.* 89. (*al.* 137.) *cap.* 20.

Prævarĭcor, aris, atus ſum, d. 1. *prevaricare*, עבר, Germ. *uberſretten*, Gal. *prevariquer*, Hiſp. *prevaricar*, καθυφίημι, eſt præter modum varicare, ſeu prætergredi, tranſire, & tranſlate in litibus forenſibus dicitur de eo, qui, dum fingit ſe accuſare, id agit potius, ut reus abſolvatur. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Arator, niſi incurvus, prævaricatur: Inde tranſlatum hoc crimen in forum. *Ulpian. l. nihilemus*, *ff. de his*, *qui notan. infam.* Qui prævaricatur, ex utraque parte conſiſtit, quinimo ex adverſa. ¶ Eſt a *vareo*, quod a *varus*, qui eſt pedibus introrſum retortis. *Feſt. Cic. in Partit. c.* 35. ſic dici indicat, quod in contrariis cauſis quaſi varie eſſe poſitus videatur. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 20. A Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſime prævaricaretur. *Id. pro Cluent. c.* 21. Tamen interdum non defendere, ſed prævaricari accuſatori videbatur, ideſt prævaricando ſubſervire.

Prævārus, a, um, adject. valde tortus, obliquus. *Apul. l.* 4. *Florid.* Ut qui animadverteret venarum pulſus inconditos, vel prævaros. *Cic. apud Iſid. l.* 10. *Orig. lit. P.* Quid enim tam prævarum?

Prævectus, a, um, *portato innanzi*. *Sil. l.* 7. Ac prævectus equo, nunc dextra provocat hoſtem. *Liv. l.* 9. *c.* 35. Equites Romani prævecti per obliqua campi, ἀναγαγόντες.

Prævĕho, is, a. 3. προεκφέρω, ante veho, vel fero. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 71. Dum militia hoſtium prævehuntur. ¶ Tranſlate ſumitur pro continuate, & copioſe tractare, ſeu dicere. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 16. Omnia hæc mire placent, cum impetu quodam, & flumine prævehuntur.

Prævello, is, a. 3. vello, avello. *Tertul. adv. Gnoſt. c.* 14. Sicubi ab idololatria divellit, quid ei magis, quam martyria prævellit? *Laber. apud Diomed. l.* 1. Aliqua parte prævulſerat.

Prævēlo, as, a. 1. *coprire davanti*, προκαλύπτω, ante velo, ſeu tego. *Claudian. l.* 2. *de rapta Proſerp. v.* 325. Ex vultibus addunt flammea ſollicitum prævelatura pudorem.

Prævēlox, ocis, o. valde velox. *Plin. l.* 11. *c.* 31. Quamvis prævelocibus camelis fugientes.

Prævenĭo, is, eni, entum, *venire innanzi*, *anticipare*, קדם, Ger. *fürkommen*, Gal. *prevenir*, Hiſp. *prevenir*, προέρχομαι, ante venio, anticipo. *Cic.* 3. *Off.* Niſi aliquis caſus, aut occupatio conſilium ejus prævenſſet. *Liv. l.* 24. *c.* 21. Cæterum prævenerat non fama ſolum, ſed nuntius etiam ex Regiis ſervis. *Id. l.* 8. *c.* 16. Prævenire beneficio deſiderium urbis. *Tac. Ann.* 14. *c.* 44. Multa ſceleris indicia præveniunt ſervi. ¶ Dividitur interdum per tmeſim, interjecto verbo. *Virg. ecl.* 8. Naſcere, præque diem veniens age, Lucifer, almum. *Tac. Ann.* 14. *c.* 7. Niſi præveniretur Agrippina, percundum Neroni eſſe.

Præventor, oris, m. qui prævenit. *Ammian. l.* 18. *c. penult.*

Præventus, us, m. occupatio, ut mortis præventus. *Tertul. l.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 12.

Præventus, a, um, præoccupatus, *prevenuto*, *preoccupato*. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 53. Atque in eo ipſo ſacramento vexillis inferioris Germaniæ præventus erat. *Id. ibid. c.* 5. præventam gratiam intelligit.

Prævērbĭum, ii, n. verbum, quod in compoſitione alterius verbi præponitur. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Ab iiſdem principiis, antepoſitis præverbiis paucis, immanis verborum accedit numerus.

Prævērno, as, n. 1. *Plin. l.* 18. *c.* 26. Sive ante, quando prævernat, ſive poſt, quando hiemat. h. e. quando ver prematura advenit.

Prævērro, is, a. 3. ante verro. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 13. *v.* 24. Præverrunt latas veſte jacente vias.

Prævērto, is, a. 3. *preponere*, *prevenire*, *fare innanzi*, προφθάνω, eſt aliquid cæteris rebus anteponere, præferre in agendo, vel æſtimando. Conſtruitur fere cum acc. & dat. *Cic.* 1. *de Div. c.* 6. Neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum putes. *Liv. l.* 2. Ægre impetratum a Tribunis, ut bellum præverti ſinerent. *Gell. l.* 4. *c.* 3. Jurisjurandi religionem animo, atque amori prævertiſſe. ¶ Reperitur etiam cum abl. & præp. *pro*. *Plaut. Amph.* 1. 3. 30. Ne me uxorem prævertiſſe dicant præ Rep. h. e. me uxorem prætuliſſe Reipublicæ. ¶ Ponitur quoque pro præoccupare, prævenire. *Cic. pro Syll.* Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præverterim. *Tacit. Ann.* 4 *c.* 19. Imminentem damnationem voluntario fine prævertit. *Virg.* 1. *Æn.* Et vivo tentat prævertere amore jampridem reſides animos. ¶ Item pro occurrere, providere. *Caſ. l.* 7. *B. G.* Cæſar huic rei prævertendum exiſtimavit. ¶ Item pro tranſire, vel divertere. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 32. At ſi quando ad interna præverterent. ¶ Item pro ſuperare. *Virg.* 7. *Æn.* curſuque pedum prævertere ventos. *Plaut. Amph.* 3. 1. 17. Ea res me horrore afficit: herilis metus prævortit; ocyus accurro. h. e. metus dominæ magis apud me valet, quam meus. ¶ *Id. Perſ.* 5. *c.* 20. Stultitia eſt, cui bene eſſe licet, eum prævorti litibus, hoc eſt occupari, lites perſequi.

Prævērtor, eris, verſus ſum, d. 3. anteverto, præcedo, prætereo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 317. Volucremque fuga prævertitur Hebrum. ideſt tranſit. ¶ Interdum eſt exiſtimare, cenſere. *Plaut. Amph.* 3. *c.* 39. Siquid dictum eſt per jocum, non æquum eſt, id te ſerio prævortier. ideſt exiſtimare dictum eſſe ſerio. ¶ Notandus eſt uſus hujus verbi apud *Plaut. Merc.* 2. 3. 40. Mandatis rebus prævorti volo. h. e. volo prius exequi, quæ mihi mandata ſunt. & *infra*. Rei mandatæ omnes ſapientes primum prævorti decet. Adde *Capt.* 2. 3. 100.

Prævexātus, a, um, nom. ex partic. ante, vel valde vexatus, ut prævexatæ vires. *Cal. Aurel. Acut.* 3. *c.* 32.

Prævetĭtus, a, um, nom. ex partic. ante, prius vetitus. *Sil. l.* 13. *v.* 155. Prævetitum ſemque, & capital committere mattem ſponte viris.

Prævĭdĕo, es, idi, iſum, e. a. *prevedere*, *antivedere*, Ger. *furſehen*, Gal. *pourvoir*, Hiſp. *ver antes*, προοράω, ante video. *Cic.* 1. *de Div. c.* 30. Tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prævidet. *Nepos in Hannib. c.* 19. Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore periculo, niſi quid prævidiſſet. h. e. niſi ante caviſſet, ſibi providiſſet.

Prævinctus, a, um, nom. ex particip. ante vinctus, conſtrictus. *Gel. l.* 16. *c.* 10. Cum eodem laqueo, qui eſſent prævinctæ. *Id. l.* 19. *c.* 2. ferinis voluptatibus prævinctus.

Prævĭrĭdans, tis, nom. ex particip. *Laber. apud Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 7. Cum vigebam membris præviridantibus. h. e. prævalidis, vegetis.

Prævĭrĭdis, de, adject. valde viridis. *Frontin. de aquæductib.* Colore præviridi.

Prævīſus, a, um, προορᾱθείς, *preveduto*, ante viſus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 327. An, quia prævíſos in aqua timet hoſtia cultros, &c.? *Tac. Ann.* 12. *c.* 63. Prævíſa locorum utilitate.

Prævĭtĭo, as, a. 1. προκαταισχύνω, ante vitio, vel corrumpo. *Ovid.* 14. *Met. v.* 55. Hunc Dea prævitiat, portentificiſque venenis inquinat.

Prævĭus, a, um, ὁδηγός, qui præeundo viam monſtrat, qui antecedit. *Cic.* 2. *in Arata apud Non. c.* 1. *n.* 330. Prævius Auroræ, Solis, Noctiſque ſatelles. *Ovid.* 11. *Met. v.* 35. Nunc præcedentem ſequitur, nunc prævius anteit.

Præumbro, as, a. 1. *coprire d' ombra*, προσκιάζω, caligine offundo, & involvo, tego. *Tacit. l.* 14. *Ann. c.* 4. Obiit Memmius, auctoritate, conſtantia, fama, in quantum præumbrante imperatoris faſtigio datur, clarus.

Præunctus, a, um, nom. ex particip. prius unctus. *Cal. Aurel. l.* 4. *c.* 3. Adipe anſerino præunctus.

Præ-

Præungo, is, a. 3. prius ungo. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 19. Præungendum eſt vulnus.

Prævŏlans, antis, n. particip. a prævolo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Eæque in tergo prævolantium colla, & capita reponunt.

Prævŏlo, as, n. 1. *volare innanzi*, προπέτομαι, ante volo. *Plaut. Mil.* 1. 1. 41. Ut prævolet mihi, quo tu velis.

Præuſtus, a, um, προκαυθεὶς, ante uſtus. *Liv. l.* 1. Ut Fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret. h. e. in cacumine adustam, ſeu cujus extremitas erat uſtulata. *Plin. l.* 30. *c.* 20. Præuſta Alpium nive membra.

Præz. V. Præ.

Pragmaticarius, ii, m. qui verſatur circa pragmaticas ſanctiones. Legitur *in lege Zenonis ult. Cod. de diverſis reſcriptis.*

Pragmaticus, a, um, πραγματικός, negotialis. *Cic. Att. l.* 14. *epiſt.* 3. Tu, ſiquid pragmaticon habes, ſcribe, hoc eſt, quod in Rep. geſtum ſit. ¶ *Pragmatici homines*, rebus gerendis exercitati. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 20. Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus hiſtoricis præceptis, verſibus denique cavere jubent, & vetant credere. ¶ *Pragmatica ſanctio* eſt, quæ a Principe conceditur, adhibita cauſæ cognitione, in modum ſententiæ, vel ad aliquam univerſitatis preces. *l. ult. Cod. de diverſ. reſcr.* Dicta eſt, quod per eam a ſupremo, atque ordinario judice diſceditur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur. ¶ Pragmatici præterea dicuntur negotiatores forenſes, juris, & fori periti, qui mercede adducti cauſarum actores juris ignaros monebant, dicendaque ſuggerebant. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 59. Diſertiſſimi illi (Græci) homines miniſtros habent in cauſis juris peritos, qui pragmatici vocantur. *Et mox*. Oratori pragmaticum adjutorem dare. *Quintil. l.* 12. *c.* 3. Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblitusve eorum, qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant; neque idem Græcos quoque neſcio factitare; unde nomen his Pragmaticorum datum eſt. ¶ Pragmatici inſcripti ſunt quidam libri ab Accio conſcripti, quos citat *Gel. l.* 20. *c.* 3. Hos eoſdem *Plinius* Praxidicos vocat, *l.* 1. *in indice l.* 18. & *l.* 18. *c.* 24. nam πράξις ſonat idem quod πρᾶγμα.

Pramnium vinum, πράμνιος οἶνος, generoſi vini genus, in Smyrnæorum agro, juxta delubrum Cybeles. *Plin. l.* 14. *c.* 4. & *l.* 37. *c.* 10.

Prandĕo, es, di, & pranſus ſum, n. 2. *deſinare*, ἀριστάω, Germ. zu mittag eſſen, Gal. *diner*, Hiſp. *comer*, ἀριστάω, prandium ſumo. *Cic. pro Cluent.* Cum ejus in nuptiis more Larinatium multitudo hominum pranderet. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 1. Prandimus in Arcano. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 51. Apertis poſticis prandit, atque cœnavit. *Plaut. Rud.* 4. 2. 33. Hic rex cum aceto pranſurus eſt, & ſale. *Liv. l.* 28. *c.* 14. Teſſeram per caſtra dedit, ut ante lucem viri equique pranſi eſſent. ¶ Interdum ſumitur pro in prandio comedere, cum acc. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.

Prandicŭlum, i, jentaculum, dim. a prandium. *Feſt.*

Prandium, ii, *colezione*, *pranſo*, ἄριστον, cibus, qui ſumitur ante meridiem. Cibum enim meridianum, qui nobis prandium dicitur, olim cœnam vocabant. *Nonius.* Quæ nunc prandia ſunt, cœnas Sabini habebant. *Feſt.* Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium. ¶ Prandium non fuiſſe præcipuum cibum antiquis apparet ex *Celſo l.* 1. cum de hyeme loquitur. Si prandet aliquis, inquit, utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere. *Id. ibid.* Æſtate vero & potione, & cibo corpus ſæpius eget, ideo prandere quoque commodum eſt. *Id. l.* 4. Famem facilius fert adoleſcens, quam puer, & uno cibo, quam prandio quoque eſſicitur. Adde *Plin. l.* 28. *c.* 5. *Cic. in Verr.* Quid ego iſtius prandia, & ſumtus commemorem! *Id. pro Mur. c.* 35. At ſpectacula ſunt tributim data & ad prandium vulgo vocati. *Suet. in Vitell. c.* 13. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, & prandia, cœnas, comeſſationeſque. *Plaut. Men.* 2. 3. 16. Prandium curare. *Id. Truc.* 3. 1. 2. Ut bubus glandem prandio depromerem. h. e. in prandium.

Pranſĭto, as, n. 1. freq. a prandeo. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 20. Nequam homines, qui polentam pranſitant.

Pranſor, oris, m. ἀριστητής, qui prandet, aut qui invitatus eſt ad prandium. *Plaut. Men.* 2. 2. 2. Bonum anteponam prandium pranſoribus.

Pranſorius, a, um, quod ad prandium ſpectat. *Quint. l.* 6. 1. 3. Mirantibus, quod humile candelabrum emiſſet, Pranſorium erit, inquit.

Pranſus, a, um, ἠριστηκώς, qui prandit, partic. a prandeo vocis paſſivæ, ſed ſignificationis activæ. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 127. Pranſus non avide. ¶ Pranſos quoque veteres vocabant, non ſolum qui ediſſent, ſed etiam quibus nihil deeſſet. *Varro apud Non. c.* 6. *n.* 50. Pranſum te, ac paratum eſſe oportere. *Cato in Origin.* Exercitum ſuum pranſum ac paratum. h. e. omnibus rebus inſtructum. Contra *pranſus*, *potus* dicitur homo diſſolutus, qui negligenter res ſuas agit. *Cic. pro Mil. c.* 21. Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Quo ſpectat & illud *Plauti Men.* 3. 2. 11. Prandi, potavi, ſcortum accubui, &c. & *Martial. l.* 4. *ep.* 90. Prandeo, poto, cano, &c.

Prapedion, n. herba, alio nomine flammula Veneris. *Apul. de herb. c.* 7.

Praſiānus, a, um, adject. Praſiana Gens, populi Indiæ. *Plin. l.* 6. *c.* 22.

Praſii, m. a. pop. Indiæ, qui tigres habent miræ magnitudinis, leonibus duplo majores. *Plin. l.* 6. *c.* 19.

Praſinātus, a, um, adject. praſina veſte indutus. *Petron. in Satyr.* In aditu ipſo ſtabat oſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinctus cingulo.

Praſinus, a, um, *di color di porro*, πράσινος, viridis ad ſimilitudinem porri, quod Græce πράσον vocatur, quaſi dicas porraceus. Qui & color ſegetis late virentis, ut de chryſocolla *Plinius* loquitur. Hinc veſtes praſinæ, quæ hujus coloris. *Martial. l.* 10. *ep.* 29. De noſtra praſina eſt ſyntheſis empta toga. ¶ Factio praſina in ludis Circenſibus una illorum athletarum, qui veſtibus coloris viridis utebantur. *Sueton. in Calig. c.* 55. Praſinæ factioni ita addictus, & deditus, ut &c. *Id. in Ner. c.* 22. Praſinus agitator.

Praſium, ii, n. herba, marrubii ſpecies. *Plin. lib.* 20. *cap.* 17. *Apul. de herb. c.* 45.

Praſius, ii, m. πράσιος λίθος, gemma viridis, a praſino, ſive porraceo colore. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Viridantium & alia pluſa ſunt genera. Vilioris turbæ eſt praſius, cujus alterum genus ſanguineis punctis abhorret.

Praſoides, æ, m. πρασοειδής, gemmæ ſpecies, a πράσον, porrum, quaſi porraceus. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Et duo ejus genera faciunt, praſoidem, atque chryſopteron ſimilem chryſopraſio.

Praſon, i, πράσον, frutex marinus, foliis latis, colore viridi. *Plin. l.* 13. *c.* 25.

Pratenſis, & ſe, a. 3. λειμώνιος, quod eſt ex prato, ut Pratenſes fungi, qui in pratis naſcuntur. *Hor. l.* 2. *ſat.* 4. Pratenſibus optima fungis.

Pratŭlum, i, n. *praticello*, λειμώνιον, parvum pratum. *Cic. in Brut. c.* 6. Tum in pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.

Pratum, i, *prato*, אחו, Germ. ein wieſe, Gal. *pré*, Hiſp. *prado*, λειμών, locus in agris, ex quo fœnum percipitur. *Varr. l.* 4. *de L. L.* & 1. *R. R. c.* 7. *Colum. l.* 7. *c.* 17. *Ulpian. de verb. ſign.* cenſent, prata dicta eſſe ab eo, quod ſine opere parata ſint. His ſubſcribit & *Plinius*, qui *l.* 18. *c.* 5. auctor eſt, veteres dixiſſe *parata*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2. Pratum irrigare. *Plin. l.* 18. *c.* 18. Cratitia prata. *Col. l.* 2. *c.* 18. renovare pratum. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 22. Qui condita prata in patinis proferunt. h. e. varia olera.

Prave, adv. *malvagiamente*, πονηρῶς, diſtorte, non recte, male. *Cic.* 2. *Fin.* Ille porro male, prave, turpiter cœnabat. *Id.* 1. *Acad. c.* 10. Recte facta in bonis actionibus ponens, prave in malis. *Liv. l.* 1. 1. 32. Prave colere religiones. *Salluſt. in fragment.* Praviſſima adhuc tuter fuit.

Prăvĭtas, atis, f. *diſtorte*, πονηρία, deformitas, obliquitas mala, perverſa alicujus rei conſtitutio, & compoſitio. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Vitium, cum corporis partes inter ſe diſſident, ex quo pravitas membrorum, diſtortio, deformitas. ¶ Tranſlate ſumitur pro vitio, malitia, improbitate. *Cic. Parad.* 3. *c.* 1. Pravitates animi recte vitia dicuntur. *Id.* 4. *Acad.* In pravitate perſtare. *Id.* 3. *Tuſc. c.* 27. Erroribus pravitate mentes imbutæ.

Prăvus, a, um, *torto*, *diſtortoſo*, עקש, Ger. krumb, nicht gerad, Gal. *tortu*, Hiſp. *torcido*, πονηρός, perverſus, diſtortus, vitioſus, a παραβαίνω, ſeu παραβαίνω, *tranſgredior*, *pecco*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 48. Talis pravis fultus. *Cic. de Fin.* Si qua in membris prava, aut debilitata, aut imminuta ſunt. *Id.* 1. *Acad.* Quid rectum in oratione, pravumve. *Lucret. l.* 1. Denique ut in fabrica ſi prava eſt regula prima. ¶ Tranſlate accipitur pro malo, vitioſo, improbo. *Cic. pro R. Com.* Nihil ab hoc pravum, & perverſum produci poſſe arbitrabantur. *Id.* 3. *Tuſc. c.* 33. Quæ pravitas nihil eſſe poſſit. *Id. de clar. Orat. c.* 74. Praviſſima conſuetudinis regula. *Velle. l.* 2. *c.* 10. A vitiis ad prava, a pravis in præcipitia pervenitur. *Virg.* 4. *Æn.* Fama ficti, pravique tenax. ¶ Cum genit. *Silius l.* 3. *v.* 252. Pravus fidei. ¶ *Pravus*, & *depravatus* differunt, quod *pravus* natura, *depravatus* dicitur mala diſciplina. Aliqui dicunt, *pravum* majus eſſe, quam *depravatum*, quod pravus ſit & corporis, & animi, *depravatum* tantum animi, quo beſtiæ careant. *Cic.* 2. *Fin.* Beſtiarum vero nullum judicium puto. Quamvis enim depravatæ non ſint, pravæ tamen eſſe poſſunt.

Praxidĭca, orum, n. τὰ πραξιδικά, libri ab Accio conſcripti, de quibus V. *Pragmaticus*.

Praxitĕles, is, m. Πραξιτέλης, egregius ſtatuarius, natus in Magna Græcia, quæ eſt pars Italiæ, Olympiade 104. & vixit circa Pompeii Magni ætatem. Opera ejus fuere Athenis in Ceramico. Duas Veneres fecit, alteram velata ſpecie, quam populi ſibi Coi emerunt, alteram nudo corpore, quam Gnidii. Alia opera quamplurima ejus refert *Plin. l.* 34. *c.* 8. & *l.* 36. *c.* 5. Scripſit etiam quinque volumina nobilium operum in toto orbe, teſte *Varrone apud Plin. l.* 36. *c.* 5.

Praxitelius, & Praxitelicus, a, um, ad Praxitelem pertinens. *Cic.* 1. *de Div. c.* 23. Non in omni marmore neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita. *Plin. l.* 36. *c.* 5. Veneris Praxitelica ſpecimen.

Precabundus, a, um, adject. in modum precantis compoſitus. *Pacatus in paneg. Theodoſ. c.* 36. Manus illa ſubmiſſis precabunda vexillis petit veniam neceſſitatis.

Precandus, a, um, particip. verbi precor. *Tacit.* 4. *An. c.* 7. Precandam poſt hæc Modeſtiam, ut &c.

Precans, tis, om. particip. *chi prega*. *Virg.* 12. *Æn. v.* 930. Ille humilis, ſupplexque oculos dextramque precantis protendens. *Ovid.* 7. *Met. v.* 590. Pro gnato genitor dum verba precantia dicit.

Precario, adv. *per via di preghi*, δεητικῶς, prece, vel precibus. *Ulpian. l.* 43. *Dig. tit.* 25. *l.* 2. Habere precario videtur, qui poſſeſſionem vel corporis, vel juris adeptus, ex hac ſolummodo cauſa, quod adhibuit preces, & impetravit, ut ſibi poſſidere, aut uti liceat. *Cic. pro Cæc.* Ita te poſſediſſe, uti nec vi, nec clam, nec precario poſſederit. *Curt. c.* 2. Mori præſtat, quam precario imperatorem eſſe. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. cap.* 7. Precario regnum cepit.

Precarium, ii, n. locus in ædibus precibus faciendis deſtinatus, ſacrarium. *Petron. in Satyr.* ubi alii leg. *pratorium*.

Precarius, a, um, *ottenuto con preghiere*, ἐπαιτητός, quod habetur ex precibus, quod tandiu obtinetur, quandiu is, qui conceſſit, permiſerit. *Ulpian. l.* 43. *Dig. tit.* 25. *l.* 1. Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quoadiu is, qui conceſſit, patitur: quod genus liberalitatis ex jure gentium deſcendit, & diſtat a donatione eo, quod qui donat, ſic dat, ne recipiat; qui precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cum ſibi libuerit precarium ſolvere. *Brut. Cic. ep.* 16. Salutem ab eo peti precariam. *Curt. l.* 10. *c.* 6. Sed precarium ſperabatur imperium. *Tac. l.* 1. *c.* 42. Neque precariam animam inter inſenſos trahere. *Liv. l.* 3. *c.* 47. Prenſare homines cœpit, & non orare ſolum precariam opem, ſed pro debita petere. *Id. ib.* 8. Precarium auxilium. *Ovid.* 9. *Met. v.* 76. *de Achelao*: falſum quid verſus in anguem hominem aliena moves? quem forma precaria celat? h. e. quaſi commodata, vel mutuo accepta.

Precatio, onis, *preghiera*, δέησις, actus precandi, rogatio, obſecratio. *Cic.* 1. *Tuſc.* Simili precatione Trophonius, & Agamedes uſi dicuntur. *Liv. l.* 30. *c.* 5. Cum pronunciaſſent Conſules, rem divinam rite perfectam eſſe, & precationem admiſiſſe Deos. *Id. l.* 6. *c.* 5. Precationem intimſigere.

Precative, adverb. precario. *Ulpian. tit.* 24. *in tit. ex corp. Ulp.* Fideicommiſſum precative relinquitur.

Precativus, a, um, adject. idem ac precarius. *Tit.* 24. *in tit. ex corp. Ulpian.* Ea, quæ precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. *Ammian. l.* 17. *c.* 10. Precativa pax.

Precātor, oris, m. δέκτης, qui precatur pro re aliqua. *Ter. Heaut.* 5. 2. 13. Nec tu aram tibi neque precatorem parans.

Precatrix. V. Præcantatrix.

Precatus, us, m. *preghiera*, precatio, preces. *Stat.* 12. *Theb. v.* 71. Sed non periiſſe precatus, Tantaque dona velit.

Precatus, a, um, particip. paſſivæ ſignificationis, *pregato*. *Juvenc. l.* 3. *v.* 83. Suſpicienſque dehinc cœlum, genitore precato.

Preces. V. Prex.

Precia uva, πρώιμος σταφυλή, quæ ante alias mateſcit, quaſi præcoquæ, ut exponit *Serv. in illud* 2. *Georg. v.* 95. Tenuiſque Lageos tentatura pedes olim, vincturaque linguam, purpureæ, preciæque.

Precius, ſeu Pretius lacus in Campania. *Cic. pro Mil.* Ut inſulam in lacu Pretio venderet.

Precor, aris, atus ſum, d. 1. *pregare*, התפלל, Germ. bitten, Gal. *prier*, Hiſp. *rogar*, δέομαι, rogo, obſecro, obteſtor. Conſtruitur cum acc. perſonæ. *Cicer. pro Balb.* Ut Deos immortales ſcientia peregrina, more domeſtica precaremur. ¶ Vel cum acc. perſ & inf. ad. *Liv. l.* 38. *c.* 43. Quos adorent, ad quos precentur, ac ſupplicent, Ambracienſibus non ſupereſſe. ¶ Vel cum acc. rei. *Cic. in Piſon.* Ut omnes ſui cives ſalutem, incolumitatem, reditum precentur. ¶ Vel cum acc. perſ. & altero acc. communis. *Cic. ad Q. Fr.* Quod precarer Deos, niſi meas preces audire deſiiſſent. ¶ Vel cum acc. perſ. & acc. *preces*, quemadmodum dicimus, Vivere vitam, currere curſum, &c. *Cato c.* 134. Jane pater te hac ſtrue commovenda bonas preces precor. ¶ Vel cum acc. perſ. & conjunctivo cum partic. ut, *Cic.* 2. *Catil.* Quos vos precari, venerari, atque implo-

implorare debetis, et &c. ¶ Vel cum acc. rei, & abl. perſ. cum præp. *a*, vel *ab*. *Cic. ad Quir. poſt red.* Quod precatus a Jove O. M. cæteriſque Diis immortalibus ſum. ¶ Vel cum acc. & dat. *Cic. in Piſon.* Si unquam vobis mala precarer. ¶ Vel cum dat. perſ. & adv. loco acc. rei. *Cic. in Piſon.* An, quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur? *Quinctil. in epiſt. ad Tryph.* Et eſtem ſolventibus bene precemur.

Prehendo, is, endi, enſum, a. 3. *prendere, pigliare*, Ger. *ergreiffen*, Gal. *prendre*, Hiſp. *prender, aſir*, λαμβάνω, capio. Quidam ſcribunt per *e*, *prehendo*, ducentes ab inuſitato *hendo*, & *præ* præpoſit. *Cic. 1. de Or. c. 56.* Prehendere manu aliquem. *Id. 1. Div. c. 28.* Prehendere manum alicujus. *Plin. l. 11. cap. 17.* Prehendere tribus digitis. *Cic. in Arat.* Stirpes cellus amplexa prehendit. *Ter. Heaut. 3. 2. 89.* Syrus eſt prehendendus, atque adhortandus mihi. *Gell. l. 4. c. 10.* Catonem prehendi loquentem, & in carcerem duci juſſit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 45.* Quem mendacii prehendit manifeſto modo. h. e. deprehendit, *convince*. ¶ Per ſyncopen dicimus *prendo, is*. *Virg. 4. Æn. v. 61.* Italiam prendimus oras. *Ter. Phorm. 4. 3. 15.* Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam: prendo hominem ſolum, &c. *Plin. lib. 2. ep. 9.* Prendo amicos, ſupplico, ambio domos. Alii leg. *prenſo*. ¶ Præterit. *prendidi*, apud *Sil. l. 15. v. 632.* Fert lethum cuicumque viro, quem prendidit ictus. Al. leg. *prenderit*.

Prehenſio, vel Prenſio, onis, f. *preſa, preſura*, actus prehendendi. *Varr. apud Gell. l. 13. c. 12.* In magiſtratu habent alii vocationem, alii prehenſionem. h. e. jus prehendendi, & in carcerem trudendi. *Id. ib. cap. 13.* Poteſtatem prenſionis habere. ¶ Apud *Cæſarem l. 2. B. C. c. 9.* prehenſio videtur eſſe machinæ quoddam genus, quæ pondera in altum extolluntur. Quidam tamen Interpretes ex MSS. quibuſdam leg. *preſſio*.

Prehenſo, & Prenſo, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a prehendo, *acchiappare, prendere*. *Horat. l. 1. ſat. 9.* Prenſare manu lentiſſima brachia. *Virg. 2. Æn. v. 444.* Prenſant faſtigia dextris. *Liv. l. 12.* Ad concilium prenſandum tempus opus eſſe. ¶ Frequentiſſime ſumitur pro blande tractare, ambire, poſcere præſertim in petitione honorum. nam Candidati comitiorum tempore ſingulos ſuffragia laturos circumibant, & manum prehendendo ſupplices ſe ipſis commendabant. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* Prenſat unus P. Galba. *Liv. l. 3. cap. 47.* Prenſare homines cœpit. *Tacit. 4. hiſt. c. 46.* Prenſare commanipularium pectora, cervicibus innecti.

Prehenſus, & Prenſus, a, um, nom. ex particip. *preſo*. *Virg. 2. Æn. v. 592.* dextraque prehenſum continuit. *Horat. l. 2. od. 16.* in patenti prenſus Ægæo. *Gell. l. 11. c. 18.* Furti manifeſti prenſus. *Id. ibid.* Qui manifeſto furto prenſus eſſet, *preſo ſul fatto*.

Prelum. V. Prælum.

Preme, æ, f. Dea nuptiarum, de qua *Auguſt. l. 6. de Civ. Dei, c. 9.*

Premo, is, preſſi, preſſum, a. 3. *premere, calcare*, דרך, Ger. *trucken*, Gal. *preſſer*, Hiſp. *apretar*, θλίβω, calco, innitor alicui rei cum pondere. *Virg. 2. Æn.* Veluti qui ſentibus anguem preſſit. ¶ Per Synecdochen ponitur pro ſtringere. *Virg. 4. Georg.* Et ſpumantia cogere preſſis mella favis. ¶ Item pro infodere, demergere. *Virg. 2. Georg.* Quæcumque premes virgulta per agros. ¶ Item pro effodere. *Virg. 10. Æn.* Sulcumque ſibi premat ipſa carina. ¶ Item pro claudere. *Virg. 9. Æn.* Preſſive oculos, ac vulnera lavi. ¶ Item pro vitiare. *Cato.* Qui toties villici tui uxorem abſente preſſiſti viro. Simile quippiam leges apud *Sueton. in Calig. c. 25.* ¶ Item pro inſequi, inſiſtere. *Virg. 1. Æn.* Hac fugerent Graji, premeret Trojana juventus. ¶ Item pro urgere, agitare. *Virg. 3. Georg.* Ingentem clamore premes ad retia cervum. ¶ Item pro occidere. *Virg. 9. Æn.* Armigerumque Rhemi premit. ¶ Item pro removere. *Virg. 1. Georg.* Et ruris opaci falce premes umbras. ¶ Tranſlate eſt occultare. *Virg. 1. Æn.* Premit altum corde dolorem. ¶ Item cohibere, refrænare. *Virg. 1. Æn.* Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat. ¶ Item aſtringere, obſidere. *Cæſ. l. 3. B. G.* Quibus anguſtiis Cæſar a Venetis prematur. ¶ Item vim adhibere, neceſſitatem afferre. *Plaut. Amph.* Fata iſthæc me premunt. *Cic. pro R. Am.* Quæ neceſſitas eo tanta premebat? ¶ Item adverſari. *Virg. 10. Æn.* Numina nulla premunt. ¶ Item vexare, affligere. *Cic. 1. de Or.* Cum invidia, & odio populi Galba premeretur. *Id. Att. l. 7. ep. 3.* Ære alieno premuntur. ¶ Item impedire, retinere. *Cic. in Brut.* Curſum ingenii tui premit hæc importuna clades civitatis. ¶ Item inſtare, dicendo immorari, adverſarium in anguſtum redigere. *Cic. de Div.* Premam te, cum ex te cauſam uniuſcujuſque rei exquiram. *Plin. l. 3. ep. 9.* Nihil magis preſſi, quam quod accuſator ejus, &c. *Quinctil. l. 12. de Cic.* Præcipue vero preſſerunt eam, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Item ſuperare. *Ovid. 7. Metam.* Si titulos, annoſque tuos numerare velimus, facta premunt annos, ideſt plura ſunt facta, quam anni, aut majora, quam pro ætate. ¶ Premere veſtigia, eſt conſiſtere, *fermarſi*. *Virg. 6. Æn.* At, veſtigia alicujus premere, eſt proxime ſequi. *Tacit. 2. Ann. c. 14.* ¶ Premere vocem, eſt tacere. *Virg. 9. Æn.* Sic premere ſilentia. *Sil. l. 12.*

Prenſatio, onis, f. *broglio*, ambitus. *Cic. Attic. l. 1. ep. 1.* Fuit illius hæc præpropera prenſatio.

Prenſito, as, a. 1. frequent. a prenſo. *Sidon. l. 2. ep. 8.* Cum libitinam ipſam flentes omnes prenſitarent.

Prenſo, as. V. Prehenſo.

Prenſus. V. Prehenſus.

Presbyter, eri, m. *prete*, πρεσβύτερος, ſenior, qui eſt grandioris ætatis, a Græco nomine allato, quod eſt compar. nominis πρέσβυς, *ſenex*. Apud Eccleſiaſticos eſt Sacerdos ſecularis. *Tertull. de Præſcript. c. 4.* *Sidon. l. 6. ep. 2.* *Prudent. Periſteph. 4. v. 20.*

Preſſe, adv. *riſtrettamente, brevemente*, συντετμημένως, ſtricte, breviter. *Cic. 2. Off.* Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſſe loquentium, & leniter. *Id. 4. Fin.* Preſſius agamus, eaque, quæ modo dixiſti, cum his conferamus.

Preſſim, adv. preſſe, vel premendo, *ſtrettamente*. *Apul. l. 2. Metam.* Me preſſim deoſculato.

Preſſio, onis, f. apud *Vitruv. l. 8. c. 10.* dicitur lignum illud, aut ſaxum, quod vecti ſubjicitur, dum onus extollit, ὑπομόχλιον. Verba *Vitruvii* ſunt, Ferreum vectis cum eſt admotus ad onus, ſuppoſita uti centro cito porrecte preſſione, quod Græci ὑπομόχλιον appellant, & vectis lingua ſub onus ſubdita, caput ejus unius hominis viribus preſſum, id onus extollit. *Cæſ.* quoque *l. 2. B. C. c. 9.* Turris tectum preſſionibus ſuſpendere, ac tollere cœperunt. Al. leg. *prehenſionibus*. ¶ Sumitur etiam pro ipſo premendi actu. *Vitruv. loc. cit.* Caput vectis cogit preſſionibus examinare paucis manibus oneria maximi ponderis.

Preſſo, as, a. 1. καταπιέζω, freq. a premo. *Virg. 3. Ecl. v. 99.* Preſſabimus ubera palmis. *Propert. l. 3. eleg. 17.* Et nova preſſantes inquinet uva pedes. *Plaut. Perſ. 2. 5. 11.* Quid hoc in collo tibi tumet? Sa. Vomica eſt, preſſare parce.

Preſſorium, ii, n. πιεστήριον, vas, vel prelum quo aliquid premitur. *Ammian. l. 28. c. 2.* (*al. 4.*) Solutis preſſoriis, veſtes luce nitentes diligenter explorare. *Plin. Valer. l. 2. c. 17.* Exprimere in preſſorio.

Preſſorius, a, um, adject. ad premendum aptus, ut preſſoria vaſa, apud *Colum. l. 12. c. 18.* h. e. torcularia.

Preſſule, adv. preſſe, preſſim. *Apul. l. 10. Met.* Preſſule adhærens.

Preſſillus, a, um, adject. diminut. a preſſus. *Apul. l. 2. Florid. poſt init.* Ampullam lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate.

Preſſura, æ, *ſtrettura*, סחיטה, Ger. *ein druck*, Gall. *preſſurage*, Hiſp. *apretamiento*, θλίψις, actus premendi. *Colum. l. 2. c. 36.* Quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur. *Plin. l. 18. c. 31.* Preſſura una culeos viginti implere debet.

Preſſus, us, m. θλίψις, preſſio, actus premendi. *Cic. 3. Orat. c. 11.* Lenitate vocis, atque ipſo oris preſſu, & ſono. *Id. 2. Tuſc. c. 23.* Sic animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum.

Preſſus, a, um, *calcato*, τεθλιμμένος, partic. a premor. *Virg. 3. Georg.* Læta magis preſſis manabunt flumina mammis. ¶ Sumitur etiam pro onuſto, gravato. *Virg. 2. Georg.* Cen preſſæ cum jam portum tetigere carinæ. ¶ Item pro reſtricto, ſubtili, brevi. *Cic. in Brut.* Sed parum preſſi, & nimis redundantes. *Id. 3. de Orat. c. 23.* Multo eſſet ejus oratio preſſior, in quo interdum in ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtilo depaſcenda eſt. ¶ Item oppreſſus. *Ovid. 15. Metam. v. 21.* Preſſus gravitate ſoporis. *Valer. Flac. l. 5.* bello preſſus iniquo. ¶ Item celatus. *Stat. 9. Theb.* preſſus ſub corde dolor. ¶ Item pro ſignato. *Ovid. 6. Faſt.* Et uterna res ea preſſa nota eſt. ¶ Preſſo gradu incedere, eſt reſtricto, & firmo, non celeri, qualis eſt, quo cautos incedere videmus. *Liv. l. 8.* Hiſpanos preſſo gradu incedere jubet. ¶ Item depreſſus. *Curt. l. 5. c. 1.* Caverns in altitudinem preſſæ. *profondate*.

Preſter, eris, m. πρηστήρ, ſerpentis genus, al. dipſas, qui morſu ſuo inextinguibilis ſitis ardorem gignit. De eo differit *Solin. l. 40.* *Plinius* meminit *l. 20. c. 10. l. 24. c. 33. l. 32. c. 3. & 5.* *Lucan. l. 9. v. 725.* Oraque diſtendens avidus ſpumantia preſter. ¶ Eſt etiam ſpecies fulminis, ſeu igniti turbinis, qui quidquid attingit comburit, & proterit. *Lucret. l. 6. v. 423.* Preſteras Graji quos ab re nominitarunt. Adde *Plin. l. 2. c. 48.* *Ariſtoteles* ἀνεμοπρηστῆρα vocat.

Pretioſe, adv. *preziosamente*, τιμίως, cum pretio, ſumptuoſe, delicate, & eleganter. *Cic. 2. de Inv. c. 49.* Vaſa magnifica, & pretioſe cælata. *Gel. l. 5. c. 5.* Pretioſe armatum exercitum. *Curt. l. 10. c. 1.* Tanti nominis Regem haud pretioſius ſepultum eſſe, quam ſi fuiſſet e plebe.

Pretioſitas, atis, f. *prezzo, valore*. Atejus Capito apud *Macrob. l. 7. Saturn. c. 13.* Annuli pretioſitas.

Pretioſus, a, um, *prezioſo*, ἔντιμος, πολύτιμος, quod eſt multi pretii. *Cic. 3. Off.* Equine pretioſi potius jacturam faciat, an ſervi vilis. *Ovid. 1. Met. v. 115.* Subiitque argentea proles auro deterior, fulvo pretioſior ære. *Cic. 2. Fin. c. 28.* Non minor voluptas percipitur ex rebus viliſſimis, quam ex pretioſiſſimis. *Propert. l. 3. el. 13.* Nox pretioſa. h. e. quæ pretio emitur. *Hor. l. 3. od. 6.* Pretioſus emptor. h. e. qui magno pretio emit. *Col. l. 3. c. 8.* Pretioſis odoribus Arabia illuſtris.

Pretium, vel precium, ii, n. *prezzo*, τιμή, τίμημα, id, quod datur pro re empta. *Cic. 4. Verr.* Ab iſto & præco, qui voluit, illum ordinem pretio mercatus eſt. *Id. pro Q. Roſc.* Jacent pretia prædiorum. ¶ Aliquando accipitur pro mercede, vel præmio. *Virg. 5. Æn.* Et palmæ pretium victoribus. ¶ Aliquando pro mercede in deteriorem partem, ideſt pro pœna. *Ter. Adelph.* Ego pretium ob ſtultitiam fero. *Horat. l. 3. od. 24.* Et peccare nefas, aut pretium eſt mori. ¶ Conjungitur ſæpe cum gen. *curæ*, vel *operæ*. *Plin. ep. 6. l. 8.* Poſtea mihi viſum eſt pretium curæ ipſum S. C. quærere. *Cic. 6. Verr.* Ut hæc omnia reperire, ac perſcrutari ſolitus ſit, eſt operæ pretium cognoſcere. V. *opera*. ¶ Interdum pretium hoc ſenſu ponitur ſine gen. *curæ*, vel *operæ*. *Ter. l. 2. Ann. c. 35.* Ni pretium foret Cn. Piſonis, & Aſinii Galli ſuper eo negotio diverſas ſententias noſcere. ¶ Magno pretio ſtare aliquid dicitur, cum care emitur. *Hor. l. 1. ſat. 2. ad fin.* ¶ Pretium facere alicui rei, & ſtatuere, *far prezzo, ſtimare*. *Plin. l. 9. c. 35.* *Ter. Hec. prol. 2. v. 41.* ¶ In pretio eſſe, *eſſere ſtimato*. *Ovid. 1. Faſt. v. 217.* In pretio pretium nunc eſt. ¶ Magni pretii homo, *uomo di conto*. *Ter. Adel. 5. 63.* Contra, homo parvi pretii. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2.* *uomo da nulla*. ¶ *Plin. l. 12. c. 25.* Corticis ad medicamenta pretium eſt. hoc eſt magni æſtimatur in medicamentis. ¶ Mutare pretio aliquid. V. *Muto*.

Prex, ecis, f. *preghiera*, λιτή, εὐχή, precatio, obſecratio. *Terent. Phorm. 5. 3. 14.* Ut nullus locus relinquatur preci? *Hor. l. 2. ep. 1.* Cæleſtes implorat aquas docta prece blandus. *Cic. 1. de Inv.* Si prece, & obſecratione humili, ac ſupplici utemur. ¶ Invenitur & accuſativus ſingul. hujus vocis apud *Plaut. Capt. 2. 1. 47.* ſed nominativus *prex* caret exemplis. Cæterum ſæpiſſime uſurpatur in num. plurali. *Liv. l. 1. c. 21.* Precibus aliquem fatigare. *Id. l. 8. c. 2.* Precibus infimis petere. Dicimus autem adhibere, admovere, ferre, fundere, concipere preces. *Ovid. Virg. Cic.* Ad preces deſcendere, *Senec. Hippolyt.* Deſcendere in preces, *Vir. 5. Æn.* Precibus reſiſtere, repugnare, *Senec. ibid. & Ovid. 11. Met.* precibus flecti, moveri, frangi, *Id. Heroid. ep. 1. & 7. & Virg. 2. Æn.* Precibus aliquem placare, *Cic. pro Dom.* ¶ Interdum preces ponuntur pro diris, & exſecrationibus, ut Thyeſteæ preces apud *Horat. epod. 5. v. 86.* Sic *Cæſ. l. 6. B. G. c. 31.* Omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem.

Priameis, idis, patronym. fœmin. Priami filia. *Ovid. 1. Amor. eleg. 9.* Summa ducum Atrides viſa Priameide fertur, &c. h. e. Caſſandra.

Priameius, a, um, adject. a Priamo, ut Priameia ſceptra. *Virg. Æn. 7. v. 252.* Priameia conjux. *Ovid. 13. Metam. v. 404.*

Priamides, æ, patronym. maſc. Priami filius, Πριαμίδης, ut Deiphobus Priamides. *Virg. 6. Æn. v. 494.*

Priamus, i, Πρίαμος, filius Laomedontis, Rex Trojanorum. Dictus eſt a πρίαμαι, *emo, redimo*. Nam puer ab Hercule, occiſo Laomedonte, exciſoque Ilio, una cum ſorore Heſione in Græciam abductus eſt, ſed ſtatim a Trojanis pecunia redemptus. Hecubam filiam Dimantis, vel Ciſſei Regis Thraciæ uxorem duxit. *Ovid. 13. Met.* Huic etiam concubinas quadraginta novem. *Virg. 2. Æn.* Quinquaginta filios ſuſcepit, ſeptendecim ex uxore, reliquos ex concubinis. *Cic. l. 1. Tuſc.* Ex his Helenus, & Caſſandra vates fuere. *Cic. 1. de Div.* Paris Helenam rapuit. Cum Priamus nullis legationibus adduci potuiſſet, ut Helenam redderet, bellum a Græcis decennale paſſus eſt. Vidit in eo bello filios ſuos fere omnes ab hoſtibus interfectos. Tandem capto Ilio & ipſe a Pyrrho Achillis filio occiſus eſt prope aram Jovis Hercei, quæ in ædibus Regiis erat, in oculis Hecubæ. *Virg. 2. Æn. & Cic. 1. Tuſc.* ¶ Priamus alter, filius Politis, nepos Priami Regis, quem puerum Æneas ex Trojæ incendio ſecum in Italiam duxiſſe dicitur. *Virg. 5. Æn. & Bocc. l. 6. Gen.*

Priapeia, orum, n. πριαπεῖα, carmen obſcœnum, quod alii Virgilio, alii Ovidio aſcribunt. Sed veriſimilius eſt, multorum id opus eſſe ob argumenti ſimilitudinem unum in volumen congeſtum.

Priapeius, a, um, adject. ad Priapum pertinens. *Petron. in Satyr.*

Priapiſcus, i, πριαπίσκος, herba, alio nomine Satyrion. *Apul. de herb. c. 15.*

Priapiſmus, mi, m. πριαπισμός, tentigo, morbus, cum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumeſcit ſine Veneris appetitu: quod vitii genus iis potiſſimum ſolet ſubvenire, qui ſupini cubare conſueverunt. *Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 18.*

Priaponneſus, f. 2. inſ. parva Cariæ, in ſinu Ceramico. *Plin. l. 5. c. 31.* Hoc tempore caret habitatoribus, & nomine.

Pri-

Digitized by Google

Priapus, i, m. Πρίαπος, filius Liberi Patris, ſeu Bacchi, & Veneris. Hunc ſuperſtitioſa antiquitas hortorum præſidem credidit. Cum Venus Bacchum amaret, cum eo concubuit, & Baccho in Indiam profecto, cum Adonide. Poſtea Baccho ex India reverſo coronam illi obviam progrediens obtulit, eumque ſic coronatum tanquam ſponſum ſequi ſe juſſit. Ex quo cum concepiſſet, in Lampſacum oppidum Helleſponti abiit. Ariadne autem (alii qui Junonem ſcripſere) infenſa illi ob zelotypiam, manu uterum illius incantando tetigit: ex quo factum eſt, ut pareret filium non modo præter omnes alios deformem, ſed & ingenti pene præter modum dehoneſtatum. Cujus cum illam puderet, reliquit in urbe Lampſaco ab ſe rejectum. Hinc Lampſacenus, & Helleſpontiacus dictus eſt. Hunc poſtea, cum Lampſacenis mulieribus nimium gratus eſſet, a civibus ejectum ferunt. Ob quam rem, cum neſcio quo malo premi cœpiſſent, templa eidem, & ſacra conſtituerunt, factuſque etiam hortorum Deus eſt. Immolabant ei aſinum, quod cum olim hic Deus in feſtis Bacchi, ad quæ Panes, Satyri, Naiades, Dryades, aliique Dii Deæque convenerant, intempeſtæ noctis ſilentio, Lotidem Nympham, humi dormientem, ſtuprare vellet, repentino aſini, quo Silenus vehebatur, clamore fuiſſet impeditus. Ovid. Faſt. l. 1. & 6. Hyginus vero tradit, ob id Lampſacenos aſinum Priapo immolare conſueviſſe, quod ab aſino, cum de magnitudine membri certarent, ſuperatus videretur. ¶ Sumitur interdum pro ipſo virili membro. Hinc Juven. ſat. 2. v. 14. Vitreo bibit ille priapo. h. e. calice in modum penis elaborato.

Priapus, i, f. Priapum, *Lapſa*, urbs Myſiæ Aſianæ, ad Helleſpontum, maritima, cum ſi. cognom. finitima Pario, & Lampſaco. Plin. l. 32. c. 5. Eſt ſic dicta a Priapo Deo hortorum, qui illam condidit, & ibi colebatur.

Pridem, adv. *poco innanzi, già poco tempo*, כבר, Ger. *vorlängſt*, Gal. *il y a long temps*, Hiſp. *dias a*, πρὸ ὀλίγου, parvo tempore prius, paulo ante. Aliqui dictum cenſent quaſi prius die. Plin. l. 7. c. 16. Ipſi vero pridem vidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelii Taciti Equitis Romani. Cic. l. 5. Fam. ep. 6. Quod ad me pridem ſcripſeras. ¶ Conjungitur eleganter cum particul. *quam*, *non*, *non ita*. Cic. pro R. Com. Quam pridem hoc nomen in adverſaria retuliſti? *quanto tempo è, che*, &c. Id. in Brut. Noſtra autem civitate non ita pridem dominatu Regio liberata. Plin. l. 15. c. 14. Medica non pridem venere in Italiam. ¶ Item cum *jam*. V. *Jampridem*.

Pridianus, a, um, προτεραῖος, heſternus. Suet. in Calig. c. 58. Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere.

Pridie, adv. *il giorno innanzi*, Ger. *den tag zu vor*, Gal. *le jour avant*, Hiſ. *un dia antes*, τῇ προτεραίᾳ, ſub. ἡμέρᾳ, die uno ante, præcedenti die, a *pra*, vel *pri*, & *die*, quaſi priore die. Feſt. Conſtruitur vel abſolute. Cic. 7. Phil. Cui cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi. ¶ Vel cum gen. Cic. Lent. l. 1. Fam. ep. 4. Quod jam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus. ¶ Vel cum acc. Cic. l. 3. Fam. ep. 4. Pridie Nonas Junias, cum eſſem Brunduſii. Id. Attic. lib. 2. Ibi eſſe uſque ad pridie Calendas Majas volo. ¶ Vel cum adv. *quam*. Cic. de Amic. Pridie, quam exceſſit e vita.

Priēne, es, f. 1. *Palatia*, Πριήνη, urbs maritima Joniæ, in Cariæ confinio, proxima Heracleæ, patria Biantis Philoſophi. Fanum inter alia Minervæ præclarum habuit. Auſon. de 7. Sapient. v. 8.

Prienenſis, ſe, ad Prienen pertinens, oppidum Joniæ maritimum in Confinio Cariæ. Val. Max. l. 1. c. 5. n. 1. extern. Prienenſibus auxilium adverſus Caras implorantibus. Plin. l. 26. c. 8. ante med. Prienenſe ſœmonorum.

Prieneus, a, um, adject. a Priene. Sidon. carm. 2. v. 162. Prieneæ Bias, quod plus tibi turba malorum eſt. ¶ Apud Auſon. de 7. Sapient. eſt triſyllabum. Verba ſunt. Bias Prieneus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί.

Primævitas, atis, f. *gioventù*, *adoleſcenza*, primum ævum, primi anni adoleſcentiæ. Inſcrip. (IV. Chriſti ſæculo exarata) apud Gruter. pag. 462. n. 1. Cujus primævitas officio ſedis Urbanæ advocationis exercito, &c.

Primævus, a, um, *primo*, *primogenito*, *più vecchio*, πρωτόγονος, quod eſt primæ ætatis, ſicut grandævus, grandioris ætatis. Virg. 9. Æn. v. 546. Quintum primævus Helenor. Catul. de nupt. Pel. & Thet. prope fin. Optavit genitor primævi funera nati. h. e. primogeniti. ¶ Item juvenis, velut qui primos vitæ annos nondum exceſſit. Sil. l. 5. v. 424. Primævos juvenes. Virg. 7. Æneid. v. 162. primævo flore juventæ. Id. Æn. 10. v. 345. fidens primævo corpore.

Primani, m. e. Primæ legionis milites, ut Secundani ſecundæ, Tertiani tertiæ. Tacit. lib. 2. hiſt. cap. 43. Primani, ſtratis una & Vicesimanorum principibus, aquilam abſtulere.

Primānus Tribunus, ut dicebatur, qui primæ legioni tributum ſcribebat, ut tradit Feſtus, citans Catonis orationem, quam de ſuis virtutibus contra Thermum habuit.

Primarius, a, um, *primiero*, *principale*, ראשון, Germ. *fürnemſte*, Gal. *premier*, Hiſ. *primero*, ἀρχικός, quod aliunde non habet originem, vel quod eſt primum in aliquo ordine, ut Primarii cives, vel viri, qui ſunt primi in civitate, qui etiam primates dicuntur. Cic. 3. Fin. c. 15. Sic in vitæ non ea, quæ primario loco ſunt, &c. Id. de Sen. In quem illud elogium unicum pluſimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Id. 5. Ver. Hæc omnia docent civitatum, & privatis primariorum virorum teſtimoniis. Id. 3. Ver. c. 58. Scilicet magno præſidio fuit Anniæ pupillæ mater fœmina primaria.

Primas, tis, o. primus, primarius. Apul. l. 2. Metam. Apud primatem fœminam.

Primatim, adv. *la prima volta*. Plaut. Caſ. prol. v. 17. Hæc cum primatim acta eſt, vicit omnes Fabulas. Al. leg. *primum*.

Primatus, us, m. πρωτεῖον, primatum auctoritas. Var. l. 1. de R. R. c. 7. Alii dant primatum bonis pratis. Plin. lib. 33. cap. 12. Primatum meruit Cæſar.

Prime, adv. apprime, valde. Nævius apud Chariſ. l. 2. pag. 188. Acontizomenos fabula eſt prime proba.

Primiceps, ſos. V. Biceps, ſos.

Primiceriatus, us, m. officium, & dignitas Primicerii. Leg. 1. Cod. de Decan.

Primicerius, ii, magiſter, vel princeps officii. h. e. qui primum obtinet locum inter aliquos munere publico fungentes. Ampliſſime enim hæc vox accipitur, & generatim ita vocantur, qui in aliquo munere principes ſunt, adeo quidem ut & ſcholæ, collegiaque ſuum habuerint primicerium. Unde Suidas generatim interpretatur πρῶτον τῆς τάξεως, ideſt qui in quocunque ordine primum locum obtinet. Itaque *Primicerius in officio Præfectorum Prætorio*, legitur apud Veget. l. 2. c. 21. & *Primicerius protectorum* apud Ammian. Marcell. l. 18. Ac in Cod. Juſtinianeo, & Theodoſiano ſimiliter habetur, *Primicerius fabricæ*, *equitum*, *deputatorum*, *ſacri cubiculi*, *ſcriniorum*, & aliarum rerum, ut Briſſonius, & Donatus docent. ¶ De ejus etymologia varii varia, ſed plures, & ſaniores ita dictum putant, qui primus ſcriberetur in cera. h. e. in tabula cerata, ſeu catalogo alicujus ordinis. Itaque D. Auguſt. ſerm. 21. D. Stephanum vocat primicerium martyrum. Nunc vox hæc ad Eccleſiaſticam dignitatem tranſiit Epiſcopali proximam.

Primigenius, a, um, πρωτογενής, primitivus, qui aliunde non habet originem. Var. l. 2. de R. R. c. 5. Dicam de primigenia pecuaria, ideſt de ovibus, quales ſint ad futuram utiles. ¶ Primigenia verba, ſeu vocabula, πρωτότυπα ῥήματα, ſunt, quæ non ſunt ab alia voce, ſed ſuas habent radices, ut *lego*, *ſcribo*. Var. l. 5. de L. L. ¶ Primigenia ſemina dicuntur, quæ a natura inſita ſunt, quæ Cicero prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, conſervationemque omnium partium, valetudinem, ſenſus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteraque hujuſmodi. Var. l. 1. de R. R. c. 40. In his inest primigenia ſemina dedit natura. ¶ Primigenius ſulcus dicitur, teſte Feſto, qui in condenda nova urbe junctis tauro, & vacca, deſignationis cauſa imprimitur. ¶ Primigenia Fortuna, Dea quædam apud Romanos, ita dicta a primum gignendo. Hujus ædem dedicavit Q. Marcius Ralla in colle Quirinali Duumvir ad id ipſum creatus. Cic. 2. de Leg. Liv. l. 34. c. 53. a med.

Primigēnus, a, um, πρωτόγονος, quod primo genitum eſt. Lucret. l. 2. v. 1104. Diemque primigenum maris, & terræ, ſoliſque coortum.

Primipāra, f. 1. *di primo parto*, πρωτοτόκος, fœmina in quovis animalium genere, quæ primo peperit. Plin. l. 8. c. 40. Et ab iis, quæ fœmina ſit ex primipara genita, citius cerni. Adde c. 47.

Primipilāris, & re, o. 3. qui fuerat, vel qui eſt primipilus. Quintil. l. 6. c. 3. An primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema judicia. Inſcript. apud Gruter. pag. 416. num. 1. Primipilaris Leg. VIII. ¶ Legitur & *primopilares* in Inſcript. apud eund. pag. 30. n. 6.

Primipilarius, ii, m. idem ac primipilaris. Sen. de Conſtan. Sap. c. 18. Non impune ceſſit primipilario, quod &c. Spartian. in Juliano, c. 5. Nigrum, miſſo primipilario, occidi imperat.

Primipilus, ſive primopilus, m. e. πρῶτος τοῦ ἀρχῶν, Centurio primi pili, hoc eſt dux primæ centuriæ in ordine pilanorum, ſeu triariorum. Sed Dionyſ. l. 9. ſcribit, omnes Centuriones legionis, qui ſexaginta erant, generatim primipilos appellatos eſſe. Veget. l. 2. c. 8. ſic ſcribit. Vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, h. e. quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda. Cæſ. l. 2. B. G. P. Sextio primipilo multis vulneribus confecto. Val. Max. lib. 1. c. 6. Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit. ¶ *Primopilus* legitur in Vet. Inſcr. apud Manut. de quæſit. per epiſt. ¶ Differunt autem *primipilus*, & *primus pilus*, nam *primus pilus* eſt prima centuria. *primopilus* vero ejus centuriæ ductor. V. Pilum. ¶ Summa erat primipili dignitas, quique eam obtinebat, ſtatim in equeſtrem ordinem referebatur. Martial. l. 9. epigr. 58. Et referes pili præmia clarus eques. V. Juſt. Lipſ. de milit. Rom. l. 2. dial. 8.

Primipŏtens, tis, adject. primus potentia. Apul. in Aſclep. Deus primipotens, & primus gubernator mundi.

Primiſcrinius, ii, m. primus in ordine ſcriniariorum, leg. ult. Cod. de muneri. leg. 3. Cod. de diverſ. offic. & Symmach. l. 1. ep. 35.

Primiter, adv. idem ac prima, ſeu primitus. Lucil. apud Non. c. 2. n. 661. Sicuti cum primiter ficos populare ſentis.

Primitiæ, arum, f. *primizie*, ראשית, Ger. *erſtling*, Gal. *primices*, Hiſp. *primicias*, ἀπαρχαί, primæ res in quocunque genere, ut Primitiæ operum, armorum, frugum, vel fructuum, &c. a *primus*. Sunt, qui credant, primitias proprie dici de primis fructibus ex agro ſuſceptis, qui Deo offerebantur, tranſlate etiam de aliis rebus. Plin. l. 18. c. 2. Priuſquam Sacerdotes primitias libaſſent. Colum. l. 4. c. 10. Primitias vitis reſecare conſueverunt, ideſt prima flagella. Stat. l. 11. Theb. Primitiæ armorum. Id. Theb. 2. v. 742. Ferre primitias operum. Tac. 4. hiſt. c. 53. Metallorum primitiæ.

Primitius, a, um, πρῶτος, quod in aliqua re primum, & principale eſt. Ovid. 12. Metam. v. 271. Ecce rapit medius flagrantem Rhœtus ab aris primitium torrem.

Primitivus, a, um, adject. *primaticcio*, primus, primo adveniens. Colum. l. 9. c. 14. Apes primitivis floribus allectæ. Id. de arborib. c. 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitivos annos fructum vinoſum. h. e. cum primum arbor fructus feret.

Primitus, & Primitu, adv. idem ac primo. Var. l. 2. de R. R. c. 2. Primitus oritur herba imbribus primoribus evocata. Catul. carm. 19. Primitu a tenera virens ſpica mollis ariſta. Suetus. in Claud. c. 7. Primitus ingredienti cum faſcibus forum. Adde Gel. l. 1. c. 18.

Primneſius, palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonſillam dicunt. Paul. ex Feſto, Al. leg. *prymneſium*, πρυμνήσιον, a πρύμνη puppis, quia funis a puppi religatur ad litus. Virg. in fi. 6. Æn. ſtant litore puppes.

Primo, adv. *primieramente*, בראשונה, Ger. *anerſten*, Gal. *au commencement*, Hiſp. *primeramente*, πρῶτον, principio, prima ſpecie, prima fronte. Cic. in Brut. Similiter Iſocratem primo artem dicendi eſſe negaviſſe. Ter. Eun. 5. 10. Primo callidum credidi hominem.

Primŏdum, adv. idem ac primo. Plaut. Capt. 1. 2. 57. Primodum opus eſt Paſtinenſibus. Alii leg. *primum dum*.

Primogenitālis, le, adjectiv. primogenitus. Tertull. adverſ. Valentinian. c. 10.

Primogenitus, a, um, *primogenito*, πρωτότοκος, qui primus omnium genitus eſt, natu major. Pallad. l. 1. c. 39. Creduntur (apes) non fugere, ſi ſterens primogeniti vituli adlinamus oribus vaſculorum. Lactant. l. 1. c. 21. Filium ſuum primogenitum delabi juſſit a cœlo. Plin. l. 11. c. 40. Primogenitis in quoque partu ſues primas (mammas) præbent. Legitur tamen in optim. Codicib. *primis genitis*.

Primoplaſtus, i, m. πρωτόπλαστος, primo creatus, h. e. Adam. vox hybrida ex Latino primus, & Græco πλαστός, factus, formatus. Prudent. in hymn omnis horæ, v. 17. Ne gens periret primoplaſti ex germine.

Primordia, orum, n. *principj*, ἀρχαί, quæ primo ordiuntur, initia, principia, ut Primordia rerum, gentis, belli, &c. Cic. in Part. Ut primordia rerum, & quaſi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. Id. 2. Leg. c. 3. A Jove Muſarum primordia. Quintil. l. 1. c. 9. Primordia dicendi. Ovid. 15. Met. v. 67. Primordia mundi.

Primordialis, le, adject. ad primordia pertinens, primus, ut primordialis lex, Tert. adv. Jud. c. 2. Primordialis cauſa, Ammian. l. 30. c. 1.

Primordius, a, um, *primo*, *originario*. Colum. l. 6. cap. penult. Ut avitus color primordiis ſeminis mixtu reddatur nepotibus.

Primoris, & re, πρῶτος, idem ac primus, vel anterior, ſummus, a *primus*. Non. c. 5. n. 24. Primores dicuntur ſummæ cujuſque res. In nomin. ſingul. non invenitur, nec in nom. accuſ. & vocat. plur. in gen. neutro. Gel. lib. 16. cap. 5. Veſtibulum eſſe partem domus primorem. Tac. l. 3. hiſt. c. 21. Primori in acie verſabantur. ¶ Primores viri, primi, primates, Tac. 2. Ann. c. 19. Plebes, Primores, juventus, ſenes. Id. ibid. c. 29. Primores fœminæ. Hor. l. 2. ſat. 1. v. 69. Primores populi arripuit. Liv. l. 24. cap. 30. Primore juventute conſcripta. ¶ Primores dentes, qui primi patent, primi ridendo deteguntur. Plin. l. 11. c. 37. Nulli, qui ſuperne primores habent dentes. ¶ Primoribus labris guſtare, vel attingere, eſt leviter quippiam attingere, & quod barbare dicitur, ſuperficialiter. Cic. pro Cal. c. 12. Non modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ.

Digitized by Google

Primoticus, a, um, adject. primo natus, præcoquus, ut duracina primotica, apud *Apic. l. 4. c. 5.*

Primŭlum, adv. dim. a *primum*. *Plaut. Men. 5. 9. 57.* Nam tum dentes mihi cadebant primulum. Adde *Terent. Adelph. 3. 1. 8.*

Primŭlus, a, um, dim. a *primus*. *Plaut. Amph. 2. 2. 105.* Primulo diluculo abiiſti ad legiones.

Primum, adv. idem ac primo. Ponitur aliquando in oratione, nulla alia ſequente clauſula. *Plaut. Aſin. 5. 2. 37.* Cenſen' tu, illum hodie primum ire aſſuetum in ganeum? *Cic. Fam. 10. epiſt. 13.* Ut primum poteſtas data eſt. *Ter. Heaut. 2. 3. 33.* Primum omnium ubi ventum ad ædes eſt, &c. ¶ Aliquando alia ſequente particula. Quidam putant dici a *πρίν*, priuſquam. *Colum. l. 12. c. 1.* Primo mane. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quæro igitur, veſter Deus primum ubi habitet, deinde, &c. *Plaut. Epid. 4. 2. 30.* Ut primum vidi, nunquam illam vidi poſtea. Rurſus *Cic. 16. Fam. ep. 3.* Te valere, tua cauſa primum volo, tum mea. *Id. Ver. 5.* Primum eam tenueratus eſt; deinde multis civitatibus nihil ſolvit; poſtremo tantum detrexit, &c. *Id. Ver. 4.* Primum averti pecuniam non placere; deinde ſtatuerem modum quendam eſſe oportere, deinde illud certa ab invitis exigi non oportere. *Terent. Adelph. 4. 6. 2.* Primum fratrem nuſquam invenio, præterea autem dum illum quæro, &c. ¶ Jungitur etiam cum particula *dum*, & eandem habet ſignificationem. *Plaut. Truc. 1. 1. 10.* Primum dum miror. *Id. Rud. Prol. v. 32.* Primum dum hanc eſſe nomen Cyrenas. ¶ Legitur etiam conjuncte *primumdum*.

Primus, a, um, *primo*, ראשון, Ger. *erſte*, Gal. *premier*, Hiſp. *primero*, *πρῶτος*, is, ante quem nullus eſt, nomen numerale ordinale. *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacite mihi quodammodo relinquenda ſunt. ¶ Frequenter jungitur cum quiſque. *Cic. 8. Att. epiſt. 11. ad Pomp.* Primo quoque tempore. ¶ Quandoque idem eſt ac princeps, ut eminentiam dicat, non ordinem. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 6.* Sextus Roſcius pater hujuſce fuit cum genere, & nobilitate, & pecunia non modo ſui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus. ¶ Ponitur etiam pro præcipuo. *Virg. 12. Æn. v. 33.* Quantos primus patiare labores. *Ter. Eun. 1. 2. 6.* Qui ſum apud te primus. ¶ Sæpe uſurpatur ſine ſubſt. in gen. fœm. & in num. plur. ſed ſubintelligitur *partes*, ut Primas fero, ago, teneo, alicui do, fero, vel defero, concedo, quæ locutiones de hiſtrionibus propriæ uſurpantur, translatæ de aliis, & primum, ſeu principem locum, vel dignitatem ſignant. *Cic. in Brut.* Ex his Cotta, & Sulpitius cum meo judicio, tum omnium facile primas tulerunt. *Id. 2. de Orat. c. 35.* Ingenio primas concedere. *Id. 1. Att. epiſt. 17.* Amoris erga me tibi primas defero. *Id. de clar. Orat.* Agebat primas in cauſis Hortenſius. *Id. ibid.* Facile primas tenebat. ¶ Frequenter in num. plur. ſubſtantive uſurpatur in gen. neutro, pro principiis. *Liv. l. 8.* Si prima ſatis proſpera fuiſſent. *Tacit. 2. hiſt. c. 11.* Quoniam prima conſiliorum fruſtra ceciderunt. ¶ *A primo*, ſignificat a principio, ab initio. *Cic. Att. l. 8.* Hic a primo cogitavit omnes terras, maria omnia movere. ¶ *In primis*, vel *imprimis*, ut aliqui efferunt, ſignat ante omnes, ſeu ante omnia. *Salluſt. in Catil.* Quæ quidem res in primis mihi videtur cauſa fuiſſe facinoris maturandi. *Cic. 1. Fam. ep. 7.* Quem in primis amamus, carumque habemus. *Id. 2. Off. c. 14.* Brutus juris civilis in primis peritus. *Id. in Ver. 3. c. 27.* Homo in primis improbiſſimus. ¶ Aliquando ei reſpondet *deinde*, & ſignificat ordinem. *Salluſt. de bell. Jugurt.* Jugurtha in primis Adherbalem excruciatum, deinde omnes puberes interficit. ¶ Interdum primus notat primam alicujus rei partem. *Ter. Adelph. prol. v. 8.* In prima fabula. ¶ Primum aliquid habere, eſt omnibus anteponere. *Id. Heaut. 5. 2. 9.* Ubi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuavia in præſentia quæ eſſent, prima habere.

Princeps, principis, o. 3. *ἀρχός*, *πρόκριτος*, *πρῶτος*. Accipitur ſæpe ſimpliciter pro eo, qui in aliqua re, aut ordine primus eſt, *primo*. *Cic. 2. de Orat. c. 13.* Herodotus princeps genus hoc ornavit. *Id. 1. de Invent. c. 14.* Exordium princeps omnium eſſe debet. *Liv. l. 25. c. 4.* Princeps in prælium ibat, ultimus conſerto prælio excedebat. ¶ Sæpiſſime etiam ſumitur pro eo, qui principem locum tenet, primarius, præcipuus, *principale*. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 35.* Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt. *Nep. in Att. c. 8.* Si principes illius ordinis pecunias contuliſſent. *Liv. l. 34. c. 44.* Principem Senatus P. Scipionem legerunt, &c. Eſt autem princeps Senatus, qui primo loco legitur a Cenſoribus in Senatu recenſendo, quique primus omnium ſententiam rogatur. *Cic. pro Dom. c. 25.* Civitatis longe princeps. *Id. 2. Div.* Eudoxus in aſtrologia facile princeps. *Id. 5. Fin. c. 3.* Philoſophorum princeps Plato. *Id. l. 3. de Leg. c. 6.* Demetrius ſtudiis doctrinæ, & regenda civitate princeps. *Plin. l. 8. c. 32.* Quaſdam nos ſcimus principes fœminas carnem eam guſtare ſolitas. ¶ Eſt etiam nomen dignitatis, & accipitur pro eo, qui ſumma rerum potitur, *principe*. *Tac. 1. Ann. c. 1.* Auguſtus cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium accepit. *Plin. in Paneg. c. 22.* Cum cernerent, cui Principi cives, cui Imperatori milites paruiſſent. ¶ Præterea princeps dicitur, qui auctor eſt, ſeu inventor alicujus rei. *Cic. pro Arch. c. 1.* Hunc video mihi principem horum ſtudiorum extitiſſe. *Id. pro Cluent.* Princeps, & architectus ſceleris. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 54.* Tantum apud homines barbaros valuit, eſſe repertos aliquos principes belli inferendi. ¶ In militia Principes erant milites robuſtioris ætatis, gravis armaturæ, qui ſecundo aciei loco collocabantur, ita dicti, quod robur exercitus in his præcipue ſecundi ordinis militibus poſitum eſſet, vel quod armis maxime inſignes eſſent. Aliqui dicunt, ita appellatos eſſe, qui erant ex ditioribus, & nobilioribus Civium Romanorum. Iidem dicti ſunt Antepilani, quia Pilanos, ſive Triarios præcedebant. Dividebantur in decem centurias, quæ a decem Centurionibus regebantur, ut Haſtati, & Triarii. Hinc primus Princeps, ideſt Princeps primæ centuriæ, ſecundus Princeps, &c. *Cic. ad Brut. ep. 8.* Cretenſi bello, Metello Imperatore, octavum Principem duxit. ideſt octavam centuriam Principum. Vide *Liv. l. 8. c. 8.* ubi totam rem accurate deſcribit. ¶ Poſterioribus Reipub. temporibus, Vegetii ætate, principes primum locum in acie tenuere, ut videre eſt apud eund. *Veget. lib. 1. cap. 20.* & alibi.

Principālis, le, adject. *principale*, præcipuus, primus, ex principio proveniens, ſeu ex origine. *Quinctil. l. 3. c. ult.* Hanc quæſtionem veluti principalem, vocant *ζήτημα*. *Id. l. 9. c. 1.* Eſt tropus ſermo a naturali, & principali ſignificatione translatus ad aliam. *Cic. de Fato, c. 18.* Sed non principalibus cauſis, & perfectis, ſed adjuvantibus, & proximis. ¶ Item ad principem pertinens, *del Principe*. *Tac. 2. hiſt. c. 59.* Paratus principalis. *Sueton. in Claud. c. 17.* Principalis majeſtas. *Plin. in Paneg. c. 36.* Principalia beneficia. ¶ Item ſpectans ad principes in militia. Hinc *Feſtus* ſcribit, principalem portam in caſtris dici, quod in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt.

Principalĭtas, atis, f. principatus. *Tertul. de anim. c. 13.* Habes animæ principalitatem. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 3.* Probabilia genera principalitatis.

Principalĭter, adv. *principalmente*, *ἀρχικῶς*, ut decet principem. *Plin. in Paneg. c. 47.* Quid vitam, quid mores juventutis quam principaliter formas? ¶ Ponitur etiam pro præcipue. *Ulpian. l. athletas, §. de iis, qui not. infam.* Sive principaliter hoc negotium geret.

Principātus, us, m. princeps locus, prima dignitas, *principato*. *Cic. 1. Offic. c. 10.* Eloquentiæ a majoribus noſtris eſt in toga principatus datus. *Id. 5. Phil. c. 3.* Qui tibi detuleras ex latronibus tuis principatum. *Id. Phil. 12. c. 4.* Belli ſuſtinendi principatum tenet. *Id. Philip. 13.* Qui hujus belli ferres principatum. *Id. 1. de nat. Deor.* Theophraſtus menti divinum principatum tribuit. *Id. Att. l. 13. epiſt. 19.* Penes ipſum eſt principatus. ¶ Speciatim dicitur de dignitate Principis. *Plin. in Paneg. c. 7.* O novum, atque inauditum ad Principatum iter! *Cic. 3. Fin.* Quorum ordo proxime accedit, ut ſecundus ſit ad regium principatum. ¶ Differunt autem Dominatio, & Principatus, quod illa tyrannis eſt, & vi, metuque ſubjectos continentis: hic cum domineetu aliquam libertatem miſcet, & amari magis curat, quam metui. *Plin. ibid. c. 43.* Scis, ut ſunt diverſa natura Dominatio, & Principatus. ¶ Similiter a regno differt, cui rex cum regiis inſignibus præeſt. *Sueton. in Calig. c. 22.* Nec multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatus in regni formam converteret: Verum admonitus, & principum, & regum ſe excelliſſe faſtigium, &c.

Principiālis, e, adject. qui eſt ex principio, *ἀρχικός*. *Lucret. lib. 5. verſ. 246.* Scire licet, cœli quoque idem terræque fuiſſe Principiale aliquod tempus.

Principium, ii, n. *principio*, ראשית, Ger. *anfang*, Gal. *commencement*, Hiſp. *principio*, *comienço*, *ἀρχή*, initium cujuſvis rei, primus illa rerum omnium fons, unde cætera omnia fluxerunt. *Cic. 1. Tuſc. c. 23.* Origo principii nulla eſt. Nam ex principio oriuntur omnia, ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt. ¶ Dicitur etiam de initio numeri, & temporis, de prima origine. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quid eſt, cujus principium aliquod ſit, nihil ſit extremum? *Id. de Sen. c. 21.* Nec principium, nec finem habere. *Tac. 1. Ann. c. 69.* Tradit Plinius, ſtetiſſe apud principium pontis, grates legionibus habentem. ¶ Item de primis elementis, & propoſitionibus univerſalibus artium. *Cic. 1. de Leg.* Bene proviſa, & diligenter explorata principia ponantur. ¶ Principium dicendi, eſt exordium orationis. *Cic. 1. de Or.* Ut exalbeſcam in principiis dicendi. ¶ Eleganter uſurpatur in ablat. cum præpoſ. *a*, vel *in*. *Cic. Att. l. 7.* Vellem, a principio te audiſſem amiciſſime admonentem. *Id. de Or.* Quod in principio fieri in omnibus diſputationibus oportere cenſeo. ¶ *Principio*, ablativ. eſt pro in principio, etſi aliqui adverbium eſſe ſcripſerint. Uſurpatur tamen pro adv. primo, vel primum. *Cic. 1. Off. c. 4.* Principio generi animantium omni eſt a natura tributum. *Ter. Andr. 2. 1. 28.* Te obſecro, principio ut ne ducas: ſed ſi id non poteſt, ſaltem &c. *Plaut. Merc. 1. 1. 40.* Principio atque animus ephebis ætate exiit, h. e. cum primum. ¶ Ducere principium ab aliquo, eſt proficiſci, deſcendere. *Ovid. 1. Met.* principium ducens a ſanguine Teucri. Significat etiam derivare, deducere. *Cic. in Vatin.* Ducendi ſunt omnium rerum magnarum principia a Diis immortalibus. ¶ Principium capeſſere, *principiare*. *Tac. Ann. 13. c. 49.* Principium tanti facinoris capeſſivere. ¶ Principia, orum, num. plur. & gen. n. *πραιτώριον*, locus in caſtris, teſte *Turn. ex Tac. l. 4.* ubi erant Prætorium, & tabernacula Legatorum, & Tribunorum militum, & ſigna legionum, ita dictus, quod ibi Principes, ſeu Duces exercitus habitarent, vel etiam quod in caſtris metandis principio locus iſte deſignaretur, poſtea reliqua caſtra, ubi milites tenderent. *Budæus* principia putat fuiſſe locum in caſtris, ubi jus reddebatur. Quidam cenſent locum fuiſſe, ubi Principes, ideſt milites ſecundi ordinis, habitabant. *Liv. l. 28.* Et jura reddere in principiis ſolebant. *Juſtin. l. 11. c. 6.* Ut, ſi principia caſtrorum cerneres. Adde *Nepot. in Eumen. c. 7.* ¶ Principia etiam pro ipſis Principibus legere eſt. *Cic. ad Brut. ep. 10.* Spes libertatis nuſquam, niſi in noſtrorum caſtrorum principiis eſt. Al. leg. *in veſtrorum caſtrorum præſidiis*. *Veg. l. 2. de re mil.* Principalium militum, &, ut proprio verbo utar, principiorum nomina, ac dignitates, ſecundum præſentes matriculas, indicabo. ¶ Poſt principia locus in caſtris tutiſſimus erat. *Liv. l. 8.* Itaque nullus in acie locus tutior, quam poſt principia. *Id. l. 2.* Quia ab tergo erant clivi, in quos poſt principia integris ordinibus tutus receptus fuit. ¶ Hinc *Poſt principia* eſſe, prov. dicitur, pro in tuto eſſe, citraque periculum. *Ter. Eun. 4. 7. 11.* Tu hoſce inſtrue, ego hic ero poſt principia.

Princĭpor, aris, dep. 1. princeps ſum, impero. *Lactant. l. 4. c. 13. referens verba Eſaiæ Proph.* Erit in illa die radix Jeſſe, & qui exſurget principari in nationes.

Princĭpans, tis, partic. principem agens, imperans. *Sidon. carm. 23. v. 90.* Natus cum genitore principantes. *Id. carm. 9. v. 48.* Regnis, principibuſque principantem.

Prior, & us, o. 3. *primo di due*, *πρότερος*, nomen numerale gradus comparativi, ab antiquo *pri*, vel *pris*, quod a *πρίν*, *priuſquam*. *Cic. in Brut. c. 21.* Sic ingenii, literarum, eloquentiæ, ſapientiæ denique, etſi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio. *Id. pro Quint. c. 2.* Priore loco cauſam dicere. *Hor. l. 1. ſer. ſat. 4.* Et quod prius ordine verbum eſt. ¶ Nonnunquam de pluribus, quam de duobus, uſurpatum legimus, ut idem ſit, ac primus. *Gel. l. 14. c. 7.* Quotieſque uſu veniſſet, ut omnes iſti Magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, qui eorum prior aliis eſſet. *Apul. l. 2. Flor.* Ut Hippias a numero Sophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus. ¶ Accipitur etiam pro præcedenti. *Cic. l. 1. Fam. epiſt. 9.* Priore æſtate conficere aliquid non potuiſſe. *Colum. l. 4. c. 22.* Priore libro præcepimus. ¶ Hinc priores noſtri. h. e. majores. *Plin. l. 3. ep. 4. Virg. 3. Æn.* ¶ Item pro ſuperiore, majore, præſtantiore. *Ter. Eun. 2. 1. 5.* Siquidem hercle poſſis nihil prius, neque fortius. h. e. nihil excellentius. *Ovid. ep. Heroid. 18. v. 69.* A Veneris facie non eſt prior ulla, tuaque. *Velley. l. 2. c. 32.* Neque prius, neque antiquius quidquam habuit, quam &c. *Hor. l. 2. ſat. 5.* Cauſa quis prior. ¶ Item pro eo, qui in anteriori parte poſitus eſt. *Plin. l. 11. c. 37.* Priora, & terga. *Macrob. l. 7. Satur. c. 10.* Partes priores capitis.

Priorātus, us, m. *priorità*, prior dignitatis locus. *Tertul. adver. Valent. c. 4.*

Priorſum, & Priorſus, adverb. in priorem, ſeu anteriorem partem. *Macrob. l. 7. Satur. c. 9.* Corpus aut accedit priorſum, aut retrorſum. Et c. 13. Priorſum pergere. *Claud. Mamert. l. 1. c. 18.* Movetur corpus priorſus, ac retrorſus.

Priſce, adv. *anticamente*, *ἀρχαίως*, antique. *Cic. pro Cal. c. 14.* Utrum me ſecum ſevere, & graviter, & priſce agere malit, an remiſſe, ac leniter, & urbane.

Priſciānus, maſc. 2. Grammaticus Cæſarienſis fuit, qui tempore Juſtiniani Principis floruit. Scripſit de Arte Grammatica ad Julianum Conſulem, ad Coſroem vero Perſarum Regem librum de Naturalibus Quæſtionibus, Dionyſiumque de ſitu orbis Latinitate donavit. Sunt, qui ſcribant, hunc ab initio Chriſtianum, deinde Fidei deſertorem fuiſſe. *Volater.* ¶ Theodorus Priſcianus Medicus floruit Sæculo Chriſti IV. circa Valentiniani II. tempora, ſcripſitque de re medica libros quatuor, & alia, quæ natant.

Priſcus, a, um, *antico*, קדמוני, Ger. *alt*, Gal. *ancien*, Hiſp. *antiguo*, *ἀρχαῖος*, quod ſuperiori ætate fuit, antiquus. *Cic. 3. de Or.* Et illud quod loquitur, priſcum viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum. *Id. 3. de nat. Deor. c. 16.* Priſcæ Græcorum literæ. *Id. 2. de Orat. c. 40.* Verborum priſca vetuſtas. *Id. de Univ. c. 11.* Priſci viri. ¶ Dicitur etiam de re, quæ ſuper,

ſeu

Digitized by Google

ſeſ non molto ante tempore tranſiit. *Horat. l. 3. od. 9.* Quid ſi priſca redit Venus? ¶ Priſcæ Latinæ coloniæ appellatæ ſunt, ut diſtinguerentur a novis, quæ poſtea a populo dabantur. *Feſt.*

Priſta, æ, maſc. πρίστης, qui ferro ſecat, aut ſecuri findit: a πρίζω, ſeco, findo. *Plin. l. 34. c. 8.* Myron fecit & canem, & diſcobolon, & Perſea, & priſtas.

Priſtinalis, V. Piſtrinalis.

Priſtinus, a, um, *primo*, *primiero*, *antico*, παλαιός, quod ſuperioribus annis, menſibus, diebus, & noſtra memoria fuit. *Cic. 2. de Div.* Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia revocare cœpimus. *Id. pro Mil. c. 1.* Priſtinus mos judiciorum. *Liv. l. 31. c. 2.* Priſtinum animum erga aliquem conſervare. ¶ Ponitur etiam pro priſco, antiquo. *Claud. in 2. Conſul. Stilic. v. 124.* Priſtina Romuleis ſuſſlorens artibus ætas. ¶ Dies priſtinus, *il dì precedente*, dies heſternus. *Curt. l. 8. c. 4.* Primus dies quietum iter præbuit, proximus ei nondum quidem procelloſus, obſcurior tamen priſtino. *Gel. l. 10. c. 24.* Die priſtini quoque eodem modo dicebatur, quod ſignificabat, die priſtino, hoc eſt priore.

Priſtis. V. Piſtrix.

Privantia, um, nom. particip. contrariorum genus, quod privativum appellant. *Cic. in Top. c. 11.* Sunt enim alia contraria, quæ privantia licet appellemus latine, Græce appellantur στερητικά.

Private, adv. idem ac privatim. *Cic. Att. l. 7. ep. 7.* Illud private non adſcribis, & tibi egit. Rectius tamen alii leg. *Illud puta tu (vel puto) non aſcribes.*

Privatim, adv. *privatamente*, Ger. *ſonderlich*, Gal. *en privé*, *à part*, Hiſp. *privadamente*, ἰδίως, non publice. *Cic. l. 1. Invent. c. 4.* Eloquentia & privatim, & publice homines perverſe abutuntur. *Id. 5. Fin. c. 20.* Aut privatim gerere aliquid malunt, aut capeſſunt rempublicam. *Id. pro Roſc. Amer. cap. 39.* Si hanc ei rem privatim S. Roſcius mandaviſſet. *Salluſt. in Catil. cap. 11.* Vaſa cælata privatim, & publice rapere. h. e. occulte. *Plin. l. 6. cap. 27.* De iis privatim condidit volumen Amometus, *ſeparatamente.*

Privatio, onis, f. *privazione*, στέρησις, actus privandi, vacuitas. *Cic. 1. Fin. c. 11.* Omni privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. Adde *l. 2. c. 9.*

Privativus, a, um, adject. *privativo*, qui habet vim privandi, στερητικός. *Gell. l. 13. c. 22.* Ne particula privativa eſt. Adde *l. 5. c. 12.*

Privatus, a, um, *privato*, *proprio*, ἴδιος, ἰδιώτης, quod uniuſcujuſque proprium eſt, nec eſt commune cum aliis. Eſt a *privus*, ut ἰδιώτης, ab ἴδιος. *Feſt. Cic. 1. Off.* Deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut ſuis. ¶ Privatæ feriæ dicebantur ſacrorum propriorum, velut dies natales, fulgurum procurationes, quæ fiebant pro familiis ſingulis, & hominibus. *Feſt.* ¶ Privati etiam homines dicuntur, qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate; & vita privata dicitur, quæ a muneribus publicis remota eſt. *Cic. 1. de Inv.* In fortuna quæritur, ſervus ſit, an liber, pecunioſus, an tenuis, privatus, an cum poteſtate. *Id. de Sen. c. 7.* Nec ea ſolum in claris, & honoratis viris, ſed in vita etiam privata, & quieta. *Id. Catil. 1. c. 1.* P. Scipio Pontifex maximus Ti. Gracchum privatus interfecit. Ubi omnes Interpretes, Pontificatus officium proprie magiſtratum non eſſe. ¶ Tempore Monarchiæ reſpectu Imperatoris omnes dicuntur privati, licet Magiſtratum aliquem gerant. *Plin. in Paneg. c. 10.* Privatus videbaris, quamdiu imperator & alius eſſet. *Tacit. in Agric. c. 39.* Id ſibi maxime formidoloſum, privati hominis nomen ſupra principis attolli. Hinc apud *Suet. in Ner. c. 21.* privata ſpectacula dicuntur, quæ non eduntur ab Imperatore. ¶ Interdum privatus ponitur pro ſingulari. *Cic. pro Dom. c. 17.* Vetant leges ſacratæ, vetant XII. Tabulæ leges privatis hominibus irrogari. Eadem habet *3. de Leg. c. 19.* Utroque loco alii leg. *privis.*

Privatus, a, um, *privato*, *ſpogliato*, ἐστερημένος, ſpoliatus, cui aliquid ademptum eſt. partic. a privor. *Ovid. 1. de Pont. ep. 1. v. 13.* Altera ob huic ſimilem privatus lumine culpam clamabat media ſe meruiſſe via.

Priveræ mulieres, hoc eſt privatæ. *Feſtus.*

Privernas, atis, adject. qui eſt ex Priverno oppido, ut Privernas fundus. *Cic. 2. de Orat. 2. 55.* Privernates, Priverni incolæ. *Plin. l. 3. c. 5.*

Privernum, i, n. 2. *Piperno*, πριούερνον, opp. Volſcorum, in Latio, in Campania, antiquius Roma, ſatis amplum, & cultum, prope Auſentem fl. & Pomptinas paludes, & Forum Appii. Dirutum fuit a Plautio Conſule, quod Setiam, & Norbam oppida finitima infeſtaſſet. *Liv. l. 8.* Gignit vinum generoſum. *Plin. l. 14. c. 6.*

Privernus, a, um, adject. Privernas, ut Privernus ager. *Cic. Agrar. 2. c. 25.*

Privigna, æ, *figliaſtra*, filia mariti ex altera uxore, vel uxoris ex altero marito. *Cic. Att. l. 13. ep. 20.* De uxore Tuberonis, & privigna neque poſſum jam addere, &c.

Privignus, i, *figliaſtro*, Ger. *ſtiefſſon*, Gal. *beau fils*, Hiſp. *alnado*, πρόγονος, filius mariti, vel uxoris, cujus prior conjux deceſſit. *Brut. Cic. l. 16. Fam. ep. 8.* Qui privigno minus tribuerit, quam Cicero, qui alieno tribuat. *Horat. l. 3. od. 24.* Privignis matre carentibus. ¶ Adjectiva poſitione. *Col. l. 10. v. 163.* Privignaſque rogat proles.

Privilegiarius, ii, m. *privilegiato*, cui aliquod privilegium conceſſum eſt. *Ulp. l. 3 ad eo loc. ff. quod cum eo, qui in al. pot.* Niſi quis privilegiarius veniat.

Privilegium, ii, *privilegio*, Ger. *ein ſtraff*, Gal. *privilege*. Hiſp. *privilegio*, προνομία, lex privatis facta, ſive lex ad privatos homines, ſinguloſque pertinens, ut lex de imperio Pompeii, de exilio Ciceronis, &c. *Cic. 3. de Leg. c. 19.* In privatos homines leges ferri noluerunt. Id eſt enim privilegium. ¶ Eſt a *privus*, id eſt ſingulus, ſive ſingularis, teſte *Gell. l. 10. c. 20.* Quam apud *Cic. loc. cit.* quidam legem malunt *privam.* ¶ Irrogare privilegium alicui, eſt legem ferre contra privatum aliquem. *Cic. pro Sex. c. 30.* Sic ferre privilegium de aliquo. *Id. Parad. 4. ad fin.* Familiariſſimus tuus, inquis, de te privilegium tulit, ut ſi in opertum Bonæ Deæ acceſſiſſes, exulares. ¶ Interdum accipitur pro immunitate. *Plin. lib. 10. epiſt. 56.* Habuiſſe privilegium, & vetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo Rempubl. adminiſtrare. *Leg. 1. Dig. de offi. Præf. Præt.* privilegio ſubolem.

Privo, as, avi, atum, a. 1. *privare*, שכל, Ger. *berauben*, Gal. *priver*, Hiſp. *privar*, στερέω, orbo, ſpolio, aliquid alicui aufero. *Cic. 5. Fin.* Qui dicitur oculis ſe privaſſe. ¶ Privare communi luce, eſt occidere. *Cic. pro Quinct.* Ut per ſe afflictum, atque everſum propinquum ſuum non modo honeſtis partis bonis, verum etiam communi luce privaret. ¶ Pro liberare, ſubtrahere, eximere. *Id. Agr. 1. c. 4.* Non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, ſed unus privatur injuria.

Prius, adv. *prima*, *avanti*, *innanzi*, מקדם, Ger. *vorhin*, Gal. *premierement*, Hiſp. *antes*, πρίν, πρότερον, ante, antea. *Cic. de Am.* Quem fuit æquius, ut prius introieram in vitam, ſic prius exire de vita. *Id. Att. l. 4.* Nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi gratularer. ¶ Item potius. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 1.* Statuerat enim hos prius judicio populi debere reſtitui, quam ſuo beneficio videri receptos.

Priuſquam, & Prius quam, adv. *prima che*, טרם, Ger. *ehe dann*, Gal. *avant que*, Hiſp. *antes que*, πρὶν ἤ, antequam. Nam re vera duæ dictiones diſtinctæ ſunt. Uſurpatur cum indicativo, vel cum conjunctivo. *Cic. 1. Phil. c. 4.* Priuſquam de Rep. dicere incipio. *Id. l. 9. Fam. ep. 26.* Priuſquam me dormitum conferam. *Liv. l. 26. c. 3. in fin.* Priuſquam dies comitiorum aderat, exulatum Tarquinios abiit.

Privus, a, um, ſingulus, ſive ſingularis. *Lucill. apud Gel. l. 10. c. 20.* Calciculo accedunt privæ centonibus binis. *Lucr. l. 4. v. 568.* In privas quoniam ſe dividit aures. *Liv. l. 40. c. 43.* Ut privos lapides ſilices, privaſque verbenas ſecum ferrent. ¶ Interdum pro privato, ſive proprio accipitur. *Horat. l. 1. epiſt. 1. v. 93.* Nauſeat ut locuples, quem ducit priva triremis. *Id. l. 2. ſat. 5. v. 10.* turdus, Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc, Res ubi magna nitet domino ſene. h. e. eximium aliquid, & rarum. ¶ Item pro carente, ſed rarius, *privo*. *Apul. de Deo Socrat.* Turba priva veræ rationis, inops religionis.

Pro, *avanti*, הנה, Ger. *fur*, Gal. *pour*, *au lieu*, Hiſp. *por*, πρό, ante, propter, ut, quæ abl. ſerviunt, a Græca voce allata. *Cic. pro Mil.* Illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis. ¶ Interdum ponitur pro *in*. *Cic. 7. Fam. ep. 8.* Pro tribunali. Sic pro concione, pro roſtris. *Caſ. Cic. Liv.* ¶ Interdum pro *juxta*, ſive *ſecundum*, ut pro mea ſapientia, pro meis viribus. *Cic. in Pam.* Ut te pro tua admirabili, ac ſingulari ſapientia de concordia civium agi velle arbitrarer. ¶ Interdum pro *cauſa*, ſive *propter*, ut Pro mutuo animo, pro reconciliata gratia. id eſt cauſa mutui animi, & cauſa reconciliatæ gratiæ. *Cic. 1. de Or.* Quem omnes amare meritiſſimo pro ejus eximia ſuavitate debemus. ¶ Interdum pro *loco*, ſive *vice*, ut Pecuniam ei dedi pro prædio, & Sum pro Prætore. id eſt loco prædii, loco Prætoris. *Cic. 3. Off.* Nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere. *Id. pro Arch. c. 5.* Gerere ſe pro cive. ¶ Interdum defenſionem notat. *Cic. 5. Tuſc.* Nonne pro ſuo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? *Id. 3. Orat. c. 20.* Hic non pro me, ſed contra me eſt. ¶ Interdum pro *tanquam* ponitur. *Cic. 6. Ver.* Cum jam pro damnato, mortuoque eſſet. *Id. 5. Tuſc.* Id ſumunt pro conceſſo, & probato. ¶ Conjungitur etiam cum quibuſdam particulis, ut *Pro eo ac*, *Pro eo atque*, & ſignificat ita ut, perinde ut. *Serv. Sulp. Cic. l. 4. Fam. ep. 5.* Sane quam pro eo, ac debui, graviter, moleſteque tuli. *Ulp. l. ad teſtam. §. ſi quis, ff. qui teſtamenta facere poſſunt.* Pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet. ¶ Item cum *ut ac ſi*. *Cic. de Inv.* Pro eo, ac ſi conceſſum ſit, concludere oportebit argumentationem. ¶ Item cum *eo quod*. *Cic. 1. de Or.* Proque eo, quod nomen ejus magna erat apud omnes gloria. ¶ Item cum *ut quomodo*. *Cic. Fam. l. 13. ep. 7.* Pro eo tamen id habeamus, quomodo a te data ſit opera, ut impetraremus. ¶ Item cum *eo quantum*, vel *quam*. *Cic. de Fin. l. 4. c. 21.* Ea pro eo, quantum in quibuſque ſit ponderis, æſtimanda ſunt. *Id. in Fam. l. 3. ep. 3.* Equidem pro eo, quanti te facio, quicquid feceris approbabo. ¶ Item cum *ut*, pro *perinde ut*. *Cic. 4. Verr. c. 34.* Prout Thermitani hominis facultates ferebant. ¶ *Pro tempore*, h. e. ut tempus fert, aut permittit. *Liv. l. 32. c. 10.* His raptim pro tempore inſtructis. ¶ *Pro ſe quiſque*, h. e. quantum quiſque valet. *Virg. 12. Æn. v. 552.* Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi. *Cic. 3. Off.* Pro ſe quiſque, quod ceperat, afferebat. ¶ *Pro mea parte*, eundem fere ſenſum habet. *Cic. 5. Fam. ep. 2.* Atque etiam ut ita fieret, pro mea parte adjuvi. *Cic. Fam. 15. ep. 15.* Quibus aliquid fortaſſe opus ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet. Sic pro virili parte. *Id. pro Sext. c. 66.* ¶ *Pro re*, h. e. prout res poſtulat, vel permittit. *Lucret. l. 6. prope fin.* Quiſque ſuum pro re conſortem mæſtus humabat. ¶ *Plaut. Men. 2. 2. 24.* Pro ſano loqueris. h. e. perinde ac ſi ſanus ſis. Adde *Caſ. l. 1. B. Gall.* ¶ Pro facto, pro certo, pro comperto habere, *tener per fatto, per certo*. *Cic. Quintil. Liv.*

Pro, vel proh, ut aliqui ſcribunt, ὦ, ἆ, interjectio admirantis, & exclamantis. Conſtruitur cum nominat. vel potius vocat. *Cic. pro L. Man.* Pro Dii immortales, tanta ne unius hominis incredibilis, ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre Reip. potuit? *Id. 2. Phil.* Qua re, pro ſancte Jupiter, in terris eſt geſta major? ¶ Vel cum acc. *Cic. de Am.* Nam quis eſt, pro Deum fidem, atque hominum, qui velit, &c.? ¶ Eſt etiam interjectio indignantis. *Ter. Adelph. 3. 3.* Pro Jupiter, hominis ſtultitiam! ¶ Cum genitivo, *Tertul. de panit. c. ult.* Pro mali tractatione!

Proædificatum dicitur, quod ex privato loco in publicum ſolum proceſſit. *Feſt.*

Proagogion, n. 2. προαγωγεῖον, productio, proſtitutio, a προαγωγεύω, produco, proſtituo, lenocinium facio. *Sueton. in Ner. c. 28.* Super ingenuorum proagogio, & nuptarum concubinatus Veſtali virgini Rubriæ vim intulit. Alii leg. *pædagogia*.

Proamita, æ, proavi mei ſoror. *Cajus, l. 1. ff. de gradibus.*

Proactio. V. Præactio.

Proagorus, ri, maſc. προήγορος, Græce ſignificat eum, qui ante alios verba facit: apud Siculos autem nomen fuit primi Magiſtratus. *Cic. Ver. 6. c. 23. & 39.*

Proauctor, oris, m. προπάτωρ, progenitor, princeps, quaſi procul, & longa origine auctor. *Sueton. in Claud. c. 24.* Appium Cæcum generis ſui proauctorem.

Proavia, æ, f. *biſavola*, προμάμμη, avi, vel aviæ mater. *Sueton. in Calig. c. 10.* In Liviæ Auguſtæ proaviæ ſuæ contubernio manſit.

Proavitus, a, um, adject. qui eſt a proavis, ut proavita rura. *Stat. l. 4. Silv. 4. v. 83.* Proavita regna. *Ovid. 13. Met. v. 416.*

Proavunculus, i, m. proavi frater. *Paulus l. 10. Dig. de gradib. & affin.*

Proavus, i, *biſavolo*, *biſavo*, Ger. *ein ane*, Gall. *biſayeul*, Hiſp. *biſabuelo*, πρόπαππος, pater avi paterni, vel materni, a *pro*, & *avus*. *Cic. in Brut.* De duobus avis jam diximus, Scipione, & Craſſo, & de tribus proavis.

Proba, æ, f. probatio, ſpecimen, indicium, *prova*. *Imperatores Valent. & Valens l. unic. Cod. de ſtrator.* Ut ſtratoribus unus tantum ſolidus probæ nomine poſceretur. *Ammian. l. 25. c. ult.* Annonæ militaris indicia, ut ipſi nominant, probam.

Probabilis, le, o. 3. *probabile*, πιθανός, quod licet fortaſſe non ſit verum, videtur tamen rationibus probari poſſe. *Cicer. 1. de Invent.* Probabile autem id eſt, quod fere fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hæc quandam ſimilitudinem, ſive id falſum eſt, ſive verum. *Id. in Parad. cap. 1.* Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. *Tac. 6. Ann. c. 14.* Nullas probabiles cauſas longinquæ peregrinationis afferebat. *Gel. lib. 20. cap. 1.* Edictum probabile, *ragionevole*. *Valer. Max. lib. 6. c. 2.* Libertas vulgi auribus grata, quam impieatiſſimi cujuſque animo probabilior eſt. ¶ Probabilis orator dicitur, cujus ingenium & eloquentia probari, ac placere debet. *Cicer. 2. de Or. c. 36.* Semper ego exiſtimavi, jucundiorem, & probabiliorem oratorem fore, qui quam minimam artificii alicujus ſignificationem daret. *Id. de clar. Orat.* P. Autronius voce peracuta, atque magna, nec alia ulla re probabilis.

Probabilitas, atis, *probabilità*, πιθανότης, veriſimilitudo. *Cic. 4. Acad. c. 24.* Quæ nos fallerent probabilitate magna.

Probabiliter, adv. *probabilmente*, εἰκότως, veriſimiliter. *Cic. 2. de Div.* Illa cur eveniant, quis probabiliter dixerit? *Liv. l. 33. c. 28.* Multa in eam partem probabiliter argumentatus. *Vellej. l. 2. c. 46.* Conſulatum alterum iniere, qui neque petitus honeſte ab his, neque probabiliter geſtus eſt. h. e. ut probari Reip. poſſet. *Valer. Max. l. 2. c. 8. n. 2.* Probabilius Lutatius, quod &c.

Pro-

Digitized by Google

Probamentum, i, n. *prova*, probatio. *Martian. Capell. l. 7.* Indubitabile probamentum. Adde *leg. ult. Cod. Theodoſ. de prætiis navicular.*

Probatio, onis, f. *eſame*, *prova*, δοκιμασία. *Varr. l. 1. R. R. c. 20.* De quadrupedibus prima eſt probatio, qui idonei ſint boves. ¶ Item demonſtratio, ut probatio firma. *Quintil. l. 5. c. 10.* probationes potentiſſimæ. *Id. l. 1. c. 10.* ¶ Item approbatio, *approvazione*. *Cicer. pro Font. cap. 4.* Falſum eſt, ob probationem pretium datum, cum multa improbata ſint. ¶ Item tertia orationis pars, quæ & confirmatio dicitur, & fides orationis. *Quintil. l. 3. c. 9.* (al. 15.)

Probativus, a, um, ad probandum pertinens, ut Probativæ quæſtiones, apud *Quintil. declam. 299.*

Probator, oris, qui probat, vel laudat. *Cicer. 2. Phil. c. 15.* Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem? *Ovid. 2. de Pont. epiſt. 2. v. 105.* Ingenii certe ſæpe probator eras.

Probatorius, a, um, ad probandum pertinens. *Probatoria* abſolute, *lettera teſtimoniale*, atteſtatio, qua quis idoneus & probatus oſtenditur, qui in ordinem aliquem adſciſcatur. *Impp. Conſtantin. & Conſtans lib. 12. Cod. tit. 58. Leg. 2. Impp. Theodoſ. & Valent. ibid. tit. 60. leg. 6.* &c.

Probatus, a, um, nom. ex particip. *provato*, *conoſciuto per prova*, δεδοκιμασμένος, approbatus, probus, ſpectatus. *Cicer. pro Cæcin. cap. 4.* Cæſennia ſummo loco nata, & probatiſſima fœmina. *Id. in Top.* Nam & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos, quibus credatur, putant. *Liv. lib. 27. cap. 8.* Ita repente exuit antiquos mores, ut nemo tota juventute haberetur probatior primoribus patrum. *Marcel. ad Cic. l. 4. Fam. ep. 11.* Gratulatio tua eſt mihi probatiſſima. h. e. jucundiſſima, gratiſſima. *Cic. Verr. 3.* Homo ſcilicet aut induſtria, aut opera probata. ¶ *Ovid. 15. Met.* Crimen ſine teſte probatum. h. e. confirmatum, & clarum.

Probe, adverb. *bene*, καλῶς, bene, recte, praeclare, perfecte. *Cic. in Or.* Thucydides res geſtas narrat graviter ſane, & probe. *Id. 3. de Or. c. 50.* Quod ſi Antipater ille Sidonius, quem tu probe Catule meminiſti. *Id. Fam. 2. ep. 12.* Probe ſcire. *Id. Att. lib. 13.* De aquæductu probe feciſti. ¶ Apud Comicos cum omnibus ſenſibus conjungitur, idemque valet, ac valde, & omnino. *Plaut. Amph. 1. 1. 162.* Quem probe percuſſeris. *Id. ibid. v. 126.* Appotus probe. *Id. Capt. 3. 4. 112.* Perco probe. *Ter. Adelph. 3. 3. 65.* Hoc ei tio datur. Sy. Probiſſime.

Probitas, atis, *bontà*, יושר, Ger. *frombkeit*, Gall. *bonté*, Hiſpan. *bondad*, χρηστότης, bonitas. *Cic. pro Planc.* Virtus, probitas, integritas in Candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet.

Probiter, adv. idem, ac probe, apud vet. *Varro* apud *Non. c. 11. num. 13.* Seque opifice, non probiter ſtrepere.

Problema, atis, n. *problema*, *queſtione*, πρόβλημα, propoſitio interrogationem annexam habens. *Sueton. de illuſtr. Grammat. c. 4.* Inſtitutionum ad eloquentiam parandam quodam genere, ut problemata, periphraſes, elocutiones, &c.

Probo, as, avi, atum, a. 1. *provare*, *approvare*, *lodare*, בחן, שבח, Ger. *loben*, *ſchetzen*, Gall. *prouver*, *approuver*, Hiſpan. *provar*, *alabar*, δοκιμάζω, meo judicio probum, ſeu rectum cenſeo, commendo. *Cic. 2. Fin.* Quod ne in ipſis quidem Philoſophis magnopere unquam probavi. *Idem Attic. lib. 9.* Audio enim, a bonis viris hanc cunctationem noſtram non probari. *Id. in Parad.* Ea ſentit, quæ non probantur in vulgus. *h. e.* quæ vulgus non probat. ¶ Majorem vim habet, quam laudo. Nam apud idoneos Auctores ſæpe legimus & *laudo*, & *probo*. Nempe laudamus verbis, probamus animi ſententia. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Teque, & iſtam rationem otii tui & laudo vehementer, & probo. ¶ Probare quoque pro perſuadere ponitur, ſeu efficere, ut quod facimus, vel dicimus, aliis probum, rectumque videatur. Et tunc ſæpe conſtruitur cum accuſ. & dat. *Cic. 1. Verr.* Ut, ſi in hac cauſa noſtrum officium, ac diligentiam probaverimus. *Id. pro Syll.* Si mei facti rationem vobis, conſtantiamque hujus officii, ac defenſionis probavero. *Id. pro Lig. c. 1.* Qui in legatione & civibus, & ſociis ita ſe probavit, ut &c. hic eſt mores ſuos, & naturam ita probatam reddidit. *Id. Att. l. 16.* Quibus de meo celeri reditu non probabam, ideſt quibus non perſuadebam, vel qui cauſam mei reditus tam celeris non accipiebant. *Id. de Sen.* Mihi, & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa, & tam perdita libido. ¶ Accipitur etiam pro argumentis demonſtrare, argumentando planum facere. Ea enim proba, & laude digna videntur, quæ confirmata rationibus fuere. *Cic. 2. de Orat.* Qui nullam unquam in illis ſuis diſputationibus rem defendit, quam non probarit. ¶ Item pro tentam, experimentum facere. *Petron. in fragm. Tragur. c. 70. edit. Burman.* Mucronem cultri ad buccam probare.

Probole, es, f. προβολή, prolatio, emiſſio, editio. *Tertul. de præſcription. c. 46.* & *adverſ. Prax. c. 8.*

Proboſcis, idis, f. *proboſcide*, προβοσκίς, eſt, ut *Nonius* definit c. 1. n. 541. porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ, excepto homine, in aliis animalibus invenitur, al. promuſcis. Eſt a πρό, *ante*, & βόσκω, *paſco*. *Varro* apud *Non.* Calvum eſſe factum ericium e pilis albis cum proboſcide. ¶ Speciatim dicitur de elephanti roſtro. *Plin. l. 8. c. 7.* Proboſcidem eorum faciliime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. *Flor. l. 1. c. 18.* Unius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat.

Probroſe, adv. *con villania*, cum probro. *Gell. l. 17. c. ult.* Cum Demoſtheni, quod fugerat, probroſe objiceretur. Adde *Senec. controv. 2.*

Probroſus, a, um, *vituperoſo*, נבלה, Ger. *verweislich*, Gal. *plein d'injures*, *deshonnete*, Hiſp. *denoſtado*, ἐπονείδιστος, ignominioſus. *Cic. 5. Verr.* Ut ſimul illam quoque ejus vocem probroſam agnoſcatis. *Tacit. Ann. 3. c. 68.* Vita probroſus. *Id. Ann. 14. c. 48.* Factitam probroſa carmina adverſus principem. *Plin. l. 22. c. 6.* Quo nihil probroſius duco. *Lamprid. in Heliog. c. 18.* Probroſiſſima mulier.

Probrum, i, *diſoneſtà*, *vitupero*, *villania*, נבלה, Germ. *ſchand*, Gal. *vilenie*, *injure*, Hiſpan. *deneſto*, αἶσχος, quicquid virtuti conſentaneum non eſt. *Accius* apud *Feſt.* Qui, niſi probrum, omnia alia indelicta exiſtimant. Tranſtulit Stoicum iſthoc, οὐδὲν κακόν, εἰ μὴ αἰσχρόν. *Cic. pro Roſc. Amer.* Sumptus effuſi cum probro, atque dedecore. ¶ Fere autem uſurpatur pro ſtupro, aut flagitio. Unde lex fuit apud Romanos, ut probrum virginis Veſtalis capite puniretur, *Feſto* teſte. *Plaut. Amph. a. 1. ſc. 2. v. 13.* Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet, atque inſimulabit eam probri. *Suet. in Cæſ. c. 43.* Qui digreſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamvis ſine probri ſuſpicione. ¶ Sumitur etiam pro infamia, dedecore, quod ex ſcelere conſequi ſolet. *Cicer. in Vatin.* Quanto illis probro futurum ſit, ſi te defenderint. *Terent. Phorm. 5. 4. 6.* Eſſe in probro. ¶ Item pro convicio, maledicto, contumelia. *Cic. Att. l. 11.* Epiſtolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. *Idem pro Cœl. c. 18.* Probrum alicui inferre. *Id. 2. de Orat. c. 70.* Probrum objicere. *Tac. 1. hiſt. c. 48.* Probro reſpergi. ¶ *Gell. l. 9. c. 2.* Animalia iſtiuſmodi ſpurca, atque probra. h. e. probroſa.

Probus, a, um, *buono*, טוב, Ger. *fromb*, Gall. *bon*, Hiſp. *bueno*, χρηστός, ἀγαθός, bonus, integer, religioſus, caſtus, officioſus. *Cic. 2. de Or.* Ut probi, ut bene morati, ut boni viri eſſe videantur. *Id. pro Cluent.* Neque hoc homine ſanctior, neque probior eſſe quiſquam poteſt. *Plin. l. 2. ep. 9.* Juvenis probiſſimus. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, & tunc ponitur pro bene conſtituto, præſtanti, excellenti. *Cic. 2. Acad.* Si jam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos probo navigio, bono gubernatore. *Id. 1. Off.* Sic in ipſo joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. *Liv. l. 22. de argento.* Id quia probum non eſſe Quæſtores renuntiaverant. *Col. l. 8. c. 2.* Probus color. *Id. de arb. c. 3.* Probus ſapor. *Plaut. Pœn.* Proba merx.

Procacia, æ, f. *procacitas*, audacia in petendo. *Auſon. ep. 22.* Quod nihil poſcente me ambis, magis auget procaciam, quam retundit.

Procacitas, atis, *petulanza*, זדון, Ger. *muttwill*, Gal. *effronterie*, Hiſpan. *deſverguença*, τὸ ἀκόλαστον, ὕβρις, petulantia. *Cic. l. 4. de Rep.* apud *Non. c. 1. n. 89.* deducit a *procando*, ideſt poſcendo, his verbis: Itaque a petendo petulantia, a procando, ideſt poſcendo procacitas nominata eſt. *Id. in Salluſt.* Ne in idem incidam vitium procacitatis, quod huic objicio. *Id. ib.* Non enim procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur.

Procaciter, adv. *petulantemente*, ἀκολάστως, proterve, petulanter. *Curt. l. 8. c. 1.* Finem procaciter orto ſermoni imponere. *Id. ib.* Procaciſſime patris tui memoriæ illudens. *Liv. l. 28. c. 24.* Procacius ſtipendium flagitare, quam ex modeſtia militari.

Procalare, provocare. *Feſtus.*

Procapis, progenies, quæ ab uno capite procedit. *Feſtus.*

Proces, & **Proca**, æ, maſc. 1. πρόκας, filius Aventini, decimus tertius Rex Albanorum. Habuit duos filios, Numitorem, & Amulium. Annos viginti tres regnavit. *Ovid. 14. Met. v. 622.* Jamque Palatinæ ſummam Proca gentis habebat. *Virg. 6. Æn. v. 767.* Proximus ille Procas, Trojanæ gloria Gentis.

Procatio, onis, f. actus procandi, & ad ſtuprum illiciendi. *Apul. in Apolog.* Cum in hoc ſtatu res eſſet, inter procationem matris, & metum filii.

Procax, acis, o. 3. *petulante*, זדון, Ger. *geil*, Gal. *effronté*, Hiſp. *deſvergonçada*, ὑβριστής, petulans, qui alios vel factis, vel dictis lædit, qui mordaciter, & injurioſe loquitur, item qui impudenter petit. Nam *Non. c. 1 n. 89.* ex *Cic. l. 4. de Rep.* derivat a *procando*, ideſt poſcendo. Hinc *Feſtus* ait, meretrices procaces dici, quod aſſidue poſcant. *Cic. pro Cœl.* Ut non ſolum meretrix, ſed etiam procax videatur. *Suet. in Othone, c. 2.* In prima adoleſcentia prodigus & procax. *Colum. l. 7. cap. 3.* In fœminas procacior. *Tacit. 2. hiſt. cap. 87.* Procaciſſima lixarum ingenia. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. *Virg. 2. Æn.* Penituſque procacibus Auſtris, ideſt ſævientibus, vel impudentibus.

Procedens, entis, o. partic. a procedo. *Cic. 3. Tuſc.* Quod ita eſſe dies declarat, quæ procedens ita mitigat, &c. ¶ Tempore procedente, eſt ſucceſſu temporis. *Plin. l. 3. ep. 20.* Ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur.

Procedo, is, eſſi, eſſum, neut. 3. *procedere*, *andare innanzi*, יצא, Germ. *herfürgehen*, Gall. *proceder*, *marcher avant*, Hiſpan. *proceder*, προβαίνω, ultra cedo, ultra eo, progredior. *Cicer. 2. de Divin.* Cum purpurea veſte proceſſit. *Id. in Brut.* Proceſſeret enim in Solem, & pulverem, non ut e militari tabernaculo, ſed ut e Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. *Id. pro Sext. cap. 31.* Huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrymis, gemituque proceſſerat. ¶ *Naſcentem procedere in pedes*, idem eſt ac pedibus gigni, ideſt fœtum ita naſci, ut pedes ex utero prinus emergant. *Plin. lib. 7. cap. 8.* In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt. ¶ Translate ſumitur pro excurrere, prætereire. *Salluſt. in Jugurth.* Ubi plerumque noctis proceſſit. ¶ Item pro creſcere. *Cic. Famil. 11. epiſt. 25.* Altera jam pagella procedit. *Plin. l. 8. ep. 6.* Ambitio, & procedendi libido. h. e. ſuæ amplificandæ dignitatis. Rurſus *Cic. 5. Phil.* An hoc vidit puer, ſi ætate proceſſerit, non videbit? *Id. in Brut.* Is proceſſiſſet honoribus longius. ¶ Item pro pervenire. *Cic. de Senect. c. 14.* Uſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. ¶ Item pro proficere. *Cicer. 3. Fin.* Qui tum in Philoſophia, tum in optimo genere Philoſophiæ tantum proceſſeris. *Id. 4. Fin.* Qui natura, doctrinaque longe ad virtutem proceſſiſſent. ¶ Item pro bene, vel male cadere, ſive accidere, cedere. *Plaut. Capt. 3. 1. 7.* Nec cui minus procedat, quicquid facere occeperit. *Cic. l. 12. Fam. ep. 9.* Omnia, ut ſpero, proſpere procedent. *Cœl. Cic. l. 8. ep. 12.* Quibus cum parum procederet, ut &c. *Tacit. Ann. 11. c. 60.* Ut ferro graſſaretur, quoniam venenum non proceſſerat. Sic procedere conſilia dicuntur, quæ proſpere ſuccedunt, apud *Liv. l. 24. c. 26.* ¶ Item pro in utilitatem cedere, prodeſſe. *Cato R. R. c. 148.* Quot dies per dominum mora fuerit, quominus vinum deguſtet, totidem dies emptori procedent. ¶ Item pro ſimplici cedere, longe inferiorem eſſe. *Ovid. Heroid. epiſt. 9. v. 109.* Illi procedit rerum menſura tuarum: Cede bonis, hæres laudis amica tuæ. ¶ Item pro locum habere. *Pompon. l. ſi mulier, §. item ſi mulier, ff. ad S. C. Velleianum.* Et hoc procedit, ſive ipſe creditor emerit. ¶ Stipendia militibus procedere, eſt prompte numerari. *Liv. l. 25.* Iis perinde ſtipendia procederent, *correſſero le paghe*. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cæſ. l. 1. B. C.* Tali dum pugnatur modo, lente, ac paullatim proceditur. ¶ Procedere via, & ratione, *camminar con metodo*. *Cic. 1. Fin. c. 8.* Primum conſtituam, quid, & quale ſit id, de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, ſed ut ratione & via procedat oratio.

Procelcuſmaticus, m. a. προκελευσματικός, pes ex quatuor ſyllabis brevibus conſtans, ut *Abiete*, *Retulerat*, &c. Aliqui dictum volunt a πρό, *ante*, & κελεύω, *jubeo*, quaſi primitus juſſum, eo quod in ſacris Minervæ carmen quoddam hoc pedum genere conſtans primo loco cani jubebatur. Hinc Proceleuſmaticum metrum, apud *Diomed. l. 3.*

Procella, æ, f. 1. *procella*, *tempeſta*, *burraſca*, סער, Germ. *ſturmwind*, Gal. *tourmente*, Hiſp. *tormenta*, θύελλα, eſt vis venti cum pluvia, ſed in mari potius, quam in terra, a *procellendo*, hoc eſt porro, ſive longe movendo, quia longe dimovet. *Serv. ad 1. Æneid. v. 102.* Stridens Aquilone procella. *Cic. 2. Offic.* Primum ab inanimis procellas, tempeſtates, naufragia, ruinas, incendia. ¶ Translata accipitur pro moleſtia, perturbatione, ærumna. *Cic. pro Cluent. c. 56.* Et vitam illam tranquillam, & quietam, remotam a procellis invidiarum, & hujuſcemodi judiciorum anfractu ſequi maluiſſe.

Procello, is, culi, ulſum, a. 3. *muovere*, προωθέω, porro, ſive longe cello, hoc eſt moveo, percutio, ab antiquo *cello*, quod a κέλλω, *moveo*. *Serv. in 1. Æn.* Procella eſt vis ventorum cum pluvia, ab eo quod omnia procellat, hoc eſt, moveat. Hæc *Servius*. Alia exempla ex *Plinio*. & *Plauto* V. in *Percello*.

Procelloſus, a, um, *procelloſo*, θυελλώδης, procellis plenus. *Liv. l. 40. c. 2.* Ver procelloſum eo anno fuit. *Ovid. Heroid. ep. 2.* Procelloſi venti. *Senec. Med. v. 411.* Mare procelloſum.

Procere, adv. ἐπιμήκως, prolixe. *Cic. 3. de Or. c. 59.* Brachium procerius projectum, quaſi quoddam telum orationis.

Proceres, um, m. 3. ἔξαρχοι, πρωτεύοντες, ut *Chariſius l. 1.* interpretatur, principes civitatis, a πρόχειν, *eminens*. Sed dicitur de viris primariis in quovis ordine. *Liv. l. 1. c. 45.* proceres Latinorum. *Lucan. l. 7. c. 69.* Proceres caſtrorum. *Silius l. 11. v. 142.* Proceres rerum Paulus, & Flaminius. *Virg. 3. Æn.* Delectos populi proceres. ¶ Translate *Plin. l. 9. c. 17.* Nullum expirantem verſicolori quadam, & numeroſa varietate ſpectari, proceres gulæ narrant. ¶ Reperitur & in num. ſing. *Juven. ſat. 8. v. 26.*

Agnoſco procerem. *Capitolin. in Maximinis, c. 1.* In prima pueritia fuit paſtor, nonnumquam proces. ¶ *Servius ad v. Æn. v. 740.* ſcribit, proceres etiam dici extantes trabium partes, hoc eſt mutulos.

Proceritas, atis, *lunghezza*, μῆκος, prolixitas, ſtaturæ altitudo, a *procerus*. *Cic. de Sen. c. 17.* Cum miraretur Lyſander & proceritates arborum, &c. *Plin. l. 2. c. 78.* Proceritas corporum. *Apul. l. 5. A. A.* Proceritas ſpatii, h. e. longitudo. *Rurſus Cic. in Orat. de Oratione.* Fluit omnino numerus tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius. h. e. cum pluries ſyllabæ producuntur.

Procerĭtūdo, inis, f. proceritas. *Solin. c. 1. (al. 5.)* Sobolem noſtri temporis decus veteris proceritudinis perdidiſſe.

Procerritus, a, um, κεραυνόπληκτος, malo ſpiritu afflatus, furioſus. *Plaut. Pœn. 3. 1. 65.* Neque nos populus procerritus inſectabit lapidibus. Rectius aliæ editiones *pro cerritis*. h. e. tanquam cerritos lapidibus inſectabit.

Procerŭlus, a, um, adject. *lunghetto*. *Apul. l. 2. Florid.* Procerula læva diſtantibus digitis.

Procērus, a, um, *lungo*, *alto*, גבה, Ger. *hoch*, Gal. *lon*, *haut*, Hiſp. *largo*, *alto*, ὑψηλός, prolixus, in longitudinem, vel altitudinem productus, a προέχειν, *eminens*. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Procero corpore ſues. *Sueton. in Calig. c. 47.* Gallus quiſque proceriſſimus ad pompam triumphi lectus. *Horat. l. 3. carm. od. 25.* Proceras manibus vertere fraxinos. *Cic. 3. de Orat.* Poſt anapæſtos procerior quidam numerus effloruit. *Id. 1. de Leg. c. 5.* Sic nos inter has proceriſſimas populos, in viridi, opacaque ripa inambulantes, &c. ¶ Proceræ ſyllabæ ſunt, quæ longam vocalem habent. Ita *Diomed. l. 2. ex Varrone, pag. 423. Putſch.*

Proceſsio, onis, f. idem quod proceſſus. *Cic. pro Leg. Man. c. 9.* Ea iis locis a militibus noſtris reditus magis maturus, quam proceſſio longior quærebatur. Alii leg. *proceſſus*. *l. 1. de R. milit. c. 22.* Cornicines canunt, quod in omnibus exercitiis, & proceſſionibus cuſtoditur, *nelle marchie*.

Proceſſus, a, um, particip. paſſiv. a procedo, *avanzato*. *Hist. de B. Afric. c. 75.* Cæſar proceſſos a ſuis caſtris. Alii rectius *progreſſus*. *Scribon. Larg. Compoſit. 100.* In proceſſa ætate.

Proceſſus, us, m. *progreſſo*, צעד, Germ. *furgang*, Gal. *avancement*, Hiſp. *proceſſo*, πρόβασις, progreſſus, progreſſio. *Cic. in Brut.* Itaque tantos proceſſus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur. *Suet. de Ill. Grammat. c. 10.* Se in Græcis literis magnum proceſſum habere. ¶ Item pro eventu, & ſucceſſu. *Sen. ep. 116.* Queruntur & de conſiliis, & de proceſſibus ſuis.

Proceſtrium, ii, n. Proceſtria apud *Feſtum* dicuntur loca aperta, in ædificiis, vel in muro, in quæ proceditur (*logge*, *altane*). Ælius proceſtria dixit eſſe ædificia extra portam. Artorius propugnacula quæ ſunt ante caſtra. Hæc *Feſtus*. *Plin. l. 1. c. 17.* Poſt hanc cubiculum cum proceſtrio, altitudine æſtivum, munimentis hibernum. Alii leg. *cum procœtone*.

Prochoſagrios, πρόχος ἄγριος, herba ſaxifraga, *Apul. de herb. c. 97.*

Prochўta, æ, ſeu Prochyte, es, f. 1. *Prochita*, *Procida*, προχύτη, inſ. Regni Neapolitani, in mari Tyrrheno, in ora Campaniæ, in ſinu Puteolano, Ænariæ proxima, anguſto freto diſcreta, cui olim juncta fuiſſe putatur. Dicta eſt Prochyta quaſi profuſa, a προχέω, *profundo*, quod emerſerit provolutis in mare montibus. Narrant enim Ænariæ, ſeu Inarimes vicinæ inſulæ montem terræmotu concuſſum inſulam hanc fudiſſe. *Plin. l. 2. c. 88. & l. 3. c. 6.* Sed *Dionyſius l. 1.* ſcribit, Prochytam dictam eſſe a nutrice Æneæ ejuſdem nominis. *Virg. 9. Æn.* Tum ſonitu Prochyta alta tremit.

Procidentĭa, æ, f. πρόπτωσις, actus procidendi, abſceſſus, genus morbi, cum pars quædam corporis prolabitur extra ſuum locum naturalem. Itaque procidentia oculi dicitur, cum ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos ſua ſede propellat. Ita deſcribitur a *Celſo l. 6. c. 6.* Procidentia ani, ſeu ſedis eſt, cum rectum inteſtinum extra ſedem procidit. Sic procidentia vulvæ, uteri, &c. *Plin. l. 23. c. 9.* Myxus utilis procidentiæ vulvarum. ¶ Uſurpatur & in plur. numero, & neutro genere. *Id. l. 24. c. 11.* Radix roſmarini ſanat procidentia ſedis.

Procĭdo, is, cidi, caſum, n. 3. *cadere*, *gettarſi a terra*, נפל, Ger. *niderfallen*, Gal. *tomber*, Hiſp. *caer*, *echarſe a los pies*, προπίπτω, prorſus cado, procumbo. *Liv. l. 31.* Muri quoque pars ariete incuſſo ſubruta, multis jam locis procideret. *Plin. l. 16. c. 5.* Glandem in alienum fundum procidentem liceat colligere. *Horat. Epod. 17.* Poſtquam rex procidit pervicacis ad pedes Achillei. ¶ Procidere etiam dicuntur membra quædam corporis, quæ morbo, aut ictu, aut alia de cauſa naturalem ſitum exeunt. V. *Procidentia*. *Plin. l. 20. c. 52.* Porcilaca imponitur, ſi procidant oculi, foliis tritis cum corticibus fabæ. *Id. l. 23. c. 6.* Decocto cotoneorum foventur, ſi procidant vulvæ, & interenea.

Procĭdŭus, a, um, quod procidit. *Plin. l. 22. c. 20.* Infantium cerebro impoſitus, umbilicoque procidno. *Id. l. 21. c. 20.* Sedes procidua. h. e. procidentia laborans. V. *Procidentia*.

Procĭēra, eſt poſtulare, petere. *Liv. apud Feſt.* Matrem procitum plurimi venerunt.

Procinctus, a, um, ἐν προβολῇ ὑπάρχων, paratus, expeditus, partic. a procingor, ut Claſſis procincta. *Feſt.* Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confeſtim pugnaturus. Vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quam navium, claſſem appellari. *Id. alio loco*, Procinctam claſſem, ideſt paratam ad bellum militum multitudinem, Diali Flamini videre non licuit. *Gell. l. 1. c. 11.* Cum procinctæ igitur claſſes erant, & inſtructa acies.

Procinctus, us, m. *procinta*, *apparecchio*, προβολή, παρασκευή, apparatus bellicus, illa præparatio, quæ fit ab iis, qui in expeditionem profecturi ſunt, aut ad prælium exituri, & generatim quicquid paratum eſt, antequam aliquid fiat. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. *Plin. l. 13. c. 1.* Ad procinctum tendens. ¶ In procinctu ſtare, eſt accinctum eſſe. *Quint. l. 12. c. 9.* Quemque armatum ſemper, ac velut in procinctu ſtantem. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. Hinc in procinctu facere, pro expedite, & celeriter. *Ovid. l. 2. de Ponto, el. 9.* Hæc in procinctu carmina facta puta. ¶ Hinc etiam dicimus, nos habere aliquid in procinctu, quod nobis paratiſſimum eſt, & expeditiſſimum. *Quintil. l. 10. cap. 1.* Niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam.

Procĭto, provoco, laceſſo. *Feſtus*.

Procitum teſtamentum dicebatur, veluti procatum, provocatum, id eſt irritum, ruptum. *Feſtus*.

Proclamatĭo, onis, f. actus proclamandi. *Leg. 25. Dig. de liberali cauſa.* Proclamatio ad libertatem. *Quintil. declam. 18. c. penult.* Truci proclamatione diſcutere aliquem.

Proclamātor, oris, m. ἀναφωνητής, qui proclamat, declamator. *Cic. 1. de Orat. c. 46.* Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus.

Proclāmo, as, a. 1. *proclamare*, *gridare*, צעק, Ger. *auſſruffen*, Gal. *crier*, Hiſp. *proclamar*, ἀναβοάω, palam, & valde clamo, vociferor. *Cic. 7. Verr. c. 48.* Adſunt, defendunt, proclamant, fidem tuam, quæ nuſquam erat, nec unquam fuit, proclamant. *Liv. l. 3. c. 26.* Patrem proclamantem, ſe filiam jure cæſam judicare. *Labeo l. 41. Dig. de liberali cauſa.* Si ſervum ad libertatem proclamavit. *Paul. l. 3. Dig. de acquir. poſſeſſ.* Si ex poſſeſſione ſervitutis in libertatem proclamaverit.

Proclīnatĭo, onis, f. inclinatio in anteriorem partem, curvatura. *Vitruv. l. 5. c. 12.* Tunc proclinatio ex impleatur arena. *Id. l. 7.* Ne ſtructuræ habeant ulla in parte proclinationes.

Proclīnātus, a, um, adject. inclinatus, *piegato*. *Vitruv. l. 2. c. ult.* Curvatura montis proclinata ad mare. *Id. lib. 5. cap. 12.* Proclinatum latus. ¶ Tranſlatum *Cæſ. l. 7. B. G. c. 42.* Adjuvat rem proclinatam Convictolitanis, plebemque ad furorem impellit.

Proclīno, as, a. 1. *inchinare*, κατακλίνω, inclino. *Colum. l. 7. c. 11.* Quam in partem proclinentur. *Ovid. 2. Amor. eleg. 11.* Tam mare in hæc magnus proclinet litora Nereus.

Proclīvis, & ve, o. 3. *chinato*, *chino*, Ger. *geneigt*, Gal. *enclin*, *penchant*, Hiſp. *acoſtado*, *inclinado*, ἐπίφορος, pronus, inclinatus, a *pro*, & *clivus*. *Liv. l. 5.* Eo pelli poſſe per proclive facilius rati. ¶ Tranſlate uſurpatur pro propenſo, præſertim ad aliquod vitium. *Ter. Andr. 1. 1. 50.* Ita ut ingenium eſt omnium hominum ab labore proclive ad libidinem. *Sil. l. 13.* Sceleri proclivis egeſtas. *Cic. Tuſc. 4. c. 37.* Alii ad alios morbos procliviores ſunt. *Quintil. l. 4. c. 5.* Circa aliquid proclivior. ¶ Item pro facili. Nam difficilis eſt per clivum aſcenſus, ut facilis a vertice deſcenſus. *Cic. 2. Off. c. 20.* Sed cum in hominibus juvandis aut mores ſpectari, aut fortuna ſoleat, dictu quidem eſt proclive. ¶ Hinc in proclivi eſſe, eſt facile, & in promptu eſſe. *Ter. Andr. 4. 2. 18.* Sed ſi id non poterit, id faciam, in proclivi quod eſt, per me ſtetiſſe ut credat. *Salluſt. ad Cæſ. de rep. ordin. orat. 2.* Tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum eſt, cujus ſi dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. h. e. proſpere fluent.

Proclīvĭtas, atis, *diſceſa*, *inclinazione*, Ger. *neigung*, Gal. *pancb ant*, Hiſp. *inclinacion*, ἐπίκλισις, inclinatio, declivitas. *Hirt. de B. Afric. c. 37.* Inde parvulam proclivitatem digreſſus, propter mare legiones ducit. ¶ Tranſlate eſt propenſio in rem aliquam, præſertim vitioſam. Nam in rebus bonis, & laudabilibus proprie facilitas dicitur. *Cic. l. 4. Tuſc. c. 12.* Atque hæc aliorum ad alios morbos proclivitas late patet. *Et infra.* Hæc igitur proclivitas ad ſuum quodque genus a ſimilitudine corporis ægrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ægrotandum proclivitas. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut ſignificet lapſionem. Hæc *Cic.*

Proclīvĭter, adv. ἐπιρρεπῶς, inclinate, propenſe. *Cic. 5. Fin.* Facilius, & proclivius ad laudem nobilitatis pervenient. *Id. 5. Fin. c. 28.* Proclivius currit oratio: venit ad extremum. *Gell. l. 1. c. 6.* Facilis, & procliviter perſuaſit.

Proclīvium, ii, n. proclivitas. *Claudian. l. 1. de laudib. Stilic. v. 63.* Ipſaque Pierios laſſant proclivia currus Laudibus innumeris.

Proclīvus, a, um, adject. proclivis. *Senec. in Apocolocynt. verſus fin.* Omnia procliva ſunt, facile deſcenditur. *Plaut. Mil. 4. 2. 57.* Facile mihi modo ex proclivo palam rem. h. e. rem mihi facile aperuiſti. *Lucret. l. 6. v. 728.* Et proclivus item fiat minus impetus undis.

Proclūdo, is, a. 3. idem quod claudo, concludo. *Pallad. Februar. tit. 26.* Curabit autem, ut fœtus proprios cum unaquaque procludat.

Proclus, m. 2. Πρόκλος, vir Lycius, Philoſophus Platonicus, diſcipulus Syriani. Præfuit Scholæ Athenienſi. Scripſit plura in Grammatica, & Philoſophia, commentarios in totum Homerum, in Heſiodi ἔργα, καὶ ἡμέρας, in Remp. Platonis, præterea contra Chriſtianos Epicheremata duodeviginti. Hic eſt Proclus ille, qui poſt Porphyrium ſecundus contra nos latravit: adverſus quem Joannes cognomento Grammaticus ſcripſit Apologiam, affirmans, eum, quanquam in rebus Græcanicis magnum, ſtultum tamen eſſe, & in hac parte indoctum. Fuit præceptor M. Antonini Imp. Eum Antoninus ad Conſulatum uſque provexit. Ejus diſcipulus, & ſucceſſor fuit Marinus Neapolitanus. *Suid.*

Proco, as, a. 1. & procor, aris, d. 1. peto, poſco. *Cic. 4. de Rep. apud Non. c. 1. n. 69.* Itaque a petendo petulantia, a procando, ideſt poſcendo procacitas nominata eſt. *Feſt.* Procari poſcere, unde procaces meretrices ab aſſidue poſcendo: & proci uxorem poſcentes in matrimonium. ¶ *Varr. l. 6. de L. L.* Poſcere, procare dictum. ¶ Significat etiam blande poſcere, adulando petere. *Senec. in præfat. l. 4. Q. nat.* Plancus ajebat non eſſe occulte, nec ex diſſimulato blandiendum: perit, inquit, procari, ſi latet.

Procœton, onis, m. *anticamera*, προκοιτών, locus ante cubiculum, a πρό, *ante*, & κοίτη, *cubile*. *Plin. lib. 2. ep. 17.* Huic cubiculo aliud, & procœton communi pariete junguntur.

Proconnēſĭus, a, um, adject. ad Proconneſum pertinens, ut Proconneſium marmor. *Vitruv. l. 2. c. 8.*

Proconnēſus, ſeu, & melius Proeconneſus, *Marmora*, inſ. parva Propontidis, inter Cyzicum ad Or. & Helleſpontum ad Occ. patria Ariſteæ Poetæ. *Plin. l. 5. c. ult.*

Proconſul, is, m. *Proconſolo*, *Viceconſolo*, ἀνθύπατος, qui cum poteſtate Conſulari ad aliquam provinciam adminiſtrandam mittebatur, a *pro*, & *Conſul*, quod eſſet loco Conſulis, ſeu Conſulis vice fungeretur. Hanc nominis cauſam eſſe ex eo cognoſcimus, quod non tantum dicebatur *Proconſulem eſſe*, ſed etiam, & quidem uſitatius *pro Conſule*, vel Proconſule, qua de re V. *Manut. in princip. commentar. in Cicer. epiſt. ad Famil. Cic. 2. de Div.* Quam multi ſunt anni, cum bella a Proconſulibus, & Prætoribus adminiſtrantur? *Id. pro L. Man.* Quo quidem tempore cum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro Conſule, L. Philippus dixiſſe dicitur, non ſe illum ſua ſententia pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Tanta in eo Reſp. bene gerendæ ſpes conſtituebatur, ut duorum Conſulum munus unius adoleſcentis virtuti committeretur. *Id. l. 1. de Orat. c. 18.* Cum Proconſul in Ciliciam proficiſcens Athenas veniſſem. *Tacit. 4. Ann. cap. 23.* Proconſul ejus anni P. Dolabella. *Tacit. 15. Ann. c. 22.* Proprætoribus, proveconſulibus. ¶ *Ulp. l. 14. ff. de Off. Proconſ.* Proconſules non amplius, quam ſex faſcibus utuntur. ¶ Fere qui conſulatum priore anno geſſerat, poſteriore ad provinciam adminiſtrandam proconſul mittebatur; cujus rei paſſim occurrunt exempla: apud *Livium* tamen *lib. 3. c. 4.* legimus, in magno Reipublicæ periculo, T. Quintium privatum proconſulem in provinciam miſſum, ut ſubſidio caſtris obſeſſi conſulis eſſet.

Proconſulāris, & re, o. 3. ἀνθυπατικός, ad Proconſulem pertinens. *Gell. lib. 5. cap. 14.* Cum provinciam Africam Proconſulari imperio meus dominus obtineret.

Proconſulātus, us, m. ἀνθυπατεία, dignitas Proconſulis. *Plin. l. 24. c. 12.* Ad Proconſulatum uſque a Prætura honoribus geſtis.

Procor. V. Proco.

Procraſtĭnatĭo, onis, *dilazione*, ἀναβολή, dilatio. *Cic. 6. Phil. cap. 3.* Nam cum pleriſque in rebus gerendis tarditas, & procraſtinatio odioſa eſt.

Procraſtĭno, as, n. 1. *prolungare di giorno in giorno*, אחר, Ger. *lenger ſparen*, Gal. *differer*, Hiſp. *dilatar*, ἀναβάλλομαι, diem de die trahe, differo. *Cic. pro R. Am. c. 9.* Rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœperunt. ¶ Et paſſive *Id. Fin. 6. c. 45.* Rem non procraſtinatur. *Gell. l. 17. c. 10.* Quæ procraſtinata ſunt ab eo.

Procreatĭo, onis, παιδοποιΐα, generatio. *Cic. 1. Tuſc. cap. 14.* Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis? *Id. 2. Div. c. 46.* Diſſimi-

litudo

Digitized by Google

litudo locorum diſſimiles hominum procreationes habet.

Procreator, oris, maſc. γεννητὴς, genitor, parens. *Cic. de Univ. c.* 8. Animum igitur cum ille procreator mundi Deus ex ſua mente, & voluntate genuiſſet. *Id.* 4. *Fin. c.* 7. A procreatoribus amati.

Procreatrix, icis, f. παιδοποιήτειρα, genitrix, parens. *Cic.* 1. *de Or. c.* 3. Neque te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam, & quaſi parentem eam, quam Philoſophiam Græci vocant, &c.

Procreatus, a, um, nom. ex partic. genitus. *Cic.* 3. *Fin. c.* 19. Ut natura & procreari vellet, & diligi procreatos non curaret.

Procreo, as, a. 1. *generare*, γεννάω, genero, efficio. *Cic.* 3. *Fin.* Atque, ut e natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare. *Id. de Senect. c.* 15. Terra ex minutiſſimis ſeminibus tantos truncos procreet. ¶ Procreare alicui periculum, h. e. intentare, moliri. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 22. ſi mihi periculum procrearetur ab eo, quem &c. Al. leg. *crearetur*.

Procreſco, is, n. 3. idem ac creſco. *Lucr. l.* 2. *v.* 566. Et res progigni, & genitas procreſcere poſſe.

Procris, is, f. πρόκρις, filia Erichthei Regis Athenienſium, ſoror Orithyæ, uxor Cephali, qui eam in ſilvas ſecutam, eodem telo, quod ab ipſa dono acceperat, putans feram eſſe, interfecit. *Ovid. Met.* 7.

Procruſtes, m. 3. προκρούστης, latro inſignis in Attica regione, ſuper Cephiſum fl. latrocinia exercens, qui cogebat hoſpites in lectum aliquem aſcendere, quo ſi longiores fuiſſent, pars ſupereminens amputabatur, ſi breviores, vi extendebantur, a qua re etiam nomen illi inditum putant. Hunc poſtea Hercules, vel, ut alii ſcripſere, Theſeus interfecit. *Ovid.* 7. *Met. v.* 438. Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.

Procubitor, oris, m. *guardia*, φρουρὸς, qui nocte cuſtodiæ cauſa excubat, cum caſtra hoſtium in proximo ſunt. *Feſt.*

Procubo, as, bui, bitum, n. procumbo, jaceo. *Virg.* 3. *Georg. v.* 145. Speluncæque tegant, & ſaxea procubet umbra. Aliqui legunt *protegat*.

Procudo, is, di, ſum, a. 3. *aſſottigliare*, *aguzzare battendo*, σφυρηλατέω, cudendo extenuo, probe cudo, exacuo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 261. Durum procudit arator vomeris obtuſi dentem. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro perficere. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 30. Non enim ſolum acuenda nobis, neque procudenda lingua eſt. *Horat. l.* 4. *od.* 15. Ira procudit enſes. ¶ Ponitur etiam pro generare, aut invenire. *Lucret. l.* 5. *v.* 854. Nec potuiſſe propagando procudere prolem. *Id. l.* 3. *v.* 1095. Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas. ¶ Procudere dolos, eſt artificioſe machinari. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 20. Hic mihi incus eſt; procudam ego hodie hic multos dolos.

Procul, adv. *da lontano*, *da lungi*, מרחוק, Ger. *fernen*, Gal. *de loin*, Hiſp. *de lexos*, πόῤῥω, longe, quaſi porro ab oculis, ut ait *Serv. in* 3. & 6. *Æn. Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 46. Tum fumi incendiorum procul videbantur. ¶ Dicitur & de loco minus longinquo. *Virg. Ecl.* 6. Serta procul tantum capiti delapſa jacebant. ¶ Sæpe conjungitur cum aliis adverbiis, *hinc*, *iſthinc*, *illinc*, *inde*, *aliunde*, ut Procul hinc, ideſt longe ab hoc loco. *Ter. Hec.* 4. 3. Quem cum iſthoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi uxor. *Cic. pro Mil.* Sciebat Pompejum eſſe procul inde. *Id.* 4. *Verr.* Qui non poſſet negare ab illis pecuniam datam, non quæſivit procul aliunde. ¶ Interdum etiam conjungitur cum longe. *Plaut. Curc.* 2. 2. 11. Hac nocte in ſomnis viſus ſum viderier, procul ſedere longe a me Æſculapium. ¶ Eſt etiam præpoſitio, ut Grammatici ajunt, deſerviens abl. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 6. *ex quodam poeta*. Multi ſuam rem bene geſſerunt, & publicam patria procul. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. Procul a literis. *Ter. Adelph.* 3. 2. Mihi conſcia ſum, a me culpam hanc eſſe procul. ¶ Frequenter recipit præp. *a*, vel *ab*. *Cic.* 1. *Acad.* Cœleſtia procul eſſe a noſtra cognitione. ¶ *Procul dubio*, eſt longe ab omni dubio, ideſt certe, profecto. *Suet. in Claud.* Reliquit filium omnibus gentis ſuæ procul dubio præferendum. ¶ *Procul vero*, eſt longe a veritate. *Col. in præf. l.* 2. Nam illud procul vero eſt, quod plerique crediderunt. ¶ *Procul errare*, eſt longe errare, *errare di groſſo*. *Salluſt. in Jugurtha*. Cæterum homines ſuperbiſſimi procul errant. ¶ *Procul eſte*, *procul hinc*, ſolemnis erat formula, qua ante ſacra prophanos ejiciebant. *Virg.* 6. *Æn. v.* 258. Procul o, procul eſte prophani. *Silius l.* 17. *v.* 26. Tum puppe e media magno clamore ſacerdos: Parcite pollutis contingere vincula palmis, Ex procul hinc, moneo, procul hinc quæcumque prophanæ.

Proculcatio, onis, f. conculcatio. *Plin. l.* 8. *c.* 18. Obturbata proculcatione prius aqua. Alii leg. conculcatione. *Senec.* Ruina, & proculcatio.

Proculcator, oris, m. Proculcatores in militia dicuntur, qui agmen præeuntes, itinera explorant, & hoſtium progreſſus, *ſcorieri*. *Ammian. l.* 27. *c.* 23. Inveniri poſſe aliam viam, quam ſtipexere proculcatores. Al. leg. *procurſatores*.

Proculcatus, a, um, calcatus, pedibus preſſus. *Plin. l.* 8. *c.* 50. In ponte prætenui duabus capris obviis e diverſo, cum circumactum anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca, alteram decubuiſſe, atque ita alteram proculcatæ ſupergreſſam.

Proculco, as, a. 1. *conculcare*, καταπατέω, protero, progrediendo, vel agendo conculco. *Col.* 2. *c.* 20. Nam a pecudibus legumina proculcantur. ¶ Tranſlate *Senec. Theb. v.* 193. Qui fata proculcavit. h. e. contempſit.

Proculino, as, &

Proculiuo, is, idem ſunt ac promitto, apud veteres, teſte *Feſto*.

Proculus, m. 2. πρόκλος, qui natus eſt patre peregrinante, vel, ut aliis placet, qui e parentibus ſenibus genitus eſt, a procul. *Feſtus*: Proculum inter cognomina eum dicunt, qui natus eſt patre peregrinante a patria procul: Proculos ſunt qui credant ideo dictos, quia patribus ſenibus, quaſi procul progreſſis ætate, nati ſint.

Procumbo, is, cubui, bitum, n. 3. *giacere in terra*, השתחוה, Ger. *niderligen*, Gal. *être couché*, *s'encliner*, Hiſp. *abaxarſe*, *inclinarſe*, ἐκτείνομαι, procliviter jaceo, humi jaceo. *Liv. l.* 1. Ipſum feſſum via procubuiſſe. ¶ Item cadere, proſterni, *cadere*. *Curt. l.* 9. *c.* 5. Procumbere ad genua. *Virg.* 5. *Æn.* procumbit humi bos. *Ovid. Heroid. ep.* 12. Procumbere ante pedes. *Id.* 13. *Metam.* Genibus alicujus procumbere. *Martial. l.* 1. *ep.* 62. Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos? ¶ Significat etiam inclinari, vergere. *Lucan. l.* 3. Tam procumbentes. *Plin. l.* 16. *c.* 36. *de calamis aquaticis*. Deſinunt veſtite, procumbuntque.

Procupido, inis, m. amor anteceptus. *Minuc. Felix in Octav.* Movet etiam in eam procupidinem amoris. Alii aliter legunt.

Procuratio, onis, *amminiſtrazione*, διοίκησις, adminiſtratio, gubernatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 2. Qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos. *Id. pro Sex. c.* 30. publici negotii procuratio. ¶ Sumitur etiam pro expiatione. *Cic.* 1. *de Div. c.* 45. Ut ſue plena procuratio fieret.

Procuratiuncula, æ, f. parva procuratio. *Senec. ep.* 31. Quæ tamen omnia tranſiſti procuratiunculæ pretio.

Procurator, oris, maſc. *procuratore*, ἐπίτροπος, negotiorum geſtor, qualis eſt ille, cujus opera in litibus utimur. *Ulp. l.* 13. *Dig. tit.* 3. *de procur. & defenſ. l.* 1. Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtret. *Cic. pro Quinct.* Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quinctii, familiaris, & propinquus Sex. Nævii dejicit. *Id. Attic. l.* 4. Agere per procuratorem. *Id.* 1. *de Orat.* Mandare aliquid procuratori de agricultura, *al Vaſtore*.

¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut procurator regni, hoc eſt, qui regnum adminiſtrat, rege mortuo, vel adhuc puero, apud *Cæſar. l.* 3. *B. Civ. c. ult.* ¶ Procuratores provinciæ dicebantur, qui e Cæſare mittebantur in quaſdam minores provincias, in quas nec Legatos, nec Proprætores mitti mos eſſet: horum præcipuum munus erat tributa exigere, & fiſci rationem habere. Hinc Veſpaſianus, apud *Suet. in ejus vita*, *c.* 16. dicebat, ſe procuratoribus uti pro ſpongiis.

Procuratorius, a, um, quod ad procuratorem ſpectat. *Ulp. l.* 5. *Dig. tit.* 3. Siquis, cum procuratorio nomine condemnatus eſſet.

Procuratrix, icis, f. *procuratrice*, ἐπίτροπος, quæ procurat, gubernatrix. *Cic.* 4. *Fin. c.* 7. Sed cum ſapientiam totius hominis cuſtodem & procuratricem eſſe vellent.

Procuro, as, avi, atum, a. 1. *procurare*, *amminiſtrare*, διοικέω, eſt curare, gubernare, diligenter rem ſuam, vel alienam adminiſtrare. *Plaut. Pœn. prol. v.* 28. Nutrices pueros, infantes minutulos domi procurent. *Id. Trucul.* 2. 4. 60. Tu te hic quaſi pro puerpera procuras. *Cic. lib.* 12. *Fam. ep.* 24. Ut procurat rationes, negotiaque Dionyſii noſtri. *Id.* 1. *Acad.* Procurantem cœleſtia maxime, deinde in terris ea, quæ pertinent ad homines. ¶ Procurare arbores, eſt adhibita diligentia excolere, & providere, ut creſcant. *Cato c.* 43. Eodem modo cæteras arbores procurato. ¶ Aliquando eſt expiare, purgare. *Cic.* 2. *de Div.* Quemadmodumque ea procurentur, atque expientur. *Id. ibid. l.* 1. Procurare monſtra. ¶ Interdum præeſſe. *Leg.* 86. *Dig. de acquir. & omit. hered.* Pannonius Avitus cum in Cilicia procuraret.

Procurro, is, curri, & procucurri, curſum, n. 3. *correre innanzi*, προτρέχω, ultra, ſive longe curro, velociter curro. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 93. Cum milites infeſtis pilis procurriſſent. *Liv. l.* 34. *c.* 2. Procurrere in publicum. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 4. Procurrere vitæ ſpatium inoffenſo pede. *Horat. Epod.* 16. In mare procurrit Apenninus. *h. e.* protenditur. *Ovid.* 5. *Æn.* Inter ſaxa in procurrentibus hæſit. h. e. prominentibus.

Procurſatio, onis, f. actus procurſandi, *ſcaramuccia*. *Liv. l.* 28. A quibus ubi per procurſationem commiſſa pugna eſſet. *Id. l.* 22. *c.* 44. Annibal dirigit aciem, laceſſitque Numidarum procurſatione hoſtes.

Procurſator, is, m. qui procurſat. *Liv. l.* 42. *c.* 64. Breve certamen levis armaturæ maxime cum procurſatoribus fuit.

Procurſio, onis, f. excurſio, digreſſio. *Quinctil. l.* 4. *c.* 5. Non ſemper eſt neceſſaria poſt narrationem illa procurſio.

Procurſo, as, avi, atum, n. 1. *correr' innanzi*, *ſcaramucciare*. *Liv. l.* 27. *c.* 2. Ibi per dies aliquot cum ab ſtationibus procurſaretur. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Procurſantibus inter eos qui laceſſerent.

Procurſorius. V. Præcurſorius.

Procurſus, us, m. ἐκδρομὴ, actus procurrendi, procurſatio, *ſcaramuccia*. *Liv. l.* 22. *c.* 41. Tumultuario prœlio, ac procurſu magis militum, quam ex præparato, aut juſſu Imperatorum orta. *Stat.* 4. *Theb. v.* 787. ſternit procurſibus herbas. *Plin. l.* 5. *c.* 10. *de figura Alexandriæ urbis*. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, dextra lævaque anguloſo procurſu. h. e. extenſo in anteriorem partem.

Procurvo, as, a. 1. idem quod curvo. *Tertul. in Geneſ. c.* 1. Pomiferique ſimul procurvent brachia rami. *Stat.* 6. *Theb. v.* 833. celſum procurvet Agyllea Tydeus Summiſſus tergo.

Procurvus, a, um, καμπύλος, curvus, valde curvus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 421. Nec illæ procurvam expectant falcem. *Id.* 5. *Æn. v.* 765. curva litora.

Procus, ci, m. μνηστὴρ, matrimonii petitor, qui virginem aliquam, aut viduam poſcit in matrimonium, a *procando*, ideſt poſcendo. *Feſt. & Non. Virg.* 4. *Æn.* Rurſus ne procos irriſa priores experiar? ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Cic. in Brut. c.* 96. Et hos ignotos, & impudentes procos repudiemus. ¶ In ſing. num. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v.* 32. faſtigia ſupplex Depoſui, geſſique procum. ¶ In plurali genitivo *procum* rectius dici, quam *procorum* teſtetur *Cic. in Orat. c.* 46. *his verbis*. Jam ut cenſoriæ tabulæ loquuntur, fabrum & procum audeo dicere, non fabrorum, & procorum. ¶ Proci interdum ſunt iidem, qui proceres. *Feſt.* Procum patricium, in deſcriptione claſſium, quam fecit Servius Tullius, ſignificat procerum. Hæc *Feſtus*. Eundem ſenſum habet in verbis *Cic.* modo allatis.

Procuſtes. V. Procruſtes.

Procyon, onis, m. 3. προκύων, præcanis, ſive, ut *Cicero* transfert *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 44. antecanis, vel anticanis, ſignum cœleſte, diverſum a Cane Sirio, ſive Canicula, conſtans ex duabus ſtellis, a πρὸ, *ante*, & κύων, *canis*, quod Caniculæ ortum præcedit. Nam Procyon exoritur Idibus Julii, ideſt die 15. Julii, mane, Canicula autem apparet 7. Cal. Auguſti, ideſt die 26. Julii. *Col. l.* 11. ¶ Procyonem Vitruvius vocat minuſculum canem, ad diſcrimen alterius, qui & Arato μέγας κύων, ac Hygino major canis dicitur. *Cic. in Arateis*. Et hic geminis eſt ille ſub ipſis Antecanis, Grajo Procyon qui nomine fertur. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Procyon apud Romanos non habet nomen, niſi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc eſt, minorem canem, ſane, ut in aſtris pingitur. Sunt, qui Plinium reprehendant, quod putarit, Latinos carere vocabulo, quo προκύονα appellent, quia, ut ajunt, Antecanem Latine dici ex Cicerone patet. Sed recte Plinius, quia loquitur de vocabulo recepto, quale minime erat Antecanis, quod novo erat a Cicerone confictum. Nec recte culpant alii, quod ambigat, num Procyon ſit Canicula. Neque enim ignorare potuit Sirium ſic vulgo appellari, ſed rem ipſam ſpectavit: non dubium autem, quin, cum Procyon longe ſit minor Sirio, illi potius, quam huic, nomen Caniculæ conveniat.

Prodactus, a, um, partic. a prodigo, is, profuſus, prodige inſumptus. *Tertull. de pudic. c.* 8. Minor filius, prodacta ſubſtantia Dei, in aliena regione mendicat.

Prodeambulo, as, n. 1. foras deambulo. *Ter. Adelph.* 5. 1. 4. Prodeambulare huc libitum eſt.

Prodeo, is, ivi, vel ii, itum, n. anom. *uſcir fuori*, *comparire*, יצא, Ger. *herfurgehen*, Gal. *ſortir*, Hiſp. *ſalir*, προέρχομαι, ultra eo, ſive foras exeo, ex *pro*, & *eo*, *d* interpoſito, quaſi porro eo. *Cic.* 1. *Off.* Ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 7. An ego tibi obviam non prodirem? *Plaut. Men.* 1. 3. 30. Nos prodimus ad forum. *Cæſ. l.* 5. *B. G.* Ut aliqui ex noſtris ad colloquium prodirent. ¶ Uſurpetur etiam imperſ. *Cicer. pro Mur.* Eccui autem non proditur revertenti? Subaudi *obviam*. ¶ Significat etiam procedere, progredi. *Virg.* 6. *Æn.* illæ tantum prodire volendo, Quantum acie poſſunt oculi ſervare ſequentum. ¶ Item in publicum edi, exire. *Plaut. Caſ. prol. v.* 9. Novæ quæ prodeunt Comœdiæ.

Prodaſſe. V. Proſum.

Prodico, is, xi, ctum, a. 3. Prodicere diem, eſt aliam diem dicere, pro ea, quæ dicta fuit, differre, producere. *Liv. l.* 3. *c.* 57. Tribunus ei diem prodixit.

Prodictator, oris, m. qui in locum Dictatoris ſubſtituitur, & extraordinariam Dictaturam gerit. *Liv. l.* 22. *c.* 8. Prodictatorem Populus creavit Q. Fabium Maximum.

Prodictio, onis, f. actus prodicendi, ſeu aliam diem dicendi. *Feſtus in voce Publicus*.

Digitized by Google

Prodictus, a, um, nom. partic. a prodico. *Liv. l. 3. c. 58.* Priuſquam prodicta dies adeſſet, Appius ſibi mortem conſcivit.

Prodigalitas, atis, f. *prodigalità*, prodigentia. *Auct. declam. in Catil. quam Porcio Latroni tribuunt.* Summam pecuniæ deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem.

Prodige, adv. *prodigamente*, ἀσώτως, profuſe, abundanter. *Cicer. 11. Phil. c. 6.* Sed non poſſunt non prodige vivere, qui noſtra bona ſperant, cum eſſent ſua.

Prodigentia, æ, f. *prodigalità*, profuſio, a *prodigo*, *is*. *Tacit. l. 13. Ann. cap. 1.* Cujus abditis adhuc vitiis per avaritiam, ac prodigentiam mire congruebat.

Prodigialis, & le, o. 3. τεράστιος, quod prodigium procuret, ſeu avertit, ut Jupiter prodigialis, cui expiendorum prodigiorum gratia ſacra fiebant. *Plaut. Amph. 2. 2. 107.* Prodigiali Jovi aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatum oportuit. ¶ Item portentoſus, prodigioſus, monſtroſus. *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 434.* aſſiduis flagrant eludere ſaxis prodigiale caput. ¶ Item ad prodigia pertinens. *Ammian. l. 25. c. c. 35.* Gnari rerum prodigialium. ¶ *Prodigiale*, adv. pro prodigialiter. *Claudian. l. 1. de rapt. Pros. v. 241.* Prodigiale rubens cometes.

Prodigialiter, adv. idem ac prodigioſe. *Col. l. 3. cap. 3.* Nam illa videntur prodigialiter in noſtris Ceretanis accidiſſe. *Horat. de art. poet. v. 29.* Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum ſilvis appingit, fluctibus aprum.

Prodigiator, oris, m. 3. τερατοσκόπος. *Feſtus*; Prodigiatores, aruſpices, prodigiorum interpretes.

Prodigioſe, adv. *prodigioſamente*, *miracoloſamente*, τερατωδῶς, præter morem, vel naturam. *Plin. l. 11. c. 37.* Lien cum jecinore locum aliquando permutat, ſed prodigioſe.

Prodigioſus, a, um, *prodigioſo*, *moſtruoſo*, *miracoloſo*, Germ. *unnaturlich*, Gal. *prodigieux*, Hiſp. *prodigioſo*, τερατώδης, quod prodigium facit, vel quod præter naturam eſt, & conſuetudinem. *Plin. l. 10. c. 63.* Partus aliquando ſinguli, quod prodigioſum putant. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6.* Prodigioſa mendacia vatum. *Trebell. Poll. in Tyrannis, n. 31.* Quo nihil prodigioſius paſſa eſt Reſpublica. *Quintil. l. 1. c. 1.* Prodigioſa corpora.

Prodigitas, atis, f. profuſio, apud vet. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 635.* Nequitia occupat hoc, petulantia, prodigitaſque.

Prodigium, ii, n. *prodigio*, *miracolo*, מופת, Germ. *wunderzeichen*, Gall. *prodige*, Hiſp. *prodigio*, τέρας, monſtrum, oſtentum, portentum, a *pro*, vel *porro*, & *ago*, quia porro agitur, hoc eſt, averruncatur. *Cicero* deducit a prædicendo. Inquit enim *l. 2. de nat. Deor. c. 3.* Prædictiones vero, & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Eadem repetit *l. 2. Div. c. 42.* *Id. in Piſon.* P. Clodius fatale portentum, prodigiumque Reipublicæ. *Plin. l. 20. c. 18.* Implere prodigium. *Id. l. 29. c. 4.* Heu prodigia ventris! *Id. l. 13. c. 37.* Lætum prodigium. *Virg. 6. Æn.* Prodigiis acta cœleſtibus. *Quintil. l. 2. c. 10.* Prodigium factum divinitus. *Tacit. 5. hiſt. c. 13.* Prodigia piare.

Prodigo, is, egi, prodactum (Vide ſupra ſuo loco) a. 3. proprie eſt propellere, procul agere, procul adigere, a *pro*, ſive *porro*, & *ago*, *d* interpoſito, euphoniæ cauſa. *Varr. l. 2. de R. R. c. 4.* Admiſſuras cum faciunt, prodigunt in lutoſos limites. ¶ Tranſlate ponitur pro immoderate conſumere, liberalitatis limites egredi, *conſumare prodigamente*, καταναλίσκειν, ἀσωτεύεσθαι. *Plaut. Aul. 2. 9. 10.* Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto die egere liceat. *Lactant. l. 6. c. 11.* Patrimonia in res ſupervacuas prodiguntur.

Prodiguæ hoſtiæ, quæ totæ igne conſumebantur. *Feſt.* Prodiguæ hoſtiæ vocantur, ut ait Veranius, quæ conſumuntur: unde homines quoque luxurioſi prodigi.

Prodigus, a, um, *prodigo*, *troppo liberale*, Ger. *verſchwendiſch*, Gal. *prodigue*, Hiſp. *prodigo*, ἄσωτος, præter modum liberalis, profuſus, effuſus, nimius. *Cic. 2. Off. c. 6.* Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam ſunt relicturi omnino. Liberales autem, qui &c. *Id. ad Brut. epiſt. 15.* Quod in honoribus decernendis eſſem nimius, & tanquam prodigus. ¶ Tranſlate *Horat. l. 1. Carm. od. 12.* Animæque magnæ prodigum Paulum, ſuperante Pœno. h. e. contemptorem vitæ. *Velley. l. 2. c. 48.* Prodigus pudicitiæ. *Stat. 6. Theb. v. 767.* Prodigus nocendi. Rurſus *Horat. l. 1. epiſt. 7.* locus prodigus multæ herbæ. hoc eſt paſcuis abundans.

Prodino, is, a. 3. idem ac prodeo, apud vet. *Enn. l. 3. Ann. apud Feſt.* Prodinunt famuli, cum candida lumina lucent.

Prodiſpero, us, a. 1. Prodiſperare alvum, pro ſolvere, laxare, quidam legunt apud *Plaut. Rud. 2. 7. 31.* Itaque alvum prodiſperavit nobis ſalſis poculis. At pleriqua interpretes *prodi ſperavit*, reponunt. V. *Taubman.*

Proditio, onis, *tradimento*, προδοσία, actus prodendi. *Cic. 4. Acad.* Quo a vitio & amicitiarum proditiones, & Rerumpublicarum naſci ſolent. *Plin. l. 7. c. 41.* Proditio arcanorum, h. e. divulgatio. ¶ Eſt etiam idem ac proditio, h. e. in alium diem dilatio, prolatio. *Cat. apud Feſt.* Te, C. Cæcili, diem prodidiſſe militibus legionis tertiæ, cum proditionem non haberent. ¶ Item actus prodeunde. *Sidon. l. 5. ep. 13. a med.* Dicitur hæc ipſa pernicies appropinquare. ajus proditionibus Deus obviet.

Proditor, oris, m. *traditore*, προδότης, qui prodit. *Cic. 3. Fin.* Nec magis vituperandus eſt proditor patriæ, quam communis utilitatis, aut ſalutis deſertor. *Id. ad Quir. poſt red. c. 5.* Proditores ſalutis meæ.

Proditrix, icis, *traditrice*, quæ prodit. *Lactant. l. 1. c. 10.* Patris proditricem in conjugium ſibi vindicavit. ¶ Item quæ evulgat. *Prudent. periſteph. 1. v. 11.* Fama percucurrit proditrix.

Proditus, a, um, *tradito*, προδοθείς, ante datus, deceptus, circumventus, partic. a prodor. *Caſ. l. 1. R. C. c. 30.* Queritur, ſe ſe projectum, ac proditum a Cn. Pompejo. ¶ Item editus, evulgatus. *Cic. pro Rabir. Poſt. c. 7.* Imago ad memoriam poſteritatis prodita. *Id. pro Dom.* Prodita die, qua die judicium ſit futurum. *Lucret. l. 3.* Extra prodita corpus. *Lucan. l. 3.* Ira turbato prodita vultu.

Prodius, adv. interius, propius, a *prodeundo*. *Var. apud Non. c. 1. n. 231.* Primum venit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introit domum.

Prodo, is, didi, ditum, a. 3. *dare innanzi*, *tradire*, בגד, Ger. *hinſtoſſen*, Gal. *trahir*, *jetter hors*, Hiſp. *hazer traycion*, *echar fuera*, προδίδωμι, antedo, a *pro*, & *do*, ut Prodere patriam, eſt clanculum cum hoſtibus adverſus patriam ſentire, ejus conſilia hoſtibus enuntiare, urbem, arcem, propugnacula in manus hoſtium dare, antequam ab hoſtibus capiantur. *Salluſt. in Jugur.* Antequam arcem proderent hoſtibus. *Cic. 7. Ver.* Quod claſſem prædonibus prodidiſſent. ¶ Eſt etiam porro dare, propagare, proferre. *Virg. 4. Æn. v. 230.* Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri proderet. ¶ Item differre, protrahere. *Ter. And. 2. 1. 13.* Ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies. *Cic. 7. Ver.* Imagines ad memoriam, poſteritatemque prodendam. ¶ Item edere. *Tacit. 1. hiſt. c. 3.* Non tamen adeo virtutum ſterile ſæculum, ut non & bona exempla prodiderit. ¶ Item dare, tradere. *Cic. pro Planc.* Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. ¶ Item prodere, tradere inimicis. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Amici partim me deſeruerunt, partim prodiderunt. *Id. in Piſon.* Cum prodebas caput, & ſalutem meam mercede proventiam. ¶ Item oſtendere, patefacere. *Cic. 4. Acad.* Scelus enim dicebas eſſe dogma prodere. *Id. 2. Tuſc.* An ubi juſtitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente conſcios, multa officia relinquente? *Ovid. 2. Amor. eleg. 2. v. 53.* Prodere indicium ad aures alicujus. ¶ Item nominare, renuntiare. *Liv. l. 5. c. 31.* It L. Valerium Interregem prodidit. *Cic. pro Milon. c. 10.* Prodere Flaminem. ¶ Item dicere, ſignificare, narrare. *Plaut. Ciſt. 4. 2. 75.* Tibi nunc prodimus, & confitemur, ciſtellam habere. *Celſ. l. 2. c. 6.* Quoſdam fama prodidit in ipſis funeribus revixiſſe. ¶ Item tranſmittere, poſteris tradere, literis mandare, ſcribere, quod poſteri legant. *Cic. 3. Offic.* Ut quidam Poetæ tragici prodiderunt. *Id. pro Arch.* Quorum virtutes literis proditæ ſunt. *Id. 1. de Leg.* Pactaque, & conſulta fortium, & ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis monumentis prodere. *Id. pro Mil. c. 3.* Itaque hoc non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt. *Id. 2. Off.* Quorum memoria liberis, poſteriſque prodatur. *Caſ. l. 5. B. G. c. 12.* Quos natos in ipſa inſula, memoria proditum dicunt. *Plin. l. 8. c. ult.* Quos terra naſci, proditur. ¶ *Prodere fidem*, eſt jurejurando non ſtare. *Salluſt. in Catil. c. 26.* Sed ea ſæpe antehac fidem prodiderat. ¶ *Legem prodere*, eſt dedſtituere. *Ulp. ad leg. Jul. de adult.* Legem prodidiſſe dicitur. ¶ *Officium prodere*, eſt officium ſuum deſerere. *Cic. 4. Acad.* Qui ſtatuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodat, aut fidem. ¶ *Vitam prodere*, eſt ſe vitæ periculo exponere. *Ter. Heaut. 3. 1. 69.* Prius proditurum te tuam vitam.

Prodoceo, es, a. 2. palam docere. *Hor. l. 1. ep. 1.* hæc Janus ſummus ab imum prodocet. Al. leg. *perdocet*.

Prodromus, i, m. *forriere*, πρόδρομος, præcurſor. *Cic. Att. l. 1. ep. 12.* Nam mihi Pompejanæ prodromi nuntiant, aperte Pompejum acturum. ¶ Tranſlate dicitur de omni re, quæ ante tempus accidit. Unde prodromi dicuntur a Græcis fici præcoces, quaſi præcurſores, reliquarumque maturitatem prævertentes. *Plin. l. 16. c. 26.* Ficos & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. ¶ Item per tranſlationem prodromi dicuntur Aquilones, qui octo ferme diebus exortum Caniculæ antecedunt. *Col. l. 11. c. 2.* Sexto Idus Julias prodromi flare incipiunt.

Produco, is, xi, ctum, *produrre*, *menar fuori*, הוציא, Ger. *verlengern*, Gal. *produire*, *prolonger*, Hiſp. *llevar fuera guiando producir*, προάγω, foras duco. *Plaut. Capt. 2. 2. 2.* Ubi ſunt iſti, quos ante ædes juſſi huc produci foras? *Cic. 7. Verr.* Producuntur e carcere, & deligantur ad palum. ¶ Eſt item venale exponere. *Ter. Eun. 1. 2. 54.* Pretium ſperans illico producit, & vendit. Ubi *Donat.* Proprie venales produci dicuntur. *Ad. de Hecyr. 1. 1. 92.* ¶ Item ad aliquem locum ducere, in medium adducere. *Cic. 3. Ver.* Cum eum, quem virgis ille cæciderat, in proſpectum P. R. produxit. *Idem 7. Ver.* Capitibus involutis cives Romanos ad necem producere inſtituit. ¶ Item ablegare. *Ter. Adel. 4. 2. 22.* Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas? h. e. produxiſſe? ¶ Item in judicium adducere, præſentem ſiſtere. *Cic. 4. Ver.* Producam teſtes, & producam plures eodem tempore. *Id. 7. Ver.* Quam ſi vivus in judicium produceretur. ¶ Item proſtituere. *Plaut. Aſin. 3. 1. 40.* Audientem dicto mater produxiſti filiam. Adde *Juven ſat. 6.* ¶ Tranſlate ponitur pro gignere. *Plaut. Cap. 3. 5. 25.* Quaſi in orbitatem liberos produxerint. ¶ Item pro afficere, committere. *Ter. Adel. 3. 2. 16.* Qui illud produxit ſcelus. *Cic. pro Q. Roſc.* Nihil ab hoc pravum, & perverſum produci poſſe putant. ¶ Item pro proferre, protrahere, in longum ducere, & tam de tempore, quam de corporeis rebus dicitur. *Ter. And. 3. 5. 9.* Ut huic malo aliquam producam moram. *Cic. de Sen.* Convivium ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus. *Id. ibid.* Valerium Corvinum accepimus ad centeſimum annum vitam produxiſſe. *Mart. l. 3. epigram. 74.* Dentibus antiquas ſolitus producere pelles. Hinc producere ſyllabam apud Grammaticos, eſt longam facere. *Quintil. l. 1. c. 5.* ¶ Item pro detinere, & remorari. *Terent. Andr. 4. 1. 24.* Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? id eſt deluderes, detineres. *Cic. pro Quinct.* Conditionibus hunc, quoad poteſt, producit. ¶ Item pro promovere, provehere, in medium honorifice proferre. *Cic. pro Dom.* Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. *Id. de Amic. c. 20.* Aliquem producere ad ampliſſimos honores. *Sueton. in Claud. c. 4.* Quid eſt, quod dubitemus, quin per eoſdem gradus producendus ſit, per quos frater ejus productus ſit? *Liv. l. 41.* Omni genere honoris producere eum non deſtitit. ¶ Item pro efferre, ſeu ad ſepulturam ducere. *Virg. 9. Æn.* Nec te tua funera mater produxi. Sic *Lucan. l. 2. v. 298.* longum producere funus ad tumulum. Hinc jocoſe *Terent. Adel. 4. 2. 52.* Cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem. h. e. totum conſumam. ¶ *Horat. de ar. poet. v. 57.* ſemper licuit, ſemperque licebit ſignatum præſente nota producere nomen. h. e. gignere. Sed alii leg. *procudere*. ¶ Producere vitam ad miſeriam, *ridurſi a vivere miſeramente*. *Plaut. Trinum. 2. 2. 59.*

Producte, adv. *lungamente*. *Cic. in Orat. c. 48.* Quæ in ſapiente, & ſibi producte dicitur, in cæteris omnibus breviter. h. e. ſyllabam producendo. *Gel. l. 4. c. 17.* Syllaba productius, latiuſque pronunciata.

Productio, onis, παράτασις, prolongatio, extenſio. *Cic. 3. Fin. c. 14.* Et quemadmodum opportunitas non fit major productione temporis. *Id. 3. de Orat. c. 50. de ratione pronunciandi.* Ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius.

Productus, a, um, prolongatus, longus. *Cic. 3. de Orat.* Et extus tamen ſpiritu, & producti eſſe debent. *Horat. de Ar. v. 189.* Neu ſit quinto productior actu fabula. *Col. l. 3. c. 10.* Id eſt ultimum, & productiſſimum flagellum. Rurſus *Cic. 3. de Orat. c. 47.* Syllaba producta, atque longa. *Id. in Orat. c. 53.* Productiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia. ¶ Item adductus, et productus coram, *Cic. pro Flac.*

Prœbia. V. Præbia.

Prœconneſus. V. Proconneſus.

Prœtides, f. 3. tres, al. quatuor filiæ Prœti Argivorum Regis ex Antia, al. ex Antiope, al. ex Sthenobœa. Cum forma eſſent præſtantiſſima, ſe Junoni auſæ ſunt præferre. Quare irata Dea talem eis immiſit furorem, ut vaccas ſe eſſe arbitrarentur, & in ſylvas confugerent. Poſtea helleboro ſanatæ a Melampode dicuntur. *Virg. Ecl. 6. Ovid. 15. Met. Plin. l. 25. c. 5.*

Prœtus, m. 2. Προῖτος, filius Abantis, frater Jaſii, & Acriſii, Rex Argivorum. Uxorem habuit Antiam, Al. Antiopem, al. Sthenobœam, ex qua tres filias, al. quatuor genuit. Pulſo Acriſio Regnum occupaſſe fertur. Sed a Perſeo oſtenſo Meduſæ capite in ſaxum converſus eſt. Regnavit annos ſeptemdecim, *Euſebio* teſte. Illi Acriſius frater ſucceſſit. *Ovid. 5. Met. & Bocc. l. 2. Gen.*

Profanatio, onis, *profanazione*, חלול, Ger. *entweyhung*, Gal. *prophanation*, Hiſp. *profanacion*, βεβήλωσις, actus profanandi. *Plin. l. 16. c. 4.*

Pro-

Poſtquam civilium bellorum profanatione meritum cœpit videri civem non occidere. Alii leg. *profano*, ſubintelligendo *ſcelere*. Adde *Tertul. de Idolol. c.* 18.

Profanātor, oris, m. *profanatore*. *Prudent. in Apotheoſ. v.* 178. Cede, profanator Chriſti, jam cede Sabelli.

Profanātus, a, um, *profanato*, βεβηλωθεὶς. *Stat.* 9. *Theb. v.* 8. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere. *Id. l.* 3. *ſilv.* 3. *v.* 2. Profanatas inſpectare terras.

Profāna, adv. *profanamente*. *Lactant. l.* 6. *c.* 53. Profane, ac petulanter illudere.

Profanĭtas, atis, f. *Tertul. de Pal. c.* 2. Ut autumat ſuperiorum profanitas. h. e. veteres auctores profani, ſeu Gentiles.

Profāno, as, a. 1. *diſſacrare*, *profanare*, חלל, Ger. *entheiligen*, Gal. *prophaner*, Hiſp. *profanar*, βεβηλόω, ex ſacro humanis uſibus promiſcuum facio, polluo, contamino. *Liv. l.* 31. *c.* 44. Plebs ſcivit, ut dies feſti, ſacra, ſacerdotes, omnia profanarentur. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 9. Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat. ¶ Significat etiam ante fanum ſtatuere, dedicare, offerre. *Aurel. Victor. de orig. gent. Rom. c.* 8. Patri aram dedicavit, appellavitque Maximam, & apud eam decimam pecoris ſui profanavit. V. in *Profanus* verba *Varronis*, quæ hoc maxime faciunt. *Sabinus l.* 1. *memorabil. apud Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 6. Re geſta decimam Herculi profanavit.

Profans, tis, particip. a profari. *Petron. in Satyr.* Cum, Delio profante, cæſi vertices Idæ trahuntur.

Profānus, a, um, *profano*, חול, Ger. *ungeweihet*, Gal. *prophane*, Hiſp. *profano*, βέβηλος, irreligioſus, non ſanctus, a religione remotus. a *pro*, & *fanum*. *Feſtus* ſic definit. Profanum, quod fani religione non tenetur. Sed *Var. l.* 5. *de L. L.* profanum explicat, quod eſt ante fanum, his verbis: Profanum eſt, quod ante fanum, ideſt conjunctum fano. Hinc profanatum quod in ſacrario pollutum. ¶ Cæterum ſic dicitur & id, quod nunquam ſanctum fuit, & id, quod ex religioſo, vel ſacro in hominum uſum converſum eſt. *Plaut. Merc. a.* 3. 17. Nec ſacrum, nec tam profanum quicquam eſt, quin &c. *Cic.* 6. *Ver.* Cum omnia illa victoria ſua profana feciſſet. *Id. pro Dom.* Si iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt, quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit? ¶ Non loco ſolum, ſed & perſonis convenit. Nam & profani dicuntur, qui Græcis βέβηλοι, ſive ἀμύητοι, h. e. homines non initiati ſacris, quia nempe talibus pro fano ſolum conſiſtere, non autem fanum ingredi, ac intereſſe ſacris liceret. Vulgo *laicos* vocant, quo vocabulo & *Tertullianus*, aliique Patres antiquiſſimi utuntur. *Virg.* 6. *Æn.* Procul hinc, procul eſte profani. ¶ Dicitur & de rebus, ut Profanus uſus. h. e. communis, vulgaris, non ſanctus. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Adeoque in profanis uſibus pollui laurum, & oleam fas non eſt. ¶ Translate ponitur pro impio, ſceleſto. *Stat. in princ. Theb.* Fraternas acies, alternaque bella profanis decertata odiis. ¶ Item pro imperito homine, quia Muſarum ſacris initiatus non eſt. *Hor. l.* 3. *carm. od.* 1. Odi profanum vulgus. ¶ *Miſcere ſacra profanis*, eſt confundere fas nefaſque. *Hor. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 57.

Profāris, vel re, atus ſum, d. 1. *profetizare*, προφημι, propria eſt ante fari, quod Græci dicunt προφητεύειν, ideſt futura prædicere. *Ulpian. de Ædil.* §. *exemplo*, *l.* 1. Si ſervus inter fanaticos non ſemper caput jactaret, & aliqua profatus eſſet. ¶ Frequenter ſumitur pro ſimplici fari, ſive dicere. *Virg.* 1. *Æn. v.* 561. Tum breviter Dido vultum demiſſa profatur.

Profātum, i, n. effatum, dictum. *Gell. l.* 16. *c.* 8. Ἀξιώματα Varro alias profata, alias proloquia appellat.

Profātus, us, m. *il parlare*, actus profandi. *Gel. l.* 18. *c.* 11. Neque dicto, profatuve ipſo tetræ, aut inſuaves eſſe. Adde *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 103. & *Senec. in Apocoloc. in carm.*

Profectĭo, onis, f. *partenza*, πορεία, actus proficiſcendi. *Cic.* 1. *Phil.* Exponam vobis breviter conſilium & profectionis, & reverſionis meæ. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 27. Profectionem parare.

Profectĭtius, a, um, ἐπελευστικὸς, quod ab aliquo proficiſcitur, ut Dos profectitia, quæ a parentibus profecta eſt de bonis eorum. *Leg.* 5. *ff. de jure dotium*.

Profecto, *certamente*, אמן, Germ. *fürwar*, Gal. *certes*, Hiſp. *ciertamente*, ἀληθῶς, certe, ſane, adv. confirmandi, quaſi pro facto. *Cic. pro Flac.* Non eſt ita Judices, non eſt profecto. *Id. Ver.* 4. *c.* 18. Profecto negare non potes. *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 7. Profecto edepol. *Id. Caſ.* 5. 2. 29. Profecto hercle.

Profectus, us, m. *profitto*, Ger. *zunemmung*, Gal. *profit*, Hiſp. *provecho*, προκοπή, progreſſus in re aliqua, utilitas, quæ ex rei alicujus tractatione provenit. *Quint. l.* 10. *c.* 5. Sic profectus non a ſummo petitus ſtudiorum fructus effundit uberius. ¶ Profectum facere, eſt proficere. *Plin. in epiſt.* Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit.

Profectus, a, um, partic. a proficiſcor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Qui, ſicut venæ, & arteriæ a corde tractæ, & profectæ, in corpus omne ducuntur.

Profĕro, es, tuli, latum, a. anom. *porter fuori*, הוציא, Ger. *her für bringen*, Gal. *proferer*, *manifeſter*, Hiſp. *facar a fuera*, *manifeſtar*, προφέρω, extra fero, extra porto. *Plaut. Amph.* 2. 2. 138. Tu Theſſala intus pateram proferto foras. *Cæſ. l.* 2. *B. C.* Arma, tormentaque ex oppido, ut eſt imperatum, proferant. ¶ Ponitur etiam pro extrahere, extrahere. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 30. Ut cuique linguam in ſuffiendo proferat. *Cic. pro Roſc. Amer.* Tu ſeſtertia quinquaginta tria ex arca proferat. ¶ Proferre gradum, & pedem, eſt efferre, exire. *Plaut. Men.* 5. 2. 5. Gradum proferam, progredi properabo. *Hor. de art. poet.* nec deſilies imitator in arctum, unde pedem proferre pudor vetet. ¶ Translate ponitur pro edere, in publicum afferre. *Cic. pro Arch.* Ut nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aſpectum, lucemque proferre. ¶ Item pro protendere, extendere. *Cic. pro Mur.* Fines officiorum Stoici videntur longius protuliſſe, quam natura vellet. *Juſtin. l.* 1. *c.* 1. Fines imperii tueri magis, quam proferre, mos erat. ¶ Item pro extendere ſecundum tempus, differre, prorogare. *Cic. Att. l.* 13. Quod ſi laxius volent proferre diem. *Id. ibid.* Paulum proferant auctionem. ¶ Item pro palam facere, prodere, vulgare. *Cic. pro Mil. c.* 37. Indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinxi. *Id. pro Cæl.* In qua domo nihil geritur quod foras proferendum ſit. *Id. de Orat. l.* 34. Proferre in lucem. *Id. Fam.* 15. *ep.* 2. Proferre in medium. ¶ Item pro citare, in medium afferre. *Cic. pro Roſc. Amer.* Quaſi vero mihi difficile ſit multos nominatim proferre vel tribules, vel vicinos meos. *Id.* 2. *Phil.* Quid prandiorum apparatus proferam? *Id.* 2. *de Invent.* Deinde majorum ſuorum beneficia, ſi qua extabunt, proferre. ¶ Item pro producere, *dar in nota*. *Cic.* 4. *Ver.* Et poſſeſſiones hæreditatum, non ſecundum eos, qui proferrent, &c. ¶ Item pro conferre. *Cic. pro Mur.* Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. ¶ Item pro oſtendere. *Sen. epiſt.* 52. Hos maxime laudant, quibus ex ſe impetus fuit, qui ſeipſos protulerunt. *Tac. Ann.* 16. *c.* 29. Proferre ingenium. *Sueton. in Ner. c.* 55. Proferre artem. ¶ *Res proferri*, quid ſit, V. Prolatus. ¶ Pro enuntiare, *proferire*. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Pleriſque extremas ſyllabas non proferentibus, dum priorum ſono indulgent.

Profeſſĭo, onis, f. *depoſizione*, *deſcrizione*, *il dar in nota*, confeſſio alicujus rei palam facta, cenſus, deſcriptio. *Cic. pro Arch. c.* 4. Iis tabulis profeſſus eſt, quæ ſolæ ex illa profeſſione obtinent publicarum tabularum auctoritatem. *Id.* 3. *Ver. c.* 49. Profeſſio eſt agri Leontini ad jugera triginta millia. *Id. Fam.* 16. *epiſt.* 23. Tu vero conſice profeſſionem, ſi potes; etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, ut profeſſione non egeat. *Curt. l.* 10. *c.* 2. Profeſſioni æris alieni pudorem obſtare. ¶ Eſt etiam ars, ſecta, ſocietas, quam quiſque ſequitur, ſeu profitetur. *Cic. de Orat. c.* 6. Vis Oratoris, profeſſioque ipſa bene dicendi. *Lamprid. in Heliog. c.* 10. Promoturus ultimæ profeſſionis homines. *Velle. l.* 2. *c.* 87. Candidus timidius, quam profeſſioni ejus, qua ſemper uſus erat, congruebat. *Id. ibid. c.* 89. Nos memores profeſſionis, univerſam imaginem Principatus ejus oculis ſubjecimus. h. e. memores brevitatis, quam initio profeſſi ſumus.

Profeſſor, oris, m. *profeſſore*, ἐπαγγελτής, qui publice fatetur. Inde qui liberales artes docent, profeſſores, διδάσκαλοι, dicuntur, quia artes illas ſe ſcire, & poſſe tradere publice fatentur. *Plin. l.* 3. *c.* 33. Diodorus Dialecticæ ſapientiæ profeſſor. *Sueton. de clar. Grammat. c.* 9. Reliquit filium Orbilium, & ipſum Grammaticum profeſſorem. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. Etiam conſummatis profeſſoribus difficile.

Profeſſorĭus, a, um, ἐπαγγελτικὸς, quod profitetur, ut Lingua profeſſoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam. *Tac. l.* 13. *Ann. c.* 14. Trunca ſcilicet manu, & profeſſoria lingua.

Profeſſus, a, um, ἐπαγγειλάμενος, partic. a profiteor. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 4. Ut enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur. ¶ Reperitur etiam paſſive pro aperto, manifeſto, *dichiarato*, *manifeſto*. *Ov.* 2. *Faſt.* Sumunt gentiles arma profeſſa manus. *Juſtin. l.* 8. *c.* 4. Bœotii orant, ut profeſſum adverſus Phocenſes ducem Græciæ exhibeant. ¶ *Ex profeſſo*, eſt non diſſimulate, & quaſi ex profeſſione. *Quint. l.* 12. *c.* 1. Ex profeſſo philoſophiam oſtentantibus parum decori ſunt plerique orationis ornatus. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 1. *n.* 8. Cum ex profeſſo inimicitias cum Scipionibus gereret. ¶ Eodem ſenſu *de profeſſo* dixit *Apul. in Apol.*

Profeſtus, a, um, *non feſtivo*, *di lavoro*, Ger. *werktag*, Gal. *jour ouvrier*, Hiſp. *dia de cutio*, ἀνέορτος, quod contrarium eſt feſto. Dies profeſti illi erant, qui actionibus hominum profanis, vel privatis, vel publicis, aſſignati fuerant. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Pejorem, qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. *Liv. l.* 34. 2. 3. Feſtis, profeſtiſque diebus. ¶ Profeſti dies partim erant faſti, partim nefaſti, partim Senatorii, partim non Senatorii, partim Comitiales, partim non Comitiales. Senatus haberi poterat omnibus diebus profeſtis nefaſtis, ſed non omnibus profeſtis faſtis. Nam ex profeſtis faſtis aliqui Comitiales erant. Illis diebus profeſtis, quibus Senatus poterat haberi, non poterat agi cum Populo; illis, quibus Senatus haberi non poterat, cum Populo agi poterat. Sed non ſemper agebatur. Nam in eorum voluntate poſitum erat, penes quos erat jus Populum congregandi. *Manut. de veter. dier. ration.*

Profĭcĭo, is, eci, ectum, n. 3. *fare profitto*, הועיל, Ger. *zunemmen*, Gal. *profiter*, Hiſp. *approvechar*, ἐπιδίδωμι, procedo, progredior, progreſſum facio. *Cic. pro L. Man.* Et quiſquam dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate profecerit? *Id. in Off.* Si modo in Philoſophia aliquid profecimus. *Id.* 6. *Fam. ep.* 51. Cum conſilio profici nihil poſſit. *Senec. epiſt.* 108. Idem & docenti, & diſcenti debet eſſe propoſitum, ut ille prodeſſe velit, hic proficere. ¶ Ponitur etiam pro prodeſſe. *Ulpian. l. ait Prætor*, *de jurejurando*. Mariti igitur jusjurandum partui non proficiet. *Plin. l.* 28. *c.* 17. Adeps e lupis illitus in his, quæ rumpere opus eſt, plurimum proficit. *Cic.* 3. *Fin.* Multum ad ea, quæ quærimus, explicatio tua iſta profecerit. *Liv. l.* 3. Proficere in ſummam ſpei. *Ovid.* 3. *de Pont. eleg.* 1. Profectura aliquid tunc ſua verba puta.

Proficiſco, is, n. 3. idem ac proficiſcor. *Plaut. Mil.* 4. 8. 19. Obſecro, licet complecti, priuſquam proficiſco?

Proficiſcor, ſceris, fectus ſum, d. 3. *andare*, *partirſi*, הלך, Ger. *gehen*, *ziehen*, Gal. *partir*, *aller*, Hiſp. *yr camino*, *andar*, πορεύομαι, eo, vado. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 18. Salvius Oſtiam veſperi navi profectus erat. *Id.* 2. *Fam. epiſt.* 6. Ex Aſia Romam verſus proficiſci. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Proficiſci obviam alicui. *Plaut. Amph.* 5. 2. 8. Tu gravidam feciſti, cum in exercitum profectus. *Propert. l.* 2. *eleg.* 21. ad doctas proficiſci cogor Athenas. ¶ Jungitur interdum cum ire, *metterſi in cammino*. *Plaut. Rud.* 3. 6. 8. Etiamne nunc ſedabant, cum ad me profectus ire? Al. leg. *irer*. ¶ Eſt etiam diſcedere, venire de aliquo loco. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 53. Calendis Maji de Formiano proficiſcemur. ¶ Translata ſumitur pro pergere, proſequi. *Cic.* 5. *Verr.* Nunc proficiſcemur ad reliqua. ¶ Item pro incipere. *Cic. pro L. Man. c.* 2. Atque ut inde oratio mea proficiſcatur. ¶ Item pro originem habere. *Cic.* 4. *Acad.* Pythagorei ex numeris, & Mathematicorum initiis proficiſci volunt omnia. *Id.* 5. *Fam. epiſt.* 5. Omnia a me in te profecta ſunt, quæ ad tuum commodum, ad honorem, ad dignitatem pertinerent. *Id. Fam.* 13. *ep.* 30. Ab his initiis noſter in te amor profectus.

Profindo, is, fidi, fiſſum, a. 3. *fendere*, κατασχίζειν, proſcindo. *Stat.* 10. *Theb. v.* 306. Quanta pariter cervice gementes profindunt inarata diu Pangæa juvenci. Alii leg. *profringunt*.

Profitĕor, eris, eſſus ſum, d. 2. *profeſſare*, *proteſtare*, *confeſſare pubblicamente*, הודה, Germ. *frey*, *offentlich*, *ſagen*, Gal. *dire franchement*, *faire profeſſion*, Hiſp. *confeſſar claramente*, *profeſſar*, ἐπαγγέλλομαι, eſt confiteri ſive affirmare publice, palam, aperte prædicare, jactare, præ ſe ferre. Plus enim eſt profiteri, quam fateri. Fatemur coacti, teſte *Servio*, ſponte, & publice profitemur. *Cic. pro C. Rab.* Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, te &c. *Id.* 5. *Verr.* Sed me omnium provinciarum defenſorem eſſe profitebor. ¶ Sumitur etiam pro nomen, & bona ſua in cenſum referre. Item publice, & apud acta aliquid ultro denuntiare, ſeu teſtari, *dare in nota*. *Cic. pro Arch. c.* 4. Profeſſus eſt apud Prætorem Q. Metellum. *Id.* 5. *Verr. c.* 23. Edixerat, ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur. *Liv. l.* 26. *c.* 18. Ut, qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. *Curt. l.* 10. *c.* 2. Ut omnes milites æs alienum profiterentur. ¶ Item pro palam polliceri, ultro offerre. *Cic. pro Roſc. Am.* Et eadem in re operam veſtram profitemini. *Id. in Rull.* Quod ſi vos veſtrum mihi ſtudium ad communem dignitatem defendendam profitemini. ¶ Item pro ſectam, vel artem aliquam, ſeu ſcientiam publice docere. *Cic. de Amic. cap.* 5. Quamobrem quæ diſputari de amicitia poſſunt, ab eis, cenſeo, petatis, qui iſta profitentur. *Id. in Piſon. c.* 29. Profiteri Philoſophiam.

Proflātus, us, m. actus proflandi. *Col. l.* 5. *c.* 9. Æſtivo proflatu refrigeremur.

Proflātus, a, um, partic. a proflo. Hinc proflatum, more ſubflant. *Plin. l.* 34. *c.* 9. Mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. V. *Proflo*.

Proflictus, a, um, nom. partic. profligatus. *Gell. l.* 15. *c.* 5. Res proflictæ, & perditæ.

Profligatĭo, onis, f. *ruina*, averſio, diſperſio, diſſipatio. *Auſon. perioch.* 2. *Odyſſ.* De contumelia domus, & bonorum profligatione conqueſtus.

Profligātor, oris, m. καταναλωτὴς, qui profligat, ſeu prodigit, conſumit. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 18. Habebaturque non ganeo, & profligator, ut plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu.

Pro-

Digitized by Google

Profligatus, a, um, *gettato a terra*, καταβεβλημένος, proſtratus, dejectus, afflictus, partic. a profligor, ut Exercitus profligatus, Copiæ profligatæ, &c. V. *Profligo*. ¶ Tranſlate dicitur de eo, quod in peſſima conditione eſt, de redacto ad perniciem, perdito, deſperato. *Cic. pro R. Am.* Et denique omnia ad perniciem profligata, atque perdita. *Id. 2. Ver. c. 3.* Profligata judicia. ¶ Per Metalapſin ſumitur pro eo, quod prope abſolutum eſt. *Cic. l. 12. Fam. ep. ult.* Qui profligato bello, ac pene ſublato renovatum bellum gerere conamur. *Id. 5. Tuſc. c. 6.* Atqui, ſi ita eſt, profligata jam hæc, & pene ad exitum adducta quæſtio eſt. ¶ Item pro ſcelerato, in quo nihil eſt ſalubre, nihil integrum. *Cic. pro Arch.* Nunquam me pro ſalute veſtra in tot, ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objeciſſem. *Cic. 5. Ver. c. 26.* Hæc tu omnium mortalium profligatiſſime, ac perditiſſime cum ſcires.

Profligo, as, a. 1. *gettare a terra*, καταβάλλω, ἐλαύνω, dejicio, ſterno, proſterno, ab antiquo *fligo*. *Cic. pro Rab. Poſth.* Expugnare urbes, aciem hoſtium profligare. *Nepos in Pelopid. c. 2.* Ab tam tenui initio tantæ opes ſunt profligatæ. ¶ Tranſlate ſumitur pro mœrore afficere, ad perniciem deducere. *Cic. 2. Catil.* Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe, & profligatum putatis? ¶ Item pro rem cœptam promovere, & prope finem adducere. *Auguſtus in monum. Ancyrano de ſuis geſtis.* Cœpta profligataque opere a patre meo perfeci. *Flor. l. 2. c. 15.* Primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio vero confectum eſt. *Liv. l. 21. c. 40.* Commiſſum, ac profligatum bellum conficere.

Profligo, is, xi, ctum, n. 3. κατακλύζω, late, ſive multum certo. *Colum. l. 1. c. 3.* Quos hoſtis profligendo deſolaſſet agros. Rectius tamen legitur *profugiendo*.

Proflo, as, avi, atum, a. 1. *ſoffiare*, *ſpirare*, ἐκπνέω, flo, efflo. *Val. 6. Argon.* Noctem tartaream proflantes pectore tauri. *Idem lib. 7.* Taurus immani proflavit turbine flammas. ¶ Eſt etiam flando reſolvere. *Plin. l. 34. c. 9.* Maſſa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. ¶ *Proflare pectore ſomnum*, eſt inter dormiendum ex pectore ſonorum flatum emittere. *Virg. 9. Æn. v. 326.* Qui forte tapetibus altis extructus toto proflabat pectore ſomnum. ¶ *Proflare iram*, eſt iram concitare, vehementer commovere, vel flatu iram teſtari, ut ſolent feræ. *Plin. l. 8. c. 4.* Subſiſtere ab olfactu, circumſpectare, iras proflare.

Profluens, entis, o. πρόῤῥεων, quod profluit, partic. a profluo. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 17.* Permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. ¶ Tranſlata ſumitur pro copioſo. *Cic. 2. de Orat.* Genus orationis liquidum, fuſum, ac profluens. ¶ Uſurpatur etiam more ſubſtantivi gen. fœmin. *la corrente*, ῥεῦμα, aqua profluens, fluentum. *Cic. 2. de Inv. c. 50.* In quem conjectus in profluentem deferretur. ſubaudi *aquam*.

Profluenter, adv. abundanter. *Cic. 5. Tuſc. c. 18.* Ergo omnia profluenter, abſolute, proſpere. *Gel. l. 14. c. 1.* Hæc nos ſicca & incondita oratione attigimus: At Favorinus ſplendidius, & profluentius exſequebatur.

Profluentia, æ, f. *abbondanza*, πρόῤῥοια, abundantia. *Cic. in Partic. c. 25.* Inanis quædam profluentia loquendi.

Profluo, is, xi, xum, n. 3. *ſcorrere*, נזל, Ger. *her fur flieſſen*, Gal. *couler*, Hiſp. *correr mucho*, προῤῥέω, deorſum fluo, longe fluo, abundanter effluo. De omnibus liquidis dicitur. *Cic. 1. de Div.* Si lacus emiſſus lapſu, & curſu ad mare profluxiſſet. ¶ Tranſlate dicitur de oratione. *Auct. ad Her. l. 4.* Cujus ore ſermo melle dulcior profluebat. ¶ Item per tranſlationem ponitur pro devenire, conſequi. *Cic. pro Cal.* Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

Profluvium, ii, *corſo*, זוב, Ger. *durchlauff*, Gal. *flux*, *coulement*, Hiſp. *fluxo*, ἐκροή, fluxio. *Colum. l. 6. c. 26.* Profluvium ſanguinis. *Id. l. 9. cap. 10.* Profluvium alvi. *Celſ. in præfat.* Profluvio laborare. *Plin. l. 7. c. 15.* Profluvium mulierum. *Id. l. 31. c. 10.* Profluvium narium. *Celſ. ca præfat. poſt med.* Si corpus profluvio laborat. *fluſſa*.

Profluvius, a, um, profluens, labilis. *Cæcil. apud Priſcian. l. 6. pag. 699. Putſch.* Ita ne Antipho inventus profluvia fide? itan' eſt immemoris?

Profluus, a, um, *che ſcorre*, ἀπόῤῥους, quod profluit, ut Profluus amnis, qui perpetuo fluit. *Plin. l. 19. c. 4.* Si contingat profluo amne. *Colum. lib. 8. cap. 17.* Quo profluo receſſu nunquam deſtituitur. *Sidon. l. 4. ep. 25.* Lacryma profluæ.

Profore, profuturum eſſe. *Hor. l. 1. ep. 8.* Fugiam, quæ profore credam.

Profringo. V. Profindo.

Profugio, is, ugi, *fuggire lungi*, נס, Germ. *entfliehen*, Gall. *s'enfuir loin*, *echapper*, Hiſp. *huir lexos*, ἀποφεύγω, procul fugio, aut quantum poſſum, inde fugio. *Cic. de Am.* Hac itaque amentia quæſtione nuca prætereitur in Aſiam profugit. *Id. 1. Offi.* A negotiis publicis ad otium profugere. *Cur. l. 10. c. 2.* Nec ſervi quidem uno grege profugiunt dominos.

Profugium, ii, *rifugio*, καταφύγιον, illud, quo quis in periculis velut ad portum quendam profugit. *Cic. 1. Tuſc. c. ult.* Portum potius paratum nobis, & profugium putemus. Afferuntur & alia ex eodem *Cic.* loca, ut *pro Cæcin. c. 34. Fam. 5. ep. 15.* &c. ſed ubique alii *perfugium* reponunt.

Profugus, a, um, *fuggitivo*, נד, Ger. *fluchtig*, Gal. *fuyard*, Hiſp. *retraido*, αὐτόμολος, qui longe aliquo fugit, procul a finibus ſuis vagans, quaſi porro fugatus. *Liv. l. 34.* Annibal patria profugus pervenerat ad Antiochum. *Plin. l. 7. c. 28.* Bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus profugus. ¶ Interdum ſumitur pro erranote, ſeu pro eo, qui diverſa petit loca, etiam non fugatus, ut profugi Scythæ, quia crebro domicilia mutant. *Hor. lib. 1. carm. od. 35.* Te Dacus aſper, te profugi Scythæ, &c.

Profundatus, a, um, fundatus. *Plaut. Mil. 5. 3. 43.* Nunc hæc carina ſatis profundata bene, & ſtatuta eſt.

Profunde, adv. *profondamente*, βαθέως. *Plin. l. 8. c. 42. de equis.* Quo quis acrior, eo profundius nares mergit.

Profunditas, atis, *profondità*, βαθύτης, altitudo, vorago. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Corporum tres ſunt dimenſiones, longitudo, latitudo, profunditas. Adde *Vopiſc. in Saturnino, c. 8.*

Profundo, is, udi, uſum, a. 3. *ſpargere largamente*, שפך, Ger. *auſſgieſſen*, Gal. *epandre*. Hiſp. *derramar*, προχέω, extra fundo, large fundo. *Cic. in Somn.* Quem ut vidi, equidem vim lacrymarum profudi. *Id. pro Cluent. c. 6.* Sanguinem ſuum profundere omnem cupit. ¶ Tranſlata ſumitur pro edere, emittere, proferre. *Cic. 4. Acad.* Res jam univerſas profundam. *Id. 2. de Orat.* Quod ſe univerſum profundat, & quod totum repente evolet. *Id. in Piſon.* Odium incluſum in aliquem profundere. ¶ Item pro prodigere, immoderate inſumere, ducta Metaphora ab aqua, quæ profunditur ex vaſis. *Cic. in Catil. 2. c. 5.* Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt. ¶ *Verba profundere ventis*, eſt fruſtra loqui. *Lucret. lib. 4.* ¶ *Profundere vires animi*, eſt omnes nervos intendere, & omnem ingenii vim applicare. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Et omnes profudi vires animi, atque ingenii mei. ¶ *Vitam profundere*, eſt mori. *Cic. 1. Off.* Qui non modo pecuniam, ſed etiam vitam profundere pro patria parati eſſent. ¶ *Profundere ſe totum in aliquem*, eſt omni ſtudio fovere. *Id. Att. l. 7.*

Profundum, i, *profondità*, idem eſt ac profunditas, ſed multo latinius. *Cic. 4. Acad.* Natura veritatem in profundo abſtruſit. ¶ Speciatim ſumitur pro mari. *Ovid. 17. Epiſt.* Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi. *Val. 3. Arg.* Pater profundi, id eſt Neptunus. *Silius l. 10. v. 591.* Thuſci ſtagna profundi. h. e. Traſymenus lacus.

Profundus, a, um, *profondo*, עמוק, Ger. *tieff*, Gal. *profond*, Hiſp. *profundo*, βαθύς, quod deorſum magnam habet altitudinem, a *porro*, longe & a *fundus*. *Cic. pro Planc. c. 6.* Si campus, atque illa undæ Comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic effervescunt quodam quaſi æſtu. *Id. pro Sext. c. 43.* Profundiſſimus gurges. *Tacit. in Agric. c. 25.* Profunda montium, & ſilvarum. *Solin. c. 29.* Urſi valent profundioribus. ¶ Quandoque ſumitur pro alto, ſeu ſublimi. *Virg. 1. Æneid.* Maria, ac terras, cœlumque profundum. ¶ Tranſlate capitur pro ingenti, immenſo. *Cic. in Piſon.* Cum partem ejus prædæ profundæ libidines devoraſſent. *Sall. in Jug. cap. 81.* Profunda avaritia. *Id. 4. Hiſt.* Profunda cupido imperii. *Sueton. in Vitell. c. 7.* Profunda gula. ¶ *Horat. l. 4. od. 2.* Immenſuſque ruit profundo ore. h. e. reſonanti, & magnifico. ¶ Profunda nox dicitur nox media, & ſilens, & valde obſcura. *Vir. 4. Æn.* Sic profundæ tenebræ, apud *Gel. l. 6. c. 4.*

Profuſe, adv. κατακεχυμένως, effuſe, abundanter. *Liv. l. 10. c. 36.* Hæc ipſa minitans obſtitit profuſe tendentibus in caſtra. *Salluſt. in Catil. c. 13.* Profuſius quæſtui deditus. *Sueton. in Aug. c. 75.* Profuſiſſime celebrare dies feſtos.

Profuſio, onis, f. effuſio, prodigentia. *Vitruv. in præfat. l. 10.* Infinitæ ſumptuum profuſiones. *Celſ. l. 7. c. 21.* Sanguinis profuſio. *Id. l. 2. c. 7.* Profuſio alvi.

Profuſor, oris, m. prodigus, qui profundit. *Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 24.* Diſpenſatorem bonitatis, non profuſorem.

Profuſus, a, um, *ſparſo*, ἐκκεχυμένος, large fuſus, partic. a profundor. *Cic. 2. Fin.* Ita multo ſanguine profuſo, in lætitia, & in victoria eſt mortuus. ¶ Item copioſus, extenſus. *Pallad. l. 4. tit. 13. de equis.* Aures breves, & argutæ, coma & cauda profuſior. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſupra modum ſumptuoſo. *Cic. pro Mur. c. 36.* Non amat profuſas epulas, ſordes, & inhumanitatem multo minus. *Sall. in Catil.* Alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus. *Sueton. in Veſpaſ. c. 7.* Conviviationes cum profuſiſſimas quoque extendebas. ¶ Item pro abundanti, immoderato. *Cic. 1. Off.* Ipſumque genus jocandi non profuſum, neque immoderatum, ſed ingenuum, & facetum. ¶ Item pro abjecto, & jacente. *Pacuv. apud Feſt.* Profuſus, ſqualens, ſordidus, ab omnibus derelictus.

Progemmo, as, n. 1. *germogliare*, ἐξοφθαλμίζω, gemmas emitto. *Col. l. 4. c. 17.* Si palmis incipientibus, progemmantibuſque ſoſſorem immiſeris.

Progener, eri, m. *biſgenero*, ἐπέγγαμβρος, neptis vir comparatione avi, & aviæ, cui reſpondet proſocer, & proſocrus. *Modeſtin. l. 4. Dig. de gradib. & affin.* Socer magnus dicitur uxoris meæ avus, ego illius ſum progener: item proſocrus mihi uxoris meæ avia eſt: ego illius ſum progener. *Sueton. in Aug. c. 19.* Luciique Pauli progeneri ſui. Erat autem L. Paulus maritus Juliæ, quæ ex Julia Auguſti filia nata erat. Perperam igitur ex hoc Suetonii loco Lexicographi quidam aſſerunt, progenerum accipi pro patre generi.

Progeneratio, onis, f. idem ac generatio. *Plin. l. 8. c. 43.* Opera ſine dubio perula mirifica, arendo quoque, ſed malarum maxime progeneratione.

Progenero, as, a. 1. idem ac genero. *Horat. l. 4. od. 4.* Nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam. Adde *Plin. l. 13. c. 16.*

Progenies, ei, f. 5. *ſtirpe*, תולדה, Germ. *geſchlecht*, Gall. *lignee*, *race*, Hiſp. *caſta*, *linage*, γενεά, genus, familia, a *progignendo*. *Cic. 9. Phil.* Quæ multos per annos progeniem ejus honeſtaret. *Nepos in Ageſil. c. 1.* Qui principes ex progenie Herculis. ¶ Item ipſi liberi. *Cic. 1. Tuſc. c. 35.* Priamum tanta progenie orbatum. ¶ Tranſlate *Colum. l. 3. c. 9.* Vitis progenies.

Progenitor, oris, *avo*, προγεννήτωρ, avus. *Ovid. 12. Met. v. 324.* Et forti genitore, & progenitore Tonante eſſe ſatam.

Progenitus, a, um, *nato*, *generato*, *prodotto*, genitus, procreatus, natus. *Claudian. de IV. conſul. Honor. v. 148.* Nec te progenitum Cybeleius ære canoro Luſtravit Corybas. *Pallad. in Jan. tit. 15.* Arbores ex pomis ſponte progenitæ.

Progermino, as, n. 1. idem ac germino. *Col. l. 4. c. 12.* Antequam ſurculus progerminet.

Progero, is, eſſi, eſtum, a. 3. *portar fuori*, ἐκκομίζω, extra gero, effero. *Plin. l. 11. cap. 18. de apibus* Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exequias. *Id. l. 11. c. ult.* Formicæ concurſantes, aut ova progerentes.

Progeſto, as, a. 1. progero. *Apul. 6. Meleſ. ſub fin.* Sinu ſerico progeſtans nucleos.

Progigno, is, a. idem ac gigno. *Cic. 3. Offic.* Ut enim cæteri ex patribus, ſic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus. *Id. 1. Divin. cap. 65.* In ſeminibus vis ineſt earum rerum, quæ ex his progignuntur. *Lucret. l. 4. v. 671.* Quæ proetrata queunt fœtum progignere acerbum. Ubi quidam minus recte leg. *propingere*, h. e. impellere, impingere, a *pango*.

Prognare, adv. aperte. *Feſt.* in *Gnarus*.

Prognariter, adv. γενναίως, audacter, ſtrenue. *Plaut. Perſ. 4. 4. 39.* Age, indica prognariter. Al. leg. *prognaviter*, Alii *prægnaviter*.

Prognatio, onis, f. *naſcimento*, nativitas. *Martian. Capell. l. 6. pag. 210.* Oppidum Calydon, Diomedis Tydeique prognatione notiſſimum.

Prognatus, a, um, o. t. 1. *oriundo*, ἀπόγονος, originem trahens, oriundus, deſcendens ab aliquo, partic. a *pro*, & *naſcor*. Proprie dicitur, non de filio, ſed de nepote, reſpectu *avi*, aut proavi, aut alius ex majoribus. *Cic. 3. Tuſc.* Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus? ¶ Sumitur etiam pro nato, & de filio dicitur. *Liv. l. 1.* Poſt centeſimum fere annum, quam Romulus Deo prognatus, Deus ipſe tenuerit Regnum.

Progna, f. 1. Πρόκνη, Pandionis Athenienſium Regis filia, & ſoror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta, Itym illi peperit. Hæc cum deſiderio videndæ ſororis teneretur, exoravit virum, ut Athenas profectus, Philomelam ad ſe duceret. Qui mandata peragens, adventum Philomelæ a Pandione impetravit. Verum cum in itinere eſſent, in libidinem virginis exardens, quamvis repugnantem compreſſit, &, ne facti obſcœnitatem exprimere poſſet, linguam ei abſcidit, & ſervo in vinculis cuſtodiendam tradidit, reverſuſque ad uxorem maris nauſea periiſſe ſimulavit. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem, uti geſta fuerat, acu in tenuiſſima tela depinxit, hanc ancillæ Prognes clam deferendam tradidit. Progne, re intellecta, ac diſſimulato ad tempus dolore, poſtquam Orgiorum dies advenit, thyrſis, & pellibus pro more inſtructa, ſororem adiit, eamque, eodem indutam habitu, ad regiam duxit. Hic, communicato conſilio, veluti furiis agitata, arreptum Itym filium interfecit, eumque dimidium elixum patri epulandum appoſuit. Qui tandem, re cognita ex pueri capite, quod Progne ſub finem cœnæ per furorem afferendum curavit, dum fugientem uxorem furibundus perſequitur, mutatam Deorum commiſeratione in hirundinem vidit, quæ conſuetudinem habitandi intra hominum tecta ſemper ſervavit: ipſe in upupam converſus eſt, ideoque militarem criſtam adhuc in capite gerit, & quaſi adhuc filium quærens, clamat, πῶ, πῶ, quod ſignificat, ubi,

ubi. Itys autem in Phaſianum mutatus eſt, quæ avis frequens eſt juxta Phaſim fluvium in Colchis: at Philomela in avem ſui nominis, quæ ne nunc quidem ceſſat deſlere cantu dulciſſimo injuriam, quam paulo ante elinguis premere non poterat. *Ovid. 6. Met. in fin.*

Prognoſticon, *n. pronoſtico*, προγνωστικὸν, rei futuræ ſignum, a προγινώσκω, præſcio, prænoſco. Unde *Hippocratis Prognoſtica*, quibus facile ægrotorum ſalus, vel mors a Medicis prædici ſolet. *Cic. 1. de Div. c. 8.* Atque his rerum præſenſionibus prognoſtica tua referta ſunt.

Programma, atis, *n.* πρόγραμμα, *editto*, ſcriptura, ſeu tabula publice expoſita, qua Princeps aliquid edicit. *Vulcat. in Avid. Caſſ. c. 6.* Edici juſſit, & programma in parietibus fixit. Adde *l. 5. Cod. de leg. & conſtit. Princ.*

Prograxe, vel procraxe, pro prograxiſſe, hoc eſt indicaſſe, effutiſſe, ab aoriſto 1. ἔκραξα verbi κράζω, *clamo*. *Lucret. l. 5. v. 1158.* Quippe ubi ſe multi per ſomnia ſæpe loquentes, Aut morbo delirantes prograxe ferantur, Et celata diu in medium peccata dediſſe. Alii leg. *protraxe* pro protraxiſſe, a protraho, palam traho, palam expono.

Progredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *andare innanzi*, *avanzarſi*, *inoltrarſi*, עבר, Ger. *her fur gehen*, Gal. *aller avant*, Hiſp. *ir adelante*, ὑπεραναβαίνω, ultra procedo. *Cic. 1. Offic.* Atque ut regredi, quam progredi mallent. *Id. de Senect.* Ætate progreſſus. *Id. 5. Fin.* Ætate progrediente. *Id. 5. Fin.* Cum uſus progrediens familiaritatem effecerit. *Liv. l. 7.* Romani alacres ab ſtatione obviam militi ſuo progreſſi. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſermonem extendere. *Cic. 5. Verr.* Veruntamen progrediar longius. ¶ *Digitum non progredi*, proverbialis quædam formula, pro ne minimum quidem. *Cic. 4. Acad.* Quibus conceſſis, digitum progredi non poſſunt. ¶ Significat etiam proficere, *far profitto*. *Cic. 4. Fin. c. 23.* progredi in virtute.

Progreſſio, onis, f. *progreſſo*, πρόβασις, actus progrediendi, proceſſus. *Cic. 4. Fin.* Atque ab his initiis profecti omnium virtutum & originem, & progreſſionem perſecuti ſunt. *Id. 3. Off. a. 5.* Progreſſio diſcendi.

Progreſſus, us, m. idem ac progreſſio. *Cic. 1. Off.* Earumque progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat. *Id. 5. Phil. c. 7.* Progreſſus ætatis. ¶ Tranſlate accipitur pro fructu, quem rei alicui operam dantes facimus. *Cic. 4. Tuſc.* Philoſophiæ ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. *Id. 1. de nat. Deor.* Qui tantos progreſſus habebat in Stoicis.

Progubernator, oris, m. qui gubernatoris vices gerit. *Cæcil. apud Non. c. 13. n. 17.* Qui progubernator propr evertit Proſumiam. Al. leg. *pro gubernatore ſe gerens*.

Progymnaſtus, i, m. qui ante alium exercetur, qui præit exercitatione. *Sen. ep. 84.* (al. 83.) Progymnaſtos meos quæris. Alii leg. *progymnaſtes* eodem ſenſu.

Proh. V. Pro.

Prohibeo, es, bui, bitum, a. 2. *proibire*, *vietare*, כלא, Germ. *verbieten*, Gall. *defendre*, Hiſp. *vedar*, κωλύω, εἴργω, veto, procul teneo, averto, impedio, ne quid fiat, quaſi porro habeo. Differunt *prohibeo*, & *veto*, quod *prohibere* eſt avertere, & impedire dictis, vel factis, ne quid fiat: *vetare* eſt dictis reſiſtere. *Plaut. Curc. 1. 1. 33.* Nemo hic prohibet, nec vetat. ¶ Conſtruitur cum acc. *Cic. 2. Catil.* Ros motus ejus omnes, conatuſque prohibebit. *Id. 1. de nat. Deor.* Eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. *Id. 4. Verr.* Qui cum a Prætore prohiberentur, a quatuor Quæſtoribus impedirentur. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *a*, vel *ab*. *Cæſ. l. 1. B. G.* Se ſe depopulatis agris non facile ab oppidis vim hoſtium prohibere. ¶ Vel cum acc. perſonæ, & abl. ſine præp. *Cic. 3. Off.* Uſu vero urbis prohibere peregrinos ſane inhumanum eſt. *Id. pro L. Man.* Erit humanitatis veſtræ magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. *Id. 5. Verr.* Equitem R. ſcitote biduum cibo, tectoque prohibitum. ¶ Vel cum acc. perſonæ, & ablat. rei cum præp. *a*, vel *ab*. *Cic. 6. Verr.* Quod prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet Verres. *Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 28.* Finitimis imperavit, ut ab injuria & maleficio ſe, ſuoſque prohiberent. ¶ Vel cum acc. & dat. *Plaut. Curc. 5. 2. 7.* Parentesne meos mihi prohibeas? *Cic. in Fam.* Huic enim reditum ad Antonium prohiberi negabant oportere. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. 3. Off.* Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent. *Id. in Fam.* Plura ſcribere fletu prohibeor. ¶ Vel cum conjunctivo, & partic. *ne*, vel *quominus*. *Cic. 1. Verr.* Quod & potuiſti prohibere, ne fieret, & debuiſti. *Id. l. 12. Fam.* Hiemem credo adhuc prohibuiſſe, quominus de te certum haberemus, quid ageres. ¶ *Voce aliquem prohibere*, eſt impedire, ne quis loquatur. *Cic. pro Lig.* Et nos jacentes ad pedes ſupplicum voce prohibebis? ¶ *Quod Dii prohibeant*. locutio fuit, quam in re aut tetra, aut crudeli, aut impendente periculo uſurpare ſolebant, Deos ſcilicet obteſtantes, ut peſtem a ſe arcerent, vel incommodum propulſarent. *Cic. pro R. Am.* Dii prohibeant, ut hoc, quod majores conſilium publicum vocari voluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. ¶ *Prohibeſſim*, *is*, *it*, pro *prohibuerim*, *is*, *it*, *Id. 3. de Leg. c. 3. Plaut. Pſeud. & Cato de R. R. c. 151.*

Prohibitio, onis, f. *proibizione*. *Quint. l. 9. c. 2. a princip.* Quamquam illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit.

Prohibitor, oris, m. *proibitore*, qui prohibet, *Arnob. l. 7.* Æſculapius valetudinum propulſator, prohibitor, extinctor. Adde *Apul. de Deo Socrat.*

Prohibitorius, a, um, adject. *proibitivo*, ad prohibendum inſerviens. *Plin. l. 10. c. 14. de clivina ave*. Quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. *Ulpian. l. Ait Prætor, ff. de arb. cæd.* Edictum prohibitorium.

Prohibitus, a, um, nom. particip. *impedita*, *proibita*. *Cic. Verr. 3. c. 24.* Eques Rom. biduum tecto ciboque prohibitus.

Prohinc, adv. igitur, ergo, proinde. *Apul. l. 3. Metam.* Prohinc tormentis veritas eruenda. *Id. l. 5.* Prohinc cubiculo te refer.

Projecte, adverb. abjecte, cum contemptu, ſine cura. *Tertul. de Pudic. c. 13.* Apoſtolus vero eam ſceleratam libidinem tam projecte ignoviſſet?

Projectio, onis, f. πρόβολη, actus projiciendi, extenſio. *Cic. in Orat. c. 18.* Brachii projectio in contentionibus, contractio in remiſſis.

Projectitius, a, um, expoſitus. *Argum. Ciſtell. Plauti*, *quod quidam Sidonio tribuunt*. Lemnique natam deſpondit adoleſcentulo amore capto illius projectitiam.

Projecto, as, freq. a *projicio*. *Plaut. Bacch. 3. 5. 38.* Etiam ne ultro tuis me projectas probris? ideſt injuriis afficis. Alii leg. *prolectas*.

Projectorius, a, um, adject. ejiciendi vim habens. *Theodor. Priſcian. de diæta, c. 15.* Projectoriam vim participare. *Æmil. Macer. 4. c. 1.* Herbæ projectoriæ virtutis.

Projectura, æ, προβολὴ, corona, ſeu prominentia, & velut ſupercilium quoddam parietis, arcendis ſtillicidiis inventum. *Vitr. l. 2. c. 8.* Habeatque projecturas coronarum.

Projectum, i, n. προβεβλημένον, pars domus prominens, ut mænianum, aut podium penſile, unde aſpectus eſt in vicos, & plateas. *Javolen. leg. 242. ff. de verb. ſignif.* Inter projectum, & immiſſum hoc intereſſe, ait Labeo, quod projectum eſſet id, quod ita proveheretur, ut nuſquam requieſceret, qualia mæniana, & ſuggrundæ eſſent; immiſſum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. V. *Projectus*.

Projectus, us, m. idem ac projectio. *Plin. l. 17. c. 22.* Omnium, quæ projectu fructus ita diffunduntur, &c. Adde *Lucret. l. 5. v. 1001.*

Projectus, a, um, *gittato*, προβληθεὶς, προσβεβλημένος, partic. a projicior. *Hor. l. Epod. od. 6.* Tu, cum timenda voce complêſti nemus, Projectum odoraris cibum. ¶ Sumitur etiam pro objecto. *Silius l. 10.* Per medios agitur projecto lucis amore. ¶ Item pro porrecto, extenſo. *Cic. de Orat. l. 3. c. 59.* Brachium procerius projectum, quaſi quoddam telum orationis. ¶ Projecta ædificia quid ſint, & quomodo differant ab immiſſis, V. *Projectum*. ¶ Item projectus capitur pro proſtrato, *jacente*. *Cic. 1. de Div.* Simonides ignotum quendam projectum mortuum cum vidiſſet, humavit. ¶ Item pro expoſito. *Plaut. Ciſt. 1. 3. 5.* Parvulam puellam projectam ex angiportu ſuſtuli. ¶ Tranſlate ſumitur pro effrænato, immoderato, ad omnia progrediente. *Cic. pro Dom. c. 44.* Videre hominis intolerabilem audaciam cum projecta quadam, & effrænata cupiditate. *Id. Verr. 3.* Ad audendum projectus. *Tacit. 5. hiſt. c. 5.* Projectiſſima ad libidinem gens. ¶ Item contemptus, vilis, abjectus. *Tacit. 1. Ann. c. 42.* An appellem cives, quibus tam projecta ſenatus auctoritas? *Id. 3. Ann. c. 65.* Etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam projectæ ſervientium patientiæ tædebat. *Prudent. periſteph. 14. v. 155.* Quid eſſe vobis æſtimem projectius?

Projicio, is, ieci, jectum, a. 3. *gettare*, *gettare lungi*, השליך, Ger. *hinweg werfen*, Gall. *jetter*, Hiſp. *echar*, *arrojar*, ἀποβάλλω, idem ac jacio, vel procul jacio, abjicio. *Virg. 6. Æneid.* Projice tela manu. *Cic. 1. Tuſc. c. 43.* Durior Diogenes, & id quidem ſentiens, ſed ut Cynicus aſperius, projici ſe juſſit inhumatum. *Cæſ. l. 3. B. C.* Atque arma projicere juſſit. *Virg. Æn. 12. v. 255.* prædamque ex unguibus ales projecit fluvio. *h. e.* in fluvium. ¶ Item pro extra jacere, ejicere. *Cic. in Catil. 2. c. 2.* Quod tantam peſtem evomuerit, foraſque projecerit. *Id.* Quid ſi eum ex urbe projeceris? ¶ Item pro proſternere, ut Projicere ſe ad pedes. *Cæſ. l. 1. B. G.* Qui cum eum in itinere conveniſſent, ſe ſeque ad pedes projeciſſent. ¶ Item pro effundere. *Hirt. l. 4. bell. Alex.* Ut lacrymas, quas in colloquio projecerat, &c. *Senec. epiſt. 10.* Repeto memoria, quam magno animo quædam verba projeceris: gratulatus ſum mihi, & dixi, non a ſummis labris iſta venerunt, habent hæ voces fundamentum. ¶ Item pro porrigere, extendere. *Cic. in Top. c. 4.* Quantum parietis communis tegendi cauſa tectum projiceretur. ¶ Tranſlate capitur pro relinquere, omittere. *Cæſ. l. 2. B. G.* Et patriam virtutem projeciſſent. *Horat. de art. poet. v. 97.* Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba. *h. e.* verborum magnificentiam abjicit, & humili ſermone utitur. ¶ Item pro exerere, oſtendere. *Cic. 2. Fin.* Quod ſtuprum, quæ libido non ſe proripiet, ac projiciet? ¶ Item pro animum deſpondere, ſeu demittere. *Cic. Att. l. 9.* Primæ movent, & rogant, ne me projiciam. ¶ Item proſtrare, vel exponere. *Stat. 1. Theb. v. 388.* hic artus imbri, ventoque rigentes Projicit.

Proin, adv. idem ac proinde. *Ter. Eun. 2. 1. 11.* Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.

Proinde, adv. *perciò*, *per la qual coſa*, לכן, Germ. *darumb*, Gall. *partant*, Hiſp. *por eſſo*, τοιγαροῦν, ideo, ideoque, propterea, quapropter, ex *pro*, & *inde*. Semper dependet ex ſuperiore ſententia. *Cic. l. 15. Fam. ep. 6.* Proinde fac, magnum animum habeas. ¶ Ponitur aliquando pro adverbio ſimilitudinis, eandemque ſignificationem habere videtur, ac perinde, variiſque particulis jungitur. *Cic. pro Dom.* Proinde quaſi iſti aut de Cn. Pompejo aliter, atque ego exiſtimo, ſentiant. *Tacit. Ann. 12. c. 60.* Decreta eorum proinde haberi juſſerat, ac ſi Magiſtratus Romani conſtituiſſent. *Id. 1. hiſt. c. 50.* Proinde a nobis donativum ob fidem, quam ab aliis pro facinore accipietis. *Terent. Phorm. 2. 3. 35.* Proinde expiſcare, quaſi non noſſes.

Proliium, ii, pro prælium quidam legunt apud *Plaut. Mrn. 1. 3. 3.*

Prolabor, eris, lapſus ſum, d. 3. *traſcorrere*, נפל, Germ. *nider fallen*, Gall. *gliſſer*, *tomber*, Hiſp. *caer*, *deslizar*, προάγομαι, ultro labor. *Cic. 2. de nat. Deor. ex Poeta*. At canis ad caudam ſemper prolabitur Argo. ¶ Sumitur etiam pro cadere. Hinc prolabi dicuntur, qui veſtigio in loco lubrico poſito procidunt, aut ægre ſe ſuſtinent. *Liv. l. 5.* Traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe. *Id. l. 27. c. 35.* Prolabi per caput. ¶ Tranſlate accipitur pro longius oratione provehi, ſeu excurrere. *Cic. pro Cæl.* Tamen me longius prolapſum eſſe, quam ratio veſtri judicii poſtulavit. ¶ Item pro ſenſim ad rem aliquam accedere. *Cic. 1. de Leg.* Libenter ad iſtam orationem tecum prolaberer. *Senec. Controverſ. 15.* Eo jam prolapſi ſunt mores. *Liv. l. 30.* Prolabi in miſericordiam. *Tacit. 2. Ann. c. 10.* Paulatim ad jurgia prolapſi. ¶ Item errare, falli. *Cic. pro Quint.* Fore, ut in multis rebus timore prolaberer. *Id. Att. l. 1. ep. 17.* Se cupiditate prolapſos nimium regno conduxiſſe.

Prolapſio, onis, f. *lo ſdrucciolare*, actus prolabendi. *Cic. pro Cæl. c. 17.* Quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poſſet.

Prolapſus, a, um, particip. *caduto*, προαχθεὶς. *Virg. 2. Æn. v. 555.* prolapſa videt Pergama.

Prolatatio, onis, f. dilatio, *dilazione*. *Tac. l. 3. hiſt. c. 82.* Sed omnem prolatationem ut inimicam victoriæ ſuſpectabant.

Prolatatus, a, um, dilatus, protractus, extenſus, partic. a prolator. *Tac. l. 13. Ann. c. 34.* Prolatatum inter Parthos, Romanoſque de obtinenda Armenia bellum acriter ſumitur.

Prolatio, onis, ὑπέρθεσις, extenſio, protenſio. *Liv. l. 31. c. 5.* Et prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi. ¶ Sumitur etiam pro dilatione. *Cic. pro Rab. perduell. c. 3.* Cum alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur. *Id. Attic. 7. ep. 15.* Nec enim rerum prolatio, nec Senatus diſceſſus tardabit. *ſuſpenſione de' pubblici affari*, *tempo di ferie*. V. *Prolatus*. *Plaut. Mil. 2. 2. 95.* Trecentæ poſſunt cauſæ colligi: non domi eſt, abiit ambulatum, dormit; quantumvis prolationum. ¶ Item narratio, expoſitio. *Cic. in Orat.* Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio.

Prolato, as, a. 1. *dilatare*, *ampliare*, παρατείνω, dilato, extendo. *Col. in præf. l. 1.* Quibus diuturna permittentes pacis prolatare licuit tam ruſticam. ¶ Eſt etiam producere ſecundum tempus, differre, protrahere. *Cic. in Catil. 4. c. 3.* Id opprimi ſuſtentando, ac prolatando nullo pacto poteſt. *Sall. in Catil.* Dubitando, & dies prolatando. *Tac. l. 6. c. 42.* Sed ubi diem ex die prolatabant. *Id. annal. 11. c. 37.* Prolatare vitam. *Liv. l. 21. c. 5.* Nihil prolatandum ratus.

Prolatus, us, m. prolatio. *Tertul. adverſ. Valentinian. c. 33.*

Prolatus, a, um, nom. ex partic. expoſitus, allatus, allegatus. *Cic. 2. Div. c. 66.* Multa ſunt ex Hiſtoriis prolata ſomnia. *Id. Attic. l. 10.* Prolatus de te rumor. *Ter. Hec. 1. 2. 29.* Non eſt opus prolato. ¶ Item valde commotus, *traſportato*. *Lucan. l. 2.* Cæſar calida prolatus ab ira. ¶ Item dilatus, productus. *Id. Q. Fr. l. 4. epiſt. 8.* Prolatæ res, ad interregnum comitia adducta. *Lucanus* (ſeu quis alius auctor eſt) *Paneg. ad Piſon. v. 73.* ſi quando, judice feſſo, Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus. *in tempo di ferie*. res enim proferri, eſt juſtitium indicere, & a foro, & publicis muneribus ceſſare. Jocoſe *Plaut. Capt. 1. 1. 10.* Ubi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt, ſimul prolatæ res ſunt noſtris dentibus. *Manut.* trahit huc locum *Cic. pro Mur. c. 13.* ſed ibi *res prolata* ſumum-

Digitized by Google

muntur pro expoſitis, & in publicum productis: alludit enim ad faſtos, quos Cn. Flavius ſingulis diebus ediſcendos populo propoſuerat, cum antea arcani eſſent.

Prolectibilis. V. Plectibilis.

Prolecto, as, a. 1. *allettare*, *luſingare*, ἐνάγω, illecto, allicio, a *lacio*, qua notat blanditiis trahere. *Cic. pro Flacc. c.* 8. Egentes, & levem ſpe largitionis, & viatico publico, privata etiam benignitate prolectas.

Prolepſis, is, f. πρόληψις, figura rhetorica, alio nomine occupatio, anticipatio, præſumptio. *Aſcon. Pedian.*

Proles, is, f. *prole*, [illegible], Ger. *geſchlecht*, Gal. *generation*, *des enfans*, Hiſp. *generacion*, *hijos*, γενεά, γονή, γένος, progenies, liberi. Dicitur non ſolum de hominibus, ſed etiam de beſtiis, imo etiam de plantis. *Cic.* 3. *de Leg.* Equitum, peditumque prolem deſcribunto. *Colum. l.* 7. *c.* 6. *de caprino pecore*. Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. *Virg.* 2. *Georg. v.* 1. Prolem tarde creſcentis olivæ. *Id.* 6. *Æn.* Silvius tua poſtuma proles. ¶ In plur. numero *Colum. l.* 10. *v.* 143. Privignaſque rogat proles. ¶ *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 63. *ex poeta*. Ferrea tum vero proles exorta repente eſt, h. e. ferreum ſæculum. ¶ Proles interdum dicuntur ipſi teſticuli, in quibus tota vis ineſt prolis generandæ. *Arnob. l.* 7. Polimina ſunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus. *Id. l.* 5. Circumjectis prolibus membranulæ.

Proletarii, m. 2. homines pauperrimi in Plebe Romana, qui ſecundum *Dionyſium* minus, quam duodecim minas cum dimidia poſſidebant, ſecundum *Livium* minus, quam undecim millia æris, ſecundum *Gellium* non plus, quam mille, & quingenta æris. Dicti ſunt e *prole*, quod via alia Remp. juvarent, quam prole, quod raro ad militiam conſcriberentur, & fere procreandæ prolis gratia in urbe relinquerentur. *Arnob. l.* 2. *Feſt. Gel. l.* 16. *c.* 10. & *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. 5. 4. ¶ Proletariorum melior conditio fuit, quam capite cenſorum. Nam capite cenſi aut nullo, aut minore ſaltem, quam proletarii, ære cenſebantur. *Gell. l. c. Sigon. l.* 1. *c.* 4. ¶ Translate proletarius ſermo pro vili, ut plebejo accipitur. *Plaut. Mil.* 3. 1. 157. Nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes utere.

Prolevo, as, *ſollevare*, ſurſum levo. *Tertull. de pœnit. c.* 4. Illæ te peccatorum fluctibus merſum prolevabit.

Prolibo, as, a. 1. προλείβω, ante libo, prægusto. *Plin. l.* 28. 5. 4. Alii e tribus puteis pari menſura aquas miſcent, & prolibant novo fictili.

Prolicio, es, icui, n. 3. emano, profluo. *Varr. apud Iſidor. in Gloſſ.* Demum ubi prolicuit dulcis unda.

Prolicio, is, exi, ectum, a. 3. ἐνάγω, allicio, induco. *Plaut. Cur.* 1. 1. 2. Ejus amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Proliquatus, a, um, nom. particip. eliquatus. *Apul. in Apolog.* An, ut alii Philoſophi diſputant, radii noſtri mediis oculis proliquati, & lumini extario mixti &c.

Prolixe, adv. *largamente*, δαψιλῶς, admodum liberaliter, large, abundanter, cumulate, copioſe. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi. *Id. pro Flacc. c.* 36. Prolixe, cumulateque facere aliquid. *Ter. Eun.* 5. 8. 35. Accepit hominem nemo melius prorſus, nemo prolixius. *Sueton. in Tito*, *c.* 7. Prolixius favere aliquem. *Apul. l.* 4. *A. A.* Arbores prolixe foliatæ.

Prolixitas, atis, f. 3. μῆκος, longitudo. *Arnob. l.* 7. Colubræ prolixitatis immenſæ. *Symmach. l.* 2. *ep.* 8. Literarum prolixitas.

Prolixitudo, inis, f. idem ac prolixitas. *Pacuvius apud Non. c.* 2. *n.* 697. Oro, in me ne flectas fandi prolixitudinem.

Prolixo, as, a. 1. *allungare*, longum facio, extendo. *Colum. l.* 4. *c.* 24. Monendus putator eſt, ut prolixet aciem ferramenti, & quantum poteſt, novaculæ ſimilem reddat.

Prolixus, a, um, *copioſo*, *abbondante*, *lungo*, ארך, Ger. *lang*, *and weit*, Gal. *long*, Hiſp. *largo*, μακρός, ἐκτενής, longus, & latus, quaſi porro laxus. *Ter. Heaut.* 2. 3. 49. Capillus paſſus, prolixus, circum caput negligenter rejectus. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 9. Licet videre fructuoſas ſegetes, ac reſtibilis, & arbores prolixas. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 34. Prolixa barba. *Sueton. in Claud. c.* 30. Nam & prolixo, nec exili corpore erat. ¶ Translate ſumitur pro liberali, benevolo, propenſo. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 3. Ariobarzanes in Pompejum prolixior. *Id. ad Capiton. poſt epiſt.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Plancum hoc animo libenti, prolixoque facere. *Id. l.* 3. *Fam. epiſt.* 8. Etſi de tua prolixa, beneficaque natura limavit aliquid poſterius annus. ¶ Item pro prompto, facili. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 1. Cætera ſpero prolixa eſſe his duntaxat urbanis competitoribus.

Prologium, ii, προλόγιον, principium, prologus. *Pacuvius apud Feſt.* Exanimavit me prologio ſuo.

Prologus, gi, m. *prologo*, *prefazione*, [illegible], Ger. *vorrede*, Gal. *preface*, Hiſp. *prologo*, πρόλογος, proloquium, ſive præfatio fabulæ, in qua aut poeta excuſatur, aut fabula commendatur, aut aliquid lucem ei afferens præmittitur. *Ter. in prol. Phorm. v.* 14. Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prius, nullum invenire prologum potuiſſet novus, quem diceret. ¶ Ponitur aliquando pro ipſo homine prologum referente. *Id. in prol. Heaut.* Oratorem eſſe voluit me, non prologum. *Id. in prol. Hecyr.* Orator ad vos venio ornatu prologi.

Prolongo, as, a. 1. *prolungare*, [illegible], Ger. *verlængeren*, Gal. *prolonger*, Hiſ. *alargar*, *prolongar*, ἀναβάλλομαι, protraho, profero, longius facio. *Plin. l.* 13. *c.* 3. Veſtes prolongant tempus. *Sen. de Benef. l.* 5. *c.* 17. Ut prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem. Utroque tamen loco optimæ editiones habent *prorogo*.

Proloquium, ii, n. *ſentenza*, *propoſizione*. *Varr. apud Gell. l.* 16. *c.* 8. Proloquium eſt ſententia, in qua nihil deſideratur: eſt autem hujuſmodi (ſubdit ipſe *Gell.*) Hannibal Pœnus fuit: Scipio Numantiam delevit, &c. Addit præterea, e Cicerone dictum *pronunciatum*: e Dialecticis ἀξίωμα appellari: duo ejus eſſe genera, disjunctum, & copulatum, &c. Eum conſule.

Proloquor, eris, utus ſum, d. 3. *parlare*, προεῖπεῖν, idem eſt, ac loquor, ſeu quod in animo habeo, loquendo effero, animi mei ſenſa claris, apertiſque verbis effero. *Varro c.* 5. *de L. L.* Prolocutum dicimus, cum animo quod habuit, extulit, loquendo. *Ter. And.* 1. 5. 21. Cenſen', me ullum potuiſſe verbum proloqui? *Cic. in Or.* Qui uſiat artem pudere proloqui, quam factitem. *Enn. apud Cic. Tuſcul.* 3. *c.* 26. Proloqui cœlo, atque terræ Medeæ miſerias.

Proloquutor, vel Prolocutor, oris, m. *conſigliero*, *avvocato*, qui pro aliquo loquitur. *Quintil.* (*ſeu quicumque alius auctor eſt*) *declam. quæ inſcribitur*, *Tribunus Marianus*. Crimen quod Tribuno mendaciſſimus proloquutor objecit.

Prolubido, idinis, f. idem ac prolubium. *Varr. l.* 5. *L. L.*

Prolubium, ii, cupiditas, voluptas, a *lubet*. *Gell. l.* 16. *c.* 19. Feros, & immanes navitas prolubium tamen audiendi ſubiit. *Terent. Adelph.* 5. 9. 23. Quod prolubium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? *Donatus* hoc loco interpretatur promptum animum ad largiendum. Quidam legunt *proluvium*, hoc eſt profuſio, prodigentia.

Proludium, ii, n. idem quod præludium. Legitur hæc vox in quibuſdam Codicibus *Gellii l.* 5. *c.* 10. ſed meliores habent *prolubium*.

Proludo, is, uſi, ſum, a. 3. *provarſi*, προαγωνίζομαι, eſt futurum certamen meditari, & exercendarum virium cauſa, confirmandique animi veluti ſimulacrum quoddam certaminis inire. *Virg.* 3. *Georg. v.* 234. Et ſparſa ad pugnam proludit arena. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Or. c.* 80. Sed ut ipſis ſententiis, quibus proluſerunt, pugnare poſſint. *Juven. ſat.* 5. *v.* 26. Jurgia proludunt, ſed mox & pocula torques.

Prolugeo, es, n. 2. diu lugeo. *Feſt.* Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent.

Proluo, is, ui, utum, a. 3. ἀποπλύζω, idem, ac lavo, vel multum, ſive multo tempore lavo, ex *pro*, & *luo*. *Perſ. in prol.* Nec fonte labra prolui Caballino. *Hor. l.* 2. *Serm. ſat.* 4. Leni præcordia mulſo prolueris melius. ¶ Proluere cloacam, eſt aquam in cloacam infundere, quæ ſecum rapiat ſordes. *Plaut. Curc.* 1. 2. 29. Age, effunde hoc cito in barathrum, prolue cloacam. ¶ Sæpe proluo ponitur pro ſuperfluere. *Cal. l.* 2. *c.* 18. Quoniam impetus aquarum proluit terram. *Virg. Georg.* 1. Proluit inſano contorquens vortice ſilvas Fluviorum rex Eridanus. ¶ Translate *Gell. l.* 2. 2. 24. Cum plerique familiam pecuniamque ſuam prandiorum gurgitibus proluiſſent. h. e. dilapidaſſent.

Proluſio, onis, *proluſione*, *prova*, προγύμνασμα, actus proludendi, præexercitatio, principium certaminis. *Cic.* 2. *de Or.* Atque ejuſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut Samnitium, &c. ¶ Transfertur ad cauſas, & alia. Sic Cicero Divinationem ſuam proluſionem Verrinæ accuſationis vocat. In ea enim de conſtituendo accuſatore Verris agebatur. Verba *Cic.* ſunt *l.* 14. Sin mecum in hac proluſione nihil fueris, quem te in ipſa pugna cum acerrimo adverſarium fore putemus?

Proluſorius, a, um, adject. ut proluſorium judicium, h. e. præjudicium, *l.* 14. *Dig. de Appellat. & relat.* Alii leg. *periuſorium*.

Prolutus, a, um, partic. e proluor. *Hor. l.* 1. *Serm. ſat.* 5. Abſentem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta. h. e. qui multam vappam bibit.

Proluvies, ei, f. 5. *immondezza*, [illegible], *wuſt*, Gal. *ordure*, Hiſp. *immundizia*, *ſuziedad*, λῦμα, ſordes, immunditiæ, abundantia cujuſcunque rei ſordidæ, ſordis effuſio, e *proluendo*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 216. Fœdiſſima ventris proluvies. ¶ Ponitur etiam pro alluvie, ſive aquarum redundantia. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 7. Romæ, & maxime Appia, ad Martis, mira proluvies. Nonnulla exemplaria habent *alluvies*. ¶ Proluvies alvi eſt profluvium, fluxus. *Colum. l.* 10. *c.* 38.

Proluvio, onis, f. *aſcreſcenza d' acque*, *diluvio*. *Apul. de mundo*. In Occidentis plagis ſcaturigines quædam, ac proluviones eaſdem ſtrages dederunt.

Proluvioſus, a, um, adject. *Q. Fabius Laudius apud Fulgent. de priſco ſerm. n.* 31. Proluvioſa priſtis. h. e. proluvionis more ſe diffundens.

Proluvium. V. Prolubium.

Prolytæ. V. Lytæ.

Promano, as, n. 1. mano, emano. *Senec. de conſtant. ſapient. c.* 18. Chæreæ tribuno militum ſermo promanaverat. Ita habent Editiones quædam: ſed Eruditi ex MSS. fide correxerunt pro mano erat.

Promagiſter, tri, qui magiſtri vices gerit, *ſoſtituto*. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 426. *n.* 3. C. Junio C. F. Quir. Flaviano Promagiſtro XX. Heredit. &c.

Promatertera, æ, f. *Cajus l.* 1. *Dig. de Gradib.* Proavunculus, promatertera, id eſt proaviæ frater, & ſoror.

Promello, is, n. 3. eſt procraſtinare, & ſpeciatim litem differre, a μέλλω, *morari*, *cunctari*. *Feſt.* Promellere Verrius ait ſignificare litem promovere.

Promenervat, monet. Eſt in Saliari carmine, apud *Feſtum*.

Promercalis, & le, o. 3. *da vendere*, Ger. *das zu verkauffen iſt*, Gal. *qui eſt a vendre*, Hiſp. *vendedero*, ὤνιος, quod venditioni expoſitum eſt. *Suet. in Caſ. c.* 54. Ut auro abundaret, terniſque millibus nummum in libras promercale per Italiam, provinciaſque divenderet. Ubi aurum promercale vocat id, quod Cæſar vendidit ſuperans ſibi, reſervata tanta auri copia, quanta ſuo uſui ſatis eſſet. ¶ Promercale etiam dicitur, quod primo minoris emitur, ut poſtea pluris diſtrahatur. Hujuſmodi negotiatores Græco vocabulo propolæ nuncupantur. *Suet. de Cl. Gramm. c.* 23. Cum & officinas promercalium veſtium exerceret. *Col. l.* 1. *c.* 8. Pecuniamque domini neque in animalibus, aut aliis rebus promercalibus occupet.

Promercium, ii, n. *negozio*, *mercatanzia*, negotiatio, qua aliquid emitur, ut pluris vendatur. *l.* 3. *Dig. ad leg. Cornel. de ſicar.* Qui hominem libidinis, vel promercii cauſa caſtraverit. Et *l.* 41. *Dig. de legat. & fideicom.* 1. Promercii cauſa aliquid habere.

Promereo, es, a. 2. idem ac promereor. *Plaut. Trin.* 3. 2. 15. Quin dicam ea, quæ promeres. *Ter. Adelph.* 2. 1. 47. Quando bene promeruit, fiat. ¶ Item concilio, propitium reddo. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 1. Vota tua promerere deos dextrus marito.

Promereor, eris, ritus ſum, d. 2. idem ac mereor. Sumitur & in bonam partem, & in malam. *Cic.* 2. *Invent.* 1. 37. ſicut levius punitus eſt, quam ſit promeritus. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Etenim ſi in promerendo, ut ſibi tanti honores haberentur, fuiſti diligentiſſimus. ¶ Sumitur etiam pro beneficium præſtare, conferre beneficium in aliquem, alicui, promereri. *Virg.* 4. *Æn.* Nunquam Regina negabo promeritam. *Cic.* 2. *Off. c.* 15. Et tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.

Promeritum, i, idem ac meritum. *Cic. ad Quir. poſt red. c.* 4. Quare hoc majus eſt in nos veſtrum promeritum. quod &c.

Prometheus, i, m. Προμηθεύς, filius Japeti, ex Aſia Nympha conjuge, frater Epimethei, pater Deucalionis, cui mandatum eſt, ſecundum fabulas, ut hominem effingeret, & ornaret, quemadmodum Epimetheus, ut bruta animantia. Dictus eſt a προμήθεια, *providentia*. Fuit enim prudentiſſimus. Aliqui hoc nomine Divinam providentiam intelligunt. Alii Prometheum volunt eſſe ordinem ſublimium Dæmonum, Epimetheum inferiorum. *Ficin. in Protag.* Dicitur hominem ex luto formaſſe, & ex cœleſti igne animaſſe, quem ignem fertur, Minervæ auxilio in cœlum cum aſcendiſſet, admota facula ad rotam ſolis furatus eſſe. Ob quam cauſam irati Dii terris immiſerunt febrem, & morbos: ipſum vero Prometheum in Caucaſo monte rupi alligatum damnaverunt, immiſſo vulture, qui æternum ejus viſcera exederet, nec unquam conſumeret. Hæc *Servius* pluribus tradit in *Eclog. Virg.* 6. ¶ Accipitur interdum pro quovis figulo. *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 133. Debetur magnus patinæ ſubitusque Prometheus.

Promethëus, a, um, per 4. ſyllabas, προμήθειος, quod ad Prometheum ſpectat, ut Juga Promethea, id eſt Caucaſus. *Propert. l.* 1. *el.* 12. An quæ Lecta Prometheis dividit herba jugis? Loquitur de aconito, quod naſcebatur ex cruore Promethei. *Martial. l.* 10. *ep.* 39. Prometheum lutum.

Promethides, æ, m. Προμηθιάδης, Deucalion, fil. Promethei. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 390. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet.

Promico, as, cui, n. 1. *gettare da lungi*, *ſpargere*, eſt extendere, vel longe jacere, ut *Nonius* inquit. *Nævius apud eund. c.* 1. *n.* 329. Multa longe promicanda oratio eſt. *Apul. l.* 3. *A. A.* Lacrymis promicantibus. h. e. emanantibus.

Prominens, tis, nom. ex particip. *prominente*. *ſporto in fuori*. *Martial. l.* 5. *epigr.* 4. *de muliere bibaci*. Hanc tu rubentem prominentibus venis &c. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Prominentius cauda. *Liv. l.* 27. Prominens collis. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 16. Prominentia montium.

Prominenter, adv. prominendo. *Cœl. Aurel. l.* 2. *Acut. c.* 11. Paulo prominentius a lecto producendus æger.

Pro-

Promiorentia, æ, f. *prominenza*, locus prominens. *Vitruv. l. 6. c.* 11. Habens ſummam prominentiam. *Solin. c.* 27. Africa extenta in duas prominentias. h. e. in duo promontoria.

Promineo, es, nui, n. 2. *eſtenderſi in fuori*, Germ. *voraußgehen*, Gall. *ſaillir, apparoir*, Hiſp. *ſobrepujar*, ἐξέχω, exto, emineo, ultra emineo. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *de dentibus*. Præterquam eos, qui prominent. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 778. Prominet in Pontum collis. ¶ Tranſlate ponitur pro extendi, durare. *Liv. l.* 28. Maximaque pars ejus in memoriam, ac poſteritatem promineat.

Promino, as, a. 1. idem ac mino, id eſt pecus ago, duco. *Apulejus l.* 9. Jumenta ad lacum proximum bibendi gratia prominabat.

Prominulus, a, um, adject. diminut. aliquantum prominens. *Solin. c.* 27. Prominulæ mammæ. *Capitolin. in Pertin. c.* 13. Ventre prominulus.

Promiſcam, adv. idem ac promiſcue. *Plaut. Pſeud.* 4. 5. Ut mea lætitia lætus promiſcam ſiet. Adde *Feſtum*, & *Varr. apud Taubman. ad loc. cit. Plauti*.

Promiſce, adv. idem ac promiſcue. *Vaſſ. in Miſc. Plaut. Perſ.* 4. 3. *ſc. ult. v.* 62. Promiſce hunc volo ludificari. Ita quidem emendat Acidalius. Alii aliter leg.

Promiſceo, es, a. 2. commiſceo, permiſceo. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 6. Nec aliter tam controverſa ſibi ac repugnantia promiſceri, terram dico, & ignem, potuiſſe, niſi duobus mediis aeris & aquæ nexibus vincirentur.

Promiſcue, adverb. *confuſamente*, συμμιγῶς, mixtim, confuſe, inſerte, a miſceo. *Cic. pro Pont.* Unum eſt enim, & ſimplex aurium judicium, & promiſcue, & communiter ſtultis, ac ſapientibus ab natura datum. *Liv. l.* 3. *c.* 47. Pecudum, ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere. *Gell. l.* 20. *c. ult.* Indiſtincte, atque promiſcue.

Promiſcuus, a, um, *meſcolato, confuſo*, בלול, Ger. *vermiſchet*, *meslé, mis pele mele, commune à pluſieurs*, συμμιγής, mixtus, confuſus, incertus, a miſceo. *Liv. l.* 39. Stupra promiſcua ingenuorum, feminarumque erant. *Salluſt. in Catil. c.* 12. Divina atque humana habere promiſcua. h. e. confundere. *Tacit.* 1. *Ann. cap.* 48. Promiſcua cædis uti. h. e. nullo habito diſcrimine innocentium, & reorum. ¶ Apud Grammaticos genus promiſcuum, vel epicœnum eſt illud, quod utrumque complectitur. *Quinctil. l.* 1. *c.* 4. Qui promiſcua, quæ epicœna dicuntur, oſtenderit. ¶ Sumitur etiam promiſcuus pro mutuo. *Plaut. Rud.* 4. 4. 138. Quando operam promiſcuam damus. *Lac. l.* 4. *c.* 2. Quam enim aliam vim connubia promiſcua haberet?

Promiſcus, a, um, adject. idem ac promiſcuus. *Gell. l.* 16. *c.* 13. De cujus opinionis tam promiſcæ erroribus Hadrianus peritiſſime diſſeruit. *Id. l.* 13. *c.* 28. Ingentem, atque promiſcam multitudinem volans oſtendere.

Promiſſio, onis, *promeſſa*, ἐπαγγελία, actus promittendi. *Cic.* 8. *Phil.* Scelerum enim promiſſio & iis, qui expectant, perniciosa eſt, & iis, qui promittunt. *Id.* 4. *Fam. ep.* 13. Promiſſio auxilii.

Promiſſive, adv. promittendo, cum promiſſione. *Tertull. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 10. Portemus, inquit, non portabimus, præceptive, non promiſſive.

Promiſſor, oris, m. qui promittit. *Hor. de ar. poet. v.* 138. Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Promiſſum, i, *promeſſa*, ἐπάγγελμα, id, quod promittitur. *Cic. pro Dejot.* Iſtam, inquam, dexteram non tam in bellis, & in præliis, quam in promiſſis, & fide firmiorem. *Id.* 3. *Offic. c.* 24. Servare promiſſa. *Id. Phil.* 1. Promiſſa facere. *Id. Off. l.* 1. *c.* 10. Stare promiſſis. *Id.* 7. *Verr. c.* 53. Satisfacere promiſſo. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 58. Largus promiſſis. Sic dicimus, promiſſa implere, ſolvere &c. *Cic. ſæpe*, & *Liv.*

Promiſſus, a, um, *lungo*, longus, productus. *Plin. l.* 7. *ep.* 27. Promiſſa barba. *Liv. l.* 38. *c.* 17. Comæ promiſſæ. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Promiſſo ventre arietes. ¶ Item *promeſſo*. *Virg. Æn.* 4. *v.* 551. Promiſſa fides. *Horat. epod.* 14. Promiſſum carmen.

Promiſſus, us, m. promiſſio. *Manil. l.* 5. *v.* 577. flenteſque parentes Promiſſu vitæ recreat.

Promitor, oris, m. qui promit. *Servius in* 1. *Georg. ex Fabio Pictore* tradit, Flaminem Cerealem, dum ſacrum faceret, inter alios Deum promitorem invocaſſe.

Promitto, is, ſi, ſſum, a. 3. *allungare, diſtendere*, προβάλλω, proprie eſt producere, & porro mittere. *Liv. l.* 6. *c.* 16. Multos mortales capillum, ac barbam promiſiſſe. *Cæſ. l.* 8. *B. G. c.* 9. Audacius, longiuſque tela promittere. *Plin. l.* 16. *c.* 26. Nec ulla arbor avidius ſe promittit. ¶ Sumitur etiam pro polliceri, ſpondere, recipere, *promettere*, Ger. *zuſagen*, Gal. *promettre*, Hiſ. *prometer*, ὑπισχνεῖσθαι. *Cic.* 1. *de Div.* Ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis? *Id. ad Brut. l.* 13. Sed tamen ſeparatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptati, & uſui. ¶ Promittere ad cœnam, ad fratrem, &c. eſt polliceri, ſe iturum ad cœnam, ad fratrem, &c. *Cic.* 2. *de Or.* Tum, cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiſerat. *Plaut. Moſt.* 4. 3. 13. Promiſi foras ad cœnam. h. e. promiſi, me iturum foras. ¶ Interdum eſt minari. *Virg.* 2. *Æn.* Et me, fors ſi qua tuliſſet, ſi patrios unquam remeaſſem victor ad Argos, promiſi ultorem. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 6. Quin ſurrepturum pallium promiſit mihi. ¶ Damni infecti promittere, eſt ſpondere ſe, ſi quod damnum opera ſua inferatur, compenſaturum. *Cic. in Top.* At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix vitii fecerit. ¶ Cum infinitivo præſenti, *Plin. l.* 37. *c.* 9. Eas gemmas Magorum vanitas reſiſtere ebrietati promittit. h. e. affirmat.

Promo, is, pſi, ptum, a. 3. *dar fuori, cavar fuori*, הוציא, Ger. *farber nemmen*, Gal. *mettre hors*, Hiſp. *ſacar a fuera*, προχειρίζομαι, ἐξάγω, profero, expono, in medium affere, a pro, & *emo*, qua antiquis notabat ſumere, capere. *Cic.* 5. *Verr. c.* 84. Cum tibi Senatus ex ærario pecuniam prompſiſſet. *Id.* 2. *Fin.* Promere de narthecio medicamenta. *Horat. epod.* 2. Promere vina dolio. ¶ Tranſlate ſumitur pro eloqui, manifeſtare, palam facere. *Cic. Att. lib.* 9. Nunc certe promenda tibi ſunt conſilia. *Id.* 1. *de Orat.* Aliquid ex ſilveſtri obſcuriore promere. *Plin. in Panegyr.* Jubes, quæ ſentimus, promere in medium. *Horat. Epod. ult. ſeu carmine ſeculari*. Alme Sol, curru nitido diem qui Promis, & celas. h. e. aperis.

Promonſtrum, i, idem ac monſtrum, prodigium. *Feſt.*

Promontorium, ii, *promontorio*, ἄκρα, rupes in mare prominens, ſive prominentia mari incumbens. Eſt a *mons*, ut quidam putant, vel a *promineo*, ut alii, qui & *promunturium* legi ajunt in veteribus quibuſdam libris. *Cic.* 6. *Ver.* Ab eo oppido non longe in promontorio fanum eſt Junonis antiquum. ¶ Dicitur etiam de quolibet prominentia, quæ ad mare non ſit. *Liv. l.* 21. *c.* 35. Annibal in promontorio quodam conſiſtere juſſis militibus Italiam oſtentat, ſubjectoſque Alpinis montibus Circumpadanos campos.

Promotio, onis, *promozione*, actus promovendi. *Firmic. l.* 3. *c.* 7. Et promotionibus aliquibus adornantur, & ex his rebus augmenta patrimonii conſequuntur. *Aſcon. Pedian. in* 3. *Ver.* Aſconius nomen eſt ordinis, & promotionis in militia.

Promotor, oris, m. qui promovet, & prodeſt, patronus. *Ammian. l.* 21. *c.* 1. Nullo arbitrio ejus promotorum ſuſcepto, præter Nebridium.

Promotus, us, m. promotio. *Tertul. de cor. mil. c.* 3. Ad omnem progreſſum, atque promotum.

Promotus, a, um, *promoſſo*, προηγμένος, ultra motus, provectus. *Cic.* 3. *Fin. c.* 16. Quæ vel ita appellemus, vel promota, & remota. *Stat.* 1. *Achil. v.* 444. Suaſque hyemes claſſis promota, ſuoſque Attollit fluctus. *Plin. ep.* 31. *l.* 7. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes, &c. *Lucan. l.* 6. *v.* 47. Promotos Latiam longo gerit ordine vitem.

Promoveo, es, ovi, otum, a. 2. *promovere*, קידם, Ger. *furderen*, Gal. *avancer, promouvoir*, Hiſp. *promover*, προάγω, ultra moveo, proveho. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 17. Aſſa in alterum apodyterii angulum promovi. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 48. Eodem die caſtra promovit. ¶ Tranſlate eſt producere tempus, differre. *Ter. Andr.* 4. 2. 28. Quantum huic promoveo nuptias. ¶ Item pro proficere. *Ter. Hec.* 4. 4. 18. Abibo hinc præſens, quando promoveo parum. *Gel. l.* 5. *cap.* 10. Cum in ſtudio facundiæ abunde promoviſſet. ¶ Ponitur etiam pro extendere. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 9. Roma niſi immenſum vires promoviſſet in orbem. *Sueton. in Ner. c.* 16. Promovere mœnia. ¶ Item pro admovere. *Tac.* 15. *Ann. c.* 4. Promovere ſcalas, & machinamenta. ¶ Promovere aliquem, eſt evehere. *Suet. in Othone, c.* 1. Quamvis ob id ipſum promotos in ampliorem gradum a Claudio ſciret. ¶ Promovere arcana loco, pro detegere. *Horat. Epod.* 11.

Promptarius. V. Promptuarius.

Prompte, adv. *prontamente*, προθύμως, confeſtim, alacriter, ſine cunctatione. *Celſ. l.* 2. *c.* 1. Morbi promptius finiuntur. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 17. Ego vero Corelliæ adero promptiſſime. *Tac.* 4. *Ann. c.* 11. Prompte refutare.

Promptim, adverb. prompte. *Tertul. in Gen. c.* 3. dum dicit lumina promptim Aſſulſiſſe ſibi.

Prompto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a promo. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 33. Superum promptes theſauros Jovis.

Promptuarium, ii, *diſpenſa*, אוצר, Germ. *ſpeiſſkammer*, Gal. *diſpenſe*, Hiſp. *deſpenſa*, ταμεῖον, locus, in quo res ad uſum neceſſariæ ita repoſitæ ſunt, ut ſtatim promi, ac proferri poſſint. *Symmach. l.* 9. *ep.* 72. Linguæ tuæ promptuario nunquam deſit materia. *Lactant. l.* 5. *cap.* 5. Cum promptuaria juſtorum paterent omnibus.

Promptuarius, a, um, ταμιεῖος, ex quo aliquid depromitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 4. Si me in carcerem compegerint, inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum. *Cat. de R. R. c.* 11. Arcam veſtiariam, armarium promptuarium. ¶ Legitur & *promptarius*. *Auſon. epiſt.* 21. Aliquid reportans interim munuſculi de largitate muſici promptarii.

Promptu, nom. anom. ſolius caſus ablativi, ut *natu*, *diu*, *noctu*. Conjungitur cum verbis *ſum*, *habeo*, *pono*, mediante præpoſit. in, pro promptum, ſeu paratum eſſe, vel habere, *avere*, a *eſſere in pronto*. *Cic.* 1. *Offic.* Quæ formam noſtram, reliquamque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu, id eſt in aperto, in conſpectu. *Id. pro Mur.* Quod omnibus patet, & æque in promptu eſt mihi, & aliis. *Id.* 4. *Acad.* Oportet igitur & ea, quæ pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu habere. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 33. Inſipientia eſt iram in prompto gerere.

Promptus, vel Promtus (ſic enim nonnulli ſcribere malunt, ut & ejus derivata *promte*, *promtuarium* &c.) a, um, nom. ex particip. *cavata fuori*, depromptus, eductus. *Tac. Ann.* 15. *c.* 54. Promptum vagina pugionem, vetuſtate obtuſum increpans, &c. ¶ Sæpiſſime accipitur pro eo, qui jam paratus eſt ad agendum, & in quo nulla mora eſt, expeditus, alacer, *pronto, apparecchiato*, נכון, Ger. *fertig*, Gal. *prompt*, Hiſ. *apercebido, apreſtado*, πρόχειρος. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Piſon.* Reſponſione me inimica homo promptus laceſſivit. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 15. Te eſſe hilari animo, & prompto ad jocandum valde me juvat. *Id.* 1. *Offic.* Promptiores eſſe debemus ad noſtra pericula. ¶ Vel cum dativo. *Tac.* 15. *Ann. c.* 45. Cuicunque flagitio promptus. *Id. Ann.* 11. *c.* 32. Ultioni promptus. ¶ Reperitur etiam cum genit. *Gel. l.* 20. *c.* 21. Plato veritatis homo amiciſſimus, ejuſque omnibus exhibendæ promptiſſimus. ¶ Promptus ingenio dicitur, qui ingenium ad omnia paratum habet. *Liv. lib.* 5. Is tum jam non promptus ingenio tantum, ſed uſu etiam exercitatus. ¶ Dicitur etiam de rebus, pro parato, expedito, expoſito. *Cic. l.* 5. *Fam.* Cætera, quæ tibi a multis prompta eſſe certo ſcio, a me ſunt paratiſſima. ¶ Tranſlate ponitur pro manifeſto, & aperto. *Cic.* 1. *Fin.* Altera occulta quædam, & quaſi involuta aperiri, altera prompta, & aperta judicari. *Salluſt. in Catil. c.* 10. Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere. ¶ Item pro facili. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Quæ fingere utique Græcis promptiſſimum eſt. *Id.* 6. *Ver.* Quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumque eſſet. ¶ Sæpe etiam notat facile audentem, & fortem. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 3. Laudat promptos, & in poſterum confirmat, ſegniores caſtigat, atque incitat. ¶ Promptus animi, pro animo. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 23. Promptus animi Martius.

Promulcum, i, n. idem ac remulcum. *Feſt.* Promulco agi dicitur navis, cum ſcaphæ ducitur fune.

Promulgatio, onis, f. 3. *pubblicazione*, ἀνακήρυξις, divulgatio. *Cic. Phil.* 1. *c.* 10. Illæ enim leges nulla promulgatione latæ ſunt, antequam ſcriptæ.

Promulgatus, a, um, *promulgata*, divulgatus, partic. a promulgor. *Cic. pro Mur. c.* 14. Etenim præliis promulgatis tollitur e medio non ſolum iſta veſtra verboſa ſimulatio prudentiæ. *Id. Phil.* 1. *c.* 10. Loquor de legibus promulgatis.

Promulgo, as, avi, atum, a. 1. *pubblicare*, הכריז, Ger. *aufskunden*, Gal. *publier*, Hiſp. *publicar*, ἀνακηρύττω, publico, palam pronuntio. *Feſto* placet dici a *vulgo*, quaſi provulgo. Fere dicitur de legibus. *Cic. pro Leg. Man.* Cum Gabinius de uno Imperatore contra prædones conſtituendo legem promulgaſſet. *Id. in Vatin.* Promulgariſne quæſtionem de tot ampliſſimis, & talibus viris ob judicium. *Id. pro Sext.* De meo reditu octo Tribuni promulgarunt.

Promulſidarium, ii, n. genus vaſis præbendæ promulſidi aptum. *Ulp. l.* 19. *ff. de aur. arg.* Et ideo ſcutellas, & promulſidaria contineri. ¶ Eſt etiam promulſidare, ris, n. 3. declin. *Petron. in Satyr.* In promulſidari aſellus erat Corinthius.

Promulſis, idis, f. cibi, quibus ante primum hauſtum veſcebantur, caput, ſive initium cœnæ, a *mulſum*, non tam, uti volunt, quod vice mulſi apponebatur convivis ad provocandum appetitum, quam quod daretur ante mulſum. Nam, ut ſcribit *Turneb. Adverſ. l.* 1. *c.* 24. & *Lipſ. lib.* 3. *Antiq. Lect.* veteres primam ſitim non aliter, quam mulſo ſedabant, idque, quod putarent, vacuis venis dulcem conducere potionem. *Cic. l.* 9. *Fam. epiſt.* 20. Quem tu es ſolitus promulſide conficere, integram famem ad ovum affero. ¶ Egregie promulſidis voce luſit *Petronius*, apud quem ſcortillum, cum dicere vellet, pueri Gytonis pruſulium tantum ſibi fore ad Venerem irritandam, non explendam. *Hoc*, inquit, *tam rude bello eras in promulſide libidinis noſtræ militabit*.

Promulſus, a, um, partic. ab inuſitato promulceo. *Apul. l.* 1. *Florid.* V. Præmulſus.

Promus, i, m. *diſpenſiere*, פרנס, Ger. *keller*, Gal. *diſpenſier*, Hiſ. *deſpenſero*, ταμίας, cellarius, is, qui victum familiæ ex cella penaria promit, qui præeſt ſalariis promendis, a *promo*. Differt a condo. Nam condus eſt, qui penora in cellam penariam recondit. Cæterum hæc nomina conjungi ſolent, quia duo hæc officia fere ab eodem adminiſtrabantur. *Plaut. Pœn.* 3. 4. 6. Ædepol feciſti prodigum promum tibi. *Id. Pſeud.* 2. 2. 14. Ego ſum promus condus, procurator peni. *Colum. l.* 12. *c.* 3. Promis quoque,

que, & cellariis aliquid attendentibus, aut metuentibus intervenire. ¶ Transfertur ad alia. *Plaut. Trin.* 1. 2. 44. Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori. Sic *Apul. in Apol.* promum librorum appellat illum, qui libris promendis præeſt. ¶ Adject. uſurpant *Tert. de reſur. carn.* c. 27. In cellis promit caro ſalita, & uſui repoſita ſervatur. Et *Colum. l.* 3. c. 2. Cum tam ſuburbanus eſt ager, ut ratio poſtulet inconditum fructum mercantibus velut promum vendere, *h. e.* uvas non repoſitas vendere tanquam conditas. *Id. Tertul. de reſur. carn.* c. 27. Cella proma. *h. e.* promptuaria, ſeu penaria.

Promuſcis, idis, f. proboſcis elephanti. *Plin. l.* 8. c. 7. Promuſcidem elephantorum faciliime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Al. rectius leg. *proboſcidem*.

Promutuus, a, um, adject. Promutua pecunia dicitur, quæ prærogatur, h. e. antequam debeatur, perſolvitur. *Ulpian. l.* 15. *ff. locat.* Eadem ratione Promutuum vectigal dixit *Caſ. l.* 3. *B. C.* c. 32.

Pronato, as, n. 1. idem quod nato, vel natando procedo. *Hygin. lib.* 2. *Aſtron.* c. 17. Delphines e toto mari pronatant.

Pronatus, a, um, nom. ex partic. inclinatus. *Sidon. l.* 5. *ep.* 17. Per cataſtropham ſæpe pronatus, ægre de rutnoſo flexu ſe recolligeret.

Pronaus, i, *πρόναος*, ſtructura, vel ſpatium ante templum, cui poſticum opponitur. *Vitruv. l.* 3. c. 1. *de ſacris ædibus loquens*. Dipteros autem octaſtylos & pronao, & poſtico. Adde *l.* 4. c. 4. & *l.* 5. c. 1.

Pronecto, is, a. 3. in longum tempus necto, produco. *Stat.* 4. *ſylv.* 3. v. 145. Vidi, quam ſeriem morantis ævi Pronectant tibi candidæ ſorores.

Pronĕpos, otis, m. *pronipote, biſnepote, ἀπέγγονος*, filius nepotis. *Cic.* 13. *Phil.* M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos.

Proneptis, is, f. *προέγγονη*, filia neptis. *Cajus l.* 38. *Dig. tit.* 10. *lib.* 3. Tertio gradu ſunt, ſupra, proavus, proavia, infra, pronepos, proneptis. Adde *Perſ. ſat.* 6. v. 53.

Prone, adv. cum propenſione. *Ammian. l.* 30. c. 29. Ad ſugillandum pronius inclinat.

Pronitas, atis, *inclinazione, προπάθεια*, inclinatio, propenſio. *Sen. in præf. Decl.* Neſcio, qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retro tulerit.

Prono, as, a. 1. inclino, pronum facio. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Ipſi latrones ad pavimentum deiuncti ora pronaverant.

Pronōmen, inis, n. *ἀντωνυμία*, pars orationis, quæ loco nominis ponitur, & perſonam determinatam ſignificat, ut *ego, tu, ipſe, is, meus, &c. Var. l.* 7. *de L. L. Quintil. l.* 9. c. 3.

Pronominalis, le, adject. ad pronomen pertinens, ut pronominalis conſtructio. *Priſcian. l.* 17.

Pronominatio, onis, *ἀντονομασία*, figura rhetorica, quæ cognomine extraneo aliquid demonſtrat, omiſſo proprio nomine, ut ſi quis *Africanum* dicat, omiſſo *Scipione*. *Auct. ad Her. l.* 4. c. 31.

Pronūbo, as, n. 3. nuptiis præſum. *Feſt.*

Pronūbus, a, um, qui nuptiis præeſt celebrandis ex parte uxoris, ſicut auſpex ex parte viri. Inde Juno pronuba dicebatur, quia nuptiis præeſſet. *Virg.* 4. *Æn.* v. 166. Prima & Tellus, & pronuba Juno Dant ſignum. ¶ Tranſlate dicitur de ingenito quodam ardore, qui ætate matura virgines ad nuptias provocat. *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proſerp.* v. 131. Tenerum jam pronuba flamma pudorem Sollicitat.

Pronumĕro, as, a. 1. idem quod numero, vel ante numero. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 10. Peto, ut ſi qui verſiculi mihi ſuxerunt, hos tibi pro quadam morarum mercede pronumerem.

Pronuntiabilis, le, adject. qui pronuntiari poteſt. Apud *Apul. de dog. Plat.* oratio pronuntiabilis idem eſt, ac Logica propoſitio.

Pronunciatio, onis, f. *pronunzia, ἐκφώνησις*, actus pronuntiandi. *Cic. pro Cluent.* c. 20. Oppianico lege, & pronunciatione nondum condemnato, tamen Habitus Oppianicum reum ſtatim non fecit. ¶ Sumitur etiam pro propoſitione. *Cic. de Fat.* Quid eſt, quod non omnis pronunciatio aut vera, aut falſa ſit? ¶ Apud Rhetores pronunciatio idem eſt, atque actio, ideſt moderatio corporis, & vocis, qua res inventæ, diſpoſitæ, exornatæ, & memoria perceptæ eleganter, & decore juxta earum dignitatem exprimuntur. *Auct. ad Her. l.* 1. c. 2. Pronunciatio eſt vocis, vultus, geſtus moderatio cum venuſtate. *Cic.* 1. *de Invent.* Pronunciatio eſt ex rerum, & verborum dignitate vocis, & corporis moderatio. ¶ Interdum ponitur pro ipſa voce. *Valer. Max. l.* 7. c. 4. Illa pars calliditatis egregia, cujus opera, quia appellatione noſtra via apte exprimi poſſunt, græca pronunciatione ſtrategemata dicuntur.

Pronunciativus, a, um, adject. ut pronuntiativus modus, quo aliquid pronuntiamus, h. e. indicativus. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Pronuntiātor, oris, m. *ἀπαγγελτήρ*, qui pronuntiat, vel ſcribit. *Cic. in Brut.* c. 83. Thucydides enim rerum geſtarum pronunciator ſincerus, & grandis etiam fuit.

Pronunciātum, i, n. *ἀξίωμα*, propoſitio, oratio veri, vel falſi ſignificativa. *Cic.* 1. *Tuſc.* c. 8. Omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit ut appellarem *ἀξίωμα*, utar poſt alio, ſi invenero melius) id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt verum, aut falſum.

Pronuntiātus, us, m. idem ac pronunciatio. *Gel. l.* 4. c. 17. Et numerus in verſu, & ratio in pronuntiatu manet. Adde *l.* 13. c. 3.

Pronuntiātus, a, um, *pronunziato, ἐκφωνηθείς*. *Cic. Parad.* 2. n. 3. Verſus pronuntiatus ſyllaba una brevior, aut longior. ¶ Item edictus, narratur. *Curt. l.* 10. c. 6. Ipſum ad pronuntiatam prædam ſequebantur.

Pronuntĭo, as, a. 1. *pronunziare*, בִּטֵּא, Ger. *auſſprechen*, Gal. *prononcer*, Hiſp. *pronunciar*, *προφέρω, ἀπαγγέλλω*, clara voce aliquid profero, memoriter recito. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 61. Summa voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat. *Plin. l.* 7. c. 48. Luceja mima centum annis in ſcena pronuntiavit. ¶ Ponitur etiam pro dicere. *Cic.* 2. *Fin.* Æquam igitur pronuntiabit ſententiam ratio, &c. *Plin. l.* 5. *ep.* 113. Nec tamen adhuc poſſum pronunciare, utrum ſit difficilius tacere aliquid, an ſcribere. ¶ Item pro nominare. *Liv. l.* 24. Seditionem metuentes, pronuntiant eos Prætores. ¶ Item pro palam, & claſſico nuntiare. *Curt. l.* 4. c. 8. Imminentique Dario, iter ad Euphratam pronuntiavit. ¶ Item pro exprimere, & nominatim prædicere, præfarique ex bona fide in rebus contrahendis. *Cic.* 3. *Offic.* Cum in vendendo rem eam ſciſſes, & non pronuntiaſſes, emptori damnum præſtari oportere. ¶ Item pro decernere, judicare. *Cic. pro Roſc. Amer.* Ea pro me ipſo ex animi mei ſenſu, ac dolore pronuntio. *Quintil. l.* 2. Sed ii, qui ſunt, non cupiſſe eſt pronuntiare. ¶ Item pro palam promittere. *Cic. pro Cluent.* Suppreſſam eſſe ab eo pecuniam, quam pro eo pronuntiaſſet. *Liv. l.* 2. Ac pronuntiaſſe militi præmia, qui primus, qui ſecundus caſtra hoſtium intraſſet. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Plin. l.* 16. c. 4. Patriam ab eo coronari pronuntiatur.

Pronūper, adv. *novi*, valde nuper, admodum nuper, a *pro*, & *nuper*. *Plaut. Trin.* 2. 4. 26. Qua ſponſione pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente.

Pronurus, us, f. *πρόνυμφη*, uxor nepotis. *Ovid. ep.* 15. v. 206. Pronurus & magni Laomedontis ero.

Pronus, a, um, *chinato, chino*, Ger. *genaigt, geneigt*, Gal. *courbé, enclin*, Hiſp. *enclinando*, *κατωφερής*, flexus in anteriorem partem, vel inclinatus generatim. Videtur eſſe a *πρηνής*, quod idem ſignificat, η abit in a, quomodo ab ἧλιος eſt ſol. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 1. *Tuſc.* Nihil enim habent hæc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt. *Ovid.* 1. *Met.* v. 84. Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram. ¶ Vel cum dat. *Col. l.* 1. c. 5. Quantoque fuerit ædificii ſolum pronius Orienti. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *ad*. *Colum. l.* 2. c. 9. Campo patente, & ad Solem prono. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ſupino contrarium eſt. *Cic.* 1. *Div.* c. 43. Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus. ¶ Tranſlate ponitur pro propenſo ad virtutem, vel ad vitia, quanquam uſitatius in malam partem accipiatur. *Plin. in Paneg.* Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quam æmulatio. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. In obſequium plus æquo pronus. *Capitol. in Pio*, c. 10. Proniſſimus ad indulgentiam. ¶ Item pro facili. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 10. Pronum ad honores iter. *Tacit. in Agric.* c. 33. Omnia prona victoribus. *Id.* 1. *hiſt.* c. 1. Obtrectatio, & livor pronis auribus accipiuntur. h. e. facile, & libenter audientibus. ¶ Pronus etiam dicitur alicui propenſus, & favens. *Id.* 1. *hiſt.* c. 13. Prona in eum aula Neronis. *Sueton. in Galb.* c. 12. Remiſit in patriam, quaſi Cn. Dolabellæ proniorem. *Virg.* 5. *Æn.* ventiſque vocatis prona petit maria. h. e. navigationi apta. ¶ Prona dies dicitur, cum ad veſperam vergit. *Stat.* 2 *Theb.* ¶ Anni, & menſes proni. h. e. cito decurrentes, & quaſi in declivi poſiti. *Hor. de ar. poet. l.* 4. *od.* 8.

Proœconomia, æ, *προοικονομία*, diſpoſitio, ordo. Uſurpatur a *Servio in Virg.* 5. *Æn.* v. 858. & alibi aliquoties.

Proœmior, aris, d. 1. exordior, a *proœmium*. *Plin. epiſt.* 3. *l.* 1. Proœmiatur apte, narrat aperte. Adde *Sidon. l.* 4. *ep.* 3.

Proœmium, ii, n. *proemio, eſordio*, Ger. *anfang*, Gall. *preface*, Hiſp. *principio, prologo, προοίμιον*, proprie eſt id, quod a citharœdis certamen inituris præcini ſolet, ut proaulion eſt initium tibiæ canendi, tranſlate uſurpatur pro exordio orationis, a *πρὸ*, *ante*, & *οἶμος*, *cantus*. Alteram etymologiam affert *Quinctil. l.* 4. c. 1. a *πρὸ*, & *οἶμος*, *via*. *Cic. pro Cluent.* c. 21. Incipit longo, & alte petito proœmio reſpondere major Cepaſius. *Id.* 2. *de Leg.* Habes legis proœmium. Sic enim hoc appellat *Plato*. ¶ Sumitur etiam per tranſlationem pro quocunque initio. *Juven. ſat.* 3. Miſeræ cognoſce proœmia rixæ.

Propagatio, onis, f. *eſtenſione, propagazione, propagginazione*, *παράτασις, προαγωγή*, actus propagandi, extenſio. *Cic.* 1. *Offic.* Quæ propagatio, & ſoboles origo eſt Rerumpublicarum. *Id. de Prov. Conſ.* c. 12. Propagatio finium Imperii. *Id. de Sen.* c. 15. Propagatio vitium.

Propagator, oris, m. qui propagat. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 3. Ille provinciæ propagator, ille abſentis in omnibus adjutor. Alii legunt *prorogator*.

Propagatus, a, um, *propagato*. *Cic.* 4. *Catil.* Memoria Conſulatus mei propagata. *Colum. de arbor.* c. 8. Vitis propagata.

Propages, is, f. propago, progenies. *Pacuv. apud Non.* c. 1. n. 327. Salvete gemini, mea propages. ¶ Propages, inquit *Feſtus*, dicitur a ruſticis vitis vetula, ex qua reciſis ramis, & plantatis plures vites fiunt.

Propaginatus, a, um, partic. propagatus. *Tertul. de pal.* c. 2. Quot populi propaginati.

Propāgo, inis, f. 3. *propaggine*, שְׁלוּחָה, Ger. *geſenckten weinſtock*, Gall. *provin*, Hiſp. *provena*, *παραφυάς*, vitis vetula, & ſuppreſſa, ut ex una plures fiant, a *propagando*, quod a *pagendo*. *Virg.* 2. *Georg.* Preſſos propaginis arcus. *Cic. de Sen.* Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines. ¶ Aliquando ſignificat genus, ſtirpem, progeniem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 827. Sit Romana potens Itala virtute propago. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Plin. l.* 7. c. 14. Qua de cauſa aliorum ejus librorum propago Liciniani ſunt cognominati.

Propāgo, as, avi, atum, a. 1. *propagare, propagginare, innestare*, שָׁלַח, Ger. *reben einlegen*, Gal. *provigner*, Hiſp. *provenar*, *καταφυτεύω*, eſt vitem vetulam ſupprimere, ut ex ea una plures fiant, a *paga*. *Cat.* c. 32. Vitem propages in ſulcos. ¶ Tranſlate ponitur pro extendere, protrahere, proferre. *Cic.* 7. *Ver.* Cum ipſe ſui generis initium, ac nominis ab ſe gigni, & propagari vellet. *Id. pro Sext.* Hæc monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur. *Idem pro Dom.* Hujus viri laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagavit. *Id.* 1. *de Invent.* vitam propagare. *Nepos Attic.* c. 2. Propagare fines imperii.

Propala, V. Propola.

Propălam, adv. *apertamente*, *in paleſe*, *ἐν τῷ φανερῷ*, clare, aperte, in propatulo. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 35. Neque tabulis, & ſignis propalam collocatis. *Liv. l.* 34. c. 33. Hæc propalam dicebat.

Propălo, as, a. 1. *propalare, divulgare*. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 11. Quæ propalare diſſimulat, excolere detrectat.

Propanſus, a, um, nom. ex particip. expanſus. *Apul. l.* 6. *A. A.* Aquila propanſis utrinque pinnis.

Propator, ŏris, *προπάτωρ*, avus generis auctor. *Tertul. de præſcription.* c. 49.

Propatruus, i, m. *προπατράδελφος*, maximus patruus, frater proavi. *Cajus l.* 38. *ff. tit.* 10. *l.* 1. Quinto gradu ſunt, ſupra, atavus, atavia, infra, adnepos, adneptis, ex tranſverſo fratris, & ſororis, pronepos, proneptis, & convenienter propatruus, proamita, ideſt proavi frater, & ſoror.

Propatŭlus, a, um, *aperto*, *ὑπαίθριος*, late patens, atque apertus, quaſi porro patulus. *Cic.* 8. *Ver.* c. 39. Ante ædem Cereris in aperto, ac propatulo loco ſigna duo ſunt. ¶ In propatulo, adverbialis formula eſt pro palam, in publico. *Salluſt. Catil.* c. 13. Mulieres pudicitiam in propatulo habere. Et omiſſa præpoſit. *Pompon. Mel. l.* 1. c. *ult.* Propatulo veſcuntur.

Prope, *appreſſo, vicino*, אֵצֶל, Ger. *nahe*, Gall. *pres*, Hiſp. *cerca*, *ἐγγύς*, juxta, apud, præpoſ. ex iis, quæ accuſativo ſerviunt. *Cic. pro Mil.* Illis, ſi inſidiaretur, nocte prope urbem expectandum erat. ¶ Dicitur etiam de tempore. *Cic. in Fam.* Prope Calendas Sextilis puto me Laodiceæ fore. ¶ Eſt etiam adverbium, & notat *in propinquo*, vel *ex propinquo*. *Ter. And.* Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt tibi. *Cic. pro Leg. Man.* Vident eum prope eſſe, quo etiam carent ægrius. *Id.* 7. *Ver.* At cum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. *Liv. l.* 40. Jam prope erat, ut ſiniſtrum cornu pelleretur Romanis. ¶ Ponitur aliquando pro *fere*, ſeu *quaſi*. *Cic. pro Planc.* Quorum honoribus agri prope dicam ipſi, monteſque faverunt. *Id.* 8. *Ver.* c. 13. Annos prope quinquaginta continuos. *Ter. Heaut.* 1. 1. 46. Prope jam ut pro uxore haberet. ¶ Gradus, propius, proxime, V. ſuis locis.

Propedĭem, adv. *in breve*, בְּקָרוֹב, Ger. *bald hernach*, Gall. *bien toſt*, Hiſp. *de aqui a poco*, *ταχέως*, *ἐν βραχεῖ*, brevi, poſt paucos dies, cito, a *prope*, & *dies*. *Cic.* 3. *Offic.* Tum & præſens tecum propediem, ut ſpero, &, dum aberis, abſens loquar.

Propello, is, puli, pulſum, a. 3. *ſcacciare lontano, rimovere*, הָדַף, Germ. *abtreiben*, Gall. *rebouter*, Hiſp. *empuxar*, *ἀπωθέω*, longe pello, procul amoveo. *Caſ. l.* 5. *B. G.* Atque, uno interfecto, reliquos paulum propellit. *Liv. l.* 40. Periculum vitæ propellere a me potes. ¶ Sumitur etiam pro impellere, promovere, ultra ducere. *Lucan. l.* 3. Propulit ut claſſem velis cedentibus Auſter incumbens. *Colum. l.* 2. c. 2. In priorem partem jugum propellat. ¶ Tranſlate *Cic.* 4. *Tuſc.* Ad eam ante paululum Dialecticorum remis propellerem.

Propemŏde, adv. propemodum. *Liv. l.* 24. c. 20. Cum propemodo muris acceſſiſſet.

Propemŏdum, adv. *quaſi*, כִּמְעַט, Ger. *gar nahe*, Gal. *preſque*, Hiſp. *quaſi*,

ἐγγὺς

Digitized by Google

ὀλίγα δεῖν, παρὰ βραχύ, pene, ferme, quaſi. *Cic. l. 6. Fam. epiſt.* 4. Alteros propemodum jam ſumus caperre.

Propempticus, a, um, *propemptico*, comitativus, ὁ προπέμπων, *comitor*. In titulo ultimi carminis *Sidonii*: Propempticum ad libellum. h. e. propempticum carmen, quo librum emittit, abeuntemque proſequitur. Tale eſt Metii Celeris propempticum, quod habetur apud *Stat. l. 3. ſilv.* 2.

Propendens, entis, o. *pendente, chino*, νεύων, demiſſus. *Col. l. 7. c.* 12. Dejectis, aut propendentibus auribus.

Propendeo, es, di, ſum, n. 2. *pendere*, נטה, Ger. *fur nider hangen*, Gal. *pencher*, Hiſp. *inchnar*, ῥέπω, inclino, deorſum vergo, proprieque dicitur de lance in ſtatera præponderante. *Cic. 5. Tuſc. c.* 17. Libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram, & maria deprimat. Et *c.* 31. Mayore, & graviore ex parte bona propendeat. ¶ Sæpe translate ſumitur pro affici, affectum eſſe, animatum eſſe. *Cic. 2. de Or. c.* 29. Aut inclinatione voluntatis propendeat in nos.

Propendo, is, di, ſum, n. 3. idem quod *propendeo*, in propria ſignificatione. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 39 Nec dependis, nec propendis, quin malus nequaquam ſies. h. e. nullam unciam habes viri probi, totus malus es.

Propendŭlus, a, um, adject. pendens in anteriorem partem, ut propenduli crines, apud *Apul. l. 1. Florid.*

Propenſe, adv. *di cuore, volentieri*, προθύμως, ex animo, cum inclinatione, aut propenſione. *Lentulus ad S. P. Q. R. l. 12. Fam. Cic. ep.* 13. Ut hanc concordiam, & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propenſa non crederent eſſe factam.

Propenſio, onis, f. *inclinazione*, πρόσκλισις, προθυμία, inclinatio. *Cic. 4. Fin. c.* 17. Qui nulla in re, niſi in virtute, aut vitio propenſionem, ne minimi quidem momenti, ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret.

Propenſus, a, um, *inclinato*, נוטה, Germ. *gar geneigt*, Gall. *fort enclin*, Hiſp. *inclinando*, πρόθυμος, ἐπιρρεπής, vehementer inclinatus. *Cic. Att. l. 8.* Propenſus in alteram partem. *Id. pro Mur. c.* 31. Animus paulo ad veritatem propenſior. *Liv. l.* 37. Propenſo animo aliquid facere. *con genio*. *Hirt. de B. Alex. c.* 26. Propenſiſſima civium voluntate, & ſua diligentia magnas copias confecerat. ¶ Sumitur etiam pro propendente, ſive extenſo. *Perſ. ſat. 1. v.* 57. Cum tibi Calve pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. *ideſt*, cum abundantia ciborum pinguis ſis, & ventrem habeas ultra ſex pedes extenſum. ¶ Item pro multo, & magno. *Argum. Trucul. Plauti, quod creditur eſſe Sidonii*. Natique cauſa dat propenſa munera.

Properabĭlis, le, adject. properans, celer, ut properabilis calor, apud *Tertul. de anim. c.* 43.

Propĕrans, tis, nom. ex particip. *chi s' affretta*, σπεύδων, feſtinans, citus, celer. *Cic. Attic. l. 2. ep.* 4. Hæc properantes ſcripſimus. *Ovid. 3. de Pont. epiſt.* 5. lingua properante legere. *Claudian. 2. in Rufin. v.* 337. Feſtinamque ratam ſolito properantior urget.

Properanter, adverb. *preſto, con velocità*, celeriter. *Lucret. l. 5. v.* 301. Uſque adeo properanter ab omnibus ignibus ejus &c. *Salluſt. in Jugurth. c.* 8. Si properantius pergeret. *Leg. 8. Cod. Theodoſ. de appellat.* Properantiſſime volumus afferri.

Properantĭa, æ, f. idem ac properatio. *Sall. in Jug. c.* 36. Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, ſocordia magis, quam dolo, crederant. Adde *Tacit. 12. Ann. c.* 20.

Properātim, adv. idem ac properato. *Cæcil. apud Non. c. 2. n.* 663. Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus. Adde *Siſenn. apud Gel. l. 12. c.* 15.

Properatĭo, onis, f. *fretta*, σπουδή, actus properandi, feſtinatio. *Cic. l. 16. Fam. ep.* 27. Nam quæ parcius frater perſcripſerat, verecundia videlicet, & properatione.

Properāto, adv. *frettoloſamente, preſtamente*, ἐσπευσμένως, feſtinanter, celeriter. *Tac. l. 13. c.* 1. Neque nimis properato Narciſſus Claudii libertus ad mortem agitur.

Properātus, a, um, nom. ex particip. *fatto in fretta, accelerato*, propere factus. *Quintil. l. 10. c.* 3. Stylus properatus. *Tacit. 2. Ann. c.* 6. Naves properatæ. *Ovid. 2. de Pont. ep.* 11. Opus heavi properatum tempore. *Solin. c.* 30. Lucinæ illis properatius tempus eſt. ¶ *Properato eſt opus*, h. e. properandum eſt. *Cic. pro Mil. c.* 19. *Plaut. Mil.* 3. 1. 209.

Propĕre, adv. *ſubitamente*, σπουδαίως, celeriter. *Virg. 6. Æn. v.* 236. Propere exequitur præcepta Sibyllæ.

Properĭter, adv. idem ac propere. *Catull. apud Non. 11. n. ult.* Animula miſerrima properiter obit.

Propĕro, as, avi, atum, n. 1. *affrettarſi, ſollecitare*, מהר, Germ. *eylen*, Gal. *ſe hater*, Hiſp. *apreſſurarſe*, σπεύδω, feſtino, celeriter eo, a *properus*, vel a *pro*, ante, & *paro*, mutato o in a, ut ſic dicatur quaſi ante alia paro. Properare, & feſtinare quid differat, docet *Nonius c. 5. n.* 81. his verbis. Feſtinare, & properare veteres diviſerunt. Cato, qui unum quid mature tranſigit, properat. qui multa ſimul incipit, nec perficit, feſtinat. Verum utraque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati, ut ſit ſæpe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis, feſtinare corporis neceſſitati obſequentis. V. *Gell. l. 16. c.* 14. *Cic. l. 12. Fam. ep.* 25. Atque inde ventis, remiſque in patriam omni feſtinatione properavi. ¶ Conſtruitur etiam cum infinitivo. *Virg. 4. Æn.* Ex mediis properas Aquilonibus ire per altum. ¶ Ponitur quoque pro feſtinanter aliquid agere, vel dicere. *Virg. 1. Georg. v.* 259. Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno maturare datur. *Plin. in Paneg. c.* 31. Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur. *Tacit. hiſt. 3. c.* 40. Properare iter. *Id. 2. Ann. c.* 31. Properare mortem voluntariam. *Horat. Epod.* 15. Muricibus Tyriis iteratæ velleta lanæ Cui properabantur? tibi nempe.

Sex. Propertĭus, m. 2. poeta Elegiarum ſcriptor, ex Hiſpello opp. Umbriæ oriundus. Sunt, qui ſcribant, ejus patrem Equeſtri dignitate ornatum, ac Triumvirali poteſtate juſſe, tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium ſecuti, Peruſia capta, ex Octavii Cæſaris auctoritate, ad aram D. Julii perducti, ibidem occiſi fuerunt. Illud omnino conſtat, hunc Propertium magna ex parte amiſſis bonis, Romam ſe recepiſſe, cum patrem ſuum in tenera adhuc ætate amiſiſſet, quod illis verſibus patet: *Aſpice me, cui parva domus, fortuna relicta eſt, Nullus & antiquo Marte triumphus avi*. Elegias ſcripſit mitiſſimas, & eruditiſſimas.

Propĕrus, a, um, *veloce, frettoloſo*, מהיר, Germ. *ſchnell*, Gal. *hatif*, Hiſp. *preſſuroſo*, σπουδαῖος, celer, feſtinus, a *prope*, quia qui properat, hoc agit, ut magis, & magis appropinquet. *Tac. l. 11. c.* 26. Si prævenirent Claudium ut inſidiis incautum, ita iræ properum. *Valer. Flac. l. 4. v.* 176. Greſſus properi. *Catull. de Berenyth.* propero pede ſequi.

Propes, edis, m. funis nauticus, quo pes veli alligatur. *Turpil. apud Iſidor. l. 19. Orig. c.* 4.

Propĕtro, as, a. 1. eſt mandare, quod perficiatur. *Accius*. Age vero propetra, quod cœpiſti, fieri. Adde *Feſt.*

Propexus, a, um, ἀπτεκτενισμένος, in longum pexus, o *peſto*. *Virg. 10. Æn.* Propexam in pectore barbam. Adde *Ovid. 1. Faſt. v.* 259.

Prophēta, æ, vel Prophetes, æ, m. *Profeta*, נביא, Ger. *Prophet*, Gal. *Prophete*, Hiſp. *Profeta*, προφήτης, qui futura pronuntiat o ſe primum intellecta, a Græco nomine allato, quod a πρόφημι, quod eſt profari, ideſt prædicere. Prophetarum nomine Gentiles vocarunt Antiſtites fanorum, oraculorumque, ut ait *Feſtus*, qui & hos veteris Poetæ Tragici verſus citat: Cum capita viridi lauro velare imperant Prophetæ, ſancta caſte qui propitiant loca. Ita eos verſus reſtituit *Joſ. Scaliger ad Feſtum*. ¶ Speciatim videntur ita dixiſſe Sacerdotes Ægyptios. *Macrob. l. 7. Satur. c.* 13. Adeo verum ita, ut dicis, Ægyptios opinari, ut ego Sacerdotes eorum, quos Prophetas vocant, cum in templo vidiſſem, &c. Adde *Apul. de herb. c.* 2.

Prophetālis, & Prophetiālis, le, adject. *di Profeta*, ad Prophetam pertinens, ut Prophetiale patrocinium. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 28. Prophetalia virgo, *Venant. Fortun. l. 5. carm. 4. v.* 58.

Prophetīa, æ, f. *profezia*, divinatio, prædictio. *Tertul. de anim. c.* 33. & alibi.

Prophetĭca, adverb. *profeticamente*, *Tertul. de monogam. c.* 4.

Prophetĭcus, a, um, adject. *profetico*. *Tertul. de cor. Milit. c.* 7. *Prudent. in hymno jejun. v.* 189.

Prophetiſſa, æ, *profeteſſa*, προφῆτις, ιδος, mulier divinans. *Tertull. de præſcriptionib. c.* 31.

Prophēto, as, a. 1. *profetare, predire*, προφητεύω. *Tertul. de reſurrect. carn. c.* 28. *Prudent. Periſteph. 13. v.* 21.

Propilo. V. Præpilo.

Propinatĭo, onis, f. πρόποσις, actus propinandi, ideſt, porrigendi poculi, ad bibendum invitandi, vel denique ad ſalutem alicujus bibendi. *Sen. l. 2. de Benef. c.* 21. Ego ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non ſim? ¶ Sumi etiam videtur pro comeſſatione. *Gell. l. 10. c.* 17. Sumptum plurimum, δαπάνην, & propinationem adoleſcentis ſibi deplorantis. Al. leg. *potationem*.

Propinātor, oris, m. προπότης, qui propinat. *Ovid. l. 2. de art. v.* 587. Inde propinator nimirum multa propinet. Alii leg. inde procurator nimium quoque multa procurat.

Propingo. V. Progigno.

Propīno, as, avi, atum, a. 1. *far brindeſi*, שקה, Germ. *vor trincken*, Gall. *boire à qualq'un*, Hiſp. *bever à la ſalud*, προπίνω, eſt præbibere, ſeu prægustato leviter vino poculum alteri afferre, a verbo Græco allato. Hæc conſuetudo a Græcis originem habuit. Nam principes Græciæ ſolemni die, quam *Philoteſiam* vocabant, miſcere aureis, atque argenteis poculis vina ſolebant, quæ a manu geſtantium ſumentes, ori parumper admovebant, deinde alteri, quem vellent, offerebant, ingens hoc argumentum benevolentiæ exiſtimantes. Nos tamen propinare uſurpamus pro ante bibere, totum etiam poculum exhauriendo, & ſic amicum invitare ad bibendum. *Plaut Stich.* 3. 2. 16. Propino tibi ſalutem plenis faucibus. *Cic. 1. Tuſc. c.* 40. Quo ſonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ (qui in eum fuerat teterrimus): Græci enim in conviviis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſint. *Martial. l. 6. ep.* 44. Nemo propinabit, Callidore, tibi. ¶ Translata *Ter. in fine Eun.* Hunc comedendum, & deridendum vobis propino. *Enn. apud Non. c. 1. n.* 140. Qui mortalibus verſus propinas flammeos medullitus.

Propinque, adv. *da vicino*, πλησίως, prope, in propinquo. *Plaut. Truc.* 2. 7. 21. At at eccam, adeſt propinque.

Propinquĭtas, atis, f. *vicinanza*, γειτνίασις, loci vicinitas. *Cic. 3. Offic. c.* 11. Nimis imminebat propter propinquitatem Ægina Piræo. ¶ Translate ſumitur pro affinitate, agnatione, conjunctione ſanguinis. *Cic. de Am.* Aſciſcantque ſibi quaſi propinquitate conjunctos, atque natura. *Id. pro Planc. c.* 11. Maximis vinculis, & propinquitatis, & affinitatis conjunctus. *Tac. de Germ. c.* 7. Familiæ, & propinquitates.

Propinquo, as, avi, atum, n. 1. *avvicinarſi*, קרב, Ger. *nahen*, Gal. *s'approcher*, Hiſp. *allegarſe*, προσεγγίζω, prope accedo, propinquus fio, proximus fio. *Virg. 9. Æn.* Nam lua inimica propinquat. *Id. 2. Æn.* Jamque propinquabam portis. *Salluſt. in fragm. l. 4. hiſt.* Bithyni propinquantes jam amnem Tartarium. h. e. ad amnem accedentes. *Stat. 10. Theb.* Animis propinquare alicui. h. e. ingenio ſimilem eſſe. ¶ Significat etiam propere agere, ſtatim expedire. *Virg. 10. Æn. v.* 254. Tu rite propinques augurium. *Silius l. 2. v.* 281. mortem licet arma propinquent.

Propinquus, a, um, *vicino*, ἐγγύς, vicinus, proximus, qui prope eſt, a *prope*. *Cic. 11. Phil. c.* 13. Fuimus nuper ego, & M. Bibulus in propinquis, finitimiſque provinciis. *Liv. l.* 28. Spem alicujus rei propinquam facere. *Id. l.* 24. In propinquo eſſe. *Varr. l. 9. L. L.* Propinquiora genere inter ſe verba. ¶ Dicitur etiam de hominibus. *Cic. pro Mil.* Etſi æqualiter in Rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat. ¶ Translate capitur pro ſanguine conjuncto, affini. *Cic. ad Cal. l. 2. Fam.* Virginius propinquus tuus, familiariſſimus noſter. *Virg. 2. Æn.* Conſanguinitate propinquus.

Propĭor, & us, o. 3. *più vicino*, ἐγγύτερος, α, vicinior, propinquior, compar. a *prope*. Conſtruitur cum dat. *Cic. pro Quinct.* Tibi me propior nemo eſt. *Id. pro Sext.* Omnia ſua ſibi propiora eſſe pericula, quam aliena. *Liv. l. 4. c.* 37. Capuamque ab duce eorum Capye, vel, quod propius vero eſt, a campeſtri agro appellatam. ¶ Reperitur etiam cum accuſativo. *Salluſt. in Catil. c.* 11. Quod tamen vitium propius virtutem erat. *Hirt. l. 8. B. G.* Qui propior hoſtem in ipſo vallo collocatus eſſet. ¶ *Tunica propior pallio eſt*, proverb. quo ſignificatur, prius ſanguine conjunctis, quam aliis, benefaciendum eſſe. *Plaut. Trin.* 5. 2. 30. Hunc priorem æquum eſt me habere: Tunica propior pallio eſt.

Propitiabĭlis, & le, o. 3. *favorevole*, placabilis, qui facile flectitur, ut Propitiabile Numen. *Enn. apud Non. c. 2. n.* 669. Huic eſt animus propitiabilis.

Propitiatĭo, onis, f. placatio, ſacrum ad placandum inſtitutum. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c.* 7. Quod apportant minæ, litatio propitiationis avertit. *Senec. l. 2. Quæſt. nat. c.* 38. Expiationes, propitiationeſque prodigiorum. Alii leg. *procurationes*.

Propitiātus, a, um, nom. ex particip. *placato*. *Prudent. Periſteph. 3. v.* 215. populoſque ſuos carmine propitiata favet.

Propitĭo, as, avi, atum, a. 1. *render propizio*, כפר, Ger. *verſunen*, Gal. *appaiſer*, Hiſp. *hazer favorable*, ἱλάσκω, propitium reddo, placo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 120. Quid eo tu? A D. Ut Venerem propitiem. *Suet. in Oth. cap.* 7. Per omnia piaculorum genera manes Galbæ propitiare tentaſſe. ¶ Translata ſumitur pro lenire, mitigare. *Plin. l. 28. c.* 2. Alvus ſalivo poſt aurem digito relata ſolicitudinem animi propitiat.

Propitĭus, a, um, o. 1. a. *propizio, favorevole*, חסיד, Ger. *gunſtig*, Gal. *propice*, Hiſ. *favorable*, ἵλεως, placidus, favens, placatus, indulgens. *Ter. Adel.* 1. 1. 6. Parentes propitii. *Cic. pro Cæl. c.* 17. Huic ego Deos propitios, plerique autem iratos putabunt. *Plaut. Merc. 5. 2. in fine*. Tam propitiam reddam, quem cum propitia eſt Juno Jovi. ¶ Legitur & *propicius* quam vox olim in uſu fuit ad augendam *proprii* ſignificationem. *Gell. l. 6. c. 5. ex Alfeno JCto* Novum, novicium dicimus, & proprium, propicium, augere atque intendere volentes novi & proprii ſignificationem.

Propius, *più vicino*, ἐγγύτερον, propinquius, adv. compar. a *prope*. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 4. Fin.* Sed ut propius ad ea, Cato, accedam, quæ a te dicta ſunt. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep.* 2. Propius nihil factum, quam ut occideretur. h. e. parum abfuit. Sed aliqui hic pro nomine accipiunt. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. Octavio*. Cur caſtra longius adverſariorum caſtris, & propius, urbem moventur? *Liv. l.* 2. Propius fidem eſt. ideſt magis eſt credendum

¶ Vel cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Stellæ aliæ propius a terris, aliæ remotius, ab iiſdem principiis, diſparibus temporibus, eadem ſpatia conficiunt. *Id. 1. Tuſc.* Propius abeſſe a divina progenie, h. e. minus diſtare. ¶ Propius aſpicere res alicujus, h. e. adeſſe, juvare. *Virg. 1. Æn.*

Proplaſma. V. ſeq. dictionem.

Proplaſtice, *es*, f. 1. *προπλαστική*, ars faciendi typos ex argilla, aratave, hac eſt formas illas, quibus figuli formandis figulinis operibus utuntur. *Plin. l. 35. c. 12.* ¶ Metonymice ponitur pro ipſis typis, *diſegni*, *modelli*. *Plin. l. 35. c. 12.* Archeſilai proplaſticen pluris venire ſolitam conſtat artificibus ipſis, quam aliorum opera. Alii legunt *proplaſmata* eodem ſenſu.

Propnigeum, *i*, *προπνιγεῖον*, locus in balneo, in quo ignis præcluſus æſtuat, & ſuffocatur, ut in cellam calorem immittat, *cammino*, *fornella*, a *πνίγω*, *ſuffoco*. *Plin. l. 2. ep. 17.* Si natare in proxima cogites, adjacet propnigeum balnei. Adde *Vitruv. l. 5. c. 11.*

Propœtides, f. 3. *Προποιτίδες*, puellæ Cypriæ ex Amathunte urbe. Hæ, cum Venerem aſpernatæ eſſent, Deam eſſe negantes, ab ejuſdem irata in tristis vulgavere corpora. Noviſſime in lapides transformatæ finguntur, quia pudore induruerant. *Ovid. 10. Met.*

Propola, *æ*, m. *rivenditore*, *regattiere*, *προπώλης*, negotiator, qui res minore pretio emptas majoris poſtea divendit: a *πωλέω*, *vendo*. *Lucil. apud Non. c. 4. n. 118.* Sicuti cum primos ficos propola recentis protulit, & pretio ingenti dat primitu' pauxe. Male *Turnebus*, *Lambinus*, & *Had. Junius* legebant *propala*, ut intelligatur, qui res palam, & palo affixas vendit. *Cic. in Piſon. c. 4.* Nullor domi cellus, nulla cella, panis, & vinum a propola, atque de cupa.

Propolis, is, f. 3. *πρόπολις*, in apum operibus dicitur tertium earæ fundamentum, ex craſſiore, tenacioreque conſtans materia, frigoris, injuriæque omnes aditus obſtruens, favoſque ſtabiliens, a *πρόπολις*, *veſtibulum*. Eſt enim id, quod apes ante alveum faciunt. *Varr. l. 3. R. R. c. 16.* Propolim vocant, quod apes faciunt ad foramen introitus porrectum in alveum, maxime æſtate, favorum ſtabilimentum, quo omnes frigoris, aut injuriæ aditus obſtruuntur. *Plin. l. 11. c. 7.* Prima fundamenta commoſin vocant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolim, &c.

Propoma, atis, n. *πρόπομα*, potio, quæ ante cibum ſumitur, h. e. vinum conditum melle, vel vinum roſatum, aut violatum. Legitur apud *Pallad. in tecula c. 32. l. 3.* his verbis. Ut propomata ſponte naſcantur.

Propono, is, ſui, ſitum, a. 3. *proponere*, *eſporre*, הציג, Ger. *fur ſetzen*, Gal. *propoſer*, Hiſp. *proponer*, *προτίθημι*, extra pono, expono, palam oſtendo. *Cic. Verr. 4.* Proponere aliquid venale. *Cic. pro Cluent.* Proponere periculum ante oculos. *Caſ. l. 7. B. G.* Propoſuit ſua in illos merita. *Id. l. 1. B. C.* Proponere alteri voluntatem alicujus. ¶ Sumitur etiam pro promulgare. *Suet. in Calig. c. 41.* Tandem flagitante P. R. propoſuit quidem legem, &c. *Id. Att. l. 2. ep. 21.* Proponere edicta. ¶ Item pro ponere ante aliquem, apponere, niſarre. *Plin. l. 10. c. 50.* Ne quid volucrum proponeretur præter unam gallinam. ¶ Item pro exponere, objicere. *Cic. l. 5. Fam. ep. 16.* Ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra. ¶ Translata accipitur pro promittere, conſtituere. *Cic. 5. Tuſc.* Propoſuit præmium Xerxes, qui inveniſſet novam voluptatem. *Velle. l. 2. c. 6.* Pretium ſe daturum propoſuit. ¶ Item pro præmittere, annuntiare, innuere id, de quo dicturi ſumus. *Cic. in Brut.* Ut aliquoties, tria cum propoſuiſſet, aut quartum adderet, aut tertium quæreret. *Id. 2. de Or.* Proponi oportet, quid afferas. ¶ Item pro reſpicere, conſiderare, quaſi ponere ante oculos mentis. *Cic. de Univ.* Atque eam ſibi proponet exemplar. *Id. l. 1. Fam.* Omnibus propoſitum eſſe debet cum dignitate otium. *Liv. l. 30.* Proponere animo martem belli communem. ¶ Item pro ſtatuere, conſtituere, deliberare. *Cic. in Brut.* Laudare igitur eloquentiam neque propoſitum nobis eſt hoc loco, neque neceſſarium. *Velle. l. 2. c. 53.* Ægyptum petere propoſuit. ¶ Item pro revelare, paleſare. *Caſ. l. 1. B. Gall. c. 17.* Liſcus oratione Cæſaris adductus, quod ante tacuerat, proponit.

Propontiacus, a, um, *Προποντιακός*, quod ad Propontidem ſpectat. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 9.* Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Propontis, idis, f. Mare Bebrycium, Mare Thracium, *Mar di Marmora*, *Προποντίς*, ſinus maris Mediterranei, inter Europam, & Aſiam, ſeu inter Thraciam, & Aſiam minorem. Nam Geographi primas anguſtias maris ſe coarctantis Helleſpontum vocant, inde expatiatur æquor, quæ laxitas Propontis appellatur, ubi iterum in arctum coit, & ſtringitur, illæ anguſtiæ Bosphorus Thracius nuncupantur, ubi iterum effunditur, Pontus Euxinus, qui curvatus in figuram Scythici arcus committitur oſtio Mæotidis paludis, idque oſtium Cimmerius Bosphorus vocatur. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 9. v. 118.* Mihi is has ſi quos longa Propontis aquas.

Proporro, adv. porro, ulterius, præterea. *Lucret. l. 2. v. 978.* Et ſibi proporro quæ ſint primordia, quærunt. Adde *l. 4. v. 888.*

Proportio, onis, f. *proporzione*, ערך, Ger. *gegenhaltung*, Gal. *proportion*, Hiſp. *proportion*, *ἀναλογία*, duarum rerum invicem facta comparatio. *Cic. de Univ. c. 4.* Id optime aſſequitur, quæ Græce *ἀναλογία*, Latine comparatio, proportiove dici poteſt. *Id. pro Flac.* Qui cum omnes Aſiæ civitates proportione in provincias deſcripſiſſet.

Proportionalis, le, adject. *proporzionate*, ut proportionales termini, apud *Frontin. de Colon. pag. 130.*

Proportionatus, a, um, adject. *proporzionata*, ut corpus ſatis proportionatum, apud *Jul. Firmic. l. 4. c. 13.*

Propoſitio, onis, f. *propoſizione*, actus proponendi. *Cic. 3. Tuſc. c. 18.* Hujuſne vitæ propoſitio, & cogitatio Thyeſtem levare poteſt? ¶ Apud Rhetores ſumitur pro eo, ad cujus probationem omnia diriguntur argumenta. *Auct. ad Her. l. 2.* Propoſitio dicitur, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit, quod probare volumus. ¶ Item pro Figuræ genere. *Cic. 3. de Or.* Propoſitioque, quid ſis dicturus, & ab eo, quod eſt dictum, ſejunctio. ¶ Item prima pars ſyllogiſmi, *la maggiore*. *Cic. l. 1. de Inv.* Propoſitio, per quam breviter locus is exponitur, ex quo omnis vis, oportet, emanet ratiocinationis.

Propoſitum, i, *ſcopo*, *fine*, *σκοπός*, *πρόθεσις*, *ὑπόθεσις*, id quod propoſitum eſt, ſcopus, finis. *Cic. in Brut.* Ut egrederetur a propoſito ornandi cauſa. *Id. 1. Tuſc.* Utrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? ¶ Sumitur etiam pro ſententia animi, pro eo, quod mente ſtatutum eſt, *propoſito*, *intenzione*, *βουλή*, *προαίρεσις*. *Cic. 1. Off.* Semperque in propoſito permanſiſſet. *Velle. l. 2. c. 2.* Vir vita innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus. *Senec. ep. 68.* Aliud propoſito tuo nomen impone. ¶ Dicimus propoſitum tenere, aſſequi, a propoſito aberrare, declinare, averti, egredi, &c. *Cic. & Liv. ſæpe.* ¶ Præterea propoſitum dicitur quæſtio ad diſceptandum propoſita, *θέσις*. *Cic. in Top. c. 21.* Duo ſunt quæſtionum genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod *ὑπόθεσιν* Græci, nos cauſam; infinitum, quod *θέσιν* illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare.

Propoſitus, a, um, *propoſto*, *προτεθειμένος*, partic. a proponor. *Cic. 1. de Or.* Non explicata veſte, neque propoſito argento. idest expoſito, explicato, prolato. *Id. pro Mur. c. 31.* Exemplar propoſitum ad imitandum. *Horat. l. 2. ſat. 6.* propoſitum iter peragere. ¶ Item promiſſus, oblatus. *Sueton. in Tito c. 8.* Propoſito gladiatorio munere. *Cic. pro Rabir. c. 5.* Libertatis ſpe propoſita. ¶ Item objectus, *ὑποκείμενος*. *Id. Fam. 1. epiſt. 5.* Injuriis ab aliquo propoſitis reſiſtere. ¶ Item expoſitus, obnoxius. *Liv. l. 28. c. 2.* Quoad continuiſſet exercitum, propoſitum bello ſe fore ratus.

Propræfectus, i, m. *viceprefetto*, Præfecti vicem gerens. *Ammian. l. 29. c. 1.* Aſiam paulo ante propræfectus rexerat.

Proprætor, oris, m. & Proprætore, indeclinabiliter, ut de voce *Proconſul* dictum eſt, *Vice Pretore*, *ἀντιστράτηγος*, qui extraordinariam Præturam gerebat, qui, cum uno anno Prætor fuiſſet, ſequenti cum imperio Prætorio in Provinciam mittebatur. *Cic. 2. de Div.* Quam multi anni ſunt, cum bella a Proprætoribus, & Proconſulibus adminiſtrantur? *Id. Philipp. 13. c. 10.* Neque ſe imperatorem, neque Hirtium conſulem, nec proprætore Cæſarem. *Tacit. 2. Ann. c. 66.* Latinius Pandus proprætor Mœſiæ.

Propriaſſit, proprium fecerit. *Feſtus*.

Propriatim. V. Propritim.

Proprie, adv. *propriamente*, Germ. *eigentlich*, Gall *proprement*, Hiſp. *propriamente*, *ἰδίως*, *κυρίως*, peculiariter. *Cic. 2. de Orat.* Quam proprie de unoquoque dixit? *Id. 9. Fam. ep. 15.* Id proprie tuum eſt. *Id. 2. Phil. c. 31.* O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere.

Proprietarius, ii, m. *proprietario*, apud JCtos eſt, qui proprium alicujus rei dominium habet, & opponitur ei, cui uſus tantum competit. *Leg. 13. ff. de pecul. &c.*

Proprietas, atis, *proprietà*, *ἰδιότης*, quod alicujus rei proprium eſt. *Cic. 2. Acad.* Singularum rerum ſingulas proprietates eſſe. *Liv. l. 8. c. 17.* Terræ proprietas, cælique. *Plin. l. 13. c. 22.* Proprietatem habet fructum mittendi lanugine, quod nulli alii arbori evenit.

Proprio, as, a. 1. proprium facio. *Cæl. Aurel. Acut. 1. 2. 15.*

Propritim, adv. idem ac proprie. *Lucr. l. 2. v. 973.* Quid? genus humanum propritim de quibus actum eſt? Ita legit *Non. c. 11. n. 18.* Alii *propriatim*. *Arnob. l. 3.* Res exigit, propriatim Deos ſcire.

Proprius, a, um, *proprio*, Ger. *eigen*, Gal. *propre*, Hiſp. *proprio*, *ἴδιος*, *οἰκεῖος*, quod peculiare eſt uniuſcujuſque, cui commune contrarium eſt. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 5. Tuſc.* Propriis, & ſuis argumentis, & admonitionibus tractanda quæque res eſt. *Id. pro R. Amer.* Ut cum ademerit nobis omnia, quæ erant noſtra propria. ¶ Vel cum gen. *Cic. 3. Phil. c. 11.* Aut libertatem propriam Romani generis, & nominis recuperemus. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Syll.* Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam cæteris. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod alicui convenit, & ab eo maxime obſervari debet. *Cic. in Brut.* Animum judicis impellere, quocunque res poſtulat, hoc eſt unum Oratoris maxime proprium. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Hoc eſt epiſtolæ proprium, ut &c. ¶ Item pro eo, quod alicui adſcribitur, ſeu attribuitur. *Cic. pro R. Am.* Quicquid maleficii, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſcii eſſe debebit. ¶ Aliquando pro ſtabili, & diuturno. *Ter. Andr. 4. 3.* Nihil ne eſſe proprium cuiquam? Dii veſtram fidem! *Virg. 1. Æn.* Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo. *Cic. pro Leg. Man. 2. 16.* Quod ut illi proprium ſit, atque perpetuum, Quirites, velle, & optare debetis. *Nepos in Thraſyb. c. 4.* Parva munera diutina, locupletia non propria eſſe conſueverunt. ¶ Nonnunquam proprius ponitur pro ſuus. *Liv. l. 7. 2. 9.* Quæſita ea propriæ familiæ laus leviorem auctorem Licinium facit. *Id. l. 2. c. 53.* Nos non placebat, ſine Romano duce ſeſe propriis viribus conſiliiſque bella gerere. ¶ Dicitur etiam *proprius ſuus*. *Liv. l. 3. 2. 72.* Suo proprio prælio. *Cic. 1. de Or. c. 10.* Craſſus videbitur ſua quadam propria, non communi oratorum facultate poſſe. *Caſ. l. 3. B. C. c. 22.* Calamitatem aut propriam ſuam, aut temporum queri.

Propter, *appreſſo*, אצל, Germ. *von wegen*, Gall. *pour*, Hiſp. *por*, *ἐγγύς*, prope, apud, juxta. præp. ex iis, quæ acc. ſerviunt, a *prope*. *Cic. in Brut.* In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. ¶ Aliquando adverbium eſt. *Cic. 6. Ver.* Etenim propter eſt ſpelunca quædam. ¶ Tranſlate ſumitur pro ob, ſive alicujus cauſa, *per cagione*. *Cic. pro Quint.* Si propter partium ſtudium potens erat Alphenus. *Id. Parad. 5. 2. 1.* Legibus propter metum parere. ¶ *Propter viam*, ſacrificium eſt, quod proficiſcendi cauſa fit, auctore *Feſto*; quod quidem ſacrificium Herculi fieri conſuevit: in eo neceſſe erat omnia, quæ offerrentur, omnino igne abſumi. Itaque *Cato apud Macrob. l. 2. Saturn. c. 2.* ad hoc ſacri genus alludens, jocator in quendam Albidium, qui ſua bona comederat, & noviſſime domum incendio conſumptam amiſerat, quod quæ comedere non potuiſſet, ea combuſſiſſet. Huc pertinet & illud *Plaut. Rud. 1. 2. 62.* Propter viam illi vocati ſunt ad prandium. Dæ. Qui? Sc. Quia poſt cœnam, credo, laverunt heri: confracta navis in mari eſt illis. In loco *Macrobii* ait. ſunt qui legunt *proterviam*, ſed temere.

Propterea, adv. *perciò*, לכן, Ger. *darumb*, Gal. *pour cela*, Hiſp. *por eſſo*, *διὰ τοῦτο*, ob eam cauſam, ideo, idcirco. *Ter. in Andr.* Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror. ¶ Sæpe conjungitur cum partic. *quod*, vel *quia*. *Cic. l. 9. Fam. ep. 18.* Cum eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obviam miſeram. *Serv. Cic. l. 4. ep. 5.* Eſt genus hoc conſolationis acerbum eſt, propterea quia per eos &c. ¶ Item cum partic. *ut*. *Cic. pro Lig. c. 3.* Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de ſe eadem dicerem, ignoſceret.

Propudianus porcus, dictus eſt, quia in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentum, & exſolutio omnis contractæ religionis erat. *Ateius Capito apud Feſt.*

Propudioſus, a, um, *ἀναίσχυντος*, impudens, impudicus. *Plaut. Stich. 2. 2. 10.* Meū' faſtidis, propudioſe? *Gell. l. 2. c. 7.* Sed enim ſi imperet uxorem ducere infamem, propudioſam, criminoſam. *Sidon. l. 9. ep. 6.* Igitur hic proxime abrupto contubernio ancillæ propudioſiſſimæ, cui ſe totum conſuetudine obſcœna addixerat. *Arnob. l. 5.* Propudioſi facinoris obſcœnitas.

Propudium, ii, *αἰσχύνη*, obſcœnitas, res pudenda, a *porro*, & *pudor*. *Feſt.* Propudium dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem volebant, quaſi porro pudendum. Quidam propudium putant dici, a quo pudor, & pudicitia procul ſint. *Plin. l. 28. c. 8.* Hoc cinere poto propudia virorum, ejuſdem aſperſu fœminarum libidines inhiberi. ¶ *Scaliger ad Feſtum* addit, propudium idem eſſe, quod *κάθαρμα*, ideſt purgamentum, ac homines facinoroſos, ut Græcis *καθάρματα*, ita Latinis dici propudia. *Plaut. Curc. 1. 3. 34.* Quid ais propudium? *Ciceronem* quoque *Phil. 14. c. 3.* uſum putat Hier. Ferrarius. V. *Prœludium*.

Propugnaculum, li, n. 2. *rocca*, *fortezza*, *baſtione*, *forte*, *ἔπαλξις*, arx, vel alius locus munitus, unde urbs, provincia, caſtra procul defendi pugnando poſſint. *Cic. pro Font. c. 1.* Eſt in eadem provincia Narbo Martius colonia noſtrorum civium, ſpecula P. R. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum, & objectum. *Id. Verr. 7. c. 34.* Navis ita magna, ut propugnaculo cæteris poſſet eſſe. ¶ Tranſlate *Id. in Piſon.* Lex Ælia, & Fuſia, propugnacula, murique tranquillitatis.

Propugnatio, onis, f. 3. *difeſa*, *ὑπερμαχία*, actus propugnandi. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Suſcepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Adde *l. 1. ep. 7.*

Propugnator, oris, m. *difenſore*, *ὑπερμαχητής*, qui propugnat. *Cic. 7. Ver. c. 33.* Claſſis inanis propter dimiſſionem propugnatorum, & remigum. *Id. ad Brut. ep. 21.* Acerrimus propugnator communis libertatis.

Propugnatrix, icis, f. *difenditrice*. Legitur in fragmento orationis cujuſdam funebris apud *Fabrett. Inſcript. pag. 169.*

Pro-

Digitized by Google

Propugno, as, n. 1. *combattere*, *difendere*, προπολεμέω, depugno, pugnando defendo, pugnando reſiſto. *Cic. pro Rab.* Talter me pro illorum fama, gloria, memoria, non ſecus ac pro patria facit, atque delubris propugnandum putare. *Id. 1. Offic. c. 19.* Virtus propugnans pro æquitate. ¶ Cum accuſat. *Sueton. in Cæſ. c. 23.* Non alios ad honorem pati pervenire, quam qui ſibi recepiſſent, propugnaturos abſentiam ſuam.

Propulſatio, onis, f. διακρουσις, actus propulſandi. *Cic. pro Syll. c. 1.* Cum hujus periculi propulſatione conjungam defenſionem officii mei.

Propulſator, oris, m. διακρουστής, qui propulſat. *Val. Max. l. 7. c. ult. n. 7.* Auctorem harum rerum benevolentia, propulſatorem odio inſecutus. *Arnob. l. 7.* Valetudinum peſſimarum propulſator.

Propulſo, as, a. 1. *ſcacciare*, ἀμύνω, arceo, depello, procul fugo, freq. a *propello*. *Cic. pro Cluent.* Diſpliceat ne mihi legum præſidio a capite periculum propulſare? *Cæſ. l. 1. B. G. c. 49.* Propulſare hoſtem. *Liv. l. 3. c. 69.* Bellum mœnibus propulſare.

Propulſus, us, m. πρόωσις, impulſus. *Sen. Nat. Quæſt. l. 5. c. 14.* Ventum propulſu ſuo concitare.

Propulſus, a, um, προωσθείς, impulſus. *Lucan. l. 7. v. 789.* Cernit propulſa cruore Flumina.

Propylæum, i, n. *antiporto*, προπύλαιον, veſtibulum, vel porticus ante templum. *Cic. 2. Offic. c. 17.* Quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa profuderit. Adde *Plin. l. 35. c. 10.*

Proquæſtor, oris, & Proquæſtore indeclin. ut dictum eſt in voce *Proconſul*, ἀντιταμίας, qui Quæſturam extraordinariam gerit, ſive qui Quæſtoris auctoritate accepta, mittitur in aliquam regionem. *Cic. 4. Acad. c. 4.* Cum Alexandriæ Proquæſtor eſſem. *Id. Ver. 3. c. 15.* Ipſe in eum, cui Legatus, cui proquæſtore fuerat, improbiſſimum teſtimonium dicit. *Id. Philip. in fin.* Cum quæſtoribus, prove quæſtoribus. ¶ Legitur & *pro quæſtore* diviſum.

Proquam, adv. *ſecondo che*, *quanto che*, prout. *Lucret. l. 3. v. 200.* igitur parviſſima corpora, proquam Et læviſſima ſunt, ita mobilitata feruntur.

Proquirito, as, a. 1. quirito, auxilium imploro, exclamo. *Apul. in Apol.* Epiſtolam ſæpe aperiens, proquiritabam. ¶ Item promulgo, proclamo. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Per ipſum fere tempus, ut decemviraliter loquar, lex de præſcriptione tricennii fuerat proquiritata.

Prora, æ, f. *prora*, πρῷρα, anterior pars navis, a Græco nomine allato. *Liv. l. 24. c. 34.* Ferrea manus firmæ catenæ illigata cum injecta proræ eſſet. *Virg. 3. Georg.* Tertis advertere proras. ¶ *Prora*, & *puppis* proverbiali metaphora dicitur de eo, in quo negotii totius cardo vertitur, propterea quod a prora, & puppi, tanquam a capite, & calce pendeat tota navis. *Cic. l. 16. Fam. ep. 24.* Mihi prora, & puppis (ut Græcorum proverbium eſt) fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares.

Prorepo, is, pſi, ptum, ἐξέρπω, ultra repo. *Colum. l. 3. c. 5.* Quamcunque in partem prorepſeriat. ¶ Translate ſumitur pro ſenſim in lucem prodire. *Horat. l. 1. ſerm. ſat. 3.* Cum prorepſerunt primis animalia terris. *Colum. l. 3. c. 10.* Illæ fertiles, ac firmæ, quia e tenero prorepunt. *Id. l. 5. c. 5.* Radices vitium prorepunt in luxuriem.

Proreta, æ, m. *prodiero*, *e prodiere*, πρωρεύς, qui in navis prora ſedet, ibique ventos captat, & de eorum converſionibus gubernatorem monet, docet etiam, rupes & ſcopuli ubi ſint, ut is converſo clavo eos declinet. *Plaut. Rud. 4. 3. 75.* Si tu proreta iſti navi es, ego gubernator ero.

Proreus, i, diſſyllab. idem ac proreta, πρωρεύς. *Ovid. 3. Met. v. 634.* Pone metum, proreus, & quos contingere portus, Ede, velis, dixit.

Proriga, æ, m. qui præeſt jumentis prurientibus, admiſſarius. *Varr. l. 2. de R. R. c. 7. & 8.* eſt *peroriga*. *Plin. l. 8. c. 42.* Æque eadem ex cauſa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus.

Proripio, is, pui, reptum, a. 3. *rapire*, *rapire fuori*, ὑφέλκω, rapio, vel extra rapio, extra fero. *Liv. l. 29. c. 9.* Domo ſeſe proripere. *Id. l. 8. c. 28.* Proripere ſe in publicum. *Horat. l. 1. od. 8.* Proripere aliquem in cædem. *Cic. Ver. 7.* Jubet undique hominem proripi, vehementiſſimeque verberari. *Id. 2. Pis.* Quod ſtuprum, quæ libido ſe non proripiat, ac projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? ¶ Ponitur etiam pro ſubducere, ſubtrahere. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Exanguis, atque exæſtuans ſe ex curia repente proripuit. *Liv. l. 22.* E manibus ſacrificantium cum ſe ſe proripuiſſet.

Prorito, as, a. 1. *irritare*, *provocare*, παροξύνω, irrito, provoco. *Plin. l. 26. c. 8.* Anagallis cærulea procidentia ſedis retro agit, e diverſo rubens proritat. ¶ Aliquando ponitur pro allicere, invitare. *Col. l. 2. c. 12.* Niſi magnus eſt ejus in ea regione, quam colis, proventus, & pretium proritat. *Senec. ep. 23.* Quem ſpes proritat.

Prorogatio, onis, f. *prolungazione*, *accreſcimento*, ἀνάθεσις, amplificatio. *Liv. l. 8. c. 26.* Duo ſingularia hæc ei viro primum contigere, prorogatio imperii, non ante in ullo facta, & acto honore triomphus. ¶ Prorogatio legis, aſſi dilatio promulgandæ legis. *Cic. pro Mur. c. 23.* Confuſionem ſuffragiorum flagitaſſi, prorogationem Legis Maniliæ.

Prorogator, oris, diſpenſator, erogator. *Caſſiod. l. 10. Variar. ep. 28.* Prorogatores tritici, caſei, &c. *Vetus Perſii Scholiaſt. ad ſat. 2. v. 59.* Aſſis ſolabat penſari potius, quam numerari: unde diſpenſatores dicti prorogatores. Al. leg. *pærogatores*: al. *prærogatores*.

Prorogativus, a, um, adject. *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 47.* Prorogativa fulmina ſunt, quorum minæ differri poſſunt, averti, tollique non poſſunt.

Prorogatus, a, um, *prorogato*, *allungato*, prolatus nova rogatione in longiora tempora. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Quod ſi tibi bellum aliquod magnum, & periculoſum adminiſtranti prorogatum imperium viderem.

Prorogo, as, a. 1. *prolungare*, הארך, Ger. *verziehen*, Gal. *prolonger*, Hiſp. *alargar*, *dilatar*, ἀναβάλλομαι, ἐπιτείνω, eſt nova rogatione, ſeu lege proferre, protrahere. *Cic. l. 3. Fam. ep. 10.* Illud pugna, & enitere, nequid nobis temporis prorogetur. *Plaut. Aulul. 3. 5. 57.* Spes prorogatur militi in alium diem. *Rurſus Cic. Att. l. 5.* Prorogare provincias. *Id. Phil. 11. c. 6.* Nec ſolum prorogare bellum, ſed concedere etiam victoriam. *Plin. l. 16. c. 22.* Prorogare moras in hyemem. *Horat. in carm. ſæcul.* Prorogare ævum. ¶ Prorogare nummos, pro arogare, *sborſare*, quidam legunt apud *Ulp. l. 4. ff. de manumiſſionib.* ubi alii *pærogare*, & quidam rectius.

Prorſum, adv. idem ac prorſus, ideſt recta ad locum aliquem, vel ante. *Ter. Hec. 3. 1. 35.* Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum. Ubi *Don.* Rurſum, proprie retro, *prorſum*, ante ſignificat. ¶ Ponitur etiam pro omnino. *Cic. 2. de Orat. c. 14.* Verbum prorſum nullum intelligo.

Prorſus, adv. *dirittamente*, recte, recta via. *Plaut. Mil. 4. 4. 56.* Prorſus Athenas protinus abibo tecum. ¶ Sumitur etiam pro omnino, *affatto*, *in tutto*, Ger. *Gantzlich*, Gal. *du tout*, Hiſp. *del todo*, πάνυ, παντελῶς. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 8.* Nullo modo prorſus aſſentior. ¶ Item pro generatim. *Cic. l. 4. Fam. ep. 10.* Neque ſolum nobis, ideſt tuis, ſed prorſus omnibus. ¶ Item pro certe, vere. *Ter. Adelph. 5. 3. 58.* Eo pacto prorſus illic alligaverit filium. *Cic. Att. l. 13.* Prorſus ex his libris non videtur eſſe dubium.

Prorſus, a, um, *dritto*, rectus, a *pro* & *verſus*. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 45.* Non prorſus, verum ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet. Poteſt tamen hic & pro adverbio accipi. ¶ Prorſa oratio eſt, quam non inflexit cantilena. *Donat. ad Ter. Eun. 2. 3. 14.* ¶ Prorſi limites ſunt in agris, qui ad orientem directi ſunt. *Feſtus.* ¶ *Apul. l. 4. Florid.* Prorſa facundia veneratus ſum. h. e. ſoluta oratione, & carmine. V. *Proſa*.

Prorumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere*, *rovinare con impeto*, שבר, Ger. *durchbrechen*, Gal. *rompere*, Hiſp. *romper*, διαρρήγνυμι, valde rumpo, cum impetu rumpo, effringo. *Cæſ. l. 3. B. G.* Celeriter ad eas munitiones pervenerunt, atque proruptis his prius in hoſtium caſtris conſtiterunt, &c. Alii legunt *prorutis*. *Virg. 1. Georg.* Rurſus in obliquum verſo prorumpit aratro. Multa exemplaria habent *perrumpit*. ¶ Interdum ponitur pro ultra emittere, affundere, evomere. *Virg. 3. Æn. v. 577. de Ætna.* Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, pro irrumpere, cum impetu ferri, ruere. *Cæſ. l. 8. B. G.* Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, &c. *Id. l. 5. B. G.* Novo genere pugnæ perterritis noſtris per medios audaciſſime proruperunt. *Cic. pro R. Am. c. 5.* En prorumpit hominum cupiditas, & ſcelus, & audacia. ¶ Paſſiva forma *Lucret. l. 6. v. 435.* hinc prorumpitur in mare venti vis.

Proruo, is, ui, utum, n. 3. *cadere*, הפיל, Ger. *niderfellen*, Gal. *jetter par terre*, Hiſp. *derribar*, πίπτω, cum impetu decido. *Flacc. 7. Arg. v. 599.* Ille fatiſcens in caput, inque humeros ipſa vi molis, & iræ proruit. ¶ Eſt etiam verbum activum, pro projicere, facere, ut aliquid ruat, *far cadere*, καταβάλλω. *Liv. l. 26. c. 13.* Albam, unde ipſi oriundi erant, a fundamentis proruerunt. *Tacit. Hiſt. 3. c. 22.* Profligare, & proruere hoſtem. ¶ Proruere ſe, eſt ſe efferre, prorumpere. *Ter. Eun. 5. 5. 51.* Foras ſimul omnes proruunt ſe. *Curt. l. 4. c. 16.* Proruere in hoſtes.

Proruptio, onis, f. eruptio. *Martian. Capell. l. 6. pag. 201.* Undarum illa proruptio interfluentis Oceani, &c.

Proruptor, oris, m. qui prorumpit. *Ammian. l. 24. c. 5.* Proruptores alii jumenta intercipiunt.

Proruptus, a, um, nom. partic. a prorumpo, ut prorupta audacia, h. e. quæ temere erumpit, & audet. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 24.* Niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, ita non procul abhorreat ab inſania. ¶ Item effuſus, profuſus. *Virg. 7. Æn. v. 459.* toto proruptus corpore ſudor. ¶ Item prorutus, everſus. *Cæſ. l. 3. B. G. c. 26.* Proruptæ munitiones. Alii leg. *prorutæ*.

Prorutus, a, um, κατακρημνισθείς, *rovesciato*, *rovinato*, a *proruo*. *Vellej. l. 2. c. 63.* Prorutum vallum. *Curt. l. 4. c. 3.* Proruti lapidum cumuli. *Stat. 4. Theb. v. 819.* Proruta gramina.

Proſa oratio, *proſa*, Ger. *ſchrifft*, Gall. *proſe*, Hiſp. *proſa*, πεζὸς λόγος, oratio ſoluta. Proſa Latine dici negant *Cælius Calcagninus*, in *Epiſtolicis Quæſt. l. 1. ep. 24. & Ant. Muretus prioribus Annot.* in *Ter.* Jubent autem dicere *prorſa*, quia in antiquis codicibus ſic legatur, atque id quoque comprobet etymologia, cum ſit a *verſus*. Sed utrumque rectum eſt. *Proſa* enim factum e *prorſa*, quia veteres *r* in hujuſmodi omittere gaudebant, unde & *ruſus* dixere pro *rurſus*. *Gell. l. 1. c. 18.* In qua cum magis, quam in proſa placuiſſe, Hyginus refert. *Quintil. l. 1. c. 10.* Sed in proſa quoque quædam jam recepta immutatio. *Col. in præf. l. 10.* Proſa oratione prioribus ſubnectantur exordiis. *Vellej. l. 1. c. 17.* Perfectum proſæ eloquentiæ decus. ¶ Proſa Dea, vel Prorſa dicta eſt, quæ recto partui præſidebat, ſicut Poſtverta perverſo, ut cum non caput, ſed pedes primi in naſcendo exiſtunt. *Varro apud Gell. l. 16. c. 16.*

Proſaicus, a, um, *proſaico*, quod ad proſam ſpectat. *Plin. l. 7. c. 56.* Proſaicam orationem condere: primus Pherecides Syrus inſtituit. Alii leg. *proſam*. *Venant. Fortun. l. 7. carm. 11.* Proſaicen quoties dixeris ſcripta relatu.

Proſapia, æ, f. *proſapia*, *ſtirpe*, *prole*, שרש, Ger. *herkommen*, Gal. *lignee*, Hiſp. *linaje*, γενεά, γένος, generis longitudo, ſive progenies antiqua. Videtur dicta quaſi προπαππεια, a πρόπαππος, *proavus*. *Plaut. Curc. 2. 3. v. 21.* De Cœlitum proſapia te eſſe arbitror. *Cic. de Univ. c. 11.* Deinceps Jovem, atque Junonem, reliquoſque fratres inter ſe, agnatoſque uſurpare, atque appellare ſolemus, & eorum, ut utamur veteri verbo, proſapiam. *Suet. in Galba, c. 2.* Magna, & vetere proſapia. *Salluſt. in Jug.* Veteris proſapiæ, & multarum imaginum homo. *Cato apud Non. c. 2. n. 343.* Veteres proſapias.

Proſapies, ei, f. 5. idem ac proſapia. *Non. c. 2. n. 343.*

Proſapodoſis, is, f. προσαπόδοσις, figura rhetorica, qua pluribus propoſitis ſententiis, ſingulis ratio ſtatim ſubjicitur. Vox græca eſt, & græcis literis ſcribitur a *Quintil. l. 9. c. 3.*

Proſarius, a, um, adject. proſaicus. *Sidon. l. 3. ep. ult.* Meas nugas confectas opere proſario. *Id. l. 9. ep. 13.* Proſarium loquendi genus.

Proſatus, a, um, nom. partic. a proſero, natus, genitus. *Nemeſian. eclog. 3. v. 63. de Baccho.* Quia etiam Deus ille, Deus Jove proſatus ipſo.

Proſcenium, ii, *proſcenio*, προσκήνιον, locus porrectus ante ſcenam, in quo pulpitum erat excitatum, quo prodirent fabularum actores, eratque pulpitum ad inſtar ſcenam, & orcheſtram, ſcena quidam depreſſius, ſed altius orcheſtra. *Virg. 2. Georg. v. 381.* Et veteres ineunt proſcenia ludi. *Liv. l. 40. c. 51.* Theatrum, & proſcenium ad Apollinis, Ædem Jovis in Capitolio, &c.

Proſcholus, i, m. *ſotto maeſtro*, idem, qui ſubdoctor, a ſchola. Legitur in titulo *epigram. Auſonii in Profeſſorib. n. 23.*

Proſcindo, is, idi, ſciſſum, a. 3. *ſendere*, קרע, Ger. *zerſchneiden*, Gal. *couper*, Hiſp. *hender*, ἀνασχίζω, primo ſcindo. Proprie dicebatur de terra, cum primo arabatur. Nam in ſecunda aratione dicebant offringere, in tertia lirare. *Varr. l. 1. de R. R. c. 29.* Terram cum primum arant, proſcindere appellant. *Col. l. 2. c. 2.* Quam velut ſcire, legemque in proſcindendis agris ſequantur agricolæ. ¶ Sumitur etiam pro ſcindere, ſimpliciter, vel pro valde ſcindere. *Lucan. l. 3. v. 434.* Et aeriam ferro proſcindere quercum. ¶ Tranſlate ſumitur pro rectam alicujus exiſtimationem lacerare, aliquem contumeliis afficere. *Suet. in Aug. c. 13.* Hunc fœdiſſimo convicio coram proſciderunt. *Ovid. 4. de Pont. eleg. ult.* ſummotum patria proſcindere livor deſine.

Proſciſſio, onis, actus proſcindendi. *Colum. l. 2. c. 13.* Seſami ſextarii ſex tribus jugis a proſciſſione coluntur. Adde *l. 6. c. 26.*

Proſciſſura, æ, terra proſciſſa. *Colum. l. 2. c. 2.* Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet.

Proſciſſus, a, um, partic. a proſcindor. *Virg. 1. Georg.* Proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga, &c. id eſt terra, quam jam araverat. *Stat. Theb. 1. v. 439.* Proſciſſum vulnere pectus. ¶ Tranſlate ſumitur pro infamato, maledictis lacerato. *Plin. l. 36. c. 6.* Hic namque eſt Mamurra, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus.

Proſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. *eſponere qualche ſcrittura*, προγράφω, eſt aliquid ſcribere, deinde exponere. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 10.* Racilius tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum. *Id. Attic. l. 16.* Ut venationem etiam, quæ poſtridie ludos Apollinares futura eſt, proſcriberent. ¶ Eſt etiam rem aliquam appoſita inſcriptione venalem, vel locandam ſignificare. *Cic. 3. Offic.* Cognoviſſetque, Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quam eſſet ab Auguribus demoliri juſſus. ¶ Speciatim ſumitur pro aliquem damnare morte, vel exilio, ejuſque bona venalia publice proponere, *condannare*, *confiſcare*, προγράφεσθαι. Tractum eſt ab eo, ut *Ulpianus* teſtatur in *l. ſed reſi, de inſtit. act.* quod nomina reorum, illorumque bona claris literis, ut de plano recte legi poſſent, in foro, ubi actio exercebatur, non in loco remoto, ſed evidenti ſcribebantur.

Cicer. pro Dom. Hanc vos igitur, Pontifices, judicio, atque auctoritate veſtra, Tribuno Plebis poteſtatem debitis, ut proſcribere poſſit, quos velit? Quæro enim, quid ſit aliud proſcribere, Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne ſit, bonaque ejus ut mea ſint: Ita enim fecit, etſi aliis verbis tulit. *Idem pro Roſc. Amer. c. 6.* Cum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperentur. *Macrob. l. 2. Sat. c. 2.* Temporibus Triumviralibus Pollio, cum feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait, At ego taceo. Non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.

Proſcriptio, onis, f. *proſcrizione, pubblicazione, confiſcazione*, προγραφή, actus proſcribendi. *Cic. pro Flacco c. 30.* Emptiones falſas, prædiorum proſcriptiones cum mulsarculis aperta circumſcriptione fecisti. Al. leg. *præſcriptiones*, alii *perſcriptiones*. ¶ Speciatim dicitur de damnatione hominum, & de publica venditione bonorum, quæ ab ipſis poſſidentur. *Cic. pro R. Am.* Ne nova, & multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur. *Id. de prov. Conſ.* Proſcriptiones locupletum. *Id. pro Sext. c. 30.* De bonis proſcriptionem ferre.

Proſcriptor, oris, m. προγραφεύς, qui proſcribit. *Plin. l. 7. c. 12.* Ut illa proſcriptor animus mero, & contumelia furens non aliud in cauſa majus, & in fortuna ſua duceret.

Proſcripturio, is, a. 4. deſiderativum a proſcribo. *Cic. Att. l. 9. ep. 10.* Ita ſyllaturit animus ejus, & proſcripturit jam diu.

Proſcriptus, a, um, προγεγραμμένος, nota ſcriptus, vel ſignatus aliqua inſcriptione. *Cic. 3. Verr.* Iſte locare incipit non proſcripta, neque edicta dia. *Id. Att. l. 12.* Horti quam in diem proſcripti ſint, velim, ad me ſcribas. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui morte damnatus, vel relegatus eſt cum publicatione bonorum, & de bonis, quæ publica per ſcripturam vendenda exponuntur. *Cic. 3. Verr. c. 47.* Lex Cornelia proſcriptum juvare vetat. *Id. Att. l. 2.* Quinta de proſcriptorum filiis. *Id. 3. Agr. cap. 4.* Poſſeſſiones venales, ex proſcriptas hac lege eidem.

Proſĕco, as, cui, ctum, a. 1. idem, ex ſeco, & eſt proprium ſacrorum verbum. *Liv. l. 5. c. 21.* Qui ejus hoſtiæ exta proſecuiſſet. *Ter. Apolog. c. 46.* Æſculapio gallinaceum proſecare. *Sueton. in Aug. c. 1.* Semicruda exta rapta foco proſecuit. ¶ Legitur & *proſico*. *Plaut. Pœn. a. 2. v. 8.* Vatui exta proſicarier.

Proſecta, æ, f. idem ac proſicies. V. *Proſicies*.

Proſecta, orum, n. ἐντόμματα, viſcera, quæ in ſacrificiis proſecuiſſent. Qui enim ſacrificarent, extis coctis, ſectiſque, partem ſoliti ſunt adolere, partem Sacerdotibus dare, partem menſis ſuis ſervare. *Ovid. 12. Met.* Cujus ut impoſuit proſecta calentibus aris. Adde *Non. c. 3. n. 179.*

Proſector, oris, m. qui proſecat, *inciſore, medico*. *Tertull. de anim. c. 25.* Majorum quoque proſector Herophilus. De medicis loquitur.

Proſectus, us, m. *taglio*, actus proſecandi. *Apul. l. 8. Metam.* Proſectu gladiorum, ictuque flagrorum.

Proſecūtor, oris, m. Proſecutores *in Cod. Theodoſ. l. 12. de ſuſceptorib. &c.* dicuntur, qui aurum in ſacris donariis inſumendum de provinciis deferunt.

Proſecutoria, æ, f. *in Cod. l. 11. tit. 7. leg. 14.* dicitur licentia ſcripto data aurum deferendi. V. vocem præced.

Proſĕda, æ, f. meretrix, ſic dicta, auctore *Feſto*, quod ante ſtabula ſedeat. *Plaut. Pœn. a. 1. ſc. 2. v. 54.* An ibi vis inter iſtas verſarier proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias?

Proſedāmum, i, n. vitium pecoris, ex nimio labore proveniens. *Plin. l. 26. c. 10.*

Proſelēnus, i, προσέληνος, luna antiquior. *Cic. in fragm. orat. pro Fundanio, quod refert Servius*. Arcades ſe proſelenos eſſe aſſeverant.

Proſelytus, i, προσήλυτος, advena, adventitius. A Judæis proſelyti dicebantur quicumque ex Gentilibus Judaicam religionem amplectebantur, vel qui inter Judæos domiciliis poſitis verſabantur. *Tertul. l. 3. adverſ. Marcion. c. 21. & Hieron. ep. 128. ad Fabiol.*

Proſemino, as, a. 1. diſſemino, καταςπείρω. *Cic. 3. de Orat. c. 16.* Ex Socratis variis diſputationibus proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientium inter ſe.

Proſentio, is, a. 4. *preſentire*, præſentio. *Plaut. Mil. 4. 4. 16.* Si proſenſerit miles, nihil hinc ferri poterit.

Proſequium a proſequendo, obſequium ab obſequendo dicuntur. *Feſt.*

Proſĕquor, eris, cutus, vel quutus ſum, d. 3. *ſeguitare, andar dietro*, רדף, Ger. *nachfolgen*, Gal. *pourſuivre*, Hiſp. *ſeguir*, ἐπακολουθεῖν, ſequor, ultra ſequor. *Caſ. l. 5. B. G.* Longius proſequi veritus, quod ſilvæ, paludeſque intercedebant. ¶ Eſt etiam deducere, comitari. *Gell. l. 18. c. 1.* Proſequuti Favorinum in domum, diſceſſimus. ¶ *Cic. pro Planc.* Is me diſceſſu meo non lacrymis ſolum ſuis, ſed animo, corpore, copiis proſecutus eſt. *Id. pro Quint. c. ult.* Ut eum bona exiſtimatio uſque ad rogum proſequatur. ¶ Tranſlate eſt pergere in quacumque re. *Cic. 2. Off.* Sequitur, ut hæc officiorum genera proſequar. ¶ Item ſequi cum affectu animi, ut Proſequi amore, odio, &c. *Vellej. l. 2. c. 92.* Præſentia invidia, præterita veneratione proſequimur. ¶ Denique plurimas, & diverſiſſimas ſignificationes habet juxta varietatem ablativorum, qui ei adjunguntur. *Cic. 5. Verr.* Beneficiis, ex liberalitate proſequi. *Id. 4. Verr.* Verbis vehementioribus proſequi, eſt inſectari. *Plin. ep. 8.* Medici ſalubres, ac voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis proſequuntur. idest condiunt. *Col. l. 1. c. 8.* Præmio proſequi. *Quinct. l. 1. c. 11.* Lætitia proſequi. *Liv. l. 25.* Proſequi lamentis. *Plin. l. 1. epiſt. 8.* Munificentiam ſtilo proſequi. h. e. ſcribendo enarrare. *Virg. 3. Georg.* Verſu proſequi paſcua.

Proſĕro, is, evi, atum, a. 3. profero, produco. *Lucan. l. 4. v. 411.* non proſerit ullam Flava Ceres ſegetem. ¶ Tranſlate *Grat. in Cyneg. v. 9.* Ex artibus artes proſerere. ¶ Proſero, is, rui, rtum, eſt exſerere, emittere. *Avien. in Arat. v. 1121.* Proſerit hydra caput.

Proſerpina, æ, Περσεφόνη, filia Jovis primi ex Cerere, ſoror Liberi. *Cic. 3. de nat. Deor.* Aliqui cenſent, filium fuiſſe Sicani Regis Siciliæ, & Cereris. *Ibi. l. 11.* Eadem a nonnullis, quæ Diana, ſive Luna, credita eſt. Sed Proſerpina ex Jove ſecundo Dianam primam, & Dionyſium primum genuiſſe fertur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Hæc a Plutone, dum Siciliam luſtraret, rapta eſt, prope Ennam urbem. Tunc forte in campis Ennæis cum Cyane Nympha, & Sirenibus flores legebat. Ceres, cum accenſa face ex ignibus Ætnæ montis filiam per univerſum terræ orbem quæſiſſet, tandem aliquando a Cyane edocta rem omnem, eam eſſe apud Inferos comperit. Igitur petiit a Jove, ut communem filiam ab Inferis ſibi reducere liceret. Ille reſpondit, poſſe eam reverti, ſi nihil apud Inferos guſtaviſſet. Illa autem jam tria Punici mali in Elyſio grana guſtaverat: quam rem Aſcalaphus Stygis filius prodidit. Quare Proſerpina ad Superos remeare non potuit. Quod ægre ferens, Aſcalaphum commutavit in bubonem, noctis avem, & triſtium ſemper rerum nuntium. Poſtea tamen Ceres a Jove dicitur impetraſſe, ut Proſerpina ſenis quotannis menſibus ſecum apud Superos, & totidem cum marito apud Inferos eſſe liceret. *Ovid. Met. 5. Serv. in 1. Geor.* ¶ A Poetis interdum accipitur pro morte. *Horat. l. 1. od. 28.* Nullum ſæva caput Proſerpina fugit.

Proſerpināca, æ, f. herba eximii adverſus ſcorpiones remedii, *correggiuola*. *Plin. l. 26. c. 4. & l. 27. c. 12.*

Proſerpinālis herba, alio nomine dracontium. *Marc. Empir. c. 9.*

Proſerpo, is, n. 3. prorepo, *andar ſerpendo*. *Plaut. Aſin. 3. 3. v. 103.* Pro me proſerpentem beſtiam, duplicem ut habeam linguam. *Ammian. l. 15. c. 10.* Malum ultra proſerpens.

Proſeucha, æ, f. *oratoria*, προσευχή, locus, in quo Judæi oraturi conveniebant, ita dictus a voce Græca alluta, quæ orationem ſignificat. Et quia apud Romanos tum ipſi Judæi, tum quæcumque ad eos pertinebant, contemptui & deriſui habebantur, hinc *Juvenal. ſat. 3. v. 296.* Ede ubi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha? V. *Turn. l. 1. Adverſ. c. 19.*

Proſferāri, impetrari. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 687.* Nec minimo proſeratur pax, quod Caſſandram ſigno deripuit.

Proſiciæ, arum, f. partes hoſtiæ in ſacrificio coctæ, & diſſectæ, quæ & proſecta dicuntur. *Arnob. l. 2.* Quod ſi omnes has partes, quas proſicias dicitis, Dii amant. *Solin. c. 11.* Cum proſicias intulerint. Alii leg. *porricias* eodem ſenſu.

Proſicies, ei, f. idem ac proſecta, a *proſecando*. Nam veteres in compoſitis a *ſeco* mutabant e in i, ut *Proſico*. *Varro apud Non. c. 3. n. 178.* Proſiciem extorum ſel in menſam porricere. *Lucil. ibid.* Cœnam, inquit, nullam, neque Diro proſiciem ullam. Ita legit *Scaliger*, alii *proſectam ullam*.

Proſicium, ii, idem ac proſicies. *Feſt.* Proſicium, quod proſecatum projicitur. *Voſſius Proſiciæ* legere mavult.

Proſico. V. Proſeco.

Proſignānus, i, miles qui in ſecunda acie pugnat; & differt ab anteſignano, qui in prima. *Frontin. l. 2. ſtratagem. c. 3.*

Proſilio, is, lui, livi, lii, ultum, n. 4. *ſaltare fuori*, Ger. *herfür ſpringen*, Gall. *ſaillir hors*, Hiſp. *ſaltar a fuera*, ἐκπηδᾶν, eſt ultra, ſeu foras, vel ante ſalire, cum ſaltu, & feſtinatione prodire, prorumpere. *Cic. pro Cœl.* Deinde temere proſiluerunt. *Curt. l. 7. c. 4.* Beſſus a convivio proſiluit. *Liv. l. 5. c. 2.* Proſilire in concionem. *Colum. l. 7. c. 6.* Frutices in altitudinem proſiliunt. h. e. excreſcunt. *Hor. l. 1. ep. 19.* Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma proſiluit dicenda. idest impetu, & furore poetico incitatus ſe contulit.

Proſimurium, ii, idem ac pomœrium. *Feſt.* apud quem alii legunt *poſimœrium*.

Proſiſto, is, n. 3. ante ſto, promineo. *Apul. l. 11. Metam.* Foliis in modum radiorum proſiſtentibus.

Proſlius, idem ac propoſitus, apud vet. *Feſt.*

Proslambanomĕnus, προσλαμβανόμενος, nomen eſt cujuſdam toni muſici, qui videtur eſſe idem cum eo, qui a recentioribus Muſicis appellatur *A re*. *Vitruv. l. 5. c. 4.*

Proſŏcer, ri, προπενθερός, ſocer magnus, hoc eſt uxoris meæ avus, cui reſpondet progener. *Ovid. Heroid. ep. 3. v. 74.* Cuique ſenex Nereus proſocer eſſe velit.

Proſŏcrus, us, f. uxoris meæ avia. *l. 4. Dig. de Gradib.* V. *Progener*.

Proſodia, æ, προσῳδία, τόνος, accentus, lex, ſive regula ad acuendam, deprimendam, aut circumflectendam ſyllabam uniuſcujuſque particulæ orationis accommodata, a πρὸς, *ad*, & ᾠδὴ, *cantus*. *Gel. l. 13. c. 6.* Προσῳδίας Græci, Latini accentus dicunt. Eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. *Quinctil. etiam l. 1. c. 5.* græcis literis ſcribit: at latine *Varr.* apud *Gell. l. 18. c. 6.* In priore verbo graves proſodiæ, quæ fuerunt, manent, reliquæ mutant.

Proſonomaſia, f. προσονομασία, figura eſt, quæ fit ex aliqua vocum ſimilitudine, ut Deligere oportet, quem velis diligere. Vox græca eſt, & græce uſurpanda.

Proſōpis, idis, & Proſopites, æ, προσωπίς, & προσωπίτης, herba, quæ a Latinis dicitur perſonacta, teſte *Apul. de herb. c. 36.*

Proſopopœja, æ, προσωποποιΐα, Sermocinatio, Confirmatio, Figura ſententiarum, per quam perſonæ, vel aliæ res loquentes inducuntur vel ad ſuadendum, vel ad objurgandum, vel ad querendum, vel ad laudandum, vel ad movendam miſerationem, &c. a πρόσωπον, *perſona*, *facies*, & ποιέω, *facio*. *Quintil. l. 1. c. 8. l. 2. c. 1. & l. 9. c. 4.*

Proſopopoeicus, a, um, adject. a proſopopœia, apud *Jul. Firmic. de error. prophan. religion.*

Proſpecte, adv. ἐσκεμμένως, conſulte, *con circoſpezione*. *Tertul. Apol. c. 6.* Proſpecte decernentia.

Proſpectivus, a, um, adject. ut proſpectivæ feneſtræ, unde proſpicitur. *l. 8. Cod. tit. 10. leg. 12.*

Proſpecto, as, a. 1. freq. a proſpicio. *Cic. 7. Verr.* Navis omnibus, qui eam aſpexerant, proſpectare jam exilium, atque explorare fugam domini videbatur. *Liv. l. 24. c. 21.* Pars ex tectis, feneſtriſque proſpectant. *Id. l. 5. c. 48.* Dedita diem proſpectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret. *Phædr. fab. 36.* Villa Miſenenſis, quæ ſummo monte poſita proſpectat Siculum mare.

Proſpector, oris, m. qui proſpicit. *Apul. de Deo Socrat.* Deus in rebus incertis proſpector, in dubiis præmonitor.

Proſpectus, us, m. *proſpetto, veduta, viſta*, ראי, Ger. *das ausſehen*, Gall. *veue*, Hiſp. *viſta*, πρόοψις, actus proſpiciendi, viſio a longe. Docet *Paulus J. C.* proſpectum ex inferioribus, & ex ſuperioribus locis eſſe, lumen ex inferiore loco non eſſe. *Caſ. l. 2. B. Gall. c. 22.* Sepibuſque denſiſſimis intersectis proſpectus impediretur. ¶ Sumitur etiam pro loco, unde proſpicimus. *Cic. pro Dom.* Porticus in Palatio pulcherrimo proſpectu. *Liv. l. 1.* Inde ubi proſpectu in urbem, agrumque capto, Deos precatus, regiones ab Oriente ad Occaſum determinavit. ¶ Item pro conſpectu, vel præſentia. *Cic. 5. Verr. c. 47.* Cum eum, quem virgis iſte ceciderat, in proſpectum P. R. produxit.

Proſpecŭlor, aris, dep. longe ſpeculor. *Liv. l. 31.* Multitudo a muris adventum imperatoris Romani proſpeculabatur. *Id. l. 3.* L. Siccium proſpeculatum mittunt.

Proſper, vel proſperus, ra, rum, *proſpero, felice*, מצליח, Ger. *glücklich*, Gall. *proſpere*, Hiſp. *proſpero*, ἐπίφορος, felix, ſecundus, a προφέρω, *commodus*, *utilis*, quod a προφέρω, *uffero*. *Cic. 2. Offic. 6.* Proſpere flatu fortunæ uti. *Id. l. 9. Att. ep. 7.* Proſperos exitus conſequi. *Id. in ſomn. Scip. c. 4.* Hominum generi proſperus & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis. Al. leg. *proſper*. *Valer. Max. l. 3. c. 7. n. 1.* Minor animoſus, animuſve proſper tranſitus. Al. leg. *proſperus*. *Silius l. 10. v. 521.* Occidit immoriens magnis non proſperus auſis. *Liv. l. 1. in præfat.* Ut orſis nobis aperis proſperos ſucceſſus darent. *Sori. in Caſ. c. 45.* Proſpera valetudo. *Tac. Ann. 14. c. 15.* Proſpera fama. h. e. integra, inviolata. *Id. Ann. 6. c. ult.* Erat Druſus proſperiore civium amore. *Vellej. l. 2. c. 69.* Acre, atque proſperrimum bellum.

Proſperātus, a, um, nom. particip. ut proſperata felicitas. *Tertul. in Apolog. c. 6.*

Proſpĕre, adv. *proſperamente*, εὐτυχῶς, feliciter, ex voto. *Cic. 2. de nat. Deor. c. ult.* Magnis autem viris proſpere eveniunt ſemper omnes res. *Sueton. in Caſ. c. 36.* Proſperrime dimicare. *Colum. l. 4. c. 32.* Arundo proſperius loco reſoluto, quam denſo deponitur.

Proſpergo, is, a. 3. idem ac aſpergo. *Tac. l. 15. Ann. c. 44.* Unde hauſta aqua templum, & ſimulacrum Deæ proſperſum eſt.

Proſperĭtas, atis, *proſperità*, הצלחה, Ger. *glück*, Gal. *proſperité*, Hiſp. *proſperidad*, εὐημερία, εὐτυχία, felicitas. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 36.* Commoditatem, proſperitatemque vitæ a Diis habemus. *Id. ibid.* Proſperitates, ſecun-

eundemque res improborum. *Nepos in Attic. c.* 21. Proſperitas valetudinis. *Sueton. in Calig. c.* 31. Proſperitas rerum.

Proſperiter, adv. idem ut proſpere. *Ennius apud Priſcian. l.* 25.

Proſpĕro, as, a. 1. *proſperare*, *felicitare*, ἐκδίδωμι, εὐοδόω, proſperum facio, ſecundo. *Liv. l.* 8. *c.* 9. Uti Populo R. Quiritium vim, victoriamque proſperetis. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 56. Ut conſilia ſua Reip. proſperarent.

Proſpĕrus. V. Proſper.

Proſpex, icis, m. qui proſpicit. *Tertul. de anim. c.* 5. Recogita in præſagiis vatem, in ominibus augurem, in eventibus proſpicem.

Proſpicienter, adv. *riguardevolmente*, προνοητικῶς, circumſpecte. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Res ſalubriter, ac proſpicienter animadverſas &c.

Proſpicientia, æ, πρόνοια, cura, providentia. *Cic. Phil.* 7. *c.* 7. Vigiliæ & proſpicientiæ. Al. leg. *providentia*.

Proſpĭcio, is, exi, ectum, a. 3. *vedere da lungi*, הִשְׁקִיף, Ger. *von ferne ſehen*, Gal. *pourvoir*, Hiſp. *mirar de lexos*, *proveer*, προορῶ, idem ac aſpicio, vel longe aſpicio, procul vel ante video, prævideo, provideo. *Cic. pro Syll.* Sed tamen munere ſervili obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda. *Ter. Phorm.* 5. 2. 8. Niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro præſentire, præſagire, præcognoſcere. *Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 3. Multo enim ante tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram. *Id. l.* 2. *Fam. epiſt.* 8. Ut ab homine longe in poſterum proſpiciente. *Id.* 1. *Verr.* Jam nunc mente, & cogitatione proſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſunt. *Id. pro Cluent.* Ut illum Magium intelligetis longe animo proſpexiſſe morientem. ¶ Item pro cavere, commodis alicujus conſulere, cum dativo. *Cic. Verr.* 3. *c.* 61. Sibi, & ſaluti ſuæ proſpicere didicit. *Ter. Heaut.* 2. 4. 11. Niſi proſpectum interea aliquid nobis ſit, deſertæ vivimus. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 14. Petis, ut fratris tui filiæ proſpiciam maritum.

Proſpicuē, adv. proſpicienter, provide. *Apul. l.* 9. *Met.* Benigne, & proſpicue in me conſuluit.

Proſpicuus, a, um, conſpicuus, qui longe conſpici poteſt: vel ex quo longe proſpectus extenditur. *Stat. l.* 12. *Theb. v.* 15. proſpicuæ ſcandentem limina turris.

Proſpĭcus, a, um, adject. providus, intentus. *Nævius apud Non. c.* 2. *n.* 667.

Proſpīro, as, n. 1. ἀναπνέω, ultra, ſeu longe ſpiro, extra ſpiro. *Apul. in Apolog.* Ea namque tabes ſi foras corporis proſpiraverit, majore dedecore, quam noxa diſſuaditur. Lexicographi addunt aliud exemplum *Catonis*.

Proſpiſſo, adv. tarde, valde ſero. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 6. Si quid boni promittunt, proſpiſſo evenit. Rectius tamen diviſum legas pro ſpiſſo.

Proſtans, antis, o. particip. Sumitur ſæpe pro eminens, prominens, extans. *Lucr. l.* 6. *v.* 628. Anguli proſtantis. ¶ Item pro eo, qui proſtituitur ad Venerem petiendam. *Juven. ſat.* 1. *v.* 46. Cum populum gregibus comitum premat hic ſpoliator Pupilli proſtantis?

Proſtas, adis, f. παστάς, veſtibulum, porticus. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. Hic locus apud nonnullos proſtas nominatur.

Proſtaſia, æ, προστασία, *preminenza*, primus dignitatis locus inter aliquem. *l.* 8. *Cod. de munerib. patrim.* ubi alii leg. *pronaſtaſia* eodem ſenſu.

Proſterno, is, ſtravi, ſtratum, a. 3. *gittare a terra*, *atterrare*, הִפִּיל, Ger. *nider*, *werffen*, Gal. *mettre a terre*, *abbatre*, Hiſp. *derribar*, *echar a tierra*, καταβάλλω, profligo, ante ſterno, in terram dejicio. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Proſternere in terram vineas. *Cic.* 2. *Phil. c.* 18. Ille ſe ad meos pedes proſtravit lacrymans. *Liv. l.* 9. *c.* 6. Circa viam, haud procul Capua, omnium egene corpore humi proſtraverunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro exitium alicui afferre. *Cic. pro Cluent.* Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. *Id. Phil.* 14. *c.* 10. Hirtius hoſtes proſtravit, fudit, occidit. ¶ Item pro demittere, *avvilire*. *Cic. in Parad.* Sic te ipſe abjicies, atque proſternes, ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquam putes intereſſe? ¶ Item pro evertere, pervertere. *Cic. pro Cluent. c.* 16. Perfregit, ac proſtravit omnia cupiditate, ac furore. *Vatin. ad Cic.* 5. *Fam. ep.* 9. Malevolorum obtrectationes, & invidias proſternere, atque obterere. ¶ Item pro aperire, patefacere. *Plin. in Paneg.* Nonne manifeſtum eſt, tuis virtutibus, tuiſque laudibus materiam campumque proſterni? ¶ Item pro proſtituere. *Arnob. l.* 2. Pſaltriæ venalia proſternunt corpora.

Proſthĕſis, & Protheſis, is, f. πρόσθεσις, & πρόθεσις, additio, Figura, qua litera, vel ſyllaba voci alicui apponitur, ut *gnatus*, pro *natus*, *tetuli* pro *tuli*. Vox græca eſt, & græce ſcribenda. V. *Grammat.*

Proſtibĭlis, & le, *a.* 3. quod proſtat, ſeu proſtituitur, a *proſto*. *Plaut. Perſ.* 5. 2. 56. Hic faceret te proſtibilem propediem. ideſt ut proſtares. Aliqui legunt *proſtibulum*. *Id. Stich.* 5. 6. 4. Proſtibila eſt ſtantem ſtanti ſavium dare. h. e. proſtibuli, vel meretricis proprium. Alii aliter legunt.

Proſtibŭle, æ, f. idem ac proſtibulum, meretrix. *Plaut. Ciſt. apud Non. c.* 5. *n.* 8. Intro ad bonam meretricem, adſtat ex in via ſola, proſtibulæ ſane eſt. *Tert. Apol. c.* 6. Inter matronas, & proſtibulas nullum diſcrimen reliquum. ¶ Addit *Nonius l. c.* diſcrimen eſſe inter meretricem, & proſtibulam, quod meretrix honeſtioris loci, & quæſtus ſit, & copiam ſui tantummodo noctu faciat, proſtibula vero ante ſtabulum ſedeat quæſtus diurni, & nocturni cauſa.

Proſtibulum, i, *n. meretrice*, πόρνη, meretrix quæ proſtat quæſtus ex corpore faciendi cauſa. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 6. Bellum & pudicum vero proſtibulum populi! ¶ Diſcrimen inter proſtibulum & meretricem V. in *Proſtibula*. ¶ Qui vocem hanc pro ipſo lupanari accipiunt, magis nituntur analogia, quam ulla Latini ſcriptoris auctoritate.

Proſtĭtuo, is, tui, tutum, a. 3. *proſtituire*, προΐστημι, eſt corpus ſuum, vel alienum quæſtui exponere, corporis poteſtatem facere, pudicitiam venalem habere, ſe, vel alium, ſive puerum ſive puellam, meretricio arti dedere, quaſi ante, vel publice ſtatuere. *Suet. in Ner. c.* 29. Suam pudicitiam uſque adeo proſtituit, &c. ¶ Transfertur & ad alia. Hinc vocem foro proſtituere, ideſt, ex cauſarum actione lucrum aucupari. *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 15. Non me ingrato voces proſtituiſſe foro.

Proſtitutĭo, onis, f. *il proſtituirſi*. *Arnob. l.* 2. In libidinem publica venalium corporum proſtitutione damnari.

Proſtitutor, oris, m. qui proſtituit. *Tert. de cultu fem. l.* 2. *c.* 9. Lenones & proſtitutores. *Id. de pudic. c.* 10. Proſtitutor Chriſtiani ſacramenti.

Proſtitūtus, a, um, *proſtituto*, προαχθείς. *Plin. l.* 30. *c.* 2. Quam lupanaribus, atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas. *Tertul. Apol. c.* 25. Proſtitutiſſima lupa. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Sermones proſtituti, & theatrales.

Proſto, as, ſtiti, atum, n. 1. προΐσταμαι, ante ſto, promineo, emineo. V. *Proſtans*. ¶ Item venalem me expono, proſtituor, & dicitur de iis, qui pudicitiam ſuam proſtituunt, ut meretrices, quæ corporis quæſtum faciunt. *Juven. ſat.* 3. *v.* 65. Ad Circum juſſas proſtare puellas. *Quintil. in d. clam. de Milite Mariano*. Ut in medio belli ſtrepitu jubere proſtare gladio cinctum. *Plaut. Curc.* 4. 2. 21. *lenones comparans cum fœneratoribus*. Hi (lenones) in occultis locis proſtant, vos in foro ipſo. ¶ Tranſlate *Ov. l.* 2. *de Pont. ep.* 3. Illud amicitiæ ſanctum, & venerabile nomen Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.

Proſtratĭo, onis, f. actus proſtrandi, dejectio. *Tertul. adv. Hæretic. c.* 41. Simplicitatem volunt eſſe proſtrationem diſciplinæ.

Proſtrator, oris, m. qui proſternit. *Firmicus de err. prof. relig.* Proſtratores eſtis omnium hoſtium veſtrorum.

Proſtrātus, a, um, *proſtrato*, *gettato a terra*, καταβεβλημένος, partic. a proſterno. *Cic.* 2. *Catil.* Jacet ille nunc proſtratus, & perculſum ſe, atque abjectum eſſe ſentit. *Id. in ep. ad Octav.* Afflicta, & proſtrata Reſpublica. *Id.* 2. *Leg.* Proſtratæ religiones. *Lucret. l.* 6. *v.* 1262. Proſtratus ſiti.

Proſtylos, πρόστυλος, Ædes proſtylos dicitur a *Vitruv.* quæ habet in fronte columnas, *l.* 3. *c.* 1. V. Amphiproſtylos.

Proſtypus. V. Protypus.

Proſubĭgo, is, egi, actum, a. 3. καταστείβω, ante ſubigo, valde ſubigo. *Virg.* 3. *Georg. de ſue v.* 256. Et pede proſubigit terram. ideſt lutum facit, in quo ſe volutet. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 288. Et fulmina Cyclops proſubigit, h. e. malleo domat, tractat.

Proſum, des, fui, n. anom. *giovare*, ὠφελέω, utilitati ſum, juvo, quaſi pro aliquo ſum. *Cic.* 3. *Acad.* Sed etiam, ut multis proſimus, enitimur. *Liv. l. c.* Id mirum, quantum profuit ad concordiam civitatis. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Prodeſſe in commune. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Putant eam contra araneorum ictus prodeſſe.

Proſumĭa, æ, f. genus navigii ſpeculatorium parvum, teſte *Feſto*. *Cæcilius apud Non. c.* 13. *n.* 17. Qui pro gubernatione ſa gerens prope vertit proſumiam.

Proſumnus, i, impudicus quidam Bacchi amator, qui pactus ab eo corporis uſuram, ad Inferos deſcendentem comiter viam docuit. *Arnob. l.* 5.

Proſūmo, is, mpſi, mptum, a. 3. inſumo, fruor. *Plaut. Trin.* 5. 2. 6. Beneficium, homini proprium quod datur, proſumpſerit. nam quod datum eſt utendum, id repetundi copia eſt. Al. leg. *proprium ſumpſerit*.

Proſymna, æ, πρόσυμνα, regio Argolica, ubi Juno colebatur. *Stat. l.* 1. & 4. *Thebaid.*

Protagŏras, æ, m. 1. filius Menandri Thracum locupletiſſimi, ex Abdera urbe Traciæ, maximus Sophiſta, auditor Democriti. Ejus pater Menander fertur Xerxem adverſus Græcos proficiſcentem domo, muneribuſque excepiſſe. Ob hanc liberalitatem Magi, qui cum Xerxe erant, facta a Rege poteſtate, Protagoram tunc adoleſcentem ſua diſciplina erudierunt. Nam injuſſu Regis eam communicare non licebat, quod de Diis haud bene ſentirent, dubitareque ſe dicerent, eos eſſe. Illis quoque clam ſacrificabant, ac clara religionis profeſſione illis ſervire, aut per illos nonnihil poſſe viderentur. Igitur ex hac conſuetudine, & ritu dubitavit, an Dii eſſent. Cum in principio libri ſui ſic poſuiſſet: De Diis, neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere, Athenienſium juſſu urbe, atque agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* V. *Gel. l.* 5. *c.* 3. & 10.

Protagorĭcus, a, um, quod ad Protagoram ſpectat. *Gell. l.* 5. *c.* 11. Atque eſt Protagoricum illud, de quo diximodo.

Protăſis, is, f. 3. πρότασις. *Donat. in prol. Ter.* Protaſis primus actus eſt, initiumque dramatis. V. *Apodoſis*.

Prote, f. 1. *Porquerolles*, inſ. parva Galliæ Narb. una Stœchadum, *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Protĕa, æ, f. herba, alga paluſtris. *Apul. de herb. c.* 67.

Protectĭo, onis, f. 3. *protezione*, ὑπερασπισμός, actus protegendi, defenſio. *Tertul. de fuga in perſecut.* 2. Protectio fidei.

Protector, oris, m. σωματοφύλαξ, corporis cuſtos, *guardia*: qui aliter dicitur ſtipator, & domeſticus. *Spartian. in Caracalla*, *c.* 7. Cum inter protectores ſuos, conjuratos cædis, ageret. Adde *ibid. c.* 5. ¶ Item qui quavis modo defendit, *protettore*. *Ter. Apolog. c.* 6. Paternorum inſtitutorum protectores.

Protectum, i, *n.* idem, ut projectum, ideſt, pars domus prominens, a *protegendo*, ut *projectum* a *projiciendo*. Eſt enim protegere, tectum projicere, ut patet ex *Cic. in Top. Ulp. l. quemadmodum*, *ff. ad l. Aquiliam*. Si protectum meum, quod ſupra domum tuam, & nullo jure habebam, recidiſſes.

Protectus, a, um, *protetto*, *difeſo*, σκεπασθείς, tectus. *Ovid.* 12. *Met. v.* 273. Tempora perfregit fulvo protecta capillo. *Cic.* 13. *Phil. c.* 3. In poſterum providet, eſt omni ratione protectior. ¶ Item celatus, tectus. *celato*, *naſcoſto*. *Juſtin. l.* 38. *c.* 1. Riſu protectis inſidiis.

Protectus, us, m. idem quod protectum, ut protectus tignorum, *Scævola*, *l. alt. tit. c. l.* 8. *Dig.*

Protĕgo, is, xi, ctum, a. 3. *proteggere*, *coprire*, προσκεπάζω, idem, ac tego. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Arbor ſe vaſtis protegens ramis. *Id. in Top. c.* 4. Protegere ædes. ¶ Tranſlata ſumitur pro defendere. *Cic. pro Sylla*, *c.* 18. Ego jacentem, & ſpoliatum defendo, & protego. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Prima anno ſtramento ab hyeme protegi. ¶ Item *celare*, *excuſare*. *Quint. Decl.* 8. Parricidii immanitatem metu majore protegere.

Protĕlo, as, a. 1. *prolungare*, ἀπελαύνω, protraho, produco, differo. *Ulpian. l.* 39. *Dig. tit.* 2. *l.* 4. Dies cautioni præſtitutus ſi finietur, Prætoris, vel Præſidis officii erit ex cauſa vel renovare, vel protelare eum. *C. de judiciis*, *l. properandum*. Qui poſſit invito judice litem protelare. *Tertul. de Pœn. c.* 4. Hæc te peccatorum fluctibus merſum perlavabit, & in portum divinæ clementiæ protelabit. ideſt perferet. *Id. adv. Marc. l.* 4. Nec quinque circiter, ſed ſexcenta millia hominum protelavit. h. e, vitam eorum, exhibito victu, produxit, ac prorogavit. *Id. de ſpectac. c.* 1. Ut & ignorantiam protelet in occaſionem. ¶ Sumitur etiam pro longe arcere, propellere, impellere. *Turpil. apud Non. c.* 4. *n.* 349. Romanum impetu ſuo protelant, projectos perſequuntur. *Id. ibid.* Duæ cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant. ¶ Item pro longe excludere, abigere, expellere. *Turpil. apud Non. ibid.* Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum eſſe ſævitia patris. ¶ Tranſlate capitur pro perturbare, exagitare. *Ter. Phorm. a.* 1. *ſc.* 4. *v.* 36. Ne te iratus ſuis ſævidicis dictis protelet.

Protēlum, i, n. tractus jumentorum ſub jugo continuatus, & ſine interruptione, æquabilis boum progreſſus, dum ſimul incedunt, texor trahendi. *Cato apud Non. c.* 4. *n.* 349. Protelo trini boves unum aratrum ducent. *Lucil. ibid.* Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent. *Id. ibid.* Hunc juga mulorum protelo ducere centum Non poſſunt. ¶ Tranſlate *Lucret. l.* 2. *v.* 531. Undique protelo plagarum continuato. h. e. impulſu non intermiſſo. *Id. l.* 4. *v.* 190. Et quaſi protelo ſtimulatur fulgure fulgur. *Catul. carm.* 57. *ad Valer. Caton.* Hunc ego, ſi placet Dionæ, Protelo rigida mea cecidi. h. e. protinus, nihil moræ interponens.

Protendo, is, tendi, ſum, vel tum, a. 3. *diſtendere*, *porgere innanzi*, προτείνω, ultra tendo, extendo. *Virg.* 5. *Æn. v.* 377. Brachia alterna protendere. *Plin. l.* 11. *c.* 43. Inter digitos medius longiſſime protenditur. ¶ Tranſlate ponitur pro extendere ſecundum tempus, proferre, differre. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 26. Comitia tamen in Januarium menſem protendimus. Vetus codex habet *protrudimus*. *Gell. l.* 4. *c.* 17. *a med.* In præpoſitionem metri cauſa protendere. *h. e.* extendere, producere, longam facere.

Protentātus, a, um, nom. particip. pertentatus, exploratus. *Avien. in Arat. v.* 285. ceu Siriaco torretur ſpica calore Protentata modo.

Protentus, a, um, nom. ex particip. porrectus, extenſus. *Tacit.* 14. *Ann. c.* 37. Eques, protentis haſtis, perfringit quod obvium, & validum erat. *Virg.* 1. *Georg. v.* 171. pedes temo protentus in octo. *Avien. in Periegeſi*, *v.* 598. Phœbi lucis in exortum protentior.

Protēnus. V. Protinus.

Protermino, as, n. 1. *παρατείνω*, propago, fines promoveo. *Apul. l. 9.* Fines uſque, & uſque proterminaverit. Adde *Sidon. l. 3. ep. 1.*

Protero, is, trivi, tritum, n. 3. *calcare*, *conculcare*, דרך, Germ. *zertretten*, Gal. *écraſer*, Hiſp. *hollar*, *καταπατέω*, idem ac tero, vehementer tero, pedibus conculco. *Caſ. l. 1. B. C. c. 41.* Equitatus hoſtium ab utroque cornu circuire aciem noſtram, & averſos proterere incipit. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 33.* Eam nunc tu bene patiemini ab homunculis deterrimis proteri, & conculcari? *Horat. l. 4. od. 7.* Ver proterit æſtas.

Proterreo, es, a. 2. *ἀποσοβέω*, idem ac terreo, vel longe terreo, terrendo ejicio. *Stat. l. 2. Theb.* Protinus idem ultro jaculo, parmaque Menœtem proterrebat agens. *Virg. 11. Æn. v. 291.* adverſo proterret equo. *Terent. Heaut. 3. 1. 37.* Filium proterruiſti hinc.

Proterritus, a, um, nom. ex partic. terrendo ejectus, expulſus. *Plaut. Trinum. 3. 2. 77.* Mea opera hinc proterritum te autument.

Proterve, adv. *ſuperbamente*, *con protervia*, *ἀσελγῶς*, ſuperbe, immoderate. *Plaut. Rud. 2. 4. 1.* Quis eſt, qui tam proterve foribus facit injuriam? *Ovid. 1. de Arte, v. 593* Et quicquid dices, faciaſve protervius æquo. ¶ Superl. *protervissime*, legitur apud *Auguſt. l. 2. de Civ. Dei, c. 22.*

Protervia, æ, *ſuperbia*, *petulanza*, *ἀσέλγεια*, ſuperbia, petulantia. *Auſon. Idyl. 3. v. 17.* Capripedes agitat cum læta protervia Panas. ¶ Protervia, pro ſacrificio. V. *Propter*.

Protervio, is, n. 4. *ἀσελγαίνω*, petulanter ago, laſcivio. *Tertull. de Patient. c. 12.* Dilectio non inflatur, non protervit.

Protervitas, atis, idem ac protervia. *Cic. pro Cæl. c. 12.* De corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de ſumptibus immenſa oratio eſt. *Horat. l. 1. od. 19.* Urit me Glyceræ nitor, Urit grata protervitas. *Ter. Heaut. 4. 6. 10.* Quam pene tua me perdidit protervitas.

Proterviter, adv. idem ac proterve. *Enn.* apud *Non. c. 11. n. 28.* Quis eſt, qui noſtris foribus tam proterviter inſultat?

Protervus, a, um, *ſuperbo*, *petulante*, זד, Ger. *muthwillig*, Gal. *arrogant*, *fier*, Hiſ. *deſvergonçado*, *ἀσελγής*, ſuperbus, procax, petulans, qui obviam quemque proterit. Includit enim hoc nomen laſciviam quandam, & libidinem cum ſuperbia conjunctam, animique incontinentiam pronam ad quemvis laceſſendum. *Cic. 3. Fin. c. 10.* Et ſivoi, fractique motus, quales protervorum hominum, aut mollium eſſe ſolent, contra naturam ſunt. *Id. pro Cæl.* Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuſe, libidinoſa meretricio more viveret. *Juſtin. l. 34. c. 2.* Meretrix protervior. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, præter homines, ut de oculis, de manibus, de lingua, de ventis, &c. *Horat. l. 1. carm. od. 26.* Triſtitiam, & metus tradam protervis in mare Creticum portare ventis. *Id. l. 2. od. 5.* frons proterva. *Ovid. in Ibin, v. 522.* Linguæ proterve.

Proteſilæus, a, um, adject. a Proteſilao. *Catull. ad Manl. carm. 67.* Proteſilæam Laodamia domum.

Proteſilaus, m. n. *Πρωτεσίλαος*, filius Iphicli, fortaſſe illius, qui frater Herculis nominatur, ex Phylace opp. Theſſaliæ, unus ex Græciæ Principibus, qui ad bellum Trojanum profecti ſunt. Vulgo tradunt, non ſine omine quodam, & futuræ mortis præſagio ſic appellatum videri, a *πρῶτος*, *primus*, & *λαός*, *populus*, quod primus Græcorum in Trojana expeditione periturus eſſet. Huic enim a vatibus prædictum fuit, primum occiſum iri, ſi ad bellum Trojanum proficiſceretur. Nonnulli dicunt, oraculum ab Apolline Delphico editum fuiſſe, & quidem generatim, qui primus Græcorum ex navibus deſcenderet, eum periturum. Contemptis nihilominus vaticiniis, navigavit in Troadem cum ceteris ducibus. Cum igitur primus ex navibus in litus proſiliiſſet, ab Hectore eſt interfectus, qui cum agmine Trojanorum Græcis obviam venerat. *Ovid. 12. Met.* Habuit uxorem Laodamiam Acaſti filiam, quæ cum viri interitum reſciſſet, in ſolatium mœroris optavit, ut mortui umbram videret, quod cum impetraſſet, in illius amplexibus expiravit.

Proteſtor, aris, dep. 1. *διαμαρτύρομαι*, *teſtimoniare*, *provare manifeſtamente*. *Juſtinian. in proœm. Inſtitut.* Bellicæ ſudores noſtros innumeræ provinciæ ditioni Romanæ additæ proteſtantur. *Quintil. Declam. 4. ſub fin.* Prædico, proteſtor, non ego parricidium facio. *Macrob. l. 1. Sat. c. 17.* Floris ſpecies florem rerum proteſtatur. ¶ Olim etiam *proteſto*, *as*, dictum fuit, teſte *Priſcian. l. 8.*

Proteus, m. n. per duas ſyllabas, *Πρωτεύς*, filius Oceani, & Tethyos, quem in fabulis eſt Deum marinum fuiſſe, Neptuni phocas in mari paſcere conſueviſſe, vatem præſtantiſſimum fuiſſe, ſed non niſi ligatum, ſive coactum vera dediſſe reſponſa, denique in varias ſeſe formas vertere ſolitum, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. *Ovid. 1. Faſt. Virg. 4. Georg.* Aliqui eundem eſſe credunt, atque Vertumnum, quem ajunt captum amore Pomonæ in omnigenam ſpeciem ſe variaſſe. *Servius in 4. Georg. v. 387.* auctor eſt, Proteum aliquando in Carpatho inſ. regnaſſe, Pallene urbe Theſſaliæ relicta, ad quam tamen poſtea reverſus eſt. Alii, ex quibus Diodorus, volunt, Regem Ægypti fuiſſe, patria Memphitem, peritum fuiſſe omnium artium, & Pharaoni ſucceſſiſſe.

Protheſis. V. Proſtheſis.

Prothyme, adv. *allegramente*, *προθύμως*, prompte, alacri animo, a Græca voce allata. *Plaut. Pſeud. 5. 1. 23.* Ego atque herus hunc diem ſumpſimus prothyme.

Prothymia, æ, f. 1. *prontezza*, *allegrezza*, *προθυμία*, promptitudo, alacritas. *Plaut. Stich. 4. 2. 53.* Vides benignitates hominum perire, & prothymiam.

Prothyris, idis, f. *προθυρίς*, ancones, ornamenta quædam in januis. *Vitruv. l. 4. c. 6.* Ancones, ſive prothyrides vocentur, exſculptæ dextra, ac ſiniſtra prependeant. V. *Ancon*.

Prothyrum, i, n. *πρόθυρον*, veſtibulum in janua domus privatæ, ut propylæum eſt veſtibulum urbis, vel templi, vel regiæ. *Vitr. l. 6. c. 10.* Item prothyra Græce dicuntur, quæ ſunt ante in januis veſtibula. Nos autem appellamus prothyra, quæ Græce dicuntur diathyra.

Protinam, adv. idem ac protinus. *Var. l. 6. de L. L. Ter. Phorm. 1. 4. 13.* Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes. Quem in locum vetus interpres monet, etſi in vulgatis ſit *protinus*, tamen rectum eſſe *protinam*, ut ſic legiſſe Nigidium Figulum. Citat & hoc pacto *Feſtus in Protinam*, qui & ipſe *protinus* exponit. *Plaut. Curc. 2. 3. 84.* Ubi oſtium conſpexi, exinde me illico protinam dedi. Adde *Non. c. 4. n. 384.*

Protinus, vel protenus, adv. *continuatamente*, *ſubito*, מהרה, Ger. *eines weges*, Gall. *tout de ſuite*, *ſoudainement*, Hiſp. *luego*, *συνεχῶς*, continuo, continuatim, jugiter, quantum fieri poteſt. Conflatum eſt ex *pro*, & *tenus*, *Servio* teſte in 1. *Eclog.* Itaque continuationem ſignificat, ſive loci, ſive temporis ratione. *Caper* inter *protenus*, & *protinus* hoc diſcriminis ponit, ut per *E* ſit locale, per *I* tempori inſerviat. Verum diſcrimen hoc non obſervatur in antiquis, & optimæ notæ codicibus, ut Pierius quoque agnoſcit, Caſtig. *Virg. 3. Æn. v. 416.* Cum protinus utraque tellus una foret. *Cic. 1. de Div.* Præcepiſſeque, ut pergeret protinus, quid retro, atque a tergo fieret, ne laboraret. *Liv. l. 9.* Cum ad alias anguſtias protinus pergerent. *Plin. l. 5. c. 9.* Lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem. ¶ Ponitur etiam, ut diximus, pro continuo ratione temporis, ſtatim, ſine intermiſſione, illico, repente. *Virg. 4. Georg.* Protinus aerii mellis cœleſtia dona exequar. *Id. 4. Æn.* Protinus ad Regem curſum detorquet Jarbam. *Id. 1. Ecl.* En ipſe capellas protinus æger ago. idest continue æger, vel a longo tempore æger. Aliqui explicant longe a finibus ago, alio porſum ago, vel præ me, ante me. *Cic. 1. de Inv.* Principium eſt oratio perſpicue, & protinus perficiens auditorem attentum. idest ſtatim a principio. *Plin. l. 15. c. 7.* In cinere lixivio tingunt protinus, quam detraxere vitibus. idest ſtatim poſtquam. ¶ Tranſlata capitur pro immediate, idest continuate reſpectu perſonæ. *Ulpian.* apud *Bud.* Etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fidejuſſoris, vel rei perſonam. ¶ Item pro ideo, idest continuate, ratione cauſæ. *Quintil. l. 12. c. 1.* Non autem, ut quidque præcipue neceſſarium eſt, ſic ad efficiendum Oratorem maximi protinus erit momenti.

Protogenes, is, m. *Πρωτογένης*, Pictor præſtantiſſimus, ex Cauno urbe Rhodiorum. Tabularum ejus palmam habet Jalyſus, quem cum pingeret, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtinerent, & ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret. *Plin. l. 35. c. 10. Quintil. l. 12. c. 10.*

Protogenia, æ, f. *Πρωτογένεια*, filia Deucalionis, & Pyrrhæ. *Ariſtarch. in l. 10. Odyſſ.* ¶ Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erechthei Athenienſium Regis, quæ ſe pro patriæ ſalute jugulandas præbuerunt.

Protollo, is, a. 3. *μηκύνω*, differo, protraho. *Plaut. Caſ. 2. 8. 11.* Protollo mortem mihi. *Gell. l. 3. c. 16.* Neque ultra decimum menſem fetura mulierum protolli poteſt. ¶ Ponitur & pro ultra tollere, ſive extendere. *Plaut. Pſeud. 3. 2. 71.* Manum ſi protollet, & pariter proferto manum.

Protonat, abat, imp. 1. *προβροντᾷ*, ante tonat. *Val. 4. Arg. v. 203.* Sed tali protonat ira.

Protoplaſtus, i, *πρωτόπλαστος*, quod primo fictum eſt, a *πλάσσω*, *figmentum*. Protoplaſti dicuntur primi parentes Adam, & Heva a *Tertull. in exhortat. ad Caſtit. c. 2.*

Protopraxia, f. 1. *πρωτοπραξία*, prima actio, h. e. jus exigendi ante alios pecunias a debitoribus, privilegium, quo quis ceteris creditoribus anteponitur. *Plin. l. 10. ep. 109.* Ego inveni, a pleriſque proconſulibus conceſſam eis protopraxian, eamque pro lege valuiſſe.

Protoſedeo, es, n. 2. *ſeder' in primo luogo*, vox hybrida a græco *πρῶτος*, *primus*, & latino *ſedeo*. *Tertul. de cor. Mil. c. ult.* Protoſedent & Presbyteri coronati. *Scioppius* in notis ineditis ad *Tertul.* legit *Porro ſedent*.

Protoſtaſia. V. Proſtaſia.

Protoſomus, a, um, *πρωτότομος*, quod eſt primæ ſectionis. Unde primus caulis, qui ſucciditur, ſeu cyma braſſicæ ita appellatur, a prima tempeſ ſectione, quæ vere fit. *Colum. l. 10. v. 369.* Sed jam protomos tempus decidere caules. *Martial. l. 10. epigr. 48.* Et faba fabrorum, prototomique rudes.

Protraho, is, axi, actum, a. 3. *tirare*, משך, Ger. *herfürziehen*, Gal. *tirer en avant*, Hiſ. *traer*, *παράγω*, palam traho, in aliquem locum traho. *Cic. 6. Ver.* Hunc in convivium Sex. Cominium protrahi juſſit. *Liv. l. 28. c. 29.* Nudi in medium protrahebantur. ¶ Eſt etiam extrahere, elicere. *Lucr. l. 5. v. 409.* Verum protrahere inde. ¶ Item prodere, publicare. *Liv. lib. 27. c. 3.* Novum in occulto gliſcens per indicium protractum eſt facinus. *Id. l. 45. c. 5. a med.* Ne damnatus auctorem ſe nefandi criminis protraheret. ¶ Item differre. *Suet. in Ner. c. 32.* Ut ſtipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, ac differre neceſſe eſſet. *Ter. Andr. 1. 5. 13.* Ut aliquos ſaltem nuptiis protrahat dies. ¶ *Protraxtis* pro protraxiſtis. *Silius l. 16. v. 84.* Vos hodie poſco, Superi, protraxtis ad arma Quod profugos, ſatis eſt.

Protraxe. V. Progreſſa.

Protrepticus, a, um, *eſortatorio*, *προτρεπτικός*, adhortatorius, inſtructivus, a *προτρέπω*, *adhortor*. *Auſon. in epiſt. ad Idyll. 4.* Libellum inſtar protreptici luſeram. Adde *Symmach. l. 1. ep. 31.* & *Trebell. Poll. in Gallien. c. 11.* ¶ Abſolute protrepticon, h. e. adhortatio, admonitio, inſtructio, legitur in titulo *ſilvæ 2. l. 5.* apud *Stat.*

Protrimentum, i, *ἐντρίμμα*, edulium minutim tritum, conciſumque, qualia etiam hodie in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus fruſtillatim conciſis, a *proterendo*. *Apul. l. 8. Metam.* Et accuratius in protrimentis ſapidiſſime coctum.

Protritus, a, um, *καταπεπατημένος*, valde tritus, conculcatus. *Liv. l. 34. c. 26.* Viride, ne hoſtes mox haberent, protritum, & corruptum. *Tacit. 2. hiſt. c. 70.* Protritæ arbores, atque fruges. *Id. ibid. c. 26.* Protrita acies.

Protropum, i, *πρόδρομον*, genus potus, idest muſtum, antequam uvæ calcentur, a *προτρέπω*, *prævertο*, quod calcaturam, & prælum prævertat ſponte effluendo. *Plin. l. 14. c. 9.* Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropum: ita appellatur a quibuſdam muſtum ſponte defluens, antequam calcentur uvæ.

Protrudo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſpingere innanzi*, Ger. *fürſtoſſen*, Gal. *pouſſer*, Hiſp. *empuxar*, *προωθέω*, porro, ſive ultra trudo, impello. *Cic. de Fat. c. 19.* Ut igitur qui protrudit cylindrum.

Protrygeton, i, n. *προτρυγητήρ*, ſtella ad dexteram Virginis, quam Latini provindemiam vocant. *Vitruv. l. 9. c. 6.*

Protubero, as, n. 1. extubero, tumeſco in formam tuberis. *Solin. c. 45. (al. 57.) de bucephalo.* De fronte ejus quædam extantium corniculorum minæ protuberant.

Protumidus, a, um, adject. in anteriorem partem tumidus, ut protumida luna, apud *Apul. de Deo Socrat.*

Proturbo, as, a. 1. *ſcacciare*, *ἀπωθέομαι*, porro, ſive ultra, ſive extra turbo, idest repello, abigo, arceo. *Liv. l. 3. c. 47.* Telis, miſſilibuſque ſaxis proturbare hoſtes. *Plin. l. 11. c. 19.* Apes pigras, & ignavas proturbant. *Sil. lib. 5. v. 603.* Itaque anhelantum proturbat pectore murmur. h. e. emittit.

Protutela, læ, f. munus protutoris. *Ulpian. l. 1. ff. de eo qui pro tut.* In protutelæ judicio.

Protutor, oris, m. *vicetutore*, qui tutoris vice fungitur. *Ammian. l. 29. c. 5.* Domeſticis protutoribus cuſtodiendum mandaverit. Alii leg. *protectoribus*.

Protypum, i, n. *originale*, *primo eſemplare*, *e modello*, *πρότυπον*, primum exemplar, ad cujus rationem cetera efformantur. *Plin. l. 35. c. 12.* Primus perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia protypa vocavit. Alii leg. *proſtypa*, & intelligi jubent effigies, ſive figuras, quæ parum extant, & prominent, *di baſſo rilievo*.

Protyrum, i, *πρότυρον*, genus vini apud inſulam Leſbum. *Vitruv. l. 8. c. 3.*

Provectio, onis, f. *promozione*, actus provehendi. *Lactant. l. 3. c. 21.* Provectio dignitatis.

Provectus, us, m. *avanzamento*, *promozione*. *Sidon. l. 4. ep. 4.* Provectu ætatis. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 39.* Provectu honeſtiorum, & ſuppliciis flagitioſi cujuſque virtutum ſtudia augebantur.

Provectus, a, um, *προκεχωρηκώς*, *avanzato*. *Cic. de Sen.* Quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, ſed tamen jam ætate provectum. *Arnob. l. 6.* Provectus ſenectute. *Auſon. epigr. 119.* Neſtore provectior. *Pallad. l. 4. c. 13.* Equi provectiores, *cavalli che anno ferrato*. *Tacit. Ann. 13. c. 20.* Provecta nox erat. *Id. ibid.* Ut Burrum demovere præfectura deſtinaret, tanquam Agrippinæ gratia provectum, *promoſſo*. *Id. 3. hiſt. c. 46.* Provectum longius bellum. h. e. protractum.

Proveho, is, xi, ctum, a. 3. *menare lungi*, *menare oltre*, Germ. *fürfüren*, Gall. *porter loin*, *en avant*, Hiſp. *llevar lexos*, *προάγω*, duco, ultra duco,

Digitized by Google

duco, produco. *Cic.* 8. *Phil.* Atque etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas uſque Puteolanas provehuntur. ¶ Tranſlate in conſtructione paſſiva ſumitur pro progredi, procedere, ulterius pergere in quacunque re, *inoltrarſi*. *Cic. ad Brut.* Sed provehor amore. idest rapior amore. *Id.* 3. *Pin. c. ult.* Sed jam ſentio, me eſſe longius provectum, quam propoſita ratio poſtularet. *Id. pro R. Com. c.* 11. Paulo longius oratio mea provecta eſt. *Id.* 2. *Off.* Provehi ad exitus optatos. *Liv. l.* 45. *c.* 47. Provehi eque. *Id. l.* 35. Provehi in maledicta. *Tac.* 4. *Ann. c.* 10. Eo audaciæ provectus, ut &c. ¶ Provehere aliquem ad dignitatem, eſt promovere, evehere. *Plin. l.* 10. *ep.* 8. Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, auguratum adjicere digneris. *Velle. l.* 2. *c.* 69. Ab eo in conſulare provectus eſt faſtigium. *Tac.* 2. *hiſt.* 2.75. Provectus ad ſumma militiæ.

Provendo, is, a. 3. *Afran. in Simulante* apud *Donat. ad Terent. Adelph.* 5. 5. 34. Is ns ſervorum captus eſt, facillime domo, atque noſtra familia provenditur.

Provenio, is, eni, ntum, n. 4. *comparire, uſcir fuori*, יצא, Ger. *berfur kommen*, Gal. *apparoître*, Hiſp. *parecer*, προέρχομαι, prodeo. *Plaut. Pſeud.* 2. 5. 155. Nam qui in ſcenam provenit novo modo. ¶ Tranſlate ponitur pro gigni, naſci. *Plin. l.* 9. *c.* 10. Neque ibi aliud animal proveniat. *Cic. de Senect. c.* 6. *ex poeta*. Proveniunt oratores novi, ſtulti, adoleſcentuli. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 1. *v.* 39. Carmina proveniunt animo deducta ſereno. ¶ Item pro evenire, contingere. *Cic. l.* 1. *de finib.* Nec quid proventurum ſit, provident. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 5. Proveniant medii ſic mihi ſæpe dies. ¶ Bene, vel nequiter provenire is dicitur, cui res bene, vel infeliciter cadit, εὐτυχεῖν, vel δυστυχεῖν. *Plaut. Rud.* 3. 5. 57. Ædepol proveni nequiter multis modis. *Id. Stich.* 2. 3. 75. Enimvero provenisti futile, ſi neque ille adeſt, neque his qui venit, quicquam ſubvenit. *Id. Truc.* 2. 4. 35. Cum bene proveniſti ſalva, gaudeo. Adde *ibid.* 2. 6. 35.

Provento, as, n. 1. advento, provenio. *Nævius* apud *Cic. de Senect. c.* 6. Proventabant oratores novi, ſtulti, adoleſcentuli.

Proventus, us, m. reditus, abundantia, *copia, rendita, abbondanza*, πρόσοδος. *Sueton. in Claud. c.* 16. Proventu uberi vinearum. *Plin. l.* 20. *c.* 12. Extinguit lactis proventum. *Id. l.* 8. *c.* 55. *de cuniculis*. Certum eſt, Balearicos adverſus proventum eorum auxilium militare a D. Auguſto petiiſſe. *Plin. alter l.* 1. *ep.* 13. Proventus poetarum. *Lucan. l.* 2. *v.* 61. novorum proventus ſcelerum. ¶ Item ſucceſſus, proſper exitus. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 38. Multum ad hanc rem adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. *Apul. in Apol.* Proventum alicui cupere. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. Tanta converſio vel negotii dignitatem, vel proventum orationis, vel actoris conſtantiam ſubſecuta eſt.

Proventus, a, um, partic. a provenio. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 15. *ad fin.* Ideo ex aſpiratione oris proventa ſuavitas excluditur.

Proverbialis, le, adject. *proverbiale*. *Gel. l.* 2. *c.* 22. Ex quo verſum iſtum proverbialem factum ait.

Proverbialiter, adv. *proverbialmente*, per modum proverbii. *Ammian. l.* 29. *c.* 17. Proverbialiter dici ſolet. Adde *Donat. ad Ter. Eun.* 2. 2. 37.

Proverbium, ii, *proverbio*, משל, Ger. *ein ſpruchwort*, Gal. *proverbe*, Hiſp. *refran*, παροιμία, adagium accommodatum rebus, temporibuſque, ſententia, quæ in ore omnium verſatur. *Cic.* 4. *Acad.* Vides ne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? *Id. de Senect. c.* 3. Pares enim cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. *Id.* 13. *Phil. c.* 12. Quod in hoc Planco proverbii loco dici ſolet. *Id.* 2. *Offic. c.* 15. Jam in proverbii conſuetudinem venit. *Id. Verr.* 3. 2. 46. In communi proverbio verſari. *Id.* 3. *Off. c.* 19. Tritum vetuſtate proverbium. *Liv. l.* 40. *c.* 46. In proverbium venire. *Plin. l.* 25. *c.* 1. Ceſſit in proverbium.

Proverſus, a, um, nom. ex partic. *ritto, dritto*, qui recta ex tendit, quo verſus eſt. *Plaut. apud Varr. l.* 6. *de L. L.* Ut tranſverſus, non proverſus cedit, quaſi cancer ſolet.

Provide, adv. *con prudenza, providamente*, ἐκ προνοίας, prudenter, caute, diligenter. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Tabulata ramorum ſuſtinendo nido provide eligere.

Providens, entis, o. *provido, prudente, cauto*, προμηθής, qui procul videt, ſeu qui futura prævidet, & cavet. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 6. Homo valde eſt acutus, & multum providens. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 1. Id enim mihi & ad brevitatem eſt optimum, & ad reliquas res providentius. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 85. Providentiſſimus quiſque.

Providenter, adv. *prudentemente*, προνοητικῶς, prudenter. *Ulp. l.* 1. *ff. de tign. junct.* Quod providenter lex effecit. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 40. Quæ de providentia Deorum ab illis ſanctiſſime, & providentiſſime conſtituta eſt.

Providentia, æ, *providenza, prudenza, cautela*, Germ. *furſichtigkeit*, Gall. *prevoyance*, Hiſp. *provemiento*, πρόνοια, prudentia præcognoſcendi futura, iiſque conſulendi. *Cic.* 1. *Div. c.* 51. Deorum providentia mundus adminiſtratur. *Id. de Leg.* Sic ingenii etiam ad bona diligenda, rejicienda contraria, quæ virtus ex providendo eſt appellata providentia. *Id. l.* 2. *de nat. Deor.* Talis igitur mens mundi cum ſit, ob eamque cauſam providentia appellari recte poſſit, Græce enim πρόνοια dicitur. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 29. Nec feriendi, neque declinandi providentia erat. *Pompon. l. Quintus, ff. de annuis leg. & fid.* Ut providentia filiorum ſuorum hoc feciſſe videatur. h. e. ut filiis ſuis conſuleret.

Provideo, es, di, ſum, a. 2. *provedere, prevedere, antivedere*, הכין, Ger. *furſehen*, Gal. *prevoir*, Hiſp. *proveer*, προορῶ, ante video, longe video, futurum aliquid video, ante quam factum ſit. *Cic.* 2. *de Div.* Medicus morbum ingraveſcentem ratione providet, inſidias Imperator, tempeſtates Gubernator. ¶ Quoniam vero ea, quæ providemus, ſi mala ſunt, aut vitamus, aut emendamus, factum eſt, ut providere etiam ſignificet, ſive cavere. *Terent. Andr.* 1. 5. 4. Quæ ſi non aſtu providentur, me, aut herum peſſumdabunt. *Cic.* 3. *Ver.* Niſi providiſſes, tibi ipſi tum pereundum fuiſſet. *Id.* 3. *de Or.* Pacavi eſſe Cenſorii, ne longius id ſerperet, providere. *Plin. l.* 3. *ep.* 9. Proviſum hoc legibus. h. e. cautum. ¶ Item proſpicere, conſulere, res neceſſarias comparare. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Sed etiam ab iiſdem vitæ hominum conſuli, & provideri. *Id.* 2. *Phil.* Eſt autem [illegible] de Brunduſio, atque illa ora Italiæ providendum. *Id. in Catil.* Omnia proviſa, parata, conſtituta ſunt, P. C. mea ſumma cura, atque diligentia. *Cæſ. l.* 3. *B. G.* Providere rei frumentariæ. *Id. l.* 6. Providere rem frumentariam. *Plin. l.* 8. *c.* 58. Ergo in hyemes aliis proviſum pabulum. ¶ Item operam dare. *Cic. l.* 1. *Fam.* Et, ut quam rectiſſime agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia providebo. ¶ Item videre, animadvertere, *oſſervare*. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 43. Quam dudum tu adveniſti? non hercle te provideram: quæſo, ne vitio vertas: ita iracundia obſtitit oculis.

Providus, a, um, *prudente, provido*, πρόνοος, videns ante, prudens, ſolers. *Cic. pro R. Am.* Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur cauti, providique fuiſſe. *Id.* 2. *Div.* 2. 57. Mens provida rerum futurarum. *Stat.* 6. *Theb.* Providus aſtu. *Ovid.* 5. *Faſt.* Provida cura. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop.* Provida virtus.

Provincia, æ, f. *provincia*, ἐπαρχία, regio armis a Populo Romano devicta, aut quomodocunque in poteſtatem adducta, quam Magiſtratui ſuo adminiſtrandam ſubjecerat. Dicta eſt a *pro*, ideſt, procul, ſive foris, & a verbo *vinco*. Proprie enim provinciæ dictæ ſunt regiones extra Italiam, quæ armis victæ fuiſſent. Interdum tamen etiam de regionibus Italiæ, & etiam nondum devictis uſurpatur. *Liv. l.* 2. Conſules T. Sicinius, & C. Aquilius. Sicinio Volſci, Aquilio Hernici (nam ii quoque in armis erant) Provincia evenit. ¶ In Provinciæ formam redigere nihil erat aliud, quam leges domeſticas, & proprios Magiſtratus adimere, & dare leges Romanas, ac Prætorem ſingulis annis cum imperio, & exercitu mittere, qui Provinciam ex legibus datis adminiſtraret, & bellum etiam gereret, ſi opus eſſet, Quæſtorem quoque inſtituere, qui curam gereret vectigalium. *Suet. in Cæſ. c.* 25. Omnem Galliam in Provinciæ formam redegit. ¶ Decernere provincias, eſt ſententiam dicere, ut quis mittatur ad provinciam adminiſtrandam. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 1. Quas ſim provincias decreturus. *Id.* 15. *Fam. ep.* 4. provinciam adminiſtrare. *Id.* 5. *Fam. ep.* 2. Provinciam deponere. h. e. provinciæ adminiſtrationem. ¶ Sortiri provincias, eſt ſortem ducere, quænam provincia, & cui obtingat adminiſtranda. *Cic. Att. lib.* 1. *ep.* 8. Provincias Prætores nondum ſunt ſortiti. ¶ Ornare provincias, eſt una cum ipſis provinciis decernere eas res, quæ ad eas adminiſtrandas neceſſariæ putantur, ut aſſignando exercitus, pecuniam, & hujuſmodi. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 24. Cum ad me ſcripſiſſetis, veſtro conſenſu conſulum provincias ornatas eſſe. *Suet. in Cæſ. c.* 18. Ex prætura ulteriorem ſortitus Hiſpaniam, neque mora, neque jure, antequam provinciæ ornarentur, profectus eſt. Eſt qui legit *ordinarentur*. ¶ Tranſlate provincia accipitur pro quovis negotio, ſeu munere. *Ter. Phorm.* 1. 2. 22. O Geta, provinciam cepiſti duram. *Cic.* 4. *Ver. c.* 23. Ferebat graviter, illam ſibi ab iſto provinciam datam. *Id. pro Sylla, cap.* 18. Illam ſibi officioſam provinciam depopoſcit. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 25. Te cum ſecuri caudicali præficio provinciæ. h. e. ut ligno findas. *Id. ibid. v.* 15. Heri ante dixeram omnibus, dederemque eas provincias.

Provincia, æ, *Provenza*, inc. *Provence*, alias pars Galliæ Narbonenſis, nunc provincia ampla Regni Franciæ, inter Alpes maritimas ad Rhodanum ſ. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 1.

Provincialis, le, adject. *di provincia*, ad provinciam pertinens, provincialis moleſtia. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 7. provincialis ſcientia, h. e. provinciarum adminiſtrandarum. *Id. Q. Fr. l.* 1. provincialia auxilia. *Liv. l.* 40. *c.* 32. ¶ Provinciales, ium, ἐπαρχιῶται, qui propriis legibus, & Magiſtratibus ſpoliati, Romanis legibus, & Magiſtratibus obtemperabant, qui ad eos ſingulis annis cum imperio vel Conſulari, vel Prætorio, nomine Proconſulum, vel Proprætorum, &c. mittebantur. *Sigon. l.* 1. *de ant. Jur. Italiæ, c.* 26. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Non enim poſſunt multi eſſe Provinciales viri boni. *Sueton. in Calig. c.* 39. Provincialis locuples. ¶ Speciatim Provinciales dicti ſunt reliqui Italiæ populi præter Romanos, Latinos, & Italicos, qui habitabant inter ſinum Hadriaticum, Rubiconem ſ. a mari ſupero, Arnum a mari infero, Varum ab Alpibus Liguſtinis, Formionem a Carnicis. Hi fuere Ligures, Galli (in quibus Boii, Inſubres, & Cenomani recenſentur) Veneti, Carni. Cauſa appellationis eſt, quia more Provinciarum regebantur. *Sigon. lib.* 1. *de ant. jur. Italiæ, c.* 22. 26. Hinc *Colum. l.* 3. *c.* 4. caput facit de agricultura Provincialium vinearum, cum alibi de agricultura Italicarum ſcribat. Et *Plinius l.* 8. *epiſt.* ait, Italicus es, an Provincialis?

Provinciatim, adv. κατ' ἐπαρχίαν, per ſingulas Provincias. *Suet. in Aug. c.* 49. Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim diſtribuit.

Provindemia, æ, f. ſtella lucidiſſima ſuper dextrum humerum Virginis. *Vitruv. l.* 9. *c.* 6.

Proviſio, onis, *proviſione, provi ſione*, πρόνοια, actus providendi. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 14. Tamen, quoniam multum poteſt proviſio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, &c. ¶ Item paratio, præparatio, *provigione*. *Trebell. Poll. in* 30. *Tyrann. n.* 17. Fuit in expeditionibus clarus, in proviſione annonaria ſingularis. *Et infra*. Non eſt ulla alia proviſio melior, quam ut in locis erogentur, quæ naſcuntur.

Proviſo, is, ſi, ſum, a. 3. πρὸς τὸ ἔργον παραγίγνομαι, video, vel ad videndum eo, & procedo. *Ter. And.* 5. 5. 1. Proviſo, quid agat Pamphilus. *Id. Eun.* 3. 1. 3. Huc proviſo, ut, ubi tempus ſiet, deducam, *ſto qui a vedere*. *Plaut. Stich.* 5. 1. 4. Si quem hominem expectant, eum ſolent proviſere: qui hercle illa cauſa nihil ocyus exit, *andargli incontro*.

Proviſor, oris, *provveditore*, qui providet. *Hor. in Art. v.* 164. Utilium tardus proviſor, prodigus æris.

Proviſus, us, m. idem ac proviſio. *Tac. l.* 2. *hiſt. c.* 5. Diſpoſitu, proviſuque civilium rerum peritus. *Id.* 2. *Ann. c.* 27. Proviſu periculi. *Id. Ann.* 15. *c.* 8. Nullo rei frumentariæ proviſu. *Id. Ann.* 12. *c.* 6. Quod proviſu Deum vidua jungeretur Principi. h. e. providentia. ¶ Extra hunc ablat. caſum ne facile uſurpaveris, antequam exempla reperias.

Proviſus, a, um, *preveduto, proviſto*, προεωραμένος. *Cic.* 5. *Tuſc.* Et mari ſubita tempeſtas, quam ante proviſa, terret navigantes vehementius. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 109. proviſæ frugis in annum copia.

Provivo, is, xi, ctum, n. 3. *prolungare la vita*, ulterius, vel amplius vivo, vitam protraho. *Tac. l.* 6. *Ann. c.* 25. Quam interfecto Sejano ſpe ſuſtentatam proviviſſe reor.

Provocabilis, le, adject. qui provocari poteſt. *Cal. Aurel. Acut.* 3. *c.* 2. Provocabiles liquidorum fluxionibus motus.

Provocabulum, i, n. pronomen. *Var. l.* 7. *de L. L.* E quis dicta a quibuſdam provocabula, ut quiſque.

Provocatio, onis, f. 3. *il provocare*, πρόκλησις, actus provocandi. *Plin. l.* 37. 2. 2. Ex provocatione interfecit eum. ¶ Frequenter ſumitur pro appellatione, quæ inventa fuit adverſus injurias Magiſtratuum, ideſt Conſulum, & hujuſmodi, *appellazione*. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 9. Quibus cum provocatio datur, nonne acta Cæſaris reſcinduntur? *Idem* 2. *de Orat. c.* 48. Neque provocationem, patronam illam civitatis, ac vindicem libertatis, populo dari potuiſſe. *Id.* 2. *Agr.* Dare pœnam ſine provocatione. *Liv. l.* 1. *c.* 26. Si a duumviris provocarit, provocatione certato. *Id. ibid.* De provocatione certatum ad populum eſt.

Provocatitius, a, um, adject. qui evocari, ſeu extra vocari poteſt. *Tertul. l.* 2. *adv. Marc. c.* 3.

Provocativus, a, um, adject. provocatitius. *Tertul. de anim. c.* 37. Animæ incrementa non ſubſtantive, ſed provocativa.

Provocator, oris, m. *sfidatore*, προκλητής, qui alterum ad certamen provocat. *Gel. l.* 9. *c.* 13. Inſolans provocator. ¶ Provocatores dicebantur quoddam gladiatorum genus, qui adverſarium primi laceſſendo provocabant. *Cic. pro Sext. c.* 64. Cum ex ergaſtulis emptis nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortito alios Samnites, alios provocatores fecerit.

Provocatorius, a, um, προκλητικός, quod ad provocationem ſpectat, ut Provocatoria dona militaria, ideſt quæ meruit provocator, quod humanius eſt, quam provocaſſe. *Gel. l.* 2. *c.* 11. ſpolia habuit multijuga, in his provocatoria pleraque.

Provocatrix, icis, f. quæ provocat, ut provocatrix improbitas. *Lactant. lib.* 6. *cap.* 18.

Provocatus, a, um, *provocato*, προκεκλημένος. *Cic. l.* 1. *Fam. epiſt.* 7. Qui mecum ſæpiſſime non ſolum a me provocatus, ſed etiam ſua ſponte de ea communicare ſolet. *Id.* 1. *Off. c.* 15. Beneficio provocatus. ¶ *Plin. lib.* 7. *ep.* 9. Aiunt, multum legendum eſſe, non multa. qui ſint hi,

adeo

odeo notum, provocatumque eſt, ut demonſtratione non egeat. h. e. exploratum, examinatum, certum: nam cauſæ ſæpius provocatæ melius intelliguntur. Vel, apertum, foras elicitum: nam provocare ſignificat etiam extra vocare.

Provŏco, as, avi, atum, a. 1. *chiamar fuori*, הוציא, Ger. *anreitzen*, Gall. *provoquer*, Hiſp. *deſafiar*, προκαλίζω, longe voco, ex ædibus, cui exſto interiore foras voco. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 43. Herus ſi domi eſt tuus, quin provocas? ¶ Sæpe ponitur pro in certamen vocare, ſive lædendi, ſive ludendi gratia, *provocare*. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ut ipſum Hectorem toto pectore trementem provocaſſe ad pugnam pœniteret. *Liv. l.* 7. Provocat per interpretem unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. *Quint. l.* 10. Elegia quoque Græcos provocamus. ¶ *Plaut. Cure.* 2. 3. 75. Poſcit talos, provocat me in aleam. ¶ Provocare minimo, apud *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. quid ſignificet, V. Minimus. ¶ Tranſlate eſt incitare, irritare, invitare. *Vellej. l.* 2. *c.* 118. Provocare alterum injuria. *Cic. Mario, in Fam.* Tuis literis amantiſſimis ſunt provocatus. *Cic.* 2. *Phil.* Hæc tu cum per me acta meminiſſes, niſi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me provocare auſus eſſes? ¶ Item pro perfugere, ſeu confugere, & ferme idem eſt, quod appellare, niſi quod provocare magis eſt, quam appellare, & proprie eſt potentioris opem implorare. *Liv. l.* 3. Ait ſe provocare populum. *Id. l.* 1. *c.* 26. provocare a Duumviris. *Cicer. Att.* Cum alter ad Senatum provocaſſet, alter vero appellaſſet Tribunos. *Brut. Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 15. De Cæſare exitu, quoad fieri potuit, ac debuit, tranſactum eſt, neque jam provocari in integrum poteſt. *Papinian. l. Tutores, ff. de adminiſt. tut.* Provocare adverſus ſententiam. *Valer. Max. l.* 8. *cap.* 1. *num.* 1. Ad populum provocato judicio abſolutus eſt.

Provŏlans, antis, partic. *Provolantia tabulata* apud *Aſcon. in Div. Verr. c.* 16. ſunt prominentia, procurrentia.

Provŏlo, as, avi, atum, n. 1. *volare oltre*, *volare lungi*, ὑπερπέτομαι, ante volo, ultra, ſeu ulterius volo, procul volo, evolo. *Plin. l.* 11. *cap.* 20. Tunc univerſæ provolant, ſi dies mitis futurus eſt. ¶ Tranſlate *Liv. l.* 2. *cap.* 46. Sic in primum infenſis haſtis provolant duo Fabii, totamque moverunt ſecum aciem. *Id. lib.* 3. *cap.* 62. Ipſe in locum vicemque Conſulis provolat.

Provolvo, is, olvi, lutum, *rivolgere*, προκυλίω, idem ac volvo, ſeu volvendo protrudo, ruere facio. *Ter. Andr.* 4. 4. 37. Jam ego hunc in mediam viam provolvam, teque ibidem pervolvam in luto. *Lucret. l.* 6. *v.* 552. Gleba provolvitur. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 42. Trepidatione ferentium Galba projectus e ſella, ac provolutus eſt. *Id.* 6. *Ann. c.* 17. Multi fortunis provolvebantur. h. e. poſſeſſionibus, & bonis pellebantur, *andavano falliti*. ¶ Provolvi ad genua, vel ad pedes alicujus, eſt ſe ſupplicem proſternere. *Liv. l.* 34. *c.* 11. Legati flentes ad genua Conſulis provolvuntur. *Id. l.* 6. *c.* 3. Cui cum ſe mœſta turba ad pedes provolviſſet. ¶ *Tac. Ann.* 14. *c.* 2. Agrippina pari cupidine uſque ad libita Pallantis provolutam, *decaſi in preda*.

Provolūtus, a, um, partic. a provolvo, *proſtrato*. *Tac. Ann.* 14. *cap.* 61. Poppæa provoluta genibus ejus. ¶ Dividitur interdum particeper Tmeſim, interjecto verbo. *Lucret. lib.* 6. *v.* 1260. Multa ſiti proſtrata etiam per, proqua voluta Corpore.

Provŏmo, is, ui, itum, a. 3. evomo, emitto. *Lucret. l.* 6. *v.* 446. Turbinem immanem vim provomit, atque procellæ.

Prout, adv. *secondo che*, כאשר, Germ. *nach dem*, Gal. *ſelon que*, Hiſp. *como*, ὥσπερ, καθάπερ, ſicut, perinde ut, quemadmodum. *Cic.* 4. *Verr.* 34. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. *Id. Att. l.* 11. *epiſt.* 6. Tuas literas, prout res poſtulat, exſpecto. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 67. prout cuique libido eſt.

Provulgatus, a, um, nom. partic. *divulgato*. *Suet. Ner. c.* 36. Duabus conjurationibus provulgatis.

Provulgo, as, avi, atum, a. 1. *divulgare*, pervulgo. *Apul. in Apol.* Provulgari eas literas. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 11. Thematis inauditi operam provulgat. Adde *Tertul.* 4. *adv. Marc. c.* 21.

Prox, interjectio exclamantis, quaſi proba vox, ut *Feſtus* putat. *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 33. Prox! jam pene inquinavi pallium. Al. leg. *pax*.

Proxenēta, æ, maſc. *mezzano*, *ſenſale*, προξενητής, conciliator, interpres duorum inter ſe ſtipulantium, aut ſpondentium, aliumve quemvis contractum, conventumque ineuntium, e voce græca allata. *Mart. l.* 10. *ep.* 3. Quæ ſulphurato nolit empta ramenta Vatiniorum proxeneta fractorum. *Sen. ep.* 119. (al. 118.) Æs alienum facias oportet, ſed nolo per interceſſorem mutueris, nolo, proxenetæ nomen tuum jactent.

Proxenetĭcum, i, n. merces, quæ proxenetæ datur. *Ulpian. l.* 30. *ff.* 50. 14. *l.* 1. Proxenetica jure licito petuntur.

Proximatus, us, maſc. dignitas aulica quædam ſub Imperatoribus, de qua mentio fit *l.* 1. & 21. *Cod. de proximis ſacror. ſcrinior.*

Proxĭme, adv. *proſſimamente*, Ger. *zum nechſten*, Gal. *tout aupres*, Hiſp. *muy acerca*, ἐγγύτατα, ſup. a *prope*. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 15. Literæ, quas a te proxime accepi. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Is, quem proxime nominavi. *Id. Att. l.* 6. *ep.* 5. Tamen eſſe officium meum putavi exercitum habere quam proxime hoſtem. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Omnes tamen quam proxima inter ab altero debent habitare. Rurſus *Cic.* 9. *Fam. ep.* 13. (al. 18.) Non poſſum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare, *quaſi tanto, come eſſo*. *Id.* 4. *Acad. c.* 15. Plana proxime ad earum accedere. ¶ Comparat. *proximius* efformat *Minuc. Fel. in Octav. c.* 19. Quid Mantuanus, inquit, Maro? nonne apertius, proximius, verius?

Proxĭmĭtas, atis, *vicinanza*, ἐγγύτης, propinquitas. *Ovid. de Art. v.* 662. Et lateat vitium proximitate boni. ¶ Speciatim ſumitur pro cognationis vinculo. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. (al. 6.) Sed eam plures petant vel eodem jure, vel proximitatis, vel diverſo, ut cum hic teſtamento, ille proximitate nitatur.

Proxĭmo, as, neut. 1. *avvicinarſi*, ἐγγίζω, proximus ſum, appropinquo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 44. Capiti autem Equi proximat Aquarii dextra, totuſque deinceps Aquarius.

Proxĭmo, adv. idem ac proxime. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 17. Proximo ad vi. Kal. Octob. exercitum Britannia reportabant.

Proxĭmus, a, um, *proſſimo*, *viciniſſimo*, *vicino*, קרוב, Ger. *der aller nechſt*, Gal. *tres prochain*, Hiſp. *muy cercano*, ἐγγύτατος, propinquiſſimus, ſuperlat. a *prope*. *Ter. Eun.* 3. 3. 40. Proximis tribus menſibus illam non vidi. *Nep. in Conon. c.* 4. Claſſem, qua proxima æſtate mare tueri poſſet. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Huic autem proximum inferiorem orbem tenet Pyroïs quæ ſtella Martis appellatur. *Salluſt. in Jugur.* In dextero latere, quod proximum hoſtes erat, aciem collocat. *Ovid. l.* 1. *de Ar. v.* 139. Proximus a domina, nullo prohibente, ſedeto. *Cic. in Orat.* Aut etiam dactylus, ſi eſt proximus a poſtremo. *Id.* 1. *Offic.* Qui perfectas claſſes proximus poſt Lyſandrum fuit. *Id.* 2. *de Invent.* Summa neceſſitudo honeſtatis, proxima incolumitatis, tertia commoditatis. ¶ Proximus interdum dicitur, qui nec æqualis, nec ſecundo loco eſt, ſed tamen minus, quam cætera, diſtat. *Virg.* 5. *Æn. verſ.* 320. Proximus huic, longo ſed proximus intervallo. *Quint. l.* 12. *c.* 2. Quamvis ei ſecundas Grammaticorum conſenſus deferat, at omnino arte deficitur, ut plane appareat, quanto ſit aliud proximum eſſe, aliud ſecundum. *Horat. l.* 1. *od.* 12. de Jove. Unde nil majus generatur ipſo, Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum; Proximos illi tamen occupavit Pallas honores. ¶ Item qui propinquus eſt dignitate, virtute, ordine, &c. *Cicer. pro Dom.* Proximus huic dignitati Ordo Equeſter. ¶ Item pro maxime propitio, *Varro.* Gradivum teſtor, qui Deus eſt nobis omnium proximus. ¶ Item pro obvio, facili, expedito. *Cic.* 2. *Offic.* Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis, &c. *Apul. in Apol.* Nimis patiens vir, & oppido proxime humanitate. *Sen. epiſt.* 12. Proximam occaſionem arripere. ¶ Interdum ſubſtantive accipitur pro eo, qui aliquo modo nobis conjunctus eſt, & carus, ut vel amicitia, vel patria, vel religione, vel vicinitate, vel natura, *il proſſimo*, τὸ πλησίον. *Ter. And.* 4. 1. 12. Proximus ſum egomet mihi. *Quint. Declam.* 3. Optimum fuerat non habuiſſe talem proximum, aut libenter perdidiſſe. *Plaut. Merc.* 2. 4. 7. Eutychus tuus amicus, & ſodalis, ſimul vicinus proximus. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 14. C. Arrius proximus eſt vicinus, imo ille quidem jam contubernalis. *Id.* 1. *Offic.* Injurioſi ſunt in proximos. ¶ Die proximi, pro die proximo dicimus, ut die craſtini, die quinti. *Cen. apud Non. c.* 2. *n.* 650. Die proximi hoc dicit. Adde *Gell. l.* 10. *c.* 24. ¶ E, vel ex *proximo*, eſt proxime. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 47. Noviſti ſenem hunc ex proximo pauperculum? h. e. ſenem hunc vicinum. Sic in proximo locum conducere. h. e. in vicinia, apud *Terent.* Adde *Plaut. Mil.* 2. 1. 56. ¶ Proximus lictor erat inter lictores, cujus opera Magiſtratus frequentius utebatur, quique aliis præeuntibus ultimus incedebat prope magiſtratum. *Cic.* 2. *Div.* & *Ver. ult.*

Prūdens, entis, o. *prudente*, משכיל, Ger. *weiſe*, Gall. *prudent*, & *ſage*, Hiſp. *prudente*, *ſabio*, σοφός, ἔμφρων, providus, ſagax, ſapiens, qui res agendas videt, a *providens*, quaſi procul videns. *Salluſt. Catil. c.* 8. Prudentiſſimus quiſque negotioſus maxime erat. *Cic. pro Cluent. c.* 38. Quis Balbo ingenio prudentior, jure peritior? *Id. in Brut.* Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens. ¶ Sæpe accipitur pro eo, qui rem videns, data opera aliquid facit. *Cic. pro Marcel.* Prudens, & ſciens ad interitum ruebam. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Multa prætera ſimilia, quæ prudens ſubinde omitto. ideſt ſciens, & de induſtria. ¶ Item pro ſciente, gnaro, perito. Unde *Juris prudentes* vocantur, qui jus ſciunt. In hac acceptione conſtruitur cum genit. *Col. l.* 1. *c.* 1. Prudens agricolationis vir. *Juv. ſat.* 3. *v.* 86. adulandi gens prudentiſſima. *Tac. in Agric. c.* 19. Prudens provinciæ. *Id.* 2. *hiſt. c.* 25. Celſus doli prudens. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Cic. de Amic.* Quia prudens eſſe in Jure Civili putabatur. ¶ Vel cum infinitivo. *Plin. l.* 8. *c.* 31. Ob ea ſe peti prudens. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 137. Conſilium, prudenſque animi ſententia juret.

Prudenter, adv. *prudentemente*, Germ. *weislich*, Gall. *prudemment*, Hiſp. *prudentemente*, φρονίμως, provide, ſapienter. *Cicer.* 5. *Fin.* Facit igitur Lucius noſter prudenter, qui &c. *Id.* 2. *de Div. cap. ult.* Sententias ſuas prudentiſſime defendere. *Sueton. in Tiber. c.* 21. Non potuiſſe quenquam prudentius gerere ſe. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 3. Prudentiſſime, & facundiſſime exprompſit.

Prudentia, æ, *prudenza*, בינה, Ger. *weisheit*, Gall. *prudence*, Hiſp. *prudencia*, φρόνησις, ſcientia bene agendi. *Cic.* 5. *Fin.* Quoniam igitur, ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, ſic vivendi ars eſt prudentia. *Id.* 2. *de Invent. c.* 53. Prudentia eſt rerum bonarum, & malarum, & utrarumque ſcientia. Partes ejus, memoria, intelligentia, providentia. *Id.* 1. *Tuſc.* Nihil eſt enim profecto homini prudentia dulcius, quam ut cætera auferat, affert certe ſenectus. ¶ Eſt etiam ſcientia, peritia. *Nepos in Cimone, c.* 2. Habebat enim magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris. Adde *Cic.* 1 *Tuſc.* 4. & 3. *de Or. c.* 24. ubi prudentiam pro philoſophandi facultate adhibere videtur.

Prugnus, privignus, contracte. *Paulus Feſti abbreviator*.

Pruīna, æ, *brina*, כפור, Ger. *reiff*, Gall. *gelée*, Hiſp. *elada*, πάχνη, ros concretus, ut definit *Ariſtoteles*, vel quiſque auctor libelli de mundo. Non enim fit, niſi hyemali tempore, & ſereno. Dicta eſt a peruro, auctore *Feſto*, quod fruges, & arbuſta perurat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Pars obriguerit nive, pruinaque longinquo Solis abſceſſu. *Id. l. c.* Nive, pruinaque concreſceret. *Id.* 2. *in Catil. c.* 10. Quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas, ac nives perferent?

Pruinōſus, a, um, παχνώδης, pruinæ obnoxius, pruinis abundans. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 19. Longo pruinoſa frigora nocte pati. *Auſon. Idyl.* 14. Fruteta pruinoſa. *Ovid.* 4. *Met.* Pruinoſæ herbæ.

Prūna, æ, *bragia*, גחל, Germ. *glut*, Gal. *braiſe*, Hiſp. *braſa*, ἄνθραξ, vivus carbo, a πῦρ, πυρός, *ignis*, vel a πυροῦν, *ignitum eſſe*. *Plin. l.* 19. *cap.* 6. Si radicem betæ in pruna toſtam ſuperederint. Adde *Virg.* 5. *Æn. verſ.* 103.

Prūnum, i, *prugno*, *ſuſine*, κοκκύμηλον, fructus pruni arboris. *Martial. l.* 13. *epigr.* 29. Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ ſume, ſolent duri ſolvere ventris onus. *Virg. Ecl.* 2. cerea pruna.

Prūnus, i, f. *prugno*, arbor, quæ pruna producit. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ut gramen, & trifolium, ebulum, rubi, pruni ſylveſtres.

Prurīgĭnōſus, a, um, adject. prurigine laborans. *Leg.* 3. *ff. de ædil. edict.* Pruriginoſi, vel ſcabioſi.

Prūrīgo, ginis, f. idem ac pruritus. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 23. Si tibi moroſa prurigine verminat auris. ¶ De venerea turgigine. *Id. l.* 4. *epigr.* 48. Pœnites obſcœnæ pruriginis.

Prūrio, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *prurire*, *aver prurito*, Ger. *beiſſen*, Gal. *ſe demanger*, Hiſp. *tener comezon*, κνήθομαι, eſt libidine ſcalpendi ardere, excrementis ſibi per poros exitum quærentibus quaſi peruri. Eſt igitur prurio, quaſi peruro, a *peruro*. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 75. Caput prurit. *Id. Mil.* 2. 4. 44. Dorſus totus prurit. *Id. Pœn.* 5. 5. 35. Num tibi malæ, an dentes pruriunt, qui huic moleſtus es? h. e. eo vis, tibi malas, & dentes pugnis perfricari? ¶ Tranſlate ſignificat geſtire, vehementer cupere. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Vitulufque inermi fronte prurit in pugnam. ¶ Hinc prurire dicuntur, qui obſcœna libidine tentantur. *Martial. l.* 14. *epigr.* 203. Tam tremulum criſſat, tam blandum prurit. ¶ Et pro ad libidinem incitare, titillare. *Id. l.* 1. *epigr.* 36. Lex hæc carminibus data eſt jocoſis, Ne poſſint, niſi pruriant, juvare.

Prūrītus, us, m. *prurito*, *pizzicore*, חרחר, Ger. *beiſſigkeit*, Gal. *demangeaiſon*, Hiſp. *comezon*, κνησμός, excurſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturam, ſenſus levis morſicationis circa cutem ad ſcalpendum nos incitans. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Vis pruritu mordax, eademque, quæ terreſtris urticæ. *Id. ib.* Pruritum ſcalpere attritu petræ.

Prūſa, æ, f. *Borſa*, Pruſa, urbs Bithyniæ ab Hannibale ſub Olympo condita. *Plin. l.* 5. *c. ult.* Alii dicunt conditam eſſe a Pruſia rege. *Strabo l.* 12.

Pruſenſis, ſe, pertinens ad Pruſam Bithyniæ oppidum, ab Annibale ſub Olympo conditum, *Plinio* teſte *l.* 5. *c.* 32. Hinc Pruſenſes, ejus cives. *Plin.* alter *l.* 10. *ep.* 28. 34. & *alt.*

Pruſiăcus, a, um, adject. a Pruſia rege, vel a Pruſa oppido. *Sil. l.* 13. *v.* 888. Donec Pruſiacas delatus ſegniter oras.

Pruſias, æ, ſem. Προυσίας, Bithyniæ rex, mollis, & effœminatus, de quo *Liv. l.* 45. *c. ult.* quædam objecta, & regi deformia narrat.

Pruſia,

Pruſſia, *f.* 1. *Pruſſia*, prov. ampla R. Poloniæ, Ducali titulo ornata, atque fertiliſſima. Terminatur a Septent. mari Baltico, a Mer. Polonia inf. & Mazovia, ab Occ. Pomerania, ab Or. Lithuania, & Samogitia. In duas partes dividitur, Pruſſiam Regiam, quæ eſt ad Occ. ſubeſtque Regi Poloniæ, & Pruſſiam Ducalem, quæ magis in Or. tendit, paretque Electori Brandeburgico. Totius Pruſſiæ caput eſt Gedanum, quæ etiam Pruſſiæ Regiæ primaria, uti Regiomons Ducalis.

Prymneſius, a, um, πρυμνήσιος, quod pertinet ad puppim, a πρύμνα, *puppis*. *Feſt.* apud *Voſſ. in Etymol.* Prymneſius palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonſillam dicunt.

Prytanēum, i, n. πρυτανεῖον, locus Athenis, in arce, in quo Prytanes judicia exercebant, & in quo viri bene de Reipub. meriti publicis ſumptibus alebantur. *Cic. de Orat.* c. 54. Et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud Græcos maximus habebatur.

Prytănis, m. 3. Præfectus, adminiſtrator, cuſtos, ſummus Magiſtratus Athenis, cui Reipublicæ adminiſtrandæ cura incumbebat. *Senec. de tranquil. anim.* c. 3. Non enim vis, niſi Conſul, aut Prytanis, aut Ceryx, aut Sufes adminiſtrare Rempublicam. V. *Archon*.

P A N T E S.

Pſallo, is, pſalli, ſine ſup. *ſonare*, זמר, Ger. *ſingen*, Gal. *chanter*, Hiſp. *cantar*, ψάλλω, inſtrumentum aliquod muſicum pulſo, tango, leni motu percutio, fidibus cano. *Gel. l.* 19. *c.* 9. Qui canerent voce, & qui pſallerent. *Cic.* 2. *Catil.* Qui non ſolum amare, & amari, neque cantare, & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. *Horat. l.* 4. *od.* 13. Ille virentis, & doctæ pſallere Chiæ pulchris excubat in genis.

Pſallocithariſta. V. Chorocithariſta.

Pſalmĭcen, inis, m. qui pſalmos canit, ut pſalmicines clerici, apud *Sidon. lib.* 5. *epiſt.* 17.

Pſalmiſta, æ, m. *ſalmiſta*, ψαλμιστής, qui pſalmos facit, & cantat. *Hieronym. adverſ. Pelag. l.* 1. c. c. & *in Eſai. c.* 38.

Pſalmogrăphus, i, m. ψαλμογράφος, qui pſalmos facit. *Sidon. l.* 7. *in concione, quæ eſt poſt epiſt.* 9. Sicut pſalmographus ait. h. e. Rex David. Adde *Tertul. carm.* 3. *adv. Marcion. v.* 120.

Pſalmus, mi, m. *ſalmo*, מזמור, Germ. *pſalm*, Gall. *pſeaume*, Hiſp. *ſalmo*, ψαλμός, canticum, a ψάλλω, *cano*, quod ad pſalterium caneretur. *Tertul. adv. Jud. c.* 14.

Pſalterium, ii, n. *ſalterio*, נבל, Ger. *pſalter*, Gall. *pſaultier*, Hiſp. *ſalterio*, ψαλτήριον, inſtrumentum muſicum, quod ita deſcribitur ab *Hieron. in epiſt. ad Caſſiod. in expoſit. Pſalter. c.* 4. Pſalterium in modum Δ literæ formatum, ligni ſonora concavitas, obeſum ventrem in ſuperioribus habens, ubi chordarum fila religata, diſciplinabiliter plectro percuſſa, ſuaviſſimam dicunt reddere cantilenam. Huic citharæ poſitio videtur eſſe contraria, dum quamdam iſta in imo continet, illud converſa vice geſtit in capite. *Varr.* apud *Non. c.* 3. *n.* 149. Scientia doceat, quemadmodum in pſalterio tendamus nervias. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. (*al.* 17.) Pſalteria, & ſpadices etiam virginibus probis recuſanda. Adde *Virg. in Ciri verſ.* 178. ¶ Interdum pſalterium dicitur famoſi carminis genus, & mordacis, forte ea quia ad pſalterium canebatur. *Paul. JCtus l.* 5. *ſent. tit.* 4. Pſalterium, quod vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compoſitum, & publice cantatum.

Pſaltes, æ, m. 1. *ſuonatore*, o *cantatore*, qui inſtrumentum aliquod muſicum pulſat; item qui voce canit, ψάλτης. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. (*al.* 17.) Rationem impendiorum exponens, pſaltis ſe, & geometris multa dicit dediſſe. *Sidon. l.* 8. *ep.* 9. *in carm.* Chorda, voce, metro ſtupende pſaltae.

Pſaltrĭa, æ, f. *cantatrice*, ψάλτρια, cantrix, quæ inſtrumento aliquo muſico canit. *Cic.* 3. *Tuſc.* Qui in cœtum mulierum pro pſaltria adducitur.

Pſaltĕrius, ii, m. idem qui pſaltes. *Cic. de Aruſ. reſp. c.* 21. P. Clodius e crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, a pſalterio, e flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis. Alii legunt *pſelteria*.

Pſamăte, vel Pſamathe, es, f. 1. Ψαμάθη, Crotopi Argivorum Regis filia, quæ ab Apolline compreſſa Linum peperit, quem inter ſentes occultatum canes dilacerarunt. *Stat. l.* 1. *Theb.* ¶ Pſamata alia, Nympha, filia Nerei, mater Phoci. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 399.

Pſamata, vel Pſammate, es, fem. 1. Ψαμάθη, fons Bœotiæ, apud Thebas. *Plin. l.* 4. *c.* 7. & 8. *Plac. l.* 1. *Arg.* Qui tenet undiſonam Pſamaten. Al. leg. *Pſamathen*.

Pſaronion, ii, n. ψαρώνιον, lapis variegati coloris, qui & pyrrhopœcilos dicitur. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Eſt a ψαρός, *varius*.

Pſecas, adis, f. *gocciola*, ψεκάς, gutta, ſtilla. *Apul. l. de Mundo*, *ex Ariſtotele*, pſecadas interpretatur ſtillicidia. ¶ Ancillæ etiam, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conſpergunt, hoc nomine appellatæ ſunt. Ita ornatricem nominat *Juven. ſat.* 6. *v.* 489. & *Ovid.* 3. *Met. v.* 172. Hinc Pſecade natus dicitur, qui homili eſt genere. *Cic. Fam. ep.* 15. Vellem, Venere prognatus tantum animi habuiſſet, quantum Pſecade natus in hoc habuit.

Pſegma, atis, n. ψῆγμα, cæmentum auri, arena aurea, al. chryſitis, & chryſammos. *Juſtinian. l.* 11. *Cod.* Ut pſegma terdecies tanto argenti rependatur. ¶ Sumitur etiam pro flore æris. *Plin. l.* 34. *c.* 13. In ærariis officinis & pſegma fit. Al. leg. *ſmegma*.

Pſephiſma, atis, n. ψήφισμα, decretum, vel plebiſcitum per ſuffragia factum. *Cic. pro Flacc. c.* 6. Sic ſunt expreſſa iſta præclara, quæ vocant pſephiſmata, non ſententiis, nec auctoritatibus declarata. Adde *c.* 7. & 8. & *Plin. l.* 10. *epiſt.* 52.

Pſephopectæ, m. 1. (ψηφοπαῖκται), computatores, vox Græca. Quidam accipiunt pro illis, qui calculis ſuffragia ferebant. *Jul. Firmic.* Mercurius facit pſephopectas.

Pſeudanchūſa, æ, f. herba, anchuſæ ſpecies. *Plin. l.* 22. *c.* 20.

Pſeudapoſtŏlus, i, maſc. ψευδαπόστολος, *falſo Apoſtolo*. *Tertull. de Præſcription. cap.* 4.

Pſeudiſodŏmon. V. Iſodomon.

Pſeudobunion, ii, n. *navone baſtardo*, herba napi folia habens, fruticans palmi altitudine. *Plin. l.* 24. *c.* 16.

Pſeudocăto, onis, m. qui falſo Cato videri cupit, Catonis falſus imitator. *Cic.* 1. *Att. ep.* 14. Bonis utimur tribunis plebis, Cornuto vero pſeudocatone.

Pſeudochriſtus, i, ψευδόχριστος, *Anticriſto*, *falſo Criſto*. *Tertul. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 3.

Pſeudocypĕrum, i, frutex cypero ſimilis, celerrime creſcens. *Plin. l.* 17. *c.* 13.

Pſeudodamaſippus, i, fictus Damaſippus. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 23.

Pſeudodecimiāna pyra, decimianis pyris ſimilia, apud *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Pſeudodictamnus, i, *dittamo baſtardo*, ψευδοδίκταμνος, herba ſimilis dictamno dictamon. *Apul. de herb. cap.* 62. ¶ Apud *Plin. l.* 15. *c.* 8. legitur Pſeudodictamnum, neutro genere.

Pſeudodipterus, edis, ψευδοδίπτερος, dicitur a *Vitruv.* quæ dipteros quidem videtur, ſed vere non eſt, aliquo columnarum ordine ſublato. V. *eund. in præfat. l.* 7. & *l.* 3. *c.* 2. & 2.

Pſeudogrăphe, adv. falſe ſcribendo. *Donat. in vit. Virgil.* Multa pſeudographe ſub alieno nomine ſunt prolata.

Pſeudographia, æ, ψευδογραφία, falſa, vel ficta ſupputatio. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Falſa quoque veriſimilia Geometria ratione deprehendit. Fit hoc in numeris per quaſdam, quas ψευδογραφίας vocant, quibus pueri ludere ſolebamus.

Pſeudŏlus, i, ſervi veteratoris, & fraudulenti nomen. Titulus eſt unius ex Plautinis comœdiis.

Pſeudomĕnus, ψευδόμενος, mentiens, captioſus, falſus, fictus. *Cic.* 4. *Acad. c. ult.* De oculorum, ſenſuumque reliquorum mendaciis, & de ſorita, aut pſeudomeno. Intelligit *Cic.* captioſum quoddam genus ſyllogiſmi, quo facile adverſarii in diſputando capiantur; cujus meminit etiam *Senec. epiſt.* 45.

Pſeudonardus, i, *nardo baſtardo*. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Pſeudocedrus, i, *inſidiatore occulto*, ψευδένεδρος. *Jul. Firm. l.* 3. *c.* 8.

Pſeudopătum, i, n. ψευδόπατον, falſum, ſeu fictum tabulatum in ædificiis. *Lib.* 8. *Cod. tit.* 10. *l.* 2.

Pſeudoperiptĕrus, a, um, adject. falſos ordines, ſeu latera habens, ψευδοπερίπτερος, ut genus figuræ pſeudoperipterum. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7.

Pſeudophilippus, i, ψευδοφίλιππος, fictus Philippus. *Cic. Agr.* 2. *c.* 33. *Vell.* 1. *c.* 11.

Pſeudoportĭcus, i, f. *falſo portico*. Affertur e quibuſdam locis *Plin. l.* 6. *c.* 27. *ad fin.* ſed varia ibi lectio eſt.

Pſeudoprophēta, æ, m. *falſo Profeta*, ψευδοπροφήτης. *Tertul. de reſurr. carn. cap.* 24.

Pſeudoprophetia, æ, f. *falſa profezia*. *Tertul. de jejun. c.* 11.

Pſeudoprophetĭcus, a, um, adject. ficte propheticus, prophetico ſimilis, ut pſeudopropheticus ſpiritus, apud *Tertul. de pudic. c.* 21.

Pſeudoprophētis, idis, f. *falſa profeteſſa*, ψευδοπροφῆτις. *Tertull. de anim. c.* 57. Eundem ſpiritum in pſeudoprophetide mentiri.

Pſeudoſelīnum, i, n. ψευδοσέλινον, herba, apiaſtrum. *Apul. de herb. c.* 2.

Pſeudoſmaragdus, i, ψευδοσμάραγδος, lapillus ſmaragdo ſimilis, h. e. ex dimidia parte ſmaragdus, ex dimidia jaſpis, ut ait *Plin. l.* 37. *c.* 5. *a med.*

Pſeudoſphex, ecis, f. ψευδόσφηξ, veſpa quædam, quæ ſingularis volitat. *Plin. l.* 30. *c.* 11.

Pſeudothўrum, n. 2. *porta ſecreta*, ψευδόθυρον, falſum oſtium, poſticum. Translate *Cic. poſt red. in Sen. c.* 6. Quam intemperans, non janua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus.

Pſeudourbāna ædificia, dicuntur a *Vitr. l.* 6. *c.* 8. ædificia ruſtica, urbana elegantia exſtructa, in quibus ruri dominus ruſticans habitat.

Pſila, æ, f. ψιλή, *veluta*, a ψιλός, *raſus*, *lævis*, veſtis eſt, ſeu pannus, una parte villoſus, altera raſus. *Lucil. apud Non. c.* 14. *n.* 24. Pſilæ, atque amphitapæ, villis ingentibu' molles.

Pſilocithariſta, V. Chorocithariſta.

Pſilōthrum, n. 2. ψίλωθρον, unguentum depilatorium, quo mulieres, virique molliores utebantur, ut corpus glabrum, & læve redderent. *Martial. l.* 6. *epigr.* 93. Pſilothro nitet, aut acida latet oblita creta. *Plin. l.* 24. *c.* 10. Lacryma hederæ pſilothrum eſt. ¶ Pſilothrum præterea dicitur vitis alba, quod ejus ſemen, & uva vitia cutis in facie detergat, & quaſi faciem depilet. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Vitis alba eſt, quam Græci ampeloleucen, alii pſilothrum, alii madon appellant.

Pſimmythium, ii, n. ψιμύθιον, ceruſſa, a ψίω, *tenue facio*. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Pſimmythium, hoc eſt ceruſſam, plumbariæ dant officinæ.

Pſitta, f. 1. ψῆττα, piſcis genus, al. paſſer. *Plin. l.* 9. *c.* 16. Terra quidem, hoc eſt vado maris excavato, condi per hyemes torpedinem, pſittam, ſoleamque tradunt.

Pſittacīnus, a, um, adject. a pſittaco, ut pſittacinum collyrium, a colore ita dictum. *Scribon. Larg. compoſit.* 27.

Pſittăcus, ci, m. 2. *papagallo*, Ger. *papegey*, Gal. *perroquet*, Hiſp. *papagayo*, ψιττακός, avis ex India, aut occidui Oceani inſulis, vocem humanam miro naturæ artificio exprimens. *Martial. l.* 14. *epigr.* 73. Pſittacus a vobis aliorum nomina diſcam, hoc per me didici dicere, Cæſar ave. De pſittaco diſſerit *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 9. *Plin. l.* 6. *c.* 29. *l.* 10. *c.* 42. & 74. *l.* 11. *c.* 37.

Pſittăcus, i, m. filius Deucalionis, & *Pyrrhæ*, qui eruditus ob avo Prometheo, profectus eſt in Æthiopiam, ubi ſummo honore cultus fuit. Cum ad extremam ſenectutem perveniſſet, mortem a Diis deprecatus, in avem ſui nominis converſus fingitur. *Bocc. l.* 4. *Gen.*

Pſophis, idis, f. 3. prius Phegia, & ante etiam Erymanthos, *Seſi*, al. *Dimizana*, urbs Arcadiæ, in Azania, ad Erymanthum fl. in lim. Elidis, inter Clitorium, & Nonacrim M. *Ovid.* 5. *Metam. Stat.* 4. *Theb.*

Pſora, æ, f. *rogna*, ψώρα, ſcabies, aſperitas cutis, a ψωρῶ, *frico*, quia fricari ſoles. *Plin. l.* 20. *c.* 1. Arida cum reſina impetiginem, & ſcabiem, quæ pſoram, & lichenas vocant, parotidas, & panos ſanat.

Pſoranthĕmis, idis, ψωρανθεμίς, herba quædam, roſmarini ſpecies, infructuoſa. *Apul. de herb. c.* 79.

Pſorĭcum, i, n. ψωρικόν, medicamentum contra pſoram. *Plin. l.* 34. *c.* 12.

Pſorĭcus, a, um, adject. a pſora, ut pſoricum collyrium. *Scrib. Lar. compoſit.* 32.

Pſyche, es, f. 1. filia Apollinis, & Endelichiæ. *Apul. in Aſino*, & *Boccat. l.* 5. *Gen.*

Pſychĭcus, a, um, adject. ψυχικός, animalis, a ψυχή, *anima*. Pſychicos vocat *Tertul. in l. de jejun.* & *alibi* homines animales, & carnales, qui non capiunt ea, quæ ſpiritus ſunt, ſecundum illud *Pauli Apoſt.* 1. *Cor.* ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ.

Pſychomachia, æ, f. ψυχομαχία, pugna animi, ſeu animæ: a ψυχή anima, & μάχη pugna. Ita inſcribitur a *Prudentio* carmen, in quo pugnam virtutum & vitiorum deſcribit.

Pſycomantīum, ii, n. ψυχομαντεῖον, a ψυχή, *anima*, & μαντεία, *divinatio*, erat locus, ubi Manium fiebat evocatio, ad ſciſcitandum de ſtatu mortuorum. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 48. Cum graviter filii mortem mœreret, veniſſe in Pſycomantium, quærentem, &c.

Pſychophthŏros, ψυχοφθόρος, q. d. animicida, vox Græca a ψυχή, *anima*, & φθείρω, *occido*. Ita appellatur a *Juſtinian. l.* 1. *Cod. tit.* 1. *leg.* 6. *ſub fin.* Apollinaris hæreticus, qui in Chriſto humanam animam non admittebat.

Pſychotrŏphum, i, ψυχότροφον, herba, alio nomine vettonica, & ſerratula. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Pſychrolūta, & Pſychrolutes, æ, m. 1. qui frigida lavat, a ψυχρός, *frigidus*, & λούω, *lavo*. *Sen. epiſt.* 53. Frigidæ cultor mittor me in mare, quomodo pſychrolutam decet, gauſapatus. *Id. epiſt.* 83. Ille tantus pſychrolutes, qui Euripum ſalutabam.

Pſydracĭon, ii, n. ψυδράκιον. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *ad fin.* Pſydracion durior puſtula eſt, ſubalbida, acuta, ex qua quod exprimitur, humidum eſt.

Pſylli, m. 2. Ψύλλοι, pop. Libyæ, ſic dicti a Pſyllo Rege, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus. Hinc, teſte *Plin. lib.* 7. *c.* 2. mos illis fuit liberos genitos protinus objiciendi ſæviſſimis ſerpentium, eoque modo pudicitiam uxorum experiendi. Serpentes enim adultero ſanguine natos non profugiunt. Et *Plutarchus* ſcribit in vita Catonis,

tonis, cum iter per deſerta Libyæ facientem ſecum Pſyllos duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur, partim ore trahentes venenum, partim ſerpentes cantibus medicantes.

Pſyllion, ii, n. *pulicaria*, ψύλλιον, herba pulicaria, a ψύλλος, *pulex*. *Plin. l.* 25. *c.* 11. *l.* 26. *c.* 7. 8. 10. 11. 14.

Pſyra, f. 1. Pſyria, *Pſara*, *Piſſara*, inſ. maris Ægæi, cum portu, & caſtro munito. *Plin. l.* 5. *c.* 31. ¶ Pſyra item, *Antipiſſara*, inſ. minor ejuſdem maris.

Pſythia, æ, f. uvæ genus, ex qua optimum fit paſſum. *Virg.* 2. *Georg. v.* 93. Et paſſo pſythia utilior. ¶ Adjective *Id. Georg.* 4. *v.* 269. vel Pſythia paſſos de vite racemos.

Pſythium, ii, n. paſſum, h. e. vinum ex uvis pſythiis. *Plin. l.* 14. *c.* 9. Pſythium, & melampſythium paſſi genere ſunt.

P ANTE T.

Ptarmica, æ, f. πταρμική, frutex acri odore, ſternutamenta excitans. *Plin. l.* 21. *c.* 26.

Pte, πτὶ, dictio ſyllabica, ut *met*, *piam*, *te*, *ce*. Jungitur cum ablativis pronominum *meus*, *tuus*, *ſuus*, *noſter*, *veſter*. *Ter. Phor.* 5. 0. 5. Noſtrapte culpa facimus, ut malus expediat eſſe. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 63. Suopte ingenio.

Pterĕlas, æ, m. rex Taphiorum, apud *Ovid. in Ibin, v.* 362.

Pteris, idis, f. πτερίς, ſpecies filicis, ſic dicta, quod folia expanſa habet in alarum ſimilitudinem. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Pteromăta, um, *n.* 3. πτερώματα, duo muri in templis, qui ad altitudinem ipſorum templorum utrinque ſurgunt, a πτερόν, *ala*, quod alarum ſpecie quaſi protegant. *Vitr. l.* 3. *c.* 2.

Pteron, πτερόν, n. idem quod pteroma, h. e. pars ædificii alte conſurgens in modum alæ. *Plin. l.* 36. *c.* 5.

Pteronitbica pugna, quæ fit cum hominibus volantibus. *Plaut. Pan. a.* 2. *v.* 25. ubi alii aliter legunt.

Pterophŏros, i, πτεροφόρος, regio apud Riphæos montes, ubi nix pennarum ſimilitudine continuo decidit. *Plin. l.* 4. *c.* 13.

Pterōtus, i, πτερωτός, ut pterotus calix, h. e. alatus, duabus anſis velut alis inſtructus: nam πτερόν, alam ſignificat. *Plin. l.* 36. *c.* 26.

Pterygium, n. 2. πτερύγιον, morbus oculi, qui conſiſtit in membranacea quadam materia, duriuſcula, vel molli, adhærente tunicæ plerunque adnatæ, aliquando cum viſus abolitione, dum ad pupillam uſque protenditur. *Plin. l.* 34. *c.* 10. Cadmiæ effectus ſiccare, ſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia, & ſordes oculorum purgare. ¶ Item incrementum carnis præternaturale in unguibus pedum, & manuum partem unguis operiens. *Plin. lib.* 23. *cap.* 1. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum ex vino. *Celſus* pterygion eſſe ait, cum caro ab ungue digiti recedit. Verba ejus ſunt *lib.* 6. *cap.* 19. In iis (digitis) recedere ab ungue caruncula cum magno dolore conſuevit; πτερύγιον Græci appellant.

Pterygōma, atis, n. πτερύγωμα, pegma quoddam, in modum alæ, conſtans tranſverſis, & arrectis lignis, continenſque nervos, quibus brachia machinæ continentur. *Vitr. l.* 10. *c.* 17.

Ptiſāna, æ, fem. *orzata*, πτισάνη, ἐπτισμένη, hordeum decorticatum, vel hordei ſuccus, ſive pultis genus ex farina hordeacea, in quo eſt maxima vis reſtaurandi vires, & nutriendi. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Italici quidem maxime oryza gaudent, ex qua ptiſanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.

Ptiſanarium, ii, *n.* πτισανάριον, decoctum ex ptiſana. Aliqui dicunt eſſe vas, in quo ptiſana conditur, vel coquatur. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 155. Quid ceſſas? agedum, ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

Ptochium, ii, n. πτωχεῖον, idem quod ptochotrophium. *L.* 15. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

Ptochotrophium, n. 2. πτωχοτροφεῖον, hoſpitale, diverſorium, ſive locus, in quo mendici nutriuntur, a πτωχός, *mendicus*, & τροφή, *alimentum*. *Juſtinian. l. illud*, *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Si quis vero donationes uſque ad quingentos ſolidos in quibuſcunque rebus fecerit, vel in ſanctam Eccleſiam, vel in xenodochium, vel in noſocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium. Adde *ibid. leg.* 10. 22. & 23.

Ptochotrŏphus, i, m. πτωχοτρόφος, qui pauperes alit. *V. l.* 1. *Cod. tit.* 3. qui inſcribitur de Ptochotrophis.

Ptolemæus, a, um, per quinque ſyllabas, πτολεμαϊκός, quod ad Ptolemæum pertinet. *Propert. l.* 2. *eleg.* 1. Et Ptolemææ litore capta Pharo. ideſt Ægyptiæ.

Ptolemæus, i, m. πτολεμαῖος, filius Lagi. Hunc ex gregario milite Alexander Magnus virtutis cauſa ad ſummos honores provexit. Poſt Alexandri mortem illi Ægyptus, & Africæ, Arabiæque pars ſorte evenit. Ab eo deinceps Ægypti Reges Ptolemæi appellati ſunt. Duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum.

Ptolemāis, idis, f. *Suachen*, *Suaquem*, urbs Troglodyticæ, in Abyſſinia, in ora maris Rubri, emp. celebre. ¶ Ptolemais item, *Tolometta*, ante Barca, urbs Cyrenaicæ, in ora litorali. ¶ Item urbs Ægypti, in Thebaide, ad Nilum, inter urbem Crocodilorum, & Abydum. ¶ Ptolemais quoque, Ace, Acon, *Ace*, *Acon*, *Acre*, *Acri*, *S. Jean d' Acre*, *Tolemaida*, urbs marit. Phœnices, apud fin. Palæſtinæ. *Plin. l.* 5. *c.* 73.

Ptolemāis, idis, adject. fœmin. a Ptolemæo. *Sidon. carm.* 5. *v.* 461. Doride diffuſam premeret Ptolemaide gaza. ¶ Eſt etiam patronymicum, & ſignificat Ptolemæi filiam. *Lucan. l.* 10. *v.* 69. *de Cleopatra*. Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaida noſtram. Alii legunt *Ptolemaida*, quod idem eſt.

Ptyas, adis, f. πτυάς, aſpidis genus, virus ejaculans etiam in diſtantes, a πτύω, *exſpuo*. *Plin. l.* 28. *c.* 6.

P ANTE U.

Pubĕda, æ, m. adoleſcens, pubes. *Martian. Capel. l.* 1. & 9.

Pubĕo, es, n. 3. *eſſere nella puberta*, ἡβάω, pubes ſum, proprieque de adoleſcentulis dicitur, qui primam lanuginem emiſerunt. *Claudian. de Conſul. Olibr. & Prob. v.* 142. pubentes alio de ſemine fratres. *Virg.* 10. *Æn.* Pubenteſque genæ. *Ulpian. l. Carbonianum*, §. *plane ſi mater*, *ff. de Carbon. edicto*. Si duo impuberes petiantur ſtatue controverſiam, & alter eorum puberit. ¶ Tranſlate dicitur de herbis, pro maturum eſſe. *Virg.* 3. *Georg.* Pubenteſque ſecant herbas. *Id.* 4. *Æn.* Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis pubentes herbæ. *Stat. l.* 3. *Silv.* 3. *v.* 129. Pubentes reſm.

Pubes. V. Pubes adject.

Pubertas, atis, f. *puberta*, עֲלוּמִים, Ger. *mannbarkeit*, Gal. *puberté*, Hiſp. *edad de mancebo*, ἡβητικός, emiſſio pubis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 33. Ut ſiquis dentes, & pubertatem natura dicat exiſtere. *Col. l.* 4. At citto naturæ quandam pubertatem. ¶ Sæpe ſumitur pro illa ætate in pueris, puellisve, quo pudenda primo lanugine obducantur, quæ eſt in maribus annus 14. in fœminis 12. Itaque qui propius huic anno, quam ſeptimo, qui infantiæ terminus, is pubertati proximus dicitur. *Modeſtin. l. arrogatio*, *ff. de adoption.* ¶ Item pro generandi virtute. *Tacit. de Germ. c.* 20. Sera juvenum Venus, eoque inexhauſta pubertas. ¶ Transfertur ad alia. *Plin. in Proœm. l.* 23. Omphacium qua fieret ratione incipientis uvæ pubertate.

Pubes, is, f. *lanugine*, ἥβη, lanugo quæ maribus 14. anno, fœminis 12. circa pudenda initi incipit. *Celſ. l.* 7. *c.* 19. Si inguen inciſendum eſt, idque jam pube contegitur, ante radendum eſt. ¶ Metonymice pro parte pudenda honeſte ponitur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 427. Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo pube tenus. ¶ Item pro juventute, vel pro juvenum multitudine. *Cic. pro Mil. c.* 23. Cui Senatus totam Rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta P. R. arma commiſerat. *Virg.* 1. *Georg. v.* 399. Pubes agreſtis. ¶ Pube præſente, inquit *Paulus Feſti abbreviator*, eſt populo præſente, συνεκδοχικῶς ab iis, qui puberes ſunt, omnem populum ſignificans.

Pubes, eris, *giovane*, ἔφηβος, qui ad pubertatem pervenit, a *pube*. Quia enim pubes maturitatis eſt ſignum, factum eſt, ut mas pubes vocetur, cum primum ad generandum aptus eſt, & fœmina ſimiliter ad concipiendum. Igitur nomine puberum tam ſeniores, quam juniores comprehenduntur, ut putes ex Cenſu. *Sigon. l.* 1. *de ant. jure C. R. c.* 14. In gignendi caſu *puberis* facit, ut *Ceres Cereris*. *Cic. pro Rab.* Neminem eſſe dico ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint, pubeſque tum fuerit, qui arma ceperit. *Id.* 1. *Off. c.* 35. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lavantur. *Liv. l.* 1. *c.* 3. Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit. ¶ Tranſlate uſurpatur etiam de vegetabilibus, pro adulto, maturo. *Virg.* 12. *Æn.* Puberibus caulem foliis. ¶ *Puber* in ſingulari recto recte dici, r in i abeunte, putant quidam Grammatici. Quin & *Catull. in Galliamb. de Aty*, *carm.* 62. Ego puber, ego adoleſcens, ego ephebus, ego puer. Ita legit Scaliger. Alii *mulier*.

Pubeſco, is, *n.* 3. ἡβάσκω, lanuginem emitto. *Cic.* 1. *Off.* Namque Herculem Prodicus dicit, cum primum pubeſceret. *Valer. Flac. l.* 7. *v.* 340. Pubeſcunt malæ. ¶ Tranſlate ſumitur pro creſcere, ſive maturitatem aſſequi. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 2. Quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubeſcant. *Virg.* 2. *Georg.* Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu.

Publicāna, æ, f. *gabelliera*. *Cic. Ver.* 5. *c.* 34. Mulieri publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

Publicānus, i, m. *gabelliere*, Ger. *zoll maiſter*, Gal. *fermier*, Hiſp. *almoxarife*, τελώνης, qui vectigalia, & alia Populi, Principumve reditus exigendos certo conſtituto pretio redimit. Erant autem Publicani equites Romani, qui tributa, & publica vectigalia P. R. quæſtus ſui cauſa conducebant. Ex *Plin. l.* 33. *Cic. pro Plancio*, *pro Rab. Poſth. pro Domo*, & ex *Liv. l.* 43. ¶ De origine vocis ita *Ulpian. l.* 33. *ff. tit.* 4. *de Publ. & vectig. l.* 1. Publicani autem ſunt, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent, ſive fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur. Et omnes, qui quid a fiſco conducunt, recte appellantur Publicani. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Non eſſe autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quam noſtros Publicanos, hinc intelligi poteſt. *Id. pro Planc.* Flos enim equitum R. ornamentum civitatis, firmamentum Reip. Publicanorum ordine continetur. ¶ Neque vero ſolum Publicani vectigalia publica redimebant, ſed alia quoque præterea multa, quæ ultro tributa dicuntur. Nam bello Punico ſecundo redemerunt, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent. *Liv. l.* 24. Item Cethego, & Tuditano Cenſoribus redemerunt reficienda, quæ circum forum incendio conſumpta erant, ſeptem tabernas, macellum, atrium regium. *Liv. l.* 27. Item Catone, & Flacco Cenſoribus conduxerunt lacus ſternendos lapide, & cloacas detergendas, quæ opus eſſet, in Aventino, & faciendas in aliis partibus, quæ nondum erant. *Liv. l.* 39. ¶ Ex Publicanis alii *Mancipes* erant, alii *Prædes*, alii *Socii*. Mancipem definit *Feſtus*, quiſquis a Populo aliquid emit, conducitve, quia ſublata manu ſignificat, ſe auctorem emptionis eſſe. *Pædianus* Mancipes principes Publicanorum eſſe ait, qui quæſtus ſui cauſa exigenda a ſociis ſuo periculo cogant, & Reip. repræſentent. Præs, teſte *Feſto*, eſt, qui Populo ſe obligat, interrogatus a Magiſtratu, videlicet pro mancipe, qui conducit. Dictus eſt a præſtando, quia, ſi manceps non ſolviſſet, debebat præſtare, quod ab eo promiſſum fuerat. Manceps etiam præs eſt, quia tam debet populo præſtare, quod promiſit, quam is, qui pro eo præs factus eſt. Socii erant, qui in partem quæſtus, & jacturæ a mancipibus, & prædibus vocabantur. *Sigon. de ant. jure C. R. c.* 4. ¶ Deinde Publicanorum alii erant *Decumani*, alii *Pecuarii*, ſeu *Scripturarii*, alii *Portitores*. *Aſcon. in Divin.* Decumani erant illi, qui decumas redimebant, ideſt vectigalia, quæ capiebantur ex agris. Pecuarii, ſive Scripturarii erant, qui ſcripturam redimebant, ideſt vectigalia ex ſylvis, ſive e paſtione pecorum. Portitores erant, qui portoria redimebant, ideſt vectigalia, quæ capiebantur ex rerum importatione, & exportatione. *Sigon. l.* 1. *ex Cic. pro L. Manil. pro Planc.* & *l.* 2. *ad Att.*

Publicatio, onis, *pubblicazione*, *confiſcazione*, δήμευσις, actus publicandi. *Cic. in Catil.* 4. *c.* 5. Adjungit etiam publicationem bonorum. *Idem pro Planc.* Proponere publicationem bonorum.

Publicator, oris, m. *chi pubblica*, *e divulga*. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Publicator occulti.

Publicatrix, icis, f. quæ publicat. *Arnob. l.* 5. Venus publicatrix intestini dedecoris.

Publicātus, a, um, nom. ex partic. *confiſcato*. *Nepos in Thraſyb. c.* 1. Plurimorum bona publicata inter ſe dividere. *Id. in Alcib. c.* 4. Poſtquam ſe capitis damnatum, bonis publicatis, audivit. *Tacit. de Germ. c.* 19. Publicatæ pudicitiæ nulla venia, h. e. proſtitutæ, violatæ.

Publice, adv. *pubblicamente*, Ger. *offentlich*, Gall. *publiquement*, Hiſp. *publicamente*, κοινῇ, δημοσίᾳ, vulgo, palam. *Cic.* 5. *Verr.* Itaque cum Philinus Herbitenſis de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret. *Id.* 1. *Ver.* Cuncti ad me publice ſæpe venerunt. ¶ Sæpe ponitur pro eo Republicæ. *Terent. Adelph.* 3. 3. 89. Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publice, ideſt obfuturum Reipublicæ. *Cicer.* 9. *Fam.* Et iis, qui publice ſocii, atque amici ſunt. *Id.* 6. *Ver. c.* 8. Navi ædificandæ publice præeſſe, *con autorità pubblica*. ¶ Item pro ex publico, ex ærario, ſumptibus publicis. *Cic. pro Roſc. Am.* Locantur publice cibaria anſeribus. *Id.* 7. *Ver.* Quem ab illis prædonibus Locrenſes poſtea publice redemerunt. *Aurel. Victor. de vir. illuſtr.* Dari ei ſumptus publica.

Publiciānus, a, um, adject. ad Publicios pertinens, ut Publicianus locus. *Cic.* 12. *Att. ep.* 38. ¶ *Publiciana actio* a nomine Prætoris, a quo primum propoſita fuit, appellata, dabatur ei, qui ex juſta cauſa rem aliquam non a domino traditam accepiſſet, v. gr. ex cauſa emptionis, aut donationis, Et needum ejus rei dominus factus eſſet, ejuſque poſſeſſionem caſu amiſiſſet: dabatur, inquam, ut eam rem perſequi judicio poſſet. V. *Dig. lib.* 6. *tit.* 2. *qui* de Publiciana in rem actione *inſcribitur*, & *Inſtitut. Juſtin. lib.* 4. *tit.* 6. §. *Namque ſi cui*, &c.

Publicii, m. 2. familia plebeja Romæ. *Ovid.* 5. *Faſt.* Plebis ad Ædiles perducta licentia talis Publicios.

Publicĭtus, adv. idem ac publice. *Terent. Phorm.* 5. 7. 83. Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras? Ubi *Don.* *Publicitus*, publica cura, & conſilio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 8. Hoſpitio publicitus accipier, ideſt carcere publico.

Publicius, a, um, quod ad Publicios pertinet. *Ovid.* 5. *Faſt.* Utile nunc iter eſt, Publiciumque vocant.

Publi-

Publico, as, avi, atum, are. 1. *pubblicare*, [illegible], Ger. *offentlich auſſruffen*, Gall. *publier*, Hiſp. *publicar*, [illegible], publicum facio, edo in publicum. *Plin. in epiſt.* 17. *l.* 5. Ad hunc guſtum totum librum repromitto, quem tibi, ut primum publicavero, exhibebo. ¶ Sæpe ponitur pro rem aliquam publicam facere, ſeu in Reip. poteſtatem redigere, & proconi publico ſubjicere, *confiſcare*. *Cic.* 2. *Fin.* Non ſingulorum civium bona publicaret. *Id. pro Sext.* Ut Rex cum bonis omnibus publicaretur. ¶ Item pro copiam ſui publice facere. *Sueton. in Ner. c.* 21. Non ceſſavit identidem ſe publicare, ideſt publice cantare. ¶ Item pro ſe publica proſtituere. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 20. Tum illam, quæ corpus publicavit vulgo ſuum. ¶ Item pro manifeſtare. *Juſtin. l.* 1. *c.* 7. Niſi etiam matrimonii tecenda publicaret.

Publicola, (rectius *Poplicola*, ut monet *Manut. in Orthogr. ex vet. monum.*) æ, m. [illegible], cognomen P. Valerii, qui in locum L. Tarquinii Collatini Conſul a Populo Comitiis Centuriatis ſuffectus eſt, ita dictus, quaſi cultor, & obſervator Populi. Nam faſces Populo ad concilium vocato ſummiſit, legem tulit de provocatione adverſus Magiſtratus ad Populum, &c. Fuit quater Conſul. Mortuus eſt Agrippa Menenio, P. Poſthumio Coſſ. anno 250. gloriæ ingenti, ſed copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri ſumptus deeſſet. De publico eſt elatus. Singulari exemplo uſque ad Dionyſii ætatem in Urbe prope forum ſepultus eſt. *Dionyſ. l.* 5. *Liv. l. c. & Plutarch.*

Publicus, a, um, *pubblico*, *comune*, Ger. *gemein*, Gall. *public*, Hiſp. *publico*, [illegible], quod non eſt privatum alicujus, ſed populo commune. *Cic.* 1. *de Inv.* Publicum eſt, quod civitas univerſa aliqua de cauſa frequentat. Eſt a *populus*, quaſi *poplicus*, quod extat in veteri inſcriptione, pag. 150. n. 6. *Collect. Gruteri*. Publicus, & communis differunt, quia *publicum* dicitur, quod eſt totius populi, ut Campus Martius: *commune* eſt, quod eſt duorum, aut plurium, ut Paries communis, domus communis, vel quod a nemine eſt occupatum, neque poſſeſſum, & poteſt fieri occupantis, ut aer, aqua profluens, litus maris, lapilli, ſeu gemmæ in litore maris. Deinde *publico* privatus, *communi* proprius opponitur. *Cic. pro Mur.* Odit Populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. *Id. Verr.* 5. Non ſolum in publico, ſed etiam de publico convivati, *a pubbliche ſpeſe*. *Senec. ep.* 89. (*al.* 88.) An Sappho publica fuerit, h. e. meretrix. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. Conſulere in publicum. ¶ Sæpe ponitur pro loco publico, hominum conſpectu, luce publica. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 49. Egredi in publicum. *Id. Ann.* 15. *cap.* 59. Verſari in publico. *Sueton. in Ner. c.* 9. Per publicum vehi. *Id. in Claud. c.* 36. Abſtinere publico. *Cic. Verr.* 7. In publico eſſe. *Liv. l.* 39. *c.* 18. Animadvertere in aliquem in publico. ¶ Interdum dicitur publicum, quod ex communi tantum more fit, honoris, vel urbanitatis tantum cauſa. Ita verba publica ſunt, quibus notos æque & ignotos compellamus, *parole di cerimonia*, *e complimenti*. *Senec. ep.* 3. Eadem epiſtola illum & dixiſti amicum, & negas: itaque ſic illo verbo quaſi publico uſus es, & ſic illum vocaſti amicum, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus, quomodo obvios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 7. *v.* 11. Et mihi blanditias dixit, dominumque vocavit, Et quæ præterea publica verba juvant. ¶ Nonnunquam præterea publicum abſolute ponitur pro vectigalibus, ſeu reditibus publicis. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Ut publicanis ſatisfaciat, præſertim publicis male redemptis. *Sueton. in Calig. c.* 40. Addidimque ad caput legis, ut tenerentur publico & qui meretricium, & qui lenocinium feciſſent. h. e. tenerentur ad vectigal publicum ſolvendum. *Senec. de conſtant. ſapient.* c. 14. Salutationum publicum exercere, h. e. pecunias accipere pro admiſſione ad ſalutandum, quod factitabant magnorum dominorum janitores, & cubicularii. V. *Juvenal. ſat.* 3. *verſ.* 184. Alii leg. *ſalutatorum publicum*, quod idem ſonat. ¶ Publicus etiam abſolute pro ſervo publico. *Juven. ſat.* 10. *v.* 41. Quippe tenet ſudans hanc publicus. *Inſcript. apud Grut. p.* 1087. *n.* 7. Publicus Auguſtum. ¶ Denique *publicus* ſumitur pro vulgari, plebeio, communi, & parvi pretii. *Juven. ſat.* 7. *v.* 53. vatem egregium, cui non ſit publica vena. *Id. l.* 4. *ex Pont. ep.* 13. *v.* 5. publica ſtructura carminis. *Petron. in Sat. c.* 3. Sermo non publici ſaporis.

Publius, prænomen Romanum, ut *Publius Cornelius Scipio*. ¶ Publius Mimographus poeta, Cæſari familiaris, Syrus origine, ſcripſit mimos quoſdam ſententiis acutis, gravibus, & dignis, quæ a pueris ediſcantur. V. *Gell. l.* 17. *c.* 14. & *Senec. l.* 3. *Controv.* 18.

Pucinum, i, n. 2. *Proſecho*, [illegible], opp. Carnorum, in colle, apud oram maris Hadriatici, inter Aquilejam, & Tergeſtum, vino generoſo clarum. *Plin. l.* 3. *c.* 18.

Pucinus, um, o. 1. 2. quod ad Pucinum opp. ſpectat. *Plin. l.* 14. *c.* 3. *de uva*. Item Pucina omnium nigerrima. *Id. c.* 6. *de vino*, Julia Auguſta 82. annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio uſa. Gignitur in ſinu Hadriatici maris, non procul a Timavo fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hoc eſſe crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus Pictanon appellaverunt ex Hadriatico ſinu. *Id. l.* 17. *c.* 4. Pucina vina in ſaxo coquuntur.

Pudefactus, a, um, *vergognato*. *Gel. l.* 15. *c.* 17. Traditas ſibi tibias cum ad os adhibuiſſet, inflaſſetque, pudefactus oris deformitate abjecit, infregitque.

Pudendus, a, um, *vergognoſo*, *coſa da vergognarſi*, Ger. *ſchendlich*, Gall. *honteux*, Hiſp. *vergonçoſo*, [illegible], quod pudore dignum eſt, quod ejuſmodi eſt, ut illius nos pudere oporteat, partic. a pudet. *Virgil.* 11. *Æn.* At non Evandre pudendis vulneribus pulſum aſpicies. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Dicta pudenda. *Ovid.* 2. *de Pont. ep.* 2. Pudenda vita. ¶ Pudenda, abſolute pro membris genitalibus. *Auguſt. l.* 15. *de Civ. Dei*.

Pudens, entis, o. *modeſto*, *verecondo*, *vergognoſo*, [illegible], verecundus, abhorrens a flagitio, atque dedecore. *Cic.* 5. *Ver.* Metelli eſt filius in provincia, non puer, ſed adoleſcens bonus, ac pudens. *Idem* 3. *Ver.* Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *Id.* 3. *Verr. c.* 37. Cur pudentiſſimas, lectiſſimaſque fœminas in tantum virorum conventum inſiliſtas, invitaſque prodire cogis? *Id. Ver.* 5. *c.* 68. Quo pudentior, & melior eſſes.

Pudenter, adv. *con verecondia*, Ger. *mit ſcham*, Gall. *avec honte*, Hiſp. *con verguença*, [illegible], cum pudore, verecunde, cum verecundia. *Cic. pro Quinct. c.* 11. Eum tum pudenter appellare nolebas? *Id.* 2. *de Orat. c.* 89. Quem ego paulo ſciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus ſermonis accedere. *Id.* 7. *Fam. ep.* 27. Rogare aliquem parum pudenter. *Id.* 16. *Att. ep.* 15. Pudentiſſime hoc Cicero petierat.

Pudeo, es, dui, ditum, n. 2. idem ac me pudet. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 3. Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita in ridiculo ſumus ambo. *Terent. Adel.* 4. 7. 36. Non hæc te pudent? *Lucan. l.* 8. *v.* 49. Semper metuet, quem ſæva pudebunt.

Pudeſcit, ebat, n. 3. idem quod pudet. *Prudent. cathem.* 2. 2. 66. Piget, pudeſcit, pœnitet.

Pudet, pudebat, puduit, & puditum eſt, imp. a. *vergognarſi*, [illegible], Germ. *ſich ſchemen*, Gal. *avoir honte*, Hiſp. *aver verguença*, [illegible], pudore afficior, verecundor. Differt a *piget*, quod *pudere* verecundiæ eſt, *pigere* pœnitentiæ, *pudere* eſt in his, quæ turpiter fiunt, *pigere* in his, quæ cum damno, ac malo, *pudere* ad dedecus, *pigere* ad dolorem refertur. *Cic. de clar. Orat. c.* 50. Ad miſericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. ¶ Conſtruitur cum gen. rei loco nom. & cum acc. perſonæ. *Cic.* 2. *Ver.* Quos libidinis, infamiæque ſuæ neque pudeat, neque tædeat. *Id. pro Flac.* Nonne eſſet puditum, non modo legatum, ſed Tralianum omnino dici Meandrium? *Plin. l.* 36. *c.* 15. Cum puderet vivos, tanquam puditurum eſſet extinctos. ¶ Loco genitivi admittit infinitivum. *Cic.* 10 *Fam.* Plura me ad te de hac re ſcribere pudet. ¶ Interdum uſurpatur cum ſolo acc. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 26. Quem vero non pudet, hunc ego non reprehenſione ſolum, ſed etiam pœna dignum puto. ¶ Reperitur etiam cum abl. loco gen. rei. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 12. Neque mei, neque tui intus puditum eſt factis, quæ facis. ¶ Particip. *pudendum eſt*. *Cic.* 5. *Phil.* Ut jam pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionum decreta, quam Senatus.

Pudibilis, le, adject. *vergognoſo*. *Lamprid. in Heliogab. c.* 12. Pudibilium enormitate membrorum.

Pudibundus, a, um, *verecondo*, *riſpettoſo*, [illegible], qui pudore ducitur, pudens. *Plin. l.* 10. *c.* 20. Pudibundus, ac mœrens quærit latebram. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 7. *v.* 69. Pars noſtri pudibunda. h. e. cujus nos pudet. *Horat. de art. poet.* 232. Matrona pudibunda. ¶ *Stat.* 5. *Theb. v.* 296. Exoritur pudibunda dies. h. e. aurora colore purpureo.

Pudice, adv. *pudicamente*, *caſtamente*, Ger. *ſchamhafftiglich*, Gall. *pudiquement*, Hiſp. *pudicamente*, [illegible], cum pudore. *Albinov. ad Liv.* Quid tibi nunc mores proſunt, actumque pudice omne ævum? *Plin. l.* 4. *ep.* 13. Ubi enim jucundius morarentur, quam in patria, aut pudicius continerentur, quam ſub oculis parentum? Adde *Ter. And.* 1. 5. 39.

Pudicitia, æ, *pudicizia*, *caſtità*, [illegible], Germ. *keuſchheit*, Gall. *pudicité*, Hiſp. *pudicicia*, *caſtidad*, [illegible], caſtitas, a *pudor*. *Cic. pro Cœl. c.* 18. Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam. *Virg.* 2. *Georg.* Caſta pudicitiam ſervat domus. *Liv. l.* 1. *c.* 58. pudicitiam amittere. *Salluſt. in Catil. c.* 13. Pudicitiam in propatulo habere. *Sueton. in Tiber. c.* 35. Proſtrare pudicitiam. *Id. in Auguſto, c.* 68. Pudicitiam alicujus delibare. Sic pudicitiam imminuere, violare, eripere. *Cic. & Plaut.* ¶ In lege Julia de adulteriis caput etiam de pudicitia fuit, ut ex *Sueton. in Aug. c.* 34. liquet. Eo puniebantur maxime maſculam libidinem patrantes, ut declarat *Juſtinian. l.* 4. *Inſtitut. tit.* 17. Hinc pudicitiæ quæſtio apud *Valer. Maxim. l.* 6. *c.* 1. *n.* 7. ¶ Pudicitia Dea nomine a Romanis culta fuit, teſte *Plin. l.* 1. *c.* 7. Ejus ſignum erat in foro Boario, teſte *Feſto*.

Pudicus, a, um, *pudico*, *caſto*, [illegible], Germ. *ſchamhafftig*, Gall. *pudique*, Hiſp. *pudico*, [illegible], caſtus, a *pudor*. *Ter. Hec.* 1. 2. 77. Pudicum ingenium. *Ovid.* 7. *Metam.* fidem pudicam ſollicitare donis. *Id. in Ibin. v.* 349. Nec tibi contingat matrona pudicior illa. *Plin. l.* 7. *c.* 35. Pudiciſſima fœmina. ¶ Interdum ponitur pro pudenti, & verecundo. *Plaut. Trin.* 3. 2. 71. Is eſt honor homini pudico, meminiſſe officium ſuum. *Ovid.* 3. *de Pont. eleg.* 1. Æmula Penelopes fieres, ſi fraude pudica Inſtantes velles fallere docta procos. ¶ Pudicabus in dativ. plurali dixit *Gellius hiſtoricus* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 39. *Putſchii*. V. dicta in *Aſina*.

Pudor, oris, m. *roſſore*, *vergogna*, [illegible], Ger. *ſcham*, Gal. *pudeur*, Hiſp. *vergoncoa*, *empacho*, [illegible], eſt metus infamiæ, ut Stoici definiunt, qui animum reprimit, ne procaciter, aut inordinate, aut turpiter quid peragat. Differunt *pudor*, & *pudicitia*, ut *impudens*, & *impudicus*, quorum illud ad animum, hoc ad corpus pertinet. Ita manifeſta qui negat, *impudens*, qui libidinoſe agit, *impudicus* dicitur. *Cic. pro Cluent.* Ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas revocaret. *Id. in Catil.* 2. *ad fin.* Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc ſtuprum. ¶ Nonnunquam tamen pro pudicitia uſurpatur. *Ovid.* 14. *Metam.* Flos intemeratus virginei pudoris. ¶ Interdum ponitur pro probro, dedecore, vel ſcelere ipſo, quod pudorem affert. *Ovid. Heroid. epiſt.* 11. *v.* 79. Irruit, & noſtrum vulgat clamore pudorem. *Liv. l.* 35. *c.* 28. Amicitia, quæ impetrata gloriæ ſibi, non pudori ſit. ¶ Item pro exiſtimatione. *Plin. l.* 2. *ep.* 4. Debes famam, pudoremque defuncti ſuſcipere. *Id. l.* 5. *ep.* 1. Neque enim aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur. ¶ Item pro reverentia, timore, quo veremur aliquem. *Terent. Andr.* 1. 5. 27. Tot me impediunt curæ, amor, hujus miſericordia, nuptiarum ſollicitatio, tum patris pudor.

Pudoricolor, oris, adject. colorem pudoris, hoc eſt purpureum, ſeu rubentem habens, ut pudoricolor aurora. *Nævius apud Gell. l.* 19. *c.* 7.

Puella, æ, *fanciulla*, [illegible], Ger. *magdlein*, Gall. *fille*, *pucelle*, Hiſp. *moça*, *muchacha*, [illegible], fœmina in tenera ætate, dim. a *puer*. Eſtque id magis viridioris ætatis nomen, quam virginitatis. Nam puellæ quoque dicuntur, quæ jam maritum habent, imo & gravidæ ſunt, atque adeo ut etiam, quæ pepererunt. Sane *Horatius l.* 2. *Carm. ode* 22. dixit, Laborantes utero puellas. Et *Ovidius* 2. *Faſt.* Viduæ ceſſate puellæ. hoc eſt abſtinete maritorum complexibus. Apud *eundem Heroid. ep.* 1. *v.* 115. Penelope ſe puellam vocat, quæ jam Telemachum Ulyſſi pepererat. *Scævola* quoque puellam vocat, quæ vidua erat, & poſt altera nupta. Et *Gellius l.* 12. *c.* 1. his puellam vocat puerperam. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 3. De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil uſucapi poteſt. ¶ *Puellabus* in dativo plurali dixit *Gellius hiſtoricus*, teſte *Chariſ. l.* 1. *pag.* 39. V. dicta in *Aſina*.

Puellaris, & re, o. 3. *fanciulleſco*, Ger. *kindlich*, Gal. *appartenant a fille*, Hiſp. *perteneciente a moça*, [illegible], quod ad puellam ſpectat. *Ovid.* 4. *Faſt.* Præda puellares animos oblectat inanis.

Puellariter, adv. *da fanciulla*, [illegible], more puellarum. *Plin. ep.* 10. *l.* 8. Dum ſe prægnantem puellariter neſcit.

Puellarius, a, um, adject. puellaris. *Petron. in Satyr.*

Puelleſco, is, n. 3. [illegible], effœminor. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 657. Verum etiam veteres puelleſcunt.

Puellatorius, a, um, adjectiv. ad puellos, vel puellas pertinens, ut puellatoriæ tibiæ, quibus a ſono elatiore nomen datur. *Solin. c.* 11.

Puellitor, aris, d. 1. rem Veneream habeo. *Laber. apud Non. c.* 8. *n.* 56. Quænam vos dementia ſuppoſitores facit cum cano cupio puellitarier? Al. leg. *velituri*.

Puellula, æ, dim. a *puella*. *Catul. in epithal. Juliæ*, *carm.* 56. Floridam ipſa puellulam Matris e gremio ſuæ Dedis.

Puellus, i, m. *fanciullino*, [illegible], Germ. *knablein*, Gall. *petit enfant*, Hiſp. *moço*, *pequeno moço*, [illegible], parvus puer. *Lucret. l.* 4. *v.* 1246. unde puellos Suſcipere, & partu poſſint diteſcere dulci.

Puer, eri, m. c. *fanciullo*, [illegible], Ger. *kind*, Gal. *enfant*, Hiſp. *moço*, [illegible], qui eſt in ætate prætextata, ideſt uſque ad annum decimum ſeptimum, vel 15. ut alii putant. V. *Ætas*. *Cic. pro Arch. c.* 3. Ut primum exceſſit e pueris. *Varro* pueros ita dictos ait, quod ſint puri, h. e. impubes. Idemque traditum a *Cenſorino de Die Natali c.* 14. Secundum *Priſcianum l.* 6. eſt generis communis. *Liv. in Odyſſ. apud eund.* Sancta puer Saturni filia. *Cic.* 1. *Off.* Et caſu formoſus puer præteriret. ¶ Etſi vero puer proprie eſt in ætate prætextata, tamen interdum etiam eo nomine vocantur adoleſcentes. Sic *Cicero* ſæpe Octavium vocat puerum, quem alibi adoleſcentem, & prope puerum appellat. *Apulejus* quoque in *Apol.* Pudeu-

Digitized by Google

dentem privignum puerum vocat, qui jam curatorem haberet, non tutorem. Sed hæc per immutationem dici videntur, more Oratorum. ¶ Interdum marem, ſive maſculum notat, & puellæ opponitur. *Ovid. 6. Met.* Cultus erat pueri, facies, quam ſive puellæ, ſive dares puero, fieret formoſus uterque. ¶ Alias accipitur pro filio. *Virg. 2. Æn. v. 597.* Aſcaniuſque puer. Sic *Naſo eleg. de morte Tibulli v. 597.* Cupidinem vocat Veneris puerum. ¶ Metonymice accipitur pro ſervo. *Paul. de verb. ſign. l. puer.* Sic Regii pueri apud Macedonas vocabantur præcipuum liberi ad miniſterium Regis electi, apud *Liv. l. 45. Cic. ad Q. Fr. l. 1.* Hic ego iracundia aliqua adductus pueros ad te ſine literis miſerim. ¶ *A puero* cum nominibus ſingularis numeri, & *a pueris* cum nominibus pluralibus ſignificat a tempore pueritiæ, *da fanciullo, ſin da fanciullo. Cic. 4. Acad. c. 36.* Diodorus, quem a puero audivi. *Id. 1. Tuſcul. c. 24.* Ut a pueris eas notiones haberemus.

Puĕra, æ, idem ac puella, apud vet. a *puerus*. *Suet. in Calig. c. 8.* Quod antiqui etiam puellas pueras, ſicut & pueros puellos dictitarant. *Var. apud Non. c. 2. n. 674.* Properate vivere pueræ, quas ſinit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenera tegere.

Puĕraſco, is, n. 3. μειρακιοῦμαι, eſt exacta infantia pueritiam ingredi. *Sueton. in Calig. c. 7.* Novem liberos ſuſtulit, quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerafcens inſigni feſtivitate.

Puercŭlus, i, m. puerulus. *Arnob. l. 2. & 7.*

Puerīlis, & le, o. 3. *puerile, fanciullesco*, Germ. *kindiſch*, Gal. *d'enfant*, Hiſp. *de moco*, παιδαριώδης, quod eſt pueri, vel quod puerorum proprium eſſe ſolet. *Cic. pro Arch.* Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. ¶ Ponitur & pro vano, inconſulto. *Ter. And. 1. 6. 18.* Quidnam eſt? Da. Puerile eſt. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 250.* Si puerilius his ratio eſſe evincet amare.

Puerīlĭtas, atis, f. *puerilità*, τὸ παιδαριῶδες, actus aliquis puerilis. *Senec. ep. 4.* Adhuc non pueritia in nobis, ſed, quod eſt gravius, puerilitas remanet. ¶ Ponitur aliquando pro ipſa pueritia. נַעֲרוּת, Ger. *kindheit*, Gal. *enfance*, Hiſp. *mocedad*. *Varro apud Non. c. 8. n. 90.* Velim meherculet, inquit, ipſe uſu magno puerilitatis formam augere.

Puerīlĭter, av. *puerilmente, da fanciullo*, παιδικῶς, more puerorum. *Cic. 5. Fin.* Quæ cum res tota ficta ſit pueriliter. Adde *4. Acad. c. 11.*

Puerĭtia, æ, *puerezza, fanciullezza*, ילדות, Ger. *kindeheit*, Gal. *enfance*, Hiſp. *mocedad*, παῖδες, ætas puerilis. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Qui me a pueritia ſemper obſervavit. V. *Ætas*. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. *Col. l. 7. c. 6. de capris.* Primis pueritiæ temporibus exhauſtus eſt. ¶ Quandoque ſumitur pro puritate, ſive caſtitate. *Varro apud Non. c. 2. n. 672.* Ea erat matronæ ſimplicitas, & pueritia, & honeſtas. ¶ *Puertia* per ſyncop. *Horat. l. 1. od. 36.* memor Actæ non alio rege puertiæ.

Puerĭties, ei, f. pueritia. *Auſon. in Profeſſor. Burdegal. 10.*

Puerpĕra, æ, *donna di parto*, יולדה, Germ. *kindbetterin*, Gall. *accouchee*, Hiſp. *parida*, λεχώ, mulier, quæ recens peperit. *Plin. l. 7. c. 4.* Editis geminis raram eſſe aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam. Adde *Horat. Epod. 17.*

Puerperium, ii, n. λοχεία, niſus, & dolor parientis, vel etiam tempus ipſum, quo parit mulier, vel quo poſt partum ex dolore cubat. *Plin. l. 28. c. 8.* Lingua adalligata pericula puerperii tolli. *Gel. l. 12. c. 1.* Quam diutinum puerperium, & quam laborioſi nixus fuiſſent. *Plaut. Truc. 2. 5. 22.* puerperio cubare. ¶ Aliquando ponitur pro prole ipſa. *Plin. l. 7. c. 11.* Uno abortu duodecim puerperia egeſta. *Tac. 12. Ann. c. 6.* Femina puerperiis inſignis.

Puerpĕrus, a, um, quod ad puerperam ſpectat. *Ovid. 10. Met. v. 511.* Admovitque manus, & verba puerpera dixit.

Puerŭlus, i. m. parvus puer. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 41.* Ut inter ſuos omnium deliciarum, atque omnium artium puerulos, ex tot elegantiſſimis familiis lectos, velis hos verſari homines pene operarios.

Puĕrus, i, m. idem ac puer, apud vet. *Plaut. Merc. 5. 2. 89.* Tu puere abi hinc intro ocyus.

Pugil, ilis, com. 3. πύκτης, qui pugnis decertat. *Cic. 2. Tuſc.* Pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 185.* Aut urſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Pugilātio, onis, f. πυγμαχία, pugilum exercitatio. *Cic. 2. de Leg. c. 15.* Jam ludi publici ſint corporum certatione curſu, & pugilatione, luctatione, curriculiſque equorum.

Pugilātor, oris, m. qui pugilatu certat. *Arnob. l. 1.* Tyndaridæ Caſtores, equos unus domitare conſuetos, alter pugilator bonus.

Pugilatorius, a, um, adject. ad pugilatorem, ſeu pugilem pertinens. *Plaut. Rud. 3. 4. 16.* Ego te follem pugilatorium faciam. Alii leg. *pugillatorium*. h. e. qui pugillis, ſeu pugnis feritur.

Pugilatus, us, m. πυγμαχία, pugilum certamen. *Plin. l. 8. c. 21.* Eundem decimo anno reſtitutum athleticæ certaſſe in pugilatu. *Plaut. Capt. 4. 2. 13.* Hic homo pugilatum incipit.

Pugilice, adv. ἀθλητικῶς, fortiter, valenter. Summam enim tam pugiles, quam athletæ corporis robori curam impendebant. *Plaut. Epid. 1. 1. 18.* Quid herilis noſter filius valet? T. Pugilice, atque athletice.

Pugillar, aris, n. 3. idem ac pugillaris, ſubſt. *Auſon. epigr. 146.* Bipatens pugillar expedi. *Catul. de Acme, carm. 43.* En negat mihi veſtra redditurum pugillaria. *Gel. l. 17. c. 9.* Pugillaria nova nondum cera illita.

Pugillāris, is, ſubſt. m. 3. πινακίς, tabella cerea, vel lignea, ſive alterius materiæ, in qua ſcribimus. Variis autem nominibus dicebantur pugillares apud veteres. Erant *cerei* dicti, qui ex cera erant confecti, *eborei*, qui ex ebore, *membranei*, qui ex membranis, &c. Alii item duplices nominabantur, alii triplices, alii quintuplices, &c. *Plin. l. 13. c. 11.* Pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Trojana tempora invenimus apud Homerum.

Pugillaris, & re, o. 3. quod pugillum, ſive pugnum implere poteſt, ſeu quantum pugnus poteſt continere. *Juven. ſat. 11. v. 156.* Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos.

Pugillariarius, ii, m. pugillarium artifex. *Inſcript.* apud *Murator. pag. 984. n. 2.* M. Cæcilio Hilaro pugillariario.

Pugillatorius, V. Pugilatorius.

Pugillo, vel pugilo, as, a. 1. pugillatu pugno, pugnis percutio. *Trebel. Poll. in Gallien. c. 8.* Pugiles ſacculis, non veritate pugillantes. *Apul. de Deo Socr.* Velide pugillare. ¶ Et deponenti forma. *Id. l. 7. A. A.* Primoribus in me pugillatus unguibus.

Pugillus, i, m. *pugnello, pugnetto*, parvus pugnus, dim. a *pugnus*, δράγμα, *Plin. l. 20. c. 22.* Marrubii ſemen cum farris pugillo decoctum. h. e. quantum pugno exiguo capi poteſt.

Pugio, onis, m. *pugnale*, רמח, Germ. *dolch*, Gal. *poignard*, Hiſp. *punal*, ἐγχειρίδιον, brevioris gladii genus, ab antiquo *pugo* pro *pungo*, quia eo punctim pugnatur. Niſi cum *Feſto* malis, eſſe a *pugno*. *Cic. 2. Phil.* Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit. ¶ *Pugio plumbeus*, translate pro invalido argumento accipitur. *Cic. 4. Fin. c. 18.* O plumbeum pugionem! ¶ Erat pugio apud Romanos ſummæ poteſtatis inſigne, eoque accingebantur Imperatores. Hinc Vitellius caſſurus imperio pugionem depoſuit, ut narrat *Sueton. in ejus vita c. 15.* Eandem rem narrans *Tac. 3. hiſt. c. 68.* Poſtremo, inquit, fletu præpediente, aſſiſtenti conſuli exſolutum a latere pugionem, velut jus necis vitæque civium, reddebat. *Lamprid.* quoque de Commodo ſcribit in ejus vita c. 6. creatos ab eo primum tres præfectos prætorio, inter quos unum fuiſſe libertinum, qui *a pugione* appellatus eſt, nempe quia, ut *Salmaſ.* adnotavit, ei Commodus pugionem, inſigne imperii, tradideret.

Pugiuncŭlus, i, m. *pugnaletto*, parvus pugio. *Cic. in Orat. c. 67.* Nam in iis, quibus, ut pugiunculis, uti oportet.

Pugna, æ, f. *pugna, battaglia*, מלחמה, Germ. *ein ſtreit*, Gall. *combat*, Hiſp. *pelea*, μάχη, dimicatio, prælium, certamen, a *pugnus*, quia principio homines pugnis confligere ſolebant, ut ait *Don. prol. Hec. Cic. pro Mur. c. 22.* Quibus ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa, quæ cum Rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. *Id. 3. Catil. c. 3.* Pugnam committere. *Cæſ. l. 3. B. G.* Pugna decertare, *Id. ib. l. 5.* Evocare ad pugnam. Rurſus *Cic. Ver. 7.* Res venit ad manus, & ad pugnam. *Nepos in Conone, c. 5.* Pugnam facere. ¶ Translate ponitur pro quacunque contentione. *Cic. 2. Divin.* Quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum. *Quintil. l. 5. c. 12.* Pugna forenſis.

Pugnacĭtas, atis, f. pugnandi vis. *Plin. l. 10. c. 33.* Perdices capiuntur quoque pugnacitate ejuſdem libidinis. *Quintil. l. 4. c. 3.* Pugnacitas argumentorum.

Pugnacĭter, adv. μαχίμως, pertinaciter, conſtanter. *Cic. 4. Acad.* Ergo de omni ſtatu, conſilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum alios, tum etiam me ipſum. *Id. ib. c. 3.* Eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſime defendere. *Sen. de ira, c. 36.* In illa diſputatione pugnacius locutus eſt. *Quintil. l. 9. c. ult.* Alia lenius, alia ſublimius, alia pugnacius, alia gravius eſſe dicenda. Al. leg. *pugnantius*, ut ſit a poſitivo *pugnanter*.

Pugnacŭlum, i, n. *forte, fortezza*, προμαχών, locus munitus, unde pugnatur, ſeu ex quo hoſtilis vis arcetur. *Plaut. Mil. 2. 3. 63.* Deturbabo ego jam illum de pugnaculis.

Pugnans, antis, o. partic. a pugno. *Ovid. 13. Met.* Ego Telephus haſta pugnantem domui. ¶ Sæpe ponitur pro contrario, ſeu contradictorio. *Cic. 1. Fin. c. 18.* Atqui pugnantibus, & contrariis ſtudiis, conſiliiſque ſemper utens nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt. *Plin. l. 8. epiſt. 14.* Quæ diſtractio pugnantium ſententiarum? ¶ Abſolute *Cic. 1. Tuſc.* Pugnantia te loqui non vides?

Pugnanter. V. Pugnaciter.

Pugnātor, oris, m. qui pugnat, *combattente*. *Liv. l. 24. c. 15.* Fortiſſimus quiſque pugnator eſſe debebat.

Pugnatorius, a, um, adject. ad pugnam pertinens, ut pugnatorius mucro, *Senec. in præf. lib. 2. Controv.* Pugnatoria arma, *Suet. in Calig. c. 54.*

Pugnātrix, icis, f. quæ pugnat. *Prudent. in Pſychom. v. 681.* Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola. *Ammian. l. 23. c. 6.* Pugnatrix ortio, & formidanda.

Pugnātus, a, um, *combattuto*, μεμαχημένος, partic. a pugno. *Hor. l. 3. od. 19.* Et pugnata ſacro bella ſub Ilio. *Nep. in Annib. c. 5.* Hac pugna pugnata, Romam profectus eſt. Adde *Cic. pro Mur. c. 25.*

Pugnax, acis, o. *bellicoſo, guerriero*, Germ. *kriegiſch*, Gal. *apre au combat*, Hiſp. *peleador*, μάχιμος, bellicoſus. *Cic. 8. Phil.* Centurio pugnax, & laertoſus. *Tac. 4. hiſt. c. 6.* Pugnaciſſimus quiſque. ¶ Interdum ſumitur pro pertinaci. *Cic. in Piſ.* Græcus facilis, & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatum Pop. R. eſſe noluit. ¶ Interdum pro vehementi, efficaci. *Cic. 2. de Orat. c. 78.* Quin exordium dicendi vehemens, & pugnax non ſæpe eſſe debeat. *Id. in Brut. c. 31.* Sed & hujus oratio in Philoſophiam translata pugnacior, ut ita dicam, videtur, & illorum in judicia pacatior. ¶ Interdum pro pugnanti, contrario. *Ovid. Met. 1. v. 432.* Cumque ſit ignis aquæ pugnax, &c.

Pugneus, a, um, adject. a pugnis, hoc eſt ictibus manus. Jocolariter *Plaut. Rud. 3. 4. 57.* Si attigeris oſtium, jam hercle tibi meſſis in ore fiet mergis pugneis. V. Mergæ.

Pugnĭtus, adv. *co' pugni*. *Cæcil.* apud *Non. c. 11. n. 38.* Niſi quidam qui ſe malit pugnitus peſſumdari.

Pugno, as, avi, atum, a. 1. *combattere*, נלחם, Ger. *ſtreiten*, Gal. *combattre*, Hiſp. *pelear*, μάχομαι, dimico, certo, contendo cum aliquo, confligo, congredior. Conſtruitur vel abſolute. *Plaut. Amph. 1. 1. 44.* Pugnabant illi maxime. ¶ Vel cum acc. & præp. *in, contra, adverſus*. *Salluſt. in Catil.* Qui contra imperium in hoſtem pugnaverant. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *inter*. *Var. l. 2. R. R. c. 3.* Inter ſe cornibus pugnant. ¶ Vel cum accuſ. *pugnam, prælium, bellum*, & hujuſmodi. *Hor. l. 4. carm. od. 6.* Hic pugnavit ingens Idomeneus, Sthenelusve ſolus dicenda Muſis prælia. *Gel. l. 3. c. 8.* Dum Pyrrhus Rex in Italia eſſet, & unam, atque alteram pugnam proſpere pugnaſſet. Adde *Plaut. Pſeud. 1. 5. 110.* ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *cum*. *Cic. pro Balb.* Qui cum hoſte noſtro cominus in acie ſæpe pugnavit. ¶ Vel cum ablat. & præp. *e*, vel *ex*. *Cic. 2. de nat. Deor.* In noſtra acie Caſtor, & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt. *Plin. l. 32. c. 1.* Pugnare e muris. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Terent. prol. Hec.* Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. ¶ Vel cum abl. & præp. *pro*. *Cic. 2. de Invent.* Ut non oppugnare commoda patriæ, ſed pro his pugnare poſſit. ¶ A Poetis etiam uſurpatur cum dat. *Catul. carm. 62. nuptiali, v. 64.* Noli pugnare duobus. ¶ Translate ſumitur pro conari, niti. *Cic. l. 5. Fam. ep. 9.* Illud pugna, & enitere. *Ovid. l. 1. de remed. amor.* Pugnat in adverſas ire natator aquas. ¶ Item pro contendere in diſceptationibus de re aliqua. *Cic. 1. de nat. Deor.* Illud video pugnare te, ſpecies ut quædam ſit Deorum. ¶ Item pro curare, magni facere. *Cic. 1. de nat. Deor.* Videtur Epicurus de Diis non magnopere pugnare. ¶ Item pro contrarium eſſe. *Cic. 2. Tuſc.* Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. *Quintil. l. 3. c. 10.* Hæc autem, quæ tantum inter ſe pugnant. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. 3. Off.* Cum male pugnatum apud Caudium eſſet. *Id. pro Roſc. Amer. c. 3.* Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, ut &c. ideſt hoc contenditur. ¶ *Terent. Adelph. 5. 3. 56.* Illam pſaltriam una illuc mecum hinc abſtraham. Mi. Pugnaveris. hoc eſt, magnam rem feceris, inquit *Donatus*.

Pugnus, i, m. *pugno*, אגרוף, Ger. *fauſt*, Gal. *poing*, Hiſp. *puno*, πυγμή, κόνδυλος, manus clauſa, & contracta, a πυγμή. *Cic. in Orat.* Nam cum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat. *Cat. c. 82.* Sphærus pugnum altus facito. h. e. magnitudine pugni. *Plaut. Curc. 1. 3. 41.* Pugnis cædere. *Id. Curc. a. 3. v. 9.* Pugnis rem ſolvere. Rurſus *Cic. 5. Verr. c. 23.* Pugnis, & calcibus aliquem conſcindere. *Id. de ſtur. Orat. 1. 69.* Pugnos, & plagas ferre. Sic dicimus onerare, obtundere aliquem pugnis, ingerere pugnos in ventrem, pugnum impingere, &c. *Plaut.* ſæpe.

Pulchellus, a, um, *vaghetto*, dimin. a *pulcher*. *Cic. Att. l. 1. ep. 16. a med.* Redeo ad altercationem: ſurgit pulchellus puer. *h. e.* Clodius, quem ita nominat etiam *l. 2. ep. 1. & 22.* idque duplici de cauſa, tum quia forma erat puellæ ſimili, tum quia *pulcher* cognomen erat Claudiæ familiæ Patriciæ. *Manut.*

Pulcher, chra, chrum, *bello*, יפה, Germ. *ſchon*, Gal. *beau*, Hiſp. *hermoſo*, καλός, formoſus, venuſtus, quaſi πολύχρους, a πολύ, & χρῶμα, quia proprie pulchrum eſt, quod multum coloris, aliteriſque habet. Vel eſt ex πολύχαρις, ut proprie pulcher ſit, in quo multa gratia. Vel a πολύχειρ. Ita pulcher proprie erit fortis, quomodo *Servius* exponit hoc *Maronis 7. Æn. v. 656.* Sator Herculei pulchro pulcher Aventinus. Sic *Flor. l. 4. c. 4.* Tum etiam manu pulcher apparuis. ¶ Scribit *Cic. in Orat. c. 48.* veteres ita locutos, ut *pulcrum* ſine aſpiratione proferrent, eodem-

demque pacto *pulcerrimus* abſque *h* in aliquot antiquis codicibus ſe reperiſſe teſtatur *Pierius*. Nunc contra uſus obtinuiſſe videtur. *Cic. 5. Tuſc.* Itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat. *Id. de Senect.* Quo quid poteſt eſſe cum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius? *Virg. 1. Æn.* Regina ad templum forma pulcherrima Dido inceſſit. ¶ Ponitur interdum pro bono. *Gel. l. 19. c. 8.* Ni quid contra ea dicis, Poetarum pulcherrime. *Horat. l. 1. epiſt. 2. v. 30.* Cui pulchrum fuit in medios dormire dies. h. e. ſummi inſtar boni. ¶ Item pro læto, fauſto. *Id. l. 4. od. 4.* Pulcher fugatis ille dies Latio tenebris. ¶ Eſt etiam glorioſus, honeſtus. *Virg. 4. Georg. v. 218.* pulchramque petunt per vulnera mortem. ¶ Cum genitivo, *Sil. lib. 11. v. 365.* pulcherrimus iræ, Et dignus fieri compos memorabilis auſi.

Pulchrallia, ium, n. 3. bellaria. Uſus *Cato* in ea oratione, quam habuit de fundo oleario.

Pulchrālis, & le, o. 3. idem ac pulcher, apud vet. *Enn. apud Feſt.* Pulchralibus ludis.

Pulchre, adv. *eccellentemente*, καλῶς, præclare, decore. *Plaut. Mer. 5. 2. 61.* Si tu vera dicis, & pulchre ædificatas arbitror. *Cic. in Or. c. 68.* Nihil enim eſt aliud pulchre, & oratorie dicere. ¶ Sumitur etiam pro bene, probe. *Plaut. Amph. 1. 1. 151.* Optume optumo operam das, datam pulchre locas. *Cic. de nat. Deor.* Mihi pulchre eſt, ego beatus ſum. *Planc. Cic. l. 10. Fam.* Lapidum pulchre notam. *Serv. Sulpic. ad eund. l. 4. epiſt. 5.* Pulcherrime ferre ſecundam fortunam. ¶ Item pro valde, nimis. *Ter. Eun. 4. 5.* Quem videbar mihi eſſe pulchre ſobrius? *Cic. pro Cluent.* Is pulchre aſſeverat ſe ab Oppianico deſitatum. ¶ Item pro ſapienter. *Ter. Eun.* Dixit pulchre, Nunquam vidi melius conſilium dari. ¶ Item large, liberaliter. *Plaut. Aulul. 3. 1. 8.* Neque ligna ego uſquam præberi vidi pulchrius. ¶ Eſt etiam vox approbantis. *Ter. Eun. 4. 2. 4.* Male mulcabo ipſum. Gn. Pulchre. *Id. Heaut. 2. 3. 91.* Aſſimulabimus tuam amicam hujus eſſe. Cl. Pulchre.

Pulchreſco, is, n. pulcher fio. *Seren. Sammonic. c. de vulnerib. in fine.* At ſucco hederæ pulchreſcit fœda cicatrix.

Pulchrĭtas, atis, f. idem ac pulchritudo. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 665.* Dii boni, quid illud eſt pulchritatis?

Pulchritūdo, inis, f. *bellezza*, יֹפִי, Ger. *ſchonheit*, Gal. *beauté*, Hiſp. *hermoſura*, κάλλος, ſpecies, venuſtas, decor, elegantia. *Cic. l. 4. Tuſc.* Ut corporis eſt quædam apta figura membrorum cum coloris quadam ſuavitate, eaque dicitur pulchritudo. *Id. 1. Off.* Ut enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt. *Id. 1. Off.* Pulchritudinis duo genera ſunt, quorum in altero venuſtas eſt, in altero dignitas; venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. *Quintil. l. 3. c. 7.* Pulchritudo verborum.

Pulegium, ii, n. *puleggio*, γλήχων, herba hortenſis odorifera, a *pulex*. *Plin. l. 20. c. 14.* Flos pulegii recentis incenſus pulices necat odore. *Col. l. 8. c. 5.* Pulegii ſurculis fumigentur: ea res videtur prohibere pituitam. ¶ Translate ſumitur pro ſuavitate ſermonis. *Cic. l. 16. Fam. epiſt. 23.* Ad cujus rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt.

Pulejatum, i, n. vinum pulejo conditum. *Lamprid. in Heliog. c. 19.*

Pulejum, ii, n. idem ac pulegium. *Cic. de Div. 2. c. 14.* Et pulejum aridum florescere ipſo brumali die.

Pulex, icis, m. *pulice*, פַּרְעוֹשׁ, Germ. *ein flöhe*, Gall. *puce*, Hiſp. *pulga*, ψύλλα, genus vermis, qui non ſolum dicitur de inſecto homines infeſtante, ſed etiam de verme, qui oleribus, & præcipue braſſicis infeſtus eſt. *Colum. lib. 10. v. 321.* Exurat ſata ne reſoluti pulveris æſtus, parvulus aut pulex irrepens dente laceſſat Ocyma. *Martial. l. 14. ep. 83.* Defendet manus hæc ſcapulas mordente moleſto Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius.

Pulicōſus, a, um, ψυλλώδης, pulicibus plenus. *Colum. l. 7. c. 13.* Pulicoſæ cani remedia ſunt.

Pullārius, ii, m. qui a paſtu pullorum gallinaceorum captat auſpicia. *Cic. l. 10. Famil. epiſt. 12.* Pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe. *Id. 2. Div. c. 34.* Attulit in cavea pullos is, qui ab eo nominatur pullarius.

Pullārius, a, um, adject. ad pullos equorum pertinens, ut pullaria ſollertio. *Veget. l. 2. c. 25.* ¶ Item ad pullum, qua puerum notat. Hinc pullaria felis dicitur ab *Auſonio epigr. 70.* quæ inſtar felis ſorices venantis, pueros captat, & corrumpit. ¶ Pullariam dixit *Plaut. apud Feſt.* manum dexteram: que de re vide *Turneb. l. 3. c. 1. Adverſ.*

Pullaſtra, æ, f. *pollaſtra*, gallina adoleſcens. Suapte natura adjectivum eſt. Nam ſubintelligitur gallina. *Var. lib. 3. de R. R. c. 9.* Et ea, quæ ſubjicias potius vetulas, quam pullaſtras.

Pullātio, onis, f. νεοττοκία, fœtura pullorum gallinaceorum. *Colum. l. 8. c. 5.* Pleriq; tamen etiam ab æſtivo ſolſtitio non putant bonam pullationem.

Pullātus, a, um, *veſtito di nero*, μελανείμων, atratus, pulla veſte indutus, lugubrem habitum ferens ex parentum morte, vel alia quavis ratione. *Juven. ſat. 3. v. 212.* Si magna Aſturici cecidit domus, horrida mater, pullati proceres, differt vadimonia Prætor. *Sidon. l. 3. epiſt. 7.* de iis, qui omnia præpoſtere agunt. Albati ad exſequias, pullati ad nuptias. ¶ Pullati etiam dicebantur infimæ plebis homines, quod ſive togati, ſive tantum tunicati eſſent, non paupertate ſolum, ſed ipſo ſuæ artis uſu impedirentur, ne album colorem uſurparent. *Plin. l. 7. epiſt. 17.* Illos quoque ſordidos pullatoſque reveremur. *Quintil. l. 6. c. 4.* Imperitis, ac pullatæ turbæ relinquunt. *Id. l. 2. c. 13.* Mire ad pullatum circulum facis. V. Pullus.

Pullejaceus, a, um, idem ac pullus. Hoc vocabulo utebatur Cæſar Auguſtus, ut in ejus vita ſcribit *Tranquillus c. 87.* Nempe, ut recte *Caſaubonus* monet, ad aliorum colorum exemplum, quadam ingenii laſcivia, id verbum formabat. Sic enim dicimus *violaceus*, *hederaceus*, *herbaceus*, &c.

Pulleſco, V. Pullulaſco.

Pullicēnus, m. a. *pulcino*, *pulcino*, qui ex gallinæ ovo naſcitur, pullus gallinaceus, dimin. a *pullus*. *Lamprid. de Alexan. Sever. c. 41.* Qui eos ex ovis, & pullicenis, & pipionibus alerent. h. ex pecunia, quæ iis venditis colligebatur. V. integrum *Lamprid. locum*.

Pullīgo, inis, f. idem ac pullus color. *Plin. l. 8. c. 48.* Furvas lanas Tarentum habet, & ſuas ſuæ pulliginis.

Pullīnus, a, um, πωλικός, quod eſt pulli, ut Pullini dentes, quos primum equi jaciunt. *Plin. lib. 8. c. 44.* Priuſquam dentes, quos pullinos appellant, jaciat.

Pullĭprĕmo, onis, m. pædico, puerorum corruptor. *Auſon. epigr. 70.* ¶ *Lucil. apud Voſſ. in Etymol.* verbo *Pullus*, videtur uſurpaſſe pullipremo, is, a. 3. pro puerum corrumpo.

Pullĭties, ei, f. pullatio, fœtura ovium. *Colum. l. 8. c. 9. de turturibus.* Itaque circa meſſem, cum jam confirmata eſt pullities, eligitur. *Id. l. 9. c. 11. de apibus.* Cum primo vere in eo vaſe nata eſt pullities.

Pullo, as, n. 1. idem ac pullulo, germino. *Calpurn. ecl. 5.* Tunc etenim toto vernanti germina ſilva Pullat, & æſtivas reparabilis inchoat umbras.

Pullulaſco, is, n. 3. *germogliare*, βλαστάνω, pullulans fio, germino, germen emitto. *Colum. l. 4. c. 21.* Et ita ex novello palmite vitis pullulaſcit. Eſt qui legit *pulleſcit* eodem ſenſu. *Prudent. in Romano, v. 882.* Utrum renatis pullulaſcat artubus.

Pullŭlo, as, avi, atum, n. 1. *pullulare*, *germogliare*, צָמַח, Ger. *auſſproſſen*, *proſſen*, Gall. *pulluler*, Hiſp. *echar renuevos*, ἐκφύω, βλαστάνω, pullos emitto, ideſt ſtolones, ſive germina, ſpecifice. Proprie enim de arboribus dicitur, cum a radicibus novæ plantæ ſurgunt. *Virg. 2. Georg.* Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylva. ¶ Translate *Virg. 4. Georg.* Tam ſævæ faciet, tot pullulat atra colubris. *Nep. in Caton. c. 2.* Pullulare incipiebat luxuria.

Pullŭlus, m. e. *germoglio*, βλαστός, παραφυάς, ſtolo, ut quibuſdam placet, ſeu germen, quod ex arboris radice naſcitur, dimin. a *pullus*. *Plin. l. 17. c. 10.* Nullis vero tales pulluli proveniunt, &c. ¶ Item parvus pullus, animal. *Apul. l. 8. Met.* Tam bellum ſcilicet pullulum. h. e. aſinum.

Pullŭlus, a, um, adject. diminut. a pullus, *a*, um, aliquantum ater, ſubfuſcus. *Colum. l. 2. c. 2.* Si ſit pullula terra, quæ melius proventu frugum approbatur.

Pullus, i, m. *polledro*, עַיִר, Ger. *das jung eines jeden thiers*, Gal. *poulain*, *pouſſin*, Hiſp. *pollo*, *pollino*, πῶλος, propria equuleus, ſive equulus, ideſt fœtus equæ, a græco nomine allatu. *Virg. 3. Georg.* Continuo pecoris generoſi pullus in arvis altius ingreditur. ¶ Transfertur etiam ad aſinos, elephantos, aliaque animalia. *Plin. l. 8. c. 44. de onagris.* Pullis eorum ceu præſtantibus ſapore Africa gloriatur, quos laliſiones appellant. ¶ Latini avibus quoque hoc nomen accommodarunt. *Juven. ſat. 13. v. 141.* Quia tu gallinæ filius albæ, nos viles pulli, nati infelicibus ovis. *Plin. l. 10. c. 33.* Pulli hirundinis. *Liv. l. 36. c. 1.* Pullus gallinaceus. *Cic. Q. Fr. l. 1. epiſt.* translate rapacem hominem pullum milvinum vocat. ¶ Item animalibus minutioribus, ut ranis, apibus, &c. *Hor. l. 2. ſat. 3. v. 314.* Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis. ¶ Arboribus quoque tributum eſt, quarum germina, et ſtolones pulli dicuntur. *Cat. R. R. cap. 52.* Abs terra pulli qui naſcentur, eos in terram deprimito. ¶ Denique etiam hominibus tribuitur. Puerum enim, quem quis amabat, pullum vocabat, teſte *Feſto*. Hinc Q. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorem, pullus Jovis appellatus eſt, quod ejus natis icta eſſet fulmine. ¶ Itaque pullus vox eſt blandientis. *Hor. l. 1. ſat. 3. v. 44.* ſtrabonem Appellat pætum pater; & pullum, male parvus ſi cui filius eſt. *Sueton. in Calig. c. 13.* Lætiſſimo obviorum agmine inceſſit, ſuper fauſta nomina ſidus, & pullum, & pupum, & alumnum appellantium.

Pullus, a, um, *foſco*, *di color di terra*, שָׁחוֹר, Ger. *ſchwartzfarbe*, Gal. *noir*, Hiſp. *negro*, φαιός, fuſcus, ater, in nigrum vergens, cujuſmodi eſt color terræ, qui & Hiſpanus, & Bæticus dicitur. Eſt autem *pullus*, quaſi putus, quia color pullus nativus eſt: quæ vox ita gignitur, quemadmodum *ullus* ab unus. *Plin. l. 17. c. 4.* Pulla terra. *Hor. l. 1. ſat. 8.* Agna pulla. *Id. Epod. 16.* Pulla ficus. *Id. lib. 1. od. 25.* Pulla myrtus. ¶ Toga pulla dicebatur, quæ nativo erat lanæ colore, & nulla arte dealbata, qualis in privato luctu adhiberi ſolebat. nam in publico veſtem mutabant. In ipſo tamen funeris epulo togam pullam ponebant dignitatis cauſa. *Cic. in Vatin. c. 12.* Quis unquam in luctu domeſtico, quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla? ¶ Pulla veſtis erat hominum infimæ ſortis. *Calpurn. ecl. 7.* Venimus ad ſedes, ubi pulla ſordida veſte Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras. ¶ Translate *Idem ibid.* Pulla paupertas. Hic *Cicero* jure reprehendit Verrem Prætorem, *Ver. 6. c. 24.* quod viliſſimæ plebis more in officina totum diem ſederet cum tunica pulla. V. Pullatus.

Pulmentāris, & re, o. 3. ὀψωνικός, quod ſpectat ad pulmentum. *Plin. l. 18. c. 12.* Prævalens pulmentari cibo.

Pulmentārium, ii, n. προσφάγιον, cibus in modum pultis factus. *Col. l. 11. c. 3.* Satureja viridis equis eſt jucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. ¶ Per Synecdochen dicitur de quocunque cibo. Cauſa eſt, quia primus in Latio cibus puls fuit, non panis, teſte *Plin. l. 18. c. 8.* *Horat. l. 2. ſat. 2.* Tu pulmentaria quære Sudando.

Pulmentum, i, n. idem ac puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum. *Plaut. Aul. 4. 2. 37.* Pulmentum qoin ei pridem eripuit milvius. *Hor. lib. 1. epiſt. 18. v. 48.* Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta. *Id. l. 2. ſat. 2. v. 33.* Laudas inſane trilibrem Mullum, in ſingula quem minues pulmenta neceſſe eſt.

Pulmo, onis, m. *polmone*, Ger. *die lungen*, Gal. *la poulmon*, Hiſp. *el pulmon*, πνεύμων, viſcus ſpongioſum, corporis totius ſecundum cor nobiliſſimum, ad ungulæ bubulæ ſimilitudinem diſſectum, follis modo ſpiritum attrahens, eundemque reddens, caloremque nativum leniter refrigerans. Uſurpatur eleganter non ſolum in ſingulari num. ſed etiam in plurali. *Cic. 2. de nat. Deor.* In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima, qui tum ſe contrahunt adſpirantes, tum ſpiritu dilatant. *Id. 2. Tuſc.* Lateri inhærens morſu lacerat viſcera, ingenſque graviter pulmonum hauris ſpiritus. *Perſ. ſat. 1.* Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. ¶ Ex pulmone naſcitur tabes, quam Græci *phthiſin* vocant. Tunc enim pulmo tabeſcit, atque adeo totum corpus. *Ovid. l. 1. de Pont. eleg. 3. v. 20.* Cernis, ut a molli ſanguis pulmone remiſſus ad Stygias certo limite ducat aquas. ¶ Pulmo item, genus piſcis, ſenſu carens, *polmone marino*. *Plin. l. 18. c. 35.* Pulmones marini in pelago plurium dierum hyemem portendunt.

Pulmonacĕus, a, um, adject. ut pulmonacea radix, quæ pulmonis ſpeciem refert. *Veget. l. 1. c. 12.*

Pulmonārius, a, um, πνευμονικός, pulmonis inflammatione laborans, quem & febris acuta, & difficultas anhelitus ſolent comitari. *Colum. l. 7. c. 5.* Quem, pulmonariam ſimiliter ut ſuem, curari oportet.

Pulmonĕus, a, um, quod pulmones imitatur. Pulmonea poma appellantur ſtolide tumentia, a tumore pulmonum. *Plin. l. 15. c. 14.* Stolide tumens pulmones. ¶ Pedes pulmonei, qui tumidi ſunt. *Plaut. Epid. 5. 1. 21.* Pulmoneum vomitum vomere. *Id. Rud. 2. 6. 27.*

Pulmunculus, i, m. dimin. parvus pulmo. *Solin. c. 62.* (al. 49.)

Pulpa, æ, f. *polpa*, Ger. *die mauſſ*, Gal. *poulpe*, Hiſ. *pulpa*, pars carnoſa in corpore animalis, a *palpo*, ſive *palpito*, quia caro ſine oſſibus mollis eſt, ac tremula. *Martial. l. 3. epigr. 77.* Et pulpam dubio de petaſone voras. ¶ Translate *Perſ. ſat. 2. v. 63.* Quid juvat hoc, templis noſtros immittere mores, Et bona Diis ex hac ſcelerata ducere pulpa? h. e. ex corpore, & carne noſtra vitiata libidinibus, & cupiditatibus. ¶ Etiam ad arbores transfertur. *Plin. l. 16. cap. 38.* In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæque ſunt. Diſcrimen earum facile: Venæ latiores, candidioreſque, pulpæ fiſſilibus inſunt. *Et infra.* Quibuſdam pulpa ſine venis mero ſtamine, & tenui conſtat. Hæc maxime fiſſilia. Alia frangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non eſt, ut oleæ, vites.

Pulpāmen, inis, n. pulpamentum, pulpa. *Epitome Liv. l. 48.* Maſiniſſa ſine pulpamine mandere, & guſtare panem tantummodo ſolitus.

Pulpamentum, i, n. pulpa, pars carnoſa animalis, qualis eſt v. gr. in leporis parte poſteriore. Hinc illud proverbium apud *Terent. Eun. 3. 1. 36.* Lepus tute es, & pulpamentum quæris. V. Lepus. ¶ Sumitur & pro quovis cibo delicatiore. *Plaut. Curc. 2. 3. 90.* Vultis ne olivas, aut pulpamentum, aut capparim? Adde *Stich. 5. 4. 31.* ubi aliquid obſceni latere videtur.

Pulpito, as, a. 1. aſſeribus, aut trabibus in modum pulpiti ædifico, fulcio. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Hic pandi carinarum ventres abiegnarum trabium texta pulpitabuntur.

Google

Pulpitum, i, n. *pulpito*, Germ. *predigſtuol*, Gal. *pulpitre*, Hiſp. *pulpito*, βῆμα, ſuggeſtus, locus editus, unde ſermo habetur ad populum, vel unde ſpectatur in vias, &c. *Sueton. de clar. Gramm. c.* 4. Poſt meridiem remoto pulpito declamare ſolitum. ¶ Item locus editus ante ſcenam, in quo mimi, & hiſtriones agunt, Θυμέλη. *Juven. ſat.* 3. Tandemque redit ad pulpita notum exodium. *Plin. l.* 4. *ep.* 25. Ludibria ſcena, & pulpito digna.

Pulpo, as, n. 1. vox exprimens cantum vulturis, carnem, & cadaver voluti paſcentis. *Auct. carm. de Philom. v.* 27. Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur.

Pulpōſus, a, um, adject. *polpoſo*, pulpa abundans, carnoſus. *Apul. l.* 7. *Metam.* Terga pulpoſis torulis obeſa.

Puls, tis, f. πόλτος, cibi genus ex leguminibus in aqua coctis. A quibuſdam definitur cibus ex aqua, & farina conſtans, additis interdum ovis, melle, caſeo. Verum hoc pacto videtur confundi cum placenta. Itaque prima deſcriptio verior eſt: neque enim credibile eſt, priſcos illos homines tot condimenta in quotidianis cibis adhibuiſſe. Narrat autem *Plin. l.* 18. *c.* 8. pulte, non pane, vixiſſe longo tempore Romanos. *Juven. ſat.* 11. *v.* 58. pultes Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas. *Id. ſat.* 14. *v.* 170. de *victu priſcor. Rom.* A ſcrobe, vel ſulco redeuntibus altera cœna Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ. Adde *Perſ. ſat.* 6. *v.* 40. ¶ Hoc cibi genere pullos etiam nutriebant, ex quibus auſpicia aſſuetis captabant, quibus ſi inter veſcendum ore aliquid excidiſſet, tripudium eſſe dicebatur, omenque fauſtum. *Cic.* 2. *Div.* Nunc vero incluſa in cavea, & fame enecta ſi in offam pultis invadit, hoc tu auſpicium, &c. Adde *Peſtum*.

Pullabŭlum, i, n. inſtrumentum, quo fides pulſantur. *Apul. l.* 2. *Florid.* Dextera pullabulum citharæ admovet, ceu parata percutere.

Pulſatio, onis, f. *battimento*, κροῦσις, actus pulſandi. *Liv. l.* 31. *c.* 39. Et majore cum ſonitu, quam vulnere ullo pulſatio ſcutorum parumper ſuccedentes Romanos tenuit. Adde *Cic. pro Cæl. c.* 10.

Pulſator, oris, m. κρουστής, qui pulſat. *Flac.* 2. *Argon. ad fin.* Citharæ pulſator Apollo.

Pulſātus, a, um, *battuto*, καταπεπληγμένος. *Plin. l.* 12. *c.* 9. Eædem mari advenienta fluctibus pulſatæ, reſiſtunt immobiles. *Virg.* 3. *Æn. v.* 555. Pulſata ſaxa. *Id.* 6. *Æn.* Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat, Pulſatusve parens.

Pulſo, as, avi, atum, a. 1. *battere*, *percuotere*, הכה, Ger. *beſftig ſchlagen*, *treiben*, Gal. *pouſſer*, *frapper*, Hiſp. *herir*, *golpear*, κρούω, τύπτω, ſæpe percutio, verbero, freq. a *pello*. *Terent. Adel.* Sed quis hos oſtium pulſavit? *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Cum ſine intermiſſione pulſetur, agiteturque atomorum incurſione ſempiterna. *Id.* 7. *Ver.* Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos, verberandoſque homines exercitatiſſimi. ¶ Speciatim dicitur de fidibus, vel aliis inſtrumentis muſicis, pro chordas digitis, vel plectro attrectare, ut ſonum reddant. *Virg.* 6. *Æn.* Jam Pectine pulſat eburno. ¶ Translate ſumitur pro perturbare, vexare. *Plaut. Epid.* 4. 1. 3. Qui in unum multa conſluunt, quæ meum pectus pulſant. *Virg.* 10. *Æn.* Pulſatos referens infecto fœdere Divos. h. e. violatos. *Claudian. de B. Gildon. v.* 169. Quiſquis vel locuples, vel pulchra conjuge notus, Crimine pulſatur falſo.

Pulſuōſus, a, um, adject. pulſibus plenus, ut pulſuoſus dolor. *Cæl. Aurel. Tard. l.* 3. *c.* 10.

Pulſus, us, m. *battimento*, κροῦσις, actus pellendi, ictus, impulſio. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 23. Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur externo. *Sil. l.* 14. *v.* 488. Ientis ductor Rhetæus ibat Pulſibus, & valido ſuperabat remige ventos. ¶ A Medicis item pulſus vocatur, motus arteriarum ex ſpiritus reciprocatione, & ex ſyſtole, diaſtoleque cordis proficiſcens, *polſo*, σφυγμός. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Arteriarum pulſus in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum. *Id. l. c. c.* 97. Pulſus venarum.

Pulſus, a, um, partic. *battuto*. *Propert. l.* 3. *eleg.* 13. Arta pulſa fides. ¶ Item expulſus, impulſus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 382. Pulſus corde dolor. *Vellej. l.* 2. *c.* 26. Pulſus urbe a Sylla.

Pultarius, ii, m. ἀμφορεὺς, vas, in quo puls decoquitur. *Celſ. l.* 2. *c.* 11. Calculus quoque, aut pultarius oris compreſſioris ei rei commode aptatur. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Calidam potionem in pultario popoſcit.

Pultatio, onis, f. idem ac pulſatio. *Plaut. Truc.* 2. 2. 3. Quid tibi ad haſce acceſſio eſt ædes, aut pultatio?

Pultĭcula, æ, f. [illegible], dim. a *puls*. *Colum. l.* 8. *c.* 11. Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. Adde *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Pultĭſicus, a, um, adject. ut pultificum far. hoc eſt ex quo fit puls. *Auſon. in Technopæg. c. de cibis*.

Pultiphagonides, m. 1. idem ac pultiphagus. *Plaut. in prol. Pœn. v.* 53. Carthedonius vocatur hæc comœdia, Latine Plautus, Patruus pultiphagonides.

Pultĭphagus, a, um, qui pulte veſcitur, vox hybrida, ex Latino *puls*, & Græco φαγεῖν, veſci. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 143. Pultiphagus opifex. ¶ Legitur & *pultifagus*.

Pulto, as, a. 1. idem ac pulſo. *Ter. Adel.* 4. 4. 24. Ubi pultata haſce occipio fores. *Plaut. Mil.* 2. 2. 47. Pultare pectus digitis.

Pulver, ris, idem ac pulvis. *Apul. de herb. c.* 35. Herbæ pulver vino exhibitus. Adde *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 30.

Pulveratica, æ, f. & Pulveraticum, i, n. quod agrimenſoribus pro labore, ut pulvere ſolvebatur, a *pulvere*. Ubi *Theodoſius*, & *Valentinianus in conſtitutione apud Jul. Frontinum de limit. agror. & Leg.* 11. *Cod. Theodoſ. de Tironibus*.

Pulveratio, onis, f. foſſio vineæ, quæ fiebat ſereno cœlo in ſicca tellure ad excitandum pulverem, quo uvas facilius a Sole coqui putabant. *Virg.* 2. *Georg.* Sollicitanda tamen tellus, pulviſque movendus. Ubi *Servius*, Hoc genus culturæ pulverationem vocant proprie, quo immiſſæ glebæ ad vites applicantur. *Col. l.* 11. *c.* 2. Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant ruſtici occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur, & reſolvitur in pulverem.

Pulvereus, a, um, κονιορτώδης, quod eſt ex pulvere, ut Nubes pulverea, ideſt ex pulvere moto excitata. *Virg.* 8. *Æn.* Oculiſve ſequuntur Pulveream nubem. ¶ Nonnunquam idem eſt ac pulverulentus, ideſt pulvere plenus. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 113. Pulvereum ſolum. ¶ Æquor pulvereum, circus, ubi pugnatur. *Stat.* 11. *Theb.* Jamque in pulvereum, Furiis hortantibus, æquor Proſiliunt.

Pulvĕro, as, a. 1. *polverizzare*, *ridurre in polvere*, Germ. *zu pulver ſtoſſen*, Gall. *pouder*, *pulveriſer*, Hiſp. *empolvorar*, *polvorear*, κονίζω, in pulverem redigo, glebas comminuo, & in pulverem reſolvo. *Col. l.* 11. *c.* 2. Priuſquam vineæ pulverentur. V. Pulveratio. ¶ Sumitur etiam pro pulverem excitare, pulvere conſpergere. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Pubeſcentesque uvas pulverent. *Calphurn. ecl.* 10. Et fragiles nimius Sol pulveret herbas. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, pro pulvere plenum eſſe, ſeu pulvere ſpargi. *Plaut. apud Gel. l.* 18. *c.* 12. Exi, Dave, age, ſparge: mundum eſſe hoc veſtibulum volo: Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc pulveret. Sed fuſile etiam ſubaudiri poteſt *illum*: quo modo activum erit.

Pulverulentus, a, um, κονιορτώδης, pulvere plenus. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 14. Nunc iter conficiebamus æſtuoſa, & pulverulenta via. *Quintil. l.* 3. *c.* 10. Iter pulverulentum. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 15. Præmia militiæ pulverulenta ſequi. h. e. plena laboris, & pulveris.

Pulvillus, i, m. *piumacciuolo*, dimin. a *pulvinus*, ut Serici pulvilli, ſerico panno obducti. *Horat. epod. od.* 8. Quid, quod libelli Stoici inter ſericos Jacere pulvillos amant?

Pulvinar, aris, n. *guanciale*, *piumaccio*, כסת, Ger. *haupkuſſen*, Gal. *oreiller*, Hiſp. *almohada*, προσκεφάλαιον, id, quo dormientium capita fulciuntur. *Perottus* cenſet pulvinar dici quaſi pluminar, a *plumis*, quibus farcitur. Utebantur autem pulvinaribus potiſſimum lautiſſimi quique, præſertim in lecto conjugali. *Ovid. l.* 2. *de Pon. eleg.* 2. Incolumis conjux ſua pulvinaria ſervat. ¶ Differunt *pulvinar*, & *pulvinus*, quia *pulvinar* eſt, quod dormituri capiti ſupponimus, *pulvinus*, quo in ſedendo utimur. Sed tamen pulvinar interdum pro pulvino reperitur. *Ovid. l.* 1. *de Ar.* Fuit utile multis pulvinar facili compoſuiſſe manu. Loquitur de iis officiis, quæ in circo ſpectantibus mulieribus ab amatoribus præſtari conſueverunt. ¶ Pulvinaria etiam dicebantur lectuli molli tomento farti, qui Diis in templis ſternebantur, decreta ſupplicatione, iiſque ſimulacra imponebantur. V. Lectiſternium. *Cic. pro Dom.* Aram, & ædiculam, & pulvinar ſub ſacto ſacro dedicavit. *Liv. l.* 22. *c.* 10. Creatum lectiſternium, & per triduum habitum, Decemviris ſacrorum curantibus. & pulvinaria in conſpectu fuere Jovi, & Junoni, alterum Neptuno, & Minervæ, tertium Marti, & Veneri, quartum Apollini, & Dianæ, quintum Vulcano, & Veſtæ, ſextum Mercurio, & Cereri. *Cic.* 3. *Catil.* Quoniam ad omnia pulvinaria ſupplicatio decreta eſt.

Pulvinăris, re, adject. ut pulvinaris pica, quæ in pulvinis arenæ ſedet. *Petron. in fragment. Tragur.*

Pulvinarium, ii, n. idem ac pulvinar. *Liv. l.* 21. *c.* 62. Et corvum in ædem Junonis devolaſſe, atque in ipſo pulvinario conſediſſe. ¶ Ponitur etiam pro pulvino arenario, ideſt eminentia durioris arenæ, quæ fluctibus venientibus, & in ſalum redeuntibus in modum ſaxi denſatur. *Plaut. Caſ.* 3. 5. 27. Subducam navem rurſum in pulvinarium.

Pulvinātus, a, um, προσκεφαλαιώδης, quod eſt ad ſimilitudinem pulvilli convexum, vel molle. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Clivoſa loca altiores poſcunt ſcrobes, præterea pulvinatis a devexitate labris. *Id. l.* 15. *c.* 22. Gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. ¶ Pulvinatæ columnæ dicuntur, quæ pulvinum habent, ideſt partem illam inter abacum, & echinum, unde voluta propendet. *Vitruv. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 3. *c. ult.*

Pulvinŭlus, i, dim. a *pulvinus*. *Col. de arbor. c.* 10. Ab inferiori autem pulvinuli altiores excitentur.

Pulvīnus, i, m. *cuſſino*, כסת, Ger. *kuſſin*, Gal. *couſſin*, Hiſp. *almohada de eſtrado*, ὑπηρέσιον, lectulus exiguus, lana, vel tomento, vel pluma, aut alio genere hujuſmodi plenus, quo utimur in ſedendo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 7. Tum Craſſum: Imo vero commodius etiam, pulvinoſque popoſciſſe, & omnes in iis ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat. *Id.* 7. *Ver.* Nam lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitenſi roſa fartus. ¶ A pulvini domeſtici ſimilitudine pulvinus ab agricolis vocatur porca, ſive areola, ſive ſulcorum eminentia, terra, inquam, eminens, & protuberans inter duos ſulcos. *Col. l.* 5. *c.* 10. Omnium autem generum ramos circa Calendas Martias in hortis per pulvinos arearum diſponere convenit. ¶ A nautis quoque ita vocatur eminentia durioris arenæ, quæ fluctibus venientibus, & in ſalum redeuntibus denſatur, vulgo *Banchi*. *Serv. ad* 10. *Æn. v.* 303. ¶ Hinc ita appellatur quælibet ſtructura in aqua, ex arena, aut cæmentis. *Vitr. l.* 5. *cap.* 12. Tunc ab ipſa terra ſina ſæpidius pulvinus firmiſſime ſtruatur. ¶ Ab eodem *Vitruv. l.* 10. *c.* 15. pulvinus dicitur baſis, & veluti cubile, in quo catapulta ſedet. V. *Bal. in Lex. Vitruv.*

Pulvis, eris, m. & f. *polvere*, אבק, Ger. *ſtaub*, Gal. *poudre*, Hiſp. *polvo*, κόνις, terra minuta, & arida. *Propert. l.* 1. *el.* 11. Sis mihi perpetuo pulvis Hetruſca dolor. *Hor. l.* 1. *od.* 1. Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum collegiſſe juvat. ¶ Per Synecdochen, vel Metonymiam ponitur pro loco certaminis. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 6. Doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in Solem, atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen, aciemque perduxit. ¶ Translate ſumitur pro arte. Hinc in ſuo pulvere currere, eſt in ſua materia ſcribere, ſeu in ea re verſari, in qua quis plurimum valeat. *Ovid. in Faſt.* Inque ſuo noſter pulvere curat equus. ¶ Per Metalepſin capitur pro labore, negotio, difficultate. Hinc *Citra pulverem* aliquid contingere dicitur, quo quis facile, citraque negotium potitur. *Hor. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 51. Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ. V. *Aconiti*. ¶ Poetæ interdum genitivo ſingulari *pulvis* utuntur. *Catul. in Epith. Juliæ*. Illa pulvis Erythræi, ſiderumque micantium ſubducat numerum prius. Alii tamen leg. pulveris *ebori*, vel *eubei*.

Pulviſcŭlus, i, m. κονιορτίλιον, dim. a pulvis, ut auratus pulviſculus. *Solin. c.* 25. (*al.* 15.) ¶ Speciatim dicitur de eo pulvere, quo mulieres utuntur, vel ut cutis colorem commendent, vel ut dentibus candorem inducant. *Apul. in Apol.* Tenuem, candificum, nobilem pulviſculum. ¶ *Cum pulviſculo* dicimus, quoties omnia ſic tolluntur, ut nihil ſit reliqui, ne pulvis quidem. *Plaut. Rud.* 3. 6. 7. Converrer jam hic me totum cum pulviſculo. *Id. Trucul. prol. v.* 18. Quo citius rem ab eo auferat cum pulviſculo. ¶ In neutro gen. *Hieronym. adverſ. Vigilant. c.* 2. Pulviſculum neſcio quod.

Pumex, icis, m. *pomice*, Germ. *bimſtein*, Gal. *pierre ponce*, Hiſp. *eſponja*, κίσηρις, lapis cavernoſus, in mari creſcens, & aquis innatans, ad corpora lævigenda laudatiſſimus. *Plaut. Aul.* 2. 4. 18. Pumex non æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex. *Virg.* 12. *Æn.* Incluſas ut cum latebroſo in pumice paſtor veſtigavit apes. ¶ *Lævis pumice*, prov. pro molli, & effeminato ponitur. *Juven. ſat.* 9. Nam res mortifera eſt inimicus pumice lævis. ¶ *A pumice aquam poſtulare*, prov. pro fruſtra ab alio petere, cujus ipſe, a quo petas, maxima ſit indigus. Nihil enim pumice lapide ſiccius. Itali dicunt eodem ſenſu, *voler cavar dalla rapa ſangue*. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 40. Nam tu aquam a pumice nunc poſtulas. ¶ Reperitur etiam gen. fœm. *Catull. carm.* 1. Cui dono lepidum novum libellum arida modo pumice expolitum Corneli?

Pumicātus, a, um, *pulito*, *liſcio*, qui corpus pumice lævigat. *Plin. ep.* 11. *l.* 2. Qui titulus a vita hominis compti ſemper, & pumicati non abhorrebat.

Pumiceus, a, um, quod eſt ex pumice, vel quod ad ſimilitudinem pumicis factum eſt. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 73. Pumiceos oculos habeo, non queo lacrymas exscreare. *Stat. l.* 3. *ſil.* 1. *v.* 144. Antra pumicea.

Pumĭco, as, a. 1. *polire*, ἀποξέω, pumice polio, lævigo. *Lucil. l.* 7. *Sat.* Scabor, ſuppilor, deſquamor, pumicor, ornor. *Tibul. l.* 3. *el.* 1. Pumicet, & canas tondeat ante comas. Alii rectius leg. *pumex &*, &c. Adde *Apul. in Apolog.*

Pumicōſus, a, um, *ſimile a pomice*, Ger. *locherechtig*, Gal. *reſſemblant a pierre*, *ponce*, Hiſp. *eſponjoſo*, κισηρώδης, quod pumicis naturam, vel ſimilitudinem habet. h. e. rarum, & cavernoſum. *Plin. l.* 17. *c.* 5. *de terris*. Aridæ, fiſtuloſæ, ſcabræ, caneſcentis, raræ, & pumiſoſæ. *Id. l.* 30. *c.* 8. Quartum pumicoſus, ſpongiæque putri ſimile, pene purpureum.

Pumilio, onis, m. *nano*, ננס, Ger. *zwergle*, Gal. *nain*, Hiſp. *enano*, νάνος, homo

Digitized by Google

homo parvæ, & humilis ſtaturæ, a πυγμαλίων. Nam idem eſt ac Pygmæus. *Gel. l. 19. c. 13.* Quos pumiliones dicimus, Græci νάνους appellant. *Mart. l. 14. ep. 213.* Parma tibi ſcutum pumilionis erit. ¶ Transfertur etiam ad aves, aliaque cujuſvis generis animalia humilis ſtaturæ. *Col. l. 8. c. 2.* Pumiliones aves, niſi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo. *Plin. l. 10. c. 56. de gallinis:* Eſt & pumilionum genus non ſterile in iis, &c. ¶ Dicitur & de plantis. *Plin. l. 12. c. 2. de chamæplatano:* Hoc quoque ergo in genere pumilionum infelicitas dicta erit.

Pumilius, a, um, idem ac pumilus, ut aliqui uſurpant. *Suet. in Aug. c. 83.* Pumilios, & diſtortos abhorrebat. Alii rectius leg. *pumilos*.

Pumilo, onis, m. idem ac pumilio. *Stat. 1. Sylv. 6. v. 57.* Hic audax ſubit ordo pumilonum, Quos natura brevi ſtatu peracto Nodoſum ſemel in globum ligavit.

Pumilus, i, m. idem ac pumilio. *Stat. 1. Sylv. 6. v. 64.* Caſuræque vagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores. *Suet. in Aug. cap. 83.* Nam pumilos, & diſtortos, & omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique ominis, abhorrebat.

Pumula, læ, f. genus vitis, in agro Amiternino præcipue naſcentis. *Plin. l. 14. c. 3.*

Puncta, æ, f. *colpo di punta*, ictus, qui punctim infertur; quemadmodum *caſa* ictus cæſim inflictus. *Veget. l. 1. c. 12.* V. Cæſa. ¶ Alio ſenſu *Frontin. de aquæd. artic. 113.* Etiam illi Aquariorum tollendus eſt reditus, quem vocant punctam. Ita quædam Edit. ſed rectius alii *puncta*, hoc eſt exigua lumina, ſeu exiles modulos, per quos aqua ex aquæ ductibus erogabatur, quos *Id.* ita appellat *artic.* 25. Pergit vero *a loco prius cit.* docens Servos *a punctis* appellatos fuiſſe, qui hujuſmodi exilibus modulis præerant qui aliquando lucri cauſa fiſtulas latentes ſub ſilice convulnerabant, & pecuniam præbentibus aquam præbebant. quo efficiebatur, ut exiguus aquæ modus ad uſus publicos perveniret.

Punctariola, æ, f. levis pugna. *Feſt.* Punctariolas, leves pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Hiſtoria militari.

Punctatim, adv. per puncta, conciſe, breviter, ut punctatim ſub mentis oculos redigere. *Claud. Mamert. de ſtatu anim. l. 3. c. 14.*

Punctillum, li, n. *puntolino*, punctulum. *Solin. c. 13. (al. 25.) ad fin. de cyaneo lapille:* Mares punctillis ad gratiam interlucentibus auratilis pulvisculus variat.

Punctim, adv. *di punta, di ſtoccata*, Ger. *mit ſtechen*, Gal. *de pointe*, Hiſp. *d eſtocadas*, στιγ...ν, per punctiones, infixioneſque gladii, ſive pungendo, ut *cæſim*, cædendo. *Liv. l. 22. c. 46.* Hiſpano punctim magis, quam cæſim, aſſueto petere hoſtem.

Punctio, onis, *puntura*, νύξις, actus pungendi. *Plin. l. 23. c. 13.* Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones, punctioneſque, ne ſentiantur.

Punctiuncula, æ, dim. a *punctio*. *Sen. l. 3. de Ira.* Magis ignoſco ei, qui vulnus inimici, quam qui punctiunculam concupiſcit. Adde *ep.* 53.

Punctulum, i, n. punctiuncula. *Apul. l. 6. A. A.* Pſychen innoxio punctulo ſuæ ſagittæ ſuſcitat.

Punctum, i, n. *punto*, נקודה, Ger. *punckt*, Gal. *point*, Hiſp. *punto*, στιγμή, ἄτομος, eſt ſignum in magnitudine individuum, vel, quod idem eſt, minima, individuaque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem. *Cic. 2. Acad.* Punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat. *Id. in Somn.* Quo quaſi punctum ejus attingimus. *Manil. l. 4. ad fin.* Sic adamas, punctum lapidis, pretioſior auro eſt. h. e. lapidis pars valde exigua. ¶ Dicitur etiam de tempore, & ſumitur pro horæ momento. *Cic. pro Cluent.* Neque poſtea punctum eſt temporis commoratus. *Horat. l. 2. ep. 2.* punctum horæ. *Lucret. l. 2. v. 263.* patefactis tempore puncto carceribus. ¶ Accipitur quoque pro ſuffragio, & favore, quoniam veteres ſuffragia non ſcribebant, ſed puncto notabant. *Cic. pro Mur.* Quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint, idest ſuffragiorum in Comitiis. *Id. pro Planc.* Plures te teſtes habere, quam quot in ea Tribu puncta tuleris. *Hor. in Arte v. 343.* Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. idest ſuffragia omnium tulit. ¶ In ludo talorum, ſeu teſſerarum punctum ſignificat numeri unitatem. *Martial. l. 14. epigr. 17.* Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, h. e. teſſera quæ habet duodecim puncta duodecim numeros ſignificantia. *Suet. in Ner. c. 30. de Neronis profuſione.* Quadringenis in punctum HS. aleam luſit. h. e. in ſingula talorum puncta: vel etiam fortaſſe in ſingulos talorum jactus. ¶ Reperitur etiam pro punctione. *Plin. l. 8. c. 30.* Oculos ſuffuſos capra junci puncta ſanguine exonerat, caper rubi. ¶ *De punctis* in aquæductibus, & de ſervo *a punctis* V. Puncta, æ.

Punctura, æ, idem ac punctio. *Firmic. l. 8. c. 11.* Viri punctura tali morientur.

Punctus, i, m. idem ac punctum. *Plin. l. 2. c. 68.* Non aliud eſt terra univerſa, quam mundi punctus.

Punctus, us, m. idem ac punctio. *Plin. l. 29. c. 6.* Muſtelæ etiam, oculis punctu erutis, ajunt viſum reverti.

Punctus, a, um, *punto*, στιχθείς, partic. a pungor. *Cic. pro Mil. c. 24.* Vulnus acu punctum. ¶ *Lucret. l. 4. v. 214.* Jamne vides igitur, quam puncto tempore imago Ætheris ex oris ad terrarum accidat oras? hoc eſt quam brevi tempore. *Id. l. 2. v. 263.* patefactis tempore puncto carceribus.

Pungens, entis, o. partic. a pungo. *Plin. l. 16. c. 25.* Pungentia folia pino.

Pungo, is, pupugi, punctum, a. 3. *pungere*, דקר, Ger. *ſtupffen*, Gal. *poindre*, Hiſp. *pungar*, νύττω, cuſpide, vel aculeo ictum infero, ab antiquo *pugo*, quod a πύγω, *figo*. *Cic. pro Sext. c. 10.* Gladius, qui per ſe pungere non poteſt. ¶ Translate ſumitur pro cruciare, ægritudine afficere, lædere, &c. *Cic. pro R. Am. c. 2.* Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctesque ſtimulat, ac pungit, ut evellatis, poſtulat. *Id. l. 7. Fam. ep. 13.* Pungit me rurſus, quod ſcribis, eſſe te iſtic libenter. *Id. 3. Tuſc. c. 34.* Si ignominia pupugit, ſiquid tenebrarum offudit exilium. ¶ *Pepugi* pro pupugi dixere veteres, teſte *Gell. l. 7. c. 9.* ¶ *Punxi*, pro pupugi affert *Diomed. Grammat. l. 1.* ſed ſine exemplis.

Punicans, antis, o. idem ac Puniceus. *Apul. l. 3. Metam. ſub init.* Commodum punicantibus phaleris Aurora roſeum quatiens lacertum, cœlum inequitabat.

Punicanus, a, um, quod eſt Pœnorum, vel quod ex regione Punica affertur, ut Punicani lecti, idest qualibus uti Pœni, ſeu Carthaginienſes ſolebant. *Cic. pro Mur. c. 36.* Stravit pelliculis hœdinis lectos Punicanos.

Punice, adv. Pœnorum more, vel lingua. *Apul. in Apol.* Loquitur nunquam niſi Punice. *Plaut. Pæn. 5. 2. 23.* Punice pergam loqui.

Puniceus, a, um, adject. *Cartagineſe*, idem quod Punicus. *Ovid. in Ibin, v. 281. de M. Regulo.* Vel quæ, qui redimi Romano turpe putavit, A duce Puniceo pertulit, ipſe feras. ¶ Puniceus color eſt color flammeus, ſeu rubeus, & rutilans, qualis eſt ſanguinis, & violarum flammantium, *roſſo, riſplendente, roſſo carico*. *Virg. 12. Æn. v. 76.* Puniceis invecta rotis aurora rubebit. *Ovid. 13. Met.* Puniceus cruor. *Plaut. Rud. 4. 3. 61.* Tu niſi caves, fiet tibi puniceum corium, poſtea atrum denuo. h. e. primo tibi tergum flagris rubebit, deinde atrum fiet. V. *Phœniceus*.

Punicum, i, n. *Feſt.* Punicum quod appellatur, genus libi, translatum a Pœnis.

Punicus, a, um, φοινικός, Libycus, Carthaginienſis, a *Pœnus*, quaſi *Pœnicus*. *Virg. 1. Æn. v. 338.* Punica regna vides. ¶ *Punica fides*, proverbialiter pro fide levi, & inconſtanti ponitur. Pœnorum enim perfidia in proverbium abiit, quod ea gens peculiaribus vanitatis, & perjurii notata ſit. *Liv. l. 21. c. 4.* Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti. *Salluſt. in Jug. c. 108.* Comperio, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos, & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. ¶ *Malum Punicum*, idem ac pomum granatum, quia in Africa circa Carthaginem hujus generis mala multa, & inſignia naſcuntur. *Martial. l. 1. epigr. 44.* Aut imitata breves Punica mala roſas. ¶ *Punicus* pro puniceo, *Horat. epod. 9. v. 27.* Terra marique victus hoſtis Punico Lugubre mutavit ſagum.

Punio, is, ivi, & ii, itum, a. 4. *punire*, *caſtigare*, ענש, Ger. *ſtraffen*, Gal. *punir*, *chaſtier*, Hiſp. *punir*, *caſtigar*, κολάζω, pœna afficio, plecto, caſtigo, mulcto, ab antiquo *pœnio*. *Cic. 1. Off. c. 25.* Prohibenda in puniendo maxime ira eſt. *Et c. 24.* Punire ſontes. *Id. pro Dom. c. 29.* Punire ſupplicio. *Apul. l. 3. A. A.* Te vero tantum fuga mea punivero. ¶ Eſt etiam ulciſci, vindicare. *Id. 2. de Orat. c. 51.* Iracundia eſt cupiditas puniendi doloris. *Id. de Aruſp. reſp. c. 8.* Meam domum ſenatus ex ærario ædificandam, a pontificibus liberandam, a magiſtratibus defendendam, a judicibus puniendam putavit.

Punior, iris, paſſ. 4. *eſſere punito*, κολάζομαι, pœnas luo, pœnas do, pœnas perſolvo, vel dependo. *Ovid. 9. Met. v. 1070.* Quod vidit hæc lucem, quod non ego punior ipſa, conſilium, monitumque tuum eſt. h. e. quod non privor vita. ¶ Eſt etiam verbum deponens, idem ac punio. *Cic. pro Mil. c. 13.* Cujus tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ poſtulare. *Id. Phil. 8. 2. 2.* Ut clariſſimorum hominum crudeliſſimam puniretur necem. Adde *Quintil. l. 9. c. 3.*

Punitio, onis, fem. 3. *caſtigo*, κόλασις, actus puniendi. *Valer. Max. l. 8. c. 1.* Punitione liberari. Adde *Tertul. ad nation. l. 1. c. 16.* V. *Punitor*.

Punitor, oris, m. κολαστής, qui punit. *Cic. pro Mil. c. 13.* Fuit ultor injuriæ, punitor doloris ſui. *Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 8.* Stuproſæ mentis punitor.

Punitus, a, um, nom. ex particip. *punito*, *caſtigato*. *Cic. 2. Invent. c. 27.* Levius reum punitum, quam ſit ille promeritus.

Pupa, æ, f. *fanciulla*, παιδισκάριον, κοράσιον, puella. *Martial. l. 4. ep. 20.* Dicit ſe vetulam, cum ſit Cærelia pupa, Pupam ſe dicit Gellia, cum ſit anus. ¶ Translate dixere pupas imagunculas quaſdam puellares, ex linteo inſutas, tomento infarctas, veſtibus amictas, quibus virgines in prima pueritia luſitare ſolebant, quas pubertati vicinæ tanquam virginitatis ſuæ inſignia Veneri offerebant, ut fauſte futurum matrimonium cederet. *Varro apud Non. c. 2. n. 673.* Magna pars in deſiderium puperum, & ſigillorum veniebat. *Perſ. ſat. 2. v. 70.* Nempe hoc, quod Veneri donatæ a virgine pupæ. *Auſonius* corripuit *Idyll. 7.* Barbara, quæ Latias vinceis alumna pupas. ¶ Legitur & *puppa*.

Pupilla, æ, f. *fanciulla*, *pupilla*, κόρη, diminut. a *pupa*. *Horat. l. 1. ſat. 3.* Pupam, aut pupillam appellet. Alii leg. *Ruſam, aut pupillam*. ¶ Plerumque ſignificat filiam orbam parentibus, & ſub tutore agentem. *Cic. Verr. 1. c. 30.* Pupillos, & pupillas certiſſimam prædam eſſe prætoribus. *Id. Verr. 3.* Iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit. ¶ Præterea pupilla dicitur foramen unius ex tunicis, quæ in oculis ſunt, per quod ſpecies rerum ad viſum tranſmittuntur, *la pupilla degli occhi*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva eſt, ut &c.

Pupillaris, & re, o. 3. ὀρφανικός, quod ad pupillum ſpectat. *Liv. l. 24. c. 18.* Pecuniæ pupillares primo, deinde viduarum cœptæ conferri.

Pupillariter, adv. *l. 6. Cod. tit. 30. leg. 22.* Pupillariter aliquem ſubſtituere.

Pupillo, as, n. 1. vocem pavonis exprimens verbum. *Auctor carm. de Philom. v. 26.* Pupillat pavo, triſſat hirundo vaga.

Pupillus, i, m. *pupillo*, ὀρφανός, parvus puer, & ſpeciatim impubes, qui deſiit eſſe in patris poteſtate vel morte, vel emancipatione. *Pompon. l. pupillus, ff. de verb. ſignif. Cic. 3. Verr.* Is mortuus eſt, reliquit pupillum parvum filium.

Pupinia Tribus, dicta eſt ab agro Pupinio prope Tibur. Ipſe vero ager etiam Pupinia abſolute dicitur. *Cic. 2. Agrar. c. 33.* Agros Vaticanum, & Pupiniam cum ſuis opimis atque uberibus campis conferendos non putabunt. *Colum. l. 1. c. 4.* Nam Pupiniæ, peſtilentis ſimul & exilis agri, cultorem fuiſſe eum, loquuntur hiſtoriæ.

Puppis, is, f. *poppa*, πρύμνα, poſterior pars navis. *Cic. Att. l. 13.* Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim. ¶ Per Synecdochen accipitur pro tota navi. *Ovid. 3. de Pont. eleg. 2.* Clamque per immenſas puppe ferentur aquas. ¶ Translate *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* Sedebamus enim in puppi, clavumque tenebamus, nunc autem vix eſt in ſentina locus.

Puppius, ii, m. Poeta tragicus, qui ita ſpectantium affectus movit, ut eos flere compelleret. *Hor. l. 1. epiſt. 1. & Acron ibid.*

Pupula, læ, *pupilla degli occhi*, idem ac pupilla. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Palpebræ aptiſſime factæ & ad claudendas pupulas, & ad aperiendas. *Horat. epod. 5.* Interminato cum ſemel fixæ cibo Intabuiſſent pupulæ.

Pupulus, i, m. dim. a *pupus*. *Catull. carm. 57. ad Caton.* Deprehendi modo pupulum puellæ Truſantem.

Pupus, i, m. *fanciullo*, παιδάριον, puer parvulus, & tenellus. *Varro apud Non. c. 2. n. 673.* Mammam lactis ſugentem paſcere pupum.

Pure, adv. *puramente*, καθαρῶς, munde, ſincere, ſine ſordibus. *Cic. de Sen.* Eſt etiam quieta, & pure, & eleganter actæ ætatis placida, ac lenis ſenectus. *Id. de opt. gen. Or. 2. 2.* Perficiendum eſt, ut pure, & emendate loquentes, quod eſt Latine, verborum præterea & propriorum, & translatorum elegantiam perſequamur. *Horat. l. 1. od. 19.* Splendens Pario marmore purius. *Id. l. 2. ſat. 2.* Apparet tibi res pure. h. e. clare, aperte. *Ulp. l. 4. ff. de in diem addict.* Cum igitur tunc recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur; vel tunc non impleatur, ubi ſub conditione ſit. h. e. ſimpliciter, abſolute, ſine conditione, aut exceptione. *Gell. l. 9. c. 13.* Puriſſime, atque illuſtriſſime deſcribere. ¶ *Pura habere* dicebantur mulieres, quæ ſeorſim a viris nocte cubabant, & a concubitu abſtinebant; quod in pervigilio Iſidis fieri ſolebat: neque enim licebat cuiquam ſine piaculo rem divinam ejus Deæ facere, niſi decem continuas noctes ante ſacrificium puras a virili contactu peregiſſet. *Plaut. Aſin. 4. 1. 61.* Si forte pura velle habere dixerit, tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuerit.

Purefacio, is, a. 3. *purgare*, *nettare*. *Non. c. 2. n. 335.* Februare poſitum pro purgare, purefacere.

Purgabilis, & le, o. 3. quod facile purgatur. *Plin. l. 13. c. 23.* Rotundior, quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime, & ſponte profiliens.

Purgamen, inis, n. purgamentum, ſordes. *Ovid. l. 6. Faſt. v. 714.* Hæc eſt illa dies, qua tu purgamina Veſtæ, Tibri, per Etruſcas in mare mittis aquas. ¶ Item expiatio, purgatio. *Id. 2. Faſt. v. 35.* Omne nefas, omnemque mali purgamina cauſam Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.

Purgamentum, i, n. *lordura*, *mondiglia*, περίψημα, κάθαρμα, ſordes, quæ ex re aliqua immunda, & lurida tergitur, & repurgatur, immunditiæ, quas rem aliquam purgantes ejicimus. *Liv. l. 1.* Cloacamque maximum receptaculum omnium purgamentorum urbis ſub terram agendam. ¶ Translate dicitur de re inutili. *Sen. ep. 73.* Ac deinde purgamenta pro frugibus

Digitized by Google

viet. ideſt herbas inutiles, & quæ ſint projiciendæ, vel res nihili. ¶ Item de homine vili, vel ſceleſto. *Curt. l.* 10. *c.* 2. Quam purgamenta quondam urbis ſuæ, nunc etiam exilii, admitterent. *Id. l.* 6. *c.* 11. purgamenta ſervorum. ¶ Item de purgationibus, ſeu expiationibus, quæ ſolebant per trivia projici, ut ſceleris culpa in eos transferretur, qui prætereuntes ea calcarent, aut tangerent, καθάρματα. *Petron. in Satyr.* Quæ ſtriges comederunt nervos tuos? aut quod purgamentum nocte calcaſti in trivio, aut cadaver? V. *Turneb. l.* 26. *c.* 7.

Purgāte, adv. *purgatamente*, pure. *Non. c.* 2. *n.* 269. Enucleate dicitur, purgate, exquiſite.

Purgātio, onis, f. *purgazione*, *purga*, κάθαρσις, actus purgandi, curatio, quæ medicamentis fit. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. Æſculapius primus alvi purgationem invenit. *Id. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Inedia, & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumptus es. ¶ Item pro menſtruo ſanguine. *Plin. l.* 20. *c.* 4. Purgationibus fœminarum, & veſicæ, & urinæ utile decoctum. ¶ Translate ſumitur pro excuſatione. *Cic.* 4. *Ver.* Neque ſuam purgationem eripio, qua ille apud omnes utitur. *Ter. Heaut.* 4. 1. 12. Neſcio quid peccati portet hæc purgatio. ¶ Apud Rhetores purgatio eſt ſtatus, ſive conſtitutio, in qua reus negat ſe conſulto feciſſe. *Auct. ad Her. l.* 1. Purgatio eſt, cum conſulto ſe negat reus feciſſe. *Cic.* 1. *de Inv.* Purgatio eſt, cum factum conceditur, culpa removetur. *Id. l.* 2. Purgatio eſt, per quam ejus, qui accuſatur, non factum ipſum, ſed voluntas defenditur.

Purgatīvus, a, um, adject. Purgatorius, ut purgativa medicamenta. *Cal. Aurel. Tard. l.* 1. *c.* 1.

Purgātor, oris, m. qui purgat, ut purgator cloacarum. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 20. Hercules purgator ferarum. *Apul. in Apol.*

Purgatōrius, a, um, adject. *purgativo*, purgandi vim habens, καθαρτικός, ut purgatorium medicamentum. *Symmach. l.* 6. *ep.* 64.

Purgātrix, icis, f. quæ purgat. *Tertul. de baptiſmo c.* 5. Purgatrice aqua ſe expiare.

Purgātus, a, um, nom. ex particip. *purgato*, *mondo*, *puro*. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem. *Id. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 27. Et morbi miror purgatum te illius. *Salluſt. apud Non. c.* 4. *v.* 203. Ita fiducia, quam argumentis purgatiores dimittunt. h. e. a metu liberiores. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 57. Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt.

Purgito, as, a. 1. frequentat. a purgo. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 23. Non mihi homines placent, qui quando malefecerunt, purgitant. h. e. excuſant ſe.

Purgo, as, avi, atum, a. 1. *purgare*, *nettare*, הבר, Germ. *reinigen*, *ſaubern*, Gall. *purger*, *nettoyer*, Hiſp. *purgar*, *alimpiar*, καθαρίζω, ſordibus libero, mundo. *Ter. Adel.* 3. 3. 22. Piſces cæteros purga, Dromo. *Cic. de Div.* Quid ſcamoneæ radix ad purgandum poſſit. *Id.* 5. *Tuſc.* Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Cervæ paulo ante partum purgant ſe quadam herba, quæ ſeſelis dicitur. ¶ Purgati morbi, V. *Purgatus*. ¶ Purgare alvum, eſt alvi ſordes medicamento expellere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Vomitione canis purgare alvos ibes Ægyptiæ dicuntur. ¶ Purgare faſtidium, eſt curare, & ei remedium adhibere. *Plin. l.* 8. *c.* 27. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices lauri folio annuum faſtidium purgant. ¶ Translate capitur pro excuſare. *Cic. pro R. Am.* Servos ipſos neque arguo, neque purgo. *Id. l.* 12. *Fam. ep.* 25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. ¶ Item pro diluere. *Cic. pro Cluent.* Quam quantum defenſor purgandis criminibus conſequi, & dicendo probare potuerit. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 42. Purgare probra. ¶ Purgare rationes, eſt ſuperflua decidere, inutiles expenſas tollere, rationes componere. *Sueton. in Calig. c.* 29. Decimo quoque die numerum puniendorum ſubſcribens, rationem ſe purgare dicebat.

Purificātio, onis, f. *purificazione*, καθαρισμός, actus purificandi. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Eadem & purificationibus adhibetur.

Purĭfico, as, avi, atum, a. 1. *purificare*, *purgare*, *nettare*, καθαρίζω, mundo, purum facio. *Plin. l.* 10. *c.* 41. Excutiuntque ſe ſe, & circumactu purificant. *Gell. l.* 19. *c.* 12. Purificare agrum. *Sueton. in Aug. c.* 94. Illamque expergefactam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe.

Purĭficus, a, um, adject. puros faciens. *Claudian. de* 6. *Conſ. Honor. v.* 328. Purificumque Jovem, Triviamque precatus. Alii leg. *terrificum*. *Lactant. l.* 4. *c.* 15. Purifici roris perfuſio. Eſt qui legit *purificatis*; ſed minus recte, & contra quamplurium MSS. fidem.

Purĭme, adv. idem ac puriſſime, apud vet. *Feſt.*

Purĭtas, atis, *purità*, καθαρότης, ἁγνεία, munditie, ſimplicitas. *Pallad. l.* 11. *c.* 14. *de vino*. Mox ſumere puritatem, claraſque debere, & in uſum referri. *Capitolin. in Vero, c.* 3. Amavit ſimplicitatem ingenii, puritatemque vivendi. Adde *Arnob. l.* 5. & *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 11. & 13. ¶ Pro purulentia. *Cal. Aurel. Chronic. l.* 5. *c.* 4. Sanguinis puritas.

Purĭter, adv. idem ac pure. *Cato c.* 23. Succum puriter omnium dierum patere in dolio divedito. *Catul. carm.* 40. *de Egnatio*. Qui puriter lavit dentes. *Id. carm.* 77. (*al.* 75.) Si vitam puriter egi.

Purĭties, ei, f. puritas, mundities. *Varr. in fragment. ſatyr. Menipp.* A cælatura cælum, ab ornatu græce κόσμον, latine a puritie mundus.

Pūro, as, a. 1. *purificare*, καθαρίζω, purum facio, purgo, luſtro, expio. *Plaut. Aul.* 2. 3. 3. Vaſcula intus pura propere. Alii leg. *pura propera*, vel *pure propera*. Addunt quidam legi hanc vocem & apud *Varron.* & *Caſar. in Adeaſia*, quæ nos loca non vidimus.

Purpŭra, æ, f. *porpora*, ארגמן, Ger. *meerſchneck*, Gal. *pourpre*, Hiſp. *carmeſi*, Πορφύρα, conchæ genus, in mediis faucibus liquorem habens, quo olim veſtes tingebantur. Nam nunc quidem veterum purpura deſiit. *Plin. l.* 9. *c.* 36. Purpuræ florem illum tingendis expetitum veſtibus in mediis habent faucibus, &c. ¶ *Vitruvius l.* 7. *c.* 13. auctor eſt, purpuras pro Solis propinquitate alium, atque alium habere colorem, & apud Tyron quidem rubrum, circa Africam autem puniceum ſuccum emittere, quo & purpura tingitur, quem violaceum appellant. *Corn. Nep. in fragment.* Me juvene violacea purpura vigebat. ¶ Metonymice ſumitur pro panno purpura imbuto. *Cic. pro Cluent. c.* 40. Purpura uſque ad talos demiſſa. ¶ Item pro magiſtratu, aut nobilitate. Cujus cauſa eſt, quod prætexta purpura uſque ad Auguſti tempora Magiſtratus fuerit inſigne: qua, labente diſciplina, etiam multi ditiores, nobilioreſque extra Magiſtratum utebantur. *Ovid.* 1. *Faſt.* Jamque novi præeunt faſces, nova purpura fulget. *Martial. l.* 8. *ep.* 8. Purpura te felix, te colat omnis honos. ¶ *Purpuram ſumere*, Imperium capeſſere. *Trebell. Poll. in xxx. Tyrann. c.* 18. & *Eutrop. l.* 9. *c.* 8 & 10.

Purpurārius, a, um, πορφυρικός, quod ad purpuram ſpectat. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Alterum genus eſt in purpurariis officinis. ¶ Purpurarius abſolute pro eo qui purpuram tingit, vel vendit, legitur in Narbonenſi lapide apud *Gruter. p.* 649. *n.* 9.

Purpurāſco, is, n. 3. πορφυρίζομαι, purpureus fio. *Cic. in Acad. apud Non. c.* 2. *n.* 717. Quid mare? nonne cæruleum, aut ejus unda, cum eſt pulſa remis, purpuraſcit?

Purpuratōrius, a, um, adject. ad purpuratos viros pertinens. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Qui non affectaſſet habitum purpuratorium. Alii leg. *purpuratorum*.

Purpurātus, a, um, *porporato*, *veſtito di porpora*, πορφυροφόρος, purpura ornatus. Purpurati dicuntur, qui apud Reges dignitate, & gratia antecellunt. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 43. Iſtis, quæſo, inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. *Flor. l.* 1. *c.* 10. *de Mucio Scævola*. Sed ubi fruſtrato circa purpuratum ejus ictu tenetur. *Curt. l.* 3. *c.* 6. Parmenio fidiſſimus purpuratorum.

Purpŭreus, a, um, *porporino*, *di porpora*, Ger. *purpurfarb*, Gall. *de pourpre*, Hiſp. *de carmeſi*, πορφύρεος, quod eſt ex purpura, ſeu purpuræ colorem refert, qualis eſt in nigricantis roſæ ſplendore. *Virg.* 9. *Æn.* Purpuream vomit ille animam. h. e. ſanguinem. *Ovid.* 3. *Met.* Purpurea aurora. *Id.* 2. *Amor. eleg.* 3. Purpureus pudor. *Cic.* 4. *Acad. c.* 33. Et mare illud, quod nunc Favonio naſcente purpureum videtur. ubi videtur pro cæruleo uſurpari, qui color niger eſt rubore quodam admixto. Sic *Virg.* 4. *Georg.* In mare purpureum violentior influit amnis. Et *Propert. l.* 2. *eleg.* 20. *v.* 5. purpureis agitatam fluctibus Hellen. *Homer.* quoque in *Batrachom.* ὕδωρ πορφύρεον dicit. ¶ Item purpura amictus. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Et purpurei metuunt Tyranni. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proſ.* Purpurei reges. ¶ Poetæ purpureum interdum uſurpant pro pulchro, nitido, cujuſcumque coloris ſit. *Horat. l.* 4. *od.* 1. purpureis ales oloribus. *Albinovan. ad Liv.* Purpurea nix. *Tibul. l.* 1. *el.* 4. Carmine purpurea eſt Niſi coma. *Virg. l.* 1. *Georg.* Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. V. *Voſſ. l.* 4. *de Inſtit. orat. c.* 13.

Purpuriſsātus, a, um, nom. ex particip. purpuriſſo infectus, *belletato*. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 35. Quia iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. *Apul. in Apol.* Genæ purpuriſſatæ. ¶ Purpuriſſatus faſtos vocat *Sidon. l.* 8. *ep.* 8. faſtos conſulares.

Purpuriſſum, i, n. ἀνδρέικελον, πορφυρίζον χρῶμα, ſpuma ferventis purpuræ, unde color efficitur, quo pictores utuntur, & fœminæ genas, & labra tingunt. Indicum purpuriſſum inter floridos colores refertur. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium Armenium, cinnabaris, chryſocolla, Indicum purpuriſſum. *Et infra*. Et reliquis coloribus, quos a dominis dari diximus propter magnitudinem pretii, ante omnes eſt purpuriſſum e creta argentaria, cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum eſt primum, fervens aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximum, egeſto eo, addita creta in jus idem, &c. ¶ Invenitur etiam *purpuriſſus*, i, m. *Hieronym. ep.* 10. *ad Furiam*: (*ſi ſalva eſt lectio*) Quid facit in facie Chriſtianæ purpuriſſus, & ceruſſa?

Purpurĭticus, a, um, adject. idem quod porphyreticus. *Vetus Inſcriptio Romana apud Gruter. pag.* 128. *n.* 5. Vetuſtate corruptam adampliavit columnis purpuriticis.

Purpŭro, as, n. 1. πορφυρίζω, purpuræ colorem habeo, ſive reddo. *Col. l.* 10. *v.* 10. Quæ frondens purpuret auro. *Apul. l.* 10. *A. A.* Labiis ambroſio rore purpurantes. ¶ Eſt etiam verbum activum, pro purpureum facere. *Furius Antias apud Gell. l.* 18. *c.* 11. Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

Purulentātio, onis, f. purulentia. *Cal. Aurel. Tard. l.* 5. *c.* 3.

Purulente, adv. πυωδῶς, cum pure, ſive ſanie. *Plin. in proœm. l.* 23. Cicatricibus marcidis, oſſibus purulente limoſis plurimum confert.

Purulentia, æ, τὸ πυῶδες, puris tumiditas, aut copia, vel vulnus pure plenum. Translate *Tertul. de pall. ſub fin.* Haud ſimile has purulentias civitatis quis eliciet, aut ſupparabit.

Purulentus, a, um, *marcio*, *pieno di marcia*, Ger. *eyterechtig*, Gall. *plein d'ordure*, Hiſp. *podrido*, πυώδης, quod pure, ſive ſanie plenum eſt. *Plin. l.* 22. *c.* 11. Struthe decocta in vino præcipue auribus purulentis medetur. *Id. l.* 20. *c.* 2. Purulenta autem expuentibus auxiliantur cum cumino, pari pondere.

Pūrus, a, um, *puro*, *netto*, טהור, Ger. *rein*, Gall. *pur*, Hiſp. *puro*, καθαρός, ἁγνός, mundus, ſine ſorde. *Cic. pro Cæc.* Quicquid inde hauſeris, purum, liquidumque te haurire ſentiae. *Id. pro R. Com. c.* 6. Eſt ne quiſquam, qui tibi purior videatur? *Virg. l.* 4. *Georg.* puriſſima mella. *Liv. l.* 1. Et extrinſecus puri aliquid ab humano pateret cultu. *Hor. l.* 1. *od.* 22. Integer vitæ, ſcelerisque purus. *Id. l.* 2. *ſat.* 3. Purum vitio cor. ¶ Aurum purum in ſacris dicebatur, quod in uſu ſpurco non fuiſſet. *Feſtus*. ¶ Extra ſacra purum aurum, aut argentum dicitur, quod nihil fæcis, aut inferioris metalli habet immixtum. *Juven. ſat.* 9. *v.* 141. argenti vaſcula puri. ¶ Præterea argentum purum vocat *Cic. Verr.* 6. *cap.* 23. argentum merum, cui detracta emblemata, & cruſtæ ſunt. *ſchietto*. Sic inquit, Halontini, excuſſis deliciis, cum argento puro domum reverterunt. ¶ Sæpe purus ponitur pro ſimplici, non impedito, vacuo, ſine conditione, ſine exceptione. *Paul. l.* 4. *ff. de an. leg. & fideicom.* Et primi enim purum, ſequentium conditionale. ¶ *Puri menſtrua eſſe* dicebantur, qui ſacrorum cauſa toto menſe in cæremoniis erant, ideſt puri erant, certis rebus carendo. *Feſt.* ¶ *Judicium purum*, eſt ſimplex, & abſolutum ab omni exceptione. *Cic.* 2. *de Inv.* Hic is, qui agit, judicium purum poſtulat. ¶ *Locus purus*, qui nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt. *Ulp. l. locum, de relig. & ſump. fun.* ¶ *Puræ plateæ*, non inædificatæ, ſed patentes, late explicatæ, & vacuæ. *Hor. l.* 2. *epiſt.* 2. Puræ ſunt plateæ, nihil ut meditantibus obſtet. Similiter pura loca dicuntur etiam, in quibus nullum ædificium eſt. *Scævola l. ult. ff. de pignor. act.* Creditori locum purum obligavit, & cum eum locum inædificare vellet, &c. *Varr. l.* 4. *L. L.* Loca Romæ pura dicuntur areæ. ¶ *Veſtimenta pura*, quæ Sacerdotes ad ſacrificia ſumebant, non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia. *Feſtus*. ¶ *Haſta pura*, quæ eſt ſine ferro, quæ præmium fuit apud antiquos eorum, qui prælio viciſſent. *Virg.* 6. *Æn.* Ille, vides, pura juvenis qui nititur haſta. ¶ *Vaſa pura*, ſine emblemate, cælatura, aut incruſtatione. *Paul. l. ſi in rem, de rei vindic.* Pura, an cælata ſint, dici oportere. ¶ *Charta pura*, in qua nihil ſcriptum eſt. *Ulpian. l.* 5. *ff. de Legat.* 3. ¶ Puræ noctes. V. *Pure*. ¶ Puræ genæ, h. e. imberbes, *Senec. Hippolyt.* ¶ Pura oratio, h. e. ſimplex, & quæ ſine labore intelligi poteſt. *Ter. prolog. Heaut. v.* 46. ¶ Purus putus, V. *Putus*.

Pus, uris, n. 3. *marcia*, Ger. *eyter*, Gal. *ordure*, Hiſp. *podre*, πύον, ſanies & quicunque humor in putredinem verſus, ſanies coacta, & ex maturitate craſſa jam effecta, & albida. Differt a ſanie. *Cel. l.* 5. *c.* 26. Sanguis omnibus notus: ſanies eſt tenuior hoc, varie craſſa, & glutinoſa, & colorata: pus craſſiſſimum, albidiſſimumque, glutinoſius & ſanguine, & ſanie. Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut jam ſaneſcente: ſanies eſt inter utrunque tempus, pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Si gravitas ſit audiendi, fel bubulum cum urina capræ, vel hirci, vel ſi pus ſit. *Idem l.* 35. *c.* 6. Præcipue utilis ad deprehendenda pura.

Puſa, æ, f. 1. puella, apud vet. *Feſt.* & *Pompon. apud Varr. l.* 6. *L. L.*

Puſillanĭmis, & me, o. 3. *puſillanimo*, μικρόθυμος, qui eſt puſilli animi. *Tertull. de fuga in perſecut. c.* 9. Puſillanimes conſolari. *Sidon. l.* 7. *ep.* 17. Spernere aliquem tanquam imperitum, vel puſillanimem.

Puſillanĭmĭtas, atis, f. *puſillanimità*, μικροψυχία, vilitas animi. V. *Puſillitas*.

Puſillĭtas, atis, f. parvitas animi, a puſillus. *Voſſ. in Puſillus*. *Tertul. l. adv. Hermog. c.* 14. Quæcunque poteſtas ei, quem puſillitas, competit. *Lactant. de Ira Dei, c.* 5. Non cadere in Deum hanc animi puſillitatem. Alii ex MSS. leg. *hanc puſillanimitatem*.

Puſillo, adv. *un pochetto*. *Plin. l.* 27. *c.* 5. Puſillo altior lenticula eſt.

Puſil-

Puſillum, adverb. *un pochettino*, paululum. *Cato R. R. c. 90.* Primum puſillum, poſtea magis depſet.

Puſillus, a, um, *picciolino*, קָטֹן, Ger. *klein*, Gall. *petit*, Hiſp. *pequeno*, μικρός, parvulus, exiguus, dim. a *puſus*, ut *pupillus* a *pupulus*. *Cic. 4. Verr.* Ut hi puſilli, & contempti libelli indicant. *Id. 2. Fam. ep. 17.* Illud vero puſilli animi, & jejuni. *Juven. ſat. 15. v. 70.* Terra malos homines nunc educat, atque puſillos. *Trebon. ad Cic. l. 12. Fam. ep. 16.* Nactus puſillum laxamenti.

Puſio, onis, m. *fanciullo*, Ger. *knablein*, Gall. *enfançon*, Hiſp. *niñito*, παιδάριον, parvus puer, a *puſus*. *Cic. pro Cæl. c. 15.* Qui propter neſcio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quoſdam inanes metus, tecum ſemper puſio cum majore ſorore cubitavit. ¶ Sæpe capitur pro maſculo ſcorto. *Juven. ſat. 6. v. 34.* Nonne putas melius, quod tecum puſio dormit, puſio, qui noctu non litigat?

Puſiŏla, læ, f. parva puella. *Prudent. in paſſ. Eulaliæ, v. 19.* Ipſa crepundia reppulerat, Ludere neſcia puſiola.

Puſtŭla, æ, f. *puſtula*, אבעבע. Germ. *propel*, Gal. *puſtule*, *veſſie*, Hiſp. *poſtilla*, φλύκταινα, tuberculum in ſummitate cutis naſcens, a *pus*, quia pus continet, quanquam etiam latius ad ea extendatur, quæ pure carent. *Plin. l. 20. c. 52.* Puſtulas facere. ¶ Puſtularum tria ſunt genera, exanthemata, quæ Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas vocat, pſydracia, paulo duriora, ac ſubalbida, & acuta: epinyctides, quæ ſunt ſublividæ, modice tumeſcentes, & plenæ ſanguinis in tibiis, & pedibus, & fere noctu maxime infeſtant. *Plin. l. 26. c. 8.* Ut per ſe extra corpori impoſitum puſtulas ignium modo faciat. V. *Celſ. l. 5. c. 28.* ¶ Speciatim puſtulæ dicuntur id genus morbi, quod variolas, & rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maxime eveniens, toto in medio corpore, ſæpe in eminentibus partibus. *Celſ. lib. 5. cap. 28. & l. 6. c. 6. & Plin. lib. 20. c. 13.*

Puſtulatio, onis, f. puſtularum emiſſio, vel eruptio. *Cæl. Aurel. Acut. l. 3. c. 16.* Puſtulatio partium. *Id. l. 5. c. 1.* Puſtulationem facere.

Puſtulātus, a, um, φλυκταινωτός, puſtulis plenus. V. *puſulatus*.

Puſtuleſco, is, n. 3. puſtuloſus fio. *Cæl. Aurel. Tard. l. 5. c. 1.* Quo ſuperficies cutis puſtuleſcat.

Puſtŭlo, as, n. 1. puſtulas facio. *Tertul. l. 2. de cultu fæm. c. 6.* Si concha aliquid intrinſecus puſtulat, vitium ejus magis debet eſſe, quam gloria: & licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura, & rotunda verruca.

Puſtulōſus, a, um, idem ac puſtulatus. *Celſ. l. 5. c. 26.* Ulcus in locum puſtuloſum ſerpit.

Puſula, æ, f. idem ac puſtula. Speciatim ſic dicitur morbi genus, a flava bile, vel tenui ſanguine, vel ab utroque proficiſcens, qui alio nomine dicitur ignis ſacer. *Col. l. 7. c. 5.* Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores.

Puſulātus, a, um, puſulis plenus, idem ac puſtulatus. Argentum puſulatum, quomodo legitur in *Pandectis Florentinis*, ſive puſtulatum, prout legitur apud *Suet. in Ner. c. 44.* eſt argentum purgatiſſimum, & excoctiſſimum, ita dictum a puſulis, ſeu puſtulis, quas ex coctura argentum accipit, & aſperius tactu fit. *Suet. in Ner. c. 44.* Exegitque ingenti faſtidio, & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum ad obruſſam, ut plerique omnem collationem palam recuſarent. *Martial. l. 7. ep. 85.* Nulla venit a me Argenti tibi libra puſtulati. In quibuſdam Suetonii codicibus pro *puſtulatum* legitur *poſtulatum*, per o, uti & apud Martialem. Itaque & nonnulli a poſtulando deducunt, eo advocantes illud *Juven. ſat. 7.* Accipe, victori populus quod poſtulat aurum. Sed omnino eſt a *puſulis*. Eoque per u ſcribendum. Quanquam, etſi per o ſcribatur, eadem futura notio eſt. Nam veteres in multis u, & o promiſcua uſurpabant. V. *Turneb. l. 24. c. 2. Alfen. l. 31. ff. locati.* Velut cum argentum puſulatum fabro daretur, ut vaſa fierent, aut aurum, ut anuli.

Puſulōſus, a, um, φλυκταινώδης, qui puſulis laborat, idem ac puſtuloſus. *Col. lib. 7. cap. 5.* Vivam pecudem, quæ fuerit puſuloſa, reſupinam obruamus.

Puſus, i, m. parvus puer, puſio. *Pompon. apud Varr. l. 6. de L. L.* Nam vere puſus tu, tua amica ſenex.

Puta, æ, f. Dea, quæ putationi præerat, a *puto*. *Arnob. l. 4.* Putationibus arborum Puta, inquitis, præſto eſt.

Puta, ſecunda perſona n. ſing. præſentis Imperativi verbi puto, qua vulgus utitur adverbialiter, pro ſcilicet, exempli gratia, &c. *Pompon. l. ſi quis, ff. de her. inſt.* Si ille, puta, Conſul factus fuerit. *Senec. l. 2. Quæſt. nat. c. 2.* Illa conſtant aut nexu, aut acervatione, ut puta funis, frumentum, navis. Adde *Celſ. l. 5. c. 26.* ¶ Interdum uſurpetur ut verum adverbium. *Priſc. l. 15.* Hinc in ultima ſyllaba correptum reperitur. *Perſ. apud Priſc.* Hos, puto, non juſtum eſt, illud male, rectius illud.

Putāmen, inis, n. κέλυφος, rei cujuſlibet repurgamentum. *Non. c. 2. n. 683.* Putamina non ſolum arborum ſunt, verum omnium rerum purgamenta. Nam quicquid ex quacunque re projicitur, putamen appellatur. *Cic. 5. Tuſc. c. 20.* Inſtituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi, & capillum adurerent.

Putatio, onis, f. exiſtimatio, æſtimatio. *Paul. l. eum, qui ff. de liber. & poſt. lib.* Nec transferri perſonæ putatio ex perſona filiorum ad eos poteſt. ¶ Item computatio, *computo*, *conto*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 13.* Unus menſis pari numero reſtitutus univerſam putationem imparem facit. ¶ Sumitur etiam pro reſectione in vitibus, emundatione in arboribus, *potagione*, *potamento*, κλάδευσις. *Cic. 1. de Or. c. 58.* Ut quid ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium.

Putative, adverb. *in apparenza*, ſecundum opinionem, non revera. *Hieron. ep. 61. ad Pammach. c. 5.* Reſurrectionem veritate, non putative confitemur.

Putatīvus, a, um, adject. *immaginario*, *finto*, *apparente*, qui id eſſe putatur, quod non eſt. *Tertul. l. 3. adverſ. Marcion. c. 8.* Putativus habitus, putativus actus, imaginarius operator.

Putātor, oris, m. *potatore*, κλαδευτήρ, qui vites, aliaſve arbores, aut frutices ſarmentis, ramiſve inutilibus repurget. *Plin. l. 27. c. 8.* Curatum re ſcio, omnibus fere oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta putatorem, circumdato univerſo corpori. *Pallad. l. 1. c. 6.* Vitium putatus.

Putatōrius, a, um, adject. ad putatorem pertinens, ut putatoria falx, *Pallad. l. 1. tit. 35.*

Putātus, a, um, nom. ex particip. *potato*. *Paul. apud Feſt. in Putus.* Putatæ vites, quæ reciſis impedimentis remanent puræ. Aurum quoque putatum dici ſolet, id eſt expurgatum, & ratio putata, ideſt pura facta. *conti aggiuſtati*, *e liquidati*. V. Puto.

Puteal, lis, n. 3. umbella, aut petaſus, quo puteus operitur. Unde in Gloſſis exponitur περιστόμιον, quaſi ſignatur τὸ τοῦ φρέατος στόμα, os putei. *Cic. Att. l. 1. ep. 10.* Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigillata duo. h. e. puteorum opercula parvis ſignis exornata, qualia & hodie videmus, in quibus inciſæ delectant imagunculæ. Aliqui legunt *putealia ſigna*, quod in ædibus pluris eſſent marmorei. *Puteal Libonis*, locus erat in foro Romano, ad arcum ſeu fornicem Fabianum, ubi erat tribunal Prætoris, & juriſdictio exercebatur. Dictum eſt *puteal*, quia prope hoc tribunal puteal fuit. Dictum eſt *Libonis*, quia a Scribone Libone Prætore ibi primum tribunal, & ſubſellia collocata ſunt. *Hor. l. 1. ep. 19.* Forum, putealque Libonis Mandabo ſiccis. Ubi per *forum* cauſidicos, & juriſconſultos ſignificat, per *puteal Libonis* ſedem Prætoris, interprete Porph. *Id. l. 2. ſerm. ſat. 6.* Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad puteal cras, ideſt ad judicium. ¶ Hic etiam fœneratores verſabantur. *Cic. pro Sext.* Puteali, ac fœneratorum gregibus inflatus. *Ovid. l. 2. de rem. Am.* Qui puteal, Janumque timet, celereſque calendas. *Perſ. ſat. 4.* Si puteal multa cautus vibice flagellas. V. ibi Interpretes. ¶ Erat & puteal in Comitio, ſub quo defoſſa Attii Navii novacula, qua cotem diſcidit temporibus Regis Tarquinii Priſci, non longe ab ejuſdem Navii ſtatua, quæ erat in gradibus ipſis, ad lævam Curiæ, prope Ruminalem ficum. *Dionyſ. l. 3. Liv. l. 1. Plin. l. 34. c. 5. Cic. 1. de Div. c. 17.* Cotem autem illam, & novaculam defoſſam in Comitio, putealque impoſitum accepimus. ¶ Non deſunt, qui putent, puteal hoc, quod in Comitio eſſe dicitur, idem eſſe cum puteali Libonis. *Rosin. l. 9. c. 15.*

Puteālis, & le, o. 3. φρεατιαῖος, quod ex puteo eſt. *Col. l. 11. c. 3.* Fonte puteali poſſit irrigari. Adde *Ovid. in Ibin v. 389.*

Puteānus, a, um, idem ac putealis. *Plin. l. 14. c. 9.* Deinde quantum expreſſera, adjiciunt vinaceis aquæ puteanæ.

Puteārius, ii, m. φρεατωρύκτης, qui puteos fodit. *Plin. l. 31. c. 3.* Depreſſis puteis ſulphurata, vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

Putĕo, es, tui, ſine ſup. n. 2. *puzzare*, ὄζω, fœteo, mali odoris ſum, a πύθω, *putrefacio*. *Cic. apud Non. c. 15. n. 17.* Quibus etiam alabaſter plenus unguenti putere videatur. *Perſ. ſat. 5. v. 73.* Quod multa fidelia putet in lucopluo penu. *Hor. l. 1. ep. 19.* Putere mero.

Puteolānus, a, um, Ποτιολανός, quod ad Puteolos ſpectat. *Cic. l. 13. Fam. ep. 57.* Clovius Puteolanus valde me obſervat. *Id. Phil. 8. c. 3.* Puteolanæ aquæ.

Puteŏli, orum, m. 2. *Pozzuolo*, *Pozzuoli*. Ποτίολοι, urbs, & col. Campaniæ, in ora litorali Prov. Terræ Laboris, olim perampla, & probe culta, nunc parva admodum, in colle, cum arce utcunque munita, cum portu capaci, & cum in ſinu cognomine, cum amphitheatro peramplo, nunc ſemidiruto, apud lacum Lucrinum, non procul a lacu Averno. Condita fuit a Samiis, teſte *Stephano*. *Euſebius* ſcripſit fuiſſe conditam ſub idem fere tempus, quo Tarquinii Roma ſunt exacti. Dubitatur, an huic urbi Puteolis nomen datum ſit a putore olido aquarum calidarum ob ſulphureum ſolum, an potius a frequentia puteorum, aquis videlicet calidis ſcatentium. Utrunque legas apud *Varr. l. 4. de L. L. & Feſt.* ¶ Appellata fuit Delos minor, teſte *Feſto*, ob templum Apollinis in ea ad ſimilitudinem Delii ædificatum. Dicta fuit etiam Flavia a Veſpaſiano.

Puter, tris, adject. idem ac putris. *Varr. l. 1. R. R. c. 8.* Palus putus evertitur, & fit ſolum ſummum.

Putēſco, is, n. 3. mali odoris fio, a *puteo*. In vett. libris legitur & *puteſco*, & *putiſco*. *Cic. 5. Fin. c. 13.* Animam illi pecori datam pro ſale, ne putiſceret. Alii leg. *putreſceret*. *Cato de R. R. c. 3.* Si in terra olea nimium diu erit, puteſcet, oleum fœtidum fiet &c. *Arnob. l. 7.* Cum & ipſa mox puteſcant.

Putĕum, i, n. idem ac puteus. *Varr. apud Non. c. 3. n. 155.* Ut ſunt lacus, & ſtagna, & putea, & maria. *Ulpian. l. Julianus, ff. de act. empt. & vend.* Quæ quaſi pars ædium, vel propter ædes habantur, ut puta, putea &c. Alii leg. *puteal*.

Putĕus, i, m. *pozzo*, באר, Ger. *ſod*, Gal. *puits*, Hiſp. *pozo*, φρέαρ, locus, qui perpetuas habet aquas ex terræ venis manantes, non tamen fontium more ſuras prorumpentes, ab Æolico πύτος, *puteus*, quod a πίνω, *poto*. Nam proprie putei ſunt ſcrobes foſſæ, ut recipiant aquam, & potum ſuppeditent. Vel eſt a βυθός, fundus. Differt a ciſterna, quia puteus ſuas aquas naturales habet, ciſterna adventitias, ideſt pluvias cœlo perpugatas. *Cic. de Prov. Conſ.* Virgines ſe in puteos abjecerunt. *Plin. l. 2. ep. 17.* Puteos, ſeu potius fontes habet, ſunt enim in ſummo. *Plaut. Moſt. 1. 2. 31.* Miſerum eſt opus, fodere puteum, ubi ſitis fauces tenet. ¶ Dicitur etiam puteus vernaculum ſupplicii genus, hoc eſt barathrum, ſeu hypogæum, in quod ſervi peccantes detrudebantur ad pœnam. *Plaut. Aulul. 2. 5. 21.* Comprehendite, vincite, in puteum condite. Adde *ibid. 2. 7. 3.* quibus in locis cum *Plautus* de coquis loquatur, interpretes quidam putarunt, puteum eſſe coquorum ſupplicium.

Putiduli, m. 2. cavernæ terræ extra portam Exquilinam, in quibus antiquitus ſepeliebantur, a *puteus*, per diminutionem. *Feſt.* Ælius Gallus, teſte *Feſto*, voluit ita dicta ea loca fuiſſe, quod ibi homines putiſcerent, ſeu putreſcerant. *Varro l. 4. de L. L.* utrumque etymon docuit.

Putide, adv. μυδαλέως, inſuaviter, auſtere, rancide. *Cic. in Brut.* Qui nec inepte dicunt, nec odioſe, nec putide. *Id. 3. de Or. c. 11.* Nolo exprimi literas putidius, nolo obſcurari negligentius.

Putidiuſculus, a, um, aliquanto putidus. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Sumus enim putidiuſculi, quam per te vix licet. Alii leg. *impudentiuſculi*. ex quo patet loci ſenſus.

Putidŭlus, a, um, dim. a *putidus*. *Martial. l. 4. ep. 20.* Altera ridicula eſt, altera putidula.

Putidus, a, um, *puzzolente*, מצחין, Ger. *ſtinkend*, Gal. *puant*, Hiſp. *hediondo*, μυδαλέος, quod eſt mali odoris, a *puteo*. *Cic. in Piſon. c. 9.* Ego iſtius pecudis, ac putidæ carnis conſilio ſcilicet, ac præſidio niti volebam? ¶ Tranſlate ponitur pro moleſto, ingrato, inſuavi, ut *Orator putidus*, qui orationem affectat, quæ re nihil eſt odioſius. *Oratio putida*, affectata, quæ ita aures offendit, ſicut quæ putida ſunt, nares. *Cic. in Or.* Cum etiam Demoſthenes exagitatur ut putidus. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 70.* Putidius multo cerebrum eſt, mihi crede, Perilli dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis. ¶ Item pro eo, in quo nimia diligentia reprehendi poteſt. *Cic. 1. Off.* Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ, ne aut obſcurum eſſet, aut nimis putidum.

Putillus, i, m. Putilla, æ, f. dim. a *putus*, vox blandientis. *Plaut. Aſin. 3. 3. 104.* Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem, monedulam, putillum, paſſerculum. *Horat. l. 2. ſat. 3.* Putum, aut puſillam appellat. Alii aliter leg. utroque loco. *Putillum* autem putat *Joſ. Scalig. in Catalect.* dici a *putus*, & id a πόσθη *pudendum*, a quo *præputium*.

Putis, & te, n. 3. quod mali odoris eſt, a *puteo*. Uſus *Lucret. l. 3. v. 585.* ſi quibuſdam libris vulgatis habenda fides. Atque ideo tanta mutatum putre ruina conciderit corpus penitus. In aliis libris *putre* legitur.

Putiſco. V. Puteſco.

Putitus, a, um, ſtultus. *Paul. apud Feſt.*

Puto, as, avi, atum, a. 1. *potare*, *tagliare*, זמר, Ger. *beſchneiden*, Gall. *emonder*, *tailler*, Hiſp. *podar*, κλαδεύω, eſt falſa, ſuperflua, infructifera in arboribus, fruticibus, & quacunque alia re, a veris, & fertilibus purgare, & reſecare. *Gell. l. 6. c. 5.* Putare veteres dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non neceſſaria, aut etiam obſtantia, & aliena auferre, & excidere, &, quod eſſe utile, ac ſine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores, & vites, & ſic etiam rationes putari dictum. *Colum. l. 4.* Neque vitem, aut arborem putent. *Virg. 2. Georg. v. 407.* Vitem putando fingere. ¶ Putare rationem. *fare*, *aggiuſtare*, *liquidare i conti*. *Varr. l. 5. de L. L.*

Digitized by Google

Antiqui purum, putum dixerunt: ideo ratio putari dicitur, in qua ſumma fit pura. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 52. Cedit miles, æs petit; itur; putatur ratio cum argentario. ¶ Sumitur etiam pro opinari, arbitrari, exiſtimare, *penſare, ſtimare*. Ter. *Andr.* 1. 1. 124. Recte putas. *Id. Phor.* 4. 5. 6. Rem ipſam putaſti. *hai toccato il punto*. *Cæl.* ad *Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 2. In theatrum Hortenſius introiit; puto, ut ſuum gaudium gauderemus. *Cicer.* 1. *Off. c.* 63. Nec committere, ut aliquando dicendum ſit, non putaram. *Id.* 4. *Acad.* Ut, quos nunquam putaſſemus a nobis internoſci poſſe, &c. *Id. de Am.* Acilius, quia prudens eſſe in Jure civili putabatur. ¶ Item pro cogitare, attentius conſiderare. *Plaut. Caſ.* 3. 2. 25. Verum autem altroverſum cum rem mecum rationem puto. *Cic. pro Cluent.* In quo primum illud debes putare, Comitiis præſertim Ædilitiis ſtudium eſſe populi, non judicium. *Virg.* 6. *Æn.* Multa putans. ¶ Item pro æſtimam, & varie conſtruitur. *Cic.* 4. *Ver.* Si denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet. *Id. pro Planc* Honores ſi magni non putemus. *Id. de Am.* Itemque cætera, quæ quibuſdam admirabilia videntur, permulti ſunt, qui pro nihilo putent. *Id. pro Leg. Manil.* Imperatorem in aliquo numero putare. *Id. pro Roſc. Amer.* Ut hominem neminem præ ſe putet. ¶ Putare cum aliquo argumentis, eſt diſputare, apud *Plaut. Amph.* 2. c. 45.

Putor, oris, m. *puzzore*, רקב, Germ. *geſtanck boſer*, Gal. *puanteur*, Hiſp. *hedor*, δυσωδία, fœtor, a *puteo*. *Lucr. l.* c. v. 927. Intempeſtivos cum putor cœpit ob imbres. *Id. ibid.* v. 1099. ubi putorem terra humida nacta eſt. Utroque loco al. leg. *putror*. *Cat. R. R. c.* 57. Ea omnem putorem adimet. *Arnob. l.* 7. Putores in voluptate.

Putrēdo, inis, f. *putredine*, רקב, Ger. *feulung*, Gal. *pourriture*, Hiſp. *podre*, σαπρία, corruptio, reſolutio. *Ovid. l.* 1. *de Pont. el.* 1. Eſtur ut occulta vitiata putredine navis. Alii leg. *teredine*.

Putrefacio, is, a. 3. *putrefare*, הבאיש, Germ. *faulen*, Gall. *pourrir*, Hiſp. *podrir*, σήπω, putre aliquid facio, reſolvo, corrumpo. *Col. l.* 3. *c.* 11. Qui putrefacit depoſita ſemina. *Liv. lib.* 21. Ardentiaque ſaxa in fuſo aceto putrefaciunt.

Putrefactus, a, um, nom. ex partic. *putrefatto*, *corrotto*. *Lucret. l.* 2. v. 897. Et tamen hæc cum ſint quaſi putrefacta per imbres. *Ovid.* 15. *Met.* v. 389. clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulcro.

Putreſio, is, actus ſum, paſſ. anom. *Pallad. Februar. tit.* 10. Sata putreſient recepto humore. Adde *Septemb. tit.* 9.

Putrĕo, es, trui, ſine ſup. n. 2. *eſſere marcio*, באש, Ger. *faullen*, Gal. *ſe pourrir*, Hiſp. *podrirſe*, σήπομαι, putridus ſum. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 67. Atque edepol iſta hæc tigna humida putrent. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. v. 66. mutta quæ Byzantia putruit orca. ¶ Translate *Perſ. ſat.* 5. v. 5c. hunc alea decoquit, ille in venerem putret. *h. e.* in venerem ad putredinem uſque fertur. Al. leg. *eſt putris*.

Putreſco, is, n. *putrefarſi*, σήπομαι, putridus fio. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 43. humi ne, an ſublime putreſcat. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. v. 119. cui ſtragula veſtis, Blattarum, ac tinearum epulæ putreſcat in arca.

Putricānus, a, um, putredine, aut carie exeſus. *Lucret. l.* 6. v. 859. Mollia, lanta, fragoſa, putricava, corpore rara.

Putridus, a, um, *putrefatto*, *marcio*, באש, Ger. *geſaulet*, Gal. *pourry*, Hiſ. *podrido*, σαπρώδης, putris, putrefactus, corruptus. *Cic. in Piſ. c.* 1. Non enim nos color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt.

Putris, & tre, & Puter, tris, tre, *corrotto*, *putrefatto*, *ſtialto*, רקב, Ger. *faul*, Gal. *pourry*, *gaté*, Hiſ. *podrido*, σαπρός, corruptus, in putredinem reſolutus, a *putreo*. *Virg.* 1. *Georg.* v. 392. Fungi putres. *Sen. epiſt.* 11. Putria ſaxa. *h. e.* quæ facile reſolvuntur in pulverem. Al. leg. *putrida*, quod idem eſt. Sic *Virg.* 1. *Georg.* Zephyro putris ſe gleba reſolvit. *Horat. epod.* 8. mammæ putres, equina quales ubera. hoc eſt flacceſcentes, & ſenectute reſolutæ. *Id. l.* 1. *od.* 36. Omnes in Damalin putres deponent oculos. hoc eſt, libidine fractos, & putrantes. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 8. Quem cum infimum terra volvit, puter avertitur.

Putror, oris, m. putredo. V. Putor.

Putruoſus, a, um, adject. putrore, ſeu putore plenus, ut putruoſum ulcus, *Cæl. Aurel. Tard.* 2. *c.* 14.

Putus, a, um, *puro*, καθαρός, idem ac purus, ſeu purgatus. *Feſt.* Putum antiqui pro puro dicebant. ¶ Interdum in oratione legitur conjunctum cum adjectivo *purus*. Unde argentum purum putum dicitur, quod ita excoctum eſt, itaque purgatum, ut nihil alterius materiæ habeat admiſtum. *Gel. l.* 6. *c.* 5. Cautum fuiſſe, ut Charthaginienſes quotannis Pop. Rom. darent certum pondus argenti puri puti. ¶ Translate *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 32. Polymachæroplacides purus putus eſt ipſus. Quaſi dicat, ipſe omnino eſt, & non alius prorſus, aut adulterinus, aut ſuppoſititius. *Id. ibid.* 4. 7. 103. Purus putus hic ſycophanta eſt. *h. e.* merus. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 9. Quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit. Sic Auguſtus Horatium vocabat putiſſimum penem, quemadmodum tradit *Tranquillus in ejus Poetæ vita*. ¶ Putus, i, ſubſtant. vel Potus, pro puero, quidam leg. apud *Virg. in Catalect.* v. 118. Diſpereat, niſi me perdidit iſta potus. Alii aliter. Sic putam pro puella, apud *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 016. Sed ibi quoque varia eſt lectio.

Puxis. V. Pyxis.

P ANTE Y.

Pyenītis, idis, f. πυενῖτις, verbaſcum, herba. *Apul. de herb. c.* 71.

Pycnocŏmon, i, πυκνόκομον, herba apud *Plin. l.* 26. *c.* 8. erucæ foliis craſſioribus, & ranioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule quadrangulo, flore ocymi. Recentioribus Botanicis incognita eſt, teſte *Matthiolo*.

Pycnoſtylos, i, m. & Pycnoſtylon, n. dicitur a *Vitruv. l.* 3. *c. c.* & 3. ædificium, in quo columnæ modico intervallo inter ſe diſtant.

Pyctacium, V. Pittacium.

Pycta, æ, m. πύκτης, pugil, a πὺξ, quod idem ac πυγμῇ, pugnis. *Lamprid. in Heliog.* Gladiatores ante convivium pugnantes ſibi, & pyctas frequenter exhibuit. *Plin. l.* 7. *c.* 47. Euthymus pycta ſemper Olympiæ victor. Adde *Martial. l.* 11. *epigr.* 85.

Pyctalis, e, adject. ad pyctam pertinens. *Servius* ad *Æneid.* 5. v. 373. Amycus a Polluce victus pyctali certamine. *h. e.* pugilatu.

Pyctes, æ, m. idem ac *pycta*. *Colum. l.* 8. *c.* 2. tituli ſcriptione *de gallis gallinaceis*. Cujus plerumque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abſtulit.

Pyctomachartes, ii, m. idem ac pyctes apud *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 8.

Pydna, æ, f. 1. *Chitro*, urbs ampla Macedoniæ, prope oſtia Aliacmonis fl. & ſin. Thermaicum. *Juſtin. l.* 14. *c.* 6.

Pyga, æ, f. *le natiche*, clunes, nates, πυγή. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. v. 133. Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.

Pygargus, m. 2. πύγαργος, genus aquilæ, a πυγή, *nates*, *clunes*, & ἀργός, *albus*. Nam non tantum anus ei albis veſtitur plumis, quod pluribus aquilis commune, ſed tota cauda pennas habet albicantes. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Secundi generis pygargus in oppidis manſitat, & in campis, albicante cauda. ¶ Eſt & capræ ſylveſtris genus, quod ab albis clunium pilis idem nomen adeptum eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 53. Sunt & damæ, & pygargi, & Strepſicerotes, multaque alia haud diſſimilia. *Juven. ſat.* 11. v. 138. Apud quem Sumius cum magno lepus, atque aper, atque pygargus, Et Scythicæ volucres. Dubium tamen eſt Interpretibus, avem ne, an feram *Juvenalis* intelligat.

Pygiacus, a, um, adject. ad nates pertinens. *Petron. in Satyr.* Puellam invitare ad pygiaca ſacra.

Pygmæi, m. 2. πυγμαῖοι, pop. Indiæ, in extrema parte montium, ſupra Aſtomos, qui auctore *Plinio l.* 7. *c.* 2. trium ſpithamarum, ſeu trium dodrantium ſtaturam non excedunt, vel, ut *Gellius* ſcribit, non ultra duos pedes cum dimidio longi ſunt. Dicti ſunt a πυγμή, quo notat ſpatium a cubito ad digitos clauſos, ſive ſpatium ſex digitis cubito brevius, quia tanta eorum ſtatura creditur. Caſas ex ovorum putaminibus, pennis, & luto ſibi conſtruunt. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Ariſtoteles in cavernis habitare Pygmæos tradit. *Id. ibid.* ¶ Bellum habent cum gruibus, a quibus vincuntur, & per aerem feruntur. *Juv. ſat.* 13. Fama eſt, Pygmæos armatos ſagittis, inſidentes arietum, caprarumque dorſis, veris tempore, univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova pulloſque earum alitum conſumere, ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. *Plin. l.* 7. *c.* 2. ¶ Fuere item Pygmæi in Thracia. Hi cum Geraniam urbem tenerent, a gruibus fugati novas ſibi ſedes quærere ſunt coacti. *Plin. l.* 4. *c.* 11. ¶ Item fuere in Caria. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Pygmalĭon, onis, m. 3. πυγμαλίων, filius Cilicis, nepos Agenoris, pronepos Beli Priſci, qui cum ſtatuam muliebrem a ſe affabre factam deperiret, ea a Venere animata, voti compos factus, ex ea Paphum filium genuit. *Ovid.* 10. *Metam.* ¶ Pygmalion alter, filius Beli junioris, frater Didonis, cum ardentiſſima auri cupiditate flagraret, Sichæum Sacerdotem Herculis, maritum Didonis, cui magnæ, ſed diſſimulatæ opes erant, clam, & dolo ante aras interemit. Cujus cædis cum certior in ſomnis a marito Dido facta fuiſſet, ſumptis ſecum theſauris fugit in Africam, ubi Carthaginem condidit. *Juſtin. l.* 18.

Pygmalionĕus, a, um, adject. a Pygmalione. *Sil. l.* 1. v. 530. Pygmalioneam tentarem exponere gentem.

Pylădes, æ, vel Pylades, dis, πυλάδης, filius Strophii Phocenſis, indiſſolubili amicitiæ vinculo cum Oreſte junctus. Nam cum Clytemneſtra, ab Ægiſtho adultero adjuta, Agamemnonem occidiſſet, Strophius Oreſtem adhuc puerum certiſſimæ neci ſubduxit, & in Regno ſuo una cum Pylade educavit. Poſtea, cum Oreſtem gratia vindicandæ paternæ mortis, matrem peremiſſet, eamque ob rem in furorem converſus eſſet, Pylades illi perpetuus comes fuit omnium profectionum, & ſocius periculorum. Itaque ad Tauricam uſque Cherſoneſum Oreſtem ſecutus eſt, in qua cum Rex Oreſtem interficere vellet, neque agnoſceret, uter eorum eſſet Oreſtes, tanto in ſe invicem amore fuerunt, ut Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur, Oreſtes ita, ut erat, Oreſtem ſe eſſe affirmaret, ut Amicus interficeretur. *Cic. de Amic. &* 2. *de Fin.*

Pyladēus, a, um, adject. a Pylade, ut Pyladea amicitia. *Cic. l.* 2. *c.* 26.

Pylæ, f. 1. Tauri Pylæ, Ciliciæ Pylæ, opp. Aſiæ in conf. Cappadociæ, & Ciliciæ, inter Halym fl. & Taurum M. qua ex Cilicia in Cappadociam tranſitur. *Cic. Attic.* 5. *ep.* 20. ¶ Pylæ Ciliciæ, Amanicæ Pylæ, Syriacæ Pylæ, anguſtiæ inter Ciliciam, & Syriam, inter quas Cerſus flu. labitur. ¶ Pylæ Perſidis, Suſidæ, per quas in Perſidem aditus ex Suſiana reg. ¶ Eſt autem *pyla* græca vox, πύλη, & portam Latine ſignificat, anguſtum aditum inter duos montes, ut explicat *Curt. l.* 3. *c.* 4.

Pylæa, f. 1. oppid. Trachiniæ reg. ad Oetam M. apud Thermopylas. ¶ Pylæa item, πυλαία σύνοδος, concilium fuit Amphyctionum ad Thermopylas haberi ſolitum. Hinc

Pylaĭcus, a, um, adject. ut Pylaicus conventus, apud *Liv. l.* 33. *c.* 35.

Pylēne, f. 1. Proſchium, oppid. Ætoliæ, ſcopulis abundans. *Stat.* 8. *Thebaid. v.* 482.

Pylius, a, um, adject. a Pylo oppido, Neſtoris patria, qui proinde & Pylius dicitur. *Ovid.* 1. *de Pont. eleg.* 5. Crede mihi, Pylio Neſtore major ero. *Id.* 2. *Metam.* Agri Pylii. *Id.* 5. *Triſt. eleg.* 4. Æquarint Pylios cum tua fata dies. *Martial. l.* 8. *epigr.* 2. Pylia ſenecta.

Pylōrus, i, m. *piloro*, πυλωρός, Medicis ita appellatur os inferius ventriculi. Sed vox græca eſt, & græcis literis ſcribitur a *Celſ. l.* 4. *c.* 1.

Pylos, vel Pylus, i, f. πύλος, nomen trium oppidorum Peloponneſi, quæ ſingula Neſtorem civem eſſe dicunt ſuum. Horum primum eſt *Navarinum*, Nelea Homero, in Meſſenia, quod vere Neſtoris patriam fuiſſe teſtatur *Euſtathius*; alterum eſt in Arcadia; tertium in Elide. *Ovid. ep. heroid.* 1. v. 63. Nos Pylon, antiqui Neleïa Neſtoris arva Miſimus, incerta eſt fama remiſſa Pylo. *Sen. in Herc. furen.* Neſtoria Pylos.

Pyra, æ, f. *pira*, דור, Ger. *holtzhauffe*, Gal. *pyre*, Hiſp. *hoguera*, πυρά, ignis rogi, vel ſtrues lignorum ad cremanda cadavera, a πῦρ, *ignis*. *Serv. ad* 11. *Æn.* Pyra eſt lignorum congeries. Rogus cum jam ardere cœperit, dicitur. Buſtum vero jam exuſtum vocatur. Quem ordinem ſervat Poeta, dicens, Conſtituere pyras. Item, Subjectiſque ignibus atris ter circum accenſos decurrere rogos. Item poſtm, Semuſtaque ſervant buſta. Hæc *Servius*, cujus tamen obſervatio perpetua non eſt: dicitur enim pyra & de rogo accenſo. *Ovid. in Ibin*, v. 36. Quem vetus accenſa ſeparat ira pyra.

Pyracmon, onis, πυράκμων, unus e tribus Cyclopibus, qui in Ætna officina ferrum verſabant, & fulmina Jovi parabant *Virg.* 8. *Æn.* v. 424. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, & durus membra Pyracmon. *Ovid.* 14. *Met.* Securifer Pyracmon.

Pyrălis, is, f. ſeu pyrallis, πυραλίς, animalculum pennatum, al. pyrauſtes, magnitudine muſcæ, ex igne proveniens, ἀπὸ τ᾽ ἐν πυρὶ ἅλλεσθαι, a ſaliendo in igne. *Plin. l.* 11. *c.* 36. ex *Ariſtot.* Siquidem in Cypri æraris fornacibus ex medio igni majoris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibuſdam pyrauſta. Quandiu eſt in igni, vivit, cum evaſit paulo longiore volatu, emoritur. Hæc *Plin.*

Pyramidātus, a, um, πυραμιδωτός, πυραμιδοειδής, factus in formam pyramidis. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 24. Eſſe corpuſcula quædam lævia, alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curvata quædam, & quaſi adunca. Quædam exemplaria omittunt hæc verba, *& quædam pyramidata*.

Pyramēus, a, um, adject. a Pyramo, ut Pyramea arbor. *h. e.* morus, ſub qua Pyramus gladio incumbens ſe ipſum interfecit. *Seren. Sammon. c.* 29. v. 550.

Pyrămis, idis, f. *piramide*, Ger. *geſpitzer thurm*, Gal. *pyramide*, Hiſp. *pyramide*, πυραμίς, moles, quæ ex baſi lata paulatim in acutum faſtigium deſinit. Dicta eſt a πῦρ, *ignis*, quia ejus figuram imitatur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Conum tibi ais, & cylindrum, & pyramidem pulchriorem, quam ſphæram, videri. ¶ Hujuſmodi moles in Ægypto uſitatæ fuerunt. Erant quadrangulares; ab imo latiſſimæ, & aſſurgebant ultra omnem omnino altitudinem, quæ humanis manibus confici poteſt. Hinc inter ſeptem orbis miracula recenſentur. Vulgo appellantur, teſte Bellonio, *Pharaon*, Europæis *Granari di Gioſeffo*, teſte *Ortelio*. Excogitatæ primum a Regibus fuerunt, ne pecuniam ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet otioſa. Multa de his *Plin. l.* 36. *c.* 12.

Py-

Pyrămus, i, m. πύραμος, adoleſcens Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ perſuaſit, ut deceptis cuſtodibus, in ſolitudinem quandam extra urbem ad ſe conveniret. Quo cum puella prior veniſſet, conſpecto leona, trepida profugit ad ſylvas, relicto præ feſtinatione amiculo, quod inventum leo dilaceravit. Veniens deinde in locum conſtitutum Pyramus, cum Thisbes amiculum a fera dilaceratum agnoviſſet, arbitratus, ipſam a leone eſſe devoratam, doloris impatientia, quo accinctus erat, gladio ſe ipſe interemit. Thisbe, cum poſito timore ex ſylva rediiſſet, Pyramumque ex vulnere adhuc palpitantem vidiſſet, exempto ex vulnere gladio, ſibi etiam mortem conſcivit. *Ovid.* 4. *Met.*

Pyrămus, i, m. flu. Ciliciæ, qui ex Tauro M. oritur, & mari apud Mallum urb. excipitur. *Curt. l.* 3. *c.* 4.

Pyrauſta, æ, m. πυραύστης, genus inſecti magnitudine muſcæ majoris, alio nomine pyraliſgigni, ait *Plin. l.* 11. *c.* 36. in Cypri æraris fornacibus, & quamdiu in igne moretur, vivere; ſi vero evaſerit longiore paulo volatu, emori.

Pyren, enis, πυρὴν, genus gemmæ. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Pyren ab olivæ nucleo dicta eſt, huic aliquando ineſſe piſcium ſpinæ videntur.

Pyrenæus, i, & Pyrenæus mons, Pyrenæi, orum, & Pyrenæi montes, *i monti Pirenei*, mons Hiſpaniæ maximus, qui Hiſpaniam a Gallia ſeparat. Extenditur ab Ortu æquinoctiali in Occaſum brumalem, ideſt a Templo, ſeu Portu Veneris in ora Maris Mediterranei uſque ad Panum S. Sebaſtiani in ora Oceani Cantabrici. Cætera vide apud Geographos, *Sil. l.* 3. *v.* 415. At Pyrenæi frondoſa cacumina montis. *Auſon. ep.* 24. Bimaris juga ninguida Pyrenæi. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Hiſpaniam totam a Pyrenæis montibus in Herculis columnas recuperavit. *Plin. l.* 16. *c.* 16. Buxus Pyrenæis montibus plurima. V. *eund. Plin. l.* 3. *c.* 13. & *l.* 4. *c.* 20. ¶ Pyrenæa Venus dicta eſt, quæ ad Pyrenæos montes templum habuit. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Pyrenaicus, a, um, adject. ad Pyrenæum pertinens. *Auſon. de urbib. in Narbone.* Quo Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi. Al. leg. *Pyrenæis.*

Pyrēne, es, f. 1. πυρήνη, filia Bebrycis, quæ in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſa, atque a feris laniata, ibi ſepulta eſt. Hinc mons dictus eſt Pyrene, & Pyrenæus. V. *Sil. l.* 3. *v.* 420. ¶ Pirene per i, Πειρήνη, Acheloi filia a Neptuno compreſſa, quæ in ſui nominis fontem converſa eſt, quod filium imprudenter a Diana occiſum nimium lugeret.

Pyrēne, ſeu Pirene, æ, f. 1. πειρήνη, fons Acrocorinthi, Muſis ſacer. *Plin. l.* 4. *c.* 4. *Strabo*, & alii. A *Paulo* in Helicone ponitur. Habet omnes ſyllabas longas. *Stat. l.* 1. *ſylv.* Nec conſcia detur Pyrene, largos potius mihi gurges in hauſtus. ¶ Item mons Hiſpaniæ, al. Pyrenæus. Primam habet indifferentem, ſecundam, & tertiam longas. *Sil. l.* 3. *v.* 417. Pyrene celſa nimboſi verticis arce diviſos Celtis late proſpectat Iberos. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 8. Non ſine me eſt tibi partus honos Tarbella Pyrene teſtis, & Oceani litora Santonici.

Pyrēneus, i, m. per tres ſyllabas, πυρηνεὺς, Rex Thraciæ, qui Daulidem Phocidis urb. occupavit, ubi cum quodam die pluvioſo Muſas ad Parnaſſum euntes vidiſſet, invitavit, ut domum ſuam ſubirent, donec pluvia ceſſaret. Cum vero jam imber ceſſaret, Muſæque diſcedere vellent, Pyreneus clauſis foribus, illis vim inferre parabat. At Muſæ in aves converſæ avolaverunt. Quas cum perſequi vellet, ex arce ſe dans præcipitem, caput terræ illiſit, ſicque expiravit. *Ovid.* 5. *Metam.*

Pyrēnis, vel Pirenis, idis, adject. fœmin. a Pyrene fonte, ut Pyrenida ad undam, *Ovid.* 1. *de Pont. epiſt.* 3. *v.* 75. Pyrenidas undas, *Idem Met.* 2. *v.* 240.

Pyrethrum, i, n. πύρεθρον, herba, quam Romani ſalivarem vocant, alii draconem, foliis, & caule dauco ſylveſtri, & fœniculo ſimilibus, linguam adurens, & mordicans. Ejus folia in acetariis probantur, radice utuntur pigmentarii. *Plin. l.* 28. *c.* 9. *Ovid.* 3. *de Ar. v.* 418. Tritaque in nonoſo flava pyrethra mero.

Pyrgi, orum, m. *S. Maria di Pargaaa*, oppidum Hetruriæ in ora maris Tyrrheni, inter Graviſcas, & Fregennas. *Virg. Æn.* 10.

Pyrgis, is, f. nomen herbæ, quæ & lingua canis, & cynogloſſon dicitur. *Apul. de herb. c.* 96.

Pyrgopolinīces, æ, m. πυργοπολυνείκης, hoc eſt victoriæ turrium, ſeu munitionum, atque urbium: a πύργος, turris, πόλις, urbs, & νίκη, victoria. Nomen eſt militis glorioſi apud *Plaut. in Mil.* Adde *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 9. *ad fin.*

Pyrgoteles, is, m. gemmarum ſculptor nobiliſſimus, a quo ſolo Alexander Magnus ſe in gemmis ſculpi paſſus eſt, edicto vetans, ne ab aliis ſculperetur. *Plin. l.* 1. *c.* 37. & *l.* 7. *c.* 37.

Pyrgus, i, m. *torre*, מגדל, Ger. *thurn*, Gal. *tour*, Hiſp. *torre*, πύργος, Græce turrim ſignificat. *Liv. l.* 27. *c.* 38. Poſtero ad caſtellum, (Pyrgum vocant) copias eduxit. ¶ Eſt etiam genus vaſis cavitate ſeſſili, quo conjecti tali agitantur, antequam in alveolum emittantur, ita dictus a turriculæ figura. *Hor. l.* 2. *ſm.* 7. Qui pro ſe tolleret, atque mitteret in pyrgum talos.

Pyrio, as, a. 1. calefacio, a πῦρ, *ignis*. *Petron. in fragmen. Tragur.* In ſolio quod Trimalcioni pyriabatur.

Pyriphlegĕthon, ontis, m. idem quod *Phlegethon*, *a* πῦρ, ignis, & φλεγέθω, uro, vel ardeo. *Arnob. l.* 2. *pag.* 51.

Pyrītes, æ, m. πυρίτης λίθος, *lapis molaris*, *a* πῦρ, *ignis*, quia plurimus ignis illi inſit, vel quia ægerrime quidem ignem accipit, ſemel tamen acceptum diutiſſime conſervat, vel quia igni reſiſtit, ideoque focis idoneus eſt. *Plin. l.* 36. *c.* 19. Molarem quidam pyritem vocant, quoniam ſit plurimus ignis illi. ¶ Item lapis quidam, a quo æs conflatur. *Plin. ibid.* Sed eſt alius etiamnum pyrites, ſimilitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, & in metallis, quæ ſunt circa Acarnaniam, unum argenteo colore, alterum aureo, &c. ¶ Item lapis ille, quem nos ignarium dicimus, quidam etiam vivum ſilicem vocant, qui percuſſus a ferreo inſtrumento, vel ab altero lapide ſcintillas edit, a πῦρ, *ignis*, quia plurimum habet ignis, *pietra focaja*. *Plin. ibid.*

Pyrītis, is, f. 3. πυρῖτις λίθος, gemma nigri coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Pyritis nigra quidem, ſed attritu digitos adurit.

Pyrobolarii, orum, maſc. qui pyrobola, hoc eſt ignita tela jaculentur, a πῦρ, *ignis*, & βάλλω, *jacio*. *Firmic. l.* 8. Nati ſub ſidere Caniculæ erunt venatores, arenarii, pyrobolarii. Ita *Beroald. in l.* 4. *Apul. de A. A.* Alii leg. *parabolarii*. V. Parabolani.

Pyrocŏrax, vel Pyrrhocorax, acis, m. πυρροκόραξ, avis alpina, nigro colore, roſtro luteo. *Plin. l.* 10. *c.* 48.

Pyrōdes, m. 3. πυρώδης, filius Ciliciis, qui primus e ſilice excuſſiſſe ignem dicitur. Nam Prometheum dicunt ignem aſſervaſſe in ferula. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Pyrŏis, entis, m. πυρόεις, Sidus Martis, ita dicitur ab igneo colore. *Cal. l.* 10. *v.* 290. Sic micat & rutilus pyroïs, & rore cumſco, &c. ¶ Eſt etiam unus ex equis Solis. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 432. Et formidantem patrios Pyroenta dolores. V. *Æthon.*

Pyrōpus, i, m. πυρωπός, mixtura trium partium æris, & quartæ auri. Sic dicitur, quia habet πυρὸς ὦπας, hoc eſt ignis faciem. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Æs in uncias additis auri ſcrupulis ſenis, prætenui pyropi bractea ignеſcit. *Ovid.* 2. *Met.* Flammaſque imitante pyropo.

Pyrrha, æ, f. πύῤῥα, filia Epimethei, Deucalionis uxor, quæ poſt diluvium, una cum marito, jactis poſt terga lapidibus, humanum genus ſertur reparaſſe. *Ovid.* 1. *Met.*

Pyrrhias, adis, f. Πυῤῥιάς, ad Pyrrham pertinens, quod eſt oppidum Lesbi, ut *Plin. l.* 5. *c.* 31. docet. *Ovid. heroid. ep.* 15. *v.* 15. Pyrrhiades, Methymniadeſve puellæ.

Pyrrhĭcha, æ, ſeu pyrrhiche, es, f. 1. *moreſca*, πυῤῥίχη, ſaltatio in armis, quæ Lacedæmoniorum juventuti loco bellici progymnaſmatis erat, ut Ariſtoxenus ſcripſit, apud quos a quinto ſtatim ætatis anno pueri incipiebant ſaltare armati, accinente interim aliquo carmen hypotchematicum, ad cujus numeros motus componebant. Dicta eſt a Pyrrhicho Cretenſe, ex urbe Cydone, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad pyrrhichii pedis ſonum inſtituit. Alii eſſe vocatam volunt a Pyrrho Achillis filio, quem dicunt primum in tumulo patris ſui armatum honoris gratia ſaltaviſſe. *Plin. l.* 7. *c.* 57. Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta. Ubi pyrrhichen a ſaltatione enoplia, ſive in armis, diſtinguit, non quaſi ſit plane diverſa, ſed quia rudior illa a Curetibus, ex arte a Pyrrho, vel potius Pyrrhicho Cretenſe. *Suet. in Caſ. c.* 39. Pyrrhichen ſaltaverunt Aſiæ, Bithyniæque principum liberi.

Pyrrhicharii, ſeu purrhicharii, m. 2. πυῤῥιχισταὶ, qui armati ſaltabant. *Ulp. l.* 8. *ff. de pœnis.* Quod inſtituuntur venatores, aut pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem geſticulandi, vel aliter ſe movendi gratia.

Pyrrhichius, ii, m. πυῤῥίχιος, pes metricus, al. porius, qui conſtat ex duabus ſyllabis brevibus, ut *Puer*, *age*, &c. Dictus eſt a pyrrhicha, quia hoc ſono milites ſub armis per ludum utebantur. *Martianus Capella l.* 9. *Quintil. l.* 9. *c.* 4.

Pyrrho, onis, m. 3. πύῤῥων, Philoſophus Elidenſis, filius Philiſtarchi. Primo pictor fuit, deinde Anaxarchi diſcipulus. Vixit annos ferme nonaginta. Ejus ſectatores Pyrrhonii dicuntur, & Sceptici, h. e. conſiderantes, quia omnia conſiderando, & ambigendo tractant, nihilque affirmant. V. *Gell. l.* 11. *c.* 5. & *Cic.* 3. *de Orat. c.* 17.

Pyrrhonii, orum. V. vocem præced. & vocem *Sceptici*.

Pyrrhocŏrax. V. Pyrocorax.

Pyrrhopœcilus, i, πυῤῥοποίκιλος, marmoris genus ita dictum, quod fulvi coloris maculis diſtinguatur. *Plin. l.* 37. *c.* 8. & 22.

Pyrrhus, m. 2. *Pirro*, Πύῤῥος, filius Achillis ex Deidamia Lycomedis filia, nepos Pelei, & Thetidis, pronepos Æaci, & Æginæ, abnepos Jovis, & Europæ, ita dictus a πυῤῥὸς, *rufus*, id eſt a fulvo colore capillorum, teſte *Servio*. Hic & Neoptolemus appellatus, quod admodum adoleſcentulus ad belli Trojani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, ſine illo Trojam capi non poſſe. Fuit primus, id eſt princeps eorum, qui in equum ligneum ingreſſi ſunt. In Ilii expugnatione primum Polytem Priami filium, deinde & patrem ipſum interfecit. Polyxenam Achillis patris ſui Manibus inferias miſit. Poſtremus Græcorum omnium ex Troade diſceſſit, Heleno Priami filio vetante, qui tempeſtatem præſpexit, quam paſſi ſunt Idomeneus, Ulyſſes, Ajax, & cæteri Græciæ Principes. Abduxit ſecum Andromachen Hectoris uxorem, quæ illi in prædæ diviſione obtigerat, & Helenum. Amiſſo per abſentiam Trojanis temporibus paterno Regno, quod erat in Theſſalia, conſedit in Moloſſia regione Epiri, quæ prius fuit Regnum Moloſſorum. Hinc populi primum Pyrrhidæ, poſtea Epirotæ dicti ſunt. Duxit uxorem Andromachen, ex qua, ut aliqui ſcribunt, genuit filium Moloſſum, fortaſſe etiam alium filium nomine Peripeleum. Sed cum in templum Dodonæi Jovis ad conſulendum veniſſet, ibi Lanaſſam neptem Herculis rapuit. Igitur Andromachen uxorem tradidit Heleno filio Priami Regis, & Regnum Chaonum, ob illius induſtriam ſingularem, & præcipue, quod confecto bello Trojano tempeſtatem prædixerit, & Pyrrhum navigare prohibuerit. Ex Lanaſſæ matrimonio octo liberos ſuſtulit, ex quibus nonnullas virgines nuptum finitimis Regibus tradidit, opeſque affinitatum auxilio magnas paravit. Ad extremum rapuit Hermionem filiam Menelai, & Helenæ, quæ Oreſtæ deſponſata fuerat. Quare ab Oreſte interfectus eſt, in templo Apollinis Delphici, inter altaria, ope Machæri, al. Macrei, Sacerdotis. *Juſtin. l.* 17. & *Bocc. l.* 11. *Gen.* ¶ Pyrrhus alter, ſimiliter Rex Epiri, ſive Epirotarum, qui ex Achille & ipſo, Peleo, Æaco, & Jove genus ducebat. Hic eſt ille Pyrrhus, qui ſtrenuiſſime cum Romanis, & Carthaginienſibus plurima bella geſſit. Demum in Spartæ obſidione, cum inter primos pugnaret, ictu lapidis interfectus eſt. V. *Juſtin. l.* 25.

Pyrum, & Pyrus, V. Pirum, & Pirus.

Pythagŏras, æ, m. πυθαγόρας, Philoſophus Samius, teſte *Ovid.* 15. *Met.* filius Demarati locupletis negotiatoris, al. Mneſarchi anulorum ſculptoris, ita dictus, quod non minus vera, quam Pythii Apollinis oraculum, loqueretur. Vixit ante Anaxagoram, & Socratem. Magnis ſapientiæ incrementis ornatus primo in Ægyptum profectus eſt, deinde Aſtrologiæ, Chaldaicæque diſciplinæ cupidus Babylonem ſe contulit. Ex Oriente regreſſus in Cretam, & Lacedæmonem ad cognoſcendas Minois, & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendit. Poſt hæc in patriam rediens, cum eam a Polycrate Tyranno occupatam vidiſſet, ſeceſſit in Peloponneſum. Primus ſe *Philoſophum* nominavit, hoc eſt ſapientiæ amatorem, cum ceteri per ea tempora ſe ſapientes dicerent. Poſtea in Italiam venit, in eam partem, quæ Magna Græcia dicta eſt, ſedemque Crotone figens, magno auditorum affluxu Philoſophiam profeſſus eſt, docuitque & privatim, & publice. Venit in Italiam, Cicerone teſte, L. Tarquinio Superbo regnante. *Livius l.* 1. ſcribit, Servio Tullio regnante veniſſe. Auctor fuit metempſychoſeos, ideſt tranſmigrationis animarum, docens, animas poſt mortem de corporibus in corpora tranſire, & animas hominum quandoque in beſtias mitti. Hinc eſum carnium prohibebat. Dicebat, ſe in bello Trojano fuiſſe Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus a Menelao iterum revixiſſet in Homerum, poſtea in pavonem, deinde in Pythagoram. Hinc poſtremo dicitur renatus in Ennium Poetam. Hinc *Perſ. ſat.* 6. *v.* 11. Cor jubet hoc Ennî, poſtquam deſtertuit eſſe Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo. ¶ Diſcipulis ſuis interdicebat, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quærentis vera contrariam. Aliqui dicunt, Pythagoram a faba abhorruiſſe, quod cenſeret animal eſſe, quia viridis in pyxide ærea ſervata vertitur in ſanguinem, & cocta ſanguinis humorem ne amittit: addunt, illum maluiſſe in latrones incidere, quam per fabæ ſegetem tranſire, cum aliunde refugium non haberet. ¶ Silentium quoque iis maxime commendabat, jubebatque per quinquennium religioſiſſime ſervare, ut ſcribit *Laert.* Quare ii ob id ἐχέμυθοι dicti ſunt. *Claudian. de Conſul. Mall. Theod. v.* 157. At non Pythagoræ monitus, annique ſilentes. ¶ Diſcipuli Pythagoræ in diſputando rationem non afferebant, ſed Magiſtri auctoritatem, & dicebant, αὐτὸς ἔφα, *Ipſe dixit*. ¶ Cum viginti annos Crotone egiſſet, Metapontum migravit, ibique deceſſit. Illius tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro Deo colerent. V. *Juſtin. l.* 20. *c.* 4.

Pythagorēus, a, um, adject. πυθαγόρειος, ad Pythagoram pertinens, ut Pythagorea ſomnia. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 52. ¶ Pythagorei, orum, ſubſtant. Philoſophi diſcipuli, & aſſeclæ Pythagoræ. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 37. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. ¶ Sunt qui ſcribunt *Pythagoræus* per æ diphthongum, quam tamen Græca litera non ſervat.

Pythagorĭcus, a, um, adject. idem ac Pythagoreus, ut Pythagorica prudentia.

Digitized by Google

dentia. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 7. *n.* 10. Pythagorica Philoſophia. *Plin. l.* 13. *c.* 13. ¶ Pythagorici, orum, ſubſtant. Pythagoræ diſcipuli, aut ſectatores. *Cic.* 1. *Div. c.* 30. Pythagoricis interdictum, ne faba veſcerentur.

Pythagoriſſo, as, o. 1. Pythagoricus ſum. *Apul. l.* 2. *Florid.* Noſter Plato pythagoriſſat.

Pythaula, & Pythaules, æ, maſc. πυθαύλης, tibicen, qui in orbe Pythio hymnos in honorem Apollinis canebat. Poſtea ad illos etiam tibicines translata vox eſt, qui in comœdiis tragœdiiſque canebant. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 745. Priuſquam in orcheſtra Pythaules inflet tibias, domi ſuæ ramices rumpit. *Diomed. Grammatic.* Quando chorus canebat, choricis tibiis, idest choraulicis artifex concinebat: in canticis autem Pythaules Pythicis reſpondebat. ¶ Sunt qui ſcribunt Pithaules, & originem vocis derivant a πίθος, *dolium*, quod hujuſmodi tibicinum tibiæ doliolum figura referrent.

Pythia, æ, f. πυθία, Phœbas, ſive Sacerdos Apollinis Delphici, al. Pytho, quæ ὀλμον, ſeu tripodi inſidens, genitalibus, ut ajunt, partibus ſubeuntem excipiebat cum halitu ſpiritum, inde repleta furore, crinibuſque reſolutis, ac ſpumas ore emittens, de rebus tum futuris, tum dubiis reſpondebat. *Cic.* 1. *de Div. c.* 19. Mentem Pythiæ divino afflatu concitabat.

Pythia, orum, n. πύθια, ſacrum certamen in Apollinis Pythii honorem. Inſtituta dicuntur ob cædem Pythonis ſerpentis, & inde nominata. *Ovid.* 1. *Met. v.* 446. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos. ¶ Victores hujus certaminis, teſte Luciano, lauro coronabantur.

Pythicus, a, um, adject. idem ac Pythius. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c.* 6. Carthago donata Pythico agone. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 7. *n.* 10. Pythica divinatio.

Pythion, ii, n. genus bulbi, πύθιον. *Plin. l.* 19. *c.* 5.

Pythius, ii, m. πύθιος, cognomen Apollinis a Pythone dracone, quem ipſe Junonis nutu immiſſum, ſecundum Poetarum fabulas, in prima infantia ſagittis interfecit. *Ovid.* 1. *Met. Hor. l.* 1. *od.* 16. Non adytis quatit mentem Sacerdotum incola Pythius.

Pythius, a, um, adject. ad Pythium, ſeu Apollinem pertinens. *Propert. l.* 3. *el.* 11. Dum petit intonſi Pythia regna Dei. h. e. Delphos. *Juven. ſat.* 13. *v.* 169. Pythia vatum. *Cic.* 1. *Divin. c.* 1. Pythium oraculum.

Pytho, us, f. 4. contract. urbs Græciæ, eadem ac Delphi, ſic dicta, quia ibi Apollo ſub ſerpentis ſymbolo colebatur, quod Pythonem puer ſagittis occidiſſet. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 3. *v.* 27. Delos ubi nunc, Phœbe, tua eſt? ubi Delphica Pytho?

Python, vel Pytho, onis, m. vel f. 3. Πύθων, ingens quidam draco natus ex putredine terræ poſt diluvium Deucalionis, qui ab Apolline ſagittis interfectus eſt. *Ovid.* 1. *Met.* rem pluribus narrat, *fab.* 8. & *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 17. interpretatur. *Claudian. l.* 1. *in Rufin.* Phœbeo domitus Python cum decidit arcu.

Pythonicus, a, um, adject. ad Pythonem, vel ad Apollinem pertinens. *Tertul. de anim. c.* 28. Scimus magos elicere explorandis occultis per Pythonicos ſpiritus.

Pythonion, n. herba, alio nomine dracontea. *Apul. de herb. c.* 4. & 14.

Pythopolis, f. 3. opp. Bithyniæ, conditum a Theſeo, ad Soloentem fl. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Pytisma, atis, n. *lo ſputare ſpeſſo*, πύτισμα, crebro ſputi irroratio, a πυτίζω, *ſputum emitto*. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 173. Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem. h. e. qui exſpuit ſupra pavimentum ſtratum more Lacedæmonio, & ſæpe conſputando madefacit, & lubricum reddit. Quidam legunt *pedemate*. Eſt autem pedema genus quoddam ſaltationis fortaſſe a πηδάω, *ſalio*. Alii *petteumate*, h. e. crebro talorum uſu (nam πέττω, talum ſignificat) terit quodammodo, & lævigat mentam rotundam e marmore Lacedæmonio. Alii denique alias afferunt & lectiones, & interpretationes. V. *Octav. Ferrar. Elect. l.* 2. *c.* 6. ubi eam explicationem amplectitur, quæ eſt veteris Scholiaſtis, & nos priore loco retulimus.

Pyxacanthus, i, m. & f. Πυξάκανθα, frutex ſpinoſus, cubitalibus ramis, foliis buxi, a πύξος, *buxus*, & ἄκανθα, *ſpina*. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Spinam ipſam in Græcia quidam pyxacanthum Chironium vocant. *Id. l.* 24. *c.* 14. Quam & pyxacanthum chironiam vocant.

Pyxidatus, a, um, πυξιδωτός, quod ad effigiem pyxidis formatum eſt. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Commiſſuris pyxidatis, fictiles tubi.

Pyxidicula, æ, f. πυξίδιον, dim. a *pyxis*. *Cel. l.* 6. *c.* 6. Liquidum collyrium pyxidicula ſervatur.

Pyxinum, i, n. nomen collyrii, quod deſcribitur a *Celſ. l.* 6. *c.* 6.

Pyxis, idis, f. *piſſide*, *vaſetto*, *boſſolo*, πυξίς, proprie ſignificat caſculum a buxo; nam πύξος Græce buxum ſignificat, ſed tranſlate accipitur pro vaſe ex quacumque materia, & ad varios uſus accommodato, ut ait etiam *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Hinc *Plin. l.* 29. *c.* 3. In pyxide ſtannea conditur. *Id. l.* 18. *c.* 13. Pyxis ferrea. *Id. l.* 21. *c.* 20. Crocum aſſervatur cornea pyxide. *Cic. pro Cæl.* Pyxis veneni. ¶ Legitur & *puxis*, Græca in Latinum a converſa. *Scribon. Larg. compoſ.* 128. Patella fictili coquere, atque puxide nigri plumbi reponere.

DE LITERA Q.

Q In mutis literis numeratur. Hanc veteres ignorabant. Unde ſcribebant *oblicus*, non obliquus, *locuntur*, non loquuntur, ut teſtantur vetuſtiſſimi codices. Poſtquam vero inventa fuit, nonnulli putaverunt, non literam, ſed notam eſſe duas in ſe literas continentem, C, & U, quare ſcribere inſtituerunt, *qis*, *qid*, *qaret*, abſque u, ut Velius Longus ait, quod alii *cuis*, *cuid*, *cuaret* ſcribere malebant. Sic *aqua* pro aqua legitur in quadam *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 593. *n.* 5. ¶ Supervacanea dicitur, ſicut & K, quoniam C poteſt implere earum vicem, & propter nihil aliud ſcribenda videtur, niſi ut U vocalem, ſemper poſt ſe ſequentem, in eadem ſyllaba cum altera vocali conjungat, quæ alioqui conjungi non poſſet, obliquioremque, & pinguiorem efficiat ſonum. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Duras & illa ſyllabas facit, quæ ad conjungendas demum ſubjectas ſibi vocales eſt utilis, alias ſupervacua, ut cum Equum, ac Equus ſcribimus, cum ipſæ etiam vocales duæ efficiant ſonum, qualis apud Græcos nullus eſt, ideoque ſcribi illorum literis non poteſt. ¶ In prænominibus ſola ponitur, & valet *Quintus*, ut Q. Fabius Max. Q. Cæcilius Metellus.

Q ANTE UA.

Qua, *per qual luogo*, *per dove*, בְּאֵיזֶה, Ger. *wo durch*, Gall. *par ou*, Hiſp. *por donde*, ᾗ, πῆ, ὅπῃ, per quem locum, qua parte, adverb. motus per locum. Dicitur per Ellipſin, pro qua via. *Cic. pro Cæc. c.* 8. Omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum. *Id. in Phil.* 3. *c.* 8. Ipſe in templum, neſcio quo, per cuniculum. *Nep. in Themiſt. c.* 5. Qua ſex menſibus iter fecerat, eadem diebus triginta reverſus eſt. ¶ Interdum notat ſtatum in loco, & ponitur pro qua parte. *Ovid. Heroid. epiſt.* 2. *v.* 113. Qua petet umbroſum Rhodope glacialis ad Æmum. ¶ Item pro quacunque parte. *Id.* 1. *Metam. v.* 241. Qua terra patet, fera regnat Erinnis. ¶ Sæpe ponitur pro partim, tum, cum, & tunc fere geminari ſolet. *Cic. Att. l.* 15. *epiſt.* 18. Intelligo in diſſentiſſimum eſſe, qua de Buthrotis, qua de Bruto. ¶ Item pro qua ratione, quomodo. *Virgil.* 1. *Æn.* Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem. ¶ Item pro in quantum, vel quatenus. *Liv. l.* 39. *c.* 48. Statui non ultra attingere externa, niſi qua Romanis cohærent rebus. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Aſſumere in cauſam naturas eorum, qua componuntur, aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit.

Quacunque, *per qualunque parte*, ὅπῃ ἄν, per quamcunque viam, locum, partem, adv. motus per locum. *Cic.* 3. *Ver. c.* 16. Quacunque iter fecit, ejuſmodi fuit, &c. *Id. de Fin.* Quacunque ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus. ¶ Dividitur interdum per tmeſim, interjecto verbo. *Lucret. l.* 1. *v.* 508. qua porro cunque tenet ſe Corpus, ea vacuum nequaquam conſtat inane.

Quadamtenus, adv. ἔστιν ἅπῃ, aliquantulum, uſque ad quandam partem *fino a un certo ſegno*. *Plin. l.* 15. *c.* 28. Citreis odor acerrimus, ſuperrimus, quadantenus ea cotoneis. ¶ Aliquando diſſolvitur per tmeſim. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 32. Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur ultra. Al. leg. *quadam*, al. *quoddam*.

Quadi, m. e. pop. Germaniæ, ubi nunc major pars prov. Moraviæ verſus Occ. vel, ut aliis placet, in tota Moravia. *Tac. de Germ. c.* 42. & 43.

Quadra, æ, f. τετράγωνον, quod eſt quadratum. Uſus eſt *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. apud quem notat Plinthum ſtylobatæ. Italice nonnulli appellant *quadro*, vel *dado*. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Speciatim dicitur de menſa, idest inſtrumento menſario, plano, aut modice concavo, ſuper quod dapes ſcinduntur, aut ſcillæ apponuntur, quod fiebat ex ligno, vel ex metallo, ut ſtanno, argento, &c. vel etiam ex pane, ut aliqui opinantur, *tagliere*, Germ. *teller*, Gal. *tranchoir*, Hiſpan. *tajador*, τρυβλίον. Hoc inſtrumentum ita dictum eſt a figura quadrata. Nam quæ orbiculari ſunt figura, orbes potius nominantur. *Serv. ad illud Virg.* 7. *Æn.* Patulis nec parcere quadris. ¶ Apud *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 2. aliena vivere quadra, eſt alienam menſas ſordide ſectanda victum quærere, paraſitum eſſe. ¶ Significat etiam quartam partem, & generatim partem, ſive ſegmentum, ut fragmentum, ſeu tractum panis, &c. *Horat. l.* 1. *ep.* 17. Et mihi dividuo findetur munere quadra. *Martial. l.* 3. *epigr.* 75. Cum mittis turdumque mihi, quadramque placentæ. *Id. l.* 12. *epigr.* 32. Quadra caſei Toloſatis.

Quadragenarius, a, um, quod in ſe continet quadraginta, ut Quadragenarius homo, idest quadraginta annorum. *Arnob. l.* 2. Quadragenarium iſtum ad te voca.

Quadrageni, æ, a, adjectiv. diſtributivum, ut terni, bini. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt. ult.* Ut ambo HS quadragena conſulibus darent, ſi eſſent ipſi Conſules facti. Al. leg. *quadringena*. ¶ Sæpe ſumitur pro cardinali quadraginta, *quaranta*. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Quadragenis diebus latent. *Cic. Ver.* 1. *c.* 56. Columnæ ſeſtertiis quadragenis millibus locatæ.

Quadrageſima, æ, f. *la quaranteſima parte*. *Suet. in Calig. c.* 40. Pro litibus, atque judiciis exigebatur quadrageſima ſumma, de qua litigaretur. ¶ Hoc nomine appellabatur genus quoddam vectigalis, quo quadrageſima pars pendebatur. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 51. Manet tamen abolitio quadrageſimæ, quinquageſimæque, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerunt.

Quadrageſimus, a, um, o. r. a. *quaranteſimo*, unus ex numero quadragenario, a quadraginta. *Plin. l.* 14. *c.* 20. Coctu parte quadrageſima. *Id. l.* 2. *c.* 8. Olympiade circiter quadrageſima ſecunda. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 64. Quadrageſimum ſtipendium.

Quadragies, & Quadragiens, adverb. *quaranta volte*, τεσσαρακοντάκις, quater decies. *Aur. Victor. de Vir. illuſtr. c.* 47. Ipſe quadragies accuſatus glorioſe abſolutus. ¶ Interdum per ellipſim adhibitum ſignificat, quadragies centena millia. *Cic. pro Plac. c.* 13. Seſtertium ter, & quadragies.

Quadraginta, *quaranta*, אַרְבָּעִים, Ger. *viertzig*, Gal. *quarante*, Hiſp. *quarenta*, τεσσαράκοντα, quater decem, nomen numerale cardinale indecl. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 14. Annos natus magis quadraginta.

Quadrangulatus, a, um, adject. *di figura quadrangolare*, ut quadrangulata turris. *Tertull. de anim. c.* 17.

Quadrangulus, a, um, o. t. e. τετράγωνος, quod quatuor angulos habet. *Plin. l.* 13. *c.* 22. Intus granum quadrangule figura.

Quadrans, antis, m. *un quarto*, רֹבַע, Ger. *ein viertel*, Gall. *le quatrième partie*, Hiſp. *quarta parte*, τεταρτημόριον, κοδράντης, nummulus ex ære, quarta pars aſſis, hoc eſt tres unciæ, nota ratis impreſſus. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Nota æris fuit ex altera parte Janus, ex altera roſtrum navis, in triente vero, & quadrante ratis: quadrans antea triuncis vocabatur a tribus unciis. *Juven. ſat.* 7. Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca. ¶ Erat hic nummus merces balneatoris. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 137. quadrante lavatum rex ibis. *Juven. ſat.* 6. *v.* 447. quadrante levari. ¶ Quadrans præterea dicitur in ponderibus quarta pars libræ. *Plin. l.* 28 *c.* 9. Decoquitur quadrantis pondere. ¶ Item genus menſuræ, idest quarta pars ſextarii Romani, ſeu menſura quatuor cyathorum. *Celſ. l.* 3. *c.* 15. Deinde poſt febrem modicum cibum ſumere, vinique quadrantem. ¶ Quadrans pedis eſt menſura quatuor digitorum, quam etiam palmum minorem vocamus. *Gell. l.* 3. *c.* 10. ¶ Quadrans in agris eſt quarta pars jugeri. *Col. l.* 5. *cap.* 1. Pars quarta pedes ſeptem millia, & ducentos, hoc eſt, quadrans. ¶ Quadrans operæ, eſt quarta pars operæ. *Colum. l.* 5. *c.* 4.

Quadrantal, alis, n. 3. figura ex omni parte quadrata, quales ſunt cubi, & teſſeræ, quibus in alveolo luditur. In quamcunque enim partem inciderint, immotam habent ſtabilitatem. *Gell. l.* 1 *c.* 20. ¶ Eſt etiam menſuræ genus, pedem quoquaverſum quadratum habens, continens octo congios, ſextarios quadraginta octo, idem atque amphora, ut teſtatur *Feſtus* in *Quadrantal*; græce κεράμιον. *Plaut. Curc.* 1. *c.* 14. Modica eſt, capit quadrantal.

Quadrantalis, & le, n. 3. quod quadrantem continet. *Plin. lib.* 15. *cap.* 15. Quatuor pedum, & ſemipedis per medium ambitum, craſſitudine quadrantali. idest pedis quartæ partis.

Quadrantarius, a, um, τεταρτημοριαῖος, quod eſt ex quadrante. Res quadrantaria, eſt balneum, quia quadrans fuit premium balneatoris. *Senec. epiſt.* 86. (al. 87.) Cur enim ornaretur res quadrantaria, & in uſum, non in oblectamenta reperta? Quadrantaria Clytemneſtra (apud *Quintil. l.* 8. *c.* 6.) dicta eſt Clodia uxor Metelli Celeris, quæ viliſſima mercede corporis ſui copiam faciebat. Ideo autem Clytemneſtra vocata eſt, quia quemadmodum Clytemneſtra Agamemnonem, ita hæc maritum ſuum necavit. Alii quadrantariam dictam putant, quia e quodam cellido amatore pro nummis argenteis quadrantes æreis quondam in ejus loculos immiſſi fuiſſent; quam rem narrat *Plutar. in vita Cic.* Forſitan huc pertinet illud *Cic. pro Cæl. c.* 26. ubi de eadem Clodia loquens, Niſi forte, inquit, mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. h. e. vel propter corporis proſtitutionem, quæ in balneis præ-

præcipue a meretricibus fiebat, vel quia balneatori pro quadrante mercedem ſtupri dabat, familiaris illi eſſe potuit.

Quadrarius, a, um, idem ac quadratus, vel quadrangulus. *Cato de R. R. c. 18.* Quadraris vaſis uti contractiora fient.

Quadrāta, æ, f. vicus urbis Romæ, in reg. 14. in Palatio, ante templum Apollinis, ubi reponebantur, quæ boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi ſolebant. *Feſt.*

Quadratarius, m. 2. τετραγωνιστὴς, marmorarius, qui marmora adamuſſim quadrat. *Leg. 1. Cod. de excuſ. artif.* Quadratarii, quos Græco vocabulo λιθοξόους appellant. Adde *Sidon. l. 3. ep. 12.*

Quadrāte, adverb. *Manil. l. 2. v. 295.* Ternaque binis ſenis quadrare ſingere Signis. *h. e.* in quatuor partes, quæ ſingulæ tria ſigna contineant, dividere.

Quadratio, onis, f. quadratura, figura quadrata, ut anguli quadrationis, apud *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Quadrātum, i, n. τετράγωνον, figura, quæ ex quatuor lineis rectis, & æqualibus, & quatuor angulis rectis conſtat. *Cic. 2. de Div.* Ea triangula illi, & quadrata nominant.

Quadratūra, æ, τετραγωνισμὸς, figura, vel res quadrata, ut quadraturę vitreæ, laminæ vitreæ quadratæ, & pellucidæ, quas loco tectorii parietibus inducebant ad ornatum. *Vopiſc. in Firmo, c. 3.* Vitreis quadraturis bitumine, aliiſque medicamentis inſertis domum induxiſſe perhibetur.

Quadrātus, a, um, *quadrato*, מרובע, Germ. *gevieret*, Gall. *quarré*, Hiſp. *quadrado*, τετράγωνος, quod habet quatuor lineas rectas æquales, & totidem angulos rectos. *Liv. l. 6. c. 5.* Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 100.* Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. ¶ *Quadratum ſaxum* generatim dicitur, quod ſcalpro aliquo modo politum eſt, licet non quadrata forma, *pietra lavorata* cui opponitur cæmentitium. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Parietum ſtructuræ cæmentitio, aut quadrato ſaxo. ¶ Transfertur ad alia, ut Quadratum agmen, quod figuram quadratam habet. *Cic. 2. Phil.* Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. ¶ *Corpus quadratum* eſt, quod eſt mediæ ſtaturæ, neque nimium procerum, neque nimium humile. *Celſ. lib. 2. cap. 1.* Corpus habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. *Col. l. 7. c. 12. de cane.* Probatur quadratus potius, quam longus, aut brevis. ¶ *Boves quadrati*, qui grandibus membris ſunt, & quod vulgo dicunt, *formati*. *Colum. l. 6. c. 1.* ¶ Oratio, ſive periodus quadrata, quæ æqualiter fuſa eſt. Figura enim quadrata nulla eſt ea parte neque longior, neque brevior. *Quintil. l. 2. c. 5.* Qua lenis, & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio. ¶ *Quadrata veſtis* eſt, ſecundum *Ferrar. de re veſtiar. l. 1. c. 4.* quæ ex duabus plagulis confecta, quarum utraque quadrata ſit, hæc eſt quatuor angulos habeat, fibulis hinc inde nectitur, aperta a lateribus, quales ſacrorum Diaconorum nunc videmus. *Petron. in Satyr. c. 135.* Mox incincta quadrato pallio, cucumam ingentem foco appoſuit. ¶ *Quadrati verſus* dicuntur iambici octonarii, qui quatuor habet combinationes, ſeu menſuras. *Terentian. Maurus pag. 2434. Putſch.* Sed hic trimetros quando duplicem pedem a capite ſumet, tunc quadratus dicitur. *Gel. l. 2. c. 29. in fin.* Hunc apologum Ennius venuſte verſibus quadratis compoſuit. ¶ *Quadratæ litteræ* ſunt majores, & Romano, ut vocant, charactere ſcriptæ. *Petron. in Satyr. c. 29.* Canis erat in pariete pictus, ſuperque quadrata littera ſcriptum, Cave canem.

Quadriceps. V. Biceps.

Quadridens, entis, c. τετράδους, quod quatuor habet dentes. *Cato cap. 10.* Rutra quinque, raſtros quadridentes duos.

Quadriennis, ne, adject. *di quattro anni*. *Flor. l. 2. c. 6.* Poſt primum Punicum bellum vix quadriennis requies. Al. leg. *quadriennii*.

Quadriennium, ii, τετραετία, ſpatium quatuor annorum. *Cic. 5. Verr.* Nam cum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem. Adde *de Senect. c. 4.*

Quadrifariam, adv. *in quattro parti*, Ger. *in vier theil*, Gal. *en quatre ſortes, en pars*, Hiſp. *en quattro partes, a maneras*, τετραχῆ, quadripartito, in quatuor partes. *Suet. in Vitel. c. 13.* Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, & prandia, & cœnas, comeſſationeſque. *Liv. l. 38. c. 1.* Conjurati quadrifariam ſe diviſerunt.

Quadrifariter, adverb. idem ac quadrifariam. *Leg. 10. ff. de Credit. §. 14.* ubi tamen alii *quadrifariam* leg.

Quadrifĭdus, a, um, τετραχιστὸς, quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt. *Virg. 2. Georg.* Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos. *Claudian. de Conſul. Prob. & Olyb. v. 268.* Quadrifidus Phœbi labor. h. e. curſus per quatuor anni tempora.

Quadrifinālis, le, adject. a quadrifinio, ut quadrifinalis area, *in Innocent. excerpt. de re agrar. edit. Goeſ. pag. 222.*

Quadrifinium, ii, n. quod quatuor poſſeſſionum fines adſtringit, ut definit *Iſid. lib. 15. cap. 14.* Legitur etiam in *excerpt. Innocent. rei agrar.* apud *Goeſ. pag. 227.*

Quadrifluvius, ii, m. ex *quatuor*, & *fluvius*. Apud *Vitruv. l. 2. c. 9.* abies quadrifluvia diſparata vocatur, quæ a *Plin. l. 19. cap. 36.* quadripartitos venarum curſus habere dicitur.

Quadrifluus, a, um, adject. qui per quatuor partes fluit. *Prudent. Cathem. 3. v. 103. de Paradiſo.* Ver ubi perpetuum redolet, Prataque multicolora latex Quadrifluo celat amne rigat.

Quadrifŏris, & re, n. 3. τετράθυρος, quod quatuor fores, ſive foramina habet. *Plin. lib. 11. cap. 21.* Veſpæ nidos vere faciunt fere quadrifores. ¶ Quadrifores januæ dicuntur a *Vitruv. l. 4. c. 6.* quarum ſingulæ fores, ſeu tabulæ duplicitæ plicantur, *porte di quattro partite*.

Quadrifrons, tis, adject. quatuor habens frontes. *Cato in Originib.* (ut refert *Paſſerat. in Lexico*) Sub eo Janus quadrifrons. Adde *Iſidor. l. 8. c. 11.* & *Auguſtin. l. 7. de Civ. Dei, c. 4.*

Quadrigæ, arum, f. *carretta da quattro cavalli*, מרכבה, German. *vier roſſ amwagen*, Gal. *chariot à quatre chevaux*, Hiſp. *carreta da quatro cavallos*, τέθριππον, currus quatuor equis junctos, quaſi quadrijugæ, ut bigæ quaſi bijugæ a numero equorum, & e *jugo*. *Cicer. in Brut.* Nec enim in quadrigis eum ſecundum numeraverim, aut tertium, &c. ¶ Quadrigarum inventio Erichthonio tribuitur. *Plin. l. 7. c. 56.* Sed alii dicunt inventum fuiſſe Minervæ. *Cic. 3. de nat. Deor.* Minervam quadrigarum inventricem ferunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 1. de aſinis.* Unæ quadrigæ Romæ conſtiterunt quadringentis millibus. *una muta di quattr' aſini*. ¶ Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. *Col. l. 3. c. 9.* Unde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſervatione cuſtodiunt. ¶ In ſingul. num. perrarum eſt. *Valer. Max. l. 1. c. 8.* Oraculo Philippus admonitus, ut a quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtodiret. Adde *M. Varron.* apud *Gell. l. 19. c. 8.* ¶ *Quadrigis albis aliquid indipiſci*, proverbiali locutione eſt ſumma celeritate adipiſci aliquid. *Plaut. Aſin. 2. 2. 13.* Si huic occaſioni tempus ſe ſe ſubterduxerit, Nunquam ædepol quadrigis albis indipiſcet poſtea. Per *quadrigas albas* quidem intelligunt currum Jovis, qui celerrimo curſu per cœlum ferri cenſetur. Alii putant alludi ad factionem albam in Circo, quod ea in curſu quadrigarum ceteras aliquando viciſſet: Alii ad vocem *albus*, qua fauſtum, feliceemque ſignificat, ut *quadrigæ albæ* ſint, quæ feliciſſimo curſu feruntur. Alii denique ipſam lectionem ſollicitant. ¶ Translate quadrigæ ſumuntur pro numero quaternario. *Vopiſc. in Probo, in fin.* Nunc de Firmo, & Saturnino, & Bonoſo, & Proculo dicemus; non enim dignum fuit, ut quadrigæ tyrannorum bono principi miſcerentur. Eodem modo *Var. de L. L.* quadrigas initiorum dixit. ¶ De quadrigis fictilibus Vejorum V. *Antiæ*, & *Ratumena*.

Quadrigālis, le, ad quadrigas pertinens, ut quadrigales equi. *Feſt.* in Cumiles.

Quadrigămos, i, qui quatuor uxores habuit. *Hieronym. l. 1. cont. Jovinian. c. 8. ſub fin.*

Quadrigarius, ii, cognomen Q. Claudii ſcriptoris vetuſtiſſimi, de quo *Gellius* ſæpe mentionem facit.

Quadrigarius, ii, τεθριππηλάτης, qui quadrigas agit, & ſpeciatim in Circenſibus. *Var. l. 2. de R. R. c. 7.* Docet aliter quadrigarius, & deſultor. Adde *Arnob. lib. 2.*

Quadrigarius, a, um, quod ad quadrigarium ſpectat. *Suet. in Calig. c. 19.* Quadrigario habitu, curriculoque bijugi.

Quadrigātus, a, um, τεθριππωτός, quadrigis ſignatus, ut Nummus quadrigatus, cui quadrigarum imago impreſſa eſt. *Plin. l. 33. c. 3.* Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ, & inde bigati, & quadrigati dicti. *Liv. l. 22.* In capita Romana tricenis nummis quadrigatis, in ſocios ducenis, in ſervos centenis.

Quadrigemĭnus, a, um, τετραπλοῦς, quater multiplicatus. *Plin. l. 8. c. 23.* Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina. ideſt quatuor.

Quadrigēni, V. Quadringeni.

Quadrigulæ, arum, f. dim. a quadrigis. *Cic. de Fato, c. 3.* Aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur? ¶ In ſingulari numero *Plin. l. 34. c. 8.* Læva tribus digitis quadrigulam tenuit.

Quadrijŭgis, e, &

Quadrijŭgus, a, um, adject. a *quatuor*, & *jugum*. Quadrijuges equi, & abſoluta quadrijuges, vel quadrijugi ſunt equi quaterni uno jugo ad currum alligati. *Virg. 10. Æn. v. 571.* Quadrijuges in equos, adverſaque pectora tendit. *Stat. 10. Theb. v. 532.* niveis victorem cernere vectum quadrijugis. *Ovid. 2. Met. v. 167.* tritumque relinquunt Quadrijugi ſpatium. ¶ Quadrijuges, vel quadrijugi currus, qui quatuor equis trahuntur. *Virgil. 12. Æn. v. 162.* Quadrijugo invehitur curru. *Apul. l. 3. Florid.* Quadrijuges, & ſejuges currus ponere. ¶ Quadrijugum certamen, quod quadrijugis, ſeu quadrigis fit. *Stat. 6. Theb. v. 370.*

Quadrilibris, & bre, n. 3. τετράλιτρος, quod eſt pondo quatuor librarum. *Plaut. Aulul. ſc. ult. v. 2.* Quadrilibrem aulam auro onuſtam habeo.

Quadrimānus, a, um, qui quatuor habet manus. *Jul. Obſeq. l. de Prodig. c. 111.* C. Lælio, L. Domitio Coſſ. puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina fœminea natura, mortua nata. *Id. ibid. c. 73.* alia poſitione. Pueri quadrupedes, & quadrimanes nati.

Quadrimătus, us, m. τετραετία, ætas quatuor annorum. *Plin. l. 29. c. 11.* Sed ex his, quæ ſunt fortiſſima, nullum extra quadrimatum utile eſt. *Col. l. 7. c. 9.* Dum quadrimatum agant.

Quadrimeſtris, tre, adject. *di quattro meſi*, τετραμηνιαῖος. *Sueton. in Ner. cap. 14.* Conſulatus quatuor geſſit, primum bimeſtrem, tertium quadrimeſtrem.

Quadrimŭlus, a, um, dim. a quadrimus. *Plaut. Pœn. prol. v. 85.* Altera quinquennis, altera autem quadrimula, cum nutrice una periere.

Quadrīmus, a, um, *di quattr' anni*, τετραετής, quod habet quatuor annos. *Cic. l. 16. Fam. ep. 22.* Una omnino interpoſitio difficilior eſt, de quadrimo Catone. ideſt de re geſta a Catone Uticenſe in ætate quatuor annorum. Alii aliter legunt. *Horat. l. 1. od. 9.* Quadrimum merum. *Liv. l. 27. c. 37.* Infantem natum eſſe quadrimo parem.

Quadringenarius, a, um, adject. qui quadringentos continet. *Cic. 6. Att. ep. 1.* Dejotarus habet cohortes quadringenarias, noſtra armatura triginta. *Liv. l. 7. c. 7.* Quadringenariæ octo cohortes ſcribuntur.

Quadringēni, æ, a, adject. *quattrocento*, nomen diſtributivum, quod frequenter pro cardinali ponitur. *Suet. in Vitel. c. 13.* Singuli apparatus quadringenis millibus nummum conſtiterunt. *Liv. l. 8. c. 11.* Denarios nummos quadringenos quinquagenos vectigal populus juſſus pendere quotannis in ſingulos. ¶ Apud *Var. l. 2. R. R. c. 8.* legitur *quadringenis millibus*. Sic *Plin. l. 9. c. 3.* Quadringenum cubitorum.

Quadringentēni, æ, a, adject. idem quod quadringeni. *Plin. lib. 8. cap. 43.* Singulas quadringentena nummorum millia enixas. Alii legunt *quadringenis millibus*. *Vitruv. lib. 10. cap. 14.* Quadringentenis verſationibus imi tympani.

Quadringenteſĭmus, a, um, τετρακοσιοστός, quater centeſimus. *Plin. lib. 8. c. 6.* Anno Urbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. *Liv. l. 5. c. 45.* Quadringenteſimus annus.

Quadringenti, æ, a, *quattrocento*, τετρακόσιοι, quater centum, nomen numeri cardinalis. *Cic. in Piſon. c. 5.* Centum prope annos legem Æliam, & Fuſiam tenueramus, quadringentos judicium, rationemque Cenſoriam. *Juven. ſat. 1. v. 105.* quinque tabernæ quadringenta parant.

Quadringenties, adv. τετρακισμυριάκις, quater centies, vel quater centum. *Cic. 4. Ver. c. 10.* HS quadringenties accepiſſe te arguo contra leges. h. e. quadringenties centena millia.

Quadrīni, æ, a, adject. *quattro*, idem ac quaterni, vel quatuor. *Plin. l. 11. c. 36.* Trinis, aut quadrinis diebus. *Id. l. 7. c. 3.* Febris quadrini circuitus, *quartana*. *Arnob. l. 6.* Quadrinis cardines.

Quadripartitio, onis, f. diviſio in quatuor partes. *Var. l. 4. de L. L. circ. princ.* Quadripartitio magis ſic apparebit. *Id. l. 6. cir. princ.* Si quid excedit ex hac quadripartitione.

Quadripartito, adverb. in quatuor partes. *Col. l. 4. c. 26.* Brachia quadripartito laxabimus.

Quadripartitus, ſeu quadripertitus (ſic enim nonnulli ſcribunt) a, um, τετραμερής, diviſus in quatuor partes. *Cic. 3. Ver. c. 12.* Quare hæc eadem erit quadripartita diſtributio totius accuſationis meæ. *Id. 1. Tuſc. c. 28.* Commutationes temporum quadripartitæ.

Quadripes, idem ac quadrupes, legitur in quibuſdam antiquis codicibus, teſte *Velio Longo*. V. *Quadrimanus*.

Quadriplicatus, a, um, adject. idem ac quadripartitus. Legitur in quibuſdam MSS. apud *Var. l. 8. de L. L.* ubi alii *quadripartitus*.

Quadrirēmis, is, f. τετρήρης, navis, quæ quatuor remorum ordines habet. *Cic. 7. Verr.* Egreditur Centuripina quadriremis Cleomenes e portu.

Quadrivium, ii, τετράοδον, locus publicus, ubi quatuor viæ concurrunt. *Juvenal. ſat. 1. v. 63.* Nonne libet medio ceras implere capaces Quadrivio? *Catul. carm. 58. ad Cœlium.* In quadriviis, & angiportis.

Quadro, as, avi, atum, a. 1. *quadrare*, רבע, Ger. *gevieret machen*, Gall. *équarrer*, Hiſp. *quadrar*, τετραγωνίζω, in quadrum redigo. *Col. l. 11. c. 2.* Abies, atque populus ſingulis operis ad unguem quadrantur. ¶ Tranſlate ſumitur pro expolire, perficere. *Cic. in Orat. c. 56.* Sic minime animadverteretur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria. ¶ Item pro conſentire, & omni ex parte convenire, *eſſere proporzionate*, tranſlatione ſumpta a lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter ſe optime conveniunt. In hac acceptione neutrum eſt. Et conſtruitur vel abſolute. *Cic. 3. de Or. c. 44.* Et tamen eam conjunctionem, ſicuti

Google

ſicuti verſum, numeroſe cadere, & quadrare, & perfici volumus. ¶ Vel cum dat. *Cic. in Brut. c. 29.* Quoniam tibi quadrat, omnia in illis fuiſſe paria. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*, vel *in*. *Cicer. Att. l. 4.* Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare. *Id. pro Cæl. c. 29.* Niſi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in illam quadrare apte viderentur.

Quadrŭla, læ, f. parva quadra. *Solin. c. 30. de quadam gemma.* Nunc bracteamentum, nunc pulveris habet quadrulas.

Quadrum, i, idem ac quadratum, ſcilicet figura, quæ quatuor æquales lineas, quatuorque angulos rectos habet. *Col. l. ſ. c. 3.* Perticæ dolantur in quadrum. ¶ Translate ſumitur pro perfectione. Hinc in quadrum ſententias redigere, eſt æqualiter fundere, & ſuo numero ſervato æqualiter diſponere, ſeu in periodum perfectam redigere. *Cic. in Orat. cap. 61.* Quin redigeret omnes fere in quadrum, numerumque ſententias. Adde *cap. 70.*

Quadrupĕdans, tis, nom. partic. quatuor pedibus incedens. *Plaut. Capt. 4. 2. 34.* Quadrupedanti crucianti canterio advehuntur. *Plin. lib. ſ. c. 45.* Equo juxta quadrupedante. ¶ Abſolute de equis *Virg. 11. Æn.* perfractaque quadrupedantum pectora pectoribus rumpunt. *Id. 8. Æn. v. 596.* Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Quadrupĕdus, a, um, adject. quatuor pedes habens. *Ammian. lib. 14. c. 2.* Quadrupeda gradu repentes.

Quadrŭpes, edis, o. *animale di quattro piedi*, Ger. *vierfuſſig*, Gall. *qui a quatre pieds*, Hiſp. *de quatro pies*, τετράπους, quod quatuor pedes habet, naturæ adject. eſt, & ſubintelligitur equus, vel beſtia, vel pecus, &c. *Cic. 2. de nat. Deor.* Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones. *Virg. 11. Æn.* Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. *Cic. 1. Parad.* Ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquem putes intereſſe. *Plin. l. 10. c. 33.* Ut nulla quadrupes poſſit accedere. *Col. l. 11. c. 2.* Nec minus majore quadrupedis charactere ſignari debent.

Quadruplāris, e, quadruplus. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 19.* Duplaris, triplaris, quadruplaris.

Quadrŭplātor, oris, m. 3. *accuſator pubblico*, ἐνδείκτης, συκοφάντης, delator criminis, a *quadruplum*, ſive quia hujuſmodi homines pro delationis præmio quartam partem in bonis damnatorum conſequebantur, ſive quod deferrent crimina publica, quorum convicti damnabantur quadrupli, ut aleæ, aut pecuniæ gravioribus fœneratæ uſuris, quam per leges liceret. Poſteriorem nominis cauſam adducit Feſtus. Utranque autem affert Aſconius cum in Div. tum in 4. Verr. *Cic. 4. Verr.* Petit Nævius Turpio quidam iſtius accurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus. *Liv. l. 3.* Populum R. quadruplatoris perſonam laturum. ¶ Porro generatim quoque dicti quadruplatores, qui quadruplum caperent, aut darent. Ita apud *Senec. l. 7. de Ben. cap. 25.* legimus quadruplatores beneficiorum. & *Sidon. lib. 5. ep. 7.* quadruplatores vocat portitores, qui portorium in quadruplum conducerent. & *Apul. in Apol.* Æmilianum appellat quadruplatorem, quod ætatem viris augeret Pudentillæ, aſſignando ei annos 60. quæ annorum erat 40.

Quadruplātus, a, um, nom. ex particip. in quadruplum multiplicatus, ut numerus quadruplatus in ſe, *leg. 10. Dig. de Gradib. §. 17.*

Quadruplex, icis, o. 3. τετραπλοῦς, *quadruplicare*, *e quattro volte maggiore*. Idem quod quadruplus, vel quatuor. *Plaut. Curc. 5. 2. 21.* Quam ego pecuniam quadruplicem abs te lenone auferam. *Cic. in Arato, v. 93.* Prætor quadruplices ſtellas in fronte locatas. *Liv. l. 30.* Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adverſus hoſtem oppoſuit. ¶ Quadruplex judicium erat judicium centumvirale. *Plin. l. 1. ep. 18.* V. Centumviri.

Quadruplicātio, onis, f. multiplicatio in quadruplum. *Ulpian. l. 2. Dig. de exceptionib.* ubi tamen lectio varia eſt.

Quadruplicāto, adv. quater multiplicando. *Plin. l. 14. c. 4.* Emptis quadruplicato vineis illis intra decimum fere curæ annum.

Quadruplĭco, as, a. 1. τετραπλασιάζω, augeo in quadruplum. *Plaut. Sticho 3. 1. 4.* Qui me in mercimoniis juvit, lucriſque quadruplicavit rem meam.

Quadrŭplo, as, a. 1. in quadruplum augere. V. *Quadruplator*. Præterea *Ulpian. l. 14. ff. quod metus cauſ.* Quadruplabitur omne quodcumque reſtitui oportuit. ¶ Deponentis forma pro quadruplatorem agere, *far l' accuſator pubblico*. *Plaut. Perſ. 1. 2. 10.* Neque quadruplari me volo. ubi me redundat. Alii exponunt, neque volo in quadruplum damnari; (ut ſit paſſivum) quæ erat pœna furum. ſequitur enim: Neque enim decet ſine meo periculo ire aliena ereptum bona. Prior tamen interpretatio congruentior videtur. V. integram Plauti ſententiam.

Quadrŭplum, i, τετραπλάσιον, *quattro volte tanto*, quater tantundem. *Cato in praf. R. R.* Furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. *Cic. 5. Ver. c. 13.* Qui in decumanum octupli judicium ſe daturum dicit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum. *Id. ibid.* Quadruplo condemnari. *Plin. l. 7. c. 48.* Cornici novem noſtras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis.

Quadrŭplus, a, um, τετραπλάσιος, quater id, quod dicitur, nomen numeri multiplicantis. *Plaut. Truc. 4. 2. 49.* Ego te manum injiciam quadrupli, venefica. h. e. quatuor irrumpemus in te. Alii tamen aliter legunt, & interpretantur.

Quadrurbs, urbis, f. *Feſtus*: Quadrurbem Athenas appellavit Attius, quod ſcilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt.

Quadrus, a, um, τετράγωνος, quadratus, ut quadra poſſeſſio. *Vet. Auct. de limitib. apud Goeſ. p. 281.* Sic quadrus terminus. *Ibid. pag. 253.*

Quadrūm, a, um, adject. *quadro*, *quadrato*. *Auſon. Idyll. 14. v. 5.* Errabam riguis per quadrua compita in hortis.

Quærĭto, as, a. 1. *cercare*, [illegible], Ger. *oft ſuchen*, Gall. *rechercher ſouvent*, Hiſp. *buſcar a menudo*, ἐπιζητέω, inſtanter quæro, freq. a *quæro*. *Ter. Adelph. 3. 3. 9.* Si me ſenſerit eum quæritare, nunquam dicet carnufex. *Id. Andr. 1. 1. 48.* Lana & tela victum quæritans. *Plaut. Merc. 5. 2. 16.* Quoniam illum curriculo quæritatum.

Quæro, is, ſivi, ſitum, & quæſtum per Sync. a. 3. *cercare*, [illegible], Ger. *ſuchen*, Gall. *chercher*, Hiſp. *buſcar*, ζητεῖν, percontor, ſciſcitor, peto, interrogo. Varie conſtruitur. *Horat. l. 1. od. 11.* Tu ne quæſieris ſcire, quem mihi, quem tibi finem Dii dederint. *Cic. in Vatin.* Quæro illud etiam ex te, quod privatus admiſiſti. *Id. pro R. Amer.* Non quæro abs te, quare patrem Sex. Roſcius occiderit. *Id. 4. Acad.* Quæſivit de Zenone, quid futurum eſſet. *Id. pro Arch. c. 6.* Quæres a nobis, cur tantopere &c. *Id. 4. Fam. ep. 4.* Noli quærere. ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, ut &c. *Tacit. de Germ. c. 2.* Qui mutare ſedes quærebant. *Cæſ. l. 2. B. G.* Nerviorum de natura, moribuſque Cæſar cum quæreret. ¶ Sumitur etiam pro inveſtigare, laborare ut aliquid inveniatur. *Cic. 3. Ver.* Tamen impudentiæ ſuæ pudentem exitum quæſiſſe videatur. *Idem pro Sext.* Liberi ad necem quærebantur. *Id. 2. Tuſc.* Non eſſe ab eo doloris remedia quærenda. *Ter. Adelph. 3. 2. 2.* Salutem alicui malo quærere. ¶ Item pro diſputare, diſcutere, conſulere. *Cic. l. 9. Fam. ep. 26.* Ille baro te putabat quæſiturum, num unum cœlum eſſet, an innumerabilia. *Plin. l. 31. c. 3.* Quæritur inter Medicos, cujus generis aquæ ſint utiliſſimæ. ¶ Item pro inveſtigare de crimine, *far proceſſo*, & legibus vindicare, judicium exercere. *Cic. 2. Ver.* Ut is de pecuniis repetundis quæreret. *Id. pro Dejot.* Majores noſtri in dominum de ſervis quæri noluerunt. *Id. pro Cluent.* Tormentis omnibus vehementiſſime quæritur. *Id. pro Mil. c. 6.* Ut veteribus legibus extra ordinem quæreretur. ¶ Item pro comparare, lucrari, acquirere. *Cic. pro Quinct.* Nec mirum, ſi is, qui vocem venalem habuerat, ea quæ voce quæſiverat, magno ſibi quæſtui fore putabat. *Horat. l. 1. ep. 15.* Quidquid quæſierat, ventri donabat avaro. *Ter. Adelph. 5. 4. 13.* Contrivi in quærendo vitam, atque ætatem meam. ¶ Cum infinito *Gell. c. 20. l. 17. ad fin.* Lineas, umbraſque facere quæſivimus, & auſi ſumus. *h. e.* conati ſumus, tentavimus.

Quæſĭo, onis, f. *il cercare*, actus quærendi. *Apul. l. 5. A. A.* Quæſitioni cupidinis intenta. Legitur etiam in quibuſdam editionibus apud *Plaut. Capt. 1. 2. 3. Ciſtell. 2. 3. 48.* & *Perſ. 1. 1. 52.* Ubique tamen plerique Cod. habent *quæſtio*.

Quæſītor, oris, ζητητής, qui quærit. Hinc quæſitores dicti ſunt Pyrrhonii Philoſophi, quod nihil decernerent, ſed in quærendo ſemper, conſiderandoque eſſent. *Gell. l. 11. c. 5.* ¶ Specialim ſumitur pro judice, qui judicio publico, ſeu capitali quæſtioni præeſt, qui cum quæſtionem habeat, ideſt inquirendum curet de crimine, de eoque judicium exercendum, ſedet pro tribunali, judicibus ſedentibus in ſubſelliis, omniaque ferme in poteſtate habet, *giudice criminale*. *Aſcon. in Divin.* Quæſitores proprie dicuntur criminalium quæſtionum, ut Virgilius: Quæſitor Minos urnam movet. *Cic. in Vatin.* Num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit. *Id. pro Font.* Quid mihi opus eſt ſapiente judice? quid æquo quæſitore? quid oratore non ſtulto? Edere quæſitorem. V. *Quæſtor*.

Quæſītum, i, ſubſt. n. 2. *queſito*, *dimanda*, ζήτημα, quæſtio, poſtulatum. *Ovid. Met. v. 793.* Accipe quæſiti cauſam. ¶ Sumitur etiam pro re parta, ſive acquiſita. *Cic. in Parad. 6.* Cui autem quæſito opus ſit, quin unquam hunc vere dixerit divitem? *Ovid. 7. Met. v. 656.* Parcum genus eſt, patienſque laborum, quæſitique tenax.

Quæſītūra, æ, f. idem ac quæſtura. *Tacit. Ann. 3. c. 29.* Quinquennio maturius, quam per leges Quæſituram peteret.

Quæſītus, us, m. actus quærendi. *Plin. l. 5. c. 9.* Famaque tantum inermi quæſitu cognitus ſine bellis.

Quæſītus, a, um, ζητηθείς, *cercato*, *ricercato*, partic. a *quæro*. *Virg. 3. Georg.* Quæſitæque nocent artes. *Tacit. Ann. 6. c. 30.* Quæſita interdum comitate quamvis manifeſtam defectionem tegebat. *affettato*. *Id. 3. Ann. c. 57.* Præceperant animis orationem patres, quo quæſitior adulatio fuit. *Id. 2. Ann. c. 53.* Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus. *eſquiſitiſſimi*.

Quæſo, is, a. 3. *cercare*, apud veteres idem fuit, ac quæro. *Enn. apud Feſt.* Nautiſque mari quæſentibus vitam. *Id. ibid.* Ducit me uxorem liberorum ſibi quæſendum gratia. ¶ Obſolevit deinde hoc modo uſurpatum, remanſeruntque ſolæ primæ perſonæ præſentis *quæſo*, & *quæſumus* pro *quæſimus*, & ſignificant oro, obſecro, peto, *prego*, *chiedo*, δέομαι. *Ter. Andr. 5. 2. 7.* Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes. *Cic. 3. Fam. ep. 2.* A te maximopere peto, & quæſo. *Id. pro Arch. c. 2.* Quæſo a vobis, mihi detis hanc veniam. *Brutus ad Cic. Fam. 11. ep. 3.* Dem quæſumus, ut conſilia tua Reip. ſalutaria ſint. ¶ Reperiuntur nonnunquam & aliæ perſonæ. *Lucret. l. 5. v. 1229.* ac prece quæſit ventorum pavidus paces. *Plaut. Bacch. 2. 2.* Mirum eſt, me, ut redeam, te opere tanto quæſere. *Apul. l. 4. A. A.* Multis nos precibus quæſens. *Salluſt. in fragm. l. 1. hiſt. apud Priſcian. l. 10. pag. 900. Putſchii.* Curionem quæſivit, ut adoleſcentior ætati concederet Mamerci. ¶ *Quæſo* eleganter interſeritur ſermoni, & eſt mantis, aut blandientis, *di grazia*, *deh vi prego*, ut *amabo*, *obſecro*. *Cic. Fam. 7. ep. 24.* Fac, quæſo, qui ego ſum, eſſe te. *Id. 2. Ver.* Quid eſt, quæſo, Metelle, judicium corrumpere, ſi hoc non eſt? *Ter. Andr. 1. 2. 33.* Bona verba, quæſo.

Quæſticŭlus, i, m. *piccol guadagno*, κερδύδιον, parvum lucrum, dim. a *quæſtus*. *Cic. 2. de Div. c. 15.* Aut fiſſum jecoris cum lucello meo, aut meus quæſticulus cum cœlo, terra, rerumque natura?

Quæſtĭo, onis, f. *queſtione*, ζήτημα, πρόβλημα, actus quærendi, interrogatio, controverſia, diſputatio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 1.* Tum perdifficilis, & perobſcura quæſtio eſt de natura Deorum, quæ ad cognitionem animi pulcherrima eſt, & ad moderandam religionem neceſſaria. *Id. in Or. c. 10.* Res habet aliquid quæſtionis. *Plin. l. 10. c. 22.* In quæſtione eſt, quis &c. *Quintil. l. 7. c. 1.* Inſtituere quæſtionem. *Id. ib. c. 2.* In quæſtionem res venit. *Id. l. 7. c. 28.* Fortitudo in quo maxime exiſteret, immenſæ quæſtionis erat. *Rurſus Cic. pro Syll.* Res in quæſtione verſatur. Et *Plin. l. 10. c. 7.* Sanqualem avem augures Romani in magna quæſtione habent. h. e. valde diſputant, quænam avis ſit. *Modeſtin. Dig. l. 34. tit. 3. leg. 10.* Facere quæſtionem alicui. *h. e.* ab aliquo quærere, exigere. ¶ Item quælibet inveſtigatio, *il cercare*. *Plaut. Perſ. 1. 1. 52.* Recipe te, quamprimum potes, cave, fuas mihi in quæſtione. *guarda di non ti far cercare*. *Id. Capt. 2. 2. 3.* Ne tibi quæſtioni eſſemus. ¶ Apud Rhetores quæſtio appellatur, circa quam cauſæ totus cardo vertitur, quæque gignit controverſiam. *il punto della cauſa*. Nam in ſingulis cauſis hæc conſiderant, conſtitutionem, ſive ſtatum, genus cauſæ, quæſtionem, rationem, judicationem, firmamentum. *Cic. 1. de Inv. c. 13.* Quæſtio eſt ea, quæ ex conflictione cauſarum gignitur controverſia, hoc modo: non jure feciſti, jure feci. V. ibi reliqua. ¶ Sæpiſſime quæſtio uſurpatur pro inveſtigatione criminis, quæ fit examinando reum, & teſtes, ſæpe cum tortura, & corporis dolore, *proceſſo*. *Ulp. de S. C. Silaniano l. 1.* Quæſtionem ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis. *Cic. pro Mil.* Num quæ nova quæſtio decreta eſt? *Id. de Fin.* Cum Prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet. *Id. pro Roſc. Am. c. 28.* Mortis paternæ de ſervis paternis quæſtionem habere filio non licet. *Id. ibid.* Poſtulare ab aliquo ſervos in quæſtionem. *Salluſt. in Jug. c. 31.* In plebem Romanam quæſtiones graves habitæ ſunt. *Plaut. Moſt. 5. 1. 38.* Servos polliceitur eſt dare ſuos mihi omnes quæſtioni. Et *v. 44.* Quæſtioni ſervos accipere. ¶ *Quæſtiones perpetuæ* dicebantur quæſtiones de publicis criminibus, ut *repetundarum*, *de parricidio*, *majeſtatis*, *peculatus*, &c. Dictæ ſunt perpetuæ, quia iis exercendis præerat ſuus quæſtor perpetuus, & ordinarius, non vero novus, & extra ordinem. Etenim antequam hujuſmodi quæſtiones inſtituerentur, hoc eſt ante A. U. 604. quotieſcumque publicum aliquod crimen admiſſum eſſet, novus ei Quæſitor eligebatur: poſtea vero ſuus ſingulis eſt datus, qui quotieſcunque opus eſſet, de hujuſmodi ſceleribus cognoſceret. is autem erat unus ex Prætoribus. *Cic. de clar. Orat.* Quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt. V. *Sigon. de Judiciis*, & *l. 1. de ant. jur. Civ. R. c. 18.* ¶ *Judex quæſtionis*, dictus videtur ceterorum judicum princeps, qui datam a Prætore actionem exercebat, judices ſortiebatur, teſtes audiebat, quæſtiones habebat, tabulas inſpiciebat. *Sigonius de Judic. l. 2. c. 5.* contendit Magiſtratum fuiſſe a Prætore omnino diſtinctum, quod in multis cauſis & Prætor, & Judex quæſtionis interfuerit. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Judicem quæſtionis cum iis judicibus, qui ei obvenerint, quærere de veneno lex jubet. ¶ Dicebatur & quæſtioni præeſſe. *Id. pro Roſc. Amer. c. 4. de Fannio prætore.* Te, M. Fanni, quæſo, ut qualem te antea præbuiſti, cum huic quæſtioni judex præeſſes, talem &c.

Quæſtionārius, ii, m. carnifex, qui reos excruciat, ut ab iis veritatem extor-

Digitized by Google

torquent, *Βασανίζων*. *Scholiaſt. Juven. ſat.* 6. *v.* 479. tortores interpretatur *quæſtionarios*, *ſive carnifices*.

Quæſtiuncula, læ, f. *piccola queſtione*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 22. Mihi nunc vos, tanquam alicui Græculo, quæſtiunculam ponitis.

Quæſtor, oris, m. *Queſtore*, *ταμίας*, qui rei alicui quærendæ præeſt, ut criminibus publicis, vel pecuniæ publicæ. Factum eſt per ſyncop. a *Quæſitor*, & idem fere ſignificat: eſt tamen diſcrimen, quod cum de pecuniarum adminiſtratore ſermo eſt, *quæſtor*, non *quæſitor* dicimus. *Cic. Catil.* 4. *c.* 5. Qui reo cuſtodiam, Quæſtori gratulationem, judici præmium decrevit. Alii leg. *quæſitori*. ¶ Ut genus quærendi non unum, ita nec unum genus Quæſtorum. Fuere enim Quæſtores rerum capitalium, ſive parricidii, Quæſtores urbani, ſeu Quæſtores ærarii, Quæſtores Provinciales, Quæſtores Principis ſive Auguſti, alio nomine *Candidati Principis*. ¶ Quæſtores rerum capitalium, *Giudici criminali*, qui & citra Syncopen *Quæſitores* ſæpe dicuntur, erant Magiſtratus, qui quæſtionibus criminum capitalium præerant. Dicti ſunt *rerum capitalium*, quia non creabantur, niſi in cauſis, in quibus de morte, vel capite alicujus civis ageretur. Iidem dicebantur *Quæſtores parricidii*. Nam parricidium apud veteres ſignificabat quodcunque homicidium. *Feſt.* Quæſtores dicebantur, quod quærerent de rebus capitalibus, unde qui talia quærunt, Quæſtores parricidii appellantur. *Varr. l.* 4. *L. L.* Quæſtores a *quærendo*, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ Triumviri Capitales nunc conquirunt: ab his poſtea, qui quæſtionum judicia exercent, Quæſtores dicti. ¶ Officium horum Quæſtorum fuit, Judices congregare, dimittere, crimina cognoſcere, Judicibus præcipere, ut ſententias ferrent. *Sigon. de Judic.* & *l.* 2 *de ant. jure Civ. R. c.* 18. ex *Cic. in Vatin.* 5. *Phil. pro Cluent. in Bruto*, & ex *Auct. ad Her.* ¶ His adjungebantur Judices quæſtionis, de quibus V. *Quæſtio*. ¶ Quæſtores Urbani, ſeu quæſtores ærarii, *Camerlinghi*, *Teſorieri*, erant Magiſtratus minores, qui præerant ærario, quod in æde Saturni erat, ita dicti a quærendis pecuniis publicis. *Varr. l.* 4. *de L. L.* ¶ Diſtinguebantur a Tribunis ærariis, quia Quæſtores curabant pecuniam, quam in ærarium inferrent, Tribuni ærarii curabant pecuniam, quam ex ærario ſumptam Quæſtori Proconſulis, atque exercitui maxime erogarent. ¶ Munus Urbanorum Quæſtorum fuit pecuniam publicam accipere, & expendere, prædam ex hoſtibus captam vendere; ſigna militaria in ærario aſſervare, & Conſulibus in bella ituris mittere, legatos, qui Romam venerant, excipere, deducere, iis hoſpitium curare; ægrotantium curam gerere, mortuiſque a publico munus facere. ¶ Quæſtores militares, erant Magiſtratus minores, qui mittebantur cum Imperatoribus, idest cum Conſulibus, vel cum Prætoribus in militiam ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas. *Cic. de Sen.* Aut Quæſtor in eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim. ¶ Quæſtores Provinciales ejuſdem fere generis erant, hi enim qui una cum Proconſule, vel Proprætore in Provinciam exibant. Munus eorum erat pecuniam ex ærario attributam in uſus provinciæ impendere, vectigalem in ærarium inferre. *Cic.* 2. *Fam. ep. ult.* Mihi quæſtor optatior obtingere nemo potuit. ¶ Quæſtores Principis, ſive Auguſti. V. Candidatus.

Quæſtorium, rii, *ταμιεῖον*, Quæſtoris tabernaculum. *Cic. pro Planc. c.* 41. Theſſalonicam me, in Quæſtoriumque perduxit.

Quæſtorius, a, um. *ταμιευτικός*, quod ad Quæſtorem pertinet. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 17. Quod ego officio Quæſtorio te adductum reticere de Prætore tuo non moleſte ferebam. *Id. Phil.* 13. *c.* 14. Vir Quæſtorius. h. e. Quæſtura functus. Et abſolute *Id.* 3. *Phil.* Qui Ædilitii? qui Tribunitii? qui Quæſtorii? *Sueton. in Claud. c.* 28. Quæſtoria ornamenta. ¶ Quæſtorii agri dicebantur, quos populus Romanus devictis, pulſiſque hoſtibus poſſederat, mandaveratque Quæſtoribus ut venderent. *Flac.* & *Hygin. apud Gerſ.*

Quæſtuarius, a, um, *χρηματιστικός*, quod ad quæſtum ſpectat. *Senec. l.* 6. *de benef. c.* 32. Auguſti filia in adulterum in quæſtuariam verſa. h. e. quæſtum corporis faciens. *Leg.* 4. *ff. de his, qui not. inf.* Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit.

Quæſtuoſe, adverb. *con guadagno*. *Senec. l.* 4. *de benef. c.* 3. Iſtud non beneficium, ſed fœnus eſt, circumſpicere, non ubi optime ponat, ſed ubi quæſtuoſiſſima habeat. *Plin. l.* 19. *c.* 4. Quæſtuoſius cenſum habere.

Quæſtuoſus, a, um, *da guadagno*, *utile*, Ger. *gewinnreich*, Gal. *qui gaigne*, *ou fait gaigner beaucoup*, Hiſp. *de mucha ganancia*, *κερδαλέος*, idem ac lucroſus, ut Quæſtuoſus homo, qui lucri, quæſtuſque avidior undique lucellare capiat: Ars quæſtuoſa, quæ plurimum quæſtus affert. *Cic.* 4. *Ver.* Quam illa res calamitoſa Heraclio, quæſtuoſa Verri, turpis Syracuſanis, miſeranda omnibus videbatur. *Id.* 2. *Phil.* Cujus domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum. *Id.* 2. *Verr.* Tertium illum uberrimum, quæſtuoſiſſimumque annum totum judicibus reſervaret. *Id.* 2. *Agrar. c.* 25. Hoc multo eſt quæſtuoſius, quam ſi &c. *Curt. l.* 4. *c.* 7. Gens Syrtica, navigiorum ſpoliis quæſtuoſa.

Quæſtūra, æ, *Queſtura*, *ταμιεία*, quæſtoris dignitas. *Cic. l.* 13. *ep.* 39. Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia, jam inde a Quæſtura mea Sicilienſi. ¶ Quæſtura Urbana fuit primus omnium Magiſtratuum. *Cic.* 2. *Ver.* Quæſtum primus gradus honoris. ¶ Petendæ Quæſturæ nullus annus definitus fuit. Nam Gracchi, Tyberius, & Cajus, eam geſſere anno ætatis 27. M. T. Cicero anno 31. C. Julius Cæſar is, qui perpetuam Dictaturam invaſit, anno 33. M. Cato Uticenſis anno 29. Lex enim Villia nihil ſanxit de Magiſtratibus non Curulibus.

Quæſtus, us, m. *guadagno*, בצע, Germ. *gewinn*, Gall. *gain*, *profit*, Hiſp. *ganancia*, *κέρδος*, lucrum numarium. *Cic.* 5. *Ver.* Tantum de quæſtu, ac lucro dicam unius agri, & unius anni. *Id.* 2. *Off. c.* 22. Habere Remp. quæſtui. *Id. pro Sex. Roſc. c.* 38. Facere aliquid ſui quæſtus cauſa. *Id.* 13. *Fam. ep.* 14. Facere quæſtum in aliqua re. *Id. in Piſon. c.* 35. Pecuniam in quæſtu relinquere. *a cenſo*. *Idem* 7. *Verr.* Furtis quæſtum facere. *Quintil. l.* 1. *proœm.* Ut lingua primum eſſe cœpit in quæſtu. h. e. venalis. ¶ Interdum ponitur pro actione, atque artificio lucrandæ pecuniæ. *Cic.* 1. *Off. c.* 42. Jam de artificiis, & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint. ¶ Veteres efferebant per ſecundam decl. *Plaut. Aul.* 1. 2. 5. Apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 38. Animum quæſti gratia ad malas adducam partes.

Qualibet, ſeu qualubet, *per qualunque luogo*, per quamcunque locum, adv. motus per locum. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Si vel maxima flumina in rivos deducantur, qualibet tranſitum præbent. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 122. Qualibet perambula ædes. *Catul. carm.* 40. *in Ravidum.* Qualubet eſſe notus optas? h. e. quacunque ratione.

Qualis, & le, o. 3. *quale*, Germ. *wie*, Gal. *quel*, Hiſp. *qual*, *οἷος*, relativum qualitatis, alicujus rei naturam declarans. *Cic. de Amic.* Non ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 4. Qualem te antea præbuiſti, talem te hoc tempore impertias. ¶ Ponitur interdum interrogative. *Cic.* 4. *Acad.* Qualis eſt iſtorum oratio, qui omnia non tam eſſe, quam videri volunt? ¶ Interdum uſurpatur pro qualiter, in comparationibus. *Virg.* 4. *Georg.* Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra amiſſos queritur fœtus. ¶ *Qualis qualis* geminatum idem eſt, quod qualiſcunque. *Juriſc. l. reſcriptum*, *ff. de diſt. pign.* Ex contractu quali quali obligatione interpoſita. ¶ *Quale* poetice uſurpatur pro qualiter. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 5. *v.* 37. Quale roſæ fulgent inter ſua lilia mixtæ. ¶ *Qualis qualis*, quivis, qualiſcumque. *Ulpian. Digeſt. l.* 47. *tit.* 10. *leg.* 15. *ad fin.* Multum intereſt, qualis ſervus ſit, bonæ frugis, ordinarius, diſpenſator, an vero vulgaris, vel mediaſtinus; an qualis qualis.

Qualiſcunque, & qualecunque, o. 3. *qualunque*, *ὁποῖος*, *ὅστις οὖν*, quicunque, qualiſlibet. *Cic.* 1. *Tuſc.* Totumque hoc leve eſt, qualecunque eſt. *Id.* 14. *Attic. ep.* 14. Homines benevolos, qualeſcunque ſunt, grave eſt inſequi contumelia. ¶ Per tmeſim interdum dividitur. *Ovid.* 4. *de Pon. eleg.* 13. Qualis enim cumque eſt, non latet eſſe meum.

Qualitas, atis, *qualità*, Germ. *weiſe*, *geſtalt*, Gal. *qualité*, Hiſp. *qualidad*, *ποιότης*, id, quo res quales dicuntur, ut virtus, albedo, &c. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Quod ex utroque, id jam corpus, & quaſi qualitatem quandam nominabant. dabitis enim profecto, ut in rebus inuſitatis utamur verbis interdum inauditis. *Id. ibid. c.* 7. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant; quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum. *Quintil. l.* 5. *c.* 9. Qualitas cœli. *Col. l.* 8. *c.* 17. Qualitatem litoris noſtri contemplemur. *Plin. l.* 2. *c.* 80. Qualitas materiæ excipientis.

Qualiter, adv. *ſiccome*, Germ. *gleichwie*, Gall. *comment*, Hiſp. *en qual manera*, *como*, *ὡς*, *ὥσπερ*, quemadmodum. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Antiquis enim torus a ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 304. Qualiter ex alta cum Jupiter arce coruſcat. ¶ Recentum idem ait ac qualitercunque. *Leg.* 7. *ff. de minorib.* Geſtum ſic accipitur qualiter qualiter, ſive contractum ſit, ſive quid aliud contigerit. Adde *Ulpian. l.* 63. *ff. de verb. ſign.*

Qualitercumque, adv. *in qualunque modo*, *ὁπωσοῦν*, quomodocunque, utcunque. *Col. l.* 2. *c.* 10. Et, qualitercunque obruas, ſuſtinet colonis negligentiam. Adde *l.* 11. *c.* 3.

Qualiſlibet, lelibet, adject. *qualunque*. *Cic.* 2. *de nat. c.* 37. Formæ literarum vel aureæ, vel qualeſlibet. Rectius tamen alii *quales libet*.

Qualum, i, idem ac qualus. *Cato c.* 11. Corbulas Amerinas viginti, quala ſataria ſeptem, alveos quadraginta. Adde *c.* 13. *Col. l.* 7. *c.* 3. Sint quala mundiſſima, ne qua earum valetudo infeſtetur uligine. Sed hic *Voſſius* mavult, *Sit caula mundiſſima*.

Qualus, i, m. *ceſto*, *paniere*, סל חורים, Ger. *ein geflochtenkorb*, Gal. *panier d'oſier*, Hiſ. *canaſto*, *κάλαθος*, *τάλαρος*, *ταρσός*, genus ciſtæ, ſeu vaſis viminei, per quod vinum guttatim defluit, cum calcatur uva, reliqua vero materia exire prohibetur. *Feſt. in Canephora*. *Virg.* 2. *Georg. v.* 241. Tu ſpiſſo vimine qualos, colaque prælorum fumoſis diripe tectis. ¶ Aliis quoque uſibus inſervit. *Hor. l.* 3. *od.* 12. qualum ponit pro ciſtula, in qua puellæ penſa reponunt. *Col. l.* 8. *c.* 3. pro ciſta, in qua gallinæ ova edunt. *Apul. l.* 4. *A. A.* pro caniſtro, in quo panis ſervatur. *Ulpian. l. ſed & ſi quid. ff. de uſufr.* pro vimineo vaſe ad cæmenta portanda idoneo.

Quam, adv. *che*, *quanto*, כמה, Germ. *dann*, *weder*, Gall. *que*, Hiſp. *que*, *ἤ*, quantum, quantopere, a *quantum*, per Apocopen, ut tam ex tantum. *Cic. in Top.* Non tam vitandi laboris mei cauſa, quam quia tua id intereſſe arbitrabar. *Liv. l.* 25. *c.* 49. Quam mallem, vinctos mihi traderet! ¶ In conſtructione nominum poſitivis jungitur. *Cic.* 2. *Acad.* Quam multa vident Pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus? *Id. l.* 7. *Fam. ep.* 13. Quam ſint moroſi, qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. ¶ Etſi relativum ſit, tamen ſine *tam* uſurpari poteſt, præſertim ſi præponatur. *Liv. l.* 35. Homo non, quam iſti ſunt, glorioſus. ¶ Reperitur etiam cum comparativis, pro quanto. *Quintil. l.* 1. Quam in his quoque libris erunt omnia compoſitiora. *Virg.* 7. *Æn.* Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis, quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. *Cic. pro Dejot.* [illegible], inquam, dexteram non tam in bellis, & prœliis, quam in promiſſis, & fide firmiorem. ¶ Et cum ſuperlativis. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9. *de canibus*. Quam pauciſſimos relinquet, tam optimi in alendo fient. *Salluſt. in Jug. c.* 31. Itaque quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. *Liv. l.* 34. Eo tyranno, quam qui unquam fuit, ſæviſſimo, & violentiſſimo [illegible]. ¶ Eleganter comparativa ſequitur. *Cic.* 1. *Off.* Ne benignitas major eſſet, quam facultates. *Id. l.* 13. *Fam. ep.* 8. Majora erga ſalutem, dignitatemque meam ſtudia, quam erant a muliere poſtulanda. ¶ Item cum comparativa ſequitur, vexuſte poſt ſe admittit particulam *et*. *Cic.* 3. *de Orat.* Hoc altius eſt, quam ut nos humi ſtrati ſuſpicare poſſimus. ¶ Aliquando ponitur poſt poſitiva, ſed comparative accepta. *Plaut. Rud.* 4. 4. 70. Tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquens. ¶ Eſt etiam adver. intenſivum, & ſignificat valde. Et jungitur poſitivis. *Cæſ. l.* 4. *Bell. Gall.* Ut quam celerem, atque inſtabilem motum haberent. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Ut cuperem quam celeriter res noſtras monumentis commendari tuis. Sed alii legunt *quam celerrime*. ¶ Vel cum ſuperlativis. *Cic.* 1. *Off.* Tum quam plurimis, modo dignis, ſe utilem præbeat. ¶ Si verbum *poſſum* ſequatur, vel ſubintelligatur, ſuperlativa exigit. *Cic.* 3. *de Or.* Eoſque, quam poſſunt, molliſſime ſubſternunt. ¶ Jungitur etiam in hac ſignificatione his dictionibus, *per*, *ſane*, *oppido*, *admodum*, *valde*. *Plin.* 2a *ep.* 27. *l.* 7. Perquam ſcire velim. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 10. Nam quod de Pompeio Caninios, ſane quam refrixit. *Gel. l.* 17. *c.* 12. Favorinus oppido quam libens dicebat. *Idem l.* 19. *c.* 9. Voce admodum quam ſuavi. *Cic.* 7. *Ver. c.* 16. Quam valde univerſi admurmurarint. ¶ Sumitur etiam pro *magis*, vel *potius quam*, apud *Juriſcon. Paul. l.* 2. *de reb. cred.* Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie. ¶ Item pro pluſquam, cum nominibus, quæ multitudinem ſignificant, ſi comparationem includant. *Col. l.* 1. *c.* 8. Ferramenta duplicia, quam numerus ſervorum exigit. ¶ Item pro *ac*, vel *atque*, cum dictionibus diverſitatis, vel contrarietatis. *Quintil. l.* 1. 2. 8. Pranſus quoque, & potus diverſum valent, quam indicant. *Cic.* 2. *de Leg.* Contra facis, quam pollicitus es. ¶ Item pro quandiu. *Cic. in Brut.* Viſitque tandiu, quam licuit in civitate bene, beateque vivere. ¶ Jungitur cum *pridie*, *poſtero*, & *poſtridie*. *Suet. in Cæſ.* Et pridie, quam occideretur. *Cic.* 2. *de Orat.* Poſtero igitur die, quam illa erant acta. *Cic. Tironi*. Menandrius poſtridie ad me venit, quam exſpectaram. Et abſolute *Liv. l.* 6. *c.* 29. *in fi.* Die vigeſimo quam creatus erat, dictatura ſe abdicavit. ¶ *Quam de*, idem ac *quam*, apud vet. *Feſt.* & *Lucr. l.* 1. *v.* 640. Quam de gravis Grajos inter, qui vera requirunt. ¶ *Quam mox*, ſignificat quam cito. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 6. Quam mox navigo in Epheſum, ut aurum repetam? *Cic. pro Roſc. Com.* Quid exſpectas, quam mox ego Luſcium, & Manilium dicam ordine eſſe Senatores, ætate grandes natu? &c. *quand'io ſia a dire*. ¶ Quam pro *quam ſi*. *Catull. carm.* 10. *de Vari ſcorto*, *v.* 32. Utor tam bene quam mihi pararim.

Quamlibet, & Quamlubet, adv. idem ac quantumlibet, ſive quantumvis. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues cruſtas. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Quamlibet parum. *Lucret. l.* 2. *v.* 541. Quamlubet eſto unica res. *ſia quanto ſi vuole*.

Quamobrem, adv. *perchè*, Ger. *darumb*, Gal. *pourquoy*, Hiſp. *por la qual cauſa*, *ἀνθ' ὧν*, *τοῦ ἕνεκα*, *διὰ ταῦτα*, *διὰ τί*, cur, quare. *Cic.* 1. *Fin.* Quamobrem tandem, inquit, non ſatisfacit? ¶ Sæpe non interrogat, & ſignif.

ſignificat quapropter, quam ob cauſam, *per la qual coſa*, *per lo che*, *che però*. *Cic. l. 2 ep.* 7. Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, utar, &c. *Id. l.* 3. *ep.* 10. Multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. *Ter. Adelph.* 3. 3. 81. Ego vero hinc abeo, quando it, quamobrem huc veneram, res abiit. h. e. propter quam. ¶ Poteſt etiam diviſum uſurpari *quam ob rem*. Itaque *Cic.* 3. *Phil. c.* 15. Quas ob res quod tribuni pl. verba fecerunt, &c.

Quamplūres, a, adject. *aſſai molti*, *la maggior parte*. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 50. Permanſerunt aquæ dies quamplures. *Gal. l.* 1. *c.* 7. Quampluribus videbatur. Utroque loco alii leg. *complures*. *Plaut. Stich.* 2. 1. 45. Sed curioſi ſunt hic quamplures mali.

Quamplurimus, a, um, adject. *aſſaiſſima*, valde plurimus. *Cic.* 3. *Off. c.* 12. Frumentum quamplurimo vendere. *Cato R. R. c.* 156. Quamplurimum braſſicæ edere. ¶ Legitur & *quam plurimus* ſeparatum.

Quampridem, adv. quanto tempore ante. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 3. Quampridem nomen Fannii in adverſaria retuliſti? *quanto è?* *Ter. Eun.* 3. 3. 11. Quampridem pater mihi, & mater mortui eſſent, dico, jamdiu. *quanto tempo ſoſſe*, *che er.* ¶ Legitur & *quam pridem* diviſum.

Quamprimum, adv. *quanto prima*, *ſubitamente*, ὅσον τάχιστα, valde cito. *Cic. l.* 2. *Fam. ep. ult.* Si ad me in Ciliciam quamprimum veneris.

Quamvis, *benchè*, *quantunque*, ״ו, Ger. *wie wol*, Gal. *bienque*, Hiſp. *aunque*, καίπερ, etſi, quanquam, licet, conjunctio adverſativa. Conſtruitur cum conjunctivo. *Cic.* 1. *Off.* Quamvis murum aciee percuſſerit. ¶ Reperitur etiam cum indicativo. *Col. l.* 9. *c.* 4. Quamvis doctiſſimi viri auctoritatem verebar. *Virg.* 5. *Æn.* Quamvis ſolus avem cælo dejecit ab alto. ¶ Ponitur etiam pro *quantumvis*. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 15. Quamvis parvis Italiæ latebris contentus eſſem. *Id. pro R. Am.* Quaſi vero mihi difficile ſit quamvis multos nominatim proferre.

Quandĭu, adv. *per quanto tempo*, עד־מתי, Ger. *wie lang*, Gal. *juſq' à quand*, *tandis*, Hiſ. *de mientras que*, μέχρι ὅ, & interrogative ἐφ' ὅσον χρόνον, καθόσον, quanto tempore. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 7. Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo. *Id. pro R. Am. c.* 32. Hæc tu, Eruti, tot, & tanta ſi nactus eſſes in reo, quandiu diceres? ¶ Dividitur per tmeſim. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 7. Quoties quiſque voluit, dixit, & quam voluit diu.

Quando, adv. *quando*, מתי, Ger. *wann*, Gal. *quand*, Hiſp. *quando*, πότε, quo tempore. Uſurpatur vel interrogative. *Cic. in Piſon.* Quando hoc bellum aut hic Ordo, aut Populus ſuſcepit? ¶ Vel infinite. *Cic. Fam. l.* 9. *ep.* 1. Quando autem te viſuri eſſemus, nihil ſane ex eiſdem literis potui ſuſpicari. ¶ Vel relative. *Cic.* 2. *Off.* Utinam tunc eſſem natus, quando Romani dona cepiſſent. ¶ *Quando gentium*, idem ac quando abſolute, ea forma, qua dicimus *uſquam gentium*, *ubi locorum*. *Plaut. Amph. in ſuppoſitis*, *ſc. Dii voſtram fidem. verſus ſin.* Quis te miſit furcifer? S. qui me rogat. A. quando gentium? S. dudum. ¶ Ponitur interdum pro *aliquando*, præſertim cum *num* præcedit. *Cic. de Am.* Num quando amici novi non indigni amicitia veteribus ſint anteponendi. ¶ Eſt etiam conjunctio cauſalis, pro *quandoquidem*. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 12. Quam quando complexus es, & tenes. *Liv. l.* 34. *c.* 34. Obſideamus Lacedæmonem, quando ita placet.

Quandocunque, adv. *in qualunque tempo*, ὁπότε, quocunque tempore. *Plin. l.* 29. *c.* 1. *de Græcis*. Quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet. *Col. l.* 3. *c.* 10. Quandocunque promiſerimus, integram inveniemus. ¶ Interdum ſumitur pro aliquando, aliquo tempore, *quando che ſia*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. *v.* 31. Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis, Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra: Garrulus hunc quando conſumet cunque. *Ovid.* 6. *Met. v.* 546. ſi non perierunt omnia mecum, Quandocunque mihi pœnas dabis. Adde 3. *Triſt. el* 1. *v.* 57.

Quandolibet, adv. idem quod quandocunque. *Lactant. de opif. Dei*, *c.* 4. Neceſſe eſt, ut mortem recipiat quandolibet, quoniam corporalis eſt.

Quandŏque, adv. *una volta*, aliquando, aliquo tempore. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 19. Me Aſturæ arbitror diutius commoraturum, quoad illa quandoque veniat. *Celſ. l.* 6. *c.* 6. Vix ante vigeſimum diem tollitur, nonnunquam per duos menſes durat, ſed quandoque finitur. ¶ Item pro interdum, *alle volte*. *Col. l* 7. *c.* 3. Summitti tamen etiam in vicinia tabis quandoque oportebit. *Sen. l.* 1. *quaſt. nat. c.* 1. Quandoque igitur fiunt trabes, quandoque clypei. ¶ Item pro quando, ſeu quandocunque, *qualora*. *Horat. l.* 4. *od.* 2. Concines majore poeta plectro Cæſarem, quandoque trahet feroces Per ſacrum clivum, merita decorus Fronde, Sicambros. *Sueton. in Cæſ. c.* 8. Quandoque oſſa Capyæ detecta eſſent, fore, ut Julo prognatus manu conſanguineorum necaretur.

Quandoquĭdem, *poichè*, כי, Germ. *die weil*, Gal. *puiſque*, Hiſp. *pues que*, ἐπειδή, ſiquidem, quoniam, conjunctio cauſalis. *Cic. in Brut.* Quandoquidem tu iſtos Oratores, inquit, tantopere laudas. *Liv. l.* 8. *c.* 35. Quandoquidem apud te nec auctoritas ſenatus, nec ætas mea valet.

Quandūdum, adv. quanto tempore. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 43. Quandudum tu advenisti? *Quant' è*, *che &c.* *Ter. Andr.* 5. 2. 9. Modo introii. Si. Quaſi ego, quandudum, rogem. ¶ Scribitur & *quam dudum* diviſim, & fortaſſe rectius.

Quanquam, vel Quamquam, *benchè*, *ſebbene*, *quantunque*, καίπερ, etſi, tametſi, quamvis, licet, conjunctio adverſativa. Conſtruitur cum indicativo. *Cic.* 1. *Off.* Et quanquam omnis virtus nos ad ſe allicit. *Ter. Heaut.* 1. 1. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt, tamen vel virtus tua &c. ¶ Poteſt etiam uſurpari cum conjunctivo, præſertim in media, & in extrema periodo. *Cic.* 2. *de Orat.* Quanquam ita ſe rem habere arbitrarentur. *Quint. l.* 1. *c.* 2. Cædi vero diſcentes, quanquam receptum ſit, & Chryſippus non improbet, minime velim. ¶ Venuſtatem habet, cum quis corrigit ſe ipſum. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 2. Quamquam te quidem quid hoc doceam? *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 16. Quanquam quem potiſſimum Herculem colamus, ſcire ſane velim.

Quantillum, adverb. diminutivum a quantum. *Plaut. Curc.* 1. 2. 14. Quantillum ſitit?

Quantillus, a, um, dim. a *quantulus*. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 48. Hæccine ſunt meæ filiæ? Quantæ e quantillis jam ſunt factæ! *Id. Pſeud.* 4. 7. 95. Quantillo argento te conduxit? *Id. Trucul.* 2. ſc. 7. Quantillo mihi opera nunc perſuaderi poteſt! h. e. quam facile.

Quantiſper, adv. quanto tempore. *Cæcil.* apud *Non. c.* 11. *n.* 20. Velim pauliſper experiri te. Quantiſper? non plus triduum. *Pompon. ibid.* Poſſum exorare te, ut recedat a me pauliſper modo? quantiſper fas habes.

Quantĭtas, atis, *quantità*, ποσότης, extenſio rei corporeæ, magnitudo rei extanſæ. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Laborant (arbores) & fame, & cruditate, quæ fiunt humoris quantitate. Adde *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. ¶ Juriſconſultis quantitas idem eſt ac modus. *Ulpian. l.* 21. *ff. de oper. nov. nunciat.* Ad operis quantitatem refertur.

Quanto, adv. *quanto*, ὅσῳ, idem ac quantum. Uſurpatur cum comparativis. *Cic.* 2. *Acad.* Quanto magis Philoſophi delectabunt, ſi &c.? *Ter. Heaut.* 3. 1. 15. Quanto diutius abeſt, magis cupio tanto, & magis deſidero. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 18. Quanto plus ſpei ad effugium, minorem ad reſiſtendum animum dabant. ¶ Raro cum poſitivis, nec niſi præcedente tanto. *Tacit. An.* 6. *c.* 45. Tanto acceptius in vulgus, quanto modicus privatis ædificationibus.

Quantulus, adverb. quanto ocius. *Sulpic. Sever. Dial.* 3. *c.* 5. Diſcede quantocius, ne me ob injuriam tuam cœleſtis ira conſumat. Adde *Mamertin. in Paneg. ad Julian. c.* 2.

Quantopĕre, adv. *quanto grandemente*, Germ. *wie heftig*, Gall. *combien*, Hiſp. *grandemente*, ἐς ὅ, εἰς ὅσον, quam valde, ex *quanto*, & abl. *opere*. Sumitur vel relative. *Cic.* 1. *de Or.* Neque enim tantopere deſiderabam, &c. quantopere delector, &c. ¶ Vel infinite. *Cic.* 3. *Tuſc.* Quanquam de univerſa Philoſophia quantopere expetenda eſſet, & colenda, ſatis, ut arbitror, dictum eſt in Hortenſio. *Id.* 14. *Attic. ep.* 6. Dici non poteſt, quantopere gaudeam.

Quantŭlum, adv. *quanto poco*, dim. a *quantum*. *Cic.* 5. *Ver. c.* 1. Nos, qui jam & quid facere, & quantulum judicare poſſemus, oſtendimus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 224. Quantulum enim ſummæ curabit quiſque dierum?

Quantŭlus, a, um, quam exiguus, dim. a *quantus*. *Cic.* 4. *Acad. de Sole*. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis. *Id.* 1. *de Or.* Ut ea plus nos aſſequamur, quam quantulum tu in dicendo aſſecutus es. *Id.* 2. *Agrar. c.* 25. Quantulum intereſt, utrum in Maſſici radices, an in Italiam deducamini? *Id.* 2. *de Legib. c.* 19. Idem quantulum eſt?

Quantuloſcunque, acunque, umcunque, quam minimus, vel quam parvus tibi videtur. *Cic.* 1. *de Or. c.* 30. Sed de hac mea, quantulacunque eſt, facultate quæritis. *Senec. ep.* 85. Quantuliscunque affectus ſint. *Col. l.* 8. *c.* 3. Quantulumcunque aquæ, vel ciborum ineſſet.

Quantulolĭbet, alibet, umlibet, quam exiguus libet. *Ulp. l.* 4. §. *ult. ff. de ædil. edic.* Non denique febriculam quantulamlibet ad cauſam hujus edicti pertinere.

Quantuluſquiſque, quantulaquæque, quantulumquodque, & quantulumquidque, idem eſt ac quantuluſcunque. *Gell. in præfat. l.* 1. Quantuliquique fuerint progreſſus.

Quantum, adv. *quanto*, ὅσον, adv. quantitatis. *Cic.* 2. *Phil.* Quantum enim potero, minuam contentiones. ¶ *In quantum*, *tanto quanto*. *Ovid.* 11. *Met. v.* 71. Quippe pedum digitos, in quantum quæque ſecuta, Traxit, & in ſolidam detruſit acumina terram. *Velle. l.* 2. *c.* 9. Vir in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt. ¶ Jungitur interdum aliis adverbiis. *Plin. l.* 3. *ep. ult.* Dedit enim mihi quantum maxime potuit. *Senec. epiſt.* 8. Quantum plurimum poteſt, iſta beneficia devitet. *Horat. l.* 1. *od.* 27. Immane quantum diſcrepat. *Plin. l.* 4. *c.* 20. *de Pyrenæo*. Immenſum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. *Cic. in Orat. c.* 16. Nimium quantum. V. *Nimium*. ¶ Mirum quantum, V. *Mirum*.

Quantumvis, adv. *quantunque*, *quanto ſi voglia*. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 39. Poſt hæc ille catus, quantumvis ruſticus, ibit. *Senec. epiſt.* 85. Iſta quantumvis exigua ſint, in majus excedunt. Adde *Sueton. Calig. c.* 53.

Quantus, a, um, o. 1. a. *quanto*, Germ. *wie groß*, Gal. *combien grand*, Hiſp. *quanto grande*, ὅσος, & interrogative πόσος, quam magnus, ab ὅσος, ut tantus a τόσος. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates! *Id.* 3. *de Orat.* Qualis oratoris, & quanti hominis in dicendo putas eſſe hiſtoriam ſcribere? *Id. de Amic.* Tanta eſt inter eos, quanta maxima eſſe poteſt, morum diſtantia. *Velle. l.* 2. *c.* 129. Cum quanta gravitate cauſas audit? *Plin. l.* 8. *c.* 25. Crocodilus parit ova, quanta anſerat. *tanto grandi*, *quanto l'amore*. *Plaut. Stich.* 1. 2. 62. Quantum mea ſapientia eſt. *per quanto ch' io ſo*. ¶ Interdum refertur ad numerum, & ponitur pro quot. *Lamprid. in Heliog. c.* 25. Cum ſermo eſſet natus, quanti hæmiti eſſent in urbe Roma, juſſit omnes notari. *Propert. l.* 1. *eleg.* 5. At tibi curarum millia quanta dabit? *Claudian. de* 3. *Conſul. Honor v.* 126. Quanti tum juvenes, quantæ ſprevere pudorem Spectandi ſtudio matres? ¶ Genitiv. *quanti* jungitur verbis æſtimationis, & pretii. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Quanti autem hæc philoſophia æſtimanda eſt? *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Noli ſpectare, quanti ſit homo, parvi enim pretii eſt, qui jam nihil ſit. *Plaut. Epid.* 2. 2. 110. Quanti emi poteſt minimo? *il ſuo minor prezzo quant' è?* *Ter. Eun.* 4. 7. 21. Quanti eſt ſapere! *quanto vuol dire il ſapere!* *Leg.* 3. *ff. de vin. & aſſ. &c.* Quanti intereſt. ¶ *Quantus quantus* repetitum idem eſt, ac quam magnus eſt, vel tantus quantus eſt. *Ter. Adelph.* 3. 3. 40. Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia es. ¶ Quanti quanti in ſecundo caſu cum verbis emendi. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 23. Sed quanti quanti; bene emitur quod neceſſe eſt. *mſi*, *quanto ſi vuole*. ¶ Sæpiſſime uſurpatur in neut. gen. more ſubſtantivi. *Ovid.* 2. *Faſtor.* Quantum animis erroris ineſt! *Cic. Q. Fr. l.* 1. *c.* 13. Neque te patiar, quantum in me erit, cum exceptione laudari. ¶ *Quantum poteſt*, pro quantum fieri poteſt. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 64. Propera jam, quantum poteſt. Adde *Amph.* 3. 3. 16. & *Ter. Phorm.* 5. 1. 20.

Quantuſcumque, acunque, umcunque, *quanto che è*, ὁποσοσοῦν, quam magnus eſt, tantus, quantus eſt. *Cic. pro Corn. Balb.* Quæ neque invidioſa eſt, & quantacunque eſt, ejuſmodi eſt, &c. *Id.* 3. *Fin. c.* 10. Quantumcunque eo addideris. *Id.* 2. *de Orat. c.* 28. Atque ego is, qui ſum quantuſcunque ſum.

Quantuslĭbet, alibet, umlibet, idem quod quantuſcunque, vel quantum tibi capere libet. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Suppurationes quantaslibet ſanat. *Ovid. d. Faſt. v.* 649. quantolibet ordine dignus. *Tacit. Agric. c.* 4. Quantalibet facilitate.

Quantuſvis, quantavis, quantumvis, *grande quanto tu vuoi*. *Liv. l.* 26. *c.* 42. Super portum ſatis amplum quantævis claſſi. *Lucret. l.* 4. *v.* 1164. quantovis oris honore. *Ter. Andr.* 5. 1. 15. Cum faciem videas, videtur eſſe quantivis pretii.

Quaprŏpter, adv. *per la qual coſa*, על כן, Germ. *darum*, Gall. *c'eſt pourquoy*, *parquoy*, Hiſp. *por la qual coſa*, διὸ τοῦτο, propter quod, quamobrem. *Ter. Heaut.* Cave, faxis, non eſt opus pater. CH. Quapropter? CL. quia &c. *Cic.* 4. *Ver.* Quapropter nihil eſt, quod metuas, nequid mecum fingam.

Quāquā, adv. *da qualunque parte*, *dovunque*, Ger. *wo hin*, Gall. *par quelque coté que ſe ſoit*, Hiſp. *por do quiera que*, ὁπηπερ ἄν, ex quacunque parte. *Plaut. Epid.* 5. 2. 9. Quaqua tangit, omne amburit.

Quaqua verſus, adv. *in ogni parte*, πανταχόσε, in omnem partem, per quemcunque locum. *Cic.* 9. *Phil. c. ult.* Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludiſque liberos, poſteroſque ejus quaque verſus pedes quinque habere. Alii leg. *quoque*.

Quaquam, adverb. motus per locum, *per qualche luogo*. *Lucret. l.* 1. *v.* 427. haud uſquam ſita corpora poſſent Eſſe, neque omnino quoquam diverſa meare.

Quaque. V. Quaqua.

Quare, adv. *perchè*, למה, Germ. *warumb*, Gall. *pourquoi*, Hiſp. *porque*, διὰ τί, qua de cauſa, quam ob rem. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 26. Nanque illud quare Scævola negaſti? ¶ Uſurpatur etiam infinite. *Cic.* 2. *Off.* Utendum eſt excuſatione, quare id, quod feceris, neceſſe fuerit. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 33. Permulta ſunt, quæ dici poſſunt, quare intelligatur, facultatem tibi fuiſſe &c. ¶ Eſt item conjunctio collectiva, ſive rationalis, pro *quapropter*, *quamobrem*, *itaque*. Ponitur in principio periodi.

di. Cic. pro L. Man. Quare cum bellum neceſſarium ſit, ut negligi non poſſit, &c. ¶ *Nec quid, nec quare*, modus loquendi per ellipſim, quo ſignificatur, nullam eſſe certam rationem, nec cauſam ejus rei, de qua loquimur. *Petron. in Satyr.* Unus Trimalchionis Fortunata appellatur, quæ nummos modio metitur. Et modo quid fuit? Ignoſcet mihi Genius tuus, noluiſſes de manu ejus panem accipere. Nunc, nec quid nec quare, in cœlum abiit, & Trimalchionis tapanta eſt, *qualunque ſi ſia la ragione*.

Quariātes, m. 3. pop. Galliæ Narb. in medit. Provinciæ, juxta Alpes maritimas, inter Suetros, & Adunicates. *Plin. lib. 3. c. 4.*

Quarta, æ, f. (ſubintellige *pars*) a JCtis paſſim accipitur pro quarta parte ejus rei, de qua agitur. Quamplura ex Dig. & Cod. loca collegit *Hotoman. in comment. de verb. juris.*

Quartadecimāni, vel Quartadecumani, orum, m. milites legionis decimæquartæ, apud *Tacit. 5. hiſt. c. 11.*

Quartanarius, a, um, adject. *Pallad. l. 2. tit. 11.* Quartanarium tabulam, quæ quartam jugeri partem quadrata conficiet.

Quartānus, a, um, adject. Quartani milites legionis quartæ, apud *Tacit. 4. hiſt. c. 37.* ¶ Quartana febris, & quartana abſolute, quæ quarto die recurrit, *febbre quartana*. *Plin. l. 7. c. 50.* Febri quartana liberatus eſt in acie. *Cic. Attic. l. 7. ep. 2.* Quartanam mihi dixit deceſſiſſe. *Plin. l. 20. c. 6.* Quartanas excutere.

Quartarius, ii, maſc. mulio mercenarius, ita dictus, quod quartam partem quæſtus caperet. *Feſt. Lucill. apud eund.* Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos colligere omnes. ¶ Quartarius item eſt quarta pars majoris menſuræ, ut quarta pars congii, *quarta*. *Cato c. 95.* Poſtea ſumito bituminis tertiarium, & ſulphuris quartarium. *Liv. l. 5. c. 47.* Cui univerſi ſelibras farris, & quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt.

Quartatio, V. Tertiatio.

Quarticeps, &

Quarticepſos. V. *Biceps*.

Quarto, adverb. τέταρτον, quarto loco, vel ordine. *Varr.* apud *Gell. lib. 10. cap. 1.* Aliud eſt quarto Prætorem fieri, & quartum, quod quarto locum adſignificat, & tres ante factos, quartum tempus adſignificat, & ter ante factum. Igitur Ennius recte, qui ſcripſit: Quintus pater quartum fit Conſul.

Quartum, adv. τέταρτον, *la quarta volta*, quarta vice. *Quarto*, & *quartum* inter ſe differunt. Nam *quarto Conſul*, ſignificat ſuum Conſulum ordinem, hoc modo, *Marcus fuit quarto Conſul*, ideſt tres Conſules ab origine, & inſtitutione Conſulatus ante fuerunt, quam Marcus fuiſſet Conſul, qui quarto anno a primis Conſulibus factus eſt Conſul. *quartum* autem *Conſul* dicitur ratione ejuſdem perſonæ, quæ tribus Conſulatibus jam perfuncta, quartum gerit Conſulatum. *Liv. l. 3. c. 67.* T. Quinctio quartum Conſule. V. *Quarto*.

Quartus, a, um, *quarto*, רביעי, Ger. *der vierdte*, Gall. *quatrieme*, Hiſp. *quarto*, τέταρτος, proximus a tertio, nomen numerale ordinis. *Cicer. 2. Acad.* Qui eſt quartus ab Arceſila. *Liv. l. 24.* Ubi quartæ vigiliæ ſignum ceciniſſet.

Quartuſdecimus, a, um, adject. *decimoquarto*. *Tacit. 1. Ann. c. 70.* Quartadecima legio. *Plin. l. 2. c. 99.* Quartadecima luna, *luna piena*.

Quaſi, adv. *quaſi, come, come ſe*, כמו, Ger. *gleich*, Gal. *preſque*, Hiſp. *caſi*, ὥσπερ, ita ut, perinde ac ſi, haud aliter ac ſi. *Plaut. Pſeud. 4. 1. 45.* Verum ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet. *Cic. 4. Ver.* Repente aſpicimus lituras ejuſmodi, quaſi quædam vulnera tabularum recentia. *Id. pro Quinct.* Qui, quaſi ſua res, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævii ſtudio, & cupiditati morem gerunt. *Id. l. 3. Fam. ep. 7.* Quaſi vero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. ¶ Ponitur etiam pro fere, *pene*. *Cic. 4. Acad. de Sole.* Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis. ¶ Item pro ſicut, quemadmodum. *Plaut. Aulul. 4. 1. 9.* Quaſi pueris, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis; eodem modo, &c. *Id. Aulul. 4. 16.* Qui ſervitutem ſervis, quaſi ego ſervio. ¶ *Plin. l. 8. ep. 16.* Permitto ſervis quoque quaſi teſtamenta facere, eaque ut legitima cuſtodio, h. e. ſpeciem quandam teſtamentorum, quam raſſe & legitime teſtari ſervi non poterant.

Quaſillaria, æ, f. ancilla infimæ domus, ita dicta, quia penſa in quaſillis expoſita habet. *Petron. in Satyr.* Convocat omnes quaſillarias, familiæque ſordidiſſimam partem, ac me conſpui jubet.

Quaſillum, i, n. idem ac quaſillus. *Cicer. 3. Phil. cap. 4.* Nihil humile de Tarquinio, nihil ſordidum accepimus: at vero hujus domi inter quaſilla pendebatur aurum. h. e. in gynæceo, inter ancillas lanificio deditas. V. *Quaſillus*.

Quaſillus, i, m. *ceſtello*, Ger. *ein korblein*, Gal. *petit panier*, Hiſp. *canaſtillo*, καλαθίσκος, ciſtula, dim. a *qualus*. *Feſt.* Calathos Græci, nos dicimus quaſillos. *Cato c. 133.* Eum quaſillum terra impleto. ¶ Speciatim dicebatur de ciſtula, in qua mulieres reponebant ea, quæ ad lanificium pertinerent. *Feſtus:* Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificii, Talaſſionem enim vocabant quaſillum, qui alio nomine appellatur calathus. *Propert. l. 4. eleg. 7.* Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis.

Quaſſabilis, le, adject. qui quaſſari poteſt. *Lucan. l. 6. v. 22.* Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro.

Quaſſabundus, a, um, adject. tremebundus, qui cadere videtur. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 22.* Herculem fecerunt quaſſabundum, & ebrium. Alii leg. *ceſſabundum*.

Quaſſagipennus, a, um, adject. h. e. quaſſas habens pennas. *Varro.* Nec quaſſagipennas aves, tremipedes.

Quaſſans, antis, particip. V. *Caſans*.

Quaſſatio, onis, f. *crollamento*, actus quaſſandi, concuſſio. *Liv. l. 22. c. 17.* Capitum irrita quaſſatio. *Arnob. l. 7.* Cymbalorum quaſſationes.

Quaſſatus, a, um, nom. ex particip. *conquaſſato, battuto*. *Virg. 1. Æn. 551.* Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. *Sueton. Aug. cap. 81.* Quaſſatum corpus. h. e. valetudine afflictum. *Cic. pro Marcel. c. 8.* Quaſſata reſpublica.

Quaſſo, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a quatio, *crollare, sbattere*, ſæpe quatio, commoveo, affligo. *Plaut. Merc. 3. 5. 15.* Caput quaſſat. *Catul. carm. 45. ad Fundum.* Me frequens tuſſis quaſſavit. *Virg. 6. Æn.* & lampada quaſſans per Graium populos.

Quaſſus, us, frequens motio, concuſſio. *Cic. 2. Tuſc. c. 22. ex poeta.* Nam jactatu, & quaſſu ſævum amplificatis dolorem.

Quaſſus, a, um, *sbattuto, crollato*, κατεαγώς, quaſſatus, fractus, nom. particip. a quatio. *Curt. l. 7. c. 7.* Hæc quaſſa adhuc voce ſubdeficiens vix proximis exaudientibus dixerat. *Horat. l. 1. od. 1.* Mox reficit rates quaſſas.

Quateſacio, is, a. 3. *abbattere*, concutio, expello. *Cic. ad Brut. epiſt. 10.* Nullaque præſidio quateſeci Antonium.

Quatenos, adv. idem ac quatenus, apud vet. *Scipio Afric. in Or. poſt red. ex Africa* apud *Feſt.* Quatenos caſtra noſtra ita munita erant, &c. Ubi pro *quoniam* accipi videtur.

Quatĕnus, adverb. *fino a quanto, ſin a qual ſine*, Germ. *wie weit*, Gal. *juſqu' ou*, Hiſpan. *haſta tanto*, μέχρι τίνος, quantum, ſive uſque ad quem finem, ſicut hactenus, tantum, aut ad eum uſque finem, a *qua*, & *tenus*. *Cicer. de Amic. cap. 11.* Quatenus amor in amicitia progredi debeat. *Id. 2. de Orat. cap. 87.* Sciat, quid, & quatenus, & quomodo dicturi ſint. *Id. in Orat.* In omni re videndum eſt, quatenus: etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum. *Id. de Amic.* Eſt enim, quatenus amicitiæ dari venia poſſit. ¶ Significat item qua parte, ſive quantum ad eam partem, qua. *Cic. l. 1. Fam. ep. 2.* Quatenus de religione dicebat, Bibulo aſſenſum eſt. ¶ Sumitur etiam ut conjunctio pro *quoniam*, vel *quandoquidem*. *Sueton. in Claud. cap. 16.* Quatenus ſibi matrimonia male cederent, permanſurum in cœlibatu. *Plin. l. 3. ep. 7.* Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. *Horat. lib. 3. od. 24.* Quatenus virtutem incolumem odimus, ſublatam ex oculis quærimus invidi. ¶ Eſt etiam adverb. loci. *Liv. l. 28. c. 39.* Italiæ, niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil reliquiſtis Pœni. *Id. ibid.* Ut quatenus tuto poſſent, Italiam ſpectatum irent. ¶ Videtur etiam eſſe adverb. temporis. *Cic. Phil. 14. cap. 5.* Quibus auſpiciis iſtos faſces uſurperem? quatenus haberem? cui traderem? ¶ Pro quomodo. *Lactant. l. 4. c. 27.* Quantu terrori ſit dæmonibus hoc ſignum (Crucis) ſciet qui viderit, quatenus adjurati per Chriſtum de corporibus fugiant.

Quater, adv. *quattro volte*, τετράκις, quatuor vices. *Varr. l. 3. R. R. c. 10.* Quater in anno. *Colum. l. 5. c. 2.* Fit utrumque pedes viginti: hoc ducto quater, fiunt octoginta. *Plin. l. 7. c. 27.* Quater, & quadragies. *Hirt. de B. Afric. c. 19.* Cum equitibus MC, peditum ac levis armaturæ quater mille. ¶ Per Synecdochen ponitur pro ſæpius. *Virg. 1. Æn. v. 94.* O terque, quaterque beati.

Quatercenties, adv. *quattrocento volte*. *Vitruv. l. 1. c. 14.*

Quaterdecies, adv. quatuordecim vices. *Cic. 3. Verr. c. 39.* Huic HS. quaterdecies P. Tadio numerata Athenis teſtibus planum faciam.

Quaterdēni, æ, a, adject. diſtributivum, quod fere ponitur pro cardinali, *quattordici*. *Ovid. 7. Met. v. 293.* Ante quaterdenos hunc ſe reminiſcitur annos.

Quaternarius, a, um, adject. ut quaternarius numerus, *il numero di quattro*. *Plin. l. 18. c. 6.* ¶ Scrobes quaternarii dicuntur, qui pedes quatuor ſunt quoquoverſus. *Colum. l. 11. c. 2.*

Quaterni, æ, a, adject. *quattro*, numerus diſtributivus. *Horat. l. 1. ſat. 4.* Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, *quattro per letto*. *Cicer. pro Font. c. 5.* Quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe. ¶ Sumitur etiam pro cardinali. *Plin. l. 8. c. 6.* Quaternis diebus latent. ¶ In genit. plur. uſitatius eſt *quaternum*, quam *quaternorum*: quod idem dicendum de ſimilibus adjectivis diſtributivis, *denum, triceni, terni*, &c. *Plin. l. 9. c. 3.* Balænæ quaternum jugerum. *Colum. l. 5. c. 3.* Quaternum pedum ſpatia.

Quatĭnus, adverb. Feſtus: Quatenus ſignificat qua fine, ut hactenus hac fine; quatinus vero, quoniam. Hæc *Feſtus*. Hinc ubicumque apud Scriptores *quatenus* legitur pro quoniam, vel quandoquidem, ſunt qui affirmant, ſcriptum fuiſſe *quatinus*.

Quatio, is, a. 3. *crollare, percuotere, sbatter*, רקע, Germ. *ſchutteln*, Gal. *hocher*, Hiſp. *quebrar, ſacudir*, σείω, moveo cum violentia, agito, percutio. *Liv. l. 1. c. 29.* Mœnia quatere ariete. *Plin. l. 26. c. 4.* Quam machinis clauſtra per tot annos quatere? ¶ Quatere alicui verbera, eſt verberare. *Virg. in Culice, v. 218.* Et flammas, & ſæva quatit mihi verbera pœna. ¶ Translate capitur pro vexare, moleſtia afficere. *Virg. 9. Æn. v. 608.* Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. *Cic. 3. Tuſc. c. 6.* Quod ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur. ¶ Metaleptice ponitur pro ejicere. *Ter. Eun. 2. 3. 66.* Nimirum homo quatietur certe cum dono foras. ¶ Quatere aliquem riſu, *far crepar dalle riſa*. *Horat. l. 2. ep. 2.* ¶ Quatere aliquem mente ſolida, *far mutar penſiero*, mentem ſanam excutere. *Id. l. 3. od. 3.* ¶ Pro crebro movere, ut quatere alas. *Virg. 5. Æn.* Vaſtus quatit anhelitus artus. *Id. ibid.*

Quatriduum, vel Quattriduum (*ut legitur in antiquo lapide apud Manut. in Orthogr. in voce Batava, n. 4.*) i, n. a. τετραήμερον, ſpatium quatuor dierum. *Cic. pro R. Am.* Mors Sex. Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur. *Id. ad Brut. ep. 3.* Triduo, aut quatriduo ante. *Lentul. Senatui l. 12. Fam. ep. 15.* Eum quatridui iter a Laodicea abfuiſſe.

Quatŭor, *quattro*, ארבע, Ger. *vier*, Gall. *quatre*, Hiſp. *quatro*, τέσσαρες, nomen numerale cardinale indecl. *Cic. de Univ. c. 5.* Ab iis rebus numero quatuor mundi eſt opus effectum. ¶ Scribitur & *quattuor* duplicato t. Quidam putant ita ſcribi a Poetis primæ ſyllabæ producendæ cauſa. Verum non Poetas ſolum id feciſſe, ſed & proſæ ſcriptores, ſatis conſtat ex veterib. MSS. & Lapidibus, quos affert *Manut. in Orthogr.* Itaque & *quatuor*, & *quattuor* etiam extra carmen rectiſſime ſcribi poteſt.

Quatuordecies, adv. τεσσαρεσκαιδεκάκις, idem ac quaterdecies. *Plin. l. 3. c. 7.* Gadibus quatuordecies centena.

Quatuordĕcim, *quattordeci*, ארבע עשר, Germ. *vierzehen*, Gall. *quatorze*, Hiſp. *quatorze*, τεσσαρεσκαίδεκα, nomen numerale cardinale indecl. *Plin. l. 2. c. 14.* Quatuordecim partes. *Plin. l. 2. c. 18.* Per quatuordecim annos. ¶ *Sedere in quatuordecim* in Theatro, eſt inter viros equeſtris ordinis ſedere, quibus quatuordecim gradus aſſignati fuerant poſt Orcheſtram, ex qua Magiſtratus, ſenatoreſque ſpectabant. *Sueton. in Cæſ. c. 39.* Donatus quingentis ſeſtertiis, & anulo aureo, ſeſſum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiit.

Quatuorvirātus, us, maſc. τετραδαρχία, Magiſtratus, ſeu dignitas Quatuorvirorum. *Aſin. Pollio Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Quatuorviratum ſibi prorogavit.

Quatuorviri, m. 2. τετράνδρες, Magiſtratus quatuor virorum. Quatuorviri viarum curandarum erant Magiſtratus quatuor virorum, qui curam viarum publicarum agebant. Inſtituti ſunt poſt Prætorem Peregrinum. *Pompon. l. 1. ff. tit. 2. l. 2. Cic. l. 13. Fam. ep. 76.* ſcribit Quatuorviris, & Decurionibus.

Quaxāra ranæ dicuntur, cum vocem mittunt, ait *Feſtus*. Alii leg. *quaxare*, & *coaxare*.

Q ANTE UE.

Que, *e, ed, e*, καί, &, atque, ac, conjunctio ſubjunctivi ordinis, a τέ, quomodo a τίς, *quis*. Modo copulativa eſt. *Cic. 2. de nat. Deor.* Singulaſque res definimus, circumſcriptæque complectimur. *Nepos in Datam. cap. 7.* Ab hoc deſciit, adque regem tranſiit. *Ovid. Amor. 2. eleg. 14. v. 30.* Atque ſua cæſum matre queruntur Ityn. ¶ Modo cauſativa, pro *quoniam*. *Cic. 1. Off.* Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem amici. ¶ Modo expletiva, quando ſcilicet ornatus tantum cauſa ponitur. *Prop. l. 3.* Deiphobumque, Helenumque, & Polydamantas in armis. ¶ Quandoque ponitur pro an. *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 58.* Quid refert uri virgis, ferroque necari? ¶ Quandoque pro etiam. *Vellej. lib. 1. cap. 4.* Vires autem veteres earum urbium hodieque magnitudo oſtentat mœnium. ¶ In compoſitione conjunctionis vim amittit,

amittit, & vim ſyllabicæ dictionis obtinet. Compoſitos autem cum nominibus, ut *uterque*, *plerique*; cum pronominibus, ut *quiſque*, *quique*: cum præpoſitionibus, ut *abſque*: cum adverbiis, ut *undique*: cum conjunctionibus, ut *atque*, *itaque*.

Quemadmodum, adv. *ſiccome*, כאשר, Ger. *gleich*, *wie*, Gal. *comme*, *comment*, Hiſp. *aſſi como*, καθάπερ, ſicut, ut quem, ad, & modum. *Cic. de Am.* Si, quemadmodum ſoles de cæteris rebus, cum ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris, quid ſentias. ¶ Sumitur etiam pro *quomodo*. *Cic. pro Dom.* Quemadmodum iſta omnia præpoſtera vobis pronuntiarit. ¶ Uſurpatur etiam interrogative. *Cic. pro Dom. c. 27.* Iſti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum cæteras obſervarunt?

Queo, is, ivi, itum, n. anom. *potere*, יכל, Germ. *konnen*, Gal. *pouvoir*, Hiſp. *poder*, δύναμαι, poſſum, valeo. *Cic. l. 12. Fam. epiſt. 1.* Non queo reliqua ſcribere. *Hor. l. 2. ſat. 7.* Liber ſum, dic age, non quis. *Lucr. l. 3. v. 647.* Mobilitate mali non quit ſentire dolorem. Rurſus *Cic. Phil. 11. c. 2.* Quis eſt qui queat? *Ter. Andr. 4. 1. 30.* Nec te quivit cogere. *Apul. l. 6. Metam.* Nec indipiſci maritum quiens. *Tacit. 1. Ann. c. 66.* Cum quiret. Rurſus *Lucret. l. 6. v. 885.* Non quearit. *Id. l. 5. v. 1044.* non quiſſe putetur. *Plaut. Merc. prol. v. 55.* Exhaurire inquod quitem. *Id. Mil. 4. 6. 25.* Si non quibo impetrare. *Gel. l. 11. c. 9.* Loqui non quitum. *Id. l. 5. c. 9.* Nihil fari quibat. *Varr. l. 4. L. L.* Velutior ideo, ſi quivero. ¶ Deponentis forma. *Lucret. l. 1. v. 1044.* ſuppleri ſumma queatur. *Ter. Heaut. 4. 1. 57.* Forma noſci non quita eſt. *Plaut. Perſ. 2. 2. 12.* Nec ſubigi queantur unquam.

Quercētus. V. Querquerus.

Quercētum, i, neut. δρυμὼν, locus, ubi conſitæ ſunt quercus, *querceto*. *Varr. l. 1. R. R. cap. 16.* Si enim ad limitem quercetum habet. Adde *Hor. l. 2. od. 9.*

Quercĕus, a, um, δρύϊνος, quod ex quercu eſt. *Serv. in 4. Æneid. v. 782.* Querceam coronam accipiebant, qui in bello civem ſervaſſent.

Quercĭcus, a, um, idem ac querceus. *Suet. in Calig. c. 19.* Inſigniſque quercica corona.

Quercolanus. V. Querquetulanus.

Quercus, us, f. *quercia*, *rovere*, אלון, Germ. *ein eiche*, Gall. *chêne*, Hiſp. *enzina*, δρῦς, arbor glandifera, ligni duri, ac corticis aſperi. Fuit arbor ſacra Jovi. *Virg. 3. Georg.* Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus ingentes tendat ramos. *Id. 4. Æn.* Annoſa quercus.

Querēla, æ, fem. *querela*, *lamento*, German. *klag*, Gall. *querelle*, Hiſp. *quexa*, μέμψις, querimonia, lamentatio, a *queror*. *Cic. de Sen. c. 3.* Sæpe interfui querelis meorum æqualium. *Id. Q. F. l. 3. ep. 8.* Epiſtola plena querelarum. *Id. Fam. 10. ep. 28.* At nunc cum his tantum negotii eſt, ut veſtrum illud divinum in remp. beneficium nonnullam habeat querelam, b. e. præbeat aliquibus querendi occaſionem. *Id. pro Sext.* Hic de tot, tantiſque injuriis Conſulum querela eſſe debuit. ¶ Apud JCtos querela accipitur pro actione liberum in parentes, & viceverſa. Vide in *Dig. tit. de inoffic. teſtam. & Juſtiniani Cod. l. 3.* ¶ Legitur etiam *querella* duplici *ll Inſcript.* apud *Gret. pag. 480. n. 5.* Vixit ſine ulla querella.

Querĕlans, tis, nom. particip. *che ſi lamenta*. *Serv. in ecl. Virg. 1.* Poſtea eum querelantem invenimus.

Querens, entis, *lamentanteſi*, qui queritur. *Virg. 4. Georg. v. 320.* Multa querens. *Horat. lib. 2. od. 13.* Æoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus.

Queribundus, a, um, *lamentevole*, μεμψίμοιρος, lamentabilis. *Cicer. pro Syll. c. 10.* De ſupplicio P. Lentuli, de carcere magna, & queribunda voce dicebat.

Querimonia, æ, f. idem ac querela. *Cic. ad Q. Fr. l. 2.* Eo metu injecto repente magna querimonia omnium diſcedimus. *Id. Verr. act. c. 28.* Habere querimoniam de alienum crudelitate. *Liv. l. 7. c. 9.* Ultro citroque querimonias jactare. *Nepos in Attic.* Nulla inter eos querimonia interceſſit.

Querĭtans. V. Quiritans.

Quernĕus, a, um, δρύϊνος, quod eſt ex quercu. *Col. l. 9. cap. 1.* Querneæ glandis, & iligneæ.

Quernus, a, um, idem ac querneus. *Plin. l. 3. c. 5.* Querno folio aſſimilata. *Virg. 1. Georg. v. 305.* Quernas glandes.

Queror, eris, queſtus ſum, d. 3. *lamentarſi*, Ger. *klengen*, Gal. *ſe plaindre*, Hiſp. *quexarſe*, μέμφομαι, lamentor, expoſtulo. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Quid multa? queſtus eſt graviter. ¶ Vel cum acc. rei. *Cic. de Am.* Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. ¶ Vel cum abl. rei, & præp. *de*. *Cæſ. l. 4. B. G.* De Servorum injuriis querantur. ¶ Vel cum abl. rei cum præp. *ſuper*. *Hor. l. 2. ep. 2.* Quereris ſuper hoc etiam, quod &c. ¶ Vel loco caſus rei cum infinitivo. *Cæſ. l. 8. B. G.* Quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. ¶ Vel etiam cum membro orationis. *Cic. 4. Acad.* Neque tam quereretur cum Deo, quod parum longe, quam quod falſum videat. ¶ Præter abl. rei admittit etiam acc. communem. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſari. Aliqui legunt *Cæſar*. ¶ Perſona, cum qua querimur, ponitur in dat. vel in ablat. cum præp. *cum*, vel in acc. cum præp. *apud*. *Cic. 3. Ver.* Is mihi etiam queritur, quod a nobis ex urbe ſolis diebus prima actio ſui judicii tranſacta ſit. *Id. Att. l. 10.* Secum Tullium, & Servium queſtos eſſe. *Velle. l. 2. c. 130.* Apud aures Deorum de hic queri. ¶ Tranſlate *Horat. epod. 2.* Queruntur in ſilvis aves. Ubi *Vetus Scholiaſt.* Veteres omnium animalium voces, præter hominum, querelas dixere: & ita cicadis, ranis, bubus Virgilius tribuit querelas. V. *Querulus*. ¶ Particip. *queſturus*. *Stat. 11. Theb. v. 493.* dejectam in lumina pallam Diva trahit, magnoque fugit queſtura Tonanti.

Querquedŭla, æ, f. *germane*, κερκὶς, κερκουρὶς, avis tam in aqua, quam in terra vitam agens, teſte *Var. l. 3. R. R. c. 3. & l. 4. L. L.* a Græcis vocibus allatis per diminut.

Querquerni, orum, m. populi Hiſpaniæ citerioris. *Plin. l. 3. c. 3.*

Querquērus, ſeu quercerus, a, um, algidus, ut Morbus querquerus, quomodo *Gel. l. ult. c. 1.* & *Minutius Felix* loquuntur, vel, ut alii, febris querquera, frigida, & cum horrore tremens, ut Aurelius Opimius definit apud Feſt. Adde *Plaut.* in *fragm. Frivolaria*. ¶ Abſolute *Apul.* in *Apol.* Qui minus poſſit ex eodem litore calculus ad veſicam, teſta ad teſtamentum, cancer ad ulcera, alga ad querquerum?

Querquetulanus, a, um, quod juxta ſe habet querquetum. Mons Querquetulanus, idem ac Cœlius, ita dictus, quod quercuum fœcundus, & frequens erat. *Tac. l. 4. Ann. c. 65.* ¶ Porta Querquetulana, una ex portis urbis Romæ, ſic vocata, quod querquetum juxta ſe habuit inter muros. *Feſt.* & *Plin. l. 16. c. 10.* apud quem alii leg. *Querculana*. ¶ Viræ Querquetulanæ, Nymphæ Hamadryades, quæ querceto viroſcenti præſunt. *Feſt.* ¶ Sacellum Querquetulanum, quod in honorem Hamadryadum dedicatum fuit. *Varr. l. 4. de L. L.*

Querŭlus, a, um, *lamentevole*, μεμψίμοιρος, queribundus, qui conqueritur, ſive querelis plenus eſt. *Ovid. l. 3. Triſt. el. 8.* Et nunquam querulis cauſa doloris abeſt. *Martial. l. 4. epigr. 89.* Miſſa nec a querulo mappa cliente fuit. ¶ Quandoque a Poetis pro canoro ponitur. *Virg. 2. Georg.* Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. *Horat. l. 3. od. 7.* Querulæ tibiæ. *Ovid. 5. Met.* Querulæ chordæ.

Queſtus, us, m. *querela*, *lamento*, μέμψις, actus querendi, querela, lamentatio. In dat. & abl. pl. habet *queſtubus*. *Cic. pro Quinct. c. 30.* Qui deſique queſtus, qui mœror dignus invenitur in calamitate tanta poteſt? *Virg. 4. Georg.* Et mœſtis late loca queſtubus implet.

Queſtus, a, um, μεμψάμενος, partic. a queror. *Albinovan. ad Liviam, v. 166.* Oraque nequicquam per modo queſta ſuat.

Qui, quæ, quod, *il quale*, *e la quale*, אשר, Ger. *welcher*, *welche*, *welches*, Gal. *qui le quel*, Hiſp. *que*, *el qual*, ὅς, ἥ, ὅ, pron. relativum. *Cic. pro L. Man.* Qui poſtea quam maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes, &c. ¶ Cum duo diverſi generis nomina in oratione ponuntur, relativum *qui* ſæpius concordat cum ſequente. *Cic. de Fato, c. 1.* Rerum enuntiationum, quæ ἀξιώματα Græci vocant. *Id. 13. Fam. epiſt. 1. in fi.* Decretum illud, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant. Adde *Liv. l. 4. c. 5.* & *Plin. l. 2. c. 16. ad fin.* ¶ Interdum tamen etiam cum antecedente. *Colum. l. 11. c. ult. ſub fin.* Semina omnia ſucco herbæ, quæ ſedum appellatur, medicato. *Plin. l. 12. c. 25.* Succus manat, quem opobalſamum vocant. Adde *l. 18. c. 28.* ¶ Interdum *qui* uſurpatur pro interrogativo *quis*. *Ter. Phorm. 5. 7. 18.* Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris? *Cic. pro Dom.* Qui tantus fuit labor? quæ ſimultas? *Liv. l. 3.* Qui finis diſcordiarum? ¶ Item pro *qualis*. *Cic. 1. de Div. c. 25.* Xenophon Socraticus qui vir, & quantus? ¶ Item pro *utpote qui*. *Cic. Att. l. 5.* Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſime navigaviſſemus. ¶ Item pro *quia*. *Ter. Eun. prol. v. 25.* Peccatum imprudentia eſt Poetæ, non qui furtum facere ſtuduerit. Alii leg. *quo*. ¶ *Quior* idem ac *qui*, ſed cum interrogatione. *Plaut. Truc. 2. 6. 54.* Pœnitet ne te, quot ancillæ ſunt jam? Quina etiam nunc inſuper adducat, quæ mihi comedint cibum? ¶ In ablativo junctum cum propoſitione *cum* fere eidem præponitur. *Cic. 4. Att. ep. 9.* Quocum video eſſe ambulandum. *Id. 3. de Orat. c. 3.* Quibuſcum conjunctiſſime vixerat. *Id. Offic. 1. c. 12.* Eum, quicum bellum geras. ¶ Interdum etiam poſtponitur. *Liv. l. 4. c. 3.* Cum quibus nec ſocietas eſt. *Id. l. 7. c. 31.* Cum quo contulit gradum. ¶ In dativo ſingulari legitur & *quoi*, pro cui. *Catul. carm. 1.* Quoi dono lepidum novum libellum? ¶ In ablat. ſingulari *qui* eſt omnis generis. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 86.* Reſtim volo mihi emere, qui me faciam penſilem. ¶ In dat. & ablat. plurali eſt etiam *quis*, & *queis* pro quibus. *Plin. l. 12. c. 1.* Arbores, ſine queis, &c. *Virg. 1. Æn. v. 95.* Queis ante ora patrum. *Salluſt. in Jug.* Legatos Romam mittit, quis præcipit. ¶ *Quicum* pro *quibuſcum* dixit *Plautus Cap. 5. 4. 6.* Patricius pueris unates, aut coturnices dantur, quicum luſitent. ¶ Apud *eund. Aſin. 3. 1. 2.* legitur etiam *qui* pro *quæ*, in recto caſu ſingulari. Sed non eſt imitandus. ¶ *Quod* utrorum V. ſuo loco.

Qui, adv. *come*, πῶς, quomodo, quemadmodum. *Cic. pro Cæc.* Qui igitur convenit, quæ cauſa fuerit &c.? ¶ Aliquando ponitur pro *cur*, *quamobrem*? *Ter. Andr.* Non poteſt. PAM. Qui? *Cic. 1. Tuſc.* Qui enim beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam Metrodorus, qui Athenis? ¶ Item pro *ut*. *Ter. in prol. Andr.* Non qui argumentum narret, ſed qui veteris Poetæ maledictis reſpondeat. ¶ Item pro *unde*. *Ter. Hec. 2. 3.* Nam qui hoc mihi eveniat, ſcio. *Id. Andr. 3. 2.* Num qui iſthæc tibi incidit ſuſpicio? ¶ Qui dum? h. e. cur igitur? *Id. Eun. 2. 2. 42.* Qui dum? Gn. quia triſtis es. ¶ Qui pote? *come eſſer può?* *Perſ. ſat. 1. v. 36.*

Quia, *perchè*, כי, Ger. *die weil*, Gal. *parce que*, Hiſp. *porque*, ὅτι, ob eam cauſam, ex de cauſa, conjunctio cauſalis. *Cic. 1. de Am. c. 9.* Sed quia natura mutari non poteſt. *Plaut. Amph. 2. 2. 34.* Quia enim ſero advenimus. ¶ Quiane? interrogativum, pro an quia? *Virg. 4. Æn. v. 538.* Quiane auxilio juvat ante levatos?

Quianam? adverb. idem quod quare? interrogativum, *perchè*. *Virg. 10. Æn. v. 6.* Cœlicolæ magni, quianam ſententia vobis Verſa retro? *Plaut. Truc. 1. 2. 34.* Quianam arbitrare?

Quiane, V. Quia.

Quicquam, V. Quiſquam.

Quicque, V. Quiſque.

Quicquid, V. Quiſquis.

Quicum, V. Qui.

Quicunque, quæcunque, quodcunque, *chiunque*, Ger. *gob wer*, Gal. *quiconque*, Hiſp. *qualquiera*, ὅστις ἄν, quiſquis. *Cic. 2. de Leg.* Ut quibuſcunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum una tuerer. ¶ Sumitur etiam pro *qualiſcunque*. *Cic. pro Rab. Poſth.* Quæcunque mens illa fuit, Gabinii fuit. ¶ Item pro *quantuſcunque*. *Pompeius ad Lentul. & Marcell. poſt epiſt. 12. Cic. Att. l. 8.* Ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. ¶ Uſurpatur quoque interpoſita dictione. *Horat. l. 1. od. 26.* Quem criminoſis cunque voles modum pones iambis. *Cic. 4. Fin. c. 25.* Quod erit cunque viſum, ages. *Id. 2. de Legib. c. 18.* Quod ad cunque genus ea diſputatio deducerit.

Quid, *che coſa*, מה, Ger. *was*, Gal. *quoy*, Hiſp. *que coſa*, τί, nomen interrogativum ſubſtantiæ gen. neut. *Cic. 5. Ver.* Quid facerent miſeri? aut quid recuſarent? *Id. 5. Ver.* Quid militum, aut nautarum per triennium dederunt? ¶ *Quid quæris?* clauſula eſt ſermonem in compendium redigentis, eandem vim habens, quam *quid plura? quid opus eſt verbis?* *Cic. Att. l. 1.* Quid quæris? cum ad privata redeam? *Hor. l. 2. epiſt.* Quid quæris? vivo, & regno, ſimul iſta reliqui. ¶ *Quid cum denique? quid cum poſtea? quid ergo? quid interea? quid demum?* ſerviunt tranſitioni, & familiares ſunt. *Terent. Cic. Plaut.* ¶ Interdum ſumitur pro *aliquid*. *Teren. Hec. 5. 4.* Dic mihi, harum rerum num quid dixti jam patri? ¶ Item pro *quod*. *Plaut. Amph. 1. 1. 208.* Quid tibi nomen eſt? ¶ Eleganter abſolute uſurpatur in tranſitionibus pro *præterea*, *jam vero*. *Cic. 4. Acad.* Quid? enim ipſe Antiochus diſſentit quibuſdam in rebus ab his, quos amat, Stoicis, nonne indicat? &c. *Id. ib.* Quid quod, ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur? ¶ Interdum ponitur pro *cur*. *Cic. pro Roſc. Am.* Accuſatis Sext. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit. *Cic. 2. Cat. c. 6.* Quæſivi, quid dubitaret proficiſci. ¶ *Quid ni*, eſt cur non. Veteres enim *ni* pro *ne* ponebant. *Cic. Off. 3. c. 22.* Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abſtinens. Quid ni laudet? Sed in illo majora. ¶ Et interjecto altero verbo. *Plaut. Mil. 4. 8. 1.* Quid ego ni fleam? ¶ Capitur etiam infinite. *Cæſ. l. 1. B. G.* Quid ſui conſilii ſit, oſtendit. ¶ In hac quoque uſurpatione interdum pro *quamobrem* ſumitur. *Virg. 1. Æn.* Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles. ¶ *Quid mulieris*, vel *quid hominis*, eſt quæ mulier, quis homo, cujuſmodi, cujus formæ, cujus naturæ. *Ter. Hec.* Sed quid mulieris uxorem habes? *Cic. 4. Ver.* Exponam vobis breviter, quid hominis ſit.

Quidam, quædam, quoddam, & quiddam, *un certo*, ὁ δεῖνα, τὶς, aliquis. Eſt tamen inter *quidam*, & *aliquis* diſcrimen. Nam *quidam* dicitur de re certa, ſeu determinata, *aliquis* de re indefinita, & incerta: ut ſi dicam, *eſt quidam, qui me amat*, ſignifico eſſe certum hominem, a quo amor, ſi dicam, *eſt aliquis qui me amat*, id dico, non unus eſſe, qui me amant, non determinando, quinam ii ſint. Interdum tamen promiſcue adhibentur. *Cicer. pro Cluent. cap. 63.* Quidam ex advocatis, homo & hominibus populi ornatus, & ſumma virtute præditus, dixit. *Idem 2. de Orat. cap. 74.* Craſſi quidem reſponſum excellentis cujuſdam eſt ingenii, ac ſingularis. *Nepos in Cimone, cap. 1.* Callias quidam, non tam generoſus, quam pecunioſus. ¶ Inter *quoddam*, & *quiddam* hoc intereſt, quod

Digitized by Google

quod *quiddam* adjectivum eſt, *quiddam* ſubſtantive ſumitur. *Cic. 1. de Invent.* Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur. *Id. 1. Acad. c. 9.* Ut in his quiddam divinum eſſe diceret. *Id. 3. Leg. c. 10.* In ipſa poteſtate ineſt quiddam mali.

Quidem, adverb. *certamente*, אָכֵן, Ger. *zwar*, Gal. *certes*, Hiſp. *ciertamente*, μὲν, certe, profecto. *Cic. de Amic.* Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquam, ille ſapiens fuit. ¶ Uſurpari ſolet per exceptionem ejus, quod affirmes. Tunc ſequuntur iſtæ dictiones, *at*, *ſed*, *tamen*, *attamen*, *verum*, *veruntamen*, *autem*. *Cic. 3. Offic. c. 9.* Philoſophi quidem, minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti. *Id. 6. Phil.* Minus quidem illa ſevera, non tamen omnino diſſoluta. *Id. 1. Ver.* Minus nunc quidem, quam antea, verum tamen &c. *Id. de clar. Orat.* Enucleate ille quidem, nequaquam autem ea vi, atque copia &c. ¶ Aliquando ei alterum adverbium affirmandi, vel jurandi adjungitur, ut *hercle*, *certe*, *profecto*. *Ter. And. 2. 2.* Mea quidem hercle certe in dubio eſt vita. *Cic. l. 1. Fam. Id. Att. l. 6.* Hunc quidem profecto Romæ es, V. *Certe*. ¶ Ponitur etiam pro *ſaltem*. *Cic. Att. l. 9. epiſt. 2.* Non video cauſam, cur ita ſit, hoc quidem tempore. *Id. ibid. l. 1. epiſt. 1.* Spero me tibi cauſam probaſſe, cupio quidem certe. ¶ Uſurpatur etiam cum *ne*, ſed interpoſita aliqua dictione, & hoc, cum aliquid vehementer negare cupientes, negamus id quoque, quod minus eſt. *Cic. l. 10. Fam. epiſt. 2.* Quapropter in privatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis, ne in publicis quidem, &c. V. Ne.

Quidnam, V. Quiſquam.

Quidni. V. Quid.

Qui dum? V. Qui adverb.

Quies, etis, f. *quiete*, מְנוּחָה, Ger. *raſt*, Gall. *repos*, Hiſp. *repoſo*, *ſoſſiego*, ἡσυχία, vacatio a labore, tranquillitas, otium. Genitivum habet *quietis*, olim etiam *quiei*, per 5. declin. Hinc comp. *requies* habet *requiei*, quod tamen aliquando etiam *requietis*. *Cic. 1. de Orat.* Qui locus quietis, & tranquillitatis planiſſimus fore videbatur. *Id. 1. Off. c. 29.* Joco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris. *Plin. l. 18. c. 28.* Qui paupertatem, & quietem doctrinarum ei ſciebant imprimis cordi eſſe. ¶ Sæpiſſime accipitur pro ſomno, quod dormientes ab omni opere feriantur, cui oppoſita *vigilia*. *Cic. 1. de Div. c. 29.* Quæ quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus. *Id. ibid. c. 25.* Viſam eſt ei in quiete. *Id. ibid. l. 2. c. 66.* Secundum quietem viſus ei dicitur draco. *Tacit. 4. hiſt. c. 83.* Ptolemæo oblatum per quietem juvenem eximia ſpecie. ¶ Tranſlate ſumitur pro tranquillitate, & clementia aeris. *Virg. 1. Georg.* Si non tanta quies iret friguſque, caloremque inter. ¶ Metonymice ponitur in num. plur. pro *cubilibus*, *Lucret. l. 1. v. 405.* Namque canes ut montivagæ perſæpe feras Naribus inveniunt intectas fronde quietes. ¶ Quies Dea nomine a Romanis culta fuit, habuitque fanum extra urbem, via Lavicana. *Liv. l. 4. c. 41.*

Quies, etis, adject. *quieto*, quietus, unde *inquies*. *Nævius* apud *Priſcian. l. 6. pag. 704. Putſch.* Jamque ejus mentem fortuna fecerat quietem. *Licin. Macer ibid.* Milites quietes aolebant eſſe.

Quieſcentia, æ, f. quies. *Jul. Firmic. l. 1. c. 3.* Poſt quieſcentiam calamitatibus implicatus.

Quieſco, is, evi, etum, n. 3. *ripoſarſi*, שָׁבַת, Ger. *ruhen*, Gal. *ſe repoſer*, Hiſp. *repoſar*, ἡσυχάζω, quietem ago, ferior a labore, ſum in otio, ceſſo. *Sen. epiſt. 3.* Et quieſcenti agendum, & agenti quieſcendum eſt. *Cic. in Somn.* Renovat priſtina bella, nec poteſt quieſcere. *Plaut. Mil. 3. 3. 50.* Quieſcas cætera. h. e. de cæteris ne ſollicitus ſis. ¶ Per ſynecdochen ſumitur pro ſinere, deſinere, ſuperſedere. *Plaut. Moſt. 5. 2. 51.* Quin tu, ſi ſapis, quieſce hanc rem modo petere. *Gel. l. 2. c. 18.* Statuere, atque adicere quieſcebant. ¶ Item pro non eſſe inſolentem, & inquietum. *Terent. in prol. Andr.* Deſine ut quieſcant, porro moneo, & deſinant maledicere. ¶ Per Metalepſin ſumitur pro dormire. *Cic. 6. Ver.* Eo cum venit, Prætor quieſcebat. ¶ Item pro permittere. *Cic. Att. l. 7. epiſt. 9.* Tamen quieſcat rem adduci ad interregnum. ¶ Tranſlata dicitur de rebus inanimatis, pro ſtare, non moveri. *Virg. 6. Æn.* Poſtquam collapſi cineres, & flamma quievit. *Id. 7. Æn.* Poſtquam alta quierunt æquora. ¶ Aliquando active reperitur pro quieſcere facio. *Senec. in Herc. Oet. v. 1584.* Ante deſcendet glacialis urſæ Sidus, & ponto vetito fruetur, quam tuas laudes populi quieſcant. Poteſt tamen ſubintelligi *dicere*, vel *prædicare*. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Ter. And. 4. 2. 8.* Quibus quidem quam facile poteras quieſci, ſi hic quieſſet. ¶ *Quierim* pro *quieverim* legitur apud *Cic. l. 9. ad Att. epiſt. 10. ad fin.*

Quietālis, m. 3. epithetum Orci, teſte *Feſto*, nempe quia hominibus quietem præbet.

Quiēte, adv. *quietamente*, ἀτρέμας, tranquille, placide, otioſe. *Cic. 2. Pis.* Quod optimum eſt ad quiete vivendum. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 46.* Hoſtes quietiſſime ſe receperunt. *Auguſtin. Confeſſ. l. 5. c. 8.* Quietius ſtudere.

Quietorium, ii, n. 2. ſepulcrum, quod eſt mortuorum quies. Legitur *in Inſcript.* apud *Gruter. pag. 810. n. 2. & pag. 1131. n. 11.*

Quiētus, a, um, *quieto*, שָׁקֵט, Ger. *rubig*, Gal. *coy*, Hiſp. *quedo*, *ſoſſegado*, ἥσυχος, tranquillus, placidus, otioſus. *Teren. Eun.* Sat ego te iram, Parmeno, hos menſes quietum reddam. *Cic. 4. Tuſc. c. 1.* Is vivere animo quieto nullo modo poteſt. *Id. de Senect. c. 23.* Vitam quietem, & otioſam traducere. *Id. Ver. 6. c. 19.* Homo quietiſſimus. *Cæſ. l. 5. B. G. c. ult.* Habuit poſt id Cæſar quietiorem Galliam. h. e. pacatiorem. *Var. l. 2. R. R. c. 7.* Equi demptis teſticulis fiunt quietiores. h. e. manſuetiores. *Terent. Phorm. 4. 5.* Quietus eſto, inquam, ego curabo &c. h. e. ſecurus. *Velle. l. 2. c. 127.* Quietus moribus.

Quilibet, quælibet, quodlibet, vel quidlibet, *qualunque ti piace*, *qualſivoglia*, אִישׁ, Germ. *ein jeder*, Gall. *qui que ce ſoit*, Hiſp. *quien quiera*, ὁστισοῦν, quivis, quicunque, quaſi quemcunque ex multis libet eligere, vel capere. *Cic. pro Roſc. Amer.* Aut quælibet denique vel minima res reperietur. *Horat. in Arte.* Pictoribus, atque Poetis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. *Idem lib. 2. Sat.* & do nomen quodlibet illi. ¶ Metaleptice capitur pro vili, & obſcuro. *Plin. lib. 7. c. 28.* Bis ab Annibale captus, neque enim cum quolibet hoſte res fuit. *Liv. l. 6. c. 40.* Si Claudiæ familiæ non ſim, nec ex patricio ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet. ¶ *Quilibet unus* eſt etiam idem quod quiſpiam. *Liv. l. 9. c. 17.* Id erat periculum, ne Alexander ſolertius, quem quilibet unus ex iis, quos nominavi, caſtris locum caperet. Al. leg. *quivis*, quod idem eſt.

Quimatus, us, m. πενταετία, ætas quinque annorum. *Plin. l. 8. c. 45. de bobus:* Fœminis vita quindecim annorum longiſſima, maribus viginti: robur in quimatu.

Quin, adver. *perchè non*, Germ. *warumb*, Gall. *pourquoy non*, Hiſp. *porque no*, τί μὴ, cur non, ex *quine*, per Apocopen, ut *ſeu* ex *ſive*. *Cic. pro Rab. perduel. c. 6.* Quin continetis iſtam vocem indicem ſtultitiæ? ¶ Sumitur etiam pro quomodo non, ut non, quo minus. *Cic. pro Dom.* Non quod dubitaret, quin ab iſto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure eſſet actum. *Id. 2. de Orat.* Non poſſum, quin exclamem. *Teren. Eun. 3. 2. 3.* Ut nullo modo intro ire poſſem, quin viderent me. ¶ Item pro *quia non*. *Liv. lib. 2. c. 15.* Non, quin breviter reddi reſponſum potuerit, ideo delectos Patrum ad eum miſſos, ſed ut perpetuum mentio ejus rei finiretur. ¶ Item pro qui non. *Cic. 7. Ver.* In quo quam multa ſint vulnera, quis eſt veſtrum, quin intelligat? ¶ Item pro *imo*, *imo etiam*, *inſuper*. *Teren. Heaut. 3. 3.* Quid dicam? quam cauſam afferam? S. Quin volo, mentiare. *Id. ib.* Credo, neque id injuria, quin mihi moleſtum eſt. *Virg. 1. Æn.* Quin aſpera Juno, quæ mare nunc, terraſque metu, cœlumque fatigat, conſilia in melius referet. *Plaut. Amph. 2. 2. 74.* At pol quin certa res hanc eſt objurgare. ¶ Quin etiam, *anzichè*, *di più*. *Cic. Fam. 7. ep. 1.* Delectatio nulla exſtitit, quin etiam miſericordia quædam conſecuta eſt. ¶ Quin igitur? a *perchè dunque non?* *Curt. l. 5. c. 7.* Quin igitur ulciſcimur Græciam, & urbi faces ſubdimus? ¶ Quin potius, a *perchè non pontiaſſo?* *Virg. 4. Æn.* Quin potius pacem æternam, pactoſque hymenæos Exercemus?

Quinam, V. Quiſnam.

Quinarius, ii, m. 2. nummus argenteus, dimidium denarii, idem ac victoriatus, a *quinque*, quia valebat *quinque aſſibus*. *Var. l. 4. de L. L.* Denarii, quod denos æris valebant, quinarii, quod quinos. *Plin. l. 33. c. 3.* Placuit denarius pro decem libris æris; quinarius pro quinque.

Quinarius, a, um, πεμπτὸς, quod quinque complectitur. *Plin. l. 31. c. 6. de fiſtulis.* Et, ſi quinariæ erunt, ſexaginta pondo pendere.

Quincenti, æ, a, idem ac quingenti, apud vet. *Feſt.*

Quinctia Prata, locus Romæ, trans Tyberim, apud navalia, quatuor jugerum, quæ olim fuerant Quinctii Cincinnati, ubi Papinia reguncula, ſeu Papinius ager. *Liv. l. 3. c. 1.*

Quinctia via, quæ ab urbe Roma in Sabinos ducebat, Salariæ proxima.

Quinctii, orum, maſc. 2. gens Patricia Romæ, a *Quinctus*, ut Sextii a *Sextus*, Decimi a *Decimus*. In duas familias diſtinguebantur, quarum altera Capitolinorum, altera Flaminiorum cognomine utebantur. Scribitur & *Quintii*.

Quinctilianus, & Quintilianus, i, m. 2. inſignis Rhetor Hiſpanus, ex urbe Calaguris, ut *Euſebio* placet. Romam cum Galba venit, brevique tempore poſtea familiaritatem Domitiani adeptus, ejus nepotes erudivit. Ludum Romæ aperuit, primuſque e fiſco ſalarium tulit. Scripſit inſtitutiones de arte Rhetorica. Scripſit etiam Declamationes, quas quidam Quinctiliani alterius Declamatoris dicunt eſſe, cujus *Sen. in 6. Declam. l.* meminit. *Martial. lib. 2. epigr. 90.* Quintiliane vagæ moderator ſummæ juventæ, Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ.

Quinctilii, m. 2. gens Romana, ex primis illis Patriciis, quæ urbem Romam incoluerunt. Tranſlati fuere Romam ex Alba exciſa a Tullo Hoſtilio. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 2.*

Quinctilis, & Quintilis, m. 3. unus ex menſibus anni, a *quinctus*, quod erat quintus a Martio incluſive, unde Romani prius annum auſpicabantur. Poſtea in Julii Cæſaris Dictatoris honorem Julius dictus eſt, M. Antonio M. F. Conſule legem ferente. *Suet. in Cæſ. c. 76. Cic. Attic. l. 14. ep. 7.* Si ergo eſt, volo menſe Quinctili in Græciam.

Quinctus, & Quintus, m. 2. prænomen apud Romanos, a naſcendi ordine, ut *Sextus*, ut *Decimus*.

Quincuncialis, & le, n. 3. quod ad quincuncem ſpectat, ut Quincuncialis figura, quæ quincuncem, hoc eſt literam V refert. *Plin. l. 17. c. 12.* In diſponendis arboribus, arbuſtiſque, ut vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata, & neceſſaria. ¶ Quincuncialis herba, quæ menſuram quincuncis unius pedis habet, hoc eſt, ſeptenos fere digitos. *Plin. l. 27. c. 11. de lithoſpermo.* Herba quincuncialis fere, foliis duplo majoribus, quam rutæ.

Quincunx, cis, m. ſignificat quinque uncias, a quinque, & uncia. Apud *Martial.* eſt genus menſuræ, paulum ſupra mediam heminam continens, *l. 2. epigr. 1.* Tu conviva leges mixto quincunce. ¶ Apud *Perſ.* quincunx uſura dicitur, qua ex ſingulis centenis quinque percipiuntur, *cinque per cento*, *ſat. 5. v. 149.* Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modeſto nutrieras, peragant avido ſudore deunces? ¶ Ordo in quincuncem eſt, cum res aliquæ ita diſponuntur certis intervallis, ut quacunque ſpectaveris, rectus ordo ſit. Dicitur autem quincunx, quia refert figuram literæ V, quæ quinarius numerus deſignatur. Itaque arbores v. g. in quincuncem diſpoſitæ hoc modo ordinantur.



Hac enim ratione multas literas V repræſentant, gratumque aſpectum præbent. *Cic. de Senect. c. 17.* Cum autem miraretur Lyſander & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines. *Colum. l. 3. cap. 13.* Nonnulli omnem vitem per duos pedes in quincuncem diſponunt, ne more novalium terra tranſverſis, adverſiſque ſulcis proſcindatur.

Quincupĕdal, alis, neut. menſura, ſive regula quinque pedum, qua fabri murarii in dimetiendis parietibus uti ſolent. Legitur in titulo *epigr. 92. l. 14.* apud *Martial.* ubi alii *quincupeda*, *æ*, eodem ſenſu.

Quincŭplex, icis, o. πενταπλοῦς, quinquies multiplicatus. *Martial. lib. 14. epigr. 4.* Quincuplici cera cum datur altus honos. ¶ Titulus ejus epigrammatis eſt Quincuplices, qui ſunt pugillares quinque foliorum, ſeu laminarum, aut tabellarum.

Quindecemvirālis, le, adject. ut ſacerdotium quindecemvirale, h. e. quindecim hominum ſacris addictorum, apud *Tac. Ann. 11. c. 11.*

Quindecemvirātus, vel Quindecimviratus, us, m. dignitas Quindecemviri. *Lamprid. in Alex. Severo, c. 59.*

Quindecemviri, m. 2. Magiſtratus quindecim virorum, ut Quindecemviri agris dividundis. *Plin. l. 7. c. 43.* Summis laudibus patris ſui L. Metelli Pontificis, bis Conſulis, Dictatoris, Magiſtri equitum, Quindecemviri agris dandis. ¶ Quindecemviri Sibyllini, ſeu Quindecemviri ſacrorum, erant quindecim Sacerdotes, qui libris Sibyllæ legendis, carminibuſque interpretandis præerant. Ad hos etiam ludorum ſæcularium procuratio pertinebat. Primum a Tarquinio Superbo duo viri ad hoc Sacerdotium creati ſunt, deinde cum Plebs in partem Magiſtratuum, & Sacerdotiorum venire vellet, decem, quinque ex Patribus, totidem ex Plebe, tandem a L. Sylla quindecim. *Horat. in carm. ſec.* Quæque Aventinum tenet, Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet. ¶ In ſingul. num. *Sueton. in Cæſ. cap. 79.* L. Cottam Quindecimvirum ſententiam dicturum. ¶ Legitur & *Quindecimviri*.

Quindecies, adverb. *quindici volte*, πεντεκαιδεκάκις, quindecim vicibus. *Cic. 4. Ver. cap. 25.* Ad illum ſeſtertia quinque millia hæreditaria acceſſit ipſius antiqua ſeſtertium quindecies pecunia. *Martial. l. 7. epigr. 9.* Dicere quindecies poteram.

Quindĕcim, *quindici*, חֲמִשָּׁה עָשָׂר, Ger. *funffzehen*, Gal. *quinze*, Hiſp. *quinze*,

α, δεκαπέντε, nomen numerale cardinale indecl. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 31. Quindecim miles minas dederat. Adde *Horat. in carm. ſæculari.*

Quindeni, æ, a, *quindici*, πέντε καὶ δέκα, quindecim, nomen numerale diſtributivum. *Liv. l.* 35. *c.* 40. Quindena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt. Al. leg. *quina dena*, quod idem ſignificat. ¶ Ponitur etiam pro cardinali, quindecim. *Plaut. Moſt.* 2. 1. 11. Quindenis haſtis corpus transfigere. ¶ Dicitur & *quinideni*. *Quintil. l.* 2. *c.* 10. *ad fin.* Aſt quinideni per latera, quini in fronte ſint. ¶ Scribitur & *quini deni* diviſum.

Quingenarius, a, um, πεντακοσιοστός, quod eſt pondo quingentarum librarum, ſeu quod quingentas res continet. *Plin. l.* 33. *cap.* 11. Diſpenſator Hiſpaniæ citerioris quingenariam lancem habuit. *Curt. l.* 5. *c.* 2. Quingenariæ cohortes.

Quingeni, æ, a, o. ſ. 2. *cinquecento*, πεντακόσιοι, idem ac quingenteni, per ſync. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Peregrinus eques quingenos denarios accepit. ¶ Ponitur & pro cardinali, quingenti. *Cic. Att. l.* 4. Apud eum ſeſtertia quingena depoſuerunt.

Quingenteſimus, a, um, *di cinquecento*, πεντακοσιοστός, nomen numerale ordinis. *Plin. l.* 15. *c.* 1. Anno Urbis quingenteſimo quinto.

Quingenti, æ, a, *cinquecento*, חמש מאות, Germ. *funffhundert*, Gall. *cinq cens*, Hiſp. *quinientos*, πεντακόσιοι, quinquies centum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. quingentis empto drachmis.

Quingenties, adverb. πεντακοσιάκις, quinquies centies. *Cic.* 4. *Ver. cap.* 38. Ob eam rem H S quingenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exactum. h. e. quingenties centena millia.

Quini, æ, a, *cinque*, ed πέντε, nomen numerale diſtributivum, a *quinque*. *Cic. in Piſon. c.* 27. Græci ſtipati, quini in lectulis. ¶ Ponitur & pro cardinali *quinque*. *Liv. l.* 8. *c.* 8. Quina millia peditum. ¶ In ſing. num. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 69. Lex me perdit quina vicenaria. *h. e.* quæ vetat minorem viginti quinque annis ſtipulari. ¶ In gen. plur. *quinum*. *Julian. Dig. l.* 40. *tit.* 9. *leg.* 5. Quinum aureorum. V. *Quaterni*.

Quinideni. V. Quindeni.

Quinimo, adv. *anzi*, אף, Ger. *ja auch*, Gal. *ce qui plus eſt*, Hiſp. *antes mas ayna*, ἀλλὰ δὴ καὶ, quin potius, imo vero, imo etiam. *Cic. Att.* 13. *l.* 1. Quinimo leviter inter ſe diſſident. *Plin. ep.* 9. *l.* 4. Quinimo conſurgenti ei ad cenſendum acclamatum eſt.

Quiniviceni, æ, a, vigintiquinque in diſtributione. *Liv. l.* 37. *c. penult.* Militibus quiniviceni denarii dati, duplex centurioni.

Quinio, onis, m. πεντάς, numerus quinarius, ut quinionem filiorum parere, apud *Tertul. de anim. c.* 6.

Quinquagenarius, a, um, πεντηκονταδικός, quod quinquaginta continet. *Cat. cap.* 13. Urnam quinquagenariam unam, ſextarium olearium unum. ¶ Quinquagenarius grex, qui eſt quinquaginta capitum. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 10. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines.

Quinquageni, æ, a, *cinquanta*, πεντήκοντα, quinquaginta, nomen numerale diſtributivum, quod frequenter ponitur pro cardinali. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Vivunt quinquagenis annis, quidam & centenis. *Cic.* 5. *Ver.* In ſingulos H S quinquagenis millibus damnari mavultis? In ſing. num. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Stamina ſingula centeno quinquageno filo conſtant.

Quinquageſies, adverb. idem ac quinquagies. *Plaut. Men.* 5. 9. 99. Vix credo tota auctione capi & quinquageſies. Alii legunt *quinquagies*, & quidem rectius.

Quinquagies, adv. πεντηκοντάκις, *cinquanta volte*, quinquaginta vicibus. *Plin. l.* 7. *c.* 25. Idem ſignis collatis quinquagies dimicavit.

Quinquageſimus, a, um, *cinquanteſimo*, πεντηκοστός, nomen numerale ordinis. *Plin. l.* 7. *c.* 8. Quinquageſimo uno raptus anno. ¶ *Quinquageſima*, *æ*, abſolute vectigal, quo penditur quinquageſima pars alicujus rei. *Cic. Ver.* 4. *c.* 49. Ab omnibus enim ſtenæ præterea quinquageſimæ exigebantur.

Quinquaginta, *cinquanta*, חמשים, Ger. *funffzig*, Gall. *cinquante*, Hiſpan. *cincuenta*, πεντήκοντα, nomen numerale indecl. *Virg.* 1. *Æn.* Quinquaginta intus famulæ.

Quinquatrus, uum, fem. 4. & Quinquatria, orum, neutr. 2. & Quinquatria, ium, n. 3. Παναθήναια, dies feſti Minervæ, a *quinque*, quod quinque diebus ſacra hæc Minervæ celebrarentur. Primo enim die ſacrificabant, quatuor ſequentibus gladiatores in theatro certabant. *Ovid.* 3. *Faſt.* Aliqui dicunt, ſecundo, tertio, & quinto die ludos gladiatorios fuiſſe, quinto luſtrationem Urbis. Sed *Var. l.* 5. *de L. L. Gell. l.* 2. *c.* 21. & *Feſt.* dicunt, hæc feſta ſic appellata fuiſſe, quod eſſent poſt quintum diem Iduum Martiarum, incluſive ſcilicet, quemadmodum apud Tuſculanos feſta vocabantur Triatrus, Sexatrus, Septimatrus, vel Septenatrus, & apud Faliſcos Decimatrus, quod agerentur die tertio, vel ſexto, vel ſeptimo, vel decimo ab Idibus alicujus menſis. Quinquatria enim celebrabantur 13. Cal. Aprilis, id eſt die decimanona Martii, ut eſt in Calendario. Et *Varro* aſſerit, Quinquatria diem unum feſtum fuiſſe. Similiter *Feſtus* addit, eos, qui putant, Quinquatria quinque diebus celebrata fuiſſe, tam errare, quam eos, qui Saturnalia tribus, Compitalia totidem; nam omnia hæc feſta ſingulorum dierum fuiſſe. Hæc feſta celebrabantur in honorem diei natalis Minervæ. *Ovid. loc. cit.* Sed *Feſtus* cauſam affert, quod eo die ædes ejus in Aventino conſecrata eſt. Sunt, qui dicunt, hanc diem muſculorum quoque fuiſſe, quo tempore matronæ inter ſe invicem munera miſſitabant, & cœnas ancillis apponebant, ut viri Saturnalibus. *Plaut. Mil.* 3. 1. 99. Da, quod dem Quinquatribus percantatrici, collectrici, &c. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 25. Quinquatribus frequenti Senatu cauſam tuam egi non invita Minerva. *Id. Att. l.* 9. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas. *Suet. in Aug. c.* 71. Nos Quinquatrus ſatis jucunde egimus. *Tac.* 14. *Ann. c.* 4. Quinquatruum feſtos dies celebrare. ¶ Quæ hactenus deſcripta ſunt, majora Quinquatria dicebantur. Erant etiam Quinquatria minora, ſive Quinquatrus minuſculæ, quæ celebrabantur Idibus Junii. *Ovid.* 6. *Faſt.* Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores.

Quinque, *cinque*, חמשה, Ger. *funff*, Gal. *cinq*, Hiſp. *cinco*, πέντε, nomen numerale cardinale indecl. *Virg.* 1. *Georg. v.* 233. Quinque tenent cœlum zonæ.

Quinquefolium, ii, n. πεντάφυλλον, herba, quæ quinque foliis conſtat. *Plin. l.* 25. *cap.* 9. Quinquefolium nulli ignotum eſt, cum etiam fraga gignendo commendetur.

Quinquefolius, a, um, *di cinque foglie*, quinque folia habens. *Plin. l.* 21. *c.* 4. Roſæ pallidæ, ſpinoſæ, quinquefoliæ.

Quinquelibralis, & le, o. 3. πεντάλιτρος, quod eſt quinque librarum. *Colum. l.* 3. *c.* 15. Qui ſinguli non excedunt quinquelibrale pondus.

Quinquelibris, e, adject. quinquelibralis. *Vopiſc. in Probo*, *c.* 5. Donatus eſt patera quinquelibrali.

Quinquemeſtris, & tre, o. 3. πεντάμηνος, quod quinque menſes natum eſt. *Plin. lib.* 8. *c.* 48. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, præmaturum exiſtimant.

Quinquennalis, & le, o. 3. πενταετηρικός, quod fit quinto quoque anno. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 32. Cum Olympiam veniſſet maxima illa quinquennali celebritate ludorum. ¶ Item quod quinque annos durat, ut Quinquennalis Magiſtratus, qui quinque annos continuos geritur. *Liv. l.* 4. *c.* 42. Alios Magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem Cenſuram gravem eſſe. ¶ *Quinquennalia*, um, abſolute, hoc eſt ludi, vel certamina quinto quoque anno celebrari ſolita. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 116. *nu.* 3. Quinquennalibus Neronis.

Quinquennis, ne, o. 3. *di cinque anni*, πενταετής, quod eſt quinque annorum. *Ovid. l.* 4. *de Pont. eleg.* 6. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. *Hor. l.* 2. *ſat.* 8. Vinum quinquenne.

Quinquennium, ii, n. *quinquennio*, πενταετία, ſpatium quinque annorum. *Cic.* 3. *de Leg. cap.* 3. Bini ſunto, Magiſtratum quinquennium habento.

Quinquepartito, adv. πενταμερῶς, in quinque partes. *Plin. l.* 25. *c.* 6. Foliis per ambitum inciſis quinquepartito.

Quinquepartitus, a, um, πενταμερής, diviſus in quinque partes. *Cic.* 1. *de Inv. cap.* 34. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant eſſe argumentationem. Al. leg. *quinquepertitam*.

Quinque primi, m. quinque viri principes in aliquo Senatu. *Cic. Verr.* 5. *c.* 28. Magiſtratus, & quinque primi accitu iſtius evocantur.

Quinqueremis, is, f. πεντήρης, navis, quæ habet quinque ordines remorum. *Cic.* 6. *Ver. c.* 46. Certos homines in quinqueremi miſiſſe. *Liv. lib.* 41. *c.* 9. Decem quinqueremes naves.

Quinquertio, onis, maſc. πένταθλος, qui quinque artibus ſe exercet, a *quinquertium*. *Liv. Andron.* apud *Feſt.* Quinquertiones præco in medium vocat.

Quinquertium, ii, n. πένταθλον, exercitatio quinque artium, quibus ingenuorum puerorum inſtitutio conſtabat, a *quinque*, & *ars*. *Feſt.* ¶ Artes eæ erant, diſci jactus, curſus, ſaltus, lucta, & jaculatio. Atque hæc apud Græcos: Nam Latini natationem, & equitationem adjecere. *Poeta vetus* apud *Feſt.* Omnes æquiles vincebat quinquertio.

Quinquevir, iri, m. unus ex collegio Quinquevirorum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. Scriba ex Quinqueviro. ¶ Erant autem Quinqueviri Magiſtratus quinque civium, non unius generis. Erant enim Quinqueviri Coloniæ deducendæ, qui plebem in aliquod oppidum, & agrum habitandi gratia deducebant. Hi etiam interdum tres viri fuere, interdum decem, &c. *Cic.* 2. *Agrar.* Toties legibus agrariis curatores conſtituti ſunt Triumviri, Quinqueviri, Decemviri. ¶ Præterea Quinqueviri Menſarii, qui ad menſas ſedebant, & pecuniam diſpenſabant. Cum improbitate fœneratorum Plebs Romana magnitudine æris alieni pene obruta eſſe videretur, eique difficultati principes plebis ſuccurrere ſæpe tentaſſent, inclinatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tum Conſules erant, fœnebrem quoque rem, quod diſtinere animos hominum videbatur, levare aggreſſi, ſolutionem æris alieni in publicam curam verterunt. Quinque ergo viri creati ſunt, qui huic muneri præeſſent, de quibus V. *Liv. l.* 7. *c.* 21. ¶ Item Quinqueviri cis, & ultra Tyberim erant, qui ſe gerebant pro Magiſtratibus. Conſtituti ſunt, quia inconveniens erat, Magiſtratus veſpertinis temporibus in publico eſſe. *Pompon. l.* 1. *ff. tit.* 2. *l.* 2.

Quinqueviratus, us, m. 4. πενταδαρχία, Magiſtratus Quinquevirorum. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 17. Me ille, ut Quinqueviratum acciperem, rogavit.

Quinquies, adv. *cinque volte*, πεντάκις, quinque vicibus. *Cic.* 11. *Phil.* At hic me defendente quinquies abſolutus eſt. *Plin. l.* 2. *c.* 23. Inde ad Solem quinquies millies.

Quinquiplico, as, a. *raddoppiare cinque volte*, quinquies duplico. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 36. Superbiet homines etiam annua deſignatione, quid, ſi honorem per quinquennium agitent? quinquiplicari prorſus magiſtratus, ſubverti leges.

Quinquo, quas, a. 1. luſtro, purgo. *Chariſ. Grammat. l.* 1. Quinquatrus a quinquando, id eſt luſtrando, quod eo die arma Ancilia luſtrari ſint ſolita.

Quintadecimani, orum, m. milites legionis decimæquintæ, apud *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 36.

Quintanus, a, um, πεμπταῖος, quod quinto loco eſt, quinta die venit, &c. *Plin. l.* 17. *c.* 22. *de vineis*. Semper vero quintanis ſemitari. h. e. quinto quoque palo ſemitam docere. ¶ *Quintana* in caſtris erat porta quarta poſt Prætorium, per quam commeatus, & alia neceſſaria inferebantur in caſtra, & ubi venalium rerum forum ſolebat eſſe. *Liv. l.* 41. *c.* 2. Ad Quæſtorium forum, quintanamque hoſtes pervenerunt. Adde *Feſt.* ¶ Nonæ quintanæ dicuntur a *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 14. & a *Var. l.* 5. *de L. L.* quæ quinto menſis die veniunt. ¶ Quintani apud *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 36. ſunt milites legionis quintæ.

Quintarius, a, um, adject. ut quintarii limites apud *Hygin. de limitib.* qui quintum locum obtinent poſt limitem decumanum. ¶ Quintarius numerus, idem ac quinarius, apud *Vitruv. l.* 3. *cap.* 1. Vide ibi *Bald. in Lexic.* ¶ *Quintarium*, *ſi* quid ſit, V. in fine vocis *As*.

Quintilianus. }
Quintilis, &c. } V. Quinctilianus &c.

Quinto, adverb. *la quinta volta*, quintum. *Liv. l.* 8. *c.* 25. Eodem anno lectiſternium Romæ quinto poſt conditam urbem habitum eſt.

Quintum, adv. *la quinta volta*, quinta vice. Tempus deſignat, & quater ante factum. *Liv. l.* 27. *c.* 6. Declarati Conſules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum.

Quintuplex, icis, pro quincuplex legitur a nonnullis apud *Vopiſc. in Probo*, *c.* 7. Salarium quintuplex fecimus. Alii *Quincuplex*.

Quintus, a, um, *quinto*, חמישי, Ger. *der funffte*, Gal. *cinquieme*, Hiſp. *quinto*, πέμπτος, nomen numerale ordinis. *Liv. l.* 31. *c.* 7. Non quinto inde menſe, quemadmodum a Sagunto Annibal, ſed quinto inde die, quam ab Corintho ſolverit naves, in Italiam perveniet.

Quintuſdecimus, a, um, adject. *decimoquinto*. *Liv. l.* 45. *c.* 33. *in fin.* Ipſe Epirum petens, quintiſdecimis caſtris Paſſaronem pervenit.

Quippe, adv. *come*, כי, Germ. *dann*, Gall. *ſçavoir*, Hiſp. *como que*, οἷα, οἷον, γάρ, tanquam, ut, velut, utpote, nempe. Hoc adverbio rationem reddimus ejus, quod proceſſit. *Cic.* 1. *Fin.* Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 18. Convivia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem, niſi perraro, veniret. *Id.* 2. *Off.* Quippe cum in ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis. *Idem l.* 1. *Fam. epiſt.* 9. Quippe quod etiam Ravennæ Craſſum ante vidiſſet. *Plin. l.* 26. *c.* 10. Quippe quoniam & ſponte deſint. *Virg.* 1. *Georg.* Quippe ubi fas verſum, atque nefas, tot bella per orbem, &c. *Ter. Heaut.* 3. 1. 37. Quippe quia id ægritudinum remedium eſt, *eſſendo che*. ¶ Ponitur etiam pro etenim, ſive namque. *Virg.* 2. *Georg.* Infœcunda quidem, ſed læta, & fortia ſurgunt, quippe ſolo natura ſubeſt. ¶ Item pro *certe*. *Cic. pro Cæc. c.* 19. Recte igitur diceres te reſtituiſſe? quippe. Quid enim facilius eſt? &c.

Quippini, adver. τί γάρ, quidni? cur non? *Plaut. Men.* 3. 3. 45. Itan' cenſes? Med. Quippini? ¶ Pro quippe, ſeu nempe. *Apul. l.* 9. *M.* Menſam apponebat et propere, quamvis invita, quippini deſtinatam alii.

Quiqui, idem ac quicunque. *Plaut. Aul.* 4. 10. 44. Neque partem tibi ab eo, quiqui eſt, inde poſces. *Cic. l.* 16. *Att. epiſt.* 8. Veterani, quiqui Caſilini, & Calatiæ ſunt, perduxit in ſuam ſententiam. Alii leg. *quique*. ¶ Item idem ac quiſque. *Plaut. Caſ.* 3. 1. 10. Cibo cum ſuo quiqui facito ut veniant.

Quies. V. Quieo.

Quirina Tribus Romana ruſtica, conſtituta fuit in Sabinis, An. Ur. 511. & dicta eſt a Curibus. *Cic. pro Quint.* & *l.* 8. *Fam.*

Quiri-

Digitized by Google

Quirinalia, orum, n. 2. κυρινάλια, dies, quo ſacra Quirino, ideſt Romulo, fiebant, qui erat decimus ſeptimus Februarii. *Ovid.* 2. *Faſt. Feſt.* & *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 13. Comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur. ¶ Idem dies ſtultorum feriæ appellabatur, quod qui ſuorum Fornacalium ſacra Romæ ignoraverant, quippe ſuæ Curiæ ignari, Deæ Fornaci extrema hujus diei parte ſacra faciebant. *Ovid.* 2. *Faſt.* & *Feſt.*

Quirinalis, & le, o. 3. κυρινάλιος, quod ad Quirinum ſpectat, ut Lituus Quirinalis, qualem Quirinus habuit, Trabea Quirinalis, qua Quirinus utebatur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 160. Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino, &c. ¶ Quirinalis mons, *Monte Cavallo*, unus ex ſeptem collibus urbis Romæ, ita dictus eſt, quod in eo Quirini templum erat. Alii cauſam afferunt, quod in hunc montem Sabini a Curibus venientes commigraverint. *Feſt.* ¶ Quirinalis porta, quæ & Agonalis, & Collina, & Salaria, hodie *Porta Salara*, una ex portis urbis Romæ, ita dicta, quod ea ad collem Quirinalem itatur. Alii cauſam afferunt, quod proxime eam eſſet Quirini ſacellum. Per eam in Sabinos iter eſt. *Feſt.*

Quirinus, i, m. κυρῖνος, Romuli cognomen, a Curibus urbe Sabinorum. *Ovid. l.* 2. *Faſt.* de Quirini appellatione varias adducit opiniones, judicium vero ſuum non interponit. *Serv. in* 1. *Æn.* dicit, ſic fuiſſe vocatum, quod haſta utebatur, quæ Sabinorum lingua *curis* dicitur, vel quod Græce κοίρανος Rex dicitur, vel propter generis nobilitatem, a Marte, qui cum ſævit, Gradivus dicitur, cum tranquillus eſt, Quirinus. Sane, eodem *Servio* auctore, apud Romanos duo Martis templa fuere, unum Quirini intra Urbem, quaſi cuſtodis, & tranquilli, alterum Gradivi in Appia via, extra Urbem, prope portam, quaſi bellatoris. Hoc nomine ipſe Romulus vocari ſe juſſit, poſt mortem, cum Proculo Julio apparuit. *Ovid. ibid.* In Quirini honorem dies feſtus celebrabatur, qui erat decimus ſeptimus Februarii, qui vocabatur Quirinalia. *Ovid. ibid.*

Quiritatio, onis, f. *grido*, humanæ, divinæque opis imploratio. *Liv. l.* 33. *c.* 28. Fuga comitum, & quiritatio facta.

Quiritatus, us, m. clamor, vociferatio, auxilii imploratio. *Plin. l.* 6. *ep.* 20. Audires ululatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum. Sunt qui legunt *quiritatus*.

Quirites, ium, m. κυρῖται, proprie fuere, qui Cures incolebant Sabinorum opp. in quo regnavit T. Tatius, ut Romani, qui cum Romulo Romam tenebant. Verum poſt fœdus ictum inter Romulum, & Tatium pro eodem populo Romani, & Quirites habiti ſunt. Itaque omnes promiſcue appellari Quirites cœpti ſunt. Cum enim ex duobus populis, Romanis, & Sabinis, unus factus eſſet, ut Romanorum ratio haberetur, conſtitutum eſt, ut urbs priſtinum Romæ retineret nomen, & unuſquiſque ex civibus Romanus, ut ante, appellaretur, ut ratio Sabinorum haberetur, placuit, ut populus, ideſt univerſi ſimul cives in poſterum Quirites vocarentur. *Dionyſ. l.* 2. *Ant. Rom.* & *Panvin. de rapin. Sabinar.* ¶ Apud Poetas tamen reperimus Quiritem num. ſing. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 75. Quibus una Quiritem vertigo facit. *Ovid.* 1. *Amor.* An, ſi pulſaſſem minimum de plebe Quiritem. ¶ In gen. plur. habes *Quiritium*, & *Quiritum*. *Horat. l.* 1. *od.* 1. Hunc ſi mobilium turba Quiritium. *Cic. pro Cæc.* Qui enim poteſt jure Quiritium liber eſſe is, qui in numero Quiritum non eſt?

Quiritis, is, f. mulier Romana. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 308. *num.* 1. Sacrarius Junonis Quiritis.

Quirito, as, n. 1. *gridare*, צעק, Ger. *kleglich ſchreyen*, Gal. *crier*, Hiſp. *gritar*, χειτιάζω, Quiritium, ſeu Populi Romani auxilium imploro, & generatim quemcunque hominem invoco, clamo, vociferor. *Var. l.* 5. *de L. L.* Vicinaque borum, Quiritare, Jubilare. Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. ¶ Differt a jubilo, quia quiritatio urbanorum, jubilo ruſticorum proprium ſunt. *Var. loc. cit.* Ut Quiritare urbanorum, ſic jubilare ruſticorum. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Si eſt ſanus, non quiritet. *Aſin. Poll. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 32. Et illi miſero quiritanti, civis Rom. natus ſum, reſpondere, Abi nunc, populi fidem implora. *Liv. l.* 39. *c.* 8. Quod præ ululatibus, tympanorumque, & cymbalorum ſtrepitu nulla vox quiritantium inter ſtupra, & cædes exaudiri poterat. Alii legunt *queritantium*, ut ſit frequentativum a *queror*.

Quirrito, as, n. 2. eſt vocem edere verris. *Auct. carm. de Philom.* Quirritant verres, pardus rudis, oncat aſellus.

Quis, quæ, quod, vel quid, *chi*, *quale*, מי, Ger. *wer*, Gal. *qui*, Hiſp. *quien*, τίς, pronomen interrogativum, a Græca voce allata. *Cic. de Am. c.* 12. Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? Eſt etiam pronomen infinitum. *Cic. in Or.* Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram miſceri oporteat, nunc dicendum eſt. ¶ Ponitur interdum pro *qualis*. *Cic. de Am.* Quis ego ſum, aut quæ in me eſt facultas. ¶ Item pro *aliquis*. *Cic. Att. l.* 1 *ep.* 7. Ex nebulonem illum, ſi quo pacto poteſt, ex iſtis locis amove. ¶ Item pro *quantus*. *Cic. Att. l.* 6. *ep. ult.* Spero (quæ ſua prudentia, & temperantia eſt) ita id facturum diligenter. ¶ Interdum interrogandi aſſumit ne. *Plaut. Mil.* 1. 1. 13. Quemne ego ſervavi in campis Gurguſtidonis? h. e. ille ne, quem &c. *Catul. carm de nupt. Pel. v.* 179. An patris auxilium ſperem, quemne ipſa reliqui? ¶ Olim fuit tertiæ declinationis, ut *brevis*, & *breve*. Hinc legimus *quis* tam fœminino, quam maſculino genere. *Plaut. Aul.* 2. 1. 48. Quis ea eſt, quam vis ducere uxorem? ¶ In num. plur. ques, quium. *Cato in Orig.* apud *Serv. in* 1. *Æn.* Siques ſunt populi. ¶ Quis in neutro genere. *Plaut. Pœn. prol. v.* 17. Scortum exoletum ne quis in proſcenio ſedeat. Quædam tamen MSS. habent *quid*.

Quisnam, & Quinam, quænam, quodnam, vel quidnam, *chi*, ὅστις, idem ac quis. Sumitur vel interrogative. *Ter. Phorm.* 1. 4. 6. Quidnam ille commotus venerat? ideſt quamobrem, vel propter quid? *Cic.* 6. *Ver.* Quiſnam igitur per Deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? *Id.* 2. *Fin.* Quonam, inquit, modo? *Silius l.* 13. *v.* 450. Quinam te, qui caſus, ait, Dux maxime, feſſæ Eripuit patriæ? ¶ Vel infinite. *Ter. Eun.* 5. 4. Reviſo, quidnam Chærea hic rerum gerat. *Cic.* 2. *de Inv.* Nam Zeuxis illico quæſivit ab eis, quaſnam virgines formoſas haberent. *Gell. l.* 7. *c.* 4. Perciperent oculis, quodnam eſſet mancipiorum genus. ¶ *Quidnam* interrogativum, & interjecto verbo diviſum. *Plaut. Rud.* 4. 3. 8. Quid tu, malum, nam me retrahis? ¶ *Quiſnam* aliquando invertitur. *Virg.* 4. *Georg.* Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras Juſſit adire domos?

Quispiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam, ſeu quippiam, *alcuno*, aliquis, quidam. *Cic. pro Quinct.* Si cuipiam pecuniam fortuna ademit. *Id. donat. Donr. l.* 3. *c.* 35. Si grando quippiam nocuit.

Quisquam, quæquam, quidquam, ſeu quicquam, *alcuno*, איש, Ger. *einer*, Gal. *quelqu'un*, Hiſp. *alguno*, τὶς, aliquis. *Cic.* 3. *Verr.* Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me invito aſpirat? *Id.* 4. *Verr.* An hoc dubitabit quiſquam omnium, quin, &c. *Id.* 4. *Acad.* Nec quicquam aliud videndum eſt nobis, quos, &c. *Liv. l.* 2. Nec quiſquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 10. Nemo illorum quiſquam ad te venit, quin &c. ¶ Aliquando ponitur pro *quivis*, ſeu *quilibet*. *Cic. Terentiæ, l.* 14. *Fam.* Niſi vos fortiores cognoſcerem, quam quenquam virum. ¶ Item pro quiſpiam, aut aliquis. *Liv. l.* 3. *c.* 55. *in fin.* Quia nondum in quenquam unum ſæviebatur. ¶ Olim *quiſquam* tam fœminino, quam maſculino genere uſurpabatur. *Ter. Eun.* 2. 3. 80. Quando quidem illarum neque quiſquam te novit, neque ſcit, qui ſies. *Plaut. Rud.* 2. 3. 75. Neque digniorem cenſeo vidiſſe anum me quenquam.

Quisque, quæque, quodque, vel quidque, ſeu quicque, *ciaſcuno*, איש, Ger. *jeglicher*, Gal. *chacun*, Hiſp. *cada uno*, ἕκαστος, omnis, a *quis*, & *que*. Hæc particula *que* non tam conjunctio eſt, quam ſyllabica adjectio, ut in *abſque*, & aliis multis. *Cic. l.* 1. *Fam. epiſt.* 9. Ego, quid ad te tuorum quiſque neceſſariorum ſcribat, neſcio. *Idem* 6. *Ver.* Unde quidque, aut quanti emeris. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Interpretando, quorum quicque pertineat. ¶ Jungitur eleganter cum ſuperlativis, vel iis, quæ ſuperlativi vim habent, ut *optimus quiſque*, *primus quiſque*, vel etiam cum poſitivis. *Cicer.* 1. *Acad.* Certe enim recentiſſima quæque ſunt correcta, & emendata maxime. *Sueton. in Othone, c.* Invalidum quemque obviorum corripere. ¶ Item cum numeralibus, & cum eorum interrogativo, vel infinito *quotus*, *a*, *um*. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 17. Vix decimus quiſque eſt, qui ipſus ſe noverit, *uno per decem*. *Cic.* 4. *Ver. c.* 56. Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur. *Id.* 2. *de Div.* Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis? ¶ Item cum reciprocis *ſui*, & *ſuus*. *Cic.* 1. *Agr. cap. ult.* Huic pro ſe quiſque noſtrum mederi, atque hoc omnes ſanare velle debemus. *Id.* 5. *Fin.* Sua cujuſque animantis natura eſt. ¶ Item cum verbis pluralis numeri. *Apul. l.* 11. *Metam.* Quiſque munerabundi ad meum feſtinant conſpectum. Et in fœm. genere. *Plaut. Pœn. prol. verſ.* 107. Omnes meretrices, ubi quiſque habitant, invenit. ¶ Interdum ponitur pro *quiſquis*, ſeu *quicunque*. *Ter. Hec.* 1. 1. 8. Spolies, mutiles, laceres quemque nacta ſis. Alii leg. *quemquam*. *Plaut. Mil.* 2. 2. 5. Quemque videritis hominem in noſtris tegulis, hunc deturbatote in viam. *Auſon. in ſept. Sapient.* Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.

Quisquiliæ, arum, f. 1. κάρφη, quicquid ex arboribus minutis ſurculorum foliorumque decidit. *Feſt.* ¶ Tranſlate dicitur de hominibus nihili, & de fæce ſceleſtorum. *Cic. pro Sext. c.* 43. Omitto jam Numerium, Serranum, Ælium, quiſquilias ſeditionis Clodianæ. ¶ Olim etiam ſingulari numero inflectebatur. *Nævius* apud *Feſt.* Abi e dexubia te ſacco, quiſquilia, non bono.

Quisquilium, ii, n. exiguus frutex ilicis, producens coccum, quod granum eſt ad tingendas veſtes aptiſſimum. *Plin. l.* 16. *c.* 8. ubi alii leg *ciſcolium*, eodem ſenſu.

Quisquis, quæque, quidquid, ſeu quicquid, *chiunque*, *ciaſcuno chi*, Germ. *welcher*, Gal. *quiconque*, Hiſp. *qualquier*, ὅστις, quicunque, omnis qui. *Cicer. in Brut. cap.* 71. Quiſquis eſt ille, ſi modo eſt aliquis, qui non illuſtrem modo, ſed etiam genuit in hac Urbe dicendi copiam. *Id. pro R. Am.* Quicquid maleficii, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit. *Id.* 2. *Agr.* Hic ager quoquo pretio coemptus ſit, &c. *Ovid.* 1. *de ar. am. v.* 267. Quiſquis ubique viri, dociles advertite mentem. *Liv. l.* 4. *c.* 8. Liberos ſuos quibuſquibus Romanis municipio dabant. ¶ Interdum ponitur pro *quiſque*. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 1. Quocunque in loco quiſquis eſt, idem eſt ei ſenſus. V. ibi Manut. qui alia addit ejuſdem *Cic.* exempla. ¶ *Gell. l.* 12. *c.* 1. *ad fin.* Quicquid ſic educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor eſt, ſed civilis, & opinabilis. ¶ Invenitur & in gen. fœminino. *Cæcil. apud Non.* Quæſo igitur, quiſquis es, mea mulier. *Plaut. Rud.* 4. 4. 101. Quiſquis es, quæ parentes in tam anguſtum locum tuos compegeris. *Id. Ciſt.* 3. 1. 63. Conteris me tua oratione, mulier, quiſquis es. ¶ *Quidquid* pro *quanto*. *Liv. l.* 6. *c.* 30. Quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magiſque in imbelles gentes ans prodire, *quanto profungi de Roma* &c. ¶ *Quidquid illud* pro ſimplici quidquid. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 55. Quidquid illud, & qualecumque tribuiſſet.

Quitus. V. Queo.

Quivis, quævis, quodvis, vel quidvis, *qualunque*, איש, Ger. *ein jeder*, Gall. *qui que ce ſoit*, Hiſp. *qualquiera*, ὅστις, quilibet, quaſi unus e multis, quem velis. *Cic. pro Quinct.* Utrumque quivis intelligere potuiſſet. *Id.* 5. *Verr. c.* 18. Ut homines quidvis perpeti, quam non de ſtatus pravitate, & injuriis deplorare, & conqueri mallent. *Id. in Salluſt. c.* 1. Ut lutulenta ſui cum quovis volutari. *Ter. Adel.* 2. 3. Ab quovis homine beneficium accipere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 87. e quibus unus avet quavis aſpergere cunctos, Præter eum, qui præbet aquam. *h. e.* quavis ratione. V. *Aqua*. ¶ *Quivis* unus eſt quiſpiam. *Cic. pro Cæcin c.* 22. Si tu ſolus, aut quivis unus cum ſcuto impetum in me feciſſes. *Id. de clar. Orat. c.* 93. Quivis unus ex populo.

Quiviscunque, quævicunque, quodviſcunque, idem ac quicunque. *Lucret. l.* 3. *v.* 389. Nec repentis itum cujuſviſcunque animantis. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 1. Quoviſcumque loco poteſt hunc finire libellum.

Q ANTE UO.

Quo, *dove*, אנה, Ger. *wohin*, Gal. *où*, Hiſp. *adonde*, ποῖ, adv. motus ad locum. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 2. Ut, aut quo ſcribam, aut quo veniam, ſcire poſſim. *Liv. l.* 38. *c.* 30. Si Romæ, aliove quo mitterent legatos. ¶ Significat etiam ad quam rem, ad quem finem, ad quem ſcopum. *Cic.* 2. *de Div.* Jam vero quo pertinent ænigmata ſomniorum? ¶ Accipitur item pro quanto, habetque ſibi reſpondentem particulam *hoc*, vel *eo*. *Cic. pro R. Com.* Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet laborioſius. ¶ Interdum altera particula omittitur. *Tac.* 1 *hiſt. c.* 13. Ea pars morum, quo ſuſpectior ſollicitis, adoptanti placebat. ¶ Eſt etiam conjunctio, & ſignificat ut. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 2. Quod præfiniſti, quo ne pluris emerem. ideſt ut ne. *Liv. l.* 34. *c.* 6. Cautum erat, quo ne plus auri, quo ne plus ſignati argenti domi haberemus. *Plin. jun.* Neque enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. ¶ Item quod, quia, quoniam. *Cic.* 6. *Verr.* Non quo quicquam metueret, aut ſuſpicaretur. ¶ Item quare. *Ter. And.* 2. 5. 18. Quo æquior ſum Pamphilo. *Cic.* 2. *de Or.* Quo etiam feci libentius, ut, &c. ¶ Item pro *ad quid*, ad quam rem, in quem uſum, *a che*. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 5. Quo mihi fortunæ, ſi non conceditur uti? ideſt ad quid vultis mihi bona eſſe fortunæ? *Ulp. l.* 3. §. *ſi quis in liberis, de bon. poſſeſſ. cont. tab.* Quo bonum eſt ei contra tabulas dari?

Quoad, adverb. *ſino che*, *ſino a quando*, עד, Ger. *biſſaß*, Gall. *juſq' a ce*, Hiſp. *haſta que*, μέχρι ὅ, donec, quamdiu, quouſque, ex *quo*, & *ad*, ordine præpoſtero, ut *hactenus*, & *quatenus*. *Ter. Phorm.* 1. 2. 98. Senem quoad expectatis veſtrum? *Cic.* 1. *Off. c.* 1. Tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. *Id.* 1. *de Leg. c.* 4. Eatenus exercuerunt, quoad voluerunt &c. ¶ Significat etiam ingenii, & rei facultatem, vel temporis commoditatem, & ponitur pro quantum. *Cic. de Am. c.* 1. Ut, quoad poſſem, & mihi liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem. *Liv. l.* 39. *c.* 45. Id eos ut prohiberet, quoad ejus ſine bello poſſet, prætori mandatum eſt. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 12. *ad fin.* Tu velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me, *per quanto potrai*. Particula *ejus* elegantiæ cauſa interſeritur. ¶ Sumitur item *quoad* pro *quantum ad*, vel *ſecundum*, & accuſativum regit. *Liv. l.* 42. *c.* 6. Apollonius Regem excuſavit, quod ſtipendium ſerius quoad diem præſtaret. *Var. l.* 7. *L. L.* Hæc ſigillatim triplicia eſſe debent, quoad ſexum, multitudinem, caſum. *Cajus l.* 3. *ff. de acquir. rer. dom.* Nec intereſt, quoad feras beſtias & volucres, utrum in ſuo quiſque fundo capiat, an in alieno. ¶ Item pro *interim dum*. *Quint. l.* 10. *c.* 3. Quoad intinguntur calami. ¶ Regit

Digitized by Google

etiam genitivum, ut *inſtar*, *offatim*, *ſatis*, & alia adverbia. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 12. Tu tamen, velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me.

Quoaduſque, adv. *ſino che finalmente*, τοῦ γ᾽ ἔστιν. *Suet. in Cæſ. c.* 14. Ac ne ſic quidem impedire rem deſtitit, quoaduſque manus equitum Romanorum immoderatius perſeveranti necem comminata eſt.

Quocirca, *per la qual coſa*, לכן, Ger. *derhalben*, Gal. *c'eſt pourquoy*, Hiſp. *por la qual*, δι᾽ ὅ, itaque, quamobrem, conjunctio rationalis, a *quod*, & *circa*. *Cic. de Senec. c.* 14. Quocirca nihil eſt tam deteſtabile, quam voluptas. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 95. Quo bone circa, Dum licet, in rebus jucundis vive beatus.

Quocunque, adv. motus ad locum, *dovunque*, πανταχόσε. *Hor. Epod.* 16. 114, pedes quocunque ferent. *Senec. ep.* 12. Quocunque me verto. ¶ A Poetis per tmeſim dividitur. *Horat. lib.* 1. *od.* 7. Quo nos cunque feret melior fortuna. *Virg.* 2. *Æn. v.* 709. Quo res cunque cadent,

Quod, *quale*, *il quale*, אשר, Ger. *welches*, Gal. *le quel*, Hiſp. *le qual*, ὅ, vox neutra pronominis *qui*. *Cic. pro L. Man. c.* 10. Quod denique genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? ¶ Ponitur aliquando pro *quicquid*. *Cic. pro Dom. c.* 43. Ornamentorum quod ſuperfuit in fanis, & communibus locis, tota e Græcia, ſane frugaliter, domum ſuam deportavit. ¶ Item pro *in quo*. *Ter. And.* 4. 4. Sed, ſiquid eſt, quod mea opera opus ſit vobis. ¶ Item pro *quantum*. *Cic. pro R. Am.* Qui omnes, quod ad me attinet, vellem viverent. ¶ Uſurpatur etiam ut accuſativus communis, etſi aliqui dicant, præp. *propter* ſubintelligi. *Ter. Hec.* Nam (ita me ament Dii) quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. *Plaut. Epid.* Ut quod ego ad te venio, intelliges. ¶ Quod idem ſæpe ponitur pro quod ipſum, aut quod etiam. *Cic. de Areſp. Reſp.* Quod idem in judicio capitis durum, atque iniquum eſt.

Quod, *perchè*, אשר, Germ. *deſwegen*, Gal. *par ce que*, Hiſp. *porque*, ὅτι, quia, quoniam, conjunctio cauſalis. Conſtruitur cum indicativo, vel cum conjunctivo. *Cic. Att. l.* 3. Cum tibi agam gratias, quod me vivere coegiſti. *Id.* 2. *de Div. c.* 24. Mirari Cato ſe ajebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem cum videret. ¶ Ponitur etiam pro cur, ſive quamobrem. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 12. In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt. ¶ Item pro quare. *Ter. Hec.* 3. 2. Mala metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat. Quod te Æſculapi, & te Salus, ne quid hujus ſit, oro. ¶ Item pro *quantum ad illud quod*. *Cic.* 14. *Fam. ep.* 3. Quod ſcribis, te ad me venturam, ſi velim, ego vero te iſtic eſſe volo. ¶ Nonnunquam inſervit continuationi ſermonis, & jungitur variis particulis, *ſi*, *utinam*, *niſi*, *ne*, *cum*, *ubi*. *Cic. pro Dom. c.* 1. Quod ſi ullo tempore magna cauſa in ſacerdotum populi R. judicio ac poteſtate verſata eſt. *Id. Fam.* 14. *ep.* 4. Quod utinam minus vitæ cupidus fuiſſem. *Id.* 13. *Att. ep.* 43. Quod niſi me Torquati cauſa teneret. *Col. l.* 5. *c.* 2. Quod ne longiore exordio legentem fatigemus. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 68. Quod cum eſſet animadverſum, conjunctam eſſe flamini. *Rurſus Cic.* 3. *Ver. c.* 26. Quod ubi illa intellexit, id agi, &c. ¶ Aliquando ſimpliciter præcedentis verbi ſignificationem determinat, & uſurpatur ad reſolvendum infinitivum, præſertim in diſputationibus. *Cic.* 1. *Off. c.* 12. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur. *Ulp. l.* 1. *ff. de agnoſcendis, vel alendis liberis*. Et pronuntiaverit, quod ex eo prægnans fuerit. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 26. Paulo poſt renuntiat, quod Conſules abſint.

Quodammodo, adv. *in certo modo*, Ger. *auffeine weiſe*, Gal. *en quelque façon*, Hiſp. *en alguna manera*, τρόπον τινά, aliquo pacto. *Cic. de Am. c.* 8. Quippe cum propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.

Quolibet, *verſo qual luogo tu vuoi*, adv. motus ad locum, quoquo, quovis. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 8. *v.* 22. Ex his me jubeat quolibet ire locis.

Quominus, adv. μὴ οὐχί, ut non, vel ut ne. Re vera duæ dictiones ſunt, etſi vulgo conjungantur. *Cic.* 1. *de Orat.* Quominus liceat vagari, quo velit. *Ter. Andr.* 4. 2. 17. Ne pater per me ſtetiſſe credat, quominus hæ fierent nuptiæ.

Quomodo, adv. *come*, *in che modo*, איך, Germ. *wie*, Gal. *comment*, Hiſp. *como*, πῶς, τίνα τρόπον, quo pacto, qua ratione, quemadmodum. Re vera duæ voces ſunt ablativi caſus. Quare melius ſeparatim ſcribimus, *quo modo*. Ponitur vel interrogative. *Cic.* 5. *Verr.* Etiamne ſi plus edidiſſet, quam quantum natum eſſet? etiam. Quomodo? Magiſtratus ex ipſius dicto exigere debebant. ¶ Vel admirative. *Cic. de Am.* Quomodo, ut alia omittam, mortem filii tulit? ¶ Vel relative. *Cic. de Aruſp. reſp.* Et ſua concio ſiſtit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum Senatuſconſultis. ¶ Vel infinite. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 3. Si Reſpublica tibi narrare poſſes, quomodo ſe haberet.

Quomodocunque, adv. *in qualunque modo*, Ger. *wie er wolle*, Gal. *en quelque maniere que ce ſoit*, Hiſp. *como quiera*, ὁπωσοῦν, quocunque modo, quoquo pacto, qualitercunque. *Cic.* 5. *Fin. c.* 11. Quomodocunque dicitur, intelligi quicquid dicatur, poteſt.

Quomodonam, adv. idem ac quomodo. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 16. Quomodonam mi frater de noſtris verſibus Cæſar?

Quonam, adv. motus ad locum, idem ac quo. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 3. Eum ſi nunc ſequor, quonam?

Quondam, adv. *già*, *una volta*, *altre fiate*, כבר, Germ. *fur zeiten*, Gall. *autrefois*, Hiſp. *ya*, *una vez*, πάλαι, olim, aliquando. *Cic. Catil.* 1. *c.* 1. Fuit iſta quondam in hac republica virtus. *Virg. Æn.* 6. *prope fin.* nec Romula quondam Ullo ſe tantum tellus jactabit alumno. ¶ Pro nonnunquam, interdum. *Virg.* 2. *Æn. v.* 367. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. *Idem* 3. *Georg.* Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis Incaſſum furit.

Quoniam, *poichè*, כי, Germ. *denn*, Gall. *puiſque*, *car*, Hiſp. *porque*, ἐπεί, quod, quia, conjunctio cauſalis, quæ fere certam cauſam, cognitamque ſignificat, ex *cum*, ſive *quom*, & *jam*. Frequentius indicativum regit. *Cic. d. Amic.* Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque ſunt. *Id.* 6. *Attic. ep.* 1. Quoniam quidem ea, quæ nos ſcribimus, te etiam delectant. ¶ Pro *poſtquam* etiam uſurpari, auctor eſt Feſtus; atque in eum ſenſum Donatus (*ad Ter. Adel. prol.*) addit hæc Plauti verba in *Aulul. prol. v.* 9. Is quoniam moritur &c.

Quopiam, adverb. in aliquem locum. *Ter. Eun.* 3. 2. 9. Itura ne, Thais, quopiam es?

Quoquam, adv. *ad alcun luogo*, ποῖ, aliquo, ad aliquem locum, ſeu partem. *Cic.* 4. *Ver. c.* 21. O Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, &c.

Quoque, *ancora*, גם, Ger. *auch*, Gal. *auſſi*, Hiſp. *tambien*, καί, etiam, ſimiliter, conjunctio copulativa poſtpoſitivi ordinis. *Cic. pro Rab. Poſth.* Sed proxime illum quoque fefelliſſem. ¶ Reperitur cum particula *&*, vel *etiam*. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Sunt vero & fortuita eorum quoque clementiæ exempla. *Ter. Hec.* 5. 1. Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ, ego quoque etiam credidi.

Quoquo, adv. *in qualunque luogo*, ὅποι, ad quemcunque locum. *Cic.* 2. *de Div. c.* 9. Ita quoquo ſe ſe verterint Stoici. *Plaut. Merc.* 5. 2. 17. Quoquo hinc abducta eſt gentium. ¶ Legitur & *quo eo* diviſum.

Quoquomodo, vel quoquo modo, *in qualunque maniera*, quocunque modo, *Cic. Verr.* 5. *c.* 34. Quoquomodo ſe res habent. *Id. Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 2. Te quoquomodo hominem inveſtiges velim.

Quoquoverſus, adv. *verſo ogni parte*, πανταχόσε, verſus quemcunque locum, verſus omnes partes. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 23. Legatus quoquoverſus dimittere. *Cic. Phil.* 9. *c. ult.* Pedes triginta quoquoverſus.

Quorſum, vel Quorſus, adv. *verſo che luogo*, אנה, Ger. *wohinauff*, Gall. *vers quel coté*, Hiſp. *hazia donde*, ἐς τί, verſus quem locum, ex *quo*, & *verſum*. *Ter. Eun. c.* 3. Ego neſcio hercle, neque unde eam, neque quorſum eam. ¶ Tranſlate accipitur pro ad quam rem, ad quem finem, *a che propoſito*. *Ter. And.* 1. 1. Quam timeo, quorſum evadas! ideſt ad quem finem perveniat oratio tua. *Cic. poſt red. ad Quir.* Quorſum igitur hæc diſputo? quorſum? ut intelligere poſſitis, &c. *Id. de Am.* Quorſum hæc? quia ſine ſocio nemo quicquam tale conatur. *Idem pro R. Com.* Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 21. Quorſum eruptura ſit. Alii leg. *quorſus*. *Senec. l.* 2. *de Ira, c.* 2. Quorſus, inquis, hoc nunc pertinet?

Quot, *quanti*, כמה, Germ. *wie viel*, Gal. *combien*, Hiſp. *quantos*, πόσοι, quo numero, nomen numerale indeclinabile. Sumitur vel interrogative. *Plaut. Rud.* 2. 7. 6. Quot ſunt? S. Totidem, quot ego, & tu ſumus. ¶ Vel admirative. *Cic.* 1. *Tuſc.* In propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates? ¶ Vel relative. *Cic.* 1. *Fin.* Sed quot homines, tot ſententiæ: Falli igitur poſſumus. ¶ Interdum ponitur pro ſinguli. *Varr. l.* 10. *c.* 7. Hodieque quot menſibus Magiſtratus in eum locum proficiſcitur. Adde *Ulpian. l.* 8. *ff. de tranſactionib.* & *Plaut. Stich.* 1. 2. 3.

Quotannis, adv. *ogn' anno*, Ger. *alle jar*, Gal. *tous les ans*, Hiſp. *cada año*, καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν, ſingulis annis, e *quot*, qua notat ſingulos, & ab *annus*. *Cic. in Orat. c.* 44. Ut eam quotannis eo die recitari neceſſe ſit. *Id. Verr.* 2. *c.* 53. Siculi ea cenſu quotannis tributa conferunt. ¶ Sunt qui putant ſcribendum eſſe *quot annis* diviſim, quemadmodum dicimus *quot menſibus*, *quot calendis*, quorum alterum eſt *Ulpiani*, alterum *Plauti in Stich.* ut legitur in dict. præcedenti.

Quotcunque, adverb. idem ac quot. *Manil. l.* 4. *v.* 315. Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit. Alii leg. *quotquotque*, eodem ſenſu.

Quoteni, æ, a, πόσοι, uſque ad quem numerum, nomen numerale diſtributivum. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 33. Is, opinor, ita partes fecit in ripa, neſcio, quotenorum jugerum.

Quotidiano, adverb. pro quotidie. *Cic. in fragm. l.* 2. *de Rep.* apud *Non.* Quotidiano in forum mille hominum deſcenderent. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Palpebræ in genis homini utrinque, mulieribus etiam infectæ quotidiano: tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque.

Quotidianus, a, um, *quotidiano*, *di ogni giorno*, Ger. *taglich*, Gall. *ce qui ſe fait tous les jours*, Hiſp. *de cada dia*, ἐφημέριος, quod quotidie fit. *Cic. pro R. Am.* Expreſſamque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. ¶ Tranſlate, ſeu metaleptice ſumitur pro uſitato, & vulgari. *Ter. Eun. c.* 3. Tædet harum quotidianarum formarum. *Curr. ad Brut. ep.* 16. Audire aliquid de te, non ſolum uſitatum, ſed etiam quotidianum eſt. ¶ Scribitur & *cotidianus*. Apud *Catull.* gemino *t* legitur, ſyllabæ producendæ cauſa. Sic enim ille *carm.* 69. *ad Mall. v.* 130. Conjugis in culpa flagravit cottidiana. Sunt tamen qui & hic *quotidiana* ſcribunt.

Quotidie, adv. *ogni giorno*, יום יום, Germ. *alle tag*, Gall. *tous les jours*, Hiſp. *cada dia*, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἑκάστοτε, ſingulis diebus, a *quot* pro ſingulis, & a *dies*. *Cic. Phil.* 1. *c.* 2. Quotidie magis magiſque perditi homines tectis urbis minarentur. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 7. Quotidie, vel potius in ſingulos dies, breviores ad te literas mitto. *Id. pro Cal. c.* 1. Cum audiat, eſſe legem, quæ de ſeditioſis civibus quotidie quæri jubeat. h. e. quovis die. ¶ In antiquis quibuſdam Codic. & MSS. legitur & *cotidie*.

Quoties, adv. *quante volte*, Ger. *wie offt*, Gal. *combien de fois*, Hiſp. *quantas vezes*, ποσάκις, quot vicibus. *Quotiens*, & *totiens*, per *n* ſcribenda, docet Caper Grammaticus, eoque ſe modo hæc ſcripta inveniſſe in antiquis, quotquot viderit, codicibus ſcribit Pierius ad Ecl. 2. *Cic.* 4. *Ver. c.* 59. Verum quoties, & quot nominibus a Syracuſanis ſtatuas auferes? *Id.* 1. *de Or. c.* 59. Quam tubas, quoties præſcribitur, Pæanem, aut Nomionem citarimus. ¶ Pro quando, vel quandocunque. *Virg.* 4. *Æn. v.* 351. Me patris Anchiſæ, quoties humentibus umbris nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt, Admonet in ſomnis, & turbida terret imago.

Quotieſcunque, adv. *qualunque volta che*, Ger. *ſo offt*, Gal. *toute*, & *quantesfois*, Hiſp. *quando quiera que*, ὁσάκις ἄν, idem ac quoties. *Cic. pro Cluent. c.* 18. Quotieſcunque dico, toties videor mihi in judicium venire. *Id. Tuſc.* 3. *c. ult.* Cætera, quotieſcunque voletis, parata vobis erunt.

Quotquot, nomen indecl. *quanti*, ὅσοι, quotcunque. *Cic.* 2. *Inv. c.* 42. Si duæ leges, aut ſi plures, aut quotquot erunt, conſervari non poſſint. *Horat. l.* 2. *od.* 14. Non ſi tricenis, quotquot eunt dies, &c. ¶ Ponitur & pro *ſinguli*, quemadmodum & *quot*. *Var. l.* 4. *de L. L.* Fundus dictus quod fundat quotquot annis multa. *Gell. l.* 6. *c.* 5. *ex Alfeno JCto*, Ut Carthaginienſes quotquot annis populo R. darent certum pondus argenti.

Quotquotque. V. Quotcunque.

Quotumus, a, um, πόστος, idem ac quotus. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 7. Quotumas ædes dixerit, ego incerto ſcio. *Id. ibid.* 4. 7. 77. Quotumo die huc perveniſti?

Quotus, a, um, πόστος, cujus numeri, ſive in quo numero, aut ordine, nomen interrogativum, vel relativum numeri ordinalis. *Cic.* 5. *Ver. c.* 94. Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? *Hor. l.* 2. *ſat.* 6. Hora quota eſt? ¶ Interdum ponitur pro *quot*. *Martial. l.* 14. *ep.* 217. Dic, quotus es, quanti cupias cœnare. ideſt quot eſtis, quot tecum habes. ¶ Significat etiam quantitatem continuam, & ponitur pro *quotus*. *Ovid. l.* 2. *Amor. el.* 12. Ex tot in Atridis pars quota laudis erat? ideſt quantula, quaſi dicat, minima.

Quotuſcunque, quotacunque, quotumcunque, adject. *Tibul. l.* 2. *el. ult.* Moverit e votis pars quotacunque deos, *ſian quanto poche eſſer ſi voglia i miei voti*.

Quotus quiſque, quota quæque, quotum quodque, πόστος, idem ac quotus, ſed ad pauſitatem refertur. Duæ dictiones ſunt. *Cic. pro Planc. c.* 41. Quotus enim quiſque eſt, qui hanc in republ. ſectam ſequatur? h. e. admodum pauci ſunt. *Id.* 2. *Divin. c.* 24. Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis? *Id. pro Cal. c.* 16. Famam quotuſquiſque iſtam poteſt effugere in tam maledica civitate? *Plin. l.* 3. *ep. penult.* Nam quoto cuique eadem cura ſecreto, quæ palam?

Quovis, *dove piace*, *in qualſivoglia luogo*, quolibet, quocunque. *Plaut. Moſtel.* 4. 2. 8. Quovis perduci poteris. ¶ Jungitur etiam cum gen. gentium. *Ter. Heaut.* 5. 1. 55. Imo potius abeat quovis gentium.

Quouſque, adv. *fino a quando?* עד מתי, Ger. *wie fern*, Gal. *juſqu' auquand*, Hiſp. *haſta quando*, ἕως ἄν, uſque ad quod tempus? *Cic. in Senn.* Quouſque, quouſque hum defixa tua mens erit? *Id. Att. l.* 15. *ep.* 14. Quouſque? inquis. Quoad erit integrum. *Id. Catil.* 1. Quouſque tandem? *Marcum*

ſiam

Digitized by Google

JCtus l. 1. ff. Quæ res pign. obl. poſſ. Quouſque ei permiſſum videatur poculum adminiſtrare, *ſino a qual ſegno.*

Quum. V. Cum.

DE LITERA R.

R Litera ſemivocalis eſt, & liquida. Appellatur litera canina, quia canes provocati R multa ſonant, ex quo hirrire dicuntur. *Perſ. ſat. 1. v. 109.* ¶ Apud Græcos in principio dictionum recipit aſpirationem, ut ῥέω, ῥήτωρ. hinc omnibus Græcis vocibus ab ea incipientibus Latini addunt, *h*, ut Rhas, Rhetor.

R ANTE A.

Rabĭde, adv. *rabbioſamente*, Ger. *wüetiglich*, Gal. *avec rage*, Hiſp. *con rabia*, λυσσωδῶς, cum rabie, vel iracunde, & in modum rabie correpti. *Cic. 5. Tuſc. c. 6.* Omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate.

Rabĭdus, a, um, *rabbioſo*, Germ. *wüetig*, Gal. *enragé*, Hiſp. *rabioſo*, λυσσώδης, qui rabiem habet, qui rabie laborat. *Plin. l. 29. c. 5.* In canis rabidi morſu. ¶ Translate ſumitur pro immani, & eo, qui ſupra modum ira effertur. *Ovid. 3. de ar. am. v. 501.* rabidos compeſcere mores. *Silius l. 16.* rabidum certamen.

Rabĭes, ei, f. 5. *rabbia*, Ger. *wüten*, Gal. *rage*, Hiſp. *rabia*, λύσσα, canum morbus, quo in furorem concitantur. *Plin. l. 29. c. 5.* Multo tamen utiliſſime jecur ejus, qui in rabia momorderit, datur. ¶ Transfertur ad homines, & ponitur pro ira, & furore. *Cic. 3. Tuſc. c. 26.* Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam, & rabiem fingi in canem eſſe converſam. *Virg. 8. Æn. v. 327.* Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi. *Horat. Epod. 12.* Sedare rabiem. *Id. l. 1. od. 15.* Parare rabiem. h. e. bellicum furorem. *Virg. 9. Æn.* Rabies edendi. h. e. immenſa cupido.

Rabĭo, is, n. 4. & Rabo, is, n. 3. *arrabbiare*, Ger. *traven wüten*, Gall. *enrager*, Hiſp. *rabiar*, λυσσάω, rabie agitor, furo, ira concitor. *Varr. apud Non. c. 1. v. 186.* Quid eſt? quid blateras? quid rabis? *Cæcil. ibid.* Raſtraris rabire ſe ait. *Cic. 1. Div. c. 31.* Sed quid oculis rabere viſa eſt? Al. leg. *rapere*. *Manil. l. 5. v. 207.* latratque Canicula flammans, Et rabit igne ſuo. *Senec. ep. 29.* Videbis quoſdam intra exiguum tempus acerrime ridere, & acerrime rabere.

Rabiōſe, adv. idem ac rabide. *Cic. 4. Tuſc. c. 22.* Nihil ne in ipſa quidem pugna iracunde, rabioſeve fecerunt.

Rabioſŭlus, a, um, dim. a *rabioſus*. *Cic. l. 7. ep. 16.* Primum quia illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

Rabiōſus, a, um, *rabbioſo*, λυσσώδης, rabie furens, & propria dicitur de canibus, qui rabie laborant, & de aliis animalibus, quæ ex canis morſu rabiem contraxerunt. *Plin. l. 29. c. 5.* Eſt limus ſalivæ ſub lingua rabioſi canis. ¶ Translate *Cic. 4. Tuſc. c. 25.* Vide, ne fortitudo minime ſit rabioſa, ſitque iracundia tota levitatis. *Senec. Herc. Fur. v. 172.* Jurgia rabioſa fori clamoſi. *Plaut. Capt. 3. 4. 15.* Hic homo rabioſus habitus eſt in Alide. h. e. phreneticus. *Horat. l. 1. ſat. 6.* Signi rabioſi tempora, *i giorni canicolari.*

Rabo, is, n. 3. V. Rabio.

Rabo, onis, f. idem ac arrhabo, per Aphæreſim. *Plaut. Truc. 3. 2. 20.* Tene hoc tibi, rabonem habeto, ut mecum hac nocte ſies. Aſ. Perii; rabonem? quam eſſe dicam hanc beluam? Quin tu arrhabonem dicis? St. Ar. facio lucri; ut Prænestinis conia eſt ciconia.

Rabŭla, æ, m. 1. *avvocato*, ‏דיין‎, Ger. *redner*, Gall. *plaideur*, Hiſp. *abogado*, δικολόγος, patronus cauſarum clamoſus, quem nunc advocatum dicimus. De hac voce ita *Feſt.* Ravam vocem ſignificare ait Verrius raucam, & parum liquidam, proxime canum latratum: unde etiam cauſidicus, pugnaciter loquens, rabula appellatur: vel eſt ita dictus, quia acrior ſit in negotiis agendis, & quaſi rabioſus. *Cic. 1. de Orat. c. 46.* Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus. *Quintil. l. 12. c. 9.* A viro bono in rabulam, latratoremque converti.

Rabulāna pix, apud *Plin. l. 14. c. 19.* fortaſſe dicta eſt a colore ad flavum accedente, qui ravus dicitur.

Rabulatio, onis, f. &

Rabulātus, us, m. agitatio cauſarum, rabularum contentiones, aut verboſitas. *Martian. Capel. l. 2.* Audiri nullo poterat rabulatu. *Idem lib. 6.* Rabulatio forenſis.

Rabuſcŭlus, la, um, adject. diminut. aliquantulum ravus. h. e. medio colore inter cæſium, & flavum, ut rabuſcula vitis. *Plin. l. 14. c. 3.*

Racemarius, ii, m. βοτρυώδης, pampinus ſterilis. *Colum. l. 3. c. 18.* Ex quibus pampini pullulant vel ſteriles, vel certe minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios.

Racematio, onis, βοτρυολογία, racemorum, qui a vindemiatoribus præteriti fuere, collectio; ſicut meſſibus peractis, quod ſupereſt, ſpicilegium dicitur. *Tertul. in Apolog. c. 35.*

Racemātus, a, um, βοτρυωτός, quod racemos habet, ſive baccas, aut etiam grana racemi modo diſpoſita. *Plin. l. 18. c. 7. de panico.* Parvis racematum paniculis.

Racemĭfer, ra, rum, βοτρυοφόρος, quod racemos fert. *Ovid. 3. Met. v. 666.* Ipſe racemiferis frontem circumdatus uvis. *Id. 15. Met.* Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.

Racēmor, aris, dep. 1. racemos a vindemiatore præteritos colligo. Translate *Var. l. 3. R. R. 2. 9.* De gallinis dic ſodes Merula; tum de reliquis, ſi quid idoneum fuerit, racemari licebit.

Racemōſus, a, um, βοτρυώδης, quod eſt racemis plenum, vel in modum racemi factum. *Plin. l. 13. c. 4.* Pomum ſuis inter ramos palmitibus racemoſum. *Id. ib. c. 6.* Flos racemoſus olivæ modo.

Racēmus, i, m. *racemolo*, *grappola*, ‏זגג‎, Ger. *weintrauben*, Gall. *grappe*, Hiſp. *gajo*, βότρυς, pars botryonis, ſive uvæ, a ῥάξ, ῥαγός, *acinus racemi*. Ut enim uva racemis, ſic racemus acinis conſtat. *Virg. 2. Georg. v. 60.* Et turpes avibus prædam fert uva racemos. ¶ Per Synecdochen accipitur pro botryone. *Horat. l. 2. od. 5.* Jam tibi lividos diſtinguet autumnus racemos purpureo varius colore. ¶ Dicitur etiam de fructibus aliarum plantarum, qui uvæ in modum ex pluribus acinis ſunt conglobati. *Plin. l. 16. c. 34. de hedera.* Alius denſos acinos, & grandior, racemis in orbem circumactis.

Radĭans, antis, om. ex particip. radios emittens, fulgens, coruſcus. *Ovid. 9. Metam. v. 272.* Aſtra radiantia. *Id. ib. 4. 363.* Aurum radians. *Fortun. l. 1. de vita Martini, v. 138.* Radiantior ore lapillis.

Radiatio, onis, *ſplendore de' raggi*, ἀκτινοβολία, radiorum circolatio, ſplendor. *Plin. l. 36. c. 5.* Tanta marmoris radiatio eſt.

Radiātus, a, um, quod radios habet, aut emittit. *Cic. 1. Div. c. 22. ex Accio.* Orbis flammeus radiatus ſolis. *Id. 3. de Orat. c. 40. ex Ennio,* lumen radiatum. ¶ Radiata corona, quæ aliquot erectis acuminibus, quaſi radiis ornata eſt, qua Deorum capita coronabantur, apud *Sueton. in Aug. c. 94.* Hinc radiatum caput. h. e. hujuſmodi corona ornatum. *Plin. in Paneg. c. 52.* Illi pridudum radiatum caput, & media inter Deos ſedes auro ſtaret, aut ebore. ¶ Rota radiata, hoc eſt radiis fulta. *Var. R. R. l. 3. c. 5.*

Radicātus, a, um, *radicato*. *Col. de arb. c. 20.* Arbores, & radicata ſemina autumno ſerito. ¶ Translate *Sidon. l. 5. ep. 10.* Fixam, radicatamque eſſe pectoribus humanis.

Radicēſco, is, n. radices emitto. *Senec. epiſt. 86.* Liberalius ſternenda vitis, ut etiam ex corpore radiceſcat.

Radicĭtus, adv. *dalla radice*, Ger. *auff dem grunde*, Gal. *juſq' a la racine*, Hiſp. *haſta la raiz*, ῥιζόθεν, a radice, vel uſque ad radicem, vel una cum radice. *Plin. l. 21. c. 11.* Erutus poſt æquinoctium vernum radicitus. ¶ Translata ponitur pro penitus, omnino. *Cicer. pro Dom. c. 13.* Vides ne, me non radicitus evellere omnes actiones tuas? *Idem 2. Fin.* Cupiditas eſt tollenda radicitus.

Radico, as, n. 1. vel radicor, aris, d. 1. *far la radice*, ‏שרש‎, German. *wurtzeln*, Gal. *prendre racine*, Hiſp. *raygar*, ῥιζόω, radices capio, radices ago, radices emitto. *Plin. lib. 18. c. 7.* Frumenta multis radicantur fibris. Adde *l. 19. c. 6.*

Radicōſus, a, um, ῥιζώδης, quod multas radices habet. *Plin. l. 16. c. 34.* Omnium hederarum generi radicoſa brachia.

Radicŭla, æ, ῥιζίον, parva radix. *Cic. 2. de Div. cap. 66.* Tum ſecundum quietem viſus ei dicitur draco radiculam ore ferre. ¶ Radicula item herba quædam dicitur, ſuccum habens lavandis lanis, & ab œſipo repurgandis accommodatiſſimum, quam Græci ſτρούθιον, Latini etiam *lanariam* vocant, Itali *ſaponaria*. *Plin. l. 19. c. 53.*

Radĭo, as, a. 1. *riſplendere*, ‏קרן‎, Germ. *glentzen*, Gal. *jetter des rayons*, *eclaſer*, Hiſp. *reſplandecer*, λάμπομαι, radios emitto, fulgeo. *Col. l. 10. v. 288.* Nec tam nubifuga Borea Latonia Phœbe purpureo radiat vultu. *Propert. l. 4. el. 1.* Nec minus infeſtis miles radiabat in armis. *Ovid. lib. 3. de Pont. ep. 4. v. 103.* Scuta ſed, & galeæ gemmis radientur, & auro. h. e. ornentur, ita ut fulgorem, & radios emittant.

Radiŏlus, i, parva olea oblonga. *Col. l. 12. c. 47.* Albam pauſeam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes.

Radiōſus, a, um, ἀκτινώδης, quod multos emittit radios. *Plaut. Stich. 2. 3. 41.* Cum luci ſimul commodum radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.

Radĭus, ii, *verga*, ῥαβδίον, virga menſorum, a Græca voce allata. *Virgil. 3. Ecl.* Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Ubi *Servius:* Radio, ideſt virga, qua Geometræ lineas indicant. *Cic. Tuſc. 5. c. 23.* Humilem homunculum a pulvere, & radio excitabo, qui multis annis poſt fuit, Archimedem. ¶ Translate ſumitur pro ſplendore, qui e Sole, & aliis aſtris emicat, *raggio*, ‏נגה‎, Ger. *ſtral*, Gal. *rayon*, Hiſp. *rayo*. *Cicer. 3. Fin.* Ut quemadmodum ſtellæ in radio Solis, ſic iſtæ in virtutum ſplendore ne cernantur quidem. ¶ Item pro fulgore oculorum. *Gel. l. 5. cap. 16.* Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea, quæ videri queunt, emiſſionem. ¶ Item pro inſtrumento textorum, quo ſubtegmen ſtamini infertur, quod vulgo navicula nunc vocatur, *ſpuola*, *ſpola*, ῥίζα. *Virg. 9. Æn. verſ. 476.* Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa. ¶ Item dicitur de parvis lignis rotarum, quæ hinc centro, illinc canthis inſeruntur. *Virg. 2. Georg.* Hinc radios trivere rotis. ¶ Item de hoſtorio, ſeu baculo, quo modius, & cæteræ menſuræ raduntur, & æquantur. *Plautus.* Dii, Deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia ſine radio cumulent. ¶ Item de oliviis oblongis. *Col. l. 5. c. 8.* Orchis quoque, & radius melius ad eſcam quam in liquorem ſtringitur. Adde *Virg. 2. Georg. v. 86.* ¶ Item de telo paſtinacæ piſcis. *Plin. l. 9. c. 42.* Paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio, quod telum ei eſt, figens. ¶ Item de oſſe minore, & breviore laceri. Nam lacertus, ideſt pars brachii inter cubitum, & manum, duobus conſtat oſſibus, uno inferiore, & grandiore, altero ſuperinſidente, & minore. Illud igitur dicitur eodem nomine, quo totum, πῆχυς, ſive ulna; hoc vero, quia parvarum rotarum radios refert, κερκίς, ſive radius nominatur. *Celſ. l. 8. c. 1.* Denique de oſſibus pedis. *Plin. l. 11. c. 47.* Avium quibuſdam gravioribus in cruribus additi radii. ¶ Radius virilis, eſt membrum virile. *Cal. Aurel. Acut. 3. c. 13.*

Radix, icis, *radice*, ‏שרש‎, Ger. *wurtzel*, Gal. *racine*, Hiſp. *rayz*, ῥίζα, ima pars plantæ, qua tanquam ore ſuccum trahit e terra. Unde *Plato* dicebat, arborem eſſe hominem inverſum. Nam rami manibus, ac pedibus reſpondent. *Col. l. 5. c. 10.* Radices mittere. *Plin. l. 17. c. 17.* Cum pali defixi radices ceperint. *Id. l. 16. c. 31.* Æſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit. *Cic. 5. Fin.* Videmus ea, quæ terra gignit, corticibus, & radicibus valde ſervari. ¶ Radix Pontica, eadem ac Rha. V. ¶ Translate dicitur de infima parte montis. *Cic. 2. Agrar. c. 25.* Radices Maſſici. *Caſ. l. 1. B. C.* Ab infimis radicibus montis. ¶ Item de firmitate, ſeu conſtantia virtutis, & aliarum rerum. *Cic. 4. Phil. c. 5.* Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt. *Id. Off. 2. c. 12. de gloria:* Radices agere. *Id. pro Cal. c. 6.* Radicibus oris facilitatis ac patientiæ.

Rado, is, ſi, ſum, a. 3. *radere*, *mondare*, ‏גרע‎, Germ. *ſchaben*, Gall. *racler*, *raire*, Hiſp. *raer*, ξύω, incido, cancello, exſtirpo. *Sueton. in Calig. c. 5.* Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. *Lucret. l. 5. v. 1266.* lævare, & radere tigna. ¶ Pro laniare, lacerare. *Cic. 2. de Leg. c. 23. ex 12. Tab.* Mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo habento. V. *Manut. ibid.* & *Plutarch. in Solone.* Hinc radere aures, eſt moleſtia afficere, aures ferire. *Quintil. l. 3. c. 1.* Et aures præſertim tam delicatas raderet. ¶ Pro delere, expungere. *Tacit. 3. Ann. c. 17.* Nomen Piſonis radendum faſtis cenſuit. ¶ Translate radere dicitur qui prænavigando, vel prætervolando prope locum aliquem pertranſit, *correr vicino*. *Plaut. Aulul. 4. 3.* Corvus radebat pedibus terram. *Virg. 7. Æn. v. 10.* Circeæ raduntur litora terræ. *Id. Æn. 5. v. 217.* Radit iter liquidum, *fende l' aria*.

Radŭla, æ, *raſpatuola*, *radimadia*, Ger. *ſchabe ſen*, Gall. *ratiſſoire*, Hiſp. *raedera*, ξυστήρ, inſtrumentum ferreum, quo aliquid ex aliqua re raditur, hujuſmodi eſt illud, quo vetus pix e doliis raditur, atque educitur, ut deinde iterum picentur ad futuram vindemiam. *Col. l. 12. c. 18.* Sublata lampade ratabulo ligneo, & ferrea curvata radula dueitur.

Radulānus, a, um, quod radula eraditur. *Plin. l. 14. c. 19.* Radulana pice, ac reſina condire muſta. Al. leg. *rabulana*.

Raia, æ, f. βάτος, genus piſcis plani, & cartilaginei, in tergo, & cauda ſpinas habens, iis ſimillimas, quæ in rubo exſtant, unde & βάτον Græci, ideſt rubum appellarunt. *Plin. l. 9. c. 24.* Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, ut raiæ, paſtinacæ, ſquatinæ, torpedo.

Ralla, æ, f. genus veſtis, ita dictum a raritate texturæ, *Nonio teſte, cap. 14.* *Plaut. Epid. 2. 2. 46.* Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteum cæſitium. ¶ Ralla item, vel rallum, eſt ferramentum illud quo vomer raditur, ſeu purgatur a terra. *Plin. l. 18. c. 19.* Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus ralla. *Turneb. l. 24. c. 5.* legit *rallo*.

Rallum. V. Ralla.

Rama

Digitized by Google

Rama, f. 1. Rhama, Rammha, *Rama*, Turc. *Remle*, & *Ramola*, urbs Palæſtinæ, in Judæa, olim ampla, nunc longe minor, & pene exciſa.

Ramale, is, *n.* ramus inutilis ex arbore deciſus. *Ovid. Met.* 8. *v.* 643. Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto.

Ramen, inis, *n.* raſura, ſcobs. *Marcel. Empir.* uſurpat, teſte *Barth. l.* 40. *Adverſ. c.* 4.

Ramenta, æ, f. idem ac ramentum. *Plaut. Rud.* 4. 3. 77. Nunquam hercle hic hodie ramenta fies fortunatior. Adde *Bacch.* 3. 4. 22.

Ramentōſus, a, um, adject. ramentis plenus. *Cal. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 3.

Ramentum, ti, *raſura*, Germ. *das kleine ſo von einem jeden dinge*, Gall. *raclure*, Hiſp. *raedura*, *ſinμα*, tenuis cujuſque rei particula, ut particulæ auri, argenti, lignorum, & cæterarum rerum, quæ e ſectione earum decidunt. *Lucret. l.* 6. *v.* 1043. Et ramenta ſimul ferri furere intus ahenis. ¶ Ramenta etiam fluminum dicuntur, quæcunque illa ex locis, per quæ fluunt, abraſum. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Apud eum tribus modis, fluminum ramentis, ut in Tago Hiſpaniæ, &c. idest arenis.

Rameus, a, um, *di ramo*, *κλάδινος*, quod ex ramo eſt. *Virg.* 4. *Georg. v.* 303. Et ramea coſtis Subjiciunt fragmenta.

Ramex, icis, *m.* ῥῆξ, idem ac hernia. Nam cum inteſtinum incipit in ſcrotum decidere, videtur id ramum facere, unde nomen. *Plin. l.* 20. *c.* 23. Ut ſylveſtri ruta cum axungia veteri illitos ramices ſanari prodant. *Juven. ſat.* 10. *v.* 203. jacet exſtinctus cum ramice nervus, ubi videtur pro ipſo ſcroto accipi, in quod ramex deſcendit. De ramice multa *Celſus l.* 7. *c.* 22. ¶ Rami eum num. plur. pulmones dicuntur, ut *Nonius* ait *c.* 2. *n.* 743. ſive potius pectoris venæ latiores, nempe quia rami habent ſimilitudinem. *Plaut. Merc.* 1. 2. 27. Tua cauſa rupi ramices, jamdudum ſputo ſanguinem. *Var.* apud *Non. ibid.* Priuſquam in orcheſtra Pithaules inflet tibias, domi ſuæ ramices rumpit. ¶ Item ramices ſumuntur pro longuriis, ſica prætiis longis. *Colum. l.* 9. *cap.* 1. Deinde per tranſverſa laterum cava tranſmittuntur ramices, qui exitus ferarum obſerent.

Ramicōſus, a, um, κηλήτης, qui ramice laborat. *Plin. l.* 30. *cap.* 13. Ramicoſis cochlearum cinis cum thure ex ovi albi ſucco illitus per dies triginta medetur.

Ramnenſes, ium, ſeu Ramnes, ium, *m.* 3. erant prima Tribus Populi Romani, idest mille pedites, & treceni equites Albani, qui duce Romulo Romam condiderant. *Sigon. l.* 1. *de ant. jur. C. R. c.* 3. *Liv. l.* 1. *cap.* 13. ſcribit, fuiſſe primam equitum centuriam, quæ ex centum equitibus Albanis conſtabat. Dicta ſunt a Romulo, quaſi Romulenſes, ut Tatienſes a T. Tatio, Luceres a luco aſyli, vel a Lucero duce, vel a Lucumone. *Var. l.* 4. *de L. L. Aſcon. Pædian. in* 3. *Ver.* Sed fortaſſe omnia hæc nomina Hetruſca ſunt, ut *Volumnius* cenſet apud *Var. l. c. Proper. l.* 4. *eleg.* 1. Hinc Titiens, Ramneſque viri, Lucereſque coloni. *Liv. l. c.* Ramnenſes a Romulo, a Tatio Tatienſes ſunt appellati. ¶ Ramnes ab *Horatio* ponuntur pro omnibus Romanis, *de arte poet. v.* 342. Celſi prætereunt auſtera poemata Ramnes. ¶ Scribitur etiam *Rhamnenſes*, & *Rhamnes* cum aſpiratione.

Ramōſus, a, um, κλαδώδης, quod multos ramos habet. *Plin. l.* 8. *c.* 34. Cornua ramoſa, ungula bifida. *Id. l.* 24. *c.* 10. Ramoſior frutex. *Id. l.* 32. *c.* 2. Curalium quam ramoſiſſimum. ¶ Tranſlate ramoſa compita apud *Perſ. ſat.* 3. *v.* 35. ſunt in quæ multæ viæ confluunt.

Ramulōſus, a, um, quod ramulos habet. *Plin. l.* 26. *c.* 24. Ramuloſa folia ulmo, & cytiſo.

Ramulus, i, *m.* κλαδίσκος, parvus ramus. *Cic.* 1. *de Div. c.* 54. In agro ambulanti ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe.

Ramus, i, *ramo*, עָנָף, Germ. *aſt*, Gal. *rameau*, *branche*, Hiſp. *ramo*, κλάδος, id, quod in arbore a caudice fiſſum, multipleaque ſpargitur. *Cic. pro Cæc. cap.* 21. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. ¶ Tranſlate ramus dicitur etiam de aliis rebus. *Plin. l.* 6. *cap.* 27. Sub monte Cambalido, qui eſt Caucaſi ramus. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 6. Audeamus non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere. ¶ De ra turpi *Nævius* apud *Non. cap.* 2. *num.* 378. unde *mentagram* quidam tribuerunt *Virgilio Æn.* 6. *v.* 406. ¶ In illo *Claudiani de III. Conſul. Honor. in fin.* Indus ebur, ramos Panchaja, vellera Seres: *ramos* arbores thuriferas intellige.

Ramuſculus, i, *m.* *ramicello*, κλαδίσκος, parvus ramus. *Plin. l.* 20. *c.* 23. E viridi ferula ramuſculus utilis eſt ad omnia ea vitia.

Rana, æ, *rana*, צְפַרְדֵּעַ, Ger. *froſch*, Gal. *grenouille*, Hiſp. *rana*, βάτραχος, genus animalis paluſtris, tam in terra, quam in aquis vitam habens. Eſt & rana arborem ſcandens, & ex ea vociferans. *Virg.* 3. *Georg.* Raniſque loquacibus explet. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Ranæ autem marinæ dicuntur obruere ſe ſe arena ſolere. V. *Plin. l.* 32. *c.* 5. Fabulam de ranarum origine narrat *Ovid. Met.* 6. *v.* 340. ¶ Rana etiam a Medicis vocatur tumor ſub lingua cum inflammatione, quem & Græci *βάτραχον* appellant. Quod morbi genus etiam boves nonnunquam infeſtat. *Colum. l.* 6. *c.* 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quæ ranas vocant veterinarii.

Rancĕo, es, cui, ſine ſup. *eſſere rancido*, בָּאַשׁ, Ger. *faul ſeyn*, Gal. *ſe moiſir*, Hiſp. *enranciarſe*, σαπρὸς εἶναι, rancidus ſum. *Lucret. l.* 3. *v.* 720. Unde cadavera rancenti jam viſcere vermes Exſpirant.

Rancēſco, is, *n.* 3. rancidus fio, putreſco, ex vetuſtate gravem odorem contraho. *Arnob. l.* 1. Præcipitant olearum fluenta ranceſcere.

Rancĭde, adv. *rancidamente*, σαπρῶς, cum rancore, corrupte. Tranſlate *Gel. l.* 18. *c.* 8. In collocandis verbis immodica faciunt, & rancide. Adde *lib. eod. c.* 11.

Rancĭdŭlus, a, um, *rancidetto*, ὑπόσαπρος, aliquantum rancidus, dim. a *rancidus*. *Juven. ſat.* 11. *v.* 135. Non tamen his illa unquam obſonia fiunt rancidula. ¶ Tranſlate ponitur pro ingrato, & deformi. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 33. Rancidulum quiddam de nare locutus. *Martial. l.* 7. *epigr.* 33. Qui ſic rancidula loquatur ore.

Rancĭdus, a, um, *rancio*, Ger. *ſchimlig*, Gall. *moiſy*, *chanſy*, Hiſp. *rancio*, σαπρός, quod eſt rancore putidum, a *ranceo*. *Hor.* 2. *ſat.* 2. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus illis nullus erat, ſed, credo, hac mente, quod hoſpes tardius adveniens vitiatum commodius, quam integrum edax dominus conſumeret. ¶ Tranſlate ponitur pro inſuavi, ingrato, deformi. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Quorundam ex his facile noſcuntur venena, diluto rubore, rancido aſpectu, livido intus colore. Comparat. *rancidior* eſt *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 184.

Ranco, as, *n.* 1. eſt vociferari, proprium tigris, a ſono vocis. *Auct. carm. de Philom. v.* 49. Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

Rancor, oris, *rancidezza*, Ger. *geſtanck*, Gal. *moiſiſſure*, Hiſp. *rancor*, σαπρότης, odor corruptus rerum diutius aſſervatarum, & proprie quidem olei, a *ranceo*. *Pallad. l.* 1. *R. R. cap.* 20. Receptacula olei ſemper ſint munda, ne novus ſapores veteri rancore infecta corrumpant. ¶ Item odium, *rancore*. *Hieronym. epiſt.* 36. *ad Caſtor.* Veteri rancore depoſito.

Rani, *m.* 2. pop. Scythiæ, ſeu Sarmatiæ, accolæ Caucaſi M. in conf. Colchorum. *Plin. l.* 6. *c.* 7.

Ranŭla, æ, *ranocchia*, parva rana. *Apul. l.* 9. *A. A.* De ore canis virens exilivit ranula, ipſumque canem unico morſu ſtrangulavit.

Ranuncŭlus, li, *m.* *ranocchio*, βατράχιον, dim. a *rana*. *Cic.* 1. *Div. c.* 9. Ineſt in rivis, & ranunculis natura quædam ſignificans aliquid. Adde *Fam.* 7. *epiſt.* 18. ¶ Eſt præterea hoc nomine herba quædam, cujus quatuor genera recenſet *Plin. l.* 25. *c.* 13. V. Batrachium.

Rapa, æ, f. idem ac rapum. *Colum. l.* 11. *ſub fin.* Rapæ ſemina Higinius putat poſt trituram inſpergi debere.

Rapacĭa, orum, *n. raveʒʒe*, Ger. *das rüben laub*, Gal. *feuilles des raves*, Hiſp. *ojas de nabo*, γογγυλίδων κόμαι, teneriores raparum frondes, & cauliculi, quos homines decoctos in cibum ſumunt. *Plin. l.* 18. *c.* 13. Et homini non minor rapaciorum ſuis horis gratia, quam cymarum. Al. leg. *rapiciorum*, eodem ſenſu.

Rapacida, æ, *m.* rapax, fur, latro. *Plaut. Aulul.* 2. 7. 8. Rapacidarum ubi tantum ſiet in ædibus.

Rapacĭtas, atis, *rapacità*, Ger. *raubung*, Gall. *rapacité*, Hiſp. *rapacidad*, ἁρπακτικόν, ſtudium rapiendi. *Cic. pro Cæl. c.* 6. Quis in rapacitate avarior? quis in largitione effuſior?

Rapax, acis, *o. rapace*, *ladro*, Ger. *raüberiſch*, Gall. *raviſſant*, Hiſp. *arrebatado*, *rapaz*, ἅρπαξ, avidus, & rapinis ſemper intentus. *Cic. in Piſon. c.* 27. Iſte crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, pro eo, quod omnia rapit, vel res ad ſe attrahit. *Cic. de Amic. c.* 14. Nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quam natura. *Auctor orat. Salluſt. in Cic.* Lingua vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 847. Ignis rapax. Et *v.* 552. Rapaces undæ. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 3. Mars rapax.

Raphanīnus, um, ῥαφάνινος, quod eſt ex raphano, ut Oleum raphaninum. *Plin. l.* 23. *c.* 4.

Raphanītis, idis, f. genus ireos herbæ. *Plin. l.* 21. *c.* 7. *de iri*, Illyrica quoque duorum generum eſt: raphanitis a ſimilitudine, & rhizotomus ſubrufa.

Raphanoſagria, f. herba, raphanus ſilveſtris. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Raphanus, vel rhaphanus, *m.* 2. *raſano*, ῥάφανος, genus radicis notæ, quæ inter alera locum habet. *Plin. l.* 19. *c.* 3. Atque, ut eſt Græca vanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo cæteris cibis prælatus raphanus, ut ex auro dicaretur, beta ex argento, rapum e plumbo. ¶ Eſt & aliud raphani genus, quod armoracia dicitur. *Plin. l.* 20. *c.* 4. Eſt & ſativi uſus in Italia, & armoraciam vocant ſativam. ¶ Raphanus podici immiſſus, pœna erat mœchorum deprehenſorum. *Catul. carm.* 15. *ad Aurel.* Quem attractis pedibus, patente porta, Percurrent raphanique, mugileſque.

Rapicĭa, V. Rapacia.

Rapicius, a, um, adject. qui eſt ex rapo, ut rapicium ſemen. *Cato R. R. c.* 134.

Rapĭde, adv. *rapidamente*, מְהֵרָה, Ger. *ſchnelliglich*, Gall. *rapidement*, Hiſp. *arrebatadamente*, ἁρπακτικῶς, velociter. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 3. Rapide dilapſus cito in unum confluit. *Id. in Orat. c.* 37. Genus dicendi, quod cum rapide fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 71. En rapidius connexo quod erat militum, &c.

Rapidĭtas, atis, *rapidezza*, ὁρμητικόν, velocitas. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 62. Cum rapiditate fluminis ad tranſeundum impediremur.

Rapĭdus, a, um, *veloce*, מָהִיר, Ger. *ſchnell*, Gal. *rapide*, Hiſp. *arrebatado*, ὁρμητικός, velox, celer, qui cum celeritate, & furore fertur, a *rapio*. Fere dicitur de fluminibus, torrentibus, procellis, fulminibus, aliiſque id genus, quæ celeritatis impetu obvia quæque ſecum rapiunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Has inter rapido veluti cum gurgite flumen, &c. *Curt. l.* 4. *c.* 9. Rapidior unda. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 30. Flumen rapidiſſimum. ¶ Tranſlate oratio rapida dicitur, quæ verborum copia, & numeri impetu concitata eſt. *Cic.* 2. *Fin.* Cum enim fertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cujuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas.

Rapīna, æ, *rapina*, *ruberia*, גְּזֵלָה, Ger. *raub*, Gall. *rapine*, Hiſ. *rapina*, ἁρπαγή, rei alienæ ablatio per vim, a *rapio*. *Cic.* 1. *Ver.* Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, avaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet. Adde 12. *Fam. ep.* 12. V. Raptio.

Rapīna, æ, f. locus rapis conſitus, ſeu in quo rapa ſeruntur, vel rapæ ipſa quovis in loco naſcentia. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Nam & napum, itemque rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

Rapinator, oris, idem ac raptor, apud vet. *Lucil. apud Non. c.* 2. *num.* 468. Homo impudicus impune eſt rapinator.

Rapio, is, pui, ptum, a. 3. *rapere*, טָרַף, Germ. *rauben*, Gall. *ravir*, Hiſp. *arrebatar*, ἁρπάζω, eſt per vim, cum furore, cum feſtinantia, & impetu trahere, ab ἁρπῶ, quod idem notat, per Metatheſin. *Cic.* 1. *Off.* Quæ hominem huc, & illuc rapit. *Id.* 7. *Ver. c.* 32. Navium præfectos ſine ulla cauſa de complexu parentum ſuorum, hoſpitumque tuorum ad mortem, cruciatumque rapuiſti. *Liv. l.* 21. *c.* 36. Citatum agmen præter Capuam rapit. *h. e.* raptim ducit. ¶ *Rapere aliquem in jus*, eſt quovis modo aliquem compellere, ut ſe judicio ſiſtat. Apud veteres conſuetudo erat, ſi quis in jus vocatus ire recuſaret, ut actor apprehenſis præſentium auriculis, eoſque anteſtatus, reum vi in judicium adducere poſſet. *Hor. l.* 1. *ſer. ſat.* 9. Quo tu turpiſſime? magna exclamat voce, &, licet anteſtari? ego vero oppono auriculam: rapit in jus. ¶ *Rapere ad pœnam*, eſt punire. *Cic. pro Flac. c.* 2. Rapetur ad pœnam, qui indicia exitii communis cepit. Al. leg. *repetitur*. ¶ *Rapere aliquem in invidiam*, eſt odium in aliquem concitare. *Cic.* 4. *Acad.* Sed cum rapior in invidiam, licet ne per vos neſcire, quod neſcio? ¶ *Rapere ad diſciplinam*, eſt attrahere, & impellere ad diſciplinæ cognitionem. *Cic. Att. l.* 4. Neque vero tu ſolus, ſed me ad ſuam diſciplinam quiſque rapiet. ¶ Eſt item rapere, raptim, ac feſtinanter ducere. *Plin. in Paneg.* Per hoc omne ſpatium cum legiones duceres, vel potius raperes. *Virg.* 2. *Æn. v.* 374. alii rapiunt incenſa feruntque Pergama. h. e. feſtinanter aſportant. *Senec. de Conſol. ad Marc. c.* 10. Rapite ex liberis voluptatem. h. e. raptim, dum licet, ſumite. ¶ *Rapere ſe aliquo*, eſt properere ferri. *Cic. Phil.* 13. ¶ Rapere aliquid in pejorem partem, *prendere in mala parte*. *Ter. Adel. prol.* ¶ Specialim ſumitur pro auferre bona aliena per vim. *Cic.* 2. *Phil.* Ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. ¶ Item pro auferre per vim puellam, aut puerum ex ædibus parentum libidinis cauſa. *Liv. l.* 26. Nec incendi patriam videbo, nec rapi ad ſtuprum matres Campanas, virgineſque, & ingenuos pueros. ¶ Aliquando in præterito *rapſi* fecit. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 9. *ex* 12. *Tab.* Sacrum ſacrave commendatum qui clepſerit, rapſeritve, parricida eſto. Al. leg. *clepſit*, *rapſitve*.

Rapiſtrum, i, *n.* rapum ſilveſtre, apud *Colum. l.* 9. *c.* 4.

Rapo, onis, idem ac raptor. *Varr. apud Non. c.* 1. *n.* 108. Præter noſter eripuit mihi pecuniam, de ea queſtum ad annum veniam ad novum Magiſtratum, cum hic rapo umbram quoque ſpei devoraſſet.

Raptātus, a, um, *ſtraſcinato*, ἑλκυσθείς. *Cic. pro Suet. c. ult.* Fortunæ vexatæ, diſſipati liberi, raptata conjux.

Raptim, adv. *con rapina*, ἁρπαγήδην, rapiendo. *Plin. l.* 7. *c.* 14. Semine raptim avium fame decerato. ¶ Frequenter accipitur pro celeriter, cum feſtinatione, *velocemente*, ταχέως. *Cic. Att. l.* 1. Raptim in eam ſententiam pedibus concurrerunt. *Id ibid.* 2. *ep.* 2. Raptim ſcribere. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 198. Raptim tempore frui.

Raptio, onis, f. 3. *rapimento*, actus rapiendi. Dicitur potiſſimum de perſona. *Ter. Adelph.* 3. 3. 2. Cteſiphontem audivi una in raptione fuiſſe cum

Æſchi-

Æſchino. Ubi *Donat.* Raptio ad perſonam refertur, rapina ad rem, raptus ad ſtuprum, ſi proprie loqui volumus.

Rapĭto, as, a. 1. freq. a *rapto.* *Gel. l. 9. c. 6.*

Rapto, as, a. 1. διαρπάζω, frequenter traho, rapio. *Virg. 2. Æn.* Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. *Propert. l. 3.* Raptare aliquem in crimine. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 3. Quid me afflictas? quid me raptas? qua me cauſa verberas? *Auct. argum. 2. Amphitr. qui vulgo Sed. creditur.* Invicem raptant pro mœchis. h. e. conviciantur. Ad quam notionem quidam trahunt & locum cit. Plauti.

Raptor, oris, *rapitore,* גזלן, Ger. *rauber,* Gal. *raviſſeur,* Hiſp. *robador,* ἁρπακτής, qui rapit. *Hor. l. 3. od. 20.* Dura poſt paulo fugies inaudax prælia raptor. *Vellej. l. 2. c. 27.* Raptores Italicæ libertatis. *Valer. Max. l. 5. c. 3.* Raptor ſpiritus, h. e. homicida.

Raptorĭus, a, um, adject. ad rapiendum, ſeu trahendum aptus, ut raptorium machinamentum. *Cal. Aurel. l. 3. Tard. c. 6. & l. 5. c. 9.*

Raptum, i, ſubſt. n. 2. ἁρπαγή, res rapta. *Liv. l. 7. c. 25.* Quos rapto vivere neceſſitas cogeret. *Ovid. 1. Met. v. 144.* Vivitur ex rapto. *Id. 5. Triſt. el. 10.* De rapto vivere. *Vellej. l. 2. c. 73.* Raptis uti.

Raptūra, æ, idem ac raptus, vel raptio. *Plin. l. 11. c. 24.* Cum vero raptura incidit, quaſi vigilans, & paratus ad curſum. Alii legunt *captura*, & quidem rectius.

Raptus, us, *ratto, rapimento, rapina,* ἁρπαγή, actus rapiendi. Fere refertur ad ſtuprum. *Cic. 4. Tuſc. c. 33.* Quid aut de Ganymedis raptu dubitat, quid Poetæ velint? *Id. 4. Verr. c. 48.* Raptus virginis. ¶ Pro rapina, *Tacit. de Germ. c. 33.* Nullis raptibus, aut latrociniis populantur. *Id. Ann. 13. c. 38.* Raptus licentius exercere. *V. Raptio.*

Raptus, a, um, *rapito,* ἁρπασθείς. *Cic. 3. Tuſc.* Qui quondam a ſocero Oenomao Rege Hippodamiam raptis nactus eſt nuptiis? *Horat. epod. 5.* Oſſa rapta ab ore jejunæ canis. *Ovid. 2. Faſt. v. 761.* cæco raptus amore. *Stat. l. 2. Sil. 1. v. 208.* Hic finis rapto. *h. e.* immatura morte functo. ¶ Raptabus in dativo plur. fœminino dixit *Gellius hiſtoricus*, teſte *Chariſ. l. 1. pag. 39. Putſchii.* V. dicta in *Aſina.*

Rapŭlum, i, γογγύλιον, exiguum rapum. *Hor. lib. 2. ſat. 8.* Ut ajebat cœnæ pater, acria circum rapula.

Rapum, i, *rapa,* γογγύλη, γογγυλίς, genus oleris noti. *Col. lib. 2. c. 10.* Ab his leguminibus ratio eſt habenda naporum, raporumque: magis utilia rapa ſunt. De rapis vide *Plin. l. 18. c. 13.* ¶ Rapa in aliquem jacere, contumelioſiſſimum eſt, quemadmodum ſpargere flores perhonorificum. Hinc *Sueton. in Veſp. c. 4.* Adrumeti ſeditione quadam rapa in eum jacta ſunt.

Rare, adv. non denſe. *Col. l. 2. c. 9.* Nam, niſi rare conſeritur, vanam, & minutam ſpicam facit. Item raro, *rare volte.* *Cic. 1. Fam. ep. 7.* Si rarius fiet quam tu exſpectabis. *Colum. l. 3. c. 3.* Sed illud rariſſime accidere.

Rarefacĭo, is, a. 3. *diradare,* ἀραιόω, rarum facio. *Col. l. 3. c. 9.* Si prius rarefeceris eas partes, &c. ¶ Per tmeſin dividit *Lucret. l. 6. v. 232.* Conlaxat rareque facit lateramina vaſi.

Rarefactus, a, um, ἀραιωθείς, partic. a rareſio. *Lucr. l. 2. v. 1138.* Jure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo Sunt. Adde *l. 3. v. 443.*

Rarefio, is, factus ſum, n. paſſ. anom. ἀραιοῦμαι, rarus fio. *Lucr. l. 1. v. 648.* Nil prodeſſet enim calidum denſarier ignem, nec rarefieri, &c.

Rarenter, adv. *rare volte,* idem ac raro. *Cato c. 103.* Dato rarenter bibere. *Fabius Pictor apud Gell. l. 10. cap. 15.* Rarenter Flamen Dialis creatus conſul eſt. Adde ipſum *Gel. l. 3. c. 16.* Quin & Ciceroni tribuit *Maximus Statil. apud Chariſ.*

Rareſco, is, n. 3. ἀραιοῦμαι, rarus fio, deficio. *Col. l. 3. c. 16.* Et interim ſeminum cætera, quæ virent, rareſcunt. *Sil. l. 17. v. 457.* Rareſcit multo laxatus vulnere miles. ¶ Rareſcere etiam dicuntur, quæ procul ſpectantibus conjuncta videntur, ubi vero propius acceſſeris, apparent disjuncta, ut revera ſunt. *Virg. Æn. 3. v. 411.* Aſt ubi digreſſum Siculæ te admoverit oræ Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori. ¶ Contra rareſcere etiam dicuntur, quæ paulatim recedendo deficiunt, tandemque omnino deſinunt. *Tacit. de Germ. c. 30.* Ultra hos Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant, non ita effuſis ac paluſtribus locis, ut cæteræ civitates, in quas Germania pateſcit, durant ſiquidem colles, paulatimque rareſcunt.

Raripĭlus, a, um, ψιλός, quod habet raros pilos. *Col. in præf. l. 1.* Et id ipſum aliter curatur mutilum, & raripilum.

Rarĭtas, atis, *rarità,* Ger. *luckigheit,* Gal. *rareté,* Hiſp. *raridad,* μανότης, laxitas, qualitas contraria denſitati. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo. *Vitruv. l. 2. c. 3.* Raritates foraminum. ¶ Accipitur interdum pro paucitate, & infrequentia. *Plin. l. 2. c. 18. de ſtellis.* Modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunæ, modo raritas. *Id. l. 17. c. 17.* Non eſt omittenda raritas unius exempli.

Rarĭtūdo, inis, idem ac raritas. *Col. de Arb. c. 3.* Et mediocri raritudine optime eſt vitibus terra.

Raro, adv. *di rado, rare volte,* Germ. *ſelten,* Gal. *rarement,* Hiſp. *pocas vezes,* σπανίως, infrequenter, minus ſæpe. *Cic. pro R. Am.* Quod ita raro exſtitit, ut, ſi quando auditum ſit, portenti, ac prodigii ſimile numeretur. ¶ Gradus V. ſupra in *Rare.*

Rarus, a, um, *raro,* Ger. *luck,* Gal. *rare,* Hiſp. *raro,* μανός, quod non eſt denſum, ab ἀραιός, per Aphæreſim. *Virg. 4. Æn.* Retia rara, plagæ, & lato venabula ferro. *Lucret. l. 6. v. 1022.* Aer rarior factus. ¶ Sæpe ponitur pro infrequenti, & non ubique obvio. *Cic. lib. 2. Fam. ep. 12.* Raras tuas quidem, ſed ſuaves accipio literas. *Plin. l. 8. c. 16.* Rarus in potu. h. e. qui raro potat. *Id. l. 18. c. 26.* Rarum dictu. ¶ Metaleptice accipitur pro præſtanti, quoniam omnia præclara rara ſunt. *Cic. de Am. c. 21.* Rarum illud genus, & quidem omnia præclara rara. *Stat. 3. Sylv. 3. v. 11.* Nos tibi laudati juvenis rariſſima conjux, &c. ¶ *Stat. 6. Theb. v. 460.* Raraque non fracto veſtigia pulvere pendent. h. e. levia, & quæ vix cerni poſſunt.

Raſĭlis, & le, o. 3. *raſile,* Ger. *glat,* Gal. *aiſé a raire,* Hiſp. *que ſe puede raer,* ξεστός, quod radi aptum eſt. *Virg. 2. Georg.* Et torno raſile buxum. ¶ Sæpe ponitur pro raſo, polito, nihil extantis, ac redundantis plenitudinis habente. *Ovid. 8. Met. v. 318.* Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem. *Vellej. l. 2. c. 56.* Quinque egit triumphos, Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit. h. e. ferculis, ſimulacriſque Deorum ex lævigato argento, & polito.

Raſis, is, f. genus crudæ picis, quæ ex vetuſtate dura effecta contunditur, & in pulverem redacta pharmacis admiſcetur. *Col. l. 12. c. 20.*

Raſĭto, as, a. 1. ξυρίζω, ſæpe rado. *Gel. lib. 3. c. 4.* Comperimus, nobiliores viros barbam in ejuſmodi ætate raſitaviſſe. Adde *Suet. in Oth. c. 12.*

Raſor, oris, m. Raſores, inquit *Feſtus*, dicti ſunt fidicines, quia videntur chordas ictu radere.

Raſtellum, i, n. *raſtellino,* exiguum raſtrum, ideſt inſtrumentum ad glebas confringendas. *Col. l. 2. c. 13.* Medica obruitur non aratro, ſed ligneis raſtellis. ¶ Sumitur etiam pro foſſorio inſtrumento. *Suet. in Ner. c. 19.* Tubaque ſigno dato primus raſtello humum effodit. ¶ Item pro inſtrumento, quo per fœniſecia feſtucas abradimus. *Varro lib. 1. R. R. cap. 49.* Tum de pratis, inquit, ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſeciæ cumulum. ¶ Reperitur etiam in gen. fœm. *Var. l. 4. L. L.* Ab raſu raſtelli dicti.

Raſtrum, ſtri, *raſtello,* מגרפה, Germ. *karſt,* Gal. *raſteau,* Hiſp. *raſtro,* βουλακόντα, ξύστρον, inſtrumentum dentatum, glebis confringendis idoneum, a ſup. *raſum* verbi *rado.* In num. pl. dicimus *raſtra,* g. n. & *raſtri,* g. m. *Var. lib. 4. L. L.* Raſtri, quibus dentatis penitus eradunt terram, atque eruunt. *Virg. Georg. 1. v. 98.* glebas frangere raſtris. *Plin. l. 18. c. 20.* Aratione per tranſverſum iterata, occatio ſequitur, ubi res poſcit, crate, vel raſtro. ¶ Sumitur item pro inſtrumento foſſorio, ideſt pro ſarculo, vel ligone, quo agri noxiis herbis purgantur, vites, & arbores ablaqueantur, &c. *Virg. 1. Georg.* Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris. ideſt ſarculis, inquit *Servius.* *Corn. Celſ. apud Non. c. 3. n. 190.* Omnes raſtra attollunt, & adigunt. ¶ *Ter. Heaut. 5. 1. 58.* Si illi pergo ſuppeditare, ſumptibus, Menedeme, mihi illæc vere res ad raſtros redit. h. e. eo redigat, ut ad vitam tolerandam neceſſe mihi ſit terram meis manibus exercere.

Raſūra, æ, *raditura,* ξέσμα, radendi actus. *Col. l. 4. c. 29.* Eaque raſura ita deducitur. ¶ Item id quod abraditur, ut raſura eboris, apud *Veget.*

Raſus, a, um, nom. particip. a rado, *raſo, liſcio,* politus, lævigatus, ἐξυρημένος. *Martial. l. 1. epigr. ult.* Raſus pumice. *Virg. 2. Georg. v. 358.* Tum leves calamos, & raſæ haſtilia virgæ. ¶ Item abraſus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 11.* Margine in extremo litera raſa.

Raſus, us, m. actus radendi. *Var. l. 4. L. L.* Ab raſu raſtelli dicti.

Ratariæ, arum, f. referuntur a *Gell. l. 23. c. 10.* inter genera navium: & fortaſſe ita dicuntur, quod ratis formam habeant.

Ratiarius, ii, m. σχεδιαστής, qui rate negotiatur, ut navicularius, qui nave. *Paul. de pign. act. leg. 30.* Qui ratiario crediderat, cum ad diem pecunia non ſolveretur, &c.

Ratihabitĭo, onis, f. *ratificazione, approvazione,* actus ratum habendi. *Jul. JCtus l. 3. ff. tit. 3. leg. 6.* Nihil agitur ratihabitione. Adde *Ulpian. ff. lib. 30. tit. 17. leg. 152.*

Ratĭo, onis, *ragione,* טעם, Ger. *die vernunfft,* Gal. *raiſon,* Hiſ. *razon,* λόγος, princeps, atque nobiliſſima animæ facultas, qua diſſerit, ſeu omnium ab alio deducit, a ſup. *ratum* verbi *reor,* teſte *Priſ.* Ratione homo a cæteris animantibus ſecernitur. Nam ſenſitivas animæ facultates cum brutis communes habet, naturales etiam cum ſtirpibus. *Cic. 3. de nat. Deor. cap. 27.* Motum illum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam, quam rationem vocamus. *Id. 1. Offic.* Duplex eſt enim vis animorum, atque naturæ. Una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμή Græce, quæ hominem huc, & illuc rapit, altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendumque ſit. Ita fit, ut ratio præſit, appetitus vero obtemperet. ¶ Accipitur & pro ipſa ratiocinatione, & diſcurſu ad inveſtigandum verum. *Hor. l. 2. ſat. 3.* Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. ¶ Item pro conſilio, & propoſito. *Cic. 2. Ver.* Mea quidem ratio cum in præteritis rebus eſt cognita, tum in reliquis exploratа, atque proviſa eſt, &c. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 30.* Itaque in præſentia Pompeji inſequendi rationem omittit. ¶ Item pro arte, ac diſciplina. *Cic. pro Arch. c. 1.* Aut ſi hujuſce rei ratio aliqua ab optimarum artium ſtudiis & diſciplina profecta. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 1.* Sic neque agricultura, neque ratio aut uſus belli intermittitur. ¶ Rhetores rationem appellant id, quod a reo defenſionis cauſa affertur. *Auct. ad Her. l. 1. c. 16.* ¶ Notat etiam tum apud Rhetores, tum apud Philoſophos argumentum, quo aliquid propoſitum probatur. *Auct. ad Her. l. 2.* Ratio eſt cauſa, quæ demonſtrat id verum eſſe, quod intendimus, brevi ſubjectione. ¶ Item ſignificat cauſam alicujus rei. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Cum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinque dies eſſem moratus. *Id. 2. de Div.* Et quidem, cur ſic opinetur, rationem ſubjicit. ¶ Item ponitur pro reſpectu, & cura. *Cic. l. 10. Fam. ep. 1.* Pro eo ac, ut mei rationem habere velis, & ſalutis, & dignitatis meæ. *Id. 2. Offic.* Habenda autem ratio rei familiaris. ¶ Item pro negotio, commercio, ſocietate. Unde habere rationem cum aliquo, eſt habere, quod cum illo agas. *Cic. 4. Ver.* Nihil cum eo rationis habui. *Id. Att. l. 2. ep. 3.* Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. ¶ Item pro via, modo, conſuetudine. *Cic. Attic. l. 6.* Tantummodo diſſimilitudo meæ rationis offendit hominem. ideſt viæ, quam ſequor in adminiſtranda provincia. *Id. in Part. c. 1.* Quæ mihi tu de ratione dicendi Græce tradidiſti. *Nepos in. c. 3.* Omni ratione. *Lucr. l. 6. v. 902.* Pari ratione. ¶ Item pro magnitudine, ſeu quantitate. *Cic. Att. l. 6.* Pro ratione pecuniæ liberius eſt Brutus tractatus, quam Pompejus. ¶ Item pro comparatione. *Cicer. in Brut.* Et Græciæ quidem Oratorum partus, atque fontes vides ad noſtrorum annalium rationem veteres, ad ipſorum ſane recentes. ¶ Item pro re. *Cic. l. 3. Fam.* Meæ enim rationes ita tulerunt. *Plin. l. 7. c. 16.* Procurare rationes Galliæ. ¶ Item pro ſupputatione, computo, expenſa. *Plaut. Aul. 3. 3. 33.* putatur ratio cum argentario. *Cic. pro Cæc.* Venit in iſtum fundum, rationes a colono accepit. *Id. Ver. 4. c. 11.* Rationem reddere alicujus rei. *Senec. ep. 87.* Ponere rationem cum aliquo. *far' i conti.* ¶ Ratio conſtare dicitur, cum accepta atque expenſa congruunt. Hinc tranſlate *Plin. l. 10. ep. 20.* Obſequio meo opto, ut exiſtimes conſtare rationem, cum omnia dicta factaque mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam. *Tacit. 1. Ann. c. 6.* Ea conditio eſt imperandi, ut non aliter conſtet ratio, quam ſi uni reddatur. ¶ Rationem habere, interdum ſignificat inire numerum, *far' il computo.* *Cæſ. l. 3. B. C. c. 53.* Cum horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numerum cecidiſſe reperiebamus.

Ratiocinatĭo, onis, *diſcorſo, raziocinio,* חשבון, Germ. *das nachdencken,* Gal. *raiſonnement,* Hiſp. *raciocinacion,* λογισμός, principis animæ partis, ideſt mentis functio eſt, ex ſingularibus quibuſdam univerſalia inducens, communeſque rerum ſummas, ex iiſque deinde argumentatione plurima eliciens, de quibus ſcientia habetur, vel opinio. *Cic. 2. de Inv. c. 3.* Ratiocinatio autem eſt diligens, & conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ¶ Accipitur aliquando pro ſyllogiſmo. *Cic. 1. de Inv. c. 34.* Ratiocinatio eſt oratio ex ipſa re probabile aliquid eliciens, quod expoſitum, & per ſe cognitum ſua ſe vi, & ratione confirmet. ¶ Ratiocinatio item, Græce διαλογισμός, Dialogiſmus, eſt Figura ſententiarum, cum quis ſecum aliquam rem volutans, tanquam cum altero colloquens interrogat, & reſpondet, ut apud *Ter. Eun. a. 3. ſc. 1.* Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cum arceſſor ultro? an potius ita me comparem non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, revocat. Redeam? non, ſi me obſecret. *Auct. ad Her. l. 4. c. 16.* ¶ Apud architectos ratiocinatio eſt, quæ res fabricatas ſolertia ac rationе proportionis demonſtrare, atque explicare poteſt. Ita deſcribit *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Ratiocinatīvus, a, um, quod ad ratiocinationem ſpectat. Quæſtio ratiocinativa, ſeu ſtatus ratiocinativus eſt, cum quæritur ex. gr. an ubi propria lex non eſt, ſimili ſit utendum. Hæc controverſia nomen ratiocinationis accepit, quia ex eo, quod certum eſt, ratiocinando deduxit id, quod incertum eſt. V. *Auct. ad Her. l. 1. Cic. l. 1. & 2. de Invent.*

Ratiocinātor, oris, *calculatore,* חשבן, Ger. *rechenmeiſter,* Gal. *qui fait les contes,* Hiſp. *contador,* λογιστής, calculator, ſubducendæ rationis peritus. *Cic. 1. Off. c. 18.* Ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſumus, & ad-

addendo, deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat, ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas.

Ratiocinator, a, um, nom. ex particip. ſignif. paſſive, *calcolato*, *penſato*. *Vitruv. lib.* 10. *cap.* 15. Omni proportione eorum ratiocinata ex longitudine, &c.

Ratiocinium, n. 2. *conto*, συλλογισμός, actus ratiocinandi, ſupputatio, calculi ſubductio. *Col. l.* 1. *c.* 1. Jugeri modus ſi ſemper quadraret, expeditiſſimum eſſet ejus ratiocinium. *Et paulo poſt*. Si diſparibus fuerit lateribus, aliter ejus ratiocinium ordinabitur.

Ratiocinor, aris, d. 1. *far conto*, *contare*, חשב, Ger. *rechnen*, Gal. *raiſonner*, Hiſp. *raciocinar*, συλλογίζομαι, ratiocinatione quadam deprehendo, colligo, computo. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 2. At nos metiendi, ratiocinandique utilitate inſpecta, hujus artis terminavimus modum. *Id.* 2. *de Inv. c.* 39. De pecunia ratiocinari ſordidum eſt. ¶ Significat etiam argumentando colligere. *Id. Phil.* 2. *c.* 22. Omnia denique mala, ſi recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Adde *pro Mil. c.* 12.

Rationabilis, & le, o. 3. quod cum ratione factum, dictumve eſt. *Ulp. l.* 2. *§. ſi quoque, ff. de judiciis*. Et hæc ſententia vera, & rationabilis eſt. *Id. Dig. lib.* 45. *tit.* 3. *leg.* 37. Rationabilius eſſe videtur. ¶ Ponitur interdum pro rationali. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. Nec, ſi mutis ſinis voluptas, rationabilibus quoque. *Senec. de vita beata*, c. 14. Rationabilem fortitis naturam.

Rationabiliter, adverb. cum ratione. *Apul. ad Aſclep.* Quantum rationabiliter potuiſſes.

Rationales, ium, m. iidem ac Procuratores Cæſarum, vel fiſci, qui rationem pecuniarum, aliorumque redituum in provinciis adminiſtrabant. *Lamprid. in Alex. Sever. c.* 45. Ubi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel procuratores, ideſt rationales, ordinare. *Capitolin. in Gordiano ſeniore c.* 7. Cum quidam rationalis acrius ſæviret.

Rationalis, & le, o. 3. *razionale*, *ragionevole*, λογικός, particeps rationis, quod ratione utitur, cui a natura inſitum eſt, ut ratione uti poſſit. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale. Nam equus eſt animal, ſed irrationabile. ¶ Cauſa rationalis eſt eadem, ac quæſtio ratiocinativa. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 12. In cauſa rationali primum quæretur, ecquid in rebus majoribus, &c. ¶ Philoſophia rationalis eſt, quæ ratione diſputat, & diſſerit, ut Dialectice. *Senec. epiſt.* 89. Philoſophiæ tres partes eſſe dixerunt, moralem, naturalem, & rationalem. ¶ Rationales medici dicuntur a *Celſo in præfat. l.* 1. qui ex morborum abditis cauſis, rationibuſque attente perſpectis medentur, eorumque medicina rationalis *ibid.* appellatur. ¶ Rationalia, n. abſolute, ſunt libri rationum, *Ulpian. l.* 27. *ff. c.* 3. *l.* 1.

Rationalitas, atis, *uſo di ragione*. *Tertul. de anim. c.* 38. Habet immortalitatem, rationalitatem, &c.

Rationaliter, adverb. cum ratione. *Senec. ep.* 109. Hominem movere rationaliter non poteſt, niſi homo.

Rationarium, n. 2. ἐφημερίς, liber, in quo rationes rerum geſtarum continentur. *Suet. in Aug. c.* 28. Rurſus tædio diuturnæ valetudinis, Magiſtratibus, ac Senatu domum accitis rationarium imperii tradidit.

Rationarius, ii, m. qui rationibus præeſt. *Modeſtin. ff. l.* 27. *tit.* 1. *l.* 15. Calculatores, quos vulgo rationarios dicimus. ¶ Adjective rationarius apparitor, qui rationarium conficit, vel qui rationibus præeſt. *Ammian. l.* 18. *c.* 9. Antoninus quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Ratis, tis, ſive rates, tis, ſi Probo credimus, f. *zattera*, *nave*, דוברה, Ger. *ein floſz*, Gal. *un radeau*, σχεδία, connexarum trabium compages, quæ, antequam navigia eſſent inventa, navium uſum præbebant. *Feſt.* Rates vocantur ligna inter ſe colligata, quæ per aquam aguntur, quo quidem vocabulo interdum etiam naves vocantur. Eodem nomine ſignificarunt remos. *Varr. l.* 4. *L. L.* Ratis dicta navis longa, propter remos, quod hi, cum per aquam ſublati dextra, & ſiniſtra duas partes efficere videntur, rareſcunt. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Navem primus ex Ægypto in Græciam Danaus advexit: ante ratibus navigabatur. *Cic.* 7. *Verr.* Cum aut navibus, aut ratibus conarentur accedere. *Ulpian. Dig. l.* 4. *tit.* 9. *leg.* 1. Exercitores ratium. ¶ Per Catachreſin a Poetis uſurpatur pro navi. *Virg.* 1. *Æn.* Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. *Horat. l.* 1. *od.* 1. Mox reficit quaſſas rates. ¶ Servare omnem ratem, proverb. eſt, quod ſignificat totum negotium bene, & feliciter adminiſtrare. *Plaut. Moſtell.* 3. 3. 15. Servaviſti omnem ratem.

Ratitus, a, um, quod ad ratem ſpectat, ut triens, vel quadrans ratitus, nummus, in quo ratis effigies eſt. *Feſt.* V. & *Plin. l.* 33. *c.* 3.

Ratiuncula, æ, λογάριον, exigua ratio, levis, & futilis ratio. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 12. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non ſit malum, quaſi de verbo, non de re, laboretur. ¶ Aliquando pro ſupputatiuncula non magnæ pecuniæ. *Ter. Phorm.* 1. 1. Erat ei de ratiuncula jam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.

Rato, adverb. certo, conſtanter. *Tertul. de anim. c.* 35. Nulli vitam iſtam rato fieri. *Id. l.* 2. *ad Uxor. c.* 9. Pater rato habet.

Ratumena, æ, m. 1. auriga quidam, qui in ludis Circenſibus, in urbe Vejis vicit. Hunc equi conſternati Romam uſque perduxerunt, ubi excuſſus periit. Equi autem cum corona, & palma pervenere in Capitolium, ſedemque ter luſtrarunt, nec ante conſtiterunt, quam fictilium quadrigarum moles, quæ erant in faſtigio Jovis templi, conſpicerent. *Plin. l.* 8. *c.* 42. & *Feſtus*, qui addit, has fictiles quadrigas, cum in fornace coquerentur, adeo creviſſe, ut eximi nequirent: idque prodigium portendere viſum eſſe, in qua civitate eæ fuiſſent, omnium eam potentiſſimam futuram. ¶ Hinc Ratumena fuit una ex portis urbis Romæ, per quam equi Ratumenæ aurigæ ingreſſi ſunt. *Plin. l.* 8. *c.* 42.

Ratus, a, um, νομιζόμενος, partic. a *reor*. *Salluſt. in Catil.* Optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare. ¶ Eſt etiam nomen ex participio, & ponitur pro firmo, certo, conſtanti, *fermo*, *ſtabile*, *coſtante*, ברי, Ger. *feſte*, Gall. *ferme*, *arreté*, Hiſp. *firme*, *y eſtable*, βέβαιος. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Qui cum tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa, & apta viderit. *Id. pro Cæc.* Id juſſum ratum, atque firmum futurum? ¶ *Ratum habere aliquid*, eſt approbare, confirmare. *Cic. pro R. Com.* Ut quodcunque retuliſſes, id ratum haberet? ¶ *Ratum facere*, eſt confirmare, *ratificare*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 39. Quid Augur, cur a dextra corvus, a ſiniſtra cornix faciat ratum? ſubaudi *augurium*. ¶ *Ratum mihi eſt*, ſignificat approbo, confirmo. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 24. Attamen iſta ipſa, quæ te emiſſe ſcribis, non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata. *Cato apud Paul. Feſti abbreviat.* Beneficia ratiſſima, atque gratiſſima. ¶ Pro *rata*, ſive *pro rata parte*, eſt ad æquipollentiam, vel habita ratione proportionis. *Liv. l.* 45. *c.* 40. Tantum pediti datum fuiſſe credunt, & pro rata aliis. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 39. Omnia iſta perinde, ut cuique data ſunt pro rata parte, ita longa, aut brevia dicuntur. ¶ Ratæ preces, ideſt exauditæ. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 696. Efficiatque ratas utraque Diva preces. ¶ Rato tempore, h. e. certo, fixo, *a tempo determinato*. *Cic.* 2. *Div. c.* 7. Si enim nihil fieri poteſt, nihil accidere, niſi quod ab omni æternitate fuerit eſſe futurum rato tempore, quæ poteſt eſſe fortuna? ¶ Rata vita, h. e. firma, tota, perpetua. *Virg.* 10. *Æn. v.* 629. atque hæc Turno rata vita maneret. ¶ Ratum judicium, eſt ſententia permanens in eodem, & conſtans. *Senec. in præfat. l.* 4. *excerpt. controverſ.* Illud ſtrictum jus, & aſperum, & nimis ratum in dicendo judicium.

Ravaſtellus, a, um, dim. a *ravus*. *Feſt.* Ravi coloris, raviſtelli appellantur a Plauto, qui ſunt inter flavos, & caſios. *Plaut. Epid.* 5. 1. 14. Sed quæ eſt hæc muliercula, & ille ravaſtellus, qui venit? Alii leg. *raviſtellus* eod. ſenſu. Alii *gravaſtellus*, vel *graviſtellus*, quæ vox ſeniorem ſignificat, a gravitate deducto vocabulo, teſte eodem *Feſto*.

Rauca, æ, vermis terrenus, qui radices arborum lædit. *Plin. l.* 17. *c.* 18. Quoniam vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus naſcuntur & tranſeunt.

Rauce, adverb. *Servius*. V. in fine vocis *Raucus*.

Raucio, is, ſi, ſum, n. 4. raucus ſum, vel fio. *Lucil. apud Priſcian. l.* 10. Rauſuro tragicus qui carmina perdit Oreſte.

Raucisonus, a, um, βραγχιάζων, quod ſonum raucum habet. *Catul. Argon.* 59. *v.* 263. Multi raucisonos efflabant cornua bombos.

Raucitas, atis, *raucità*, βράγχος, vocis obtuſitas, quæ fit aut nimia ſiccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis locum fluente. *Plin. l.* 22. *c.* 23. In tuſſi, uva, fellis veteri ſuffuſione, hydropicis, raucitatibus. *Id. l.* 11. *c.* 51. Raucitas tubarum.

Raucus, a, um, *rauco*, *roco*, Ger. *heyſer*, Gal. *enroué*, Hiſp. *ronco*, βραγχώδης, qui nimio clamore, vel alia cauſa vocem obtuſam habet, compreſſam, & impeditam, a βράγχος, *raucitas*. *Ovid.* 6. *Met. v.* 377. Rauca vox. *Id.* 3. *Pont. el.* 1. *v.* 22. Raucum guttur. *Martial. l.* 1. *ep.* 50. Aquæ raucus. *Virg.* 11. *Æn.* Dant ſonitum rauci per ſtagna ſilentia cycni. Ubi *raucos cycnos* vocat, non quidem canoros, aut optimam vocem habentes, ſed alarum concuſſione inter volandum raucum per aera ſonum efficientes, qualis eſt tubarum. Talis enim auditur cycnorum volantium ſonus, qualis tubarum clangor. ¶ Per Metonymiam ſigni ponitur pro feſſo, & defatigato. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Te vero nolo, niſi ipſe rumor jam raucus erit factus, ad Baias venire. ideſt niſi ipſe rumor defecerit. *Martial. l.* 8. *ep.* 67. Cum modo diſtulerint raucæ vadimonia chartæ. h. e. cauſidicorum libelli, quibus lites & actiones perſcribuntur. Ipſi quoque cauſidici rauci dicuntur ab *eod. l.* 4. *ep.* 4. ob aſſiduum clamorem. ¶ Rauca adverbialiter. *Virg.* 9. *Æn. v.* 124. cunctatur & amnis Rauca ſonans, &c. Ubi *Serv.* Licet antiquitas habuerit *hic*, & *hæc amnis*; melius tamen eſt accipere *rauca ſonans* pro *rauce*, quam *rauca amnis*.

Raudus, vel rodus, eris, n. pro ære uſurpatum eſt a Veteribus, teſtibus *Varr. l.* 4. *de L. L.* & *Valer. Max. l.* 5. *c.* 6. *n.* 3.

Rauduſculana, porta Romæ, a *raudo*, ideſt æra, quod ærata eſſet. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Eadem Rauduſculana dicitur a *Valer. Max. l.* 5. *c.* 4. *n.* 3. & Roduſculana a *Feſto*.

Rauduſculum, li, pauxillum æris, dim. a *raudus*, quo notatur rude, & infectum. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 8. Nam de rauduſculo quod ſcribis. *Id. l.* 7. *ep.* 2. De rauduſculo Numeriano multum te amo. *Id. l.* 14. *ep.* 15. Nec mehercule me rauduſculum movet. ¶ Sumitur interdum pro ære ſignato, ut ex Cincio annotavit *Feſtus*. Unde in venditionibus mancupi ſcriptum erat, *Rauduſculo libram ferito*. Legitur & *ruduſculum*, & *roduſculum*.

Ravenna, f. 1. *Ravenna*, urbs Galliæ Togatæ, inter Ferrariam, & Ariminum. Condita fuit a Theſſalis anno poſt diluvium 480. auctore Strabone, vel a Sabinis, teſte *Plinio l.* 3. *c.* 15.

Ravennas, atis, o. Ravennæ incola. *Martial. l.* 3. *ep.* 93. Meliuſque ranæ garriant Ravennates.

Ravidus, a, um, μελανόξανθος, quod ravo eſt colore. *Col. l.* 8. *c.* 2. Sublimes, ſanguineæque, nec obliquæ criſtæ, ravidi, vel nigricantes oculi.

Ravillæ, f. mulieres, quæ ravos oculos habent. *Feſt.* ubi alio leg. *ravuſſæ*.

Ravio, is, n. 4. rauce loquor. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 33. Nego, & negando, ſi quid refert, ravio. h. e. contenta voce uſque ad ravim pernego.

Ravis, is, f. *rauſole*, raucitas. *Plaut. Aul.* 2. 5. 10. Ubi ſiquid poſcamus, ad ravim poſcamus, prius quam quidquam detur? ideſt clamoſe adeo, ut vox rauceſcat. *Apul. lib.* 3. *Florid.* Identidem boando purgam ravim.

Raviſtellus, V. Ravaſtellus.

Raurici, Rauraci, & Raurini, pop. Galliæ Lugdunenſis, Helvetiis finitimi, juxta Rhenum, & inter Aralam fl. ac Juram M. in lim. Germaniæ ſup. *Caſar*, & *Plin.*

Rauſurus. V. Raucio.

Ravulus, a, um, adject. diminut. aliquantum ravus, hoc eſt raucus. *Sidon. l.* 9. *ep.* 13. *in carm.* 2. Date ravulos choraulas, &c.

Ravus, a, um, ἀμβλύς, raucus. *Feſt.* Ravam vocem ſignificare ait Verrius raucam, & parum liquidam, proxime canum latratum: unde etiam cauſidicus pugnacius loquens rabula appellabatur. ¶ Dicitur etiam de colore, qui ex nigro, & fulvo mixtus eſt, & eſt medius inter flavum, & cæſium. *Feſt.* Ravi coloris, raviſtelli appellantur a Plauto, qui ſunt inter flavos, & cæſios. *color di tanè*. *Idem.* In ſpicis frumenta rava appellari, Verrius dixit. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 2. Si arietes ſint ravis oculis. *Hor. l.* 3. *od.* 27. Aut ab agro rava decurrens lupa Lanuvino. *Cic.* 4. *Acad. c.* 33. Quia nobiſmet ipſis tum cæruleum, tum ravum videtur. Ita enim ibi *Nonius* legit *c.* 2. *n.* 726.

R ANTE E.

Re, ἀνά, una ex iis præpoſitionibus, quæ per ſe quidem nihil ſignificant, ſed cum aliis verbis conjunctæ multiplicem habent notionem. Quandoque enim ſignificat retro, ut *repoſco*, rem datam retro poſco. Quandoque perfectionem, ut *recognoſco*. Quandoque reciprocationem, ut *redamo*. Quandoque contra, ſive adverſus, ut *reluctor*, ideſt repugno. Quandoque iterum, atque iterum, ſeu ſæpe, ut *reputo*. Quandoque de novo, ut *renovo*, quod eſt rurſus novum facio. Quandoque inde, ut *removeo*. Quandoque reditum ad priſtinum ſtatum, ut *repueraſco*. Quandoque valde, ut *redundo*. Quandoque longe, ut *repoſtus*, ideſt longe poſitus. Quandoque contrarietatem ſuorum ſimplicium, ut *retego*, quod eſt tectum denudo, *recludo*, clauſum patefacio. Quandoque nihil omnino addit ſignificationi ſui ſimplicis, ut *repræſento*. ¶ Componitur autem cum omnibus dictionibus, a quacunque litera incipiant, præter *k*, & *r*. Sed cum *a*, *e*, *h*, *i*, quandoque interponitur *d* cauſa euphoniæ.

Reædifico, as, a. 1. *riedificare*, *far di nuovo*, הקים, Ger. *wider*, *auffbauen*, Gal. *reedifier*, Hiſp. *edificar de nuevo*, ἀνοικοδομέω, inſtauro, ædificium collapſum reſtituo. *Liv. l.* 5. *c.* 53. Hæc ſcelera, quia piget reædificare, hæc dedecora pati parati eſtis?

Readopto, vel Redadopto, as, a. 1. rurſus adopto. *Leg.* 41. *ff. de adoption.* Quem denuo redadoptaverit. Ita leg. in *Pand. Flor.* in aliis *readopto*.

Readunatio. V. Redadunatio.

Reapſe, *in effetto*, τῷ ὄντι, re ipſa. *Cic.* 1. *de Div. c.* 37. Formæ, quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. *Plaut. Truc.* 4. 3. 41. Reapſe expertus ſum. *Lucret.* diviſit, interjecto verbo, *l.* 2. *v.* 658 dum ne ſit re tamen apſe. *Senec. epiſt.* 108. *a med.* Eoſdem libros (*Ciceronis de republ.*) cum Grammaticus explicuit, primum, reapſe dici a Cicerone, id eſt, re ipſa, in commentarium refert: nec minus ſepſe, id eſt ſe ipſe.

Reaſſumo, is, n. 3. ἀναλαμβάνω, iterum ſumo. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Arentis alveo deſerit, autumno reaſſumit. Alii rectius *reſumit*.

Rea-

Reāte, n. 3. *Rieti*, urbs Sabinorum, ad velinum fl. non longe a lacu Velino, media fere inter Narniam, & Aquilam. *Sil. l. 8.*

Reatīnus, a, um, adject. a Reata opp. ut Reatinus ager, *Plin. l. 2. c. 95.* ¶ Reatini, Reatis incolæ. *Id. l. 3. c. 12.*

Reātus, us, m. *l'eſſer reo, la condizione del reo*, ἡ τῆς αἰτίας κατάστασις, ſtatus rei, ſive tempus, quo reus nec abſolutus eſt, nec damnatus, quo tempore non reus modo, ſed etiam propinqui, & affines non capillum, aut barbam tondebant, non candida, ſed obſoleta, tritaque veſte uti ſolebant. Hæc vox primum a Meſſala uſurpata fuit, imperante Auguſto, teſte *Quintil. l. 8. c. 3. Juſtin. l. 4. c. 4.* Revocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia ſecunda Niceas, & Lamachus faciunt. ideſt ad cauſam dicendam. *Martial. l. 2. ep. 24.* Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum. *Modeſt. l. ſi diuturno, ff. de pœnis.* Si diuturno tempore aliquis in reatu fuerit. ¶ A Chriſtianis Scriptoribus uſurpatur pro ipſa culpa, qua quis reus eſt, *reità*. *Prudent. hymn. de natali Dom. v. 101.* Plangens reatum fletibus. *Apul.* quoque *l. 7. Metam.* Malæ conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo.

Rebaptīzo, as, a. 1. rurſus baptizo. *Honor. & Theodoſ. Impp. lib. 2. Cod. tit. 10. leg. 2.*

Rebellātio, onis, *ribellione*, belli renovatio, defectio. *Tacit. Ann. 14. c. 31.* Commotis ad rebellationem Trinobantibus. *Valer. Max. l. 7. c. 3. n. 9.* Crebræ rebellationes.

Rebellātrix, icis, quæ rebellat. *Liv. l. 40. c. 35. ad fin.* Provinciam ingenio ferocem rebellatricem confeciſſe. Adde *Ovid. 3. Triſt. el. 12.*

Rebellio, onis, f. *ribellione*, מרד, Germ. *auffruhr*, Gall. *rebellion*, Hiſp. *rebeldia*, ἀνταρσία, actus rebellandi, defectio, repugnantia. *Cæſ. l. 4. B. G. c. ult.* Legatum in Morinos, qui rebellionem fecerant, miſit. *Sueton. in Calig. c. 51.* Audita rebellione Germaniæ.

Rebellio, onis, m. rebellis. *Trebell. Poll. in Gallieno Salonino, c. 1.* Fuiſſe alios rebelliones ſub eodem, de quibus dicemus. Alii leg. *alias*. *Gloſſæ*. rebellio, ἀποστάτης, & ἀντάρτης.

Rebellis, & le, o. 3. *ribelle*, מורד, Ger. *auffruher*, Gal. *rebelle*, Hiſp. *rebelde*, ἀντάρτης, qui ſemel victus, & in deditionem receptus bellum inſtaurat, quive Reipublicæ, aut Principis ſui imperium detrectat. *Virg. 6. Æn.* Sternet Pœnos, Gallumque rebellum. *Curt. l. 8. c. 1.* Regio rebellis. *Ovid. de remed. amor. v. 246.* Rebellis amor.

Rebellium, ii, idem ac rebellio. *Liv. l. 42. c. 21.* Et pacatos ad rebellium incitaſſet.

Rebello, as, avi, atum, n. 1. *ribellare*, מרד, Germ. *rebellieren*, Gall. *rebeller*, Hiſp. *rebelar*, ἀποστατέω, bellum redintegro, priſtina bella renovo, deficio, deficio, & proprie dicitur de iis, qui aliquando victi, & in deditionem recepti, bellum inſtaurant. *Cæſ. l. 8. B. G.* Si tali ratione diverſis in locis plures rebellare cœpiſſent. *Liv. l. 33. c. 13.* Graves mox eum rebellaturum. ¶ Tranſlate dicitur de vulneribus, & de vitiis, cum ſemel curata repullulent. *Plin. l. 25. c. 13.* Creduntque, ea rurſus ſata rebellare, quæ curaveris, vitia. *Id. lib. 13. c. 12.* Minus ſorbet politura charta, magis ſplendet: rebellat ſæpe humor incuriose datus, primoque malleo deprehenditur. h. e. reſiſtit, & impedit, quominus charta perſcribi poſſit.

Rebīto, as, o. 1. redeo, revertor, ab antiquo *beto*, vel *bito*. *Plaut. Capt. 2. 3. 20.* Si non rebitas huc, ut viginti minas dem pro te.

Reboo, as, n. 1. הדהד, Germ. *widerbrullen*, Gal. *retentir*, Hiſp. *reſonar*, ἀντιβοάω, remugio, reſono. *Virg. 3. Georg. v. 223.* Reboantque ſylvæ, & magnus Olympus.

Rebullio, is, a. 4. valde bullio, ebullio, bulliendo ejicio. *Apul. l. 5. A. A.* Lucerna fervens oleum rebullivit in ejus humerum.

Recalcĭtro, as, o. 1. *recalcitrare*, ἀπολακτίζω, idem quod calcitro, hoc eſt calcem impingo, calce ferio, repugno, reſiſto. *Hor. l. 2. ſat. 1.* Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.

Recalco, as, a. 1. ἀναπατέω, rurſus calco. *Col. l. 2. c. 2.* Si velis fœtibus egeſtam humum recondere, & recalcare. *Apul. l. 6. A. A.* Priora veſtigia recalcare.

Recalĕo, es, n. 2. ἀναθερμαίνομαι, rurſus, vel valde caleo. *Virg. 12. Æn. v. 35.* Recalent noſtro Tyberina fluenta Sanguine.

Recaleſco, is, n. 3. *riſcaldarſi*, חמם, Germ. *warm ſeyn*, Gal. *r'échauffer de rechef*, Hiſp. *recalentarſe*, ἀναθερμαίνομαι, rurſus caleſco. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Cum motu, atque agitatione recaleſcunt.

Recalfacio, is, a. 3. *riſcaldare*, Ger. *wider erwarmen*, Gal. *rechauffer*, Hiſp. *calentar otra vez*, ἀναθερμαίνω, rurſus calidum facio. *Ovid. 8. Met. v. 444.* Calidumque prioris cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.

Recalfio, is, enun. 3. rurſus calidus fio. *Scribon. Larg. Compoſit. ult.* Rurſus recalfiunt.

Recalvaſter, ſtri, m. 2. ἀναφαλαντίας, qui fronte calvus eſt, non toto capite. *Senec. ep. 66.* Ut ex duobus æque juſtis, & prudentibus, comatum, & criſpulum malis, quam recalvaſtrum.

Recalvus, a, um, idem qui recalvaſter. *Plaut. Rud. 2. 2. 12.* Ecquem recalvum, ac ſilonem ſenem.

Recalx, alcis, adject. qui recalcitrat, obſtinatus, contumax. *Commodian. inſtruct. 38.* Improbi ſemper, & dura cervice recalces.

Recandens, entis, o. ἀναλευκαινόμενος, valde candens. *Plin. l. 37. c. 9.* Radios in ſe recandentes diſcurrere.

Recandeſco, is, vel Recandeo, es, dui, n. 3. vel 2. *rimbianchirſi*, Germ. *ſehr weiſſ ſeyn*, Gal. *ſe reblanchir*, Hiſp. *tornarſe á encender*, ἀναλευκαίνομαι, candidus rurſus fio. *Ovid. 4. Met.* Percuſſa recanduit unda, hoc eſt, candida facta eſt propter ſpumam, quam concitatum mare emittere ſolet. ¶ Eſt etiam recaleſcere, denuo candentem, ſeu ignitum fieri, vel vehementer incaleſcere. *Ovid. 1. Met. v. 435.* Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti Solibus æthereis, altoque recanduit æſtu. ¶ Tranſlate ira recandeſcere dicitur, cum ſemel propemodum lenita rurſus exaſperatur. *Ovid. 3. Met.* Et auditu clamore recanduit ira.

Recino, is, a. 3. ἀνακρούω, iterum cano, cantum revoco. *Plin. l. 10. c. 33.* Cum ſenſit fœminam aucupis accedentem ad marem, recanit, revocatque.

Recantātus, a, um, partic. a recantor. *Ovid. de rem. Amor. v. 260.* Nulla recantatas deponens pectora curas. ideſt amores magicis carminibus repreſſos. *Horat. l. 1. od. 16.* Nunc ego mitibus Mutare quæro triſtia, dum mihi Fias recantatis amica opprobriis, animumque reddas. hoc eſt revocatis, laudes, aut blanditiis pro opprobriis reponendo.

Recanto, as, o. 1. *cantare di nuovo*, Ger. *widerruffen*, Gal. *rechanter*, Hiſp. *recantar*, παλινῳδέω, ſonum cantati carminis reflectere. *Mart. l. 2. epigr. 86.* Nuſquam Græcula quod recantat Echo. ¶ Item diverſa ſuperioribus canere, & quod ante aſſeruimus, retractare, ut cum opprobria, mutato carmine, laudibus corriguntur, ſeu in laudes convertuntur. V. *Recantatus*. ¶ Item rem incantatam alio carmine liberare. *Plin. l. 28. c. 2.* Non pauci etiam ſerpentes ipſos recantari credunt.

Recapitŭlo, as, a. 1. ἀνακεφαλαιόομαι, eſt breviter, quæ dicta ſunt, per capita recenſere. *Tertull. lib. 5. adverſ. Marcion. cap. 17.* Ut ita dixerim, ſicut verbum illud in Græco ſonat, recapitulare, ideſt ad initium redigere, vel ab initio recenſere. Adde *Auguſtin. l. 4. de conſenſ. Evangeliſtar. c. 25.*

Recēdo, is, ſſi, ſſum, n. 3. *ritirarſi*, *partirſi*, *farſi indietro*, נסג, Ger. *abweichen*, Gall. *s'éloigner*, *ſe retirer*, Hiſp. *partirſe*, *apartarſe*, ἀναχωρέω, abeo, quaſi retro cedo. *Cic. 5. Phil.* Recedat a Mutina, deſinat oppugnare Brutum. *Id. pro Roſc. Amer. c. 38.* Recede de medio; per alium tranſigam. ¶ Ponitur etiam pro diſcedere. *Cic. Att. l. 2.* Advola in Formianum, unde nos pridie Nonas Maji recedere cogitamus. ¶ Item pro redire, reverti. *Salluſt. in Jug.* Albinus Aulo fratre in caſtris pro Prætore relicto Romam receſſit. ¶ Tranſlate ſumitur pro disjungi. *Celſ. l. 8. c. 7.* Sed in aliis quidem oſſibus ſæpe fragmentum a fragmento recedit. ¶ Item pro diminui. *Plin. l. 3. ep. 6.* Receſſit venter. ¶ Item pro ceſſare, deſiſtere. *Cic. pro Roſc. Amer.* Poſteaquam victoria conſtituta eſt, ab armiſque receſſimus. *Id. 3. Offic.* Ab officio nunquam recedemus. *Id. Att. l. 1.* Nam neque de ſtatu nobis noſtræ dignitatis eſt recedendum. ¶ Recedere in ſe, *ritirarſi in ſe ſteſſo*. *Sen. ep. 7.* Recede in te ipſum, quantum potes. ¶ Recedere a vita, eſt mori. *Idem Tuſc. 4.* Et, recedere vita. *Plaut. Merc. prol. v. 74.* Similiter recedere ex oculis, *Plin. l. 2. ep. 1.* ¶ Item pro remotum eſſe. *Curt. l. 4. c. 1.* Pleraque longius a mari recedentis Rex ejus inſulæ Strato poſſidebat. *Virg. Æn. 2.* ſecreta parentis Anchiſæ domus, arboribuſque obtecta receſſit. ¶ Receſſat pro receſſiſſet. *Plaut. Merc. prol. v. 73.*

Recellicŭlum, f. 1. λαικαστρίαι, meretrices, quæ deſultura quadam, & aſſultura movent clunes, ut Venus concinnior inſcanſori præſtetur. *Plaut. apud Feſt.* An ibi vis inter iſtas verſarier proſedas, piſtorum amicas, recelliclunas, alicarias? Al. leg. *recellicleniat*.

Recello, is, a. 3. *inchinare*, *tirar' indietro*, השפיל, Germ. *hinderſich biegen*, Gall. *abbaiſſer*, *fouler*, Hiſp. *inclinar*, ἀνακλίνω, reclino, reduco, retraho, ut *excellere* eſt in altum extollere. *Feſt. Lucret. l. 6. v. 572.* Retroque recellit, & recipit prolapſa ſuas ſe in pondere ſedes. *Apul. l. 10. Metam.* Illa enim, quoties ei parcent nares recellebam, accedens. *Liv. l. 24. c. 34.* Ferrea manus cum injecta proræ eſſet, gravique libramento plumbi recelleret ad ſolum.

Recens, tis, o. *recente*, *freſco*, *nuovo*, חדש, Ger. *new*, Gal. *frais*, *recent*, Hiſp. *reciente*, νεαρός, novus, novitius, qui nuper fuit. *Var. l. 2. R. R. c. 8.* Pullus recens a partu. *Cic. l. 11. Fam. ep. 21.* Sed hanc ipſam recentem novam devoravit. *Id. 3. de nat. Deor.* Qui recens ab illorum ætate fuit. *Id. 2. Ver.* Cum a provincia recens eſſet, *eſſendo venuto di freſco*. *Id. 6. ad Attic. ep. 1.* Recentiſſimæ literæ. ¶ Interdum notat, qui viribus integer eſt, cui *laſſus* opponitur. *Curt. l. 3. c. 7.* Perſas recentes inde ſucceſſuros, ſi lexies ſtare potuiſſent. *Liv. l. 3. c. 56.* *Recentior auctor l. 21. c. 52.* Conſul alter equeſtri prælio uno, & vulnere ſuo minutus, ſtahi rem malebat, recentis animi alter, eoque ferocior. ¶ *Re recenti*. h. e. rum adhuc res, ſeu negotium recens eſt. *Plaut. Trinum. 4. 3. 8.* Recipe te, & recurre petere, re recenti. Sic *Cic. Ver. 3. 39.* Cui data ſit, nihil ad rem pertinere arbitror, detam tum quidem eſſe, inter omnes recenti negotio facile conſtabat. ¶ Uſurpatur etiam loco adverbii recenter, per Enallagen, *di freſco*, *di nuovo*, νεωστί. *Suet. in Tib. c. 1.* Inde Romam recens conditam cum magna clientum manu commigravit. *Plaut. Ciſt. 1. 2. 16.* Puer recens natus.

Recenſeo, es, ſui, ſum, a. 2. *riconoſcere*, ספר פקד, Germ. *abzehlen*, Gal. *raconter*, Hiſp. *renombrar*, *hazer alarde*, καταλέγομαι, recognoſco, & ſummum totius multitudinis per numeros colligo. *Liv. l. 26.* Deinde acceptis nominibus civitatum recenſuit captivos, quot cujuſque populi eſſent. *Virg. 4. Georg.* Conſedit ſcopulo medius, numerumque recenſet. ¶ Metaleptice ſumitur pro narrare. *Ovid. 9. Epiſt. Heroid. v. 105.* Tolle animos, & fortia facta recenſe. ¶ Sumitur etiam pro corrigere, emendare, limare. *Gel. l. 17. c. 10.* Quæ procraſtinata ſunt ab eo, ut poſt recenſerentur, & abſolvi, quoniam mors præverterat, nequiverunt.

Recenſio, onis, f. *ricognizione*, *deſcrezione*, מפקד, Germ. *abzehlung*, *muſterung*, Gall. *revene*, *nombrement*, Hiſp. *alardo*, ἐξέτασις, ἀνάλεξις, ἀπογραφή, actus recenſendi, recognitio cujuſvis multitudinis, ut populi in cenſu generali, copiarum, ſive exercitus, &c. *Cic. pro Mil. c. 27.* Ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret. h. e. cenſus publice acti. Adde *Suet. in Cæſ. c. 41.*

Recenſitio, onis, f. idem ac recenſio. *Ulpian. l. 3. ff. ad exhib. &c.* Recenſitione ſervorum facta.

Recenſitus, a, um, nom. partic. idem ac recenſus. *Suet. in Cæſ. c. 41.* Inſtituit, quotannis in demortuorum locum ex iis, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio a Prætore fieret. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 60.* Priſca recenſitis evolvite ſæcula faſtis.

Recenſus, us, idem ac recenſio. *Suet. in Cæſ. c. 41.* Recenſum populi nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit.

Recenſus, a, um, ἀντιλεχθείς, recognitus, rurſus numeratus. *Suet. in Veſpaſ. c. 9.* Suppleritque recenſo Senatu, & Equite. Al. legunt *recenſito*.

Recenter, adv. *di nuovo*, νεωστί, de novo. *Plin. l. 18. c. 23.* Quam recentiſſima ſtercorato ſolo. *Pallad. l. 5. c. 4.* poma recenter lecta.

Recento, as, a. 1. *rinnovare*, ἀνανεόω, renovo, a *recens*. *Non. c. 2. n. 751.* Recentari honeſte poſitum pro renovari, quod eſt Græce ἀνανεοῦσθαι. Cn. Martius. Jam jam albicaſcit Phœbus, & recentatur commune lumen hominibus voluptaſque. Citat & *Gellius l. 15. c. 25.*

Receptacŭlum, li, *ricetto*, Ger. *herberg*, Gal. *retraite*, Hiſp. *acogida*, ὑποδοχεῖον, quicquid rem aliquam in ſe recipit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Sed cum alvi natura ſubjecta ſtomacho cibi, & potionis ſit receptaculum. ¶ Interdum idem eſt, quod Profugium, ideſt locus, in quem quis ſe recipit, ut a vi, aut injuria tutus ſit. *Cæſ. l. 7. B. G.* Ne ſuis ſint ad detrectandam militiam receptaculo. *Cic. in Piſ.* Receptaculum veterum Catilinæ militum. *Curt. l. 8. c. 2.* Receptaculum exulum.

Receptatio, onis, f. actus recipiendi. *Ammian. l. 20. c. ult.* Receptatio ſpiritus. Alii aliter leg.

Receptātor, oris, *ricevitore*, ὑποδέκτης, qui recipit, a *receptando*. Sæpe de illis dicitur, qui latrones, eorumque furta recipiunt, & occultant. *Ulpian. ff. de incend. ruin. naufrag. &c.* Quia receptatores non minus delinquunt, quam aggreſſores. *Cic. pro Mil. c. 19.* Ille latronum occultator, & receptator locus.

Receptio, onis, *ricetto*, ὑποδοχή, actus recipiendi. *Plaut. Aſin. 5. 2. 70.* Quid tibi hoc receptio ad te eſt meum virum? ideſt quare recipis ad te virum meum?

Receptitius, a, um, ἐξαίρετος, exceptitius, quicquid in venditione, aut quavis alia alienatione excipimus, & nobis reſervamus, ut *Receptitius ſervus*, qui eſt proprius nuptæ mulieris, quem illa ſibi reſervavit, cum dotem marito daret, qui & ſuperdotalis vocatur. Quoties enim mulier in danda viro dote, aliqua ex ſuis bonis retinet, nec ea ad virum tranſmittit, recipere ea dicitur. *Cat. apud Gel. l. 17. c. 6.* quem conſule.

Recepto, as, a. 1. *ricevere ſpeſſo*, Germ. *oft auffnemmen*, Gall. *recevoir ſouvent*, Hiſp. *recebir a menudo*, ὑποδέχομαι, freq. a *recipio*. *Lucan. l. 7.* Placido natura receptat cuncta ſinu. *Ter. Hecyr. 5. 1. 16.* Meam receptas filium ad te, *dai ricetto*. *Tac. Ann. 3. c. 60.* Eodem ſubſidio obærati adverſus creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur, *ſi ricoveravano*. *Virg. 10. Æn. v. 383.* haſtamque receptat oſſibus hærentem, h. e. ad ſe trahit, retrahit, eruit.

Re-

Receptor, oris, idem ac receptator. *Tac. Ann.* 4. c. 23. Prædarum receptor, & ſocios.

Receptorius, a, um, adject. ad recipiendum aptus, ut receptorius locus, apud *Tertul. de reſur. carn. c.* 27. ¶ Receptorium abſolute, apud *Sidon. l.* 5. *ep.* 17. eſt locus, quo ſe quis recipit. Nuntiatum eſt, inquit, progredi epiſcopum de receptorio.

Receptrix, icis, ὑποδέκτρια, quæ recipit. *Cic.* 6. *Ver. c.* 8. Tua, inquam, tua Meſſana, tuorum adjutrix ſcelerum, libidinum teſtis, prædarum, ac furtorum receptrix. Adde *Ver.* 7. *c.* 65.

Receptum, i, *promeſſa*, הַבְטָחָה, Germ. *verheiſſung*, Gall. *promeſſe*, Hiſp. *promeſſa*, ἀναδέχεσθαι, pollicitum, promiſſum. *Cic.* c. *Phil. c.* 32. Promiſſum, & receptum intervertit, ad ſeque tranſtulit. *Id. Ver.* 7. *c.* 32. Satis eſt factum Siculis, ſatis officio, ac neceſſitudini, ſatis promiſſo noſtro, ac recepto.

Receptus, us, m. *ritirata*, Germ. *abzug*, Gall. *retraite*, Hiſp. *acogida*, ἀναχώρησις, ὑπαγωγή, actus recipiendi, ſive ſubducendi ſe e pugna, ſubductio, reductio. *Cic.* 3. *Phil.* Receptui ſignum, aut revocationem a bello audire non poſſumus. ¶ Receptui canere, vel receptui ſignum dare, eſt tuba ſonitu copias a pugna revocare. *Cic.* 13. *Phil.* Quis enim revocata, & receptui canente Senatu properet dimicare? *Liv. l.* 2. Admirationem inde auxit, ſigno receptui dato, adeo tranquilla ſerenitas, &c. ¶ Translate *canere receptui*, vel *receptum* accipitur pro diſcedere & abire. *Cic.* 3. *Tuſc. de cantem.* A quibus (miſeriis) cum cecinit receptui, impellit rurſum, &c. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 9. *in fin.* Cane, Muſe, receptus. ¶ *Receptus* præterea ſignificat locum ipſum, in quem toto ſe aliquis recipit, *ricetto*, *refugio*, *alloggiamento*. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 19. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. *Planc. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 11. Animadverti, nullum alium receptum Antonium, reliquiaſque, quæ cum eo eſſent, habere, niſi in his partibus. Hinc *Solin. c.* 12. receptus vocat nidos avium.

Receptus, a, um, nom. ex partic. *ricevuto*, *ammeſſo*. Receptus mos, inquit *Feſt.* eſt, quem ſua ſponte civitas alienum adſcivit. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 83. More inter veteres recepto, qui &c. *Quintil. l.* 3. *c.* 7. Perſuaſio publice recepta. *Id. ibid.* Cælo receptus. *Plin. l.* 28. *c.* 5. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe, receptum eſt, *è creduto comunemente*. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 3. Auctoritas receptior. *Solin. in præfat.* Scriptores receptiſſimi, *di molto credito, e fede*. *Cic. pro Rab. Poſt. c.* 8. Ex magnis inimicitiis receptus in gratiam. *Tac.* 3. *Ann. c.* 74. Recepti ea venia plerique. *Id. ibid. l.* 13. *c.* 12. Recepti in reos. ¶ Item ſervatus, conſervatus. *Virg.* 1. *Æn.* frugeſque receptas Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Receſſim, adv. *rinculando*, recedendo. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 7. Receſſim cedam ad parietem.

Receſſio, onis, idem ac receſſus, vel recedendi actus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Ventus incluſionibus, & receſſionibus varietates mutatione flatus facit.

Receſſus, a, um, *ritirato*, recedens, remotus. *Vitruv. l.* 3. *c.* 8. Ampliorem habent orcheſtram Græci, & ſcenam receſſiorem.

Receſſus, us, m. *ritiro*, Germ. *hinweichung*, Gal. *reculement*, *eloignement*, Hiſp. *partida*, ἀναχώρησις, ὕφεσις, actus recedendi, diſceſſus. *Cic.* 2. *de Div. c.* 14. Quid de fretis, aut de marinis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus, & receſſus Lunæ motu gubernantur. ¶ Interdum ponitur pro ſolitudine, ſeu loco remoto a frequentia, & turba. *Cic. Att. l.* 12. Mihi ſolitudo, & receſſus provincia eſt. ¶ Receſſus oculi eſt cavitas, ſive profunditas, in qua oculus reconditur. *Plin. l.* 8. c. 33. Oculi ei receſſu cavo, tenui diſcrimine, prægrandes, & corpori concolores. ¶ Per tranſlationem *Cic. pro Marcel. c.* 7. Cum in animis hominum tantæ latebræ ſint, tanti receſſus. Sic *Quintil. l.* 1. *c.* 4. Grammatica plus habet in receſſu, quam in fronte promittat. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 6. Strenua ingenia, quo plus receſſus ſumunt, hoc vehementiores impetus edunt. h. e. quo plus quietis, & remiſſionis ab opere capiunt. Ducta metaphora ab iis, qui ut longius ſaliant, aliquot paſſus retrocedunt.

Rechamus, i, m. trochlea. *Vitr. l.* 10. *c.* 2. Alligatur in ſummo trochlea, quam etiam nonnulli rechamum dicunt.

Recharmidare ſe, hoc eſt ſuſceptam lætitiam deponere, verbum fictum a *Plaut. Trinum.* 4. 2. 135. a χάρμη, lætitia.

Rachedipna, V. Trachedipna.

Recidivatus, us, m. reſtitutio, renovatio rei, quæ jam abiit, aut cecidit, inſtauratio. *Tertul. de reſur. carn. cap.* 18. Scripturæ carnis recidivatum pollicentur.

Recidivus, a, um, adject. *recidivo*, *che ritorna*, ἀνάστροφος, qui rurſus recidit, ſeu recurrit. *Plin. l.* 30. *c.* 11. Quo genere & recidivas febres frequenter abigi affirmant. *Juven. Sat.* 6. *v.* 361. velut exhauſta recidivus pullulet arca nummus. Alii rectius *redivivus*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 344. Et recidiva manu poſuiſſem Pergama victis. h. e. Trojam poſt ſuam everſionem rurſus ædificaſſem. *Id.* 10. *Æn. verſ.* 58. Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quærunt. Sunt qui recidiva Pergama interpretantur, quæ hic cecidere. Nam hic Troja everſa fuit, ſemel ab Hercule, iterum a Græcis. ¶ Inter *recidivus*, & *redivivus*, hoc intereſt, inquit *Chariſ.* quod recidiva dicuntur, quæ poſt caſum, redivivæ, quæ poſt interitum reſurgunt.

Recido, is, recidi, recaſum, n. 3. *ricadere*, Germ. *wider fallen*, Gall. *retomber*, Hiſp. *recaer*, ἀναπίπτω, retro, ſive iterum cado. Conſtruitur cum accuſ. & præpoſ. *ad*, vel *in*. *Terent. in prol. Hec. v.* 46. Nolite ſinere per vos artem muſicam recidere ad paucos. *Cicer. pro Syl.* Quam cito illa omnia ex lætitia, & voluptate ad luctum, & lacrymas reciderunt? *Id.* 2. *de nat. Deor.* Quia & recidant omnia in terras, & oriantur e terris. *Suet. in Aug. c.* 96. Cuncta in illius recaſura. *Ulpian. ff. l.* 43. *tit.* 3. *leg.* 3. In cujus poteſtatem recaſurus eſt. ¶ Vel cum adver. motus ad locum, vel verſus locum. *Liv. l.* 4. Regiæ majeſtatis imperium eo recidere. *Cic. pro Roſc. Com.* Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. ¶ Interdum ponitur pro redire. *Plin. l.* 28. *c.* 16. *de febribus*. Et ne recidant, non removeri ſepteno circuitu. ¶ A Poetis interdum uſurpatur *c* litera geminata, ne ſyllaba natura brevis producatur. *Propert. l.* 4. *eleg.* 9. Reccidit inque ſuos menſa ſupina pedes. Alii leg. *decidit*, & quidem rectius.

Recido, is, recidi, reciſum, a. 3. *recidere*, *tagliare*, כָּרַת, Ger. *abhauen*, Gal. *couper*, Hiſp. *cortar*, ἀποκόπτω, reſeco, abſcindo, ex *re*, & *cædo*. *Cato c.* 2. Viam publicam muniri, vepres recidi. *Ovid.* 3. *Faſt.* Idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt. Translate *Hor. l.* 3. *od.* 24. Quid triſtes querimoniæ, ſi non ſupplicio culpa reciditur?

Recinctus, a, um, nom. ex partic. *ſcinto*, diſcinctus. *Ovid.* 3. *Am. eleg.* 1. *v.* 51. tunica velata recincta. *Virg.* 4. *Æn. v.* 518. Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta.

Recingo, is, nxi, nctum, a. 3. *slegare*, *ſciogliere*, פָּתַח, Germ. *entgürten*, Gall. *deſceindre*, Hiſp. *deſceñir*, ἀναζωννύω, quod cinctum erat, ſolvo, revincio. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 510. Sumptumque recingitur anguem, idest deponit anguem, quo ſe antea veluti cingulo præcinxerat. Antea enim dixerat, tortoque incingitur angui. *Id. l.* 1. *Metam. v.* 398. Velanturque caput, tunicaſque recingunt.

Recinium, V. Ricinium.

Recino, is, cinui, centum, n. 3. *ricantare*, ἀντᾴδω, iterum, vel frequenter cano. *Cic. de clar. Orat. c.* 46. Quod in vocibus noſtrorum Oratorum recinit quiddam, & ſonat urbanius. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 1. *v.* 55. Hæc recinunt juvenes dictata, ſeneſque.

Recipero, &c. V. Recupero.

Recipio, is, epi, eptum, a. 3. *ricevere*, קִבֵּל, Germ. *widerannemen*, Gal. *recevoir*, Hiſp. *recibir*, ἀναλαμβάνω, eſt rem depoſitam rurſus aſſumere, a *re*, & *capio*, quaſi rurſus capio. *Liv. l.* 9. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. ¶ Ponitur etiam pro recuperare. *Cic. de Sen.* Tarentum vero qua vigilantia, quo conſilio recepit? *Liv. l.* 3. *c.* 63. Res amiſſas recipere. ¶ Item pro extrahere, educere, *cavare*. *Celſ. l.* 7. *c.* 5. *n.* 2. Sæpius ſagitta ab altera parte, quam qua venit recipienda eſt. *Et n.* 4. Ut ſine difficultate telum recipiatur. ¶ Item pro capere, vel accipere. *Plaut. Rud.* 3. 3. 34. In cuſtodiam nos ut tuam recipias, & tutere. *Cic. in Rul.* Eum recepit ſuis tectis, ac ſedibus. *Id. pro Arch.* Statim Luculli eum domum ſuam receperunt. *Id. Att. l.* 12. A te heri duas epiſtolas recepi. ¶ Item pro admittere. *Cic.* 2. *Offic.* Ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent. *Id.* 2. *Phil. c.* 35. Hunc in familiaritatem libentiſſime recipiebat. *Id. Fam.* 13. *ep.* 19. Lyſonem in fidem, neceſſitudinemque tuam recipias. ¶ Item pro liberare, in tutum reducere. *Virg.* 6. *Æn.* Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela recepi his humeris, medioque ex hoſte recepi. ¶ Item pro refugium præſtare. *Ulpian. l.* 21. *ff. tit.* 3. *de ſervo corrupto*, *l.* 1. Et eſt proprie recipere abſcondendi cauſa, refugium ſervo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ædificiove. ¶ Item pro revocare. *Virg.* 2. *Æn.* Sic ore effata recepit ad ſe ſe. ¶ Item pro excipere ad uſum ſuum, & reſervare, quod fit, cum quis venditis cæteris, ſibi quippiam reſervat. *Plaut. Trin.* 1. 2. 157. Poſticulum hoc recepit, cum ædes venderet. V. *Gell. l.* 17. *c.* 6. Et infra in *Ruta caſa*. ¶ Item pro polliceri, promittere, facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere, *prometter*, *aſſicurare*. Recipere amplius quiddam ſignificat, quam promittere, quia eſt rei eventum, & periculum in ſe ſuſcipere. *Planc. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 7. Recipio vobis, me neminem ex ſententia facturum. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 8. Quæ tibi promitto, ac recipio ſanctiſſime eſſe obſervaturum. *Id. l.* 13. *ep.* 61. Sed tamen ſeparatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptati, & uſui. *Id. l.* 2. *de Orat.* In quo eſt ille quidem magna offenſio vel negligentiæ ſuſceptis rebus, vel perfidiæ receptis. idest in ſe ſuſceptis, promiſſis cum obligatione bonum eventum præſtandi pro parte ſua. *Terent. Heaut.* 5. 3. 15. Ad me recipio; faciet. ¶ Item pro totum onus alicujus rei in ſe transferre. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 38. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es? ¶ Item pro nominatim cavere. *JCtus in l. emptorem, ff. de act. empt.* Quemadmodum recipitur, ut nummos venditor accipiat. ¶ Item pro approbare. *Quintil. l.* 8. *de Metonymia*. Ex eo, quod continetur: uſus recepit bene moratas urbes, & poculum epotum, ſæculum felix. Adde *Plin. l.* 28. *c.* 2. V. Receptus. ¶ Item pro conferre ſe, proficiſci, venire. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 31. Me Romam recepiſſem. *Id.* 3. *Offic.* Qui cum ad diem ſe recepiſſet. *Id. d. Ver.* Ut cum ex hiſce ſe locis reciperent. Hinc eſt militare verbum, *fare la ritirata*. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 45. Si non maximo detrimento legiones ſe ſe recepiſſent inde. ¶ Et omiſſo accuſ. *ſe*, qui tamen ſubintelligitur. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 48. Si res erat celerius recipiendum. *h. e.* redeundum. *Plaut. Merc.* 2. 4. 30. Ergo actutum face cum præda recipias. ¶ Item pro redire. *Cic. pro Cæl. c.* 13. Et ſe ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe. ¶ Item pro animum, ac vires reſumere, *ritornare in ſe*. *Cic. in Somn.* Ut me recepi, Quis, inquam, quis eſt? &c. Sic, recipere animum ex pavore, apud *Liv.* 2. ¶ Recipere anhelitum, *riprender fiato*. *Plaut. Epid.* 2. 2. 21. ¶ Recipere nomen alicujus, eſt ejus accuſationem admittere, & inter reos numerare. *Cic. Verr.* 4. Cum abſentis nomen reciperetur. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 7. Lex Memmia eorum, qui Reip. cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat. ¶ Recipi in cibum, vel in menſas dicitur aliquid, quod pro cibo habetur. *Plin. l.* 11. *c.* 56. & *l.* 25. *c.* 62.

Reciprocatio, onis, *reciprocazione*, παλίρροια, retrogreſſio, ejuſdem viæ retrograda repetitio, acceſſus, & receſſus. *Plin. l.* 9. *c.* 5. Obſervata æſtus reciprocatione. *Id. l.* 11. *c.* 24. *de araneorum telis*. Longitudo fili a culmine, ac rurſus a terra per illud ipſum velox reciprocatio.

Reciprocatus, us, m. *ricambio*, reciprocatio. *Auguſtin. l.* 11. *de Geneſ. ad litter. c.* 1. *extr.*

Reciprocicornis, ne, adject. cornua habens in ſe reflexa. *Laberius apud Tertul. de pall. c.* 1. arietem vocat reciprocicornem, & lanicutem.

Reciproco, as, a. 1. *rivolgere*, *muovere innanzi, e indietro*, ἀναστρέφω, παλινδρομεῖν, repeto, in contrariam partem reflecto, remitto, retrogradior. *Silius l.* 15. *v.* 226. Quas auget (undas) veniens reſtuuſque reciprocat æſtus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? *Liv. l.* 21. *c.* 57. Cum jam ſpiritum includeret ventus, nec reciprocare animum ſineret. *Gel. l.* 17. *c.* 11. In eam fiſtulam, per quam ſpiritus reciprocatur. h. e. a pulmonibus attrahitur, ac remittitur. *Id. l.* 9. *c.* 21. Manu telum reciprocans incedebat. h. e. ſubinde vibrans, ac retrahens. ¶ Paſſive uſurpatur interdum pro motus quadam conſequentia e ſe invicem dependente, quod Philoſophi dicunt converti, vel dici ad convertentiam. *Cic.* 1. *de Div.* c. 6. Siquidem iſta ſic reciprocantur, ut, ſi divinatio ſit, Dii ſint, &, ſi Dii ſint, ſit divinatio. ¶ Veteres uſurparent pro ultro citroque poſcere, teſte *Feſto*, quia procare eſt petere. *Pacuv. & Plaut. apud eund.*

Reciprocus, a, um, *reciproco*, ἀντίστροφος, quod alicunde profectum, redit eo, unde profectum eſt. *Plin. l.* 9. *c.* 57. Etiam reciprocis amnibus ſiccato litore. *Id. l.* 5. *c.* 4. Reciprocum mare. ¶ Reciproca argumenta, Græcis ἀντιστρέφοντα, ſunt, quæ referri contra, convertique in eum poſſunt, a quo dicta ſunt, & utrunque pariter valent. V. *Gel. l.* 5. *c.* 10. & *l.* 9. *c.* 16. ¶ Apud *Grammaticos* pronomina reciproca ſunt, quibus tertiæ perſonæ agunt in ſe ipſas, vel in res a ſe poſſeſſas, vel e ſe ipſis, aut a rebus a ſe poſſeſſis petuntur, ut *ſui*, *ſibi*, *ſe*, & *ſuus*, *ſua*, *ſuum*.

Reciſamentum, ci, ἀπότμημα, fruſtum exiguum, & veluti ramentum e re quapiam reciſum. *Plin. l.* 34. *c.* 11. Ocyſſima vero limonarium æruginem contrahit reciſamentis in acetum additis.

Reciſio, onis, f. *recidimento*, ἀπότμησις, actus recidendi. *Plin. l.* 12. *c.* 4. Omnis autem reciſione, atque eſtione proficit.

Reciſus, a, um, *reciſo*, *tagliato*, ἀποτετμημένος. *Plin. l.* 16. *c.* 34. Itaque cum trunco iniruit, reciſa etiam lætius fruticat. ¶ Ponitur etiam pro occiſo, deleto, profligato. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 13. Ita eſt eodem eſſe partim reciſas, partim repreſſas. ¶ Reciſum tempus, idem eſt ac breve. *Calliſtrat. JCtus ff. de term. moto*. Poſſunt ad tempus relegari; ſi junior, in longius, ſi ſenior, in reciſius.

Recitatio, onis, *recitazione*, ἀνάγνωσις, actus recitandi, pronuntiatio. *Cic. pro Cluent. c.* 31. Ut illum recitationis ſuæ pœniteret. *Idem pro Domo c.* 9. Recitatio literarum. *Plin. l.* 2. *ep.* 13. Ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuiſſe, ſed creditor.

Recitator, oris, *recitatore*, ἀναγνώστης, qui recitat. *Cic. pro Cluent. c.* 32.

Tres

Digitized by Google

Tres & ipſe excitavit recitatores cum ſingulis libellis. ¶ Proprie autem recitatores dicebantur, qui in judicio recitabant libellos, teſtimonia, & alia, quæ allegabantur ab actoribus, ut liquet ex citato *Cic. loco*, quem integrum lege. Præterea recitatores dicti Poetæ, aut Oratores, qui in cœtu amicorum, aut publice ſcripta ſua recitabant. *Plin. l. 1. ep. 13.* Subinde ſibi nuntiari jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem, an magna ex parte evolverit librum.

Recĭto, as, a. 1. *recitare*, קרא, Ger. *laut verleſen, ergehlen*, ἀναγινώσκω, eſt ſcripturam, vel orationem, vel aliud ejuſmodi clara voce legere, vel memoriter pronuntiare, ut alii audiant, & intelligant, & proprie dicitur de iis, qui in cauſis libellos legunt, & teſtimonia, a *cito*, quod a *cieo*. *Cic. 4. Ver.* Quid ego nunc hic Sexti Pompeji Chlori teſtimonium recitem? *Id. l. 10. Fam. ep. 12.* Cave, putes, ullas literas unquam gratiores, quam tuas, in Senatu eſſe recitatas. *Id. pro Dom.* Patrem tuum L. Philippus Cenſor avunculum ſuum præteriit in recitando Senatu. *Plin. l. 7. c. 52.* Recitare hæredem. ¶ Conſtruitur etiam cum præpoſ. *ex*, vel *de*. *Cic. 5. Ver.* Da, quæſo, ſcribæ, recitet ex codice. *Id. pro Cluent.* Quod elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatii patris. ¶ Mos fuit poetis quoque, & aliis poſtea ſcriptoribus privatim in amicorum domibus lucubrationes ſuas legere, antequam ederentur, ut judicium, atque cenſura de iis fieret, vel oſtentandi ingenii gratia, qua de re V. *Lipſ. Centur. 2. ad Belg. ep. 48. Sen. epiſt. 95.* Recitator hiſtoriam ingentem attulit, minutiſſime ſcriptam, arctiſſime complicatam, & magna parte perlecta, deſinam, inquit, ſi vultis, acclamatur, Recita, recita, ab iis, qui illum obmuteſcere illico cupiunt.

Reclamatio, onis, actus reclamandi, clamor. *Cic. Phil. 4. c. 2.* Præclara reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobaſtis.

Reclamĭto, as, n. 1. freq. a *reclamo*. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 22.* Reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.

Reclāmo, as, avi, atum, *contraddire*, Germ. *dar widder ſchreyen*, Gall. *contredire*, Hiſp. *reclamar*, ἀντιβοάω, ἀντιλέγω, contra clamo, clamore adverſor, repugno. *Cic. 3. de Orat.* Theatra tota reclamant. *Item 6. Ver.* Reclamat Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium. *Id. l. 1. Fam. ep. 2.* Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. *Quintil. l. 12. cap. 1.* Quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur. h. e. objici. *Stat. 3. Theb.* plangoribus arva reclamant. h. e. reſonant.

Reclango, is, n. 3. contra, vel valde clango. *Ammian. l. 27. c. 7. (al. 13.)* Reclangentibus cunctis ſonitu ruinarum immenſo.

Reclinātus, a, um, ἀνακεκλιμένος, recumbens, procumbens. *Hor. l. 2. carm. od. 3.* Seu te in remoto gramine per dies Feſtos reclinatum bearis Interiore nota Falerni. *Sen. epiſt. 36.* Solet obrepere ſomnus in aliquod adminiculum reclinatis.

Reclīno, as, avi, atum, n. 1. *inchinare*, הטה, Ger. *anlainen*, Gal. *encliner, pencher*, Hiſp. *recoſtarſe*, ἀνακλίνω, incurvo, reflecto, ad aliquid flecto. *Cic. in Arat.* At Cepheus caput, atque humeros, palmaſque reclinat. *Sen. in Conſol. ad Marc. c. 2.* In quem onus imperii reclinaret.

Reclinis, ne, adject. &

Reclinus, a, um, adject. idem ac reclinatus, incumbens, recumbens. *Martial. l. 9. epigr. 91.* In gramine roſeo reclinis. Alii legunt *reclivus*. V. ſeq. dictionem. *Vopiſc. in Probo, c. 4.* Reclinus, & reſupinus. Al. hic quoque leg. *reclivis*.

Reclīvis, & ve, n. 3. *chino, inclinato*, Germ. *geleinet*, Gal. *enclin*, Hiſp. *recoſtado*, ὕπτιος, acclivis, reclinatus, procumbens. *Ovid. 10. Met.* Inque ſinu juvenis poſita cervice reclivis. *Pallad. l. 1. c. 6.* Campo ad ſolem reclivi. *Tac. Ann. 13. c. 16.* Ille ut erat reclivis, & neſcio ſimilis. *l. 14. c. 5.* Acerronia ſuper pedes cubitantis reclivis. Utroque hoc Taciti loco alii legunt *reclinis*.

Reclūdo, is, ſi, ſum, a. 3. *aprire*, פתח, Ger. *entſchlieſſen*, Gal. *ouvrir*, Hiſp. *abrir*, ἀνοίγω, quod clauſum erat, aperio. *Virg. 8. Æn.* Infernas reſeret ſedes, & regna recludat Pallida. *Ovid. 7. Metam.* Stricto Medea recludit enſe ſenis jugulum. *Horat. l. 1. ep. 5.* Quid non ebrietas deſignat? operta recludit. *Id. l. 1. od. 24.* Non lenis precibus fata recludere. h. e. reſolvere, mutare, & defunctis vitam reddere. ¶ Interdum eſt probe claudere, claudendo ſeparare. *Juſtin. l. 1. c. 9.* Quærit de filio, an Cyri filius rex eſſet. Illa, nec ſe ipſam ſcire, ait, nec ex alia poſſe cognoſcere, quia ſingulæ ſeparatim recludantur.

Reclūſus, a, um, *aperto*, ἀνεῳγμένος, apertus, partic. a recludor. *Ovid. 7. Metam.* Foribuſque recluſis, Speſque, fideſque, pater, dixit.

Recoctus, a, um, adject. *biſcotto*, rurſus coctus, valde coctus. *Plin. l. 3. c. 20.* E ferro ergaſtulorum recocto gladios, & tela fecerunt. *Martial. l. 13. epigr. 33.* Velabrenſi maſſa recocta foco. h. e. caſeus. Al. leg. *coacta*. *Stat. l. 4. Silv. 9.* Paſſum recoctum. ¶ Translate *Petron. in fragment.* Anus recocta vino, trementibus labellis. h. e. valde ebria. ¶ Senex recoctus dicitur, qui forti eſt temperamento & vegeto, apud *Catul. carm. 52. in Caſ.* Alii exponunt, ebrietati deditum. ¶ Scriba recoctus, apud *Hor. l. 2. ſat. 5. v. 55.* eſt, qui multarum rerum experientia, uſuque officiorum callidus factus eſt, & vafer. Alii aliter interpretantur.

Recœno, as, n. 1. rurſus cœno. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 17.* Eam, quoad vixit, foris poſtea non recœnaſſe.

Recogitatio, onis, f. &

Recogitātus, us, m. actus recogitandi. *Tertul. ſunt de exhort. ad caſtit. c. 4. & l. 4. cont. Marcion. c. 43.*

Recogĭto, as, a. 1. *ripenſare*, Ger. *wider betrachten*, Gall. *repenſer*, Hiſp. *repenſar*, ἀναλογίζομαι, iterum, atque iterum cogito. *Cic. Q. Frat. l. 2. ep. 2.* Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana, & nominibus Pompejanis in otio recogitaſſe.

Recognitio, onis, f. *ricognizione*, הכרה, Germ. *wider erkantnuſſ*, Gal. *reconnoiſſance*, Hiſp. *reconocimiento*, ἀναγνώρισις, repetita agnitio, iterata ex intervallo cognitio, recordatio, vel commemoratio. *Cic. 6. Ver. c. 30.* Qui tandem iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum? ¶ Item pro inſpectione, reviſione. *Col. l. 11. c. 1.* Nam frequens recognitio nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum præbet.

Recognĭtus, a, um, nom. partic. *riconoſciuto, riviſto*. *Cic. Ver. 2. c. 77.* Omnia ſumma cura recognita, & collata.

Recognoſco, is, ovi, itum, a. 3. *riconoſcere*, Germ. *wiederkennen*, Gall. *reconnoiſtre*, Hiſp. *reconocer*, ἀναγνωρίζω, rurſus cognoſco, rem olim cognitam denuo cognoſco. *Cic. 2. Ver.* Non videtur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam voluiſſe, ſed ea, quæ ſcit, mecum recognoſcere. ¶ Ponitur etiam pro agnoſcere. *Ovid. 1. Faſt.* Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. ¶ Item pro ad memoriam revocare, recordari. *Cic. 4. Ver.* Cum iſtius in Quæſtura fugam, & furtum recognoſceret. ¶ Item pro æſtimare, conſiderare. *Brut. Cic. l. 16. Fam. ep. 2.* Verba tua recognoſce, & aude negare, ſervientis adverſus Regem iſtas eſſe preces. ¶ Item pro inſpicere, videre. *Col. l. 1. c. 8.* Veſtem, manicas, pedumque tegmina recognoſcat. *Cic. 3. de Leg.* Quamobrem quoniam non recognoſcimus nunc leges Populi Romani. ¶ Item pro recenſere, *far la moſtra*. *Sueton. in Calig. c. 16.* Equites Romanos ſevere, curioſeque, nec ſine moderatione recognovit.

Recollĭgo, is, egi, ectum, a. 3. *raccogliere, adunare, mettere inſieme*, קבץ, Ger. *wider zuſamen leſen*, Gall. *recueillir*, Hiſp. *recoger*, συλλέγομαι, rurſus in unum colligo. *Col. l. 8. c. 5.* Ut quæ mota ſunt ova, recolligantur. ¶ Translate ſumitur pro corrigere, revocare ab ira. *Cic. Att. l. 1. ep. 5.* Etiam ſi cujus animus in te eſſet offenſior, a me recolligi oportere. ¶ Item pro vires recipere, ſeu reſumere. *Plin. l. 23. c. 7.* Recolligentibus ſe a longa valetudine utiliſſima.

Recŏlo, is, lui, ultum, a. *rinnovare*, Germ. *widerbauen*, Gall. *cultiver derechef*, Hiſp. *labrar otra vez*, ἀνακαινίζω, rurſum colo, renovo. *Liv. l. 27.* Arare, ſerere, deſertam recoli terram. *Tac. l. 3. Ann. c. 72.* Avitum decus recoluit. *Plin. ep. 9. l. 7.* Ut enim terræ variis, mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur. ¶ Item pro decorare, exornare. *Tac. l. 1. hiſt. c. 77.* Et recens ab exilio reverſos nobiles adoleſcentulos avitis, ac paternis ſacerdotiis recoluit. ¶ Item pro exercere. *Cic. 1. de Orat. c. 1.* Ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolendas. ¶ Item pro reputare, repetere, meditari. *Cic. 13. Phil.* Quæ ſi tecum ipſa recolis, æquiore animo, & majore conſolatione moriere.

Recōlo, as, a. 1. iterum colo, *colare di nuovo*. *Scribon. Larg. Compoſit. 268.* Recolare per linteum.

Recomminiſcor, eris, entus ſum, d. 3. ἀναμιμνήσκομαι, reduco in memoriam. *Plaut. Trin. 4. 2. 70.* Literas recomminiſcar.

Recompingo, is, a. 3. rurſus compingo, unio. *Tertull. de reſur. carn. c. 30.* Recolligi, & recompingi os ad os.

Recompōno, is, ſui, ſitum, a. 3. *racconciare, aggiuſtare, e unire di nuovo*, rurſus compono. *Ulp. l. 26. de aur. arg. leg.* Si in hoc ſint ſoluti, ut recomponantur.

Recompoſĭtus, a, um, *ricompoſto*, ἀνασύνθετος, rurſus compoſitus. *Ovid. l. 1. Am. eleg. 7.* Pone recompoſitas in ſtatione comas.

Reconciliatio, onis, *riconciliazione, pace*, שלום, Germ. *widerverſonung*, Gal. *reconciliation*, Hiſp. *reconciliacion*, καταλλαγή, actus reconciliandi. *Cic. Att. l. 9.* Agat de reconciliatione gratiæ ſuæ, & Pompeji. *Id. 3. Catil. c. 10.* Reconciliatio concordiæ.

Reconciliātor, oris, *riconciliatore*, מכפר, Ger. *verſöner*, Gal. *reconciliateur*, Hiſp. *reconciliador*, καταλλακτής, pacificator. *Liv. l. 35. c. 45.* Phaneas reconciliatore pacis, & diſceptatore de iis, quæ in controverſia cum Pop. Rom. eſſent, utendum potius Antiocho cenſebat, quam duce belli.

Reconciliātus, a, um, *reconciliato*, καταλλαχθείς. *Cic. l. 5. Fam. epiſt. 2.* Quod ſcribis de reconciliata noſtra gratia. *Curt. l. 6. c. 10.* Dextra animi reconciliati pignus.

Reconcilio, as, avi, atum, a. 1. *riconciliare, pacificare, far' amico*, רצה, Germ. *wider umb verſunen*, Gal. *reconcilier*, Hiſp. *reconciliar*, καταλλάττω, in gratiam reſtituo, in concordiam reduco. *Cic. Att. l. 6.* Sed furentem animum patris tui ſorori tuæ reconciliavit. *Id. Att. l. 1. ep. 7.* Ut eorum quam diligentiſſime cum Luccejo de veſtra vetere gratia reconciliarede. *Id. pro Dom.* Inimici in gratiam reconciliabantur. ¶ Reconciliare filium domum, eſt efficere, ut ille domum redeat. *Plaut. Capt. 1. 2. 63.* Nam illum confido domum in his diebus me reconciliaſſere. h. e. redempturum, & adducturum domum. ¶ Reconciliare exiſtimationem, eſt eam recuperare. *Cic. 2. Ver. c. 1.* In quo reconciliare exiſtimationem judiciorum amiſſam poſſetis. ¶ *Reconciliaſſo* pro reconciliavero, *Plaut. Capt. 3. 4. 44.*

Reconcinno, as, a. 1. *riſare*, בדק, Germ. *ernewern*, Gal. *raccoûtrer*, Hiſp. *rehazer*, ἀνασκευάζω, denuo compono, inſtauro, reparo, expolio. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. *Caſ. 2. B. C. c. 13.* Diuturni laboris detrimentum ſolertia, & virtute militum bene reconcinnatur.

Reconclūdo, is, a. 3. idem quod concludo, claudo. *Tertull. adverſ. Prax. c. 16.* Quem iſti in Pilati tribunal imponunt, & in monumento Joſeph reconcludunt.

Recondĭtus, a, um, *ripoſto*, ἀπόθετος. *Cic. 6. Ver.* Statuerunt ſe ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere. ¶ Metaleptice capitur pro occulto, abſtruſo. *Cic. pro Quinct. c. 18.* Natura triſti, ac recondita fuit. *Id. in Brut.* Erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam, & reconditæ. *Id. 4. Acad. c. 4.* A me autem ea, quæ in promptu erant, dicta ſunt, a Lucullo autem reconditiora deſidero.

Recondo, is, didi, ditum, a. 3. *riponere*, צפן, Germ. *verbergen*, Gall. *cacher, mettre dedans*, Hiſp. *guardar*, ἀποτίθεμαι, repono, ſepono. *Cic. 2. de Inv. c. 4.* Gladium cruentum in vaginam recondidit. *Ovid. 11. Met.* Depoſuitque caput, ſtratoque recondidit alto. ¶ Translate eſt tegere, occultare. *Virg. 3. Æn.* Quos fama obſcura recondit. ¶ Accipitur etiam contrario ſenſu pro expromere, emittere, effundere. *Propert. l. 2. eleg. 23. v. 50.* Cum ſubito Triton ore recondit aquam.

Recondūco, is, uxi, ctum, a. 3. rurſus conduco, vel duco. *Quintil. Declam. 12.* Vicinarum provinciarum copias reconducit. *Ulpian. l. 13. Dig. de locat. cond.* Reconduxiſſe videbitur.

Reconductus, a, um, nom. ex partic. *ricondotto*. *Plin. l. 29. c. 1.* Unum agrum ex provincialibus HS ducentis reconductum.

Reconflo, as, a. 1. ἀναχωνεύω, denuo conflo. Translate regenero. *Lucr. l. 4. v. 923.* Unde reconflari ſenſus per membra repente poſſit?

Reconſigno, as, a. 1. rurſus ſigno, noto. *Tertul. de reſur. carn. c. 55.* Ideo & reconſignat imprimens.

Reconſueſco, is, n. 3. Apud *Tertul. de cultu fam. c. 9.* eſt in contrarium conſueſcere. Gloria, inquit, reconſuevit.

Recŏquo, is, coxi, coctum, a. 3. *ricuocere*, Germ. *widerumbkochen*, Gall. *recuire*, Hiſp. *recozer*, ἀνεψέω, rurſus coquo. *Cic. de Sen. c. 23.* Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit, neve tanquam Peliam recoxerit. ¶ Translate pro rurſus polire, & formare ponitur, tanquam aurum, & ſimilia, quæ iterum coquuntur, ut meliora fiant. *Quinct. l. 12. c. 6.* Sed præcipue tamen Apollonio Moloni ſe reformandum, ac velut recoquendum dedit. *Lucan. l. 7. v. 148.* Spiculaque extenſo Pæan Pythone recoxit.

Recordabĭlis, le, adject. *che ſi può ricordare, o deve ricordare*. *Claud. Mamert. l. 3. c. 14.* Memoria multitudine recordabilium diſtenditur.

Recordatio, onis, *ricordazione, memoria*, זכרון, Germ. *widergedachtnuſſ*, Gal. *ſouvenance*, Hiſp. *memoria*, ἀνάμνησις, reminiſcentia. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Concidit in Curiæ pene limine, recordatione, credo, Gabinii ſui, deſiderioque Piſonis. *Id. ad Att. 12. ep. 18.* Recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. *Plin. l. 1. ep. 9.* Subit recordatio. *Rurſus Cic. 5. Fam. ep. 13.* Dare alicui jucundas recordationes conſcientiæ ſuæ. *Id. Attic. l. 9. ep. 1.* Habere recordationem alicujus rei. *Id. 2. de Orat. c. 2.* Repetere recordationem.

Recordātus, us, ui, m. recordatio, memoria. *Tertul. de reſur. carn. c. 4.* Recordatui tuo ereptam.

Recordātus, a, um, nom. particip. ſignif. activæ. *Tacit. Ann. 15. c. 70.* Recordatus carmen, verſus ipſos retulit. ¶ Paſſive *Sidon. l. 9. ep. 3.* Anima male conſcia, & per horas ad recordata pœnalis vitæ debita contremiſcens.

Recordo, as, a. 1. in memoriam revoco, memoriam alicui refrico. *Quadrig. l. 5. Annal. apud Non. c. 7. n. 65.* Is ubi Darium cognovit, & patria (al. patrem) eum recordavit.

Recordor, aris, d. 1. *ricordarſi*, זכר, Germ. *ſich wider erinneren*, Gal. *ſe ſouvenir*, Hiſp. *acordarſe*, ἀναμιμνήσκομαι, in memoriam, ſive in mentem revoco, memini, memoria teneo. Aliqui recordari dictum cenſent, quaſi rurſus in cor revocare, vel iterum rem cordi dare, quod veteres cor pro mente dixerint. Sane *Plaut.* pro reputare, mente verſare poſuit. *Moſtell.* 1. 2. Recordatus, inquit, multum, & diu cogitavi, hominem cujus rei, quando natus eſt, ſimilem eſſe arbitrarer. ¶ Ceterum priore notione, quam diximus, conſtruitur cum gen. *Cic. in Piſon.* Et cum aliquo dolore flagitiorum ſuorum recordabitur. *Id. Att. l. 4.* Recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis. ¶ Vel cum acc. *Cic. de Sen.* Ut pedeſtres, navaleſque pugnas, ut bella a ſe geſta, triumphoſque recordentur. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. pro Planc.* Quoniam iſtis veſtris lacrymis de illis recordor, quas pro me ſæpe, & multum profudiſtis. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. in Brut.* Recordor longe omnibus unum anteferre Demoſthenem. *Id. Att.* Cum recordor, hæc me tum vidiſſe. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. pro Mur.* Admonitus re ipſa recordor, quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis, Servi, detraxerint. ¶ Admittit præterea abl. cum præp. *cum*. *Cic. l. 15. Fam.* Tu, velim, tua in me ſtudia, & officia multum tecum recordere. *Id. pro Cluen.* Si cum animis veſtris longo intervallo recordari C. Staleni vitam, & naturam volueritis.

Recorporatio, onis, f. *rimeſſione*. *Tertull. de reſurr. carn. c. 30.* Recorporatio, & coadunatio oſſium.

Recorporativus, a, um, adject. vim habens recorporandi. *Cal. Aurel. Acut. 3. c. 16.* Helleborum eſt recorporativæ virtutis.

Recorporo, as, a. 1. *creare, dar corpo*. *Tertull. de reſur. carn. cap. 7.* Figulo licet argillam, temperatam ignis afflatu, in materiam robuſtiorem recorporare.

Recorrigo, is, exi, ectum, a. 3. *corriggere, o drizzare di nuovo*. *Senec. ep. 50.* Si modo ante incipimus recorrigere animum noſtrum, quam indureſcat pravitas ejus.

Recraſtino, as, n. 1. *differire di giorno in giorno*, [illegible], Germ. *weiter verſchieben*, Gal. *differer*, Hiſp. *dilatar*, ἀναβάλλομαι, procraſtino, in craſtinum rejicio, differo. *Plin. l. 17. c. 14.* Recraſtinare minime utile. *Col. l. 2. c. 21.* Propter quæ recraſtinari non debet.

Recreatio, onis, *ricreazione*, ἀνάψυξις, refectio, refocillatio. *Plin. l. 22. c. 21.* Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.

Recreator, oris, qui rurſus creat, vel reſtituit. *Inſcript. apud Gruter. pag. 1095. n. 7.* Pollio Julia Clementiano libertatis redonatori, viæ populi omnium munerum recreatori, &c. *Tertul. de anim. c. 41.* Summus recreator corporum.

Recreatus, a, um, ἀναπεπαυμένος, *ricreato, ſollevato*. *Cic. pro R. Am.* Tum vero in iſto bello non recreatus, neque reſtitutus, *ſed* ſubactus, oppreſſuſque Populus Romanus eſt.

Recrementum, ti, σκωρία, purgamentum, retrimentum, ſordes alicujus rei. *Celſ. l. 6. c. 8.* Ulcera illinenda ſunt aut plumbi recremento, aut ceruſſa, ideſt ſcoria. *Plin. l. 18. c. 16.* Recrementa farris. *Gel. l. 17. c. 11.* Aridiora recrementa in alvum concernere, humidiora per renes in veſicam.

Recreo, as, a. 1. *ricreare*, [illegible], Germ. *ergetzen*, Gal. *recreer*, Hiſp. *recrear*, ἀναζωογονέω, iterum creo, reficio, a *creo*. Proprie enim recreare eſt id, quod deperiit, inſtaurare, & denuo creare. *Plin. lib. 34. c. 15.* Ad purganda vulnera, fiſtulaſque, & omnem callum erodendum, & raſis oſſibus carnes recreandas. ¶ Translate ponitur pro iterum eligere ſeu conſtituere. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 4.* Quos cum T. Gracchus Conſul iterum recrearet. ¶ Item pro vires renovare. *Cic. ad Quir. poſt red.* Qui a gravi morbo recreati ſunt. ¶ Item pro conſolari. *Cic. in Somn.* Cujus ego nomine ipſo recreor. *Idem pro Planc.* Nunc autem veſter conſpectus, & conſeſſus iſte reficit, & recreat mentem meam. *Id. Att. l. 1. ep. 16.* Recreare animum.

Recrepo, as, n. 1. *riſonare*, Germ. *ertonen*, Gall. *retentir*, Hiſp. *reſonar*, ἀντηχέω, crepitum reddo, reſono. *Catul. de Berec. & Aty. carm. 64.* Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant.

Recreſco, is, evi, etum, n. 3. *creſcere un altra fiate*, ἀναφύομαι, rurſus creſco. *Plin. l. 11. c. 37.* Nec præciſa oſſa recreſcunt. *Liv. l. 26. c. 41.* Favete omnini Scipionum, velut acciſis recreſcenti ſtirpibus.

Recrudeſco, is, dui, ſine ſup. *ritornare crudo*, ἐξαγριαίνομαι, ad priſtinam cruditatem redeo. Translate accipitur pro rurſus exaſperari, & dicitur de morbis, de vulneribus, de pugna, & ſimilibus rebus, *ſemper in malam partem*, quaſi iterum res hujuſmodi crudæ fiant, cum renovantur. *Cic. l. 4. Fam. ep. 6.* Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. *Liv. l. 6. c. 18.* Recrudeſcente Manliana ſeditione. *Id. l. 10.* Ibi interventu Gellii, cohortiumque Sabellarum pauliſper recrudvit pugna.

Recta, æ, ὀρθοστάδιος, veſtimenti virilis genus. *Feſt.* Rectæ appellantur veſtimenta virilia, quæ patres liberis ſuis conficienda curant, ominis cauſa, ita uſurpata, quod a ſtantibus, & in altitudinem texuntur.

Recta, *a dirittura*, ἰθεῖαν, recta via, nomen adjectivum caſus ablativi, ſub quo via intelligitur. *Cic. Att. l. 6. ep. 8.* E navi recta ad me venit. *Id. ib. l. 5. ep. 14.* Recta proficiſci ad exercitum.

Recte, adv. *direttamente*, Germ. *recht*, Gal. *bien*, Hiſp. *bien*, *derechamente*, ὀρθῶς, recta linea, non oblique. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Sive aliæ declinabunt, aliæ ſuo nutu recte ferentur, erit hoc quaſi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur. ¶ Translate ſumitur pro bene, probe, præclare. *Cic. 4. Acad.* Recte concluſit, tenes, ſin vitioſe, minam Diogenes reddet. *Id. 3. Phil.* Recte, atque ordine, exque Republica feciſſe videri. *Id. 1. Leg. c. 5.* Rectiſſime animadvertere. *Id. in Piſon. c. 28.* Recte an ſecus, nihil ad nos. ¶ Item pro apte, & compoſite. *Ter. Adelph. 4. 3.* Et recte, & vere dicis. ¶ Item pro juſte. *Ter. Andr.* Pater recte vinctus eſt. ¶ Item pro aperte, non diſſimulanter. *Cic. 1. de Div.* Epicurus circumitione quadam Deos tollens, recte non dubitat diviſionem tollere. ¶ Item pro tuto. *Cic. l. 2. Fam. ep. 7.* Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem. *Id. l. 14. ep. 14.* Recte in præſentia domi eſſe poteſtis. ¶ Item pro utiliter. *Hor. l. 2. Serm. ſat. 7.* Non mia recte ponere. ¶ Item pro proſpere, feliciter. *Cic. in Brut.* Quæ ſi recte eſſent, id eſt ſi bene, & commode caderent. *Idem Att. l. 1. ep. 7.* Apud matrem recte eſt. ¶ Item pro naturaliter, non monſtroſe. *Don. ad Ter. Hec. 4. 1.* Præſertim cum & recte, & tempore ſuo pepererit. ¶ Item pro laudabiliter, ſine reprehenſione. *Cic. Att. l. 16.* Qui minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim, quam Marcellus? ¶ Item pro patienter. *Ter. Eun. 1. 1.* Et illas, quas habet, recte feras. ¶ Recte eſt, pro ſanus eſt. *Ter. Heaut. 2. 1.* Tum quod dem ei, recte eſt. ¶ Item pro bene eſt. *Ter. Hec. 3. 2.* Quid eſ igitur lacrymas? aut quid es tam triſtis? PA. Recte mater. Ubi inquit *Don. Recte mater*: Sic dicimus, cum ſine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii *recte* ſic accipiunt, ut intelligant; nihil eſt mali. *Id. Adelph.* Quid fit? quid agitur? S. Recte. ¶ Item pro ſic eſt, etiam. *Ter. Adelph. 1. 3.* Tu rus hinc abis? D. Recte. ¶ Item pro nihil, auctore *Donato*. Voce enim *nihil* veteres abſtinebant ominis cauſa, quia putabant, ſi *nihil* dixiſſent, nihil in poſterum ſibi boni futurum eſſe. *Ter. Eun. 2. 3.* Rogo, numquid velit; Recte, inquit, abeo. ¶ *Recte facitis*, gratiarum actio eſt, interprete Donato. *Ter. Eun. 5. 9.* Mirum, ni illus homine quoque pacto opus eſt. C. Idem arbitror. O. Recte facitis. ¶ Non recte dicere alicui, eſt illi maledicere. *Plaut. Pſeud. 4. 6. 21.* Nam quanti refert ei nec recte dicere, qui recte nihil faciat? *Plaut. Merc. 4. 4. 62.* Eadem licebit mecum cœnare rectius, h. e. lautius, largius.

Rectio, onis, *governo*, ἡγεμονία, actus regendi, adminiſtratio, gubernatio. *Cic. 5. Fin. c. 4.* Ea quoque eſt ab iiſdem non ſolum ad privatæ vitæ rationem, ſed etiam ad Rerumpublicarum rectionem relata. *Et c. 22. l. 4.* Rerumpublicarum rectiones.

Rectitudo, inis, f. *dirittura*. *Aggen. Urb. in Frontin. apud Goeſ. pag. 46.* Rigor ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit.

Recto, pro recta, adverb. legitur in quibuſdam edition. *Dig. lib. 49. tit. 1. leg. 21.* in aliis *recta*.

Rector, oris, *rettore*, *governatore*, מדבר, Ger. *regierer*, Gall. *recteur*, Hiſp. *regidor*, κυβερνήτης, qui regit, gubernator. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 35.* [illegible] ſe aliquem non ſolum habitatorem in hac cœleſti, ac divina domo, ſed etiam rectorem, & moderatorem. *Id. 1. Divin. c. 24.* Tot navium rectores profecti ab Ilio. *Id. 1. de Or. c. 48.* Reipublicæ rector. *Suet. in Aug. 14.* Rectorem apponere ætate parvulis, ac mente lapſis. *Tac. Ann. 13. c. 2.* Burrhus, & Seneca rectores imperatoriæ juventæ.

Rectrix, icis, *governatrice*, מנהגת, Ger. *regiererin*, Gal. *rectrice*, *gouvernante*, Hiſp. *regidora*, κυβερνήτειρα, gubernatrix. *Col. l. 3. c. 10.* Videmus hominibus inſpiratam velut aurigam, rectricemque membrorum animam. *Plin. l. & c. ult.* Italia rectrix, parenſque mundi altera.

Rectum, i, ſubſt. *l'oneſto*, *il giuſto*, rectitudo, virtus. *Virg. 1. Æn.* Et mens ſibi conſcia recti. *Ovid. 1. Met.* Quæ vindice nullo, ſponte ſua, ſine lege, fidem, rectumque colebat.

Rectura, æ, f. rectitudo. *Frontin. de Colon. apud Goeſ. p. 130. & 131.*

Rectus, a, um, διευθυνθείς, *retto*, *regolato*, gubernatus, partic. a rego. *Plaut. Bacch. 3. 3. 8.* Ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. ¶ Sæpe nomen eſt, pro eo, qui nullam in partem flectitur, cujus contrarium eſt obliquus, *dritto*, ישר, Ger. *recht*, Gal. *juſte*, *droit*, Hiſp. *derecho*, *juſto*, ὀρθός. *Plin. l. 12. c. 19.* Hi recto curſu per ſinus impelluntur. *Horat. l. 1. ſat. 2.* Crus rectius. *Senec. ep. 95.* Recta coma. *chioma diſteſa*. ¶ Translate pro bono, honeſto, æquo ponitur. *Cic. 1. Acad.* Tertia de diſſerendo, & quid verum, quid falſum, quid rectum in oratione, pravumve, quid conſentiens, quid repugnans, judicando. *Id. Att. lib. 6.* Sauſeium ſine meis literis ad te venire vix rectum erat. *Id. 5. Fam. ep. 19.* Ea maxime conducunt, quæ ſunt rectiſſima. *Plaut. Capt. 5. 2. 7.* Recta, & vera loqui. *Cic. lib. 1. Offic. c. 38. ſub fin.* Rectum eſt autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimiciſſimis ſunt, gravitatem retinere, iracundiam repellere. ¶ *Recta via rem narrare*, eſt narrare rem, ut eſt, nihil mentiri. *Ter. Heaut. 4. 3.* Imo ut recta via rem narret ordine. ¶ *Cœna recta*, vel *recta* abſolute eſt cœna legitima, & liberali apparatu exhibita. Liberaliores autem divites ſalutatoribus ſuis legitimum convivium exhibebant, quæ recta cœna vocabatur: ſordidi, & maligniores rectæ cœnæ loco ſportulam tantum præbebant. *Suet. in Dom. c. 7.* Multa etiam in conviviorum uſu novavit: ſportulas publicas ſuſtulit, revocata cœnarum rectarum conſuetudine. *Id. in Aug. c. 74.* Convivabatur & aſſidue, nec unquam, niſi recta, non ſine magno ordinum, hominumque delectu. *Mart. l. 8. ep. 50.* Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. ¶ Hinc *recte apparate vivere*, apud *Senec. ep. 90.* eſt laute vivere. ¶ Recta tunica. V. *Recta*. ¶ Recti caſus apud Grammaticos dicuntur nominativus, & vocativus. *Donatus*. Apud *Var. l. 7. de L. L.* rectus caſus dicitur ſolus nominativus, quia nullam patitur vocabuli inflexionem. ¶ Rectum inteſtinum eſt illud, quod in ima ventris parte, qua excrementa excernuntur, poſitum eſt, nulloſque ſinus habet, ſed recta extenditur uſque ad ſedem. *Celſ. l. 4. c. 1.*

Recubitus, us, m. actus recumbendi, ſubſultus ille, quem faciunt corpora in ſolum durum incidentia. *Plin. l. 24. c. 19.* Ipſum baculum per ſe recubitu propiore adlabi.

Recubo, as, bui, bitum, n. 1. *riposare*, רבץ, Germ. *liegen*, Gall. *coucher*, Hiſp. *repoſarſe*, *eſtar echado*, ἀνάκειμαι, rurſus, ſeu iterum cubo. *Cic. 1. de Div.* Deinde cum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe dixiſſet, recubuiſſe. ¶ Interdum idem eſt, quod ſimplex *cubo*, ideſt jaceo, quieſco. *Cic. 2. de Orat.* M. Lepidus, cum cæteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet. *Id. 3. de Orat.* Recubans molliter, & delicate.

Recudo, is, cudi, cuſum, a. 3. *ribattere*, Germ. *widerumb ſchmiden*, Gal. *reforger*, Hiſp. *recozer*, ἀνακόπτω, denuo cudo. *Varro*. Ut hi ſunt, qui vetera metalla recudunt.

Recula, æ, πραγμάτιον, parva res. *coſarella*. *Plaut. in fragm. Clitellariæ.* Si quidem imperes pro copia, pro recula. *Donat. in vita Virgil.* Apibus curandis reculam auxit. ¶ Dicitur etiam *reſcula*. *Apul. l. 4. Metam.* Panoſæ reſculæ. Sunt tamen qui & hic *recula* legunt.

Recultus, a, um, nom. partic. a recolo. *Ovid. 5. Met. v. 647.* partimque rudi data ſemina juſſit Spargere humo, partim poſt tempora longa recoli.

Recumbo, is, cubui, cubitum, n. 3. *giacere*, שכב, Germ. *ligen*, *ſitzen*, Gall. *coucher*, *s'aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, ἀνακλίνω, idem ac recubo, ideſt toto corpore jaceo. *Plin. lib. 17. cap. 22.* Adeo non recumbat in eo, nec delicate ſe ſpargat. ¶ Sæpe ſumitur pro accumbere, ſeu jacere ad menſam. Nam veteres in lectis jacentes cibum ſumebant. *Horat. lib. 1. ep. 5.* Si potes Archiacis conviva recumbere lectis. *Plin. lib. 4. ep. 22.* Cœnabat Nerva cum paucis: Vejento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat. ¶ Interdum pro inclinari. *Virg. 9. Æn.* Inque humeros cervix collapſa recumbit. ¶ Recumbere etiam dicuntur ea acclivia. *Martial. lib. 4. epigr. 64.* jugera pauca Martialis Longo Janiculi jugo recumbunt.

Recuperatio, & **Reciperatio**, onis, *ricuperazione*, Germ. *widerer holung*, Gall. *recouvrement*, Hiſp. *recobramiento*, ἀνάληψις, actus recuperandi. *Cic. 10. Phil. c. 10.* Ita præclara eſt recuperatio libertatis. *Juſtin. l. 36. c. 1.* Contentus reciperatione urbium, quas amiſerat. ¶ In juridicis, apud *Feſt.* ut *Gallo Ælio*, reciperatio eſt, cum inter populum & reges, nationeſque & civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciplanturque, reſque privatas inter ſe perſequantur.

Recuperativus, a, um, adjectiv. qui recuperari poteſt, apud *Aggen. Urb. in Frontin. pag. 304. edit. Goeſ.*

Recuperator, & **Reciperator**, oris, qui recuperat. Recuperatores apud Romanos erant judices, qui ad recuperandas privatas res litigatoribus dabantur. *Plaut. Bacch. 2. 3. 36.* Poſtquam Prætor Recuperatores dedit. *Gel. lib. 20. cap. 1.* Injuriiſque æſtimandis Recuperatores ſe daturos edixerunt. ¶ Dabantur & ab Imperatoribus contentione orta inter milites. *Liv. lib. 26.* Scipio tres Recuperatores cum ſe daturum pronunciaſſet. ¶ In Urbe Prætores dabant Recuperatores ex omni Ordine, in Provincia

Digitized by Google

tris ex conventu negotiatorum, vel a ſua cohorte. *Cic. 5. Ver. c. 18.* Iſto Recuperatores ſe de cohorte ſua daturum minabatur. *Id. ibid. c. 11.* De conventu nullum unquam Judicem, neque Recuperatorem dedit.

Recuperatorius, a, um, quod ad Recuperatores pertinet, ut Judicium recuperatorium, quod per Recuperatores exercebatur. *Cic. 2. de Inv. c. 20.* Non enim oportet, in recuperatorio judicio ejus maleficii, de quo inter ſicarios quæritur, fieri præjudicium.

Recuperatus, & Reciperatus, a, um, nom. particip. *ricuperato*. *Juſtin. l. 36. c. 1.* Reciperatum regnum. *Tacit. 3. hiſt. c. 22.* Reciperatæ cibo ſomnoque vires. *Cic. pro Planc. c. 23.* Pecunia recuperata.

Recupĕro, & Recipero, as, avi, atum, a. 1. *ricuperare*, *riacquiſtare*, Ger. *wieder überkommen*, Gal. *recouvrer*, Hiſp. *recobrar*, ἀνακομίζομαι, rem amiſſam recipio, ſeu rurſus acquiro, a *recipio*. *Cic. 4. Ver. cap. 35.* Bello confecto ſocios ſua per noſtram victoriam recuperare. *Id. 5. Ver. c. 14.* Ille autem, unde ablatum eſt, judicio ſuum recuperare nullo modo poteſt. *Id. 2. Agr.* Qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent. *Id. 13. Phil.* Albanum, Firmanum a Dolabella recuperabit, atiam ab Antonio Tuſculanum. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Ubi tela opera commodiſſime poſſunt ſe quieti reciperare. *Juſtin. l. 18. c. 7.* Reciperatum patriam venire.

Recupio, is, a. 3. valde cupio. *Plaut. Capt. 4. 2. 76.* Ut recupiat facere ſumptum. Alii leg. *te rapiat*.

Recūro, as, a. 1. ἀνακομίζω, iterum, vel diligenter curo, magna cura reficio. *Plin. l. 13. c. 12.* Quæ non eſſet ita recurata, in ſua manus amphitheatrica. *Catul. ep. 41. (al. 45.)* Et me recuravi ocymoque & urtica. *Apul. l. 6. A. A.* Recurare plagas.

Recurro, is, recurri, urſum, n. 3. παλινδρομέω, iterum, vel retrorſum curro, redeo. *Cic. l. 14. Fam. ep. 3.* Deſippo quoque ita imperavi, ſtatim ut recurreret. *Id. 2. de nat. Deor. c. 19.* Lunæ ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo. *Horat. l. 1. ep. 10.* Naturam expellas furca, tamen uſque recurret. *Id. l. 2. ep. 1.* Anni recurrentes. *Plin. in Paneg.* Ita hæc optimi appellatio nunquam memoriæ hominum ſine te recurret. *Quintil. l. 10. c. 6.* Ad eam rationem recurrunt, ut &c. *Plaut. Trinum. 4. 3. 8.* Recurre petere, re recenti. h. e. redi cito ad petendum.

Recorſio, onis, recurſus, reditio. *Martian. Capel. l. 9. & Apul. in Aſclepio.*

Recurſo, as, n. 1. παλινδρομέω, freq. a *recurro*. *Plaut. Moſt. 3. 1. 54.* Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? ¶ Tranſlate ſumitur pro venire in mentem. *Virg. 1. Æn. v. 658.* Urit atrox Juno, & ſub noctem cura recurſat. *Tacit. 2. hiſt. c. 78.* Recurſabant animo vetera omnia.

Recurſus, us, m. *ricorſo*, *ritorno*, ἀναδρομή, actus recurrendi, reditus. *Liv. l. 26. cap. 42.* Ut tacentibus ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret. *Virg. 5. Æn.* Inde alios ineunt curſus, aliosque recurſus. *Celſ. l. 4. cap. 4.* Recurſus ad bonam valetudinem tardus.

Recurvatus, a, um, ἀνακεκαμπυλωμένος, recurvus factus, curvatus. *Celſ. lib. 5.* Id ſpecillo protrahendum eſt, aut hamulo recuſo, parum recurvato. *Colum. l. 3. c. 18.* Tortus, & recurvatus.

Recurvo, as, a. 1. *ritorcere*, *curvare*, כפף, Ger. *wieder krümben*, Gal. *recourber*, Hiſp. *encorvar*, ἀνακαμπυλίζω, curvum facio. *Stat. 3. Theb.* Horrenteſque ſitu gladios in ſæva recurvant vulnera. *Col. l. 5. cap. 10.* Durities humi eminentia recurvatur. *Ovid. 1. Amor. eleg. 8.* Ipſaque caput liquidas arte recurvat aquas. h. e. redire facit.

Recurvus, a, um, *ritorto*, כפוף, Germ. *krumb*, Gall. *courbé*, Hiſp. *corvo*, ἀνάκαμπτος, valde curvus. *Col. l. 9. c. 33.* Ad plauſum apertis, ad buccinam recurvis. *Ovid. de rem. amor. v. 218.* Æra recurva.

Recuſabilis, le, adject. qui recuſari poteſt, aut debet. *Tertul. l. 4. cont. Marcion. c. 35.*

Recuſatio, onis, *ricuſa*, Germ. *verſagung*, Gall. *refus*, Hiſp. *rehuſamiento*, ἀπαγόρευσις, actus recuſandi. *Cic. 2. de Or.* Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis diſputatio quædam fuit mihi quidem perjucunda. *Id. Catil. 3. c. 2.* Sine recuſatione, ac ſine ulla mora negotium ſuſceperunt. *Id. 1. Leg. c. 16.* Pœna violatæ religionis juſtam recuſationem non habet.

Recūſo, as, avi, atum, a. 1. *ricuſare*, *rifiutare*, מאן, Ger. *abſchlagen*, Gal. *refuſer*, Hiſ. *rehuſar*, ἀρνέομαι, renuo, detrecto, rejicio, a *cauſa*, as. Conſtruitur cum acc. *Cic. pro Planc.* Populum R. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco. *Caſ. l. 1. B. C. c. 33.* Recuſare munus legationis. *Id. l. 1. B. C.* Recuſare amicitiam alicujus. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. 1. Verr.* Deſinemus nos de judiciis transferendis recuſare. ¶ Vel cum infinitivo. *Virg. 6. Æn.* Nec nata tibi nomen ire recuſo. ¶ Vel cum conjunctione, & partic. *ne*, *quin*, *quominus*. *Cic. pro Cluent.* Illi enim non hoc recuſabant, ne, &c. *Id. 4. Acad.* Non poſſumus, quin alii a nobis diſſentiant, recuſare. *Id. 1. Fin. c. 3.* Nec vero, ut noſter Lucilius, recuſabo, quominus omnes mea legant. ¶ Accipitur quoque pro accuſationem depellere. *Cic. in Brut. c. 23.* Tum igitur Galba recuſans pro ſe ſe, & populi R. fidem implorans, &c. ¶ Item pro negare. *Celſ. JCtus l. 48. Dig. mandati.* Si quis uſuris creditam pecuniam fidejuſſiſſet, & non recuſare vellet, ſub uſuris creditam eſſe pecuniam.

Recuſſabilis, le, adject. qui retro quati poteſt, ut recuſſabilis ſphæra, *Cæl. Aurel. Tard. 3. c. 6.*

Recuſſus, us, m. repercuſſio. *Plin. l. 8. cap. 53.* Atque recuſſu pernicius, quo libuerit, exultans.

Recuſſus, a, um, διασεισθείς, *ſcoſſa*, *sbattuto*, concuſſus, a quatio. *Virg. 2. Æn.* Uteroque recuſſo Inſonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ. *Apul. l. 5. Metam.* Recuſſus ſomno. h. e. excitatus.

Recutiens, entis, excutiens, decutiens. *Auguſt. l. 2. de doctr. Chriſt. c. 40. ad fin.* Chriſti recutiens jugum.

Recutitus, a, um, ἀπεψωλημένος, curtatus, cui a glande reſecta eſt cutis, quo nomine dicti ſunt Judæi, quibus ex legis præſcripto præputia præcidebantur. *Martial. l. 7. ep. 29.* Nec recutitorum fugis inguina Judæorum. ¶ Ponitur etiam pro rapto, lacero, exulcerato. *Martial. l. 9. epigr. 58.* Nec rupta recutita colla mulæ. hoc eſt quæ ſæpe reſectam pellem ſæpe lacerant.

Redabſolvo, is, a. 3. idem quod ſolvo, vel abſolvo. *Plaut. Curc. 2. 3. v. 84.* Te redabſolvam, qua adveniſti, gratia. Rectius alii *abſolvam*.

Redaccendo, is, a. 3. rurſus accendo. *Tertul. de anim. c. 30.* Facilior enim extingui, quam redaccendi.

Redactus, us, m. actus redigendi. Speciatim ſumitur pro pecunia ex frugibus venditis redacta. *Scævola l. 38. §. 1. ff. de uſufr.* Sempronio do, lego ex redactu fructuum oleris, & portionis partem ſextam. Sic enim in Pand. Flor. & manuſcr. codd. legitur. Vulgo eſt *ex reditu*.

Redactus, a, um, *ridotto*. *Velle. l. 2. c. 94.* Armenia in poteſtatem redacta. *Liv. l. 26. c. 37.* Ad irritum victoria redacta. *Id. l. 10. c. 45.* Æs redactum ex captivis dicebatur.

Redadopto. V. Readopto.

Redadunatio, onis, *riunione*. *Tertul. de reſur. carn. c. 30.* Redadunatio oſſium. Alii leg. *readunatio*.

Redambŭlo, as, n. 1. *ritornare*, ἀναβαδίζω, redeo, revertor. *Plaut. Capt. 4. 2. in fine*, Bene ambula, & redambula.

Redamo, as, a. 1. *riamare*, ἀντιφιλέω, contra, vel ſimiliter amo, me amantem amo, in amore reſpondeo. *Cic. de Am. c. 14.* Vel qui, ut ita dicam, redamari poſſit.

Redamŏveo, es, a. 2. rurſus amoveo. *Impp. Valens, Gratian. & Valentinian. l. 8. Cod. Theodoſ. tit. 3. leg. 35.*

Redamtruo, as, n. 1. redeo, recurro. *Feſtus.* V. Amtruo.

Redanimatio, onis, animæ ad corpus reſtitutio. *Tertul. de reſurr. carn. cap. 38.*

Redanimatus, a, um, nom. ex particip. *riſuſcitato*. *Tertul. de reſurr. carn. c. 19.* Redanimatus, & revivificatus Deo.

Redanĭmo, as, a. 1. *rianimare*, *riſuſcitare*. *Tert. de reſur. carn. c. 13. & 31.*

Redardeſco, is, n. 3. *riardere*, Ger. *wider entbrennen*, Gal. *ardre de rechef*, Hiſp. *arder de nuevo*, ἀναφλέγομαι, iterum ardeſco, iterum flammam emitto. *Ovid. de rem. Am. v. 734.* Flamma redardeſcit, quæ modo nulla fuit.

Redarguo, is, a. 3. *reprendere*, הוכיח, Ger. *ſtraffen*, Gal. *reprendre*, Hiſp. *redarguir*, ἐλέγχω, reprehendo, accuſo cum reprehenſione. *Cic. 2. Fin.* Quos nos redarguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deſerenda eſt. *Id. pro Cluent. c. 53.* Redargue me, ſi mentior.

Redauſpico, as, a. 1. vel redauſpicor, aris, d. 1. denuo auſpicor, ſeu auſpicium ſumo, rurſus incipio. *Plaut. Capt. 3. 5. in fine*. Exauſpicavi ex vinculis, nunc intelligo redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. V. *Exauſpico*.

Redditio, onis, *reſtituzione*, שלומה, Germ. *widergebung*, Gall. *reſtitution*. Hiſpan. *reſtitucion*, ἀπόδοσις, actus reddendi. Hoc ſenſu uſurpat *Aſcon. Pedian.* ¶ *Auguſt. l. 21. de civ. Dei, c. 7.* Redditionem rationis poſcentibus reſpondere. ¶ Pro ſecunda parte ſimilitudinis, quæ antapodoſis etiam dicitur. *Quintil. l. 8. c. 3.* Similitudo cum re, cujus eſt imago, connectitur, collatione invicem reſpondente, quod facit redditio contraria, quæ ἀνταπόδοσις dicitur.

Redditivus, a, um, adject. *Redditiva*, *æ*, dicitur a *Diomed. lib. 1. pag. 432. Putſch.* ea propoſitio, quæ a *Quintil.* appellatur *redditio*. Subintelligitur autem *propoſitio*, aut quid ſimile. Similiter *Priſcian. l. 17. pag. 1052. & 1055.* *redditiva nomina* vocat, quæ redditioni inſerviunt, ut *talis*, *tot*, quæ referuntur ad *qualis*, *quot*, &c.

Redditurus, pro redditum iri, quemadmodum & *præſtiturus* pro præſtitum iri, legitur *leg. 27. ff. ad Senatuſconſ. Trebel.*

Redditus, a, um, nom. partic. *reſtituito*, *reſo*, *dato*. *Cic. Att. l. 8. ep. 11.* Pecuniam Domitio non eſſe redditam. *Id. ibid. l. 9. ep. 11.* Serius redditæ ſunt literæ. *Virg. Æn. 3. v. 40.* Vox reddita fertur ad aures.

Reddo, is, reddidi, redditum, a. 3. *rendere*, *reſtituire*, השיב, Ger. *widergeben*, Gal. *rendre*, Hiſ. *bolver*, ἀποδίδωμι, proprie eſt rem acceptam, vel ablatam reſtituere, quaſi retro dare. *Cic. ad Q. Fr.* Cogebantur Syllani homines, quæ per vim ac metum abſtulerant, reddere. ¶ Dicitur etiam de eo, quod debitum non eſt, ſed quod non admittimus, aut quo uti nolumus. *Cic. pro Syll.* Sed etiam, ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. ¶ Accipitur ſæpe pro dare. *Celſ. J. C. de verb. ſign. l. verbum, lib. 20. ff.* Reddendi verbum quanquam ſignificationem habet retro dandi, accipit tamen & per ſe dandi ſignificationem. *Cic. Att. l. 1. ep. 15.* Gracias nuper eam mihi abs te epiſtolam reddidit. *Liv. l. 18.* Tribunus jura reddens ſinebat. *Id. l. 29. c. 1.* Judicia reddere in aliquem. h. e. exercere. *Cic. pro Planc. c. 37.* Reddere vitam pro republica. ¶ Item pro rependere, perſolvere. *Cic. 1. Off. c. 15.* Unum dandi beneficii, alterum reddendi. *Col. l. 4. c. 3.* Cum magno fœnore gratiam reddidiſſe. ¶ Item pro facere, efficere. *Cic. 2. de Orat.* Nox te, inquit, nobis, Antoni, expolivit, hominemque reddidit. *Id. pro Planc.* Quo voluit, adduxit, convicit, & elinguem reddidit. ¶ Item pro reponere. *Plaut. Moſt. 1. 2. 28.* Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbriceſque, ibi dominus indiligens reddere alias nevolt. ¶ Item pro producere. *Ter. Phorm.* Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia. *Plin. l. 16. c. 26.* Abies flores reddit. ¶ Item pro exponere, narrare. *Plaut. Aul. 1. 1. 6.* Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges? ¶ Item pro referre, ſive recenſere. *Cic. in Brut.* Perge, Pompon, de Cæſare, & redde, quæ reſtant. *Plin. in præf. l. 11.* Quæ ſunt luſus reddam. ¶ Item pro referre, idest, repræſentare. *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* Omnes Catilinas, Sicinioſque poſtea reddidit. *Plin. l. 10. c. 42.* Pſittacus vocem humanam reddit. ¶ Item pro exprimere, vertere. *Cic. 1. de Orat.* Ut, cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem. ¶ Item pro pronuntiare. *Cic. in Brut.* Ut, quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis iiſdem redderet. ¶ Item pro exhalare, reſpirare. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Excipiatque animam eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, ut reddat. ¶ Item pro agere. *Plin. l. 10. c. 47.* Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt devorare, quæ cæteræ reddunt. *Id. l. 8. c. 42.* Reddere urinam. ¶ Item pro retorquere, rejicere. *Stat. l. 9. Theb.* Poteſtas reddere tela fuit. ¶ Animum reddere, interdum eſt conſolari, reficere, confirmare; interdum eſt reconciliari. *Ter. Andr.* Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier. C. Reddidiſti animum. *Hor. l. 1. od. 16.* Dum mihi fias recantatis amica opprobriis, animumque reddas. ¶ Reddere animam, eſt mori. *Virg. 3. Georg. ad fin.* Vitulis vulgo moriuntur in herbis, Et dulces animas plena ad præſepia reddunt. ¶ Reddere vota, *ſoddisfare*, *e ſciogliere i voti*. *Virg. Ecl. 5. v. 75.* & cum ſolemnia vota reddemus Nymphis, & cum luſtrabimus agros. ¶ Reddere nomen alicui, eſt eum proprio nomine nuncupare. *Plin. l. 17. c. 24.* Omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit. ¶ Veteres in futuro indicativi dicebant *reddibo* pro *reddam*. *Plaut. Men. 5. 7. 49.* Salvum tibi ita, ut mihi dediſti, reddibo.

Redemptio, vel Redemtio, onis, *compera*, ὠνή, idem ac emptio. *Cic. 2. Ver.* Eſt redemptio hujus judicii facta grandi pecunia. ¶ Redemptio vectigalium eſt, cum quis a Principe, vel a Civitate vectigalium reditum certa pecunia emit, ut ex eo faciat quæſtum. *Cic. de Prov. Conſ. c. 5.* Non temeritate redemptionis, aut negotii gerendi inſcitia. ¶ Interdum ſumitur pro liberatione pretio facta alicujus hominis a vinculis, & ſervitute, & pro eo, quod pro liberatione datur, *riſcatto*, פדיון, Germ. *lo ſung*, Gal. *rançon*, Hiſp. *reſcate*, λύτρωσις. *Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr.* Imperata redemptione marito adulterum centurionem interficiendum tradidit. Adde *Valer. Max. l. 4. c. 3.*

Redemptito, vel Redemtito, as, a. 1. freq. a *redempto*. *Cato apud Feſt.* Facta benefacta non redemptitavere. idest non remunerarunt, aut compenſarunt.

Redempto, vel Redemto, as, a. 1. freq. a redimo. *Tacit. Hiſt. 3. c. 34.* A propinquis occulta redemtabantur.

Redemptor, vel Redemtor, oris, *compratore*, ὠνητής, emptor, qui certo pretio opus aliquod faciendum ſuſcipit. *Feſt.* Redemptores proprie, atque antique conſuetudine dicebantur, qui cum ad faciendum, aut præbendum quid conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxere præbendum, mendumque. *Cic. l. 2. de Div. c. 21.* Et redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam. ¶ Redemptor vectigalium eſt, qui a Populo, vel a Principe certa pecunia emit vectigalia exigenda, ut ex eo exactione quæſtum faciat. *Labeo l. cum in plures, §. vehiculum, ff. locati, &*

tond. Redemptor pontis portorium ob eo exigebat. ¶ Redemptor litium, ſeu cauſarum dicitur, qui lites quotidianas pecunia mercari, illaſque pactionibus, muneribuſque pellicere conatur, haud ſecus, quam qui domum, ædificiumve faciendum, utendumve pretio conducit: qui etiam quadruplator, & interceptor alienæ litis dictus eſt. *Ulpian. l. Nec quicquam. ff. de offic. Proconſ.*

Redemptrix, vel Redemtrix, icis, f. quæ redimit. *Prudent. in Romano*, v. 774. Et ſit redemptrix prima membrorum omnium.

Redemptūra, vel Redemtura, æ, idem ac redemptio. *Liv. l.* 23. *c.* 48. Qui redempturis auxiſſent patrimonia.

Redemptus, vel Redemtus, a, um, ἀγορασθεὶς, conductus. *Caſ. lib.* 1. *B. G.* Complures annos portoria, reliquaque omnia Heduorum vectigalia parvo pretio redempta habere. *Virg.* 9. *Æn. v.* 213. pretio redemptus, *riſcattato*.

Redĕo, dis, redivi, & redii, reditum, n. neum. *ritornare*, שוב, Ger. *widerkommen*, Gall. *retourner*, Hiſpan. *volver*, ἀναστρέφομαι, revertor, quaſi retro eo. *Cic. ad Q. Fr.* Appius a Cæſare nondum redierat. *Id. pro Quinct.* Ut Romam rediit Quinctius. *Propert. l.* 2. *el.* 16. Dies non reditura. ¶ Tranſlate redire ad ſe, eſt ad mentis ſanitatem redire, vel animum recipere. *Ter. Adel.* Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. *Cic. At. l.* 7. Et id, quod animum induxerat, paulliſper non tenuit, ſed cito ad ſe rediit. ¶ Redire ad ingenium, eſt redire ad ſuam naturam, ſeu reſumere mores antiquos. *Ter. Adel.* Si ſperat, fore clam, rurſum ad ingenium redit. *Cic. 2. Ver.* Redit ad ſe, atque ad mores ſuos. ¶ Redire in gratiam cum aliquo, eſt rurſus amicum fieri. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 1. Scito, me rediiſſe cum veteribus amicis, ideſt cum libris, in gratiam. *Nepos in Attica*, c. 17. Vere gloriantem, ſe nunquam cum matre in gratiam rediiſſe, h. e. nulla cæſiſſe matrem, propter quam cum ipſe in gratiam redire deberet. ¶ Redire in memoriam, eſt reminiſci. *Ter. Phor.* 5. 3. Redi mecum in memoriam. *Cic. de ſenect.* His legendis redeo in memoriam mortuorum. Sic redire animo aliqua res dicitur, cujus recordatio ſubit, apud *Plin. jun. in epiſt.* ¶ Redire ad rem, vel ad propoſitum, eſt reverti ad id, de quo loquebamur. *Cic.* 1. *Fin.* Sed ad rem redeamus: de omnibus dici neceſſe non eſt. *Id.* 1. *Tuſc.* Utrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? ¶ Redire in orbem, eſt a fine ad principium revocari. *Virg.* 2. *Georg.* Redit agricolis labor actus in orbem. ¶ Accipitur quoque pro provenire. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Idem Cato denos culleos redire ex jugeribus ſcripſit. *Nepos in Themiſtocle*, c. 2. Cum pecunia, quæ ex metallis redibat. ¶ Item pro ſimplici venire. *Terent. Phorm.* 1. 2. 3. Præſertim ut nunc ſunt mores: adeo res redit, ſi quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 93. Pilis miſſis, ad gladios redierunt. ¶ Redire rurſus, pleonaſmus eſt apud *Terent. Eun.* 2. 4. 6. & *Adelph.* 1. 1. 46. ¶ Redire viam, pro ſimplici redire, erat in veterum Juriſconſultorum formulis. *Cic. pro Mur.* Præſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret: redire viam, eodem duce redibant. ¶ Paſſive impersonaliter. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 37. Tum exuto juſtitio, reditum ad munia. *Caſ. l.* 3. *B. C. cap.* 16. Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri poſſet. ¶ Cum infinito. *Virg. in Ciri*, v. 176. Sæpe redit patrios aſcendere perditus muros.

Redergŭo, is, a. 3. idem ac redarguo, apud vet. Hoc verbo utebatur Scipio Africanus Pauli filius, teſte *Feſto*, quomodo idem *pertiſum* malebat, quam *pertæſum*.

Redhĭbĕo, es, bui, bitum, a. 2. *far riavere*, *reſtituire*, facio, ut venditor rurſus habeat, quod habuerat. *Ulp. Dig. l.* 21. *tit.* 1. *leg.* 21. Redhibere eſt facere, ut rurſus habeat venditor, quod habuerat: & quia id reddendo fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata quaſi redhibitio. Aliqui legunt *quaſi redditio*. *Cic.* 3. *Off. c.* 23. Dicenda vitia ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili. *Plaut. Merc.* 2. 3. 84. Dixit ſe redhibere, ſi non placeat. h. e. dixit venditor, ſe recepturum domum, reſtituto pretio, ſi ea non placeat. *Id. Moſtel.* 3. *c.* 113. Si male emptæ forent, nobis iſtas redhibere haud liceret. h. e. ſi plus æquo pretio emptæ forent, non liceret nobis venditori reſtituere, pretio recepto. Ex quibus exemplis patet, hoc verbum duplicem habere ſignificationem: nam ſi ad emptorem refertur, ſignificat venditorem ad recipiendum cogere; ſi ad venditorem, ſignificat recipere, & quaſi retro habere.

Redhĭbĭtĭo, onis, f. 3. Juriſconſultis eſt actionis nomen, quæ & actio redhibitoria vocatur. Ea vero actio contra eum intentatur, qui quod vitio corruptum commutaverit, vendideritve, cogitur reſtituere pretium, & retro, quod tradiderat, accipere. *Quintil. l.* 8. *cap.* 3. Aut in mancipii redhibitione ſudere? *Gel. l.* 4. *c.* 2. Cauſa redhibitionis.

Redhĭbĭtōrĭus, a, um, quod ad redhibendum ſpectat. *Pompon. Dig. l.* 21. *tit.* 1. *leg.* 48. Si ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus velit intra annum æſtimatoria agere. *Papin. ibid. leg.* 34. Actioni redhibitoriæ non eſt locus, ſi mancipium, &c. *Cajus ibid. leg.* 18. Aut redhibitorio, aut æſtimatorio judicio agere poteſt.

Redhĭbĭtus, a, um, redditus, partic. a redhibeor. *Feſt.* Redhibitum id proprie dicitur, quod redditum eſt, cum qui dedit, idem rurſum coactus eſt habere id, quod ante habuit.

Redhoſtĭo, is, a. 4. *ricompenſare*, gratiam refero, nam hoſtire pro æquare poſitum eſt a Veteribus, teſte *Feſto*.

Redicŭlus, i, m. Deus quidam, quem Romani bello Punico ſecundo excogitavere, eique fanum dedicatum extra portam Capenam, quia acceſſerat ad Urbem Annibal, eiſis quibuſdam perterritus, ex eo loco redierit. *Feſtus*.

Rediens, euntis, o. partic. a redeo. *Ovid.* 10. *Met.* Perque novem erravit redeuntis cornua Lunæ. *Hor. l.* 3. *od.* 8. Dies anno redeunte feſtus.

Redĭgo, is, egi, actum, a. 3. *ridurre*, Ger. *widderbringen*, Gal. *reduire*, *reduzir*, Hiſp. *reduzir*, περιάγω, eſt quadam vi, & induſtria ad aliquid, vel aliquo reducere, ex *re*, & *ago*, *d* interpoſito. Et conſtruitur cum acc. & prep. in, vel *ad*, vel *prues*, vel cum adv. motus ad locum. *Ter. Adel.* Tu homo rediges me ad inſaniam. *Id. Eun.* 4. 4. Eo redigis me, ut, quid egerim, egomet neſciam. ¶ Redigere in poteſtatem, ditionem, ſervitutem, eſt ſubditum, vel ſervum facere. *Plaut. Aul.* 2. 1. 47. Nihil moror, quæ in ſervitutem ſumptibus redigunt viros. *Cic.* 3. *Off.* Brevi tempore aut vivum, aut mortuum Jugurtham ſe in poteſtatem P. R. redacturum. *Id.* 2. *Phil.* Potentiſſimos Reges, bellicoſiſſimas gentes in ditionem hujus imperii redegerunt. ¶ Aliquando ponitur pro agere, ducere, reducere. *Liv. l.* 26. Hi ſupra ſeptuaginta comprehenſi, & cum transfugis novis mulctati virgis, manibuſque præciſis Capuam rediguntur. ¶ Item pro vi agere, terrorem agere, & ad redeundum compellere. *Liv. l.* 1. Poſtremo fuſum, fugatumque in caſtra redigunt. ¶ Item pro accumulare. *Cic.* 3. *Phil.* Ut, ſi hoc genus in unum redigatur. *Id.* 1. *Ver.* Deinde bona vendit, pecuniam redigit. *Idem* 3. *Ver.* Cum omnis frumenti copia decimarum nomine penes iſtum eſſet redacta.

Redimīcŭlum, i, ἀνάδεσμος, taenia, muliebre ornamentum capitis, aut mitra. *Cic.* 3. *Ver. c.* 33. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *Virg.* 9. *Æn. v.* 616. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 84. Qui longa domi redimicula ſumunt Frontibus, & toto poſuere monilia collo. *Ovid. l.* 10. *Met.* Redimicula pectore pendent. ¶ Pro vinculo, aut impedimento, quo quis tenetur. *Plaut. Truc.* 2. 4. 41. Ut eſſet aliquis laqueus, & redimiculum, reverſionem ut ad me faceret.

Redĭmĭo, is, ivi, itum, a. 4. *cingere*, *ornare*, *circondare*, ἀναδέω, cingo, corono, orno. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 18. Incendes odores, & ſertis redimiri jubebis, & roſa. *Stat.* 1. *Sylv.* 5. Crinem redimire corymbis.

Redĭmītus, us, m. actus redimiendi, coronatio. *Solin. c.* 46. (al. 33.) Plurimis crines tonſi, ex tracte capita, redimito pari. Alii aliter legunt.

Redĭmītus, a, um, *cinto*, *circondato*. *Cic. in Somn.* Cernis autem terram eandem quaſi quibuſdam redimitam, & circumdatam cingulis. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 17. Frons redimita corymbis. *Catul. carm. de Bereſynt.* Loca redimita ſilvis.

Redĭmo, is, emi, emptum, a. 3. *temperare*, ἐξωνέομαι, idem ac emo, ex re, & emo, *d*, interpoſito euphoniæ cauſa. *Plaut. Men.* 4. 3. 6. Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam. *Cic.* 3. *Ver.* Hæc, quæ vel vitæ redimi recte poſſent, pecuniæ æſtimare non queo. ¶ Ponitur etiam pro recuperare, rem alienatam, occupatamve pretio recipere. *Cic.* 13. *Phil. c.* 5. Eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet, redimet, inquam, Cn. Pompeji domum filius. ¶ Item pro conducere, aliquid certo pretio faciendum ſuſcipere. *Cic.* 3. *Ver.* Qui ſitum exprimendum redemerunt. *Ulp. l. plenum, ff. de uſu, & hab.* Itemque ſi veſtimenta texenda redemerit, vel inſulam, vel navem fabricandam. ¶ Redimere vectigalia dicuntur Publicani, cum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, ut ſibi ea interim liceat exigere, & in quæſtum ſuum convertere. *Cic. in Brut. cap.* 22. Quo pereriat de P. Cornelio, L. Mummio cenſoribus redemiſſet. ideſt picis fodinas, ſeu vectigalia ex pice. ¶ Item pro liberare pretio perſoluto, e. g. captivum, vel ſervum ab eo, qui in poteſtate eum habet, ut captivos a prædonibus, vel ſe ipſum, aut alium a vexatione, ſive moleſtia. *riſcattare*, *liberare*, λυτρόω. *Cic.* 2. *Off.* Qui ſuis facultatibus aut captos e prædonibus redimunt. *Id. l.* 2. *Fam. epiſt.* 13. Quam quidem (acerbitatem) ego a Republica meis privatis, & domeſticis incommodis libentiſſime, vel iſtius ipſius, quæ tu me monet, ut caveam, redemiſſem. *Id.* 7. *Verr.* Metum virgarum navarchus nobiliſſimæ civitatis pretio redemit. *Ulpian l.* 49. *ff. tit.* 14. *de jure fiſci*, *l. eg.* Ut adverſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit. ideſt pecunia corrupit, & ſe ab ejus delatione liberavit. ¶ Redimere litem, eſt cum adverſario convenire, & paciſci, ut te litis moleſtia exſolvas. *Cic. pro R. Com.* Suas Roſcius, non ſocietatis lites redemit. ¶ Item pro compenſare, emendare. *Plaut. apud Cic. l.* 10 *Fam. epiſt.* 8. Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe. ideſt aliquo egregio facto compenſaſſe. ¶ Redimere ſibi pacem, & otium aliqua re, *Cic. Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 1. ¶ Redimere ſibi gratiam & amicitiam alicujus, *Caſar l.* 1. *B. G.*

Redindŭtus, a, um, adject. *cinctum*, ut redindutus carnem, *Tertul. de reſurrect. carn. c.* 46.

Redĭno, is, redeo. *Feſtus*.

Redĭntĕget, V. Redintegratus.

Redintegrātĭo, onis, *rinnovazione*, ἀνανέωσις, renovatio. *Cic. ante Exil. c.* 4. Ut redintegratione illius conjurationis animos vulneretis veſtros? h. e. recordatione. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 28. Redintegratio verbi. h. e. repetitio. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 11. Inſtaurationis dies dictus a redintegratione, ut Varroni placet.

Redintegrātor, oris, *rinnovatore*, inſtaurator. *Inſcrips. apud Gruter. p.* 439. n. 1. Redintegratori operum publicorum. *Tertul. de anim. c.* 43. Somnus redintegrator virium.

Redintegrātus, a, um, nom. partic. *rinnovato*. *Liv. l.* 8. *c.* 32. Tunc Papirius, redintegrata ira, ſpoliari magiſtrum equitum, & virgas expediri juſſit. Alii leg. *redintegra*. *Caſ. l.* 3. *B. G. c.* 26. Redintegratis viribus, acrius impugnare cœperunt. *Id. l.* 2. *B. G.* Redintegrato animo.

Redintĕgro, as, a. 1. *rinnovare*, *riſare*, ἀνανεόω, inſtauro, renovo, quaſi integrum facio, ſeu in integrum reſtituo. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. epiſt.* 9. Ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi conjuncto. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 52. Auditoris memoria redintegrabitur. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 30. Enumeratio eſt, per quam colligimus, & commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter, ut renovetur, non redintegretur oratio. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 33. Varietates præliorum, clari ducum exitus retinent, ac redintegrant legentium animum. h. a. recreant. ¶ Significat etiam repetere. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 28. Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat verbum, ſed commutat.

Redinvenĭo, is, a. 4. rurſus invenio, reperio. *Tertul. de anim. c.* 46.

Redipiſcor, eris, redeptus ſum, d. 3. rem amiſſam rurſus adipiſcor, acquiro, aſſequor. *Plaut. Trin.* 4. 3. 15. Inter eos an homines condalium te redipiſci poſtulas?

Redĭtĭo, onis, *ritorno*, שיבה, Ger. *wiederkommung*, Gal. *retour*, Hiſp. *buelta*, *tornada*, ἐπάνοδος, actus redeundi, reditus, regreſſio. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 3. Ut domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent. *Plaut. Moſtell.* 2. *c.* 30. Quid illa reditio hæc fuit? Adde *Cic.* 3. *Ver. c.* 6.

Redĭtus, us, m. *ritorno*, ἄφιξις, ἀναστροφή, reditio, reverſio. *Cic. de Amiſque*, cum e corporibus exceſſiſſent, reditum ad cœlum patere. *Id.* 2. *Attic. ep.* 3. Reditus in gratiam. ¶ Reditus item eſt proventus, *entrata*, πρόσοδος. Nomen ex eo eſt, quod ſingulis annis redeat. *Ovid. l.* 2. *de Pont. el.* 2. At reditus jam quiſque ſuos amat. *Plin. l.* 17. *c.* 1. Majore ſingularum reditu, quam erat apud antiquos prædiorum.

Redivia. V. Reduvia.

Redivīva, orum, n. materia diruti ædificii, quæ rurſus ad novum ædificium applicatur, vel poteſt applicari. *Cic.* 3. *Ver. c.* 36. Redivica ſibi habeto, quaſi quidquam redivivi ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex redivivis conſtitueretur.

Redivīus, ii, m. *zecca*, ricinus, muſca canina, fortaſſe a redeundo, quia ſæpius redit. *Col. l.* 6. *c.* 2. Et ut redivii, qui plerumque feminibus inhærent, eximantur. Alia exemplaria habent *ricini*.

Redivīvus, a, um, *rinvenuto*, *riſuſcitato*, Ger. *wieder erwachet*, Gall. *revenu en vie*, Hiſp. *renacido*, παλίμβιος, quod poſt interitum redit in vitam. *Sen. l.* 3. *Declam.* Redivivum me ſenem meretrix vocat. ¶ Tranſlate dicitur etiam de rebus inanimatis. *Cic.* 3. *Ver. c.* 56. Utrum exiſtimatis, minus operis eſſe unam columnam efficere ab integro novam, nulla lapide redivivo, an quatuor illas reponere? V. *Rediviva*. *Silius l.* 10. v. 237. bella rediviva. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 362. velut exhauſta redivivus pullulet arca nummus.

Redo, onis, m. genus piſcis. *Auſon. in Moſel. v.* 89. Et nullo ſpinæ nocituris acumine redo.

Redŏlens, entis, o. 3. partic. a redoleo. *Cic. Phil.* 2. *c.* 25. Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal implevit.

Redŏlĕo, es, lui, litum, n. 2. *render odore*, Ger. *ſtarck ſchmecken*, Gall. *rendre odeur*, *flairer*, Hiſp. *bien oler*, *echar olor*, ἀπόζω, odorem alicujus rei refero, multum oleo. *Virg.* 4. *Georg.* Redolentque thymo fragrantia mella. ¶ Translate *Cic in Brut. c.* 21. Sed neſcio, quo modo, hujus, quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redo-

tes

tes magis antiquitatem, quam aut Lælii, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis.

Redonator, oris, qui rurſus donat. *Inſcript. ex ævo Conſtantini, apud Gruter. pag.* 1095. *n.* 7. Redonatori libertatis.

Redōno, as, a. 1. *rendere, ridonare*, ἀνταποδίδωμι, reddo. *Hor. l.* 2. *ode* 7. Quis te redonavit Quiritem Diis patriis, Italoque cælo? Adde *l.* 3. *od.* 3.

Redordior, iris, orſus ſum, d. 4. ἀναπλέκω, retexo. *Plin. lib.* 6. *c.* 17. Unde geminus feminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque texendi. Adde *l.* 11. *c.* 22.

Redormio, is, a. 4. ἀνακοιμάομαι, rurſum dormio. *Plin. epiſt.* 36. *l.* 9. Paullum redormio, dein ambulo. Adde *Celſ. l.* 1. *c.* 2.

Redormitaſco, vel

Redormitio, onis, ἀνακοίμησις, actus redormiendi. *Plin. l.* 20. *c.* 75. In redormitione vana eſſe viſa, prope convenit. *Harduinus* legit *redormitatio*.

Redorno, as, a. 1. rurſus orno. *Tertul. de reſur. carn. c.* 10. Redornatur & ſpecula Lunæ, quæ menſtruus numerus attriverat.

Redūco, is, xi, ctum, a. 3. *ricondurre*, השיב, Ger. *widerumb führen*, Gall. *ramener*, Hiſp. *reduzir*, ἀνάγω, redigo, retraho. *Cic.* 1. *Acad.* Satis eum longo intervallo ad ſuam villam reduximus. *Balb. ad Cic. l.* 8. *Attic. epiſt.* 15. In priſtinam concordiam diſtractos reducere. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 28. Reducere proditores de exilio. *Id. in Salluſt.* Reducere exules. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 72. Legem majeſtatis reduceret. *Virg.* 4. *Æn.* ſocios a morte reduxi. h. e. eripui. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Varie, & multipliciter ad etymum verba reducere. *Valer. Flac. l.* 5. reducere paſſus, h. e. retrocedere. ¶ Ponitur interdum pro contrahere, in anguſtum redigere, *reſtringere*. *Senec. l.* 1. *de benef. c.* 14. Nemo hæc ita interpretatur, tanquam reducam liberalitatem, & frænis arctioribus reprimam. ¶ Poetæ, in primam producunt, d geminant. *Lucret. l.* 4. *v.* 490. Mittunt, & crebras redducunt naribus auras.

Reductio, onis, *riduzione*, ἀναγωγή, actus reducendi. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 7. Quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta ſit. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. *de balneis*. Clypeum aeneum catenis pendeat, per cujus reductiones, & demiſſiones perficietur ſudationis temperatura.

Reducto, as, a. 1. frequentat. a reduco. *Aurel. Vict. in Numeriano*. Cum exercitum reductaret.

Reductor, oris, *riducitore, riduttore*, ἀναγωγεύς, qui reducit. *Liv. l.* 2. *c.* 33. Reductori plebis Romanæ in Urbem ſumptus funeri defuit. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 12. Literarum ſeneſcentium reductor.

Reductus, a, um, *ricondotto*, ἀναχωρήσας. *Cic. pro Rab. Poſth. c. ult.* Poſſum excitare multos reductæ teſtes liberalitatis tuæ. *Id. pro Cluent. c.* 36. Reducti in gratiam. ¶ Item adductus, retro retractus. *Virg. Æn.* 5. duroſque reducta Libravit dextra media inter cornua cæſtus. ¶ Interdum ponitur pro flexuoſa, *replicabili*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 166. Inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos. ¶ Item pro remoto. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 18. Virtus eſt medium vitiorum utrinque reductum. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Ut qui ſingulis pinxerunt coloribus (a *chiaroſcuro*) alia tamen eminentiora, alia reductiora fecere. *più in lontananza*. ¶ Item pro ſecreto. *Virg.* 6. *Æn. v.* 703. Interea videt Æneas in valle reducta ſecluſum nemus. *Acron.* Reducta, hoc eſt ſecreta. Sed *Lambinus* in illud Horatii l. 1. od. 17. Hic in valle reducta: inquit, Reductam vallem appellat, quæ ſinus quoſdam flexuoſive receſſus habeat, in quibus quis a ventis, & injuria cœli tutus eſſe queat.

Redulcerātus, a, um, nom. particip. *inaſprito*, ut redulceratus dolor, *Apul. l.* 5. *A. A.*

Redulcĕro, as, a. 1. ἀνελκόω, denuo ulceroſum facio. *Col. l.* 7. *c.* 5. Quæ primo aſpero teſto, vel pumice defricata redulceratur.

Reduncus, a, um, ἀνακαμπής, retrorſum inflexus, cui *aduncus* opponitur, ab *uncus* adject. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *de cornibus*. Jamque aliis ad incurſum robuſta, aliis ad ictum, aliis adunca, aliis redunca, &c. ¶ Sumitur & pro adunco. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 561. Viribus uſus avis, pennis, roſtroque redunco.

Redundans, antis, o. πλεονάζων, *ridondante, copioſo*. *Cicer. de clar. Or. c.* 13. Aſiatici oratores parum preſſi, & nimis redundantes. *Tertul. lib.* 2. *de cultu fœm. c.* 9. Amputatio, & decuſſio redundantium nitoris.

Redundanter, adver. ſuperflue, abundanter, nimis. *Plin. lib.* 1. *epiſt.* 20. Ut illud immodice, & redundanter, ita hoc jejune, & infirme.

Redundantia, æ, *ſoprabbondanza*, שפע, Ger. *überfluſſ*, Gal. *ſuperfluité, foiſon*, Hiſp. *ſuperfluidad, redundancia*, πλεονασμός, ſuperfluitas, quod abundat, quod nimium eſt. *Cic. in Orat. c.* 30. Ipſa enim illa pro Roſcio juvenilis redundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

Redundatio, onis, redundantia, περισσεία. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, *ſtomvoglimento, rigurgitamento*.

Redundātus, a, um, πλεονασθείς, particip. a redundo. *Ovid.* 6. *Faſt.* Amne redundatis foſſa madebat aquis. h. e. extra alveum undantibus.

Redundo, as, n. 1. *ſoprabbondare, ridondare*, שפע, Gal. *redonder, regorger*, Hiſp. *redundar, reboſſar*, ἀναπλημμυρέω, πλεονάζω, ſuperfluo, refluo, ſuperabundo. Proprie aquarum eſt, cum adeo augentur, ut ſe ripis, litoribuſque non poſſint continere. *Cic. de Div.* 1. *cap.* 44. Si lacus Albanus redundaſſet, iſque in mare fluxiſſet. *Stat. lib.* 4. *ſilv.* 3. *v.* 71. Vulturnus levat ora, maximoque Pontis Cæſarei reclinis arcu, Raucis talia faucibus redundat. ¶ Translate dicitur de aliis liquoribus. *Cic. pro L. Man.* Quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorum ſanguine redundavit. Sic redundare ii dicuntur, qui ex heſterna crapula graves ſunt. *Plin. in Paneg. c.* 63. ¶ Item de quacunque alia re, pro abundare. *Cic. l.* 3. *Fam. epiſt.* 10. Præſertim cum tu omnibus vel ornamentis, vel præſidiis redundares. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Tuus autem Deus non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, &c. idest plus habet, & ſupervacaneum. *Id. Ver.* 5. Quod redundaret de veſtro frumentario quæſtu. *Id.* 3. *de Or.* Neque in Antonio deſuit hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundavit. ¶ Accipitur etiam pro recidere, *referri*, pertinere, cum acc. & *præp. ad*, vel *in*. *Cic. de Am.* Quo uno tamen ad amicos redundet infamia. *Id. pro Mur.* Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundarint. *Idem Catil.* 1. *cap.* 12. Ne quid invidiæ mihi in poſteritatem redundaret.

Reduplicatus, a, um, adject. *raddoppiato*. *Tertul. de patient. c.* 14. Quæ amiſerat, reduplicata poſſedit.

Reduresco, is, urui, n. *indurirſi di nuovo*. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Ferrum cum calle & candens eſt, ſi refrigeratus tinctum frigida, redureſcit.

Reduvia, ſeu redivia, æ, παρωνυχία, panaritium, abſceſſus ad radices unguium. Dicta eſt redivia quaſi *reluvia*, quia cutis circa ungues ſe reluit, ac ſolvit. *Feſt.* Reduviam quidam, alii reluviam appellant, cum circa ungues cutis ſe reſolvit, quia luere eſt ſolvere. Al. leg. *redivivam*. *Plin. l.* 29. *c.* 2. Reduvias ſanat ex aqua frigida. *Cic. pro R. Am. c.* 44. Qui cum capiti Sex. Roſcii mederi debeam, reduviam curem. h. e. majoribus malis neglectis, minoribus remedium quæram. ¶ *Invenitur redivia*, aut reluvia vox & alia ſignificatione apud *Solinum*, *c.* 45. (al. 32.) qui reluvias conchiliorum vocat fragmenta eorum, & reliquias, quemadmodum & reluvias eſcarum appellat, quæ in cibis dentibus crocodili inhærent. Tro-

chilos, inquit, avis parvula eſt: dum reluvias eſcarum affectat, os beluæ hujuſce penetrat. ¶ Videtur etiam uſurpari de pelle, ut de pelle hominis, cum ſe flagris reſolvit. *Titin.* apud *Voſſ. in Etym.* Laſſitudo conſervum, reduvia flagri.

Reduviōſus, a, um, aſper, hians. *Lævius apud Voſſ. in Etym.* Scabra in legendo, reduvioſave offendens.

Redux, ucis, gen. c. *ritornato ſano, e ſalvo*, ששב, Ger. *der ad wieder kompt*, Gal. *revenu ſain, & ſauve*, Hiſp. *librado*, ἐπανήκων, qui a periculo in tutum reducitur, vel ab exilio, ſive captivitate in patriam. *Cic. pro Mil. ad fin.* Quid me reducem eſſe voluiſtis? *Plin. l.* 8. *c.* 5. Sexto die perfundantur amne, non ante reduces ad agmen. *Ter. Heaut.* 2. 4. 18. Tu me reducem in patriam facis. *Virg.* 5. *Æn.* Gratatur reduces. ¶ Redux Fortuna, Dea apud Romanos, cui templum in Urbe dedicarunt, appellata, quod e bello, longinqua peregrinatione, exilio reduceret. *Giraldus* & *Alex. ab Alex. l.* 1. *c.* 13.

Reexinaniō, is, a. 3. *votare di nuovo*. *Apic. lib.* 8. *cap.* 6. Reexinanies in cacabum.

Refabrīco, as, a. 1. *rifabbricare*. *Diocletian. & Maximian. Impp. l. Si is Cod. de ædif. privat.* Collapſum balneum refabricare eniſus eſt.

Refacio, is, eci, actum, a. 3. idem ac reficio, apud vet. *Plaut. Truc.* 4. 4. 24. Nam refacere ſi velim, non eſt locus. Al. leg. *re facere*.

Refectio, onis, *rifacimento*, ἐπισκευή, actus reficiendi, ſeu inſtaurandi. *Col. l.* 12. 2. 3. Cæteraque, ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur. *Sueton. in Cæſ. c.* 15. Refectio Capitolii. ¶ Item recreatio. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Tempora ad quietem, refectionemque data in acerrimum laborem convertimus. *Plin. in Paneg. c.* 81. Inſtar refectionis exiſtimat mutationem laboris.

Refector, oris, *rifacitore*, qui reficit. *Suet. in Veſpaſ. c.* 18. Item coloſſi refectorem inſigni congiario, magnaque mercede donavit.

Refectus, us, m. idem ac refectio. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus, h. e. alimentis.

Refectus, a, um, *rifatto*, rurſus factus, inſtauratus, renovatus. *Cicer. Att. l.* 16. *ep.* 3. Et quidem archetypum ipſum, crebris litteris inculcatum, & refectum. *Curt. l.* 7. *c.* 5. Nec aut cibo refectus, aut poto. *riſtorato*. *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 136. cognatorum opibus, curiſque refectus. h. e. ſanatus, ad priſtinum ſanitatis ſtatum reſtitutus.

Refello, is, refelli, ſine ſup. a. 3. *ributtare, confutare, convincere*, הוכיח, Ger. *widerlegen*, Gal. *refuter*, Hiſp. *recatar*, ἐλέγχω, quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendo, ex re, & *fallo*. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 2. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. *Id.* 2. *Fin. c.* 25. Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio.

Refercio, is, ſi, tum, a. 3. *empiere*, מלא, Germ. *voll füllen*, Gall. *remplir tout plein*, Hiſp. *hinchir*, ἐμπλήθω, repleo, ex re, & *farcio*. *Cic.* 2. *de Or.* Hæc, quæ coarctavit, & peranguſte refarſit in oratione ſua. *Id. pro Rab. Poſt.* Aures refarſit iſtis ſermonibus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Superſtitiones omni vitam hominum referſerunt. *Id. pro Sext. c.* 35. Corporibus Tiberim compleri, cloacas refarciri.

Referio, is, ſine præt. & ſup. a. 4. *ripercuotere*, Ger. *widerumb ſchlagen*, Gal. *refrapper*, Hiſp. *tornar a herir*, ἀντιπαίω, repercutio. *Ovid.* 4. *Met. v.* 349. Non aliter, quam cum puro nitidiſſimus orbe oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 108. Patitor tu idem cum ego te referiam.

Referiva. V. Refriva.

Refĕro, ers, tuli, latum, a. anom. *riferire, riportare*, השיב, Germ. *wider bringen*, Gal. *reporter*, Hiſp. *tornar a traher*, ἀναφέρω, retro fero, reporto. *Cic.* 1. *Off.* Non ſolum repulſam retulit, ſed ignominiam etiam, & calamitatem. *Id.* 12. *Fam. ep.* 25. Auſtar me ad tribules tuos retulit. *Id. Att.* 15. *ep.* 16. Referunt me pedes in Tuſculanum. *Id.* 1. *Tuſc.* ¶ Accipitur etiam pro perferre. *Cic. Att. l.* 6. Itaque ſint illa ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt. ¶ Item pro conferre. *Cic.* 4. *Fin.* Niſi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad ſummam. id eſt conferantur in unum. *Id pro L. Man.* Si ad unum omnia referenda ſunt. ¶ Item pro in conſultationem ponere, proponere aliquid agitandum, decernendumque, cum acc. rei, & altero acc. perſonæ, cum præp. *ad*, vel cum acc. perſonæ, & abl. rei cum præp. *de*. *Cic.* 2. *Catil.* Rem omnem ad Patres Conſcriptos retuli. *Id.* 1. *de Div.* Et populus de ſuis rebus ad eum referret. *Id.* 2. *Catil.* Reliqua autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis jam ad Senatum referemus. ¶ Item et conferre dicimus, qui colloquuntur, ſic & referre aliquid dicuntur ſermocinantes. Proprieque ea vox eſt reſpondentis. *Cic. pro Cæc. c.* 29. Ego enim tibi refero, ſi non ſum ex eo loco dejectus, &c. ¶ Sed generatim ſumitur pro dicere, narrare, *renunciare*. *Virg.* 2. *Æn.* Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. *Plin. l.* 7. *c.* 41. Una feminarum in omni ævo Lampido Lacedæmonia refertur. *Id. l.* 32. *c.* 11. Aliqua relatu digna. ¶ Uſurpatur quoque pro recenſere, numerare. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Eodemque libro rurſus terram, & cælum refert in Deos. *Id. ib. c.* 12. Referre in numero Deorum. *Sueton. in Cæſ. c.* 88. In numerum Deorum relatus eſt. ¶ Item pro ſcribere, aſcribere. *Cic. pro Cluent.* Ut alter in ærarios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet. *Id.* 1. *Phil.* Si quid memoriæ cauſa retulit in libellum. ¶ Item pro revocare, renovare, quaſi rurſus ferre. *Virg.* 5. *Æn.* Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam, rettulit. ¶ Item pro reddere, reſtituere. *Virg.* 8. *Æn.* O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos. ¶ Item pro convertere. *Virg.* 11. *Æn.* Multa dies, variuſque labor mutabilis ævi rettulit in melius. ¶ Item pro dirigere. *Cic.* 1. *Fin.* quo ſint omnia bene vivendi, recteque faciendi conſilia referenda. ¶ Item pro retractare. *Cic. pro Dom. c.* 29. Hoc in genere rem judicatam referri poſſe voluerunt. Sed locus hic Ciceronis non caret tricis. ¶ Item pro iterare. *Cic.* 3. *de Or.* Niſi Athenienſibus, quod myſteria non referrent, ad quæ biduo ſerius veneram, ſuccenſuiſſem. ¶ Item pro exprimere, imitari. *Plin. l.* 5. *ep.* 16. Quæ non minus mores ejus, quam os, vultumque referebat. ¶ Referre acceptum alicui aliquid, eſt fateri, ſe ei debere gratiam. V. *Acceptus*. ¶ Gratiam, vel gratias referre, eſt ipſo facto beneficium acceptum remetiri. *Cic.* 2. *Off.* Nummum enim inops ille, ſi bonus eſt vir, etiamſi referre gratiam non poteſt, habere certe poteſt. *Id. Att. l.* 2. Quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit. ¶ Aliquando in malam partem accipitur pro par pari reddere, & malum malo compenſare. *Cic. in Sall.* Non enim ſperaſti, me tibi mutuam gratiam relaturum, ut tuos vicıſſim compellarem. Sic *Ter. Eun.* 3. 1. 55. Tu par pari referto, denique quod eum mordeat. ¶ Pedem referre, eſt pedem retro ferre, retrahere ſe, regredi. *Cæſ. l.* 3. *B. C.* Pedem referre, & loco excedere non turpe exiſtimarent. Sic referre gradum, apud *Liv. l.* 1. *c.* 14. ¶ Referre ſe aliquo, eſt ſe conferre, redire. *Hor. l.* 1. *ſat.* 6. Referre ſe domum. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 8. Referre ſe ad ſtudia literarum. ¶ Referre animum, oculos, ora in, vel ad aliquid, eſt convertere, animadvertere, reſpicere. *Id. pro Quint. c.* 24. Cum ad te oculos, animumque retuli. *Id. pro Roſc. Am. c.* 16. Age nunc, refer animum ad veritatem, & conſidera, quæ ſtudia, &c. *Valer. Flac. l.* 7. Retulit ora ad juvenem. *Virg.* 12. *Æn.* in te ora Latini,

Y 3 In m

In te oculos referunt. ¶ Referre alicui ſalutem, riſalutare. Cic. Attic. l. 16. ep. 3. ¶ Referre enſem vaginæ, riporre. Silius l. 7. ¶ Referre rationem, rendere conto. Cic. 3. Ver. Caſ. l. c. B. C. ¶ Referre opem, afferre. Cic. 1. Div. ex poeta. Cives, relata opem. ¶ Referre numerum, eſt numerare, Virg. Ecl. 6. ¶ Referre in deterius, ſpiegare, e ricevere in cattiva parte. Tacit. Ann. 13. c. 13. Nec defuere, qui in deterius referrent. ¶ Referre in melius, eſt in melius mutare. Virg. Æn. 1. Quin aſpera Juno Conſilia in melius referet. ¶ Hoc verbum habet primam ſyllabam brevem, ſed a Poetis in præterito, & ſupino uſurpatur etiam prima longa, per Diaſtolen, vel Ectaſin, duplicato r, & l, ut, rettuli, rellatum. Hor. l. 2. epiſt. 1. Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Lucan. l. 9. Id rurſum cœli rellatum in templa receptant.

Refert, abat, tulit, imp. neom. importare, appartenere, Ger. es ligt daran, es trifft an, Gall. il appartient, il importe, Hiſp. ſer neceſſario, pertenecer, διαφέρει, intereſt, utile eſt, commodum eſt, alicujus momenti eſt. Conſtruitur cum nominativo, & genitivo. Sed loco nominativi habere poteſt verbum modi infinitivi, vel membrum orationis; loco genitivi rei inanimatæ admittit etiam acc. cum præp. ad; deinde loco genitivorum mei, tui, ſui, noſtri, veſtri exigit ablativos mea, tua, ſua, noſtra, veſtra; loco genitivi cujus poteſt habere abl. cuja; denique præter genitivum proprium, vel alium caſum loco genitivi, recipit etiam unum ex his quatuor genitivis communibus, magni, parvi, tanti, quanti, quorum tamen genitivorum loco non reſpuit adverbia, magnopere, parum, tantopere, tantum, quantopere, quantum. Cic. l. 5. Fam. ep. 20. Non adſcripſi id, quod tua nihil referebat. Id. in Brut. Neque enim refert videre, quid dicendum ſit. Id. 2. de Div. Aves paſcantur, nec ne, quid refert? Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. Parvi refert abs te ipſo jus dici æqualiter, & diligenter. Id. pro Cal. Refert enim magnopere id ipſum. Sall. in Jug. Quod illorum magis, quam ſua retuliſſe videretur. Id. Fam. 5. ep. 9. Sed quanti id refert? Virg. 2. Georg. Neque enim numero comprendere refert.

Refertus, a, um, pieno, ἔμπλεως, plenus, a referto. Cic. Acad. Certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt, & eam quidem plenam, ac refertam. Id. pro Font. c. 1. Referta Gallia negotiatorum eſt, plena Civium Romanorum. Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 16. Cum Cæſaris literis refertis omni officio, diligentia, ſuavitate. Id. 5. Ver. c. 87. a med. Tum refertius erit ærarium Populi R. quam unquam fuit. Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 14. ad fin. Quare quoniam ejuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum,

Refervens, entis, o. iterum fervens, vel valde fervens. Plin. l. 16. c. 11. Item terebinthinam in ſartagine referventi. ¶ Translata ponitur pro vehementi, & atroci. Cic. pro R. Com. c. 6. Nonne, ut ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur, & refrigeratur, ſic refervens falſum crimen in puriſſimam, & caſtiſſimam vitam collatum ſtatim concidit, & extinguitur?

Referveo, es, vel Referveſco, is, n. iterum vel valde ferveo. Cic. 1. Div. c. 23. Viſum Mercurium patera ſanguineos fundere, qui cum terram attigiſſet, referveſcere videretur ſic, ut tota domus ſanguine redundaret. V. Refervens. ¶ Eſt etiam refrigeſcere, fervere deſinere. Id. in Brut. c. 93. in fi. Contentio vocis reciderat, & quaſi referbuerat oratio. Alii leg. refervorat.

Refibulo, as, a. 1. fibulam retexo, ſeu ſolvo. Martial. l. 9. ep. 28. Et cujus refibulavit turgidum faber penem. id eſt fibulam peni inductam ſolvit.

Reficio, is, eci, ectum, a. 3. rifare, ברק, Ger. wider machen, Gal. refaire, Hiſ. rehazer, ἀνασκευάζω, iterum facio, inſtauro, renovo, quod corruptum erat, in ſtatum priſtinum reſtituo. Ulp. de rivis, l. 1. Verbo reficiendi tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, & advehere, apportareque ea, quæ ad eandem rem opus ſunt, continentur. Cic. 3. Ver. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. ¶ Interdum ponitur pro iterum creare, ſeu eligere. Cic. de Am. Papyrius legem ferebat de Tribunis reficiendis. ¶ Translate ſumitur pro recreare, ſeu delectare. Cæſ. l. 9. B. G. Exercitum ex labore, atque inopia refecit. Cic. l. 8. Fam. ep. 27. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Plin. in Paneg. c. 77. Ut labore refici, ac reparari videretur. ¶ Reficere vires, eſt reparare. Liv. l. 37. c. 24. Cum in alio, ubi ſubſtiterant, cibo reficerent vires. Senec. epiſt. 7. Ex longo morbo refici. ricuperarſi. ¶ Reficere copias, interdum ſignificat delectu habito ſupplere, reclutare. Cæſ. l. 3. B. C. c. 87. Hæ copiæ, quas videtis, ex delectibus horum annorum ſunt refectæ. Sic Virg. 3. Georg. Semper enim reſice. h. e. armenti numerum ſupple. ¶ Cic. Parad. 6. Nunquam eris dives, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri ſex legiones poſſis. hoc eſt ſuppeditetur, reddatur, proveniat. Varr. l. 1. R. R. cap. 2. ante med. Nemo ſanus debet velle impenſam ac ſumptum facere in culturam, ſi videt, non poſſe refici. di non poter riſarſi dello ſpeſo.

Refigo, is, xi, xum, a. 3. πάλιν πήγνυμι, rurſus, ſive valde figo. Virg. 4. Georg. Auleſque, & cerea regna refigunt. Alii leg. refingunt. Quod verbum quidam adducunt ex Col. l. 4. c. 16. pro refigendum legitur retondendum. ¶ Sæpe accipitur pro avellere, quod fixum erat, ſpiccare, diſtaccare, [illegible], Germ. wider anheften, Gall. arracher ce qui etoit fiche, Hiſp. arrancar lo hincado, ἀνασπᾶν. Celſ. l. 6. c. 18. Si dolor in gingivis eſt, moventurque aliqui dentes, refigi eos oportet. ¶ Hinc refigere leges eſt reſcindere. Cic. 13. Phil. c. 3. Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis per vim. Virg. Æn. 6. v. 622. leges fixit pretio, atque refixit.

Refingo, is, a. 3. fingo, ſimulo. Apul. l. 3. A. A. Hilari vultu renidens, quantumque poteram, lætiorem me refingens. V. Refigo.

Refirmo, as, a. 1. iterum. ſeu valde firmo, conſtituo. Sextus Rufus cap. 14. Supra ripam Tigridis limes eſt refirmatus.

Refixus, a, um, nom. ex particip. a figo, avulſus, ſtaccato. Horat. epod. 17. Refixa cœlo devocare ſidera. Virg. Æn. 5. v. 360. clypeum Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Reflagito, as, a. 1. ἀπαιτίζω, iterum flagito. Catul. ep. 39. (al. 42.) Perſequamur eam, & reflagitemus.

Reflatus, us, m. ἀντιπνοή, flatus adverſus, id eſt ventus contrarius. Cic. Att. l. 12. ep. 2. Quinquaginta naves delatas in Uticam reflatu hoc.

Reflecto, is, xi, xum, a. 3. torcere, [illegible], Ger. nieder ſich biegen, Gal. reflechir, retourner, Hiſp. doblegar atras, ἀνακάμπτω, retro flecto. Plin. l. 11. c. 50. Canum degeneres caudam ſub alvum reflectunt. Ovid. 7. Metam. Oculos reflectere. Catul. in Argonaut. Inde pedem reflexit. ¶ Translate ponitur pro revocare, reprimere. Cic. pro Syll. cap. 16. Et nonnunquam animum incitatum ad ulciſcendam orationem tuam revoco ipſe, & reflecto. Id. 1. de Or. Quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur. Ter. Adel. 3. 2. 9. Quem neque fides, neque jusjurandum, neque miſericordia repreſſit, neque reflexit.

Reflexim, adverb. cui contrarium eſt directim. Apul. de dogm. Platon. Ex hac conjugatione primi modi fit illativum, ſi directim, univerſale, ut Omne igitur honeſtum utile eſt; ſi reflexim, particulare, ut, Quoddam igitur utile eſt honeſtum.

Reflexio, onis, converſio. Apul. de dogm. Plat. Verum hoc in ſimplici converſione, quæ in concluſionum illationibus reflexio nominatur.

Reflexus, us, m. ſinus, receſſus, locus reflexus. Apul. l. 2. Florid. Prope Oceani reflexus.

Reflexus, a, um, ἀνακαμφθείς, torto, curvo. Plin. l. 11. c. 37. de dentibus elephantorum. Maſculis reflexi, fœminis recti, atque proni. Stat. l. 1. Achil. v. 383. Cervice reflexa.

Reflo, as, n. 1. ſoffiare contra, Ger. entgegen wayen, Gal. ſouffler a l'encontre, Hiſp. ſoplar hazia tras, ἀντιπνέω, retro flo, contra ſpiro. Cic. Att. l. 6. ep. 6. Inde quam primum Athenas, cum Eteſiæ valde reflaverint. Lucret. l. 4. v. 936. aer cum ducitur, & reflatur. ¶ Translate ſumitur pro adverſari, contrarium eſſe, inimicum eſſe. Hinc fortuna dicitur reflare, cum omnia nobis præter animi ſententiam cadunt. Cic. 2. Off. cap. 6. Nam & cum proſpero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos, & cum reflavit, affligimur.

Refloreſco, is, rui, n. 3. rifiorire, ἀναθάλλω, rurſus floreo. Plin. l. 19. c. 8. Cujus natura in certaminis refloreſcere ſæpius dicta eſt. Id. l. 18. c. 6. Secator incipiens florere, & quoties refloruit. ¶ Translate Silius l. 13. v. 738. Juventa refloreſcente ibit ovans.

Refluo, is, xi, xum, n. 3. ἀναῤῥέω, retro, ſeu rurſum fluo. Plin. l. 2. c. 97. Nec unquam eodem tempore, quo pridie, refluit.

Refluus, a, um, παλίῤῥοος, quod refluit, quod retrogado fertur fluxu. Plin. l. 2. c. 97. Introrſus in Pontum nunquam refluo mari.

Refocillatus, a, um, recreatus, refotus. Plin. lib. 3. ep. 14. Ipſe paucis diebus ægre refocillatus non ſine ultionis ſolatio deceſſit.

Refocillo, as, avi, atum, a. 1. riſtorare, riſcaldare, recreo, refoveo, reficio. Senec. l. 3. de benef. c. 9. Efficacibus remediis refocillaſſe lugentem.

Refodio, is, di, ſſum, a. 3. cavare, Ger. wider auffgraben, Gal. deterrer, Hiſp. deſenterrar, ἀνορύσσω, fodiendo eruo, extra terram educo. Plin. l. 2. c. 63. Jam profecto illos avaritiæ, atque luxuriæ cuniculi refodiſſent. Col. l. 2. c. 2. Radices refodere.

Reformatio, onis, riforma. Apul. l. 3. Met. Facilior reformationis medela.

Reformator, oris, riformatore, Germ. zu rechte macher, Gall. reformateur, Hiſp. reformador, ἀνορθωτής, qui reformat, inſtaurator. Plin. l. 8. ep. 12. Ipſarum literarum jam ſeneſcentium reductor, ac reformator.

Reformatus, us, m. reformatio. Tertul. adverſ. Valentin. c. 13.

Reformidatio, onis, timore, φόβος, actus reformidandi, timor, metus. Cic. in Partit. c. 4. In fuſione autem aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

Reformido, as, a. 1. temer molto, ירא, Ger. heffrig forchten, Gal. craindre fort, Hiſp. mucho temer, περιφοβέομαι, valde formido. Cic. Phil. 7. c. 6. Pacis nomine bellum involutum reformido. Id. Phil. 14. c. 3. Refugit animus, eaque dicere reformidat. Ovid. 2. de Pont. eleg. 7. Saucia tactum membra reformidant.

Reformo, as, a. 1. riformare, riſare, Ger. zu rechte machen, Gall. reformer, Hiſp. reformar, ἀναπλάττω, in priorem, vel in meliorem formam redigo. Ovid. 11. Metam. Dum quod fuit ante, reformet. Quintil. l. 12. c. 6. Apollonio Moloni Rhodi rurſus reformandum, ac velut recoquendum ſe dedit. Plin. in paneg. c. 53. Mores depravatos reformare, & corrigere.

Refoſſus, a, um, nom. particip. a refodio, ſcavato. Plin. l. 19. cap. 5. Solo quam altiſſime refoſſo.

Refoveo, es, vi, tum, a. 2. riſcaldare, Germ. wider erwarmen, Gall. rechauffer, Hiſp. abrigar, ἀναθάλπω, iterum foveo, calore moderato refocillo. Lucan. lib. 8. Et adſtrictos refovet complexibus artus. Colum. l. 2. c. 1. Si frequenti, & tempeſtiva, & modica ſtercoratione terra refovetur. ¶ Translate eſt reficere, recreare. Velleı. l. 2. c. 113. Paucis diebus ad refovendas vires moratus. Stat. 6. Theb. v. 561. Vires dat, refovetque Deus.

Refractariolus, a, um, dim. a refractarius. Cic. Att. l. 2. epiſt. 1. Et quod ſe ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit.

Refractarius, a, um, oſtinato, reſtio, ἀντίτυπος, contumax, nimis ſententiæ tenax, a refringendo, tanquam obſtantia refringens, nulloque clauſtro ſe patiens coerceri. Sen. ep. 74. Errant, ſi qui exiſtimant, Philoſophiæ fideliter deditos contumaces eſſe, ac refractarios, & contemptores Magiſtratuum.

Refractio, onis, f. refrazione, ἀντανάκλασις, ut refractio luminis, l. 8. ff. tit. 2. leg. 17.

Refractus, a, um, ἀνακεκλασμένος, rotto, ſpezzato. Plin. l. 2. ep. 14. Refractis pudoris, & reverentiæ clauſtris.

Refræno. V. Refreno.

Refragator, oris, qui refragatur, & repugnat. Aſcon. Pædian. in Orat. Cicer. contra C. Anton. initio. Acerrimi, ac potentiſſimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum peteret conſulatum. Tertull. adv. Gnoſt. c. 1. Omnes martyriorum refragatores ebulliunt.

Refragor, aris, d. 1. repugnare, far reſiſtenza, reſiſtere, [illegible], Ger. widerſtehen, Gal. reſiſter, contredire, Hiſ. ſer contrario, reſiſtir, ἐναντιόω, adverſor, reſiſto, repugno. Cic. pro Mur. c. 23. Tota illa lex petitioni tuæ refragata eſt. ¶ Refragari ingenium alicui dicitur, quando ingenio aliquid aſſequi nequit. Quintil. l. 10. c. 6. Ut is, cui non refragetur ingenium. ¶ Refrago, as, pro ſuffragor. Siſenna apud Non. c. 7. n. 3. Multi populi dictaturam omnibus animis, & ſtudiis refragavere.

Refrenatio, onis, actus refrenandi. Senec. l. 3. de ira, c. 15. Neceſſaria eſt iſta refrenatio doloris.

Refrenatus, a, um, nom. particip. raffrenato, ut refrenatus religione. Lucret. l. 5. v. 115.

Refreno, as, avi, atum, a. 1. raffrenare, ἀναχαλινόω, retineo, coerceo, freno. Cic. Parad. 4. Refrenare libidines. Id. pro Cal. c. 31. Adoleſcentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi. Horat. lib. 3. od. 24. indomitam refrenare licentiam.

Refrequento, as, a. 1. quidam afferunt ex Sueton. in Aug. c. 46. ſed ibi opt. editiones habent frequente.

Refrico, as, a. 1. fregare de nuovo, ἀνατρίβω, rurſus, vel valde frico. Cato c. 87. Id omne ita facito, & refricato denuo. ¶ Metaleptice ponitur pro renovare, tractum a vulneribus, quæ plerunque fricando renovantur. Cic. Att. l. 5. Appii vulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt. Id. 3. Agr. c. 2. Refricare obductam Reip. cicatricem. Id. l. 5. Fam. ep. 17. Ne refricem meis literis deſiderium, ac dolorem tuum. Id. Phil. 3. Refricare memoriam pulcherrimi facti. Id. pro Syll. Refricare animum memoria alicujus rei.

Refrigeratio, onis, rinfreſcamento, ἀνάψυξις, actus refrigerandi. Cic. de Sen. c. 14. Et refrigeratio æſtate, & viciſſim aut Sol, aut ignis hybernus.

Refrigeratorius, a, um, refrigerativo, refrigerante, ἀναψυκτικός, quod refrigerat. Plin. lib. 20. c. 12. Refrigeratoriam tamen vim eſſe convenit nigro.

Refrigeratrix, icis, quæ refrigerat. Plin. lib. 19. cap. 8. Eſt quidem (lactuca) natura omnibus refrigeratrix.

Refrigeratus, a, um, ἀναψυχθείς, partic. a refrigeror. Cic. 1. de nat. Deor. c. 10. Dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda ſunt.

Refrigerium, ii, refrigerio, ſolatium, recreatio. Tertull. de reſur. carn. c. 17. Alcim. Avit. l. 3. v. 276.

Refrigero, as, a. 1. raffreddare, rinfreſcare, Ger. kalten, Gal. rafraichir, Hiſp. reſfriar, ἀναψύχω, rem calidam frigidam facio, frigus alicui rei, vel homini induco. Cic. l. 5. Fam. ep. 10. Quod me frigus Dalmaticum, quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit. Id. de Sen. Ubi enim potest illa ætas aut calidius, aut aquæ calefcere vel apricatione, vel igni? vel viciſſim umbris, aquiſve refrigerari ſalubrius? ¶ Translate ponitur in paſſiva

Digitized by Google

voce pro diminui, deſinere, langueſcere. *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* Refrigerato jam laviſſimo ſermone hominum provincialium. *Id. 2. Ver.* Ita, defeſſa, ac refrigerata accuſatione, rem integram ad M. Metellum Prætorem eſſe venturam. ¶ Refrigerare teſtam, eſt attonitum reddere, perturbare. *Quintil. l. 5. c. 7.* Talis brevi interlocutione patroni refutandus eſt, aut aliquo, ſi continget, urbane dicto refrigerandus.

Refrigeſcentia, æ, refrigeratio. *Tertul. de anim. c. 43.*

Refrigeſco, is, refrixi, ſine ſup. *raffreddarſi*, Ger. *wider erkalten*, Gall. *ſe refroidir*, Hiſp. *reſfriarſe*, ἀναψύχομαι, frigidus fio. *Cato c. 105.* Ubi jam vinum refrixerit. *Col. l. 2. c. 2.* Ut colla eorum refrigeſcant. ¶ Tranſlate ponitur pro langueſcere, deſinere, minui. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 24.* Sed tota res & timetur, & refrigeſcit. *Id. l. 9. Fam. ep. 12.* Unum vereor, ne haſta Cæſaris refrixerit.

Refringo, is, refregi, refractum, a. 3. *rompere, fracaſſare*, פרק, Ger. *auffbre hen*, Gall. *derompre*, Hiſp. *quebrar*, ἀναῤῥήγνυμι, rumpo, rumpendo aperio. *Liv. l. 34.* Ut conſternata nocturno tumultu civitate, refringi carcer poſſet. *Plaut. Capt. 4. 4. 10.* Cellas refregit omnes intus, recluſitque armarium. ¶ Tranſlate *Cic. pro Mur.* Cum vero ego tanto intervallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem. *Liv. l. 3. c. 37.* Refringere vim fortunæ, h. e. retundere. ¶ Ponitur etiam pro repercutere, reflectere. *Plin. l. 2. c. 59.* Radius ſolis immiſſus cavæ nubi, repulſa acie, in ſolem refringitur.

Refriva faba, quæ ex ſegete domum referebatur ad ſacrificium, quaſi *referiva*, a *refero*. *Feſt.* Refriva faba dicitur, ut ait Cincius, quæ ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete auſpicii cauſa, quaſi revocet domum. Data enim eſt & tritico ad rem divinam faciendam. Ælius dubitat, an ea ſit, quæ prolata in ſegetem domum referatur, an quæ refrigatur, quod eſt, torreatur. Sed opinionem Cincii adjuvat, quod in ſacrificiis publicis, cum puls fabata Diis datur, nominatur refriva. Hæc *Feſt. Plin. l. 18. c. 12.* In eadem (faba) peculiaris religio. Namque fabam utique e frugibus referre mos eſt auſpicii cauſa, quæ ideo refriva appellatur. Utroque loco alii leg. *referiva*.

Refrondeſco, is, n. 3. rurſus frondeſco. *Sidon. Carm. 22. v. 46.* Sponte refrondeſcit per brachia roſcida palmes.

Refuga, æ, com. 1. *fuggitivo*, נס, Ger. *fluchtig*, Gal. *fugitif*, Hiſ. *fugitivo*, αὐτόμολος, fugitivus, vel fugitiva, qui, vel quæ aliorum dominium refugit. *Ulpian. l. aut damnum, ff. de pœn.* Quique refugæ ex opere metalli in metallum damnantur.

Refugio, is, gi, gitum, n. 3. *fuggire, ritirarſi*, נס, Germ. *wider hinderſichfliehen*, Gal. *refuir*, Hiſp. *huyr, huyr, atras*, ἀναφεύγω, fugio, retro fugio, fuga me retrorſum recipio. *Cic. 7. Ver.* Qui ex illo numero reliqui Syracuſas claſſe amiſſa refugerant. *Id. pro Dejot.* Nonne, cum eſſes productus teſtis, & cum tecum fuiſſet, refugit ad legatos? ¶ Tranſlate eſt fugere, devitare. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longe refugit. *Id. 2. de Or.* Pudore a dicendo, & timiditate ingenua quadam refugiſti. *Id. Phil. 14. c. 3.* Refugit animus ea dicere. *Col. l. 12. c. 49.* Illa memoriam noſtram refugiunt. *Hor. l. 2. ep. 2.* Refugere jurgia.

Refugiſco, is, n. 3. refugio, devito. *Commodian. inſtruct. 23.*

Refugium, ii, *rifugio*, מנוס, Ger. *zuflucht*, Gal. *refuge*, Hiſp. *acogida*, καταφυγή, locus, ad quem confugimus. *Cic. 2. Offic. c. 8.* Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. ¶ Speciatim refugia ſunt loca domus abditiora, & penitiora, in quæ imminente vi majore vel hoſtium, vel incendii, ſe, bonaque ſua refugiendi hoſtium impetus, vel incendii cauſa paterfamilias conjicere ſolet. Hujuſmodi loca aperire, & pervia facere uſufructuario non licet. *Ulp. l. ſi cujus rei, ff. de uſufr. quemad. quis utat. fruat.* Vel aditus, poſticaſque vertere, vel refugia aperire.

Refugus, a, um, ἀποφεύγων, qui ſe fuga ſubducit. *Tac. l. 13. Ann. c. 40.* Ut inſtantibus cominus reſiſterent, refugos non ſequerentur. *Id. 3. hiſt. c. 61.* Quidam in caſtra refugi cuncta formidine implebant. ¶ Tranſlate ponitur pro eo, qui recedit. *Ovid. epiſt. 17.* Spemque ſuo refugi fluminis ore ſequi. ¶ Item pro reclivi, aut rejecto. *Lucan. l. 10. v. 130.* Refugoſque gerens a fronte capillos. h. e. reflexos, quales ſunt criſpi capilli Maurorum.

Refulgentia, æ, ſplendor, fulgor. *Apul. l. 4. Florid.* Lacunarium refulgentia.

Refulgeo, es, ſi, ſine ſup. n. 2. *riſplendere*, ἀναλάμπω, valde fulgeo. *Virg. 1. Æn.* Claraque in luce refulſit. *Perſ. in prol.* Si doloſi ſpes refulſerit nummi. *Plin. l. 9. c. 38.* Color ſanguinis refulgens.

Refundo, is, refudi, refuſum, a. 3. *rifondere, ſpargere*, ἀναχέω, idem quod fundo, vel rurſus fundo, regero. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quibus altæ, renovatæque ſtellæ, atque omnis æther refundunt eadem, & rurſus trahunt indidem. ¶ Tranſlate ſumitur pro reddere, reſtituere. *Ulp. l. ſi pecuniam, ff. de condit. cauſ. dat.* Conſequens eſt, ut dicamus eum refundere, quod accepit. *Plin. Paneg. c. 31.* Refundimus Nilo ſuas copias.

Refuſe, adverb. *abbondevolmente*, ἀναχυμένως, redundanter. *Col. l. 4. c. 1.* Nam ſemper in plano refuſius egeſta humus tumidior eſt.

Refuſio, onis, actus refundendi. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 21.* Pluvialis copiæ eſt refuſio humoris ad ſupera tracti.

Refuſorius, a, um, adject. Refuſoriæ literæ dicuntur a *Sidon. l. 9. epiſt. 10.* quibus aliquid remittitur.

Refuſus, a, um, ἀναχυθείς, redundans, effuſus. *Virg. 1. Æn.* Stagna refuſa vadis. *Plin. l. 36. c. 26.* Non niſi refuſo mari arenas latatur.

Refutatio, onis, *confutazione*, ἔλεγχος, actus refutandi, confutatio. *Cic. in Top. c. 25.* Refutatio autem accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quæ Græce στάσις dicitur, Latine appellatur ſtatus, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.

Refutator, oris, qui refutat. *Arnob. l. 2.* Refutator incredulus.

Refutatorius, a, um, quod pertinet ad refutationem. *Leg. 1. Cod. de Relationib.* Is refutatorias preces offerebat.

Refutatus, us, m. idem ac refutatio. *Lucr. l. 3. v. 524.* Ancipitique refutatu convincere falſum.

Refutatus, a, um. *Cic. pro Leg. Man. c. 17.* Obſolevit jam iſta oratio, re multo magis, quam verbis refutata.

Refuto, as, a. 1. *confutare, convincere*, הכזב, Germ. *verwerffen*, Gal. *refuter*, Hiſp. *rechacar*, ἀντιλέγομαι, confuto, redarguo, refello. *Cic. 2. de Orat. c. 19.* Noſtra confirmare argumentis, deinde contraria refutare. *Id. in Vatin.* Nemo enim horum te ita refutandum ut gravem adverſarium, aut ita rogandum ut religioſum teſtem arbitrabatur. ¶ Tranſlate ponitur pro improbare. *Cic. 2. Tuſc.* In primiſque refutetur, ac rejiciatur Philoctetæus ille clamor. ¶ Item pro reprimere. *Cic. de Aruſp. c. 4.* Et aut concedente, aut etiam adjuvante Milone ejus conatum refutabo. *Id. de prov. Conſ. c. 13.* Semper illas nationes noſtri imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putaverunt, *ſtar ſulla difenſiva, provocato ſull' offenſiva*. *Liv. l. 2.* Oratione feroci refutando plebem.

Regaliolus. V. Regaviolus.

Regalis, & le, o. 3. *regale, reale*, Germ. *konigkelich*, Gal. *royal*, Hiſp. *real*, βασιλικός, quod Rege dignum eſt. Pertinet ad claritatem, excellentiam. *Cic. de Sen.* Nihil ei tam regale videri, quam ſtudium agri colendi. *Plin. l. 13. c. 2.* Ergo regale unguentum appellatur, quoniam Parthorum Regibus ita temperatur, conſtat myrobalano, coſto, amomo, &c. *Liv. l. 27. c. 19.* Regalis animus. *Plaut. Capt. 4. 2. 45.* Regum rex regalior. ¶ Regalia exta appellantur, inquit *Feſt.* quæ potentibus inſperatum honorem pollicentur, privatis, & humilioribus hereditates, filiofamilias dominationem.

Regaliter, adverb. *regalmente, da Re*, Ger. *koniglich*, Gal. *royalement*, Hiſp. *realmente*, βασιλικῶς, Regum more, ideſt ſplendide, munifice, & interdum tyrannice, crudeliter. *Ovid. 2. Met.* Precibuſque minas regaliter addit. *Liv. l. 42. c. 51.* Sacrificio regaliter confecto.

Regaviolus, i, m. βασιλίσκος, avis exigua, quæ aliter dicitur rex avium, presbys, trochilus. Alii putant eſſe galgulum, quæ avis Græce dicitur ἴκτερος, a colore. *Suet. in Caſ. c. 81.* Pridie autem easdem Idus avem regaviolum cum laureo ramo Pompejanæ Curiæ ſe inferentem volucres variæ generis e proximo nemore proſecutæ, ibidem diſcerpſerunt. Al. leg. *regaliolus*.

Regelo, as, a. 1. *diſghiacciare*, Ger. *einfrorea*, Gal. *degeler*, Hiſp. *deſhelar*, ἀναψύχω, gelu reſolvo. *Colum. l. 1. c. 5.* Ea matutino regelari ortu poterit. *Id. l. 10. v. 77.* Poſt ubi Riphææ torpentia frigora brumæ Candidus aprica Zephyrus regelaverit aura.

Regemo, is, n. ingemo, gemitum reddo. *Stat. 5. Theb. v. 389.* dat operta fragorem Pinus, & abruptis regemunt tabulata cavernis.

Regerminatio, onis, ἀναβλάστησις, actus regerminandi. *Plin. l. 17. c. 20.* Regerminatione cadua, vel ſalice lætior.

Regermino, as, n. 1. *germogliare di nuovo*, ἀναβλαστάνω, iterum germino. *Plin. l. 16. c. 33.* Et in Ænaria ſuccisa regerminat.

Regenero, as, a. 1. *rigenerare*, Germ. *wider gebaren*, Gall. *regenerer*, Hiſp. *tornar a engendrar*, ἀναγεννάω, iterum, ſive rurſus genero. *Plin. l. 12. c. 1.* Platani fatæ regeneravere vitium. ¶ Tranſlate ſumitur pro repræſentare, naturam, & mores referre. *Plin. l. 14. cap. 22.* Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur.

Regero, is, geſſi, geſtum, a. 3. *riportare*, השיב, גלל, Ger. *widerumb hintragen*, Gall. *rapporter*, Hiſp. *referir*, ἀναφέρω, refero, reporto, reduco. *Colum. l. 2. c. 10.* In acervum culmos regerant. ¶ Interdum eſt reponere, reddere. *Plin. l. 2. c. 9. de Luna.* Quoniam hauſtum omnem lucis averſa illo regerat, unde acceperit. ¶ Tranſlate ſumitur pro referre in locum aliquem. *Quintil. l. 3. c. 8.* Sunt enim velut res regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola. ¶ Item pro objicere, opponere. *Caſſius l. 15. Famil. epiſt. 19.* Pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regerem, ut Catium Athenis natum eſſe dicas. *Quintil. l. 11. c. 1.* Invidiam in aliquem regerere. h. e. in aliquem rejicere. *Sen. Hippol. v. 718.* Crimen alicui regerere.

Regeſtum, i, terra ex ſulco egeſta, ſeu effoſſa, & in aliquam altitudinem elevata. *Colum. l. 3. c. 13.* Vix juſtum paſtinationi præbet regeſtum. *Id. l. 11. c. 3.* Ut in quatuor conſurgat regeſtum. ¶ Sumitur item pro ordinata diſpoſitione, quæ vulgo corrupte *regiſtrum* dicitur, & regeſta num. plur. dicuntur, quæ in tabulas, aut in libros redacta ſunt. *Vopiſc. in Probo, c. 2.* Uſus etiam ex regeſtis ſcribarum porticus porphyreticæ, actis etiam ſenatus, ac populi.

Regeſtus, a, um, partic. a regeror, ut Terra regeſta, ideſt, eodem relata, unde egeſta, ſeu effoſſa fuerat. *Ovid. 11. Metam.* Indiciumque ſuæ vocis tellure regeſta obruit.

Regia, æ, *palazzo regale*, בית המלך, Ger. *konigshoff, koniglicher pallaſt*, Gal. *mayſon royale*, Hiſp. *palacio, caſa real*, τὰ βασίλεια, domicilium, & aula regia. *Cic. 3. Fin.* Ut enim, inquit, nemo dicit in regia, regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 1.* Hæc fuit antiqui regia parva Numæ. ¶ Ponitur etiam pro baſilica. Nam *baſilica* regiam domum propria ſignificat. *Stat. l. 1. Silv. 1. v. 30.* Illa belligeri ſublimis regia Pauli. *h. e.* baſilica ab Æmilio Paulo extructa, cujus meminit etiam *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* ¶ Eſt etiam *regia* oleæ genus baccas ferens ſpecioſiſſimas, & eſcæ potius, quam oleo idoneas. *Colum. l. 5. c. 8. & l. 12. c. 47.*

Regibilis, le, adject. qui facile regi poteſt. *Ammian. l. 16. c. 12.* Juventus regibilis, & conſulta.

Regie, adv. *regalmente*, βασιλικῶς, regio more, ut Rex ſolet, vel ut decet Regem. *Cic. 5. Ver. c. 48.* Nunc ut hoc tempore ea, quæ regie, ſeu potius tyrannice ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Regie polita ædificia.

Regienſes, ium, m. populi Regii incolæ. *Plin. l. 3. c. 15.*

Regieſco, V. Regleſco.

Regifice, adv. *regalmente, ſontuoſamente*, βασιλικῶς, regio apparatu, ſplendide, ſumptuoſe. *Cic. 3. Tuſc. c. 19. ex Poeta.* Vidi ego te, aſtante ope barbarica, tectis cælatis, laqueatis, auro, ebore inſtructam regifice.

Regificus, a, um, idem quod regalis. *Val. 2. Argon.* Stant geminis, auroque tori, menſæque paratu Regifico. *Virg. 6. Æn. v. 605.* epulæ regifico luxu.

Regifugium, ii, feſtum Romanorum, in memoriam fugæ illius, qua L. Tarquinius Superbus ex urbe Roma poſt Lucretiæ mortem fugit. Agebatur ſexto Calendas Martii, ideſt die 24. Februarii, poſtridie Terminaliorum. *Ovid. 2. Faſt. & Feſt.*

Regigno, is, genui, genitum, a. 3. *rigenerare*, ἀναγεννάω, iterum gigno. *Lucr. l. 5. v. 243.* Quapropter maxima mundi Cum videam membra, ac partes conſumpta regigni.

Regilla, æ, muliebre veſtimentum, dim. a *recta*, quod veſtimenti virilis genus erat, ita dictum, quod recta ſurſum verſum texeretur. *Feſt.* Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis utriſque rectis textis ſurſum verſum a ſtantibus pridie nuptiarum diem virgines indutæ cubitum ibant ominis cauſa, ut etiam in togis virilibus dandis obſervari ſolet. *Plaut. Epid. 2. 2. 39.* Quid erat induta? an regillam induculam? an menduculam?

Regillus lacus, *Lago di S. Praſſede, Lago di Caſtiglione*, lacus Latii, apud Algidum nemus, inter Tibur ad Bor. & montem Algidum ad Mer. *Liv. l. 1.*

Regimen, inis, n. *governo*, הנהגה, Ger. *regiment*, διοίκησις, rectio, gubernatio, a *rego*. *Liv. l. 3. c. 33.* Regimen totius Magiſtratus penes Appium erat favore Plebis.

Regimentum, i, regimen. *Feſt.* Regimen pro regimento uſurpant Poetæ.

Regina, æ, *Regina, Reine*, מלכה, Ger. *konigin*, Gal. *Reine*, Hiſp. *Reina*, βασίλισσα, quæ regnat, quæ regnum poſſidet. *Cic. Att. lib. 14.* Reginæ fuga mihi moleſta eſt. ¶ Ita etiam dicta eſt uxor regis ſacrificuli, teſte *Feſt. & Servio*. V. Arculum. ¶ Per Catachreſin ponitur pro domina. *Plaut. Truc. 2. 6. 30.* Sed reginæ domi ſuæ fuere umbræ. ¶ Item pro muliere *arti c.* *Ter. Eun. 1. 2. 88.* Quia ſolæ utuntur his reginæ. ¶ Tranſlate dicitur etiam de rebus inanimatis. *Cic. 2. de Orat.* Sed tantam vim habet illa, quæ recte a bono Poeta dicta eſt flexanima, atque omnium regina rerum oratio. *Id. Offic. 3. c. 6.* Juſtitia regina virtutum. *Horat. l. 1. epiſt. 6.* Et genus, & formam regina pecunia donat.

Regio, onis. *regione, paeſe*, מדינה, Ger. *landtſchaffe*, Gal. *region, contree*, Hiſp. *region*, χώρα, κλίμα, pars orbis terrarum. *Cic. pro Sext.* Quæ regio, quæ ora terrarum erat latior, in qua non Regnum aliquod ſtatueretur? ¶ Deinde uſurpatur ſæpe pro tractu pro incitæ, *tratto di paeſe*. *Cic. in Fam.* Claſſem fugientem perſecuti ſumus uſque in Sidam, quæ extrema regio eſt provinciæ meæ. ¶ Tranſlate regiones in urbe dicuntur majores

Digitized by Google

res ejus partes, quæ dividuntur in vicos ut membra minora, *quartiere*, *ſeſtiere*. Urbis Romæ antiquitus quatuor regiones fuerunt, *Suburrana*, *Eſquilina*, *Collina*, *Palatina*; deinde uſque ad quatuordecim crevere, teſte *Varr. l. 3. c. 6.* V. *Rosin. l. 1. Antiq. Rom. c. 13.* ¶ Non ſolum vero de terræ partibus, ſed etiam de cœli dicitur. Regiones cœli quatuor ſunt, *Oriens*, *Occidens*, *Meridies*, & *Septentrio*. *Cic. 2. de nat. Deor.* de regione *Lunæ*. Sed etiam regio, quæ tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis. ¶ Regio quoque uſurpatur pro fine, limite, termino, præſertim in num. plur. *Cic. 2. de nat. Deor.* An Accii Navis littus ille, quo ad inveſtigandum ſuam regiones vitæ terminavit, contemnendus eſt? ¶ In hac acceptione venuſte tranſlata capitur. *Cic. pro Arch.* Et, ſi quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, iiſdem omnes cogitationes terminares ſuas. *Id. 2. Agr. c. 35.* Singularis homo privatus, niſi magna ſapientia præditus, vix facile ſe te regionibus officii, magnis in fortunis, & copiis continet. ¶ Ponitur denique aliquando pro orbita, & linea. *Cic. 7. Ver.* De omnibus nobis ſi quis tantulum de regione deflexerit. *Virg. 1. Æn. v. 737.* rota excedo regione viarum. ¶ *E regione*, eſt ex adverſo, ex oppoſito, *dirimpetto*. *Cic. 4. Acad.* Nonne etiam dicitis eſſe e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos antipodas vocatis? *Caſ. l. 7. B. G.* Cum uterque utrique eſſet exercitus in conſpectu, fereque e regione caſtris caſtra opponeret.

Regionalis, le, ad regionem pertinens. *Auguſtin. l. 7. de Baptiſm. contra Donatiſt. c. 53.* Concilium regionale. *h. e.* alicujus regionis, ſeu provinciæ: cui opponitur *plenarium*.

Regionaliter, adv. regionatim. *Apul. de Mundo*. Quæ cunt regionaliter videantur eſſe paſſifera.

Regionarius, ii, m. decempedator, geometra. *Frontin. de Colon.* Oppidum mihi regionarii diviſerunt.

Regionatim, adverb. κατὰ χώραν, per ſingulas regiones. *Liv. l. 40. c. 51.* Mutarunt ſuffragia, regionatimque generibus hominum, cauſiſque ac quæſtibus Tribus deſcripſerunt. Adde *Suet. in Caſ. c. 39.*

Regilo, as, a. 1. frequent. a rego. *Var. l. 1. R. R. c. 57.* ubi tamen meliores libri habent *regelare*.

Regium, & Regium Lepidi, *Reggio*, urbs Galliæ Togatæ, in via Æmilia, olim colonia Thuſcorum, inter Parmam, & Mutinam. Dicta eſt Regium Lepidi a M. Æmilio Lepido, illo, qui bello Gallico confecto viam Æmiliam ab Arimino Placentiam munivit, quod ibi forum habuit. *Feſt.* & *Cic. Fam. epiſt. 5.* ¶ *Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 9.* Regium ſalute dixit.

Regius, a, um, regio, regale, *da Re*, Germ. *kaniglich*, Gall. *royal*, Hiſp. *real*, βασιλικός, quod eſt Regis, ſive quod Rege dignum eſt. *Cic. 1. Tuſc.* Ne poſſet agnoſci, ſi eſſet armata Regio. *Id. 3. Offic.* Regius paſtor. *Id. pro Leg. Man.* regium bellum. h. e. quod cum rege fit. *Id. 1. Phil.* regia poteſtas. *Horat. l. 2. od. 15.* Regiæ moles. ¶ Regii abſolute dicuntur, qui e Regis ſunt, ex ejus milites, vel miniſtri. *Nepos in Ageſil. c. 8.* Hujus de adventu fama cum ad regios eſſet perlata. ¶ Regius morbus, ἴκτερος, idem qui & Ictericus dicitur. Ratio hujus appellationis videtur eſſe, quia in ejus curatione utendum eſt lecto, & conclavi cultiore, uſu, loco, ludis, laſcivia, aliis, per quæ mens exhilaretur. Hæc *Celſ. l. 3. c. 24.* Hinc *Seren. Sammon. c. de regio morbo*. Regius eſt vero ſignatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celſa curatur in aula.

Regieſco, is, a. 3. ſine præt. & ſup. idem ac regiſceu, ſeu iterum exeo. *Feſt.* ubi alii leg. *regueſco*.

Reglutino, as, a. 1. *diſcollare*, ἀποκολλάω, quod glutinatum erat, diſſolvo. *Catul. ad Thall. carm. 25.* Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, & remitte.

Reglutinoſus, a, um, ἀποκολλητός, valde glutinoſus. *Plin. l. 11. c. 14.* Ut ſit odoratum ex dulci acre, reglutinoſum, perluſidum. Al. leg. *glutinoſum*.

Regnator, oris, βασιλεύτης, qui regnat. *Virg. 5. Æn. verſ. 269.* Ipſa Deum ſibi me claro demittit Olympo Regnator; cœlum, & terras qui numine torquet. ¶ Aliquando pro poſſeſſore ponitur. *Martial. l. 10. epigr. 61.* Quiſquis eris noſtri poſt me regnator agelli.

Regnatrix, icis, βασιλεύτειρα, quæ regnat, ut Domus regnatrix. h. e. familia Auguſta. *Tac. 1. Ann. c. 4.*

Regnatus, a, um, βασιλευθείς, poſſeſſus, *poſſeduta da un Re*. *Hor. l. 2. od. 6.* Et regnata petam Laconi Rura Phalanto. *Ovid. l. 4. de Ponto eleg. 15.* Regnataque terra Philippo.

Regno, as, avi, atum, n. 1. *regnare*, מָלַךְ, Germ. *regieren*, Gall. *regner*, Hiſp. *reynar*, βασιλεύω, Regnum poſſideo, & adminiſtro, dominor, & rerum potior. *Cic. pro Leg. Man.* Sed ab illo tempore annum jam tertium, & vigeſimum regnat. *Liv. l. 1.* Manſit Sylvius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnaverunt. *Cic. 4. Ver. c. 54.* Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium factone regnaſſe. *Virg. 3. Æn. v. 195.* Gratis regnare per urbes. *Hor. l. 3. od. 30.* Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium regnavit populorum. *Id. l. 3. od. 5.* Cœlo regnare. *Virg. 1. Æn.* Hic jam tercentum totos regnabitur annos gente ſub Hectorea. *Tac. 1. hiſt. c. 16.* Ut in cæteris gentibus, quæ regnantur. ¶ Tranſlate ponitur pro in ſumma auctoritate eſſe, auctoritate ſumma valere. *Cic. Fam. 11. ep. 16.* Quando equitum centuriam tenes, in quibus regnas. *Id. 7. Fam. ep 25.* Olim cum regnare exiſtimabamus. ¶ Item pro recte ſe habere, beatum eſſe ſine curis, ac labore. *Horat. l. 1. ep. 10.* Quid quæris? vivo, & regno, ſimul iſta reliqui.

Regnum, i, *Regno*, *Reame*, מַלְכוּת, Germ. *Reich*, Gall. *Regne*, *Royaume*, Hiſp. *Reyno*, *Reynado*, βασιλεία, dominatus Regis, & regio, quæ a Rege poſſidetur. *Cic. 2. Agr.* Extraordinaria non imperia, ſed Regna quæri putabantur. *Virg. 6. Æn.* Regna invia vivis. h. eſt loca inferorum. ¶ Regnum etiam urbane dici poteſt locus, in quo quis dominatur, aut id in quo quis pollet maxime. *Cic. 1. de Orat. c. 10.* Id, mihi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem. V. *ibid. c. 16.* Rurſus *Cic. Att. l. 1. epiſt. 1.* Aquilius illud ſuum regnum judiciale oppoſuit. h. e. juris interpretandi munus. ¶ Regnum vini, eſt præfectura in conviviis, quam qui ſortitus eſt, leges bibendi fert, quibus cæteros omnes parere neceſſe eſt. *Horat. l. 1. od. 4.* Nec regna vini ſortiere talis. ¶ Regnum pro rege, vel pro regis potentia, & voluntate. *Stat. 12. Theb.* Heu mihi nunc quis adeſt cari Polynicis ad ignes? Etſi regna vetant.

Rego, is, xi, ctum, a. 3. *reggere*, *governare*, הִדְרִיךְ, Ger. *herſchen*, *regieren*, Gall. *regir*, *gouverner*, Hiſp. *regir*, *governar*, ἐπιτροπεύω, ἡγεμονεύω, βασιλεύω, guberno, adminiſtro. *Cic. in Somn.* Qui ſeſe regit, & moderatur, & movet id corpus, cui præpoſitus eſt, quam hunc mundum princeps ille Deus. *Virg. 6. Æn. v. 851.* Tu regere imperio populos, Romane, memento. *Quintil. l. 2. c. 16.* Regere ſenatum conſiliis. ¶ Sæpe eſt dirigere, moderari. *Propert. l. 2. eleg. 15.* Lino Theſeus iter rexit. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 3.* Regere arte ratem. *Curt. l. 4. c. 15.* Auriga Darii, qui ante ipſum ſedens equos regebat. ¶ Regere fines agrorum, eſt ſtatuere, propriis quemque agrum terminis finire. *Cic. pro Mur. c. 9.* Ille exercitatus in propagandis finibus, tu in regendis. Adde *1. de Leg. c. 21.* *Juſtinian. l. 4. tit. de offic. Jud.* Si finium regundorum actum fuerit. ¶ Interdum regere eſt admonere, docere, corrigere. *Cic. pro Mur. c. 28.* Si peccas, te regere poſſum. *Caſ. l. 3. B. C. c. 57.* Regere errantem. *Plin. l. 10. ep. 85.* Ut me in hoc præcipue genere cognitionis me regere digneris. *Cic. Att. l. 10.* Puerum regendum ſuſcipere.

Regradatio, onis, de gradu dignitatis depoſitio. *Cod. Theod. tit. 8. l. 5.* Regradationis humilitate plecti.

Regradatus, a, um, ut regradati menſes, apud *Solin. c. 3.* h. e. regrediantes, in priorem gradum, ſeu locum reſtituti.

Regredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *ritornare*, שׁוּב, Ger. *widerkehren*, Gall. *s'en retourner*, Hiſp. *bolver atras*, ἀναχωρέω, retro gradior, revertor. *Cic. 1. Offic. c. 12.* Atque ut regredi, quam progredi mallent. *Id. de Fato, c. 15.* Regredi in infinitum. *Plaut. Capt. 5. 4. 26.* Nunc edepol demum in memoriam regredior.

Regredo, is, n. 3. revoco, apud vet. Enn. apud *Non. 2. 2. n. 745.* Quo nunc incerta re, atque ignorata gradum regredere conare?

Regreſſio, onis, *ritorno*, תְּשׁוּבָה, Ger. *das widerkehren*, Gal. *retour*, Hiſp. *buelta*, ἀνάποδος, actus regrediendi, regreſſus. *Apul. l. 1. A. A.* Metum iſtum tibi demam maturata regreſſione. Quidam Lexicogr. addunt & ex *Cic. 1. Phil. c. 1.* ſed ibi legitur *reverſio*. ¶ Eſt etiam rhetoricæ figuræ nomen, cum quod ſemel propoſitum eſt, iteramus, & dividimus, quæ a Græcis ἐπάνοδος dicitur, a Latinis regreſſio, inquit *Quintil. l. 9. c. 3.*

Regreſſus, us, m. idem ac regreſſio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.* Nihil enim errat, quod in omni æternitate conſervat progreſſus & regreſſus, reliquoſque motus conſtantes, & ratos. *Liv. l. 24. c. 26.* re ſua. Regreſſus ab ira. *Virg. Æn. 11. v. 413.* Funditus occidimus, neque habet fortuna regreſſum.

Regula, æ, *regola*, קָו, Ger. *regel*, Gal. *reigle*, Hiſp. *regla*, κανών, inſtrumentum, quo lineæ diriguntur, a *rego*. *Cic. 2. Acad. apud Non. c. 2. n. 718.* Atqui ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Longitudines ad regulam, & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. *Colum. l. 3. c. 13.* Nam duas regulas ejus latitudinis, qua peſtinum ſulcum facturus eſt, in ſpeciem græcæ literæ χ decuſſavimus. ¶ Ponitur aliquando pro baculo, quo aliquid rectum tenetur. *Colum. l. 6. c. 19.* Ut inſertu capita deſcendentibus per foramina regulis cervix teneatur. Sic *Celſ. l. 8. c. 10.* de inſtrumento ad fracta oſſa reponenda idoneo. Ab ea, inquit, parte, in qua os ſe inclinat, involutam lana regulam ubiciet. ¶ Item pro inſtrumento eundem uſum præbente, quem fiſci, in factum olei. *Colum. l. 12. c. 52.* Eamque vel in regulas, vel in novos fiſcos adjicito. ¶ Tranſlate capitur pro brevi rerum præceptione. *Cic. 4. Acad.* Hanc enim eſſe regulam totius Philoſophiæ, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti. *Id. 2. Off.* In his autem ipſis mediocritatis regula optima eſt. *Id. 1. Fin.* Regula, ad quam omnia judicia rerum dirigentur. *Quint. l. 9. c. 4.* Loqui ad regulam. *Plin. l. 9. ep. 26.* Demoſthenes norma oratoris, & regula.

Regularis, & re, n. 3. *regolare*, κανονικός, quod ſecundum regulam eſt, vel quod in regulam trahi poteſt. *Regulare æs*, idem eſt, atque ductile, ſic dictum, quod obſequatur malleis, uſque in quamlibet partem regatur. Ei opponitur *caldarium*, quod fragile eſt. *Plin. l. 34. c. 8.* In Cypro coronarium, & regulare eſt, utrumque ductile. *Et infra*. Regulare & in aliis fit metallis, itemque caldarium. Differentia eſt, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, & ab aliis ductile appellatum.

Regulariter, adv. *regolarmente*, *ſecondo la regola*. *Ulpian. ff. l. 19. tit. 3. l. 3.* Et regulariter dicimus, toties de in rem verſo actionem eſſe, &c. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Ut liquere poſſit ratio commenti, prius regulariter pauca dicenda ſunt.

Regulatim, adv. regulariter. *Diomed. l. 1. & Veget. l. 2. de re Veter. c. 41.*

Regulo, as, a. 1. dirigo, rectum facio, *regolare*. *Cal. Aurel. Tard.* Regulare, & dirigere.

Regulus, i, *Principe*, *Signore*, *Duca*, Germ. *kleiner konig*, Gall. *un petit Roy*, Hiſp. *un Rey pequeno*, *Senor*, *Duque* βασιλίσκος, Princeps, vel Dominus alicujus urbis, aut oppidi, dim. a *Rex*. *Plin. l. 18. c. 3.* Regulis Africæ bibliothecas donaret. Adde *Tacit. Ann. 2. c. 80.* ¶ Regulus eſt cognomen Romanum, ut M. Attilius Regulus. *Cic. in Piſon. c. 19.* *Gel. l. 6. c. 4.*

Reguſtatus, a, um, nom. ex partic. *guſtato più volte*. *Perſ. ſat. 5. v. 138.* reguſtatum digito terebrare ſalinum.

Reguſto, as, a. 1. *riguſtare*, ἀναγεύομαι, iterum guſto. *Sen. de provid. c. 3.* Quidquid biberint, vomitu remittunt triſtes, & bilem ſuam reguſtantes. ¶ Tranſlate *Cic. Attic. 13. epiſt. 13.* Crebro reguſto tuas literas, in his acquieſco.

Regyro, as, n. 1. in gyrum redeo, revolvor. *Var. l. 1. R. R. c. 57.* Ventus regyrare poſſit. Alii aliter leg. *Flor. l. 4. c. 2.* Bellum poſtremo in Hiſpaniam regyravit. Quidam leg. *remigravit*.

Rehalo, as, a. 1. rurſum halo, exhalo, ἀνάζω. *Lucret. l. 6. verſ. 523.* Terraque cum fumans humorem tota rehalat.

Reiculus, a, um, quod rejici meretur, quod ob vitium aliquod ab omnibus ſpernitur, & rejicitur, ut Oves reiculæ, quæ propter ætatem, vel morbum rejiciuntur. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 757.* Ut in grege opilio oves minus idoneas removere ſolet, quas reiculas appellat. *Id. 2. R. R. c. 1.* Scire oportet, quot fœminas habeat, quæ parere poſſint, quot reiculæ ſint alienandæ. *Sen. de brevit. vit. c. 7.* Diſpunge, & recenſe vitæ tuæ dies, videbis paucos admodum, & reiculos. Quidam hic aliter leg. ¶ Senibus & *rejiculus*.

Rejectandus, a, um, ἀποπροηγμένον, quod rejicitur. *Cic. 4. Fin. c. 26.* Illa autem morbum, egeſtatem, dolorem non appello mala, ſed, ſi libet, rejectanea.

Rejectatio, onis, frequens rejectio. *Solin. c. 5.* Æterna rejectatione terra terram avomuit. Alii aliter leg.

Rejectio, onis, ἀπόβλησις, actus rejiciendi. *Cic. 2. Ver. c. 6.* Poſteaquam rejectio judicum facta eſt. *Id. 3. de Or. c. 53.* Rejectio in alium. *Plin. l. 25. c. 8.* Rejectio ſanguinis. h. e. vomitus.

Rejecto, as, a. 1. freq. a rejicio. *Lucr. l. 2. v. 330.* Clamoreque montes icti rejectant voces ad ſidera mundi. ideſt referunt. *Spartian. de Antonino Pio.* Cum caſeum Alpinum in cœna ediſſet avidius, nocte rejectavit. h. e. evomuit. *Virg. 5. Æn. v. 470.* Ore rejectare cruorem.

Rejectus, us, m. rejectio, vomitus. Afferunt Lexicographi plerique hæc *Celſi* verba: Et rejectus cibi non erit inutilis, ſi raro fiat. ¶ *Hygin. l. 3. c. 36. de Argo navi*. Habet in puppi ad ſingula gubernacula, ad primum ſtellas quinque, ad alterum quatuor, circum carinam quinque, & ſub rejectum quinque. h. e. imam partem navis ſub carina, quæ a *Bayſio de re navali* columba, ſeu dryochus appellatur.

Rejectus, a, um, *rigettato*, ἀποβληθείς. *Cic. pro Mil.* Milo de rheda, penula rejecta, deſiluit. *Poll. ad Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Cum quidem pranſus nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum rejectis inambularet. *Terent. Heaut. 2. 3. 49.* Capillus circum caput rejectus negligenter. *Caſ. l. 5. B. G. c. 5.* Naves tempeſtate rejectæ. *Liv. l. 39. c. 3.* Conqueſti apud Senatum, rejectique ad conſules.

Reſi-

Rejicio, is, rejeci, rejectum, a. 3. *rigettare*, [illegible], Germ. *hinwerffen*, Gal. *rejetter*, Hiſp. *echar atras*, [illegible], [illegible], retro jacio, retrorſum jacio. *Virg. 11. Æn.* Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia ducunt. *Cic. Att. l. 16.* Cum a Leucopetra profectus ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, rejectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetram. ¶ Ponitur etiam pro aviciſſim jacere, ſeu retorquere. *Caſ. l. 1. B. G. c. 46.* Nequod omnino telum in hoſtem rejicerent. ¶ Item pro abjicere. *Cic. in Piſ.* Lictores togulis acceptis ſagula rejecerunt. ¶ Item pro repellere, expellere. *Virg. 3. Ecl.* Tityre paſcentes a flumine reiice capellas. *Cic. l. 2. Fam. epiſt. 9.* Feliciter ab Antiochia hoſtem rejecerat. ¶ Item pro afundere, evomere. *Plin. l. 5. epiſt. 10.* Hic, dum intente, inſtanterque pronuntiat, ſanguinem rejecit. ¶ Item pro reponere, reclinare. *Curt. l. 10. c. 5.* Velut omni jam debito liberatus fatigata membra rejecit. *Ter. Andr. 1. 1. 119.* Rejecit ſe in eum quam familiariter. ¶ Tranſlate ſumitur pro recuſare, reſpuere, contemnere. *Cic. 1. Fin.* Qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat, aut rejiciat. *Id. 2. de Div.* Cætera divinationis genera rejicit. ¶ Item pro remittere. *Cic. Att. l. 9.* Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam rejicio. *Liv. l. 39.* De ea re conſolationem integram Senatus ad novos Magiſtratus rejecit. ¶ Item pro referre, proponere, in judicium alicujus afferre. *Cic. Att. l. 2.* Ait, ſe de Conſilium ſententia rem ad Senatum rejeciſſe. *Id. Planc. l. 10. Fam.* Ut nihil huc rejiciat, neve in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis a Senatu conſilium petendum putes. ¶ Item pro differre, protrahere. *Cic. Att. l. 1. ep. 2.* In menſem Quinctilem rejecti ſumus. ¶ Rejicere judices, eſt eos recuſare, repudiare. *Cic. 5. Ver.* Omnes, qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigiſſent, judices rejicere. ¶ Interdum judices rejicere eſt eligere, & accipere, auctore *Aſconio*. Nempe per Metalepſin conſequentis, quia qui aliquos rejicit, ii eos, qui reliqui ſunt, ſumere intelligitur. *Cic. 5. Ver.* Quid Prætor? jubet Recuperatores rejicere Decurias? ¶ Si rejicio duplici *i* ſcribatur, prima ſyllaba eſt longa poſitione, ſi per unicum *i*, brevis eſt. *Ovid. l. 1. Triſt. eleg. 1.* E gremio rejiciatque ſuo. *Stat. l. 4. Theb.* Tela manu, rejiciatque canes.

Rejiculus, V. Reiculus.

Reiteratio, onis, *replica*, [illegible], Ger. *nach ein mahl machung*, Gal. *reitere*, Hiſp. *repunta*, [illegible], actus reiterandi, repetitio. *Quintil. l. 11. c. 2.* Quæ exciderunt, retractantur, ut crebra reiteratione firmentur. Rectius tamen opt. Cod. *iteratione*.

Reitero, as, a. 1. *replicare*, *ripetere*, [illegible], Ger. *widerumb thun*, Gal. *reiterer*, Hiſp. *repetir*, [illegible], repeto. *Apul. l. 8. Met.* Ferinos mugitus reiterant, Alii *iterant*.

Relabor, eris, apſus ſum, d. 3. *ricadere*, [illegible], Ger. *widerumb fallen*, Gal. *retomber*, *retomber* Hiſp. *tornar a caer*, [illegible], retro labor, recido. *Ovid. in epiſt. 15. v. 95.* Inque ſinus formoſe relabere noſtros. ¶ Interdum ſumitur pro refluere, ſeu retrorſum fluere. *Horat. l. 1. carm. od. 29.* Quis neget arduis pronos relabi poſſe rivos montibus? id eſt poſſe tellure, & reverti in arduos montes, unde deſcenduat. ¶ Tranſlate ponitur pro redire, regredi, reverti. *Hor. l. 1. epiſt. 1.* Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor.

Relanguesco, is, ui, n. 3. rurſus, vel valde langueo, in languorem recido. *Ovid. Met. 6. v. 291.* Impoſito fratri moribunda relanguit ore. *Sen. l. 5. quæſt. nat. c. 8.* Venti circa medium diem relanguescunt. *Caſ. l. 2. B. G. c. 15.* Relanguescunt animi. *Cic. Att. l. 13. ep. 41.* Relanguiſſe ſe dicit.

Relatio, onis, f. 3. *relazione*, Ger. *erzehlung*, Gal. *raport*, *relation*, Hiſp. *relacion*, [illegible], [illegible], actus referendi, ut relatio meritorum. *Quintil. l. 4. c. 1.* ¶ Speciatim relationes dictæ ſunt propoſitiones, quæ de re aliqua in Senatu proponebantur diſceptandæ, Senatui utique ſententiis determinandæ permittebantur. *Cic. in Piſon. c. 13.* Et quis audivit non modo actionem aliquam, aut relationem, ſed vocem omnino, aut querelam tuam? Et *c. 7.* Relatio illa ſalutaris, & diligens fuerat conſulis, animadverſio quidem, & judicium ſenatus. *Plin. l. 9. epiſt. 13.* Et relationem quidem de eo Cæſar ad Senatum non remiſit. ¶ Jus unius relationis, tertiæ, quintæ, &c. eſt jus de una re, vel de tribus, vel de quinque, quoties Senatus haberetur, referendi. Initio jus unius relationis dabatur, deinde de pluribus dari cœpit. Scribit *Jul. Capitolin. in Pertin. c. 5.* omnibus ſam Pertinaci Imperatori fuiſſe, quod ei pro jure quotæ relationis jus quartæ relationis decretum fuiſſet. Par enim numerus inſauſtus erat. Nam Probo jus tertiæ relationis decretum eſt, nec ominoſum fuit. ¶ In Rhetoricis relatio criminis eſt, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria laceſſierit, ut deſcribit *Cic. 1. Inv. c. 11.* ¶ Relatio gratiæ, *rendimento di grazie*. *Sen. de benef. l. 5. c. 11.* Beneficium, & gratiæ relatio ultro citroque ire debent. ¶ Interdum relatio ſumitur pro renunciatione. *Sueton. in Calig. c. 15.* In relationibus conſulum &c. ¶ Relatio pronominum apud Grammaticos eſt, quæ ea ad aliud referuntur. *Priſcian. l. 17.*

Relativus, a, um, adject. *relativo*, [illegible], qui ad alium refertur. *Arnob. l. 7.* Hujus relativi eſt ad alterum generis. ¶ Apud Grammaticos relativa pronomina ſunt, quæ antecedens nomen quodammodo referunt, & velut in memoriam reducunt, ut *qui*, *qualis*, *hic*, *ille*, &c. *Priſcian. l. 17.*

Relator, oris, m. *relatore*, qui refert. *Balb. ad Cic. in epiſt. ad Att. l. 8. epiſt. 15.* Incipiam ſperare, etiam conſilio Senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum, & Cæſarem conjungi poſſe.

Relatus, us, m. idem ac relatio. *Tacit. 1. hiſt. c. 30.* Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus eſt.

Relatus, a, um, [illegible], partic. a refero. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quod his naturis relatus amplificatur ſonus. *Vell. l. 2. c. 58.* Exemplum relatum a Cicerone. *Ovid. 3. Faſt.* Cauſa relata mea eſt.

Relavo, as, relavi, relotum, a. 1. *rilavare*, iterum lavo, frequenter lavo. *Lucr. l. 6. v. 799.* Denique ſi calidis etiam cum te relavaris. Alii leg. *conſiſtere lavoeris*.

Relaxatio, onis, f. *rilaſſazione*, [illegible], actus relaxandi, ſolutio, recreatio. *Cic. l. 7. Fam. epiſt. 26.* Viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe.

Relaxator, oris, m. qui relaxat, ut relaxator fluentium. *Cal. Aurel. Acut. 2. c. 38.*

Relaxatus, a, um, nom. partic. a relaxo. *Cic. 2. Div. c. 48.* Relaxatus ſomno animus.

Relaxo, as, a. 1. *allargare*, [illegible], Germ. *nachlaſſen*, Gal. *relacher*, Hiſp. *aflexar*, [illegible], remitto, ſolvo, diſſolvo, aperio, cui contrarium eſt aſtringo. *Cicer. 2. de nat. Deor.* Eaque tum ſtringuntur, tum relaxantur. ¶ Tranſlate adhibitum varias conſtructiones habet. *Cic. in Brut.* Quin etiam ſe ipſe tantum, quantum ætate procedebat, relaxarat a nimia neceſſitate numerorum. *Id. Att. l. 16. epiſt. 16.* Si te occupatione iſta relaxaris. *Id. in Brut.* Relaxa modo paulum animum, aut ſane, ſi potes, libera. *Id. 2. Phil.* Verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus ſint, tamen, ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur. *Id. Att. l. 10. epiſt. 6.* Patet enim animus indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat. *Sen. de Conſol. ad Helv. c. 8.* Relaxavi triſtem vultum, eo viſo.

Relaxus, a, um, [illegible], laxus, vel valde laxus, ſolutus, rarus. *Columel. l. 11. c. 3.* Relaxa homo plenioris craſſitudinis fiat radix.

Relectus, a, um, nom. partic. *riletto*. *Ovid. 3. de Pont. epiſt. 5.* Conſtantes animos ſcripta relecta movent.

Relegatio, onis, *rilegazione*, *bando*, [illegible], Ger. *verweiſung*, Gal. *banniſſement*, Hiſp. *deſtierro*, *deſterramento*, [illegible], genus exilii, cum quis finibus patriæ carere jubetur. *Cic. pro Roſc. Amer.* Tamen ne hæc attenta erit, & ruſticana, relegatio, atque amandatio appellabitur? *Liv. l. 1. c. 10.* Exilio, & relegatione civium ulciſcentes tribunos. V. Relegatus. ¶ Sumitur etiam pro attributione, quæ teſtamento fit, ut relegatio dotis, apud *Ulpian. l. 33. ff. tit. 4. leg. 1.*

Relegatus, a, um, *relegato*, *bandito*, [illegible], miſſus in exilium. *Feſt.* Relegati dicuntur proprie, quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſa neceſſe eſt ab urbe Roma, aliove quo loco abeſſe, lege, ſenatuſve conſulto, aut edicto Magiſtratus, ut etiam Ælius Gallus indicat. Duo autem, *Ulpiano* teſte, erant relegatorum genera. Nam alii in inſulam relegabantur, alii provincia quidem excedere jubebantur, non tamen iis inſula certa aſſignabatur. Differebant ab his *deportati* multifariam. Nam deportatio in perpetuum fiebat, relegatio ſæpe ad tempus. deportatio adimebat omnino Civitatem Romanam, relegatio non æque: deportatus amittebat bona, relegatus ſæpe vel nulla, vel partem tantum amittebat; deportatis circumſcribebatur exilii locus, relegati ſæpe patria ſolum excedere jubebantur. *Cic. Att. l. 1.* Relegatus mihi videor, poſtquam in Formiano ſum. *Ovid. 5. Triſt. eleg. 11.* Ipſe relegati, non exulis utitur in me Nomine. ¶ Tranſlate ponitur pro remoto, ſepoſito. *Horat. l. 1. ſat. 10. v. 84.* Ambitione relegata te dicere poſſum Pollio. ¶ Dos relegata, h. e. teſtamento aſſignata. *Ulpian. l. 33. ff. tit. 4. leg. 1.*

Relego, as, avi, atum, a. 1. *rimandare*, [illegible], remitto. *Plin. l. 7. c. 1.* Poſtuſque ad auctores relegabo. ¶ Sæpe eſt amandare, removere. *Virg. 3. Georg.* Atque ideo tauros procul, atque in ſola relegant paſcua. *Cic. 3. Off. c. 31.* Quod Titum filium ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare juſſiſſet. ¶ Sæpe exulem facere, in exilium mittere, *relegare*, *bandire*, [illegible], Germ. *verweiſen*, Gal. *bannir*, *confiner*, Hiſp. *deſterrar*, [illegible]. *Cic. pro Sext. c. 12.* L. Lamiam in concione relegavit, ediſitque, ut ab urbe abeſſet millia paſſuum ducenta. *Plin. l. 2. ep. 11.* Marianum in quinquennium relegant. ¶ Interdum ponitur pro attribuere, aſſignare. *Tibull. l. 4. eleg. 6.* Illa quidem ornandi cauſas tibi Diva relegat. ¶ Item pro teſtamento relinquere. *Ulpian. l. 33. ff. tit. 4. l. 1.* Cum dos relegatur, verum eſt id dotis relegato ineſſe, quod actioni de dote inerat. *Id. ib. l. 2.* Cum quis uxori ſuæ dotem relegavit. ¶ Item pro transferre. *Valer. l. 2. c. 64.* Invidiam rei in auctorem relegabat. *Liv. l. 8.* Adverſis caſibus belli, & fortunæ relegare.

Relego, is, egi, ectum, a. 3. *raccogliere di nuovo*, [illegible], recolligo. *Hor. epod. od. 2.* Omnem relegit Idibus pecuniam. ¶ Metaleptice ſumitur pro rurſus libros oculis percurrere, *rileggere*, Ger. *widerumb leſen*, Gal. *relire*, Hiſp. *bolver a leer*, [illegible]. *Ovid. lib. 1. de Pont. ep. 5.* Cum relego, ſcripſiſſe pudet. ¶ Tranſlate accipitur pro redire per eandem viam, renavigare per idem mare. *Stat. 1. Achil. v. 23.* Plenaque materni referens præſagia ſomni culpatum relegebat iter. *Virg. 3. Æn. v. 690.* relegens errata retrorſum litora.

Relentesco, is, ſine præt. & ſup. neut. 3. *rallentarſi*, German. *widerumb weich werden*, Gall. *devenir lent de rechef*, Hiſpan. *bolver a ſer otra vez lento*, *floxo*, [illegible], iterum lenteſco, ad lentorem priſtinum redeo. Tranſlate *Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 8. verſ. 76.* Nam relenteſcat ſæpe repulſus amor.

Relevamen, inis, n. recreatio, refectio. *Priſcian. in Perieg.*, facilis relevamine partus.

Relevatus, a, um, nom. ex particip. *ſollevato*, *ricreato*. *Ovid. 1. Triſt. el. 10.* Omnis ob hac cura mens relevata mea eſt. *Cic. 2. Catil. c. 4.* Relevata, & recreata reſpublica.

Relevo, as, a. 1. *rilevare*, *alzare*, rurſus levo, ideſt, in altum tollo. *Ovid. 9. Met.* E terra corpus relevare volentem arcuit. *Id. 4. Faſt.* Pleiades incipiunt humeros relevare paternos. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſolitare, erigere, recreare, reficere. *Ter. Adel. 4. 4. 11.* Nam & illi animum jam relevabit. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 4.* Si relevare potes communem caſum miſericordia hominum. ¶ Item pro in integrum reſtituere. *Modeſtin. l. etiam, §. 1. ff. de minorib.* Quia videbatur in cæteris litis ſpeciebus relevata fuiſſe. ¶ Eſt etiam leve facere, minuere, *alleggerire*. *Plin. in Pan.* Ut ſtudium omnium, laboremque & tanquam auctor intenderes, & tanquam particeps, ſociuſque relevares. ¶ Hinc per tranſlationem capitur pro liberare, cura, ſumptu, & ſimilibus exonerare, *ſollevare*. *Cic. pro Planc.* Cujus mors te ex aliqua parte relevavit. *Id. 2. de Div.* Ut animus moleſtiis potiſſimum relevaretur. *Ovid. 1. de Pont. ep. 3.* Non eſt in medico ſemper, relevetur ut æger. *Suet. in Cæſ. c. 20.* Publicanos remiſſionem petentes tertia mercedum parte relevavit.

Relicinus, a, um, [illegible], qui in occiput refugiente capillamento capillus eſt. *Apulejus in Floridis* dictum putat, quia retro receſſit. Alii deductum putant a partic. *relictus*, ut relicinus ſit capillitio denudatus, & veluti relictus. *Apul. l. 1. Flor.* Laudavit ſe ſe, quod erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus. ¶ Frons relicina dicitur, quæ reflexis in verticem capillis nuda appareat, aperta, læta, & a capillorum tegumento libera. *Apul. l. 1. Flor.* Eadem gratia relicinæ frontis cernetur.

Relictio, onis, [illegible], actus relinquendi. *Cic. Ver. 3. c. 13.* Quibus illam relictionem, proditionemque Conſulis, &c. *Id. Att. l. 16. epiſt. 7.* Deſperatio, ac relictio Reipublicæ.

Relictus, us, m. relictio. *Gell. l. 3. c. 1.* Labor virilis, exercendique corporis ſtudium relictui eſt. h. e. negligitur.

Relictus, a, um, *laſciato*, *abbandonato*, [illegible], partic. a relinquor. *Cic. l. 4. Fam. ep. 1.* Urbem ſine legibus, ſine judiciis, ſine jure, ſine fide, relictam direptioni, & incendiis. *Id. pro Rab.* Nemo eſt, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, &c. *Nepos 24. c. 1.* Hæredium a patre relictum habebat. ¶ Relicta loca ſunt, quæ ſive locorum iniquitate, ſive arbitrio conditoris relicta, limites non acceperunt. *Frontin. de limitib. Cic. Agr. 1. cap. 1.* Utrum tandem hanc ſilvam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inveniſti? ¶ Relictis rebus aliquid agere, eſt omni alio ſepoſito negotio, uni rei operam dare. *Cic. 3. de Orat. c. 14.* Qui adduci poſſumus, relictis ut rebus ea ſectemur. *Plaut. Epid. 4. 2. 35.* Ego, relictis rebus, Epidicum operam quærendo dabo. *Ter. Andr. 2. 3.* Herus me, relictis rebus, juſſit Pamphilum hodie obſervare.

Relido, is, a. 3. a re, & *lædo*. Projicere, refutare. *Auſon. ep. ult. v. 44.* Quæ firmata probant, aut infirmata relidunt.

Religamen, inis, n. ligamentum, vinculum. *Prudent. Pſychom. v. 359.* Ut miſſo caſtutem cohibent amata virilem Combibat infuſum croceo religamine nardum.

Religatio, onis, [illegible], actus religandi. *Citer. de Senect. cap. 15.* Et ipſa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio,

ratio, propagatio vitium, ſarmentorumque.

Religātus, a, um, ἀναδεδεμένος, *legato*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. *Horat. l.* 4. *od.* 11. Hedera crines religatus.

Religens, tis, particip. *Antiquum carmen* apud *Gell. l.* 7. *c.* 9. Religentem eſſe oportet, religioſum nefas. h. e. pium eſſe oportet, & Diis addictum, non tamen ſuperſtitioſum.

Religĭo, onis, *religione*, עבודה, Germ. *gottesdienſt*, Gall. *religion*, Hiſp. *religion*, θρησκεία, cultus divinus, pietas in Deum. *Cic.* 2. *de Inv.* Religio eſt, quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, quam divinam vocant, curam, cæremoniamque affert. *Id. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 28. Non enim Philoſophi ſolum, verum etiam majores noſtri religionem a ſuperſtitione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen poſtea latius patuit. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, dicti ſunt religioſi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, tanquam a deligendo deligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim verbis omnibus ineſt vis legendi eadem, quæ eſt in religioſo. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo, & religioſo, alterum vitii nomen, alterum laudis. Hæc *Cicero*. Alii a *re*, & *eligo* deriſvant; Alii a *relinquendo*, alii a *religando*. V. *Gel. l.* 4. *c.* 9. & *Macrob. Saturn.* 3. *c.* 3. ¶ Interdum ponitur pro ritibus ipſis, quibus Deus colitur, vel etiam pro ipſis Numinibus. *Cic. pro Font.* Gentes pro ſuis religionibus bella ſuſcipiunt. ¶ Interdum pro ſuperſtitione. *Juſtin. l.* 18. *c.* 6. Cruenta ſacrorum religione, & ſcelere pro remedio uſi. ¶ Item pro metu, & ſollicitudine. *Virg.* 8. *Æn.* Jam tum religio pavidos terrebat agreſtes dira loci. ¶ Item pro recta conſcientia. *Cic. pro Cæc.* Splendor Equeſtris Ordinis, decus, atque ornamentum judiciorum, exemplar antiquæ religionis. *Id. pro Dejot.* Dejotarum fide, & religione vitæ defendendum puto. ¶ Item pro ſcrupulo conſcientiæ. *Cic.* 1. *Div. c.* 35. Neque eam rem religioni habuit, *non ſi fece ſcrupolo di ciò*. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Rex in religionem populo venit. *Id. Fam.* 10. *ep.* 12. Oblata religio Cornuto eſt. *Liv. l.* 25. *c.* 45. Injicere religionem animo alicujus. *Ter. Heaut.* 2. 3. 26. Religio eſt dicere. *Id. Andr.* 4. 3. 15. Nova nunc religio in te inceſſit. ¶ Hinc religiones dicuntur ea, quæ ſcrupulum ſeu timorem Deorum incutiunt. *Cic. pro Mil.* Expiare ſolemnes religiones ſupplicio alicujus. *Id. Phil.* 1. Inexpiabiles religiones in remp. inducere. *Id. pro Cæcin.* Ut religione civitas ſolvatur. ¶ Præterea religio ſumitur pro fide, & veritate, quæ in aliqua re adhibetur metu & reverentia Deorum. *Cic. pro Flacc.* Tum intelligetis, qua religione dicant. *Id. pro Font.* Religio juriſjurandi, & metus Deorum immortalium in teſtimoniis dicendo. ¶ Item pro diligentia, cura. *Cic. in Brut.* Illius oratio nimia erat religione attenuata. ¶ Item pro juſta muneris functione, quod vulgo debitum officii appellant. *Cic. Ver.* 5. *c.* 8. Si qua in re ipſa ab religione officii declinarit. *Id. pro Syll. c.* 3. Sin in me eſt ratio Reip. religio privati officii, ſtudium retinendæ voluntatis bonorum. ¶ A Poetis interdum *l* geminatur primæ ſyllabæ producendæ cauſa. *Virg. Æn.* 2. *v.* 715. Relligione patrum multos ſervata per annos.

Religiōſe, adverb. *religioſamente*, θρησκῶς, cum religione. *Cic.* 2. *Invent.* Templum Junonis, quod religioſiſſime colebant. ¶ Interdum eſt ſollicite, accurate. *Col. lib.* 3. *cap.* 10. Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrant. ¶ Interdum fideliter. *Cic. pro Cal.* An gravis, ſapiens, moderatuſque vir religioſe teſtimonium dixiſſe videatur. *Plin. in Paneg. c.* 65. Nemini religioſius, quod juraverit, cuſtodiendum. ¶ Interdum addubitanter, verecunde. *Cicer. lib.* 13. *Famil. epiſt.* 18. Qui religioſe, & ſine ambitione commendant.

Religioſĭtas, atis, *religioſità*, religio, morum innocentia. *Apul. de dogm. Plat.* Juſtitia cum religioſitate, ideſt ὁσιότης, copulatur. *Tertul. apolog. c.* 25. Religioſitatis merita.

Religiōſus, a, um, *religioſo*, θρῆσκος, pius in Deum, timens Deum. *Cic. de Orat.* Juſtus vir, integer, religioſus, timidus, perferens injuriarum. ¶ Sumitur etiam pro ſuperſtitioſo, qui omnia, & ſuperſtitioſa religione ſe ſe alligavit. *Gell. ex Nigidio Figulo lib.* 4. *c.* 9. *Terent. Heaut.* 4. 1. Ut ſtulte, & miſere omnes ſumus religioſæ. *Colum. l.* 11. *ſub fin.* Religioſiores agricolæ. ¶ Interdum capitur pro fideli, qui bonam, integramque fidem ſervat. *Cic. pro Cæc.* Hunc ego teſti gratias agam, quod & in reum miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. *Id.* 4. *Ver.* Tum in religioſiſſimum teſtem audiremus. ¶ Item pro caſto cohibente ſe certis legibus, & finibus. *Gel. lib.* 4. *cap.* 9. ¶ Si de rebus inanimatis uſurpetur, notat auguſtum, ſanctum, majeſtatis venerationiſque plenum, quod ſine piaculo violari non poteſt. *Cic.* 6. *Ver.* Herculis templum eſt apud Agrigentinos non longe a foro, ſane ſanctum apud illos, & religioſum. *Ulp. l.* 2. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* Non totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt, locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum eſt. ¶ Religioſi dies, ut definit *Gellius l.* 4. *c.* 9. dicuntur triſti omine infames, impeditique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum prave, & perperam nefaſtos appellat. *Cic. Att. l.* 9. Majores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quam Urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. V. *Liv. l.* 6. *c.* 1. ¶ Religioſum eſt id facere. h. e. religionem habet, ſeu metum ne periculum lædendi Deorum numina. *Liv. lib.* 2. Quem campi fructum quia religioſum erat conſumere. ¶ Religioſum habere, eſt vereri, timere, nefas putare. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Naves in feriis tondere religioſum habent etiam nunc multi.

Relĭgo, as, a. 1. *legare*, ἀναδέω, idem ac ligo, vel iterum ligo, vel fortius, vel retro ligo. *Virg.* 7. *Æn.* Gramineo ripæ religavit ab aggere claſſem. *Cæſ. l.* 2. *B. C.* Religare clavis ligna. ¶ Per tranſlationem religare religione bona alicujus, uſurpatur pro conſecrare. *Cic. pro Dom. c.* 47. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religavit? Alii leg. *obligavit*. ¶ Significat etiam ſolvere, *ſlegare*. *Catull. carm.* 62. *de Aty*, *v.* 84. Ait hæc minax Cybele, religatque juga manu. Et *carm. ſequenti*, *v.* 174. Perfidus in Cretam religaſſet navita funem.

Relĭno, is, relevi, relitum, a. 3. *aprire*, ἀποχρίω, quod oblitum, obturatumque erat, aperio. Solebant enim dolia, ne quid vaporis exhalaret, quam ſecuriſſime oblinere. Unde cum aperirentur, dicebantur relini, ſoluta nimirum argilla, qua erant oblita. *Ter. Heaut.* 3. 1. Relevi dolia omnia, omnes feriat. *Plaut. Stich.* 3. 4. 18. Nolo ego nos pro ſummo bibere: nulli relerimus poſtea. ideſt nulli deinceps vinum deprompſerimus, ubi *lerimus* pro releverimus, per Sync.

Relinquo, is, liqui, lictum, a. 3. *laſciare*, *abbandonare*, λείπω, linquo, deſero, omitto. *Cic.* 1. *Acad.* Illum autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita conſuetudinem diſſerendi reliquerunt. *Id.* 3. *Ver.* Quos tu miſeros in egeſtate, atque in ſolitudine reliquiſti. ¶ Ponitur etiam pro teſtamento alicui aliquid pro ſuo dimittere, ſeu legare. *Cic. pro Cluent.* Quæ prædia ei relinqueret. *Id.* 3. *Offic. c.* 24. Teſtamento alieni relinquere. ¶ Relinquere aliquem, ſæpe eſt nolle juvare. *Cic. l.* 13. Ne relinquas hominem innocentem ad alicujus tui diſſimilis quæſtum. ¶ Animam relinquere, eſt mori. *Ter. Adel.* Animam relinquam potius, quam illas deſeram. ¶ Relinquere æs alienum, eſt mori non perſoluto ære alieno. *Cic. pro Quinct.* Propterea quod Cajus frater eliquantum æris alieni reliquerat.

Reliquatĭo, onis, quod rationibus deductis eſt reliquum. *Paul. l. qui nominibus ff. de adm. & peric. tut.* Sed etſi pupillus poſt pubertatem rationibus a tutore acceptis reliquationem ejus ſecutus uſuras acceptaverit. ¶ Eandem vocem ſcite tranſtulit *Tertullianus* ad id, quod in ætate reſiduum eſt. Nam *l. de anim. c.* 36. ait. Donec reliquatio compleatur ætatis. *Et mox:* Nulla erit reliquatio temporum.

Reliquātor, oris, qui integrum debitum non ſolvit, aliquidque adhuc reliqui debet, ſeu partem æris alieni ſervat ſibi, qui reliqua contraxit. *Scævola, l. creditor, ff. de ſolut. & liberat.* Cum ſuperioris anni ſit reliquator.

Reliquātrix, icis, quæ integrum debitum non ſolvit. *Tertul. de anim. c.* 35. Anima reliquatrix delictorum, donec exſolvat noviſſimum quadrantem.

Relĭquiæ, arum, f. 1. *reliquie*, *avanzo*, *rimanente*, τὰ λείψανα, pauca illa, quæ quæcumque ex re relicta ſunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Cibi reliquiæ. *Id. in Parad.* Reliquiæ conjurationis. *Hirt. de B. Alex. c.* 40. Reliquiæ exercitus. *Liv. l.* 22. *c.* 56. Reliquias cladis velut ex naufragio colligere. ¶ Dicuntur etiam de cineribus, & oſſibus mortuorum. *Suet. in Aug. c.* 100. Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis. Adde in *Domit. c.* 8. ¶ Legitur & reliquium, ii, n. *Phædr. fab.* 22. Ut fruaris reliquiis, quæ ſunt roſuri. Adde *Plaut. Mil.* 1. 2. 54. ubi tamen varia eſt lectio.

Relĭquor, aris. d. 1. λειπάζομαι, relinquo aliquid inſolutum. *Paul. l. L. Titius, ff. de adm. tut.* Debitum, quod ex conductione reliquatus eſt, ſ *reſtò*. *Ulp. l. inſcripto, ff. de mun. & hon.* Qui ex adminiſtratione Reip. reliquantur.

Relĭquum, i, *reſiduo di debito*, ἔλλειμμα, pars crediti, vel debiti, quæ reſtat ſubductis rationibus, collatis creditorum, debitorumque nominibus. *Cic. Att. lib.* 6. *epiſt.* 1. Reliqua mea Camillus ſcribit ſe accepiſſe, ideſt quæ mihi reliqua debemur. *Id. Att. l.* 16. *ep.* 3. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum. ¶ *In nummo Hadriani*. Reliqua vetera HS novies mill. abolita, *reſti vecchi*. ¶ Reliqua trahere, eſt reliquari. *Papin. l. ſervus ſi hæredi, §.* 1. *ff. de ſtatu liber.* Ut, ſi reliqua non trahat, liber ſit.

Relĭquus, a, um, *rimanente*, *reſiduo*, *reſto*, נותר Germ. *uberblieben*, Gal. *reſtant*, *demeurant*, Hiſp. *reſtante*, *demas*, λοιπός, quod relictum, reſiduumque eſt, quod ſupereſt. *Cic. de Am.* Sed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. *Id.* 3. *Verr.* Reliquum omne tempus hujus anni me vobis remiſſurum putatis. ¶ Reliquum facere, eſt relinquere. *Nepos in Attico c.* 21. Nihil reliqui fecit quod ad ſanandum pertineret. h. e. nihil omiſit, omnia tentavit. *Curt. l.* 6. *c.* 9. Cum eo, quem calamitas reliquum fecerat. h. e. intactum reliquerat. ¶ Item omittere. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 21. Nihil reliqui faciunt, quominus invidiam, miſericordiam, metum, & iras permoverent. ¶ Sæpe ſubſtantiva ponitur, ut cætera adjectiva. *Cæſ.* 1. *Comm.* Demonſtrant, ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. *Cic.* 7. *Ver.* Et quod reliquum vitæ, viriumque fames fecerat. ¶ *Reliquum eſt*, idem atque reſtat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 35. Reliquum eſt ut officiis certemus inter nos. ¶ *De reliquo*, idem eſt ac cæterum, ſeu quod ad reliqua attinet. *Cic. l.* 1. *de Or.* De reliquo jam noſtra culpa fuerit.

Relīſus, a, um, nom. ex particip. a *re*, & *lædo*, obliſus, colliſus. *Pruden. in paſſ. Caſſiani*, *v.* 48. Reliſa fronte lignum diſſilit.

Relŏco, as, n. 1. rurſus loco. *Ulpian. l.* 13. *ff. Loc. cond.* Si lege operis locandi comprehenſum eſſet, ut ſi ad diem effectum non eſſet, relocare id liceret.

Relŏquor, eris, dep. 3. rurſus loquor, vel reſpondeo. *Var. l.* 5. *L. L.* Dicuntur eloqui, & reloqui in fanis Sabinis e cella dei.

Relūceo, es, xi, ſine ſup. n. 2. *riſplendere*, ἐκλάμπω, valde lucem, reſplendeo, lucem diffundo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 107. in *Arat.* Huic non una modo caput ornans ſtella relucet. *Ovid.* 11. *Met. v.* 617. Veſtis fulgore reluxit.

Reluctātĭo, onis, obluctatio, repugnatio. *Apul. de Mundo.* Terrenæ reluctationes.

Reluctātus, a, um, ἀντιπαλαίσας, partic. a reluctor. *Claud. l.* 1. *de rapt. Proſer. v.* 42. Pene reluctatis iterum pugnantia rebus rupiſſent elementa fidem. ideſt convulſis.

Reluctor, aris, d. 1. *ripugnare*, *opporſi*, Germ. *ſich wiegen*, Gal. *repugner*, *reſiſter*, Hiſp. *reluchar*, *reſiſtir*, ἀντιπαλαίειν, ἀντιαγωνίζομαι, repugno, obnitor, obſiſto. *Ovid. l.* 3. *Am. el.* 4. Ore reluctanti fulminis ire modo. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Reluctantes dracones. ¶ Activa forma reluctare alicui, dixit *Apul. l.* 4. & 6. *Metam.*

Relūdo, is, ſi, a. 3. contra illudo. *Senec. l.* 2. *Controv.* 10. Temerarios mariti jocos reluſit.

Relūmino, as, a. 1. rurſus illumino. *Tertul. Apolog. c.* 21. Cum ille oculos reluminaret.

Relŭo, is, lui, lutum, a. 3. ponitur pro ſolvere, repignerare. *Cæcil. apud Feſt.* Ut aurum, & veſtem, quod matris fuit, Reluat, quod viva ipſi oppoſuit pignori. *Cic. in Salluſt.* Qui modo ne paternam quidem domum reluere potueris. Ita legit *Turnebus*. Alii *redimere*.

Reluvia. V. Reduvia.

Remacreſco, is, crui, ſine ſup. n. 3. iterum macreſco. *Sueton. Dom. c.* 18. Quæ tamen ex longa valetudine remacruerant.

Remaledīco, is, o. 3. ἀντιλοιδορέω, viciſſim maledico. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 9. Non oportere maledici ſenatoribus, remaledici civile faſque eſſe.

Remancipātus, a, um, nom. ex particip. *Feſtus*. Remancipatam Galliam Gallus Ælius aſſe rit, quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum convenerit.

Remando, is, di, ſum, a. 3. *rimaſticare*, *ruminare*, Ger. *widerkeuen*, Gal. *remacher*, Hiſp. *bolver a maſcar*, *rumiar*, ἀναμαρυκάομαι, rumino, rurſus mando. *Plin. l.* 10. *c.* 73. Pontici mures ſimili modo remandunt. *Quintil. l.* 11. *c.* 2. Devoret initio tædium illud & ſcripta, & lecta ſæpius revolvendi, & quaſi eundem cibum remandendi.

Remāneo, es, ſi, ſum, n. 2. *rimanere*, *reſtare*, *durare*, נשאר, Ger. *dabenden*, *bleiben*, Gal. *demeurer*, Hiſp. *quedar*, ὑπομένω, perſiſto, perſevero, ſupereſſum. *Cic.* 1. *Tuſc.* Animos remanere poſt mortem. *Cæſ.* 3. *B. C.* Qui per cauſam valetudinis remanſerunt. *Horat. l.* 1. *od.* 27. Cuius remanete preſſo. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 8. in duris remanentem rebus amicum. *Var. l.* 3. *de L. L.* Remanſit in mente.

Remāno, as, o. 1. ἀναρρέω, reſluo. *Lucr. l.* 5. *v.* 270. Retroque remanat Materies humoris. ¶ Aliquando eſt repetere, redire. *Enn.* apud *Feſt.* Deferunt rivus, campoſque remanant. Al. leg. *manant*.

Remanſĭo, onis, ἐμμονή, actus remanendi. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Primum tuam remanſionem etiam atque etiam probo. Adde *pro Leg. c.* 5.

Remanſor, oris, in militia idem eſt ac emanſor, hoc eſt qui extra caſtra ultra Imperatoris præſcriptum remanet. Afferunt Lexicographi duo loca ex lib. Digeſtor. nempe *leg.* 4. & 5. *Dig. de re milit.* ſed utroque loco alii *emanſor*.

Rema-

Digitized by Google

Remeabĭlis, le, adject. qui remeare poteſt, & redire. *Stat. 4. Theb. v. 537.* quis enim remeabila ſaxum &c. *h. e.* ſaxum Siſyphi. *Id. ibid. l. 6. v. penult.* ani remeabile bellum. *Prudent. in Apotheoſ. v. 1053.* E tumulo cum jam remeabilis adſlat.

Remeacŭlum, li, locus, per quem reditur. *Apul. l. 6. Metam.*

Remeātus, us, m. *ritorno*, reditus. *Marcian. Dig. l. 48. tit. 19. leg. 4.* Remeatum dare exuli.

Remediabĭlis, le, adject. *rimediabile*, cui facile remedium inveniri poteſt. *Senec. epiſt. 95.* Minora peccantes, & levi curæ remediabiles. Alii rectius leg. *medicabiles*.

Remediālis, le, adject. ut vis remedialis, quæ ſanitatem, ſeu remedium continet, apud *Macrob. l. 7. Satur. c. ult.*

Remediātĭo, onis, curatio, ſanatio. *Scribon. Larg. compoſit. 11.* Torpor eſt ſignum remediationis.

Remediātor, oris, qui remedium affert. *Tertul. l. 4. adv. Marcion. c. 8.* Remediator valetudinum.

Remediātus, a, um, nom. ex particip. curatus, ſanatus. *Tertul. ad Scapul. c. 4.* A dæmoniis, aut valetudinibus remediati.

Remedĭo, as, avi, atum, a. 1. *rimediare*, remedium affero, curo, ſano. *Scribon. Larg. compoſit. 11.* Capitis dolorem in perpetuum remediat. Adde *Tertul. l. 4. adverſ. Marcion. c. 35.* Et paſſive. *Id. Scribon. compoſ. 18.* Vitar facilius mulieribus remediari. Adde *Apul. de herb. cap. 118.* ¶ Et deponentis forma. *Id. Apul. ibid. c. 2.* Herba quinquefolium mire remediatur. Et *c. 103.* Febricitanti mire remediatur.

Remedĭtor, aris, dep. 1. rurſus meditor. *Senec. ep. 72.* Liquebat mihi, ſi remeditari poſſem. Ita legit *J. Lipſ.* alii aliter.

Remedĭum, dii, *rimedio*, *medicina*, תרופה, Germ. *artzney*, Gall. *remede*, Hiſp. *remedio*, φάρμακον, ἀντιφάρμακον, id, quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur, cautio, proviſio, a *re*, & *medeor*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Auditum eſt, pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cum eſſent uſæ, non morerentur. ¶ Tranſlate *Cic. pro Cluent. c. 9.* Quærere remedium ad aliquam rem. *7. Ver. c. 10.* Remedium ſibi comparare. *Ter. Andr. 3. 1. 10.* Invenire remedium alicui malo.

Remelĭgo, ſeu remelligo, inis, femin. mora, *ritardo*, a μέλλω, cunctor. *Plaut. Caſ. 4. 3. 7.* Nam quid illæ tam diu intus remorantur remeligines? Ita *Feſtus* legit, eumque ſecutus Lambinus. Alii aliter. ¶ Ponitur etiam pro remora piſce. *Afran. apud Feſt.* Remeligo a laribus miſſa ſum, hunc quæ curſum cohibeam navis.

Rememĭni, iſti, anom. *ricordarſi*. *Tertul. l. 4. adv. Marcion. c. 5.* Ne rememineritis priorum.

Rememŏro, as, a. 1. rurſus commemoro. *Tert. l. 4. adverſ. Marc. c. ult.*

Remenſus, a, um, particip. a remetior. *Martial. l. 6. epigr. 89.* Illa fida ſumma teſtæ ſua vina remenſur. ¶ Paſſiva ſignificatione *Virg. 2. Æn. v. 181.* pelagoque remenſo improviſi aderunt. h. e. renavigato. Et *Æn. 3. v. 144.* remenſo hortatur pater ire mari.

Remĕo, as, n. 1. *ritornare*, שׁוב, Ger. *wider zu ruck gehen*, Gal. *retourner*, Hiſp. *tornar otra vez*, ἐπανέρχομαι, retro meo, redeo, revertor. *Cic. 2. de nat. Deor.* Neque remearet aer. *Virg. 2. Æn. v. 95.* Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos. *Martial. l. 1. ep. 16.* Gaudia non remeant. *Tacit. in Agric. c. 40.* Remeare ex Campania. *In Ann. 11. c. 8.* Remeare in patrias ſedes. *Stat. l. 3. ſilv. ult. v. 12.* Euboicos feſſus remeare penates Augurus.

Remetĭor, iris, enſus ſum, d. 4. ἀναμετρέω, iterum metior. Hinc remetiri iter, eſt rurſus idem iter facere. *Stat. 3. Theb.* Sic *Curt. l. 3. c. 3.* Triginta ſtadia fuere, quæ remenſi ſunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro recognoſcere. *Senec. l. 3. de Ira, c. 36.* Facta, ac dicta mea remetior. ¶ Item pro compenſare, remunerari. *Quintil. Dec. 12.* Frumentum pecunia remetiamur. ¶ Item pro reddere. *Plin. in epiſt. 264.* Tranſmiſſumque diſcrimen convaleſcendo remetiri.

Remex, igis, m. 3. *uomo da remo*, שׁט, Ger. *ruderknecht*, Gal. *rameur*, Hiſp. *remador*, *remero*, ἐρέτης, qui remos agit, qui remigandi miniſterio mancipatus eſt. *Cic. 2. de Div. c. 55.* Quid, inquim, remex ille de claſſe Coponii nonne ea prædixit, quæ facta ſunt? *Virg. 5. Æn. v. 116.* Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtim. Ubi *remige* pro remigibus poſitum eſt.

Remigātĭo, onis, εἰρεσία, actus remigandi. *Cic. Att. l. 13. ep. 21.* Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim.

Remigĭum, ii, *remigazione*, Ger. *ruderung*, *ruderziehen*, Gall. *appareil des rames*, Hiſp. *palamenta*, εἰρεσία, remigatio, agitatio remorum. *Cic. 5. Tuſc.* Quod remigium, qui motus hominum, qui ſtatarum non ita expeditus eſt, &c. ¶ Metonymice ponitur pro remigum multitudine. *Hor. l. 1. ep. 6.* Remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei. *Virg. 3. Æn.* Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. ¶ Tranſlate ſumitur pro volatu. Aves enim alis, velut remis quibuſdam, ad diffindendum aerem utuntur. *Virg. 1. Æn. v. 300.* Volat ille per aera magnum remigio alarum. ¶ *Meo remigio rem gero*, proverbiale eſt, hunc ſenſum continet: Illis, velint nolint, parendum eſt, cum mei ſint. *Plaut. Mil. 3. 1. 138.*

Remĭgo, as, n. 1. *remigare*, *vogare*, שׁוט, Ger. *rudern*, Gall. *ramer*, Hiſp. *remar*, ἐρέσσω, remos ago, ſive agito, remis navem ago, remis navigo. *Cic. 4. Tuſc. c. 4.* Utrum igitur mavis non ſtatim vela facere, an quaſi e portu egredientes paululum remigare?

Remĭgro, as, n. 1. *ritornare*, שׁוב, Ger. *wider ein ziehen*, Gall. *retourner*, Hiſp. *tornar a mudar*, ἐπανέρχομαι, redeo, revertor. *Cic. 1. Tuſc. c. 49.* In noſtram domum remigremus. *Id. 5. Tuſc. c. 21.* Ei ne integrum quidem erat, ut ad juſtitiam remigraret. *Id. Acad. 1. c. 4.* Remigrare in domum veterem e nova. *Plaut. Epid. 4. 1. 42.* Remigrat animus nunc demum mihi.

Remillus, a, um, repandus. *Feſt.*

Reminiſcentĭa, æ, *ricordanza*, ἀνάμνησις, revocatio rei alicujus in mentem. *Tertul. de anim. c. 23.* & in plur. numero *Arnob. l. 2.*

Reminiſcor, eris, d. 3. ſine præt. *ricordarſi*, זכר, Germ. *widerumb dran gedenken*, Gal. *ſe ſouvenir*, Hiſp. *acordarſe*, ἀναμιμνήσκομαι, recordor, ab antiquo *Meniſcor*. *Cic. de Senect.* Reminiſci, & recordari. ¶ Conſtruitur cum gen. *Caſ. l. 1. B. G. c. 13.* Reminiſceretur & veteris incommodi Romanorum, priſtinæque virtutis Helvetiorum. ¶ Vel cum acc. *Cic. l. 4. Fam. epiſt. 5.* Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. *Ovid. 1. de Pont. eleg. 8. v. 31.* Nam modo vos animo dulces reminiſcor amici.

Remĭpes, edis, o. quod remis agitur. Lembi epitheton eſt, quia remis, tanquam pedibus, progreditur. *Auſon. in Moſella v. 201.* Remipedes certant medio cum flumine lembi. *Id. epiſt. 3. v. 13.* Remipedes anates.

Remiſcĕo, es, a. 2. *rimeſcolare*, ἀναμίγνυμι, idem ac miſceo, vel iterum miſceo. *Hor. in Art. v. 151.* Sic veris falſa remiſcet.

Remiſſa, æ, *remiſſione*, *perdono*. *Tertul. l. 4. adverſ. Marcion. c. 18.* Diximus de remiſſa peccatorum.

Remiſſarĭus, a, um, ἀνετικός, quod remittitur, quod ad remiſſionem factum eſt. *Cato R. R. c. 19.* Vectes longiſſimos pedum decem, & octo, ſecundos pedum ſexdecim, tertios quindecim, remiſſarios pedum duodecim.

Remiſſe, adv. *lentamente*, Ger. *nachlaſſiglich*, Gal. *lentement*, Hiſp. *lentamente*, ἀνειμένως, lente, leniter, placide. *Cic. 3. de Or.* Quam leniter, quam remiſſe, quam non actuoſe. *Id. pro Cæl. c. 14.* Utrum me ſecum ſevere, & graviter, & priſce agere mali, an remiſſe, ac leniter, & urbane. *Id. 6. Ver. c. 34.* Cum iſte nihilo remiſſius, atque etiam multo vehementius inſtaret quotidie. *Sueton. in Claud. c. 33.* Remiſſe quid, vel ſerio agentem multa dehoneſtabant, h. e. per jocum.

Remiſſibĭlis, le, adject. *remiſſibile*, qui remitti, ſeu condonari poteſt. *Tertul. de pudic. c. 2.* Delicta alia remiſſibilia, alia irremiſſibilia.

Remiſſĭo, onis, *abbaſſamento*, *remiſſione*, *rilaſſazione*, רפיון, Germ. *nachlaſſigkeit*, Gal. *relaſchement*, Hiſp. *floxedad*, *remiſſion*, ἄφεσις, actus remittendi, relaxatio, dejectio. *Cic. 1. Off.* Ex oculorum obtutu, ex elevatione, ex remiſſione ſuperciliorum, aut contractione. *Id. 1. de Or.* Ut ante contionatione verborum binæ et contentiones vocis, & remiſſiones continerentur. *Id. l. 7. Fam. ep. 26.* Morbi remiſſio. *Sueton. in Tib. c. 73.* Remiſſio febris. *Quintil. l. 3. c. 8.* Remiſſio laborum. ¶ Speciatim ſumitur pro ceſſatione ab agendo, pro relaxatione, & recreatione animi. *Cic. pro Cæl.* Quem non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delectarent. *Id. l. 9. Fam. ep. 24.* Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ, atque victus, remiſſionemque animorum. ¶ Item pro placiditate, lenitate. *Cic. l. 5. Fam. ep. 2.* Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima injuria remiſſio animi, ac diſſolutio. ¶ Item pro venia. *Cic. in Catil. 4. c. 6.* Ne remiſſione pœnæ crudeles magis in patriam, quam ex ſeveritate animadverſionis nimis vehementes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe videamur. ¶ Item pro diminutione. *Colum. l. 1. c. 7.* Eoque remiſſionem petere colonus non audet. Adde *Suet. in Caſ. c. 20.*

Remiſſīvus, a, um, adject. qui remitti poteſt. *Cæl. Aurel. 3. c. 4.* Res congruæ, & remiſſivæ.

Remiſſus, a, um, *rimeſſo*, *rimandato*, ἀναπεμφθείς, partic. a remittor. *Ovid. l. 1. de Pont. el. 4.* Cernis, ut e molli ſanguis pulmone remiſſus ad Stygias certo limite ducat aquas. ¶ Sæpe in nomen tranſit pro laxo, languido, negligente, *languido*, *rimeſſo*, *lente*, רפה, Ger. *hinlaſſig*, Gall. *remis*, Hiſp. *floxo*, ἀνειμένος. *Horat. l. 3. od. 27.* Remiſſus arcus. *Cic. 3. Fro.* Itaque quamquam in eo ſermone non remiſſi ſumus. *Id. pro Sext.* Remiſſiore uti genere dicendi. ¶ Item pro leni, miti, manſueto. *Cic. pro Cæl.* Cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde, cum ſenibus graviter, cum juventute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivere. *Id. ad Quir. poſt redit.* In ulciſcendo remiſſior. *Suet. in Claud. c. 21.* Nec ullo ſpectaculi genere communior, aut remiſſior erat. *Id. in Aug. c. 98.* Remiſſiſſimo ad otium, & ad omnem comitatem animo. ¶ Remiſſum frigus, *un freddo moderato*. *Caſ. l. 5. B. G.* ¶ Remiſſus in labore, *pigro*. *Nepos in Iphicr. c. 1.* ¶ Remiſſus febri, *liberato*, *ſollevato*. *Plin. l. 7. ep. 1.* ¶ *Ovid. 4. Faſt.* Vere nitent terræ, vere remiſſus ager. h. e. frigore ſolutus, floridus, hilaris. *Id. 2. Triſt. v. 547.* Ne tamen omne meum credas opus eſſe remiſſum. h. e. jocoſum.

Remitto, is, ſi, ſſum, a. 3. *rimandare*, שׁלח, Germ. *widerumb ſchicken*, Gal. *remettre*, *renvoyer*, Hiſp. *embiar*, ἀναπέμπω, retro mitto. *Cic. lib. 16. Fam. ep. 1.* Volebam ad te Marionem remittere, quem, cum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres. ¶ Interdum ponitur pro ſimplici mitto. *Lucil. apud Feſt.* Quod repudium filiæ remiſit. Sic *Nuntium remittere uxori*, eſt eam repudiare. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. *Id. in Top.* Si mulier, quum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus non eſſet, nuntium remiſit. ¶ Accipitur item pro rurſus mittere, ſeu reddere. *Col. l. 1. c. 6.* Et glebulis, quas per trituram fere terrena remittit area. *Plin. l. 9. c. 18.* His aquam acceptam ore remittunt. ¶ Item pro dimittere, & interdum jungitur cum caſu pretii. *Curt. l. 4. c. 11.* Captivos ſi places reddi, honeſtius dono dabimus, quam pretio remittemus. ¶ Item pro ſinere abire. *Cic. pro Cluent.* Eamque (opinionem) animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. ¶ Item pro relaxare. *Ovid. l. 1. Triſt. eleg. 3.* Utque parum validus non proficientia rector cervicis rigidæ fræna remittit equo. ¶ *Pœnas remittere dolori*, eſt ſinere, ut dolor in lacrymas, & gemitus ſe ſe effundat. *Plin. l. 3. epiſt. 9.* ¶ Item pro relaxare delectationis gratia, curas deponere, recreare, ſumpta tranſlatione ab arcu. *Cic. in Hort.* Quæro, non quibus intendam animum rebus, ſed quibus remittam. *Plin. l. 1. epiſt. 16.* Eundem etiam, cum remittor, non tanquam eundem lego. ¶ Item pro condonare, ignoſcere, parcere. *Vatin. Cic. lib. 5. Fam. ep. 10.* Meam animadverſionem, & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi, & condono. ¶ Item pro concedere, permittere, ſinere. *Cic. 3. Ver.* Verum hæc quoque vobis remitto, negligite præterita, ſi vultis. *Id. 4. Acad.* Aut memoriam mihi remittas, oportet. ideſt concedas mihi memoriam eſſe. *Ovid. 11. Met.* Nec res dubitare remittit. *Juſtin. lib. 1. c. 9.* Igitur Magi ad favorem populi conciliandum tributa, & militiæ vacationem in triennium remittunt. ¶ Item pro transferre ad alterius judicium. *Tacit. lib. 3. Ann.* Integramque cauſam ad Senatum remitſit. ¶ Item pro demittere, cui contrarium eſt erigere. *Plin. l. 8. c. 31.* Cum erexere aures, acerrimi auditus, cum remiſere, ſurdi. ¶ Item pro relinquere, deponere. *Cic. 8. Phil.* Quotidie aliquid iracundiæ remittebat. *Col. l. 1.* Nunquid abſentia ſua de diſciplina, & cuſtodiæ remiſerit? *Id. l. 11. c. 2.* Poſſuntque, ſi jam librum remittunt, inſeri oleæ, vel emplaſtrari. ¶ Item pro intermittere. *Ter. Heaut. 1. 1.* Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. ¶ Item pro ceſſare. *Ter. Hec.* Nam ſi remittent quippiam dolores. *Id. Andr. 5. 1.* Remittas jam onerare injuriis. *Liv. lib. 38.* Interceſſionem remittere. ideſt ceſſare ab interceſſione. *Id. lib. 40.* Imbres remiſerunt. ¶ Item pro ad negligentiam deſcendere, negligentem fieri. *Cic. 2. Tuſc.* Onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſa opprimunt. ¶ Item pro diminuere. *Cic. 7. Ver.* Aliquid de ſummo ſupplicio remitteres. ¶ Item pro præterire, prætermittere. *Cic. 3. Ver.* Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. ¶ Item pro diſſolvere, fluidum reddere. *Virg. 4. Georg.* frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit. ¶ Remittere ædes, quas emeris. h. e. venditori reſtituere, pretio recepto. *Plaut. Moſtel. 3. 2. 110.*

Remivăgus, a, um, qui remis fertur: epithetum navis. *Varr. apud Non. c. 13. n. 1.* Nautæ remivagam movent celocem.

Remixtus, vel remiſtus, a, um, nom. ex particip. *rimeſcolato*. *Senec. de conſtant. Sap. c. 7.* Venenum remixtum cibo.

Remōlĭor, iris, d. 4. *muovere*, ἀνασείω, multa vi loco moveo, de ſuo loco pello. *Ovid. 3. Met. v. 334.* Sæpe remoliri luctatur pondera terræ. ¶ Nonnunquam eſt magno labore quippiam reparare. *Sil. l. 1. v. 36.* Iterum inſtaurata capeſſens arma remolitur dux agmina. ¶ Paſſive ſignificatione quidam uſurpari putant a *Col. l. 2. c. 12.* Sed V. *Remollio*.

Remōlītus, a, um, partic. a remolior. *Sen. Herc. Fur. v. 303.* Nec orbe ſi remolito queat ad ſupera victor numina Alcides vehi.

Remolleſco, is, n. 3. *mollificarſi*, *divenir molle*, רכך, Ger. *weich werden*, Gall. *ſe remollir*, Hiſp. *amollentarſe*, ἀναμαλάττομαι, mollis fio. *Ovid. 10. Metam. v. 285.* Ut Hymettia Sole cera remolleſcit. ¶ Tranſlate ſumitur pro delicatiorem fieri, effœminari. *Caſ. l. 4. B. G.* Quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atque effœminari arbitrantur.

¶ Item

¶ Item pro mitem, & placatum fieri. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 377. Precibus ſi Numina juſtis victa remolleſcunt.

Remollio, is, a. 4. *ammollire*, רכך, Ger. *weich machen*, Gall. *ramollir*, Hiſp. *amollentar*, ἀναμαλάττω, idem ac mollio, vel rurſus mollio, vel valde mollio. *Col. l.* 2. *c.* 10. Nihil itaque amplius in iteratione, quam remolliri terra debet æqualiter. Quidam leg. *remoliri* unico *l*, ut ſit a *remolior*, ſed paſſiva ſignific. *Ovid. Met.* 4. v. 286. quare male fortibus undis Salmacis enervet, tactoſque remolliat artus.

Remollitus, a, um, [illegible], partic. a remollior. *Sueton. in Aug. c.* 79. Eo ſe inhibitum, ac remollitum, quominus, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium, per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Quidam legunt *remolitum*, unico *l*, a *remolior* dep. & explicant a molimine & conatu revocatum. *Apul. de herb.* c. 3. Grana humore remollita.

Remōna dicta eſt habitatio Remi. *Feſt.*

Remonĕo, es, ui, a. 2. iterum, ac ſæpius admoneo. *Apul. l.* 5. *A. A.* Hic tibi identidem ſemper cavenda cenſebam, hic benevole remonebam.

Remŏra, æ, f. 1. *remora*, *ritardo*, mora, tardatio, omne id, quod remoratur. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 16. Remoram faciunt rei privatæ & publicæ. ¶ Remora item piſciculus eſt in mari, ſpinis, & cruſtis tectus, Græcis ἐχενηίς, ita dictus, quod navem, cui annexus fuerit, remoretur. *Plin. lib.* 32. *cap.* 1. E noſtris quidam Latinis remoram appellavere eum. Adde *lib.* 9. *cap.* 25.

Remorātus, a, um, ἀναβεβλημένος, partic. a remoror. *Cic. ante exil. c.* 4. Calamitas remorata longius ſerpit.

Remorbeſco, is, n. 2. *ammalarſi di nuovo*, ἀνανοσέω, in morbum recido. *Feſt.*

Remordĕo, es, remordi, rſum, a. 2. *rimordere*, Ger. *wieder*, *umbbin veiſſen*, Gall. *remordre*, Hiſp. *remorder*, ἀντιδάκνω, viciſſim mordeo, eum mordeo, a quo morſus ſum. *Hor. Epod. od.* 6. Quin huc inanes, ſi potes, vertis minas, & me remorſurum petis? Tranſlate ponitur pro cruciare, ſollicitare. *Lucr. l.* 3. v. 840. Præteritiſque admiſſa malis peccata remordent. *Virg.* 1. *Æn.* v. 261. Quando hæc te cura remordet. *Liv. l.* 8. *c.* 4. Libertatis deſiderium remordet animos.

Remŏres, f. 3. aves in auſpicio, quæ ſignificabant mora opus eſſe. *Feſt.* Remores aves in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt.

Remŏror, aris, d. 1. *ritardare*, עכב, Ger. *verhinderen*, Gal. *retarder*, Hiſp. *retardar*, ἀναβάλλω, retardo, retineo, moram alicui affero. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 14. Hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt. *Terent. Andr.* 4. 3. Ne quod veſtrum remorer incommodum.

Remōte, adv. *da lungi*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 31. *de ſtellis*. Aliæ propius a terris, aliæ remotius eadem ſpatia conficiunt. ¶ Superlat. *remotiſſime* legitur apud *Auguſtin. l.* 10. *de Trin. c.* 5.

Remotio, onis, *removimenta*, סלק, Ger. *verſchupfung*, Gall. *éloignement*, Hiſp. *quitamiento*, ἀποκίνησις, actus removendi. Apud Rhetores remotio criminis eſt, cum id crimen, quod infertur, ab ſe in alium reus removere conatur. Id dupliciter fieri poterit, ſi aut cauſa, aut factum in alium transferetur. Cauſa transfertur, cum aliena dicitur vi, & poteſtate factum. Factum autem, cum alius aut debuiſſe, aut potuiſſe facere dicitur. *Cic. l.* 2. *de Inv. c.* 29.

Remōtus, a, um, *rimoſſo*, *allontanato*. *Liv. l.* 2. Arbitris remotis. *Cicer.* 7. *Verr.* Remoto, atque ablegato viro, non liberius, quam ante, &c. ¶ Migrat etiam in nomen, & ponitur pro longinquo, pro eo, quod longius abeſt, *remoto*, *lontano*, χωριζόμενος. *Cic.* 5. *Ver.* Etiamne hæc tam parva civitas, tam procul a manibus tuis, atque a conſpectu remota? *Id.* 2. *de Invent. cap.* 12. A vulgari intelligentia remotiora ſunt. *Id.* 4. *Ver. cap.* 66. Remotiſſimi ab injuriis Magiſtratus præſidio fœderis. ¶ Tranſlate ponitur pro alieno, abhorrente, experte, &c. *Cic. Att. lib.* 14. Accubant apud Victorium hominem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatum. *Id.* 3. *Ver.* A cupiditate remotus. *Col. lib.* 12. *cap.* 1. Femina a vitiis remotiſſima.

Removĕo, es, movi, motum, a. 2. *rimovere*, *allontanare*, הסיר, Ger. *hindan bewegen*, Gal. *éloigner*, Hiſp. *quitar*, ἀποκινέω, amoveo, aufero, abduco. *Cic. pro Corn. Balb.* Qui removeret oculos, & ſe totum averteret. *Id. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Ut removeat præſidia ex his locis, quæ occupavit. ¶ Tranſlate ſumitur pro alienare, disjungere. *Cic. Att. l.* 4. Quid ſit, quod ſe a me removit, ſi modo removit, ignoro. ¶ Item pro occultare, celare. *Cic.* 1. *Off.* Quæ natura occultavit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, removent ab oculis. ¶ Item pro abdicare, liberare, relinquere *Cic.* 1. *Offic. c.* 20. A negotiis publicis ſe removerunt. *Id. in Orat.* Ne opifices quidem ſe artibus ſuis removerunt. *Id.* 5. *Verr.* Removere ſe a ſuſpicione. *Id.* 2. *Agr.* Removere a ſe ſuſpicionem. ¶ Item pro negare. *Cic. in Brut.* Orationes eum ſcribere alii cœpiſſe, artem removiſſe. h. e. negaviſſe, ullam eſſe artem dicendi. ¶ Removere aliquem a legibus, eſt dejicere eum a ſpe legum ferendarum. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 10. Hunc Catonem Lentulus a legibus removit. ¶ Removere de medio, eſt clam auferre. *Cic. pro Roſc. Amer.* Multa palam domum ſuam auferebat, plura clam de medio removebat. ¶ Removere ſe, *ritirarſi*. *Hor. l.* 2. *Sat.* 1. a vulgo ſe in ſecreta remorant, pro *removerant*. *Lucret. l.* 3. Effugiſſe volunt longe, longeque remoſſe, pro *removiſſe*.

Remūgio, is, n. 4. *rimugire*, *mugire all' incontro*, Ger. *wider umb brullen*, Gal. *remugir*, Hiſp. *bramar retumbando la voz*, ἀναμυκάομαι, mugitum reddo, contra mugio. *Ovid.* 1. *Met.* Ad mea verba remugis. ¶ Tranſlate ſumitur pro reſonare. *Virg.* 3. *Georg.* v. 45. Et aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Remulcĕo, es, a. 2. *mitigare*, ἀναψηλαφάω, idem quod mulceo. *Stat.* 8. *Theb.* v. 93. Corda ſimulata remulcere. ¶ *Remulcere caudam* dictum eſt a *Virg.* 11. *Æn.* v. 812. de lupo pavente, pro retrahere, reflectere. Nam *remulcere* proprie eſt remollire. Hujuſmodi autem animalia, item canes, leones, cum irati ſunt, aut impetu aliquid conantur, caudam intendunt, & erigunt: cum reſedit impetus, aut ſucceſſit pavor, remolliunt, remittunt, reflectunt.

Remulco, as, *rimurchiare*, ῥυμουλκέω, eſt remigando e ſcapha grandiorem navim trahere. *Siſen.* apud *Non. c.* 1. *num.* 282. Siqua celeriter ſolvi poterat, in altum remulcando trahitur.

Remulcum, i, n. ſeu remulcus, i, m. *rimurchio*, actus majorem navem trahendi e ſcapha remigando. *Iſid. l.* 19. *c.* 4. Remulcum exponit funem, qua deligata navis trahitur. *Dolet* putat eſſe naviculam. Sed ejus errorem refellit *Florid. Sabin. Subſeciv. Lect. c.* 3. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 40. Submerſamque navem remulco, multiſque contendens funibus adduxit. Adde *Liv. l.* 25. *c.* 30.

Remunculus, i, m. parvi navigii genus, apud *Gel. l.* 10. *c.* 25. ubi alii leg. *lenunculus*.

Remuneratio, onis, *rimunerazione*, *premio*, גמול, Ger. *widergeltung*, Gal. *recompenſe*, Hiſp. *galardon*, ἀντίδοσις, actus remunerandi. *Cic. de Amic. c.* 14. Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum, officiorumque jucundius.

Remunerātor, oris, m. *rimuneratore*. *Tertul. in Apolog. c.* 36. A Deo remuneratore.

Remunĕro, as, a. 1. idem ac remuneror. *Q. Cic. de petit. Conſul. c.* 9. Ut hoc te beneficio remunerent. Adde *Quintil. declam.* 2.

Remunĕror, aris, d. 1. *remunerare*, *premiare*, גמל, Germ. *widerbegaben*, Gall. *remunerer*, *guerdonner*, Hiſp. *galardonar*, ἀντιδωρέομαι, munus acceptum munere aliquo compenſo, beneficium reddo, mutuam gratiam refero. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 10. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor? *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 8. Ut poſſem te remunerari quam ſimillimo munere.

Remoria, æ, f. locus in agro Romano, non procul a Tyberi, ab urbe Roma 30. ferme ſtadiis, ubi Remus de urbe condenda auſpicatus fuiſſe creditur. *Feſt.* ¶ Legitur & *Remoria*.

Remuria, orum, n. diræ ſuneſti, quibus Remi umbra ſacrificiis placabatur, a *Remus*, quod in Remi honorem fuerint inſtituta. Progreſſu temporis litera aſpera in lenem mutata, *Lemuria* dici cœpta ſunt. *Ovid.* 5. *Faſt.* v. 479. Hi dies, ut in Calendario legimus, erant 9. 11. & 13. Maii. Hoc menſe etiam cæteris Manibus ante Januarii, & Februarii inſtitutionem ſacrificia fiebant, quæ & ipſa a Remi ſacrificio Remuria, poſtea Lemuria appellata fuere. Poſtquam Numa duos hos menſes addidit, inſtitutum videtur, ut Remo menſe Majo, cæteris Manibus Februario inferiæ darentur. Diræ illi Februarii, qui placandis mortuorum animis dicati erant, *Feralia* dicebantur. Ex *Ovid.* 2. & 5. *Faſt.*

Remurinus ager dictus eſt, qui a Remo poſſeſſus fuit. *Feſt.*

Remurmŭro, as, a. 1. ἀντιμορμύρω, contra murmuro. *Stat.* 3. *Sylv.* 1. v. 153. Et nulli ſpoliata remurmurat auræ.

Remus, i, m. *remo*, משוט, Ger. *ſchiffriem*, Gall. *rame*, Hiſp. *remo*, κώπη, inſtrumentum, quo naves aguntur, ab ἐρετμός, quod idem notat, præciſo, ε, & eliſo τ. *Cic.* 4. *Acad.* Dum de remo inflexo, aut de collo columbæ reſpondeam. ¶ *Ventis*, ſeu *velis*, *remiſque*, proverbialis locutio eſt, pro ſumma feſtinatione, ſeu celeritate. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 25. Atque inde ventis, remiſque in patriam omni feſtinatione properavi. *Id.* 3. *Tuſc. c.* 11. Omni contentione velis, ut ita dicam, remiſque fugienda. ¶ Hæc vox cum variis verbis conjungitur. *Virg.* 3. *Æn.* Inſurgere remis. *Id.* 4. *Æn.* Impellere remos. *Id.* 5. *Æn.* Incumbere remis. *Cic. Att.* 13. *ep.* 21. Inhibere remos. V. Inhibeo. ¶ Dare ad remum, eſt remigare facere. *Liv. l.* 34. *c.* 6. Servos ad remum cum ſtipendio noſtro dabamus. ¶ Tranſlate *Cicer.* 4. *Tuſc. cap.* 5. Utrum panderem vela orationis ſtatim, an eam ante paulum dialecticorum remis propellerem. *Ovid.* 5. *Met.* Remis clarum inſiſtere. *Id. Heroid. ep.* 17. Remi corporis. h. e. brachia. ¶ Accipitur etiam remus pro loro, quod continet tubam, teſte *Serv.* ad illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 232. Suaque arma viro remumque, tubamque.

Remus, i, Ῥῶμος, frater Romuli primi Romanorum Regis, qui in ipſo regni initio ab eo interemptus eſt. V. *Liv. l.* 1.

Remūto, as, a. 1. rurſus muto. *Tac. de Oratorib. c.* 19. Cum conditione temporum formam quoque orationis eſſe remutandam. Pleræque tamen opt. Edit. habent *mutandam*.

Ren. V. Renes.

Renālis, le, adject. ad renes pertinens, ut renalis paſſio. *Cal. Aurel. Tard.* 1. *c.* 3.

Renanciſcor, eris, dep. 3. rurſus prehendo, invenio. *Feſt.*

Renarro, as, a. 1. ἐπανειπεῖν, idem quod narro, vel iterum narro, narrando repeto, vel diligenter narro. *Ovid.* 6. *Metam.* A facto propiore priora renarrant. Adde *Virg. Æn.* 3. *in fin.*

Renaſcor, eris, natus ſum, d. 3. *rinaſcere*, Ger. *widerum geboren werden*, Gall. *renaitre*, Hiſp. *renacer*, ἀναγεννάομαι, iterum naſcor. *Cic.* 1. *Tuſc.* Nam principium extinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec a ſe aliud creabit. *Plin. l.* 16. *c.* 25. Indicium anni renaſcentis.

Renātus, a, um, *rinato*, ἀναγεννηθείς. *Cic. ad Brut.* 23. Renatum bellum eſt, idque non parvo ſcelere Lepidi. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Renati dentes. *Sen. in Troad.* Renatus dies. *Liv. l.* 6. Renata urbs.

Renavĭgo, as, n. 1. ἀναπλέω, rurſum navigo, vel retrorſum navigo, navigando revertor, a navigatione redeo. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 16. Poſt in Puteolana, & Cumana regna renavigare.

Renāvo, as, a. 1. iterum navo. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 14. Renavabo operam. Sed alii leg. *renovabo*, alii *navabo*, alii aliter.

Renecto, is, a. 3. connecto, innecto. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 475. Cornipedis ſimul hunc lux indiſcreta renectit.

Renĕo, es, a. 2. rurſus neo. *Albinovan. ad Liviam*, *de morte Druſi*, v. 444. Sunt rata non ulla fila renenda manu.

Renes, num, m. 3. *reni*, כליות, Germ. *die nieren*, Gall. *les reins*, Hiſp. *los riñones*, νεφροί, viſcera duo utrinque non procul a vena cava ſita, ſanguinis ſerum, ideſt urinam, per venas emulgentes attrahentia, & per longos quoſdam meatus ad veſicam tranſmittentia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Humores, qui ex renibus, veſicaque profunduntur. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 25. Nam cum ex renibus laboraret. ¶ Accipiuntur aliquando pro ipſis lumbis. *Nemeſian. in Cyneget.* v. 112. *de cane*. Renibus ampla ſatis validis, diductæque coſtas. ¶ Veteres dixere, *rien*, *rienes*. *Plaut. apud Feſt.* Glaber eras tanquam rien. Adde *Priſcian. l.* 5.

Renidentia, æ, *riſo*, actus renidendi. h. e. ridendi. *Tertul. de anim. c.* 49. Infantum renidentias.

Renidĕo, es, n. 2. *riſplendere*, נגה, Ger. *glitzeren*, Gal. *reluire*, Hiſp. *reſplandecer*, Φαιδρύνομαι, reſplendeo. *Horat. l.* 2. *od.* 18. Non ebur, neque aureum mea renidet in domo lacunar. *Stat.* 10. *Theb.* v. 654. Et ſparſa micabat renidens. ¶ Tranſlate ſumitur pro lætari, gaudere. *Horat. l.* 3. *carm. od.* 6. Et adjeciſſe prædam torquibus exiguis renidet. ¶ Item pro ridere, hilarem aliquam ſpeciem præ ſe ferre. *Catul. in Egnatium*, *carm.* 39. Quod candidos habet dentes, renidet uſquequaque. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 197. Ore renidenti. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Hilarior renidet oratio.

Renideſco, is, a. 3. ἀναγελάω, incipio renidere. *Lucret. l.* 2. v. 327. Totaque circum Ære renideſcit tellus.

Renitĕo, es, tui, n. 2. ἀναστίλβω, valde niteo. *Plin. l.* 37. *c.* 6. Neque in receſſu gemmæ, aut in dejectu renitente. Alii leg. *renidente*, alii *nitente*.

Renitor, eris, ſus, vel xus ſum, d. 3. *sforzarſi all' incontro*, ἀντερείδω, contra, vel adverſum nitor. *Liv. l.* 5. *c.* 49. Cum illi renitentes, pactos dicerent ſe ſe. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Si magis id renititur.

Renixus, us, m. *reſiſtenza*, ἀντέρεισις, actus renitendi. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Perventumque eſſe ad eam ex renixu patet.

Reno, as, n. 1. *ritornare nuotando*, ἀνανήχομαι, iterum no, vel natando redeo. *Albinovan. ad Liviam*, v. 423. Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.

Renōdis, de, adject. renodatus, retro nodo conſtrictus. *Capitol. in Albino*, *c.* 13. Fuit ſtatura procerus, capillo renodi, & criſpo.

Renōdo, as, a. 1. *rannodare*, ἀναδέω, in nodum conſtringo. *Horat. Epod.* 11. Aut teretis pueri longam renodantis comam.

Renovāmen, inis, n. idem ac renovatio. *Ovid.* 8. *Met.* v. 729. Et in hoc renovamine manſit.

Renovatio, onis, *rinnovazione*, ἀνανέωσις, actus renovandi, innovatio, inſtauratio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* A qua rurſum renovatio mundi fieret.

Digitized by Google

Id. Pan. 11. *epiſt.* 18. Renovatio timoris. *Id. de clar. Orat. c.* 91. Renovatio doctrinæ.

Renovativus, a, um, quod renovat. Renovativum fulgur vocatur, cum ab aliquo fulgure functio fieri cœpit, ſi factum eſt ſimile fulgur, quod idem ſignificet. *Feſt.*

Renovator, oris, qui renovat, ſeu reſtaurat. *Inſcrip. apud Fabret. pag.* 112. Renovatori operum publicorum.

Renovatus, a, um, *rinnovato*, ἀνανεωθεὶς, particip. a renovor. *Cic.* 1. *Fin.* Sapientes bona præterita grata recordatione renovata delectant. *Id.* 2. *nat. Deor. c.* 45. Renovatum templum. *Ovid.* 1. *Met. v.* 110. Renovatus ager. *Id. ib. l.* 7. *v.* 215. Renovata ſenectus.

Renovello, as, a. 1. *rinnovellare*, ἀνανεόω, rurſum novellum facio. *Colum. de arbor. cap.* 6. Factis ſulcis vinea optime ſternitur, atque ita renovellatur.

Renŏvo, as, a. 1. *rinnovare*, חדש, Germ. *erneuvern*, Gal. *renouveller*, Hiſp. *renovar*, ἀνανεόω, inſtauro, interpolo. *Cic. poſt red. ad Quir.* Qui ſui ſloꝰ ta deſiderium mei, memoriamque renovaret. *Id. pro Dejot.* Tu vetus hoſpitium renovare voluiſti. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Renovare animum e fatigatione, h. e. recreare. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 12. ager renovatus aratro. *Cæſ. l.* 3. *B. G.* Renovare bellum. *Hirt. de B. Afric. c.* 18. Renovare animum, *riprender coraggio*. Rurſus *Cic.* 2. *de Orat.* renovare, & revocare animum alicujus ad odium. *Id. Phil.* 1. *c.* 1. Renovare vetus exemplum. hoc eſt repetere, in memoriam reducere.

Renūbo, is, n. 3. rurſus nubo. *Tertul. l.* 1. *ad Uxor. c.* 7.

Renudātus, a, um, *ſnudato*, *ſpogliato*. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Laciniis cunctis renudato. *Id. l.* 8. Brachiis humero tenus renudatis.

Renūdus, a, um, adject. retro nudus. *Tertul. de virg. veland. c. ult.* A fronte quidem protectæ, qua autem proprie caput eſt, renudæ.

Renumĕro, as, a. 1. *rendere*, ἀνταριθμέω, reddo quod ante mihi numeratum fuerat, ut aurum, dotem. *Ter. Hec.* 3. 5. 32. Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc; eat.

Renuntiatio, onis, *pubblicazione*, *relazione*, Germ. *verkundung*, Gal. *rapport*, Hiſp. *relacion*, ἀναγγελία, actus renunciandi, relatio. *Cic.* 3. *Ver. c.* 39. Ceſin renuntias ſe dediſſe: cognoſcite renunciationem ex literis. *Id. pro Planc.* Renunciatio ſuffragiorum expectetur. *Idem pro Mur. cap.* 8. Non eſt idem ordo dignitatis, & renuntiationis. ¶ Speciatim renunciatio dicitur teſtimonii genus, quod vulgo vocant *rapporto*, cujuſmodi edere ſolent architecti, & magiſtri uniuſcujuſque opificii, cum opus eſt, qui propterea publice ſacramento adiguntur. *Ulp. l.* 1. *ff. ſi menſor falſum modum dixerit*. Nam intereſt noſtra, ne fallamur in modi renuntiatione. ¶ Accipitur quoque pro recuſatione ejus rei, quæ in pactum, & promiſſionem venerat, *rinunzia*. *Ulpian. l. verum eſt, ff. pro ſocio*. Voluntate diſtrahitur ſocietas renuntiatione.

Renuntiātor, oris, qui renuntiet. *Tertul. de anim. c.* 57. Renuntiator diſponentis inferna. *Id. de Pal. c.* 4. Renuntiator erroris.

Renuntiātus, a, um, declaratus. *Plin. in Paneg.* Tuo judicio Conſules facti, tua voce renuntiati ſumus.

Renuntio, as, a. 1. *riportare*, *referire*, הגיד, Ger. *verkunden*, Gal. *faire rapport*, Hiſp. *renunciar*, ἀναγγέλλω, eſt referre, quid actum ſit, aut velit aliquis, ut nuntii miſſi ſolent de his, ad quæ miſſi ſunt, narrantes, quid egerint, aut viderint, quid agatur, &c. *Cic.* 3. *Ver.* Fremebat tota provincia, nemo id tibi renuntiabat. *Id. ibid.* Acta, & imperia tua domum ad Senatum ſuum renuntiaverunt. *Serv. ad Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 5. Poſtquam mihi renuntiatum eſt de obitu filiæ. ¶ Sumitur etiam pro contrarium nuntiare. *Senec.* 1. *de Clem.* Renuntiari extemplo amicis, quos in conſilium rogaverat, imperavit. ideſt indicari, mutato conſilio nihil ſe eorum opera in præſens uſurum. ¶ Aliquando eſt aperte nuntiare, ſignificare, declarare. *Ter. And.* 5. 2. *aſſ.* Id ego jam nunc tibi, here, renuntio futurum. *Id. Phorm.* 4. 3. 72. Renuntiare alicui repudium, *intimare*. *Cic.* 2. *Ver.* Renuntio, inquit, tibi, te hodiernis comitiis eſſe abſolutum. ¶ Item pronuntiare, recitare, *pubblicare*. *Cic. pro Leg. Man. c.* 1. Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus centuriis cunctis renuntiatus ſum. ¶ Item recuſare, renuere, *rinunziare*. *Cic.* 2. *Ver.* Atque iſte Sthenio vehementer iratus, hoſpitium ei renuntiat. *Id.* 1. *de Orat.* Credo, ne Stoicis renuntiaretur. *Quintil. l.* 12. *c.* 7. Mea quidem ſententia civilibus officiis renuntiabit. *Aſcon. in Ver.* Renuntiare conductionem, eſt irritam nuntiare.

Renuntius, ii, ἀπαγγελτὴς, qui aliquid iterum nuntiat. *Plaut. Trin.* 2. 1. 23. Cantrices, ciſtellatrices, nuntii, renuntii.

Renuo, is, nui, nutum, a. 3. *far cenno di no*, *ricuſare*, מאן, Ger. *abwinken*, *nicht wollen*, Gall. *refuſer faiſant ſigne de la tête*, Hiſp. *negar conſenas*, ἀνανεύω, eſt motu capitis, aliove ſigno oſtendere, ſibi aliquid diſplicere, recuſare. *Cic. pro Cæl. c.* 11. Nullum convivium renuere. *Id. pro Rabir. Poſt.* Supercilia renuentes. *Ovid. Heroid. epiſt.* 16. Oculo renuente negavi.

Renūto, as, n. frequentat. a renuo. *Lucret. l.* 4. *v.* 601. vox per flexa foramina rerum Incolumis tranſire poteſt, ſimulacra renutant.

Renūtus, us, m. ἀνάνευσις, actus renuendi. *Plin. l.* 1. *ep.* 7. Nam ego quoque ſimili nutu, ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Nutu, ideſt aſſenſu, dum promitto non agere adverſus Gallum, renutu, dum nolo adeſſe Gallo adverſus Bœticos.

Reor, eris, ratus ſum, d. 2. *penſare*, *credere*, חשב, Ger. *achten*, Gal. *penſer*, Hiſp. *penſar*, νομίζω, puto, opinor, exiſtimo, cenſeo. *Cic.* 1. *Off.* Quod ſi qui ſimulatione, & inani oſtentatione, & ficto non modo ſermone, ſed etiam vultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur. *Id.* 2. *Off. c.* 9. In quibus virtutes eſſe remur. *Id. de Haruſp. reſp.* Tum vero eſt ratus ſe poſſe. *Vir.* 6. *Æn.* Quod minime reris. *Lucr. l.* 4. *v.* 41. Ne forte animas Acheronte reamur Effugere. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 22. An tu tibi verba blanda eſſe aurum rere?

Repāges, um, f. 3. idem ac repagula apud Poetas, teſte *Feſto*.

Repagŭlum, i, *chiaviſtello*, *catenaccio*, *sbarra*, *ſtanghetta alla porta*, בריח, Ger. *ein rigel*, Gal. *barriere*, Hiſp. *tranca*, μοχλὸς, obex, ſive vectis, qui oſtio adverſus vim opponitur. In oſtio enim duo ſunt poſtes, qui cardinibus continentur, & repagulis clauduntur. *Feſt.* Repagula ſunt, ut Verrius ait, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut ex contrario quoque oppangantur. *Cic.* 6. *Ver. c.* 43. Poſtea convulſis repagulis, effractiſque valvis demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. *Id.* 2. *de Div.* Herculis valvæ clauſæ repagulis ſubito ſe ipſæ aperuerunt. ¶ In ſtabulis quoque, & paſcuis obices, quibus armenta coercentur, repagula dicuntur. *Ovid.* 2. *Met.* Pedibuſque repagula pulſant. ¶ Tranſlate repagulum ponitur pro quovis obſtaculo, ſeu impedimento, ut perfringere repagula juris, pudoris, officii, quod eſt, nullo neque jure, neque pudore, neque officio a re aliqua abſtinere. *Cic.* 7. *Ver.* Ut earum rerum vi, & auctoritate omnia repagula juris, pudoris, & officii perfringeres. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 26. Recludere iram repagulis.

Repandiroſtrus, a, um, adject. qui roſtrum repandum habet, ut pecus repandiroſtrum, *Pacuv. apud Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Repando, is, a. 3. pando, aperio. *Apul. l.* 4. *A. A.* Clave ſubtracta fores januæ repandit.

Repandus, a, um, ἀνάσιμος, quod retrorſum patet, recurvum, reflexum. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 29. Quam tu nunquam, ne in ſomnis quidem, vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. *Plin. l.* 14. *c.* 12. Repanda cervix.

Repango, is, repegi, & repanxi, repactum, a. 3. *piantare*, idem quod pango. *Colum. l. de arborib. c.* 11. Ibique ſemen ferulæ repangito.

Reparabĭlis, & le, o. 3. *reparabile*, ἀνορθωτός, quod reparari poteſt. *Ovid. epiſt.* 5. Nulla reparabilis arte læſa pudicitia eſt. *Id.* 1. *Amor. eleg.* 14. donorum reparabile. *Sen. de brevit. vit. c.* 6. Vitam abire, ut rem reparabilem ſinitis.

Reparatio, onis, f. 3. *rinnovazione*, תקומה, Germ. *widerbringung*, Gall. *reparation*, Hiſp. *reparamiento*, ἐπισκευή, actus reparandi, inſtauratio, renovatio. *Salluſt. in Jugur. c.* 31. Sed ſane fuerit Regni reparatio plebi ſuo jura reſtituere. Alii leg. *paratio*. *Prudent. in hymn. exſeq. v.* 120. Mora hæc reparatio vitæ eſt.

Reparātor, oris, *riparatore*, *rinnovatore*, בורק, Ger. *widerbringer*, Gal. *reparateur*, Hiſp. *reparador*, ἀνανεωτής, qui reparat, inſtaurator. *Stat.* 4. *Silv.* 1. *v.* 11. Ipſe etiam immenſi reparator maximus ævi attollit vultus.

Reparātus, a, um, partic. a reparor. *Hor. lib.* 1. *carm. od.* 31 Dives & aureis Mercator exſiccet culullis Vina Syra reparata merce. ideſt empta nummis ex venditione Syræ mercis.

Reparco, is, ſi, ſum, n. 3. *riſparmiare*, ἀναφείδομαι, idem quod parco. *Plaut. Truc.* 2. 4. 15. Utinam a principio rei item parſiſſem meæ, ut nunc reparcis ſævus. ¶ Sumitur etiam pro non parcere. *Lucr. l.* 1. *v.* 668. Scilicet ex ulla facere id ſi parte reparcent. Sic legit *Lambinus*. Alii aliter leg. & interpret.

Repăro, as, a. 1. *reſare*, *rinnovare*, *ricuperare*, בדק, Germ. *widerbringen*, Gal. *reparer*, Hiſp. *reparar*, ἐπισκευάζω, reſtauro, reſtituo, in priſtinum ſtatum redigo, recupero. *Cic.* 3. *Ver.* Id perdere videbatur, quod alio Prætore eodem ex agro reparare poſſet. *Liv. lib.* 30. *c.* 7. Reparare bellum. *Plin. in Paneg. c.* 77. Tam aſſiduus in tribunali, ut labore refici, ac reparari videretur. *Ovid. Heroid. ep.* 4. requies vires reparat. Sic apud *Horat. l.* 1. *od.* 37. reparare oras latentes claſſe cita, *riparare*; loquitur enim ibi Poeta de Cleopatra, quæ voluit poſt pugnam Actiacam reſpirare ſe in ultimas Ægypti oras, eaſque reparare, ac munire adverſus Auguſtum. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 73. Reparare auxilia, *reclutare*. ¶ Interdum ponitur pro redimere, carius emere. *Alfen. l. quidam, ff. de in rem verſo*. Et hic nummis, qui recepti eſſent, alios repareri.

Repaſtinatio, onis, ἀναβολοστροφία, actus repaſtinandi, remiſſio. *Cicer. de Senec. c.* 13. Quid agri foſſiones, repaſtinationeſque proferam?

Repaſtinātus, a, um, nom. ex partic. *Colum. l.* 3. *c.* 18. Repaſtinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur, nunc antiquitatis imprudens conſuetudo quidquid emoti ſoli vineis præparetur, repaſtinatum vocat.

Repaſtino, as, a. 1. *tornar a zappare*, Germ. *widerumb hacken*, Gal. *rebiner*, Hiſp. *cavar*, ἀναβολοστροφέω, ἀνασκάπτω, iterum paſtino, refodio. Repaſtinari ager is dicitur, ut *Verrius* exiſtimat (apud *Feſtum*) cujus natura mutatur fodiendo, cum aut ſilveſter excoditur, aut lapis mollitur frangendo. *Cato apud eund. Feſt.* Sane Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerendis. *Col. l.* 4. *c.* 32. Cum deinde cultus conſenuit, repaſtinandum eſt. ¶ Repaſtinare ungues apud *Tertul. de pœnit. c.* 11. eſt a ſordibus ibi collectis purgare. ¶ Repaſtinare vitam, pro renovare. *Id. de anim. c.* 30.

Repatrio, as, n. 1. *ripatriare*, in patriam redeo. *Solin. c.* 40. Cum multi captivorum repatriaverint. Adde *c.* 46.

Repecto, is, n. 3. Quidam Lexicographi legi putant apud *Stat.* 6. *Thebaid. v.* 307. ſed ibi eſt *reflectit* pro repectit; nec aliter videtur ſententia poſtulare. Invenitur tamen *repexus*, quod vide infra ſuo loco.

Repĕdo, as, ὑποχωρίζω, pedem retraho, recedo, revertor. *Pacuv. apud Feſt.* Paulum repeda, gnate, a veſtibulo gradum. Adde *Lucil. apud Non. c.* 1. *n.* 738. & *Ammian. l.* 24. *c.* 17.

Repello, is, uli, ulſum, a. 3. *ſcacciare*, הדיח, Ger. *hinwegſtoſſen*, Gall. *repouſſer*, Hiſp. *deſechar*, ἀπωθέω, retro pello, rejicio. *Cicer. poſt red. in Sen.* Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuæ meæ filiam ſuperbiſſimis, & crudeliſſimis verbis a genibus tuis repuliſti. *Id. pro Cæcin. c.* 12. Hoſtem armis repellere. *Id.* 1. *Fin. c.* 9. Dolorem a ſe repellere. *Id. pro Sext. c.* 17. Vim vi repellere. *Q. Cic. de petit. Conſul.* Repellere ab impediendo, & lædendo. *Ovid. Metam.* 14. repellere preces alicujus. ¶ A Poetis in præteritis quandoque prima ſyllaba producitur, p litera geminata. *Virg.* 4. *Georg. v.* 233. ſpretos pede reppulit amnes. Adde 4. *Æn. v.* 214.

Rependo, is, rependi, ſum, a. 3. *ricompenſare*, השיב, Ger. *widergelten*, Gal. *recompenſer*, Hiſp. *recompenſar*, ἀντιμετρέω, ἀμείβομαι, recompenſo, retribuo. *Ovid. epiſt.* 21. *v.* 51. Ingenio formæ damna rependo meæ. *Id.* 3. *Met. v.* 684. neu gratia facto nulla rependatur. *Sil. l.* 17. Magne repenſorus. *Virg.* 1. *Æn.* fatis contraria fata rependens. *Propert. l.* 4. *eleg.* 4. reptæ ne ſint impune Sabinæ, Me rapa, & alterna lege rependе vices. ¶ Rependere vota alicui pro re aliqua, eſt pro acceptis beneficiis vota facere. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 3. Quas tibi devoti juvenes pro patre renato, Summe ducum, grates, aut quæ pia vota rependant? ¶ Proprie ſignificat emendo perſolvere, *sborſare*, *pagare*. nam olim æs appendi ſolebat, non numerari. *Plin. l.* 7. *c.* 39. Candaules rex Bularchi picturam, haud mediocris ſpatii, pari rependit auro, *comperò a peſo d' oro*. ¶ Rependere pœnas, eſt luere. *Sen. Oedip. v.* 1030. Non ſi ipſe divum pater Coruſca ſæva tela jaculetur manu, Unquam rependam ſceleribus pœnas pares.

Repens, entis, *ſubito*, *improvviſo*, αἰφνίδιος, ſubitus, a *ſtivo*, *vergo*, *propendeo*. Nam quo quid perpendit, eo ſubito fertur, ut videmus in lance: unde ἐν ῥοπῇ, in momento. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 22. Repens hoſtium adventus. *Liv. l.* 22. *c.* 8. Repens nuntiatur clades. *Id. l.* 33. *c.* 2. Quantum repens cauſa coegit. ¶ In obliquis caſibus non eſt valde uſitatum. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 3. fuderunt lacrymas ſimulacra repentes. Alii leg. *repente*. *Lucret. l.* 5. *v.* 401. Phaethonta repenti fulminis ictu deturbavit. ¶ Repens, partic. a repo V. in repo.

Repenſo, as, a. 1. *compenſare*, compenſo, retribuo. *Col. l.* 3. *c.* 2. Id tamen incommodum repenſat uvarum multitudine. *Velleį. l.* 2. *c.* 12. videtur bona malis repenſaſſe.

Repenſus, a, um, nom. ex partic. contra penſus, expenſus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 67. Cui pro Gracchi capite erat aurum repenſum. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Cum Septimulejus Gracchi familiaris auro repenſum caput ejus exciſum ad Opimium tulerit, *comperato a peſo d' oro*.

Repente, adv. *ſubitamente*, *all' improvviſo*, פתאם, Ger. *ein wegs*, Gal. *incontinent*, Hiſp. *luego*, ἐξαίφνης, ſubito, ſtatim, a repens, h. e. ſubitus. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 12. Siquidem, ut ſcribis, ſalubres repente factæ ſunt. *Id. Phil.* 7. *c.* 27. Modo egens, repente dives. *Idem* 1. *Offic. c.* 33. Magis decere ſenſim diſſuere, quam repente præcidere.

Repentīne, adv. *repente*. *Lactant. l.* 1. *c.* 11. Qui repentine advenerint.

Repentīno, adv. idem ac repente. *Cic. pro Quinct. cap.* 4. Moritur in Gallia Quinctius, cum adeſſet Nævius, & repentino.

Repentīnus, a, um, *ſubito*, *improvviſo*, פתאם, Ger. *ſchnell*, Gal. *ſoudain*, Hiſp. *ſubito*, αἰφνίδιος, ſubitus, improviſus, a *repente*. *Cic.* 1. *Off.* Leviora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata, & præ-

præparato infecantur. *Id. pro Cluent. c. 62.* Mors repentina. *Apul. de Mundo.* Nimbus quanto repentinior, tanto vehementior. ¶ Homo repentinus, dicitur homo novus, qui ſubito in hominum cognitionem, famam, commendationemque pervenit. *Cic. in Brut. c. 69.* Ignotis homines, & repentini Quæſtura celeriter facti ſunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi.

Repercuſſibilis, le, adject. qui repercuti poteſt, ut repercuſſibilis ſphæra. *Cal. Aurel. Tard. 3. c. 6.*

Repercuſſio, onis, *ripercoſſo*, Ger. *widerſchlagung*, Gall. *refrappement*, Hiſp. *otra vez herida*, [illegible], actus repercutiendi, reverberatio. *Sen. l. 7. quæſt. nat. c. 19.* Per repercuſſionem vicinorum ſiderum. Adde *Ulpian. l. 8. ff. rei. c. l. 17.*

Repercuſſus, us, m. idem ut repercuſſio. *Plin. l. 5. cap. 5.* Aduſto ſimilis, aut Solis repercuſſu accenſo. Adde *Tac. de Germ. c. 3.*

Repercuſſus, a, um, *ripercoſſo*, [illegible], iterum percuſſus, reverberatus. *Plin. l. 17. c. 21.* Cum vero concreti ademere tranſitum, repercuſſa erumpit. *Virg. 8. Æn. v. 22.* Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercuſſo, &c. *Liv. lib. 21. c. 33.* Valles clamoribus repercuſſæ.

Repercutio, is, ſſi, ſſum, a. 3. *ripercuotere*, *ribattere*, Ger. *wider ſchlagen*, Gal. *rebattre*, Hiſp. *herir otra vez*, [illegible], percutientem viciſſim percutio, reverbero, reflecto. *Plin. ep. 30. l. 4.* Quod hujus fontis excurſum per momenta repercutiat? ¶ Eſt item pro diſcutere, diſſolvere. *Plin. l. 28. c. 4.* Similis modo & faſcinationes repercutimus. ¶ Item pro refellere. *Quintil. l. 6. c. 3.* Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut repercutimus, aut eludimus. ¶ Item perſtringere. *Senec. epiſt. 118.* Multa aciem noſtram ſplendore nimio repercutiunt.

Reperio, is, reperi, ertum, a. 4. *trovare*, [illegible], Ger. *widerfinden*, Gal. *trouver*, Hiſp. *hallar*, [illegible], invenio, a pario. Nam repertum dicitur quaſi repartum, & denuo in lucem editum. De diſcrimine inter *invenio*, & *reperio* V. Invenio. *Cic. 1. Ver.* Nulla medicina his tot incommodis reperietur. *Id. de Senect.* Reperio cauſam, cur miſera videntur. ¶ Eſt item excogitare, fingere. *Plaut. Capt. in fin.* Hujuſmodi paucas poetæ reperiunt comœdias. *Ter. Heaut. 5. 2. 22.* Aliquid reperiret, fingeret fallacias, &c. ¶ Sumitur etiam pro aperte deprehendere, cognoſcere. *Cic. pro Quinct.* Tamen in iſta populatione, & proſcriptione bonorum improbiſſimus reperiebare. ¶ In præteritis Poetæ interdum primam producunt, geminata litera *p*, per Ectaſim, ſive Diaſtolen. *Propert. l. 2. eleg. 22.* Ah pereat, quicunque meracas repperit uvas. ¶ In futuro indicativi veteres dicebant etiam *reperibo*. *Plaut. Epid. 1. 2. 48.* Quid illa fiet fidicina igitur? Ep. aliquæ res reperibitur.

Repertitius, a, um, quod repertum eſt, ut Civis repertitius, ideſt qui non eſt civis origine, ſed jure, ut in civitatem receptus, quaſi repertus civis, & quæſitus. *Salluſt. in Cic. c. c.* Repertitius, accitus, & paulo ante inſitus huic urbi civis. Aliqui legunt *repertus*, quidam *irrepertitius*, nonnulli *repetitius*.

Repertor, oris, *inventore*, [illegible], qui reperit. *Ovid. 1. Faſt.* Repertori vitis quia ſacra parabant. i. e. Baccho. Adde *Virg. 12. Æn.* & *Quintil. l. c. c. 16.*

Repertorium, ii, *inventario*, *repertorio*, [illegible], index, ſive commentarium particulatim rerum recenſitarum deſcriptionem continens. *Ulpian. l. tutor, ff. de adm. & peric. tutorum.* Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur.

Repertrix, icis, *inventrice*. *Apul. in Apolog.* Paupertas omnium artium repertrix.

Repertum, i, [illegible], res inventa. *Lucr. l. 1. v. 731.* Et exponunt præclara reperta. Adde *verſ. 156.*

Repertus, a, um, *ritrovato*. *Ovid. 1. Metam. v. 651. de Io.* & niveæ pendens cervice juvencæ, Me miſerum, ingeminat, tu ne es quæſita per omnes, Nata, mihi terras? tu non inventa reperta Luctus eras levior. V. Invenio. *Lucret. lib. 5. v. 420.* Dulcia reperta ſolatia carmina. *Apul. in Apolog.* Per me licet fuerit repertiſſimus.

Repetentia, æ, [illegible], recordatio, memoria. *Lucr. lib. 3. v. 864.* Interrupta ſemel cum ſit repetentia noſtra. Sic legit *Lambinus*. Alii *retinentia*. h. e. cum deſiimus retineri, eſſe, manere. Alii *repentia*. h. e. tacitus, & ſenſim progrediens vitæ curſus. *Arnob. l. 2.* Quod rebus ingreſſis priorem repetentiam detrahit.

Repetitio, onis, f. 3. *repetizione*, [illegible], [illegible], actus repetendi. Apud Rhetores eſt Figura verborum per adjectionem, per quam idem vocabulum in principio membrorum, vel inciſorum orationis frequenter repetitur. *Auct. ad Her. l. 4. Cic. 3. de Or. c. 54.*

Repetitor, oris, [illegible], qui repetit. *Ovid. ep. 8. v. 19.* Sit ſocer exemplo nuptæ repetitor ademptæ.

Repetitus, a, um, [illegible], partic. a repetor. *Cic. Att. l. 13. epiſt. 38.* Deinde cum ſomno repetito, ſimul cum Sole experrectus eſſem. *Suet. in Caſ. c. 2.* Rurſus repetita Bithynia. *Id. Divin. in Ver. c. 22.* Conſuetudo longo intervallo repetita. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 341.* Ecquo repetita per arma. h. e. armis rurſum petita. *Ulpian. ff. de damno infecto, leg. 15.* Repetita igitur die cavendum erit. h. e. die, ſeu tempore, quod præterierat, revocata, & pro præſenti nominata. *Liv. l. 4. c. 19.* Aſſurgentem regem umbone reſupinat, repetitumque ſæpius cuſpide ad terram affixit. h. e. repercuſſum.

Repeto, is, ivi, & tii, itum, a. 3. *raddomandare*, [illegible], rurſus peto, iterum peto. *Cic. pro Planc.* Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? *Id. Offic. c. 11.* Repetere res ſuas. ¶ Accipitur etiam pro retrorſum petere, reſumere, longe ſumere. *Cic. 1. de Or.* Repetamque non ab incunabulis noſtræ veteris, puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum, ſed ea, quæ &c. *Id. pro Dejot.* Repetere memoriam alicujus temporis. ¶ Item pro ſumere. *Cic. 7. Verr.* Ne populus Rom. ab iſto eas pœnas vi repetiſſe videretur. ¶ Item pro cæſim ferire, repercutere. *Sen. l. 3. de Ira c. 27.* Repetere mulam calcibus, & canem morſu. *Suet. in Calig. c. 58.* Vulneribus triginta confecerunt. nam ſignum erat omnium, repete. *Quintil. l. 5. c. 14. de gladiatoribus.* Ut bis cavere, bis repetere oportuerit. ¶ Item pro rurſum accuſare, in judicium adducere. *Paul. l. reum, ff. de accuſat.* Et ex integro repetendi reum poteſtas fiet. ¶ Item pro redire, inverti. *Liv. l. 1.* Quippe vera fuga, qui ſimulantes paulo ante ſecuti erant, oppidum repetebant. ¶ Item pro revocare. *Plaut. Trucul. 4. 3. 72.* Filium illinc tuum te melius eſt repetere. ¶ Item pro renovare. *Cic. in Ver.* Comitiis factis eadem illa vetera conſilia pecunia majore repetuntur. *Id. de Pace, c. 2.* Repetere ſtudia ſua. ¶ Item pro recolvere, volutare, recordari. *Cic. 1. de Or.* Cogitanti mihi ſæpenumero, & memoria vetera repetenti. *Liv. l. 16.* Age contra, quæ illi infeſte in nos fecerint, repetite. ¶ Item pro commemorare. *Cic. 4. Acad.* Repetunt jam P. Valerium, qui exactis Regibus primo anno Conſul fuit. ¶ Item pro iterare, rurſum dicere, *ripetere*. *Quintil. l. 1. c. 1.* Quinimo ne primæ quidem memoriæ temere credendum; repetere, & inculcare diu fuerit utilius. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 7.* Repete, quæ cœperas. *ripiglia*, *vidi*.

Repetundæ, arum, f. 1. res, quæ repetuntur, ſeu quarum reſtitutio poſcitur. Crimen repetundarum fuit crimen Magiſtratus, qui in provinciam cum poteſtate miſſus pecuniam in uſum privatum a provincialibus accepiſſet. Nomine pecuniæ intelliguntur non ſolum nummi, ſed etiam omnia, quibus divitiæ conſtant, ut vaſa pretioſa, ſtatuæ, picturæ, veſtes, frumentum, navigia, &c. Ceterum lege Julia hoc crimine etiam Magiſtratus urbani accuſabantur, ſiqui in aliqua curatione pecunias cepiſſent; item Judices, ſi pecunias cepiſſent ob judicandum, &c. Quod ad vocem attinet, participium, ſeu gerundium eſt, ſub quo *pecuniarum*, vel *rerum* intelligere oportet. Eſt autem *repetundarum* more antiquo pro *repetendarum*. *Quintil. l. 4. c. c.* Repetundarum inſimulari. *Suet. in Caſ. c. 43.* Repetundarum convinci. *Tacit. 4. Ann. c. 19.* Repetundarum criminibus hærere. *Id. 3. Ann. c. 38.* Poſtulare aliquem repetundis. ¶ *Cicero* fere addit *pecuniis*, ut *pro Cluent. c. 53.* Lege pecuniarum repetundarum non teneri. Et *de clar. Orat. c. 27.* L. Piſo legem primus de pecuniis repetundis tulit. Et *rurſus pro Cluent. c. 37.* Repetere rationem ab aliquo de pecuniis repetundis.

Repexus, a, um, [illegible], bene, vel iterum pexus. *Claudian. in Conſul. Prob. & Olybr. v. 3.* Crinemque repexi Blandum elato ſurgens temone jugalis. Adde *Ovid. l. 3. de m. om. v. 154.*

Repignero, as, a. 1. [illegible], pignus recipio, ſoluto pretio. *Paul. l. ſi ut certo §. nunc videndum, ff. commodati.* Non repigneras, ut mihi reddas. Adde *Feſtum*.

Repigro, as, a. 1. retardo. *Apul. l. 8. Met.* Cum & ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur impetus.

Repingo, is, a. 3. idem quod pingo, vel rurſum pingo. *Venant. Fortun. l. 1. de vita Martini, v. 145.* digitis crucis arma repingens.

Replaudo, is, ſi, ſum, n. 3. [illegible], repercutio. *Apul. l. 6. A. A.* Quadrupedi curſu ſolum replaudens. Et *lib. 1.* Dextera frontem replaudens.

Repleo, es, evi, etum, a. 2. *riempire*, [illegible], Ger. *erfullen*, Gall. *remplir*, Hiſp. *henchir*, [illegible], impleo. *Cic. de Prov. Conſ.* Ut vis exhauſtas domos replere poſſent. *Id. pro Sext.* Meminiſtis tum, Judices, corporibus civium Tyberim repleri, cloacas refarciri. *Ovid 4. de Pont. ep. 4.* fama Pontum rumore replevit. *Ulpian. l. 4. ff. de re judic.* Repletur ex lege, quod ſententiæ judicis deeſt. h. e. ſuppletur.

Repletio, onis, f. *riempimento*. *l. 6. Cod. tit. 28. leg. 4. & lib. 7. tit. 1. leg. 15.*

Repletus, a, um, *riempito*, [illegible], partic. a repleor. *Cic. pro L. Man.* Referto foro, repletiſque omnibus templis. *Sueton. in Aug. c. 89.* Eruditione varia repletus. *Juſtin. l. 13. c. 8.* Virginem a deo repletam quatuor pueros peperiſſe. h. e. gravidam factam. *Celſ. l. 7. c. 8.* Foramen aureis alte repletum. *Idem.* Repletum corpus. h. e. multo cibo, vel adipe diſtentum.

Replexus, a, um, nom. ex partic. a *plecto*, reflexus, replicatus. *Plin. l. 21. c. 1.* Semen autem eſſe ad ſpeciem ſcorpionum, cauda replexa, ſed candida.

Replicatio, onis, *rivolgimento*, [illegible], converſio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 13.* Ut replicatione quadam mundi motum regat. ¶ Eſt & replicatio vox Juriſconſultis frequens, ad eas allegationes pertinens, quæ intentionem ſuſtentant adverſus exceptionis iniquitatem, inde dicta, quod implicatam, & tectam exceptionis iniquitatem repliret, atque patefaciat. *Juſtinian. l. 4. Inſtit. tit. 14.* Alia allegatione opus eſt adjuvandi actoris gratia, quæ replicatio vocatur, quia per eam repliretur, atque reſolvitur jus exceptionis. Adde *l. 24. ff. de except. rei judic.*

Replicatus, a, um, nom. ex partic. reflexus, curvatus, *piegato*. *Plin. l. 34. c. 8.* Replicata cervix. *Id. l. 9. c. 33.* Margine foris effuſo, intus replicato.

Replico, as, a. 1. *ripiegare*, [illegible], Ger. *umbbiegen*, Gal. *replier*, Hiſp. *bolver a plegar*, [illegible], plico, rurſum plico, *raddoppiare*. *Plin. l. 17. c. 14.* Neve cortex replicetur in rugas. ¶ Item pro retrorſum plicare, ſeu reflectere. *Sen. de Benef. l. 1. c. 4.* Cujus acumen omne tenui retunditur, & in ſe replicatur. ¶ Item pro invertere. *Plin. l. 8. cap. 27.* Replicans, ut extra ſint membranæ, quod fuerat intus. ¶ Translate ſumitur pro proferre, oſtendere, patefacere. *Cic. 1. de Div.* Sic traductio temporis nihil novi efficientis, & primum quidque replicantis. ¶ Item pro legere, evolvere. *Cic. pro Syl. c. 9.* Ut ne replicare annalium memoriam *Id. 3 de Leg. c. 14.* Si velis replicare memoriam temporum. *Hieron. epiſt. 129. ad Dardan. ante med.* Quæ idcirco non replicabo, ne ſenſum legentis videar obtundere, & memoriæ illius diffidere. h. e. non afferam, non repetam. *non ripetere*.

Replictus, a, um, idem ac replicatus, per Sync. *Stat. 4. Sylv. 9. v. 29.* Non replictæ bulborum tunicæ.

Replum, i, n. vox, quæ legitur apud *Vitruv. l. 4. c. 6.* in qua replicanda valde ſudant Interpretes, nec inter ſe conveniunt. *Baldus in Lexic. Vitruv.* putat, replum dici partem excavatam & profundam in valvis januæ, quæ media eſt inter ſcapos, & tympanum, cujuſque rem illuſtrare exhibita figura. *Turneb. l. 11. adverſ. c. 4.* faſſus, ſe hujus vim verbi aſſequi non poſſe, *peplum* legendum putavit, ut ſignificaret operimentum quoddam in modum veſtimenti undantis, & replicari: idque confirmare conatus eſt alio Vitruvii loco *l. 10. c. 17.* ubi ait: cheloni replum, quod eſt operimentum. Alii alias excogitavere interpretationes, quas collegit *M. Bald. loc. cit.* Eum conſule.

Replumbo, as, a. 1. *diſpiombare*, Germ. *von bley ſcheiden*, Gall. *deſſouder*, Hiſp. *quitar el plomo*, [illegible], quod plumbo ferruminatum erat, diſſolvo, vel a plumbo ſeparo. *Ulp. l. rem omnem, ff. de aur. & arg. mundo leg. Celſus l. 28. quæſtionum* quærit, ſi centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut ſic appendantur? Et Proculus, & Celſus ajunt, exemptoplumbo appendi debere. Nam & emptoribus replumbata aſſignantur, & in rationes argenti pondus ſic defertur. ¶ Aliquando generalius accipitur pro eo, quod eſt quamvis ferruminationem diſſolvere. *Paul. l. pediculis, eod. tit.* Aurea emblemata, quæ in lepidibus, aſſidibuſque argenteis eſſent, & replumbari poſſent. *Senec. l. 4. Quæſt. nat. c. 2. de Æthiopiæ caloribus:* Saxa velut igni ferveſcunt, argentum replumbatur, ſignorum coagmenta ſolvuntur, nullum materiæ ſuperadornatæ manet operimentum.

Repluo, n. 3. rurſus, vel viciſſim pluo. *Senec. in præfat. l. 3. controverſ.* Quis ferret hominem de ſiphonibus dicentem: cœlo repluunt?

Repo, is, repſi, reptum, n. 3. *rampare*, *rampicare*, [illegible], Germ. *kriechen*, Gall. *ramper*, *grimper*, Hiſp. *gatear*, [illegible], eſt incedere, ſeu ambulare proprium eorum animalium, quæ parvos, vel nullos pedes habent, ut ſunt lacertæ, & ſimilia, a Græco verbo allato per Metatheſin. *Plin. l. 37. c. 11.* Repentia formicæ effigiem habet. *Id. l. 11. c. 37.* Præciſa haſtarum capita repſiſſe. ¶ Dicitur etiam de animalibus, quæ longis pedibus ſunt, pro aſcendere. *Hor. l. 1. ep. 7.* Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam repſerat in cumeram frumenti. Adde *Plin. l. 22. c. 17.* ¶ Vel pro lente procedere. *Hor. l. 1. ſerm. ſat. 5.* Millia tum pranſi tria repimus. ¶ Tranſlatum dicitur de radicibus, pro extendi, ſe propagare, & diffundere. *Colum. l. 8.* Spatium autem radicibus, qua repant, lapidum præbent. *Plin. l. 16. c. 34.* Chamæciſſos, non niſi humi repens. ¶ Item de arboribus, pro creſcere. *Colum. de arb.* Ne unquam invaluerit, in altitudinem repet. ¶ *Horat. l. 2. epiſt. 1.* Sermones per humum repentes. h. e. humili ſtylo. ¶ *Quintil. l. 1. c. 2.* Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? h. e. infans amoribus deliciis innutritus eſt. ¶ Cum accuſativo *Arnob. l. 1. pag. 20.* Indigetes illi, qui flumen repunt, & in alveis Numici cum ranis & piſciculis degunt.

Repollo, is, a. 4. *ripulire*, Germ. *außbutzen*, Gall. *repolir*, Hiſp. *repolir*, *aſſear*

Digitized by Google

aſſeyter otra vez, ἀναξέω, rurſus polio, repurgo. *Col. l. 2. c. 21.* Si protinus uſui deſtinantur, nihil attinet repoliri.

Repondĕre, ro, a. 1. rependo, repono, quaſi contra, ſeu viciſſim pondere. *Sidon. l. 1. ep. 4.* Reminiſcaris, nolle me tibi ſtudii hujuſce viciſſitudinem reponderare. *Id. l. 5. ep. 1.* Reponderatur tibi ex hoc conſumatiſſima gloria.

Repōno, is, ſui, ſitum, a. 3. *riporre*, הֵנִיחַ, Ger. *wider umbhin ſetzen*, Gal. *mettre pour garder*, ἀποτίθεμαι, rurſus pono. *Cic. pro Sext.* Pompejus inſigne regium, quod ille de capite ſuo abjecerat, repoſuit. *Virg. 3. Æn.* Atque reponimus ignem. *Martial. lib. 2. ep. 37.* Ullus ſi pudor eſt, repone cœnam. ideſt rurſus appone, refer, quæ ſuſtuliſti e menſa. *Celſ. l. 8. c. 17.* Manum luxatam reponere. ¶ Sæpe uſurpatur pro ſimplici pono, ſive colloco. *Cic. 1. de nat. Deor.* Aut homines jam morte deletos reponere in Deos? ideſt inter Deos collocare. *Id. pro Sext.* Quos equidem in Deorum immortalium cœtu, ac numero repono. *Id. 5. Tuſc. c. 12.* In aliquo omnem ſpem reponere. *Id. pro Syll.* in Judicum humanitate cauſſam reponere. ¶ Accipitur etiam pro in cella ponere, recondere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 62.* Neque ſerendi, neque colendi, neque tempeſtive demetendi, percipiendique fructus, neque condendi, ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt. *Col. l. 12. c. 44.* In vetuſtatem poma reponere. ideſt ut diu ſerventur. *Quintil. l. 2. c. 16.* Reponere alimenta in hyemem. ¶ Item pro reddere, reſtituere. *Plaut. Perſ. 1. 1. 38.* Des mihi nummos ſexcentos, quos continuo tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo. *Hor. lib. 3. carm. od. 5.* Nec vera virtus, cum ſemel excidit, curat reponi deterioribus. ¶ Item pro referre, rependere. *Sen. l. 2. de Ira c. 28.* Reponere injuriam. ¶ Item pro reducere, reficere. *Virg. 2. Georg.* Exiguo tantum gelidus ros nocte reponet. *Tacit. Ann. 1. c. 63.* Ruptos vetuſtate pontes reponere. *Id. Ann. 16. 1. 13.* Reponere amiſſa orbi. ¶ Item pro reſpondere, par pari referre. *Juven. ſat. 1.* Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam? *Cic. l. 1. Fam. epiſt. 9.* Ne tibi ego idem reponam, cum veneris. *Id. Attic. 13. ep. 13.* Ergo hæc ad Varronem transferamus; Catulo, & Lucullo alibi reponemus. h. e. in aliis libris eos ornabimus. ¶ Item pro occultare, celare. *Tacit. in Agric. c. 39.* Optimum in præſentia ſtatuit reponere odium. ¶ Item pro inclinare. *Cic. 2. nat. Deor. c. 49.* Grues in tergo præſtolantium capita reponunt. ¶ Item pro immittere, ac retinere. *Virg. Ecl. 3.* Sensibus hæc imis (res eſt non parva) reponas. ¶ Item pro ſubſtituere, *ſoſtituere*. *Cic. Ver. 4. c. 21.* At vero præclarum illis diem repoſuiſti, Verrea ut agerent. ¶ Item pro deponere. *Catul. carm. 31. de Sirmione Peninſula.* O quid ſolutis eſt beatius curis, Cum mens onus reponit, &c. *Plaut. Aſin. 3. 1. 16.* Si repoſivi remum, ſola ego in caſteria ubi quieſco. Ubi *repoſivi* antiquum eſt pro *repoſui*. ¶ Reponere capillum, eſt rurſus componere. *Quintil. l. 8. c. 1.* ¶ Reponere fabulam, eſt iterum in ſcenam proferre. *Horat. de art. poet.* Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi. ¶ Reponere lacrymas, eſt cohibere, comprimere. *Stat. l. 5. ſilv. 5.*

Reporrigo, is, a. 3. rurſus porrigo. *Petron. in fragm. Tragur.* Phialam reporrigere.

Reporto, as, avi, atum, a. 1. *riportare*, *tornare una coſa indietro*, הֵשִׁיב, Ger. *widerumb tragen*, Gal. *rapporter*, Hiſp. *traer*, *llevar*, ἀνακομίζω, retro porto, refero, reveho. *Virg. 1. Georg.* Aut atræ maſſam picis urbe reportat. *Cic. in Sen. poſt redit. cap. 11.* In patriam equis, & curru reportari. ¶ Sumitur etiam pro reducere, deducere. *Caſ. l. 5. B. G.* Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. *Cic. Attic. 4. epiſt. 17.* Exercitum Britannis reportabant. ¶ Translate ſumitur pro nuntiare. *Virg. 7. Æneid.* Cum provectus equo longævi Regis ad aures nuntius ingentes ignota in veſte reportat adveniſſe viros. ¶ Item pro percipere, colligere, adipiſci. *Cic. pro L. Man.* Ut ab illo inſignia victoriæ, non victoriam reportarent. *Id. 3. de Leg.* Nihil præter laudem bonis, atque innocentibus, neque ex hoſtibus, neque a ſociis reportandum. *Id. Agrar. 2. c. 23.* Reportare prædas ab hoſtibus.

Repoſco, is, a. 3. *raddomandare*, תָּבַע, Ger. *widerfordern*, Gal. *redemander*, Hiſp. *demandar atras*, ἀπαιτέω, repeto, peto ab aliquo, quod mihi debet, vel quod a me accepit. Conſtruitur ſæpe cum duobus accuſativis. *Cic. 6. Ver. cap. 51.* Et eum ſimulacrum Cereris, & Victoriæ repoſcerent. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *a*, vel *ab*. *Cic. poſt red. in Sen.* Quorum alter a me Catilinam amatorem ſuum multis audientibus, alter Cethegum conſobrinum repoſcebat. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici poſco. *Lucr. lib. 6. v. 920.* Quo magis attentas aures, animumque repoſco. ¶ Item accipitur pro requirere, interrogare. *Cic. 5. Ver.* Qui ab altero vitæ rationem repoſcunt. ¶ Repoſcere ad pœnas, vel ad ſupplicium, eſt punire, vel exigere ad puniendum. *Virg. 2. Æn.* Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent effugia. *Id. 8. Æn.* Regem ad ſupplicium præſenti Marte repoſcunt. ¶ Repoſcere pœnas ab aliquo, eſt repetere, aliquem punire. *Catul. carm. 50. (al. 54.) ad Calvum Licinium.* Ne pœnas Nemeſis repoſcat a te.

Repoſcōnes, um, m. 3. qui repoſcunt. *Ammian. Marcellin. lib. 22. c. ult.* Ægyptii controverſi ſunt, & repoſcones acerrimi.

Repoſitio, onis, actus reponendi, & recondendi. *Pallad. l. 1. c. 32.* Repoſitiones fœni, ligni, cannarum nihil refert, in qua parte fiant, dummodo ſiccæ ſint.

Repoſitor, oris, reſtitutor, reſtaurator. *Ovid. 2. Faſt. v. 63.* Templorum poſitor, templorum ſancte repoſitor.

Repoſitorium, ii, n. *guardaroba*, θήκη, locus, in quo reliquiæ ciborum, & menſæ inſtrumenta reconduntur. *Plin. lib. 28. c. 2.* Bibente conviva, menſam, vel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum habetur. *la credenzata*. ¶ *Repoſtorium*, per ſyncop. accipitur etiam pro loco ſecretiore in ædibus, ubi pretioſiora quæque reponuntur. *Capitolin. in M. Anton. Philoſ. c. 17.* Gemmas etiam quam multas, quas in repoſtorio ſanctiore Adriani repererat.

Repoſitus, a, um, *repoſto*, ἀποκείμενος, iterum poſitus, partic. a reponor. *Quintil. l. 2.* Repoſiti, & frigidi cibi. ideſt rurſum appoſiti menſæ. ¶ Item reſtitutus, reſtauratus. *Tacit. Ann. 14. cap. 61.* Repoſitus honos Poppææ. *Id. 3. hiſt. 1. 34.* Repoſita fora, templaque munificentia municipum. ¶ Item ſimpliciter poſitus. *Cic. l. 1. ad Q. Fr. ep. 3.* Intelligere debes, in te repoſitam eſſe Remp., ex te pendere, in te ſpem habere. ¶ A Poetis dicitur *repoſtus* metri gratia. *Virg. 1. Æn. v. 26.* Manet alta mente repoſtum judicium Paridis. h. e. alte infixum cordi. *Id. 6. Æn. v. 655.* Tellure repoſti. h. e. ſepulti. *Id. 3. Æn. v. 364.* Terras tentare repoſtas. h. e. longe diſſitas.

Repotatio, onis, iterata potatio. *Var. l. 5. de L. L.*

Repotia, orum, n. 2. τὰ ἐπαύλια, cœna, quæ fit poſtridie nuptiarum apud novum maritum. Ab aliis Repotia dicuntur ſeptimus dies, quo nova ſolet nupta redire ad parentes ſuos. Dicta ſunt a novis, iteratiſque poculis, quia potatio reficitur, ſeu renovatur, ut *Feſt.* ait. *Hor. l. 2. Serm. ſat 2.* Ille repotia, natales, aliosve dierum Feſtos albatus celebret.

Repotialis, le, ad repotia pertinens. *Pacuv. apud Feſt. in Repotia.* Ab eo depulſum mamma pædagogandum accipit repotialis liber. *h. e.* qui ad repotia ventitare ſolet, vel qui in repotiis liber factus fuit. Sic etiam in re valde obſcura interpretandum putat *Turneb. l. 13. c. 25.*

Repræſentaneus, a, um, adject. idem quod præſentaneus, præſens. *Tertul. in Apol. c. 27.* Repræſentaneæ poteſtatis reſpectu aliquid agere.

Repræſentatio, onis, *rappreſentazione*, ἀπόδοσις, actus repræſentandi. *Plin. l. 9. c. 6.* Cujus imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quam &c. ¶ Sumitur etiam pro præſenti pecuniarum ſolutione. *Cic. Att. l. 12. epiſt. 31.* Explicare vel repræſentatione non dubitarem de Silianis. ideſt non dubitarem Silii hortos emere etiam præſenti pecuniæ ſolutione. Adde *l. 13. ep. 29.*

Repræſentātor, oris, *chi rappreſenta*. *Tertul. adv. Prax. c. 24.* Filius repræſentator patris.

Repræſento, as, a. 1. *rappreſentare*, הִקְרִיב, Germ. *entgegen ſtellen*, Gal. *repreſenter*, Hiſp. *repreſentar*, ἀποδίδωμι, eſt aliquid præſens oculis offerre, aut oſtendere. *Col. l. 8. c. 17.* Faciem veri maris repræſentat. *Id. l. 11. c. 1.* Itaque non ægre conſequetur, ſi ſempre ſe repræſentaverit. ideſt præſentem ſe oſtenderit, neque diſceſſerit. *Plin. ep. 159.* Cum Senatui, Populoque R. liberalitatis gratiam repræſentari nulla materia poſſet. ¶ Sumitur etiam pro rem, quæ abeſt, iterum præſentem conſtituere, ſeu reſtituere. *Cic. 2. Phil.* Si repræſentari morte mea libertas civitatis poteſt. ¶ Item pro referre. *Cic. pro Sext.* Quod ipſum templum repræſentabat memoriam Conſulatus mei. ¶ Item pro rurſus exhibere. *Suet. in Calig. c. 58.* Spectaculum repræſentare voluit. ¶ Item pro præſtare, efficere, fungi. *Plin. l. 28. c. 10.* Nam ſi oleum non ſit, vicem ejus repræſentat. ¶ Item pro retribuere, ſolvere. *Suet. in Claud. cap. 18.* Repræſentaturus pro opera dignam cuique mercedem. ¶ Pecuniam, vel pretium rei emptæ repræſentare, eſt in præſenti, ac ſine dilatione ſolvere. *Cic. Att. l. 12. ep. 25.* Reliquæ pecuniæ vel uſuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræſentabimus. ideſt pecunia a Faberio debitore ſumpta, ſolutionem faciemus. ¶ Diem promiſſi repræſentare, eſt in præſenti promiſſum rei futuræ præſtare. *Cic. l. 16. Fam. ep. 14.* Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo, ſi adveneris. Sic *Cæſar l. 1. B. G. c. 40.* Se quod in longiorem diem collaturus eſſet, repræſentaturum, & proxima nocte caſtra moturum. Eadem ratione repræſentare pœnas, eſt ſtatim, & ſine mora ſumere. *Sueton. in Claud. c. 34.* Tormenta quæſtionum, pœnaſque parricidarum repræſentabat, exigebatque coram. Sic *Cic. Fam. 5. ep. 16.* Neque exſpectare debemus temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſumus. hoc eſt ſine dilatione afferre.

Repræſto, as, a. 1. Afferuntur e quibuſdam Lexicogr. duo loca ex *lib. Digeſtor.* nempe *leg. 47. Dig. de Action. empt. & vend.* & *leg. 21. Dig. ad S. C. Trebell.* ſed utroque loco valde incerta eſt lectio.

Reprehendo, is, di, ſum, a. 3. *ripigliare*, ἀναλαμβάνω, retro prehendo, retro traho. Poetæ uſurpant etiam *reprendo*. *Cic. 4. Acad. c. 45.* Revocat virtus, vel potius reprehendit manu. *Prop. l. 3. el. 19.* Quam poſſit noſtros quiſquam reprehendere curſus. *Lucret. l. 6. v. 568.* neque ab exitio poſſis reprehendere euntem. *Plaut. Mil. 2. 2. 59.* Ut illæ, quæ here pallio me reprehenderunt. *mi tirarono da dietro pel mantello.* ¶ Translate accipitur pro arguere, increpare, *riprendere*, הוֹכִיחַ, Ger. *wider umbziehen*, Gall. *reprendre*, Hiſp. *reprender*, μέμφομαι. Nam etiam verbis retrahimus ab agendo. *Cic. pro Planc.* Nunc diſceſſum meum quaſi reprehendere, & ſubaccuſare voluiſti. *Id. pro Mur.* Non poſſum id in te reprehendere, quod in me ipſo & Prætor, & Conſul probavi. *Id. pro Flacc.* Aliquid fortaſſe coram producti dicent, in quo reprehendantur. ¶ Pro cohibere, continere. *Terent. Adel. 4. 4. 13.* Senſi illico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulæ illi dicerem. Alii leg. *repreſſi*.

Reprehenſio, onis, *riprenſione*, תּוֹכַחַת, Ger. *beſchaltung*, Gal. *reprehenſion*, Hiſp. *reprenſion*, ἐπίπληξις, actus reprehendendi. *Cic. 1. Fin.* Quamobrem diſſerentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ. *Id. 1. Fin. c. 2.* Incurrere in varias reprehenſiones. *Plan. ad Cic. Fam. 10. ep. 23.* Abeſſe a reprehenſione temeritatis. ¶ Eſt etiam pars orationis eadem, quæ confutatio. *Cic. in Partit. c. 9. & 12. & l. 1. de Invent. c. 14. & 42.*

Reprehenſo, as, a. 1. ἐπαναλαμβάνω, freq. a *reprehendo*. *Liv. l. 2. c. 10.* Reprehenſans ſingulos, obſiſtens, obteſtanſque Deum & hominum fidem. h. e. retinens, & retro trahens.

Reprehenſor, oris, *riprenſore*, מוֹכִיחַ, Ger. *beſchelter*, Gal. *repreneur*, Hiſp. *reprehendedor*, μέμπτης, qui reprehendit. *Cic. de opt. gen. Or. c. 6.* Huic labori noſtro duo genera reprehenſorum opponuntur. ¶ Sumitur etiam pro emendatore, & correctore. *Cic. pro Planc.* Ut reprehenſores eſſent comitiorum.

Reprehenſus, a, um, *ripigliato*, *ripreſo*, partic. a reprehendor. *Curt. l. 4. c. 14.* Reprehenſoſque ex fuga Perſas pugnaturos, quia fugere non poſſent. *Nepos in Pauſan. c. 1.* In eo eſt reprehenſus, quod &c. ¶ *Repreſus* poeticum eſt. *Ovid. 15. Met. v. 526.* Membra rapi partim, partim repreſa relinqui. h. e. retenta. *Horat. l. 1. ſat. 10. v. 55.*

Repreſſe, adverb. *con riguardo*, *riſtrettamente*. *Gell. l. 12. c. 11.* Si ſciant homines, nihil diutius poſſe celari, repreſſius pudentiuſque peccabitur. Al. leg. *ſuppreſſius* eodem ſenſu. *Ammian. l. 29. c. 14.* Nec tamen poſt hæc tam pœnitenda repreſſius actum eſt.

Repreſſor, oris, κατασχετής, qui reprimit. *Cic. pro Sext. c. ult.* Extinctorem domeſtici latrocinii, repreſſorem cædis quotidianæ.

Repreſſus, a, um, *ripremuto*, *repreſſo*, κατεσταλμένος, partic. a reprimor. *Cic. pro L. Man. c. 5.* Tamen impetus hoſtium repreſſus eſſe intelligunt, ac retardatos.

Reprĭmo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *reprimere*, עָצַר, Ger. *hinderſich trucken*, Gal. *reprimer*, Hiſ. *reprimir*, *yr a la mano*, ἀναστέλλω, contineo, cohibeo. *Cic. 1. Fin.* Reprimam jam me, nec inſequar longius. *Id. 1. Fin.* Quod ſemel jam miſſum coerceri, reprimique non poteſt. *Id. pro Sext. c. 44.* Reprimere furorem alicujus. *Id. Attic. l. 10.* Reprimere itinera. *Ter. Adel. 5. 3. 8.* Reprimere iracundiam, & ad ſe redire. *Virg. 2. Æn.* Reprimere pedem retro. *Plin. in Paneg. c. 83.* Reprimere, ac revocare ſe ab omni contagione vitiorum.

Reprobatio, onis, *riprovazione*, actus reprobandi, rejectio. *Tertul. Apol. c. 13.* Nec electio ſine reprobatione.

Reprobātrix, icis, quæ reprobat. *Tertul. l. 4. adv. Marcion. c. 36.* Diſciplina reprobatrix ſuperbiæ.

Reprŏbo, as, a. 1. *riprovare*, מָאַס, Ger. *verwerffen*, Gal. *reprouver*, Hiſp. *reprovar*, ἀποδοκιμάζω, improbo, rejicio. *Cic. 1. Fin. c. 7.* Quod ipſa natura, ut ait ille, adſciſcat, & reprobet, ideſt voluptatem, & dolorem.

Reprŏbus, a, um, adject. non probus, adulterinus. *Ulpian. l. 24. ff. de pign. Act.* Qui reprobos nummos ſolvit creditori.

Repromiſſio, onis, ἐγγύησις, actus repromittendi. *Cic. pro R. Com. in fin.* Siquidem ſine cautione, & repromiſſione, nihilominus id Fannius ſocietati debebat. Adde *ibid. c. 13.*

Repromitto, is, ſi, ſſum, a. 3. ἀντεγγυάω, ſpondeo ſtipulanti. *Cic. pro R. Com. c. 13.* Repromittis tu abhinc triennium Roſcio? quid? cecita iſtam reſtipulationem clarius. *Id. in Brut.* Non mehercule, inquit, tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim. ¶ Sumitur etiam pro ſimplici promitto. *Cic. poſt red. ad Quir.* In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, ſemperque præſtabo. *Suet. in Claud. cap. 22.* Cum quidam privato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent.

Reptabundus, a, um, reptans. *Sen. de Vita beata c. 18.* Ex ingenti intervallo reptabundus ſequor.

Reptatio, onis, reptatus. *Quintil. l. 1. c. 12.* Nec illa per manus & genua reptatio graviter affligit infantium corpora.

Reptatus, us, [illegible], actus reptandi. *Plin. l. 14. c. 1.* Et aliæ improbo reptatu, pampinorumque ſuperfluitate atrie media complentes.

Reptatus, a, um, partic. paſſiv. a repto, reptando percurſus, [illegible]. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 133.* Cretaque ſe jactat tenero reptata Tonanti. *Stat. 5. Theb. v. 581.* Reptatus ager.

Reptilis, & le, adjectiv. *rettile*, [illegible], qui repit, ut reptiles cochleæ, *Sidon. l. 8. ep. 12.*

Reptitius, a, um, [illegible], qui clanculum irrepit. V. Repertitius.

Repto, as, n. 1. [illegible], ſæpe, ſeu continue repo. *Lucr. l. 2. v. 317.* Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta Lanigeræ reptant pecudes. *Plin. l. 11. c. 29.* Locuſtæ ſine cruribus, pennisque reptantes. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſegniter, & quaſi teſtudineo paſſu incedere, ut faciunt, qui in hortis, aut vinetis ſpatiantur, *paſſeggiare*. *Hor. l. 1. ep. 4.* An tacitum ſylvas inter reptare ſalubres. *Plin. l. 1. ep. ult.* Reflectere oculos, reptare per limitem. ¶ Item pro lente navigare. *Claud. 2. in Eutrop.* Cunctantia pronus Per vada reptabat cœno ſubnixa tenaci.

Repubeſco, is, n. 3. *ringiovenire*, [illegible], rurſus pubeſco, iterum juvenis fio. *Col. l. 2. c. 1.* Nec revireſcere, nec repubeſcere poteſt.

Repudiatio, onis, *ripudio*, [illegible], actus repudiandi, rejectio. *Cic. pro Mur. c. 4.* Repudiatio ſupplicum ſuperbiam coarguit.

Repudiator, oris, qui repudiat, & rejicit. *Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 24.* Marcionita repudiator Creatoris.

Repudiatus, a, um, nom. particip. *rigettato*, *ripudiato*. *Terent. Andr. 1. 5. 14.* Repudiatus repetor. *Cic. 9. Phil. c. 6.* Repudiata, rejectaque legatio.

Repudio, as, a. 1. *repudiare*, *rifiutare*, [illegible], Ger. *abweiſen ſtoſſen*, Gal. *repudier*, Hiſp. *repudiar*, [illegible], eſt uxorem dimittere, & matrimonium dirimere. *Suet. in Cæſ. c. 1.* Neque ut repudiaret illam, compelli a Dictatore Sylla ullo modo potuit. ¶ Dicitur etiam uxor repudiare maritum. *Quintil. l. 7. c. 9.* Sæpe ſecubanti amatorium dedit, repudiavit. ¶ Tranſlate ſumitur pro recuſare, reſpuere, repellere. *Cic. 2. Phil.* Sed repudiare tantum beneficium noluiſſe. *Id. pro Planc.* Nunquam nobilitas, Populo R. ſupplex, repudiata fuit. *Id. pro Quint. c. 14.* Repudiare conditionem æquiſſimam. *Id. Offic. 1. c. 25.* Iracundia omnibus in rebus repudianda.

Repudioſus, a, um, quod repudiari meretur. *Plaut. Perſ. 3. 1. 56.* Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias. ideſt ut nemo velit me habere in uxorem propter hanc famam.

Repudium, ii, *ripudio*, *rifiuto*, [illegible], Germ. *verſtoſſung*, Gall. *divorce*, Hiſp. *repudio*, [illegible], recuſatio ea, qua vir uxorem rejicit, a *pudor*, quia fit ob rem pudendam, ut ait *Feſt. Sigon. l. 1. de ant. jure C. R. c. 9.* dicit, Paulo, & Modeſtino placuiſſe, inter repudium, & divortium illud intereſſe, quod repudium ſponſæ remitteretur, divortium uxori fieret. *Plaut. Aul.* Is me nunc renunciare repudium juſſit tibi. E. Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis? *Ter. Phorm.* Cum ego veſtri honoris cauſa repudium alteri remiſerim. *Plin. l. 9. c. 36.* M. Lepidus Apuleja uxoris charitate poſt repudium obiit.

Repuereſco, is, n. 3. *ritornare fanciullo*, *rimbambire*, [illegible], in puerilem ætatem revertor, quod de ſenibus fere dicitur, cum deſipere vino ætatis incipiunt. *Cic. de Senect. c. ult.* Ut ex hac ætate repuereſcam, & in cunis vagiam. ¶ Interdum eſt ad puerilia redire. *Cic. 2. de Orat.* Eoſque incredibiliter repuereſcere eſſe ſolitos.

Repugnans, antis, o. [illegible], nom. ex partic. a repugno. *Cic. 1. Offic.* Quia nihil decet invita, ut ajunt, Minerva, ideſt adverſante, & repugnante natura. *Ovid. 2. de art. amand. v. 197.* Cede repugnanti. *Lactant. de ira Dei, c. 9.* Quo quid repugnantius dici poſſit, non video.

Repugnanter, adverb. [illegible], cum repugnantia, cui contrarium eſt patienter. *Cic. de Amic. c. 25.* Alterum patienter accipere, non repugnanter.

Repugnantia, æ, *repugnanza*, [illegible], contrarietas. *Cic. 2. Phil. c. 8.* Sed qui tantarum rerum repugnantiam non videas.

Repugnatio, onis, actus repugnandi. *Apul. de philoſ. Platon.* Repugnatione nocive.

Repugnatorius, a, um, adject. ad repugnandum aptus. *Vitruv. l. 10. c. ult.* In repugnatoriis rebus non tantum machinæ, ſed etiam maxime conſilia ſunt comparanda.

Repugnax, V. Perpugnax.

Repugno, as, a. 1. *repugnare*, [illegible], contra pugno. *Cæſ. l. 3. B. G.* Noſtri primo integris viribus fortiter repugnare. ¶ Tranſlate ſumitur pro contradicere, reſiſtere, obſiſtere, *eſſer contrario*, [illegible], Ger. *widerſechten*, Gal. *reſiſter*, Hiſp. *reſiſtir*, [illegible]. *Cic. l. 1. Fam. epiſt. 2.* Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant. *Id. de Amic.* Tum amicitiæ repugnat maxime. *Id. pro Roſc. Com. c. 17.* Reſiſtere, & repugnare contra veritatem non audet. *Quint. in proœm. l. 8.* Circa quæ ſi is, qui inſtituitur, non repugnarit. Rurſus *Cic. Tuſc. 3. c. 29.* Hæc quam inter ſe repugnent, plerique non videant, h. e. ſibi contraria ſint. *Id. 3. Tuſc.* Repugnare perturbationibus.

Repulleſco, is, n. 3. idem quod repullulaſco. *Colum. l. 4. c. 24.* (*ſi ſalva eſt lectio*) Præſtat ex vulnere ſobolem repulleſcentem vellere, quam nodoſam, & ſcabram plagam relinquere.

Repullulaſco, is, n. 3. [illegible], rurſus pullulaſco, & novos pullos, ſeu nova germina emitto. *Colum. l. 4. c. 22.* Ut juxta cicatricem novellis frondibus repullulaſcant. Alii leg. *repullulaſcunt*.

Repullulo, as, a. 1. *rigermogliare*, [illegible], iterum pullulo. Et de arboribus, ac plantis fere ſemper dicitur. *Plin. l. 16. c. 20.* Larix uſtis radicibus non repullulat, picea repullulat.

Repulſa, æ, *repulſa*, [illegible], rejectio ab honore, ſeu Magiſtratu. *Cic. in Vatin.* Ut repulſam tuam triumphum ſuum duxerit. *Id. pro Planc. c. 21.* Accipere duas repulſas Ædilitatis. *Id. Att. l. 5. ep. 19.* Repulſam libenter ferre. *Id. 1. Offic.* Referre repulſam, & calamitatem. *Ovid. 2. Metam.* Repulſam pati.

Repulſo, as, a. 1. [illegible], freq. a repello. *Lucr. l. 4. v. 912.* Vere repulſanti diſcedas pectore dicta. *Id. ibid. v. 580.* colles verba repulſantes. h. e. vocis repercuſſu reddentes.

Repulſorius, a, um, adject. ad repellendum idoneus, ut repulſoriæ cohortes, quæ diſpoſitæ ſunt ad hoſtium incurſus arcendos.

Repulſus, us, [illegible], actus repellendi. *Cic. 1. de Div. c. 7.* Ortus aduageſcit ſcopulorum ſæpe repulſu. *Plin. l. 34. c. 8.* Ut a repulſu per vices reſiliat.

Repulſus, a, um, *ributtato*, *rigettato*, [illegible]. *Cic. pro Sext.* Ne quis aut vim vi repulſam reprehenderet. *Cat. apud Feſt.* Ne quis incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior.

Repumicatio, onis, expolitio velut pumice facta. *Plin. l. 17. c. 26. de remediis arborum.* Vitium caſtratio, & domiture palmitum; gemmarum, ſi frugus retorridas, hirtaſque fecerit, repumicatio, & quædam politure. h. e. decuſſio, & abraſio gemmarum frigore perſtrictarum, & inutilium, relictis iis, quæ ſpem fructus habent.

Repungo, is, a. 3. [illegible], iterum pungo, viciſſim pungo. *Cic. lib. 1. Fam. epiſt. 9.* In quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus leviter repungere.

Repurgatus, a, um, *ripurgato*. *Ovid. 3. Met.* Fuſca repurgato fugiebant nubila cœlo.

Repurgium, ii, n. iterata purgatio. *Juſtinian. Cod. de aquæduct. l. 1.* Repurgium formarum facere.

Repurgo, as, a. 1. *ripurgare*, *rinettare*, [illegible], Ger. *wol ſeuberen*, Gal. *repurger*, Hiſp. *alimpiar mucho*, [illegible], idem quod purgo, vel diligenter, vel iterum purgo. *Ovid. de nuce, v. 123.* Dumque repurgat humum. *Liv. l. 44. c. 4.* Repurgare iter.

Reputatio, onis, *conſiderazione*, [illegible], actus reputandi, conſideratio. *Plin. lib. 10. c. 37.* Harum volatus in reputatione cæterarum quoque volucrum nos impellit. Adde *Gell. l. 12. c. 5.* ¶ Sumitur etiam pro computatione. *Cajus l. item ex diverſo, ff. familiæ erciſcundæ.* Si judex reputationes inter eos ferret.

Reputeſco, is, n. 3. iterum, vel valde puteſco. *Tertul. de anim. c. 32.* Ne aliqua ſepulturæ conditione reputeſceret.

Reputo, as, a. 1. *penſare*, *ripenſare*, [illegible], Gre. *betrachten*, Gal. *repenſer*, Hiſp. *penſar mucho*, [illegible]. *Cic. 2. de nat. Deor.* Horum horum nihil unquam reputaviſſe, certo ſcio. *Salluſt. in Catil.* Cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo. ¶ Item pro computare, compenſare. *Ulpian. l. 1. §. ſi pupillus, ff. de tutel. & rat. diſtr.* Item ſumptus litis tutor reputabit, & viatica. ¶ Item pro imputare, attribuere. *Modeſtin. l. nihil intereſt, §. ſi tum filius, ff. de inoff. teſtam.* Quod teſtatoris vitio reputetur.

Requies, ei, f. 5. vel requies, etis, f. 3. *ripoſo*, [illegible], Ger. *ruhe*, Gal. *repos*, Hiſp. *deſcanſo*, [illegible], actus requieſcendi, ceſſatio a labore. *Cic. pro Arch. c. 6.* Quantum ad animi, & corporis requiem conceditur. *Idem 5. Fin. c. 19.* Itaque ſi aut requietem natura non quæreret.

Requieſco, is, evi, etum, n. 3. *ripoſarſi*, [illegible], Ger. *ruhen*, Gal. *ſe repoſer*, Hiſ. *holgarſe*, *deſcanſarſe*, [illegible], idem ac quieſco, ideſt ceſſo a labore, quietem ago, conquieſco, tranquille vivo. *Cic. 1. de Div.* Ut in ejus ſella requieſceret. *Id. 1. Tuſc. c. 44. ex Ennio.* Ubi remiſſa humana vita corpus requieſcat a malis. Alii omittunt præpoſit. a. *Id. 3. Offic. c. 1.* Ille requieſcens a Reipublicæ muneribus, otium ſibi ſumebat. *Id. 1. Att. ep. 13.* Nullius conſilio, aut ſermone requieſcere. *Virg. 1. Georg.* Arva mutatis fœtibus requieſcunt. h. e. ceſſant a redito. *Ovid. 4. Metam. v. 660. de Atlante.* Cum tot ſideribus cœlum requievit in illo. ¶ Requieſcere in ſpe alicujus, eſt ſpem omnem in illo repoſitam habere. *Cic. pro Cæl.* In hujus ſpe requieſcis. ¶ Legitur & active pro quietum reddere, ſiſtere, retardare. *Virg. 8. Ecl.* Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. *Calv. apud Serv. in hunc Virg. loc.* Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus. *Propert. l. 2. eleg. 16.* Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos. Et *eleg. ult.* Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam.

Requietorium, ii, ſepulcrum. *Inſcript. apud Gruter. pag. 1030. n. 8.* Sibi & conjugi kariſſimæ requietorium fecit.

Requietus, a, um, [illegible], qui requievit, quietus, ab opere ceſſans. *Sen. de tranquill. animi, c. 15.* Animi requieti meliores, alacrioreſque ſurgunt. *Col. l. 2. c. 1.* Terra requietior, & junior, h. e. quæ a cultu ceſſavit. ¶ *Requietum lac* dicitur ab eodem *Col. l. 7. c. 8.* quod aliquantum interpoſitum eſt, & recenti opponitur. Eodem ſenſu *requietum ovum* dixit *l. 8. c. 5.*

Requirito, as, a. 1. freq. a requiro. *Plaut. Moſt. 4. 3. 11.* Quid tu otioſus res novas requiritas?

Requiro, is, ſivi, ſitum, a. 3. *ricercare*, [illegible], Germ. *fleiſſig ſuchen*, Gall. *requerir*, *rechercher*, Hiſp. *requerir*, [illegible], rurſus vel ſæpius quæro, diligenter quæro. *Cic. 3. Fin.* Tu autem, cum ipſe tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? ¶ Sumitur etiam pro inquirere, inſpicere, animadvertere. *Cajus l. 4. ff. de teſtam.* Requiremus, an ſecundum regulas juris civilis teſtatus ſit. ¶ Item pro interrogare. *Cic. 1. Acad.* Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere. *Id. pro Cæl.* Ex quibus requirerem, quonam modo latuerint. ¶ Item pro poſtulare, flagitare, depoſcere. *Cic. 7. Ver.* Veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt. ¶ Item pro deſiderare. *Cic. in Parad.* In quo equidem continentiſſimorum hominum majorum noſtrorum prudentiam requiro. *Id. de Sen.* Denique iſto bono utare, dum adſit, quum abſit, ne requiras. ¶ Item pro opus habere, indigere. *Cic. 1. Fin.* Virtutem autem nemo hoc honeſto nullam requirere voluptatem. ¶ In paſſiva conſtructione accipitur pro neceſſarium eſſe. *Cic. pro Leg. Man.* Atque in hoc bello Aſiatico, & Regio non ſolum militaris illa virtus, quæ eſt in Cn. Pompejo ſingularis, ſed aliæ quoque virtutes animi multæ, & magnæ requiruntur.

Requiſitio, onis, inquiſitio, indagatio. *Gel. l. 18. c. 2.* Hiſtoriæ antiquioris requiſitio.

Requiſitus, a, um, nom. partic. a requiro. Requiſita naturæ, abſolute pro rebus naturæ neceſſariis, hoc eſt alvi exoneratione, *Stiluſius* dixit apud *Quintil. l. 8. c. 6.* Sic *Spartian. in Caрac. c. 6.* Ad requiſita naturæ diſcedere.

Res, rei, f. 5. *coſa*, *fatto*, [illegible], Ger. *ding*, Gall. *choſe*, Hiſp. *coſa hazienda*, [illegible], factum, actio, opus. Multa de vocis origine nugantur Etymologi, quos vide apud *Voſſ. in Etymol.* Latiſſime autem patet ejus ſignificatio, & refertur ad omnia, quæcunque fieri, aut dici poſſunt. *Cic. pro Roſc. Amer.* Qui recuſet, cum profecto, tametſi verbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri, *de fatto*. *Id. pro Quint.* Deinde habet adverſarium P. Quinctius verbo Sex. Nævium, re vera hujuſce ætatis homines diſertiſſimos. *Id. pro Cluent.* Verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. *Id. l. 1. Fam.* Si rem iſtam ex ſententia geſſeris. *Id. 1. de nat. Deor.* Quid, quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque eſſe potuerunt, ut Scyllæ, & Chimæræ? ¶ Interdum res ſumitur, ut diſtinguitur a verbis orationis Oratoriæ, nempe pro ſententia, ſeu materie, de qua diſſeritur. *Cic. 1. de Orat.* Eſt enim & ſcientia comprehendenda rerum plurimarum, ſine qua verborum volubilitas inanis, atque irridenda eſt. *Id. Parad. 4.* Te dementem, & inſanum rebus addicam neceſſariis. h. e. argumentis. ¶ Accipitur etiam pro ſtatu, ſeu conditione, ut res ſecundæ, adverſæ, ſalvæ, integræ, contractæ, deteriores, dubiæ, periculoſæ, perturbatæ, deſperatæ, perditæ, converſæ, everſæ, &c. *Cic. in Famil.* Id enim rebus noſtris minime conducebat. *Salluſt. in Catil.* Mala res, ſpes multo aſperior. Adde *Liv. Virg. Quintil. Gell. & alios.* ¶ Item pro Republica, pro ſocietate humana, pro vita civili. *Cic. 4. Fam.* Sed quia tanta perturbatio, & confuſio rerum eſt. *Virg. 6. Æn.* Hic rem Romanam magno turbante tumultu ſiſtet eques. *Id. 3. Æneid.* Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem immeritam viſum Superis. *Cic. pro Roſc. Amer.* Prudentiſſima civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur. hæc eſt diu imperium habuit. ¶ Item pro cenſu, divitiis, patrimonio, *roba*, *ricchezze*. *Tac. 6. Ann. c. 17.* Everſio rei familiaris. *Teren. Adel.* Tu illos duos olim pro re tollebas tua. *Id. Phorm. 2. 4.* Quæ in rem tuam ſiat, ex facias. h. e. quæ utilia ſint. *Cicer. 13. Fam.* Is, cum antea meis commendationibus & rem & gratiam, & auctoritatem ſuam tueri conſueverit. *Id. l. 2. Off.* Non eſſe in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. ideſt qui patrimonium, & bona propria poſſiderent. ¶ Item pro hæreditate, pretio, æſtimatione. *Ter. Phorm.* At ſi talentum rem reliquiſſet decem. ¶ Item pro negotio, commercio, ut Res operoſa, Res gravis, Res tua agitur, Res perbono loco eſt, eſt re integra,

Digitized by Google

gro, Ita res habet, ſic ſe res habet, quomodo ſe habeat, Res inclinatur, Res magnæ moventur, Res mihi eſt cum aliquo, Rem in eum locum adduco, Rem adduco in diſcrimen, Rem ſuſcipio, ago, procuro, conficio, differo, abjicio, rejicio, alteri committo, ad aliquem defero, quæ omnia paſſim leguntur apud *Cic. Liv. Virg. & alios*. ¶ Item pro lite, & controverſia. Hinc *Res comperendinata* dicitur, cum cauſa (ideſt judicium) in alium diem dilata eſt. *Feſt. Res judicata* dicitur, quæ finem controverſiarum pronuntiatione accipit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit, ut auctor eſt *Ulpianus*. Sic *Habere rem cum adverſario*, oratio apud JCtos frequens eſt. Unde eorum verba in actionibus uſitata *rem, ſive litem*, quomodo & *Varro* locutus *l. 6. de L. L.* Ridet hoc nomine JCtos *Cic. pro Mur. c. 12.* Jam, inquit, illud quidem mihi mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos, etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium, an perendinum, judicem, an arbitrum, rem, an litem dici oporteret. *Aſin. ad Cic. l. 10. Fam.* Cum hujuſmodi portento res mihi fuit. ¶ Hinc proferri res dicuntur, cum juſtitium indicitur, & forum vacat. *Plaut. Capt. 1. 1. 10* V. Prolatus. ¶ Item pro actu venereo, ut *Habere rem*, ideſt coire. *Terent. Eun.* Quocum uno rem habebam tum hoſpite. Adde *Plaut. Merc. 2. 4. 35.* ¶ Item pro experientia, effectu. *Cic. de Sen.* Ut ea, quæ ex me audiſtis, re ex parte probare poſſitis. ¶ *E*, vel *ex re mea*, eſt in meum commodum. *Cic. Att. l. 5.* Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur. ¶ Item pro periculo, *Ter. Phorm.* Tamen non capitis ejus res agitur, ſed pecuniæ. ¶ Item pro cauſa. *Cic. l. 3. Fam. ep. 10.* Quam ob rem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. *Id. 4. Acad. c. 34.* Superius illud ea re eſſe conceſſum, quod &c. ¶ Item pro veritate. *Ter. Adelph.* Verum cogito, quod re eſt. *Id. Andr. 1. 2.* Rem ipſam loqui. ¶ Item pro bello, vel prælio. *Plin. l. 9. c. 67.* In Arabico ſinu res gerente C. Cæſare Auguſti filio. *ideſt* belligerante. ¶ Item pro modo, ac ratione. *Cicer. 6. Fam. ep. 9.* Quam mihi neceſſe ſit ejus ſalutem, & fortunas, quibuſcunque rebus poſſim, tueri. ¶ Item pro tempore, Italice *occaſione*, a *ſua incontro*. *Id. ibid.* Cum cognorim pluribus rebus, quid tu ſentires. *Id. ib. ep. 10.* Ut multis rebus intelligere potui. ¶ *Alias res agere* interdum eſt non attendere ad id, quod dicimus, aut facimus. *Cicer. l. 15. Fam. ad Caſſium*. Itaque facio me alias res agere, ne convicium Platonis exaudiam. ¶ Ad rem verba conferre is dicitur, qui aggreditur agere, quod dixit. *Teren. Eun. 4. 6.* Verba dum ſint: Verum enim ſi ad rem conferentur, vapulabit. ¶ Jubere aliquam mulierem res ſuas ſibi habere, *vel* ſibi agere, eſt eam repudiare. *Cic. 10 Phil.* Mimam illam ſuam ſuas ſibi res habere dixit ex 12. Tabulis, claves ademit, exegit. ¶ *Ab re*, aliquando eſt ab eventu. *Liv. l. 1. c. 17.* Id ab re Interregnum appellatum. ¶ Interdum ſignificat ſine cauſa, præter propoſitum. *Plaut. Capt. 2. 2. 88.* Quidvis, dum ab re nihil eris, faciam. *Sueton. in Aug. c. 94.* Non ab re fuerit ſubtexere. ¶ Interdum valet præter rem, h. e. contra utilitatem. *Plaut. Aſin. 1. 3. 71.* Si papillum pertractavit, haud id eſt ab re aucupii. *Id. Trinum. 2. 1. 12.* Ab re conſulere. ¶ *E re nata*, eſt ex occaſione rei præſentis. *Ter. Adel. 3. 1.* E re nata melius fieri haud potuit. ¶ *Pro re nata*, eſt pro eventu rei, & occaſione, pro præſenti rerum ſtatu, & uti res nunc ſe habent. *Cic. Att. l. 14. ep. 6.* Antonii colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. ¶ Res divina, eſt ſacrificium. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 18.* Cui rem divinam facere ſolemus. ¶ Res militaris, ſeu bellica eſt ſcientia, & negotium armorum, *Nepos 1. cap. 8.* Sic res navalis, aut nautica, ars navigandi; res paſtoria, ars paſtorum, *Cic. & Var.* ¶ Summa rerum, eſt ſumma poteſtas. *Nepos 18. c. 5.* Summa rerum ad Antipatrum defertur. ¶ Rei alicui eſſe dicitur, qui frugi eſt, probus, utilis. *Teren. Adel. 3. 3. 4.* Si illum poteſt, qui alicui rei eſt, etiam ad nequitiam abducere. Contra *Gel. l. 13. c. 29.* Muſicam, quæ ſit abſcondita, nulli rei eſſe. ¶ Res voluptatum. h. e. voluptates. apud *Plaut. Amph. 2. 1.* Res cibi, hoc eſt ipſe cibus, apud *Phædr. fab. 65.* locutiones ſunt Græciſmum ſapientes. V. *Taubman. ad Plaut. loc. cit.*

Reſăcro. V. Reſecro.

Reſævio, is, n. 4. iterum ſævio. *Ovid. 2. Triſt. eleg. 1. v. 123.* Quæque quieſcebat, ne mota reſæviat ira.

Reſalutatio, onis, actus reſalutandi. *Sueton. in Ner. c. 37.* Neque quenquam oſculo impertivit, ac ne reſalutatione quidem.

Reſalūto, as, a. 1. *riſalutare*, ἀντασπάζομαι, ſalutantem ſaluto. *Cic. 2. Phil. c. 41.* Sed tamen inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum. *Martial. l. 4. epigr. 84.* Nullum reſalutat, deſpicit omnes.

Reſaneſco, is, n. 3. ſanus fio. Translate *Lactant. l. 5. c. 8.* Ut ſuſceptis deorum cultibus reſaneſcant. *Ovid. 1. Amor. eleg. 10. v. 9.* Nunc timor omnis abeſt, animique reſanuit error.

Reſāno, as, a. 1. *riſanare*, iterum ſano. *Lactan. l. 4. c. 20.* Ne adduceret eos in pœnitentiam, atque reſanaret. Adde *l. 5. c. 22.*

Reſarcio, is, ſi, tum, a. 4. *riſarcire*, *rifare di nuovo*, בדק, Ger. *widderbutzen*, Gal. *recouvrer*, Hiſp. *remendar*, ἐπανορθόω, reſtauro, in integrum reſtituo, reficio. *Ter. Adel. 1. 1. 41.* Fores effregit? reſtituentur. Diſcidit veſtem? reſarcietur. ¶ Translate ſumitur pro compenſare. *Sueton. in Claud. 1. 6.* Ac damnum liberalitate ſua reſarturum pollicente. Adde *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.*

Reſarrio, is, ivi, itum, a. 4. *tornare a zappare*, ἀνασκάλλω, rurſum ſarrio. *Plin. l. 18. c. 20.* Cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeverunt, reſarrientes campos menſe Martio.

Reſcindo, is, reſcidi, reſciſſum, a. 3. *fendere*, *tagliare*, נבקע, Ger. *abſchneiden*, Gal. *couper*, *abatir*, Hiſ. *cortar*, *deſtruyr*, ἀνασχίζω, iterum ſcindo, ſive cædo. Dicitur de omnibus, quæ ſcinduntur, vel reſecantur ferro, aut alio quovis inſtrumento. *Cæſ. l. 1. B. G.* Pontem, qui erat ad Genevam, jubet reſcindi. *Colum. lib. 2. c. 14.* Et quod falx reliquerit, prauſqnam inareſcat, vomis reſcindat, atque obruat. *Virg. 3. Georg.* Siquis ferro potuit reſcindere ſummum ulceris os. ideſt aperire. *Senec. l. 5. controv. 34. a med.* Cadaverum artus reſcindere, ut nervorum articulorumque poſitio cognoſci poſſit. hoc eſt concidere, *far la notomia*. ¶ Translato ſumitur pro deſtruere, evertere. *Virg. 1. Georgic.* Cœlum reſcindere fratres ter ſunt conati. ¶ Item pro abrogare, abolere, tollere. *Cic. 13. Phil. c. 3.* Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis per vim. *Id. de Prov. conſul. c. 5.* Reſcindere pactiones. *Id. Ver. 3.* Reſcindere voluntatem mortui, *tagliare un teſtamento*. *Senec. l. 3. de benef. c. 13.* Reſcindere beneficium ſuum inſequenti injuria. ¶ Item pro refricare, iterum commemorare, quaſi rurſum vulnere aperire. *Ovid. l. 3. Triſt. eleg. 11.* Reſcindere crimina noli, Deque gravi duras ulcere tolle manus.

Reſcio, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. *riſapere*, ידע, Ger. *erfahren innen werden*, Gal. *être adverty apres le fait*, Hiſp. *ſaber deſpues*, μανθάνω, eſt factum aliquod occultius, aut inopinatum, inſperatumque recognoſcere. *Ter. Adelph. 5. 3.* En tibi reſcivit omnem rem. *Cic. 3. Offic.* Cum id reſcierit, ſoluturus ne ſit, &c. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 12.* Id poſtquam reſcit, exarſit.

Reſciſco, is, a. 3. idem ac reſcio. *Teren. Hec. 5. 4. 27.* Omnia omnes ubi reſiſcunt hi, quos par fuerat reſciſcere, ſciret.

Reſciſſio, onis, *taglio*, actus reſcindendi. *Calliſtr. l. quod ſemel, ff. de decr. ab ord. fac.* Si ad publicam utilitatem reſpiciat reſciſſio prioris decreti.

Reſciſſorius, a, um, quod pertinet ad reſciſſionem. *Ulpian. l. nec non, ff. ex quibus cauſis majores*, &c. Exemplo reſciſſoriæ actionis etiam exceptio ei, qui Reipub. cauſa abfuit, competit.

Reſciſſus, a, um, ἀνασχισθείς, partic. a reſcindor. *Lucan. l. 4. v. 338.* Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato. *Propert. l. 3. eleg. 8.* reſciſſo pectora nuda ſinu.

Reſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. *reſcrivere*, Ger. *widder ſchreiben*, Gal. *reſcrire*, Hiſp. *reſponder a lo que otro eſcrivio*, ἀντιγράφω, rurſus ſcribo, alternas ſcriptis reſpondeo. *Cic. Att. l. 9.* Uni tuæ diſertiſſimæ epiſtolæ non reſcripſi. *Id. l. 1. Fam. epiſt. 9.* Ut tibi reſcribam ad ea, quæ quæris. ¶ Similiter etiam pro ſimplici ſcribo, vel deſcribo. *Cic. 4. Tuſc. c. 2.* Ex quo perſpicuum eſt, & numeros tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis, & carmina, ideſt ſcriptos, & notatos ſuis ſonis, ut a Muſicis fit. ¶ Item pro e contrario ſcribere, ſeu ſcribere contra ea, quæ alii ſcripſerunt. *Quintil. l. 10. c. 5.* Melius hoc, quam reſcribere veteribus Oratoribus. *Sueton. de claris Grammat. c. 19.* Cujus etiam libris de orthographia reſcripſit, non ſine inſectatione ſtudiorum, morumque ejus. ¶ Item pro tranſcribere. *Cæſ. l. 1. B. G.* Reſcribere legionem ad equum. ideſt eam, quæ peditum erat, in numerum equitum referre. ¶ Item pro recenſere, mutare, emendare prius ſcripta. *Plin. l. 5. epiſt. 8.* Poteſt ſimul reſcribere actionem, &c. *Prius autem dixeras*: Egi magnas, & graves cauſas: has deſtino retractare. *Suet. in Cæſ. c. 56.* Parum diligenter compoſitos putat (commentarios) exiſtimatque reſcripturum, & correcturum fuiſſe. ¶ Reſcribere nummos alicui, eſt reſtituere, five per menſæ ſcripturam reddere, quemadmodum ſcribere nummos, eſt dare, atque hoc ideo, inquit *Donat. ad Terent. Phorm. 5. 7. 28.* quia ad pecuniæ numerationem ſolet ſcriptura accedere, quæ tum debitori, tum creditori cavetur. *Terent. loc. cit.* Tranſi ad forum, atque illud mihi argentum rurſum jube reſcribi.

Reſcriptio, onis, idem ac reſcriptum. *Fabian. l. 8. ff. de offic. præſid.* Hæc reſcriptione non imponi neceſſitatem proconſuli. Adde *legem ſequentem*.

Reſcriptum, i, *reſcritto*, ἀντιγραφόμενον, id genus epiſtolæ, quo Imperatores conſulentibus ſe ſe reſpondent, cujuſmodi ſunt, quas Decretales vocant. *Ulp. l. 1. ff. de appellat.* Quæſitum eſt, an adverſus reſcriptum Principis revocari poſſit. Adde *Tac. Ann. 6. c. 9.*

Reſcula, V. Recula.

Reſculpo, is, pſi, ptum, a. 3. rurſus ſculpo, ſeu fingo. *Prudent. in præfat. Pſycom. v. 31.* Quam (lineam) noſtra recto linea reſculpat pede. *Tertul. de jejun. c. 3.* Populus primi hominis reſculpſeret crimen.

Reſecatus, a, um, partic. a reſeco. Comp. *reſecatior* pro ſeveriore. *Apul. de Deo Socratis*. Sic enim ferme aſſolet apud prudentes viros eſſe in operibus judicatio reſecatior, in rebus ſubitariis venia prolixior.

Reſĕco, as, cui, ctum, a. 3. *rintagliare*, *tagliare via*, קצץ, Germ. *abſchneiden*, Gal. *couper*, Hiſp. *cortar*, ἀποτέμνω, idem ac ſeco, reſcindo, amputo. *Ovid. 11. Metam.* Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos. *Col. l. 5. c. 9.* Muſco arbores infeſtantur, quem niſi ferramento reſecueris, &c. ¶ Translate ſumitur pro reprimere, tollere, deſtruere. *Cic. Att. l. 1. ep. 18.* In qua ego nactus, ut mihi videbar, locum reſecandæ libidinis, & coercendæ juventutis. *Horat. l. 1. od. 11.* Reſecare ſpem longam. ¶ *Reſecare ad vivum*, per translationem, eſt aliquid nimium ſtricte agere, ductum ab iis, qui vel ungues uſque ad vivum, vel arbores uſque ad radices reſecant. *Cic. de Amic. c. 5.* Nec id ad vivum reſeco, ut ii, qui hæc ſubtilius diſſerunt. Proprie, *Col. l. 6. c. 10.* Extrema pars unguis ad vivum reſecatur.

Reſĕcro, as, a. 1. ἀνευξάω, eſt contrarias preces facere, ſolvere religione, a *ſacro*. Nam obſecro, & reſecro opponuntur. Utique (ait *Feſt.*) cum reus populum comitiis oraverat per Deos, ut eo periculo liberaretur, jubebat Magiſtratus eum reſecrare. Nempe qui obſecrat, votis ſuis quaſi vincit, qui reſecrat, obſecratione, vel devotione liberat, & ſolvit. *Plaut. Aul. 4. 7. 4.* Nunc te obſecro, Fac mentionem cum avunculo, mater mea, Reſecroque mater, quod dudum obſecraveram. *Id. Perſ. 1. 1. 49.* To. Obſecro te. Sa. Reſecro. Alii uni perſonæ hæc verba tribuunt, atque ita legunt: Obſecro te, reſecro, operam da hanc mihi fidelem. h. e. obſecro te, & valde rurſuſque obſecro. *Nep. in Alcib. c. 6.* Iidem illi Eumolpidæ Sacerdotes reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant. Alii leg. *reſacrare*.

Reſectio, onis, *taglio*, ἀποτομή, actus reſecandi. *Col. l. 4. c. 29.* Etiamſi quatuor digitis a reſectione abfuerit. Et *c. 24.* Reſectionem facere.

Reſectus, a, um, *tagliato*, ἀποτετμημένος. *Cic. 2. de Div.* Aut quorum linguæ ſic inhærerent, ut loqui non poſſent, hæ ſcalpello reſectæ liberarentur? *Id. in Piſon.* Quem Carthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 10.* Reſecta herba.

Reſecūtus, V. Reſequor.

Reſēda, æ, genus herbæ, a *reſedo*, quia morbos ſedaret. *Plin. l. 27. c. 12.* in fin. Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam vocant. Diſcutit collectiones, inflammationeſque omnes. Qui curant ea, addunt hæc verba: *Reſeda morbos reſeda. Scis ne, ſcis ne quis hic pullos egerit? Radices nec caput, nec pedes habeant.* Hæc ter dicunt, totieſque deſpuunt.

Reſēdo, as, a. 1. ſedo, ceſſare facio. V. verba Plinii in dictione præcedenti.

Reſegmen, inis, *tagliatura*, ἀπότμημα, quod reſecatur, ut Reſegmen unguium, quod ex unguibus amputatur. *Plin. l. 28. c. 15.* Omnia perſecuti uſque ad reſegmina unguium.

Reſemĭno, as, a. 1. rurſus ſemino. *Ovid. 15. Metam. v. 392. de Phœnice.* Una eſt, quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet, ales.

Reſĕquor, eris, cutus, vel quutus ſum, *riſpondere*, *ſoggiungere*, poſt loquendo ſequor. *Ovid. 8. Metam. v. 869.* Se quæri gaudens, ſic eſt reſecuta rogantem. *Auſon. epiſt. 26. v. 68. de Echo.* Solatur noſtras Echo reſecuta querelas.

Reſerātus, a, um, ἀνεῳγμένος, apertus. *Ovid. 2. Faſt. v. 455.* Et ſex reſerata diebus Carceris Æolii janua lata patet.

Reſeratus, us, m. actus reſerandi. *Sidon. l. 9. epiſt. 11.* In voluminis ipſius, operiſque reſeratu.

Reſĕro, is, ſevi, a. 3. *riſeminare*, ἀνασπείρω, rurſus ſemino, ſeu rurſus planto. *Plin. l. 18. c. 20.* Nam cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeverunt. reſarrientes campos menſe Martio. *Colum. l. 3. c. 11.* Si reſerere velimus.

Reſĕro, as, a. 1. *aprire*, פתח, Ger. *auffſchlieſſen*, Gal. *ouvrir*, Hiſp. *abrir*, ἀνοίγω, aperio, a *ſera*, quia ſera remota, valvæ pateſiunt. *Virg. 12 Æn.* Urbem alii reſerare jubent. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. 2. Off. c. 15.* Quamobrem nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. *Id. 7. Phil. c. 1.* Reſerare nos exteris gentibus Italiam juberet. ¶ Eſt etiam declarare, detegere. *Ovid. 15. Met.* auguſtæ reſerabo oracula mentis.

Reſervātus, a, um, nom. partic. *riſervato*, *ſalvato*. *Cic. Catil. 4. c. 9.* Habetis Conſulem ex plurimis periculis, & inſidiis ad ſalutem veſtram reſervatum.

Reſervo, as, a. 1. *riſervare*, נצר, Germ. *behalten*, Gall. *reſerver*, Hiſp. *guardar*, τηρέω, ab aliis ſervo, in aliud tempus ſervo. *Cic. in Or.* Uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi. *Id. ad Q. Frat. l. 2.* Præſenti ſermoni reſerventur cætera. *Virg. 4. Æn.* Aut quæ me ad majora reſervo? *Cato R. R. c. 29.* Quartam partem agri in pratum reſervare. Rurſus *Cic. de prov. Conſul. c. 02.* Reſervare in aliud tempus.

Reſes, idis, o. 3. *tardo, ocioſo*, σχολαῖος, ſegnis, otioſus, a ſolito opere deſuetus, a reſidendo, ut deſes a deſidendo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 722. Et vivo tentat prævertere amore Jam pridem reſides animos, deſuetaque corda. *Liv. l.* 2. *c.* 32. Timuere Patres reſidem in urbe Plebem. *Valer. Flac. l.* 8. Reſides curas ſolvere. ¶ Reſes aqua, quæ non fluit. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 17. In reſidem aquam, & locis peſtilentibus habitarent piſces ſuos.

Reſex, ĕcis, m. 3. *raſolo*, planta trunco direpta, quæ vel terræ, vel etiam ſtirpi reciſæ inſeritur, & ſpeciatim ſarmentum vitis annotinum, quod putatur, ut fructum ferat. *Col. l.* 3. *c.* 10. Et ideo reſecem ſummitti, ut progenerare poſſit. *Idem l.* 3. *c.* 3. Reſeces bigemmes.

Reſidĕo, es, edi, eſſum, n. 2. *riſedere*, ישׁב, Ger. *erſitzen*, Gal. *reſider, être aſſis*, Hiſp. *reſidir, eſtar aſſentado*, καθίζομαι, ſedeo, firmiter ſto, quieſco. *Cic.* 3. *Fin.* Sed reſideamus, inquit, ſi placet. *Virg.* 5. *Æn. v.* 180. ſiccaque in rupe reſedit. ¶ Pro inclinari, deſcendere. V. Reſido. ¶ Translate eſt ceſſare, deſinere. *Plaut. Capt.* 3. 1. 8. Itaque venter, gutturque reſident eſurialeis ferias. h. e. otioſe, ſedentium inſtar, ab opere ſuo ceſſent, feriaſque agitant dicatas eſuritioni. *Virg.* 7. *Æn. v.* 27. Omniſque repente reſedit flatus. ideſt ceſſavit. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 2. Marcelli impetus reſederunt. ¶ Item per translationem accipitur pro eſſe, inhærere. *Cic. ad Q. Frat. lib.* 1. *ep.* 1. Atque iis rebus geſtis, in quibus non poteſt reſidere inertiæ, aut levitatis ulla ſuſpicio. *Id. Fam.* 12. *ep.* 3. Reſidet ſpes in virtute tua. *Id. pro Dom. c.* 23. Cum horum etiam tectis, ac ſedibus reſidere aliquando bellum ſemper videtur.

Reſidia, æ, *pigrezza*. *Plaut. Merc. prol. v.* 29. Inhæret etiam aviditas, reſidia, injuria. Alii *deſidia* leg.

Reſīdo, is, edi, eſſum, n. 3. *metterſi a ſedere*, ἀνακαθίζομαι, idem ac reſideo, niſi quod motum quemdam importat, quaſi ad reſidendum deſcendo. *Plin. l.* 8. *c.* 37. Reſidunt in clunes, & binis pedibus gradiuntur. *Lucret. l.* 5. *v.* 1008. Neve putes, æterna penes reſidere poſſe corpora. h. e. incorrupta durare. ¶ Eſt etiam inclinari, deſcendere. *Cic. in Piſon. c.* 33. Perfecit ille, ut ſi montes reſediſſent, amnes exaruiſſent, non aterem præſidio, ſed ſua victoria, Italiam munitam haberemus. *Horat. l.* 2. *od.* 20. Jam jam reſidunt cruribus aſperæ pelles. h. e. deſcendunt, & incipiunt crura obtegere. ¶ Transfertur ad alia, pro ceſſare, quieſcere. *Virg.* 6. *Æn.* Tumida ex ira tum corda reſidunt. ¶ Item pro ſupereſſe, reſiduum eſſe. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Donec tres unciæ e toto reſidant. ¶ Item pro conſiſtere. *Plin. alter l.* 4. *ep.* 22. Viennenſium vitia intra ipſos reſidunt, noſtra late vagantur.

Reſidŭus, a, um, *reſiduo, rimanente*, נותר, Ger. *übrig*, Gal. *de reſte*, Hiſ. *reſtante*, λοιπός, quod reſidet, supereſt, reliquum eſt, a reſidendo, ut deſiduus a deſidendo. *Planc. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 11. Cœpi mehercules, nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe. *Suet. in Aug. c.* 73. Reſiduis lectis, atque menſis, quorum pleraque vix privata elegantia ſunt. *Liv. l.* 39. *c. penult.* Reſidua, & vetus ſimultas. ¶ Reſidua, orum, de quibus titulus eſt in *ff. l.* 48. *tit.* 13. dicuntur pecuniæ, quæ ex majori ſumma in manu alicujus reliquæ ſunt, *reſti*. Sic apud *Auſon. in gratiar. action.* reſidua tributorum condonare. Adde *Paul. & Martian. JCtos loc. cit. leg.* 2. & 4.

Reſignacŭlum, i, idem quod ſignaculum. *Tertul. l.* 2. *adv. Marcion. c.* 10. Reſignaculum ſimilitudinis.

Reſignātrix, icis, quæ reſignat, aperit, recludit. *Tertul. de habit. mulier. c.* 1. Eva arboris illius reſignatrix.

Reſignātus, a, um, *aperto*, ut Reſignatæ literæ, *Cic. Att. lib.* 11. *ep.* 9. ¶ Reſignatum æs dicebatur *militis*, cum ob delictum, juſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur, a reſignas, quod notat reſcribere. *Feſt.*

Reſigno, as, a. 1. *aprire*, פתח, Ger. *wieder abthun*, Gall. *deſceller*, Hiſp. *abrir*, λύω, ἀποσφραγίζω, eſt ſignum tollere, quod ſignatum erat, aperire, patefacere. Eſt enim contrarium ſuo ſimplici *ſigno*. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. Et opella forenſis adducit febres, & teſtamenta reſignat. *Plaut. Trinum.* 3. 3. 65. Reſignare, & inſpicere literas. *Virg.* 4. *Æn. v.* 244. Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat. *Servius* hoc loco putat uſurpari contraria ſignificatione pro claudere. At alii cum *Turnebo* interpretes pro aperire accipiunt, ex more ſcilicet Romanorum aperiendi defuncti oculos in rogo, quos domi clauſiſſent, ut legitur apud *Plin. lib.* 11. *c.* 37. ¶ Pro ſignare, ſeu ſignum apponere aſſeritur a nonnullis Lexicographis illud *Colum. de arbor. c.* 10. Priuſquam arbuſculas transferas, rubrica reſignato. At integra, & ſana lectio eſt: *rubrica, vel alia qualibet re ſignato*. ¶ Translate eſt declarare, explicare. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 535. Nunc ait, o vates, venientia fata reſigno. ¶ Item reſcribere, reddere, ut ajunt *Acro*, & *Porphyrio*, quod fit, cum in libris datorum, & acceptorum pecuniam, quam acceptam ſignavimus, redditam demonſtramus. *Horat. l.* 3. *od.* 29. *de Fortuna*. Si celeres quatit pennas, reſigno, quæ dedit. *Sen. l.* 6. *de benef. c.* 40. Quare quaſi cum acerbo fœneratore reſignare rationem parem properas? h. e. rationes æquare. Plures tamen optimæ Editiones habent *ſignare*. ¶ Item tollere, perimere, abrogare, diſſolvere. *Cic. pro Arch. c.* 5. Gabinius, quamdiu incolumis fuit, levitas, poſt damnationem calamitas omnem tabularum fidem reſignaſſet. *Sil. l.* 17. *v.* 419. irrumpit mole ruinæ Auſonius globus, & perjuria Graja reſignat. h. e. denſam phalangem Macedonum perjurorum aperit, ſecat, ordines irrumpendo turbat.

Reſilio, is, ivi, vel lui, ſultum, n. 4. *ſaltare in dietro*, Ger. *wieder hinderſichſpringen*, Gall. *reſaillir*, Hiſp. *ſaltar atras*, ἀναπηδάω, in contrarium ſalio, ſubito pedem refero, retro recedo. *Plin. l.* 3. *c.* 6. Piratæ in aquas ſuas reſiluerunt. ¶ Reſilire item dicitur, quod corpori duro illiſum repellitur, atque repercutitur. *Ovid.* 12. *Met. v.* 480. Non ſecus hæc reſilit, quam tecti a culmine grando. ¶ Translate ſumitur pro decreſcere, contrahi, minui. Sic mamma reſilire dicitur, quando ſterileſcit, quaſi retro ſe'rat, ſive intro lac ipſum, quod in mamma eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 40. Detracto mamma alumno ſuo, ſterileſcit illico, ac reſilit. ¶ Item pro abire, diſcedere. *Ulpian. l. Sabinus, ff. de in diem addiction.* Ut liceret emptori reſilire, meliore conditione allata, *ritirarſi dal contratto*. ¶ Item pro non hærere, non convenire, ducta metaphora ab iis, quæ corpori duro illiſa repelluntur. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 29. Ut non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in voſmetipſos recidere intelligas.

Reſīmus, a, um, *rincagnato*, ἀνάσιμος, qui nares habet depreſſas, vel extremitate ſurſum reflexas, a re, & *ſimus*. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 9. Labris ſubnigris, aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus. *Plin. l.* 8. *c.* 23. Roſtro reſimo, cauda, & dentibus aprorum adunci. *Col. l.* 6. *c.* 1. Parandi ſunt boves, naribus reſimis, patuliſque. ¶ Transfertur ad alia pro reflexo, & lato. *Celſ. l.* 8. Lamina ferrea eſt, ænea, firma, paulum reſima.

Reſina, æ, *raſina, gomma*, שׂרף, Ger. *hartz*, Gall. *reſine*, Hiſp. *reſina*, ῥητίνη, humor tenax ex arboribus defluens, vel iiſdemque reſidens, a Græca voce allata. A Medicis multiplex deſcribitur. Sed generatim duæ ſunt ſpecies, arida, & humida. Et prorſus omnis ſtomacho conducit, & ſanguinis rejectioni. In primiſque probatur, quæ a terebintho arbore terebinthina eſt appellata, quæ naſcitur in Arabia, in Judæa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præſtantium eſt, nitri colorem habens, & nonnihil cærulei. *Plin. l.* 16. *cap.* 10. Pinus fert minimum reſinæ, interdum & nucibus ipſis. ¶ Reſina veteres utebantur ad pilos corporis evellendos, & cutem lævigandam. V. *Martial. l.* 3. *epigr.* 74.

Reſinacĕus, a, um, ῥητινώδης, quod reſinam refert. *Plin. l.* 24. *c.* 11. Alterum ſterilis, alterum cui & caulis, & ſemen reſinaceum.

Reſinālis, le, adject. a reſina. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 1. 17. Reſinale quid in ſe habere.

Reſinātus, a, um, ῥητινωτός, reſina illitus. *Juven. ſat.* 8. *v.* 114. Quid reſinata juventus. ideſt mollis. Reſina enim pilos evellebant. ¶ Sumitur etiam pro eo, cui reſina admiſta eſt. *Martial. l.* 3. *epigr.* 77. Reſinata bibis vina, Falerna fugis. Adde *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Reſino, is, ivi, itum, a. 3. *laſciare*, derelinquo. *Cic.* 3. *Q. Fr. ep.* 1. *c.* 2. Fundum audio te hunc velle reſinere. Rectius optimus quiſque eodem retinere.

Reſinōſus, a, um, ῥητινώδης, reſina abundans. *Plin. l.* 13. *c.* 7. Eſt enim pinguiſſima, & reſinoſiſſima. *Col. l.* 12. *c.* 20. Medicamina reſinoſa.

Reſinula, æ, f. diminut. a reſina. *Arnob. l.* 7. *pag.* 233. Numina non indigne ſuſtinent, Panchaicas ſibi ardere reſinulas.

Reſipio, is, pui, & pii, ſine ſup. n. 3. *aver ſapore*, Ger. *nach etwas ſchmecken*, Gall. *avoir ſaveur, ſentir*, Hiſp. *tener ſabor*, ἀνόζω, ſaporem rei alicujus refero, ex re, & *ſapio*. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Jam inventa vitis per ſe in vino picem reſipiens. ¶ Translate ſumitur pro ad priorem mentis ſtatum, vel ad meliorem mentem redire. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 3. Vin aliquando te auctore reſipui. *Plaut. Mil.* 4. 8. 33. Jam reſipiſti?

Reſipiſcentia, æ, actus reſipiſcendi, ad meliorem mentem reverſio, pœnitentia. *Lactant. l.* 6. *c.* 24. μετάνοιαν nos poſſumus reſipiſcentiam dicere.

Reſipiſco, is, n. 3. incipio reſipere, ad mentis ſanitatem redeo, *ritornar' in cervello*, שׁוב, Ger. *recht ſinnig werden*, Gal. *retourner à ſon bon ſens*, Hiſ. *bolver en ſi, en ſu acuerdo*, ἀναφρονέω. *Liv. l.* 36. Ut nunc ſaltem regiam vanitatem experti reſipiſcerent. *Sueton. in Tiber. c.* 73. *de ægroto*. Cum extractum ſibi deficienti anulum mox reſipiſcens requiſiſſet.

Reſiſto, is, reſtiti, reſtitum, n. 3. *fermarſi*, ἀνθίσταμαι, gradum ſiſto, immoror, permaneo. *Cic.* 5. *Tuſc.* Virtutibuſque omnibus ſine ullo animi terrore ad cruciatum profectus, reſiſtet extra fores, limenque carceris. *Inſcript. vet. ſepulcri* apud *Sen. ep.* 89. Hoſpes reſiſte, & ſophiam Doſſenni lege. *Liv. l.* 36. Nihil reſtitit ad Pelinæum oppugnandum. *Virg.* 4. *Æneid.* Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit. ¶ Sæpe etiam ſumitur pro adverſari, repugnare, *reſiſtere*, עמד, Germ. *widerſtehen*, Gal. *reſiſter*, Hiſ. *reſiſtir*, ἀνθίσταμαι. *Cic.* 3. *Ver.* Cui ego niſi vi populi, & hominum clamore, atque convicio reſtitiſſem. *Col. l.* 1. *c.* 5. Præſtructa valenter reſiſtant contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent. *Nep. in Pelop. cap.* 1. Eos eſſe ſolos, qui adverſus reſiſtere auderent. *Plin. l.* 8. *c.* 27. Cervus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit. ¶ Paſſive impersonaliter. *Cic. in fragm.* apud *Priſcian. l.* 13. *pag.* 1014. *Putſch.* Non enim facile valenti populo reſiſtitur.

Reſolvo, is, reſolvi, reſolutum, a. 3. *ſciogliere, ſlegare*, התיר, Germ. *aufflaſſen, aufbinden*, Gal. *delier, deſſoudre*, Hiſp. *deſatar*, ἀναλύω, idem ac ſolvo, diſſolvo, quod ligatum erat. *Ovid.* 1. *Metam.* Cinctaſque reſolvite veſtes. *Plin. l.* 28. *c.* 1. Reſolvere literas. ¶ Translate ſumitur pro numerare pecuniam creditoribus, & aliis, quibus promiſimus. *Cic.* 14. *Phil. cap. ult.* Senatum, quæ ſit antea pollicitus legionibus, exercitibuſque noſtris, ea ſummo ſtudio Repub. recuperata reſoluturum. Alii leg. *perſoluturum*. *Plaut. Epid.* 3. 2. 16. Ego reſolvi, manibus his dinumeravi. *Id. Aſin.* 2. 4. 26. Ecquis pro vectura olivi reſolvit? ¶ Item pro abſolvere, liberare aliquo crimine, purgare. *Horat. l.* 1. *carm. od.* 28. Teque piacula nulla reſolvent. ¶ Item pro refellere. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Reſolvere ex parte diverſa dicta difficile erit. ¶ Item pro mollire, ſubigere. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ex his nihil non melius reſoluto humo, quam denſa provenit. *Id. l.* 11. *c.* 2. Reſolvere in pulverem. ¶ Item pro deſtruere, diſſipare. *Virg.* 1. *Georg.* Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit. *Plin. l.* 24. *c.* 6. Reſolvere triſtitiam animi. *Sil. l.* 7. reſolvere fraudes. ¶ Item pro effœminare, mollire, pigrum reddere. *Sen. ep.* 36. Felicitas hos inflat, illos mollit, & hos reſolvit. ¶ Item pro violare. *Virg. Æn.* 2. Fas mihi Graiorum ſacrata reſolvere jura. ¶ Reſolvere emptionem, *disfare il contratto*. *Ulpian. l.* 2. *ff. de in diem addict.* ¶ Reſolvere ora, apud Poetas eſt ad loquendum aperire. *Ovid. Virg. & alii.* ¶ *Reſolvere nummos* apud *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 35. eſt *riſcuotere, o ribattere*.

Reſolūte, adv. *liberamente*. *Tertul. l.* 1. *ad Nation cap.* 10. Reſolutius decachinnare.

Reſolutio, onis, *ſcioglimento*. *Gel. l.* 17. *c.* 9. Reſolutio lori. *Id. l.* 18. *c.* 2. Reſolutio ſophiſmatis. *Celſ. l.* 2. *c.* 6. Reſolutio ventris, *moſſa di corpo*. Sic reſolutio nervorum, *paraliſia*: reſolutio ſtomachi, *ſconvoglimento*, apud eundem.

Reſolūtus, a, um, *ſciolto*, ἀναλελυμένος. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 3. Comas reſoluta puella. *Ovid.* 15. *Metam.* Reſolutaque tellus in liquidas rareſcit aquas. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 7. *de Demoſthene*. Fertur, ore inſertis calculis, multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet, & reſolutius. h. e. promptius ad verba proferenda. ¶ Item mollis, enervatus. *Martial. l.* 10. *epigr.* 98. Miniſter ideo reſolutior cinædo. *Col. l.* 1. *c.* 1. Corpora fluxa, & reſoluta. ¶ Tranſactio reſoluta, *diſciolta, disfatta*, *Ulpian. l. eleganter, ff. de condict. indeb.*

Reſonabĭlis, & le, o. 3. quod ſono redditur, vel quod ſonum reddit. *Ovid.* 3. *Met.* Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.

Reſŏnans, antis, o. *riſonante*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 1. *de theatro*. Natura autem ita reſonans, ut in quo Romanæ ſignificationes, voceſque referantur.

Reſonantia, æ, *riſonanza*, vocis, vel ſonitus redditio. *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Ubi non impediatur reſonantia.

Reſŏno, as, nui, nitum, n. 1. *riſonare*, הדהד, Germ. *widertönen, widerhallen*, Gal. *reſonner, retentir*, Hiſp. *reſonar*, ἀντηχέω, ſonum refero, contra ſonantem ſono. *Virg.* 5. *Æn.* Reſonat clamoribus æther. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 57. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu. ¶ Interdum ponitur pro ſimplici *ſono*, quod eſt ſonum edere, ſeu reddere. *Cic.* 1. *Tuſc.* Reliquum ſic e poculo ejecit, ut id reſonaret. ¶ Speciatim dicitur de pronunciatione pro efferri, apparere. *Cic. in Brut. c.* 46. Quod in vocibus noſtrorum Oratorum recinit quiddam, & reſonat urbanius. ¶ Translate ſumitur pro reſpondere. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 2. *de gloria*. Ea virtuti reſonat, tanquam imago voci. *Reſonavi* pro reſonui. *Manil. l.* 3. *v.* 366. Aura per extremas reſonavit flebile ripes. ¶ Active, reſonare facio. *Virg.* 7. *Æn. v.* 11. Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu.

Reſŏno, is, n. 3. idem ac reſono, as. *Accius apud Non. cap.* 10. *n.* 4. Clamore, & gemitu templum reſonit cœlitum.

Reſŏnus, a, um, *riſonante*, ἀντηχής, quod reſonat. *Ovid.* 3. *Met.* Hæc reſonis iterabat vocibus eheu. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 619. Reſoni ictus.

Reſorbĕo, es, bui, & pſi, ptum, a. 2. *riſorbire*, Ger. *wieder aufſſupffen*, Gall. *ravaller*, Hiſp. *reſorber*, ἀναῤῥοφέω, eſt iterum ſorbere, quod quis evomuit. *Plin. l.* 9. *c.* 41. Hamo devorato, omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent. *Ovid.* 12. *ep. v.* 125. Quæque vomit totidem fluctus, totidemque reſorbet.

Reſpecto, as, a. 1. *riguardare a dietro*, Ger. *anſehen*, Gall. *regarder*, Hiſp. *mirar atras*, ἀναπεπταίνω, ſæpe reſpicio, oculos ſæpe reflecto. *Virg. l.* 12. *Æneid.*

Digitized by Google

Æneid. Bis rejecti manus reſpectant terga tegentes. ¶ Ponitur etiam ſimpliciter pro reſpicere, vel aſpicere. *Virg.* 1. *Æn.* Si qua pios reſpectant Numina. *Cic. pro Sext. c.* 3. Hæc ita pœnitentiamus, ut tamen tuentes, & reſpectantes relinquamus. ¶ Item pro expectare, exſpectantium enim eſt ſæpe reſpicere. *Id. pro Planc. c.* 18. Neque hoc interdicendum liberis noſtris, ne obſervent tribules ſuos, ne diligant, ne par ab iis munus in ſua petitione reſpectent.

Reſpectus, us, m. *ſguardo*, ἐπίσκεψις, actus reſpiciendi, reſpectio, conjectus oculorum. *Liv. l.* 30. *c.* 10. Effuſe, ac ſine reſpectu fugit Rex Philippus. *Cic.* 1. *de Div. c.* 30. Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. hoc eſt proſpectum. ¶ Item pro ratione, qua ad aliquid agendum movemur, *riſpetto*, *riguardo*, הכרה, Germ. *anſchauung*, Gall. *egard*, Hiſpan. *mirada*, λόγος. *Cic.* 5. *Phil.* Itaque cum reſpectum ad Senatum, & ad bonos non haberet. *Liv. l.* 2. *c.* 30. Factione, reſpectuque rerum privatarum, quæ ſemper offecere publicis conſiliis. *Juſtin. l.* 11. *c.* 9. Movebat hæc multitudo hoſtium, reſpectu paucitatis ſuæ, Alexandrum. *Suet. in Ner. c.* 20. Græcum proverbium jactans, Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectum. h. e. nullam haberi rationem. ¶ Item pro loco tuto, quo reſpicere, & confugere quis poteſt, præſidio, aſylo. *Cic. Phil.* 10. *c.* 21. Non ut ex ea acie reſpectum haberemus, ſed ut ipſa acies ſubſidium haberet etiam tranſmarinum. V. ibi *Manut.* & *Gravium* quoque, qui veteres multorum interpretationes, & lectiones collegit. Adde eund. *Cic. Phil.* 10. *c.* 4.

Reſpergo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſpargere*, *aſpergere*, זרק, Ger. *beſprutzen*, Gall. *arrouſer*, *epandre ça*, & *la*, Hiſp. *rociar*, *derramar*, ῥαίνω, aſpergo, re aliqua liquida perfundo, vel irroro. *Cicer.* 7. *Verr. c.* 38. Cum Prætoris nequiſſimi, inertiſſimique oculos prædonum remi reſpergerent. *Liv. l.* 1. Ne ſe ſanguine nefando ſoceri, generique reſpergerent.

Reſpergo, ginis, reſperſio, *Prudent. l.* 1. *in Symmach. v.* 503. Marmora tabenti reſpergine tincta.

Reſperſio, onis, *ſpargimento*, ῥαντισμός, actus reſpergendi. *Cic.* 2. *de Div. c.* 21. Habes & reſperſionem pigmentorum.

Reſperſus, us, m. idem ac reſperſio. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Reſperſu pinnarum hoſtem ubcæcantes.

Reſperſus, a, um, ἐπιῤῥανθεὶς, *aſperſo*. *Cic. pro R. Am. c.* 24. Manus reſperſæ ſanguine.

Reſpicio, is, exi, ectum, a. 3. *riguardare*, *guardare indietro*, הביט, Ger. *hinter ſich ſehen*, Gall. *regarder*, Hiſp. *mirar atras*, ἀποβλέπω, retro aſpicere, oculos reflecto. *Cic.* 1. *de Div.* Tum et ducem illum præcepiſſe, ne reſpiceret. *Id.* 5. *Tuſc. cap.* 1. Retro longe reſpicere. *Ter. Andr.* 1. 5. 6. Quaſi de improviſo reſpice ad eum. ¶ Ponitur etiam pro aſpicere. *Cic. pro Cluent.* Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet. ¶ Tranſlate refertur ad animum pro præterita mente evolvere, quaſi retrorſum aſpicere. *Cic. pro Arch. cap.* 1. Nam quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis. ¶ Item pro conſiderare, contemplari. *Cic. pro Cluent.* Reſpicite hominum fortunas, reſpicite dubios, variosque caſus, reſpicite C. Fabricii ſenectutem. *Quintil. l.* 2. *c.* 12. Et cum Latinis ſtudemus literis, non reſpiciamus ad Græcas. ¶ Item pro habere rationem, providere, proſpicere. *Ter. Phorm.* 2. 3. 87. Reſpice ætatem tuam. *Id. And.* Charine, me, & te imprudens, niſi quid Dii reſpiciunt, perdidi. *Cic. e Pis.* Ne tum quidem te reſpicies, & cogitabis, ubi quem jam natum eſſe, & ſuis voluptatibus? *Id. Att. l.* 1. *ep.* 11. Niſi quis nos Deus reſpexerit. ¶ Item pro juvare, opem ferre, favere. *Ter. Andr.* 5. 6. Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 15. Ut reſpicias generum meum adoleſcentem optimum, mihique chariſſimum. Hinc Reſpiciens Fortuna, h. e. proſpera, & juvans, quæ hoc nomine fanum Romæ habuit. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 11. ¶ Item pro ſpectare, pertinere. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 5. Summa imperii ad me reſpicit. *Ulp. l. ſi quis vina. ff. de peric. & comm. rei vendita.* Periculum rei venditæ ad venditorem debet reſpicere. ¶ *Reſpexim*, *is*, *it*, pro reſpexerim. *Plaut.* habet *Aulul.* 1. 1. 19. *Penul.* 1. 2. 197. & aliis in locis.

Reſpiracŭlum, i, *reſpiro*. *Claud. Mamert. l.* 2. *c.* 12. Redactæ paululum reſpiratulo vires.

Reſpirāmen, inis, n. ἀναπνόημα, halitus, ſeu meatus ſpiritus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 828. Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.

Reſpiratio, onis, *reſpiro*, ἀναπνοή, attractio, & emiſſio anhelitus, ſeu aeris a pulmone per aſperam arteriam. *Cic. de Univ.* Neque erat anima circumfuſa extrema mundi, ut reſpirationem requireret. *Id. in Or. c.* 16. Diſtincta alias, & interpuncta intervalla, moræ, reſpirationeſque delectant. *penſe*. ¶ Ponitur etiam pro evaporatione. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum.

Reſpiratus, us, maſc. idem ac reſpiratio, *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Qui tum ſe contrahunt aſpiratu, tum in reſpiratu dilatent. Alii aliter leg. *Apul. l.* 4. *A. A.* Parvis circa nares foraminibus reſpiratos.

Reſpiro, as, n. 1. *reſpirare*, רוח, Germ. *athmen*, Gal. *reſpirer*, Hiſp. *reſpirar*, ἀναπνέω, anhelitum recipio, ſpiritum duco, & emitto. *Plaut. Epid.* 2. 2. 50. Mane, ſine, reſpirem, quæſo. *Cic. pro R. Am. c.* 8. Cum tot, tantiſque negotiis diſtentus ſit, ut reſpirare libere non poſſit. ¶ Tranſlate accipitur pro recreari, refici, in ſtatum priſtinum redire. *Cic. Att. l.* 2. Reſpiraro, ſi te videro. *Id. pro Cluent. c.* 65. Et pauliſper reſpirare a metu cœpit. ¶ *Id. pro Quinct. c.* 16. Si hæc tecum duo verba feciſſes, quid ago? reſpiraſſet cupiditas, atque avaritia paululum. h. e. ceſſaſſet, intermiſiſſet. ¶ Uſurpatur etiam active pro efflare, emittere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Excipiatque animam, eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, & reddat. *Stat.* 2. *Sylv.* Inde malignum aera reſpirat pelago circumflua Neſis.

Reſplendĕo, es, dui, ſine ſup. *riſplendere*, זרח, Germ. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *reſplandecer*, ἀντιλάμπω, idem ac ſplendeo. *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Reſplendeat ius veſtis, argentum, vel Corinthium orichalcum, locus ipſe, ædificium.

Reſpondĕo, es, reſpondi, onſum, a. 2. *riſpondere*, ענה, Germ. *antworten*, *antwort geben*, Gal. *répondre*, Hiſp. *reſponder*, ἀποκρίνομαι, ἀμείβομαι, proprie eſt repromittere, ut ait *Feſt.* atque hac ratione uſurpat *Prop. l.* 4. *eleg.* 8. (al. 9.) ſed generatim accipitur pro interroganti ſatisfacere, poſteriore loco dicere. *Cic. pro Cluent.* Hic ego, cum ad reſpondendum ſurrexi. *Id. pro Planc.* Ut tum denique, cum reſpondero criminibus. *Id.* 1. *Fin.* Philoſophis cito peratoribus ſatis reſponſum eſt. *Id.* 4. *Acad.* Item ea, quæ interroganti in utramque partem reſpondere poſſumus. *Id.* 7. *Ver.* Quid ad hæc cogitas reſpondere? *Id. pro Planc.* Nunquam nobis ad rogatum reſpondent. *Id. in Orat.* Quod idem magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat. h. e. Juriſconſultus erat. Dicuntur autem JCti non ſolum *reſpondere de jure*, ſed etiam *reſpondere jus*. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 45. Perfecerunt ut in reſpondendo jure, auctoritate plus etiam, quam ipſo ingenio valerent. *Plin. l.* 6. *epiſt.* 15. Adhibetur conſilio, atque etiam jus civile publice reſpondet. *Gell. l.* 20. *c.* 10. Rem doceo grammaticam, non jus reſpondeo. ¶ Interdum *reſpondere* ſumitur pro comparere, ut vulgo loquuntur. *Liv. l.* c. Cum ad nomen nemo reſponderet. ¶ Metaleptice capitur pro ſolvere. *Cic. Att. l.* 16. Ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus. ¶ Tranſlate ſumitur pro convenire, conſentire, quadrare. *Cic. in Brut.* Ut verba verbis quaſi demenſa, & paria reſpondeant. *Id.* 1. *Tuſc.* Non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. ideſt non pares fuerunt. *Vitr. l.* 7. *c.* 3. Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum reſpondere oportet. ¶ Item pro ſatisfacere. *Cic.* 5. *Fam.* Satisne videntur his omnibus rebus tuus adventus mutuo reſpondiſſe. *Virg.* 1. *Georg. v.* 47. ſeges votis reſpondet avari agricolæ. ¶ Item pro imitari. *Cic.* 3. *Fin.* Ut & patri, & Scipioni noſtro, & tibi tam propinquo reſpondeat. ¶ Item pro reſpicere, ſeu contra poſitum eſſe. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Velle ſe in Carinis ædificare alteram porticum, quæ Palatio reſponderet. ¶ Item pro proſpere accidere. *Liv. l.* 28. *c.* 6. Reſpondet ad ſpem eventus. *Velle. l.* 2. Adeo, ut nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi felicius. ¶ Item pro non fallere alicujus conſilium, & propoſitum. *Celſ. l.* 2. *c.* 10. Id, ſi in cute quoque aquæ, quæ inter cutem eſt, ita reſpondet. ¶ Item pro decernere. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 77. Valuit tamen interceſſio, quia divus Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat. ¶ Legitur & in 3. *conjugat. Manil. l.* 3. *ſub fin.* Sic etiam magno quondam reſpondere mundo, &c.

Reſponſio, onis, *riſpoſta*, ἀπόκρισις, actus reſpondendi. *Cic. pro Corn. Balb.* Accuſatoris interpretatio indigna reſponſione. ¶ Apud Rhetores Reſponſio eſt Figura ſententiarum, per quam aliquid interroganti aliud reſpondetur, quod utilius appareat, vel augendi, vel minuendi criminis gratia. *Cic. lib.* 3. *de Orat.* hoc nomine appellat, quam alii vocant *Subjectionem*. Et imago, inquit, & ſibi ipſi reſponſio, & immutatio. V. *Quintil. l.* 9. *cap.* 2.

Reſponſito, as, a. 1. ἀποκρίνεσθαι, freq. a *reſponſo*. Speciatim dicebatur de Juriſconſultis, & de Pontificibus, qui de jure civili, & de cæremoniis conſulti reſponſa edebant. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 4. Summos fuiſſe in civitate noſtra viros, qui id interpretari populo, & reſponſitare ſoliti ſint. *Gell. l.* 13. *c.* 19. Conſulentibus de jure publice reſponſitavit.

Reſponſive, adverb. per modum reſpondendi. *Aſcon. Pedian. in Ver. c.* 36. *ad fin.* At enim interrogative pronuntiandum eſt, & contra reſponſive, utrumque rejecti ſunt.

Reſponſo, as, a. 1. ἀνταγορεύω, freq. a reſpondeo. *Plaut. Men.* Reſponſa, uti loquere. ¶ Interdum ſumitur pro repugnare, contradicere. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Reſponſare cupidinibus, contemnere honores Fortis. *Id. lib.* 1. *ep.* 1. Fortunæ ſuperbæ reſponſare. *Id. lib.* 2. *ſat.* 4. Ne gallina malum reſponſet dura palato. ideſt, ut exponit *Acron*, reſiſtat, reluctetur in faucibus.

Reſponſor, oris, m. juriſconſultus, qui de jure reſpondet. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur. Sunt qui fidejuſſorem intelligant, qui ſpondet pro alio.

Reſponſum, i, *riſpoſta*, תשובה, Germ. *antwort*, Gall. *reponſe*, Hiſp. *reſpueſta*, ἀπόκρισις, reſponſio. *Ter. in prol. Phorm.* Is ſibi reſponſum hoc habeat. *Cic.* 6. *Ver.* Senatus Sopatro reſponſum nullum dat. *Id. pro Planc.* Quo minus id, quod hoſtibus ſemper erat tributum reſponſum, Equitibus Romanis redderetur. *Id.* 1. *Catil.* A me quoque id reſponſum tuliſti. ¶ Speciatim ſumitur pro oraculo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Multa ex Aruſpicum reſponſis commemorare poſſum. ¶ *Reſponſa prudentum* ſunt ſententiæ, & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere. Nam antiquitus conſtitutum erat, ut eſſent, qui jura publice interpretarentur. Leges enim XII. Tabularum, quæ poſt Romæ incendium conſervabantur cum quibuſdam legibus Regiis, & in ſententiis, & in verbis obſcuriſſimæ erant, & in pluribus deficiebant. Hinc Sempronius Cotta, C. Scipio Naſica, Q. Mutius Scævola, & alii viri ingenio, & ſtudio excellentes ſe ad legum interpretationem contulerunt, concurrente ad eos multitudine, illoſque interrogante de iis rebus, de quibus ambigeret. Hi appellati ſunt Juriſconſulti, ſeu Juriſprudentes, eorum autem ſententiæ dictæ ſunt Reſponſa Prudentum, vel Interpretationes Juriſconſultorum. *Cic. pro Mur. c.* 13. & *l.* 1. *de Orat. c.* 27. & *Pompon. Dig. l.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. ¶ *Ad reſponſum* eſſe dicitur qui ad reſpondendum deputatus eſt. In Codice autem *l.* 11. *tit.* 24. *leg.* 7. & *tit.* 36. *leg.* 18. ita appellatur is, qui vice magiſtri militum reſponſa dabat, & militari rei præerat, Græce ἀποκρισιάριος. *Cujac. ad hunc Cod. loc.* & alii conjuncte ſcribunt. *Ad reſponſum Pompon. l.* 2. *ff. de orig. jur.*

Reſponſus, us, m. *corriſpondenza*, Germ. *zu ſammen ſtimmung*, Gall. *correſpondance*, *proportion*, Hiſp. *correſpondentia*, ἀναλογία, convenientia, conſenſus. *Vitr. l.* 1. *c.* 2. Symmetria eſt ex ipſius operis membris conveniens conſenſus, ex partibuſque ſeparatis ad univerſæ figuræ ſpeciem ratæ partis reſponſus. ¶ Eſt etiam idem ac reſponſio, *l.* 1. *Dig. de Oblig. & Act.* Interrogatione, & reſponſu.

Reſpublica, Reipublicæ, *Repubblica*, πολιτεία, deſcriptio, ſeu ordinatio civitatis. *Cic.* 3. *de Rep. apud D. Aug. l.* 2. *de Civ. c.* 21. Reſpublica eſt res Populi. Populus autem non omnis cœtus multitudinis, ſed cœtus juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus. *Id. pro Sex. Roſc. Am. c.* 1. Accedere ad rempublicam. h. e. adminiſtrandam. Sic rempublicam capeſſere. *Id. Attic.* 16. *ep.* 7. Labefactare, & evertere. *Id.* 1. *Fin. c.* 13. ¶ In plur. numero C. Gracchus apud Feſtum. Eæ nationes per avaritiam atque ſtultitiam reſpublicas ſuas amiſerunt. *Cic.* 4. *Acad. c.* 9. Proditiones rerumpublicarum. ¶ Dividitur etiam, & invertitur. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 8. Rei autem publicæ otium exoptandum eſt. *Id.* 1. *Invent. c.* 3. In publicis rebus verſari. ¶ Rerumpublicarum variæ ſunt genera, *regnum*, ſeu *monarchia*, in qua unus tantum gubernat; *ariſtocratia*, in qua optimates; *oligarchia*, in qua pauci; *democratia*, ſeu *timocratia*, in qua populus ex patriciis, & plebe mixtus dominatur. V. *Ariſt. l.* 3. *Politic. c.* 5. & *l.* 4. *c.* 2. & *l.* 8. *Ethic. c.* 10. Atque hæc poſtrema propria, & latina Reſpublica dicitur: talis enim fuit Romani imperii ratio ab exactis regibus uſque ad Cæſarem, qui illud in regnum mutavit.

Reſpŭens, entis, o. 3. ἀποπτύων, nom. ex part. a reſpuo. *Gell. l.* 4. *c.* 15. Communium vocum reſpuens minus, & faſtidiens. V. *Reſpuo*.

Reſpŭo, is, pui, putum, a. 3. *ſputar fuori*, מאס, Germ. *hinwerffen*, Gal. *rejetter*, Hiſp. *menoſpreciar*, ἀποπτύω, eſt enim ſputo rejicere. *Cic.* 3. *de Or. c.* 25. Quia etiam guſtatus quam cito id, quod valde dulce eſt, aſpernatur, ac reſpuit! ¶ Item rejicere ſimpliciter. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Tegulæ curioſius picentur, ut ab ſe reſpuant liquorem. ¶ Tranſlate ſumitur pro repudiare, recuſare, contemnere, *abſiotare*, *ſprezzare*, *non far conto*, ἀποβάλλω. *Cic. de Fat.* Cum id dicat, quod omnium mentes aſpernentur, ac reſpuant. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Non reſpuit conditionem Cæſar. *Liv. l.* 2. Munera ejus in omnium hominum reſpuebantur. ¶ Aures reſpuere dicuntur, quod earum judicio non recte ſonet. *Cic. in Partit.* Quod aures reſpuunt, immutandum eſt. ¶ Auribus reſpuere, eſt loquentum nolle audire. *Cic. in Piſon.* Quis vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur? ¶ Imperium reſpuere, eſt nolle obedire. *Col. l.* 4. *c.* 8. Nulla eſt imperii reſpuendi facultas. ¶ Ictum reſpuere, eſt duritia ſua ictum quodammodo refellere. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Eſt caro interſeminis, inanima, ferri ictum, & actum reſpuens. ideſt quæ ferro non læditur. ¶ Lignum ſecures dicitur reſpuere, quod ſecuribus non poteſt findi. *Plin. l.* 17. *c.* 20. His enim principiis reſpuentem ſecures

res materiem naſci. ¶ Reſpuere tela in aliquem, eſt rejicere. *Senec. epiſt.* 53. *in fine*. Quædam tela Philoſophia diſcutit, & in eum uſque, qui miſerat, reſpuit.

Reſtagnatio, onis, *riverſcenza*, *inondazione*, [illegible], Germ. *uberlauffung des waſſers*, Gal. *debordement d'eau*, Hiſp. *rebaſſadura de agua*, [illegible], inundatio, redundatio. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat. ¶ Tranſlate dicitur etiam de ventre. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ne reſtagnatio intempeſtiva alvi obſtrepat.

Reſtagno, as, *n.* 1. *inondare*, [illegible], Ger. *uberlauffen*, Gal. *deborder*, Hiſp. *rebaſſar el agua*, *anegar los campos el rio*, [illegible], extra redundo, aquam non contineo. *Caſ. l.* 2. *B. C.* Late quaque is locus reſtagnat. *Plin. l.* 5. *c.* 5. Reſtagnantibus aquis.

Reſtauratio, onis, *rinnovazione*. *Julian. l.* 7. *ff. de fundo dot.* Sine reſtauratione ſervitutis.

Reſtaurator, oris, *reſtauratore*. Legitur *in Inſcript.* apud *Spon. miſcell. pag.* 27.

Reſtauratus, a, um, nom. ex particip. *reſtaurare*, ut reſtaurata navis. *Ulpian. l.* 7. *Dig. tit.* 4. *leg.* 10.

Reſtauro, as, a. 1. *riſtorare*, *rinnovare*, [illegible], Ger. *erneuvern*, Gall. *reſtaurer*, *renouveller*, Hiſp. *reſtaurar*, *renovar*, [illegible], inſtauro, renovo, reſtituo, ab antiquo *ſtauro*. *Tacit.* 3. *Annal. c.* 72. Pompeii theatrum igne fortuito hauſtum reſtaurare. *Juſtin. l.* 3. *c.* 5. Poſt longam pœnarum patientiam bellum reſtaurant. *Ulpian. l.* 4. *Dig. ad leg. Jul. de adult.* Reſtaurare accuſationem.

Reſtiarius, ii, m. *funaio*, *funaiuolo*, qui reſtes facit. *Cornel. Fronto*. Reſtiarius, qui facit, reſtio, qui vendit.

Reſtibilio, is, 4. 4. reſtituo. *Pacuv.* apud *Feſt. in Sos.* Nam Teucrum regi ſapſa (*h. e.* ſe ipſa) ſos reſtibilibet.

Reſtibilis, & le, o. 3. *che ogni anno ſi ſemina o ſiore*, [illegible], qui quotannis ſeritur. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac reſeritur quotannis: contra qui interinittitur, a novando novalis. *Id. lib.* 1. *R. R. cap.* 44. Illud quoque multum intereſt, in rudi terra, an in ea feras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis, an in vervacto, quæ interdum requierit. *Col. l.* 2. *c.* 10. Phaſeolus terra mandabitur, vel inveterata, vel melius pingui, & reſtibili agro. ¶ *Reſtibilis ſeges*, eſt quæ regerminat, quaſi cujus fœcunditas in ſequentem quoque annum reſtet. *Plin. l.* 18. *c.* 17. Ubertatis tantæ ſunt, ut ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges. ¶ *Reſtibile vinetum*, quod ſingulis annis repaſtinatur. *Col. l.* 3. *c.* 18. Hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. ¶ *Reſtibilis fœcunditas*, eſt continua, & non intermiſſa fœcunditas. *Plin. l.* 28. *c.* 19. Conceptum leporum utero exemptum his, quæ parere deſierint, reſtibilem fœcunditatem afferre putant. ¶ *Reſtibilis platanus*, quæ vigorem ſuum recuperat. *Id. l.* 16. *c.* 32. Amandri platanus etiam circum dolatis lateribus reſtibilis ſponte facta, vireque reddita.

Reſticula, æ, [illegible], parva reſtis. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 41. Tum enim reſticulas per ficus, quas edimus, maturas perferunt. *Ammian. l.* 24. *c.* 23. Hirſutis reſticulis cruribus ejus annexis.

Reſticulus, i, m. idem quod reſticula. *Ulpian. l.* 5. *ff. de his, qui dejec. vel effud.* Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet.

Reſtillo, as, n. 1. ſtillando, & fluendo redeo. *Prudent. l.* 2. *adv. Symmach. v.* 687. ad proprium reſtillet vena metallum.

Reſtinctio, onis, *eſtinzione*, [illegible], actus reſtinguendi. *Cic.* 2. *Fin. c.* 3. Illa autem voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

Reſtinctus, a, um, *eſtinto*, [illegible]. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 12. Ex tuis literis, & ex Græceii oratione non modo non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur.

Reſtinguo, is, nxi, inctum, a. 3. *eſtinguere*, [illegible], extinguo, deleo. *Cic. pro R. Am.* Ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur, & refrigeratur. ¶ Tranſlate *Cic. in Or.* Nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia, & copia cæterorum ſtudia reſtinxit. *Idem Att. l.* 13. *ep.* 10. Sermunculum omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit. *Id. pro Sext. cap.* 21. Animi hominum motus reſtinguuntur. *Idem* 1. *Fin. cap.* 13. Reſtinguere cupiditatum ardorem. *Virgil. eclog.* 5. ſitim reſtinguere rivo.

Reſtio, onis, m. *funaio*, *funaiuolo*, [illegible], qui reſtes, id eſt funes facit. *Sueton. in Auguſt. c.* 2. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat, reſtionem. ¶ Item is, qui ſe reſti ſuſpendit. *Plaut. Moſtell.* 4. 2. Illi erunt bucædæ potius, quam ego ſim reſtio.

Reſtipulatio, onis, [illegible], actus reſtipulandi. *Cic. pro R. Com. c.* 13. Quis eſt enim reſtipulationis ſcriptor, teſtis, arbiter?

Reſtipulor, aris, d. 1. [illegible], cum eo certo, a quo ſponſione ſum provocatus, id eſt viciſſim ſtipulor, & mutuam ſponſionem exigo. *Cic. pro R. Com. c.* 13. Quid hic porro nunc reſtipulatus, quod jam pridem ipſe exegit? *Val. Max. l.* 2. *c.* 8. *n.* 1. Valerius ſponſione Lutatium provocavit, non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa, nec dubitavit reſtipulari Lutatius.

Reſtis, tis, f. 3. *fune*, *corda*, [illegible], Germ. *ſeyl*, *ſtrick*, Gall. *corde*, Hiſp. *cuerda*, [illegible], funis. In accuſat. ſingulari *reſtem*, & *reſtim* habet. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Eaque intuta reſtem circumligant. ¶ Ad reſtim res redit, prov. eſt, rem deperditam eſſe, ſive in eum ſtatum adductam eſſe, ut de ſuſpendio ſit cogitandum. *Ter. Phorm.* 4. 4. Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſime. ¶ Reſtim ducere, dicuntur in ſaltatione chori puerorum, puellarumque manu aut reſte conſerti. *Ter. Adel.* 4. 7. 34. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis. *Liv. l.* 27. Per manus reſte data, virgines ſono vocis pulſus pedum modulantes inceſſerunt. ¶ Reſtes etiam dicuntur capita alliorum connexa. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Allium ad ſerpentium ictus potum, cum reſtibus ſuis.

Reſtito, as, n. 1. [illegible], ſæpe moras facio, identidem ſubſiſto, freq. a *reſto*. *Terent. Eun.* 4. 4. At etiam reſtitas? fugitive, prodi. *Liv. l.* 30. *c.* 31. Reſtitantem, ac tergiverſantem attrahere.

Reſtitrix, icis, quæ reſtat, & in eodem loco remanet. *Plaut. Truc.* 4. 2. 5. Ego interim me reſtitrix his præſidebo. Alii aliter leg.

Reſtituo, is, ui, utum, a. 3. *reſtituere*, [illegible], Ger. *widergeben*, Gal. *reſtituer*, *rendre* Hiſp. *reſtituir*, [illegible], [illegible], repono, in priſtinum locum reduco. *Ter. And.* 4. 1. Reſtitue, in quem me accepiſti, locum. *Id. Hecyr.* 3. 1. Reſtituere in gratiam. *Cic. pro Mil.* Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei, niſi fuiſſet injuſta ejiciendi? *Id.* 2. *Ver. c.* 4. Reſtituere aliquid in antiquum ſtatum. *Id. pro Dom. c.* 4. In ſuam priſtinam dignitatem reſtitui. ¶ Accipitur etiam pro inſtaurare, reficere. *Cic. in Top.* Si ædes eæ corruerunt, vitiumve fecerunt, quarum uſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet. *Caſ. l.* 1. *B. G.* Ipſos oppida, vicoſque, quos incenderant, reſtituere juſſit. ¶ Item pro reddere antiquo domino. *Cic. pro Cluen.* Sibi reſtituerent eum filium. *Id.* 6. *Ver.* Ut omnia civitatibus, quæ cujuſque fuiſſent, reſtituerentur. ¶ Item pro emendare. *Cic.* 2. *de Div.* Quin, cum multi ita nati eſſent, ut quædam contra naturam depravata haberent, reſtituerentur, & corrigerentur a natura? ¶ In integrum reſtituere, eſt in eo ſtatu reponere, in quo aliquid prius erat. *Cic.* 7. *Ver. c.* 6. Ut damnati in integrum reſtituantur, vincti ſolvantur, exules reducantur. ¶ Reſtitui ſibi dicuntur vina, quæ mutata, ſeu corrupta reſermantur. *Plin. l.* 14. *c.* 18. Vina in apothecis Caois ortu mutantur quædam, poſteaque reſtituuntur ſibi. ¶ Reſtituere autem, *rimetter la battaglia*. *Liv. l.* 5. Sic reſtituere prælium, vel pugnam. *Id. l.* 6. ¶ Reſtituere aliquem ſanitati, *riſanare*. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Capitis ulcera ſanitati reſtituens. ¶ Provinciam veteri patientiæ reſtituere, *rimetterla nell' antica obedienza*. *Tacit. in Agric. c.* 16. ¶ Reſtituere aliquem natalibus ſuis, eſt ingenuum declarare, ſive efficere. Vide totum *tit.* 11. *l.* 40. *Digeſtor.* Eodem pertinet illud *Plin. l.* 10. *ep.* 77. Ut de agnoſcendis liberis, reſtituendiſque natalibus ipſe cognoſcerem. ¶ *Reſtituere* pro reſtitutum iri. *Julian. JCtus leg.* 23. *Dig. de action. empt.*

Reſtitutio, onis, *reſtituzione*, [illegible], actus reſtituendi, repoſitio. *Cajus l. plus eſt*, *ff. de verb. ſign.* Plus eſt in reſtitutione, quam in exhibitione. Nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere, reſtituere vero eſt etiam poſſeſſorem facere, fructuſque reddere. *Cic. in Piſon.* Ut nemini ſit triumphus honorificentius, quam mihi ſalus, reſtitutioque perſcripta. h. e. ab exilio revocatio.

Reſtitutor, oris, *chi rende*, qui reſtituit. *Cic. pro Mil. c.* 15. Patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meæ.

Reſtitutorius, a, um, adject. ad reſtituendum pertinens, ut reſtitutorium judicium, actio reſtitutoria, apud *JCtos*, *l.* 8. *Dig. ad S. C. Velleian.* & *leg.* 3. *ff. de in, per quem fact.* &c.

Reſtitutrix, icis, quæ reſtituit. *Apul. in Aſclep.* Terra omnium generum, quæ accipit, reſtitutrix.

Reſtitutus, a, um, nom. ex particip. *reſtituito*, *rimeſſo*. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 14. Reſtituta poteſtas. *Id. pro Dom. c.* 28. Lucem, ſalutemque redditam ſibi, ut reſtitutam accipere. *Id. ib. c.* 32. Ampliſſimis omnium judiciis reſtitutus. h. e. ab exilio revocatus. *Id. ib. c.* 27. Ad adminiſtrandam civitatem reſtitutus. *Liv. l.* 21. *c.* 53. Reſtitutus animus, *rimeſſo*.

Reſto, as, ſtiti, ſtitum, n. 1. *reſtare*, *fermarſi*, [illegible], Germ. *abverbleiben*, Gal. *reſter*, Hiſp. *reſtar*, [illegible], eſt reſiſtere, ſeu ſubſiſtere, remanere in aliquo loco, immorari. *Ovid.* 7. *Met. v.* 411. Reſtantem Cerberum attraxit Tyrinthius heros. *Cic. pro Leg.* Tertium eſt tempus, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit. *Id.* 4. *Catil.* Qui ad urbis incendium, ad veſtrum omnium cædem, ad Catilinam accipiendum Romæ reſtiterunt. ¶ Sumitur etiam pro ſupereſſe, reliquum eſſe. *Cic. de Sen.* Nec cum æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant. *Id.* 3. *Offic.* Qui e diviſione tripartita duas partes abſolverit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. *Id. Catil.* 3. *c.* 10. Cum tantum civium ſuperfuturum putaſſent, quantum infiniti cædi reſtitiſſet. Et impersonaliter. *Id.* 4. *Acad. c.* 2. Reſtat, ut his reſpondeam, qui &c. *Virg.* 1. *Æn.* dona reſtantia flammis. h. e. reliqua ex incendio. ¶ Item pro obſtare, impedire. *Silius l.* 7. *verſ.* 130. *de lupo.* mortuque quam reſtantia claustra. ¶ Item pro repugnare, reſiſtere, obſiſtere. *Ter. Heaut.* 5. 3. 6. In qua re nunc tam confidenter reſtas, ſtulta? *Liv. l.* 4. *c.* 58. Quia ſumma ei reſtare contendebantur. ¶ Pro diſtare. *Ennius* apud *Feſt.* longe magnis regionibus reſtat.

Reſtricte, adv. *riſtrettamente*, *rigoroſamente*, [illegible], parce, tenaciter, ſevere. *Cic. de Am. c.* 16. Nec obſervare reſtricte, ne plus reddat, quam acceperit. *Plin. l.* 5. *ep.* 8. Quamvis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris. *Id. l.* 9. *ep.* 19. Reſtrictius legendum dare.

Reſtrictim, adv. idem ac reſtricte. *Afran.* apud *Non. c.* 12. *n.* 53. Reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

Reſtrictus, a, um, *riſtretto*, [illegible], vinctus, partic. a reſtringor. *Horat. l.* 3. *ode* 5. Qui lora reſtrictis lacertis Senſit iners, timuitque mortem. ¶ Tranſlate ſumitur pro avaro, parco, tenaci. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 13. (al. 12.) An exiſtimas illum in hoc genere lentulum? ac reſtrictum? *Id.* 3. *Fam. ep.* 8. ad largiendum ex alieno reſtrictior. ¶ Item pro minus benefico. *Cic.* 2. *Off.* In iis, qui ſe adjuvari volent, non ut ne affligantur, ſed ut ad altiorem gradum aſcendant, reſtricti omnino nullo modo eſſe debemus. ¶ Item pro auſtero, rigido. *Tac. l.* 15. *Ann. c.* 48. Qui in tanta vitiorum dulcedine ſummum imperium non reſtrictum, nec perſeverum volunt.

Reſtringo, is, nxi, ictum, a. 3. *reſtringere*, [illegible], Germ. *zuſtricken*, Gal. *ſerrer*, Hiſp. *reſtrinar*, [illegible], idem ac ſtringo, vel valde ſeu perfecte ſtringo, religo, revincio. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Reſtrictis ad terga manibus. *Id. lib.* 24. *cap.* 16. Myrrhis phalangiorum morſus reſtringit. ¶ Tranſlate *Plin. jun. l.* 1. *ep.* 8. Omnes homines ad cuſtodiam pecuniæ natura reſtrinxit. *Id. l.* 6. *ep.* 19. Reſtringere ſumptus. ¶ Eſt etiam ſolvere, aperire. *Lucret. l.* 2. *v.* 405. Proptereaque ſolere vias reſtringere noſtris Senſibus, introituque ſuo perrumpere corpus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 25. Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier: Saltem ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent. h. e. diductis labiis dentes oſtenderent. *Ovid.* 15. *Met. v.* 541. quid me meminiſſe malorum Cogis, & obductos annis reſtringere luctus? h. e. renovere, quaſi rurſus aperto vulnere, quod coierat. Alii *reſcindere*.

Reſtructus, a, um, nom. particip. *rifabbricato*. *Tertul. l.* 1. *ad Nation. c.* 10. ſtatuæ reſtructæ.

Reſtruo, is, uxi, uctum, a. 3. *rifabbricare*. *Tertull. in Apolog. c.* 6. Licet aras reſtruxeritis.

Reſudo, as, n. 1. *traſudare*, emano, exſudo. *Curt. l.* 7. *c.* 10. Solum, ſub quo amnis fluit, ne modico quidem humore reſudat. *Id. l.* 5. *c.* 1. Tum fere ſolo propter venas aquarum reſudante.

Reſulco, as, a. 1. rurſus ſulcum duco. *Prudent. in Vincent. v.* 144. Præſecta rurſus vulnera manus reſulcans diruet.

Reſulto, as, n. 1. *riſaltare*, *rimbombare*, retro ſalio, reſlector. *Virg.* 4. *Georg. v.* 50. Vociſque reſultat imago. *Plin. l.* 11. *c.* 19. Reſultant ſonus.

Reſumo, is, mpſi, mptum, a. 3. *raſſumere*, *ripigliare*, Germ. *widernemmen*, Gal. *reprendre*, Hiſp. tomar otra vez, [illegible], rurſus ſumo. *Plin. l.* 2. *ep.* 18. Et illam dulciſſimam ætatem quaſi reſumo. *Ovid.* 9. *Met. v.* 344. Inque vicem ſumptas ponit, poſitaſque reſumit.

Reſuo. V. Reſolvo.

Reſupinatus, a, um, nom. ex particip. reſupinus. *Juvenal ſat.* 8. *v.* 176. Et reſupinati ceſſantia tympana Galli. h. e. mollis, deſidioſi. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Os coxarum ab exteriore parte gibbum, ad ſpinam reſupinatum.

Reſupino, as, a. 1. *rivolgare col corpo in ſu*, Germ. *wider anrucken*, Gall. *renverſer le ventre en haut*, Hiſpan. *echar boca arriba*, [illegible], eſt aliquem ita vertere, vel collocare, ut jaceat ſupinus. *Ter. Phor.* 5. 6. 24. Pone apprehendit pallio, reſupinat. *Plin. l.* 24 *c.* 17. Hac admota leones reſupinari cum hiatu laxo. *Senec. ep.* 123. Qui per pronum eunt, reſupinent corpora, qui in arduum, incumbunt. ¶ Eſt etiam invertere, pervertere, *rinverſare*. *Propert. l.* 4. *eleg.* 8. (al. 9.) totas reſupinat Cinthia valvas. *Juven. ſat.* 3. *v.* 112. aulam reſupinat amici.

Reſupinus, a, um, *colla faccia in ſu*, [illegible], idem ac ſupinus, id eſt ita procumbens, ut pars corporis anterior ſurſum, poſterior deorſum ſpectet. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Qui in ea ore æſtu humi jacentes reſupini, umbra ſe pedum protegunt. ¶ Mos erat precantium, ut cœlum reſpicientes reſupini ſummis pedum digitis inſiſterent. *Martial. lib.* 15. *epigr.* 78. Multus dum precibus Jovem ſalutas Stans ſummos reſupinus uſque in ungues. ¶ Ponitur etiam pro projecto molliter. *Ovid. ep.* 15. Et modo cantabam veteres reſupinus amores. ¶ Metaleptice accipitur pro molli, & effemina-

Digitized by Google

minato. *Quintil. l. 5. c. 12.* Quapropter eloquentiam licet hanc libidinoſam reſupina voluptate auditoria probent.

Reſurgo, is, reſurrexi, reſurrectum, o. 3. *riſorgere*, קום, Germ. *auffſtehen*, Gal. *reſſuſciter*, Hiſp. *reſuſcitar*, ἀνίσταμαι, iterum ſurgo, in priſtinum ſtatum redeo. *Ovid* 1. *Faſt.* Everſaque Troja reſurges. *Plin. l.* 16. *c.* 32. A quo deinde tempore majeſtas Populi Rom. reſurrexit. Adde *Liv. l.* 24. *c.* 43. ¶ Reſurgere dicitur herba, vel arbor, quæ iterum creſcit, *Plin. l.* 13. *c.* 9. Quod cæſa anno tertio reſurgit.

Reſurrectio, onis, f. 3. *riſurrezione*, ἀνάστασις, actus reſurgendi, reditus in vitam. *Tertul. de reſur. c.* 1.

Reſuſcitatio, onis, f. actus reſuſcitandi, ad vitam reſtitutio. *Tertull. de reſur. carn. c.* 30.

Reſuſcitator, oris, m. qui vitæ reſtituit. *Tertul. de reſur. carn. c.* 57.

Reſuſcito, as, a. 1. *riſuſcitare*, הקים, Ger. *wieder erwecken*, Gal. *reſſuſciter*, Hiſp. *reſuſcitar*, ἀναβιόω, iterum ſuſcito, excito. *Ovid.* 8. *Met. v.* 475. Poſitamque reſuſcitat iram.

Reſutus, a, um, nom. ex particip. a *re*, & *ſuo*, diſſutus. *Sueton. in Auguſt. c.* 94. Sumenti virilem togam tunica lati clavi reſuta ex utraque parte ad pedes decidit.

Retæ, arum, f. 1. arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut virgulta, quæ in alveis ipſorum extant, dictæ a retibus, quod prætereuntes naves retineant inſtar retium, & quaſi irretiant. *Gell. l.* 11. *c.* 17.

Retanda flumina locare, h. e. purganda, ne quid naves navigantes impediat. *Gell. l.* 11. *c.* 17.

Retalio, as, a. 1. æquo jure compenſo, talionis lege ago. *Gell. l.* 20. *c.* 1. Quod per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet.

Retardatio, onis, *dimora*, ἐπίσχεσις, actus retardandi. *Cic.* 3. *Phil. cap.* 11. Unde eſt adhuc bellum, niſi retardatione, & mora? *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Retardationem facere.

Retardatus, a, um, *ritardato*, partic. a retardor. *Suet. in Oth. cap.* 8. Et primo egreſſu inundationibus Tyberis retardatus.

Retardo, as, a. 1. *ritardare*, עכב, Ger. *verhindern*, Gall. *retarder*, Hiſp. *retardar*, ἐπέχω, remoror, detineo, moram affero. *Cicer.* 10. *Phil. c.* 5. Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur.

Retaxo, as, a. 1. *riprendere*, ἐγκαλεῖν, taxo, vel valde, aut viciſſim taxo. *Suet. in Veſp. c.* 13. Licinium Mucianum nunquam niſi clam, & hactenus retaxare ſuſtinuit.

Rete, tis, n. 3. *rete*, רשת, Ger. *netz*, Gal. *ret*, Hiſp. *red*, δίκτυον, σαγήνη, inſtrumentum, quo feræ, vel piſces capiuntur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ut in araneolis aliæ quaſi rete texunt. *Juven. ſat.* 8. *v.* 204. *ubi Gracchum retiarium pugnantem deſcribit.* Poſtquam librata pendentia retia dextra nequicquam effudit. ¶ *Reti* in ablat. *Plaut. Rud.* 4. 4. 47. Si in mari reti apprehendi. Adde *Trucul.* 1. 1. 17. ¶ Item *rete*. *Id. Perſ.* 1. 2. 22. Albo rete aliena oppugnant bona. Adde *Rud.* 4. 3. 81. ¶ Invenitur etiam retes, is, f. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. *in med.* Intra retem aves ſunt omne genus. *Et mox.* Cibus objicitur ſub retem.

Retectus, a, um, *ſcoperto*, partic. a retegor. *Virg.* 9. *Æn. v.* 461. Jam rebus luce retectis. ¶ Interdum ponitur pro bene tecto, contecto. *Suet. in Aug. c.* 78. Poſt cibum meridianum ita, ut erat, veſtitus, calceatuſque erat, retectis pedibus, paulisper conquieſcebat. Ita *Caſaubonus*.

Retego, is, texi, tectum, a. 3. *ſcoprire*, גלה, Ger. *entdecken*, Gal. *découvrir*, Hiſp. *deſcubrir*, ἀποκαλύπτω, quod tectum erat, denudo. *Virg.* 4. *Æn.* Ubi primos craſtinus ortus extulerit Titan, radiiſque retexerit orbem. Nam mundus nocte umbris tegitur. *Lucan. l.* 8. Vultus retegit ſciſſo velamine. ¶ Ponitur etiam pro operire. *Juven. ſat.* 6. Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ. ¶ Translate ſumitur pro occultum aliquid manifeſtare. *Virg.* 1. *Æn. v.* 360. Cæcumque domus ſcelus omne retexit.

Retepaculum, i, genus retis ita dictum, quod inſtar jaculi jaciatur. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 86. Venari retepaculo in medio mari. Alii leg. *retiaculo*, eodem ſenſu. *Id. Plaut.* dividit etiam, verbo interpoſito, *Trucul.* 1. 1. 14. In piſcinam rete qui jaculum parat.

Retendo, is, retendi, retenſum, vel retentum, a. 3. *rallentare*, Germ. *geſpannen ablaſſen*, Gal. *detendre*, *débander*, ἀνίημι, quod tenſum eſt, laxo. *Ovid.* 1. *Met. v.* 419. Exuit hic humero pharetram, lentoſque retendit Arcus, inque ſolo, quod texerat herba, jacebat.

Retenſus, a, um, *rallentato*, remiſſus. *Phædr. l.* 3. *fab.* 14. *v.* 5. Arcum retenſum poſuit in media via.

Retentatrix, icis, quæ retinet. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 4. *de ciborum digeſtione.* Secunda hæc cura virtutis eſt, quam Græci, quia retentatrix eſt, vocant κατακτικήν.

Retentatus, a, um, nom. partic. *ritentato*. *Ovid. Met.* 14. *v.* 380. Sæpe retentatis precibus.

Retentio, onis, *ritenzione*, עצירה, Ger. *auffhaltung*, Gal. *retention*, Hiſp. *retencion*, ἐπίσχεσις, retinendi actus, cohibitio. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 21. Retentio aurigæ. *Id.* 4. *Acad. c.* 18. Aſſenſionis retentio.

Retento, as, a. 1. *ritentare*, ἀναπειράω, iterum tento, ſeu experior. *Ovid.* 2. *Met. v.* 746. Et timido verba intermiſſa retentat. Ideſt iterum tentat proferre. ¶ Studia retentare, eſt intermiſſa ſtudia repetere. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 12. Si demens ſtudium fatale retentem.

Retento, as, a. 1. ἐπέχω, ſæpe retineo. *Plaut. Aſin.* 3. 3. Cur me retentas? *Cic.* 1. *de Div. ex Poeta.* Quæ penitus ſenſus hominum, vitaſque retentat. ¶ Sumitur etiam pro ſimplici retineo, vel teneo. *Lucan. lib.* 4. Ipſe cave Regni vires in valle retentat. h. e. exercitum retinet. *Silius l.* 4. *v.* 211. Lora retentat.

Retentor, oris, qui retinet. *Apul. l.* 1. *Florid.* Retentores ſuos toto corpore oblidere.

Retentus, a, um, *ritenuto*, ἀντισχεθείς, detentus. *Cic.* 3. *de Leg.* Hæc retentio, reliqua voluntas auctoritati, aut gratiæ traditur. *Ovid. Heroid. ep.* 11. *v.* 82. Lingua retenta metu.

Retentus, us, actus retinendi, tenacitas. *Claudian. l.* 2. *in Rufin. v.* 418. *de manu Rufini abſciſſa.* Vivoſque imitata retentus Cogitur adductis digitos inflectere nervis.

Retergeo, re, ſi, a. 2. abſtergeo, extergeo. *Ammian. l.* 29. *c.* 27. Retergit obrutas ruderibus foſſas.

Retero, is, trivi, tritum, a. 3. ἀνατρίβω, rurſus tero, purgo, excerno. *Col. l.* 2. *c.* 21. Pura deinde frumenta, ſi in annos recondantur, reteri debent. Ita referunt quidam Lexicogr. At ibi legitur *repurgari*.

Retexo, is, xui, xtum, a. 3. *disfar quello, ch' è teſſuto*, *ſteſſere*, Ger. *wider auffweben*, Gal. *deffiler*, *delier*, Hiſp. *deſtexer*, ἀναλύω, quod textum erat, diſſuo. *Ovid. l.* 3. *Am. el.* 9. Tardaque nocturno tela retexta dolo. ¶ *Penelopes telam retexere*, proverbio dicuntur, qui magno vel labore, vel ſumptu rem quampiam conficiunt, quam poſtea coguntur deſtruere. Tractum a Penelope Ulyſſis uxore, quæ cum tantum temporis impetraſſet a procis, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabantur, donec telam, quam tum forte pro manibus habebat, abſolviſſet, quicquid interdiu texuiſſet, noctu retexebat. *Cic.* 4. *Acad. c.* 29. Illa vero, quaſi Penelopes telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora. ¶ Translate ſumitur pro diſſolvere, in contrarium mutare, revocare, irritum facere. *Cic.* 2. *de Or. c.* 38. Sed etiam quibus ante exorſa, vel potius detexta prope retexantur. *Id.* 4. *Ver.* Ut totam ſuam Præturam retexere videretur. *Matius Cic.* 11. *Fam. ep.* 27. An quod adoleſcens præſtiti, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam? ¶ Sumitur etiam pro rurſus texere, & tranſlate pro rurſus expolire, emendare, quaſi ordiri aliam telam. *Cic.* 2. *Phil. c.* 13. Itaque jam retexo orationem illam.

Retextor V. in Retexo.

Retiacilum. V. Retepaculum.

Retiarius, ii, δικτυοφόρος, qui fert reta. Hoc nomine ſpeciatim dicebatur alter ex gladiatoribus in arena depugnantibus. Fuit enim genus gladiatorii certaminis, in quo duo pugnabant, quorum alter *retiarius* vocabatur, quod tunicatus fuſcinam, & rete ſub ſcuto geſtaret, quo adverſarium involveret, & implicitum caperet: alter appellabatur *Gallus* a Gallica armaturæ genere, & *mirmillo*, a μορμύρος piſce, quia armatus erat ſcuto, & falce, & galea, in cujus vertice erat piſcis hujus effigies, & *ſequutor*, quia in primo congreſſu perinde ac retiarium fugiens, vel fugam ſimulans, arte ictum ejus evitabat, & ſi fruſtra rete jeciſſet, inſita falce ſequebatur. V. *Sequutor*. Retiario pugnanti adverſus mirmillonem cantabatur, *Non te peto, piſcem peto: quid me fugis, Galle? Feſt.* V. *Lipſium l.* 2. *Saturn. c.* 8. *Suet. in Calig. c.* 30. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, ſine certamine ullo, totidem ſequutoribus ſuccubuerant: cum occidi juberentur, unus reſumpta fuſcina omnes victores interemit. ¶ *Contra retiarium ferula*, prov. in eos, qui id faciunt, quod omnes improbant. Nam gladiatores olim, ſi minus placuiſſent, ferula cæſi ejici ſolebant. Vel dicitur in eos, qui infirmo præſidio contra maxime inſtructum pugnant. *Martial. in præf. l.* 2. Denique videas, an te delectet contra retiarium ferula.

Retica, æ, genus artis apud *Colum. l.* 3. *c.* 2.

Reticentia, æ, *il tacere*, חרש, Germ. *verſchweigung*, Gall. *reticence*, Hiſp. *el callar*, ἀποσιώπησις, actus reticendi. *Cic.* 14. *Phil.* Quod veſtræ virtus nec oblivione eorum, qui ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. ¶ Specialiter reticentia dicitur, cum id non dicitur, quod dici debuit, ut vitium ædium, vel rei venalis. *Cic.* 3. *Off.* A JCtis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. ¶ Eſt etiam figura Rhetorica, alio nomine Apoſiopeſis. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. *Quintil. l.* 9. *c.* 2.

Reticeo, es, cui, ſine ſup. a. 2. *tacere*, חרש, Ger. *verſchweigen*, Gal. *ſe taire*, Hiſp. *callar*, ἀποσιωπάω, idem ac taceo. *Cic.* 2. *de Leg.* Quoniam mihi ſermo eſt apud Deos, nihil reticebo. *Id.* 3. *Ver. c.* 53. Tamen de Chelidone reticuit.

Reticulatus, a, um, δικτυωτός, factus in modum retis, a *reticulum*, ut Reticulatum opus, quod retium inſtar eſt cancellatum, ſeu figuram plagarum, quæ in retibus ſunt, imitatur. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Dictyotheton vocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſſime Romæ ſtruunt, rimis opportunam. ¶ Feneſtræ reticulatæ, quæ reticulis objectis muniuntur ſunt. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 7. Feneſtris Punicanis, aut latioribus reticulatis utrinque.

Reticulum, li, *reticella*, Ger. *garnlein*, Gal. *petit ret*, Hiſp. *redecilla*, σαγηνίον, parvum rete. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Item demiſſæ reticulis in mari concavæ e cera pilæ, vel vaſa inania obturata dulcem intra ſe colligunt humorem. ¶ Eſt & genus retis, quod in orbem ſpargitur. Unde aliquando capitur pro muliebri capitis tegumento, quod capillum continet. *Var. l.* 4. *L. L. Juven. ſat.* 2. *v.* 96. Reticulumque comis auratum ingentibus implet. ¶ Item ſacculus in modum retis, quo viatores pecuniam, & panem geſtant. Alio nomine dicitur funda. *Hor. l.* 1. *ſat.* 1. Ut ſi reticulum panis venales inter onuſto forte vehas humero. ¶ Item faſcia quædam ad formam retis facta. *Cic.* 7. *Ver. c.* 11. Reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutiſſimis maculis, plenum roſæ. ¶ Accipitur præterea reticulum pro inſtrumento luſorio, quo pilam remittimus, vulgo *racchetta*, *vel lacchetta*. *Ovid. l.* 3. *de Ar. v.* 361. Reticuloque pilæ leves fundantur aperto. ¶ Denique reticulum dicitur cancellus, ſeu ſepimentum cancellatum, in modum retis factum, quo loca quædam ſepiuntur, & a communi acceſſu excluduntur. *Feſt. in Seceſpita*. Sacraria namque in templis reticulo æneo olim ſepiebantur, &c. Eodem ſenſu, ſed maſcul. genere *Var. l.* 3. *R. R. c.* 3. *de aviario*. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli e nervis ſunt, ut perſpici in ſilva poſſit, & quæ ibi ſunt, neque avis eas tranſire.

Reticulus, i, parvum rete, dimin. *Plin. l.* 18. *c.* 14. Perſona adjicitur capiti, denſuſve reticulos.

Retinaculum, i, קשר, Ger. *damit man etwas auffhelt*, Gal. *arrest*, Hiſp. *atadura*, ἔχμα, id, quo aliquid retinetur. *Plin. l.* 1. *ep.* 12. Retinacula vitæ abrepit multa Corellius, ideſt poſthabitis multis rationibus, quæ eum retinere potuiſſent in vita, mori decrevit. *Vitruv. l.* 10. *c.* 3. Eſt enim tignum, quod erigitur, & diſtinetur retinaculis quadrifariam. ¶ Retinacula navium, ſunt funes, quibus illæ alligatæ retinentur, ne fluctibus, aut vento huc, illuc temere impellantur. *Ovid.* 14. *Metam.* Stuppea præcipit Phrygiæ retinacula claſſis. ¶ Retinacula vitium ſunt vimina, quibus vites religantur. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 265. Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. ¶ Retinacula equorum, lora, ſeu habenæ, quibus equi teguntur. *Virg. l.* 1. *Georg.* Fruſtra retinacula tendens fertur equis auriga.

Retinax, acis, o. valde tenax, ut retinax lotos. *Symmach. l.* 1. *epiſt.* 47.

Retinens, entis, *oſſervante*, *tenace*, κατέχων. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Fuit enim graviter homo & rei obſervantiſſimus, & ſui juris dignitatiſque retinens. *Gel. l.* 10. *c.* 20. Salluſtius quoque proprietatum in verbis retinentiſſimus.

Retinentia, æ, conſervatio. *Lucret. l.* 3. *v.* 676. Ut actarum exciderit retinentia rerum. h. e. recordatio, *memoria*. Et *v.* 864. retinentia noſtri. V. Repententia.

Retineo, es, nui, tentum, a. 2. *ritenere*, תמך, Ger. *auffhalten*, Gal. *retenir*, Hiſp. *retener*, κατέχω, eſt, quod habemus, ſervare, cuſtodire. *Cic. de Sen.* Si ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet. *Id. pro Cluent.* Neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt, ideſt manendo in omnibus officiis. *Id. pro Quint. c.* 18. Amicos obſervantia, rem parſimonia retinere. *Id.* 3. *de Leg. c.* 12. Retinere memoriam gratiſſimam alicujus. *Nep.* 23. *c.* 11. Immortali memoria retinere beneficia. *Liv. l.* 23. Retinere animos ſociorum in fide. ¶ Sæpe ponitur pro ſimplici teneo. *Cic.* 6. *Ver.* Siniſtra manu retinebat arcum. ¶ Item pro detinere, remorari. *Cic. ad Q. Frat.* Nam me Pomponius, & Sextius, & Piſo noſter adhuc Theſſalonicæ retinuerunt. *Id. l.* 16. *Fam.* ibi retenti ventis ſumus uſque ad 9. Calendas. ¶ Item pro cohibere, coercere, *Ter. Adel.* 1. 1. Pudore, ac liberalitate liberos retinere ſatius eſt, credo, quam metu. *Cic.* 1. *de Leg.* Quo labebar longius, niſi me retinuiſſem. *Ovid.* 1. *Metam.* Retinere lacrymas. ¶ Item pro retrahere aliquem, ne cadat. *Ter. Heaut.* 2. 4. Ah retine me, obſecro. ¶ Item pro delectare. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum.

Retingo, is, inxi, inctum, a. 3. iterum tingo, *Stat. l.* 1. *ſilv.* 4. *v.* 73. Nec in omni pacis Pertuſium laxare animos, ferrumque retingi. h. e. ſanguine imbui. Alii leg. *accingi*. *Pallad. l.* 13 *tit.* 2. Vinum myrtite retingemus.

Retingo, is, tigi, actum, a. 3. idem quod tango. *Cat. de R. R. cap.* 160. Ubi coierit, & altera alteram retigerit.

Reti-

Retiŏlum, i, n. parvum rete. *Apul. l. 8. Met.* Aper calcata retiola tranſabilit.

Retis, is, f. idem ac rete. *Plaut. Rud.* 4. 3. 45. Ubi demiſi retem, aut hamum. *Var. l. 3. R. R. c. 5.* Intra retem aves ſunt omne genus.

Reto, as, a. 1. purgo. V. Retando.

Retondĕo, es, a. 2. idem ac tondeo, vel rurſus tondeo. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 26. At hæc retonſa eſt. Alii leg. *retunſa*.

Retŏno, as, n. 1. *suonare a vicenda*, ἀντιβροντάω, contra tono, reſono. *Catul. de Beregn. com.* 58. (al. 65.) Face, cuncta mugienti fremitu loca retonent.

Retonſus, a, um, o. 5. 2. *ritoſato*. *Plin. l. 18. c. 17. de ſegetibus*. Retonſarum vero etiam ſemel omnino certum eſt granum longius fieri.

Retorpeſco, is, ui, n. 3. obtorpeſco. *Tertul. adv. Gnoſt. c. 1.* Priſtini ſenſus retorpeſcant.

Retorquĕo, es, ſi, tum, a. 2. *rivolgere*, *ruggirare*, הֵשִׁיב, Ger. *wuider hinderſich treiben, oder treiben*, Gal. *retourner*, *renverſer*, Hiſp. *retornar*, *retorcer*, ἀποστρέφω, retro jacio, remitto, retrorſum flecto. *Cic. 2. Catil. c. 1.* Retorquet oculos profecto ſæpe ad hanc urbem. *Virg. 12. Æn.* Averſos tamen currus Juturna retorſit. *Ovid. 3. Metam.* Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit. ¶ Translate *Sen. 3. de benef. c. 3.* Retorquere animum ad præterita. *Ulpian. l. 14. ff. de bon. libert.* Retorquere crimen in aliquem. *Quintil. declam.* 16. Retorquere aliquem. h. e. in alteram partem flectere, ejus animum mutare.

Retortĕo, V. Retoſtus.

Retorreſco, is, n. 3. retorridus, vel aridus fio. *Col. l. 3. c. 3.* Ut ante (fata) convaleſcant, ac proſiliant, quam retorreſcant.

Retorridè, adv. [illegible], aride. *Plin. l. 17. c. 5.* Terram amaram, ſive macram ſiquis probare velit, demonſtrant atræ herbæ, frigidam autem retorride nata.

Retorrĭdus, a, um, *abbruciato*, יָבֵשׁ, Ger. *verdorret*, Gal. *brulé*, *ſec*, *aride*, Hiſp. *toſto*, κατάξηρος, igne, vel Solis calore exuſtus, arefactus. *Colum. l. 12. c. 2.* Et, ſi ſunt parum fructuoſæ, vel cacuminibus retorridæ frondis. *Sen. epiſt. 12.* Rami retorridi. *Id. epiſt. 66. de Scævola.* Manus retorrida. ¶ Translate *retorridus mus* dicitur a *Phædr. l. 4. fab. 1. v. 16.* mus vetulus, & ſenio rugoſus, atque hiſpido pelo, qualis in ambuſtis eſſe ſolet: vel quaſi recoctus, hoc eſt exercitatus, & multarum rerum uſu peritus.

Retortus, a, um, *torto*, καμπύλος. *Plin. in Paneg.* Cum delatorum ſupina ora, retortaſque cervices agnoſcebamus, & truebamur. *Horat. l. 3. od. 5.* Retorta tergo brachia. *Id. l. 1. od. 2.* retortis violenter undis. h. e. repulſis. *Colum. l. 8. c. ult.* Specus in cochleam retorti.

Retoſtus, a, um, *abbruſtolito*, ὑπόπτητος. *Plin. l. 13. c. 4.* Marceſcitque non retoſtus furnis.

Retractans, antis, o. ἀνθελκόμενος, part. a retracto. *Colum. l. 6. c. 2.* Retractantem juvencum, & calcitroſum. idest qui non poteſt facile duci, quo volumus, ſed retractat, ac renuit. Alii leg. *retrectantem*. *Liv. l. 3. c. 55.* Sequuta exercitum plebs nullo retractante.

Retractātĭo, onis, *ritrattazione*, ἀναμεταχείρισις, actus retractandi. h. e. opinionem revocandi. *Cic. 5. Tuſc. c. 29.* Ut ſine retractatione libere dicere auderent, ſapientes eſſe ſemper beatiſſimos. *Id. Att. 13. ep. 25.* Conficies, & quidem ſine ulla dubitatione, aut retractatione. Alii hic leg. *retrectatione*.

Retractātor, oris, qui detrectat, & recuſat aliquid facere. *Tertul. de jejun. c. 15.* Retractator officii. Alii leg. *detrectator*. *Spartian. in Geta, c. 4.* Fuit moribus aſperis, retractator, guloſus, cupidus, &c. ita *Salmaſ.* ex MSS. Alii *tractator*.

Retractātus, um, *ritrattato*, ἀναμεταχειρισθείς, denuo tractatus. *Quintil. l. 2. c. 4.* Quoties eandem materiam rurſus a me retractatam ſcribere de integro juberem. *Cic. Att. l. 16. ep. 3.* Sed tamen idem σύνταγμα miſit ad te retractatum, & quidem ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum, & refectum.

Retractĭo, onis, actus retrahendi, contractio, diminutio. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 14.* Modo auctio, modo retractio dierum proveniebat. ¶ Retractio graduum dicitur a *Vitruv. l. 3. c. 3.* Ea pars in ſcalarum gradibus, quæ aſcendendo calcatur.

Retracto, as, a. 1. *ritoccare*, rurſus tracto, tango, palpo. *Virg. 10. Æn.* Semianimeſque micant digiti, ferrumque retractant. *Ovid. l. 4. Triſt. eleg. 4.* Neve retractando nondum coeuntia rumpe vulnera. ¶ Eſt etiam rurſus agere circa rem aliquam, repolire, redolare, חָזַר, Germ. *wieder-omb handlen*, Gal. *retirer*, *remanier*, *revoir*, Hiſp. *retratar*, ἀναχειρίζω, ἀναθεάομαι. *Colum. l. 4. c. 26.* Tamen in his hæc, aliaque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt. ¶ Translate ponitur pro iterum conſiderare, recognoſcere. *Cic. 2. de nat. Deor.* Qui omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent. ¶ Item pro repetere, iterum dicere. *Plin. l. 7. epiſt. 126.* Ut vacaret finitam cauſam retractanti. ¶ Item pro reſcribere, emendare. *Plin. l. 7. epiſt. 8.* Egi magnas, & graves cauſas, has deſtino retractare. ¶ Item pro retexere, iterum commemorare. *Cic. Att. l. 8. epiſt. 9.* Sed hæc omittamus, augemus enim dolorem retractando. ¶ Item pro revocare, reprobare. *Trajan. ad Plin. epiſt. l. 10.* Largitiones retractare. ¶ Item pro detrectare, recuſare, reſiſtere. *Aurel. Victor. de Cæſar. c. 3.* Repente eum, nullo retractante, circumſiſtunt. Et c. 40. Retractante diu patre. Vide Retrectans.

Retractus, a, um, ἀνθελκυσθείς, partic. a retrahor. Speciatim retractus dicitur, qui inter fugiendum captus reducitur eo, unde fugerat. *Cic. 6. Phil. c. 4.* Atqui ira motus redit, ut retractus, non reverſus videretur. ¶ Ponitur etiam pro remoto. *Liv. l. 34. c. 9.* Hiſpanis retractior a mari trium millium paſſuum in circuitu murus erat. ¶ Item pro abdito. *Liv. l. 36. c. 1.* Theſpienſium emporium eſt in intimo ſinu Corinthiaco retractum.

Retractus, us, m. actus retrahendi, retractio. *Tertul. adv. Gnoſt. c. 1.* Bellicam machinam retractu tela vegetantem.

Retrăho, is, xi, ctum, a. 3. *tirare indietro*, הֵשִׁיב, Germ. *hinzjehen*, Gal. *retraire*, *retirer en arriere*, ἀνέλκω, retro, ſive in contrariam partem traho. *Cic. pro Cœl. c. 26.* Licinium autem, cum jam manum ad tradendam pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. *Id. 2. Fin.* Scipio Annibalem in Africam retraxit. ¶ Retrahere ſe, eſt ſe ſubducere, *retirarſi*. *Horat. l. 1. ep. 18.* Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis. *Celſ. l. 1. c. 1.* Interdum in convivio eſſe, interdum ſe retrahere. ¶ Retrahi dicebantur fugitivi ex fuga recepti. *Salluſt. in Catil.* Namque is paulo ante ex fuga retractus erat. Hinc translate *Terent. Heaut. 4. 1.* Retraham hercle, opinor, ad me illud fugitivum argentum. *Var. l. 4. de L. L.* Verba fugitiva retrahere, h. e. certe, quæ obſoleſcere inciplunt, revocare. ¶ Retrahere aliquem ab aliqua re, eſt avocare. *Cic. pro Sext. c. 13.* Retrahere aliquem a Republica. *Ter. Phorm. prol.* Retrahere poetam a ſtudio.

Retrectans, V. Retrectans.

Retrĭbŭo, is, bui, butum, a. 3. *rimunerare*, הֵשִׁיב, Germ. *wuidre geben*, Gal. *recompenſer*, Hiſp. *galardonar*, ἀνταποδίδωμι, reddo, compenſo, quaſi retro tribuo. *Cic. pro Roſc. Com.* Cum illis exacta ætatis ſeveriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam. *Id. orat. exil. c. 3.* Fides conducit in foro debitum retribuere. ¶ Eſt etiam attribuere, dare. *Liv. l. 2. c. 41.* Pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. *Lucr. l. 5. v. 278.* Rebur corpora retribuere.

Retribūtĭo, onis, *ricompenſa*. *Sidon. l. 4. ep. 12.* Merita ſua ſpe futuræ retributionis celare ſtudent. *Lactant. l. 6. c. 18.* Volunt, hominem cautea more vivere: quæ retributio contumeliæ quam perniciosa ſit &c. Adde *Tertul. in Apol. c. 18.*

Retribūtor, oris, qui retribuit, & compenſat. *Tert. lib. 4. adv. Marcion. c. 29. & l. 5. c. 16.*

Retrices, cum, f. 3. aquæ nomen extra Urbem, ſupra viam Ardeatinam, inter lapidem ſecundum, & tertium. *Cat. apud Feſt.*

Retrimentum, i, *feccia*, Germ. *unſauberkeit*, Gall. *ordure*, *racture*, Hiſp. *hezes*, ἀπόσταγμα, cujuslibet rei excrementum. *Var. 1. de R. R. cap. 64.* Amurca cum ex olea eſt expreſſa, quæ eſt humor aquatilis, ac retrimentum candidum in eas ſictile. ¶ In animalibus quoque excrementa omnia retrimenta vocantur, quæ *Celſo*, & *Gellio* recrementa. *Var. apud Non. c. 3. n. 158.* Retrimenta cibi, quæ exierant per poſticum, evalleſcerunt. *Macrob. l. 7. c. 4.* In ventre ſit prima digeſtio, cujus fæx retrimenta ſunt, quæ per inteſtina labuntur. *Id. ibid. c. 15.* Urina eſt retrimentum potus.

Retritūro, as, a. 1. idem quod trituro, vel iterum trituro. *Auguſtin. ep. 133. ad Macrob. c. 3.*

Retro, adv. *di dietro*, אָחוֹר, Ger. *dahinden*, Gall. *derriere*, Hiſpan. *atras*, ὄπισθεν, a tergo, poſt. *Cic. 1. de Div.* Quid retro, atque a tergo fieret, ne laboraret. *Id. 5. Tuſc.* Quod tam longe retro reſpicere non poſſunt. *Cal. Lec. lib. 8. epiſt. 15.* Retro ad Alpes verſus iter mihi incidit. *Ter. Heaut. 3. 1. 69.* Conclave retro in ædibus. *Liv. l. 30. c. 10.* Retro inhibere. ¶ Dicitur etiam de tempore præterito. *Capitolin. in Pertinace, c. 9.* Stipendia plurimis retro debita exolvit. *Inſcript. apud Gruter. pag. 181. num. 4. & p. 283. n. 11.* Supra omnes retro Principes. ¶ Retro vertere aliquid, eſt invertere, mutare. *Virg. 10. Æneid. v. 6.* Cœlicolæ magni, quianam ſententia vobis verſa retro?

Retroăgo, is, egi, actum, a. 3. *voltare indietro*, Germ. *hinderſich treibel*, Gall. *rejetter derriere*, *revaler*, Hiſp. *llevar*, *echar atras*, ἀναστρέφω, retrorſum ago. *Plin. l. 7. c. 44.* Aut quos ana honores, curſuſque illa ſua violentia fortuna retroegit? *Quintil. l. 11. c. 3.* Capillos a fronte contra naturam retroagere.

Retrocēdo, is, eſſi, ceſſum, n. 3. *cedere indietro*, *ritornare*, ἀναχωρέω, retrorſum cedo, retrorſum eo, retrogradior. *Liv. l. 8. c. 8.* Pede preſſo retrocedentes.

Retroceſſus, us, m. *ritirata*. *Apul. l. 1. dogm. Plat.* Proceſſus, & retroceſſus.

Retrocitus, a, um, adject. ultro, citroque ductus. *Lucret. l. 4. v. 546.* Et reboat raucum retrocita barbara bombum.

Retrodūco, is, a. 3. *condurre indietro*. *Vitruv. l. 10. c. 6.* Neceſſe erat rurſus retroducere.

Retroĕo, is, n. 4. *ritornare*, *tornare indietro*, ἀναποδίζω, retrorſum eo. *Plin. l. 2. c. 16.* Retroire incipiunt ſtellæ.

Retrofĕro, fers, tuli, latum, a. anom. *portare in dietro*, retrorſum fero. *Sen. in præfat. Declam.* Neſcio, qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retrotulerit.

Retroflecto, is, a. 3. *piegare*, *e volger' indietro*. *Petron. in Satyr.*

Retroflexus, a, um, adject. *piegato*, *e volto all' indietro*. *Apul. l. 3. A. A.* Retroflexum figere lepide geſtit.

Retrogrădior, eris, d. 3. *tornare indietro*, Ger. *hinderſic gehen*, Gall. *marcher en arriere*, Hiſp. *tornar atras*, ἀναποδίζω, retrorſum gradior. *Plin. l. 8. c. 15.* Ob id retrograditur in paſcendo. *Id. l. 2. c. 15.* Ab his retrograduntur ad Solem.

Retrogrădus, a, um, *retrogrado*, ὀπισθοπόρος, quod retrorſum graditur, ut Retrogradus motus. *Plin. l. 2. c. 17.* Mercurium retrogradum in Tauro, & Geminis non fieri.

Retrogreſſor, us, m. *il retrocedere*. *Macrob. l. 1. Saturn. cap. 17.* Sol retrogreditur agit.

Retrolĕgo, is, a. 3. *Quintil. declam.* 6. Curva litora retrolego. h. e. retro navigo.

Retropendŭlus, a, um, adject. qui retro pendet. *Apul. l. 5. Met.*

Retrorſum, adv. *indietro*, Germ. *hinder ſich*, Gall. *en arriere*, Hiſp. *atras*, εἰς τοὐπίσω, ἐπὶ τὸ ὀπίσω, ἀνάπαλιν, εἰς τοὔμπαλιν, retro verſum, aretro, quaſi retroverſum, ut antrorſum, quaſi anteverſum. *Hor. l. 1. od. 34.* Nunc retrorſum vela dare, atque iterare curſus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 33.* Deinde retrorſum viciſſim ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima. ¶ Item pro reciproce. *Quintil. l. 5. c. 9.* Sed quædam & retrorſum idem valent, ut vivere hominem, qui ſpirat, & ſpirare, qui vivit.

Retrorſus, a, um, o. 1. 2. *volto a dietro*, ὀπισθόστροφος, retro converſus. *Plin. l. 26. c. 9.* Atque ita retrorſa manu ter dicas, &c. *Apul. l. 2. de Aſino.* Denique ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſiſtit. *Tertull.* comparativum formavit. *Apol. c. 19.* Retrorſiores omnibus veſtris ſapientibus. h. e. antiquiores. Alii leg. *vetuſtiores* eodem ſenſu.

Retrorſus, adv. idem ac retrorſum. *Plin. l. 6. c. 15.* Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem produntur duorum viginti millia. *Sil. l. 11. v. 512.* Cedentem impellit retrorſus in æquora pontum.

Retroſpĭcĭo, is, a. 3. *guardare indietro*, reſpicio. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Orientis orbem Sol retroſpiciens.

Retroſum, iter verſus eſt ſenatus inverſus, apud *Quint. l. 9. c. 4.*

Retroverſus, adv. &

Retroverſum, adv. idem ac retrorſum. *Petron. in fragment. Tragur.* Retroverſus creſcit, tanquam coda vituli. *Claud. Mamert. lib. 1. cap. 7.* Retroverſum cedere.

Retroverſus, a, um, adject. *volto all' indietro*. *Ovid. 4. Met. v. 653.* Ipſe retroverſus ſqualentia prodidit ora. *Lactant. l. 1. c. 16.* Argumentum retroverſum idem valet.

Retrūdo, is, ſi, ſum, a. 3. ἀνωθέω, retrorſum trudo. *Plaut. in Epid. 2. 5. 64.* Quaſi retruderet hominum me vis invitum.

Retrūſus, a, um, nom. ex partic. retro, ſeu clam conjectus. *Cic. Ver. 1. cap. 3.* Simulacra jacent in tenebris, ab iſto retruſa, atque abdita. Adde *1. de Orat. c. 19.*

Retundo, is, retudi, retuſum, a. 3. *ripercuotere*, ἀμβλύνω, eſt repercutere cuſpidem, vel aciem alicujus rei uſu nimio, vel alia ratione perſtringere, atque hebetare. *Plin. l. 16. c. 4.* Quod citiſſime ſecuris retundat. ¶ Translate ſumitur pro reprimere, vanum, & irritum reddere. *Cicer. 3. Catil. cap. 1.* Iidemque gladios in Rempublicam diſtrictos retudimus. *Id. pro Cluent. cap. 44.* Ne Cenſorium ſtylum, cujus mucronem multis remediis majores noſtri retuderant. *Id. Att. l. 16. ep. 14.* In præſentia belle iſte puer retundit Antonium. *Idem Fam. 12. ep. 14.* Retundere improbitatem alicujus.

Retunſus, a, um, nom. ex particip. a retundo, percuſſus, obtuſus, perſtrictus. *Plaut. Pſeud. 4. 4. 8.* Quam diu mihi cor retuſum eſt oppugnando pectore!

Retūro, as, a. 1. aperio. *Var.* apud *Non. cap. 4. num. 330.* Pueri obſcœnis verbis novæ nuptæ aures returant. Quo loco ad veterum reſpexit conſuetudinem, qui, ſimul ac virgo nupta detuliſſet proteſtam ad Fortunam Virginalem, pueris permittebant, ut coram ea obſcœna verba proferrent:

Digitized by Google

ferrent: ante vero Veneris vocabulis acerbæ virginis aures imbuere non licebat. Alii aliter legunt.

Retūſus, a, um, ottuſo, [illegible]. *Plin. l.* 37. *c.* 13. Ut aliæ ferro ſcalpi non poſſint, aliæ non niſi retuſo. ¶ Tranſlate ſumitur pro hebeti, minime perſpicaci. *Cic.* 1. *de Div. c.* 36. Alia, quæ acuta ingenia gignant, alia, quæ retuſa.

Revaleſco, is, lui, n. 3. riſanarſi, [illegible], Germ. *wider geſund werden*, Gal. *recouvrer la ſanté*, Hiſp. *convaleſcer*, [illegible], ad ſanitatem redeo. *Gel. lib.* 16. *c.* 13. Quod in eorum finibus, ſub ipſo oppido, ex capitali morbo revaluiſſes. *Ovid. epiſt. ult. Heroid. v.* 251. Ne tamen ignores, ope quæ revaleſcere poſſis.

Revaneſco, is, nui, n. 3. [illegible], iterum evaneſco, & in nihilum redigor. *Ovid. l.* 2. *Amor. eleg.* 9. Animique revaneſcit ardor.

Revectus, a, um, partic. a revehor. *Liv. l.* 7. Cum Conſul vulnere alligato, revectus ad prima ſigna, Quid ſtas, miles? inquit.

Reveho, is, xi, ctum, a. 3. riportare, Germ. *widerum fuhren*, Gal. *ramener*, Hiſp. *traher atras*, [illegible], refero, reduco. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Ex Syria revehunt ſtyracem. *Liv. l.* 3. *c.* 70. Nequis reveheretur inde ad prælium. *Cic. in Brut.* Sed ad paulo ſuperiorem ætatem revecti ſumus, ideſt incidimus in ſermonem de ſuperiore ætate.

Revelatio, onis, *lo ſvelare*, [illegible], actus revelandi, ſeu detegendi. *Arnob. l.* 5. Revelatio pudendorum.

Revelator, oris, *chi rivela*. *Tertul. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 25.

Revelatorius, a, um, adject. ad manifeſtandum aptus. *Tertullian. de anim. cap.* 47.

Revelatus, a, um, nom. partic. *ſvelato*. *Ovid. Faſt.* 6. *v.* 619. Ore revelato qua primum luce patebit.

Revello, is, revelli, & revulſi, revulſum, a. 3. *eſtirpare*, [illegible], Germ. *abreiſſen*, Gall. *oter a force*, *arracher*, Hiſp. *arrancar*, [illegible], vellere, avellere, auferre, detrahere. *Cic.* 6. *Ver. c.* 11. Nec prius illam crucem revelliſtis. *Id.* 13. *Phil.* Cujus totus Conſulatus eſt ex omni monimentorum memoria revulſus. *Id. in Piſon. c.* 11. Revellere tela de corpore Reipub. *Liv. l.* 5. *c.* 21. Pars clauſtra portarum revellunt. ¶ Pro altero præterito *revulſi* afferuntur duo loca *Ovidii Heroid. ep.* 6. *v.* 104. & *Metam.* 8. *v.* 585. Utrobique tamen al. leg. *revelli*.

Revelo, as, a. 1. *rivelare*, *diſcoprire*, [illegible], Germ. *entdecken*, Gall. *deſcouvrir*, Hiſp. *deſcubrir*, [illegible], detego, denudo. *Tertul. Apol. c.* 7. Tempus omnia revelat. V. Revelare.

Reveneo, is, n. 4. rurſus venum exponor. *Leg.* 5. *ff. de leg. commiſſor.* Sed ſi fundus reveniſſet. Alii leg. *ſi fundum revenaſſet*.

Revenio, is, veni, ventum, n. 4. *ritornare*, [illegible], retro venio, redeo, revertor. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 38. Cum miles domum reveniſſet.

Revendo, is, a. 3. *rivendere*. *Ulpian. l.* 27. *ff. de bon. libert.* Quoties operas liberto revendiderit.

Revera. V. Res.

Reverbero, as, a. 1. [illegible], repercutio. *Sen. l.* 1. *de Clem. c.* 5. Omnem fortunæ impetum reverberabit, & ante ſe franget.

Reverecunditer, adv. reverenter. *Enn. apud Priſcian. l.* 15.

Reverendus, a, um, *venerando*, [illegible], dignus reverentia. *Claudian. in VI. Conſul. Honor. v.* 599. Canities reverenda. *Ovid. in Ibin v.* 73. Noxque tenebrarum ſpecie reverenda tuarum. ¶ Superlat. *reverendiſſimus* legitur in *Cod. Juſtin. l.* 1. *tit.* 36. *leg.* 8. *quæ eſt Impp. Honor. & Theodoſ.*

Reverens, entis, o. *riverente*, [illegible], qui defert, ſive dat honorem. *Ovid.* 1. *Met.* Aut illa reverentior ulla Deorum. *Plin. l.* 6. *ep.* 17. Quanquam quis arto non te reverentior hujus operis? *Id. lib.* 10. *ep.* 18. Et induſtriam, & reverentiſſimus mei.

Reverenter, adv. *riverentemente*, [illegible], cum reverentia, honorifice. *Plin. l.* 7. *ep.* 31. Idem quam reverenter, quam fideliter amicos colat. *Sueton. in Octav. c.* 93. Peregrinarum cæremoniarum ſicut veteres ac præceptas reverentiſſime coluit, ita cæteras contemptui habuit. Rurſus *Plin. in Paneg. c.* 25. Quæ quidem reverentius fuerit reſervari.

Reverentia, æ, *riverenza*, [illegible], honor, quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus, ingenuus quidam pudor cum obſervantia quadam conjunctus, qualis eſt minorum natu erga majores, & civium erga Magiſtratus. *Cic.* 1. *Offic. cap.* 28. Adhibenda eſt igitur quædam reverentia erga homines.

Revereor, eris, ritus ſum, d. 2. *temere*, [illegible], Germ. *ehr und ehr beweiſen*, Gal. *reverer*, Hiſp. *tener en reverencia*, [illegible], idem ac vereor, timere. *Ter. Phor.* 2. 1. 5. Age, mitto imperium: non ſimultatem meam revereri? *Id. Hec.* 3. 1. 10. Adventum tuum ambas ſcio reveriturus. ¶ Pœne ſumitur pro honorare, honorem alicui deferre, *riverire*, *onorare*, [illegible]. *Cic.* 2. *de Invent.* Obſervantiam, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur, & colimus. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 17. Virtutem revereri. ¶ Imperſonaliter, & cum genit. *Var. apud Non.* Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei reveretur?

Revergo, is, a. 3. *rivolgere*. *Claud. Mamert. inter epiſt. Sidon. l.* 4. *num.* 2. Quin illum in aliorum commoda revergat.

Reverro, is, a. 3. rurſus, vel probe verro. *Plaut. Stich.* 2. 3. 64. Reverram hercle hoc, quod converri modo.

Reverſio, onis, *ritorno*, [illegible], Germ. *widerkommung*, Gall. *retour*, Hiſp. *tornada atras*, [illegible], actus revertendi, reditus, regreſſio. *Cic.* 1. *Phil. cap.* 1. Exponam vobis breviter conſilium & profectionis, & reverſionis meæ. ¶ *Reverſio*, & *reditus* nonnihil differre videntur, quia reverſio eſt, cum regredimur, antequam eo perveniamus, quo animum intenderamus; reditus eſt, cum cœptum iter abſolvimus. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 7. Dii immortales, quam valde ille reditu, vel potius reverſione mea lætatus effudit illa omnia, quæ tacuerat!

Reverſo, as, a. 1. *rivoltare*, iterum verſo. *Auguſtin. Confeſſion. l.* 6. *in fi.* Verſa, & reverſa in tergum, & in latera.

Reverſus, a, um, nom. partic. *ritornato*. *Manil. l.* 5. *v.* 464. Sol reverſus. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 42. Reverſus ille indicavit.

Reverticulum, i, reverſio. *Apul. l.* 4. *Florid.* Solis annua reverticula.

Reverto, is, ti, ſum, n. 3. idem ac revertor. Sed parum extra præterita uſitatum eſt. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 1. Ipſe eo quo inciderem, reverti Formias. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 10. Conſcendens jam navem Epheſo Laodiceam revertit. *Id.* 3. *Offic. c.* 10. Ut, ſi ille non revertiſſet. *Id. pro Roſc. Am. cap.* 9. Legati Ameriam re incognita reverterunt. ¶ In præſenti tempore, *Pompon. apud Non. cap.* 17. *n.* 68. Cœnam quæritet, ſi eum nemo vocat, revertit mœſtus ad me. ¶ Tranſlate *Ovid. lib.* 1. *de art. am.* Pœna reverſura eſt in caput iſta tuum. ¶ Ponitur & pro revolvere, reputare. *Id.* 1. *Taſc. c.* 30. Dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa adverſa revertens.

Revertor, eris, erſus ſum, d. 3. *ritornare*, [illegible], Ger. *widerkommen*, Gal. *retourner*, Hiſp. *tornar atras*, [illegible], redeo, quaſi retro verto. *Cic. pro Mur. c.* 41. Unde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reverti. *Terent. Hecyr.* 1. 1. 70. Domum revertor mœſtus. *Hirt. de B. Hiſp. c.* 13. Cum in oppidum reverſi eſſent. *Plaut. Pœn. prol. v.* 79. Reverti rurſus. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro rem, de qua dicere cœperamus, reſumere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 32. Sed ut ad propoſitum revertamur. ¶ Accipitur etiam pro recuperare, recipere. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Jamque eum ad ſanitatem reverti arbitrabatur. ¶ Item pro referri, redundare. *Cic. de Invent. c.* 56. Quarum tamen rerum reditio maxima pars ad corporis commodum revertitur.

Reveſtio, is, a. 4. *riveſtire*, rurſus veſtio. *Tertul. l.* 5. *carm. adv. Marcion. c.* 5. Et jam deſpectum victor ſua loce reveſtit.

Revictus, a, um, nom. partic. a revinco. *Liv. l.* 6. *c.* 26. Crimina revicta rebus, verbis confutare nihil attinet. h. e. purgare, ſoluta. *Id. l.* 40. *c.* 16. Ut omnibus appareret, noctis proximæ crimen facile revictum.

Revideo, es, a. 2. *rivedere*. *Plaut. Trin.* 2. 2. 65. Nunc ad heram revidebo, h. e. rurſus ad heram accedam.

Revigeo, es, n. 2. rurſus vigeo. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 16. Multaque ſæcula poſt reviguit Pythagoreorum nomen. Ita legit *Non. c.* 9. *n.* 12. Alii *ſic viguit*.

Reviliſco, is, n. 3. *divenir vile*, vilis fio. *Sen. de tranq. an. c.* 15. Ne adſueta oculis virtus reviliſcat.

Revincibilis, le, adject. *che ſi può convincere*. *Tertul. de reſur. carn. c. ult.* Materiæ iiſdem ſacris literis revincibiles.

Revincio, is, nxi, nctum, a. 4. *legare*, [illegible], Germ. *widerbinden*, Gall. *relier*, Hiſp. *atar*, [illegible], idem ac vincio, vel retro vincio, vel vehementer, & arcte vincio. *Propert. l.* 3. *eleg.* 10. *v.* 11. Latus enſe revinxit. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 23. Revinciuntur introrſus, & multo aggere veſtiuntur. *Catul. carm.* 62. (al. 56.) Revincire mentem amore. ¶ Significat etiam ſolvere, *ſlegare*. *Col. l.* 1. 1. 8. Num villicus aut alligaverit quempiam domino neſciente, aut revinxerit.

Revinco, is, ici, ictum, a. 3. *convincere*, [illegible], convinco, confuto. *Cic. pro Arch. c.* 6. Nunquam enim hic neque ſuo, neque amicorum judicio revincetur. *Ovi. l.* 6. 1. 2. Cum in culpa, & maleficio revicti ſunt. *Liv. l.* 6. *c.* 26. Revincere crimen. V. Revictus.

Revinctus, a, um, *ben legato*. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Ancheræ pro funibus ferreis catenis revinctæ.

Revirens, tis, nom. partic. *rinverdeggiante*. *Albinovan. de morte Mecæn. v.* 113. Redditur arboribus florens revirentibus ætas.

Revireſco, is, revirui, n. 3. *rinverdeggiare*, Germ. *widergrunen*, Gal. *reverdir*, Hiſp. *reverdecerſe*, [illegible], iterum viridis fio, ad priſtinam viriditatem revertor. *Colum. l.* 5. *c.* 1. Nec revireſcere, nec repubeſcere poteſt. *Ovid.* 2. *Metam.* Læſaſque jubet revireſcere ſylvas. ¶ Tranſlate ſumitur pro reviviſcere, renaſci, renovari. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 14. Impoſitæ vero res, & acerbæ, ſi erunt relictæ, quamquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renovandum bellum revireſcent. *Id. Att. l.* 15. Ille enim nunquam reviruiſſet.

Reviſio, onis, *il rivedere*. *Claud. Mamert. inter epiſt. ad Sidon. l.* 4. *n.* 2. Reviſionis poteſtas multis modis intercluditur.

Reviſito, as, a. 1. freq. a reviſo. *Plin. l.* 27. *cap.* 3. Nundinis rebem reviſitabant.

Reviſo, is, ſi, ſum, a. 3. *ritornare a vedere*, [illegible], Germ. *widerumb gehenſehen*, Gall. *retourner a voir*, Hiſp. *tornar otra vez a ver*, [illegible], redeo, ut videam, redeo ad videndum. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 14. Reviſe nos aliquando. *Id. pro Quinct.* Hic, cum rem Gallicanam cuperet reviſere. *Gel. l.* 13. *c.* 19. Cum valebo ab oculis, reviſe ad me. *Lucret. l.* 2. *v.* 360. & crebra reviſit ad ſtabulum.

Reviſceratio, onis, viſcerum reparatio. *Tertul. de reſur. carn. c.* 30.

Reviviſicatus, a, um, adject. ad vitam revocatus. *Tert. de reſur. carn. c.* 19.

Reviviſcens, entis, o. 3. partic. a reviviſco. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 4. Ut ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reviviſcentis Reipublicæ.

Reviviſco, is, n. 3. *tornar' in vita*, *riſuſcitare*, Ger. *wider lebendig werden*, Gal. *revivre*, *retourner la vie*, Hiſp. *tornar a vivir*, [illegible], rurſus vivus fio, ad vitam redeo. *Cic.* 4. *Fin. c.* 22. Quid ſi reviviſcant Platonici illi, & deinceps illi, qui auditores eorum fuerunt? *Plin. l.* 11. *c.* 28. Nullis cornua penna reviviſcant evulſæ. ¶ Tranſlate ponitur pro renaſci, & ad priſtinum ſtatum redire. *Cic.* 7. *Phil. c.* 1. Senatum dolent ad auctoritatis priſtinæ ſpem reviviſcere. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 23. Idem poſteaquam reſpirare vos a metu cædis, emergere auctoritatem veſtram a fluctibus illis ſervitutis, reviviſcere memoriam, ac deſiderium mei vidit.

Revivo, is, ixi, ictum, n. 3. *tornar' a vivere*. Habet uſum aliquem in præteritis: cæterum pro eo *reviviſco* uſurpatur. *Ovid.* 1. *de Pont. eleg.* 4. Et jam deficiens ſic ad tua verba revixi. *Cic. in Piſon. c.* 27. Avum ſuum revixiſſe putes. *Id. Att.* 6. *ep.* 2. Omnes ſuis legibus uſæ revixerunt.

Reunctor, oris, is, cujus miniſterio utuntur Medici, qui iatroleptice, ideſt unctoriam Medicinam exercent. Patavini noſtri per jocum vocant *ſcalda e paſa*. *Plin. l.* 29. *cap.* 1. Reunctoribus quoque Medicorum, ac mediaſtinis vectigal invenit.

Revocabilis, & le, o. 3. quod poteſt revocari. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 264. Cum jam revocabile telum Non fuit. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 488. revocabile damnum. h. *e.* reparabile.

Revocamen, inis, n. idem ac revocatio. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 561. Accipio revocamen, ait.

Revocatio, onis, *richiamo*, *ritorno*, [illegible], actus revocandi. *Cic.* 13. *Phil. c.* 7. Receptui ſignum, aut revocationem a bello audire non poſſumus. *Id.* 3. *Tuſc.* Avocatione a cogitanda moleſtia, & revocatione ad contemplandas voluptates.

Revocator, oris, qui revocat. *Quintil. declam.* 10. *ſub fin.* Magus revocator animarum.

Revocatorius, a, um, adject. ad revocandum, ſeu extrahendum pertinens, ut emplaſtrum revocatorium. *Theodor. Priſcian. l.* 2. *c.* 32.

Revocatus, a, um, *richiamato*, [illegible], rurſus vocatus. *Cic. in Rul.* Qui provocati a me venire noluerunt, revocati ſaltem revertuntur. *Virg.* 5. *Æn.* Revocatus a morte. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 5. lenta revocatas ruminat herbas. hoc eſt a ſtomacho ad os retractas.

Revoco, as, avi, atum, a. 1. *rivocare*, *richiamare*, [illegible], Germ. *widerumbruffen*, Gall. *revoquer*, *rappeller*, Hiſp. *revocar*, *tornar a llamar*, [illegible], retrorſum voco, rurſus voco. *Cic. pro Quinct.* Revocares eum, quem in Galliam miſeras? ¶ Ponitur aliquando pro mutuo vocare, auctore *Nonio*. *Varro apud eund. cap.* 2. *num.* 751. Qui nos provocare, ac vocare cum audeant, nos illos revocare timemus. *Phædr. fab.* 27. Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam prior invitaſſe. Quæ vulpem cum revocaſſet, &c. ¶ Tranſlate ſumitur pro retrahere, abducere. *Cic.* 2. *de Div.* Quod Dejotarum neceſſarium noſtrum ex itinere aquila revocavit. *Id.* 2. *de Leg.* Quam multos divini ſupplicii metus a ſcelere revocavit? ¶ Item pro adducere, reducere. *Cic. pro Cluent.* Cum Tribunus Pleb. Populo concitato rem pene ad manus revocaviſſet. *Id. pro Cæc. c.* 27. Populi R. cauſa, civitatis jus, bona, fortunæ, poſſeſſioneſque in dubium, incertumque revocabuntur. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 23. Revocare ad vitam. *Id. in Brut. c.* 3. Ad priſtina ſtudia ſe revocare. *Id. de Amic. c.* 16. Ad potentiam ſuam omnia revocare. h. *e.* ſibi ſubjicere. *Id. Ver.* 5. *cap.* 91. An me ad M. Antonii æſtimationem frumenti, exactionemque pecuniæ revocaturus es? h. *e.* dices Verrem imitaturum fuiſſe M. Antonium in æſtimatione frumenti? Supra dixerat *cap. præced.* Quo me igitur, aut ad quæ exempla revocas? h. *e.* ad audiendum vocas,

eas, reduxiſque. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Revocare aliquid in lucem. ¶ Item pro reſumere, repetere. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 1. Intermiſſa ſtudia revocare. *Id. Fam.* 7. *ep.* 26. Revocare vires. ¶ Item referre, reducere. *Id.* 3. *Off.* Cum ad veritatem cœpi revocare rationem. *Id.* 2. *Fin.* Ad ſcientiam omnia revocare. *Id. pro Dom.* Revocare aliquid ad conjecturam. ¶ Item pro infectum, aut irritum reddere. *Senec. de benef. l.* 4. revocare promiſſum. *Ovid.* 9. *Met.* Si facta mihi revocare licet. ¶ Item pro reſtaurare, renovare. *Suet. in Claud. c.* 22. Aut exoleta revocavit, aut etiam nova inſtituit. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 20. Antiquam duramque militiam revocabat. ¶ Revocare ſe, eſt mutare ſententiam. *Cic.* 4. *Acad. c.* 17. Vinolenti dubitant. hæſitant, revocant ſe interdum. ¶ Revocare ab Inferis, eſt reſuſcitare. *Cic. pro Mil. c.* 29. Etiamſi propter amicitiam vellet eum ab Inferis revocare. ¶ Ad curam revocare aliquid, eſt cum cura, & diligentia facere. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Si vero vetus revocetur ad curam. ¶ Revocare villicum ad rationem operum, *chiamar' a render conto*. *Cato de R. R. c.* 2. ¶ Revocare pedem, *tornar' in dietro*. *Virg. Æn.* 9. Revocatque pedem Tiberinus ab alto. ¶ Revocare legentem, eſt jubere ut verbum male pronunciatum repetat. *Plin. l.* 3. *ep.* 5.

Revŏlo, as, n. 1. *volar' in dietro*, Germ. *widder hinderſich fliegen*, Gal. *revoler, ravoler*, Hiſp. *volar atras*, ἀναπέτομαι, retro volo. *Cic. de nat. Deor.* 2. *c.* 49. Revolat, ut ipſa quoque quieſcat. ¶ Sumitur etiam pro rurſus volare. *Virg.* 1. *Georg.* Cum medio celeres revolant ex æquore mergi. ¶ Translate ſumitur pro celeriter ire, aut venire. *Paterc. l.* 2. *c.* 123. Illa ad patrem expectato revolavit.

Revolūbilis, & le, n. 3. ἀνέλικτος, quod revolvitur. *Ovid. in Ibin. v.* 181. Siſyphe, cui tradas revolubile pondus, habebis.

Revolvo, is, volvi, utum, a. 3. *rivolgere, volger ſottoſopra*, [illegible], Germ. *widderumbhin walzen*, Gall. *rouler derechef, feuilleter*, Hiſp. *rebolver*, ἀνακυλίω, iterum, ſive retrorſum volvo. *Col. l.* 8. *c.* 17. Quoniam gelidum ab imo fluctum revolvit in partem ſuperiorem. ¶ Metaleptice ſumitur pro legere. *Liv. l.* 34. *c.* 3. Tuas adverſum te origines revolvam. *Martial. l.* 11. *epig.* 1. Qui revolvant noſtrarum tineas ineptiarum. *Stl. l.* 8. Revolvere antiqua. ¶ Translata accipitur pro iterum agere, pati, experiri. *Virg.* 9. *Æn.* Rurſus perplexum iter omne revolvens fallacis ſylvæ. *Id. l.* 10. Iterumque revolvere caſus da Pater Iliacos Teucris. ¶ Item pro reducere, redire, recidere. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 26. Itaque revolvor identidem in Tuſculanum. *Id.* 2. *de Or.* Omnia neceſſario a tempore, atque homine ad communes rerum, & generum ſummas revolventur. *Idem* 4. *Acad. cap. ult.* Ego ne, inquit, ad patris revolvor ſententiam? *Id.* 2. *Div. c.* 5. Eodem revolveris. h. e. eadem dicis.

Revolūtus, a, um, ἀνελιχθεὶς, *rivolto*. *Liv. l.* 4. Revolutos ad diſpenſationem inopiæ. *Virg.* 11. *Æn. v.* 256. Et interea revoluta ruebat Matura jam luce dies. *Id.* 9. *Æn. v.* 476. Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa. h. e. incompoſita excidere. *Ovid.* 4. *Faſt.* Secla revoluta. h. e. tranſacta.

Revŏmo, is, mui, mitum, a. 3. *vomitare*, idem quod evomo. *Plin. l.* 10. *c.* 72. Dracones avibus devoratis ſolidis, concoctione plumas, & oſſa revomunt. ¶ Translate ſumitur pro ejicere. *Lucr. l.* 2. *v.* 199. Tam cupide ſurſum revomit magis, atque remittit. Al. leg. removet.

Reverto, is, a. 3. V. Revertor.

Reus, i, m. & rea, æ, f. *reo, e rea*, רשע, Germ. *beklagter*, Gall. *coupable*, Hiſp. *reo*, ὑπαίτιος, dicitur omnis, qui arguitur, ſeu quicunque in litem adducitur, etiamſi nihil admiſerit, cui opponitur *actor*, qui reum in judicium vocat. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Innocens reus multis veriſimilibus premitur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 43. Reos appello non modo eos, qui arguuntur, ſed omnes, de quorum re diſceptatur. *Et infra, c.* 69. Reos appello, quorum res eſt. *Id. Fam.* 13. *ep.* 54. Ut ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. ¶ Reus alicujus rei, vel de aliqua re dicitur, qui rem aliquam commiſit, propter quam accuſatur. *Cicer. pro Syl.* Reus de pecuniis repetundis. *Id. ad Brut. ep.* 4. Alienæ culpæ reus. ¶ Reus alicujus hominis eſt, qui ob eum accuſatur. *Id. pro Mil. c.* 13. Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius. ¶ Reum aliquem agere, facere, poſtulare, deferre, eſt accuſare. *Plin. l.* 2. *c.* 7. *de fortuna.* Una accuſatur, una agitur rea. *Cic. in Divin. Ver. c.* 2. Cum a me reus factus eſt. *Rurſus Plin. l.* 33. *c.* 2. Ut quadringentos de ea cauſa reos poſtularet. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Deferre reum criminis. ¶ Reum peragere, eſt condemnare. V. *Perago.* ¶ Apud JCtos reus dicitur interdum, qui ad aliquam rem præſtandam tenetur. Sic reus ſatisdandi eſt, qui fidejuſſore dato obligatus eſt. *Ulp. l. qui hominem, Dig. de ſolution.* Et reus promittendi, qui promiſit. *Modeſtin. lib.* 2. *Dig. de duob. reis conſtit.* ¶ Translate uſurpatur etiam extra forum, pro quocunque promiſſore, ut *Reus voti*, qui ſuſcepto voto ſe Deo, vel Cœlitibus obligat. *Virg.* 5. *Æn. v.* 236. Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum conſtituam ante aras voti reus. Sic apud *Liv. l.* 25. reus tutandæ ſtationis dicitur, qui ea lege ſtationem ſervat, ut ſi quid adverſi acciderit, ei imputetur.

Revulsio, onis, ἀποσπασμὸς, actus revellendi, abſtractio, detractio. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Sed ratio deprehendit vitium unius ſchedæ revulſione plures infeſtante paginas.

Revulſus, a, um, ἀποσπασθεὶς, *ſtrappato*. *Ovid.* 12. *Metam.* Saxumque a monte revulſum Mittere conatur.

Rex, gis, m. *Re*, מלך, Germ. *Konig*, Gal. *Roy*, Hiſp. *Rey*, Βασιλεὺς, qui habet imperium alicujus regionis, vel etiam unius urbis, a *rego*. Differt a *Tyranno*, quia Rex ſubditorum utilitatem reſpicit, Tyrannus eſt, qui omnia ad privatum ſuum commodum pro libidine refert. *Cic.* 3. *Fin.* Rectius magis appellabitur Rex, quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit. ¶ Reges Romanorum ſeptem fuere, qui regnarunt annos 244. circiter, Regnum propter libidinem amiſere. Nam cum Sextus Tarquinius Superbi filius ſtuprum per vim Lucretiæ intuliſſet, & illa coram patre, & viro ſe ſua manu interemiſſet, L. Junius Brutus caſtiſſimum cadaver in Forum Romanum afferendum curavit, & vocata concione fecit primum multitudini, ut Rex, qui tum ad Arduam bellum gerebat, in perpetuum ab Urbe excluderetur cum filiis, pulſis in exilium omnibus agnatis, qui Romæ eſſent; deinde univerſum Populum jurejurando adegit, ſe nunquam paſſurum, aliquem regnare in Urbe, quibuſcunque belli externæ gentes Reges reducere conarentur. *Liv. lib.* 1. & 2. ¶ Poſtea itaque creatis conſulibus, adeo exoſum fuit Romanis nomen regis, ut eo ad invidiam conflandam potentiſſimis civium uterentur. Hinc *Cic. Agr.* 2. *c.* 6. ut in agrariæ legis auctores odium populi concitet, vocat eos reges ærarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius reip. & orbis terrarum dominos. V. etiam *eund.* 3. *Offic. c.* 21. & *Sueton. in Caſ. c.* 79. ¶ Aliquando Rex ponitur etiam pro regnatore, domino. *Virg.* 1. *Æn.* Hinc Populum late Regem, belloque ſuperbum venturum excidio Libyæ. ¶ Item pro potentiore, & eo, quem nobis veluti in patronum eligimus, quem ſequamur. *Martial. l.* 2. *ep.* 18. Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo Regis. *Colum. in præf. l.* 1. Somnumque Regis ſui rumoribus auſcultare. ¶ Item pro divite, qui a clientibus colitur. *Hor. l.* 2. *Carm. od.* 14. Sive Reges, ſive inopes erimus coloni. ¶ Item pro modimperatore, ſeu magiſtro convivii, qui modum imperat, quo convivæ bibant. *Macrob. l.* 3. *Sat. c.* 1.

Ipſe Rex menſæ, nec in moribus Socrate minor. ¶ Item pro eo, qui paraſitos alit. Eſt ab illa conſuetudine, quæ eum, quem Latini vocant *magiſtrum convivii*, Græci dicunt βασιλέα, & quem *Cicero de Senect.* appellat *magiſterium*, hinc *Horat. l.* 1. *od.* 4. regna vini appellat. *Plaut. Cap.* 1. 1. 24. Poſtquam meus Rex eſt potitus hoſtium. *Ter. Phor.* 2. 2. Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam Regi refert. ¶ Item pro rectore, moderatore, magiſtro. *Hor. l.* 1. *od.* 36. Memor actæ non alio Rege puertiæ. ¶ Rex ſacrorum, ſeu Rex Sacrificulus erat Sacerdos apud Romanos, qui publica quædam ſacra olim per Reges factitata obibat. Creari cœptus eſt L. Junio Bruto, & M. Valerio Coſſ. Ejus creandi occaſionem dedit, quod, cum nuper, exactis Regibus, pleraque ſacra a ſolis Regibus olim conſueta vacare viderentur, id moleſte admodum Populus ferebat, utpote quia cultui divino Regum expulſione videretur derogatum. Sacerdotem igitur creari placuit, quem, quo minus illi auctoritatis deeſſet, Regis nomine decorarunt, *Sacrorum Regem* appellantes. Subjecerunt tamen Pontifici Maximo, ne, ſi nullius ditioni fuiſſet ſuppoſitus, jam exacti Reges reducti eſſe viderentur, vel crederentur. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 6. Lucius Claudius rex ſacrorum. *Liv. l.* 2. Regem ſacrificulum creant. ¶ In rebus inanimis rex dicitur, qui aliqua re ſupra cætera excedit. *Virg.* 1. *Georg.* Fluviorum rex Eridanus.

R ANTE H.

Rha, æ, m. 1. *la Volga*, fl. ingens Sarmatiæ, ſupra Pontum, & Boſphorum Cymmerium, qui aliis receptis fluminibus, in mare Caſpium ſe exonerat, tanta vi aquarum, ut ad 60. M. P. illud dulce reddat, teſte Sigiſmundo Erberſtenio. Alicubi accedit ad Tanaim fl. ad 7. leucas. In ripis hujus fluminis naſcitur nobilis illa radix, quam rha Ponticum vocant. V. *Ammian. l.* 22. *c.* 16.

Rha, æ, ῥᾶ, radicis genus. Sic vocatur a Rha fluvio, juxta quem creſcit. *Ammian. Marcel. l.* 22. *c.* 16. *Plin. l.* 27. *c.* 12. rhacomam vocat. *Celſus* radicem Ponticum appellat. Itali vocant *rapontico*, & *reupontico*.

Rhacīnus, i, m. piſcis pulli coloris, memoratus ab *Ovid. in Halieut.* ut teſtatur *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Rhacōma, æ, f. herbæ ſpecies, eadem, quæ rha. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Rhacoma affertur ex his, quæ ſupra Pontum ſunt, regionibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor, & rufior paulo, ſine odore, calfaciens guſtu, & aſtringens, &c.

Rhadamanthus, i, Ῥαδάμανθος, filius Jovis, & Europæ, frater Minois, Legumlator Cretenſium una cum fratre. Regnaſſe dicitur in Lycia. Juſtiſſimus fuit. Hinc a Poetis judex inferorum fingitur. *Virg.* 6. *Æn.* Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna. ¶ In 3. declinat. *Plaut. Trin.* 4. 2. 83. Illum reliqui ad Rhadamanthem.

Rhadĭne, es, f. ῥαδινὴ, gracilis, tenella, de puella dictum a *Lucr. lib.* 4. *ver.* 1160.

Rhæti, m. 2. *Grigioni*, pop. Rhætiæ. *Horat. l.* 4. *od.* 4. & 14.

Rhætia, æ, *Rezia*, *Varna*, regio Europæ, quæ, ut lib. 2. Ptolemæus refert, ab Occ. limites habet montem Adulam, & fontes Danubii, & Rheni, ab Or. Lycum fl. qui in Danubium exit, & Rhætiam a Vindelicia dividit, a Sept. Danubium, a Mer. Alpes, ſupra Galliam Ciſalpinam. Rhætia recens continet tantum partem Occidentalem Rhætiæ propriæ, ubi Griſones. *Claudian. de Bel. Get. v.* 330. Prominet Hercinia confinis ſilvæ. V. *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Rhæticus, a, um, adject. a Rhætia, ut Rhætica juga, *monte Braulio*, montes, qui ad Inſubrum, & Cenomanorum confinia extenduntur. ¶ Rhæticum vinum. *Suet. in Aug. c.* 78. Sic Rhætica (vel Retica) vitis. *Colum. l.* 3. *c.* 2.

Rhagădes, dum, gen. fœm. ῥαγάδες, & rhagadia, um, n. dicuntur ſciſſuræ in partibus mollioribus, ut in labiis, in pedibus, in ano, & pudendis. *Plin.* 23. *c.* 4. Attrita ſanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. *Id. ibi. c.* 7. Arboris ipſius cinis ex melle ſedat rhagadia.

Rhagion, n. 2. ῥάγιον, parvus acinus, apud Græcos. Hinc & genus aranei. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Vocatur & rhagion acino nigro ſimilis, ore minimo ſub alvo, pedibus breviſſimis tanquam imperfectis, &c.

Rhamnuſes. V. Ramnenſes.

Rhamnos, i, f. *ranno*, ῥάμνος, genus rubi albi. *Plin. l.* 24. *c.* 14. Item genera ruborum rhamnos appellatur a Græcis, candidior, & fruticoſior. Is floret, ramos ſpargens rectis aculeis, non, ut cæteri, aduncis, foliis majoribus, &c.

Rhamnus, untis, f. 3. Ῥαμνοῦς, pagus Atticæ, in Tribu Æantide, inter Athenas, & Cherſoneſum, inſignis Amphiarai templo, & Nemeſis ſimulacro. *Plin. l.* 4. *c.* 7. & *l.* 36. *c.* 5. ¶ Rhamnus item opp. & portus Cretæ, in occidua parte, inter Phalaſarnen, & Cherſoneſum, vel inter Lycaſtum, & Lyctum. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Rhamnūſis, idis, f. idem ac Venus Rhamnuſia, id eſt Nemeſis. *Ovid.* 14. *Met. v.* 694. Memoremque time Rhamnuſidis iram.

Rhamnuſius, a, um, Ῥαμνούσιος, quod eſt ex Rhamnunte, vel ad Rhamnuntem ſpectat. *Ter. Andr.* 3. 4. 26. Hoc certe ſcio, Rhamnuſium ſe ajebat. ¶ Rhamnuſia Venus, ſeu Rhamnuſia ſimpliciter, eadem, ac Nemeſis, Dea indignationis, quæ etiam Adraſtia a Zenodoto vocatur, quæ ab iis pœnas repetere exiſtimabatur, qui præſentibus bonis ſe indignos præbuiſſent. Hinc cum Narciſſus formæ bonitate abuteretur ſuperbius, adverſus eum hæc Dea indignata eſſe dicitur, ea quo ille a ſe ipſo interiit. Hujus ſimulacrum Agoracritus Parius Phidiæ diſcipulus fecit. Cum certaviſſent inter ſe Agoracritus, & Alcamenes Athenienſis, ambo diſcipuli Phidiæ, in Venere facienda, Alcamenes vicit, non opere, ſed civitatis ſuffragiis contra peregrinum populari ſuo faventis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, & appellaſſe Nemeſin. Id poſitum eſt in Rhamnunte pago Atticæ. M. Varro omnibus ſignis prætulit. *Plin. l.* 36. *c.* 5. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 8. Exiget ut dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Rhaprion, i, n. herba, eadem quæ leontopetalon. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Rhaphānus. V. Raphanus.

Rhaphius, ii, m. 2. idem quod chaus, animal effigie lupi, pardorum maculis. *Plin. l.* 8. *c.* 19. Pompeii Magni primum ludi oſtenderunt chaum, quem Galli raphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis.

Rhapſodia, æ, ῥαψῳδία, contextum carminum, præſertim heroicorum, liber verſuum, a ῥάπτω, *conſuo*, & ᾠδὴ, *carmen*. Hoc nomine appellati ſunt carmina Homeri, quia cum ante diſſipata eſſent, disjectaque, a Piſiſtrato, vel filio ejus Hipparcho in libros, ſeu rhapſodias digeſta ſunt, ut & *Cicero* ſcribit *l.* 3. *de Or. c.* 34. *Corn. Nepos in Dion. c.* 6. Et verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia.

Rhea, æ, f. 1. Ῥέα, filia Cœli, & Terræ, quæ aliis nominibus dicitur Cybele, Berecynthia, &c. V. *Cybele*. ¶ Rhea Silvia, filia Numitoris regis Albanorum, mater fuit Romuli & Remi. *Liv. l.* 1. *c.* 4.

Rhebas, æ, m. fluvius ad fauces Boſphori. *Plin. l.* 6. *c.* 1.

Rheda, æ, f. *cocchio, carretta*, צב, Germ. *wagen*, Gall. *coche*, Hiſp. *coche*, ῥαίδα, ῥαίδιον, ζεῦγος, carruca, genus vehiculi currus quatuor rotarum ad geſtandum homines idonei. Eſt vox Gallica, teſte *Quintil. l.* 1.

Digitized by Google

l. 1. c. 5. Cic. Att. l. 5. ep. 17. Hanc epiſtolam dictavi ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer. *Caſ. l. 1. B. G.* Omnemque aciem ſuam rhedis, & carris circumdederunt.

Rhedarius, ii, ζευγηλάτης, auriga, rector rhedæ. *Cic. pro Mil. c. 10.* Adverſi rhedarium occidunt. ¶ Item qui rhedas facit. *Capitolin. in Maxim. & Balbin. c. 5.* Pater fuit faber ferrarius, vel ut alii rhedarius vehicularius fabricator.

Rhedarius, a, um, quod ad rhedam ſpectat, ut Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. *Var. l. 3. R. R. c. 17.*

Rhedŏnes, ſeu Redones, m. 3. pop. Galliæ Celticæ, in Aremoricis, in Britannia minore, verſus Cenomanos, quorum urbs item Rhedones, ſeu Redones, ſeu Rhedonæ, & Condata Rhedonum, hodie *Rennes*, vel *Rennes*, ad Vidanam fl. *Caſ. l. 7. B. G.*

Rheginus, a, um, adject. *di Reggio*, ut Rhegina litora, *Sil. l. 13. v. 94.* ¶ Rhegini, orum, Rhegii incolæ. *Cic. pro Arch. c. 3.*

Rhegium, n. 2. & Rhegium Julium, *Reggio*, urbs Italiæ, in Regno Neapolitano, in ora freti Siculi, ex adverſo Siciliæ inſ. & Meſſanæ urbis. Conditum fuit a Chalcidenſibus. Dictum eſt a ῥήγνυμαι, *frangor*, quod inde Sicilia olim continenti juncta vi fluctuum terræ fractione avulſa fuerit. *Juſtin. l. 4. c. 1. Ovid. 14. Met. Plin. l. 3. c. 8.*

Rhemi, ſeu, & melius Remi, ſeu etiam Remenſes, pop. Galliæ Belgicæ, inter Treviros, & Virodunos ad Or. Catalaunos ad Mer. Sueſſiones ad Occ. & Arduennam ſylvam ad Bor. quorum urbs item Rhemi, *Reims*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Rhenānus, a, um, adject. ad Rhenum pertinens. *Mart. l. 9. epigr. 36.* Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.

Rheni, m. 2. *Rhyngawer*, pop. juxta Rhenum, inter Rhætos, & Helvetios, quorum regio Rhingovia, *Rhyntal. Plin. l. 4. c. 17. Perſ. ſat. 6. v. 47.*

Rheno, onis, m. 3. διφθέρα, veſtis pellicea, propria Gallorum, Germanorumque, ab humeris dependens uſque ad umbilicum. Ita dicebatur a Rheno Germaniæ flumine, cujus accolæ eo frequenter utebantur, vel a ῥηνός, quo pellis ſignificatur. Rhenonum meminit *Var. l. 4. de L. L. Caſ. de B. G. l. 6. c. 20. Salluſt. apud Chariſ. Sidon. l. 4. ep. 20.*

Rhenus, i, m. vel Rhenum, i, n. *Reno*, Germ. *Rhyn*, & *Rhein*, Gall. *le Rhin*, ῥῆνος, fl. Germaniæ, poſt Danubium maximus, antiquus Galliæ, & Germaniæ terminus a fontibus ad oſtia. Oritur ex Alpibus, ex Adula monte, in parte occidentali Rhætiæ, & varias alluens provincias, tandem in Oceanum Germanicum duobus oſtiis influit. V. *Plin. l. 4. c. 14. 15. & 17. & l. 9. c. 15. Virg. 8. Æn.* Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis. *Horat. de ar. poet. v. 18.* Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus. ¶ In plurali num. *Perſ. ſat. 6. v. 47.* ingentaſque locat Cæſonia Rhenos. h. e. Rheni imagines in triumpho portandas. ¶ Rhenus alter, *Reno*, fl. Italiæ priore minor. Oritur ex Apennino monte, fluit per Galliam Togatam, & per agrum Bononienſem, ac demum in proximis vallibus deſidit. *Plin. l. 3. c. 16. & l. 16. c. 36. Syl. l. 8.* parvique Bononia Rheni.

Rheſus, m. 2. ῥῆσος, filius unius ex Muſis, Rex Thraciæ, qui in auxilium Trojanorum venit. De hoc ab Oraculo Delphico Græcis reſponſum eſt, eos Troja non potituros, niſi equos Rheſi abducerent, antequam Trojanis herbam guſtarent, & de Xanthi aqua biberent. Omnia alia habuiſſe fertur, equos, tentoria, &c. Diomedes, & Ulyſſes a Græcis miſſi ex Troade profecti ſunt, exploraturi, quonam Rheſus veniret, & in ſylvis latitavere. Cum igitur Rex ad Troadis fines acceſſiſſet, & noctu caſtrametatus eſſet, Diomedes, & Ulyſſes circa primam quietem caſtra ingreſſi ſunt, Rheſum interfecere, exercitum ejus partim ceciderunt, partim fugarunt, denique equos abduxerunt, antequam fatalem herbam, & aquam attingerent. *Cic. 3. de nat. Deor. Virg. 1. Æn. Ovid. 13. Met.*

Rhetor, oris, *maeſtro di Rettorica*, Germ. *meiſterliches reden*, Gall. *Rhetoricien*, Hiſp. *Retorico*, ῥήτωρ, qui Rhetoricam, ſive artem Oratoriam docet, a ῥέω *dico*, *eloquor*. Differt ab *Eloquente*, ab *Oratore*, a *Declamatore*, a *Sophiſta*, quod *Rhetor* ſit, qui Rhetoricam profitetur, ſeu qui docet, vel ſcribit præcepta de bene dicendo, *Eloquens* autem, qui excellit facultate, vel virtute bene dicendi, *Orator*, qui in judiciis, concionibus, & Senatu cauſas agit, *Declamator*, qui aut docendi alios, aut exercendi ſe gratia fictas cauſas agit, ut in veris poſtea cauſis poſſit orare, *Sophiſta*, qui artificioſas orationis delicias affectat. *Cic. de Or.* Eos, qui Rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere. *Id. 4. Phil.* Quaſi Rhetor ille te diſertum facere potuiſſet. *Martial. l. 2. ep. 64.* Dum modo Cauſidicum, dum te modo Rhetora fingis. ¶ Aliquando ponitur pro Oratore. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Quaſi vero perpetua oratio Rhetorum ſolum, non etiam Philoſophorum ſit. Adde *de Orat. c. 5.*

Rhetorica, æ, & Rhetorice, es, f. 2. *Rettorica*, Germ. *Rhetoriſey*, Gall. *Rhetorique*, Hiſp. *Retorica*, ῥητορική, eſt ars, vel doctrina bene dicendi. *Quintil. l. 2. c. 15.* Huic ejus ſubſtantiæ maxime conveniet finitio, Rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. *Id. l. 2. c. 1.* Rhetoricen exercere. *Cic. 2. Fin. c. 6.* Omnem vim loquendi in duas tributam eſſe partes, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe.

Rhetorice, adv. *rettoricamente*, ῥητορικῶς, Rhetorum more, oratorie, copioſe, ornate. *Cic. 2. Fin. c. 6.* Rhetorice igitur, inquam, nos mavis, quam Dialectice, diſputare? *Id. in Brut. cap. 11.* Hanc enim mortem rhetorice, & tragice ornare potuerunt.

Rhetorica, m, o. 1. idem, ut rhetoricor, apud vet. *Novius apud Non. c. 17. n. 68.* Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde, quod te rogo.

Rhetoricor, aris, d. 1. ῥητορεύω, Rhetorum more loquor. *Tertul. de reſur. carn. c. 5.* Ita nos rhetoricari provocant Hæretici.

Rhetoricotĕros, a, um, ῥητορικώτερος, magis Rhetor, compar. more Græcorum. *Cic. 5. de Or. cap. 43. ex Lucilio.* Craſſum habet generum, ne Rhetoricotero' tu ſis.

Rhetoricus, a, um, *Rettorico*, *appartenente alla Rettorica*, ῥητορικός, quod ad Rhetoricam pertinet. *Cic. 2. de Or.* Nos vero te Rhetoricis nunc quibuſdam libris, quos tu agreſtes putas, inſequor, ut erudiam. *Id. 4. Fin. c. 3.* Quanquam ſcripſit artem Rhetoricam Cleanthes. *Id. 1. de Orat.* Rhetorici doctores. ¶ Interdum ſine ſubſtantivo ponitur in genere maſc. præſertim in num. pl. in qua uſurpatione ſubintelligi debet *liber*, vel *libri*. *Quinctil. l. 3. c. 5.* Sicut & Ciceronis quoque Rhetorico primo manifeſtum eſt. *Id. l. 3. c. 1. de Cicerone.* Niſi & Rhetoricus ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret. ¶ In neut. gen. *Cic. de Fato, c. 2.* Mihi rhetorica veſtra ſatis nota ſunt.

Rhetoriſcus, i, m. diminut. a *Rhetor*, contemptum ſignificans. *Gel. l. 17. c. 20.* Heus, inquit, tu rhetoriſce (ſic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat) vides ne, inquit, &c.

Rhetoriſſo, as, n. 1. ῥητορίζω, rhetorice loquor. *Pompon. apud Non. cap. 2. n. 742.* Doluiſti uxorem nunc, & propter me cupis concedere, & jam rhetoriſſas.

Rhetra, æ, f. dictio, oraculum, lex, ῥήτρα, a ῥέω, *dico*. Hoc nomine appellatæ ſunt leges Lycurgi a Lacedæmoniis. *Ammian. l. 16. c. 5.* Tanquam adſtrictus ſumptuariis legibus viveret, quas ex rhetris Lycurgi, & axonibus Romam translatas, & ſeneſcentes paulatim, reparavit Sylla dictator.

Rhetus, vel Rhœtus, i, ῥοῖτος, unus Gigantum, quem Dionyſus in leonem converſus necidit. *Hor. l. 3. ode 4. Valer. 1. Argon.* ¶ Item unus Centaurorum. *Lucan. l. 6.*

Rheumaticus, a, um, *catarroſo*, ῥευματικός, qui rheumatiſmo, ſeu fluxione laborat. *Plin. l. 29. c. 6.* Aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.

Rheumatizo, as, n. 1. rheumatiſmo laboro, ῥευματίζομαι. *Theodor. Priſcian. l. 1. c. 12.*

Rheumatiſmus, i, m. 2. ῥευματισμός, *fluſſione*, *catarro*, fluxus, eruptio. *Plin. l. 22. c. 18.* Decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatiſmos vocant.

Rhina, æ, ῥίνη, piſcis marinus, cute prædura, alio nomine ſquatina. *Plin. l. 32. c. 7.*

Rhinion, ῥίνιον, collyrium ita dictum ab exterendis callis, & cicatricibus, a ῥινάω, *limo*. Ejus compoſitionem docet *Celſus l. 6. c. 6.*

Rhinocĕros, otis, m. *rinoceronte*, ῥινόκερως, animal quadrupes, ſimile elephanto, niſi quod cornu habet in nare prominens. *Dio l. 51.* Solinus dicit, illud cornu repandum eſſe, ideſt, recurvum, ſed attritum cautibus in mucronem excitari, & rhinocerotem pugnare cum elephantis. *Pauſanias* affirmat, rhinocerotem duo habere cornua, alterum inſigni magnitudine ex naribus extans, alterum, quod ſuperne erumpit, exiguum quidem, ſed validiſſimum. Rhinocerotem quidam eſſe ajunt bovem Ægyptium, ut ait *Feſtus*, pro quo alii Æthiopicum tradunt, ut *Pauſanias in Eliacis, & Bœoticis*. Vox Græca eſt, ex ῥίν, ῥινός, naſus, & κέρας, cornu. *Plin. l. 8. c. 20.* Iiſdem ludis & rhinoceros, unius in nare cornu, qualis ſæpe viſus. Alter hic genitus hoſtis elephanto. Cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione alvum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus. Hæc *Plin.* ¶ Eſt ſymbolum prudentiæ. Hinc ſagacem, & prudentem virum naſum rhinocerotis habere dicimus. *Mart. l. 1. epigr. 4.* Juveneſque, ſeneſque, Et pueri naſum rhinocerotis habent. ¶ Ponitur etiam pro gutto, ideſt pro quodam vaſe oleum guttatim infundente lavantibus ſe in balneis. Aliqui dicunt, hoc vas fuiſſe ex cornu rhinocerotis. *Juven. ſat. 7. v. 130.* Exitus hic eſt Tongilli, magno cum rhinocerote lavari qui ſolet. ¶ Rhinoceros etiam per tranſlationem dicitur, qui dente eminente bronchus eſt. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 106.* Bronchus Bovillanus dente adverſo eminulo, hic eſt rhinoceros.

Rhinocerotĭcus, a, um, adject. ad rhinocerotem pertinens. *Sidon. carm. 9. in fi.* Narem rhinocerotĭcum minetur.

Rhinochiſia, æ, f. genus callæ herbæ. *Plin. l. 27. c. 8.* Alterum genus ejus quidam anchuſam vocant, alii rhinochiſiam. Folia lactucæ longiora, plumoſa, radice rubra, &c.

Rhinocolūra, f. 1. *Faramida*, opp. Ægypti, in ora maris Medit. in lim. Palæſtinæ, ita dictum a ῥίν, *naſus*, & κόλουρος, *decurtatus*, quia illius incolis omnibus rex quidam Perſarum nares recidit. *Senec. l. 3. de ira, c. 20.*

Rhinthon, vel Rhynthon, onis, poeta fuit comicus, Tarentinus, nugator viliſſimus, cujus meminit *Cic. Attic. lib. 1. epiſt. ult.* ¶ *Cælius Rhodig. l. 16. c. 10.* ſcribit, fuiſſe poetam tragicum. ¶ A *Varrone* hæc vox ponitur pro homine vili, & leviſſimo, aut luxurioſo. Inquit enim *lib. 3. R. R. cap. 3.* Quis contra nunc Rhinthon non dicit ſua nihil intereſſe, utrum ita piſcibus ſtagnum habeat plenum, an ranis? *Colum. l. 8. c. 16.* Itaque Terentius Varro, Nullus eſt, inquit, hoc ſæculo nebulo, ac rhinthon, qui &c.

Rhiphæi, ſeu Riphæi montes, *Oby*, al. *Monts Stolp*, ῥιπαῖα ὄρη, montes Sarmatiæ boreales, in Sarmatiæ Aſiaticæ, & Scythiæ ora extrema ad Bor. inter Duinam, & Petzoram fl. Hi montes ob celſitudinem, quæ via 20. diebus ſuperari poteſt, cingulum mundi, teſte Erbeſteinio, nominantur, & perpetuis nivibus rigent. *Plin. l. 4. c. 12. l. 5. c. 27. l. 5. c. 5. 7. 15. Virg. 4. Georg.* ¶ Dicti videntur a ῥιπίζειν, *flare*, quia aſſiduis ventis perflantur.

Rhiphæus, vel Riphæus, a, um, adject. ad Rhiphæos montes pertinens, ut Rhiphææ pruinæ. *Virg. 4. Georg.* Rhiphæus Eurus. *Id. 3. Georg.*

Rhiphæus, i, m. ῥιφεύς, unus ex Centauris, qui in pugna cum Lapithis a Theſeo interfectus eſt. *Ovid. 12. Met.* ¶ Item vir Trojanus, juſtitiæ nomine Trojanis omnibus prælatus, qui in Ilii captivitate ſtrenue pugnans interiit. *Virg. 2. Æn.*

Rhiphearma, f. 1. opp. Arabiæ Fel. dictum ab hordeo, quod ibi abundat. *Plin. l. 6. c. 28.*

Rhitymna, æ, Rhithymna, *Retimo*, urbs Cretæ, ex præcipuis, ſatis munita, cum arce, & portu capaci, in ora Boreali. *Plin. l. 4. c. 12.*

Rhium, o. 2. *Trapani*, *Capo de Patras*, prom. & opp. Achaiæ, ad fauces ſin. Corinthiaci, contra Antirrhium prom. Ætoliæ. *Plin. l. 4. c. 2.*

Rhiza, æ, f. ῥίζα, forfex, qua dentium radicibus evellendis chirurgi utuntur. *Celſ. l. 7. c. 12.* ubi alii leg. *rhizagra* eodem ſenſu.

Rhizias, æ, m. ῥιζίας, ſuccus a radice laſerpitii profluens. *Plin. l. 19.* Succus duobus modis capiebatur, e radice, atque caule. Et hæc duo erant nomina, rhizias, atque caulias, vilius ille, ac putreſcens.

Rhizotomumĕna, neut. plur. τὰ ῥιζοτομούμενα, vox Græca a ῥίζα, *radix*, & τέμνω, *ſeco*, ſignificat ea, quæ pertinent ad medicinam ex ſectis herbarum radicibus. *Plin. l. 20. c. 23.*

Rhizotŏmus, i, ῥιζότομος, herba, ſpecies iridis ſubrufæ. *Plin. l. 21. c. 7.*

Rhizus, f. 2. opp. Theſſaliæ, in Magneſia, apud Melibœam oppid. *Plin. l. 4. c. 9.*

Rho, nomen literæ R apud Græcos, ῥῶ. *Cic. 2. Divin. c. 46.* Demoſthenem ſcribit Phalereus, cum rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſſime diceret.

Rhoali, m. 2. pop. Syriæ, qui ad Euphratem Meſopotamiæ cohærent. *Plin. l. 5. c. 24.*

Rhoas, m. 1. fl. Colchidis, qui ex Caucaſo M. in Euxinum mare poſt Cobum fl. influit, inter Phaſim, & Sebaſtopolim. *Plin. l. 6. c. 4.*

Rhodanĭcus, a, um, adject. ad Rhodanum pertinens. *Inſcript. apud Grut. pag. 575. n. 3.* Patrono nautarum Araricor, & Rhodanicor.

Rhodanitis, idis, adject. fœmin. quæ ad Rhodanum pertinet, ſeu ſita eſt. *Sidon. l. 9. epiſt. 13. in carm.* Rhodanitidas per orbes.

Rhodănus, i, m. *Rodano*, Gallis *le Rhone*, fl. maximus, & rapidiſſimus Galliæ Narbonenſis. Hunc M. Varro, teſte *A. Gellio l. 10. c. 7.* tertium Europæ fl. haud Iſtro minorem ſcribit. Oritur ex duplici fonte, in limite Helvetiorum, ex Adula monte, *Monte di S. Gottardo*, a regione Rheni, fere duobus milliaribus Germanicis ab ejus fontibus, & dimidio tantum a fontibus Ticini, & Urſæ fl. Deinde in Lemanum lacum ingrediens, & ad Genevam urb. egrediens, Galliam a Sabaudia ſeparat. Infra Genevam terræ viſceribus ſe condit, & paulo infra iterum erumpit, compluresque alluens provincias, Arari, Iſara, & Druentia fluminibus auctus, circa Arelatem tribus oſtiis in Mediterraneum mare cadit. *Plin. l. 3. c. 4.*

Rhodia, æ, ῥοδία, Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia. *Virg. 4. Georg.* ¶ Apud *Plaut. Curc. a. 4. v. 74.* eſt fictum Provinciæ nomen.

Rhodiăcus, a, um, adject. a Rhodo, ut Rhodiacæ ſpongiæ. *Plin. l. 31. c. 11.*

Rhodigium, ii, n. *Rovigo*, urbs Italiæ, patria Cœlii Rhodigini, a Ferraria 25. M. P. in Bor. a Patavio in Mer. fere totidem, ab Hadria fere 20.

ta 20. in Occ. Ab eo tractus adjacens dicitur Peninſula Rhodigina, vulgo *il Poleſine di Rovigo*.

Rhodĭnus, a, um, adject. *di roſa*, *roſato*, roſaceus, ῥόδινος, a ῥόδον, *roſa*, ut rhodinum unguentum, *Plin. l.* 13. *c.* 1. Rhodinum oleum, *Id. l.* 15. 2. 7.

Rhodītes, æ, f. ῥοδίτης, gemma ſic dicta a colore roſeo. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Rhodĭus, a, um, ῥόδιος, quod eſt ex Rhodo inſ. ut Rhodia vitis, & ova, quæ a Rhodo primum in Italiam eſt advecta. *Plin. l.* 14. *c.* 3. & 8. *Virg.* 2. *Georg.* Non ego te menſis, & Diis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia. ¶ Ficus Rhodia, eſt genus fici nigræ. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Nigra & Rhodia eſt, & Tyburtina de præcocibus. ¶ Rhodium opus, eſt coloſſus ſolis. *Martial.* 1. *ep.* 71. ¶ Rhodii, orum, ſunt Rhodi incolæ. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 18. ¶ Rhodium dicendi genus, medium eſt inter Aſianum tumidum, & Atticum limatum, & enucleatum, ut loquitur *Quintil. l.* 12. *c.* 10. V. etiam *Cic. de clar. Orat.* 2. 13.

Rhododaphne, es, f. 1. ῥοδοδάφνη, frutex florem habens ſimilem roſæ, folium indeciduum ſimile lauri foliis, a ῥόδον, *roſa*, & δάφνη, *laurus*. *Plin. l.* 16. *c.* 20. ¶ A *Pallad. lib.* 1. *tit.* 35. dicitur rhododaphnis, is, V. *Rhododendros*.

Rhododendros, m. 2. ῥοδόδενδρος, frutex, folio ſimilis amygdalæ, ſed majore, pinguioreque, ſemine patenti, qui & nerion, & rhododaphne dicitur, a ῥόδον, *roſa*, & δένδρον, *arbor*, quaſi roſa arboreſcens. *Plin. l.* 24. *c.* 11. Rhododendrus ne nomen quidem apud nos invenit Latinum, rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia ejus quadrupedum venenum eſſe, homini vero contra ſerpentes præſidium, ruta addita in vino pota. Adde *eund. l.* 16. *c.* 20. & *l.* 21. *c.* 13.

Rhodomĕli, neut. indecl. ῥοδόμελι, mel roſa conditum, vel mixtum. *Pallad. lib* 6. *tit.* 16.

Rhodŏpe, es, f. 1. ῥοδόπη, mons Thraciæ, ita dictus a Rhodope Thracum Regina, vel a Rhodope Strymonis amnis filia. Italis dicitur *Monte Argentaro* a fodinis. Extenditur uſque ad Euxinum mare, & ad Apolloniam urb. deſinit. Thraciam fere bifariam ſecat. Ex eo Hebrus, Arzus, aliaque flumina profluunt. *Ovid.* 6. *Metam.* Et tandem nivibus Rhodope cariturus, Mimaſque.

Rhodōpe, es, f. 1. ῥοδώπη, Thracum Regina, quam Poetæ in montem ejuſdem nominis converſam eſſe fabulati ſunt, fortaſſe, quod ibi ſepulta fuerit. ¶ Item Strymonis fl. filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui monti nomen dedit. ¶ Item meretrix nobiliſſima ex Thracia, Æſopi fabulatoris aliquando conſerva, quam Charaxus Sapphus frater, ejus amore captus, ingenti pecunia redemit. Hæc tantas opes quæſtu corporis cumulavit, ut unam ex Ægyptiis pyramidibus, minimam quidem, ſed laudatiſſimam ſuis ſumptibus extruxerit. *Plin. l.* 36. *c.* 12.

Rhodopēius, a, um, quod ad Rhodopen montem ſpectat. *Claud. de* 4. *Conſ. Hon.* Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem. ¶ Regna Rhodopeia, Thracia. *Ovid. in Ibin.* Utque Dryantiadæ Rhodopeia Regna tenenti, &c. ¶ Rhodopeius Vates, Orpheus. *Ovid.* 10. *Met.* Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeius auras Deflevit Vates.

Rhodōra, æ, ῥοδώρα, herba, quæ folia rubentia, florem habet colore argenteo. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Rhodus, i, *Rodi*, Ῥόδος, inſ. pulcherrima Aſiæ minoris, & maris Carpathii, in ora Cariæ. Dicta eſt a nomine orbis metropolitanæ, urbs autem Rhodos dicta eſt a puella nomine Rhodo, ob Apolline adamata, ut fabulatur *Diodorus l.* 6. vel a ῥόδον, *roſa*, quod, dum conderetur, capulus roſæ in promontorio, ubi condebatur, inventus fuerit. Multis aliis nominibus antea appellata eſt, Ophiuſa, Aſteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœeſſa, Atabyria, ab Rege. *Plin. l.* 5. *c.* 31. Inter Aſiaticas inſulas tertia numeratur. Nam Lesbus, & Cyprus majores habentur. Dicitur nata eſſe, cum olim non fuerit. *Plin. l.* 2. *c.* 87. Rhodus urbs condita fuit a Cecrope, in parte orientali, in inſulæ promontorio. Olim portibus, mœnibus, viis, & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperavit, ut nulla putaretur æqualis. In hac urbe tria millia ſignorum fuerunt. *Plin. l.* 34. *c.* 7. In ea etiam aliquando fuit pictura illa celeberrima Protogenis, quæ Jalyſus dicta eſt, cujus gratia Demetrius Poliorcetes, ſeu Expugnator cognominatus, urbem non incendit, ne tabulam cremaret. *Plin. l.* 7. *c.* 38. *l.* 35. *cap.* 10. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulæ, cecinit Pindarus. Rhodi mira aeris ſalubritas, ſicut Mitylenæ, Pergami, Smyrnæ, & Syracuſis, ubi Romani diutius morari conſueverant ob aquarum copiam, & frigiditatem, aliaſque delicias. Rhodi, & Syracuſis nunquam ita cœlum nubilum eſt, ut non aliqua hora Sol cernatur. *Plin. l.* 2. *c.* 62. Igitur Rhodi Apollo præcipue cultus fuit, cui coloſſum dedicarunt, ideſt ſtatuam altitudinis 70. cubitorum, quam Chares Lydius fecit, unum ex 7. orbis miraculis. *Plin. l.* 34. *c.* 7. Etiam templum Bacchi Rhodi fuit. *Plin. l.* 33. *c.* 12.

Rhœas, æ, f. genus papaveris erratici, erucæ ſimile, altitudine cubitali, flore ruſo, & protinus deciduo, unde & nomen a Græcis accepit; nampe a ῥεῖν, fluere, decidere. *Plin. l.* 19. *c.* 8. & *l.* 20. *c.* 19.

Rhœteius, &

Rhœtēus, a, um, adject. a Rhœto promontorio, ut Rhœteum litus, *Virg.* 6. *Æn. v.* 505. Rhœteius heros, h. e. Æneas. *Id.* 12. *Æn. v.* 456. ¶ Rhœteæ trabes, *Stat.* 1. *Achill. v.* 44. h. e. naves Paridis Trojanæ.

Rhœteum Promontorium, *Peſkum*, prom. Troadis, ubi Ajax ſepultus eſt, cum opp. cogn.

Rhoge, es, f. 1. inſ. ſeu potius ſcopulus maris Pamphylii, apud Cambruſſam. *Plin. l.* 5. *c.* 31.

Rhoicus, a, um, adject. V. Rhus.

Rhoītes, m. 1. ῥοΐτης, vinum ex malis punicis expreſſum; a ῥοιά, malum Punicum. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Rhombus, i, m. *filatoje*, ῥόμβος, muliebre inſtrumentum, ideſt, torques, ſive machinula illa, quam vertendo mulieres tramam ad lanificium nent, a ῥεμβεύειν, in gyrum agor. Eo & veneficæ utebantur in incantationibus. *Martial. l.* 9. *ep.* 30. Quæ nunc Theſſalico Lunam deducere rhombo. *Propert. l.* 3. *eleg.* 4. *v.* 26. Staminea rhombi ducitur ille rota. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 575. Tunc cantata ligat cum fuſco licia rhombo. *Horat. epod. penult.* turbinem vocat. ¶ Eſt & rhombus piſcis quidam, de quo *Plin. l.* 9. *c.* 20. & 54. *l.* 32. *c. ult. Juven. ſat.* 4. Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi ante domum Veneris.

Rhomphæa, ſeu romphæa, æ, f. ῥομφαία, haſtilis genus, cujus ferrum ligno æquale eſt, aliter framea. Apud *Gellium l.* 10. *c.* 25. legitur *rumpia*, diciturque genus teli eſſe Thracæ nationis, poſitumque hoc vocabulum in Q. Ennii Annali quartodecimo. Alii volunt eſſe gladium ex utraque parte acutum, qualis eſt, quam vulgo *ſpatam* vocant. *Iſid. l.* 18. *Orig. c.* 6. ¶ Eſt a ῥέμβω, *circumago*. Hoc enim facere ſolent rhomphæa pugnantes, ut qui anceps ſit gladius, ut Iſidorus ait. *Aſcon. Pedian. in Miloniana.* Humerum ejus Birria rhomphæa trajecit. ¶ A Poetis penultima interdum corripitur, abjecta vocali præpoſitiva. *Val. Flaccus l.* 6. *Argon. v.* 98. Æquaque, nec ferro brevior, nec romphea ligno. Al. leg. *rumpia*, eod. ſenſu.

Romphæalis, æ, adject. a rhomphæa. *Prudent.* ſine diphthongo ſcribit corripiendi cauſa *Cathem.* 7. *v.* 93. Dentiam peratmat romphealis incendio.

...

Rhonchiſŏnus, a, um, qui rhonchos ſonat. Tranſlate ponitur pro deriſore. *Sidon. carm.* 3. Nec non rhonchiſono rhinocerote notat.

Rhonchiſo, as, n. 1. ſterto. *Plaut.* Cyathiſſat, dum cœnat, dum dormit, rhonchiſſat. Ita eſt in Calep. & al. Lexicis: ſed nos locum Plauti invenire non potuimus.

Rhonchus, i, *roncheggiamento*, נחרה, Germ. *ſchnarchlen*, Gall. *ronflement*, Hiſp. *ronquido*, ῥόγχος, ſonus, quem ſtertentes edunt, a ῥέγχω, *ſterto*. Tranſlate ſumitur pro irriſione. *Martial. l.* 1. *ep.* 4. Majores nuſquam rhonchi. ¶ Sunt qui ſcribunt *ronchus*.

Rhopălon, i, ῥόπαλον, herba Nymphæa, inde dicta, quod radicem habet clavæ ſimilem. nam ῥόπαλον clavam ſignificat. *Plin. l.* 25. *c.* 7. *Apul. de herb. c.* 67.

Rhoſius, a, um, adject. a Rhoſo oppido, ut Rhoſii montes, *Plin. lib.* 5. *cap.* 22.

Rhoſos, f. 2. Rhoſus, Rhoſos, Rhoſium, *al. Ros*, urbs Syriæ, in ora maris Syriaci, & ſin. Iſſici, haud procul a Caſio monte. *Plin. l.* 5. *c.* 22.

Rhoſphodūſa, f. 1. *Raſſa*, al. *Salina*, inſ. Scythiæ Europeæ, in ſinu Carcinita. *Plin. l.* 4. *c.* 13.

Rhuma, f. 1. oppid. Æthiopiæ, inter Meroen inſ. & Troglodytas. *Plin. lib.* 6. *cap.* 29.

Rhus, rhoi, accuſ. rhoem, f. & m. herba, & frutex varios habens in medicina uſus, quos refert *Plin. l.* 24. *c.* 11. ¶ Semen fruticis hujus ad condienda obſonia vicem ſalis præſtare, *Idem ibid.* teſtatur. ¶ Foliis herbæ ſiccatis utuntur coriarii ad pelles depilandas, & perficiendas. *Id. ibid.* ¶ Hinc eſt adject. rhoicus, a, um. *Id. ibid.* Medici rhoicis utuntur ad contuſa, ſubintellige, *foliis*.

Ruſcĭnon, ῥούσκινον, opium ruſticum, herba ſcelerata. *Apulej. de herb. c.* 8.

Rhuthēni, m. 2. pop. Aquitaniæ, in petra Or. ubi hodie *la Rovergue*, inter Gabalos ad Or. Cadurcos ad Occ. Arvernos ad Bor. Helcuteros ad Auſtr. *Plin. l.* 4. *c.* 19.

Rhynthon, V. Rhinton.

Rhyparogrăphus, cognominatus eſt quidam Pyrrhicus pictor, quod tonſtrinas, ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia. *Plin. l.* 35. *c.* 10. a ῥυπαρός, *ſordidus*, & γράφω, *pingo*.

Rhypŏdes, is, ῥυπώδης, emplaſtrum ad extrahendum, ſic dictum a ſimilitudine ſordium. *Celſ. l.* 5. *c.* 19. *n.* 15. & *c.* 26. *n.* 23.

Rhythmĭcus, i, ῥυθμικός, qui numeros in cantu, vel prolatione, aut ſono obſervat. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 49. Nec ſunt hæc rhythmicorum, aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

Rhythmus, i, m. ῥυθμός, *cadenza*, *ritmo*, *armonia*, numerus, harmonia, conveniens ſententiæ ſonus. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Omnis ſtructura, ac dimenſio, & copulatio vocum conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, ideſt dimenſione quadam. Quod etiamſi conſtat utrumque pedibus, habet tamen non ſimplicem differentiam: nam rhythmi, ideſt numeri ſpatio temporum conſtant, metra etiam ordine: ideoque alterum eſſe quantitatis videtur, alterum qualitatis. Hæc *Quintil.* qui alia *ibid.* affert metri, & rhythmi diſcrimina. ¶ Tranſlate ponitur pro congruentia, & proportione alicujus rei ad aliam, ut venarum rhythmus, apud *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. *aguabilità del polſo*, hoc eſt congruentia unius arteriarum motus cum altero.

Rhytium, ii, ῥυτόν, poculi genus infra anguſtum, ſupra latum, & curvum in modum cornu, diminut. a ῥυτόν, quod inter pocula numerat *Athenæus l.* 10. *c.* 13. & *l.* 11. *c.* 5. Hinc *Martial l.* 2. *epigr.* 35. Cum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ, In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

R ANTE I.

Rica, æ, fœm. καλύπτρα, μίτρα. Non ſatis convenit inter Veteres, quid ſit. *Non.* enim *c.* 41. *n.* 15. ſcribit, eſſe illud idem, quod ſudarium dicitur. At *Feſtus*, & *Var. l.* 4. *L. L.* ajunt eſſe palliolum, flammeum, ſeu tegumentum capitis, quo ſacrificatura ſacerdos velatur.

Ricinatus, a, um, ricinio indutus. *Feſt.* Ricinati mimi planipedes. *Arnob. l.* 6. Fronte Janus ancipiti, ricinatus Jupiter.

Ricinium, ii, n. pallium muliebre, breve; ita definiunt *Feſtus*, *Nonius c.* 14. *n.* 33. *Var. apud eund. ibid.* & *Serv. in* 1. *Æn.* ¶ *Var. l.* 4. *de L. L.* & *Serv. loc. cit.* dictum putat a *rejiciendo*, quod dimidiam ejus partem retrorſum rejiciebant. *Cic.* 2. *de Leg. cap.* 23. Extenuato igitur ſumptu tribus riciniis, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem.

Ricinum, i, n. idem ac ricinium. *Lucil. apud Non. c.* 14. *n.* 16. ¶ Adjective mitram ricinam dixit *Var. apud eund. Non. ibid.* h. e. ricinii formam habentem.

Ricīnus, m. idem ac ricinium, *Serv. in* 1. *Æn.*

Ricĭnus, i, m. 2. κυνοραιστὴς, κρότων, vermis alatus, canes potiſſimum infeſtans, interdum & oves, ut *Cato R. R. c.* 96. docet. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 9. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt caulorum aures, quod ricini ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) eas exulcerare. *Seren. Samm. c.* 37. Sanguine cum ricini, quem bos geſtaverit ante, Herba chelidoniæ fertur cum melle mederi. Adde *Plin l.* 11. *c.* 28. & *l.* 30. *cap.* 10. ¶ Ab hujus animalis ſimilitudine ricinus dicitur frutex, vel herba inſtar arboris, ad magnitudinem parvæ ficus aſſurgens, folio platani, ſed majore, leviore, & nigriore, ramis, & caudice arundinum modo concavis, ſemine ovarum aſpero, quod purgatum effigiem ricini vermis repræſentat. Græce dicitur κρότων, & κίκι. Vulgus palmam Chriſti appellat, *ricino*. *Plin. l.* 15. *c.* 7. ¶ Dicitur etiam de fructu mori arboris. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Mori germinatione priuſquam in folia exeant, ſiniſtra decerpti jubentur futura poma, ricinos Græci vocant.

Ricto, as, n. 1. frequent. a ringo. *Spartian. in Geta*, 2. 5. Urſi ſæviant, leones rugiunt, leopardi rictant.

Rictum, i, n. idem ac rictus, m. *ceffo*, *bocca*. *Lucr. l.* 5. *v.* 1063. Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. *Cic.* 6. *Verr. cap.* 43. *de Herculis ſigno*. Uſque eo, Judices, ut rictum ejus, ac mentum paulo ſit attritius. Ita *Non.* legit, alii *rictus*.

Rictus, us, m. 4. *muſo*, *bocca*, *ceffo*, χάσμα, hiatus, unde verba exeunt, & tota illa pars circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, & in beſtiis os aperientibus lineis quibuſdam terminatur, ut maxime ſunt labia. Eſt a ſupino rictum, verbi *ringo*. *Martial. lib.* 1. *epigr.* 105. *de leonibus*. Laxos cui dare perviosque rictus Gaudent, & timidos tenere dentes. *Ovid. Metam.* 11. *v.* 116. *de Mida omnia in aurum tacta vertente*. Miſcuerat puris auctorem muneris undis, Fuſile per rictus aurum fluitare videres. *Plin. lib.* 8. *c.* 21. *de tauris ſilveſtribus*. Rictu ad aures dehiſcente. h. e. ore uſque ad aures ſiſſo. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Ne immodicus hiatus rictum diſtendat. h. e. ne in ringentis modum formet. ¶ Rictum diducere, eſt os aperire. *Juven. ſat.* 10. Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum contentus. ¶ Metonymice eſt ad riſum impellere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum.

Ricula, æ, dim. a rica. *Turpil. apud Non. cap.* 14. *n.* 16. Interea aſpexit virginem iſtam cum capite riculam indutam oſtrinam.

Ridĕo,

Digitized by Google

Rideo, es, ſi, ſum, n. 2. *ridere*, פרץ, Ger. *lachen*, Gal. *rire*, Hiſp. *reir*, γελάω, riſum edo. Conſtruitur fere abſolute. *Cic.* 5. *Fin. c.* 30. M. Craſſus, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius, & ab eo ἀγέλαστον vocatum. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. in Fam.* 2. *epiſt.* 9. Ut dederis nobis, quem ſemper ridere poſſemus. ¶ Vel cum accuſ. riſum. *Cic. l.* 7. *Fam. epiſt.* 25. Ne, ſi illum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cic. Att. l.* 14. *epiſt.* 15. De hæreſi Veſtoriana, & de Pherionum more Puteolano riſiſſe me ſatis. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic.* 2. *de Orat.* Hæc enim ridentur vel ſola, vel maxime. ¶ Ridere ore catuli Gallicani, eſt turpiter, & late inter ridendum os diducere, ut patulus eſt oris rictus canibus Gallicis venaticis. *Catul. carm.* 42. Ridentem catuli ore Gallicani. ¶ Ponitur etiam pro deridere, illudere, ridere cum contemptu. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 4. Cum riſeritis impudentiam hominis. ¶ Item pro placere. *Horat. l.* 2. *od.* 6. Ille terrarum mihi præter omnes angulus ridet. ¶ Item pro approbare, indulgere. *Tac. de morib. Germ. c.* 19. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi ſæculum vocatur. *Ov.* 2. *Triſt. eleg.* 4. Fortuna ridet, h. e. favet. ¶ In hac acceptione uſurpatur etiam cum dativ. *Virg.* 5. *Æn.* Riſit pater optimus illi. ¶ Translate ponitur pro pulchrum, & ſpecioſum eſſe. *Virg.* 4. *Ecl.* Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho. *Id.* 7. *Ecl.* Omnia nunc rident. *Horat. l.* 4. *od.* 11. Ridet argento domus. ¶ *Ridentem dicere verum quid vetat?* ſpeciem proverbii habet apud *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 14. Itali dicunt ſimili ſententia, *tal ſi burla, che ſi confeſſa*.

Ridibundus, a, um, *ridente*, μειδιῶν, ridens, abunde ridens. *Plaut. Epid.* 3. 3. 32. Illam ridibundam, atque hilaram huc adduxit ſimul. Adde *Gel. l.* 11. *c.* 25.

Ridica, æ, f. *pertica*, *ſtaccone*, χάραξ, ſudes, palus, pedamenti genus, quod adminiculandæ vineæ melius eſſe palo, ait *Colum.* Differt a palo, quia ridica fiſſilis eſt, palus rotundus. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 8. Unum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam a quercu, ac junipero, & vocatur ridica. *Colum. l.* 4. *c.* 12. His annos nondum vehementem palum, aut ridicam deſiderat.

Ridicula, æ, f. paxillus, parva ridica. *Sen. l.* 1. *quæſt. nat. c.* 3. *de fullone*. Cum os aqua implevit, & ſtrimenta ridiculis diducta leviter aſpergit. Alii leg. *tenderulis*.

Ridicularius, a, um, *buffone*, καταγέλαστος, qui riſum excitat. *Gel. l.* 4. *c.* 20. Qui jurabat, cavillator quidem, & canicula, & nimis ridicularius fuit. ¶ Ridicularia, um, n. plur. facetiæ, res ridiculæ. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 69. Mitte ridicularia.

Ridicule, adv. *piacevolmente*, καταγελάστως, cum riſu. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 57. Non modo acute, ſed etiam ridicule, aut facete.

Ridiculoſus, a, um, adject. *ridicolo*, ridiculus. *Arnob. l.* 5. Ridiculoſa negotia defendere. *Plaut. Stich.* 2. 3. 64. Advexit ſecum paraſitos ridiculoſiſſimos. ¶ *Hieron. l.* 3. *adv. Rufin. c.* 4. ridiculoſum a ridiculo diſtinguit, ubi ait: Non ridiculoſa, ut ſcribis, ſed ridicula mihi forte res accidit.

Ridiculum, i, *facezia*, *coſa da ridere*, γελοῖον, jocus, facetiæ, dictum, vel factum riſum excitans. *Cic. Offic.* 1. *c.* 37. Aut per ridiculum, aut ſevere, maledice dicere. *Plaut. Stich.* 3. 2. 2. Confido me obtenturum regem ridiculis meis. *Id. Amph.* 3. 2. 36. Dicere aliquid ridiculi cauſa. *Terent. Eun.* 5. 6. 3. Ridiculo alicui eſſe. h. e. irrideri, ridendi occaſionem dare. *Id. And.* 3. 1. 16. Huic tam ætati ridiculum. h. e. mi ridicula eſt.

Ridiculus, a, um, *ridicolo*, Ger. *laberlich*, Gal. *ridicule*, Hiſp. *ridiculo*, γελοῖος, qui aliis riſui eſt, de quo alii rident. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 10. facie magis, quam facetiis ridiculus. *Id. pro Arch.* Eſt ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere. *Juv. ſat.* 3. *v.* 153. Nihil habet infelix paupertas durior in ſe, quam quod ridiculos homines facit. ¶ Sæpe ſumitur pro faceto, qui dicit ea, quibus homines rideant, non ipſe rideatur. *Cic. in Brut.* C. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus. ¶ Reperitur ſuperlat. *ridiculiſſimus* apud vet. *Plaut. Stich.* 2. 3. 58. Euge, quando adhibero, alludiabo, tum ſum ridiculiſſimus.

Ridiculus, li, m. *buffone*, ſcurra, qui riſum dictis, factiſve commovet, γελωτοποιός. *Plaut. Capt.* 3. 1. 17. Neque ridiculos jam terunçii faciunt.

Rido, is, n. 3. idem quod rideo. *Priſcian. l.* 10. *Diomed. l.* 1. *Lucret. l.* 3. *v.* 22. large diffuſo lumine ridet.

Riſn. V. Rines.

Rigatio, onis, ἄρδευσις, actus rigandi. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Quod rigatione miniſtrari non expediat.

Rigator, oris, qui rigat. *Tert. adv. Valent. c.* 15. O fletum rigatorem!

Rigens, entis, o. durus, horridus, aſper, rigidus. *Liv. l.* 21. *c.* 32. Animalia, inanimaque omnia rigentia gelu. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. 13. Et a ſummo ad imum rigens corpus. ideſt nullo modo flexum. *Virg.* 11. *Æn. v.* 72. Veſtes auroque, oſtroque rigentes. hos eſt perſtringentes ſenſus. *Ovid. Heroid. ep.* 5. Ungue rigente ſecare genas. *Solin. c.* 15. Pars mundi Aquilonis conceptaculis rigentiſſima.

Rigeo, es, gui, ſine ſup. n. 2. *eſſere aſpro*, *duro*, *indurarſi*, Ger. *erſtarren*, Gall. *être roide*, Hiſp. *eſtar yerto*, ῥιγέω, ῥιγόω, eſt horrere, frigore aſperum, vel durum eſſe. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 28. Quod aut frigora rigeant, aut urantur calore. *Ovid. Metam.* 3. *v.* 100. comæ terrore rigebant. *Id.* 1. *Amor. eleg.* 6. Roboribus duris janua fulta riget. *Horat. epod.* 8. rigent nervi.

Rigeſco, is, neut. 3. ἀποσκληρύνομαι, incipio rigere, durus, aſper, horridus fio. *Virg.* 3. *Georg. v.* 363. Æraque diſſiliunt vulgo, veſteſque rigeſcunt. Ubi *Serv.* Rigeſcunt, durantur, ut frangi potius, quam ſcindi poſſe videantur. *Ovid.* 9. *Metam. v.* 357. rigeſcunt ubera.

Rigide, adv. *rigidamente*, ἀγρίως, dure, aſpere, horride. *Vitr. l.* 2. *c.* 3. Tectorium inductum, rigideque obſolidatum. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 7. *in fine*. Diſciplinam rigidius adſtringere.

Rigiditas, atis, f. 3. durities, aſperitas. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Arbor rigiditatem habere videtur.

Rigido, as, a. 1. rigidum, & durum facio. *Sen. ep.* 71. Virtus recta eſt, flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non poteſt. Alii leg. *rigida eſt*.

Rigidus, a, um, *rigido*, *duro*, *aſpro*, *orrido*, קר, Germ. *beſtrigkalt*, Gall. *roide*, *dur*, Hiſp. *elado*, *yerto*, ῥιγηλός, durus præ frigore, aſper, horridus, erectus, immotus. *Cic. in Brut. c.* 18. Signa rigidiora. *Virg.* 2. *Georg.* Tellurem Borea rigidam ſpirante moveri. *Id.* 6. *Ecl.* Tum rigidas motare cacumina quercus. ¶ Translate ſumitur pro conſtanti, inflexibili, immutabili. *Liv. l.* 39. *c.* 40. Invicti a cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ. *Arnob. l.* 5. Rigidiſſima ſoliditas. ¶ Item pro ſevero. *Plin. ep.* 9. *l.* 4. Sententiam Macri ut rigidam, duramque reprehenderunt. ¶ Item pro crudeli. *Martial. l.* 10. *epigr.* 65. Nec ducet rigido fugax leoni.

Rigo, as, a. 1. *adacquare*, *bagnare*, רוה, Ger. *wäſſeren*, Gal. *arrouſer*, Hiſp. *regar*, ἀρδεύω, madefacio, humorem alicui rei aſpergo. *Cic.* 1. *de Div.* Quæ parvos Mavortis ſemine natos uberibus gravidis vitali rore rigabat. *Plin. l.* 22. *c.* 11. Rigaturque gelidis fontibus, & imbres accipit. ¶ Translate *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 6. Fontes, qui omnium rigare debent ingenia. *Lucret. l.* 4. *v.* 202. Solis lux cœlum rigat. ¶ Eſt etiam derivare, ducere. *Liv. l.* 5. *c.* 16. *ad fin.* Aquam emiſſam per agros rigabis, diſſipatamque rivis extingues.

Rigor, oris, *rigore*, *durezza*, קרה, Ger. *grimme kalte*, Gal. *roideur*, Hiſp. *rigor*, *dureza*, ῥῖγος, durities, horror, aſperitas ex frigore, & durities generatim. *Virg.* 1. *Georg.* Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ. ¶ Ponitur etiam pro frigore. *Col. l.* 9. *c.* 14. Quam recentiſſimi rigoris aqua infuſa. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Cœli rigor. *la rigidezza dell' aria*. ¶ Translata ſumitur pro conſtantia, ſeveritate. *Plin. l.* 7. *c.* 19. Erit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam. *Sen.* 1. *de ira*, *c.* 16. Vir a multis virtutis integer, ſed pravus, & cui placebat pro conſtantia rigor. ¶ Item pro curſu, ſeu tenore quodam perpetuo ſui ſimili. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. Oratio habeat rectam quandam velut faciem, quæ ſtupere immobili rigore non debeat. ¶ Rigor fluminis, & rectitudo fluminis, ſpatium illud medium, ubi curſus rectus eſt. *Ulpian. l.* 1. *ff. de flum.* Ripa autem recte ita definitur: id, quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui tenens. ¶ Rigor juris eſt rectitudo inflexibilis, vel ſeveritas. *Modeſtin. l. ſi expreſſim*, *ff. de appellat.* Si expreſſim ſententia contra juris rigorem data fuerit. ¶ Rigor quoque erat terminus in agro inter duo ſigna rectus in modum lineæ. Signum autem erat arbor, ſaxum, vel aliud eminens. *Aggenus Urbicus*. Limes eſt, quodcunque in agro opera manuum factum eſt ad obſervationem finium: rigor vero ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Invenias & alibi apud *Aggenum*, uti & alios limitandorum agrorum Auctores. *Sicul. Flaccum* dico, & *Frontinum*, in editione Goeſii. ¶ Rigor ſtillicidii, eſt ejus rectitudo, qua extra murum porrigitur. *ff. l.* 8. *tit.* 2. *leg. ult.* Titius uparte pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidii rigor, & tignorum protectus competebat, januam in publicum aperuit.

Rigoratus, a, um, adject. durus, firmus, roboratus, ſuſtentatus. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Traduces virgultorum comitato obiter rigorati.

Rigoroſus, a, um, adject. *rigoroſo*, ſeverus, rigidus. *Senec. epiſt.* 11. Opus eſt aliquo rigoroſo, ad quem mores noſtri ſe ipſi exigant. Videtur tamen illud *rigoroſo* irrepſiſſe, nam in pleriſque optimis editionibus deeſt.

Riguum, i, ſubſt. neut. rigatio, vel aqua ipſa rigans. *Plin. l.* 17. *c.* 26. Rigua æſtivis aquoribus utilia, hyeme inimica, autumno varia.

Riguus, a, um, *che adacqua*, ἀρδόμενος, quod rigat, vel rigandi vim habet. *Virg.* 2. *Georg. v.* 485. Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes. ¶ Sumitur etiam paſſive pro eo, quod rigatur, ſeu rigari facile poteſt. *Col. l.* 2. *c.* 17. *de prato*. Ejus animadvertimus duo genera, quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum. *Ovid.* 8. *Metam.* Quodque ſuus conjux riguo collegerat horto.

Rima, æ, *feſſura*, בקיע, Germ. *ſpalt*, Gall. *fente*, Hiſp. *hendedura*, ῥωγμή, fiſſura in tabulis male junctis, in pariete, & aliis rebus, a ῥῆγμα, quod a ῥήγνυμι, *findo*. *Perſ. ſat.* 3. clarum mane feneſtras intrat, & anguſtas extendit lumine rimas. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. ¶ Translate accipitur pro quocunque ſpatio vacuo, ſeu pro quocunque defectu. Hinc rimas explere dicuntur Oratores, cum verba inferciunt, ut pleniorem orationem faciant. *Cic. in Orat. c.* 69. Neque infarciens verba, quaſi rimas expleat. ¶ Plenus rimarum, per translationem dicitur, qui nihil poteſt celare eorum, quæ illi creduntur, translatione ſumpta a vaſe aquario fictili. *Terent. Eun.* 1. 2. 25. Plenus rimarum ſum, hac, atque illac perfluo. ¶ Rimam aliquam invenire dicitur is, qui in re aliqua difficili, & perplexa rationem callide invenit, qua elabatur: ductum fortaſſis a muribus, qui interdum dolo capti tenui aliquo foramine effugiunt. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 23. Rogitationes plurimas propter vos populus ſciſcit, quas vos rogatas rumpitis; aliquam reperitis rimam. Adde *Caſin.* 5. 3. 8. ¶ Rima, dictum de natura muliebri, *Juven. ſat.* 3. *v.* 97.

Rimabundus, a, um, adjectiv. ſtudioſe perſcrutans, contemplans. *Apul. l.* 2. *A. A.* Dum hæc identidem rimabundus animis delector.

Rimatim, adv. per rimas, ut rimatim ab ollio ſpeculari, *Martian. Capel. l.* 2.

Rimator, oris, qui rimatur. *Arnob. l.* 5. Varro in antiquitatis indagatione rimator.

Rimatus, a, um, partic. paſſiv. *cercato*, *indagato*. *Sidon. l.* 7. *ep.* 2. Diligenter, quæ ad ſocrum pertinuerant, rimatis.

Rium, ii, n. 2. idem ac rimen. *Priſcian. l.* 8.

Rimor, aris, d. 1. *cercar bene*, חרר, Germ. *fleiſſig durchſuchen*, Gall. *fouiller par tout*, *chercher diligemment*, Hiſp. *buſcar diligentemente*, ἰχνεύω, diligenter quæro, ſcrutor, perſcrutor. *Feſt.* Rimari eſt valde quærere, in rimis quoque. *Virg.* 1. *Georg.* Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. h. e. paſcuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirunt. *Id.* 6. *Æn. de Tityi vulture*. Viſcera rimaturque epulis, habitatque ſub alto pectore. ideſt quærit ad cibum, expletur, paſcitur. ¶ Interdum rimari eſt ſcindere, & quaſi in rimas agere. *Virg.* 3. *Georg.* Ergo ægra raſtris terram rimantur. ¶ Translata ſumitur pro quærere. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 57. Sed tamen id quoque rimatur quantum poteſt.

Rimoſus, a, um, *pieno di feſſure*, Ger. *klackechtig*, Gal. *plein de fentes*, Hiſp. *lleno de hendeduras*, ῥωγμώδης, rimis plenus. *Col. l.* 1. *c.* 5. Quicquid ab inferiore meo appoſuerit, fiſſum erit, rimoſumque. ¶ Per translationem auris rimoſa dicitur, quæ negligenter audit, & audita ſtatim obliviſcitur, quaſi rimarum plena, & hac, atque illac perfluens. *Hor. l.* 2. *ſat.* 6. Et quæ rimoſa bene deponuntur in aurem.

Rimula, læ, *picciola feſſura*, tenuis rima. *Celſ. l.* 8. *cap.* 4. Ne parvæ rimulæ fallant.

Ringor, eris, d. 3. *digrignare*, *ringhiare*, חרק, Ger. *das maulrümpffen*, Gal. *rechigner*, Hiſp. *riſar*, σαίρω, eſt ita os aperire, ut dentes oſtendantur. Metonymice ponitur pro indignari, iraſci, conviciari, &c. *Ter. Phorm.* 2. 2. 27. Dum tibi ſit, quod placeat, ille ringitur, tu rides. *Sidon. carm.* 23. *v.* 87. Multum ringitur otioſa virtus.

Ripa, æ, *riva*, *riviera*, יד, Ger. *ein geſtad*, Gal. *rivage*, Hiſp. *ribera*, ὄχθη, crepido, extremitas terræ aquæ vicina, quæ utrinque flumine alluitur. Differt a litore, quia ripa proprie eſt fluminis, litus maris. Unde *Ovid.* 1. *Metam. v.* 42. Pro ripis litora pulſant. ¶ Non raro tamen diſcrimen id negligitur. *Plin. l.* 9. *c.* 15. *de mari Pontico*. Thynni dextra ripa intrant, læva exeunt.

Ripartenſis, ſe, adject. a ripa. Riparienſes milites dicebantur, qui in ripis fluminum, ubi termini Imperii erant, ſtationem habebant ad hoſtium incurſiones prohibendas. *Vopiſcus in Aureliano cap.* 38. Septem millibus Riparienſium interemptis. Adde *leg. de caſtr. ripar. Cod de re milit.* ubi legitur & *Riparenſes*.

Ripariolo, æ, f. hirundo in ripis fluminum nidificans. *Marcel. Empir. c.* 15.

Riparius, a, um, quod in ripis habitat. *Plin. l.* 30. *c.* 4. *de hirundinibus*. Multo tamen efficaciſſimi ripariarum pulli: ita vocant in riparum cavis nidificantes.

Ripenſis, ſe, adject. juxta ripam poſitus, ut ripenſis Dacia, quæ Danubii ripam ſpectat, *Ammian. l.* 26. *c.* 30.

Riphæi, V. Rhiphæi.

Ripula, æ, ὀχθίδιον, exigua ripa. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 17. Tamen hæc παραγωγή ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem.

Rira, m. 1. fl. Thraciæ, apud noſ. Myſiæ, qui in mare Euxinum exit inter Paniſſam, & Tearum. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Riſcus, i, m. *forziere*, arca pelle tecta, vel e vimine, aut junciis facta,

quæ mulieres lintea ſua corpori abſtergendo idonea concluderent, ut conſervarent, *Ulp. l. 26. ff. de aur. argen. &c.* Et ſiqua ſimilia dici poſſunt, velut: lavacro, riſcus. *Donatus* quoque ad *Terent. Eun. 4. 6. 16.* ita hunc vocem interpretatur. Verba porro Terentii ſunt: Ciſtellam domo efferr cum monumentis. P. ubi ſita eſt? T. in riſco. *Serv.* autem & *Non. c. 2. n. 736.* aiunt riſcum dici parvum in pariete foramen ad aliquid reponendum idoneum.

Riſiloquium, ii, ſermo cum riſu. *Tertul. de pœnit. c. 10.*

Riſio, onis, idem ac riſus. *Plaut. Stich. 5. 2. 10.* Quot ego voluptates fero, quot riſiones, quot jocos.

Riſito, as, a. 1. *ridere ſpeſſo*, frequentativ. a rideo. *Nov.* apud *Non. c. 3. n. 126.* Dicta riſitant.

Riſor, oris, *chi ride*, καταγελαστής, qui ridet, ſcurra, irriſor. *Hor. in art. poet. v. 225.* Verum ita riſores, ita commendare dicaces convenire Satyros.

Riſus, us, *riſo*, צחוק, Ger. *das lachen*, Gal. *ris*, Hiſp. *riſo*, γέλως, actus ridendi. *Cic. in Brut.* Equidem in quibuſdam riſum tenebam. *Id. 2. de Orat. c. 58.* Riſum commovere. *Id. Q. Fratr. 1. ep. 10.* Mirus riſus edere. *Id. 2. Tuſc.* Riſus captare, *ſtudiarſi de far ridere*. *Id. Att. 6. ep. 3.* Riſum movere. *Quintil. l. 6. c. 3.* riſum conciliare. *Horat. l. 1. ſat. 4.* Riſum ſibi excutere. *Id. l. 1. ep. 13.* Vertere in riſum.

Rite, adv. *ſecondo il coſtume*, Ger. *ordenlich, und wol*, Gal. *bien, & droitement*, Hiſp. *derechamente*, κατὰ θεσμὸν, ſecundum ritum, pro ritu, ut impune, pro impune. Nam rite fit, quod facimus ſecundum ritum. *Cic. 1. Div. c. 13.* Deos rite colere. *Auct. ad Her. l. 1.* Teſtamentum ipſo præſcripta conſcribunt, teſtes rite affuerunt. ¶ Ponitur etiam pro recte, bene, quia quod fit rite, id ratum, & rectum eſt. *Cic. 1. Fin.* Quæ poteſt appellari rite ſapientia. ¶ Rite, ſubſtan. pro ritu, ut ſit ablat. a *riter*, vel *ritis*, is. *Stat. Theb. 11. v. 285.* Heu mihi primitiis armorum, & rite nefaſto Libatus, juſſuſque mori.

Ritualis, le, adject. ad ritus pertinens. Rituales libri, θεσμοθετικὰ βιβλία, libri de ritibus ſacris. *Feſt.* Rituales nominantur Hetruſcorum libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condantur urbes, aræ, ædes ſacrentur, qua ſanctitate muri, quo jure portæ, quo modo tribus, curiæ, centuriæ diſtribuantur, exercitus conſtituantur, ordinentur, ceteraque ejuſmodi ad bellum, ac pacem pertinentia. *Cicer. de Div. l. 1. c. 33.* Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.

Ritualiter, adv. rite. *Ammian. l. 29. c. 7.* Ritualiter conſecratus.

Ritus, us, m. *rito, coſtume, uſanza*, דת, Ger. *ordenliche gewonheit*, Gal. *couſtume*, Hiſ. *coſtumbre*, θεσμὸς, mos, & approbata conſuetudo, quam omnes ratam habent. *Feſt.* Ritus mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. *Virg. 12. Æn. v. 591.* morem, ritumque ſacrorum Adjiciam. *Cic. 2. de Leg. c. 16.* Deinceps in lege eſt, ut de ritibus patriis colantur optimi. ¶ Generatim accipitur pro quovis more. *Cic. de Amic.* Qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt. *Id. 2. Phil. c. 25.* Vivere latronum ritu. *Plin. l. 12. c. 8.* Ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri. ¶ *Riteis* in genit. pro ritus, *Var. apud Non.* Itaque domi ritus noſtri, qui per deum Fidium jurare vult, prodire ſolet in compluvium. ¶ Rite in ablat. pro ritu, V. Rite adverb.

Rivalis, & le, o. 3. *fiumare*, qui in rivis habitat. *Colum. l. 8. c. 15.* Dator cammarus, & rivalis aluula. ¶ Rivales item dicebantur, qui in agris rivum habebant communem, & propter eum ſæpe diſcrepabant, a rivus. *Ulp. Dig. lib. 43. tit. 19. leg. 1.* Si inter rivales, id eſt qui per eundem rivum aquam deducunt, ſit contentio de aquæ uſu. *Id. l. 3. eod. tit.* Dummodo ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat. ¶ Tranſlate quoque rivales dicuntur æmuli, qui ejuſdem mulieris amore tenentur, *rivale*, Ger. *mitbuler*, Gal. *rival*, Hiſp. *rival*, ἀντεραστής. Ita dicuntur, quia, ut agricolæ rivum habentes communem de uſu aquæ, ut de aquæ ductu, & aliis, ſæpe contendunt, ita hi certant de eadem amaſia. *Plaut. Stich. 3. 1. 30.* Eadem eſt amica ambobus, rivales ſumus. ¶ Sine rivali diligere dicuntur ii, qui ſtulte mirantur, quod nemo alius concupiſcat, ſumpta allegoria ab amantibus, quibus eſt amica deformis, & quam alius nemo velit. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 8.* O Dii, quem ineptus, quam ſe ipſa amans ſine rivali!

Rivalitas, atis, *rivalità*, ζηλοτυπία, æmulatio inter amatores, qui unidem mulierem amant. *Cic. 4. Tuſc. c. 26.* Obtrectare vero alteri aut illa vitioſa æmulatione, quæ rivalitati ſimilis eſt.

Rivatim, adv. per rivos, vel in morem rivi. *Macrob. l. 6. Satur. cap. 12.* Rivatim aquæ de Ponto fluunt.

Rivifinalis, le, adject. objectu rivi fines agrorum faciens, ut tractus rivifinalis. *Sicul. Flac. de condit. agror. apud Goeſ. pag. 12.*

Rivinus, i, m. idem ac rivalis. *Argum. Aſin. Plauti, quod Sidonii eſſe a nonnullis creditur.* Rivinus amens ob præreptam mulierem.

Rivulus, i, ῥυάκιον, exiguus rivus. *Cic. 1. Acad. cap. 2.* Ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulos conſectentur.

Rivus, i, *rivo, rio, ruſcello*, פלג, Ger. *ein bach*, Gal. *ruiſſeau*, Hiſp. *rio*, ῥύαξ, aquæ fluxus, a fonte, vel flumine educta. *Feſt.* Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ope, artificiove factus, verum naturali ſuo impetu. Sed & rivi dicuntur, qui manufacti ſunt, ſive ſuper terram foſſa, ſive ſubter ſpecu, cujus vocabuli origo ex Græco pendet. *Ulp. l. 1. ff. de rivis.* Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cui nomen eſt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. *Cic. in Top. c. 8.* Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. *Hor. l. 1. od. 19.* Rivus lacte. *Ovid. 9. Metam.* Lacrymarum rivi. *Lucret. l. 5.* Argenti rivus, & auri. ¶ E rivo flumen facere, eſt rem minimam amplificare. *Ovid. 2. de Pont. eleg. 5.* Ingenioque meo, vena quod paupere manat, Plaudis, & e rivo flumina magna facis. ¶ *Hor. l. 1. ep. 12.* ſic vives protinus, ut te Confeſtim liquidus fortunæ rivus inauret. h. e. ut divitiis affluentibus fortuna te locupletet.

Rixa, æ, *riſſa, diſcordia*, ריב, Ger. *zanck*, Gal. *noiſe*, Hiſp. *pendencia*, ἔρις, lis, contentio, pugna, ab ἐρίζω, *certo*, per Aphæreſin. *Cic. 8. Ver.* Ecce autem nova turba, atque rixa. *Id. l. 9. Fam. ep. 22.* Etſi Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt. *Tac. 1. Hiſtor. c. 64.* Jurgia primum, mox rixa. *Horat. l. 1. od. 27.* Rixam ſanguineam. *Liv. l. 1.* Rixam ſedare.

Rixator, oris, qui rixatur. *Firmic. l. 5. c. 8.* Homines erunt mali, litigioſi, rixatores, contentioſi. *Quintil. l. 11. c. 1.* Videas rixatores quoſdam neque judicum reverentia, neque agendi more, ac modo contineri.

Rixo, as, n. 1. idem ac rixor. *Var. apud Non. c. 7. n. 8.* Ne familiæ rixent cum vicinis.

Rixor, aris, d. 1. *contendere*, ריב, Germ. *zancken*, Gall. *noiſer*, Hiſp. *renir*, ἐρίζω, jurgor, contendo. *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Cum eſſet cum eo Tarracinæ de amicula rixatur. ¶ *Rixari de lana caprina*, prov. in eos, qui de re nihili diſceptant. *Hor. l. 1. ep. 19.* Alter rixatur de lana ſæpe caprina. ¶ Sumitur etiam tranſlate pro reſiſtere. *Var. l. 1. de R. R. c. 47.* Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celeriter rumpuntur, quare ſequuntur.

Rixoſus, a, um, ἐριστικός, contentioſus, pugnax, proclivis ad ineundum certamen. *Col. l. 8. c. 2.* Non rixoſarum avium lanistæ. Loquitur de Græcis, vel aliis, quorum ſtudium erat feroſiſſimam quamque avem certaminibus, & pugnæ præparare.

R ANTE O.

Robeus, a, um, idem ac rubeus, *roſſo*. *In vet. inſcript. apud Voſſ. in Etymol. in voce Ruber. & apud Scalig. in com. ad Varron. de R. R. pag. 244.* Omnibus annis vitulo robeo, & verre.

Robigalia, & Rubigalia, um, n. 3. dies feſtus in honorem Robigi Dei, cui ſacra fiebant, ut rubiginem a ſegetibus averteret. Inſtituta fuere a Numa anno Regni ſui undecimo. Celebrabantur 7. Cal. Majas, id eſt die 25. Aprilis, quia tunc fere ſegetes rubigo infeſtat. *Var. l. 1. R. R. c. 1. Plin. l. 18. c. 29. & Feſt.*

Robiginoſus, & rubiginoſus, a, um, *rugginoſo*, ἰώδης, plenus rubigine. *Plaut. Stich. 2. 1. 77.* Robiginoſam ſtrigilem, ampullamque rubidam. *Martial. l. 5. ep. 29.* Rubiginoſi dentes.

Robigo, inis, Dea apud Romanos, quæ avertendæ robiginis cauſa colebatur. *Ovid. 4. Faſt. v. 907.* Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat.

Robigo, ſeu rubigo (utroque enim modo recte ſcribitur) inis, f. *ruggine*, ירקון, Ger. *der roſt*, Gal. *rouille*, Hiſp. *añublo*, ἐρυσίβη, vitium metalli ruborem contrahentis, quod in ferro ſpeciatim *ferrugo*, in ære *ærugo* appellatur, a colore robo, vel robeo. Nam veteres pro *rubeus* etiam *robus*, & *robeus* dixere. *Plin. l. 28. c. 7.* Æs aurum, ut ferrum rubigo protinus corrumpit, aduritque dirus. *Virg. 1. Georg. v. 150.* Exeſa inveniet ſcabra robigine pila. ¶ Ita etiam vocatur morbus ſegetum, qui culmis frumentorum innaſcitur ex nimio humore, quo ſpicæ fiunt marcidæ, & in ſtaturæ pulverem ſolvuntur. *ἐρυσίβη*. *Virg. 1. Georg.* Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos eſſet robigo. Ubi per o robigo ſcribitur in optimo Virgilii codice Romano, quo *Pierius* uſus eſt. ¶ Dicitur etiam de alacrum ſerum ſordibus. *Ovid. 2. Met. v. 776.* livent rubigine dentes. *Juvenal. ſat. 13. v. 147.* veteris qui tollunt grandia templi Pocula adorandæ rubiginis. ¶ Tranſlate *Sen. ep. 7.* Malignus comes quamvis candido, & ſimplici rubiginem ſuam affricuit. h. e. ſuis vitiis infecit. ¶ Primam ſyllabam corripit *Prudent. in Pſychom. v. 105.* Condere vaginæ gladium, ne tecta rubigo Occupet. Quidam addunt & *Martial. l. 2. ep. 61.* nimiaque rubigine captus. Sed alii rectius leg. *ærugine*.

Robigus, i, m. Deus quidam Romanorum, qui robiginem a ſegete averruncare credebatur. *Varro l. 5. de L. L. & Gell. l. 5. c. 12.*

Roborarium, ii, θηριοτροφεῖον, vivarium, ſeptum, villa, quæ incluſa habet animalia, a robur, id eſt a tabulis roboreis, quibus vivaria ſepta erant, antequam mœnibus cingerentur. *Gel. l. 2. c. 20.*

Roboraſco, is, n. 3. robur acquiro. *Nov. apud Non. c. 2. n. 368. de patre pubeſcente.* Cujus cox gallulaſcit, cujus jam ramus roboraſcit.

Roboratus, a, um, nom. ex partic. *forte, corroborato*. *Tertull. de anim. c. 55.* Roboratior exitus.

Roboreus, a, um, *cò, che è di rovere*, δρύϊνος, quod eſt ex materia roboris. *Col. l. 11. c. 2.* Materies ſi roborea eſt, ab uno fabro dolari ad unguem debet. *Ovid. 5. Faſt. v. 622.* Pons roboreus.

Roboro, as, a. 1. *fortificare, rinforzare*, חזק, Germ. *ſtercken*, Gall. *affermir, fortifier*, Hiſp. *fortalecer*, ἐπιρρώννυμι, fortifico, firmo, robur addo. *Cic. 1. Off. c. 31.* Catoni cum incredibilem tribuiſſet natura gravitatem, eamque ipſe perpetua conſtantia roboraviſſet. *Plin. l. 10. c. 33.* Hirundines nidos luto conſtruunt, ſtramento roborant.

Roboroſus, a, um, adject. ut roboroſa paſſio, h. e. morbus, quo nervi rigent, apud *Veget. de re veter. l. 3. c. 24.*

Robur, oris, n. *fortezza*, חיל, Germ. *ſtercke*, Gal. *force*, Hiſp. *fuerza*, ἰσχύς, proprie eſt corporis fortitudo, corporis firmitas, qua adverſus onerum difficultates firmiter obnititur. *Cic. pro R. Am.* Qui ſi jam ſatis ætatis, ac roboris haberet. ¶ Tranſlate ponitur pro animi fortitudine, qua quis durat adverſus pericula. *Cic. pro Font.* Equites tantum habuere animi, tantum roboris. *Id. 5. Fin.* Teuere robur in virtute. ¶ Ex generatim dicitur de omnium rerum firmitate, duritiaque. *Virg. 7. Æn.* Æternaque ferri robora. *Col. l. 2.* Quod pretium axile natum ſit, nunquam robur accipere manifeſtum eſt. ¶ Ob duritiem ligni etiam arboris genus robur, ſeu robor vocatur, nempe δρῦς ἀγρία, ſylveſtris quercus, cujus lignum eſt validiſſimum. Sed *Feſtus* hanc arborem ita dictam putat a colore robo, ſeu robeo, ut veteres dicebant pro rubeo, quia is color in ejus venis ineſt. *Cic. de Div. l. 2. c. 41.* Quis robur illud cecidit, dolavit, inſcripſit? ¶ At quia ex hujuſmodi quercu fiebant arcæ, quibus includebantur malefici, inde his roboris nomen inditum eſt, uti & poſtea carceri ipſi. *Feſt.* Robur in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod antea arcis robuſtis includebatur. *Apul. in Apol.* O fabulicas digna carcere, ut robora. *Valer. Max. l. 6. c. 3. n. 1.* videtur accipere pro loco ſupplicii, unde rei præcipitarentur. Inquit enim. Familiares eorum de robore præcipitati ſunt. Huic conſonat *Lucan. l. 2.* Sæva Tribunitio maduerunt robora tabo. ¶ Eadem ratione robur dicitur ſedes, quo rei a carnifice tunduntur. *Lucret. l. 3. v. 1030.* Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. Alii hic equuleum intelligunt.

Roburneus, a, um, quod ex robore naſcitur. *Col. l. 9. c. 1.* Nam ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent. hoc eſt glandibus.

Robus, i, m. genus frumenti, a colore robo, ſive robeo, id eſt rubeo. *Col. l. 2. c. 6.* Verum ex his maxime ferendum eſt, quod robus dicitur, quoniam & pondere, & nitore præſtat.

Robus, a, um, idem ac rubeus, apud vet. *Feſt.*

Robuſteus, a, um, δρύϊνος, quod eſt ex robore, ut Robuſtea materies, quæ ex robore facta eſt, ut ſit durior. *Var. l. 1. R. R. c. 38.* Si in medio robuſtea aliqua materies ſit depacta. Al. leg. *robuſta*. *Vitruv. l. 5. c. 3.* Palis robuſteis locus configatur. Adde *l. 5. c. ult.*

Robuſtus, a, um, *robuſto, forte*, גבור, Germ. *ſtarck*, Gall. *fort, robuſte*, Hiſp. *fuerte, recio*, ἰσχυρός, quod eſt multi roboris. *Cic. 1. Catil.* Tertium genus eſt ætate jam confectum, exercitatione robuſtum. *Id. 2. Phil. c. 25.* Hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt. *Id. 1. Off. cap. 22.* Robuſtus animus. *Flor. l. 1. cap. 12.* Robuſtiſſima oppida. *Nepos in Alcibiad. c. 2.* Cum robuſtior eſt factus. h. e. ætate crevit. ¶ Sumitur etiam pro roboreo. *Plin. l. 12. c. 37.* Robuſti caudices vetuſtate putres. *Plaut. Poen. 5. 3. 33.* Quin ego jam detrudam ad molas, inde porro ad puteum, atque ad robuſtum codicem. h. e. in carcerem roboreis axibus munitum, qui & robur vocatur. *Id. ibid. prope fin.* ligneam cuſtodiam appellat.

Rode, m. 1. 8. Scythiæ Europææ, qui in Sin. Sagaricum fluit. *Plin. l. 4. c. 12.*

Rodo, is, ſi, ſum, a. 3. *rodere*, אכל, Ger. *nagen*, Gall. *ronger*, Hiſp. *roer*, τρώγω, eſt dentibus aliquid ex aliquo eradere, proprium murium, & ſimilium, qui dentibus fere ſemper aliquid demoliuntur, a verbo Græco allato. *Cicer. 2. de Div.* Quaſi vero quicquam interſit, mures diem, & noctem aliquid rodentes ſcuta, an cribra corroſerint. *Hor. l. 1. ſat. 10. v. 70.* Vivos & roderet ungues. ¶ Tranſlate ſumitur pro eradere generatim, ſive abſtrahere. *Lucret. l. 5. v. 256.* Flumine rodunt ripas. ¶ Item pro detrahere, obtrectare, maledicere. *Cic. pro Corn. Balbo c. 26.* More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant. ¶ *Dentem dente rodere*, prov. in illos, qui carpunt eos, qui pari ſunt præditi mordacitate; aut qui lædi non poſſunt, neque ſentiunt. *Martial. l. 13. ep. 2.* Quid dentem dente juvabit rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

Ro-

Rodus, & Reduſculum, V. Raudus &c.

Rogalis, & le, o. 3. quod ad rogum ſpectat. *Ovid. l. 3. Am. el. 9.* Tnoe ſacer vates flammæ rapuere rogales?

Rogamentum, i, *interrogazione, queſtione*. *Apul. de Syllogiſm. categorem.* Rogamentum proponere.

Rogatio, onis, *preghiera*, δέησις, actus rogandi, ſupplicatio, preces. *Val. Max. l. 6. c. 4. de P. Rutilio.* Cum amici cujuſdam injuſtæ rogationi reſiſteret. ¶ Rogatio item interrogationem notat, & ſpeciatim ſumitur pro Figura ſententiarum, quæ uſitatius *Interrogatio* dicitur. *Cic. 3. de Or. c. 53.* Et rogatio, atque huic finitima quaſi percunctatio, expoſitioque ſententiæ ſuæ. ¶ Sumitur etiam pro lege. Dicta eſt a *rogando*, i. e. interrogando, quia rogarentur Tribus, *Velitis, jubeatis ut hoc, vel illud fiat*. Quod enim reſpondiſſent, *Uti rogas*, lex erat. *Cic. 4. Fin.* Et eadem imbecillitate, & inconſtantia L. Tubulum fuiſſe, qua illum, cujus is condemnatus eſt rogatione, P. Scævolam. ¶ Aliqui rogationem accipiunt pro privilegio, & a lege differre ajunt, quod lex univerſalis ſit, rogatio particularis. *Feſtus:* Rogatio ea dicitur, cum Populus conſulitur de uno, pluribuſve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una, pluribuſque rebus, de quibus non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines, reſve Populus ſcivit, lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, inter legem, & rogationem hoc intereſt, Rogatio eſt genus legis; quæ lex non continuo eſt, ea rogatio eſt: non poteſt non eſſe lex, ſi modo juſtis Comitiis rogata eſt. Hæc *Feſtus*. Sed hæc differentia non obſervatur: nam, ut ait *Gel. l. 10. c. 20.* ſive lex, ſive privilegium, ſive plebiſcitum ſit, ſine rogatione ad populum perferri non poteſt. *Cic. de clar. orat. c. 33. de C. Galba.* Rogatione Manilia, Jugurthinæ conjurationis invidiæ, oppreſſus eſt. *cap.* autem *ſeq.* addit: Invidioſa lege Manilia C. Galbam Gracchani judices ſuſtulerunt. *Id. ibid. c. 23.* Rogationem in Ser. Galbam privilegii ſimilem ferente T. Libone trib. plebis. ¶ Dicimus etiam, promulgare rogationem de aliqua re. *Id. pro Sext. c. 10.* Rogationem perferre. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 2.* Rogationem accipere, h. e. approbare. *Id. Att. l. 1. ep. 14.* Rogationem ad populum ferre, *Cæſ. l. 3. B. C. c. 1.*

Rogatiuncula, æ, ἐρωτημάτιον, parva rogatio, ſeu lex. *Cic. pro Domo, cap. 20.* Eaque te ex una rogatiuncula feciſſe.

Rogator, oris, m. 3. *colui, che prega*, αἰτητής, qui rogat. *Cic. ad Planc. l. 16. Attic. ep. 16.* Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. ¶ Sumitur etiam pro mendico, qui eleemoſynam poſtulat. *Martial. l. 10. ep. 5.* Interque raucos ultimus rogatores Oret caninas panis improbi buccas. ¶ Item pro interrogatore. In Comitiis rogatores dicebantur Conſules, vel alii, qui Comitia habebant, & de re aliqua rogabant. *Cic. 2. de Div. c. 4. de Tib. Graccho.* Qui recentibus Comitiis in Senatum introducti negaverunt, juſtum Comitiorum rogatorem fuiſſe. ¶ Item in Comitiis rogatores vocabantur, qui civibus ad ſuffragia venientibus ciſtam proponebant, ita dicti, quod primis Reip. temporibus Tribus obirent, eoſque de ſententia interrogarent. *Id. poſt red. in Sen. c. 11.* Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodeſque vidiſtis?

Rogatum, i, interrogatio. *Cic. pro Flac. c. 4.* Is nunquam mihi ad rogatum reſpondet.

Rogatus, us, m. *preghiera*, δέησις, rogatio, ſupplicatio, preces. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 6.* Nam cum Feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, arceſſituque veniſſem. *Id. Attic. l. 1. ep. 7.* Ego ejus rogatu rogo. ¶ In aliis caſibus exempla non vidimus.

Rogatus, a, um, *pregato*, cui preces factæ ſunt. *Ovid. lib. 1. de art. v. 335.* Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen eſſe rogatæ. ¶ Sumitur etiam pro interrogato. *Plin. l. 7. cap. 48.* Rogatus ſententiam in Conſulatu. ¶ Item pro perlato. *Plaut. Curc. 4. 2. 24.* Leges rogatas rumpere. *Cic. pro Sext. c. 24.* Illo ipſo die mihi pernicies, Gabinio provincia rogata eſt. h. e. rogatione decreta.

Rogitatio, onis, ψήφισμα, νομοθεσία, Lex, plebiſcitum. *Plaut. Curc. 4. 2. 23.* Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit.

Rogito, as, a. 1. ἀξιόωμαι, ſæpe rogo, ideſt precor. *Ter. Eun. 2. 2.* Sed ego ceſſo ad Thaidem hanc deducere, & rogitare, ut ad cœnam veniat. ¶ Sumitur etiam pro ſæpe interrogare, ſciſcitari, iterum, atque iterum petere, poſcere. *Ter. Adel. 1. 2.* Rogitas me, ubi nobis Æſchinus ſiet, quid triſtis ego ſim. *Plaut. Aul. 2. 8. 3.* Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros. *Virg. 1. Æn. v. 750.* Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Rogo, as, 1. *pregare, domandare*, שאל, Germ. *bitten*, Gall. *prier*, Hiſp. *rogar*, δέομαι, oro, obſecro, precor, peto, poſco. Conſtruitur cum acc. *Cic. de Am.* Ut neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. *Cæſ. l. 1. B. G.* Legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium. ¶ Vel cum duobus accuſativis, uno perſonæ, altero rei. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. epiſt. 2.* Hoc te ita rogo, ut majore ſtudio rogare non poſſim. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *de*. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 17.* Et ſimul Taurum de aqua per fundum ejus ducenda rogabo. ¶ Vel cum acc. & præp. *a*, vel *ab*. *Gell. lib. 13. cap. 20.* Crepidarium cultellum rogavit a crepidario ſutore. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*, vel *ne*. *Cic. l. 13. Fam.* Te oro, atque rogo, ut eum & in reliquis veteris negotiationis colligendis juves. *Id. 1. Ver.* Rogare, & orare, ne illos ſupplices aſpernaret. ¶ Eſt etiam quærere, interrogare. *Plaut. Amph. 2. 76.* Alcumena unum rogare te volo. *Cic. in Fam.* Racilius de privatis me primum ſententiam rogavit. *Id. Att. l. 1.* Primum igitur ſcito, me non eſſe rogatum ſententiam. *Id. in Vat.* Tum reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro. *Id. 6. Ver.* Rogat, perveniſſetne Agrigentum. ¶ Metaleptice ponitur pro ſtatuere, ut Rogare legem. Solebat enim Populus a Legiſlatore rogari, ideſt interrogari, num eam legem ratam eſſe vellet, hiſce conceptis verbis: *velitis, jubeatis, ut &c.* reſpondebatque, ſi lex placeret, *uti rogas*. Deinde in principio legis perrogatæ adſcribi ſolebat: *Conſul, vel Tribunus pl. &c. populum jure rogavit, populuſque jure ſcivit*. Quæ ſolemnes formulæ apud *Cic. Liv. Gel.* & alios paſſim leguntur. *Cic. 2. Phil.* Ego leges pernicioſas rogavi. ¶ Item pro ſuffragiis creare, ob eandem rationem. *Cic. Att. l. 9. ep. 11.* Quod majus imperium a minore rogari non ſit jus. *Id. lib. 1. de Div.* Comitia conſulibus rogandis habuit. *Id. 3. de Leg.* Tribuniſque, quos ſibi Plebes rogaſſit. ¶ Rogare ſacramento milites, eſt jurejurando eos adſtringere. *Liv. l. 35.* Vagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe. *Cæſ. l. 6. B. G.* Quos ex Ciſalpina Gallia Conſulis ſacramento rogaviſſet. ¶ *Roget quis*, eſt locutio uſitata in præoccupatione eorum, quæ objici poſſent. *Ter. Eun. 3. 3.* Roget quis, quid tibi cum illa? *ma mi dirà alcuno*. ¶ *Malo emere, quam rogare*, proverbium eſt de iis, qui difficulter ad preces deſcendunt, maluntque aliquid quamvis caro pretio conciliare, quam rogando ſe ſubmittere. *Cic. 6. Ver. c. 6.* narrans, nobiliſſimorum artificum ſigna permulta viliſſimo pretio a Verre fuiſſe coempta: Profecto, inquit, hinc natum eſt, Malo emere, quam rogare, nempe quia facilius eſt tam parvam erogare pecuniam, quam preces adhibere, & eſt ironia.

Rogus, i, m. 2. *rogo*, מדורה, Germ. *holtzhuffen*, Gall. *tas, rogue*, Hiſp. *hoguera*, πυρά, ſtrues lignorum ad cremenda cadavera. *Serv. in 11. Æn.* ſcribit, pyram eſſe lignorum congeriem, rogum dici, cum jam ardere cœperit. V. *pyra*, *Cic. 3. Fam. c. ult.* Extruere rogum. *Id. 1. Tuſc. c. 35.* Imponere aliquem in rogum. *Id. pro Quint.* Ad rogum uſque proſequi. ¶ In neutro genere *Afran. apud Non. c. 3. n. 186.* Pulcre hoc incendii rogum ardet.

Roma, æ, *Roma*, Ῥώμη, urbs Italiæ, in Latio, ſed cum ſuburbio Vaticani in Hetruria, Tiberi fl. interfluente, ſedes olim Reipublicæ Romanæ, poſtea Romani Imperii, ſeptem montes murorum ambitu complexa, unde & *ſepticollis* dicitur a Prudentio, caput totius orbis terrarum, ampliſſima, pulcherrima, ſplendidiſſimis, ac plane Regiis ædificiis ornata, 16. M. P. ab oſtiis Tyberinis, & ab ora maris Tyrrheni in Bor. Dicta eſt a robore. Nam ῥώμη eſt robur, vires. Hinc eſt, quod aliqui ſcribant, prius *Valentiam* eſſe appellatam a juventute Latina. Vel dicta eſt a Romulo, qui, ut vulgaris opinio eſt, ejus conditor fuit. Sunt enim quidem Græci ſcriptores, qui ab Ænea conditam putant, & a nomine cujuſdam Romæ Trojanæ mulieris appellatam: ſunt, qui a quodam Romo Æneæ filio: ſunt, qui ab aliis. *Plin. l. 3. c. 5.* ſcribit, duplex fuiſſe Romæ nomen; alterum autem nefas fuiſſe evulgari arcanis ceremoniarum. Plura de urbe hac V. ibid. ¶ Dea quoque nomine Romæ culta eſt, eique dicata templa, ut conſtat ex *Tacit. Ann. 4. c. 37.* & ex *Liv. l. 43. c. 6.* ¶ *Apul. l. 8. A. A.* In profundam Romam cupidinis ſe præcipitare. Sed legendum *ruinam*, vel aliquid ſimile.

Romanenſis, & Romanienſis, ſe, o. 3. Ῥωμαϊκός, qui alibi exortus eſt, ſed Romæ verſatur. Unde *Cat. in l. de R. R. cap. ult.* ſalem Romanenſem appellat, non Romæ factum, ſed qui Romæ vendebatur. *Inſcript. apud Gruter. pag. 41. n. 7.* Paſtor Romanienſis.

Romanicus, a, um, ῥωμαϊκός, quod Romæ, vel more Romano factum eſt. *Cat. c. 135.* Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica.

Romanitas, atis, imperium Romanum, vel Romanorum mores, & inſtituta. *Tertul. de pal. c. 4.*

Romanula Porta, teſte *Var. l. 4. de L. L.* in Palatino monte fuit, gradus habens in nacalia, ad Volupiæ ſacellum.

Romanus, a, um, *Romano*, ῥωμαῖος, qui Romæ inhabitat, quod a Roma eſt, vel ad Romam ſpectat. *Cic. pro Domo*. An tu Populum Romanum eſſe illum putas, qui? &c. *Virg. 2. Geor.* Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. ¶ Romani, orum, Romæ incolæ, & Romani imperii; *Virg. 1. Æn.* Romani rerum dominos. ¶ Romana porta, in infimo clivo Victoriæ fuit, a Romulo primum inſtituta, gradibuſque quibuſdam in quadraturam formata. Appellata eſt autem Romana a Sabinis præcipue, quibus ea proximus aditus erat Romam. *Feſt.* Vulgo tamen, eodem Feſto referente, Romana porta dicta eſt, ubi ex epiſtylio aqua deſluebat: qui locus ab antiquis appellari ſolitus eſt Ad Statuas Cincias, quod ibi olim fuerit ſepulchrum ejus familiæ.

Romilia, & Romulia, Tribus Romana primum locum inter ruſticas obtinuit, eratque trans Tiberim in Hetruria. Dicta eſt a Roma ipſa, teſte *Var. l. 4. de L. L.* quia incipiebat prope Urbis muros, & uſque ad mare ſecundum flumen extendebatur. *Val. Flac.* ſcribit dictam eſſe a Romulo, quod ex eo agro cenſebatur, quem Romulus ceperat ex Vejentibus.

Romphæa, V. Rhomphæa.

Romphus, V. Rumpus.

Romularis, e, Romuleus, Romanus. *Sidon. in carm. lib. 9. epiſt. 13. ad fin.* Populuſque Romularis.

Romuleus, a, um, ῥωμύλιος, ad Romulum ſpectans. *Ovid. 3. Faſt.* Romuleoque cadit trajectus Amulius enſe. *Id. Met. 15.* Romulea urbs.

Romulidæ, arum, m. ῥωμυλίδαι, Romani, a Romulo. *Perſ. ſat. 1.* Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent. *Virg. 8. Æn.* novum conſurgere bellum Romulidis, Tatioque ſeni.

Romulus, i, ῥωμύλος, filius Iliæ, ſeu Rheæ Sylviæ, ex patre incerto, ſecundum fabulas ex Marte, frater Remi, eodemque cum illo partu genitus, primus Romanorum rex, & Romæ conditor, ut communior Scriptorum opinio eſt. Orta cum fratre contentione, uter novæ urbis principatum teneret, exultantem Remum, & muros inceptos pro contemptu tranſilientem ſua manu interfecit. *Liv. l. 1.* ¶ Regnavit annos ſeptem & triginta, mortuuſque eſt ſine liberis. Inter Deos quoque relatus eſt, & Quirinus dictus. *Id. ibid. & Ovid. 2. Faſt.*

Romulus, a, um, Romuleus, Romanus. *Virg. 6. Æn. v. 876.* Romula tellus. *Horat. lib. 4. od. 5.* Gens Romula.

Ronco. V. Runco.

Ronchus. V. Rhonchus.

Roralis, le, adject. qui eſt ex rore. *Ovid. 4. Faſt. v. 728.* Virgaque rorales aurea miſit aquas. Alii leg. *roratas*.

Rorarii, m. 2. iidem ac velites, expediti, ferentarii, ideſt milites levis armaturæ, qui, antequam acies congrederentur, fundis, & lapidibus pugnæ præludebant, ita dicti a *rore*, vel a *rorando*, quia ſicut ros pluviam præcedit, ita hi aciem præcedebant, & pugnabant, antequam juſtum, & verum prælium inciperetur. *Var. l. 6. de L. L.* Rorarii dicti a rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante roret, quam pluit. *Feſt.* Rorarios milites vocabant, qui levi armatura primi prælium committebant, quod ut ante imbrem fere rorare ſolet, ſic illi ante gravem armaturam quod prodibant, rorarii dicti, qui & ferentarii. *Plaut. apud Var. loc. cit.* Ubi rorarii eſtis? en ſunt. Ubi ſunt accenſi? ecce. Adde *Liv. l. 8.* ¶ Adject. rorarium vinum, quod rorariis militibus dabatur. *Feſt.*

Roratio, onis, roris deſtillatio. *Apul. l. 9. Met.* Nocturnæ rorationes. ¶ Eſt etiam morbi genus in vitibus, ἀπανθισμός, cum deflorescentibus ipſis acinis intempeſtiva pluvia, vel noxia decoquuntur, & decidunt, & ſiqui remanent, exiles, & ſicci ſiunt. *Plin. l. 17. c. 24.* ¶ Ad hoc vitium averruncandum Floralia inſtituta fuere, teſte *eod. l. 18. c. 29.*

Roratus, a, um, nom. partic. qui decidit in modum roris. *Ovid. 3. Faſt. v. 357.* Mollis erat tellus rorata mane pruina. *Id. 2. de Pon. ep. 1. v. 36.* Saxaque roratis erubuiſſe roſis.

Roreſco, is, n. more roris deſtillo. *Ovid. Metam. 15. v. 245.* reſolutaque tellus In liquidas roreſcit aquas, tenuatus in auras, Aeraque humor abit.

Rorifer, ra, rum, *che apporta rugiada*, δροσοφόρος, quod rorem affert. *Sen. Hippol. v. 11.* Qua rorifera mulcens aura Zephyrus vernas evocat herbas: Adde *Lucret. l. 6. v. 864.*

Rorifluus, a, um, adject. rorifer. *Vetus poeta ſub init. l. 2. Catalect. pag. 239. edit. Scalig.* Rorifluam ſectemur carmine lunam.

Roro, as, a. 1. *irrugiadare, bagnare*, Ger. *et tauvet*, Gall. *faire, ou jetter roſée*, Hiſp. *rociar*, δροσίζω, eſt rore aſpergere, & generatim madefacere. *Sil. l. 10. v. 263.* Cum videt in ſcopulo rorantem ſaxa cruore, torvoque obtutu labentem in Tartara Paulum. *Ovid. ep. 21.* Et lacrymis oculi rorantur obortis. ¶ Sumitur etiam pro fundere, ſeu emittere. *Plin. l. 17. c. 10.* Si roraverit quantulumcunque imbrem. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, ut *fluo, mano*, & ſimilia, pro humorem inſtar roris paulatim emittere, ſeu deſtillare, vel pro madefactum eſſe. *Virg. 8. Æn.* Et ſparſi rorabant ſanguine vepres. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Colum. l. 11. c. 2.* Idibus Octobris interdum tempeſtas, nonnunquam rorat. h. e. ros decidit.

Rorulentus, a, um, δροσερός, plenus rore. *Colum. l. 12. c. 38.* Rorulentæ baccæ non legantur. *Plin. l. 8. c. 31.* Uva rorulenta.

Ros, roris, m. *rugiada*, טל, Ger. *der tauw*, Gal. *roſé*, Hiſ. *rocio*, δρόσος, humor, qui cælo fluit ſerena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis exiſtentibus. *Virg. 8. Ecl.* Cum ros in tenera pecudi gratiſſimus herbe eſt. *Cic. l. 1. de Div.* Cum primum gelidos rores Aurora remittit. ¶ Dicitur etiam de quolibet humore leviter, & in roris morem ſparſo. *Virg. 6. Æn. v. 230.* Idem ter ſocios pura circumtulit unda Spargens rore levi. *Lucan. l. 7. v. 838.* ſanguineis ſtillavit roribus arbor. *Lucret. l. 4. v. 439.* Nam quæcunque ſupra rorem ſalis edita pars eſt remorum. hoc eſt ſupra aquas maris. ¶ Ros marie, & ros marinus herbæ nomen eſt ſalutaris, odore jucundo, foliis fœniculi. *Ovid. 3. de ar. am. v. 690.* Ros maris, & lauri, nigraque myrtus olent. *Hor. l. 3. od. 23.* parvos coronantem marino rore Deos, fragilique myrto. V. Roſmarinus. ¶ Ros terræ, herba itidem eſt, ſpecies libanotidis, ſemine circulato, nigro, odorifero, radice intus alba, extra nigra. *Apul. de herb. c. 79.*

Roſa, æ, *roſa*, חבצלת, Ger. *roſen*, Gal. *roſe*, Hiſp. *roſa*, ῥόδον, flos e ſpina naſcens, e græca voce allata. *Var. l. 4. de L. L.* Item ex græcis vocabulis, ἕρπυλλον, ῥόδον, addita, & commutata una litera, ſerpyllum, roſa. Veneri ſacra fuit, propter pulchritudinem, & ſuavem odorem. Aliqui cauſam addunt, quia ſicut roſa brevi viget, ita & venerea voluptas. Fabulantur etiam, roſam olim candidam fuiſſe, traxiſſe autem purpureum colorem ex ſanguine Veneris, quo aſperſa eſt, cum ejus ſpina Deæ in horto inambulantis pedem pupugiſſet. *Cic. Ver. 7. c. 10.* Cum roſam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur. *Et cap. ſeq.* Pulvinus perlucidus Melitenſi roſa fartus. *Et mox.* Reticulum tenuiſſimo lino, minutis maculis plenum roſæ. *Id. Tuſc. 3. c. 18.* Sertis redimiri, & roſa. ¶ Uſurpatur & in blanditiis. *Plaut. Aſin. 3. 3. 74.* Mea roſa, mi anima, mea voluptas. ¶ In roſa vivere, eſt vivere in deliciis. *Martial. l. 8. epigr. 77.* Liber amicorum dulciſſima cura tuorum, Liber in æterna vivere digne roſa. ¶ Sumitur interdum roſa pro oleo roſaceo. *Celſ. l. 8. c. 4.* Infundenda erit roſa tepida. ¶ Item pro ipſo frutice, qui roſam gignit. *Plin. l. 8. c. 41.* Radix roſæ ſilveſtris, quæ cynorrhoda appellatur.

Roſaceus, a, um, *roſato*, ῥόδινος, quod ex roſa factum eſt. *Plin. l. 21. c. 3.* Corona roſacea. ¶ Roſaceum abſolute pro roſaceo oleo, *Id. l. 20. c. 3. & l. 37. c. 3.*

Roſarium, ii, *roſaio*, ῥοδὼν, locus, ubi multi frutices ſunt, qui roſas gignunt, vel copia hujuſmodi fruticum. *Plin. l. 21. c. 21.* Roſaria e Favonio foſſa oportet eſſe, iterumque ſolſtitio. Adde *Virg. 4. Georg. v. 119.* ¶ Roſaria item dicuntur coronæ ex roſis, apud *Plin. l. 21. c. 3.*

Roſarius, ii, m. roſarum venditor, ῥοδοπώλης. *Apul. l. 3. & 4. Metam.*

Roſarius, a, um, adject. ex roſis conſtans, ut roſaria abſortio, *Sueton. in Ner. c. 27.* ubi alii aliter legunt.

Roſatus, a, um, adject. roſa conditus, ut roſatum propoma, *Pallad. Febr. tit. 30.* ¶ Roſatum, abſolute pro vino roſato, *Lamprid. in Heliog. c. 19.* & *Pallad. in Jun. tit. 13. & in Octob. tit. 15.*

Roſcia Lex, fuit lex theatralis apud Romanos, lata a L. Roſcio Othone Tribuno Plebis, M. Glabrione, & C. Piſone Coſſ. qua ſancitum eſt, ut Equites conſiderent in quatuordecim theatri gradibus, qui caveæ, ubi Senatores ſpectabant, proximi erant, confuſe tamen, *Tacito auctore Ann. 15. c. 32.* cum Plebe. *Sigon. l. 2. de antiq. jur. C. R. c. 19.* Vis igitur legis fuit, ut quatuordecim theatri gradus caveæ proximi proprii Equitum eſſent, cæteri ulteriores Plebis eſſent, cui tamen etiam in primis illis quatuordecim Equitibus permixtæ ſpectare liceret, ſi loca vacua ſupereſſent. *Hor. l. 1. ep. 1.* Roſcia, dic, ſodes, melior lex, an puerorum Nænia?

Roſcianus, a, um, adject. ad Roſcium pertinens, ut Roſciana imitatio. h. e. Roſcii hiſtrionis, *Cic. 2. de Orat. c. 59.*

Roſcidus, a, um, o. 1. s. *rugiadoſo*, Ger. *vol tauw*, Gal. *mouillé de rouſee*, Hiſp. *rociado*, δροσερὸς, rore perfuſus, humectus. *Plin. l. 11. cap. 11.* Itaque tum prima Aurora folia arborum melle roſcida inveniuntur, *Id. l. 2. c. 61.* Roſcidæ noctes. *Sil. l. 15. v. 439.* Roſcida aurora. *Virg. Ecl. 8.* Roſcida mala. *Id. Ecl. 4.* Roſcida mella. h. e. puriſſima, & dulciſſima roſe confecta. ¶ Scribitur & *roſidus*. *Col. l. 5. c. 6.* Roſidum, & nebuloſum ſolum.

L. Roſcius Otho, Civis Romanus, qui Trib. Pl. anno 685. C. Calpurnio, M. Glabriona (al. *Calpurnio*) Coſſ. legem tulit, ut Equites ſederent in theatro ſtatim ſupra Senatores in quatuordecim gradibus. V. Roſcia. ¶ Hac lege Equites ſibi adjunxit, alienavit a ſe Plebem. Quo factum eſt, ut cum quinquennio poſt, Conſule Cicerone, dum ludi ederentur, in theatrum veniret, a Plebe maximo ſtrepitu, ab Equitibus ingenti plauſu exceptus ſit. Cumque iterum Plebs, & Equites, ut quiſque animo erat affectus, Roſcium acciperent, paulatim ad verborum convicia deſcenderunt, atque theatrum perturbarunt. Id cum Cicero Conſul accepiſſet, ſtatim, advocata concione, populum caſtigavit: qui in theatrum reverſus, & ipſe cum Equitibus de Roſcii honoribus, *Plutarcho* auctore, contendit. Unde merito *Plin.* ita in laudes Ciceronis erupit *l. 7. c. 30.* Te ſuadente Tribus Roſciæ theatralis auctori legis ignoverunt, notataſque ſediſcrimine ſedis æquo animo tulerunt. V. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. cap. 19.* ¶ Q. Roſcius Comœdus, vir Lanuvinus. *Cic. 1. de Div.* Fuit perverſiſſimis oculis, ſed tamen Q. Catulo ſenatori pulcherrimus videbatur, a quo & adamatus fuit. *Cic. 1. de nat. Deor.* Evaſit præſtantiſſimus in arte hiſtrionica. *Cic. 1. & 3. de Orat. pro Arch. &c.* Eo præſtantiæ pervenit, ut quicunque in aliqua arte excellit, is in ſuo genere Roſcius dicatur. *Id. 1. de Orat.* ¶ Hic, cum obliquos haberet oculos, & turpis eſſet aſpectu, primus perſona in ſcena uſus eſt. Populus tamen eum ſine perſona intueri malebat, ob pronuntiandi dulcedinem. Fuit Ciceronis præceptor in pronuntiatione, & geſtus venuſtatione. Scripſit librum, in quo hiſtrionicam eloquentiæ comparavit. A Fannio quodam ob pecuniariam rationem in judicium adductus eſt. A Cicerone defenſus, abſolutus fuit. Ejus morte omnes commoti ſunt. *Cic. pro Arch.*

Roſea, vel Rufia in Reatino agro campus appellatus, quod in eo arva rore humida ſemper ferentur. *Feſt.*

Roſeanus, a, um, adject. a Roſea, ut Roſeani equi, *Var. l. 2. R. R. c. 7.*

Roſetum, i, n. *roſeto*, ῥοδωνιὰ, locus roſis conſitus. *Virg. 5. Ecl.* Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis.

Roſeus, a, um, *di roſe*, *vermiglio*, ῥόδεος, quod eſt colore roſæ, quod roſæ colorem imitatur. *Virg. 2. Æn.* Roſeoque hæc inſuper addidit ore. *Ovid. 3. Amor. eleg. 3.* Roſeus rubor.

Roſidus, V. Roſcidus.

Roſio, onis, f. *roſione*, actus rodendi. *Plin. l. 20. c. 21.* Succus decoctæ ar…vis prodeſt, & veſicæ, & inteſtinorum roſionibus. Adde *Celſ. l. 7. c. 23.*

Roſmarinus, roris marini, m. & roſmarinum, i, n. *roſmarino*, *ramerino*, λιβανωτίς, genus fruticis. *Ros* dici putatur, quia roſcidæ ſit naturæ, vel quia roris inſtar aſpergatur, vel quia ejus uſus ſit in aſpergillis: *marinus* autem, vel quia in marinis locis feliciter proveniat, vel quia ſaporis marini. hoc eſt amari. *Plin. l. 24. c. 11.* Eſt & roſmarinum. Duo genera ejus: Alterum ſterile, alterum, cui & caulis, & ſemen reſinaceum, quod cachrys vocatur. *Col. l. 9. c. 4.* Ut roſmarinus, & utraque cythiſus. ¶ Scribitur etiam diviſim ros marinum. V. Ros.

Roſtellum, i, n. *beccuccio*, *pippa*, ῥυγχίον, parvum roſtrum. *Col. l. 8. c. 5.* Ac pulli roſtellis ova percuderint. *Plin. l. 3. c. 22.* Roſtellum muris.

Roſtra, orum, n. plur. τὰ ἔμβολα, ſuggeſtum Romæ, in foro, ante Curiam Hoſtiliam extructum, in quo Magiſtratus jus dicebant, leges ferebant; concioneſque ad Populum habebantur. Nomen ex eo fuit, quod adornatum eſſet roſtris navium ab Antiatibus captarum. *Liv. l. 8. c. 14.* Naves Antiatium partim in Navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Roſtraque id templum appellatum. *Id. l. 30. c. 17.* Aſcendere in Roſtra. *Cic. in Vatin. c. 2.* Deſcendere de roſtris. *Id. 3. Offic.* Deſcendere in Roſtra. *Id. in Piſon. c. 3.* In Roſtris curiam, in ſenatu populum defendere. ¶ Dicere pro Roſtris. h. e. in Roſtris, *Gel. l. 11. c. 3.* Sic pro Roſtris laudare aliquem, apud *Quintil.*

Roſtralis, le, adject. a Roſtris. *Sidon. l. 1. epiſt. 11.* Dignum poema, quod apicibus perennandum auratis juſte tabula roſtralis acciperet, aut etiam Capitolina. h. e. dignum, quod in æs inciſum pro Roſtris, vel in Capitolio inter publicorum monumentorum tabulas collocetur.

Roſtratus, a, um, ῥυγχωτὸς, roſtro munitus, ut Naves roſtratæ, quæ in prora æneo munitæ erant roſtro, quo in hoſtium naves cum impetu impactæ, ſæpe eas diſſolvebant, quæ etiam æratæ dicebantur. *Cic. 5. de Invent. c. 30.* Ut, ſiqua roſtrata in portu navis deprehenſa ſit, publicetur. ¶ Sumitur etiam pro ornato corona roſtrata, ſeu navali. *Virg. 8. Æn.* Cui belli inſigne ſuperbum, Tempora navali fulgent roſtrata corona. ¶ Roſtrata corona, ſeu navalis erat corona aurea, cuiguis quibuſdam veluti roſtris navium inſignita, qua donari conſueverat, qui primus maritimo bello in navem hoſtium vi tranſiliiſſet, vel generatim qui viciſſet navali certamine. *Plin. l. 16. c. 4. de coronis.* Cedunt & roſtratæ, quamvis &c. ¶ Roſtratus impetus, qui fit ipſo roſtro. *Plin. l. 10. c. 23.* Liburnicarum more roſtrato impetu feruntur. ¶ Roſtrata columna. h. e. roſtris navium ornata. *Sueton. in Calb. c. ult.*

Roſtro, as, a. 1. *ponere il becco dentro*, ῥυγχίζω, roſtrum impingo, roſtro penetro. *Plin. lib. 18. c. 19.* Sed modo in ſuperiora, modo in inferiora roſtrante vomere.

Roſtrum, i, *roſtro*, *becco*, Ger. *ſchnabel*; Gal. *bec*, *muſeau*, Hiſp. *pico*, *hocico*, ῥύγχος, id, quo animalia cibum capiunt. Proprie beſtiarum eſt, ac imprimis avium. Dicitur a *rodendo*, ut a *radendo raſtrum*, & ſimilia. *Cic. 2. de nat. Deor.* Procero, corneoque roſtro aves. *Id. 1. de Div.* Sus roſtro ſi humi A literam impreſſerit. Sic de cane uſurpat *Plin. l. 8. c. 40. de delphinis*, *l. 9. c. 8. de capris*, *Var. l. 2. R. R. c. 3.* ¶ Reperitur etiam de hominibus. *Plaut. apud Non. c. 6. n. 41.* Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. ¶ Per Metaphoram tribuitur navibus. Nam & ſic vocatur pars in prora exporrectior, cuneique in modum ærata. *Caſ. l. 3. B. G.* Roſtro enim noceri non poſſe cognoverant. Adde *Nepot. in Chabr. in ult.* ¶ Roſtrum mallei eſt ea pars, qua malleus tundit. *Plin. l. 34. c. 14.* ¶ Roſtrum falcis eſt pars falcis curva in modum roſtri avium. *Col. l. 4. c. 25.*

Roſulentus, a, um, adject. roſis abundans. *Prudent. in Eulal. v. 199.* Floribus ut roſulenta putes prata ſubeſſere.

Rota, æ, *rota*, *ruota*, גלגל, Ger. *rade*, Gall. *roue*, Hiſp. *rueda*, τροχὸς, id, cujus converſione currus procedit, a ῥοθέω, quod non tantum ſignat ſtrepitum edere, ſed etiam cum impetu ferri. *Plin. l. 16. c. 40.* Sed lignum non alio pene, quam ad radios rotarum utile. ¶ Rota item in figlinis dicitur, qua fictilia tornantur. *Hor. in Art. poet.* Currente rota cur urceus exit? ¶ Rota etiam fuit genus ſupplicii, quo diſtento corpore homines torquebantur. *Cic. 5. Tuſc. c. 9.* In rotam beatam vitam non aſcendere. ¶ Per Synecdochen ponitur pro toto curru. *Virg. 12. Æn.* Eque rotis magnam reſpexit ad urbem. *Ovid. 2. de ar. am. v. 230.* Si rota defuerit, tu pede carpe viam. ¶ Translate dicitur de ſphæra. *Cic. in Arat.* Hunc tangit rota fervida Solis. ¶ Item de fluxu, & curſu alicujus rei. *Sil. l. 6. v. 121.* Per varios præceps caſus rota volvitur ævi. ¶ Rota Fortunæ eſt inconſtantia, & volubilitas. Fortuna enim rotæ inſidere fingitur, quia ut rota facile volvitur, ita Fortuna varia, & inſtabilis eſt. *Cic. in Piſon. c. 10.* In quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimeſcebat. ¶ Rota quoque, genus capræ ſylveſtris, & feræ. *Var. l. 3. de R. R. c. 1.* Ut in Samothrace capraram, quas Latine rotas appellant. ¶ Item genus piſcis. *Plin. lib. 9. c. 4.* Apparent & rotæ, appellatæ a ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus. *Id. l. 32. c. 11.* Rotæ, orcæ, arietes, muſculi, &c.

Rotabilis, le, adject. qui rotari, & in gyrum agi poteſt. *Ammian. l. 23. c. 4.* Agiliter rotabilis.

Rotalis, le, adject. qui rotas habet, ut rotale carpentum. *Capitol. in Maximin. c. 12.*

Rotatilis, le, adject. qui in gyrum agitur. *Sidon. l. 2. epiſt. 9.* Inter rotatiles cataſtropharum gyros. *Prudent. in præfat. Periſteph. v. 8.* Sacramus & rotatiles trochæos.

Rotatim, adv. per gyrum, periodice. *Diomed. l. 3.* Rotatim, ac volubiliter dicebant. *Apul. l. 10. A. A.* Rotatim circuoſi.

Rotatio, onis, in gyrum circumductio. *Vitruv. l. 10. c. 8.* Per rotationem circini.

Rotator, oris, qui rotat, & in gyrum agit. *Stat. l. 2. ſil. 7. v. 7.* Et tu Baſſaridum rotator Evan.

Rotatus, a, um, *girato*, δινηθεὶς, in gyrum actus. *Auct. paneg. ad Piſon. v. 53.* Et nunc cervice rotata Incipit effuſos in gyrum carpere curſus. *Ovid. 12. Metam. v. 269.* Ignis rotatus. ¶ Sol rotatus. h. e. in præcipitatus. *Prudent. 10 Rom. v. 537.* Cadet rotati ſolis in terram globus. ¶ Sermo rotatus, eſt oratio brevis, expedita, & volubilis. *Juven. ſat. 6. v. 448.* aut curvum ſermone rotato Torqueat enthymema.

Rotatus, us, m. circumvolutio. *Stat. Achil. 1. v. 416.* Didici, quo Pæones rotatu, quo Macetæ ſua gæſa citent. *Auſon. in Moſel. v. 363.* Præcipiti torquens cerealia ſaxa rotatu.

Roto, as, a. 1. *rotare*, *girare o torno*, κυκλόω, verto, in modum rotæ verto, circumago. *Horat. l. 4. od. 11.* Flammæ rotantes fumum ſordidum. *Virg. 10. Æn. v. 577.* Strictum rotat enſem. *Ovid. 2. de ar. v. 374.* Aper rotat eſſet fulmineo ore. ¶ Rotare ſe pavones dicuntur, cum veluti pulchritudinem ſuam admirantes caudæ pinnas in orbem explicant, quia orbem rotæ imitantur. *Colum. l. 8. c. 11.* Signa ſuos exſtimulato libidinis, cum ſemetipſum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit: idque cum facit, rotare dicitur.

Rotula, æ, τροχίσκος, τροχίδιον, parva rota. *Plin. l. 18. c. 18.* Galliæ vero duas addiderunt rotulas.

Rotundatio, onis, actus rotundandi. *Vitruv. l. 10. c. 11.* Sic & in rotundatione, & in longitudine æqualia ſpatia fient.

Rotundatus, a, um, nom. ex partic. rotundus factus. *Vellei. l. 2. c. 59.* Solis orbis ſuper caput ejus, curvatus æqualiter, rotundatuſque conſpectus eſt.

Rotunde, adv. *rotondamente*, στρογγύλως, cum rotunditate. Translate ſumitur pro concinne, & collecte, ut ait *Non.* vel pro eleganter, & compoſite, ſive explicate, ut *Budæus*. *Cic. 4. Fin. c. 3. ad fin.* Iſta ipſa, quæ tu breviter, Regem, Dictatorem, divitem ſolum eſſe Sapientem, a te quidem apte, ac rotunde.

Rotundifolius, a, um, adject. rotunda folia habens. *Apul. de herb. c. 78.*

Rotun-

Rotunditas, atis, *rotondità*, Germ. *runde*, Gall. *rondeur*, Hiſp. *redondez*, στρογγυλότης, gyrus, circuitus, figura, quæ res rotundæ ſunt. *Plin. lib.* 1. *c.* 3. Cornibus, quæ ſunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Cœli rotunditas. ¶ Translate *Macrob. l.* 7. *c.* 3. Rotunditas verborum.

Rotundo, as, a. 1. *fare rotondo*, Germ. *rund machen*, Gal. *arrondir*, Hiſp. *redondear*, στρογγυλόω, rotundum facio. *Cic. de Univ.* c. 10. Cumque ſimilem univerſi naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit. *Vitr. l.* 10. *c.* 11. Rotundare ad circinum. ¶ Translata ſumitur pro implere, explere, & perficere, quod rotunda forma nulla ſit perfectior. *Hor. l.* 1. *ep.* 6. Mille talenta rotundentur.

Rotundula, læ, f. parvum emplaſtrum, vel placenta rotunda. *Apul. de herb.* c. 13. His bene commixtis facies rotunde velut rotundulam, &c.

Rotundus, a, um, *rotondo*, עגול, Germ. *rund*, Gal. *rond*, Hiſp. *redondo*, τροχαλός, quod eſt ſphæricum, ſeu globoſum. Eſt a rota, quaſi dicas τροχοειδής, ideſt rotæ figuram habens. *Undus* eſt productio vocis, ut in *jucundus* a *jocus*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Qui mundum animantem, immortalem, & eundem beatum, & rotundum eſſe velint, quod ea forma negat ullam pulchriorem eſſe Plato. *Id. de Univ.* c. 6. Idque ita tornavit, ut nihil effici poſſit rotundius. *Plin. lib.* 10. *c.* 52. Ova exeunt e rotundiſſima ſui parte. ¶ Translate ponitur pro pleno, concinno, & perfecto, a præſtantia figuræ rotundæ. *Cic. in Or.* c. 13. Thucydides autem præfractior, nec ſatis, ut ita dicam, rotundus. *Hor. de art. poet.* v. 323. Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui. ¶ Item pro ſibi ſimili, atque æquali, conſtanti. *Hor. lib.* 2. *ſat.* 6. *de libero & ſapiente.* In ſe totus teres, atque rotundus. ¶ Rotunda veſtis dicitur, quæ undique clauſa eſt, & uno injectu totum tegit corpus, qualem fuiſſe Romanorum togam, *Ferrar. l.* 3. *de re veſt. proprob. capit.* oſtendit. *Quintil. lib.* 11. *c.* 3. Rotundam eſſe togam, & apte cæſam velim. V. etiam *Manut. de quæſit. per epiſt. l.* 1. *ep.* 1. ¶ Rutundus pro rotundus legitur in quibuſdam vet. codicibus apud *Feſt. Gel. l.* 1. c. 3. & *Apul. l.* 11. *A. A.*

Roxolani, orum, populi Scythiæ Europææ, Alanis vicini, ubi nunc eſt Tartaria minor, & Ukraina. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 79.

R ANTE U.

Rubedo, inis, *roſſezza*, חכלילות, Ger. *die rote*, Gall. *rougeur*, Hiſp. *vermejura*, ἐρυθρότης, color rubeus. *Firm. l.* 5. *c.* 12. Leo ſignificat colorum croceum, atque ad rubedinem declinantem.

Rubefacio, is, feci, factum, a. 3. *far roſſo*, ἐρυθραίνω, rubro colore tingo, ruborem affero. *Sil. l.* 10. *v.* 137. Vixque Atlantiadum rubefecerat ora ſororum. *Ovid.* 8. *Met. v.* 383. rubefecit ſanguine ſetas.

Rubefactus, *a*, um, ἐρυθρανθείς, partic. a rubefio. *Ovid.* 13. *Met. v.* 394. Expulit ipſe cruor, rubefactaque ſanguine tellus.

Rubellianus, a, um, idem ac rubellus. *Colum. l.* 3. *cap.* 2. Et materia non ita rubet, ut aminneis, a quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rubellio, onis, m. piſcis prægrandi capite, ex genere mullorum, a *rubellus*, quod diminutivum a *ruber*. Ita vero a colore dici, argumento eſt, quod piſcis ſimiliter Græcis vocetur ἐρυθρῖνος, ab ἐρυθρός, *ruber*. *Plin. l.* 32. c. 10. Mullus in vino necatus, vel piſcis rubellio iis, qui inde biberint, tædium vini affert.

Rubellus, a, um, *roſſetto*, ὑπέρυθρος, ſubrubens, qui modice, & dilute rubet, dim. *a ruber*. *Martial. l.* 1. *ep.* 104. Et Vejentana bibitur fæx craſſa rubelli. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellavere vineas.

Rubens, entis, o. *roſſo*. *Virg.* 1. *Georg.* Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 511. Vina rubentia. *Plin. lib.* 37. c. 6. Superficies locuſtarum maris cruſtæ rubentior.

Rubeo, es, bui, ſine ſup. *eſſere roſſo*, אדם, Ger. *rot ſeyn*, Gal. *être rouge*, Hiſp. *envermejecerſe*, *ſer roxo*, ἐρυθραίνομαι, rubens ſum. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 422. Thuſco ſanguine terra rubet. ¶ Translata accipitur pro pudere, verecundari. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 4. Rubeo, mihi crede: ſed jam ſcripſeram, delere nolui. *Id.* 4. *Ver.* c. 76. Hærere homo, averſari, rubere.

Ruber, bra, brum, *roſſo*, אדום, Ger. *rot*, Gal. *rouge*, Hiſp. *vermejo*, *roxo*, ἐρυθρός, quod eſt rubentis coloris. *Ovid.* 1. *Faſt.* At ruber hortorum Deus, & tutela Priapus. *Horat. l.* 3. *carm. od.* 13. Nam gelidos inficiet tibi rubro ſanguine rivos. *Plin. l.* 10. c. 63. Colorem illico mutant rubriore pilo. *Celſ. l.* 5. c. 18. Nitrum quam ruberrimum. ¶ Legitur & *rubrus* in recto caſu. *Solin.* c. 40. *de chamæleonte.* Colores non ſunt, quos fingere non valeat, rubrus, & candidus.

Rubeſco, is, n. 3. *divenire roſſo*, ἐρυθραίνομαι, rubens fio. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Miror, ipſo tantum eas cœlo gaudere, Sole rubeſcere, candoremque perdere. *Virg.* 2. *Æn. v.* 551. Rubeſcit aurora.

Rubeta, æ, f. *roſpo*, φρῦνος, genus ranæ venenoſum, a *rubus*, quia fere in rubis verſatur, ut ſcribit *Plin. l.* 32. c. 5. *Juv. ſat.* 1. Quæ molle Calenum porrectura viro miſcet ſitiente rubetam. ¶ Dicitur etiam rana rubeta. *Plin. l.* 8. c. 31. Ranæ quoque rubetæ, quarum & in terra, & in humore vita. *Propert. l.* 3. *eleg.* 6. Ranæ portenta rubetæ.

Rubetum, i, n. *roveto*, βατών, locus, in quo rubi copioſe proveniunt, vel ipſa ruborum copia. *Ovid.* 1. *Met. v.* 105. In duris hærentia mora rubetis.

Rubeus, a, um, idem ac ruber. *Col. l.* 6. *c.* 1. Colore rubeo vel fuſco. *Pallad. l.* 4. *tit.* 11. Boves rubei coloris. *Firmic. l.* 4. *c.* 12. Rubeis capillis, oculis ſanguinoleutis. ¶ Eſt item rubeus, βάτινος, idem ac ſpineus, a *rubus*. *Virg.* 1. *Georg. verſ.* 266. Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga. *Servius* intelligit virgam ex Rubis oppido Campaniæ.

Rubi, orum, m. opp. Campaniæ. *Serv. in* 1. *Georg. Hor. l.* 1. *ſat.* 5.

Rubia, æ, f. *grana groſſa*, *robbia*, ἐρυθρόδανον, ἐρευθέδανον, herba, radicem habens rubram tingendis lanis, ac coriis idoneam. *Plin. l.* 19. *c.* 3. In primis rubia, tingendis lanis, & coriis neceſſaria, &c. *Id. l.* 24. *c.* 11. Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthedanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelleſque perficiuntur.

Rubico, & Rubicon, onis, m. fl. Æmiliæ, ſeu Galliæ Togatæ, apud Ceſenam orb. qui nunc ſubit inter Aprufam fl. vulgo *Luſo*, & Sapim *il Savio*, & inter portum Ceſenatem, & Ariminum. Olim fuit terminus Italiæ. *Plin. l.* 3. *c.* 15. ¶ Ibi a Senatu Romano C. Julio Cæſari interdictum eſt, ne ulterius armatus procederet. *Suet. in* Cæſ. *c.* 32. ¶ In recto caſu Rubiru legitur apud *Plin. l.* c. & *Rubicon* apud *Lucan l.* 1. *v.* 214.

Rubicundulus, a, um, *vermiglietto*, ſubrubens, diminut. a *rubicundus*. *Juvenal. ſat.* 6. *verſ.* 424. Tandem illa venit rubicundula, totum œnophorum ſitiens.

Rubicundus, a, um, *rubicondo*, *roſſeggiante*, אדמדם, Germ. *rot verfarb*, Gal. *rouge*, Hiſpan. *roxo*, *vermejo*, ἐρυθριῶν, rubore plenus, abunda rubens. *Plin. l.* 18. *c.* 35. *de Luna*: Si rubicunda, ventos portendere dicitur. *Sen. l.* 7. *quæſt. nat. cap.* 11. Habitus cometæ rubicundior. *Virg.* 1. *Georg. v.* 297. Rubicunda Ceres.

Rubidus, *a*, um, ὑπέρυθρος, quod eſt colore rufo, ſed atrario multo miſto, cujuſmodi fere eſt color ferri multa rubigine obducti. *Gel. l.* 2. *c.* 26. Etenim ſanguineus, roſeus, croceus, *aureus*, oſtrinus, fulvus, flavus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, ſpadicus, rubei, ſeu ruſi coloris ſunt. *Plaut. Stich.* 2. 2. 77. Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam, h. e. vetuſtate rugoſam, & ad atrum colorem accedentem, ut *Feſt.* interpretatur. *Id. Plaut. Caſ.* 2. 5. 2. Ibi torreto me pro pane rubido. h. e. parum cocto, & ſolum rubefacto, ut exponit *Id. Feſt.*

Rubiginor, aris, depon. 1. *arrugginirſi*, rubiginem contraho, ἰοῦμαι. *Apul. l.* 3. *Flor.* Ut gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur.

Rubigalia
Rubigo, &c. } V. Robigalia, Robigo, &c.

Rubor, oris, m. *roſſore*, ἐρυθρότης, rubedo, color rubens. *Gel. l.* 2. *c.* 26. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocum, has ſingulas rufi varietates Latina oratio ſingulis, propriiſque vocabulis non demonſtrat, omniaque iſta ſignificat una ruboris appellatione, cum tamen ex ipſis rebus vocabula mutuetur, & igneum aliquid dicat, & flammeum, & ſanguineum, & croceum, & oſtrinum, & aureum. *Cic. in Orat. c.* 23. Fucati medicamenta candoris, & ruboris omnia repellantur. ¶ Tyrii ruboris purpura. *Virg.* 3. *Georg. v.* 307. Tyrios incocta rubores. ¶ Metonymice ponitur pro pudore. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 59. Præſtet idem ingenuitatem, & ruborem ſuum, verborum turpitudine, & rerum obſcœnitate vitanda. *Liv. l.* 30. *c.* 15. Audienti rubor ſuffuſus.

Rubrans, antis, nom. particip. rubens, rubeus. *Alcim. Avit. l.* 5. *v.* 505. Rubranti profundo. h. e. mari rubro.

Rubrica, æ, *rubrica*, μίλτος, terra ita dicta a rubro colore ad tingendum apta. *Col. l.* 2. *c.* 17. Omnes arbuſculas, priuſquam transferas, rubrica notari convenit. ¶ *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 22. Cœno oblitus, aut rubrica delibutus. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Rubrica picta prælia. ¶ Ex ea lateres quoque fiunt ad ædificia. *Vitruv. l.* 2. c. 3. Faciendi ſunt (lateres) ex terra albida, cretoſa, ſive de rubrica. Plura de rubrica V. apud *Plin. l.* 35. *c.* 6. ¶ Metonymice ſumitur pro inſcriptione, ſeu titulo earum rerum, quæ in textu, vel in capitulo infra ſcriptæ continentur. Ratio nominis eſt, quia olim rubrica legum tituli, & capita notabantur, diſtinctionis cauſa, & ut facile apparerent. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 90. Præſertim ſi quid Maſuri rubrica notavit.

Rubricatus, a, um, μιλτωτός, tinctus rubrica, vel quocunque colore rubeo, ut rubricator mutinus, apud *Auctor. Priap. carm.* 73.

Rubricata, æ, *roſſetto*, ἐρυθρίασις, *ſulorizi*, purpuriſſum, ideſt color, quo mulieres genis ruborem inducunt. *Plaut. Truc.* 2. 2. 39. Buccas rubricata, omne corpus intinxit tibi. Alii rectius leg. *rubricæ cera*.

Rubrico, as, a. 1. rubrica ſigno, rubeum facio. Affert *Paſſerat.* ex *Claudiano* hæc verba, *rubricaverit enſem*, quæ nos invenire non potuimus.

Rubricoſus, a, um, μιλτώδης, ruber, veluti rubrica conſperſus, aut rubris arenis. *Col. l.* 4. *c.* 33. Spiſſum ſolum, & rubricoſum reformidat. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 17.

Rubrus. V. Ruber.

Rubus, i, m. *rovo*, *rugo*, סנה, Ger. *brombeerſtaud*, Gall. *ronce*, Hiſp. *carca*, βάτος, ſentis genus, morus agreſtis, frutex paſſim in dumis proveniens, florem habens candidum, fructum moris non abſimilem, fortaſſe a rubore, quod virgulta ejus rubeant, vel quod mora ferat rubra, quod de rubo Idæo verum eſt. *Virg.* 4. *Ecl.* Ferat & rubus aſper amomum. ¶ De rubo *Plinius* ſcribit *l.* 16. *c.* 21. & 37. *l.* 17. c. 13. *l.* 24. *c.* 13. & 14. ¶ Rubus caninus, κυνόσβατος, frutex arboſculæ ſimilis, rubo longe major, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos ſpinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olivæ ſimili, qui & ſentis canis dicitur. *Pallad. l.* 1. *c.* 34.

Ructamen, inis, n. ructus. *Prudent. Hamartig. v.* 466. Carnis & immodicæ ſputo ructamine crudus.

Ructatrix, icis, f. quæ ructat, vel quæ ructum efficit. *Martial. l.* 10. *ep.* 48. Nec deeſt ructatrix menta, nec herba ſalax.

Ructatus, a, um, ἐρευχθείς, ructu emiſſus, effuſus, profuſus. *Sil. l.* 13. *v.* 432. Permiſcetque mero ructatos ore cruores.

Ructito, as, a. 1. ἀνερεύγομαι, freq. a ructo. *Col. l.* 6. c. 6. *de bove ægrotante.* Sæpe decumbere, & ructitare cœpit, caudamque crebrius agere. Alii leg. & *agitare caput*, *caudamque*.

Ructo, as, n. 1. *ruttare*, Ger. *gerbſen*, Gal. *roter*, Hiſp. *regoldar*, ἐρεύγομαι, ructum emitto. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 9. Pergin' ructare in os mihi? *Juven. ſat.* 3. Si bene ructavit, ſi rectum minxit amicus. *Plin. l.* 3. *c.* 19. Ut in Antonia Druſi nunquam expuiſſe, in Pomponio Conſulari Poeta nunquam ructaſſe.

Ructor, aris, d. 1. idem ac ructo. *Var. l.* 3. *R. R.* c. 2. Cujus aves hoſpitales etiam nunc ructor. ¶ Translate ponitur pro effundere, generatim. *Hor. in art. v.* 457. Hic dum ſublimes verſus ructatur, & errat.

Ructuo, as, a. 1. idem quod ructo. *Auguſtin. ſerm.* 135. *de Temp.* o *med.* Bibentes unicum Verbum, unde impleti ructuant laudes.

Ructuoſus, a, um, ἐρευγματώδης, plenus ructibus. *M. Calvus apud Quinctil. l.* 4. c. 4. Tuſſis præcordiis ſtertentem, ructuoſis ſpiritus geminare.

Ructus, us, m. *rutto*, Germ. *gerps*, Gall. *rot*, Hiſp. *regueldo*, ἐρυγή, cibi, & potus in ſtomacho male concocti ventoſa per os efflatio, crudi ſtomachi ſonitus, quem edere ſolent, qui plus æquo onerarunt ventriculum, ab ἐρεύγω. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Stoici crepitus aiunt æque liberos, ac ructus eſſe oportere. *Martial. l.* 1. *ep.* 88. Eatruro ructus anm venit a barathro. *Plin. l.* 24. *c.* 15. Ructu gravis herba. h. e. quæ manducata ructus movet fœtidi odoris.

Rudeatus, vel
Rudectus (utroque enim modo legitur) a, um, adject. ruderibus plenus. *Cato de R. R. c.* 131. Loca rudeata, arenoſaque. *Id. ibid. c.* 34. Terra pulla, rudecta.

Rudens, entis, m. & f. *corda*, *fune*, חבל, Ger. *groſſ ſchiff ſeil*, Gal. *chable*, *groſſe chorde*, Hiſp. *cuerda*, πρότονος, funis nauticus, a *rudendo*. *Non. c.* 1. *n.* 234. Rudentes ea cauſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere exiſtimentur, atque hunc ſonum proprium funium, non aſinorum putant. *Cic.* 5. *Tuſc.* Non ſane optabilis eſt quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. *Id.* 2. *de Div. c.* 56. Sed eſt quaſi rudentis explicatio. *Plaut. Rud.* 4. 3. 1. Dum tibi hunc, quam trahis, rudentem complico. ¶ *Rudens* titulus eſt Plautinæ comœdiæ, in qua piſcator inducitur rudente vidulum e mari extrahens.

Rudens, entis, o. partic. a rudo. *Ovid.* 1. *Faſt.* Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus, intempeſtivos edidit ore ſonos.

Rudentiſibilus, li, ſtridor funium nauticorum. *Pacuv. apud Var. l.* 4. *de L. L.*

Rudo, es, n. 3. idem ac rudo, apud vet. *Lucil. apud Var. l.* 6. *de L. L.* Hec, inquam, rudet ex roſtris, atque hinnitabat.

Rudera, V. Rudus.

Ruderarius, a, um, quod ad rudera ſpectat, ut Ruderarium cribrum, id eſt cribri genus majus ex membrana ſeminuſis foraminibus pertuſa, quo rudera, ideſt lapilli conſimileſque ſordes e frumento repurgantur. *Apul. l.* 8. *Met.*

Ruderatio, onis, actus ruderandi. Differt a ſtatuminatione, quia ſtatuminatio fit lapidibus, & cementis libralibus, & manualibus, ſine calce, & arena; ruderatio vero ſtatuminati ſuperinducitur cum calce, & arena, aut rudere novo, aut redivivo, ideſt ex vetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, quod conſtat e cæmento, ad differentiam nuclei, qui eſt e teſta

contu-

Digitized by Google

contuſa, & tertio inducitur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Primumque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.

Ruderatus, a, um, quod rudera habet, ut Ruderatus ager, qui veterum ædificiorum materia ſcatet. *Plin. l. 21. c. 4.* Proptereque ruderatum agrum amare.

Rudĕro, as, a. 1. *κατερείπω*, rudus induco. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Ne minori ſaxo, quam quod poſſit manus implere, ſtatuminationibus inductis ruderetur. Alii leg. *cruſtuminationibus*.

Rudetum, i, *luogo pieno di calcinacci*, locus plenus ruderibus. *Cat. c. 38.* Lentem in rudeto, & rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito. Alii leg. *rudecto*.

Rudiæ, f. 1. *Rois*, urbs antiq. Calabriæ, in Salentinis, apud Lupias, patria Ennii poetæ.

Rudiarii, m. 2. qui in gladiatura emeriti rudem acceperunt, ideſt impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. *Suet. in Tiber. c. 7.* Rudiariis quoque quibuſdam revocatis auctoramento centenum millium. ¶ Alias rudiarii vocati ſunt, qui nova ſaga poliunt. *Feſt. in Rodus.*

Rudicula, æ, f. *ſpatola*, *σπαθίδιον*, ligula, ſive ſpatha, ideſt parva virga, qua agitantur ea, quæ coquuntur, a rudis, qua virgam notat. *Cat. de R. R. c. 95.* Rudicula agitato crebro, uſque adeo, dum fiat tam craſſum, quam mel. Adde *Colum. l. 12. c. 46.*

Rudimentum, i, *primo principio*, Ger. *unterrichtung*, Gal. *aprentiſſage*, Hiſp. *los principios*, *προπαιδεία*, primum principium cujuſcunque rei, a *rudis*, quia res omnes initio rudes ſunt, ideſt impolitæ, imperfectæ. *Quintil. l. 2. c. 5.* Rudimenta dicendi. *Velle. l. 2. ſub fin.* Rudimenta militiæ. *Plin. in proœm. l. 7.* Lucis rudimentum. ¶ Rudimentum ponere, eſt ruditatem deponere, jam rudem eſſe deſinere, incipere fieri politiorem, & inſtructiorem. *Cic. in Sal. c. 2.* Qui ne incipiens quidem peccare minoribus rebus poſuit rudimentum. *Liv. l. 31. c. 11.* Rudimentum adoleſcentiæ ponere. Eodem ſenſu *Juſtin. l. 9. c. 2.* Sub aliſujus militia tirocinii rudimenta deponere.

Rudis, is, ſubſt. f. virga impolita, qualis erat, qua gladiatores olim, cum iſſis permitteretur a gladiatorio munere ceſſare, a Prætore donabantur, & publica alebantur pecunia. *Cic. 2. Phil. c. 30.* Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti? ¶ Hujuſmodi rudibus ipſi gladiatores cum ad artem diſcendam exercebantur, pugnabant. *Sueton. in Calig. c. 32.* Myrmillonem in ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit. *Cic. in ep. ad Octavium, prope fin.* Veteres vulneribus, & ætate confectos gladiatores ad rudem compellere. h. e. ad reſumendam profeſſionem cogere. ¶ Translate, reſpiciendo ad priorem, quem diximus, rudis uſum, accipitur pro libertate, & optato rei cujuſcunque fine, & *rudem dare*, ſeu *donare* eſt a quovis munere dimittere, *rudem mereri* eſt mereri miſſionem, vel ceſſationem a labore, vel officio, *rude donari*, vel *rudem accipere* eſt quocunque onere liberari, a munere quovis in otium reſtitui, vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem, &c. *Hor. l. 1. ep. 1.* Spectatum ſatis, & donatum jam rude quæris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo. *Martial. l. 3. ep. 36.* Ut nondum credas me meruiſſe rudem. *Juven. ſat. 7. v. 171.* Ergo ſibi dabit ipſe rudem. ¶ Sumitur etiam rudis pro ligula, ſeu ſpatha, ideſt virga lignea, qua res agitantur, & miſcentur, ut fit in iis, quæ coquuntur. *Plin. l. 34. c. 18.* Uritur in patinis per laminas minutas cum ſulphure, verſatum rudibus ferreis, aut ferulaceis. *Cato R. R. c. 79.* Coquito, verſatoque crebro duabus rudibus.

Rudis, & de, o. 3. *rozzo*, Ger. *unwiſſend*, Gall. *rude*, Hiſp. *no labrado*, *no enſenado*, *ἀκατέργαστος*, impolitus, incultus, imperfectus, aſper, durus, ut Rude argentum apud *Plin. l. 33. c. 3.* quod neque ſignatum eſt, neque aliam in uſum laboratum. *Ovid. 7. Met.* Rudis, indigeſtaque moles. *Var. l. 1. R. R. c. 27.* terram rudem proſcindere oportet. *Senec. Hippolyt.* Capilli rudes, h. e. incompti. *Ovid. Heroid. ep. 1.* Rudes lanæ. h. e. impolitæ. ¶ *Æs rude* eſt non ſignatum. V. *Æs*. ¶ Dicitur etiam de iis, quæ ad litteras pertinent. *Cic. l. 1. de Or.* Quæ pueris, aut adoleſcentulis nobis ex commentariolis noſtris inchoata, atque rudia exciderunt. ¶ Item de ingenio, & animo, qui adhuc diſciplinis, vel rerum uſu expolitus non eſt. Et vel abſolute uſurpatur. *Cic. de opt. Orat. l. 3. c. 1.* Rudem me diſcipulum, atque integrum accipe. ¶ Vel cum gen. & notat imperitum, indoctum, inſcium. *Cic. pro Flac. c. 8.* Cum in theatro homines imperiti, rerum omnium rudes, ignarique conſederant. *Id. 4. Ver.* Tarentii non provinciæ rudis erat, & tyro. ¶ Vel cum abl. & præp. in. *Cic. 1. de Or.* Hæſitantem in majorum inſtitutis, rudem in Jure Civili. ¶ Vel omiſſa præpoſ. *Velle. l. 2. c. 9.* Senſibus ſalubris, verbis rudis. Et *c. 73.* Adoleſcens ſtudiis rudis. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Ovid. l. 3. de Pont. el. 7.* Ad mala jam pridem non ſumus ulla rudes. *Liv. l. 24.* Rudem ad pedeſtria bella Numidarum gentem eſſe, equis tantum habilem. ¶ Accipitur interdum pro ruſtico. *Juven. ſat. 11.* Tunc rudis, & Græcas mirari neſcius artes. ¶ Interdum pro duro, & inclementi. *Ter. Phorm.* Adeon' te eſſe ingenio rudi, & inexorabili?

Ruditas, atis, *rozzezza*, *ἀγροικία*, *ἀμαθία*, imperfectio, obſcuritas ingenii, imperitia. *Apul. l. 4. Florid.* Literatoris ruditatem eximere.

Ruditus, us, m. *raggbio*, *raglio*, clamor inconditus, qualis eſt aſini rudentis. *Apul. l. 8. Met.* Audito ruditu meo.

Rudo, is, di, ſine ſup. n. 3. *ragghiare*, [illegible], Germ. *ſchreyen*, Gall. *braire*, Hiſp. *rebuznar*, *ὀγκάομαι*, eſt ſonum inconditum edere, qualem ſolent aſini, cum vocem emittunt. Sed *Nonius* dicit, ſapientiſſimorum virorum opinionem eſſe, rudere proprie non aſinos, ſed funes nauticos dici, cum vento verberantur, hinc funes illos rudentes appellari. V. *Rudens*. *Ovid. l. 3. de art. v. 290.* Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola. *Perſ. ſat. 3. v. 9.* Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Ubi primum producit, cum alii omnes corripiant. ¶ Dicitur etiam de leonibus, vel per Metaphoram, vel per Catachreſin. *Virg. 7. Æn. v. 16.* iræ leonum ſera ſub nocte rudentum. ¶ Item de hominibus. *Virg. 8. Æn.* Incluſumque cava ſaxo, atque inſueta rudentem. ideſt inſolita voce clamantem.

Rudor, oris, m. 3. ſtridor, murmur, rugitus venti ſubterranei. *Apul. de mundo.* Mycetias vocatus terræ rudoris inquietudo terrenæ. Ita *Scaligerum* ſecutus legit *Vulcan.*, ubi vulgo *odoris*. *Id. in Florid. n. 17.* (*al. l. 9. ad fin.*) Vox hominis & tuba rudore torvior, & lyra concentu variatior.

Rudus, eris, n. *rovinaccio*, Ger. *ſchutt*, Gall. *platras*, Hiſp. *vaſſura*, *ἐρείπιον*, lapidum fruſta, cujuſcumque materiei. Duplex eſt, novum, & vetus. Novum rudus eſt materia pavimenti, hoc eſt, ſaxa de novo contuſa, ſeu teſtæ contractæ cum calce ad pavimentum faciendum. Vetus rudus eſt materia veterum pavimentorum, & dirutorum ædificiorum, quæ lapidibus, & teſtis confractis, calceque arena commixta conſtat. *Vitr. l. 7. c. 1.* Deinde ruderi novo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur. ¶ Dicitur etiam de ære rudi, & infecto. *Prudent. in Apotheoſ. v. 723.* Æris rudere decocta maſſa.

Rudusculum. V. Rauduſculum.

Rufæ, f. 1. opp. ext. Campaniæ, in conf. Samnii, Eſerniæ finitimum. *Virg. 7. Æn. v. 739.* ¶ *Sil. l. 8. v. 567.* Rufias vocat, & *Liv. l. 8. c. 25.* Rufrium.

Ruſeſco, is, n. 3. *divenire roſſo*, *πυῤῥίζομαι*, rufus fio. *Plin. l. 10. c. 29.* Grues ſenectute nigreſcunt, merula ex nigro ruſeſcit.

Rufo, as, a. 1. *fare roſſo*, *πυῤῥόω*, rufum facio. *Plin. l. 23. c. 2.* Tunc addito lentiſcino oleo illito une nocte rufat capillum. *Id. l. 15. c. 22.* Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis.

Rufræ, arum, f. oppidum Campaniæ. V. *Rufæ*.

Rufreni, orum, Rufrarum incolæ. *Cic. Fam. 10. ep. 21.*

Rufuli, ſive Rutuli, unum genus Tribunorum militum, ita dictum a Rutilio Rufo, qui de eorum jure legem tulit. Tribuni enim militum dividebantur in Rufulos, ſive Rutulos, & Comitiatos. *Aſcon. Pedian. in Divin.* Tribunorum militarium duo ſunt genera, primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur. *Feſt. Pomp.* Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Conſules faciebant, non Populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis, (ſic enim elevaverant eorum jus, ac tuos elevabant, qui populi ſuffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, et poſt Rutuli appellati ſunt. *Liv. l. 7.* Et cum eo anno primum placuiſſet Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri (nam & antea, ſicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ipſi faciebant) T. Manl., qui poſtea Torquatus appellatus eſt, ſecundum in ſex locis tenuit.

Rufulus, a, um, dim. a *rufus*. *Plaut. Aſin. 2. 3. 20.* Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus. ¶ Rufuli dicti ſunt ex Tribunis militum ii, quos Conſules in exercitu creabant, non populus: de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis, Rufuli a cognomine Rutilii, et poſt Rutuli appellati ſunt. *Feſtus*, & *Aſcon. in Verrin. 1. c. 10.*

Rufus, a, um, *roſſo*, [illegible], Ger. *rothlecht*, Gal. *rougeatre*, Hiſp. *ruvio*, *ξανθός*, *πυῤῥός*, ruber, ſed non plane, verum ad flavum nonnihil declinans, a *πυῤῥός*, per Metatheſin. *Ter. Phor. 5. 2.* Si quis me quæret rufus. *Martial. l. 14. ep. 129.* Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis. *Plin. l. 16. c. 14.* Namque & materies magis dura, rufiorque, ac nodoſa. ¶ Eſt etiam *Rufus* cognomen Romanum, a colore pilorum deductum, ut innuit *Quinctil. l. 2. c. 6.*

Ruga, æ, f. *ruga*, *creſpa*, [illegible], Ger. *runtzel*, Gal. *ride*, Hiſp. *ruga*, *ῥυτίς*, cutis in plicas, & quaſi ſulcos contracta, cujuſmodi in ſenibus conſpici ſolet. *Cic. de Sen. c. 18.* Non cani, non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt. *Ovid. 3. Faſt. v. 37.* Inque ſuo preſſo ruga ſenilis erat. ¶ Plicæ quoque in veſtibus eminentes rugæ dicuntur, contra cavitates inter plicas ſinus. *Plin. l. 33. c. 8.* Præter quæ in veſte rugas, & ſinus ſpernit. ¶ In arborum quoque fructibus, qui ante maturitatem ſunt decerpti, aſperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ a ſimilitudine rugarum nomen veniunt & ipſæ in omnibus hujus communionem. *Plin. l. 12. c. 7.* Deeſt tota illa maturitas, ideoque & rugarum, coloriſque ſimilitudo. ¶ Translate rugæ pro ſeveritate, & gravitate accipiuntur, quia auſteri homines rugis frontem contrahunt. *Plin. l. 9. ep. 17.* Vis tu remittere aliquid ex rugis? *Cic. poſt red. in Sen. c. 7.* Rugis, & ſupercilio aliquem decipere.

Rugatus, a, um, quod rugas habet. *Plin. l. 9. c. 33.* de concharum teſtis. Levibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis.

Ruginoſus, a, um, adject. rugoſus. *Cal. Aurel. Acut. 2. 31.* Cutis veluti ruginoſa, vel ſolſata pannoſitas.

Rugio, is, n. 4. *ruggire*, *ruggiare*, [illegible], Ger. *brullen*, Gal. *rugir*, *bruire*, Hiſp. *bramar*, *βρυχάομαι*, leonum eſt, cum vocem emittunt. Factum eſt a ſono, ut mugire, multaque alia. *Auct. Philom. v. 49.* Tigrides indomitæ raucant, rugiuntque leones.

Rugitus, us, m. *ruggito*, *βρυχηθμός*, vox leonis. *Vopiſc. in Probo*, *cap. 19.* Centum leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant.

Rugo, as, n. 1. *increſparſi*, [illegible], Ger. *falten machen*, Gal. *ſe rider*, Hiſp. *arrugarſe*, [illegible], rugas contraho. *Plaut. Caſ. 2. 3. 30.* Vade palliolum, ut rugat.

Rugoſitas, atis, rugarum contractio, auſteritas, apud *Tertullian. de pœnitent. cap. 15.*

Rugoſus, a, um, *pieno di creſpe*, Ger. *runtzlechtig*, Gall. *plein de rides*, Hiſp. *llena de rugas*, *ῥυσσός*, rugis plenus. *Col. l. 12. cap. 43.* Sed hæc ratio facit rugoſa acina. *Martial. l. 3. ep. 93.* Rugoſiorem cum geras ſtola frontem. *Perſ. ſat. 5. v. 55.* Rugoſum piper.

Ruidus, a, um, *rozzo*, *ruvido*, *ἄξεστος*, aſper, ut Pilum ruidum. Aliqui pilum ruidum dictum putant a *ruendo*, hoc eſt tundendo, quod ejus crebro uſu frumento, & aliæ fruges pinſuntur, & decorticantur. *Plin. lib. 18. cap. 10.* Major pars Italiæ ruido utitur pilo. Ubi *Pint.* rudem apponit præferrato. ¶ Sunt qui ſcribunt *ruidus*, at opt. Plinii edition. hab. *ruidos*.

Ruina, æ, *rovina*, [illegible], Germ. *umbfallung*, Gall. *ruine*, Hiſpan. *cayda*, *πτῶσις*, *πτῶμα*, caſus, ſeu lapſus alicujus rei, quæ concidit, a *ruendo*. *Cic. 3. Tuſc.* Magis me moverunt Corinthi ſubito aſpectæ parietum ruinæ. *Horat. lib. 2. ſat. 8.* graves aulæa ruinas in patinam fecere. ¶ Translate repetitur pro tonitru. *Virg. 1. Æneid.* Fluctibus oppreſſos Troas, cœlique ruina. Ubi *Servius*: Cœlique ruina. ideſt tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. ¶ Transfertur longius, & pro quovis calamitate accipitur. *Cicer. 1. Catil. cap. 6.* Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. ¶ Aliquando pro morte. *Plin. l. 17. c. 25.* Prodigium in noſtro ævo Neronis Principis ruina factum.

Ruinoſus, a, um, *caduco*, *ἐπίπτωτος*, caducus, ruinam minans, ruinis plenus. *Cic. 3. Off. c. 13.* Ædes male materiatæ, ruinoſæ.

Rulla, æ, f. inſtrumentum ferreum, ſtimula ruſticorum additum ad vomerem detergendum. *Plin. l. 18. cap. 19.* Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Ita quædam edition. At plures hab. *ralla*.

Ruma, æ, f. *mammella*, *μαστός*, *θηλή*, mamma, apud vet. *Varro* apud *Non. cap. 2. n. 756.* Hiſce Menibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Rumiæ propter rumam, ideſt priſco vocabulo mammam, &c. ¶ Ruma etiam alteram notionem habet. Nam ſignificat cavum gutturis locum. *Arnob. l. 7.* Rumen, quæ ſunt prima in gurgulionibus capita, quæ dejicere cibos, & referre natura eſt. Sunt qui aliter leg. *Serv. in 6. Ecl.* Ruminatio dicta eſt a ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus a certis revocatur animalibus.

Rumbotinus. V. Rumpotinus.

Rumen, inis, n. idem ac ruma, ideſt mamma. *Plin. l. 15. c. 18.* Quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato. ¶ Ponitur etiam, ut ruma, pro cavo gutturis loco, qua cibus in alvum demittitur. *Feſt.* Rumen eſt pars colli, qua eſca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare. *Pompon. apud Non. c. 1. n. 64.* Ego rumorem parai facio, dum ſit, rumen qui impleam.

Rumentum, i, *Feſt.* Rumentum in Auguralibus ſignificare videtur interruptio, abruptioner, dum aribus anceſſibus movendis periit; Si interim avis canerit, tum æque, atque auſpicio, rumentum eſſo.

Rumex, icis, m. *romice*, *λάπαθον*, lapathi ſylveſtris genus, ad ſtrumas cum axungia efficaciſſimum, *Plinio* teſte, *l. 20. c. 21.* ¶ Reperitur etiam

Digitized by Google

iam in gen. fem. *Plin. l.* 11. *c.* 8. Ceras ex omnium arborum, ſatorumque floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode. Sed ſubintelligi poteſt *arbore*. ¶ Eſt & rumex teli genus, ſimile ſpari Gallici, ut ait *Feſt. Lucil.* apud *eund.* Tum ſpare, tum rumices portantur tragula porro. Adde *Gel. lib.* 10. *c.* 25.

Rumia, æ, vel Rumina, æ, f. Dea, quæ rumis, ideſt mammis, & infantibus lactentibus præſidebat. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 11. Non negarim ideo apud Divæ Rumiæ ſacellum a paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolet ſacrificari lacte pro vino, & pro lactentibus. Mammæ enim rumes, ſive rumæ, & inde dicuntur ſubrumi agni lactentes. *Id. apud Non. cap.* 2. *n.* 556. Hiſce Manibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, ideſt priſco vocabulo mammam, a quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.

Rumificu, as, a. 1. διαφημίζω, divulgo, prædico, rumorem fero, famam ſpargo. *Plaut. Amph.* 2. 2. 46. Quamque adeo cives Thebani vero rumificam probam. Ita legit *Non.* Alii *rumificant*, eod. ſenſu.

Rumificus. V. diction. præced.

Rumigeratio, onis, divulgatio. *Lamprid. in Heliog. c.* 10. Infami rumigeratione paſcuntur.

Rumigero, as, a. 1. idem quod rumito, divulgo. *Feſtus in Rumim.*

Rumigerulus, a, um, διαθρυλλῶν, qui rumorem gerit, & aliquid divulgat. *Ammian. l.* 14. *c.* 1. Per clandeſtinos rumigerulos.

Rumigo, as, a. 1. idem ac rumino. *Apul. l.* 4. *de Aſino*. Jam fere tertium qualum rumigabam. Voſſius legit *rumitabam* eodem ſenſu.

Rumin, inis, n. idem ac rumen, apud vet. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 11. ut *Scaliger* legit. Mamma enim rumis, ſive rumin.

Rumina. V. Rumia.

Ruminalis, & le, o. g. quod ruminat, ut Ruminales hoſtiæ, eorum animalium, quorum proprium eſt ruminare. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Coruncanius ruminales hoſtias, donec bidentes fierent, puras negavit. ¶ Ruminalis ficus, & Poetice Ruminus ficus, fuit ficus illa, ſub qua Romulus, & Remus ex lupæ uberibus pendentes reperti ſunt, quæ poſt Urbem conditam erat in foro, & in Comitio, & alio nomine Romula, & Romularis eſt appellata. Dicta eſt a *rumine*, ideſt mamma, quod ibi lupa infantibus illis lac præbuerit, vel a *rumine*, quo notat cavum gutturis locum, quod ſub ea ficu pecudes ſolerent ruminare. Vel fortaſſe hæc vox ex *Romularis* corrupte facta eſt. Nam primo *Romularis* appellata eſt, poſtea *Ruminalis*, ut *Livius* ſcribit *l.* 1. *cap.* 4. Sed *Ovidius* contra *l.* 2. *Faſt. v.* 411. ſcripſit, primo *Ruminalem* ficum eſſe dictam, deinde *Romularem*. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Colitur ficus arbor in foro ipſo, ac Comitio Romæ nata, ſacra fulguribus ibi conditis: magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris, appellata, quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen, (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato. *Ovid. loc. cit.* quæque vocatur Romula nunc ficus, Ruminus ficus erat.

Ruminatio, onis, f. rugumazione, μηρυκισμὸς, actus ruminandi, a rumine, quod a *rumo*, quo notat cavum gutturis locum. *Serv. ad* 6. *Eclog. Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Quibus neque dentes utrinque, neque ruminatio. ¶ Translate ſumitur pro conſideratione, *vel* rei cujuſpiam in memoriam revocatione. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 12. Quid agretor de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Si ſaucias vites mordeat quædam hiemis ruminatio. h. e. reiteratio.

Ruminator, oris, m. rugumatore, qui ruminat. *Arnob. l.* 7. Ruminatoribus ſæculis. V. Ærumna.

Rumino, as, a. 1. & ruminor, aris, d. 1. ruminare, rimeſticare, rugumare, גרה, Germ. widerkeuwen, Gall. ruminer, remaſcher, Hiſpan. rumiar, ἀναμηρυκάομαι, eſt remandere, ideſt cibum a rumine ad os revocare, & curſus mandere, conficere, conſumere. Proprium eſt eorum animantium, quæ in ſuperiore mandibula dentes primores non habent. *Virgil.* 6. *Ecl.* Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas. *Plin. l.* 10. *c.* 73. Ruminant præter jam dicta ſylveſtrium cervi, cum a nobis aluntur. *Col. l.* 6. *c.* 8. Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua ſe detergit. ¶ Translate ponitur pro in memoriam revocare, & diligenter perpendere. *Lev. apud Non.* 1. 2. *n.* 746. Nemo hæc veſtræ ruminabitur mulieri. Al. leg. *veſtræ ruminatur*. *Varro* apud *eund. Non.* Non modo abſens quicquam de te ſæpius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem tuam.

Rumis, is, f. idem ac ruma, apud vet. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. Qui appellantur ſubrumi, ideſt ſub mamma. Antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. *Feſt.* Mamma autem rumis dicitur. Unde ruſtici nardos lactentes ſubrumos vocabant, qui adhuc ſub mammis habentur.

Rumito, as, *freq.* rumorem ſpargo, frequent. a *rumo*. *Nev.* apud *Feſt.* Simul alias aliunde rumitant inter ſe. ¶ Rumito, as, pro rumino. V. in *Rumigo*.

Rumo, as, a. 1. *Feſt.* Rumen eſt pars colli, qua eſca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

Rumor, oris, maſc. 3. *rumore*, *fama*, קול, Germ. *gemein geruchte*, Gall. *bruit*, Hiſp. *fama*, φήμη, ſermo in populo de re certa in diſperſus, in bonum, vel in malum, ſine certo auctore. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 9. Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. *Id. c. Fam. ep.* 8. Rumor multa perfert. *Id. Phil.* 14. Rumorem diſſipare. *Id. Fam.* 1. *ep.* 8. Rem te valde bene geſſiſſe, rumor erat. *Id. Attic.* 16. *ep.* 5. Rumores neſcio quid afflarunt *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 42. Rumor ſurgit. Et *annal.* 6. 1. 23. Rumor increbuit. *Terent. prolog. Hecyr. v.* 31. Interea rumor venit, datum iri gladiatores. ¶ Sumitur etiam pro fama. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 14. Rumori ſervire. *Martial. l.* 10 *ep.* 3. Quos rumor alba gemmeus vehit penna. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. Efferre aliquem ad cœlum rumore ſecundo. *Cic.* in *Piſon.* 1. Inanem rumorem aucupari. ¶ Videtur apud *Virg.* 8. *Æn.* rumor accipi pro aquæ flumine, ubi ait *v.* 90. Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo. Revera ſignificat, fauſtis acclamationibus, vel ſecundis ominibus. Sic apud *Cic. l.* 1. *Div. c.* 16.

Rumpia. V. Rhomphæa.

Rumpo, is, rupi, ruptum, a. 3. *rompere*, *ſpezzare*, בקע, Germ. *brechen*, Gal. *rompre*, Hiſp. *quebrare*, ῥήγνυμι, ῥηγνύω, frango. *Cic.* 7. *Ver.* Quid, ſi aufugiſſet? ſi vincula rupiſſet? *Virg.* 7. *Ecl.* Invidia rumpantur ut ilia Codro. ¶ Eſt etiam facere, ut aliquid rumpatur. *Plin. l.* 30. *c.* 4. *de bupreſti:* Decoratumque tacto felle ita bovem inflammat, ut rumpat. ¶ Item disjicere, facere, ut aliquid in diverſas partes diſſiliat. *Virg.* 8. *Ecl.* Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Cic. in Vatin. c.* 4. Ut aliquando iſta, quæ ſunt inflata, rumpantur. ¶ Ponitur aliquando pro depravare, corrumpere. *Alphen. in l. qui inſulam*, *ff. locati*. Qui mulas ad certum pondus oneris locaſſet, cum majore onere conductor eas rupiſſet. Adde *Ulp. l. Prætor*, *ff. de vi bon. rapt.* & *l. Inquit*, *ff. ad l. Aquil.* ¶ Interdum pro defatigari. *Ter. Hec.* 3. 4. 20. Ut me ambulando rumperet, ni fociſſe creparo. ¶ Translate ſumitur pro opprimi, graviter diſcruciari, nec ferre poſſe. *Hor. l.* 1. *ſat.* 3. Ungere turba circum te ſtante, miſerque rumpiris. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Ut his malis Reipublicæ, licentiaque audacium, qua antea rumpebar, nunc ne moveri quidem. *Martial. l.* 9. *ep.* 98. Rumpatur quiſquis rumpitur invidia. ¶ Fidem rumpere, eſt violare. *Ovid. ep.* 13. Rupi, quam raptam ſum mihi queſta fidem. Sic rumpere fœdera. *Liv.* & *Cic.* ¶ Moras rumpere, eſt auferre moras, feſtinare. *Virg.* 3. *Georg.* En age ſegnis rumpe moras. ¶ Silentium, ſeu vocem rumpere, eſt loqui, cum ſilentio aliquandiu ſuppreſſam eloquium tacita protrahere. *Virg.* 10. *Æn.* Quid me alta ſilentia cogis rumpere? *Id.* 11. *Æn. v.* 377. Rumpitque has imo pectore voces. h. e. emittit. ¶ Rumpere pectore queſtus, *prorompere in lamenti*. *Virg. Æn.* 4. *v.* 553. ¶ Rumpere nuptias, teſtamentum, conditiones pacis &c. h. e. reſcindere, abrumpere. *Horat. Cic.* & *Veter.* ¶ *Rupſit* pro ruperit, eſt in *leg. XII. Tab.* apud *Feſtum*.

Rumpotinetum, i, locus arboribus rumpotinis conſitus. *Col. l.* 5. *c.* 6. Nam fere ita rumpotinetum conſtitutum animadverti.

Rumpotinum, i, genus arbuſti a rumpis dictum. *Col. l.* 5. *c.* 7. Eſt & alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur rumpotinum.

Rumpotinus, i, f. populus, genus arboris. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Rumpotinus vocatur & alio nomine populus arbor Italiæ Padum tranſgreſſis. *Id. l.* 14. *c.* 19. Rumpotinum arborem demonſtravimus inter arbuſta. Alii utroque loco leg. *rumbotinus*, quod idem eſt.

Rumpotinus, a, um, quod eſt e rumpis, ut Arbores rumpotinæ. *Col. l.* 5. *c.* 7. Arboribus rumpotinis ſi frumentum non inſeritur.

Rumpus, i, m. *rampollo*, *germoglio*, ἀναδενδράς, Ger. *vinen reben*, Gall. *avant ro*, Hiſp. *ſarmiento*, germen arboris, vel vitis, alio nomine *tradux*, a *rumpo*, quia avulſus eſt ab arbore, ut alio traduceretur. Aliqui dicunt, rumpos eſſe quaſdam vitium velut brachia, quæ a ſua utrinque matre traducta, & porrecta circa medium duarum arborum intervallum ſibi occurrant, & ibi mutuo connectuntur. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 8. Quartum eſt pedamentum nativum ejus generis, ubi et arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. quos traduces quidam rumpos appellant. *Alex. ab Alex. l.* 2. *c.* 10. ponit *rumpos* pro *rumpos*.

Rumuſculus, i, ϑρυλλίον, parvus rumor. *Cic. pro Cluent. c.* 38. Qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati tum illum abſolverunt. Adde 3. *de Legib. c.* 16.

Runa, æ, f. genus teli lationem habens cuſpidem. *Feſt.*

Runatus, a, um, runa armatus. *Feſt.* Runa genus teli ſignificat. Ennius: Runata recedit. ideſt pilata. In aliis libris eſt, *Runata recedit*.

Runca, æ, f. idem ac runcina, apud vet. *Feſt.*

Runcatio, onis, ἡ βοτάνισις, actus runcandi. *Col. l.* 2. *c.* 9. Frequentem tamen exigunt ſarritionem, & runcationem, ut herbis liberentur. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 16.

Runcator, oris, m. ὁ βοτανιστής, qui runcat. *Col. l.* 11. *c.* 3. Quæque præterea, intelligi oportebit, nullam operam poſtulare runcatoris.

Runcina, æ, f. *pialla*, ῥυκάνη, ſive ῥύκανον, inſtrumentum, quo ligna aſpera lævigantur. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Firmiſſima ad tectum abies. Eadem valvarum repagulis, & ad interiora opera aptiſſima, five Græco, five Campano, five Siculo fabricæ artis genere ſpectabilis, cæmentorum crinibus pampineo ſemper orbe ſe ſe volvens ad incitatos runcinarum raptus. *Arnob. l.* 6. Simulacra iſta, quæ vos terrent, runcinarum lævigata de planis.

Runcina, æ, f. Dea, quæ runcationi præerat, a runcando. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. Dei, c.* 8.

Runcino, as, a. 1. *piallare*, runcina lævigo, polio. *Minut. Fel. in Octav.* c. 23. Deus ligneus cæditur, dolatur, runcinatur. *Arnob. l.* 3. Ex arbore lignum dolat, runcinat.

Runco, onis, m. ferramentum curvum cum manubrio longo ad denſitatem veprium ſuccidendam. *Pallad. l.* 1. *tit. ult.* Secrulas minores, cangas, runcones, quibus vepres perſequimur.

Runco, as, a. 1. *ſterpare l' erbe cattive*, *roncare*, Germ. *auſſreuten*, Gall. *ſarcler*, Hiſp. *rozar*, βοτανίζω, ἐκκαθαίρω, eſt herbas e ſegetibus expurgare, fruticeſve nimios evellere. *Cato c.* 2. *R. R.* Runcari ſpinas. *Plin. l.* 18. *c.* 21. Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato quibus dicti ea erit diebus. *Salon. l. c. ep.* 6. Inter ſubulcos runcantes. Al. leg. *roncantes*, eod. ſenſu.

Ruo, is, rui, rutum, a. 3. *gettare giù*, *precipitare*, נפל, Ger. *zu hauffen fallen*, Gal. *tomber*, *aller en ruine*, ῥέω, proprie eſt dejicere, impellere, præcipitare. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 134. Cedentemque ſequens inſtat, turbatque, ruitque. *Ter. Adel.* 3. 2. 21. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem. ¶ Speciatim ponitur pro diruere, evertere, complanare. *Virg.* 1. *Georg. v.* 105. Cumuloſque ruit male pinguis arenæ. *Id.* 1. *Æn.* Spumas ſalis ære ruebant. ¶ Interdum pro eruere, eicere, elevare. *Virg.* 1. *Æn.* Totumque a ſedibus imis una Eurusque, Notuſque ruunt, creberque procellis Africus. *Id. l.* 11. Confuſa ruebant oſſa focis. ¶ Interdum pro egerere, emittere, extollere. *Virg.* 2. *Georg.* Et ruit atram ad cœlum picea craſſus caligine nubem. ¶ Ruere, inquit *Scalig. in Conject. ad Var.* interdum eſt modio cumulum adæquare. *Hor. l.* 2. *ſat.* 5. Unde divitias, æriſque ruam, dic augur, acervos. h. e. augeam, cumulem. Et contrario ſenſu. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 11. De laudibus Dolabellæ deruam cumulum. h. e. imminuam, demam. V. etiam *Corruo*. Aptius tamen eadem explicari locus Horatii hoc pacto: unde eruam, effodiam, comparem divitias. ¶ Ab activa ſignificatione etiam ad abſolutam translatum eſt. Sumitur igitur pro cadere, concidere, in præceps ferri, *cadere*, *rovinare*. *Virg.* 2. *Æn.* Ruit alto a culmine Troja. *Cic. pro L. Man.* Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. *Lucan. l.* 1. *v.* 499. Pons iturus. ¶ Aliquando pro ſtrepere, gravi ſonitu quodammodo ruinam minari. *Virg.* 1. *Georg.* Ruit arduus æther. ideſt tonitru perſtrepit. ¶ Aliquando pro declinare, in finem vergere. *Virg.* 1. *Georg.* Vel cum ruit imbriferum ver. ¶ Per metaphoram uſurpatur pro feſtinanter ire, temere ferri. *Prop. l.* 3. *el.* 15. Ita ruere. *Virg.* 10. *Æn.* Quo moriture ruis, majoraque viribus audes? *Cic.* Tanquam ad interitum ruerem voluntarium. *Liv. l.* 3. *c.* 3. Certatim portis ruere. *Quint. l.* 2. *c.* 12. Ruere in rixam. ¶ Cum infinito. *Lucan. l.* 7. *v.* 751. Scire ruunt, quanta fuerint mercede nocentes. *Claudian. lib.* 3. *de rapt. Proſerp. verſ.* 386. Qualis peſtiferas animare ad crimina tædas Tetra Megæra ruit. ¶ Paſſive impersonaliter. *Liv. l.* 8. *c.* 24. Ut ferme fugiendo in media fata ruitur. ¶ Item pro iracunde furere. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 14. Ne ille noſter Sampſiceramus mere incipiat. ¶ Item pro effundi. *Virg.* 6. *Æn.* Unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ. ¶ Item pro oriri. *Virg.* 2. *Æn.* Et interea revoluta ruebat matura jam luce dies. ¶ Ruere etiam dicuntur, qui in gerendis negotiis per imprudentiam, aut nimiam feſtinationem decipiuntur, aut jacturam faciunt. *Ter. Heaut.* 2. 2. 128. Sed heus tu, vide ſis, ne quid imprudens ruas. *Cic. pro Dom.* In agendo ruere, & ſæpe peccare. ¶ Particip. *rutus* V. infra in *Ruta caſa*.

Rupes, is, f. *rupe*, סלע, Ger. *fels*, Gal. *rocher*, Hiſp. *peña*, πέτρα, κρημνὸς, prærupta pars terræ, aut ſaxi propter altitudinem ac proclivitatem inacceſſa, quo nomine etiam fluminum altiores, atque inacceſſæ ripæ dicuntur. *Caſ. l.* 2. *B. G.* Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectuſque haberet. *Virg. Ecl.* 5. Ipſæ jam carmina rupes, ipſa ſonant arbuſta.

Rupex, icis, m. idem ac petro, h. e. homo durus, ruſticus, hebes. *Gell. l.* 13.

Digitized by Google

l. 15. *c.* 9. Sed enim veteres noſtri non uſque adeo rupices, & agreſtes fuerunt. Adde *Tertull. de pall.* *c.* 3.

Rupicapra, æ, f. ἀγρία αἴξ, capra ſylveſtris, quaſi rupium capra. Martialis capream appellat. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Rupicapris in dorſum adunca cornua, damis in adverſum.

Rupico, onis, m. idem ac rupex. *Apul. lib.* 1. *Florid.* Rupicones, bajuli, tabernarii.

Rupina, æ, f. idem ac rupes. *Apul. l.* 7. *A. A.* In proximas rupinas præcipites dedere. Adde *l.* 6.

Ruptim, adverb. ſine ordine, confuſe, temere. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 5. Aguntur omnia ruptim, atque turbate. Sunt qui malunt *raptim*.

Ruptio, onis, *rottura*, ῥῆξις, actus rumpendi. *Ulpian. l. ſi ſervus*, §. *rupiſſe*, *ff. ad L. Aquiliam*. Aquilia enim eas ruptiones, quæ damna dant, perſequitur.

Ruptor, oris, qui rumpit. *Liv. l.* 4. *c.* 19. Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris?

Ruptus, a, um, *rotto*, ῥαγείς, fractus. *Virg.* 1. *Georg.* Qua vi maria alta tumeſcant objicibus ruptis. ¶ Speciatim ſumitur pro eo, qui membris fractus eſt ex diutino labore, pro defeſſato. *Apul. l.* 6. *A. A.* Quouſque ruptum iſtum aſellum, nunc etiam claudum fruſtra paſcemus? *Martial. lib.* 10. *ep.* 56. Qui ſanes ruptos, dic mihi, Galle, quis eſt? h. e. clientes officiis patronorum defatigatos, laceros, & pannoſos. ¶ Rupti etiam dicuntur, quibus viſcera rupta in ſcrotum deſcenderunt, hernioſi. *Plin. l.* 20. *c.* 6. & alibi. ¶ Translate capitur pro mutato, pro eo, quod irritum factum eſt. *Cic.* 1. *de Orat.* Luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum.

Ruralis, & le, n. 3. *di villa*, ἀγροικός, quod ad rus pertinet. *Cæſ. lib.* 3. *B. G. c.* 14. Falces præacutæ, inſertæ, affixæque longuriis, non abſimili forma muralium falcium. Al. leg. *muralium*. *Firmic. l.* 8. *c.* 11. Quicunque ſub hoc ſidere natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 2. Theocritus, paſtoralis operis auctor, ruralis Heſiodus.

Ruratio, onis, res ruſticæ. *Apul. in Apolog.* Non Diis rurationis, qui eum paſcunt, primitias impartit. *Id. l.* 2. *Florid.* Ruratio omnis in ſarculo, & ſurculo.

Ruresco, is, n. 3. ruſticus, ſilveſtris fio. *Enn. apud Charis. l.* 1.

Rureſtris, & ſtre, n. 3. ἐνάγροικος, quod eſt ruris, vel eorum proprium, qui rure degunt. *Apul. l.* 4. *A. A.* Rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas aureas appellat. *Paul. l. ſervis urbanis*, §. *mulsones*, *ff. de legat.* 3. Niſi propter opus rureſtre teſtator eos deſtinatos habebat.

Ruricola, æ, com. 1. *contadino*, γεωργός, qui rus colit. *Col. l.* 10. *v.* 337. Hæc ne ruricolæ pæterea monſtra? *Ovid.* 5. *Met.* Ruricolæque boves Iſthmo dedit. *Id.* 4. *Triſt.* Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.

Rurigena, æ, com. 1. ἀγρογενής, qui ruri natus eſt. *Ovid. Metam.* 7. *v.* 765. Rurigenæ pavere feram.

Rurina, æ, f. Dea ruris apud Romanos, teſte *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 8. Alii leg. *Ruſina* eodem ſenſu.

Ruro, as, n. 1. ἀγροικεῖν, eſt in res ruſticas incumbere. *Plaut. Capt.* 1. 1. 16. Dum ruri rurant homines.

Ruror, aris, d. 1. idem ac ruro. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 731. Dum in agro ſtudioſius ruror.

Rurſum, & rurſus, adv. *in dietro*, עוד, Germ. *wiederumb*, Gall. *derechef*, Hiſp. *de nuevo*, αὖ, αὖθις, retro, retroverſum, quaſi reverſum. *Ter. Heaut.* 3. 1. 36. Tace, trepidans ſentio, & curſari rurſum, prorſum. Ubi *Don.* Rurſum, proprie retro, prorſum ante ſignificat, & eſt proverbiale, ſicut dicimus, Surſum, deorſum, intro, foras, hac, illac, & ſimilia. *Plaut. Epid.* 2. 2. 65. Cœpi rurſum verſum ad illas paulatim accedere, quaſi retruderet hominum me vis invitum. *Varr. apud Non. c.* 4. *n.* 402. Mortales multi rurſum ac prorſus meant. *Virg.* 3. *Georg.* Rurſus cum pæruum cadere, & ſuccedere rurſum incipit. ¶ Significat etiam e contrario, vice verſa. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 24. Quod neque ita amplecteretur artem, ut ii ſolent, neque rurſum eam totam repudiaret. *Tacit. in Agric. c.* 28. Quem caſum neque, ut plerique virorum fortium, ambitioſe, neque per lamenta rurſus, ac mœrorem muliebriter tulit. *Ter. Eun.* 2. 2. 20. Quidquid dicunt, laudo; id rurſum ſi negant, laudo id quoque. ¶ Item denuo, iterum, *di nuovo*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 655. Rurſus in arma feror. *Cic. pro Mur. c.* 7. Facit, ut rurſus plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur. *Ter. Eun.* 1. 1. 15. Induciæ, bellum, pax rurſum. ¶ Cum *denuo* jungitur a *Plaut. Pœn. prol. v.* 79. Revortor rurſus denuo Carthaginem.

Rus, ruris, n. 3. *villa*, שדה, Germ. *ein feld*, Gall. *village*, Hiſp. *aldea*, ἀγρός, ἀγροικία, χωρίον, locus extra urbem, ubi agri ſunt, & villæ. *Verus Auctor de limitib. apud Rigalt. pag.* 199. inquit, rura a veteribus dictos eſſe incultos agros, ideſt ſilvas, & paſcua. Frequentius tamen pro agris cultis & villis ſumuntur. *Cic.* 5. *Offic. c.* 31. Ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare juſſiſſet. *Id.* 2. *de Orat. c.* 6. Rus ex urbe, tanquam ex vinculis evolare. *Plaut. Most.* 3. 3. 25. Cras ſi rure rediero. *Senec. in Troad.* Scindere rure bobus. ¶ Translate rus dicitur de quacunque re agreſti, ruſtica, inconcinna. *Catul. carm.* 36. At vos interea venite in ignem Pleni ruris, & inficetiarum annales Voluſi, cacata charta. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 159. Sed in longum tamen ævum Manſerunt, hodieque manent veſtigia ruris. V. integrum *Horat.* loc. *Catul. carm.* 22. *ad Varum.* Infaceto infacetior rure.

Ruſcarius, a, um. V. Ruſticarius.

Ruſculum, li, n. *villetta*, parvum rus. *Gell. l.* 19. *c.* 9. Cœnam dabat amicis ſub urbe in ruſculo.

Ruſcus, i, m. *pungitopo*, *ſpruneggio*, μυρσίνη ἀγρία, frutex, folia habens myrto ſimilia, ſed acutiora, & rigidiora, qui propterea myrtus ſylveſtris, chamæmyrſine, & oxymyrſine vocatur, quo ab antiquis ſepes muniebantur, ex quo nunc ſcopæ fiunt. Quidam dicunt eſſe virgultum, quo vites ligantur, alii thecam, in qua includitur ſemen aſparagi. *Virg.* 6. *Ecl. v.* 45. Horridior ruſco, projecta vilior alga. *Id.* 2. *Georg.* Non non etiam aſperi ruſci Vimina per ſylvam. *Colum. lib.* 10. Hirſuto ſepes nunc horrida ruſco Prodit. ¶ In Veterib. Gloſſ. legitur ruſcum in neut. gen.

Ruſina. V. Rurina.

Ruſpor, aris, d. 1. *cercare*, ἐξερευνᾶν, eſt ſcrutari, ut *Nonius* exponit, ſive crebro quærere, ut *Feſtus* interpretatur. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 744. Jube nunc attentare, jube nunc animo ruſpari Phrygas. *Vetus Poeta apud Feſt.* Ego ibo, ut latebras ruſpari ſimer. ¶ Activa forma *Tertull. de pall. c.* 2. Alibi ſtipantem copiam, alibi deferentem runcare, atque ruſpare.

Ruſſatus, a, um, adject. ruſſo colore indutus. *Tertul. de cor. mil. cap.* 1. Nunc ſanguine ſuo ruſſatus, ſpe calceatus. ¶ Ruſſata dicebatur una e factionibus aurigarum in Circo, quia ſcilicet ruſſatis veſtibus utebatur: quatuor enim erant, alba, ruſſata, praſina, veneta. *Inſcrip. apud Reineſ. pag.* 392. Agitator factionis ruſſatæ. *Plin. lib.* 7. *c.* 53. Invenitur in actis, ſelia Ruſſato auriga elato, in rogum ejus unum a faventibus jeciſſe ſeſe.

Ruſſeolus, a, um, adject. diminut. *alquanto roſſeggiante*. *Prudent. Periſteph.* 11. *v.* 130. Ruſſeola fancies.

Ruſſeus, a, um, adject. idem ac ruſſus. *Petron. in Satyr.* Tunica veſtitus ruſſea. *Cato l.* 7. *Orig.* Ruſſea facies. ¶ *Ruſſea factio*, de qua in *Vet. Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 5. *n.* 27. eadem eſt, quæ *Ruſſata*.

Ruſſulus, a, um, adject. dim. idem ac ruſſeolus: ut ruſſulæ tunicæ. *Vopiſc. in Probo c.* 4. Faſciolæ ruſſulæ. *Capitolin. in Albino*, *c.* 5.

Ruſſus, a, um, *roſſeggiante*, quod rutilum habet colorem, vel vicinum, ideſt ad rufum inclinantem, dilutius tamen rubentem. Sane cum *Varro l.* 6. *de L. L.* ait, mulieres valde rufas dici rutilas, videtur non alias intelligere, quam quas *Cato l.* 7. *Orig.* dicit eſſe facie ruſſea. *Catul. carm.* 39. *in Egnat.* Dentem, atque ruſſam defricare gingivam. ¶ Tunicas ruſſas legere eſt apud *Trebellium in Claudii vita*, & *Vopiſcum in Aureliano*.

Ruſtarius, V. Ruſticarius.

Ruſtica, æ, f. ἀτταγήν, ἀτταγᾶς, gallina agreſtis, ſive ſylveſtris. Sua natura adjectivum eſt, ſub quo ſemper gallina intelligitur. *Martial. lib.* 13. *ep.* 76. *cujus lemma eſt ruſticula.* Ruſtica ſim, an perdix, quid refert, ſi ſapor idem eſt? Carior eſt perdix: Sic ſapit illa magis. Quidam leg. *Ruſtica ſum perdix*.

Ruſticanus, a, um, idem ac ruſticus. *Cic. pro R. Am. cap.* 15. Tamen ne hac attenta vita, & ruſticana relegatio, atque amandatio appellabitur? *Id. ib.* Ruſticana municipia. *Id.* 3. *de Orat.* Et illud, quod loquitur priſcum viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum.

Ruſticarius, a, um, ἀνάγροικος, quod ad rus, aut ruſticum pertinet. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 22. Ut falces dicuntur ab eodem Scriptore vineaticæ opus eſſe ſex, ſirpiculæ quinque, ſylvaticæ quinque, arboratiæ tres, ruſticariæ decem. Al. leg. *ruſcariæ*, h. e. ruſcis ſecandis aptæ. Eadem lectionis varietas reperitur apud *Caton. de R. R. c.* 11. Præterea in loco Varron. alii reponunt *ruſtarias*, h. e. e ruſtis demetendis.

Ruſticatim, adv. idem ac ruſtice. *Pompon. apud Non. c.* 2. *n.* 737. Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

Ruſticatio, onis, ἀγροικία, *villeggiatura*, actus ruſticandi. *Cic. de Am. c. ult.* Neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationeſque communes. ¶ Eſt etiam labor, & cura rei ruſticæ. *Col. l.* 6. *in proœm.* In ruſticatione antiquiſſima eſt ratio paſcendi. Adde *l.* 11. *c.* 1.

Ruſticatus, us, maſc. idem ac ruſticatio. *Cicer. Attic. lib.* 12. *epiſt.* 1. Ut, dum conſiſto in Tuſculano, ſciam, quid garriat in ruſticatu. Sed alii leg. *ſic ruſticatur*.

Ruſtice, adv. *villanamente*, *incivilmente*, Germ. *bäuriſch*, Gall. *lourdement*, Hiſp. *ruſticamente*, ἀγροίκως, ruſticorum more, ut ſolent ruſtici, inepte, abſurde, imperite. *Cic.* 3. *de Or.* Ex quo ſic locutum eſſe ejus patrem judico, ſic majores, non aſpere, ut ille, quem dixi, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æqualiter, & leniter. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. Rideri poſſit eo, quod ruſticius tonſo toga defluit. Rurſus *Cic.* 3. *Off. cap.* 9. Urgent ruſtice ſane: negant enim poſſe, & in eo perſtant. ¶ *Ruſtice loqui* apud *Gell. l.* 13. *c.* 6. eſt barbare loqui.

Ruſticellus, a, um, adject. aliquantum ruſticus. *Var.* apud *Plin. l.* 7. *c.* 20. Ruſticellus Hercules appellatus.

Ruſticitas, atis, *ruſticità*, Germ. *bäuriſche grobheit*, Gall. *ruſticité*, Hiſp. *ruſticidad*, ἀγροικία, ἀγροικία, vitium urbanitati contrarium, quod in imperitia, & negligentia elegantiæ, ac cultus erga ſe, & erga alios, & in odio voluptatum poſitum eſt, appareque tum in convictu, tum in ſermone. V. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. ubi de riſu agit. *Plin. l.* 35. *c.* 4. M. Agrippa vir ruſticitati propior, quam deliciis. *Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 159. Et decor, & vultus ſine ruſticitate pudentes. ¶ Sumitur etiam pro inepta, & animi timida verecundia. *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 8. *v.* 43. Aut ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat. *Id. Heroid. ep.* 17. *v.* 186. Ruſticitas excutienda fuit. ¶ Propria ſignificat eam ad ruſticos pertinentem. Itaque *Pallad. in præfat. libelli de inſitione*. Et noſtræ ſtudium non commendabile Muſæ, Urbanum fari ruſticitatis opus.

Ruſticor, aris, d. 1. *vivere in villa*, *villeggiare*, Ger. *auff dem feld wohnen*, *oder ſeyn*, Gall. *demeurer aux camps*, Hiſp. *morar en el campo*, *e aldea*, ἀγροικίζω, ruri dego, ruri vitam ago. *Cicer. pro Arch. cap.* 7. Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. ¶ Pro ruſtice, & rudi ſtilo loqui. *Sidon. lib.* 4. *epiſt.* 3. Cum Varrones, Plinii compoſiti in præſentiarum ruſticabantur.

Ruſticula, æ, idem ac ruſtica, ideſt gallina ruſtica. *Plin. l.* 10. *c.* 38. Currunt, ut perdices, ruſticulæ.

Ruſticulus, a, um, aliquantulum ruſticus. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 19. Nec doctum ſatis, & parum ſeverum, Sed non ruſticulum nimis libellum, &c.

Ruſticulus, i, *villanella*. *Cic. pro Sext. c.* 38. Senſit ruſticulus non incautus, ſuum ſanguinem quæri.

Ruſticus, ci, *villano*, Ger. *bauwersmann*, Gall. *villageois*, Hiſp. *aldeano*, ἀγροικός, γεωργός, agricola, vel qui ruri degit. *Cicer. in Orat.* Qua frequentiſſime ſermo omnis utitur non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum. *Id. pro Sext. cap.* 43. Sum municipales, ruſticique Romani. ¶ Erant autem *Ruſtici* Cives Romani, qui in ruribus vitam degebant agri colendi cauſa, vel ſui, vel alieni, vel privati, vel publici.

Ruſticus, a, um, *pertinente a villa*, ἀγροικός, quod ruris, vel hominis ruſtici eſt. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt. *Id.* 1. *de Orat.* Res ruſticæ. ¶ Translate ſumitur pro incultis moribus, & vita, quaſi ſemibarbara. *Virg.* 2. *Ecl.* Ruſticus es Corydon. *Cic. pro R. Am. c.* 27. Ruſtici mores. *Gel. l.* 17. *c.* 2. Sermonari, ruſticius videtur, ſed rectius; ſermocinari, crebrius, ſed corruptius. ¶ Apud *Gell. l.* 13. *c.* 6. ruſticus ſermo eſt barbariſmus.

Ruſto, as, a. 1. eruo, & ruſte cædo, evello, ſenticeta purgo, apud *Tertull. Apolog. cap.* 4. & *de Pall. cap.* 2. Ubique tamen alii leg. *runcare*, vel *ruſpare*.

Ruſtum, i, genus rubi, ut ex *Feſti* fragmento apparet.

Ruſus, adv. idem ac rorſus, apud vet. *Enn. apud Non. c.* 4. *n.* 402. Prorſus, ruſus reciprocat fluctus ferum.

Ruta, æ, f. *ruta*, πήγανον, genus herbæ, a Græco ῥυτή, ſive ῥυτή. *Varr. lib.* 4. *de L. L.* Quæ in hortis naſcuntur, alia peregrinis vocabulis, ut Græcis ocymum, menta, ruta, quam nunc πήγανον appellant. Interpres Theriacorum Nicandri, ac Heſychius quoque interpretatur ῥυτή, τὸ στιβάδιον καὶ πήγανον λευκόν. ideſt ernacea, & rutam albam. Eſtque id a ῥύω, ſervo, quia, ut Dioſcorides docet, valetudinem conſervet. Unde & ῥύτειος Nicandro vocatur. *Plin. lib.* 20. *cap.* 13. Simili modo contra ſerpentium ictus, utpote cum muſtelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo ſe muniant. *Ovid.* 2. *de Remed. amor. verſ.* 801. Utilius ſumas acuentes lumina rutas. ¶ Translate ſumitur pro aſperitate ſermonis, quemadmodum *pulegium* pro ſuavitate. *Cic. ad Teren. l.* 16. *Famil. epiſt.* 23. Cras exſpecto Leptam: etenim ad cujus rutam pulegio mihi ſermonis tui utendum eſt. ¶ *In ruta ſolvum conjici*, proverb. eſt, quod ſignificat, in ſpatium minimum cogi, & contrahi. Legitur in *Fragment. Tragurienſis Petronii*.

Ruſel-

Ruta cæſa, *n. a. num. plur.* res erutæ, & cæſæ, quæ in venditionibus excipi ſolent, a *ruendo*, & *cædendo*. *Feſt.* Ruta cæſa dicuntur, quæ venditor poſſeſſionis, ſui commodi gratia, concidit, ruendoque contraxit. *Ulpian. Dig. l. 50. tit. 16. leg. 241.* Si ruta cæſa excipiantur in venditione, ea placuit eſſe ruta, quæ eruta ſunt, ut arena, creta, & ſimilia; cæſa ea eſſe, ut arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. *Muſeus l. in rutis, de verb. ſign.* In rutis, & cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili, tectoriove non continentur. *Cicer. in Top. cap. ult.* Etenim, quod ſæpe liberales venditores facere ſolent, ut, cum ædes, fundumve vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte, & loco poſitum videatur. ¶ *Ne in rutis quidem, & cæſis*, proverbialis locutio eſt, pro nulla in parte. *Cic. 2. de Or. c. 55.* Sed dicat te, cum ædes venderet, ne in rutis quidem, & cæſis ſolum tibi paternum recepiſſe. ¶ In his Ciceronis locis *excipere*, eſt excipere.

Rutabri, orum, *maſc.* raſtri, quibus terra penitus eruitur, & invertitur. *Varr. l. 4. de L. L.*

Rutabulum, i, ἐσχάλλης, inſtrumentum, quo ignis in furno movetur, & dejicitur, a *ruendo*. *Feſt.* Rutabulum eſt, quo ruſtici in proruendo igne panis coquendi gratia utuntur. ¶ Sumitur & pro qualibet virga, vel baculo, quo aliquid miſcetur. *Colum. l. 12. c. 20.* Jubebis ligneo rutabulo agitari quod decoxeris. ¶ Translata ſumitur pro pene. *Nævius apud Feſt.* Ea licet ſenile tractet retritum rutabulum.

Rutaceus, a, um, quod ex ruta confectum eſt, ut rutaceum oleum, apud *Plin. Valerian. l. 2. c. 28.*

Rutatus, a, um, ἐγχυματός, ex ruta factus, ruta conditus, ſeu medicatus. *Plin. l. 19. cap. 8.* Invenio, muſtum rutatum populo datum. *Martial. lib. 10. ep. 48.* Secta coronabunt rutatos ova lacertos, ideſt ruta conditos, vel involutos.

Rutellum, i, parvum rutrum. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 66.* Frumentarius eſt, modium ſecum, atque rutellum unum affert.

Rutilans, is, *nom. ex particip.* idem ac rutilus. *Stat. 11. Theb. v. 514.* rutilantia arva. *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. ſub fin.* Vellere candidior nivео, rutilantior auro.

Rutilatus, a, um, *particip.* a rutilo. *Liv. lib. 38. cap. 17. de Gallis.* Comæ promiſſæ, & rutilatæ. *Tacit. 4. hiſt. cap. 61.* Propexus, rutilatuſque crinis.

Rutileſco, is, *n. 3.* ξανθίζομαι, rutilus fio. *Plin. l. 8. c. 55.* Certa liqueſcente ac rutileſcunt annis omnibus.

Rutilis, le, *adject.* idem ac rutilus. *Colum. l. 8. c. 2.* Rutilem galeam, & criſtam capite gerit.

Rutilius, a, um, *adject.* rufus, rutilus. *Feſtus:* Rutilium, rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt, unde traxerunt nomen *Rutiliæ*, ut indicat frequenter Afranius. Sunt qui leg. *rutilum*. ¶ Hinc Rutiliorum nobilis fuit Romæ familia, ex qua P. Rutilius vir doctus, & ſummæ innocentiæ, de quo *Senec. 6. de benef. c. 37. Valer. Max. l. 6. c. 4. n. 4. & Ovid. 1. de Pont. ep. 3.*

Rutilo, as, *a. 1.* *fare roſſo, fare biondo*, ξανθίζω, rutilum facio. *Plin. lib 28. c. 12.* Gallorum hoc inventum, rutilandis capillis & cinere, & ſevo. *Sueton. in Calig. c. 47.* Rutilare comam. ¶ Interdum neutrum eſt abſolutum, ſignificans rutilo colore reſplendere. *Virg. 8. Æn. v. 529.* Arma inter nubem cœli in regione ſerena per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare. *Plin. l. 16. c. 11.* Aurum rutilat.

Rutilus, a, um, *roſſeggiante, riſplendente*, [Hebrew], Germ. *gliſſerend*, Gall. *relui ſant*, Hiſpan. *reſplandeciente*, ῥυτιλος, πυῤῥός, ξανθός, idem ac rufus, vel certe admodum vicinus. Nempe color eſt ex flavo rubeſcens cum quadam ſplendoris exuberantia. *Varr. l. 6. de L. L.* Jamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quod ab igne Solis tum aureo aer aureſcit. Quod addit rutilare, eſt ab eodem colore. Aurei enim rutili: & inde etiam mulieres valde rufæ rutilæ. *Feſt.* Rutilæ canes, ideſt non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito, canario ſacrificio, pro frugibus, deprecandæ ſævitiæ cauſa ſideris Caniculæ. *Cic. in Somn. c. 4.* Tum rutilus fulgor, horribiliſque terris, quem Martem dicitis. *Tacit. de German. c. 4.* Cærulei oculi, rutilæ comæ. *Ovid. 3. Faſt. v. 283.* rutila flamma. *Id. 5. Metam. v. 83.* Rutilus cruor.

Rutrum, i, σκαφεῖον, ὀρύκτης, inſtrumentum, quo aliquid eruitur, a *ruitum*, ſive *ruere*. *Varr. lib. 4. de L. L.* Rutrum, ut ruitrum, a ruendo. *Feſt.* Rutrum dictum, quod eo arena eruitur. *Var. apud Non. c. 1. n. 66.* Antipatri Stoici filius caput rutro diſplanat. *Pompon. ibid.* Sarculum hinc illo profectus, illinc rediiſti rutrum. hoc eſt Retro ter tota erravit, haud aliter, ac ſi ager, qui jam ſarculo ſarriendus erat, talis evadat, qualis prius fuit, cum rutro deberet verti. Prius enim rutro vertitur ager, inde ſeritur, hinc occatur, poſtremo ſarculo ſarritur. *Cato cap. 11.* Oportet habere ſallicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos. ¶ Rutrum etiam erat hoſtorium, hoc eſt lignum id, quo in modio acervum dirimebant, & adæquabant. In hac ſignificatione invenitur diminut. *Rutellum*, quod V. ¶ Eſt etiam inſtrumentum ad calcem, & marmoratum ſubigendum, *marra*. *Plin. l. 36. c. 23.* Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat. *Pallad. lib. 1. tit. 15.* Rutrum, quo calx ſubigitur.

Rutuba, æ, *f.* turbatio. Ejuſdem eſt originis, ac ruina. Sic enim dici videtur, quia ruit, atque evertit ſtatum præſentem. *Varro apud Non. c. 2. n. 750.* Ergo tum Romæ parce, puteque putealis vivere cum patria. Nunc ſumus in rutuba.

Rutuba, *m.* 1. *la Rotta*, fl. Liguriæ, qui ex Apennino M. in mare Liguſticum apud Vintimilium urb. fluit. *Lucan. l. 2. v. 422.*

Rutula, læ, *diminut.* parva ruta. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Ruta, & menta, recte utrunque dicitur: volo mentam puſillam ita appellare, ut rutulam, non licet.

Rutuli, *maſc. a.* pop. Latii veteris. Habitabant in regione mediterranea, prope Sabinos. Eorum primaria fuit Ardea. Ex *Plin. lib. 3. cap. 5.* Aliquando Regem Turnum habuere, qui bellum geſſit cum Ænea in Italia. *Virg. 7. Æn.*

Rutulum, i, *m.* repagulum. *Calpurn. eclog. 7.* Sternitur adjunctis ebur admirabile truncis, Et coit in rutulum, tereti qua lubrica axe Impoſitos ſubita vertigine falleret ungues, Excuteretque feras. Loquitur de loco Theatri, unde feræ in caveam immittebantur. Ita legit & explicat *Salmaſ. ad Vopiſc. in Probo, c. 4.* Alii aliter.

Rutundus. V. Rotundus.

Rutupiæ, arum, *f.* Britannicæ inſulæ portus. *Ptolem. l. 2. c. 3.* Hinc

Rutupinus, a, um, *adject.* a Rutupiis. *Lucan. l. 6. v. 67.* Aut vaga cum Tethys, Rutupinaque litora fervent.

Rutidus. V. Rudus.

DE LITERA S.

S Litera ſemivocalis eſt. Nam ſonum ſuum a vocali auſpicatur, & in ſe ipſam terminat. Ciceronis ætate, pauloque infra, ut loquitur *Quinctilianus l. 1. c. 7.* fere quoties *ſ* litera media vocalium longarum eſſet, vel ſubjecta longis, geminabatur, ut *cauſſæ*, *caſſus*, *diviſſiones*, &c. quomodo & ipſum, & Virgilium quoque ſcripſiſſe, manus eorum docent. ¶ S literam in fine dictionis veteres elidebant per ἔκθλιψιν, ſubſequente conſonante, id faciebant ad vitandam aſperitatem. *Cic. in Orat. c. 48.* Quin etiam, quod jam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant poſtremæ duæ literæ, quæ ſunt in optimus, poſtremam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt Poetæ novi. Ita enim loquebantur. Qui eſt omnibu' princeps, non, omnibus princeps, & ita illa, dignu' locoque, non, dignus. Adde *Quint. l. 9. c. 4.*

S ANTE A.

Saba, æ, *f.* *Zibit*, urbs magna Arabiæ Fel. ad mare Rubrum, in monte, Regia Sabæorum, ubi thus, myrrha, caſia, & cinnamomum abunde proveniunt. *Plin. l. 12. c. 14.*

Sabæi, *m. a.* pop. Arabiæ Fel. qui ſecundum Melam ad ea ſit. Perſici involunt, juxta Plinium mare utrunque & Arabicum, & Perſicum attingunt. *Plin. l. 6. c. 28.*

Sabæus, a, um, *adject.* ad Sabam pertinens, ut Sabæa myrrha. *Senec. in Herc. Oet. v. 376.* Sabæum thus. *Virg. Æn. 1. v. 420.*

Sabaia, æ, *f.* *birra*, potio quædam ex hordeo aquæ macerato. *Ammian. l. 26. c. 8.* Eſt Sabaia ex hordeo, vel frumento in liquorem converſis pauperrimus in Illyrico potus.

Sabaiarius, ii, qui ſabaiam potat, vel conficit. *Ammian. l. 26. c. 8.* Injurioſe compellabatur, ut ſabaiarius.

Sabanum, i, genus lintei. *Pallad. in Junio, tit. 7.* Mella conficimus, congeſtis in mundiſſimum ſabanum favis, ac diligenter expreſſis. Adde *Marcel. Empir. cap. 26.* ¶ *Caſaubonus ad Sueton. Auguſt. cap. 83.* obſervat ſabana dicta eſſe linteamina, quibus ægri involvebantur, cum alia veſtimenta ferre non poterant; uſurpatamque hanc vocem ab Hebræis, Græcis, & Latinis.

Sabaoth, [Hebrew], σαβαώθ, exercitus, militiæ, virtutes, nomen Hebraicum indeclinabile, gen. f. & num. pl. a ſingulari [Hebrew], *exercitus*. *Prudent. Cathemer. 4. v. 7.* Hic eſt, quem Sabaoth Deum vocamus. *Id. in Apotheoſ. v. 901.* Eſt impoſſibile ſpectare profunda Sabaoth. h. e. Dei exercituum, vel Dei potentis.

Sabatinus, a, um, *adject.* a Sabata lacu, ſeu opp. Hetruriæ, ut Sabatinus ager, apud *Colum. l. 8. c. 16.* ¶ Sabatina Tribus fuit in Hetruria, facta a Cenſoribus A. U. 369. & ſic dicta ab eodem Sabate lacu, ſeu oppido. *Liv. l. 6. & Feſtus.*

Sabatium Vadum, *n.* *Vadi*, oppidum Liguriæ maritimum. *Plin. l. 3. c. 4.*

Sabatius, a, um, *adjective.* a Sabatio Vado opp. *Silius l. 8.* Sabatia quiqud Stagna tenent.

Sabazia, orum, *n.* ſacra in honorem Bacchi tertii, qui Aſiæ rex fuit, ut ſcribit *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 23.* Dicta ſunt autem *Sabazia* a Græco σαβάζειν, quod ſignificat bacchari, vociferari. V. *Abazia*.

Sabazius, ii, *maſc.* cognomen Bacchi tertii, teſte *Cicer. 2. de Legib. c. 15.* ¶ Sabazius etiam dictus eſt Jupiter a Cretenſibus, ut eſt apud *Valer. Maxim. l. 1. c. 3. num. 6. & Gruter. Inſcript. pag. 22. n. 5. & 6.*

Sabbatarii, orum, *m.* qui Sabbata ſervant, hoc eſt Judæi. *Martial. l. 4. ep. 4.* jejunia Sabbatariorum. ¶ Adjective Sabbatarius luxus, apud *Sidon. l. 1. ep. 2.* h. e. qui in conviviis paulo largius eſt Sabbatis, ſeu diebus feſtis, quam profeſtis.

Sabbatizo, as, *n. 1.* Sabbatum colo, ferior. *Tertul. adv. Jud. c. 4.*

Sabbatum, i, *ſabbato*, [Hebrew], Germ. *ſabtag*, Gall. *ſamedy*, Hiſp. *ſabado*, σάββατον, ἀνάπαυσις, ſeptimus quiſque dies uniuſcujuſque hebdomadæ, apud Hebræos, quem Ethnici Saturni diem nominaverunt, a [Hebrew], *ceſſatio*, *requies*, quaſi dies quietis. Nam hoc die Judæi ab omni opere feriantur, Deum mundi architectum imitati, quem ſacræ Literæ tradunt, confecta ſex diebus mundi machina, eaque exornata, ſeptima die quieviſſe, ideſt a nova rebus creandis ceſſaviſſe. *Suet. in Aug. c. 76.* Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis jejunium ſervat, quam ego hodie ſervavi. *Juvenal. ſat. 6.* Feſta ſabbata obſervare. ¶ Tricesima Sabbata apud *Horat. l. 1. ſat. 9.* ſunt primus dies uniuſque menſis, qui feſtus a Judæis colebatur, νεομηνία.

Sabelli, *m. a.* pop. Italiæ, iidem ac Samnites, a Sabinis orti, teſte *Plin. l. 3. c. 12.*

Sabellicus, a, um, quod ad Sabellos pertinet. *Virg. 3. Georg. v. 255.* Dentesque Sabellicus exacuit ſus.

Sabellus, a, um, σαβέλλιος, quod ad Sabellos ſpectat. *Virg. 2. Georg. v. 167.* Hoc genus acre virum Marſos, pubemque Sabellam. *Lucan. lib. 2.* Tunc Umbris, Marſiſque ferax, domituſque Sabello Vomere.

Sabina, æ, *f.* telum venabuli ſimile, lingua Illyrica, *Bonius*. Illyrii reſtant ſicis, ſabiniſque fodentes.

Sabina, æ, *f.* *ſavina*, herba Βράθυ Græcis appellata: duplex eſt; altera folio tamariciæ ſimilis, altera cupreſſo. *Plin. l. 24. c. 11.*

Sabini, *m. a.* pop. Italiæ, ita dicti a Sabo filio Sabatii, qui a Saturno ejectus eſt. Alias longius extendebantur, nempe ab Apennino ad fluv. uſque ad Tiberim, & Anienem fl. ad Mer. ubi hodie Sabina provincia, pars Orientalis Umbriæ, & aliqua pars Aprutii ult. Eratque diviſa in duas partes Velino fl. Nunc Sabina regio, *la Sabina*, anguſtioribus reſtringitur limitibus, ſc. Tiberi fl. ad Occ. Aprutio ult. ad Or. Aniene ad Mer. Nare, & Velino fl. ad Bor. *Feſtus* ſcribit Sabinos dictos quaſi *Sebinos* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι τοὺς Θεούς, quod præcipui eſſent in cultu, ac religione Deorum. *Silius lib. 8. v. 420.* tradit, ſic appellatos a Sabo eorum Deo. *Cicero pro Ligar. c. 11.* eos vocat fortiſſimos, florem Italiæ, ac robur Reipublicæ. Iidem laudati ſunt ob morum gravitatem, ſeveramque vivendi diſciplinam. Hinc *Livius lib. 1. cap. 18.* triſtem, ac tetricam illis diſciplinam tribuit, illoque genere nullum aliud incorruptius fuiſſe teſtatur. Hinc & *Martial. 1. epigr. 63.* Caſta, nec antiquis cedens Lævina Sabinis. Et *Juven. ſat. 10. v. 298.* ſanctos licet horrida mores Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinos. ¶ *Sabini quod volunt ſomniant*, proverbium antiquum eſt, cujus rationem pluribus explicat *Feſtus*, & *Scaliger ad ipſum*.

Sabine, *adverb.* *Var. l. 4. L. L.* Ciprum Sabine bonum. h. e. Sabina lingua bonum ſignificat.

Sabinus, a, um, *adject.* a Sabinis, ut Sabinum cœlum. *Horat. l. 1. ep. 7.* Sabinum oleum. *Pallad. in Martio, tit. 9.*

Sabis, is, *m.* Deus Sabæorum, cui illi thure decimas offerebant. *Plin. l. 12. c. 14.*

Sabri-

Sabrina, æ, f. fluvius Angliæ, *la Saverna*. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 35.

Sabūcus. V. Sambucus.

Sabulētum, i, ψαμμαθών, luoga, in quo ſabulum abundat. *Plin. l.* 17. *c.* 8. Crocodilion naſcitur in ſabuletis.

Sabŭlo, onis, m. idem ac ſabulum. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 9. In queis lapis, marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, &c. *Col. l.* 4. *c.* 33. Pullam terram, & reſolutam deſiderat, ſabulonem humidum, vel refractum, tophum non reſpuit. ¶ Sabulo quoque dicitur, qui muſico quodam motus inſtrumento. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 1. Imitata eicem Plampedia, & Sabulonis impudica, & prætextata umbo jacientis. Alii aliter legunt.

Sabulōſus, a, um, *ſabbionoſo*, ἀμμώδης, plenus ſabulo. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Palma gignitur locis, ſabuloſiſque terræ. Adde *Colum. l.* 2. *c.* 9.

Sabŭlum, i, *ſabbione*, חול, Ger. *grabſand*, Gall. *ſable*, Hiſp. *arena*, ἄμμος, ψάμαθος, arena non illa quidem tenuior, & minutior, ſed craſſior, viliorque. *Georg. Agric. lib.* 7. *de nat. foſſilium, cap.* 16. Sabulum craſſius eſt arena, quod vel durum eſt, vel molle, illud marem, hoc fœminam appellant: maſculum utilius ſternendis viis: ſubſternitur autem ſilicibus, & ſaxorum cruſtis, ſimul & interſeritur. Ex quibus verbis melius, quid ſabulum ſit, intelligas, quam ex *Iſidoro*, cum *l.* 16. *c.* 2. hoc ſolum dicit, ſabulum eſſe leviſſimum terræ genus. Optime etiam inde capere eſt, quid ſabulonem maſculum *Vitruvius* vocet *l.* 2. *c.* 3. & *l.* 8. *c.* 1. ¶ Sabuli tria genera ſunt pro colore diverſo, album, nigrum, rubeum. *Plin. l.* 17. *c.* 4. Sabulum album in Ticinenſi, multiſque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permixtum, infœcundum eſt. ¶ Sabulum etiam eſt inſtrumentum muſicum, ut Joſ. Scaliger conjectabat. *Apul. l.* 2. *Florid.* Dextera pſallentis geſtu ſuo ſabulum citharæ admovet. Alii aliter legunt.

Saburra, æ, f. *zavorra*, Germ. *gar grob ſand*, Gall. *gravier*, Hiſp. *la ſiro*, πλήρωμα τῆς νηός, γόμος, ἕρμα, proprie ſabulum vilius, & craſſius, quod ad certam uſque menſuram navibus ſolet imponi, ne inſtabiles ſint, & generatim quodcunque pondus, quo naves ea fine onerantur. *Virg.* 4. *Geor. v.* 195. Et ſæpe lapillos, ut cymbæ inſtabiles fluctu jactante ſaburram, tollunt. *Liv. l.* 37. *c.* 14. Et onerarias ducere multa ſaburra gravatas.

Saburrālis, is, adject. ſaburra conſtans, ut ſacoma ſaburrale, apud *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. *contrappeſo fatto di ſabbia*.

Saburrātus, a, um, ſaburra oneratus. Translate ponitur pro ſaturo, pleno, oppleto. *Plaut. Ciſtel.* 2. 1. 2. Quæ ubi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplo ſumus.

Saburro, as, a. 1. ἑρματίζω, ſaburra onero, & ſtabilio adverſus vim ventorum. *Solin. c.* 13. Grues volaturæ omnes devorant, ſubletiſque lapillis ad modernam gravitatem ſaburrantur. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Echini affigentes ſe ſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt.

Sacæ, arum, m. 1. pop. Scythiæ intra Imaum, inter Alanos Scythas, Jaxartas, & Orgaſor, ubi nunc Chazalgitæ pop. Tartariæ magnæ. *Plin. l.* 6. *c.* 17.

Sacatos, i, m. roſmarini infructuoſi ſpecies. *Apul. de herb. c.* 79.

Saccāria, æ, ἡ τῶν σάκκων ἐμπορία, σακκεμπορία, ſaccorum mercatura. *Apul. l.* 1. *de Aſin.* Saccariam faciens merebam.

Saccārius, ii, σακκοφόρος, qui ſaccis geſtandis victum quæritat. *Paul. l. qui fundum, de contrah. empt.* Si quid ex ſacco ſaccarii cecidiſſet.

Saccārius, a, um, adject. a ſaccis, ut ſaccaria navis, quæ ſaccos frumentarios, vel aliis mercibus plenos exhib. *Quintil. l.* 8. *c.* 2.

Saccātus, a, um, tranſmiſſus per ſaccum, percolatus, ut ſaccatus adeps. *Plin. l.* 29. *c. ult.* Saccata aqua. *Sen. epiſt.* 85. ¶ Saccatus corporis humor. *Lucret. l.* 4. *v.* 1022. pro lotio uſurpatur, eo quod ſaccetur, & coletur per humanum corpus. *Arnobius* ſaccatum abſolute dixit *l.* 2. Inter pituitas, & ſanguinem, inter ſtercoris hos utres, & ſaccati obſceniſſimas ſerias.

Saccellatio, onis, ſaccellorum impoſitio, ad ægrum membrum fovendum. *Veget. l.* 2. *de re veterin. c.* 11. Saccellationibus caput vaporare.

Saccellus, i, m. *ſacchetto*, *borſa*, βαλάντιον, idem ac ſacculus. *Petron. in Satyr.* Sonantes ære ſaccellos mittere. *Veget. l.* 1. *c.* 52. Super renes, & dorſum ſaccellos calidos ex furfure plenos imponere.

Saccĕus, a, um, *di ſacco*, vilis, & craſſo panno confectus, qualis adhibetur in ſaccis, & ciliciis. *Hieronym. in vita Hilarion. ſub fin.* Omnes divitias ſuas ei derelinquens, Evangelium ſcilicet, & tunicam ſacceam, & palliolum. Ita leg. in optim. quibuſque Editionn. tum antiquis A. 1470. & 1476. tum recentiorib. Male igitur quidam edidere *ſaccinam*, quod abhorret etiam a Latina analogia.

Sacchărum, i, *zucchero*, σάκχαρ, σάκχαρι, σάκχαρον, genus mellis, quod Perſæ, atque Arabes colligunt ex arundinibus, & *Mambu*, & *Tabaxir* appellant. *Plin. l.* 12. *c.* 8. Saccharon & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile, ampliſſimum nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum uſum.

Saccibuccis, e, adject. qui buccam magnam habet, velut ſacci. *Arnob. l.* 3. Nonnullus turgentibus malis, aut buccarum cumulatione ſaccibuccis. Alii aliter legunt.

Saccipĕrium, ii, σακκοπήριον, major crumena, & minoris marſupii receptaculum, ex *ſacco*, & *pera*. *Plaut. Rud.* 2. 6. 64. Meum marſupium, quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

Sacco, as, a. 1. σακκίζω, tranſmitto per ſaccum. *Martial. l.* 2. *epigr.* 40. Cæcuba ſaccentur, quæque annus coxit Opimi. Sunt qui leg. *ſiccentur*. Sed prior lectio pleriſque Criticis magis placet. Huc pertinet & illud *ejuſd. l.* 12. *epigr.* 61. Turbida ſollicito tranſmittere cæcuba ſacco.

Saccularii, m. 2. ἐπιτρυγοί, peculatores, id eſt qui publicam involant pecuniam. *Aſcon. Pedian. in Ant. & Catil.* ¶ Item qui præſtigiis quibuſdam pecuniam ex aliorum ſacculis ſubducere ſolent. Unde generatim pro impoſtoribus improbis accipi ſolent. *Ulpian. l. ſacculor.* 7. *de extraord. crim. l.* 47. *ff. tit.* 11. Saccularii, qui vetitas in ſacculis artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, item qui *derectarii* appellantur. h. e. hi, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, plus quam fures, puniendi ſunt.

Saccŭlus, i, *ſacchetto*, *borſa*, σακκίον, μαρσύπιον, parvus ſaccus, marſupium. *Martial. l.* 5. *epigr.* 40. Excuſſi loculoſque, ſacculumque. *Juven. ſat.* 14. *v.* 138. pleno turget cum ſacculus ore.

Saccus, i, *ſacco*, שק, Germ. *ſack*, Gall. *ſac*, Hiſp. *ſaco*, σάκκος, vas ex tela, vel ſorta, vel alia materia. *Colum. l.* 12. *c.* 17. In junceis fiſcellis, vel ſpartais ſaccis percolare. *Horat. ſat.* 1. *v.* 70. Congeſtis undique ſaccis indormis inhians. ¶ Saccus vinarius eſt, quo vini fæces percolantur, ipſumque vinum mitius, ſuaviuſque fit. *Plin. l.* 24. *c.* 1. In ſaccos vinarios additur polenta. *Id. l.* 19. *c.* 4. Inveterari vino, ſacciſque caſtrari. *Id. l.* 14. *c.* 22. Vini vires ſacco frangi. *Colum. l.* 9. *c.* 15. Saccus, quo vinum liquatur, tanti viminis rarius contractus, inverſæ metæ ſimilis. ¶ Saccus nivarius eſt colum, figura metæ inverſæ, quo nive impleto, & aqua tranſmiſſa, vinum refrigerabatur, multumque aſperitatis amittebat. De eo *Mart. l.* 14. *epigr.* 104. Attenuare nives norunt & lintea noſtra. Frigidior colo non ſalit unda tuo. *Id. epigr. præced. de nivario colo.* Setinos moneo, noſtra nive frange trientes. Huc etiam, ſi placet, traduci poſſunt Plinii loca modo allata: quanquam certum eſt, tum percolando, tum refrigerando vinum æqua miteſcere. ¶ Eſt præterea ſaccus genus quoddam veſtimenti, quo Monachi Ægyptiorum induebantur, ut notat *Salmaſ. ad Tertul. de pal. pag.* 70. manicis carens, & corpus preſſule conſtringens. ¶ Ad ſaccum ire, eſt ad paupertatem redigi, nam mendici ſtipem collectam in ſacculo reponebant. *Plaut. Capt.* 1. 1. 22. Extra portam iam trigeminam ad ſaccum licet.

Sacellum, i, ναΐδιον, locus parvus Deo ſacratus, cum ara, dim. a *ſacrum*. *Feſt.* Sacella dicuntur loca Diis ſacrata ſine tecto. Qui locus conſideratione dignus eſt. Inde enim diſcimus, ſacellum eſſe, quod Græci dicunt περίβολον, h. e. conſeptum, nempe locum ſacrum tantummodo clauſum muro. *Cic.* 1. *de Div. c.* 46. Exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa. *Id.* 2. *Agr.* Sunt enim loca publica urbis, ſunt ſacella, &c.

Sacer, cra, crum, *ſacro*, קדוש, Germ. *heilig*, Gall. *ſacre*, Hiſp. *ſagrado*, ἱερός, conſecratus, ſanctus, venerabilis, inviolabilis. *Cic.* 3. *Ver. c.* 18. Quæ ex opinione hominum illa inſula eorum Deorum ſacra putatur. *Plin. l.* 16. *c.* 4. Civica iligna primo fuit, poſtea magis placuit ex æſculo Jovi ſacra. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 159. Deprecor hoc unum per jura ſacerrima lecti. Rurſus *Plin. l.* 11. *c.* 37. Morientibus oculos operire, Quiritium magno ritu ſacrum eſt. ¶ Interdum ponitur pro execrando, deteſtando, ut *homo ſacer*, *ſacra fames*, &c. Homo ſacer is dicebatur, quem de aliquo ſcelere damnatum impune licebat occidere. *Feſt.* At ſacer homo eſt, quem populus judicavit ob maleficium, neque fas eſt immolari, ſed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cavetur, Si quis eum, qui plebiſcito ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit. Ex quo quivis homo malus, atque improbus ſacer appellari ſolet. Hæc *Feſt.* Ratio appellationis eſt, quia Diti Patri, vel Jovi, vel alii Deo conſecratus per populi judicium fuerat. Mos enim erat Romanis, ut, quos vellent impune occidi, corpora aliqui Deo, præcipue vero inferis, devoverent. *Serv. in* 3. *Æn.* ait a Gallis hanc appellationem ortam eſſe. Nam cum Maſſilienſes peſte laborarent, unus ex egentibus ſe ſe offerre ſolebat annum integrum alendum publicis cibis, & purioribus. Poſtea verbenis, veſtibuſque ſacris ornatus circumducebatur per urbem cum execrationibus. Precabantur enim, ut in eum omnia mala civitatis incumberent, & inciderent, ſicque projiciebatur. *Macrob.* 6. *l.* 3. *Saturn. c.* 7. cauſam affert, quia veteres nullum animal ſacrum in finibus ſuis eſſe patiebantur, ſed abigebant ad fines Deorum, quibus ſacrum eſſet, animas vero ſacratorum hominum Diis debitas eſſe, exiſtimabant. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 14. Ego ſum malus, ego ſum ſacer, ſceleſtus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 181. Uter Ædilis fuerit, vel veſtrum Prætor, is inteſtabilis, & ſacer eſto. *Virgil.* 3. *Æn. v.* 56. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? ¶ Sacer ignis, genus morbi. V. Ignis. ¶ Sacer morbus, idem ac epilepſia, alias morbus major, morbus divinus, morbus Herculeus, comitialis, lunaticus, caducus, paſſio puerilis. Dicitur ſacer, ut ait *Plato in Timæo*, quia eſt ſacræ partis, hoc eſt animi, languor, vel quia, ut inquit *Apul. in Apol.* animi partem rationalem, quæ longe ſanctiſſima eſt, violat. Adde *Cæl. Aurel. l.* 1. *Tard. c.* 4. ¶ Sacra via locus erat Romæ in regione quarta, ubi Romulus, & Tatius fœdus icerant: tendebat autem a regia uſque in arcem. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. *Cic. pro Planc.*

Sacer Mons, ἱερὸν ὄρος, mons Latii, in Sabinorum confinio, apud Anienem fl. ab urbe Roma paulo ſupra 3. M. P. ubi fl. Tiberim ſubit, quem Plebs Romana, poſt expulſos Reges anno 17., ab Urbe C. 260. circiter, cum nimis potentiorum premeretur, ſeceſſione facta a Patribus, Urbeque relicta, occupavit. Dictus eſt ſacer, quod a Plebe Jovi conſecratus fuerit, vel quod in eo leges ſacratæ ſint latæ, & Magiſtratus ſacroſancti, id eſt Tribuni Plebis, ſint creati. *Feſt.* & *Cic. in Brut.* & *Liv. l.* 2. ¶ In hunc montem alia etiam ſeceſſio a Plebe facta eſt anno U. C. 306. Cauſa fuit libido Ap. Claudii unius ex Decemviris in Virginiam filiam L. Virginii. *Liv. l.* 3.

Săcerdos, otis, com. *Sacerdote*, כהן, Ger. *Prieſter*, Gal. *Preſtre*, Hiſp. *Clerigo*, ἱερεύς, qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda. *Cic.* 4. *Acad.* Sed cum Sacerdotes Deorum vacationem habeant. *Virg.* 3. *Æn.* Curſuſque dabit venerata Sacerdos. *Id.* 6. *Æn.* Ne ſævi, magna Sacerdos. ¶ Accipitur etiam pro Augure. *Plin. l.* 2. *ep.* 1. & *l.* 4. *ep.* 8. quæ loca vide.

Sacerdotālis, & le, o. 3. *Sacerdotale*, ἱερατικός, quod ad Sacerdotem ſpectat. *Plin. l.* 7. *ep.* 24. Sacerdotales ludi.

Sacerdotiſſa, f. 1. *Sacerdoteſſa*, ἱέρεια, mulier, quæ Sacerdotio fungitur. *Gel. l.* 10. *c.* 15. Eadem ferme cæremoniæ ſunt, quas Flaminicas Sacerdotiſſas Diales ſeorſum ajunt obſervitaſſe. Ita legitur in quibuſdam Editionibus, in aliis vero, iiſque emendatioribus τὸ *ſacerdotiſſas*, deeſt. Affertur etiam Hiſpanica quædam Inſcriptio, de cujus tamen ævo jure dubitatur, cum probati quique Scriptores *Sacerdotem* utroque genere uſurparint.

Sacerdotium, ii, *Sacerdozio*, כהונה, Germ. *Prieſterlich ampt*, Gall. *Preſtriſe*, Hiſpan. *dignidad de Sacerdote*, ἱερωσύνη, Sacerdotis dignitas, & officium. *Sigon. l.* 1. *de ant. jur. C. R. c.* 19. Sacerdotia omnes curationes vocarunt eorum, qui res ſacras, & divinas tractarent. *Cic. pro Dom. c.* 53. Cum Licinia Virgo Veſtalis, ſumma loco nata, Sanctiſſimo Sacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello Coſſ. aram, & ædiculam, & pulvinar ſub ſacro ſaxo dedicaſſet. *Id. ib. c.* 52. Sacerdotium inire. *Id. ibid. c.* 14. In Sacerdotium venire. *Id. ibid. c.* 40. Publicis Sacerdotiis præeſſe. *Id.* 2. *Agr. c.* 7. Sacerdotia mandare. ¶ Significat etiam Sacerdotis proventum. Nam apud Gentiles Sacerdotia fuerunt, qualia nos minus Latino in hac ſignificatione vocabulo *Beneficia* appellamus. Sacerdotiorum autem duo fuerunt genera: unum, quod ſacris eſſet addictum loco, quæ Reipublicæ, aut Principum, aut Pontificum Collegii collationis eſſent: alterum, quod ædis, aut ſacelli juris eſſet, a patreſfamilias ea ratione erecti, dedicatique, ut & ſacrorum cura, & fructuum ipſius Sacerdotii perceptio ad ſolam gentem, familiamque ſuam perpetuis ſucceſſionibus devolveretur. *Liv. l.* 9. Gens Potitia, cujus ad aram Herculis familiare Sacerdotium erat. *Id. l.* 30. In ejus locum Pontifex (nam duo Sacerdotia habuit) Ser. Sulpitius Galba inauguratus. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 77. At recens ab exilio reverſos adoleſcentes avitis, & paternis Sacerdotiis in ſolatium recoluit. ¶ Accipitur interdum pro Auguratu. *Plin. l.* 4. *ep.* 8. Gratularis mihi, quod acceperim auguratum, jure gratularis: primum quod graviſſimi Principis judicium in minoribus etiam rebus conſequi pulcrum eſt, deinde quod Sacerdotium ipſum cum priſcum & religioſum, tum &c.

Sacerdotŭla, læ, f. minor, ſeu parva Sacerdos. *Var. l.* 4. *de L. L.* Dictum capital a capite, quod ſacerdotulæ in capite etiam nunc ſolent habere. *Feſt. in Flaminia.* Flaminia dicebatur ſacerdotula, quæ Flaminicæ Dialii præminiſtrabat.

Sacodĭos, f. ἀκίθεος, gemma hyacinthini coloris. Dicta eſt a *ſacos*, quo nomine Indi colorem hyacinthino ſimilem appellant. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Sacōma, atis, n. *contrappeſo*, *romano*, *peſo*, σήκωμα, & Doricε σάκωμα, æquipondium, quod in altera ſtateræ parte apponitur ad æquilibrium alicujus rei faciendum. *Vitruv. lib.* 9. *c.* 3. Auream coronam votivam immani pretio locaverit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus, opus manufactum ſubtiliter regi approbavit, & ad ſacoma pondus coronæ viſus eſt præſtitiſſe. hic eſt eodem pondere aurum elaboratum reddidit, quo infectum acceperat. *Id. Vitruv. lib. eod. cap. ult.*

ſaco-

Digitized by Google

ſacoma ſaburrale vocat pondus appenſum horologio, *contrappeſo*.

Sacopenium, ii, ſuccus herbæ ferulaceæ, a Sagapeno differens, in eo, quod Sagapenum vocatur, quod in tranſmarinis regionibus provenit, Sacopenium, quod apud nos. *Plin. l.* 20. *c.* 28.

Sacos, V. Sacodios.

Sacra, orum, V. Sacrum.

Sacramentum, i, *ſacramento*, *coſa ſacra*, μυστήριον, res ſacra, venerabilis, inviolabilis. Speciatim a priſcis Latinis, & Romanis uſurpabatur pro pecunia, quam contendentes in loco ſacro, vel apud Pontificem deponebant. Uterque deponebat quingentos aſſes. Confecta litis ei, qui vicerat, ſua pecunia reſtituebatur, ille, qui victus fuerat, in pœnam litis injuſtæ ſua pecunia mulctabatur, eaque in ærarium transferebatur. *Var. l.* 4. *de L. L. prope fin.* Sacramentum a ſacro. Et qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingenos æris ad Pontificem deponebat, de aliis item rebus certum alium legitimum numerum aſſium. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat. *Feſtus:* Sacramenti nomine id æs dici cœptum eſt, quod pœnæ nomine penditur. Et id quidem propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus divinis. Quoniam vero in privatis controverſiis, ne calumniatores impune diſcederent, moris erat, ut dictum eſt, ut pecunia a litigantibus deponeretur, hinc factum eſt, ut ſacramentum pro cauſa, vel controverſia uſurpatum inveniatur, ſeu pro litis genere ſimili ſponſionis. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 10. Quibuſcum tibi juſto ſacramento contendere non liceret. *Id. pro Cæc. c.* 33. Cum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemviris religionem injeciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum juſtum judicari, &c. *Id. pro Mil. c.* 27. Injuſtis vindiciis, & ſacramentis alienos fundos petere. *Id. pro Dom. c.* 29. Si Decemviri ſacramentum in libertatem injuſtum judicaſſent. h. e. aliquem de libertate litigantem liberum non eſſe judicaſſent. ¶ Sæpe ſumitur pro juramento, vel pro eo, quod juramento affirmatum, aut factum eſt, vel pro obligatione contracta ex juramento. Hinc juramentum, quo milites ſe pro Republica recte, & fideliter militaturos pollicebantur, dicebatur ſacramentum militare, & milites ipſi ſacramento ligati dicebantur, cujus quidem juramenti ſolemnem formulam *Gel. l.* 16. *c.* 4. affert ex *Cincio*. Varias porro hæc vox ſyntaxes habet. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Milites Domitianos ſacramentum apud ſe dicere jubet. *Tac.* 2. *hiſt. c.* 81. Ante Idus Jul. Syria omnis in eodem ſacramento fuit. *Id.* 1. *hiſt. c.* 42. Divus Julius ſeditionem exercitus uno verbo compeſcuit, Quirites vocando, qui ſacramentum ejus detrectabant. *Id.* 1. *Ann. c.* 37. Sacramento adigere legiones. *Id.* 3. *hiſt. c.* 4. Sacramentum exuere. *Id. Ann.* 16. *c.* 13. Sacramento ſolvi. *Liv. l.* 25. Tribuni plebis ad populum ferrent, ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramento dixiſſent, iis ſtipendia procederent. *Id. l.* 32. Obvios in agris ſacramento rogatos arma capere cogebat. hoc eſt jurejurando adſtrictos. *Cic. Offic.* 1. *c.* 11. Cato ſcripſit ad Pompilium, ut ſecundo eum obligaret ſacramento, quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. ¶ Neque vero ſolum de militari, ſed & de quovis juramento dicitur. *Horat. l.* 2. *od.* 17. Non ego perfidum dixi ſacramentum.

Sacrāni, m. *e.* pop. Latii, Rutulis, & Ardeatibus proximi, ſic dicti, quod Marti ſacrati fuiſſent. *Feſt.* Sacrani appellati ſunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures, Siculoſque exegerunt. Nam vere ſacro nati erant. *Serv.* vero *in* 7. *Æn. v.* 795. aliter: ait enim, Sacranos duxiſſe originem ex quodam Corybante, qui in Italiam veniens ſedem fixiſſet, atque ita appellatus, quod Matri Deum ſacrati eſſent. *Virg. loc. cit.* Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici.

Sacrārium, ii, *ſagreſtia*, ἱερογαζοφυλάκιον, repoſitorium rerum ſacrarum, locus in templo, in quo ſacra deponuntur. *Ulpian. Dig. l.* 1. *tit.* 8. *leg.* 9. Illud notandum eſt, aliud eſſe ſacrum locum, aliud ſacrarium. Sacer locus eſt locus conſecratus. Sacrarium eſt locus, in quo ſacræ res reponuntur: quod etiam in ædificio privato eſſe poteſt: & ſolent, qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde evocare. ¶ Ponitur etiam pro ſacello, loco-que ſacrato. *Cic. pro Mil. c.* 31. Ante ipſum ſacrarium Bonæ Deæ primum illud vulnus accepit. *Sueton. in Aug. c.* 5. Natus eſt Auguſtus ad Capita bubula, ubi nunc ſacrarium habet. ¶ Item pro lararia in ædibus privatis. *Cic.* 13. *Fam. epiſt.* 2. C. Aviano Evandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono ejus M. Æmilio familiariſſime. Adde *Suet. in Tiber. cap.* 51. ¶ Tranſlate uſurpatur de quovis loco abdito, & ſecreto. *Sen. l.* 7. *Quæſt.* Arcana illa rerum naturæ ſacra non promiſcue, & omnibus patent, reducta, & in interiori ſunt clauſa ſacrario.

Sacrārius, ii, m. qui aliquid ſacrat, vel qui ſacra cuſtodit. *Inſcr. apud Grut. pag.* 308. *n.* 1. Sacrarius Junonis Quiritis.

Sacratio, onis, *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 7. ad illud *Virg.* 10. *Æn.* Injecere manum Parcæ, teliſque ſacrarunt Evandri: Ex his, inquit, proprietatem & humani & divini juris executus eſt. nam ex manus injectione, pene mancipium deſignavit, & ſacrationis vocabulo obſervantiam divini juris implevit.

Sacrātor, oris, m. qui ſacrat. Utitur hac voce quidam *Audax* ſcribens ad *Auguſt. epiſt.* 139. (*al.* 260.) ipſum Auguſtinum vocamus ſacratorem juſtitiæ, diſpenſatorem ſalutis æternæ.

Sacrātus, a, um, *conſagrato*, *ſacro*, ἱερωθείς, ſacer. *Virg.* 2. *Æn.* Vittaſque reſolvit Sacrati capitis. *Ovid.* 2. *Triſt.* Et tibi ſacratum ſors mea rupit opes. *Virg.* 2. *Æn.* Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura. *Martial. l.* 4. *epigr.* 1. Cæſaris alma dies, & luce ſacratior illa, &c. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Numine illis gentibus ſacratiſſimo. ¶ Sacrati homines, iidem qui ſacri, Diis debiti. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 7. ¶ *Leges ſacratæ*, νόμοι ἱεροί, dicebantur, in quibus ſancitum erat, ut ſi quis adverſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorum, ut Jovi, vel Diti, cum familia, pecuniaque eſſet. Speciatim hoc nomine dictæ ſunt leges quædam apud Romanos, quæ pro Civium Romanorum libertate latæ fuerunt. Sacratas dictas eſſe cenſet *Feſt.* aut quod eas Plebs, cum a Patribus ſeceſſiſſet, Caſſio, Cominioque Coſſ. anno U. C. 260. jurata in monte Sacro ſciverit, aut quod iis ſancitum ſit, ut, ſi quis adverſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorum eſſet. *Cic. pro Dom.* Quo exemplo, quo more, quo jure legem nominatim de capite civis indemnati tuliſti? vetant leges ſacratæ, vetant 12. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari. *Id. pro Sext.* Cum & ſacratis legibus, & 12. tabulis ſancitum eſſet. ¶ Fuerunt autem multæ, quarum tres pro Plebis, reliquæ pro Populi libertate ſunt latæ. Prima fuit, ut Tribuni Plebis quotannis quinque de Plebe crearentur, qui auxilio Plebi adverſus Conſules eſſent. Secunda, ut Tribuni Plebis ſacroſancti eſſent. Tertia, ne Tribunatus Plebis, niſi Plebejis, pateret. Quarta, ne de capite Civis Romani, niſi Centuriatis agi Comitiis poſſet. Quinta, ne privilegia irrogari liceret. Hæ eædem leges poſt in 12. Tabulas ſunt tranſlatæ. V. *Sigon. l.* 1. *de ant. jur. C. R.* & *Feſt.* ¶ Fuit etiam Sacrata lex militaris, lata, ut putat *Hotoman.* a M. Valerio Corvo Dictatore Anno Urbis CCCCXI. ob ſeceſſionem militum Capuanorum; ſancitumque ea eſt, ne cujus militis ſcriptum nomen, niſi ipſo volente, deleretur. *Liv. l.* 7.

Sacravienſes, incolæ regionis Sacræ viæ, in urbe Roma *Feſt.* in October.

Sacres porci dicuntur, qui puri habentur, & ad ſacrificia idonei: tales autem dicebantur decimo a partu die. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. & 4. *Feſt.* & *Plaut. Men.* 2. 2. 16.

Sacricŏla, æ, com. ἱεροποιός, qui ſacra colit, ſacerdos. Aliqui ſacricolas interpretantur miniſtros ſacrorum. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 74. Solertia liberti lineo amictu turbæ ſacricolarum immiſtus.

Sacrĭfer, ra, rum, ἱεροφόρος, qui fert ſacra. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 252. Eſt Dea ſacriferas pene ſecuta rates.

Sacrificālis, & le, o. 3. ἱερουργικός, quod ad ſacrificium ſpectat. *Tac. l.* 2. *Ann. c.* 69. Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat. *Apul. l.* 9. *Metam.* Sacrificales epulæ.

Sacrificātio, onis, *ſacrifizio*, ἱερουργία, actus ſacrificandi. *Cic.* 2. *de nat. Deo. c.* 27. Itaque in ea Dea, quod eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio, & ſacrificatio extrema eſt.

Sacrificātor, oris, qui ſacrificium facit. *Tertul. de Spect. c.* 8. Si Capitolium ſacrificator, & adorator intravero.

Sacrificātus, us, m. idem quod ſacrificatio. *Apul. l.* 7. *A. A.* Nullum pecus ſacrificatui habere.

Sacrificium, ii, *ſacrifizio*, זבח, Ger. *opffer*, Gal. *ſacrifice*, Hiſp. *ſacrificio*, θυσία, ſacrum, res divina. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 6. De illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute Populi Romani. *Id. ad Brut. epiſt.* 13. Cujus ad aram ſacrificium facere ſoletis. *Id.* 6. *Ver. c.* 57. Sacrificia anniverſaria.

Sacrifĭco, as, a. 1. *ſacrificare*, זבח, Ger. *opfferen*, Gal. *ſacrifier*, Hiſp. *ſacrificar*, θύω, rem divinam facio, victimam alicui macto, cæſis hoſtiis Deum placo. *Plaut. Capt.* 2. 2. 4. Genio ubi ſuo quando ſacrificat, &c. *Id. Moſt.* 1. 3. 84. Ædepol ſummo Jovi ſi vivo argento ſacrificaſſem. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 414. Ignavam ſacrificate ſuem. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Cui ſacrificatur ad diem 13. Cal. Januarii. ¶ Inter ſacrificare (inquit *Non. c.* 5. *n.* 12.) & litare hoc intereſt, quod ſacrificare eſt rem aliquam ſacrificio petere, litare eſt propitiare, & impetrare. *Plaut. Pæn.* 2. *v.* 41. Si iſtuc unquam factum eſt, tum me Jupiter faciat, ut ſemper ſacrificem, nec unquam litem.

Sacrifĭcor, aris, depon. 1. idem ac ſacrifico. *Var. apud Non. c.* 7. *n.* 98. Viris nuptis ſacrificabantur in cubiculo viduæ. Adde *Gel. l.* 18. *c.* 12.

Sacrificŭlus, i, m. ἱεροποιός, Sacerdos, a *ſacrificando*. *Suet. in Domit. cap.* 1. Ac mane Iſiaci celatus habitu, interque Sacrificulos vanæ ſuperſtitionis. ¶ Rex Sacrificulus, idem ac Rex ſacrorum. V. Rex.

Sacrifĭcus, ci, ἱεροποιός, qui ſacra facit, Sacerdos. *Ovid.* 3. *Faſt. in fin.* Martia, ſacrifico deductum nomen ab Anco.

Sacrifĭcus, a, um, ἱερουργικός, quod pertinet ad ſacrificia. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 130. Et modo ſacrifico Cluſius ore vocor. h. *e.* ore Sacerdotis ſacrificantis. ¶ Sacrificæ tibiæ, quibus utebantur in ſacrificiis. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Nunc ſacrificæ Thuſcorum e buxo tibiæ. ¶ Sacrifici dies, in quibus ſacrificium fit. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 590. non ut delubra, dieſque Das mihi ſacrificos, caliturasque ignibus aras. ¶ Sacrifica veſtis, cujus uſus eſt in ſacrificiis. *Sil. l.* 3. *v.* 27.

Sacrilĕge, adverb. *ſacrilegamente*, per ſacrilegium. *Tert. in Apolog. cap.* 12.

Sacrilegium, ii, *ſacrilegio*, Ger. *kirchendiebſtal*, Gal. *ſacrilege*, Hiſp. *ſacrilegio*, ἱεροσυλία, furtum rerum ſacrarum. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Sacrilegium admittere. *Id. l.* 3. *c.* 10. Facere ſacrilegium.

Sacrilĕgus, gi, m. 2. *ſacrilego*, Ger. *gotſdieb*, Gal. *ſacrilege*, Hiſp. *ſacrilego*, ἱερόσυλος, qui rem ſacram, aut etiam rem profanam in loco ſacro depoſitam furatur, a *ſacrum*, & *lego*, hoc eſt furor. *Voſſ. Serv. ad illud* 9. *Ecl.* Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. Sublegi, inquit, ideſt, furatus ſum. Inde & ſacrilegus dicitur, qui ſacra legit, ideſt, furatur. *Ter. Adel.* 2. 4. Ubi eſt ille ſacrilegus? *Cic.* 2. *de Leg. c.* 16. Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui e ſacro abſtulerit, ſed etiam qui ſacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis.

Sacrilĕgus, a, um, *ſacrilego*, ἱερόσυλος, quod pertinet ad ſacrilegium, quod res ſacras violat, ſceleſtum, nefarium. *Cic.* 7. *Ver. c. ult.* Quorum templis, & religionibus iſte nefario quodam furore, & audacia inſtinctus bellum ſacrilegum ſemper, impiumque habuit indictum. *Hor. l.* 2. *od.* 13. Sacrilega manus. *Ovid.* 1. *de rem. amor.* Lingua ſacrilega. *Plaut. Rud.* 3. 4. 1. Eus o ſaxa, hominum ſacrilegiſſime.

Sacrīma, atis, n. erat muſtum, quod Liberalibus Libero ſacrificabant pro vineis, vino, & vaſis conſervandis, ita dictum, quia ſacrum. *Feſtus*.

Sacriportus, h. *e.* ſacer portus, locus fuit Romæ in regione quarta Urbis. *Var. lib.* 4. *L. L. pag.* 13.

Sacris, e, adject. V. Sacres.

Sacrium, ii, ſuccinum, apud Scythas. *Plin. l.* 37. *c.* 2.

Sacro, as, a. 1. *conſagrare*, קדש, Ger. *weihen*, *heiligen*, Gall. *ſacrer*, *dedier*, Hiſp. *conſagrar*, ἱερόω, Deo dedico, & ſacrum facio. *Cic.* 2. *de Leg.* Auri, argenti, eboris ſacrandi modus eſto. *Plin. l.* 36. *c.* 11. Quem poſt cæcitatem viſu reddito, ex oraculo Soli ſacravit. *Ovid.* 1. *Faſt.* Utque ego perpetuis olim ſacrabor in aris. ¶ Sacrare votum Diis, eſt voto ſeſe aſtringere. *Virg.* 8. *Æn.* Votum immortale ſacrabo. ¶ Sacrare fœdus, eſt ſancire. *Liv. l.* 38. Fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis ſacratum fuiſſet. ¶ Ponitur aliquando pro devovere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, ut impune violari, & occidi poſſit. *Liv. l.* 2. *c.* 8. Ante omnes de provocatione adverſus Magiſtratus ad Populum, ſacrandoque cum bonis capite ejus, qui Regni occupandi conſilia iniſſet, gratæ in vulgus leges fuere.

Sacroſanctus, a, um, *ſacroſanto*, ἀνεθεωρημένος, inviolabilis, intactus, ab omni injuria tutus, a *ſacer*, & *ſanctus*, quia ſancitum eſſet, ut ſacer haberetur, qui violaſſet, quod ſancitum erat. Sacroſanctum aliquid fiebat tum religione, tum lege: religione quidem, quia certis ad hoc cæremoniis opus erat: lege autem, quia hac ſanciebatur, ut ſacer eſſet, qui ſacrum violaſſet, eius nocuiſſet, cui hac lege cautum erat. Sanciebatur autem vel a ſola Plebe, vel a Patriciis, & Plebe ſimul. Nec ſanciebatur, niſi intercedente juramento, quemadmodum *Feſtus* docet. Erat autem juramentum tale, legem ſe perpetuo obſervaturos, addebaturque execratio, ut qui legi parerent, ita Deos ſuperos, inferoſque propitios haberent, qui non parerent, infeſtos, quemadmodum *Dionyſ. Halicarn.* ſcribit *l.* 6. *Cic. pro Corn. Balbo*, *c.* 14. Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompejo a Gellio, & a Lentulo Coſſ. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctum videretur? Primum enim ſacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod Populus plebſve ſanxiſſet. ¶ Speciatim apud Romanos Tribuni Plebis ſacroſancti fuere, ideſt eos nemo lædere poterat ſine capitali piaculo. *Liv. l.* 3. Et cum Plebem hinc provocatione, hinc tribunitio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque Tribunis, ut ſacroſancti viderentur (cujus rei prope jam memoria aboleverat) relatis quibuſdam ex magno intervallo cæremoniis renovarunt, & cum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo, ut qui Tribunis Plebis, Ædilibus, Judicibus, Decemviris nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret. Hac lege juris interpretes negant quemquam ſacroſanctum eſſe, ſed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum ſanciri. ¶ Sacroſanctum etiam tranſlate dicitur quidquid vio-

lari nefas eſt. *Tac. Ann.* 4. c. 36. Ut quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus erat. *Valer. Max. l.* 5. c. 3. *in fin.* Honora arcæ decoratos cineres ſacroſanctimus colis. *Cic.* 2. *Catil. c.* 8. Sacroſanctæ poſſeſſionum. ¶ Aliquando dividitur, interjecto verbo. *Plin. l.* 7. *c.* 44. Cum reſiſtendi, ſacroqua ſanctum repellendi jus non eſſet.

Sacrum, i, ſubſt. n. τὸ ἱερὸν, res ſacra, quicquid ad religionem ſpectat, omnia, quod nomina Deorum habetur. Jam pluraliter uſurpatur. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 9. Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritque, parricida eſto. *Nep. in Themiſt. c.* 2. Sacerdotibus ſacra procuranda tradunt. *Id. in Alcib. c.* 4. Sacra violare. *Tac. Ann.* 1. *c.* 42. Sacra legationis, & fas gentium rumpere. *Id. Ibid. c.* 34 Sacra Sabinorum retinere. ¶ Sacris initiare. V. Initio. ¶ Commovere ſacra, V. Commoveo. ¶ Sæpe ſumitur pro ſacrificio. *Tac. Hiſt.* 2. *c.* 70. Inſtaurabat ſacrum Diis loci. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 15. Ac te ſacra illa tua facientem videre. *Virg.* 3. *Æn.* Sacra Dionææ matri, Diviſque ferebam, &c. ¶ *Stata ſacra* dicuntur, quæ ſtata, & certo tempore ſingulis annis recurrunt, diverſa ab illis, quæ Indicta vocantur, quæ nimirum in alia tempore rejici poſſunt, vel etiam penitus omitti. *Ovid.* 1. *Faſt.* Quid a Faſtis non ſtata ſacra petis? ¶ *Piaculare ſacrum* eſt ſacrificium pro expiatione ſceleris. *Liv. l.* 9. Ac piaculare ſacrum fecerunt. ¶ *Sacra nuptialia*, & *jugalia* dicuntur ſacrificia, & ſolemnitates nuptiarum, *Quintil. l.* 1. *c.* 7. *Ovid.* 7. *Metam.* ¶ *Inter ſacrum & ſaxum ſtare*, proverbialis locutio pro in ſummo periculo eſſe, ſumpta ex priſcis fœderis feriendi cæremoniis, in quibus Fecialis porcum ſilice lapide percuſſurus, ſaxum illud manu tenens verba fœderis pronuntiabat, quibus dictis porcum feriebat. *Plaut. Capt.* 3. 4. 84. Nunc ego omnino occidi; nunc ego inter ſacrum ſaxumque ſto, nec quid faciam, ſcio. ¶ *Liv. l.* 4. *c.* 2. Ut qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit. h. e. cujus familiæ, aut gentis. Habebant enim Romani ſacra quædam privata, quæ una cum bonis ad hæredes tranſibant. V. Coemptionalis. ¶ Interdum ſacra dicuntur recondita artium aut ſcientiarum præcepta. *Quintil. l.* 5. *c. ult.* Peregiſſe mihi videor ſacra tradentium artem.

Sadanus, ſ. 2. inſ maris Æthiopici, ultra quam in Auſtr. ob æſtum non eſt navigatio, a Drepano prom. Indiæ 1873. M P. *Plin. l.* 6. *c.* 29. *Solin. c.* 72.

Sadducæi, orum, hæretici quidam inter Judæos, quorum opinio erat, animas una cum corpore interire, nec ullam eſſe corporum reſurrectionem: neminem, præter Deum, dominum appellari patiebantur, nec quicquam præter legem, ſervandum exiſtimabant, fatum omnino negabant, & juſtorum nomen ſibi ſolis vindicabant, nam *Sadducæus* hebraica *juſtor* ſignificat. *Tertul. de præſcription. adv. hæret. c.* 45. *Joſeph. l.* 18. *antiq. Jud. c.* 2.

Sæculum. V. Seculum.

Sæpe, adv. *ſpeſſe*, *ſovente*, …, Ger. *offt*, Gall. *ſouvent*, Hiſp. *muchas vezes*, a *menudo*, πολλάκις, frequenter. *Cic l.* 1. *Fam. epiſt.* 7. Pompejum ſcis temporibus illis non ſæpe in Senatu fuiſſe. *Id Fam.* 13. *epiſt.* 43. Iterum, ſæpiuſque te rogo. *Id pro Font. c.* 8. Semel, atque iterum, ac ſæpius pecuniam dare. *Salluſt. in Jugur. c.* 63. Sæpiſſime aliquid aaperiri. ¶ Aliquando ornatus cauſa jungitur ablat. numero, & a multis tanquam una dictio pronuntiatur, & ſcribitur. *Cic. de Sen.* Sæpenumero mirari ſoleo, &c. *Gel. l.* 3. *c.* 16. Gigni hominem ſeptimo rarenter, ſæpe nono, ſæpius numero decimo menſe.

Sæpicule, adv. dimin. a *ſæpe*. *Plaut. Caſ.* 3. 3. 39. Sæpicula peccas. *Priſcian. l.* 3. legit *ſæpiuſcule*. *Apul. l.* 6. *A. A.* Sæpicula commonebant. Adde *l.* 9.

Sæpior, os, adject. comparat. &

Sæpiſſimus, a, um, adject. ſuperlat. Veteres uſurparunt, ut *Priſcian. l.* 15. teſtatur. *Cat.* apud *eund. l.* 3. Sæpiſſima diſcordia.

Sæpiuſcule, V. Sæpicule.

Sæps, V. Sepes.

Sæve, adv. *crudelmente*, ſævitur. *Sueton. in Tiber. c.* 59. Multa ſæva, & atrociter factitavit. *Col. l.* 11. *c.* 1. Aut ſævius, aut etiam lenius agendo. *Id. l.* 1. *c.* 4. Quædam loca æſtate ſæviſſima candent.

Sævidictum, i, *parole aſpre*, …, ſævum dictum. *Ter. Phorm.* 1. 4. 36. Ne te iratus ſuis ſævidictis protelet. Alii leg. *tuis ſævidicis dictis*.

Sævidicus, V. diction. præced.

Sævio, is, ivi, & ii, itum, n. 4. *incrudelire*, Germ. *wuten*, Gal. *etre cruel*, Hiſp. *encarnecer*, *encrudecerſe*, χαλεπαίνω, crudeliter in aliquem ago, immanitatem exerceo. *Liv. l.* 3. *c.* 45. Sæviat in tergum, & in cervices noſtras. *Id. l.* 18. Neque ſe in obſides ſæviturum. *Vellej. l.* 2. *c.* 74. In Perufinos magis ira militum, quam voluntate ſævitum ducis. ¶ Aliquando eſt vehementer iraſci. *Virg.* 5. *Æn.* Tum pater Æneas producere longius iras, & ſævire animis Entellum haud paſſus acerbis. ¶ Aliquando fortiter facere, ſtrenue ſe gerere. *Martial. de ſpectac. ep.* 6. Belliger invictis quod Mars tibi ſævit in armis.

Sævitas, atis, idem ac ſævitia. *Prudent. in Rom. v.* 483. Cum ſæpe morbos major urget ſævitas. *Firmic. l.* 5. *c.* 3. Sævitate aliquem deterrere. *Apul. l.* 9. *A. A.* En indignæ res ſævitatem. Al. legunt *ſcævitatem*, hoc eſt adverſam fortunam, a σκαιὸς, ſiniſtra, adverſus. *Gel. in præfat. quæ in quibuſdam edit. eſt c. ult. l.* 20. Quo ſit quorundam mala doctorum hominum ſævitas, & invidentia irritatior. Hic quoque Al. reponunt *ſcævitas*. hoc eſt ſiniſtra, & perverſa voluntas.

Sæviter, adv. crudeliter, ſævem. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 31. Magis cogito, ſæviter, blanditerne alloquar. ¶ Gradus V. in *Sæve*.

Sævitia, æ, *crudeltà*, …, Ger. *grauſamkeit*, Gal. *cruauté*, Hiſ. *crueldad*, ὠμότης, crudelitas, immanitas. *Cic.* 2. *de Offic c.* 7. Heris ſane adhibenda ſævitia in famulos eſt, ſi aliter teneri non poſſunt. ¶ Translata *Tacit. Annal.* 2. *c. penult.* Annonæ ſævitia.

Sævities, ei, idem ac ſævitia. *Apul. l.* 6. *A. A.* Canis ſævitiem offula redime.

Sævitudo, inis, idem ac ſævitia. *Plaut. in fragm. Bacch.* Vincula, virgæ, molæ, ſævitudo mala ſit pejor.

Sævus, a, um, *crudele*, …, Ger. *grauſam*, Gal. *cruel*, Hiſp. *cruel*, ἄγριος, crudelis, ſævum, fortaſſe a *ſævus*, extrito *e*, quod a … *ſiniſter*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 39. *ex poeta*. Undique venti erumpunt, ſævi exiſtunt turbines. *Liv. l.* 34. Tyrannus ſæviſſimus in ſuos. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 798. Sævior juvencis. ¶ Ponitur etiam pro irato. *Virg.* 1. *Æn.* Et ſævum ambobus Achillem. ¶ Item pro inimico. *Virg.* 1. *Æn.* Sævæ memorem Junonis ob iram. ¶ Item pro forti. *Virg.* 1. *Æn.* Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector. ¶ Item pro potenti, & magno. *Virg.* 1. *Æn.* Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem, ſed mihi ſorte datum. *Id.* 12. *Æn.* Maternis ſævus in armis. *Id.* 2. *Æn.* Sævus horror. *Enn.* apud *Serv.* Induta fuit ſæva ſtola. h. e. magna. ¶ Item pro duro, horrido, aſpero. *Virg.* 5. *Æn.* Cum ſævo a ſcopulo multa vix arte revulſus. ¶ *Sævum* adverbii more pro ſæve. *Silius l.* 1. *v.* 198. Cui ſævum arridens. Adde *Claudian l.* 1. *de rapt. Proſ. v. penult.*

Saga, æ, *maga*, *ſtrega*, …, Ger. *hex*, Gal. *ſorciere*, Hiſp. *encantadora*, …, mulier prudens, verſuta, quæ multa ſcire vult, & ſpeciatim venefica, quæ malis artibus boni aliquid, vel mali alicui conciliat, a *ſagiendo*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 31. Sagire enim, ſentire acute eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. *Feſt.* Saga dicitur mulier perita ſacrorum. *Horat. l.* 1. *od.* 27. Quæ ſaga, quis te ſolvere Theſſalis Magus venenis, quis poterit Deus? *Tibul. l.* 1. *eleg.* 3. Pollicita eſt Magico ſaga miniſterio. ¶ *Nonius* ſagam vocari ait eam quoque, quæ viros indaget ad libidinem. *Lucil.* apud *eund. c.* 1. *n.* 86. Ut ſaga, & bona conciliatrix. Et *Turpil.* Non ego hoc ego per ſagam pretio conductam. ¶ Saga, æ, pro ſago V. in Sagum.

Sagacitas, atis, *ſagacità*, Ger. *geſchwindt*, Hiſp. *aſtucia*, …, acuta illa ſentiendi vis in canibus, qui ex odoratu res omnes deprehendunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Et tam incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas narium. ¶ Translate ſumitur pro aſtutia, calliditate. *Cic.* 3. *Ver. c.* 41. Qua eſt iſte ſagacitate in his rebus. *Sen. ep.* 96. (al. 95.) Valetudo, vires, forma, ſagacitas ſenſuum, *ſentimento fino*, *e delicato*.

Sagaciter, adv. *ſagacemente*, Ger. *beſcheidiglich*, Gal. *finement*, Hiſp. *aſtutamente*, ἀγχίνως, cum ſagacitate, *Col. l.* 7. *c.* 12. Si & advenientem ſagaciter adoriatur. ¶ Translate ſumitur pro aſtute, callide, prudenter. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. Qui ſagaciter perveſtiget, quid ſui cives, &c. *Horat. Epod.* 12. Namque ſagacius unus odoror, &c. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 44. Ut odorer, quam ſagaciſſime poſſim, quid ſentiant.

Sagaleſſus, ſ. 2. urbs exc. Piſidiæ, in conf. Liciæ, & Pamphiliæ, in colle. *Plin. l.* 5. *c.* 27.

Sagana, æ, ſ. *ſtrega*. *Priſcian. l.* 4. Sagana, & ſaga idem ſignificant.

Sagapenum, i, n. *ſagapeno*, *ſerapino*, σαγάπηνον, ſuccus herbæ ferulaceæ, quæ in Media naſcitur. Optimum eſt tranſlucens, fulvo foriniſecus colore, & intus albo, neſcio quid inter laſer, & galbanum redolens, guſtu acri, auctore *Dioſcor. l.* 3. Officinæ interpolato vocabulo *ſerapinum* appellant. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Sagapenum & ipſum in hortis quidam, ſed medicinæ tantum. *Id. l.* 20. *c.* 18. Illud enim ammoniaci lacrymæ ſimile ſagapenon vocatur.

Sagaria, æ, ſ. σαγοπωλεία, exercitium vendendi ſaga, ut *lintearia*, mercatura linteorum. *Ulpian. l. procuratores*, *ff. de tributaria actione*. Duas negotiationes exercebat, puta ſagariam, & lintariam. Adde *Apul. l.* 1. *A. A.*

Sagaris, is, m. fluv. Phrygiæ, qui in Propontidem influit. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 10.

Sagaritis, idis, f. nomen Nymphæ ita dictæ a Sagari fluvio. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 229.

Sagarius, ii, qui ſaga vendit. χλαινοπώλης. *Inſcript.* apud *Spon. Miſcel. pag.* 67. Collegium Sagariorum.

Sagarius, a, um, adject. ad ſaga pertinens. *Ulpian. Dig. l.* 17. *tit.* 3. *leg.* 52. Quidam ſagariam communionem inierunt.

Sagatus, a, um, σαγηφόρος, ſago indutus. *Cic.* 14. *Phil. c.* 1. Deinde eras ſagati prodeamus. ¶ *Col. l.* 11. *c.* 1. Familiam habeat omnium diligenter a frigoribus, & imbribus, quæ utraque prohibentur optime pellibus manicatis, & ſagatis cucullis. h. e. ex ea materia, ex qua ſaga fiunt, confectis.

Sagax, acis, o. *ſagace*, Ger. *geſpurig*, Gal. *fin*, *ſagace*, Hiſp. *ſabiaſſe*, …, acutus, ſolers. *Feſt.* Sagaces appellantur multi, ac ſolertis acuminis. *Cic.* 1. *de Div. c.* 31. Sagire enim, ſentire acute eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. *Ovid. l.* 1. *de rem. am.* Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci. *Id.* 11. *Met. v.* 599. Cumbuſta ſagacior anſer. *Plin. l.* 8. *c.* 37. *de muribus*. Quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum, *aſſai delicato*, *fino*. ¶ Translate accipitur pro perſpicaci, aſtuto, callido. *Cic.* 2. *Fin. c.* 14. Mentemque & acrem, & vigentem, celerrimeque multa ſimul agitantem, & ut ita dicam, ſagacem. *Planc. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 23. Sed certe nimia ejus indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem. ¶ Interdum ſumitur pro perito. *Col. l.* 1. *c.* 1. Sit, oportet, rerum naturæ ſagaciſſimus. Adde *Horat. de art. poet. v.* 218.

Sagda, æ, ſ. gemma porracei coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Sagdam Chaldæi adhæreſcentem navibus inveniunt, praſini coloris.

Sagena, æ, ſ. σαγήνη, verriculum, genus retis piſcatorii, e Græca voce allata. *Manil. l.* 5. *v.* 678. Excipitur vaſta circumvallata ſagena.

Sageſtre, V. Segeſtre.

Sagina, æ, ſ. σιτίευσις, cibus, quo quis pinguis efficitur. *Plin. l.* 9. *c.* 56. Saginam cochlearum commentatus eſt ſapa, & farre, aliiſque generibus. *Colum. l.* 9. *c.* 14. Eſt facilis harum avium ſagina. ¶ Interdum per Synecdochen laxius accipitur pro cibo ſimpliciter. *Cic. pro Flac.* Qui multitudinem illam non auctoritate, ſed ſagina tenebat. *Nemeſian. in Cyneg.* Tunc conſuetam minuere ſaginam profuerit. Ubi de cibo canum venaticorum ſermo eſt. ¶ Per Metonymiam ſagina ponitur pro pinguedine ſupervacua, arte, non natura adaucta, per totum diſperſa corpus. *Juſtin. l.* 21. *c.* 2. Sublatis deinde æmulis, in ſegnitiem lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit. ¶ Item pro loco, in quo quis ſaginatur. *Plaut. Trinum* 3. 2. 96. Aut aliquem ad regem in ſaginam herus ſe conjecerit meus. Adde *Meſtel.* 1. 3. 79. ¶ Item pro ipſis animalibus, quæ ſaginantur. *Id. ibid.* 1. 1. 62. Bibite, eſſe, ſaginam cædite. h. e. pinguia animalia mactate ad epulas. ¶ Per Metaphoram capitur pro copia, ubertate. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Forenſibus certaminibus exercitatos, & quaſi militantes reficit, ac reparat hæc velut ſagina dicendi. ¶ Legitur & ſaginum, i, *Pallad. in Majo*, *tit.* 7. Sequentis tradunt prabeantur ei teneræ arborum ſummitates, & fruteta mollia, & herbæ viridis coma, dulcior ſagina ruris, & fluminis.

Saginarium, ii, n. σιτευτήριον, locus, ubi ſaginantur altilia. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 10. Eos includunt in ſaginario.

Saginarius, a, um, σιτευτὸς, quod ſaginatum eſt. Unde a *Servio* mulus ſaginarius, & bos ſaginarius appellatur.

Saginatio, onis, ſ. σιτευσία, actus ſaginandi. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Sed magis tridui inedia ſaginationem orſa.

Saginatus, a, um, *ingraſſato*, σιτευτός, pinguefactus. *Propert. l.* 4. *el.* 1. Parva ſaginati luſtrabant compita porci. *Tertul. de jejun. c. ult.* Saginatior Chriſtianus.

Sagino, as, a. 1. *ingraſſare*, …, Ger. *meſten*, Gal. *engraſſer*, Hiſp. *cevar*, *engordar*, …, pinguefacio, a ſagina. *Col. l.* 6. *c.* 18. Ea herba viridis, nec tarde tamen arida, fœni vice ſaginat jumenta. *Cic. pro Sext. c.* 36. Qui ab illo peſtifero ave jampridem reipublicæ ſanguine ſaginantur.

Sagio, is, ivi, itum, a. 4. ἰχνεύω, acute ſentio. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 31. Sagire, ſentire acute eſt: ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes.

Sagitta, æ, *ſaette*, *freccia*, …, Ger. *pfeil*, Gal. *fleche*, Hiſp. *flecha*, …, jaculi genus, quod arcu emittitur. *Virg.* 10. *Æn. v.* 131. nervo aptare ſagittas. *Cic.* 4. *Acad. c.* 24. Sagittis conficere. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 3. Ire ſagittis in aliquem. ¶ Sagitta etiam a rei ruſticæ Scriptoribus ſumitur pro noviſſima ſurculi parte, ſive quia longius receſſit a matre, & quaſi emicuit, atque proſilivit, ſeu quia cacumine attenuata penicilli teli ſpeciem gerit. *Cic. l.* 3. *c.* 17. *Id. l.* 3. *c.* 10. *in fi.* Nam ſi ſagittam, ideſt ſuperiorem partem malleoli, vituperandam cenſebant. ¶ Item ſagitta genus herbæ eſt. *Plin. l.* 21. *c.* 17. Item pitanam dicit a Græcis vocari, quam inter nivos ſagittam appellamus. ¶ Denique Sagitta eſt ſignum cœleſte, conſtans quinque ſtellis. Fabulantur, Herculem, cum ad hortum Heſperidum proficiſceretur, itineris ignarum, per Caucaſum montem tranſiiſſe, ibi a Prometheo edoctum fuiſſe omnem rationem itinerum, & quo pacto draconem

horti

Digitized by Google

horti Heſperidum cuſtodem interficeret : Herculem, ut gratiam perſolveret, ſolviſſe Prometheum vinculis, inſuper ſagitta confodiſſe aquilam quæ Promethei cor, vel jecur renaſcens depaſcebatur, ſagittam illam in perenne monumentum virtutis Herculis in cœlum translatam eſſe. *Plin. l. 18. c. 26.* Pridie Non. Jan. Cæſari Delphinus matutino exoritur, & poſtero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta veſperi occidit.

Sagittarius, ii, *ſagittario, arciere, baleſtrare*, קשת, Ger. *ſchutz*, Gal. *ſoler*, Hiſ. *archero*, τοξότης, qui ſagittas emittit, vel arcu, vel ex bellicis tormentis. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 7.* Cretas ſagittarios ſubſidio oppidanis mittit. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Uſus tormentis multis, multis ſagittariis, rem confeci. ¶ Sagittarius item eſt ſignum cœleſte, quod ex una, & triginta ſtellis conſtat. Hic fuit Crotus (aliqui tribuunt *Ennas*) filius Eupheme nutricis Muſarum. Una cum Muſis in Helicone monte habitavit. Quare acutiſſimo adoleſcens ingenio, & Poeta præſtantiſſimus factus eſt. Sa etiam in venatione exercuit in Bœotiæ ſylvis. Ea quo etiam egregius venator evaſit. Muſarum precibus poſt mortem a Jove inter aſtra relatus eſt, prope Scorpionem, prius ejus figura immutata in ſemihominem, & ſemiequum, quod equitatione delectatus fuerit. Manu arcum, & ſagittas tenet, propter virtutem in venando: Cauda Satyri inſignitus eſt, ad ejus cum Muſis familiaritatem indicandam. Alii Chironem Centaurum eſſe arbitrantur. V. *Centaurus*. Idibus Februarii veſpere occidit, & vehementer hyemat, auctore Columella. *Plin. l. 17. c. 24.* Cum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. ¶ Item qui ſagittas conficit. *Arcad. Dig. l. 50. tit. 6. leg. ult.* Fabri ſagittarii, ærarii, bractearii.

Sagittarius, a, um, *ſaettevole*, τοξότικος, quod ad ſagittas pertinet, ſive idoneum eſt, ut ex eo fiant ſagittæ. *Plin. l. 16. c. 36.* Suum genus ſagittario calamo.

Sagittātus, a, um, adject. *Plaut. Trin. 3. 1. 16.* Extemplo ſaviis ſagittatis percuſſus eſt, h. e. ſagittæ more animum ferientibus. ¶ *Cal. Aurel. Tard. 2. c. 12.* Quidam in bello ſagittatus. h. e. ſagitta ictus.

Sagittifer, ra, rum, βελοφόρος, qui fert ſagittas. *Virg. 8. Æn.* Hic Lelegas, Caresque, ſagittiferoſque Gelonos Finxerat. ¶ Pecus ſagittifera, hiſtrix. *Claudian. in carm. de Hyſtrice.*

Sagittiger, a, um, adject. ſagittifer. *Avien. in Phænom. Arat. v. 842.* Ora Sagittigeri, h. e. Sagittarii, ſideris.

Sagittipŏtens, entis, o. βελοκράτωρ, ſagittarius. *Cic. in Arato.* Menſe ſagittipotens Solis cum ſuſtinet orbem.

Sagitto, as, a. 1. *ſaettare*, τοξεύω, ſagittas ex arcu emitto, ſagittas jaculor. *Juſtin. l. 41. c. 2.* Equitare, & ſagittare magna induſtria docent. *Curt. l. 7. c. 5.* Sagittandi celebris uſus. Adde *Solin. c. 19.*

Sagittŭla, læ, diminutiv. parva ſagitta. *Apul. l. 10. Metam.* Pinnulis & ſagittulis.

Sagma, æ, f. vel ſagma, atis, n. *baſto*, σάγμα, clitella, ſeu ſella, ſuper quam componuntur ſarcinæ, vel inſtratum, quo mollior ſit ſeſſio, vel etiam ſarcina, ſive onus jumenti clitellarii. *Veget. l. 2. de re veter. c. 59.* Reliquum mulorum, equorum, aſinorumque genus ſub ſagmis ſolo tergo præſtat officium. *Acron* Horatii ſcholiaſtes *ſagmas* uſurpat.

Sagmarius, ii, m. σαγματάριος, σαγματοφόρος, qui ſagma fert. *Lamprid. in Heliog. c. 4.* Quæ pilento, quæ equo ſagmario, quæ aſino veheretur, quæ carpento mulari. Adde *Vopiſc. in Aurelian. c. 7.*

Sagmen, inis, n. *verbena*, περιστερεών, idem ac verbena. *Plin. l. 22. c. 3.* Quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenæ. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra evulſum: ac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, ideſt res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur. Eſt a *ſanctus*, vel a *ſanciendo*, quaſi ſanctimen, vel ſancimen, quia ex loco ſancto ſumebatur. *Feſt.* Sagmina vocantur verbenæ, ideſt, herbæ puræ, quia ex loco ſancto arcebantur (forte *accerſebantur*) a Conſule, Prætoreve, Legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum: vel a ſanciendo, ideſt, confirmando. Nævius, Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine. *Liv. l. 1. c. 24.* Jubes ne me, rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente rege, ſagmina, inquit, te, rex, poſco. rex ait, pura tollito.

Sagmĭna. V. Sagmen.

Sagra, m. r. *Alaro*, fl. Magnæ Græciæ, in ora, qui apud Caulonem decurrit, & per fines Locrenſium in mare Auſonium cadit. Leandro eſt *Sagriano*, Nigro *Sucarano*. Olim limes fuit inter Crotoniatas, & Locros. Memorabilis eſt ob inſignem Locrenſium adverſus Crotoniatas victoriam, qua centum triginta millia Crotoniatarum a decem Locrorum millibus, ſignis collatis, victa ſunt, quæ quidem victoria eodem die in Græcia Athenis, Corinthi, Lacedæmone, Olympiæ nunciata eſt. Hinc proverbium ortum eſt. Volentes enim ſua dicta veriora reddere, certiora dicunt eſſe, quam quæ ad Sagram. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 6. Juſtin. l. 20. c. 3.*

Sagulatus, a, um, adject. ſagulo indutus. *Suet. in Vitel. c. 11.* Urbem introiit ferro ſuccinctus, ſagularis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

Sagulum, i, περιβολαίδιον, dim. a ſagum, *piccol ſago*. *Virg. 8. Æn. v. 660.* Virgatis lucent ſagulis. *Cic. in Piſon.* Quibus illi acceptis ſagula rejecerunt.

Sagum, i, *ſago*, σάγος, veſtimentum militare, genus veſtis brevioris, ex lana villoſa, & craſſiora, humeros tegens, & ad nates uſque deſcendens, Græcorum pallio non abſimilis: erat autem proprium militum, & ruſticorum etiam, contra imbres & frigora. *Cic. 7. Fam. ep. 10.* Valde metuo, ne frigeas in hybernis: quamobrem camino luculento utendum cenſeo: Idem Mucio, & Manilio placebat, præſertim qui ſagis non abundares. ¶ Erat autem ſagum belli index, ut toga pacis: itaque non milites ſolum, ſed populus etiam in Urbe (exceptis viris Conſularibus, ut eſt apud *Cic. Phil. 8. c. 11.*) ſaga ſumere ſolebant, majore aliquo tumultu, aut bello exorto. Hinc illa, ad ſaga ire, eſſe in ſagis, ſaga ſumere, &c. quæ leguntur apud *Cic. Phil. 14. c. 1. Phil. 8. c. 11. & Phil. 5. c. 12. &c.* ¶ Sagum, quo utebantur duces, purpureum erat. itaque ad differentiam ejus, gregale ſagulum appellat *Livius l. 7. c. 34.* quo viliores milites utebantur. At de illo nobiliore *Silius l. 17.* atque humeris imponit honorem Fulgentis ſaguli. ¶ Fuit etiam ſagum genus ſtraguli ad aliquid ſternendum, ſeu operiendum, vel etiam ad alios uſus. *Capitolin. in Vero c. 6. de equo.* Quem ſagis fuco tinctis coopertum ad ſe adduci jubebat. *Plin. l. 16. c. ult. de viſco.* Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit: falce aurea demetit: candido id excipitur ſago. ¶ Sagus, i, maſc. gen. *Enn. apud Non. c. 3. n. 201.* Tergus igitur ſagus pinguis opertat. ¶ Saga, æ, fem. gen. *Cato c. 59. de R. R.* Quoties cuique tunicam, aut ſagam dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant.

Saguntia, æ, f. *Gigonze, Giſconza*, olim opp. nunc pag. Hiſp. Bæt. in Vandaliæ, apud Lethem fl. in fin. Turdetanorum, inter Cæſarianam, & Arcus. *Plin. l. 3. c. 3.*

Saguntīnus, a, um, quod ad Saguntum pertinet. *Martial. l. 8. ep. 6.* Sume Saguntino pocula facta luto. ¶ Saguntini, orum, Sagunti incolæ, apud *Liv. l. 21. c. 9.*

Saguntum, i, n. *Morvedro*, opp. Hiſp. Ter. in fin. Hedetanorum, in R. Valentiæ, conditum a Zacynthiis anno poſt diluvium 167. a Carthaginienſibus duce Hannibale everſum. Ejus cives, cum eſſent fœderati Romanorum, malverunt ſe, & ſua accenſo rogo comburere, quam ſe Hannibali dedere. *Liv. l. 21.* ¶ Dicitur etiam Saguntus, i, fœm. gen. *Pomp. Mela l. 2. c. 6.* Saguntum illam fide, & ærumnis inclytam.

Sagus, a, um, *accorto, ſagace, preſago*. *Ciſ. l. 1. de divin. c. 31.* Sagire, ſentire acute eſt: ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. *Stat. l. 1. Achill. v. 519.* Nunc ſagas afflatur aves. *Id. 8. Theb. v. 204.* Ipſe nihil ceſtum ſagis clangoribus æther præcinit.

Sal, ſalis, m. & n. *ſale*, מלח, Ger. *ſaltz*, Gal. *ſel*, Hiſp. *ſal*, ἅλς, compoſitum quoddam ex aqua marina, & terra, quo utimur in condiendis cibis. Eſt a recto ἅλς, per Metatheſin. Eſt autem duplex, naturalis, & artificialis. Naturalis ſpecies ſunt, ſal communis, qui hactenus explicatus eſt, gemmæ, nitrum, alumen, ſal ammoniacus, vitriolum. Artificialis ille eſt, qui humana induſtria ex corporibus extrahitur, vel vegetabilibus, vel animalibus, vel mineralibus. In numero ſingulari eſt generis maſculini, vel etiam neutrius, in plurali tantum maſculini. *Cic. de Am. c. 19.* Verumque illud eſt, quod vulgo dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. *Col. l. 12. c. 53.* Deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum, ſed modice infractum. *Plin. l. 31. c. 7.* Summa fluminum denſantur in ſalem. *Id. l. 8. c. 38.* Salem aſpergere carnibus. *Id. l. 15. c. 6.* Sale carnes aſpergere. ¶ Lingere ſalem, proverbio dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Nam apud veteres in pauperiorum cœnis ſal loco cibi apponebatur. *Plaut. Curc. 4. 4. 6.* Hic hodie apud me nunquam delinges ſalem. h. e. ne fruſtum quidem panis a me habebis, nedum juſta cœna te excipiam. ¶ Metonymice ponitur pro mari, quia ſalſum eſt, & ex ejus aqua ſal elicitur. *Virg. 1. Æn. v. 35.* Et ſpumas ſalis ære ruebant. ¶ Translate accipitur pro ſapientia, in qua ſignificatione maſculino tantum genere proferri conſuevit. *Ter. Eun. 3. 1. 14.* Qui habet ſalem, qui in te eſt. Ubi Don. Sal neutraliter, condimentum, maſculinum, pro ſapientia. ¶ Item pro urbanitate, joco, facetiis, tam in ſingulari, quam plurali numero. *Plin. l. 31. c. 7.* Ergo hercule vita humanior ſine ſale nequit degere: adeoque neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita ſales appellantur: omniſque vitæ lepos, & ſumma hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat. *Cic. 1. Off. c. 37.* Sale vero, & facetiis Cæſar vicit omnes. *Id. l. 9. Fam. ep. 15.* Accedunt non Attici, ſed ſalſiores, quam illi Atticorum, Romani veteres, atque urbani ſales. *Senec. de vita beata, c. 27.* Tota illa comicorum manus in me venenatos ſales ſuos effudit. ¶ Item pro apta membrorum, ſeu partium diſpoſitione, elegantia, venuſtate. *Nepos in Attic. c. 13.* Tectum antiquitus conſtructum plus ſalis, quam ſumptus habebat. *di buon guſto, ben' inteſo*. *Catul. carm. 87.* (alc. 85.) *de Lesbia, & Quintiæ pulchritudine*. nam nulla venuſtas, Nulla in tam magno corpore mica ſalis. Alii aliter explicant. ¶ *Sale* in recto caſu pro *ſal*, *Enn. apud Priſcian.* Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.

Sala, m. r. *Baragrag, Sanie*, fl. Mauritaniæ Ting. ab Atlante min. qui prov. Fezzam a Temeſna ſeparat, & juxta Salam urb. in Oceanum Atlanticum cadit. *Plin. l. 5. c. 1.*

Salacaccabia, orum, n. ἁλακακκάβια, inteſtina ſalſa, quæ in ollis coquuntur. *Apic. l. 4. c. 1.*

Salacia, æ, maris decrementum, ut Venilia, maris reciprocantis incrementum. A Poetis Dea aquæ, Neptuni uxor fingitur, eadem, quæ Amphitrite. Dicta eſt a *ſalum*. Dicitur enim Salacia, quia unda ad ſalum redit, ut Venilia, quia unda venit ad litus, vel quia hæc Dea ſalo præeſt. *Varro l. 4. de L. L.* Salacia Neptuni a Salo, Venilia a veniendo, &c. *Feſtus*. Salacia dicta eſt, quod ſalum ciet. Antiquos autem ait (Verrius) eo vocabulo Poetas pro aqua ipſa uſos eſſe. Pacuvius: Hinc ſævitiam Salaciæ fugimus, &c. *Cic. de Univ.* Ut Oceanum, Salaciamque Cœli ſatu, Terræque conceptu generatos, editoſque memoremus. ¶ Ponitur etiam pro aqua ſimpliciter, ut patet ex verbis *Feſti*, quæ allata ſunt.

Salacĭtas, atis, λαγνεία, laſcivia, propenſio in Venerem. *Plin. l. 10. c. 36.* Paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par.

Salăcon, onis, m. σαλάκων, Heſychio, & Suidæ is dicitur ſalacon, qui totidem fere literis σαλάκων vocatur, ideſt ſuperbus, arrogans, glorioſus, jactabundus. Quidam derivant a quodam viro nomine Salacone, qui cum pauper eſſet, ſe divitem ſimularet. *Cic. l. 7. Fam. ep. 24.* Cognoſti meam cauſam, & iſtius ſalaconis iniquitatem.

Salamandra, æ, f. *ſalamandra*, σαλαμάνδρα, genus animalis. *Plin. l. 10. c. 67.* Sicut ſalamandra, animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam, niſi magnis imbribus, proveniens, & ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo, quam glacies. Summi veneni eſt, auctore *Plinio l. 29. c. 4.* Nam ſi arbori irrepſerit, omnia poma veneno inficit, & eos, qui ederint, interimit. Idem facit, ſi in puteum cadat. A ſuibus tamen ſine nocumento manditur. De ſalamandra *Idem* ſcribit *l. 10. c. 67. & 68. & alibi*.

Salaminiăcus, a, um, σαλαμινιακός, quod ad Salaminem inſ. ſpectat. *Lucr. l. 3. v. 149.* Ut Salaminiacum meminit mare. Adde *Sil. l. 14. v. 283.*

Salaminĭus, a, um, &

Salaminus, a, um, adject. a Salamine urbe. *Cic. 1. Tuſc. c. 46.* Salamini tropæi memoria. Al. leg. Salaminii. *Nepos 3. c. 2.* Salaminia pugna. ¶ Salaminii, orum, Salaminis incolæ, *Cic. pro Arch.*

Salămis, inis, vel Salamin, inis, vel Salamine, æ, f. *Coluri*, σαλαμίς, inſ. ſinus Saronici, qui & Salaminiacus ex ea dicitur, contra Megaram, inter Peloponneſum, & Atticam, Æginæ proxime. *Plin. l. 5. c. 31.* Dicta eſt a Salamine Aſopi filia. In ea Telamon Ajacis, & Teucri pater regnaſſe fertur. Apud hanc inſulam Themiſtocles Xerxis claſſem diſſipavit. *Cic. 1. Off. & 1. Tuſc.* ¶ Salamis item, vel Salamine, poſtea Conſtantia, *Coſtanza*, urbs Cypri, in ora Orientali, apud Hamacoſtum, ſive, ut nunc vocant, Famauguſtam, ab ea parum in Boream recedens. Condita fuit a Teucro filio Telamonis, & appellata ex nomine relictæ patriæ, poſt Trojæ excidium, quando Epheſus. Nam cum e bello Trojano reverſus Ajacis inimicos, ideſt Ulyſſem præcipue, ultus non fuiſſet, expulſus a patre, in Cyprum navigavit, ibique ſedes figens, alteram Salaminem ſibi condidit. *Hor. l. 1. od. 7.* Ambiguam tellure nova Salamina futuram.

Salapĭa, f. r. *Salpe*, urbs Apuliæ Dauniæ, in lim. Apuliæ Peucetiæ, ad oſt. Aufidi fl. *Plin. l. 3. c. 11.*

Salapinus, a, um, adject. ad Salapiam pertinens, ut Salapina Palus, *Lago di Salpe*, lacus apud oram Apuliæ Dauniæ, ad quem Salapia urbs. Alias eſt *Lago d' Andoria*, el. *Canale di S. Antonio*. *Lucan l. 5. v. 377.* ¶ Salapini, orum, Salapiæ incolæ. *Cic. Agrar. 2. c. 27.*

Salapitta, æ, f. alapa, *guanciata*. *Arnob. l. 7.* Delectantur, ut res eſt, ſtupidorum capitibus raſis, ſalapittarum ſonitu, atque plauſu, factis, & dictis turpibus, facinorum ingentium robore. Ita *Joſ. Scaliger in Catalecta* legit, deque mimorum alapis intelligendum putat. Nam hiſtriones ad riſum concitandum ſe ſe alapis percuti patiebantur, ut ex Terentio, Martiale, atque aliis conſtat. In manuſcriptis quibuſdam eſt *ſalapictarum*. Stewechius legit *ſalpinctarum*, ideſt tubicinum, ſeu buccinatorum, a Græco σαλπικτῶν.

Salaputium, ii, ſalax mentula, a *ſalace puta*, ut præputium a *præ*, & *puta*. Puta autem eſt a πόσθη, mentula. Salaputium *Catullus* ſalſe vo-

dit Calvum Oratorem, *epigr.* 50, hoc verſu: Di magni, ſalaputium diſertum. Quomodo *Scaliger* legendum comprobat *ad Catullum*, & *Caſaub. in Catalecta*, & *M. Senec. l. 7. Controv.* 14. cum ait, Erat parvolus ſtatura, propter quod etiam Catullus in hendecaſyllabis vocat illum ſalaputium diſertum. In veteri editione Catulli, quæ Regii Lepidi excuſa anno 1491. *ſalapantium* legitur, quod etſi vitioſum, propius tamen ad veram lectionem accedit, quam *ſolopachium*, vel *holopachium*, de quo Herm. Barbarus in Plin. lib. 8. cap. 29. & in Gloſſem. Plinian. voce *ſolopygium*, & *ſolopachium*, vel *holopygium*, quod Alciatus probat l. 2. *var.* c. 26. vel *ſolicippium*, cujus emendationis meminit Hermolaus, quamque inter alios Lilius Gyraldus dial. 10. Hiſt. Poetarum, item P. Manutius, & A. Muretus approbant, vel *aſcalabotium*, quod Turnebus ridicule cogitavit lib. 21. Adverſ. cap. 26. Alias quoque alii lectiones commenti ſunt, quas videre poſſis apud Rob. Titium, cum *ſalicippium* potius, quam *ſalaputium* legendum contendit c. 21. l. 21. locorum controverſorum, nec non aſſertionis eorundem. Sane ſi *ſalaputium* rectum non eſt, id plane erit *ſalopygium*, h. e. motacilla. V. *Salopygium*. Lexicographi quidam legunt *ſalapuſium diſertum*, & dicunt, ſalapuſium a *ſale*, & *puſius* eſſe compoſitum, *puſius* autem, *puſer*, *puſio* Latinis puerum notare, hunc ominantem eſſe Calvum Catulli familiarem, tanquam puerum plenum ſalis, & oratoriæ mordacitatis, ob ſtaturam puerilem.

Salar, is, m. piſcis genus, quod quidam *truttam* recenti vocabulo, alii *ſalmonem* appellant. *Auſon. in Moſel. v.* 88. Purpureiſque ſalar diſtinctus tergora guttis. *Sidon. l. 2. ep.* 2. Rapaciſſimi ſalares.

Salaria Porta. *Porta Salara*, una ex portis urbis Romæ, quæ alim Agonenſis, & Quirinalis, & Collina eſt vocata, ita dicta, quod per eam Sabini ſalem ex urbe Roma deferrent.

Salaria via, una ex viis Romanis, quæ in Sabinos ducebat. *Plin. l. 31. c. 7.*

Salariarius, ii, m. cui ſalarium ſolvitur. *Ulp. lib. 10. §. 8. ff. mandati.* Niſi ſalariarius fuit, &c.

Salarium, ii, *ſalario*, *paga*, μισθὸς, propria fuit tribunorum militarium, & ducum annona, ſed latius poſtea patuit, ita ut non ſolum de annona, ſed etiam de commodo, & ſtipendio militum uſurparetur. Dictum eſt a *ſal*, forte quod nihil victui magis neceſſarium, quam ſal. *Plin. l. 31. c. 7.* Sal honoribus etiam, militiæque interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos auctoritate. *Vopiſc. in Aurel.* Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta.

Salarius, ii, m. *pizzicagnolo*, ἁλοπώλης, qui ſalem, vel ſalſamenta vendit. *Martial. l. 1. epigr.* 42. Quod viles pueri ſalariorum.

Salarius, a, um, ἁλικὸς, quod ad ſalem pertinet. *Liv. l. 29. c. 37.* Vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

Salax, acis, *luſurioſo*, עגב, Ger. *geil*, Gal. *paillard*, Hiſp. *luxurioſo*, ὀχευτικὸς, propenſus in Venerem, libidine pruriens, fortis, & creber in coitu. Sunt, qui a *ſale* derivant, quia humore ſalſo irritatur libido. Unde Venus dicitur a mari orta eſſe. *Ovid. 4. Faſt.* Sitque ſalax aries. *Col. l. 7. c. 9.* Salaciſſimos oportet alere mares. *Lactant. de opific. Dei c.* 14. Salaciora (animalia) plus jecoris habuiſſent. ¶ Metonymice dicitur de iis, quæ Venerem excitant. *Ovid. 2. de Rem. am. v.* 799. Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces, & quicquid Veneri corpora noſtra parat.

Sale, is, n. V. Sal.

Salebra, æ, f. *luogo aſpro, e rovinoſo*, Ger. *ſchrofechtige ort*, Gal. *lieu aſpre & inegal*, Hiſp. *lugar*, *por ſube*, *y baxa*, ἀνωμαλία, locus inæqualis, aſper, præruptus, ubi ſæpius ſaliendum eſt, a *ſalio*, quia ſine ſaltu præteriri non poteſt. *Non. c. 2. n.* 828. Salebræ a ſalto dictæ. Uſurpatur frequentius in num. pl. *Hor. l. 1. ep.* 17. Qui quæritur ſalebras, & acerbum frigus, & imbres. *Propert. l. 3. eleg.* 15. Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro quacunque aſperitate, ſeu difficultate. *Cic. 2. Fin. c.* 10. Nunquam in tantas ſalebras incidiſſet, ideſt in tantas aſperitates, & iniquitates orationis formulas. *Id. 5. Fin. c.* 28. Proclivius currit oratio, venit ad extremum, hæret in ſalebra.

Salebratim, adverb. V. dictionem ſeq.

Salebratus, a, um, adject. ſalebris plenus, ſalebroſus. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Fluvius ſalebratis ſaxorum obicibus affractus. Alii leg. *ſalebratim*. h. e. ſalebrarum more.

Salebritas, atis, iter ſalebroſum, viæ difficultas. *Apul. l. 6. A. A.* Salebritate ſubrutus.

Salebroſus, a, um, ἀνώμαλος, aſper, qui multas habet ſalebras. Tranſlate ſumitur, ut *Salebroſus Scriptor*, difficilis, & in cujus lectione ſæpius ſit ſubſiſtendum. *Martial. l. 11. ep.* 3. Lectores tetrici ſalebroſum ediſcite Sanctram. ¶ *Salebroſa oratio*, abrupta, & quibuſdam veluti ſalebris remorans impetum actoris. *Quintil. l. 11. c.* 2. Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtens, ac ſalebroſa oratio. *Sidon. in epiſt. ad Polem. ad carmen* 13. Per aſperrimas philoſophiæ, & ſalebroſiſſimas regulas ſtylum duxi.

Salentini, m. 2. pop. Italiæ, in Meſſapia, nunc prov. Hydruntina, inter Apenninum M. & ſin. Tarentinum. Alteram enim occupabant Calabri, inter Apenninum, & oſtium maris Hadriatici. A pleriſque tamen tota provincia comprehenditur ſub Salentinis, & aliter Meſſapia dicta fuit. Orti ſunt a Cretenſibus, & Illyriis, qui ſocietate cum Locrenſibus inita, in iis locis conſederunt. Ita vocati ſunt a Salentino prom. in extremis ejus peninſulæ finibus ſito, vel, ut ait *Feſtus*, a ſalo fortaſſis, quod pene circumquaque mari ambiantur, tenui tantum iſthmo continenti annexi.

Salentinus, a, um, adject. ad Salentinos pertinens, ut Salentini campi, *Virg. Æn. 3. v.* 400 Salentino cohortes, *Silius l. 8. v.* 578. ¶ Salentinum promontorium, *Plin. l. 3. c.* 23. *Capo di S. Maria di Leuca*.

Salernum, n. 2. *Salerno*, urbs Picentinorum in ora maris Tyrrheni, cum arce, & portu capaci. *Lucan. l. 2. v.* 425.

Salgama, orum, n. σάλγαμα, quæcunque conditanea ad victum in vaſis ſervantur, interdum ſicca ſæpe cum liquamine, & jure, ut mala, pyra, ſici, uvæ, rapæ, &c. *Col. l. 12. c. 4.* Poſt hoc præceptum lutum & vaſa idonea ſalgamis præparari jubent.

Salgamarius, ii, m. 2. ἀρτυματοπώλης, qui ſalgama vendit, vel conficit. *Col. l. 12. c.* 54. Deinde, ſicut conſueverunt ſalgamarii, decuſſatim ferramento lunato incidito. ¶ *Salgamarius* inſcriptus eſt liber cujuſdam C. Martii, in quo de ſalgamis conficiendis agebatur. *Col. l. 12. c.* 44.

Saliaris, & re, o. 3. quod ad ad Salios ſpectat, ut Saliares epulæ, ſive dapes, ſive cœnæ, quæ proverbialiter pro lautis, & opiparis ſumi ſolent, quia tales erant Saliorum. *Feſt.* Quibus per omnes dies, ubicunque manent, quia amplæ ponuntur cœnæ, ſiquæ aliæ magnæ ſunt, Saliares appellantur. *Hor. l. 1. od.* 37. Nunc Saliaribus ornare pulvinar Deorum tempus erat dapibus ſodales. Adde *Cic. 5. Attic. ep.* 19. ¶ Carmen Saliare, verſus Numæ, qui a Saliis, cum ancilia per Urbem ferrent, canebantur. *Hor. l. 2. ep.* 1. Jam Saliare Numæ carmen qui laudat.

Salitatus, us, m. officium, ſeu dignitas Saliorum. *Capitolin. in Marc. Philoſ. c.* 4. In Salitatu nomen accepit imperii.

Salicaſtrum, i, ἄμπελος ἀγρία, genus labruſcæ, in ſalictis naſcens. *Plin. l. 23. c.* 10. Eſt labruſcæ ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ideo diſtinguitur nomina, cum eoſdem uſus habent, & ſalicaſtrum vocatur.

Salictarius, ii, m. qui ſalictum curat, & ex eo materiam ſalignam viti pedandæ, jugandæque parat. *Cato de re ruſt. c.* 11.

Salictetum, i, idem quod ſalictum. *Ulpian. l. 3. Dig. arb. furt. caſ.* Idem de ſalicteto dicendum eſt. Alii leg. *ſalicto*.

Salictum, i, lucus ſalicibus conſitus, a ſalix, ut ſilictum, a ſilix. *Liv. l. 23. c.* 17. Inter ſalicta ripis innata. *Virg. 2. Georg. v.* 13. glauca canentia fronde ſalicta.

Saliens, entis, o. gen. ἀλλόμενος, *ſaltellante*. *Virg. 5. Ecl.* Quale per æſtum Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo. ¶ Eſt etiam partic. a *ſalio*, quod eſt ſale condire. *Ovid. 4. Faſt. v.* 409. Micaque licet ſalientis honorem Detis. h. e. ſalis.

Salientes, m. 3. κρουνοί, tubi, ſive fiſtulæ aqueductus, vel fontis, qui etiam ſiliani, & tulli vocantur. Dicti ſunt a *ſaliendo*, quia ab iis aqua ſalit. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c.* 1. Miſiſica ſuavitate ea villam habituram, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylva viridatica. *Vitr. l. 8. c.* 3. Adventus ad portum Piræum ducti ſunt ſalientes, a quibus bibit nemo. *Ulp. l.* 15. *ff. de act. empt.* Lines (Haloander leg. *ſontes*) labra, ſalientes, tubi quoque, qui ſalientibus junguntur, quamvis longe excurrant extra ædificium, ædium ſunt.

Salſilodina, æ, locus, ubi ſal nativus effoditur. *Vitruv. l. 8. c.* 3. Per ſalſilodinas percurrentes fontes, & lacus.

Saligineus, a, um, adject. &

Salignus, a, um, idem ac ſalignus, *di ſalice*. *Col. l. 7. c.* 10. Detractoque ſanguine colligari ſaligneo libro, vel etiam ulmeo. *Ulpian. l. 3. ff. arb. furt. caſ.* Si quis ſaligineas virgas deſixerit.

Salignus, a, um, *di ſalice*, ἰτέϊνος, quod ex ſalice eſt. *Virg. 4. Georg.* Et cuſtos furum, atque avium cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Salii, orum, m. σάλιοι, Sacerdotes Martis apud Romanos, qui ancilia cuſtodiebant, & certo tempore ea geſtantes, ſaltantesque per Urbem diſcurrebant. Dicti ſunt a *ſalio*. *Var. l. 4. de L. L.* Salii a ſaltando, quod facere in Comitio in ſacris quotannis & ſolent, & debent. ¶ Quidam appellatos putant a viro Mantinæo, nomine Salio, qui ſaltationem in armis invenerit. *Feſt.* Salios a ſaliendo, id eſt ſaltando, dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait, Arcada quendam fuiſſe nomine Salium, quem Æneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace, cum Ænea Deos Penates, qui Lavinium tranſtulerit, ſaliare genus ſaltandi inſtituiſſe, a quo appellatos Salios, quibus per omnes dies, ubicunque manent, quia amplæ ponuntur cœnæ, ſiquæ aliæ magnæ ſunt, Saliares appellantur. *Virg. 8. Æn.* Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos, Lanigeroſque apices, & lapſa ancilia cœlo Extuderat. *Cic. 3. de Or.* Non neglecta, ut mihi videtur, a Numa Rege doctiſſimo, majoribuſque noſtris, ut epularum ſolemnium fides, ac tibiæ, Saliorumque verſus indicant. ¶ Inſtituti ſunt a Numa Pompilio. Origo hæc fuit. Cum Ægeriæ Nymphæ hortatu Numa Picum, & Faunum de ratione piandi fulminis conſuluiſſet, illique Jovem cœlo elicuiſſent, eamque rem Numa a Jove precatus eſſet, ille pollicitus eſt, ſe craſtino die, exorto Sole, Romani Imperii diuturnitatis certa pignora daturum. Igitur Numa concionem advocavit, Jovis promiſſum enarravit, poſtero die adeſſe juſſit. Ubi ſequens dies illuxit, populuſque univerſus aſſuit ad Regiam, Numa prodiit, ſub dio in ſolio acerno ſedit, & exorto Sole Jovem veneratus eſt, precatuſque, ut promiſſum munus exhiberet. Tunc ſine nubibus cœlum ter tonuit, terque fulguravit, tandemque ſcutum ab omni parte reciſum delapſum eſt, quod Romani ancile appellavere. Sed quoniam ſors Imperii in illo ſcuto poſita erat, ne forte hoſtes illud ſurripere poſſent, Mamurium inclytum ea tempeſtate fabrum ad ſe accivit, negotiumque dedit complura hujus ſimilia effingendi. Quod opus cum ille exquiſitiſſima abſolviſſet arte, ſuum cœleſte cum cæteris Numa miſceri juſſit, quod deinceps interneſci non potuit. Optionem deinde Rex artifici obtulit, quicquid vellet, a ſe poſtulandi. Mamurius non pecuniam, ſed gloriam pro mercede petiit. Cum enim Numa illis diebus carmina quædam compoſuiſſet, quæ Salii per Urbem diſcurrentes in honorem Martis canerent, Mamurius petiit, ut nomen ſuum a Saliis in fine quorumlibet carminum caneretur. Id, annuente Numa, per multa tempora obſervatum eſt. *Ovid. 3. Faſt.* ¶ Numa duodecim juvenes elegit in Salios ex Ordine Patricio, qui forma, & virtute cæteris excellerent. His alios duodecim Tullus Hoſtilius mox adjecit, ob votum, quod voverat, ut Dionyſius ait, in bello contra Sabinos, ut Livius, in prœlio contra Fidenates, & Vejentes, cum Romanis in aciem eductis, Albani a Romanis duce Metio Suffetio deficere. Ita igitur hujus ordinis Sacerdotium numerus crevit, ut ad Collegium, & Collegii Sacerdotum Magiſtratus redactum fuerit. Qui præerat Saliis, Magiſter Saliorum, & Præſul dicebatur. ¶ In ſacris illis, quæ celebrabant, tunicis pictis induti erant, & æneis balteis ſupra tunicas cincti, ornatique prætextis, quæ ſubtegminis puniceis fibulis aſtrictæ erant, & trabeæ vocabantur, geſtabant in pectore æneum tegmen, in capite pileos rotundos, & in altum faſtigiatos, quos Romani apices appellabant, gladio accincti erant, manu dextra lanceam, aut virgam, aut aliquid hujuſmodi tenebant, ſiniſtra ancile ferebant, ibant per Urbem canentes carmina, laudanteſque Martem armorum præſidem, cum tripudiis, ſolemnique ſaltu, & in fine omnium carminum ſuorum Mamurium appellabant. *Dionyſ. Halicarn. l. 2. Antiq. Rom.* ¶ Laute, & ſplendide cœnabant. Hinc Saliares epulæ, pro lautis, & opiparis. *Feſt.*

Salillum, i, *ſaliera*, parvum ſalinum. *Plaut. Trin. 2. 4.* 91. Vetus nos homunculi, ſalillum animæ, &c. V. Taubman. *Catull. ad Parium*, 20. Salillo purior culus. Nempe quia ſali ineſt vis contra putredinem, vel potius quia ſalina, quibus menſas ſacrari crediderant, mundiſſima eſſe ſolent.

Salinæ, æ, f. *ſalina*, Germ. *ſaltzgrub*, *oder ſaltzbutten*, Gall. *ſaline*, Hiſp. *ſalinas*, ἁλυκίς, locus, in quo ſal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c.* 53. Salinæ ab ora maritima remotiſſimæ. Adde *Caſ. l. 2. B. C. c.* 37. ¶ Tranſlate ſumitur pro jocis, & facetiis. *Cic. l. 7. Fam. ep.* 32. Quod parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum a te procuratore defenditur.

Salinarius, a, um, adject. ad ſalinas, vel ad ſal pertinens, ut areæ ſalinariæ, apud *Vitruv. l. 8. c. 3.*

Salinator, atis, qui ſal conficit, vel ſalinas curat. *Arnob. l. 2.* Salinatores, unguentarios, aurifices, aucupes, &c. ¶ Hinc M. Livio Salinatori agnomen datum, quod vectigal in ſalaria annona ſtatuerit, apud *Liv. l. 29. c. 37.*

Salinum, i, *ſaliera*, Ger. *ſaltzfaſſ*, Gal. *ſaliere*, Hiſp. *ſalero*, ἁλατοδοχεῖον, vaſculum, in quo ſal reponitur, tum ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia. In eo enim cum ſale Diis primitiæ offerebantur. *Perſ. ſat.* 3. Purum, & ſine labe ſalinum. *Liv. l. 26. c.* 36. Ut ſalinum, patellamque Deorum cauſa habere poſſint. ¶ Salinum in menſa pro aquali ponebatur. *Feſt.* Salinum in menſe pro aquali ſolitum eſſe poni ait (Verrius) cum patella, quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. ¶ Figulis religio fuit ſalinum cum ſale in menſa ponere. *Feſt.* Salinum cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Eſquilina regione figulus, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atque ille proxime eam convivatus, ſupra modum potus ſomno eſſet oppreſſus cum convivis ſuis, prætereuntes qui-

Digitized by Google

quidam petulans, oſtio patente, ex menſa ſalinum conjecit in fornacem, atque ita incendio excitato, figulus cum ſuis concrematus eſt. ¶ Per Synecdochen ſalinum ponitur pro quocunque vaſe fictili menſæ pauperis. *Hor. l. 2. ode 16.* Vivitur parvo bene, cui paternum ſplendet in menſa tenui ſalinum.

Salinus, i, m. idem quod ſalinum. *Varr.* apud *Non. c. 15. n. 26.* Patellæ, ſinum, acetabula, catini, patanæ.

Salio, is, ivi, itum, a. 4. *ſalare*, מלח, Germ. *ſaltzen*, Gall. *ſaler*, Hiſp. *ſalar*, ἁλίζω, ſale condio. *Celſ. l. 2. c. 18.* Item piſces omnes, qui ſalem non patiuntur, ſolidive ſaliuntur.

Salio, is, livi, vel lii, ſaltum, n. 4. *ſaltare*, ἅλλω, vel ἅλλομαι, ſalto, ſaltum edo, a verbis Græcis allatis. Præteritum habet fere *ſalii* per Sync. pro *ſalivi*. *Salui*, non eſt in uſu, niſi in compoſitis. *Virg. 2. Georg.* Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. *Liv. l. 25. c. 24.* Salire de muro, præcipitarique. ¶ Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas. Nam ſaliendo aſcendunt. *Var. l. 2. R. R. c. 7.* Cum equus, matrem ut ſaliret, adduci non poſſet. *Ovid. 2. de Art.* Læta ſalitur ovis, tauro quoque læta juvenca eſt. ¶ Salire e terra, eſt prodire, emitti. *Lucr. l. 1.* E terraque exorta repente arbuſta ſalirent. ¶ Cor alicui ſalire, per Tranſlationem eſt lætum eſſe. *Plaut. Mil. 4. 2. 96.* Diſto docte, & cordata, ut ei cor ſaliat.

Saliſatio, onis, palpitatio, παλμός, a ſaliendo. *Marcel. Empir. c. 21.* Cordis pulſus, ſive ſaliſatio.

Saliſubſulus, i, ludius in ſacris Martis, vel Herculis ſaltans, quaſi Salius ſubſiliens. *Catul. epigr. 17. ad Coloniam.* Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo vel Saliſubſuli ſacra ſuſcipiunto. ¶ Quidam Saliſubſulum intelligunt Martem ipſum. *Pacuv.* Pro imperio ſis Saliſubſulus veſtro excubet.

Salitio, onis, actus ſaliendi, h. e. ſaltandi. *Veget. l. 5. Rei milit. c. 18.* Salitio equorum.

Salitor, oris, qui ſalis, vel maris tributum colligit. *Cic. Att. l. 4. ep. 17.* Confecta Britannia, obſidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data ſalitoribus Britanniæ. Ubi quidam Interpres: Salitoribus, Præfectis, quos Juriſperiti marilegulos appellant, relictis a Cæſare in Britannia, qui ſalum ſcrutarentur, margaritaſque Britannicas. Alii leg. *datas a litoribus*.

Salitūra, æ, ἅλισις, actus ſale condiendi, ſalſura, condimentum cum ſale factum. *Colum. l. 12. c. 51.* Poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum.

Salitus, vel Salitus, a, um, *ſalato*, ſale conditus, ut ſalita oliva. *Pallad. in Octobr. tit. 10.* ſalitus thynnus, *Col. l. 6. c. 32.*

Saliva, æ, *ſaliva*, רק, Ger. *ſpeichel*, Gall. *ſalive*, Hiſp. *ſaliva*, σίαλον, ſubſtantia aquea in ore, ſputum. *Plin. l. 7. c. 2.* Feruntque ictas ſaliva, ut ferventis aquæ contactu fugere. ¶ Ponitur interdum pro appetitu, nempe quia quæ appetitum cient, ſalivam in ore excitant, velut menſtruam ſaporis. *Perſ. ſat. 6.* Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſalivam. ¶ Hinc ſalivam movere, *far venir l' aqua in bocca, eccitar l' appetito*. Tranſlate *Senec. epiſt. 79.* Aut ego te non novi, aut Ætna tibi ſalivam movet. *Hieronym. epiſt. 61. ad Pammach. cap. 4.* Omnia una ſaliva conſummare. h. e. uno impetu, ut ne ſalivæ quidem exſpuendæ tempus ſit. ¶ Tranſlate etiam ſumitur pro quocunque humore. *Plin. l. 11. c. 12.* Sive eſt cœli ſudor, ſive quædam ſiderum ſaliva. *Id. l. 23. c. 27.* Sua cuique vino ſaliva innocentiſſima, ſua cuique ætas gratiſſima, hoc eſt media. *Id. l. 11. c. 37.* Salivæ lacrymationum.

Salivarius, a, um, *ſalivale*, σιαλώδης, quod ad ſalivam pertinet. *Plin. l. 9. c. 51.* Salivaria lentore pariunt, id eſt viſcoſitate ſalivæ.

Salivatio, onis, ſalivæ effuſio. *Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 2.* Plurima ſalivatio.

Salivatum, i, ποτὸν, φάρμακον, genus potionis, ſeu medicamenti, quo veterinarii, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione, a *ſaliva*, quam veteres pro ſucco accipere conſueverunt. *Col. l. 6. c. 10.* Recens tuſſis optime ſalivato farinæ hordeaceæ diſcutitur. *Plin. l. 27. c. 11.* Ex hac in tres modios ſalivati additur. Sed in his, & aliis hujuſmodi locis quidam legunt *ſalvatum*, & ſuccum ſalviæ interpretantur.

Saliunca, æ, f. genus herbæ. *Plin. l. 21. c. 7.* Saliunca folioſa quidem eſt, ſed brevis, & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret, herba verius, quam flos, denſa veluti manu preſſa, breviterque ceſpes ſui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiumque aprica, urbium Eporedia, tantæ ſuavitatis, ut metallum eſſe cœperit: Veſtibus interponi eam gratiſſimum. *Id. c. 20.* Saliuncæ radix in vino decocta ſiſtit vomitiones, corroborat ſtomachum.

Salivo, as, a. 1. ſalivam facio. *Plin. l. 9. c. 36.* Mutuoque attritu lentorem cujuſdam ceræ ſalivant. ¶ Aliquando ſumitur pro illinere, ſive ungere. *Colum. l. 6. c. 5.* Panacis & eryngii radices fœniculi ſeminibus miſcendæ, candentique aqua conſpergendæ, eoque medicamine ſalivandum ægrotum pecus. Et *cap. 24.* Milio trito, & lacte macerato ſalivatur. Sunt qui utroque loco leg. *ſalvio* pro *ſalivo*.

Salivōſus, a, um, ſalivæ ſimilis. *Plin. l. 16. c. 38.* Humor ulmis ſalivoſus.

Salius, a, um, adject. ad Salios pertinens. *Horat. l. 1. od. 36.* Neu morem in Salium ſit requies pedum. *Feſt.* Salias virgines Cincius ait eſſe conductitias, &c. ¶ In loco *Horatii* poſſit quis *Salium* accipere genit. plur. pro *Saliorum*.

Salix, icis, f. *ſalice*, ערב, Germ. *weiden*, Gal. *ſaule*, Hiſp. *ſauze*, ἰτέα, genus arboris notæ, propter aquam feliciter creſcens. *Virg. 1. Ecl.* Florentem cythiſum, & ſalices carpetis amaras. De ſalice *Plinius* ſcribit *l. 16. c. 18. 24. 25. 26. 32.* &c.

Sallio, is, ivi, itum, a. 4. idem ac ſalio, ſale condio. *Siſenna apud Priſc. l. 10.* Sic eam paludem multi piſcium ſalliendorum cauſa a navibus feminuſtis commeant.

Sallo, is, ſalli, ſalſum, a. 3. ſale condio. *Salluſt.* apud *Priſcian.* Reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus ſallere.

Salluſtiānus, vel Saluſtianus, a, um, adject. ad Salluſtium pertinens, ut Salluſtiana brevitas, apud *Quintil. l. 10. c. 1.* *Senec. ep. 114.* Aruntius, qui hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus. h. e. Salluſtii imitator.

Salluſtius, V. Criſpus.

Salmacĭdus, a, um, quod ſimul ſalſum, & acidum eſt. Gl. Phil. *Salmacidus*, ἁλμυρός. *Salmacidum*, ὀξύμυρον. *Plin. l. 31. c. 3.* Ante omnia autem damnantur aquæ amaræ, & quæ ſcrobem ſtatim implent: quod evenit Trœzene. Nam nitroſas, atque ſalmacidas in deſertis Rubrum mare petentes addita polenta utiles intra duas horas faciunt, ipſaque veſcuntur polenta. Quidam leg. *ſalmacidas* eod. ſenſu. *Plin. Valer.* Ipſum balneum ex dulci aqua fiat, non ex Salmacida. ¶ Accipitur tranſlate pro molli, & quod ſine labore conſequi licet: ductum a Salmacide fonte, quod V. *Enn.* apud *Cic. 1. Off. c. 18.* Salmacida ſpolia ſine ſudore, & ſanguine. Alii tamen leg. *Salmaci da ſpolia* &c.

Salmăcis, idis, f. Σαλμακίς, Nympha filia Cœli, & Terræ. *Feſtus.* V. diction. ſeq.

Salmăcis, is, vel idis, f. fons Cariæ, cum oppido olim cognomine, apud Halicarnaſſum urb. qui bibentes molles, & obſcœnos facit, imo ſecundum fabulas mares in fœminas convertit. *Ovid. 4. Met. v. 285.* *Vitr. l. 2. c. 8.* *Feſt.* Salmacis nomine Nympha, Cœli, & Terræ filia, fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis: quam qui bibiſſet, vitio impudicitiæ molleſceret. ob eam rem, quod ejus aditus anguſtatus parietibus, occaſionem largitur juvenibus petulantibus accedentium puerorum, puellarumque violandarum, quia non patet effugium.

Salmo, onis, m. *ſermone*, genus piſcis marini, qui etiam fluvios ſubit, ſemelque guſtata aqua dulci vix unquam in mare regreditur. *Plin. l. 9. c. 18.* In Aquitania ſalmo fluviatilis marinis omnibus præfertur.

Salmōna, malc. *Saim*, ſ. parvus Galliæ Belg. qui inter Treviros, & Neomagum in Moſellam fluit. *Auſon. in Moſel. v. 366.*

Salmōneus, m. 2. Σαλμωνεύς, Æoli filius, rex Elidis, qui, cum divinos ſibi honores petulantius quæreret, Jovemque, ſtructo æneo ponte, tonando, & jaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulmine percuſſus ad inferos detruſus eſt. *Virg. 6. Æn. v. 585.*

Salmōnis, idis, f. patronymicum, filia Salmonei. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6. v. 43.* Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus, &c.

Salo, onis, m. *Xalon*, fl. Hiſp. Tar. qui oritur in Caſtella vet. ubi Methymnam cæli rigat, deinde per Aragoniam fluens, auctus Meſa, Xiloca, & Bilbilis, urbes Bilbilim, Riclam, & Placentiam rigat, tandem infra Alavonam urb. in Iberum ſe exonerat. *Martial. l. 12. epigr. 3.* Auriferi de gente Tagi, tetricique Salonis.

Salŏmon, onis, filius Davidis ex Bethſabee, Rex Judæorum. Latine pacificum ſonat. Primus templum magnificentiſſimum Deo ædificavit. Sapientiſſimus omnium mortalium fuit, ſapientia ut divinitus infuſa. *Prudent. Hamartig. v. 579.*

Salomoniăcus, a, um, &

Salomonĭus, a, um, adject. ad Salomonem pertinens, ut Salomoniacum templum, *Sidon l. 4. ep. 18. in carm.* &, Salomonium templum, *Lactant. l. 4. c. 13.* Salomonia ſaxa, *Prudent. in Apotheoſ. v. 512.*

Salōna, æ, f. 1. *Salona*, urbs exc. Dalmatiæ, in ora lit. ubi poſtea caſtrum excitatum eſt, ad oſtium fluvii cognominis. *Lucan. l. 4.*

Salopygium, ii, motacilla. a σαλεύω, moveo, & πυγή, nates, quemadmodum etiam dicta eſt σεισοπυγίς, a σείω, moveo, & πυγή. Uſus creditur Catullus ep. 50. & ita Calvum Oratorem appellaſſe, hoc verſu, Di magni, ſalopygium diſertum. Sic vero Calvus dictus ſit, quia motacillæ ritu ſe in dicendo ſubſiliret. Placuit hæc lectio Salmaſio, qui pro ſe adducit, quod in veteribus Catulli, ac Senecæ membranis *ſalopugium* legatur. Voſſius cenſet & *ſalaputium* legi poſſe. Alii aliter legunt, ut dictum eſt in *Salaputium*.

Salor, oris, m. color ſali, ſeu maris, qui medius fere eſt inter viridem, cæruleum, & communis vitri, & maris. *Martian. Capell. l. 1.* Pellucentis vitri ſalor.

Salpa, æ, f. σάλπη, genus piſcis marini, litoralis, ſquamoſi, ſolitarii, auratis lineis interſtincti. *Plin. l. 9. c. 18.* Circa Ebuſum ſalpa, obſcœnus alibi, & qui nuſquam percoqui poſſit, niſi ferula verberatus.

Salpicta, ſive ſalpiſta, ſive ſalpiſta, m. 1. *trombetta*, tubicen. Eſt a Græcis, quibus dicitur σαλπικτὴς, a σάλπιγξ, vel σαλπιστὴς, a σαλπίζω, *buccino*, tuba cano. *Vopiſc. in Carino, c. 19.* Exhibuit & centum ſalpictas uno crepitu concinentes. *Jul. Firmic. l. 8.* Salpictas reddet, ſed qui in bello conflictu moriantur. Stevvechius ſimiliter interpretatur illud *Arnobii l. 7.* Delectantur, ut res eſt, ſtupidorum capitibus raſis, ſalpictarum ſonitu, &c. V. *Salpiſta*.

Salpūga, æ, f. genus formicæ venenatæ. *Lucan. l. 9. v. 837.* Quis calcare tuas metuat, ſalpuga, latebras? Alii leg. *ſalpuga*, alii *ſolpuga*, & *ſolipuga*. V. *Solpuga*.

Salſamen, inis, n. idem quod ſalſamentum. *Arnob. l. 7.* Carnem ſtrebulam, & pulpamenta, ſalſamina denique, &c.

Salſamentarius, ii, m. ταριχοπώλης, qui ſalſamenta facit, vel vendit. *Auct. ad Her. l. 4. c. 54.* Ut ſi ſalſamentarii filio dicas, Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat.

Salſamentarius, a, um, ἁλικός, quod ad ſalſamenta pertinet. *Plin. l. 32. c. 8.* Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia vetere mirum in modum prodeſt. Adde *Colum. l. 8. c. 10.*

Salſamentum, i, *ſalume*, τάριχος, quod eſt ſale conditum ad diuturnum uſum ciborum, ut piſcis ſalſi, lardum, & hujuſmodi, a *ſalſus*. *Ter. Adel. 3. 3. 27.* Salſamenta hæc Stephanio, fac macerentur pulchre. *Cic. 2. de Div. c. 57.* De vino, aut ſalſamento putet loqui, quæ evaneſcunt vetuſtate.

Salſe, adv. *ſalſamente*, Germ. *ſchimpflich*, Gal. *en piquant*, en mordant, Hiſp. *condonayres*, *donoſamente*, ἁλμυρῶς. Tranſlata ſumitur pro facete, urbane, cum quadam ſalium mordacitate. *Cic. 2. de Or. c. 68.* Quæ a prudentibus quaſi per diſſimulationem non intelligendi ſubabſurde ſalſeque dicuntur. *Id. 2. Or. c. 54.* Et ea, quæ occurrant, cum ſalſiſſime dici poſſint, tenere. *Quintil. l. 6. c. 3.* Nihil vetat, quæ dicuntur ſalſe, dicimus ſalſus.

Salſifodina, æ, *miniera di ſale*, locus ubi ſal effoditur. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Fontes per ſalſifodinas percurrentes acceſſorio ſalis perficiuntur.

Salſilago, inis, idem ac ſalſugo, a *ſalſus*, ἅλμη. *Plin. l. 18. c. 12.* Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine.

Salſipŏtens, tis, adject. maris dominus, epithetum eſt Neptuni. *Plaut. Trinum. 4. 1. 1.* Salſipotenti Jovis fratri gratias habeo.

Salſitūdo, inis, humor ſaporem ſalis referens. *Plin. l. 20. c. 14.* Salſitudines corporis, ſi cum vino tradatur, minuit.

Salſūgo, inis, *ſalſugine*, ἅλμη, ἁλμυρίς, ἅλμη, humor, qui in areis ſalinarum ſub ſalis cruſta liquidus remanet, neque in ſalem concreſcit, a *ſalſus*. *Plin. l. 31. c. 7.* Præter hæc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab aliis ſalſilago, tota liquida, marina aqua ſalſior, vi diſtans.

Salſūra, æ, f. *ſalume*, τὸ ταρίχευμα, ſalſamentum. *Col. l. 8. c. 17.* Nulla æque, quam prædicta ſalſuræ pabula, commode dantur. *Id. l. 12. c. 21.* Salſura ſuillæ carnis.

Salſus, a, um; *ſalato*, *ſalſo*, ſale conditus, vel aſperſus. *Virg. 3. Æn.* Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus. *Plin. l. 31. c. 7.* Marina aqua ſalſior. ¶ Tranſlata ſumitur pro faceto, vel ridiculo. Nam etiam ſal per Tranſlationem facetias notat. *Quintil. l. 6. c. 3.* Ridiculum dictum plerumque ſalſum eſt. *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* Accedunt, non Attici, ſed ſalſiores, quam illi Atticorum, Romani veteres, atque urbani ſales. *Id. 2. de Orat.* Fuit, ut mihi videtur, ſalſiſſimus.

Saltabundus, a, um, adject. ſaltitans. *Gell. l. 20. c. 2.* Saltabundi canebant, quæ nunc ſtantes canunt.

Saltatio, onis, *ballo*, רקד, Germ. *tantz*, Gal. *danſe*, Hiſp. *dança*, *bayle*, χορεία, tripudium, actio illa, qua homines, vel beſtiæ terram pedibus pulſant. *Cic. in Brut. c. 62.* Quos Sex. Titius conſecutus, homo loquax ſane, & ſatis acutus, ſed tam ſolutus, & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. *Quintil. l. 1. c. 2.* Nam Lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus.

Saltatiuncŭla, læ, f. diminut. parva ſaltatio. *Vopiſc. in Aurelian. c. 6.* Adeo ut pueri ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent.

Saltator, oris, *ballerino*, ὀρχηστής, qui ſaltat. *Cic. pro Mur. cap. 6.* Saltatorem appellat L. Murenam Cato: maledictum eſt, ſi vere objicitur,

Digitized by Google

vehementis accuſatoris, ſin falſo, maledici convitiatoris.

Saltatorie, adv. ſaltando. *Apul. l. 10. A. A.* Saltatorie procurrens.

Saltatorius, a, um, *da ballare*, ὀρχηστικός, quod ad ſaltationem pertinet. *Cic. in Piſon. c. 12.* Cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem. ¶ Ludus ſaltatorius, eſt gymnaſium, in quo ſaltandi ars traditur. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 14.* Filii Senatorum in ludum ſaltatorium commeabant.

Saltatricula, æ, ὀρχηστρίδιον, parva ſaltatrix. *Gel. l. 1. c. 5.* Dionyſiamque eum notiſſimæ ſaltatriculæ nomine appellaret.

Saltatrix, icis, *ballerina*, ὀρχηστρίς, quæ ſaltat. *Cic. in Piſon. c. 8.* Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reipub. occaſum, atque interitum lugere vetuiſti.

Saltatus, us, m. idem ac ſaltatio. *Liv. l. 1. c. 20.* Per Urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolemnique ſaltatu juſſit. *Ovid. 14. Metam. v. 637.* Satyri, ſaltatibus apta juventus.

Saltatus, a, um, recitatus cum ſaltu, ſaltationi immixtus. *Ovid. 2. Triſt. el. 1. v. 519.* Et mea ſunt populo ſaltata poemata ſæpe.

Saltem, *adv. almeno, pure*, Ger. *doch nur*, Gal. *au moins*, Hiſp. *a lo menos*, ἀλλ᾽ οὖν, ἀλλά γ᾽ οὖν, ſi aliter non poteſt. *Saltem*, an *ſaltim* ſcribi debeat, ne olim quidem ſatis convenit inter eruditos, ut notum eſt e *Gellio l. 12. c. 14.* Priori ſcribendi modo favet *Donatus in Adelph. Ter. 2. 2. ſc. 2. & in Andr. 2. 2. ſc. 1. & Servius in 4. Æn.* Poſteriorem ſcribendi modum confirmat *Priſcianus l. 15. Cic. Attic. l. 9. ep. 6.* Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem. *Id. 9. Fam. ep. 8.* Si non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis. *Quintil. l. 8. c. 3.* Illud vero ſaltem præcipiendum videtur.

Salticus, a, um, adject. qui ſaltare ſolet. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c. 8. de Joanne Baptiſta.* Contumelioſa ſpada truncatur in puellæ ſalticæ lucar.

Saltim. V. Saltem.

Saltito, as, n. 1. freq. *a ſalto*. *Macrob. l. 3. c. 14.* Quod inter collegas optime ſaltitabat. *Arnob. l. 2.* Saltitaret, & cantaret. *Quintil. l. 9. c. 4. prope fin.* Sybaritarum modis ſaltitantes.

Salto, as, n. 1. *ſaltare, ballare*, רקד, Ger. *dantzen, ſpringen*, Gal. *ſauter, danſer*, Hiſp. *ſaltar, baylar*, ὀρχέομαι, χορεύω, ſæpe ſalio, freq. a *ſalio*. *Nepos in præfat. n. 1.* ſaltare commode. h. e. perite. *Cic. pro Mur.* Nemo fere ſaltat ſobrius. ¶ Accipitur etiam pro recitare cum ſaltu, ſaltationibus immiſcere. *Ovid. l. 5. Triſt. el. 7.* Carmina quod pleno ſaltari noſtra theatro, verſibus & plaudi, ſcribis, amice, meis. ¶ Præcipue vero ſaltare aliquid Pantomimi dicuntur, qui nutibus, geſticulationibusque variis manuum, pedum, & totius corporis aliquam fabulam repræſentant. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 7.* Cum canticum quoddam ſaltaret Hylas &c. *Et infra.* Saltabat Hylas Oedipodem, & Pylades hac voce ſecuritatem ſaltantis caſtigavit: σὺ βλέπεις.

Saltuaris, re, adject. qui ſaltat. Saltuares inſulæ, ſunt inſulæ parvæ in Nymphæo ſi. Lacu, ita dictæ a *ſaltus*, qua ſalientis actum notat, quod ad ictus ſaltantium moveri creduntur. *Plin. l. 2. c. 95.* Sunt & in Nymphæo parvæ, Saltuares dictæ, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur.

Saltuarius, ii, m. *ſaltaro*, ὑλωροφύλαξ, δρυμοφύλαξ, cuſtos ſaltus, ſeu ſylvarum. *Pompon. l. ſi via, ff. de uſu, & habit.* Dominus proprietatis, etiam invito uſufructuario, ſaltuarium, vel ſaltuarium per ſaltuarium, vel inſulariam cuſtodire poterit. ¶ Eſt etiam ſaltuarius idem ac ſaltator. *Petron. in fragment. Tragur.* Saltuariorum ſtillamenta.

Saltuatim, adv. *a ſalti, a ſalto*, πηδητικῶς, per ſaltus. *Gel. l. 9. c. 4.* Homines, qui Monocoli appellantur, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes vivaciſſimæ pernicitatis. ¶ Saltuatim ſcribere, eſt non ſcribere rem ſuo ordine, ſed ut ſe ſe offert, hinc eſt digredi. *Siſenna l. 3. Hiſt. apud Non. c. 2. n. 758.* Ne vellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

Saltuenſis, e, adject. ad ſaltus, ſeu ſilvas pertinens, ut fundi ſaltuenſes. *Col. l. 11. tit. 6o.*

Saltuoſus, a, um, *boſcoſo*, δρυμώδης, ſaltibus abundans, ſaltibus paſſim obſitus, a *ſaltus* pro loco paſcuo, & ſylveſtri. *Liv. l. 27. c. 12.* Itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

Saltura, æ, idem ac ſaltatio, apud vet. *Plaut. Curc. 2. 1. 27.* Nunc, dum ſaltura ſat bona eſt. Ita referunt quidam Lexicographi, at rectius ope. Editiones habent *ſalſura*. & ita ſenſus poſtulat.

Saltus, us, *ſalto*, Ger. *ſprung*, Gal. *ſaut*, Hiſp. *ſalto*, ἅλμα, actus ſaliendi, a *ſalio*. *Cic. de Sen. c. 6.* Nec enim excurſione, nec ſaltu utretur. *Virg. 9. Æn.* præceps ſaltu ſeſe omnibus armis in fluvium dedit. ¶ Saltus etiam notat locum paſcuum, & ſylvoſum. *Feſt.* Saltum Gallus Ælius libro ſecundo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ita definit: Saltus eſt, ubi ſilvæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque. Siqua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltui, non magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, & ejus cauſa habet ædificium, ſiqua particula in eo habet ſilvam. Hæc *Feſtus*. Sunt qui apponunt ſilvam denſiorem & inviam: alii contra putant, ſaltum eſſe locum in ſilva arboribus expeditum. Sed magis placet Feſti ſententia. *Virg. 3. Georg. v. 143.* Saltibus in vacuis paſcunt. *Cic. pro Quinct.* De ſaltu, agroque communi dejiciti. *Cæſ. l. 6. B. G.* Atque ille latebris, aut ſylvis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultaret. ¶ Sumitur etiam pro magna poſſeſſione, ut tradit *Varro de re ruſt. l. 1. c. 10.* Hinc *Catul. carm. 115. (al. 97) ad Mamurr.* Firmano ſaltu non falſo mentula dives. ¶ Videtur etiam ſumi pro monte, vel, ut alii volunt, pro montis anguſtiis. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 37.* Celeriter Pyrenæos ſaltus occupari jubet, qui ab Afranio præſidiis tenebantur: Fabius præſidium ex ſaltu dejecit, magniſque itineribus ad exercitum Afranii contendit. ¶ Uno in ſaltu apros duos venari, proverbium eſt apud *Plaut. Caſin. 2. 8. 41.* & ſignificat geminam ex una re utilitatem, aut lucrum petere. ¶ Idem *Plaut. Caſ. 5. 2. 35.* ſaltum pro muliebri pudendo poſuit tranſlate. ¶ *Id. Curcul. 1. 1. 55.* Qui vult cubare, pandit ſaltum ſaviis. h. e. viam ſibi facit per ſavia. ¶ *Saltus damni*, pro magno damno. *Id. Men. 5. 6. 30.* Neque, utrum ex hoc ſaltu damni ſalvum, ſcio, aliciam ſtatas. Eadem ratione montes mali dixit *Id. Epid. 1. 1. 78* &, montem mærorris, *Moſtell. 2. 1. 5.* ¶ Olim etiam per 2. decl. inflectebatur. *Accius Menalippo apud Non. c. 8. n. 18.* Hi Menalippum interea trajectus nemorum in ſalti tautibus.

Salvator, oris, *ſalvatore*, σωτήρ, ſervator, ſoſpitator, qui ſalutem dat. *Inſcript. apud Gruter pag. 19. n. 5.* Jovi Cuſtodi, Quirino, Salvatori pro ſalute Cæſaris Nervæ Trajani Aug. ¶ Apud Eccleſiaſt. Scriptores ſæpiſſime uſurpatur hæc vox, qua deſignatur JESUS Chriſtus D. N. qui pro ſalute mundi mortem ſubiit. *Tertul. l. 3. adverſ. Marcion. c. 18.* Alius ferus, at judex, alius manſuetus, at ſalvator. ¶ Certum probati Latini ſcriptores hac voce uſi non ſunt. *Cicer.* enim *Verr. 4. c. 63.* græcam vocem σωτῆρα ait latina uno verbo exprimi non poſſe. Itaque vertit *qui ſalutem dedit*.

Saluber, bris, bre, n. 3. & ſalubris, & bre, o. 3. *ſalubre, ſalutifero*, Ger. *geſund*, Gall. *ſain ſalutaire*, Hiſp. *ſaludable*, ὑγιεινός, quod præbet ſalutem, a *ſalus*. *Cic. 1. de Div.* Salubriſne, an peſtilens annus futurus ſit. *Id. Att. l. 8.* Ut nos ſolum glorioſis conſiliis utamur, ſed etiam paulo ſalubribus. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Utrum ſaluber locus eſſet, an non. ¶ Aliquando accipitur pro ſano. *Liv. l. 3. c. 8.* Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœperunt. *Tac. 5. hiſt. c. 6.* Corpora hominum ſalubria, & ferentia laborum. ¶ Tranſlate accipitur pro utili. *Cic. pro Dom. c. 7.* Dixi ſententiam Reipublicæ ſaluberrimam. *Liv. l. 2. c. 3.* Res ſalubriores meliorque inopi, quam potenti.

Salubritas, atis, *ſanità*, ὑγίεια, ſanitas. *Cic. 1. de Div. c. 57.* Quorum ex habitu, & colore tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi poſſunt. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Cic. in Brut. c. 13.* Omnemque illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem, perderet. *Id. pro Mur. c. 13.* Etenim a vobis (Juriſconſultis) ſalubritas quædam: ab iis, qui dicunt, ſalus ipſa petitur.

Salubriter, adv. *ſalutevolmente*, ὑγιεινῶς, cum ſalute, vel utilitate. *Liv. l. 5. c. 62.* Et trahi bellum ſalubriter, & mature perfici poteſt. *Cicer. de Senect.* Aut eccillum umbris, aquiſve refrigerari ſalubrius? *Plin. l. 27. c. 3.* Sed majores oculorum quoque medicamentis aconitum miſceri ſaluberrime promulgavere.

Salve, V. Salveo.

Salve, adv. *con ſalute*, proſpere, feliciter, cum incolumitate, ut ſalve agere. *ſtar bene*. *Apul. l. 1. A. A.* Quam ſalve agit Demeas noſter. *Idem in Apolog.* Puer ubi ſit, & quam ſalve agat, interrogat. ¶ Hinc illa interrogatio peregre redeuntium, aut aliunde venientium, *ſatin' ſalve?* ſupple *agis?* quod quidam legunt apud *Liv. & Plaut.* Rectius tamen plerique omnes *ſatin' ſalva?* ſupple *res ſunt*, de quo V. Salvus.

Salveo, es, n. 2. *eſſer ſalvo*, ſalvus ſum. *Plaut. Truc. 2. 2. 4.* Satis eſt mihi tua ſalutis, nihil moror, non ſalveo. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Valebis igitur, & valere Pylium, & Cæciliam noſtram jubebis literis, & ſalvebis a meo Cicerone. h. e. Cicero meus te ſalutat. *Id. Att. l. 4.* Dionyſium jubeo ſalvere jubeas. h. e. ſalutem. ¶ Frequenter uſurpatur in imperativo, in ſalutationibus, pro ſalvus eſto, ſalvus ſis, Græcis χαῖρε, Italis *Dio ti ſalvi*. *Ter. Phorm.* Here ſalve, ſalvum te advenire gaudeo. D. Oh bone cuſtos, ſalve. ¶ Inter *ſalve*, & *vale* hoc intereſt, quod *ſalve* dicebant in ſalutationes matutina, *vale*, cum diſcedebant. *Sueton. in Galb. c. 4.* Veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo tua ſervatum obſtinatiſſime retinuit, ut liberti, ſervique bis die frequentes adeſſent, ac mane ſalvere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent. Hæc *Sueton.* ¶ *Salve, atque vale* ut dicebant, quem non putarent ſe deinceps viſuros. *Virg. 11. Æn.* Salve æternum mihi maxime Palla, æternumque vale. ¶ Sed etiam in extrema ſalutatione ſolum ſalve uſurpabant. *Virg. 5. Æn.* Salve ſancte parens, iterum ſalvete recepti nequicquam cineres, animæque, umbræque paternæ.

Salvia, æ, *ſalvia*, ἐλελίσφακον, genus herbæ, virgas habens quadrangulas, foliaque aſpera, craſſa, & incana, odore gravi quidem, cæterum non ingrato, a *ſalvere*, hoc eſt ſalvum eſſe. Nempe ob eam ſalutarem, quam ſalvos præſtat, atque incolumes. Unde ſacram herbam vocabat Agrippa, teſte *Ætio*. Prodeſt enim paralyticis, contra ſerpentium morſus remedium exhibet, &c. *Dioſcor. l. 3. c. 38. Plin. l. 22. c. 23. & l. 26. c. 6.*

Salviatum, i, ſalviæ ſuccus. V. Salvatum.

Salvificator, oris, ſalvator. *Tertul. de pudic. cap. 2.* ubi alii leg. *ſalutificator*.

Salvifico, as, a. 1. *ſalvare*, ſalutem do. *Sedul. l. 5. v. 7.* Iſta manet ab hora ſalvifica.

Salvificus, a, um, adject. ſalutem afferens. *Alcim. Avit. ad Sor. v. 180.* Salvificum appellat corpus Chriſti ſepultum.

Salvio, as, a. 1. ſalviata medeor, ſucco ſalviæ inungo. V. Salivo.

Salvo, as, a. 1. *ſalvare*, Barbarum eſt, tametſi *Nizolius* Ciceroni tribuerit *in Piſon. c. 31.* & *Harduin. Plin. l. 17. c. 12.* Nihil enim certi afferunt.

Salum, i, *mare*, ים, Ger. *meer*, Gal. *la mer*, Hiſp. *el mar*, ἅλς, mare, a ſalſo ſapore, vel a σάλος, quod idem notat, nempe mare, vel jactationem ejus. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 28.* Multitudine navium perterriti, & ſalo, nauſeaque confecti. *Cic. 3. Tuſc. c. 18.* Nec tam aromoſo navigaſſem ſalo. *Id. pro Cæc.* Non in ſalum, ſed in ipſam urbem, quam petebat. ¶ Reperitur etiam *ſalus*, *li*, m. *Æn. apud Non. c. 3. n. 199.* Undantem ſalum. ¶ De flumine uſurpavit *Stat. l. 10. Theb. v. 864.* Amnis ut incumbens longævi robora pontis Aſſiduis oppugnat aquis: idem ſaxa facifcunt, Emoraque trahit: tanto violentior ille (Sævit enim majore ſalo) quaſſatque, trahitque Molem ægram.

Salus, utis, f. *ſalute*, ישע, Ger. *glück*, *und heil*, *geſundheit*, Gal. *ſalut*, *ſanté*, Hiſp. *ſalud*, σωτηρία, incolumitas. *Cic. Ver. 5. 89.* Reipublicæ ſalus deerit, ſi &c. *Id. 1. Orat. c. 8.* Dare ſalutem, liberare periculis. *Id. 2. Orat. c. 40.* Saluti eſſe alicui. *Plaut. Men. 1. 2. 25.* Averti prædam ab hoſtibus, noſtrum ſaluti ſocium. h. e. ſalvis ſociis. Eademque ratione locutus eſt *Rud. 4. 2. 6.* Dicimus etiam ſalutem alicui ferre, afferre, reſtituere, ſalutem jacere in re aliqua, &c. *Cic. paſſim, & alii.* ¶ Ponitur etiam pro ſanitate, ſeu vita. *Cic. de Areſp. reſp. c. 16.* Qui medicis non ad ſalutem, ſed ad necem utitur. *Idem 2. Att. ep. 19.* Saluti, ſi me amas, conſule. ¶ Item ſæpiſſime pro voto, ſeu precatione, qua aliquem incolumem, ſanumque optamus. *Cic. Att. l. 4. ep. 2.* Is mihi ad me miſit, qui mihi ſalutem nunciaret. *Id. ibid. l. 14. ep. 1.* Tulliolæ ſalutem dic. *Id. Att. 5. ep. 20.* Mandavit, ut mihi ſalutem adſcriberes. Sic ſalutem mittere, referre, ſcribere, ſalutem impertire alicui, & impertire aliquem ſalute. *Cic. paſſim, Teren. Plaut. & alii.* ¶ Interdum, ſalutem alicui dicere, eſt valedicere, deſerere, ab aliqua re recedere. *Cic. Fam. 7. ep. ult.* Ego vero multam ſalutem & foro dicam, & Curiæ, darò l' addio. ¶ Ab Romanis Salus pro Dea culta eſt, templumque habuit, quod a Fabio Pictore pictum fuit A. U. 450. vetuſtumque eſt Claudii principatu, ut *Plin. l. 35. c. 4.* tradit. *Teren. Adel. 4. 7. in fin.* Ipſa ſi cupiat Salus, ſervare prorſus non poteſt hanc familiam. ¶ Augurium ſalutis, οἰωνισμὸς σωτηρίας, fuit ſolemne quoddam augurii genus apud Romanos, quo Deorum voluntatem explorabant, concederentne illis, ut pro populo ſalutem peterent: quaſi nefas eſſet eam a Diis petere ſine eorum licentia. Ad hoc augurium capiendum eligebatur dies quotannis, quo dein nulla aſſet unquam domi foriſve calamitas Reipubl. ſequuta, pacis tempore, & omnibus rebus quiete procedentibus & florentibus, ut docet *Dio l. 37.* Intermiſſum aliquando fuit, ſed repetitum primo ab Auguſto, ut in ejus vita c. 31. *Sueton.* narrat: deinde, cum omiſſum rurſus fuiſſet, revocatum eſt a Claudio, ut apud *Tacit. 12. Ann. c. 23.* legitur. Meminit hujus Augurii etiam *Cic. l. 1. de Divin. c. 47.*

Saluſtius, V. Criſpus.

Salutabundus, a, um, adject. ſalutans. *Martian. Capel. l. 7. poſt init.* Jovem ſalutabunda ſurrexit.

Salutaris, & re, o. 3. *ſalutevole, ſalutifero, ſalubre*, Ger. *heilſam*, Gal. *ſalutaire*, Hiſp. *ſaludable*, σωτήριος, ſaluber, ſanitatem præbens, idoneus ad ſanitatem præbendam. *Cic. l. 6. Fam.* Erat meum conſilium cum fidele Pompeio, tum ſalutare utrique. *Id. 2. de Divin.* Cur ſtella Jovis, aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit. *Id. l. 3. de nat. Deor. c. 9.* Nihil nobis ſalutarium, nihil ornatius aſpectu. ¶ *Litera ſalutaris* eſt litera A, quæ abſolutionis nota erat, ut *triſtis* C, quæ condemnationis. *Cic. pro Mil.* Nec nobis tam ſalutarem hanc in judicanda literam, quam illam triſtem dediſſet. ¶ *Literæ ſalutares* dicuntur, quæ conſolationem afferunt. *Cic. Att. l. 9. ep. 7.* Sic ergo habeto, ſalutares te mihi literas miſiſſe. ¶ *Digitus ſalutaris*, ille, qui pollici eſt proximus, qui & index

ſuдe dicitur. Dictus eſt a *ſalus*, ſive quia eo digito protenſo ſalutare veteres ſolerent, ſive quia ſilentium eo indiceretur, res maxime ſalutaris; unde & Harpocratem, & Angeronam ſingebant labellum indice comprimentem. Utramque nominis cauſam affert *Gyrald. dial. 2. Martian. l. de nupt. Phil.* Verum quidem redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari, ſilentium commonebat. *Suet. in Aug. cap.* 80. Dextraeque manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebat, &c. ¶ Salutaris porta, una ex portis urbis Romæ, ita appellata ab æde Salutis, quod ei proxima fuit, vel ob ſalutationes vocantium Prætorem, nempe quod ad eam Prætor ſalutaraturis, qui in Provinciam pro Prætore, aut pro Conſule exirent. *Feſt.*

Salutariter, adv. *ſalutarmente*, Ger. *heilſamlich*, Gal. *ſainement*, Hiſp. *ſaludablemente*, σωτηρίως, ſalutis ergo, tuendæ ſalutis gratia, ſine diſcrimine ſalutis. *Cic. in Brut.* 2. 8. Quibus illi ipſi, qui didicerant eis uti glorioſe, quemadmodum ſalutariter uterentur, non reperiebant.

Salutarium, ii, σωτήρια, munus convaleſcentibus exhibitum. *Tertul. in Apol.* 2. 46. Statuis, & ſalutariis remunerari. Alii al. leg. ¶ Bibere ſalutaria, *bere alla ſalute degli amici*. *Apul. l. 2. Metam.* Dumque bibere ſalutaria poſtulant, ſic ad me Byrrhæna, &c.

Salutatio, onis, *ſalutazione*, ἀσπασμός, actus ſalutandi. *Cic. in Piſon. c.* 40. Quis enim te adita, quis ullo honore, quis denique communi ſalutatione dignum putet? *Id. Fam. 7. ep.* 28. Dare ſe ſalutationi amicorum. *Id. ad Brut.* Hæc ſcripſi in ipſa turba matutinæ ſalutationis. *Liv. l. 1.* Inter exercitum ſalutatio facta.

Salutator, oris, *chi ſaluta*, προσαγορευτής, qui ſalutat. *Q. Cicer. de petit. Conſ. c.* 9. Deductorum officium, quod majus eſt, quam ſalutatorum. ¶ Salutator mercenarius, qui ſportulæ ſpe ſingulis matutinis veniebat ad potentiorem aliquem ſalutandum. *Col. in præf. l.* 1. An honeſtius duxerim mercenarii ſalutatoris mendaciſſimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum? &c.

Salutatorius, a, um, προσαγορευτικός, quod ad ſalutationem ſpectat. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Omnia jam & virorum ſalutatoriis cubilibus incluſa. h. e. aubiculis, in quibus morabantur alientes dominum ſalutaturi, *anticamere*. ¶ Salutatorium publicum exercere. V. Publicus. ¶ Salutatorius caſus, eſt vocativus, quia eo ſalutamus. *Priſcian. l. 5. pag.* 672. *Putſch.*

Salutatrix, icis, f. quæ ſalutat. *Juven. ſat.* 5. *v.* 21. Salutatrix turba. *Martial. l. 9. epigr.* 101. Charta ſalutatrix. h. e. epiſtola.

Salutatus, a, um, partic. paſſiv. *ſalutato*. *Ovid. 2. de Pon. epiſt.* 7. Eſſe ſalutatum vult te mea litera primum.

Salutifer, ra, rum, *ſalutifero*, σωτήριος, ferens ſalutem, ſalutaris. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 642. Totique ſalutifer orbi creſce puer, dixit. *Id. Heroid. ep.* 21. *v.* 174. Deque ſalutiferam jam mihi fratris opem.

Salutificator, oris, m. ſalvator. *Tertul. de reſur. carn. c.* 47. & *l. 5. adv. Marcion. c.* 15.

Salutiger, a, um, adject. idem quod ſalutifer. *Auſon. de nomin. 7. dier.* Sexta ſalutigerum ſequitur Venus alma parentem. Adde *Prudent. in Hippol. v.* 235.

Salutigerulus, a, um, idem ac ſalutiger, ut Pueri ſalutigeruli, idest ſervi, qui juſſu domini, vel dominæ hunc, & illum ſalutant, ſuntque nuntii, & renuntii. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 28. Salutigerulos pueros, vehicula qui vehar.

Saluto, as, a. 1. *ſalutare*, ברך, Ger. *grüſſen*, Gall. *ſaluer*, Hiſp. *ſaludar*, ἀσπάζω, ſalutem alicui dico, aliquem viſito, a *ſalus*. *Cic. pro Roſc. Com.* Hunc poſteaquam ſalutavit. *Id. Att. l. 4. ep.* 12. Domus te tota noſtra ſalutat. *Id. l. 7. Fam.* Tironem meum ſaluta meis verbis. ¶ Neque vero accedentes tantum ſalutare dicuntur, ſed etiam abeuntes. *Plaut. Mil.* Etiam nunc ſaluto te familiaris, priuſquam eo. *Stat. l. 4. Theb.* Stant tamen, & nota puppim de rupe ſalutant. ¶ Item ſalutare ſolemus in ſternutationibus. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Cur ſternutamentis ſalutamus? ¶ Interdum ſaluto ſumitur pro venerari. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 20. Cum Deos ſalutatum aliqui venerint. ¶ Item pro vocare. *Horat. de Ar. v.* 87. Deſcriptas ſervare vices, operumque colores, cur ego, ſi nequeo, ignoroque, Poeta ſalutor? ¶ Item pro ſervare, & quaſi ſalutem dare. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Sequenti anno palmites ſalutentur, pro viribus matris, ſinguli, aut gemini. Singularis vel hic *Plin.* locus, nec fortaſſe mendo caret, ut Interpretes animadvertunt.

Salvus, a, um, *ſano*, *a ſalvo*, Ger. *friſch*, *und geſund*, Gal. *ſain*, *& ſauve*, Hiſp. *ſalvo*, σῶς, ſanus, incolumis, integer, a *ſalus*. *Ter. And* 5. 6. 9. Salvus ſum, ſi hæc vera ſunt. *Cic. Att. l.* 5. Te ſalvum veniſſe in Epirum, vehementer gaudeo. *Id. pro Cat. c.* 7. Quoad videretur ſalvo capite fieri poſſe. ¶ Dicitur & de inanimis. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 1. Ut utrumvis ſalvo officio ſe facere poſſe arbitrarentur, *ſenza peccare contra il dovere*. *Id.* 12. *Fam. ep.* 23. Nullam partem ſanæ, & ſalvæ reip. guſtare potuiſti. ¶ Salva res eſt, *il tutto va bene*. *Terent. Eun.* 2. 2. 37. Parmenonem triſtem video, rivalis ſervum; ſalva res eſt. Adde *Plaut.* 2. 2. 34. ¶ Salvis rebus, h. e. ſtante, ſalva Republica. *Cic. Fam. 7. ep.* 30. Hic eſt a me judicio capitis, rebus ſalvis, defenſus. *Id. l. 4. ep.* 1. Utinam, Servi, ſalvis rebus (ſic enim eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos. ¶ *Salvus ſis*, formula eſt ſalutantium. *Terent. Andr.* 5. 4. 3. Salvus ſis, Chreme. ¶ *Satin' ſalva?* ſubintellige *res ſunt?* ſolemnis interrogatio eſt, qua ſciſcitamur ab aliquo advenientibus, num res bene ſe habeant. *Liv. l.* 40. *c.* 8. Regiam ingreſſus perturbato vultu, in conſpectu patris tacitus procul ſtetit. cui pater, ſatin' ſalvæ? *Id. l.* 1. *c.* 58. Lucretiam mœſtam in cubiculo inveniunt, quærentique viro, ſatin' ſalvæ, minime, inquit. ¶ *Salva res eſt, cum ſaltat ſenex*. prov. ab Apollinaribus ludis tractum. *Feſt.* Salva res eſt, dum ſaltat ſenex, quare paraſiti Apollinis in ſcena dicitarent, cauſam Verrius in libro quinto, quarum prima eſt P. litera, reddidit, quod C. (al. P.) Sulpicio, C. (al. Cn.) Fulvio Conſulibus, M. Calpurnio Piſone Pr. Urb. faciente ludos, ſubito ad arma exierint, nuntiato adventu hoſtium, victoreſque in theatrum redierint, ſolliciti, ne intermiſſi religionem afferrent, inſtaurandique eſſent, inventum eſſe ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret. Itaque gaudio non interruptæ religionis editam vocem nunc quoque celebrari, &c.

Sam, pro *ſuam* dixere Veteres. *Feſt. in voce Calim.*

Samara, V. Samera.

Samaria, æ, *Samaria*, Σαμάρεια, urbs Paleſtinæ, in Tribu Ephraim, condita ab Aſſyriis anno mundi 3147. ad regionis cuſtodiam, Tribuum maxima, pulcherrima, & munitiſſima, caput regionis cognominis. *Plin. l.* 5. *c.* 13.

Samarita, æ, m. Σαμαρείτης, adject. a Samaria. *Juvenc. l. 5. in Joan. v.* 324. Ecce Samaritum populi venere rogantes.

Samarites, æ, m. Samarita. *Vopiſc. in Saturn. c.* 8. Nemo illic Samarites.

Samariticus, a, um, adject. a Samaria, ut Samaritica mulier, *Juvenc. l.* 2. *in Joan. v.* 256.

Samaritis, idis, f. adject. Samaritica. *Juvenc. l. 2. in Joan. v.* 346. forte venit Samaritida Sichem.

Samarobriva, vel Samarobriga, æ, *Amiens*, urbs Galliæ, a Samara fluvio prætereunte ſic dicta. *Cic.* & *Caſ.*

Sambuca, æ, f. *ſambuca*, σαμβύκη, inſtrumentum muſicum, idem ac illud, quod vulgo vocamus harpam. *Porphyr. in Ptolem. Harmon.* Sambuca triangulum inſtrumentum eſt, quod ex inæqualibus longitudine, ſicut & craſſitudine, nervis efficitur. *Scip. Afric. orat. cont. leg. judic. Corn. Gracchi*, apud *Macrob. Saturn.* 3. *c.* 14. Docentur præſtigias inhoneſtas cum cinædulis, & ſambuca, pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum, diſcunt cantare, quæ majores noſtri probro duci voluerunt. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 95. Sambucam citius caloni aptaveris alto. h. e. citius calonem procerum, & ſtultum, atque ideo muſicæ imperitum, ſambucam pulſare docueris: citius aſinum fidibus canendis aptum reddideris. ¶ Videtur etiam ſambuca poni pro ſambuciſtria. *Spartian. in Adr. c.* 26. in convivio tragœdias, comœdias, Atellanas, ſambucas, lectores, poetas pro re ſemper exhibuit. V. Sambucina. ¶ Eſt & genus machinæ militaris. *Feſt.* Sambuca, organi dicitur genus, a quo ſambuciſtriæ quoque dicuntur. Per ſimilitudinem etiam machinam appellarunt, qua urbes expugnant. Nam ut in organo chordæ, ſic in machina funes intenduntur. Hæc *Feſtus*. Erat autem hujuſmodi machina pons quidam ligneus, qui funibus circa tenſis a navibus, aut turri lignea erectus conſcendendis hoſtium muris viam præbebat. Plura habet *Lipſ. l. 1. Poliorcet. dial.* 6.

Sambuceus, a, um, *ſambuchino*, ἀκτέϊνος, quod ex ſambuco eſt. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c.* 10. *de Jun. Brut.* Baculo ſambuceo aurum infuſum Deo donum tulit. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Sambucea arbor.

Sambucina, æ, f. σαμβυκίστρια, quæ ſambuca canit, ſicut fidicina, quæ fidibus. *Plaut. Stich.* 2. 3. 57. Fidicinas, tibicinas, ſambucinas advexit ſecum forma eximia. In quibuſdam editionibus eſt *ſambucas*, eodem ſenſu. V. Sambuca.

Sambuciſtria, æ, f. σαμβυκίστρια, mulier ſambuca canens, quæ & ſambucina dicitur. *Liv. l.* 39. *c.* 6. *ad fin.* Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæque, & convivalia ludorum oblectamenta addita epulis.

Sambucus, i, f. *ſambuco*, Ger. *holder baum*, Gal. *ſureau*, Hiſp. *ſauco*, ἀκτῆ, genus arboris. *Seren. Sammonic.* ſemper ſcribit *ſabucus*. Primam enim corripit. *Plin. l.* 16. *c.* 18. Non temere in montibus viſæ ſunt prunus, juglans, morus, ſambuci.

Same, es, f. Samos inſula, apud Poetas. *Virg. 3. Æn. v.* 271. Dulichiumque, Sameque. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 4. v.* 67. Ithacæve, Sameve.

Samera, vel Samara, æ, f. πτελέας σπέρμα, ſemen ulmi. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Atinieam ulmum Tremellius Scrofa non ferre ſameram, quod eſt ſemen ejus arboris, falſo eſt opinatus. *Plin. l.* 16. *c.* 17. Atiniæ non ferunt ſamaram, ita vocatur ulmi ſemen. Quidam leg. *ſamera*, ut ſit acuſ. plur. a *ſamerum*, n. 2. *Id. l.* 17. *c.* 11. Ulmorum, prius quam folio veſtiantur, ſamara colligenda eſt circa Martias calendas, cum flaveſcere cœpit.

Samia, æ, f. genus placentæ, ſic dictæ a Samo inſula, ubi optimæ fiebant in ſacrificiis Junonis. *Tertul. l. 3. adv. Marcion. c.* 5. Placentas, & ſamias coquere.

Samiarius, ii, m. ἀκονητής, qui ferramenta cote acuit, & arma terget ſatellitum Imperatoris. *Inſcript. apud Turneb. l.* 27. *c.* 21. Samiarius Doryphoron.

Samiatus, V. Samio.

Samio, as, a. 1. acuo, a Samo inſ. quod in Samo acuendi ars polleret, vel quod Samia creta polita, & nitida acuerentur, vel quod Samiæ teſtæ acumen inſigne haberent, & vim etiam ad audendum. *Non. c. 4. n.* 344. Hinc ſamiata ferramenta, apud *Vopiſc. in Aurelian. c.* 7.

Samiolus, a, um, σαμίδιον, diminut. a Samius. *Plaut. Stich.* 5. 4. 12. Bibulis bibunt, nos noſtro Samiolo poterio. h. e. parvo poculo fictili.

Samium, V. Samius, a, um.

Samius, a, um, σάμιος, quod eſt a Samo inſula. Samius Philoſophus, vel ſenex, Pythagoras. *Ovid. l. 3. Triſt. eleg.* 3. Et Samii ſunt rata dicta ſenis. ¶ Vaſa Samia, vaſa fictilia, ſive ex creta, ita dicta, quod primum in Samo inſ. fabricata ſint, teſte *Gel. l. 7. Lucil. apud Non. c. 4. n.* 624. Et non pauper uti Samio, curtoque catino. ¶ Uſurpatur etiam *Samium*, vel *Samia*, *orum*, abſolute pro vaſis Samiis. *Cic. apud Non. l. c.* Imperia Pontificum Diis immortalibus grata ſine Samio. *Auct. ad Her. l. 4. c.* 51. Nos Samiis delectabimur. ¶ Samia teſta, genus teſtæ, quod in Samo inſula fingebatur. Erat acuta inſtar cultelli, auctore *Non. l. 1. Lucil. ſat. l.* 8. Teſtam ſumit homo Samiam, ſibique illico telo præcidit caulem, teſteſque una amputat ambo. ¶ Hinc idem *Non. ibidem* docet, Samium abſolute pro acuto poni.

Samnia, itis, f. 3. idem ac Samnium. *Lucan. l.* 2. Mutavit tranſlata locum, Romanaque Samnis Ultra Caudinas ſperavit vulnera Furcas.

Samnis, itis, m. & f. qui eſt ex Samnio, ut Samnis homo, *Lucil. apud Non. c. 4. n.* 625. Samnis urſa, *Sil. l. 4. v.* 560. ¶ Legitur & Samnitis in recto caſu. *Prudent. l. 2. adv. Symmach. v.* 515. aſper Samnitis, Marſuſque &c.

Samnites, ium, m. 3. Σαυνῖται, pop. Samnii. De nominis cauſa ita *Feſtus* ſcribit: Samnitibus nomen factum ab haſtis, propter genus haſtarum, quod σαύνια appellant Græci. Alii ajunt Sabinis vere ſacro voto, hoc genus hominum extra fines ejectum Comio Caſtronio duce occupaſſe collem, cui nomen Samnio, a quo Samnites. Græci Saunitas dixere, ut eſt apud *Plin. l. 3. c.* 12. Iidem etiam Sabelli dicti ſunt, diminut. a Sabinis, a quibus originem traxerunt, teſte *Plin. l. 3. c.* 12. Ferunt enim, Sabinos, cum adverſus Umbros bellum gererent, Marti votum feciſſe, ſi victoria potirentur, ſe illi conſecraturos, quicquid eo anno apud ipſos naſceretur. Quare cum re bene geſta in patriam rediiſſent, cum reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti conſecrarunt. Eos igitur, cum adoleviſſent, duce Tauro, in Campaniam ad ſedes novas quærendas emiſerunt, ubi nullo propemodum negotio, ejectis Opicis, ſedes ſuas collocarunt, originiſque ſuæ memores Sabellos ſe ſe, quaſi Sabinorum ſobolem, appellarunt. Ferociſſimam inter omnes Italicas Samnitium gentem fuiſſe, ex eo intelligi poteſt, quod cum eis per annos octoginta quotidianis prope armis a Romanis eſt dimicatum. ¶ Samnites quoque fuere gladiatorum genus, cui hoc nomen, non quia omnes eſſent Samnites, ſed quia armatura eorum talis eſſet, qualis Samnitum. *Liv. l. 9. c.* 40. Campani ab ſuperbia, & odio Samnitium, gladiatores, quod ſpectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt. Vide de iis *Lipſium in Saturnalib. l. 2. c.* 11.

Samniticus, a, um, ad Samnites pertinens, ut Samniticum bellum. *Sueton. in Vitell. c.* 1.

Samnitis, V. Samnis.

Samnium, ii, n. *Abruzzo Citeriore*, regio Italiæ, quam Samnites incoluere. *Flor. l. 1. c.* 16. Populus Romanus ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur.

Samolus, li, herba in humidis locis naſcens, quæ in Officinis Pulſatilla vocatur, ab aliquibus etiam *Samiola*. Efficax eſt contra ſuum, & boum morbos. *Plin. l.* 24. *c.* 11.

Samos, vel Samus, f. 2. *Samo*, Σάμος, inſ. maris Icarii, Joniæ adjacens contra Epheſum urb. In hac Inſula Juno nata eſſe dicitur, & educata, & Jovi in matrimonium tradita. Hinc ibi præcipue colebatur. Scribit *Varro*, Samon prius Partheniam nominatam, ibique antiquiſſimum fuiſſe Junonis templum, & ſimulacrum in habitu nubentis figuratum, & ſacra ejus anniverſaria nuptiarum ritu celebrari conſueviſſe. In ea etiam templum Bacchi fuit, quod Elpis exſtruxit. *Plin. l. 8. c.* 16. Hic primum vaſa fictilia fabricata.

tata, teſte *Aul. Gel. l. 7.* In Samo inſula natus eſt Pythagoras, maximus ille Philoſophus, qui propterea a Poetis per Antonomaſiam Senex Samius, & abſoluta Samius appellatur. Item Chœrilus Poeta, qui 75. Olympiade victoriam Athenienſium contra Xerxem verſibus ſcripſit, pro ſingulis verſibus ſingulos ſtateres aureos recipiens, quem tamen *Hor. in Arte* incultum Poetam vocat. V. *Plin. l. 5. c. 31.* ¶ Samos altera, ſeu Same, *Samandrachi*, σαμοθρᾴκη, inſ. Thraciæ, in mari Ægæo, al. inſ. maris Ægæi, Thraciæ adjacens, quæ etiam Samothraca, & Samothracia appellatur, & Poetice Samos Threjicia. *Virg. 7. Æneid. v. 208.* ¶ Olim Dardania dicta eſt a Dardano quodam Trojano, qui Palladium ſecum ferens eo traditur confugiſſe. Poſt Samiis ex inſula illa maris Icarii bello ejectis, cum ſe ex Aſia in Thraciam recepiſſent, inditum nomen, ut pro Dardania Samothracia vocaretur. In ea Venus, Pothon, & Phaethon colebantur. *Plin. l. 36. c. 5.*

Samoſăta, orum, n. 2. *Scempſat*, urbs exc. Syriæ, ad Euphratem fluv. caput Comagenes reg. patria Luciani.

Samothrace, es, f. inſula Thraciæ, eadem ac Samos. V. Samus. *Var. l. 4. & 6. de L. L.*

Samothrăcus, m. 3. vel Samothraces Dii, iidem erant ac Penates Romanorum. *Macrob. l. 3. c. 4. Caſſius Hemina* dixit, Samothracas deos, eoſdemque Romanorum Penates, proprie dici θεοὺς μεγάλους, &c. *Var. l. 4. de L. L.* ſcribit Deos Samothraces fuiſſe duos, Cœlum, & Terram: nam hos quoque dici deos magnos, & in Augurum libris *Divipotes*, & apud Samothraces θεοὺς δυνατούς. Alii tres ſtatuerunt Samothracas, Jovem, Minervam, & Junonem: alii quatuor, eoſdemque, quos etiam Cabiros appellat *Interp. Apollon. l. 1. Argon. l. 1.* nempe Cererem, Proſerpinam, Plutonem, & Mercurium. *Juven. ſat. 3. v. 144.* jures licet & Samothracum, Et noſtrorum aras. V. *Voſſ. de Idololatr. l. 2. c. 57.*

Samothracĭa, æ, eadem quæ Samothrace. *Virg. 7. Æn. verſ. 208.* Threjiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur. ¶ Eſt etiam hoc nomine gemma quædam nigra, ac ſine pondere, ligno ſimilis, quæ in Samothrace copioſe naſcitur. *Plin. l. 37. c. 10.*

Sampſa, vel ſamſa, vel ſanſa, æ, f. *ſanſa*, olivarum caro molo ſuſpenſa leviter comminuta, & oſſibus liberata, quæ deinde exprimitur, oleumque fundit, aut aridis quibuſdam herbis, ſeminibuſve condita in uſum cibarii, condimentive reponitur. Ejus conficiendæ rationem *Col.* toto c. 49. *l. 12.* tradit. *Id. ibid.* Olea injicitur quam mundiſſimis molis ſuſpenſis, ne nucleus frangatur: & cum eſt in ſampſam redacta, tunc ſal coctus, trituſque manu permiſcetur cum cæteris aridis condimentis. ¶ Sunt etiam ſampſæ ipſa officula, ſeu nuclei olivæ, qui in ſampſa conficienda exprimi debent. *Id. ibid. c. 50. de oleo conficiendo.* Reſolutis corticulis (olivæ) emolliri debebunt, & aut regulis, ſi conſuetudo erit regionis, aut certe novis fiſcinis ſampſæ exprimi. Ita exponunt *Cal. Rhodig. Ruellius*, & *quidam Columellæ Interpretes*, qui etiam in aliis modo allatis *Columellæ locis* ſampſam pro officulo accipiunt. Verum cum nuſquam in eodem *Colum.* legatur, nucleum olivæ extrahendum eſſe in oleo faciendo, quin eodem c. idem Auctor moneat, in ſtringenda bacca cavendum eſſe, ne nucleus confringatur, quia ſaporem olei vitiat, dicendum eſt, ſampſas exprimi idem eſſe, ac carnem ipſam olivæ perſtringi ad ſuccum exprimendum, quæ interpretatio pluribus illuſtratur a *Pafferatio in Lexico*.

Sampſiceramus, i, m. Regulus quidam Syriæ a Pompejo devictus, qui proinde hoc nomine appellatur a *Cic. 2. Att. ep. 14. 16. & 17.*

Sampſuchĭnus, a, um, σαμψύχινος, quod eſt ex ſampſucho. *Plin. l. 21. c. 22.* Fit ex eo oleum, quod ſampſuchinum vocatur, aut amaracinum.

Sampſūchum, i, *maggiorana*, *ſanſugo*, σάμψυχον, herba, quæ aliter amaracus. *Plin. l. 21. c. 2.* Amaracum Diocles medicus, & Sicula gens appellavere, quod Ægyptus, & Syria ſampſuchum, &c. *Id. c. 22.* Sampſuchum, ſive amaracum, in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum, ſcorpionibus adverſatur ex aceto, & ſale illitum. *Colum. l. 10. v. 171.* Nataque jam veniant hilari ſampſucha Canopo.

Samus, V. Samos.

Sanabĭlis, & le, o. 3. *ſanabile*, Ger. *geneſſertig*, Gal. *guériſſable*, Hiſp. *ſanable*, ἰάσιμος, quod ſanari poteſt. *Cic. 4. Tuſc.* Ii ſunt ejuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine animi, ſanabiles tamen. *Celſ. l. 2. c. 8.* Quiſquis dolor deorſum tendit, ſanabilior eſt.

Sanātes, m. 3. populi, qui infra, ſupraque Romam habitaverunt, ita dicti, quia, cum deſciviſſent a Romanis, brevi poſt in amicitiam, quaſi ſanata mente, redierunt. *Sigon. de antiq. jur. Ital. l. 1. c. 1. Feſtus*, itemque *Gel. l. 16. c. 10.*

Sanatĭo, onis, *riſanazione*, ἴασις, valetudinis reſtitutio, ſanitas, ſalus. *Cic. 3. Tuſc.* Cumque ad corporum ſanationem multum ipſa corpora, & natura valeant. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. Tuſc. 4. c. 15.* Eorum igitur malorum in una virtute poſita ſanatio eſt.

Santaptis, idis, f. nomen fictum aromatis, apud *Plaut. Pſeud. 3. 2. 43.*

Sanchromăton, i, n. dracontea, genus herbæ. *Apul. de virtut. herb. c. 14.*

Sancĭo, is, ſanxi. citum, & ſanctum, (olim ſancivi, & cii. *Pompon. apud Diom. l. 1.*) a. 4. *conſacrare*, הקדיש, Ger. *ſetzen*, Gal. *ordonner*, Hiſp. *ordenar*, ὁσιόω, conſecro, ſanctum facio. *Serv. in 12. Æn.* Sancire propria eſt ſanctum aliquid, ideſt conſecratum facere, fuſo ſanguine hoſtiæ: & dictum ſanctum, quaſi ſanguine ſancitum. ¶ Fere ſumitur pro decernere, ſtatuere, ſancte aliquid, & inviolabiliter conſtituere, ſtabilire, ratum facere. *Virg. 12. Æn.* Qui fœdera fulmine ſancit. Ubi *Serv.* Sancit, confirmat, ſancta eſſe facit, quia, cum fiunt fœdera, ſi coruſcatio fuerit, confirmantur. Vel certe quia apud majores aræ non incendebantur, ſed ignem divinum precibus eliciebant, &c. *Liv. l. 25.* Niſi Imperatoris, & ejuſdam hoſpitis perditi capite, ac ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanciatur. ¶ Dicitur de legibus, & aliis rebus, variaſque conſtructiones habet. *Cic. 2. Tuſc.* Quas leges ſive Jupiter, ſive Minos ſanxit de Jovis quidem ſententia, ut Poetæ ferunt. *Id. 4. Ver.* In quibus multa ſanxit de vitæ hominum. *Idem pro Flac.* Prætor ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret de frumento. *Id. de Fin. l. 1. c. 10. ad fin.* Ut dolore ſuo ſanciret militaris Imperii diſciplinam. *Id. 3. Offic. c. 13.* Quod Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. *Id. Phil. 13.* Sancire augurem. *Propert. l. 4. eleg. 9. de Hercule.* manibus purgatum ſanxerat orbem. h. e. firmaverat. *Tac. 5. hiſt. c. 9.* Regnum ab Antonio Herodi datum victor Auguſtus ſanxit h. e. ratum habuit. Al. leg. auxit. *Cic. 3. de Leg. c. 20.* In ſuo vitio quiſque puniatur, vis capite, avaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia ſanciatur. h. e. pœna lege decreta puniatur. *Id. Att. l. 10. ep. 1.* Qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterius partis fuiſſet. hoc eſt lege ſua capitis pœnam ſtatuit.

Sancte, adv. *ſantamente*, Germ. *heiliglich*, Gal. *ſaintement*, Hiſp. *ſantamente*, ὁσίως, ἁγίως, auguſte, religioſe. *Cic. 1. de nat. Deor.* Et pie ſancteque colimus naturam excellentem, atque præſtantem. *Curt. l. 3. c. 12.* Virgines, & reginas excellentis formæ tam ſancte habuit, quam ſi eodem, quo ipſe, parente genitæ forent. ¶ Ponitur etiam pro firmiter, conſtanter. *Plaut. Capt.* An tu dubium habebis, etiam ſancte cum jurem tibi? *Cic. l. 5. Fam. epiſt. 8.* Meque ea, quæ tibi promitto, ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſervaturum.

Sanctesco, is, n. 3. ſanctus fio, vel ſum. *Acc. apud Non. c. 2. n. 57d.* Per nos ſanctеſcat genus.

Sanctificatĭo, onis, *ſantificazione*, ἁγιασμός, actus ſanctificandi. *Tertull. de Baptiſ. c. 18. Sidon. l. 8. ep. 14.*

Sanctificator, oris, qui ſanctificat. *Tertul. in Prax. c. 2.*

Sanctificĭum, ii, ſanctificatio, vel ſanctificationis locus. *Tertull. de reſurr. carn. cap. 47.*

Sanctifĭco, as, a. 1. ἁγιάζω, ſanctum facio, conſecro, divinis honoribus proſequor. *Tert. de orat. c. 3. Prudent. in hymn. ante cib. v. 15.*

Sanctilŏquus, a, um, adject. qui ſancte loquitur, ut Lucas ſanctiloquus. *Prudent. in Apotheoſ. v. 1005.*

Sanctimonĭa, æ, idem ac ſanctitas. *Cic. pro Rab. perduel.* Quæ mihi videntur ex hominum vita ad Deorum religionem, & ſanctimoniam demigraſſe. *Id. pro Quinct.* Quid mihi, inquit, cum iſta ſanctimonia ſumma, ac diligentia?

Sanctĭo, onis, *conformazione*, *ratificazione*, חק, Germ. *beſtetigung*, Gall. *ordonnance*, Hiſp. *eſtablecimiento*, κύρωσις, βεβαίωσις, conſtitutio, decretum, promulgatio, confirmatio, ratificatio. *Cic. pro Corn. Balbo, c. 16.* Cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur. *Id. 6. Ver.* Niſi legum ſanctionem, pœnamque recitaſſem. ¶ Metonymice ponitur pro lege, vel pro juſſu legis, ſeu pro eo, quod lege conſtituitur. *Serv. in 12. Æneid.* Et ſanctio vocatur lex cum terrore pœnæ. *Cic. pro Corn. Bal. c. 14.* Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur.

Sanctĭtas, atis, *ſantità*, קדושה, Ger. *heiligkeit*, Gall. *ſainteté*, Hiſp. *ſantidad*, ἁγιότης, qualitas illa, qua res venerabiles ſunt. *Cicer. 1. de nat. Deor. c. 41.* Sanctitas autem eſt ſcientia colendorum Deorum. *Id. 1. Off.* Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas. *Id. poſt red. in Sen. c. 14.* Mecum Deorum, & hominum ſanctitatem, omnes, & religiones afficiunt. ¶ Item morum integritas, innocentia, juſtitia. *Nep. in Lyſand. cap. 4.* Sibi teſtimonium daret, quanta ſanctitate bellum geſſiſſet. *Tacit. Ann. 14. c. 60.* Plures perſtiterunt ſanctitatem dominæ tueri. ¶ Inter ſanctitatem, pietatem, & juſtitiam tale ſtatuit *Cicero* diſcrimen, in *Top. c. 23.* Æquitas tripartita dicitur eſſe, una ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere: prima Pietas, ſecunda ſanctitas, tertia juſtitia, aut æquitas nominatur.

Sanctitūdo, inis, idem ac ſanctitas. *Accius in Tereo apud Non. c. 2. n. 805.* Alia hic ſanctitudo eſt, aliud & omen, & numen Jovis. *Cic. 4. de Repub.* apud *Non. ib.* Eoſdem terminos hominum curæ, atque vitæ, ſic Pontificio jure ſanctitudo ſepulturæ.

Sanctor, oris, κυρωτής, *ſancitor*, qui aliquid ſancit. *Tac. l. 3. Ann. c. 26.* Sed præcipuus Servius Tullius ſanctor legum fuit.

Sanctuarĭum, ii, *ſantuario*, מקדש, Ger. *heiligthumb*, Gal. *ſanctuaire*, Hiſp. *ſantuario*, ἁγιαστήριον, ſacrarium, ſacer locus. *Aggen. de limit. pag. 61. edit. Goeſ.* Extra ſanctuarium, profanum dictum eſt. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut de tabulis, aut libris, in quibus ſancta referuntur. Hinc ſanctuarium Principis, ideſt libri, & commentarii ſecretiores Principis, vel locus ipſe, & tabularium, in quo hujuſmodi libri repoſiti aſſervantur. *Sicul. Flac. in lib. de condit. agr. pag. 16. edit. Goeſ.* Quod ſi quis contradicat, ſanctuarium Cæſaris reſpici ſolet. Omnium enim agrorum & diviſorum, & aſſignatorum formas, ſed & diviſionum commentarios, & principatus in ſanctuario habet. Qualeſcunque enim formæ fuerint, ſi ambigatur de earum fide, ad ſanctuarium Principis revertendum erit. *Plin. l. 25. c. 2.* In ſanctuariis Mithridatis Maximi Regis devicti Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti.

Sanctus, a, um, *ſtabilito*, κυρωθείς, ſancitus, decretus, partic. a ſancior. *Liv. l. 10.* De provocatione legem diligentius ſanctam. ¶ Hinc pro auguſto, atque inviolabili uſurpatur, ac propterea Tribuni plebis, & Legati ſancti dicuntur, hoc eſt lege tuti, ac defenſi. *Caſ. l. 3. B. G.* Legatus (quod nomen apud omnes nationes ſanctum, inviolatumque ſemper fuiſſet) retentos ab ſe. *Cic. 2. Phil.* Ut veſtris etiam legionibus ſanctus eſſem. *Id. poſt red. in Sen.* Numenque veſtrum æque mihi grave, & ſanctum, ac Deorum immortalium, erit. *Liv. l. 25. c. 22.* Et ſi quid unquam arcani, ſanctive ad ſilendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum. ¶ Sancta loca ſunt, quæ legum ſanctionibus adverſus injuriam, & vim munita fuerunt, ut ſunt templa, mœnia urbium, & hujuſmodi. *Cicer. pro Rab.* Caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium Civium Rom. integrum jus libertatis defendo ſervari oportere. ¶ Sanctius ærarium, dicitur intactius, & integrius, ex quo nihil promi licet ob annuas neceſſitates. *Cic. 6. Ver.* Quæ in ærario ſanctiore conditas habebant. ¶ Per Metonymiam dicitur de moribus hominum, qui legibus divinis, & humanis conformes ſunt, & de ipſis hominibus, qui quadam majeſtate, & vitæ innocentia ad Dei, & beatarum Mentium virtutem quam proxime accedunt. Sumitur igitur pro bono, integro, pio, impolluto, *ſanto*, ὅσιος, ἅγιος. *Virg. 12. Æn.* Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ deſcendam. *Id. 11. Æn.* Tuque o ſanctiſſima conjux felix morte tua. *Cic. pro Roſc. Com.* Ætate grandis natu, natura ſanctus, & religioſus. *Juven. ſat. 14.* Et ſanctam filius omni aſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem.

Sanctus, &

Sancus, i, V. Sangus.

Sandaliarĭum, ii, vicus Romæ, ubi ſandalia fiebant. *Gel. l. 18. c. 4.* In Sandaliario forte apud librarios fuimus.

Sandaliarĭus, a, um, quod ad ſandalia ſpectat. Apollo Sandaliarius dictus eſt Romæ, quod ejus templum eſſet in vico Sandaliario. Sed *Alex. ab Alex. l. 2. gen. dier. c. 18.* contra ſcribit, vicum Sandaliarium dictum eſſe ab Apolline Sandaliario, cujus effigies ſandalio ornata erat. Templum illud ab Auguſto extructum fuiſſe, docet *Tranquil. in ejus vita, c. 57.* Ac Victor quoque in 4. Urbis regione ponit.

Sandaligerŭlus, a, um, σανδαλιοφόρος, qui ſandalia utitur. *Plaut. Trin. 2. 1. 22.* Flabelliferæ, ſandaligerulæ, cantrices, ciſtellatrices.

Sandălis, idis, fem. σανδαλίς, palmæ genus, dictum a ſimilitudine ſandalii. *Plin. lib. 13. cap. 4.* Quarta auctoritas ſandalidum, a ſimilitudine appellatarum.

Sandalĭum, ii, n. *ſandalo*, *pianella*, σανδάλιον, σάνδαλον, genus calceorum. *Heſychius* ait eſſe γυναικεῖον ὑπόδημα, muliebre calceamentum. Non tamen mulierum ſemper eſſe, ſed etiam virorum, liquet ex *Act. 12. 8.* ubi Angelus præcipit Petro, ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Subliga ſandalia tua. *Ter. Eun. 5. 8. 4.* Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput.

Sandălum, i, farris Gallici genus, plus alio quovis farre panis reddens. *Plin. l. 18. c. 7.* Galliæ quoque ſuum genus farris dedere, quod illic brance vocant, apud nos ſandalum, nitidiſſimi grani.

Sandapĭla, æ, f. *cataletto*, νεκροφόριον, genus feretri, loculus ligneus, in quo plebejorum, atque damnatorum cadavera portabantur, ut *Fulgent. de priſco ſermone* interpretatur. *Horatius* vilem arcam, *Martialis* Orcinianam ſpondam appellat. *Martial. l. 8. epigr. 75.* Stipataque tollitur alte Grandis in anguſta ſarcina ſandapila. *Juven. ſat. 8. v. 175.* Inter carnifices, & fabros ſandapilarum.

Sandapilarĭus, ii, idem ac veſpillo, qui ſandapilas fert. *Sidon. lib. 2. ep. 8.* Veſpillonum, ſandapilariorumque miniſteria.

San-

Digitized by Google

Sandarăca, vel Sandaracha, æ, f. *sandaraca*, σανδαράκη, vel σανδαράχη, coloris rubri genus. Medici Arabes putant, ſandaracam eſſe noſtrum vernicem. Sed hoc eſt gummi juniperi. *Feſt.* Sandaracam ait Verrius eſſe genus coloris, quod Græci ſandycem appellant. ¶ Duplex eſt, metallica, ſeu foſſitia, quæ eſt colore cinnabaris, & vulgo arſenicum rubrum vocatur; & factitia, quæ eſt ceruſſa in fornace cremata. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Sandarachæ quoque propemodum dicta natura eſt. Invenitur autem & in aurariis, & in argentariis metallis, melior, quo magis rufa, &c. *Vitruv. l.* 7. *c.* 12. Ceruſſa vero, cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendii ſandaraca fit. De ſandaraca *Plin.* ſcribit *l.* 34. *c.* 18. & *l.* 35. *c.* 6. ¶ Sandaraca item herbæ genus, apibus gratiſſimum. *Plin. l.* 11. *c.* 7. Præter hæc convehitur erithace, quam aliqui ſandaracam, alii cerinthum vocant.

Sandaracātus, vel Sandarachatus, a, um, σανδαρακωτός, cui ſandaraca admiſta eſt. *Plin. l.* 35. *c.* 15. Item lentis tollit cum ſquamis æris, aceto ſandaracato.

Sandaracĭnus, vel Sandarachinus, a, um, σανδαράκινος, quod colorem ſandaracæ habet. *Nov.* apud *Feſt.* Merula, ſandaracino colore. Ubi *ſandaracinus* eſt luteus. Hunc enim colorem habet os merulæ. Nempe ſandaraca quidem rubet ipſa, ſed luteo colore tingit.

Sandareſus, i, fem. gemma in India naſcens, loco ejuſdem nominis, item in Arabia meridionali, colore igneo aureis intus guttis interſtincto. *Plin. lib.* 37. *cap.* 7.

Sandaſel, Indicæ gemmæ nomen, colore mali, aut olei viridis. *Plin. lib.* 37. *cap.* 7.

Sandyx, & Sandix, icis, & ycis, m. & f. σάνδυξ, & σάνδιξ, coloris rubri genus, quod *Galen. ad fin. l.* 9. *Simplicium* ſcribit fieri ex ceruſſa vehementius aduſta. *Plin. l.* 35. *c.* 6. & alii ex ſandaraca, æqua parte rubricæ admiſta. Alii ſcribunt, herbam eſſe delicatam olfactu, brevi caule, & in aliis fœniculo ſimilem, naſci in inſula maris rubri, eſſe & ſandycem genus coloris ex ſandaraca, & ceruſſa factum. *Heſychius* arborem credidit. *Servius* etiam plantam eſſe tradit. Imo ipſe *Virgilius* ita arbitratus eſt, ut *Plin. l.* 35. *c.* 6. ſcribit. Hæc ſi torreatur, æqua parte rubrica admixta, ſandycem facit. Quanquam animadverto, Virgilium exiſtimaſſe, herbam id eſſe, illo verſu, Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos. Sed ex eo verſu non conſequitur id, quod *Plinius*, & *Servius* putarunt. Nam ſententia Maronis eſt, fore, ut oves paſcentes ſponte ſandycini coloris fiant. Denique *Virgilius* fortaſſe ſcripſit *ſcandyx*, non *ſandyx*. Scandyx autem re vera genus herbæ eſt, de qua *Plin.* ſcribit *l.* 21. *c.* 16. Scandyx, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco ſimillimis. De ea etiam ſcribit *l.* 22. *c.* 22. ubi ait peculiarem ejus laudem eſſe, quod fatigato Venere corpori ſuccurrit. ¶ Reperitur etiam in gen. maſc. *Gratius in Cyneg. v.* 86. Interdum Libyco fucantur ſandice pinnæ. ¶ Ejus penultima in obliquis ancipitis eſt quantitatis. *Propert. l.* 2. *eleg.* 25. Illaque plebejo, vel ſit ſandycis amictu.

Sane, adverb. *certamente*, אמנם, Germ. *warlich*, Gall. *certes*, Hiſp. *ciertamente*, μέντοι, certe. *Terent. Andr.* Sane pol illa temulenta eſt. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Sane moleſte Pompejum id ferre conſtabat. *Id. pro Quint. c.* 3. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta. *Id.* 1 *de Leg. c.* 4. Sane quidem hercule, & eſt iſta recta docendi via. ¶ *Sane quam*, eſt admodum, valde. *Sulpit. ad Cic.* 4. *Fam. ep.* 5. Sane quam pro eo ac debui, graviter, moleſteque tuli. *Brut. ad Cic. Fam.* 11. *epiſt.* 13. Sane quam ſum gaviſus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Quod de Pompejo Caninius agit, ſane quam refrixit. ¶ In reſponſionibus eſt maxime, utique, certe. *Varr. l.* 1. *R. R. cap.* 2. Vultis interea, vetus proverbium uſurpemus? Sane, inquit Agrius. ¶ Eſt etiam idem quod ſaniter, *ſanamente*, cujus contrarium eſt inſane. *Plaut. Curc.* 1. 3. 20. Bonum eſt, pauxillulum amare ſane; inſane, non bonum eſt. *Horat. l.* 2. *od.* 7. Non ego ſanius bacchabor Edonis. *Senec. controv.* 34. Euctemon dixit ſanius, quam Glycon.

Saneſco, is, ſine præt. & ſup. n. 3. *ſanarſi*, חיה, Germ. *geſund werden*, Gal. *guerir*, Hiſp. *ſanarſe*, ὑγιάζομαι, ſanus fio. *Cel. l.* 6. *c.* 7. Sed vulnera facta igne, dum ſaneſcunt, &c. Adde *Plin. l.* 17. *c.* 23.

Sanga, æ, f. fl. Hiſpaniæ, qui per Cantabros fluit apud Victoriam Juliobrigenſium. *Plin. l.* 9. *c.* 20.

Sangĕnon, i, n. gemmæ nomen. *Plin. l.* 37. *c.* 6.

Sangualis. V. Sanqualis.

Sanguen, inis, n. idem ac ſanguis, apud vet. *Lucr. l.* 2. *v.* 876. Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari. *Cic.* 5. *Fin. c.* 11. *ex veteri Poeta*. Non refugiat miſero ſanguen, atque exalbeſcat metu?

Sanguicŭlus, i, m. *ſanguinaccio*, αἱμάτιον, ſanguis hœdi, ſive ſuis, in cibum formatus. *Plin. l.* 28. *c.* 14. Ex ſanguine ejuſdem in cibum formato, quem ſanguiculum vocant.

Sanguilentus, a, um, adject. idem quod ſanguineus, ut ſanguilenta urina. *Scribon. Larg. compoſit.* 102.

Sanguinālis, & le, n. 3. quod ad ſanguinem refertur. Herba ſanguinalis, eadem eſt ac ſanguinaria. *Celſ. l.* 2. *c.* 33. Herba ſanguinalis, quam Græci πολύγονον vocant, inde nomen habet, quod ſanguinis fluxum, undecunque feratur, ſiſtat. *Col. l.* 6. *c.* 12. Vel ſanguinalis herba, quam πολύγονον Græci appellant.

Sanguinans. V. Sanguino.

Sanguinarius, a, um, *ſanguinario*, *crudele*, אכזרי, Germ. *blutbund*, Gal. *ſanguinaire*, *cruel*, Hiſp. *enſangrientado*, φιλαίματος, ὠμόχειρ, ad ſanguinem ſpectans, ſævus, crudelis. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 7. Megabetnus, & hæc ſanguinaria juventus inimiciſſima eſt. *Plin. l.* 4. *ep.* 22. De hujus nequitia, ſanguinariiſque ſententiis inter cœnam loquebantur. *Plin. alter l.* 19. *c.* 4. Nuntius ſanguinarius, h. e. de ſanguine & morte. ¶ Sanguinaria herba, & Sanguineria, abſolute, cujus ſuccus naribus infuſus ſanguinem ſiſtit, *ſanguinella*. A Græcis πολύγονον dicitur a multitudine geniculorum. *Col. l.* 7. *c.* 5. Eſt etiam gravis pernicies herbæ ſanguinariæ, quam &c. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Polygonon Græci vocant, quam nos ſanguinariam, non attollitur e terra, foliis rutæ, ſemine graminis.

Sanguinatĭo, onis, ſanguinis emiſſio, ut gingivarum ſanguinatio, apud *Cæl. Aurelian. Tard. l.* 4. *c.* 6.

Sanguinĕus, a, um, *ſanguigno*, *pieno di ſangue*. *di color ſanguigno*, Ger. *blutreich*, Gall. *ſangvin*, *de ſang*, Hiſp. *lleno de ſangre*, αἱματώδης, plenus ſanguine, & ad corporis temperamentum refertur. Medicis enim ſanguineus dicitur, cui plurimum inſit boni ſanguinis, hic eſt qui temperamento calido ſit, & humido. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Coſtæ nulli, niſi ſanguineum pulmonem habenti. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ex ſanguine conſtat. *Ovid.* 2. *Met.* Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ. ¶ Item pro ſanguinolento, ſeu aſperſo ſanguine. *Ovid. l.* 3. *Triſt. el.* 9. Pallentesque manus, ſanguineumque caput. ¶ Item pro eo, quod cum ſanguine conjunctum eſt, ſive quod ſanguis conſequitur. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 27. Verecundumque Bacchum ſanguineis prohibete rixis. ¶ Uſurpatur quoque pro eo, quod ſanguinis colorem habet. Sanguineus frutex, niſi arborem dicere malis, eſt cornus fœmina, vimina ferens lenta, quæ vitibus vincula ſuppeditant. Ita dictus eſt, quia ejus cortex ſanguinei eſt coloris, *ſanguine*. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Siquidem & geniſtæ, & populi, & ulmi, & ſanguinei frutices, & betulæ, & arundo fiſſa, & arundinis folia, ut in Liguria, & vitis ipſa, reciſiſque aculeis rubi alligant, & intorta corylus. ¶ Hinc virgæ ſanguineæ, id eſt quæ ſunt ex ſanguineo frutice. *Plin. l.* 19. *c.* 10. Sunt, qui ſanguineis virgis tangant ea, quæ nolunt his (erucis) obnoxia eſſe. *Modeſtin. l. penult. ff. ad legem Pompejam de parricid.* Parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde in culleo inſuitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia, &c.

Sanguĭno, as, neut. 1. *ſpargere ſangue*, αἱμάσσω, ſanguine mano. *Quintil. l.* 10. *Declam.* Tum repetitis ſanguinavere planctibus jam convaleſcentes lacerti. *Id. ibid.* Sanguinantes lacertos porrigunt. ¶ Tranſlate *Id.* vel, ut alii volunt, *Tacit. in Dial. de Oratorib. c.* 12. Lucroſæ hujus, & ſanguinantis eloquentiæ uſus recens, & malis moribus natus. h. e. mercenariæ, quæſtuoſæ, & pecuniam ex clientum marſupio, tanquam ſanguinem, extrahentis.

Sanguinolentus, a, um, *ſanguinolento*, Ger. *blutig*, Gall. *ſanglant*, Hiſp. *ſangriento*, αἱματηρός, plenus ſanguine, conſperſus ſanguine. *Auct. ad Her. lib.* 4. Inimici ſtatum ſanguinolenta palma, crudeliſſima victoria potiti inſultabunt in horum miſerias. *Ovid.* 3. *Epiſt.* Pectore ſanguinolenta. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod ſanguini ſimile eſt, pro rubro. *Ovid. lib.* 1. *Amor. eleg.* 12. Ille color vere ſanguinolentus erat. ¶ Litera ſanguinolenta tranſlate ſumitur pro invectiva, ſeu famoſo libello. *Ovid. in Ibin. verſ.* 3. Nullaque, quæ poſſit, tot ſcriptis millibus, extat litera Naſonis ſanguinolenta legi.

Sanguinōſus, a, um, adject. ſanguine abundans. *Cal. Aurelian. Acut.* 3. *c.* 4. Sanguinoſi phlebotomandi.

Sanguis, inis, m. 3. *ſangue*, αἷμα, unus ex corporis animalis humoribus, qui per venas in omne corpus diffunditur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* In quam ſanguis a jecore per venam illam cavam influit. ¶ Sanguinem detrahere, ſive extrahere, eſt venam aperire, ut ſanguis ſuperfluus, & noxius effluat. *Cel. l.* 2. *c.* 8. & 9. ¶ Sanguinem mittere, idem eſt, ac extrahere. *Celſ. l.* 2. *c.* 10. Sanguinem inciſa vena mitti novum non eſt. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 11. *per tranſlationem*: Nam & illud non nobis obeſt, videri noſtrum teſtimonium non valuiſſe, miſſus eſt ſanguis invidiæ ſine dolore. ¶ Sanguinem alicujus fundere, eſt vulnerare, occidere. *Curt. l.* 3. *c.* 5. Tum vero multum ſanguinis fuſum eſt. Sic, facere ſanguinem, apud *Liv. l.* 2. ¶ Hinc ſæpe ponitur pro vita. *Liv. l.* 23. *c.* 8. Sanguine Annibalis ſanciam Romanum fœdus. *Quintil. declam.* 317. Unius ſanguinem exigetis. ¶ Tranſlata etiam ponitur pro genere. *Virg.* 1. *Æn. v.* 19. Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci audierat. *Horat. l.* 3. *od.* 27. Regius ſanguis. ¶ Item pro vigore, ſpiritu, audacia. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 44. Magiſtron' quemquam diſcipulum minitarier? Nil moror, diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 16. Amiſimus, mi Pomponi, omnem ſuccum, & ſanguinem, ſed etiam colorem, & ſpeciem priſtinam civitatis. *Id. in Brut.* Succus ille, & ſanguis incorruptus uſque ad hanc ætatem Oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor. h. e. oratio ſucci, robuſta, vires, lacertos, & nervos habens. ¶ Item per tranſlationem dicitur de pecunia. *Cic.* 5. *Verr.* Quæ cum de Populi R. victu, de vectigalium nervis, de ſanguine detraxiſſet ærarii. *Id. Att. l.* 6. Appius cum provinciam curarit, ſanguinem miſerit, quidquid potuit, detraxerit. ¶ Denique de aliis etiam humoribus interdum uſurpatur. *Manil. l.* 5. *v.* 215 Et viridia nemorum ſanguis decedit & herbis. *Stat.* 5. *Thebaid. v.* 329. Bacchæus ſanguis. h. e. vinum.

Sanguiſūga, æ, fem. *ſanguiſuga*, *ſangueta*, עלוקה, Germ. *ein egel*, Gal. *ſangſue*, Hiſp. *ſanguiſuela*, βδέλλα, hirudo, vermis in aqua degens, a *ſanguis*, & *ſugo*, quod ſanguinem ſugat. *Plin. l.* 8. *c.* 10. Cruciatum in potu maxime ſentiunt hauſta hirudine, quam ſanguiſugam vulgo cœpiſſe appellari adverto. *Id. l.* 32. *c.* 7. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur.

Sangus, Sancus, vel Sanctus, i, m. Hercules ſic a Sabinis dictus. Rationem nominis hanc affert *Propert. l.* 4. *el.* 10. (al. 9.) Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem. Sic Sancum (alii Sanctum) Tatii compoſuere Cures. *Feſtus in voce*, *Propter viam*. Propter viam fit ſacrificium, quod eſt proficiſcendi gratia Herculi, aut Sango (al. Sanco) qui ſcilicet idem eſt Deus.

Sanies, ei, *marcia*, דבורר, Germ. *wundſchweiſſ*, Gall. *boüe*, Hiſp. *podre*, ἰχώρ, ſanguis corruptus, needum ad puris albedinem, craſſitudinemque coactus. *Celſ. lib.* 5. *cap.* 26. Ex vulneribus, ulceribuſque exit ſanguis, ſanies, pus. Sanguis omnibus notus eſt. Sanies eſt tenuior hoc, varie craſſa, & glutinoſa, & colorata. Pus craſſiſſimum, albiſſimumque, glutinoſius & ſanguine, & ſanie. Exit autem ſanguis e vulnere recenti, aut jam ſaneſcente: ſanies inter utrumque tempus eſt: pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. *Cicer. in Piſon.* Saxa ſpargens tabo, ſanie, ſanguine atro. ¶ Sumitur etiam pro infectura. *Plin. lib.* 9. *cap.* 38. Rurſuſque carminata mergitur, donec omnem ebibat ſaniem. ¶ Item pro fæce. *Plin. lib.* 15. *cap.* 3. Olivæ conſtant nucleo, oleo, carne, amurca: ſanies eſt hæc ſua amara.

Saniōſus, a, um, *marcia*, Germ. *ſchwerüſſig*, Gall. *plein de ſang meurtry*, Hiſp. *lleno de ſangraza*, ἰχωρώδης, ſanie, & impuro ſanguine conſperſus. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Invalidi, aut non vitales partus eduntur, aut ſanioſi.

Sanĭtas, atis, *ſanità*, בריאות, Germ. *geſundheit*, Gal. *ſanté*, Hiſp. *ſalud*, *ſanidad*, ὑγίεια, incolumitas, ſtatus corporis actiones omnes ſuas probe obeuntis. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, a quibus conſtamus, ſanitas eſt: ſic animi dicitur, cum ejus judicia, opinioneſque concordant, eaque eſt animi virtus, quam alii ipſam temperantiam dicunt eſſe, alii obtemperantem temperantiæ præceptis, & eam ſubſequentem, nec habentem ullam ſpeciem ſuam, &c. *Quint. l.* 5. *c.* 10. Si robur corporibus bonum non eſt, minus ſanitas. ¶ Tranſlate dicitur etiam de animo, pro ſapientia, ſeu pro bono ſtatu mentis, animi quiete, & tranquillitate. *Ibid.* 3. *Tuſc. c.* 4. Sanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam, conſtantiaque cenſebant: his rebus mentem vacuam, appellarunt inſaniam. ¶ Hinc redire ad ſanitatem pro eo, quod eſt reſipiſcere. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 10. Quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante calendas Septembris poteſtas facta eſt. ¶ Item de oratione, pro ſtylo puro, & incorrupto. *Cic. de opt. gen. Or.* Illos potius, qui incorrupta ſanitate ſunt, quod eſt proprium Atticorum, quam eos, quorum vitioſa abundantia eſt, quales Aſia multos tulit.

Sanĭter, adv. *ſanamente*. *Afran.* apud *Non. c.* 11. *n.* 31. Adeſto, aſſentio ne amara, me adurare ſaniter.

Sanna, æ, f. *irriſione*, *dileggiamento*, לעג, Ger. *verſpottung*, Gall. *moquerie*, Hiſp. *eſcarnio*, μωκός, χλεύη, irriſio, quæ fit ore diſtorto, aut aliis geſticulationibus riſum moventibus. *Vetus Interpres Perſii in ſat.* 1. Sanna dicitur ut diſtortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus. Eſt a שן, *dens*, vel potius (quæ eſt conjectura Iſaaci Caſauboni, ad primam Perſii ſatyram) a שנן, *acuere*, unde שן, *dens*, & שן נגר, a *calcata arato*. Perottus cenſet dici a narium ſonito. Alii originem arceſſunt a Græco σάννας, quo Cratinus uſus pro ſtulto, ut teſtatur Euſtathius ad Odyſſ. ξ. pag. 1761. ubi & monet σάννας eſſe a Sannis populis, quos ipſius ætas vocabat Tzannos. *Juven. ſat.* 6. *v.* 305. I nunc, & dubita, qua ſorbeat aera ſanna Tullia. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 62. Quos vivere fas eſt occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ.

Sanneo,

Sannio, onis, m. *buffone*, מַרְקְלִים, Ger. *glaffer*, Gall. *mocqueur*, Hiſp. *moſador*, χλευαςής, ſcurra, qui omnibus modis riſum movere nititur, qui ſoluto riſu, & contorto corporis totius partibus quempiam irridet, moreſque aliorum tam inepta geſtu exprimit, ut, dum alios irrideat, ipſe omnibus ſit ridiculus. *Cic. l. 9. Fam. ep.* 16. Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum. *Id. l. 2. de Or. c.* 61. Atque hoc etiam animadvertendum, non eſſe omnia ridicula faceta. Quid enim poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipſo. Salſum hunc poſſum dicere, atque ita, non ut ejuſmodi oratorem eſſe velim, ſed ut mimum.

Sano, as, a. 1. *ſanare*, *guarire*, רָפָא, Ger. *geſund machen*, Gal. *guerir*, Hiſp. *ſanar*, ὑγιάζω, ſanum facio, redintegro, incolumitati reſtituo. *Cic. 4. Tuſc.* Citius repentinus oculorum tumor ſanatur, quam diuturna lippitudo repellitur. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur pro ad bonam mentem revocare. *Cic. 2. Catil.* Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare Reipublicæ. *Id. 4. Fin. c.* 24. Quæ hic Reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille ſanabat. *Senec. Herc. Fur. v.* 1261. Morte ſanandum eſt ſcelus. *h. e.* expiandum.

Sanqualis, ſive ſanguelis, is, f. φήνη, genus avis. *Feſtus.* Sanqualis avis appellatur, quæ in Commentariis Auguralibus oſſifraga dicitur, quia in Sangi Dei tutela eſt. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 7. & *Liv. l.* 41. *c.* 13.

Sanſa. V. Sampſa.

Santerna, æ, f. chryſocolla ex nitro confecta, quo artifices utuntur in agglutinando auro. *Plin. l.* 33. *s.* 5.

Santones, m. 3. pop. Galliæ, in Aquitania, quorum tractus nunc Santonia, *la Saintonge*, dicitur, eſtque inter Ingoliſmenſium tractum ad Or. Pictones ad Bor. Aquitanum veram ad Merid. & Oceanum ad Occ. Hujus tractus præcipua urbs eſt Santones, ſeu Mediolanum Santonum, *Saintes*. *Lucan. l.* 1. *v.* 422. gaudetque amoto Santonus hoſte.

Santonicus, a, um, adject. ad Santonas pertinens. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 145. Tempore Santonico velas adoperta cucullo. ¶ Santonicum, abſolute, & Santonica herba, abſinthium, qua Gallia Alpibus finitima abundat, *ſantonico*. *Plin. l.* 27. *c.* 7. & *Colum. l.* 6. *c.* 25.

Sanus, a, um, *ſano*, בָּרִיא, Ger. *geſund*, Gal. *ſain*, Hiſp. *ſano*, ὑγιής, integer, incorruptus, proſpera utens valetudine, cujus partes omnes probe ſuas obeunt functiones, a σάος, inſerta liquida. *Cic. 2. Phil.* Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. *Cato c.* 157. Tam aitiſſime ſanus fies ex eo morbo. *Celſ. l.* 3. *c.* 4. Etiam ſaniſſimo dari debet cibus. ¶ Transfertur quoque ad animum, & uſurpatur pro ſapiente, vel eo, qui rationis, & recti judicii compos eſt. *Plaut. Trin.* 2. 4. 53. Satin' tu ſanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies? *Cic. 1. de nat. Deor.* Eſſe igitur Deos, ita perſpicuum eſt, ut id qui neget, vix eum ſanæ mentis exiſtimem. *Id. 9. Attic. ep.* 15. Ego illum male ſanum ſemper putavi, nunc etiam impurum, & ſceleratum puto. ¶ Item ad orationem, pro bono, recto, incorrupto. *Cic. in Brut.* Nihil erat in ejus oratione, niſi ſincerum, nihil niſi ſiccum, atque ſanum. *Id. ibid.* Rhodii ſaniores, & Atticorum ſimiliores.

Sapa, æ, f. *vino cotto*, ex muſto decocto tertia pars reliqua, ἕψημα, σίραιον. *Plin. l.* 14. *s.* 9. Siræum, quod alii hepſema, noſtri ſapam appellant, ingenii, non naturæ opus eſt, muſto uſque ad tertiam partem menſuræ decocto, quod ubi factum ad dimidiam eſt, defrutum vocamus. *Id. l.* 23. *c.* 2. Vini cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. ¶ Inter ſapam, defrutum, & carænum hoc intereſt, inquit *Pallad. in Octobr. tit.* 18. quod defrutum dicitur muſtum a defervendo, ubi ad ſpiſſitudinem fortiter deſpumaverit: carænum, cum tertia perdita, duæ partes remanſerint; ſapa, ubi ad tertias redacta deſcenderit. Hæc *Pallad.* cæterum ipſum quoque defrutum dicitur a *Colum.* vinum ad tertias decoctum. V. *Defrutum*.

Sapæi, m. 2. pop. Thraciæ, in conf. Myſiæ, ſeu Scythiæ Europææ, in ora maris Euxini, al. inter Neſtum, & Hebrum in ora Auſtrali Thraciæ. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Saperda, æ, f. genus piſcis, qui & coracinus fluviatilis dicitur. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 134. Quid agam? rogitas? ſaperdas advehe Ponto, Caſtoreum, ſtuppas, hebenum, thus &c. ¶ Ponitur tranſlate pro ſapiente, & lepido, tanquam ſit a *ſapio*. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 823. Omnes videmur nobis eſſe belluli, & feſtivi ſaperdæ, cum ſimus σαπροὶ, h. e. putidi & marcidi. Al. leg. *cum ſimus capreæ*. hoc eſt ſcurræ.

Saphon, onis, m. funis navis in prora poſitus. *Cæcil.* apud *Iſidor. l.* 19. *Orig. c.* 4. Venerio curſu veni, prolato pede uſque ad Saphonem.

Sapide, adv. cum ſapore. *Apul. l.* 8. *A. A.* Femur ſapidiſſime percoctum.

Sapidus, a, um, *ſaporito*, εὔχυμος, quod gratum ſaporem habet. *Apul. l.* 2. *Metam.* Tucetum perquam ſapidiſſimum. *Apic. l.* 9. *c.* 10. Jus ſapidum. Et *c.* 11. Sapidiores piſces. ¶ Tranſlate ſapidæ puellæ. *h. e.* ſapientes, *Alcim. Avit. ad Soror. v.* 458. *ex parabola Matth. c.* 25.

Sapiens, entis, o. *ſapiente*, *ſaggio*, *ſapuco*, חָכָם, Ger. *verſtandig*, Gal. *ſage*, Hiſp. *ſabio*, σοφός, qui ſapit, ſapientia præditus, ſapientia præſtans, a *ſapio*. *Cic. pro Cluent. s.* 31. Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit ipſi, veniat in mentem. *Id. 4. Catil.* Miſera mors ſapienti non poteſt accidere. *Ovid. 1. de ar. am. v.* 65. ſera & ſapientior ætas. ¶ In Græcia ſeptem viri uno, eodemque tempore floruere, qui Sapientes habiti, & nominati ſunt. Hi fuere Thales Mileſius, Solon Athenienſis, al. Salaminius, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prienæus, Cleobulus Lyndius, Myſo Chenæus. *Plato in Protagora.* Vulgo loco Myſonis Periander Corinthius numeratur. Nominis originem hanc narrant. Cum piſcatoribus ex Choo inſ. rete ad litus trahentibus Mileſii quidam ſuperveniſſent, piſcationemque illam non conſpecto reti mercati eſſent, dum rete expanderetur, inter piſces etiam tripus aureus inventus eſt. De tripode inter piſcatores, & Mileſios controverſia exorta eſt, cum Mileſii tripodem ſibi vindicarent, quod reti contineretur, piſcatores negarent, quod illis non niſi piſces vendidiſſent. Eam controverſiam & ipſæ civitates Miletus, & Choos ſuſcepere, adeo ut pæne ad arma venirent. Tandem Apollinem conſuluere, qui reſpondit, donum illud illius ætatis ſapientiſſimo deberi. Igitur communi conſenſu ad Thaletem Mileſium tripus miſſus eſt. Sed cum Thales aſſereret, Biantem multo ſe eſſe ſapientiorem, ad Biantem fuit allatus. A Biante autem de cauſa pervenit ad Pittacum, & a Pittaco ad alium, ita, ut orbe peracto ad Thaletem rediret. Tunc ſeptem illi viri ſtatuerunt, tripodem illam Deo deberi, qui ſolus & vere ſapiens eſt, & largitor ſapientiæ. Quare in templo Apollinis Deo dicatus fuit. Admirati Græci hanc virorum illorum animi magnitudinem, eos ſapientes eſſe, ſapienteſque eſſe appellandos judicavere, quod divitias contemnerent, quodque ſapientia ſibi invicem cederent, ſeque a Deo illam habere profiterentur. *Plut. in vita Solonis.* *Diog. Laert. l.* 1. *c.* 1. *vita Philoſ.* Vixere poſt Lycurgum, & Homerum, ſed ante Pythagoram, qui primus auſus non eſt ſe ſapientem appellare, ſed dixit ſe philoſophum eſſe, id eſt ſapientiæ, intelligentiæque amatorem. *Cic.* 5. *Tuſc.*

Sapienter, adv. *ſaviamente*, Ger. *weiſslich*, Gal. *ſagement*, Hiſp. *ſabiamente*, σοφῶς, ſecundum ſapientiam. *Cic. pro Dom.* Qui non ficte, & fallaciter populares, ſed vere, & ſapienter fuerunt. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 6. Nemo eſt, qui tibi ſuadere ſapientius poſſit te ipſo. *Id. de clar. Orat. c.* 42. Servius ſapientiſſime perfecit, ut &c. *Plaut. Men.* 5. 7. 2. Imperium meum ſapienter habeatis curæ.

Sapientia, æ, f. *ſapienza*, חָכְמָה, Ger. *weiſheit*, Gal. *ſageſſe*, Hiſp. *ſabiduria*, σοφία, cognitio rerum omnium, tum humanarum, tum divinarum. *Cic. 1. Off. c.* 43. Princepſque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ eſt rerum expetendarum, fugiendarumque ſcientia. Illa autem ſapientia, quam principem dixi, rerum eſt divinarum, atque humanarum ſcientia, in qua continetur Deorum, & hominum communitas, & ſocietas ipſorum inter ipſos. *Id. 5. Tuſc. c.* 3. Nam ſapientiam quidem quis negare poteſt non modo re eſſe antiquam, verum etiam nomine? quæ cum divinarum, humanarumque rerum, tum initiorum, cauſarumque cujuſque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos aſſequebatur. ¶ Per Catachreſin dicitur etiam de una aliqua ſcientia, ut de Juriſprudentia. *Cic. 2. de Or.* Iſtam oſcitantem, & dormitantem ſapientiam Scævolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus. ¶ Sumitur quoque interdum pro judicio, prudentia, ſagacitate. *Cic. in Or. c.* 21. Sed eſt eloquentiæ, ſicut reliquarum rerum, fundamentum ſapientia. *Id. pro Marcel. c.* 2. Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. ¶ Item pro temperatione quadam lenitatis & prudentiæ. *Cic. pro Dejot. c.* 5. Re iniquum eſt, ſed tua ſapientia fit æquiſſimum. *Id. pro Marcel. c.* 6. Ut mihi videantur Dii immortales vel placati jam, vel ſatiati aliquando omnem ſpem ſalutis ad clementiam, & ſapientiam victoris contuliſſe. ¶ Pro ſapore, & ſapiendi facultate, a *ſapio*, quod ſaporem habere ſignificat. *Sympoſium poeta* verus *in ænigmate de perna*. (*refert Voſſ. in Æthymol.*) Una mihi ſoror eſt, plures licet eſſe putentur, De fumo facies, ſapientia de mare nata eſt. Huc alluſiſſe videtur *Teren.* cum inquit *Adelph.* 3. 4. 61. Hoc ſalſum, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum: illud recte: iterum ſic memento, ſedulo moneo pro mea ſapientia.

Sapientialis, le, adject. a *ſapientia*. *Tertul. de anim. c.* 15. Summus in animo gradus vitalis, & ſapientialis.

Sapientipotens, entis, o. qui ſapientia multum valet, ut bellipotens, qui plurimum poteſt bello. *Cic. 2. de Div. c.* 56. Poſtremo quanquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Æacidarum, bellipotentes ſunt magis, quam ſapientipotentes, tamen hanc verſus amphibologiam intelligere potuiſſet.

Sapineus, a, um, ἐλάτινος, quod ex ſapino eſt. *Col. l.* 12. *s.* 5. Alii taxibus ardentibus ſapineis idem efficiunt.

Sapinus, i, f. ἐλάτη, pars abietis inferior, quæ enodis eſt, ſicut ſuperior, quæ nodoſa eſt, *fuſterna* dicitur. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem ſua lingua ſapinum vocat. *Plin. l.* 16. *c.* 39. *Cato R. R. c.* 31. Prælum a ſapino atra potiſſimum facito. ¶ Eſt etiam hoc nomine gemma ex genere jaſpidum. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Sapio, is, ſapivi, vel ſapii, (vel ſapui, præſertim in compoſitis) a. 4. *ſapere*, *eſſere ſavio*, חָכַם, Germ. *weiſſig ſeyn*, Gal. *être ſage*, Hiſp. *ſaber*, φρονέω, ſapiens ſum, vel rectam ſententiam, vel opinionem habeo. Sed incertum eſt, qua de re ſapio primo dicatur. Aliis placet, primo de animo dici, pro ſapientem eſſe. Quorundam judicio primo dicitur de rebus boni, maliqve ſaporis, inde ad animum transfertur. *Cic. in Ver.* 2. Hic plane nihil ſapit. *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 5. Qui, cum primum ſapere cœpit, acerbiſſimos dolores, miſeriaſque percepit. id eſt uſum rationis habere. *Martial. l.* 9. *ep.* 6. Nubere vis Priſco? non miror, Paula, ſapiſti. *Novius apud Non. c.* 10. *n.* 31. Quando ego plus ſapivi, qui fullonem compreſſi Quinquatribus. Ubi *Nonius* ſapivi pro ſapui. ¶ Quandoque dativo jungitur. *Plaut. Trin.* Haben' tu amicum, aut familiarem, cui pectus ſapiat? ¶ Sapere rem ſuam, eſt ſcire, quid ſibi agendum ſit. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 81. Deſiſte, recte ego meam rem ſapio. ¶ Sapere ad genium, eſt noſſe probe curare cuticulam, & indulgere genio. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 58. Sapis multum ad genium. ¶ Notat etiam, ut diximus, ſaporem habere, *aver ſapore*, χυμίζειν, & pertinet ad ſenſum guſtus, propterque res ipſa ſapere dicitur, quæ habet in ſe aliquem ſaporem. *Col. l.* 7. *c.* 8. Nec dubium, quin tus ramulis glaciatus caſeus jucundiſſime ſapiat. *Plin. l.* 9. *c.* 17. *de mullis*. Laudatiſſimi conchylium ſapiunt. h. e. conchylii ſaporem habent. ¶ Dicitur etiam de ſenſu, ſive organo guſtus, pro ſaporem percipere, vel de ſaporibus recte judicare. *Cic. 2. Fin. c.* 8. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. ¶ Transfertur ad odorem. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Certe Cicero, lux doctrinarum altera, meliora, inquit, unguenta ſunt, quæ terram, quam quæ crocum ſapiunt. ¶ In hac notione pro ſaporem habere ſumitur non ineleganter per tranſlationem, pro referre. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 11. Cum ſapimus patruos. id eſt cum ſapientiam patruorum referimus.

Sapis, m. 3. Iſapis, *il Savio*, fl. Æmiliæ. Oritur in Romandiola Florentina 15. M. P. ſupra Sarſinam, deinde per Romandiolam propriam fluens, in mare Hadriaticum cadit. *Plin. l.* 3. *c.* 15.

Sapium, ii, genus picis. *Plin. l.* 16. *s.* 19.

Saplutus, i, m. valde dives, ζάπλουτος. Legitur in *Petronii fragment. Tragur.*

Sapo, onis, *ſapone*, *ſavone*, בֹּרִית, Ger. *ſeiffen*, Gal. *ſavon*, Hiſp. *xavon*, σάπων, σμῆγμα, compoſitum quoddam ex ſevo, & cinere, quo linteo veſtes, & manus mundantur, & dealbantur. *Plin. l.* 28. *c.* 12. Prodeſt & ſapo. Gallorum hoc inventum, rutilandis capillis ex ſevo, & cinere.

Saponarius, ii, m. qui ſaponem conficit. *Plin. Valerian. l.* 1. *c.* 21.

Saponatum, i, n. *ſaponata*, ſaponis aqua macerati bullæ. *Theod. Priſcian. l.* 1. *s.* 8. Saponato aliquid lavare.

Sapor, oris, *ſapore*, טַעַם, Germ. *geſchmack*, Gall. *ſaveur*, Hiſp. *ſabor*, χυμός, χυμός, qualitas illa rerum, quam guſtu dignoſcimus, ab Æolico, & Laconico ὀπὸς, pro ὀπὸς, *ſuccus*. Nam ſapor eſt in ſucco, & humore, eoque pro ſucci bonitate, aut pravitate res bene, vel male dicitur ſapere. *Plin. l.* 15. *c.* 27. Tria ea mundi elementa ſunt ſine ſapore, ſine odore, ſine ſucco, nempe ignis, aer, aqua. *Id. ibid.* Communia pomis, omnibuſque ſuccis ſaporum genera tredecim reperiuntur: dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus, &c. *Cic. 3. Fin. c.* 10. Ut enim mel, etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur. ¶ Tranſlate ponitur pro jucunditate ſermonis. *Cic. in Brut. s.* 46. Gravem obruebat, neſcio, quo ſapore vernaculo. ¶ Item pro ſapientia. *Arnob. l.* 3. Quiſquam ne eſt hominum rationis alicujus ſapore contactus, qui &c.

Sapor, is, commune nomen plurium Perſarum Regum, ut Pharao Ægyptiorum. *Sidon. carm.* 7. *v.* 99. Paſsilieus Sapor.

Saporatus, a, um, adject. ſaporem habens, ſapidus. *Tertul. de Spectac. c.* 27. Condita pulmenta, & bene ſaporata. *Arnob. l.* 5. Saporatior ſanguis. *Turneb. l.* 28. *Adverſ. s.* 45. & *l.* 29. *c.* 6. legit etiam apud *Virg.* 6. *Æn. v.* 420. Melle ſaporatam, & medicatis frugibus offam. Ubi alii *ſoporatam*.

Saporus, a, um, adject. ſaporatus, ſapidus. *Prudent. Cathem.* 4. *v.* 49. Nil eſt dulcius, ne magis ſaporum.

Sapphicus, a, um, adject. a Sappho, ut Sapphicum carmen. *Diomed. Gramm.* Sapphica Muſa. *Catul. carm.* 35. *ad Cæcilium Novocomenſ.*

Sapphi-

Digitized by Google

Sapphiratus, a, um, σαπφειρωτός, ſapphiris intertextis variegatus. *Sidon. l. 2. ep. 10.* Ac ſi ſub verſicoloribus figuris vernans herbida cruſta ſapphiratos lapillos, &c.

Sapphirinus, a, um, σαπφείρινος, quod eſt ex ſapphiro, ut Lapis ſapphirinus. *Plin. l. 37. c. 9.* Ineſt ei aliquando & aureus pulvis, non qualis in ſapphirinis.

Sapphirus, f. 2. *zaffiro*, σάπφειρος, lapis pretioſus coloris aerii, aureis punctis collucens. *Plin. l. 37. c. 9.* Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Cæruleæ & ſapphiri, raroque cum purpura.

Sappho, us, f. 4. σαπφώ, inſignis Poetria Lyrica, carminis inventrix, quod ab ea *Sapphicum* appellatur, ex Ereſſo urbe Lesbi inſ. qua tempeſtate floruere Alcæus, Terpſichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii Priſci. Ea plectrum prima invenit. Scripſit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Jambos, & Monades. *Ovid. Heroid. ep. 15. v. 3.* An, niſi legiſſes auctoris nomina Sapphus, &c. Hæc ex amoris impotentia de Leucada ſe præcipitem dedit. Hinc *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 54.* ſaltuſque ingreſſa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho. ¶ Puellarum amoribus infamis fuit. Hinc *Horat. l. 2. od. 13.* Æoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus.

Sappinia Tribus non fuit una ex Romanis Tribubus, ſed ita appellata eſt regio Umbriæ. *Liv. l. 31. c. 2. & l. 33. c. 37.*

Saprophago, is, a. 3. putridis cibis veſcor, a σαπρός, *putris*, & φάγω, *comedo*. *Martial. l. 3. epigr. 77.* Ut quid enim, Baetice, ſaprophagis? Quidam Editiones ſcribunt græce σαπροφαγεῖς. Eſt enim græca vox.

Sapros, adject. σαπρός, græce, putridum ſignificat. Hinc apud *Plin. l. 28. c. 9.* Sapros caſeus dicitur, qui cum ſale, & ſorbis ſiccis a vino tritus, potuſque medetur cœliacis.

Sarabara, æ, f. & Sarabara, orum, n. veſtis Perſicæ genus fluxum, & ſinuoſum, ut *Suidas*, & *Iſid. l. 19. c. 23.* deſcribunt. *Tertul. de Pall. c. 4. de Alexan. M.* Vicerat Medicam gentem, & victus eſt Medica veſte; triumphalem cataphractam amolitus, in captiva ſarabara deceſſit. *Id. de reſur. carn. c. 58.* Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras, nec ſarabara læſerunt.

Saraceni, m. 2. populi Arabiæ Felicis, qui prius Agareni, & poſtea Iſmaelitæ dicti ſunt, quorum regio Saraca, vel Saracene. *Ammian. l. 24.*

Sarcaſmus, i, m. σαρκασμός, (vox græca) ironia amara, irriſio quæ fit diductis labiis, oſtenſiſque dentibus more canum. *Diomed. Gram. Quintil. l. 8. c. ult.* Talis eſt illa *Virg. 12. Æn.* En agros, & quam bello, Trojane, petiſti Heſperiam metire jacens.

Sarcimen, inis, n. *fitta*, ſutura. *Apul. l. 4. A. A.* Tunc tenui ſarcimine ſummas oras ejus adæquavimus, & juncturæ rimam ſetæ denſitate ſepſimus.

Sarcina, æ, f. *carico*, *peſo*, *bagaglio*, משא, Germ. *Bürde*, Gall. *charge*, Hiſp. *carrica*, *carga*, φορτίον, ἀποσκευή, onus, & proprie utenſilium eſt, & eorum, quæ ad cultum, & ad ſimilem uſum pertinent, veluti faſcis, quem quis in itinere faciendo comportare poſſit. Differt ab onere. *Corn. Fronto:* Onus vehiculorum, & majus eſt, ſarcina hominum. *Cæſ. 2. B. G.* Cum prima legio in caſtra veniſſet, reliquæque legiones magnum ſpatium abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri. ¶ Res etiam noſtras domi ciſtis, capſiſve compoſitas ſarcinas vocamus. *Quintil. declam. de paſtu cadaver.* Jacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. ¶ Tranſlate *Ovid. Heroid. ep. 4. v. 24.* Sarcinaque hæc animo non ſedet apta meo. ¶ Imponere alicui ſarcinam, eſt alicui per fraudem negotium faceſſere, moleſtiam exhibere. *Plaut. Moſtel. 2. 1. in fin.* Hinc ſpeculabor procul, unde advenienti ſarcinam imponam ſeni.

Sarcinalis, le, adject. ad ſarcinas pertinens, ut ſarcinalia jumenta, *beſtie da carico*, *Ammian. l. 15. c. 7.*

Sarcinarius, a, um, σκευοφορικός, quod ad ſarcinas pertinet, ut Sarcinarium jumentum, quo ſarcinæ vehuntur. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 81.* Illi omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.

Sarcinas, atis, n. pro ſarcina quidam Lexicographi probant ex *Plaut. Moſtel. 3. 1. 83.* ſed ibi legitur: Quid Sarſinatis ecqua eſt, ſi Umbram non habet. ubi alludit ad Sarſinam, quæ una eſt ex Umbriæ urbibus. V. *Taubman.*

Sarcinator, oris, *ſartore*, *riſarcitore*, ἀκεστής, ſartor, qui reſarcit, ac reparat, & ſpeciatim qui ſuit, & veſtes reficit, a *ſarcino*. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 818.* Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime. *Plaut. Aul. 3. 5. 41.* Petunt fullones, ſarcinatores petunt. *Paul. l. fullo, ff. de furt.* Fullo, vel ſarcinator, qui polienda, & ſarcienda veſtimenta accepit, & contrectatione eorum furtum facit.

Sarcinatrix, icis, *ſartora*, ῥάπτρια, mulier, quæ veſtes ſuit, & reficit, a *ſarcino*. *Var. apud Non. c. 1. n. 276.* Homines ruſticos in vindemia incondita cantare, ſarcinatrices in machinis. *Cajus l. & ancillar. de pecul.* Maxime ſiqua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare anerit.

Sarcinatus, a, um, σκευοφορῶν, ſarcinis onuſtus. *Plaut. Pœn. 3. 2. 19.* Video homines ſarcinatos conſequi?

Sarcinoſus, a, um, adject. *peſante*. *Apul. l. 8. Metam.* Lupi vaſtis corporibus ſarcinoſi. *Auct. Priapejor. carm. 79.* Non eſt poeta ſarcinoſior noſtro. h. e. majore inguinum pondere præditus.

Sarcinula, æ, ἀποσκευάριον, exigua ſarcina. *Juven. ſat. 3. v. 160.* Quis gener hic placuit cenſu minor, atque puellæ ſarcinulis impar? h. e. dote, & opibus. *Id. ſat. 6. v. 145.* Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi.

Sarcio, is, ſarſi, ſartum, a. 4. *riſare*, Germ. *zuſammen flicken*, Gall. *raccoutrer*, Hiſp. *zurzir*, ἀνακαλύζω, reficio, reſtituo, inſtauro, reparo. *Plin. l. 11. c. 10. de apibus:* Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciendum. *Cat. de R. R.* Uti ſit, unde corbulæ fiant, & veteres ſarciantur. ¶ Tranſlate dicitur de rebus incorporeis, pro compenſare, damnum ſolvere, remedium adhibere. *Cæſ. l. 1. B. C.* Dum ſarcire acceptum detrimentum volunt. *Id. l. 3. B. C.* Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumque ſtudium infamiæ ſarciendæ. *Cic. l. 3. Fam. epiſt. 1.* Ut longi temporis uſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam. *Id. Phil. 9.* Sarcire injuriam alicui.

Sarcion, Σάρκιον, vitium ſmaragdi, a Σάρξ, *caro*, quia eſt velut quædam carnoſa pars, & obſcura. *Plin. l. 37. c. 5.*

Sarcites, æ, f. Σαρκίτης, gemma, quæ bubulam carnem repræſentat. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Sarcitor, oris, qui ſarcit, & reficit. *Inſcript. apud Fabret. pag. 753.* M. Fulvius ſarcitor ſibi, & Claræ Conlibertæ F.

Sarcitrix, icis, quæ ſarcit. *Non. c. 1. n. 276.*

Sarcium, i, Σαρκίον, caruncula, vitium carnoſum gemmarum. *Plin. l. 37. c. 5.*

Sarcocele, es, fem. 1. Σαρκοκήλη, genus herniæ, vel ramicis, cum caro in ipſo ſcroto concrevit. *Celſ. l. 7. c. 18.* græcis literis ſcribit.

Sarcocolla, æ, f. *ſarcocolla*, Σαρκοκόλλα, genus arboris, & ejus lacryma in Perſide, a Σάρξ, *caro*, & κόλλα, *glutinum*, quia vulnera glutinat. *Plin. l. 13. c. 11.* Fit & ex ſarcocolla (ita vocatur arbor) gummi utiliſſimum Pictoribus, ac Medicis, ſimile pollini thuris, & ideo candidum, quam rufum, melius. *Id. l. 24. c. 14.* Sunt qui & ſarcocollam ſpinæ lacrymam putent, pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem.

Sarcophagus, i, m. Σαρκοφάγος, lapidis, ſive marmoris genus, in quo corpora defunctorum condita intra ad oſſa redigantur, nec modo caro, ſed etiam oſſa ipſa intra quadrageſimum diem abſumuntur, exceptis dentibus, a Σάρξ, *caro*, & φαγεῖν, *comedere*. Ut pluſimum erat lapis Aſſius, qui ſic vocabatur, qui effoderetur in Aſia regione Troadis, vel Myſiæ, nempe circa Aſſum urbem. *Plin. lib. 2. cap. 96.* At circa Aſſon Troadis lapis naſcitur, quo conſumuntur omnia corpora, ſarcophagus vocatur. *Id. lib. 36. c. 17.* In Aſſo Troadis ſarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur. Corpora defunctorum condita in eo abſumi conſtat intra quadrageſimum diem, exceptis dentibus. *Juv. ſat. 10. v. 172.* Sarcophago contentus erit. ¶ Per Synecdochen pro ſepulchro poni conſuevit. Quanquam autem ſarcophagi primo ex Aſſo lapide, poſtea tamen ſarcophagi dicti omnes mortuorum loculi, etſi ex alia eſſent materie. *Modeſtin. ad l. libertis, ff. de alimentis, vel cibariis legatis.* Ut per abſentiam filiarum mearum ad ſarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent.

Sarcoptes, æ, m. Σαρκόπτης, titulus eſt libri ſecundi Apicii, in quo agit de carnium ſectione, deque inciſarum carnium condimentis, a Σάρξ, Σαρκός, *caro*, & κόπτω, *cædo*.

Sarculatio, onis, f. *ſarchiatura*, *ſarchiamento*, Σκάλευσις, actus ſarculandi, ſarritio. *Plin. l. 18. c. 21.* Sarculatio indurata hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus vernis. Aliqui legunt *tepentibus*.

Sarculatus, a, um, adject. ſarriendo purgatus. *Prudent. in Romano, v. 264.* Nata in hortis ſarculatis.

Sarculo, as, n. *zappare*, *eſtirpare con la zappa*, *ſarchiare*, Germ. *jetten*, Gall. *ſarcler*, Hiſp. *eſcardar*, Σκαλλω, Σκαλίζω, ſarculo abſcindo, ſarrio. *Pallad. Januar. tit. 9.* Sunt ſarculanda frumenta. *Et mox.* Si ſiccas ſegetes ſarculaveris. Addunt & *Colum. lib. 5. cap. 9.* (al. 8.) ſed ibi rectius *ſarculare*.

Sarculum, li. n. & Sarculus, i, m. *zappa*, *ſarchiello*, *ſarchio*, מעדר, Germ. *jatzhacke*, Gall. *ſarcler*, *ſarcloir*, Hiſp. *eſcardillo*, Σκαλίς, inſtrumentum, quo ſarritur, *Varrone*, & *Iſidoro* teſtibus, ideſt herbæ inutiles inter ſegetem ſuccreſcentes avelluntur. *Cat. c. 10.* Sarcula octo, palas quatuor. *Hor. l. 5. carm. od. 1.* Gaudentem patrios findere ſarculo agros. *Pallad. Januar. tit. 43.* Sarculi vel ſimplices, vel bicornes.

Sarda, æ, f. *ſarda*, *ſardella*, ψαλλιανός, piſcis genus, ad condimenta, & ſalſuras utile, a Sardinia inſ. *Iſid. l. 12. c. 6.* arceſſit hoc nomen ex Tyria lingua: nam ea piſcem quendam *ſar* dici, indeque & ſardas vocari, & ſardinas, quæ græce Θρίσσαι. *Plin. l. 33. c. ult.* Solea, ſargus, ſcylla, ſarda. Ita vocatur pelamis longa, ex oceano veniens. *Id. l. 32. c. 5.* Privatim contra preſteris morſum ſarda prodeſt. ¶ Sarda item, Σάρδα, & dim. Σαρδίον, lapis pretioſus eſt, qui aliter ſardius dicitur. *Id. l. 37. c. 6.*

Sardachates, æ, f. Σαρδαχάτης, genus gemmæ in Sardinia. *Plin. l. 37. c. 10.*

Sardanapallicus, a, um, adject. a Sardanapalo. *Sidon. l. 2. ep. 13.* Sardanapalicum in morem prandere.

Sardanapalus, i, m. 2. Σαρδανάπαλος, poſtremus Rex Aſſyriorum triceſimus a Nino. Fuit tanta libidine, ac mollitie, ut muliebri habitu inter mulieres nere non erubeſceret. Ad hunc videndum (quod nemini ante eum permiſſum fuerat) Præfectus ipſius, Medis Præpoſitus, nomine Arbactus, cum admitti magna ambitione ægre obtinuiſſet, invenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis, & oculorum laſcivia omnes fœminas anteiret, penſa inter virgines partientem. Quibus viſis, indignatus tali fœminæ tantum virorum ſubjectum, facta conjuratione, bellum ei intulit, quo is victus in Regiam ſe recepit, & extructa, incenſaque pyra, & ſe, & divitias ſuas in incendium miſit, hoc ſolo imitatus virum. *Juſtin. l. 1.*

Sardi, orum, m. *popoli della Sardegna*. *Sardi venales*, proverb. eſt dictum de hominibus improbis, & nullius pretii. *Aurel. Victor. de Vir. illuſtr. de T. Sempronio Graccho.* Prætor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero conſulatu Sardiniam; tantumque captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret, Sardi venales. *Cic. Fam. 7. ep. 24.* Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.

Sardianus, a, um, quod ſpectat ad Sardes urb. Lydiæ, ut Sardiani balani, ideſt caſtaneæ. *Plin. l. 15. c. 23.* Sardibus eæ provenere primum. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. ¶ Sardiani, Sardis incolæ. *Cic. 13. Fam. ep. 55.*

Sardina, æ, f. vel

Sardinia, æ, f. *ſardella*, Θρίσσα, genus piſcis, al. Sarda, & Sardina, a Sardinia inſ. *Col. l. 8. c. 17.* Tabentes haleculas, & ſalibus exeſam chalcidem, putremque ſardiniam. Al. leg. *ſardinam*.

Sardinia, æ, *Sardegna*, Σαρδώ, Σαρδόνιον, inſ. ingens Italiæ, inter mare Tyrrhenum, & Balearicum. *Strabo*, & *Solinus* ſcribunt, nomen accepiſſe a Sardo Herculis filio, qui e Libya veniens cum multitudine colonorum inſulam occupavit. Antea Græce Ichnuſa vocabatur, ab effigie τοῦ ἴχνους, *veſtigii*, *ſolea*, h. e. imæ partis pedis humani. Similiter Latine *Sandaliotis* dicebatur, propter figuram ſandalii. *Plin. l. 3. c. 7.* Fertilis inſula eſt, ſed ſoli, quam cœli, melioris. Ut fœcunda eſt, ſic pene peſtilens. Cauſam afferunt, quod habeat a Septentrione montes editiſſimos, qui prohibent, quominus a Borea poſſit perflari. Hoc nomine olim tam male audivit, ut M. Cicero Quintum fratrem moneret, etiam tum, cum optime valeret, meminiſſe eum debere, in Sardinia ipſum eſſe. Et *7. Fam. epiſt. 24.* Tigellium quendam Sardum hominem eſſe ait patria ſua peſtilentiorem. *Martial.* quoque *l. 4. epigr. 60.* Sardiniam Tyburi, tanquam ſaluberrimo loco peſtilentiſſimam, opponit. Nullo, inquit, fata loco poſſis excludere, cum mors Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt.

Sardinianus, a, um, ad Sardiniam pertinens. *Var. apud Non. c. 14. n. 34.* Cubare in Sardinianis tepetibus.

Sardiniensis, ſe, adject. ad Sardiniam pertinens, ut Sardinienſis triumphus, ex Sardinia devicta actus, *Nep. in Catone, c. 1.*

Sardis, is, & in plur. Sardes, ium, ibus, urbs Lydiæ, magna, & celebris, Crœſi quondam regia. *Hor. l. 1. ep. 2.* quid Crœſi regia Sardis? *Nep. in Miltiade, c. 4.* Quod Iones Sardes expugnaſſent.

Sardius, ii, m. nomen gemmæ, fortaſſe ejuſdem, quæ Sarda vocatur a *Plin. Tertul. l. 2. adv. Marcion. c. 10.*

Sardo, as, a. 1. intelligo, apud vet. *Næv. apud Feſt.* Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

Sardonicus, a, um, adject. &

Sardonius, a, um, *Sardeſco*, Σαρδόνιος, quod eſt ex Sardinia inſ. quæ græce Sardo, & Sardon vocatur. *Rutil. l. 1. v. 354.* Nec quæ Sardonico ceſpite maſſa fluit. ¶ Sardonius riſus, Σαρδόνιος γέλως, riſus, qui ſimulatus, & cum ſtomacho fit, riſus fictus, amarulentus, ita dictus a Sardoa herba in Sardinia, qua veſcentes riſus ſimilitudine cum ſpaſmo emoriuntur. *Solin. & Serv. ad 7. Ecl.* Sed alii a more Sardorum Sardiniæ populorum arceſſunt hujus proverbii originem. *Zenodotus* in Collectaneis ſuis Æſchylum citat, qui ita ferme tradiderit in opere de Parœmiis, gentem eſſe quandam Carthaginienſium Coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet, ei morem eſſe, ſenes ſeptuageſimum prætergreſſos annuo Saturno ſacrificare, ridentes interim, ac mutuo ſe ſe amplexantes, quod turpe ducerent

Digitized by Google

nerent in funere aut ejulatum edere, aut lacrymas profundere, hinc aſſimulatum riſum Sardonium vocari cœptum. *Timæus apud eund. Zenodorum* ait, Sardoniis conſuetudinem fuiſſe, ut filii parentes jam grandiores juxta foſſam, aut præcipitium, in quo ſepeliendi forent, collocarent, atque inde fuſtibus cædentes, in eam darent præcipites, qui interim pereuntes ridebant, exiſtimantes eam mortem felicem, atque egregiam, quod liberorum impietate interirent. *Cic. l. 7. Fam. ep. 26.* Videris mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. Alii riſum Sardonium ridere in hoc Ciceronis loco interpretantur præſentis, & qualiſcunque delectationis cauſa perniciem ſibi acceſſere, ſive ut re eſſe hilarem, quæ paulo poſt magnum malum eſt allatura.

Sardonychātus, a, um, σαρδονυχωτὸς, ſardonyche ornatus. *Martial. l. 2. epigr. 29.* Cujus & hine lucet ſardonychata manus.

Sardonўchus, i, m. idem ac ſardonyx. *Juven. ſat. 13. v. 139.* Arguit ipſorum quos litera, gemmaque Princeps Sardonychus. Alii aliter leg.

Sardŏnyx, ychis, m. & f. *ſardonica*, σαρδόνυξ, genus gemmæ, a *ſarda*, quæ notat gemmam coloris rubei a Sardis primum repertam, & *onyx*, gemma, cujus eſt color ſubcandidus, unguis humani ſimilitudine, quia utriuſque colorem obtinet. *Plin. l. 37. s. 6.* Sardonyches olim, ut ex nomine ipſo apparet, intelligebantur candore in ſarda, hoc eſt velut carnibus ungue hominis impoſito, & utrinque tranſlucido. *Juven. ſat. 6.* In manibus denſi radiant teſtudine tota ſardonyches. *Perſ. ſat. 1.* Et natalitia tandem cum Sardonyche albus.

Sardŏus, a, um, *Sardeſco*, σαρδῷος, quod eſt ex Sardinia, vel ad Sardiniam ſpectat. *Ovid. 4. Faſtor.* Sardoaque Regna ſiniſtris Aſpicit a remis. ¶ Sardoa herba, σαρδόνιος πόα, herba in Sardinia, apiaſtro ſimilis, in ambitu montium naſcens, quæ ſapore dulcis eſt, ſed guſtantibus mortem affert, ita dolore ora hominum in riſus contrahendo, ut velut ridentes nem ſpaſmo moriantur. Ita *Serv.* ſcribit ex *Salluſt. ad Virg. Ecl. 7. v. 42. V. Guilandin. comment. de papyro, pag. 88. & ſeq.* ubi inter alia narrat, ſe, cum in Sardinia eſſet, experientia didiciſſe, Sardoam herbam paſſim in ejus inſulæ aquis pullulare, ſed nullam vim noxiam aquis impertiri.

Sardus, a, um, adject. qui eſt ex Sardinia. *Hor. de ar. poet. v. 375.* Sardo cum melle papaver.

Sarepta, æ, f. *Sareſende*, aliis *Saphet*, urbs Phœniſiæ in ora maris Syriaci, inter Sidonem, & Tyrum. Hinc

Sareptānus, a, um, adject. ad Sareptam pertinens. *Sidon. carm. 17. v. 15.* Quæque Sareptano palmite miſſa bibas.

Sargus, i, m. piſcis melanuro ſimilis, quem in Ægyptio mari fere naſci, tradit ex *Lucilio Feſtus*.

Sasi, n. genus fruticis circa Nilum naſcens, duorum cubitorum altitudine, craſſitudine pollicari, coma papyri. *Plin. l. 13. s. 23.*

Sariſſa, æ, f. *aſta*, *lancia*, *picca*, Germ. *ſpeeſſ*, Gall. *lance*, Hiſp. *lança*, σάρισσα, haſta prælonga, qua Macedones in bello utebantur. *Ælianus* docet, ſariſſam eſſe lanceam, qua utitur phalanx Macedonica, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. *Liv. l. 37. s. 42.* Et impeditus intercurſu ſuorum uſus prælongarum haſtarum, ſariſſas Macedones vocant. *Lucan. l. 8. v. 298.* Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas.

Sariſſophŏrus, i, m. qui ſariſſa utitur, ut olim Macedones. *Liv. l. 36. s. 18.* Macedonum robur, quos ſariſſophoros appellabant.

Sarmătæ, arum, m. Σαρμάται, pop. Europæ, ultimi Europæorum gentium. Græcis Sauromatæ vocati ſunt. *Plin. l. 4. c. 12.* Regionem totius Europæ latiſſimam incoluerunt, in Scythiam quoque Europæam protenſi: quin etiam in Aſiam progreſſi ſunt, uſque ad Hyrcanum mare, ubi Sarmatæ Aſiatici dicebantur. Habitabant olim montes, & ſaltus. Habitu, armis, moribus, vivendique ratione Scythis, ac Parthis ſimiles erant. Ideoque ejuſdem originis cum his fuiſſe conjicere licet. Multi plauſtris pro domibus utebantur. Hinc *Hamaxobii* nuncupati ſunt. Alii ob ſævitiam hyemis demerſa in humum ſedibus ſpecus, aut ſuffoſſa habitabant. Totum erant brachati corpus, ut ait *Mela lib. 3. cap. 1. &*, niſi, qua viderent, una etiam veſtiti. Corpora ſua non ſolum fœminæ, ſed etiam mares pingebant. *Plin. l. 22. c. 1.* Paſcebantur lacte equino. Unde quidam eos ἱππημολγοὺς, ideſt equarum mulſores, quidam γαλακτοπότας, hoc eſt lacte veſcentes vocant. Erant etiam quidam interius habitantes, qui ſanguinem equinum lacte mixtum potabant, quos vocant Gelonus. *Martial. de ſpectac. epigr. 3.* Item Sarmatæ alii erant, qui cruda farina equino ſanguine ex cruribus detracto mixta alebantur. *Plin. l. 18. cap. 10.* Alii bellorum, & cædis amatores, quibus bellantibus mos erat cruorem ejus, quem primum interemiſſent, ne ipſius vulneribus bibere. Apud hos ut quiſque plures interemiſſet, ita eximius habebatur. Erant & in Scythiæ finibus Sarmatæ, qui carne equina veſcebantur, alii, qui humana carnis alimento vitam ducebant, propter quod vocabantur *Anthropophagi*. Auri, & argenti ignari vice rerum commercia exercebant. Nonnulli pro victimis homines immolabant. ¶ De Sarmatis *Plinius* meminit *l. 4. s. 11. 12. 13. l. 6. c. 5. & 13. l. 8. c. 40. l. 18. c. 10. l. 22. c. 1. l. 26. s. 10.*

Sarmatĭa, æ, f. *Sarmazia*, Σαρματία, prov. vaſtiſſima orbis terrarum. Duplex eſt, Sarmatia Europæa, & Sarmatia Aſiatica: hæc nunc dicitur *Tartaria*, illa *Polonia*. V. Geographus, & *Plin. l. 4. s. 12.*

Sarmatĭce, adv. Σαρματικῶς, more Sarmatarum. *Ovid. 5. Triſt. el. 12.* Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

Sarmatĭcus, a, um, Σαρματικὸς, quod ad Sarmatiam ſpectat. *Ovid. l. 4. Triſt. eleg. 8.* Qui me terraque, marique Jactum Sarmaticis expoſuere locis.

Sarmătis, idis, f. Sarmatiſſa, Σαρματὶς, patron. a Sarmatia. *Ovid. l. 4. Triſt. eleg. 10.* Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Sarmentitĭus, a, um, φρυγάνιος, quod eſt ex materia ſarmentorum. *Col. l. 6. c. 26.* Verum vulnera ejus ſarmentitio cinere linienda ſunt. ¶ Sarmentitii olim dicti Chriſtiani, quia ad ſtipitum alligati, ſarmentis circumdatis comburebantur, teſte *Tertul. in Apolog. c. 50.*

Sarmentōſus, a, um, *ſarmentoſo*, φρυγανώδης, quod plurimum habet ſarmenti. *Plin. l. 25. c. 11.* Pſyllion alii cynoides, alii cynomyiam appellant, radice tenui, ſupervacua, ſarmentoſum.

Sarmentum, i, *ſarmento*, *potature*, Ger. *rebre holtz*, Gall. *ſarment*, Hiſp. *ſarmiento*, κλῆμα, φρύγανον, ſuperflua vitis virgula, quæ ideirco amputatur, virgula ſupervacua a vite abſciſſa. *Feſt.* Sarpta vinea, putata, ideſt pura facta. Virgulæ enim relictæ impedimento vitibus ſolent eſſe, quæ ideo abſcinduntur. Inde etiam ſarmenta Scriptores dici putant. Sarpere enim antiqui pro purgare dicebant. *Cic. de Sen.* Ne ſylveſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. *Id. 3. Ver.* Ligna, & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere cœperunt. ¶ Frequentiſſime tamen etiam ſarmentum accipitur pro palmite, ſeu flagello adhuc in vite hærente, *tralcio*. *Colum. l. 3. c. 10.* Numerus uvarum, qui plerunque conſpicitur in productiſſimo ſarmento. ¶ Item pro lignoſo illo ramuſculo, cui ſtipatim affiguntur uvarum acini. *Plin. l. 23. s. 1.* Sarmenta earum, in quibus acini fuere, aſtringendi vim habent.

Sarnus, m. 2. *Sarno*, *Scafato*, flu. Picentinorum. Profluit ex Tifata M. qui ibi Sarnus a *Vibio Sequeſtro* appellatur; ſeparat Picentinos a Campanis; poſtea in ſin. Neapol. ſe exonerat infra Pompejos. *Plin. l. 3. s. 5.*

Sarŏnicus Sinus, Saronis, *Golfo de Engia*, ſin. maris Ægæi, inter Atticam, & Peloponneſum extenſus, inter promont. Sunium, & Scyllæum ad Or. & Iſthmum Corinthiacum ad Occ. Rigat Athenas, Megaram, & Trœzen. Et in eo ſunt inſulæ Ægina, & Salamis. *Plin. l. 4. c. 5.*

Sarpēdon, onis, maſc. Σαρπηδὼν, filius Jovis ex Laodamia Bellerophontis filia. *Homer. l. 6. Iliad. Serv. in 1. Æn.* Hic cum Lyciæ Rex eſſet, & in armis ſtrenuus, Priamo ſuppetias tulit adverſus Græcos, ubi, cum multa edidiſſet virtutes ſuæ documenta, tandem interfectus eſt, ſecundum *Homerum*, & *Boccatium* a Patroclo, ſecundum *Virgilium* ab Achille, ſecundum *Ovidium* ab Ulyſſe. Ejus corpus Jovis juſſu ab Apolline e media pugnantium ſublatum eſt, flumine lotum, ambroſio reſperſum liquore, regia indutum veſte, & ad exequendum funus ſuis reſtitutum. Reliquit filium nomine Antiphatem, quem & ipſum ad bellum duxerat. *Virg. 1. Æneid. & Ovid. 13. Metam.*

Sarpēdon, n. 2. prom. Ciliciæ, inter Celenderim ad Occ. & Zephyrium ad Or. apud oſtia Calycadni flu. cum opp. cogn. Nomen accepit a Sarpedone filio Jovis, qui in ea loca profectus eſt. Ciliciam a Pamphylia diſtinguit. *Plin. l. 5. c. 27.*

Sarpo, is, a. 3. purgo. *Feſt.*

Sarptus, a, um, adject. purgatus. *Feſt.* V. Sarmentum.

Sarra, æ, f. ita olim dicta fuit Tyrus Phœniciæ urbs clariſſima, auctore *Ennio apud Prob. Grammat. Serv. ad 4. Georg. Gel. l. 14. c. 6. & Plaut. Truc. 2. 6. 58.* ubi & *Sara* ſcribitur unico r.

Sarrăcum, i, n. *carro da vettura*, עֲגָלָה, Ger. *karren*, Gal. *chariot*, Hiſp. *carro*, ἅμαξα, vehiculi genus, in quo corbis erat, aut ſimile vas idoneum ad res plures in eo conſervandas; quo lapides, ligna, & ſimilia vehebantur. *Juven. ſat. 3. v. 233.* Longa coruſcat ſarraco veniente abies. *Id. ſat. 5. v. 23. de plauſtro ſigno cœleſti*: Aut illo tempore, quo ſe frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ. Eo etiam *Cicero* uſus eſt in *Piſoniana*, ex qua *Fabius l. 8. c. 3.* hæc verba adducit: Cum tibi tota cognatio in ſarraco advehatur. Etiam plauſtra, & ſarraca conjungit *Vitruv. l. 10. s. 1.* item vehicula, & ſarraca *Capitolin. in Antonino Philoſ.* ¶ Dicitur & *Serracum*, quod V.

Sarrānus, a, um, adject. a Sarra urbe, eadem quæ Tyrus, ut Sarranum oſtrum. *Virg. 2. Georg. v. 506.* Sarrana aulæa, *Juven. ſat. 10. v. 38.* Sarranæ violæ. *Colum. l. 9. c. 4.* Sarrana Juno, *Sil. l. 6. v. 468.* quia Carthagine maxime colebatur, Carthaginenſes autem e Tyro oriundi. ¶ Sarranæ tibiæ ita dictæ ſunt, quia a Tyriis fuerunt inventæ, quemadmodum Phrygiæ a Phrygibus. In titulo *Adelphorum Terentii*. Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis Sarranis. Al. leg. *Serranis*, putantque ita dictas a ſoni genere, quod nempe ſtridentis ſerræ ſonitum referrent. *Turneb. l. 28. c. 34. V. Manut. de quæſ. per epiſt. par. 3. epiſt. 4.*

Sarrapis, is, m. idem qui Serapis deus Ægyptiorum. *Plaut. Pœn. 5. 5. 33.*

Sarraſtes, Populi Campaniæ, Sarno amni vicini, a quo & nomen accepiſſe putantur. *Virg. 7. Æn.*

Sarrio, is, ivi, itum, n. 4. *zappare*, σκαλίζω, eſt herbas inutiles inter ſegetem ſuccreſcentes ſarculo evellere, & purgare, ſegetes leviter ſcalpendo a noxiis herbis ſarculo purgare. Differt ab occare. Nam *occare* eſt grandes terræ glebas comminuere, ut pulvere ſeminis jacta cooperiantur, *ſarrire* eſt herbas inutiles inter ſegetem ſuccreſcentes ſarculo evellere. Deinde *occare* poſtremum eſt in agro colendo, *ſarrire* eſt primum poſt enatas fruges. Fit enim, cum ſeges eſt in herba. Prius enim ruſtici terram vertunt, bini ſerunt, inde occant, tum ſarriunt. *Plaut. Capt. 3. 5. 3.* Nam ſemper occant prius, quam ſarriant ruſtici. *Var. l. 1. de R. R. c. 29.* Prata purgari, ſalicta ſeri, ſegetes ſarriri. *Plin. l. 18.* Qui ſarrit, caveat, ne frumenti radices ſuffodiat.

Sarritĭo, onis, *zappamento*, *zappatura*, σκάλσις, actus ſarriendi, frugum, vinearumque a noxiis herbis purgatio. *Var. l. 1. de R. R. c. 18.* Peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis. *Colum. l. 2. c. 9.* Frequentem tamen exigunt ſarritionem.

Sarrītor, oris, *zappatore*, σκαλευτής, qui ſarrit. *Colum. l. 2. c. 13.* Tritici modii quatuor, vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas.

Sarritorĭus, a, um, adject. ad ſarriendum pertinens. *Colum. lib. 2. cap. 13.* Hordei modii quinque operas tres exigunt, occatoriam unam, ſarritoriam unam, &c.

Sarritūra, æ, idem ac ſarritio. *Colum. l. 11. c. 2.* Sarritura quoque frumentorum iteratur egregie.

Sarsĭna, f. 1. *Sarſina*, urbs Æmiliæ, ad Sapim flu. qui 10. M. P. ſupra oritur. *Plin. l. 3. c. 14.*

Sarsĭnas, atis, com. gen. qui eſt ex Sarſina urbe. *Plin. l. 3. c. 14. & Plaut. Moſt. 3. 1. 83.* V. Saſſinas.

Sarsūra, æ, idem quod ſartura, a *ſarcio*. *Var. l. 3. R. R. c. 9.* Ego quæ ſequor ſarſuræ aſſuræ membra de palumbis: hoc eſt, ut *Turneb. l. 24. c. 32.* explicat: Peto ut ſartias, & expleas membra omnia, quæ ad hanc nutricationem pertinent. Alii leg. *ſarſuræ* a farcio.

Sartāgo, inis, f. 3. *ſartagine*, *padella*, מַחֲבַת, Germ. *tiegel*, Gall. *poille a frire*, Hiſp. *ſarten*, τήγανον, patella, in qua res friguntur. *Plin. lib. 16. c. 11.* Terebinthinam in ſartagine ferventi. *Juven. ſat. 10. v. 64.* urceoli, pelves, ſartago, patellæ. ¶ Uſurpatur etiam tranſlate. *Perſ. ſat. 1.* Quæris ne, unde hæc ſartago loquendi venerit in buccas? Ubi *Caſaubonus* putat, Poetam reſpicere ad panes in ſartagine frictos, qui fiebant a variarum rerum mixtione, ut e farina, adipe, melle, ſeſamo, aliiſque. Alii ita explicant: Hoc eſt, hic linguæ ſtridor, qualis ex ſartagine, cum aliquid frigitur, ſonat. Vel, hic corruptus, ac depravatus loquendi mos. Frigendo enim ſartago confuſum, & diſſonum reddit ſtrepitum.

Sarte, adv. integre. *Feſt.*

Sartor, oris, m. 3. *riſarcitore*, *ſartore*, ἀκεστής, qui ſarcit, vel reſarcit. Item qui ſarrit. *Non. 1. 7. n. 24.* Sartor non ſolum a ſarciendo, ſed etiam a ſarriendo deducitur, & tam eum, qui ſarcit, quam qui ſarrit, ſignificat. *Plaut. Capt. 3. 5. 3.* Sartor, ſatorque ſcelerum, & meſſor maxume.

Sartūra, æ, f. idem ac ſarritura, per Syncopen. *Plin. l. 18. c. 27.* Sarturam nocere & vineæ, & ſegeti exiſtimatus. ¶ Eſt etiam idem ac ſarcimen, reparatio, refectio, a *ſarcio*. *Col. l. 4. c. 26.* Jugo, ſi non erit opus nova ſartura, recentia vincula inſerentur. *Senec. de vit. beat. c. 25.* Per ſarturas veteris lintei effluens. Alii leg. *ſuturas*.

Sartus, a, um, ἐπισκευασθεὶς, integer, redditus, refectus, particip. a ſarcior. Tranſlate *Horat. l. 1. ep. 3.* An male ſarta gratia nequidquam coit, & reſcinditur? ¶ Sarta tecta, num. plur. idem eſt, atque integra, & incorrupta. *Feſt.* Sarte in Auguralibus pro integro ponitur, ſane, ſarteque audire, videreque. Ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, ut integra præſtentur, ſarta tecta vocantur. Etenim ſarcire eſt integrum facere. Hæc *Feſtus*. Dicimus autem, Sarta tecta locare, tradere, exigere, conducere, habere, præſtare, tueri. Locabant Cenſores, vel etiam Conſules, exigebant ipſi quoque Cenſores, vel Conſules, interdum Ædiles, aliquando etiam Prætores, nec niſi cum Senatus decreverat, tradebant, conducebant, habebant, præſtabant, tuebantur redemptores. *Cic. 3. Ver.*

Digitized by Google

Var. l. 50. Cum L. Octavius, C. Aurelius Conſules ædes ſacras locaviſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere, neque ii Prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos, & M. Cæſius, factum eſt Senatuſconſultum, quibus de ſartis tectis cognitum, & judicatum non eſſet, uti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoſcerent, & judicarent. *Id. paulo poſt:* Quæſivit, quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. *Et rurſus.* Monumentum illa amplitudine, illo opere quamvis ſartum tectum, integrumque eſſet. *Liv. l.* 42. Cenſorum moribus regendis creatum, cui ſarta tecta exigere ſacris publicis, & loca tuenda more majorum traditum eſſet. ¶ Hæc locutio etiam translate uſurpatur pro incolumi, abſoluto, perfecto. *Plaut. Trin.* u. 2. 3. Sarta tecta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia. hoc eſt omnibus numeris obedientiæ tibi parui, unguem latum, aut digitum tranſverſum a tuis præceptis non diſceſſi. *Cic. l.* 13. *Fam. epiſt.* 50. Ut M. Curium ſartum, & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum, integrumque conſerves.

Saſo, onis, f. *Saſeno*, inſ. maris Jonii, ante Aulonem urb. Macedoniæ proxima Orico opp. Epiri. *Sil. l.* 7.

Saſſumini, m. 2. pop. Aquitaniæ, inter Garumnam, & Pyrenæos montes, quorum opp. *Sarrancis*. *Plin. l.* 4. c. 19.

Sat, adv. idem ac ſatis, per Apocopen. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Qui non ſat habuit conjugem illexiſſe in ſtuprum. h. e. cui ſatis non fuit, *non gli baſtò*. *Id.* 13. *Att. epiſt.* 3. Sat diu. *Ter. Adel.* 3. 3. 6. Sat ſcio. *Idem Andr.* 1. 1. Sat eſt, curabo.

Sata, orum, n. V. Satum.

Satageus, a, um, ſollicitus, anxius, a *ſatago*. *Sen. ep.* 98. Et iſtos ſatageos, ut ſibi moleſtos. Ita enim ibi legerunt *Eraſmus*, *Alciatus*, *Gruterus*.

Satagĭto, as, n. 1. idem ac ſatago. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 23. *ſecundum Tmeſim*, Nunc agitas ſat tute tuarum rerum.

Satăgo, is, n. 3. *eſſere ſollecito*, *fare con diligenza*, טרח, Ger. *ſich bemuhen*, Gall. *ſoigner*, *ſe preſſer*, Hiſp. *cuydarſe*, *ſer congoxoſo*, ἀγωνιάω, πολυπραγμονέω, eſt anxium eſſe, animo diſtorqueri difficultate rei alicujus conficiendæ, diligentem eſſe, feſtinare, a *ſat*, & *ago*. Uſurpatur vel abſolute. *Quintil. l.* 6. c. 4. Afer venuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem, & reponentem non agere dixit, ſed ſatagere. ¶ Vel cum genit. *Ter. Heaut.* 2. 1. 13. Eſt is quoque rerum ſuarum ſatagit. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de*. *Gel. l.* 9. c. 11. Conſulibus de vi, ac multitudine hoſtium ſatagentibus. ¶ Integrum eſt *ſatis ago*. *Apul. l.* 8. *Metam.* Coloni ſatis agentes rerum ſuarum. *Gell. l.* 19. c. 1. In ſentina ſatis agere.

Satan, indecl. & Satanas, æ, m. *Satanaſſo*, σατᾶν, & σατανᾶς, Hebraice adverſarium ſignificat, a radice שׂטן, adverſari, ita appellatur diabolus bonorum omnium hoſtis. *Tertul. Apol.* c. 22. Satanas princeps hujus mali generis. *Id. l.* 3. *cont. Marcion.* c. 10. Suſcitavit illi Satan. i. e. hoſtem.

Satanarĭa, æ, f. herba, quæ & Peucedanos dicitur. *Apul. de herb.* c. 94.

Satarĭus, V. Satorius.

Satelles, itis, com. 3. *ſatellite*, *cuſtode*, שׁוטר, Germ. *trabant*, Gall. *ſergent*, *garde de corps*, Hiſp. *guardia*, *archero*, δορυφόρος, miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non diſcedat. *Cic.* 5. *Ver.* Qui primus certos inſtituerit nomine Decumanos, re vera miniſtros, ac ſatellites cupiditatum ſuarum. *Ovid.* 5. *Faſt.* Ille Deum cuſtos, ille ſatelles erat. *Liv. l.* 1. Cum concurſu ad clamorem facto, comprehenſum Regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal Regis. ¶ Satelles Jovis. h. e. aquila. *Cic.* 2. *Tuſc. ex Poeta*. Triſti advolatu aduncis lacerans unguibus Jovis ſatelles paſtu dilaniat fero.

Satellitium, ii, n. ſatellitum manus cuſtodiæ cauſa. Tranſlate *Auguſtin. l.* 3. *de doctr. Chriſt.* c. 18. Cupiditas dominans, & ipſarum quoque Scripturarum, quibus evertenda eſt, ſatellitium quærens.

Satia, æ, f. V. Satias.

Satianter, adv. idem ac ſatiate. *Apul. l.* 7. *Metam.* Satianter paſtus.

Satĭas, atis, f. 3. idem ac ſatietas, per ſync. *Terent. Eun.* 5. 6. Ubi ſatias cœpit fieri, commuto locum. *Id. Hec.* 4. 2. Satias me jam tenet ſtudiorum iſtorum. *Lucr. l.* 2. v. 1036. Feſſus ſatiate videndi. *Liv. l.* 30. c. 3. Satias eum cepit amoris in uxore. *Macrob. l.* 7. *Saturn.* c. 12. Qui avidius vorat, facilius ſatias capit, quam qui &c. Prava hic quidem leg. capiunt, ut *ſatias* ſit accuſ. plur. a *ſatia*, *æ*, quod adhuc a nemine uſurpatum ſcio.

Satiāte, adv. *a ſazietà*, uſque ad ſatietatem, affatim. *Vitruv. l.* 2. c. 9. Ignis & aeris habendo ſatiate, humoris temperate. *Tertul. de anim.* c. 46. Satiatiſſime exhibere.

Satiātus, a, um, *ſatollo*, κεκορεσμένος, ἐμπλησθείς, ἐμπλησθεὶς. *Cic. de Sen.* Satiatis vero, & expletis jucundius eſt carere, quam frui. *Liv. l.* 2. c. 65. Ubi illuxit, Romanus integer, ſatiatuſque ſomno, productus in aciem, feſſum ſtando, & vigiliis primo impetu Volſcum perculit. *Sil. l.* 4. v. 437. Satiata ſanguine haſta. *Horat. l.* 1. *od.* 2. Nimis longo ſatiate ludo.

Satĭes, ei, f. 5. ſatietas. *Sil. l.* 4. v. 110. Nec finit, ſatieſve, novi ſed ſanguinis ardor Gliſcere. *Plin. l.* 8. c. 51. Fico carica ſaginatis, ac ſatie necatis. Al. leg. *ſatiur*. Alii hic quoque aliter legunt. *Juvenc. l.* 1. Proveniat tamen his ſaties potuſque, cibuſque.

Satiĕtas, atis, *ſazietà*, *pienezza*, *faſtidio*, שׂבע, Germ. *genuge*, Gal. *aſſouviſſement*, Hiſp. *hartio*, *hartura*, κόρος, proprie idem eſt, quod ſaturitas, licet frequentius accipiatur pro faſtidio, quod ex rei alicujus aſſiduo uſu nobis ingignitur. *Cic.* 3. *de Orat.* Et quod non ſolum delectet, ſed etiam ſine ſatietate oblectet. *Id. de Sen.* c. 20. Omnino (uti mihi quidem videtur) rerum omnium ſatietas vitæ facit ſatietatem. *Liv. l.* 24. Ad ſatietatem trucidare. *Id. l.* 8. Ad ſatietatem veſtram pugnavimus. ¶ In plurali num. *Vitruv. l.* 2. c. 9. *ante med.* Quercus terrenis principiorum ſatietatibus abundans.

Satin', ſatis ne. *Terent. And.* 4. 5. Satin' ſanus es, qui me id rogites? *Plaut. Trin.* 4. 3. 64. Satin' ego oculis plane video? *Id. Merc.* 2. 4. 13. Tute heri mihi narraſti. Ch. Satin' ut oblitus fui, tibi me narraviſſe? h. e. itane vero oblitus fui? &c. *Satin' ſalvæ?* eſt, ſatiſne res ſalvæ ſunt, pro quo & uſurpabatur, *ſatin' ſalva omnia?* Formula fuit interrogandi apud veteres, cum quid turbati eſſet. V. Salves, & Salve.

Satĭo, as, a. 1. *ſaziare*, השׂביע, Ger. *ſattigen*, Gal. *ſouler*, Hiſp. *hartar*, κορέω, ſaturo, expleo, a *ſatis*. *Cic.* 2. *Fin.* Veniebat enim ad cœnam, ut ſatiaret animo quieto deſideria naturæ. *Col. l.* 9. Satiatque ſemodius cibi in diebus ſingulis vicenos, & centenos turtures. ¶ Dicitur etiam de animo. *Cic. pro Dom.* Ne abſens quidem luctu meo mentes illorum ſatiare potui. *Id.* 3. *Fin.* Legendo ſatiari non poſſum.

Satĭo, onis, σπορά, actus ſerendi, vel tempus ſerendi, vel ipſum ſemen. *Cic.* 5. *Ver.* Ne, ſi tempus ſationis præteriiſſet, granum in provincia Sicilia nullum haberemus. *Id. ibid.* Ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur. *Virg.* 2. *Georg.* Optima vinetis ſatio eſt, cum &c.

Satĭor, & ſatius. V. Satis, nom. indecl.

Satis, n. indecl. *baſtante*, ἱκανός, ſufficiens. *Priſcian. l.* 15. Satis etiam loco nominis poſitivi accipitur. Itaque etiam comparationem recipit ſatius. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Brut.* Animo iſtuc ſatis eſt, auribus non ſatis. *Id.* 5. *Ver.* Quantum ad eam menſuram frumenti ſatis ſit, quem civitati imperas. *Id. de Am.* Satis erit reſpondere magnas, ingentes inquit. ¶ Vel cum gen. *Liv. l.* 41. Satis exemplorum alienæ clades præbent. ¶ *Satis habere*, eſt contentum eſſe, ſufficere. *Cic. pro Planc.* Sed non modo ſatis habere a me, ſed etiam vereri, &c. *Id. pro R. Am.* Non ſatis habeat avaritiam ſuam pecunia explere, niſi etiam, &c. ¶ *Satis agere*, eſt ſatagere. V. *Satago* in fine. ¶ *Non eſt ſatis æſtimare*, idem eſt ac non poteſt ſatis æſtimari, vel non poſſet quis ſatis æſtimare. *Plin. l.* 7. *in præfat.* Ut non ſatis ſit æſtimare, parens melior homini, an triſtior noverca fuerit. ¶ Comp. *ſatior*, & *ſatius*, quo ſignificatur melior, & melius. *Plin. l.* 17. c. 5. Erit igitur hæc optima, & operi ſatior. *Cic. Att. l.* 7. Video ſum altero vinci ſatius eſſe, quam cum altero vincere. *Aul. ad Her. l.* 4. Non igitur ſatius eſſet, dicet aliquis, ab initio, præſertim cum ſcribas, ad optimum, & electiſſimum verbum devenire.

Satis, adv. *aſſai*, *abbaſtanza*, *abbondantemente*, די, Ger. *genug*, Gal. *aſſez*, Hiſp. *baſtantemente*, ἅλις, ἱκανῶς, abunde, quantum opus eſt. *Cic.* 1. *Offic.* Ut nuper M. Craſſus negabat, ullum ſatis magnum pecuniam eſſe ei, qui in Rep. princeps vellet eſſe. *Id.* 4. *Acad.* Me quoque jocans ut, ut ita ſentiens (non enim ſatis intelligebam) cœpit hortari, ut ſententia deſiſterem. *Horat. Epod.* 1. Satis ſuperque me benignitas tua ditavit. ¶ Satis bene, *mediocremente*. *Cic.* 2. *Off. c. ult.* Cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, reſpondit, bene paſcere: quid ſecundum, ſatis bene paſcere: quid tertium, male paſcere.

Satiſacceptĭo, onis, ἱκανοδοσία, actus ſatiſaccipiendi. *Pompon. l.* 5. *ff. de verb. oblig.* Satiſacceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut adpromiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt qui idem promittant.

Satiſacceptus, a, um, nom. ex particip. Per tranſlationem ſatiſacceptum uſurpatur pro certo, comperto, firmo, quaſi datis fidejuſſoribus, & ſponſoribus. *Plaut. Moſtel.* 1. 3. 90. Si acceptum ſat habes, tibi fore illum amicum ſempiternum.

Satiſaccĭpio, is, c. 3. *ricevere ſicurtà*, ἀντεγγυάω, ἱκανὰς λαμβάνω, eſt accepto fidejuſſore ſibi cavere, accipere fidejuſſorem a debitore. *Pompon. l.* 5. *ſtipulationum alia. ff. de verb. oblig.* Satis autem accipere dictum eſt eodem modo, quo ſatisfacere. Nam quia id, quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatisfieri dictum eſt: & ſimiliter quia tales, quibus contentus quis futurus eſſet, rei dabantur, ut verbis obligarentur, ſatis accipi dictum eſt. *Cic. pro Quint.* c. 13. Si veretur, ut res judicio facto parata ſit, judicatum ſolvi ſatiſaccipiat. *Id. pro R. Com.* Qua de cauſa Flavius cum de tota lite faceret pactionem, neque ſatiſacciperet a Roſcio, &c.

Satiſdatĭo, onis, *ſicurtà*, κατεγγύησις, actus ſatiſdandi. *Cajus l.* 1. *ff. Qui ſatiſdare cog.* Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam ut ſatisfacere dicimur ei, cujus deſiderium implemus, ita ſatiſdare dicimur adverſario noſtro, cum pro eo, quod a nobis petit, ita cavemus, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fidejuſſoribus. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Et ſunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium, ut his & Memmianorum prædiorum, vel Atilianorum.

Satiſdātor, oris, *ſicurtà*, qui pro altero ſatiſdat. *Sidon. lib.* 4. *epiſt.* 24. Curatori needum ſatiſdator inventus eſt. Habet hanc vocem etiam *Aſcon. Pedian.*

Satiſdātum, i, ἱκανοδοτεῖν, idem ac ſatiſdatio. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 15. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores ejus non diſſolvere. *Pompon. l.* 5. *ff. de uſufr. accr.* Satiſdato promittere.

Satiſdo, as, dedi, datum, a. 1. *aſſicurare*, *fare la ſicurtà*, Ger. *einen burgen ſetzen*, Gal. *bailler caution*, Hiſp. *dar fianças*, ἱκανοδοτεῖν, ἐγγύας παρέχω, eſt dare fidejuſſore creditorem ſecurum reddere, cautionem dare, promittere per vadem. V. *Satiſdatio*. *Cic. Ver.* 3. c. 56. Qui redemerit, ſatiſdet damni infecti, ſubintellige *nomine*. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 6. Ille ſatiſdari abs te amplius non petit. *Id. Fam.* 13. *ep.* 28. Si quid tibi ſatiſdandum erit, amplius eo nomine non peti ſuves, ut ſatiſdetur fide mea. *Id. pro Quint.* c. 8. Ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatiſdet.

Satis exigo, is, a. 3. *richiedere la ſicurtà*, eſt vadem exigere. *Paul. l. Lucius Titius. §. cum in teſtamento, ff. de adminiſtr. tutor.* A quo Magiſtratus ſatis exegerunt, rem ſalvam fore.

Satisfacĭo, is, eci, actum, a. 3. *ſoddisfare*, השׁלים, Germ. *einen vernugen*, Gall. *ſatisfaire*, Hiſp. *ſatisfazer*, ἱκανὸν ποιέω, πληροφορέω, eſt tantum facere, quantum ſatis eſt. Conſtruitur cum dat. *Cic. l.* 14. *ep.* 7. Cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, pie, & caſte ſatisfacias. *Id. l.* 13. *ep.* 17. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. id eſt laudes tuas reddere immortales. *Id.* 5. *Ver.* Quam tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes. ¶ Vel præter dativum cum abl. & præp. *de*. *Caſ. l.* 5. *B. G.* Seque paratos eſſe demonſtrant omnibus rationibus de injuriis ſatisfacere. ¶ Vel cum abl. & præp. *in*. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 12. Ut, ſi mihi in pecunia minus ſatisfeciſſet. ¶ Sæpe refertur ad pecuniam, pro debitum exſolvere, æs alienum diſſolvere. *Cic. pro Flac.* Hermippus Fuſiis ſatisfacit, & fidem ſuam liberat. *Id. ad Q. Frat. l.* 1. *ep.* 3. Cum de viſceribus tuis, & filii tui ſatisfacturus ſis, quibus debes. hoc eſt tua ipſius pecunia. ¶ Interdum accipitur pro purgare ſe, ſive excuſare. *Cic.* 2. *Phil.* Ut mihi ſatisfieri paterer a te. *Sueton. in Caſ.* c. 73. Catullum, a quo ſibi verſiculis ſtigmata impoſita non diſſimulaverat, ſatisfacientem eodem die adhibuit cœnæ. ¶ Interdum pro placere, efficere, ut quid quiſpiam habeat, quod de nobis queratur. *Cic. Att. l.* 7. Cui nos valde ſatisfacere, multi ad me ſcripſerunt. *Id. l.* 2. *ad Q. Fr.* Officio erga aliquem in re aliqua ſatisfacere. ¶ Diviſum etiam uſurpatur. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 18. Factum tamen ſatis tibi. *Id. ib. l.* 4. *ep.* 3. De noſtra continentia, & diligentia faciemus ſatis. ¶ Reperitur etiam paſſivum *ſatisfacior*. *Vitr. apud Priſcian. l.* 8. *pag.* 789. *Putſchii*. Deorum cura non ſatisfacitur reipublicæ.

Satisfactĭo, onis, *ſoddisfazione*, actus ſatisfaciendi. *Tacit. de Germ.* c. 21. Luitur homicidium certo armentorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus. ¶ Item excuſatio, purgatio. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 13. Tu me inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis.

Satĭus. V. Satis.

Satīvus, a, um, σπόριμος, quod ſeminatur, vel quod idoneum eſt, ut ſeminetur, cui contrarium eſt agreſtis. *Plin. l.* 15. c. 7. Eadem ratio eſt in ſativa myrto. ¶ *Id. l.* 19. c. 8. Sativum tempus. h. e. ſationi idoneum.

Sator, oris, *ſeminatore*, σπορεύς, φυτευτής, qui ſerit, aut plantat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 34. Omnium rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator, & altor eſt mundus. *Plin. l.* 15. c. 1. Heſiodus negavit, ſatorem oleæ fructum ex ea percepiſſe quenquam. ¶ Sumitur etiam pro creatore, genitore. *Cic.* 2. *Tuſc. ex Poeta:* Tuque cœleſtium ſator jace, obſecro, in me vim coruſcam fulminis. id eſt Jupiter. ¶ Item pro auctore, ut ſator litis, *Liv. l.* 21. c. 6. ſator turbarum, *Sil. l.* 8. v. 259.

Satorĭus, & Satarius, a, um, adject. ad ſationem pertinens, ut ſatoriæ trimodiæ. *Col. l.* 2. c. 9. &, Sataria quala. *Cato de re ruſt.* c. 11.

Satrapēa, æ, f. idem ac Satrapia. *Curt. l.* 5. c. 1. Mazæum tranſfugam Satrapea Babyloniæ donat.

Satrăpes, æ, m. 1. *Satrapa*, *Prefetto*, *Preſidente*, שׂרים, Ger. *Landſvogt*, Gal. *Satrape*, Hiſ. *Prefecto*, *Prelado*, σατράπης, Præfectus Provinciæ. Eſt Perſicum

vocabulum. *Ter. Heaut.* 3. 1. Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre ejus ſumptus queat. *Gel. l.* 10. c. 18. Satrapen Græci vocant.

Satrapīa, æ, f. σατραπεία, νόμος, Regio, Præfectura. *Plin. l.* 6. c. 20. Etenim plerique ab Occidente non Indo amne determinent, ſed adjiciunt quatuor Satrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas.

Satraps, apis, m. 3. idem ac Satrapa. *Sidon. Carm.* 2. v. 78. Quiſque ſedet ſub Rege Satrapa. *Nepos in Lyſandro*, c. 4. Non eſt prætereundum factum Pharnabazi Satrapis regii. ¶ Poteſt tamen genitiv. *Satrapis* duci etiam a recto *Satrapes*, ut de ſimilibus notat *Voſſ. l.* 2. *de Analog.* c. 3.

Satricum, i, oppidum, & colonia Latii. *Plin. l.* 3. c. 5.

Satulle, adverb. cum ſaturitate, copioſe. *Apulej. l.* 7. Satulle apponere. Al. leg. *ſcitule*.

Satullo, as, a. 1. idem ac ſaturo. *Varro apud Non.* c. 2. n. 786. Neque coquam carnes, quibus ſatullem corpora, at famem ventris.

Satullus, a, um, idem ac ſatur. *Var. lib.* 2. *R. R. cap.* 2. Ut agni ſatulli fiant lacte.

Satum, i, & frequentius in plurali Sata, orum, n. *luoghi ſeminati*, *biade*, loca ſata, vel ipſæ ſegetes. *Quintil. in proœm. l.* 8. Gramine læto ſata ſtrangulat. *Virg. Ecl.* 3. Dulce ſatis humor. *Id.* 1. *Georg.* Sata læta.

Satur, ra, rum, *ſazio*, *ſatollo*, *pieno*, שָׂבֵעַ, Germ. *geſættiget*, Gal. *ſaoul*, Hiſp. *harto*, ἐμπλεως, ἀσπιδιῶν, cibo plenus, ſatiatus. *Ter. Adel.* 5. 1. 3. Intus ſum omnium rerum ſatur. *Id. Hec.* 5. 2. 2. Sed tu cum ſatura, atque ebria eris, puer ut ſit ſatur, facito. *Perſ. ſat.* 6. v. 71. Satur auferis extis. *Colum. l.* 7. c. 4. Agnus ſaturior. ¶ Ire, quo ſaturi ſolent, pro ire cacatum, honeſtis verbis dixit *Plaut. Curcul.* 2. 3. 83. ¶ Sumitur interdum pro fœcundo, abundanti. *Virg.* 2. *Georg.* v. 197. Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti. *Perſ. ſat.* 1. v. 71. Nec rus ſaturum laudare. *Sever. in Ætna*, v. 12. Saturæ meſſes. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Cic. in Orat.* Nec ſatura jejune dicet, nec grandia minute, nec item contra. Senſus eſt: Si quæ res ſunt plenæ, & quæ magis dicendi copia explicari poſſunt, non eas jejune, & exiliter tractabit, &c. ¶ Satur color, eſt plenus, vehemens, cui opponitur dilutus, *color ſaturo*. *Plin. lib.* 37. *cap.* 10. Jon apud Indos violacea eſt, ſed raro ſaturo colore lucet. ¶ Saturum geſtum, hoc eſt varium, plenum, perfectum. *Manil. l.* 5. v. 474. *de Pantomimis*. Æternis tamen aptus erit nunc voce poetis, Nunc ſatura geſtu.

Satŭra, æ, f. lanx variis frugum, pomorum, vel ſimilium generibus referta. *Porphyrio in Hor.* Lanx plena diverſis frugibus in templum Cereris infertur, quæ ſaturæ nomine appellatur. *Diomed. l.* 3. Lanx referta variis, multiſque primitiis ſacris Cereris inferebatur, & a copia, & ſaturitate rei ſatura vocabatur. Cujus generis lancium & Virgilius in Georgicis meminit, cum hoc modo dicit, Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Et, Lanceſque, & liba feremus. ¶ Ab hac lance cœpit etiam dici ſatura genus farciminis multis rebus refertum. V. verba *Feſti*, & *Paulli* infra. Conſtabat autem uva paſſa, polenta, & nucleis pineis ex mulſo conſperſis. *Diomed. ibid.* ¶ Satura item eſt lex, quæ uno rogatu multa ſimul complectitur. *Feſt.* Satura & cibi genus ex variis rebus conditum eſt, & lex multis aliis legibus conferta. Itaque in ſanctione legum adſcribitur, Neve per ſaturam abrogato, aut derogato. T. Annius Luſcus in ea, quam dixit adverſus Ti. Gracchum, Imperium, quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt. Et C. Lælius in ea, quam pro ſe dixit, Dein poſtero die, quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Hæc *Feſtus*, cujus tamen ſententia hac in re eruditis non placet. nam cum legimus *per ſaturam aliquid ſactum*, non videtur ſignificari lex aliqua ſingularis, ſed *per ſaturam* idem eſt ac confuſe, nullo ordine aut diſtinctione, ducta tranſlatione ab ea lance, quam diximus. *Ulpian. in præfat. ad Pandect.* §. 2. Hoc opus legentibus tradebatur, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim, & quaſi per ſaturam collectum, & utile cum inutilibus mixtum. Eadem ratione commodius explicari videntur exempla a *Feſto* allata. ¶ Denique ſumitur pro genere carminis, in quo multa metra, multæque res miſcentur. *Paul. apud Feſt.* Satura & cibi genus dicitur ex variis rebus conditum, & lex multis aliis conferta legibus, & genus carminis, ubi de multis rebus diſputatur. V. *Satyra*.

Satūræ palus, quæ & Pontina, juxta Circeios fuit, viginti trium olim urbium locus, ut aſt Muciani ſententia apud *Plin. l.* 3. c. 5. Hæc ad viam uſque Appiam pertingebat, ubi & vectibus trajiciebatur. Ejus meminit & *Virgil. l.* 7. *Æneid.*

Saturātor, oris, m. Eſt *Auguſtini epiſt.* 220. c. 15.

Saturātus, a, um, *ſaziato*, κορεσθείς. *Virg.* 5. *Æneid.* Necdum antiquum ſaturata dolorem. *Cic.* 5. *Ver.* Ut aliquando ex eorum agris, atque urbibus expleti, atque ſaturati, cum hoc cumulo quæſtus decederent. *Id.* 1. *de Div.* c. 29. Ea parte animi, quæ mentis, & conſilii eſt, excitata, & erecta, ſaturataque bonarum cogitationum epulis. *Id. pro Planc.* c. 8. Homines ſaturati honoribus. ¶ Tranſlate ponitur pro bene tincto. *Martial. l.* 8. *epigr.* 48. Saturatæ murice veſtes. *Plin. l.* 21. c. 8. Unus color in heliotropio, & in aliquo ex his plerunque ſaturatior.

Saturēja, æ, *ſantoreggia*, herba, quæ & thymbra, & cunila dicitur, θύμβρα. *Colum. l.* 10. v. 233. Et ſatureia thymi referens, thymbræque ſaporem. Adde *Plin. l.* 19. c. 8.

Saturejānus, a, um, adject. Saturejanus caballus dicitur ab *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. v. 59. qui in Saturejano agro totius Apuliæ fertiliſſimo altus ſuit, ideoque generoſus.

Satureium, ii, n. idem ac ſatureja. *Martial. l.* 3. *epigr.* 74. Improba nec proſunt jam ſatureia tibi. Adde *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 415.

Saturio, onis, m. homo ſatur. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 21. Eſurio venio, non advenio ſaturio.

Saturĭtas, atis, *ſatietà*, *ſazietà*, שָׂבְעָה, Germ. *ſattigkeit*, Gal. *ſaouleté*, Hiſp. *hartura*, πλησμονή, κόρος, cibi, & potus plenitudo, ſatietas. *Plaut. Capt.* 4. 2. 85. Proin tu Deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi. ¶ Quandoque pro fœcunditate ſumitur. *Cic. de Sen.* c. 16. Sed etiam delectatione, quam dixi, & ſaturitate, copiaque rerum omnium, &c. ¶ Interdum pro excrementis ventris. *Plin. l.* 10. c. 33. Adultioreſque circumagi docent, & foris ſaturitatem emittere. ¶ Apud *Plaut. Capt.* 4. 2. 97. Saturitas eſt Dea paraſitorum.

Saturnālĭa, orum, vel ium, n. κρόνια, feſta ſeptem, ſeu quinque dierum, in honorem Saturni. Aliqui dicunt, Saturnalia tribus diebus eſſe celebrata. Celebrabantur menſe Decembri, incipiebantque die 17. ut cernere eſt in Calendario. Erant dies illi pleni lætitiæ. In continuæ epulæ, ac comeſſationes erant: munera ultro citroque mitti, remittique ſolebant. Romani illis diebus ſynthesim, quod genus veſtis brevis erat, ſumebant, ſerviſque diſcumbentibus inſerviebant. Saturni enim ævo omnia communia fuere, nec, quid ſervitus eſſet, notum fuit. V. *Macrobium l.* 1. *Saturn.* c. 7. & *J. Lipſium l.* 1. *Saturn.* c. 2. *Cic. Attic. l.* 5. *epiſt.* 20. Saturnalibus mane ſe mihi Pindeniſſitæ dediderunt. *Macrob. l.* 1. *Saturn.* c. 2. Solſtitialis dies, qui Saturnaliorum feſta conſecutus eſt. *Id. ibid.* c. 4. monet rectius *Saturnaliorum* dici in genit. quam *Saturnalium*; nam ſic omnes fere Scriptores locuti ſunt, quanquam ex Grammaticorum regula *Saturnalium* dicendum videatur. ¶ Secundis, & tertiis Saturnalibus, pro ſecundo, & tertio die Saturnaliorum. *Cic. Attic. lib.* 13. *epiſt. ult.* Sed cum ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet. *Id. ibid.* Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam non quemquam admiſit. ¶ *Non ſemper erunt Saturnalia*, proverbium, quo ſignificatur, non ſemper proſperis rebus uti licere. *Senec. in apocolocynt.* Cum videt fortunas ſuas deplorantes cauſidicos, accedit, & ait: dicebam vobis, Non ſemper erunt Saturnalia.

Saturnālis, le, adject. ad Saturnalia pertinens, ut Saturnale feſtum, *Macrob. l.* 1. *Saturn.* c. 1. *a med.*

Saturnalitĭus, a, um, κρόνιος, quod ad Saturnalia pertinet. *Martial. l.* 5. *epigr.* 20. Saturnalitiæ ligulam miſiſſe libræ.

Saturnĭa, æ, f. Juno, filia Saturni. Suapte natura adjectivum eſt, ſiquidem Juno ſubintelligitur, quod nomen etiam ſæpe expreſſum reperitur. *Ovid.* 9. *Met.* Cladibus, exclamat, Saturnia paſcere noſtris.

Saturnĭa, æ, f. regio illa Latii, in qua Saturnus regnavit, ideſt Latium littorale. Sed hoc nomen poſtea ad totum Latium, imo ad univerſam Italiam extenſum fuit. *Virg.* 2. *Georg.* & 8. *Æn. Ovid.* 1. *Faſt.* & alibi. ¶ Item Saturnia oppidum fuit a Saturno conditum in monte Capitolino, ſive Tarpejo. Quare hoc nomine poſtea etiam Roma appellata eſt. *Virg.* 8. *Æn. Ovid. l.* 6. *Faſt.* ¶ Saturnia quoque, ſeu Colonia Saturniana, *Saturnia*, *Sicrogna*, urbs fuit Etruriæ, exciſa. Eo coloniam Romani miſere anno U. C. 572. C. Claudio, Q. Fabio Coſſ. eodem anno, quo Aquilejam, Mutinam, Parmam: Deduxerunt Triumviri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Ti. Sempronius Gracchus. Jugera in ſingulos dena data. *Sigon. l.* 2. *de ant. jure Italiæ*, c. 5. ¶ Saturnia etiam nomen ſuit portæ urbis Romæ, quæ al. Pandana.

Saturnigĕna, æ, m. Saturni filius. *Auſon. Idyl.* 15. v. 22. Teſtatur Saturnigenum, nec nomine ceſſat Inſonſare Jovem.

Saturnīnus, a, um, adject. Saturnini Italiæ populi in Etruria. *Plin. l.* 3. c. 5. ¶ Saturninus, cognomen fuit quorundam Rom. virorum, ut L. Apulejus Saturninus, apud *Flor. l.* 3. c. 16. L. Antonius Saturninus, apud *Aurel. Vict.* in *epitom.* c. 13. &c.

Saturnĭus, a, um, κρόνιος, quod ad Saturnum ſpectat, ut Conjux Saturnia, ideſt Ops, Virgo Saturnia, ideſt Veſta, Juno Saturnia, ideſt filia Saturni, Saturnius mons, ideſt Tarpejus, ſeu Capitolinus, ubi Saturnus oppidum condidit. *Ovid.* 6. *Faſt. Virg.* 2. *Æn.* & *Sil. l.* 10. ¶ Interdum accipitur pro Latino, & Romano, quia Saturnus in Latio regnavit. *Ovid.* 1. *Faſt.* Saturnia cujus Dempſerat oppoſitas invidioſa feras. ideſt virgo Romana, filia Sp. Tarpeji. *Virg. Ecl.* 4. Saturnia regna.

Saturnus, i, *Saturno*, κρόνος, filius Urani, vel Cœli, & Veſtæ, Rex Cretenſium. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sed idem *Cic. l. de Univerſ.* ſcribit, fuiſſe filium Oceani, & Salaciæ, nepotem Cœli, & Terræ. Vulgo etiam dixere Saturnum Pollucis filium, quod Saturnalibus continuæ epulæ, ac comeſſationes eſſent. *Fulgentius in Mythologicis*. Poetæ fabulati ſunt, Saturnum patri Cœlo virilia abſcidiſſe, atque in mare projeciſſe; inde Venerem eſſe procreatam, quæ a ſpuma, unde emerſit, *Aphrodite* nominata eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* & *Ovid. in Ibin.* Uxorem duxit ſororem ſuam Opem, ſeu Cybelen, ſive Rheam, ſive Tellurem. *Ovid.* 9. *Met.* Ex ea ſex filios ſuſcepit, Chironem, Chronum, Picum, Jovem, Neptunum, Plutonem, & quatuor filias, Cererem, Glaucam, Junonem, Veſtam ſecundam. *Ovid. l.* 6. *Faſt.* Sed Chronus, ſeu Cronus communiter exiſtimatur idem, qui Saturnus. Cum Titan Saturni frater major natu parenti ſuccedere vellet, tamen animadvertens, matrem, ſororeſque Saturno magis favere, Regnum ipſi conceſſit, ea tamen lege, ut Saturnus prolem maſculam educaret, ut Regnum ad ſuam prolem rediret. Saturnus igitur devorabat filios omnes maſculos, quotquot ſibi naſcerentur. Cum plures liberos devoraſſet, nati ſunt gemini Jupiter, & Juno. Tum mater Junonem Saturno oſtendit, Jovem vero clam nutriendum ablegavit, adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulſu obſtreperent, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem, cum ille puerum depoſceret, ut & ipſum devoraret, Ops lapidem oſtendit pannis involutum, ſimulans, eum lapidem partu e ſe editum eſſe, quem ille acceptum ſine mora devoravit. Neptunum quoque clam Saturno Ops peperit, quem ſimiliter clam educari curavit. Tertio rurſus geminos enixa eſt, Plutonem, & Glaucam. Tunc ſimiliter Glaucam Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. *Ovidius lib.* 4. *Faſt.* hujus impietatis Saturni cauſam affert, quod illi oraculum redditum fuerat, fore, ut e filio Regno privaretur. Detecta tandem fraude, cum Titan reſciviſſet, fratri prolem maſculam eſſe, ſuoſque ea ratione Regni ſucceſſione pelli, cum filiis, qui Titanes a patre cognominabantur, bellum adverſus Saturnum ſuſcepit, illumque, & Opem ſororem captos muro incluſit. Sed a Jove filio devictis Titanibus liberati ſunt, & in Regnum reducti. Porro Saturnus ex Oraculo edoctus, vel conjectura proſpiciens, fore, ut a filiis Regno pelleretur, cœpit Jovi inſidias ſtruere. Jupiter patris ſcelere detecto eum vinculis conſtrinxit, deinde ex Creta expulit. Saturnus in Italiam fugit. ¶ Venit in eam Italiæ regionem, in qua Janus, ideſt vel Noe, vel Japhet, vel Javen regnabat, a quo humaniſſime exceptus eſt. Diu apud Janum occultus vixit, & quaſi latitavit. Hinc regio illa Latium eſt appellata. *Virg.* 8. *Æn.* & *Ovid.* 1. *Faſt.* ¶ Accepit a Jano Regni ejus partem, regionem videlicet illam, ut ajunt, quæ poſtea Latium littorale dicta eſt. Hæc regio, in qua Saturnus regnavit, poſt illius mortem nuncupata eſt Saturnia. ¶ Congregavit in unum locum homines, qui in montibus, & in agris diſſipati erant, dedit leges de recte, & honeſte vivendo, mœnibus incluſit. Urbem, quam condidit, in Capitolino monte condidiſſe fertur, & de ſuo nomine appellaſſe Saturniam. *Virg. l.* 8. ¶ Docuiſſe dicitur Italos agriculturam, qui prius ſine ulla obſervatione, atque arte agros colebant. Hinc effingitur, & pingitur cum falce. ¶ Saturno regnante ſeculum aureum fuiſſe fabulantur. Terra enim ſua ſponte ſine opera aratri pariebat fruges, nulli erant limites agrorum, nulli ſervi, omnia omnibus communia erant, ſaltem in Latio, & in tota Italia. Hinc Romani Reipublicæ ærarium in templo Saturni collocaverunt. ¶ Poſt multas res geſtas, quibus immortalem famam eſſe adeptus videbatur, repente ex hominum oculis evanuit, vel morte, quam ſibi ipſe conſciverit, vel voluntaria diſceſſione ex Italia. ¶ Delubris, & aris honoratus fuit, non ſolum in Italia, ſed etiam in Græcia, & aliis orbis terræ regionibus. Sed potiſſimum in Occidente colebatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Romani in ædificatione templi Tritones inſculpſere in parte ſuperiore, eorum vero caudas ſub terra ſepelierunt, ut ſignificarent, poſt Saturnum hiſtoriam manifeſtam, & vocalem, ante obſcuram, & mutam fuiſſe. *Bocc.* ¶ Saturno humana hoſtia ſacra faciebant. Sed Hercules, cum venit in Italiam, barbarum illum morem ſuſtulit, præcepitque, ut Saturno ſacra de frugibus facerent, peracto autem ſacrificio triginta ſtatuas ad hominum ſimilitudinem effictas, & humanis veſtibus ornatas projicerent in Tyberim. Statuæ Argæi appellabantur, fortaſſe ab Argis Herculis patria. Romanorum ætate projiciebantur a Virginibus Veſtalibus, præſentibus Pontificibus, Prætoribus, &c. Hoc ſacrificium fiebat poſt æquinoctium vernum, idibus Maji. *Dionyſ. Halicarn.* ¶ Saturnus item unus eſt ex ſeptem planetis, ſeu ſtellis errantibus, ut jam innuimus. Curſum ſuum triginta

annis

annis conficit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nam ea, quæ Saturni ſtella dicitur, Φαίνωνque a Græcis nominatur, quæ a terra abeſt plurimum, triginta fere annis curſum ſuum conficit. In quo curſu multa mirabiliter efficiens tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus delitеſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſæculorum ætatibus, quin eadem iiſdem temporibus efficiat.

Satŭro, as, a. 1. *ſaziare, ſatollare*, κορέννυμι, ſaturum reddo, ſatio, cibo, potuque expleo. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate ſaturantur. ¶ Transfertur ad inanima pro implere. *Virg. 1. Georg. v. 8.* Saturare ſolum fimo pingui. ¶ Item ad animum. *Cic. pro Dom.* Explevi animos invidorum, placavi odia improborum, ſaturavi etiam perfidiam, & ſcelus proditorum. *Id. 2. Phil. c. 24.* Saturavit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui civium.

Satus, us, m. *ſeminagione, piantagione*, σπορά, actus ſerendi, ſeminatio, plantatio. *Cic. 2. de Div.* Herbam autem aſpexam, credo, avium congeſtu, non humano ſatu. *Id. de Sen.* Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem? ¶ Speciatim ſumitur pro generatione. *Cic. 1. Off.* Hoc Herculi Jovis ſatu edito potuit fortaſſe contingere. *Id. 1. de Div. c. 45.* Ob eandem cauſam multa inuſitata partim e cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam hominum, pecudumque conceptu, & ſatu. *Id. 5. Fin. c. 23.* A primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur. ¶ Quandoque etiam pro ſemine ponitur. *Cic. 2. Tuſc.* Quæ tollit vitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos.

Satus, a, um, ἐσπαρμένος, ſeminatus, vel plantatus, partic. a ſeror. *Virg. 8. Ecl.* Atque ſatas alio vidi traducere meſſes. ¶ Sumitur etiam pro genito. *Cic. 1. Tuſc.* Non enim temere, nec fortuito ſati, & creati ſumus. *Virg. 6. Æn. v. 125.* Sate ſanguine divum, Tros Anchiſiade.

Satўra, æ, f. *ſatira*, σατύρα, τὸ σατυρικὸν ποίημα, carmen maledicum, & ad carpenda vitia compoſitum: Item genus carminis, in quo multa metra, ac res pariter miſcentur. Duo enim ſatyrarum genera fuiſſe conſtat, alterum apertam hominum reprehenſionem continens, & acrem vitiorum objurgationem, alterum, quod carminum, & rerum varietate conſtabat. Scaliger ad l. 5. Manilii, & Caſaubonus lib. de *ſatyra*, ſcribere jubent *ſatira*, vel more antiquo *ſatura*. Qui *ſatyra* ſcribunt, eo id faciunt, quia hoc carminis genus a Satyris habere nomen arbitrantur, idque ob dicacitatem, quæ & Cæſaris Scaligeri ſententia eſt l. 1. Rei Poeticæ c. 12. Aliqui cauſam afferunt, quod in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæque ſcribuntur, quemadmodum proferri a Satyris ſolebant, vel quod in antiqua ſatyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles Satyris. Qui *ſatura* malunt, ea re adducuntur, quia genus hoc poeſeos dictum cenſent ob carminis varietatem, & propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Ut magis liqueat, utra ſententia ſit potior, diſtinguendum fortaſſe eſt inter ſatyram Lucilii, Horatii, Perſii, & ſatyram Ennii, & Varronis. Prior ita dicta videtur a Satyrica Poeſi. Nam huic erat ſimilis ob maledicentiam. At ſatyra Ennii, ac Varronis ex eo nomen accepit, quod multa metra, ac res pariter miſceret. Quod ex *Diomede l. 3.* agnoſcere eſt. V. *Satura*. Quare poſteriorem hanc *ſaturam*, vel *ſatiram*, alteram illam *ſatyram* appellari placet iis, quos adduximus, *Caſaubono*, & *Scalig.* Verum, utcunque ſe res habeat, non eſſe a communi ſcribendi per y conſuetudine recedendum pluribus oſtendit *Daniel Heinſ. l. 1. de ſatyra Horat.* cum utrumque, quod diximus, carminis genus commode poſſit a Satyris deduci. *Horat. l. 2. ſat. 1.* Sunt, quibus in ſatyra videar nimis acer. *Stat. l. 1. ſilv. 3.* Liventem ſatyram nigra rubigine turbas.

Satўri, orum, m. *Satiri*, שעירים, Ger. *ſatiren*, Gall. *ſatirs*, Hiſp. *ſatyros*, σάτυροι, animalia quadrupedia, humana effigie, recte currentia, & perniciſſima, immenſæ libidinis, in ultimis Libyæ gentibus, & in ſubſolanis Indorum montibus, quæ veteres pro ſylveſtribus Diis coluerunt. Ita eos deſcribit *Plin. l. 7. c. 2. Ovid. 1. Faſt.* Panes, & in Venerem Satyrorum prona juventus. *Cic. 6. Ver.* Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Veſtæ eſt.

Satyrĭăſis, is, f. σατυρίασις, inguinum morbus quidam, cum nimia tentigine virile membrum arrigitur; ita dictus vel a ſatyrio herba, quæ vim excitandæ libidinis habet, vel a Satyrorum ſalacitate. *Cal. Aurelian. l. 3. c. 18. & Theodor. Priſcian. l. 2. c. 11.*

Satyrĭcus, a, um, quod ad Satyros ſpectat. Satyricum ſignum, erat ſimulacrum Priapi, quod in hortis apud antiquos conſtitui ſolebat, veretro erecto, ut faſcinationes averterent. Dictum eſt ſatyricum, quia Satyri penem ſemper erectum habent. *Plin. l. 19. c. 4.* Quam rem comitata eſt & religio quædam, hortoſque, & forum tantum contra invidentium effaſcinationes dicari videmus. In remedio ſatyrica ſigna, quanquam hortos tutelæ Veneris aſſignante *Plauto*. ¶ Item ad ſatyram pertinens, *ſatirico*, *mordace*. *Sidon. l. 8. ep. 11.* In materia ſatyrica ſollicitus, & mordax. *Vitruv. l. 7. c. 5.* Tragico more, aut Comico, ſeu Satyrico. ¶ Satyricus, i, abſolute, ſatyrarum ſcriptor. *Sidon. l. 4. ep. 1.* ¶ Satyricon, i, n. ſatyra, ſatyricum opus. Sic inſcribitur *Petronii* liber.

Satyrion, ii, n. genus herbæ ad libidinem incitantis. *Petron. in Satyr.* Utique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe. Adde *Plin. l. 26. c. 10.*

Satyriſcus, i, m. *Satirello*, parvus Satyrus, σατυρίσκος. *Cic. l. 1. de Divin. c. 20.* Somniavit, ſe peperiſſe Satyriſcum.

Satyrogrăphus, i, m. qui ſatyras ſcribit. *Sidon. l. 1. ep. ult.*

Satўrus. V. Satyri.

Sauciatĭo, onis, *ferita*, τραῦμα, τρῶσις, actus ſauciandi, vulneratio. *Cic. pro Cæc. c. 15.* Et ſauciatio quæretur, cum fugam factam eſſe conſtabit?

Sauciātus, a, um, *ferito*, τραυματίας. *Colum. l. 11. c. 1.* Sive quis ſauciatus in opere noxam ceperit.

Saucĭĕtas, atis, f. ſauciatio. *Cal. Aurelian. Tard. l. 2. c. 13.*

Saucĭo, as, a. 1. *ferire*, פצע, Ger. *verwunden*, Gal. *bleſſer*, Hiſp. *herir*, τραυματίζω, τιτρώσκω, vulnero, vulnus inſligo. *Plaut. Rud. 3. 4. 53.* Quid cauſæ eſt, quin virgis te uſque ad ſaturitatem ſauciem? *Cic. 3. Ver. c. 26.* Servi nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. ¶ Dicitur etiam de plantis. *Col. l. 4. c. 24.* Saucianda ferro eſt, atque exulceranda vitis in ea parte, &c. ¶ Translate etiam uſurpatur pro lædere, moleſtia afficere, &c. *Cic. Att. l. 14.* Meus diſcipulus, qui hodie apud me cœnat, valde amat illum, quem Brutus noſter ſauciavit. *Plaut. Bacch. 1. 1. 30.* Sauciare famam alicujus.

Saucĭus, a, um, *ferito*, *impiagato*, τραυματίας, *Nonio* teſte, proprie eſt vulneratus. *Cic. pro Cæc.* Nemo, inquit, occiſus eſt, neque ſaucius. *Cæſ. l. 3. B. C.* Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. ¶ Translate ſumitur pro feſſo. In qua acceptione reperitur cum gen. *Apul. l. 5.* Mihi vero fatigationis heſternæ etiam nunc ſaucio da veniam. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic. Att. l. 1. ep. 12.* Subeſſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſauciumque eſſe animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones. *Id. pro Cal. c. 8. ex Poeta:* Medea animo ægro amore ſævo ſaucia. ¶ Item transfertur ad res, quæ ſenſu carent. *Ovid. 1. Met. v. 102.* Nec ullis ſaucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus. ¶ Saucius vino dicitur, qui ebrius eſt. *Juſtin. lib. 26. c. 8.* Galli heſterno mero ſaucii. *Martial. l. 4. epigr. 66.* Incaluit quoties ſaucia vena mero. Abſolute *Id. l. 3. epigr. 68.* Quid dicat, neſcit ſaucia Terpſichore.

Savillum. V. Suavillum.

Savior. V. Suavior.

Savium. V. Suavium.

Savo, onis, m. 3. *Savone*, fl. Campaniæ, qui inter Sinueſſam urb. ext. & Vulturnum fl. in mare labitur. *Plin. l. 3. c. 5.*

Savo, onis, f. *Savona*, urbs Liguriæ, in ora Occ. cum duplici arce, & portu amplo. *Liv. & Plin.*

Saurex, icis, m. *topo*, mus. *Serv. ad lib. 2. Georg. v. 30.* Caudicibus poſuit pro codicibus, ſicut caulem pro colem, ſauricem pro ſorice dicimus.

Saurĭon, ii, n. herba ſinapi. *Plin. l. 19. c. 8.*

Saurītes, æ, σαυρίτης, gemma, quæ in ventre viridis lacertæ inveniri traditur a *Plin. l. 37. c. 10.*

Sauroctŏnos, σαυροκτόνος, nomen ſtatuæ factæ a Praxitele, quæ repræſentabatur vix lacertam necans, a σαῦρος, *lacerta*, & κτείνω, *occido*. *Plin. l. 34. c. 8.*

Sauromătæ, arum, m. populi iidem qui Sarmatæ. *Juvenal. 2.* Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. ¶ In ſingulari num. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 12. v. 30.* Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit. V. *Sarmata*.

Savus, i, m. *il Savo*, fluvius Norici, qui per Illyricum, & Pannoniam in Danubium influit. *Claudian. l. 2. de laud. Stilic. v. 192.* Pannonius potorque Savi.

Saxatĭlis, & le, adject. *ſaſſaiuolo*, *che ſta fra i ſaſſi*, πετραῖος, πέτρινος, quod ſaxa incolit. *Col. l. 8. c. 16.* Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, ut merulæ, turdique, nec minus melanuri. *Var. l. 3. R. R. c. 7. de columbis:* Unum agreſte, ut alii dicunt, ſaxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villæ. ¶ Piſcatus ſaxatilis, qui fit inter ſaxa. *Plaut. Rud. 2. 1. 10.* Poſt id hamatilem piſcatum, & ſaxatilem aggredimur.

Saxetānus, a, um, πετραῖος, quod inter ſaxa habitat. *Martial. l. 7. ep. 77.* Cum ſaxetani ponatur cauda lacerti.

Saxētum, i, *luogo ſaſſoſo*, Ger. *ſteinechtig*, Gal. *lieu pierreux*, Hiſp. *pedregal*, τραχὺς, locus ſaxoſus, ſeu petricoſus. *Cic. de l. Agr. 2. cap. 25.* Aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxĕus, a, um, *di ſaſſo*, λίθινος, quod e ſaxo eſt. *Lucan. l. 4.* Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. ¶ Translate *Plin. l. 2. epiſt. 3.* Quem ta niſi concupiſcis cognoſcere, ſaxeus, ferreuſque es.

Saxiālis, le, adject. *di ſaſſo*. *Frontin. de colon. pag. 355. edit. Goeſ.* Termini lapidei alii ſaxiales, alii molares.

Saxĭfer, a, um, adject. ſaxa ferens. *Valer. Flac. l. 5. Argon. v. 608.* ſaxiferæ ſurgat quibus imber arenæ.

Saxĭfĭcus, a, um, πετροποιὸς, quod in ſaxa vertit. *Ovid. 5. Met.* Tumque Saxificum vultus, quæcunque ea, tolle Meduſæ. *Sen. Herc. Fur. v. 901.* Cujus in læva ciet Ægis feroces ore ſaxifico minas.

Saxifrăgum, i, n. vel ſaxifraga, æ, f. *ſaſſifragia*, σαξίφραγον, genus herbæ, quod aliqui adiantum nigrum eſſe dicunt, alii herbam eſſe putant bipinnellæ ſimilem, folio tantum minore, ac magis ſerrato, & minime piloſo, quam vulgus pectinem acum paſtoris vocat, Græci empetron. Ita dictum eſt, quod calculos in corpore frangat, vel quia, in locis ſaxoſis cum enaſcatur, ſaxa ipſa frangit, dum creſcit. *Plin. l. 22. c. 21.* Calculos e corpore mire pellit, frangitque, utique nigrum. Qua de cauſa potius, quam quod in ſaxis naſceretur, a noſtris ſaxifragum appellatum crediderim. *Seren. Sammon. c. 33. v. 599.* Saxifragam, ſeu fontigenam ſuccurrere credunt. Adde *Apulej. de herb. c. 97.*

Saxifrăgus, a, um, adject. qui ſaxa frangit. *Cic. 3. de Orat. c. 42. ex poeta.* Undæ ſaxifragæ.

Saxigĕnus, a, um, adject. e ſaxo natus. *Prudent. Cathemer. 5. v. 7.*

Saxĭtas, f. ſaxi natura. *Cal. Aurel. Tard. lib. 3. c. 4.* Durities atque ſaxitas.

Saxōnes, um, m. *Saſſoni*, Germaniæ populi, apud Cimbricam Cherſoneſum, quorum regio Saxonia dicitur, *Saſſonia*. V. Geographos. *Claudian. in Epithal. Pallad. & Celer. v. 89.* Quæ ſævis objecta Getis, quæ Saxone frenet. *Id. l. 1. in Eutrop. v. 392.* domito quod Saxone Tethys mitior.

Saxonĭa, æ, f. *la Saſſonia*, provincia ampla Germaniæ, quæ duplex eſt, ſuperior, & inferior: ſuperior, *il Circolo dell' alta Saſſonia*, continet Marchiam Brandeburgicam, Pomeraniam, Thuringiam, Miſniam, Ducatum Saxoniæ, & Principatum Anhaltinum: inferior, *il Circolo della baſſa Saſſonia*, habet Ducatus Brunſvicenſem, Luneburgenſem, Magdeburgenſem, Bremenſem, Megalopolitanum, Holſatiæ, & Lavemburgenſem, Principatus Ferdenſem, & Halberſtadienſem, & Epiſcopatum Hildeshemium.

Saxōſĭtas, atis, f. ſaxitas. *Cal. Aurel. Tard. l. 3. c. 6.* Durities, ſive ſaxoſitas.

Saxōſus, a, um, *ſaſſoſo*, Ger. *ſteinechtig*, Gall. *pierreux*, Hiſp. *pedregoſo*, πετρώδης, ſaxorum copiam habens, ſaxis abundans. *Col. l. 5. c. 10.* Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. ¶ Saxoſus frutex, in ſaxis creſcens, vel ſaxoſis locis. *Plin. l. 13. c. 7.* Simillimum huic ineſt ex chamælea frutice ſaxoſo.

Saxŭlum, i, *ſaſſetto*, λιθάριον, πετρίδιον, exiguum ſaxum. *Cic. 2. de Or. c. 44.* Ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.

Saxum, i, *ſaſſo*, *pietra*, סלע, Ger. *fels*, Gal. *pierre*, *rocher*, Hiſp. *piedra*, λίθος, πέτρα, lapis naturalis, grandis, durus, aſperque, quales e montibus excidi ſolent. *Cic. de Fato c. 3.* Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura ejus incidiſſe? ¶ Ponitur etiam pro quocumque lapide. *Virg. 2. Æn.* Jamque faces, & ſaxa volant. *Cic. pro Cæc.* Qui ſaxa jacerent. ¶ Interdum uſurpatur pro ſcopulo. *Virg. 1. Æn.* Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet, &c. ¶ Item pro monte. *Virg. 2. Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. *Id. 2. Æn.* Stupet inſcius alto accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. ¶ Per antonomaſiam dicitur du Tarpeio monte, unde rei inſignes præcipitabantur. *Tacit. Ann. 2. c. 32.* Quorum e numero L. Pituanius ſaxo dejectus eſt. Adde *Plaut. Trin. 1. 1. 39.* ¶ Inter ſacrum, & ſaxum ſtare, proverb. V. *Sacrum*. ¶ Volvere ſaxum dicuntur, qui inexhauſto quopiam, atque inutili labore fatigantur. Tractum eſt, auctore *Donato in Ter.* a Siſyphi fabula ſaxum apud inferos ſurſum, ac deorſum volventis. *Ter. Eun. 5. 9. 55.* Satis diu jam hoc ſaxum volvo.

S ANTE C.

Scabellum, vel ſcabillum, i, *ſcabello*, *banchetta*, הדום, Ger. *ſchemeln*, Gal. *eſcabeau*, *eſcabelle*, Hiſp. *eſcavelo*, θρανίον, parvum ſcamnum. *Varro l. 4. de L. L.* Quia ſimplici ſcanſione ſcandebant in lectum non altum, ſcabellum; in altiorem, ſcamnum. *Quintil. l. 1. c. 4.* Quare diſcat puer, quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur, cur ex ſcamno fiat ſcabellum, &c. ¶ Eſt etiam muſicum inſtrumentum, quod a Tibicine pede pulſabatur, dum manu & ore tibiam inflaret; quod quidem inſtrumentum ſύντονον erat, hoc eſt eundem ſemper modum vocis tenorem, ut diſerte tradit *Aug. l. 4. de Muſica* V. *Colliachii diſſert. de Pantomim. c. 14.* ubi plura. *Sueton. in Calig. c. 54.* Magno tibiarum, & ſcabellorum cre-

crepitu. *Cic. pro Cæl. c. 27.* Scabilla (al. *ſcabella*) concrepant, aulæum tollitur.

Scaber, bra, brum, *ſcabroſo*, *aſpro*, שעיר, Ger. *rauch*, Gal. *rude*, *apre*, Hiſp. *barrancoſo*, ψωριῶν, aſper. *Cic. 3. Tuſc.* Atque intonſa infuſcat pectus illuvie ſcabrum. *Virg. 1. Georg.* Exeſa invenies ſcabra rubigine pila. *Plin. l. 33. c. 6.* Lapis horridior, ſcabriorque. ¶ Speciatim ponitur pro ſcabioſo, ſeu quod ſcabiei morbo laborat. *Colum. l. 7. c. 4.* Hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri non poteſt. ¶ Interdum pro ſordido. Sic ungues, & dentes dicuntur ſcabri, qui ſordidi ſunt, etiamſi non ſint aſperi tactu, ut ait *Valla in Raud. Col. l. 6. c. ult.* At ubi ſcabri ungues ſunt, circumaperiri debent, &c. *Petron. in Satyr.* Scabri dentes. ¶ Tranſlate capitur pro duro, inſuavi, ineleganti, inculto. *Macrob. l. 6. Satur. c. 3.* Quod verſus eorum ſcabri nobis videntur.

Scabĭdus, a, um, adject. ſcabioſus, ut ſcabidæ palpebræ. *Marcel. Empir. c. 8.* Tranſlate *Tertul. de anim. c. 38.* Scabida concupiſcentia, h. e. mala prurigine infecta.

Scabies, ei, f. *ſcabbia*, *rogna*, גרב, Ger. *raud*, Gal. *galle*, Hiſp. *farna*, ψώρα, aſperitas cutis cum pruritu. *Celſ. l. 5. c. 28.* Scabies eſt durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens. Adde *Hor. de art. poet. v. 417.* ¶ Quoniam vero ſcabiem comitatur pruritus, pruritum autem ſcabendi cupiditas, & ex fricatione quædam voluptas, factum eſt, ut ſcabies pro voluptatis illecebris accipiatur. *Cic. 1. de Leg. c. 17.* Cujus blanditiis corrupta, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac, & ſcabie carent, non cernuntur ſatis. Sic *Hor. l. 1. ep. 12.* Cum tu inter ſcabiem tantam & contagia lucri Nil parvum ſapias. h. e. pecuniæ cupiditatem.

Scabile, is, n. 3. idem ac ſcabellum, *Cato c. 10.* Scamnum in cubiculo unum, ſcabilia tria, ſellas quatuor, Al. leg. *ſcabilla*.

Scabillum, V. Scabellum.

Scabiōſus, a, um, *rognoſo*, ψωριῶδης, qui ſcabie laborat. *Colum. l. 11. c. 2.* Per ver ſcabioſi boves fiunt. ¶ Item aſper, ſcaber. *Perſ. ſat. 5. v. 74.* Scabioſum far. h. e. vetuſtum, & a curculionibus exeſum.

Scabitūdo, inis, ſcabies, vel ſcabioſa prurigo. Tranſlate *Petron. in ſatyr.* Omnem ſcabitudinem animo delere ſua cicatrice.

Scabo, is, ſcabi, ſine ſup. *fregare*, *grattare*, גרד, Ger. *kratzen*, *ſchaben*, Gal. *grater*, Hiſp. *raſcar*, κνάω, ξύω, frico, ſcalpo. *Hor. l. 1. ſat. 10. v. 71.* Et in verſu faciendo ſæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues. *Plin. l. 8. c. 27.* Spinis juniperi ſe ſcabit.

Scabrātus, a, um, adject. *Colum. l. 4. cap. 24.* Vitis leniter, & ſcabrata. h. e. ut idem *Colum.* explicat, quando aſperis, & inæqualibus plagis in præcidendo lanietur, & perfringitur.

Scabrĕo, V. in Scabres.

Scabres, ei, idem ac ſcabritia, a *ſcaber*. *Pacuv. apud Non. c. 4. n. 25.* Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine ſquale, ſcabreque, & inculta vaſtitudine. *Turneb. l. 15. c. 15. & l. 29. c. eo.* legit, *ſqualet*, *ſcabreſque*, ut ſit a verbis ſqualleo, & ſcabreo. Interpretatur enim, *ſqualida*, *&* *ſcabraes*. *Var. apud Non. c. 2. n. 761.* Ager derelinqueretur, ac periret ſquale, ſcabreque, illuvie, et que vaſtitudine. *Virg. in Ciri, v. 249.* Quam te tam triſtibus illis Sordibus, & ſcabre patiar tabeſcere tali. ¶ Ita emendat *Scaliger*. Nam in vulgatis pro *ſcabre* eſt *ſcoria*, repugnante metro. Græce enim eſt σκωρία. *Apul. l. 1. Flor.* Iolandi morbi putredine in ſerpentium ſcabrem ſolutum religioſa humavit. Al. leg. *ſcabiem*.

Scabrĭdus, a, um, ſcaber. *Venant. Fortun. l. 2. carm. 10. v. 7.* Scabrida nunc reſonet mea lingua rubigine verba.

Scabritia, æ, *aſprezza*, *ſcabroſità*, Ger. *rauche*, Gal. *apreté*, Hiſ. *aſpereza*, τραχύτης, aſperitas, inæqualitas. *Plin. l. 23. c. 4.* Scabritiaſque cutis in facie emendat.

Scabrities, ei, idem ac ſcabritia. *Plin. l. 31. cap. 19.* Et contra ſcabritiem linguæ frictus, comminutuſque. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſcabie. *Colum. l. 7. c. 5.* Poteſt etiam ſcabritiem tollere ſuccus viridis cicutæ.

Scabro, onis, m. 3. qui ſcabritia fœdatus eſt, a *ſcaber*. Speciatim dicitur de eo, qui illuvie laborat, nec ſe colluit, aut ſe pulviſculo mundat: unde fit, ut illi, quemadmodum loquitur *Ovid. l. 8. Metam.* ſint ſcabri rubigine dentes, quæ res & ſcabronum genuit nomen. *Ulpian. l. 12. §. fin. ff. de ædil. edict.* Trebatius ait, non eſſe morboſum, ſi alicui olere, veluti hircoſum, ſcabronem. In vulgatis Juris libris pro *ſcabronem* eſt *ſtrebonem*.

Scabrōſus, a, um, o. ſt. 2. idem quod ſcaber. *Plin. l. 20. cap. 21.* Hippolapathi radices privatim ungues ſcabroſos detrahunt. *Harduin.* legit *ſcabros*.

Scebrum, i, ſubſt. n. idem quod ſcebritia. *Plin. l. 37. c. 8.* Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, &c.

Scæa, æ, f. σκαιαί, porta urbis Ilii, ſeu Trojæ, a σκαιός, qua vel *lævum*, vel *infelix* notat. Ita autem vocata eſt, vel quia Occidentem ſpectaret, & occidentalia dicuntur ſiniſtra ab Auguribus Græcis, vel quia Trojanis fuerit infelix, quippe per quam intromiſſus fuerit equus Durius. Utramque rationem affert *Euſtathius*. Imo & tertiam addit, ut ſit a Scæo architecto. Cui & quartam addere conatur *Bernardin. Bald. de verb. Vitr. ſignif.* quia ſcilicet itinera habet non directa. Nam ipſa *Vitruv. l. 1. c. 3.* Curandum, inquit, ut non facilis ſit aditus ad oppugnandum murum, & excogitandum, ut portarum itinera non ſint directa, ſed σκαιά. In quibuſdam editionibus pro græca voce ſcribitur latine *ſcæva*. h. e. obliqua. *Virg. 3. Æn.* Scæaque amplector limina portæ.

Scæva, æ, m. *mancino*, σκαιός, qui ſiniſtra manu utitur pro dextera, a *ſcævus*. *Ulpian. l. 12. §. ſi quis, ff. de ædil.* Id ſciendum eſt, ſcævam non eſſe morboſum, vel vitioſum, præter quam ſi imbecillitate dextræ validius ſiniſtra utetur: Sed hunc non ſcævam, ſed mancum eſſe dicimus.

Scæva, æ, f. augurium, a ſcævis auguriis, ideſt ſiniſtris. *Var. l. 6. de L. L.* Vel obſcœnum ab eo, quod pueris turpicula res in collo quædam ſuſpenditur, ne quid obſit, bonæ ſcævæ cauſa, unde Scævola appellatus. Ea dicta ab ſcæva, ideſt ſiniſtra, quod quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. A quo dicuntur Comitiæ, aliudve, quod ſit ave ſiniſtra, ſcæva. Id e græco eſt, quod hi ſiniſtram vocent σκαιάν. Quare quod dixi, ſcævum, bonum omen eſt: obſcœnum vero, turpe. *Feſt.* Scævam vulgus quidem & in bona, & in mala re vocat, cum aiunt bonam, & malam ſcævam. At Scriptores in mala ponere conſueverunt, ut apud Græcos invenitur poſitum pro ſiniſtro. *Plaut. Pſeud. 4. v. 39.* Bene ego ab hoc prædatus ibo, novi, bona ſcæva eſt mihi. *Id. Caſ. 5. 4. 4.* Caninare ſcævam ſpero meliorem fore. Ubi per *caninam ſcævam* aut occurſum canis intelligit, qui inauſpicatus habebatur, aut latratum; ut ſententia ſit, malim hunc gravem fore, quam latratum, ac rixas uxoris.

Scævĭtas, V. Sævitas.

Scævola, æ, m. C. Mucius Scævola miles Romanus, qui Porſenam Hetruriæ regem gladio adortus, per errorem unum ex ejus ſatellitibus transfodit: quare ut manum puniret, in ardentem foculum injecit, ut tandiu tenuit, donec amburerit: hinc ſcævola vocatus, a σκαιός, *ſiniſter*, quia poſtea ſiniſtra tantum utebatur. *Liv. l. 2. c. 12.*

Scævus, a, um, adject. σκαιός, ſiniſter, & tam in bonam, quam in malam partem ſumitur, ut ſcævæ auſpicia. V. verba *Varron.* & *Feſt.* quæ appoſuimus in Scæva, æ, f. ¶ Plerunque tamen in maleræ partem ſumitur, ut *Feſt. ibid.* monet. Hinc *Gel. l. 12. c. 13.* Scævus profecto, & cæcus animi forem, ſi, &c. h. e. ſtolidus, ſtultus. *Apul. l. 4. Metam.* Scæviſſimum ſomnium.

Scala, æ, f. *ſcala*, סלם, Germ. *leiter*, Gall. *echele*, Hiſp. *eſcalera*, κλίμαξ, inſtrumentum ex pluribus gradibus conſtans, quo utimur ad aſcendendum in ſuperiora. Uſurpatur in utroque numero, ſed tamen magis in uſu eſt in numero multitudinis. *Liv. l. 26. c. 44.* Applicare ſcalas parieti. *Cic. pro Mil.* Cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. *Sal. in Jugur.* Una, atque altera ſcalæ comminutæ ſunt: qui ſuperſteterant, afflicti ſunt. *Cajus l. ſi pignore, ff. de furt.* Vel ſcalam ſciens accommodaverit ad aſcendendum. ¶ Scalis tribus habitare, eſt in altiore domus parte habitare, h. e. in cœnaculo, *in ſoffitta*; qui locus pauperiorum hominum eſſe ſolebat. *Martial. l. 1. ep. 118.* Et ſcalis habito tribus, ſed altis. ¶ Scalæ Græcæ dicuntur, quæ ita fabricatæ ſunt, ut ex omni parte compagine tabularum claudantur, ne aſpectum ad partem aliquam corporis admittant. Hinc Flaminicæ Diales prohibebantur ſcalas aſcendere, quæ ultra tres gradus extollerentur, niſi eſſent ex iis, quæ Græcæ appellantur, ut ex *Maſſurio Sabino* tradit *Gel. l. 10. c. 15.* ne partem aliquam corporis tectam aſcendendo revelarent.

Scalāris, re, adject. ad ſcalas pertinens, *Vitruv. l. 13. c. 19.* Regulæ ſcalari forma compactæ.

Scalarium, ii, n. Scalaria dicuntur viæ in amphitheatro, per quas gradibus in cuneos aſcenditur. *Vitruv. l. 5. c. 6.*

Scaldis, is, f. *la Schelda*, fluvius maximus Galliæ Belgicæ. *Plin. l. 4. c. 13. & 17.*

Scalmus, i, m. *ſcarmo*, *paliſcherno*, Ger. *rudelbanck*, Gall. *cheville*, Hiſp. *eſclamo*, σκαλμός, paxillus, ſive teres lignum, cui nautæ remos loro quodam alligant ad navigandum, ut firmius navigent, ſive lignum crenatum, ac feneſtratum in apſidem capiens remum, ut facilius, & ſolidius impellatur. *Cic. 1. de Or. c. 38.* Qui duorum ſcalmorum naviculam in portu everterit. *Id. 3. Offic. c. 14.* Venit ipſe mature, ſcalmum nullum videt. h. e. nullum non modo navigium, ſed ne ſcalmum quidem.

Scalpellum, i, n. vel ſcalpellus, i, m. *ſcarpello*, ברזי, Ger. *flieten*, Gall. *ciſeau*, Hiſp. *cincel*, φλεβοτόμον, inſtrumentum Chirurgorum, quo venam aperiunt, dimin. a *ſcalprum*. *Celſ. l. 2. c. 10.* At ſi timide ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat, neque venam incidit. ¶ Accipitur & pro alio ferramento, quo putridam carnem excidunt. *Cic. pro Sext. c. 65.* Non ea eſt medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ. *Col. l. 6.* Etiam ſcalpello uſque ad unum reſecare, & amputare ſcabiem ſæpe profuit.

Scalper, pri, m. idem ac ſcalprum. *Celſ. l. 8. cap. 3.* Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id, quod inter utrumque medium eſt, exſcidit.

Scalpo, is, pſi, ptum, a. 3. *tagliare*, *incidere*, *ſcolpire*, חרט, Ger. *ſchaben*, *ſchaben*, Gal. *graver*, *tailler*, *grater*, Hiſp. *eſcavar*, κνάω, ξύω, cædo, incido, fodio. Eſt a σκάλλω, *fodio*, vel a γλύφω, quod ejuſdem eſt ſignificationis, ac ſculpo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum, ad nervorum eliciendos ſonos, ac tibiarum apta manus eſt admotione digitorum. *Hor. l. 3. od. 11.* Et noſtri memorem ſepulchro ſcalpe querelam. *Col. l. 7. c. 5.* Vitioſum locum pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt. ¶ Item pro ſcabere, fricare, unguibus pruritum auferre. *Juven. ſat. 9. v. 133.* Qui digito ſcalpunt uno caput.

Scalprātus, a, um, κολαπτηροειδής, ad ſimilitudinem ſcalpri formatus, ut Ferramentum ſcalpratum, quo opus eſt ad caſtrandos apum alveos. *Col. l. 9. c. 15.*

Scalprum, i, n. *ſcarpello*, σμίλη, κολαπτήρ, ferramentum, quo aliquid inciditur, a *ſcalpo*. Hoc inſtrumento diverſi artifices utuntur, ut lapicidæ, ſutores, agricolæ, chirurgi, & alii. Scalprum ſutorium, eſt ferramentum primore parte curvum, & a flexu procurrens acie recta, quo corium ſecant. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 104.* Si ſcalpra, & formas non ſutor, nautica vela adverſus mercaturis, delirus, & amens undique dicatur. ¶ Scalprum ruſticorum. *Col. l. 4. c. 25.* Quæ pars vinitoriæ falcis e flexu procurrit, ſcalprum, quod deinde aduncum eſt, roſtrum appellatur. ¶ Scalprum chirurgicum. *Celſ. l. 8.* Tunc demum ad manum, ſcalprumque veniendum eſt. ¶ Scalprum librarium eſt, quo calamos aptamus ad ſcribendum, aut literas eradimus. *Suet. de Vitel. c. 2.* Scalpro librario venas ſibi incidit.

Scalptor, oris, *inciſore*, *ſcultore*, פתוח, Ger. *graber*, Gal. *graveur*, Hiſp. *eſcavador*, γλύπτης, qui ſcalpit, ut Scalptor gemmarum. *Plin. l. 37. c. 4.* Expetuntur a ſcalptoribus, ferroque includuntur.

Scalptorium, ii, inſtrumentum inſtar manus ad ſcalpendas ſcapulas pruriententes, legitur in titulo *epigr. 83. l. 14. apud Martial.* quod ſic habet: Defendet manus hæc ſcapulas, mordente moleſto Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius.

Scalptūra, æ, *ſcoltura*, פתוח, Ger. *das graben*, Gal. *graveure*, Hiſp. *eſculpidura*, γλυφή, ſcalpendi actio. *Plin. l. 37. c. 7.* Omnis autem hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt.

Scalpturātus, a, um, adject. veſtis ſcalptoris ornatus, ut ſcalpturatum pavimentum, variis lapidibus, & vario ſcalptis elaboratum. *Plin. l. 36. c. 25.* Romæ ſcalpturatum in Jovis Capitolini æde primum factum eſt poſt tertium Punicum bellum initum.

Scalpturigo, & rectius Scalpurigo, iginis, f. titillatio, & voluptas, quæ in cute prurienti ſcalpenda naſcitur. *Solin. c. 45.* (al. 32.) Trochilos exiis in beluæ paulatim ſcalpit, & ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in uſque fauces facit.

Scalpturio, is, a. 4. *raſpare*, κνάω, κνήθω, κνίζω, idem quod ſcalpo: & ſpeciatim dicitur de gallinis, cum terram frequentibus ictibus percutiunt ad quærendum cibum. *Plaut. Aul. 3. 4. 8.* Ubi erat hæc defoſſa, occepit ibi ſcalpturire unguibus. Alii leg. *ſcalpurire* eodem ſenſu; inter quos eſt *Non. c. 2. n. 789.*

Scalptus, a, um, adject. ex partic. *ſculto*, *ſcolpito*. *Cic. 4. Acad. c. 31.* E ſaxo ſcalptus. Alii leg. *ſculptus*. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 22.* Quid ſcalptum infabre, quid fuſum durius eſſet.

Scalpurio. V. Scalpturio.

Scamander, ri, m. *Scamandro*, Σκάμανδρος, fl. Myſiæ, in Aſia, apud Helleſpontum, qui ex Ida monte profluit, ac in Helleſpontum, ſeu in mare Ægæum, apud Sigæum, ab eo xx. ſtad. inter illud, & Dardanum exit. Antea Xanthus dicebatur, teſte Plutarcho, Vibio, & aliis, ac Homero, qui eum ab hominibus quidem Scamandrum, a Diis vero Xanthum vocari ait, ſuo more vetuſtiorem appellationem Diis, recentiorem hominibus aſſignans. Sed apud Plinium a Xantho diverſus eſt. *Id. Plin. l. 5. c. 30.* Scamander fluvius navigabilis.

Scamandria, f. 1. *Scamandria*, urbs ext. Aſiæ min. in Myſia, ſeu Troade, in ora maris Ægæi, ad Scamandrum fl. inter Abydum, & Ilium. *Plin. l. 4. c. 36.*

Scambōſus, a, um, adject. idem ac ſcambus. *Veget. de re Veterinar.*

Scam-

Scambus, a, um, adject. valgus, qui pedibus eſt diſtortis, & depravatis. *Sueton. in Othon. c. ult.* Fuiſſe traditur male pedatus, ſcambuſque. ¶ Quod quidam Lexicographi adducunt, a *Nonio* ſcambos exponi ſtrabones, c. 1. n. 109. legitur *ſtrabos*, non *ſcambos*.

Scamellum, vel Scamnellum, i, *ſcagnetto*, parvum ſcamnum. *Apul. apud Priſcian. l. 3.* Infirma ſcamellorum obnixa fulta fores.

Scamillus, i, m. dimin. a ſcamnum, *piccioli gradini*. Scamilli impares, apud *Vitruv. l. 3. c. 3. l. 5. c. 9.* videntur eſſe quidam veluti parvi gradus in ſtylobatis columnarum, qui veluti parvam ſcalam unus poſt alium decreſcendo efficiunt, *gradini ne' piedeſtalli delle colonne*. V. de his opuſculum Bernardini Baldi, in quo rem totam ſatis implicatam variis conjecturis, & figuris luculenter illuſtrat. V. *Adjectio*.

Scamma, atis, n. σκάμμα, ſpatium in ſtadiis linea, vel foſſa deſcriptum, ultra quod certantibus progredi non licet. *Cal. Aurel. l. 2. c. 1.* In arena ſpatio, quod appellant ſcamma. ¶ Pro ipſo certamine poſuit *Tertul.* cum inquit *ad Martyr. c. 3.* Epiſtates veſter vos ſpiritu unxit, & ad hoc ſcamma produxit.

Scammonēa, & Scammonia, æ, f. *ſcamonea*, σκαμμωνία, herba in tranſmarinis regionibus naſcens, & præſertim in Aſia, cujus uſus in medicina eſt multiplex. *Cic. 1. de Div. c. 10. Plin. l. 24. c. 15.*

Scammonītes, æ, m. vinum factitium ex Scammoneæ ſucco. *Plin. l. 14. cap. 16.*

Scammonĭum, ii, ſuccus ſcammoniæ herbæ. *Plin. l. 26. c. 8.*

Scamnatus, a, um, adject. in ſcamna diviſus, ut ſcamnatus ager, apud *Frontin. de Colon. pag. 133. edit. Goeſ.*

Scamnŭlum, i, n. parvum ſcamnum. *Diomed. l. 1.*

Scamnum, i, *ſcanno*, *ſedia*, כבש, Ger. *ſchemel*, Gal. *banc*, Hiſp. *banco*, βάθρον, ſedile, in quo ſedere conſuevimus. Scamna alta erant, editaque, ut ſcandere opus eſſet, ut *Var. docet l. 4. de L. L.* Quia, inquit, ſimplici ſcanſione ſcandebat in lectum non altum, ſcabellum: in altiorem, ſcamnum. Hæc *Varro*. Itaque quidam ſcamnum ita definiunt: Scamnum eſt, quod lecto veluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius aſcendatur. Deinde addunt: Quoniam vero in his ſedere conſuevimus, factum eſt, ut ſcamnum, & ſcabellum ſæpe pro ſubſelliis uſurpentur. *Ovid. 6. Faſt. v. 305.* Ante focos olim ſcamnis conſidere longis mos erat. ¶ Interdum ſcamna dicuntur, quæ pedibus ſedentium ſubjici ſolent, quæ Græci ὑποπόδια vocant. *Ovid. in Ar.* Et cava ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem. ¶ Scamnum item erat menſura, qua agri diſponebantur, ut ab Occidente in Orientem in longitudinem reſpicerent. Hi agri limitibus decumanis per latitudinem limitabantur. Scamno ſtriga reſpondet, quæ erat menſura, qua agri diſponebantur, ut ſpectarent in longitudinem a Septentrione in Meridiem. Hi agri limitabantur per longitudinem eo limitum genere, qui cardines dicebantur. *Frontin. de qualit. agror. pag. 38. edit. Goeſ. & Hygin. pag. 198.* ¶ Præterea ſcamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos ſulcos in colendo relinquitur, quæ Varroni, & aliis eſt porca. Aliis ſolum immotum, minimeque aratro proſciſſum. *Cic. 1. de Divin.* Auſpicio Regni ſtabilita ſcamna, ſolumque. *Colum. l. 2. c. 2.* Sed ita ne ubi crudum ſolum, & immotum relinquat, quod agricolæ ſcamnum vocant. *Plin. l. 18. c. 19.* Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur.

Scandalizo, as, a. 1. σκανδαλίζω, ſcandalum alicui præbeo, aliquem offendo. *Tertul. de velan. Virg. c. 3.*

Scandălum, i, *ſcandalo*, מכשול, σκάνδαλον, græce ſignificat offendiculum, quod in via ponitur, ut pedem in illud impingendo cadamus. Translate ab Eccleſ. Scriptor. ſumitur pro ſuaſione, ſeu inductione alicujus ad peccandum. *Tertul. de Virgin. velan. c. 3. adv. Judæos c. 14. & l. 3. adv. Marcion. c. 1.*

Scandĭa, æ, f. inſula in Oceano Septentrionali. *Plin. l. 4. c. 13. & 16.*

Scandiānus, a, um, adject. Scandiana mala, genus ſunt quoddam malorum, ita fortaſſe dictum, quod ex Scandia inſula advectum ſit. *Col. l. 5. c. 10.*

Scandix, icis, f. olus quoddam agreſte. *Plin. l. 21. c. 15.*

Scando, is, di, ſum, a. 3. *aſcendere*, *andare in ſu*, *ſaltare all' alto*, עלה, Ger. *hinauffgehen*, Gal. *monter*, Hiſp. *ſubir*, ἀναβαίνω, in altum vado. *Cic. de Sen.* Cum alii ſcandant malos, alii per foros curſent. *Virg. 2. Æn.* Scandit fatalis machina muros. ¶ Uſurpatur etiam cum accuſ. & præpoſ. in, vel *ſuper*. *Liv. l. 3.* Et ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmovit. *Ovid. l. 2. de Pon. eleg. 1.* Te quoque victorem Tarpejas ſcandere in arces. ¶ Translata *Idem*, *ſeu quis alius auctor eſt Paneg. ad Piſon.* Scandere ſupra titulos majorum ſuorum.

Scandulāca, æ, f. herba frugibus inimica: necat enim ſcandendo. *Feſtus*.

Scandŭlæ, arum, f. 1. *ſcandole*, Ger. *ſchindeln*, Gal. *aiſſeles*, *bardeaux*, Hiſ. *ripias*, χαλίδιαι, parvæ tabellæ in parvas laminas ſciſſæ, e ligno, ut ex robore, abiete, picea, quibus tecta teguntur. *Philander apud Vitruv.* Scandulæ ſunt tabellæ vicem tegularum præſtantes, quibus contectam fuiſſe Romam annis CCCCLXX. auctor eſt Cornelius Nepos apud Plinium l. 16. cap. 10. Dictæ ſunt a ſcandendo, quia alia aliam ſcandit. Scandulas generatim dicimus materiam quamvis aſſulatim ſectam. Unde *Col. l. 8. c. 3. ubi de gallinariis*: Ab cohorte foriſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter injungantur, quibus irrepant aves, ad requiem nocturnam. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 41.* Cupas ſevo, pice, ſcandulis complent. ¶ Quidam Etymologi deducunt a *ſcandendo*: quidam a *ſcindendo*: atque hi *ſcindulas* legi jubent apud eos auctores, apud quos alii *ſcandulas* legunt. Alii ſic diſtinguunt, ut *ſcandulæ* a ſcandendo dicantur, quibus teguntur domus; *ſcindulæ* vero a ſcindendo, quæ ad alios uſus. Sed hæc levia ſunt, & magnorum virorum *Voſſii*, *Turnebi*, *Colvi*, *Philandri* contentionibus non ſatis digna.

Scandulāris, & re, o. 3. quod ex ſcandulis conſtat, ut Tectum ſcandulare, quod eſt pars ſuperior domicilii, in quam ſcalis aſcendimus, quæ ſcandulis olim communiri, & tegi ſolebat, imo hodie quoque ſolet in quibuſdam locis. *Apul. l. 3. Met.* ubi quidam *ſcindulare* legunt. V. Scandulæ.

Scandularius, ii, m. qui ſcandulis domos tegit. *Leg. ult. ff. de jure immun.*

Scanſĭlis, & le, o. 3. *che ſi può aſcendere facilmente*, ἀναβατός, id, ad quod facile aſcenditur. *Plin. l. 17. c. 11.* Ficumque ſic etiam ſcanſilem fieri, id eſt ita aſſurgere, & ita provenire, ut ſcandi facile poſſit. ¶ Scanſilis annorum lex dicitur, per quam ad ætatem veluti quibuſdam annorum gradibus aſcendimus. *Plin. l. 7. c. 49.* Ingens turba naſcatur, ſcanſili annorum lege occidua, quam climacteras appellant.

Scanſĭo, onis, aſcenſus, actus ſcandendi. Scanſio ſonorum, eſt eorum varietas, qua a gravi ad acutum gradatim pervenitur. *Vitruv. l. 6. c. 1.*

Scanſorĭus, a, um, adject. ad ſcandendum aptus, ut ſcanſoria machina. *Vitruv. l. 10. c. 1.*

Scantiāna poma, dicta ſunt a quodam Scantio inventore. *Plin. l. 15. c. 14.* ¶ Scantiana uva, eadem quæ aminnea major. *Plin. l. 14. c. 4.*

Scantinĭa lex, lata, ut putat *Manut.* a C. Scantinio Aricino Trib. pleb. ad coercendam præpoſteræ Veneris monſtroſam libidinem, pœnam conſtituit ingenuorum puerorum ſtupratoribus decem millium, ut eſt apud *Quintil. l. 4. c. 2.* Ea lege damnatum C. Scantinium Capitolinum, refert *Valer. Max l. 6. c. 1. n. 7.* De ea mentio eſt etiam apud *Juven. ſat. 2. v. 44. Sueton. in Domit. cap. 8. & Cic. 3. Phil. cap. 6.*

Scapha, æ, f. *barchetta*, *battello*, ספינה, Ger. *ſchifflein*, Gall. *vaiſſeau*, *eſquif*, Hiſp. *eſquife*, σκάφη, exigua navicula, quales ſunt, quæ in mari majoribus navibus circumvehuntur, vel eas pone ſequuntur, item quibus utuntur ad piſcandum, a σκάπτω, *fodio*, quia primum naves ex prægrandi arbore cœptæ ſunt cavari. *Cic. 2. de Inven. c. 51.* Uſque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret. *Juſtin. l. 2. c. 13.* Ubi ſolutum ponteio hybernis tempeſtatibus offendit, piſcatoria ſcapha trajecit trepidus.

Scapharĭus, ii, m. qui ſcaphis navigando negotiatur. *Inſcript. apud Gruter pag. 258.* Scapharii, qui Juliæ Romulæ negotiantur. Adde *Reineſ. claſ. 3. n. 26.*

Scaphe, es, f. σκάφη, vas concavum, hemiſphærii forma, in cujus medio ſtylus infixus Solis umbra horas indicat. *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Scaphĭum, ii, σκάφιον, vaſis genus, quo corporis excrementa excipiuntur. Latini matulam vocant. A *Polluce l. 10. c. 3.* reponitur inter vaſa muliebria. At uti muliebre vas ſcaphium, ita virile dicebatur laſanum, ut docet *Geſſan.* *Indice Lucretiano*. *Ulpian. l. 29. §. pen. ff. de auro leg.* Scaphia habita ventris cauſa non puto argento legato contineri. *Martial. l. 11. epigr. 12.* Te potare decet gemma, qui Mentora frangis in ſcaphium mœchu, Sardanapale, tuæ. ¶ Aliis ſcaphium notat poculi genus, figura oblonga, in ſcaphæ ſimilitudinem. *Plaut. Stich. 5. 4. 11.* Quibus divitiæ domi ſunt, ſcaphiis, cantharis, batiociis bibunt. *Cic. in Ver.* Scaphia cum emblematis Lilybæi empta. ¶ Erat item ſcaphium ferramenti genus, quo athletæ exercendarum virium gratia terram effodiebant, quod Latini ligonem vocant, a σκάπτω, *fodio*. In qua etiam ſignificatione a *Juven.* poſitum exiſtimant *ſat. 6.* ubi viriles mulierum exercitationes inſectatur, ne a pugilum quidem, & palæſtritarum armis abſtinentium. Et eadem, inquit v. 263. ſcaphium poſitis cum ſumpſerit armis. Sed rectius hoc quoque loco pro matella accipi videtur. ¶ Præterea ſcaphia ſunt vaſa ærea rotunda, in quibus ſtyli infixi in medio fundo ſui proceritate horarum ductus diſcriminant. *Martian. Capel. l. 6.* Hæc *Vitruvius* Scaphen appellat.

Scaphŭla, æ, f. parva ſcapha. *Veget. l. 3. rei milit. c. 7.* Latiores ſcaphulas ex ſingulis trabibus excavatas carpentis ſecum portet exercitus.

Scaphus, i, m. alveus, vaſis, aut alterius rei cavitas, a σκάπτω, excavo. *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Scaptenſŭla, æ, f. locus in Macedonia, ubi argentum effoditur; ita dictus a σκάπτω, effodio, auctore *Feſto*. *Lucret. l. 6. v. 810.* Quales exſpiret Scaptenſula ſubter odores.

Scaptĭa Tribus, una ex 35. Tribubus Romanorum, ita dicta a Scaptia urbe Latii inter Setiam, & Fabrateriam. Facta eſt anno Urbis 421. *Plin. l. 3. c. 5. & Feſt.*

Scapŭlæ, arum, f. 1. *ſpalle*, *omeri*, שכם, Ger. *die ſchultern*, Gal. *eſpaules*, Hiſp. *eſpaldas*, ὠμοπλάται, propria dicuntur oſſa duo in poſteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumeſcente, interiore reducta, extrema ſui parte in acetabula quædam deſinentia, quæ humerorum capita excipiunt. Paſſim tamen apud Scriptores ſcapulas acceptas invenias pro tota illa regione, quæ pone pectus juncta eſt. Dictæ ſunt a σκάπτεσθαι, *cavari*. Nam exterius quidem prominent, interius autem cavæ ſunt. *Var. l. 2. de R. R. c. 7.* Lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maxime duplici. *Plaut. Perſ. 1. 1. 32.* Vah, ſcapulæ pruriunt, quia ſe iſthæc audivi loqui. Verba ſunt ſervi verbera timentis. ¶ Translate *Tertul. de Pal. c. 2.* ſcapulas montium dixit, quod & dorſum montis dici ſolet.

Scapus, i, m. *il fuſto*, *gambo*, καυλός, proprie eſt caulis rectus in herbis in columnæ modum. *Var. l. 1. de R. R. c. 31. de vicia*: Ad ſcapum lupini, aliumve quem, ut hæreat, ſolet vincire. *Col. l. 9. c. 4.* Scapus aſphodeli. *Plin. l. 18. c. 10.* Inventus eſt jam & ſcapus unus centum fabis onuſtus. ¶ Dicitur etiam de tenui illo, lignoſoque ramuſculo, e quo uvarum acini dependent. *Var. de R. R. l. 1. c. 54.* Quæ calcatæ uvæ erunt, earum ſcapi cum folliculis ſubiciendi ſub prælum. Al. leg. *ſcopi*. ¶ Translate dicitur de corpore columnæ, ſeu ſtylo, & veluti virga, id eſt de eo, quod interjacet inter baſim, ſive ſpiram, & epiſtylium, ſive capitulum. Columnæ enim partes, inquit *Budæus*, ſunt ſcapus quaſi columnæ corpus, ſupra ſcapum capitulum, infra ſcapum ſpira, quæ baſis ſæpe appellari ſolet, infraque ſpiram ſtylobates. *Vitruv. l. 3. c. 3.* In ſummis columnarum ſcapis. ¶ Item de ligno portarum. Scapus cardinalis eſt rectum illud, & paulo craſſius lignum in valvis, quo fores ipſæ ſuſtinentur, & reguntur præcipue, & cujus capitibus, ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiore, & inferiore cardine inſertis, valvæ ipſæ volvantur ad aperiendum, aut claudendum. *Vitruv. l. 4. c. 6.* Fores ita compingantur, uti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte: inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus, &c. ¶ Item de corpore ſcalarum. *Vitruv. l. 9. c. 2. Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Item de corpore candelabri. *Plin. l. 34. c. 3.* Privatim Ægina candelabrorum ſuperficiem dumtaxat elaboravit, ſicut Tarentum ſcapos. ¶ Item de tranſverſa trutinæ linea, ex qua pendent lanculæ: & de linea ſtateræ, in qua ſacoma appenditur, & per puncta vagando diverſa indicat pondera. *Vitruv. l. 10. c. 8.* ¶ Item de plagularum congerie in caſſone chartarum, *un quinterno di carta*. *Plin. l. 13. c. 12.* Nunquam plures ſcapo, quam vicenæ. ¶ Item de inſtrumento textoria, cujus pulſu tela coarctatur, & condenſatur. *Lucret. l. 5. v. 1352.* Inſubula, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes.

Scarabēus, i, m. 2. *ſcarafaggio*, *ſcaravaccio*, Germ. *roſskafer*, Gall. *eſcharbot*, Hiſp. *eſcaravajo*, κάνθαρος, σκαραβαῖος, animal parvum volatile, teneras habens pennas, & ob id cruſta ſupervenientes tectas, ſtercore potiſſimum ſeſe alens. *Plin. l. 11. c. 28.* Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſupervenit, ut ſcarabeis, quorum tenuior, fragiliorque penna. ¶ Scarabeorum diverſa ſunt genera. Alii grandiores cornua prælonga biſulca dentata forficibus in cacumine habent, alii volitant magno cum murmure, ac mugitu, alii ſunt coloris viridis e vermibus fimo bovis, aut jumenti creati, alii e fimo ingentes pilas averſis pedibus volutant, &c. V. *Plin. l. 11. c. 28.* ¶ Ægyptii ſcarabeum inter Numina coluerunt, quod cenſerent, Solis operum ſimilitudinem huic animali ineſſe, ut ſcripſit Apion Ægyptius teſte *Plinio l. 30. c. 11.* vel quod putarent, animatam Solis effigiem eſſe, ut inquit *Euſebius lib. Præp. Evang.*

Scarificatĭo, onis, ἀμυχή, *ſcarificazione*, *ſcarnamento*, actus ſcarificandi, apertio facta tenui vulnere, ut ſanguis emittatur. *Col. l. 6. c. 12.* Si ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, aſſidua ſcarificatione diſcutitur. ¶ Dicitur etiam de levi vulneratione, qua arborum cortex aperitur. *Plin. l. 17. c. 27.* Interim eſt & ſcarificatio quædam in remediis cum macie corticis ex ægritudine aſtringente ſe, juſtoque plus vitalia arborum comprimente, exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris deducunt, et veluti cutem laxant.

Scarificātus, a, um, *ſcarnato*, *o graffiato*. *Plin. l. 32. c. 7.* Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingivis.

Scarifico, as, a. 1. *radere*, *ſalaſſare*, *ſcarnare*, Germ. *ſchrepffen*, Gall. *ſcarifier*, Hiſp. *ſajar*, *ſanar*, κατασχάζω, ἀμύσσω, ἀμύττω, eſt leviter in ſuperficie radere, ſcalpello aperire, leviter vulnerare, quo aliquid facilius cadat. *Plin. l. 32. c. 7.* Paſtinacæ quoque radio ſcarificare gingivas eſt in

dolore utiliſſimum. *Cato R. R. c.* 52. Scarificata radicem. ¶ Scarificare dolorem eſt ſcarificando dolorem avellere. *Plin. l.* 28. *c.* 15. Hue ſcarificari dolorem putant.

Scarifio, is, pro paſſivo *ſcarifior* ſingulare eſt apud *Scribon. Larg. compoſit.* 262. ubi ait: Lumbi leniter ſcarifiant.

Scarites, æ, gemma ſcari colore. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Scarrōſus, a, um, adject. rudis, tactu aſper. *Lucilius apud Donat.*

Scarus, i, m. Σκάρος, piſcis nobiliſſimi genus, mari Carpatio maxime frequens, qui ſolus piſcium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piſcibus veſci. Lecton Troadis promontorium ſponte non excedit. Hoc genus piſcis Optatus claſſis ſub Claudio Præfectus, a mari uſque Carpathio petitum, navibuſque advectum, inter Oſtienſem, & Campaniæ oram diſſeminavit, adhibita etiam cura, ut proximo quinquennio capti, mari redderentur, ut refert *Plinius l.* 9. *c.* 17. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Pinguem vitiis albumque nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Scatēbra, æ, f. *ſcaturigine*, *ſorgente*, מבוע, Ger. *brunquell*, Gal. *ſource*, Hiſp. *origen*, Βλύσμα, ebullitio aquæ ſurgentis, a *ſcateo*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 110. Scatebriſque arentia temperat arva. *Plin. l.* 5. *c.* 5. Eundem opacum nemoroſumque, & ſcatebris fontium riguum.

Scatĕo, es, tui, ſine ſup. *uſcire*, *ſaltar fuori*, נבע, Germ. *herfur quellen*, Gal. *bouillonner*, *jetter ſources*, Hiſp. *bullir ſoque mana*, Βλύζω, eſt emanare, erumpere, ita plenum eſſe, ut exilias quod continetur, proprieque de fontibus dicitur, cum vena aquæ copiam non capiens, foras eam expellit. Uſurpatur vel abſolute, vel cum genit. vel cum ablat. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 28. Fontes ſcatere, herbis prata conveſtirier. *Plaut. Aul.* 3. 6. 22. Quæ mihi interbibere ſola, ſi vina ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt *Col. l.* 6. *c.* 16. Solent etiam neglecta ulcera ſcatere vermibus. ¶ Tranſlate ponitur pro abundare. *Plaut. Perſ.* a. 1. 9. Amas pol miſera, id tuus ſcatet animus. *Hor. l.* 3. *od.* 27. Scatentem beluis pontum. ¶ Item pro exagitari, ſive æſtuare. *Gel. l.* 1. *c.* 17. Irarumque, & moleſtiarum muliebrium per diem, perque noctem ſcatebat.

Scatiſſa. V. Scantinia.

Scato, is, n. 3. idem quod ſcateo. *Lucret. lib.* 5. *v.* 41. terra ferarum Nunc etiam ſcatit. & *v.* 597. Largifluum fontem ſcatere, atque erumpere flumen.

Scatūrex, icis, vel igis, f. idem quod ſcaturigo. *Var.* apud *Non. c.* 5. *n.* 794.

Scaturiginōſus, a, um, quod humore abundat, ſeu ex quo aqua ſolet ſcaturire. *Col. l.* 5. *c.* 8. Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper uligo conſiſtit.

Scaturigo, inis, f. *ſcaturigine*, ἀνάβλυσις, idem quod ſcatebra, a *ſcaturio*. In veteribus libris geminato r ſcaturrigo reperitur. *Col. lib.* 3. *c.* 13. Niſi tamen ſcaturigo plauſtris obvia ſit. *Plin. l.* 31. *c.* 3. In nigro ſcaturigines non fere ſunt perennes.

Scaturio, is, n. 4. *ſcaturire*, *ſaltar fuori*, *ſorgere*, Βλύζω, idem quod ſcateo. *Col. l.* 3. *c.* 1. Modice tamen roſcidum ſolum, quod fontibus, non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat. ¶ Tranſlate *Col. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 4. Totus, ut nunc eſt, hic ſcaturit. h. e. totus apparet, cernitur, totum ſe effert. Alii aliter legunt.

Scaurus, a, um, Σκαῦρος, cui tali extantes ſunt, qui talos pedum tumentes, ut porrectos habet, cui pedes retro talo tardigradi ſunt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 48. Varum diſtortis cruribus; illum Balbutit ſcaurum, pravis fultum male talis. ¶ Hinc factum cognomen quibuſdam Romanis viris, ut Æmilius Scaurus, Aurelius Scaurus, &c.

Scazon, ontis, m. *ſcazonte*, Σκάζων, genus verſus jambici trimetri acatalectici, quod quinto loco jambum habet, ſexto ſpondæum, in cæteris conſentit cum jambico. Sua natura adjectivum eſt, ſub quo ſubſt. *verſus* intelligitur. Dicitur ſcazon a σκάζω, *claudico*. Deturbato enim e ſacra ſede jambo, & ſubſtituto ſpondæo videtur quaſi claudicare. Idem dicitur *choliambus*. ideſt claudus jambus, a χωλὸς, *claudus*, & ab *jambus*. Hujus generis ſunt verſus illi *Perſii in præf.* Nec fonte labra prolui Caballino. Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c. ¶ Hujus carminis inventor fuiſſe dicitur Hipponax. *Martial. l.* 7. *epigr.* 25. Apollinarem conveni mecum, Scazon.

Scelerate, adv. *ſcelleratamente*, ἀνοσίως, ſceleſte, flagitioſe, turpiter, impie. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Quare peccavi, ſcelerateque feci. *Id.* 5. *Tuſc.* Quem is, qui tam ſcelerata imperavit. *Id. pro Sex. c.* 62. Omnes eſt inſidias ſceleratiſſime machinatet. *Id. pro Dom. c. ult.* Domus ſceleratius ædificata.

Scelerātus, a, um, o. r. a. *ſcellerato*, *ribaldo*, רשע, Ger. *laſterhaffrig*, Gal. *mechant*, Hiſp. *ſcelerado*, κατάρατος, ſceleſtus, improbus, ſcelere contaminatus, flagitioſus. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 15. Ego autem illum male ſanum ſemper putavi, nunc etiam impurum, & ſceleratum puto. *Id. pro Dom. c.* 9. Homo turpiſſimus, & ſceleratiſſimus. ¶ Significat etiam contaminatum, & pollutum alieno ſcelere, μεμιασμένος. Et ad inanimata transfertur. *Cic.* 2. *Offic. c.* 8. *de Sylla:* Idem poſt a ſceleratiore haſta non receſſit. ¶ Hinc Scelerata porta, una ex portis urbis Romæ, eadem, quæ Carmentalis. V. *Carmentalis*. ¶ Item Campus ſceleratus. *Feſt.* Sceleratus Campus appellatur prope portam Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, defoſſæ ſunt vivæ. ¶ Item Vicus ſceleratus. *Feſt.* Sceleratus Vicus appellabatur Romæ, quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Ser. Tullium Regem ſocerum ſuum, corpus ejus jacens filia carpento ſupervecta eſt properans in poſſeſſionem domus paternæ. ¶ Per Catachreſin accipitur pro noxio. *Virg.* 2. *Georg.* At ſceleratum exquirere frigus difficile eſt. h. a. nocens, omnia exurens. *Servius.* ¶ Scelerata herba dicitur apium ruſticum, quia ſi quis guſtaverit, ridendo exanimari dicitur. *Apulei. de herb.* *c.* 8.

Scelerĭtas, atis, f. *ſcelleraggine*, ſcelus, flagitium. *Martian. leg.* 3. *tit.* 21. *l.* 48. *Digeſt.* Facti ſceleritas.

Scelĕro, onis, m. *ſcellerato*. Quidam Lexicographi afferunt locum ex *Cicerone l.* 9. *Attic. ep.* 18. In qua erat Eros ſcelero. Sed varia ibi lectionum varietas.

Scelĕro, as, a. 1. *macchiare*, μιαίνω, ſcelere polluo, coinquino, fœdo. *Virg.* 3. *Æn v.* 42. Parce pias ſcelerare manus. *Stat.* 9. *Theb. v.* 666. ſceleravit ſanguine dextram.

Scelerōſus, a, um, idem ac ſceleratus. *Ter. Eun.* 4. 3. Ubi ego illum ſceleroſum miſera, atque impium inveniam? Adde *Lucret. l.* 1. *v.* 84.

Scelĕrus, a, um, adject. ſceleſtus, ſceleratus. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 31. Hic mihi corrumpit filium, ſcelerum caput. Et 3. 2. 28. Terror ſinapis ſcelera cum illis. Ita *Serv. Daniel. in l.* 9. *Æneid.* Verum hæc loca nihil conficiunt. Priore enim loco eſt genitiv. pluralis; ultero pleriqque leg. *ſcelerata*.

Sceleſte, adv. idem ac ſcelerate. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſte ſuſpicaris, ego ἀφελῶς ſcripſi. ideſt unde, ſimpliciter. *Liv. l.* 24. *c.* 25. Quæcunque poſt Hieronis mortem ſceleſte, atque impie facta eſſent. *Auguſtin. ep.* 202. Illic non ſanguis humanus, ſed multo ſceleſtius pudor humanus interit.

Sceleſtus, a, um, idem ac ſceleratus. *Cic. pro R. Am.* 2. 13. Sceleſtum, ac nefarium facinus, atque ejuſmodi, quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. *Liv. l.* 3. *c.* 27. Ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidis. *Plaut. Amph.* 2. 1. 2. Sceleſtiſſimum te arbitror. ¶ Ponitur interdum pro infelici, ærumnoſo. *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 1. Sceleſtus quom argento fœnori.

Scelotyrbe, es, f. Σκελοτύρβη, dicitur a Medicis morbus, quo compages in genibus reſolvuntur, *debolezza di ginocchi*. *Plin. l.* 25. *c.* 3.

Scelus, eris, n. 3. *ſcelleraggine*, זמה, Ger. *ſchelm ſtuck*, Gal. *meſchanceté*, Hiſp. *maldad*, κακουργία, flagitium, peccatum, maleficium, fraus. *Cic. pro Cluent.* Neque ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtiis poſſe placari. *Id.* 1. *de Or.* Scelus nefarium facere. *Id. pro Sext.* Edere ſcelus in aliquem. *Id. ibid.* Scelere adſtringi. ¶ Scelus, & flagitium differunt: *Flagitium* peccatum eſt ab aliqua animi mollitie, aut ignavia profectum, quod dedecus, aut turpitudinem affert. *Scelus* autem vel cum aliqua crudelitate, & cæde, vel cum impietate conjunctum eſt. *Cic. Att. l.* 9. Quum aut hoc tantum ſceleris, aut illa tantum flagitii admitteret. ¶ Sed hæc differentia plerunque non obſervatur. ¶ Metonymice ponitur pro ſcelerato. *Ter. And.* 3. 5. Ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? *Plaut. Truc.* 2. 7. 60. Etiam, ſcelus viri, minitare? ¶ Metaleptice pro ſupplicio, ſeu pœna uſurpatur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 307. Quod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente? ¶ *Scelera non habent conſilium*, proverb. apud *Quintil. l.* 7. *c.* 1.

Scena, æ, f. *ſcena*, סוכה, Ger. *gezelt*, *lauber hutte en comedien*, Gal. *ſcene*, *ramee*, Hiſp. *cabañuela*, *ſcena*, Σκηνή, umbraculum, tabernaculum, papilio, camera ex arborum in ſe cubantium ramis, ac frondibus, ſive ea a natura ſit, ſive ab arte. Eſt a σκιά. Quare vulgo ſcribitur per ſimplex e. Sed per æ ſcribendum docent Varro, & Priſcianus. atque ita ſcriptum invenitur in vett. libb. ac lapidibus. *Virg.* 1. *Æn.* Hinc, atque hinc vaſtæ rupes, geminique minantur In cœlum ſcopuli, quorum ſub vertice late Æquora tuta ſilent, tum ſylvis ſcena coruſcis Deſuper, horrentique atrum nemus imminet umbra. ¶ Et quoniam in umbroſis tabernaculis Attica juventus, cum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incondita decantabat, fabulaſque ſuo more agebat, factum eſt, ut poſtea in urbem redactis Atticis nomen idem ibi manſerit conſabulationi, quæ inter utrumque theatri cornu erat protenſa, in qua ab hiſtrionibus fabulæ agebantur; quod nomen etiam Romani una cum re ipſa ab Athenienſibus acceptum, aſſiduo uſu veluti ſuum effecerunt. Scena igitur erat pars theatri proxima proſcenio, illo ſuperior, in qua latere ſoliti ſuere actores, prius quidem ſectis aulæis, poſtea vero ſiparii, quomodo Feſtus vocari ait genus veli, quo in ſcena mimi utuntur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. Ipſæ ſcenæ ſuas habeant rationes explicatas ita, uti mediæ valvæ ornatus habeant aulæ regiæ, dextra, ac ſiniſtra hoſpitalia. ¶ Latius tamen ſcenæ vocabulum interpretatur Labeo, referente *Ulpiano l.* 1. *ff. de his, qui not. inf.* cujus verba ſunt hæc: Scena eſt, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco, ubi quis conſiſtat, moveaturque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, privatove, vel in vico, quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Nec ſolum ſcena referta eſt iis ſceleribus, ſed multo auta communis pene majoribus. ¶ Scenarum tria genera fuere, Tragica, Comica, Satyrica. *Vitr. l.* 5. *c.* 8. Genera ſunt ſcenarum tria, unum, quod dicitur Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus ſunt inter ſe diſſimiles, diſparique ratione, quod Tragicæ deformantur columnis, faſtigiis, & ſignis, reliquiſque regalibus rebus. Comicæ autem ædificiorum privatorum, & Mænianorum habent ſpeciem, perſpectuſque feneſtris diſpoſitos imitatione communium ædificiorum rationibus. Satyricæ vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſque agreſtibus rebus, in topiarii operis ſpeciem deformatis. ¶ Altera quoque ſcenæ diviſio eſt, nempe in verſatilem, ſeu verſilem, & ductilem. *Servius ad* 3. *Georg.* Scena, quæ fiebat, aut verſilis erat, aut ductilis. Verſilis tunc erat, cum ſubito tota machinis quibuſdam convertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac, atque illac ſpecies picturæ nudabatur interior. ¶ Produci in ſcenam dicebantur hiſtriones, mimive, cum ab eo, qui ludos edebat, mercede, authoritate, aut gratia adducebantur, ut in ſcenam ad agendum prodirent. Reduci autem in ſcenam dicebantur, qui aliquanto intervallo, poſtquam primum ſui ſpectaculum præbuerant, ad agendum reverti jubebantur. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Galeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenam Cn. Pompeio, Q. Sulpitio Coſſ. ludis pro ſalute Divi Auguſti votivis, annum centeſimum quartum agens, quæ producta fuerat tyrocinio a M. Pomponio Ædili Plebis, C. Mario, Cn. Carbone Conſulibus ante annos nonaginta unum, & a Magno Pompeio magni theatri dedicatione anus pro miraculo reducta. ¶ Sæpe tranſlate, & proverbialiter ſumitur. *Scena totius rei hæc eſt*. ideſt hæc ſit totius rei actio, in hoc rei totius cardo vertitur. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 11. Scena rei totius hæc. Pompeius, tanquam Cæſarem non impugnet, &c. ¶ In ſcena eſſe dicitur aliquid, cum promulgatum, & pluribus notum eſt. *Cic. pro Planc. c.* 15. Omitto illa, quæ ſi minus in ſcena ſunt, at certe cum ſunt prolata, laudantur. ¶ Servire ſcenæ, eſt ſervire tempori, & rebus præſentibus ſe accommodare, tranſlata ab hiſtrionibus fabularum metaphora, qui non ſuopte ingenio agunt, ſed hoc unum ſpectant, ut quovis modo populi oculis placeant, alioquin explodendi, exſibilandique. *Cic. ad Brut. ep.* 9. Tibi nunc populo, & ſcenæ, ut dicitur, ſerviendum eſt. ¶ Scena minore aliquid agere, eſt minore apparatu, & oſtentatione. *Sueton. in Calig. c.* 15. ¶ Scena item fuit genus cultri, fortaſſe dolabræ Pontificalis. *Feſt.*

Scenālis, & le, o. 3. idem ac ſcenicus. *Lucr. l.* 4. *v.* 77. Et omnem Scenalem ſpeciem patrum, matrumque, Deorumque inficiunt. h. e. colorant omnem ornatum, & cultum ſcenæ.

Scenārius, a, um, adject. ſcenicus. *Ammian. l.* 18. *c.* 4. Scenarii artifices.

Scenaticus, a, um, adject. ſcenicus. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 811.

Scenatilis, & le, o. 3. idem ac ſcenicus. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 822. Si te pigeat hic Modi ſcenatilis.

Scenice, adv. *ſcenicamente*, Σκηνικῶς, more ſcenæ. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Facere aliquid ſcenice.

Scenĭcus, i, hiſtrio, qui in ſcena agit. *Cic.* 1. *Offic.* Ne ſcenici plus quam nos, videantur habere prudentiæ. *Suet. de Ner.* Spectaculis theatri clam illatus cuidam ſcenico placenti nuntium miſit.

Scenĭcus, a, um, *da ſcena*, Σκηνικός, quod ad ſcenam ſpectat. *Cic. pro Arch.* Quod ſcenicis artificibus largiri ſolebant. *Id.* 3. *de Or.* Quis unquam res præter hunc tragicas pene comice, triſtes remiſſe, ſeveras hilare, forenſes ſcenica prope venuſtate tractavit? *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Scenica dicacitas.

Scenītæ, m. 1. pop. Arabiæ Deſertæ, in conf. Arabiæ Fel. & Meſopotamiæ, apud Euphratem fl. ſic dicti a ſcenis, in quibus habitabant, cum domibus carerent. Hi a carnibus ſuillis abſtinebant, & hoc animal ibi non generatur, nec alimode allatum vivit, teſte *Solino*, *c.* 46. Adde *Plin. l.* 5. *c.* 11.

Scenographia. V. Sciagraphia.

Scenſa, æ, f. idem ac cœna, apud Sabinos. *Feſt.*

Scepīnus, i, m. piſcis quidam marinus. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Sceptici, m. 2. *Scettici*, Σκεπτικοί, genus Philoſophorum, qui nihil decernebant, ſed in quærendo ſemper, conſiderandoque erant. Aiebant enim, veritatem incomprehenſibilem eſſe, ac ne videre quidem plane quidquam,

neque audire ſe putabant. Dicti ſunt a verbo σκέπτομαι, conſidero, quaſi conſideratores. Iidem Græca alia ἀπορητικοὶ vocati, ideſt ambigentes, quod nihil affirmarent, & de omnibus ambigerent. Denique appellati etiam ſunt Pyrrhonii, quod eorum princeps, & auctor Pyrrho Eleus fuiſſet. Differebant ab Academicis, quod profeſſores Academiæ novæ ipſum illud, nihil poſſe comprehendi, quaſi comprehendebant, & nihil poſſe decerni, quaſi decernebant: Sceptici ne id quidem ullo pacto videri verum dicebant, quod nihil eſſe verum videretur. *Gel. l.* 11. *c.* 5. Quos Pyrrhonios philoſophos vocamus, ii Græco vocabulo σκεπτικοὶ appellantur.

Sceptos, i, σκηπτὸς, procella. *Apul. de Mundo*. Sceptos generale omnibus, quæ de nubibus cadunt, nomen eſt.

Sceptrifer, ra, rum, σκηπτροφόρος, quod ſceptrum fert. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 4. Sceptriferæ ſervi templa dediſſe manus.

Sceptriger, a, um, adject. idem ac ſceptrifer. *Silius l.* 16. *v.* 244. Sceptrigero cum rege, pari ſub honore reſidunt.

Sceptrum, i, *ſcettro*, שבט, Ger. *ſcepter*, Gal. *ſceptre*, Hiſp. *cetro*, σκῆπτρον, virga, ſeu baculus, Regni inſigne. Eſt a σκῆπτρον, quod proprie eſt baculus, ſcipio, ſive a σκήπτεσθαι, *inniti*, *incumbere*: atque ideo per ſimplex s ſcribitur, quia Græce eſt σκῆπτρον. In veteribus tamen monumentis *ſcæptrum* ſcribitur per æ. *Cic. pro Sext. c.* 26. Sedeat cum purpura, & ſceptro, & inſignibus illis regiis. *Sueton. in Galba*, c. 1. Auguſti ſceptrum e manibus excuſſum eſt. h. e. baculus, qualem geſtabant triumphantes Imperatores, ſtante Republica. *baſton di comando*. ¶ Per metonymiam ponitur pro regno. *Virg.* 1. *Æn. v.* 257. Reponere aliquem in ſceptra. *Senec. Oedip. v.* 705. Qui ſceptra duro ſævus imperio regit, timet timentes.

Sceptūchus, i, m. σκηπτοῦχος, ſceptrum tenens, rex, quaſi σκῆπτρον ἔχων. *Tacit.* 6. *Annal. c.* 33. Pharaſmanes adjungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum Sceptuchi, utrinque donis acceptis, more gentico diverſa induere.

Schafteria. V. Caſteria.

Scheda, æ, f. *carta*, *cartella*, Ger. *blat*, *blat*, Gal. *feuille de papier*, *tablette*, Hiſp. *hoja*, σχίδη, accipi ſolet de pagellis, ſive ſoliis, quæ cum aliis compacta non ſunt, proprie vero competit id nomen tabellæ, vel chartæ, in qua notamus, ſiquid ex tempore venerit in mentem, quæ olim ex libro tiliaceo fuit. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 15. Ut ſcheda nequa deperat. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit. *Martial. l.* 4. *epigr.* 91. Nec ſumma potes in ſcheda teneri. h. e. in extrema libri pagina.

Schedia, æ, f. σχεδία, navigium quoquo modo conſtructum, hoc eſt ex trabibus tumultuarie inter ſe nexis factum. *Feſt.*

Schedium, ii, n. σχέδιον, opus ex tempore factum, & inelaboratum. *Feſt.* Schedia genus navigii inconditum: unde mala poemata ſchedia appellantur. *Auſon. in proœm. ad epigram.* Bilbilis in hoc ſchedio cantabitur, aut Eraſinus.

Schedŭla, æ, f. *carticella*, *cedola*, *poliz̃zetta*, σχίδιον, parva ſcheda. *Cic. l.* 15. *Fam. epiſt.* 16. Hæc te tertia jam epiſtola ante oppreſſit, quam tu ſchedulam, aut literam.

Schema, atis, n. *abito*, *veſte*, σχῆμα, habitus, veſtis, a σχέω, ſive ἔχω, *habeo*. Penulæ ſervilis genus ſignificaſſe lingua Syracuſana, comprobat *Scaliger in Copam*, quibuſdam Theocriti verſibus. *Plaut. Amph. prol. v.* 117. Quod ego huc proceſſi ſic, cum ſervili ſchema. Quo ex verſu cognoſcere eſt, Latinos declinationem mutaſſe, ut in aliis multis, & etiam quantitatem. Plura hac de Plauti loco, ac ſchematis voce vide apud *Voſſ. l.* 5. *Orat. Inſtit. c.* 1. ¶ Schema quoque redditur ſpecies, forma, figura. *Vitruv. in præfat. l.* 6. Ariſtippus naufragio cum ejectus ad Rhodienſium litus animadvertiſſet Geometrica ſchemata deſcripta, exclamaviſſe ad comites ita dicitur: Bene ſperemus, hominum enim veſtigia video. ¶ Ponitur etiam pro cultu, ornatu. *Nov. apud Non. c.* 3. *n.* 206. Pergite thyrſigeræ Bacchæ modo Bacchico cum ſchemate? ¶ Apud Rhetores Schemata Græca dicuntur, quæ Latine Figuræ, ideſt lumina quædam vel verborum, vel ſententiarum, quibus tanquam inſigniore ornatu oratio veſtitur. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Schema proprie dicitur, quod eſt a ſimplici, ac in promptu dicendi poſito modo poetice, vel oratorie mutatum. *Cic. in Brut. c.* 37. σχήματα enim quæ vocant Græci, ea maxime ornant Oratorem, eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis ſententiis. *Martial. l.* 3. *ep.* 78. Schemate nec dubio, ſed aperte nominat illam, quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus. ideſt non tecte, & figurate. ¶ Si quem aliquando Poetæ ſolœciſmum faciant, *ſchema* appellare ſolere, docent *Chariſ. initio l.* 4. & *Diomed. pag.* 446. & 449. *Putſchii*.

Schema, æ, f. idem ac ſchema, atis, h. e. habitus, veſtitus. Præter exemplum, quod in voce præcedenti attulimus ex *Plauto*, aliud præterea addunt aliqui ex eodem in *Perſa* 4. 2. his verbis: Theatrum lepida condecorat ſchema. Ubi alii *lepidum ſchemam*; alii alia omnino verba reponunt. ¶ Item ſpecies, figura, imago. *Sueton. in Tiber. c.* 43. Ne cui in opera edenda exemplum imperatæ ſchemæ deeſſet. Loquitur *Suetor.* de laſcivis picturis, quas in ſuo Capreenſi ſeceſſu Tiberius ſtrurat. Sunt tamen qui hic quoque leg. *impuræ ſcenæ*.

Schematiſmus, i, m. σχηματισμὸς, *parlar figurato*, ratio loquendi per ſchemata, & figuras. Græca vox eſt, & græcis literis ſcribitur a *Quintil. l.* 1. *c.* 10.

Schidia, orum, n. *ſcheggie*, σχίδια, ligni fragmenta, quæ fabri materiarii ex ligno dejiciunt. Nomen eſt a σχίζω, *ſcindo*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 1. Intervallaque, quæ relinquuntur propter craſſitudinem materiæ, ſchidiis, & luto obſtruunt.

Schinuſſa, f. 1. *Scinuſſa*, inſ. parva maris Ægæi, una Sporadum, inter Nelon, & Jon. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Schiſma, atis, n. 2. *ſciſma*, σχίσμα, ſciſſura, & tranſlate diſſenſio, diſcordia. Eſt a σχίζω, ſcindo, findo, divido. *Tertul. de præſcription. adv. hæret. c.* 5. Apoſtolus diſſenſiones, & ſchiſmata increpat.

Schiſtos, i, λίθος σχιστὸς, lapis crocei coloris, in tenuiſſimas bracteas fiſſilis. *Plin. l.* 36. *c.* 20.

Schiſtum, i, σχιστὸν, genus lactis mulſo miſti, & poſtquam ebullierit, a ſero diviſi. *Plin. l.* 28 *c.* 9. ¶ Item, apud Græcos, genus aluminis concreti, in capillamenta quædam caneſcentia dehiſcentis. *Id. l.* 35. *c.* 15. ¶ Schiſta etiam dicuntur ova poſt triduanam incubationem luteſcentia. *Id. l.* 29. *c.* 3. ubi *Harduin.* legit ſitiſta. h. e. ſaginata, σιτιστά. ¶ Denique ſchiſtum olus eſt, inter cæpe genera enumeratum a *Plin. l.* 19. *c.* 6.

Schœnēis, idis, f. patron. Atalanta Schœnei filia. *Ovid. Heroid. epiſt.* 15. Ut mihi Hippomenes Schœneida, præmia curſus.

Schœnēius, a, um, adject. a Schœneo Arcadiæ rege, patre Atalantæ, ut Schœneia Virgo. *Ovid.* 2. *Triſt.*

Schœnicŏlæ, vel Schœnicolæ, arum, f. meretrices, propter uſum Schœni ſic appellatæ. *Feſt.* & *Var. l.* 6. *L. L.*

Schœnobătes, æ, m. *chi cammina ſulla corda*, Germ. *gaucker*, *der auff dem ſeil gehet*, Gal. *bateleur*, *danſeur ſur la corde*, Hiſp. *trepador*, σχοινοβάτης, funambulus, qui per funes ludendo graditur, a σχοῖνος, *funis*, & a βαίνω, *eo*, *incedo*. *Juven. ſat.* 3. *v.* 77. Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia novit.

Schœnobaticus, a, um, σχοινοβατικὸς, quod ad ſchœnobatem pertinet, ut Ars ſchœnobatica, exercitium funambulorum. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 1. Ego, qui ſcirem, Q. Pompejum Bauli ſchœnobaticam facere, & oique eo, ut ego miſererer ejus eſuriei. Plerique tamen rectius leg. *embaneticam*.

Schœnus, i, m. & Schœnum, i, n. *giunco*, e *ſuno di giunco*, σχοῖνος. *Cato R. R. c.* 105. Schœnum, & calamum in pila contundito. *Plaut. Rud.* 2. 1. 5. Hi ſchœni, & hæ arundines ſunt nobis quæſtu, & cultu. *Col. l.* 12. *c.* 20. Odores autem apti ſunt, iris, fœnum græcum, ſchœnum. ¶ Eſt etiam unguenti genus, quod ex junco odorato fiebat. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 55. Verſari inter miſeras ſchœno delibutas. Adde *Var. l.* 6. *L. L.* & *Feſt.* ¶ Item ſchœnus eſt menſura Ægyptiaca, quæ continet ſtadia quadraginta, vel ut alii, triginta duo. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Schœnus patet Eratoſthenis ratione ſtadia XL. aliqui XXXII. ſtadia ſingulis ſchœnis dedere. *Herodot. l.* 2. *c.* 6. ſcribit ſchœnum ſexaginta ſtadia complecti.

Schœnus, m. 2. Schœnus, *Scheno*, portus Peloponneſi, ad ſin. Saronicum, & ad iſthmum, ubi is anguſtior. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Schola, æ, f. *ſcuola*, Germ. *ſchul*, Gal. *eſchole*, Hiſp. *eſcuela*, διδασκαλεῖον, γυμνάσιον, gymnaſium ſcientiarum, ludus literarius, a σχολὴ, *otium*. Ab otio ſcholæ nomen inditum eſt, quia otio opus iis, qui ſtudiis vacare volunt. *Auſon. Idyl.* 32. Græca ſchola nomine dicta eſt, juſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis. *Feſt.* Scholæ dictæ ſunt, non ab otio, ac vacatione omni, ſed quod cæteris rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debeant, ut etiam ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fugiant pueri ſui fungi munere. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 22. Hominem audierit de ſchola, atque a magiſtro eruditum. *Id.* 2. *de Orat. c.* 7. Homo politus a ſchola. ¶ Metonymice accipitur pro rebus, quæ in ſchola docentur. Sic explicare ſcholam eſt præcepta doctrinæ exponere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 1. Primum, inquam, deprecor, ne me tanquam Philoſophum putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum. ¶ Item pro diſputationibus, & controverſiis, quæ in Scholis inter doctorem, & diſcipulos otioſe agitari ſolent. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 4. In quam exercitationem ita nos ſtudioſe dedimus, ut jam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus. *Id. ibid.* Ponere jubebam, de quo quis audire vellet, & id aut ſedens, aut ambulans diſputabam. Itaque dierum quinque ſcholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. ¶ Etiam in balneis locus erat, qui ſchola dicebatur, ut ex *Vitruvio* conſtat *l.* 5. *c.* 10. Videtur autem porticus fuiſſe circa labrum, ut etiam cenſet *Hieron. Mercurial. l.* 1. *de Arte Gymnaſt. c.* 10. Ac ſatis veriſimile eſt, nomen ex eo eſſe, quod illic otioſe conſiſterent, atque, ut *Vitruv.* loquitur, circumſpectantes ſtarent. ¶ Erant & ſcholæ Romæ in Octaviæ porticibus. Etiam hæ ab otio vocatæ fuerunt, quod homines otioſi in his verſarentur. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Alexandrum, & Philippum cum Minerva, qui ſunt in ſchola in Octaviæ porticibus, & Philippi. ¶ Denique ſchola dicitur etiam de collegio militum. *Juſtinian. l. ult. C. de loc. & conduct. & l.* 7. *C. de aquæduct.* & *Ammian. l.* 25. *ſub fin.*

Scholāris, is, adject. pertinens ad ſcholas, ſeu collegia militum. *Sever. Sulpit. de vita Martini*, *cap.* 2. Inter ſcholares alas ſub rege Conſtantino militavit. Sic in *Cod. Theodoſ.* & *Juſtin.* ſcholares ſæpe vocantur militantes in ſacro palatio, ut notavit *Cellar. in curis poſt. c.* 8. Hos *Suidas* vocat σχολαρίους.

Scholaſticus, a, um, *ſcolaſtico*, *da ſcuola*, σχολαστικὸς, quod ad ſcholam ſpectat, ut Scholaſtica diſciplina, Res ſcholaſticæ. *Quintil. l.* 7. *cap.* 2. Quædam in ſcholaſticis ponuntur ad conjungendam modo rei ſeriem. ¶ Scholaſticos etiam vocamus diſcipulos, qui diſcendi gratia ſcholas frequentant, a *ſchola*, ubi ſe exercent. *Plin. ep.* 14. *l.* 1. Scholaſticis porro, ut hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unamque ſemitam terere, &c. ¶ Proprie ſic vocatus eſt, qui ſe in fictis litibus exerceret declamator. *Plin. in epiſt.* 3. *l.* 2. Annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantum eſt: quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim, qui in foro, veriſque litibus teremur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. ¶ Cauſidici etiam ſcholaſtici aliquando dicti ſunt, *avvocati*. *Cod. Theodoſ. l.* 2. *de concuſſ. Advoc.* Supprime ſcholaſticos ultra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum, &c.

Scholiaſtes, æ, m. 1. σχολιαστὴς, ſcriptor ſcholiorum, interpres, a σχόλιον, ut Scholiaſtes Horatii, Juvenalis, &c.

Scholĭcus, a, um, adject. *da ſcuola*, ad ſcholam pertinens. *Gel. l.* 4. *c.* 1. Oſtentabat quiſpiam grammaticæ rei doctior ſcholica quædam nugalia. *Var. apud Non. c.* 6. *num.* 28. Auribus ſcholica dape ebrius.

Scholium, ii, n. 2. *breve commento*, σχόλιον, interpretatio brevior, breve ſcriptum. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 7. Velim, σχόλιον aliquod elimes ad me, opportuniſſe te id facere.

Sciadeus, i, m. piſcis marinus. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Sciæna, æ, f. σκίαινα, piſcis, qui latine umbra dicitur. *Plin. l.* 9. *c.* 16.

Sciagraphia, vel Sciographia, æ, f. σκιαγραφία, a σκιὰ umbra, & γράφω, *deſcribo*, eſt adumbratio ædificii, per quam, qualis totum opus perfectum futurum ſit, cernitur, *abbozzamento*, *modello*, *diſegno*. Differt ab ichnographia, quæ eſt tantum areæ, ſeu plani deſcriptio: & ab orthographia, quæ erectam tantummodo frontis imaginem repræſentat: at ſciagraphia totum per umbras, & lineationes deſcribit corpus ædificii. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. Sciagraphia eſt frontis, & laterum abſcedentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum reſponſus. Quidam contendunt legendum *ſcenographia* eodem ſenſu, nempe a σκηνὴ, *corpus*. V. *Bald. in Lexic. Vitruv.*

Sciathēras, æ, m. 1. σκιαθήρας, vel σκιοθήρας, inſtrumentum gnomonicum, quo ex umbra indagamus. Hoc Architecti in metandis urbibus utebantur, octoque cæli regiones exacte colligentes, ventorum vim moleſtam urbibus oppoſitis platearum, angiportorumque angulis frangebant, aut amoliebantur, aurasque corporibus ſalubres platearum directionibus admittebant. Eſt a σκιὰ umbra, & θηρῶ, *indagatio*. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui græce σκιαθήρας dicitur.

Sciathĕricum, vel Sciothericum, i, *orologio da Sole*, σκιαθηρικὸν, vel σκιοθηρικὸν, horologium, quo ex umbris cognoſcimus horas. *Plin. l.* 2. *c.* 76. Anaximenem Mileſium, Anaximandri diſcipulum, primum horologium, quod appellant ſciothericum, Lacedæmone oſtendiſſe.

Sciăthos, i, 2. *Sciatto*, inſ. maris Ægæi, inter Eubœam, & Theſſaliam, olim cum urbe cognom. Scopelo proxima, ante Magneſiam prom. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 8.

Scibĭlis, le, adject. *ſcibile*, qui ſcientia comprehendi poteſt. *Tertull. l.* 5. *adv. Marcion. c.* 16. Non omnibus ſcibilis.

Sciens, entis, o. *intendente*, ἐπιστάμενος, partic. a *ſcio*, cui contrarium eſt *neſciens*. *Teren. And.* 3. 2. Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut ſis ſciens. ¶ Aliquando idem eſt, quod prudens, & agens data opera, de induſtria, *a poſta*. *Cic. pro Syl. c.* 31. Nullum a me ſciente facinus occultatur. *Cæl. Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 16. Ne te ſciens prudenſque eo demittas, unde exitum vides nullum eſſe. ¶ Interdum nomen eſt, pro gnaro, ſive perito, cum genitivo. *Hor. l.* 3. *od.* 9. Me nunc Threſſa Chloe

ſa Chloe regit dulces docta modos, & citharæ ſciens. *Cic. pro Leg. Man. c.* 10. Quis igitur hoc homine ſcientior unquam aut fuit, aut eſſe debuit? *Id.* 1. *de Orat. c.* 49. Scientiſſimus regendæ Reip.

Scienter, *adv. prudentemente, ſapientemente*, German. *wiſſentlich*, Gall. *ſciemment*, Hiſp. *a ſabiendas*, ἐπιστημόνως, cum ſcientia, ſcite, perite, diſerte. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 2. Bene dicere autem, quod eſt ſcienter, & perite, & ornate dicere. *Id. in Orat. c.* 51. Scientius in aliqua re verſari. *Id.* 1. *Divin. c.* 41. Scientiſſime animadvertere. ¶ Sumitur etiam pro prudenter. *Cic.* 2. *Off.* Iis, quibuſcum congregamur, uti moderate, & ſcienter, ſingularis virtutis eſt. ¶ Item pro data opera, de induſtria, *a poſta*. *Plin. in Paneg. c.* 64. Quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter feſelliſſet, Deorum iræ conſecraret.

Scientia, æ, *ſcienza, cognizione, dottrina*, Ger. *wiſſenſchafft*, Gal. *ſcience*, Hiſp. *ciencia*, ἐπιστήμη, cognitio, intelligentia, eruditio. *Cic.* 1. *Off. c.* 6. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem. *Id. Phil.* 2. *c.* 23. Notabo ſingulas res: etſi nullo modo poterit oratio mea ſatisfacere veſtræ ſcientiæ. *Id. pro L. Man. c.* 10. Scientia bene dicendi. *Id.* 4. *Fam. ep.* 5. Scientiam medicinæ tenere. *Auct. ad Heren. l.* 4. Certam ſcientiam maleficii, non ſuſpicionem ſumere. ¶ In plurali numero. *Cic. de Senect. c.* 21. Cum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inventa, &c.

Scientiŏla, læ, parva ſcientia. *Arnob. l.* 2. *pag.* 56. Concinnavit ſcientiolas artium.

Scilicet, *adv. certamente*, Ger. *freylich*, Gal. *voire, certes*, Hiſp. *ciertamente*, δῆτα, certe, profecto. Adverbium eſt affirmandi, ſeu confirmandi. *Teren. Eun.* 3. 8. 10. Fratris igitur Thais tota eſt? C. ſcilicet. *Cic.* 5. *Tuſc.* Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet, & atra diſcernere non poterat, at vero bona, mala, æque, inique, honeſta, turpia poterat. *Id. Att. l.* 4. Si tacen oppreſſus, & captus, quo dolore eſſe debeo? quo ſum ſcilicet. *Id. pro C. Rab. perduel. reo*: Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris? ¶ Ponitur interdum ironice, interdum cum irriſione, & amaritudine, cum rem aliquam abſurdam eſſe, & minime credibilem volumus ſignificare. Quare tunc eſt adverbium negandi per Ironiam. *Terent. Andr.* 1. 2. 14. Meum gnatum rumor eſt amare. D. Id populus curat ſcilicet. *Virg.* 4. *Æn. v.* 379. Scilicet is Superis labor eſt. ¶ Accipitur quoque pro videlicet, nempe, nimirum. *Cic.* 6. *Ver.* Reſpondit id, quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætoris.

Scilla, æ, f. *ſquilla, a ſcilla*, σκίλλης, herba a bulborum genere, imo bulborum nobiliſſima, ut *Plinius l.* 19. *c.* 22. quæ radicem habet cæparum modo multipliciter tunicatam. Naſcitur tam in mari, quam in terra. Græce ſimiliter dicitur σκίλλη, ut errent, qui *ſcylla* ſcribunt. *Varro*, & Oſſe ... ſquillam nominant. *Plin. l* 19. *c.* 5. Nobiliſſima eſt ſcilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo, &c.

Scillinus, a, um, *ſquillitico*, σκίλλινος, quod ex ſcilla factum eſt. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Acetum ſcillinum inveteratum magis probatur.

Scillites, æ, m. σκιλλίτης, vinum, vel acetum, vel oleum factum ex ſcilla, ut abſinthites, vinum ex abſinthio. *Col. l.* 12. *c.* 33. Vinum ſcillites ad concoquendum, & ad corpus reficiendum, itemque ad veterem tuſſim, & ad ſtomachum hoc modo condire oportet, *vino ſquillitico*. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Urtica marina trita ex aceto ſcillite, &c. V. *Abſynthites*.

Scilliticus, a, um, *ſquillitico*, σκιλλιτικός, idem ac ſcillinus. *Col. l.* 12. *c.* 34. Acetum ſcilliticum.

Scillitus, a, um, præparatus ex ſcilla. *Auſon. epiſt.* 4. *v.* 77. Scillito decies ſi cor purgeris aceto. Al. leg. *ſcillite*.

Scimpodium, ii, σκιμπόδιον, lectus in triclinio, qui unum tantum hominem capiebat. Eſt autem diminutivum a σκίμπους, quod inter lecti genera reponit *Pollux*. *Gel. l.* 19. *c.* 10. Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Græcienſi.

Scin', idem ac ſciſne. *Teren. Eun.* 4. 7. Scin' tu, ut tibi res ſe ſe habeat?

Scincus, i, maſc. σκίγκος, animal ſimile crocodilo, circa Nilum frequentiſſimum, itemque in Libya, Arabia, India. Condiri ſoles, ſalſuique aſſerei. ac valet ad Venerem excitandum. *Plin. l.* 8. *c.* 25. Similis crocodilo, ſed minor etiam ichneumone eſt in Nilo natus ſcincos, contra venena præcipuum antidotis, item ad inflammandam virorum Venerem. *Id. l.* 28. *c.* 8. Ex eadem ſimilitudine eſt ſcincus, quem quidam terreſtrem crocodilum eſſe dixerunt, candidiore autem, & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoſcitur a crocodilo, ſquamarum ſeta a cauda ad caput verſa. Maximus Indicus, deinde Arabicus, &c.

Scindo, is, ſcidi, (& ſcindi apud Veteres teſte *Priſciano.*) ſciſſum, a. 3. *fendere, dividere*, Ger. *hauwen, ſchneiden*, Gall. *couper, dechirer*, Hiſp. *cortar*, τέμνω, σχίζω, findo, divido, frango, lacero. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 20. Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, cauſa nulla eſt. *Virg.* 6. *Æn.* Cuneis & fiſſile robur ſcinditur. *Idem l.* 12. Infelix crines ſcindit Juturna ſolutos. ¶ Penulam ſcindere. V. Penula. ¶ Scindere ſolum, eſt terram colere. *Virg.* 2. *Georg.* ¶ Scindere dolorem ſuum, eſt renovare commemorando. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 15. Sed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum. ¶ Scindere ſententiam, eſt mutare. *Cic. Att. l.* 13. Non licet ſcindere ſententiam ſuam: ſed tamen quæ ſunt acta ſunt, non poſſum ona probare, &c. ¶ Scindi in contraria ſtudia, eſt dividi, & in diverſas ſententias veluti partes quaſdam ire. *Virg.* 2. *Æn. v.* 39. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. ¶ Scindere verba fletu, *interrompere*. *Ovid.* 3. *de Pon. eleg.* 1. ¶ Apud *auctor. Priap. carm.* 54. uſurpatur hoc verbum obſceno ſenſu, ea ſcilicet ratione, qua *divido*.

Scindŭla, V. Scandulæ.

Sciniphes, is, f. *cimice*, genus inſecti corporibus hominum valde moleſti. *A rcn. Avie. l.* 5. *v.* 164. Illic quas ſciniphes vocitant. ¶ Scribitur & *ciniphes*.

Scinis, vel Sinis, is, m. latro Corinthius crudeliſſimus, qui inflexis arboribus homines alligabat, ut illis diſcedentibus diſcerperentur. *Propert. l.* 3. *eleg.* 20. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 440.

Scintilla, æ. *ſcintilla*, Ger. *funcklein*, Gal. *eſtincelle*, Hiſp. *centella*, σπινθήρ, particula ignis, quæ a ſilice, cum exditur, exilire ſolet. Sic dicitur quaſi ſpintilla, a σπινθήρ, quod idem ſignificat. *Germanus* cenſet eſſe a *ſcindo*, quaſi ſcindilla, quia flamma videtur quaſi ſcindi, dum ſcintilla excutitur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 174. At primum ſilici ſcintillam excudit Achates. ¶ Tranſlate ſumitur pro minima particula cujuſcunque rei. *Cic.* 4. *Acad.* Iſti autem, quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem ullam nobis ad aſpiciendum reliquerunt. idest particulam lucis. *Id. lib.* 10. *Fam. ep.* 14. Ut neque ſcintilla teterrimi belli relinquatur.

Scintillatio, onis, f. *ſcintillamento*, σπινθηρισμός, actus ſcintillandi. *Plin. l.* 20 *c.* 9 Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorum caligini, ſcintillationibuſque h. e. crebræ micationi contra naturam.

Scintillo, as, a 1. *ſcintillare, riſplendere*, Ger. *funckeln*, Gal. *etinceller*, Hiſp. *centellar*, σπινθηρίζω, ſcintillas emitto. *Plin. l.* 20. *c.* 1. Si admoveas, prius quam extinguat, ſcintillare ſurſum, ac deorſum cogat. ¶ Tranſlate ſumitur pro quocunque modo micare, ſplendere. *Plaut. Men.* 5. 2. 77. Ut oculi ſcintillant, vide. *Virg.* 1. *Georg. verſ.* 390. Teſta cum ardente viderent ſcintillare oleum.

Scintillŭla, æ, f. *ſcintilletta*, σπινθήριον, parva ſcintilla. Tranſlate *Cicer.* 5. *Fin. cap.* 15. Non ſine cauſa eas, quas dixi, in pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus, a quibus accendi Philoſophi ratio debet.

Scio, is, ſcivi, ſcitum, a. 4. *ſapere*, Germ. *wiſſen*, Gall. *ſavoir*, Hiſp. *ſaber*, εἴδω, ἐπίσταμαι, ἴσημι, γινώσκω, cognoſco, novi, intelligo, non ignoro. Uſurpatur cum accuſ. *Plaut. Pœn. prol. v.* 112. Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. *Cic. l.* 4. *Fam.* Sed hoc ſciebam: illud ſi ſciſſem, ad id meas literas accommodaſſem. *Id.* 3. *Ver.* Id adeo ſciri faciliſſime poteſt ex literis publicis. ¶ Vel etiam cum ablat. perſonæ, & præpoſ. *a*, vel *ab*, *e*, *ex*, *de*. *Cic. l.* 9. *Fam.* Ex quo vel ex ſobrio, vel certe ex ebrio ſcire poſſes. ¶ Vel cum ablat. rei ſine præpoſ. *Terent. Eun.* 1. 2. 53. Is ubi hanc forma videt honeſta virginem, & fidibus ſcire. ¶ Vel cum præpoſ. *de*. *Cic.* 1. *de Orat.* Jam vero de legibus inſtituendis, de bello, de pace, dicunt Lycurgum ſciſſe melius, quam Hyperidem. ¶ Vel cum quibuſdam adverbiis. *Cic. in Brut. c.* 37. Non enim tam præclarum eſt ſcire latine, quam turpe neſcire. *Id.* 1. *Fin. c.* 5. Cum græce, ut videor, luculenter ſciam. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic.* 6. *Ver.* Apud Segeſtanos repertum eſſe, Judices, ſcitote neminem neque liberum, neque ſervum, neque civem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. ¶ Vel cum aliquo membro orationis. *Cic. pro Mur.* Ille tenet, & ſcit, ut hoſtium copiæ, tu ut aquæ pluviæ arceantur. *Caſſ. Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 19. Velim ſcire, utrum iſta ſollicito animo, an ſoluto legas. ¶ Dicimus eleganter certum ſcire, certo ſcire, certe ſcire, pro certo ſcire. *Cic. ad Brut.* Cum certum ſciero, ſcribam ad te. *Id l.* 2. *Fam.* Nec vero quicquam video, quod non te videre certo ſciam. *Id.* 13. *Phil.* Nam Martiam, & quartam nihil præter dignitatem, & decus probaturas eſſe certo ſcio. *Liv. l.* 25. Sed quid rei eſſet, neminem ſatis pro certo ſcire. ¶ *Sciſſe* pro *ſciviſſe*. *Liv. l.* 43. *c.* 5. ¶ Olim in futuro inflectebatur in *ibo*, ut cætera verba quartæ conjugationis. *Teren. Phor.* 5. 1. Nemo ex me ſcibit. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Plaut. Capt.* 4. 2. 5. Quod cum ſcibitur, per urbem irridebor. ¶ Dicitur etiam, præſertim a Comicis, *ſcibam, as, at*, pro *ſciebam*. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 34. *Pſeud.* 1. 8. 85. *Amph. prol. v.* 52. & alibi ſæpe.

Sciographia, V. Sciagraphia.

Sciŏlus, i, maſc. *ſaputello*, qui aliquantum ſcit, vel qui ſcire ſe prædicat quæ revera ignorat. *Arnob. l.* 2. *pag.* 85. A ſciolis nonnullis, & plurimum ſibi arrogantibus. ¶ Accipitur aliquando in bonam partem pro ſciente, ac perito, ut ſciolus nandi, apud *Veget. l.* 3. *Strateg. c.* 19.

Sciothericum, V. Sciathericum.

Scipiadæ, arum, m. iidem ac Scipiones. *Virg.* 2. *Georg. v.* 170. Scipiadas durus bello. ¶ Adjective *Propert. l.* 3. *eleg.* 9. Nunc ubi Scipiadæ claſſes? ubi ſigna Camilli? ¶ In ſing. num. *Lucret. l.* 3. *v.* 1048. Scipiadas belli fulmen, Carthaginis horror.

Scipio, onis, m. Σκίπων, Σκηπάνιον, Σκῆπτρον, baculus, qualis eſt ille, cui ſenes innitentes gradum ſiſtunt. *Liv. l.* 6. Scipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe. ¶ Scipio eburneus olim proprium Conſulum geſtamen fuit, ut notat *Caſaub.* ad illud *Vopiſci in Aureliano, c.* 14. Nam te conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum, ut tibi deputet ſcipionem. ¶ Scipio in vineis eſt id, quo ipſa uva veluti baculo ſuſtinetur. *Col. l.* 12. *c.* 39. Ubi ſatis erunt corrugata acina, demtis, & ſine ſcipionibus in dolium conjecto, pedibuſque bene calcato. Sunt qui legunt *ſcopionibus*, ut ſit a *ſcopus*, quod hanc quoque habet ſignificationem.

Scipionarius, a, um, adject. a ſcipionibus. *Var. l.* 8. *de L. L. c.* 62. A Scipione quidam male dicunt Scipioninos. nam contra eſt Scipionarius.

Scipiōnes, um, m. 3. familia gentis Corneliæ. Originem habuit a P. Cornelio, qui quod patrem cæcum inſtar baculi regeret, Scipio cognominatus eſt. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 6.

Scirōma, vel Scirrhoma, atis, n. σκίῤῥωμα, *ſcirro*, morbus eſt hepatis induraſcentis. *Plin. l.* 25. *c.* 8. Buphthalmos cum cera ſciromata diſcutit.

Sciron, onis, maſc. latro inſignis a Theſeo interfectus, cujus oſſa cum in mare apud Megaram in Attica, haud procul a Piræeo, cecidiſſent, in ſcopulos converſa dicuntur. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 445. Scopulis nomen Scironis inhæret.

Scirōnis, idis, adject. f. a Scirone, ut Scironides petræ. *Sen. Hippol. v.* 1020.

Scironius, a, um, adject. a Scirone, ut Scironia ſaxa. *Sen. Hippol. verſ.* 1022. Scironia rupes. *Claudian. de B. Get. v.* 188.

Scirpea, vel Sirpea, æ, f. ῥάμνος, cratis a ſcirpis contexta, qualis eſt quæ plauſtro imponitur, ut commodius ſtercora in agros vehantur. *Ovid. l.* 6. *Faſt. v.* 680. in plauſtro ſcirpea lata fuit. Adde *Var. l.* 4. *de L. L.*

Scirpeus, vel Sirpeus, a, um, adjectiv. σχοίνινος, e ſcirpo confectus, ut ſcirpea imago, apud *Ovid.* 5. *Faſt. verſ.* 659. quæ de re V. in *Argei*. Sic ſcirpea ratis. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 9.

Scirpicula, vel Sirpicula, æ, f. *canaſtro fatto di giunchi*, πλέγμα, genus caniſtri, vel cophini viminе contexti, a *ſirpo*, vincio, necto, vel a *ſcirpus*. *Plaut. Capt.* 4. 2. 36. Ego eis ora verberabo ſcirpiculis piſcariis, *maſſe*. *Propert l.* 4. *eleg.* 5. Sirpiculis medio pulvere ferre roſam. ¶ Eſt etiam genus falcis putatoriæ. *Var. l.* 4. *de L. L.* & *l.* 1. *R. R. c.* 22.

Scirpiculum, vel Sirpiculum, i, n. idem ac ſcirpicula, hoc eſt caniſtrum. *Colum. l.* 10. *v.* 304. Canna jam vimine textum Scirpiculum ferrugineis onerate hyacinthis.

Scirpiculus, i, m. parvus ſcirpus, ſeu juncus, vel funiculus e ſcirpo. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 8.

Scirpus, a, um, adject. idem ac ſcirpeus. *Nav. apud Feſt.* Jam te occidam clave ſcirpio.

Scirpo. V. Sirpo.

Scirpŭla, læ, f. genus vitis apud *Plin. l.* 14. *c.* 3. & *Col. l.* 3. *c.* 2.

Scirpus, vel Sirpus, i, m. σχοῖνος, juncus. *Feſt.* Scirpus eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur læve, & procerum. Unde tegetes fiunt. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Nec in frutic um, inquit, nec in vepriurn, caulium ve, neque in herbarum, aut alio ullo, quam ſuo genere, numerentur jure ſcirpi fragiles paluſtreſque, ad tegulum, tegeteſque, e quibus, detracto cortice, candelæ luminibus, & funeribus ſerviunt. Firmior quibuſdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant non in Pado tantum Nautici, verum & in mari piſcator Africus, præpoſtero more vela intra malos ſuſpendens. Et mapalia ſua Mauri tegunt, proximeque æſtimanti hoc eideantur eſſe, quo interiore Nili parte papyri ſunt uſu. Hæc *Plin.* ¶ Scirpus enodis eſt. Hinc factum eſt proverbium, *Nodum in ſcirpo quæris*, de his, qui in rebus claris, atque apertis difficultatem faciunt. *Enn. apud Feſtum*: Quæritur in ſcirpo, ſoliti quod dicere nodum. Adde *Plaut. Men.* 2. 1. 22. ¶ Tranſlate ſcirpus ponitur pro re obſcura, quæſtione captioſa, aut ænigmate, ex ea ducta metaphora, quod ſcirpis utimur etiam ad aliquid colligandum, & implicandum, vel a Sirpiculis piſcariis, in quas piſces ubi intravere, exitum invenire non poſſunt: niſi malis etiam deducere a *ſirpo, as*, necto, vincio, qua ratione plerique *ſirpus* ſcribere maluit. *Gel. l.* 12. *c.* 6. Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam e noſtris veteribus ſirpos appellaverunt. Eſt qui legit *ſcrupos*: quod eruditis minus placet. ¶ Legitur & *Scyrpus*.

Scir-

Digitized by Google

Scirrhus, vel Scirus, i, m. *ſcirro*, *σκίῤῥος*, tumor in aliqua parte corporis induratus. *Plin. l. 7. c. 13.*

Sciſcitatio, onis, actus ſciſcitandi. *Petron. in Satyr.* Diligentiſſima ſciſcitatione quærere.

Sciſcitator, oris, qui ſciſcitatur. *Martial. lib. 3. epigr.* 82. delicatæ ſciſcitator urinæ. *Prudent. in hymn. jejunant. v.* 193. Explorat arte ſciſcitator callidus.

Sciſcitatus, a, um, nom. partic. paſſivæ ſignificationis, quæſitus, inquiſitus. *Ammian. l. 25. c. 8.* Omnium ſententiis occultius ſciſcitatis.

Sciſcito, as, a. 1. idem ac ſciſcitor. *Plaut. Merc.* 2. 3. 72. Paucula etiam ſciſcitare prius volo.

Sciſcitor, aris, d. 1. *interrogare*, *domandar per ſapere*, *cercare d'intendere*, שאל, Ger. *nachfragen*, Gal. *s'enquerir*, *interroger*, Hiſp. *preguntar*, *ἐρωτάω*, interrogo, inquiro. Proprie de iis dicitur, qui aliquid ſcire laborant. *Cic. in Or.* Non te id ſciſcitari, qualem ego in inveniendo, & in collocando ſummum eſſe Oratorem vellem. *Id. 1. de nat. Deor. c. 7.* Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. *Id. 1. Div. c.* 34. Cum oraculum ab Jove Dodonæo petiviſſent, de victoria ſciſcitantes.

Sciſco, is, ivi, itum, a. 3. *ſapere*, *οἶδα*, ſcio, intelligo, operam do ut ſciam. *Plaut. Amph.* 5. 1. 17. Ocyus accurro, ut ſciſcam, quid velit. ¶ Interdum abit a prima notione, & ſignificat ſtatuere, decernere, ſancire, *decretare*. *Plaut. Curc.* 4. 2. 23. Rogationes plurimas propter vos populus ſcivit, quas vos rogatas rumpitis. *Cic.* 3. *Off. c.* 11. Qui ſciverunt, ut Æginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur. *Id. pro Planc.* Plancus primus legem ſcivit de Publicanis. *Id. pro Planc.* Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus juberet ſummma concione, diſtributis partibus, &c. *Id.* 2. *de Leg. c.* 5. Quid, quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis? *Arnob. l.* 2. Antiquis opinionibus ſcitum eſt. ¶ Sciſcere ſuffragia, eſt ferre. *Cic.* 3. *de Leg. cap.* 3. ubi tamen alii aliter leg. ¶ Sciſcere rogationem, aut legem, eodem ſenſu. *Id. ib. c.* 13.

Sciſſilis, & le, o. 3. *τμητός*, *σχιστός*, quod ſcindi poteſt, vel quod ſciſſum eſt. *Celſ. l. 6. c.* 11. Inſpergique ulcera debent alumine ſciſſili. *Apul. l.* 1. *Metam.* Sciſſili palliaſtro ſemiamictus.

Sciſſim, adv. a ſcindo. *Prudent. peraſt. p.* Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt.

Sciſſio, onis, f. 3. *σχίσις*, actus ſcindendi, ſciſſura. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c. 6.* Ille ratione ſciſſionis, hic numero.

Sciſſor, oris, qui ſcindit obſonia, *trinciante*. *Petron. in Satyr.* Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam geſticulatus laceravit obſonium.

Sciſſura, æ, *feſſura*, *χίασμα*, *σχίσμα*, ſciſſio, rima, hiatus. *Plin. l.* 11. *c.* 28. Pannæ inſectis omnibus ſine ſciſſura. *Id. l. 5. c. 9.* Ad ſciſſuram autem Nili, quod appellavimus Delta, 15. M. P.

Sciſſus, us, m. idem ac ſciſſio, vel ſciſſura. *Var.* Sciſſu materiæ fatigatus quieſcebat lectulo. Ita apud Lexicographos.

Sciſſus, a, um, *lacerato*, *diviſo*, *σχισθείς*. *Liv. l.* 3. Sciſſa veſte, tergum laceratum virgis oſtendit. *Ovid. ep.* 11. Cum ſuperincumbens, ſciſſa tunicaque, comaque preſſa refoviſti pectora noſtra tuis.

Scitamenta, orum, n. *leccume*, *ſaporetto*, *ἡδύσματα*, ſcita edulia, a *ſcitus* pro polibro, quod ſint ſaporis egregii, & præcellentis. *Macrob. lib. ult. Saturn. c.* 14. Apud propinatores pleraque ſcitamentorum cerimus, propoſita ampliora ſpecie, quam corpore. *Plaut. Men.* 1. 3. 26. Aliquid ſcitamentorum de foro obſonarier. Al. aliter leg. ¶ Tranſlata ſcitamenta dicuntur ornamenta orationis. *Gel. l.* 18. *c.* 8. Cætera huiuſmodi ſcitamenta, ideo ſcite, & argutule, ut ipſis videntur, excogitata orationis ornamenta.

Scitatio, onis, f. ſciſcitatio, interrogatio. *Ammian. l.* 18. *c.* 9. Indeſeſſa ſcitatione percontans.

Scitator, oris, m. qui interrogat, & ſciſcitatur. *Ammian. lib.* 22. *cap.* 8. Scientiſſimi ſcitatores. Alii leg. *ſcrutatores*.

Scite, adv. *ſaputamente*, *dottamente*, *leggiadramente*, Ger. *weiſslich*, Gal. *fort bien*, Hiſp. *ſcientemente*, *ἐντέχνως*, *ἐμμελῶς*, docte, pulchre, bene, venuſte, artificioſe. *Cic. ad Brut. l.* 11. *Fam. ep.* 16. Satis ſcite, & commoda tempus ad te cepit adeundi. *Id.* 4. *Ver.* Ut etiam nos, qui rudes harum rerum ſumus, intelligere poſſimus ſcite facta, & venuſte. *Gel. l.* 1. *c.* 18. Varro ſcripſit de ratione vocabulorum ſcitiſſime. *Id. l. 4. c.* 11. Diligentius, ſcitiuſque arbitrari. Al. leg. *anquiſitior*.

Scito, as, a. 1. frequent. a ſcio. *Ammian. l.* 30. *c.* 5. Genuino percontando ſermone, quod non ſcitabat. Al. leg. *quod neſciebat*.

Scitor, aris, d. 1. idem ac ſciſcitor, a ſupino *ſcitum* verbi *ſcio*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 114. Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. *Ovid.* 10. *Metam.* Scitatur ob ipſa Numinibus dictis, cujus velit eſſe mariti. *Horat. l.* 1 *ep.* 7. *v.* 6. Scitari libet ex ipſo.

Scitule, adv. aliquantum ſcite, apte, docte. *Apul. l. 7. A. A.* Tucceta concinnat, ſcitula apponit. Al. leg. *ſacella*.

Scitulus, a, um, adject. aliquantum ſcitus, venuſtus, pulchellus, *graziſetto*. *Plaut. Rud.* 4. 1. 3. Atque ambas forma ſcitula, atque ætatula.

Scitum, i, ſubſt. n. *decreto*, *ψήφισμα*, decretum, juſſum, a *ſciſco*. *Cicer. pro Corn. Balb. c.* 18. Cum ſcitis, ea juſſa noſtra ſua ſententia comprobat. *Id. de opt. gen. Orat.* De hus igitur Cteſiphon ſcitum fecit, ut corona aurea donaretur. *Liv. l.* 1. Cætera quoque omnia publica, privataque ſacra Pontificis ſcitis ſubjecit. *Feſt.* Scita plebis appellantur, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu rogante. ¶ Ponitur etiam pro dogmate, ſeu axiomate. *Sen. epiſt.* 96. (al. 95.) Præterea nulla ars contemplativa ſine decretis ſuis eſt, quæ Græci vocant dogmata, nobis vel decreta licet appellare, vel ſcita, vel placita.

Scitus, a, um, *ſaputo*, *dotto*, *accorto*, *σοφός*, ſciens, prudens, argutus. Gloſ. Cyril. *Ἐπιστήμων*, *gnarus*, *ſcitus*, *ſciens*. *Ter. Eun.* 1. 2. Scitum herale hominem, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. *Id. Heaut.* 1. 2. 36. Scitum eſt periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet. *Cic.* 3. *de Or. c. ult.* Scitum eſt enim, cauſam conferre in tempus, cum, &c. *Id.* 2. *de Divin.* Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt. *Ovid.* 5. *Faſt.* Et curvæ ſcita Thalia lyræ. ideſt ſciens lyra canere. *Id.* 9. *Metam.* Mæandriſque vadeos, ſcituſque vadorum. id eſt peritus. ¶ Quia vero quod ſcienter, docteque fit, id elegans eſſe ſolet, hinc ſcitus pro pulchro uſurpatur. *Ter. Andr.* 3. 1. 6. Percaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo. ¶ Item pro apto, opportuno. *Plaut. Amph.* 1. 132. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto. ¶ Gradus ſunt *ſcitior*, *ſcitiſſimus*. *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 33. Ecquis homo ſcitus eſt? Ch. Pluſ ſcitum non eſt ſcitius. *Id. Perſ.* 4. 4. 3. Scitiſſima oratio.

Sciurus, i, maſc. *ſcoiattolo*, *σκίουρος*, genus animalis, a *σκιά*, *umbra*, & *οὐρά*, *cauda*, quia in æſtu umbram ſibi facit cauda ſua. *Plin. l.* 8. *c.* 38. Prævident tempeſtatem ſciuri, obturatiſque, qua ſpiraturus eſt ventus, cavernis, ex alia parte aperiunt fores. De cætero ipſis villoſior cauda pro tegumento eſt.

Scius, a, um, adject. idem ac ſciens, ſcitus, doctus, peritus, *εἰδώς*, *ἐπιστήμων*. *Non. c.* 5. *n.* 29. Scius, & conſcius hoc differunt, quod ſcius ſecum, conſcius cum alio ſcius eſt. *Lactant. l.* 2. *c.* 14. Dæmonas dici ajunt, quaſi *δαήμονας*, ideſt peritos, ac rerum ſcios. *Pacuv.* apud *Priſcian. l.* 4. Perrogitando advenas de natis, neque quenquam invenit ſcium.

Scloppus, V. Stloppus.

Scobina, æ, f. *raſpa*, inſtrumentum lignarium, quod reſpondet limæ ferrariæ, a *ſcobs*, *ſcobis*. *Plaut. in Nervolar.* apud *Var. l. 6. de L. L.* Scobinam ego illam actutum abraſi. Scobinam a ſcobe. Lima enim materiæ fabrilis eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Noviſſima aſperitas, ut ſcobina fabri.

Scobs, bis, & Scobis, bis, f. vel m. *limatura*, *raſchiatura*, נסר, Germ. *feilſtaub*, Gal. *ſciure*, Hiſp. *aſſerraduras*, *ῥίνημα*, id, quod ab aliqua materia minutiſſimum decidit, dum per limam raditur, vel per ſerram ſecatur, vel per terebram perforatur, vel aliquo corpore atteritur. Secundum *Priſcianum* eſt generis fœminini, ſecundum *Phocam* maſculini. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Alii elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis. *Col. l.* 7. *c.* 10. Nauſeantibus ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale commixta. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. *ante med.* Fons odore, uti ſcobe ſitreo. ¶ Rectus caſus *ſcobs* affertur a *Priſciano*.

Scolecia, æ, f. ærugo in ære Cyprio. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Eſt & alterum genus æruginis, quam vocant ſcoleciam in Cyprio ære, hac trito alumine, & ſale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo quam acerrimo: teritur autem, donec viridia fiat, contrahatque ſe in vermiculorum ſpeciem, unde & nomen. Hæc *Plin.* Alii leg. *ſcolece*, ut ſit accuſativus a recto *ſcolex*, quod eſt a Græco *σκώληξ*, vermiculus. Ex hac mixtura fit color, qui Ital. dicitur *verde grigio*.

Scolecium, ii, *σκωλήκιον*, genus cocci, quo veſtes tinguntur. *Plin. l.* 24. *c.* 4.

Scolibrochon, i, n. *σκολίβροχον*, herba, quæ & callitrichon, & Scolopendrion, & capillus Veneris dicitur. *Apul. de herb. c.* 47.

Scolopendra, æ, fem. *ſcolopendra*, *σκολόπενδρα*, inſectum octipes, venenatum, cujus in altero extremo, quod caudæ loco habet, ſupereminet corniculum, quaſi ſurculus impactus, a quo nomen creditur accepiſſe, nempe quaſi *ἔχων σκόλοπα ἐν τῇ οὐρᾷ*. *Plin. l.* 8. *c.* 29. Et a ſcolopendris abactos Trerienſes, auctor eſt Theophraſtus. ¶ Scolopendra item piſcis marinus eſt. *Plin. l. 9. c.* 43. Scolopendræ terreſtribus ſimiles, quas centipedas vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.

Scolopendrium, ii, n. *citracca*, *σκολοπένδριον*, genus herbæ, alio nomine aſplenum, & capillus Veneris. *Apul. de herb. c.* 47.

Scolymos, maſc. 2. *σκόλυμος*, agreſtis herba ſpinoſa, genus cardui ſylveſtris. *Plin. l.* 20. *c.* 23. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canteſcentem, & abeuntem cum aura: ſcolymon Græci vocant. *Id. l.* 22. *c.* 22. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat: Frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtiſque foliorum, ac radice nigra, ſed dulci, Eratoſtheni quoque laudata in pauperis cœna.

Scombrus, vel ſcomber, bri, m. *ſcombro*, *σκόμβρος*, genus piſcis marini. *Plin. l. 9. c.* 15. Et primi omnium ſcombri, quibus eſt in aquis ſulphureus color, extra qui cæteris. ¶ Ex ſcombris, maxime qui in Hiſpano mari apud novam Carthaginem capiebantur, præſtantiſſimum garum fiebat, teſte *eod. l.* 31. *c.* 8.

Scomma, atis, n. *motto*, *σκῶμμα*, cavillum. A *Macrobio l.* 7. *Saturn. c.* 3. definitur morſus figuratus, qui ſæpe fraude, vel urbanitate tegitur, ut aliud ſonet, aliud intelligatur, nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit. Eſt a *σκώπτω*, *cavillor*. Ejuſmodi eſt illud Ciceronis in Caninium unius diei Conſulem: *Olim Flamines, nunc Conſules Diales*. Vide totum caput Macrobii.

Scopæ, arum, f. 1. num. pl. *ſcopa*, מטאטא, Germ. *beſen*, Gal. *balay*, Hiſp. *eſcoba*, *σάρωθρον*, *κόρημα*, inſtrumentum, quo pavimenta verruntur. *Plaut. Stich.* 2. 3. 23. Ferte huc ſcopas, ſimulque arundinem. ¶ *Scopas diſſolvere*, eſt rem prorſus inutilem facere. *Cic. in Orat. c.* 71. Iſti cum diſſolvunt orationem, in qua nec res, nec verbum ullum ſit, niſi abjectum, non ſtypeum, ſed, ut in proverbio eſt, ſcopas mihi videntur diſſolvere. ¶ Hinc *Scopæ ſolutæ*, proverbiali Metaphora, dicuntur homines nihili, nulliuſque pretii ſtolidi. *Cic. Att. l. 7. epiſt.* 13. *ad fin.* Cæſarem vidi Minturnis ad 8. Cal. Febr. mane, cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas, ut id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe. ¶ Scopæ quoque dicuntur virgæ, & putamina arguſtorum, vel herbarum, & fruticum, ut *Scopæ manuales*, quos Medici vocant manipulos, quos una manu poſſimus apprehendere. *Plin. l.* 24. *c.* 15. Incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis ejus in tribus heminis aquæ decoctis uſque ad tertias. *Id. l.* 22. *c.* 18. Succus chamæleonis in vino auſtero cum origani ſcopis. ¶ Scopæ regia, vel ſcopæ regiæ, herba eſt ſimilis Achilleo, ſed latioribus foliis. Ruellius putat eam eſſe, quam vulgus herbam carpentariorum vocat, quod materiarii fabri hac ſæpe utantur ad conglutinanda vulnera. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Non levior ei, quam ſcopam regiam appellant, &c. *Id. l.* 25. *c.* 5. Noſtri eam, quæ eſt latiſſimo folio, ſcopas regias vocant.

Scoparius, ii, *ſcopatore*, Germ. *hauſſkerch*, Gal. *balieurs*, Hiſp *barrederos*, *σαρωτής*, ſervus, cujus miniſterium ſit, ut deverrat pavimenta ſordentia. *Ulp. l. inſtrumenta fundi, ff. de fundo inſtructo:* Quibuſdam in regionibus accedunt inſtrumento, ſi villa cultior eſt, etiam atrienſes, & ſcoparii.

Scopas, æ, m. ſtatuarius inſignis, qui floruit Olympiade LXXXVII. Polycleto coævus. *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Scopes, um, f. *σκῶπες*, aves quædam ab Homero memoratæ, variis geſticulationibus aucupum imitantes. *Plin. l.* 10. *c.* 49.

Scopio, onis, m. pes uvæ. V. Scipio.

Scopium, ii, n. idem ac ſcopus, hoc eſt pediculus, ex quo acini uvæ pendent. *Cato R. R. c.* 112. Tunc acina de uvis miſcellis decerpito de ſcopio.

Scopula operta, *ὠμοπλάται*, lati humeri, aut oſſa humeraria. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. A cervice duo lata oſſa utrinque ad ſcapulas tendunt, noſtri ſcopula operta, *ὠμοπλάτας* Græci nominant. Ea in ſummis verticibus ſinuata, ab his triangula, paulatimque laeſcentia ad ſpinam tendunt, & quo latiora quaque parte ſunt, hoc hebetiora.

Scopula, æ, f. *piccola ſcopa*. *Col. l.* 12. *c.* 36. Scopulæ aridæ myrti.

Scopuloſus, a, um, *pieno di ſcogli*, *ſcoglioſo*, *σπιλαδώδης*, ſcopulis plenus. *Plin. l. 9. cap.* 18. Deiectumque per ſcopuloſa, & abrupta, ubi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hoſpitari. ¶ Tranſlate ſumitur pro difficili. *Cic.* 3. *de Or. cap.* 19. Oratores autem in inferum hoc Thuſcum, & barbarum ſcopuloſum, atque infeſtum laberentur, in quo etiam ipſe Ulyſſes erraſſet. *Id.* 2. *Verr.* Intelligo, quam ſcopuloſo, difficilique loco verſer.

Scopulus, i, m. parvus ſcopus. *Suet. in Domit. c.* 19. Nonnunquam in pueri procul ſtantis, præbentiſque pro ſcopulo diſpenſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue pervaderent.

Scopulus, i, m. *ſcoglio*, סלע, Ger. *felſſ*, Gall. *rocher*, Hiſp. *peña*, *σκόπελος*, ſaxum eminens, a Græco nomine allato. *Virg.* 1. *Æn.* Geminique minantur in cœlum ſcopuli. *Cæſ. l. 3. B. G.* Ex eadem de cauſa minus commode ſcopulis continebantur. ¶ Sæpe tranſlata ſumitur. *Cic. pro Rab. perd. reo, c.* 9. Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titii afflictam navem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. *Ovid.* 7. *Metam.* ſcopulos in corde geſtare. h. e. immitem, & durum eſſe. *Lucret. lib.* 2. *in fin.* Ætas ad ſcopulum it. h. e. ad interitum.

Scopus,

Scopus, i, m. *ſcopo, berſaglio, ſegno*, מטרה, Germ. *ziel, zweck*, Gall. *but*, Hiſp. *mirada, ſenal*, *σκοπὸς*, id, ad quod ſagittas dirigimus. Hinc *Veget. l. 2. de re milit.* narrat, ſolitos fuiſſe milites ſagittarios pro ſcopo ponere manipulum ſtraminis, vel fruticum, qui cum & ſcopa vocetur, inde & ſcopum a ſcopa dictum cenſet. ¶ Translate uſurpatur pro fine illo, quo mentem & propoſitum noſtrum dirigimus. *Cic. Att. l. 8. epiſt.* 11. Neutri *σκοπὸς* eſt ille, ut beati ſimus; uterque regnare vult. *Id. ib. l.* 15. *ep.* 28. *σκοπὸν* huic noſtro, nihil præbere. In quibus locis animadvertendum eſt Græcis literis ſcribi. ¶ Eſt præterea ſcopus pediculus uvæ, ex quo acina dependent. *Var. l. 1. R. R. c.* 54. Quæ calcatæ uvæ erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubjiciendi ſub prælum.

Scordalia, æ, fem. fœda contentio, rixa. *Petron. in fragm. Tragur.* Agite ſcordalias de medio.

Scordălus, li, m. *feroce, inſolente*, ferox, impatiens, & in altionem facile erumpens. Eſt autem, ut notat *Lipſius*, plebeja vox, & inter vulgi convicia. *Senec. ep.* 83. Tullius Cimber & nimius erat in vino, & ſcordalus. In hanc rem jocatus eſt ipſe: Ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non poſſum? *Id. Suaſor. ult.* Erat etiam, ubi potus non exigerat, ſcordalus. Adde *Petron. in Satyr.*

Scordilon, i, n. herba, eadem quæ Scordion. *Apul. de herb. c.* 70.

Scordiſci, m. a. *Raſciani*, al. *Boſnesi*, vel *Boſnachi*, pop. Pannoniæ inf. Atuviſcis finitimi ad Auſtr. qui habitant in fronte Claudii M. quo a Teuriſcis ſeparantur. *Flor. l. 3. c.* 4.

Scordium, ii, n. *ſcordeo*, *σκόρδιον*, herba magnitudine cubitali, cauſe quadrangula, ramoſa, foliis lanuginoſis, guſtu amaro, odore allii, olim nomine ſcordotis. *Plin. l. 25. c.* 6.

Scordŏtis, tis, f. herba eadem quæ ſcordium. *Plin. l. 25. c.* 6.

Scoria, æ, fem. 1. *ſcoria*, סיג, Germ. *ſchlack*, Gall. *lie*, Hiſp. *hez*, *σκωρία*, recrementum, retrimentum, fæx, ſpurcitia, ſordes, quæ ex metallo inter coquendum velut ſpuma quædam expurgantur. *Plin. l. 33. c.* 4. Quæ e catino jactatur, ſpurcitia in omni metallo ſcoria vocatur. *Plin. l. 34. c.* 11. Et ſcoria æris ſimili modo lavatur. ¶ Translate ponitur pro cura, & paſſione, propterea quod qui in luctu conſtituti ſunt, omni prorſus cultu neglecto, ſordidati conſpiciuntur. *Virg. in Cir. verſ.* 249. Sordibus, & ſcoria patior tabeſcere tali. Ubi primam corripere videtur, cum apud Græcos longa ſit: vel diſſyllabam facere per Synizeſin, ſive Synæreſin.

Scorpæna, æ, f. genus piſcis. *Plin. l. 32. c. ult.*

Scorpiăcum, i, n. potio, ſeu pharmacum contra ſcorpionum ictus. *Tertul. adv. Gnoſt. c.* 1. Adverſus beſtiolas ſcorpiacum temperare.

Scorpiăca, æ, f. herba eadem quæ proſerpinaca. *Apul. de herb. c.* 18.

Scorpio, onis, vel ſcorpius, ii, m. *ſcorpione*, עקרב, Ger. *ſcorpion*, Gall. *ſcorpion*, Hiſp. *alacran eſcorpion*, *σκορπίος*, animal venenoſum cauda feriens. Eſt a voce Græca allata. *Plin. l. 11. c.* 25. Similiter his ſcorpiones terreſtres vermiculos ovorum ſpecie pariunt, ſimiliterque pereunt. ¶ Eſt & ſcorpio piſcis, ita dictus, quia inſtar terreſtris ſcorpii pungat, venenumque affundat. *Plin. l. 32. c.* 11. Sic & ſcorpio lædit, dum manu tollitur. Adde *l. eod. c.* 5. ¶ Item ſcorpio eſt genus machinæ bellicæ apud *Hirtium de bello Afr. Senec. Qu. Nat. l. 2. c. 16. & Vitruv. l. 1. c.* 5. Erant vero vel majores, vel minores, quæ ab Ammiano diminutive ſcorpiones dicuntur. Ita vero vocabantur, vel a forma, qua ſcorpium referebant, cum arcus hinc, atque hinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferrent ſpiculum caudæ, vel ab effectu, quod, ut ſcorpius caudæ ictu, ita machina hæc ſpiculis parvis mortem afferret. *Tert. Scorpiaci adverſus Gnoſticos c.* 1. Unde & bellicam machinam retractu tele vegetantem de ſcorpio nominant. Id ſpiculum, & fiſtula eſt patula tenuitate, id vulnus, & virus, quo figit, effundit. *Vegetius*: Scorpiones dicebant, quas nunc manuballiſtas: ideo ſic vocati, quod parvis, ſubtilibuſque ſpiculis mortem inferant. Vide de his *Lipſium l. 3. Poliorcet dial. 4. Caſ. l. 7. B. G.* Scorpione ab latere dextro trajectus concidit. ¶ Scorpiones quoque (quemadmodum ex Scriptoribus de limitandis agris diſcere eſt) dicuntur acervi, qui fiunt jactis lapidibus, ut termini loco ſint. Docet *Scaliger comment. in Ætnam*, nomen eſſe ex eo, quod in metam deſinant. Nam Græcis *σκορπίος* dicitur, quicquid in metam, aut conum faſtigiatum eſt, ad modum caudæ ſcorpionis. *Sicul. Flacc. de condit. agror. pag. 4. edit. Goeſ.* ¶ Herba præterea, quam dixere uvam marinam, hinc ſcorpii nomen invenit, quia ſemen habet faſtigiatum in metam, vel conum inſtar caudæ ſcorpionis. *Plin. l. 25. c.* 15. Eo argumento nomen accepit ſcorpius herba. Semen enim habet ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis, folia pauca. Valet & adverſus animal nominis ſui, &c. Eſt & alia ejuſdem nominis, effectuſque, ſine foliis, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen. Hæc *Plin.* ¶ Etiam frutex quidam ſcorpio appellatur. *Plin. l. 13. c.* 21. Tragion & Aſia fert, ſive ſcorpionem, veprem ſine foliis, racemis rubentibus, ad medicinæ uſum. ¶ Denique Scorpio, & Scorpius eſt ſignum cæleſte, conſtans ex una, & viginti ſtellis. Cum Orion gloriaretur, nullum a terra animal gigni poſſe, quod ipſe interficere nequiret, fertur terra irata ſcorpionem confeſtim emiſiſſe, a quo Orion interiit. Jupiter mortalibus monimentum relinquendum cenſuit, quam vehementer ſæpe obſis animum ſibi confideret, Scorpionemque inter aſtra, & ſigna Zodiaci collocavit. Aliam fabulam V. in *Chaos, a, um. Hor. l. 2. od.* 17. Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit. V. *Libra*.

Scorpioctŏnon, i, n. herba heliotropium, ita dicta, quod contra ſcorpiones magnam vim habet. *Apul. de herb. c.* 49.

Scorpion, onis, f. genus herbæ. *Plin. l. 25. c.* 10. Thelyphonon herbæ ab aliis ſcorpion vocatur, propter ſimilitudinem radicis, cujus tactu moriuntur ſcorpiones.

Scorpionius, a, um, adject. ad ſcorpionem pertinens. Hinc cucumis quoddam genus ſcorpionium dicitur, quia ſimile eſt ſcorpionis animalis, & contra ejus ictus efficaciſſimum eſt. *Plin. l. 20. c.* 1.

Scorpites, æ, f. gemma ſcorpionis colore, aut effigie, inquit *Plin. l. 37. c.* 11.

Scorpiūrus, i, m. *σκορπίουρος*, heliotropium majus. *Apul. de herb. cap.* 49. *Plin. l. 22. c.* 21.

Scorpius. V. Scorpio.

Scortator, oris, m. *puttaniere*, זנאי, Ger. *hurer*, Gal. *paillard*, Hiſp. *putanero*, *πόρνος*, meretricum ſectator. *Cic. 2. Catil. c.* 11. Cum bene ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem Prætoriam.

Scortatus, us, m. conſuetudo cum meretricibus. *Apul. l. 5. Mileſ. ſub fin.*

Scortĕa. V. Scorteus.

Scortes, ium, f. *σκῦτες*, pelles teſtium arietinorum. *Feſt.*

Scortĕum, i, pharetra, a *ſcorteus*, id eſt pelliceus. *Feſt.* Scorteum, ob eandem cauſam, qua ſcortum, vocabatur pelliceum, in quo ſagittæ recondebantur, ab eo, quod ex pellibus factum eſt, quia pellibus nomen a *σκύτει*, quod pellis. Unde ſcutum, & ſcuta, quia non ſine pellibus ſunt. *Salmaſius ex codice Marcani v.* 150. ſic legabat: Scrautum ab eadem cauſa, quia ſcrotum, vocabatur pelliceum, in quo ſagittæ recondebantur.

Scortĕus, a, um, *di pelle*, *σκύτινος*, pelliceus, coriaceus, factus ex pelle, & ex corio. *Feſt.* Omnia ex pellibus facta ſcortea appellantur. *Celſ. lib. 8. c.* 12. Scorteum pulvinum ſubjicere. *Petron. in Satyr.* Scorteum faſcinum. ¶ Abſolute *Martial. l. 14. ep.* 130. Ingrediare viam cælo licet uſque ſereno; Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas. h. e. penula ſcortea. Sic *Senec. l. 4. quæſt. nat. c.* 6. Quid exſpectas, ut homines ad penulas diſcurrerent, aut ad ſcortea? ſupple *veſtimenta*.

Scortillum, i, *ἑταιρίδιον*, dim. a *ſcortum*. *Catul. carm.* 10. Scortillum mihi cum repente viſum eſt, Non ſane illepidum, nec invenuſtum.

Scortor, aris, d. 1. *andare a meretrici*, זנה, Ger. *huren*, Gall. *paillarder*, Hiſp. *putanear*, *πορνεύω*, meretricor. *Ter. Heaut.* 1. 2. 32. Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivarier.

Scortum, i, *pelle, cuojo*, *σκῦτος*, proprie corium eſt animalium, præſertim eorum, quæ craſſiorem pellem habent, & deteriorem. *Varr. l. 7. L. L.* ¶ Sumitur etiam pro meretrice, *puttana*, זונה, Germ. *hur*, Gall. *putain*, Hiſpan. *puta*. Cauſas hujus appellationis varias afferunt Etymol. *Feſt. Varr. Voſſ.* & alii, ſed nullam ſatis idoneam. *Cic. 2. Catil.* Quod ſi in vino, & alea comeſſationes ſolum, & ſcorta quærerent. *Id. de Aruſp. Reſp.* Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quam hic cum ſororibus volutatus? ¶ *Scortum devium*, eſt non proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtum, minuſque vulgare. *Hor. l. 2. od.* 11. Quis devium ſcortum eliciet domo Lyden? ¶ *Scortum preſſum quaſillo*, eſt ſcortillum egenum, & lanificio miſeram trahens vitam. Quæ enim ad extremam redactæ erant paupertatem meretrices, & mulieres, lanam demum faciebant, & illa ſe Minerva exhibebant. *Tibul. l. 4. el.* 10. Preſſumque quaſillo ſcortum. ¶ Dicitur aliquando & de maribus præpoſtere virorum libidini obſequentibus. *Cic. pro Sext. de Clodio*: Nec mihi res erat cum Saturnino, ſed cum ſcurrarum locupletum ſcorto, cum ſororis adultero, &c.

Scoti, orum, m. *Scozzeſi*, Scotiæ populi. *Claudian. de B. Get. v.* 417. Extremis legio prætenta Britannis, Quæ Scoto dat fræna truci.

Scotia, æ, f. *Scozia*, pars majoris Britanniæ, quæ in Septentrionem incumbit.

Scotia, æ, f. *σκοτία*, græce umbram, ſeu tenebras ſignificat. A *Vitruv. l. 3. c.* 3. Scotia dicitur pars cava in ſtylobate, quæ ideo quia cava eſt, umbroſa apparet. *Id. l. 4. c.* 3. ſcotiam vocat cavitatem in fronte coronæ Doricæ, quæ e mento ipſo coronæ propendens, quadam regula ſive margine ſeparatur.

Scotinos, Græca vox eſt, tenebroſum, obſcurum ſignificans: a *σκότος*, tenebræ. *Senec. epiſt.* 12. Heraclitus, cui cognomen Scotinon fecit orationis obſcuritas.

Scotŏmo, as, *far girare il capo, cagionar vertigini*. *Theodor. Priſcian. de Diæta, c.* 12. Salſum vinum caput ſcotomat.

Scrapta, fem. nugatoria mulier, ac deſpicienda. *Feſt. & Plaut.* apud *Non. cap. 2. num.* 763.

Scrautum. V. Scorteum.

Screātor, oris, qui ſcreat. *Plaut. Mil.* 3. 1. 52. Screator ſum itidem nimis me ſuccidue.

Screatus, us, m. *raſchiamento*, כיח, Germ. *rauſperung*, Gall. *crachement*, Hiſp. *gargajeamiento*, *χρέμψις*, actus ſcreandi, ſcreatio. *Ter. Heaut.* 2. 2. 130. Gemitus, ſcreatus, tuſſis.

Screo, as, a. 1. *ſputare con iſforzo*, ירק, Ger. *rauſperen*, Gal. *cracher*, Hiſp. *gargajear*, *χρέμπτομαι*, eſt cum conatu quodam de pectore ſputum, ſeu catarrhum ejicere. Eſt verbum factum per Onomatopœiam, ut & Græcum *χρέμπτομαι*, a quo *χρέμης*, Comici ſenis nomen, quia ſenes multum ſcreare ſolent. *Plin. l. 35. c.* 1. Eadem in jumentis, hominemque phlegma, aut ſanguinem, qui ſcreatur, tala circumligata ſanat.

Scriba, æ, m. *ſcrivano, cancelliere*, *γραμματεὺς*, *γραμματεύς*, tabellio, notarius, id eſt qui tabellas, vel literas, vel acta, vel aliud quidvis Civitatis, vel Principis, vel Magiſtratus nomine, ſeu mandato ſcribit. *Feſt.* Scribas proprio nomine antiqui & librarios, & poetas vocabant. At nunc dicuntur ſcribæ quidem librarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. Itaque, cum *Livius* Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod a virginibus eſt cantatum, quia proſperius Reſpublica populi Romani geri cœpta eſt, publice attributa eſt in Aventino ædes Minervæ, in qua liceret ſcribis, hiſtrionibuſque conſiſtere, ac dona ponere in honorem Livii, quia is & ſcribebat fabulas, & agebat. *Liv. l.* 1. Et ſcribæ cum Rege ſedent pari fere ornatu multa agerent. ¶ Apud Romanos ſimiliter Scribæ erant apparitores Magiſtratuum, qui rationes publicas in tabulis ſcribebant. *Cic. pro Dom.* Scribæ, qui nobiſcum in rationibus, monimentiſque publicis verſantur, non obſcurum de meis in Rempublicam beneficiis ſuum judicium, decretumque eſſe voluerunt. *Id. in Piſon.* Rationes ita ſunt perſcriptæ ſcite, & literate, ut Scriba ad ærarium, qui eas retulit, perſcriptis rationibus, ſecum ipſe caput perfricans, commurmuratus ſit. Ratio quidem hercle apparet, argentum *οἴχεται*. ¶ Cum multi eſſent Scribæ in civitate, factum eſt, ut in Decurias ſint diſtributi Quæſtoriorum, Ædilitiorum, Prætoriorum, prout a Quæſtoribus, Ædilibus, Prætoribus eſſent lecti. *Sueton. in Claud. cap.* 1. Suſcipientibus obviis ſcribarum decuriis, in Urbem devectum eſt. ¶ Scribæ etiam dicebantur librarii, qui ab aliis edita ſcribebant. *Cicer. lib. 6. Fam. ep.* 20. Si M. Tullius ſcriba meus adeſſet.

Scribatus, us, m. Scribæ dignitas, & officium. *l. 2. Cod. tit. 62. de appellat.*

Scriblita, æ, f. genus placentæ ſine melle, quæ ferventiſſima apponi ſolebat, & edi. *Cato de R. R. c. 78. & Martial. l. 3. epigr.* 17.

Scriblitarius, ii, m. qui ſcriblitas facit. *Afran.* apud *Non. c. 2. n.* 83.

Scribo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſcrivere, e comporre*, כתב, Ger. *ſchreiben*, Gal. *écrire*, Hiſp. *eſcrivir*, *γράφω*, literas fingo, literis, vel ſcriptis aliquid mando, in tabulas refero. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 1. Acad.* In iis ipſis antiquitatem proœmiis philoſophice ſcribere voluimus. ¶ Vel cum acc. *Cic. l. 1. Fam. ep.* 9. Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis. *Id. ad Q. Fr.* Scribas ad me, quicquid veniet in mentem, cum habebis, cui des. *Id. 5. Tuſc. c.* 39. Unde, quo, quamque lineam ſcriberent. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. l. 15. Fam. ep.* 4. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi. ¶ Vel cum dat. *Cic. l. 7. Fam.* Sed tu in iſta epiſtola nihil mihi ſcripſiſti de rebus tuis. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. de Sen.* Nunc autem mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. ¶ Vel cum ablat. inſtrumenti. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 131. Quaſi in libro cum ſcribuntur literæ calamo. *Cic. 2. Catil.* Legimus, erat ſcriptum ipſius manu. ¶ Vel cum ablat. modi. *Cic. l. 9. Fam.* De quo etiam tu mihi antea ſcripſeras, his quidem eodem exemplo. *Id. ib.* Itaque tectis verbis ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. ¶ Vel cum ablat. cauſæ. *Balb. Cic. l. 9. Fam.* Me ab ſingulari amore, benevolentiaque, quæcunque ſcribo, tibi ſcribere. ¶ Vel eleganter cum adverbio. *Cic. l. 7. Fam.* Hæc ad te ſcripſi verboſius, & tibi moleſtus fui, quod &c. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. 2. de Div.* Scriptum eſt item, cum Crinnus ſui familiaris oculum obligatum vidiſſet, quæſiviſſe, quid eſſet. ¶ Scribere notis, eſt celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid ſcribere, quemadmodum olim faciebant notarii, quibus etiam nomen a notis hujuſmodi tranſiit. *Quintil. l. 11. c.* 2. Habeamus ſane, ut qui notis ſcribunt, certas imagines omnium, &c. ¶ Scribere leges, eſt leges condere, dicere, facere. *Cic. pro R. Am.* Qui leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit. ¶ Scribere hæredem, eſt ſtatuere, facere. *Martial. l. 10. epigr.* 97. Hæredem ſcripſit me Numa, convaluit. Eodem ſenſu, ſcribere aliquem teſtamento, dixit *Hirt. de bello Alexandr.* ¶ Scribere ſervo libertatem,

Digitized by Google

tatem, eſt ei libertatem teſtamento relinquere. *Ulpian. l. ſi ſervus, ff. de acquir. vel omitt. libert.* ¶ Scribere ſalutem alicui. Vide *Salus*. ¶ Scribere laudes, atque gratias alicui, *lodare, e ringraziare*. *Gel. l. 3. c. 8.* ¶ Scribere alicui dicam. V. *Dica*. ¶ Scribere nummos alicui dicitur debitor, qui non præſentes ſolvit, ſed pro iis in certam diem ſolvendis creditori cavet chirographo, vel ſuo, vel argentarii cujuſpiam nomine. *Plaut. Aſin. 2. 4. 34.* Nunc ſatagit: adducit domum ultro, & ſcribit nummos. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 69.* Scribe decem a Nerio. h. e. cave Nerio per ſyngrapham, te decem ab eo accepiſſe, & certo tempore reſcripturum, hoc eſt redditurum. Quidam leg. *ſcribe decem Nerio*, quod eandem habet ſententiam. ¶ Scribere ſupplementum legionibus, *far reclute*. *Cic. 3. Fam. ep. 3.* Sic ſcribere milites, *far leva*. *Plaut. Liv. & Cic.* ¶ Scribere formulam, eſt actionem intentare. *Quintil. l. 6. c. 4.* Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod caput durum habes. ¶ Tranſlate *Terent. Andr. 1. 3. 49.* Scribere in animo, *imprimere*. *Ter. Andr. 1. 5. 49.* ¶ *Scribere in vento, & aqua*, proverb. tempus fruſtra terere. *Catul. carm. 69. de Lesbia.* ¶ Interdum ponitur pro pingere. *Plin. l. 35. c. 10.* Scripſit & Apollinem, & Dianam, Deumque Martem in leone ſedentem. *Stat. 11. Theb. v. 314. de equo fratem fugiente.* Arvaque ſanguineo ſcribit rutilantia gyro. *h. e.* ſanguine ſignat. ¶ Scribere tectum. *Stat. l. 1. ſilv. 3. v. 9.* eſt ædium formam delineare, *far il diſegno d' una caſa*. ¶ *Scripſti* pro ſcripſiſti per ſyncopen, habet *Plaut. Aſin. 4. 1. 87.*

Scribonius Largus Deſignatianus, medicus, floruit ſub Tiberio, & Claudio Imperatoribus, ſcripſitque librum de compoſitione medicamentorum.

Scriniarius, ii, ſcrinii cuſtos, qui etiam magiſter ſcrinii dicitur. Vetus Gloſſarium: Scriniarii ſunt magiſtri ſcriniorum, vel memoriales ſcriniorum. Hinc Scriniarius ab epiſtolis, & Scriniarius a libellis, leguntur in *Inſcript. vet.* quas affert *Salmaſ. ad Lamprid. in Alexandro, c. 31.*

Scrinium, ii, *ſcrigno*, תיבה, *Ger. ſchrein*, Gall. *coffre*, Hiſp. *caxa, baul*, κιβώτιον, arca, quæ ſervantur nummi, & alia pretioſa. *Plin. l. 7. c. 29.* Inter ſpolia Darii Perſarum Regis unguentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſque, ac margaritis pretioſum. ¶ Scrinia itidem capſæ, ſive arculæ, in quibus libros, ſcripta, aliaque ſecreta reponerent. *Hor. l. 1. ſat. 1.* Et prius orto Sole vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco. *Id. ib.* Ne me Criſpini ſcrinia lippi compilaſſe putes.

Scriplum, i, n. 2. γράμμα, γραμμός, parva menſuræ, vel ponderis, vigeſima quarta unciæ pars. Argentarii hodie denarium vocant, ut teſtatur Auctor Th. L. L. & viginti quatuor grana continere aiunt. Factum eſt ex *ſcripulum*, quod in veteribus codicibus nonnunquam invenitur. *Scripulum* autem eſt corruptum ex *ſcriptlum*, quod Chariſii ævo obtinuit. *Scriptlum* factum eſt ex *ſcriptulum*. quod veteribus fuiſſe in uſu, cum ex eodem Chariſio patet, cum ex notis Tironis, ac Senecæ, pag. 149. Eſt vero *ſcriptulum a ſcribo:* Unde cognoſcere eſt & Græcis ſimiliter γράμμα dici ἀπὸ τοῦ γράφειν. Idem autem eſſe γράμμα, & ſcriplum, indicat hoc verſu *Rhemnius Fannius Palæmon*. Gramma vocant, ſcriplum noſtri dixere priores. Confirmant *Gloſſæ Philoxeni*, in quibus legere eſt, *Scripulum*. Multi, ac Medici cum primis, pro ſcriptulo *ſcrupulum* uſurpant, atque id a *ſcrupo* dictum putant. Sane monet Gruterus in Notis Tironis, & Senecæ codicem unum habere *ſcrupulum*, alterum vero *ſcriptulum*. Elias quoque Vinetus in Annotationibus ad *Priſcian. de ponder.* ſcribit, non uno Martialis loco, itemque in aliis Scriptoribus, antiquos codices habere & *ſcripula*, & *ſcrupula*: ac cenſet idem, ut pro *carnifex* dixere *carnufex*, ita e *ſcripulum* factum eſſe *ſcrupulum*. *Chariſ. Soſipater l. 1.* Scripulum, quod nunc vulgo ſine T dicunt, Varro in Plautorino dixit. Idem III. Annali: Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio dicunt: is quatuor ſcriptulis major fuit, quam nunc eſt. *Arnob. l. 6.* Ex tot auri ponderibus ne unum quidem habent ſcripulum.

Scriptĭlis, le, adjectiv. qui ſcribi poteſt. *Ammian. l. 17. cap. 8.* Effigiatus ſcriptilibus elementis. *Velius Longus de Orthogr.* Litera eſt initium ſcriptilis vocis.

Scriptĭo, onis, *ſcrittura*, כתיבה, Germ. *ſchreibung*, Gall. *écriture*, Hiſp. *eſcritura*, γραφή, actus ſcribendi, ſcriptum. *Cic. Att. l. 10. ep. 17.* Lippitudo quæ impediat ſcriptionem meam. *Id. l. 9. Fam. ep. 15.* Ut rem tenuem, & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam. *Id. 5. Tuſc. in fin.* A quo non modo impulſi ſumus ad Philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti. *Id. de clar. Orat. c. 64.* Hoc genus ſcriptionis nondum eſt Latinis literis illuſtratum. ¶ Interdum ſumitur pro exercitatione oratoria remota a foro, qualis eſt Paræneſis Iſocratis ad Demonicum, Declamationes, & ſi quæ ſunt alia ejus generis. *Cic. in Or. c. 1.* Quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diverſa, neque in unam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, &c.

Scriptĭto, as, a. 1. *ſcrivere ſpeſſo*, freq. a *ſcripto*. *Cic. Att. l. 7. ep. 11.* Et hæc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas, velim, vel potius ſcriptites. *Id. 2. de Or. c. 23.* Sed ne te quidem, Antoni, multum ſcriptitaſſe arbitror. *Id. in Brut.* Scriptitavit Orationes multas, Orator nunquam fuit.

Scripto, as, a. 1. frequent. verbi *ſcribo*. *Horat. l. 1. ſat. 6.* Aut ſcripto quod me tacitum juvet.

Scriptor, oris, *ſcrittore, compoſitore, autore*, כותב, Germ. *ſchreiber*, Gall. *écrivain*, Hiſp. *eſcritor*, συγγραφεύς, qui ſcribit, ſive texit epiſtolam, orationem, librum, vel aliud quodcunque opus. *Cic. pro Arch. c. 10.* Quam multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur! *Id. 1. de Or. c. 20.* Primum quaſi dedita opera neminem ſcriptorem artis ne mediocriter quidem diſertum fuiſſe dicebat. *Id. ibid. cap. 34.* Legendi etiam Poetæ, cognoſcenda hiſtoria, omnium bonarum artium ſcriptores, ac doctores & legendi, & pervolutandi ſunt. ¶ Scriptor legum, eſt legum lator. *Cic. ad Brut. ep. 15.* Neque ſolum, ut Solonis dictum uſurpem, qui & ſapiens unus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem.

Scriptorius, a, um, *coſa da ſcrivere*, Germ. *zum ſchreiben*, Gal. *ſervant à écrire*, Hiſp. *para eſcrivir*, γραφικός, ad ſcribendum pertinens. *Celſ. l. 5. c. 28. n. 12.* Sed eadem medicamenta in calamum ſcriptorium conjicienda ſunt. *Id. l. 6. c. 4.* Id autem, quod ſubinde raditur, illinis atramento ſcriptorio ſatis eſt.

Scriptulum. V. Scriplum.

Scriptum, i, *ſcritto, ſcrittura*, כתב, Germ. *geſchrifft*, Gall. *écrit*, Hiſp. *eſcritura*, σύγγραμμα, ſcriptura, hoc eſt id ipſum, quod literis mandatum eſt. *Auct. ad Her. l. 1.* Ex ſcripto ſententia controverſia naſcitur hoc modo, cum videbitur ſcriptoris voluntas cum ſcripto ipſo diſſentire. *Cic. pro Planc. c. 30. ad fin.* Recitetur oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de ſcripto eſt, *colla carta alla mano*. *Id. 2. de Or.* Ex quorum ſcriptis, cujuſque ætatis quæ dicendi ratio voluntaſque fuerit, intelligi poteſt. *Id. l. 3. Fam. ep. 12.* Nomen alicujus ſcriptis illuſtrare. *Id. 2. de Or.* Relinquere aliquid in ſcriptis, *laſciare ſcritto*. ¶ Scriptum facere, eſt ſcribendo victum quærere, ſeu lucrari. *Gel. l. 6. c. 9.* Cn. Plautus patre libertino natum ſcriptum faciebat. ¶ Scripto ſe ſe abdicare, eſt officio notarii, vel ſcribæ renunciare. *Gel. l. 6. c. 9.* Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripto ſe ſe abdicaſſe. Alii *ſcriptu* legunt. ¶ Scriptum quoque notat ſcrupum, id eſt lapillum, calculum. *Cic. 1. de Or. c. 50.* Pila bene, & duodecim ſcriptis ludere. Ita legit *Vellerius l. 5. Var. Lect. c. 13.* Alii *ſcrupis*. *Id. in Hort.* apud *Non. c. 2. n. 781.* Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis ſolemus, ut calculum reducas, ſi te alicujus dati pœnitet. Adde *Ovid. 3. de ar. am. v. 364.*

Scriptūra, æ, *ſcrittura*, כתבה, Ger. *geſchrifft*, Gal. *écriture*, Hiſ. *eſcritura*, γραφή, ſcriptio, actus ſcribendi. *Auct. ad Her. l. 3.* Qui motus corporis exprimere verbis, & imitari ſcriptura conatus ſim voces. id eſt ſcribendo. *Cic. 1. de Or.* Si ſubitam orationem commentatio vincit, hanc ipſam profecto aſſidua, & diligens ſcriptura ſuperabit. ¶ Sumitur etiam pro ſtilo, quo quis utitur in ſcribendo, id eſt pro modo ſcribendi. *Cic. l. 13. Fam. ep. 21.* Cum vero ea, quæ ſcriptura perſeraret es, &c. *Caſina Cic. l. 6. Fam. ep. 7.* Genus autem hoc ſcripturæ non modo liberum, ſed incitatum, atque latum eſſe, quis ignorat? ¶ Metonymice ſumitur pro eo, quod ſcribimus. *Auct. ad Heren. l. 4.* Reliquum ſcripturæ conſumetur in exemplis. ¶ Item pro vectigali paſtionis, ſeu quod percipitur e paſcuis, vel pro ipſa ratione eorum, qui præſunt hujuſmodi vectigalibus. Scriptura igitur erat vectigal, quod pendebatur ab iis, qui ſylvis, & paſcuis publicis fruebantur, ut in Italia ſylva Scantia, & ſalictis ad Minturnas. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 16. & l. 2. c. 4.* Nominis cauſa eſt, quia qui pecudes in paſcuis publicis paſcerent, numerum pecudum apud Publicanos profitebantur, atque hi eum in commentarios referrent. *Cic. pro L. Man. c. 6.* Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt. ¶ Magiſtri ſcripturæ dicebantur, qui vectigal ex paſtione deſcribebant, & colligebant, & Reipublicæ repræſentabant. *Cic. Att. l. 5.* Tu ſæpe dare tabellariis Publicanorum poteris per Magiſtros ſcripturæ, & portus, & noſtrarum Diœceſium. *Id. Att. l. 11. ep. 10.* P. Terentius meus neceſſarius operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro Magiſtro dedit. hoc eſt portorio, & ſcripturæ Aſiæ Magiſtri loco præfuit.

Scripturarius, a, um, adject. ad ſcripturam pertinens. Scripturarius ager appellatur, in quo ut pecora paſcantur, certum æs perſolvitur. *Feſtus*. ¶ Scripturarius, ii, m. Scripturarios, inquit *Non. c. 1. n. 170.* quos nunc tabularios dicimus, dici volunt veteres, quod ſcripturis, & commentariis omnis vel urbium, vel provinciarum complecterentur. *Lucil. ibid.* Publicarum rerum aſſueſiam, ut ſcripturarius.

Scripturio, is, a. 4. ſcribere geſtio, vel ſcriptito. *Sidon. l. 7. ep. 18.* Incitatus ſemel animus needum ſcripturire deſinit.

Scriptus, us, m. idem quod ſcriptum, vel ſcriptio, vel ſcriptura. *Gel. l. 6. c. 9.* Scriptum facere. *Id. ibid.* Cn. Flavius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſe ſe abdicaſſe. Al. leg. *ſcripto*.

Scriptus, a, um, *ſcritto*, γεγραμμένος, *Ovid. l. 5. Triſt. el. 12.* Scribimus, & ſcriptos abſumimus igne libellos. *Cic. l. 1. de Div. c. 18.* Nonne, ut C. Gracchus filius ejus ſcriptum reliquit? &c. *Id. 4. Acad.* Cujus, ut ſcriptum video, princeps Xenophanes, &c. ¶ Scriptus lapis, fuit lapis quidam, ubi Scribæ ſacrificabant. *Feſt. ex Labeone.*

Scripŭlum. V. Scriplum.

Scrobatio, onis, f. ſcrobium excavatio. Legitur in veteri Calendario Ruſtico, apud *Gruter. pag. 138.* menſe Novembr. ſi modo ullam habet in lingua Latina auctoritatem.

Scrobicŭlus, i, m. ἀπογύμνιον, diminut. *a ſcrobs, foſſetta*. *Col. l. 4. c. 13.* Et ſcrobiculo facto ad imum ſolum præciditur.

Scrobis, & Scrobs, bis, m. & f. *foſſa*, שוחה, Ger. *grub*, Gal. *foſſe*, Hiſp. *hoyo*, ὄρυγμα, βόθρος, foſſa, ſeu fovea intra terram manu facta, e. g. ad metalla, vel quæcunque alia effodienda, ad vineas, vel arbores conſerendas, &c. *Colum. l. 3. c. 10.* Sed ſcrobis clibano ſimilis fiat. ¶ Eſt generis tam maſculini, quam fœminini, ſecundum Priſcianum. Servius tamen ait, magis maſculinum eſſe, quam fœmininum, & citat Plautum, qui dixit *Sexagenos ſcrobes*, quod vero Lucretius ait, *Exigua poſuit ſcrobe*, id vult eſſe contra artem. *Col. l. 4. c. 1.* Nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes. *Id. ibid.* Contenti bipedanea ſcrobe. *Id. l. 4. c. 15.* Ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum. *Plin. l. 9. c. 30.* Scrobem effodere. ¶ *Scrobs* in recto caſu legitur apud *Col. l. 4. c. 4. & l. 3. c. 1. & de arborib. c. 19.*

Scrofa, æ, f. *ſcrofa*, Ger. *ſawmutter*, Gal. *truye*, Hiſp. *puerca*, γρομφάς, porca vetula, quæ fœtus cauſa alitur. *Varr. l. 2. R. R. c. 4.* Scrofa in ſue quæque hara ſuos alat, oportet, porcos. *Col. l. 7. c. 9.* Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & ut ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis verribus. ¶ Scrofa, cognomen familiæ Romanæ. Originem hujus cognominis hanc *Varro* tradit *l. 2. de R. R. c. 4.* Avus meus (Scrofa Tremellius loquitur, vir Prætorius, Varroni æqualis) primum appellatus eſt Scrofa: qui Quæſtor cum eſſet Licinio Nervæ Prætori, in Macedonia provinciæ relictus, qui præeſſet exercitui, dum Prætor rediret, hoſtes arbitrati, occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Avus, cum hortaretur milites, ut caperent arma, atque exirent contra, dixit, celeriter ſe illos, ut ſcrofa porcos, disjecturum. Id, quod fecit. Nam eo prælio hoſtes ita fudit, atque fugavit, ut eo Nerva Prætor Imperator ſit appellatus, & avus cognomen invenerit, ut diceretur ſcrofa. Vide & *Macrobium l. 1. c. 6.*

Scrofīnus, a, um, adject. a ſcrofa, ut ſcrofinum ſtercus, *Marcell. Empir. c. 4.* & Scrofina perna, c. 13.

Scrofipaſci, orum, m. χοιροβοσκοί, qui ſcrofas paſcunt. *Plaut. Captiv. 4. 2. 27.* Piſtores ſcrofipaſci, qui alunt furfuri ſues.

Scrotum, i, n. *coglia, borſa*, pellis quæ teſticulos continet, ὄσχεον. *Celſ. l. 7. c. 19.* Inciditur interdum inguen, interdum ſcrotum.

Scrupĕda, æ, m. & f. *ſciancato, chi camina malamente*, qui ægre incedit, velut qui pedibus ſcrupos calcans difficile ingreditur, & diſtorto corpore. *Var. l. 6. de L. L. & Plaut. in fragment. Nervolariæ, apud Gell. l. 3. c. 3.*

Scrupĕus, a, um, *ſaſſoſo*, λιθώδης, plenus ſcrupis, lapilloſus. *Virg. 6. Æn. v. 236.* Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro. ¶ Tranſlate ſumitur pro anxio, ſollicito, curioſo. *Accius in Menalippa, apud Var.* Rejicis abs te religionem ſcrupeam pone. Ubi *Varro*: Accius ſcrupeum pro curioſo uſurpavit in Menalippa, cum religionem ſcrupeam dixit, quam poſt tergum rejiciendam ait. *Auſon. in epiſt. ad Paulin. quæ Technopægnio præmittitur.* Scrupea difficultas.

Scrupōſus, a, um, *ſaſſoſo*, idem ac ſcrupeus. *Plaut. Captiv. 1. 2. 82.* Scrupoſa via. *Apul. l. 6. A. A.* Scrupoſum ſaxum. h. e. præruptum, aſperum. ¶ Tranſlate ſumitur pro difficili, aſpero. *Lucr. l. 4. v. 524.* Haudquaquam ratio ſcrupoſa relicta eſt.

Scrupulāris, & re, n. 3. quod ad ſcrupulum pertinet. *Plin. l. 33. c. 8.* Protinus dicunt, quantum auri ſit in eo, quantum argenti, vel æris, ſcrupulari differentia. *fino a uno ſcrupolo*.

Scrupulātim, adv. per ſcrupula. *Plin. l. 22. c. 24.* Scrupulatim quidem colligere, ac miſcere vires medicamentorum naturalium, & ſimplicium, non conjecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt.

Scrupulōſe, adverb. *ſcrupoloſamente, con troppa diligenza*, ἀκριβολογικῶς, nimis curioſe, ſeu diligenter. *Plin. l. 2. c. 46.* Scrupuloſius, quam inſtituto fortaſſis conveniat operi, tractabo ventos. *Quintil. l. 3. ſub fin.* Minutias, & ſcrupuloſius ſcrutantur omnia. *Colum. l. 9. c. 8.* Quæ dono, vel aucupio contingunt, minus ſcrupuloſe probantur. *Id. in præfat. l. 1.* Corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſime requirunt ſaltationis, ac muſicæ rationis ſtudioſi.

Scru-

Digitized by Google

Scrupuloſitas, atis, f. 3. ἀκριβολογία, nimia diligentia, anxia cura, *troppa eſattezza*. *Col. l. 2. c. 1.* In hac autem ruris diſciplina non deſideratur ejuſmodi ſcrupuloſitas. ¶ Item anxietas, ſollicitudo, *ſcrupolo, riguardo*. *Tertul. de virg. veland. c. 11.* De cæteris, quæ deſponſatæ non ſunt, viderit parentum procraſtinatio de anguſtiis, & ſcrupuloſitate deſcendens.

Scrupulôſus, a, um, o. 1. 2. *ſcrupoloſo*, λιθώδης, plenus ſcrupulis. *Cic. 4. Tuſc. c. 14.* E quibus quoniam tanquam a ſcrupuloſis cotibus enavigavit oratio. Alii leg. *ſcrupoſis*, alii *ſcopuloſis*. ¶ Sumitur etiam pro ſcabro, aſpero. *Plin. l. 16. c. 23. de caſtaneis*: Cæteræ ſuum pabulo gignuntur ſcrupuloſæ corticis. ¶ Tranſlate ponitur pro difficili. *Plin. l. 3. ep. 5.* Miraris, quod tot volumina, multaque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſolverit. ¶ Item pro nimis accurato, & diligenti, *troppo eſatto*. *Quintil. l. 9. c. 1.* Scrupuloſa diſputatio. *Plin. l. 18. c. 33.* Hæc erit ratio lunaris: Ventorum paulo ſcrupuloſior. ¶ Item pro nimis anxio, ſollicito. *Tertul. de ſpectac. c. 3.* Quorundam fides aut ſimplicior, aut ſcrupuloſior. *Apul. de Deo Socrat.* Profana philoſophiæ turba ſcrupuloſiſſimo cultu, inſolentiſſimo ſpretu Deos negligat, pars in ſuperſtitionem, pars in contemptum.

Scrupûlum, li, n. *ſcropolo*, genus exigui ponderis pendentis tertiam drachmæ partem, & unciæ vigeſimam partem. V. Scriplum. *Ovid. de medicam. fac. ad fin.* Quinque trahant marathri ſcrupula, myrrha novem. *Cic. Attic. l. 4. ep. 15.* Neque argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula. ¶ Item genus menſuræ in agris metiendis, quæ continet pedes quadratos centum. *Colum. l. 5. c. 1.* Igitur jugerum habet quadratorum pedum viginti octo millia, & octingentos, qui pedes efficiunt ſcrupula ducenta octoginta octo.

Scrupûlus, i, m. *ſcrupolo*, *pietruzza*, צרור, Germ. *ſteinlein*, Gal. *petit gravois*, Hiſp. *chinita*, ψῆφις, proprie eſt lapillus brevis, & aſper, qualis eſt, qui in calceo latens nos lædit, preſſuſque dolorem creat, diminut. a *ſcrupus*. Tranſlate ſumitur pro ſollicitudine, dubitatione, difficultate, moleſtia. *Ter. Adel. 2. 2. 20.* Timet, injeci ſcrupulum homini. *Cic. pro R. Am. c. 2.* Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctéſque ſtimulat, ac pungit, ut evellatis, poſtulat. *Id. Att. l. 3. ep. 13.* Exime, quæſo, quoad potes, de illo domeſtico ſcrupulum, quem non ignoras, &c. *Id. Attic. l. 1. ep. 15.* Domeſticarum ſollicitudinum aculeos omnes, & ſcrupulos occultabo.

Scrupus, m. 2. *ſaſſo aſpro*, λίθαξ, ψῆφος, ſaxum aſperum, & difficile attrectatu. *Feſt.* Scrupi dicuntur aſpera ſaxa, & difficilia, petræ etiam attrectari inſuetæ, aut naufragiorum polluta ſcelere. ¶ Sumitur etiam pro lapillo luſorio. *Cic. 1. de Or.* Pila bene, & duodecim ſcrupis ludere. V. *Scriplum*.

Scruta, utum, n. 2. *ſtracci*, Ger. *alt gerumpel*, *tfeo*, *lumpen*, Gall. *vieux fers*, *ou drapeaux*, Hiſp. *andrajos*, γρύτη, γρυτάριον, veteramenta omnis generis, ut attritæ uſu veſtes, dimidiatæ ſtrigiles, jumentorum ſoleæ, refixi clavi, idque genus alia, quæ viliſſimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui ſcrutarios appellabant. *Lucil. apud Gel. l. 3. c. 14.* Quidni? & ſcruta quidem ut vendat, ſcrutarius laudat, præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam. *Horat. l. 1. ep. 7.* Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Scrutans, tis, nom. particip. inveſtigans, inquirens. *Ammian. l. 30. c. 30.* Militaris rei ordinum ſcrutantiſſimus.

Scrutaria, æ, f. γρυτοπωλία, ars ſcruta vendendi, ut ſagaria, lintearia, &c. Suapte natura adjectivum eſt. Nam ſubintelligitur *ars*. Unde Scrutariam facere, eſt ſcruta vendere. Gloſſæ Cyrilli: γρυτοπώλης, *ſcrutarius*: γρυτοπωλεῖον, *ſcrutarium*, hoc eſt locus, in quo ſcruta venduntur. *Apul. l. 4. Metam.* Enimvero vos bonæ frugi latrones inter furta parva, atque ſervilia per balneas, & aniles cellulas reptantes, ſcrutariam facitis.

Scrutarius, ii, m. γρυτοπώλης, qui ſcruta vendit. *Lucil. apud Gel. l. 3. c. 14.* Quidni? & ſcruta quidem ut vendat, ſcrutarius laudat, præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam.

Scrutatio, onis, actus ſcrutandi, inveſtigatio. *Sen. de Vita beata c. 23.* Si tuta, & ſecurus ſcrutationem populo præbuerit. ideſt permiſerit ſua ſcrutandi. *Gell. l. 9. c. 10.* odioſa ſcrutatio.

Scrutâtor, oris, ἐξεταστής, qui ſcrutatur, inveſtigator. *Stat. 3. Sylv. 1. v. 84.* Quisque legit merſos pelagi ſcrutator Eoi. *Lucan. l. 4. v. 398.* Scrutator pallidus auri. *Sueton. in Claud. c. 15.* Neque ægrum quemquam viſitavit, niſi explorato prius cubiculo, culcitiſque, & ſtragulis prætentatis, & excuſſis: reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper oppoſuit.

Scrutâtus, a, um, particip. paſſiva ſignificatione uſurpatum, *inveſtigato*, *cercato*. *Ammian. l. 15. c. 8.* Quid futurum ſit, colligebant, velut ſcrutatis veteribus libris.

Scrutatrix, icis, quæ ſcrutatur. *Alcim. Avit. l. 2. v. 326.* ſcrutatrix Eva malorum.

Scrutinium, ii, *inquiſizione*, *cerca*, חקר, Ger. *erforſchung*, Gal. *inquiſition*, Hiſp. *inquiſicion*, ἐξερεύνησις, inveſtigatio, inquiſitio, a ſcrutor. *Apul. l. 9. A. A.* Poſtremum Magiſtratibus placuit obſtinate denegantem ſcrutinio detegere.

Scruto, as, a. 1. idem ac ſcrutor, apud veteres. *Non. c. 7. n. 6.*

Scrutor, aris, d. 1. *cercare*, *inveſtigare*, חפש, Ger. *nachſuchen*, Gal. *fouiller*, *chercher*, Hiſp. *eſcudriñar*, ἐξετάζω, ἐξερευνάω, inveſtigo, inquiro. *Cic. pro R. Am. c. 34.* Non excutio te, ſiquid forte ferri habuiſti, non ſcrutor, nihil ad me pertinere arbitror. *Id. in Vatin. c. 5.* Cum omnium domos, apothecas, naves furaciſſime ſcrutarere. *Plin. l. 8. c. 40. de canе.* Scrutatur veſtigia, atque perſequitur. *Horat. l. 1. ep. 18.* Arcanum alicujus ſcrutari.

Scutra, æ, com. 1. idem ac ſequens, ut ex P. Lavinio ſcribit *Gellius l. 20. c. 10.* Σκυθοπολιτάς. *Macrob. l. 3. c. 17.* Cleopatra uxor, quæ vinci ab Romanis nec luxuria dignaretur, ſponſione provocavit, inſumere poſſe in unam cœnam ſeſtertium centies. *Id.* Antonio mirum viſum, nec moratus, ſponſione contendit digna, ſculna Munatio Planco, qui tam honeſti certaminis arbiter electus eſt. Ita eum locum ex veteribus libris reſtituit Fulvius Urſinus in appendice de Triclinio. Alii leg. *digna ſcutra*.

Sculpo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſcolpire*, פתח, Germ. *ſchnitzen*, *graben*, Gal. *graver*, Hiſp. *eſculpir*, γλύφω, eſt cædendo imaginem aliquam effingere, ſeu formam materiæ inducere. Quidam, inter quos eſt *Diomed.* ſculpo negant eſſe Latinum, eoque *exſculpo* a *ſcalpo* deducunt, *a* in *o* converſo, quomodo a *ſalſus* eſt *inſulſus*. *Ovid. 10. Met. v. 248.* Interea niveum mira feliciter arte ſculpſit ebur. *Plin. l. 36. c. 4.* Marmore ſculpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus, & Scyllis.

Sculponeæ, arum, f. 1. erant calceamenta quædam rudia, & ruſtica, propria ſervorum, fortaſſe ex ſolido ligno excavata, qualia erant κρουπέζαι Bœotiorum, ut Pauſanias, & Euſtathius indicant, quas κρουπέζια vocant Pollux, & Heſychius. *Cato R. R. c. 59.* Sculponeas bonas alternis annis dare oportet. ¶ Fulgentius Planciades *de priſc. ſerm. n. 21.* ſcribit, ſculponeas dici caſtus plumbo ligatos. Hinc putat Janus Duza, utroque modo eleganti amphibolia accipi in illo *Plauti Caſ. 2. 8. 59.* Qui, quæſo, potius, quam ſculponeas, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? Hæc tamen *Duzæ* interpretatio aliis non placet.

Sculponeâtus, a, um, ſculponeis indutus. *Varro apud Non. c. 2. n. 731.* Dum in agro ſtudioſius ruror, adſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas.

Sculptilis, & le, o. 3. γλυπτός, quod ſculpitur, aut ſculptum eſt, a *ſculpo*. *Ovid. l. 4. de Pont. el. 9.* Signa quoque in ſella noſſem formata curuli, & totum Numidæ ſculptile dentis opus.

Sculptor, oris, *ſcultore*, פתח, Germ. *bildſchnitzer*, Gall. *graveur*, Hiſp. *eſculpidor*, γλύπτης, qui ſculpit. *Plin. l. 36. c. 5.* Jam fuerat in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius ejus Micciades.

Sculptûra, æ, *ſcultura*, γλυφή, ars ſculpendi. *Plin. l. 16. c. 40.* Habent in ſculpturis facilitatem.

Sculptus, a, um, *ſcolpito*, partic. a ſculpor. *Cic. in Acad. 4. c. 31.* Non eſt e ſaxo ſculptus, aut ex robore dolatus, habet corpus, habet animum, movetur mente. Alii leg. *ſcalptus*.

Scurra, æ, m. *buffone*, Ger. *ſpottvogel*, Gall. *bouffon*, Hiſp. *truhan*, βωμολόχος, qui riſum ab audientibus captat dictis jocularibus, vel corporis geſtu, non habita ratione verecundiæ, aut dignitatis. *Cic. 5. Ver. c. 62.* Qui ſe ſcurram improbiſſimum exiſtimari vult; qui a ſcurris potius gladiator, quam ſcurra appellatus ſit. ¶ Atque inde mimis hoc quoque nomen tributum eſt, ut apud *Juvenalem ſat. 13. v. 109.* Mimum agit ille, urbani qualem facundus ſcurra Catulli. *Julius Capitolinus in Vero, c. 8.* Adduxerat ſecum & fidicinas, & tibicines, & hiſtriones, ſcurraſque mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria paſcitur voluptas, prorſus ut videretur bellum non Parthicum, ſed hiſtrionicum confeciſſe. ¶ Scurræ etiam vocabantur homines urbani, non ruſtici, ſed elegantes, qui aſſidue in urbe eſſent, nunquam in agris, fortaſſe quod ſine cura, & opere omni eſſent. *Plaut. Moſt. 1. 1. 15.* Tu urbanus vero ſcurra, deliciæ populi, rus mihi tu objectas? *Id. Epid. 1. 1. 13.* Scurra es. E. Scio te eſſe quidem hominem militarem. *Id. Trin. 1. 2. 163.* Neque perjurior, quam urbani aſſidue cives, quos ſcurras vocant. V. Taubman. ad locum Plauti cit. in Epid. ¶ Scurram dictum eſſe quaſi *ſecurram*, a ſequendo, cenſet *Verrius Flaccus*, ut is proprie ſcurra ſit, qui paraſitico more divites homines ſectando, & riſum movendo victum quærat. Hos tamen, tanquam ineptum, deridet *Feſtus*. ¶ Socrates, quod Atticorum more, dictorum leporibus, & cavillationibus deditus eſſet, ſcurra Atticus eſt appellatus. *Cic. 1. de Nat. Deor. c. 34.* & *Lactant. l. 3. c. 19.*

Scurrîlis, & le, o. 3. βωμολοχικός, quod eſt ridiculum cum turpitudine. *Cic. 2. de Or. c. 59.* Ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus. ¶ Item facetus, urbanus. *Valer. Max. l. 8. c. 8. num. 3.* Ut enim in rebus ſeriis Scævolam, ſic in ſcurrilibus luſibus hominem agebat.

Scurrilitas, atis, *buffoneria*, βωμολοχία, turpis, & procax dicacitas, neque temporis, neque loci, neque perſonarum reſpectum habens. *Auctor. dial. de Orat. c. 22.* Fœda, & inſulſa ſcurrilitas.

Scurrîliter, adv. *buffoneſcamente*, βωμολοχικῶς, ſcurrarum more, procaciter. *Plin. ep. 25. l. 4.* Qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam ſcurriliter ludas?

Scurror, aris, d. 1. *fare il buffone*, *buffoneggiare*, Germ. *boſſen reiſſen*, Gall. *plaiſanter*, Hiſp. *truhanear*, βωμολοχεύω, ſcurram ago. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 19.* Scurror ego ipſe mihi, populo tu. ¶ Item adulari: nam ſcurræ, ut in omnibus placeant, aſſentari etiam ſolent. *Id. ibid. ep. 18.* metues, liberrime Lolli, Scurrantis ſpeciem præbere profeſſus amicum.

Scurrûla, æ, m. diminutivum a *ſcurra*. *Apul. l. 10. Metam.* Quidam præſens ſcurrula, Date, inquit, huic quippiam meri. *Arnob. l. 6.* Urbanus ſcurrula.

Scutâle, is, n. *il fondo della frombola*, corium in funda, cui lapis imponitur. *Liv. l. 38. c. 29.* Triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxa habena volutetur in jactu glans &c.

Scutarius, ii, m. *ſcudajo*, ἀσπιδοποιός, qui ſcuta facit. *Plaut. Epid. 1. 1. 35.* Id modo videndum, ut materies ſuppetat ſcutariis. Alii aliter leg.

Scutarius, a, um, ἀσπιδικός, quod ad ſcuta pertinet. *Veget. l. 2. c. 11.* In Romana militia habebant fabricas ſcutarias, & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutâtus, a, um, ἀσπιδιώτης, ſcuto armatus. *Cic. 2. Phil. c. 42.* Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites, ſicas portari videmus.

Scutella, æ, f. *ſcodella*, קערה, Ger. *ſchüſſel*, Gal. *écuelle*, Hiſp. *eſcudilla*, τρυβλίον, genus vaſis concavi, rotundi, quo minutal ex carne, vel oleribus in menſam exhibetur. *Cic. 3. Tuſc. c. 19.* Demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid provideamus & cibi. ¶ Scutellæ etiam dicuntur patellæ, quæ vaſis ſupponuntur, & ea ſuſtinent, *ſottocoppe*. *Ulpian. l. cum aurum. Dig. de aur. arg. leg.* Si vaſa ſint legata, non ſolum ea continentur, quæ aliquid in ſe recipiant, ſed etiam quæ aliquid ſuſtineant, & ideo ſcutellas, vel promulſidaria contineri.

Scutica, æ, f. *ſtaffile*, *ſferza*, Ger. *lederne geiſſel*, Gal. *écourgée*, *fouet*, Hiſp. *azote*, σκυτάλη, genus verberis e loris facti, a σκῦτος, *corium*. *Martial. l. 10. epigr. 62.* Scuticaque loris horrida Scythæ pellis, qua vapulavit Marſyas Celenæus. ¶ Scutica minus eſt, quam flagellum. *Hor. l. 1. ſat. 3. v. 118.* Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Scutigerûlus, a, um, ὑπασπιστής, ſervus militaris qui ſcutum domini gerit, armiger. *Plaut. Caſ. 2. 3. 44.* Qui (malum) homini ſcutigerulo dare lubet?

Scutilus, tenuis, macer, exilis, in quo tantum exilis pellicula cernitur. *Feſtus*.

Scutra, æ, f. *olla*, *pentola*, vaſis ænei genus, χαλκεῖον, fortaſſe ita dictum quod in modum ſcuti factum ſit. *Plaut. Perſ. 1. 3. 8.* Struthea, coluthеaque appara, bene ut ſcutria concaleant. *Cato R. R. c. 157.* Ubi in ſcutra ferveſceceris, &c. Al. hic leg. *chutra*, vel *chytra*, a Græco χύτρα, olla, cacabus.

Scutriſcum, i, genus vaſis, forte idem ac ſcutra, vel ab ea diminutivum. *Cato de R. R. c. 10. & 11.*

Scutûla, æ, f. genus vaſis concavi, octo unciarum capax, ut aliqui dicunt, diminut. a *ſcutra*. *Martial. l. 8. epigr. 71.* Beſſalem ad ſcutulam ſexto pervenimus anno. *Id. l. 11. ep. 31.* Sic implet gabatas, paropſideſque, & leves ſcutulas, cavaſque lances. ¶ Scutulæ figura aliis videtur eſſe quadrata, aliis rotunda, aliis rhombo ſeu amygdalæ ſimilis; aliis denique quadrata ſimul, & oblonga. *Tacit. in Agric. c. 10.* Formam totius Britanniæ oblongæ ſcutulæ, vel bipenni aſſimilavere. V. ibi interpretes. ¶ In arboribus ſcutula dicitur pars corticis, quæ ſcutulari figura ex aliqua arbore aufertur, cujus in locum inſeratur par cortex ex arbore alia. *Plin. l. 17. c. 16.* Ergo amputatis omnibus ramis, ne ſuccum avocent, nitidiſſima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exempta ſcutula (ita, ne deſcendat ultra ferrum) corticis, imprimitur ex alia cortex per eum ſui germinis mamma, ſic compage denſata, cicatrici ut locus non ſit, & ſtatim ſiat unitas, non humorem, non afflatum recipiens: nihilominus tamen & luto ungere, & vincire melius. Adde *Col. l. 5. c. 11.* ¶ In pavimentis ſcutulæ vocantur fruſta marmoris rotunda, inſtar ſcuti, vel inſtar amygdalæ, ſeu rhombi, ut *Baldus in Lex. Vitruv.* exponit. *Vitruv. l. 7. c. 1.* *Pallad. l. 1. c. 9.* ¶ In veſtimentis ſcutulæ ſunt orbiculi, ſeu circuli picti, vel intexti ad ornatum. V. *Scutulatus*.

Prudens.

Digitized by Google

Prudens in Hamartig. v. 290. fluitantes ſomeri amictus Gaudent, & ſcutulis durum perfundere corpus. ¶ Præterea ſcutula, græce σκυτάλη, eſt virga, ſeu baculus rotundus, qui navibus ſubjicitur ad eas in mare deducendas, & impellendas, alio nomine phalanga. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 40. Quatuor biremes, ſubjectis ſcutulis, impulſas vectibus in interiorem partem transduxit. ¶ Denique in balliſtis ſcutula eſt regula quædam, ſeu aſſerculus in modum ſcutulæ, in ſummo & imo balliſtæ capitulo multis foraminibus pertuſus, & inde Græce περίτρητος dictus. *Vitruv. l.* 10. *c.* 17. ubi alii hic quoque intelligunt lignum rotundum balliſtæ ſubjectum, ad eam aliquo deducendam. Sed re eo tam obſcura difficile eſt quidquam certi ſtatuere.

Scutulatus, a, um, ῥομβοειδής, quod forma ſcutulæ factum eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 24. *de araneorum telis:* Quanta arte cælavit pedicas, ſcutulato rete graſſantes. ¶ Scutulata veſtis dicitur, quæ quibuſdam orbibus, ſeu circulis eſt diſtincta, o *ſcaccheis*, quales in araneorum telis cernimus. *Juven. ſat.* 2. *v.* 97. Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Iſtæ, Liburnicæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena veſtibus, & quam ſola ars ſcutulato textu commendet in Luſitania. ¶ Scutulatus color eſt, qui variis maculis mixtus eſt, quæ rotundam figuram inſtar ſcutulæ habent. In equis præcipue commendatur. Ital. dicitur *leardo*, aut *leardo pomellato*. *Pallad. menſe Martio*, c. 13. Colores hi præcipui, albineus, ruſſeus, murteus, cervinus, gilbus, ſcutulatus, albus, &c.

Scutulum, i, *ſcudicciuolo*, *ſcudetto*, ἀσπίδιον, parvum ſcutum. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 29. Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Scutum, i, *ſcudo*, מגן, Ger. *ſchild*, Gall. *bouclier*, Hiſp. *eſcudo*, θυρεός, armorum genus, quo pugnantes corpus tegunt. Quomodo a *clypeo* differat, ſatis in ea voce dictum eſt. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 13. Ignarus miles, ac timidus, ſimul ac viderit hoſtem, abjecto ſcuto fugiat, quantum poſſit.

Scutus, i, m. idem ac ſcutum, apud veteres. *Turpil. apud Non. c.* 3. *n.* 233. Quia non minus res hominem, quam ſcutus, tegit.

Scydra, f. 1. *Siderocapſa*, urbs Macedoniæ, in Æmathia. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Scylace, es, σκυλάκη, oppidum Myſiæ Aſiaticæ. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Scylacæum, vel Scyllacæon, n. oppidum in finibus Calabriæ orientalis, *Squillaci*, a quo & ſinus maris, quem alluit, & Tarentino proximus eſt, eodem nomine appellatur. Olim Athenienſium colonia fuit, qui & Scylletium, σκυλλήτιον vocavere, ut tradit *Plin. l.* 3. *c.* 10. ¶ Prope hoc oppidum Caulon fuit, Myſia, & alia, quæ ibidem *Plin.* enumerat. *Virg.* 3. *Æn. v.* 553. Caulonisque arces, & navifragum Scylacæum. *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 36. Spumoſumque legunt fracta Scylaceon ab unda. Alii leg. *fracta Scyllaceon unda.* Eſt autem Scyllaceon idem ac Scylacæum. ¶ Sunt præterea, qui in loco Virgilii leg. *ſcyllæum*. male. nam Scyllæum promontorium eſt, & oppidum ejuſdem Calabriæ in regione occidentali, in freto Siculo. V. infra.

Scylla, æ, f. σκύλλα, filia Niſi Megarenſium Regis, cujus fabulam V. ſupra in *Niſus*. ¶ Scylla altera, filia Phorci, & Cratæidos Nymphæ. Hanc cum amaret Glaucus, & ab illa ſperneretur, confugit ad Circen, ut magicis incantationibus amorem erga ſe in virgine intenderet. Sed Circe Glauci amore capta eſt. Itaque Glauco perſuadere conata eſt, ut ſpernentem ſperneret, amanti vices redderet. Sed Glaucus affirmavit, nunquam Scylla incolumi primum illum ſuum amorem mutatum iri. Dea indignata, fontem, prope mare, & urbem Rhegium, in quo Nympha ſe ſæpe lavare conſueverat, magicis venenis infecit. In quem cum illa deſcendiſſet, pube tenus in varia mutata eſt monſtra canum latrantium. Horrens itaque ſuam deformitatem ſe ſe in mare præcipitem dedit, & in ſcopulum navigantibus periculoſiſſimum transformata eſt. Hanc poſtea Glaucus Deam marinam fecit. Claſſem Ulyſſis, & ſocios evertiſſe narratur. *Virg.* 3. *Æn. Ovid.* 14. *Met. & Serv. in* 6. *Ecl.* ¶ Aliorum deſcriptione fuit Phorci, & Hecates filia, admirabili magnitudine, quæ habuit capita ſex, ternos ordines dentium, oculos igneos, pedes duodecim, & reliquo corpore degebat abſcondita in ſpelunca, petræque adhærebat innata, capita vero habebat ita longe prominentia, ut poſſet ea in naves prætereuntes inſerere. ¶ *Propertius* ex duabus Scyllis unam fecit: inquit enim *l.* 4. *eleg.* 4. Quid mirum, in patrios Scyllam ſæviſſe capillos, Candidaque in ſævos inguina verſa canes? ¶ Hæc ad fabulam. Revera Scylla eſt ſcopulus Brutiorum, in Italia, in freto Siculo, in mare prominens, & procul viſentibus muliebris ſpeciem repræſentans, navigantibus periculoſiſſimus, in quem illiſi fluctus luporum ululatus, & latratus canum videntur imitari: quod Poetis cauſas fabulandi dedit, hodieque dicitur *Scilla*, & *Sciglio*. Ex adverſa ejus parte, h. e. in Sicilia, eſt Charybdis, de qua V. ſuo loco. ¶ Ex duobus his ſcopulis ortum eſt vulgatum illud proverbium, cujus tamen auctor incertus eſt: *Incidis in Scyllam cupiens vitare Charybdim:* & de iis dicitur, qui volentes periculum minus evitare, in majus incidunt.

Scylla, æ, f. 1. genus piſcis, quo maxime abundat Liris amnis Campaniæ, Minturnenſium urbem præterfluens. *Plin. l.* 32. *c.* 11. Solea, ſargus, ſcylla, ſarda. ¶ Item genus avis. *Id. l.* 37. *c.* 10. ¶ Item genus herbæ. *Col. l.* 10. *v.* 374.

Scyllacæum. V. Scylacæum.

Scyllæum, i, *il Sciglio*, σκύλλαιον, prom. Brutiorum, in Calabria Ulteriore, apud Scyllam ſcopulum, in mare inſtar peninſulæ porrectum contra Siciliæ litus, cum oppido cognomine. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Nomen accepit a Scylla filia Phorci. ¶ Scyllæum alterum, *Capo di Scigli*, σκύλλαιον, prom. Peloponneſi, in ora Argiæ regionis, in agro Hermionico, ſinum Argolicum a Saronico dividens. Dictum eſt a Scylla Niſi filia, quæ eo fluctibus ejecta creditur. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Scyllæus, a, um, σκυλλαῖος, quod ad Scyllam ſpectat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 200. Vos & Scyllæam rabiem, penituſque ſonantes Acceſtis ſcopulos. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 280. Scyllæa monſtra.

Scylletium, ii, oppidum, idem ac Scylacæum. *Plin. l.* 3. *c.* 10.

Scyllites, & Scylliticos bulbus, herba quædam eſt, quæ & Scylla, & Scylla rubra dicitur. *Apul. de herb. c.* 42. ¶ Scyllites vinum eſt, in quo ſcyllæ aridæ folia immiſcentur, utileque eſt concoctionibus ſtomachi, & ad corpus reficiendum. *Col. l.* 12. *c.* 33. qui cap. ſequenti de aceto etiam ſcyllitico mentionem facit. V. *Abrotonites*.

Scymnus, i, m. 2. σκύμνος, catulus leonis. Vox Græca eſt. *Lucr. l.* 5. *v.* 1035. At catuli pantherarum, ſcymnique leonum.

Scyphus, i, m. *bicchiere*, e *tazza*, גביע, Germ. *becher*, Gall. *taſſe a boire*, Hiſp. *vaſo*, σκύφος, vaſis potorii genus, quo veteres & in conviviis, & in ſacrificiis utebantur. Eſt nomen Græcum. *Horat. Epod* 9. Capaciores affer huc puer ſcyphos. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 22. Illuſeras heri inter ſcyphos.

Scyriades, f. 3. σκυριάδες, mulieres ex Scyro inſula. *Stat.* 2. *Achil. v.* 147. Nec minus egreſſæ thalamis Scyriades ibant Oſtentare choros. ¶ Legitur & *Scyrides*.

Scyrias, adis, f. 3. Deidamia filia Lycomedis Regis Scyri. *Ovid. de ar. am. l.* 1. *v.* 684. Scyrias Æmonio victa puella viro.

Scyricus, a, um, idem quod Scyrius. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Alterum genus (ſilis) eſt preſſum, quod alii Scyricum vocant ex inſula Scyro.

Scyrius, a, um, σκύριος, quod ad Scyrum inſ. ſpectat. *Ovid. ep.* 8. *v.* 112 Ignara tetigit Scyria membra manu. *Virg.* 2. *Æneid. v.* 477. Scyria pubes.

Scyros, vel Scyrus, f. 2. *l' Iſola di Sciro*, σκῦρος, inſ. maris Ægæi, una ex Cycladibus, cum urbe cognomine. *Plin. l.* 4. *c.* 12. In ea Lycomedes regnavit, ubi Achilles puellari habitu educatus Deidamiam ejus filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit. *Catul. carm.* 65. Deſerites Scyros, linquunt Phthiotica Tempe.

Scyrpus. V. Scirpus.

Scythæ, arum, m. *Sciti*, σκύθαι, pop. Scythiæ. Dicti ſunt a Scytha filio Herculis. *Herod. l.* 4. Vel, ut alii volunt, a σκύζεσθαι, *iraſcor*, quod ſint feroces, & faciles ad iraſcendum. *Cæl. Rhod. l.* 18. *c.* 24. Perſæ Sacas appellavere, a proxima gente: antiqui Arimeos, ſeu Arameos dixerant. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Olim ſanctiſſimis fuere moribus, & omnino ſecundum naturæ leges vivere. Barbari tamen fuerunt. Nam pecore vitam degebant, famem, & ſitim ad duodenos dies ferentes, ſola herba, quæ ſpartanea dicitur, ſuſtentati. Plurimi carne equina, nonnulli etiam humana veſcebantur. Nullas habebant urbes, plauſtris pro domibus uſi, in quibus huc, illuc vagabantur. Unde dicebantur *Hamaxobii*. Fuere item belliciſſimi. Aſiam quindecim annis ſubactam mille, & quingentos annos vectigalem habuerunt, & Parthicum, ac Bactrianum Imperium condiderunt. V. *Juſtin. l.* 1. & 2. *Curt. l.* 7. *Plin. l.* 4. *c.* 12. & *l.* 7. *c.* 2. ¶ Innumerabiles hujus gentis populi fuere. Celeberrimi eorum Sacæ, Maſſagetæ, Dahæ, Eſſedones, Ariacæ, Rhymnici, Peſici, Amardi, Hiſtri, Edones, Camæ, Camacæ, Euchatæ, Cotieri, Antariani, Pialæ, Arimaſpi, antea Cacidiri, Aſæi, Oetei. *Plin. l.* 6. *c.* 17. ¶ *Scytharum ſolitudines*, prov. apud Ariſtophanem, de regione vaſta, & parum culta. Nam Scytharum gens omnium toto orbe vaſtiſſima eſt, ſed olim urbes non habuit, & diſperſim habitavit, & in plauſtris vagabatur. *Curt. l.* 7. ¶ Adjective pro Scythico. *Martial. l.* 4. *epigr.* 28. Indos ſardonyches, Scythas ſmaragdos. *Id. l.* 10. *ep.* 61. Scythæ pellis lora horrida. *Stat. l.* 11. *Theb. v.* 437. Scytha pontus.

Scytale, æ, vel ſcytale, es, f. 1. σκυτάλη, *lettera ſcritta in ciffra*, apud Lacedæmonios, ſive Lacones erat genus epiſtolæ ſecretioris, quam in loro, ſive corio ſcribebant, deinde tereti ſurculo involutam ad Imperatorem mittebant. Ejus rationem accurate perſequitur *Gel. l.* 17. *c.* 9. quem vide. *Auſon. in ep. ad Paullinum.* Vel Lacedæmoniam ſcytalem imitare, libelli Segmina Pergamei tereti circumdata ligno, Perpetuo inſcribens verſu, qui deinde ſolutus Non reſpondentes ſparſo dabit ordine formas. *Corn. Nepos in Pauſania c.* 3. Id poſtquam Lacedæmonii reſcierunt, legatos ad eum cum ſcytale miſerunt.

Scytale, les, f. σκυτάλη, ſerpens tanta præfulgens notarum varietate, ut videntes retardet, & quoniam reptando pigrior eſt, quos aſſequi nequit, miraculo ſui capit ſtupentes. Hæc *Solin. c.* 27. (*al.* 40.) Adde *Lucan. l.* 9. *v.* 717. & *Plin. l.* 32. *c.* 5. ubi alii aliter legunt.

Scytaloſagittipelliger, σκυταλοτοξοφόρος, vox hibrida, epithetum eſt Herculis, apud *Tertul. de pal. c.* 4. quod ſignificat clava, & ſagittis armatum, & pelle indutum. Componitur a græca voce σκυτάλη, *ſcytale*, h. e. clava, & latinis *ſagitta*, & *pelliger*.

Scythes, æ, m. filius Jovis, qui arcum, & ſagittas inveniſſe dicitur. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Scythes, æ, m. σκύθης, qui eſt e Scythia. *Cic.* 5. *Tuſc. cap.* 32. An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates Philoſophi facere non potuerunt? *Hor. l.* 4. *od.* 14. Te Cantaber non ante domabilis, Meduſque, & Indus, te profugus Scythes Miratur. ¶ Adjective *Senec. Hippolyt. v.* 903. Hunc Graia tellus aluit, an Taurus Scythes? *Id. in Herc. Fur. v.* 1210. Illa, quæ pontum Scythen Symplegas arctat.

Scythia, æ, f. *Scitia*, σκυθία, regio vaſtiſſima orbis terrarum, ad Septentrionem. Ex Mœſia Inferiore in Aſia ad Tabin uſque promontorium, & fretum Anian longitudine terrarum milliaria Germanica mille amplius occupat, latitudine vero ab Oceano Septentrionali ad Caucaſum montem, fonteſque Indi fluminis mill. Germ. circiter ſexaginta. *Cluver. l.* 4. *c.* 17. *n.* 1. *Juſtin. l.* 2. hos fines Scythiæ ſtatuit: Scythia autem in Orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, a tergo Aſia, & Phaſi flumine. Multum in longitudinem, & latitudinem patet. Dividitur univerſa Scythia in Europæam, & Aſiaticam. ¶ Scythia Europæa a Tanaidis ripis per Mæotidis, & Ponti Euxini litora uſque ad Iſtri oſtia expanditur. ¶ Scythia Aſiatica fines habet ab Occ. eoſdem, quos ipſa Aſia, atque Europa, ab Or. mare Eoum, & Auxacios, Caſiosque montes, quibus a Serica, hodie Cataiæ Regno, diſterminatur, & Ottorocoram montem, quo a Sinis, ſive Chinenſibus diſcernitur, a Sept. mare Scythicum, ſive concretum ad Tabin uſque promontorium, a Mer. Emodos montes, quibus ab Indis, & Sogdia, Oxiaque juga, quibus a Perſarum ſubmovetur Imperio, deinde mare Caſpium, mox Caucaſum montem, quo ab Albania, & Coracem, quo ab Iberia, & Colchide ſeparatur. Habet præterea alias diviſiones, de quibus V. Geographos. ¶ Scythia equis maxime abundat, quorum carnibus populi veſcuntur. Aſinis vero propter loci frigiditatem caret, teſte *Plinio*. ¶ De Scythia *Plinius* ſcribit *l.* 2. *c.* 50. *l.* 4. *c.* 13. *l.* 6. *c.* 17. & *l.* 8. *c.* 25.

Scythicor, ex, V. Scythicus.

Scythicus, a, um, σκυθικός, quod ad Scythas pertinet. *Cic.* 5. *Tuſc.* Mihi amictus eſt Scythicum tegmen. *Stat.* 12. *Theb. v.* 519. Scythica gens. *Martial. l.* 6. *ep.* 58. Scythici ſidera nigra poli. ¶ Scythica herba (quæ & Scythice abſolute dicitur a *Plin. l.* 25. *c.* 8.) eſt ſapore prædulci, a Scythis inventa, cujus vim ad tuſſim ſanandam, & vulnera tradit *Id. l.* 26. *c.* 5. & 14.

Scythis, idis, f. mulier Scythica. *Ovid.* 15. *Met. v.* 360. Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

Scythiſſa, æ, f. mulier e Scythia. *Nepos in Datam. c.* 1. Datames patre natione Cara, matre Scythiſſa natus.

Scythopolis, f. 3. *Bethſan*, urbs Palæſtinæ, in Galilæa, in ora lacus Geneſaræ ad Mer. apud Jordanis fl. egreſſum, in Campo Magno, Tiberiadi, & Bethſaidæ proxima. Condita fuit a Baccho, & Scytharum ejus comitum nomine appellata. *Plin l.* 5. *c.* 18.

Scythotauri, orum, m. populi Scythici Tauricæ regionis. *Solin. c.* 25. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Scyzinum appellatum olim fuit genus quoddam vini, cujus conficiendi ratio obliterata jam eſt. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

S ANTE E.

Se pronomen V. Sui.

Se, ἐκτὸς, præp. ex earum numero, quæ, quod extra compoſitionem nihil ſignificant, inſeparabiles a Grammaticis dicuntur. Quibuſdam, teſte *Priſciano l.* 14. placet eſſe a *ſemis*, quod ſeparationem facit, vel a *ſecus*. Componitur vero cum dictionibus incipientibus a literis c, *d*, *c*, *g*, *i*, *l*, *p*, *u*, ut *Secedo*, *ſeduco*, *ſedeo*, *ſegrego*, *ſejungo*, *ſeligo*, *ſeparo*, *ſevoco*. In vocibus, quæ ab e incipiunt, interponitur litera *d*, euphoniæ cauſa, ut *ſedeo*. Fere diviſionem, ſeu ſeparationem ſignificat, ut *ſeparo*, *ſejungo*, *ſeduco*, *ſegrego*. Nonnunquam notat privationem, ſeu negationem, ut *ſecurus*, quaſi ſine cura. Interdum dimidium, ut ſelibra, ſemuncia. ¶ Olim *ſe* pro *ſine* uſurpata fuit. *Lex XII. Tab. apud Cic.* 2. *de Legib. c.* 24. Aſt im cum illo ſepelira, ureteve, ſe fraude eſto.

Digitized by Google

 S E

Sebaceus, & Sevaceus, a, um, στεατίνος, quod ex ſebo eſt. *Apul. l. 4.* Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis, nocturnis luminis inſtrumentis clareſcunt tenebræ.

Sebālis, vel Sevalis, le, adject. ſebaceus, ut ſebalis fax, apud *Ammian. l. 18. c. 14.*

Sebaſta, æ, f. 1. *Samaria*, urbs olim Palæſtinæ, in Samaria, *Plin. l. 5. c. 19.*

Sebaſtêni, orum, m. Galatiæ populi. *Plin. l. 5. c. 32.*

Sebaſtia, f. 1, *Sauſtia*, urbs medit. Cappadociæ, apud M. Argæum. *Plin. l. 6. c. 3.*

Sebaſtopŏlis, f. 3. *Savas*, urbs medit. Cappadociæ, præclara. *Plin. lib. 6. cap. 3.*

Sebêtus, m. 2. *Fiume della Maddalena*, *Fornello*, amnis admodum parvus Campaniæ, qui vicatim per Neapolim labitur, ſed ejus pars prope mœnos urbis exſurrit, & paulo infra pontem S. Magdalenæ in ſin. Neapolitanum ſe exonerat. *Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 263.*

Sebēthis, idis, f. Σηβηθίς, nomen Nymphæ apud *Virg. 7. Æn. v. 734.* ¶ Sebethis lympha, eſt Sebetus fluvius. *Col. l. 10. v. 134.*

Sebo, vel ſevo, as, a. 1. στεατόω, ſebo oblino. *Col. l. 2. c. 22.* Feriis autem ritus majorum etiam illa permittit, far proſere, faces incidere, candelas ſebare.

Sebōſus, & Sevoſus, a, um, adject. ſebo abundans. *Plin. l. 28. c. 14.* Medulla ſevoſa pecudum.

Sebum, ſeu ſevum, i, (nam utroque modo legitur) *ſevo*, Ger. *unſchlit*, Gal. *ſuif*, Hiſp. *ſebo*, στέαρ, pinguedo animalium, ex qua fiunt candelæ. *Plaut. Capt. 2. c. 31.* Habet unde excoquat ſevum ſenex. quæ proverbialis locutio eſt, & dicitur de eo qui divitiis affluit.

Secabĭlis, le, adject. idem quod ſectilis. *Lactant. de ira Dei, c. 10.* Dividua ergo, & ſecabilia ſunt. *Auſon. eclog. 1. v. 7.* Secabile ſegmen.

Secāle, is, n. 3. *ſegala*, Ger. *rocken*, Gal. *ſeigle*, Hiſp. *centeno*, frumenti genus. *Plin. l. 18. c. 16.* Secale Taurini ſub Alpibus aſiam vocant, deterrimum, & tantum ad arcendam famem utile, fœcunda, ſed gracili ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcipuum. Admiſcetur huic far, ut mitiget amaritudinem ejus, & tamen ſic quoque ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicumque ſolo cum centeſimo grano, ipſumque pro lætamine eſt. Hæc *Plinius*.

Secamentum, i, quod ſecando dividitur, vel quod ex ligno ſectili confectum eſt. *Plin. l. 16. c. 10.* E diverſo materies, quæ abiete pulcherrima, piceæ ad fiſſiles ſcandulas, cupaſque, & pauca alia ſecamenta.

Secarius, a, um, in quo frumenta, vel ſegmenta ponuntur. *Cato c. 11.* Villicum habere oportet ſportas ſecarias tres, molas aſinarias tres. Alii leg. *ſacarias*.

Secatūrus V. in Seco.

Secēdo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *partirſi*, *andar via*, *ritirarſi*, [illegible], Ger. *abweichen*, Gal. *ſe retirer*, Hiſp. *apartarſe*, ἀναχωρεῖν, ſeorſum vado, ſeu ſeorſum venio, procul ab hominum frequentia receſſo. *Plaut. Amph. 2. 2. 239.* Secede huc tu Soſia. *Id. Curc. 2. 3. 6.* Fugite omnes, abite, & de via ſecedite. *Cic. 1. Catil. in fin.* Quare ſecedant improbi, ſecernant ſe a bonis. *Liv. l. 40.* Seceſſit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem cuſtodibus corporis. *Propert. l. 1. eleg. 10.* Secedere a luſu. *Quintil. l. 1. c. ult.* Secedere ad ſtilum, *ritirarſi a comporre*.

Secerno, is, crevi, cretum, a. 3. *ſeparare*, [illegible], Ger. *abſondern*, Gall. *ſeparer*, Hiſp. *apartar*, ἀφορίζω, ſeparo, ſejungo, diſcerno, divido. *Cic. 4. Fin.* Itaque illa non dico me expetere, ſed legere, nec optare, ſed ſumere, contraria autem non fugere, ſed quaſi ſecernere. *Id. de Am.* Secerni autem blandus amicus a vero, & internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quam &c. *Liv. l. 45. c. 14.* Secernere ſe e grege. *Horat. de ar. poet. ad fin.* Publica privatis ſecernere, ſacra profanis. *Id. epod. 16.* Jupiter illa piæ ſecrevit litora genti, h. e. ſelegit, ſepoſuit, & habitanda piis hominibus dedit.

Seceſpĭta, æ, f. genus cultri. *Feſt.* Seceſpitam eſſe Antiſtius Labeo ait cultrum ferreum, oblongum, manubrio rotundo, eburneo, ſolido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixum clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificeſque ad ſacrificia utuntur. *Suet. in Tib. c. 25.* Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpite plumbeum cultrum ſubjiciendum curavit. ¶ Sumitur etiam pro repagulo. *Feſt.* Eadem alias dicitur, qua in ſacrariis utuntur. Sacrariæ namque in templis repagulo æneo olim ſepiebantur, in quo ſubæ ſciſſæ ſunt, per quas manibus ſacra tangere licet. Eſt hæc in templo Bonæ Deæ. Sed & aliis in locis. Et ſunt velati repagula quædam. Ita ſeceſpitæ dicuntur duobus modis. Hæc *Feſtus*.

Seceſſio, onis, *partenza*, *ritiramento*, [illegible], Ger. *abweichung*, Gal. *retirement a part*, Hiſp. *partida*, ἀναχώρησις, diſceſſio, receſſus in aliquem locum remotum, vel ſecretiorem, & minus frequentem. *Cic. pro Mur. c. 24.* Mœſtos amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant. ¶ Interdum ſumitur pro defectione, diviſione populi in duas, pluraſve partes. *Cic. pro Leg. 1. 6.* Seceſſionem tu illam exiſtimaviſti, Cæſar, initio, non bellum. *Liv. l. 1. c. 32.* Piſo auctor eſt, ſeceſſionem factam eſſe in Aventinum.

Seceſſus, us, m. *ritiramento*, *partenza*, ἀναχώρησις, diſceſſio, receſſus in locum ſolitarium, minuſque frequentem. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 1.* Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt. ¶ Interdum pro loco ſecretiore, & ab hominum turba, aſpectuque remoto, *luogo ſolitario*, *ritiro*, [illegible], Ger. *abgeſonderter orth*, Gal. *lieu ou l'on ſe retire à part*, Hiſp. *lugar apartado*, [illegible]. *Virg. 1. Æn.* Eſt in ſeceſſu longo locus. *Plin. jun. l. 2. ep. 23.* Ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis. *idest* in villa. ¶ Item pars corporis poſtica, qua excrementa egeruntur. *Hieron. ep. 148. ad Fabiol.* Totum quod curamus, quod voramus, in ſeceſſum pergit.

Secius, V. ſecus.

Secus, a, um, quod ſecatur. *Feſt.* Secium eſt, quod ſeceſpita ſecatur, libum, ſeu placenta, quæ ſoleat neceſſariis ſacrificiis adhiberi. *Paul. ibid.* Secium libum eſt, quod ſeceſpita ſecabatur.

Seclūdo, is, ſi, ſum, a. 3. *chiudere*, *ſeparare*, [illegible], Ger. *abſchneiden*, Gal. *enfermer à part*, Hiſp. *apartar*, *cerrar*, ἀποκλείω, aſt ſeorſum claudere, removere, ſejungere. *Propert. l. 1. eleg. 19.* Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala. *Virg. 1. Æn.* Solvite corde metum, Teucri, ſecludite curas. ¶ Secludere vitam corpore, eſt ſe occidere. *Plaut. Rud. 1. 4. 1.* Quid magis in rem eſt meam, quam corpore vitam ſecludam?

Seclum, V. Sæculum.

Secluſorium, ii, ἀποκλειστήριον, locus, in quo aliquid ſecluditur. *Var. l. 3. de R. R. c. 5.* Excluduntur in minuſculum aviarium, quod eſt conjunctum cum majore oſtio, & lumine illuſtriore, quod ſecluſorium appellant.

Seclūſus, a, um, *ſeparata*. *Cic. de Orat. l. 2. c. 39.* Ubi non ſecluſa aliqua aquula teneatur. *Id. 7. Ver. c. 9.* Secluſus a communi luce. ¶ *Secluſa ſacra*, a priſcis dicebantur, quæ Græci μυστήρια appellant, eo quod ſeparata, ac ſeorſum clauſa a vulgo propter ſanctitatem aliquam eſſe debent. *Feſt.*

Seco, as, cui, ctum, a. 1. *tagliare*, *ſegare*, *dividere*, [illegible], Ger. *ſchneiden*, Gal. *trancher*, *tailler*, Hiſp. *cortar*, τέμνω, exſcindo, cædo. *Cic. in Phil. 8. c. 5.* In corpore ſi quid eſt ejuſmodi, quod reliquo corpori noceat, uri, & ſecari patimur. *Virg. 5. Æn. v. 212.* Pars in fruſta ſecant. ¶ Tranſlate ſumitur pro dividere, diſtinguere, diſtribuere. *Cic. de Orat. l. 2. c. 27.* Iſti quidem cauſas in plura genera ſecuerunt. ¶ Secare etiam, eſt ire, proficiſci, apud Poetas. *Virg. 6. Æn.* Ille etiam ſecat ad naves. V. Sulco. Sic *Æn. 5.* ipſa fuga ſecat æquore priſtis. h. e. celeri curſu undas dividit. Et *Georg. 1.* Scylla levem fugiens ſecat æthera pennis. ¶ Tranſlate ſecare aliquem, eſt ſatyrico dente mordere, *tagliare i panni addoſſo*. *Perſ. ſat. 1. v. 113.* Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. *Horat. l. 1. ſat. 10. v. 15.* ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res. ¶ Secare lites, eſt dirimere, componere. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 42.* vir bonus eſt quis? Quo multæ, magnæque ſecantur judice lites. ¶ Partic. *ſecaturus* pro ſecturus. *Colum. l. 5. c. 9.* Partem, ſupra quam ramum ſecaturus es, ſtramentis tegito. ¶ Seco etiam notat ſequi, ut nonnullis placet. *Virg. 10. Æn. v. 107.* Quæcumque eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem. Ad quem locum *Serv.* Secat, ideſt ſequitur, habet, tenet, unde ſectas dicimus. Alii exponunt, quam quiſque ſpem decerpit, ſumit, capit, ea ratione, qua *idem ſecare etiam* dixit.

Secors, V. Socors.

Secretarium, ii, *luogo ſecreto*. *Apul. de Mundo.* Ignes, qui terræ ſecretariis continentur. *Sever. Sulpit. in dial. 3. de virt. Martini*, c. 8. Secretarium vocat conclave, ſeu locum cancellis ſeptum, in quo reddebatur jus, cujuſmodi ſunt, quæ ab Italis dicuntur *Cancellerie*.

Secrēte, adv. idem ac ſecreto. *Tertul. de Orat. c. 1. & de pal. c. 4.*

Secrētim, adv. ſecreto. *Ammian. Marcel. l. 29. c. 1.*

Secretio, onis, f. 3. *ſeparazione*, διάκρισις, actus ſecernendi, ſeparatio, ſejunctio. *Cic. 1. Tuſc. 1. 29.* Eſt interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptio earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Secrēto, adv. *ſeparatamente*, κατ' ἰδίαν, diſtincte, ſeparatim, ſeorſum, a *ſecerno*. *Colum. l. 11. c. 2.* De quibus ſuo loco dicam ſecretius, ne hanc quaſi turbam operum negligentius olitoria officia deſcripſiſſe videar. *Liv. l. 3.* Secreto ab aliis coquere conſilia. ¶ Frequenter ſumitur pro clam, occulte, ſine arbitris, *ſegretamente*. *Cic. Att. l. 7. epiſt. 8.* Una Formias venimus, & ab hora octava ad veſperum ſecreto collocuti ſumus.

Secrētum, i, *luogo ſolitago*, ἐρημία, receſſus. *Ovid. 13. Metam.* Prædaque aſſuetus amore in ſecreta veni. *Plin. l. 3. epiſt. 1.* Quam pulchrum illud, quam dulce ſecretum, quantum ibi antiquitatis? *Tac. 14. Ann. c. 53.* Agrippæ Mitylenenſe ſecretum permiſit. *Quintil. l. 10. c. 7.* Stilus ſecreto gaudet. ¶ Secretum petere, eſt ſecreto colloquendi copiam petere. *Sueton. in Tiber. c. 26.* Secretum petenti, non niſi adhibito filio Druſo, dedit. ¶ Frequentiſſime ſumitur pro arcano, pro re ſecreta, & ſeparata, quam nulli communicemus, ſed apud nos tacitam ſervamus, *ſecreto*, [illegible]. *Ovid. 3. Metam.* Et legem dederat, ſua ne ſecreta videret. *Plin. l. 14. c. 22.* Tunc animi ſecreta proferuntur.

Secrētus, a, um, *ſeparata*, ἀπεχωρισμένος, ſeparatus, ſejunctus, diviſus, a *ſecerno*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 21.* Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes, ab ætherea conjunctione ſecretam, & liberam. *Virg. 8. Æn.* Secretoſque pios, his dantem jura Catonem. h. e. ab impiis ſeparatos. ¶ Cum genitivo *Lucret. l. 2. v. 841.* Sed ne forte putes ſolo ſpoliata colore Corpora prima manere; etiam ſecreta teporis ſunt, ac frigoris omnino, calidique vaporis. ¶ Interdum pro ſelecto ponitur. *Quintil. l. 9. c. 3.* Secreta, & extra vulgarem uſum poſita, ideoque magis nobiles, ut novitate autem excitant, ita copia ſatiant. ¶ Item pro ſolo, vel ſolitario, quaſi a cæteris ſeparatum. *Cic. 2. de Leg.* Loco publico, privatone, celebri, an ſecreto, aliena civitate, an tua, in caſtris, an foro dicas, intereſt plurimum. *Colum. l. 9. c. 4.* Probatis apibus deſtinari debent pabulationes, eæque ſint ſecretiſſimæ. ¶ Secretus homo dicitur, qui in ſolitudine degit, *ſolitario*. *Sen. epiſt. 90.* Incidit etiam ſecretiſſimos tumultus. ¶ Item qui arcana, & probata eſt fides. *Tac. in Agric. c. 40.* Libertus ex ſecretioribus miniſteriis miſſus ad Agricolam.

Secta, æ, f. *ſetta*, *fazione*, αἵρεσις, ſchola, ratio vitæ, inſtitutum, familia, diſciplina, hominum congregatio idem in philoſophia, vel alia quapiam re ſectantium. Hinc *Donat. ad Teren. Eun. 2. 2. ſc. 2. & Phorm. 2. 1. ſc. 2.* dictam putat a *ſectando*, etſi alii aliunde ducant. V. Seco. *Cic. Ver. 7. c. 70.* Horum hominum ſectam, atque inſtituta perſequimur. *Id. ad Brut. epiſt. 3.* Hoſtes omnes judicat, qui M. Antonii ſectam ſecuti ſunt. *Plin. in Paneg. cap. 45.* Quæ tibi ſecta vitæ, quod genus hominum placeat. *Liv. l. 39. c. 27.* Qui meam ſectam, imperium, auſpiciumque terra, mari ſequuntur.

Sectacŭlum, i, propago, progenies. *Apul. l. 5. Metam.* Occipiunt ſciſcitari, qualis ei maritus, & unde natalium ſectacula provenirent.

Sectarius vervex eſt aries, qui ſectis teſticulis alitur ad veſcendum. *caſtrato*. *Plaut. Capt. 4. 2. 40.* Qui Petroni nomen indunt verveci ſectario. V. Petro. ¶ *A Paulo apud Feſt.* vervex ſectarius dicitur, qui gregem agnorum præcedens ducit. ¶ Similiter *ſectarii porci* dicuntur a *Catone de R. R. c. 150.* (ſic enim ibi legendum, non *ſerarii*) qui gregem ſequuntur. Verba *Catonis* ſunt: Menſes decem ab coactore [illegible] porcos ſectarios. In oves denas ſingulos paſcat. Itaque *Cato* ſignificat eos porcos, qui ovillum, aut alterius generis gregem ſequuntur, & ſimul cum iis paſcuntur.

Sectatio, onis, f. actus ſectandi, ſeu ſequendi. *Tertul. l. 1. ad Uxor. c. 6.* Invenit diabolus quomodo homines etiam boni ſectationibus perderet.

Sectator, oris, m. 3. *ſeguace*, ἀκόλουθος, qui aliquem aſſidue ſequitur. *Cic. pro Mur. c. 34.* At ſectabantur multi, quid opus eſt ſectatoribus? *Et mox.* Lex Fabia, quæ eſt de numero ſectatorum. Loquitur hic *Cicero* de clientibus candidatorum, qui eos quocunque ſectabantur, gratiæ conciliandæ cauſa. *Tac. 4. Ann. c. 88.* Neque omiſerat conjugem, liberoſque ejus percolere, ſectator domi, comes in publico, poſt tot clientes unus. ¶ Dicitur etiam de diſcipulis Philoſophorum, qui ut aliquid ab iis addiſcant, ab eorum latere nunquam diſcedunt. *Plin. l. 18. c. 28.* Hinc poſtea Sextus a Romanis ſapientiæ ſectatoribus Athenis fecit eadem ratione. *Gel. l. 2. c. 2.* Taurus, ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi ſui foribus.

Sectatrix, icis, f. quæ ſectatur. *Petron. in Satyr.*

Sectatus, a, um, partic. a ſequor. *Horat. l. 2. ſer. ſat. 2.* Leporem ſectatus, equove Laſſus ab indomito.

Sectilia, ium, n. 3. res, quæ ſecantur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Ad regulam, & libellam exacta pavimenta ſtruantur ſive ſectilibus, ſeu teſſeris. Per *ſectilia* intelligimus parvas cruſtas marmoreas ſectas in varios inter ſe colores; per *teſſeras* accipimus quadrata grandia.

Sectĭlis, & le, o. 3. τμητός, quod ſectum eſt, aut ſecari poteſt. *Plin. l. 16. c. 43.* Magna autem & glutini ratio propter ea, quæ ſectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. *Suet. in Cæſ. c. 46.* Multi enim prodiderunt in expeditionibus teſſellata, & ſectilia pavimenta circumtuliſſe. ¶ Sectile porrum, eſt genus porri, ita dictum, quaſi ſectivum, quod ſæpe ſecatur, ut profundius creſcat. Aliqui dictum ſcribunt quaſi ſectum, & ſua ſponte conciſum, nam conciſum, & ſectum introrſus videri. *Juven. ſat. 3. v. 293.* Quis tecum ſectile porrum Sutor, & eliſi vervecis labra comedit?

Sectio, onis, *taglimento*, *diviſione*, [illegible], Ger. *ſchneidung*, Gall. *coupeure*, Hiſp. *cortadura*, τομή, σχίσις, actus ſecandi, conciſio, diviſio. *Plin. l. 33. c. 1.*

Digitized by Google

35. c. 7. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones, punctionesque, ne ſentiantur. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. De ratione dividendi, de ſectione in infinitum, &c. ¶ Aliquando ſumitur pro publicatione, qua quis media, vel aliqua parte bonorum, vel omnibus bonis mulctatur, quæ vulgo confiscatio dicitur, vel pro diviſione prædæ hoſtilis. *Cic.* 5. *Phil. c.* 43. Qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere. *Id.* 1. *de Invent. c.* 45. Cujus prædæ ſectione venerit. ¶ Aliquando pro bonis ipſis damnatorum, quæ publicantur, aut etiam pro præda hoſtium, quæ ſub haſta venditur. *Caſ. l.* 2. *B. G. c.* 33. Poſtridie ejus diei ſectionem ejus oppidi univerſam Cæſar vendidit. idest omnia bona. *Tac.* 1. *hiſt.* c. 90. Reliquias ſectionum Neronianarum nondum in fiſcum converſas revocatis ab exilio conceſſit. h. e. reliquias eorum bonorum, quæ Nero, dominis in exilium actis, fiſco vendicaverat. ¶ Sectiones exercere, eſt alios accuſando, eorumque damnatorum bona emendo quæſtum facere. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 23. Pætus quidam exercendis apud ærarium ſectionibus famoſus. Eodem ſenſu *Sueton.* in *Vitel. c.* 2. Sectionibus, & cognituris uberius compendium nanciſci. V. Sector. ¶ Aliquando ſectio ponitur pro juris perſecutione. *Paul. apud Feſt.* Sectio, perſecutio juris.

Sectius, adv. idem quod ſecius. *Plaut. Men.* 5. 7. 37. Hæc nihilo mihi eſſe ſectius quam ſomnia. Ita legitur in pleriſque codicibus *Gellii l.* 18. *c.* 9. at in editis Plauti *ſecius* quidam ſubſtituunt.

Sectivus, a, um, τμητός, idem ac ſectilis, ut Porrum ſectivum. *Col. l.* 11. *c.* 3. Porrum ſi ſectivum facere velis, denſius ſatum præceperunt priores relinqui, & ita, cum increverit, ſecari.

Sector, aris, atus ſum, d. 1. *ſeguitare*, *andare dietro*, ἀκολουθεῖν, frequenter ſequor, multum, & continue ſequor. *Cic.* 4. *Ver.* c. 70. Is Prætorem circum omnia fora ſectaretur. *Id.* 6. *Ver. c.* 66. Qui illic ejuſmodi eſt, ut eum pueri ſectentur, ut omnes, cum loqui cœperit, irrideant. ¶ Dicitur & de iis, qui alicujus ſcholam frequentant, & eundem comitantur, ut diſcant. *Gel. l.* 6. *c.* 6. Apollinarem Sulpitium in primis ſectabar. *Terent. Eun.* 2. 3. 31. Ibi homo cœpit me obſecrare, ut ſibi liceret diſcere id de me: ſectari juſſi, ſi potis eſt. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro inſectari. *Plaut. Ciſt.* 2. 2. 1. Anum ſectatus ſum clamore per vias. ¶ Cum de beſtiis dicitur, fere notat venando ſequi, inveſtigare, perquirere. *Virg.* 3. *Ecl.* v. 75. Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo. ¶ Uſurpatur quoque de rebus inanimatis, pro iis operam dare, ea amare. *Hor.* in *Ar.* Levia ſectantem nervi deficiunt. idest enervatos verſus ſcribit, qui dat operam, ut ſcribat delicatos. ¶ Item paſſive ſignificatione. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. Qui velles ſe a cane ſectari.

Sector, oris, τομεύς, τέμνων, qui ſecat, qui aliquid incidit, aut dividit, ut *Sector zonarius*, qui alterius zonam, aut marſupium ſecat, *tagliaborſe*. *Plaut. Trin.* 4. 2. 20. Mira ſunt. Ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius. ¶ Accipitur etiam pro accuſatore, qui ex damnatione accuſati dimidium bonorum expectat, aut certe aliquam partem, & id perſequitur; item pro eo, qui bona damnatorum emit in auctionibus, ut poſtea ea vendens lucrum faciat. *Aſcon.* in 3. *Ver. c.* 23. Sectores dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proque his pecunias penſitabant ſingulis, in poſterum pro compendio ſuo ſingula quæque pecunia populo vendituri. ¶ *Sector* ſignificatione diverſa vel a *ſecando* eſt, vel a *ſequendo*. Nempe a *ſecando* eſt, cum accipitur pro eo, qui ſecat, ex. gr. pro ſicario; a *ſequendo*, cum notat accuſatorem, qui a delatoribus id agit, ut homines ſuis evertantur fortunis: vel eum, qui bona damnatorum emit. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 29. Neſcimus, per iſta tempora eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum, & bonorum. Ubi utranque ſignificationem complexus eſt. *Id.* 2. *Phil. c.* 26 Ut primum cum ſector ſis, iſto loco natus, deinde cum Pompeji ſector, &c. Appellat Antonium ſectorem Pompeji, quoniam in ſubhaſtatione ejus bona redemerat. Adde 3. *Ver. c.* 23. ¶ *Populus ſui favoris ſector*, tranſlate dicitur, pro venditore, ſive auctionatore ſuffragiorum comitialium. *Lucan. l.* 1. *v.* 178.

Sectrix, icis, f. mulier, quæ bona damnatorum emit in auctionibus. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Unde enim vitricus Sylla, & Metellæ mater proſcriptionum ſectrix.

Sectūra, æ, f. *tagliatura*, τομή, ſecandi actio, ſectio. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Et venatus quidem callaidis talis; ſectura formantur, alias fragiles. ¶ Secturæ quoque cavernæ ſubterraneæ dicuntur, ut fodinæ, in quibus metalla exciduntur, quod a terra ſectæ, idest diviſæ ſunt. *Caſ. l.* 3. *B. G. c.* 21. Cujus rei (cuniculos agendi) peritiſſimi ſunt, propterea quod multis locis apud eos ærariæ ſecturæ ſunt.

Sectus, a, um, *ſegato*, *tagliato*, τετμημένος, partic. a ſecor. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Hydra ſecto corpore firmior. *Id. l.* 1. *epiſt.* 1. *v.* 104. Sectus unguis. *Quintil. l.* 4. *c.* 5. Scrupuloſe in partes ſecta diviſio. ¶ Secta via, *ſtrada fatta*. *Lucr. l.* 5. *v.* 273. Qua via ſecta ſemel liquido pede detulit undas. Eundem verſum repetit *l.* 6. *v.* 638. Sic *Virg. Æn.* 6. & 12. dicit, ſecare viam, pro ire, *camminare*. ¶ Tranſlate *Ovid. de remed. amor. v.* 443. Secta bipartito cum mens diſcurrit utroque, Alterius vires ſubtrahit alter amor.

Secubatio, onis, f. ſecubitus. *Solin. c.* 39. *de ortu Numid.* Partitis ſecubationibus dividuntur.

Secubĭtus, us, m. *il dormir ſolo*, ἀνανδρεύσις, ſecubandi actus. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 10. Hanc quiſquam lacrimis lætari credit amantum, Et bene tormentis, ſecubituque coli? Adde *Catul. carm.* 65. *de nupt. Pel.* & *Thet.* v. 375.

Secŭbo, as, bui, bitum, n. 1. *giacere ſolo*, Ger. *beſonder ligen*, Gal. *coucher a part*, Hiſp. *dormir a parte*, ἀνανδρεύω, ſeorſum, ſive ſeparatim cubo. *Liv. l.* 39. c. 10. Si per aliquot noctes ſecubuiſſet. *Sueton.* in *Tiber. c.* 7. Mox diſſedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 25. Miles depoſitis annoſus ſecubat armis.

Secŭla, æ, f. 1. δρεπάνη, falx, apud Campanos, a ſecando. *Var. lib.* 4. *de L. L.*

Secularis, & re, n. 3. αἰώνιος, quod ad ſeculum ſpectat. Ludi ſeculares erant Ludi apud Romanos, qui centeſimo quoque anno celebrabantur pro incolumitate Populi Romani, & ſalute totius Imperii. *Feſtus*. Seculares ludi Tarquinii Superbi Regis in agro ſunt primum facti, quem Marti conſecravit P. Valerius Poplicola Coſ. quod Populus Romanus in loco illo antea repertam aram quoque Diti, ac Proſerpinæ conſecraverat in extremo Martio Campo, quod Terentium appellatur, demiſſam infra terram pedes fere viginti, in qua pro malis avertendis Populus Romanus facere ſacra ſolitus erat. Ludos poſtea ſeculares & nonageſimo quoque anno facere ibi cœpit Popilio Lænate Duumviro ſacrorum, in quibus hoſtiis ſurvis (lege *furvis*, vel *furvulis*) eſt operatus tribus diebus, totidemque noctibus. Ac deinde inſtitutum eſt, centum poſt annos ut fierent. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Minus miror, Stephenionem, qui primus togatus ſaltare inſtituit, utriſque ſecularibus ludis ſaltaſſe. ¶ Centeſimo quoque anno fiebant, ut dictum eſt. Sed poſtea Principum ambitione, minore ſpatio interjecto, ſæpius fuere inſtaurati. *Sueton. in Claud. c.* 21. ¶ In his ludis præco pronuntiare ſolebat, Populum Romanum eos viſurum eſſe ludos, quos omino ejus ætatis unquam vidiſſet, aut viſurus eſſet poſthac. *Id. ibid.* ¶ Carmen ſeculare erat, quod ſecularibus ludis cani conſueverit ab electis ad hoc pueris prætextatis, & puellis virginibus, quare & *Horatius* compoſuit, & legitur inter ejus carmina poſt Epodon. ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores ſecularis ſæpe accipitur pro profano. Sic *Tertul. de cor. milit. c.* 7. literas ſeculares dixit, *libri d' autori profani*. ¶ Item pro eo, qui extra Chriſtianam religionem eſt, gentilis, ethnicus. Hinc *Id. Tertul. cap. ult. de exhortat. ad caſtit.* ſeculares feminas vocat Didonem, & Lucretiam.

Secŭlum, i, vel potius ſæculum, & per ſyncop. ſæclum, *ſecolo*, עולם, Ger. *hundert jahrig zeit*, Gal. *ſiecle*, Hiſp. *ſiglo*, αἰών, γενεά. *Verrius Flaccus*, ut ex eo ſcribit vetus Horatii interpres, definiebat ſeculum annis centum & decem. *Var. l.* 5. *de L. L.* centum annos dixit eſſe ſeculum, quia id ut longiſſime ſeneſcentium hominum ſpatium. Sunt, qui mille annos ſeculum eſſe dicant, teſte *Serv. in* 8. *Æn.* Hinc *Plaut. in Mil.* 4. *c.* 87. Quin mille annorum perpetuo vivunt ab ſeculo ad ſeclum. ¶ Plerunque Seculum pro centum annorum ſpatio a Scriptoribus uſurpari ſolet. *Ovid.* 12. *Metam. de Neſtore*. Annos egit bis centum, nunc tertia vivitur ætas. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 37. *de Numa*. Quo etiam major eſt habendus eſt, cum illam ſapientiam conſtituendæ civitatis duobus prope ſeculis ante cognovit, quam eam Græci natam eſſe ſenſerunt. ¶ Interdum ponitur indefinite pro quovis tempore. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 14. In multa ſecula videbamus Rempublicam liberatam. idest diu, & in multos annos. *Id.* 4. *Acad.* Nihil ne tot ſeculis, ſummis ingeniis, maximis ſtudiis explicatum putamus? ¶ Metonymice ponitur pro hominibus, qui aliquo ſeculo vivunt, pro moribus ſeculi, &c. *Horat. l.* 3. *od.* 6. Fœcunda culpæ ſæcula. *Virg.* 1. *Georg.* Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem. *Tacit. de morib. Germ. c.* 19. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi ſeculum vocatur. h. e. conſuetudo, *moda*. Hinc dictum eſt ſeculum aureum, argenteum, æneum, ferreum. Aureum quidem, cum mundi initio homines innocenter vixere, & ſponte ſua, ſine lege, fidem, rectumque colebant, ut ait *Ovid.* 1. *Met. v.* 90. argenteum, cum paulatim innocentia labeſcente, inductæ ſunt leges, & aliæ ad homines in officio continendos: æneum, quo homines ingenio ſæviores, & ad bella promptiores extitere: ferreum, quo in omne nefas ruere cœperunt. V. *Ovid. loc. cit. uſque ad v.* 150. ¶ Reperitur etiam ſeculum pro genere, ſeu ſtirpe. *Lucret. l.* 1. *v.* 20. Efficis, ut cupide generatim ſecla propagent. *Id. l.* 4. *v.* 1220. Et muliebre oritur patrio de ſemine ſeclum. *Id. l.* 5. *v.* 864. Lanigeræque ſimul pecudes, & bucera ſecla. idest boves. ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores ſeculum legitur pro illa vivendi ratione, quæ rerum periturarum negotiis, voluptatibus, divitiis quaeritandis occupata eſt, & opponitur illi, quæ humana quæque cæleſtibus poſthabet. *Prudent. cathemer.* 5. *v.* 109. Feſſos ille vocat per freta ſeculi. ¶ Interdum etiam ſpeciatim dicitur de vita gentilium, h. e. eorum, qui Chriſtianam fidem non ſuſceperant. *Tertul. de exhort. ad caſtit. c.* 13. Videmus etiam ſeculi exempla, &c. ¶ Item pro mundo. *Sedul.* Bratus auctor ſeculi. ¶ Digredi ſeculo, & educi ſeculo, eſt mori, apud *Tertul.*

Secum, V. Sui.

Secundæ, arum, f. 1. τὰ δεύτερα, ſecundæ partes. Sua natura adjectivum eſt. Semper enim ſubſt. *partes* ſubintelligitur. *Plin. l.* 7. *c.* 12. Ejuſdem familiæ Scipioni poſt eum cognomen Salutio mimus dedit, ſicut Spinter ſecundarum, tertiarumque Pamphilus collegio Lentuli, & Metelli Coſſ. ¶ Subſtantivum etiam ſæpe exprimitur. *Cic. Divin. in Ver. c.* 15. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſubmittere, ut ille princeps quam maxime excellat. ¶ Secundas agere, vel ſecundas partes agere, tranſlate eſt obſequi, & aſſentari, tranſlatione petita ab hiſtrionibus ſecundarum partium, qui primarum partium hiſtrionibus ſe ſubmittebant, eoſque excellere patiebantur. *Sen. lib.* 3. *de Ira*, *cap.* 8. Optimum judicavit, quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere. V. Secundus. ¶ Secundæ item dicuntur τὰ ὕστερα, ὕστερα, membrana illa, quæ partus obvolutus utero prodit, vulgo *ſecondine*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Braſſicæ ſuccus contra ardorem febrium, & ſtomachi vitia utiliſſime imponitur, & ad ſecundas.

Secundani, m. δευτερανοί, ſecundæ legionis milites, ſicut primani, primæ legionis. *Liv. l.* 34. *c.* 48. Dum cæperunt eorum ſignum, priores ſecundani ſe porta ejecere. *Plin. l.* 3. *c.* 4. In medio Coloniæ, Arelate ſextanorum, Biterræ ſeptimanorum, Arauſico ſecundanorum.

Secundarius, a, um, *ſecondario*, שני, Ger. *andere*, Gal. *ſecond*, Hiſp. *ſegundo*, δευτερεύων, quod eſt ſecundæ claſſis, vel ordinis. *Cic. in Brut. c.* 69. Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius, idest ſecundum a M. Craſſo eloquentiæ locum obtinens. Alii aliter leg. ¶ Panis ſecundarius, eſt panis vulgaris, & cibarius, qui confectus eſt ex farina, ex qua pollinis pars non ſit excuſſa. *Suet. in Aug. c.* 76. Cibi minimi erat, atque vulgaris fere: ſecundarium panem, & piſciculos minutos maxime appetebat. ¶ Ipſa quoque farina, ex qua talis panis conficitur, ſecundarium dicitur. *Plin. l.* 18. *c.* 9. Floris ſemodium, & cibarii, quod ſecundarium vocant, ſextarioque quatuor. ¶ Paſſum, & vinum ſecundarium eſt, quod fit ex aqua puteana vinaceis adjecta, poſtquam muſtum expreſſum eſt, *vinello*. *Id. l.* 14. *c.* 9. ¶ Ponitur etiam ſecundarius pro ſecundo, vel proximo. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 7. In hoc autem loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit, alii nemini cauſam fuiſſe faciendi, ſecundarium, ſi tantam, aut tam idoneam nemini.

Secundatus, us, m. ſecundus locus. *Tertul. de anim. c.* 27. Alteri primatum damus, alteri ſecundatum.

Secunde, adv. a *ſeconda*, *felicemente*, εὐτυχῶς, feliciter, proſpere. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 34. Iſque, cum ſecundiſſime curſum teneret. Alii legunt *cum ſecundiſſimo vento*. *Cato apud Gel. l.* 7. *c.* 3. Quia hæc res tam ſecunde proceſſit.

Secundicerius, ii, m. qui ſecundi ordinis dignitate ornatus eſt. *leg.* 4. *Cod. de domeſt. & protect.* & *in tit. de primicer. & ſecundicer.*

Secundo, as, a. 1. *ſecondare*, *proſperare*, הצליח, Ger. *glecken*, Gall. *faire proſperer*, Hiſp. *proſperar*, εὐοδόω, proſpero, proſperum reddo. *Virg.* 7. *Æn.* Di noſtra incepta ſecundent. *Tac.* 2. *Ann. c.* 14. Tandem relabente æſtu, & ſecundante vento, naves revertere. h. e. proſpere flante. *Ovid. Heroid. epiſt.* 13. Blandaque compoſitas aura ſecundet aquas. ¶ Regit etiam dativum. *Plaut. Rud.* 4. 2. 3. Tempus ei rei ſecundet. h. e. favet.

Secundo, adv. *ſecondariamente*, *in ſeconda luogo*, שנית, Ger. *zum andern*, Gal. *ſecondement*, Hiſp. *ſegunda vez*, δεύτερον, ſecunda vice, ſecundo loco. *Cic. pro Planc. c.* 20. Equidem primum, ut honore dignus eſſem, laboravi, ſecundo, ut exiſtimarer. ¶ Secundo, pro iterum, *la ſeconda volta*, non facile invenies. Itaque malebant dicere, *P. Afran. iterum conſul*, ut dixit *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 12. quam *ſecundo conſul*. Afferre tamen ſolent a Lexicographis hæc *Ciceronis* verba: Semel hominem allocutus fueram; an ſecundo mihi redeundum eſſet, ignorabam. Verum quia locus aſſignatus a nemine, unde hæc ducta ſint, merito ſuſpecta eſſe debent, donec certius aliquid afferatur.

Secundum, *appreſſo*, אצל, Ger. *nach*, Gal. *pres*, *aupres*, Hiſp. *ſegun cerca*, ἐγγύς, παρά, juxta, prope, præpoſ. ex iis, quæ accuſativo ſerviunt. *Cn. Pomp. ad Domit. l.* 8. *Attic. poſt ep.* 12. Si ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, *lungo il mare*. *Ser. Sulpic. Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 12. Duo vulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. ¶ Sumitur etiam pro

poſt, *dopo*. *Cic. 2. Offic.* Proxime autem, & ſecundum Deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. *Id. 2. Ver.* Ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias. ¶ Item pro conformiter, convenienter, *ſecondo*. *Cic. ad Q. Fr.* Cum teſtimonium ſecundum fidem, & religionem graviſſime dixiſſem. *Id. 1. Fin.* Neceſſe eſt, quid aut ſecundum naturam, aut contra ſit, a natura ipſa judicari. ¶ Item pro juxta opinionem, vel ſententiam, vel ſcriptum. *Cic. pro Roſc. Com. c. 1.* Tuas, C. Fanni, tabulas flagitamus, &, quominus ſecundum eas lis detur, non recuſamus. *Gel. l. 1. c. 17.* Secundum eam ſententiam Varro quoque ſcripſit, &c. *Sueton. in Claud. c. 15.* Secundum eos ſe ſentire, qui vera propoſuiſſent. ¶ Item pro præpoſ. *pro*, e, vel *ex*, *in favore*. *Cic. 4. Att. l. 4. ep. 2.* Nuntiat jam populo, Pontifices ſecundum ſe decreviſſe. *Idem ib.* Quiſque horum ſententiam rogatus, multa ſecundum cauſam noſtram diſputavit. *Tac. 3. hiſt. c. 7.* Principia belli ſecundum Flavianos. ¶ Item pro *in*. *Cic. 1. de Div.* Et ſecundum quietem viſam eſſe Junonem prædicere, ne id faceret. ¶ Item pro *ad*. *Cic. 7. Ver. c. 63.* Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. ¶ Item pro *de*, *ſuper*, *circa*. *Salluſt. in Jugur.* Secundum ea uti deliberetis. ¶ Denique pro ſecundo, *ſecondariamente*. *Var.* apud *Non. 2. 2. n. 621.* Animadvertendum primum, quibus de cauſis conſtituerint paces, ſecundum qua fide eas coluerint.

Secundus, a, um, *ſeconda*, שני, Ger. *der ander*, Gal. *ſecond*, Hiſp. *ſecundo*, δεύτερος, quod immediate ſequitur primum, ideſt quod ſecundo loco eſt. Et tam numeri, quam dignitatis ordinem denotat. *Cic. in Orat. c. 15.* Quoniam id ſecundum erat de tribus. *Id. 3. Fin. c. 16.* Ut ſecundus ſit ad regium principatum. *Virg. 11. Æn. v. 441.* Turnus ego, haud ulli veterum virtute ſecundus. *Hirt. l. 4. B. Alex. c. 66.* Ut Sacerdos ejus Deæ majeſtate, imperio, & potentia ſecundus a Rege conſenſu gentis illius habeatur. ¶ *Secundæ menſæ* dicuntur fructus, cæteraque bellaria, quæ ſublatis carnibus ſecundo loco apponuntur. Quæ nominis ratio inde ducta eſt, quod antiqui menſas appellabant ipſos diſcos, ſive quadras, quibus epulæ in convivium inferebantur. *Cic. Attic. l. 14. ep. 6.* Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. *Virg. 2. Georg.* Non ego te Diis, & menſis accepta ſecundis tranſierim Rhodia. ¶ Item pro favente, propitio, proſpero, felici, ut Secunda fortuna, & proſpera, quæ nobis adeſt, & obſequitur. *Cic. 3. Ver.* ¶ Secundo populo aliquid facere, ideſt favente, non repugnante. *Idem 2. Tuſc.* ¶ Secundo flumine navigare, ideſt aqua ſequente, ſive in eam partem fluente, ad quam tendimus. *Ovid 4. de Pon. eleg. 13.* ¶ Ventus ſecundus, qui e puppe ſequitur. *Virg. 5. Æneid.* ¶ Res ſecundæ, ideſt proſperæ, quæ pro noſtro deſiderio ſequuntur, ſive ex animo ſuccedunt. *Teren. Heaut. 2. 2.* Sic *Sueton. in Cæſ. c. 2.* Reliqua militia ſecundiore fama fuit, ideſt meliore. *Liv. l. 8. c. 12.* Leges ſecundiſſimæ plebi, adverſæ nobilitati. *h. e.* maxime faventes. ¶ Interdum ſecundus ponitur pro pari, aut ſimili. *Horat. l. 1. od. 12.* Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum, Proximos illi tamen occupavit Pallas honores. ¶ Aliquando pro eo, quod non uſquequaque bonum eſt in ſuo genere. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 123.* vivit ſiliquis, & pane ſecundo. V. Secundarius. *Flor. l. 3. c. 20.* Servi quaſi ſecundum genus hominum ſunt. *Sen. ep. 52.* Secundæ ſortis ingenia. ¶ Secundas partes agere in comœdiis dicuntur illi, qui non tam ſæpe in ſcenam procedunt ac illi, qui primas ſuſtinent, ut ait *Aſcon. in Divin. Verrin.* V. Secundæ.

Secūre, adverb. *ſicuramente*, *ſenza timore*, tuto, tute, ἀσφαλῶς, ἀκινδύνως. *Pallad. l. 3. c. 9.* Inter caligines ſecurius florent. *Plin. l. 2. ep. 17.* Hæc (feneſtra) ſubjacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur. ¶ Item negligenter, ſine cura. *Velles. l. 2. c. 129.* Quam illum & honorate, nec ſecure continet! *id ſenza ansietà, e cura*. *Juſtin. l. 3. c. 9.* Cum hinc pro patria ſummis viribus, inde pro aliena dominatione ſecurius pugnaretur.

Securicla, æ, f. V. Securicula.

Securiclātus, a, um, ſecuricla compactus, ut Securiclati cardines, apud *Vitruv. l. 10. c. 15.* V. *Securicula*.

Securicula, & per ſyncop. ſecuricla, æ, f. *picciola ſcure*, parva ſecuris, πελεκύδιον. *Plin. l. 18. c. 19.* Securicula, qua intercidiuntur radices. *Plaut. Rud. 4. 4. 114.* Securicula anceps. ¶ Apud *Vitruv. l. 4. c. 7.* ſecuricula dicitur caput ligni in modum parvæ ſecuris formatum, & altero ligno inſertum, ut cum eo tenaciſſime colligetur, non ſecus ac ſi clavis eſſet compactum, hujuſmodi autem connexio lignorum Italis dicitur *increſtro a coda di rondinella*, Gallis *queue d'irondelle*. V. *Subſcus*.

Securidaca, æ, πελεκῖνος, herba ſic dicta a ſimilitudine ſecuris, quæ inter lentem naſcens eam enecat. *Plin. l. 18. c. 17. & l. 27. c. 5.*

Securifer, a, rum, πελεκυφόρος, qui fert ſecurim. *Ovid. 12. Metam. v. 460.* Helimumque, ſecuriferumque Pyracmon.

Securiger, a, rum, idem ac ſecurifer. *Ovid. ep. 4. v. 117.* Prima ſecurigeras inter virtute puellas Te peperit. h. e. inter Amazonas, quæ in bello ſecuribus utebantur.

Secūris, is, f. 3. *ſcure*, *mannaja*, כשיל, Ger. *ein axt*, Gal. *hache*, *coignée*, *deſtral*, *hache*, πέλεκυς, ἀξίνη, inſtrumentum ad ſecanda ligna. Eſt a *ſemi*, & *curis*, vel *quiris*, quod Sabinis ſignificabat haſtam, a quo & Romulus Quirini nomen accepiſſe dicitur. *Ovid. 12. Met.* Veluti qui candida tauri Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri. ¶ Hujus inſtrumenti inventrix fuit Pentheſilea Amazon, teſte *Plin. l. 7. c. 56.* Unde & Amazones ſecurigeræ a Poetis dictæ ſunt. ¶ In falce vinitoria *ſecuris* dicitur ſemiformis Lunæ ſpecies ejus tergo ſuperpoſita. *Col. l. 4. c. 25.* ¶ Secures Magiſtratuum Romanorum inſignia erant, quibus illi in ſontibus puniendis utebantur. Conſules duodecim lictores habebant, qui ante ſe geſtabant duodecim virgarum faſces, in quibus duodecim ſecures illigatæ erant, Prætores ſex, Dictator viginti quatuor. *Cic. 3. Ver.* Securi percutere. *Id. ibid.* Securi ferire. *Id. in Piſon. c. 34.* Cum miſer ille ſecuribus hoſpitii ſui cervices ſubjicere geſtiret. ¶ Metonymice ſecuris ponitur pro Magiſtratu. *Hor. l. 3. Carm. ode 2.* Nec ſumit, aut ponit ſecures arbitrio popularis auræ. ¶ Tranſlate ponitur pro plaga, ſeu damno. Hinc ſecurim infligere, ſeu injicere eſt vehementer lædere, graviter officere. *Cic. pro Planc. c. 29.* Graviorem potuerunt Reipublicæ infligere ſecurim. *Id. pro Mur. c. 24.* Quam te ſecurim putas injeciſſe petitioni tuæ? ideſt quantum detrimenti putas te attuliſſe tuæ petitioni?

Securĭtas, atis, *ſicurtà*, *ſicurezza*, בטחה, Ger. *ſicherheit*, Gal. *ſeureté*, Hiſp. *ſeguridad*, ἄδεια, tranquillitas curæ, anxietatis, & periculi expers. *Cic. 5. Tuſc.* Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt. *Id. 5. Fin.* Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant ἀθαμβίαν. *Cels. Cic. lib. 15. Fam. epiſt. 3.* Præſtare alicui ſecuritatem. ¶ In plurali num. *Plin. l. 23. c. 1.* Somnos, ac ſecuritatibus jucundum vinum præbuit. ¶ Apud *Ammian. Marcellin. l. 17. c. 10.* accipitur pro apocha, ſeu ſcripto, quo creditor teſtatur ſatisfactum ſibi a debitore. Securitates, inquit, accipiens pro illatis.

Secūrus, a, um, *ſicuro*, *tranquillo*, בטוח, Germ. *ſicher*, Gall. *ſeur*, Hiſp. *ſeguro*, ἀμέριμνος, tranquillus, qui ſine cura eſt. Differt a tutus, quia ſecurus dicitur is, qui non timet, etiamſi immineat periculum, tutus eſt extra periculum, quamvis etiam timeat. *Plin. Cic. l. 10. Fam. ep. 24.* Securos vos ab hac parte reddemus. *Plin. l. 28. c. 9.* Pelles ejuſdem animalis ſubſtratæ ſecuros præſtant ab eo metu ſomnos. *Liv. l. 38. c. 41.* Securus de bello. *Cic. Att. l. 12. ep. 50.* Securi animi eſſe. *Spartian. in Severo, c. 18.* Tripolim, contuſis belliçoſiſſimis gentibus, ſecuriſſimam reddidit. *Ovid. 12. Met. v. 199.* Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſæ. Elige quid voveas. ¶ Aliquando ponitur pro diſſoluto, negligente, incurioſo, tuncque ſæpe regit genitivum. *Virg. 1. Æneid.* Securus amorum germanæ. *Tacit. 3. hiſt. c. 13.* Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis ſollicitior, aut pro me ſecurior. *Hor. l. 1. od. 26.* Quid Tyridatem terreat, unice ſecurus. *Quintil. l. 8. c. 3.* In quod (tautologiæ vitium) ſæpe incidit etiam Cicero, ſecurus tam parvæ obſervationis.

Secus, n. indecl. teſte *Chariſio l. 1.* idem ac ſexus, a *ſeco*, quia per ſexum animal in marem, ac fœminam ſecatur, ac dividitur. *Salluſt. l. 2. Hiſt.* Undique virile, ac muliebre ſecus per vias, & tecta omnium viſebantur. Ita legendum eſſe *Probus in Catholicis* monet. Quod ipſum innuit *Chariſius l. 1.* *Auſon. Idyl. 11. v. 8.* Veſta, Ceres, & Juno, ſecus muliebre, ſorores. *Arnob. l. 5.* Secus fœmineum.

Secus, *appreſſo*, עד, Germ. *neben*, Gal. *pres*, Hiſp. *cerca*, παρά, juxta, prope, ſecundum, præp. ex iis, quæ accuſativo ſerviunt, *Cato R. R. c. 21.* Foramina utrinque ſecus laminas. *Plin. l. 23. c. 15.* Chamæleon naſcitur ſecus fluvios. ¶ Eſt etiam adverbium, & ſignificat aliter. *Plaut. Epid. 2. 2. 96.* Niſi quid tua ſecus ſententia eſt. *Cic. in Piſon.* Recte, an ſecus, nihil ad nos. *Id. Att. l. 6. ep. 2.* Ne quid fiat ſecus, quam volumus, quamque oportet. *Id. pro Mur. c. 4.* Non ſecus, ac ſi meus frater eſſet. *Id. 2. de nat. Deor.* Quoniam cœpi ſecus agere, atque initio dixeram. *Id. 3. de Orat. c. 30.* Paulo ſecus, atque ab illo partita ſunt. *Id. in partition.* Longe ſecus. ¶ Comp. ſecius, ἧττον. Sed non retinet quantitatem primitivi, ut ex Marone conſtat. Notat autem magis aliter, vel minus. *Ter. Andr. 3. 2. 27.* Sed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium. *Auct. ad Her. l. 2. c. 12.* Impedimento eſt, quo ſecius lex feratur. *Cæſ. l. 3. B. Civ.* Prætervectoſque Dyrrhachium magna vi venti nihilo ſecius ſequebatur. *Virg. 2. Georg. v. 367.* Interea toto non ſecius aere ninguit.

Secūtor. V. Sequutor.

Secutulēius, a, um, adject. qui ſequitur. Mulier ſecutuleia, apud *Petron. in Satyr.* eſt ea, quæ virum appetit, & ſectatur.

Sed, *ma*, אבל, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hiſp. *mas*, ἀλλά, at, verum, conjunctio adverſativa, ſeu diſcretiva. *Cic. 3. Verr.* Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros Magiſtratus liceat, ſed homines & ſatis fortes, & ſatis plane frugi, ac ſobrii. *Plaut. Rud. 3. 5. 20.* Affer duas clavas. La. Clavas? Da. Sed probas. ¶ Jungitur ſæpe cum *etiam*. *Cic. de Am.* Eaque adhibeatur ad monendum non modo aperte, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit. ¶ Particula *autem* quandoque omittitur, etſi neceſſaria videatur. *Cic. pro Mil.* Obliti eſtis, recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modo inimicorum Milonis ſermones, & opiniones, ſed nonnullorum imperitorum. ¶ Jungitur etiam cum *vero*. *Cic. 7. Ver. c. 6.* O præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquilio fortiſſimo viro, ſed vere cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum. ¶ Aliquando incipientis particula eſt, pro *atque*, & tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei. *Ter. Phorm. 1. 4.* Sed quis hic eſt ſenex, quem video in ultima plateæ? *Id. And. 2. 1.* Sed Pamphilum video. ¶ In hac uſurpatione ſæpe conjungitur cum conjunctionibus *autem*, *enim*, *enimvero*. *Plaut. Rud. 2. 5. 15.* Sed autem quid, ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam ſacram urnam Veneris? *Virg. 1. Æn.* Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci audierat. *Cic. pro Arch.* Sed enim hoc non ſolum ingenii, ac litterarum, verum etiam naturæ, atque virtutis fuit, ut, &c. *Liv. l. 45.* Sed enim vero, cum deteſtabilis altera res, & proxima parricidio eſt. ¶ Item adhibetur in permiſſione, ſeu conceſſione. *Cic. pro Lig.* Sed iſtis ad bellum, diſſenſeris non a te ſolum, ſed etiam a fratribus. ¶ Item in correctione. *Cic. 4. Acad.* Sed quid ago? inquit, aut ſum ne ſatis ſanus, qui hæc vos doceo? ¶ Item in objectione, & antipophora. *Cic. 12. Phil. c. 11.* Sed effugi inſidias, perrupi Apenninum. Nempe in Antonii congreſſum, colloquiumque veniendum eſt. ¶ Interdum ponitur pro *inquam*, repetendæ, continuandæque ſententiæ. *Cic. 3. de Orat. c. 19.* Quare ſi hac eloquentia, atque hoc oratore contenti ſumus, qui, *&c.* & ſi ſatis eſſe putatis, ea, quæ, *&c.* ſed, ſi his contenti eſtis, oratorem in exiguum ſane gyrum compellitis.

Sedāmen, inis, n. ſedatio, quies. *Senec. Hippolyt. v. 1183.* O mors amoris una ſedamen mali.

Sedāte, adv. *quietamente*, Ger. *růgigklich*, Gal. *ſans troubler*, Hiſp. *ſoſſegadamente*, ἠρεμαίως, tranquille, conſtanter, abſque ulla commotione. *Cic. 2. Tuſc.* Non conſtanter, & ſedate ferat? *Id. in Or. c. 27.* Cum ſedate, placideque loquitur. *Ammian. l. 23. c. 2.* Sedatius procedere.

Sedātio, onis, *tranquillità*, *quiete*, שקט, Ger. *ſtillung*, Gal. *appaiſement*, Hiſp. *ſoſſiego*, ἠρέμησις, tranquillitas, quies, moderatio. *Cic. 1. Off. c. 27.* In quo verecundia, & quaſi quidam ornatus vitæ, temperantia, & modeſtia, omniſque ſedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. *Id. 3. Tuſc. c. 27.* Ut apud Homerum quotidianæ neces, interitusque multorum ſedationem mœrendi afferunt.

Sedātor, oris, m. *pacificatore*. *Arnob. l. 3.* Sedator militaris inſaniæ.

Sedātus, a, um, *tranquillo*, *queto*, שקט, Ger. *geſtillet*, Gal. *paiſible*, *tranquille*, Hiſp. *ſoſſegado*, πεπαυμένος, ἠρεμαῖος, ἥσυχος, ἡσύχιος, placatus, tranquillus, quietus, minime præceps, partic. a ſedor. *Virg. 12. Æn. v. 18.* Olli ſedato reſpondit corde Latinus. *Hor. l. 1. ep. 19.* Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi, ſedatum celeres. *Cic. l. 8. Attic. ep. 3.* Sedatiore animo ſcribere. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 14.* Sedatiſſima vox.

Sedecennis, vel Sexdecennis, ne, adject. *de ſedici anni*. *Auſon. in Epitaph. n. 31.* Sedecennis matrona.

Sedecies, adverb. *ſedici volte*, ἑκκαιδεκάκις. *Plin. l. 8. c. 29.* Sedecies centena millia. Alii leg. *ſexdecies*.

Sedĕcim, vel Sexdecim, adverb. *ſedici*, ἑκκαίδεκα. *Plin. l. 10. c. 33.* Sedecim annos durare exiſtimatur. *Ter. Eun. 3. 3. 21.* Annos nata eſt ſedecim. *Liv. l. 37. c. 40.* Sexdecim elephantis. Quædam *Livii* exemplaria notis numeralibus *ſexdecim*, non verbis exhibent.

Sedecŭla. V. Sedicula.

Sedens, entis, partic. a ſedeo. *Cic. 7. Ver.* Ut eum nemo unquam in equo ſedentem videret. ¶ Sedens lactuca, eadem ac ſeſſilis. *Martial. l. 10. ep. 48.* In quibus eſt lactuca ſedens, & ſectile porrum.

Sedentarius, a, um, ἑδραῖος, quod ſedendo fit, ut Opus ſedentarium, quod fit a ſedente. *Col. l. 12. c. 13.* Neque enim ſedentaria ejus opera, ſed modo ad telam debebit accedere, modo eos, qui aliquam familiæ conficiunt, inviſere. *Plaut. Aulul. 3. 5. 39.* Propolæ, linteones, calceolarii, ſedentarii ſutores, diabathrarii &c.

Sedĕo, es, di, ſſum, n. 2. *ſedere*, ישב, Ger. *ſitzen*, Gal. *s'aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, κάθημαι, eſt in terra, vel in ſella, vel in equo, &c. natibus inniti, ab ἕδος. *Virg. 10. Ecl.* Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco. *Cic. 1. de Div.* Cum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. *Id. Ver. 7. c. 41.* Eum vident ſedere ad latus Prætoris. *Liv. l. 1. c. 34.* Ibi ei carpento ſedenti cum uxore, aquila ſuſpenſis demiſſa leniter alis pileum aufert. *Quintil. l. 2. c. 4.* Super caput Valerii pugnantis ſediſſe corvum. *Aſin. Poll. ad Cic. Fam. 10. ep. 32.* Gallum hiſtrionem in quatuordecim ſedium deduxit. V. *Quatuordecim*.

Digitized by Google

datim. *Solin. c.* 57. *de bucephalo*. Cum ob equario ſen etiam alias molliter ſederetur. ¶ Translate ſumitur pro manere, ceſſare, otioſum eſſe. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 7. Qui ſi eſſent, nunc Corcyræ non ſederemus. *Id. Att. l.* 12. *ep.* 44. Quid enim ſedeam totos dies in villa iſta? *Horat. l.* 1. *od.* 17. *v.* 37. Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet. *Ter. Adelph.* 4. 5. 38. An ſedere oportuit domi virginem tam grandem? ¶ Item pro inſidere, inhærere, imprimi. *Quinctil. l.* 11. *c.* 3. Vox elata, pura, ſecans aera, auribus ſedens. *Flor. l.* 4. *c.* 2. Cujus in ſcuto centum, atque viginti tela ſedere. *Stat.* 12. *Theb. v.* 115. Nomen in ima ſedet. *Senec. ep.* 2. Id in animo fideliter ſedet. ¶ Item pro incubare. *Plin. l.* 4. *c.* 31. Polypus fœmina modo in ovis ſedet, modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. Sedere alicui dicitur, quod placet, quod decretum, & conſtitutum eſt. *Flor. l.* 4. *c.* 3. Cum bellum ſederet, de fine tractatum eſt. *Virg.* 4. *Æn.* Si mihi non animo fixum, immotumque ſederet. *Id. l.* 5. *v.* 418. Idque pio ſedet Æneæ, probat auctor Aceſtes. *Plin. l.* 2. *c.* 7. Sedem cœpit ſententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rudia in eam curſu vadit. *Senec. epiſt.* 46. Parum mihi ſedet judicium. ¶ Ponitur etiam pro convenire, aptum eſſe. *Quinctil. l.* 11. *c. ult.* Nam & ita ſedet melius toga, & continetur. *Plin. in Paneg. c.* 10. Quam bene humeris tuis ſederet imperium. ¶ Eſt etiam militare verbum, & ſignificat, caſtra habere poſita. *Plaut. Amph.* 2. 1. 53. Ordine omne, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertaveris. ¶ Item Judicum, & Prætorum, qui ſedere dicuntur, cum cauſis, & cognitionibus vacant. *Liv. l.* 40. *c.* 8. Sedeo miſerrimus pater judex inter duos filios. *Cic. pro Cluent. c.* 38. Sediſtine judex in C. Fabricium? *Plin. l.* 1. *epiſt.* 10. Sedere pro tribunali. ¶ Præterea eleganter ſedere dicuntur loca humilia, & depreſſima. *Lucan. l.* 3. *v.* 78. mediiſque ſedent convallibus arva. *Silius l.* 12. *v.* 166. Campo Nola ſedet. ¶ Item quæ collabuntur, & ruunt. *Stat. l.* 5. *Silv.* 3. *v.* 200. *de Capitolii incendio*: Vix requies flammæ, nec dum rogus ille Deorum ſederat. ¶ Item qui in loco aliquo domicilium figunt. *Flor. l.* 2. *c.* 11. Reliquiæ Gallorum in media Aſiæ parte ſederant. ¶ Sedere ad Reipublicæ gubernacula, & vacare adminiſtrationi Reip. ductum a navis rectore, qui ſedet ad puppim clavum tenens, ad curſum regendum. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 18. ¶ Sedere morbus dicitur, qui contumax eſt, & obſtinatus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 93. Sic *Senec. in Med. v.* 746. Longe gravius pœna ſedeat conjugis ſocero meo. h. e. fixa hæreat, & jugiter ab eo pendeat.

Sedes, is, f. 3. *ſede*, *ſedia*, מושב, Ger. *ſitz*, *ſeſſel*, Gal. *ſiege*, Hiſp. *ſilla*, *aſſienta*, ἕδρα, locus, in quo ſedemus, qui & ſella, & ſedile dicitur. *Cic.* 1. *de Or.* Et omnes in iis ſedibus, quæ ſub platano erant, conſediſſe dicebat. ¶ Translate ſumitur pro loco habitationis, ſive pro domicilio. *Cic. in Piſon.* Mihi ipſa Roma prope convulſa ſedibus ſuis obviam procedere viſa eſt. *Id. pro Arch.* Is ſedem omnium rerum, & fortunarum ſuarum Romæ collocavit. *Tacit. de Germ. c.* 30. Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant. ¶ Item pro ſepulchro. *Virg.* 6. *Æn.* Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. ¶ Metonymice ponitur pro natibus, & tota ea parte corporis, ſuper quam ſedentes innitimur, & ſæpe pro podice, & ani circulo. *Plin. l.* 24. *c.* 7. Lacryma ſedis vitiis prodeſt, nequid ſiccari, excalfierive opus ſit. *Id. l.* 21. *c.* 20. Sedes procidua. ¶ Denique pro quocunque loco, ubi res aliqua conſiſtit. *Celſ. l.* 8. *cap.* 10. Reponere oſſa in ſuam ſedem. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 5. Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. *Tacit.* 3. *hiſt. cap.* 8. Sedem bello diligere.

Sedecula, æ, f. *ſedietta*, ἑδράριον, parva ſedes. Ita Valla putat dicendum eſſe. Alii *ſedecula* per ſecundam vocalem tectum eſſe aſſerunt. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 10. Maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis ſedere, quam in iſtorum ſella curuli.

Sedicŭlum, n. ſedile. *Paul. apud Feſt.*

Sedigĭtus, a, um, ἑξαδάκτυλος, qui ſenos habet in manu digitos. Hinc C. Horatii duæ filiæ Sedigitæ appellatæ ſunt, itam Volcatius Poeta Sedigitus eſt cognominatus. *Plin. l.* 11. *c.* 43.

Sedīle, is, n. 3. *ſedia*, καθέδρα, ἕδρανον, id, ſuper quod ſedemus, ſedes, ſubſellium, ſcamnum ad ſedendum aptum. *Virg.* 1. *Æneid. v.* 167. Vivoque ſedilia ſaxo. *Plin. epiſt.* 6. *l.* 5. Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia e marmore. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. Sedilia avium.

Sedĭmen, inis, n. *depoſizione*, *poſatura*, ſubſidentia. *Cæl. Aurel. Tard.* 3. *c.* 4. In ipſa præterea urina ſedimina inveniuntur, aliquando craſſiſſima, & calida, aliquando arenoſa, & ſaxoſa.

Sedimentum, i, ὑπόστασις, ſubſeſſio, cum ob fundamenti infirmitatem ædificium ſubſidit, a *ſido*. *Plin. l.* 36. *c.* 10. Sive inundationibus Tiberis ſedimento molis facta.

Seditio, onis, f. 3. *ſedizione*, *diſcordia*, מהומה, Germ. *auffruhr*, Gall. *ſedition*, Hiſp. *alboroto*, στάσις, διχοστασία, diſſenſio, diſcordia, motus populi, ubicunque eſt multitudo hominum adverſus Duces, Magiſtratuſve arma capientium, vel imperium detrectantium. *Cic.* 4. *de Rep. apud Non. c.* 1. *n.* 96. Eaque diſſenſio civium, quod ſeorſum eunt alii ad alios, ſeditio dicitur. *Id. Att. l.* 10. *epiſt.* 1. Si quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet. *Id. ad Brut. ep.* 2. Seditionem facere. *Id. Attic. l.* 5. *epiſt.* 14. Seditionem ſedare. ¶ Dicitur etiam de domeſtica diſcordia. *Terent. Andr.* 5. 1. 11. Filiam dam in ſeditionem, atque incertas nuptias. ¶ Translate ſeditio maris eſt tempeſtas, jactatio, apud *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 140.

Seditiōſe, adv. *ſedizioſamente*, στασιαστικῶς, per ſeditionem, more ſeditioſorum, contentioſe. *Cic. pro Cluent.* Quæ concionibus ſeditioſe concitatis accommodatum eſt, quam tranquillis, moderatiſque judiciis. *Id. Att. l.* 2. *epiſt.* 21. Multa cum ſeditioſiſſime diceret. *Tacit.* 5. *Hiſtor. c.* 16. Seditioſius agere.

Seditioſus, a, um, *ſedizioſo*, Ger. *auffrühriſch*, Gal. *ſeditieux*, Hiſp. *alborotador*, στασιώδης, proclivis ad ſeditionem, qui ſeditionem amat, turbulentus. *Cic.* 1. *Phil.* Ut turbulenti, ut ſeditioſi, ut pernicioſi cives eſſe velint. *Id. in Vatin.* Cum ante Gellius, nutricula ſeditioſorum hominum, teſtimonium diceret. *Tacit. Ann.* 5. *c.* 44. Seditioſiſſimum quemque vinctum trahunt. *Aſcon. in Orat. pro Mil. c.* 17. Concio ſeditioſiſ.

Sedo, as, a. 1. *mitigare*, *placare*, שכך, Ger. *ſtillen*, Gal. *appaiſer*, Hiſp. *aſſoſſegar*, παύω, mitigo, lenio, placo. *Cic. pro Flac.* Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam. *Id.* 1. *Leg. c.* 10. Sedare controverſiam. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 46. Sedare motus animi. *Lucret. l.* 4. *v.* 848. Sedare ſitim. h. e. reſtinguere. *Nepos in Eumen. c.* 9. Diem omnem operitur ad laſſitudinem ſedandam militum h. e reficiendam. ¶ Neutrorum more *Velles.* apud *Gell. l.* 18. *c.* 12. Poſtquam tempeſtas ſedavit, Adherbal taurum immolavit.

Sedūco, is, xi, ctum, a. 3. *tirare in diſparte*, הפריד, Ger. *neben ſich führen*, Gal. *tirer a part*, Hiſp. *apartar*, ἀπάγω, ſeorſum duco ab aliis, quaſi de rebus aliquibus locuturus. *Ter. Hec.* 1. *c.* 69. Poſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. *Cic. Att. l.* 5. *epiſt.* 21. Cum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius. *Propert. l.* 1. *el.* 9. Quippe ubi non liceat vacuos ſeducere ocellos. h. e. alio convertere, & ab amica ſpectanda avertere. ¶ Significat etiam ſeparare, disjungere. *Virg. Æn.* 4. Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus. h. e. animam a corpore ſeparaverit. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 615. *de Memnonidibus avibus*: quarto ſeducunt caſtra volatu. h. e. in duas partes dividunt. ¶ Translate *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 31. Animum ad ſeipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeque a corpore ſeducimus. Alii tamen leg. *abducimus*. ¶ Pro decipere, in errorem inducere. *ſedurre*. *Tertull. lib.* 2. *adverſ. Marcion. cap.* 8. Angelus, qui ſeduxit. Quod vero addunt quidam *Lexicographi* ex *Terent. Andr.* 4. 1. 20. Etiam me ſeducere iſtis dictis poſtulas? optimæ pleræque Editiones habent *ducere*, & *ſubducere*.

Seductĭlis, le, adjectiv. qui in errorem facile duci poteſt, εὐεξαπάτητος. *Alcim. Avit. l.* 2. *v.* 166. mortiferum ſeductilis Eva venenum Auribus excipiens. *Auguſtin. l.* 2. *Confeſſion. c.* 3. *a med.* Seducebar ima, quia ſeductilis eram.

Seductio, onis, *il tirar' in diſparte*, Germ. *neben ſich führung*, Gall. *detournement*, Hiſp. *apartamiento*, ἀπαγωγή, abductio a turba. *Cic. pro Mur. c.* 24. Mulieres amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant. ¶ Item ſeparatio. *Lactant. l.* 2. *c.* 12. Mors eſt corporis, animæque ſeductio. ¶ Item in errorem inductio. *Tertul. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 2. Adam confeſſus eſt ſeductionem.

Seductrix, icis, *ſeduttrice*, quæ in errorem inducit. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 2. Adam non occultavit ſeductricem.

Seductus, us, m. *ritiro*, receſſus, ſeductio. *Senec. de tranquill. animi*, *c.* 9. Nec, ut leonum impetus caveis coercentur, ſic hominum, quorum maxime in ſeductu actiones ſunt.

Seductus, a, um, ἀπαχθείς, ſeorſum ductus, *tirato in diſparte*. *Liv. l.* 30. Singulos deinde ſeparatim, Lælium, ac Maſiniſſam, ſeductos obteſtatus, &c. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 42. Quiſquis erit, paulum a turba ſeductior audi. ¶ Item ſeparatus, disjunctus. *Senec. epiſt.* 118. (*al.* 117.) Proprium habent quiddam, & a corporibus ſeductum.

Seducŭlum. V. Sudiculum.

Sedŭle, adv. idem ac ſedulo. *Col. l.* 9. *c.* 9. Semper quidem cuſtos ſedule circumire debet alvearia.

Sedulĭtas, atis, *diligenza*, *eſſattezza*, ἐπιμέλεια, inſtans, & fidele officium, diligentia, aſſiduitas. *Cic.* 8. *Fam. epiſt.* 11. Cornelii operam & ſedulitatem laudare poſſum. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 434. Et non ſentiam ſedulitate labor. ¶ Aliquando in malam partem accipitur pro nimia diligentia, & affectata cura ea etiam præſtandi, quæ ſupra juſtum officium ſunt, περιεργία. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 260. Sedulitas autem, ſtulte quem diligit, urget.

Sedŭlo, adv. *diligentemente*, Ger. *fleiſſiglich*, Gal. *ſoigneuſement*, Hiſp. *con cuydado*, ἐπιμελῶς, diligenter, aſſidue, impenſe, cum ſedulitate. *Cic.* 5. *Fam. epiſt.* 10. Faciam omnia ſedulo, quæ te ſciam velle. *Ter. Adel.* 3. 3. 59 Et ſedulo; nihil prætermitto. ¶ Item data opera, de induſtria. *Ter. Hec.* 4. 2. 1. Non clam me eſt, gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam propter meos mores hinc abiiſſe, etſi ea diſſimulas ſedulo. ¶ Item ſerio, ex animo, ſine dolo. *Nonius* enim *c.* 1. *n.* 171. ſedulo, inquit, quaſi ſine dolo. *Plaut. Capt.* 4. *c.* 106. Quando mihi nihil credis, quod ego dico ſedulo. *Ter. Phor.* 2. 4. 13. Ego ſedulo hunc dixiſſe credo.

Sedŭlus, a, um, *diligente*, זריז, Germ. *fleiſſig*, Gal. *ſoigneux*, Hiſp. *cuydadoſo*, ἐπιμελής, diligens, officioſus, intentus. *Ovid.* 13. *Met. v.* 928. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. ſedulus hoſpes. *Cic. de clar. Orat. c.* 47. Eloquentes videbare, non ſedulos velle conquirere.

Sedum, i, n. 2. ἀείζωον, genus herbæ, al. ſempervivum, a *ſemper ſedendo*. Vulgus a foliis vermiculorum ſimilitudinem referentibus vermicularem nominat. *Plin. l.* 18. *c.* 17. Democritus ſucco herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis naſcens, tabuliſve, Latine vero ſedum, aut digitellum, medicata ſeri jubet omnia ſemina.

Sedūni, m. 2. pop. Galliæ Lugd. verſus fontes Rhodani fl. inter Helvetios ad Bor. Veragros ad Occ. Lepontios ad Or. & partim ad Mer. Ex minima tantum parte attingunt Rhætos, ex aalia Allobroges. Eorum regio nunc dicitur Valaſia ſuperior, *le haut Valais*, cujus caput eſt Sedunum. *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Seges, etis, f. *biada*, קמה, Ger. *korn ſaamen*, Gal. *blé*, *grain*, Hiſp. *las panes*, λήϊον, fruges eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſæ, ut ait *Valla l.* 4. *c.* 24. Eſt a *ſero*, ut *teges* a *tego*. *Cic. de Sen.* Segetibus, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt. *Id. in Or.* Siquidem eſt eorum gemmare vites, ſitim agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. *Plin. l.* 18. *c.* 17. Si in articulum ſeges ire cœperit. ¶ Non tantum de frumento, aut agro frumentum ferente dicitur, ſed etiam ſic vocatur, quicquid frumenti more in arvo ſeritur. Quam & lini ſegetem dixit *Maro* 1. *Georg. v.* 77. & ne id poeticum putes, legimus apud *Columel. l.* 2. *c.* 1. 14. Omni ſolo, quod prædictorum leguminum ſegetibus ſatiſfecit. ¶ Dicitur etiam metonymice de terra arata, & conſita. *Feſtus*: Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & conſita eſt, a ſerendo videlicet. *Cic. in Orat. c.* 15. Segetes fœcundæ, & uberes non ſolum fruges, verum herbas etiam effundunt inimiciſſimas frugibus. *Virg. Georg. l.* 1. *v.* 47. Illa ſeges demum votis reſpondet avari agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora ſenſit. Adde *Cat. R. R. c.* 36. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 50. & *Plin. l.* 18. *c.* 11. ¶ Translate ſumitur pro cauſa. *Cic. pro Mil. c.* 13. Quid enim odiſſet Clodium Milo ſegetem, atque materiem ſuæ gloriæ? Item pro multitudine. *Virg.* 3. *Æn. v.* 45. Hic confixum ferrea texit telorum ſeges. *Plaut. Aul.* 1. 1. 6. Tibi ego reddam cauſam, ſtimulorum ſeges? h. e. digna, in cujus tergo ſtimuli, velut in arvis ſegetem, defixi ſtent.

Segeſta, ſive Segetia, Dea, quæ ſegetibus præerat, & ſegetes lætas facere exiſtimabatur. *Plin. l.* 18. *c.* 2. Hos enim Deos tunc maxime noverant, Seiamque a ſerendo, Segeſtam a ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in Circo videmus. Tertiam ex iis nominare ſub tecto religio. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 16. Apud veteres quoque qui nominaſſet Salutem, Seiam, Segeſtam, Tutilinam, ferias obſervabat.

Segeſta, æ, f. 1. urbs ext. Siciliæ, in ora Occ. inter Lilybæum, & Panormum. *Cic. Ver.* 5. *c.* 33.

Segeſtānus, i, Segeſtæ incola. *Cic. Verrin.* 4. *c.* 33.

Segeſtenſis, ſe, adject. qui eſt e Segeſta Siciliæ oppido. *Cic. Ver.* 5. *c.* 36.

Segeſtre, is, & Segeſtrium, ii, n. 3. & 2. teges, ſeu ſtragulum e paleis, & ſarmentis ſegetum confectus, quo ab antiquis lecticæ ſternebantur, & involvebantur, a ſegete ductum. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Lecticam qui involvebant, quod fere ſtramenta erant a ſegete, ſegeſtria appellant, ut etiam nunc in caſtris. Quidam leg. *ſegeſtriam*, ut ſit fœmin. g. declinat. *Id. l.* 1. *de vita pop. Rom. apud Non. c.* 1. *n.* 35. Quod frontem lecticæ ſinebant, ex eis herbis toria torum appellatum; hoc quod injicitur, etiamnum toral dicitur; lecticam quæ involvebant, (alii leg. *qui*, ablat. pro *qua*) ſegeſtria appellabant. Adde *Lucill. apud eund. Non. c.* 14. *n.* 3. ubi *Turneb. l.* 15. *c.* 16. legit *ſegeſtre*, tanquam a *ſagus*, & exponit operimentum craſſum ex viliori lana. ¶ Ponitur & pro quovis ſtragulo. *Sueton. in Aug. c.* 83. narrat, Auguſtum exercendi corporis cauſa, interdum *ſegeſtrio vel lodicula involutum* deambulare ſolitum. Ita ibi legendum cenſent plerique Critici: alii *ſeſtertio*. ¶ Et pro quovis involucro ad aliquod involvendum. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Emporetica (charta) inutilis ſcribendo, involucris chartarum, ſegeſtriumque in mercibus uſum præbet.

Segetālis, le, adject. a ſegete derivatum. Gladiolus ſegetalis, herba eſt

folia habens gladio ſimilia, caulem cubitalem, flores purpureos, radices duas parvulas, & rotundas. *Apulej. de herb. c.* 78.

Segmen, inis, n. ἀπόκομμα, id, quod a re aliqua ſecatur, a *ſeco*. *Plin. l.* 13. c. 12. Segminibus utrinque amputatis. *Gel. l.* 10. *c.* 15. Unguium Dialis, & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur.

Segmentatus, a, um, *intagliato*, Ger. *eingelegt*, Gal. *fait de pluſieurs pieces, & couleurs*, Hiſp. *recpado, pintado*, ποικίλος, ſegmentis variegatus, ut Segmentatæ cunæ, quæ confectæ ſunt ex tenuiſſimis ligni ſegmentis diverſorum colorum, & quodam quaſi vermiculato emblemate pictæ. *Juven. ſat.* 6. *v.* 89. Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis. ¶ *Martial. l.* 6. *epigr.* 74. *de calvo*: Calvam trifilem ſegmentatus unguento. h. e. qui calvam unguento veluti ſegmentis imbuit, vel quaſi calvam ſulcatam unguentis habens. Alii aliter legunt.

Segmentum, i, *tagliamento, diviſione*, חלק, Ger. *abſchnitz, ding*, Gal. *piece, morceau*, Hiſp. *cajada*, ἀπόκομμα, quicquid ab aliqua re ſecatur, ut ſunt inciſuræ, & virgulæ ſectæ ex gummis, & unionibus, a *ſegmen*. *Plin. l.* 36. c. 6. Craſſior arena laxioribus ſegmentis terit, & plus erodit marmoris. ¶ Per Synecdochen dicitur de ornamento colli, quod monile vocatur, quia ex ſegmentis fieri conſueverit, id eſt ex bracteolis auri, vel argenti. *Juven. ſat.* 2. *v.* 124. Segmenta, & longos habitus, & flumea ſumit. ¶ Uſurpatur quoque de particulis purpuræ, & de bracteolis auri, vel argenti, ex quibus vermiculatim compoſitis pretioſiſſimæ conficiebantur veſtes, quæ ſegmentatæ dicebantur, & per Synecdochen de ipſis veſtibus. *Ovid l.* 3. *de Arte*: Quid de veſte loquar? non jam ſegmenta requiro. *Valer. Max. l.* 5. c. 2. Permiſit quoque his purpurea veſte, & aureis uti ſegmentis. Nonnulli in his, & aliis locis ſegmenta interpretantur faſciolas, quæ veſtis extrema parte aſſutæ, junctæque ornamento ſint indumentis muliebribus, vel quibus nova nupta amicitur, ut ait *Probus*. Alii accipiunt pro margaritis, & murenulis. ¶ Tranſlate ſegmenta dicuntur partes cœli, vel terræ, in quas Aſtronomi cœlum, & terram mente, & cogitatione ſecuerunt. *Plin. l.* 6. *c.* 33. Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellavere, Græci parallelos.

Segneſco, is, n. 3. ſegnis fio. *Cæl. Aurelian. Acut.* 2. c. 18. Miteſcentibus, & ſegneſcentibus ſputis.

Segnipes, edis, o. qui tarde incedit. *Juven. ſat.* 8. *v.* 67. Tritoque trahunt epirhedia collo ſegnipedes.

Segnis, & gne, o. 3. *pigro, tardo, poltrone*, עצל, Ger. *trag*, Gal. *tardif, pareſſeux*, Hiſp. *perezoſo, floxo*, ἀργός, βραδύς, ignavus, iners, piger, tardus. *Virg.* 5. *Æn.* Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes explorat ventos. *Liv. l.* 24. c. 13. Segnior ad credendum. *Cic. pro Pont. c.* 3. ſegnior ad imperandum. *Apul. in Apol.* 1. Segniſſimum corpus. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 8. Dextra non ſegnis dare vulnera. *Tac. Ann.* 16. *c.* 14. Inquies animo, & occaſionum haud ſegnis. *Id.* 12. *Ann. c.* 26. Segnis indoles, *ingegno ſtupido*. ¶ Interdum ſegne dicitur, quod ſegnes facit, ut otium ſegne. *Ovid.* 1. *de Pon. eleg.* 6. *Sever. in Ætna*: Segne pondus. ¶ Ponitur etiam ſegnis pro infœcundo, inutili. *Virg.* 1. *Geor.* ſegniſque horreret in arvis carduus.

Segnitas, atis, idem ac ſegnities, apud vet. *Acc. apud Non. c.* 2. *n.* 808. Fo nunc, quod eorum ſegnitate ardet focus. Quod vero *ibid.* addit Non. ex *Cic. lib.* 2. *de Orat. cap.* 41. editi libri omnes habent *ſegnitiem* pro *ſegnitatem*.

Segniter, adv. *pigramente*, βραδέως, pigre, inerte, tarde. *Liv. l.* 2. c. 58. Segniter, otioſe, negligenter, contumaciter omnia agere nec pudor, nec metus coercebat. *Id. l.* 45. *c.* 27. Segnius oppugnare. *Tacit. l.* 2. *hiſt. c.* 71. Segniter ferre injuriam. h. e. leniter, non ægre.

Segnitia, æ, idem ac ſegnities. *Terent. Andr.* 1. 3. Enimvero, Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, atque ſocordiæ. *Cic.* 1. *Fin. c.* 2. ſtudem enim eſſe omnino in noſtris Poetis aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi. *Suetan. in Claud. c.* 5. Super veterem ſegnitiæ notam, ebrietatis quoque, & aleæ infamiam ſubiit. h. e. ſtultitiæ, vecordiæ, ſtupiditatis.

Segnities, ei, f. 5. *pigrizia*, ἀργία, βραδυτής, pigritia, inertia. *Plaut. Trin.* In hujuſmodi negotio diem ſermone terere ſegnities mera eſt. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 41. Caſtigemus etiam ſegnitiem hominum, atque inertiam.

Segregatim, adv. *ſeparatamente*. *Prudent. in præfat. Hamartig. v.* 39. Et ſegregatim numen æternum colens.

Segregatio, onis, *ſeparazione*. *Tertul. de anim. c.* 42. Segregatio ſpiritus.

Segregatus, a, um, *ſeparato*. *Cic. in Tuſc. c.* 28. Quid ea vita fœdius? quid deformius ſola relicta? a comitatu pulcherrimo ſegregata?

Segregis, vel Segrex, egis, adject. idem quod ſegregatus. *Senec. l.* 4. *de Beneſ. c.* 18. Quæcunque vaga naſcebantur, & vitam actura ſegregem. *Sidon. l.* 9. *ep.* 3. Civitates ſibi ſegreges.

Segrego, as, a. 1. *ſeparare*, הבדיל, Germ. *abſondern*, Gall. *ſeparer*, Hiſp. *apartar*, ἀφορίζω, ἀπαγελάζω, ſeparo ab aliorum grege, ſejungo, ſecerno. *Plaut. Trin.* 1. 2. 42. Suſpicionem, & culpam ut a ſe ſegregent. *Cic. pro Arch. c.* 2. Ut hunc A. Licinium non modo non ſegregandum, cum ſit civis, a numero civium, verum etiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe. *Liv. l.* 1. Ergo ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam. ¶ Segregare ſermonem, eſt tacere. *Plaut. Pan.* 1. 2. 136. Segrega ſermonem, tædet. ¶ Reperitur etiam diviſim uſurpatum, per Tmeſin. *Lucr. l.* 1. *v.* 452. Diſſidio potis eſt ſejungi, ſeque gregari.

Segregus, a, um, adject. idem quod ſegregis. *Auſon. in parental. carm.* 9. Ipſe tuo vivens ſegregus arbitrio.

Segrex, V. Segregis.

Segullum, i, terræ genus in ſummo ſolo, ex qua metallarii cognoſcunt ſubeſſe venam auri. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt. ita vocatur indicium.

Seguſiani, m. 2. Secuſiani, Sebuſiani, populi Galliæ Celt. inter Æduos, & Sequanos ad Bor. Arvernos ad Occ. Velaunos, & Allobroges ad Mer. uti etiam Allobroges ad Or. ubi hodie prov. *le Foreſt*, *le Lyonnois*, *le Beaujolois*, & *la Breſſe*. *Cæſ. de B. G.*

Seguſio, vel Seguſium, ii, *Suſa*, opp. Galliæ Subalpinæ ad Duriam fluvium. *Plin. l.* 3. *c.* 17.

Seja, æ, f. Dea frumentis præpoſita, quandiu ſub terra eſſent, ſic dicta a ſerendo, ut ſcribit *Plin. l.* 18. *c.* 2.

Sejanus, a, um, ad Sejanum pertinens. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 1. Sejani ſatellitem.

Sejanus, a, um, adject. ad Sejum pertinens. Eſt autem *Sejus* nomen proprium Romanum. *Var. l.* 3. *R. R.* c. 2. Sejanæ ædes. *Et ibid.* Sejanæ paſtiones.

Sejanus, i, Ælius Sejanus, præcipuus Tiberii amicus, ejuſque favore ad ſummam potentiam evectus, tandem ob affectati imperii ſuſpicionem, eodem Tiberio auctore, miſerrime periit cum magna ſuorum ſtrage. V. *Tac.* 4. *Ann.* & *Juven ſat.* 10.

Sejanus equus, fuit equus Cn. Seji Civis Romani, inuſitata magnitudine, omnibuſque aliis equorum laudibus præſtantiſſimus, adeo, ut ex eorum genere equorum crederetur, quos Hercules occiſo Diomede Argos perduxit. Sed equus iſte eo fato fuit, ut quiſquis poſſideret eum, is cum omni familia interiret. Primus enim hujus equi dominus a M. Antonio, qui poſtea Triumvir conſtituendæ Reipublicæ fuit, damnatus, miſerando affectus eſt ſupplicio. Hunc deinde emit Cornelius Dolabella H. S. centum millibus, qui & ipſe a Caſſio victus, in prælio occubuit. Ab hoc ad Caſſium victorem equus pervenit, qui ab Antonio victus, ſibi manus intulit. Nec multo poſt Antonius victor, qui equum hunc abſtulerat, ab Auguſto victus ſimili mortis genere periit. Hinc ortum eſt proverbium, ut homines calamitoſi Equum Sejanum habere dicerentur. Hæc *Gel. l.* 3. *c.* 9.

Sejugatus, a, um, adject. *ſegregato, ſeparato*. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 32. Humani animi eam partem, quæ ſenſum, quæ motum habeat, non eſſe a corpore ſejugatam. *Apul. lib.* 6. *Metam.* Si ſpiritus corpore ſemel fuerit ſejugatus.

Sejuges, m. 3. equi ſeni ad unum currum adhibiti, vel currus, qui a ſex equis trahuntur. *Plin. l.* 34. *c.* 5. Serum hoc, & in his non alii a Divo Auguſto ſejuges, ſicut & elephanti. *Apul. in Flor.* 3. Uni, cui omnes provinciæ quadrijugem, & ſejuges currus ubique gentium ponere gratulantur. ¶ Sejuges etiam dicuntur ſeparati, ſejuncti, vel qui ſine jugo, & legibus ſunt. *Solin. cap.* 10. *de Sardinia*. Sejuges gentes ad unum morem conjugare.

Sejunctio, onis, διάζευξις, actus ſejungendi, ſeparatio, diviſio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Propoſitioque, quid ſis dicturus, & ab eo, quod eſt dictum, ſejunctio, & reditus ad propoſitum, &c.

Sejunctus, a, um, διεζευγμένος, ſeparatus, diviſus. *Cic. Ver.* 3. *c.* 84. Defenſio remota ab utilitate Reipublicæ, ſejuncta a voluntate legis. *Nep.* 16. 3. Etſi ſejunctum a re propoſita eſt. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 9. Si hoc tempore unum, quo ſejuncti ſumus, & una, & Romæ fuiſſemus.

Sejungo, is, xi, ctum, a. 3. *disgiungere, ſeparare*, הפריד, Ger. *abſcheiden*, Gal. *deſioindre*, Hiſp. *deſunir*, χωρίζω, ἀποζεύγνυμι, ὀρίζω, ſeorſum jungo, per ſe pono, ſeparo, ſegrego. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 2. Sejunge te, quæſo, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum judicium, ſed temporum vincula conjunxerunt. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 24. Fortunam nemo ab inconſtantia, & temeritate ſejunget.

Selago, inis, f. planta foliis tamaricis. *Plin. l.* 24. c. 11.

Selache, n. plur. σελάχη, contractum pro σελάχεα, piſces plani, & cartilaginoſi, ſplendentes cute, *Plin. l.* 9. c. 24.

Selas, atis, n. σέλας, ſplendor, meteori quoddam genus. *Apul. de Mundo*. Selas Græci vocant incenſi aeris lucem.

Selectio, onis, *ſcelta*, ἐκλογή, actus ſeligendi. *Cic.* 3. *Fin. c.* 13. Ut nonnullarum ſelectione expoliarent.

Selector, oris, m. qui ſelegit. *Auguſtin. l.* 7. *de civ. Dei, c.* 3.

Selectus, a, um, *ſcelto*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 30. Itaque in illis ſelectis ejus, brevibuſque ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, &c. ¶ Selecti Judices erant Judices cauſarum publicarum, qui una cum Prætoribus quæſtionum Perpetuarum in Decurias diſtributi judicia de criminibus publicis, & capitalibus exercebant, ita dicti, quod a Prætore Urbano non ſorte, ſed judicio, & jurejurando initio Magiſtratus ſeligebantur ex Ordinibus iis, apud quos judicia eſſent. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18. *Cic. pro Cluent. c.* 43. Deinde Prætores tantum Urbani, qui jurati debent optimum quemque in ſelectos Judices referre.

Selenion, ii, σελήνιον, herba pæonia, apud *Apul. de herb. c.* 64.

Selenitium, ii, genus hederæ. *Plin. l.* 16. *c.* 34.

Selenogonon, herba eadem, quæ Selenion. *Apul. de herb. c.* 64.

Seleuſium, ii, genus tritici præcipuum. *Plin. l.* 18. *c.* 7.

Seleucenſes, ium, populi Seleuciæ. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Seleucia, f. 1. cognomento Magna, *Moſul*, urbs Meſopotamiæ, ad Tigrin flu. contra Cteſiphontem. *Plin. l.* 5. *c.* 26. ¶ Seleucia cognomento Pieria, *Soldin*, & *Seleucbe ſelber*, urbs Syriæ, apud oſtia Orontis. *Plin. l.* 5. c. 12. ¶ Seleucia etiam, cognomento ad Belum, *Druenigo*, urbs Syriæ, in Caſſiotide reg. ad Belum flu. *Plin. l.* 5. *c.* 23.

Seleucianus, a, um, adject. a Seleucia, ut Seleuciana provincia. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 17.

Seleucides, um, aves, Caſii montis incolis gratæ. *Plin. l.* 10. *c.* 27.

Seleucus, m. 2. unus ex principibus Alexandri, qui primus poſt ejus mortem annos 42. regnavit in Syria. *Juſtin. l.* 15.

Selga, f. 1. *Philadelphus*, urbs A. Pamphyliæ, medit. Lyrbæ proxima, inter Pergen ad Occ. & Cibyra in Or. Hinc

Selgiticus, a, um, adject. a Selga, ut Selgiticum oleum, factitium, ex herbis ſelectis compoſitum, nervique admodum utile. *Plin. l.* 15. c. 7.

Selibra, æ, f. *mezza libra*, ἡμιλίτριον, dimidia libra, a *ſemilibra*, per Sync. *Plin. l.* 14. c. 16. Malobathri ſelibris in muſti congios duos additis. *Gel. l.* 7. c. 18. Darent argenti pondo libram ſelibram, & ſelibram. *Martial. l.* 4. *epigr.* 46. Et thuris, piperiſque tres ſelibræ.

Seligo, is, egi, ectum, a. 3. *fare ſcelta*, *eleggere*, *diſcernere*, ברר, Ger. *auſſerleſen*, Gal. *choiſir*, *eliro*, Hiſp. *apartar la mejor*, ἐκλέγω, ἀπολέγω, ſeorſum colligo, ſecerno. *Cic. in Orat. c.* 29. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere, qui quærerent. *Id. ib. c.* 15. Nec vero utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet, ac ſeliget.

Selinis, is, f. idem ac Selinus, Siciliæ oppidum. *Virg.* 3. *Æn. v.* 705. palmoſa Selinis. *Sil. l.* 14. *v.* ... palmis onuſta Selinis.

Selinophyllum, σελινόφυλλον, herba, quæ & callitrichum dicitur. *Apul. de herb. c.* 47.

Selinum, i, σέλινον, herba, cujus multæ ſpecies, ut ſelinum agrion, ſelinum hydacion, &c. *Apul. de herb. c.* 8. 106. & 118.

Selinuntii, orum, m. populi Siciliæ, ex Selinunte oppido. *Plin. l.* 3. c. 8.

Selinus, untis, m. 3. *Madiuni*, fl. Siciliæ, qui ex agro Hyccare, ſeu Panormitano in Auſtr. fluens, apud Selinuntem orb. mari excipitur. ¶ Item *Selino*, fl. Achaiæ, qui in ſin. Corinthiacum fluit. ¶ Item fl. Ciliciæ, *Lucan. l.* 8. *v.* 260. ¶ Item fl. geminus Epheſi, apud Dianæ templum. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Selinus, untis, f. 3. *Terra di Pulici*, urbs Siciliæ, in ora Auſt. inter Thermas ad Or. 18. M. P. & Mazaram ad Occ. 23. condita a Megarenſibus, ſive a Phœnicibus anno a capta Troja 507. poſt Urb. conditam 107. everſa a Carthaginienſibus. *Plin. l.* 3. *c.* 8.

Selinuſius, a, um, adject. a Selinunte oppido, ut Selinuſia terra, *Plin. l.* 35. *c.* 16.

Seliquaſtrum, i, genus ſedilis. *Var. l.* 4. *de L. L.* Ab ſedendo appellantur ſedes, ſedile, ſolium, ſellæ, ſeliquaſtrum. *Feſt.* Seliquaſtra ſedilia antiqui generis appellantur, quæ non minus a ſedendo dicta ſunt. Quibus Feſti verbis adductus *Godeſcalcus Stewechius ad l.* 2. *Arnobii*, in *Varronis verbis* pro *ſedum* ſuſpicatur legendum *ſolium*. *Hygin. l.* 2. *Aſtron. de Caſſiopea*. Inter ſidera ſedens, in ſeliquaſtro conſtituta eſt. *Paul. l.* 4. *de ſupellect. legata*: Inſtrumenti ſignificatione rhedæ, & ſeliquaſtra in ſupellectili adnumerari ſolent. Ita legit *Haloander*. Alii *ſedularia*.

Sella, æ, f. *ſedia*, ἕδρα, θρόνος, idem quod ſedes, a *ſedendo*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 46. Cum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. *Et paulo poſt*: Ut in ejus ſella requieſceret. ¶ Dicebatur etiam de throno, in quo Magiſtratus ſedebant. *Cic.* 3. *Ver. c.* 46. Qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prætore ſolitus ſit convenire. ¶ Item de ſede in curru, quæ ſella curulis dicebatur, quæ fuit propria Magiſtratuum Curulium, ut Conſulum, Prætorum, Cenſorum, Ædilium Curulium, cum per urbem irent. *Cic. Att. l.* 4. Maloque in illa tua ſedicula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere,

quam

Digitized by Google

quam in iſtorum ſella curuli. ¶ *Duabus ſellis ſedere*, proverbium eſt de iis, qui duo, vel plura negotia inter ſe diverſa eodem tempore ſuſcipiunt, vel qui duobus certantibus, neutri favent, ſed utriuſque amici videri volunt. Hinc in Ciceronem, qui nec Pompejo certus amicus, nec Cæſari fuiſſe videbatur, ſed utriuſque adulator, uſurpavit *Laberius*, ut narrat *M. Sen. l. 3. controv. 18. ſub fin.* ¶ Sellæ familiaricæ, & ſellæ familiæ ſunt loca ad exonerandum ventrem ædificata. *Varr. l. 1. R. R. c. 13.* In eoque (ſterquilinio) quidam ſellas familiaricas ponunt. *Cato de R. R.* Equile, ſellas familiæ, carnaria, &c. ¶ Dicuntur & ſellæ abſoluta. *Scribon. Larg.* Deinde ex ſtomacho ſruorem ejiciunt, poſtea per ſellas abundantius eundem dejiciunt. Hujuſmodi etiam erant, quas Patroclianas vocat *Martial. l. 12. epigr. 78.* Sellas ante petit Patroclianas. Et pedit decieſque, vicieſque. ¶ Dicitur etiam *ſella* de ephippiis, *ſella, l. 8. Cod. Theodoſ. tit. 5. leg. 47.*

Sellæ, arum, m. populi Epiri. *Lucan. l. 3.* Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ. *Plin. l. 4. proœm.* Dryopes, Sellæ, Hellopes, Moloſſi.

Sellaria, æ, f. ἑδραῖον, locus, in quo ſedes diſponi ſolebant. *Suet. in Tiber. c. 43.* Seceſſu vero Capreenſi etiam ſellariam excogitavit, ſedem arcanarum libidinum. *Plin. l. 34. c. 8.* Violentia Neronis in urbem convecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita.

Sellariŏlus, a, um, ἑδραῖος, quod ad ſellariam ſpectat, ut Sellariolæ popinæ, ideſt in quibus deſident homines ignavi ad libidinem, & luxum. *Martial. l. 5. epigr. 71.* In ſellariolis vagus popinis.

Sellāris, re, adject. a *ſella*, ut ſellaris geſtatio. *Cal. Aurel. l. 1. Tard. c. 4.*

Sellarius, a, um, adject. a *ſella*. Sellariæ dictæ ſunt meretrices, quia in ſellis ſedentes homines alliciebant, auctore *Vet. interpr. Juven.* ad illud *ſat. 3. v. 13.* Et dubitas alta Chionem deducere ſella. ¶ Sellarii etiam dicti ſunt pathici, & portentoſæ libidinis inventores. *Tac. 6. Ann. c. 1.* Tunc primum ignota ante vocabula reperta ſunt ſellariorum, & ſpintriarum, ex fœditate loci, & multiplici patientia.

Sellŭla, læ, f. *ſeggetta*, parva ſella. *Tac. hiſt. c. 85.* In domum uxoris ſellula defertur.

Sellularii, m. 2. ἑδραῖοι, opifices, qui ſedendo opus faciunt. *Liv. l. 8. c. 20.* Quia opificum quoque vulgus, & ſellularii, minime militiæ idoneum genus, exciti dicuntur.

Sellularius, a, um, adject. ſedentarius, ut ſellularii artifices, qui ſedendo opus faciunt, apud *Apul. l. 2. Florid.* Sellularii quæſtus, qui artes ſedentarias factitando fiunt. *Gel. l. 3. c. 1.*

Semadapertus, a, um, adject. *mezzo aperto*. *Ovid. 1. Amor. eleg. 6.* aditu fac januæ parvo Obliquum capiat ſemadaperta latus.

Semaxii, orum, m. olim per convicium dicti ſunt Chriſtiani, quod ad ſtipitem dimidii axis vincti comburerentur. *Tertul. Apol. c. 50.* Licet nunc ſarmentitios, & ſemaxios appelletis, quia ad ſtipitem dimidii axis revincti ſarmentorum ambitu exurimur.

Sembella, æ, f. ſelibra, quaſi *ſemilibella*. *Var. l. 4. de L. L.* Sembella, quod ſit libellæ dimidium.

Semel, adv. *una volta*, פעם אחת, Germ. *ein mal*, Gall. *une fois*, Hiſp. *una ſola vez*, ἅπαξ, unica vice, uno tempore. *Cic. 7. Ver.* Si ille ſemel verus archipirata fuerit percuſſus eſſet. *Id. pro Cluent.* Ut ea ſemel, atque iterum præjudicatu, condemnatus in judicium venerit. *Id. pro Pomp. c. 8.* Semel, atque iterum, ac ſæpius dare pecuniam. *Liv. l. 23. c. 9.* Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ ſuſtinendum eſt crimen; ſemel, cum defectionem iniiſti ab Romanis; iterum, cum pacis cum Annibale fuiſti auctor; tertio hodie, cum reſtituendæ Romanis Capuæ mora tu es. *Plin. l. 7. c. 48.* In ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, *ventuna volta*. *Id. l. 12. c. 14.* Thus meti ſemel anno ſolet, *una volta all' anno*. *Colum. lib. 12. c. 30.* Semel in diebus triginta ſex. ¶ Aliquando accipitur pro uno loco, pro ſummatim, aut in ſumma. *Quintil. l. 9. c. ult.* Denique, ut ſemel finiam, ſic fere componendum, quomodo pronuntiandum erit. *Id. l. 11. c. 1.* Et, ut ſemel omnia complectar. ¶ Metaleptice ponitur pro omnino, penitus, prorſus. *Cic. pro Deiot.* Cum facile exorari Cæſar, tum ſemel exorari ſoles. ¶ Item pro immutabiliter, irrevocabiliter, quia quod ſemel tantum fit, non habet egreſſum, ut rurſus fiat. *Virg. 11. Æn. v. 418.* Et humum ſemel ore momordit. *Ovid. epiſt. 5. v. 103.* Nulla reparabilis arte læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel, *una volta per ſempre*.

Semĕle, es, f. 1. Σεμέλη, Cadmi Thebarum Regis, & Hermiones filia, ex qua Jupiter Bacchum genuit. *Ovid. 3. Metam. Horat. l. 1. carm. od. 19.* Mater ſæva cupidinum, Thebanæque jubet me Semeles puer, &c.

Semeleius, a, um, quod ad Semelen ſpectat, ut Proles Semeleia, ideſt Bacchus. *Ovid. 5. Metam. v. 329.* Delius in corvo, proles Semeleia capro.

Semellitāni, m. 2. pop. Siciliæ, quorum oppidum Semellium. *Plin. l. 3. c. 8.*

Semellium, n. 2. *Salemi*, opp. Siciliæ, medium fere inter Mazaram ad Auſtr. & Segeſtam ad Bor.

Semen, inis, n. *ſeme, ſemenza*, זרע, Germ. *ſaamen*, Gall. *ſemence*, Hiſp. *ſimiente*, σπέρμα, σπόρος, principium illud, ex quo tanquam ex cauſa materiali res gignuntur, ut ſemen frumenti, hordei, hominis, &c. a *ſero*, quaſi ſerimen, ut nomen a *noſco*, flumen a *fluo*. *Lucret. l. 4.* Cum ſemen forte virile, &c. *Cic. pro Roſc. Amer.* Quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, convenerunt. ¶ Antonomaſtice, ſeu per excellentiam ſemen dicitur frumenti genus, quod etiam dupliterm, ζειὰν δίκοκκον, appellant. Ita dicitur a præſtantia frugis. *Plin. l. 18. c. 8.* Qui zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maxime, ſemenque appellatur. *Idem ibidem c. 24.* Seritur in jugero temperati ſoli juſtum eſt tritici, aut ſiliginis modios quinque, farris, aut ſeminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei ſex. ¶ Dicitur etiam ſemen de virgultis, & ſurculis. *Colum. l. 3.* Ex ejuſmodi vitibus lecta ſemina multum, bonumque vinum præbebunt. *Id. de arborib. c. 10.* Semina triſurca maxime ponito. ¶ Translate accipitur pro cauſa, vel pro auctore alicujus rei, & ex, a quo quid ortum eſt. *Cic. 2. Offic.* Nec vero unquam bellorum civilium ſemen, & cauſa deerit. *Id. 2. Phil. c. 23.* Ut igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſtirpium, ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. *Sen. epiſt. 73.* Semina virtutum. ¶ Item pro genere, ſeu ſtirpe. *Cic. in Rul. 2. c. 35.* Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis, ac ſeminis, quam ex iis rebus, quæ vitæ conſuetudini ſuppeditantur. *Sueton. in Calig. c. 25.* Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quam feritatis. ¶ De ſtellis micantibus, *Manil. l. 5. v. 726.* Tum conferta licet cœli fulgentia templa Cernere ſeminibus denſis.

Sementatio, onis, ſementis jactio. *Tertul. de ſpectac. c. 8.*

Sementatūrus, V. Semento.

Sementicus, a, um, σπόριμος, quod ſeminari poteſt. *Plin. l. 18. c. 7.* Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam appellant. Alii leg. *ſementiva*.

Sementifer, V. Serpentifer.

Sementinus, a, um, quod ad ſemen, vel ſementem ſpectat. Sementina pyra, quæ uſque ad ſementis tempus durant. Alii dicta credunt a ſeminum multitudine. *Cat. c. 7.* Pyra volema, aniciana, & ſementina. Alii leg. *ſementiva*. ¶ Sementina dies, ſeu Sementinæ Feriæ, feſtum fuit apud Romanos ex genere eorum, quæ ſtata non erant, quod agebatur, poſtquam agricolæ ſemina terræ mandaſſent. *Paul. apud Feſt.* Sementinæ feriæ fuerunt inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſent. *Id.* Conceptivæ feriæ feſta dicebantur, quæ incertis diebus ſervabantur quotannis, ut Sementinæ, Compitalitiæ. In pleriſque manuſcriptis eſt *Sementivæ*. *Ovid. 1. Faſt. v. 658.* Nec Sementina eſt ulla reperta dies. Alii hic quoque leg. *ſementiva*.

Sementis, is, f. *ſemina, ſeminagione*, זריעה, Germ. *ſayung*, Gal. *ſemaiſon*, Hiſp. *ſementera*, σπόρος, ſatio, vel ſeminatio, a *ſemen*. *Cic. 1. de Orat.* Tamen nemo tam ſine oculis, tam ſine mente vivit, ut, quid ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino neſciat. *Col. l. 11.* Si autumno ſementem facturus eſt. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſeminandi tempore. *Colum. l. 2. c. 9.* Altero ſulco ſeminari debet poſt æquinoctium, media fere ſementi, læto ſolo. ¶ Aliquando pro ſemine jam terræ mandato. *Colum. l. 2. c. 8.* At ubi venit imber, multorum dierum ſementis uno die ſurgit. ¶ Interdum pro ſegete. *Gel. l. 2. c. 29.* Ex caſſita in ſementes forte conceſſerit tempeſtiviores. ¶ Eleganter tranſlata uſurpatur. *Cic. 2. de Orat. c. 65.* Ut ſementem feceris, inquit, ita & metes. *Id. 3. de nat. Deor.* Hanc igitur a Diis immortalibus tantam arbitramur malorum ſementem eſſe factam? ¶ In accuſativo aliquando reperitur *ſementim*, & in ablativo *ſementi*. *Cato c. 27.* Sementim facito ita. *Colum. l. 2. c. 15.* Peracta ſementi, ſequens eſt cura ſarritionis. ¶ Joculariter *Plaut. Men. 5. 7. 23.* Hiſce ego jam ſementem in ore faciam, pugnoſque obſeram. h. e. in ore eorum, tanquam in agro pugnos ſeram.

Sementivus, a, um, adject. qui ſeritur, vel ſerendo aptus eſt, ut ſementivum ſemen. *Tertul. de jejun. c. 4.* V. Sementicus, & Sementinus.

Semento, as, n. 1. σπερματίζω, ſemen produco. *Plin. l. 18. c. 28.* Et in primis inutile eaſei herbas ſementaturas.

Semermis, & me, n. 3. ἡμίοπλος, pro dimidia tantum parte armatus. *Liv. l. 30. c. 28.* Ex agreſtium ſemermi turba. *Tac. Ann. 3. c. 19.* Semermes, ac palantes trucidati ſunt. ¶ Sunt qui malunt ſcribere *Semiermis*. ¶ Invenitur etiam ſemermus, a, um. *Tacit. l. 1. Annal. c. 68.* Paucos, ac ſemermos. *Id. 3. Ann. c. 45.* Statuerat a tergo ſemermos.

Semeſtris, & ſtre, n. 3. *di ſei meſi*, ἑξαμηνιαῖος, ἑξάμηνος, quod eſt ſex menſium. *Cic. Att. lib. 10. epiſt. 8.* Jam intelliges, id Regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe. *Plin. lib. 8. cap. 39.* Semeſtrem vitam excedere. *Sueton. in Aug. cap. 35.* Sibique inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad ſenatum referendis tractaret. h. e. conſiliarios, qui per ſenos menſes ſibi in conſilio eſſent, quoſque poſtea, aliis allectis, removeret.

Semeſtrium, ii, *ſpazio di un mezzo meſe*. *Colum. l. 11. c. 2.* Hoc igitur ſemeſtrium, & deinceps ſequentia, tempeſtatibus annotatis, perceoſuimus. V. totum *Colum.* locum, ex quo intelliges, falli eos, qui ſemeſtrium exponunt ſpatium ſex menſium.

Semēſus, a, um, *mezzo mangiato*, Germ. *benaget*, *halb greſſen*, Gall. *a demi mangé*, Hiſp. *medio comido*, ἡμίβρωτος. *Hor. l. 2. ſat. 6.* Semeſaque lardi fruſta dedit. *Suet. in Tib. c. 34.* Solemnibus ipſe cœnis pridiana ſæpe, ac ſemeſa obſonia appoſuit.

Semes, V. Sui.

Semētrum, i, quod eſt ſine menſura, non ſymmetrum, ut diſſona ſemetro, apud *Prudent. in Pſychom. v. 289.* ubi quidam alites leg.

Semiacerbus, a, um, adject. *mezzo acerbo, mal maturo*. *Pallad. in Aug. tit. 13.* Uvæ ſemiacerbæ ſuccus.

Semiadapertulus, a, um, adject. *mezzo aperto*. *Apul. l. 5. Metam.* Oculi udi, ac tremuli, jamjamque ſemiadapertuli.

Semiagreſtis, e, adject. *mezzo ruſticano, poco civile*. *Aurel. Victoria. in Diocles. n. 17.* Maximianum fidum amicitia, quamquam ſemiagreſtem, militiæ tamen, atque ingenio bonum, imperatorem jubet.

Semiambuſtus, a, um, adject. *mezzo abbruciato*. *Sueton in Calig. c. 59.* Cadaver tumultuario rogo ſemiambuſtum.

Semiamictus, a, um, adject. *mezzo veſtito, mal veſtito*. *Apul. l. 1. Metam.* Sciſſili palliaſtro ſemiamictus. Adde *l. 7.*

Semianimis, & me, n. 3. & ſemianimus, a, um, *mezzo morto*, Ger. *halb todt*, Gal. *a demi-mort*, Hiſp. *medio muerto*, ἡμίθνητος, ἡμιθανής, ſemivivus, ſemimortuus. *Virg. 11. Æn.* Semianimes volvuntur equi. *Lucret. l. 6. v. 1266.* Languida ſemianimo cum corpore membra videres. *Cic. 1. de Divin. c. 47. ex Ennio:* Subigit ipſa feris transfigens unguibus anguem ſemianimum, & varia graviter cervice micantem. *Liv. l. 28. c. 23.* Et in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque injecerent corpora.

Semiannus, a, um, *di mezz' anno*, ut ſemiannua nox, apud *Martian. Capell. l. 6. pag. 194.*

Semiapertus, a, um, *mezzo aperto*, ἡμιανέῳκτος, dimidia ſui parte apertus. *Liv. l. 26. c. 39.* Paucos ex multis trepida fuga incedentes, ſemiapertis portarum foribus, in urbem compulit.

Semiaſſus, um, *mezzo arroſtito*, ſemicombuſtus. *Cic. 1. Tuſc. n. 44. ex Poeta:* Heu reliquias ſemiaſſi Regis, denudatis oſſibus, per terram ſanie delibutas fœde diu vexarier.

Semiatrātus, a, um, adject. dimidia parte atratus. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 268.* Liberti ſemiatrati exſequiantur. *Turneb. l. 28. c. 12.* pro *propter vix* legit *protervi*. Deinde addit: Atrati ſolent in funere eſſe, at iſti protervi ſemiatrati tantum erant.

Semibarbărus, a, um, *mezzo barbaro*, qui dimidia parte barbarus eſt. *Sueton. in Caſ. c. 76.* Quoſdam e ſemibarbaris Gallorum recepit in Curiam. h. e. Narbonenſes, ut quidam Interpretes putant, quod hi inter barbaros majoris cultus eſſent, atque elegantiæ. *Capitol. in Maxim.* Adoleſcens, & ſemibarbarus.

Semibos, ovis, m. ἡμίβοος, dimidia ſui parte bos. *Ovid. l. 4. Triſt. eleg. 6.* Centimanumque Gygen, ſemibovemque virum.

Semicanalicŭlus, i, m. *mezzo canaletto*. *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Semicānus, a, um, adject. *mezzo canuto*. *Apul. l. 8. Metam.* Cincinnis ſemicanis, & pendulis capillatus.

Semicăper, pri, com. *mezza capra*, ἡμίτραγος, qui dimidia ſui parte caper eſt. Epitethon eſt Faunorum, & Satyrorum, qui inferiore ſui parte capris ſimiles pinguntur. *Ovid. 5. Faſt. v. 101.* Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis.

Semicinctium, ii, ἡμιζώνιον, cinctus, ſive zona minus lata. *Iſid. Orig. l. 19. c. 33.* Cinctus eſt lata zona, & minus lata ſemicinctium, & utriſque minima cingulum. Alii definiunt genus veſtis breviſſimæ, quo ventres, & velanda teguntur. *Petron. in Satyr.* Incluſus ego ſuſpendio vitam finire conſtitui, & jam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondæ me vinxeram, cervicemque nodo condebam. Eſt & apud *Martial. l. 14. epigr. 153.* in titulo ipſius epigrammatis.

Semicircŭlāris, & re, n. 3. *ſemicircolare*, ἡμικυκλικός, quod habet medii circuli formam. Apud *Colum. lib. 5. cap. 2.* quo loco poſita eſt figura ſemicirculi, leguntur hæc verba: *ſemicircularis agri forma*, quæ tamen incertum, ſitne *Columellæ*, an alterius, qui ad explicandam figuram ea addiderit.

Semicirculātus, a, um, ſemicirculi forma factus. *Celſ. l. 7. cap. 26. tit. 2.*

Ferra-

Digitized by Google

. Ferramentum fecit rectum in ſummam partem labroſum, in imam ſemicirculatum, acutumque.

Semicircŭlus, i, m. *mezzo circolo*, Ger. *halberring*, Gal. *demi cercle*, Hiſp. *medio circolo*, ἡμικύκλιος, medius circulus. *Cic.* 5. *Fin. c.* 20. Cumque non haberent ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & ſemicirculos conſectari. *Scaliq.* legit *ſeſſiunculas*. *Colum. l.* 5. *c.* 1. Si ſemicirculus fuerit ager. *Et mox.* Si autem minus, quam ſemicirculus erit.

Semiclauſus, & Semicloſus, a, um, adject. *mezzo chiuſo*. *Apul. l.* 10. *A. A.* Semiclauſo me balbutiens. *Inſcript. apud Fabret. pag.* 230. Silvane ſacra ſemicluſo fraxino.

Semicoctus, a, um, *mezzo cotto*, *guaſcotto*, ἡμίεφθος, dimidia parte coctus, ſemicrudus. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Ex tritico candidiſſima atque grandiſſima eligunt grana, & ſemicocta in ollis.

Semicombuſtus, a, um, adject. *mezzo bruciato*. *Prudent. in Rom. v.* 859. Aliquot olico ſemicombuſtas faces.

Semiconfectus, a, um, adject. *mezzo fatto*, ut ſemiconfectus ceſpes. *Sidon. l.* 6. *ep.* 10.

Semiconſpicuus, a, um, adject. qui dimidio conſpicitur. *Apul. l.* 3. *A. A. poſt init.* Nonnulli per feneſtras ſemiconſpicui.

Semicorporalis, & le, o. 3. idem ac ſemicorporeus. *Firmic. l.* 2. *c.* 10. Aries eſt ſignum in cælo maſculinum, ſemicorporale, oculis languidis, erectum.

Semicorporeus, a, um, *mezzo corporale*, dimidio corporeus. *Firmic. l.* 2. *c.* 10. Cancer ſignum eſt in cælo fœmininum, mobile, ſemicorporeum, irrationale.

Semicrematus, a, um, *mezzo abbruciato*, ἡμίφλεκτος, dimidia parte crematus. *Ovid. in Ibin. v.* 634. Membra ſetus Stygiæ ſemicremata neci.

Semicremus, a, um, adject. idem quod ſemicrematus. *Ovid.* 12. *Met. v.* 287. Semicremoque novat repetitum ſtipite vulnus.

Semicrūdus, a, um, *mezzo crudo*, ἡμίωμος, pro dimidia parte crudus. *Colum. l.* 6. *c.* 26. Lupini ſemicrudi conteruntur. *Sueton. in Aug. c.* 1. Semicruda exta. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 9. *v.* 48. Quid, ſi cum bene mane ſemicrudus Illatam tibi dixero ſalutem? ideſt, cibo pro dimidia parte digeſto.

Semicubitalis, & le, o. 3. quod dimidio cubito conſtat. *Liv. l.* 42. *c.* 65. Ut palmæ ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum.

Semideus, i, m. *ſemideo*, ἡμίθεος, medius inter naturam humanam, & divinam. V. Heros. *Ovid. in Ibin, v.* 80. Fluminaque, & Nymphæ, ſemideumque genus. ideſt Dii Indigetes. *Lucan. l.* 8. *v.* 831. Nos in templa tuam Romana accepimus Iſim, Semideoſque canes.

Semidigitalis, le, adject. qui habet magnitudinem dimidii digiti. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Terebratur foramen digitale, ſemidigitale, ſeſquidigitale.

Semidoctus, a, um, *mediocremente dotto*, ἡμιμαθής, qui eſt mediocris eruditionis. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 42. Hæc at & properans, & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro.

Semiebrius, a, um, adject. *mezzo ubbriaco*. *Petron. in Satyr.*

Semiermis, V. Semiermus.

Semifactus, a, um, ἡμίεργος, pro dimidia tantum parte factus. *Tac. l.* 15. *Ann. c.* 7. Semifacta opera fuga perrupit.

Semifaſtigium, ii, dimidium faſtigii. *Vitruv. l.* 7. *c.* 5.

Semifer, ra, rum, *mezzo beſtia*, ἡμίθηρος, quod parte dimidia fera eſt, cujuſmodi erant Centauri, qui anteriore, ſeu ſuperiore parte homines erant, poſteriore, ſeu inferiore equi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. ex Arato:* Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans corpore ſemifero magno Capricornus in orbe. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 633. *de Chirone Centauro:* Semifer interea divinæ ſtirpis alumno lætus erat. ¶ Semifer etiam dicitur, qui non omnino ferus eſt, *mezzo ſelvatico*. *Plin. l.* 8. *c.* 57. *de ſorice:* Semiferum & ipſum animal, cui vivaria in doliis idem, qui apris inſtituit.

Semiformis, & me, o. 3. *informe*, *o mezzo formato*, ἡμίμορφος, quod dimidium formam habet. *Col. l.* 8. *c.* 5. Pullique ſemiformes interimuntur. *Id. l.* 4. *c.* 25. Luna ſemiformis.

Semifultus, a, um, ἡμιστήρικτος, pro dimidia parte fultus. *Martial. l.* 5. *epigr.* 14. Subſelliique ſemifultus extremo.

Semifumans, antis, *mezzo fumante*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Qui adhuc in eo ſemifumantem præfecturæ culmen extortæ dignitatem venerabatur.

Semifunium, ii, dimidius funis. *Cat. de R. R. c.* 135.

Semigætŭlus, a, um, adject. qui ad Gætulos vel regione, vel moribus accedit. *Apul. in Apol.* Meme profeſſus ſum, ſeminumidam, & ſemigætulum.

Semigermanus, a, um, quod de Germanis participat. *Liv. l.* 21. *c.* 38. *ad fin.* Utique cum quæ ad Apenninum ferant, obſepta gentibus Semigermanis fuiſſent.

Semigræcus, a, um, ἡμιέλλην, quod de Græcis participat. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 1. Ut Semigræcis paſtoribus dicam Græce.

Semigravis, & ve, o. 3. *mezzo aſſonnato*, ἡμιβαρής, pro dimidia parte gravis. *Liv. l.* 25. *c.* 24. Quia magna pars in turribus epulati, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant.

Semigro, as, n. 1. *partirſi*, μετοικέω, ad ſeorſim habitandum me confero. *Cic. pro Cal. c.* 7. Reprehendiſtis, a patre quod ſemigraſſet.

Semihians, tis, nom. ex partic. *mezzo aperto*. *Apul. l.* 10. *A. A.* Semihiantes compreſſit labias. *Catul. carm.* 61. *Epithal. Jul. & Mani. v.* 220. Dulce rideat ad patrem ſemihiante labello.

Semihiulcus, a, um, adject. dimidio, vel aliquantum hiulcus, ſemiapertus. *Poeta quidam apud Gel. l.* 19. *cap.* 11. Dum ſemihiulca ſavio meum puellam ſavior.

Semihomo, inis, com. *mezzo uomo*, ἡμιάνθρωπος, qui dimidia parte homo eſt. *Virg.* 8. *Æn. v.* 194. Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu Semihominis Caci.

Semihora, æ, *mezza ora*, ἡμιώριον, ſpatium dimidium unius horæ. *Cic. pro Rab. perduel. reo, c.* 2. Neque ex comparato, & conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum coegiſti.

Semijejunium, ii, *mezzo digiuno*. *Tertul. adv. Pſych. c.* 13. Stationum ſemijejunia interponentes.

Semijugerum, i, ἡμιπλέθρον, medium jugerum. *Colum. l.* 4. *c.* 18. Vel in ſemijugera omnibus modis dimetitur.

Semilacer, ra, rum, *mezzo lacero*, ἡμισπάρακτος, dimidia parte lacer. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 344. Semilacerque toro tentat conſurgere.

Semilater, ris, m. *mezzo mattone*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. Una parte lateribus ordines, altera ſemilateres ponuntur.

Semilautus, a, um, adject. *mezzo lavato*. *Catul. carm.* 55. *in Cæſar.* Semilauta crura.

Semilīber, ra, rum, *mezzo libero*, ἡμιελεύθερος, media libertate fruens. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 31. Obſecro, abjiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.

Semilībra, æ, f. *mezza libra*, ſelibra. *Apul. l. de herb. c.* 99. Adipis cervini ſemilibra.

Semilixa, æ, m. ἡμιστρατιώτης, qui fere lixa eſt, *ſoldato vile*. *Liv. l.* 30. *c.* 28. Cum Statorius ſemilixa ducere exercitus ſolitus ſit. Adde *l.* 28. *c.* 28.

Semilixŭla, æ, f. genus placentæ, ſeu libi inconditæ facti. *Var. l.* 4. *de L. L.*

Semilunatĭcus, a, um, *mezzo lunatico*, qui paulo minus eſt, quam lunaticus. *Jul. Firmic. l.* 7. *c.* 3. *ad fin.* Semilunatici naſcentur.

Semimadĭdus, a, um, *mezzo bagnato*, ἡμίβρεχτος, dimidia parte madidus. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Ne lutoſus ager tractetur, neve exiguis imbribus ſemimadidus.

Semimarinus, a, um, ἡμιθάλασσος, quod & de mari, & de terra participat. *Lucret. l.* 5. *v.* 890. Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis Corporibus Scyllas.

Semimas, aris, m. 3. *caſtrato*, Ger. *verſchnitten*, Gal. *chatré*, Hiſp. *capado*, ἡμίανδρος, caſtratus, eviratus, ut ſemimares capri. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. Semimaris ovis viſcera. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 588. ¶ Dicitur & de hermaphroditis, qui utrumque ſexum participant. *Liv. l.* 31. *c.* 12. Ante omnia abominati ſemimares. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 380. Ergo ubi ſe liquidas, quo vir deſcenderat, undas Semimarem feciſſe videt.

Semimaſcŭlus, li, m. ſemimas, caſtratus. *Fulgent. l.* 3. *mythol. c.* 5. Berecynthiæ Attin caſtrando ſemimaſculum fecit.

Semimatūrus, a, um, adject. *mezzo maturo*. *Pallad. in Jun. tit.* 12. Hordeum ſemimaturum.

Semimetopiæ, arum, f. plur. dimidiæ metopæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. In extremis angulis ſemimetopia ſunt impreſſa. V. Metope.

Semimitra, æ, f. *piccola mitra*, *o cuffia*. *Ulpian. l.* 25. *ff. de aur. argen.* &c. Vittæ, mitræ, ſemimitræ.

Semimortuus, a, um, *mezzo morto*, ἡμιθανής, quod pro dimidia parte mortuum eſt. *Catul. ad Lucin. epigr.* 47. (al. 51.) At defeſſa labore membra, poſtquam ſemimortua lectulo jacebant.

Seminālis, & le, o. 3. *da ſemenza*, quod ad ſementem faciendam ſpectat. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Viciæ pabularis modios ſeptem, vel octo, viciæ ſeminalis modios quinque, vel ſex. ¶ Seminalia abſolute pro ipſa ſemente uſurpat *Tertul. l.* 1. *adv. Marcion. c.* 13.

Semiinanis, ne, adject. *mezzo voto*, dimidio inanis. *Plin. l.* 2. *c.* 18. *de Luna:* In triquetro ſeminanis ambitur orbe.

Seminarium, ii, *ſeminario*, *ſemenzaio*, φυτευτήριον, locus, in quo ſurculi arborum, aut vitium panguntur, ut ubi ad certum adoleverint magnitudinem, in alium locum transferantur. *Colum. l. de Arbor. c.* 1. Qui vineam, vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debet. *Id. l.* 5. *c.* 6. Si ulmorum ſeminarium paratum habuerit. ¶ Translate ſumitur pro quacunque origine tum in bonam partem, tum in malam. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Id autem eſt principium urbis, & quaſi ſeminarium Reipublicæ. *Id. in Piſon.* Ex illo fonte, & ſeminario triumphorum cum arida folia laurea retuliſſes. *Id.* 2 *Catil. c.* 10. Scitote, hoc in Republica ſeminarium Catilinarum fore.

Seminarius, a, um, quod ſeminat. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Belletricem illam, viris, armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam Annibalis eruditricem. Alii rectius leg. *ſeminarium*.

Seminatio, onis, *il ſeminare*, σπορά, actus ſeminandi. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 6. Ad ſeminationem onagrus idoneus, quod e fero fit manſuetus facile, &c.

Seminator, oris, *ſeminatore*, σπορεύς, qui ſeminat. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 34. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator, & altor eſt mundus. *Id. l.* 3. *c.* 26. Seminator malorum.

Seminātus, a, um, *ſeminato*, genitus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 19. Alter decumo poſt menſe naſcetur puer, quem ſeminatus.

Semĭnex, vel Seminea, cis, *mezzo morto*, ἡμίθνητος, ἡμιθανής, qui ſemimortuus eſt, qui gravi vulnere accepto morti eſt vicinus. *Liv. l.* 29. Qui circa Regem ſeminecem reſtarent, deinde pilo terræ affixum pugnabant. *Ovid.* 5. *Metam.* Atque ita ſemineces partim ferventibus artus mollit aquis, partim ſubjecto torret igni. *Sil. l.* 6. *v.* 51. Seminecum lamina. ¶ In recto caſu exempla nondum vidimus.

Seminium, ii, idem ac ſemen, vel planta, aliudve quidvis, quod de ſe aliquid poteſt producere. *Colum. l.* 2. Nonnunquam ſuperfuſa terra latentibus ſeminiis. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 6. Ego, inquit, de aſinis potiſſimum dicam, quod ſum Reatinus, ubi optimi, & maximi fiunt, e quo ſeminio ego hos procreavi pullos. ¶ Item pro ſobole, & fœtu. *Lucret. l.* 3. *v.* 743. Denique cur acris violentia triſte leonum ſeminium ſequitur?

Semĭno, as, n. 1. *ſeminare*, זרע, Germ. *ſæen*, Gall. *ſemer*, Hiſp. *ſembrar*, σπείρω, ſero, ſemen ſpargo, ſemina terræ trado, vel mando. *Colum. l.* 2. *c.* 9. Seminari debet hordeum poſt æquinoctium. *Id. l.* 2. *c.* 8. Ne ſeminarentur agri, niſi cum terra pluviis maduiſſet. ¶ Interdum ponitur pro gignere, producere. *Virg.* 6. *Æn. v.* 206. Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos. *Colum. l.* 6. *c.* 24. *de tauris:* Quoniam ſi parte dextra deſiluit, marem ſeminaſſe manifeſtum eſt, ſi læva, fœminam. ¶ Translate ſumitur pro ſpargere, divulgare. *Lactant. l.* 4. Et cultum Dei per totam terram ſeminavit.

Seminōſus, a, um, adject. ſeminibus plenus. *Auct. priapeor. carm.* 51. Seminoſæ cucurbitæ.

Seminūdus, a, um, *mezzo nudo*, ἡμίγυμνος, dimidia parte nudus. *Liv. l.* 9. Primi Conſules prope ſeminudi ſub jugum miſſi. Adde *l.* 24. *c.* 42.

Seminumida, æ, m. V. Semigætulus.

Semiobrutus, a, um, adject. *mezzo coperto*, ut docte ſemiobrutus, apud *Apul. l.* 9. *A. A.*

Semionuſtus, a, um, *mezzo carico*, dimidio onuſtus. *Siſenna apud Priſcian. ſub fin. l.* 10. Naves ſemionuſtæ.

Semiorbis, is, m. dimidius orbis, *ſemicircolo*. *Sen. l.* 1. *quæſt. natur. c.* 8. In ſemiorbe nihil prohibet aſpici totam pilam.

Semipaganus, a, um, adject. ἡμιάγροικος, fere ruſticus, ſemidoctus, rudis, ut ſunt ii, qui fere ſemper in pagis morantur. *Perſ. in prol. verſ.* 6. Ipſe ſemipaganus ad ſacra vatum carmen affero noſtrum.

Semipatens, tis, nom. ex partic. ſemiapertus, dimidio patens. *Sidon. l.* 7. *ep.* 6. Semipatentibus jacere veſtibulis.

Semipater, V. Semis.

Semipedalis, & le, o. 3. ἡμιποδιαῖος, quod medii pedis longitudinem habet. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Semipedales ramorum relinquere truncos.

Semipedaneus, a, um, adject. idem ac ſemipedalis. *Colum. l.* 4. *c.* 1. Abunde eſt, ſemipedaneam conſitis reſolutam viribus terram ſubjicere.

Semiperemptus, a, um, adject. *Tertul. in Sodom. c.* 4. Semiperempta etiam ſi qua illic jugera. h. e. ſemiambuſta.

Semiperfectus, a, um, dimidia parte perfectus. *Sueton. in Calig. c.* 21. Opera ſub Tiberio ſemiperfecta abſolvit.

Semipes, edis, m. *mezzo piede*, ἡμιπόδιον, menſura dimidii pedis, hoc eſt octo digitorum. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Deinde rubeſcit, addito ſemipede. *Vitruv. l.* 5. *c.* 5. Aperturæ altæ ſemipedem.

Semiphalarica, æ, f. telum phalarica minus, cubitale, quod manu jaculabantur. *Gel. l.* 10. *c.* 25.

Semipiſcina, æ, dimidium piſcinæ, parva piſcina. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 13. Lacus, qui intra ſtylobatam cum venit, fit ſemipiſcina.

Semiplacentinus, a, um, ἡμιπλακεντῖνος, aliqua ratione Placentinus. *Cic. in Piſon. c.* 6. Calatinus, credo, aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſonius Semiplacentinus Calventius.

Semiplene, adv. *dimezzatamente*. *Sidon. l.* 4. *ep.* 12. Præterita infructuoſe, præſentia ſemiplene dicuntur.

Semi-

Semiplēnus, a, um, *mezzo pieno*, ἡμιπλεως, plenus pro dimidia parte. *Liv. l.* 23. *c.* 30. Qui improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ, &c. *Cic.* 7. *Verr. c.* 25. Semiplenæ naves. *Velle. l.* 2. *c.* 80. Duodecim ſemiplenæ legiones.

Semiplotia, orum, n. 2. ἡμιβλαύτια, ſoleæ dimidiatæ, quibus in venando utebantur, ut planius pedem ponerent. *Feſt.* Ploti appellati ſunt Umbri, pedibus planis quod eſſent. Unde ſoleas dimidiatas, quibus utuntur in venando, quo planius pedes ponerent, vocant ſemiplotia.

Semipuella, æ, f. *mezzo fanciulla*. *Auſon. in Gripho*, v. 21. Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.

Semipullātus, a, um, adject. ſemiatratus, dimidia parte pulla veſte indutus, *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Accuſatores ſemipullati.

Semiputātus, a, um, *mezzo tagliato*, ἡμικλάδευτος, dimidia ex parte putatus, ſive cæſus. *Virg.* 2. *Ecl.* Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.

Semirămis, is, vel idis, fem. Regina Aſſyriorum, Nini uxor, mulierum omnium, quarum ex hiſtoriæ ad nos perlata notitia eſt, longe celeberrima, quam etiam Cyro præcipue Alexander admiratus fertur, quod in illa & magnitudo animi, & rerum geſtarum claritas plurima emicuiſſet. Lingua Syriaca avem ſignificat. Namque ab avibus adhuc infans nutrita dicitur. Cum Ninus deceſſiſſet, relicto impubere adhuc filio Ninya, Semiramis nec immaturo auſa tradere imperium, nec ipſa palam tractare, tot, ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum fœminæ parituris, ſimulavit ſe pro Nini uxore filium, pro fœmina puerum. Nam & ſtatura utrique mediocris, & vox pariter gracilis erat, & lineamentorum qualitas matri, ac filio ſimilis. Igitur brachia, ac crura velamentis, caput tiara texit. Et ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum veſtiri juſſit: quem morem veſtis exinde gens univerſa tenet. Sic primis initiis ſexum mentita puer eſſe credita eſt. Magnas deinde res geſſit: quarum amplitudine, ubi invidiam ſuperatam putavit, quæ eſſet, faſſa eſt, quemve ſimulaſſet. Nec hoc illi dignitatem Regni ademit, ſed admirationem auxit, quod mulier non fœminas modo virtute, ſed etiam viros anteiret. Hæc Babylonem condidit, muruinque urbi cocto latere circumdedit, arenæ vice bitumine interſtrato: quæ materia in illis locis paſſim e terra exæſtuat. Multa & alia præclara hujus Reginæ fuere. Siquidem non contenta acquiſitos a viro Regni terminos tueri, Æthiopiam quoque imperio adjecit. Sed & Indiæ bellum intulit: quo, præter illam, & Bacchum, ſive Liberum Patrem, & Alexandrum Magnum, nemo intravit. ¶ Verum eadem tam portentoſæ libidinis fuiſſe creditur, ut & equum uſque ad coitum adamarit, & filii concubitum expetierit. Cum igitur a filio concubitum petiſſet, ab eodem interfecta eſt. Duos & quadraginta annos poſt Ninum Regno potita eſt. *Juſtin. l.* 36. *c.* 2. Aſſyriis regibus genus ex Regina Semiramı fuit. *Id. l.* 1. *c.* 1. Relicto impubere filio, & uxore Semiramide.

Semiramīus, a, um, adject. ad Semiramidem pertinens, ut Semiramiæ turres, h. e. Babylonicæ. *Claudian. de conſul. Prob. & Olybr.* v. 160. Semiramium genus. *Ovid.* 3. *Metam.*

Semirāſus, a, um, adject. *mezzo raſo*, ſemitonſus. *Catull. carm.* 55. (*al.* 59.) *de Ruſo*: Ab ſemiraſo tunderetur uſtore.

Semireductus, a, um, ἡμιαναχθεὶς, ſemicontractus, partic. a *ſemis*, & *reducor*. *Ovid. l.* 2. *de Arte am.* v. 614. Protegitur læva ſemireducta manu.

Semirefectus, a, um, *mezzo rifatto*, ἡμιεπισκευαστος, dimidia parte refectus. *Ovid. ep.* 7. v. 176. Laniataque claſſis Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.

Semirōſus, a, um, adjectiv. *mezzo roſicato*, ut ſemiroſus panis apud *Arnob. lib.* 6.

Semirŭtus, a, um, *mezzo rovinato*, ἡμίθραυστος, ſemidirutus. *Liv. l.* 32. *c.* 17. Purgato loco, qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat. *Flor. l.* 2. *c.* 15. Plus negotii fuit cum ſemiruta Carthagine, quam integra. *Stat. l.* 5. *Silv.* 3. v. 104. Exere ſemirutos ſubito de pulvere vultus, Parthenope.

Semirus, m. 2. *Simari*, fl. Magnæ Græciæ, cum opp. cogn. quod alluit. *Plin. l.* 3. *c.* 10.

Semis, nomen indeclin. *mezzo*, *la metà*, ἥμισυς, dimidius. Eſt ab ἥμισυ. *Feſt.* Semis, ſemodius, ſemuncia, qua ratione ex Græco trahuntur alia, quæ *ſ* literam pro aſpiratione eorum habent, ut ἑπτὰ, ſeptem, ὕλη, ſylva, ſic ita ab eo, quod illi ἥμισυ dicunt, declinata videntur. Hæc *Feſt.* Alii deducunt a *ſemis*, & *as*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. Septem craſſitudinis diametros in altitudinem columnæ Doricæ, Joniceæ octo ſemis conſtituerunt. ¶ In compoſitione abjicit *s*, ut *ſemidoctus*, *ſemiplenus*, *ſemiſomnis*.

Semisĕnex, is, m. *mezzo vecchio*, ἡμιγέρων, qui pro dimidia ætate ſenex eſt. *Plaut. Mil.* 3. 1. 34. O lepidum ſemiſenem! Alii leg. *ſenem*.

Semisepultus, a, um, ἡμίθαπτος, dimidia parte ſepultus. *Ovid.* 1. *ep.* v. 55. Semiſepulta virum curvis feriuntur aratris Oſſa.

Semisiccus, a, um, adject. *mezzo ſecco*, *ſecchereccio*. *Pallad. Febrıa. tit.* 24. Vellendi ſunt thalli adhuc ſemiſicci.

Semisicilīcus, i, m. dimidium ſicilici. Ex *Pallad.* affert Danetius in Lex.

Semisomnis, e, & Semiſomnus, a, um, adject. *mezzo addormentata*, ἡμίυπνος, fere adhuc dormiens, non ſatis experrectus. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 1. Cum illi interea ſpectarent communes mimos ſemiſomni. *Id. Verr.* 7. *c.* 36. Cum is etiam tum ſemiſomnus ſtuperet. *Liv. l.* 30. *c.* 5. Multos ſemiſomnos hauſit flamma. *Plaut. Curc.* 1. 2. 22. Siccæ, ſemiſomnæ.

Semisŏnans, tis, nom. ex particip. ut ſemiſonantes literæ, *ſemivocali*, apud *Apulej. de Mundo*.

Semisopītus, a, um, *mezzo addormentato*, ἡμικοίμητος, ſemiſomnis. *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 14. Purpureo jacui ſemiſopita toro. *Id. Heroid. ep.* 10. v. 10. movi Theſea prenſuras ſemiſopita manus. Heinſius utroque loco legit *ſemiſupina*, quæ prima in *ſopio* longa eſt, hic autem contra leges metri producitur. *Liv. l.* 23. *c.* 39. Pars ſemiſopitos hoſtes cædunt. Gronovius ex MSS. legit *ſemiſomnos*.

Semisopōrus, a, um, adject. ſemiſomnus. *Sidon. carm.* 15. v. 60. Semiſopora levi ſcalpebat lumina penna.

Semissālis, le, adject. ſemiſſe conſtans, ut uſuræ ſemiſſales, apud *Modeſtin. l.* 30. *Dig. tit.* 1. *l.* 10. *ſei per cento*.

Semissarius, a, um, adject. ſemiſſalis. Hæres ſemiſſarius dicitur, qui dimidiam hæreditatem conſequitur. *leg.* 116. (*al.* 113.) *l.* 30. *Dig. de legat. l.* 1.

Semissis, is, *mezza libbra*, Germ. *das halbe theil*, Gall. *la moitie de quelque choſe*, Hiſpan. *la mitad de la libra*, dimidia pars aſſis, ideſt ſex unciæ, quaſi *ſemiaſſis* per Syncopen. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 31. De Tulliano ſemiſſe M. Axinium adhibebis, ut ſcribis. ¶ Refertur quoque ad monetam, quemadmodum triens, & quadrans. *Cic. pro Sext.* Ut remiſſis ſemiſſibus, & trientibus, quinta prope pars vectigalium tolleretur. ¶ Item ad menſuram, quemadmodum & *as*. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Juſtum eſt profundi agri ſemiſſem, iterari aſſem. ¶ Semiſſis uſura dicitur quoties de centum nummis ſenos nummos uſuræ nomine quotannis percipimus. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Ex his tamen uſuræ multiplicatæ ſemiſſibus. ¶ Semiſſis homo, dicitur homo vilis, & quaſi ſemihomo, vel quaſi nullius pretii, & vix ſemiſſe æſtimandus. *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 10. Simius, non ſemiſſis homo, contra me arma tulit.

Semisupīnus, a, um, ἡμιύπτιος, media parte ſupinus. *Ovid. l.* 3. *de Arte* v. 788. Cum jacet in dextrum ſemiſupina latus. *Martial. l.* 6. *epigr.* 35. Vitreiſque tepentem Ampullis potas ſemiſupinus aquam.

Semĭta, æ, f. *ſentiero*, נתיב, Germ. *fuſſweg*, Gall. *ſentier*, Hiſp. *ſenda*, ἀτραπὸς, τρίβος, via anguſtior, via arcta, dimidia via, quaſi ſemiiter, ut ait *Varr. lib.* 4. *de L. L.* Differt a via, quia eſt anguſtior, quam via. *Plaut. Cur.* 2. 3. Quin cadat, quin capite ſiſtat in via, de ſemita. *Id. Caſ.* 3. 5. 40. De via in ſemitam regredere. *Virg.* 9. *Æn. verſ.* 383. Rara per occultos ducebat ſemita calles. *Martial. l.* 7. *ep.* 60. Juſſiſti tenues, Germanice, creſcere vicos; Et modo quæ fuerat ſemita, facta via eſt. ¶ Interdum tamen ſemita reperitur pro via. *Cic.* 4. *Verr.* Hanc pecuniam, quæ via modo viſa eſt exire ab iſto, eadem ſemita revertiſſe. ¶ Tranſlate uſurpatur pro regula, vel ratione vivendi. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. Et fallentis ſemita vitæ.

Semitālis, & le, o. 3. quod ad ſemitas pertinet. Semitales Dii, vel Manes, erant Lares publici, hoc eſt ii, qui urbis erant cuſtodes, qui etiam dicebantur *Dii Præſtites*, *Compitales*, *Viales*, quia in compitis, ſemitis, vel publicis ſtatuebantur. *Auctor Priap. De Sabino*: Neque ulla Semitalibus Diis ſibi eſſe facta.

Semitarius, a, um, qui ſemitas percurrit, *Catull. ad Contubernales, carm.* 35. Omnes puſilli, & ſemitarii mœchi. Semitarios mœchos vocat, qui vulgaria ſcorta, & in ſemitis proſtituta ſectantur.

Semitātim, adv. per ſemitas. *Titin. apud Chariſ. l.* 2. Semitatim fugi, atque effugi.

Semitātus, a, um, adject. ſemitis diviſus. *Martial. l.* 6. *ep.* 74. Calvam trifilem ſemitatus unguento. h. e. quaſi ſulcis unguento pictis in calva. Alii leg. *ſegmentatus*.

Semitectus, a, um, adject. *mezzo coperto*. *Apul. l.* 4. *A. A.* Capuli ſemitecti. Adde *Arnob. l.* 6.

Semĭto, as, a. 1. ſemitis diſtinguo, ut *limito* eſt limites conſtituo. *Plin. l.* 17. *cap.* 22. Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt ut quinto quoque palo ſinguli jugo paginæ includantur. Hæc *Plin.*

Semitonium, ii, ἡμιτόνιον, *mezzo tuono di voce*. *Macrob. lib.* 2. *in Somn. Scip. c.* 1. Sonum tono minorem veteres ſemitonium vocitare voluerunt.

Semitractātus, a, um, nom. ex partic. *trattato per la metà*, *o imperfettamente*, ut ſemitractata materia. *Tert. de fuga in perſecut. c.* 1.

Semitrepĭdus, a, um, adject. *mezzo tremente*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Semitrepidus juxta mucrones Martios conſtitutos.

Semitrītus, a, um, ἡμίτριπτος, dimidia parte tritus. *Col. l.* 2. *c.* 4. Quo colloata ſemitrita frumenta proteguntur.

Semiviĭtus, a, um, mollis, flacculus, fere conſumptus. *Col. lib.* 12. *c.* 16. Alii ſolis virgineis, nonnulli plantaginis ſemivietas uvas contegunt.

Semĭvir, viri, m. *mezzo uomo*, Ger. *halber mann*, Gal. *demi homme*, Hiſp. *medio hombre*, ἡμίανδρος, non perfecte vir, eunuchus. *Ovid.* 4. *Met.* Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde ſemivir. *Plin. l.* 11. *c.* 49. Teſtes homini tantum injuria, aut ſponte naturæ franguntur, idque tertium ab hermaphroditis, & ſpadonibus ſemiviri genus habent. ¶ Ponitur etiam pro eo quod medie parte vir, media beſtia eſt. *Ovid.* 9. *ep.* Semivir occubuit vi, Lernæoque veneno Neſſus, & infecit ſanguis equinus aquas. ¶ Tranſlata ſumitur pro effœminato, molli. *Virg.* 4. *Æn. v.* 215. Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu. *Liv. l.* 33. *c.* 28. Qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiviros credebant.

Semivīvus, a, um, *ſemivivo*, *mezzo morto*, ἡμίζωος, ſemimortuus. *Cic.* 3. *Verr. c.* 17. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, P. R. ſocium, atque amicum, fame excruciatum, ſemivivum reliquit. ¶ Tranſlate ſumitur pro debili, & exigui vigoris. *Cic. pro Sext. c.* 59. Et cum erat reclamatum ſemivivis mercenariorum vocibus.

Semivocālis, & le, o. 3. ἡμίφωνος, quod proxime ad vocem accedit. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 17. Inſtrumenti genus vocale ſervi, ſemivocale boves, mutum plauſtra. ¶ A Grammaticis ſemivocales literæ dicuntur, quæ quaſi dimidium vocalium ſonum habent. *Priſcian. l.* 1. *Quintil. l.* 1. *c.* 4.

Semivolŭcris, is, f. quæ dimidia parte volucris eſt. *Symmachus l.* 1. *ep.* 47. Triclinium ſemivolucrum puellarum, h. e. Sirenum.

Semiuſtulandus, a, um, ἡμίκαυστος, particip. paſſ. temporis futuri, vel ger. a *ſemis*, & *uro*. *Suet. in Tib. c.* 75. Atellam potius deferendum, & in Amphitheatro ſemiuſtulandum.

Semiuſtulatus, a, um, idem quod ſemiuſtus. *Cicer. pro Mil. cap.* 13. Tu P. Clodii cruentum cadaver ejeciſti domo, tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Semiuſtus, a, um, *mezzo abbruciato*, Ger. *halb verbrent*, Gal. *a demi brulé*, Hiſpan. *medio quemado*, ἡμίφλεκτος, ἡμίκαυτος, dimidia parte uſtus. *Cic. in Phil.* 2. Ipſæ faces, quibus ſemiuſtum latus illud eſt. *Virgil. Æneid.* 3. Semiuſtum fulmine corpus. Alii leg. *ſemuſtum*. ¶ Tranſlata *Liv. lib.* 22. *cap.* 40. Se populare incendium priore Conſulatu ſemiuſtum effugiſſe.

Semizonarius, ii, m. qui ſemicinctia facit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 40. Strophiarii aſtant, ſemizonarii.

Semnion, ii, σέμνιον, herba pavonis picturis ſimilis, odore eximio, ſic dicta a majeſtate, & pulchritudine. *Plin. l.* 24. *c.* 17.

Semnōnes, V. Senones.

Semo, ōnis, m. Semōnes erant Dii ex illorum numero, qui minorum gentium dicuntur, hoc eſt ex hominibus in Deos relati, quaſi *ſemihomines*, ſeu *ſemihomones* (*homonem* pro hominem dixit *Enn.* apud *Priſcian. lib.* 6.) *Fulgentius de vocib. antiq.* Semones dici voluerunt deos, quos cœlo nec dignos adſcriberent, propter meriti paupertatem, ſicut Priapus, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent, per gratiæ venerationem. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 213. Quærebam, nonas Sanco, Fidione referrem, An tibi Semo pater: tunc mihi Sancus ait: Cuicunque ex iſtis dederis, ego munus habebo: Nomina trina fero, &c. Quidam minus recte leg. *An tibi ſemipater*, &c. *Liv. l.* 8. *c.* 20. Bona (Vitruvii damnati) Semoni Sanco cenſuerunt conſecranda. V. *Sangus*.

Semodiālis, le, adject. ſemodio conſtans, ut ſemodialis placenta. *Cato R. R. cap.* 76.

Semodius, ii, maſc. *mezzo moggio*, Germ. *halb maſſ*, Gall. *demi boiſſeau*, Hiſp. *medio celemin*, ἡμιμέδιμνος, dimidius modius, a *ſemis*, & *modius*, quaſi ſemimodius. *Col. l.* 2. *c.* 11. Quod eadem quatuor modiis, nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus, ac ſemodio jugerum occupat. *Juven. ſat.* 14. v. 66. Et tamen uno ſemodio ſcobis hæc emundat ſervulus unus.

Semōte, adverb. *ſeparatamente*, ut ſemote aliquid terere. *Plin. Valerian. l.* 3. *c.* 4. Adde *Marcell. Empir. c.* 20. *poſt med.* & *Diomed. Grammat. l.* 1.

Semōtus, a, um, nom. ex particip. ἀποκεχωρισμένος, ſegregatus, ſeparatus, remotus. *Lucret. l.* 1. *v.* 46. a curis ſemotus. *Id. l.* 2. *v.* 19. cura ſemotu' metuque. *Lactant. lib.* 5. *cap.* 15. Nihil a ſapientis ratione ſemotum. *Auctor Dialogi de Orat. c.* 2. Arcana ſemoti dictionis. h. e. a vulgari uſu remota.

Semovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *rimuovere*, *levar via*, הסיר, Ger. *beyruken*, Gal. *oter a part*, Hiſp. *apartar*, *quitar*, ἀποκινέω, ſeorſum moveo, ſeparo, ſejungo. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 12. Itaque qui antea voce præconis a libe-

ris

ris ſemovebantur, tuis ludit, non voce, ſed manu liberos a ſe ſegregabant. *Id. 2. Acad. c. 9.* Nam Strato ejus auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab diſciplina omnino ſemovendus eſt. *Id. 3. de Or. c. 5.* Neque res lumen habere poſſunt, ſi verba ſemoveris.

Semper, *adv. ſempre*, תמיד, Germ. *allzeit*, Gall. *toujours*, Hiſp. *ſiempre*, ἀεὶ, omni tempore. Nugantur hic Etymologi, dum originem acutius indagant. *Cic. 2. Tuſc. c. 23.* Quod ſemper movetur, id ſempiternum eſt.

Semperflorium, i, herba, eadem quæ ſempervivum. *Apul. de herb. c. 123.*

Semperlenitas, atis, continuata lenitas. Putat *Donatus*, unam dictionem eſſe. Sed in vera duæ ſunt inter ſe diſtinctæ, ut *ſemper fervens*, *ſemper florens*. *Ter. Andr. c. 2. 4.* Et hera ſemper lenitas, verebar, quorſum evaderet.

Sempervıva herba, eadem quæ ſempervivum. *Apul. de herb. c. 123.* Herbæ ſempervivæ folia potui dentur. *Pallad. l. 1. tit. 35.* Contra erucas, ſemina, quæ ſpargenda ſunt, ſempervivæ ſucco madefiant.

Sempervivum, i, *ſempreviva*, ἀείζωον, herbæ genus, ita dictum a perpetua viriditate, quod & aizoon Græca voce appellat *Plin. l. 25. c. ult.* ejuſque duo genera enumerat, majus, & minuſculum, additque, majus ab Italis vocari etiam ſedum magnum, minuſculum ab aliquibus ſempervivum: quamquam utrumque genus uno etiam ſempervivi nomine appellatur. *Apul. de herb. c. 123.*

Sempiterne, *adv. perpetuamente*, ſemper, apud veteres. *Pacuvius apud Non. c. 2. n. 778.* Populoque ut ſempiterne ſoſpitent.

Sempiternitas, atis, *perpetuità*. *Apul. in Triſmegiſt.* Mundus ſtabili ſempiternitate circumvallatus.

Sempiterno, adv. ſemper. *Solin. c. 48.* Tenacibus foliis ſempiterno inumbrantur. Adde *Caton.* apud *Chariſ. l. c.*

Sempiternum, adverb. *in ſempiterno*, ſempiterne. *Plaut. Aulul. c. 2. 26.* Quod tibi ſempiternam ſalutem ſic.

Sempiternus, a, um, *ſempiterno*, *eterno*, תמידי, Germ. *ewig*, Gal. *eternel*, Hiſp. *eterno*, ἀΐδιος, αἰώνιος, perpetuus, ſemper durans, a *ſemper*, & *æternus*. *Cic. l. 5. Fam. ep. 12.* Ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim. *Id. 1. Tuſc. c. 23.* Quod ſemper movetur, id ſempiternum eſt. *Id. 4. Catil. c. 9.* Ignis Veſtæ perpetuus, & ſempiternus.

Sempronianus, a, um, adject. ad Sempronium pertinens, ut Sempronianum ſenatuſconſultum. *Cic. 12. Fam. ep. 29.*

Sempronius, ii, nomen Romanum. *Cic. 1. de Orat. c. 9.* T. & C. Sempronii eloquentiſſimi.

Sempronius, a, um, adjectiv. ad Sempronium pertinens, ut Semproniæ leges. *Cic. Phil. 5. c. 63. & Phil. 1. c. 7.* ¶ Semproniæ leges latæ a T. & C. Sempronio Graccho trib. pl. plures fuerunt: Agraria, ne quis ex publico agro plus quingenta jugera poſſideret: judiciaria, lata A. U. DCXXX. ut judicia, quæ ſemper antea penes ordinem ſenatorium fuiſſent, ad Equites transferrentur: Militaris, ne minor annis 17. ad militiam cogeretur: De ſuffragiis, ut Sociis Latinis jus ſuffragii perinde ac civibus R. eſſet: & aliæ, quas V. apud *Hotomann. in Lex.* ¶ Sempronia horrea locus erat, in quo lege Gracchi fuerunt horrea, ad cuſtodiam frumenti publici. *Feſtus.*

Semuncia, æ, f. *mezza oncia*, ἡμιούγκιον, dimidia uncia. *Cic. pro Cæc.* Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinam. *Liv. l. 34.* Neque mulier plus ſemunciæ auri haberet. *Perſ. ſat. 5. verſ. 121.* Hæreat in ſtultis brevis, ut ſemuncia recti.

Semuncialis, & le, o. 3. ἡμιουγκιαῖος, quod menſuram, pondus, vel valorem ſemunciæ exæquat, ut ſemunciales aſſes, apud *Plin. l. 33. c. 3.*

Semunciarius, a, um, ἡμιουγκιαῖος, idem ac ſemuncialis. *Liv. l. 7. c. 27.* Semunciarium tantum ex unciario fœnus factum: *pro di mezzo per cento*. V. *Unciarius.*

Semurius, a, um, adject. ad Semurium pertinens. *Martial. l. 9. ep. 43.* Campis dives Apollo Semuriis. V. dicta in *Campo*.

Semurium, n. 2. campus vicinus Romæ, in quo erat templum Apollinis. *Cic. in Anton. l. 6. c. 5. & Macrob. l. 1. Saturn. c. 10.*

Semuſtus, a, um, idem ac ſemuſtus. V. *Semiuſtus.*

Sena, æ, & in plur. Senæ, arum, fem. oppidum Piceni, ſeu Umbriæ, in litore Adriatici maris, non longe a Metauro fl. a Gallis Senonibus condita, ut ex *Polybio* conſtat *l. 2.* Hinc *Sil. l. 8. v. 454.* Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena. *Id. l. 15. v. 551.* qua Sena relictum Gallorum a populis ſervat per ſæcula nomen. *Plin. l. 3. c. 14.* Senogalliam vocat, Itali nunc *Sinigaglia*. ¶ Item oppidum Hetruriæ, inter Romam 107. & Florentiam 32. M. P. *Siena*. Hanc *Plin. l. 3. c. 5.* Senenſem coloniam appellat.

Senaculum, i, *palazzo de conſiglio*, ועד, Ger. *rathauſſ*, Gal. *ſenat*, Hiſp. *ſenado*, *conſejo*, βουλευτήριον, locus, ubi Senatores conveniebant, ſeu ubi conſultandi gratia conſiſtebant, quemadmodum locus, ubi cœnarent, cœnaculum vocabatur. *Feſt.* ¶ Sed temporis progreſſu ſenaculum aliud fuit. Senaculum, inquam, non erat locus, in quo Senatores de rebus publicis deliberarent, nam hic Senatus, vel Curia dicebatur, ſed locus, in quo conſultabant, antequam in Curiam vocarentur. Perſpicue hoc cernitur in verbis *Valerii Maximi lib. 2. cap. 2. num. 6.* Sed ut a luxu perditis moribus ad ſeveriſſima majorum inſtituta tranſgrediar, antea Senatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodie quoque Senaculum appellatur, nec expectabat, ut edicto contraheretur, ſed inde citatus protinus in Curiam veniebat, ambiguæ laudis civem exiſtimans, qui debitis Reipubl. officiis non ſua ſponte, ſed juſſus fungeretur, quum quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præſtanti acceptum refertur. Hæc *Valer. Max.* ¶ Sed tamen Senaculum, & Curia promiſcue a Grammaticis accipiuntur. In hac acceptione tria Senacula Romæ fuerunt, quæ a *Feſto* his verbis numerantur: Senacula tria fuiſſe Romæ, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, memoriæ prodidit Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur, De Senatu habendo: unum, ubi nunc eſt ædis Concordiæ, Capitolium, & Forum, in quo ſolebant Magiſtratus cum ſenioribus deliberare, alterum ad portam Capenam, tertium circa ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum Legatis, quos in urbem admittere nolebant, Senatus dabatur. ¶ Etiam Heliogabalus fecit mulieribus Senaculum, ubi ſolemnibus ſaltem diebus conventus fieret matronalis, ut in ejus vita prodit *Lampridius c. 4.*

Senariolus, a, um, dim. a *ſenarius*, ut Verſus ſenarioli. *Cicer. 5. Tuſc. c. 23.* Tenebam etiam quoſdam ſenariolos, quos in ejus monumento eſſe inſcriptos acceperam.

Senarius, a, um, *ſenario*, ἑξαμερής, quod conſtat ſex rebus, ut Verſus ſenarii, qui conſtant ſex pedibus. *Cic. in Orat. c. 55.* Comicorum ſenarii propter ſimilitudinem ſermonis ſæpe abjecti ſunt.

Senator, oris, maſc. *Senatore*, βουλευτής. Senatores erant viri primi, & ſupremi Ordinis, qui Rempublicam prudentia, & auctoritate una cum Regibus, vel Magiſtratibus, vel Imperatoribus, ſuam in rebus gravioribus ſententiam dicendo, gubernabant. Dicti ſunt a *Senatus*, quæ vox eſt a *ſenex*, quia ſenatus a ſenioribus conſtabat. *Ulp. l. nuptæ, 12. ff. de Senatoribus.* Senatores autem accipiendum eſt eos, qui a Patriciis, & Conſulibus uſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt, quia hi ſoli in Senatu ſententiam dicere poſſunt. *Feſt.* Senatores a ſenectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum, quorum conſilio Rempublicam adminiſtraret. Itaque etiam Patres appellati ſunt, & nunc, cum Senatores adeſſe jubentur, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet, quia ii, qui poſt luſtrum conditum ex junioribus Magiſtratum ceperunt, & in Senatu ſententiam dicunt, & non vocantur Senatores ante, quam in ſenioribus ſunt cenſi. *Cic. 3. de Leg. c. 18.* Eſt enim ipſe Senator is, cujus non ad auctorem referatur animus, ſed qui per ſe ipſe ſpectari velit. Huic juſſa tria ſunt, ut adſit, nam gravitatem res habet, cum frequens ordo eſt: ut loco dicat, ideſt rogatus: ut modo, ne ſit infinitus. Nam brevitas non modo Senatoris, ſed etiam Oratoris magna laus eſt in ſententia. ¶ *Senator* in fœminino genere. V. *Balneator.*

Senatorius, a, um, *Senatorio*, βουλευτικός, quod eſt Senatoris, vel ad Senatum ſpectat. *Cic. 3. Verr.* Socius, leges, Rempublicam Senatorio conſilio maxime poſſe defendi. *Id. pro Flac.* Lyſanias adeptus eſt Ordinem Senatorium. *Tacit. l. 13. Ann. c. 28.* Senatoria ætas. *Sueton. in Claud. c. 24.* Senatoria dignitas.

Senatus, us, m. *Senato*, βουλή, γερουσία, multitudo virorum, qui ſunt Ordinis Senatorii; Summus ac princeps in Rep. ordo. Inde autem nomen accepit, ut bene ait *Feſtus*, quia a ſenioribus conſtabat, haud aliter, ac Lacedæmone, quod ex γέροντες conſtabat, γερουσία vocabatur. *Cic. de Sen. c. 6.* Conſilium, & ratio, & ſententia, niſi eſſet in ſenibus, non ſummum Conſilium majores noſtri Senatum appellaſſent. Apud Lacedæmonios quidem ii, qui ampliſſimum Magiſtratum gerunt, ut ſunt, ſic etiam appellantur ſenes. *Ovid. 5. Faſt.* Nomen & ætatis mite Senatus habet. ¶ Notat etiam dignitatem Ordinis Senatorii, quam aliquis impetrabat a Regibus, a Conſulibus, a Cenſoribus, ab Imperatoribus. *Cicer. l. 13. Fam.* Hoc autem tempore cum Cæſar in Senatum legit. h. e. ei contulit dignitatem Senatoriam. ¶ Item notat locum, in quem Senatores congregabantur, ut ſententiam de Republica dicerent, qui etiam Curia dicebatur. *Cic. l. 4. Fam. ep. 1.* Te fruſtra in Senatum, ſive potius in conventum Senatorum eſſe venturum. ¶ Item ipſum conſeſſum, ſeu ſedilia Senatorum. *Sueton. in Ner. c. 20.* In orcheſtram ſenatumque deſcendit. ¶ Dicitur etiam *Senatus*, si, 2. declin. *Cic. Divin. in Verr. c. 3.* Quod in unaquaque re beneficio ſenati, populique R. juris haberi. *Id. ad Brut. ep. 2.* Neque ſenatum, neque ſenati ducem. *Salluſt. in Catil. c. 30.* Senati decretum. ¶ *Senatum eſſe*, & *Senatum haberi*, eſt Senatores convocari ad quippiam deliberandum. *Cic. 2. Fam. ep. 4.* Senatus haberi ante Cal. Febr. non poteſt. *Id. ib. ep. 2.* Eo die ſenatus erat futurus. ¶ Senatum mittere, dimittere, *licenziare i Senatori*, *ſciorre il congreſſo*. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 1. & de amic. c. 3.* ¶ Senatum vocare, convocare, cogere, edicere, *far conſiglio*, *radunar i Senatori*. *Cic. 5. Fam. ep. 2. & l. 10. ep. 12. & 18.* Sic *Sueton. in Caſ. c. 80.* Senatum edicere in Curiam Pompeji. ¶ Similiter Senatum habere dicebantur ii Magiſtratus, qui jus habebant Senatum convocandi. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 4.* Cum pomœrium poſtea intraſſet habendi ſenatus cauſa. ¶ In ſenatum venire, interdum ſignificat ſenatorem fieri. *Cic. pro Flacc. c. 18.* Uſque ad illam ætatem in ſenatum venire non potuit. ¶ Dari ſenatus dicitur, cum legati in ſenatum admittuntur, & audiuntur. *Nepos in Annib. c. 7.* Priuſquam his (Legatis Rom.) ſenatus daretur, navem conſcendit. ¶ Senatu movere aliquem, eſt e ſenatu ejicere. *Cic. pro Cluent. c. 43.* Ut alter de ſenatu moveri velit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet.

Senatus auctoritas V. in ſeq. dictione.

Senatuſconſultum, i, *decreto del Senato*, δόγμα, Senatus ſententia, ſive id, quod Senatores decreverunt. *Cic. 1. Catil.* Habemus enim Senatuſconſultum in te, Catilina, vehemens, & grave. *Id. ad Q. Fr.* Ad 4. Idus Majas Senatuſconſultum factum eſt de ambitu in Afranii ſententiam. ¶ Etiam ſenatus auctoritas, decretum Senatus erat, cum hoc tamen diſcrimine, quod cum ſenatus legitimus, id eſt quo loco, quo die, quo numero, a quo Magiſtratu oporteret, habitus, aliquid vel de publica, vel de privata re decreverat, tum, ſi ex collegio Tribunorum Pl. nemo intercedebat, rata Senatus voluntas erat, & Senatuſconſultum dicebatur, eoque nomine inſcriptum publicis tabulis conſignabatur. Sin autem vel Senatus non legitimus aliquid decreverat, vel Tribunus Pleb. interceſſerat, infirmum, ac prorſus irritum decretum illud erat, nec Senatuſconſultum, ſed *Senatus auctoritas* vocabatur, propterea quod auctoritatem quandam publicis tabulis teſtata Senatus voluntas habere videbatur. *Livius l. 4. c. 57.* Si quis intercedat ſenatuſconſulto, auctoritate ſe fore contentum. *Cic. 1. Fam. ep. 7.* S. C. nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta ſit, eaque, quæ de ea ſcripta eſt, auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, tantam vim habet, ut &c. *Cœlius Ciceroni ep. 8. l. 8. Fam. referens verba cujuſdam Senatuſconſulti.* Si quis huic S. C. interceſſerit, Senatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad Senatum, Populumque referri. ¶ Interdum tamen ſenatus auctoritas pro S. C. accipitur. *Cic. pro Domo ſua c. 37.* Ex ſenatus auctoritate & Senatum, & omnes bonos mutata veſte vidi. Ex ejus autem orat. *pro Sext. c. 11. & 12. & pro Planc. c. 35.* aperte colligitur, de ea re Senatuſconſultum factum fuiſſe. *Id. 2. de legib. 15.* Senatus auctoritas de Bacchanalibus. Ex *Livio* autem conſtat *l. 39. c. 18. & 19.* ſenatus illud conſultum fuiſſe.

Seneca, m. 1. nomen duorum excellentium virorum. L. Annæus Seneca filius M. Annæi Senecæ viri Cordubenſis, Equeſtris Ordinis, eruditiſſimi, ex Elbia Albina, frater Junii Annæi Gallionis, & L. Annæi Melæ patris Lucani, Philoſophus Stoicus, præceptor Neronis Imp. a quo divitiis ingentibus auctus, cum in Piſonianæ conjurationis ſuſpicionem veniſſet, juſſus mortem ſibi eligere, ſibi venas incidit, & interiit. Plura egregie ſcripſit, quæ adhuc extant. *Plin. l. 14. c. 4.* eum vocat principem eruditionis. De ejus eloquentia judicium habes apud *Quintilian. lib. 10. cap. 1. & Gell. l. 12. cap. 2.* ¶ Senecam dictum, quod canus natus ſit, ſcribit *Caſſiodorus*. ¶ Libri Declamationum, qui una cum hujus Senecæ ſcriptis edi ſolent, ad ejus patrem, quem diximus, M. Annæum referuntur. ¶ L. Annæus Seneca, alter, ſimiliter Cordubenſis, Poeta tragicus. Scripſit tragœdias decem graviſſimo ſtylo, adeo, ut Tragicorum princeps vocitetur. Sunt tamen, qui harum auctorem in dubium vocant.

Senecio, onis, herba capite numeroſa lanugine aſperſo, cauliculis ſubrubicundis, ita dicta, quod vere caneſcit. *Plin. l. 26. c. 13.* ¶ Eſt etiam cognomen Romanum, ut *Claudius Senecio*, *Herennius Senecio*, &c. quorum meminit *Tacit. & Plin. jun.*

Senecta, æ, f. idem ac ſenectus. *Cic. de Sen. c. 8.* ex *Cæcil.* Tum etiam in ſenecta hoc deputo miſerrimum, ſentire, ea ætate ſe eſſe odioſum alteri. *Virg. 6. Æn.* Vires ultra, ſortemque ſenectæ.

Senectus, utis, f. *vecchiezza*, זקנים, *Ger. das alter*, Gall. *vieilleſſe*, Hiſp. *la vejez*, γῆρας, ſenum ætas, de qua V. in *Ætas*. *Cic. in Top.* Senectus eſt occaſus vitæ. *Id. de Sen.* Temeritas eſt videlicet florentis ætatis, prudentia ſenectutis. *Id. 5. Fin. c. 11.* Homo ſenectute confectus. *Id. in Brut. c. 48.* Ad ſummam ſenectutem vivere. *Id. Phil. 8.* Summa ſenectute eſſe. ¶ Eleganter tranſlate ſumitur pro gravitate, & maturitate. *Cic. in Bruto, c. 2.* Cum oratio jam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem. *Id. ibid. cap. 76.* Plena litteratæ ſenectutis oratio. ¶ Item pro auſteritate, & triſtitia

qua

quæ propria ſenum eſt. *Hor. Epod.* 13. dumque virent genua, & decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus. ¶ Senectus præterea dicitur pellis, quam verno tempore ſerpentes exuunt, quæ a Græcis γῆρας. *Plin. l.* 8. *c.* 30. Angues eodem modo, & ſtelliones ſenectutem exuere, eamque protinus devorare.

Senectus, a, um, idem ac ſenilis. *Lucr. l.* 3. *v.* 779. Quidve foras ſibi vult membris exire ſenectis? *Salluſt. l.* 4. *Hiſt. apud Priſcian.* Omnes, quibus ætas ſenecta corpore, animus militaris erat. *Plaut. Amph.* 4. 1. *v.* 13. Senecta in ætate a me mendicas malum. *Apul. l.* 7. *Met.* Senecta infirmitas.

Senenſis, ſe, adject. ad Senam urbem pertinens, ut Senenſe prædium, apud *Cic. de clar. Or.* quo ſcilicet non longe a Metauro fl. Aſdrubal fuſus eſt. Senenſis colonia. *Plin. l.* 4. *c.* 14.

Seneo, es, ui, n. 2. *eſſere vecchio*, זקן, Germ. *ue den alten*, Gal. *vieillir*, Hiſp. *envejecer*, γηράω, ſenex ſum. *Catull. de Phaſelo*, 4. Quiete recondita ſenet. *Sueton. in Aug. c.* 2. Avus tranquilliſſime ſenuit. ¶ Ab hoc verbo *Priſcian. l.* 9. deducit particip. *ſenectus*, *a*, *um*, quod V.

Seneſcendus, a, um, particip. a ſeneſco. *Varr. l.* 6. *L. L. pag.* 48. Sæculum dictum a ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt.

Seneſco, is, n. 3. *invecchiarſi*, *divenire vecchio*, γηράσκω, ſenex fio. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 771. Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis. *Plin. l.* 6. *c.* 4. Fœminas gigni celerius, quam mares, ſicut celerius ſeneſcere. ¶ Tranſlate ſumitur pro decreſcere. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 37. Quædam facienda in agro potius creſcente Luna, quam ſeneſcente. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 2. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam, quod natura fert in omnibus fere rebus, ſeneſcat, brevique tempore ad nihilum venturu videatur. ¶ Item pro remitti, relaxari. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 7. Sed viſa eſt mihi loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. ¶ Item pro deficere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quorum alterum hyemi ſeneſcendi adjunctum eſt, alterum æſtati. *Liv. l.* 29. Annibalem ipſum jam & fama ſeneſcere, & viribus. ¶ Item pro aboleri, interire. *Liv. l.* 3. Vitia ſeneſcunt, matureſcunt virtutes. ¶ Item pro deprimi. *Cic.* 2. *de Or.* Ut laudem eorum jam prope ſeneſcentem, quantum poſſem, ab oblivione hominum, atque a ſilentio vindicarem. ¶ Item pro vanum fieri. *Liv. l.* 35. *c.* 12. Ne cunctando ſeneſcerent conſilia. ¶ Item pro torpeſcere. *Liv. l.* 1. Civitas otio ſeneſcit. ¶ Particip. *ſeneſcendus*, *che ha*, *e deve invecchiare*. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Seculum dictum a ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt.

Senex, is, m. & f. *vecchio*, זקן, Germ. *ale*, Gal. *vieil*, Hiſp. *viejo*, γέρων, ſenio confectus, ætate provectus, grandis natu. Differt a vetus. Nam *ſenes* vocantur quantum ad privatam ipſorum vitam, quod uſque ad ſenilem ætatem vixerunt, *veteres* quantum ad publicum tempus, quod alia ætate vixerunt, etiamſi ad ſenium non pervenerunt. *Var. l.* 6. *de L. L. ex poeta:* Nam vere puſus tu, tua amica ſenex 'ſt. *Cic. de Senect. c.* 10. Nec unquam ſum aſſenſus illi veteri proverbio, quod monet, mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. *Plaut. Mil.* 3. 1. 37. Senex neutiquam ingenio eſt. ¶ Eleganter dicitur de rebus inanimatis. *Martial. l.* 3. *ep.* 58. Multa flagrat teſta ſenibus autumnis. h. e. vino multorum annorum. *Plaut. Stich.* 5. 1. 8. Quaſi ſenex tabeſcit dies. h. e. nocti proximus. *Cic. pro Sext. c.* 9. Senex memoria clarorum hominum. Alii aliter leg. ¶ *Senicis*, vel *ſenecis* in genit. pro *ſenis* dixit *Plaut. in fragm. Clitellar.* vel *Ciſtellar. apud Priſcian. l.* 3. ¶ Comparat. eſt *ſenior*. *Varro apud Cenſorin. de die nat. c.* 15. ſeniores diſtinguit a ſenibus ea ratione, quod ſeniores vocatos ait, qui quarto ætatis gradu ſint uſque ad annum ſexageſimum, quod tum primum ſeneſcere corpus incipiat: ſenes vero eſſe, qui ultra eam ætatem proceſſerint, quod eo tempore corpus ſenio jam laboret. Verum hoc diſcrimen a Scriptoribus non ſervatur. Nam Annibal apud *Liv. l.* 30. *c.* 30. ſe ſenem appellat, 44. annos natus, auctore *Polybio*. Sic contra *ſenior* pro ſene paſſim legitur uſurpatum. *Ovid.* 12. *Met. v.* 183. Tum ſenior, Quamvis obſtet mihi tarda vetuſtas, &c. de Neſtore loquitur. *Quintil. l.* 3. *c.* 1. *de Iſocrate*. Eo ſeniore præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. ¶ Seniores interdum iidem ſunt ac Senatores. *Liv. l.* 14. *c.* 60. Publica ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſet. *Var. l.* 4. *de L. L.* Senaculum vocatum, ubi ſeniores conſiſterent. ¶ Sæpe *ſenior* adjective uſurpatur. *Ovid.* 15. *Met. v.* 470. mortem ſenioribus imputet annis. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 4. Quæ vis non modo ſenior eſt, quam ætas &c.

Seni, æ, a, adject. numerale diſtributivum, a *ſex*. *Curt. l.* 8. *c.* 14. Senos viros ſinguli currus trahebant, *ſei uomini per cocchio*. ¶ Sæpe ſumitur pro cardinali *ſex*, *ſei*. *Cic.* 4. *Ver. c.* 49. Pueri annorum ſenum Senatorium nomen nundinati ſunt. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 623. poſt decies ſenos annos. h. e. ſexaginta.

Senica, æ, f. *vecchia*, mulier ſenex. *Pomp. apud Non. c.* 1. *n.* 59. Me exercet ſenica nequam.

Seniculus, li, m. *vecchietto*. *Apul. l.* 1. *Met. ſub fin.* Demonſtro ſeniculum in angulo ſedentem.

Senideni, æ, a, adject. *ſedici*, decem, & ſex. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 36. Miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſenadena feciſſent.

Senilis, & le, o. 3. *ſenile*, *da vecchio*, זקני, Ger. *aldlich*, Gal. *de veſillard*, Hiſp. *de viejo*, γεροντικός, quod ad ſenem pertinet. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 23. Is autem Tages puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 58. Inque ſua pretio ruga ſenilis erat.

Seniliter, adv. γεροντικῶς, more ſenum. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Tremere ſeniliter.

Senio, onis, m. 3. ἑξάς, jactus tali ſex puncta continens, ita dictus a numero ſenario. Sunt tamen inter eruditos, qui putant, ſenionis nomine quaternarium numerum intelligi. V. Interpret. ad *Sueton. in Aug. c.* 71. ¶ *Perſ. ſat.* 3. *v.* 48. quid dexter ſenio ferret, Scire erat in votis, damnoſa canicula quantum raderet &c. *Martial. l.* 13. *ep.* 1. Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur. *Sueton. loc. cit.* Talis enim jactatis, ut quiſque canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat.

Senior. V. Senex.

Senipes, edis, adject. ſex pedibus conſtans. *Sidon. carm* 23. *v.* 131. *de Menandro:* Hic dum ſenipedem ſtilum polibat. h. e. verſus ſex pedum, ſeu ſenarios.

Senium, ii, n. *vecchiaia*, idem quod ſenectus, & quæ inde ſequitur infirmitas. *Cic. de Univ.* Quod omni morbo, ſenioque caret. ¶ Tranſlate *Id. pro Mil.* Luget ſenatus, mœret equeſter ordo, tota civitas confecta ſenio eſt. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. Surge, & inhumanæ ſenium depone Camenæ. h. e. moroſitatem, triſtitiam. *Turpil. apud Non. c.* 2. *n.* 1. Quia odio ac ſenio mihi ſunt hæ nuptiæ. h. e. tædio, ut idem *Nonius* interpretatur. Sic *Plaut. Truc.* 2. 5. 13. Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſeræ miſeria eſt. ¶ Senium lunæ eſt ultima ejus decreſcentia, cum proxime ad novilunium accedit. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Quidam Lunæ ſenio annum determinabant, ut Ægyptii: itaque apud eos aliqui ſingula millia annorum vixiſſe produntur. ¶ Interdum ſenium dicitur de homine ſene, triſti, moroſo, difficili. *Terent.* 2. 3. 10. Ut illum Dii Deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.

Senna, æ, 3. Sena, *Miſa*, fl. Umbriæ, in ora Senonum, qui ad Senogalliam urb. mari Hadriatico excipitur. Ortelio eſt *Ceſano*, inter Fanum, & Senogalliam.

Senogallia, fœm. *Sinigaglia*, urbs Umbriæ. *Plin. l.* 3. *c.* 14. V. Sena.

Senones, um, m. populi Galliæ Lugdunenſis, nunc *la Diœceſe de Sens*, & *d'Auxerre*. *Plin. l.* 4. *c.* 18. Hi aliquando Alpes tranſgreſſi una cum aliis Galliæ populis in Italiam deſcenderunt, eamque regionem inſedere, quæ ab Ufente fluvio uſque ad Æſim extenditur, indeque Romam aggreſſi incenderunt A. U. 365. tandemque a Furio Camillo victi fugatique ſunt. V. *Liv. l.* 5. *c.* 33. &c. Ab his Senogallia condita, & dicta eſt, ut ſupra diximus in *Sena*. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 198. Et Senonum furias Latiæ ſenſere cohortes. ¶ Item populi Germaniæ, Suevorum pars, quos rectius Semnones vocari, volunt Geographi. *Velle. l.* 2. *c.* 106.

Senſatus, a, um, adject. *ſenſato*, νουνεχής, ſenſu pollens. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 12. Nam homines faciet ſenſatos, callidos, aſtutos.

Senſibilis, & le, o. 3. *ſenſibile*, Ger. *empfindlich*, Gal. *ſenſible*, Hiſp. *ſenſible*, αἰσθητός, quod ſentitur, vel ſentiri poteſt, idest percipi aliquo ex quinque ſenſibus externis. *Senec. ep.* 124. Senſibile judicant bonum; nos contra intelligibile. *Apulei. in Triſmegiſto*. Mundus, qui dicitur ſenſibilis, receptaculum eſt omnium ſenſibilium ſpecierum.

Senſibiliter, adv. *ſenſibilmente*. *Arnob. l.* 7. Nec odor ſenſibilitas commovere poteſt eos aura nidoris alicujus.

Senſiculus, i, m. ἐνθυμημάτιον, exigua ſententia, *picciola penſiero*, *o ſentimento*. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Inde minuti, corruptique ſenſiculi, & extra petiti.

Senſifer, ra, rum, αἰσθησιοφόρος, ſenſum ferens. *Lucr. l.* 3. *v.* 273. Senſifer unde oritur primum per viſcera motus. & *v.* 938. Longe ab ſenſiferis primordia motibus errant.

Senſifico, as, a. 1. *render ſenſibile*. *Martian. Capel. l.* 9. *de Muſica:* Hæc potuit rupes ſanſificare tonos.

Senſificus, a, um, αἰσθησιοποιός, quod ſenſus cauſam præſtat. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 9. Spiramentum ſenſificum ad ſua quæque loca naturali lege ducentes.

Senſilis, & le, o. 3. αἰσθητός, ſenſibus ſubjectus, idem ac ſenſibilis. *Lucr. l.* 2. *v.* 887. Ex inſenſilibus ne credas ſenſile gigni.

Senſim, adver. *a poco*, *a poco*, לאט, Ger. *gemachlich*, Gal. *peu a peu*, Hiſp. *poco a poco*, ἀτρέμα, ἠρέμα, paulatim, pedetentim. *Cic. de Senect.* Senſim, & ſine ſenſu ætas ſeneſcit. *Id.* 1. *Offic.* Magis decere cenſent ſapientes ſenſim diluere (amicitiam) quam repente præcidere. *Id. ibid. c.* 33. Senſim pedetentimque mutationem facere.

Senſualis, e, adject. *ſenſibile*, *che ha ſenſo*, ſenſu præditus. *Tertull. de anim. c.* 41. Stoici ſummum reſolutionem ſenſualis vigoris affirmant. *Prudent. in Romano*, *v.* 346. Ædem ſibi ipſe (Deus) manu in hominis condidit Vivam, ſerenam, ſenſualem, ſtabilem.

Senſualitas, atis, *ſenſibilità*. *Tertul. de anim. c.* 17. Plato irrationalem pronuncians ſenſualitatem.

Senſum, i, id quod mente conceptum eſt, *ſentimento*, νόημα, & uſurpatur in num. plurali. *Cic.* 1. *de Or. c.* 8. Quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. *Id. l.* 3. *c.* 14. Senſa mentis, & conſilia ſic verbis explicat.

Senſus, us, m. 4. *ſenſo*, *ſentimento*, טעם, Ger. *ſin*, Gal. *ſens* Hiſp. *ſentido*, αἴσθησις, facultas animæ, qua objecta ſenſibilia apprehendimus, a ſup. *ſenſum* verbi *ſentio*. Senſuum alii ſunt externi, alii interni. Externi ſunt quinque, viſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus. Interni duo ſunt, ſenſus communis, & phantaſia, ſive imaginatio, ad quam pertinet memoria. Differunt autem *ſenſus*, & *ſenſa*. Nam *ſenſus* ſunt facultates, quibus res ſentimus, *ſenſa* ſunt res, quæ ſentiuntur. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* Senſus autem interpretes, ac nuntii rerum in capite, tanquam in arce, mirifice ad uſus neceſſarios & facti, & collocati ſunt. *Plin. lib.* 10. *cap.* 69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinde guſtus: reliquis ſuperatur a multis. Aquilæ clarius cernunt, vultures ſagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo, atque ſurdo naturæ elemento. ¶ Ponitur etiam pro actione ſentiendi. *Cic.* 3. *Ver. c.* 18. Tametſi nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio unquam fuit religionis. *Sulpic. ad Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 5. Si quis etiam inferis ſenſus eſt. ¶ Item pro ſententia, opinione. *Cic. l.* 1. *Fam. epiſt.* 9. Unum fere ſenſum fuiſſe bonorum omnium. *Id.* 15. *Attic. epiſt.* 7. Valde mihi placebat ſenſus ejus de republica. *Id. in Partition. c.* 36. Penetrare ad ſenſum, opinionemque judicis. Huc pertinet illud *Quintil. l.* 8. *c.* 5. ubi docet, ſenſum proprie eſſe corporis, conſuetudinem tamen tenere, ut pro mentis concepto accipiatur, ſive pro eo, quod quis animo ſentiat. *Terent. Adel.* 4. 1. 17. Ergo illius ſenſum pulcre calleo. ¶ Senſus communis eſt judicium, ſeu opinio, quam omnes habere ſolent de rebus, qui uſu rerum, & conſuetudine acquiritur: unde ſtulti & hebetes communi ſenſu carere dicuntur. *Quintil. l.* 1. *cap.* 2. Senſum ipſum, qui communis dicitur, unde diſcet, cum ſe a congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregavit? *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 69. communi ſenſu plane caret. ¶ Eſt etiam ſenſus idem quod verborum ſententia, ſeu id, quod verbis ſignificatur, *ſenſo*, *ſignificato*. *Senec. epiſt.* 7. Egregia dicta circa eundem fere ſenſum. *Gel. l.* 7. *c.* 2. Horum verſuum ſenſus ſic eſt. *Phædr. fab.* 63. *v.* 19. Nec teſtamenti potuit ſenſus colligi. ¶ Præterea interdum ponitur pro notitia, judicio, captu. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 3. Ut id maxime excellat, quod longiſſime ſit ab imperitorum intelligentia, ſenſuque disjunctum. ¶ Item pro affectu, ſeu motu animi. *Id.* 2. *de Orat. c.* 43. Tantam habet vim, ſi eſt ſuaviter, & cum ſenſu tractatum, ut, &c. *Id. de amic. c.* 8. Senſus amoris. *Id. pro Planc. c. ult.* Perſpicere ſenſum ex mœrore patris. *Id.* 3. *de Orat.* Ut natio admirabilis, ut poliſſe ſit, ut ſenſus, ut dolores habeat.

Sententia, æ, *ſentenza*, *parere*, *opinione*, דעה. Ger. *meinung*, Gal. *ſentence*, Hiſp. *ſentencia*, γνώμη, id, quod animus ſentit, animi ſenſus, vel judicium, conceptus mentis, opinio. *Cic. pro R. Am.* Id, quod ad rem mea ſententia maxime pertinet. *Id.* 3. *de Leg.* Id totum dixi ex Craſſi ſapientiſſimi hominis ſententia. *Id.* 4. *Fam. ep.* 4. In hac ſum ſententia, ut nihil faciamus. *Id.* 3. *Offic. c.* 33. Si honeſtatem tueri ſententia eſt, *ſe s'ha intenzione*, *a voglia*. *Id* 7. *Fam. ep.* 24. Manere in ſententia. Et *l.* 16. *ep.* 3. Eſſe in eadem ſententia. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. dicere ſententiam de aliqua re. Et *ibid.* ire in ſententiam alicujus. Et *ib.* Rogari ſententiam, *eſſer dimandato del ſuo parere*. *Lactant. l.* 1. *c.* 10. In ſenatu deorum ſummæ eſt auctoritatis, primæque ſententiæ. h. e. primus omnium ſententiam rogatur. *Caſ. l.* 1 *B. C. c.* 1. In eandem ſententiam loquitur Scipio. *Ter. Adel.* 3. 5. 5. Sin aliter de hac re eſt ejus ſententia. Rurſus *Cic. pro Cul. c.* 29. de ſententia alicujus aliquid facere, *di parere*, *a ſuggeſtione d'altri*. ¶ *Ex ſententia*, eſt ex voto, ad voluntatem, prout cupimus. *Cicer. Fam.* 1. *ep.* 7. Quoniam ſatis feliciter, & ex mea ſententia Rempub. geſſimus. *Id* 3. *Attic. ep.* 10. Omnia ſunt ex ſententia. ¶ *Ex animi ſententia*, ſignificat vere, ſincere, fideliter. *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. Quod ex animi tui ſententia juraveris, id non facere, perjurium eſt. *Id.* 2. *de Orat. c.* 64. Ridicule illud L. Porcius Naſica Cenſori Catoni; cum ille: Ex animi tui ſententia tu uxorem habes? non hercule, inquit, ex mei animi ſententia. Hic ſecundo loco *ex animi ſententia* ſignificat ex voto, libenter. ¶ De

fua

ſua ſententia facere aliquid, *di ſua teſta*, *di ſuo capriccio*, *Liv. lib.* 38. *cap.* 45. ¶ Sumitur etiam ſententia pro judicato, ideſt pro decreto, & imperio judicis, quo decernit ex lege, vel ex æquo, & bono. *Quintil. lib.* 5. *cap.* 15. Apud judices quidem ſecundum leges dicturos ſententiam, de confeſſis præcipere ridiculum eſt. *Cic. Ver.* 6. Judices eam de te ſententiam ferrent. *Id.* 1. *de Or.* Socrates damnatus primis ſententiis. *Id. rurſum Ver.* 6. Servus omnibus ſententiis abſolvitur. ¶ Item pro re, quæ verbis exprimitur, *ſignificato*, *ſenſo*. *Cic.* 1. *de Or. c.* 2. Quid eſt enim tam furioſum, quam verborum vel optimorum, atque ornatiſſimorum ſonitus inanis nulla ſubjecta ſententia, nec ſcientia? ¶ Sententia item eſt genus Figuræ Rhetoricæ. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Sententias etiam vocamus lumina orationis, præſertim quæ in clauſulis ſunt breviter collecta: ut, Obſequium amicos, veritas odium parit. *Auctor ad Her. l.* 4. Sententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breviter oſtendit, hoc modo: Difficile eſt primum virtutem revereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit uſus. *Cic.* 1. *de Or. c.* 8. Sapientibus ſententiis ornata oratio.

Sententialiter, adverb. *in forma di ſentenza*, *o decreto*. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 16. Sententialiter proferre. *Tertullian. de carn. Chriſti*, *cap.* 18. Sententialiter, & definitive pronuntiare.

Sententiŏla, æ, γνωμίδιον, parva ſententia. *Cic.* 3. *Phil. c.* 9. Sententiolas edicti cujuſdam memoriæ mandavi.

Sententiōſe, adv. *ſentenzioſamente*, γνωμολογικῶς, per ſententias. *Cic.* 2. *de Or. c.* 71. Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicuntur. *Id. in Orat. c. ult.* Compoſite, & apte ſine ſententiis dicere inſania eſt; ſententioſe autem ſine verborum & ordine, & modo, infantia.

Sententiōſus, a, um, *pieno di ſentenze*, Germ. *voll ſpruche*, Gall. *ſententieux*, Hiſp. *ſentencioſo*, γνωμολογικός, quod ſententiis abundat, id eſt dictis quibuſdam breviter collectis. *Cic. in Brut. c.* 95. Genera autem Aſiaticæ dictionis duo ſunt, unum ſententioſum, & argutum, ſententiis non tam gravibus, & ſeveris, quam concinnis, & venuſtis, &c.

Senticētum, i, n. *prunaia*, ἀκανθών, locus, in quo ſentes abundant. *Plaut. Capt.* 4. 2. 80. Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis.

Senticōſus, a, um, *prunoſo*, ἀκανθώδης, ſpinoſus, & aſper, a *ſentis*. *Afranius apud Feſt.* Quem ſenticoſa verba pertorquet turba.

Sentīna, æ, f. *ſentina*, Germ. *der pfuel im ſchiff*, Gall. *ſentine*, Hiſp. *ſentina*, ἄντλος, pars navis inferior, in quam, quicquid inſtillat aquarum, defluit, quibus corruptis tetrum odorem emittit. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 28. Milites confectati & tempeſtatis, & ſentinæ vitiis. *Cic. de Sen.* Cum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant. ¶ Tranſlate ſumitur pro infima conditione, vel ſtatu, vel fortuna. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 15. Sedebamus in puppi, clavumque tenebamus, nunc autem vix eſt in ſentina locus. ¶ Item pro fæce plebis, præſertim pro turba forenſi. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Qua emptione conſtituta diligenter, & ſentinam Urbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabar. ¶ Item pro multitudine hominum ſceleſtorum. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 4. O fortunatam Rempublicam, ſi quidem hanc ſentinam hujus Urbis ejecerit.

Sentīno, as, a. 1. *Feſt.* Sentinare, ſatagere, dictum a ſentina navis, quam quis, ut aqua liberet, evacuare contendit. Itaque ſentinare, ſubtiliter periculum vitare. Cæcilius: Capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis. Hæc *Feſtus*. Itaque ſentinare eſt vitandi naufragii cauſa ſollicite ſentinam exhaurire. *Gel. l.* 19. *c.* 1. *de maris tempeſtate*: Tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atque ſentinantibus, dies quidem tandem illuxit, ſed nihil de periculo, neque de ſævitia remiſſum. Ita legit *Scaliger ad Feſt.* Alii *in ſentina ſatis agentibus*.

Sentinōſus, a, um, adject. *Cato apud Non. c.* 2. *n.* 645. Si inde naves putidas, & ſentinoſas commeatum onerare volebant. *h. e.* in ſentina vitioſas.

Sentīnum, i. n. *Sentino*, opp. Umbriæ, in conf. Piceni, ad Sentinum fl. apud Saxoferratum, everſum a Longobardis. Pop. Sentinates, apud *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Sentīnus, i, m. Deus, qui ſenſus puerperio largiri putabatur. *Auguſtin. l.* 7. *de Civ. Dei*, *c.* 2.

Sentio, is, ſi, ſum, a. 4. *ſentire*, הרגיש, Ger. *empfinden*, Gal. *ſentir*, Hiſp. *ſentir*, αἰσθάνομαι, ſenſu percipio. *Cic.* 2. *Phil. c.* 45. Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore ſuavitatem cibi non ſentiunt. *Id.* 3. *de Or. c.* 42. Non ut dictum eſt, in eo genere intelligitur, ſed ut ſenſum eſt. *Plaut. Curc.* 2. 2. 69. Sentio ſonitum. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 67. Cenſebant, ut noctu iter facerent; poſſe prius ad anguſtias perveniri, quam ſentirentur. *Plin l.* 30. *c.* 4. *ad fin.* ſentire morbos articularios. ¶ Tranſlate dicitur de animo pro intelligere. *Cic.* 1. *Offic.* Quod unum hoc animal ſentit, quid ſit ordo, quid ſit quod deceat in factis, dictiſque, qui modus. *Id. pro Arch.* Nam & ipſe animus ſentit, neſcio quid in ſe eſſe divinum. ¶ Item pro advertere, *accorgerſi*. *Cic. de Am. c. ult.* Nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem ſenſerim. *Ter. Adel.* 3. 3. 8. Si me ſenſeris eum quæritare. ¶ Item pro judicare, exiſtimare, opinari, *aver ſentimento*. *Cicer. l.* 1. *Fam.* Nos hoc ſentimus, ſi exploratum tibi ſit, te illius Regni poſſe potiri, non eſſe cunctandum. *Id. l.* 4. Familiares vero ejus, & ii quidem, qui illi jucundiſſimi ſunt, mirabiliter de te ſentiunt, & loquuntur. *Id. in Catil.* Qui omnia de Republica præclara, atque egregia ſentirent. *Id. pro R. Am. c.* 49. Fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim. ideſt fuerim ejuſdem opinionis. *Id.* 4. *Catil. c.* 7. Cauſa enim eſt hæc inventa ſola, in qua omnes ſentirent unum atque idem. ¶ Famem ſentire, eſt fame laborare. *Liv. l.* 25. Famem Campani ſentiebant. ¶ Cariem ſentire, eſt cariem pati. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Celeriter ea cariem ſentit. hoc eſt efficitur carioſa. ¶ Vetuſtatem ſentire, eſt ſeneſcere. *Plin. l.* 12. *c.* 42. Ita temperata, ut vetuſtatem non ſentiant. ¶ Sentire pro aliquo, vel ab aliquo, eſt ſua ſententia ei favere, ab ejus partibus ſtare. *Plaut. Rud* 4. 5. 6. Omnia patior, dum hic a me ſentiat. *Gel. l.* 5. *c.* 10. Nam ſi judices pro cauſa mea ſenſerint. ¶ Sentire graviter de aliquo, eſt malam de eo opinionem habere. *Cæſ. l.* 2. *B. C.* Quid enim irati gravius de vobis ſentire poſſent? Sic male ſentire de aliquo, apud *Quintil. l.* 2. *c.* 2. ¶ Sentire humiliter, & demiſſe de aliquo, *aver baſſo concetto*. *Cicer. Tuſc.* 5. *c.* 8. ¶ *Senſti* pro *ſenſiſti* legitur apud *Terent. Andr.* 5. 3. 11.

Sentis, is, f. & m. 3. *ſpina*, סיר, Germ. *dorn*, Gall. *epine*, Hiſp. *eſpina*, ἄκανθα, ſpina. *Virg.* 2. *Æn.* Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem preſſit humi nitens. *Col. l.* 6. *c.* 3. Liberantur arva ſentibus, qui æſtivo tempore per Caniculæ ortum reciſi, plerunque intereunt radicitus. ¶ Sentis canis dicitur quoddam rubi majoris genus craſſa quædam mora ferens, Græcis κυνόσβατος, *Col. l.* 11. *c.* 3. ¶ Tranſlate ſentes dicuntur a *Plaut. Caſ.* 3. 4. 1. ſervi rapaces, quia, inquit, quod tetigere, illico rapiunt, ſi eas ereptum, illico ſcindunt.

Sentiſco, is, n. idem quod ſentio, cognoſco, adverto. *Lucret. l.* 3. *v.* 394. Quam primordia ſentiſcant concuſſa animai. *Et l.* 4. *v.* 587. Et genus agricolum late ſentiſcere.

Sentus, a, um. *orrido*, *aſpro*, ἀκανθώδης, horridus, inſtar loci ſentibus obſiti. *Ter. Eun* 2. 2. 5. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, annisque obſitum. *Virg.* 6. *Æn. v.* 462. Per loca ſenta ſitu cogunt.

Seorſum, adv. *ſeparatamente*, לבד, Ger. *ſonderlich*, Gall. *a part ſoy*, Hiſp. *a parte*, χωρίς, ſeparatim. *Plaut. Epid.* 3. 3. 31. In adiculam ſeorſum iſthæc eat, jube. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9. Quod ſeorſum a Collega puto mihi omnia paranda. *Liv. l.* 22. *c.* 52. Traditique in cuſtodiam omnes ſunt, ſed ſeorſum cives, ſociique. ¶ Seorſum ab aliquo ſentire, eſt diverſam ab eo habere opinionem. *Plaut. Capt.* At ego aio, recte, qui abs te ſeorſum ſentio. ¶ Interdum ſignificat nominatim. *Ter. Adel.* 5. 9. 14. Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea, Demea.

Seorſus, adv. idem ac ſeorſum. *Plaut. Rud.* 5. 2. 27. Nummi octingenti aurei in marſupio infuerunt. Præterea centum denaria Philippea in pacillo ſeorſus. *Afranius apud Chariſ. l.* 2. Principium hoc oro, ut eluceat ut ſis tuo ſtatus, Officiis cogi, ut abs te ſeorſus ſentiam de re uxoria. *Luc. l.* 4. *v.* 496. Seorſus item ſapor oris habet vim, ſeorſus odores Naſcentur.

Seorſus, a, um, adject. *ſeparato*, ſeorſum poſitus. *Terentian. Maurus de carmine Jambico in fine*: Nunc quia quæ potui videor tractaſſe ſeorſa. *Auſon. Idyll.* 17. *v.* 3. ſeorſis obſiſtunt ſtudiis.

Sepa. V. Sepia, ſepis.

Sepacĕus, a, um, adject. idem quod ſebaceus. *Apulej. l.* 4. *A. A.* Cereis, ſepaceis inſtrementis clareſcunt tenebræ.

Separ, aris, o. diviſus, ſeparatus, diverſus. *Solin. c.* 7. *de Bœotia*. Duo flumina natura ſepari. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 38. Oſſaque nec tumulo, nec ſepars conteget urna. Adde *Stat. Theb. v.* 482.

Separābilis, & le, o. 3. *ſeparabile*, χωριστός, quod ſeparari poteſt. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 10. Nec ſeparabilem a corpore eſſe.

Separăm. V. dictionem ſeq.

Separătim, adv. *ſeparatamente*, לבד, Germ. *abſonderlich*, Gal. *ſeparement*, Hiſp. *apartadamente*, χωρίς, diviſim, ſeorſum. *Cic.* 3. *Fin.* Pluris ſit conjunctim, quam ſapere ipſum ſeparatim. *Id.* 3. *Fam. ep.* 16. Separatim e reliquis civibus. *Id.* 2. *de Invent. c.* 51. Separatim quædam adjungere (hoc comparativum videtur eſſe a poſitivo *ſeparae*, cujus nondum exempla vidimus) *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Mediocribus circum ſe intervallis ſeparatim ſingularum civitatum copias collocaverat. ¶ Interdum ponitur pro peculiariter, cui opponitur communiter. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 11. Videor mihi, cum ſeparatim de probitate ejus, & moribus dicturus fuiſſem. *Id. epiſt.* 12. Alia epiſtola communiter tibi commendavi legatos Arpinatium, ut potui, diligentiſſime, ac ſeparatim Q. Fufidium.

Separātio, onis, *ſeparazione*, διάστασις, actus ſeparandi, ſejunctio, ſegregatio, diviſio. *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 18. Facti a definitione ſeparatio. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. Congregatio criminum accuſantem adjuvat, ſeparatio defendentem. *Gel. l.* 3. *c.* 8. Separatio animi & corporis in morte.

Separātīvus, a, um, *ſeparativo*, ad ſeparandum idoneus. *Diomed. ſub fin. l.* 1. Aut, conjunctio ſeparativa.

Separātus, a, um, *ſeparato*, κεχωρισμένος, ſejunctus, ſegregatus, diviſus. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 15. Quando igitur virtus eſt affectio animi, & virtus ipſa per ſe ſua ſponte, ſeparata etiam utilitate, laudabilis. *Id. Att. l.* 14. *ep.* 18. Iſta vero, quæ tu contexi vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant. *Tertul. de anim. c.* 18. Intellectus ſeparatus.

Separe. V. Separ.

Sepăro, as, a. 1. *ſeparare*, *dividere*, *diſtinguere*, הבדיל, Germ. *abtheilen*, *abſondern*, Gall. *ſeparer*, Hiſp. *apartar*, χωρίζω, διορίζω, ſejungo, ſegrego, divido, diſtraho, a *ſe*, & *paro*. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Qui omnes e perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quæ dixi, bella ſeparaverunt. *Id. in Rull. c.* 1. 32. Cum illa duo maria pertenui diſcrimine ſeparentur. ¶ Cum accuſ. & ablativo ſine præpoſit. *Lucan. l.* 9. *v.* 523. quidquid pulvere ſicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti.

Sepelibilis, & le, o. 3. ἐνταφιαστός, quod ſepeliri, ſive occultari poteſt, vel debet. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 64. Facito, ut facias ſtultitiam ſepelibilem.

Sepĕlio, is, ivi, ultum, a. 4. *ſeppellire*, *ſotterrare*, קבר, Germ. *begraben*, Gall. *enſevelir*, Hiſp. *enterrar*, θάπτω, tumulo mortuum mando, in ſepulcrum infero, humo injecta contego. *Cic.* 2. *de Leg.* Mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito. *Id. pro Planc.* Vos in complexu conjugum veſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepelire conatus eſt. *Serv. Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 12. Ut in quo vellemus gymnaſio, eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. ¶ Tranſlate accipitur pro tegere, occultare. *Cic.* 2. *Tuſ.* Amittenda igitur fortitudo eſt, aut ſepeliendus dolor. ¶ Item pro tollere, omnino extinguere, abolere. *Cic. pro Leg. Man. c.* 11. Quod bellum expectatione Pompeji attenuatum, atque imminutum eſt, adventu ſublatum, & ſepultum. ¶ *Sepultus ſum*, idem eſt ac perii, & plus quam Nullus ſum, auctore Donato. *Ter. Phor.* 5. 8. Lemni habuit aliam. C. Nullus ſum. P. Ex qua filiam ſuſcepit, & eam clam educat. C. Sepultus ſum. ¶ Sepelire in vino, & epulis, eſt ſe ingurgitare, immodice potare, & comeſſari. *Sen. ep.* 12. ¶ Sepelire ſomnum, eſt a dormiendo ceſſare. *Plaut. Moſtel.* 5. 2. Ubi ſomnum ſepelivi omnem, atque edormivi crapulam.

Sepelitus, a, um, adject. *ſepolto*. *Cato apud Priſcian. l.* 18.

Sepes, ĕdis, m. & f. qui ſex pedes habet, ἑξάπους. Hinc ſepedes populi dicuntur formicæ ab *Apulejo l.* 6. *A. A.*

Sepes, is, f. *ſiepe*, ſeptum ex lignis, ramis arborum, aut ſpinis confectus, quo clauduntur agri, aut horti, φραγμός, φραγμα. *Virg.* 1. *Georg. v.* 270. ſegeti prætendere ſepem. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Ea quæ Lemni nocturna aditu occulta coluntur, ſilveſtribus ſepibus denſa. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Vetuſtiſſimi auctores vivam ſepem ſtructili prætulerunt. ¶ Legitur & *ſeps* in recto caſu. *Auſon. in monoſyllab.* Bucolico *ſeps* dixit Maro, cur Cicero *ſeps*? Porro quo loco *Cicero ſeps* uſurparit, adhuc ignoratur. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 537. non paſcua, nec ſeps Hic tibi *&c.* *ſeps* hoc loco ovile ſignificat. Al. leg. *ut bos*.

Sepias, maſc. 1. *Capo Quartumo*, prom. Macedoniæ, prope Pelaſgicum ſin. Alius eſt *Capo Monaſtier*. *Plin. l.* 4. *c.* 9.

Sepia, æ, f. *ſeppia*, Germ. *meerſpin*, Gal. *ſeche*, Hiſp. *xibia*, *xivia*, piſcis marinus, atrum humorem (quod & atramentum dicitur a *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* 1. 50.) vomens, quo aquam circa ſe adeo inficit, ut in ſe celet, & piſcatoris manus effugiat, *Plin.* teſte *lib.* 9. *c.* 29. & *Cic. loc. cit.* ¶ Hinc metonymice pro atramento ſcriptorio ponitur a *Perſio*, ubi ait *Sat.* 3. *v.* 13. craſſus calamo quod pendeat humor, Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Sepiola, æ, f. *piccola ſeppa*. *Apul. l.* 9. *A. A.* Dum forte paſſerem incantantem ſepiculæ conſectatur arripere.

Sepīmen, inis, n. idem quod ſepimentum. *Apul. l.* 1. *Florid. circa init.* Colliculus ſepimine conſeptus.

Sepīmentum, i, *clauſura*, גדר, Germ. *verzeunung*, Gall. *cloture*, Hiſp. *ſeto*, *eſpinal*, φραγμός, id quo aliquid ſepitur. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 14. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis. *Cic. l.* 1. *de Leg. c.* 24. Atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit diſſerendi ratione, veri, & falſi judicandi ſcientia.

Sepīnum, n. 2. Sæpinum. *Supino*, col. & opp. Samnii, intra Apenninum M. Pop. Sepinates. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Sepio, is, pſi, ptum, a. 4. *circondare*, גדר, Ger. *verzeunen*, Gal. *clore*, Hiſp. *cercar*, φράττω, περιφράττω, circumdo, circumvallo, claudo, a *ſepe*,

Digitized by Google

ſepi, vel *ſepes*. *Cic. l.* 15 *Fam. ep.* 4. Vallo, & foſſa circumdedi, ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Quæ primum oculos membranis tenuiſſimis veſtivit, & ſepſit. *Id.* 2. *de Orat. c.* 34. Ubi eum locum omnem cogitatione ſepſeris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret, atque incidet. *Id. ibid. l.* 1. Inventa veſtire atque ornare oratione, poſt memoria ſepire. *Id.* 3. *Attic. ep.* 23. Nulla lex eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.

Sepiŏla, æ, f. [illegible], parva ſepia. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 57. Emitto ſepiolas lepidas, lolliguncula, ordeias.

Seplaſia, orum, n. 2. [illegible], forum, ſive platea Capuæ, in Campania, in qua unguentarii negotiabantur. *Feſt.* Seplaſia, forum Capuæ, in quo plurimi unguentarii erant. *Cic.* 2. *Agr. c.* 34. In Albana, & Seplaſia quæ converſatio? *Valer. Max. l.* 9. *c.* 1. *n.* 1. *in Externis*: Ac tum demum fracta, & contuſa Punica feritas eſt, cum Seplaſia ei, & Albana caſtra eſſe cœperunt. *Var. apud Non. c.* 3. *n.* 234. Doti dato inſulam Chium, agrum Cæcubum, Seplaſia Capuæ, macellum Romuli.

Seplaſĭa, æ, f. idem quod Seplaſia, orum. *Cic. in Piſon. c.* 11. Seplaſia te primum aſpexit. ¶ Ponitur & pro ipſis ſeplaſiariis, qui in Seplaſia Capuæ negotiabantur, & pro quibuſcunque hujuſmodi negotiatoribus. *Plin. l.* 33. *in fine*: Demetrius a tota Seplaſia accuſatus. *Id. l.* 34. *c.* 11. Credunt Seplaſiæ omnia fraudibus corrumpenti.

Seplaſiarĭus, ii, aromatarius, unguentarius, a ſeplaſiis, [illegible]. *Lampr. in Elagab. cap.* 30. Pinxit ſe ut cupedinarium, ut ſeplaſiarium, ut popinarium.

Sepōno, is, ſui, ſitum, a. 3. *mettere da banda*, *ſeparare*, [Hebrew], Ger. *neben ſich ſetzen*, Gall. *reſerver*, Hiſp. *poner a parte*, [Greek], ſeorſum pono, ſeparo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 6. Sed ſepoſuiſſe a cæteris dictionibus eam partem dicendi, &c. *Id.* 3 *de Or.* Ut alius aliam ſibi partem, in qua elaboraret, ſeponeret. *Id. Att. l.* 15. Id ego ad illud fanum ſepoſitum putabam. *Liv. l.* 2. Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi ſepoſuit. *Horat. de art. poet.* Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto, *ſeppiamo diſtinguere*. ¶ Seponere aliquem pro removere, relegare. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 13. Mox ſuſpectum in provinciam Luſitaniæ, ſpecie legationis ſepoſuit. *Suet. in Aug. c.* 65. Agrippam, ob ingenium ſordidum, ac ferox, abdicavit, ſepoſuitque Surrentum.

Sepoſitĭo, onis, f. *il porre in diſparte*, *o ſeparatamente*, *ripoſta*. *Ulpian. l.* 2. *ff. de pollicitat.* Si forte qui decimam vovit, deceſſerit ante ſepoſitionem.

Sepoſĭtus, a, um, ſeorſum poſitus, ſeparatus, *ripoſto*, *poſto in diſparte*, *o ſeparatamente*. *Cic.* 6. *Ver.* Quod celari oportuerat, habebat ſepoſitum, ac reconditum. *Id.* 2. *de Div.* Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam, & conditam habeamus. ¶ Ponitur etiam pro remoto, qui in longinquis habitat finibus. *Martial. l. de ſpectac. epigr.* 3. Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara, Cæſar, ex qua ſpectator non ſit in urbe tua? ¶ Item pro relegato. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 88. Sepoſitus per eos dies C. Dolabella in coloniam Aquinatem. ¶ *Sepoſtus* per ſync. *Silius l.* 8 *v.* 378. ipſius menſis ſepoſta Lyæo Setia.

Seps, epis, m. [Greek], genus lacertæ, ſeu parvus ſerpens, cujus ictu membra percuſſa putreſcunt. Non Latinam, ſed Græcam habet originem. Unde *Auſonius in Technopægnio* ait: An Libyæ ferale malum ſit Romula vox ſeps. Eſt autem [Greek], ut ait Nicandri Scholiaſtes, ideſt a putrefaciendo eos, qui percuſſi fuerint. Habet enim vim [Greek], hoc eſt urendi, & putredinem corporibus morſu ſuo inferendi. *Iſid. l.* 12. *c.* 4. Seps, exigua ſerpens, quæ non ſolum corpus, ſed & oſſa veneno conſumit. Cujus Poeta (*Lucanus l.* 9. *v.* 723.) ſic meminit: Oſſaque diſſolvens cum corpore tabificus ſeps. *Plin. l.* 9. *c.* 5. Lacerta, quam hi ſepam, alii chalcidicen vocant, in vino pota morſus ſuos ſanat. *Id. l.* 23. *c.* 2. Serpentes, quas ſepas vocant.

Sepe. V. Sepes.

Sepſe, pro ſe ipſo, dictum eſſe a *Cicerone*, teſtatur *Sen. ep.* 108. *poſt med.*

Septas, adis, f. dictus eſt a veteribus numerus ſeptenarius, qui Græce dicitur [Greek], ſpiritu in *ſ* tranſeunte, teſte *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 6.

Septejŭgis currus eſt, qui a ſeptem jumentis jugo adjunctis trahitur. Legitur hæc vox *in vet. Inſcript.* apud *Grut. pag.* 337. *lin.* 8.

Septem, *ſette*, [Hebrew], Ger. *ſiben*, Gal. *ſept*, Hiſp. *ſiete*, [Greek], nomen numerale cardinale, a Græca voce allata. *Virg.* 6. *Æn. v.* 646. Septem diſcrimina vocum. *Cic.* 2. *de Leg.* Thales, qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit.

September, bris, m. *Settembre*, [Hebrew], Ger. *Herbſtmonat*, Gal. *Septembre*, Hiſ. *Setiembre*, [Greek], unus ex menſibus anni, ita dictus, quod ſeptimum obtineat locum a Martio, a quo Romulus annum inchoavit. *Var. l.* 5. *de L. L. Auſon. de menſib.* Septembri, Octobri autumnus, totoque Novembri. ¶ Adjective *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 1. Excurremus menſe Septembri. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. Septembribus horis.

Septembŏnus, a, um, adject. valde, perfecte bonus (nam numerus ſeptenarius perfectionem quandam continet. V. *Macrob. l.* 1. *ſomn. Scip. c.* 6.) ut ſeptembona braſſica, apud *Cat. de R. R. c.* 157.

Septemflŭus, a, um, [Greek], quod ſeptem alveis, rivis, aut fontibus fluit. *Ovid.* 15. *Met. v.* 753. Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili victrices egiſſe rates.

Septemgemĭnus, a, um, [Greek], quod ſeptem habet partes. *Virg.* 6. *Æn.* Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 2. Septemgemina Roma.

Septemmatrus. V. Septimatrus.

Septemmeſtris, is, adject. *di ſette meſi*, ut ſeptemmeſtris infans, *Cenſorin. de die nat. c.* 8.

Septemnervia, æ, f. herba eadem quæ plantago major. *Apul. de herb. c.* 1.

Septempĕda, æ, f. *S. Severino*, oppidum Piceni ad Potentiam flumen. Ejus populi Septempedani. *Plin. l.* 3. *c.* 13.

Septempedalis, le, o. 3. [Greek], quod ſeptem pedes eſt longum. *Plaut. Curc.* 3. 1. 61. Ibi nunc ſtatuam vult dare auream ſolidam, faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptempedalis.

Septemplex, icis, o. [Greek], quod in ſeptem partes diviſum eſt. *Virg.* 12. *Æn. v.* 925. Et clypei extremos ſeptemplicis orbes per medium ſtridens tranſit femur. *Ovid.* 2. *Triſt.* Solus ad egreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri.

Septemvirālis, le, adject. ad Septemviros pertinens, ut Septemviralis auctoritas. *Cic. Phil.* 12. *c.* 9. ¶ Septemviralis homo, qui Septemviratu præditus eſt. *Id. Philip.* 13. *c.* 12. Septemvirales Lento, & Nucula. ¶ Septemviralia judicia erant, quæ a ſeptem judicibus, ex Centumvirorum ordine ſelectis, exercebantur. Hinc liber Pauli JCti *de Septemviralibus judiciis*, citatur in *titulis legis* 13. 28 & 31. *Digeſt. de inoffic. teſtam.*

Septemvirātus, us, m. Septemvirorum dignitas. *Cic. Phil.* 2. *c.* 38. Eundem in Septemviratu nonne deſtituiſti?

Septemviri, orum, m. [Greek], magiſtratus erat Romanus ſeptem viris conſtans, cujus officium erat epulas in ſacrificiis parare: quam ob rem Septemviri Epulonum dicti ſunt. V. *Epulo*. *Plin. l.* 2. *ep.* 11. Modo conſularis, modo Septemvir Epulonum. ¶ Fuere præterea Septemviri agris dividundis, & aſſignandis creati. *Cic. Philip.* 6. *c.* 5. Hæc agrorum aſſignatio L. Cæſaris ſententia diſſoluta eſt; huic enim aſſenſi, ſeptemvirum a'la ſuſtulimus. *Id. Attic. l.* 15. *ep.* 19. Antonius voluit fieri ſeptemvir. ¶ Denique ſeptemviri judiciorum qui fuerint, V. *Septemviralis*.

Septenārĭus, a, um, *ſettenario*, [Greek], quod ex ſeptem conſtat, ut Septenarius numerus, Septenarius verſus. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 44. Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 6. Septenarius numerus. *Martial. l.* 4. *epigr.* 46. Et craſſo figuli polita cœlo Septenaria ſyntheſis Saguntia. h. e. vas ſeptem unciarum capax, vel ſeptem pocula Saguntina. V. *Syntheſis*.

Septendĕcim, & Septemdecim, *diciaſſette*, [Greek], nomen numerale cardinale indecl. *Cic.* 7. *Ver. c.* 47. Nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus.

Septēni, æ, a, *ſette*, [Greek], nomen numerale diſtributivum, quod plerumque pro cardinali *ſeptem* ponitur. *Cic.* 4. *Ver. c.* 49. Pueri annorum ſeptenum denum. *di dicaſſette anni*. *Virg.* 3. *Æn.* Serpens ſeptena volumina verſans. *ſette giri*. *Martial. l.* 6. *epigr.* 73. bis ſeptenis parcite jugeribus. *quatordici*.

Septennis, & ne, n. 3. *di ſette anni*, [Greek], quod eſt ſeptem annorum. *Plaut. prol. Pæn. v.* 66. Puer ſeptennis ſurripitur. *Id. Men.* 5. 9. 56. Quot annos natus? M. Septennis. In plurib. Plauti codicibus legitur *ſeptuennis*, more antiquo.

Septennĭum, ii, *tempo di ſett' anni*. *Prudent. contra Symm.* ... *Teſtam.* 6. *de Pharaonis ſomnio*. Famis duo per ſeptennia tempus.

Septentrĭo, onis, vel Septentriones, um, num. pl. m. 3. [Greek], ſeptem ſtellæ prope polum Arcticum. V. Triones. *Feſtus*: Septentriones ſeptem ſtellæ appellantur a ſeptem bobus junctis, quos triones a terra ruſtici appellant, quod juncti ſimul terram arant, quaſi teriones. Quidam a ſeptem ſtellis, quod id aſtrum Græci [Greek] dicant, quia habet partem quandam temonis ſpecie. Unde ait Ennius: Superat temo ſtellas. Sed & Phyſici eum ſitum ſeptem ſtellarum contemplati, Septentriones dici ajunt, quod ita ſunt ſitæ ſeptem ſtellæ, ut ternæ proximæ ſpecie efficiant veluti trigona. Hæc *Feſt.* Vide & *A. Gellium*, *l.* 2. *c.* 21. Græci [Greek], ideſt plauſtrum vocant. Latini ſimiliter Plauſtrum appellant. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles uno in loco cernuntur, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinque plauſtri figuram deſignant. Itaque & proximum ſidus Bootes Græcis, Latine bubulcus dicitur, quia more bubulci currum ſequitur. Atque hæ ſeptem ſtellæ ſidus efficiunt, quod dicitur Urſa minor, & a *Vitruv. l.* 9. *c.* 6. minor Septentrio. Alterum vero ſidus, quod Urſa major, & a *Vitruv. ibid.* Septentrio major vocatur, viginti ſeptem ſtellis conſtat, quæ & ipſæ poſitione plauſtrum referunt. Hinc eſt, quod frequentius a Scriptoribus Septentriones, cum de ſideribus ſermo eſt, in plurali numero uſurpantur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 117. Nam neque ſe Septentriones quoquam in cœlo commovent. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Erat a Septentrionibus collis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Inflectens autem Sol curſum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem æſtates, & hyemes efficit. ¶ Septentrio item nomen eſt venti, qui Auſtro objectus eſt, ita dicti, quod a Septentrionibus ſtellis ſpirat. Græce Aparctias appellatur, quod ab Arcto flat. Poetæ fabulantur, filium eſſe Aſtræi. *Cic. Att. l.* 9 *ep.* 6. Ex ea die fuere Septentriones venti. *Liv. l.* 26. *c.* 45. Acer Septentrio ortus ſtagnum inclinatum eodem, quo æſtus, ferebat. ¶ Item ponitur pro polo Septentrionali. *Plin. l.* 6. *c.* 22. Siderum in navigando nulla obſervatio, Septentrio non cernitur. ¶ Huc nomen reperitur etiam diviſum per Tmeſin. *Virg.* 3. *Georg. v.* 381. Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni.

Septentrionālis, & le, n. 3. *Settentrionale*, [Greek], quod ſpectat ad Septentrionem. *Vitruv. l.* 9. *c.* 6. Septentrionalis circulus. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Septentrionalia tantum hic, & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus.

Septentrionārĭus, a, um, idem ac Septentrionalis. *Gel. l.* 2. *c.* 22. Septentriones autem habent ob eandem cauſam ventum ... is objectus, directuſque in Auſtrum, Latine Septentrionarius, Græce [Greek] appellatus.

Septiceps, V. Biceps.

Septiciana libra, apud *Martial. l.* 8. *ep.* 71. dicta eſt libra Romana, quæ ſecundo bello Punico attritis Romanorum opibus ex duodecim unciis ad octo & ſemunciam redacta eſt, dicta eſt *Septiciana* a *Septis*, quo loco Romæ negotiatores verſabantur, & ad pondus vendebant.

Septicollis, le, ſeptem habens colles. *Prudent. in Romano v.* 413. cum puer Mavortius Fundaret arcem ſepticollem Romulus. *h. e.* Romam.

Septĭcus, a, um, *corroſivo*, [Greek], putrefactivus, a [Greek], *putrefacio*, unde [Greek], medicamenta, quæ vim habent erodendi, putrefaciendique. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Quin & ſanguis eorum ſepticam vim habet.

Septĭes, adv. *ſette volte*, Germ. *ſiben mahl*, Gall. *ſept fois*, Hiſp. *ſiete veʒes*, [Greek], ſeptem vicibus. *Cic.* 2. *Phil.* Ubi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Septies reſtituto templo. *Liv. lib.* 28. *cap.* 6. Euripus ſepties die temporibus ſtatis reciprocat.

Septifarĭam, adv. *a ſette modi*, ſeptem modis. *Sueius de verb. antiq. apud Non. c.* 2. *n.* 779. Et poſtea invenimus ſeptifariam diviſum.

Septiflŭus, a, um, adject. idem quod ſeptemfluus. *Petron. in Satyr.* quem Lydus adorat ſeptifluus. Alii leg. *veſtifluus*.

Septifolĭum, ii, n. [Greek], herba ſic dicta a foliorum numero. *Apulej. de herb. c.* 116.

Septifŏris, re, adject. ſeptem fores, ſeu foramina habens. *Alcim. Avit. l.* 1. *v.* 83. ſeptiforis vultus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 1. Fiſtula ſeptiforis.

Septimāna, æ, f. *ſettimana*, [Greek], ſeptem dierum ſpatium. Legitur in *Cod. Theodoſ. leg.* 5. *de Spectac.*

Septimānæ Nonæ dicuntur a *Varrone l.* 5. *de L. L.* quæ ſeptimo menſis die occurrunt. Adde *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 14. & *Cenſorin. de die nat. c.* 20.

Septimāni, m. 2. pop. Galliæ Narb. quorum regio Septimania *Sidon. l.* 3. *ep.* 1. dicitur, urbs vero Biterræ, ſic dicti a ſeptima legione, quæ ibi locata fuerat. *Plin. l.* 3. *c.* 6. ¶ Septimani fœtus dicuntur ab *Arnob. l.* 3. *pag.* 105. fœtus, qui ſeptimo menſe naſcuntur.

Septimania, æ, f. primum dicta eſt regio, ſeu ager circa Biterras urbem Galliæ Narbonenſis, qui Septimanis militibus, illuc in coloniam miſſis, aſſignatus fuit; deinde tota Narbonenſis provincia hoc nomine appellata fuit, quæ hodie *Linguadoca* dicitur. Ibi primum Gothi in Galliam irruentes ſedem poſuerunt. *Sidon. l.* 3 *ep.* 1.

Septimatrus, uum, ſeptem dies feſti Minervæ dicati. *Var. l.* 5. *de L. L.* ubi *Alex ab Alex. l.* 2 *c.* 22. legit *Septemmatrus*. Adde *Paul. epitomator. Feſti*, *in voce Quinquatrus*.

Septimontiālis, le, adject. ad Septimontii dies pertinens, ut Septimontiale ſacrum, *Sueton in Domit c.* 4. Septimontialis ſatio, *Cel. l.* 2. *c.* 10.

Septimontĭum, ii, erat dies feſtus Romæ, menſe Decembri celebratus ob incluſum pomœriis ſeptimum collem, ut ait *Plutarchus*, vel ita dictus, quod in ſeptem montibus fiebant ſacra, auctore *Feſto*, & *Var. l.* 5. *de L. L.*

Septimontĭus, ii, m. Deus, quem Septimontiis ſacris Romani colebant, *Tertul. l.* 2. *ad Nation c.* 15.

Septĭmum, adv. *la ſettima volta*, ſeptima vice. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 32. Cur enim Marius tam feliciter ſeptimum Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus? In quibuſdam MSS. legitur *ſepties*.

Septĭmus, a, um, *ſettimo*, [Hebrew], Germ. *der ſiben*, Gall. *ſeptième*, Hiſp. *ſeteno*, [Greek], unus ex ſeptem. *Plin. lib.* 7. *cap.* 5. Ut tamen in ſeptimum & quinquageſimum, atque centeſimum vitæ duraret annum. *Cic.*

pro Cluent. c. 27. Sententia ſeptima decima accederet. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 8. Ibi mercatum dixit eſſe die ſeptimi. V. *Dies*.

Septingenarius, a, um, quod ſeptingentorum numerum complectitur. *Var. l.* 2. *R. R.* c. 10. Septingenarii enim mei (gregis) ut octingenarius habuiſti.

Septingēni, æ, a, adject. idem quod Septingenteni, per ſyncopen. *Plin. l.* 33. *c.* 3. *de auro*: Nec aliud laxius dilatatur, aut numeroſius dividitur, utpote cujus unciæ in ſeptingenas & quinquagenas bracteas ſpargantur.

Septingentesĭmus, a, um, o. 1. n. ἑπτακοσιοστός, ultimus, ſive unus ex ſeptingentis. *Liv. lib.* 1. *in proœm.* Ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Septingenti, æ, a, *ſettecento*, ἑπτακόσιοι, nomen numerale diſtributivum. Declinatur pluraliter tantum. *Liv. l.* 23. Firmatis ſeptingentorum militum de exercitu Annibalis præſidiis. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Nominibus ſeptingentarum illuſtrium.

Septingentĭes, adverb. *ſettecento volte*. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Milonem ſeſtertium ſeptingenties æris debuiſſe.

Septĭo, onis, actus ſepiendi, ſepimentum. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* Locus, qui in ea ſeptione finitus fuerit. Et *mox*. Inter ſeptiones fundamenta fodiantur.

Septĭpes, edis, adject. *di ſette piedi*. *Sidon. lib.* 8. *epiſt.* 9. *in carm.* Hic Burgundio ſeptipes frequenter Flexo poplite ſupplicat quietem, h. e. Burgundio giganteæ ſtaturæ.

Septisonium, o. *Settiſonio*. Duplex fuit Romæ ædificium hoc nomine appellatum, alterum a Severo inſtauratum, ut narrat *Spartian. in ejus vita, cap.* 19. alterum multo vetuſtius, de quo *Sueton. in Tito c.* 1. Natus eſt Titus prope Septizonium, ſordidis ædibus. *Caſaubonus* tamen *ad loc. Spartiani citat.* putat, unicum fuiſſe Septizonium, illud nempe, cujus Suetonius meminit, a Severo ita inſtauratum, ut plane novum videri poſſet. Fuit autem hoc Severi Septizonium in decima urbis regione, ut conſtat ex *Pomponio Læto in libello de regionib. Urbis Romæ*. Appellatum eſt autem hoc nomine, quia moles erat alte aſſurgens, & ſeptem faſciis, ſeu zonis cincta, quæ ſeptum veluti moles aliam ſuper aliam impoſitas referebant.

Septuagenarius, a, um, adject. *ſettuagenario*. *Leg.* 3. *Dig. de jur. immunit.* Antequam ſeptuagenarius fieret.

Septuagēnus, a, um, diſtributivus numerus, quod fere ponitur pro ordinali ſeptuageſimus, *ſettanteſimo*. *Plin. l.* 26. *c.* 10. Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cujuſdam. *Col. l.* 5. *c.* 2. Septuagies ſeptuageni fiunt quatuor millia, & nongenti.

Septuagesĭmus, a, um, adject. *ſettanteſimo*, ἑβδομηκοστός. *Cic.* 1. *de Div. c.* 23. Cyrus ad ſeptuageſimum pervenit, cum quadraginta natus annos regnare cœpiſſet.

Septuagĭes, adverb. *ſettanta volte*. *Colum.* V. *Septuagenus*.

Septuaginta, *ſettanta*, ἑβδομήκοντα, decies ſeptem. *Cic.* 5. *Ver. c.* 52. Unus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus minor cum ſit.

Septuennis, V. Septennis.

Septum, i, *ſerraglio*, *chiuſura*, ..., omnis locus munitus, & quodam ſepimento vallatus, cujuſmodi ſunt ſtabula, ovilia, caprilia, bubilia, & id genus reliqua. *Cic. Phil.* 5. Quibus enim ſeptis tam immanes belluas continebimus? *Var. l.* 1. *R. R. c.* 21. Intra ſepta villæ habeat aquam. *Id. ibid. c.* 14. De ſeptis, quæ tuendi fundi cauſa fiunt. ¶ Apud Romanos item ſepta dicta ſunt loca in Campo Martio incluſa tabulatis, in quibus Populus Romanus ſtabat Comitiorum tempore, quæ duo fuere, unum, in quo Populus ſtabat, antequam ad ſuffragia vocaretur, alterum, in quo Magiſtratus ille, qui Comitiis præerat, & miniſtri, ut præcones, & alii. Hæc ſepta pontibus diſtinguebantur, per quos Populus ex uno ſepto in alterum ſuffragia ferebat. *Ovid.* 1. *Faſt.* Eſt quoque, quo Populum jus eſt includere ſeptis. ideſt eſt quoque dies comitialis. ¶ His quoque mercatores negotiabantur. *Martial. l.* 9. *ep.* 60. In ſeptis Mamurra diu, multumque vagatus, hic, ubi Roma ſuas aurea vexat opes. ¶ Ponitur etiam ſeptum pro obicibus, & clauſtris, quibus utimur ad impetus fluviorum coercendos. *Ulp. ff. de rivis, l.* 1. Septa ſunt, quæ ad incile opponuntur aquæ derivandæ, compellendæve ex flumine cauſa, ſive ea lignea ſunt, ſive lapidea, ſive ex alia qualibet materia ad continendam tranſmittendamque aquam excogitata. ¶ Septum tranſverſum, *ſetto traverſo*, dicitur a Medicis membrana illa in humano ventre, quæ ſuperiora viſcera ab inferioribus ſeparat, Græce διάφραγμα. *Celſ. l.* 1. *in præfat.* & *l.* 4. *c.* 1.

Septunciālis, le, o. 3. ἑπταουγκιαῖος, quod eſt unciarum, ſeu partium ſeptem, ut Septuncialis ſatio, quæ ſeritur media, & ultima pars ſementis, vel, ut alii explicant, quæ ſeritur ſemijugerum, & duodecima jugeri pars. *Col. l.* 2. *c.* 10. Medio ſementis pars ſeri, & pars ultima debet, quæ ſeptuncialis ſatio dicitur.

Septunx, cis, m. *ſette oncie*, ἑπτάουγκιον, menſura, vel pondus ſeptem unciarum, hoc eſt aſſis partes ſeptem. *Liv. l.* 23. *c.* 19. Septunces auri in ſingulos pretium convenit. ¶ Item in agri menſuris ſeptunx dicitur, qui continet ſemijugerum, & jugeri partem duodecimam. *Col. l.* 5. *c.* 1. Pars dimidia, & una duodecima, pedes ſexdecim millia, & octingenti, hoc eſt ſeptunx, in quo ſunt ſcrupula CLXVIII. *Liv. l.* 5. *c.* 24. Triumvirique ad id creati terna jugera, & ſeptunces viritim diviſerant. ¶ Accipitur etiam ſeptunx pro ſeptem cyathis vini. Solebant enim veteres, quando ſe paulo liberius invitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amaſiorum, amicarumque nominibus, ſingulosque cyathos appellabant uncias. *Martial. l.* 8 *ep* 51. *de phiala ab Inſtante Ruſo ſibi data*: Det numerum cyathis Inſtantis litera Ruſi, Auctor enim tanti muneris ille mihi. Si Thelethuſa venit, promiſſaque gaudia portat, Servabor domine Ruſe tremur tuo. Si dubia eſt, ſeptunce trahar, ſi fallit amantem, Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam. *Inſtans* conſtat ſeptem literis, *Ruſe* vocativus quatuor. Si Thelethuſa Martialis amica venit, poturus eſt trientem, ideſt quatuor cyathos, quot ſunt literæ in vocativo *Ruſe*. Si dubium eſt, ventura ſit, necne, bibet ſeptuncem, hoc eſt ſeptem cyathos, quot ſunt literæ in *Inſtans*. Si omnino ventura non eſt, bibet utrumque nomen, ideſt undecim cyathos. Tot enim literas habent duo hæc nomina *Inſtans*, & vocativus *Ruſe*.

Septuōſe, adv. *oſcuramente*, ..., obſcure, a ſepio. *Liv. Andron. apud Non. c.* 5. *n.* 779. Ita ſeptuoſe dictio abs ſe datur, quod conſecutam ſapiens ægre contulit.

Septus, a, um, *circondato*, *cinto*, περιφραγμένος, circumdatus, clauſus, munitus, partic. a ſepior. *Cic.* 1. *Pis.* Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe, & muniti videntur. *Id.* 9. *Attic. ep.* 16. Foſſa, & vallo ſeptus. *Id. Phil.* 16. Septus legibus, & judiciorum metu. *Liv. l.* 1. Albana pubes inermis ab armatis ſepta.

Sepulcrālis, le, o. 3. ἐπιτάφιος, quod ad ſepulcrum pertinet. *Ovid.* 8. *Met.* v. 480. Ante ſepulcrales infelix aſtitit aras. *Id. Remed. epiſt.* 2. v. 20. Fax ſepulcralis.

Sepulcrētum, ti, locus, ubi ſepulcrorum eſt frequentia. *Catul. ep.* 55. (*al.* 60.) Sæpe quam in ſepulcretis vidiſtis ipſo carpere e rogo cœnam.

Sepulcrum, cri, *ſepolcro*, *ſepoltura*, *avello*, קבורה, Germ. *grab*, Gal. *tombeau*, Hiſp. *ſepulcro*, τάφος, locus, in quo corpus, oſſave hominis ſepulta ſunt, tumulus. *Feſtus*: Sepulchrum eſt, ut ait Gallus Ælius, in quo mortuus ſepultus eſt, quod antiqui buſtum appellabant; iſque cippis, aut aliqua alia re mortui cauſa deſignatus eſt, intra quos ſepultura eſt facta. *Cic. pro R. Am.* Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad ſepulcrum patrium relictum eſt. *Id. de Sen.* Nec ſepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. ¶ In quibuſdam veteribus monumentis legitur ſepulchrum cum aſpiratione.

Sepultor, oris, qui ſepelit, *libitinariur*, ἐνταφιαστής, *becchino*. *Auguſt. de Trinit. l.* 4. *c.* 3. ſepultores corporis mortui. Tranſlate *Tertul. de anim. c.* 46. Octavianum Cæſarem, civilium turbinum ſepultorem vocat.

Sepultūra, æ, f. *ſepoltura*, קבר, Germ. *begrabnuſs*, Gal. *enterrement*, Hiſp. *ſepoltura*, ταφή, actus ſepeliendi, funeratio. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione, & ſepultura dicendum exiſtimem. ¶ Interdum etiam funus, & proprie exequias ipſas denotat. *Cic.* 2. *Phil.* Qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. *Id.* 2. *de Leg.* Nec de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis, nec ab alio, niſi qui publice ad eam rem conſtitutus eſſet, dici licebat. ¶ Quandoque accipitur pro ſepulcro. *Sulp. Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 12. Ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui.

Sepulturārius, a, um, adject. ad ſepulturam pertinens. *Auct. de limitib. apud Goeſ. pag.* 296. Fines ſepulturarii, ſive cinerarii.

Sepultus, a, um, *ſeppellito*, *ſotterrato*, קבור, Ger. *begraben*, Gall. *inſevely*, Hiſp. *enterrado*, ἐνταφείς. Differt ab humatu. *Plin. l.* 7. *c.* 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus; humatus vero, humo tectus. ¶ Tranſlate uſurpatur pro poſito, collocato. *Cic. in Piſon.* Hæc ſunt, o carnifex, in gremio ſepulta Conſulatus tui. ¶ Item pro exciſo. *Tac. l.* 3. *hiſt. c.* 35. Cæterum aſſidere ſepultæ urbis ruinis noxia tabo humus haud permiſit. ¶ Item pro ſopito. *Virg.* 2. *Æn.* v. 265. Invadunt urbem ſomno, vinoque ſepultam. *Id.* 6. *Æn.* Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto.

Sequācĭtas, atis, f. aſſiduitas, vel facilitas ſequendi. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Tribus & quoddam dictare celerantis ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium. *Id. l.* 9. *ep.* 11. Pigra ſequacitas.

Sequācĭter, adverb. ſequendo. *Arnob. l.* 2. *pag.* 49. Concludere acutiſſime ſyllogiſmos, ordinare ſequaciter inductiones ſuas.

Sequăna, æ, m. *la Seine*, fl. Galliæ celeberrimus, qui Belgicam, Celticamque diſterminat, teſte *Plin. l.* 4. *c.* 17.

Sequăni, m. a. pop. Galliæ Lugdunenſis, quorum tractus hodie Comitatus Burgundiæ, *la Franche Comté* ſeu *le Comté de Bourgogne* vulgo dicitur. *Plin. l.* 4. *c.* 17. ¶ Adjective *Lucan. l.* 1. *v.* 425. Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis.

Sequanĭcus, a, um, quod ad Sequanos ſpectat. *Martial. l.* 4. *ep.* 19. Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Sequax, acis, o. *ſeguace*, רודף, Ger. *leichtfolgig*, Gall. *qui ſuit*, Hiſp. *quien ſigue*, ἀκολουθητικός, quod aliquid ſequitur. *Virg. l.* 5. *Æn.* Malemque ſequacibus undis. *Lucret. l.* 6. *v.* 47. Curæque ſequaces. ¶ Item pro eo, quod facile, ſive aptum eſt ad ſequendum, quocunque trahatur, ut Lanæ ſequaces, quæ invitis manum ſequuntur. *Martial. l.* 13. *ep.* 57. Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *de cornibus*: Adeo ſequax natura eſt, ut in ipſis viventium corporibus ferventi cera flectantur. *Id. l.* 36. *c.* 26. Nec eſt alia materia nunc ſequacior. *Plin. jun. in Paneg. c.* 45. Flexibiles quocunque in partem ducimur a Principe, atque, ut ita dicam, ſequaces ſumus. ¶ Item pro lento, & quod attactum digitus ſequitur, cujuſmodi eſt pix, viſcum, bitumen. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Quin & bituminum ſequax alioquin, ac lenta natura. ¶ Item pro eo, quod ſe ſpargendo dilatat. *Perſ. in proœm.* Quorum imaginem lambunt hederæ ſequaces.

Sequēla, æ, ἀκολουθία, ſequendi actus. *Lact. de Opif. Dei*, *c.* 4. Mors ſequela morborum eſt. *Gel. l.* 6. *c.* 1. Alia quoque nata ſunt incommoda, ab ipſis cohærentia, eaque non per naturam, ſed per ſequelas quaſdam neceſſarias facta dicit, κατὰ παρακολούθησιν, ut conſequentia. ¶ Interdum ponitur pro acceſſione. *Scævola l.* 93. *ff. de ſolut.* Et quaſi generale quod retinendum eſt, ut ubi ei obligationi, quæ ſequelæ locum obtinet, principalis accedit. *Ulpian. leg.* 14. *ff. de furtis*: Si jumenta tibi commodavero, quorum ſequela erat equuleus.

Sequentĭa, æ, f. ſequela. *Frontin. de aquæduct. pag.* 133. Multiplicatio in amplioribus modulis ſervam ſequentia ſuæ regulam debet.

Sequeſter, ſtri, m. c. vel ſequeſtur, ſtris, m. 3. *ſequeſtro*, μεσέγγυος, ..., *mezzano*, apud quem plures rem aliquam, de qua controverſia eſt, depoſuerunt, ut inquit *Modeſtin. de verb. ſignif. Feſtus*: Sequeſter is dicitur, qui inter aliquos, qui certant, medius, ut inter eos convenerit, depoſitum ita tenet aliquid, ut ei reddat, cui id deberi jure, ſibi conſtiterit. Dictus eſt, ut docet *Gellius l.* 20. *c.* 10. quod ejus, qui electus ſit, utraque pars judicium ſequatur. Eſt enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ſeponitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 65. Tu iſtunc hodie non feres, niſi das ſequeſtrum, aut arbitrum, cujus hæc res arbitratu ſiet. *Lucan. l.* 10. *v.* 472. Sequeſter pacis. *mediatore*. ¶ Ponitur etiam pro eo, apud quem pecunia deponitur, vel qui rem perficiendam ſuſcipit, & inde lucrum facit, ut pro conductore corrumpendi judicii, vel corrumpendarum Tribuum in Comitiis. *Cic.* 3. *Ver. c.* 16. Aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi judicii ſolent eſſe. *Id.* 4. *Ver. c.* 44. Is eſt C. Clodius, qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi numerabatur. *Id. pro Cluent. cap.* 8. Qui ſequeſtre in illo judicio corrumpendo dicebatur eſſe uſus. ¶ Item pro eo, qui a litigatore edoctus docet patronum, ideſt pro procuratore litis, *ſollecitatore*. *Quintil. l.* 12. *c.* 8. Quo modo autem ſequeſter ille, & media litium manus, & quidam interpres impendit æquo animo laborem in alienas actiones, &c.

Sequeſter, ſtra, ſtrum, vel ſequeſtris, & ſtre, o. 3. *mezzano*, *intromeſſo*, μεσέγγυος, quod eſt medium inter aliquas res, ut Pax ſequeſtra, ideſt induciæ, quia mediæ ſunt inter bellum præteritum, & futurum. *Virg.* 11. *Æn.* Bis ſenos pepigere dies, & pace ſequeſtra Per ſylvas Teucri, miſtique impune Latini Erravere jugis.

Sequeſtrārius, a, um, adject. Sequeſtraria actio a JCtis dicitur, qua aliquid apud ſequeſtrem depoſitum, dum lis tranſigeretur, ut peracta repetimus. *leg.* 12. *ff. Depoſiti*. & *l.* 9. *ff. de dolo malo*.

Sequeſtrātio, onis, f. depoſitio apud ſequeſtrem. *Cod. l. un. de ſequeſtratione pecuniæ*.

Sequeſtrātor, oris, m. *Symmach. lib.* 8. *epiſt.* 54. Dolor affectorum familiarium ſequeſtrator.

Sequeſtratorium, ii, locus, in quo aliquid tanquam apud ſequeſtrem deponitur. *Tertul. de reſurr. carn. cap.* 52. Seminibus ſequeſtratorium terra eſt, illic deponendis, & inde repetendis.

Sequeſtrātus, a, um, nom. partic. ſepoſitus, abjectus, depoſitus. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 11. Commiſſeola frontem, & ſequeſtrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiſcum libere quod occurrit.

Sequeſtro, as, a. 1. deponere apud ſequeſtrem. *Prudent. in hymno exſequiar. v.* 127. Hominis tibi membra ſequeſtro. *Tertul. de reſurr. carn. c.* 56. Corpora medicam mauſoleis, & monumentis ſequeſtrantur. *Sidon. lib.* 1. *ep.* 11. Vir ab infamia ſequeſtrandus, h. e. collocandus in tuto, ut ad eum pertingere infamia non poſſit.

Sequeſtro, adv. *in ſequeſtro*, apud ſequeſtrem, ut Pecuniam ſequeſtro deponere, hoc eſt in manibus ſequeſtris, donec ſententia deciſum fuerit, cujus eſſe debeat. *Gel. l.* 20. *c.* 10. Quod apud ſequeſtrem depoſitum erat, ſequeſtro poſitum, per adverbium dicebant. *Plaut. Merc.* 4. 3. 36. Immo ſic ſequeſtro mihi data eſt. ¶ Se ſequeſtro ponere, eſt ſe ſe ſeparare ab eo, cum quo antea fueris conjunctus. *Cato apud Gell. l. c.* Per Deos immortales nolite vos ſequeſtro ponere.

Sequior, comparativum maſc. & fœm. Sequius, neut. *minore, peggiore, inferiore*, deterior, pejor, χείρων, ἥσσων. *Apul. l.* 10. *Metam.* Si ſequioris ſexus adidiſſet fœtum, h. e. fœmineum. *Ulpian. l.* 8. *ff. de Tranſact.* Perſonarum contemplatio habenda eſt, utrum frugi vitæ, & qui aliæ ſufficere ſibi poſſint, an ſequioris. *Liv. l.* 2. *c.* 37. Invitus quod ſequius ſit, de meis civibus loquor. *che ſia loro pregiudiziale.*

Sequor, eris, quutus, vel cutus ſum, d. 3. *ſeguire, ſeguitare*, ἕπομαι, eſt aliquem præcedentem iter facere, a verbo Græco allato, converſa conſonante priore, & ſpiritu aſpero. *Plaut Amph* 2. 1. 81. Sequere hac igitur me. *Ter. And.* 1. 1. 101. Funus interim procedit, ſequimur, ad ſepulcrum venimus. *Virg.* 1. *Æn.* Hos tota armenta ſequuntur A tergo. ¶ Tranſlate ſumitur pro conſequi, ſeu conſequens eſſe, adjungi. *Cic. de Am.* Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur. *Id. de Aruſp. Reſp.* Ut quiſquam pœnam, quæ ſequeretur illud ſcelus, ſcire poſſet? ¶ Item pro ejuſdem eſſe opinionis, vel ſententiæ. *Cic.* 5. *Fin.* Id enim jubet idem ille Plato, quem ego auctorem vehementer ſequor. *Id.* 2. *Fin.* Si ſecutus eſſet eorum ſententiam. *Id ibid.* Hujus ego nunc auctoritatem ſequens. ¶ Item pro ejuſdem factionis eſſe, aliquem aſſectari. *Cic. l.* 9. *Attic.* Quod non omnibus in rebus labantem, vel potius ruentem Pompejum ſequutus ſim. *Id. de Amic.* Ut ne quis conceſſum putet, amicum bellum patriæ inferentem ſequi. ¶ Item pro amplecti, delectari. *Cic. pro Mur.* Qui remoti a ſtudiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt. *Id.* 2. *de Leg.* Ego vero, cum liceat plures dies abeſſe, præſertim hoc tempore anni, & amœnitatem, & ſalubritatem hanc ſequor. ¶ Item pro exercere. *Cic. pro Mur.* Servius hic nobiſcum hanc urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi, plenam ſollicitudinis, ac ſtomachi ſecutus eſt. ¶ Item pro perſequi, inſequi. *Ovid.* 2. *Metam.* ſequi feras. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 20. Sequi pilo hoſtem. ¶ Item pro captare, anxie quærere. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 1. Sin Cæſarem reſpiciant, atque ejus gratiam ſequantur. ¶ Videtur etiam uſurpatum pro dicere, narrare. *Virg. Ecl.* 6. Quid loquar, aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt Dulichias vexaſſe rates, &c. ¶ Item pro inſiſtere in aliqua re. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 35. Propere ſequi, quod piget inchoare. ¶ Item pro indulgere, obtemperare, *ſecondare*. *Id.* 1. *Annal. c.* 49. Sequitur ardorem militum Cæſar. ¶ Sequi veſtigiis aliquem. *ſeguirlo a paſſo a paſſo*. *Liv. l.* 9. ¶ Fortunam ſuam ſequi, eſt ejus ſucceſſu, & occaſione fortunæ. *Liv. l.* 22. ¶ Conſuetudinem ſequi, eſt facere ſecundum conſuetudinem. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 6. Tu ergo, inquit, quam conſuetudinem ſequeris? ¶ Sequi fidem alicujus Populi, aut Principis, eſt illi fidelem eſſe, fidem ſervare, non diſcedere a fide. *Cic.* 2. *de Div.* Quod fidem ſecutus, amicitiamque Populi R. functus ſit officio. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 20. Ex qua Mandubratius adoleſcens Cæſaris fidem ſecutus, ad eum in continentem Galliam venerat. ¶ *Sequi verbum* eſt, quod vulgus dicit, *interpretar' a rigore*. *Cic. pro Cæc.* Nonne, ſi verbum ſequi volumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eum detrudi, cui manus afferantur? ¶ Uſurpatur etiam abſolute, pro fieri, hinc eſſe, *venir' in conſeguenza*. *Cic. de Fato:* Nec, ſi omne enuntiatum aut verum, aut falſum eſt, ſequitur illico, eſſe cauſas immutabiles, & æternas. *Id.* 2. *Fin.* Non enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. ¶ Item uſurpatur in tranſitionibus, pro conſequens eſt, proximum eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* At de prima quidem parte ſatis dictum eſt. Sequitur, ut doceam, omnia ſubjecta eſſe naturæ, eaque ab ea pulcherrime regi. ¶ Eleganter *ſequi* dicuntur, quæ lenta ſunt, & flectuntur facile. *Plin. l.* 7. *ep.* 9. *in carm.* Ut laus eſt ceræ, mollis cedenſque ſequatur Si doctos digitos, juſſaque fiat opus.

Sequutuleia, vel Secutoleia, dicitur mulier, quæ virum appetit, & ſectatur. *Petron. in Satyr.* Tanquam mulier ſecutuleia, unius noctis pacto omnia vendidit.

Sequutor, vel Secutor, oris, m. ἀκόλουθος, qui ſequitur, aſſecla. *Apul. l.* 9. *A. A.* Acerrimum relinquens uxori ſequutorem, ſecuram dirigit profectionem. ¶ Speciatim Secutor dicebatur in ludo gladiatorio. Sed quisnam eſſet, viri eruditi varie explicant. *Iſid. l.* 18. *Orig. c.* 55. *ita ſcribit:* Secutor eſt ab inſequendo retiarium dictus. Similiter quidem Lexicographi ſecutorem eundem fuiſſe cenſent, atque mirmillonem, qui pugnabat contra retiarium. Verum *Joſ. Scalig in Not. ad Manil.* docet, ſecutorem fuiſſe, qui Græcis ἔφεδρος, aliterque a Martiale *ſuppoſititius* appellatur, & in veteribus Gloſſis tertiarius, quia eorum ex duobus gladiatoribus altero interfecto tertius ſufficeretur. *Juven. ſat.* 8. *v.* 210 Ergo ignominiam graviorem pertulit omni Vulnere cum Graccho juſſus pugnare ſecutor. *Sueton. in Calig. c.* 30. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, ſine certamine ullo, totidem ſecutoribus ſuccubuerant, cum occidi juberentur, unus reſumpta fuſcina, omnes victores interemit. Fuſe de his *Lipſ. Saturn. l.* 2. *c.* 7.

Sequutus, ſeu Secutus, a, um, partic. a ſequor. *Plin. l.* 13. *c.* 22. Et ſequuto die contra famam cutem ſinceram circumferens, *il giorno ſeguente*.

Ser, eris, m. σήρ, aliquis ex Serica regione, ut Aſſyrius ex Aſſyria. *Sidon carm.* 5 *v.* 43 Aſſyrios gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. *Auſon in Technopægn. cap. de hiſtor.* Ser veſtifluus. Adde *Senec. in Herc. Oet. v.* 667.

Sera, æ, f. *ſeratura*, κλεῖθρον, fuſtis, quo clauduntur oſtia, ut *Feſtus* definit. *Var. l.* 6 *de L. L.* Seræ, quibus remotis fores panduntur. *Ovid. l.* 1. *Amor. eleg.* 6. Tempora noctis eunt, excute poſte ſeram. *Juv. ſat.* 6. *v.* 346. Adde ſeram, cohibe; Sed quis cuſtodiet ipſos Cuſtodes?

Sera, adv. V. Serus.

Seranus, vel Serranus, i, m. cognomen M. Atilii civis Romani, inde dictum, quod dum in agro ſereret, ad honores in Repobl. capeſſendos vocatus fuerit, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 3.

Serapeum. V. Serapion.

Seraphim, f. vel n. indeclin. unus ex ordinibus ſupremæ Hierarchiæ Angelorum. Vox eſt Hebraica, a שרף, *uſſit, incendit*, quia a claritate, & aſpectus ſplendore quaſi flammantes, & ignei aſſi ſunt. *Iſid. l.* 7. *Orig. c.* 5. *Prudent. Cathemer.* 4 *v.* 4.

Serapias, adis, f. σεραπιάς, &

Serapion, ii, n. herba, quæ & orchis dicitur, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, radice gemina, teſticulis ſimili. *Plin. l.* 26. *c.* 10. *Apul. de herb. c.* 15.

Serapicus, a, um, adject. ut Serapicæ cœnæ apud *Tertul. Apol. c.* 39 h. e. ſumptuoſæ, quales in honorem Serapidis celebrari ſolebant. Quidam legunt *Serapiaca* eodem ſenſu.

Serapis, is, & idis, m. σεράπις, Deus Ægyptiorum, & præcipue Alexandrinorum, idem qui Apis. V. *Apis*. *Martial. lib.* 9. *epigr.* 30. Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. *Martian. Capel. lib.* 2. Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Oſirim. *Plin. lib.* 37. *cap.* 5. Eſſe etiam nunc in labyrintho Ægypti Serapim e ſmaragdo. *Spartian. in Sever. cap.* 17. Propter religionem dei Serapidis. ¶ Quidam Critici contendunt ſcribendum *Sarapis*.

Serapium, vel Serapeum, i, n. templum Serapie. *Lamprid. in Alex. Sever. cap.* 27. Serapium decenter ornavit. *Tertul. in Apol. c.* 18. Ptolemæi bibliotheca apud Serapeum.

Serarius. V. Sectarius.

Serbi, m. 2. populi Scythiæ Europææ, ad Mæotidem paludem, qui in Germaniam profecti Sorabi dicti ſunt, & in Miſnia, alias in Myſia infer. inter oſtia Iſtri conſedere, quorum regio nunc *Srbſia*, quaſi Serbia nominatur. & in Myſiam ſuper. migrantes, ei nomen Serviæ quaſi Serbiæ indidere, in ea parte, quæ Pannoniæ hæret. *Plin. l.* 6. *c.* 7.

Seren, indeclin. urbs Arabum, in confin. Troglodytarum. *Plin. l.* 6. *c.* 19.

Serenator, oris, m. epithetum Jovis ſerenum cœlum inducentis. *Apul. de Mundo ſub fin.* Dicitur & fulgurator, & tonitrualis, & fulminator, item ſerenator.

Serenatus, a, um, nom. ex particip. εὐδιασμένος, *ſerenato, ſereno*. *Sil. l.* 12. *v.* 637. Ecce ſerenato clarum jubar emicat axe. Et *v.* 665. Læta ſerenati facies aperitur Olympi.

Serenifer, a, um, adject. ſerenitatem afferens, ut ſerenifer Aquilo. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 989.

Serenitas, atis, *ſerenità*, צחות, Germ. *wetterſchone*, Gall. *ſerain*, Hiſp. *ſereno*, αἰθρία, puritas, claritas, tranquillitas aeris. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 45. Nam igitur cum ſit tum ſerenitas, tum perturbatio cœli. *Col. l.* 3. *c.* 1. Vitis imbribus magis, quam ſerenitatibus offenditur. ¶ Tranſlate *Liv. l.* 42. *c.* 62. Nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ.

Sereno, as, a. 1. *raſſerenare*, הצחיח, Germ. *heiter machen*, Gall. *faire ſerain*, Hiſp. *hazer ſereno*, αἰθριάζω, ſerenum, & clarum reddo, tranquillo, clarifico. *Virg.* 1. *Æn. v.* 232. Vultu, quo cœlum, tempeſtateſque ſerenat. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Virg.* 4. *Æn.* Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat. h. e. fronte ſerena oſtendit. *Plin. l.* 2. *c.* 6. *de Sole:* Atque etiam nubila humani animi ſerenat.

Serenum, i, ſubſt. 2. αἴθριον, ſerenitas, vel cœlum ſerenum. *Virg.* 1. *Georg. v.* 394. Nec minus ex imbri Soles, & aperta ſerena Proſpicere. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Aranei ſereno non texunt, nubilo texunt. *Sil. l.* 5. *v.* 58. Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.

Serenus, a, um, *ſereno*, צח, Germ. *heiter*, Gall. *ſerain*, Hiſp. *ſereno*, αἴθριος, tranquillus, ſine nubibus, ſine imbre. *Virg.* 6. *Æn.* Ac velut in pratis, ubi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt variis. *Martial. l.* 4. *epigr.* 64. cœlo perfruitur ſereniore. ¶ Ponitur interdum pro ſicco, quia ſerenitas cœli ſiccitatis cauſa eſt. *Virg.* 1. *Georg ad fin.* unde ſerenas Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auſter. *Plaut. Merc.* 5. 2. 33. Hic Favonius ſerenus eſt, hic auſter imbricus. ¶ Tranſlate capitur pro læto. *Cic. Tuſc* 3. *c* 15. Nec vero eadem frons erat, quæ M. Craſſi illius veteris, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla, & ſerena. ¶ Item pro felici, proſpero. *Auct. ad Her. l.* 4. Ita falſi amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt. *Sil. l.* 13. Sed ſurrent albuſque dies, horæque ſerenæ. ¶ Item pro lucido. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Serenum colorem margaritæ pro claritate matutina contrahunt. ¶ Sereniſſimi olim dicti Rom. Imperatores, quaſi pleniſſimi tranquillitatis, vel ſumma vultus ſerenitate, & affabilitate præditi. *Juſtinian. l. Imperialis benevolentiæ, Cod. de nupt.*

Serenus, i, Q. Serenus Sammonicus, medicus, ſcripſit heroico carmine de variis morborum curationibus, quæ extant, non ineleganter. Occiſus eſt a Caracalla inter cœnandum, ut narrat *Spartian. in Carac. c.* 4. Carus fuit Severo, & Gordiano majori, ut eſt apud *Capitol. in Gordiano jun. c.* 18. ¶ Filium habuit eodem nomine, qui Gordiani junioris præceptor fuit. *Id. ibid.*

Seres, ium, m. σῆρες, populi Scythiæ Aſiaticæ, quorum regio Serica, nunc Cataia, *Kitay*. Apud hos arbores eſſe dicuntur, quæ non ſolum folia, ſed lanam quoque proferunt tenuiſſimam, ex quarum frondibus canitiem depectunt aquæ perfuſa, ex qua vellere veſtimenta conficiunt, quæ Serica nuncupantur, ut deſcribit *Solin. c.* 63. V. Bombyx. Hinc *Plin. l.* 6. *c.* 17. Seres lanificio ſilvarum nobiles. Et *Virg.* 2. *Georg. v.* 121. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. *Lucan. l.* 10. *v.* 142. compreſſum pectine Serum. ¶ *Ser* in ſingul. num. V. ſupra ſuo loco.

Seresco, is, n. 3. *ſeccarſi*, יבש, Ger. *trucken werden*, Gal. *ſe ſeicher*, Hiſp. *ſecarſe*, ξηραίνομαι, ſiccus fio, quaſi *ſerenaſco*, ideſt ſerenus fio, quoniam ſerenitas ſicca eſt. *Lucret. l.* 1. *v.* 305. Denique fluctifrago ſuſpenſæ in littore veſtes uveſcunt, eædem diſpanſæ in Sole ſereſcunt.

Seresco, is, n. 3. in ſerum abeo. *Plin. l.* 11. *c.* 41. Omne autem lac igne ſpiſſatum, frigore ſereſcit.

Sergia Tribus Romana ruſtica, dicta eſt a Sergia familia nobili, & perantiqua. Ejus meminit *Aſcon.* & antiquæ Inſcriptiones apud *Manutium*.

Sergia, & Sergiana, æ, f. genus olivæ apud *Cat. de R. R. c.* 6. & *Col. l.* 5. *c.* 8.

Seria, æ, f. πίθος, vas fictile oblongum. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 2. Nihilo magis torcular, vaſa vindemiatoria, aut ſerias olearias, aut trapetas. *Liv. l.* 24. *c.* 10. Ut ſerias, doliaque, quæ in eo loco erant, provoluta velut impetus torrentis tulerit. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 11. Et o ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.

Sericarius, ii, m. *teſſitore di panni di ſeta*, Germ. *ſeiden weber*, Gal. *tiſſeran de ſoye*, Hiſp. *texedor de ſeda*, σηρικοϋφάντης, qui veſtes ſericas texit. *Firmic. l.* 8. *Math.* Sericarius textor naſcitur, qui habuerit horoſcopum in vigeſima octava parte Arietis.

Sericatus, a, um, *veſtito di ſeta*, σηρικοφόρος, indutus ſerico. *Sueton. in Calig. cap.* 52. Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus.

Serichatum, i, n. genus arboris odoriferæ, cujus nomen tantum cognitum eſt noſtro orbi, inquit *Plin. l.* 12. *c.* 21.

Sericum, i, *ſeta*, Germ. *ſeyden*, Gall. *ſoye*, Hiſp. *ſeda*, σηρικόν, quod texitur a Seribus Aſiæ populis. Quidam veterum putarunt, Sericum oriri e cortice arboris Indicæ. Hanc fuiſſe quorundam ſententiam auctor eſt *Pauſan. in Eliac.* In iis eſt *Strabo l.* 15. cum ait: Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικὰ ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου, Tales & Sericæ veſtes, byſſo ex corticibus quibuſdam carminato. Sericum item eſſe arborum fœtum ſenſit *Ammian. Marcel. l.* 23. Sed dicere videtur, arbores apud Seres in frondibus lanam tenuiſſimam producere, quæ a Seribus inde pectitur. V. Seres. In hac ſententia quoque fuiſſe videtur *Tertull.* cum *lib. de habitu muliebr.* ſcribit: Age nunc, ſi ab initio rerum & Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nerent. Alii Sericum arboribus depecti agnoſcunt, verum non ex arborum ortura, ſed bombycum opere fieri tradunt. Sic clare *Iſid. lib.* 19. *cap.* 27. Sericum dictum, quia id Seres primi miſerunt. Vermiculi enim ibi naſci perhibentur, a quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipſi græce βόμβυκες nominantur. Iſidoro favet locus Chryſoſtomi a *Brodæo* quoque adductus. Καλὰ, inquit, τὰ σηρικὰ ἱμάτια, ἀλλὰ σκωλήκων ἐστὶν ὑφάσματα, Pulchra ſunt veſtimenta ſerica, ſed vermium textura. Difficilius dictu, utros ſequatus *Maro*, cum 2. *Georg.* ait: Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres: aut *Seneca*, cum *in Herc. Oet.* ſcripſit: Quæ Phœbeis ſub-

dius Ruris legit Eois ſer arboribus : aut *Claudian.* cujus illud : Stamina quod molli tondent de ſtipite Seres. Sed verius ſane Iſidorus, quam Strabo, vel Ammianus; quanquam Iſidorum ne nomina in *Excurſ. ad 1. Ann. Tac.* reprehendat Juſtus Lipſius, quaſi is male confuderit bombycinam lanam cum ſerica. At immerito, quemadmodum ex iis patet, quæ *Jul. Scalig.* tradit ad *Cardan. exerc.* 158. ubi inter alia narrat, vidiſſe ſe in Calabria neglectos in arboribus vermiculos ſine cura, qui que ſericum facere, a quibus detrahunt incolæ. Addit quoque, ex commentariis navigationum, in Teprobana Sericum ſine cultu ex arboribus detrahi. Sed & partim ex Veneti Legati narratione, partim ex peregrinationum Scriptoribus oſtendit, Sericum, quod hodie a Seribus in loca alia demittitur, plane idem eſſe ac illud, quo hodie utimur. Imo & Cardanus monuerat, ex Indicis navigationibus patuiſſe, non aliud ac ſe Serici genus, quam nobis. *Dalecampius* quoque ad *Plinii l.* 11. c. 23. ſcribit, ſe vidiſſe folia aliquot ex Perſide, & Arabia advecta, mori foliis ſimilia, ſed paullo anguſtiora, & longiora, vellere ſericeo circumvoluta, quod bombyx intus latens neverat, ut omnino ſericum ſilum Orientale, ac noſtrum bombycinum non differant ſecundum ſubſtantiam, ſed ſolum ex accidenti, puta, quod in Oriente bombyces ad in arborum foliis producant, nobis vero animalculum id cura maxima ſit tuendum, ſervandumque. Quare nec in eo audiendus *Juſt. Lipſ. comment. ad cond. lib.* aut *Joan. Bernart. comment. ad* 1. *Sylv. Stat.* qui inter alia, quæ fuſe de ſerico diſſerunt, hoc quoque tradunt, Sericum apud nos deſiiſſe, nec ejus quicquam præter nomen ſupereſſe. ¶ Inter ſericum, & bombycinum diſcrimen ponit *Ulp. l.* 23. *ff. de aur. arg. leg.* Veſtimentorum ſunt omnia lanea, lineaque, vel ſerica, vel bombycina. Bombycina quid ſit, indicat locus hic *Plin. l.* 11. *c.* 22. Bombyces telas araneorum modo texunt ad veſtem, luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Atque hæ veſtes etiam Coæ vocabantur, quia bombyces naſcerentur a Co inſula. Bombycina igitur ſit e textura vermiculorum tunc jam Europæ notorum. Sed ſerica tela unde fieret, quia ex interiore Aſia peteretur, non æque conſtabat. Quare mirum non eſt, *Ulpianum* bombycinum a ſerico diſtinxiſſe. ¶ Uſque ad Juſtiniani tempora inviſa Imperio Romano fuerunt ſemina vermiculorum, qui ſerica nerent fila. Ejus demum temporibus eo perlata, ſilaque ibi neri a vermiculis, & inde ſerici ſerica cœpere, ut conſtat ex *Procopii Gothicor. l.* 2. ¶ Primo mulieres ſolæ ſerico utebantur. Primis autem illis temporibus ſerici tanta erat caritas, ut auro rependeretur. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico fœmina tranſluceat. Cœperant tamen jam tum viri eo uti: ſed lege hoc ſuppreſſum fuit. Quod accidit A. U. 769. quo decretum factum, ut ait *Tac. Ann. l.* 2. ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent, Ne veſtis ſerica viros fœdaret. *Vopiſc. in Aureliano* : Veſtem ſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam dedit. Neque *Dionis* ævo, qui vixit temporibus Severi Imper. viris hoc conceſſum fuit, ut conſtat ex libro ejus 43. Paullatim vero & viri ſerica veſte uti cœpere. Unde *Solinus*, qui poſt eos vixit *c.* 53. ait: Hoc illud eſt ſericum, in uſum publicum damno ſeveritatis admiſſum, & in quo oſtentare potius corpora, quam veſtire, primo fœminis, nunc etiam viris perſuaſit luxuriæ libido. ¶ Plura ſi de ſerico, ac bombycino velis, tum *Scaligerum*, *Dalecampium*, *Lipſium*, ac *Bernartium locis citatis* adire potes, tum *Raphael. Volaterr. l* 28. *Comment. Urb. Lazar. Bayſ. l. de re veſtiar. c.* 5. & 6. *Brodæum l.* 1. *Miſcell. c.* 22. *Tiraquell. in legg. connubial. leg.* 3. *n* 18. At in primis opera fuerit adire, quæ *Salmaſius* obſervavit ad *Tertullianum de Pallio*, & *Hiſtoriæ Auguſtæ*, & *Solinum*.

Sericus, a, um, *σηρικός*, quod ad Seres populos ſpectat, ut Veſtis ſerica, quæ nempe apud Seres texitur. *Horat. Epod.* 8. Quid? quod libelli Stoici inter Sericos jacere pulvillos amant? *Plin. l.* 21. *c.* 3. Lautiſſimum quippe habetur e nardi folio eas dari, aut veſte ſerica verſicolores unguentis madidas. ¶ Serica, orum, abſolute pro veſtibus ſericis. *Martial. l.* 9. *epigr.* 38. Nec dentes aliter, quam Serica nocte reponis. ¶ Sagittæ Sericæ, quibus Seres utebantur. Serica enim gens Parthis vicina ſagittandi arte excelluit. *Horat. l.* 1. *od.* 29. Doctus Sagittas tendere Sericas Arcu paterno. ¶ Sericus Oceanus, *il mar di Tartaria*. *Plin. l.* 6. *c.* 13.

Series, ei, f. 5. *ſerie*, *ordine*, סדר, Ger. *ordnung*, Gal. *ſuite*, *ordre continu*, *τάξις*, ordo, & quaſi quædam rerum continuata progreſſio, a *ſero*, hoc eſt necto. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 4. Eſt enim admirabilis quædam continuatio, ſerieſque rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter ſe aptæ, colligatæque videantur. *Id.* 1. *de Div.* Fatum autem id appello quod Græci *εἱμαρμένην*, idest ordinem, ſeriemque cauſarum.

Serietas, atis, f. *ſerietà*. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Cum ſerietatem dictare. *Auſon. in Parental.* 2. *v.* 6. Et gravitas comis, lætaque ſerietas.

Serilia, um, n. 3. funiculi, qui ſparto conſeruntur. Ita exponit *Feſt.* illud *Pacuvii*: Suta lino, & ſparteis ſerilibus.

Serio, adv. *ſeriamente*, *da dovero*, Germ. *ernſtlich*, Gall. *a bon eſcient*, *de bon*, Hiſp. *de veras*, *σπουδαίως*, vere, cum gravitate, abſque joco. *Plaut. Amph.* 3. 2. 25. Cum ea ſermonem nec joco, nec ſerio habeas. *Terent. Eun.* 3. 3. 22. Moſit porro orare, ut venirem, ſerio. *Liv. l.* 4. *c.* 25. Rem ſerio agere.

Seriŏla, æ, f. *πιθίδιον*, exigua ſeria, urnula. *Perſ. ſat.* 4. *v.* 29. Seriolæ veterem metuens deradere limum.

Seriphium, ii, abſinthium marinum, quod & Seriphum dicitur. *Plin. l.* 32. *c.* 9.

Seriphius, a, um, quod ad Seriphum inſ. ſpectat, ut Seriphium ſaxum. *Tac.* 4. *Ann.* 1. 21. ¶ *Seriphia rana*, *βάτραχος ἐκ Σερίφου*, græcum proverb. in hominem mutum, vel taciturnum, vel canendi, dicendique imperitum. Nam in Seripho inſula ranæ non coaxant, teſte *Plin. l.* 8. *c.* 58.

Seriphus, f. 2. *Serfino*, *Serfine*, *Serfone*, *Serfour*, *Serfente*, inſ. maris Ægæi, una Cycladum. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Seris, is, f. *ſpezie di cicorea*, *σέρις*, intybus ſativus, ſeu hortenſis. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 10. Serunt herbam, quæ vocatur ſeris.

Seritas, atis, f. *tardanza*, ut ſeritas epiſtolarum, apud *Symmach. l.* 3, *ep.* 28. ubi alii leg. *celeritas*.

Serius, a, um, *ſerio*, *grave*, Germ. *ernſthafftig*, Gal. *grave*, Hiſp. *grave coſa*, *y de veras*, *σπουδαῖος*, gravis, minime jocoſus. *Cic.* 1. *Offic.* Ludo autem, & joco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus ceteris, tum, cum gravibus, ſeriiſque rebus ſatis fecerimus. *Terent. Eun.* 3. 3. 7. Rem ſeriam agere. ¶ Seria, orum, abſolute pro rebus ſeriis. *Cic.* 2. *Fin. c* 26. Joca, & ſeria cum aliquo conferre. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 27. amoto quæramus ſeria ludo.

Sermo, onis, m. *ſermone*, *diſcorſo*, *ragionamento*, *il parlare*, *linguaggio*, שיחה, Germ. *rede*, Gall. *propos*, *devis*, Hiſp. *ſermon*, *palabra*, *λόγος*, loquela, oratio. *Servius* ducit a *ſerendo*, ad illud *Virg.* 6. *Æn* v. 160. Multa inter ſeſe vario ſermone ferebant. ¶ Primo ſignificat propriam cujuſque orationis linguam. *Nep. in Att. c.* 4. Suavitas latini ſermonis. *Cic.* 1. *Offic.* Sermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis. *Horat. l.* 3. *od.* 8. Docte ſermonis utriuſque linguæ. ¶ Præterea frequentiſſime ponitur pro oratione, allocutione. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 73. Cum mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo eſſet de te inſtitutus. *Id. ibid.* Habere ſermonem bene longum. *Id. de Invent.* Conſerere ſermonem cum aliquo. *Id. de Aruſp. reſp.* 1. 26. De Alexandrinis video eſſe ſermonem. *Id.* 9. *Fam. epiſt.* 8. Feci ſermonem habitum in Cumano inter nos. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 3. Sed hæc coram: nam iſta multi ſermonis ſunt, *richiedono un lungo diſcorſo*. *Id. Qu. Fr. l.* 1. *epiſt.* 1. Primus annus habuit de hac reprehenſione plurimum ſermonis. *ſe ne parlò aſſai*. *Id. Ver.* 6. *c.* 7. In ſermonem hominum, atque in magnam vituperationem venire, *dar da dire*. *Id. Phil.* 10. 2. 7. In ore, atque in ſermone omnium eſſe. *Id. pro Mil. c.* 12. Verſari in ſermone pervagato civitatis. ¶ Eſt etiam pars orationis rhetoricæ. Nam *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 13. ita dividit univerſam orationem, (quod attinet ad vocem moderandam) ut una pars ſit ſermo, alia contentio, tertia amplificatio. Sermonem definit orationem remiſſam, & finitimam quotidianæ locutioni: contentionem deſcribit orationem acrem, & ad confirmandum, & confutandum accommodatam, &c. ¶ Præterea *ſermones* inſcribuntur libri duo Satyrarum *Horatii* ob eam cauſam: quia vult (hoc eſt, pedeſtris) ſermoni ſuas potius, quam poemati; vel quia ad præſentes ſcribuntur. Epiſtolis enim ad abſentes loquimur, ſermone ad præſentes. Quamvis igitur hoc opus Satyram eſſe *Horatius* ipſe profiteatur (*l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 1.) tamen proprium titulos voluit ei accommodari, hos primos duos libros *Sermonum*, poſteriores *Epiſtolarum* inſcribens. Hæc *Acron ad l.* 1. *Horat. initio Satyra* 1.

Sermocinanter, adv. *diſcorrendo*. *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 6. Sermocinanter horas extrahere.

Sermocinatio, onis, f. *diſcorſo*, *dialogo*, figura rhetoricæ, qua aliquem loquentem inducimus. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Sermones hominum aſſimulatos dicere *διαλόγους* malunt, quam quod Latinorum quidam dixerunt, ſermocinationem. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 52. Sermocinatio eſt, cum alicui perſonæ ſermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

Sermocinatrix, icis, f. *parlatrice*, *favellatrice*, quæ ſermocinatur. *Quintil. l.* 3. *c.* 4. Quam ſane permittamus dicere ſermocinatricem.

Sermocinor, aris, d. 1. *parlare*, דבר, Germ. *reden*, *ſprachhalten*, Gall. *parler*, *deviſer*, Hiſp. *hablar*, *razonar*, *ὁμιλέω*, ſermonem habeo, loquor. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 17. Et quibus in rebus homines in conſuetudine ſcribendi, aut ſermocinandi eo verbo uti ſoleant, conſiderabitur. *Id.* 3. *Ver. c.* 32. Libenter ſe ait eſſe facturam, & ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam.

Sermonalis, le, adject. *Tertul. adv. Prax. cap.* 5. Non ſermonalis, ſed rationalis Deus.

Sermōnor, aris, depon. idem quod ſermocinor. De eo ſic *Gell. lib.* 17. *cap.* 2. Sermonari ruſticius videtur, ſed rectius: ſermocinari crebrius, ſed corruptius.

Sermuncŭlus, i, m. parvus ſermo. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 12. Sermunculum omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit. *Id. pro Dejot. c.* 15. Nonne intelligis, Caſtor, ex urbanis malevolorum ſermunculis hæc ab iſtis eſſe collecta?

Serniōſus, a, um, adject. qui ernis prurigine et ſcabie laborat. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 12. Serniosos, quos nos petiginoſos dicimus, & aſperitatis vitio ſimili curam.

Sero, as, a. 1. *ſerrare*, *chiudere*, *κλείω*, claudo. *Colum. l* 6. *c. ult. de mulo feminibus*. Femina ſecari, & interdum inuri ſolent. Ita Calepinus, ſed legendum *ſecari*.

Sĕro, is, ſevi, & ſerui, ſatum, n. 3. *ſeminare*, זרע, Ger. *ſeyen*, Gal. *ſemer*, Hiſp. *ſembrar*, *σπείρω*, ſemino, a verbo græco allato. *Cæſ. l.* 5. *B. G.* Frumenta non ſerunt, ſed lacte, & carnibus vivunt. *Virg.* 1. *Georg.* Exercete viri tauros, ſerite hordea campis. ¶ Aliquando ſignificat plantare, *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 14. Serit arbores, quæ alteri ſeculo proſint. *Col. l.* 3. *c.* 20. Si unum genus (vitis) ſeverimus, cum id acciderit, quod ei noxium eſt, tota vindemia privabimur. *Col. l.* 3. *c.* 4. Vitem conſeras, & cum ſeveris, ſumma ſedulitate culturæ ſervias. ¶ Translate ſumitur pro generare. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non enim temere, nec fortuito ſati, & creati ſumus. ¶ Item pro movere, excitare, ut Serere bella, certamina, diſcordias, lites, crimina in aliquem, &c. *Liv. l.* 3. *c.* 1. Et in aliena urbe cum Patribus ſerere certamina. *Id. l.* 31. Incuſaverat, bella ex bellis ſeri, ne pace unquam frui plebs poſſet. *Id. l.* 3. *c.* 40. Serere cauſas diſcordiæ. *Id. l.* 24. *c.* 23. Serere crimina in Senatum, *ſpargere accuſe contro 'l Senato*. *Virg.* 12. *Æn v.* 228. Varios rumores ſerere. *Plaut. Pan.* 3. 2. 10. Serere lites. ¶ Serere ſermones, eſt colloqui. *Plaut. Mil.* 3. 1. 106. Quo hujus ſimiles ſermones ſerat. *Liv. lib.* 34. Serere colloquia cum aliquo. ¶ *Plaut. Epid.* 2. 2. 80. Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur. h. e. hæc res nihil ad me pertinet, ut quæ neque meo periculo ſit, neque emolumento. ¶ Addunt Lexicographi aliud *ſero*, *is*, *rui*, *rtum*, quod ſignificet nectere, connectere, tanquam ab *εἴρω*; item aliud, quod ſignificet dicere, tanquam ab *ἐρῶ*, vel *εἴρω*: verum hujuſmodi ſimplicia verba non ſunt in uſu, niſi in compoſitis *conſero*, *diſſero*, &c. Apud Lucanum tamen legitur particip. *ſertus*, pro contextus, conſertus, ubi ait *l.* 10. *v.* 164. Accipiunt ſertas nardo florente coronas. Sic ſertos flores, apud *Apul. l.* 10. *Metam.* & *Mart. Fel.* in *Octav.* h. e. ſerta a floribus.

Sēro, adverb. *di ſera*, *a ſera*, בערב, Germ. *ſpat*, *langſam*, Gal. *au ſoir*, Hiſp. *tarde*, *ὀψέ*, veſpere, veſpertino tempore, poſt Solis occaſum. *Cic. Att. l.* 7. Eo die venit ſero alter Conſul. ¶ Per Synecdochen ponitur pro tarde, *tardi*, *tardamente*. *Cic. in Brut.* Quam ea ſero prodierit in lucem. *Id. ad Q. Fratr.* Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo, ſero eſt enim. ¶ Comp. ſerius, ſuperl. ſeriſſime. *Cic.* 3. *de Orat.* Ad myſteria biduo ſerius veneram. *Plin. l.* 15. *c.* 7. Tarentinæ ſeriſſime legi. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 75. Ut quam ſeriſſime cognoſceretur. ¶ *Sero ſapiunt Phryges*, proverb. eſt natum a Trojanis, qui poſt decennium tandem annum velle ceperant Helenam Achivis reddere. *Feſt.*

Serotinus, a, um, adject. *ſerotino*, *ſerotino*, qui ſero venit, ut Poma ſerotina, quæ poſt legitimum tempus, vel tardius cæteris matureſcunt. *Col. l.* 3. Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoces ſerito: locis hybernis ſerotinas ſerito. *Id. l.* 8. *c.* 5. Item ſerotini pulli, qui a ſolſtitio nati capere juſtum incrementum non potuerunt. ¶ Hujus vocis penultimam plerique Grammatici corripiunt. *Scaliger* tamen *de cauſis L. L. l.* 4. *c.* 68. *in fine* longam putavit.

Serpens, tis, nom. particip. *ſerpeggiante*, *che va ſerpendo*, qui ſerpit, *ἕρπων*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Beſtias ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes. *Id. de ſen. c.* 15. Vitem ſerpentem multiplici lapſu, & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum. *Id.* 4. *Catil. c.* 3. Malum obſcure ſerpens. ¶ Frequentiſſime ſerpens dicitur anguis, & quodcunque animal ſine pedibus gradiens, in maſc. & fem. gen. *biſcia*, *ſerpente*, נחש, Germ. *ſchlang*, Gall. *ſerpent*, Hiſp. *culebra*, *ὄφις*. *Ovid.* 3. *Met.* Longo caput extulit antro cæruleus ſerpens, horrendaque ſibila miſit. *Id.* 2. *Met. v.* 771. ſemeſarumque relinquit Corpora ſerpentum. *Plin. l.* 8. *c.* 14. Nota eſt, in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo Imperatore, baliſtis, tormentiſque, ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens 120. pedum longitudinis. *Id. l.* 11. *c.* 25. Contra ſerpentium ictus. ¶ Serpentes quoque pro pediculis legimus, more Græcorum, e quibus *ἑρπετὸν* ſimpliciter, vel *ἑρπετὰ ἐν τῇ κεφαλῇ* appellantur. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Ut Pherecydes Syrius copia ſerpentium ex corpore ejus erumpente expiraverit. *Adde Apul. in Florid. n.* 15. *al. l.* 2. *ſub fin.*

Ser-

Serpentaria, æ, f. *ſerpentaria*, herba, quæ & viperina dicitur, foliis mollibus, guſtu aſpero, quæ prodeſt ad morſus aſperarum. *Apul. de virtut. herb. c.* 5.

Serpentifer, a, um, adject. qui Serpentes fert. *Virg. in Ciri*, v. 477. Æginamque ſimul, ſerpentiferamque Seriphum. Alii leg. *Sementiferam*. h. e. ferulam ſementis.

Serpentigĕna, æ, com. 𝔤. *ὀφιογενής*, ex ſerpentibus natus. *Ovid.* 7. *Met.* v. 212. Vos ſerpentigenæ in ſe fera bella dediſtis. Loquitur de illa juventute, quæ ex ſerpentis a Cadmo occiſi dentibus humi ſatis nata eſt.

Serpentiger, ra, rum, *ὀφιοῦχος*, quod ſerpentes gerit. *Ovid. l.* 4. *Triſt. eleg.* 7. Sphyngaque, & Harpyias, ſerpentigeroſque Gigantes. Alii leg. *ſerpentipedeſque*. h. e. ſerpentis ſimiles pedes habentes.

Serpentĭpes. V. dictionem præced.

Serperaſtrum, ſeu Serperaſtrum, i, inſtrumentum, quod geniculis puerorum ambulare diſcentium alligabatur, ut æri ferens, aut comperne, a *ſerpendo*. Serpunt enim magis pueri, quam gradiuntur. *Var. l.* 8. *de L. L.* Non ſequitur, ut ſtulte faciant, qui pueris in geniculis alligent ſerperaſtra, ut eorum depravata corrigant crura, &c. Hinc Serperaſtri, homines ſordidi, & avari, quales erant comites Prætorum, & Proconſulum. Ita dicti ſunt, ut *Turneb. lib.* 21. *cap.* 9. cenſet, a ſerperaſtris, quæ geniculis infantium alligabantur, vel a raſtris per humum ſerpentibus, & radentibus, quod hi propter avaritiam omnia raderent. *Paul. Manut.* explicat homines, qui nihil ſublime cogitent, ſed humi ſerpant, pecuniæ, qua nihil ſordidius, addicti. Suſpicatur tamen apud *Ciceronem*, qui hac voce uſus eſt, legi poſſe *Cerberaſtris*, quaſi Cerberi imitatoribus, famelicis videlicet hominibus, & ad pecuniam, inſtar Cerberi ad offam, latrantibus. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 3. De ſerperaſtris cohortis meæ nihil eſt, quod doleas.

Serpo, is, pſi, ptum, n. 3. *ſerpeggiare*, *andare ſerpendo*, רמש, Ger. *kriechen*, Gal. *ſe traîner*, *gliſſer*, Hiſp. *gatear por el ſuelo*, *ἕρπω*, more ſerpentis incedo, ventre ingredior, paulatim progredior, e verbo græco allato, ſpiritu aſpero converſo in *ſ*, quod in plurimis fit. *Cic.* 5. *Fin.* Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, veſpas aculeis. *Plin. l.* 9. *c.* 13. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. ¶ Paſſive *Solin. c.* 32. (*al.* 33.) Cum terra nullo ſerpatur angue. ¶ Translate dicitur de plantis, quæ ob caulis infirmitatem cum ſtare non poſſint, humi procumbunt. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Anſeatarum caules aliquarum per terram ſerpunt, ut ejus, quam coronopum vocant. *Virg. Ecl.* 8. Hedera ſerpit. ¶ Item de hominibus, ut de ſcriptoribus, qui nimis humili utuntur genere dicendi. *Horat. in Arte*: Serpit humi, tutus nimium, timiduſque procellæ. ¶ Transfertur & ad inanimata, pro progredi, creſcere, dilatari. *Cic. de Amic. c.* 23. Serpit enim, neſcio quo modo, per omnium vitam amicitia. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Etenim ſi ſemel, Vellei, ſuſcepimus genus hoc argumenti, attende, quo ſerpat. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Hoc in immenſum ſerpet. *Liv. l.* 30. *c.* 6. Flamma per continua ſerpens. *Celſ. l.* 6. *c.* 18. Ulcus ſerpit alte, atque late. ¶ *Serpſit* pro *ſerpſerit*, uſi ſunt antiqui, auctore *Feſto*. ¶ Serpor, paſſive. *Solin. c.* 22. Inſula ipſa cum nullo ſerpatur angue.

Serpŭla, æ, f. idem ac ſerpens, apud veteres. *Feſt.*

Serpyllĭfer, a, um, adject. ſerpyllum ferens. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. *in carm.* Qua ſerpylliferis olet catinis Baccas per gemmas ruber botellus.

Serpyllum, & Serpillum, i, n. *ſermollino*, *ἕρπυλλον*, genus herbæ, a græca voce allata, quæ ab *ἕρπω*, *ſerpo*. Nam ſerpyllum, ſylveſtre imprimis, ſerpit, diſpergitque ſeſe per humum quibuſdam ramuſculis tenuibus, qui quacunque terram attigerint, radicem agunt, & per ſe propagant. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Serpyllum a ſerpendo putat dictum. Quod in ſylveſtri evenit, in petris maxime. Sativum non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. ¶ Pro *ſerpyllum*, *ſerpulum*, per *u* in Romano codice legi ſcribit *Pier. ad Ecl.* 2. *Virg.* Allia, ſerpyllumque herbas contundit olentes. & 4. *Georg.* Et olentia late ſerpylla.

Serra, æ, f. *ſega*, מסור, Ger. *ſegen*, Gal. *ſcie*, Hiſp. *ſierra*, *πρίων*, inſtrumentum dentatum, quo ligna, & lapides ſecantur. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 40. Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt, tunc cum acuitur. *Col. de arbor. c.* 9. Vitem ſerra præcidere. *Martial. l.* 14. *epigr.* 143. Serræ ſecare. ¶ *Serram ducere*, proverbialis locutio, quæ ſignificat altercari, contendere; ducta ab iis, qui ſerra aliquid ſecantes viciſſim trahunt, retrahuntque. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 6. Fortaſſe an tecum ſerram duceret. Alii tamen aliter leg. Sic *Tertul. de car. miſſ. c.* 3. Quandiu per hanc lineam ſerram reciprocabimus? h. e. de eadem re fruſtra altercabimur. ¶ *Serra præliari* dicitur, cum aſſidue acceditur, & receditur, neque ullo tempore conſiſtitur. *Cat. apud Feſt.* Sive opus ſit cuneo, aut globo, aut ſerra, uti adoriare. ¶ Eſt etiam ſerra genus piſcis formam ſerræ in aſpera cute referentis. *Plin. l.* 32. *c. ult.* ¶ Item currus qui rotis ferreis dentatis vertitur, in uſum terendi frumenta. *Hieronym. l.* 1. *in Amos*, c. 1.

Serra, æ, m. cognomen Tiberis fl. *Serv. in* 8. *Æn.* In ſacris etiam Serra dicebatur. Unde ait none: Et pinguia culta ſecantem.

Serrabĭlis, le, adject. qui ſerra facile ſecari poteſt. *Plin. l.* 16. *c.* 43. *de lignis*: Serrabilia, ac ſectilia, quæ modice humida. Ita legit *Harduin.* alii *durabilia*.

Serracŭlum, i, clavus navis. Ita exponitur in Gloſſis, & legitur a quibuſdam in *leg.* 39. *ff. ad leg. Aquil.* ubi alii *ſervaculum*.

Serrăcum, i, genus currus, idem quod Sarracum. *Sidon. l.* 4. *ep.* 18. Nulla ſerrace, nulla eſſeda ſubvehendis oneribus attrahebantur.

Serrāgo, inis, f. *ſegatura*, fragmenta minutiſſima, quæ humi cadunt, cum aliquid ſerra ſecatur. *Cal. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 8. Cum cervini cornu ſerragine aſperſa. *Id. Acut.* 1. *c.* 14. Caprinum cornu nigrum, ſed alba ejus ſerrago. *Plin. l.* 37. *c.* 2. *de gemmis*: Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ſerragine, &c. Alii rectius leg. *ferragine*.

Serrānæ tibiæ, V. Serranus.

Serrāta dicitur herba chamædris, quia ſerrata folia habet. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Serrātim, adv. *in modo di ſega*. *Apul. de herb. c.* 2. Folia ſerratim ſciſſa. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Dentes conjuncti muro ſerratim ſtruantur.

Serratorius, a, um, adject. in modum ſerræ factus. *Ammian. l.* 23. *c.* 4. In modum ſerratoriæ machinæ connecti.

Serratrīna, æ, locus, ubi ſerra ligna ſecantur, quemadmodum moletrina locus eſt, ubi molitur. *Nonium* hæc vox auctorem habet c. 1. n. 320.

Serratūra, æ, f. *ſegatura*, ſerrandi actus. *Pallad. l.* 3. *tit.* 17. *de inſitione*. Arborem ſerra recidemus; poſt ſerraturam, plagam ferramentis acutis incidamus.

Serratŭla, f. diminut. herba betonica foliis ſerratis. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Serrātus, a, um, *fatto in forma di ſega*, *πριονοειδής*, quod in ſerræ modum eſt denticulatum, ut Serrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſunt, & pectinatim ſtipati ad ſimilitudinem dentium ſerræ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Dentium tria genera, ſerrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut ſerpentibus, piſcibus, canibus: continui, ut homini, equo: exerti, ut apro, hippopotamo, elephanto. ¶ Nummi ſerrati, qui impreſſa ſerræ nota ſignati ſunt. *Tac. de morib. Germ. c.* 5. Pecuniam probant veterem, & diu notam, ſerratos, bigatoſque.

Serro, as, a. 1. *ſegare*, ſerra ſeco, *πρίζω*. *Veget. de re milit. l.* 2. *c.* 25. Pali dedolantur, atque ſerrantur.

Serrŭla, æ, f. *ſeghetta*, *πριόνιον*, parva ſerra. *Colum. l. de arbor. c.* 8. Si fieri poteſt, juxta aliquem nodum ſerrula deſecato. *Cic. pro Cluent. c.* 64. Serrula adunca, & tortuoſa.

Serta, æ, f. *fune*, *corda*, *σχοινίον*, funis, ſive reſtis, a *ſero*, idest necto, quia vere ſerta. h. e. conſerta, ſive plexa. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 5. v. 97. Aut a veſte ſua tendunt umbracula ſertis vincta. *Pallad. in Martio*: Serta linea. ¶ Eſt etiam idem ac ſertum, ſeu corona. *Propert. l.* 2. *eleg.* 22. v. 37. Cum tua præpendens demiſſæ in pocula ſertæ. *Cornel. Sever. apud Chariſ. l.* 1. Huc ades Aonia crinem circumdata ſerta. ¶ Serta Campana herbæ genus eſt. *Cato R. R. c.* 107.

Sertātus, a, um, adject. coronatus, ſerto circumdatus. *Martian. Capel. l.* 3. Caput regali majeſtate ſertatum.

Sertor, oris, m. idem ac aſſertor. *Feſt.*

Sertoriānus, a, um, adject. ad Sertorium pertinens, ut Sertoriana tempora. *Cic. Ver.* 7. Sertoriani milites. *Id. ibid.*

Sertorius, ii, Civis Rom. e Nurſia oriundus, civili bello Marii, & Syllæ una cum Cinna Marianas partes ſecutus, Sylla tandem rerum potito, in Hiſpaniam aufugit, ibique multas res præclare geſſit, & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos variis cladibus afflixit. Denique a Perpenna ſocio ſuo per inſidias in cœna interfectus eſt. *Lucan. l.* 2. Quique feros movit Sertorius exul Hiberos. V. *Flor. l.* 3. *c.* 22.

Sertŭla Campana, herba eadem quæ melilothos, apud *Plin. l.* 21. *c.* 9.

Sertum, i, *ghirlanda*, *corona*, עטרה, Ger. *kranz*, Gal. *couronne de fleurs*, Hiſp. *guirnalda*, *στέφανος*, *στέμμα*, corona, præſertim quæ ex floribus, herbis, frondibus texitur, a *ſero* pro necto, ut notat *Plin. l.* 21. *c.* 2. Uſurpatur fere in plurali numero. *Cicer.* 3. *Tuſc.* Incendes odores, & ſertis redimiri jubebis, & roſa. *Virg.* 6. *Ecl.* Serta procul tantum capiti delapſa jacebant.

Sertus, a, um, *συμπεπλεγμένος*. V. *Sero* in fine.

Serva, æ, *ſerva*, *maſſara*, שפחה, Ger. *dienſtmagd*, Gal. *ſervante*, Hiſp. *ſierva*, *moça*, *ama*, *δούλη*, ancilla, quæ ſervit, cui opponitur libera. *Virg.* 3. *Æn.* Olli ſerva datur, operum haud ignara Minervæ. *Ulpian. l.* 1. *ff. de ſerv. corrupt.* Qui ſervum, ſervam recepiſſe, &c.

Servabĭlis, & le, adject. *ſervevole*, *σώσιμος*, quod ſervari poteſt. *Ovid. l.* 4. *Triſt. eleg.* 3. Et ratem capax nulli ſervabile. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Duracina ſine ullis vaſis in vita ſervabilis.

Servacŭlum, i, *σωτήριον*, quod ſervat, & ſumitur pro anchora, ut cenſet *Hotomann. in Lex. Jur.* Alii rectius putant ſignificare ſcapham, in quam nautæ in maximis tempeſtatibus deſcendunt. *Ulpian. l.* 29. *ff. ad leg. Aquil.* Parvi refert navem immittendo, aut ſervaculum ad navem ducendo, aut tua manu damnum dederis.

Servans, antis, o. *oſſervante*, *τηρῶν*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Tum in eodem orbe in duodecim partes diſtributo quinque ſtellas, eoſdem curſus conſtantiſſime ſervantes diſparibus inter ſe motibus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 427. Cadit & Ripheus, juſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus æqui.

Servatio, onis, f. actus ſervandi, ſive obſervandi. *Plin. l.* 10. *epiſt.* 121. Uſque in hoc tempus, Domine, neque cuiquam diplomata commodavi, neque in rem ullam, niſi tuam, miſi; quam perpetuam ſervationem meam quædam neceſſitas rupit, *queſto mio riguardo*, o *cautela*.

Servātor, oris, *ſalvatore*, *σωτήρ*, qui ſervat, & liberat. *Cic. pro Dom. c.* 38. Servator urbis. *Liv. l.* 34. *c.* 50. Perſequentibus cunctis, ſervatorem, liberatoremque acclamantibus. *Ovid. l.* 4. *de Pon. eleg.* 13. Teque meæ cauſam, ſervatoremque ſalutis. ¶ Item obſervator, *oſſervatore*. *Lucan. l.* 8. v. 171. Doctus ad hæc fatur taciti ſervator Olympi.

Servātrix, icis, f. *ſalvatrice*, *σώτειρα*, quæ ſervat. *Ter. Hec.* 5. 4. 19. O Bacchis, o mea Bacchis, ſervatrix mea. *Cic.* 5. *Fin. c.* 9. Non dubitemque dicere omnem naturam eſſe ſervatricem ſui. Alii legunt *conſervatricem*.

Servātus, a, um, *conſervato*, *ſalvato*, *σεσωσμένος*. *Virg.* 3. *Æn.* Servatum ex undis Strophadum me litora primum Accipiunt. *Ovid. Triſt.* 3. *eleg.* 1. Servati cives. *Horat. l.* 2. *od.* 14. Cæcuba ſervata centum clavibus.

Servia, f. 1. *Servia*, pars ampla Hungariæ. Extenditur inter Croatiam, mare Hadriaticum, & flu. Danubium, & Moraviam. Dividitur in maritimam, & mediterraneam. V. Geographos.

Serviæ, arum, f. ſerta, coronæ. *Plin. l.* 21. *c.* 2. Cum e floribus ferent ſerta, a ferendo ſerviæ appellabantur. Alii legunt *ſeriæ*, alii *ſertæ*.

Servicŭlus, li, m. *picciol ſervo*. *Tertul. de Idolol. c.* 10.

Serventia, æ, f. *ſervitù*. *Plaut. Rud.* 4. 2. 13. Paupertatem, & ſerventiam tolerare. Alii legunt *paupertatem heri*, *qui & meam ſententiam*, &c.

Servilia lex, agraria, lata a P. Servilio Rullo Trib. pleb. de vendendis agris Italiæ, Syriæ, Aſiæ, & Libyæ, & provinciarum, quas Pompejus ſubegerat, Cicerone acriter diſſuadente, perlata non eſt. ¶ Servilia altera de Civitate lata a C. Servilio Glaucia Trib. pleb. ſacxit, ut Latinis jus eſſet civitatis aſſequendæ in locum ejus, quem accuſando repetundarum damnaſſent. *Cic. pro Balb. & Aſcon. in Orat. pro Scauro.* ¶ Servilia item, judiciaria, lata a Q. Servilio Cæpione, judicia, quæ lege Sempronia ad ſolos Equites pertinebant, Senatorio ordini communicavit. *Tac.* 12. *Ann. Cic. in Brut. & pro Scauro*, & *ibid. Aſcon.*

Serviliānus, a, um, adject. deductum a Servilio, quod eſt nomen proprium Romanum, ut Serviliani horti. *Suet. in Ner. c.* 47.

Servilicŏla, læ, m. & f. qui ſervos colit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 53. *de meretricibus*. Verſarier inter iſtas miſeras, cœno delibutas, ſervilicolas ſordidas.

Servilii, m. 2. familia Plebeja Romæ, ſed illuſtris. In ea natus eſt P. ille Servilius, vir triumphalis, qui a devictis Iſauris Aſiæ populis Iſaurici cognomen accepit. *Strabo l.* 14. Item P. Servilius Rullus, qui primus Romæ ſolidum aprum in convivio appoſuit. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Item hujus filius, ille Servilius Rullus legis agrariæ promulgator, quem Cicero in Conſulatu ſuo ſubvertit. *Plin. ibid.*

Servīlis, & le, o. 3. *ſervile*, *da ſervo*, *δουλικός*, quod ſervorum eſt, vel quod ad ſervos pertinet. *Cic.* 1. *Phil. c.* 2. Cujus a cervicibus jugum ſervile dejecerant. *Liv. l.* 1. Comparando eorum ætatem, & ipſam minime ſervilem indolem. ¶ Serviles litteræ dicuntur, quas vel ſervi diſcere, & ſcire poſſunt, ut legere & ſcribere. *Sen. de tranquill. c.* 9. Plerîſque ignaris etiam ſervilium literarum, libri non ſtudiorum inſtrumenta, ſed cœnationum ornamenta ſunt. ¶ Servile adverbii more poſitum pro ſerviliter. *Claud. de Bel. Gild.* v. 367. Tractus inglorius armos Suppoſuit ſervile gemens.

Servīlĭter, adv. *ſervilmente*, *δουλικῶς*, ſervorum more. *Cic. l.* 2. *Tuſc. c.* 23. Ne quid ſerviliter, muliebriterve faciamus.

Servio, is, ivi, itum, n. 4. *ſervire*, עבד, Ger. *dienen*, Gal. *ſervir*, Hiſp. *ſervir*, *δουλεύω*, in ſervitute ſum, domino miniſterium exhibeo. Propria ſervorum eſt, dum heri præceptis obſequuntur. Uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 4. *Catil.* Hoſtes alienigenæ aut oppreſſi ſerviunt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro L. Man.* Servire Populo Romano, quam imperare aliis maluiſſe. ¶ Vel cum accuſ. ſuæ ſignificationis. *Plaut. Aul.* 4. 1. 6. Nam qui amantis hero ſervitutem ſervit. *Cic. pro Mur.* Si ſervitutem ſerviunt. Dicitur etiam *ſervire ſervitium* ab eodem *Plaut. Mil.* 2. 6. 2. ¶ Sæpe capitur pro morem gerere, ope-

Digitized by Google

nam alicui dare, pronum eſſe. *Cic.* 2. *Catil.* Qui alios amabat turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſerviebat. ¶ Item pro ſubjectum eſſe, obnoxium eſſe. Sic prædia ſervire dicuntur, in quibus venditor aliquam ſibi ſervitutem ſervavit. *Cic. de l. Agr.* 3. Capite hoc prædia omnia, quæ ſerviebant, non ſervient. ¶ Item pro accommodare ſe, aptare ſe. *Cic. pro Sext.* Sed agam moderate, & huic tempori ſerviam potius, quam dolori meo. *Id. ad Brutum*, 9. Tibi omne populo, & ſcenæ, ut dicitur, ſerviendum eſt. id eſt debes te præſentibus hominum moribus accommodare. ¶ Item pro incumbere, dare operam. *Cic. pro R. Am.* Nonne optimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſervire? *Id.* 5. *Tuſc.* Alios gloriæ ſervire, alios pecuniæ. ¶ Item pro habere rationem, ut ſervire ætati alicujus, poſteritati, valetudini, famæ, exiſtimationi, &c. *Cic.* 1. *Fin.* Hujus enim ætati, & huic non hoc primum fortaſſe audienti ſervire debemus. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 1. Reliquum eſt, ut te orem, valetudini tuæ, ſi me, & omnes tuos valere vis, diligentiſſime ſervias. ¶ Olim futurum indicativi habebat etiam in *ibo*, ut alia verba quartæ conjugationis. *Plaut. Men.* 5. 9. 42. Tanquam ſi me emeris argento, liber ſervibo tibi. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic.* 1. *Off.* Primum ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati ſerviatur. ¶ Reperitur etiam in conſtructione paſſiva. *Sen. de Tranquill.* 2. 9. Aſſueſcamus cœnare poſſe ſine populo, & paucioribus ſervis ſerviri. ¶ Servire auribus alicujus, eſt blandiri, adulari. *Caſ. l.* 2. *B. Civ.*

Servitium, ii, *ſervitù*, [illegible], ſervitus, famulatus. *Ter. Andr.* 4. 1. 51. Ego Pamphile hoc tibi pro ſervitio debeo. *Virg.* 1. *Ecl.* Neque ſervitio me exire licebat. *Id.* 1. *Æn.* Cum domus Aſſaraci Phthiam, clarasque Mycenas Servitio premet. ¶ Uſurpatur etiam pro ipſis ſervis, ſeu pro ſervorum multitudine, præſertim in num. pl. *Cic.* 7. *Verr. c.* 4. Et tamen cœptum eſſe in Sicilia moveri aliquot locis ſervitium ſuſpicor. *Id.* 4. *Catil.* 2. 6. Hic ad evertenda fundamenta Reip. Gallos accerſivit, ſervitia concitavit, Catilinam evocavit.

Servitritius, a, um, adject. ut ſervitritium ſtabulum, quod a ſervis frequentatur, & teritur. *Plaut. Perſ.* 5. 3. 13.

Servitūdo, inis, f. *ſervitù*, idem ac ſervitus. Legitur apud *Liv. l.* 24. 2. 28. in quibuſdam codicib. *Servitudinis, indignitatiſque homines expertes.* In aliis *ſervitutis*.

Servitus, utis, *ſervitù*, *ſchiavitù*, [illegible], conditio ſervorum, neceſſitas ſerviendi, actus ſerviendi. *Ter. Andr.* 1. 1. 9. Ut ſemper tibi apud me juſta, & clemens fuerit ſervitus, ſcis. *Cic.* 2. *Phil. c.* 44. Pax eſt tranquilla libertas, ſervitus poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam repellendum. *Id. in Piſon. c.* 34. In ſervitutem adducere. *Id.* 6. *Phil.* ſervitutem pati. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 6. Servitutem ſervire. Rurſus *Cic. in epiſt. ad Octav.* Dare aliquem in ſervitutem. ¶ Translate ſervitus dicitur etiam de rebus inanimatis, ut de prædiis, pro ea ſubjectione, qua res aliqua aliquid ab alia patitur. V. *Servus, a, um. Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 1. c. 6. Calvus ajebat, aqua dempta, & ejus aquæ jure conſtituto, & ſervitute illi fundo impoſita, tamen nos pretium ſervare poſſe, ſi vendere vellemus. *Ulpian. leg.* 20. *Dig. de acquir. rer. dom.* Si ſervus ſuit fundus, cum ſervitutibus tradetur.

Servius Tullius, ſextus Rex Romanorum, quem vulgo ex ſerva natum eſſe credunt. Poſt L. Tarquinii Priſci, in cujus æde educatus fuit, necem, Tanaquilis Reginæ nixu ad Regnum provectus, Hetruſcos ingenti prælio fudit, primus cenſum, & luſtrum inſtituit, Urbis pomœrium protulit, Quirinali, & Viminali collibus muro incluſis. Tandem jam ætate provectior a L. Tarquinio, qui poſtea *Superbus* appellatus eſt, genero ſuo eſt interfectus, & inſepultus in viam abjectus, idque inſtinctu Tulliæ filiæ ſuæ, quæ etiam, cum accurreret ad virum ſuum Regem ſalutandum, conſpecto patris cadavere, currum ajunt reverentia lora torquentem compulit, ut per patris corpus carpentum ageret, a quo tam inhumani ſcelere ei vico, in quo geſtum eſt, Sceleratus nomen manſit. V. *Dionyſ. Halic. l.* 4. *Ant. Rom.* & *Liv. l.* 1.

Servius Maurus Honoratus, Grammaticus, ille idem qui a Macrobio in Saturnalibus colloquens inducitur, Virgilii Opera perpetuis commentariis illuſtravit.

Serilla, æ, f. parva ſera. *Hygin. fab.* 144. Prometheus ignem in ferula detulit in terras. h. e. in parva ſeſſe accenſo. Vide verba *Feſti* in *Sera*.

Sērum, i, *ſera*, [illegible], Ger. *abend*, Gal. *le ſoir*, Hiſp. *la tarde*, [illegible], extrema diei pars. Suapte natura adjectivum eſt. Nam *tempus* ſubintelligitur. *Liv. l.* 7. c. 8. Caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere. *Id. l.* 10. Extrahebaturque in quam maxime ſerum diei certamen. *Suet. in Aug.* 2. 17. Nec multo poſt navali prælio apud Actium victi, in ſerum dimicatione protracta. *Tacit. Ann.* 2. c. 21. Jamque ſero diei ſubducit legiones.

Sĕrum, i, *ſiero*, *ſiere*, Ger. *keſmolcken*, Gall. *petit lait*, Hiſp. *ſuero*, [illegible], aqua lactis a caſeoſa parte ſeparata. *Virg.* 3. *Georg. v.* 405. Acremque Moloſſum paſta ſero pingui. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 468. Denique viam liquido vimina rara ſero.

Servo, as, a. 1. *ſervare*, *tenere*, *cuſtodire*, *ſalvare*, [illegible], Germ. *erhalten*, *erloſen*, Gall. *garder*, *ſauver*, Hiſp. *guardar*, *ſalvar*, [illegible], tueor, cuſtodio, retineo, incolumem præſto, ab [illegible], quod idem notat. *Ter. Eun.* 5. 8. 19. Serva, obſecro, hæc nobis bona. *Cic.* 4. *Fin.* Ut, inquit, in fidibus, ſi nullæ nervum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſervare poſſit. *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam. epiſt.* 9. Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas. *Liv. l.* 26. *c. ult.* Servare ordinem. *Cic.* 1. *Off.* Servare officia adverſum aliquem. *Idem ibid.* Servare promiſſa. *Id. in Vatin.* Servare fidem. ¶ Servare domi, eſt domi manere ad eam cuſtodiendam, *attendere a caſa*. *Ter. Eun.* 4. 7. 10. Solus Sanga ſervat domi. Al. leg. *domum*. *Plaut. Moſtell.* 2. c. 21. Natus nemo in ædibus ſervat. ¶ Servare ſe ad aliquid, *riſervare*. *Cic. pro Planc.* Ad ea tempora revocavi, ad quæ tu te ipſe ſervaris. *Id. Attic. l.* 3. *epiſt.* 17. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: eo me ſervavi. ¶ Servare in vetuſtatem, eſt aliquo in loco reponere, ut diu, ſive in aliquot annos integrum, incorruptumque duret. *Col. l.* 12. c. 28. Si in vetuſtatem ſervare voles, in cado, &c. ¶ Cum infinito. *Stat.* 9. *Theb. v.* 188. infectaque ſanguine tela Conjugibus ſervant, parviſque oſtendere natis. ¶ Ponitur etiam pro a periculis liberare, ſalutem afferre. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 2. Qui cæteros ſervavi, ut non perieremus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 156. Quid ſi ego illum tractim tangam, ut dormiat? So. Servaveris: nam continues has tres noctes pervigilavi, *ſaras la mia ſalute.* ¶ Item pro manere. *Virg.* 7. *Æn.* Curvam ſervans ſub imagine falcem. ¶ Item pro recuperare. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 27. Calvus ajebat, aqua dempta, & ejus aquæ jure conſtituto, & ſervitute illi fundo impoſita, tamen nos pretium ſervare poſſe, ſi vendere vellemus. *Ulp. l.* 22. *Dig. de fidejuſſ. & mand.* Sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod a Titio ſervare non potueris. ¶ Item pro inhabitare, poſſidere. *Virg.* 4. *Georg. v.* 383. Centum quæ ſylvas, centum quæ flumina ſervant. ¶ Item pro ſollicite, ac diligenter obſervare. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 60. Tuus ſervus ſervet, Veneri ne eas det, an non. *Id. Rud.* 4. 1. 4. Uxor ſcelesta me omnibus modis ſervat, ne, &c. *mi tiene gli occhi addoſſo.* *Virg.* 6. *Æn.* Qui Libyco nuper curſu dum ſidera ſervat, exciderat puppi.

¶ *Servare de cœlo*, fuit genus auſpicii, quo Magiſtratus in Comitiis fulgura, & tonitrua obſervabant. *Cic. Att. l.* 7. Bibulus de cœlo tum ſervaſſet, nec ne, ſibi quærendum non fuiſſe. *Id. l.* 4. Proſcripſit, ſe per omnes dies comitiales de cœlo ſervaturum. *Id. pro Dom.* Negant, fas eſſe agi cum populo, cum de cœlo ſervatum ſit. ¶ *Serva*, *guardati*, cave. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 59. Hic foſſa eſt ingens, hic rupes maxima: ſerva. ¶ *Servaſſo*, pro ſervavero, *ſervaſſis* pro ſervaveris. *Plaut. Moſtell.* 2. 3. 71. & 3. 3. 15.

Serus, a, um, *tardo*, [illegible], Ger. *ſpath*, Gal. *tardif*, Hiſp. *tardo*, [illegible], tardus. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 7. Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. *Virg.* 1. *Georg.* Illic ſera rubens accendit lumina Veſper. id eſt nocti vicina. *Mart. l.* 8. *ep.* 55. Ille velis, oro, ſerus conviva Tonantis. id eſt ſero mori. *Plin. l.* 15. c. 13. *de pomis*: Seriſſima omnium Amerina. *Col. l.* 4. c. 23. Siccitas ſerotinam putationem facit. ¶ Seri nepotes, apud *Virg.* 2. *Georg.* & Sera poſteritas. *Ovid.* 1. *de Pont. el.* 5. *e poſteri, che verranno longo tempo dopo di noi.* ¶ Seri ſtudiorum, ſunt indocti; qui ſcilicet ſero diſcunt, aut didicerunt. *Horatius l.* 1. *Sat.* 10. *v.* 21. ¶ Sumitur etiam pro triſti, funeſto. *Virg.* 5. *Æn. v.* 524. Seraque terrifici cecinerunt omina vates. ¶ *Sere* adverbii more ponitur pro ſero, *tardi*. *Virg.* 4. *Georg.* Nec ſera comantem narciſſum.

Servŭla, æ, [illegible], exigua ſerva. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 12. Eumque per manus ſervulæ ſervatum, & eductum. Alii leg. *Sepulla*, vel *Serpulla*, vel *Sep. Rulla*, quæ ſunt propria ancillæ cujuſdam nomina.

Servŭlus, i, [illegible], parvus ſervus. *Cic. pro Quint. c.* 6. Servulum unum abducit.

Servus, a, um, adject. *ſervo*, *ſchiavo*, *ſoggetto*, qui alicui ſervit. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *v.* 19. O imitatores, ſervum pecus! *Flor. l.* 1. c. 6. Matre ſerva natus. *Ovid. l.* 1. *de remed. amor.* ſervum vitiis pectus habere. ¶ Prædia ſerva, ædes ſervæ dicuntur a JCtis, quæ aliqua in re alteri obnoxia ſunt: exempli cauſa ædes ſervæ ſunt, quæ altius tolli non poſſunt, ne officiatur luminibus vicini; quæ ſtillicidium in vicini aream, vel tectum avertere non poſſunt, &c. prædium ſervum eſt, cujus dominus alteri permittere tenetur, ut per illud aquam derivet, aut ſemitam faciat, &c. *Cic. Agrar.* 3. c. 2. Prædia libera meliore conditione ſunt, quam ſerva. V. in Digeſt. titulum *de ſervitutib.* & *de commun. præd.* & *De ſervit. ruſtic.* & alibi.

Servus, i, *ſervo*, *ſchiavo*, [illegible], Ger. *diener*, Gal. *valet*, Hiſp. *ſiervo*, [illegible], famulus, puer, mancipium, is, qui non eſt ſui juris, ſed alieno dominio ſubjectus eſt, cui *liber* opponitur, videturque dictus a *ſervando*, quia ſervi primum a captivis facti ſunt, & ſervati ad miniſterium, cum jure belli eos liceret occidi; vel a *ſervando*, hoc eſt cuſtodiendo, quia ad cuſtodiendas ſuæ domini addicuntur, vel quia ipſi in vinculis cuſtodiri olim ſolebant. *Cic.* 1. *Offic.* Ulyſſes contumelias ſervorum, ancillarumque pertulit. *Id. l.* 8. *Attic. ep.* 5. Pollicem ſervum a pedibus Romam miſi. *Id. pro Cluent.* Legum ſervi omnes ſumus, ut liberi eſſe poſſimus. ¶ De variis ſervorum diviſionibus V. JCtos, præſertim *Juſtinian. l.* 1. *Inſtitution.* ¶ Servi publici erant Magiſtratuum apparitores, & generatim ii, quibus publica res aliqua curanda demandata erat. *Cic.* 13. *Phil.* Quos Antonius loris in convivio cædi jubebat a ſervis publicis. *Id. Verrin.* 5. Cur non, hoc auctore, Romæ ſervi publici ad vectigalia accedunt?

Seſăma, æ, f. [illegible], idem ac ſeſamum. *Plin. l.* 18. c. 10. Æſtiva frumenta diximus, ſeſamam, milium, panicum. Seſama ab Indis venit, ex ea & oleum conficiunt.

Seſaminus, a, um, [illegible], quod eſt ex ſeſamo, ut Oleum ſeſaminum. *Plin. lib.* 23. *cap.* 4. Seſaminum aurium dolores ſanat, & ulcera, quæ ſerpunt.

Seſamoīdes, is, *ſeſamoide*, [illegible], herba ſeſamo ſimilis, folio molliore, grano amaro. *Plin. l.* 22. c. 25.

Seſămum, i, n. *ſeſamo*, *ſiſamo*, [illegible], genus frumenti Indici, ut vocat *Plin. l.* 18. c. 10. vel, ut placet *Columellæ l.* 2. c. 7. genus leguminis. Semen habet vaſculis incluſum, papaveris modo. Suaviſſimum guſtu eſt, idemque præcipuum habens inter bellaria, & condimenta locum. Hinc *Petron. in Satyr. circa init.* Mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque, quaſi papavere & ſeſamo ſparſa. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 112. Obſecro hercle, ut multa loquitur! Mi. nihil niſi laterculos, ſeſamum, papaveremque, triticum, & friƈtas nuces.

Seſamum, n. c. opp. Bithyniæ, in conf. Paphlagoniæ, apud Amaſtridem urb. quæ ex Seſamo, Cromna, & Cytoro proximis urbibus in unam urbem coaluit, teſte *Strabone*. *Plin. l.* 6. c. 2.

Seſcenar, vel Seſcenaris, is, m. vox antiqua. Videtur eſſe a *ſecena*, quæ vox apud *Feſtum* exponitur dolabra Pontificalis. Itaque ſeſcenarem bovem poſſumus intelligere, qui hujuſmodi dolabra percuſſus, mactatuſque eſt. *Liv. l.* 41. c. 15. Expoſuit Patribus, bovis ſeſcenaris, quem immolaviſſet, jecur defluxiſſe.

Seſcuncia, æ, f. *un' oncia, e mezza*, [illegible], uncia, & unciæ dimidium. *Col. l.* 5. c. 2. Quæ ſumma efficit jugeri ſeſcunciam. *Id. l.* 12. c. 37. Laſeris radicis ſeſcunciæ.

Seſcuncialis, & le, o. 3. [illegible], ſeſcunciationem. *Plin. l.* 13. c. 15. Tota craſſitudine ſeſcunciali. h. e. unius pollicis, & dimidii.

Seſcuna, vel ſeſquuna, æ, m. ſeſcuncia. *Plin. l.* 36. c. 25. Faſtigium vero ſerveri in pedes denos ſeſcuncem, *un pollice, e mezzo di altezza ogni dieci piedi.*

Seſcŭplex, & Seſquiplex, icis, idem quod ſeſcuplus. *Cic. in Orat. c.* 57. Ut in ſingulis modus inſit aut ſeſcuplex, aut duplex, aut par. *Quintil. l.* 9. c. 4. Aut ſeſcuplex, ut pæon.

Seſcŭplus, a, um, [illegible], quod numerum, pondus, aut menſuram totam in ſe continet, & præterea ejus dimidium. Alio nomine *ſeſquialter* dicitur. E. g. ternarius dicitur eſſe ſeſcuplus binarii, quia continet binarium, & ejus dimidium: ſenarius dicitur eſſe ſeſcuplus quaternarii, quia quatuor in ſe continet, & inſuper dimidium ejus partem. *Cenſorin. de die natal. c.* 11. novem dies cum ſex collatos, iis, ſeſcuplam rationem facere. *Quintil. lib* 9. *cap.* 4. Tria ad duo relata ſeſcuplum faciunt. ¶ Legitur & *ſeſquiplus*.

Seſēlis, is, f. *ſeſeli*, [illegible], herba folio fœniculi, ſed craſſiore, ſemine quoque non abſimili, ſed calloſiore, & hebetiore, capite anethi, in quo granum habet oblongum, & anguloſum, &, cum editur, acre, radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum ſaxifragum majorem appellat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* 2. 49. Cervæque paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur.

Seſle. V. Seſſis.

Seſoſtris, is, m. rex Ægyptiorum, qui regibus captivis currum junctis vectum triumphaſſe dicitur. *Plin. l.* 33 c. 3. *Lucan. l.* 10.

Seſqui, nom. indecl. *altrettanto, e la metà*, Ger. *anderthalb*, Gall. *autant, & la moitié*, Hiſp. *otro tanto, y la mitad*, [illegible], tantundem, & ejus dimidium. Conflatur ex ſemiſque, hoc eſt, & ſemis. *Cic. de Orat.* 1. 56. Ut neceſſe ſit, partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto majorem, aut ſeſqui. Ita ſit æqualis dactylus, duplus jambus, ſeſqui

Digitized by Google

qui pæan. Ubi dactylum æqualem vocat, quia ſyllaba longa duas breves æquat: jambum vocat duplum, quia habet unam partem altero tanto majorem altera, cum ſyllaba longa æqualis ſit duabus brevibus, pæanem vocat ſeſqui, quia, cum conſtet una ſyllaba longa, & tribus brevibus, tres illæ breves illam longam dimidio ſuperant, ſeu, quod idem eſt, continent longam, & ejus dimidium. ¶ Frequentius uſurpatur in compoſitione, ut *Seſquihora*, *ſeſquilibra*, *ſeſquimodius*, &c.

Seſquialter, ea, eum, *ſeſquialtero*, [illegible], quod quantitatem aliquam in ſe continet, & ejus dimidium. *Cic. de Univ. c. 7.* Deinde tertiam, quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla: Seſquialteris autem intervallis, & ſeſquitertiis, & ſeſquioctavis ſumptis ex his colligationibus in primis intervallis, ſeſquioctavo intervallo, ſeſquitertia omnia explebat.

Seſquiculearis, & re, o. 3. [illegible], quod culei menſuram continet, & dimidii. *Col. l. 12. c. 18.* Sunt autem ſatis ſeſquiculearibus doliis piſis datæ pondo viſena quina.

Seſquicyathus, i, m. cyathus cum dimidio. *Celſ. l. 6. c. 7.* Nuces amaræ quindecim, mellis ſeſquicyathos.

Seſquidigitalis, le, adject. ſeſquidigitum continens. *Vitruv. l. 10. c. 22.* Foramen ſemidigitale, digitale, ſeſquidigitale.

Seſquidigitus, i, m. *un dito, e mezzo*. *Vitruv. l. 8. c. 6.* Canalis latus digitum, altus ſeſquidigitum.

Seſquihora, f. 1. *un' ora, e mezza*, [illegible], una hora cum dimidia. *Plin. ep. 9. l. 4.* Egeram horis tribus, & dimidia ſupererat ſeſquihora.

Seſquijugerum, i, jugerum cum dimidio. *Plin. l. 18. c. 19.* Juſtum eſt proſcindi jugerum uno die, iterari ſeſquijugerum.

Seſquilibra, f. 1. *una libra, e mezza*, [illegible], una libra cum dimidia alterius. *Col. l. 12. c. 36.* Sat erit autem roſmarini ſeſquilibram in duas urnas muſti adjicere.

Seſquimenſis, is. 3. *un meſe, e mezzo*, [illegible], unus menſis cum dimidia parte alterius. *Varro l. 1. de R. R. c. 27.* Ejus curſus annalis primum fere circiter ternis menſibus ad fructus uſi diviſus in quatuor partes totus, & idem ſubtilius in ſeſquimenſes octo.

Seſquimodius, maſc. 2. *un moggio, e mezzo*, [illegible], unus modius cum dimidia parte alterius. *Varro l. 1. de R. R. c. 40.* Cum eaſdem, ſi fregeris, via ſeſquimodio concipere poſſis. *Cic. 5. Verr. c. 90.* Nunquam tam grati hi ſeſquimodii Q. Hortenſii fuiſſent.

Seſquiobolus, m. 2. [illegible], obolus cum dimidio. *Plin. l. 26. c. 8.* Dejectoque, quod ſupernatat, reliquus ſuccus purgat utraque parte ſeſquioboli in aqua mulſa.

Seſquioctavus, a, um, [illegible], quod octavum, & ejus dimidium continet. *Cic. de Univerſ. cap. 7.* Seſquioctavo intervallo ſeſquitertia omnia explebat.

Seſquiopera, æ, [illegible], opera diei unius, & dimidiati. *Col. l. 2. c. 13.* Fabæ occantur ſeſquiopera, ſarriuntur ſeſquiopera, metuntur una.

Seſquiopus, eris, n. idem quod ſeſquiopera. *Plaut. Captiv. 3. 5. 65.* Inde ibis porro in latomias lapidarias: ibi cum alii octonos alii lapides effodiunt, niſi quotidianus ſeſquiopus confeceris, ſexcentoplago nomen indetur tibi.

Seſquipedalis, & le, o. 3. [illegible], quod ſeſquipede conſtat. *Plin. l. 7. c. 16.* Seſquipedales gentis quaſdam longiores, in trimatu implentem vitæ curſum, haud ignotum eſt. ¶ *Seſquipedalia verba*, turgida, inflata, prætumida, gravia, qualia Tragicis Poetis ſolent eſſe familiaria. *Hor. in Arte v. 97.* Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

Seſquipedaneus, a, um, adject. idem quod ſeſquipedalis. *Plin. l. 9. c. 27.* Lucerna piſcis attollit e mari ſeſquipedanea fert cornua.

Seſquipes, edis, m. 3. *un piede, e mezzo*, [illegible], menſura unius pedis, & dimidii. *Col. lib. 3. cap. 13.* Niſi tamen ſi ſcaturigo paluſtris obvia, plus, quam ſeſquipedem, prohibeat infodere. *Martial. lib. 8. epigr. 60.* Summa Palatini poteras æquare coloſſi, Si fieres brevior, Claudia, ſeſquipede.

Seſquiplaga, æ, fem. *una ferita, e mezza*, duo ictus, ſed impares. *Tacit. Ann. 15. c. 67.* Cum vix duobus ictibus caput amputaviſſet, ſævitiam apud Neronem jactavit ſeſquiplaga interfectum a ſe dicendo.

Seſquiplaris, V. Simplaris.

Seſquiplex, V. Seſcuplex.

Seſquiplus, V. Seſcuplus.

Seſquiſenex, qui ſenis ætatem prætergreſſus eſt multis annis, atque adeo eſt decrepitus. *Vetus Poeta apud Varr. l. 8. de L. L.* ut quidem legit *Turneb. l. 23. c. 16. & Scalig. in conject.* nam alii aliter.

Seſquitertius, a, um, adject. qui continet ternarium numerum cum dimidio. *Cic. de Univ. c. 7.* Intervalla ſeſquitertia, & ſeſquioctava.

Seſquiulyſſes, & Seſculyſſes, is, m. quaſi unus, & dimidius Ulyſſes. Varro hoc titulo inſcripſit unam e ſatyris ſuis, poſuitque pro nomine aſtutiſſimo, & callidiſſimo. Citat hanc ſatyram *Plin. in præfat. hiſt. natur. & Nonius* ſæpe.

Seſſia, vel Seſia, æ, f. nomen columnæ in Circo maximo, in cujus ſummitate ſimulacrum erat Sejæ, vel Seſiæ Deæ Romanorum, ita dictæ a *ſerendo*, quod ſementi præeſſet, unde & ipſi columnæ datum nomen. *Tertul. de Spectac. c. 8.*

Seſſibulum, i, ſid, in quo ſedemus. *Plaut. Pœn. 1. 2. 56.* Quæ tibi olens ſtabulum, ſtatum, ſellam, & ſeſſibulum merum. ¶ Item ſedendi actus, quies, *poſare*. *Apulei. l. 1. A. A.* Præ metu latronum nulla ſeſſibula, ac nec ſufficientem ſupellectilem parare nobis licet.

Seſſilis, & le, o. 3. [illegible], quod ſedet, vel ſedere videtur. *Seſſiles lactucæ*, humiles, quæ humi projectæ ſunt, latæ magis, quam altæ, quaſi quæ a natura ſedere cogantur, neque ſurſum vehi poſſint, aut in ſublime aſcendere, [illegible]. *Martial. l. 3. ep. 48.* Ex imaque porrum, ſeſſileſque lactucas. Sic ſeſſiles malvæ apud *Pallad. in Octobr. tit. 10.* ¶ *Pira ſeſſilia*, quæ breviſſimo pede ſunt. *Plin. l. 15. c. 15.* Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, venereiſque, quæ colorata dicunt, regiiſque, qua minimo pediculo ſeſſilia. ¶ Sumitur etiam paſſive, ut Tergum ſeſſile, id eſt latum, in quo quis poſſit ſedere. *Ovid. Met. 12. v. 401.* Sit tergum ſeſſile, ſic ſuat Pectora celſa toris.

Seſſimonium, ii, id, in quo ſedemus, ut Deorum ſeſſimonia, id eſt loca, in quibus Dii ſedent, hoc eſt, ubi ſimulacra Deorum reponuntur, quaſi ſedeant. *Vitruv. l. 7. in præfat.*

Seſſio, onis, *ſeſſione*, *il ſedere*, [illegible], Germ. *das ſitzen*, Gal. *aſſiette*, *aſſiement*, Hiſp. *ſeſſion*, [illegible], ſedendi actus. *Cic. 1. Off. c. 35.* Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. ¶ Ponitur etiam pro ſedili. *Cic. 2. de Or. c. 5.* In quo porticus hæc ipſa, ubi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones gymnaſiorum, & Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commovent? ¶ Tranſlate, vel metaleptice ponitur pro mora, & ignavia. Nam ſedere quandoque valet nihil agere, tempus otioſe terere. *Cic. Att. l. 14. ep. 14.* Illam ſeſſionem Capitolinam mihi non placuiſſe, tu teſtis es. Reprehendit Brutum, & Caſſium, qui illo ipſo primo die poſt Cæſarem interfectum, Senatum in Capitolium non vocarint, ſed otioſi tempus conſumpſerint.

Seſites, maſc. 3. *Seſſia*, *Seſia*, fl. Galliæ Ciſalpinæ, qui apud Varallum, Romanianum, & Vercellas fluit, Ducatum Mediolanenſem a Pedemontano Principatu diſterminat, & per agrum Vercellenſem in Padum labitur infra Caſale. *Plin. l. 3. c. 16.*

Seſſito, as, a. 1. [illegible], ſæpe ſedeo. *Cic. in Bruto c. 85.* Ut quam Deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe.

Seſſiuncula, læ, f. parva ſeſſio. V. *Semicirculus*.

Seſſor, oris, [illegible], qui ſedet. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 130.* In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro. ¶ Item habitator, incola. *Nepos in Cimone, c. 2.* Seſſores veteres urbe, inſulaque ejecit.

Seſſorium, ii, *lettica*. *Cæl. Aurelian. Acut. l. 1. c. 11.* Quolibet ſeſſorio leniter moveri.

Seſſus, us, m. ſeſſio, ſedendi actus. *Apul. l. 3. Florid.* Locum ſeſſui impertiunt.

Seſtertiarius, ii, maſc. homo pauper, qui vix ſeſtertium habet in cenſu. *Petron. in fragment.* Gladiatores ſeſtertiarii.

Seſtertiolus, i, parvus ſeſtertius. *Martial. l. 1. epigr. 59.* Sed ſeſtertiolum donavit mentula Phœbo Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

Seſtertius, ii, m. *ſeſterzo*, [illegible], nummus argenteus, quarta pars denarii, itaque reſpondet quinque ſolidis Venetis. Hoc nomen natura ſua adjectivum nomen eſt: *Nummus* enim ſubintelligitur. Dictus quaſi *ſemiſtertius*. Cauſa appellationis eſt, quod valebat duobus aſſibus, & ſemiſſe, ut quinarius quinis, denarius denis. *Varro l. 4. de L. L.* Seſtertius, quod ſemis tertius. Dupondius enim, & ſemis antiquus ſeſtertius eſt: & veteris conſuetudinis, ut retro æra dicerentur, ita ut ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent. *Vitr. l. 3. c. 1.* Noſtri autem primo decem fecerunt antiquum numerum, & in denario decem æreos aſſes conſtituerunt, & ea re compoſitio ad hodiernum diem denarii nomen retinet. etiamque quartam ejus partem, quod efficiebatur ex duobus aſſibus, & tertio ſemiſſe, ſeſtertium vocitaverunt. Hinc cauſa patet, cur in veteribus libris pro *ſeſtertius*, ſcribatur H. S. Nam duæ lineolæ aſſes binos, S. autem ſemiſſem notat. *Sic. ult. Parad.* Capit ille ex ſuis prædiis ſexcenta ſeſtertium, ego centena ex meis. id eſt ſexcenta millia, & centena millia ſeſtertiorum. ¶ Multi hujus monetæ duo genera videntur fuiſſe, unum, quod *ſeſtertius* maſculino genere diceretur, valeretque quartam partem denarii, alterum, quod *ſeſtertium* in neutro genere, libras Venetas 250. Ac putat Budæus, hoc eo fieri, quod ſeſtertium haberet eamdem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicebatur, quam ſeſtertius ad aſſem, hoc eſt ad libram æris gravis, ita ut, quemadmodum ſeſtertius capiebat duas æris libras, & ſemiſſem, ſic ſeſtertium complecteretur duas argenti libras, & ſemiſſem. Singulæ autem libræ valebant drachmas, vel denarios centum, hoc eſt ſeſtertios quadringentos. Duæ itaque libræ, & dimidia ſeſtertios mille, idque uno nomine ſeſtertium dicebant in neutro genere. Decem ergo ſeſtertia valebant decem millia nummorum ſeſtertiorum. Eam Budæi opinionem ſecuti Alciatus, Lambinus, & alii. Sed *ſeſtertium* numero ſingulo, neutroque genere apud neminem legas vel Oratorum, vel Poetarum, ut Budæus ipſe agnoſcit. Quod vero Poetæ *ſeſtertia* dicunt, ut *Juvenal. ſat. 2. v. 93.* id per Metaplaſmum fit metri gratia. Quod ad locum Ciceronis in Paradoxis, Salluſtii in Catil. ac ſimiles, videntur in iis Auctores non voces perſcripſiſſe, ſed notas uſurpaſſe, quas cum imperiti librarii integras exprimere vellent, *ſeſtertia* perſcripſere pro *ſeſtertium*, in genitivo plurali. Igitur mille quidem nummi per ſeſtertia intelligendi fere ſunt, ſed idem ſæpe intelligi debet etiam per ſeſtertios, quia, cum numeros excederet mille ſeſtertios, Romani conciſe loquebantur, & ſcribebant, ut infra videbimus. ¶ Interdum *ſeſtertium* dicebant, interdum nummum, interdum utrumque conjungentes *nummum ſeſtertium*. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 4. de Auguſto:* Sublimis Actiaca victoria revertebatur: occurrit ei inter gratulantes corvum tenens, quem inſtituerat, hæc dicens, Have Cæſar victor, Imperator. Miratus Cæſar officioſam avem viginti millibus nummorum emit. *Vitruv. l. 1. cap. 4.* Nummo ſeſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit. *Cic. Div. in Verr. c. 10.* In modios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe. ¶ Pro numeri item ratione aliter, atque aliter loquebantur Romani. Per caſum rectum, & abſque ulla ſermonis præciſione loquebantur neceſſario uſque ad numerum millenarium. Ita dicebant *ſeſtertios viginti*, *triginta*, *centum*, *ducentos*, *mille*. *Gell. l. 2. c. 24.* Sylla Dictator legem tulit, ut feriis ſolemnibus ſeſtertios trecenos in cœnam inſumere jus, poteſtaſque eſſet, cæteris autem aliis diebus non amplius tricenos. *Id. ibid.* Lex Julia ab Auguſto perveniens ad populum, quæ profeſtis quidem diebus ducenti finiuntur, Kalendis, Idibus, Nonis, & aliis quibuſdam feſtivis treceni, nuptiis autem, & repotiis mille ſeſtertii eſſent. Adducamus utrumque Gellii locum, prout emendat *Hotomannus lib. de re nummaria, pag. 81. & 83.* Nam ut in vulgatis leguntur codicibus, omnino numerus ſtabit, quando & priore in loco nimis ſumma eſt exilis, pro ævi Syllani opibus, & in poſteriore, ubi vulgo *H.S. millies* legitur, ſtupendæ luxuriæ ſumma eſt, non parſimoniæ, quam leges ſumptuariæ præſcribunt. Atque id magis patebit ex iis, quæ poſt dicemus de ratione per adverbia numerandi. ¶ Cum vero numerus excedit mille ſeſtertios, nec tamen eſt decies centenorum millium, in hujuſmodi ſummis triplex occurrit loquendi ratio. Prima eſt ſimpliciſſima, cum dixere *mille ſeſtertios*, vel *ſeſtertium*, *bis mille nummum*, ſive *ſeſtertium*, *octo millia ſeſtertium*, *viginti quinque millia ſeſtertium*, &c. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 15.* Aſinius Celer mullum unum ſeptem millibus nummum mercatus eſt, in qua re luxuriam illius ſeculi ſeculo eo magis licet æſtimare, quod Plinius Secundus temporibus ſuis neget facile mullum repertum, qui duas pondo libras excederet. Sed *Plin. lib. 9. c. 16.* auget pretium. Aſinius Celer, inquit, unum mercatus octo millibus nummum. *Plin. jun. l. 9. ep. 19.* Eſſe tibi centum millium cenſum, ſatis indicat, quod apud nos Decurio es. Igitur ut te non Decurione ſolum, verum etiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equeſtres facultates trecenta millia nummum. Quo ex loco cognoſcimus, ut ante, & ſub Auguſto, ita Plinii quoque ætate cenſum Equeſtrem fuiſſe quadringenta millia ſeſtertium, hoc eſt decem millia Philippeorum, ſeu Scutatorum Venetorum. At Senatorum cenſus ante Auguſtum erat octoginta millia nummum, hoc eſt viginti Scutatorum Venetorum, ſeu Philippeorum millia, ſub Auguſto autem duodecies ſeſtertium, quod eſt triginta millia Scutatorum Venetorum, ſeu Philippeorum. *Suet. in Aug. cap. 41.* Senatorum cenſum ampliavit, ac pro octingentorum millium ſumma duodecies HS taxavit, ſupplevitque non habentibus. ¶ Altera loquendi ratio eſt, qua vox *millium* omittitur, ſed vel apice ſuperſcripto indicatur, vel ſubintelligitur. Nam non ſemper ſcribebant *centena ſeſtertium millia*, ſed etiam C HS, ubi lineola ſignat millia, vel ſimpliciter ſcribebant *centena HS*, ubi HS eſt genitivus *ſeſtertium*, ac ſubintelligitur *millia*. Ita capiendus *Plinius*, cum *l. 10. c. 51. & l. 35. c. 12.* ait, Æſopum hiſtrionem tragicum habuiſſe patinam fictilem, quæ taxaretur HS ſexcentis. Nam non ſexcentos nummos intelligit, ſed ſexcenta millia ſeſtertium. Sic *Gell. l. 5. c. 2.* Equus Alexandri Regis & capite, & nomine Bucephalus fuit. Emptum Chares ſcripſit talentis tredecim, & Regi Philippo donatum: æris noſtri ſumma eſt HS 312. Bucephalum emptum ait ſeſtertium trecentis, & duodecim, ſupple *millibus*: niſi ſcribere malis HS CCC XII, ut apex ſit pro *millibus*. Multa hujuſmodi occurrunt apud antiquos. Non

paucis

Digitized by Google

Paucis tamen locis pro *ſeſtertium*, ut ſupra diximus, corrupte legitur *ſeſtertia*. Imo Budæus, & alii, quoties C HS, aut CC HS, vel ſimile inveniunt, legendum putant *centum ſeſtertia*, aut *ducenta ſeſtertia*, cum ſoli Poetæ dicant *ſeſtertia*, pro *mille nummis ſeſtertiis*. *Horat. l. 1. ep. 7.* Cum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem Promittit, perſuadet, uti mercetur agellum. Intelligit ſeptem millia ſeſtertium. Neque enim agellus ſeptem nummis ſeſtertiis emi poteſt. *M. l. 2. ep. 2.* Clarus ob id factum donis ornatur honeſtis, Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummum. Qualis fuiſſet illa Luculli liberalitas, ſi militi propter expugnatum caſtellum donaſſet viginti ſeſtertia? Quare intelligit 20. millia ſeſtertium. ¶ Cum numerus minimum erat decies centenorum millium, tunc veteres utebantur adverbiis *decies*, *vicies*, *centies*, *ducenties*, &c. In ejuſmodi locis ſi addatur *centena*, tantummodo intelligitur *millia*. *Juvenal. ſat. 10. v. 335.* Et ritu decies centena dabuntur Antiquo. *Martial. l. 2. epigr. 65.* Illa illa dives mortua eſt Secundilla, Centena decies quæ tibi dedit dotis. Indicat uterque Poeta modum dotis ampliſſimum, qui erat decies centena millia ſeſtertium, ideſt vigintiquinque millia Philippeorum. ¶ At ſi poſt adverbium, aut adverbia (nam & *decies quinquies ſeſtertium*, & *vicies quater*, vel *duodecies vicies ſeſtertium* geminato adverbio dicitur) non ſubjiciatur alius numerus, intelligenda ſunt *centena millia*. *Senec. de conſol. ad Helv. c. 10.* Cum ſeſtertium millies in culinam congeſſiſſet. *Id. ib. c. 9.* C. Cæſar centies HS cœnavit uno die. ¶ Seſtertius etiam dicitur de rebus ratione pedum, & milliarium. E. g. bipalium, quod eſt genus ferramenti agris fodiendis accommodati, ruſtici dixere *ſeſtertium*, quia latum eſſet duos pedes, & dimidium. *Col. l. de Arb. c. 1.* Ipſum autem agrum, quem ſeminario deſtinaveris planum, & ſuccoſum, ſat erit bipalio vertere, quod vocant ruſtici ſeſtertium. Sic in *leg. 12. Tab.* ſeſtertius pes, qui eſt pedum duorum, & dimidii. ¶ Eſt etiam ſeſtertium genus vilis triplici licio texti, ut tertium filum duobus impar ſit. *Suet. in Aug. c. 83.* Ita, ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret, ſeſtertio, vel lodicula involutus. Al. aliter leg.

Seſtiacus, a, um, ad Seſtum pertinens. *Stat. l. 1. ſilv. 3. v. 27.* Seſtiacos nunc fama ſinus, pelaguſque natatum Jactet. *Auſon. in Moſell. v. 287.* Seſtiacum pelagus.

Seſtiāne, vel Sextianæ mala, genus quoddam malorum, ita dictum a quodam Sextio, qui primus ea in Italiam invexit, vel ut alii putant, a Seſto urbe Helleſponti, ubi copioſe proveniunt. *Colum. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 43.*

Seſtias, adis, adject. Hero puella, quæ fuit ex arce Seſti. *Stat. 6. Theb. v. 576.* ſedet anxia turre ſuprema Seſtias in ſpeculis. Adde *Sidon. carm. 11. v. 71.* ¶ Item ad Seſton ipſam pertinens. *Sidon. carm. 2. verſ. 506.* Abydenſque ſinus, & Seſtias ora.

Seſtus, ſeu Seſtos, fem. 2. *Seſto*, arx Thraciæ, in Cherſoneſo, ad Helleſpontum, contra Abydum arcem Aſiæ, quæ duæ arces ſimul nunc vocantur *Dardanelli*. *Plin. l. 4. c. 11.* *Lucan. l. 2.* Xerſes pontibus admovit Seſton Abydo.

Seſuvii, vel Seſſuvii, m. 2. populi Galliæ Celt. qui aliter, & melius, Eſſui dicti ſunt, ubi hodie pars meridionalis Normandiæ. *Cæſar.*

Seta, æ, f. *ſeta*, שֵׂעָר, Ger. *bürſten*, Gal. *ſoye*, Hiſp. *ſeda*, χαίτη, pilus craſſior, durus, rigidiorque, quales ſues habent. *Plaut. Caſ. 2. 5. ſc. 2. 49.* Ita, quaſi ſetis, labia mihi compungit barba. *Cic. 5. Tuſc. c. 20.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina appenſum demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus.

Setăbis, is, fem. *Xativa*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad fluvium cognominem, ubi nobiliſſimum linum provenit, & tertiæ in Europa palmæ, ut ait *Plin. l. 19. c. 1.* Hinc *Sil. l. 3. v. 373.* Setabis & telas Arabum ſprevisſe ſuperba, & Peluſiaco filum componere lino. ¶ Populi Setabitani. *Plin. l. 3. c. 3.*

Setabitāni, V. Setabis.

Setăbus, a, um, adject. ad Setabin pertinens, ut ſudaria Setaba. *Catull. carm. 12.* hoc eſt e lino ſetabo, quæ *ſetaba* abſolute dixit *Plin. in præfat. hiſt. nat.*

Setæ, m. 1. pop. Indiæ argenti ditiſſimi, ſicut Dardæ auri. *Plin. l. 9. c. 19.*

Setania, æ, f. & Setanium, ii, n. ſpecies meſpilorum. *Plin. l. 15. cap. 20.* Meſpilis tria genera, anthedon, ſetania, &c. *Plaut. Truc. 2. 3. verſ. 16.* Non poſſunt militares pueri ſetanio educier. Alii aliter leg. ¶ Sunt etiam ſetaniæ cepæ quædam minimæ, ſed ſapidiſſimæ, apud *Plin. l. 19. c. 5.* ¶ Item ſetanium eſt bulbi ſpecies. *Id. ib. c. 6.*

Setĭa, fem. 1. *Sezza*, urbs Campaniæ juxta Pomptinas paludes, in colle, patria Valerii Flacci. Celebris fuit ejus ager vini feracitate, & nobilitate, ut inter cæteros notat *Plin. l. 3. c. 5.* Hinc eodem Setiæ nomine eum appellat *Stat. l. 2. ſilv. 6. v. 90.* ubi ait, nec quod tibi Setia canos Reſtinxit cineres.

Setĭger, ra, rum, χαιτοφόρος, quod ſetas gerit. *Virg. 12. Æn. v. 170.* Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem Attulit. ¶ Setiger abſolute pro apro. *Ovid. 8. Metam. v. 376.* niſi ſetiger inter opacas Nec jaculis iſſet, nec equo loca pervia ſilvas.

Setīnus, a, um, adject. *di Sezza*, ad Setiam urbem pertinens, ut Setini agri. *Plin. l. 3. c. 5.* Setinum vinum. *Juvenal. ſat. 10. v. 27.* Idem *Plin. l. 14. c. 6.* ſcribit, hujuſmodi vinum ab Auguſto cæteris aliis Italiæ vinis fuiſſe prælatum.

Setōſus, a, um, *ſetoſo*, *pieno di ſete*, שָׂעִיר, Ger. *vol borſten*, Gal. *qui a force ſoyes*, Hiſp. *ſedeſo*, χαιτήεις, χαίτεος, quod eſt ſetis plenum. *Plin. l. 8. c. 45.* Torva fronte, auribus ſetoſis. *Prop. l. 4. el. 1. v. 25.* Verbera pellitus ſetoſa movebat arator. ideſt ſcuticas ex caprina pelle villoſa.

Setŭla, læ, f. parva ſeta. *Arnob. l. 7.* Solas immolare diis lanas, vulſaſque ex hoſtiis ſetulas.

Seu, *ovvero*, a *ſi*, & *ve*, ἤτοι, conjunctio disjunctiva, qua jungimus ea, quorum alterum, non utrumque affirmamus, & *ſive*, ut *neu* a *neve*. *Cic. pro Quinct.* O fortunatum hominem, qui hujuſcemodi nuntios, ſeu potius Pegaſos habet. *Id. ib.* Seu recte, ſeu perperam facere cœperunt. *Virgil. 12. Æn.* Sive errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti. *Liv. l. 21. c. 7.* In tantas brevi creverant opes, ſeu maritimis, ſeu terreſtribus fructibus, ſeu multitudinis incremento, ſeu ſanctitate diſciplinæ.

Sevēre, adverb. *ſeveramente*, *gravemente*, αὐστηρῶς, graviter, aſpere. *Cic. 2. Fin.* Ita graviter, & ſevere voluptatem ſecrevit a bono. *Id. pro R. Com. c. 15.* Cum illis exacta ætatis ſeveriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam. *Cæſ. lib. 3. B. Civ.* Brundiſium ad ſuos ſeverius ſcripſit. Adde *Juſtin. lib. 3. cap. 3.*

Severiānus, a, um, adjectiv. a Severo, cum eſt nomen proprium, ut Severiana pyra, a quodam Severo inſitore ſic appellata. *Plin. lib. 15. cap. 15.* ¶ Severianæ thermæ, a Severo Imper. conſtructæ. *Spartian. in Sev. cap. 19.*

Severĭtas, atis, *ſeverità*, *gravità*, גֹּדֶל, Ger. *rauche*, Gall. *rudeſſe*, Hiſp. *rigor*, αὐστηρότης, gravitas morum, durities, aſperitas. *Cic. de Senect.* Severitatem in ſenectute probo, & eam, ſicut alia, modicam acerbitatem nullo modo. ¶ Dicitur etiam in rebus judicialibus de illa parte juſtitiæ facilitati, & miſericordiæ contraria, qua judex nihil omnino de ſupplicio remittit, neque a vero diſcedit. *Cic. 7. Verr.* Cum iſta veſtra ſeveritate permotus multa ſigna dederat, quamobrem it reſponſurus non videretur. *Id. l. 9. Fam. ep. 14.* Summa ſeveritas animadverſionis. ¶ Item in rebus oratoriis, de ſtyli gravitate. *Cic. in Brut.* Craſſus in ſumma comitate habebat etiam ſeveritatis ſatis. ¶ Tranſlate, ſeu per Catachreſin dicitur de aſperitate cujuſcunque rei. *Plin. l. 13. c. 3. de unguentis:* Quando etiam corruptiſſimo in genere magis tamen juvat quædam ipſius vitii ſeveritas.

Severĭter, adv. idem ac ſevere. *Titinnius apud Non. 2. 12. n. 3.* Severiter hodie ſermonem amica mecum contulit.

Severitūdo, inis, idem ac ſeveritas. *Plaut. Epid. 5. 1. 3.* Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine?

Sevērus Mons, *Monte Severo*, ſeu melius, *della Meſca*, al. *Monte Nero*, *Monte di S. Giovanni*, mons Sabinorum verſus Reate, & conf. Aprutii ult. *Virg. 7. Æn. v. 713.* Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum, Caſperiamque colunt. Sunt qui putant, hic eſſe adjectivum, & intelligi montem præruptum, aſperum.

Sevērus, a, um, *ſevero*, *grave*, קָשֶׁה, Ger. *rauch*, Gal. *ſevere*, *rude*, Hiſp. *riguroſo*, αὐστηρός, gravis, aſper, acerbus, durus. *Virg. 8. Æn.* Romulidis, Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris. *Cic. in Brut.* Q. Ælius Tubero fuit vita ſeverus, & congruens cum ea diſciplina, quam colebat. *Id. 3. Off. c. 3.* Magnus vir in primis, & qui ſemper indulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium. *Liv. l. 4. c. 26.* Severiſſimi imperii vir. *Conſul. carm. 5.* Rumores ſenum ſeveriorum. ¶ Uſurpatur quoque in rebus judicialibus, pro eo, qui nihil de pœna a lege conſtituta remittendum cenſet. *Cic. pro L. Man.* Neque ſeverus eſſe in judicando, qui alios in ſe ſeveros eſſe judices non vult. *Id. Verr. 2. c. 10.* Severus ad judicandum. *Id. 7. Ver.* Poſteaquam judicia ſevera Romæ fieri deſierunt. ¶ Item in rebus Oratoriis, pro ſerio, in quo nihil facetiarum eſt. *Cic. in Brut.* Rutilius in quodam triſti, & ſevero genere dicendi verſatus eſt. *Id. ib.* Unum ſententioſum, & argutum, ſententiis non tam gravibus, & ſeveris, quam concinnis, & venuſtis. ¶ Item pro veraci, fideli, & qui ſe corrumpi non ſinit. *Plin. l. 11. c. 52.* Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus & ipſe auctor ſeveriſſimus. *Cic. 1. Ver.* Cujus legis non modo a Populo R. ſed etiam ab ultimis nationibus jampridem ſeveri cuſtodes requiruntur. ¶ Tranſlate extra homines, & actiones hominum egreditur. Itaque interdum accipitur pro vehementi, auſtero, aſpero, quod palatum pungit. *Hor. l. 1. od. 27.* Vultis ſeveri me quoque ſumere partem Falerni? ¶ Item pro mœſto, triſti, funeſto, quod horrorem aſpectu incutit. *Virg. 3. Georg. v. 37.* Invidia infelix Furias, amnemque ſeverum Cocyti metuet. *Lucr. l. 4. v. 461.* Severa ſilentia noctis. ¶ Ungues ſeveri dicuntur, qui diligentiſſime exigunt, et res explorant alicujus rei lævitatem. *Perſ. ſat. 1. v. 64.* ut per læve ſeveros Effundat junctura ungues.

Sevērus, ri, nomen proprium. Cornelius Severus poeta, & declamator Auguſti tempore, ſcripſit bellum Siculum, ſed imperfectum reliquit, teſte *Quintil. l. 10. c. 1.* atque id ipſum etiam excidit. Præterea carmen de Ætna, ut colligitur ex *Seneca epiſt. 79.* quod extat. Eſt etiam quoddam fragmentum, quod ejus nomine circumfertur, de morte Ciceronis, apud *Senec. in Suaſor. 6.* ¶ Severus Sulpitius, Epiſcopus Bituricenſis, qui Sæculo Chriſti V. vixit, ſcripſit non ineleganter, ut ea tempora ferebant, de vita S. Martini, libros hiſtoriarum, dialogos quoſdam, & epiſtolas.

Sevīni, m. 2. iidem qui Sabini, ita appellati a cultu, ſeu moribus. *Plin. l. 3. c. 2.*

Sevir, iri, m. quaſi ſexvir, nomen eſt dignitatis, ut Duumvir, Decemvir. Seviri fuere tempore Imperatorum, qui locum habebant in equeſtri militia, videnturque eam poteſtatem obtinuiſſe, quam olim Legati militares, vel etiam Magiſtri Equitum. *Jul. Capitolin. in M. Antonin. Philoſ. c. 6.* Pius conſulem ſecum Marcum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit, & ſevirum turmis equitum Romanorum, jam conſulem deſignatum, creavit, & edenti cum collega ſevirales ludos adſedit. ¶ Sevirum alii erant ſeniores, alii juniores, ut ex veteribus Inſcriptionibus apparet. Videntur etiam Seviri civilis dignitatis fuiſſe: nam in iiſdem Vet. Inſcr. leguntur Seviri juri dicundo, item Seviri Auguſtales, & Flaviales: hi tamen poſtremi non Magiſtratus, ſed Sacerdotes fuerunt. V. *Inſcription. Gruter. pag. 19. n. 6. & Reineſ. claſſ. 1. num. 99.*

Sevirālis, le, adject. ad Sevirum pertinens, ut Sevirales ludi, apud *Capitolin. in Antonin. Philoſ. c. 6.* ¶ Abſolute Seviralis, idem qui Sevir. *Inſcript. apud Gruter. pag. 1.* Numerius Marialis Aſtigitanus Sevirali. h. e. ſevir Aſtigi, quæ urbs eſt Hiſpaniæ.

Sevirātus, tus, m. dignitas Seviri. *Inſcript. apud Gruter. pag. 420. n. 7.* Hic pro Seviratu in Rempubl. dedit HS. ∞ ∞ &c.

Sevo, onis, m. *le Montagne di Norvegia*, mons Scandinaviæ longiſſimus, qui a mari Albo, & extremis Lappiæ finibus lunato curſu per Lappiam regionem, deinde inter Botniam, & Finnorum Marchiam, tandem inter Sueciam, & Norvegiam ad fauces ſinus Codani 300. M. P. longitudine procurrit. *Plin. l. 4. c. 13.*

Sevŏco, as, a. 1. *chiamar da banda*, *ſeparatamente*, Ger. *neben ſich beruffen*, Gal. *appeller à part*, Hiſp. *llamar apartando*, ἀνακαλεῖν, ſeorſum, ſeu in alteram partem voco, vel duco. *Cic. 2. Phil.* Et ob ejus conſilii ſocietatem, cum interficeretur Cæſar, tum te a Trebonio vidimus ſevocari. *Id. pro Mur.* Facit, ut rurſus Plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſeparare, ſejungere, abſtrahere. *Cic. 1. Tuſc.* Se ſeque ab his ſemper ſevocaſſent. *Id. ibid.* Cum a voluptate, ideſt a corpore, cum a re familiari, quæ eſt miniſtra, & famula corporis, cum a Republica, cum a negotio omni ſevocamus animum. ¶ Sevocare ad ſe de communi, eſt de eo, quod multis commune eſt, furari. *Cic. pro Quinct.* Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad ſe in privatam domum ſevocabat.

Sevum cum derivatis, V. Sebum.

Sex, *ſei*, שֵׁשׁ, Ger. *ſechs*, Gall. *ſix*, Hiſp. *ſeis*, ἕξ, nomen numerale cardinale, indeclinabile, a voce Græca allata, mutato ſpiritu in ſ, quomodo ab ἑπτά, eſt ſeptem. *Liv. l. 7. c. 5.* T. Manlius, qui poſtea Torquatus appellatus eſt, ſecundum in ſex locis tenuit. *Id. l. 44.* Eodem bello in Macedoniam peditum Romanorum ſex millia, ſociorum nominis Latini ſex millia, &c.

Sexagenarius, a, um, o. t. 2. qui ſexaginta annos habet. *Quintil. l. 6. c. de riſu.* Cicero objurgatus, quod Publiliam, cum ſexagenarius eſſet, virginem duxiſſet, Cras, inquit, mulier erit. ¶ Sexagenarii ſenes in Republica R. ſuffragio caruerunt. Erant enim a publicis negotiis liberi, & expediti, ut proditum eſt a *Varrone l. 2. de vita P. R.* teſte *Nonio*. Narrant, cum primum ſuffragia per pontem ferri cœpta ſunt, juniores conclamaviſſe, ut ſexagenarii de ponte dejicerentur. Veriti enim ſunt, ne ſenes ſuis ſuffragiis ſenibus potius, quam juvenibus Magiſtratus tribuerent. Hinc proverbium ortum eſt, *Sexagenarii de ponte dejiciendi*. Hanc hujus proverbii originem explodendam eſſe, aſſerit *Feſtus in voce Sexagenarius*.

Sexagēnus, a, um, o. t. a. *ſeſſanta*, ἑξήκοντα, ſexaginta, nomen numerale diſtributivum, quod ponitur etiam pro cardinali ſexaginta. *Cic. 7. Ver.*

Sexa-

Sexagena millia modiorum. *Liv. l. 8. c. 8.* Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 231. Sexagenos denarios plebi dedi, *ſeſſanta per uno*.

Sexageſies, averb. idem quod ſexagies. *Martian. Capell. l. 6. de terra ambitu.* Illa ſtadia quingenta trecenties ſexageſies complicata &c.

Sexageſimus, a, um, adject. *ſeſſanteſima*, ἑξηκοστός, numerus ordinalis ſexaginta continens. *Plin. l. 2. c. 2.* Intra ſexageſimum diem. *Martial. l. 6. epigr.* 70. Sexageſima meſſis.

Sexagies, adverb. *ſeſſanta volte*, ἑξηκοντάκις. *Cic. Philip.* 2. *c.* 18. Si ſeſtertium ſexagies peteret. h. e. ſexagies centena millia ſeſtertium, quæ ſunt centum octoginta millia ſcutatorum. *Id. pro S. Roſc. Amer. c.* 2. Bona patris hujuſce S. Roſcii, quæ ſunt ſexagies. h. e. ſexagies centena millia ſeſtertium, quæ valent centum octoginta millia ſcutatorum.

Sexaginta, *ſeſſanta*, ἑξήκοντα, decies ſex, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. 3. Ver.* Poſſum ſexaginta decreta proferre.

Sexangulatus, a, um, adject. ſexangulus, ut cryſtallus ſexangulata, apud *Solin. c. 46. de Arabia.*

Sexangulus, a, um, o. r. 2. *che ha ſei cantoni*, ἑξαγώνιος, quod habet ſex angulos. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Quare ſexangulis naſcatur lateribus, non facile ratio inveniri poteſt. *Id. l.* 11. *c.* 11. Apum ſexangulæ omnes cellæ. *Ovid.* 15. *Met. v.* 382. Nonne vides, quos terra tegit ſexangula fœtus melliferarum apium ſine membris corpora naſci?

Sexatrus, ſextus dies poſt Idus. *Var. l. 5. de L. L.* Ab Tuſculanis poſt diem ſextum Idus ſimiliter vocatos ſexatrus, & poſt diem ſeptimum ſeptimatrus. V. Triatrus.

Sexcēni, æ, a, adject. ſexcenteni. *Colum. l. 3. c. 3.* Singula jugera vinearum ſexcenas urnas vini præbuiſſe. *Curt. l. 3. c.* 1. Equitibus ſexceni denarii tributi.

Sexcentēni, æ, a, o. r. 2. ἑξακόσιοι, nomen numerale diſtributivum. *Col. l. 3. c.* 5. Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, ſexcenteni malleoli pangendi ſunt.

Sexcenteſimus, a, um, o. r. 2. *ſeicenteſimo*, ἑξακοσιοστός, ultimus, ſive unus ex ſexcentis. *Plin. l. 8. c. 7.* Anno Urbis ſexcenteſimo quinquageſimo quinto.

Sexcenti, æ, a, o. r. 2. ἑξακόσιοι, *ſeicento*; nomen numerale cardinale, pluralis tantum numeri. *Curt. lib. 6. cap. 4.* Additis ſexcentis equitibus. ¶ Sæpe uſurpatur pro numero ingenti, & infinito. *Ter. Phor.* 4. 3. Sexcentas perinde potius ſcribito dicas. Ubi *Donat.* Apud nos ſexcenta dicere pro infinito numero fere uſitatum eſt. *Cic. pro R. Am.* Sexcenti ſunt, qui inter ſicarios, & de veneficiis accuſabant. *Id.* 2. *de Div.* Sexcenta licet ejuſmodi proferre.

Sexcenties, adv. *ſeicento volte*, ἑξακοσιάκις, ſexcentæ vices. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 16. Ut forum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſexcenties ſeſtertium.

Sexcentoplagus, a, um, o. r. 2. ἑξακοσιοπλήγος, qui ſexcentas plagas accipit. *Plaut. Capt.* 3. 1. 68. Sexcentoplago nomen indetur tibi, hoc eſt, ſexcentas plagas accipies.

Sexdēnus, Sexdecies, Sexdĕcim. V. *Sedeni*, *Sedecies*, *Sedecim*.

Sexennis, & ne, o. 3. *di ſei anni*, ἑξαετής, quod eſt ſex annorum. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 80. Inde ſurreptus fere ſexennis. *Plin. l. 8. c.* 32. *de cervis*. Singulis annis adjicientibus ramus uſque ad ſexennes.

Sexennĭum, ii, n. 2. ἑξαετία, tempus ſex annorum. *Cic.* 1. *de Div. c.* 44. Quod quidem ſexennio poſt Vejos captos factum eſſe vidimus.

Sexies, adv. *ſei volte*, שׁשׁ פעמים, Germ. *ſechs mahl*, Gall. *ſix fois*. Hiſp. *ſeis vezes*, ἑξάκις, ſex vicibus. *Liv.* 4. *c.* 32. Vejentem hoſtem ſexies victum pertimeſcant.

Sexſignāni, m. cognomen Cocoſſatum, ſeu Cocoſatum pop. Aquitaniæ, ſicut Tarbelli cognominantur Quatuor Signani. *Plin. l. 4. c.* 19.

Sexprimi, orum, m. ſex viri, qui in aliquo ordine principes ſunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 30. L. Alenus chirographum ſexprimorum imitatus eſt. V. *Decemprimi*.

Sextāni, us. pop. Galliæ Narb. quorum urbs Arelate. *Plin. l. 3. c.* 4.

Sextans, antis, m. 3. *ſeſtantino*, *duo oncie*, a ſextus, quia ſunt ſexta pars aſſis. *Plin. l.* 26. *c.* 11. Prodeſt & vino myrtea ſucus: menthæ ſextans, vivi ſulphuris uncia. *Suet. in Aug. c.* 77. Senos ſextantes non exceſſit. Ubi *ſextans* eſt duorum cyathorum menſura, ideſt, ſexta pars ſextarii, cum ſextarius duodecim cyathos contineat. ¶ Erat etiam ſextans nummulus æreus, duas uncias valens, tertia parte minor quadrante. *Liv. l.* 2. Extulit eum Plebs, ſextantibus collatis in capita. ¶ Item menſura continens ſextam partem jugeri. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 10. Ab hus principio menſores nonnunquam dicunt, in ſubſicivum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud. *Col. l. 5. c.* 1. Pars ſexta, pedes quatuor millia, & octingentos, hoc eſt ſextans, in quo ſunt ſcrupula quadraginta octo. ¶ Legitur & *ſeſtans*.

Sextantālis, le, adject. ſextantem continens, ut ſextantales fuſi, apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. h. e. craſſitudinem habentes duarum unciarum, ſex pollicum.

Sextantarius, a, um, o. r. 2. ἑξαντιαῖος, quod ſextantis habet pondus. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Conſtitutumque, ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. ¶ Sextantarii aſſes bello Punico ſecundo originem habuere. *Feſtus*: Sextantarii aſſes in uſu eſſe cœperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtum eſt, decreverunt Patres, ut ex aſſibus, qui tum erant librarii, fierent ſextantarii, per quos cum ſolvi cœptum eſſet, & populus ære alieno liberaretur, & privati, quibus debitum publice ſolvi oportebat, non magno detrimento afficerentur.

Sextantariŏlus, li, m. parvus ſextarius. *Auguſtus apud Auctorem vitæ Horatii, qui a quibuſdam Suetonius creditur*. Itaque licebit, in ſextantariolo ſcribas.

Sextarĭus, ii, m. *ſeſtiere*, ſexta pars congii. Hæc menſura apud antiquos tam liquidis, quam aridis ſerviebat. Capiebat duas cotylas, ſeu heminas, & duodecim cyathos. Ejus partes erant, ut aſſis, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemiſſis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, ideſt, duo cyathi, tres, quatuor, quinque, dimidius ſextarius, ſeptem cyathi, octo, novem, decem, undecim. *Cic.* 2. *Off. c.* 16. Si emere aquæ ſextarium mina cogeremus. *Juven. ſat.* 6. De quo ſextarius alter ducitur ante cibum, rabidam facturus orexin. hoc eſt bibitur. *Col. l. 2. c. 9. de panico, & milio*. Quippe ſextariis fere quatuor jugerum implent. *Id. l.* 12. *c.* 5. Salis ſextarium ſubterito. ¶ Scribitur & *ſeſtarius*.

Sextilius, a, um, adject. a *Sextius* nom. proprium Romanorum, ut Sextia tabula apud *Cicer. pro Quint. c.* 6. h. e. taberna Sextii cujuſdam argentarii in foro, una ex illis, ad quas acta in foro ipſo ſcribebantur. ¶ Sextia lex, dicta eſt a L. Sextio Trib. pl. qui eam tulit, ſcivitque, ut Conſul unus de plebe crearetur. *Liv. l.* 6.

Sexticepſos, ſex habens capita, ſeu ſummitates, pro ſexticeps. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Eſquilinus mons ſexticepſos. ¶ Eadem ratione dicitur *ibid.* quarticepſus, qui quatuor habet cacumina, bicepſos pro *biceps*, qui duo, &c.

Sextīlis, is, m. 3. *Agoſto*, menſis anni, a ſextus, quod ſextum obtineret locum a Martio, a quo Romulus annum inchoavit. *Ovid.* 2. *Faſt. Varr. l. 5. de L. L.* ¶ Poſtea Auguſtus appellatus eſt, ex decreto Senatus, a Cæſare Octaviano Auguſto, qui hoc menſe, victo M. Antonio, bellis civilibus finem impoſuit. *Hor. l.* 1. *ep.* 7. Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum, Sextilem totum mendax deſideror. ¶ Adjective *Id. ibid.* ap. 11. Sextilis menſe.

Sextŭla, æ, f. 1. ſexta pars unciæ. Ita docet *Varr. l. 4. de L. L.* Item Fannius, verſu iſtoc, Sextula quæ fertur. nam ſex his uncia conſtat. Continet quatuor ſcrupula, hoc eſt, aſſis partem LXXII. *Cic. pro Cæc. c.* 6. Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæſenniam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri, Ebutio ſextulam aſpergit. Alludit *Cic.* ad *ſextulam*, quæ & menſura eſt, & nos etiam eam menſuram capieris: unde feſtive dixit *ſextulam aſpergit*, & paulo poſt *aſſem* ei tribuit. V. dicta in *Aſpergo, is*. ¶ Eſt & menſura agri. *Col. l. 5. c.* 1. Pars ſeptuageſima ſecunda pedes quadringentos, hoc eſt ſextula, in qua ſunt ſcrupula quatuor.

Sextum, *la ſeſta volta*, ſextus vice. *Cic. in Piſon. c.* 9. Qui C. illi Mario fortiſſimo viro & Conſuli, & ſextum Conſuli, &c.

Sextus, a, um, o. r. 2. *ſeſto*, שׁשׁי, Germ. *das ſechſt*, Gall. *ſixiéme*, Hiſp. *ſexto*, ἕκτος, ultimus, ſive unus ex ſex. *Cic.* 3. *Off.* Plenus eſt ſextus liber de Officiis Hecatonis talium quæſtionum. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Sexto decimo calendas Januarii. *Velleij. l. 1. c.* 3. Sextus ab Hercule.

Sexu, o, n. 4. idem ac ſexus, quemadmodum dicitur genus, & genu: gelus, & gelu. *Afranius* apud *Feſt.* Orbus virile ſexu adoptavit ſibi. *Siſenna l. 4. Hiſt. apud Non. c* 3. *n.* 103. Tum in muro virile, ac muliebre ſexu, populi multitudine omni collecta.

Sexungula, æ, f. ſex habens ungulas ſeu digitos in manu. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 57. hoc nomine appellat meretriculam rapacem, & amatorum bona profundantem.

Sexus, us, m. 4. *ſeſſo*, *natura*, Ger. *geſchlecht*, Gal. *ſexe*, Hiſp. *ſexo*, φύσις, γένος, habitus, natura, id, quo viri, vel feminæ ſumus. *Feſt.* ut *Scaliger* corrigit. Sexus, alter ſexu, natura, habituſque, ex Græco, quam illi vocant ἕξιν. *Col. in præf. l.* 1. Quod a natura ſexum viris denegatum muliebri motu mentiuntur. *Lactant. l.* 1. *c.* 16. Ex duobus ſexibus alter fortior, alter infirmior eſt.

Sexus, i, o. 2. idem ac ſexus, us, ut vulgus, vulgi. *Plaut. Rud.* 1. 5. 19. Virile ſexus nunquam habui ullum. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 62. Affluxere virile, ac muliebre ſexus, omnis ætas, &c. ¶ In allato Plauti loco alii leg. *ſecus*, quod idem ſonat.

S ANTE I.

Si, *ſe*, אם, Ger. *wenn*, Gal. *ſi*, Hiſ. *ſi*, εἰ, conjunctio conditionalis, a voce Græca ullata, præmiſſo *S*, quomodo & ab ὗς, *ſus*, abjecto *i*. Veteres per ei proferebant, ut ulla, in quibus eſt i longum. Id confirmat originem. Uſurpatur tam cum indicativo, quam cum conjunctivo. *Cic.* 2. *Fam. epiſt.* 6. Nunquam labere, ſi te audies. *Id. Att. l.* 13. Si hortos inſpexeris, dederis mihi, quod ad te ſcribam. ¶ Interdum eſt conjunctio cauſalis, pro *quia*, vel *ſiquidem*, & habet vim approbandi, ſeu confirmandi. *Virg.* 1. *Georg.* Veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta. *Cic.* 1. *Catil. c.* 3. Si illoſtantur, ſi erumpent omnia. ¶ Interdum adverſativa, pro *etſi*, *etiamſi*, *quamvis*, cum conjunctivo, & interdum cum indicativo. *Ter. Eun.* 1. 1. 4. Redeam? non, ſi me obſecret. *Id. ibid.* 5. 2. 26. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus, qui faceret tamen. ¶ Eſt etiam adverbium optantis, pro *utinam*. *Virg.* 6. *Æn. v.* 187. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus oſtendat nemore in tanto. ¶ Item adverbium dubitandi, pro *an*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 110. Sed fatis incerta feror, ſi Jupiter unam Eſſe velit Tyriis urbem. *Terent. Heaut.* 1. 1. 118. Ibo, viſam ſi domi eſt. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 6. *v.* 41. chlamydes Lucullus, ut ajunt, ſi poſſet centum ſcenæ præbere, rogatus. ¶ Item temporis, pro *ubi*, *poſtquam*. *Terent. Phorm.* 2. 1. 18. Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit, moletrinum uſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes. ¶ Inter conjunctionem *ſi*, & verbum veteres interdum interponebant *eſt*. *Terent. Phorm.* 2. 1. 40. Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit. ideſt ſi admiſit. Adde *Hecyr.* 4. 1. 43. Interdum ſubintelligitur. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 113. Hunc aliquis juvenum dixiſſet amatoria verba, Reddebat tales protinus illa ſonos. ¶ *Si* pro ut ſi, vel quaſi. *Plaut. Capt.* 2. 3. 58. Si ſervus meus eſſes, nihilo ſecius obſequioſus mihi ſemper fuiſti. ¶ *Si ne* pro ſi non. *Id. Rud.* 3. 4. 18. Si ne et caput exungulaſſitis, ego vos virgis circumvinciam.

Siagōna, æ, f. *Cal. Aurel. Tard.* 1. 6. 1. & 4. ſiagonas appellat temporum, & maxillarum muſculos, Græce τὰ σιαγόνια, maxillas ſignificant.

Siagonitæ, arum, m. σιαγονῖται, maxillarum muſculi. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. cap. 10.

Sibe pro ſibi olim ſcriptum, uſurpatumque fuit, teſte *Quintil. l.* 1. *c.* 7. *de orthogr.*

Sibi, V. Sui.

Sibilatrix, icis, quæ ſibilat, ut ſibilatrix fiſtula, *Martian. Capel. l.* 9.

Sibilatus, us, m. actus ſibilandi, ſibilus. *Cæl. Aurel. l.* 2. *Acut. c.* 27. Cum quodam vehementi ſibilatu.

Sibilo, as, n. 1. *ſibilare*, *ſiſchiare*, [illegible], Ger. *pfeiffen*, Gal. *ſiffler*, Hiſp. *ſilvar*, στριγμίζω, συρίζω, ſibilum facio, vel edo. *Virg.* 11. *Æn.* Arrectiſque horret ſquamis, & ſibilat ore. ¶ Sibilare aliquem, eſt ſibilis inſectari, contemnere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 66. populus me ſibilat, at mihi plaudo ipſe domi. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 19. etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt.

Sibĭlus, i, m. *ſibilo*, *fiſchio*, שׁרק, Ger. *pfeiffen*, Gal. *ſiffle*, Hiſp. *ſilvo*, συριγμός, ſonus, qui fit ore, compreſſis dentibus, & parum diductis labiis. *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 18. Fuſium clamoribus, & conviciis, & ſibilis conſectantur. *Colum. l.* 6. *c.* 3. Sibiloque (boves) allectari, qui libentius bibant. ¶ Reperitur etiam ſibilum in gen. n. præſertim in *Lucan. l.* 9. Angues ſtridula fuderunt vibratis ſibila linguis. *Ovid.* 13. *Met. v.* 785. Senſerunt toti paſtoria ſibila montes. *Sisen. apud Non. c.* 3. *n.* 100. Sueta ſibilum. ¶ Dicitur & de ſonitu venti inter arbores flantis. *Virg. Ecl.* 5. Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri, &c.

Sibĭlus, a, um, idem ac ſibilans. *Virg.* 3. *Georg.* Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem dejice. *Id.* 2. *Georg.* Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Sibus, a, um, acutus, callidus. *Feſt.*

Sibylla, æ, f. 1. *Sibilla*, σίβυλλα, virgo fatidica, ſeu, ut *Varro* ait, cujus pectus Numen recipit, & quæ vaticinatur. *Plaut. Pſeud.* 1. 23. Has quidem literas credo, niſi Sibylla legerit, interpretari alium poſſe neminem. *Cic.* 2. *de Divin.* Sibyllæ verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur. ¶ Sibyllæ decem fuerunt. Prima fuit *Perſica*, cujus mentionem fecit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit. Secunda *Libyca*, cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertia *Delphica*, de qua Chryſippus loquitur in eo libro, quem de Divinatione compoſuit. Quarta *Cumæa* in Italia, quam Nævius in libris belli Punici, Piſo in Annalibus nominat. Quinta nata Babylonia, quæ *Erythræa* appellata eſt, quam

Apol-

Apollodorus Erythræus affirmet ſuam fuiſſe civem, eamque Græcis Ilium petentibus vaticinatam & perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum. Sexta *Samia*, de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis Annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptum. Septima *Cumana*, nomine *Amalthæa*, quæ ab aliis *Demophile*, vel *Herophile* nominatur. Octava *Helleſpontica*, in agro Trojano nata, vico Marpeſſo, circa oppidum Gergythium, quam ſcribit Heraclides Ponticus Solonis, & Cyri fuiſſe temporibus. Nona *Phrygia*, quæ vaticinata eſt Ancyræ. Decima *Tiburtina*, nomine *Albunea*, quæ Tibure colebatur ut Dea, juxta ripas Anienis, cujus in gurgite ſimulacrum ejus inventum eſſe dicitur tenens in manu librum. Hujus ſacra Senatus in Capitolium tranſtulit. *Varro in libris Rer. Divin. apud Lactant. l. 1. c. 6.* Vide *Auguſtinum l. 18. de Civ. Dei, c. 23.* ut imprimis, quæ de his commentariolo integro complexus Onophrius Panvinius. ¶ Harum omnium celeberrima, & nobiliſſima Erythræa fuit. Nam *Feneſtella* de Quindecemviris tractans ait, reſtituto Capitolio retuliſſe ad Senatum C. Curionem Conſulem, ut Legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquiſita Romam reportarent, itaque miſſos eſſe P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium, qui deſcriptos a privatis verſus circa mille Romam deportarunt. Idem a *Varrone* ſcriptum eſt. Celebris item fuit Sibylla Cumæa, cujus libri a Romanis occultabantur, nec eos ab ullo, niſi a Quindecemviris inſpici fas erat. Hanc, ut Poetæ fabulantur, Apollo adamavit, & ei obtulit poſcendi, quod vellet, arbitrium. Illa hauſit arenam manibus, & tam longam vitam popoſcit, oblita petere perpetuam juventutem. Cum illam vitæ longitudinem obtinuiſſet, tamen Venerem pati dedignata eſt. Sibyllæ hujus ope Æneas ad Inferos deſcendit, & iterum ad Superos regreſſus eſt. Eo tempore Sibylla annos ſeptingentos tranſegerat, illi trecenti adhuc anni in humana forma ſupererant, quibus elapſis paullatim decreſcere debebat, donec ad minimam molem, & in ſimplicem vocem redigeretur. *Ovid. 14. Metam & Serv. in 6. Æn.* ¶ Æque clara Cumana fuit, quæ novem libros attuliſſe dicitur ad Regem Tarquinium Priſcum, & pro eis trecentos aureos poſtulaſſe. Cum Rex aſpernatus eſſet pretii magnitudinem, & deriſiſſet mulieris inſaniam, illa in conſpectu Regis tres combuſſit, ac pro reliquis idem pretium poſtulavit. Tarquinius multo magis mulierem inſanire ratus eſt. Denuo tribus aliis exuſtis, cum in eodem pretio perſeveraret, motus eſt Rex, ac reliquos trecentis aureis emit. *Lactant. ubi ſupr.*

Sibyllinus, a, um, σιβύλλειος, quod eſt Sibyllæ. *Cic. 2. de nat. Deor.* Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Haruſpicum reſponſis commemorare poſſum. *Id. de Aruſp. Reſp. c. 13.* Sibyllinus ſacerdos. ¶ Libri Sibyllini, fuere plures libri decem Sibyllarum, qui Romæ in Capitolio diligentiſſime aſſervabantur. *Lactant. l. 1. c. 6.* M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, neque apud Latinos vixit, in libris rerum divinarum, quos ad C. Cæſarem ſcripſit Pontificem Maximum cum de Quindecemviris loqueretur, Sibyllinos libros, ait, non fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes fœminæ vates Sibyllæ ſunt a veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel a conſiliis Deorum denuntiandis, &c. Et infra: Et ſunt ſingularum ſinguli libri, qui, quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur, ſuntque confuſi, nec diſcerni, ac ſuus cuique aſſignari poteſt præter Erythrææ, quæ & nomen ſuum carmini verum inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt, cum eſſet orta Babylone. Hæc *Lactant.* Sed nonnulli, teſte *Serv. in 6. Æn.* dicunt, Sibyllam Erythræam, quæ deinde Cumana dicta ſit, fuiſſe. Hanc Romana fata conſcripſiſſe, incenſo Apollinis templo, libros Romam allatos eſſe. ¶ Primum Tarquinius Priſcus emit tres libros Sibyllæ Cumanæ trecentis aureis, juſſitque eos in Capitolio religioſiſſime aſſervari. Deinde refecto Capitolio C. Curio Conſul, teſte *Feneſtella*, ad Senatum retulit, ut Legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquiſita Romam reportarent. Miſſi ſunt P. Gabinius, M. Octacilius, L. Valerius. Hi deſcriptos a privatis verſus mille circiter reportavere. Denique progreſſu temporis ex omnibus urbibus Italiæ, Græciæ; & alterius regionum cujuſque Sibyllæ libri diligentiſſime conquiſiti, & Romam allati ſunt. ¶ Aſſervabantur in Capitolio, in cella ſubterranea, in arca quadam lapidea. Horum legendorum, & interpretandorum cauſa Duumviri a Tarquinio Superbo inſtituti ſunt, qui *Duumviri ſacrorum* appellabantur. Deinde Decemviri, ac tandem Quindecemviri creati ſunt. *Cic. 1. de Divin.* ¶ Hos libros Stilico, cum adverſus Honorium, & Arcadium Principes defectionem moliretur, exuſſit. *Rutilius:* Nec tantum patriis ſæviret proditor armis, Sancta Sibyllinæ fata cremavit opis. ¶ Sacerdotes, ſeu Duumviri, ſeu Decemviri, ſeu Quindecemviri Sibyllini, erant Sacerdotes, quorum erat Sibyllinos libros cuſtodire, &, quoties prodigia contigiſſent, libros illos aperire, & interpretari, & lectiſterniis ad pulvinaria Deorum factis, eos placare, illorumque minas avertere. *Cic. de Aruſp. Reſp. & l. c.*

Sibyna, næ, f. venabulum, quo feræ, vel apri figuntor, σιβύνη, *Ennius apud Feſt.* Illyrici reſtant, ſicis, ſibyniſque fodantes.

Sic, adv. *sì, così, in tal modo, in tal guiſa, in tal maniera, di modo, di ſorte*, כן, Ger. *alſo*, Gal. *ainſi*, Hiſp. *aſſi*, οὕτω, οὕτως, ita, adverbium ſimilitudinis. Variis particulis conjungitur. *Cic. 2. de Divin.* Sive ſic eſt, ſive illo modo. *Id. l. 7. Fam. epiſt. 17.* Sic ei te commendavi, & tradidi, ut graviſſime, diligentiſſimeque potui. *Id. l. 16. Fam.* Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. *Id. pro Planc.* Hujus Præfectura plena eſt virorum fortium, ſic, ut nulla tota Italia frequentior dici poſſit. *Cal. Cic. l. 8. Fam. epiſt. 4.* Ego tamen ſic nihil expecto, quomodo Paullum Conſulem. ¶ Interdum idem eſt ac talis. *Ter. Phorm. 3. 2.* Sic ſum, ſi placeo, utere. *Id. Andr. 1. 1.* Sic vita erat, facile omnes perferre, ac pati. *Cic. pro Roſc. Com.* Sic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. *Id. pro Roſc. Amer.* Sic vita hominum eſt. ¶ Interdum ponitur pro tam, tantopere. *Plaut. Trin. 3. 2. 40.* Nihil ſic celere eſt, nec volat. *Horat. l. 2. ſat. 8.* Tum pacochi faciem nihil ſic metuentis, ut acres potores, &c. ¶ Eſt etiam adverbium affirmandi, ſeu affirmative reſpondendi. *Virg. 4. Æn.* Sed moriamur, ait. Sic? ſic juvat ire per umbras. Ita exponit *Servius*. Alii dicunt, hoc loco ſic duplicari majoris expreſſionis cauſa. Legunt enim, *Sed moriamur, ait. Sic ſic juvat ire per umbras*. *Albinovan. eleg. 2. v. 93.* Sic eſt. *così è.* ¶ Item optandi. *Horat. l. 1. carm. ode 3.* Sic te Diva potens Cypri, ſic fratres Helenæ lucida ſidera, ventorumque regat Pater, &c. ¶ Item demonſtrandi. *Ter. Eun. 3. 5.* Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, &c. *Cic. in Orat. c. 63.* Verborum ordinem immuta; fac ſic: Comprobavit filii temeritas. ¶ Eſt & conjunctio illativa, idem valens, quod *igitur*. *Cic. 4. Tuſc.* Sic tot ſimul virtutes continentiæ, gravitatis, juſtitiæ, fidei defecerunt.

Sica, æ, f. *ſica, daga*, סכין, Ger. *ein dolch*, Gal. *dague, poignard*, Hiſp. *daga, cuchillo*, ξιφος, genus gladii brevioris. *Cic. 3. Catil.* Non enim jam inter latera noſtra ſica illa verſabitur. *Id. ibid.* E quibus illa maximum ſicarum numerum, & gladiorum extulit.

Sicambri, orum, m. σύγαμβροι, populi Germaniæ inferioris, inter Moſam, & Rhenum, ubi nunc *la Duchea di Weſtfalia*. Horum mos erat, crines in nodum ſolvere. Hinc *Martial. de Spectac. epigr. 3.* Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Sicambria, æ, f. Sicambrorum regio. *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 383.* Militet ut noſtris detonſa Sicambria caſtris.

Sicani, m. 2. pop. Hiſpaniæ, apud fl. Sicanum, ſeu Cingam, quorum opp. Sicane, ita dicti a Sicano Rege. Hi ante Trojanum bellum eodem Sicano duce in Siciliam migrarunt, unde inſulæ de Regis nomine Sicania appellari cœpit. *Virg. 5. Æn.* Undique conveniunt Teucri, mixtique Sicani.

Sicania, æ, f. Sicilia. *Ovid. 5. Metam.* Sicaniam peregrina colo, ſed gratior omni, &c. V. *Sicani*.

Sicanis, idis, f. 3. quæ ſpectat ad Sicaniam. *Ovid. in Ibin. v. 698.* Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit.

Sicanius, a, um, quod ad Sicaniam, ſeu Siciliam ſpectat. *Virg. 8. Æn. v. 416.* Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque Erigitur Liparen.

Sicanus, a, um, quod ſpectat ad Sicaniam. *Sil. l. 14. v. 259.* Cætera Elyſiis aderat gens Sicana antris. *Virg. Æn. 5. v. 23.* fida reor fraterna Erycis, portuſque Sicanos.

Sicarius, ii, m. *ſicario*, איש דמים, Germ. *todſchleger*, Gall. *un meurtrier*, Hiſp. *percuſſador*, ξιφήρης, qui ſica hominem interficit, & quicunque arma geſtat paratus ad quamlibet cædem hominis, gladiator, graſſator. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 14.* Vetus videlicet ſicarius, homo audax, & ſæpe in cæde verſatus.

Siccabilis, le, adject. *Cæl. Aurel. Tard. l. 5. c. 1.* Quidam tanquam ſiccabile humoris apbitem lapidem ligaverunt, hoc eſt, humoris ſiccativum.

Siccaneus, a, um, αὐτόξηρος, quod eſt naturaliter ſiccum, quod nullo humore irriguum, vel aſperſum eſt. *Col. l. 2. c. 17.* Eius prati animadvertimus duo genera, quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum.

Siccanus, a, um, idem ac ſiccaneus. *Plin. l. 16. c. 17. de ulmis:* Italia Atinias vocat excelſiſſimas, & ex iis ſiccanas præfert, quæ non ſint riguæ.

Siccatio, onis, f. actus ſiccandi. *Plin. l. 34. c. 13.* Emplaſtra, quibus quæritur refrigeratio, & ſiccatio.

Siccativus, a, um, adject. ſiccatorius, ut ſiccativum malagma. *Cæl. Aurel. l. 4. Acut. c. 3.*

Siccatorius, a, um, adject. ſiccandi vim habens. *Theodor. Priſcian. de diæta, c. 10.* Origanum eſt ſiccatorium.

Siccatus, a, um, adject. *ſeccato*. *Ovid. l. 13. Metam. v. 564.* Siccatique queri fontes.

Sicce, idem ac *ſic*. V. *Ce*.

Sicce, adv. *ſeccamente*, Ger. *truckenlich*, Gal. *ſeichement*, Hiſp. *ſecamente*, ξηρῶς, aride. *Colum. l. 6. c. 12.* Ne in aquam pedem mittat, & ut ſicce ſtabuletur. ¶ Tranſlate ſumitur pro tenuiter, parce, paucis verbis. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 4.* Id vero deſinant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Attice dicere, id eſt quaſi ſicce.

Siccesco, is, n. 3. ſine præt. & ſup. *ſeccarſi*, חרב, Ger. *trucken werden*, Gal. *devenir ſec*, Hiſp. *ſecarſe*, ξηραίνομαι, ſiccus fio, a ſiccum. *Colum. l. 12. c. 45.* Deinde in Sole exponito, aut in fumo, ut ſiccefcat. *Plin. l. 18. c. 34.* Terræ ſiccefcunt repente.

Siccificus, a, um, adject. ſiccandi vim habens. *Macrob. l. 7. Saturn. c. ult. in fin.* Ineſt aeri vis quædam remediabilis, & ſiccifica.

Siccine, adv. *così*, οὕτως, ſic ne, an ſic, adv. interrogandi. *Terent. Eun. 4. 7. 34.* Siccine agis? *Propert. l. 2. eleg. 15.* Siccine lente jaces?

Siccitas, atis, f. *ſiccità, ſeccagine*, יבשה, Ger. *dürre*, Gal. *ſecheresse*, Hiſp. *ſequedad*, ξηρότης, humoris vacuitas, qualitas humiditati contraria. *Cæſ. l. 4. B. G.* Qui cum propter ſiccitates paludum, quo ſe reciperent, non haberent. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. epiſt. 17.* Aquamque, quam ii ducebant non longe a villa bene ſane fluentem, præſertim maxima ſiccitate. ¶ Tranſlate ſumitur pro inopia, ſterilitate, brevitate. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 4.* Neque enim flumine conturbat inanium verborum, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas.

Sicco, as, a. 1. *ſeccare*, יבש, Ger. *trucknen*, Gal. *ſecher*, Hiſ. *ſecar*, ξηραίνω, quod humidum erat, ſiccum reddo. *Virg. 4. Æn.* Atque atros ſiccabat veſte cruores. *Plin. l. 8. c. 24.* Mergitque ſe limo ſæpius, ſiccatque Sole. ¶ Interdum ponitur pro evacuare, exhaurire. *Hor. l. 2. ſat. 6. v. 68.* Siccat inæquales calices conviva, ſolutus legibus inſanis.

Siccoculus, a, um, ξηρόφθαλμος, quod eſt ſiccis oculis, id eſt nec lippus, nec lacrymoſis. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 75.* Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.

Siccus, a, um, *ſecco, aſciutto, arido*, יבש, Ger. *dürr*, Gal. *ſec*, Hiſ. *ſeco*, ξηρός, quod eſt aridum, & ſine humore. *Horat. l. 2. ſat. 4.* ſicci agri. *Celſ. l. 1. c. 1.* Sicciſſimi cibi. *Plin. l. 34. c. 8.* Corpora gracilioria, ſicciora que. ¶ *Siccis oculis, ſiccis genis* aliquid videre, facere, eſt ſine lacrymis. *Propert. l. 1. eleg. 17. v. 11.* An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis? *Ovid. 1. Triſt. eleg. 1. v. 28.* Carmina nec ſiccis perlegat iſta genis. ¶ *In ſicco*, eſt extra aquam. *Virg. 1. Georg.* Cumque marinæ in ſicco ludunt fulicæ. *Plin. l. 26. c. 7.* Neque in mari, neque in ſicco. ¶ Tranſlate pro ſobrio, cui opponitur madidus, vinolentus. *Hor. l. 1. ode 18.* Siccis omnia nam dura Deus propoſuit. *Cic. 2. Acad.* Alius adultus, alius ſenibus, alius ægris, alius ſiccis, alius vinolentis. ¶ Et univerſim pro eo, qui parce, & tenuiter vivit. *Horat. l. 1. epiſt. 17.* accedes ſiccus ad unctum. ¶ In oratione ſiccus dicitur, in quo nulla eſt verborum redundantia. *Cic. de clar. Orat. c. 55.* Nihil erat in ejus orationibus niſi ſincerum, nihil niſi ſiccum, atque ſobrium. *Id. de Opt. gen. Orat. c. 3.* Oratores ſani, & ſicci. ¶ Sicca Luna dicitur, cum ſerenitatem inducit, & ſiccitatem. *Plin. l. 17. c. 9.* Curandum, ut ab occaſu æquinoctiali flante vento fiat, luna decreſcente, & ſicca.

Sicelius, a. herba, quæ alio nomine Pſyllion dicitur, radice tenui, grana ſimilia fabæ habens in cacumine, folia canino capiti non diſſimilia, ſemen autem pulici. *Plin. l. 27. c. 11.*

Sicelis, idis, f. 3. σικελίς, quæ eſt ex Sicilia, a Græca voce allata. *Ovid. Heroid. epiſt. 15. v. 52.* Quid mihi cum Lesbo? Sicelis eſſe volo. *Virg. 4. Ecl.* Sicelides Muſæ, paulo majora canamus. hoc eſt Muſæ Theocriti, nam in Eclogis Virgilius Theocritum imitatus eſt, qui fuit ex Syracuſis Siciliæ urbe.

Sicera, æ, f. *ſicera*, σίκερα, omnis potio inebrians, vino excepto, ut quæ conficitur a ſucco dactylorum, pomorum, frumenti. *Tertul. adverſ. Pſych. c. 9. et Levit. c. 10.*

Sichæus, i, m. filius Philiſthenis, nepos Phœnicis, pronepos Agenoris, patruelis Pygmalionis, Didonis, & Annæ. Sed ſecundum Juſtinum, a quo *Acerbas* vocatur, fuit avunculus, non patruelis Didonis. Functus eſt Sacerdotio Herculis, qui honos ſecundus a Rege erat. Uxorem duxit Didonem, patruelem, ſeu neptem ſuam. Huic magnæ, ſed diſſimulatæ opes erant, aurumque metu Regis non tectis, ſed terræ crediderat, quam rem etſi homines ignorabant, fama tamen loquebatur. Qua incenſus Pygmalion, oblitus juris humani, patruelem ſuum, ſeu avunculum, eundemque generum ſine reſpectu pietatis occidit. *Juſtin. l. 18. & Virg. 1. Æn.*

Sicila, V. Sicula.

Sicilatus, a, um, adject. parva ſica armatus. *Capitolin. in Maxim. & Balbin. c. 17.* Sicilatus latro. Alii leg. *ſicclatus*.

Sicilia, æ, f. *Sicilia*, σικελία, inſula ampla Italiæ, vel potius maris Mediterranei, inter mare Tyrrhenum, ſeu Thuſcum ad Bor. & Occ. mare Siculum, ab ea dictum, ad Or. & mare Libycum, ſeu Africum ad Mer. ſeparata ab Italia anguſto freto 1500. paſſ. *Plin. l. 3. c. 8.* Primum dicta eſt

Ti-

Digitized by Google

Trinacria, a τρεῖς, & τρία, tres, & tria, & ἄκρα, ſummitas, extremitas, quia tribus promontoriis terminata eſt, Peloro contra Italiam, Pachyno contra Græciam, Lilybæo contra Africam. Item vocata eſt *Triquetra*, quia eſt formæ triangularis, cujus trianguli unus angulus, qui in Mer. vergit, *Pachynus* dicitur, alter *Pelorus*, qui ad Sept. ſpectat, tertius *Lilybæus*, qui Carthaginem maxime ſpectare videtur. Deinde *Sicania* appellata eſt, a Sicano Rege, qui ante Trojana bella, cum ampliſſima Iberorum, ſive Hiſpanorum manu in advectus inſulam de ſuo nomine Sicaniam, populumque Sicanos appellavit. Tandem nuncupata eſt Sicilia, a *ſecidere*, quaſi ſicilita, quæ olim Italiæ connexa fuit, ideſt agro Brutio, poſtea maris impetu ab ea avulſa eſt, ut *Virgilius* canit *Æn.* 3. v. 414. *Juſtin. l.* 4. c. 1. & alii. Quæ res & Rhegio nomen fecit. Nam eſt a ῥήγνυμι, *ſcindo*. Sed alii dicunt, ſic nominatam eſſe a Siculis Latii pop. qui ſuis ſedibus pulſi ab Oenotriis, & Pelaſgis in hanc inſulam migrarunt.

Siciliſes, um, f. 3. αἰχμαί, ſpicula haſtarum, lanceatum, venabulorum. *Feſtus*, *ſive Paulus*: Siciliſes haſtarum ſpicula lata. Ennius. Incedit veles volgo ſicilicibu' latis. Ubi manuſcripti quidam, *ſicilibus*.

Sicilicula, læ, f. falcula, gladiolus, parva ſica. *Plaut. Rud.* 4. 4. 125. Poſt eſt ſicilicula argentea, & duæ connexæ maniculæ.

Sicilicus, i, m. *peſo di due dramme*, δίδραχμον, pars aſſis quadrageſimaoctava, ſeu quarta pars unciæ, quæ ſcrupula ſex, ſive, quod in idem recidit, drachmas duas continet. *Priſcian. in libello de ponderibus*. Drachmam ſi gemines, aderit, quam dicier audis Sicilicus. *Scæv. leg.* 61. *ff. de ann. legat.* Cum noverca univerſæ hereditatis habeat dodrantem, ſemunciam, & ſicilicum. ¶ In menſuris ſicilicus eſt quarta pars pollicis. *Plin. l.* 13. c. 15. Menſa ſolida tribus ſicilicis infra quatuor pedes, tantidemque infra ſemipedem craſſitudinis. h. e. lata pedes quatuor, minus tertia pollicis parte. Adde *l.* 31. c. 6. ¶ Apud *Feſtum* legitur *ſicilicum* in neutro gen. Sicilicum, inquit, dictum, quod ſemunciam ſecet.

Sicilienſis, & ſe, o. 3. quod ad Siciliam ſpectat. *Cic. in Brut.* Interim me Quæſtorem Sicilienſis excepit annus. ideſt quo Quæſturam geſſi in Sicilia. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Sicilienſe fretum.

Sicilimentum, i, n. herba ſicilitione reſecta, ideſt quam fœniſecæ prima ſectione relictam, iterata ſectione demetiuntur. *Cato* c. 5. Item fœnum cordum, ſicilimenta de prato demito, eaque arida condito.

Sicilio, is, ivi, itum, a. 4. *tagliare*, τέμνω. Verbum eſt proprie ad prata pertinens, quæ tunc ſiciliri dicuntur, cum ea, quæ prima ſectione relicta ſunt a fœniſecis, iterata ſectione demetiuntur. *Varro l.* 1. *de R. R.* c. 49. Quo facto ſiciliendа prata, ideſt falcibus conſecanda, quæ fœniſecæ præterierunt, ac quaſi barba ſuberoſum reliquerunt campum: a qua ſectione arbitror dictum, ſicilire pratum. *Plin. l.* 18. c. 28. Prata quoties ſecta ſunt, ſicilire, hoc eſt quæ fœniſeces prætereunt, ſecari.

Siciliſſo, vel Siciliſſito, as, n. 1. Siculos imitor, Siculorum lingua male loquor. *Plaut. Men. prol.* v. 12. Non Atticiſſat, verum Siciliſſitat. *Feſtus* in voce *Atticiſſat* hoc eodem loco *Plautum* legit *Siciliſſat*.

Sicinniſtæ, m. 1. mimi, qui vitam mortui repræſentabant, & ſicinnium ſaltabant, a σείω, *quatio*, & κινέω, *moveo*. *Gel. l.* 20. c. 2. Quos ſiciniſtas vulgus dicit, qui rectius locuti ſunt, ſicinniſtas litera N gemina dixerunt. Sicinnium enim genus veteris ſaltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc verbum Lucius Accius Poeta in Pragmaticis, appellarique ſicinniſtas ait, nebuloſo nomine: credo propterea nebuloſo, quod ſicinnium cur diceretur, ei obſcurum eſſet. Hæc *Gellius*.

Sicinnium, ii, n. genus veteris ſaltationis, in exequiis adhiberi ſolitum, al. *ſicinnis*. *Gel. l.* 20. c. 2. V. Sicinniſtæ.

Sicoris, is, m. fluvius Hiſpaniæ, qui oritur ad radices Pyrenæi, & prope Aragoniam in Iberum influit. *Lucan. l.* 4. Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes.

Sicubi, adv. *ſe in qualche luogo*, Ger. *ſo etwan*, Gal. *ſi en quelque lieu*, Hiſp. *ſi en algun lugar*, εἴπου, ſi aliquo loco, a ſi, & ubi, inſerto c. *Cic. pro Corn. Balbo* c. 14. Ac ſicubi eſſet, lex id Gellia, & Cornelia ſuſtuliſſet.

Sicula, æ, f. *pugnaletto*, ξιφίδιον, parva ſica, gladiolus, & tranſlate virile hominis membrum. *Catull. carm.* 66. (*al.* 68.) v. 21. Languidior tenera cui pendens ſicula beta. ¶ In veteribus Gloſſ. legitur *Sicila*.

Siculi, orum, m. 2. pop. Latii, ita dicti a Siculo Rege, qui ſuis ſedibus pulſi, ſecundum Thucydidem ab Opicis, ſecundum Antiochum ab Opicis, & Oenotriis, ſecundum Hellanicum ab Oenotriis, & Japygibus, & ſecundum Dionyſium, & Cluverium ab Oenotriis, & Pelaſgis, ſecundum Philiſtium a Pelaſgis, & Umbris, in inſulam proximam trajecerunt, quæ tunc Sicania dicebatur, ante Trinacria, atque Siciliæ nomen indiderunt. Olim incolæ Siciliæ vitam opiparam ducebant. Hinc prov. apud *Platonem l.* 3. *de Rep.* *Menſa Sicula*, & apud *Athenæum l.* 14. *Coquus Siculus*. Alio tamen tempore non deliciis, ſed laboribus operam dantes, militiæ inſerviebant, ut *Siculus miles*, prover. apud Zenodotum, de mercenario milite, ac nullum miniſterii genus lucri gratia recuſante. *Aula Sicula* apud *Juvenalem* pro imperio duro proverb. dicitur, quale Siculorum Tyrannorum.

Siculus, i, m. filius Itali. *Dionyſ. Hal. l.* 1. *Rom. Ant.* Sed *Solinus* aſſerit, filium fuiſſe Neptuni; Alii filium Neptuni, fratrem Itali; Alii filium Corythi, & Electræ, fratrem Dardani. Regnavit in Lucania, & in Latio. Hinc incolæ Lucaniæ, Latii, aliarumque regionum Siculi dici cœpti ſunt. *Dionyſ. l.* 1.

Siculus, a, um, quod ad Siciliam ſpectat. *Virg.* 1. *Æn.* Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum &c. *Juvenal. Sat.* 9. *v. ult.* Siculos cantus effugere. h. e. cantus Sirenarum juxta Siciliam in mari habitantium. *Id. Sat.* 13. v. 50. Sicula torvus cum conjuge Pluton. h. e. Proſerpina, quæ dum in Ætna Siciliæ monte recrearetur, a Plutone rapta fuit. Siculum mare, *Mar di Sicilia*, quod a Sicilia Cretam uſque excurrit. Anguſtum, atque anceps eſt, alterno curſu modo in Thuſcum, modo in Jonium influens, & Scyllæ, Charybdiſque horrendis nominibus inclytum, ex quibus Scylla eſt ſcopulus verſus Sept. Charybdis mare verticoſum verſus Mer. *Plin. l.* 3. c. 5.

Sicunde, adv. εἴποθεν, ſi ex aliquo loco. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 30. ſicunde poteſt eruere. *Liv. l.* 26. c. 38. Sicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet.

Sicut, *come*, *ſiccome*, כאשר, Ger. *gleich wie*, Gal. *ainſi que*, Hiſp. *aſſi como*, ὡς, ὥσπερ, quemadmodum, adverbium ſimilitudinis, ex *ſic*, & *ut*. *Cic. de Or. l.* 1. c. 26. Nihil eſt quod cogat homines, ſicut in foro non bonos Oratores, item in theatro malos Actores perpeti. *Id. pro L. Man.* c. 9 Sinite hoc loco, ſicut Poetæ ſolent, qui res Romanas ſcribunt, præterire me noſtram calamitatem. ¶ Ponitur etiam pro tanquam. *Cic. pro R. Com.* Sicut in aram, confugit in hujus domum. ¶ Interdum tamen non res ſimiles, ſed diverſas, & plane contrarias denotat, & ita in priore membro ponitur. *Quinctil. l.* 1. c. 3. Sed ſicut firmiores in litteris profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atque adhuc teneris jucundior eſt ipſa, &c. ¶ Habet etiam venuſtatem, atque utilitatem magnam in diſponendo, quoties antecedentem ſententiam annectit cum ſequenti. *Quinctil. in proœm. l.* 1. Sed nonnunquam ita deſunt, ut bona etiam ingenia, ſtudiaque corrumpant, ſicut & hæc ipſa ſine doctore perita, ſtudio pertinaci legendi, ſcribendi, dicendi multa, & continua exercitatione per ſe nihil proſunt.

Sicuti, adv. idem ac ſicut, ex *ſic*, & *uti*. *Cic. de Or.* Reliquæ duæ, ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debebunt. *Plin. l.* 7. c. 14. Ferunt Craſſum avum Craſſi in Parthis interempti nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum, ſicuti nec flere multos.

Sicyon, onis, f. *Vaſilica*, *Baſilica*, urbs Peloponneſi, olim caput Sicyoniæ reg. in colle, ab ora ſin. Corinthiaci 3. M. P. patria Arati Poetæ, & Praxillæ Poetriæ. Ab ea regiuncula adjacens Sicyonia dicta fuit, inter Corinthiam ad Or. & Achajam ad Occ. Scribit *Plin. l.* 36. c. 5. hanc urbem diu fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam. ¶ *Sicyoni* pro Sicyone in ſexto caſu. *Plaut. Ciſtell.* 1. 3. 8. Fuerunt Sicyoni jamdiu Dionyſia.

Sicyonis, idis, f. inſ. maris Ægæi, ex adverſo Epidauri, ex qua Minerva Sicyonia cognominata eſt. *Plin. l.* 4. c. 12.

Sicyonius, a, um, adject. ad Sicyonem pertinens. *Virg.* 2. *Georg.* teritur Sicyonia bacca trapetis. ¶ Sicyonii, orum, populi Sicyonis incolæ. Molles hi, & munditiei nimii amatores aliquando fuerunt, præſertim in calceis. Hinc *Cic. l.* 1. *de Orat.* c. 54. Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles. ¶ Hujuſmodi calcei dicuntur etiam *Sicyonia*, orum, abſolute. *Lucret. l.* 4. v. 1118. & pulcra in pedibus Sicyonia rident.

Sideralis, & le, o. 3. ἀστρῷος, quod ad ſidera pertinet. *Plin. l.* 9. c. 49. Poſtero videtur locus ipſe ſideralis ſcientiæ ſententiam. *Id. l.* 18. c. 24. Sideralis difficultas. h. e. quæ circa ſiderum cognitionem eſt.

Sideratio, onis, f. *conſtellazione*, θέμα, conſtitutio ſiderum, conſtellatio, ſidus natalitium, horoſcopus. *Firmic. l.* 4. c. 15. Hæc tamen omnia, licet a malo ſignata fuerint talis ſiderationis influxu, benevolorum Stellarum ut plurimum teſtimoniis minuuntur. ¶ Sideratio item vocatur morbus plantarum, cum ſiccitate Caniculæ, vel Cancri exareſcunt, atque emoriuntur inſitæ, ac novellæ arbores, præcipue vites, ac ficus. A Græcis vocatur ἀστροβολία, vel ἀστροβόλησις, ſideris percuſſio. *Plin. l.* 17. c. 24. Proprium tamen ſiderationis eſt ab ortu Canis ſiccitatum vapor, cum inſitæ, ac novellæ arbores moriuntur, præcipue ficus, & vites. ¶ Per Tranſlationem ſiderationis nomen accommodatur animalibus, quæ membro aliquo, aut corpore univerſo exareſcunt, unde & *ſiderata* ab eo appellantur. Aliqui dicunt, hunc morbum e cœlo vi quadam ſideris provenire exiſtimari, quod repentino quodam impetu evenit. *Plin. l.* 17. c. 24. Sideratio, & membrorum dolor. ¶ Ex his liquet, cur *Martialis* ſideratam appellet linguam Bacchara, qui, ſiquid peteretur, haud intelligere ſe ſimulabat. Locus eſt *l.* 7. *ep.* 19. Hoc opus eſt, ſubito fias ut ſidere mutus, dicere ne poſſis, Bacchara, quid ſit opus. Sic *l.* 11. *ep.* 86. Sidere percuſſa eſt ſubito tibi, Zoile, lingua.

Sideratitius, a, um, adject. ſideratus, ut ſideratitia jumenta, apud *Veget. de re veterin. l.* 3. c. 35.

Sideratus, a, um, *aſſiderato*, ἀστρόβλητος, qui ſiderationis morbo affectus eſt, qui ſidere vexatur, & læditur. *Plin. l.* 28. c. 16. Sideratis urina pollis alinoi nardo admixto perunctione prodeſſe dicitur. V. *ſideratio*.

Sidereus, a, um, *ſtellato*, Ger. *geſtirn*, Gal. *d'aſtre*, Hiſp. *ſidereo*, ἀστερόεις, quod ex ſidere eſt, vel ex ſideribus conſtat, vel ſideribus ornatur, &c. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 941. Pro cane ſidereo canis hic imponitur aræ. *Virg.* 3. *Æn.* Nec lucidus æthra ſiderea polus. *Martial. l. de ſpectac. epigr.* 2. Hic ubi ſidereus propius videt aſtra coloſſus. ¶ *Sidereus* dicitur ab *Ovid.* 4. *de Ponto*, *eleg. ult.* v. 6. Pedo poeta, quia divinus, & doctus fuit, vel quia ſublimis, & altiloquus; vel tandem quia de aſtris fortaſſe ſcripſit.

Siderion, ii, σιδήριον, herba, ſic dicta, quod omnia vulnera ferro illata ſanat. nam σίδηρος ferrum ſignificat. *Plin. l.* 25. c. 4. & *l.* 26. c. 14.

Siderites, æ, m. σιδηρίτης, lapis magnes, a σίδηρος, *ferrum*, quia ferrum trahit. *Plin. l.* 36. c. 16. *de magnete*: Sideritin ob hoc alio nomine appellant quidam Heracleon. ¶ Gemma item eſt ex genere adamantium, ferrei ſplendoris, quam Solinus, neſcio, unde, ait in metallis ferrariis legi. *Plin. l.* 37. c. 4. Poſt hunc & ſiderites ferrei ſplendoris, pondere ante cæteros, ſed natura diſſimilis: nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari poteſt, quod & Cyprio evenit, &c.

Sideritis, herba eadem, quæ Heliotropium. *Apul. de herb.* c. 49.

Sideritis, is, f. herba, cujus multa genera affert *Plin. l.* 25. c. 5. & multæ virtutis eſt in vulneribus curandis.

Siderop[œ]cilos, σιδηροποίκιλος, gemmæ ferrei coloris, & guttis variantibus. *Plin. l.* 37. c. 10.

Sideror, aris, paſſ. ſeu dep. 1. *ſiderarſi*, *aſſiderarſi*, Ger. *vebertriben werden*, Gall. *s'engourdir*, Hiſp. *adormecerſe*, ἀστροβολοῦμαι, ἀποπληκτίζω, eſt ſidere Cancri, ſeu, ut vulgus loquitur, Caniculæ afflari, areſcere. V. *Sideratio*. *Plin. l.* 9. c. 16. Fluviatilium ſilurus Caniculæ exortu ſideratur.

Sidicinum Teanum, n. 2. urbs Apuliæ Dauniæ. *Plin. l.* 3. c. 5.

Sidicinus, a, um, adject. a Sidicino urbe, ut Sidicina æquora. *Virgil.* 7. *Æn.* Sidicina cohors. *Silius l.* 5.

Sido, is, ſidi, n. 3. *metterſi a ſedere*, *diſcendere*, *calare*, ירד, Ger. *ſich nider laſſen*, Gal. *s'aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, καθίζω, ad ſedendum me demitto, deorſum feror, deſcendo. *Virg.* 6. *Æn.* v. 203. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. *Plin. l.* 6. c. 22. Sed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ ſidant. h. e. fundum inveniant, in quo hæreant. *Colum. l.* 12. c. 24. Patiemur picem conſidere; ubi ſiderit, aquam eliquabimus. *Plin. l.* 12. c. 23. Sidere ad ima vaſis. ¶ Sidere naves dicuntur, cum brevi vado deprehenſæ carinæ in arenam impingunt, & quaſſantur, vel cum gravi ictu percuſſa, ſolutis compagibus, aquam recipiunt & merguntur. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 6. Quædam naves planæ carinis, ut ſine noxa ſiderent, *toccaſſero fondo*. *Nepos in Chabr. in fine*. Navis roſtro percuſſa cœpit ſidere. ¶ Tranſlate *Senec. de Conſtant. Sapient.* c. 6. Civitas degenerans, & ſua mole ſidens. h. e. in pejus ruens. *Tacit.* 2. *hiſt.* c. 15. Sidente paulatim metu. *ceſſando il timore*.

Sidon, onis, f. 3. *Saide*, urbs Syriæ, in Phœnicia, in ora maris Medit. cum portu capaci. Nomen accepit, teſte Iſidoro, a Sidone Canaham filio. Alii dictam volunt a Sida Beli filia, vel a piſcium ubertate, quos Sidonas Phœnices vocant. *Plin. l.* 5. c. 19.

Sidonicus, a, um, adject. idem quod Sidonius. *Salluſt. in Jugurth.* c. 114. Legum, cultuſque pleraque Sidonica.

Sidonis, idis, adject. fœm. quæ eſt ex Sidone urbe. *Ovid.* 10. *Met.* v. 267. Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis. ¶ Penultimam corripit *Silius*, dum ait *l.* 8. v. 70. Sidonis in Laia trepidabat naufraga terra. Adde *Ovid.* 3 *Faſt.* v. 649. & *l.* 3 *de ar. am.* v. 252.

Sidonius, a, um, σιδώνιος, vel σιδωνικός, quod ad Sidonem urb. ſpectat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 613. Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. *Id.* 4. *Æn.* v. 75. Sidoniaſque oſtentat opes. ¶ Sidonii, orum, m. populi Sidonis. *Juſtin. l.* 18. c. 3. ¶ Apud Sidonem ingens erat marinarum concharum copia, ex quarum ſanguine purpureus optimus color efficiebatur, quemadmodum & apud Tyrum urbem. *Martial. l.* 14. *ep.* 154. *de lana*. Ebria Sidoniæ cum ſim de ſanguine conchæ. *Virg.* 4. *Æn.* Sidonia chlamys. *Senec. in Herc. Oet.* v. 663. Sidonium ebenum. V. *Abenum*.

Sidonius, ii, m. C. Sollius Sidonius Apollinaris, Gallus, patria Lugdunenſis, religione Chriſtianus, Arvernæ Epiſcopus, floruit ſæculo Chriſti quinto, ſcripſitque epiſtolarum libros aliquot, & carmina (quæ omnia extant)

Digitized by Google

ſtilo non illo quidem ineruditè, ſed duriuſculo, præſertim in epiſtolis, in quibus etiam multa inveniat Latinæ linguæ ſtudioſus nullo modo imitanda, verba audacter notata, aut inſolenter deducta, phraſeſque inconditas, & a Latina gravitate longe abhorrantes. Ille tamen, ut ejus temporis ratio ſtudiorum erat, maximas laudes conſecutus eſt, ſtatua etiam Apollinari laurea, Romæ in foro Trajani collocata, ob poeſim, ab Anthemio Auguſto donatus.

Sidus, eris, n. 3. *coſtellazione*, *ſegno celeſte*, כוכב, Ger. *geſtirn*, Gal. *aſtre*, Hiſp. *eſtrella*, *conſtellacion*, ἄστρον, ſignum ex pluribus ſtellis compoſitum, ut Aries, Andromeda, Leo, &c. *Manil. l.* 1. Formet diſtinguere cunctum contenta, & ſtellis diſtinguere ſidera certis. Hinc dextro ſidere editus, *nato ſotto buona coſtellazione*, apud *Stat. l.* 3. *Sil.* 4. ¶ Frequentiſſime pro ſtella uſurpatum reperitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Solis, Lunæ, ſiderumque omnium diſtinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem. ¶ Item pro planetis. *Plin. l.* 7. *c.* 60. *de Solis umbra in horologio:* A Columna Meniana ad Carcerem inclinato ſidere. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 70. Sidere æquinoctii, quo maxime tumeſcit Oceanus. h. e. Sole æquinoctium faciente. ¶ Sidera tangere, vel ferire, eſt felicem eſſe, magnum eſſe. *Ovid.* 7. *Met. v.* 61. Quo conjuge felix, & Diis chara ferar, & ſidera vertice tangam. *Hor. l.* 1. *od.* 1. Sublimi feriam ſidera vertice. *Propert. l.* 1. *ſat.* 8. *v.* 43. Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis. ¶ Metonymice ponitur pro tempeſtate, *flagione*, quia quædam ſidera tempeſtates efferunt. *Ammian. l.* 22. *c.* 13. Sidere etiam tum inſtante brumali. ¶ Hinc ſidus confici, vel confectum eſſe dicitur, quando tempeſtas, quam ſidus illud infert, ſævit. *Plin. l.* 18. Veritque julio ipſo die ſolis, ut eſſet confecti ſideris ſignum. ¶ Item pro cœli temperamento, *clima*. *Plin. in Paneg. c.* 15. Diverſarum aquarum temperiem, patriumque ſidus ferre conſueviſti. Item pro cœli influentia, *influenza*, & fere de malo influxu. *Liv. l.* 8. ſidere peſtifero icti. *Petron. in Satyr.* Animos juvenum ad magna ſurgentes, velut peſtilenti quodam ſidere afflavit. ¶ Hoc ſenſu ſidus frequenter accipitur pro quodam morbi genere, de quo ſatis diximus in voce *ſideratio*. *Plin. l.* 2. *c.* 41. Afflantur alii ſidere, alii commoventur ſtatis temporibus alvo, nervis, capite, mente. ¶ Sidus fervidum, apud *Horat. epod.* 1. eſt Canicula. ¶ Tranſlate *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 3. O ſidus Fabiæ, Maxime, gentis ades. h. e. decus, & ornamentum. *Col. l.* 10. *v.* 92. Pingit & in varios terreſtria ſidera flores. ¶ Uſurpatur interdum hæc vox in amantium blanditiis. *Sueton. in Calig. c.* 13. Super fauſta nomina, ſidus, & pullum, & pupum appellantium, &c. ¶ Varia hujus nominis ab Etymologis origo aſſertur, ex qua etiam naſcitur ſcribendi varietas. Scribunt enim quidam ſydus per *y*, ducuntque a σὺν, & εἴδω videre, quia ſidus, quod plures ſtellas notat, ſimul conſpicitur. alii ſcribunt *ſidus* per latinum *i*, derivantque cum *Varr. l.* 6. *de L. L.* ab *inſidendo*, quæ quidem ſcriptionis ratio probatior eſt, tum quia ſidus vox Latina eſt, non Græca, tum quia ſic legitur in veterib. libris, teſte *Manut. in Orthogr.*

Siem, ſies, ſiet, pro *ſim*, *ſis*, *ſit*, frequens eſt apud Comicos, *Plautum* præſertim. V. *Sum*.

Siffilo, as, n. 1. idem ac ſibilo apud veteres. *Non. c.* 10. *n.* 49. ubi Homeri verſum affert, & uſurpat etiam verbale *Siffilatio* ſine Auctoris ullius exemplo.

Sigalion, n. 2. σιγαλίων, ſimulacrum apud Ægyptios in tacitis Iſidis, & Serapidis, quod digito labiis impreſſo ſilentium imperare videbatur, quod alio nomine Harpocrates dicebatur, a σιγάω, taceo. *Auſon. epiſt.* 25. Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet.

Sigeius, a, um, adject. ad Sigeum promontorium pertinens. *Ovid. Herod. ep.* 1. *v.* 33. Hac ibat Simois, hæc eſt Sigeia tellus.

Sigeum, n. 2. *Capo Ianezzaro*, Σίγειον, prom. Troadis, in ora maris Ægæi, apud oſt. Scamandri fl. contra Tenedum inſ. cum urbe cogn. ubi Achilles ſepultus eſt. Dictum eſt, ut quidam volunt, a σιγάω, ſileo, eo, quod Hercules præmio ſuo a Laomedonte fraudatus, ſimulato diſceſſu, ibi ſe occulerit, indeque ſilentio magno reverſus, Ilium repente adortus ſit, & ceperit. *Serv. in* 2. *Æn.*

Sigeus, a, um, adject. a Sigeo promontorio, ut Sigei campi. *Virg.* 7. *Æn. v.* 294. Sigea ſic.a. *Id.* 2. *Æn v.* 312.

Sigillaria, um, n. dies feſtus Romanorum, ita dictus a *ſigillum*, quod ultro citroque ſigilla, ſive imagunculas, & munuſcula alia mitterent. Hoc feſtum *Lucilius* indicat, cum ait. Servorum feſtu' dies eſt, Quem plane hexametro verſu non dicere poſſis. Nam *Sigillariorum* vocem verſus hexameter non admittit. Idem ſic per Periphraſin *Auſonius Idyll.* 26. Feſta ſigillorum nomine dicta colunt. ¶ Sigillaria continuo erant poſt Saturnalia. *Macrob. l.* 1. *c.* 10. Saturnalia uno tantum die, ideſt quartodecimo Calendarum ſolita celebrari, ſed poſt in triduum propagata. Sigillariorum adjecta celebritas in ſeptem dies diſcurſum publicum, & lætitiæ religionis extendit: nomen ex eo ſigillaribus, quod ultro citroque ſigilla, ſive imagunculas, & munuſcula alia miſſitarent. Hæc *Macrob.* Ipſa quoque munuſcula, quæ tali feſto mittebantur, Sigillaria dicuntur. *Senec. Epiſt.* 12. Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria afferre.

Sigillaria, um, n. vicus Romæ, ubi ſigilla vendebantur. *Gel. l.* 5. *c.* 4. Apud Sigillaria forte in libraria ego, & L. Paulus poeta conſederamus. ¶ Sigillaria etiam dicuntur Deorum imagunculæ. *Tertull. de Orat. c.* 10. Adoratis ſigillaribus tuis.

Sigillaritius, a, um, adject. ad ſigillaria pertinens. *Spartian. in Adrian. c.* 17. Saturnalitia, & Sigillaritia frequenter amicis inopinantibus miſit. Subaudi munera. ¶ Sigillaritius annulus eſt, quo utimur ad obſignandas epiſtolas, vel aliam quampiam rem ſigillo notandam. *Vopiſc. in Aurelian. c. ult.* Uxori, & filiæ annulum ſigillaritium quaſi privatus inſtituit.

Sigillarius, ii, m. ſigillorum conflator, & faber, ἀγαλματοποιός. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 11. *n.* 89. Platorio ſigillario. ¶ Legitur & Sigillatarius apud *Fabret. pag.* 177. & *pag.* 243.

Sigillatim, adv. *ſeparatamente*, *in particolare*, idem ac ſingillatim, ſive ſingulatim, cui *generatim*, & *univerſe* opponuntur. *Cic.* 7. *Verr. c.* 55. Nam quid ego de cæteris Civium Rom. ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim, atque univerſe loquar? *Terent. Phorm.* 5. *ſc. ult. v.* 40. Qualis ſigillatim io itum fuerim. ¶ Animadvertendum, hæc tria *ſigillatim*, *ſingillatim*, & *ſingulatim* promiſcue, & alterum pro altero in optimis Codicibus legi.

Sigillatus, a, um, ſigillis, ideſt parvis ſignis, ſive imaginibus ornatus, ut Scyphi ſigillati, ideſt emblematis, & incruſtamentis ornati. *Cic.* 6. *Verr. c.* 14. Jubet mihi ſcyphos ſigillatos ad Prætorem ſtatim afferre. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 10. Putealia ſigillata duo.

Sigillĭolum, i, n. parvum ſigillum, ſive imaguncula. *Arnob. l.* 6. Sigilliolis hominum, & formis ſupplicatis humanis.

Sigillo, as, n. claudo. Aſſeritur a Lexicographis quibuſdam exemplum *Varronis* apud *Non. c.* 2. *n.* 785. ubi pleriſque leg. *ſingillo*.

Sigillum, li, n. *picciola imagine*, *ſigillo*, חותם, Ger. *ſiegel*, Gall. *ſeau*, *cachet*, Hiſp *ſello*, σφραγίς parvum ſignum, imaguncula, parva figura, parva ſtatua, a *ſignum*, ut *tigillum* a *tignum*. *Cic.* 6. *Verr. c.* 22. Appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. ¶ Speciatim ſumitur pro imagine, quam in obſignandis epiſtolis, vel aliis ſcripturis, in cera, vel in alia materia imprimimus. *Cic.* 4. *Acad. c.* 26. Quid ſi ejuſmodi ceræ centum ſigilla hoc annulo impreſſero?

Siglæ, arum, f. *abbreviature*, *cifere*, σίγλαι, notæ compendiariæ, literæ ſingulares, quæ vocem integram ſignificant, ut S. V. B. E. E. Q. V. ſingulæ hæ literæ vocem ſignant, hoc modo, *Si vales*, *bene eſt*, *ego quidem valeo*. Sunt autem *ſiglæ* dictæ per ſyncop. pro *ſigillæ*, quia ſunt parva ſigna compendii cauſa in ſcribendo inventa. *Juſtinian. in epiſt. ad Antecessor.* Eandem pœnam falſitatis conſtituimus adverſus eos, qui leges noſtras per ſiglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere. Omnia enim, ideſt & nomina prudentum, & titulos, & librorum numeros per conſequentias literarum volumus, non per ſigla manifeſtari.

Sigma, atis, n. σίγμα, lectus ad menſas rotundas accommodatus, vel longum ſedile, in quo perpetuus lectulus ſtratus erat ad convivas recipiendos. Nam veteres olim recta linea ſedebant, lectulis ita diſpoſitis, ut ab una tantum parte diſcumberetur; poſtea ſigma inventum eſt, ut eidem menſæ plures aſſidere poſſent. Dictum eſt autem ſigma e figura ſemicirculari Græcæ literæ σ, quæ majori forma ad ſimilitudinem latinæ C ſcribebatur, ut videre eſt in antiquis monumentis. Itaque *Apul. l.* 5. ſuggeſtum ſemirotundum appellat. *Lamprid. in Heliog. c.* 25. Primus invenit ſigma in terra ſternere, non in lectulis, ut a pedibus utres per pueros ad reflandum ſpiritum ſolverentur. *Martial. l.* 10. *in epigr.* 48. Septem ſigma capit, ſex ſumus, adde Lupum. *Id. l.* 14. *epigr.* 87. Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma: Octo capit: veniat quiſquis amicus erit. ¶ Eodem nomine appellatur ſolium ſemicirculare in balneis. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. ita ut miniſteriorum ſe ſe non impediente famulatu, tot poſſit recipere ſellas, quot ſolet ſigma perſonas.

Signacŭlum, i, n. *ſegnacolo*, *ſegno*. *Tertul. in Apol. c.* 21. Signaculum corporis. *Prudent. in Pſychom. v.* 360. Inſcripta oleo frontis ſignacula.

Signanter, adverb. ſignate, expreſſe, peculiariter, ſingulatim. *Auſon. in grat. act.* Signanter, & breviter omnia indicare.

Signāte, adv. evidenter, ſignificanter. *Gel. l.* 2. *c.* 6. Qui proprie, & ſignate locuti ſunt. *Ammian. l.* 23. *c.* 6. Prima hoc vocabulo ſignatius appellata.

Signatĭo, onis, f. notatio, ſignificatio. *Auctor dialogi de Orat. c.* 16. Hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam Oratorum ætatem ſignatione iſta determinetis.

Signātor, oris, m. *ſigillatore*, σφραγιστής, σημάντωρ, qui ſignat. Speciatim ſignatores dicebantur, qui teſtamentis, aut cauſis ſignandis adhibebantur. *Salluſt. in Catil.* Ex illis teſtes, ſignatoreſque falſos commodare, fidem, fortunas, pericula vilia habere. *Suet. in Tib. c.* 23. Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus, niſi Senatorii ordinis.

Signatorius, a, um, σφραγιστικός, quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum utimur, ut ſignatorius annulus, *leg.* 74. *ff. de V. S.*

Signatūra, æ, f. actus ſignandi, ſigillum. *Suet. in Ner. c.* 17. Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.

Signatus, a, um, *ſegnato*, σφραγισθείς, inſignitus, qui ſignum habet. *Virg.* 3. *Georg.* Et admonitio ſignata in ſtirpe cicatrix. *Ovid.* 2. *de Arte:* Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet. *Id.* 8. *Metam.* Signata ſaxo nomina. ¶ Signatæ tabellæ, ſeu epiſtolæ, *ſigillate*. *Nepos in Pelop. c.* 3. Cum epiſtola jam accubanti in convivio eſſet data, ſicut erat ſignata, ſub pulvinum ſubjiciens, In craſtinum, inquit, differo res ſeveras. *Tibul. l.* 4. *eleg.* 7. ſignatis mandare tabellis. ¶ Signatum argentum eſt in pecuniam redactum, impreſſa publice pecuniæ nota, *argento in moneta*. *Cic. Ver.* 7. *c.* 25. Navis plena argenti facti, atque ſignati. ¶ Signata puella, eſt integra, inviolata, quaſi clauſa, & obſignata. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 783. Primum Chryſidem negat ſignatam reddere. Eadem ratione *ſignata ſarta* dixit *Varr. apud eund. c.* 4. *n.* 431. & *ſignata limina*, h. e. obſerata, cuſtodita, *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 146. ¶ Comparativum *ſignatior*. *Tertul. de reſurr. carn. c.* 13. Quid expreſſius, & ſignatius in hanc cauſam? h. e. ſignificantius.

Signia, f. 1. *Segna*, *Segni*, urbs Volſcorum, in Latio, in ſummo jugo Lepini M. ab urbe Roma 30. M. P. a Præneſte 9. *Liv. l.* 1. *c.* 56. ¶ Ibi organa inventa fuere, & modulationes, quibus utitur Romana Eccleſia, teſte *Petrarcha*.

Signĭfăcĭo, is, eci, actum, a. 3. idem ac ſignifico. *Metian. l.* 65. § 3. *ff. ad S. C. Trebel.* Nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogati nutu poſſunt ſignificare. Rectius alii leg. *ſignificare*.

Signĭfer, ri, m. *alfiere*, נושא, Ger. *fendrich*, Gal. *porteenſeigne*, Hiſp. *alferez*, σημειοφόρος, qui ſignum fert, vexillifer. *Cic.* 4. *Ver.* Sit in ejus exercitu ſignifer. *Id.* 1. *de Divin.* Quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. *Ovid.* 5. *Faſt.* Romanæque aquilæ ſignifer hoſtis erat. ¶ Signifer appellatur etiam Zodiacus, quia in eo ſunt duodecim ſidera, ſeu ſigna, per quæ Sol decurrit. *Plin. l.* 2. *c.* 10. Stati atque menſtrui ſunt utrique (Solis, & Lunæ) defectus, propter obliquitatem ſigniferi. ¶ Tranſlate ſignifer ſumitur pro duce, & auctore. *Cic. pro Planc. c.* 30. Quæ cauſæ noſtræ duces, & quaſi ſigniferi fuiſſent. *Id. pro Mil. c.* 33. Cum tantum auſus ſit alter pro mortuo, quid ſignifer pro vivo non eſſet auſus?

Signĭfer, ra, rum, σημειοφόρος, quod ſignum fert. Sic orbis ſignifer dicitur circulus ille cœleſtis, in quo duodecim ſigna ſunt. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Vim quandam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur. Sic ſignifer dicitur polus a *Lucan. l.* 3. *v.* 254. ¶ Signifer crater dicitur a *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 337. in quo artificioſe ſigna, & imagunculæ inſculpta ſunt. ¶ Signifera puppis, apud *Lucan. l.* 3. *v.* 558. eſt navis prætoria, in qua eſt vexillum.

Signĭfex, icis, m. ἀγαλματοποιός, qui ſigna facit, ideſt ſtatuas. *Arnob. l.* 6. *pag.* 199. Inter ſignifices ille memoratus Phidias. *Apul. l.* 5. *A. A.* Egregius ille ſignifex. Legitur etiam apud *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 12. & *Martian. Capel. l.* 1.

Signĭfĭcābĭlis, le, adject. *ſignificativo*, ſignificans. *Var. l.* 5. *de L. L.* Fatur is, qui primum homo ſignificabilem ore emittit vocem.

Signĭfĭcans, antis, o. 3. *ſignificante*, σημαντικός, apertus, & evidens. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Dilucida, & ſignificans deſcriptio. *Id. l.* 8. *c.* 1. Quo nihil inveniri poteſt ſignificantius. *Gel. l.* 1. *c.* 15. Quod genus homines a Græcis ſignificantiſſimo vocabulo λάλοι appellatos.

Signĭfĭcanter, ad. σημαντικῶς, expreſſe. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Non parum ſignificanter etiam illa in ſchola * dixerimus. *Cic.* 3 *Fam. epiſt.* 12. Acrius, apertius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem. *Quintil. Declam.* 247. Illud quam fieri poteſt breviſſime, & ſignificantiſſime comprehendite.

Signĭfĭcantĭa, æ, f. idem ac ſignificatio. *Var.* apud *Non. c.* 4. *n.* 384. Varia adverbii ſignificantia. *Arnob. lib.* 4. Ex rerum eventu ipſius nominis ſignificantiam traxit. Et *ibid.* Ad rerum ſignificantias aptare.

Signĭfĭcātĭo, onis, f. *ſignificato*, *fraſe*, σημασία. *Gell. l.* 1. *c.* 21. Inveteravit falſa, atque aliena ſignificatio verbi. *Cic. in Partit. c.* 31. Significationem ſcripti eo trahere, quo expediat. ¶ Item indicium, indicatio. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 3. Uno nuncio, una literarum ſignificatione cives Rom. necandos denotavit. *Caſ. l.* 6. *B. Gall.* Ne qua ejus adventus procul ſignificatio fiat. ¶ Item figura oratoria, h. e. emphaſis. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 53 Significatio eſt, quæ plus in ſuſpicione relinquit, quam poſitum eſt in oratione.

Signĭfĭcātīvus, a, um, adject. qui aliquid ſignificat. *Ulpian. leg.* 75. *Dig. de Verb. obligat.* Appellatio certæ rei ſignificativa.

Signi-

Digitized by Google

Significatorius, a, um, adject. ſignificativus, ut ſignificatorium verbum, *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 32.

Significatus, us, m. *ſignificato*. *Gell. l.* 5. *c.* 12. Ve particula duplicem ſignificatum habet. ¶ Item *indizio*. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Ipſi dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent.

Significo, as, a. 1. *dimoſtrare*, *far ſapere*, *far intendere*, *ſignificare*, הגיד, Ger. *anzeigen*, Gal. *ſignifier*, Hiſp. *ſignificar*, σημαίνω, ſignum facio, per ſigna notum facio, demonſtro, oſtendo. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 14. Etenim ſic ſitus volo: ut inter vos ſignificetis, ego ero paries. *Cic. pro R. Am. c.* 34. Quid hæc tanta celeritas feſtinatioque ſignificat? *Id. ibid. c.* 20. Ut ſignificent, ſi fures venerint. *Id. Att. l.* 1. *c.* 20. Cum ego antea tibi ſignificarem per literas, me ſperare, &c. *Id.* 1. *Tuſcul. c.* 36. Carere hoc ſignificat, egere eo quod habere velis. ¶ *Gell. l.* 18. *c.* 12. teſtatur veteres aliquando *ſignificor* pro *ſignifico* deponentium forma uſurpaſſe.

Significus, i, m. idem qui ſignifex. *Apul. de Deo Socrat.* Non pudet me non eſſe ſignificum.

Signīnus, a, um, adject. quod ad Signiam Volſcorum urbem ſpectat. *Celſ. l.* 4. *c.* 5. Potui quidem aptiſſimum eſt vinum frigidum, maximeque Signinum. *Plin. l.* 5. *c.* 15. *de pyris*: Ex iis Tarentina, Signina, quæ alio colore teſtacea appellant. ¶ Signinum opus dicebatur, quod ſtabat e tuſis teſtis, addita calce. In pavimentis olim magnopere commendabatur. Nomen ex eo eſt, quod meliores notæ eſſent teſtæ apud Signinos. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Quid non excogitavit ars? fractis enim teſtis utendo, ſic, ut firmius durent, tuſis, calce addita, quæ vocant Signina, quo genere etiam pavimenta excogitavit. Adde *Vitruv. l.* 2. *c.* 4. & *l.* 8. *c. ult.* ¶ Signini, orum, Italiæ populi, *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Signitĕnens, tis, adject. idem qui ſignifer. *Ennius apud Varr. l.* 4. *de L. L.* Quæ cava cœli ſignitenentibus conficis bigis, bos eſt ſtellatis.

Signo, as, a. 1. *ſegnare*, חתם, Ger. *zeichnen*, Gal. *marquer*, Hiſp. *ſeñalar*, σφραγίζω, ſigno aliquo noto, ſignum alicui rei imprimo. *Virg.* 3. *Georg. v.* 171. Et ſummo veſtigia pulvere ſignent. *Ovid.* 4. *Faſt.* Signare aratro mœnia. *Id.* 3. *Amor. eleg.* 7. Signare humum limite. *Cic. de Fato, c.* 19. Signare in animo ſpeciem alicujus rei, *imprimere*. ¶ Signare argentum, aurum, eſt in pecuniam redigere, quod fit impreſſo publico ſigno, ſeu nota Principis, *far moneta*, *coniare*. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 29. Cum ſignatetus argentum Apolloniæ. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Proximum ſcelus fecit, qui primus ex auro denarium ſignavit. ¶ Significat etiam obſignare, claudere, ſigillo annuli impreſſo, *ſigillare*. *Martial. l.* 9. *epigr.* 89. Num ſignat meus annulus lagenam. V. Signatus. ¶ Item indicare, oſtendere, *ſignificare*. *Plaut. Ciſtel.* 4. 2. 28. Cui excidit hæc ciſtella: certa eccum ſignum ſignat, ubi ea excidit. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Et ut proxime utriuſque differentiam ſignem. *Id. l.* 2. *c.* 14. Signare verba Latina Græcis verbis, *ſpiegare*. ¶ Item deſignare, deſcribere. *Virg.* 2. *Georg.* Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant. *Id.* 3. *Æn.* Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno. *Colum. l.* 1. *c.* 3. Quod vir eruditiſſimus traditum vetus præceptum numeris ſignavit, *ſpiegò in verſo*. ¶ Signare vota, eſt vota nuncupata, & in charta, ſeu libello conſcripta obſignare, & Deorum genibus affigere. *Plin. l.* 10. *epiſt.* 44. *ad Trajan.* Solemnia vota pro incolumitate tua & ſuſcepimus, & ſolvimus, precati Deos, ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperque ſignari. Ita explicat *Turneb. l.* 1. *c.* 17. Aliis ſignare vota, eſt perſolvere, h. e. id, quod Diis promiſimus, poſtquam voti compotes facti ſumus, præſtare, *ſoddisfare*, *adempire il voto*.

Signum, i, n. a. *ſegno*, אות, Ger. *zeichen*, Gal. *marque*, Hiſp. *ſeñal*, σημεῖον, proprie eſt parva quædam ſignificatio indicans totius rei qualitatem, inquit *Donatus*, vel res aliqua, quæ aliquid aliud a ſe diverſum indicat, qualis eſt rubor, quo pudor ſignificatur, qualia item ſunt, quæ pro tabernis ad res venales ſignificandas ſuſpendi ſolent, item characteres, ſeu notæ literarum, quibus utimur in ſcribendo; item notæ genitivæ, quæ cum ipſis rebus naſcuntur; item notæ quæ pecudibus, vel aliis rebus inuruntur, &c. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 45. Niſi ei ſo ſigna doloris tui verbis, ſententiis, voce, vultu, collacrymatione denique oſtenderis. *Virg.* 1. *Georg.* Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit acervis. *Quintil. l.* 3. *c.* 6. Signis aliquid colligere. *Terent. Andr.* 3. 2. Quæ oportet ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video, *ſegni di ſalute*. Rurſus *Cic.* 3. *ad Q. Fr. epiſt.* 3. Occupationum mearum ſignum tibi ſit librarii manus. *Id. de Divin. c.* 36. Signum dare canendi. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 11. Vis innumerabilis ſervorum in ſcenam, ſigno dato, irrupit. ¶ Speciatim ſignum dicitur de ſideribus, ideſt de cœli conſtellationibus, ut de ſideribus circuli Zodiaci, & aliis. Cauſa nominis eſt, quia quorundam animalium imagines referunt. Zodiaci ſigna duodecim ſunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. *Cic.* 1. *de Invent.* Nam & ſignorum ortus, & obitus definitum quendam ordinem ſervant. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 126. Rabioſi tempora ſigni. ideſt dies caniculares. ¶ Item de vexillis, quia nempe ſunt ſignum belli. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 6. Cum arma, cum ſecures, cum faſces, cum tubas, cum ſigna militaria ſcirem eſſe præmiſſa. Hinc conferre ſigna cum hoſtibus, *attaccar la battaglia*, *Cic. in Piſon. c.* 21. Signis infeſtis inferri in hoſtem, &, infeſta ſigna hoſti inferre, *andar ad aſſaltar' il nemico*. *Idem pro Fon. c.* 16. & *pro Planc. c.* 2. ¶ Militare etiam ſignum eſt illud, quod tribunis militum dari ſolet ab Imperatore, quo dignoſcere poſſint eos, quibus excubias agendi cura demandata eſt, *il contraſſegno della ſentinella*: quod quidem ſignum conſtat uno, aut duobus fere verbis, quorum ii ſolum conſcii ſunt, qui in ſtatione vigilant; quo fit, ut quicumque ea verba ignorant, aditu, & tranſitu facile prohibeantur. *Suet. in Claud. c.* 42. Excubitori tribuno ſignum de more poſcenti, non temere aliud dedit, quam ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, &c. *Id. in Calig. c.* 56. Tribuno cohortis prætoriæ ſignum petenti, Priapum, aut Venerem dare conſuevit. ¶ Atque hæc *ſigna vocalia* dicuntur a *Veget.* nam erant alia Vigiliarum ſigna non vocalia, ſcilicet ver. gr. teſſerulæ quædam ligneæ, quæ excubiis diſtribuebantur, & medio ſtationis tempore a Tribuno repetebantur. Vide de his plura apud *Lipſ. l.* 5. *de milit. Rom. dial.* 9. & *Veget. de re milit. c.* 5. ¶ Dicitur etiam ſignum de ſtatuis, ſimulacris, imaginibus, ſive ſculptilibus, ſive fuſilibus, ad effigiem hominum, vel beſtiarum, & aliarum rerum fabricatis. *Cic.* 3. *Ver.* Delum venit, ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo noctu clam ſuſtulit ſigna pulcherrima, atque antiquiſſima. *Virg.* 5. *Æn.* Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis. ideſt imaginibus decorata, & ornata. ¶ Item de inſtrumento, quo quid obſignamus, & notamus, vel potius de imagine, quam hoc inſtrumento in re aliqua imprimimus. *ſigillo*. *Cic. in Catil.* 3. Tum oſtendi tabulas Lentulo, & quæſivi, cognoſceretne ſignum. *Id. ibid.* Literæ omnes integris ſignis Prætoribus traduntur. *Id. pro Quinct. c.* 6. Tabulæ maxime nobilium hominum ſignis conſignantur. Hinc ſub ſigno aliquid ponere, vel habere, *tener chiuſo, e ſotto ſigillo*. *Cic.* 9. *ad Attic.* & *Agrar.* 1. ¶ Item, ut diximus, de iis rebus, quæ ad tabernas ſolent ſuſpendi. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. ¶ Item de miraculis inſolitis, de prodigiis, oſtentis, auguriis, quæ boni aliquid, vel mali prænuntiant. *Cic.* 2. *Divin.* Equus ejus repente concidit, nec eam rem habuit religioni, objecto ſigno, ut peritis videbatur, ne committeret prælium.

Sil, ſilis, n. 3. genus pigmenti luteum colorem, quemadmodum ochra, reddens: inveniturque ceu limus quidam in argenti, & auri fodinis, quemadmodum etiam illud aliud pigmentum, quod cœruleum a colore dicitur. *Auſon. in monoſyll.* Sit ne peregrina vox nominis, aut Latii ſil. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Silo pingere primi inſtituerunt Polygnotus, & Mycon. Adde *Celſ. l.* 5. *c.* 25. *n.* 1.

Sila, f. 1. *Sila*, ſylva Brutiorum, in Calabria, juxta Apenninum M. maxima, ad 200. M. P. patens, a Tabernis Rhegium uſque perducta, ubi picis laudatiſſimæ copia. *Virg.* 12. *Æn. v.* 715.

Silacĕus, a, um, ex ſile compoſitus, luteus. *Vitruv. l.* 7. *c.* 5. Silacei, & miniacei cunei. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Silacei colores. ¶ Sunt qui apud *Vitruv.* legendum putant *ſyllaceus*, derivantque a *Sylla*, quem ſcribit *Plutarchus* ita appellatum a faciei rubore: ſed abſurdum eſt quidquam in Vitruvio mutare.

Silānus, i, m. *canale*, *o condotto d' acqua*, fiſtula, ſeu tubus, unde aqua ſalit, κρουνός. *Lucr. l.* 6. *v.* 1263. proque voluta Corpore ſilanor ad aquarum ſtrata jacebant. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Confert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus juxta cadens. ¶ *Cujacius l.* 11. *Obſervation. c.* 2. his quos attulimus locis legit *Silvanus*, atque ſignificari lapideos tubos figura hominis, & præſertim Silvani effictos.

Silărus, *Silaro*, *Sele*, fl. Picentinorum, illos a Lucanis dividens. Oritur ex Apennino M. in prov. Principatus cit. deinde aliquot auctus fluviis in ſin. Salernitanum ſe exonerat. *Plin. l.* 2. *c.* 125. In flumine Silari ultra Surrentum non virgulta modo immerſa, verum & folia lapideſcunt, alias ſalubri potu ejus aquæ. Idem ſcribit *Sil. l.* 8. *v.* 581.

Silātum, n. 2. jentaculum. *Feſt.* Silatum antiqui pro eo, quod nunc jentaculum dicimus, appellabant, quia jejuni vinum ſili conditum ante meridiem abſorbebant.

Silĕus, i, herba apii ſimilitudine. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Silena, æ, f. *Lucret. l.* 4. *v.* 1166. Simula, Silena aut Satyra eſt. h. e. ea fœmina, quæ ſimula, nempe naſo ſimo & coliſo eſt. *Silena aut Satyra* vocatur.

Silens, entis, o. 3. σιγῶν, partic. a ſileo. *Plaut. Epid.* 2. 2. 55. Ego abſceſſi ſilens. ¶ Metonymice anni ſilentes dicebantur quinque illi anni, quos totos ſilebant novi diſcipuli Pythagoræ, ſolum ea, quæ dicerentur, audientes. *Claudian. de Conſul. Mall. Theod. v.* 157. Pythagoræ monitus, annique ſilentes. Sic *Ovid.* 15. *Metam. v.* 66. cœtus ſilentum vocat Pythagoræos diſcipulos. ¶ Metaleptice ponitur pro mortuo, ut Animæ, vulgus, concilium, cœtus, ſedes ſilentium. *Ovid.* 5. *Faſt.* Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. Silens cœlum, eſt tempus ſerenum. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Alia ſunt illa, quæ ſilente cœlo, ſereniſque noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt. Sic ſilentes venti, apud *Col. l.* 12. *c.* 25. h. e. non ſpirantes. Sic dies ſilens a ventis, h. e. tranquillus. *Idem l.* 4. *cap.* 29. Luna ſilens dicitur quando non amplius apparet ſuper terram, utpote in interlunio, nobis non lucens. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Utiliſſime in coitu ejus ſterni, quem diem alii interlunium, alii ſilentis Lunæ appellant. ¶ Fine ſilens, qui non amplius creſcit, & quodammodo declinat, vel, ut alii interpretantur, qui nondum ſe explicat, & aperit. *Col. l.* 12. *c.* 7. Silentem florem viſis albæ, & aſparagi. ¶ Vinea ſilens, & ſurculus ſilens, nondum germinans. *Col. l.* 4. *c.* 27. Poſtor pronona adhuc ſilentibus vineis inducendus eſt. *Id. l.* 11. *c.* 2. Surculi quoque ſilentes ad inſitionem non præcipue, utiliterque leguntur. ¶ Luci ſilentes, nox ſilens, & hujuſmodi a Poetis dicuntur. *Virgil.* 4. *Æn. Sil. l.* 27. & alii, quia noctu ſilere cuncta videntur, & ſimiliter in lucis propter hominum infrequentiam nulli prope ſtrepitus exaudiuntur.

Silenter, adv. *taciturnamente*. *Juvencus l.* 3. *v.* 462. qua pinguia rura ſilenter Agmine Jordanis viridis prorumpit amœno.

Silentiarii, m. 2. ἡσυχασταί, dicti ſunt, quorum miniſterio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palatii pertinebant. *Juſtinian. l. ult. Cod. de excuſ. tut.* Viros clariſſimos ſacri noſtri palatii Silentiarios, circa latus noſtrum militantes, de tutelis, & curationibus excuſari ſancimus. *Leg.* 30. *Cod. de inoff. teſtam.* Spectabiles ſilentiarii.

Silentiōſus, a, um, adject. ſilens, tacitus, quietus. *Apul. l.* 11. *Metam. circa init.* Nactus opacæ noctis ſilentioſa ſecreta.

Silentium, ii, n. *ſilenzio*, דממה, Ger. *ſtille*, Gal. *ſilence*, Hiſp. *ſilencio*, σιγή, taciturnitas, reticentia. *Cic. de Or.* Hæc cum Craſſus dixiſſet, paulumper & ipſe conticuit, & cæteris ſilentium fuit. *Id.* 1. *de Divin.* Silentium fieri. *Id. in Bruto, c.* 22. Silentio aliquid præterire. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 16. De Partho ſilentium eſt, *non ſe ne parla*. *Hor. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 57. ut unum ſcilicet egregii mortalem, altique ſilenti, *uomo di gran ſecreto*. *Curt. l.* 10. *c.* 7. habere ſilentium, *tacere*. *Quintil. l.* 2. *c.* 5. Silentium facere. *Terent. prolog. Hecyr. v.* 55. Silentium dare. *Ovid. de arte am. l.* 2. *v.* 605. Præſtare ſilentia rebus. ¶ *Silentio*, abſolute eleganter uſurpatur. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 58. Silentio e caſtris egreſſus, *tacitamente*, *quietamente*. *Cic.* 2. *Tuſc.* Plagas ſilentio ferre, *ſenza lamentarſi*. Eodem ſenſu dicimus, per ſilentium aliquid agere: quod legitur apud *Tacit.* 4. *Ann. c.* 53. & alibi ſæpe, & *Terent. prol. Phorm. v.* 51. ¶ Silentium noctis eſt intempeſtæ noctis tempus, quod & conticinium dicitur. *Liv. l.* 5. Se noctis ſilentio vocem audiſſe majorem humana. Similiter apud *Virg.* 2. *Æn. v.* 255. tacitæ per amica ſilentia Lunæ, eſt nocte tranquilla, neque enim de interlunio Lunæ intelligi poteſt, ut quidam putarunt, cum ſcribat *Petron. in Sat.* in plenilunio accidiſſe Trojæ excidium, de quo ſermo. ¶ In auſpiciis ſilentium dicitur cum nullum vitium intervenerit. *Cic. l.* 2. *de Div. c.* 43. Peritum eſſe neceſſe eſt eum, qui, ſilentium quid ſit, intelligat: id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret. ¶ Tranſlate ſilentium ſumitur pro quiete, otio, ignavia, ceſſatione. *Cic. in Piſon.* Perpetuum ſilentium judiciorum. *Salluſt. in Catil. c.* 1. Vitam ſilentio tranſigere. *Tacit. in Agric. c.* 39. Studia fori, & civilium artium decus in ſilentium agere. *Id. ib. c.* 3. Ad ipſos ætatis terminos per ſilentium venimus.

Silentus, a, um, adject. Silens. *Laevius apud Gel. l.* 18. *c.* 7. Loca ſilenta.

Silēnus, m. 2. σειληνός, Bacchi nutricius, & pædagogus, ſemper aſino vehi ſolitus, quem Aratus in gratiam alumni inter ſidera tranſlatum dicit. Dictus eſt a σιλαίνειν, h. e. petulanter ludere. *Hor. in art. Poet. v.* 239. Cuſtos famuluſque Dei Silenus alumni. ¶ Sileni quoque cæteri comites Bacchi dicti fuere. Imo & Bacchus ipſe Silenus vocatus eſt, ut ex Suida conſtat. *Cic.* 1. *Tuſc.* Fertur etiam de Sileno fabella quædam, qui cum a Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur, docuiſſe Regem, *Non naſci homini longe optimum eſſe, proximum autem quam primum mori*. *Virg.* 6. *Ecl.* Chromis, & Mnaſylus in antro Silenum pueri ſomno videre jacentem, Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho. ¶ Hoc nomine item Græcus Hiſtoricus fuit, qui res Hannibalis deſcripſit. *Cic.* 1. *de Div.*

Sileo, es, lui, ſine ſup. *tacere*, דום, Germ. *ſtill ſchweigen*, Gal. *ſe taire*, Hiſpan. *callar*, σιγάω, taceo, ſilentio utor. Cornelius Fronto *ſilere*, & *tacere*, ita diſtinguit, ut illo loquentis ſermo comprimatur, hoc vero de iis utamur, qui nec loqui cœperunt. Sed alii contra omnino ſcribunt, *ſiler*, & *taceo* inter ſe differre, quod ſilere dicatur, qui nondum cœpit loqui, tacere qui jam cœpit. *Plaut. Pœn. prol. v.* 3. Silete, atque tacete, atque animum advortite. ¶ Utcumque ſit de hujuſmodi horum verborum diſcrimine, quod præter quorundam Grammaticorum nimis

ſubtilis commenta, nullo certo fundamento nititur, verbum *ſileo* uſurpatur, vel abſolute. *Cic.* 1. *Acad. cap.* 1. Silent enim diutius Muſæ Varronis, quam ſolebant, hoc eſt nihil ſcribit, nihil edit Varro. *Ovid. Met.* 10. v. 389. Muta ſilet virgo. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic.* 6. *Verr.* Me non ſolum de ceteris monimentis ſilere oportebit. ¶ Vel cum acc. *Cic. Att. l.* 2. Sed nihil affirmo, tu hæc ſilebis. ¶ Vel paſſive. *Cic. pro Planc. c.* 6. Ea res ſiletur. ¶ Vel cum infinito. *Hirt. de bell. Hiſp. c.* 3. Unus ex noſtris reſpondit, ut ſileat verbum facere. ¶ Tranſlata accipitur pro ceſſare, quieſcere, nihil agere, otioſum eſſe. *Cic. pro Mil. c.* 4. Silent leges inter arma. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 47. Nec cæteræ nationes ſilebant; ſubita per pontum arma barbarum mancipium moverat. *Virg.* 9. *Æneid.* Somno vinoque ſoluti Procubuere: ſilent late loca. ¶ Silens æquor dicitur, cum placidum eſt. *Id. Ecl.* 4.

Siler, eris, n. 3. frutex aquoſis locis creſcens, qui nonnunquam arboreſcit, adeo ut baculos ruſtici ex eo faciant, quaſi pumila ſalix, cujus etiam generibus annumerari creditur, auctore Ruelio, qui contendit, non eſſe id, quod *ſeſeli* Maſſilienſe Officinæ, & ſiler montanum appellant. *Virg.* 2. *Georg.* v. 12. Ut molle ſiler, lentæque geniſtæ.

Sileſco, is, n. 3. *tacere*, σιωπάω, ſileo, tacitus fio. *Ter. Adelph.* 5. 2. 10. Dum hæ ſileſcunt turbæ. *Virg.* 10. *Æn.* Eo dicente Deum domus alta ſileſcit. ¶ Tranſlate ſumitur pro quietum fieri. *Catul. carm.* 43. Furor cœli ſileſcit.

Silex, icis, m. vel f. 3. *ſelice, ſelce*, חלמיש, Germ. *kiſling*, Gal. *caillou*, Hiſp. *pedernal*, πυρίτης, lapis durus, ex quo ignis excuti ſolet. *Virg.* 1. *Æn.* Ac primum ſilici ſcintillam excudit Achates. ¶ Accipitur nonnunquam latius ſilicis appellatio, ut etiam de petris, & marmoribus, & etiam de quolibet lapide dicatur. *Plin. l.* 36. c. 18. Idem Luneoſem ſilicem ſerra ſecari, at Toſculanum diſſilire igni. *Virg. Æn.* 8. v. 233. Stabat acuta Silex præciſis undique ſaxis. *Ovid.* 7. *Met. v.* 107. ferrea ſilices ſonuere ſoluti. ¶ Tranſlate *Tibul. l.* 1. *el.* 1. *v.* 78. Nec in tenero ſtat tibi corde ſilex. ¶ Dicitur etiam *ſaxum ſilex, lapis ſilex*. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Porcum ſaxo ſilice percuſſit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 77. Tu es lapide ſilice ſtultior.

Silybum, i, n. σίλυβον, *Cardo Marin*, herba ſpinoſa, chamæleoni albo ſimilis, in Cilicia, Syria, & Phœnice naſcens, ſuccumque lacteum amittens. *Plin. l.* 21. *c.* 15. & *l.* 26. *c.* 12. ¶ Legitur & *Sillybum*.

Silicarius, ii, m. *Frontin. de aquæduct. Rom. l.* 2. Silicarios refert inter opifices aquæductuum.

Silicernium, ii, n. epulum funebre, quod in exequiis celebrabatur. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 234. Funus exſequiati cum pluſſe ad ſepulcrum, antiquo more ſilicernium confecimus, id eſt περίδειπνον, quo pranſi diſcedentes dicimus alius alii, vale. *Feſtus*: Silicernium dicitur cœna funebris. ¶ *Paulus* apud *Feſtum* ait, ſilicernium proprie eſſe genus farciminis, quod adhibebatur in funebri epulo. Hinc & *Arnob. l.* 7. inter farcimina ſilicernium refert. ¶ Tribuitur hinc hæc vox ſeni decrepito, quod ejus cauſa brevi ſilicernium futurum ſit. *Teren. Adelph* 4. 2. 48. Senex, ego te exercebo hodie, ut dignus es, ſilicernium. *Fulgent. Planciad. de priſco ſerm.* n. 8. Silicernios ſenes dixit in maſc. genere, additque exemplum *Varronis* A.imenis in *hiſt. de Gorg. Leontino*, his verbis. Qui jam ſilicernius ſui finem temporis expectaret. De etymo vocis multa ſcripſere *Nonius*, *Servius*, *Donatus*, & alii, quæ omnia, utpote extra, & incerta piget hic referre. V. *Voſſ.* in *Etymol.*

Silices, m. 3. pop. Armeniæ majoris, montani, apud quos oritur Tigris, & Tyrium fl. excipit. *Plin. l.* 6. *c.* 6.

Siliceus, a, um, πυρίτινος, quod eſt ex ſilice. *Cat. de R. cap.* 18. Inibi lapides ſiliceos in totum forum ſtatuito. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Silicea ſana. ¶ Tranſlate *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 8. Impudicorum cœtus fortem quoque, & ſiliceum virum emollit.

Silicia, æ, f. herba eadem, quæ fœnum græcum, ſic dicta, quod inter ſilices naſcitur. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Silicius, a, um, adject. idem ac ſiliceus. *Plin. l.* 16. *cap.* 18. *de moluſco*: Nunc inter pugillares, lectorumque ſilicios, aut laminas. h. e. operimenta e ſilice, ſive marmore ſecto lectis addita. Alii leg. *ſileceas laminas*. h. e. ſili colore tinctas.

Silicula, vel Siliquula, æ, f. parva ſiliqua. *Var. de R. R. l.* 1. *c.* 23. Lupinum needum ſiliculam cepit.

Siliginarius, ii, m. ſiliginis venditor, vel diſtributor. *Ulpian. l.* 52. *ff. de furtis*, & *Inſcript.* apud *Spon. Erud. Antiq. pag.* 64.

Siligineus, a, um, σεμιδαλίτης, quod eſt factum ex ſiligine. *Plin. l.* 18. *c.* 9. Siliginæ farinæ modius Gallicæ xxii. libras panis reddit. *Sen. ep.* 123. Malunt panem dicis. Expecta, bonus fiet etiam, illum tenerum tibi, & ſiligineum fames reddet.

Siligo, inis, f. 3. *ſiligine*, Germ. *rocken*, Gal. *bled a blanc*, Hiſp. *trigo candial*, σιλίγνιον, ζειά, genus frumenti, ex quo laudatiſſimus panis conficitur. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Siliginem proprie dixerim tritici delicias, candor eſt, & ſine virtute, & ſine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiæ ſunt, & Galliæ Comatæ: Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum, Arvernorumque agro pertinax: in cæteris ibi partibus biennio in triticum tranſit. *Col. l.* 2. *c.* 9. Omne triticum ſolo uliginoſo poſt tertiam ſationem convertitur in ſiliginem. *Juven. ſat.* 5. *v.* 70. Sed tener, & niveus (panis) molliqua ſiligine factus ſervatur domino.

Siliqua, æ, f. *tega*, *ſiliqua*, *baccella*, λοβός, involucrum leguminum, folliculus, ſeu integumentum, cui grana leguminum includuntur, & ſiquid leguminibus eſt ſimile. *Virg.* 1. *Georg.* Grandior ut fœtus ſiliqua fallacibus eſſet. *Plin. l.* 18 *c.* 12. *de fabis*: Nam ſiliquæ, cauleſque gratiſſimi ſunt pabuli pecori. ¶ Per Synecdochen ſiliqua ponitur pro integro legumine. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 123. Vivunt ſiliquis, & pane ſecundo. *Perſ. ſat.* 3. Siliquis, & grandi paſta polenta. In his, & ſimilibus locis quidam dubitant, utrum ſiliquæ arboris, de quibus dicemus, an leguminum intelligantur. Sed ſatius eſt intelligere legumina, ut phaſeolos, piſa, lupina, quibus conſtat veſci ſolere, qui tenui victu gauderent. Nam involucra, quæ propria ſiliquæ, ſola pecora veſcebantur. ¶ Dicitur etiam de fœno græco. *Colum. l.* 12. *c.* 11. Fœnum græcum, quod ſiliquam vocant ruſtici, duo tempora ſationum habet, quorum alterum eſt Septembris menſis, cum pabuli cauſa ſeritur, alterum autem menſis Januarii ultimo, cum in meſſem ſeminatur. ¶ Item de fructu arboris ceroniæ, qui falcatus eſt, humani digiti longitudine, prædulcis, imo & de ipſa arbore. Hæc arbor Græcis κερωνία, vel κερατωνία, fructus vero κεράτιον nominatur, a κέρας, cornu, quia eſt incurvus inſtar cornu. Latine ſiliqua dicitur, vel ſiliqua græca, vel etiam faba græca, quia figura ſiliquam refert, quæ legumina continet. *Plin. l.* 15. *c.* 24. Haud procul abeſſe videantur, & prædulces ſiliquæ, niſi quod in iis cortex ipſe manditur: Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. *Id. l.* 17. *c.* 18. Siliquæ Græcæ, & Perſica ante brumam per autumnum. *Colum. l.* 5. *c.* 10. Siliquam Græcam quam quidam ceratium vocant, & perſicum ante brumam per autumnum ſerito. ¶ Item de arbore in Syria, & Jonia, & circa Gnidum, & in Rhodo, quam Jones ceroniam vocant. *Plin. l.* 13. *c.* 8. Similis his ſiliqua, quam Jones ceroniam vocant, trunco & ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquæ. ¶ Denique ſiliqua nomen eſt minimi ponderis. *Vetus Auctor de ponderib.* Ponderum pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, & apud quoſdam ſiliqua penſantur, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere. *Et paulo poſt*. Drachma, quæ conſtat ſiliquis 18. & ſcrupulus, qui eſt ex ſiliquis 6. &c. *Prisc. de ponder. v.* 10. Semina ſex aliis ſiliquis latitantia curvis Attribuunt ſcrupulo.

Siliquaſtrum, i, n. *gengiovo*, πεπερίτις, herba hortenſis, a *ſiliqua*, quod ſiliquæ habeat ſimilitudinem, ut *mentaſtrum* a *menta*, ob eandem cauſam. *Plin. l.* 19. *cap.* 12. Panax piperis ſaporem reddit, magis etiam ſiliquaſtrum, ob id piperitidis nomine accepto.

Siliquor, aris, d. 1. eſt ſiliquam, ſeu integumentum emittere, ſiliqua tegi. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Nihil eſſe utilius lupini ſegete, priuſquam ſiliquetur aratro, vel bidentibus verſa. *Id. l.* 18. *c.* 7. Siliquatur vero omnia diverſis diebus, & ab ima primum parte paulatim flore ſubeunte.

Silius Italicus Poeta, ex Italica Pelignorum urbe, conſulatum Romæ geſſit eo anno, quo Nero interfectus eſt, vixitque deinde uſque ad Trajanum, quo tempore jam ſenex, inedia vitam finivit in Campaniæ ſeceſſu, tædio inſanabilis clavi, quo diu afflictatus fuerat. Scripſit de bello Punico libros ſeptemdecim heroico carmine. Plura de eo vide apud *Plin. l.* 3 *epiſt.* 7.

Silli, orum, m. σίλλοι, genus carminis apud Græcos, ſimile Latinorum ſatyris, cujuſmodi librum in Platonem compoſuiſſe Timonem refert *Gel. l.* 3. *c.* 17. Hinc

Sillybus, V. Silybus.

Sillographus, i, maſc. *maledico*, *ſatirico*, σιλλογράφος, qui mordacia carmina ſcribit. *Ammian. lib.* 22. *cap.* 16. Sillographos imitatus Scriptores maledicos.

Silo, onis, m. *cigliuto*, qui prominentia ſupercilia habet. Ita *Non. c.* 1. *n.* 101. interpretatur. *Varr. ibid.* Non unum ſcribam eſſe grandibus ſuperciliis, ſilonem quadratum, &c. ¶ Rectius tamen exponitur idem ac ſimus, hoc eſt ſimis, & repandis naribus, *di naſo largo*, *e ſchiacciato*, *rincagnato*. Certe in *Gloſſis* tam *ſilo*, quam *ſimus* dicitur σιμός. *Plaut.* quoque hac ratione uſurpat cum ait, *Rud.* 2. 2. 11. Ecquem recalvum, ac ſilonem ſenem, ſtatutum, ventrioſum torvis ſuperciliis, &c. Nam ſi *ſilo* eſſet, qui prominentia ſupercilia habet, inepte ſubjeciſſet *torvis ſuperciliis*. Præterea *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 59. *Hard.* docet cognomina *Silonum* apud Romanos a naribus, non a ſuperciliis orta eſſe. ¶ In verbis *Plaut.* aſt quidam legit *ſilonum*, eſt qui *ſilanum*.

Silphium, ii, n. σίλφιον, herba quædam, imbre maxime proveniens, quemadmodum & fungi, cujus folia, & radix ad varios in medicina uſus adhibentur. Ex ea ſuccus emanat, qui laſer dicitur. *Plin. l.* 22. *c.* 23.

Silva, æ, f. *ſelva*, *boſco*, Germ. *wald*, Gal. *foreſt*, Hiſp. *boſque*, ὕλη, δρυμός, locus, ubi multitudo arborum eſt. Etymologi ducunt ab ὕλη, ideoque *ſylva* per *y* ſcribunt. Rectius tamen per latinum *i* ſcribitur, quod in omnibus vet. monumentis ita legitur, teſtibus *Manut. in Orthogr. Donſc.* & aliis. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 16. Mane me in ſilvam abſtrudo denſam, atque aſperam. *Virgil. Æn* 9. Itur in antiquam ſilvam, ſtabula alta ferarum. ¶ Dicitur etiam de loco ſentibus, virgultis, tribulis denſo, & impedito. *Virg.* 2. *Georg.* *v.* 17. Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſilva. ¶ Differt a *nemore*, quod plerumque ſignificat locum deliciarum cauſa arboribus conſitum. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 50. Multis nemora, ſilvæque commovent. Item a *luco*, qui eſt ſilva incædua, & diis ſacra; ſilva vero notat locum, unde ligna cædere, & aſportare licet. *Liv. l.* 24. Lucus frequenti ſilva, & proceris abietis arboribus ſeptus. Item a *ſaltu*, qui eſt locus in ſilva ſecluſus, ubi paſcuntur armenta. *Catul. carm.* 34. Silvarumque virentium ſaltuumque reconditorum. Hæc tamen diſcrimina paſſim non ſervantur, præſertim a Poetis. ¶ Metonymice ſilva accipitur pro ipſis arboribus. *Virg.* 2. *Georg.* *v.* 26. Silvarumque aliæ preſſos propaginis arcus exſpectant. ¶ Tranſlate ſumitur pro quacumque congerie, & proxima veluti materia, ex qua deinde quod excolimus, ſecernimus. *Cic.* 3. *de Or.* 2. 26. Primum ſilva rerum, ſententiarumque comparanda eſt. *Id. in Or. c.* 3. Ubertas, & quaſi ſilva dicendi. ¶ Silvam comæ dixit *Juven. ſat.* 9. *v.* 13. capillos denſos, & incomptos. ¶ *Ligna ferre in ſilvam*, proverbialis locutione dicitur is, qui aliquid alicui tribuit, quo is maxime abundat: cui reſpondet Italicum proverbium, *dar' acqua al mare*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. ¶ Interdum hæc vox apud Poetas triſyllaba eſt, ut apud *Horat. Epod.* 13. Nunc mare, nunc ſiluæ. *Priſcian. l.* 1. *pag.* 546. *Putſch.*

Silvanus, vel Sylvanus, i, m. Deus ſilvarum præſes, Σιλβανός, quemadmodum Pan pecorum, & agrorum. *Virg.* 2. *Georg.* Panaque, Silvanumque ſenem, Nymphaſque ſorores. Hic Cypariſſum puerum in deliciis habuiſſe dicitur, fabulantur veteres Poetæ, Cypariſſum cervum habuiſſe mansuefactam, eamque unice adamaſſe: quam cum Silvanus imprudens occidiſſet, puer doloris impatientia contabuit, cujus mortem ægre ferens Silvanus, in arborem cupreſſum eum commutavit, quam amans deſiderio ſemper dicitur circumferre. Hinc *Virg.* 1. *Georg.* *v.* 20. Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupreſſum. ¶ *Vetus Auctor de limit.* apud *Rigalt. pag.* 202. tres eſſe Silvanos docet, cum inquit. Omnis poſſeſſio tres Silvanos habet: unus dicitur domeſticus, poſſeſſioni conſecratus, alter dicitur agreſtis, paſtoribus conſecratus, tertius dicitur Orientalis, cui eſt in confinio lucus poſitus. Hæc ille. Sed fortaſſe hi omnes unum, eundemque deum conſtituunt diverſo loco, aut titulo cultum. ¶ Mars etiam Silvanus dictus eſt, apud *Cat. de R. R. cap.* 83. fortaſſe, quod in ſilvis cultus fuit. ¶ Sileni olim dicebantur tubi, ex quibus aqua ſalit. V. Silanus.

Silvaticus, vel Sylvaticus, a, um, adject. *di ſelva*, *ſelvaggio*, *ſelvatico*, ad ſilvam pertinens, ὑλαῖος. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 16. Falces vineaticæ ires, ſilvaticæ quinque, arboratiæ tres. *Plin. l.* 30. *c.* 9. Mus ſilvaticus. *Cato R. R. c.* 8. Lauros ſilvatica.

Silveſco, vel Sylveſco, is, n. 3. *farſi ſelva*, ὑλομανεῖν, in ſilvam redigi, ſive ſilveſtres, & infructuoſas arbores fieri, quæ antea cultæ erant, & fructuoſæ: item in nimiam ramorum, ſarmentorumve ubertatem luxuriari. *Col. l.* 4. *c.* 11. Nec pati vitem ſupervacuis frondibus ſilveſcere. *Cic. de Senect. c.* 15. Ne vitis ſilveſcat ſarmentis.

Silveſter, & Silveſtris, vel Sylveſter, Sylveſtris, e, adject. *ſilveſtre*, *ſelvaggio*, Germ. *des walds*, Gal. *ſauvage*, Hiſp. *ſelvatico*, ὕλαιος, ἄγριος, quod eſt ſilvæ, vel in ſilva. *Cic. de Amic. c.* 19. Delectamur locis montoſis, & ſilveſtribus. *Liv. l.* 27. Tumulus erat ſilveſtris inter Punica, & Romana caſtra. *Plin. l.* 16. *c.* 27. Silveſtriora omnia tardiora. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. Silveſtrem flammis, & ferro mitiget agrum. h. e. ſterilem, & herbis obſitum infructuoſis. ¶ Tranſlate ponitur pro agreſti, & ruſtico. *Virg. Ecl.* 1. Silveſtrem tenui meditabor arundine muſam. *Horat. de ar. poet. v.* 391. Silveſtres homines. *Sen. Hippol. v.* 459. Truculentus, & ſilveſter, & vitæ inſcius. ¶ *Silveſter* in fœm. gen. *Petron. in Satyr. c.* 121. teſtis ſilveſter aedon, Atque urbana Progne. Al. leg. *ſilveſtris*.

Silvia, vel Sylvia, æ, f. filia Tyrrheni armentarii Latini Regis Laurentum, cujus cervus manſuetus ab Aſcanio vulneratus initium fuit belli inter Latinos, & Trojanos. *Virg.* 7. *Æn.* ¶ Eſt etiam cognomen Rheæ, ſeu Iliæ filiæ Numitoris, quæ a Marte compreſſa Romulum, & Remum peperit. *Ovid.* 2. *Faſt.* *v.* 383.

Silvicola, vel Sylvicola, æ, c. g. qui, & quæ ſilvas colit. *Propert. l.* 3. *eleg.* 13. Olim ſilvicolis empta dedere viri.

Silvicultrix, vel Sylvicultrix, icis, f. quæ in ſilvis habitat, ut ſilvicultrix cerva, apud *Catul. carm.* 64. (al. 58.) *v.* 72.

Silv-

Digitized by Google

Silvifrăgus, vel Sylvifragus, a, um, adject. ſilvas frangens. *Lucret. l.* 1. *v.* 275. monteſque ſupremos Silvifragis vexat flabris.

Silvĭger, & Sylviger, a, um, adject. idem quod ſilvoſus. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Montes ſilvigeri ab Aquilonis tantum parte ſunt.

Silvĭus, & Sylvius, ii, m. filius *Æneæ*, & Laviniæ Latini regis filiæ, natus poſt Æneæ mortem, ideoque & *Poſthumus* appellatus: Silvius autem dictus eſt, quia in ſilvis a matre editus, & a paſtoribus educatus fuit, ut ſcribit *Dionyſ. Halicarn. l.* 1. Regnante Albæ Aſcanio, majore Æneæ filio, ſummum ſacerdotium juſſu populi geſſit, regnavitque & ipſe poſt Aſcanium annis 29. ab eoque omnes Albanorum reges Silvii ſunt appellati. *Id. ibid.* Sed *Liv. l.* 1. *c.* 1. 2. *&* 3. hunc Silvium cum Julo confundit, utique fuiſſe filium Aſcanii.

Silunculus. V. Ciluncŭlus.

Silvōſus, vel ſylvoſus, a, um, adject. *ſelvoſo*, *pieno di ſelve*, δασύς, ſilvis, vel arborum denſitate obſitus. *Liv. l.* 9. *c.* 2. Saltus duo alti, anguſti, ſilvoſique ſunt. *Plin. l.* 22. *c.* 5. Superiores rami emicant ſilvoſa multitudine.

Silūrus, i, m. σίλουρος, peculiaris Nili piſcis, ex eo appellatus, quod ſæpe σείει οὐρὰν, h. e. movet caudam. *Plin. l.* 9. *c.* 15. Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores, ſilurus in Nilo, eſox in Rheno, attilus in Pado, &c. *Juven. ſat.* 4. *v.* 33. Vendens municipes fracta de merce ſiluros.

Sīlus, a, um, m. σιμός, qui habet naſum ſurſum verſus repandum. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 29. Ecquos ſilus, flaccus, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis? *Feſt.* ſilus appellatur naſo ſurſum verſus repando: unde galeæ quoque ad ſimilitudinem ſilæ dicebantur.

Silvŭla, vel Sylvula, læ, f. *ſelvetta*, δασύλλιον. *Col. l.* 8. *c.* 15. Totus locus ſilvulis occupetur.

Silybum, i, n. σίλυβον, ſpina lata, folia ferens chamæleontis albi. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Sima, æ, f. ſuprema pars coronæ, h. e. id, quod coronæ ſuperimponitur, ἐπιθεὶς, ab ἐπιτίθημι, *impono*; a Latinis ita dicitur, quia eſt obtuſum quiddam, & hebes inſtar caprini naſi. Italis *goletta* dicitur. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Inſuper coronas ſimæ, quas Græci ἐπιθιθίδας dicunt.

Simæthæus, a, um, adject. idem quod Simæthius. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 470. Quaque Simæthæas accipit æquor aquas.

Simæthis, idis, f. nomen Nymphæ. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 624. Acis erat Fauno, Nymphaque Simæthide cretus.

Simæthius, a, um, adject. ad Simæthum fl. pertinens. *Virg.* 9. *Æn. v.* 584. Simæthia circum flumina. ¶ Simæthius heros, eſt Acis filius Simæthidis, apud *Ovid.* 13. *Metam. v.* 753.

Simæthus, m. 2. *Iaretta*, fl. Siciliæ, qui recipit aliquot fluvios, & Vallem Demonæ a Netina ſeparans, infra Murgantium in mare Siculum ſe exonerat. *Sil. l.* 14. *v.* 232.

Simĭa, æ, f. *ſcimia*, [illegible], Ger. *aff*, Gal. *ſinge*, Hiſp. *mona*, πίθηκος, animal ſine cauda, hominum figuræ proximum, in Libya naſcens, a *ſimus*, quod ſima ſit, ideſt preſſis naribus. *Enn. apud Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 35. Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis! ¶ Simias etiam dicimus homines aliorum imitatores affectatos: quia ſimia non ſolum figura, ſed etiam geſtibus actiones hominum imitatur. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 5. Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat. Adde *Capitolin. in Maxim. jun. c.* 1.

Simĭla, æ, f. *fiore di farina*, [illegible], Ger. *ſemmelmehl*, Gal. *la fleur de farine*, *farine de pur froment*, Hiſp. *ſemola*, *flor de harina*, σεμίδαλις, farina alba, flos farinæ triticeæ, ea pars, quæ media eſt inter pollinem, & ſecundarium, potiſſimam nutriendi vim habeas, quæ etiam ſimilago dicitur. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, ſimila, ſecundarium, ſive cibarium, furfures. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila. *Martial. l.* 13. *epigr.* 10. Nec poteris ſimilæ dotes numerare, nec uſus.

Similaginĕus, a, um, adject. ex ſimilagine factus, ut ſimilagineus panis, apud *Senec ep.* 119. ubi alii leg. *ſiligineus*.

Similāgo, inis, f. idem ac ſimila. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex Africo juſtum eſt a modiis reddi ſemodios, & pollinis ſextarios quinque. Ita autem appellant in tritico, quod florem in ſiligine. Hoc ærariæ officinæ, chartariæque utuntur. Præterea ſecundarii ſextarios quatuor, furfurumque tantundem. Panes vero a modio ſimilaginis CXXII. a floris modio CXVII.

Simĭle, adv. idem ac ſimiliter. *Cic.* 2. *Acad. c.* 5. Simile vos cum perturbarem, ut illi Rempublicam, ſiv vos Philoſophiam bene jam conſtitutam velitis, &c. Pleríque tamen leg. *ſimiliter*.

Similigĕnus, a, um, adject. qui eſt ſimilis generis. *Cal. Aurel. Acut.* 2. *c.* 19. Admiſcere ſibi ſimiligena.

Simĭlis, & le, o. 3. *ſimile*, *ſomigliante*, [illegible], Ger. *gleich*, Gal. *ſemblable*, Hiſp. *ſemejante*, ὅμοιος, quod ſimilitudinem cum re aliqua habet. Uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 1. *Catil.* Simili Senatuſconſulto C. Mario, & L. Valerio Coſſ. permiſſa eſt Reſpublica. ¶ Vel cum gen. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 22. Spes tamen una eſt, aliquando Populum Rom. majorum ſimilem fore. *Plin. l.* 12. *c.* 17. Maſtice bituminis ſimilior. ¶ Vel cum dat. *Cic.* 1. *de Leg.* Nihil eſt enim unum uni tam ſimile, tam par, quam omnes inter noſmetipſos ſumus. *Idem pro Marcel. c.* 3. Hunc ſimillimum Deo judico. Vel cum accuſ. & præpoſ. *inter*. *Cic.* 4. *Acad.* Anaxagoras materiam infinitam, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, &c. ¶ Vel præter genitivum, aut dativum, aut accuſativum, cum ablativo rei, in qua eſt ſimilitudo, vel ſine præpoſ. vel cum præpoſ. *in*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quærerem ex eo, cujus ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos, facie patris, vita omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facile deterrimus. *Id.* 4. *Ver.* Si aliqua in re Verri ſimilis fuero. ¶ Vel apud Poetas etiam cum accuſ. per Helleniſmum. *Virg.* 1. *Æn.* Os, humeroſque Deo ſimilis. ¶ Vel cum membro orationis, & conjunctione *ac*, vel *atque*. *Cic.* 4. *Fin.* Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleum a Tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet. *Id.* 5. *Fin.* Itaque & ſimilis erit finis boni, atque antea fuerat. ¶ Vel cum partic. *ut*. *Cic. de Sen. c.* 6. Similesque ſunt, ut ſiqui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. Al. leg. *ſimileſque ſunt iis*, *qui* &c. ¶ Reperitur *ſimile eſt*, pro ſimilis eſt, per Helleniſmum. *Nav. apud Non. c.* 3. *n.* 203. Tu pueri puſilli ſimilis es. ¶ Simile, ſubſtant. pro ſimilitudine. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 27. Ecce aliud ſimile diſſimile. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 29. ſimile vitioſum eſt, quod ex aliqua parte diſſimile eſt. ¶ Ariſtoteles ſimilis apud *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 6. eſt imago Ariſtotelis, *il ritratto*. Hoc ſenſu *Stat. l.* 3. *ſilv.* 3. *v.* 200. in lucida ſaxa, Te ſimilem doctæ referet mihi linea ceræ. *Et l.* 2. *ſilv. ult. v.* 128. At ſolatia vana ſubminiſtrat Vultus, qui ſimili gemmatus auro ſtratis punitur.

Similĭtas, atis, f. idem ac ſimilitudo. *Cæcil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 827. Vide, Demea, hominis quid fert uxorum ſimilitas. Adde *Vitruv. l.* 2. *c.* 9.

Simĭlĭter, adv. *ſimilmente*, ὁμοίως, pariter, eodem modo. Uſurpetur vel abſolute. *Cic. pro Roſc. Amer.* Nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. ¶ Vel cum partic. *ut*, *atque*, *ac*. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 3. Similiter facis, ac ſi me roges, &c. *Id.* 2. *Off. c.* 25. Similiter facere eos, qui inter ſe contenderent, uter Rempublicam potius adminiſtraret, ut ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret. *Id. Agrar. c.* 4. Simillime, at mihi videtur, atque in illa lege, qua, &c. ¶ Reperitur etiam cum dativo. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Similiter his & ſcorpiones terreſtres vermiculos ovorum ſpecie pariunt. ¶ *Similiter imitari aliquem*, eſt propius ad ejus actiones imitatione accedere. *Phædr. l.* 5. *fab.* 5. Acclamat populus, ſcurram multo ſimilius imitatum.

Similĭtūdo, inis, f. *ſimilitudine*, [illegible], Germ. *gleichheit*, Gal. *ſemblance*, Hiſp. *ſemejança*, ὁμοιότης, exemplar, imago, ſpecies, forma, collatio. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. *Id.* 2. *Tuſc. c.* 23. Sunt enim quædam animi ſimilitudines cum corpore. *Id.* 13. *Phil. c.* 13. Omnes habent ſimilitudinem inter ſe. *Liv. l.* 25. *c.* 16. Similitudine veri capi. ¶ Similitudo item eſt genus Figuræ Rhetoricæ, quæ etiam Epagoge græce dicitur. *Auth. ad Heren. l.* 4. Similitudo eſt oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re diſpari ſimile. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Eludere ſimilitudines.

Simĭlo, as, a. 1. *ſomigliare*, *eſſere ſimile*, [illegible], Germ. *gleich ſeyn*, Gall. *reſſembler*, Hiſp. *parecer*, *ſemejar*, ὁμοιόω, ſimilis ſum, refero, repræſento. Conſtruitur cum accuſ. *Martial. l.* 2. *epigr.* 35. Cum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ. Pleríque leg. *ſimulent*.

Simiāſnus, a, um, adject. *de ſimia*. *Jul. Obſeq. de prodig. C. Mario*, *C. Flacco Coſſ.* In Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter ſimiano capite. ¶ Simiana herba eſt, quæ græce pythecion dicitur, & cynocephalion, & ab Italis cerebrum canis. *Apul. de herb. c.* 86.

Simĭŏlus, i, m. πιθήκιον, parvus ſimius. Tranſlate ponitur pro eo, qui utcunque alterum imitatur. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 2. Hic ſimiolus animi cauſa me, in quem inveheretur, delegerat.

Simĭtu, adv. idem ac ſimul, apud Comicos præſertim. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 5. Multas res ſimitu in meo corde verſo. *Id. Merc.* 2. 2. 8. Ita tres ſimitu res agendæ ſunt.

Simĭus, ii, m. *ſcimmiotto*, idem ac ſimia. *Martial. l.* 14. *epigr.* 202. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas: Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. ¶ Tranſlate ponitur pro affectato imitatore. *Sen. l.* 4. *controv.* 26. Quid putatis argentarium eſſe? Ceſtii ſimius eſt.

Sīmo, as, a. 1. ſimum facio, deprimo. *Lucil. apud Non. c.* 1. *n.* 771. ſimavit naxim ad nares, delphinus ut olim. ¶ Ita emendant pleríque Critici, cum antea legeretur *ſumo* pro *ſimo*.

Simŏis, entis, m. *Simoeis*, Turc. *Chiſme*, fl. Phrygiæ min. ex Ida M. profluens, cui Xanthus miſcetur, qui lacum apud Sigeum cum Scamandro confluentes efficiunt. *Virg.* 5. *&* 6. *Æn.*

Simōnes, nomine appellantur delphini, unum vocantur. Ad eam enim vocem accedere ſolent. Ita autem dicuntur a ſimis, panduſque naribus. *Plin. l.* 9. *c.* 8. & *Solin. c.* 12. (al. 22.) ¶ Rectus caſus ſingularis erit *Simo*. Ita enim apud *Terent.* in *Andria* ſenex hoc nomine inducitur.

Simonĭdes, is, m. 3. Σιμωνίδης, Poeta Lyricus e Cea inſ. qui Melicus dictus eſt, Steſichori æqualis. Quatuor literas invenit, ζ, η, ψ, ω, & octavam in lyra chordam. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Idem excogitavit artem memoriæ. *Cic. in Orat. l.* 2. *c.* 86. ¶ Simonides alter, filius ſororis Simonidis ſuperioris, cognominatus Melicerta, qui ante bellum Peloponneſiacum fuit, ſcripſitque genealogiam libris tribus. ¶ Item alius, Poeta Jambicus, filius Crinei, ex Amorgo inſ. qui in commovenda miſeratione cæteris præſtitit. *Quintil. l.* 12. *c.* 1. ¶ Simonides quoque Poeta Epicus, natione Caryſtius, ſive Erythræus, qui ſcripſit Græcorum apud Aulidem conventum, trimetrorum libros duos, & alia. ¶ Item Poeta Epicus, patria Magnes, Antiochi Magni tempore, cujus res geſtas ſcripſit, ac bellum adverſus Galatas. *Suid.*

Simonidēus, a, um, adject. a Simonide. *Catul. carm.* 39. *v.* 8. Mœſtius lacrymis Simonideis. h. e. lacrymabili commiſeratione, qualem Simonides Poeta Ceus flebili carmine defunctos proſequebatur. nam præcipua ejus laus in funebri carmine fuit, teſte *Quintil.*

Simplāris, re, adject. &

Simplarĭus, a, um, adject. idem ac ſimplex, a quo deducitur. Hinc ſimplariæ venditiones dicuntur a JCtis, pro quibus venditor non tenetur de dupla emptori repromittere, ſed tantum de ſimpla, h. e. de ſimplici rei venditæ pretio. *Ulpian. l.* 37. *de evict.* & *l.* 48. *ff. de Ædil. edict.* ¶ Simplaris armatura, apud *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 7. eſt ordo militum, qui ſimplam accipiebat annonam, quemadmodum duplaris, qui duplam. *Id. ib.* addit torquatos *duplares* fuiſſe, qui ſcilicet ob virtutem torque donati duplam præterea annonam accipiebant; & *ſimplares*, qui ſimplam. Atque poſteriore hoc loco alii leg. *ſeſquiplares*, hoc eſt qui unam, & ſemis annonam conſequebantur. nam *ſeſquiplaris* ſignificat eum, qui unam rem aliquam, & præterea ejus dimidium habet.

Simplex, icis, o. 3. *ſemplice*, ἁπλοῦς, ἁπλόος, quod nullo modo compoſitum eſt, ut ſunt quatuor mundi elementa, terra, aqua, ignis, aer. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Omnem enim naturam neceſſe eſt, quæ non ſolitaria ſit, neque ſimplex, ſed cum alio conjuncta, atque connexa, &c. *Plin. l.* 25. *c.* 7. herba ſimplici caule. *Teren. prol. Heaut. v.* 6. Duplex quæ argumento facta eſt ſimplici. ¶ Tranſlate accipitur pro puro, aperto, libero. *Cic.* 4. *Acad.* Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnopere contenderem. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. Simplicior ſi quis; qualem me ſæpe libenter, &c. *Sen.* 2. *de Ira*, *c.* 16. Simpliciſſimi omnium habentur iracundi. Sit ſimplicia verba, *Sueton. in Tiber. c.* 61. ¶ Item pro vero, & ſyncero, cui falſum opponitur. *Cic.* 2. *Fin. c.* 14. His initiis inducti omnia vera diligimus, ideſt fidelia, ſimplicia, conſtantia, tum vana, falſa, fallentia odimus. ¶ Anni ſimplices ſunt rudes, & doli nondum capaces, cujuſmodi ſunt in pueritia, aut prima adoleſcentia, a quibus etiam ſimplex toga, & pura, quæ prætexta dicebatur, geri ſolebat. *Mart. l.* 10. *epigr.* 20. Tu mihi ſimplicibus, Mani, dilectus ab annis, & prætextata cultus amicitia. ¶ Simplex cibus, potus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus, vel compoſitus. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Homini cibus utiliſſimus ſimplex. ¶ Simplex etiam notat directum, non flexuoſum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex, & directum pateret. ¶ Item imperitum, rudem, cui nimis credulum. *Ulpian. l.* 14. *ff. de relig.* Non autem oportet ornamenta cum corporibus condi, quod homines ſimpliciores faciunt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. nec ſic, ut ſimplex Nævius, unctam convivis præbebis aquam. ¶ Verba ſimplicia a Grammaticis dicuntur, quæ nulla alia dictione componuntur. *Cic. in Orat. c.* 24.

Simplĭcĭtas, atis, fem. *ſemplicità*, *ſchiettezza*, ἁπλότης, puritas, ſynceritas. *Quintil. l.* 5. *c.* 7. In paucis, atque humilibus accuſatus ſimplicitate gloriari poteſt. *Tacit.* 6. *Ann. c.* 5. Simplicitas convivalium fabularum. *Vellej. l.* 2. *c.* 125. Dolabella vir ſimplicitatis generoſiſſimæ, *ſchiettezza d'animo nobile*.

Simplĭcĭter, adv. *ſemplicemente*, German. *einfeltiglich*, Gall. *ſimplement*, Hiſp. *ſencillamente*, *con ſimplicidad*, ἁπλῶς, ſine commiſtione, ſingulariter. *Cic. in Top.* Cum autem quæritur, quale id ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate. *Quint. l.* 2. *c.* 12. Simplicius docere. ¶ Tranſlate ſumitur pro pure, ſyncere, ſine dolo. *Cicer.* 1. *Off.* Hæc præſcripta

ſervantem licet graviter, magnifice, animoſeque vivere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice. *Plin. l. 8. c. 4.* Elephas homine obvio forte in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante clemens, placiduſque etiam demonſtrare viam traditur. id eſt imprudenter ab itinere deflectente, non venationis cauſa. *Plin. jun. ep. 3. l. 5.* Amice, & ſimpliciter ore obtenderunt. *Tac. 1. hiſt. 1. c. 15.* Simpliciſſime inter nos loquimur. *Id. de morib. c. 5.* Interiores (Germani) ſimplicius, & antiquius permutatione mercium utuntor.

Simplicitus, adv. idem ac ſimpliciter. *Plaut. Mercat. 2. 2. 25.* Sed tuae ſimplicius dicam, ſi opera eſt auribus. Ita legit *Non. c. 2. n. 825.* Sed ta editio omnibus aliter omnino legitur.

Simplico, as, a. 1. ſimplum facio. *Pallad. l. 2. tit. 16.* Lapis ſubter, vel teſta ponende eſt, ut radicem non ſimplicet, ſed repercuſſa reſpergat.

Simpludiaria funera ſunt, in quibus adhibentur duntaxat ſimpli ludi, quaſi *ſimpliludiaria*. His opponuntur indictiva, in quibus adhibentur non ludii modo, ſed etiam deſultores. *Feſtus.*

Simplus, a, um, *ſemplice*, unicus, minime multiplex. *Cic. in Top. c. 11.* Aliæ ſunt contrariorum genera, ut duplum, ſimplum, multa, pauca, longum, breve. *Liv. l. 29. c. 15.* Negare, tantum militum effici poſſe, vix, ſi ſimplum ex formula imperetur, enixuros. h. e. ſimplicem illum militum numerum, qui ex formula fœderis debebatur. *Plaut. Pœn. 5. 6. 25.* Obſecro te, ut liceat ſimplum ſolvere. h. e. tantum quantum dabeo, non duplum. ¶ Apud JCtos ſimpla promitti, & de ſimpla caveri dicitur, cum ob evictionem ſimplum rei pretium promittitur. *Leg. 5. & 3d. Dig. de eviction.* Similiter *Var. l. 2. R. R. c. 10.* Si mancipio non datur dupla promitti, aut ſi ita pacti, ſimpla.

Simpulatrix, icis, f. mulier rebus divinis dedita, a *ſimpulum*. *Feſt.* Simpulum vas parvum, non diſſimile cyatho, quo vinum in ſacrificiis libatur. Unde & mulieres rebus divinis deditæ ſimpulatrices dicuntur.

Simpulo, & contracte Simplo, onis, m. qui compotationibus indulgat, a *ſimpulum*. *Satrius* apud *Fulgent. Planciad. de priſco ſerm. n. 49.* Summates viri facti ſunt ſimpulones ganei.

Simpulum, i, n. calix, quo vinum in ſacrificiis libabatur, ἐπίχυσις. *Feſtus:* Simpulum vas parvum, non diſſimile cyatho, quo vinum in ſacrificiis libabatur. Originem hujus vocabuli afferre conatur eſt *Varro l. 4. de L. L.* his verbis: Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt; & quo ſumebant minutatim, a ſumendo ſimpulum nominavere. *Apul. in Apol.* Simpulo, & catino fictili ſacrificare. *Plin. l. 35. c. 12.* Sed fictilibus prolibatur, ſimpulis innocentius. ¶ Fluctus in *ſimpulo excitare*, eſt in re minima turbas concire. *Cic. 3. de Legib. c. 16.* Excitabat enim fluctus in ſimpulo, ut dicitur, Gratidius, quos poſt filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari.

Simpuviatrix dicitur mulier, quæ ſimpuvium porrigit in ſacrificiis. *Vet. Juvenal. Scholiaſt. ad Sat. 6. v. 342.*

Simpuvium, ii, n. vas ligneum, teſte *Non. c. 15. n. 16.* ſacrificiis aptum, in quo pontifices libare vinum ſolebant; itaque dictum videtur, quaſi *ſimbuvium*, a ſimul bibendo, ut auctor *Scholiaſtes vetus* ad illud *Juvenal. ſat. 6. verſ. 342.* Simpuvium ridere Numæ. ¶ Scribitur & *Sympuvium*.

Simul, adv. *inſieme*, *in compagnia*, *de compagnia*, יחד, Germ. *mit einander*, Gall. *enſemble*, Hiſp. *a una*, ἅμα, ὁμοῦ, una, pariter, adv. congregandi. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. Att. l. 5. ep. 10.* Propter propinquitatem loci totus dies ſimul eramus. ¶ Vel cum abl. & præp. *cum*. *Cic. de Am.* Cum corporibus ſimul animos interire, atque omnia morte deleri. ¶ Et omiſſa præpoſit. *Sil. l. 5. v. 418.* avulſa eſt protinus haſti Ore ſimul cervix. *Tac. l. 4. Ann. c. 55.* Verum Hypæpeni, Trallianique Laodicenis, ac Magnetibus ſimul tranſmiſſi. ¶ Uſurpatur etiam cum conjunctionibus *ac*, *&*. *Cic. Att. l. 2.* Demonſtravi hæc illi, ſimul & illud oſtendi. *Plin. l. 9. c. 35.* Superbo ſimul, ac procaci feſtu, ut Regina meretrix. *Quinctil. lib. 10. cap. 2.* Quo mens ſimul, viſuſque perſtringatur. ¶ Quandoque geminatur, & habet eandem pene vim, quam *cum*, & *cum*, ſive *partim*. *Liv. l. 1.* Adeo omnes ſimul ſperabant, ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi, ac poſteris ſuis metuebant. *Tac. in Agric. c. 25.* Cum ſimul terra, ſimul mari bellum impelleretur. ¶ Interdum ſignificat *etiam*. *Salluſt. in Catil.* His amicis, ſociiſque confiſus Catilina, ſimul quod æs alienum per omnes terras ingens erat. ¶ Eſt etiam adverbium temporis, & ponitur pro eodem tempore. *Cic. in Brut.* Q. Hortenſii ingenium, ut Phidiæ ſignum, ſimul aſpectum, & probatum eſt. ¶ Item pro ſtatim, quam primum, poſtquam, & conjungitur cum particulis *ac*, *atque*, *ut*, *primum*, *ſubito che*. *Cic. 3. Ver.* Verres ſimul, ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit. *Id. 2. de nat. Deor.* Quædamque ſerpentes ortæ extra aquam, ſimul ac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur. *Id. 1. Fin.* Omne animal ſimul atque natum ſit, voluptatem appetere. *Id. 4. Acad.* Itaque ſimul ut experrecti ſumus, viſa illa contemnimus. ¶ Reperitur etiam ſine particulis. *Cic. 4. Acad. c. 2.* Et ſimul inflavit tibicen, a perito carmen agnoſcitur. *Id. l. 6. Fam.* ſimul accepi a Seleuco tuas literas, ſtatim quæſivi a Balbo, &c.

Simulacrum, i, n. *simulacro*, *immagine*, *effigie*, צלם, Germ. *bild*, Gal. *image*, *idole*, Hiſp. *imagen*, εἴδωλον, idolum, imago, effigies, forma, a *ſimulo*, ut *lavacrum* a *lavo*. Proprie enim ſic dicitur ficta alicujus imago. Nam ſimulacra principio ex deſiderio mortuorum orta ſunt, ut qui jam defecerant, vivere viderentur. *Cic. pro Arch.* An, cum ſtatuas, & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum ſtudioſe multi ſummi homines reliquerint, &c. *Id. 4. Verr.* Effigies illa erat, ſimulacrumque Mithridatis. ¶ Dicitur etiam de rebus incorporeis, pro ſigno, nota, ſimilitudine. *Cic. l. 10. Fam. epiſt. 1.* Nec leges ullæ ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulacrum aliquod, ac veſtigium civitatis. *Id. 2. Fin.* Ergo in beſtiis erunt ſecreta a voluptate humanarum quædam ſimulacra virtutum, &c.?

Simulamen, inis, n. *rappreſentazione*, προσωπεῖον, ſimulacrum, aſſimilatio, repræſentatio. *Ovid. 10. Met. v. 726. de Adonide:* Annuus plangoris peraget ſimulamina noſtri. Loquitur de ſacris annuis in honorem Adonidis, quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Simulamentum, ti, n. ſimulatio, fictio, *finzione*. Legitur in titulo c. 22. *l. 15.* apud *Gell.* ubi affert hiſtoriam de Sertorio duce, deque aſtu ejus, commentitiiſque ſimulamentis &c.

Simulans, antis, o. 3. *che ſimula*, a *fingo*, ὑποκρινόμενος, *Cic. de Am.* Et litigare ſe ſimulans blanditur. *Ovid. 2. Am. el. 6.* Non fuit in terris vocum ſimulantius ales. Al. leg. *ſimulator*, ut ſit a *ſimulax*, acis.

Simulanter, adverb. ficte, ſimulate. *Apulej. l. 8. A. A.* Quoad ſimulanter reviſta Charita ſuſcipit &c.

Simulate, adv. *fintamente*, προσποιητῶς, ficte. *Cic. 2. de nat. Deor. c. ult.* Mala enim, & impia conſuetudo eſt contra Deos diſputandi, ſive ex animo id fit, ſive ſimulate.

Simulatio, onis, f. *ſimulazione*, *finzione*, ὑπόκρισις, εἰρωνεία, actus ſimulandi, fictio. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Idque non ſolum fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur. *Id. 3. Ver.* ſimulatio officii. ¶ Interdum ponitur pro ſimilitudine. *Plin. l. 11. c. 44.* Simiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent facie, naribus, auribus, palpebris, &c. Al. leg. *imitationem*.

Simulator, oris, maſc. *ſimulatore*, ὑποκριτής, qui ſimulat. *Cic. 1. Off. c. 30.* De Græcis autem dulcem, & facetum, feſtivique ſermonis, atque in omni ratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominaverunt, Socratem accepimus.

Simulatrix, icis, f. 3. quæ ſimulat. *Stat. 4. Theb. v. 551.* Colchus, & Ææo ſimulatrix litore Circe.

Simulatus, a, um, *ſimulato*, *finto*, ὑποποιητός, fictus. *Virg. 1. Æn.* Flagranteſque Dei vultus, ſimulataque verba. *Nepos 20. 3.* Simulata amicitia. *Petron. in fragment.* Simulatus exit Proditionis opus.

Simulo, as, a. 1. *ſimulare*, *fingere*, כחד, Ger. *gleiſnen*, Gal. *feindre*, Hiſ. *fingir*, προσποιοῦμαι, ὑποκρίνομαι, fingo, imitor, pro me fero, quod non eſt, pro vero falſum oſtendo. *Plaut. Perſ. 1. 3. 4.* Simulabo, quaſi non videam. ¶ ſimulare, & diſſimulare differunt, quia ſimulare dicitur de eo, quod non eſt, ſive de falſitate, diſſimulare verſatur circa id, quod eſt, ſive circa veritatem. *Virg. 1. Æn.* Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. *Cicer. 10. Fam. ep. 8.* Multa & ſimulavi invitus, & diſſimulavi cum dolore. *Plin. l. 3. ep. 14.* Ille ſive quia non ſentiebat, ſive quia non ſentire ſimulabat. *Ovid. 3. Metam.* Simulare ſe anum, *fingerſi una vecchia*. ¶ Aliquando tamen *ſimulare* ponitur pro diſſimulare. *Plaut. Curcul. 2. 3. v. 21.* ſimulabo, quaſi non noverim. ¶ Simulare in aliquem, pro aliquem inſimulare, *accuſare*. *Plaut. Stich. 1. 2. 19.* Quaſi nunquam quicquam in eas ſimulem.

Simultas, atis, f. *odio occulto*, *inimicizia*, איבה, Ger. *groll*, *feindſchafft*, Gal. *haine couverte*, Hiſp. *odio cubierto*, ἔχθρα, latens odium inter eos, qui amici eſſe videntur, & generatim quælibet inimicitia. *Feſtus*, ſive *Paulus*. Simultas, id eſt odium, dicta ex contrario, quia minime ſint ſimul. Poteſt & a ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulate loquuntur ad invicem. *Cic. pro Flac.* An ſimultates, neſcio quas, cum libertis Flaccus exercet. *Cic. pro L. Man. c. ult.* Simultates ſuſcipere. *Caſ. l. 6. B. C. c. 25.* Huic ſimultas cum Curione intercedebat. *Nepos in Attic. c. 17.* In ſimultate cum aliquo eſſe. *Quint. l. 5. c. 1.* Simultates cum aliquo gerere.

Simulter, adv. idem ac ſimiliter apud vet. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 148.* Exoſſabo eum ſimulter, ut murænam cocus. Alii leg. *ſimiliter*.

Simulus, a, um, dim. a *ſimus*. *Lucret. l. 4. v. 1160.* Simula, (puella) Sileni, ac Satyra eſt; labioſa, Philema.

Simus, a, um, *ſchiacciato*, *camuſo*, σιμός, qui eſt preſſis naribus, a Græca voce allata. *Virgil. 10. Eclog.* Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.

Sin, *ma ſe*, Ger. *wann aber*, Gall. *mais ſi*, *ſi non*, Hiſp. *mas ſi*, εἰ δὲ, ἐὰν δὲ, εἰ δὲ μή, ſed ſi, ſi vero, ſi autem, conjunctio conditionalis. *Cic. Att. l. 9. ep. 15.* Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione, ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. *Id. ad Brutum l. 11. ep. 24.* Si ita eſt, omnia faciliora, ſin aliter, magnum negotium. ¶ Conjungitur etiam cum *autem*. *Cic. Att. l. 10.* Si vir eſſe volet, præclara ſynodia, ſin autem, erimus nos, qui ſolemus. ¶ Aliquando *ſin* ſolum reperitur, non præcedente *ſi*. *Cic. de Am.* Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant, ſin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quam oppreſſæ videantur. ¶ *Sin quis* pro ſin aliquis. *Cic. 2. Off. c. 21.* Danda eſt opera, ne tributum conferendum ſit, ſin quæ neceſſitas hujus muneris alicui Reip. obvenerit &c. ¶ Ponitur interdum pro ſin aliter. *Cic. Att. l. 16. ep. 13.* Veruntamen ſi parem aquæ inter ſe, quieſcendum, ſin, latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter.

Sina, maſc. 1. Sinai, *Monte Sina*, *Monte Sinai*, Turc. *Gibel Muſa*, id eſt mons Moyſis, mons Arabiæ Petrææ, excelſus, ubi Deus Moyſi legem dedit. ¶ Sina item locus Phrygiæ marmoribus celebris. *Synnas.*

Sinæ, m. 1. *Chineſi*, pop. Aſiæ extremi ad Or. ultra Indiam extra Gangem, quorum regio peramplа Sinarum Imperium dicitur, vulgo *la China*.

Sinape, is, n. 3. idem ac ſinapi. *Col. l. 12. c. 3.* ſinape, atque coriandrum uti ſata ſunt, ſua ſede immota permanent.

Sinapi, n. indecl. *ſenape*, *ſenapa*, σίναπι, herba ſemen ferens tanta acrimonie, ut lacrymas cieat comedenti, in hybernis condimentis uſitatiſſimum. *Plin. l. 19. c. 8.* Et acerrimum ſapore, ignei effectus, ac ſaluberrimum corpori ſinapi nulla cultura, melius tamen planta tranſlata.

Sinapis, is, fem. σίναπις, idem ac ſinapi. *Plaut. Pſeud. 3. 2. 28.* Teritur ſinapis ſcelerata cum illis. *Col. l. 10. v. 122.* Seque laceſſenti fletum factura ſinapis.

Sinapizo, as, a. 1. ſinapi compono, vel condio. *Veget. l. 2. c. 6.* Diligenter ſinapizare.

Sinapodes, m. 3. pop. Africæ, in deſertis. Inflexis, & lentis cruribus potius ſerpere, quam incedere videntur. *Mela l. 3. c. 11.*

Sincere, adv. *ſinceramente*, *puramente*, ἀκεραίως, εἰλικρινῶς, pure, vere, ſine mendacio, ingenue, integre, non ſimulate. *Caſ. l. 7. B. G.* Hæc ut intelligatis, inquit, ſincere a me pronuntiari. *Cic. Att. l. 3. ep. 13.* Craſſi libertum nihil puto ſincere locutum.

Sinceritas, atis, f. *ſincerità*, *purità*, *integrità*, ἀκεραιότης, ἁπλότης, puritas, integritas. *Plin. l. 31. c. 7.* Salinarum ſinceritas ſummam fecit ſuam differentiam. *Col. l. 4. c. 26.* Atque alia convertanda, quæ ſinceritatem habent, alia ſummovenda, quæ vel cerioſa, vel juſto breviora ſunt.

Sinceriter, adv. idem quod ſincere. *Gell. l. 13. c. 16.* Quas qui ſinceriter cupiunt.

Sincerus, a, um, *ſincero*, *puro*, *reale*, εἰλικρινής, ἀκέραιος, purus, ſimplex, cui nihil admixtum eſt. Sunt, qui putant ſcribendum *ſyncerus* per *y*. Verum ſemper per latinum *i* in vett. libb. ac Virgilio Carpenſi exaratum reperiri, teſtatur *Manut. in Orthographia*. *Hor. lib. 1. ep. 2. v. 55.* Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. *Senec. ep. 108.* Ex amphora primum quod eſt ſinceriſſimum, effluit. ¶ Tranſlate ſumitur pro vero, incorrupto, incontaminato, minime fucato. *Cic. Att. l. 10. ep. 16.* Mirabilia multa, nihil ſimplex, nihil ſincerum. *Liv. l. 29. c. 4.* Nihil ſincera fide cum Romanis acturum. *Ovid. 7. Metam. v. 453* nulla eſt ſincera voluptas. ¶ Per Catachreſim accipitur etiam pro integro, illæſo, non mutilato. *Lucr. l. 3. v. 718.* Sin ita ſinceris membris ablata profugit, Ut nullas partes in corpore liquerit ex ſe. *Ovid. 2. Met.* Rurſus ſine vulnere corpus, ſincerumque fuit. *Cic. l. 13. Fam. ep. 51.* Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium ſartum, & tectum, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſinceram, integrumque conſerves. *Gell. l. 18. c. 10.* Sinceriora corpuſcula fieri. h. e. a febri convaleſcere, & vires recuperare. *Plaut. Men. 2. 2. 16.* Porci ſacres ſinceri. h. e. integerrimi, & ad ſacrificium idonei.

Sinciput, itis, n. βρέγμα, pars capitis anterior, aures, temporaque complectens, ut occiput, pars poſterior, quaſi *ſemi caput*, ut inter alios auctor eſt *Velius Longus de Orthogr.* Nempe quia eo dimidium capitis ſignificatur. Unde Gl. Phil. *Sinciput*, ἡμικεφάλαιον. *Sidon. carm. 5. v. 222.* Fortiſque lacerto diſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe. ¶ Olim ſinciputa verrina, ſive aprugna aceto condita, & ad eſum præparata in deliciis erant. *Plin. l. 8. c. 51.* Interdicta quoque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſincipita verrina. Hinc *Juvenal. ſat. 13.* Comedam, inquit, flebile nati ſinciput elixi, Pharioque madentis aceto. ¶ Per Synecdocha

chen ponitur pro toto capite. *Plaut. Men.* 3. 2. 41. Non eſt tibi ſanum ſinciput, adoleſcens.

Sindon, onis, f. σινδών, velum linteum, ſubtiliſſimum. Si *Lazaro Baifio*, *l. de re veſtiaria*, credimus, ita dicta eſt a Sidone, quæ ſindone nobilis, ut & Tyrus, itidem Phœniciæ urbs, unde & Tyriam ſindonem Martialis vocat. *Mart. l. 4. ep.* 19. Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.

Sine, *ſenza*, בלי, Germ. *ohne*, Gal. *ſans*, Hiſp. *ſin*, ἄνευ, abſque, præp. ex iis, quæ abl. ſerviunt. *Cic. pro Quinct.* Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. *Id. pro Cæl.* Homo ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis. *Id.* 1. *de Orat.* ſine controverſia.

Singiběri. V. Zingiberi.

Singilio, onis, maſc. genus veſtis brevioris & ſimplicis, ἀναβόλιον. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 17. Singiliones Dalmatenſes decem. Alii leg. *cingiliones*. h. e. parvos cinctus. Alii alites.

Singillarius, a, um, adject. idem ac ſingularius, ut ſingillarius motus, apud *Tertull. de anima c.* 6.

Singillātim, adv. *ſingolarmente*, Germ. *beſonder*, Gal. *ſingulierement*, Hiſp. *ſingularmente*, καθ' ἕκαστον, ſingulariter, ſecundum ſingulos. *Cic.* 3. *Tuſc.* Itaque voluptates ſingillatim extenuantur. *Id. Div. Ver. c.* 15. Singillatim unicuique reſpondere. ¶ V. quæ diximus in Sigillatim.

Singlariter, adverb. per ſyncopem pro ſingulariter. *Lucret. l.* 6. *v.* 1063. Quæ memorare queam inter ſe ſinglariter apta.

Singulāre, adverb. idem quod ſingulariter. Uſus eſt hac voce *Cicero*, teſte *Chariſ. Grammat. l.* 2.

Singulāris, & re, o. 3. *ſingolare*, *unico*, Ger. *einig*, Gall. *ſingulier*, Hiſp. *ſingular*, ἑνικός, unicus. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Democritus etiamnum effectus auget ejus, qui ſingularis natus ſit. *Senec. in Troad. v.* 1026. Secans fluctus rate ſingulari. *Auſon. in Periocb. l.* 7. *Iliad.* Ab Ajace prælium ſingulare conſeritur, *duello*. ¶ Singularis numerus apud Grammaticos eſt, quo unica tantum res ſignificatur. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. ¶ Verbis ſingularibus gratias agere, eſt iis verbis, quæ unum tantum, non etiam plures complectantur, *in termine particolari*. *Cic.* 4. *Catil.* Primum quod mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis. ¶ Locus ſingularis, apud *Suet. in Aug. c.* 72. eſt ſolitarius. ¶ Aliquando accipitur pro ſeparato, ſimplici, non compoſito. *Cic.* 4. *Acad.* Quintum genus eſſe dicunt, e quo aſtra ſunt, menteſque ſingulares. ¶ Metaleptice ponitur pro excellenti, & tam in malum, quam in bonum ſumitur. *Cicer.* 4. *Acad. c.* 43. Omitto, per ipſum Ariſtotelem meo judicio in Philoſophia prope ſingularem. *Id.* 4. *Ver. c.* 7. Quo facilius de ſingulari ejus impudentia exiſtimare poſſitis.

Singulārĭtas, atis, f. *ſingolarità*. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c.* 10. Salva & proprietate generis, & ſingularitate.

Singulārĭter, adv. *ſingolarmente*, Ger. *ſonderlich*, Gal. *ſingulierement*, Hiſp. *ſingularmente*, ἑνικῶς, numero ſingulari. *Chariſ. l.* 1. Sunt quædam, quæ ſingulariter cum declinantur, in pluralibus mutant genera, hic locus, pluraliter hæc loca, & hi loci. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. De pluribus ſingulariter: acer Romanus in armis. ¶ Accipitur etiam pro unice, magnopere, mirum in modum. *Cic.* 4. *Ver. c.* 47. Quem ego ſingulariter in Prætura mea dilexiſſem. *Plin. l.* 4. *ep.* 15. Rufum ſingulariter amo.

Singulārius, a, um, idem ac ſingularis. *Plaut. Capt.* 1. 2. 3. His indito catenas ſingularias, iſtas majores, quibus ſunt vincti, demito, hoc eſt ſimplices, minores, & leves, non duplices. *Gel. l.* 9. *c.* 4. Homo ſingulariæ velocitatis. *Id. l.* 17. *c.* 9. Literæ ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum. Adde *Turpilium* apud *Non. c.* 8. *n.* 60.

Singulātim, adv. *ſingolarmente*, καθ' ἕκαστον, unumquodque ſeorſum, vel per ſe, cui opponitur generatim, univerſe. *Cic.* 1. *de Inv.* Singulatim de unoquoque genere in ſecundo libro dicemus. *Id.* 1. *Verr.* Ut ea, quæ ſingulatim, ac diu collecta ſint, uno tempore univerſa perdamus. ¶ Vide quæ ſupra in *Sigillatim* adnotavimus.

Singultans, antis, o. 3. λύζων, qui frequenter ſingultus emittit. *Virgil.* 9. *Æn. v.* 333. Truncumque relinquit ſanguine ſingultantem. ideſt cum ſingultu animam efflantem. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 5. *v.* 26. Verba ſingultantia. h. e. ſingultibus interrupta.

Singultātus, a, um, nom. particip. cum ſingultu emiſſus. *Ovid. l.* 5. *Triſt. eleg.* 5. *v.* 16. Et ſingultatis oſcula miſta ſonis.

Singultim, adv. μετὰ λυγμοῦ, cum ſingultu. *Apul. l.* 2. *A. A.* Lamentabili queſtu ſingultim inſtrepebat. ¶ Singultim loqui, eſt loqui ſermone interrupto, & exiluti voce identidem compreſſa, quod uſuvenire ſolet verecundis, & timidis natura. Talem locutionem ἰσχνοφωνίαν vocant Græci. *Hor. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 56. Ut veni coram, ſingultim pauca locutus, ideſt crebro interruptis.

Singultio, is, ivi, itum, a. 4. *ſinghiottire*, λύζω, ſingultum emitto. *Plin. l.* 34. *c.* 1. Non ſingultientibus, nec ſi cum febre dyſpnœa ſit, &c. *Colum. l.* 8. *cap.* 12. *de pullis gallinaceis*: Sequitur grex velut matrem, gallinam ſingultientem.

Singulto, as, neut. 1. frequentius ſingultio. *Stat.* 5. *Theb. v.* 260. Trepidas in limine vitæ ſingultant animas. h. e. cum ſingultu emittunt. V. *Singultans*.

Singultus, us, maſc. 4. *ſinghiozzo*, *ſinghiozzo*, שהוק, Germ. *das Klucken*, Gall. *hoquet*, Hiſp. *ſolloço*, λυγμός, diſtentio ſpiritus, & interruptio in fletu. *Cic. pro Planc.* Non modo lacrymulam, ſed multas lacrymas, & ſingultum cum fletu videre potuiſti. ¶ Neque ſolum hominis eſt ſingultus, verum etiam brutorum animantium. *Virgil.* 3. *Georg. de equis*: Imaque longo illi ſingultu tendunt. *Col. l.* 8. *c.* 5. Quod ſe facere gallinæ teſtantur crebris ſingultibus interjecta voce acuta.

Singŭlus, a, um, *ciaſcuno da per ſe*, Ger. *jeglichs*, Gal. *chacun*, Hiſp. *cadauno*, ἕκαστος, unuſquiſque per ſe, hoc eſt, ſeparatim ab aliis. Fere uſurpatur in numero plurali, ut cætera diſtributiva. *Cic.* 3. *de Or. c.* 33. Refert etiam, qui audiant, Senatus, an Populus, an Judices, frequentes, an pauci, an ſinguli. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 18. Legiones ſingulas poſuit Brunduſii, Tarenti, Siponti, *una per luogo*. *Id. Agrar.* 2. Deſcripſit dena jugera in ſingulos, *dieci per uno*. *Sueton. in Aug. c.* 37. Exegit etiam, ut quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet, *uno in vece di due*. ¶ Quando uſurpatur de tempore, uſurpatur in abl. ſine præp. vel cum præp. in, vel in acc. cum præp. in, ut Singulis horis, diebus, annis, vel in ſingulis diebus, vel in ſingulos dies. Frequentius *in dies*, & *in dies ſingulos*, uſurpantur cum comparativo, aut verbo incrementi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quod efficitur in cœlo ſingulis diebus, & noctibus. *Id. ibid.* Sol binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit. *Id.* 4. *Ver.* Lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis Sacerdotem ſortito capi jubeat. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 7. Quotidie, vel potius in dies ſingulos breviores literas ad te mitto. *Id.* 1. *Catil. c.* 2. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. ¶ Interdum ſinguli dicuntur, qui ſoli, & ſolitarii ſunt. *Senec. de otio Sapien. c.* 29. Proderit tamen primo in ſeipſum ſecedere: meliores erimus ſinguli. *Id. l.* 4. *quæſt. nat. proœm.* Quod eſt miſerrimum, nunquam ſumus ſinguli. ¶ Uſurpatur & *ſingulus* in ſingulari num. pro ſingulari, unico. *Plaut. Ciſtell.* 4. 2. 19. At ut ſingulum video veſtigium. *Gell. l.* 18. *c.* 13. Nummo ſingulo multabatur. Et *l.* 19. *c.* 8. Singulo numero dicenda ſunt. *Auguſt. l.* 1. *de doctr. Chriſt. c.* 5. Singulus quiſque deus eſt, *cadauno*.

Siniſter, ſtra, ſtrum, *ſiniſtro*, שמאלי, Ger. *linck*, Gall. *à gauche*, Hiſp. *a ſiniestra mano*, σκαιός, ἀριστερός, quod eſt ex parte manus lævæ. *Catul. carm.* 12. manu ſiniſtra non belle uteris. *Liv. l.* 3. Nam cum æquaſſet aciem, dum extra ordinem milites, quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuerit. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Siniſter pes. ¶ Metaleptice ponitur pro adverſo, noxio, infelici, quod quæ ſiniſtra manu fiunt, minus recte fieri videmus. *Virg.* 1. *Georg.* Arboribuſque, ſatiſque Notus, pecorique ſiniſter. *Id.* 9. *Ecl.* Siniſtra cornix. *Plin. ep.* 28. *l.* 7. Iſtæc ad alios hanc ſiniſtram diligentiam conferant. Sic ſiniſtra fama, & rumor ſiniſter, apud *Tacit.* 6. *Ann. c.* 32. & *l.* 1. *hiſtor. c.* 93. Siniſtra interpretatio, *ſiniſtra*, *malizioſa*, apud eund. *in Agric. c.* 5. ¶ Item pro pravo. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 257. Quodcunque attigerit (matrona) (ſi qua eſt ſtudioſa ſiniſtri) Ad delinquendum doctior eſſe poteſt. ¶ In Auguriis apud Romanos accipiebatur pro proſpero, felici, læto, ſed apud alias gentes pro adverſo, infelici, triſti, ut Aves ſiniſtræ, auſpicia ſiniſtra. *Varro apud Feſt.* A Deorum ſede cum in Meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes. Hinc factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextera eſſe exiſtimentur. Hæc *Varro*. *Cic.* 2. *Div. c.* 33. Siniſtrum fulmen, auſpicium optimum habemus ad omnes res. *Id. ibid. c.* 39. Ita nobis ſiniſtra videntur, Graiis & barbaris dextra, meliora. V. *Lævus*. ¶ Gradus hujus vocis ſunt *ſiniſterior*, & *ſiniſtimus*. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Cor in pectore ſub ſiniſteriore mamma ſitum. *Feſtus*: Siniſtimum auſpicium. *Priſcianus l.* 5. *ſub init. ſiniſtrior* contracte ſcribit.

Siniſterĭtas, atis, f. σκαιότης, σκαιοσύνη, imperitia, ruſticitas, cui opponitur dexteritas. *Plin. l.* 9. *ep.* 5. Pleriſque dum verentur, ne gratiæ potentium nimium impertiri videantur, ſiniſteritatis, atque etiam malignitatis famam conſequuntur.

Sinis, is, maſc. inſignis, & crudeliſſimus latro Corinthius, qui in Iſthmo graſſabatur, & comprehenſos homines curvatis arboribus alligabat, & diſcerpebat. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 70. & *Senec. in Hippol. v.* 1169.

Siniſtimus, V. Siniſter.

Siniſtra, æ, f. *mano ſiniſtra*, *mano manca*, שמאל, Germ. *die lincke hand*, Gal. *la gauche*, Hiſp. *mano yzquierda*, σκαιά, ἀριστερά, manus læva. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 869. Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra. *Cic.* 1. *de Divin.* Cur a dextra corvus, a ſiniſtra cornix faciat ratum.

Siniſtra, adv. ἐν' ἀριστερᾷ, a parte ſiniſtra. *Cic.* 4. *Acad. c.* 40. Innumerabiles ſupra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, alios diſſimiles, alios ejuſdem modi mundos eſſe?

Siniſtre, adv. *ſiniſtramente*, σκαιῶς, male, perverſe, in malam partem. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 7. Cæterum utrequn cædm ſiniſtre accepta. *Hor. de ar. poet. v.* 452. deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre.

Siniſtrorſum, & Siniſtrorſus, adverb. *verſo la ſiniſtra*, לשמאלית, Ger. *auff die lincke hand*, Gall. *à gauche*, Hiſp. *hazia la mano yzquierda*, ἐν' ἀριστερᾷ, verſus ſiniſtram. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 3. *verſ.* 50. Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. *Cæſ. lib.* 6. *B. G. cap.* 25. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis a flumine regionibus.

Siniſtreverſus, adv. idem ac ſiniſtrorſum. *Lactant. l.* 3. *c.* 6. Aut dextro, aut ſiniſtro verſus ceciderunt.

Siniſtus, i, ſacerdos apud Burgundios omnium maximus, & perpetuus, obnoxius diſcriminibus nullis, ut Reges. *Ammian. l.* 28. *c.* 5.

Sinnadicus, V. Synnadicus.

Sino, is, ſivi, ſitum, a. 3. *permettere*, *laſciare*, נתן, הניח, Ger. *laſſen*, *zulaſſen*, Gal. *laiſſer faire*, *permettre*, Hiſp. *dexar*, *permitir*, ἐάω, ἐπιτρέπω, ἀφίημι, permitto, patior. *Cic. Catil.* 1. *cap.* 5. Non feram, non patiar, non ſinam. *Id. Phil.* 11. *c.* 13. Qui latrocinium in Syriam penetrare ſiviſſet. *Id. Q. Fr.* 2. *ep.* 6. Concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum. *Id. pro Sext. c.* 44. Accuſare eum per Senatus auctoritatem non eſt ſitus. *Ter. Andr.* 3. 3. 50. Sine te hanc exorem. *Virg.* 4. *Georg. v.* 6. Si quem Numina læva ſinunt. ¶ Cum dativo *Juvencus l.* 2. *v.* 22. Et ſine defunctis defunctos condere terræ. Interdum ponitur pro relinquere. *Plaut. Pſeud.* 6. 7. 24. Nam me in taberna atque adhuc ſineret Syrus. ¶ *Sirim*, *is*, *it*, pro *Siverim*, *is*, *it*. *Liv. l.* 34. *c.* 24. Ne iſtuc Jupiter Opt. Max. ſirit. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 120. Per deos, atque homines dico, ne tu illum agrum tuum ſiris unquam fieri. *Id. Pœn.* 3. 1. 20. Ut meas quæro reperire me ſiritis. *Id. Bacch.* 3. 3. 64. Ne Dii ſirint. ¶ *Siſtis* pro *ſiviſtis* legitur apud *Cic. pro Planc. c.* 37. *in fin.*

Sinon, onis, m. 3. filius Siſyphi. Hic cum Græcis Trojam profectus, poſt bellum decennale ab iiſdem ſubornatus, ſua ſponte ſe Trojanis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi, & Trojanis Græcos abiiſſe, & equum ligneum pro voto Minervæ relictum, atque ideo in urbem recipiendum eſſe perſuaſit, ex quo illi incendium ſecutum eſt. *Virg.* 2. *Æn.* Sed ſecundum Euphorionem hoc ab Ulyſſe factum eſt. Hujus inventum fuit ſignificatio ſpecularis. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Sinōpe, & Synope, es, f. *Sinope*, urbs Aſiæ min. in Paphlagonia, in ora Ponti Euxini, cum portu, regia Mithridatis, patria Diogenis Cynici, condita a Mileſiis eo anno, quo Lipara. Ei adjacet fluvius etiam Sinope dictus. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 109. Aſſyrius complexa ſinus ſtat opima Sinope.

Sinopeus, ei, m. σινωπεύς, qui eſt ex Sinope urbe. *Ovid.* 1. *de Pont. ep.* 3. Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus. *Plaut. Curc.* 2. 3. *v.* 73. Sinopeas, Arabas, Caras. ¶ Legitur & *Synopeus*.

Sinopĭcus, a, um, quod ad Sinopem urbem ſpectat, ut Sinopica rubrica, apud *Celſ. l.* 6. *c.* 6. & *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. V. dictionem ſeq.

Sinōpis, idis, f. *ſinopia*, σινωπίς, σινώπη, rubricæ genus præſtantiſſimum. Sic dicebatur a Sinope urbe Ponti, unde & γῆ Ποντική, terra Pontica, item rubrica Pontica dicebatur. Sed generatim pro rubrica ſumebatur, ut magnes proprie, qui ex Magneſia, ſed generatim ſic vocatus lapis, qui ferrum trahit. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Sinopis inventa eſt primum in Ponto, inde nomen, a Sinope urbe. Naſcitur & in Ægypto, Balearibus, Africa, ſed optima in Lemno, & in Cappadocia, effoſſa e ſpeluncis, &c. Sed *Strabo l.* 12. ſic ſcribit, In Cappadocia naſcitur ea, quæ Sinopica rubrica dicitur, omnium optima, quæ cum Iberica decertat. Idcirco Sinopica appellatur, quod eo mercatores eam deferebant, priuſquam Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

Sinuāmen, inis, n. curvatio, inflexio in modum ſinus. *Prudent. in Pſych. v.* 873. Sinuamine ſubter ſubductus conchæ in ſpeciem.

Sinuātus, a, um, *curvato*, *curvo*, κολπωτός. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Luna ſinuata in orbem. *Ovid.* 14. *Metam.* curvos ſinuatus in arcus.

Sinueſſa, fem. 1. prius Sinope, col. & urbs olim Campaniæ, in ora, ubi Maſſicus M. deſinit, ubi nunc *Rocca di Mondragone*. *Liv. l.* 10. in ſaltu Veſtino Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde a Romanis coloniis appellata. *Silius l.* 8. *v.* 529. tepentem Sinueſſam appellat, propter thermas, quæ ibi fuere. V. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Sinueſſānus, a, um, adject. ad Sinueſſam pertinens. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum.

Sinuo, as, a. 1. *torcere*, *incurvare*, Ger. *biegen*, Gal. *courber*, Hiſp. *corbar*, *encorvar*, κολπόω, curvo, in ſinus flecto. *Virg.* 2. *Æn.* Sinuatque immenſa volumine terga. *Ovid.* 2. *Met.* Tremulis ſinuantur flamine veſtes. ideſt

eſt formantur, rugantur, in ſinus colliguntur. ¶ Interdum notat cavare. *Celſ. l. 7. c. 2.* Qui proxima, & adhuc ſana rodendo ſinuet.

Sinuoſe, adv. involute, obſcure. *Gell. l. 12. c. 5.* Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertius, quæ ſuiſſe dicturum puto ſinuoſius, & ſolertius.

Sinuoſus, a, um, *torto, curvo*, Ger. *das viel krumb hat*, Gall. *qui a pluſieurs plis, & détours*, κολπώδης, curvatus, utiflexus, in modum ſinus. *Virg. 11. Æn.* Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat. *Plin. l. 11. c. 37.* Cor prima domicilia vitæ ſa animo, & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. ¶ Tranſlata ponitur pro involuto, obſcuro, occulto. *Quintil. l. 2. 2. 4.* Sinuoſa narratio. *Perſ. ſat. 5. v. 27.* Sinuoſo in pectore figere. h. e. intimo.

Sinus, i, m. vel Sinum, i, neut. vaſis genus ita dictum, teſte *Varr. l. 4. L. L.* quia majorem cavationem, quam pocula, habeat. *Virg. in Ecl. 7. v. 33.* Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis expectare ſat eſt. *Plaut. Curc. 1. 1. 83.* Hic cum vino ſinus fertur.

Sinus, us, m. *ſeno*, חיק, Germ. *buſem*, Gall. *ſein*, Hiſp. *ſeno*, κόλπος, pars illa, quæ eſt intra pectoris, brachiorumque complexum. *Virgil. 4. Æn.* Sinum lacrymis implevit obortis. ¶ Geſtare aliquem in ſinu, eſt fovere, impenſe amare. *Terent. Adelph. 4. 5.* Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu? ¶ In ſuum ipſius ſinum inſpuo, prov. cum admonemus aliquem, ut domeſticorum malorum recordatione, deſinat urgentius inſectari vitium alienum. *Plin. l. 28. c. 4.* Veniam quoque a Deis ſpei alicujus audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. ¶ In ſinu gaudere, eſt tacitam apud ſe voluptatem ſentire, neque vulgo proferre gaudii notas. *Cic. 3. Tuſc.* Ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. *Prop. l. 2. el. 26.* In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. ¶ Metonymice capitur pro præcordiis. *Ovid. ep. 5.* Attoniti micuere ſinus, gelidusque cucurrit, ut mihi narraſti, dura per oſſa timor. ¶ Tranſlata ſumitur pro intima quadam familiaritate, vel amicitia. *Cic. l. 14. Fam. ep. 4.* Iſta vero ſit in ſinu ſemper, & complexu meo. *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 12. de Pompejo.* Mihi crede, in ſinu eſt, neque ego diſcingor. id eſt eum amo, eſt mihi amiciſſimus, neque hanc amicitiam diſſolvere cogito. *Id. 3. Verr.* Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit. id eſt ex ſuis intimis, & maxime familiaribus. ¶ Item pro poteſtate. *Scævola, l. qui teſtamentum, ff. de probation.* Quod omnem fortunam, & ſubſtantiam, ſiquam a matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine cautione. ¶ Item pro ſecuritate, & præſidio. *Plin. in Paneg.* Geſtus Conſulatus non in hoc urbis otio, & intimo ſinu pacis. ¶ Dicitur item per tranſlationem de laxitatibus veſtium, quæ inter plicas intermediæ ſunt. *Virg. 1. Æn.* Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes. ¶ In toga Romana ſinus erat pars quædam laxior, & tanquam excurrens in dextram partem, ut cum corpus toga amictum, involutumque eſſet, a dextera in ſiniſtrum humerum rejectatur, & e ſiniſtro humero in brachium plerunque deſcenderet, & ab eo exciperetur, aut ipſum involveret. *Suet. in Cæſ. c. 82.* Toga caput obvolvit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 171.* Ferre nuces ſinu laxo. ¶ Subducere ſinum bonis, eſt oblata bona recuſare. *Senec. in Thyeſt.* Cur bonis tantis ſinum ſubducis? ¶ Sinum ex toga facere, eſt extremas togæ oras ita contrahere, ut in medio ſinus, hoc eſt capacitas quædam relinquatur. *Liv. l. 21.* Tum Romanus, ſinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum, atque pacem portamus, utrum placet, ſumite. ¶ Item dicitur de velis, quæ ventis flantibus curvantur, & ſinuoſa redduntur. *Virg. 5. Æn.* Colligere arma jubet, validisque incumbere remis, obliquatque ſinus in ventum. *Juven. ſat. 1. v. 49.* Totos pande ſinus. ¶ Item de caſſibus venatoriis. *Mart. l. 13. ep. 101.* Pulcher adeſt onager, mitti venatio debet dentis Erythræi, jam removeto ſinus. *Juven. ſat. 4. v. 41.* Impleverat que ſinus. ¶ Sinus in mari ſunt flexuoſi litorum anfractus, excavati maris in terram receſſus, curvo litore mare quaſi brachiis amplectentia, quæ in ſummitatibus cornua vocantur, *ſeno*, *golfo*. *Cic. 7. Verr.* Ubi primum ex alto ſinus ad urbem a litore inflectitur. *Id. ibid.* Qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur. ¶ Sinus in ſerpentibus dicuntur volumina, & ſpiræ ſinuati corporis. *Cic. in Arat.* Et draco conficiens ſinus e corpore flexos. ¶ Denique ſinus ponitur pro latebra, & receſſu, quo aliquid tegimus. *Tac. 2. hiſt. c. 92.* Id omnem ſervitia urgentia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos, & ambitioſos ſinus. ¶ In illo *Ovid. Heroid. epiſt. 8. v. 62.* Perque ſinum lacrymæ fluminis inſtar eunt: quidam etiam exponunt oculorum cavitatem; quod ſimiliter facit *Servius* in verbis Virgilii, quæ primo loco attulimus. Verum ea notio hiſce exemplis non ſatis probatur.

Sion, onis, f. collis in parte meridionali urbis Hieruſalem, in quo ſtructa fuit arx David.

Siparium, ii, παραπέτασμα, aulæolum, quo in ſcenis utebantur mimi, ad ſcenam velandam, quod aliter vocatur aulæum, teſte *Feſto*. Sic autem dictum eſt, quia velandi cauſa obſiparetur, ſive objiceretur. *Donat. vel alius quiſpiam in prol. Ter.* Aulæa in ſcena in terra ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam uſque perlatus, pro quibus ſiparia ætas poſterius accepit. Eſt autem minutum velum, quod populo obſiſtit, dum fabularum actus commutantur. *Cic. de Prov. Conſ. c. 6.* Quibuſcum jam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

Siphnius, a, um, ad Siphnon inſulam pertinens, ut Siphnius lapis, apud *Plin. l. 36. c. 22.*

Siphnos, f. s. *Siſano*, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, cum urbe ſatis ampla in colle. *Plin. l. 4. c. 12.*

Sipho, onis, m. *cannone*, *canale*, צינור, Germ. *eine rohre*, Gall. *tuyau*, Hiſp. *aguatocho*, *atenor*, σίφων, fiſtula, ſeu canalis, unde aqua effluit. *Col. l. 3. c. 10.* Naturali enim ſpiritu omne alimentum arentis quaſi quædam anima per medullam trunci veluti per ſiphonem, quem diabetem vocant mechanici, trahitur in ſummum. *Plin. l. 2. c. 65. de aqua in ſummis jugis erumpente:* Quo ſpiritu acta, & terræ pondere expreſſa ſiphonum modo emicat. *Plin. ep. 43. l. 10.* Et alioqui nullus uſquam in publico ſipho, nulla hama, &c. Loquitur de inſtrumento adverſus incendium comparato, quod altiſſime in ipſa uſque ædium faſtigia aquam exprimit & ejaculatur. *Juvenal. ſat. 6. v. 309. de urina longo tractu emiſſa*. Effigiemque Deæ longis ſiphonibus implent.

Siphunculus, i, m. σιφώνιον, exigua fiſtula ex ære, vel marmore, aliave materia, per quam aqua exilit a fonte, dimin. a ſipho. *Plin. l. 5. ep. 6.* E ſtibadio aqua ſiphunculis effluit. ¶ Legitur & *ſipunculus*.

Sipo, as, a. 1. jacio, diſſicio. *Feſt. in Proſapia*.

Sipolindrum, i, n. nomen ficti aromatis, jaculariter uſurpatum a coquo apud *Plaut. Pſeud. 3. 2. 43.*

Sipontum, neut. 2. *Siponte*, col. & urbs ext. Apuliæ Dauniæ, in ore lit. ad rad. Gargani M. Condita fuit a Diomede, & everſa a Saracenis. *Plin. l. 3. c. 11.* ¶ A *Silio l. 8. v. 636.* dicitur *Sipus*, *untis*. ¶ Sipontinus, i, qui eſt ex Siponto. Hoc nomine ſæpe laudatur Nicolaus Perottus Siponti Epiſcopus, qui commentarium linguæ Latinæ edidit, titulo *Cornucopia*.

Sipus. V. Sipontum.

Sipyleus, vel Sipyleius, a, um, adject. a Sipylo, ut Sipyleia genitrix, h. e. Niobe, apud *Stat. l. 3. ſilv. 1. v. 33.* ubi alii legunt *Sipylea*.

Sipylos, vel Sipylus, i, mons Phrygiæ, ſeu Mæoniæ, ubi Niobe in ſaxum converſa eſt. *Propert. l. 2. eleg. 20.* Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba Sollicito lacrymas depluit a Sipylo. ¶ Apud hunc montem Antiochus ab Romanis ingenti prælio victus eſt, ut eſt apud *Liv. l. 37. c. 37.* ¶ Urbs etiam hoc nomine fuit ad hujus montis radices, quæ terræ motu abſorpta eſt. *Plin. l. 2. c. 91.* ¶ Legitur & *Sipulus*.

Siquando, adv. *ſe qualche volta*, *ſe una volta*, Ger. *wenn etwan*, Gall. *ſi quelque fois*, Hiſp. *ſi alguna vez*, εἴποτε, ſi aliquando, ſi aliquo tempore. *Cic. de Amic.* Siquando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam, diſputabunt. *Ter. Eun. 3. 1. 14.* Negotii ſiquando odium ceperat. *Liv. l. 8. c. 4.* Siquando unquam uſurpandæ libertatis tempus optaſtis.

Siquidem, *poichè*, *perchè*, Germ. *denn*, Gal. *car*, Hiſp. *pues*, ἐπεί, ἐπείπερ, quoniam, enim, quippe, conjunctio cauſalis. Componitur ex *ſi*, & *quidem*, ex quibus vocibus *ſi* cum per ſe producatur, tamen hic corripitur. Non habet autem ſignificationem partium, ex quibus componitur. *Cic. 1. Tuſc. c. 1.* Nam cum apud Græcos antiquiſſimum a doctis ſit genus Poetarum, ſiquidem Homerus fuit, & Heſiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo, &c. *Ovid. 11. Metam. v. 219.* nec avi magis ille ſuperbit Nomine, quam ſoceri: ſiquidem Jovis eſſe nepoti, Contigit haud uni, conjux Dea contigit uni. ¶ *Si quidem*, duabus diſtinctis vocibus, eſt ſi certe, ſi tamen, *ſe pure*, *ſe ovveramente*. *Cic. Catil. 2. c. 4.* O fortunatam rempublicam, ſi quidem hanc ſentinam ejecerit. *Terent. Eun. 3. 1.* Siquidem me amaret, tunc iſtud prodeſſet, Gnatho. ¶ Interdum etiam in hac ſignificatione hæ dictiones conjunctæ ſunt. *Ovid. 4. Faſt. v. 603. de Proſerpina:* Hoc quoque tentemus, ſiquidem jejuna remanſit, Sin minus, inferni conjugis uxor erit.

Siquis, ſiqua, ſiquod, vel ſiquid, *ſe alcuno*, Ger. *ſo einer*, Gall. *ſi aucun*, Hiſp. *ſi alguno*, εἴ τις, ſi aliquis. *Cic. l. 1. Fam.* Regis cauſa ſi qui ſint, qui velint, qui pauci ſunt. *Id. pro Plan.* Siquid cum periculo experiaris. *Id. Attic. l. 1. ep. 7.* Si quo pacto potes. *Virg. Ecl. 7. v. 9.* Si qua tui Corydonis habet te cura, venito. *Id. Æn. 9. v. 406.* Siqua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit, ſiqua ipſe meis venatibus auxi. ¶ Interdum conjungitur cum *alius*, qua clauſula utimur, cum ſignificare volumus, quempiam in re aliqua vehementer excellere. *Sueton. in Claud. c. 40.* Siquem alium, & ſe liberum eſſe. ¶ Siquando legitur *ſiquæ* neutr. plur. pro *ſiqua*, error potius cenſendus eſt, quam probabilis lectio.

Siquo, adv. ſi in aliquem locum. *Cic. Att. l. 8. ep. 2.* Eas, ſi quo tile miſit, in publicum proponant, velim.

Siræum, i, n. *vin cotto*. *Plin. l. 14. c. 9.* Siræum, quod noſtri ſapam appellant. ¶ Legitur & Syræum.

Siraſpa, æ, genus condimenti, quod fit ex ſampſa, h. e. ſucco olearum expreſſo, cui admiſcentur ſal, carenum, cyminum, ſemen feniculi, & aniſum Ægyptium. ¶ Legitur hæc vox in titulo c. 49. l. 12. apud *Columell.* eo autem capite idem Auctor ejus conficiendæ rationem tradit.

Siraitula, æ, genus uvæ condituræ aptæ. *Col. l. 12. c. 43.*

Sircitla, æ, l. uva, Venicula etiam dicta, quæ in ollis condiebatur, & ſervabatur. Harduinus ait Venetis vocari *uva marzemina*. *Plin. l. 14. c. 2.*

Siredones, um, f. σειρηδόνες, eædem quæ Sirenes. *Auſon. Idyl. 11. v. 20.* Tres in Trinacria Siredones omnia terna.

Siremps, & Sirempſe (quorum alterum recti caſus videtur, alterum ablativus) vox peranomque, & obſoleta, quæ ſignificat *ſimilis*, *re ipſa*, ut *Feſtus* exponit. *Plaut. Amph. prol. v. 73.* Sirempſe legem juſſit eſſe Jupiter, quaſi magiſtratum ſibi, alteriue ambiverit. h. e. ſimilem re ipſa legem eſſe voluit, ac ſi quis per ambitum magiſtratum obtinuiſſet. *Sen. ep. 91.* Omnium rerum, quas terra premit, ſiremps lex eſto. h. e. eadem lege, & conditione tenentur. Al. leg. *ſimus unum eſſe*. Adde fragmenta duo vet. legum apud *Gruter. pag. 508 & 428.*

Siren, enis, f. *Sirena*, Ger. *ein meer wunder*, Gall. *Sirene*, Hiſp. *Sirena*, σειρήν, marini monſtri genus, quod ſuperiore ſui parte virginis formam refert, inferiore in duos piſcis caudas deſinit. Quidam deducunt ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quod delenifico cantu attraherent navigantes. Unde & Syrenes per y ſcribere malunt. Quam opinionem merito damnat *L. Joh. Scoppa l. 1. Collect. c. 30.* Nam græca dicuntur σειρῆνες, ει autem mutatur in i. Sirenes ſecundum fabulas tres ſorores fuere, filiæ Acheloi fluminis, & Calliopes Nymphæ, quarum nomina fuerunt Parthenope, Lygia, & Leucoſia. Sed ſecundum *Leontium* fuerunt filiæ Acheloi fl. & Terpſicores Muſæ, & quatuor fuere, his nominibus, Aglaoſis, vel Aglaope, Thelxiope, Piſino, Ilyge, ſeu Lygia. Primo juxta Pelorum prom. Siciliæ, poſt in Capreis, inſulis maris Tyrrheni, Campaniæ adjacentibus, habitaverunt. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra, vel cithara canebat, tam blande, ut nantes dulcedine nautas ſopitos, ſopitos demergerent, demerſos etiam devorarent. Ulyſſes autem, cum illac ei iter eſſet, ſociorum aures cera obturavit, ne inſidioſos Sirenum cantus poſſent exaudire, ſe ipſum vero malo navis juſſit alligari, atque ita periculum tutus evaſit. Sirenes itaque, cum ſe contemni viderent, impatientia doloris ſe præcipitaverunt in mare. Sed *Ovid. l. 5. Metam.* tradit, has fuiſſe ſocias Proſerpinæ, eamque raptam diu quæſiſſe, quam cum non inveniſſent, optaviſſe in mari vivere, & in marina monſtra converſas eſſe, ſurſum verſum virginea forma, poſtrema corporis parte piſces. *Cic. l. 5. Fin.* dicit, mulieres fuiſſe, quæ ſcientiam multarum rerum profitebantur. V. *eund. ibid. c. 18.* *Serv. in 5. Æn.* ubi fabulam narravit, hæc addit: Secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos deducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia. Has Ulyſſes contemnendo deduxit ad mortem. ¶ Fuerunt, qui & aves quaſdam in India eſſe tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde ſomno gravatos lacerarent, ut narrat *Plin. l. 10. c. 49.* *Virg. 5. Æn. ſub fin.* Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat. ¶ Tranſlate *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 14.* Vitanda eſt improba Siren deſidia. ¶ *Suet. de illuſt. Grammat. c. 11.* narrat, Valerium Catonem propter ſuavitatem carminum, Latinam Sirenem appellatum fuiſſe.

Sirenæus, a, um, ad Sirenas pertinens. *Hieronym. ep. 62. c. 2.* Sirenæos cantus obturata aure pertranſis.

Sirenes, um, f. 3. genus fucorum, ut nymphæ genus apum. *Plin. l. 11. c. 16.* Cætera (apium) turba, cum formam capere cœpit, nymphæ vocantur, ut fuci, ſirenes, aut cephenes.

Sirenius, a, um, adject. ad Sirenas pertinens. *Gel. l. 16. c. 8.* Tanquam ad Sirenios ſcopulos conſeneſcas.

Sirenuſæ, f. *le Sirene*, tres inſulæ velut ſcopuli in ſinu Paſtano, apud prom. Sirenuſſarum, quod ſinum prædictum finit, quarum propior Leucoſia, ſive Leucaſia, *la Licoſa*, dicitur, altera Parthenope, *S. Pietro*, tertia Ligia, *Gale*, ſeu *la Galitta*, & aliis *il Gallo*. Nomen accepere a Sirenibus, quæ apud illud prom. ſepultæ ſunt. *Plin. l. 3. c. 10.*

Siriacus, a, um, adject. a Sirio aſtro. *Avien. in Arat.* Et cum Siriaco torretur ſpica calore.

Siriaſis, is, f. σειρίασις, morbus ex inflammatione membranarum cerebri cum corporis totius ſiccitate, qualem vehemens Solis æſtus tempore ſolſtitii, aut diebus canicularibus ſolet afferre, imprimis pueris, quem fortaſs

Digitized by Google

caſo ſolſtitialem morbum *Plautus* vocat in *Trinummo a. 2. ſc. 4.* Eſt a σειρίασις, quod a σείριος, *Sirius*. *Plin. l. 22. c. 21.* Folia infantium diſſilatrombus, quod ſiriaſin vocant, illita medentur. *Id. l. 30. c. 15.* Oſſibus in canino fimo inventis aduſtio infantium, quæ vocatur ſiriaſis, adalligatis emendatur.

Sirim, is, it, V. in Sino.

Siris, m. 3. *Seno*, *Senno*, fl. Magnæ Græciæ, in Lucania trans Aponinum M. Oritur in fim. Calabriæ cit. Grumentum ergat, & prope opp. Sirim, *Torre di S. Baſilio*, in ſin. Tarentinum ſe exoneret. *Plin. lib. 3. cap. 11.*

Siriſum, i, neut. herba, alio nomine Artemiſia, & Serpyllum majus. *Apul. de herb. c. 10.*

Sirius, ii, m. σείριος, ſtella in ore Canis, quæ cum Sole conjuncta æſtum ejus duplicat, mortaliumque corpora nimio calore languida reddit. *Virg. 3. Æn. v. 141.* tum ſteriles exurere Sirius agros. ¶ Adjective ponitur pro nimis fervido, ut Sirius ardor. *Virg. 10. Æn. v. 273.* Sirius vapor. *Prudent. in hymn. Epiphan. v. 22.* V. Canicula.

Sirmio, onis, f. peninſula in lacu Benaco prope Veronam, *Sermione*. *Catul. carm. 32.* Peninſularum Sirmio, inſularumque ocelle.

Sirpe, is, n. pars quædam ſilphii, quæ magnæ exiſtimationis, & pretii erat, vel ipſum laſerpitium. *Plaut. Rud. 3. 2. 15.* Si ſperas tibi hoc anno multum futurum ſirpe, & laſerpitium. ¶ Scribitur & *ſyrpe*. *Solin. c. 40.* Apud Cyrenenſes ſyrpe gignitur, odoratis radicibus, &c.

Sirpices, um, m. videre qui Irpices. *Var. l. 4. de L. L.*

Sirpicus, vel Syrpicus, a, um, adject. a Sirpe, ut Sirpicum lac, idem quod ſilphii ſuccus, ſeu laſer. *Solin. c. 40.* Lac ſirpicum uſu derivante laſer nominatum.

Sirpo, (rectius quam ſcirpo) as, a. 1. necto, ligo, vincio. Uſus eſt *Var. l. 4. de L. L.* qui dici ait dolia ſirpata, cum alligata ſunt.

Sirpus, cum derivatis. V. Scirpus.

Sirulugus, i, m. animal quoddam, quod nec quale eſſet, nec ubi naſceretur, traditum eſt ab auctoribus, Ita *Plin. l. 32. c. 15.* ubi Harduinus ex MSS. *Subiugus* legit pro *Sirulugus*.

Sirus, i, m. ſpelunca ſubterranea condendo, & aſſervando frumento effoſſa. *Var. l. 1. R. R. c. 57.* Quidam granaria habent ſub terris, ſpeluncas, quas vocant σειρούς, ut in Cappadocia, & Thracia. *Colum. l. 1. c. 6.* Transmarinis quibuſdam provinciis puteorum in modum, quos appellant ſiros, exhauſta humus, editos a ſe fructus recipit. Adde *Curt. l. 7. c. 4.* ¶ Quidam ſcribunt *Syrus*, ſed minus recte.

Sis, *ſe vuoi*, ſi vis. Particula eſt Comicis familiaris, ac Ciceroni quoque, & aliis uſurpata ad imperium leniendum. *Don. in Eun. a. 4. ſc. 7.* Quia imperativa verba ſunt contumelioſa, addebant veteres, Sis, quod ſignificat, ſi vis. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 16.* Age nunc refer animum, ſis, ad veritatem. *Plaut. Amph. 2. 1. 38.* Jam ſequere, ſis, herum. *Id. Aſin. 3. 3. 89.* Age ſis, hunc delude. *Perſ. ſat. 1. v. 107.* Vide ſis, ne majorum tibi forte Limina frigeſcant. *Id. Caſ. 2. 6. 49.* Age ſis. Et *Pan. 1. 2. 15.* Apage ſis. ¶ Uſurpatur interdum ſimpliciter extra imperativum modum. *Plaut. Aſin. 3. 3. 93.* Quæſo hercle, Libane, ſis herum tuis factis ſoſpitari, da mihi iſtas viginti minas.

Sis, pro ſuis, apud vet. *Enn. apud. Feſt.* Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.

Siſapo, onis, f. *Fuente*, *Oveiuna*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, ubi præſtantiſſimum minium fodiebatur. *Plin. l. 3. c. 1. & l. 33. c. 7.* Hinc *Cic. Phil. 2. c. 19.* Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres, præter unum Miſenum, quod cum ſociis, tanquam Siſaponem tenebas? Ubi *Turneb. l. 10. c. 12.* alludit, inquit, ad miniaria metalla Siſaponenſium, quæ ſocietates publicanorum exercebant: dicit enim, Antonium non unum poſſeſſorem Miſeni fuiſſe, ſed poſſeſſionis ſocios habuiſſe multos.

Siſaponenſis, ſe, adject. ad Siſaponem pertinens, ut Siſaponenſis regio. *Plin. l. 33. c. 7.*

Siſara, æ, f. herba apibus gratiſſima, quam & ericem vocant. *Plin. l. 11. c. 16.*

Siſenna, æ, m. L. Siſenna antiquus fuit Romanæ hiſtoriæ ſcriptor, doctus vir, & ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens, non ſine facetiis. Ita eum laudat *Cic. in Brut. c. 64.*

Siſer, eris, n. 3. σίσαρον, herba paſtinacæ non diſſimilis, quæ hodie vulgo ſerailla, ſive chervilla appellatur. *Plin. l. 19. c. 9.* Inter medica dicendum ſiſer, & ipſum Tiberius Princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis a Germania. Gelduba appellatur caſtellum Rheno impoſitum, ubi generoſitas præcipua. Ineſt longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulſo in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. *Colum. l. 14. c. 3.* Paſtinaca, & ſiſer, atque inula convaleſcunt alte paſtinato, & ſtercorato ſolo. ¶ Uſurpatur etiam in maſculino genere. *Plin. l. 20. c. 5.* Hicesius ideo ſtomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres ſiſeres edendo continuaret.

Siſon agrion, herba caule fæniculi, radice magna, nigra, & graviſſimi odoris, ſucco plena, flore nigro, alio nomine peucedanos, & pinaſtellus. *Apul. de herb. c. 94.*

Siſpes, & Siſpite, pro Soſpes, & Soſpita dixiſſe aliquando veteres, probat *Reineſ. ex Inſcript. vet. pag. 383.* his verbis: Sacerdos Junonis Reginæ Siſpitæ, &c. & paucis interjectis: Sacerdote Jovi Siſp. h. e. *Soſpiti*. Juno Siſpita legitur etiam in nummo Commodi apud Vaillant. & in Muſeo Theupoli.

Siſto, is, ſtiti, ſtatum, a. 3. *fermare*, הֶעֱמִיד, Germ. *ſtellen*, Gall. *arrêter*, Hiſp. *eſtancar*, *detener*, ἱστάναι, ſtare facio, coerceo, reprimo, ſeu retineo, ab ἵστω, ſive ἵστημι. *Tac. 12. Ann. c. 39.* Nec ideo fugam ſiſtebat. *Ovid. 7. Metam.* Siſtere querelas. *Virg. 6. Æn. v. 465.* Siſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. ¶ Præteritum habet *ſtiti*, non *ſteti*. *Gell. l. 2. c. 12.* In libro vetere M. Catonis, qui inſcribitur contra Tiberium exulem, ſcriptum quidem ſic erat, Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſes? Recte ille ſtitiſſes ſcripſit. Sed falſi, & audaces emendatores e ſcripto, per libros ſtetiſſes fecerunt, tanquam ſtitiſſes vanum, & nihili verbum eſſet. Quin potius ipſi nequam, & nihili ſunt, qui ignorant ſtitiſſes dictum a Catone, quoniam ſiſteretur vadimonium, non ſtaretur. Hæc *Gell. Ulp. l. 1. ff. de eo, per quem factum erit*, &c. Si ſeus dolo actoris non ſteterit, non habebit ex hoc edicto adverſus eum actionem. *Priſcianus* præteritum hujus verbi *ſtatui* eſſe exiſtimavit, quod certe a verbo *ſtatuo* eſſe conſtat, quemadmodum & ſupinum *ſtatutum*. ¶ In ſupino habet *ſtatum*, non *ſtitum*. Patet ex participio paſſivo *ſtatus*, & ex præterito *ſtatus ſum*. *Ulpian. l. 1. ff. ſi ex noxali cauſa*. Non videri eo eadem cauſa ſtatum. ¶ Sumitur etiam pro ſtatuere, conſtituere, ut Fana, vel templa ſiſtere. *Tac. 4. hiſt. c. 53.* Haruſpices monuere, templum iiſdem veſtigiis ſiſteretur. *Feſtus:* Siſtere fana cum in urbe condenda dicitur, ſignificat loca in oppido futurorum fanorum conſtituere, quod Antiſtius Labeo ait, in commentario quintodecimo Juris Pontificii fana ſiſtere eſſe lectiſternia certis locis, & Diis habere. *Paul. apud Feſ.* Siſtere fana cum dicerent, ſignificabant lectiſternia certis in fano locis componere. ¶ Item pro confirmare, corroborare, & quaſi ſuſtentare fulcire. *Virg. 6. Æn. v. 857.* Hic rem Romanam magno turbante tumultu ſiſtet eques. *Plin. in Paneg.* Magnum hoc tuum non erga homines modo, ſed erga tecta ipſa meritum ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere. ¶ Item pro præſentare, & quaſi præſentiam corporis exhibere. *Plaut. Curc. 1. 3. 6.* Ubi tu es, qui me libello Venerio citaſti? ecce me: Siſto ego tibi me, & mihi contra itidem ut ſiſtas, ſuadeo. *Cic. Attic. lib. 3. epiſt. 25.* Ut te ante Calendas Januarias, ubicunque erimus, ſiſtas. *Ulpian. l. ſi ſervum, ff. ſi ex noxali cauſa agatur:* Si ſervum in eadem cauſa ſiſtere quis promiſerit, & liber factus ſiſtatur. *Id. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem*, &c. Qui impedit aliquem judicio ſiſti. *Id. ibid.* Verum qui alios quoque rogaverit, ut eum detinerent, vel abducerent, ne in judicio ſiſteret. ¶ Siſtere vadimonium, eſt, obire. h. e. ſe in judicio ſiſtere. *Cic. pro Quint. c. 8.* Venit Romam Quintius; vadimonium ſiſtit. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, & ponitur pro conſiſtere, ſtare. *Cic. 5. Ver. c. 96.* Qui Rempubl. ſiſtere negat poſſe, ni, &c. *Virg. 1. Georg.* Siſtunt amnes, terræque dehiſcunt. ¶ Aliqui ſubintelligunt *ſuos curſus*. ¶ Uſurpatur quoque impersonaliter. *Ulpian. l. ult. ff. ſi quis in jus vocatus*, &c. Cum quis in judicium ſiſti promiſit, neque adjecit pœnam, ſi ſtatum non eſſet.

Siſtratus, a, um, qui ſiſtrum gerit. *Martial. l. 12. epig. 29. de Ægyptiis:* Linigeri fugiunt calvi, ſiſtrataque turba.

Siſtrum, ſtri, n. σεῖστρον, crepitaculum æneum, quo Ægyptii Sacerdotes in Iſidis ſacris uti ſolebant, ἀπὸ τοῦ σείειν, hoc eſt a quatiendo, propterea quod concuſſum argutum, ſonorumque ederet tinnitum. *Ovid. 2. Amor.* Per tua ſiſtra precor, per Anubidis ora verendi. *Martial. l. 4. epig. 54.* Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu. ¶ Hoc inſtrumentum apud Ægyptios vicem tubæ exhibebat. *Virg. 8. Æn. v. 696.* Patrio vocat agmina ſiſtro.

Siſurna, æ, f. vulgare ſtragulum, vel tunica ex pellibus. *Ammian. l. 16. cap. 6.*

Siſymbrium, ii, n. herba. *Plin. l. 20. c. 25.* Siſymbrium ſilveſtre a quibuſdam thymbræum appellatur, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis naſcitur, ſimile naſturtio eſt. Quod in ſicco ortum, odoratum eſt, & inſeritur coronis. Hæc *Plin. Ovid. 4. Faſt. v. 869.* Cumque ſua dominæ date grata ſiſymbria myrto.

Siſyphides, æ, m. patronymicum, Ulyſſes Syſiphi filius ex Anticlya, quam Laertæ deſponſatam ille violaverat. *Ovid. 3. de Arte am. v. 313.* His ſua Siſyphides auditis pene reſolvit Corpora: nam ſociis illita cera fuit.

Siſyphius, a, um, adject. a Siſypho. *Propert. l. 2. eleg. 20.* Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.

Siſyphus, m. 2. Σίσυφος, Æoli filius, frater Crithei, Salmonei, Iphiclei, ætate Danai Regis Argivorum, vel certe Lyncei filii Ægipthi, qui Danao ſucceſſit. Uxorem duxit Meropem filiam Atlantis. Secundum *Euſebium* condidit Ephyren urbem, quæ deinde Corinthus appellata eſt. *Ovid. 4. Faſt.* Siſyphus alter, filius Æoli, regnante Athenis Ægeo, mortalium omnium ſuæ ætatis aſtutiſſimus. Hic cum Iſthmum occupaviſſet inter duo maria Jonium, & Ægæum, & latrociniis Atticam infeſtaret, homines, quos in ſuam poteſtatem redegiſſet, ingentis ſaxi pondere oppreſſos interficiebat, ut *Lactantius* ſcripſit, vel, ut *Servius*, eos ſibi pedes abluere jubebat, operique intentos calce in mare dejiciebat. Tandem a Theſeo interfectus eſt. Itaque Poetæ fabulantur, Siſyphum hunc ex ſupplicii genere apud Inferos plecti, ut ſaxum ingens in montis cujuſdam verticem cogatur provolvere, quod cum ad ſummum pene extulerit, repente deorſum relabitur. *Ovid. 3. Metam.* Aut petis, aut urges rediturum Siſyphe ſaxum.

Siſyrinchium, ii, n. σισυρίγχιον, genus bulbi. *Plin. l. 19. c. 5.*

Sitanius panis dicitur a *Plin. l. 22. c. 23.* qui conficitus ex quodam tritici genere. V. *Aliceſtrum*.

Sitarchia. V. dictionem ſequentem.

Sitarcia, æ, f. σιταρκία, viaticum, ſive commeatus nauticus, *provviſione di vitto per navigare*, a σῖτος, cibus. Uſurpat hanc vocem *Hieronym.* in vita Malchi *prope fin.* item *Vetus Juvenalis Scholiaſt. in ſat. 12. v. 61.* Sic *Apul. l. 2. Metam.* Hæc enim ſitarcia navigio Veneris indiget ſola. Plures tamen hic leg. *ſitarchia*, σιταρχίαν, h. e. præfecturam nautici viatici.

Sitella, æ, f. καλπίδιον, parva ſitula, dim. Accipitur frequenter pro ea urna, a qua ſortes duci conſueverunt. *Plaut. Caſ. 2. 5. 34.* Conjiciam ſortes in ſitellam, & ſortiar tibi, & Chalino. *Liv. l. 25. c. 3.* Tribuni populum ſummoverunt: ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. ¶ Item pro vaſe, in quo ſuffragia diribenda ponuntur. *Cic. in fragment. oration. pro C. Cornel.* apud *Aſcon.* Dum tabellæ diribentur, dum ſitella defertur.

Sithonia, f. 1. regio Thraciæ, apud ſin. Macedoniæ, & oram maris Ægæi, ubi Sithon M. Hinc

Sithónis, idis, f. quæ eſt e Sithonia regione. *Ovid. Heroid. ep. 2. v. 6.* Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.

Sithonius, a, um, adject. a Sithonia, ut Sithoniæ nives, apud *Virg. Ecl. 10. v. 66.*

Siticines, m. 3. qui apud ſitos, ideſt mortuos, & ſepultos canere ſoliti erant honoris cauſa cantus lamentabiles, a *ſitus*, & *cano*, ut *liticines* a *lituus*, *tubicines* a *tuba*. *Gell. l. 20. c. 2.* ex Atteio Capitone. Uſus eſt hac voce *Cato* apud eundem *ibid.* & apud *Non. c. 1. n. 168.*

Siticulōſus, a, um, διψαλέος, quod ſitim affert, vel auget. *Plin. l. 23. c. 6.* Melimela, & reliqua dulcia ſtomachum, & ventrem ſolvunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed nervos non lædunt. ¶ Accipitur etiam pro vehementer ſitiente, ſicco, arido. *Horat. Epod. od. 3.* Nec tantus unquam ſiderum inſedit vapor Siticuloſæ Apuliæ. *Col. de arb. c. 16.* Sed ſi aſpera, & ſiticuloſa loca arboribus obſerenda ſint.

Sitiens, entis, o. 3. *ſitibondo*. *Cic. in Piſon. c. 25.* Ipſe cum hominibus quindecim male veſtitis ad portam Cœlimontanam ſitiens pervenerim. ¶ Translate ponitur pro ſicco, arido. *Virg. 4. Georg.* Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos Ardebat cœlo. *Ovid. l. 1. de Ponto, el. 9.* Et dare, jam ſitiens quas bibat hortus aquas. ¶ Item pro vehementer cupiente. *Cic. Attic. l. 2. ep. 14.* Proinde ita fac venias ad ſitientes aures. *Id. pro Planc. c. 5.* Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti, ac dereliquiſti. ¶ Sitiens luna dicitur, cum ſicca eſt, non imbrifera. *Plin. l. 17. cap. 9.* Fimum miſcere terræ plurimum infert Favonio flante, ac luna ſitiente. *Id. ibid.* mox *ſiccam lunam* appellat.

Sitienter, adv. διψαλέως, cum ſiti, cupide, ardenter. *Cic. 4. Tuſc. c. 17.* Nec ſitienter quid appetens.

Sitio, is, ivi, itum, n. 4. *aver ſete*, צָמֵא, Ger. *durſten*, Gal. *être altéré*, Hiſp. *tener ſed*, διψάω, ſiti laboro, appeto bibere. *Ovid. 1. Faſt. v. 216.* Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. *Juſtin. l. 1. c. 8.* Satia te ſanguine, quem ſitiſti. ¶ Transfertur etiam ad plantas, agros, & alia, quæ tunc ſitire dicuntur, cum æquo ſicciora ſunt, humoremque deſiderant. *Cic. in Or. c. 24.* Siquidem eſt eorum gemmare vites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. *Virg. 4. Georg.* Cum ſitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra eſt. ¶ Item per translationem accipitur pro vehementer cupere. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 5.* Nec ſitio honores, nec deſidero gloriam. *Id. 5. Phil. c. 7.* Etenim aderat Lucius frater gladiator Aſiaticus, qui ſanguinem noſtrum ſitiebat. ¶ Sitire etiam dicun-

Digitized by Google

dicuntur, quæ arida ſunt, & humore carent. Plin. l. 17. c. 24. ante med. Oleæ circa media ſuccus: ſode & ſurculi: cacumina ſitiunt. ¶ V. alta in Sitiens.

Sitis, is, f. ſete, צמא, Ger. durſt, Gal. ſoif, Hiſp. ſed, δίψα, δίψος, appetitus bibendi. Cic. 1. Fin. Cum cibo, & potione fames, ſitiſque depulſa eſſet. ¶ In acc. ſing. deſinit in im, in abl. in i. Plurali autem numero caret. Cic. de Sen. Quas quidem ſic avida arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. Dicimus autem ſitim accendere, reſtinguere, exſtinguere, relevare, expellere, ſedare &c. Cic. Horat. Ovid. & al. Sic enecari ſiti, morir di ſete. Cic. 1. Tuſc. c. 5. ¶ Cum de ſolo aliquo uſurpatur ſignificat ariditatem, ſiccitatem. Virg. 4. Æn. v. 42. de Africa. Hinc deſerta ſiti regio. ¶ Tranſlata ponitur pro nimia alicujus rei cupiditate. Cic. Parad. 1. Neque enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Horat. l. 1. ep. 18. Argenti ſitis importuna, fameſque. Juvenal. Sat. 10. v. 140. Famæ ſitis.

Sitiſta ova. V. Schiſtum.

Sitive, adverb. quanto al ſito, quoad ſitum. Tertul. adverſ. Prax. c. 29. Licet aqua fontis ſitive patiatur in fluvio.

Sitonia, æ, f. σιτωνία, cura rei frumentariæ, a σῖτος, frumentum. Ulpian. l. 1. Dig. de vacat. & immunit. Sextumdecimum ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ vocari non oportet.

Sittace, es, idem ac Pſittacus. Plin. l. 10. c. 42. India hanc avem mittit; ſittacen vocat, viridem toto corpore, &c.

Sittacene, es, regio Aſſyriæ, quæ & Palæſtine dicta eſt, in qua Sittace oppidum. Plin. l. 6. c. 27.

Sittyba, æ, f. σιττύβα, membrana, qua libri conteguntur, & a pulveris, tinearum, & temporis injuriis integri conſervantur. Cic. Att. l. 4. ep. 5. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione, & ſittybis. Id. ib. ep. 8. Poſtquam mihi ſittybis libros illuſtrarunt. Utroque tamen loco magna eſt lectionum varietas.

Situatus, a, um, nom. ex particip. ſituato, poſto, ſitus. Flor. l. 2. c. 18. Numantia in tumulo apud flumen Durium ſituata.

Situla, æ, f. ſecchio, κάλπη, ὑδρία, vas ad aquam hauriendam. Paul. l. 40. Dig. de contrahend. empt. Rota quoque, per quam aqua traheretur, nihilo minus ædificii eſt, quam ſitula. ¶ Eſt etiam urna, a qua ſortes educuntur. Plaut. Caſ. 2. 6. 7. Addunt quæ imperaviſti omnia, uxor, ſortes, ſitulam, atque egomet.

Situlus, m. idem quod ſitula. Cato de R. R. c. 10. Trullas tres, ſitulum aquarium unum, pelvim unam. Vitr. l. 10. c. 9. Situli æreì congiales.

Siturus. V. Sino.

Situs, us, m. ſito, מצב, Ger. gelegenheit, Gal. aſſiette, Hiſp. ſitio, diſpoſicion, θέσις, τοποθεσία, qualitas, & poſitio loci. Cic. 6. Verr. Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portuque ornata ſit. Id. Acad. 4. c. 39. Qui ſint ſitus partium, quam vim quæque pars habeat &c. Caſ. ¶ Quia autem res ſitæ, ac relictæ negliguntur, neglectæque humore, & ſordibus obducuntur, inde fit, ut ſitus metonymice accipiatur pro lanugine illa, qua res relictæ, imprimis in loco humido, & ſordido, obduci ſolent, muffa, μύκης, εὐρώς. Don. in illud Virg. 7. Æn. Sed te victa ſitu, &c. Situs eſt corruptio ex humore, & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt ſpecies, uno loco, & prolixo tempore conſtitutæ. Serv. in 6. Æneid. Situs eſt lanugo ex humore procreata, qui fit in locis Sole carentibus. Virg. ibid. Per loca ſenta ſitu. Col. l. 5. c. 24. Jam vero muſcus, qui more compedis crura vitium, & vineta comprimit, ſituque, & vetertum macerat, ferro diſtringendus, & eradendus eſt. ¶ Solet autem in locis ſitulentis odor quidam teter, & aſpernabilis olfacientium nares offendere, qui & ipſe ſitus dicitur, puzzore. Plin. l. 21. c. 6. Peſſimam eſſe crocum, quod ſitum redolet. ¶ Tranſlate accipitur pro ſqualore quodam in vultu, capite, totoque corpore, & habitu, cum ſcilicet cultu omni neglecto corpus horriditatem quandam, & ingratum contrahit odorem, ut in pauperibus, in reis, in iis, qui ſe mœrori totos dederunt. Lucan. l. 6. Fœda ſitu macies. Cic. in Tuſc. 3. ex Poeta: ſitu nidoris, barba pædore horrida. ¶ Item pro torpore, & inertia ex diutino otio. Virg. 7. Æn. Sed te victa ſitu, veraque effœta ſenectus. ¶ Item pro ruditate, hebetudine. Quintil. l. 1. c. 2. Excitanda mens, & attollenda ſemper eſt, quæ in hujuſmodi ſecretis aut languefcit, & quendam veluti in opaco ſitum ducit, aut contra tumeſcit inani perſuaſione.

Situs, a, um, poſto, meſſo, κείμενος, poſitus. Cic. pro Mur. c. 38. Quanquam hujuſce rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt. Id. 1. Fin. Eſt ſitum in nobis, ut adverſa quaſi perpetua oblivione obruamus. Liv. l. 30. c. 24. Et ſinum ab alto claudit, in quo ſita eſt Carthago. ¶ Speciatim ſiti dicuntur, qui mortui, & ſepulti ſunt. Aliqui ita definiunt: Situs dicitur defunctus, qui ad tempus in aliquo loco conditus eſt, donec alio transferatur, vel juſtum ei fiat ſepulcrum. Cic. 2. de Leg. c. 22. Declarat enim Ennius de Africano, Hic eſt ille ſitus. Vere. Nam ſiti dicuntur ii, qui conditi ſunt. Nec tamen eorum ante ſepulcrum eſt, quam juſta facta, & corpus incenſum eſt. Liv. l. 26. Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui adverſus vim, atque injuriam Ætolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt. ¶ Aliquando ſitus accipitur pro condito, conſtructo, ædificato. Tac. l. 3. Ann. c. 38. Urbemque Philippopolim a Macedone Philippo ſitam.

Sive, e ſe, e ſia, או, Ger. oder, Gall. ou, Hiſp. o, εἴτε, ἤτε, ἤτοι, vel ſi, aut ſi, conjunctio disjunctiva conditionalis, quæ modo indicativum regit, modo conjunct. Ter. Andr. 1. 3. Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt, o ſia ella moglie, o amica. Plin. l. 2. ep. 41. Quæ præſtant multarum ætbium faciem, ſive ipſo mari, ſive litore otare. Ovid. in ep. Penelopes: Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum, Antilochus noſtri cauſa timoris erat: Sive Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis, Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. ¶ Interdum ſive non geminatur, ſed priora loco omittitur, ſemper tamen ſubintelligitur. Hor. l. 1. od. 6. Cantamus vacui, ſive quid urimur, ideſt ſive vacui ſumus. ¶ Ponitur etiam pro vel. Vide Vel. ¶ Aliquando vim habet explanandi, ſeu declarandi. Quintil. l. 1. c. 6. Ut Ariſtarchus, & ætate noſtra Palæmon, qui vocabulum, ſive appellationem nomini ſubjecerunt.

Sium, i, n. σίον, herba in aqua naſcens, ſemine copioſa, ſapore naſturtii. Plin. l. 22. c. 22.

S ANTE M.

Smaragdinus, & Smaragdineus, a, um, adjectiv. ſmeraldino, qui eſt ex ſmaragdo, vel ſmaragdi colorem referens, σμαράγδινος. Celſ. l. 5. c. 19. n. 5. Emplaſtrum, quod perviride eſt, ſmaragdinum appellatur. Martian. Capell. l. 1. Smaragdinea viriditas. Venant. Fortun. l. 8. carm. 6. Et ſmaragdineo janua poſſe virere.

Smaragdites, æ, m. dictus eſt mons juxta Carchedonem, in quo ſmaragdi legebantur. Plin. l. 37. c. 5.

Smaragdus, i, m. & f. ſmeraldo, ברקת, Ger. ſmaragd, Gall. une émeraude, Hiſp. la eſmeralda, σμάραγδος, gemma viridis, & tranſlucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. Plin. l. 37. c. 5. Tertia auctoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis. Nullius color aſpectu jucundior eſt, &c. ¶ Penultima hujus vocabuli longa eſt. Ovid. l. 2. Amor. el. 6. Tu poteras virides pennis hebetare ſmaragdos. Sed interdum correpta invenitur. Martial. l. 5. epigr. 11. Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, jaſpidas uno portat in articulo. ¶ Sumitur interdum pro colore viridi. Phædr. l. 3. fab. 19. de pavone. Nitor ſmaragdi collo præfulget tuo. Auctor carm. de Phœnice, qui ab aliquibus Lactantio tribuitur. Albicat inſignis mixto viridante ſmaragdo.

Smaris, idis, f. σμαρίς, piſciculus marinus litoralis, qui a Geſnero Mana candida vocatur. Plin. l. 32. c. 6.

Smecticus, a, um, σμηκτικός, quod habet vim abſtergendi, & purgandi, idem ac ſmegmaticus. Plin. l. 30. c. 4. Omnium quidem cochlearum cinis ſpiſſat, calfacit ſmectica vi.

Smegma, atis, n. σμῆγμα, omne medicamentum, quod valet ad emaculandum, & abſtergendum, a σμήχω, abſtergo. Plin. l. 22. c. 25. Si vero cœleſti aqua decoquantur, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſolent fovere gangrænas. Id. l. 24. c. 7. Maſtiche lentiſci replicandis palpebris, & ad extendendam cutem in facie, & ſmegmata adhibetur. ¶ Græce σμῆγμα ſignificat etiam maſſam ex variis odoramentis confectam ad abſtergendas manus, ut ex Antiphane apud Athenæum oſtendit Fulv. Urſin. in append. de triclin.

Smegmaticus, a, um, σμηγματικός, quod habet vim detergendi. Plin. l. 31. c. 7. Sudorem ciet, alvum ſolvit in vino, & aquæ, acceptus, & ſmegmaticis utilis. Alii leg. ſmecticis.

Smilax, acis, f. ſmilace, σμῖλαξ, nomen puellæ cujuſdam, quæ amore Croci pueri capta contabuit, & in herbam ſui nominis mutata eſt, ut eſt apud Ovid. l. 4. Metam. v. 283. Hujus autem herbæ, quæ folio eſt hederaceo, flore candido lilium olante, duo genera refert Plin. l. 24. c. 10.

Smilium, ii, n. σμίλιον, nomen collyrii apud Celſ. l. 6. c. 6.

Sminthæus, i, m. σμινθεύς, Apollinis cognomen, qui apud Myſios, in Phrygia minore, ſive in Æolide, in urbe Chryſe, colebatur, a σμίνθος, quomodo murem vocari, auctor eſt Euſtathius, quaſi μυοκτόνος, occiſor murium. Huc reſpiciens Arnobius l. 3. Apollinem vocat perentorem ſoricum. Hujus nominis duplicem originem refert Homeri interpres. Prima eſt, fuiſſe in Chryſe oppido Crinim Sacerdotem Apollinis, cui Deus iratus immiſit in agros illius mures, qui fructus illius vaſtabant, poſteaque ejuſdem ſacrificiis placatus, cum peſtem hanc tollere vellet, ad Ordem paſtorem illius venit, a quo hoſpitio acceptus, pollicituſque mali remedium, mures ſagittis omnes interfecit, eoque facto juſſit, paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humana ſpecie apud ſe divertiſſe, & ab eo mures occiſos: quod audiens Crinis, templum Deo conſtruxit, vocavitque Apollinis Sminthei, quod Æolica lingua dialecto mures σμίνθοι vocantur. Altera talis eſt. Cum Cretenſes aliquando coloniam deducturi eſſent, ab Apolline reſponſum acceperant, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obſtitiſſent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures clypeorum lora arroſerunt. Itaque mane cum id factum viderent memores oraculi urbem poſuerunt, eamque Sminthium appellaverunt, templo etiam Apollini extructo, quem ab eventu Smintheum cognominarunt. Ovid. 12. Metam. Talibus intonſum compellat Sminthea dictis. ¶ Dicitur etiam Sminthius, ii. Dictys Cretenſ. de B. Trojano c. 14. & 47.

Smyrna, f. 1. le Smirne, Turc. Iſmyr, urbs marit. Joniæ, hodie primaria regionis, & ſedes Satrapæ Turcarum, partim in monte, partim in planitie, primum condita a Tantalo, deinde amplificata ab Amazonibus anno mundi 3203. vel a Theſeo, patria Homeri, ad Meletem fl. illam ambientem. Dicta eſt a Smyrne Amazone. Plin. l. 5. c. 29. ¶ A Græcis hoc nomine etiam myrrha ſignificatur. Hinc Lucret. l. 2. v. 502. Hinc contemptus odor ſmyrnæ, melliſque ſapores. ¶ Hinc poema Cinnæ vatis de Myrrha puella, quæ cum patre concubuit, Smyrna dictum eſt. De eo Catul. carm. 93. (al. 94.) Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem, quam cœpta eſt, nonamque edita poſt hiemem.

Smyrnæus, a, um, adject. a Smyrna inſula, ut Smyrnæa plectra. h. e. Homeri carmina, qui Smyrnæus fuit, apud Silium l. 8. v. 595. Adde Lucan. l. 9. v. 984.

Smyrnium, ii, n. macerone, σμύρνιον, herba, quæ & olus atrum dicitur, inde dicta quod in cacumine umbellam habet odore ſmyrnæ, ſeu myrrhæ. Plin. l. 27. c. 13.

Smyrrhiza, æ, f. herba cicutæ ſimillima caule, foliis, & flore, minor tamen, & exilior, alio nomine myrrhis. Plin. l. 24. c. 16.

Smyrus, i, m. σμύρος, piſcis genus, apud Plin. l. 32. c. 11.

S ANTE O.

Soboles, is, f. generazione, figliuolanza, ſtirpe, ילד, Germ. ſtamm, Gal. engeance, Hiſp. linage, hijos, γονή, progenies, propagatio, proles. Cic. 1. Off. c. 17. Quæ propagatio, & ſoboles origo eſt Rerum publicarum. Id. 3. de Leg. Cenſores populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento. Virg. 4. Æn. ſobolem ſuſcipere. ¶ Dicitur etiam de arboribus, & herbis. Col. de arborib. c. 26. Materia, quam inſeveris, ſi ſobolem, vel ſuperiores ramos habebit &c. Pallad. l. 12. tit. 7. Exſtirpanda ſunt ſoboles a radice. ¶ Sunt qui ſcribendum putant ſuboles, reſpiciendo ad originem, quæ eſt ſub, & oleo, quo notat creſcere: atque hoc modo etiam legitur in quibuſdam antiquioribus libris, & lapidibus, teſte Manut. in Orthograph.

Sobolesco, vel ſuboleſco, (de quo V. Soboles) is, ſine præt. & ſup. n. 3. creſcere, צמח, German. aufwachſen, wachſen, Gal. croître, Hiſp. crecer, ὑποφύομαι, ſubnaſcor, ſuccreſco. Liv. l. 29. c. 3. Illis Romanam Plebem, illis Latium juventutem præbuiſſe majorem ſemper, frequentioremque pro tot cæſis exercitibus ſuboleſcentem.

Sobrie, adv. ſobriamente, νηφαλίως, σωφρόνως, temperanter. Cic. 1. Off. c. 30. Intelligemus, quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter vivere, quamque honeſtum parce, continenter, ſevere, ſobrie. ¶ Item caute, prudenter, cum cura, ut temperantes homines ſolent. Plaut. Perſ. 4. 1. 1. Si quam rem accures ſobrie, atque frugaliter, ſolet illa recte ſub manus ſuccedere. Id. Captiv. 2. 1. 28. Caute eſt opus, ut hoc ſobrie, ſine arbitris, accurate agatur, docte & diligenter.

Sobriefactus, a, um, nom. particip. ad ſobrietatem redactus. Apul. l. 8. Met. Sobriefactus ſermone.

Sobrietas, atis, f. ſobrietà, νῆψις, σωφροσύνη, temperantia. Senec. de Tranquill. c. ult. Triſtis ſobrietas removenda pauliſper.

Sobrina, æ, f. cugina. Plaut. Pœn. 5. 2. 108. Mihi ſobrina tua mater fuit.

Sobrini, orum, m. cugini, ἀνεψιαδοῖ, filii patruelium, vel conſobrinorum, vel amitinorum, quaſi ſororini. Cajus l. 3. ff. de grad. & affin. Item patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ, nepos, neptis: qui ex fratribus patruelibus, aut conſobrinis, aut ſobrinis undique propagati, proprie ſobrini vocantur. Ita eum locum legit Hotomannus, Obſerv. l. 1. c. 12. Juſtinian. l. 3. Inſtit. tit. 6. de gradibus cognationum, §. 6. Item ſobrini, ſobrinæ, ideſt qui, quæve ex fratribus, vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur.

§ So-

Digitized by Google

¶ Sobrinorum gradus, ut *Tribonius* ait, eſt ultimus inter gradus cognationum, unde, ut idem addit, ſobrinorum liberi ſe mutuo ſobrinos vocant de proximo nomine, quia proprium non habent. Vide *Paullum l.* 10. *ad finem*, *ff. de gradibus*: cujus verba emendat idem *Hotomannus*, *in Comment. verb. Juris*. *Ter. Andr.* 4. 6. Eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis? *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Sequuntur fratrum conjunctiones, poſt conſobrinorum, ſobrinorumque. ¶ Sumitur etiam pro quocunque cognato. *Ter. Phorm.* 5. 3. 37. Eho tu, ſobrinum tuum non noras? Hunc paulo ſuperius *cognatum* vocaverat.

Sobrius, a, um, *ſobrio*, Ger. *nuchter*, Gall. *ſobre*, Hiſp. *templado*, νήφων, σώφρων, qui in cibo, & potu temperans eſt. *Cic.* 4. *Acad.* Ne vinolenti quidem, quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii. ¶ Interdum ſobrius dicitur qui ſanæ mentis eſt, frugi, prudens. *Cic. Ver.* 5. *c.* 27. Homines ſatis plane frugi, ac ſobrii. *Id.* 2. *de Or. c.* 32. Diligentes, & memores, & ſobrii oratores. ¶ Præterea ea ſobria dicuntur, per quæ ſobrii ſumus. *Tibul. l.* 1. *el.* 6. ipſe bibebam Sobria ſuppoſita pocula victor aqua. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 41?. paupertas ſobria. Sic ſobria rura dicuntur a *Stat. l.* 4. *Silv.* 2. quæ nullis ſunt conſita vitibus. ¶ Nox ſobria eſt, quæ ſobrie tranſigitur. *Propert. l.* 3. *eleg.* 17. ¶ Sobria verba, h. e. prudenter, caute, modeſte prolata. *Martial. l.* 1. *epigr.* 28.

Soccatus, a, um, adject. ſoccis indutus. *Senec.* 2. *de Benef. c.* 12. De capite conſularis viri ſoccatus audiebat.

Soccifer, i, m. qui ſoccos geſtat. *Sidon. carm.* 9. *v.* 213. Socciferi jocos Menandri ſpectate.

Socculus, i, m. ἐμβάδιον, parvus ſoccus. *Suet. in Vitel. c.* 2. Detractumque ſocculum dextrum inter togam, tunicaſque geſtavit aſſidue. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Cum & pedibus margaritas, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt.

Soccus, i, m. ἐμβάτης, σανδάλιον, genus calceamenti, humilius cothurno, proprium mulierum apud Romanos. Nam ſi quando viri ſoccis uſi leguntur, ut Caligula apud *Sueton. c.* 52. Cæſar apud *Senec. l.* 2. *de Benef. c.* 12. itemque alii apud *Plin. l.* 37. *c.* 2. mollities damnantur ab iiſdem Scriptoribus. *Sueton. loc. cit.* Aliquando cycladatus, modo in ſpeculateria caliga, nonnunquam ſocco muliebri. ¶ Apud Græcos tamen ſoccus virorum etiam fuit. Itaque pallium & ſoccos iis tribuit *Cicero*, *pro Rabirio Poſt. c.* 10. ubi narrat P. Rutilium Rufum a Mithridate Mitylenis conquiſitum ad necem, crudelitatem regis veſtitus mutatione vitaſſe, ſoccoſque & pallium ſumpſiſſe. ¶ Porro quia Comœdiæ fere Græcæ erant, hiſtrioneſque ſoccati prodibant (ex quo ſocci comici a *Plin. l.* 7. *cap.* 3. ſcenici a *Plaut. Pſeud.* 4. 6. 21. dicuntur) hinc ſoccus interdum pro Comœdia ponitur, quemadmodum cothurnus pro Tragœdia. *Horat. de ar. poet. v.* 90. Socco digna carmina. Et *v.* 80. Hunc ſocci cepere pedem (iambum) grandeſque cothurni.

Socer, eri, m. *ſuocero*, חם, Ger. *ſchwaher*, Gal. *beau pere*, Hiſp. *ſuegro*, πενθερός, uxoris meæ pater. *Cic.* 1. *Off. c.* 35. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lavantur. ¶ *Socer magnus* eſt uxoris meæ avus, qui & *proſocer* dicitur, cujus relativum eſt Progener. *Major ſocer*, eſt uxoris meæ proavus. *Modeſtin. ff. l.* 38. *tit.* 10. *leg.* 4. ¶ Viri etiam mei pater, ſocer dicitur. *Modeſtin. loc. cit.* Pater viri, uxoriſque, ſocer, mater autem eorum, ſocrus appellatur; cum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρός, mater vero ἑκυρά, & uxoris pater πενθερός, mater vero πενθερά vocetur.

Socĕra, æ, f. eadem quæ ſocrus. *Inſcriptio lapidis in Anglia reperti*, *apud Gruter. pag.* 546. *n.* 5. Patri pientiſſimo, & ſoceræ tenaciſſimæ. Quæ tamen Inſcriptio parum ſapit antiquitatem. Adde *pag.* 743. *n.* 9.

Socĕrus, i, m. idem ac ſocer. *Plaut. Men.* 5. 5. 54. Abiit ſocerus, abiit medicus, nunc ſolus ſum. *Id. Caſ.* 4. 2. 18. Meus ſocerus, compar, commaritus villicus.

Socia, æ, f. *compagna*, ἑταίρα, comes. *Cic. in Brut.* Pacis eſt comes, otiique ſocia, & jam bene conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam eloquentia. *Id.* 1. *de Or.* Præclaras duas artes conſtitueres, atque inter ſe pares, ejuſdem ſocias dignitatis. ¶ Socia tori vel thalami eſt uxor. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 268. Appellatque tori ſociam.

Sociabilis, & le, o. 3. *ſociævole*, Ger. *geſellig*, Gal. *qui s' accompagne*, Hiſp. *companero*, συνεργαστικός, quod facile conjungitur alteri. *Plin. l.* 19. *c.* 42. Eadem & corticibus maxime ſociabilis glutino. ¶ Interdum ponitur pro ſociali. *Liv. l.* 40. *c.* 8. Sociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum Reges ſalutarem per multa ſecula ipſis, patriæque.

Socialis, & le, o. 3. *da compagno*, Ger. *zu dem geſellen*, Gall. *ſocial*, Hiſp. *ſocial*, *ſociable*, ἑταιρικός, quod eſt ſociorum, ut Amor ſocialis. i. e. qualis ſolet eſſe inter ſocios. *Ovid.* 7. *Met.* Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat. *Liv. l.* 34. *c.* 56. Cum qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coeant. ¶ Judicium ſociale, quod ſociorum cauſa fit. *Cic.* 4. *Ver.* Primum ſi ita eſſet, tamen vos in quæſtione de pecuniis repetundis, quæ ſociorum cauſa conſtituta eſt, lege, judicioque ſociali, ſociorum querimonias audire oporteret. ¶ Bellum ſociale dictum eſt, quod a ſociis Populi Romani in ipſos Romanos commotum ſit, quod iis jus civitatis R. negaſſent. V. *Flor. l.* 3. *c.* 18.

Socialĭtas, atis, f. *ſocietà*, *compagnia*, *affabilità*. *Plin. in Paneg. c.* 49. Non remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademque illa ſocialitas intereſſet?

Socialĭter, adverb. *amichevolmente*, *da compagno*. *Horat. de ar. poet. v.* 258. ſede ſecunda Cederet, aut quarta ſocialiter.

Sociatrix, icis, f. συναιρέτρια, quæ ſociat. *Val. Flac. l.* 5. *v.* 499. Sed me nuda fides, ſanctique potentia juſti Huc tulit, ac medii ſociatrix gratia Phryxi.

Sociatus, a, um, συμπαρεχθείς, *collegato*, *unito*. *Cic.* 1. *de Leg.* Quibus ex rebus cum omne genus hominum ſociatum inter ſe eſſe intelligatur. *Id. in Somn.* Quam concilia, cœtuſque hominum jure ſociati, quæ civitates appellantur. *Id. de Am.* Ut quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea, quæ ſumma ſunt, pervenire, conjuncta, & ſociata cum altera perveniret.

Socĭennus, a, um, vel ſocienuus, idem ac ſocius, apud Vet. ut ab *aliis* *alienus*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 228. Amphitruonis te eſſe ajebas Soſiam. S. Peccaveram. Nam Amphitruonis ſocienuum me volui dicere. *Id. Aulul.* 4. 4. 31. Ibo intro, atque illi ſocienno tuo jam interſtringam gulam.

Socĭĕtas, atis, f. *ſocietà*, *compagnia*, חבר, Ger. *geſelſchafft*, Gal. *ſocieté*, Hiſp. *compagnia*, κοινωνία, conſociatio, communio, communitas. *Cic. l.* 4. *Fam.* Me autem non oratio tua ſolum, & ſocietas pene ægritudinis, ſed etiam auctoritas conſolatur. *Id.* 4. *Fin.* Nati ſumus ad ſocietatem, communitatemque generis humani. *Id. pro S. Roſc. Am.* Coire ſocietatem ſceleris cum aliquo. *Id. de Fato*. Cum philoſophia magnam habere ſocietatem. *Id. pro Quint. cap* 3. Facere ſocietatem cum aliquo. Sic ſocietatem inire, apud *Sueton. in Cæſ. c.* 19. Ad ſocietatem alicujus ſe applicare, apud *Nepot. in Ariſtide*, *c.* 2. Societatem conflare, apud *Cic. de Arusp. reſp.* dirimere, apud *eund. pro Dom.* &c. ¶ Metonymice ſumitur pro multitudine hominum, qui inter ſe aliquo modo conjuncti ſunt. *Cic. pro Dom. c.* 36. Omnes ſocietates, omnes ordines. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 3. ... nam pecuniam ſocietates earum provinciarum ſibi numerare coegit.

Socio, as, a. 1. *accompagnare*, *unire*, συμπλέκω, συνεταιρίζω, jungo, conjungo, quaſi ſocium ſocio appono. *Cic. pro Plan. c.* 9. Quid, ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? *Id.* 3. *de Or.* Cum in ſummi imperii gubernatione diſtrictus tantam vim rerum cum dicendi exercitatione ſociaris. *Liv. l.* 39. *c.* 13. Eos eſſe, qui aut conjurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerint. *Sil. l.* 2. Et ſe participem caſus ſociarat in omnes. *Virg.* 4. *Æn. v.* 16. Sociare ſe alicui vinclo jugali, *maritarſi*. *Id.* 1. *Æn.* Sociare aliquem domo, *riceverla in caſa*. *Stat.* 1. *Theb.* Sociare juvencos aratro impoſito, *metter ſotto* &c. *Silius l.* 11. Sociare dexteras, *dar ſi la mano*, *e la fede*. *Ovid.* 11. *Met.* Sociare carmina nervis, *accoppiare il ſuono al canto*. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 280. Sociare curas, *comunicare i penſieri*. Sic ſociare gaudia cum aliquo, apud *Tibul. l.* 3. *eleg.* 3.

Sociofraudus, i, m. qui ſocium fallit. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 128. Furcifer, ſociofraude, parricida. Alii leg. *ſociſraude*.

Socius, ii, m. *compagno*, חבר, Germ. *mit geſell*, Gall. *compagnon*, Hiſp. *companero*, ἑταῖρος, κοινωνός, qui in aliqua re cum aliquo conjunctus eſt, conſors, particeps, par. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 71. T. Auguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum, periculorum meorum ſocius. *Id. Attic.* 11. *ep.* 14. Culpæ ſocius. *Ter. Heaut.* 3. 1. 9. Socius in negotio. *Plaut. Aſin.* v. 2. 52. Socios ad malam rem. *Lucan. l.* 1. *v.* 92. Regni ſocius. ¶ Inter negotiatores ſocii ſunt, qui lucri & damni communionem inierunt. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 40. Tiium Roſcius non unum rei pecuniariæ ſocium fefellit, ſed novem &c. *Id. pro Quint. c.* 24. Edere ſibi ſocium in bonis, *farſi un compagno*. ¶ Hinc *pro ſocio* formula juris eſt, qua ſignificatur actio perſequendi in judicio illum, qui ſocium fraudaverit, quo de re titulus eſt in Digeſtis, *l.* 17. *tit.* 2. ubi de ſocietatibus multa. *Cic. pro Flac. c.* 18. Nicomedes & furti, & pro ſocio damnatus eſt. *Id. pro Quint. c.* 3. Qua in re ita diligens erat, quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrium pro ſocio, condemnari ſolerent. V. Arbitrium. *Ulpian. loc. Dig. cit. leg.* 31. Ut ſit pro ſocio actio, ſocietatem intercedere oportet. ¶ Socii in rebus publicis dicebantur, qui fœdere aliquo cum Romanis conjuncti erant, *confederati*. *Cic. Fam.* 15. Qui fideliſſimus ſocius trans Taurum, amiciſſimuſque Pop. Rom. exiſtimatur. *Liv. l.* 41. Et dena millia peditum ſociis, nominique Latino, & ſexcentos imperarent equites. V. de his *Sigon. l.* 1. *de antiq. jure Ital.* ¶ Socii navales, qui & claſſiarii, erant milites, qui navibus imponebantur, & non ſolum ad pugnandum, ſed etiam ad remigandum: quare hoc militiæ genus vilius erat multo, quam terreſtre, tum quia conſtabat fere ex libertinis colonorum, aut ex iis, qui infimo cenſu eſſent, ut ex *Polyb.* oſtendit *Lipſ. de milit. Rom. l.* 1. *dial.* 2. tum quia plura, quam terreſtres milites, ſtipendia facere debebat, antequam miſſionem impetrare poſſet, ut eſt apud *eund. ibid. l.* 5. *Dial.* 19. *Liv. l.* 21. *c.* 50. Ut ſociis navalibus adfatim inſtructam claſſem, ita inopem milite Pœnum habebat. *Id. l.* 32. *c.* 23. Navales ſocii, relictis nuper claſſibus, ad ſpem honoratioris militiæ tranſgreſſi. ¶ Socius, & ſodalis differunt in eo, quod ſodalis proprie dicitur, qui eſt ejuſdem collegii, ut definit *Caj. l.* 4. *Dig. de colleg. & corp.* ſocius vero magis latam habet ſignificationem. V. Sodalis. ¶ Inter comitem quoque, & ſocium diſcrimen eſt. V. *Comes*.

Socius, a, um, *di compagnia*, חבר, Germ. *geſell*, Gall. *compagnon*, Hiſp. *companer*, σύμμαχος, comes, conſors, particeps. *Cic. pro Marc.* Semperque mea conſilia pacis, & togæ ſocia, non belli, atque armorum fuerunt. *Id.* 2. *Phil. c.* 18. Cum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere, *col favor della notte*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 371. ſocia agmina, *truppe alleate*. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 130. ſociiſque comes diſcordia regni. h. e. quæ a pluribus ſimul tenentur. *Ovid.* 2. *amor. eleg.* 14. Socius ſanguis, *parentela*.

Socordia, (ſecordia apud *Feſt.*) æ, f. *pigrizia*, ἀσυνεσία, ῥᾳθυμία, ἀμέλεια, negligentia, tarditas in conſulendo, meditando, proſpiciendo, quid faciendum ſit. *Ter. Andr.* 1. 3. Enimvero, Dave, nihil loci ſegnitiæ, neque ſocordiæ. Ubi vetus Interpres ita monet: Segnitia ad agendum, ſocordia ad conſiderandum. *Auct. ad Her. l.* 2. Affert ſocordiam, atque deſidiam. *Liv. l.* 7. *c.* 35. Qui dolendi omnis exercitus fortuna per ſocordiam uſus non ſit. *Tac. l.* 2. *Ann. c.* 38. Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia. ¶ Pro ſtultitia etiam uſurpatur a Catone apud Feſtum. Sic *Sueton. in Claud. c.* 3. Si quem ſocordiæ argueret, ſtultiorem ajebat filio ſuo Claudio.

Socordĭter, adv. *pigramente*, *imprudentemente*, ῥᾳθύμως, ſine conſilio, pigre, inerter. *Liv. l.* 1. *c.* 22. Ab Albanis ſocordius res acta.

Socors, (vel ſecors, apud *Feſt.*) dis, o. 3. *ſenza cervello*, *di poco ſenno*, *fuor di mente*, עצל, Ger. *unbeherzt*, Gal. *étourdy*, *lourdaut*, Hiſp. *aturdido*, *atornado*, ῥᾴθυμος, ſine corde, ſine animo, ſine conſilio, ignavus, iners. Eſt a *ſe*, hoc eſt ſine, & *cor*. *Ter. Adel.* 4. 5. 61. Noluit cæterarum rerum te ſocordem eodem modo. *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* Ut excitaret homines non ſocordes ad veri inveſtigandi cupiditatem. *Idem in Brut. c.* 86. Ejus æqualem M. Glabrionem bene inſtitutum avi Scævolæ diligentia ſocors ipſius natura, negligenſque tardaverat. *Sidon. l.* 5. *ep.* 7. Claudius ſocordior, Nero impurior. *Apul. Apolog.* Socordiſſimi Scythæ. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 31. Miles futuri ſocors.

Socrătes, is, m. 3. Σωκράτης, Philoſophus Athenienſis, filius Sophroniſci ſculptoris, & Phænaretæ obſtetricis, quem, teſte Laertio, omnium mortalium ſapientiſſimum, oraculi reſponſum judicavit: vixit paulo ante Platonem, cujus etiam præceptor fuit. A *Quintil. l.* 1. *c.* 10. appellatur omnium philoſophorum fons, a *Cic.* v. *de Fin. c.* 6. Philoſophiæ parens. Primus enim, ut *id.* ait 5. *Tuſc. c.* 4. Philoſophiam devocavit e cœlo, & in urbibus collocavit, & coegit de vita & moribus, rebuſque bonis & malis quærere. h. e. philoſophiæ moralis inventor, & inſtitutor fuit. Cum ad provectam ætatem perveniſſet, accuſatus, tanquam communes Deos contemneret, & novos introduceret, cum ſe dæmonem familiarem habere dixiſſet, cujus conſilio in rebus gerendis uteretur, capitis damnatus eſt: itaque in carcere ſumpta cicuta interiit. Plebs ſecundum ejus mortem facti pœnitens, accuſatores exilio multavit, eique ſtatuam æneam dedicavit. Plura de eo *Plato*, & *Cicero* in *Academ.* de *Fin.* & *Tuſcul.* ¶ Fuit etiam hoc nomine quidam pictor, de quo *Plin. l.* 35. *c.* 11.

Socratĭce, adverb. Socratico more, ut Socratice agere in docendo. *Cic.* 2. *Attic. ep.* 3.

Socratĭcus, a, um, adject. ad Socratem pertinens, Σωκρατικός. *Cic.* 1. *Offic. c.* 29. Philoſophi Socratici. *Horat. de ar. poet. v.* 310. Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.

Socruālis, le, adject. *di ſuocera*, ut ſocrualis munificentia. *Sidon. l.* 7. *ep.* 2. ſocrualis hæreditas. *Id. l.* 8. *ep.* 9.

Socrus, us, f. *ſuocera*, חמות, Ger. *ſchwiger*, Gal. *belle mere*, Hiſp. *ſuegra*, ἑκυρά, πενθερά, uxoris, aut mariti mater. Nam & ad generum, & ad nurum refertur. Antiquis, *Priſciano* teſte, ſocrus communis erat generis. Poſtea in fœminino quidem *ſocrus* retinuere, ſed in maſculino *ſocer* dixere. *Cic. pro Cluent.* Nubit genero ſocrus, nullis auſpiciis, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium. V. *Socer*.

Sodalis, is, m. *compagno*, ἑταῖρος, συνήθης, is, quocum verſari ſuevimus,

ac

Digitized by Google

ne præſertim qui rerum leviorum, lætiorumque cum altero particeps eſt, qualia ſunt convivia, ab ἕδεσθαι, edere. Non ſodales vocantur, quibuſcum ſuevimus. Vel ſodalis quaſi ſedalis, quia ſodales crebro aſſident, ut *Feſtus* ſcribit. *Cic. l.* 15. *Fam.* Qui & familiariſſimus, & ſodalis Dolabellæ eram. *Id.* 3. *Ver. c.* 36. Nam ille quoque ſodalis iſtius erat in hoc morbo, & cupiditate. ideſt eodem animi vitio tenebatur. ¶ Hinc olim quoque res, quæ ſimul eſſe ſolent, ſodales appellantur. Sic *Horat. l.* 1. *od.* 25. Hebrum frigidiſſimum Thraciæ fluvium, hiemis ſodalem appellat, & *l.* 3. *od.* 18. crateram Veneris ſodalem. ¶ Sodales etiam dicebantur, qui erant ejuſdem collegii. *Cajus l. ult. ff. de colleg. & corp.* Sodales ſunt, qui ejuſdem collegii ſunt, quam Græci ἑταιρείαν vocant. ¶ Item in Comitiis ſodales dicebantur, qui erant ejuſdem factionis, & coitionis. *Cic. pro Planc.* Ego Plancium & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gratioſus, quos tu ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. ¶ *Sodales Titii* erant Sacerdotes, qui Sabinorum Deorum ſacra curarunt, inſtituti a Tito Tatio Sabinorum Rege Romuli juſſu, unde & nomen habuere. Quidam tradunt, nomen iis inditum eſſe ab avibus, ideſt a titiis, quomodo columbas agreſtes vocantur. *Var. l.* 4. *de L. L.* Titii Sodales, dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis obſervare ſolent. ¶ *Sodales Auguſtales* erant Sacerdotes, qui Imperatoribus rem divinam faciebant. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 54. Idem annus novas cæremonias accepit, addito Sodalium Auguſtalium Sacerdotio, ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris Sodales Titios inſtituerat. ¶ Adjective *Ovid. de remed. amor. v.* 586. Quæ relevet luctus, turba ſodalis abeſt.

Sodalĭtas, atis, f. *compagnia*, συνεταιρία, ἑταιρεία, familiaritas, & convictus multorum. *Cic.* 3. *Ver.* Atque abs te officia tutelæ, ſodalitatis, familiaritatiſque flagitet? ¶ Interdum ſumitur pro turba hominum, quæ in Comitiis eidem Candidato favebat. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Senatuſconſultum factum eſt, ut ſodalitates, decuriatique diſcederent. ¶ Sodalitates quoque erant cœtus hominum rerum ſacrarum cauſa. *Cic. pro Cæl.* Fera quædam ſodalitas, & plane paſtoritia, atque agreſtis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa ſylveſtris ante eſt inſtituta, quam humanitas, atque leges. ¶ Item ſodalitates erant cœtus honeſtiſſimum hominum animi cauſa, qui inter ſe convivia celebrabant. *Cic. de ſenect. c.* 13. Habui ſemper ſodales: ſodalitates autem, me Quæſtore, inſtitutæ ſunt, ſacris Idæis Magnæ Matris acceptis. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice, &c.

Sodalĭtiarĭus, ii, m. qui in aliquo ſodalitio eſt. Legitur in quadam veteri inſcriptione apud *Fabrett. p.* 329.

Sodalĭtĭum, ii, n. *compagnia*, συνεταιρία, ſodalium cœtus, vel multitudo, idem quod ſodalitas. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 51. Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodem die futurum. *Catul. carm.* 97. *de Cælio, & Quint.* Fraternum vere dulce ſodalitium. ¶ Speciatim ſumitur pro coitione aliquorum ejuſdem Tribus ad corrumpenda ſuffragia popularia. Ultimis enim præſertim temporibus Romanæ Reipublicæ erant, qui tribules decuriarent, & conſcriberent, ut populum pecunia corrumperent. Quod criminoſum fuit, & lege Licinia correctum, Cn. Pompejo, & M. Licinio Craſſo Coſſ. anno 697. Hæc lex in eos lata fuit, qui ſodalitia, & qui ambitum commiſiſſent. Hujuſmodi porro crimen ad ambitum pertinebat, quoniam pecuniæ largitio fiebat: Sed ab eo differebat, quia ambitus in profuſa benignitate conſiſtebat, ſodalitium vim continebat, quoniam qui tribules decuriaſſet, & conſcripſiſſet, multitudine cogere videbatur. Deinde in ſodalitiis per ſodales decuriatos, & conſcriptos res agebatur, in ambitu per ſequeſtres, & diviſores. *Sigon. de Judiciis l.* 2. *c.* 30. Itaque ſcriptum eſt apud Aſconium, Milonem anno 698. eodem tempore de ambitu, & de ſodalitiis apud diverſos Quæſitores, & a diverſis accuſatoribus eſſe poſtulatum. *Cic. pro Planc. c.* 15. In qua tu nomina legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambitus leges complexus es.

Sodalĭtĭus, a, um, adject. *di compagnia*. *Ammian. l.* 25. *c.* 9. Sodalitiis adſtricti conſortiis.

Sodes, *ſe ardiſci*, *ſe nulla è, che t' impediſca*, ſi audes, ut ſis pro ſi vis. *Cic. in Or. c.* 45. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut Sodes pro ſi audes, Sis pro ſi vis. *Donat. in Andr. a.* 1. *ſc.* 1. in illud, *Dic ſodes:* Dic, inquit, imperativum eſt: ideo temperavit injuriam blandimento, ſodes. Eſt autem, ſi audes. Ex quibus *Donati* verbis, atque etiam ex uſu colligitur in hac voce aliquid deprecatorium, aut exhortatorium contineri. *Ter. Andr. a.* 1. *ſc.* 1. Rogitabam, heus puer, dic, ſodes, quis heri Chryſidem habuit? *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 3. Tarteſium iſtum tuum mihi exeunti jube, ſodes, nummos curare. ¶ Integrum *ſi audes* legitur apud *Plaut.* cujus hæc verba refert *vet. Scholiaſt. ad ſat.* 3. *Perſii:* Dic mihi, ſi audes, quæ eſt, quam ducere vis uxorem?

Sodĭi, m. 2. pop. Iberiæ. *Plin. l.* 6. *c.* 10.

Sodĭnus, m. 2. fl. Gedroſiæ, ſeu Capiſſenæ reg. navigabilis, qui in Cophem recipitur. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Sodŏma, æ, f. vel Sodomum, i, n. vel Sodoma, orum, n. plur. *Sodoma*, urbs Palæſtinæ, ad lac. Aſphaltitem, quondam maxima, de cœlo cum aliis tacta, & a lacu abſorpta, cujus adhuc veſtigia apparent. Hic poma proveniunt aſpectu quidem pulcherrima, ſed levi tactu fumum exhalant, fuliginem favilleceam intrinſecus continentia. *Solin. c.* 38. *de Judæa*. Duo oppida, unum Sodomam, alterum Gomorrum. *Serv. Sulpit. l.* 1. *hiſt. ſacræ, c.* 6. Sodoma divinis ignibus conflagravit. *Tertul. in Apolog. c.* 40. Sodoma, & Gomorra igneus imber exuſſit.

Sodŏmi, orum, m. populi Sodomæ. *Tertul. in carm. de Sodom. c.* 4. Nuſquam ſunt Sodomi, nuſquam illorum impia lucent Mœnia.

Sodomītæ, arum, m. Sodomi incolæ. Adjective Sodomita cinis, apud *Prudent. in Vincent. v.* 195. & Sodomita libido. *Id. in Pſychomach. v.* 42. Sodomitæ enim ob fœdos maſculorum concubitus igne cœleſti abſumpti ſunt.

Sogdiāna regio, f. 1. *Zagatay*, ſeu *Usbeck*, regio ampla Aſiæ, pars Tartariæ Aſiaticæ, inter Scythiam intra Imaum ad Bor. Bactrianam propriam, & Margianam ad Mer. Scythiam extra Imaum ad Or. mare Caſpium ad Occ. Caput eſt Maracanda. *Curt. l.* 7. *c.* 10. ¶ Sogdiani, ejus regionis populi. *Plin. l.* 6. *c.* 16.

Sol, olis, m. *Sole*, ἥλιος, princeps planetarum, ſeu ſtellarum errantium, qui adventu ſuo diem, receſſu noctem efficit. Poetice appellatur *Phœbus*. Solis vox a Sabinis eſt accepta, ut *Varro* inquit *l.* 4. *de L. L.* Hi vero Solem vocarunt a σέλας, *fulgor*, ut ἥλιος, ab ἕλη, quomodo, ut Euſtathius, & alii tradunt, vocatur ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή, Splendor Solis. *Ciceroni* dictus videtur, quia ſolus: inquit enim *l.* 2. *de nat. Deor.* Cum Sol dictus ſit, vel quia ſolus ex omnibus eſt tantus, vel quia, cum eſt exortus, obſcuratis omnibus ſolus apparet. Et *l.* 3. Cumque tu Solem, quia ſolus eſſet, appellatum eſſe dicas. *Id. rurſus* 2. *de nat. Deor.* Jam Apollinis nomen eſt Græcum, quem Solem eſſe volunt. ¶ Poetæ fabulantur filium eſſe Hyperionis, ut eſt apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sed *Ovid. l.* 1. *Faſt.* ipſum Solem Hyperionem vocat, dum ait: Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda Deo. ¶ Adeo magnus eſt, ut terram centies, & quadragies contineat, ut ait *Joſ. Blancanus* *in Coſmogr. l.* 10. *c.* 3. *n.* 4. *Cicero* de Solis magnitudine ita ſcribit *lib.* 2. *Acad.* Quid poteſt eſſe Sole majus? quem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem eſſe, quam terram? At *Epicurus* cenſuit, Solem tantum eſſe, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem. *Cic.* 2. *Acad. & l.* 1. *Fin.* ¶ Sol niger, infauſtum notat. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. Hunccine Solem tam nigrum ſurrexe mihi? Sic contra Soles candidi, pro diebus felicibus, apud *Catul. carm.* 8. ¶ *A primo Sole*, eſt poſt Solis ortum. *Juven. ſat.* 2. Officium cras Primo a Sole mihi peragendum in valle Quirini? ¶ *Sole novo*, eſt oriente die, Sole adhuc recenti, necdum fervente. *Virg.* 1. *Georg.* At cum Sole novo terras irrorat Eous. ¶ *Sole, & Sole nihil melius*, proverb. apud *Plin. lib.* 31. *cap.* 9. ¶ *Nondum omnium dierum Sol occidit*, alterum proverb. apud *Liv. l.* 39. *c.* 26. quo ſignificatur finem rei nondum apparere, ad quem multis periculis perveniendum ſit. ¶ Metonymice ponitur pro Solis ſplendoribus, vel radiis in num. pl. *Martial. l.* 8. *ep.* 14. Hybernis objecta locis ſpecularia puros Admittunt Soles, & ſine fæce dies. ¶ Item pro æſtibus, vel ardoribus. *Hor. epod.* 2. peruſta Solibus pernicis uxor Apuli. ¶ Item pro diebus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 203. Tres adeo incertos cæca caligine Soles Erramus pelago. *Horat. l.* 4. *od.* 2. & o ſol pulcher, o laudande, canam, recepto Cæſare felix. ¶ Uſurpatur etiam tranſlate. *Cic. Att. l.* 9. *de afflicta Pompeji fortuna*, Sol (ut eſt in tua quadam epiſtola) excidiſſe mihi e mundo videtur. ideſt Tenebris ſepulta omnia mihi videntur propter obſcuratam Pompeji gloriam, & dignitatem, cujus ſplendore Reſpublica, ut terra Sole, recreabatur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Quo quidem anno P. Africanus, Sol alter, extinctus eſt. ¶ Hoc nomen etiam hominibus impoſitum fuit. Hinc multi Soles recenſentur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Cumque tu Solem, quia ſolus eſſet, appellatum eſſe dicas, Soles ipſi quam multi a Theologis proferuntur? Unus eorum Jove natus, nepos Ætheris, alter Hyperione: tertius Vulcano Nili filio, cujus urbem Ægyptii volunt eſſe eam, quæ Heliopolis appellatur: quartus is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur, avum Jalyſi, Camiri, & Lindi: quintus, qui Colchis fertur Æetam, & Circen procreaviſſe.

Solāgo, ginis, f. *girasole*, herba, quæ & heliotropium dicitur. *Apul. de herb. c.* 49. & 63.

Solāmen, inis, n. *ſollievo*, *conſolazione*, נחמה, Ger. *troſt*, Gall. *ſoulagement*, Hiſp. *ſolaz*, παραμύθιον, ſolatium. *Virg.* 3. *Æn. v.* 661. Solamenque mali de collo fiſtula pendet.

Solānum, i, n. *ſolano*, στρύχνον, genus herbæ. *Plin. l.* 27. *c.* 13. Solanum Græci ſtrychnon vocant, ut tradit Cornelius Celſus. Huic vis reprimendi, refrigerandique.

Solānus ventus dicitur a *Vitr. l.* 1. *c.* 6. qui ab Oriente æquinoctiali flat. *vento di Levante*.

Solāris, & re, n. 3. *ſolare*, *da Sole*, ἡλιακός, quod eſt Solis. *Ovid. lib.* 5. *Triſt. el.* 9. Dumque (quod o breve ſit) lumen ſolare videbo. ¶ Solaris herba, genus herbæ, quod ſe cum Sole circumagit, etiam nubilo die, Græcis ob eandem cauſam heliotropion dicitur. *Celſ. l.* 5. *c.* 27. Bibere oportet herbæ ſolaris, quam ἡλιοτρόπιον Græci vocant, ſemen.

Solārĭum, ii, n. *orologio da Sole*, ὡρολόγιον ἡλιακόν, inſtrumentum, quo horæ cognoſcuntur ad Solem, veruto umbram faciente. *Varro l.* 5. *de L. L.* Solarium, quia in eo horæ in Sole inſpiciebantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Aut cum ſolarium, vel ex aqua contemplere, intelligere declarari horas arte, non caſu. *V. Plin. l.* 7. *c.* 60. ubi multa de ſolario Romæ primum facto. ¶ Dicitur etiam ſolarium horologium. *Plin. loc. cit.* Solarium horologium ſtatuit ad ædem Quirini. ¶ Solarium præterea dicitur locus editus in domo, in quo veteres ſolebant apricari, nempe quia Soli eſſet expoſitum, ἡλιαστήριον. *Plaut. Mil.* 2. 4. 25. Nam certe neque ſolarium apud nos, neque hortus ullus, neque feneſtra, niſi clatrata. *Ulpian. l. ſi arbor, ff. de ſervit. urb. præd.* Si arbor in heliocaminum, vel ſolaria Solem obſtruat, &c. *Macrob. lib.* 2. *Saturn. c.* 4. Cum Auguſtus de Tyriæ purpuræ, quam emi juſſerat, obſcuritate quereretur, dicente venditore, erige altius, ac ſuſpice, his uſus eſt ſalibus: Quid ergo, ut me Populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum?

Solārĭum, ii, n. vectigal, quod pro ſolo penditur, a *ſolum*, quod terram notat. *Ulp. l.* 2. *Dig. Ne quid in loc. vel itin. publ.* Si tamen obſtet ædificium in publico uſui, utique is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere, aut ſi non obſtet, ſolarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur ex eo, quod pro ſolo pendatur. *Adde leg.* 39. *Dig. de legat. & fid.* 2.

Solatĭŏlum, i, n. παραμυθίδιον, exiguum ſolatium. *Catul. ad paſſerem Lesbiæ, ep.* 2. Ut ſolatiolum ſui doloris.

Solatĭum, ii, n. *conſolazione*, παραμυθία, conſolatio, ſolamen. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 3. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. *Id.* 6. *Ver. c.* 60. Ut illi haberent hæc oblectamenta, & ſolatia ſervitutis. *Id. de clar. Orat. c.* 3. Solatia dare alicui. *Id. Ver.* 7. Reportare ſolatium ex aliqua re. *Id. Fam.* 11. *ep.* 16. In maximo dolore ſolatio uti. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 32. Solatio eſſe alicui. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 24. Solatio aliquem afficere. ¶ Tranſlate *Cic. Agrar.* 2. Vectigal ſolatium annonæ. *Ulpian. l.* 13. *ff. com. præd.* Niſi talis conſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, ut ſi quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſolatium pro hoc domino præſtet. h. e. pretium, mercedem. *Alciat.* hic legit *ſolarium*.

Solātor, oris, m. *conſolatore*, qui aliquem ſolatur. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 5. *v.* 40. lugentum mitis ſolator. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 3. Ipſe ego ſolator, &c.

Solātum, i, n. genus morbi, cum quis nimio ſolis æſtu corripitur. *Feſt.*

Solātus, a, um, ἡλιωθείς, qui Solis nimio æſtu male affectus, correptuſque eſt, quemadmodum ſideratus, qui ſidere. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Sic & ſolatis proſunt. ¶ Eſt etiam participium a ſolor, *ch' ha conſolato*. *Virg.* 1. *Georg.* longo cantu ſolata laborem. ¶ Item a ſolo, as, pro deſolatus, *deſolato*. *Senec. Oedip. v.* 5. Proſpiciet avida peſte ſolatas domos.

Soldurĭi, m. 2. iidem ac devoti, ideſt arctiſſimum genus amicorum, apud Gallos. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 22. Adcantuannum, qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis devotis, quos illi ſoldurios appellant: quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint: ſiquid iis per vim accidat, aut eundem caſum una ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret.

Soldus, i, m. n. idem ac ſolidus, pro nummo, per Syncopen, *Mart. l.* 4. *ep.* 37. En inſulis, fundiſque tricies ſoldum, Ex pecore redeunt ter ducena Parmenſi. Ubi *ſoldum* genitivus pluralis eſt pro *ſoldorum*, ſeu *ſolidorum*, ut *ſeſtertium* pro *ſeſtertiorum*.

Soldus, a, um, per ſyncopen pro ſolidus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 113. inane abſcindere ſoldo.

Solĕa, æ, f. *ſcarpa*, סנדל, Ger. *pantoffeln*, Gal. *pario pantouffle*, Hiſp. *alcorque*, *chapin*, ὑπόδημα, σανδάλιον, calceamenti genus, quo ſolæ plantarum calces obteguntur, cæteris pedis partibus nudis relictis, anſulis tantum quibuſdam in ſuperiore parte coeuntibus revinctum. *Gel. l.* 13. *c.* 21. *Caſtricius*, Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta ſunt, ſoleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas. ¶

Digitized by Google

a *calco*, quod *calceus* calcem munit, unde & nomen, *ſolea* vero obtegit tantummodo ſolum, ſive plantam pedis. ¶ Commonis erat viris æque, & mulieribus, ſed viri domi tantum, foris vero calceis utebantur. Itaque *Aſinius* ad *Cic. l.* 10. *ep.* 32. inter alia, quæ in Balbo culpat, hoc ponit, quod nudis pedibus is, qui Quæſtor erat, obambulaſſet in maxima hominum multitudine, quæ ad ſpectaculum gladiatorium confluxerat. Apud *Gellium* quoque *lib.* 6. habes illa *Caſtricii* verba: Soleatos vero Populi Romani Senatores per Urbis vias ingredi nequaquam decorum eſt, non hercle vobis minus, quam illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine objectavit. *Plaut. Truc.* 2. 8. Date jam ſoleas, atque intro me actutum ducite. Ubi meretrix quædam loquitur. *Cic. de Aruſp. Reſp.* P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, &c. ¶ Non ſolum vero ſolea dicitur de iis, quæ ex corio, vel ex lana fiunt, ſed etiam de iis, quæ ex ferro, vel argento, vel alia materia metallica, quæ pedibus equorum, & aliorum jumentorum ſubjiciuntur. *Sueton. in Ner. c.* 30. Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur, ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus. ¶ Dicitur etiam de compedibus, *ceppi*. *Cic.* 2. *de Invent.* Ei ſtatim, quod effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. ¶ Per Metaphoram ſolea etiam dicitur piſcis, nempe a planitie, qua ſoleam refert, *ſogliola*, βούγλωσσος. *Plin. l.* 9. *c.* 20. Marinarum alii ſunt plani, ut rhombi, ſoleæ, paſſeres. ¶ Transfertur & ad alia. *Feſtus*: Solea, ut ait Verrius, eſt non ſolum ea, quæ ſolo pedis ſubjicitur, ſed etiam materia robuſtea, ſuper quam paries craticius extruitur. *Pauli.* Solea vel ea dicitur quæ ſolo pedis ſubjicitur, vel genus piſcis, vel materia robuſtea, ſuper quem paries craticius extruitur. ¶ Imo & eſt inter inſtrumenta oleo conficiendo idonea. *Col. l.* 12. *c.* 50. Oleo autem conficiendo molæ utiliores ſunt, quam trapetum, trapetum, quam canalis, & ſolea.

Solearius, ii, m. *calzolaio*, Germ. *ſolenſchaffer*, Gal. *cordonnier*, Hiſp. *çapatero*, [illegible], ſutor ſolearum. *Plaut. Aul.* 3. 5. 40. Solearii aſtant, aſtant molochinarii.

Soleatus, a, um, [illegible], qui ſoleis indutus eſt. *Cic.* 7. *Ver. c.* 33. Stetit ſoleatus Prætor Populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. *Martial. l.* 12. *ep.* 84. Etſi jam lotus, jam ſoleatus eris.

Solemne, Sollemne, vel Solenne, is, & in plur. numero Solemnia, vel Solennia, ium, ſubſtant. n. *ſolennità*, [illegible], feſtum, quod ſingulis annis certo tempore fit, celebritas, ritus, cæremonia. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Omnia ſolemnia, ac jura ludorum omnibus rebus ſumma cum cæremonia eſſe ſervata. *Virg.* 6. *Æn.* Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolemnia mittent. *Juven. ſat.* 10. Incolumi Troja Priamus veniſſet ad umbras Aſſaraci magnis ſolemnibus. *Tacit. l.* 11. *Ann. c.* 26. Cuncta nuptiarum ſolemnia celebrat. *Id. l.* 12. *Ann. c. ult.* Et funeris ſolemne perinde, ac Divo Auguſto, celebrat. ¶ Sumitur etiam pro inſtituto, more, conſuetudine. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 6. Tantum igitur noſtrum illud ſolemne ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus. *Suet. in Aug. c.* 44. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectari ſolemne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 101. Inſanire putas ſolemnia me. h. e. putas mihi inſanum eſſe ſolemnem, & uſitatam. *me ſtimi un ſolenne pazzo.*

Solemnis, vel ſollemnis, vel ſolennis, ne, o. 3. *ſolenne*, Ger. *jahrzeitlich*, Gall. *ſolemnel*, Hiſp. *ſolemne*, [illegible], quod omnibus, ſingulisque annis fit. *Feſt.* Solemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus, annisque fieri ſolent. ¶ Varia affertur ab Etymologis hujus vocis origo, ex qua varia quoque naſcitur ſcribendi ratio. Alii enim deducunt a *ſolus*, & *annus*, & ſcribunt *ſolemnis*: alii ab Oſco *ſollus*, totus, & *l* literam geminant, alii denique a Græco ὅλος, *totus*, & [illegible], *auguſtus*, & ſcribunt *ſolemnis*. *Manut. in Orthogr.* duo affert antiqua monumenta, in quibus *ſollemnis* legitur, neque tamen eam ſcripturam improbat, quæ unicum *l* adhibet. Verum utcunque ſit de his, ad vocis notionem veniamus. Itaque ſolemne dicitur, quod ſtatis temporibus cum celebritate, & apparatu fit. *Virg.* 5. *Æn. v.* 53. Annua vota tamen, ſolemneſque ordine pompas. *Cic.* 1. *Toſc.* Cum enim illam ad ſolemne, & ſtatutum ſacrificium curru vehi jus eſſet. *Apul. l.* 11. *Metam.* Solemniſſimæ preces. ¶ Quia vero quod ſolemne eſt, nno fere prætermittitur, nec ullo modo negligitur, inde eſt, quod ſolemnis ponitur pro conſueto, præſcripto, legitimo, conſtituto. *Cic. pro Dom.* Si Tribunus Pl. verbis non minus priſcis, & pene ſolemnibus bona civis cujuſpiam conſecrarit. *Id. pro Quinct.* Nullum eſſe officium tam ſanctum, atque ſolemne, quod non avaritia comminuere, atque violare ſoleat. Sic *Stat.* 8. *Theb. v.* 174. ſollemnia arma vocat, quæ ob religionem moveri non poſſunt. *Leg.* 21. *Dig. qui teſtam. fac. poſſ.* Solemnis teſtium numerus, h. e. a lege præſcriptus.

Solemnitas, atis, f. *ſolennità*, [illegible], Germ. [illegible], Gal. *ſollemnité*, Hiſp. *ſolemnidad*, [illegible], feſtum, quod omnibus & ſingulis annis celebratur. *Gel. l.* 2. *c.* 24. Qui edicto per dierum certas ſolemnitates uſque ad duo millia ſumptus cœnarum propagatus eſt. ¶ Ponitur etiam pro actu quocunque ſolemni, & publico. *Ulp. l. poſt mortem*, *ff. de opimmibus*: Nec per alium ejuſmodi ſolemnitatem peragere poteſt. *Leg.* 25. *Dig. de adopt.* Solemnitas adoptionis. h. e. legitimus ritus.

Solemniter, adv. *ſolennemente*, Ger. *nachjærlichen*, Gal. *ſollemnement*, Hiſp. *ſolemnemente*, [illegible], ἐξ ἔθους, ſecundum ſolemnitatem, ex more, ex inſtituto. *Liv. l.* 5. *c.* 46. Ibique omnibus ſolemniter peractis, eadem revertens, &c. *Plin. l.* 8. *c.* 1. Ibique ſe purificantes ſolemniter aqua circumſpergi, atque ita ſalutato ſidere in ſylvas reverti, &c.

Solemnitus, adv. idem ac ſolemniter, apud Vet. *Liv. apud Non.* Solemnituſque eum laudet lubens.

Solen, enis, σωλήν, piſcis quidam marinus, qui & δόναξ appellatur a Græcis. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Solens, entis, o. 3. εἰωθώς, partic. a ſoleo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 43. Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. *Id. Caſ.* 5. 1. 14. Lubens fecero, & ſolens.

Soleo, es, ſolitus ſum, n. 2. *ſolere*, *eſſere ſolito*, [illegible], Germ. *pflegen*, Gall. *accouſtumer*, Hiſp. *acoſtumbrar*, εἴωθα, εἰθισμαι, conſuevi, mos meus eſt. *Cic.* 1. *de Orat.* Ipſa vero præcepta ſic illudere ſolebat, &c. *Id. de Am.* Si prius, quod maxime reprehendere ſolitus ſis, adhæro. *Id.* 2. *de Orat. cap.* 13. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt. ¶ Præteritum habet *ſolitus ſum*. reperitur tamen etiam *ſolui*. *Cæl. apud Non. c.* 10. *n.* 35. Duos, & ſeptuaginta lictores domum deportaviſſe, qui ductoribus hoſtium antea ſoluerat ferri. *Salluſt. in fragm. l.* 5. *Hiſt.* Neque ſubſidiis, uti ſoluerat compoſitis. ¶ Solere cum viro, vel muliere, eſt conſuetudinem habere, rem habere, corpora miſcere. *Plaut. Caſ.* 1. 1. 37. Viris cum ſuis non ſolere prædicant. ¶ Uſurpatur etiam impers. *Cic.* 2. *de Orat.* Ut in conditionibus ſieri ſolet. *Id. pro Cluent.* Cum quædam in collibus, ut ſolet, controverſia paſtorum eſſet orta. ideſt ut fieri ſolet. ¶ Præteritum *ſolui* uſurpatum olim fuit a *Catone*, & *Enn.* teſte *Varr. l.* 8 *de L. L.*

Solers, vel melius ſollers, (ut vult *Manut. in Orthogr.*) ertis, o. 3. *dotto*, *perito*, [illegible], Germ. *klug*, Gal. *fin*, *ingenieux*, Hiſp. *cuerdo*, *ſabio*, [illegible], [illegible], ingenioſus, prudens, ſagax. Ducunt Etymologi ab Oſco *ſollus*, quod totum notat, & a Latino *ars*. *Hor. l.* 4. *od.* 8. Parrhaſius ſollers nunc hominem ponere, nunc Deum. *Id. de art. poet.* Muſa lyræ ſollers. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Et hæc omnia eſſe providæ, ſolertiſque naturæ. *Id. pro R. Com.* Jam quo quiſque eſt ſollertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius. *Salluſt. in Jug. c.* 96. Sylla ſollertiſſimus omnium factus eſt.

Solerter, ſeu ſollerter, adv. *accortamente*, Ger. *geſchicklich*, Gal. *ſubtilement*, Hiſp. *diligentemente*, ἀγχινόως, artificioſe, perite, ingenioſe. *Cic.* 1. *de Leg.* Quam imitata natura res ad vitam neceſſarias ſollerter conſecuta eſt. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 44. Præſertim cum multis partibus ſint illa perfecta, quam hæc ſimulata, ſollertius. *Id.* 6. *Ver. c.* 35. Tu illius artis temperationem, tu operum lineamenta ſollertiſſime perſpicis.

Solertia, vel melius ſollertia, æ, f. *deſtrezza*, *pratica*, *prudenza*, חכמה, Ger. *klugheit*, Gall. *adreſſe*, Hiſp. *ſolercia*, ἀγχίνοια, prudentia, perſpicacitas, induſtria. Sumitur tum in bonam partem, tum in malam. *Cic. de Sen. c.* 17. Mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus, a quo eſſent illa dimenſa, atque deſcripta. *Id.* 1. *Offic.* Sic homines, ac multo etiam magis natura congregati adhibent agendi, congregandique ſollertiam.

Soli, m. e. Soloe, Pompejopolis, *Paleſoli*, Σόλοι, urbs Ciliciæ, maritima, a Solone condita, patria Arati Poetæ. Apud Solos fons eſt, qui olei vicem explet. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Solſar, aris, n. id, quo ſolium integitur, a ſolium, ut a torus toral, ab aula aulæ. *Varro apud Non.* ut refert *Martinius in voce Solium*: Phrygio, qui pulvinar poterat pingere, ſoliar lævigabat.

Soliaris, re, adject. ad balinei ſolium pertinens. *Spartian. in Caracalla*, *c.* 9. Thermarum cellam ſoliarem architecti negant poſſe ulla imitatione, qua facta eſt, fieri.

Solicanus, a, um, adject. qui ſolus canit. *Martian. Capel. l.* 2. Muſæ nunc ſolicanæ, nunc concinentes.

Solicitatio, ſeu ſollicitatio, onis, f. *ſollecitazione*, [illegible], Germ. *bemühung*, Gall. *ſolicitation*, Hiſp. *ſolicitacion*, [illegible], irritatio, excitatio, quæ fit propoſita ſpe, vel incuſſo metu. *Cic. in Catil.* 3. *c.* 9. Jam vero illa Allobrogum ſollicitatio a Lentulo, cæteriſque domeſticis hoſtibus, &c. ¶ Interdum ſumitur pro triſtitiæ illatione, ſeu afflictione, quæ fit ab alio, ut ait *Donat. Ter. Andr.* 1. 5. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverſe trahunt, amor, hujus miſericordia, nuptiarum ſolicitatio.

Solicitator, ſeu ſollicitator, oris, m. *ſollecitatore*, מפתה, Germ. *anfitzer*, Gall. *ſolicitateur*, Hiſp. *ſolicitador*, [illegible], qui ſolicitat, tentator, ut Solicitator alienarum nuptiarum, ideſt qui pudicitiam matronæ conatur labefactare. *Paul. l.* 1. *ff. de extraord. crim.* Solicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores. *Sen. controv.* 13. Solicitator matronæ.

Solicitatus, ſeu ſollicitatus, a, um, *ſollecitato*, *tentato*. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. epiſt.* 3. Delectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus ſollicitatis. *Liv. l.* 31. *c.* 5. Sollicitati milites. *Lucret. l.* 2. *v.* 963. Corpora ſolicitata in ſuis ſedibus. h. e. commota, perturbata.

Solicite, ſeu, ſollicite, adv. *ſollecitamente*, Germ. *ſorgfältigklich*, Gall. *ſoigneuſement*. Hiſ. *cuydadoſamente*, [illegible], cum ſolicitudine, diligenter, accurate. *Ovid. l.* 4. *de Pon. eleg.* 6. Qui mala ſolicite noſtra levatis. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 19. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor. *Sen. epiſt.* 93. Minimum eſt de quo ſolicitiſſime quæritur.

Solicito, vel ſollicito, as, a. 1. *ſollecitare*, [illegible], Germ. *ſorgfältig machen*, Gall. *ſoliciter*, Hiſp. *poner cuydado*, *ſolicitar*, [illegible], eſt aliquem aliqua ſpe, vel metu impellere, tentare, ut Solicitare pudicitiam mulieris, Solicitare animos militum. In veteribus libris geminum ll ſcribitur, teſte *Manut. in Orthogr. Plin. l.* 8. *c.* 27. Sollicitare aves ad ſe. *Cic. pro Cluent. c.* 16. Cujus ſervum Diogenem Fabricius ad venenum Habito dandum ſpe, & pretio ſollicitare cœpit. *Id.* 4. *Catil.* Pretio ſperantem ſollicitari poſſe animos egentium, atque imperitorum. *Ovid.* 3. *de Pon. epiſt.* 3. Sollicitare legitimos toros. *Sen. Controv.* 15. Sollicitare matronam. ¶ Nonnunquam in bonam partem accipitur. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 13. Circumſpicias præceptores, quos ſollicitare poſſimus. h. e. tentent, ut docendi munus ſuſcipere velint. *Sen.* 3. *de Benef. c.* 21. Sollicitare ad laborem. ¶ Interdum ponitur pro vertere, arare; quam notionem eſſe in hoc verbo primam, & propriam quidam dicunt, nempe quia a *ſolum*, & *cieo*. *Virg.* 1. *Georgic.* Sollicitanda tamen tellus, pulviſque movendus. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 7. Et teneram ferro ſollicitavit humum. ¶ Interdum pro navigare. *Claud. in præfat. l.* 1. *de rapto Proſerp.* Et tumidis remis ſollicitavit aquas. h. e. movit, agitavit. ¶ Interdum pro aperire. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 1. Per me decepto didicit cuſtode Corinna liminis adſtricti ſollicitare forem. ¶ Accipitur quoque pro curam injicere, angere, *inquietare*. *Ter. Andr.* 3. 3. Cur meam ſenectutem hujus ſollicito amentia? *Cic. ad Q. Frat. l.* 3. *epiſt.* 9. Sed me illa cura ſollicitat, angitque vehementer. *Id. l.* 16. *Fam. epiſt.* 17. Valetudo tua me valde ſollicitat. Sic ſollicitare aliquem bello, *Ovid.* 5. *Faſt.* ¶ Sollicitare ſpicula dextra, apud *Virg.* 12. *Æn. v.* 403. ubi loquitur de Japide Æneæ vulnus curante, eſt tractando experiri, an avelli poſſint. ¶ Sollicitare feras arcu, eſt perſequi, venari, *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 7. ¶ Sollicitare ſtamina pollice docto, apud *eund.* 11. *Metam. v.* 170. eſt lyræ chordas arte pulſare. ¶ Sollicitare pacem. h. e. turbare quietem. *Liv. l.* 1. *c.* 21. *& l.* 34. *c.* 16. *paſſim.*

Solicitudo, ſeu ſollicitudo, inis, f. *ſollecitudine*, *affanno*, דאגה, Germ. *ſorgfältigkeit*, Gall. *ſollicitude*, *ſoin*, Hiſp. *cuydado*, *congoxa*, μέριμνα, cura, anxietas, inquietudo, quæ mentibus inhæret. *Cic.* 4. *Tuſc.* Sollicitudo, ægritudo cum cogitatione. *Id.* 1. *Fin.* Eæque ipſæ ſollicitudines, quibus eorum animi noctes, dieſque exeduntur. *Id. de clar. Orat. c. ult.* Sollicitudine afficere. *Id.* 8. *Attic. epiſt.* 17. In ſollicitudine eſſe. *Id. Fam.* 9. *epiſt.* 17. Afferre alicui ſollicitudinem. *Id.* 1. *Fin.* Sollicitudinibus cordi. *Terent. Phorm.* 4. 1. 12. Hæc res mihi eſt ſollicitudini. Eodem modo inventus eſt & *Cic. Fam.* 16. *ep.* 7.

Solicitus, ſeu ſollicitus, a, um, *ſollecito*, דואג, Ger. *ſorgfältig*, Gal. *qui eſt en ſoucy*, *ſoigneux*, Hiſp. *cuydadoſo*, *congoxoſo*, [illegible], inquietus, anxius, curis affectus. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 2. *Fin.* Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo, aut ſollicito fuiſſe? *Id. Mario l.* 7. *Fam. epiſt.* 3. Sollicitum autem te habebat cogitatio cum officii, tum etiam periculi mei. *Liv. l.* 5. Sollicitumque hoſtem ad lucem tenere. ¶ Vel cum ablat. ſine præp. *Cic.* 1. *Agr.* Sollicitam mihi civitatem ſuſpicione, ſuſpenſam metu tradidiſtis. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *ex*. *Ter. Andr. a.* 1. *ſc.* 5. Laborat e dolore, atque ex hoc miſera ſollicita eſt, &c. ideſt propter hoc, propter hanc rem. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cic. Tiron. l.* 16. *epiſt.* 7. Sollicito eramus de tua valetudine mirum in modum. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Quintil. l.* 8. *c.* 3 Nec ſum in hoc ſollicitus. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *pro*. *Gell. l.* 19. *c.* 2. Sollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis. ¶ Vel cum accuſ. *vicem*. *Liv. l.* 8. Cum clamor undique ab ſollicitis vicem Imperatoris militibus ſublatus. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. Cal. l.* 10. *Fam.*

10. *Fam.* Mirifice ſum ſollicitos, quidnam de provinciis decernatur. ¶ Interdum ponitur pro pleno ſollicitudinis. *Cic. de Amic.* Omnia ſemper ſuſpecta, atque ſollicita ſunt. ¶ Interdum pro agitato, impulſo. *Virg. 4. Georg. v. 262.* Mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis. ¶ Interdum ponitur pro timido. *Ovid. 5. Faſt.* Imbelles capreæ, ſollicituſque lepus. *Martial. l. 14. epiſt. 111.* Peccant ſecuræ nimium, ſollicitæque manus, ideſt dubiæ, & quæ aliquid frangere metuunt. ¶ Sumitur etiam active, pro eo, quod ſollicitudinem injicit, ſollicitudinem, & curas affert. *Virg. 10. Ecl.* Sollicitos Galli dicamus amores. *Horat. l. 2. ſat. 6.* Nam ſiquis laudat Arelli ſollicitas ignarus opes. ¶ Compar. *ſollicitior*, ſup. *ſollicitiſſimus*. *Plane. Cic. l. 10. Fam. epiſt. 18.* Sollicitiorem certe hominem non ſuis contractis neminem puto fuiſſe. *Sen. l. de brev. vit. c. 15.* Breviſſima, ea ſollicitiſſima ætas.

Solidamentum, i, n. firmamentum, firmitas. *Lactant. de Opif. Dei, c. 7.* Deus igitur ſolidamenta corporis, quæ oſſa dicuntur, &c.

Solidatio, onis, f. *raſſodamento, fermezza*, actus ſolidandi. *Vitruv. l. 5. c. 3.* Solidationes ita erunt faciendæ. Loquitur *Vitruv.* de fundamentis ædificiorum, quæ paluſtri ſolo extruuntur. Adde *l. 7. c. 1.*

Solidatrix, icis, f. quæ ſolidum reddit. *Arnob. lib. 4.* Cartilago oſſium ſolidatrix.

Solidatus, a, um, nom. ex particip. *raſſodato*, firmatus, ut ſolidati muri, apud *Tacit. 2. hiſt. c. 19.* Fauces ſolidata veneno, *Lucan. l. 8. v. 691*, h. e. medicamento firmata contra putrefactionem.

Solide, adver. *intieramente*, στερεῶς, integre, vere, omnibus modis. *Ter. Andr. 5. 5.* Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gaviſurum gaudia. *Plau. Trinum. 4. 2. 8.* Hic homo ſolide ſycophanta eſt. *Idem ibid. v. 47.* Id ſolide ſcio. ¶ Item firme. *Gell. l. 19. c. 5.* Aqua ſolidius, latiuſque concreta.

Solideſco, is, ſine præt. & ſup. *ſoldarſi*, דבק, Germ. *feſt werden*, Gal. *ſe ſouder*, Hiſp. *ſoldarſe*, στερεοῦμαι, ſolidus fio, conſolidor, conglutinor, coeo. *Plin. l. 12. c. 37.* Veſica membrana conſtat, vulnerata cicatrice non ſolideſcit. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Calx ſolideſcit.

Solidipes, edis, o. 3. στερεόπους, quod ſolidos habet pedes, non biſurcatos. *Plin. l. 10. c. 63.* Contra naturam ſolidipedum, aut biſulcorum ſupra cuncta eſt murium fœtura. Adde *l. 11. c. 37.*

Soliditas, atis, f. *ſolidità*, חזק, Germ. *ſteiffe*, Gall. *ſolidité*, Hiſp. *firmeza*, στερεότης, perfectio illa, qua aliquid integrum, & plenum eſt ſecundum omnem dimenſionem, per longum, latum, & profundum, integritas, firmitas. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Atomos, ideſt corpora individua, propter ſoliditatem cenſet in infinito inani ita ferri, ut &c. *Id. 1. de nat. Deor. c. 37.* Speciem Dei percipi cogitatione, nec eſſe in ea ullam ſoliditatem. ¶ Ponitur & pro tota aliqua re, quæ græce ἀδιαίρετον dicitur. *Gordian. leg. 2. Cod. Quo quiſque ordine:* Quoties duobus non ſeparatim, ſed pro indiviſo munus injungitur, & ita ut unuſquiſque eorum periculo ſoliditatis videatur obſtrictus. ¶ Soliditates a *Vitruv. l. 7. c. 3.* accipiuntur pro fundamentis, ſeu ſubſtructionibus calce, & tectorio firmatis, & induratis.

Solido, as, a. 1. *ſoldare*, חזק, Germ. *feſt machen*, Gall. *ſouder*, Hiſp. *ſoldar*, στερεόω, ſolidum, & firmum reddo, roboro, firmo, glutino. *Virg. 1. Georg. v. 179.* Et creta ſolidanda tenaci. *Plin. l. 28. c. 16.* Lardum elixum ſolidat oſſa fracta. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Solum ſtucationibus ſolidare. ¶ Solidare rationes, *ſaldar le partite*, phraſis eſt *Aſconii in Ver. 3. c. 36.*

Solidum, adv. idem quod ſolide, valde. *Apul. l. 5. A. A.* At Venus irata ſolidum, exclamavit repente.

Solidus, a, um, *ſolido*, קשה, Gm. *feſt*, Gal. *ſolide*, Hiſp. *firme*, στερεός, quod habet tres dimenſiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, plenum, integrum, nihil concavi, aut cacui habens. *Cic. 2. de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος græce dicitur. *Id. 1. de Divin.* Annibalem Cœlius ſcribit, cum columnam auream, quæ eſſet in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque, utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, perterebraviſſe. ¶ Sæpe accipitur pro integro, quod neque concavum eſt, neque ex partibus compoſitum, ſed ex uno, eoque jugi conſtat corpore. Sic columnas dicimus eſſe ex ſolido marmore, non quæ marmoreis tectæ ſunt cruſtis, ſed quæ ex uno confectæ ſunt lapide. *Virg. 6. Æneid.* Tum Phœbo, & Triviæ ſolido de marmore templa inſtituam. *Id. 3. Georg.* In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto Gangaridum faciam. ¶ Interdum ponitur pro duro. *Virg. 3. Georg.* ſolida glacies. *Ovid. Heroid. epiſt. 12.* Solida humus. *Stat. 8. Theb. v. 408.* Solida nix. h. e. grando. *Colum. l. 7. c. 8.* Solidior caſeus. *Vitruv. l. 1. c. 3.* Solidiſſima ſtructura. ¶ Tranſlate dicitur etiam de rebus incorporeis, pro toto, integro, perfecto, quod omnibus ſuis partibus conſtat, cuique nihil eſt detractum. *Terent. Eun. 5. 2. 32.* Ut ſolidum parem hoc mihi beneficium. *Id. Andr. 4. 1. 23.* Nonne tibi ſatis eſſe hus viſum ſolidum eſt gaudium? *Horat. l. 1. od. 1.* Nec partem ſolido demere de die. *Cic. pro Rab. Poſth. c. 17.* Ita bona veneant, ut ſolidum ſuum cuique ſolvatur. h. e. integrum. *Paul. l. 26. ff. de uſu, & uſufr.* &c. Quo extincto ſolidam proprietatem ad legatarium voluit pertinere. h. e. plenam, & non deducto uſufructu. ¶ Item pro vero, ſyncero. *Cic. 5. Pis.* Niſi neſcio quem illam umbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido, quam ſplendido nomine. *Id. ibid.* In quibus nulla ſolida utilitas, omniſque puerilis eſt delectatio. *Plin. l. 7. c. 40.* Quo ſemel recepto, ſolida felicitas non eſt. ¶ In ſolidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fidejuſſoreſve, quorum unuſquiſque ſe rei totius debitorem, fidejuſſoremve conſtituit. *Julian. l. reos, ff. de duobus reis:* Quia non fuerat adjectum, ſingulos in ſolidum ſpopondiſſe. *Ulpian. l. bis verbis, eod. tit.* Eum, qui abſens fuerit, non teneri, præſentem autem in ſolidum eſſe obligatum. *Jabol. l. 2. eod. tit.* Ipſo jure & ſingulis in ſolidum debetur, & ſinguli debent. ¶ In ſolido eſſe, vel locare, eſt in tuto eſſe, vel ponere. *Sen. 3. de benef. c. 4.* Præſentia bona nondum in ſolido ſunt: poteſt illa caſus aliquis incidere. *Virg. 11. Æn. v. 427.* multos alterna reviſens Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locavit. ¶ Solidæ rationes, *partite ſaldate*. *Aſcon in Ver. 3. c. 36.*

Solidus, i, m. δίδραχμον, nummus aureus, juſti, ac ſui ponderis, ita dictus, quaſi integer, ad diſcrimen aureorum dimidiatorum, & tertiariorum, qui ſemiſſes, ac tremiſſes appellati ſunt. *Lamprid. in Alexand. c. 39.* Conflari eos juſſit, & tremiſſes tantum, ſolidoſque formari. *Papinian. l. 47. ff. de manumiſſis teſtam.* Viginti ſolidos a ſingulis hominibus inferendos eſſe hæredi.

Solifer, ra, rum, ἡλιοφόρος, quod Solem fert, ſive continet. *Senec. Herc. Oet. v. 159.* Aut quæ ſoliferæ ſuppoſitus plagæ Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Soliferreum, ſeu ſolliferreum, i, n. ὁλοσίδηρον, genus teli, ab Oſco *ſollus*, ideſt totus, & a *ferrum*, quod totum ſit ferreum. *Feſt. in Solitaurilia:* Quia ſolum Oſcæ totum, & ſolidum ſignificat: Unde tela quædam ſoliferrea vocantur tota ferrea. *Liv. l. 34. c. 14.* Ut emiſſis ſoliferreis, falaricisque gladios ſtrinxerunt.

Solifuga, V. Solipuga.

Soligena, æ, com. 1. ἡλιογενής, qui ex Sole genitus eſt. *Valer. l. 5. Argon. v. 317.* Nec fama fefellit, Soligenam Æetem media regnare ſub Arcto.

Soliloquium, ii, n. *ſoliloquio*. *Auguſtin. l. 2. Solilop. c. 7. ad fin.* Hujuſmodi ſermocinationes, quoniam cum ſolis nobis loquimur, ſoliloquia vocari, & inſcribi volo, novo quidem, & fortaſſe duro nomine, ſed ad rem demonſtrandam ſatis idoneo.

Solimnia, æ, f. inſ. maris Ægæi, in ſinu Pagaſæo. *Plin. l. 4. c. 12.*

Solinates, m. 3. pop. Italiæ, in Umbria. *Plin. l. 3. c. 14.*

Solino, as, a. 1. idem ac conſulo, apud veteres. *Feſt.*

Solinus, i, m. C. Julius Solinus, patria Ægyptius, ut Eruditis quibuſdam videtur (peregrinum certe fuiſſe, non Romanum, ſatis indicat affectatus ejus ſtylus, incomptaque locutio) ſcripſit librum de variis rebus memorabilibus, qui Polyhiſtor inſcribitur, in quo multa ab aliis Scriptoribus excerpſit, præſertim a Plinio. Extat etiam fragmentum carminis de variis piſcibus. Quo tempore vixerit non ſatis conſtat. Poſteriorem Alexandro Mammeæ fuiſſe contendit Salmaſius, qui luculenta in eum commentaria edidit.

Solipuga, ſeu Solipunga, æ, genus beſtiolæ maleficæ, ideſt phalangam cantaridi ſimile. Gloſſ. vetus Solipunga, ἡλιοκεντρίς, μυῖα εἶδος, ideſt heliocentris, muſcæ genus, Sphelengion, muſca venenata. *Plinius* ait eſſe genus formicarum. *Solinus* dicit, araneorum formam habere. Invenitur in leguminibus, ut *Nicander*, & *Plinius* prodidere. *Feſtus* ita ſcribit: Solipunga genus beſtiolæ maleficæ, quod acrius, concitatiuſque ſit fervore Solis, a quo nomen traxit. Alii deducunt a *ſolum*, quo notat plantam pedis, & a *pungo*. Lexicographi legunt *Solifuga*, definiunt genus formicæ venenatæ, afferunt, dictam eſſe a fugiendo Sole. *Auctor Theſ. L. L. in Solpuga* rationem affert. Solpuga, inquit, genus formicarum venenatum, quod a fugiendo Solem ſolifuga etiam nominatur. Concitatur enim acrius fervore Solis, ideoque eum fugit, quantum poteſt. *Plin. l. 22. ad fin.* Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & vitæ periculum afferunt, ſolipugarum generis. Al. leg. *ſolifugarum*. *Id. l. 8. c. 29.* Citra Cynamolgos Æthiopas late deſerta regio eſt a ſcorpionibus, & ſolipugis gente ſublata. Al. leg. *ſolpugis*. *Id. l. 29. c. 4.* Eſt & formicarum genus venenatum, Solipugas *Cicero* appellat, ſalpugas Bætica.

Solis gemma dicitur quædam colore candido, & ad ſpeciem Solis in orbem fulgentes ſpargens radios. *Plin. l. 37. c. 10.*

Solis Fons, Hammonis Fons, *Cauzaron de Mahoma*, fons intra Marmaricæ ſolitudinem, ubi Jovis Hammonis oraculum, a Memphi in Occ. itinere 12. dierum. ¶ Item fons in regione Troglodytarum, qui circa meridiem dulcis, & frigidus eſt, circa mediam noctem amarus, & fervens. *Plin. l. 2. c. 103.*

Solis menſa, Ital. *Paeſe della Cucagna*, Gall. *pays della Cocagne*, Hiſp. *Tierra de Magallons*, Bel. *luy Lackerlande*, Germ. *Schlur auffenlandt*, locus Æthiopiæ, in Meroe inſ. quem ſemper novis epulis inſtructum fabulantur. Proverbialiter dicitur de opulentiorum hominum domibus, quæ omni rerum copia ubertim affluunt, & inopum alimentis expoſitæ ſunt. *Cæl. Rhod. l. 6.*

Soliſtimum, ſeu ſolliſtimum tripudium, dicebatur, cum in auſpicando eſca ex ore pulli decidebat, quod proſperum auſpicium erat. *Cic. 2. de Div. c. 35.* Nam noſtri quidem Magiſtratus auſpiciis utuntur coactis. Neceſſe eſt enim, offa objecta cadere fruſtum ex pulli ore, cum paſcitur. Quod autem ſcriptum habetis, avi tripudium fieri, ſi ex ea quid in ſolum ceciderit: hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium ſoliſtimum dicitis. *Id. l. 2. c. 34.* Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant. *Liv. lib. 10. cap. 40.* Nam cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum Conſuli nuntiavit. *Plin. lib. 10. cap. 21. de gallis gallinaceis.* Horum ſunt tripudia ſoliſtima. ¶ Eſt hæc vox a *ſolum*, h. e. terra, ut ex verbis Ciceronis allatis colligitur: quidam tamen Etymologi malunt deducere ab Oſco *ſollus*, h. e. totus, atque hac ratione duplici *ll* ſcribunt.

Solitanæ cochleæ, genus cochlearum in Africa. Fortaſſe iis nomen eſt a σόλον, *diſcus*, propter magnitudinem. Aliqui cenſent dictas eſſe a quodam loco Africæ. *Var. l. 3. de R. R. c. 14.* Nam & valde amplæ ſunt quædam ex Africa, quæ vocantur ſolitanæ, ita ut earum calices quadrantes octoginta capere poſſint. *Plin. l. 30. c. 6.* Laudatiſſimæ autem ſunt cochleæ Africanæ, ex his ſolitanæ.

Solitaneus, a, um, adject. a ſolitus, *ſolito*, *conſueto*. *Theod. Priſcian. l. 3. c. 1.* Solitaneum libellum conficere. *Marcel. Empir. cap. 20.* Solitanei ſtomachi dolores.

Solitarius, a, um, *ſolitario*, בודד, Germ. *einſam*, Gall. *ſolitaire*, Hiſp. *ſolitario*, μοναχός, qui ſolus vivit, ut Homo ſolitarius, qui celebritatem, hominumque frequentiam odit, ſolitudineque, & receſſu oblectatur. *Cic. 1. Offic. cap. 12.* Ergo etiam ſolitario homini, atque in agro vitam agenti opinio juſtitiæ neceſſaria eſt. ¶ Ponitur etiam pro ſolo, ſine alterius conſortio. *Cic. 1. de nat. Deor.* Omnem enim naturam neceſſe eſt, quæ non ſolitaria ſit, neque ſimplex, &c. *Id. de Amic. cap. 23.* Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid, tanquam adminiculum, annititur.

Solitas, atis, f. idem ac ſolitudo, a *ſolus*. *Accius apud Non. cap. 2. n. 803.* Tum ſolitatem memoras, formidas tibi. *Apul. in Apol.* Solitatem deligere.

Solitaurilia, rum, n. ſolemnia apud Romanos ſacrificia, in quibus tria immolabantur animalia, aries, verres, & taurus, ita dicta ab Oſco *ſollus*, quod totum ſignificat, & a ταῦρος, *taurus*, quo notat ὄρχιν, ideſt partem illam, quæ eſt inter podicem, & ſcrotum. Nomen ex iis impoſitum eſt, quod his ſacrificiis ſolidæ, h. e. non caſtratæ hoſtiæ præberentur. *Feſt.* Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant, tauri, arietis, verris, quod omnes eæ ſolidi, integrique ſint corporis. Atque harum hoſtiarum omnium immolati ſunt tauri, quorum pars ſcilicet cæditur in caſtratione. *Gloſſæ veteres:* Solitaurilia, θυσία ἐκ κριοῦ, ὑὸς, ταύρου. ¶ Pro *ſolitaurilia* legitur & *ſuovetaurilia*, compoſita voce ex *ſue*, *ove*, & *tauro*, ut notat *Quintil. l. 1. c. 5.* & *Var. l. 2. R. R. c. 1.* & fortaſſe illud *ſolitaurilia*, quod a *Feſto* affertur, ex *ſuovetaurilia* depravatum eſt, quod nonnulli Critici opinati ſunt. *Liv. l. 1. c. 44.* Ibi inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit: idque conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt. *Tac. 4. hiſt. c. 53.* Luſtrata ſuovetaurilibus area, Jovem, Junonem, Minervam precatus &c. Adde *6. Ann. c. 37.*

Solite, adv. remotis arbitris, ſine ſocio. *Plaut. Amph. 1. 1. 131.* Ubi ſunt iſti ſcortatores, qui ſolite inviſi cubant. Alii τὸ *ſolite* interpretantur de more. Alii rectius leg. *qui ſoli inviti cubant.*

Solito, as, n. 1. εἴωθα, frequenter ſoleo. *Gel. l. 7. cap. 1.* Scipionem Africanum ſolitaviſſe noctis extremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Solitudo, inis, f. *ſolitudine*, *deſerto*, שממה, Germ. *einode*, Gall. *deſert*, Hiſp. *deſierto*, *ſoledad*, ἐρημία, locus, ubi unus, vel nullus habitat, locus deſertus, receſſus, ſeceſſus, cui locus frequens opponitur. *Cæſ. l. 6. B. G. c. 22.* Civitatibus maxima laus eſt, quam latiſſimas circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere. *Cic. 7. Ver.* Si in aliqua deſertiſſima ſolitu-

ſolitudine ad ſaxa, & ad ſcopulos hæc conqueri, & deplorare vellem. *Id.* 1. *Offic.* Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. *Id. in Brut. c.* 63. Quod erat ab Oratoribus quædam in foro ſolitudo. ¶ Tranſlate dicitur etiam de perſonis, pro orphanitate, viduitate, ac ſtatu, in quo aliquis neminem habet, qui ſe defendat. *Cic.* 3. *Ver. c.* 58. Ut illorum ſolitudo, & pueritia quam firmiſſimo præſidio munita ſit. *Id. pro Cæc.* Qui jamdiu Cæſenniæ viduitate, ac ſolitudine alerentur. *Idem pro Quinct.* Quod ſi tu judex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim, & gratiam ſolitudini, atque inopiæ. ¶ Item pro luctu, & ſordibus, quæ ex nimia quadam triſtitia, & mærore, anxietateque contrahuntur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 4. Si tuam ſolitudinem, communemque calamitatem nemo deſpexerit.

Solitus, a, um, *ſolito*, εἰωθώς, συνήθης, conſuetus, a *ſoleo*. *Ovid.* 1. *Faſt.* Tertia quæ ſolito tempore brumæ refert. ¶ Uſurpatur etiam in ablativo ſine nomine ſubſtantive, cum nominibus comparativis, & cum adverbiis gradus comparativi. *Ovid.* 2. *de Art.* Tu neque ſubjectus, ſolito neque blandior eſto. *Liv. l.* 25. Reate viſus Sol rubere ſolito magis, ſanguineoque ſimilis.

Solivăgus, a, um, *ſolitario*, μονόπλανος, qui ſolus vagatur. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 13. Alias volucres cœlo frui libero: ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes, earum ipſarum partim ſolivagas, partim congregatas. *Id. de Univ. c.* 6. Cœloque ſolivago, & volubili, & in orbem incitato complexus eſt. ideſt, quod per ſe movetur. *Id.* 1. *Off. c.* 44. Solivaga cognitio, & jejuna videatur.

Solium, ii, n. *ſoglio*, θρόνος, ſella regia, in qua Reges jus dicentes ſedebant. *Virg.* 11. *Æn. v.* 301. Præfatus Divos ſolio rex infit ab alto. Et 7. *Æn.* ſolio medius conſedit avito. ¶ Per Synecdochen ponitur pro ſella quacunque, ut pro illa, in qua Juriſconſulti jus reſpondent. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 3. Quo minus more patrio, ſedens in ſolio, conſulentibus reſponderem. ¶ Accipitur quoque pro alveo in balneis, in quo ſe lavabant. *Celſ. l.* 7. *c.* 26. Interpoſitis duabus horis, in ſolium aquæ calidæ reſupinus demittendus eſt. *Id. l.* 1. *c.* 3. In ſolium bene calidum deſcendere. *Plin. l.* 32. *c.* 11. Fœminæ laventur, & niſi argentea ſolia faſtidiant. *Suet. in Aug. c.* 82. Ut inſidens ligneo ſolio, quod Hiſpanico verbo duretam vocabat, manus, ac pedes alternis jactaret. ¶ Item pro ſarcophago, ſive loculamento ſepulcrali, in quo conduntur defuncti. *Curt. l.* 10. *c.* 1. Septimus dies erat, ex quo corpus Regis jacebat in ſolio. *Flor. l.* 4. *c.* 11. *de Cleopat.* In Mauſoleum ſe (ſepulcra Regum ſic vocant) recepit. Ibi maximos, ut ſolebat, induta cultus in differto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe recepit Antonium. Adde *Sueton. in Ner. c.* 50. & *Plin. l.* 35. *c.* 12.

Sola appellantur ſedilia, in quibus non plures ſingulis ſedere poſſunt. *Feſtus*.

Sollemnis)
Sollers) V. ſupra unico *l* ſcripta.
Sollicito)

Sollicurius, in omni re curioſus. *Liv. apud Feſt.*

Solliſtimum eſt, cum ſedilia ſternuntur, quæ ſolla dicuntur. *Feſt.*

Sollus, a, um, totus, omnis, ſolidus, lingua Oſcorum. *Feſt.*

Solo, as, a. *deſertare, rovinare*, ἐρημόω, locum aliquem deſertum reddo, ſeu facio, depopulor, a *ſolus*. *Stat.* 5. *Theb. v.* 148. Furor omnibus idem, Idem animus ſolare domus, &c.

Soloe. V. Soli.

Solœciſmus, i, m. *ſolecismo*, σολοικισμός, vitium Grammaticale, quo partes orationis male inter ſe componuntur. Dictus eſt a *Solis*, teſte *Strabone l.* 14. non quidem a *Solis* urbe Cypri, ſed a *Solis* oppido Ciliciæ, ut indicat *Diogen. Laert. in Solone*, quod ejus incolæ Athenienſibus vitioſe loqui crederentur. Nam cum Solon in Ciliciam profectus eſſet, urbem condidit, ac *Solos* a ſuo nomine appellavit, ubi paucos Athenienſes, quos ſecum deduxerat, reliquit, abiens in Cyprum, qui non multo interjecto tempore, corrupto patrio ſermone, inconvenienti partium ſtructura loqui cœperunt. Quare factum eſt, ut qui in ea parte peccarent, σολοικίζειν, ſolœciſare dicerentur. *Gel. l.* 5. *c.* 20. de hac voce ita ſcribit: Cum Græcum autem vocabulum ſit ſolœciſmus, an Attici homines, qui elegantius locuti ſunt, uſi eo ſint, quæri ſoles. Sed nos neque ſolœciſmum, neque barbariſmum apud Græcorum idoneos adhuc invenimus. Nam ſicut βάρβαρον, ita σόλοικον dixerunt. Noſtri quoque antiquiores ſolœcum facile, ſolœciſmum, haud ſcio, an unquam dixerint. Quod ſi ita eſt, neque in Græco, neque in Latino ſolœciſmus probe dicitur. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Solœciſmus eſt in oratione comprehenſionis unius ſequentium, ac priorum inter ſe inconveniens poſitio. ¶ Fit quatuor modis, vel adjectione, ut *Scribo cum calamo*, pro *Scribo calamo*: vel detractione, ut *Eo forum*, pro *in forum*: vel tranſmutatione, ut *Autem non habuit*, pro *Non autem habuit*: vel immutatione, ut *Stulti grave ſerunt vos adverſos*, pro *graviter*. V. Grammaticos. ¶ Urbane *Juven. ſat.* 6. Solœciſmum liceat feciſſe marito. *Martial. l.* 5. *epigr.* 39. Unus cum ſitis, duo, Calliodore, ſedetis: Surge, ſolœciſmum, Calliodore, facis.

Solœciſta, æ, m. σολοικιστής, qui ſolœciſmos loquitur. *Hieron. l.* 3. *in Ruffin. c.* 3. Et te in omnibus nequaquam ſolœciſtam, ac barbarum, ſed mendacem, ſubdolum, impudentem eſſe convincam.

Solœcum, i, n. idem quod ſolœciſmus. V. *Gell.* in voce præced.

Solon, onis, m. Σόλων, vir Athenienſis, vel, ut alii tradunt, Salaminius, unus ex Sapientibus Græciæ, peritus Politicæ, & Legum ferendarum, qui Athenienſibus leges dedit, poſt Codri mortem, annumque ordinavit, ac menſes. Piſiſtrato per tyrannidem Athenas occupanti ſponte ceſſit, variaſque urbes peragravit, tandemque in Cypro inſula mortuus eſt. Laudatur paſſim a Scriptoribus tanquam juſtiſſimus. *Juven. ſat.* 10. *v.* 274. Et Crœſus, quem vox juſti facunda Solonis, &c.

Solor, aris, d. 1. *conſolare*, נחם, Germ. *troſten*, Gall. *conſoler*, Hiſp. *conſolar*, παραμυθεῖν, conſolationem affero. *Cic. in Vatin.* Antonius hac una re miſeriam ſuam ſolatur. *Virg.* 5. *Æn.* Quem bonus Æneas dictis ſolatur amicis. *Ovid.* 1. *Faſt.* Hinc pater, hinc conjux lacrymas ſolantur. ¶ Tranſlate uſurpatur extra mœrorem, pro levare, ſublevare, recreare. *Virg.* 1. *Georg. v.* 159. Concuſſaque famem in ſylvis ſolabere quercu. *Tacit. An.* 16. *c.* 13. Cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatus eſt princeps. ¶ Partic. ſolandus paſſiva ſignificatione. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 4. Solandus cum ſimul ipſe foret.

Solox, ocis, f. proprie ovis non tonſa, ab Oſco *ſollus*, hoc eſt totus, ſolidus, quia pecudes integræ, ac cum tota lana, utpote intonſæ, ſacrificiis aſſervabantur. *Feſt.* Solox, lana craſſa, & pecus, quod paſſim paſcitur non tectum. Titinnius in Barathro, Ego ob lana ſoloci ad purpuram data. Et *Lucil.* Paſcali pecore, ac montano, hirto, atque ſoloce. ¶ Sumitur etiam, ut in *Feſti* verbis vidimus, pro lana craſſa. *Tertull. de Pall. c.* 4. Endromidis ſolocem aliqua multitia ſyntheſi extruxit. *Symmach. l.* 1. *ep.* 1. Quare elaboratum ſoloci filio accipe cantilenam.

Solpūga, V. Solipuga.

Solſequium, ii, n. *giraſole*, ἡλιοτρόπιον, herba ſolaris, ita dicta, quia Solem ſequitur, vel quia æſtivo ſolſtitio floret. *Apul. de herbis, c.* 49.

Solſtitialis, & le, o. 3. *ſolſtiziale*, Germ. *zur zeit der ſonnen wende*, Gal. *ſolſticial*, Hiſp. *ſolſticial*, τροπικός, quod ad ſolſtitium pertinet. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Cur ſe Sol referat, nec longius progrediatur ſolſtitiali orbe, itemque brumali. h. e. Tropico Cancri, & Capricorni, in quibus ſolſtitia fiunt. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 39. Ex his igitur, hora octava, quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt, quæ vero occidente Sole, decrepita, eo magis, ſi ſolſtitiali die. *Plin. l.* 2. *cap.* 11. Item quia circa ſolſtitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadunt, ortu vero ad Occaſum. *Solſtitialem circulum* vocat *il tropico del Cancro*, quia in eo ſolſtitium æſtivum fit. Vide *eund. ib. c.* 70. ¶ Solſtitialis plaga eſt ea cœli pars, ubi eſt ortus æſtivus. Nam a *ſolſtitium* dicitur, ſolſtitium vero eſt θερινὴ τροπή, ideſt converſio æſtiva, ut Gloſſæ veterum docent. *Solin. c.* 38. Quæ ſolſtitiali plagæ obvia eſt. ¶ Morbus ſolſtitialis, idem eſt ac ſiriaſis, morbus nimirum ex inflammatione membranarum cerebri cum corporis totius ſiccitate, quia hujuſmodi morbum vehemens Solis æſtus tempore ſolſtitii, vel etiam diebus Canicularibus ſolet afferre imprimis pueris. Aliqui intelligunt morbum ſubitaneum, qui ex ſubverſione ſenſuum provenit. Ut enim cum Sol ad primam Cancri partem venit, & ſolſtitium æſtivum facit, plurimæ fiunt mutationes, ex. gr. ex vino optimo fit vapa, ita etiam tunc hominum ſenſus nonnullorum evertuntur. *Plaut. Trin. a.* 2. *ſc.* 4. Nemo extat, qui ibi ſex menſes vixerit: ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt. ¶ Spina ſolſtitialis, genus ſpinæ, ita dictum, quia ſolſtitio provenit, vel floret. *Colum. l.* 2. *c.* 18. Alias per ver evellamus, ut intuba, ac ſolſtitiales ſpinas. ¶ Acini ſolſtitiales, qui ſolſtitio parent. *Plin. l.* 14. *c.* 16. Acinorum labruſcæ pars æſtu moritur prius, quam reliqui, qui ſolſtitiales dicuntur, universi nunquam matureſcunt. ¶ Etſi vero ſolſtitialis a *ſolſtitio* deducitur, tamen in hac voce ſæpe Solis tantum ſignificatio attenditur, & accipitur pro ſolari. *Liv. lib.* 1. Deſunitque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circumagitur orbe. ideſt ſolari. ¶ Hinc *Annus ſolſtitialis*, idem eſt ac ſolaris. *Serv. in illud* 4. *Æn.* Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi. Tribus humana vita continetur. Natura, cui ultra centum, & viginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt, &c. ¶ Herba ſolſtitialis eſt, quæ Solem ſpectat, cujus plures ſunt ſpecies, heliotropium, condurdon, &c. Aliqui dictam putant a ſolſtitio, quod reſpiciat ſolſtitia, ſeu circulos tropicos. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 36. Quaſi ſolſtitialis herba paulisper fui. Repente exortus ſum, repentino occidi. Alludit ad naturam heliotropii, quod Sole exiſtente ſupra terram floret, occidente contrahitur. *Caſaub.* ſolſtitialem interpretatur vitæ brevis, putatque probabilius eſſe, *Plautum* univerſim herbas intellexiſſe, vel flores uno tantum perſeverantes die, aut ſpatio prorſus minimo. *Plin. l.* 26. *c.* 5. Condurdon, herba ſolſtitialis, flore rubeo ſuſpenſa in collo, comprimere dicitur ſtrumas.

Solſtitium, ii, n. *ſolſtizio*, Germ. *ſonnenwend*, Gal. *ſolſtice*, Hiſp. *ſolſticio*, θερινὴ τροπή, Solis ſtatio, ideſt regio illa cœli, ad quam cum Sol pervenit, nec progreditur, nec regreditur; item tempus, quo dies in eadem quantitate conſiſtunt, nec creſcunt, nec decreſcunt. Singulis annis duo ſolſtitia ſunt, unum æſtivum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, æſtivus, & hybernus. Æſtivus eſt, per quem Sol paulo poſt Idus Junias, tranſmittens, ut ajunt, octavam partem Cancri, ſolſtitium æſtivum facit, quo tempore remeare incipit ad inferiores circulos. Hybernus eſt, per quem Sol octavam Capricorni partem tranſmittens, ſolſtitium hybernum facit, quo tempore altiores incipit circulos petere, paulo poſt dimidium menſis Decembris. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Magis ad rem pertinet, ut ante æſtivum, quam hybernum ſolſtitium convaleſcat. ¶ Plerunque ſolſtitii nomine ſignificatur æſtivum; hybernum autem ſolſtitium bruma vocatur. *Var. l.* 5. *de L. L.* Alter motus Solis eſt, alter Cœli, quod movetur a bruma ad ſolſtitium. *Et paulo poſt*: Cum venit in medium ſpatium inter brumam, & ſolſtitium. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 7. Aut, tot rebus ipſis ſe immutantibus, Solis acceſſus, diſceſſuſque ſolſtitiis, brumiſque cognoſci? *Virg.* 1. *Georg. v.* 100. Humida ſolſtitia, atque hyemes orate ſerenas.

Solubĭlis, le, adject. *ſolubile*, qui ſolvi facile poteſt, ut caro ſolubilis, *Prudent. in Rom. v.* 507. ſolubilis pons, *Ammian. l.* 16. *c.* 8. ¶ Item qui facile ſolvit, ut ſolubilis aer, apud *Cal. Aurel. Acut.* 2. *c.* 37.

Sŏlum, i, n. *ſuola*, πέδον, ἔδαφος, omne id, quod ſuſtinet, & alicui rei ſubjacet, fundamentum, ſuſtentaculum. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Et demonſtrant, ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. hoc eſt præter fundum agri. *Id. l.* 7. Foſſam pedum viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant. *Cic. pro Balb.* Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum ultimarum. ¶ Speciatim ſolum pro terra ponitur. *Cic. in Rull.* Quod ſolum tam exile, & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? *Velle. l.* 2. *c.* 4. Numantiam ſolo æquare, *ſmantellare*. ¶ *Solum vertere*, eſt exilii cauſa domicilium mutare. *Cic. pro Cæc.* Qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt. *Liv. l.* 3. Collegæ eorum exilii cauſa ſolum verterunt. ¶ Item pro planta pedis, quam vulgo ſoleam vocant, quæ calloſa fit, & dura diſcalceatis. *Lucret. l.* 1. *v.* 925. Avia Pieridum peragro loca nullius ante Trita ſolo. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 32. Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra. ¶ Item pro ſolea calceamenti ex corio. *Plaut. Bacch. a.* 2. *ſc.* 3. Qui habeat auro ſuppactum ſolum. *Martial. l.* 9. *ep.* 73. Et mordere luto putra, vetuſque ſolum. ¶ Item pro menſa. *Virg.* 7. *Æn.* Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Sōlum, adv. *ſolamente*, רק, Germ. *nur allein*, Gall. *ſeulement*, Hiſp. *ſolamente*, μόνον, μόνως, tantum, tantummodo. *Cic. in Philip.* 2. *c.* 32. Nos nuntiationem ſolum habemus. *Idem* 3. *de Leg.* De una re ſolum diſſident, de cæteris mirifice congruunt. *Id.* 2. *de Orat.* Tantum incendium non oratione ſolum, ſed multo etiam magis vi, & dolore, & ardore animi concitares.

Solummŏdo, adverb. *ſolamente*, idem quod ſolum, tantummodo. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Unam ſolummodo Zenonis ſtatuam. *Quintil. Declam.* 274. Sed non hoc ſolummodo erit. *Ulpian. l.* 9. *ff. tit.* 2. *leg.* 23. Pretii ſolummodo æſtimationem fieri.

Solvo, is, ſolvi, ſolutum, a. 3. *ſciogliere, ſlegare*, התיר, Ger. *auffbinden, auffloſen*, Gal. *ſoudre, delier*, Hiſp. *deſatar*, λύω, διαλύω, quod ligatum eſt, a vinculis libero, enodo. *Virg.* 7. *Æn.* Solvite crinales vittas, capite Orgia mecum. ¶ Solvere etiam dicuntur, qui navi vehuntur, cum ſoluto fune, quo retinentur, recedunt. In hac vero ſignificatione uſurpatur vel abſolute, h. e. ſine accuſat. ſed tamen ſemper accuſ. *navem*, vel *funem* ſubintelligitur. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 9. Nos eo die cœnati ſolvimus. *Id.* 3. *Off.* Si idem ſciat, complures mercatores Alexandria ſolviſſe. *Cæſ. lib.* 4. *B. G.* Naves ex ſuperiori portu leni vento ſolverunt. ¶ Vel cum accuſ. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 28. Pompejus ſub noctem naves ſolvit. ¶ Tranſlate ſumitur pro liberare quocunque modo, cum ablat. ſine præpoſ. ut Solvere obſidione, Solvere animum curis, metu, religione, Solvere legibus. *Virg.* 1. *Æn.* Solvite corde metum, Teucri, ſecludite curas. Aliqui legunt *corde metum*. *Cic. pro Cæc.* Ut religione civitas ſolvatur. *Id.* 11. *Phil.* ſolvi legibus. ¶ Item pro purgare. *Ovid.* 2. *Faſt.* Ipſum quoque Pelea Phoci cæde per Æmonias ſolvit Acaſtus aquas.

¶ Item pro auferre, tollere, removere. *Tac. l. 4. Ann. c. 24.* Primo ſui inceſſu ſolvit obſidium. ¶ Item pro laxare, relaxare, onere levare. *Plin. l. 14. c. 18.* Thaſiam uvam Ægyptius vocat apud ſe prædulcem, quæ ſolvit alvum. Sic ſolvere ventrem, apud *Col. l. 9. c. 13.* ¶ Hinc ſolvere animum, & ſolvere aliquem, *ſollevare, ricreare*. *Mart. l. 9. ep. 28.* Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem, Solvere qui Curios, Fabriciosque graves. *Horat. lib. 2. ſat. 6.* qui tamen arctum ſolveret hoſpitis animum. ¶ Item pro aperire. *Brut. Cic. l. 12. Fam. ep. 10.* Ergaſtula ſolvendo, omneque genus hominum arripiendo, ſatis magnum numerum videtur effeciſſe. *Col. l. 6. c. 14. de vena:* Deinde, cum ad ictum intumuit, cultello ſolvitur. *Nep. in Annib. c. 11.* Solvere epiſtolam. ¶ Item pro diſcutere. *Celſ. l. 2. c. 6.* Niſi febris acceſſit eo tempore, quo ebrietas ſolvi debet. *Virg. 4. Æn.* Solvere pudorem. ¶ Item pro explanare, diluere, reſpondere iis, quæ obiiciuntur. *Quintil. l. 2. c. 18.* Nec enim poſitum a ſe argumentum ſolvit Orator. ¶ Item pro mollem, & tenerum facere, mitiorem reddere. *Plin. l. 2. c. 39.* humor in liquorem ſolutus. *Horat. l. 1. od. 4.* Solvitur acris hyems grata vice veris, & Favoni. ¶ Et quoniam qui pecuniam, vel aliud alicui debent, quodammodo obligati ſunt creditori, ſolvere etiam accipitur pro debitum reddere, debitam pecuniam creditori numerare, *pagare*. In hac ſignificatione eſt tertii ordinis, & præter accuſativum pretii, & dativum perſonæ exigit ablat. rei cum præpoſ. *pro*. Sed tamen interdum aliquis ex his caſibus omittitur. *Cæſ. l. 1. B. G. c. ult.* Militibus pecuniam pro his rebus ſolvit. Al. leg. *diſſolvit*. *Cic. Att. l. 1. ep. 8.* Miſimus, qui pro vectura ſolveret. *Idem in Ver. 5.* Pro quo frumento pecunia ſoluta non eſt. ¶ *Solvere ab aliquo*, eſt a quoquam acceptam pecuniam creditori numerare. *Cic. Att. l. 7. ep. 17.* Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio ſolvat. ¶ *Solvere aliquem*, eſt illi ſatisfacere, pecunia reddita eum dimittere. *Plaut. Bacch. 4. 9. 136.* Ego ad forum autem hinc ibo, ut ſolvam militem. ¶ *Ad denarium ſolvere*, eſt ad denarii rationem, ſeu univerſo debito ad hanc monetæ ſpeciem redacto. *Cic. pro Quinct. c. 4.* Decidis, ſtatuiſque tu propter neceſſitudinem, quæ tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolveretur. ¶ *Ad diem ſolvere*, eſt die ſtatuto. *Cic. Att. l. 16. ep. 16.* Ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem ſolverent. ¶ *Solvendo eſſe*, vel *non eſſe*, eſt poſſe, vel non poſſe ſatisfacere pro ea re, pro qua obligati ſumus. *Cic. 2. Phil.* Tu nec ſolvendo eras. *Id. 2. Off.* Ne videatur non fuiſſe ſolvendo. *Vitruv. l. 10. c. 6.* dixit, Ad ſolvendum non eſſe. ¶ Similiter etiam pro ſatisfacere de quacunque re. *Ter. Adelph. 2. 1.* Neque tu verbis unquam ſolves, quod mihi re maleficeris. *Cic. pro R. Am. c. 8.* Qui nondum etiam paterno funeri juſta ſolviſſet. *Id. in Phil. 3.* Vota, quæ nunquam ſolveret, nuncupavit. Sic fidem ſolvere. V. *Fides*. ¶ Solvi interdum eſt mori. *Senec. epiſt. 70.* Nobis ſolvi, perire eſt. *Flor. l. 4. c. 11.* Admotis ad venas ſerpentibus, quaſi ſomno ſoluta eſt. *Petron. in Satyr.* Solvi inedia. ¶ Solvere vitam alicui, *ammazzare*. *Propert. l. 2. eleg. 10. (al. 7.)* Figite certantes, atque hanc mihi ſolvite vitam. ¶ Solvi luctu, apud *Virg. 2. Æn.* &, ſolvi in lacrymas, apud *Lucan. l. 8.* *disfarſi in pianto*. ¶ Solvi æſtu, *indebolirſi dal troppo calore*. *Ovid. 1. de art. am.* ¶ Solvere in Venerem corpora, *abbandonarſi alla luſſuria, a infiacchirſi*. *Virg. 4. Georg.* ¶ *Solvere operam*, interdum eſt ſacra facere, & ſolvere rem divinam, quæ debebatur. Operari enim verbum eſt in ſacris frequentiſſimum. *Afran.* apud *Non. c. 12.* Solvo operam Dianæ. ¶ A Poetis uſurpatur per u vocalem, & ſyllabis diſtinctis per Diæreſin. *Tibull. l. 4. el. 5.* Nulla queat poſthac quam ſoluiſſe dies.

Solus, a, um, *ſolo*, יחיד, Ger. *alleinig*, Gal. *ſeul*, Hiſp. *ſolo*, μόνος, unicus, incomitatus. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 3. Off. c. 10.* Cui cum viſum eſſet utilius ſolum ſe, quam cum altero regnare. *Id. 3. Verr.* Quod a nobis novem ſolis diebus prima actio ſui judicii tranſacta ſit. ¶ Vel cum gen. aut acc. cum præp. *inter*, aut abl. cum præp. *ex*. *Cic. 3. de Or. de Stoicis*: Soli ex omnibus eloquentiam virtutem, ac ſapientiam eſſe dixerunt. *Plin. l. 9. c. 17.* Solus omnium accipenſer, ſquamis ad os verſis, contra aquas natando meat. ¶ Aliquando jungitur cum unus. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 7.* Uno illo ſolo antiſtite ſacrorum diſſentiente. *Id. in Piſon. c. 40.* Cives R. te unum ſolum ſuum depeculatorem veniſſe ſenſerunt. ¶ Interdum ponitur pro ſolitario, deſerto. *Ter. Andr. 2. 4.* Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. *Cicer. 1. de Divin.* Cum in locis ſolis mœſtus errares. ¶ Genitivum facit *ſolius*, olim etiam *ſoli, ſolæ, ſoli*, quemadmodum & in dativo. *Ter. Eun. 3. 6. 3.* Mihi ſolæ ridiculo fuit. *Cato in Orig.* apud *Priſcian. l. 6.* Soli Lucii Manlii beneficium gratum fuit.

Solūte, adv. *ſciolſamente, liberamente*, Ger. *liederlich*, Gal. *ſans ſoucy, librement*, Hiſp. *ſueltamente*, λελυμένως, libere. *Cic. 2. de Div.* Si aut furore divino incitatus animus, aut ſomno relaxatus ſolute moveatur, ac libere. *Tacit. Ann. 13. c. 47.* Quo ſolutius laſciviret. ¶ Translate capitur pro ſine diſciplina, cura, ſolicitudine. *Cic. in Brut. c. 80.* Tam ſolute egiſſet, tam leniter, tam oſcitanter. ¶ Item pro clare, aperte. *Cic. in Brut. c. 29.* Niſi id queas ſolute, & ſuaviter dicere.

Solūtĭlis, le, adject. qui ſolvi poteſt, λυτός, *ſcompaginato, mal' unito*. *Sueton. in Ner. c. 34.* Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt.

Solūtim, adverb. ſolute, laxe. *Tertul. de Pall. c. 5.* Tore molitio pallii eſt opere ſolutim.

Solūtio, onis, f. *ſcioglimento*, λύσις, actus ſolvendi. *Cic. 1. de Or.* Linguæ ſolutio, vocis ſonus, latera, vires. *Id. 3. Tuſc. c. 25.* Ipſam ægritudinem λύπην Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis, appellatam putat. ¶ Item infirmatio, debilitatio, ut Solutio ſtomachi, cum naturales ejus facultates aut amiſſæ ſunt, aut certe imbecilliores redditæ. *Plin. l. 20. c. 23.* Cum melle, aut adipe, aut cera ad ſtomachi ſolutiones inſperſum polentæ modo. ¶ Item pro ſatisfactione de pecunia, aut alia re debita, *pagamento*. *Cic. 2. Off. c. 24.* Solutio rerum creditarum. *Id. Att. l. 15.* Tamen, niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus, ideſt niſi videro eſſe, unde ſatisfiat creditoribus meis.

Solūtor, oris, m. *pagatore*. *Tertul. l. 4. adverſ. Marcion. c. 17.* Solutori utique pignus reſtituendum eſſe.

Solūtus, a, um, *ſciolto, diſciolto, ſlegato*, λελυμένος, λυθείς, a vinculo expeditus. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Epiſtola, quam, anchora ſoluta, de phaſelo dediſti. *Plaut. Truc. 4. 3. 63.* Reus ſolutus, teſtes vincti. *Phædr. lib. 3. fab. 7. v. 20.* Canis ſolutus catena. *Horat. Epod. 10.* Navis ſoluta, *ſciolta dal lido*. *Ovid. 2. Am. el. 11. v. 23.* Funis ſolvitur. *Id. Heroid. ep. 11. v. 4.* Charta ſoluta. *h. e.* explicata, evoluta. *Nepos in Annibal. c. 11.* Soluta epiſtola, *h. e.* aperta. *Plin. l. 10. c. 36.* Solutus volatus, *volo ſpedito, e libero*. *Cic. l. 1. de Div. c. 2.* Motus ſolutus, ac liber. *Propert. l. 4. eleg. 6. v. 31.* Crines in colla ſoluti. *Horat. l. 1. od. 30.* Gratiæ zonis ſolutis. *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 41.* Loris ſolutis ire, *a briglia allentata*. *Id. 2. de ar. am. v. 47.* Ceræ ſolutæ igne, *diſfatte, liquefatte*. *Id. 3. am. eleg. 8. v. 93.* Nives ſolutæ. *Horat. l. 1. od. 4.* Flos, terræ quem ferunt ſolutæ. *h. e.* ab hieme & glacie liberæ. *Ovid. 2. de ar. am. v. 237.* Imber cœleſti nube ſolutus. *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 258.* genaſque ſolutis Humectat lacrymis. *Quintilian. declam. 9. cap. 7.* Solutus lacrymis, *ſciolto in lagrime*. *Scribon. Larg. compoſ. 27.* Cicatrices ſolutæ. *h. e.* reſolutæ, diductæ, rurſus apertæ, ἀναλελυμέναι. ¶ Soluta terra dicitur, quæ rarior eſt, & verſari facile poteſt, cui opponitur denſa, ſpiſſa, & gravis. *Colum. l. 3. c. 24.* Soluta & facilis terra. *Plin. l. 19. c. 11.* Tenerum, & ſolutum ſolum. *Frontin. de aqued. artic. 15.* Solutiores ripæ. *h. e.* quas facile flores amnis abradit. Sic *Plin. l. 25. c. 9.* Agaricon mas ſpiſſum, fœmina ſolutior. ¶ Soluta alvus eſt cita, fuſa, *ventre rilaſſato*. *Plin. l. 14. cap. 18.* Solutam alvum firmare. ¶ Translate eſt diſſolutus. *Tacit. 4. Ann. cap. 73.* Solutum obſidium. *Juvenal. ſat. 9. v. 79.* Solutum conjugium. *Salluſt. in Jug. c. 45.* Plebis vis ſoluta, atque in multitudinem diſperſa. *Id. ib. c. 43. in fin.* Milites, quos, ſoluto imperio, licentia corruperat. *Gell. l. 18. c. 2.* Soluta quæſtio. Et *c. 13.* Soluta captio. ¶ Item liber, expeditus. *Cic. 4. Ver. c. 93.* Animo ſoluto, & libero eſſe. *Id. pro Rabir. Poſt. c. 5. in fin.* Solutus, ac liber lege. *Id. 1. de Orat. c. 6.* Solutus opere. *Id. Agrar. 1. c. ult.* Solutus a cupiditatibus, liber a delictis. *Horat. Epod. 2.* Solutus omni fœnore. *Id. l. 1. ſat. 6. v. 129.* Solutus mala ambitione. *Id. Ædil. edicto apud Gell. l. 4. c. 2.* Solutum noxa. *Plin. l. 12. c. 4.* Senatus cura belli ſolutus. *Juſtin. l. 14. c. 2.* Solutus metu mortis. *Id. l. 3. c. 3.* Solutus religione jurisjurandi. *Quintil. l. 3. c. 14.* Anima ſoluta corpore. *Cic. Fam. 3. epiſt. 3.* Quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet. *h. e.* expeditior. *Id. l. 1. Fam. ep. 9. ad fin.* Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in republica non alius eſſem. *Id. 1. de Fin. c. 10.* Cum ſoluta nobis eſt eligendi optio. *Tacit. Ann. 4. c. 33.* Maxime ſolutum, & ſine obtrectatore fuit prodere &c. *Catul. carm. 31. ad Sirmion. v. 7.* O quid ſolutis eſt beatius curis! ¶ Cum genitivo, *Horat. l. 3. od. 17.* Famuli ſoluti operum. ¶ *Riſus ſolutus* eſt effuſus, liberior, cachinnus. *Virg. 2. Georg. v. 386.* Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto. ¶ *Solutus homo*, hoc eſt a curis liber, atque adeo mente hilaris, ſerenus, lætus. *Horat. l. 1. ep. 5. v. 19.* Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Contracta autem quem nec in paupertate ſolutum? ¶ *Solutus gaudio vultus* apud *Petron. in Satyr. c. 91.* eſt gaudio carens, triſtis. V. integrum locum. *Soluta oratio* eſt quæ metro caret, *proſa*: cui opponitur carmen. *Varr. in fin. l. 6. de L. L.* Libri duo de oratione ſoluta, de poetica unus. Et *initio l. 6.* Ut in ſoluta oratione, ſic in poematis. Adde *Cic. 3. de Or. c. 48.* & *Varr. l. 9. L. L. pag. 157.* & *Gel. l. 7. c. 14.* ¶ Huc pertinent illa *Ovid. 4. Triſt. eleg. 10. v. 23.* totoque Helicone relicto, Scribere conabar verba ſoluta modis. *Tibul. l. 4. eleg. 1. v. 36.* Cetera vincto pede, aut ſoluto. *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 101.* Sive orſa libebat Aoniis vincire modis, ſeu voce ſoluta Spargere. *Quintil. l. 10. c. 1.* Hiſtoria eſt quodammodo carmen ſolutum. ¶ Porro *ſoluta* dicitur oratio, non quod numeris & pedibus careat: (debet enim, ut belle fluat, & apte cadat, ſuos numeros habere, qui plane iidem ſunt cum iis, quos Poetæ in carminibus adhibent: qua de re multa *Cicero l. 3. de Orat. c. 44. & ſequent.* & *in Orat. c. 56. & ſequent.* & *Quintil. l. 9. c. 4. &c.*) ſed quia ab adſtricta illa metrica lege ſoluta eſt, & liberius incedit. Eſt enim elaboratæ verborum compoſitionis præcipua laus, ut *quamvis* numeris vincta ſit, *tamen ſoluta videri poſſit*, ut *Quintil. ibid.* loquitur. Quare idem *Quintil.* non longe ab initio ejuſdem capitis proſam orationem in duo genera dividit, ut *alia vincta ſit, atque contexta*, (qualis eſt in orationibus) *alia ſoluta, qualis in ſermone, & epiſtolis*. *Quod non eo, inquit, dico, quia non illud quoque ſolutum habeat ſuos quoſdam, & forſitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare ſemper vocalibus, aut deſtitui temporibus volunt ſermo, & epiſtola: ſed non fluunt, nec cohærent, nec verba de verbis trahunt; ut potius laxiora in his vincula, quam nulla ſint*, &c. ¶ Apud *Horat. lib. 4. od. 2.* *numeris lege ſoluti* ſunt verſus ad libitum Poetæ efficti, non quidem ſine metro, ſed modo hac, modo illa metri lege compoſiti, modo breviores, modo longiores, modo lyrici, modo heroici, &c. ut fit in dithyrambis. ¶ *Solutus in dicendo* eſt idem, qui expeditus, facilis, copioſus, & verbis ad voluntatem fluentibus, quidquid libuerit, clare explicans. *Cic. in Bruto, c. 47.* Philippus ſatis creber in inveniendis, ſolutus in explicandis ſententiis. *Id. ibid. c. 48.* Omnium oratorum ſolutiſſimus in dicendo. Et *c. 70.* Torquatus a natura ad dicendum ſatis ſolutus, atque expeditus. ¶ *Soluti agri* dicuntur a *Siculo Flacc. de condit. agror. pag. 3.* *Gaſſii*, quorum fines deprehendi non poſſunt. ¶ Ponitur etiam *ſolutus* pro languente, debilitato, fracto. *Juſtin. l. 9. c. 6.* Solutus mero. *Virg. 9. Æn. v. 236.* Somno, vinoque ſoluti. *Ovid. 8. Metam. v. 712.* annis, ævoque ſoluti. *Id. Metam. 11. v. 612.* membra languore ſoluta. *Petron. c. 138.* Anicula ſoluta mero, ac libidine. *Stat. l. 3. Theb. v. 233.* Æquor longa ventorum pace ſolutum. *h. e.* tranquillum, quietum. ¶ Et abſolute *Petron. c. 140.* Lumborum ſolutorum eſſe. *Lucan. l. 2. v. 339.* Solutus, & defectus. ¶ Hinc *Solutus ſtomachus* eſt, qui cibum non retinet, vel non concoquit, *ſtomaco debole*: quem morbum *Celſ. l. 4. c. 5.* reſolutionem ſtomachi appellat. *Petron. c. 117.* Solutioris ſtomachi eſſe. *Scribon. Larg. compoſ. 92.* Solutum ſtomachum habere. ¶ Hinc etiam *ſolutus* dicitur de mortuis. *Ovid. in Ibin, v. 146.* Sive manu facta morte ſolutus ero. *Petron. c. 111.* Solutus inedia, *morto di fame*. *Flor. l. 4. c. 11. in fin.* Sic morte, quaſi ſomno, ſoluta eſt. *Senec. in epigr. ſuper exilio ad Corſicam.* Parce relictis, hoc eſt jam parce ſolutis. Al. plerique leg. *ſepultis*. ¶ Sumitur item pro effeminato, molli, delicato. *Cic. de clar. Or. c. 62. in fin.* Solutus, & mollis in geſtu. *Quintil. l. 11. c. 3.* Sinum togæ in dextrum humerum ab imo rejicere, ſolutum, ac delicatum eſt. *Id. l. 1. c. 2. (al. 3.)* Pueri ſoluti, ac fluentes. ¶ Item pro remiſſo, negligenti. *Cic. Catil. 1. c. 12.* Mox leniter ſicut ſolutior viſa eſt. *Liv. l. 3. c. 8.* Solutiore cura eſſe. *Tacit. Ann. 16. c. 18.* Dicta factaque ejus ſolutiora, & quamdam ſui negligentiam præferentia. *Aurel. Vict. de Cæſar. c. 33.* Secundis rebus ſolutior. *Juſtin. l. 34. c. 2.* Apud eos neglecta omnia, & ſoluta fuere. *Plin. l. 2. ep. 11.* Sententia ſolutior. *h. e.* minus ſevera. ¶ Item pro immoderato, effreni, & qui nulla re coerceri, & aſtringi poteſt, qui modum non ſervat. *Liv. l. 27. c. 31.* Quo minus conſpectus, eo ſolutior erat. *Id. l. 2. c. 3.* Libido ſolutior. *Senec. de conſtant. Sap. c. 11.* Solutiſſimæ linguæ eſſe, *linguacciuto*. *Suet. in Aug. c. 44.* Spectandi ſolutiſſimum morem corrigere. *Tac. 2. hiſtor. c. 99.* Nimia fortunæ indulgentia ſoluti in luxum. *Apul. in Apol.* Soluta audacia præditus. *Eumen. in paneg. ad Conſtantin. c. 2.* Solutam, perditamque diſciplinam reformare. *Valer. Max. l. 6. c. 9. n. 2.* Vita ſoluta. *Juſtin. l. 3. c. 3.* Soluti mores, *ſregolati*. ¶ Denique *ſolutus* idem eſt quod diſſolutus, perſolutus, *pagato*. *Cic. Attic. l. 16. ep. 6.* Hoc, quod ſatisdato debeo, peto a te, ut plane expedias, & ſolutum relinquas. ¶ Urbane, & tranſlate *Virg. 7. Æn. v. 5.* Exſequiis rite ſolutis. *Ovid. 3. Faſt. v. 432.* Juſta ſoluta Remo. *Id. 6. Faſt. v. 248.* Vota ſoluta Deæ. ¶ *In ſolutum accipere* eſt accipere ad ſatisfactionem, aut certe in deductionem debiti, *ricevere a conto de debito*: & *dare in ſolutum*, vel *pro ſoluto* eſt transferre aliquid in creditorem, ut in liberationem debiti cedat, *dare a conto*. Quæ phraſes leguntur apud *Senec. l. 2. de Benef. c. 26.* & *Ulpian. Dig. l. 42. tit. 13. leg. ult.* & *l. 46. tit. 3. leg. 43.* Sic *Hermogenian. Dig. l. 41. tit. 4. qui inſcribitur pro ſoluto, leg. 1.* Pro ſoluto uſucapit, qui rem debiti cauſa recepit. & *Marcel. Dig. l. 46. tit. 3. leg. 48.* Pro ſoluto habere aliquid. Sic *Senec. ep. 8. in fin.* Hoc non imputo in ſolutum, *vel metto a conto*. ¶ Aliquan-

Digitized by Google

liquendo *ſolutus* dicitur ipſa creditor, cui ſatisfactum eſt ſolutione debiti. *Paul. Dig. l.* 12. *tit.* 1. *leg.* 31. Omne, quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandæ tempore ſolutus fuiſſet, reſtituendum eſt.

Solyma, orum, urbs Palæſtinæ, quæ poſtea *Hieroſolyma* appellari cœpit. *Martial. l.* 11. *ep.* 95. Solymis quod natus in ipſis.

Solymi, m. 2. pop. Aſiæ, qui poſtea Milyes appellati ſunt, Lyciis, & Piſidis proximi. *Plin. l.* 5. *c.* 27. eoſdem cum Piſidis facit. ¶ Item pop. Palæſtinæ, quorum urbs *Solyma*. *Tacit.* 5. *hiſt. c.* 2. Solymos carminibus Homeri celebratam gentem.

Solymus, a, um, adject. ad Solymos pertinens. *Juven. ſat.* 6. *v.* 543. Interpres legum Solymarum.

Somniator, oris, m. qui ſomniat, vel ſomniis fidem adhibet. *Senec. lib.* 3. *controverſ.* Erat autem ex ſomniatoribus retus; ubicunque illum detexerat color, ſomnium enarrabat. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c.* 2. Ne credatis ſermonibus ſomniatoris illius.

Somniculoſe, adv. ὑπνωτικῶς, negligenter. *Plaut. Capt.* 2. *ſc.* 1. 31. Haud ſomniculoſe hoc agendum eſt.

Somniculoſus, a, um, *ſonnolento*, *ſonnacchioſo*, נרדם, Germ. *volſchlaffs*, Gall. *qui ſe laiſſe aller au ſommeil*, Hiſpan. *cargado de ſueno*, *ſonoliento*, ὑπνώδης, plenus ſomno, & ignavia. *Cic. de Sen.* Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignavæ, ſomniculoſæ ſenectutis. *Martial. l.* 3. *ep.* 58. Somniculoſi glires.

Somnifer, ra, rum, *ſonnifero*, ὑπνοφόρος, quod affert ſomnum. *Plin. lib.* 18. *c.* 25. Viſque ſomnifera etiam ſativo papaveri.

Somnificus, a, um, ὑπνωτικός, quod ſomnum facit, ſeu inducit. *Plin. lib.* 37. *c.* 10. Et viſu dracone ſpargere ſomnifica medicamenta.

Somnio, as, a. 1. *ſognare*, חלם, Germ. *traumen*, Gall. *ſonger*, Hiſp. *ſoñar*, ἐνυπνιάζω, per quietem aliquid quaſi vigilans video. *Cic.* 1. *Div. cap.* 20. Somniavit, ſe peperiſſe ſatyriſcum. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Ariſtoteles, & Fabianus, plurimum ſomniari circa vernum, & autumnum tradunt. ¶ Sæpe ſomniare dicuntur, qui aliquid inepte, & ſine ratione dicunt, aut faciunt. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 8. Portenta, & miracula non diſſerentium philoſophorum, ſed ſomniantium. *Plaut. Captiv.* 4. 2. 48. Hic vigilans ſomniat.

Somnioſus, a, um, ὀνειρώδης, qui crebris ſomniis vexatur. *Plin. l.* 28. *c.* 19. Somnioſos fieri lepore ſumpto in cibis, Cato arbitratur.

Somnium, ii, n. *ſogno*, חלום, Germ. *traum*, Gall. *ſonge*, Hiſpan. *ſueno*, ὄνειρος, illuſio, quam patimur, cum dormimus, phantaſma, viſum. *Enn.* apud *Cic.* 1. *Divin.* 1. 21. Somnium facere. *Cic. ibid. cap.* 26. Enarrare ſomnium. *Id. ibid.* Admonitus in ſomniis. ¶ Sæpe ſumitur pro re inani & vana. *Terent. Adelph.* 2. 1. 50. De argento ſomnium. *Id. Phorm.* 5. 6. 33. Somnium: utin' hæc ignoraret ſuum patrem! ¶ Dicitur etiam de inerte homine. *Terent. ib.* 3. 4. 31. Tu quantus quantus, nihil niſi ſapientia es, illa futilis, ſomnium.

Somnolentia, æ, f. *ſonnolenza*. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Ubi ſomnolentiæ cubiculum dormiendi locus eſt.

Somnolentus, a, um, adject. *ſonnolento*, ſomno plenus. *Apul. l.* 1. *A. A. ad fin.* In media verba ſomnolentum deſinere. *Solin. c.* 33. *de elephanto*: Somnolentum arbor ſuſtinet.

Somnulentus. V. ſomnolentus.

Somnurnus, a, um, ὀνειρωγματικός, quod in ſomno videtur, a *ſomnus*, ut a *corpus colurnus* pro *corulnus*. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 790. Levis mens nunquam ſomnurnas imagines Afflatur, non umbrantur ſomno pupulæ. Alii leg. *ſomnurinas imagines*, h. e. per ſomnium viſas. Alii aliter.

Somnus, i, m. *ſonno*, שנה, Ger. *ſchlaff*, Gall. *ſommeil*, Hiſp. *ſueño*, ὕπνος, ſopor, actus dormiendi, quies. *Cic. in ſomn. Scip.* Arctior ſomnus me complectitur. *Id. ib.* E ſomno excitare. *Id.* 4. *Tuſcul. c.* 43. Ex ſomno excitare. *Id. Attic.* 8. *ep.* 1. Somnum capere. *Id. Tuſcul.* 1. *c.* 47. Dare ſe ſomno. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. In ſomnis videre aliquid. *Virg.* 6. *Æn. v.* 520. Somno gravari. *Id.* 2. *Æn.* Excuti ſomno. *Id.* 9. *Æn.* Proflare ſomnum pectore, *ronfare*. *Sueton. in Aug. c.* 16. Arcto ſomno devinci. *Tac. de Germ. c.* 22. Somnum in diem extrahere. *Quinctil. lib.* 9. *c.* 4. Somnum petere. *Ter. Heaut.* 3. 1. 82. Hac nocte ſomnum oculis non vidi meis. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 31. Fuit mirifica vigilantia, qui toto ſuo conſulatu ſomnum non viderit. Loquitur de *Caninio*, cujus Conſulatus ſuit paucarum horarum, ob repentinam mortem. *Plin. lib.* 26. *cap.* 8. Ire in ſomnum, *eſſer ſonnacchioſo*, *patir letargo*. ¶ Servi ad ſomnum dicebantur, qui ad cubiculum domini excubantes ſilentia faciebant, ac eum dormientem quis excitare. *Curt. l.* 6. *c.* 11. Per diſpoſitos, quos ad ſomnum habebat, a cubiculo procul relegatos, ac ſemios alia murmurantium ſono excitaretur. Sens qui leg. *ſuper ſomnum*. ¶ Tranſlate ſomnus ponitur pro torpore, atque ignavia. *Tacit.* 2. *Hiſtor. c.* 90. Conſcia omni Italia, per quam ſomno, & luxu pudendus inceſſerat. *Salluſt. in Catil. cap.* 2. Multi mortales dediti ventri, atque ſomno. ¶ Poetæ fabulantur, Somnum deum eſſe filium Erebi, & Noctis, cujus regiam apud Cimmerios poſitam deſcribit *Ovid.* 11. *Metam. v.* 597. V. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 17.

Somphus, i, πομφός, cucurbitæ ſilveſtris genus. *Plin. l.* 20. *c.* 3.

Sonabilis, & le, n. 4. *riſonante*, ἠχήεις, quod ſonat, ſonorum. *Ovid.* 9. *Met. v.* 783. Crepuitque ſonabile ſiſtrum.

Sonandus, a, um, ἠχητέος, partic. paſſ. temporis futuri, vel gerundium nominativi. *Ovid. de art. am. l.* 1. *v.* 205. Et magno nobis ore ſonandus eris. ideſt gravi carminis genere celebrandus.

Sonans, antis, n. 3. *ſonante*, ἠχῶν, a verbo *ſono*. *Virg.* 3. *Æn.* Turba ſonans prædæ pedibus circumvolat uncis. *Ovid.* 12. *Met.* Nocte, dieque patet, tota eſt ex ære ſonanti. *Plin. l.* 6. *ep.* 16. Meatus animæ illi gravior, & ſonantior erat. ¶ *Sonantes luci* dicuntur propter murmur fontium, vel fluviorum, qui per illos fluere ſolent. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 58. per rupes videor, lucoſque ſonantes ire. Adde 4. *Georg. v.* 363. Sic *Æn.* 7. *v.* 82. lucoſque ſub alta Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat.

Sonaturus, a, um, partic. temporis futuri, a ſono. *Hor. l.* 1. *ſat.* 4. Magna ſonaturum des nominis hujus honorem.

Sonax, acis, adject. ſonans, ſonorus. *Apul. l.* 6. *Mileſ.* Aper dentibus attritu ſonaci ſpumeus. *Ov.* 1. *Met. v.* 333. Cæruleum Tritona vocat, conchæque ſonaci inſpirare jubet.

Sonchos, i, m. *cicerbita*, *griſpignolo*, σόγχος, herba, intybi quædam ſpecies. *Plin. l.* 22. *c.* 21. & *l.* 26. *c.* 16.

Sonipes, edis, m. 3. κροτόπους, qui pedibus ſonat. *Grat. in Cyneg. v.* 43. Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino Velatur ſonipes æſtivi turba Canopi. h. e. ſuppedanea crepitaculis inſtructa ſaltam. ¶ Dicitur etiam de equis, quia currendo pedibus ſonant. *Virg.* 4. *Æn. v.* 135. Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit.

Sonito, as, neut. 1. ἠχέω, frequenter ſono. *Solin. c.* 8. *de Italia*. Locrenſium cicadæ ultra cæteras ſonitant.

Sonitus, us, m. *ſuono*, *ſtrepito*, הגיון, Ger. *ton*, Gal. *ſon*, Hiſp. *ſonido*, ἦχος, ſonus, crepitus. *Cic. in Somn.* Hoc ſonitu compleræ aures obſurduerunt. *Id.* 1. *Tuſc.* Quo ſonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. *Nepos in Alcib. c.* 10. Sonitus flammæ. ¶ *Sonitus* pro ſonitûs in genit. uſurparunt *Pacuv.* & *Cæcil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 67.

Sonivius, a, um, adjectiv. idem ac ſonans. Augures enim *ſonivium* tri-

pudium vocabant, cum ex ore pullorum aliquid cecidit cum ſonitu, ſeu ſtrepitu. *Cicer.* 6. *Famil. epiſt.* 6. Non igitur ex alitis volatu, nec ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſonivis tibi auguror. *Feſtus*: Sonivium tripudium, ut ait Appius Pulcher, quod ſonit, cum pullo excidit puls quadrupedivo ex ore.

Sono, as, ui, itum, n. 1. *ſuonare*, *fare ſtrepito*, הגה, Germ. *rauſen*, Gal. *ſonner*, Hiſp. *ſonar*, ἠχέω, ſonum facio, ſonum edo. *Plaut. Curc.* 1. 2. 18. Amabo, cuja vox ſonat procul? *Virg.* 2. *Æn. v.* 113. Toto ſonuerunt æthere nimbi. ¶ Cum ad inſtrumentum refertur, ablativum exigit ſine præp. ut Sono cithara, fidibus, &c. *Hor. lib.* 2. *od.* 13. Et te ſonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. ¶ Aliquando accipitur pro ſono referre, repræſentare, effingere, & tunc cum acc. conſtruitur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 328. Nec vox hominem ſonat. ¶ Item pro loqui, pronuntiare. *Cic. pro Arch. c.* 8. Ut etiam Cordubæ natis Poetis pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet. ¶ Item pro ſignificare. *Cic.* 3. *Off. c.* 21. Ut hæc duo verba inter ſe diſcrepare, ſed tamen unum ſonare videantur. ¶ Legitur & præteritum *ſonavi*. *Tertull. ad Scapul. c.* 2. Priſtina quid tonitrua ſonaverint, ſciant qui obduruerunt. ¶ Hinc partic. *ſonaturus*, & *ſonandus* V. ſuis locis. ¶ Paſſive *Horat. Epod.* 17. Sive mendaci lyra voles ſonari. h. e. carmine laudari. *Albinovan. eleg.* 1. *v.* 108. queſtus ad ſurdas tenui voce ſonantur aquas. ¶ Et imperſonaliter. *Apul. l.* 5. *Met.* Jubet citharam loqui, pſallitur, tibias agere, ſonatur. ¶ Eſt etiam *Sono*, *is*, 3. conjug. *Lucret. l.* 3. *v.* 157. Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus. *Enn.* apud *Non. c.* 10. *n.* 4. Æs ſonit, franguntur haſtæ.

Sonor, oris, m. 3. *ſtrepito*, ἦχος, ſonus vehementior. *Virg.* 7. *Æn.* Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni. *Id.* 9. *Æn.* Et crines albos, & ſæva ſonoribus arma. *Tac.* 14. *Ann. c.* 36. Ut ſpernerent ſonores barbarorum, & inanes minas.

Sonore, adv. ἠχηρῶς, cum ſonitu. *Gell. l.* 4. *c. ult.* Et in jure ſtans, clare nimis, ac ſonore oſcitavit.

Sonorinus, a, um, adject. Sonorinæ imagines dicuntur a *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 790. quas ſibi ſentire videntur ii, qui morboſo aurium tinnitu laborant. Alii tamen aliter leg.

Sonorus, a, um, *ſonoro*, *ſtrepitoſo*, הומה, Ger. *laut tonend*, Gal. *qui rend grand ſon*, Hiſp. *que mucho ſuena*, *ſonoro*, ἠχώδης, quod graviter ſonat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 53. Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras. *Tibull. l.* 3. *eleg.* 4. Sonoræ citharæ.

Sons, ontis, o. 3. *colpevole*, אשם, Germ. *ſchuldig*, Gal. *coupable*, Hiſpan. *culpado*, ἔνοχος, nocens, obnoxius, criminis alicujus convictus. *Cic.* 1. *Off. c.* 24. Idque eſt viri magnanimi rebus agitatis punire ſontes, multitudinem conſervare. *Id.* 3. *de Leg.* Vincula ſontium ſervanto, capitalia vindicanto. *Virg.* 10. *Æn.* Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem. *Ovid.* 13. *Met.* Immergitque manus, fœdataque ſanguine ſonti. ¶ Dii ſontes dicuntur a *Stat. lib.* 5. *Thebaid. verſ.* 610. qui noxii ſunt hominibus, & injurii.

Sontiatæ, m. 3. *Solre*, pop. & opp. Aquitaniæ, ſub Auſciis, in tractu Armeniaco, inter Lactoram ad Occ. & confluentes Tarnis in Garumnam fl. ad Or. *Cæſar de B. G.*

Sonticus, a, um, *nocevole*, *grave*, מזיק, Germ. *ſchadlich*, Gall. *mechant*, Hiſpan. *culpado*, βλαβερός, noxius, gravis, vehemens, a *ſons*. Morbus ſonticus veteribus dicebatur, qui ita gravis erat, ut ſolitas functiones impediret, quem qui pateretur, juſtam excuſationem habere putabant, quo minus in judicium vocatus ſe ſiſtere cogeretur. Idem eſt, ac ſacer, ſive comitialis, qui & morbus major vocatur. *Venulejus l. ult. ff. de Ædil. edicto*. Quoties morbus ſonticus nominatur, eum ſignificari Caſſius ait, qui nocet. Nocere autem intelligi, qui perpetuus ſit, non qui tempore finiatur. Sed & morbum ſonticum videri qui inciderit in hominem, poſtquam is natus ſit. *Plin. l.* 36. *cap.* 19. Gagates deprehendit ſonticum morbum, & virginitatem ſuffitus. ¶ Sontica cauſa, eſt cauſa morbi ſontici: item juſta, legitima, vera, quia morbus ſonticus eſt juſta cauſa abſentiæ. *Feſt.* Sontica cauſa dicitur a morbo ſontico, propter quem, quod eſt gerendum, agere deſiſtimus. M. Porcius *Cato de R. R.* Arili, quid ſi rem cauſæ extitiſſe, tumidus os ſit, an impedimento tibi cauſam ſonticam fuiſſe? *Tibul. l.* 1. *el.* 8. Parce, precor, tenero, non illi ſontica cauſa eſt, ſed nimius luteo corpora tingit amor.

Sonus, i, m. *ſuono*, קול, Germ. *ton*, Gall. *ſon*, Hiſp. *ſon*, ἦχος, quicquid auribus percipitur, ſive id ab ore animalium proficiſcatur, quod vocem appellamus, ſive ex aliorum corporum colliſione. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Aures cum ſonum recipere debeant. *Id. ibid.* Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum, ad nervorum eliciendos ſonos, ad tibiarum apta manus eſt. *Id. ib. de lingua*: Quæ ſonos vocis diſtinctos, & preſſos efficit. *Id.* 4. *Acad.* Furere tibi Empedocles videtur, at mihi digniſſimum rebus his, de quibus loquitur, ſonum fundere. ¶ Sumitur etiam pro proſodia, ſive accentu. *Cic. in Orat.* Cujus quidem a tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, gravi, tanta ſit, & tam ſuavis varietas, perfecta in cantibus. ¶ Item pro verbis. *Ovid.* 6. *Faſt.* Inſtimulat fictis inſidioſa ſonis. ¶ A veteribus interdum per quartam declinationem inflectebatur. *Siſenna l.* 4. *Hiſt.* apud *Non. c.* 8. *n.* 67. Poſtquam in ſonu ſignorum prælium magno cum clamore virorum commiſſum eſt.

Sophene, es, f. 1. Sophane, regio Armeniæ majoris, in conf. Meſopotamiæ, ubi Tigris ſub terra conditus poſt 25. M. P. emergit. *Plin. l.* 5. *c.* 12. ¶ Populi *Sopheni* appellantur. *Lucan. l.* 2. *v.* 593.

Sophia, æ, f. σοφία, ſapientia. Hac voce Cicero ſi quando utitur, Græcis literis ſcribit. At *Senec. epiſt.* 89. Sapientia eſt, inquit, quam Græci σοφίαν vocant. Hoc verbo quoque Romani utebantur, ſicut philoſophia nunc quoque utuntur: quod & togatæ tibi antiquæ probabunt, & inſcriptus Doſſenni monumento titulus. Hoſpes reſiſte, & ſophiam Doſſeni lege. Hæc *Senec.* Sic *Martial. l.* 1. *ep.* 112. Cura tibi ſit ſophiæ par fama, & cura Deorum. Adde *Afran.* apud *Gel. l.* 13. *c.* 8.

Sophianus, a, um, adject. σοφός, ſapiens, doctus. *Corippus l.* 4. *v.* 288. Et ſophianarum ſplendentia tecta novarum.

Sophiſma, atis, n. *ſofiſma*, σόφισμα, genus fallacis argumentationis, concluſio fallax, commentum, & falſa oratio ita compoſita, ut vera eſſe videatur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 24. Quorum ſunt contorta, & aculeata quædam ſophiſmata: Sic enim appellantur fallaces concluſiunculæ. *Gel. l.* 18. *c.* 13. Sophiſma diluere.

Sophiſmaticus. V. diction. ſequentem.

Sophiſmatium, ii, n. parvum, vel breve ſophiſma, σοφισμάτιον. Legitur in titulo capitis 13. *l.* 18. *Gellii*, ubi alii leg. *ſophiſmatico* pro *ſophiſmatio*.

Sophiſta, æ, ſive Sophiſtes, æ, maſc. *Sofiſta*, *letterato*, Germ. *Sophiſt*, Gall. *Sophiſte*, Hiſp. *Sophiſta*, σοφιστής, imitator Philoſophorum, Philoſophus apparens, qui fictam quandam, & inanem ſapientiæ ſpeciem jactitet, qui eloquentiam, & ſapientiam omnium artium oſtentationis, & quæſtus gratia profitetur. Olim enim eloquentia, & ſapientia conjunctæ erant. Differt ab Oratore, quia Sophiſta eſt artifex callidus, & ingenioſus, qui artificioſæ orationis delicias affectat. Deinde Orator verſatur circa eloquentiam forenſem, ſed Sophiſta circa Epidicticam, ſeu demonſtrativam. *Cic. Acad.* 4. *c.* 23. At quis eſt hic? num Sophiſtes? ſic

Digitized by Google

enim appellantur ii, qui oſtentatione, aut quæſtus ſui cauſa philoſophantur. *Id. de nat. Deor. l. 1. c. 23.* Nam Abderites quidem Protagoras, cujus a te modo mentio facta eſt, Sophiſtes temporibus illis vel maximus, &c. ¶ Sophiſtarum mos fuit paratos eſſe ſubito, & improviſo de quacunque re dicere, & in convento quæſtionem poſcere. *Cic. 2. Fin.* Eorum erat iſte mos, qui tunc Sophiſtæ nominabantur, &c. ¶ Cum Sophiſtis Socrates bellum perpetuum geſſit, ut patet ex Hippia majore Platonis, ex Protagore, & aliis Dialogis. *Cic. 3. Fin. in Bruto*, &c. ¶ Interdum tamen hoc nomine appellati ſunt ſani eloquentiæ doctores, & dicendi periti. *Gel. l. 17. c. 3.* Rhetoriſcus quidam ſophiſta, utriuſque linguæ callens: Sophiſtas vero & dicendi facultate, & multa præclararum rerum ſcientia valere arbitror.

Sophiſtice, *adverb. ſofiſticamente*, σοφιστικῶς. *Apul. l. 2. de dogm. Plat.* Sophiſtice imitata juridicialem ſtatum.

Sophiſticus, a, um, *adject. ſofiſtico*, σοφιστικός, captioſus, cavillatorius. *Gel. l. 7. c. 3.* Res admodum inſidioſa, & ſophiſtica. *Id. l. 18. c. 2.* Captionis ſophiſticæ ſolutio. *Apul. l. 2. de dogm. Platon.* Sophiſtica ars.

Sophŏcles, is, m. σοφοκλῆς, filius Sophili, Athenienſis, Colonicæ Tribus, Poeta Tragicus, Græcorum Tragicorum princeps. Natus eſt Olympiade 73. ante Socratem annis 17. Fuit æqualis Euripidis, & Periclis, cujus etiam quandoque collega fuit in Prætura. *Cic. 1. Off.* ¶ Sophocles, & Pericles ab Athenienſibus adverſus Spartanos duces electi ſunt, qui diviſo exercitu & Spartanorum agros vaſtaverunt, & multas Achaiæ civitates Athenienſium imperio adjecerunt. *Juſtin. l. 3.* ¶ Sophocles tanta orationis ſuavitate fuit, ut vulgo μέλιττα, hoc eſt *apis* cognominaretur. Primus tragicas contentiones, ac compoſitiones inſtituit. Exhibuit fabulas annum viginti tres, & adhuc plures, ut nonnulli volunt. Victoriam autem viginti tres reportavit. Uſque ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit. Propter hoc ſtudium cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus eſt, ut, quemadmodum Romano more male rem gerentibus bonis interdici ſolet, ſic illum quaſi deſipientem a re familiari judices removerent. Tum dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime ſcripſerat, Oedipum Coloneum recitaſſe judicibus, quæſiſſeque, num illud carmen deſipientis videretur. Quo recitato ſententiis judicum eſt liberatus. *Cic. de Sen.* ¶ Obiit ſexto anno poſt Euripidis mortem, centum prope annos natus, repente ex inſperato gaudio ob victoriam ex tragœdia Oedipode Coloneo. ¶ Sophocles alter, ſuperioris nepos, Poeta item Tragicus, qui docuit tragœdias quadraginta, vicit octo. *Suid.* ¶ Sophocles item, Grammaticus, minor appellatus. Enarravit Lycophronem, Apollonium, alioſque Poetas. Ejus opera adhuc extant.

Sophoclēus, a, um, Σοφόκλειος, quod ad Sophoclem ſpectat. *Virg. 8. Ecl.* Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. *Cic. l. 16. Fam. ep. 18.* An pangis aliquid Sophocleum?

Sophorĭa, æ, f. genus vitis apud *Col. l. 3. c. 2.*

Sophos, adv. ex Græco σοφῶς, *ſapientemente, dottamente*, uſurparunt Latini hanc vocem in acclamationibus, quibus aliquid recitantes proſequebantur, quo modo *euge, bene, belle*, &c. ¶ *Martial. l. 6. ep. 48.* Quod tam grande ſophos clamet tibi turba togata. *Id. l. 1. ep. 67.* Non ſex paratur aut decem ſophos nummis.

Sophus, i, m. σοφός, *ſapiente, dotto*, ſapiens. Uſi ſunt aliquando etiam Latini hac Græca voce. *Ennius* apud *Cic. 2. de Fin. c. 8.* In quo Lælius clamores ſophus ille ſolebat Edere.

Sopĭo, is, ivi, itum, a. 4. *addormentare*, ישן, Germ. *ſchlaffen machen*, Gall. *aſſoupir*, Hiſp. *adormecer*, ὑπνόω, κοιμίζω, ſoporo, ſoporem alicui induco. *Liv. l. 24. c. 46.* Lentior deinde, æqualiorque accidens auribus magnam partem hominum ſopivit. *Ovid. 7. Met. v. 213.* Cuſtodemque eudem ſomno ſopiſſis. Sopiri interdum eſt animo linqui, deficere, *tramortire*. V. *Sopitus*.

Sopītus, a, um, *addormentato*, κατακοιμηθείς, qui jam cœpit dormire, a ſopior. *Virg. 1. Æn. v. 680.* Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera, aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam. *Liv. l. 25. c. 9.* Nisi ea improviſo ad portas ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtruncat. ¶ Translate ſumitur pro eo, qui ſenſus amiſit, *tramortito, ſtordito*. *Liv. l. 1. cap. 61.* Sopitum fuiſſe Regem ſubito ictu, ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe. *Id. l. 42. c. 15.* Saxa duo ingentia devolvunt, quorum altero caput ictum eſt regi, altero humerus ſopitus. ¶ Item pro occulto, non apparente. *Virg. 8. Æn.* Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Item pro ſedato. *Patercul. l. 2. c. 89.* Sopitus ubique armorum furor.

Sopor, oris, m. *ſonno*, תרדמה, Germ. *ſchlaff*, Gal. *ſommeil*, Hiſp. *ſueño*, ὕπνος, ſomnus gravior. *Plin. l. 21. c. 18.* Hujus ſemine ſomnum allici, ſed modum ſervandum, ne ſopor fiat. ¶ Ponitur tamen frequenter pro ſomno ſimpliciter. *Virg. 6. Æn.* Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis gaudia. *Cic. 1. de Divin.* Cum jam quieti corpus nocturno impetu dedi, ſopore placans artus languidos. ¶ Metonymian ponitur pro poculo ſoporifero. *Nepos in Dione, c. 2.* Patri ſoporem medicos dare coegit. ¶ Ponitur & pro ſegnitie. *Tac. 1. hiſt. c. 76.* Torpere ultra, & polluendam perdendamque Remp. relinquere, ſopor & ignavia videretur.

Soporatus, a, um, *addormentato, ſopito*, κατακοιμισθείς. *Plin. l. 10. c. 75.* Aquatilia ipſa quiete cum nunquam placida, etiam ſoporata. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſedato, leniter, quod interquievit. *Curt. lib. 7. c. 1.* Recruduit ſoporatus dolor.

Soporĭfer, ra, rum, ὑπνωτικός, quod ſoporem inducit. *Virg. 4. Æn. v. 486.* Spargens humida mella, ſoporiferumque papaver. *Plin. lib. 9. c. 13.* Præterea dextræ pennæ vim ſoporiferam ineſſe, ſomnoſque allicere ſubditam capiti tradunt.

Sopōro, as, a. 1. *addormentare*, הוּשׁן, Germ. *entſchlaffen*, Gal. *endormir*, Hiſp. *adormecer*, κατακοιμίζω, ſoporem induco, ſtupefacio. *Plin. l. 28. c. 8.* Cauda flumina, & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. *Stat. 11. Theb.* Et inſuetas angues nimia aſtra ſoporant.

Sopōrus, a, um, ὑπνωτικός, quod ſomnum inducit, ut Nox ſopora. *Lucan. l. 2. v. 236.* Sed nocte ſopora Atria cognati pulſat non ampla Catonis. Adde *Virg. 6. Æn. v. 360.*

Sora, æ, f. 1. *Sora*, urbs & col. Latii. *Juvenal. ſat. 3.* & *Sil. l. 8.*

Soracte, is, n. vel Soractes, is, m. 3. *Monte S. Oreſte*, & *Monte di S. Silveſtro*, mons Faliſcorum, in Hetruria, apud Tiberim. *Horat. l. 1. od. 9.* alta nive candidum Soracte. *Plin. l. 7. c. 2.* Ad montem Soractem. ¶ In hoc monte templum fuit Apollini dicatum. *Virg. 11. Æn.*

Soractīnus, a, um, adject. ad Soracte pertinens, ut Soractinæ lapicidinæ. *Vitruv. l. 2. c. 7.*

Soracum, i, n. inſtrumentum, quo ornamenta portantur ſcenicorum, teſte *Feſto*. *Perſ. 3. 1. 64.* Librorum plenum ſoracum habeo. Quidam leg. *ſarcacum*.

Soranus, i, maſc. Ditis, ſeu Plutonis cognomen, a σορός, *loculus, ſepulchrum*. Aliqui cenſent dictum eſſe a Sora oppido ad Soractem montem ſito, quod *Plin. l. 2. c. 20.* tradit, eo in tractu tam peſtiferos ſpiritus exhalari, ut avibus ſint lethales, unde videri poſſe Plutonem dictum eſſe Soranum non diſſimili ratione ab eo, qua Avernum pro Inferis Poetæ acceperunt. *Servius*.

Sorbĕo, es, bui, bitum, vel pſi, ptum, a. 2. *ſorbire*, בלע, Ger. *ſupffen*, Gal. *humer, avaler*, Hiſp. *ſorber, ſorbio*, aliquid liquidum degluto. Factum eſt vel a vocis ſono, quem faciunt, qui ſorbent, quod *Varro lib. 5. de L. L.* tradit, vel a Græco ejuſdem ſignificationis verbo ῥοφεῖν. *Plin. l. 7. c. 53.* Ap. Saufejus, cum a balneo reverſus mulſum bibiſſet, ovumque ſorberet. *Id. l. 22. c. 23.* Hi, qui coagulum lactis ſorbuerint. *Virg. 3. Æn. de Scylla & Charybdi.* imo barathri ter gurgite vaſtos ſorbet in abruptum fluctus. ¶ Simul flare & ſorbere haud facile, proverb. apud *Plaut. Moſtel. 3. 2. 104.* quo ſignificatur, difficile duas res uno eodemque tempore peragi poſſe. ¶ Tranſlata ſorbere ſumitur pro avide deſiderare, ſeu præpropera ſpe devorare. *Cic. Phil. 11. c. 5.* Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus ſanguinem non bibere cenſetis? ¶ Item pro perferre. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 9.* Ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. ¶ Item pro delere, auferre. *Sil. l. 4. v. 578.* Cruor veſtigia ſorbet. ideſt ita replet veſtigia, ut non cognoſcantur. ¶ Sorberi navigia dicuntur, cum mari merguntur. *Senec. ep. 4.* Eodem die, ubi luſerunt, navigia ſorbentur. ¶ Præteritum *ſorbſi* legitur in compoſitis. V. *Abſorbeo*. Sed & in ipſo ſimplici legi apud Veteres, teſtis eſt *Diomed. l. 1. pag. 363. Priſc.* & *Chariſ. l. 3. pag. 217.*

Sorbĭlis, & le, o. 3. ῥοφητός, quod facile ſorbetur. *Col. l. 8. c. 17.* Quique ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra recens ovium. Adde *Celſ. l. 4. c. 3.*

Sorbillo, as, a. 1. *bere a gocciole*, ἀναῤῥοφέω, minutim, & paulatim ſorbeo, parum, ſed frequenter ſorbeo. *Ter. Adelph. 4. 2. 53.* Et cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. *Apul. l. 2.* Sorbillat dulciter.

Sorbillum, i, n. ἀναῤῥόφημα, potiuncula ſorbitioni apta. *Plaut. Pan. 1. 2. 183.* Hem, mihi jam video propter te victitandum ſorbillo.

Sorbitĭo, onis, f. ῥόφημα, ſorbendi actio. *Perſ. ſat. 4. de Socrate.* Sorbitio tollit quem diræ cicutæ. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod ſorbetur, pro juſculo ad ſorbendum præparato. *Col. l. 6. c. 10.* Factaque ſorbitio pro cornu infunditur. *Celſ. l. 4. c. 7.* Ergo primis diebus danda eſt ſorbitio ptiſanæ, vel alicæ, vel oryzæ.

Sorbitĭum, ii, n. juſculum ſorbendo aptum, ſorbillum. *Seren. Sammonic.*

Sorbitiuncŭla, læ, f. parva ſorbitio. Eſt *Marcelli Empir. c. 10. ante med.*

Sorbum, i, n. *ſorba*, ὄον, ſorbi arboris fructus, ſimilis pyro, quod etiam malum ſorbum appellatur, cui magna vis ineſt ventrem ſiſtendi. *Cato, 7.* Sorba in ſapa cum vis condire, vel ſiccare, viridia facias. *Col. l. 5. c. 10.* Et mala ſorba, pruna, poſt mediam meſſem uſque ad Idus Feb. ſerimus. *Martial. l. 13. ep. 26.* Sorba ſumus molles nimium durantia ventres.

Sorbus, i, f. *ſorbo*, ὄη, genus arboris proceræ. *Plin. l. 16. c. 18.* Aquoſis montibus gaudent acer, fraxinus, ſorbus, tilia, ceraſus.

Sordĕo, es, n. 2. *eſſere ſordido*, נמאס, Germ. *wuſt ſeyn*, Gall. *etre ſale*, Hiſp. *enſuziarſe*, ῥυπόω, ſordidus ſum. *Martial. l. 1. ep. 32.* Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus. ¶ Tranſlate ponitur pro contemni, vilem exiſtimari. *Liv. l. 4. c. 25.* Adeo ſe ſuis etiam ſordere, nec a Plebe minus, quam a Patribus contemni. *Virg. Ecl. 2.* ſordent tibi munera noſtra.

Sordes, is, f. 2. *ſporcizia, bruttura*, צואה, Ger. *wuſt*, Gall. *ordure*, Hiſp. *ſuziedad*, ῥύπασμα, immunditia. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* In ſordibus aurium tanquam in viſco inhæreſceret. *Horat. l. 1. ep. 2.* auriculas collecta ſorde dolentes. ¶ Tranſlate dicitur de infima plebe urbis. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti, apud ſordem urbis, & fæcem multo melius nunc, quam reliquiſti. ¶ Item de ægritudine, mæſtitia, ſqualore, qualis in lugentibus, & in reis cernitur. *Cic. l. 14. Fam. ep. 2.* Te nunc, mea Terentia, ſic vexari, ſic jacere in lacrymis, & ſordibus. *Quintil. l. 6. c. 1.* At ſordes, & ſqualores, & propinquorum quoque ſimilem habitum ſcio profuiſſe. ¶ Item de immoderata parſimonia, & de avaritia, minimis etiam rebus lucrum captante. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Scrutari te omnes ſordes, excutere omnia quæque earum. *Id. pro Flac. c. 3.* Nullum hujus in privatis rebus factum avarum, nullam in re familiari ſordem poſſe proferri. *Juven. ſat. 1. v. 139.* Sed quis feret iſtas luxuriæ ſordes? ideſt ſummam prodigalitatem cum inſigni avaritia conjunctam. ¶ Per convicium quoque de homine flagitioſo, & dedecoris pleno hæc vox adhibetur. *Cic. in Piſon. c. 26.* O tenebræ, o lutum, o ſordes, o paterni generis oblite, materni vix memor! ¶ Sordis in ſingulari caſu recto uſurpavit *D. Ambroſius*.

Sordeſco, is, n. 3. *divenire ſordido*, נמאס, Germ. *wuſt werden*, Gall. *devenir ord, & ſale*, Hiſp. *enſuziarſe*, ῥυπαίνομαι, ſordidus fio. *Hor. l. 1. ep. 20.* Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi cœperis. *Plin. l. 11. c. 12. de melle*: Nunc vero e tanta cadens altitudine, multumque, dum venit, ſordeſcens.

Sordicŭla, læ, f. parva ſordes. *Marcell. Empir. c. 8.*

Sordidātus, a, um, qui veſtibus, & corpore ſordidus eſt, quales erant rei delati, qui eo tempore, quo nec abſoluti, nec damnati erant, & eorum etiam propinqui, & affines, non capillos, aut barbam tondebant, non candida, ſed obſoleta, tritaque veſte uti ſolebant. *Cic. in Piſon.* Nec minus lætabor, cum te ſemper ſordidum, quam ſi paulisper ſordidatum viderem. *Sordidum* dicit vilem, & abjectum, ac ſine ullo vitæ nitore; *ſordidatum* autem, accuſatum, & reum. *Id. poſt red. in Sen.* Cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ſupplex ad eum ſordidata veniſſet. *Plaut. Asin. 2. 4. 90.* Quamquam ego ſum ſordidatus, frugi tamen ſum. ¶ Eſt etiam idem ac ſordibus maculatus. *Sidon. l. 3. ep. 13.* ſordidatiſſima conſcientia.

Sordĭde, adv. *ſordidamente*, ῥυπαρῶς, cum ſordibus, immunde. *Cic. Attic. l. 13. c. 2.* Antonius ſordide annonatus. *Lamprid. in Elagab. c. 33.* Sordidiſſime per plateas tractus eſt. ¶ Tranſlate ſumitur pro avare. *Cic. 2. de Or.* Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoque animi vitio dictum eſſe aliquid videatur. *Plin. l. 3. ep. 9.* Proconſulatum, ſed ſordide geſſerat. ¶ Sordide naſci, eſt humillimis natalibus naſci. *Auctor Dial. de Orat.* quem alii Quintil. alii Tacito tribuunt, *c. 8.* Quo ſordidius, & abjectius nati ſunt, eo &c.

Sordĭdo, as, a. 1. *ſporcare*, ῥυπαίνω, ſordidum facio, fœdo. *Lactant. de ira Dei, c. ult.* Templum cordis non fumo, non pulvere, ſed malis cogitationibus ſordidatur. *Sidon. carm. 23. v. 249.* Mora pulvere ſordidatur aer.

Sordidŭlus, a, um, diminut. a ſordidus. *Plaut. Pœn. 1. 2. 58.* Servulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria. *Juvenal. ſat. 3. verſ. 149.* Si toga ſordidula eſt.

Sordĭdus, a, um, *ſordido, ſporco, imbrattato*, מאוס, Germ. *unflatig*, Gall. *ord, & ſale*, Hiſp. *ſuzio*, ῥυπαρός, ſordibus infectus, inquinatus, immundus. *Martial. l. 2. ep. 104.* Sordidior toga. *Cic. 3. Tuſc. c. 23.* Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. ¶ Tranſlate ponitur pro vili, ignobili, egente. *Liv. l. 22. c. 26.* Unus inventus eſt ſuaſor legis C. Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat, loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus. ¶ Item pro turpi, inhoneſto, indecoro. *Cic. 1. Off.* Illiberales autem, & ſordidi quæſtus mercenariorum, omniumque, quorum operæ, non quorum artes emuntur. *Id. 2. Off.* Id cum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere, ut accuſator nominere. ¶ Item pro avaro, tenaci, ex rebus viliſſimis quæſtum captante. *Cic. 3. Fin.* Quis non odit ſordidos, vanos, leves, futiles? *Hor. l. 2. od. 16.* Nec leves ſomnos timor, aut cupido ſordidus aufert. ideſt avaritia. ¶ Item

pro

Digitized by Google

pro mendaci, impuro, obſcœno. *Tibull. l. 3. el. 7.* Aut fallat blanda ſordida lingua fide. ¶ Item pro barbaro, inculto, impolito. *Quintil. l. 8. c. 3.* Quædam bebes, ſordida, jejuna, triſtis, ingrata, vilis oratio eſt. ¶ Sordidæ voces appellantur a Grammaticis, quæ a vulgo tantum, & infimis hominibus uſurpantur. *Gell. l. 16. c. 7.*

Sordĭtūdo, inis, f. *ſivarpm*, idem ac ſordes. *Plaut. Pœn. 5. 2. 10.* Ut mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.

Sordulentus, a, um, adject. ſordidus. *Tertul. de Pœnit. c. 11.* Sordulentus, illotus.

Sorex, icis, m. *ſorce*, *topo*, עכבר, Ger. *ſpitz mauſſ*, Gal. *ſouris*, Hiſp. *raton*, μῦς ποντικός, ὁ ἀγραῖος, mus Ponticus, vel ſylveſtris. Differt a mure domeſtico magnitudine, & quia clarior ſtrepit. Sed ſæpe hæc nomine confunduntur. *Col. lib. 12. cap. 31.* Si ſerpens, aut mus, ſorexque in muſtum ceciderit. *Id. l. de arb. c. 15.* Vites, quæ ſecundum ædificia ſunt, a ſoricibus, aut muribus infeſtantur. ¶ Soricum occentu auſpicia dirimebantur. *Plin. l. 8. c. 57.* ¶ Sorex ſuo indicio perit, proverbialis Metaphora eſt, qua utimur, quoties ſignificare volumus quempiam a ſe ipſo proditum eſſe, cui vel imprimis expediebat cautiſſime latere. *Ter. Eun. 5. 7.* Egomet meo indicio, miſer, quaſi ſorex, hodie peri.

Sorĭcinus, a, um, *ſorino*, μυϊκός, quod eſt ſoricis. *Plaut. Bacch. 4. 8. 48.* Confeſſiorem te faciam ſoricina nænia. V. *Confeſſor.*

Soriculāta veſtis, videtur fuiſſe in qua lineæ intextæ repræſentabant quodammodo ſoricum figuram, a *ſoriculus*, quod a *ſorex*. Sane ut a vermis vermiculus, unde opus vermiculatum, ſic a ſorex ſoriculus, atque inde analogice veſtis ſoriculata. Favet opinioni, quod Plinius jungit veſti undulatæ, cui nomen inde, quod textura undas imitatur. Secundum Becmanum erat veſtis variis coloribus conſerta. Ita enim vocari conjectat a copia colorum, & plicarum, nempe a Græco σωρός, vel σωρεύειν, quo acervus, ac rei alicujus copia ſignatur. *Turnebus l. 23. c. 19.* teſtatur, in veteribus libris legi *ſororiculata*, & *ſororeclata*, ac vocari ita cenſet veſtes ſuris, & latioribus regulis virgatas, ut ita dicantur quaſi ſuro regulatæ, a *ſuro*, unde *ſurculus*, & *regula*. Sunt, quibus ita vocari placet veſtes ex lino, & ſparto conſertas, & a conſerendo quaſi ſericulatas dici. *Plin. l. 8. c. 48.* Undulata veſtis primo a lautiſſimis fuit, inde ſoriculata defluxit.

Sorītes, æ, m. σωρείτης, argumentatio, quæ multas ratiocinationes acervatim convolvit, atque complectitur, a σωρός, *acervus*, quia pronuntiata multa accumulat. Acervum ſimiliter Perſius appellat *Sat. ult. in fine.* Fuit propria argumentatio Stoicorum, & originem habuit a Chryſippo Philoſopho Stoico. *Cic. 2. de Divin. c. 4.* Aut quo modo ſoriti reſiſtas? quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acervalem appellare. Sed nihil opus eſt. Ut enim ipſa Philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. *Id. 4. Acad. c. 16.* Et primum quidem hoc reprehendendum, quod captioſiſſimo genere interrogationis utuntur: quod genus minime in Philoſophia probari ſolet, cum aliquid minutatim, & gradatim additur, aut demitur. Soritas hos vocant &c.

Soria, atis, f. σαύρα, avis genus, quæ etiam ſauria dicitur, ut ſorus, & ſaurus, a Græca voce allata. *Marius Victorinus l. 1. extrema c. de Orthogr.* Soria, aut ſaurix, avis tributa Saturno ab Auguribus, quia tarditati, & vetuſtati, & ſenectuti convenit. Nam & in veternoſis maxime verſatur locis, & noctium eſt, & noctis maxima primæ, & quia tempeſtatis nuntiatur, atque index parvi lateris. *Plin. lib. 10. cap. pen.* Sorices, & ardeolæ invicem fœtibus inſidiantes. Aptius tamen hæc loca de ſoricibus terreſtribus intelligitur: nam *Plinius* loquitur de diſſidiis avium cum terreſtribus animalibus. Itaque hanc vocem pleraque Lexicographi merito prætermiſerunt.

Soror, oris, f. *ſorella*, אחות, Ger. *ſchwveſter*, Gal. *ſœur*, *hermana*, ἀδελφή, mulier, quæ ab iiſdem genitoribus, a quibus ego, procreata eſt. *Virg. 2. Georg.* Panaque, Sylvanumque ſenem, Nymphaſque ſorores. *Cic. pro Mil. c. 27. de Clodio:* Eum, quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe, L. Lucullus juratus ſe quæſtionibus habitis dicit compeririſſe. ¶ *Soror*, abſolute, vel *ſoror Phœbi*, eſt Luna, ſeu Diana. *Ovid. 3. Faſt.* Signaque, quæ longo frater percenſeat anno, ire per hæc uno menſe ſororis equos? *Id. 15. Met.* Mons ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem fecit. ¶ Soror item, eſt Philomela apud *Ovid. 2. Faſt.* Et ſoror, & Progne, Tereuſque duabus iniquus. ¶ Sorores doctæ, & novem ſorores, ſunt Muſæ. *Ovid. l. 2. Triſt. el. 1.* Doctae odiſſem jure Sorores. *Id. l. 5. el. 12.* Pace tuarum liceat veſtra dixiſſe Sorores. ¶ Item Parcæ ſorores dicuntur. *Hor. l. 2. ode 3.* Dum res, & ætas, & Sororum fila trium patiuntur atra. *Martial. l. 6. ep. 58.* Si mihi laniſicæ ducunt non pulla Sorores ſtamina. ¶ Item Furiæ. *Ovid. 10. Met.* Nec metues atro crinitas angue ſorores? ¶ Tranſlate accipitur pro ſimili, & quaſi gemella. *Plin. l. 13. c. 4.* Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores, ob hoc adelphides dictæ. Sic lævam manum dextræ ſororem appellat *Virg. in Moreto, v. 28.* Et *Plaut. in Pœn. 1. 3. 9.* V. *Frater.* ¶ Sororum nomine, ut & fratrum, interdum ſignificantur ſcorta, ſeu amaſiæ, quæ turpi conſortione junctæ ſunt. V. *Frater.*

Sororcŭla, f. diminut. parva ſoror. *Plaut. in fragm. Ciſtellariæ.* Germana mea ſororcula.

Sororicīda, æ, com. qui ſororem occidit. *Cic. pro Domo, c. 10.* Quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, nonne extra ordinem tuliſti?

Sororiculāta veſtis. V. Soriculata.

Sororio, as, n. 1. creſco duarum ſororum geminarum inſtar. *Feſt.* Sororiare mammæ dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt, ut fraterculare puerorum. *Plautus in Frivolaria.* Tum papillæ primulum ſororiabant: illud volui dicere, fraterculabant. *Plin. l. 35. c. 6.* Mammas ſororiantes, præcordia, maciemque corporis piſcinæ magis corrigunt.

Sororius, a, um, quod ad ſororem ſpectat. *Cic. pro Sext.* Qui enim in ejuſmodi vita nervi eſſe potuerunt, hominis fraternis in flagitiis, ſororiis ſtupris, omni inaudita libidine infamis? ¶ Oſcula ſororia, ideſt caſta, & pudica, qualia ſorores decent. *Ovid. 4. Metam. v. 334.* Poſcenti Nymphæ ſine fine ſororia ſaltem Oſcula. ¶ Sororium tigillum, locus Romæ ſacer in honorem Junonis, ubi M. Horatius ſub jugum miſſus, a cæde ſororis expiatus eſt. Erat in angiportu, quod ferebat a Carinis deorſum ad Cyprium angiportum, ubi aræ erectæ ſtabant, & lignum ſupra eas tranſverſum, duobus parietibus inter ſe adverſis infixum, quod capiti exeuntium imminebat. *Liv. l. 1.* & *Feſtus.* ¶ Sororia cœna dicitur a *Plaut. Curcul. 5. 2. 60.* quæ ob repertam ſororem celebratur. ¶ Sequiori ævo *ſororius*, *ii*, dictus eſt maritus ſororis meæ, cognato. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 1052. n. 12.* Cognatus dulciſſimus Sororio amantiſſimo.

Sors, ortis, f. *ſorte*, גורל, Ger. *glückfall*, Gall. *ſort*, Hiſp. *ſuerte*, κλῆρος, fortuitus alicujus rei eventus, id, quod cuique accidit in ſortiendo. *Cic. 2. de Divin. c. 41.* Quid enim ſors eſt? Idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras. Quibus in rebus temeritas, & caſus, non ratio, nec conſilium valet. Tota res eſt inventa fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. *Id. Attic. 2. ep. 22.* Quod ſors obtulerit, id acturus videtur. *Id. 1. Verr.* Accuſavi eum, quicum Quæſtor fueram, quicum me ſors, conſuetudoque majorum, quicum me Deorum, hominumque judicium conjunxerat. *Virg. Ecl. 9.* Sors omnia verſat. ¶ Inter *ſortem*, & *ſortes* intereſt, quia *ſors* eſt ſortitio, *ſortes* ſunt ſortis inſtrumenta, ideſt teſſellæ quædam, ſeu taleolæ ligneæ inſcriptæ. *Cic. l. 1. de Div. c. 34.* Simia, quam Rex Moloſſorum in deliciis habebat, & ſortes ipſas, & cætera, quæ erant ad ſortem parata diſturbavit, & aliud alio diſſipavit. *Id. ib. l. 2. c. 4.* Sortes, quas pueri manu miſcentur, & tolluntur. V. ibi multa de origine ſortium Prœneſtinarum, & de fortunæ æde Prœneſte poſita. ¶ Uſurpatur tamen & in ſing. numero ſors pro teſſella, quæ ſorte ducitur. *Cic. pro Ligar. c. 7.* Tuberonis ſors conjecta eſt ex S. C. cum ipſe non adeſſet. h. e. tabella nomine Tuberonis inſcripta in urnam miſſa eſt. *Id. Att. 1. ep. 19.* Cum de Conſularibus mea prima ſors exiiſſet. ¶ Sorte ducere aliquem, *trar' a ſorte*. *Virg. 6. Æn. v. 125.* Ductus Neptuni ſorte ſacerdos. ¶ Ducere ſortem, vel ſortes, idem eſt ac ſortiri. *Virg. 6. Æn. v. 22.* Stat ductis ſortibus urna. *Id. 9. Æn.* Ducere ſortem prædæ. ¶ Conjicere provincias in ſortem, *metter' alla ſorte*. *Liv. l. 30. c. 1.* Tum prætorum provinciæ in ſortem conjectæ. ¶ *Sorte*, in ſexto caſu, *a ſorte*, *cavando la ſorte*. *Cic. 4. Verr.* Verri ſorte provincia Sicilia obvenit. *Id. Fam. 11. ep. 20.* Sorte aliquid alicui aſſignare. *Et Fam. 8. ep. 8.* Sorte in provinciam proficiſci. ¶ Extra ſortem, *ſenza cavar la ſorte*. *Cic. Verr. 4.* Renuntiari extra ſortem. ¶ Poetæ uſurpant *ſorti* pro *ſorte*, quod ſit ne ablativus caſus, an dativus, an adverbialiter poſitum, ut vult Servius, viderint Grammatici. *Virg. 4. Georg.* Sunt, quibus ad portas cecidit victoria ſorti. *Silius l. 7. v. 368.* Queis tum cecidit victoria ſorti. ¶ Sæpe ſors accipitur pro ſtatu ac conditione cujuſque. *Horat. l. 1. ſat. 1.* Sua ſorte nemo contentus vivit. *Suet. in Aug. c. 19.* Ultimæ ſortis homines. *Horat. l. 4. od. 11.* Telephum, quem tu petis, occupavit non tuæ ſortis juvenem puella. ¶ Dicitur etiam de oraculis, ſeu reſponſis, ſeu ſyngraphis, in quibus reſponſa inſcripta continebantur. *Val. Max. l. 1. c. 6.* Retulerunt, præcipi ſortibus, ut aquam ejus lacus emiſſam, per agros diffunderent. *Virg. 4. Æn.* Lyciæ ſortes. h. e. Apollinis oraculum. ¶ Item de fato, ſeu fatali neceſſitate. *Virg. 1. Æn.* Hic tamen illum ſors tulit. *Ovid. l. 5. Triſt. el. 3.* Me quoque (ſi fas eſt exempla ire Deorum) ferrea ſors vitæ, difficiliſque premit. ¶ Item pro hæreditate, patrimonio. *Feſt.* Sors & patrimonium ſignificat, unde conſortes dicimus, & Dei reſponſum, & quod cuique accidit in ſortiendo. *Liv. l. 1. c. 34.* Puero in nullam ſortem bonorum nato. ¶ Item pro ſumma, ſive capite, & prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, vel fœnori datur, ut inde lucrum fiat, *il capitale*. *Plaut. Moſtell. 3. 1. 34.* Qui mihi neque fœnus, neque ſortem argenti danunt. *Ulp. l. uxori, ff. de uſu, & uſufr. leg.* Fœnus quoque ſortium, quas defunctus collocavit. ¶ Item pro progenie. *Ovid. 6. Faſt. de Junone:* Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem feci, Saturni ſors ego prima fui. ¶ Legitur & *ſortis* in recto caſu pro *ſors*. *Plaut. Caſ. 2. 6. 58.* Vide, ne qua illic inſit alia ſortis ſub aqua.

Sorſum pro ſeorſum quidam auctoritate MSS. legunt apud *Plaut. Epid. 3. 3. 21.* Hoc adiculam iſtam ſorſum concludi volo. Et apud *Catull. ep. 10. in rapacem viatorem.* Manumque ſorſum habebis: hoc tibi expedit: Editi libri plerumque habent *ſeorſum*: neque obſtat ratio carminis. nam duæ vocales per συνίζησιν in unam coaleſcunt.

Sortĭcŭla, æ, f. τ. κληρίδιον, dimint. a *ſors*. *Suet. in Ner. c. 21.* Sorticula, qua in urnam cum cæteris demiſſa, intravit ordine ſuo.

Sortilegium, ii, n. *ſortilegio*, χρησμολογία, rei futuræ per ſortes & ſuperſtitioſas obſervationes exploratio. Uſus *Plinius l. 18. c. 4.* cujus titulus eſt; De quibuſdam ſortilegiis, & ſaliva hominis.

Sortilĕgus, i, m. *ſortilego*, *ſortiere*, χρησμολόγος, qui ductis ſortibus prædicit futura, ſive quæſtus ſui gratia ſe prædicere ſimulat, a *ſorte legenda*. *Cic. 1. de Divin. c. 58.* Nunc illa teſtabor, non me ſortilegos, neque eos, qui quæſtus cauſa hariolentur, ne pſychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti ſolebat, agnoſcere. ¶ Adjective *Horat. de art. poet. v. 219.* Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.

Sortio, is, a. 4. idem ac ſortior. *Varro* apud *Non. c. 7. n. 15.* Cum venerint Cenſores, inter ſe ſortiunt. *Plaut. Caſ. 2. 6. 43.* Tibi permitto, tu ſortire.

Sortior, iris, d. 4. *ſortire*, *far le ſorti*, *cavare a ſorte*, Germ. *loſen*, *laſſ wurffen*, Gal. *tirer au ſort*, Hiſp. *ſortear*, λαγχάνω, κληρόω, ſortes duco, ſortitionem facio, ſorte aligo. Varie conſtruitur. *Plaut. Caſ. 2. 5. 34.* Conjiciam ſortes in ciſtellam, & ſortiar tibi, & Chalino. *Virg. 3. Æn.* Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, ſortiti remos. Ubi *Serv.* Sortiti remos, per ſortem diviſi ad officia remigandi, quis eſſet proreta, qui prdem teneret. *Cic. in Verr. 2.* Cum Prætores deſignati ſortirentur, Q. Metello obtigit, ut is de pecuniis repetundis quæreret. *Id. Att. l. 1. ep. 10.* Prætores nondum ſortiti ſunt provincias, h. e. provincias inter ſe ſorte diviſeruot. *Id. l. 1. Fam. ep. 9.* Se ſe ſortiturum eſſe cum Collega provinciam. *Id. ad Q. Fr. l. 2.* Sententiam dixit, ut ipſa judices per Prætorem Urbanum ſortiretur. h. e. per ſortem eligeret. *Id. pro Cluent.* Sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ judicio committere minime Cenſorium eſt. *Id. 1. de nat. Deor.* Hoc ait non conſiderare, ſed quaſi ſortiri, quid loquare. *Tacit. 2. hiſt. c. 41.* Dum legiones de ordine agminis ſortiuntur. ¶ Accipitur etiam pro per ſortes aliquid recipere, ſorte aliquid conſequi, obtinere. *Cic. 6. Phil.* Quorum ſua lege, qua cum C. Cæſare Magiſtratum ſortitus eſt, ſuffragium ſuſtulit. ¶ Tranſlate uſurpatur pro accipere quocunque modo. *Lactant. l. 7.* Unde apparet, hominum, qui eo utitur, immortalem ſortitum eſſe conditionem. *Hor. l. 1. ſat. 6.* Sortiri amicum. ¶ Per Catachreſin accipitur pro diſponere. *Virg. 3. Æn. v. 375.* Sic fata Deum Rex ſortitur, volvitque vices. ¶ Item pro ſubſtituere, ſubminiſtrare. *Virg. 3. Georg.* Et ſobolem armento ſortire quotannis.

Sortis. V. *Sors* in fine.

Sortĭtĭo, onis, f. *ſortizione*, κλήρωσις, actus ſortiendi. *Cic. pro Cluent. c. 46.* Ut, ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 1.* Sortitionem facere.

Sortīto, adv. a *ſorte*, Ger. *durch das loſſ*, Gal. *en tirant au ſort*, Hiſp. *ſorteando*, κλήρῳ, κατὰ κλῆρον, ex ſorte, per ſortem. *Cic. 4. Verr.* Qua in annos ſingulos Jovis Sacerdotem ſortito capi jus erat. *Cœl. Cic. l. 8. Fam. ep. 8.* Eos ſortito in provincias mitti placere. ¶ Interdum accipitur pro naturaliter, vel occulta quadam fati ratione. *Hor. epod. 4.* Lupis, & agnis quanta ſortito obtigit, tecum mihi diſcordia eſt.

Sortītor, oris, m. κληρωτήρ, qui ſortitur. *Sen. in Troade v. 982.* Et iniquæ ferus ſortitor urnæ.

Sortītus, us, m. idem ac ſortitio. *Cic. pro Domo c. 19.* Quid ſi etiam pluſibus de rebus uno ſortitu retuliſti? *Virg. 3. Æn. v. 323.* Quæ ſortitus non pertulit ullos.

Sortītus, a, um, nom. partic. a *ſortior*. *Velle.j. l. 2. c. 59.* Sortitus Macedoniam. ¶ Paſſive *Ammian. l. 18. c. 6.* Morum probitate ſpectata ſortitus conjuge, liberiſque ſuſceptis. *Cic. l. 4. Attic. ep. 16.* Ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita. h. e. ſorte data.

Sory, yos, n. genus Chalcitidis lapidis, quod in Ægypto optimum eſſe-

ditur, ritu pinguiter nigreſcens, & ſpongioſum, odoremque habens adeo ſtomacho contrarium, ut quibuſdam olfactu modo vomitiones moveat, cæterum curationi oculorum utile. *Plin. l.* 34. *c.* 12.

Sos, ous, vel ſuos. *Ennius apud Feſt.*

Soſianus, cognomen Apollinis, cujus ſtatua cedrina fuit Romæ, ex Seleucia advecta: dictum a σώζω, ſervo. *Plin. l.* 13. *c.* 5.

Soſpes, itis, com. *ſano, e ſalvo*, שָׁלֵם, Ger. *unverletzt*, Gal. *ſauve*, Hiſp. *ſalvo*, σῶος, ſalvus, incolumis. *Liv. l.* 5. Soſpiteſque omnes Romam ad propinquos reſtituit. *Hor. l.* 1. *od.* 36. Vix una ſoſpes navis ab ignibus. ¶ Non ſolum qui ſervatur, ideſt ſalvus eſt, ſoſpes dicitur, ſed etiam qui ſervat. Unde Ennius ſoſpitem pro ſervatore poſuit, teſte *Feſto.*

Soſpita, æ, f. σώτειρα, ſervatrix. Hinc Juno Soſpita apud Lanuvinos. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 29. Tam hercle, quam tibi illam veſtram Soſpitam, quam tu nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. At non eſt talis Argiva, nec Romana Juno. *Id. l.* 1. *de Divin. c.* 2. Quin etiam memoria noſtra templum Junonis Soſpitæ L. Julius &c.

Soſpitalis, & le, o. 3. σωτήριος, quod ſoſpitem facit. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 18. Quis eſt, qui moram occupato moleſtam obtulit? P. Qui tibi ſoſpitalis fuit.

Soſpitalitas, atis, f. ſalus, incolumitas. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 7. Victores Romani ad ſpectacula Dei ſoſpitalitatis reduxit. Al. leg. ſoſpitalis.

Soſpitas, atis, f. felicitas, incolumitas, proſperitas. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 17. Apollinem, modo ſoſpitatem, modo peſtem ſignificantibus cognominibus adoramus.

Soſpitator, oris, m. σωτήρ, ſervator, a *ſoſpes*. *Apul. l.* 9. *Metam.* Unus ex his, de cœlo ſcilicet miſſus mihi ſoſpitator.

Soſpitatrix, icis, f. ſervatrix, ut Dea ſoſpitatrix. *Apul. l.* 11. *Metam.*

Soſpito, as, a. 1. *conſervare ſano, ſalvo*, הוֹשִׁיעַ, Ger. *geſund erhalten*, Gal. *ſauver*, Hiſp. *ſalvar, librar*, σώζω, incolumem ſervo, ſalvo. *Liv. l.* 1. *c.* 16. Uti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 10. Dii plus, pluſque ſoſpitent iſtuc quod nunc habes.

Sotades, is, m. Σωτάδης, Poeta Maronites, turpiſſimi illius carminis auctor, in quo omnes nefandarum libidinum referuntur ſpecies. Hoc carmen ſumpto nomine ex argumento *Cynædus* inſcripſit. *Suid.* Fragmenta quædam adhuc leguntur apud *Stobæum*. Hinc *Martial. l.* 2. *ep.* 86. ipſum Sotadem cinædum appellat.

Sotadeus, a, um, adject. a Sotade, ut Sotadeum carmen. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. & *l.* 9. *c.* 4. ¶ Quibus autem pedibus hoc carmen conſtet, V. *Grammaticos.*

Sotadicus, a, um, adject. Sotadeus, ut Sotadici verſus. *Plin. l.* 5. *ep.* 3.

Soter, eris, m. vox Græca, quæ idem eſt ac ſervator. Σωτήρ. *Cic.* 4. *Verr. c.* 63. Eum non ſolum patronum illius inſulæ, ſed etiam Sotera inſcriptum vidi, &c. is enim nimirum ſoter, qui ſalutem dedit.

Soteria, orum, n. pl. munera, quæ convaleſcentibus, & a morbo, aut alio quo ſervatis periculo ab amicis mittebantur. *Martial. l.* 12. *ep.* 56. Nam quoties ſurgis, ſoteria poſcis amicos. ¶ Soteria etiam dicuntur vota vel ſacrificia pro ſaluta amici perſoluta. Unde *Statius l.* 1. *Syl.* 4. carmen gratulatorium, quod pro reſtituta Rutilii Gallici ſalute cecinit, inſcripſit *Soteria.*

Sotericus, i, m. artifex lignarius valde rudis, unde Soterici lectus ponitur pro impolito, & nulla arte facto. *Sener. in epiſt. apud Gell. l.* 12. *c.* 2. Qui hujuſcemodi verſus amant, liqueat tibi, eoſdem admirari & Soterici lectos.

Sozuſa, æ, σώζουσα, herba artemiſia, ſeu ſerpyllum majus. *Apulej. de herb. cap.* 10.

S ANTE P.

Spaclum, V. Spatium.

Spadicarius, ii, m. qui ſpadicem colore inficit. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 7.

Spadicum, i, n. ideo quod ſpadix. *Ammian. l.* 24. *c.* 3. Termiter, & ſpadica cerottaſſidua, quorum ex fructu mellis, & vini conficitur abundantia.

Spadix, icis, m. *ſpazzola*, σπάδιξ, propria ſignificat ramum palmæ cum fructu ab arbore avulſum, teſte *Gel. l.* 3. *c.* 9. & *l.* 2. *c.* 26. ¶ Hinc ponitur pro colore fructum ejus arboris referente, qui Italis *color bajo*, Latinis etiam Phœniceus dicitur. *Gell. l.* 2. *c.* 26. Rutilus, & ſpadix phœnicei συνώνυμοι, qui factus Græca noſter eſt, exuberantiam ſplendoremque ſignificat ruboris, quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti. *Virg.* 3. *Georg. v.* 81. *de equorum coloribus*: honeſti Spadices, glaucique, color deterrimus albis. ¶ Eſt etiam ſpadix inſtrumentum quoddam muſicum, cujus meminit *Pollux l.* 4. *c.* 10. ſed non deſcribit. *Quintil. l.* 10. *c.* 10. Pſalteria, & ſpadices etiam virginibus probis recuſanda.

Spado, onis, m. *eunuco*, סָרִיס, Ger. *verſchnittener*, Gall. *chatré*, Hiſp. *caſtrado*, σπάδων, ille, cui teſtes, & cremaſteres, hoc eſt muſculi duo, a quibus teſtes ſurſum trahuntur, evulſi, extractique ſunt, vel diſſecti, exciſi, contuſi. *Plin. l.* 11. *c.* 87. Defluvium capillorum in ſpadonibus non viſum. ¶ Tranſlata ſpadones dicuntur ſurculi infrugiferi, ſeu qui nihil afferunt. *Col. l.* 3. *c.* 10. Ejuſmodi ſurculos, qui nihil attulerunt, ſpadones appellant.

Spadonatus, us, m. *Eunuchiſmo*, conditio caſtratorum. *Tertull. l.* 1. *de cultu fœm. c.* 9. Se ſpadonatui aſſignant propter regnum Dei.

Spadonius, a, um, quod ad ſpadonem ſpectat. Tranſlata ſumitur pro ſterili. *Plin. l.* 15. *c.* 14. *de piris*: A conditione caſtrati ſeminis, quæ ſpadonia appellant Belgæ. *Id. c.* 30. *de lauro*: Et ſine eo ſpadonia, mira opacitatis patientia.

Spegas, adis, genus piceæ admodum candidæ. *Plin. l.* 14. *c.* 20.

Spargo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſpargere*, זָרָה, Germ. *ſpreiten*, Hiſp. *derramar*, σπείρω, ῥαίνω, paſſim aliquid jacto, diſſemino, fundo, diffundo. *Col. l.* 2. *cap.* 16. Pulverem ſtercoris per ſegetem ſpargere. *Plin. l.* 4. *c.* 15. In quæ effuſus Rhenus ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſam ſe ſpargit. *Cic.* 2. *Catil.* Sed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. *Id. Phil.* 3. Qui Populo de roſtris nummos ſpargere ſolebat. *Hor. l.* 3. *od.* 15. Et ſtellis nebulam ſpargere candidis. h. e. nebula ſtellas obſcurare. *Perſ. ſat.* 5. Totaque impune Suburra permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo. h. e. libere, & ſine metu circumſpicere ſœminas in Suburra proſtantes. *Virg.* 2. *Æn.* Hinc ſpargere voces in vulgus ambiguas. ¶ Metaleptice capitur pro expandere, extendere, dilatare. *Plin. l.* 3. *c.* 9. Differt, quod in brachia ramorum ſpargitur. *Id. l.* 11. *c.* 10. Catumina in ariſtas ſe ſpargunt. ¶ Item pro ſternere. *Virg.* 5. *Ecl.* Spargite humum foliis. ¶ Item pro madefacere. *Lucil. l.* 19. *apud Cic.* 2. *Tuſc.* Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, ſanie, & ſanguine atro. *Virg.* 6. *Æn.* Corpuſque recenti ſpargit aqua. ¶ Item pro dividere. *Liv. l.* 37. *c.* 20. Sperſerant ſe toto paſſim campo. *Plin. l.* 22. *c.* 8. Genera enim tractamus in ſpecies multas ſe ſe ſpargentia. ¶ Spargere ſe in fugam, diſpergi. *Liv. l.* 33. *c.* 15. *in fin.* Ita ſe in fugam paſſim ſparſerant, ut ab ipſis agreſtibus errantes circumvenirentur.

Sparſilis, le, adject. qui ſpargi poteſt. *Tertul. de Pudic. c.* 2. Tanta ſparſilia eorum, qui Deo adulantur. *Scioppius legit futilia.*

Sparſim, adv. *ſparſamente*, Ger. *hin, und her*, Gal. *ça, & là*, *pêle, mêle*, Hiſp. *aca, y acullà*, σποράδην, diviſim, multis, variiſque in locis, hic, & illic. *Plin. l.* 36. *c.* 7. Auguſtum undatim criſpum in vertices, Tiberium ſparſim convoluta canitie. *Gell. l.* 11. *c.* 2. Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam ſparſim, & intercide commeminimus.

Sparſio, onis, f. actus ſpargendi, *ſpargimento*. *Stat. l.* 1. *Silv.* 6. *v.* 65. Jam noctis propioribus ſub umbris Dives ſparſio quos agit tumultus? Loquitur *Stat.* de Domitiano varia miſſilia per ludos populo diripienda ſpargente.

Sparſivus, a, um, adject. qui ſpargitur. *Petron. in Satyr.* Pila ſparſiva exercere.

Sparſus, a, um, *ſparſo*, κατεσπαρμένος. *Ter. Heaut.* 5. 5. 18. Rufam ne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? ideſt maculoſo, lentiginoſo. *Virg.* 3. *Æn.* Sparſaſque per æquor Cycladas. h. e. hic, illic exiſtentes. *Lucan. l.* 7. Sparſumque Senatus Corpus, & immenſa populi in unde natantes. ideſt disjectum. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 13. *de literis*: Pure loquuntur humanitatis ſparſæ ſale. h. e. conſperſæ. *Plin. l.* 14. *c.* 34. Item ſalentinum, cujus eſt minor acinus, ſparſior racemus. *Lamprid. in Alex. Severo*, *c.* 41. Sparſum auro pallium. h. e. diſtinctum, variegatum. ¶ *Sparſus* particip. pro ſpargens. *Virg. Georg.* 4. Prius hauſtus ſparſus aquarum Ora fove. Alii leg. *hauſtu ſparſus aquarum Ora fove.*

Sparta, æ, f. Lacedæmon, *Miſitra, Muſitra*, urbs Laconicæ, in Peloponneſo, ad Eurotam fl. condita a Sparto nepote Inachi. *Plin. l.* 4. *c.* 5. Σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει. h. e. *Spartam quam naſtus es, hanc orna*, proverb. Græcum apud *Cic. l.* 4. *ad Att. epiſt.* 6. quo ſignificatur ei id incumbendum eſſe quod eligimus, officiumque noſtrum ſtrenue obeundum. ¶ Dicitur & *Sparte, es*, præſertim a Poetis. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 83. Junoneam Sparte, Pelopeïadeſque Mycenæ.

Spartacus, m. a. Σπάρτακος, inſignis gladiator ex Thracia, non corporis ſolum robore, ſed animi etiam magnitudine præſtans. Uno cum Chryſa, & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuque ſervorum congregata, quaſi juſto exercitu comparato, Cerveſium montem in Campania occupavit: ubi cum a Clodio Glabro obſideretur, ejus caſtra diripuit, & Campaniam pervagatus, raptis Prætorum faſcibus appellatus eſt Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino diſſipavit: apud Mutinam Caſſii caſtra delevit. Tandem cum de Urbe invadenda deliberaret, a M. Craſſo pulſus, fugatuſque, cum Brutium angulum occupaſſet, nec in Siciliam præ navium penuria trajicere potuiſſet, cum ſuis omnibus fortiſſime dimicans quaſi Imperator occiſus eſt. *Lucan. l.* 2. Ut ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.

Spartanus, a, um, quod eſt e Sparta, ſive ad Spartam pertinet. *Virg.* 1. *Æn.* Virginis os, habitumque gerens, & virginis arma Spartanæ. ¶ Spartani, orum, Spartæ cives, aut incolæ, qui inſignes in ferendis plagis patientia fuere, unde & *plagipatidas* eos appellat *Plaut. Captiv.* 3. 1. 11. Hinc *Petron. in Satyr.* Tres plagas Spartana nobilitate concoxi.

Spartarius, a, um, adject. Spartarius campus locus eſt in Hiſpania prope Carthaginem novam, ſparti feraciſſimus. *Strabo l.* 3. ¶ Eadem ratione Spartaria dicta eſt ipſa Carthago apud *Plin. l.* 31. *c.* 8. ¶ Spartarium quoque abſolute dicitur locus ſparto abundans. *Id. l.* 11. *c.* 8. In Hiſpania multa in ſpartariis mella herbam eam ſapiunt.

Sparteoli, orum, m. per contemptum vocabantur cohortes Vigilum ab Auguſto inſtitutæ, in tutelam urbis Romæ, quæ arcendis incendiis noctu continuas vigilias agebant, vel quia calceis ſparteis utebantur, vel e ſparteis funibus, quorum multus eſt uſus in reſtinguendis incendiis. Vetus *Juvenal. Scholiaſt. ad Sat.* 14. *v.* 305. ¶ Apud *Tertullian. in Apologetico c.* 39. Sparteoli ſunt ſpeculæ ſparteæ.

Sparteus, a, um, σπάρτινος, ex ſparto compactus, & compoſitus. *Cato de re ruſt. c.* 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ ſparteis funibus ducantur. *Columell. l.* 6. *c.* 12. Solea ſpartea pes bovis induitur. ¶ Dicitur & *Spartea, æ*, abſolute pro ſpartea ſolea, ſeu calceamento ex ſparto confecto. *Id. ibid. c.* 15. Spartea calceata, per triduum (bos) curatur. Adde *Pallad. l.* 1. *R. R. c.* 24.

Sperti, orum, m. pl. fratres Cadmæi, a σπείρω, *ſatus*, quia a dentium ſerpentis ſatu nati ſunt. Meminit eorundem Euripides in Phœniſſis. *Lactant. l.* 3. *c.* 4. & *Ammianus Marcellinus l.* 29. ubi auctor eſt, fabulam hanc inde promanaſſe, quod viri iſti repentino quodam impetu, & exuberanti pernicitate majores per varia viſebantur.

Spartianus, V. Capitolinus.

Spartiates, tæ, m. idem qui Spartanus. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Ageſilaus Spartiates. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 35. Quem tibi nos Spartiatem eſſe diximus.

Spartiaticus, a, um, adject. Spartanus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 9. Narrabo tibi res Spartiaticas.

Spartopolios, gemma ſic dicta a colore ſparti. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Spartum, i, σπάρτον, genus vitilium, ideſt herba Hiſpanica, ex qua funes nectuntur. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Sparti quidem uſus multa poſt ſecula cœptus eſt, nec ante Pœnorum arma, quæ primum Hiſpaniæ intulerunt. Herba & hæc ſponte naſcens, & quæ non queat ſeri, juncuſque proprie aridi ſoli, uni terræ dato vitio, &c.

Sparulus, li, m. parvus ſparus piſcis. *Martial. l.* 3. *ep.* 60. Res tibi cum rhombo eſt, at mihi cum ſparulo.

Sparus, i, m. ſeu ſparum, i, n. telum ruſticum, in modum pedi recurvum. *Feſtus*: Spara parviſſimi generis jacula, ab eo, quod ſpargantur dicta. *Lucilius*: Tum ſparo, tum rumice, portantur tragula porro. *Virg.* 11. *Æn.* Agreſtiſque manus armat ſparos. Meminit & ſpari *Cicero in Miloniana*, *Nepos in vita Epaminondæ*, ubi eum ſparo percuſſum, eoque ex vulnere mortuum tradit, & *Gellius l.* 10. *c.* 25. ¶ Sparus quoque, piſcis eſt genus adeo ſimilis auratæ, ut, ubi primum captus, etiam piſcatoribus minus aſſuetis imponat. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Scorpiones his, ac ſpari vere, & autumno. *Et infra*: Spari, torpedo, ſquali circa æquinoctium.

Spaſma, atis, n. idem ac ſpaſmus. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Ruptis, convulſis ſpaſmatum nervis ſalutare. Alii leg. *ſpaſticis nervis.*

Spaſmus, i. m. *ſpaſimo*, σπασμός, nervorum contractio, contortio, rigor, diſtentio, convulſio, a σπάω, quod non ſolum vellere ſignificat, ſed etiam contorquere. *Plin. lib.* 22. *c.* 8. Item ex mulſa auxiliatur tuſſibus, ſtranguriæ, opiſthotonicis, ſpaſmis, lumbis.

Spaſticus, a, um, *chi patiſce ſpaſimo*, σπαστικός, cui aliquid intus convulſum eſt. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Radicem decoctam bibere ſpaſticis, everſis, convulſis, ſuſpirioſis ſalutare.

Spatale, es, f. 1. nomen Nymphæ, a *ſpatalium*, quod eſt ornamentum muliebre circa manus. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v.* 167. Et gravibus Spatale baccis diadema ferebat Intextum, crebro quas legerat ipſa profundo.

Spatalium, ii, *maniglia*, ornamentum muliebre circa manus, quod fit ex auro, vel gemmis. *Plaut. Men.* Amabo, Menæchme, inauris da mihi faciendas, pondo duum nummum ſpatalia. *Plin. l.* 13. *c.* 25. Juba tradit, circa

circa Troglodytarum inſulas fruticem eſſe, qui vocetur Charitobiapharon, efficacem in amatoriis, ſpatalie eo facem, & monilia fœminas. *Tertull. de cultu fœminarum*, c. 13. Manus ſpatalio circumdari ſolita.

Spatalocinædus, i, m. cinædus, delicatus, a σπάταλος, *delicatus*. *Petron. in Satyr.* Huc, huc convenite nunc ſpatalocinædi.

Spatha, æ, ſeu ſpathe, es, f. *ſpatola*, σπάθη, inſtrumentum, quo pharmacopolæ movent pharmaca in mortario, aut olla. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Permiscentes ſpatha coquebant. *Col. l.* 12. *c.* 42. Deinde permiſceto ſpathe lignea. Sic ſæpe legitur apud *Celſum*. ¶ Eſt etiam gladii latioris genus, *ſpada*, ſic dicta a ſpathæ ſimilitudine. *Apul. l.* 1. *Metam.* Circulatorem aſpexi ſpatham acutam devoraſſe. *Spartian. in Adriano*, *c.* 10. Capulo vix eburneo ſpatham clauderet. ¶ Inſuper ſignat ramulum, unde palmulæ dependent. *Plin. l.* 16. *c.* 26. Palma ſola, ut dictum eſt, in ſpathis habet fructum racemis propendentem. ¶ Sumitur quoque pro ipſa palma, vel certa pro palmæ genere. *Plin. l.* 12. *c. ult.* Eſt præterea arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alii elaten vocant, quod nos abietem, alii palmam, alii ſpathen.

Spathalion, ii, n. *ſpazzola*, σπαθάλιον, termes palmæ, ramulus palmæ cum caryotis, ſeu dactylis dependentibus. Uſus *Martialis l.* 13. *ep.* 27. *diſt.* 17. ubi legas tale lemma, Spathalion caryotarum.

Spathe, V. Spatha.

Spathomela, æ, f. σπαθομήλη, ſpecillum chirurgicum, apud *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 14. & 27.

Spathula, æ, f. σπαθίσκιον, parva ſpatha. *Celſ. l.* 8. *c.* 25. Neceſſaria eſt ſpathula lignea, & quæ craſſitudinem duorum digitorum habeat.

Spatiator, oris, m. qui ſpatiatur, errator. *Feſt.* Spatiatorem pro erratorem Cato poſuit.

Spatiatus, a, um, περιπατηθείς, partic. a ſpatior. *Ovid.* 3. *Faſt.* Spatiataque litore curvo Edidit incultis talia verba comis. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Per totam ſpatiatus Ægyptum.

Spatiolum, i, n. *picciolo ſpazio*. *Pallad. l.* 1. *tit.* 38. Alvearia collocentur, ſpatiolis inter ſe patentibus ſegregata.

Spatior, aris, d. 1. *paſſeggiare*, הִתְהַלֵּךְ, Ger. *ſpatzieren*, Gal. *ſe promener*, Hiſp. *paſſear*, περιπατέω, deambulo. *Cic. pro R. Am.* Ut, cum in montem veniret ei, reſideret, deinde ſpatiaretur. *Id. de op. gen. Or. c.* 3. Sed ita, ut palæſtrice ſpatiari in xyſto liceat. *Virg.* 4. *Æn. v.* 62. Aut ante ora Deum pingues ſpatiatur ad aras. *Ovid.* 2. *Met.* Nam cum per litora lentis paſſibus, ut ſoleo, ſumma ſpatiarer arena. ¶ Translate ſumitur pro extendi, dilatari, latius vagari. *Sen. de Ira*, *l.* 3. Et vires ejus, antequam ſpatientur, opprimere.

Spatioſe, adv. ἀφθόνως, late, diffuſe, copioſe. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Quoniam ſpatioſe fruticat. *Id. l.* 25. *c.* 8. In Creta autem non ſpatioſe naſcitur. *Propert. l.* 3. *el.* 29. Tu quoque, qui æſtivos ſpatioſius exigis ignes, Phœbe.

Spatioſitas, atis, f. *ſpazioſità*, *ſpazio*. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Convenientibus menſoris exactiſſima ſpatioſitate quadratur.

Spatioſus, a, um, *ſpazioſo*, נִרְחָב, Ger. *beſſeig weit*, Gal. *ſpacieux*, Hiſp. *eſpacioſo*, *ancho*, εὐρύχωρος, amplus, vaſtus, capax. *Col. l.* 6. *c.* 2. Primum autem ſpatioſum ſtabulum præparetur. *Silius l.* 8. *v.* 480. Inſignis per ſe, quo non ſpatioſior alter. *Plin. in paneg. c.* 63. Spatioſiſſima ſedes. ¶ Sumitur etiam pro magno. Nempe quia magna corpore magnum loci ſpatium requirunt. *Ovid. de Rem. Am. v.* 421. Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum. *Id.* 2. *de ar. am. v.* 645. ¶ Dicitur etiam de tempore. *Ovid.* 1. *amor. eleg.* 8. *v.* 81. Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram.

Spatium (rectius quam *ſpacium*, ut aliqui ſcribunt) ii, n. *ſpazio*, מֶרְחָב, Germ. *weite*, Gall. *eſpace*, Hiſp. *eſpacio*, διάστημα, proprie ſtadium, intervallum, curriculum, locus, ubi curſu certatur. *Virg.* 3. *Georg.* Hic vel ad Elei metas, & maximo campi ſudabit ſpatia. *Cic. de Sen.* Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce revocari. ¶ A ſtadiis translata eſt vox ad quævis loca. *Cæſ. l.* 3. *Bell. Gall.* Incredibili celeritate magno ſpatio paucis diebus confecto, ejuſmodi tempeſtates ſunt conſecutæ, &c. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quorum alterum ſpatiis immutabilibus ab Ortu ad Occaſum commeans, nullum unquam curſus ſui veſtigium inflectat. Uſurpatur etiam pro ambulatione, & decurſu alicujus loci. *Cic.* 1. *de Orat.* Tum Scævolam duobus ſpatiis, tribuſve factis dixiſſe. h. e. cum bis, aut ter ambulationis locum peragraſſet. *Id. pro Mur.* Si uno baſilicæ ſpatio honeſtamur. h. e. uno verſu ambulationis. ¶ Translate quoque accipitur pro ſchola, & ſtudio artium. Nam Philoſophi veteres ambulando philoſophabantur, Platonici in Academia, Ariſtotelici in Lyceo. *Cic. in Orat.* Et fateor me Oratorem, ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex Rhetorum officinis, ſed ex Academiæ ſpatiis extitiſſe. Illa enim ſunt curricula multiplicium, variorumque ſermonum. ¶ Item pro more, conſuetudine, ratione vivendi. *Cic. de Am.* Deflexit enim jam aliquantulum de ſpatio, curriculoque conſuetudo majorum. ¶ Ac quia ex loco, quem res occupat, judicamus de ejus magnitudine, inde pro cujuſvis rei magnitudine ſumitur. *Juven. Sat.* 4. *v.* 39. Spatium admirabile rhombi. *Plin. l.* 7. *c.* 17. Quod ſit hominum ſpatium a veſtigio ad verticem. *Gell. l.* 1. *c.* 1. Modum, ſpatiumque plantæ Herculis. ¶ Nec tantum corpore translatio conſiſtit, ſed etiam ad tempus extenſa eſt. *Cic.* 1. *Off. c.* 33. Spatium etiam deliberandi habuerunt. *Id. pro Arch.* Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 4. Qui tibi biennii ſpatio nunquam in ſuſpicionem avaritiæ venerit. *Id. pro Quint.* a. 1. Tempus, & ſpatium dare. *Planc. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 23. Ut & ſpatium ad ſe colligendum homines haberent. *Liv. l.* 8. *c.* 32. Et iræ ſuæ ſpatium, & conſilio tempus daretur. ¶ Item pro menſura pedum in carmine. *Cic. in Or. c.* 57. Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordacem appellat.

Spatule, læ, f. pectoris animalium coſta latior. *Apic. l.* 4. *c.* 3. Spatulam porcinam coctam teſſellatim concides cum ſua ſibi tergillo. h. e. cum pelle & pulpa ſua. ¶ Translata ſumitur pro deliciis. *Var. apud Non. c.* 1. *n.* 223. Spatula eviravit pueros. ¶ Apud *Frontin. de colon. pag.* 340. & 364. ſpatule dicitur terminus in acumen erectus.

Specialis, & le, o. 3. *ſpeziale*, *ſingolare*, *proprio*, Ger. *eigen*, Gal. *ſpecial*, Hiſp. *eſpecial*, εἰδικός, פְּרָטִי, quod eſt proprium, & veluti peculiare. *Jul. Capitol. in M. Anton. Philoſ. c.* 17. Marcomannorum familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, ac &c. *Senec. ep.* 58. Hoc genus eſt primum, & antiquiſſimum, &, ut ita dicam, generale; cætera genus quidem ſunt, ſed ſpecialia. Adde *Quintil. l.* 5. *c.* 7. & *l.* 11. *c.* 2.

Specialitas, atis, f. *ſpecialità*, vox effecta ab Antonio Grammatico, teſte *Frontone*, & uſurpata a *Tertull. l.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 8.

Specialiter, adv. idem ac ſpecietim. *Col. l.* 3. *c.* 9. Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud proprie ſpecialiter, &c. Adde *Apulej. de Mundo*, & *Sidon. in ep. præfixa carmini* 14.

Speciarius, a, um, adject. idem quod ſpecialis. *Cæſar l.* 3. *B. Civ. c.* 53. Cohortem poſtea duplici ſtipendio, frumento, vel ſpeciariis, militaribuſque donis ampliſſime donavit. Ita editi plerique habent. Cum tamen in MSS. aliter legatur, merito hæc vox ſuſpecta Eruditis eſt. Itaque quidam legendum putant *veſte*, *pecuniariis*, *militaribuſque donis*.

Specietim, adv. *ſpezialmente*, Ger. *in ſonderheit*, Gal. *en ſpecial*, Hiſp. *eſpecialmente*, εἰδικῶς, κατ' εἶδος, particulatim. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 8. Legem ſpecietim initio de ſalute mea promulgavit. Alii leg. *ſeparatim*.

Speciatus, a, um, adject. ſpecialis. *Tertul. adv. Hermog. c.* 40. Quid hodie informe in mundo? quid retro ſpeciatum in materia?

Species, ei, f. 5. *ſpezie*, *immagine*, מִין, Germ. *geſtalt*, Gall. *eſpece*, Hiſp. *eſpecies*, εἶδος, ἰδέα, σχῆμα, rei alicujus forma, effigies, facies, imago, a *ſpecio*, quod notat videre, cernere, ut *effigies* ab *effingo*, *facies* a *facio*. Nam propria ſpecies eſt id, quod in aliqua re cernitur. *Feſt.* Speciem quam nos dicimus, εἶδος Græci dixerunt, Plato quidem ideam. *Plaut. Moſt.* 4. 2. 69. Præter ſpeciem ſtultus es. h. e. ſtultior, quam ex vultu appareat. *Cic. pro Roſc. Amer.* Eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, &c. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Vermiculos ovorum ſpecie pariunt. ¶ Ponitur etiam pro oculis, ſive pro cernendi ſenſu, & pro aſpectu, ſive cernendi actione, quæ Græca ὄψις dicitur. *Lucr. lib.* 4. *v.* 242. Verum nos oculis quia ſolis cernere quimus, Propterea fit, uti ſpeciem quo vertimus, omnes Res ibi eam contra feriant forma, atque colore. *Vitruvius l.* 3. *c.* 3. Hæ propter altitudinis intervallum ſcandentis, oculi ſpeciem fallunt. *Id. l.* 5. *c.* 9. Auferens ex oculis humorem craſſum, aciem tenuem, & acutam ſpeciem relinquit. ¶ Per Synecdochen accipitur pro ſpectro. *Feſt. in Lympha*: Quicunque ſpeciem quandam e fonte viderit. ¶ Item pro nocturna viſione, id eſt pro ea re, quæ nocte in ſomno cernitur. *Cic.* 4. *Acad.* Eadem eſt in ſomnis ſpecies earum, quæ vigilantes vidimus. *Liv. l.* 26. *de Scipione*: Pleraque apud multitudinem aut per nocturnas viſa ſpecies, aut velut divinitus mente monita agens. ¶ Denique generatim pro quacunque re viſa, pro ſpectaculo, aſpectu. *Virg.* 2. *Æn.* Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus. ¶ Translate dicitur etiam de rebus incorporeis. Nam etiam videre, ſeu cernere ab oculis ad mentem transfertur. *Cic. in Orat.* Inſidebat videlicet in ejus mente ſpecies eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipſa non videbat. *Id. ibid.* Quæ ſit optima ſpecies, & quaſi figura dicendi. ¶ Quoniam vero, ut diximus, non ſolum oculus, ſed etiam mens videre dicitur, & oculus corpora cernit, mens eorum incorporea, hinc factum eſt, ut ſpecies uſurpetur pro natura univerſali, quæ a ſingularibus, ſeu individuis ſegregata concipitur, quæ etiam appellatur forma, & pars generi ſubjecta. *Cic.* 1. *Acad.* Mentem volebant rerum eſſe judicem, ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex, & uniuſmodi, & tale, quale eſſet. Hanc illi ideam appellabant, jam a Platone ita nominatam: nos recte ſpeciem poſſumus dicere. *Id. in Top.* In diviſione formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant, noſtri, ſiqui hæc forte tractent, ſpecies appellant: non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim, ne ſi Latine quidem dici poſſit, *ſpecierum* & *ſpeciebus* dicere. & ſæpe his caſibus utendum eſt; at *formis*, & *formarum* velim, &c. *Id.* 1. *de Orat.* Genus autem id eſt, quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes duas, aut plures complectitur partes. Partes autem ſunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, ſubjiciuntur. Vide *Senec. epiſt.* 58. Metaleptice capitur pro forma ſeu pulchritudine. Nam ſpecies eſt id, quod oculis cernitur, pulchritudo autem in ſe oculos hominum convertit. *Ovid.* 5. *Faſt.* Et monet ætatis ſpecie, dum floreat, uti. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 310. I nunc, & juvenis ſpecie lætare tui. ¶ Accipitur quoque pro externo conſpectu, ſimulatione, prætextu, *apparenza*, *ſembianza*. *Cic. de Am.* Species quidem blanda, ſed re ipſa multis locis repudianda eſt. *Id.* 7. *Ver.* Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops, & infirma propter dimiſſionem propugnatorum, atque remigum. *Liv. l.* 9. Celata morte Tarquinii, per ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmavit. *Id. l.* 40. *c.* 12. perſuaſionis ſpeciem induit. ¶ Interdum ſpecies ſumuntur pro rebus ſingulis, ſingulisque rebus. *Arcad. l. ult. Cod. de man. & bon.* Cura quoque frumenti, & olei harum ſpecierum curatores creari mos eſt. *Scævola l.* 19. *Dig. de aur. arg. leg.* Mulier teſtamento multas ſpecies veſtis, argenti reliquerat. ¶ Hinc de aromatibus etiam dicuntur, *ſpezie*. Nempe ſeplaſiarii ſpecies omnes, id eſt genere omnia aromatum divendunt. *Macrob. l. ult. Saturn. c.* 8. Species & acres, & calidæ ſuperficiem, cui apponuntur, exulcerant. *Marcian. l. ult. ff. de Publican.* Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper longum, piper album, &c. ¶ Item de controverſia, quæſtione, lite. *Ulpian. l.* 18. *Dig. de minor.* Divus Severus, & Antoninus non audiverunt reſtitui deſiderantem adverſus fratrem poſt ſpeciem in auditorio eorum finitam.

Specietas, atis, f. idem ac ſpecies. *Fronto Grammat.*

Specillatus, a, um, adject. *Vopiſc. in Probo*, *c.* 4. Huic igitur dari jubebis tunicas duas, patinam argenteam librarum decem ſpecillatam, &c. h. e. quæ habet exſculpta crebra parva ſpecula. Quidam leg. *ſpecillata*, ut ſit diminut. a *ſpeculum*.

Specillum, i, n. *taſta*, Ger. *weiſſeiſen*, Gal. *eſprouvette*, *ſonde*, Hiſp. *tienta*, *tala*, μήλη, inſtrumentum, quo utuntur Chirurgi ad ſcrutationem vulnerum, & fiſtularum, dim. a *ſpeculum*. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. Æſculapius, qui Specillum inveniſſe dicitur. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Ante omnia autem ſpecillum demitti in fiſtulam convenit. ¶ Dicitur etiam de inſtrumento, quo oculos inungimus. *Varro l.* 5. *de L. L.* Hinc quo oculos inungimus, quibus ſpecimus, ſpecillum. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Super omnes C. Julius medicus, dum inungit, ſpecillum per oculum trahens.

Specimen, inis, n. *moſtra*, הַבְנִית, Germ. *ſchauwfall*, Gall. *echantillon*, *eſpreuve*, Hiſp. *meſtra*, δεῖγμα, exemplar, argumentum, indicium, quale eſt illud exiguum, quod in mercibus a venditoribus ſpectandum profertur, ut ex eo emptores rem totam æſtiment, a *ſpecio*, quaſi quod ſpectandum objicitur. *Cic.* 3. *de Orat.* Ingenii ſpecimen eſt quoddam tranſilire ante pedes poſita, & alia longe repetita ſumere. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Temperantiæ, prudentiæque ſpecimen Pontifex Maximus Q. Scævola. *Id. Ver.* 1. *c.* 8. Specimen alicujus rei alicui dare. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 14. Specimen virtutis capere ex optima quaque natura.

Specio, is, exi, ectum, a. 3. *vedere*, רָאָה, Ger. *ſehen*, Gal. *voir*, Hiſp. *ver*, σκοπέω, video, apud vet. *Varro l.* 5. *de L. L.* Spectare dictum ab ſpecio antiquo, quo etiam Ennius uſus: Vos epulo poſtquam ſpexit. *Id. ibid.* Speculum, quod in eo ſpecimus imaginem. *Plaut. Caſin.* 3. 1. 8. Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur.

Specioſe, adv. *Eccelſo*, ὡραίως, pulchre, ornate, cum decoro. *Liv. l.* 34. *c.* 7. Equos tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam uxor veſtita? *Col. l.* 2. *c.* 2. *de bubus*: Quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus. *Quint. l.* 9. *c.* 4. Haſta ſpecioſiſſima contorta.

Specioſitas, atis, f. ſpecies, pulchritudo. *Tertull. de cultu fœm. c.* 2. Naturalis ſpecioſitas.

Specioſus, a, um, *viſtoſo*, *bello*, יָפֶה, Ger. *wolgeſtalt*, Gal. *beau*, *joly*, Hiſp. *hermoſo*, *lindo*, εὐειδής, ὡραῖος, pulcher, formoſus. *Celſ. l.* 2. *c.* 2. Si plenior aliquis, & ſpecioſior, & coloratior factus eſt. *Senec. de benef. l.* 3. *c.* 7. Hoc ſpecioſiſſimum eſt in beneficio, quod dedimus vel perdituri, quod totum permiſimus accipientium arbitrio. ¶ Item ſpeciem veri habens, *ſpezioſo*. *Cic. Att. l.* 16. Reverſionis has ſpecioſas cauſas habeo. *Liv. l.* 1. *c.* 23. Sed ſi vera potius, quam dictu ſpecioſa dicenda ſunt.

¶ In-

¶ Interdum ponitur pro claro, illuſtri. *Ulp. l. ſpecioſas, ff. de verb. ſign.* Specioſas perſonas accipere debemus clariſſimas perſonas utriuſque ſexus, item eorum, qui ornamentis Senatoriis utuntur.

Speciſſo, as, a. 1. freq. a *ſpecio*. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 92. Per Dionyſia mater pompam me ſpecitatum duxit. Alii leg. *ſpectatum*.

Specillum, ii, n. *taſto*, μήλη, inſtrumentum teres, & parvum, quo Medici ad tentandam vulnerum, ut fiſtularum viam, & profunditatem utuntur, a *ſpecio*. *Pacuvius*: Ut Medici faciunt, qui prius ſpecio vulnus tentant.

Spectabilis, & le, o. 3. *ſpettabile*, *riguardevole*, נכבד, Ger. *achtbar*, Gal. *illuſtre*, Hiſp. *illuſtre*, ἀξιοθέατος, καλὸς, ſpectatu dignus. *Ovid. l. 2. de Ponto, el. 1.* Ipſe ſuper currum placido ſpectabilis ore. *Tac. in vita Agricola*, c. 34. In quibus pulchram, & ſpectabilem victoriam ederetis.

Spectabilitas, atis, f. qualitas, qua quis ſpectabilis, hoc eſt admiratione, & honore dignus eſt. *Cod. l.* 12. *tit.* 16. *leg.* 1. In Officio ſpectabilitatis tuæ. Adde *l. 9. tit. 27. leg. 5.* Sed hic loquendi modus a latinæ linguæ puritate, & majeſtate quam longiſſime abeſt.

Spectaculum, i, n. *ſpettacolo*, מראה, Ger. *ſpectackel*, *ſchauwſpiel*, Gall. *ſpectacle*, Hiſp. *eſpectaculo*, θέαμα, θέατρον, quicquid ſpectatur. *Cic. 9. Verr.* Conſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculum acerbum, & miſerum, & grave toti Aſiæ provinciæ. *Id. 2. de nat. Deor. c. 37.* Circuitus Solis, & Lunæ ſpectaculum hominibus præbens. ¶ Speciatim dicitur de ludis publicis. *Cic. pro Mur.* Spectacula ſunt tributim data. *Id. 5. Fin. c. 18.* Ut pompa, ludis, atque ejuſmodi ſpectaculis teneantur. ¶ Aliquando accipitur pro loco, unde ſpectatur. *Cic. pro Sext.* Excitatus eſt plauſus ex omnibus ſpectaculis. *Liv. l. 1. c. 35.* Diviſa loca Patribus, Equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque faceret, fori appellati. *Plaut. Curcul. 5. 2. 47.* Exoritur ventus turbo, ſpectacula ibi ruunt.

Spectamen, inis, n. idem quod ſpecimen, probatio, experimentum. *Plaut. Men. 5. 6. 1.* Spectamen bono ſervo id eſt, ut abſente hero rem heri diligenter tutetur.

Spectamentum, i, n. ſpectaculum. *Cornel. Fronto, de differ. voc.* Spectacula loca ſunt, unde ſpectamus, ſpectamenta, quæ ſpectantur.

Spectandus, a, um, nom. partic. dignus qui ſpectetur, ſpectabilis. *Plin. l. 10. c. 42.* Nec vulgaris pſittaci forma, quamvis non ſpectanda. *Horat. l. 4. od. 14.* Spectandus in certamine Martio.

Spectate, adv. ἐξόχως, egregie, feliciter. *Pl. l. 21. c. 1.* Quæ ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere. *viſtoſiſſimamente*.

Spectatio, onis, f. 3. *ſpettazione*, actus ſpectandi. *Cic. lib. 7. Fam. epiſt. 1.* Apparatus ſpectatio tollebat omnem hilaritatem. ¶ Ponitur etiam pro probatione pecuniæ. *Cic. 4. Ver.* Primum pro ſpectatione, & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. ¶ Item pro conſideratione, & reſpectu. *Flor. l. 2. c. 7.* Macedonicum bellum nomine amplius, quam ſpectatione gentis fuit.

Spectativus, a, um, θεωρητικός, ſpeculativus, contemplativus. *Quinctil. l. 3. c. 5.* Ut illa ſit ſpectativæ partis, hæc activæ.

Spectator, oris, m. 3. *ſpettatore*, רואה, Germ. *zuſeher*, Gall. *ſpectateur*, Hiſp. *ſpectador*, θεατής, qui aliquid ſpectat. *Cic. 2. de nat. Deor.* Sunt enim e terra homines non ut incolæ, atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum, atque cœleſtium. *Id. 1. de Orat.* Quem nunc mearum ineptiarum teſtem, & ſpectatorem fortuna conſtituit. ¶ Speciatim dicitur de iis, qui ad ludos ſpectandi cauſa conveniunt. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Quorum ludorum ipſi Dii te ſpectatorem eſſe voluerunt. *Plaut. Amph. in fine.* Nunc ſpectatores clare plaudite. ¶ Sumitur etiam pro judice, probatore. *Ter. Eun. 9. 5.* Cum me ipſum noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem.

Spectatrix, icis, f. θεάτρια, quæ ſpectat. *Plaut. 3. 4. 12. de Fortuna*: Divum, atque hominum quæ ſpectatrix, atque hera eadem es hominibus. *Lucan. l. 3. v. 129.* Neque enim tibi turba verenda eſt Spectatrix ſcelerum. Adde *Ovid. l. 2. Amor. eleg. 12. v. 26.*

Spectatus, a, um, δοκιμασθεὶς, ἐλλόγιμος, *conoſciuto*, *provato*, cognitus, & probatus, cujus ſcilicet plurimum ſpectata, conſiderata, & probata virtus eſt. *Cic. 3. Phil.* Spectata multis, magniſque rebus ſingularis integritas. *Id. 2. Ver.* Ad meam fidem, quam habent ſpectatam jam, & diu cognitam, confugiunt. *Id. 1. Ver.* Homo in rebus judicandis ſpectatus, & cognitus. *Gell. l. 13. c. 20.* Summa vir auctoritate, gravitateque, & a Divo Hadriano in mores, atque literas ſpectatus. *Rurſus Cic. pro R. Am. c. 50.* Cæcilia Balearici filia, ſpectatiſſima fœmina. *Sil. l. 8. v. 440.* Quo non ſpectatior alter Voce movere fora, atque orando fingere mentes. ¶ *Spectatus ſum* deponentis forma pro *ſpectavi*. *Var. l. 2. R. R. c. 4.* In Arcadia ſcio me eſſe ſpectatum ſuem, quæ præ pinguitudine carnis non modo ſurgere non poſſet, ſed etiam ut in ejus corpore ſorex exeſa carne nidum feciſſet, & peperiſſet mures.

Spectile. V. Spetile.

Spectio, onis, f. actus ſpiciendi, ſive aſpiciendi. Speciatim uſurpatur in rebus Auguralibus, in quibus Augures habebant duntaxat ſpectionem; Magiſtratus, quippe qui omne jus auſpiciorum poſſidebant, & ſpectionem, & obnuntiationem habebant. Sed tamen ſpectio duplex eſt: ſpectio avium, fulgurum, &c. & ſpectio, ſeu conſideratio, & judicium de iis, quæ apparuiſſent, ſinerent ne, an impedirent res agendas. Igitur Augures habebant quidem primum genus ſpectionis, ſed alterum genus non habebant, quod ad Magiſtratus pertinebat. Nuntiatis enim ab Augure, quæ viſa eſſent, pertinebat ad Magiſtratum, ut videret, an iis auſpiciis rem gerere vellet. Similiter nuntiatio duplex eſt: nuntiatio augurii, & nuntiatio avocandæ concionis, quæ fere *obnuntiatio* vocatur. Augures habebant ſpectionem, & ſolum augurii nuntiationem, Magiſtratus & ſpectionem, & nuntiationem avocandæ concionis, ſeu obnuntiationem. *Feſt.* (*ut Scaliger corrigit*) Spectio in Auguralibus ponitur pro aſpectione. Spectio, & nuntiatio data erat iis Magiſtratibus, qui omne jus auſpiciorum habebant, Auguribus ſpectio duntaxat, quorum conſilio rem gererent Magiſtratus, non ut poſſent impedire nuntiando, quæcunque vidiſſent. At iis ſpectio ſine nuntiatione data eſt, ut ipſi auſpicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando. *Varr. l. 5. de L. L.* Et quod in auſpiciis diſtributum eſt, qui habeant ſpectionem, qui non habeant. *Cic. Phil.* 2. c. 32. Quod tu Sacerdotii jure facere poſſe dixiſti, ſi Augur non eſſes, & Conſul eſſes, minus facere potuiſſes? Vide, ne etiam facilius. Nos enim nuntiationem ſolum habemus, Conſules, & reliqui Magiſtratus etiam ſpectionem. Ita leg. Hieronymus Ferrerius, *Manut.* & *Lambin.* Alii *inſpectionem*. Hæc Ciceronis verba verbis Feſti non repugnant. Sententia enim eſt. Nos Augures habemus tantum jus nuntiandi Magiſtratui de iis, quod viderimus, Conſules, & reliqui Magiſtratus habent etiam jus conſiderandi auguria, & judicandi, utrum iis res gerendæ impediantur, necne. Igitur ſecundum Feſtum Augures habebant duntaxat ſpectionem, non etiam nuntiationem, ideſt ſolum ſpectionem avium, & fulgurum, & nuntiationem augurii, non etiam nuntiationem avocandæ concionis; Magiſtratus vero habebant & ſpectionem, ideſt judicium de auguriis, & nuntiationem, ideſt obnuntiationem ad diſſolvenda Comitia. Secundum Ciceronem Augures habebant ſolum nuntiationem, non etiam ſpectionem, ideſt ſimpliciter jus nuntiandi ſua auguria, non vero de iis ſtatuendi, Magiſtratus autem habebant & ſpectionem, ideſt conſiderationem, & judicium de auſpiciis, & nuntiationem, ideſt obnuntiationem, qua declarabant Comitia divinitus prohiberi.

Specto, as, a. 1. *guardare*, *mirare*, *vedere*, הביט, Germ. *ſchawen*, Gal. *regarder*, Hiſp. *mirar*, ὁράω, aſpicio, intueor, freq. a *ſpecio*. *Varro l. 5. de L. L.* Spectare dictum a ſpecio antiquo, quo etiam Ennius uſus: Vos epulo poſtquam ſpexit, &c. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Somn.* Igitur alta ſpectare ſi voles, atque hanc ſedem, & æternam domum contueri. ¶ Vel cum acc. *Cic. 1. Tuſc.* Quodque nunc facimus, cum laxati curis ſumus, ut ſpectare aliquid velimus, & viſere. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *ad*, vel *in*. *Cic. de Divin.* Qui ad Meridiem ſpectans in media linea conſiſtit. ¶ Tranſlate ſumitur pro vergere, verſum eſſe, e regione eſſe. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 24.* Niſi qua in ventum Favonium ſpectat. *Cæſ. l. 5. bel. Gal.* Hujus lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium, ad orientem Solem, inferior ad Meridiem ſpectat. *Cic. 7. Ver.* Quid attinuit, te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum ſpectaret? *Col. l. 12. c. 26.* Ut oblita ora eorum deorſum ſpectent. *Plin. l. 5. c. 1.* Opacus eſt, & nemoroſus, & ſcatebris fontium riguus, qua ſpectat Africam. ¶ Item pro conſiderare. *Cic. 1. Phil.* In judice non ſpectari & fortuna debet, & dignitas. *Virg. 3. Ecl.* Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt, quod pocula laudes. h. e. ſi vitulæ pretium tecum reputes; vel, ut *Servius* interpretatur, ſi pocula cum vitula compares. ¶ Item pro cogitare, aliquid tanquam finem agendi ſibi proponere. *Cic. Att. l. 9.* Et tamen Græciam ſpectare potius, quam Hiſpaniam. *Id. pro Rab.* Ut nihil, niſi ſempiternum, ſpectare videatur. ¶ Item pro curare, etiam atque etiam videre. *Plaut. Aſin. 4. 1. 33.* Spectandum, ne cuiquam anulum det, neque roget. ¶ Item pro tendere, inclinare, pertinere. *Liv. l. 25. c. 3.* Res ad ſeditionem ſpectat. *Cic. l. 4. Fam. ep. 2.* Omnia utriuſque conſilia ad concordiam ſpectaverunt. *Id. 4. Acad.* Quo enim ſpectat illud, cum artificia tolli quæreris a nobis, niſi ut opifices concitentur? *Id. 1. Tuſc.* Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? *Id. 3. Pis.* Eorum definitiones eodem ſpectant. *Id. 1. de Orat.* Quæ cognitis, penituſque perſpectis, & in unum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus rebus continetur. ¶ Item pro æſtimare, judicare. *Cic. pro Roſc. Am.* Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. *Id. ibid.* Quem tu ſi ex cenſu ſpectes, Eques Romanus eſt, ſi ex vita, homo clariſſimus eſt, &c. ¶ Item pro probare, examinare. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 4.* Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum. ¶ Item pro rationem alicujus habere. *Cic. 2. Off.* At vero illa tenuis, cum quicquid factum ſit, ſe ſpectatum, non fortunam putet. ¶ Item pro ſuſpicere, admirari. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 57.* Vir bonus, omne forum quem ſpectat, & omne tribunal. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Plin. l. 10. c. 70. de piſcibus.* Plauſu congregari feros ad cibum, conſuetudine ſpectatur. ¶ Item more deponent. V. *Spectatus*.

Spectrum, i, n. *immagine*, *fantaſma*, שד, Germ. *geſpenſt*, Gall. *ſpectre*, εἴδωλον, φάσμα, φάντασμα, ſimulacrum, idolum, phantaſma, imago rei alicujus, quæ oculis ſe ſe offert, vel phantaſiæ occurrit, a *ſpecio*. *Cic. l. 15. Fam. ep. 16.* Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari: nam ne te fugiat, Catius Inſuber Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quæ Democritus εἴδωλα, hic ſpectra nominat. V. reliqua ejus epiſtolæ, & *Gell. l. 5. c. 17.*

Spectus, us, m. idem ac aſpectus, apud vet. a *ſpecio*. *Pacuvius apud Feſt.* Amplus, rubicundo colore, & ſpectu protervo ferox. *Apul. l. 3. Met.* Obliquato tamen ſpectu rem admirationis maximæ conſpicio.

Specula, æ, f. ἐλπίδιον, parva ſpes, ut *recula*, exigua res. *Cic. l. 2. Fam. ep. 15.* Et eo magis, quod in communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula. *Plaut. Perſ. 2. 5. 9.* Eſt ne quid in te ſpeculæ?

Specula, æ, f. 1. *ſpecula*, *veduta*, מצפה, Germ. *ſchawthurn*, Gal. *eſchauguette*, Hiſp. *atalaya*, σκοπιά, locus editus, & eminens, unde aliquid eminus videri, & proſpici poteſt. *Varro l. 5. de L. L.* Speculum, quod in eo ſpecimus imaginem: Specula, de qua proſpicimus. *Virg. 3. Æn. v. 239.* Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta. *Cic. 7. Ver. c. 35.* Prædonum adventum ſignificabat ignis e ſpecula ſublatus. *Id. l. 4. Fam. ep. 3.* Multo ante, tanquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro vigilia, obſervatione. *Cic. pro Dejotaro, c. 8.* Rex ſemper in ſpeculis fuit, cum a te animo eſſet alieno.

Speculabilis, le, adject. qui ſpeculari, & conſpici poteſt. *Stat. l. 12. Theb. v. 624.* Linquitur Eois longe ſpeculabile proris Sunion.

Speculabundus, a, um, ſpeculans. *Suet. in Tib. c. 65.* Aptatis enim navibus ad quaſcunque regiones meditabatur fugam, ſpeculabundus ex altiſſima rupe identidem.

Speculamen, inis, n. ſpeculatio. *Prudent. in Apotheoſi, v. 20.* Habes intuitus ſpeculamine glauco.

Specular, ris, & in plur. ſpecularia, rium, & riorum, n. res pellucida, quæ lumen admittit, quales erant quidam lapides, quibus ab antiquis obducebantur feneſtræ ad immittendum lumen, & ventos excludendos. *Senec. de Provid. c. 4.* Quem ſpecularia ſemper a flatu vindicarunt. *Id. ep. 90.* Quædam noſtra demum prodiiſſe memoria ſcimus, ut ſpeculariorum uſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen. *Ulpian. l. quæſitum 12. §. ſi domus, ff. de inſtructo, vel inſtrumento legato*, Itaque neque ſpecularia, neque vela, quæ frigoris, vel umbræ cauſa in domo ſunt, deberi. ¶ In ſella quoque hujuſmodi ſpecularia uſum habuere. *Juven. Sat. 4. v. 21.* Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro. ¶ Etiam arbores, uvas, roſas, aliaque id genus ſpecularibus per hyemem cuſtodiebant, quod ex Columella, Palladio, & aliis conſtat. *Martial. l. 8. ep. 14.* Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam, Mordeat & tenerum fortior aura nemus, Hybernis objecta notis ſpecularia puros Admittunt Soles, & ſine fæce diem. ¶ Speculare corneum, quod ex cornu factum eſt, quali vulgo utimur in laterna. *Tertull. de anim. c. 53.* Velut per corneum ſpecular, obſoletior lux rerum eſt.

Specularis, re, o. 3. κατοπτρικός, quod ad ſpeculum ſpectat, quod ſpeculi vice fungitur. Specularis lapis, erat lapis extra modo tranſlucidus, qui ex Hiſpania, Cappadocia, Arabia portabatur, qui in tenues laminas, ſive teſſellas diſſectus utebantur in feneſtris loco vitreorum, quæ nunc in uſu. Ita dicebatur, quia eſſet perſpicuus, ideſt ad ſpeculi ſimilitudinem luceret, atque imaginem redderet. Eumque & διαφανῆ λίθον Græci appellant. *Plin. l. 36. c. 22.* Specularis vero (quoniam & hic lapis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues cruſtas. Hiſpania hunc olim citerior tantum dabat, nec tota, ſed intra centum millia paſſuum circa Segobricam urbem. Jam & Cyprus, & Cappadocia, & Sicilia, & nuper inventum Africa, &c. ¶ Specularis ſignificatio eſt, quæ fit igne a ſpecula oſtenſo. *Plin. l. 7. c. 56.* Specularem ſignificationem Trojano bello Sinon invenit.

Speculatio, onis, f. *ſpeculazione*, θεωρία, θεώρησις, actus ſpeculandi, contemplatio. *Ammian. l. 26. c. 10.* Speculationibus doctus.

Speculator, oris, m. *ſpeculatore*, κατάσκοπος, σκοπός, qui tacite, & a longe ſpeculatus, explorat, a *ſpecula*. *Varro l. 5. de L. L.* Speculator, quem mittimus ante, ut reſpiciat, quæ volumus. *Cæſ. l. 2. B. G.* Hæc ubi Cæſar ſtatim per ſpeculatores cognita, inſidias veritus, &c. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nam oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinent. ¶ Speculatores

Digitized by Google

teres etiam dicebantur milites, qui litteras, & mandata Imperatorum perferebant, quia plerunque ex cohorte ſpeculatorum eligebantur. *Sueton. in Calig. c.* 44. Magnificas Romam literas miſit, monitis ſpeculatoribus, ut vehiculo ad forum uſque pertenderent, nec niſi in æde Martis, ac frequenti Senatu Coſſ. traderent. *Tacit.* 2. *hiſtor. c.* 73. Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbiæ Vitellio adoleverit, poſtquam ſpeculatores e Syria, Judæaque, adactum in verba ejus Orientem nunciavere. ¶ Item ſatellites, qui corpus Principis cuſtodiebant, qua ratione uſurpat *Tacit.* 2. *hiſtor. c.* 25. 27. 31. & 35. V. *Speculator.* ¶ Tranſlate ponitur pro contemplatore, conſideratore. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 30. Non pudet igitur Phyſicum, id eſt ſpeculatorem, venatoremque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis?

Speculatorium, ii, n. locus, ex quo ſpeculamur, ſpecula. *Apulej. de Mundo:* Nuncii ſpeculatoriorum inceſſores aſſidui. Alii aliter leg.

Speculatorius, a, um, κατασκοπικός, quod ad ſpeculandum ſpectat. Speculatoria navigia, quibus in mari ſpeculamur, quid fiat. *Caſ. l.* 4. *bel. Gal. c.* 26. Item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit. *Liv. l.* 32. Inde duæ Meſſilienſium ſpeculatoriæ præmiſſæ retulerunt, &c.

Speculatrix, icis, f. *ſpeculatrice*, σκοπός, quæ ſpeculatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 18. Furiæ Deæ ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices & facinorum, & ſceleris. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. Speculatrix villa profundi. h. e. quæ ad mare ſpectat.

Speculatus, us, m. idem quod ſpeculatio. *Plin. l.* 10. *c.* 73. Feles quam ſecreto ſpeculatu in muſculos exiliunt.

Speculatus, a, um, particip. a ſpeculor. *Vellej. l.* 2. *c.* 120. Non ſegui providentia uſi, ſpeculatique opportunitatem. ¶ Paſſive pro ſpeculis ornato, ut ſpeculatum cubiculum: Auctor vitæ Horatii, quem quidam *Suetonium* eſſe putant.

Speculor, aris, d. 1. *ſpeculare, guardare*, צפה, Germ. *auſſpehen*, Gall. *guetter*, Hiſp. *mirar, atalayar*, κατασκοπέω, proſpicio, obſervo, exploro. *Caſar l.* 8. *B. Gall.* Qui ſpeculandi gratia eſſent ſummiſſi. *Cic.* 1. *de Or. c.* 30. Nec ſubſidiando, & ſpeculando aſſequi poterat, quid Craſſus ageret, ſuſpicari liceret. *Id.* 1. *Catil.* Multorum te etiam oculi, & aures non ſentientem, ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabuntur, atque cuſtodient. ¶ Item pro conſiderare, contemplari. *Virg.* 1. *Georg.* Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus.

Speculum, i, n. *ſpecchio*, מראה, Germ. *ſpiegel*, Gall. *miroir*, Hiſp. *eſpejo*, κάτοπτρον, inſtrumentum ex vitro, chalybe, ſtanno, argento, & ſimilibus, in quo imaginem noſtram videmus, a *ſpecio*. *Lucr. de Univ.* Id fit, cum ſpeculorum levitas hinc, illincque altitudinem aſſumpſit. *Ovid. l.* 3. *de Arte*: Et ſpeculum conſulat ipſa ſuum. ¶ Speculum argenteum primus fecit Praxiteles Pompeji Magni ætate. *Plin. lib.* 33. *cap.* 9. ¶ De ſpeculis e ſtanno mentionem facit *Id. l.* 34. *c.* 17. de lapideis ſpeculis, *l.* 36. *c.* 17. & de ſmaragdo confectis, *l.* 37. *c.* 5. ¶ Sæpe ſpeculum tranſlate uſurpatur. *Cic. in Piſon. c.* 29. Vitam alicujus in ceſſibus tamquam in ſpeculo intueri. *Ter. Adelph.* 3. 3. 61. Inſpicere tamquam in ſpeculum vitas omnium. ¶ Speculum lympharum pro aqua pellucida, quæ imagines reddit, dixit *Phadr. fab.* 4. Sic ſpeculum Lunæ, *Tertull. de reſurrect. carn. c.* 9. quia lumen ſolis repercutit. ¶ Speculum pro parvo ſpecu uſurpavit *Paulin. Aquilejenſ.* apud *Barth. l.* 43. *Adverſar. c.* 21.

Specus, us, maſc. vel f. 4. vel 2. *ſpeco*, idem ac ſpelunca, a σπέος, quod idem notat. *Accius apud Non. c.* 8. *n.* 31. Quod Dii interdum inferum penitus interpreſſum aliis clauſere ſpecus? *Ovid.* 3. *Met. v.* 29. Eſt ſpecus in medio ſylvæ, & vimine denſus. *Hor. l.* 3. *Od.* 25. Quæ nemora, aut quos agor in ſpecus? *Plin. l.* 12. *c.* 2. Cava ſpecus. *Gell. l.* 5. *c.* 14. Specum quandam nactus remotam, latebroſamque, in eam me penetro, & recondo. ¶ Uſurpatur tranſlate. *Sil. l.* 6. *v.* 476. Tabidam expuit ſanie ſpecus ultimæ. *Virg.* 9. *Æn.* Reddit ſpecus atri vulneris undam. h. e. profunditas. ¶ Legitur & ſpecus, ci, n. 2. *Virg.* 7. *Æn. v.* 568. Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis Monſtrantur.

Spegma, atis, n. æris micæ, ſeu ramenta, quæ in ærariis officinis, liquato jam ære, atque percocto, additis carbonibus, & accenſis, colliquantur, & colliguntur. *Plin. l.* 34. *c.* 13.

Spelæum, i, n. σπήλαιον, ſpelunca, e Græco nomine allato, *Virg.* 10. *Ecl.* Certum eſt in ſylvis inter ſpelæa ferarum Malle pati.

Spelunca, æ, f. *ſpelonca*, מערה, Ger. *hole*, Gal. *caverne*, Hiſp. *cueva, hora, caverna*, σπήλαιον, ἄντρον, antrum, montis cavitas, rupes excavata. *Virg.* 6. *Æn.* Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu. *Cic.* 6. *Verr. c.* 48. Etenim propter eſt ſpelunca quædam, converſa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem Patrem ferunt cum curru extitiſſe.

Speluncoſus, a, um, adject. *pieno di caverne*, ut ſpeluncoſa loca, *Cal. Aurelianus Acut.* 2. *c.* 37.

Sperabilis, & le, c. 3. *ſperabile*, ἐλπιστός, quod ſperari poteſt. *Plaut. Capt.* 3. 3. 3. Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum.

Sperātus, a, um, *ſperato*, ἐλπισθείς, partic. a ſpero. *Plaut. Merc.* Spem ſperatam cum hanc obtuliſti mihi, grates ago. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Simul & illud cogita, non de re aliqua, & ſperata gloria jam laborare, ſed de patria dimicare. ¶ Veteres *ſperatum* dicebant ſponſum. *Afran. apud Non. c.* 2. *n.* 822. Curre, & nuncia venire, & mecum ſperatum adduce. Sic *ſperatam* ſponſam, vel eam, quæ ſponſa futura ſperabatur. *Hygin. fab.* 33. Hercules intervenit, centaurum occidit, & ſuam ſperatam abduxit. *Plaut. apud Varron. l.* 5. *de L. L.* Lubenter, mea ſperata, conſequor. ¶ *Id. Plaut. in Amphitr.* Speratam appellat eam quam jam nupſit, 2. 2. 44. Amphitruo, *inquit*, uxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam.

Sperchiis, adis, f. 3. σπερχειάς, patron. fœm. a *Sperchius*. *Ovid.* 2. *Met. v.* 250. Æſtuat Alpheus, ripæ Sperchiades ardent. Al. leg. Spercheides, ut ſit a recto *Sperchēis*, *idis*.

Sperchionides, æ, m. 1. σπερχειονίδης, patron. maſc. a *Sperchius*. *Ovid.* 5. *Met. v.* 86. Caucaſeumque Abarim, Sperchionidemque Lycetum. h. e. habitantem apud fl. Sperchium.

Sperchius, ii, m. *Agriomela*, ul. *Selembria*, fl. Theſſaliæ, qui ex Pindo monte oriens rapide in ſinum Maliacum labitur. Huic Achilles voverat comas, ſi rediiſſet e Troja incolumis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 487. Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænes Taygeta.

Speres, vel ſperis, is, f. idem ac ſpes, apud vet. *Non. c.* 2. *n.* 788. Sperem veteres ſpem dixere: unde & *proſpere* dicitur pro ſpe. *Feſt.* Speres antiqui pluraliter dicebant, ut *Ennius l.* 2. Et ſemel effugit ſpeere ita funditus noſtras. Et libro ſextodecimo: Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe potes ſum. *Varro apud Non. loc. cit.* Quibus ſuam delectet ipſe amicam, & ſi ſa ſperibus jactet ſuis. *Eumen. in paneg. ad Conſtantin. c.* 15. Pleni ſperum, vacui commodorum.

Sperma, atis, n. *ſeme*, σπέρμα, ſemen. *Sulpit. Sev. l.* 1. Sperma in terram effundit.

Spernax, acis, n. 3. ἀπειθής, contemptor. *Sil. l.* 8. *v.* 465. Ductor Piſo viros ſpernacem mortis agebat.

Spernendus, a, um, ὑπερόπτης, *ſprezzabile*. *Tac. l.* 14. *Ann. c.* 40. Marcellus Aſinio Pollione proavo clarus, neque morum ſpernendus habebatur.

Sperno, is, ſprevi, ſpretum, a. 3. *ſprezzare, rifiutare*, בזה, Ger. *verachten*, Gall. *mépriſer*, Hiſp. *menoſpreciar*, ἀτίζω, ἀτιμάζω, ὀλιγωρέω, faſtidio, deſpicio, rejicio, contemno, negligo. *Cic.* 1. *Fin.* Qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat, aut rejiciat? *Id.* 2. *de nat. Deor.* Veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta. ¶ A veteribus pro ſeparare uſurpabatur. *Ennius apud Non. c.* 4. *n.* 435. Melius eſt virtute jus: Nam ſæpe virtutem mali naneiſcuntur; jus, atque æquum ſe a malis ſpernit procul. *Plaut. Captiv.* 3. 3. 2. Num ſpes, opes, auxiliaque a me ſegregant, ſpernuntque ſe.

Spero, as, a. 1. *ſperare, avere ſperanza*, קוה, Ger. *hoffen*, Gal. *eſperer*, Hiſp. *eſperar*, ἐλπίζω, fiduciam habeo, aliquid ex voto ſucceſſurum eſſe. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro Cluent.* Ut neque accuſator timere, neque reus ſperare debuerit. *Id. pro Dejot. c.* 14. Jubeo, te bene ſperare, & bono animo eſſe. ¶ Vel cum acc. *Cic. pro L. Man.* Præterita meminiſſe, reliqua ſperare videamur. ¶ Vel cum ablat. & præpoſit. *de*. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 7. Ita neque de otio noſtro ſpero jam. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic.* 2. *Catil.* Si illam meam peſſimam lenitatem perpetuam ſperant futuram. ¶ Aliquando eſt exiſtimare, ſeu confidere, in qua acceptione de præterito etiam, & de præſenti uſurpatur. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 1. Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certe. *Id. ibid.* Cætera ſpero prolixa eſſe, his dumtaxat urbanis competitoribus. *Metell. ad Cicer. l.* 5. *Famil. epiſt.* 1. Te tam mobili in me meoſque eſſe animo, non ſperabam. *Terent. Eun.* 5. 3. 21. Spero me habere, qui hunc meo excruciem malo. ¶ Cum conjunctivo, & *ut* particula. *Q. Cic. de petit. conſul. c.* 5. Qui abs te aliquod beneficium aut habent, aut, ut habeant, ſperant. ¶ Sperare deos eſt in deos confidere. *Plaut. Caſ.* 2. 5. 38. Diis ſum fretus, Deos ſperabimus. Niſi malis *Plautum* per ellipſim locutum eſſe, ut ſubintelligatur *propitios fore*, aut quid ſimile. ¶ Per Catachreſim ponitur pro timere. *Virg. Æn. l.* 4. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Adde *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 4. & *Plaut. Moſtell.* 2. 3. 40.

Spes, ei, f. 5. *ſperanza*, תקוה, Ger. *hoffnung*, Gal. *eſperance*, Hiſp. *eſperança*, ἐλπίς, expectatio boni, ut *Cicero* definit 4. *Tuſc.* ſeu opinio eventuri boni, ab antiquo *ſperes*. *Caſ. l.* 2. *B. C.* Plenus bonæ ſpei, atque animi adverſus eos proficiſcitur. *Cic.* 2. *Phil.* Adoleſcentem ſumma ſpe & animi, & ingenii, præditum rei familiaris facultatibus. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Spem capere de aliquo. *Liv. l.* 27. *c.* 28. Spes affulget. *Senec. epiſt.* 8. Spe decipi. *Rurſus Cic.* 13. *Fam. epiſt.* 19. In ſpe eramus, te facturum &c. *Id. Fam.* 15. *epiſt.* 25. Ingredi in ſpem. *Id. Attic.* 2. *epiſt.* 12. In ſpem adduci. *Id.* 9. *Fam. epiſt.* 1. In ſpem venire. *Id.* 3. *Att. epiſt.* 9. Spe alii. *Id. Agrar.* 2. Spe duci. *Id. pro Mur. c.* 15. Spe inflari. *Id.* 5. *Tuſc. c.* 18. Spem in aliquo reponere. *Id.* 15. *Fam. epiſt.* 27. Spe bona eſſe. Illa quoque *Ciceronis* ſunt, Spem alicui afferre, dare, injicere, oſtendere, &c. *Id. Fam.* 12. *ep.* 1. Reipublicæ ſpes omnis in vobis eſt. *Id.* 5. *Fam. ep.* 13. Teneri aliqua ſpe. *Id. Attic. l.* 15. *epiſt.* 1. Præter ſpem. *Ter. Andr.* 4. 1. 24. Spe falſa aliquem producere. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 13. Spem concipere. *Id. ibid. c.* 4. In ſpem erigi. *Id. Ann.* 1. *c.* 8. In ſpem ſecundam nepotes pronepoteſque (hæredes) ſcripſerat. *In ſecondo luogo; in mancanza de' più prioſſimi.* ¶ Spes interdum dicitur id, in quo aliquid ſperamus. *Virg.* 2. *Æn.* O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrum. *Id. Ecl.* 1. Gemelli, ſpes gregis. ¶ Interdum ſumitur pro metu. *Stat.* 9. *Theb.* Dum ſpes nulla necis. *Lucan. l.* 5. *v.* 456. Naufragii ſpes omnis abit. ¶ Interdum pro lætitia. *Virg.* 1. *Æn.* Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. ¶ In num. pl. habet nom. acc. & voc. cæteris caſibus caret. *Cic.* 3. *Catil.* Exiſtimare debetis, omnes Catilinæ copias, omnes ſpes, atque opes, his depulſis Urbis periculis, concidiſſe. ¶ *Salvian.* tamen *ſpebus* dixit *l.* 5. *de gubernat. ad fin.* ¶ *Spem pretio emere*, proverbialiter dicitur pro eo, quod eſt certum, & præſens detrimentum facere ſpe incerti lucri. *Ter. Adel.* 2. 2. 11. Spem pretio non emo.

Spetile, vel Spectile, is, n. caro infra umbilicum ſuis. *Plaut. in fragment. Carbonariæ*, interprete *Paulo apud Feſt.*

Speuſippus, i, m. Σπεύσιππος, Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, quem Plato quaſi Philoſophiæ hæredem reliquit. Octo annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Compoſuit Dialogos, qui a Diogene commemorantur. Primus invenit, quo pacto ex graciliſſimis lignis fierent vaſa capacia. Ferunt, hunc ſenio confectum ſibi mortem conſciviſſe mœrore impulſum. Plutarchus vero ſcribit, illum pediculis effervescentibus interiiſſe. *V. Gel. l.* 3. *c.* 17.

Speuſticus, a, um, adject. a σπεύδω, *feſtino*, ut ſpeuſticus panis, qui celerrime coquitur, *Plin. l.* 18. *c.* 11.

Sphacos, i, σφάκος, herba ſalvia. *Plin. l.* 24. *c.* 6.

Sphæra, æ, f. *sfera, globo*, כדור, Germ. *kugel*, Gall. *ſphere*, Hiſp. *eſphera*, σφαῖρα, globus, corpus ſolidum rotundum unica ſuperficie contentum, in cujus medio punctum eſt, a quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circumferentiam, vel ad ambientem ſuperficiem ſunt æquales. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor. c.* 18. Cum duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis. *Id. ibid. c.* 21. Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes, ab ætherea conjunctione ſecretam & liberam. *Id.* 3. *de Orat. c.* 42. Quamvis ſphæram in ſcenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. ¶ Sphæræ luſus, eſt luſus pilæ, apud *Cal. Aurelian. Chronic. l.* 5. *c.* 11. ¶ Eſt etiam *ſphæra* deſcriptio motus ſiderum. Ejus plura ſunt genera: alia enim eſt *ſphæra Græcanica*, alia *Barbarica*, alia *Perſica*, alia *Indica*. Dicitur *Græcanica* illa, in qua explicantur ortus, & occaſus ſiderum, prout a Græcis in ſuo hemiſphærio viſuntur: *Barbarica*, quæ accommodata eſt ad clima Ægyptiorum, & ſic de reliquis. *P. Nigidius Figulus* ad inclinationem utriuſque cœli Ægyptiaci, & Græcanici ſcripſit alterum librum vocavit *ſphæram Barbaricam*, alterum *Græcanicam*. Ex utroque fragmenta aliquot afferuntur a *Servio ad* 1. *Georg. v.* 19. & 218. a *Varr.* apud eund. *Serv. ad* 2. *Georg. v.* 190. & a *Probo in* 1. *Georg.* Hæc nos ex *Joſ. Scalig. in comment. ad Manil.* ubi plura hac de re. ¶ *Jul. Firmic.* *Barbaricæ ſphæræ* meminit *l.* 8. *c.* 18. & 31. & alibi: ſed videtur eo nomine *ſphæram Græcanicam* intelligere. Perſequitur enim vires, & apoteleſmata aſtrorum ſecundum ea nomina, quibus a Græcis notantur. Porro quemadmodum Græci omnes eos Barbaros vocarunt, qui exteras regiones habitabant: eadem ratione Latinis licere potuit vel ipſos Græcos vocare *Barbaros*: atque ita *ſphæram* Græcorum potuit *Firmicus* Barbaricam appellare.

Sphærālis, le, adject. *sferico*, ad ſphæram pertinens, ut ſphæralis forma, *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 16. Sphæralis globoſitas, *Id. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 20.

Sphærica. V. Sphærita.

Sphærion, σφαίριον, nomen collyrii apud *Celſ. l.* 6. *c.* 6.

Sphæriſta, æ, m. σφαιριστής, qui pila, vel globis ludit. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 9. Ecce huc ſphæriſtarum contraſtantium paria inter rotatiles catadromarum gyros duplicabantur.

Sphæriſterium, n. 2. σφαιριστήριον, locus pilæ luſui deſtinatus, a σφαιρίζω, *pila ludo*. Erant ſphæriſteria cubicula in balineis, in quibus ſe tum aliis rebus, tum pilæ ludo veteres exercebant. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 6. Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 20. Valetudine proſperrima uſus eſt, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces cæteraque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret.

Sphæ-

Sphærita, æ, f. σφαιρίτης, ſupple πλακοῦς, placentæ genus, in cujus ſolo ſphæræ, ſeu globuli multi poſiti ſunt, a *ſphæra*. *Cato c.* 85. Sphæritam ſic facito, ita uti ſpiram, niſi ſic fingito detractis caſeo, melle: ſphæras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodem modo componito, atque ſpiram, itemque coquito. Sunt qui leg. *Sphæricam*.

Sphæroides, is, *globoſo*, *ſferico*, ut ſphæroides ſchema, *Vitruv. l.* 8. *c.* 6.

Sphæromachia, æ, f. *giuoco di palla*, certatio quæ fit pila, vel globo. *Statius in præfat. l.* 4. *Silvar.* Sed & ſphæromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur.

Sphagitides, um, f. σφαγίτιδες, venæ duæ inſignes utrinque ad jugulum apparentes, apud *Celſ. lib.* 4. *cap.* 1. ubi tamen græcis literis hanc vocem ſcribit.

Sphagnos, i, σφάγνος, & σπλαγχνὸς, alio nomine bryon, βρύον. Hac voce ſignificantur cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, ſed odore præſtantes. *Plin. l.* 12. *c.* 23. & *l.* 24. *c.* 6.

Sphingius, ii, m. V. in Voce ſequenti.

Sphinx, ngis, f. 3. *Sfinge*, σφίγξ, monſtrum apud Thebas, cujus caput, & manus puellæ, corpus canis, alæ avis, vox hominis, ungues leonis, cauda draconis, a σφίγγω, *ſtringo*, quod in ſcopulo inſidens arcæ imminenti ad portam Thebarum ænigmata proponere ſoleret prætereuntibus ita difficilia, ut ſe ſe expedire non poſſent, quod ſi illa ænigmata non diſſolverent, ad eos advolabat, illoſque ad ſe in rupem tractos unguibus lacerabat. *Auſonius Idyll.* 11. *v.* 40. Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Hæc in fabulis. Re vera autem Sphinx erat, quemadmodum ex Socrate tradit Scholiaſtes Euripidis, ἐγχωρία χρησμολόγος δυσγνωστα μαντευομένη, vates ejus regionis, quæ reſponſa daret intellectu difficilia. Indeque a *Sophocle in Oedipo tyranno* vocatur ἡ ῥαψῳδὸς, ideſt contexens carmina. Vide, ſi, quæ de Sphinge notavit *Joſ. Scaliger, Animadv. Euſeb. ad ann.* 757. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 66. Si Sphingos iniquæ Callidus ambages te præmonſtrante reſolvi. ¶ Cum Oedipus Thebas ingreſſurus eſſet, Sphinx ænigma ejuſmodi ei propoſuit: Quodnam animal mane quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet. Oedipus ænigmatis nodum diſſolvit, & dixit, hominem eſſe, qui in infantia manibus, & pedibus repens verius, quam incedens, quadrupes eſt: factus vir, ut qui nullo alio, quam pedum adminiculo nititur, bipes: ingraveſcentibus autem annis, aſſumpto ſcipione, tripes. Hanc ſolutionem Sphinx tam ægre tulit, ut ſtatim ſe de ſaxo præcipitaverit. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 34. Iſti orationi Oedipo opus conjectore eſt, qui Sphingi interpres fuit. ¶ Sphinx item animal eſt ex genere ſimiarum, inſigne duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri, oblonga. *Plin. l.* 8. *c.* 21. ¶ Dicitur & Sphingius, ii, m. *Id. l.* 10. *c.* 72. Et Sphingium, ii, *Id. l.* 6. *c.* 29.

Sphondyli, orum, σφόνδυλοι, concharum marinarum genus, apud *Columel. l.* 8. *c.* 16.

Sphragis, idis, f. σφραγὶς, *ſigillo*, vox Græca. Scribit *Plin. l.* 35. *c.* 6. terram Lemniam ſphragidem appellatam, quia non niſi ſignata venundabatur. ¶ Apud *eund. l.* 37. *c.* 8. Sphragides ſunt gemmæ quædam optimæ ad ſignandum. ¶ Apud *Celſ. l.* 5. *c.* 20. ſphragis dicitur paſtillum quoddam ad obſignanda, & glutinanda vulnera utile.

Sphragitis, idis, f. σφραγῖτις, ſignaculum. *Prudent. Periſteph.* 10. *v.* 1076. Quid ſi ſacrandus accipis ſphragitidas, &c.

Sphyræna, æ, f. σφύραινα. V. Sudis.

Spica, æ, f. *ſpiga*, שבולת, Ger. *aher*, Gal. *épi*, Hiſp. *eſpiga*, στάχυς, totum illud in frumento, quo grana continentur, cujus partes ſunt gluma, & ariſtæ. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 48. Spica in hordeo, & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam, & etiam primitus, ſpica cum oritur, vaginam. *Cic. de Sen. c.* 15. Culmoque erecta geniculato vaginis jam quaſi pubeſcens includitur, a quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra avium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. *Ovid.* 8. *Met. de apro Calydonio*: Et Cererem in ſpicis intercipit. ¶ Spica mutica eſt, quæ non habet ariſtas, quaſi cornibus mutilata. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 48. Spica mutica dicitur, quæ non habet ariſtas. Eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. ¶ Spicæ vox a frugibus ad alias etiam plantas extenditur. Hinc crocus dicitur a Poetis ſpica Ciliſſa, nimirum quia filis, ſive capillamentis refert ariſtas. *Ovid.* 1. *Faſt.* Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis. *ideſt* crocus advectus e Cilicia. *Plin. l.* 12. *c.* 12. Nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas, ac folia celebrant. ¶ Dicitur etiam de bulbo herbarum, præſertim vero allii. *Cato R. R. c.* 70. Ulpici ſpicas quatuor. *Col. l.* 11. *c.* 3. Ulpicum habet, velut allium, plures cohærentes ſpicas. ¶ Spicæ teſtaceæ, ſunt laterculi coctiles, oblongi, & acuminati, quibus pavimenta fiunt. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. V. *Spicatus*. ¶ Spica denique eſt ſignum in cœlo, quod in Virginis parte decima oritur. *Col. l.* 11. *c.* 2. Decimoquarto Calendas Octobris Spica Virginis exoritur.

Spicatus, a, um, *ſpigoſo*, σταχυωτὸς, quod habet ſpicas. *Plin. l.* 21. *c.* 17. Aliud rurſus ſpicatum genus herbarum. *Id. l.* 24. *c.* 15. Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramis quinis fere folioſa. ¶ Translate ponitur pro omni eo, quod conciſum minutatim eſt in modum ſpicæ. *Gratius in Cynegetico*: Spicataſque faces ferre ad nemora alta Dianæ. ¶ Pavimentum ſpicatum eſt, quod factum eſt ex laterculis oblongis, & angulatis ſpicæ figura, *a ſpina di peſce*. *Vitr. l.* 4. *c.* 1. & *l.* 7. *c.* 1. *Plin. l.* 36. *c.* 25.

Spiceus, a, um, *di ſpica*, Ger. *aherin*, Gal. *d'épic*, Hiſp. *d'eſpiga*, σταχύινος, quod ex ſpicis eſt. *Virg. l.* 1. *Georg.* Spicea jam campis cum meſſis inhorruit. *Ovid.* 2. *Met.* Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.

Spicifer, a, um, σταχυηφόρος, quod fert ſpicas. *Sen. Herc. Oet. de Cerere*: Et ſpiciferæ conceſſa Deæ Attica Myſtas claudit Eleuſis. *Martial. l.* 10. *ep.* 74. Non Hybla, non me ſpicifer capit Nilus.

Spicilegium, ii, n. *ſpigolamento*, *ſpigolazione*, Germ. *nachſtoppelung der aher*, Gal. *amas d'epis*, Hiſp. *cogimiento de eſpigas*, σταχυολογία, collectio ſpicarum in agro a meſſoribus prætermiſſarum. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 53. Meſſe facta ſpicilegium venire oportet.

Spicio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare*, βλέπω, video, cerno, intueor. *Plaut. Mil.* 3. 1. 100. Quo ſupercilio ſpicit! *Enn. apud Feſt.* ſpexit de pontibu' celſis.

Spiclum, i, n. idem ac ſpiculum, per Sync. *Lucr. l.* 3. *v.* 199. At contra lapidum conjectum, ſpiclorumque &c.

Spico, as, n. 1. *ſpigare*, *mandar fuora le ſpighe*, Germ. *ahreſchoſſen*, Gal. *jetter les épis*, Hiſp. *eſpigar*, σταχυόομαι, ſpicas emitto. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. ¶ Spicare quoque eſt concidere aliquid minutatim, ſic, ut aſſulis multis referat ſpicam cum ariſtis ſuis, vel in modum ſpicæ acuere. *Gratius in Cynegetico v.* 118. Quid Macedum immenſos libeat ſi dicere contos, Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes!

Spicula, læ, herba chamæpitys. *Apulej. de herb. c.* 26.

Spiculator, oris, m. *alabardiere*, Germ. *trabant*, Gal. *halebardier*, Hiſp. *alavardero*, ὁ ..., ſatelles Principis, carnifex, a *ſpiculum*, quia ſpiculum geſtet. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 31. Dilapſis ſpiculatoribus, cæteris cohors non aſpernata concionantem. *Sueton. in Claud. c.* 35. Ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent. Utroque loco alii leg. *ſpeculatores*.

Spiculatus, a, um, adject. acuminatus. *Solin. c.* 61. Cauda veluti ſcorpionis aculeo ſpiculata.

Spiculo, as, a. 1. *aguzzare la punta*, ἀκονάω, cuſpidem acuo. *Plin. l.* 11. *c.* 2. *de inſectorum aculeo*: Talum vero perfodiendo tergori quo ſpiculavit ingenio!

Spiculum, li, n. *dardo*, חנית, Germ. *glen*, Gal. *javelin*, Hiſp. *lança*, λόγχη, ξυςὸν, lancea brevis, ſeu (ut *Vegetius* ait *l.* 2. *de re milit. c.* 15.) telum miſſile, cujus ferrum eſt triangulum, unciarum novem, haſtile pedum quinque, & ſemiſſis. *Cic. in Piſ.* L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ civitatis ſpiculis prope ſcrutatus eſt Alpes. *Virg.* 5. *Æn.* Gnoſſia bina dabo levato lucida ferro ſpicula. ¶ Accipitur & pro ſagitta. *Virg.* 11. *Æn.* Spicula converſo fugientum dirigit arcu. ¶ Aliquando pro quacunque cuſpide, & aculeo, ut ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apum. *Curt. l.* 7. *c.* 6. Rex ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 237. *de apibus*: laſa venenum Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt. ¶ Spicula pro ſolis radiis ponuntur a *Prudent.* in *hymno ad matutin.* ¶ *Spiclum* per ſyncop. V. ſuo loco.

Spiculus, a, um, adject. in modum ſpiculi factus. *Tertull. de pudic. c.* 7. Non lucernæ ſpiculo lumine, ſed totius ſolis lancea opus eſt. *Scioppius in notis ineditis ad Tertull.* legit *ſpiculi*.

Spicum, i, n. idem ac ſpica. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. *de ſigno Virginis*: Spicum illuſtre tenens inſigni corpore virgo. *Varr. apud Non. c.* 3. *v.* 130. Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in illa non aliquod bonum.

Spicus, ci, m. idem ac ſpica. *Feſt.* Spicum maſculine antiqui dicebant, ut hunc ſtirpem, & hunc amnem.

Spina, æ, f. *ſpina*, קוץ, Germ. *dorn*, Gall. *épine*, Hiſp. *eſpina*, ἄκανθα, aculeus ſentis, vel rubi, quo pungimur. *Virg.* 5. *Ecl.* Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis. *Col. l.* 11. *c.* 3. Ea ſunt vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubi, & paliuri, & ejus, quam Græci vocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus. ¶ Dicitur etiam de herbis. Hinc ſpinam facere dicitur aſparagus, cum percrevit, & ſpinoſus fit. *Col. l.* 11. *cap.* 3. Deinde cum ſpinam fecerit, collectis ſeminibus ipſis, &c. ¶ *Spina ſolſtitialis*, eſt frutex, vel herba quæ ſolſtitio provenit, vel floret. *Col. l.* 2. *c.* 18. Alias per ver avellamus, ut intuba, ac ſolſtitiales ſpinas. ¶ Item de beſtiis, pro aculeo, qualis hyſtricibus, ſerpentibus, & multis piſcibus ineſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. *Plin. l.* 8. *c.* 35. Hyſtrices generat India, & Africa, ſpina contectas. ¶ Translate ſpina dicitur vertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe (quam & Græci ἄκανθαν nominant) quæ eſt a collo ad extremum uſque os, quod ſacrum dicitur. Sic autem appellata eſt, quod ipſæ vertebræ in ſuo contextu proceſſus utrinque oſtendant, ſpinis haud abſimiles. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Scapulis latis, ſpina maxime duplici. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura, per media foramina a cerebro medulla deſcendente. ¶ Per tranſlationem item accipitur pro ſcrupulo, & horrido dicendi genere, vel pro difficultate. *Cic.* 4. *Fin. c. ult.* Quam illorum triſtitiam, atque aſperitatem fugiens Panætius nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit. *Id.* 4. *Tuſc. c.* 5. Spinas partiendi, & definiendi prætermittunt.

Spinalis, & le, n. quod ad ſpinam pertinet. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 9. Animæ per ſpinalem medullam præbetur effectus.

Spinea, æ, f. genus vitis, quæ & ſpionia. *Plin. l.* 14. *c.* 2.

Spineola, æ, f. ſpecies roſæ, plurimis ſed minutiſſimis foliis. *Plin. l.* 21. *c.* 4.

Spineſco, is, n. 3. ſpinoſus fio. *Martian. Capel. l.* 6. *metro ult.* Sentes ſpineſcere membris.

Spinetum, ti, n. *luogo piantato di ſpini*, Ger. *dorn geſtaud*, Gall. *épinaye*, Hiſp. *eſpinal*, ἀκανθὼν, locus ſpinis abundans. *Virg.* 2. *Ecl.* Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Spineus, a, um, ἀκάνθινος, quod a ſpinis factum eſt. *Ovid.* 5. *Met. v.* 789. Quem ſpinea totum Vincula cingebant.

Spinifer, ra, rum, ἀκανθοφόρος, quod ſpinas fert. *Cic. in Arat. v.* 178. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Spiniger, a, um, adject. idem quod ſpinifer. *Prudent. in paſſione Hippolyti*, *v.* 115. Spinigeris ſtirpibus hirtus ager.

Spinoſulus, a, um, *ſpinoſetto*, aliquantum ſpinoſus. *Hieron. ep.* 83. *ad Ocean.* Primum ſpinoſulus noſter obmutuit, poſtea vero, &c.

Spinoſus, a, um, *ſpinoſo*, ἀκανθώδης, ſpinis abundans. *Var. l.* 2. *R. R. cap.* 3. Atque in ſpinoſis locis paſcuntur. *Plin. lib.* 12. *cap.* 15. Corticem levem myrrhæ, ſimilemque unedoni, ſcabrum alii, ſpinoſumque dixere. ¶ Translate ſumitur pro duro, aſpero, incolto. *Cic.* 1. *de Orat.* Sed hæc erat ſpinoſa quædam, & exilis oratio, longeque a noſtris ſenſibus abhorrebat. *Id. in Orat. cap.* 32. Et poſtea qui Dialectici dicuntur, ſpinoſiora multa pepererunt.

Spinter, ſive ſpinther, eris, n. ψελλιον?, βραχιονιστήρ, fibula in humeris, vel armilla, qua mulieres in ſummo brachio ſiniſtro utebantur. *Feſt.* Spinther vocabatur armillæ genus, quod mulieres antiquæ gerere ſolebant brachio ſummo ſiniſtro. *Plaut. Men.* 3. 3. 4. Jubeas, ſpinther novum reconcinnarier.

Spintria, æ, com. 1. repertor monſtroſæ libidinis, noviqua concubitus, a σπινθὴρ, *ſcintilla*, *igniculus*, nempe a monſtroſarum libidinum ardore. *Suet. in Tib. c.* 43. Monſtroſique concubitus repertores, quos ſpintrias appellabat. *Tac.* 6. *Ann. c.* 1. Tuncque primum ignota ante vocabula reperta ſunt ſellariorum, & ſpintriarum, ex fœditate loci, & multiplici patientia.

Spinturnicium, ii, n. genus avis deformis, & inauſpicatæ, diminut. a *ſpinturnix*. *Plaut. Mil.* 4. 1. 42. Pithecium hæc eſt præ illa, & ſpinturnicium.

Spinturnix, icis, f. avis quædam deformis & obſcœna, ejuſdemque cum bubone omnis. *Plin. l.* 10. *c.* 13. & *Feſtus*.

Spinula, læ, f. *picciola ſpina*. *Arnob. l.* 2. Inhærens callo ſpinula.

Spinus, ni, m. *prugnolo*, *ſuſino ſelvatico*, Germ. *ſchlehebaum*, Gall. *prunier*, Hiſp. *ciruelo*, *montes*, σποδιάς, agreſtis, ſeu ſylveſtris prunus. *Serv. in* 4. *Georg.* monet, ſpinus genere virili eſſe arborem prunorum, at ſentes dici ſpinas in muliebri. rectius tamen in fœm. genere uſurpaverit, ſicut cætera arborum vocabula. *Virg.* 4. *Georg.* Eduramque pyrum, & ſpinos jam pruna ferentes.

Spio, us, f. 4. contr. σπειώ, Nympha, filia Nerei, & Doridis, a σπέος, *ſpelunca*, quia Nymphæ in ſpeluncis maris habitare dicuntur. *Virg.* 4. *Æn.* Niſeeque, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Spionia, æ, f. vitis ſpecies, quæ & ſpinea quibuſdam dicitur. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Æſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam vocant.

Spionicus, a, um, quod ad uvam ſpioniam ſpectat, ut Spionicus ſuccus, qui eſt uvæ ſpioniæ. *Col. l.* 3. *c.* 21. Sive eſt illa bituricus, ſeu baſilicus, ſeu ſpionicus.

Spira, æ, f. *ſpira*, *rivoluzione*, *rivolgimento*, σπεῖρα, linea flexuoſa faciens orbes non redeuntes in ſe, revolutum, ſive circulum, qui in ſe ipſum non recurrit. De variis rebus uſurpatur. *Feſt.* Spira dicitur & baſis columnæ unius tori, aut duorum, & genus operis piſtorii, & funis nauticus in orbem

Digitized by Google

bem convolutus : ab eadem omnes ſimilitudine. Pacuvius, Quid ceſſatis ſocii eicere ſpiras ſparteas? Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait, Spiras legionibus nexunt. Hæc *Feſtus*: Igitur ſpira ſumitur pro baſi columnæ unius tori, aut duorum. *Plin. l. 36. c. 23.* In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. ¶ Item pro genere operis piſtorii. *Cato de R. R. c. 77.* Spiram ſic facito, quantum voles, pro ratione, ita, uti placenta fit, eadem omnino facito, &c. ¶ Dicitur & de faſciis galeæ ſub mento ſtringi ſolitis. *Juven. ſat. 8. v. 208.* De faucibus aurea cum ſe Porrigat, & longo jactetur ſpira galero. ¶ Item de muliebri capilli ornamento. *Plin. l. 9. c. 35.* Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji Principis matrona, nec ſerio quidem, aut ſolemni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis, margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque. ¶ Item de ſinuoſis anguium flexibus. *Virg. 2. Georg.* Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. *Id. l. 2. Æn.* Spiriſque ligant ingentibus. ¶ Dicitur etiam de arborum venis, & nodis in orbem convolutis. *Plin. l. 16. c. 39.* Publicum omnium vitium vocant ſpiras, ubi convolvere ſe venæ, atque nodi.

Spira, *Spira*, Germ. *Speyr*, urbs Germaniæ ſuperioris, in Palatinatu inferiori, ad Rhenum, media inter Argentoratum ad Mer. & Moguntiacum ad Bor. Dicta eſt a *ſpira*, quæ globum militarem ſignat, quia Conſtantius Cæſar ibi cohortes Græcas collocarat, de quo *Melanchon lib. de pronunt. Ling. Græcæ, c. 30.*

Spirabĭlis, & le, n. 3. *ſpirabile*, ἀναπνευστός, vitalis, quo ſpiramus. *Virg. 3. Æn.* Per ſidera teſtor, Per ſuperos, atque hoc cœli ſpirabile lumen. *Cic. 2. de nat. Deor.* Animum denique ipſum ſpirabilem, ſiquis quærat, unde habeamus.

Spiracŭlum, i, n. *ſpiracolo*, נפש, Germ. *lufftloch*, Gal. *ſoupirail*, Hiſp. *reſpiradero*, ἀναπνοή, per quod odor, aerve expiratur, aut exhalat. *Virg. 7. Æn.* Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis monſtrantur. *Plin. l. 2. c. 93.* Ut in Sinueſſano agro, & Puteolano ſunt, quæ ſpiracula vocant, mortiferum ſpiritum exhalantes.

Spiræa, æ, f. σπειραία, herba, cujus folia coronamentis apta ſunt; quidam eandem eſſe putant cum illa, quam viburnum vocat Matthiolus. *Plin. l. 21. c. 9.*

Spiræum, n. 2. *Capo Spireo*, prom. Peloponneſi, ad ſin. Saronicum, inter Scyllæum prom. ad Auſtr. & Cenchreas portum in Bor. ad Iſthmum, apud Epidaurum, & Fanum Æſculapii. *Plin. l. 4. c. 5. & 12.*

Spirāmen, inis, n. *ſpiraglio*, φυσητήρ, id per quod exit ſpiritus. *Lucan. l. 6. v. 183.* Hic aures, alius ſpiramina naris aduncæ. *Stat. 2. Theb.* Reſtat ſpiramina foſſi Ignis.

Spiramentum, ti, n. *ſpiracolo*, ἀναπνευστήριον, id, per quod exit ſpiritus, e *Spiramen*. *Virg. 4. Georg.* Nequicquam in tectis certatim tenuis cera Spiramenta linunt. *Plin. l. 34. c. 11.* Circumlito ſpiramento in caminis, donec vaſa ipſa percoquantur. *Juſtin. l. 4. de Ætna monte*, Ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incubuit.

Spirans, antis, n. 3. πνέων, partic. a ſpiro. *Virg. 4. Georg.* Grav iter ſpirantis copia thymbræ. ¶ Metaleptice, ſeu metonymice ponitur pro vivente. *Virg. 4. Æn.* Spirantia conſulit exta, h. e. palpitantia, quaſi adhuc viva. *Cic. pro Mil.* Ecquando eſt ex ſpirante forum potuiſſet defendi, cujus non reſtitiſſet cadaveri curia? ¶ Item ponitur pro vitali, ſive pro eo, quod vitam alit, & conſervat, ut *Aura ſpirans*, ideſt qua ſpiramus, & vivimus. *Virg. 9. Æn.* Ab alto Æthere ſe mittit, ſpirantes dimovet auras.

Spiratio, onis, f. *reſpiro*, actus ſpirandi. *Scribon. Larg. Compoſit. 47.* Neque ſpiratio interpelletur. *Id. compoſit. 180.* Opium ſpirationem impedit.

Spirillum, i, n. barba capræ. *Feſtus*.

Spiritālis, le, adject. *pneumatico*, *di ſpirito*, *di fiato*, *e di vento*, πνευματικός. *Vitruv. l. 10. c. 1.* Genus machinæ ſpiritale eſt, cum ſpiritus expreſſionibus impulſus, & plagæ voceſque ὀργανικῶς exprimuntur. ¶ Item ad ſpiritum pertinens, & corpori, ſeu materiæ oppoſitus, *ſpirituale*. *Solin. c. 23.* (*al. 36.*) *ſub fin.* In corporibus noſtris commercia ſunt ſpiritalia. *Tertul. Apolog. c. 22.* Subſtantiæ ſpiritales. *Prudent. in Rom. v. 14.* Et ſpiritali lacte pectus irriget. ¶ Legitur & *ſpiritualis*, quod quidem Grammaticis magis placet, cum ſit a *ſpiritus*; verum antiquis monumentis non ſatis confirmatur.

Spiritalĭter, adverb. *ſpiritualmente*. *Tertul. in exhortat. ad caſtitat. c. 10.* Spiritaliter ſapit.

Spirĭtus, us, m. *ſpirito*, *anima*, *fiato*, רוח, Ger. *athem*, *geiſt*, Gal. *eſprit*, Hiſp. *eſpiritu*, πνεῦμα, halitus, actus ſpirandi, ſpiratio, a *ſpiro*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. *Id. ibid.* Excipiatque animam eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, & reddat. *Id. 1. de Or.* Deinde eum ſpiritus ejus eſſet anguſtior. *Et paucis interjectis*, Summa voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat, *a un fiato*. *Id. 1. Catil.* Poteſt ne hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus cœli ſpiritus eſſe jucundus? *Id. de Sen.* Quorum uſque ad extremum ſpiritum provecta eſt prudentia. *Id. 2. Divin.* Spiritum ducere, *reſpirare*. *Plin. l. 2. c. 5.* Proximum ſpiritus, quem Græci, noſtrique eodem vocabulo aera appellant. *Virg. in Culice, v. 180.* Spiritibus rumpit fauces. *h. e.* efflatibus, & ſibilis, de angue enim loquitur. ¶ Accipitur aliquando pro vento. *Virg. 1. Æn.* Boreæ cum ſpiritus alto inſonat Ægæo. *Col. l. 3. c. 19.* Veruntamen præſtat eligere ſationi ſilentis, vel certe placidi ſpiritus diem. ¶ Translate ſumitur pro animi elatione. *Cic. pro Sylla c. 9.* Res enim geſtæ, credo, meæ me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. *Caſ. l. 3. B. C.* His rebus tantum fiducia, ac ſpiritus Pompejanis acceſſit. *Liv. l. 36.* Spiritum alicujus frangere. *Curt. l. 5. c. 8.* Nobilitate veſtra dignos ſpiritus capiatis. *coraggio*. ¶ Interdum ſpiritus accipitur pro odore, qui ex aliqua re ſpiret. *Lucret. l. 3. v. 223.* Spiritus unguenti ſuavis diffugit in auras. *Celſ. l. 6. c. 26.* Spiritus fœdi odoris. ¶ Item pro anima. *Cic. pro Marcel.* Vita corpore & ſpiritu continetur. *Velle. l. 2. c. 87.* Spiritum reddere, *morire*. *Id. ibid.* Spiritu privare, *ammazzare*. *Id. ibid. c. 123.* Subrefectus conſpectu & alloquio cariſſimi ſpiritus, *di perſona a ſe molto cara*. ¶ Divino ſpiritu afflari, h. e. Dei afflatu, & inſtinctu moveri. *Cic. pro Arch.* Poetas divino quodam ſpiritu afflari.

Spiro, as, n. 1. *ſpirare*, *aſolare*, πνέω, ſpiritum duco, animam attraho, & emitto. *Cic. pro R. Am.* Non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. *Celſ. l. 2. c. 4.* Mali morbi teſtimonium eſt vehementer, & crebro ſpirare. ¶ Sæpe dicitur de ventis, pro flare. *Ovid. 11. Met.* Et præceps ſpirare valentius Eurus. ¶ Item de floribus, & aliis, pro exhalare, emittere, cum accuſat. *Virg. 1. Æn.* Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere. *Lucret. l. 6. v. 690.* Spirat fons dulcis aquas. *Id. l. 5. v. 29.* Equi ſpirantes naribus ignem. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. c. 25.* Hanc ob cauſam videtur Lælii mens ſpirare etiam in ſcriptis, Galbæ etiam vis occidiſſe. h. e. ſuperſtes eſſe, non ſecus ac ſi Lælius adhuc viveret. *Liv. l. 3. c. 46.* Inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quærere. h. e. vim tribunitiam repræſentantem. *Senec. in Thyeſt. v. 503.* Cum ſpirat ira ſanguinem, neſcit tegi. h. e. cum concupiſcit cædem.

Spirŭla, læ, f. parva placenta in modum ſpiræ confecta. *Arnob. l. 2.* ſpirulas, & botulos facere.

Spiſſamentum, i, n. *ſpiſſezza*, στῖμμα, quod in unguentorum confectionibus, & olivarum, aliorumque id genus fructuum conditurıs extremum additur, ne fluitet, quod conditum fuerit. *Col. l. 12. c. 46.* Spiſſamentoque cumulo impoſito, contectum vas pelliculetur. *Senec. ep. 31.* Firmiori ſpiſſamento opus eſt, quo uſum in ſociis Ulyſſem ferunt.

Spiſſatio, onis, f. ſpiſſamentum, ſpiſſitudo. *Senec. ep. 86. ſub fin.* Terram non aggeſſit tantum, ſed calcavit, & preſſit: negat quicquam eſſe hac, ut ait, ſpiſſatione efficacius. Alii leg. *paſſione*.

Spiſſātus, a, um, *condenſato*, *inſpeſſito*, πυκνωθείς. *Ovid. 15. Met. v. 250.* Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit. *Lucan. l. 4. v. 77. de nubibus*: Spiſſatæque fluunt, nec ſervant fulmina flammas.

Spiſſe, adv. πυκνῶς, denſe, ſive ad multam ſpiſſitudinem. *Plin. l. 36. c. 25.* Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur ſabulo, calce, ac favilla mixtis. *Plin. l. 37. c. 8.* Non tranſlucet molochites ſpiſſius virens. *di un verde più carico, e più oſcuro*. ¶ Metaleptice ponitur pro tarde. *Pacuvius apud Non. c. 4. n. 452.* Habet hoc ſenectus in ſe, cum pigra eſt ipſa, ut ſpiſſe omnia videantur confieri. *Cic. in Brut. c. 36.* Cum tamen ſpiſſe, atque vix, ut dudum ad Demoſthenem, & Hyperidem, ſic nunc ad Antonium, Craſſumque pervenimus.

Spiſſeſco, is, n. 3. *inſpeſſirſi*, πυκνοῦμαι, ſpiſſus fio. *Lucr. l. 6. v. 175.* Facit, ut ante, cavam, docui, ſpiſſeſcere nubem. *Celſ. l. 5.* Humor ſpiſſeſcens.

Spiſſigrădus, a, um, βραδύπορος, qui tarde incedit, qui tardo paſſuum motu in ambulando utitur. *Plaut. Pœn. 3. 1. 3.* Homines ſpiſſigradiſſimos, tardiores multo, quam corbitæ ſunt in tranquillo mari.

Spiſſĭtas, atis, f. *ſpeſſezza*, πυκνότης, ſpiſſitudo. *Plin. l. 18. c. 30.* Quoniam ſpiſſitate ſua concaleſcit.

Spiſſitūdo, inis, f. idem quod ſpiſſitas. *Sen. Quæſt. Nat. l. 2. c. 30.* Eſt autem nubes ſpiſſitudo aeris craſſi.

Spiſſo, as, a. 1. *inſpeſſire*, πυκνόω, ſpiſſum facio. *Plin. l. 11. c. 41.* Omne lac igne ſpiſſatur. *Id. l. 13. c. 4.* Et farinæ modo ſpiſſatur in panem.

Spiſſus, a, um, *ſpeſſo*, *denſo*, πυκνός, denſus, cui opponitur *rarus*, & ἀραιός, *denſus*, *obſcurus*. *Virg. 2. Georg.* Scrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. *Id. 5. Æn.* Interluceteque corona Non tam ſpiſſa viris. *Hor. l. 2. ep. 19.* Spiſſis indigna theatris Scripta pudet recitare. h. e. frequentia. *Plin. l. 16. c. 40.* Spiſſiſſima arbor, ideo & graviſſima, ebenus. *Col. l. 4. c. 33.* Spiſſius ſemen. *Plaut. Epid. 2. 2. 46.* Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, h. e. denſæ texturæ. ¶ Metaleptice ſumitur pro tardo. Nam res ſpiſſa tarde, & cum difficultate penetratur. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 77.* Spiſſum iſtud amanti eſt verbum, veniet, niſi venit. *Cic. Att. l. 10. ep. 18.* Sed hæc quoque timide ſcribo, ita omnia adhuc tarda, & ſpiſſa. *Id. ad Q. Fr. l. 2.* Scribebam illa, quæ dixeram, πολιτικά, ſpiſſum ſane opus, & operoſum.

Spithăma, æ, f. *palmo*, σπιθαμή, palmus, conſtans e duodecim digitis. *Plin. l. 7. c. 2.* Super hos extrema in parte montium Triſpithami Pygmæique narrantur, ternas ſpithamas longitudine non excedentes.

Spithamæus, a, um, adject. *lungo un palmo*, σπιθαμιαῖος. V. *Triſpithami*.

Splanchnoptes, is, m. σπλαγχνόπτης, qui ex viſceribus victimæ cæſæ futura conjicit, nam σπλάγχνα viſcera ſunt, & ὀπτεύω videre ſignificat. Hoc nomine appellata eſt ſtatua vernulæ cujuſdam Periclis a Stipace Cyprio facta. *Plin. l. 22. c. 17. & l. 34. c. 8.*

Splen, enis, m. *milza*, σπλήν, viſcus in ſiniſtra animalis parte ſitum, ſuccos craſſos, & melancholicos in hepate genitos ad ſe attrahens, quorum parte ſubtiliſſima cum ſe aluerit, quod ſupereſt, proprio quodam meatu ad ventriculum remittit, & *lien* dicitur. *Plin. l. 23. c. 1.* Splenem ternis obolis pota (bryonia nigra) triginta diebus conſumit. *Perſ. ſat. 1. v. 12.* Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno. h. e. ſplene effuſo in riſum: nam ſplen riſus ſedes dicitur.

Splendens, entis, o. 3. μαρμαίρων, lucens, *riſplendente*. *Hor. l. 1. od. 19.* Urit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius. *Claudian. de Gigantom. 2. v. 77.* Clypeus ſplendentior igni. ¶ Translate eſt illuſtris. *Plin. l. 9. c. 5.* Auctores habeo in equeſtri ordine ſplendentes.

Splendĕo, es, dui, ſine ſup. *riſplendere*, *rilucere*, λάμπω, luceo, ſplendorem emitto. *Virg. 7. Æn.* Splendet tremulo ſub lumine pontus. *Martial. l. 4. ep. 79.* Et facies multo ſplendeat alba pilo. ¶ Transfertur etiam ad incorporea. *Cic. pro Sext. c. 28.* Virtus ſplendetque per ſe ſemper, neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit.

Splendeſco, is, n. 3. *farſi lucente*, λαμπρύνομαι, ſplendidus fio. *Virg. 1. Georg.* Et ſulco attritus ſplendeſcere vomer. ¶ Eleganter translate uſurpatur. *Cic. de Sen.* Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit etiam, neſcio quo pacto, in ſenectute. *Id. in præf. Parad.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur.

Splendĭco, as, n. 1. ſplendeo. *Apul. l. 5. A. A.* Splendicant gemmæ. Alii leg. *ſplendidant*.

Splendĭde, adv. *ſplendidamente*, λαμπρῶς, cum ſplendore, lucide, & translate nobiliter, præclare, magnifice. *Cic. 3. Tuſc. c. 23.* Et acta ætas honeſte, ac ſplendide tantam affert conſolationem, &c. *Id. pro Quint. c. 30.* Magnifice, & ſplendide ornare convivium. *Id. 1. de Fin. c. 2.* Quid habent, cur Græca anteponant iis, quæ & ſplendide dicta ſint, neque ſint converſa de Græcis? h. e. nitide, & eleganter. *Gel. l. 14. c. 1.* Latius ea, & amœnius, & ſplendidius, & profluentius exſequebatur. *Sen. ep. 97.* Splendidiſſime natus. h. e. illuſtri genere. *Horat. l. 3. od. 11.* perjurum fuit in parentem ſplendide mendax, & in omne virgo Nobilis ævum. h. e. decore, cum virtute. loquitur de Hypermneſtra, Danai filia, quæ 49. ſororibus juſſu patris maritos ſuos occidentibus, una Linceo ſuo pepercit.

Splendido, das, a. 1. ſplendidum reddo, polio. *Apul. in Apolog.* Splendidare dentes. ¶ Item ſplendidus ſum. V. *Splendico*.

Splendĭdus, a, um, *ſplendido*, *riſplendente*, λαμπρός, clarus, lucidus, nitidus. *Lucret. l. 2.* Lumina ſplendida ſolis. *Horat. l. 3. od. 13.* Fons ſplendidior vitro. *Cic. in Somn. Scip.* Circulus ſplendidiſſimo candore elucens. *Rurſus Horat. l. 2. ſat. 3. v. 14.* juſſit quod ſplendida bilis. Ideo autem bilis ſplendida dicitur, quia ſanguine ipſo ejus humor purior eſt, liquidior, & magis lucens. ¶ Translate ſumitur pro pulchro, ſpecioſo. *Cic. 1. Fin. c. 18.* Quod appellant honeſtum non tam ſolido, quam ſplendido nomine. ¶ Item pro magno, excellenti, præſtanti, nobili. *Cic. 1. Off.* Quod in maximis animis, ſplendidiſſimiſque ingeniis plerunque exiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates. ¶ Item pro magnifico, lauto, liberali, cui opponitur ſordidus. *Cic. ad Q. Fr. l. 2.* Splendidus domi, gratioſus extra domum. *Nepos in Attic. c. 20.* Elegans, non magnificus, ſplendidus, non ſumptuoſus, omni diligentia munditiem affectabat. ¶ Item pro illuſtri. *Velle. l. 2. c. 88.* Mecœnas equeſtri, ſed ſplendido genere natus. ¶ Splendida Minois arbitria dicuntur ab *Horatio l. 4. od. 7.* h. e. ſeveritatis, & majeſtatis plena.

Splendĭfĭco, as, a. 1. ſplendidum, & lucidum facio. *Martian. Capell. l. 9.* Lumina ambroſium ſplendificant diem.

Splendor, oris, m. *ſplendore*, *luce*, זהר, Ger. *ſchein*, Gal. *lueur*, *ſplendeur*, Hiſp. *reſplendor*, αἴγλη, lux, nitor, claritas. *Plaut. Merc. 5. 2. 35.* Ca-

Digitized by Google

Cœlum ut ſplendore eſt plenum, nonne ea adverſo vides? Hor. l. 1. ſat. 4. Hunc capit argenti ſplendor, Stupet Albius ære. Lucret. l. 4. v. 212. Splendor aquæ. ¶ Per translationem ſumitur pro nobilitate, gloria, dignitate. *Cic. pro L. Man.* c. 14. Nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet. *Id. pro Cluent.* c. 69. Honeſti hominis, & ſummo ſplendore præditi. ¶ Item pro perfectione, præſtantia. *Cic. in Brut.* Actio earo ejus habebat & in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. ¶ Item pro puritate, elegantia. *Cic. in Brut.* Erat in verborum ſplendore elegans, compoſitione aptus.

Splendorifer, ra, rum, adject. ſplendorem ferens. *Tertul. de Judic. Dom.* c. 5. Splendoriferum qui lumine clarus.

Spleneticus, a, um, σπληνητικός, lienoſus, qui ex ſplene laborat, cui poſt inflammationem lien in priſtinum non reſtituitur habitum, ſed tumor permanet. *Plin. l.* 20. *cap.* 9. Item ſpleneticis in vino albo per dies quadraginta.

Spleniatus, a, um, σπληνωτός, ſplenio obvolutus. *Martial. l.* 10. *epig.* 22. Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento.

Splenicus, a, um, adject. idem quod ſpleneticus. *Plin. l.* 21. *c.* 20. Polium medici ſplenicis propinant ex aceto. Al. leg. *ſpleneticis*.

Splenium, ii, n. σπλήνιον, herba, quæ ſpleni medetur, quæ uſitatius dicitur *aſplenum*. *Plin. l.* 25. c. 5. Invenit & Teucer eadem ætate Teucrion, quam quidam Hemionion vocant, ſpargentem juncos tenues, folia parva, aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, nunquam florentem. Neque ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtatque ſic inventam. Cum exta ſuper eam projecta eſſent, adhæſiſſe lieni, eumque exinaniſſe. Ob id a quibuſdam ſplenion vocatur. Hæc *Plin.* ¶ Eſt etiam panniculus, vel faſcia medicamento, aut emplaſtro illita, quæ fronti, aut oculis aliquo morbo laborantibus imponitur. *Martial. l.* 2. *epig.* 29. *de ſervo quodam ſtigmatis in fronte notato, & ad equeſtrem dignitatem evecto*. Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem. Ignoras, quis ſit? ſplenia tolle, leges. ¶ Videtur eſſe emplaſtrum ipſum, quod illinitur, apud *Plin. l.* 29. *c.* 6. Superimponi oportet ſplenium e melle decoctum, lanamque ſuccidam ex oleo, aut vino.

Spodium, ii, n. σπόδιον, σποδός, cinis ignitus, ſeu extinctorum carbonum reliquiæ, & craſſius illud excrementum, quod quidam ſcoriam appellant. *Plin. l.* 23. c. 4. Spodiumque e cauliculis vehementius inhibet rheumatiſmos. *Et ita ſtue*: Nuclei palmarum cremati in fictili novo, cinere loto ſpodii vicem efficiunt. ¶ Sumitur etiam pro cinerula, ſeu repurgamento, quod ex fornacum parietibus verritur, in quibus æs Cyprium, aut plumbum, aut aliud metallum decoquitur. *Plin. l.* 34. c. *ult.* Fit & ſpodium ex plumbo, eodem modo, quo ex Cyprio ære diximus.

Spodos, i. f. σποδός, idem ac ſpodium. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam vocant laureotim. Utiliſſima autem oculis affirmatur, quæ fit in ærariis. *Id. l.* 35. c. 13. Etiamnum in ærariis reperiuntur, quem vocant pompholygem, & ſpodon. Differentia, quod pompholyx lotura paratur, ſpodos illota eſt.

Spoletinus, a, um, adject. a Spoleto urbe, ut Spoletinus populus, *Cic. pro Balb.* c. 21. ¶ Vina Spoletina inter optima habita ſunt. Unde *Martial. l.* 13. *ep.* 120. De Spoletinis quæ ſunt cariosa lagenis Malueris, quam ſi muſta Falerna bibas. Adde *l.* 14. *ep.* 116.

Spoletium, ii. 2. Spoletum, *Spoleto*, urbs, & col. Umbriæ, ad Teſſinum fl. *Liv. l.* 24. *c.* 17.

Spoliarium, ii, n. *ſpogliatojo*, ἀποδυτήριον, locus arenæ proximus, quo rapiebantur, & enecabantur gladiatores in arena mortui. Hinc apud *Lampridium in Comm.* c. 18. & 19. illa Senatus exclamatio mortuo Commodo, *Gladiatorem in ſpoliario, & Gladiatoris cadaver unco trahatur, Gladiatoris cadaver in ſpoliario ponatur.* In eodem ſine ſpe curationis vulnerati occidebantur. Unde *Seneca ep.* 94. Nunquid aliquem eſſe tam cupidum vitæ putas, ut jugulari in ſpoliario, quam in arena, malit? V. *Juſt. Lipſium l.* 1. *Saturn. c.* 18. & *de Amphitheatro c.* 21. ¶ Denique accipitur pro quocunque loco, in quo quis veſtibus, pecunia, aliave re privatur. *Sen. l.* 8. *Controv.* Volo noſſe illud infantium ſpoliarium. *Plin. in Paneg. c.* 36. Nunc templum illud, nunc vere Deus, non ſpoliarium civium, cruentarumque prædarum ſævum receptaculum.

Spoliatio, onis, f. *ſpogliamento*, *ſpoglio*, σύλησις, ſpoliorum detractio. Generatim ſumitur pro privatione cujuſcunque rei. *Cic.* 4. *Ver.* Cum in legationes oppidorum, fanorumque ſpoliationes cogitaret.

Spoliator, oris, m. *ſpogliatore*, שׁוֹלֵל, Ger. *rauber*, Gal. *voleur*, *pilleur*, Hiſp. *deſpojador*, σκυλευτής, λαφυραγωγός, qui alterum ſpoliat. *Cic.* 6. *Ver.* Neque ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam ſpoliatorem, vexatoremque eorum defendes?

Spoliatrix, icis, f. συλήτρια, quæ ſpoliat. *Cic. pro Cæl.* c. 21. Tu ne Venerem illam tuam ſpoliatricem ſpoliare ornamentis? *Martial. l.* 4. *epig.* 29. Sic ſpoliatricem commendat amicam.

Spoliatus, a, um, *ſpogliato*, σεσυλημένος, privatus quacunque re. *Cic. in Brut. c.* 2. Cum forum P. R. quod fuiſſet quaſi theatrum illius ingenii, voce erudita, & Romanis, Græcisque auribus digna ſpoliatum, atque orbatum videret. *Id. in Piſon.* Nunc meam ſpoliatam fortunam cum tua florente conferam. *Id. Att. l.* 16. *ep.* 1. Nihil illo Regno ſpoliatius, nihil Regis egentius. *Vellej. l.* 2. *c.* 8. Vita, rerumque ſuarum dominium conceſſa ſi ſunt, ſpoliata, quam tueri non poterat, dignitas.

Spolio, as, a. t. *ſpogliare*, שָׁלַל, Germ. *auſſziehen*, Gal. *dépouiller*, Hiſp. *deſpojar*, σκυλεύω, συλάω, ſpolia alicui detraho, veſtibus exuo, nudo. *Ter. Hec.* 1. 2. Quin ſpolies, mutiles, laceres. *Liv. l.* 1. Regemque in prælio obtruncat, & ſpoliat. ¶ Translate dicitur etiam de plectis, *Petron. in Satyr.* Dentibus folliculos pariter ſpoliat. ¶ Transfertur & ad quamcunque aliam rem, pro privare, orbare. *Cic.* 3. *Ver.* Seſeque tum ſcire, ſpoliatum eſſe fanum Junonis, & oppidum Samum. *Id. ibid.* Neſciebas, ab eo Cn. Carbonem Conſulem non modo relictum, ſed etiam ſpoliatum auxiliis, pecunia, nefarie oppugnatum, & proditum? *Id.* 2. *Off.* Spoliare fama probatum hominem. *Virg.* 6. *Æn.* Spoliare vita. *Cic. pro Cæl. c.* 18. Spoliare alienam pudicitiam. *Id. ibid.* Spoliare dignitatem.

Spolium, ii, n. *ſpoglio*, שָׁלָל, Ger. *raub*, *beute*, Gal. *pillage*, *dépouille*, Hiſp. *deſpojo*, σκῦλον, exuviæ, ſive veſtis, pelliſve corpori detracta. *Lucret. l.* 3. Cum lubrica ſerpens Exuit in ſpinis veſtem. Nam ſæpe videmus Illorum ſpoliis vepres volitantibus auctas. *Id. l.* 5. Necdum res igni ſcibant tractare, neque uti Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum. ¶ Speciatim uſurpatur de omni eo, quod hoſtibus detrahitur. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 30. Si ſpoliorum cauſa vis hominem occidere, occidiſti. *Id. pro L. Man.* Cum eum vobis majores veſtri exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. ¶ *Spolia opima*, quæ Dux Duci detrahit, qualia fuerunt, quæ Romulus Regi Cæninenſium manibus ſuis in acie occiſo detraxit, & Jovi Feretrio obtulit. *Liv. l.* 1. Jupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero, templumque dedico, ſedem opimis ſpoliis, quæ Regibus, Ducibuſque hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent.

Sponda, æ, f. *letto*, *ſponda*, סַפָּה, Germ. *ſponbette*, Gall. *chalit ou ſut couche*, Hiſp. *cama*, *lado de la cama*, ἀνάκλιντρον, lectus, vel lecti pars. *Horat. epod.* 3. Extrema & in ſponda cubet. *Virg.* 1. *Æn.* Aulæis jam ſe Regina ſuperbis aurea compoſuit ſponda.

Spondæus, i, ſeu ſpondeus, i, m. σπονδεῖος, ſeu σπονδαῖος, pes duabus ſyllabis longis conſtans, ut *omnes*, *Trojæ*, *poſſunt*, a σπονδὴ, *libatio*, quod eo ἐν ταῖς σπονδαῖς ἐχρῶντο, ideſt in libationibus uterentur, ut ſcribit Hephæſtionis Scholiaſtes, & Diomedes. *Cicer. in Orat. c.* 64. Nec ſpondæus quidem funditus eſt repudiandus. ¶ *Spondæum carmen* idem eſt ac ſpondaicum. *Cic.* apud *Boeth. l.* 1. *de Muſ.* Admonuiſſe tibicinem, ut ſpondæum caneret, Pythagoram dicitur: quod cum ille feciſſet, tarditate modorum, & gravitate cantus illorum furentem petulantiam reſediſſe.

Spondalia, orum, n. genus quoddam carminis trochaici in ſacris adhibiti, quo etiam tibicines eum modos facerent, utebantur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 46. Cum ardere oculi hominis viderentur ſpondalia illa dicentis, &c. Ita legit *Groter.* At *Turneb. l.* 20. *c.* 17. mavult *ſpondaulia*. *Salmaſius* vero *ſpondaulia*, ab αὐλὸς, *tibia*.

Spondaicus verſus dicitur, qui vel omnes ſpondeos habet, vel pro ultimo Dactylo ſpondeum. *Diomed. Grammat. l.* 3. & *Terentianus Maurus de comicis, & tragicis verſib.*

Spondeo, es, ſpopondi, ſponſum, n. a. *promettere*, נָדַר, Ger. *verheiſſen*, Gal. *promettre*, Hiſp. *prometer*, ἀναδέχομαι, promitto, polliceor. *Feſt.* Spondere Verrius putat dictum, quod ſponte ſua, ideſt voluntate promittatur. *Var. l.* 5. *de L. L.* Spondet, qui dicit ſua ſponte, ſpondeo. *Cic.* 14. *Phil. c.* 9. Panſa aut morte, aut victoria ſe ſatiſfacturum Reip. ſpopondit. *Id. Lent. l.* 1. *Fam. epiſt.* 9. Deſpondendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. *Id. ad Trebon. l.* 15. *epiſt.* 21. Quod ego non modo de me tibi ſpondere poſſum, ſed de eo etiam mihi. ¶ Speciatim hoc verbum uſurpatur in ſponſalibus. nam ſpondere puellam alicui dicitur pater, qui eam ſponſam ejus futuram pollicetur, pater vero adoleſcentis dicitur deſpondere, cum pro filio ſuo promittit, ut notat *Donat. ad illud Terent. And.* 1. 1. 73. Ultro ad nos venit, unicam gnatam ſuam cum dote ſumma filio in uxorem daret, placuit, deſpondi. Sic *Plaut. Trinum.* 5. 2. 34. Spondeſ' ergo tuam gnatam uxorem mihi? Ch. Spondeo. Verum hoc non ſemper ſervatur a Scriptoribus. V. Deſpondeo.

Spondeon, i, σπονδεῖον, poculum libatorium in ſacrificiis adhibitum a σπονδὴ, *libatio*. *Apul. l.* 11. *Metam.* De penetrali fonte petitum (liquorem) ſpondeo libat.

Spondeus, V. Spondæus.

Spondyle, es, f. σφονδύλη, genus ſerpentis, quæ olerum radices exedit. *Plin. l.* 27. *c.* 13.

Spondylium, ſeu ſphondylium, ii, n. σφονδύλιον, arbor ex genere ferularum, ſemen habens ſiſeli ſimile, & in medicina tantum utile. *Plin. l.* 12. *c.* 26. & *l.* 24. *c.* 6.

Spondylus, i, m. σφόνδυλος, anterior pars conchæ, quam aliter τράχηλον. *Feſt.* Trachali appellantur muricum, ac purpuræ ſuperiores partes. *Plin. l.* 32. *c.* 6. *de oſtreis*: Neque in luto ſepta, neque in arenoſis, ſed ſolido vado, ſpondylo brevi, atque non carnoſo, nec fibris lacinioſa, ac tota in alvo. Alii per ſpondylum hic intelligunt partem oſtreæ carnoſam. ¶ Etiam ſpondylum dixere certum conchæ genus. *Plin. lib.* 31. *c.* 11. Spondyli, ſmarides, ſtella, ſpongia. Pro quo ſphondylon cum ſpiritu etiam legas apud *Col. lib.* 8. *cap.* 16. item *Macrob. l.* 3. *c.* 13. ubi refert Metelli verba ex quarto ejus Indice. Ac ſimiliter σφόνδυλοι legas apud *Galen. lib.* 3. *de alim.* ¶ Sumitur etiam pro nodo, ſeu vertebra ſpinæ. Sunt autem in ipſa ſpina ſpondyli quatuor, & viginti, quorum ſeptem collum conſtituunt, duodecim thoracem, quinque alii lumbos. *Plin. lib.* 29. *cap.* 4. Primum draconis ſpondylum aditus poteſtatum mulcere. *Martial. lib.* 7. *epig.* 19. Roſue tepenti ſpondylos ſinu condit, & devorato capite turturem truncum. ubi ſpondylos pro quocunque animalis oſſiculo intelligi commode poteſt.

Spongia, æ, f. *ſpunga*, Ger. *ſchwam*, Gal. *eſponge*, Hiſp. *eſponja*, σπόγγος, quiddam eſt in natura tertium ordinem habens, ut neque animal, neque frutex, ſed tertium quiddam, ac medium inter utrunque genus dicitur eſſe, quod Græci ζωόφυτον appellant. Senſum enim iis eſſe apparet, quia ubi avulſionem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur, ſudorque relinquunt in petris veluti cruoris veſtigium, atque ex his quæ molliores paniculi vocantur, teſte *Plin. l.* 9. *c.* 45. *l.* 11. *c.* 37. & *l.* 31. *c.* 11. ¶ Spongias antiqui in deliciis habuerunt, ſtrigilum vice, linteorumque illis utentes ad diſtringenda, & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias aura candidas faciebant, tinctas per æſtatem ſalis ſpuma ad Lunam, & pruinas ſternentes inverſas, ut candorem biberent, ut *Plin.* ſcribit *l.* 31. *c.* 11. ¶ Apud antiquos iiſdem in uſu erant tergendarum menſarum, adhibebanturque etiam ad obſcœna emundanda. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo. *Sen. ep.* 70. Unus e Germanis lignum id, quod ad emundanda obſcœna, adhærente ſpongia poſitum eſt, totum in gulam farſit. *Martial. l.* 14. *epigr.* 144. Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis utilis, expreſſo cum levis imbre tumet. ¶ Erant etiam ſpongiæ in pictorum, & ſcriptorum inſtrumento ad delenda ea, quæ mutari oporteret. Hinc Auguſtus apud *Sueton. in ejus vita*, c. 85. cum tragœdiam de Ajace compoſuiſſet, & non ſuccedente ſtylo, aboleviſſet, quærentibus amicis, quidnam Ajax ageret? facete reſpondit, Ajacem ſuum ſpongiæ incubuiſſe. Hinc Spongiam impingere, apud *Auſon. in præfat. Idyl.* 11. *Plin.* quoque *l.* 35. *c.* 10. narrat, Protogenem pictorem celeberrimum, cum ſpumam in pictura canis pingere ſe poſſe deſperaret, iratuſque ſpongiam in tabulam impegiſſet, repoſuiſſe illam ablutos colores, caſuque factum, quod longe non potuerat. ¶ *Spongiæ retiariorum*, quibus retiarii in ludis gladiatoriis utebantur ad ſiccandum, & reprimendum vulnerum ſanguinem. Nam ſæpe uſuveniebat, ut retiarii, qui cum myrmillonibus depugnabant, vulnerarentur. Neque enim ſatis adverſus parem ſuum muniti erant, cum toti in reti jaciendo intenti eſſent. *Tertull. de Spectac. c.* 25. Poterit de miſericordia moveri defixus in morſus urſorum, & ſpongias retiariorum. ¶ Accipitur etiam ſpongia pro fungo. *Plin. l.* 19. *c.* 4. Necnon & tuberoſa aliqua appellabimus, & ſpongias in humore pratorum creſcentes. ¶ Item pro radicibus aſparagorum inter ſe implicatis. *Col. l.* 11. *c.* 3. Stirpes præfractæ nequeunt oculos ſpongiarum, & quaſi excæcatur, nec potuerit aſparagum emittere. ¶ Pumex etiam lapis, quia cavernis plenus eſt, ſpongia dicitur a *Pallad. l.* 1. *tit.* 10.

Spongio, as, a. t. ἐκσπογγίζω, ſpongia extergo. *Apic. l.* 1. *c.* 26. Diligenter ſpongiare.

Spongiola, æ, f. parva ſpongia. Ita dicitur quiddam præter naturam in quibuſdam fruticibus, ut cynorrhodo naſcens, & ſquamatim compactum ſpongiolæ cujuſdam modo propendens e ramis, quod alii ameutum, alii cachrys dicitur, Officinis *bedegar*. *Plin. l.* 13. *c.* 2. Alias apud auctores cynorrhodi una medicina erat, ſpongiolæ, quæ in mediis ſpinis ejus naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. ¶ Item pro radicula aſparagorum inter ſe implicitis. *Col. l.* 11. *c.* 3. In quam ita ſpongiola deprimuntur, ut facile ſuperpoſita terra germinent.

Spongioſa, æ. genus fungi ſpongioſi. *Apic. l.* 1. *c.* 1.

Spongioſus, a, um, *ſpungoſo*, σπογγιώδης, quod ſimilitudinem ſpongiæ habet. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Idcirco pulmo ſpongioſus.

Spongites, æ, σπογγίτης, gemma ſpongiæ ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Spon-

Digitized by Google

Spongizo, as, a. 1. idem ac ſpongio. *Apic. l. 7. c. 16. & l. 8. c. 7.*

Sponſa, æ, f. *ſpoſa*, כַּלָּה, Ger. *braut*, Gal. *epouſe*, Hiſp. *eſpoſa*, νύμφη, μνηστή, mulier, quæ promiſſa eſt. *Feſt.* Et ſponſam ex Græco dictam ait, quod ſi σπονδαὶ interpoſitis rebus diviſis faciant. *Plaut. Caſ. a. 1. v. 14.* Huc veniſti ſponſam præreptum meam. *Cic. Att. l. 14. ep. 20.* Suam cuique ſponſam, mihi meam.

Sponſalia, orum, n. 2. *ſponſali*, *ſpoſalizio*, *maritaggio*, Ger. *eheberedung*, Gal. *fiançailles*, Hiſp. *deſpoſorias*, μνηστεία, ſtipulatio, ſeu promiſſio futurarum nuptiarum. *Ulpian. l. 23. ff. tit. 1. l. 2.* Sponſalia dicta ſunt a ſpondendo. Nam moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi uxores futuras. *Juven. ſat. 6.* Conventum tamen, & pactum, & ſponſalia noſtra tempeſtate paras. ¶ Sponſalia apud Latinos per ſtipulationem contrahebantur, ideſt per interrogationem, & promiſſionem factam inter eum, qui daturus erat aliquam mulierem in uxorem, & inter eum, qui accepturus erat. *Gel. l. 4. c. 4.* Sponſalia in ea parte Italiæ, quæ Latium appellatur, hoc more, atque jure ſolita fieri, ſcripſit Serv. Sulpicius in libro, quem ſcripſit de dotibus. Qui uxorem, inquit, ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſtipulabatur, eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat, itidem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum, ſponſionumque dicebatur ſponſalia. Tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. *Sueton. in Aug. c. 53.* Dies ſponſaliorum. ¶ Sponſalia interdum ſumuntur pro convivio ſponſo præberi ſolito. *Cic. ad Q. Fratr. l. 2. ep. 6.* Ad VIII. id. Ap. Sponſalia Craſſipedi præbui. Huic convivio Quintus meus defuit. *Id. ep. præced.* ſcripſerat, Tulliam ſuam Craſſipedi eſſe deſponſatam.

Sponſalis, le, adject. ad ſponſum, ſponſamve pertinens, ut ſponſalis largitas, *l. 2. Cod. Theodoſ. de repud.* Adde *Tertul. adverſ. Valent. c. 31.*

Sponſalitius, a, um, adject. ad ſponſos, vel ſponſalia pertinens, ut ſponſalitiæ arrhæ, de quibus titulus eſt in *Cod. Juſtin.* & ſponſalitia donatio, apud *Sidon. l. 7. ep. 2.*

Sponſio, onis, f. *promiſſione*, *promeſſa*, הַבְטָחָה, Ger. *zuſagung*, Gal. *promeſſe*, Hiſp. *fiança*, ἐγγύη, promiſſio, a ſpondeo. *Paul. de verb. ſignific.* Sponſio appellatur non ſolum, quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſioque. *Cic. l. 2. de Leg. c. 16.* Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſponſio, qua obligamur Deo. ¶ Speciatim ſponſio erat contentio, & altercatio, quæ fiebat depoſitis pignoribus, *ſcomeſſa*, vel, ut alii definiunt, genus actionis, quod fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur, & coram Recuperatoribus, aut alio Judice diſceptabatur. *Cic. 3 Offic.* Cum is ſponſionem feciſſet, niſi vir bonus eſſet. *Id 3. Ver.* P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſivit, ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium. *Id. pro Cæcin.* Vincere ſponſionem. *Id. pro Quin.* Sponſione vincere. *Valer. Max. l. 2. c. 8. n. 2.* Sponſione aliquem provocare. ¶ Concipiebantur autem ſponſiones modo negativo, per particulam ni, ut apparet ex allatis exemplis, & ex *Briſſon. de Formul. initio l. 5.* Itaque cum ait *Cic. pro Cæcin. c. 16.* Sponſionem facere poſſent, ni *adverſus interdictum Prætoris vis facta eſſet*; idem eſt ac ſi diceret, niſi probarent vim factam eſſe. *Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 10.* ſponſionis formulam extulit per particulam *quod*: item *l. 7. c. 2. n. 4.* cujus verba ſunt. A. M. Lutatio judex editus de ſponſione, quam is cum adverſario, quod vir bonus eſſet, fecerat. ¶ Fiebat hujuſmodi ſponſio plerunque in interdictis. *Cic. pro Cæc.* P. Dolabella Prætor interdixit, ut eſt conſuetudo de vi, hominibus armatis ſine ulla exceptione, tantum, ut, unde dejeciſſet, reſtitueret. Reſtituiſſe ſe dicit, ſponſio facta eſt, hac de ſponſione vobis judicandum. *Quintil. l. 7.* Ut in ſponſionibus, quæ ex interdictis fiunt. ¶ Sponſio item fuit genus fœderis, de qua V. Fœdus. *Liv. l. 9.* Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiuſque etiam ſcribit, fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt.

Sponſiuncula, læ, f. parva ſponſio. *Petron. in fragm. Tragur. pag. 44.*

Sponſo, as, a. 1. *fare gli ſponſali*, μνηστεύω, ſponſalia contraho. *Paul. l. 38. ff. de ritu nupt.* Inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non poteſt, quamvis ſponſare non prohibeatur.

Sponſor, oris, m. *promettitore*, *chi fa la ſicurtà*, עָרֵב, Ger. *zuſager*, Gal. *fianceur*, Hiſp. *fiador*, ἐγγυητής, qui promittit, qui pro altero ſpondet. *Cic. Att. l. 1. ep. 8.* Tulliola deliciæ noſtræ tuum munuſculum flagitat, & me ut ſponſorem appellat. *Id. l. 6. Fam. ep. 19.* De tuo negotio quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. *Id. pro Quinct.* Cui cæteri ſponſores, & creditores non convenerint. *Ovid. ep. 2. v. 33.* Premidus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos? Qui mihi conjugii ſponſor, & obſes erat. ¶ Sponſor voci feminini generis adjunctum. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 115.* comitata Cupidine parvo Sponſor conjugii ſtat Dea picta ſui.

Sponſum, i, n. idem quod ſponſio. *Cic. pro Quinct. c. 9.* Te judicem ſumpſit, ſponſio egit. Aliqui legunt *ſponſa*.

Sponſus, us, m. idem ac ſponſio. *Serv. Sulpic. apud Gell. l. 4. cap. 4.* Si poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat.

Sponſus, a, um, *promeſſo in matrimonio*, μεμνηστευμένος, part. a ſpondeor. *Teren. Phorm. 4. 3. 55.* Quantum ob hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi.

Sponſus, ſi, m. *ſpoſo*, Ger. *breutgam*, Gal. *époux*, Hiſp. *eſpoſo*, μνηστήρ, cui ſpondetur puella, ſive qui ſpopondit eam ſe ducturum, a *ſpondeo*. *Ulpian. l. in poteſtate, ff. de ſponſal.* In poteſtate manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt. *Cic. 2. de Invent. c. 56.* Soror Horatii ſponſi nomen appellans identidem. ¶ Ponitur etiam pro proco. *Horat. l. 1. ep. 2. v. 28.*

Spontalis, & le, o. 3. idem quod ſpontaneus, ultroneus. *Apul. l. 4. Metam.* Cumque nulli noſtrum ſpontale parricidium ſuadens perſuadere poſſet.

Spontaliter, adv. *ſpontaneamente*. *Sidon. l. 8. ep. 9.* Id non modo non coactus, verum etiam ſpontaliter facio.

Spontaneus, a, um, *ſpontaneo*, *volontario*, αὐτόματος, αὐθαίρετος, voluntarius, naturalis. *Sen. ep. 121.* Agilitas ſpontaneus motus eſt. *Macrob. l. 2. in ſomn. Scip. c. 13.* Appetitus ſpontaneæ mortis. Adde *Solin. c. 8.*

Sponte, *da ſua poſta*, *di volontà*, נְדָבָה, Ger. *freywillig*, Gal. *de bon gré*, Hiſp. *de buena gana*, αὐτόματον, ultro, ſuapte natura, per ſe. Eſt nomen anomalum caſus ablativi, qui ſolus in uſu eſt, ab inuſitato *ſpons*. *Cic. de Sen. c. 19.* Senes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur. *Id. in Orat. c. 33.* Sed quia ſua ſponte ſquidiora ſunt, adhibendus erit uberioris nitor, *per ſe ſteſſo*, *naturalmente*. *Tac. 3. hiſt. c. 26.* Nec ſponte Antonii properatum. *Lucan. l. 1. v. 99.* Paxque fuit non ſponte ducum. *Virg. 2. Georg. c. 47. de arborib.* Sponte ſua, quæ ſe tollunt in luminis auras. *da ſe*, *ſenza cultura*. *Caſ. l. 1. B. Gal. c. 9.* Iis cum ſua ſponte perſuadere non poſſent. *da ſe ſoli*. ¶ Reperitur tamen & genitivus *ſpontis*. *Col. l. 9. c. 4.* Eſt enim ſativa & altera ſuæ ſpontis, itemque ſemper virens pinus, & minor ilex. *Celſ. l. 1. c. 1.* Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet. *Gel. l. 13.* Spontis ſuæ mortem manet.

Spontis, V. Sponte.

Spontivus, a, um, adject. pro *Spontaneo* legitur a *Salmaſ. in c. 2. Solini*, ubi alii *ſpontaneus*.

Sporades, dum, f. pl. inſulæ maris Ægæi, ſic dictæ a σπείρω, *ſpargo*, quod ſparſim ſint, non glomeratæ, ut Cyclades. Eas enumerat, & deſcribit *Plin. l. 4. c. 12.*

Tom. II.

Sporta, æ, f. *ſporta*, סַל, Ger. *korb*, Gal. *pannier*, *corbeille*, Hiſp. *eſpuerta*, σπυρίς, vaſis genus ex vimine, junco, aut ſparto, aut ſimili leviore materia. *Salluſt. in fragm. l. 5. Hiſt.* E muris carnes ſportis demittebant. *Cat. R. R. c. 133.* Sportæ ficariæ.

Sportella, æ, f. *ſportella*, σπυρίδιον, exigua ſporta, dim. a *ſportula*, ut *ciſtella a ciſtula*. *Cic. l. 9. Fam. ep. 20.* Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, & artolagani tui.

Sportula, æ, f. 1. *ſportella*, σπυρίδιον, parva ſporta. *Plaut. Curc. a. 3. ſc.* Qui incedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis. *Id. Men. 2. 4. 1.* Sportulam cape, atque argentum, ecce nummos tres habes. ¶ Quia vero ſportulis cibi, pecuniæque ferri ſolent, quæ a magnatibus dabantur iis, qui vel officii gratia comitarentur, vel prima luce in atrium ſalutandi gratia convenirent: inde eſt, quod per Metonymiam accipi ſoleat pro pecunia, cibiſve ſportula contentis. Atque hinc quoque liquet, cur *ſportula* opponatur *cœna rectæ*, cum ſportula non fuerit vera cœna, ſed cœnam ementiretur. Quippe ſordidiores non dignabantur clientes ſuos cœna, ſed cœnæ loco aſſes aliquot dabant, vel cibaria, atque hoc *ſportula* dicebatur: at liberaliores ad cœnam clientes vocabant, lauteque eos paſcebant, quæ idcirco *recta cœna* dicebatur. *Sueton. in Dom. c. 7.* Sportulas publicas ſuſtulit, revocata cœnarum rectarum conſuetudine. *Martial. l. 8. epigr. 50.* Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. *Juven. ſat. 3. v. 249.* Nonne vides, quanto celebretur ſportula fumo? Centum convivæ, ſequitur ſua quemque culina. ¶ Sportulæ etiam dictæ ſunt largitiones, & diſtributiones pecuniarum, quæ ab iis fieri ſolebant, qui vel virilem ſumebant togam, vel nuptias celebrabant, vel magiſtratum inibant. *Trajan. ad Plin. l. 10. ep. 118.* Invitatio, quæ ſingulos ad ſolemnes ſportulas contrahit. V. *ep. 117. Plin. ad Trajan.*

Spretio, onis, f. *ſprezzo*, contemptus. *Liv. l. 40. c. 5.* Ex compoſito ſermones ad ſpretionem Romanorum trahebant. Alii leg. ad *ſpem*.

Spretor, oris, m. *ſpregiatore*, ἐξουθενητής, qui ſpernit, contemptor. *Ovid. 8. Metam. v. 613.* Uſque Deum Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus.

Spretus, a, um, *ſprezzata*, ἀτιμασθείς, contemptus, neglectus. *Virg. 1. Æn.* Spretæque injuria formæ.

Spretus, us, m. *ſprezzo*, contemptus. *Apul. de Deo Socr. poſt prin.* Inſolentiſſimo ſpretu Deos negligit. *Sidon. l. 3. ep. ult.* Spretui maximo eſt judiciis otioſorum latinæ linguæ proprietas.

Spuma, æ, f. *ſpuma*, *ſchiuma*, ἀφρός, rara quædam fæx, quæ per ebullitionem, aut vehementem agitationem rebus liquidis ſupernatat. *Cic. 3. de nat. Deor. de Venere.* Altera ſpuma procreata, ex qua, & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus. *Virg. 1. Æn.* Et ſpumas ſalis ære ruebant. *Lucret. l. 3. v. 490.* fulminis ictu Concidit, & ſpumas agit, ingemit, & tremit artus.

Spumabundus, a, um, adject. ſpumans, ſpumeus. *Apul. in Apol.* Faciem tuam ſpumabundus conſpuiſſet.

Spumans, antis, o. 3. *ſpumante*, ἀφρίζων, partic. a ſpumo. *Virg. 1. Æn. v. 324.* Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem. *Id. ecl. 5. v. 78.* Pocula ſpumantia lacte. *Id. Æn. 4. v. 135.* Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 55.* Spumans ex ore ſcelus, & anhelans crudelitatem.

Spumatus, a, um, *ſpumato*, *ſchiumata*, ἀφρωμένος, ſpuma aſperſus. *Cic. 1. de Div. c. 7. ex poeta:* Saxaque cana, ſalis niveo ſpumata liquore.

Spumatus, us, m. ſpumæ ebullitio, vel ipſa ſpuma, ἀφρισμός. *Stat. l. 1. Silv. 4. v. 102.* anguis abundet ſpumatu.

Spumeſco, is, n. 3. ἀφρίζω, ſpumoſus fio. *Ovid. ep. 2. v. 87.* At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo.

Spumeus, a, um, *ſpumoſo*, ἀφρώδης, ſpuma abundans. *Virg. 2. Æn.* Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exiit. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ſpumæ colorem refert. *Plin. l. 15. c. 28.* Spumeus color malis.

Spumidus, a, um, adject. *ſpumoſo*. *Apul. in Apol.* Humor craſſus, & ſpumidus.

Spumifer, ra, rum, *ſpumoſo*, ἀφρόεις, ſpumoſus. *Stat. lib. 1. Achil. v. 59.* Illi ſpumiferos glomerant a pectore fluctus.

Spumigena, æ, m. & f. ex ſpuma natus, ut Cythere ſpumigena, apud *Martian. Capel.*

Spumiger, ra, rum, idem quod ſpumifer. *Ovid. 11. Metam. v. 140.* Spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit, Subde caput.

Spumo, as, n. 1. *mandar fuori la ſpuma*, *far la ſpuma*, ἀφρίζω, ſpumam emitto. *Plin. l. 31. c. 7.* Et poſtquam deſierit ſpumare, tepidum infundere. *Virg. 2. Georg. v. 6.* Spumat plenis vindemia labris.

Spumoſus, a, um, ἀφρώδης, quod ſpumam facit. *Virg. 6. Æn.* Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat unda. *Plin. l. 12. c. 7.* Lycium craſſiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum. *Claudian. de VI. Conſul. Honor. v. 458.* Addua quo ſcillac ſpumoſior incitat undas.

Spuo, is, ſpui, ſputum, n. 3. *ſputare*, πτύω, ſalivam ejicio, a verbo Græco ellato. *Virg. 4. Georg. v. 97.* Et terram ſicco ſpuit ore viator Aridus.

Spurcamen, inis, n. ſpurcities. *Prudent. Cathem. 9. v. 36.* Gregis ſuilli ſordida ſpurcamina.

Spurcatus, a, um, *ſporcato*. *Catul. in Sicinianum, ep. 103.* Siconi, arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat.

Spurce, adv. *ſporcamente*, ῥυπαρῶς, fœde, impure. *Cic. 1. de Invent.* Siquid eorum ſpurce, ſuperbe, crudeliter, malitioſe factum proferetur. *Id. 2. Phil. c. 39.* Qui in illam miſerum tam ſpurce, tam impie dixeris. *Id. Att. l. 11. ep. 13.* Deinde perſcribit ſpurciſſime, quas ob cauſas fecerit. *Cato apud Plin. l. 29. c. 1.* Spurcius nos quam alios fœdant.

Spurcidicus, a, um, αἰσχρολόγος, qui ſpurca loquitur. *Plaut. Capt. prol. v. 56.* Neque ſpurcidici inſunt verſus.

Spurcificus, a, um, ῥυπαροποιός, qui ſpurca, & fœda facit. *Plaut. Trin. 4. 1. 7.* Spurcificum, immenſum, intolerandum, veſanum.

Spurciloquium, ii, n. ſermo de rebus turpibus. *Tertull. de reſurr. carn. c. 4.* Spurciloquia experiti in congreſſibus.

Spurcitia, æ, f. *ſporcizia*, *ſporchezza*, ἀκαθαρσία, immunditia. *Colum. l. 8. c. 5.* Et quodcunque rubiginis, aut ſpurcitiæ reſedit. *Varr. lib. 3. R. R. c. 16.* Spumam, & omnem ſpurcitiam eximere.

Spurcities, ei, f. 5. idem ac ſpurcitia. *Lucret. l. 6. v. 81.* At contra nobis equi teterrima cum ſit Spurcities.

Spurco, as, a. 1. *ſporcare*, *lordare*, *imbrattare*, ῥυπαίνω, fœdo, vitio. *Paul. l. 1. ff. de extraord. crim.* Siquis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinierit, aquas ſpurcaverit, fiſtulas, lacus, quidve ad injuriam publicam contaminaverit. *Celſ. JCt. apud Ulpian. l. ſi ſervus, ff. ad leg. Aquil.* Cum eo agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit. *Plaut. Men. 1. 2. 57.* Nam ex iſtoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili. Quidam hoc loco putant uſurpare *ſpurcor* deponentium more; ſed paſſive accipi poteſt. *naſum* autem accuſativus eſt Græco more poſitus.

Spurcus, a, um, *ſporco*, *lordo*, αἰσχρός, ῥυπαρός, impurus, obſcœnus, lutulentus. *Colum. in præf. l. 1.* Quid ſecuſaret collis, quid campeſtris poſitio, quid humidus, & graminoſus, quid ſiccus, & ſpurcus ager. *Plin. lib. 17. c. 2.* Spurcum nubilum. *Gel. l. 17. c. 9.* Si quid eſt urina ſpurcius.

Hh ¶ Per

¶ Per Metaphoram de vino dicitur. *Feſt.* Spurcum vinum eſt, quod ſacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antiſtius, cui aqua admixta eſt, defrutumve, aut igne tactum eſt, muſtumve, antequam deferveſcat. ¶ Item de moribus. *Cic. 2. Tuſc. ex quodam Poeta*: Samnis ſpurcus homo, vita illa indignus, locoque. *Id. pro Domo, cap.* 10. Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentiſſimo, & facinoroſiſſimo Sex. Clodio omnes frumentarias provincias tradidiſti. *Non. c. 4. n.* 415. obſervat, ſpurcum olim uſurpatum pro ſævo, vel ſanguinario; & Ciceronem *ſpurcam tempeſtatem* dixiſſe, h. e. vehementiſſimam, & aſperrimam.

Spurīna, æ, m. dux Regis Parthorum, qui Craſſum interemit. ¶ Item Mathematicus, & vates, qui Cæſari prædixit, ut Martias caveret Idus. *Suet. in Caſ. & Valer. Max.* ¶ Item adoleſcens egregia forma, qui cum fœminas, viroſque ad libidinem aſpectu decoro invitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtavit. *Valer. cap. de verecundia.*

Spurium, ii, n. σπόριον, ea pars, qua fœminæ id ſunt, quod ſunt, a σπόρος, ſemen. *Iſid. l. 9. cap. 5. Apul. in Apol.* Sumpta, inquit, de mari ſpuria, & faſcina. Loquitur Apulejus de rebus marinis idem, quod obſcœnæ partes, nomine ſortitis.

Spurius, a, um, *baſtardo*, ממזר, Ger. *baſtart*, Gal. *batard*, Hiſp. *baſtardo*, νόθος, qui ex certa matre, patre autem incerto natus eſt, ut definit *Ulpian.* Differt autem a *Notho*, quia hic proprie dicitur, qui certos parentes oſtendere poteſt, ſed illegitimo concubitu junctos. *Modeſtin. l.* 23. *ff. de ſtat. hom.* ¶ Spurius etiam appellatus is, qui ex juſtis quidem nuptiis eſt ſuſceptus, nimirum cum uxor cum marito ab hoſtibus capta, in ſervitute enixa eſt, verum ſola deinde cum filio reverſa eſt. *Marcian. l.* 25. *ff. de capt. & poſtlim. rev.* ¶ Translate ſpurii verſus dicuntur, qui incerti auctoris ſunt. *Auſon. ep. 2. v.* 19. Quique notas ſpuriis verſibus appoſuit. *Id. in profeſs.* 7. *Sapient. v.* 13. Pone obelos igitur, ſpuriorum ſtigmata vatum.

Sputāmen, inis, n. ſputus, ſputatio. *Prudent. Apotheoſ. v.* 676. Humectam facio ſputamine terram contrectaor. Adde *Tertul. adv. Gnoſt. c.* 10.

Sputamentum, i, n. ſputamen. *Tertul. de Spectac. c. ult.* Sputamentis dedecoratur.

Sputatĭlicus, a, um, καταπτυστος, conſputatione dignus, levis. *Cic. in Brut. c. 74 de C. Rufio*: Fuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chirtilium, Siſenna defendens dixit, quædam ejus ſputatilica eſſe crimina. Tunc C. Rufius, Circumvenior, inquit, Judices, niſi ſubvenitis. Siſenna, quid dicas, neſcio; metuo inſidias. Sputatilica quid eſt hoc? ſputa quid ſit, ſcio, tilica, neſcio. Maximi riſus. Sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat eſſe, inuſitate loqui.

Sputātor, oris, m. πτυστής, qui frequenter ſpuit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 52. Minime ſputator, ſcreator ſum.

Sputiſma, atis, n. ſputus, ſputamen. *Vitruv. l. 7. c.* 4. Quod poculis, & ſputiſmatis effunditur, ſimul atque cadit, ſiceſcit.

Sputo, as, n. 1. *ſputare*, πτύω, frequenter ſpuo. *Plaut. Capt.* 3. 4. 18. Nam iſtic iſti, qui ſputatur, interdum morbus venit. id eſt morbus comitialis, quem nominantes ſolemus deſpuere. *Id. Merc.* 1. 2. 27. Tua cauſa rupi ramices, jamdudum ſputo ſanguinem.

Sputum, i, n. *ſputo*, πτύσμα, πτύαλον, ſaliva. *Martial. l. 2. epigr.* 26. Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.

Sputus, i, vel ſputus, us, m. idem ac ſputum. *Lactant. l.* 4. Et impurato ore cuperent venenatos ſputos. Al. leg. *ſputus*. *Cal. Aurel. Tard.* 4. 1. 4. Cum plurimo ſputu.

S ANTE Q.

Squalda veſtis, V. Squalus, a, um.

Squalens, entis, nom. ex partic. idem ac ſqualidus, horridus, ſordidus, incultus. *Virg. Æn.* 2. *v.* 277. Squalentem barbam. *Lucan. l.* 8, *v.* 57. atro ſqualentes pulvere veſtes. *Ovid.* 5. *Faſt.* ſqualentia tela venenis. h. e. atro, & pallido colore tincta, & livida, qualis in ſuccis venenatis eſſe ſolet. ¶ Squalens auro veſtis dicitur, quæ veluti auratis ſquamis diſtincta eſt: nam ſqualens a *ſquama* dicitur. Vide Squaleo, & Squalidus. *Virg. Æn.* 10. Per tunicam ſqualentem auro. *Id.* 12. *Æn. v.* 87. auro ſqualentem alboque orichalco Circumdat loricam humeris. ¶ Hinc generatim ſqualens accipitur etiam pro fulgenti, ſplendido. *Virg. Georg.* 4. *v.* 91. *de rege apum*: Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens, Et rutilis clarus ſquamis. *Id. ib. v.* 13. picti ſqualentia terga lacerti.

Squalentia, æ, f. ſqualor, ſordes. *Tertul. in exhort. ad caſtit. c.* 10. Ingredi non ſecundum carnem ſqualentiæ concupiſcentiam.

Squalĕo, es, lui, ſine ſup. n. 2. *eſſere ſqualido*, *eſſere ſporco*, טנף, Ger. *unſauber ſeyn*, Gal. *etre plein de craſſe*, & *ordure*, Hiſp. *eſtar ſuzio*, αὐχμέω, ſordidus ſum, incultus ſum. *Feſtus*. Squalidum, incultum, & ſordidum, ait Verrius ſignificare, ſic dictum, quod proxime ad ſimilitudinem ſquamæ piſcium accedit, &c. *Gel. l. 2. c.* 6. Squalere dictum eſt a ſquamarum crebritate, aſperitateque, quæ in ſerpentium, piſciumque coriis viſuntur. *Virg.* 3. *Georg.* Squalent abductis arva colonis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Neque ergo arma ſqualere ſitu, ac rubigine velim. ¶ Sumitur etiam pro mœſtum eſſe, in luctu eſſe, quia qui mœſti ſunt, ſordidati vivunt. *Cic. pro Sext.* Erat igitur in luctu Senatus, ſqualebat civitas publico conſilio veſte mutata. *Id. pro Mil. c.* 8. Tota civitas confecta ſenio eſt, ſqualent municipia, affliCtantur coloniæ.

Squales, is, f. idem ac ſqualor. *Var. apud Non. c.* 3. *n.* 231. Ager derelinqueretur, ac periret ſquale, ſcabreque, illuvie, ac vaſtitudine.

Squaleſco, is, n. 3. ſqualidus fio. *Flav. Caper Grammat. pag.* 2240. *edit. Putſchii*: Situ ſqualeſcere.

Squalĭde, adv. *lordamente*, Ger. *unſauberlich*, Gal. *ſalement*, Hiſp. *ſuziamente*, αὐχμηρῶς, horride, inculte. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 3. Sed vos ſqualidius; illorum, vides, quam niteat oratio.

Squalĭditas, atis, f. neglectus, ſqualor. *Ammian. lib.* 16. *c.* 12. Squaliditate maxima rerum ordinem implicare.

Squalĭdus, a, um, *ſqualido*, *ſporco*, *lordo*, טנף, Ger. *unſauber*, Gal. *craſſeux*, *ſale*, Hiſp. *ſuzio*, αὐχμηρός, ſordidus, incultus. *Feſt.* Squalidum, incultum, & ſordidum, ait Verrius, ſignificare, ſic dictum, quod proxime ad ſimilitudinem ſquamæ piſcium accedit, utique eorum, qui in profunditatibus abditi paludum ſqualent maxime. Unde Ennius in Telepho: Quam veſtitus ſqualida ſeptus ſtola. V. Squaleo. *Ter. Eun.* 2. 2. 5. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, annisque obſitum. *Ovid. l.* 1. *Faſt.* Squalidaque humanis oſſibus albet humus. *Cic. in Orat. c.* 33. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. ¶ Squalidum aurum dicitur, quod veſti ſerulicatum eſt, inſtar ſquamæ, & valde rutilum. Ita enim exponit *Gel. l.* 2. *c.* 6. apud quem legimus hunc *Accii* verſum: Ejus ſerpentis ſquamæ ſqualido auro, & purpura prætextæ. ¶ Sumitur etiam ſqualidum pro aſpero, quia quæ ſquamata ſunt, tactu aſperitatem habent. *Lucr. l.* 2. *v.* 468. cum ſqualida conſtent, Provolvi ſimul ut poſſim, & lædere ſenſus.

Squalĭtas, atis, f. *ſqualidezza*, ſqualor. *Accius apud Non. c.* 3. *n.* 231. Nam eſt operta ſqualitate eſt, luctuque horrificali. *Lucil. ibid.* Squalitate obrutus.

Squalitūdo, dinis, f. ſqualitas. *Accius apud Non. c.* 3. *n.* 231. Speciem egregiam, indignam clade, & ſqualitudine.

Squalor, oris, m. *ſporchezza*, *lordura*, זוהמא, Ger. *unrath*, Gal. *craſſe*, *amas d'ordure*, Hiſp. *ſuziedad*, αὐχμός, inquinatio, ſordes. *Gel. l.* 2. *c.* 6. Sic in corporibus incultis, ſquamoſiſque alta congeries ſordium ſqualor appellabatur. *Cic.* 5. *Ver.* Non ita decumanus ſqualoris plenus, ac pulveris, ſed unguentis oblitus, vino, vigiliiſque languidus. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus. ¶ Translate dicitur de iis, qui in luctu, & mœrore ſunt. *Cic. Terent.* 14. *Fam. ep.* 3. Nam mihi ante oculos dies, noCteſque verſatur ſqualor veſter, & mœror. *Morel. Cic. l.* 5. Itaque in luctu, & ſqualore ſum.

Squalus, i, m. piſcis marinus ex genere cartilaginoſorum, qui parit circa æquinoctium vernum. Huic piſci ab aſperitate nomen impoſitum videtur. Nempe a *ſqualus* pro *ſqualidus*. Squalidum enim, & leve, ſive glabrum opponuntur a *Lucretio*. *Plin. l.* 9 *c.* 51. Sargi, torpedo, ſquali circa æquinoctium. Meminit ejus piſcis etiam *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 3 *Ovid. in Halieut.* & *Col. l.* 8. *c.* 17.

Squalus, a, um, idem ac ſqualidus. *Enn. apud Non. c.* 10. *n.* 2. Strata terræ lavere lacrymis veſtem ſqualam, & ſordidam. Al. leg. *ſqualdam*, ut ſit per ſyncopen pro *ſqualidam*.

Squāma, æ, f. *ſquama*, *ſcaglia*, קשקשת, Ger. *fiſchſchupen*, Gal. *ecailles*, Hiſp. *eſcamas*, λεπίς, id, quo corium piſcis, vel ſerpentis tegitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 47. Pluma alias, alias ſquama videmus obductas. *Virg.* 11. *Æn. v.* 754. ArreCtiſque horret ſquamis, & ſibilat ore. ¶ Translate a ſimilitudine ſquamarum in piſcibus, & ſerpentibus loricarum quoque catenulæ ſquamæ dicuntur, φολίδες. *Virg.* 9. *Æn v.* 707. Nec duplici ſquama lorica fidelis, & auro ſuſtinuit. *Id. l.* 11. Quem pellis ahenis in plumam ſquamis auro conſerta tegebat. ¶ Squama quoque de ære dicitur, id eſt de ſcoria, quæ ex ære ictibus excutitur. *Plin. l.* 34. *c.* 11. Ibi flatu crebriore excutiuntur, velut mihi ſquamæ, quas vocant florem. *Et infra*: Differentia hæc eſt, quod ſquama excutitur ictibus iiſdem panibus, flos cadit ſponte. ¶ Sermonis ſquamam, h. e. incultæ orationis rubiginem, aſperitatemque dicendi dixit *Sidon. l.* 3. *ep.* 3.

Squāmans, tis, ſquamas habens ſquamoſas. *Manil. l.* 5. *v.* 412. cum ſe Delphinus in aſtra Erigit, & ſquamas ſtellis imitantibus exit. Alii leg. *ſquamam*, ut *exire ſquamam* locetio Græca ſit, & valeat, ſquamam emittere, exerere, exhibere.

Squamātim, adv. λεπιδωτῶς, ad ſimilitudinem ſquamarum. *Plin. lib.* 16. *c.* 10. Nucamenta ſquamatim compacta dependent.

Squamātus, a, um, adject. ſquamis obductus. *Tertul. in Apol. c.* 21. Squamatus, aut cornutus, aut plumatus amator.

Squamĕus, a, um, *ſcaglioſo*, λεπιδωτός, plenus ſquamis. *Virg.* 3. *Georg. v.* 154. Neque tantus Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Squamĭfer, ra, rum, λεπιδοφόρος, quod ſquamas fert. *Cic. in Arato*: Squamiferi piſces.

Squamĭger, ra, rum, quod ſquamas habet, idem ac ſquamifer. *Lucr. l.* 1. *v.* 162. E terra poſſet oriri Squamigerum genus, id eſt piſcem. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Simili modo ſquamigeris, atque ſerpentibus.

Squamōſus, a, um, *ſcaglioſo*, λεπιδωτός, ſquamis plenus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 44. *ex Arat.* Hanc Aries cepit, & ſquamoſo corpore Piſces. *Virg.* 4. *Georg.* Squamoſuſque draco, & fulva cervice leæna.

Squamŭla, æ, f. exigua ſquama. *Celſ. lib.* 7. *c.* 26. In ſe attrahens quaſdam quaſi ſquamulas.

Squarrōſus, a, um, λεπρώδης, is, cujus cutis exurgit ob aſſiduam illuviem. *Feſt.* Squarroſos ab eadem ſquamarum piſcium ſimilitudine ait (Verrius) dictos, quorum cutis exurgat ob aſſiduam illuviem. *Lucil.* Varronum, ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra.

Squatĭna, æ, f. *ſquadro*, ῥίνη, ῥίνη, piſcis ex genere planorum, qua propter ſqualorem, hoc eſt aſperitatem cutis, ligna, & ebora poliuntur, Græce dicitur ῥίνη, vel ῥίνη, quia eo res limantur. Nam ῥίνη, *lima*, Gallis vocatur Angelus marinus, quod inſtar Cherubim alas habeat utrinque expanſas. *Plin. lib.* 9. *c.* 12. Aſpera cute, ut ſquatina, qua lignum, & ebora poliuntur. *Id. c.* 51. Ex planis ſquatina ſola bis, Autumno, & Vergiliarum occaſu parit. *Id. l.* 32. *c.* 11. Rhina, quem ſquatinam vocamus. Quædam vetus editio habet *ſquatum*, quod idem eſt.

Squatūraia, æ, f. piſcis ex ſquatina, & raia natus. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Piſcium diverſa genera non coeunt, præter ſquatinam, & raiam, ex quibus naſcitur priori parte raiæ ſimilis, & nomen ex utroque compoſitum apud Græcos trahit.

Squatus, i, m. idem ac Squatina. V. Squatina.

Squilla, æ, f. *ſquilla*, σκίλλα, bulbus nobiliſſimus, cepæ modo multipliciter tunicatus, qui etiam hodie in Officinis nomen retinet, & aliter *ſcilla* dicitur. *Pallad. l.* 8. *tit.* 8. ¶ Eſt præterea ſquilla, parvus piſcis, qui cum pinna piſce comparandi cibi init ſocietatem. Alio nomine pinnophylacem, vel pinnoterem vocant. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. Pinna vero (ſic enim Græce dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parva ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Itaque cum piſciculi parvi in concham hiantem innataverunt, tum admonita a ſquilla pinna morſu comprimit conchas. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 4. Toſtis marcentem ſquillis recreabis. ¶ Alterius generis videtur eſſe illa, quæ a *Juvenale* deſcribitur *ſat.* 5. *v.* 80. & inter grandiores, delicatioreſque cibos enumeranda.

Squinanthus, i, σχοίνανθος, genus junci odorati, apud *Pallad. in Octobr. tit.* 14.

S ANTE T.

St, σίττα, vox ſilentium indicentis, apud Comicos. *Terent. Phorm.* 5. 1. 16. Quid? non is, obſecro, es, quem ſemper te eſſe dictitaſti? C. St. S. Quid has metuis fores? *Vetus Poeta apud Var. lib.* 5. *de L. L.* Iſis, & Harpocrates digito qui ſignificat St.

Stabiæ, f. r. *Caſtell' a mare*, *Caſtell' a mare di Stabia*, urbs Campaniæ, in ora ſin. Neap. cum portu capaci, ad rad. collis. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Stabiānus, a, um, adject. a Stabiis, ut Stabianus ager, apud *Plin. lib.* 31. *c.* 2 & *l.* 32. *c.* 5.

Stabilĭmen, inis, n. *ſtabilimento*, תקוף, Germ. *ſterckung*, Gall. *affermiſſement*, Hiſp. *firmeza*, ἐδραίωμα, firmamentum, corroboratio, id, quod aliquid firmiter retinet. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 27. *ex Poeta*: Addo, inquit, hoc, quod mihi portento cœleſtium Pater Prodigium miſit Regni ſtabilimen mei.

Stabilimentum, i, n. idem ac ſtabilimen. *Plaut. Curc.* 2. 3. 88. Hæc ſunt ventri ſtabilimenta, panis, & aſſa bubula, poculum grande.

Stabilĭo, is, n. 4. *ſtabilire*, *fermare*, קים, Germ. *beſtætigen*, Gal. *etablir*, Hiſp. *eſtablecer*, ἑδράζω, ſtabile facio, firmo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 39. Regique Thebano Creonti regnum ſtabilivit ſuum. *Cic.* 4. *de Fin.* Cum alter ſtabilire Rempub. ſtuduerit, alter evertere. *Plin. lib.* 9. *c.* 18. Et in fluctibus ſe velut anchoris ſtabiliunt.

Stabĭlis, le, o. 3. *ſtabile*, *immutabile*, נאמן, Ger. *ſteif*, Gal. *ferme*, *aſſuré*, Hiſp.

Digitized by Google

Hiſp. *firme*, *βέβαιος*, aptus ad ſtandum, firmus, & fixus. *Cic. 1. de Orat.* Nihil eſt enim tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile, quam id, in quo aliquid offenderis. *Id. 2. de nat. Deor.* Eſt enim & Philoſophi, & Pontificis, & Cottæ de Diis immortalibus habere non errantem, & vagam, ſed ſtabilem, certamque ſententiam. *Plaut. Merc. 3. 4. 68.* Stabilis patria. h. e. in qua quis perpetuo habitat. Verba ejus ſunt: Qui ſinis fugæ? quæ patria, aut domus tibi ſtabilis eſſe poterit? *Terent. Adelph. 1. 1. 45.* Errat, qui imperium credit ſtabilius, vi quod fit, quam quod amicitia adjungitur. *Cato in præf. R. R.* Quæſtus ſtabiliſſimus, *guadagno ſicuriſſimo*. *Tacit. Ann. 1. c. 43.* Id ſtabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit, *ſarà teſtimonio di un pentimento ſincero, e durevole*. ¶ *Mala ſtabilia*, poma non decidua, & quæ diutius in arbore ſtant, vel diu maturitatem retinent, neque citu corrumpuntur. *Cato c. 7.* Eo lotium ſuillum, aut ſtercus ad radicem eorum addere oportet, ut ſtabilia mala fiant. ¶ *Stabile eſt*, certum, & ſtatutum eſt. *Plaut. Bacch. 3. 4. 25.* Profecto ſtabile eſt, me patri aurum reddere.

Stabilitas, atis, f. *ſtabilità*, *fermezza*, אמנה, Germ. *beſtendigkeit*, Gall. *fermeté*, Hiſp. *firmeza*, *βεβαιότης*, firmitas. *Caſ. l. 4. B. G.* Ita nobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in prœliis præſtant. *Cic. 5. Tuſc. c. 14.* Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? *Plin. l. 23. c. 3.* Gingivis, & oris ulceribus, dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubvenit.

Stabiliter, adv. *ſtabilmente*, firme. *Vitruv. l. 10. c. 14.* Tympanum ſtabiliter includatur. *Suet. in Claud. c. 20.* Molem ſtabilius fundare.

Stabilitor, oris, m. qui firmat, & ſtabilit aliquid. *Sen. l. 4. de benef. c. 7.* Deus, quod ſtans beneficio ejus omnia, Stator, ſtabiliturque eſt. Alii aliter leg.

Stabilitus, a, um, *ſtabilito*, partic. a ſtabilior. *Cic. 5. Tuſc.* Hoc igitur probe ſtabilita, & fixo, excutiendum eſt, &c. *Lucret. lib. 3. v. 203.* quæ quæque magis cum pondere magno Aſperaque inveniuntur, eo ſtabilita magis ſunt.

Stabulans, antis, o. 3. partic. a ſtabulor. *Gel. l. d. c. 3.* Attilium Conſulem in Africa, apud Bagradam flumen, grande feciſſe adverſus ſerpentum in illis locis ſtabulantem prœlium. *Sil. l. 3. v. 399.* Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. h. e. occidenti.

Stabulariæ, f. 1. [illegible], mulieres, ut inquit *Auguſtin. lib. 8. de Civit.* quæ exercent ſtabulum, & viatores mercede paſcunt.

Stabularius, rii, m. *oſtiere*, *ſtallano*, Ger. *wirt*, Gal. *hoſtelier*, *valet d'etable*, Hiſp. *meſonero*, *eſtablerico*, *πανδοχεύς*, caupo viatores pretio recipiens. *Sen. l. 1. de Benef. c. 14.* Nemo ſe ſtabularii, aut cauponis hoſpitem judicat. *Apul. l. A. A.* Sumo ſarcinulam, & pretio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam. *Ulpian. l. 1. ff. nautæ, caupones, &c.* Caupones, & ſtabularios æque accipiemus, qui cauponam, & ſtabulum exercent. ¶ Stabularius item dicitur, qui ſtabuli, hoc eſt loci, ubi animalia ſtant, curam gerit, *famiglio de ſtalla*. *Var. l. 2. de R. R. c. 10.* In quibus ſtabularii ſolent equas abigere. *Col. l. d. c. 23.* Si velut ex militari diſciplina intra ſtabularia caſtra manſerint.

Stabulatio, onis, f. *ſtallaggio*, *ἐνσταθμεῖσις*, manſio in ſtabulo, ſeu locus, ubi animalia ſtabulantur. *Col. l. 6. c. 3.* Itaque hyberna ſtabulatio eorum præparanda eſt.

Stabŭlo, as, a. 1. *alloggiare alla ſtalla*, Ger. *im ſtall halten*, *in ſtall thuen*, Gal. *eſtabler*, *mettre a l'étable*, Hiſp. *recebir*, *o poner en el eſtablo*, *σταθμίζω*, in ſtabulum recipio. *Var. l. 2. de R. R.* Danda opera, ut pabulo vendito alienum pecus in ſuo fundo paſcat, & ſtabulet. ¶ Eſt etiam verbum neutrum idem ſignificans, quod ſtabulor, ideſt in ſtabulo degere, ſeu ſtationem habere. *Virg. 6. Æn. v. 286.* Centauri in foribus ſtabulant. *Stat. l. 1. Theb.* Geticoque pecus ſtabulare ſub Hæmo.

Stabŭlor, aris, d. 1. *αὐλίζομαι*, in ſtabulum ago, diverto. *Ovid. 13. Metam. v. 822.* pecudes multæ ſtabulantur in antris. *Col. l. 6. c. 23.* Curaque fuerit, ut ſtabulentur ſicco in loco. *Var. l. 3. c. 3. R. R.* Villus, in quibus ſtabulentur turdi, ut pavones.

Stabŭlum, i, n. *alloggiamento*, *σταθμός*, locus, in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod & diverſorium, & hoſpitium dici ſolet, a ſtando. *Ulp. l. lex Cornelia, ff. de injur. & fam. libell.* Tantum igitur ad meritoria, vel ſtabula non pertinebit. *Petron. in Satyr.* Nec viam diligenter tenebam, nec quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam. ¶ Sumitur etiam pro loco, ubi meretrices ſtare conſueverant, ſeu pro lupanari. *Plaut. Pœn. 1. 2. 53.* An te ibi vis inter iſtas verſarier miſeras, cœno delibutas, ſervilicolas ſordidas, quæ tibi olant ſtabulum, ſtatumque, ſellam, & ſeſſibulum merum? Hinc Curio apud *Sueton. in Caſ. c. 49.* Cæſarem per convicium *Nicomedis ſtabulum* appellabat, quia credebatur pudicitiam ſuam Nicomedi ſubjeciſſe. Huc etiam pertinet illud *Cic. 2. Phil. c. 28.* Hujus in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro tricliniis popinæ ſunt. ¶ Item pro quacunque ſtatione, ſeu habitatione. *Salluſt. in Jug. c. 18. de Gætulis.* Cibus erat caro ferina, atque humi ſtabulum. ¶ Speciatim ſtabulum dicitur locus, in quo equi, & alia animalia conſiſtunt, ſive ſub tecto, ſive etiam ſub dio, *ſtalla*, אורוה, Germ. *herberg*, Gal. *etable*, Hiſp. *eſtablo*, *ἱπποστάσιον*, qui locus etiam a varietate pecudum exire nominatur. Nam ubi equi tenentur, *equile* dicitur, ubi boves, *bovile*, ubi oves, *ovile*, ubi capræ, *caprile*, ubi ſues, *hara*. *Virg. 7. Æn.* Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo paſtorale canit ſignum. *Id. l. 8.* Quatuor a ſtabulis præſtanti corpore tauros avertit. *Id. l. 6.* Itur in antiquam ſilvam, ſtabula alta ferarum. *Col. l. 8. c. 11.* Stabula pavonum. ¶ Sumitur etiam tranſlate pro ſede, ſeu loco. *Plaut. Moſt. 2. 1. 3.* Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ. *Id. Truc. 2. 7. 31.* Ipſa quæ ſis ſtabulum flagitii?

Stachys, ys, f. *σταχύς*, herba marrubio ſimilis, ſed folia habens longiora, & candidiora. *Plin. l. 24. c. 13.*

Stacta, æ, vel ſtacte, es, f. 1. *στακτή*, oleum ex cinnamomo, & myrrha inciſa ſudans. *Plin. l. 12. c. 15.* Sudant ſponte, prius quam inciduntur, ſtacten dictam. *Lucret. l. 2. v. 846.* Sicut amaracini blandum ſtactæque liquorem. *Plaut. Moſt. 1. 3. v. 151.* Vin' unguenta? Ph. Quid opus eſt? cum ſtacta accubo. *Col. l. 10.* Sed melior ſtacte ponatur Achaica myrrha. Ubi Achaicam myrrham vocat Græcam, hoc eſt, quæ in Ciliciis, & Amano monte proveniret.

Stactĕus, a, um, *στακτινός*, quod ad ſtacten ſpectat, ut myrrha ſtactea, ideſt ſtillatitia, ex qua ſtacte exprimitur. *Plin. l. 32. cap. 26.* Genera myrrhæ complura, Troglodytica, ſylveſtrium prima, Erythræa ſequens, & Minæa, in qua ſtactea, & Atramitica eſt.

Stacula, æ, f. genus vitis apud *Plin. l. 14. c. 2.*

Stadialis, le, adject. ſtadium continens. *Vetus auctor Gromaticus apud Rigalt. pag. 298.* Stadialis ager habet paſſus centum viginti quinque.

Stadiatus, a, um, adject. Stadiatæ porticus, apud *Vitruv. l. 5. c. 11.* ſunt in quibus, ceu tectis ſtadiis, per hyemem cœlo non ſereno athletæ exercebantur.

Stadiodrŏmus, i, m. *σταδιοδρόμος*, qui in ſtadio curſu certat, qui ſtadium percurrit. *Firmic. l. 8. c. 8.* Si Mars reſpexerit leporem cœleſtem in horoſcopo, faciet ſtadiodromos. ¶ Sumitur etiam pro loco, in quo ludi, & curſus exercentur. *Plin. l. 34. c. 8.* Qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur.

Stadĭum, ii, n. *ſtadio*, Ger. *lauffplatz*, *hat 125. ſchritt*, Gal. *ſtade*, Hiſp. *ſtadio*, *carrera*, *στάδιον*, curriculum, locus, in quo curſu, & lucta certabant athletæ, quod erat ſpatium ſexcentorum viginti quinque pedum, ſive centum, & viginti quinque paſſuum, teſte *Plin. l. 2. c. 23.* quæ octava pars eſt milliaris, quippe quod mille conſtat paſſibus. *Cic. 3. Off.* Scite Chryſippus, ut multa: Qui ſtadium, inquit, currit, eniti, & contendere debet, quam maxime poſſit, ut vincat. ſupplantare eum, quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. *Id. 2. Tuſc. c. 23.* Ut in ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt. ¶ Stadium ab Hercule inſtitutum tradunt, eumque pedibus ſuis metatum eſſe id ſtadium, quod erat Piſis apud Jovem Olympium, idque feciſſe longum pedes ſexcentos viginti quinque. Inde poſtea alia ſtadia in terris Græciæ ab aliis inſtituta ſunt, quæ ſimiliter fuere pedum 625. ſed tamen aliquanto breviora, propter differentiam magnitudinis pedis Herculani, & cæterorum hominum. *Sed Gellius l. 1. c. 1.* dicit, ſtadium Olympicum, & cætera in Græcia fuiſſe pedum ſexcentorum. ¶ Quia vero locus ille, in quo in curſu ſe ſe exercebant, fuit longus 125. paſſus, hinc factum eſt, ut ſtadium uſurparetur pro hujuſmodi menſura in univerſum, dicaturque de quibuſcunque terræ ſpatiis, quemadmodum milliarium. *Cic. Att. l. 16.* Cum a Leucopetra profectus (inde enim tranſmittebam) ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem. ¶ Effertur & genere maſc. in plurali a *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 15.* Ultra trecentos, & ſexaginta ſtadios.

Stagĭra, orum, n. pl. *Libanova*, urbs Macedoniæ, in prov. Amphaxitide, prope Strymonicum ſin. patria Ariſtotelis, qui inde Stagirites dictus eſt.

Stagnans, antis, o. 3. *ſtagnante*. *Virg. 4. Georg.* Effuſo ſtagnantem flumine Nilum. *Claudian. de Nilo v. 38.* Effluit Ægæo ſtagnantior.

Stagnatĭlis, le, adject. *di ſtagno*, ut ſtagnatiles piſces. *Plin. Valer. l. 1. c. 42.*

Stagnatum, i, n. genus vaſis e ſtanno ad coquendum apti. *Plin. Valer. l. 1. c. 31.* Coquere in ſtagnato ad ignem.

Stagnatus, a, um, *λιμνωθείς*, aqua ſtagnante oppletus, paludoſus. *Col. l. 10. v. 11.* Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude. *Ovid. 15. Met. v. 269.* Stagnata paludibus hument.

Stagnĕus, a, um, adject. idem quod ſtanneus, *di ſtagno*, a ſtannum. *Plaut. in fragment. apud Feſtum in Navita:* Muriatica autem video in vaſis ſtagneis. *Scribon. Larg. compoſit. 130.* Stagnea pyxis.

Stagninus, a, um, adject. ut ſtagninus color, *colore di acqua ſtagnante*, apud *Frontin. de aquæduct. l. 1.*

Stagno, as, n. 1. *ſtar fermo*, *non ſcorrere*, Germ. *auffſchwellen*, Gal. *faire étang*, Hiſp. *hazerſe eſtanque*, *λιμνάζω*, ſtagnum facio, & dicitur de mari, aut flumine, cum litora, aut ripas prætergreſſum, aliquo in loco conſiſtit, ita ut aqua neque effluat, neque ſorbeatur. *Plin. l. 13. c. 11.* Papyrus naſcitur in paluſtribus Ægypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ubi evagatæ ſtagnant. ¶ Aliquando active accipitur pro inundare. *Tac. lib. 1. Ann. c. 76.* Auctus Tiberis plana Urbis ſtagnaverat. ¶ Sumitur etiam pro aquam continere, nec abſorbere, ſtagnum, vel paludem fieri. *Ovid. 1. Met. v. 324.* Jupiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem, Et ſupereſſe videt de tot modo millibus unum. *Plin. l. 17. c. 26.* Viodurnia tor Hiſpaniarum ſtagnante ſolo uvas demetit.

Stagnōſus, a, um, adject. *pieno di ſtagni*. *Ammian. l. 17. c. 28. (al. 13.)* Soli natura ſtagnoſa, & referta ſalicibus.

Stagnum, i, n. *ſtagno*, *acqua morta*, אגם, Germ. *ſee*, *weyer*, Gal. *étang*, Hiſp. *eſtanque*, *λίμνη*, locus, ubi aqua manet, & non movetur. *Feſtus:* Stagnum quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo ſtet, alii, quod is locus a Græcis *στεγνόν* dicitur; quia bene continent aquam. *Virg. 4. Georg.* At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco adſint. *Cic. 1. de Div.* Abſurdoque ſono fontes, & ſtagna cietis. ¶ Ponitur interdum pro mari. *Virg. 10. Æn.* Cum pedes inceſſit medii per maxima Nerei ſtagna viam ſcindens. ¶ Item pro parte maris profundiſſima. *Virg. 1. Æn.* Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus, & imis ſtagna refuſa vadis.

Stagonias, æ, *σταγονίας*, ſpecies thuris ſtillatim emanantis, a *στάζω*, ſtillo. *Plin. l. 12. c. 15.*

Stagonitis, itis, f. *σταγονῖτις*, ſuccus ſtillans reſinæ modo ex quadam ferula, qui & galbanum dicitur. *Plin. l. 12. c. 25.*

Stalagmia, orum, n. inaures ex bacca pendola, oblongæ, ita dictæ quia guttæ aquæ pendentis (quæ Græce *σταλαγμός*) ſimilitudinem referunt. *Plaut. Men. 3. 3. 18.*

Stalagmĭum, æ, m. *σταλαγμίας*, ſtiria ſeu gutta cujuſdam ſucci ſtillantis. *Plin. l. 34. c. 12.*

Stamen, inis, n. *ſtame*, *filo*, Ger. *kunkel*, Gal. *eſtaim*, Hiſp. *eſtambre*, *στήμων*, filum illud tectum, quod in opere textorio per pectinem tranſmiſſum eſt, cui ſubtemen, ſeu ſubtegmen opponitur, quod ſtamini tranſverſaliter intertexitur: item illud quod e colo detrahitur, & fuſo netur. *Varro l. 4. de L. L.* Stamen a ſtando, quod eo ſtat omne in tela velamentum. Staminis, & ſubteminis diſcrimen optime exponit *Salmaſius in Tertullianum, de Pallio*, ubi docet, ſubtemen, quod Græcis *κρόκη*, pretioſius fuiſſe ſtamine, quod Græcis *στήμων*. Mollius quippe, & ſubtilius ſubtemen, imo in ſubſericis veſtibus ſtamen de lino, ſubtemen de ſerico, item in auro textilibus ſtamen ex ſerico, ſubtemen ex aureis filis. *Ovid. 6. Met. v. 54.* Et gracili geminas intendunt ſtamine telas. *Id. 1. de Arte*, Rejice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos. *Plin. l. 8. c. 48.* Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. ¶ Stamina in lyra ſunt fides, quæ & fila dicuntur. *Ovid. 11. Met. v. 170.* tum ſtamina docto Pollice ſollicitat. ¶ Dicuntur præterea ſtamina in ligno, vel herbis quædam quaſi filamenta recto ordine extenſa. *Plin. l. 16. cap. 38.* Pulpa mero ſtamine, & tenui conſtat. *Id. l. 21. c. 5.* Ita odor, colorque duplex, alius calycis, alius differentia anguſta. ¶ Denique ſtamen pro infulis ſtamina uſurpatur a *Propert.* ubi ait *l. 4. eleg. 9.* alma Sacerdos Puniceo canas ſtamina vincta comas.

Staminarius, a, um, adject. a ſtamine. *Staminaria* titulus eſt cujuſdam Comœdiæ a Laberio compoſitæ, quæ intercidit. *Gell. l. 16. c. 7.* Laberius in Staminariis.

Staminatus, a, um, adject. ſtamine contextus, ut ſtaminatæ veſtes, apud *Petron. in fragment. Tragur.*

Stamineus, a, um, *στημόνιος*, quod ad ſtamen ſpectat. *Propert. lib. 3. el. 6. (al. 4.)* Staminea rhombi ducitur illa rota. ¶ Stamineæ venæ in lignis dicuntur, quæ rectæ, & in longum ductæ ſunt inſtar ſtaminis extenſi. *Plin. l. 16. c. 43.* Magna glutini ratio, propter ea, quæ ſectilibus laminis aut in alio genere operiuntur: ſtamineam in hoc uſu probant venam &c.

Stannĕus, a, um, quod ex ſtanno factum eſt. *Plin. l. 29. c. 2.* Tum in ſtannea pyxide conditur.

Stannum, i, n. *ſtagno*, *στάγνον*, metalli genus, quod in fodinis invenitur cum argento, & in fornace primum liqueſcit. *Plin. l. 34. c. 16.* Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua provenit vena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, mixtiſque venis conflatur. Ejus, qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur; qui ſecundus, argentum; quod remanſit in fornacibus, galena, quæ por-

tio eſt tertia addita venæ. Hæc rurſus conflata dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. *Id. ibid. c.* 17. Stannum illitum æneis vaſis ſaporem gratiorem facit, & compeſcit æruginis virus. ¶ Ex verbis *Plinii* allatis recte notant Eruditi, prave eos ſentire qui putant, ſtannum idem eſſe cum Græcorum κασσίτερῳ, ſeu plumbo albo: nam plumbi albi nomine ſignificatur genus quoddam metalli, quod nobis ignotum eſt. V. *Plin. cit. l.* 34. *c.* 16.

Stans, antis, o. 3. ἑστώς, partic. a ſto. *Cic. in Catil.* Quod incolumes cives, quod ſtantem urbem reliquit. *Hor. Satyra* 4. *l.* 1. *v.* 9. *de Lucil.* In hora ſæpe ducentos Ut magnum verſus dictabat ſtans pede in uno. ideſt temporis momento. V. *Pet.* *Ovid.* 6. *Faſt. de ſtrigibus*: Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ. ideſt extantes, vel immobiles. *Id.* 7. *Met.* Freta ſtantia. h. e. quieta. *Id. de Pont. eleg.* 7. Vina ſtantia gelu. h. e. concreta. ¶ In illo *Propertii l.* 4. *eleg.* 5. *v.* 11. Quippe & Collinas ad foſſam moverit herbas, Stantia currenti diluerentur aqua: *ſtantia* ſunt ſegetes, frutices, arbores, & quidquid ſupra terram extat, ut prominet, inquit *Broukhuſius*.

Staphis, idis, f. *ſtafuſaria*, σταφὶς, genus vitis, quam etiam aſtaphiſagria, & Latine pituitario, & pedicularis dicitur. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Aſtaphiſagria, ſive ſtaphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falſo, ſuum enim genus habet, cauliculis nigris rectis, foliis labruſcæ, fert folliculos verius, quam acinos, virides, ſimiles ciceri, in his nucleum triangulum. Mатureſcit cum vindemia, nigreſcitque, cum taminiæ rubentes norimus acinos, ſciamuſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

Staphyleagria, herba quædam apud *Apul. de herb. c.* 74.

Staphylinus, i. σταφυλῖνος, paſtinaca. Duorum generum eſt, hortenſis, quam σταφυλῖνον κηπαῖον nominat Dioſcorides, & agreſtis, quam idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat, Romani etiam paſtinacam erraticam. *Col. l.* 9. *c.* 4. Tum agreſtis paſtinaca, & ejuſdem nominis edomita, quam Græci σταφυλῖνον vocant. ¶ Sed fere hoc nomine paſtinaca agreſtis vocatur. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Ex iis paſtinacæ unum genus agreſte ſponte provenit, ſtaphylinos Græce dicitur, &c.

Staphylodendron, σταφυλόδενδρον, n. genus arboris, de quo ita *Plin. lib.* 16. *cap.* 16. Eſt & trans Alpes arbor ſimillima aceri albo materia, quæ vocatur ſtaphylodendron, fert ſiliquas, & in iis nucleos ſapore nucis avellanæ.

Staphylōma, atis, n. σταφύλωμα, vitium oculi acino uvæ ſimile. *Veget. l.* 2. *de re veterin. c.* 19.

Stapia, æ, f. *ſtaffa*, inſtrumentum, in quod pedes ponimus equo ſedentes. *Vet. Inſcript. Romæ*. Equo caſu deſiliens, pes hæſit ſtapiæ, tractus interii. Inſcriptio tamen hæc non admodum vetuſta videtur, quemadmodum nec ipſa ſtapiæ inventio, ut contendit *Galeottus Martius*. V. *Heron, Magium Miſcell.* 2. 14.

Stat, abat, ſtatum eſt, imp. r. in animo eſt, certum eſt, deliberatum eſt. *Virg.* 2. *Æn.* Stat caſus renovare omnes, omnemque reverti per Trojam. *Cic. Att. l.* 5. Neque adhuc ſtabat, quo potiſſimum. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Modo ſtet nobis illud, una vivere in ſtudiis noſtris. ¶ Ponitur etiam pro cauſam eſſe. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Non ſtat per me, quominus cœlum intelligas, & cœleſtia ſcias.

Stata Mater, Dea quædam apud Romanos. *Feſt.* Statæ Matris ſimulacrum in foro colebatur. Poſtquam id colloſtravit (*Scaliger legit*, Cælius ſtravit) ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in ſuos quiſque vicos retulerunt ejus Deæ cultum.

Statānum vinum inter generoſiora enumeratur a *Plin. l.* 14. *c.* 6. proveniтque in Campania non longe a Falerno agro.

Statānus, ſive Statulinus, vel Statilinus, καταστάτης, Deus puerilitatis præſes, cui ſacrificabant, cum primum pueri inciperent ſtare, atque ire, ut Fabulinus, cui ſacrificabant, cum primum fari inciperent. *Varro apud Non. c.* 12. *in fine*.

Statarius, a, um, *fermo*, *immobile*, Germ. *ſtatig*, Gal. *ferme*, Hiſp. *firme*, ἑδραῖος, στάσιμος, fixus, firmus, immobilis. Stataria pugna eſt, qua collato utrinque pede ſic decertatur, ut nemo loco recedat, ſed quiſque remaneat, ubi ſteterat. *Ammian. l.* 14. *c.* 6. ¶ Statarius miles, qui in loco ſuo conſtanter pugnat. *Liv. l.* 9. *c.* 19. Statarius uterque miles, ordines ſervans. ¶ Statarium prandium, quod milites ſtantes capiunt. *Mamertin. in Paneg. Juliani c.* 11. Qui ſæpius ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat. ¶ Stataria comœdia eſt ea, quæ lenis, tranquillaque, non affectibus æſtuans. Nam hujuſmodi fabulæ a ſtantibus, non diſcurſantibus, tumultuantibuſve peraguntur. *Don. in Heaut.* Comœdiæ aut motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut mixtæ. Motoriæ, turbulentæ: ſtatariæ, quietiores. mixtæ, ex utroque actu conſiſtentes. *Id. in prolegom. Adelph.* Hujus fabulæ tota actio cum ſit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianæ omnes, præter Heautontimorumenon, tamen majori ex parte motoria eſt. Nam ſtatarios locos perpaucos habet. *Id. in prolegom Adelph.* Ipſi ſenes in ſtatario charactere partem aperient, in motorio partem oſtendunt. Nam duo agendi ſunt principales modi, motorius, & ſtatarius, ex quibus ille tertius naſcitur, qui dicitur μικτός. *Ter. Heaut. prol. v.* 36. Date poteſtatem, mihi ſtatariam agere ut liceat per ſilentium. ¶ Statarii actores, qui minus actuoſi, atque ſtatariis comœdiis aptiores ſunt, quam motoriis. *Cic. in Bruto c.* 30. Volo enim, ut in ſcena, ſic etiam in foro, non eos modo laudari qui celeri motu, & difficili utantur, ſed eos etiam, quos ſtatarios appellant, quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas, non moleſta. *Id. ib. c.* 68. C. deinde Piſo ſtatarius, & ſermonis plenus Orator, &c.

Statēra, æ, f. *ſtatera*, מאזנים, Germ. *holtzwag*, Gal. *balance*, Hiſp. *balanza*, σταθμός, ζυγός, inſtrumentum, quo res ſine lancibus ponderantur. Eſt ab ἵστημι, quod interdum eſt appendo, libro, pondero, unde & σταθμὸς, *menſura*, στατική, *ponderandi ars*. Proprie differt a trutina ut ſpecies a genere. Dum enim ſpecies trutinæ, libra, quæ binas habet lances; ſtatera, quæ ſtilo conſtat punctis diſtincto, quæ pondera diſcriminant. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. Id autem ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſiderare. *Cic. l.* 2. *de Or. c.* 38. Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtateræ, ſed quadam populari trutina examinantur. ¶ Erat item ſtatera, vaſis genus in argenteo ſupellectili, quod & tympanum, & magida appellant. *Plin. l.* 33. *c.* 11. Tympana vero ſe juvene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellaverant.

Statice, es, f. στατική, herba ſeptem caulibus actuti roſæ capita ſuſtinens. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Staticulum, i, n. ſtatua, a *ſtatuo*, quia ſtatuitur, ſive erigitur, ac deſignit. *Tertul. adv. Gnoſticos c.* 8. Comminuetis ſtaticula eorum. ¶ Staticulum item, genus vehiculi, ſeu geſtatorii, ſicut eſſedum, & petoritum. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Reddunt ſpecies fluminum, nemorum, & jumentorum, & eſſeda, & ſtaticula, & equorum ornamenta. *Id. l.* 34. *c.* 17. Ad aurea quoque ſtaticula inanis luxuria pervenit.

Staticŭlus, i, m. χεῖρ, ὑπόρχημα, ſaltatio non motoria, ſed ſtataria, qualis erat in choris στάσιμον, ut *Turnebus* docet *l.* 17. *c.* 10. & *l.* 18. *c.* 4. Hinc ſtaticulos dare, χορεύειν, *ballare*. *M. Cato* apud *Macrobium l.* 2. *Saturn. c.* 10. Deſcendit de cantorio, inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere. *Plaut. Perſ.* 5. 2. 43. Nequeo, leno, quin tibi ſaltem ſtaticulum ſem, olim quem Hegea faciebat.

Statielleuſes, & Statielli, vel Statyelli, pop. Liguriæ, inter Apenninum M. & Tanarum fl. quorum urbes Aquæ Statiellorum, & Alexandria. *Plin. lib.* 3. *cap.* 5.

Statulīnus. V. Statanus.

Statim, adv. *ſubito*, מיד, Germ. *eine wegs*, Gall. *ſoudain*, Hiſp. *luego*, εὐθύς, αὐτίκα, cito, illico, continuo, protinus. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. in Orat.* Itaque hoc ſum aggreſſus ſtatim Catone abſoluto. *Martial. l.* 12. *ep.* 93. Ridentis dominus ſtatim remittit. ¶ Vel cum partic. ut. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 12. Has literas ſcripſi ſtatim, ut tuas legeram. *ſubito che*. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 18. Nam ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt. ¶ Vel cum partic. *atque*. *Ulp. l.* 5. *marito*, *ff. ad l. Juliam*; Et primum Pomponius putat admitti ad accuſationem extraneum poſſe ſtatim, atque negaverit. ¶ Item cum part. *quam*. *Ulp. l.* 1. §. *habet*, *ff. uſufructuarius quemadmodum caveat*: Quarum prior ſtatim committitur, quam aliter fuerit uſus. ¶ Item cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Plin. l.* 27. *c.* 9. Semipedalibus ramulis quinis, ſenisve a radice ſtatim folioſis. ¶ Statim (producta prima ſyllaba) ſignificat conſtanter, perſeveranter, a ſtando. *Plaut. Amph.* 1. 1. 83. Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Et v. 120. Ita ſtatim ſtant ſigna. Ita *Non. c.* 4. *n.* 423. ¶ Sunt tamen quidam Poetæ qui etiam in prima hujus vocis ſignificatione producunt. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 398. Tum ſuccisa Ceres ſtatim cum mergite culmi. Adde *Alcim. Avit. l.* 2. *v.* 180. Qui non videntur imitandi.

Statina, æ, f. Dea, quæ infantibus ſtare incipientibus præerat. *Tert. de An. c.* 39. Prima conſtitutio infantis ſuper terram Statinæ Deo ſacrum eſt.

Statinæ, f. 1. plur. aquæ in Campania, in Pithecuſa inſ. quæ ſubito terræmotu natæ ſunt. *Plin. l.* 2. *c.* 88. *Stat. l.* 3. *Sylv. car.* 5. Ænariaque lacus medicos, Statinaſque renatas.

Statio, onis, f. *conſiſtenza*, מצב, Germ. *ſtelle*, Gal. *place*, *havre*, *ſtation*, Hiſp. *eſtanca*, *eſtancia*, στάσις, actio ſtandi, vel conſiſtendi, commoratio, habitatio. *Cic. Att. l.* 6. *ep. ult.* Athenis ſtatio mea nunc placet. *Lucret. l.* 4. *v.* 389. Quæ manet in ſtatione, ea præter creditur ire. *Patercul. l.* 2. *ſub fin.* Eique functo longiſſima ſtatione mortali deſtinate ſucceſſores quam ſeriſſimos. ideſt longiſſima vita, ſeu commoratione in hac vita. ¶ Dicitur quoque de ſtellis errantibus, *Plin. l.* 2. *cap.* 13. Poſtea radiorum ejus contactu reguntur & in triquetro a partibus centum viginti, ſtationes matutinas faciunt, quæ & primæ vocantur, mox in adverſo a partibus centum octoginta, exortus veſpertinos. iterumque in centum viginti ab alio latere appropinquante, ſtationes veſpertinas, quas & ſecundas vocant, donec aſſequutus in partibus duodenis occultet illas, qui veſpertini occaſus appellantur. *Et cap.* 16. Percuſſæ (ſtellæ) in qua diximus parte, & triangulo, Solis radio inhibentur rectum agere curſum, & ignea vi levantur in ſublime. Hoc non protinus intelligi poteſt viſu noſtro, ideoque exiſtimantur ſtare, unde & nomen accepit ſtatio. ¶ Metonymice in fluminibus ſic vocatur locus, ubi tuto naves ſtare poſſunt, ut in *Ulp. pandect. l.* 43. *tit.* 12. *leg.* 1. In mari *portus* dicitur. Sed tamen etiam de mari ſtatio uſurpatur, ideſt de loco in litore ſinuoſo, in quo naves ad tempus poſſunt conſiſtere, minus tamen tuto, quam in portu. *Virg.* 4. *Georg.* Statio tutiſſima nautis. *Id.* 2. *Æn. v.* 23. Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis. *Vellej. l.* 2. *cap.* 72. Exitialem tempeſtatem fugientibus, ſtatio pro portu foret. *Serv. ad loc. cit.* 2. *Æn.* hanc inter portum, & ſtationem ſtatuit differentiam, ut ſtatio dicatur locus, ubi naves ad tempus conſiſtunt, portus autem, ubi hiemant. ¶ Appellatur & ſic locus, ubi tuto ad tempus milites ſtant. Hujuſmodi loca etiam ſtativa, & præſidia dicuntur. *Lentul. l.* 12. *Fam. ep.* 15. Ut etiam a Rhodiis urbe, portu, ſtatione, quæ extra urbem eſt, commeatu, aquaque denique prohiberentur noſtri milites. ¶ Locum item vigilibus ad excubias agendas aſſignatum, ſtationem vocamus, quod in eo ſubſiſtere cogantur, neque illum ſine gravi noxa poſſint relinquere. *Virg.* 9. *Æn.* Servantque vices ſtatione relicta. *Cæſ. l.* 3. *B. C.* Et alteras cohortes in ſtatione habere propter hoſtium multitudinem. *Cic. de ſenect. c.* 20. *allegorice*: Vetat Pythagoras injuſſu imperatoris, ideſt Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ diſcedere. ¶ Perſæpe ponitur pro militibus ipſis, qui in ſtatione diſpoſiti ſunt, ideſt pro militum multitudine. *Liv. l.* 3. Non ſtationem pro portis excubare, non armatos eſſe in muris. ¶ Uſurpatur quoque de quocunque loco, in quem multi conveniunt, & in quo conſiſtunt, ut de officinis, & de gymnaſiis, in quibus artes traduntur, de locis, ubi de jure reſpondetur, &c. *Gell. l.* 13. *c.* 13. Quæſitum eſſe memini in pleriſque Romæ ſtationibus jus publice docentium, aut reſpondentium. ¶ Item de locis publicis, in quæ poſt negotia ſolent cives convenire confabulandi, vel potius deſidendi gratia, *procuccia*. *Plin. jun. l.* 1. *ep.* 13. Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendis fabulis conterunt. *Juv. ſat.* 11. *v.* 3. Omnis Convictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum De Rutilo. ¶ Statio jumentorum eſt ſtabulum, *Paul. JCtus l.* 13. *Dig. de uſufr.* ¶ Chriſtiani veteres ſtationes appellaverunt eos conventus, in quibus ſtantes, non genu flexo in templis orabant; quod diebus Dominicis, jejuniorum, & Paſchali tempore ſervabatur in memoriam Reſurrectionis Dominicæ. *Tertull. de orat. ſub fin.* Similiter de ſtationum diebus non putant pleriqne ſacrificiorum orationibus interveniendum, quod ſtatio ſolvenda ſit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obſequium euchariſtia reſolvit, an magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi ad aram Dei ſteteris? *Et mox*. Si ſtatio de militari exemplo nomen accipit, utique nulla lætitia, ſive triſtitia obveniens caſtris ſtationes militum reſcindit. ¶ Præterea ab iiſdem ſtatio dicta & ſpecies quædam jejunii, cum uſque ad veſperam impranſi manebant, de qua V. in *Xerophagia*.

Stationalis, & le, o. 3. στατικός, quod ſirmiter ſtat, vel ſtare exiſtimatur, a *ſtatio*. *Plin. l.* 2. *c.* 15. *de ſtella Martis*: Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis, alioqui bimeſtris, cum cætera utraque ſtatione quaternos menſes non impleant.

Stationarius, a, um, quod ad ſtationem ſpectat. Stationarii milites ſunt præſidiarii, qui in locis hoſti finitimis agitant ſtationes: item qui in urbibus, aut provinciis tenentur ad populorum quietem tuendam, *ſoldati di guarnigione*. *Ulp. l.* 1. §. *hoc autem*, *ff. de fugitivis*: Qua declaratur & Præſides, & Magiſtratus, & milites ſtationarios dominum adjuvare debere in inquirendis fugitivis. ¶ Stationarii tabelliones, qui in ſtationibus cum adjutoribus, miniſtriſque ſuis morabantur, & inſtrumentis ſubſcribebant, quos Juſtinianus in Novella 44. Συμβολαιογράφους appellat, ideſt contractuum ſcribas, qui & tabularii dicuntur. *Alciat. l.* 6. *Parerg. c.* 19.

Stativa, orum, n. pl. στρατόπεδα, ἔρυμα, στρατοπεδεία, loca, in quibus caſtra habentur, quod ibi milites ſtent, ac morentur, *campo*, *accampamento*. *Liv. l.* 6. Dictator exercitum in ſtativis tenebat. *Id. lib.* 9. *cap.* 1. In Latino agro ſtativa habuit, *alloggiò*, *poſe quartiere*, *s'accampò*. *Tacit. 1. hiſt. c.* 66. Ipſa itinerum ſpatia, & ſtativorum mutationes vendiditant duce. V. *Stativus*.

Sta-

ſtativus, a, um, στασιμαῖος, quod ſtat, vel quod pertinet ad ſtationem. Præſidium ſtativum, quod certis locis cuſtodiæ, & ſecuritatis gratia diſponitur. *Cic. 12. Phil. c. 10.* Hæc vigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtativum. ¶ *Caſtra ſtativa*, quæ & *ſtativa* abſoluta, munitiones ſunt militares, quibus copiæ ſepiuntur, ut adverſus repentinum hoſtium incurſum tutæ ſint. *Cic. 7. Verr.* Iſte novo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco, ſtativa ſibi caſtra faciebat. V. *Statua*. ¶ Aquæ ſtativæ ſunt, quæ non excurrunt, quibus opponuntur aquæ perennes. Prioris generis ſunt putei, & lacus, alterius fluvii, & fontes. *Varro apud Non. c. 3. n. 155.* Secundo de ſtativis aquis, ut ſunt lacus, & ſtagna, & putei, & maria. *Plin. l. 2. c. 88.* In eadem & oppidum hauſtum profunda, alioque motu terræ ſtativas emerſiſſe. Ita recte legit *Scalig. in Conject. ad Varr.* Alii leg. *ſtagnum*. Alii *ſtatinas*. Huc pertinere videtur & illud *Cic. Agrar. 2. c. 15.* Numquid cauſæ eſt, quin omnes agros, urbes, ſtativa, portus, totam denique Bithyniam decemviri vendituri ſint? Ubi *ſtativa* alii interpretantur lacus marinos, piſcoſos, qui care venduntur propter piſcium copiam: alii intelligunt receſſus maris, ſeu ſtationes, in quibus naves ad tempus reciperentur, quemadmodum in voce *Statio* notavimus. ¶ Stativæ feriæ ſunt, quæ ſtatis fixiſque annis temporibus celebrantur. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* V. *Feriæ*.

Statius, ii, m. Cæcilius Statius Poeta Comicus, cui Volcatius Sedigitus primas Comœdiæ partes tribuit. Sed a Cicerone nonnunquam malus linguæ Latinæ auctor, interdum etiam ferreus ſcriptor appellatur. V. *Gell. l. 4. in fine.* ¶ Statius alter, cognomento Papinius, Poeta Heroicus, Domitiani temporibus, Juvenalis, & Martialis æqualis, cujus multa extant poemata, Sylvarum libri quatuor, Thebaidos libri 12. præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte occupatus abſolvere non potuit. Scripſit & Agaven tragœdiam, quam inopia coactus Paridi hiſtrioni vendidit. V. *Juven. ſat. 7. v. 83.*

Statonia, f. 1. *Statona*, στατωνία, opp. ſeu pag. Hetruriæ, apud oram Auſtr. inter Saturniam, & Roſetam. Hinc vina olim generoſa proveniebant. ¶ Populi Statones appellantur a *Plin. lib. 3. c. 5.* Ager vero circa poſitus, Statonienſis ab *eod. l. 2. c. 95.* Statonenſis a *Varr. l. 3. R. R. c. 12.*

Stator, oris, m. *guardiano*, *cuſtode*, שומר, German. *ſtattknecht*, Gall. *huiſſier*, *ſergent*, Hiſp. *portero*, *alguazil*, δικτος, ſervus alicujus rei cuſtos, a *ſtando* ſic dictus. *Auctor Priapeorum, carm. 52.* Stator hic libidinoſus, h. e. horti cuſtos. ¶ Præterea ſtator idem eſt ac viator, aut tabellarius, qui Magiſtratu præſto eſt, ut illius juſſu quemlibet arceſſat, aut literas perferat. *Cic. Fam. 2. ep. 17. ad Caninium ſeu Caninium proquæſtorem:* Literas a te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi. *Ulpian l. 4. Dig. de offic. Proconſ.* Nemo proconſulum ſtatores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum milites miniſterio in provinciis funguntur. Rurſus *Cic. 1. Fam. ep. ult.* Exiſtimavi eſſe faciendum, ut ad te ſtatores meos, & lictores cum literis mitterem. ¶ Eſt præterea ſtator epithetum Jovis apud Romanos, a *ſiſtendo* impoſitum illi a Romulo, quod Romanos a Sabinis in fugam verſos ſtare fecerit. Græci νίκιον vertunt, nonnunquam etiam ἐπιστάσιον. *Liv. l. 1. c. 12.* Deme terrorem, fugamque fœdam ſiſte. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua præſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo. *Ovid. 6. Faſt. circa finem:* Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora jugi.

Statua, æ, f. *ſtatua*, צלם, Ger. *bild*, Gal. *ſtatue*, Hiſp. *eſtatua*, ἄγαλμα, ἀνδριάς, ſimulacrum ex ære, aliove metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo in loco conſpicuo collocabatur, ad alicujus rei bene geſtæ memoriam, a *ſtando*. Generalius eſt autem imaginum nomen, quam ſtatuarum, cum pictas etiam tabellas imagines vocemus, ad quas certe ſtatuarum appellatio non extenditur. Imo *Plinius* non temere ſtatuam appellat, niſi ex metallo confectam. Nam quæ ex marmore exſculpitur, ſimulacrum potius, vel imaginem, vel ſignum appellat. *Plaut. Bacch. 4. 4.* Hunc hominem decet auro expendi, huic decet ſtatuam ſtatui ex auro. *Cic. pro Sext.* Aliquando ſtatua huic ob Remp. interfecto in foro ſtatueretur. *Id. 9. Phil.* Majores quidem noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis: ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate, ſepulcrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, neque deleri poteſt. *Id. pro Arch.* An, cum ſtatuas, & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerint, &c. *Plin. l. 1. ep. 17.* Neque enim magis decorum eſt, ſtatuam in foro populi R. habere, quam ponere. ¶ Speciatim ſtatua Romæ dicebatur ſimulacrum cujuſdam hiſtrionis. *Feſt.* Statua eſt Ludii ejus, qui quondam fulmine ictus in circo, ſepultus eſt in Janiculo, cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis Senatus decreto intra Urbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra Comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt.

Statuaria, æ, fem. 1. ἀνδριαντοποιΐα, ars ſtatuas conficiendi. Differt a ſculptura, quia ſtatuariæ nomine intelligitur fuſoria, quæ ex ære, vel ex alio metallo ſtatuæ conficiuntur: ſculptura autem eſt, qua vel marmore, ebore, ligno, aut alia materia ſimili, ſimulacra ſcalpro exſculpuntur. *Plin. l. 35. c. 12.* Laudat & Praxitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæque, & cælaturæ eſſe dixit. *Id. l. 36. c. 5. de ſculptura:* Non omittendum, hanc artem tanto vetuſtiorem fuiſſe, quam picturam, aut ſtatuariam, quarum utraque cum Phidia cœpit 83. Olympiade, poſt annos circiter 332.

Statuarius, ii, maſc. *ſtatuario*, *ſcultore*, ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός, ſtatuarum artifex, qui ex ære, aliove metallo fuſoria arte ſtatuas facit. Celebres ſtatuarii recenſentur Lyſippus, Phidias, Praxiteles, Polycletus, Alcamenes, Myron, &c. V. *Plin. l. 34. c. 7. & 8.*

Statuarius, a, um, ἀγαλματοποιητικός, quod ad ſtatuarum conficiendarum rationem pertinet. *Plin. l. 34. c. 7.* Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque, & vetuſtam, indicat Hercules ab Evandro ſacratus.

Statuliber, eri, a *Feſto* dicitur eſſe is, qui teſtamento, certa conditione propoſita, jubetur eſſe liber, & ſi per heredem eſt, quominus ſtatu liber præſtare poſſit, quod præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Hæc *Feſtus*. Adde *Paul. JCtum l. 2. Dig. tit. 9. leg. ult.* ¶ *Statulibera* in fam. genere legitur apud *Ulpian. l. 45. ff. tit. 7. leg. 6. & 16.*

Statulinus, V. Statanus.

Statumaria, æ, f. herba alio nomine proſerpinaca. *Apulej. de herb. c. 18.*

Statumen, inis, n. στήριγμα, quicquid ad rem muniendam additur, quo ea ſtare poſſit. Hinc dicitur de palo, ſive pedamento vitis, χάραξ. *Col. l. 4. c. 16.* Vehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt. ¶ Item de fixis ſtipitibus cujuſdam machinæ, qua jumenta clauſa curantur. *Col. l. 6. c. 16.* Primis autem duobus ſtatuminibus imponitur firmum jugum, ad quod jumenta capiſtrantur. ¶ Cæſari quoque ſtatumina ſunt, quæ Plinio coſtæ, hoc eſt arrectaria ligna, quæ latera navis ſuppingunt. Inquit enim *l. 1. B. Civ. c. 54.* Carinæ primum, & ſtatumina ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium corii integebatur. ¶ Uſurpatur etiam pro ſtrato, pro eo, quod alicui rei ſubſternitur. *Vitr. l. 7. c. 1.* Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quam quod poſſit manum imple-

re ſtatuminibus inductis ruderetur.

Statuminatio, onis, f. munitio ea in pavimentis quæ fit lapidibus, & cæmentis libralibus, & manualibus ſine calce, & arena, cui deinde ruderatio ſuperinducitur, quæ calce, arena, & rudere efficitur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Statuminatione facta, rudus inducatur.

Statumino, as, a. 1. *ſoſtentare*, *fortificare*, *ſtabilire*, ἐρείδω, στηρίζω, χαρακόω, ſtatuminibus quibuſdam ſuſtineo, fulcio, firmo. *Plin. l. 17. c. 22.* Eodem modo vineam ſtatuminato. *Id. l. 18. c. 6.* Ora autem earum (foſſarum) binis utrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Tum inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere.

Statuncula, æ, f. *ſtatuetta*. *Petron. in fragment. Tragur.* Ex hac maſſa fabri ſuſtulerunt, & fecerunt catilla, paropſides, ſtatunculas.

Statuo, is, ui, utum, a. 3. *ponere*, הציב, Ger. *ſetzen*, Gal. *poſer*, *arreter*, Hiſp. *eſtablecer*, τίθημι, pono, colloco, figo, extruo. *Cic. 2. de Invent.* Thebani in finibus æneum tropæum ſtatuerunt. *Virg. 5. Ecl.* Crateraſque duos ſtatuam tibi pinguis olivi. *Id. 4. Æn. v. 655.* Urbem præclaram ſtatui. *Liv. l. 1. c. 13.* Equus Curtium in vado ſtatuit. *Terent. Adelph. 3. 2.* Sublimem illum arriperem, & capite in terram ſtatuerem, ut cerebro diſpergat viam. Rurſus *Cic. 1. de Or. c. 37.* Statuere aliquid ante oculos. ¶ Significat etiam ſiſtere, *fermare*. *Plaut. Bacch. 2. 3. 57.* Navem extemplo ſtatuimus. *Arnob. l. 1.* Statuerunt errantes aquas. ¶ Tranſlate ſumitur pro judicare, decernere, conſtituere, *deliberare*, *ſtabilire*. *Cic. 3. Verr.* Iſte cuſtre ſtatuerat, ac deliberaverat non adeſſe. *Id. l. 3.* Neque tamen poſſum ſtatuere, utrum magis mirer, &c. *Id. Att. l. 9. ep. 17.* Ex illius ſermone ſtatuam, Arpinum ne mihi eundum ſit, an alio. *Liv. l. 6. c. 39.* Proinde ipſi primum ſtatuerent apud animos, quid vellent, *deliberaſſero fore ſteſſi*. ¶ Item pro damnare, punire. *Cæſ. l. 1. B. Gall.* Ne quid gravius in fratrem ſtatueret. *Tac. l. 2. Ann. c. 85.* Satis viſum de Viſtilia ſtatuere. *Id. l. 12. Ann. c. 54.* Jus ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat. ¶ Item pro cenſere, exiſtimare, prorſus ita opinari. *Cic. 2. Fin.* Qui ſummum bonum ſtatuit, non dolere. ¶ Item pro præfinire, præſcribere, aſſignare. *Cic. 5. Verr.* Ego in iſto reo legem hanc mihi ſtatuo, vivendum eſſe, &c. *Id. 6. Fam. ep. 23.* Statuere ſibi finem aliquem. *Liv. l. 28. c. 35.* Statuere locum colloquio. *Id. l. 21. c. 44.* Statuere terminos. *Id. l. 2.* Statuere alicui ſtipendium de publico, *aſſegnare*. ¶ *Exemplum ſtatuere in homine*, vel *in hominem*, idem eſt, quod edere exemplum. *Cic. 4. Verr.* In qua homine tu ſtatueris exemplum ejuſmodi. *Id. 5. Verr.* in quem aliquid exempli Populus R. ſtatui putat oportere. ¶ *Statuere documentum*, eſt dare, tradere. *Cic. ad Brutum, 15.* Et in poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. ¶ *Statuere de ſe*, eſt ſibi ipſi mortem afferre, non expectata Judicum, vel Principis damnatione. *Tac. 6. Ann. c. 29.* Eorum, qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cic. 2. Phil.* Statuitur, ut poſt M. Brutum Proconſulem ſit Crete provincia.

Statura, æ, f. *ſtatura*, גודל, Germ. *die leibs maſſ*, Gall. *ſtature*, Hiſp. *eſtatura*, μέγεθος, ſtatus, ſeu modus, ſeu quantitas corporis. *Cic. 2. Phil. c. 16.* Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſelius qua facie fuerit, qua ſtatura. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Corpore fuit amplo, ſtatura, quæ juſtam excederet, *piucchè ordinaria*. ¶ Tranſlate *Col. l. 5. c. 5. de arboribus.* Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola: hoc eſt craſſitudinem, & altitudinem.

Staturus, a, um, partic. futuri temporis, a *ſto*, *ſtas*. *Liv. l. 3. c. 60.* Haud ſcio, an magno detrimento certamen ſtaturum fuerit, *ſe la battaglia gli ſarebbe coſtata cara*. *Plin. l. 25. c. 13.* Anaxilaus auctor eſt, mammas e virginitate illitas ſemper ſtaturas.

Status, us, m. *ſtato*, *lo ſtar fermo*, מעמד, Germ. *ſtat*, *wæſen*, Hiſp. *eſtado*, στάσις, ἀνάστασις, actio ſtandi, conſiſtentia. *Cic. 3. Fin.* Per ſe, ut quidam habitus oris, & vultus, ut ſtatus, & motus, in quibus ſunt præponenda quædam, & rejicienda. *Id. 1. Off.* Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio. ¶ Item *lo ſtar' in piedi*. *Gell. l. 2. c. 1.* Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius, atque pernox. ¶ Sumitur etiam pro ſtatura, habitu, & poſitione corporis, *ſito*, *poſitura*, *ſtatura*. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Quam ſtatuam eſſe ejuſdem, ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. *Id. 3. de Orat.* Hic ſtatus eſt totius mundi atque naturæ, rotundum ut cœlum, terraque media ſit. *Ter. Eun. 3. 5. 49.* Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium vellem, qui eſſet ſtatus, flabellulum tenere te aſinum tantum, *che bella figura facevi*. *Col. l. 7. c. 9.* Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus. Hoc ſenſu ſpeciatim dicitur habitus ille, quo pugiles, gladiatores, milites ad luctandum, & prœliandum ſe componunt. *Petron. in Satyr. c. 95.* Furca de carnario rapta, ſtatum prœliantis componit, *ſi poſe in atto di combattere*. *Plaut. Mil. 4. 9. 12.* In ſtatu ſtat ſenex, ut adoriatur mœchum. Hinc tranſlate *Cic in Orat. c. 37.* Quo genere ſæpe adverſarios de ſtatu omni dejecimus. ¶ Tranſlate accipitur pro fortunæ conditione, ordine, dignitate, loco. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunque eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus. *Id. ibid. c. 28.* Deteriore ſtatu eſſe. *Id. in Piſon. c. 2.* Convellere ſtatum Reip. h. e. labefactare, *ſconvolgere*. *Id. Verr. 4. c. 4.* Deducere aliquem de ſtatu vitæ ſuæ, *farlo mutare il tenor di vita*. *Id. Verr. 2. c. 4.* Reſtituere provinciam in ſtatum priſtinum. *Id. Fam. 6. ep. 2.* ſtatum ſuum tenere. *Id. 1. Off.* Res acerbas ita ferre, ut nihil a naturæ ſtatu diſcedas. *Liv. l. 32. c. 34. c. 10.* Cum in ſtatu hoc res eſſet. *Tacit. 3. Ann. c. 28.* Multorum exciſi ſtatus, & terror omnibus intentabatur. h. e. multis vita adempta, ereptæ fortunæ, dignitates &c. ¶ Per Metaphoram item in decertationibus forenſibus ſtatus dicitur id, in quo defenſor primum inſiſtit ad repugnandum. *Cic. in Top. c. 25.* his verbis definit: Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græce στάσις dicitur, Latine ſtatus appellatur, in quo primo inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Vide *eund. l. 1. de Invent.* ubi conſtitutionem explicat, item Auctorem ad *Her. l. 1.* Alii Rhetores ita deſcribunt, Status eſt quæſtio, quæ ex prima cauſarum conflictione naſcitur. E. g. intentio accuſatoris eſt, *Sylla conjuraſti cum Catilina:* depulſio vero defenſoris eſt, *Non conjuravi*. Ex hac conflictione naſcitur illa quæſtio, *Conjuraveritne Sylla cum Catilina*, quam Oratores ſtatum, vel conſtitutionem appellant. *Quintil. l. 3. c. 5.*

Status, a, um, *preſentato*, partic. a *ſiſtor*. *Neratius l. ſi procurator, ff. ſi quis cautionibus:* Tantum ex ea ſtipulatione non ſtato reo, procuratori debeatur. ¶ Ponitur etiam pro conſtituto, τεταγμένος. *Feſt.* Status dies vocatur, qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino. Ejus enim generis ab antiquis hoſtes appellabantur, quod erant pari jure cum Populo Romano, atque hoſtire ponebatur pro æquare. *Plaut. in Curcul.* Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies, tamen eſt eundum, quo imperant ingratis. Hæc *Feſt. Cic. 1. Offic.* Indicant enim duodecim tabulæ, Aut ſtatus dies cum hoſte. ¶ Item pro firmo, ſtabili, ut Stata Sacra, vel ſacrificia, τακταὶ θυσίαι, quæ certis, ac ſtatutis diebus fiebant, quæ non mutabantur, ſed firma, & ſtabilia erant, diverſa ab illis, quæ indicta vocabantur, quæ nimirum vel in alia tempora rejici poterant, vel etiam omitti penitus. *Feſt.* Stata ſacrificia ſunt, quæ certis diebus fieri debent. *Cato.* Tu, quod in te fuit, ſa

Hh 3 ... cra

ta ſtate ſolemnia, ut pite ſancta deſeruiſti. *Cic. 1. Tuſc.* Cum enim illam ad ſolemne, & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet. *Ovid. 1. Faſt.* Quid a Feſtis non ſtata ſacra petis? *Plin. l. 18. c. 29.* Jam primum hanc injuriam omnibus annis accidere non poſſe propter ſtatos ſiderum curſus. *Plinius alter l. 9. ep. 39.* Stato die. ¶ Item pro medio, mediocri, temperato, ut Stata forma. *Gel. l. 5. c. 11.* Inter enim pulcherrimam feminam, & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, & a ſummo deformitatis odio vacat, qualis a Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo ſtata dicitur, quia neque ἀεὶ futura ſit, neque ποινὴ, quam formam modicam, & modeſtam Phavorinus non mehercle inſcite appellabat uxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi, tragœdia eas fere feminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. Hæc *Gell.*

Statutio, onis, f. actus ſtatuendi, & collocandi. *Vitruv. l. 10. c. 5.* Una ſtatutio tigni.

Statūtus, a, um, *ſtatuito, decretato*, קָבוּעַ, Ger. *angeſetzt*, Gall. *ordonné, arreté*, Hiſp. *eſtablecido*, τεταγμένος, conſtitutus, datus, decretus ex conventione. *Cic. 5. Verr. cap. 41.* Cum enim ſtatutum deliberatumque aliquid habere. *Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Neque enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti. *Liv. l. 31. c. 28.* Concilium Ætolorum ſtatuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat. ¶ Statutus homo dicitur, qui magnæ ſtaturæ eſt. *Plaut. Rud. 2. 2. 11.* Recalvum, ut ſilonem ſenem, ſtatutum, ventrioſum.

Steatītes, æ, ςτεατίτης, gemma ſic dicta quod ſevo ſimilis ſit, quod a Græcis ςτέαρ appellatur. *Plin. l. 37. c. 11.*

Steatōma, atis, n. ςτεάτωμα, tumor foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens, ſevo ſimilem, a ςτέαρ, *ſevum*. *Plin. l. 26. c. 14.* Eadem & contra ſteatomata efficax.

Stega, æ, f. *caſſero*, ςτέγη, locus in navi contectus, tabulatum navis, in quo nautæ ambulant, a ςτέγω, *tego*. *Petronius* appellat conſtratum puppis. Qua ratione & Cicero navem conſtratam dicit, quæ Cæſari tecta. *Plaut. Bacch. a. 2. ſc. 3. v. 44.* Forte aſſedi in ſtega. *Id. Stich. 3. 1. 12.* Sine advocatis ibidem in cercuro, in ſtega, in amicitiam, atque gratiam convortimus.

Stegnæ febres dicuntur, quæ cutem adſtringunt, ejuſque ſpiracula præcludunt, impediuntque humorum tranſpirationem, a ςτεγνοὶ, *conſtrictus*. *Plin. l. 23. c. 7.*

Stela, læ, f. pila lapidea, ſeu columna. ςτήλη. *Plin. l. 6. c. 28.* Stelæ lapideæ literis ignotis.

Stelephūros, i, f. herba ex genere ſpicatarum, foliis perpetuo virentibus. *Plin. l. 21. c. 17.*

Stelis, idis, f. ςτελὶς, genus viſci ex arbore larice deſudans. *Plin. l. 16. cap. ult.*

Stella, æ, f. *ſtella*, כּוֹכָב, Germ. *ſtern*, Gall. *etoile*, Hiſp. *eſtrella*, ἀςτὴρ, corpus cœleſte lucidum, ab ἀςτέρι, per Aphæreſin. Latini enim ab obliquis Græcorum caſibus ſuos formare ſolent. Differunt ſtellæ a ſideribus, quod ſtellæ ſingulæ ſint, ſidera vero ex pluribus ſtellis compoſita, quæ & ſigna cœleſtia vocamus, cujuſmodi ſunt Aries, Taurus, &c. V. *Sidus*. *Cic. l. 2. de Div. c. 6.* Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec trajectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt. *Stella che ſembra correre, a cadere*. *Id. 1. de nat. Deor.* Errantibus etiam ſtellis divinitatem tribuit. ¶ *Diurna ſtella*, eſt Lucifer, ut *nocturna*, ſeu *noctifera*, eſt Heſperus. *Plaut. Men. 1. 1. 26.* Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotabimus. ¶ Interdum ponitur pro ſidere, id eſt ſigno ex multis ſtellis compacto. *Ovid. l. 3. Faſt.* Stella Lycaoniam vergit declivis ad Arcton Milvius. ¶ Stella ſignum lætum, & proſperum eſt. *Feſt.* Stellam ſignificare ait Atejus Capito lætum, & proſperum, auctoritatem ſecutus P. Servilii Auguris. ¶ Eſt & piſcis hoc nomine, miræ calidi temperamenti, ſic, ut urere etiam, quæ contigerit, credatur, *peſce ſtella*. Tantum vim habet concoquendi, ut cochleas cum teſtis ſuis totas voret, & comminuat. *Plin. l. 9. c. 60.* ¶ Item figura ſtellam referens. *Colum. l. 4. c. 17.* Vitem in ſtellam dividere. *Et ib.* Jugum in ſtellam decuſſare.

Stella Aruntius, Poeta Patavinus lepidiſſimus, familia Conſulari ortus. Violantillam amavit, puellam Neapolitanam, quam tandem uxorem duxit. Hæc in deliciis habuit columbam, avem dicatam Veneri, quam Stella flevit defunctam pulcherrimo carmine, ipſique ipſam Columbam inſcripſit. *Martial. l. 1. ep. 8.* Stellæ delicium mei, columba.

Stellans, antis, o. 3. ἀςτεριζων, ſtellæ inſtar micans. *Cic. 1. de Div. ex Poeta.* Et ſubito ſtellanti nocte perempta eſt. *Ovid. 1. Met. de pavone.* Et gemmis caudam ſtellantibus implet. ¶ Ponitur etiam pro ſtellis diſtincto. *Cic. 1. de Divin. c. 12. ex Poeta*: Nam Pater altitonans ſtellanti nixus Olympo. *Virg. 7. Æn. v. 210.* Stellantis regia cœli. ¶ Stellans volatus, qui a ſtella fit. *Plin. l. 18. c. 26.* Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Græci vero lampyridas.

Stellaris, re, adject. *di ſtella*. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 14.* Anima eſt ſcintilla ſtellaris eſſentiæ.

Stellātes ager, Stellates campus, *Campo Macerone*, ager Campaniæ, in territorio Caleno, miræ fertilitatis, in quo 16300. Samnites a Romanis Ap. Claudio Coſ. cæſi ſunt. *Cic. Agrar. 2.* ¶ Item ager Hetruriæ prope Capenam oppidum. *Feſtus*.

Stellatina Tribus ruſtica fuit in agro Stellate in Hetruria, facta a Cenſoribus A. U. 369. ſimul cum Arnienſi. *Liv. l. 6. & Feſtus*.

Stellatūra, æ, f. lucellum illud, quod conſequebantur Tribuni annonam erogantes, detrahendo militibus aliquid annonæ ab Imperatoribus ipſis aſſignatæ, quod hodie etiam Tribunis, & Præfectis inſolens non eſt. *Nad. Junius in Nomenclatore*, & plures alii ſcribunt, ſtellaturam dici annonam militarem. De etymo valde diſceptatur. *Pratejus in Lexico* cenſet ſtellaturas fuiſſe teſſeras, per quas annonæ ſpecies militibus mitterentur, & ita dictas ἀπὸ τοῦ ςτέλλειν, hoc eſt a mittendo. Sed ςτέλλειν etiam notat dimittere. Nec dubium, quin præcipue, & honeſtiſſima ratio, cur aliquid Tribuni militibus detraherent de ſtipendio, fuerit ex nomine vocationis, ſive dimiſſionis temporariæ. Quare ex eo potius ſtellatura dicta ſit. Nec minus placet ſententia Jo. Baptiſtæ Egnatii, cui id vocabulum factum videtur a vafritia ſtellionum: unde & ſtellionatus crimen nomen accepit: Nempe ut *ſtellatura* contractum ſit ex *ſtellionatura*, *ſtellator* ex *ſtellionator*. Vide præter eos, quos diximus, Caſaubonum, & Salmaſium, Notis in Spartianum, *Lamprid. in Alex. c. 15.* Qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent. *Spartian. in Peſcennio cap. 3.* Quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe.

Stellātus, a, um, *ſtellato*, German. *geſtirnet*. Gall. *etoile*, Hiſp. *eſtrellado*, ἀςτερωτὸς, ſtellis diſtinctus, vel ornatus. Proprie eſt cœli epitheton, cum eſt clarum, & ſerenum. *Cic. 5. Tuſc. cap. 3.* Nec ſtellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur. ¶ Transfertur etiam ad alia. *Virg. Æn. 4. v. 261.* Olli ſtellatus jaſpide fulva Enſis erat. h. e. capulus diſtinguebatur multa jaſpide. *Plin. l. 30. c. 67.* Salamandra animal lacerti figura ſtellatum. ¶ Per tranſlationem quoque ſumitur pro ſplendido, magnifico, ornato inſtar cœli, ſplendente inſtar ſtellarum. *Claudian. l. 2. de rapt. Proſ. v. 290.* Hac graditur ſtellata roſis, hac alba liguſtris.

Stellĭfer, ra, rum, *ſtellifero*, Ger. *ſterntragend*, Gal. *qui porte etoiles*, Hiſp. *que trahe eſtrellas*, ἀςτροφόρος, quod ſtellas fert. Proprie eſt cœli epithetum. *Cic. in Somn. c. 5.* Quam ob cauſam ſummus ille cœli ſtelliferi curſus, cujus converſio eſt concitatior, acuto, & excitato movetur ſono.

Stellĭger, ra, rum, idem ac ſtellifer. *Stat. 12. Theb. v. 565.* Radios declinat, & horret Stelligeri jubar omne poli.

Stellĭmicans, antis, *ſtellato*, ſtellis micans. *Varro*: Limbus pictus biſſex ſignis ſtellimicantibus.

Stellĭo, onis, m. *tarantola*, ἀσκαλαβώτης, γαλεώτης, animal non diſſimile lacertæ, multo tamen minus, tergum habens lucentibus quibuſdam guttis depictum ad modum ſtellarum. Duplex Latinæ vocis etymon ponit *Feſtus*: Stellionem genus ajunt lacertæ, quod Verrius dictum ait, quia virus ſtillet cibo, potius, quam quod aliis (dicit) a ſtellarum ſimilitudine, quia varium eſt. Hinc *Ovidius l. 5. Met. fab. 7.* Aptumque colori Nomen habet variis ſtellatus corpora guttis. Gloſſæ Latino-Græcæ Philoxeni interpretantur ἀσκαλαβώτης. Quam vocem Perottus ait eſſe a Græco ἀσκαλον, *circulus*, quia, ut ait, circulis quibuſdam hoc animal ſit depictum. *Donatus ad Eun. Terent.* etiam γαλεώτην vocari ſcribit: ubi refert, Terentium a quibuſdam erroris argui, quod pro Menandrino illo γαλεώτην γέρον, dixit colore muſtellino, cum γαλῆ quidem muſtela ſit, ſed γαλεώτης ſtellio. Eſt & tertia appellatio, κωλώτης, colotes. *Plinius l. 29. c. 4. al. 5.* Nunc (ſtellionem) Græci colotem vocant, & aſcalaboten, & galeoten: Rore, & araneis veſcitur, teſte *Plin. l. 11. c. 26.* Morſus ejus raro interimit hominem, tamen ſemiſtupidum facit, & vario afficit. *Virg. 4. Georg.* Nam ſæpe favos ignotus adedit Stellio. ¶ Tranſlate dicitur de homine malo, doloſo, fraudulento, invido, quia hoc animal exuit quotannis cutem, exutamque devorat, invidens homini comitialis morbi remedium. *Plin. lib. 30. cap. 10.* Operæ pretium eſt ſcire, quomodo præripiatur, cum exuitur membrana hyberna, alias devorantis eam, quoniam nullum animal fraudulentius invidere homini tradunt. Inde ſtellionem nomen ajunt in maledictum tranſlatum. Hæc Plinius, quibus confirmatur interpretatio veteris Gloſſarii, in quo ſtellio exponitur κακόεργος, κακότροπος. *Apul. l. 5. Met.* Sed nunc irrita habita quid agam? quo me conferam? quibus modis ſtellionem iſtum cohibeam? &c. Ubi Venus irata filium Cupidinem ſtellionem vocat.

Stellionātus, us, m. criminis genus, cum dolo quid factum eſt, & titulus criminis deficit, ut ſiquis rem alienam ſciens obliget, vel cuipiam pigneratam alii denuo oppigneret, vel in pignore dando pro auro æs ſubjecerit, vel ſciens ſtatu liberum diſſimulata ejus conditione vendiderit, vel creditor numeratam jam ſibi pecuniam iterum acceperit. *JCti. l. 7. §. 1. ff. ad Turpil. l. 2. ff. ſtellionatus, l. 36. ff. de pign. act. l. 29. §. pen. ff. mandat. l. 9. 2. ff. de ſtatu lib.* &c.

Stello, as, a. 1. lucidum inſtar ſtellæ facio, illuſtro, orno. *Plin. l. 37. c. 7. de quibuſdam gemmis*. Quoniam ſtellarum Hyadum & numero, & diſpoſitione ſtellantur. *Symmach. l. 3. ep. 2.* Oratio verborum ſtellatur auro.

Stemma, atis, n. *corona, ghirlanda*, כֶּתֶר, Ger. *krantz*, Gall. *guirlande, couronne*, Hiſp. *guirnalda*, ςτέμμα, corona, ſertum, a ςτέφω, *cingo*, id eſt a perf. paſſ. ἔςτεμμαι. *Firmic. l. 3. c. 8.* Magnos viros faciet Mercurius, qui ſertis, & glorioſis ſtemmatibus coronentur. ¶ Speciatim accipi ſolet pro coronis illis, in quarum medio cera expreſſi erant majorum vultus, lineis diſcurrentibus ad imagines pictas, & ſignantibus cognationum gradus. Qua de re v. *Tranquillum de Nobilitate, c. 6.* *Plin. l. 35. c. 2.* Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitium funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat populus. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Hæc *Plin.* *Senec. lib. 3. de benef. c. 28.* Nomina familiæ multis ſtemmatum obligata flexuris. ¶ Hinc ponitur pro ſerie generis, ſeu familiæ. *Senec. l. 7. de benef. c. 3.* Totum Regni Perſiei ſtemma percenſe. *Martial. l. 4. ep. 40.* Atria Piſonum ſtabant, cum ſtemmata toto. *Juv. ſat. 8.* Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo Sanguine cenſeri? *Suet. in Ner. c. 73.* Quod in vetere gentilium ſtemmate C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. ¶ In illo *Martial. de ſpectac. epigr. 16.* Cæſaris atque Jovis confer nunc ſtemma: juvenci Par onus ut tulerint, altius iſte tulit. Quidam Interpretes *ſtemma* exponunt machinam, quæ aliquid ſuſtinet, e Græco ςτῆμα: alii intelligunt de re mira, & præclare geſta: alii denique clitus leg.

Stenocoriăſis, f. 3. ςτενοχωρίασις, morbus equorum, cum amiſſis viribus viſus eorum conſtringitur, & debilitatur. *Veget. l. 2. de re veterin. c. 16.*

Stentor, ŏris, m. Στέντωρ, clamoſus ille tubicen apud Homerum, in exercitu Græcorum, qui clamores aliorum quinquaginta hominum voce ſuperabat, ut *Id. Iliad. E. v. 786.* ait. Hinc *Juv. ſat. 13. v. 112.* Tu miſer exclamas, ut Stentora vincere poſſis.

Stentorĕus, a, um, adject. a Stentore, ut Stentorea vox pro maxima. *Arnob. l. 2.* Infantes ſub uberibus matrum ſtentoreos ediderunt vagitus.

Stephaniſcidium, ii, n. nomen proprium diminutivum a *Stephanium*, quod eſt nomen mulieris. *Plaut. Stich. 5. 4. 57.*

Stephanitæ vites, id eſt coronariæ, dicuntur quæ per ſtatumina calamorum exterius ligatis, in orbiculos, gyroſque flectuntur, & materiis ſubmiſſis earundem ſtatuminibus per orbem, & in coronam connectuntur. *Col. l. 3. c. 2.* Nec ſolum quæ jucunditate ſaporis, verum etiam quæ ſpecie commendari poſſint, cenſeri debent, ut ſtephanitæ, ut tripedaneæ.

Stephanītis, idis, f. ςτεφανῖτις, uva vitis ſtephanitæ ſeu coronariæ. *Plin. l. 14. c. 3.*

Stephanomēlis, is, f. herba ita dicta, quod melino colore in coronis placeat. *Plin. l. 26. c. 13.*

Stephanoplŏcos, m. & f. ςτεφανοπλόκος, ὁ, ἡ, qui, vel quæ ſerta texit. Et

Stephanopōlis, is, fœm. ςτεφανόπωλις, quæ ſerta, & coronas vendit. *Plin. l. 35. c. 11.* Glyceram inventricem coronarum pinxit ſedentem cum corona, quæ a nobiliſſimis ejus tabula ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis appellata eſt, quoniam Glycera coronas venditando ſuſtentaverat paupertatem.

Stephănos Alexandri, herba, ſpecies chamædaphnes, frutice ramoſo, folia exiliora, ac molliore, quam lauri. *Plin. l. 15. c. 30.* ¶ Latine dicitur pervinca, & folium victoriæ. *Apulej. de herb. c. 58.* ¶ Stephanos ephtodias, alia herba eſt, quæ & ſiſymbrium. *Apulej. de herb. c. 105.*

Stercorarius, a, um, κοπρικός, quod ad ſtercora pertinet. *Varro l. 1. R. R. c. 22.* Aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

Stercoratio, nis, f. *il letamare*, Ger. *das miſten*, Gall. *fumement de terre*, Hiſp. *eſtercolamiento*, κοπρισμός, ſtercorandi actus. *Col. l. 2. c. 16.* Si tamen aliqua cauſa tempeſtivam ſtercorationem facere prohibuerit. Adde *Plin. l. 17. c. 27. & Varr. l. 1. R. R. c. 38.*

Stercorātus, a, um, *letamato*, κεκοπρισμένος, ſtercore fœcundatus. *Plin. l. 18. c. 23.* Niſi ſtercorato ſeri non oporteret: Subaudi *agro*, ut ſit particip. abſolute poſitum. *Colum. l. 11. c. 3.* Quam pinguiſſimo, & novo loco, ſi unius, quam ſtercoratiſſimo.

Stercorĕus, a, um, κοπρώδης, plenus ſtercore. *Plaut. Mil. 2. 3. 18.* Stercoreus, plenus perjurii, atque adulterii.

Ster-

Digitized by Google

Stercŏro, as, a. 1. *letamare*, Germ. *miſten*, Gal. *fumer*, *Engraiſſer la terre*, Hiſp. *eſtercolar*, κοπρίζω, ſtercore agros aſpergo, fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. *Plin. l.* 18. *c.* 23. Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. *Cic. de Sen.* c. 15. Humerus Laertem lenientem deſiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, & eum ſtercorantem facit. ¶ Ponitur etiam pro pinguefacere quocunque modo, adhibita alia quavis re, quæ fimi vicem ſupplet. *Col. l.* 2. Vicia, & faba ſtercorare agrum dicuntur.

Stercorōſus, a, um, *pieno di ſterco*, κοπρώδης, plenus ſtercore. *Col. l.* 8. *c.* 3. *de aqua*. Nam ſtercoroſa pituitam concitat. *Id. l.* 9. *c.* 4. Villaticum, quod naſcitur in oleribus, & ſtercoroſis herbis. *Cato c.* 52. *R. R.* Locus ſtercoroſiſſimus.

Sterculinium, V. Sterquilinium.

Sterculius, vel Stercutius, dictus eſt Picumnus Fauni filius, qui primus ſtercorandi rationem inveniſſe dicitur; ob id eo nomine a Romanis cultus. *Lactant. l.* 1. *c.* 20. Colitur & Stercolius, qui ſtercorandi agri rationem primus induxit. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Italia regi ſuo Stercutio ob hoc inventum immortalitatem tribuit. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 7. ſcribit, hoc nomine Saturnum appellatum eſſe.

Stercus, oris, n. *ſterco*, צואה, Ger. *dreck*, *miſt*, Gal. *fiente*, Hiſp. *eſtiercol*, ἀφόδευμα, κόπρος, cibi excrementum. *Cic.* 1. *de Div.* c. 27. Se interfectum in plauſtrum a caupone eſſe conjectum, & ſupra ſtercus injectum. *Col. l.* 2. *c.* 9. Novalia ſtercore ſaturare. ¶ Per Metaphoram uſurpatur de homine viliſſimo, quæ tamen Metaphora vitanda eſt. *Cic.* 3. *de Orat.* Nolo, ſtercus Curiæ dici Glauciam.

Stereltis, itidis, f. ſpuma argenti durata, & ſoluta inſtar pulveris. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Stereobăta, æ, f. fulcimentum e muro extructum, in quo columna cum ſua baſi, ſeu ſtylobata nititur, a στερεός, *firmus*, *ſolidus*. A nonnullis architectis Italis vocatur *zocco*. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Uti firmiora ſint inferiora ſuperioribus, quæ ſtereobatæ appellantur. nam recipiunt onera.

Stergĕthron, i, neutr. στεργηθρον, ita nominetur ab aliquibus ſempervivo herba, quia, ut ait *Plin. lib.* 25. *cap.* 13. amatoriis convenit. *Apul. de herb. cap.* 123.

Sterigmus, i, m. στηριγμός, meteori genus, nempe lux quædam in cœlo apparens immobilis, ut exponit *Apulej. de Mundo*.

Sterileſio, is, anom. 3. *divenir ſterile*. *Salvn. c.* 17. ubi alii aliter leg.

Sterileſco, is, n. 3. *divenir ſterile*, Germ. *unfruchtbar werden*, Gal. *devenir ſterile*, Hiſp. *bolverſe eſteril*, στειρόομαι, ſterilis fio. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Capræ pinguedine ſterileſcunt. *Id. l.* 7. *c.* 13. Fruges tactæ ſterileſcunt.

Sterilicula, læ, f. vulva porcæ virginis. *Petron. in fragm. Tragur.*

Sterilis, & le, o. 3. apud veteres ſterilus, a, um, *ſterile*, עקר, Ger. *unfruchtbar*, Gal. *ſterile*, Hiſp. *eſteril*, ἄκαρπος, infecundus, fructum non ferens, ſine prole. *Feſt.* Sterilem mulierem appellabant, quam Græci στεῖραν dicunt, quæ non concipit ſemen genitale. *Lucret. l.* 2. *v.* 844. Et ſonitu ſterila, & ſucco jejuna feruntur. *Virg.* 3. *Æn.* Sterilis ager. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Sterilis in gignendo eſt, ſeu maſculus, ſive fœmina. *Id. l.* 16. *c.* 18. Arbores ſteriliores. *Catul. de Berecynth.* c. 38. Vir ſterilis, *caſtrato*. ¶ Uſurpatur ſæpe tranſlate. *Plin. in Pan. c.* 56. Quod momentum, quod imo temporis punctum aut beneficio ſterile, aut vacuum laude? *Tacit. c. hiſt.* 3. Sæculum virtutum ſterile. *Martial. l.* 10. *ep.* 38. Sterilis labor. *Plaut. Mil.* 3. 1. 15. Sterilis proſpectus, *veduta inamena*. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 73. Heus ſteriles veri, quibus una Quiritem vertigo facit! h. e. neſcii, a vero alieni.

Sterilitas, atis, f. *ſterilità*, עקרות, Germ. *unfruchtbarkeit*, Gall. *ſterilitet*, Hiſp. *eſterilidad*, στείρωσις, infertilitas, infœcunditas. *Cic.* 1. *de Div. c.* 57. Nonnunquam etiam quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. *Plin. l.* 10. *ep.* 24. Agrorum continuæ ſterilitates. *Col. l.* 3. *c.* 20. Sterilitas annonæ, *careſtia*.

Sterilus. V. Sterilis.

Sternax, acis, o. 3. qui ſternit, ut Sternax equus, qui feſſorem excutit, ac in terram dejicit. *Virg.* 10. *Æn. v.* 344. Et ſternacis equi lapſum cervice Thymœten. ¶ Hac voce etiam uſi ſunt pro ſupplice, & humi ſe ſternente. *Sidon. l.* 3. *ep.* 14. Cervicum humiliatarum, & ſternacium civium ſuſpirioſa contubernia. Et *l.* 4. *ep.* 12. Reſpondit ipſe, quanquam eſſet tepidus, & ſternax.

Sterno, nis, ſtravi, ſtratum, a. 3. *atterrare*, *gettare per terra*, רקע, Ger. *niderwerffen*, Gal. *abbatre*, Hiſp. *derribar*, καταβάλλω, in humum dejicio. *Horat. l.* 4. *ode* 14. Primoſque, & extremos metendo, Stravit humum ſine clade victor. *Liv. l.* 24. *c.* 38. Straverunt omnia ferro. *Id. l.* 31. Cæde ingenti ſterni. *Virg.* 12. *Æn.* Sternere aliquem morti. *Id.* 1. *Georg.* Pavor ſtravit mortalia corda, *abbattè gli ſpiriti*. ¶ Sternere ſe, *coricarſi*. *Virg.* 4. *Georg.* Sternunt ſe ſomno diverſo in litore phocæ. *Liv. l.* 27. *c.* 47. Feſſique aliquot ſomno, ac vigiliis ſternunt corpora paſſim. ¶ Præterea quia quæ alta ſunt, in terram dejiciendo, ipſam terram, vel alio complanamus, ſterno etiam notat complanare, æquare, componere. *Virg.* 5. *Æn.* Placidi ſtraverunt æquora venti. hoc eſt plane fecerunt, quæ prius intumuerunt, tranquillum mare reddiderunt. *Id.* 9. *Eclog.* Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor. ¶ Item quia ſternendo fit, ut id, ſupra quod ſternimus, tegamus, ſternere etiam pro tegere ſumitur. *Virg. Æn.* 9. Sternitur omne ſolum jaculis. *Liv. lib.* 9. Sternere locum ſaxis. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 34. Viam uſque Brunduſium ſtravit lapidibus. ¶ Denique ponitur pro inſtruere, apparare, ornare. *Cic.* 2. *Verr.* Publice ſibi convivia parari, ſterni triclinia etiam in foro jubebat. *Id. pro Cluent.* Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari, & ſterni, expulſa, atque exturbata filia, jubet. Sic ſternere equos. V. *Stratus*. ¶ Sternere ſibi viam, *farſi ſtrada*. *Lucret. l.* 3. *v.* 1044. Xerſes ipſe viam qui quondam per mare magnum ſtravit. Sic *Stat.* 12. *Theb.* Fama tibi ſtravit benignum iter.

Sternumentum pro ſternutamentum habent quædam Gellii editiones *l.* 12. *c.* 5. *ad fin.*

Sternuo, is, nui, nutum, n. 3. *ſternutare*, *ſternutire*, πταίρομαι, eſt flatum e pectore exurgentem cum capitis concuſſione emittere. *Plin. l.* 7. *cap.* 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt, ſicut ſternuiſſe a coitu abortivum. *Col. l.* 8. Naribus inſeruntur, verſanturque, donec ſternuat ovis. ¶ Tranſlate ſternuere dicitur lumen lucernæ cum crepitu ſcintillantis. *Ovid. Heroid. ep.* 19. *v.* 151. Sternuit & lumen: poſito nam ſcribimus illo. Sternuit, & nobis proſpera ſigna dedit. ¶ *Sternuere omen* apud *Propert.* eſt ſternutamento omen dare. Sic enim ille *l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 34. Num tibi naſcenti primis, mea vita, diebus Aureus argutum ſternuit omen Amor? *Macrob. in l. de different. Græci*, *& Lat. ſerm. c. de frequentat.* legit, Candidus Auguſtæ ſternuit omen Amor. Ex quo alii emendarunt *auguſtum*. Fuit etiam qui legeret, *Aridus auguſtum*.

Sternutamentum, i, n. idem ac ſternutatio. *Cic.* 2. *de Div.* Pedis offenſio nobis & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda. *Plin. l.* 20. *cap.* 12. Semen tritum, & hauſtum naribus ſternutamenta movet. ¶ Ponitur etiam pro medicamento ſternutationem evocante. *Plin. l.* 25. *c. ult.* Eadem ſiccata conciſa ſternutamentum eſt.

Sternutatio, onis, f. *ſternuto*, πταρμός, actus ſternutandi, *Apul. l.* 9. *Metam.* Ut eſt ingenium metalli, crebras ei ſternutationes commovebat. *Scribon. Larg. compoſit.* 10. Sternutationem invitam.

Sternūto, as, n. 1. *ſternutare*, πταρνύω, πταίρω, freq. a ſternuo. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Proboſcidis tactu capitis dolor levatur: efficacius, ſi & ſternutet. ¶ Cur ſternutantibus ſalutem ſoleamus precari (cujus ritus etiam meminere Xenophon *l.* 3. *de expeditione Cyri*. *Plinius l.* 28. *c.* 2. *Apulejus l.* 9. atque alii) in cauſa eſt, quod ſternutamenta ſint a capite, caput autem cum ſit Jovi ſacrum, certiſſima, maximeque divina hinc omnia proficiſci, creditum fuit. Vide hoc de more *Plutarchum*, *l. de Homero*, e junioribus *Alexandrum ab Alexandro*, *l.* 2. *c.* 26. & *Janum Douzam in Petronium*, *l.* 2. *c.* 4.

Sterŏpe, es, f. 1. στεροπή, filia Atlantis, una Plejadum, quam nonnulli Aſteropen vocant. A Marte amata fuit, ex quo Parthaonem peperit, qui fuit Rex Calydoniæ. *Ovid.* 4. *Faſt.* Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt. ¶ Relata eſt inter aſtra. *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 10. Sæpe minax Steropes ſidere pontus erat.

Sterŏpes, is, m. filius Neptuni, & Amphitrites, frater Brontis, & Pyracmonis, unus ex Vulcani miniſtris, a στεροπή, *fulger*, per Aphæreſin, pro ἀστεροπή. *Virg.* 8. *Æn.* Brontesque, Steropeſque, & nudus membra Pyracmon.

Sterquilinium, nii, n. *foſſa da ſterco*, דימן, Ger. *miſtgrub*, Gall. *fumier*, Hiſp. *muladar*, κοπρών, κοπρία, locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. *Col. l.* 1. *c.* 6. Sterquilinia duo ſint, unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conſervet: alterum, ex quo vetera vehantur. ¶ Tranſlate uſurpatus de homine vili. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 3. *de lenone*: Eho lutum lenonium Commiſtum, eho te ſterquilinium publicum. ¶ Legitur & *ſterculinium* tum in *Vet. Gloſſ.* tum apud *Marcell. Empir.* c. 34. ubi ait: In ſterculinio defodere.

Stertĕrus, a, um, adject. qui ſtertit, ignavus, deſidiæ plenus. *Petron. in fragment. Tragur.* Tu autem ſtertera, etiamnum ploras?

Sterto, is, n. 3. *ronfeggiare*, *ronfare*, Ger. *ſchnarchen*, Gal. *ronfler*, Hiſp. *roncar*, ῥέγχω, dormiendo ronchos emitto. A ſono ſtertentium effictum eſt, uti & Græcum ῥογχεῖν, & ῥέγχειν. Fere in malam partem ſumitur. *Ter. Eun.* 5. 9. Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque, & dies. *Cicer.* 4. *Acad.* Per me vel ſtertas, licet, inquit Carneades, non modo quieſcas. *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 57. Ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

Steſichŏrus, i, m. Στησίχορος, Poeta Lyricus, ex Himera Siciliæ urbe, a qua Himeræus eſt dictus. Alii ex Methauria urbe natum dicunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido, unde profugus Catanam venerit. Natus eſt 37. Olympiade, & 56. obiit. Vocatus eſt Steſichorus, quoniam primus cum citharæ cantu chorum inſtituit. Nam prius Tiſias vocabatur. *Suid.* Fertur luſcinia aliquando in ore Steſichori infantis cecinisse, mirabili auſpicio, ſummum eum Poetam futurum, & tantos ſuavitate omnes, qui ante eum fuiſſent, ſuperaturum. Fratrem habuit Mamertinum, optimum Geometram. Fuit excellentiſſimus Lyricus, a quo Steſichorium carmen dictum. *Horat. l.* 4. *od.* 6. Steſichorique graves Camœnæ. Narrant, eum ſcripſiſſe Helenæ vituperationem, ex qua exoculatum fuiſſe, rurſuſque ob palinodiam viſum recuperaſſe. Quam fabulam tetigit & *Horatius in Epod. ad Canidiam* ſic ſcribens: Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice, Fraterque magni Caſtoris victi prece, Adempta Vati reddidere lumina. Extat de ejus ſcriptis judicium apud *Quintil. l.* 10. *c.* 1.

Sthenelēïus, a, um, adject. ad Sthenelum pertinens. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 23. Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hoſtis, &c.

Sthenĕlus, i, m. Σθένελος, filius Capanei, in exercitu fuit Græcorum ad Trojam. *Horat. l.* 1. *od.* 13. Pugnæ Sthenelus ſciens.

Stibadium, ii, n. στιβάδιον, ſella, ſeu lectus ſemicircularis menſis rotundis accommodatus, quo uſi Romæ pro tribus lectis, poſtquam menſæ citreæ, quæ rotundæ erant, in honore magno apud omnes eſſe cœperunt. *Servius ad* 1. *Æn. v.* 702. Antiqui ſtibadia non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur, unde & triclinium ſterni dicitur. ¶ Dictum eſt ſtibadium a Græco στιβάδιον, quod eſt diminutivum a στιβάς, quod in Gloſſis veteribus ſtramentum exponitur, quaſi ſtratum cubandi cauſa. Nempe voce hac στιβὰς ſignatur torus ex herbis, aut frondibus factus, quali olim fortaſſe veteres uſi ſunt, ut *Suidas*, & *Athenæus* ſcripſerunt. Poſtea ex alia materia fieri conſuevit. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Stibadium candido marmore, vite protegitur, vitem quatuor columellæ Caryſtiæ ſubeunt: e ſtibadio aqua, velut expreſſa cubantium pondere, ſiphunculis effluit. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. In cœnatiuncula ſtibadium, & nitens abacus. ¶ Stibadium, & ſigma idem ſunt. Nam apud *Martial. l.* 14. *titulus epigram.* 87. eſt *Stibadia*; ipſum vero epigramma ſic habet: Accipe lunato ſcriptum teſtudine ſigma: octo capit, veniat quiſquis amicus erit.

Stibium, ii, n. quod & ſtibi, & ſtimmi dicitur, *antimonio*, metalli genus, ſimile galenæ, ſed magis radians, quod vulgo antimonium dicitur. Græce dicitur στίβι, στίμι, στίμμις, στίμμι, a στίζω, ſeu στείβω, *adſtringo*, quia eam vim habet. Uſus ejus eſt mulieribus in fucanda facie: Peculiariter vero ad venuſtandos oculos olim ſtibio utebantur. Vide de eo *Georgium Agricolam*, *l.* 10. *de nat. foſſilium*, *c.* 11. *Plin. l.* 33. *c.* 6. In iiſdem argenti metallis inveniuntur, ut proprie dicamus, ſpumæ lapis candidæ, nitentiſque, non tamen tranſlucentis, ſtimmi appellant, alii ſtibium, alii alabaſtrum, alii larbaſon. Duo ejus genera, mas, & fœmina, &c.

Stibi, bis, f. idem ac ſtibium. *Celſ. l.* 6. *c.* 6.

Stica, æ, f. uvæ genus, quæ a Latinis appiana dicitur. *Plin. l.* 14. *c.* 9.

Stichus, i, m. nomen ſervi, apud Plautum, quo Comœdiam ſuam inſcripſit, a στίζω, *pungo*, quia ſervi punctis quibuſdam in facie, aliave parte notabantur.

Sticŭla, læ, f. genus vitis, apud *Col. l.* 3. *c.* 2.

Stigma, atis, n. *ſegno*, *ſegnal*, *bollatura*, קעקע, Germ. *malzeichen*, Gall. *marque*, Hiſp. *ſenal*, στίγμα, nota, ſignumve, quod inuritur, vel quo quis compunctus eſt, a στίζω, *pungo*. Hujuſmodi ſunt militum puncta in cute manus, de quibus *Vegetius l.* 1. *c.* 8. & *l.* 2. *c.* 8. item ſervorum puncta in facie, aliave parte. *Martial. l.* 6. *ep.* 64. Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. *Id. l.* 10. *ep.* 66. Triſtia ſervorum ſtigmata delet Eros. *Sen. l.* 3. *de Benef.* Alicui ſtigmata inſcribere. ¶ Per tranſlationem quandoque ponitur pro infamia. *Suet. in Cæſ. c.* 73. A quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulaverat.

Stigmatias, æ, m. 1. στιγματίας, ſervus notis compunctus. *Cic. Off. l.* 2. *c.* 7. O miſerum, qui fideliorem & barbarum, & ſtigmatiam putaret, quam conjugem.

Stigmaticus, a, um, στιγματικός. Alii leg. *ſtigmatium*, ſtigmate notatus. *Petron. in Satyr.* Dicta in calvos ſtigmaticoſque jaculari. Alii leg. *ſtigmoſos*. V. etiam dictionem præced.

Stigmo, as. a. 1. *ſtimatizare*, notis, ſeu ſtigmatis noto, στιγματίζω, *Prudent. in Rom. verſ.* 1080. Quancunque partem corporis fervens nota ſtigmarit.

Stigmōſus, a, um, στιγματώδης, idem ac ſtigmaticus. *Plin. lib.* 1. *ep.* 5. *referens, & deridens verba cujuſdam Cauſidici*: Vitellianæ cicatrice ſtigmoſum. V. etiam *Stigmaticus*.

Stilbon, onis, στίλβων, ſtella Mercurii, a στίλβω, *luceo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.*

Deor. c. 20. Stella Mercurii στίλβων appellatur a Græcis.

Stilico, vel Stilicho, Στιλίκων, & Στιλίχων, Honorii Imper. ſocer, & Occidentis adminiſtrator, quem Claudianus Poeta multis laudibus celebravit. Hic cum res plurimas feliciſſime geſſiſſet, ut Eucherium filium ad Imperatorium faſtigium eveheret, adverſus Principes conjuravit, cumque Gothorum irruptioni reſiſtere poſſet, ut Imperatorum vires minueret, paſſus eſt, Italiam ferro, flammiſque crudeliſſime devaſtari. *Claudian. de III. Conſ. Honor. v.* 144. Bellipotens Stilico, cujus mihi robur in armis, Pace probata fides. *Id. l.* 2. *in I. Conſ. Stilic. in fine*: Scribunt æthereis Stiliconem ſidera faſtis.

Stiliconius, a, um, adject. ad Stiliconem pertinens. *Claudian. l. de nupt. Honor. & Mar. v.* 177. Agnoſcat famulum virgo Stiliconia pontum.

Stilla, æ, *goccia*, *gocciola*, דלף, Germ. *tropff*, Gall. *goutte*, Hiſp. *gota*, ἀποσταλαγμός, pars minima aquæ, vel alius liquoris. Eſt diminutivum a *ſtiria*. *Feſt. ſive Paul. in Stiricidium*; Stiria enim principale eſt, ſtilla diminutivum. Stillam, & guttam ſic diſtinguit *Cornel. Fronto*, quod gutta ſtet, ſtilla cadat. Verum id diſcrimen a Scriptoribus non ſervatur. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Ex ea, cum opus ſit, ternis ſtillis additis in oleum perunguntur. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 14. Ut interit magnitudine maris Ægæi ſtilla muriæ.

Stillatim, adverb. *a ſtilla a ſtilla*. *Var. l.* 4. *de L. L.* Inter ſtillicidia, & flumina hoc intereſt, quod ſtillicidium, eo quod ſtillatim cadat, flumen, quod fluit continue.

Stillatitius, a, um, σταλακτικός, quod guttatim ſtillat, ut Reſina ſtillatitia. *Plin. l.* 27. *c.* 11. Eadem reſina, ſi cum aqua levius decoquatur, colaturque, rufo colore lenteſcit, ea ſtillatitia vocatur.

Stillativus, a, um, adject. idem quod ſtillatitius, ut ſtillativum mel. *Pallad. Valer. l.* 1. *c.* 18.

Stillatus, a, um, nom. particip. *caduto goccia a goccia*, ἐσταλαγμένος, ſtillando effuſus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 368. ſtillataque ſole rigeſcunt De ramis electra novis.

Stillicidium, ii, n. *ſtilla*, *che cade*, σταλαγμός, ſtillatio, actus ſtillandi, vel aqua illa, quæ decidit. *Varro l.* 5. *de L. L.* A quo lege prædiorum urbanorum ſcribitur: Stillicidia flumina aquæ, uti (*ita recte emendat Scaliger*) fluant, cadantque. Inter hæc hoc intereſt, quod ſtillicidium, eo, quod ſtillatim cadat: flumen, quod fluit continue. *Feſt.* Stiricidium quaſi ſtillicidium, cum ſtillæ concretæ frigore cadant. *Plin. l.* 17. *c.* 12. Stillicidii brevis definitio eſt: omnium (arborum) quæ projectu frondis ita diffunduntur, ut per ipſas non defluant imbres, ſtilla ſæva eſt. *Id. l.* 25. *c.* 3. Stillicidium veſicæ. ¶ Præterea ſtillicidium dicitur pars tecti, quæ anterius promovet, & aquæ pluviæ guttas projicit, *grondaia*, γεισηπόδισμα, *Cic.* 1. *de Leg.* Ut libellos conficiam de ſtillicidiorum, ac parietum jure? *l.* 8. *Dig. quemadm. ſervit.* Stillicidii jus habere in aream alterius. h. e. jus derivandi, & projiciendi tecti ſui aquam in aream vicini.

Stillo, as, n. 1. *ſtillare*, *gocciare*, στάζω, λείβω, guttatim fluo, ſive guttas emitto. Uſurpatur vel abſolute. *Martial. l.* 1. Vivebant laceri membris ſtillantibus artus. ¶ Vel cum abl. *Lucan. l.* 7. Omniſque cruenta Alite ſanguineis ſtillavit roribus arbor. ¶ Uſurpatur etiam active. *Hor. in Arte v.* 429. Etiam ſtillabit amicis Ex oculis rorem. ideſt illacrymabit. ¶ Et paſſive. *Plin l.* 28 *c.* 7. Et contra morſum ejuſdem bibitur, ſtillaturque. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſuggerere, imprimere, inſerere. *Juv. ſat.* 3. *v.* 122. Nam cum facilem ſtillavit in aurem Exiguum de naturæ, patriæque veneno.

Stilpo, onis, al. Stylpho, al. Stilbo, m. 3. Στίλπων, Megarenſis Philoſophus, tempore primi Ptolemæi, diſcipulus Paſiclis Thebani. Præfuit ſcholæ Megarenſi. Scripſit dialogos viginti. *Cic.* 4. *Acad. & de Fato.*

Stilus, li, m. στῦλος, Græce columnam ſignificat, a voce allata, cujus ratione ſunt qui *ſtylus* ſcribunt: quamquam cum in Latinam linguam vox hæc tranſlata ſit, conſuetudo obtinuit, ut Latinis etiam literis ſcriberetur. Itaque primo ſignificat inſtrumentum ligneum, vel ferreum, vel alterius materiæ, quod in modum columnæ teres, erectum, acuminatumque ſit. *Col. l.* 11. *c. ult.* Et ligneo ſtilo, laxatis vel rubi, vel ferulæ medullis, ſtercus immittere. ¶ Item teres virgultum. *Id. l.* 5. *c.* 10. Danda eſt opera, ut dum teneros ramulos habent, velut pampinentur, & ad unum ſtilum primo anno ſemina redigantur. ¶ Item radicem oblongam. *Id. ibid.* Omnis autem nux unam radicem mittit, & ſimplici ſtilo prorepit: cum ad ſcrobis ſolum radix pervenerit, &c. ¶ Præterea ſæpiſſime ponitur pro inſtrumento ſcriptorio ferreo, vel æneo, quo in ceratis tabulis veteres ſcribebant, quod ab una parte acuminatum erat ad literas efformandas, ab altera obtuſum & planum ad delendum, ſi opus eſſet, quod ſcriptum fuerat, & ceram rurſus complanandam, alio nomine *graphium* dictum eſt. *Sympoſius in ænigm. de ſtilo.* De ſummo planus, ſed non ego planus in imo: verſor utrimque manu, diverſo & munere fungor: altera pars revocat, quidquid pars altera fecit. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 63. Effer cito ſtilum, ceram, tabellas. ¶ Metonymice ponitur pro forma ſcriptionis, ſeu ſtructura verborum, charactere, phraſi, genere dicendi. *Terent. in prol. Andr. v.* 12. Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtilo. *Cic. in Brut. c.* 45. Orationes Attico ſtilo ſcriptæ. *Plin. l.* 3. *ep.* 8. Stilus preſſus, & demiſſus. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Stilus rudis. *Id. l.* 9. *c.* 4. Stilus negligens. *Sueton. in Aug. c.* 85. Tragœdiam magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtilo, abolevit. ¶ Item pro ipſo ſcribendi exercitio. *Cic.* 1. *de Or. c.* 33. Stilus optimus, & præſtantiſſimus dicendi effector, & magiſter. *Id.* 3. *de Or. c.* 49. Cum exercitatione, tum ſtilo, qui & alia, & hoc maxime ornat, & limat, formanda nobis oratio eſt. ¶ Stilum vertere, eſt ejus partem planam ſcriptis impingere, delere, inducere, untare. *Hor. l.* 1. *Sat.* 10. *v.* 72. Sæpe ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſint, ſcripturus. *Cic.* 4. *Verrin.* Vertit ſtilum in tabulis ſuis, quo facto cauſam omnem evertit ſuam. Huc pertinet & illud ejuſdem *Cic.* 2. *de Orat. c.* 23. Ubertas orationis ſtilo depoſcenda eſt. h. e. reſecanda ſunt ſuperflua.

Stimmi, n. 3. στίμμι, ſtibium. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Stimula, læ, f. Dea apud veteres, nominata a ſtimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur, ut interpretatur *Auguſt. l.* 4. *de civ. Dei*, *c.* 11. Seu quæ ſtimulat ad libidinem, ſecundum *Scholiaſt. Juvenal. ad Sat.* 2.

Stimulatio, onis, *ſtimolazione*, κέντρισμα, actus ſtimulandi. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Eratque hæc ſtimulatio ſumma, & ingens. Addunt aliqui etiam locum *Cic.* 2. *Agrar. c.* 3. ſed varia ibi lectio.

Stimulator, oris, m. *ſtimolatore*, κέντωρ, qui ſtimulat. *Cic. pro Domo c.* 5. Seditionis quidem ſtimulator, & concitator tu fuiſti. Alii leg. *inſtimulator*.

Stimulatrix, icis, f. 3. *ſtimolatrice*, κέντειρα, quæ ſtimulat. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 62. Atque necem ſceleſtam ſtimulatricem.

Stimulatus, a, um, *ſtimolato*, κεντηθείς. *Cic. pro Dom.* Deinde aram aliquam in litore deſerto ſomniis ſtimulatus, aut religione aliqua conſecraret. *Ovid. l.* 1. *de Arte*, *v.* 591. Jurgia præcipue vino ſtimulata caveto.

Stimuleus, a, um, κέντρειος, quod ad ſtimulum ſpectat, ut Supplicium ſtimuleum, quod ſtimulis infligitur. *Plaut. Mil.* 2. 6. 31. Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum deditur.

[illegible] *ſtimolare*, *pungere*, *nervia*, pungo, a ſtimulus. *Silius l.* 4. *v.* 440. Quadrijugos atro ſtimulat Bellona flagello. ¶ Pene translate uſurpatur pro cruciare, vexare, angere, ſollicitum habere. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 4. Jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota. *Cic. pro R. Am. c.* 2. Hunc mihi ex animo ſcrupulum evelle, qui me dies, noctesque ſtimulat, ac pungit. *Id. in Parad.* 2. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. ¶ Item pro concitare, commovere, agere, impellere. *Ter. Heaut.* 2. 1. Magis me nunc amicæ dicta ſtimulant. *Liv. l.* 2. Hæc indignatio ferocem animum ad vexandum ſævo imperio exercitum ſtimulat.

Stimuloſus, a, um, adject. ſtimulis plenus. *Cal. Aurel. Tard.* 3. *c.* 9. Stimuloſum deſiderium Venereæ voluptatis.

Stimulus, i, m. & ſtimulum, i, n. *ſtimolo*, κέντρον, aculeus, ſuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boves ſuppungunt, a στίζω, pungo. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 2. Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves. *Plaut. Men.* 5. 2. 112. Jam aſtiti in currum, jam lora teneo, jam ſtimulum in manu eſt. ¶ *Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plus doles*, proverb. apud *Plaut. Trucul.* 4. 2. 55. quo ſignificatur ſuo damno quempiam adverſari potentiori, quem vincere nunquam poſſit. Huic ſimile eſt illud apud *Terent. Phorm.* 1. 2. 28. Nam quæ inſcitia eſt, adverſum ſtimulum calces? ¶ In bellicis munitionibus ſtimuli erant ſudes acutæ humi latenter defixæ, ad hoſtium incurſionem ſiſtendam. *Caſar l.* 7. *B. G. c.* 73. Taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur, mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos ſtimulos nominabant. *Et c.* 82. Poſtquam propius ſucceſſerunt, ſe ipſi ſtimulis inopinantes induebant. ¶ Per Tranſlationem ponitur pro cruciatu, & omni eo, a quo vexamur. *Cic.* 2. *Tuſc.* Non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit. ¶ Item pro incitamento, incitatione. *Cic. pro Arch.* Quæ noctes, & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. *Id. pro Sext. c.* 5. Quot ſtimulos admoveris homini fortaſſis ſtudioſo victoriæ. *Lucan. l.* 1. *v.* 263. Stimulos addere.

Stinguo, is, nxi, nctum, a. 3. *eſtinguere*, deleo, tollo, extinguo. *Cic. in Arat.* apud *Priſcian. l.* 10. Neque longa vetuſtas Interimet ſtinguens præclara inſignia cœli. *Lucret. l.* 2. *v.* 287. Evaneſcere paulatim, ſtinguique colorem.

Stipa, vel ſtype, æ, f. idem ac ſtupa. *Serv. in* 1. *Æn.* Stipant, denſant. Tranſlatio a navibus, in quibus ſtupa interponitur vaſis, quam ſtipam dicunt.

Stipatio, onis, f. actus ſtipandi. *Plin. l.* 10. *c.* 22. Feſſi (anſeres) proferuntur ad primos, ita cæteri ſtipatione naturali propellunt eos, *collo ſtarſi ouno l' un l' altro gli ſpingono*. *Quintil. l.* 5. *c.* 14. Aggreſſionum, & enthymematum ſtipatio, *ſolla di pruove*. ¶ Item caterva hominum aliquem comitantium, *ſeguito*, *corteggio*. *Cic. pro Syl. c.* 23. Ejus aſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum metum nobis, ſeditioneſque afferebant. *Plin. l.* 4. *ep.* 16. Adeundi mihi locus, niſi a tribunali, niſi per ipſos judices, non fuit, tanta ſtipatione cætera tenebantur, *tanta era la calca*.

Stipator, oris, m. *chi è di guardia*, qui alterum ſtipat, & ad ejus latus aſtat tutelæ, ſeu amicitiæ cauſa, δορυφόρος. *Cic. Agr.* 2. *c.* 13. Stipatores corporis conſtituit eoſdem miniſtros &c. *Id.* 1. *Offic. c.* 7. Præmittebat de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres. ¶ *Servius in* 1. *Æn.* ſcribit, eos etiam ſtipatores vocari, qui ſtupam in naves indunt: nam & ſtipem pro ſtupa uſurpari.

Stipatus, a, um, adject. *circondato*, *accompagnato*, *cinto*. *Cic. pro Mur. c.* 24. Catilina ſtipatus choro juventutis. *Plin. l.* 6. *ep.* 31. Stipatum tribunal, *cinto da calca di gente*. *Liv. l.* 33. *c.* 18. Stipata phalanx, *condenſata*, *e unita in ſe ſteſſa*. *Sidon. l.* 3. *ep.* 2. Ab omni ordine, ſexu, ætate ſtipatiſſimus.

Stipendialis, & le, a. 3. idem ac ſtipendiarius, ut Fœdus ſtipendiale, apud *Sidon. Apollin. in carm. poſt ep.* 9. *l.* 8. *confederazione tributaria*.

Stipendiarius, a, um, *tributario*, Ger. *der das ſchatzung geben muſſ*, Gall. *fermier*, Hiſp. *pechero*, ὑποτελής, tributarius, vectigalis, qui ſolvendo ſtipendio obnoxius eſt, ut Civitates ſtipendiariæ, quæ ſervitute oppreſſæ aliquid populo victori, ex. gr. Populo Romano, pependerunt. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 30. Reliquaſque civitates ſtipendiarias haberent. ¶ Stipendiarium vectigal eſt tributum certum, quod nulla habita ratione fertilitatis, vel ſterilitatis anni ſolvitur. *Cic.* 5. *Verr.* Quod cæteris eſt impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, aut Cenſoria locatio conſtituta. ¶ Stipendiarii, abſolute dicuntur populi, qui ſtipendia, ſeu tributa ſolvunt. *Cic.* 1. *Verr.* Socii, ſtipendiariique Populi R. afflicti, miſeri, jam non ſalutis ſpem, ſed exitii ſolatium quærunt. *Caſ. l.* 7. *B. G.* Ne ſtipendiariis Heduorum expugnatis juncta Gallia deficeret. ¶ Sumitur interdum ſtipendiarius pro eo qui ſtipendia accipit, ut ſtipendiarii milites. *Liv. l.* 8. *c.* 8. Clypeis antea Romani uſi ſunt, deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere. ¶ Apud *Veget. l.* 1. *de re milit. c.* 18. Stipendiarii milites dicuntur, qui aliquot jam ſtipendia fecere, & opponuntur tyronibus. Ejus verba ſunt: Non tantum a tyronibus, ſed a ſtipendiariis militibus ſaltus Equorum diſtricte eſt ſemper exacta.

Stipendiatus, a, um, adject. *ſtipendiato*, is cui ſtipendium alendi cauſa ſolvitur. *Tertull. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 13. *de infantibus Ponticis*: Pannis armati, & butyro ſtipendiati.

Stipendior, aris, d. 1. *ſervire a ſtipendio*, Ger. *verſolden*, Gal. *estre a la ſolde*, Hiſp. *merecer ſueldo*, μισθοφορέω, ſtipendia facio, vel mereor. *Plin. l.* 6. *c.* 19. Regi eorum peditum ſexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum novem per omnes dies ſtipendiantur.

Stipendioſus, a, um, adject. qui ſtipendia facit, ut ſtipendioſus miles, *ſoldato pagato*. *Veget. l.* 2. *c.* 25.

Stipendium, ii, n. *ſtipendio*, *paga*, שכר, Germ. *lohn*, *kriegſſold*, Gal. *ſolde*, *gage*, Hiſp. *ſueldo*, ὀψώνιον, æs militare, ſeu præmium, quod militibus datur. Ita dicitur quaſi *ſtipipendium* a ſtipe pendenda. Nam ante nummum ſignatum Quæſtores ſtipem militibus appendere ſolebant, non annumerare. Non tamen milites Romani ab initio Urbis ſtipendium acceperunt, neque eodem anno equites, quo pedites. Peditibus enim datum eſt anno Urbis 347, Anxure Volſcorum oppido capto, ac direpto; equitibus anno 350, bello Vejenti. V. *Liv. l.* 4. & *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. *c.* 15. ¶ Stipendium diurnum peditis ſecundum *Polybium* erant duo oboli, centurionis duplex, equitis drachma, ſeu denarius, qui quidem denarius, teſte *Plinio l.* 33. *c.* 3. decem aſſes valebat, bello Punico ſexdecim. Aliis temporibus ſtipendium peditis erat denarius, centurionis duplex, equitis tres denarii, imo & pro varietate militiæ varium. Lege Tur. Ann. 1. *Cic. pro Cal. c.* 5. Merere ſtipendia. *Id. pro Corn. Balb. c.* 27. Victorem exercitum ſtipendio afficere. *Id. Fam.* 11. *epiſt.* 26. Dare ſtipendium militibus. Sic ſtipendium alicui decernere, perſolvere, numerare, &c. apud *eund. Fam.* 1. *epiſt.* 7. *l.* 5. *ad Attic. ep.* 14. & *in Piſon. c.* 36. &c. Stipendia alicui conſtituere. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. ¶ Interdum milites Romani propter ignominiam ſtipendio privabantur. Atque hi ære diruti appellabantur. *Liv. l.* 40. *Feſt.* & *Sigon. V. Æs.* ¶ Metaleptice, ſeu Metonymice ſtipendium pro annis militaribus uſurpatur. Legitima ſtipendia Romanis lege Servii Tullii triginta annorum ſpatio con-

concluſa fuere, intra annum 16. & 49. ætatis. Intra hoc ſpatium ſtipendia ex lege neceſſario conficienda, equiti decem annorum fuerunt, pediti ſex, aut, ſi Honores petere vellet, decem: ſæpe tamen ad ſenectutem uſque in caſtris detinebantur: quare ſub initium Principatus Tiberii ſuborta hoc nomine ſeditione in caſtris Pannonicis, placuit poſt ſedecim ſtipendia milites exauctorari, quatuorve poſt annos, antequam miſſionem adipiſcerentur, ſub vexillis retineri indulgentiore militiæ genere, quo tempore veterani dicebantur. *V. Tacit. Annal.* 1. *c.* 36. Hinc *milites emeriti*, vel *confectis ſtipendiis*. Ita enim dicebantur, qui legitima ſtipendia confecerant omnia, idest qui annos a lege præſcriptos militaverant, & ſoluti juramento ab exercitu dimittebantur. *Cic. pro L. Man.* Partem militum, qui jam ſtipendiis confectis erant, dimiſit. *Id. de Sen. per tranſlationem*: At illo quanti ſunt, animum tanquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, ſecumque, ut dicitur, vivere? *Liv. l.* 39. Ut Ebutio emerita ſtipendia eſſent, ne invitus militaret. *Tacit.* 1. *An. c.* 36. Dare miſſionem vicena ſtipendia meritis, *a chi ha militato vent' anni*. *Id. l.* 5. *c.* 7. Se ſuis equis ſtipendia facturos promittunt, *che avrebbero militato con cavalli proprj*. *Id. l.* 3. *c.* 27. Stipendia pedibus facere, *eſſer ſoldato di fanteria*. ¶ Tributum quoque ſtipendium vocatur, teſte Pomponio J. C. *Cæſ. lib.* 1. *Bell. Gall.* Stipendium capere jure belli, quod victores victis imponere conſueverant. *Liv. l.* 2. Pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educent. *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 173. Indomito nec dira ferens ſtipendia Tauro, h. e. tributum ſeptem juvenum, & totidem puellarum, quod ab Athenienſibus Minotauro pendebatur. ¶ Hinc interdum pro mulcta, ſeu pœna uſurpatur. *Horat. epod.* 17. Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium? Effare, juſſas cum fide pœnas luam.

Stipes, itis, m. *tronco*, *ſtipite*, *κορμός*, truncus, aut validus fuſtis. *Ovid. in Ibin, v.* 437. viridi de ſtipite factas faces admoveant. *Id. Heroid. epiſt.* 10. *v.* 101. Mactare aliquem nodoſo ſtipite. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 27. Foſſas tranſverſas viis perducit, atque ibi ſudes, ſtipiteſque præacutos defigit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ſtulto, inſulſo, & fatuo. *Cic. de Aruſp. Reſp. cap.* 3. Itaque cum nunquam a me accuſandum eſſe putaret, non plus quam ſtipitem illum, qui quorum hominum eſſet, neſciremus, niſi ſe Ligurem ipſe diceret. *Terent. Heaut.* 5. 1. 4. Caudex, ſtipes, aſinus.

Stipidōſus, a, um, *adject.* durus, ligneus, ſtipitem referens, ut ſtipidoſa radix, *Apul. de herb. c.* 67. Stipidoſi fruticis rami, *Id. ib. c.* 74.

Stipo, as, a. 1. *riempire le fiſſure*, *ἀν᾽ἄγω*, *στείβω*, *πυκνόω*, calco, condenſo, in unum cogo, claudendo coercito, a *στείβω*, *inſpiſſo*, *condenſo*. Unde *ſtypo*, ſive *ſtupo* quidam ſcribendum exiſtimant, vel a *στείβω*, quod idem fere ſignificat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 432. Aut cum liquentia mella Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas. *Id. l.* 3. *Æn. v.* 465. Stipatque carinis ingens argentum, Dodonæoſque lebetas. ¶ Frequenter ponitur pro circumdare. Sic ſtipari dicuntur Principes, qui cuſtodiæ cauſa ſatellitio cinguntur: item qui amicorum, clientium, comitumve turba ſtipantur. *Cic.* 3. *Phil. c.* 12. Senatum ſtipaverit armatis. *Id. pro Mil. c.* 4. Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat, nec uſitata frequentia ſtipati ſumus. ¶ Interdum eſt adjungere. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 11. Stipare Platona Menandro: idest tanquam ſtipatorem, & comitem Platoni Menandrum adjungere.

Stips, f. vel ſtipes, is, *aſſe*, *moneta*, æs, aſſis, pecunia ex ære. *Varro l.* 4. *L. L.* Nam quod aſſes libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant, idest componebant, quo minus loci occuparet, a ſtipando ſtipem dicere cœperunt. *Ulpian. l.* 17. *ad Edictum*: Stipendium a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, idest modica æra, colligitur. *Feſt.* Stipem eſſe nummum ſignatum, teſtimonio eſt & id quod datur ſtipendium militi, & cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari dicitur. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Populus R. ſtipem ſpargere cœpit Sp. Poſtumio, C. Marcio Coſſ. tanta abundantia pecuniæ erat. *Liv. lib.* 38. *cap.* 43. Stipem a tyrannis, caſtellaniſque colligere. ¶ Fere ſumitur pro pecunia, quæ vel mendicantibus dabatur, vel Diis offerebatur. *Liv. l.* 25. Stipem Apollini conferre. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 9. *ex XII. tab.* Stipem cogere. *Sueton. in Aug. c.* 91. Stipem emendicare a populo. *Ovid. Faſt. v.* 190. *de Jano*. Stipis adjice cauſam, Pars mihi de feſto ne labet ulla tuo. *Auctor Paneg. ad Piſon. v.* 114. Miſerum parvo ſtipe focilat. ¶ Item pro pecunia, quæ ſtrenæ loco offerebatur. *Sueton. in Calig. c.* 42. Stetit in veſtibulo ædium Cal. Januar. ad captandas ſtipes. ¶ Item pro lucro quocunque. *Colum. l.* 8. *c.* 1. Villaticæ paſtiones, ſicut pecuariæ, non minimam colono ſtipem conferunt. ¶ Cæteri caſus hujus nominis, præter eos, qui in allatis exemplis uſurpantur, non ſunt in uſu. Affert quidem *Chariſius Grammat. l.* 1 rectum *ſtips*, ſed nullum affert exemplum. *Stipes* vero in recto caſu ſingulari uſurpat *Tertull. de Spectac. c.* 27.

Stipticus, a, um, *ſtittico*, *lazzo*, *aſtringente*, *στυπτικός*, quod ſtipat, ſive obſtruit, quod habet vim ſtipandi, ſeu denſandi. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Inter medicamenta, quæ ſtiptica vocant, nihil efficacius radice rubi mora ferentis. *Pallad. l.* 3. *tit.* 31. Quod vinum medicinæ quoque proderit, ubi ſtipticis eſt utendum. ¶ Sunt qui ſcribunt ſtypticus, nam a *στύφω*, *obſtringo*, derivant.

Stipŭla, æ, f. *paglia*, *ſtoppia*, ..., Germ. *ſtupffel*, Gall. *eteul*, *chaume*, Hiſp. *paja*, *καλάμη*, arundo agreſtis, calamus frumenti, puta tritici, hordei, & ſimilium, quod ſcilicet continet ſpicam, cujus internodia genicula dicuntur. *Ovid.* 4. *Faſt.* Moxque per ardentes ſtipulæ crepitantis acervos Trajiciat celeri ſtrenua membra pede. *Virg.* 1. *Georg.* Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros, Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis. ¶ Spicæ etiam, quæ poſt meſſorum terga leguntur, ſtipulæ vocantur. *Cajus l.* 30. *Dig. de verb. ſignif.* Stipulæ illectæ ſunt in meſſe dejectæ, necdum lectæ, quas reſtici, cum vacaverit, colligunt. *Terent. Adelph.* 5. 3. 62. Meridie ipſo faciam, ut ſtipulam colligant. ¶ Accipi etiam videtur ſtipula pro parva fiſtula ex pluribus ſtipulis cera compacta. *Virg. Ecl.* 3. Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Stipulātio, onis, f. *ſtipulazione*, *contratto*, *ἐπερώτημα*, genus contractus, quod verbis obligationem pariebat. Nam contractus alii nominati erant, alii innominati. Nominati alii re pariebant obligationem, alii verbis, alii literis, alii ſolo, nudoque conſenſu. Re obligatio contrahebatur, cum ea non niſi re tradita, acceptaque concipiebatur, ut in mutuo, commodato, depoſito, pignore. Verbis contrahebatur obligatio per ſtipulationem, ad quam fidejuſſio pertinebat. Literarum obligatio ea erat, quæ per ſcripturam fiebat, neque tamen omnis, ſed præcipue ad nomina, quæ in tabulis accepti, & expenſi fiebant, contrahebatur: Obligatio ex conſenſu erat, quæ ſine rei traditione, ſine ſtipulatione, ſine nominibus, nudo conſenſu, ſolaque conventione contrahebatur, unde & inter abſentes, & inter ſurdos, ac mutos recte fiebat. Erant autem quatuor, emptio, locatio, ſocietas, mandatum. *Sigon. de Judiciis, l.* 1. *c.* 5. Stipulationem ita Pomponius definit, *l.* 3. *§. ſtipulatio*, *ff. de verbor. oblig.* Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſpondet. Hoc nomen inde natum eſt, & a ſtipula profectum, ut Iſidorus tradit *l.* 5. *c.* 24. Cauſa ex eo eſſe videtur, quia in contractibus agrariis ſtipulam manu ſolerent tenere, quæ agrum integrum repræſentaret. *Varro l.* 4. *de L. L.* & *Feſtus in Stipem*, dici putant a ſtipe, quia imprimis ſit pecuniæ, quam veteres ſtipem dixere. Ita ſtipulari ſit ſtipe propoſita poſtulare aliquid ſibi promitti, idque verbis conceptis. Alii malunt, ita vocari a firmitate, quod firmandarum obligationum cauſa interponeretur. Nam veteres, quod firmum eſſet, id a ſtipite dixere ſtipulum. Ita *Paullus, l.* 5. *Recept. Sentent. Juſtinianus Inſtit. Tit. de verbor. oblig.* & *Iſidorus l.* 10. *Orig. Cic. l.* 1. *de Leg.* Stipulationum, & judiciorum formulas componam. *Id. Att. l.* 16. Etſi nondum ſtipulationes legeram. Acceptam facere ſtipulationem, eſt eum, qui per ſtipulationem promiſit, obligatione liberare. *Ulp. l. Julianus, ff. de dolo malo, & de metus exceptione.* Et amplius agendo cum ſtipulatore conſequar, ut mihi acceptam faciat ſtipulationem.

Stipulatiuncŭla, æ, f. *ἐπερωτημάτιον*, parva ſtipulatio. *Cic.* 1. *de Or. c.* 38. Cum in circulo decipiare adverſarii ſtipulatiuncula.

Stipulātor, oris, m. *ἐπερωτητής*, qui ſtipulatur, ſeu per interrogationem obligat promiſſorem. Cæterum ſicut judiciorum, & cæterarum actionum forenſium, ita & ſtipulationum certæ erant formulæ, quarum qui periti eſſent, ſtipulatores dicebantur, adhibebanturque in iis, ne ſtipulantes circumvenirentur. Hoc ſenſu *Sueton. in Vitell. c.* 14. Fœneratorum, inquit, & ſtipulatorum nix ulli pepercit. Ubi ſtipulatores ideo cum fœneratoribus conjungit, quia uſuræ non niſi ex ſtipulatione debebantur. Adde *Cic. pro Quint. c.* 17. ubi tamen alii leg. *adſtipulator*.

Stipulātum, i, n. idem ac ſtipulatio. *Quinctil. Declam.* 12. Stipulata legati noſtri perierunt. *Ulp. l.* 2. *ff. de verbor. obligat.* Acquiret ei ex ſtipulatu actionem.

Stipulātus, a, um, particip. paſſivæ ſignif. ſtipulando promiſſus. *Cic. pro Roſc. Com. l.* 5. Hæc pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit.

Stipŭlor, aris, com. 1. *fare contratto*, *interrogare*, *ἐπερωτάω*, *ὁμολογοῦμαι*, eſt certis, & ſolemnibus quibuſdam verbis aliquem interrogare, an velit aliquid dare, vel facere, quo reſpondente, & promittente, oritur legitima obligatio. V. *Stipulatio*. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 5. Stipulatus es? ubi? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? nemo. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 165. Quantum vis, ſtipulare, & protinus accipe quod vis. ¶ Stipulandi formula legitur apud *Plaut. in Pſeud.* 1. 1. ubi Calidorus inquit: *Dabis tu argenti mihi hodie viginti minas?* reſpondet Pſeudolus: *Dabo*. Et *ibid.* 4. 6. 14. *Nullum*, inquit Simo, *periculum eſt*, *quod ſciam*, *ſtipulatur*, *ut concepiſti verba*: *viginti minas dabo?* reſpondet Ballio, *Dabuntur*. ¶ Stipulari ſtipulationem idem eſt ac ſtipulari ſimpliciter, *fare ſtipulazione*. *Ulpian. l.* 3. *Dig. Judic. ſolvi*. ¶ Dicimus ſtipulari ab aliquo. *Pompon. l.* 9. *Dig. rem pupill. ſalv. for.* Pupillus a tutore ſtipulatur, rem ſalvam fore. h. e. obligat tutorem. ¶ Et *ſtipulari alicui*. *Ulpian. Dig. l.* 46. *tit.* 4. *leg.* 8. & *Paul. Dig. l.* 44. *tit.* 7. *leg.* 43. ¶ *Priſcian. l.* 8. *pag.* 794. *Puiſch.* hoc verbum refert inter communia, quod tam activa ſignificatione, quam paſſiva uſurpetur, dicaturque *ſtipulor a te*, pro *interrogo te*, & *interrogor a te*. Hinc eſt, ut pro promittere a quibuſdam uſurpetur, non quia revera promittere ſignificet, ſed quia qui legitime promittit, antea interrogatur. *Sueton. apud eund. Priſcian. ibid.* Lætoria lex, quæ vetat minores XXV. annis ſtipulari. ¶ *Stipulo*, *as*, activa forma uſurpatum legimus apud *Symmach. l.* 1. *ep.* 12. juxta quoſdam Codices, ſed juxta alios aliter.

Stiria, æ, f. *goccia*, *ſtille*, *σταλαγμός*, gutta. *Feſt.* *Stiricidium*, *quaſi ſtillicidium*, *cum ſtillæ concretæ frigore cadunt*. *Stiria enim principale eſt*, *ſtilla diminutivum*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 366. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. *Martial. l.* 7. *ep.* 36. Turpis ab inviſo pendebat ſtiria naſo. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Quarum a latebris deſtillantes hyberno gelo ſtirias, ſtalagmias vocant.

Stiria, æ, f. inc. *Steyer*, Ital. *Stiria*, Gall. *Stirie*, prov. Germaniæ, ubi alias pars Norici, & Pannoniæ ſup. verſus Muram, & Dravum fl.

Stiriăcus, a, um, adject. ſtillans, ſtillatitius, a *ſtiria*, gutta. *Solin. c.* 40. Pingue roſcidum cum arefactum inolevit, guttis ſtiriacis legitur.

Stiricidium, ii, n. idem ac ſtillicidium, *ſtirio*. *Feſt.* Stiricidium, quaſi ſtillicidium, cum ſtillæ concretæ frigore cadunt.

Stirpeſco, is, ſine præt. & ſup. *ῥιζοφυτέομαι*, in ſtirpem convertor. *Plin. l.* 19. *c.* 8. *de aſparago*: Nam ſi defrigatur, ſtirpeſcere, & intermori.

Stirpĭtus, adver. *fino dalle radici*, *ῥιζόθεν*, uſque ab ima ſtirpe, radicitus, funditus. *Cic.* 4. *Tuſc. c. ult.* Hunc errorem quaſi radicem omnium malorum ſtirpitus Philoſophia ſe extracturam pollicetur.

Stirps, pis, 3. *ſterpo*, *ῥίζα*, *ῥιζόφυτον*, radix, vel truncus arboris. Vox eſt dubii generis. nam cum notat arboris partem, in utroque uſurpatur; cum de hominibus dicitur, in fœminino plerumque efertur. *Virg.* 12. *Æn. v.* 208. Cum ſemel in ſylvis imo de ſtirpe reciſum. *Hor. l.* 3. *od.* 29. Stirpeſque raptas, & pecus, & domos. ¶ Ponitur etiam pro ferula, ſeu virgulto, quod de radice naſcitur. *Col. l.* 3. *c.* 17. Stirpes arboreæ dicuntur, quæ ſua ſponte proveniunt. *Virg.* 2. *Georg.* Inde, ubi jam validis amplexæ ſtirpibus ulmos Exierint. *Cic.* 7. *Verr.* Ego naves inanes fuiſſe dico, remiges, nautaſque dimiſſos, reliquos ſtirpibus vixiſſe palmarum. ¶ Item pro planta. *Cic.* 5. *Fin.* Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras perſecutus eſt; Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e terra gignerentur, cauſas, atque rationes. *Id. de nat. Deor. l.* 2. Quarundam ſtirpium, & herbarum utilitates longo uſu percepimus. ¶ Tranſlate dicitur etiam de hominibus, pro principio, origine, genere: item pro gentis propagatione, agnatione, ſobole, *ſtirpe*, *progenie*, ..., Ger. *urſprung*, Gal. *race*, Hiſ. *linage*, *γενεά*. *Virg.* 3. *Æn.* Quæ vos a ſtirpe parentum Prima tulit tellus. *Cic. Acad.* Qui aliquamdiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerunt. *Id. in Brut.* O generoſam, inquit, ſtirpem, & tanquam in unam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam ſapientiam. *Liv. l.* 1. *c.* 1. Brevi ſtirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. h. e. proles. ¶ Hoc ſenſu etiam in maſculino genere uſurparunt Veteres, *Enn. Liv.* & alii, quorum exempla refert *Feſtus*. ¶ Dicitur item de quocunque principio, vel origine, vel fundamento. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 6. Ita ſunt altæ ſtirpes ſtultitiæ. *Id.* 4. *Fin. c.* 2. Differo eam partem, quæ quaſi ſtirps eſt hujus quæſtionis. *Id. in Catil.* 1. Extinguetur, atque delebitur non modo hæc tam adulta Reipublicæ peſtis, verum etiam ſtirps, ac ſemen malorum omnium.

Stiti præteritum eſt verbi *Siſto*, quod V.

Stitio, onis, f. idem ac ſtatio. *Tertull. de pall. c.* 4. Sol ſtitionibus annuis, luna modulationibus menſtruis variat. Alii leg. *ſtationibus*.

Stiva, æ, f. *ſtiva*, *ἐχέτλη*, aratri manubrium, quo curſus ejus dirigitur. Dicta eſt quaſi ſtativa: quod, puto, voluit Varro, cum 4. de *L. L.* a ſtando deducit ſtivam. *Virg.* 1. *Georg. v.* 174. Stivaque, quæ currus a tergo torqueat imos. *Ovid.* 8. *Met. v.* 218. Aut paſtor baculo, ſtivæve innixus arator. *Id.* 4. *Faſt.* Inde premens ſtivam deſignat mœnia ſulco.

Stlata, æ, f. navis piratica, *πειρατικὸν πλοῖον εἶδος*. Originem indicat Feſtus

Feſtus in ſchedis Pomponii Læti; Stlata genus erat navigii latum magis, quam altum, ſic appellatum a latitudine: ſed ea conſuetudine, qua ſtlocum pro locum, & ſtlitem antiqui pro litem dicebant. *Adde Gell. l. 10. c. ult.*

Stlataris, & re, n. 3. quod ad ſtlatam ſpectat. *Caper Grammat.* Stlataris ſine C litera ſcribendum eſt, a ſtlata, rate piratica.

Stlatarius, a, um, quod ad ſtlatam ſpectat, quod mari portatum eſt. *Juven. ſat. 7. v. 134.* Spondet enim Tyrio ſtlatarum purpura filo. h. e. peregrina, longe advecta, & ideo pretioſior. Alii perperam ſtlatariam interpretantur latum clavum purpureum. nam quemadmodum *ſtlitem* pro *litem*, ſic *ſtlatum* pro *lato* dixiſſe videntur antiqui. ¶ Stlatarium bellum apud *Perott.* idem eſt, ac navale.

Stlembus, a, um, gravis, & tardus. *Feſt.* Stlembus, gravis, tardus: ſic ut Lucilius, Apulidæ pedibus ſtlembum dixit, cum refert equum pigrum, & tardum.

Stlitibus judicandis dicebant veteres pro litibus. *Feſtus.*

Stloppus, i. m. ſonus, quem edunt buccæ inflatæ, colliſæque. Gloſſ. vett. *Stloppus πιτυγμός*. Eſt nomen factum per Onomatopœjam. *Perſius ſat. 5.* Nec ſtloppo tumidas intendis rumpere buccas. In vulgatis eſt *ſcloppus*.

Sto, as, ſteti, ſtatum, n. 1. *ſtare, ſtare in piedi*, עמד, Ger. *ſtehen*, Gal. *etre de bout, demeurer en un etat*, Hiſp. *eſtar*, ἵσταμαι, eſt proprie in ſe, & ſua mole conſiſtere, cui opponitur ſedere, a *στάω στῶ*. Dicitur & de rebus animatis, & de inanimatis. *Plaut. in prol. Capt. v. 1.* Hi ſtant hic ambo, non ſedent. *Ter. Eun.* Interim, dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obviam venit. *Virg. 8. Æneid.* Stabat acuta ſilex. *Cic. 4. Acad. c. 39.* Qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia. ¶ Ponitur etiam pro quieſcere, morari, conſiſtere. *Plaut. 3. c. 26.* Sta, Charine. *firmati. Virg. 2. Ecl.* Cum placidum ventis ſtaret mare. *Id. 3. Æn.* Stare loco neſcit. *Cic. 2. Catil.* Hos, quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam. ¶ Item pro prominere. *Lucill. apud Non. c. 4. n. 421.* Hic corpus ſolidum invenies. hic ſtare papillas Pectore marmoreo. ¶ Item pro horrere. Cæcilius *ibid.* Familiam fame pereant, ager ſtet ſentibus. ¶ Item pro plenum eſſe. *Virg. 12. Æn. v. 407.* Jam pulvere cœlum ſtare vident. ¶ Item pro manere, permanere, durare. *Cic. pro Rab. perd. reo:* Idemque violavit, ſi in fide non ſtetit. *Virg. 4. Æn.* Ex bene apud memores veteris ſtat gratia facti. ¶ Item pro manere in priſtino ſtatu. *Cic. 4. Acad.* Ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis, & quaſi veſtigiis perſequendis. *Id. 1. Off. c. 1.* Atque utinam Reſpublica ſtetiſſet, quo cœperat ſtatu. *Id. l. 13. Fam. ep. 30.* Per quos homines, ordineſque ſteterim. ¶ Item pro dignitatem, & auctoritatem ſuam retinere. *Cic. l. 1. Fam. ep. 4.* Ad 16. Cal. Febr. cum in Senatu pulcherrime ſtaremus. ¶ Item pro conſtantem eſſe, in ſententia manere. *Cic. ad Brutum.* Qui ſi ſteterit idem, mihique paruerit. *Id. Att. l. 5.* Stamus animis, &, quia conſiliis, ut videmur, bonis utimur, ſperamus. ¶ Item pro immobilem eſſe, fixum eſſe. *Ovid. 3. Met.* Sic ſtat ſententia. *Id. 2. Æn. v. 650.* Stat caſus renovare omnes. *Liv. l. 21. c. 30.* Annibali ſententia ſtetit pergere ire, atque Italiam petere. *Cic. Attic. l. 3. ep. 24. extr.* Nos in Aſiam convertemus: neque adhuc ſtabat, quo potiſſimum: ſed ſcies. ¶ Item pro præſtitutum, prædeterminatum, præfinitum eſſe. *Virg. 10. Æneid.* Stat ſua cuique dies, breve, & irrevocabile tempus Omnibus eſt vitæ. ¶ Item pro poſitum eſſe. *Virg. 1. Æn. v. 650.* Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. ¶ Item pro conſtare, valere, æſtimari, magno pretio emptum eſſe. *Liv. l. 23. c. 30.* Multoque ſanguine, ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit. *Quinctil. Decl. 13.* Quanti ſteterit mihi, quod ſemel imperata non feci. *Patercul. l. 2. c. 64.* Utrique vindicta libertatis morte ſtetit. *Horat. l. 1. Sat. c. v.* Magno pretio ſtare. ¶ Item pro favere, tueri cauſam alicujus, ſequi ejus partes. *Cic. in Bruto:* Ut nemo contra civium perditorum popularem, turbulentamque dementiam a Senatu, & a bonorum cauſa ſteterit conſtantius. *Liv. l. 26.* Ac Dii prope ipſi cum Annibale ſtarent. *Id. l. 38.* Pro Juba, eique Afris inimiciſſimis Populi R. ſteteſſe. ¶ Item pro contrarium eſſe, adverſari, reſiſtere. *Cic. in Brut.* Cum is contra populi ſtudium ſtetiſſet. ¶ Item pro inhærere, perſiſtere, præſtare, obſervare. *Cic. Att. l. 7.* Omnes cupiebant, Cæſarem ſtare, abductis præſidiis, conditionibus his, quas tuliſſet. *Id. 3. Off.* Facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita, commutata utilitate fiant non honeſta. *Liv. l. 21. c. 19.* Stare priore fœdere. *Id l. 8.* Quo fatis certa auctore ſtetur. h. e. cui inhærere poſſimus, cui aſſentiri, credere, &c. *Quinctil. l. 7. c. ult.* Verbis ne legis ſtandum ſit, an voluntate. ¶ Item pro obedire, obtemperare, parere. *Cic. 2. Fin. c. 10.* Sed ſtare etiam oportet eo, quod ſit judicatum. *Id. Att. l. 8.* Tuo tamen potius ſtabam judicio, quam meo. *Id ibid.* Uterque Cenſor Cenſoris opinione ſtandum non putavit. ¶ Item pro placere. *Ter. in prol. Hec.* Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. Ubi *Don.* Agitur fabula, cum recitatur; ſtat, cum placet. Sic *Horat. l. 2. ep. 1. v. 176.* Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo. ¶ Eſt etiam verbum ſervorum, & ſignificat præſto eſſe ad miniſtrandum. *Gell. l. 15. c. 12.* Nulla apud me fecit popina, neque pueri eximia facie ſtabant. *Sueton. in Caeſ. c. 49.* Etiam ad cyathum & vinum Nicomedi ſtetiſſe, *aver ſervito di coppiere.* ¶ Item militantium, pro conſiſtere in loco ſuo. *Nepos in Epamin. c. ult.* Poſtquam ad Cadmeam pugnare cum Lacedæmoniis cœpit, in primis ſtetit, *combattè nelle prime file.* *Cic. 2. Tuſcul. c. 23.* Ut ſit in prælio, ut ignavus miles fugiat, quantum poſſit, & ob eam cauſam pereat nonnunquam, cum vi, qui ſteterit, nihil tale evenerit. ¶ Item meretrices cum proſtant, & amatores captant. *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 30.* olenti in fornice ſtantem. *Juvenal. ſat. 10. v. 238.* Quod ſteterant multis in carcere fornicis annis. ¶ Per me non ſtat, quominus &c. *in non impediſco.* *Terent. Andr. 4. 2. 16.* Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat. *Quinctil. l. 3. c. 8.* Non per me ſtetit, ſed per illa. Et cum infinito, *Scævola in leg. Pater. Dig. de legat. 3.* Si per eum non ſtetit parere defuncti voluntati. ¶ In æquo aliquo ſtare, eſt æqualem eſſe. *Sen. de Benef. l. 2. c. 29.* Quod infra Deos ſumus, quod non in æquo illis ſumus, quod non in æquo illis ſtetimus. ¶ Stare extrema fortuna, eſt ſummo in periculo ſitum eſſe. *Cic. vel quiſquis eſt auctor in Salluſt.* Bis ad ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Ter. Eun. 2. 1. 40.* Quid agitur? P. Statur. *Cic. 2. Off.* Jam illis ſtandum non eſſe quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiſerit? ¶ Participia *ſtans*, & *ſtaturus*, V. ſuis locis. ¶ Vide etiam *ſtat*, & *ſtabat*.

Stœbe, es, f. *στοιβή*, genus herbæ ſpinoſæ in folio ſimul & in caule, quæ alio nomine phleos dicitur, noſtriſque temporibus incognita eſt. *Plin. l. 21. c. 15.*

Stœchades, f. 3. *les isles d' Hyeres*, inſ. Galliæ Narb. in ora Provinciæ, contra Olbiam, & inter ſit. Sambracitanum ad Or. & Telonem ad Occ. Tres ſunt præcipuæ, eiſque adjacent duæ aliæ parvæ admodum. *Plin. l. 3. c. 5.* ¶ *Stœchas, adis*, herba quædam eſt, in iis inſulis proveniens, hyſſopo ſimilis, odorifera, guſtu amaro, *ſecade*. *Plin. l. 27. c. 12.*

Stœcus, V. vocem præced.

Stoice, adv. *Stoicamente*, *στωϊκῶς*, Stoicorum more. *Cic. in prof. Parad.* Stoice ſolet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, diſcere. *Id. pro Mur. c. 36.* Agis mecum ſevere & Stoice.

Stoici, m. 2. *Stoici*, *στωικοί*, genus Philoſophorum, qui a Zenone Citieo originem habuere, ita dicti a *στοά*, *porticus*, quod Zeno Athenis in porticu Philoſophiam docuit, nempe in porticu illa, quæ Pœcile dicta eſt a varietate picturæ, ideſt a *ποικίλη*, *varius*, quam Polygnotus gratuito pinxit. Deum dicebant eſſe rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem, item legem naturalem recta imperantem, prohibentemque contraria: eidem divinitatem tribuebant æthera, aſtris, annis, menſibus, annorumque mutationibus. Nihil bonum exiſtimabant, niſi honeſtum. Felicitatem in ſola virtute conſtituebant. Itaque eorum axiomata fuerunt, ſolum honeſtum bonum eſſe; in quo virtus ſit, ei nihil deeſſe ad beate vivendum; ſolum ſapientem eſſe divitem, formoſum, regem, omnes ſtultos ſervos eſſe; peccata eſſe æqualia, & hujuſmodi. Funditus perturbationes animi ſuſtulerunt. hoc eſt voluerunt, ſapientem omnino eſſe ſine perturbationibus. Hæc & alia eorum placita poſſum legas apud Ciceron. præſertim in libris philoſophicis. V. etiam orationem ejus pro Murena, ubi ſalſe eos ridet in perſona *M. Catonis, c. 29. & 30.*

Stoicida, dæ, m. patronym. idem ac Stoicus, ſed per contemtum, quod ſit is, qui Stoicus videri velit, & tamen morbus ſit omnino contrarius Stoicæ diſciplinæ, & ſeveritati. *Juv. ſat. 2. v. 64.* Fugerunt trepidi vera, ac manifeſta canentem Stoicidæ. Quidam volunt hanc vocem ſignificare virum mollem, & Stoicidam nomen eſſe fœmininum de viro dictum, ea ratione, qua apud *Virg. Æneid. 9.* quidam Rutulorum Trojanos per convicium ſic ridet: O vere Phrygiæ; neque enim Phryges &c.

Stoicus, a, um, quod ad Stoicos ſpectat, ut Philoſophia Stoica, Secta Stoica, Libelli Stoici, &c. *Hor. Epod. 8.* Quid? quod libelli Stoici inter ſericos Jacere pulvillos amant?

Stoidis, l. 3. inſ. maris Perſici, apud fretum, ſeu fauces illius, in qua margaritæ proveniunt. *Plin. l. 6. c. 25.*

Stola, æ, f. *ſtola*, עדי, Germ. *lang kleid*, Gall. *habillement*, Hiſp. *veſtidura eſtola*, *στολή*, genus veſtis uſque ad imos pedes demiſſæ, ſic dicta a *στέλλω*, quod inter alia ſignificat *ἐνδύειν*, *περιβάλλειν*, *induere, circumdare*: quære a Veteribus de quovis indumento uſurpatur. *Non. c. 14. n. 6. Ennius apud eund. ibid.* Cedo & caveo ſeptus ſtola. Specialiter vero ſtola fuit veſtis peculiaris, qua Græci, & Latini uſi ſunt. Sed ſtola Latinis erat veſtis muliebris, Græcis etiam virilis. Hinc *Plutarchus* ſcribit, ab Alexandro eundem eſſe permiſſum, ut ſtola Perſica uteretur. Idem *in Dione* narrat, Dionyſium majorem eo diffidentiæ proceſſiſſe, ut ne fratrem quidem, aut filium in cubiculum admitteret, niſi prius illi ſuam ſtolam poſuiſſent & aliam ſumpſiſſent. De Latinis vero ita *Ulpianus l. veſtis, ff. de auro, & arg. leg.* Muliebria ſunt, quæ matris familias cauſa parata ſunt, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione, velut ſtolæ, pallia, tunicæ, &c. *Hor. l. 1. ſat. 2. v. 99.* Ad talos demiſſa ſtola, & circundata palla. *Cic. 2. Phil. c. 18.* Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. ¶ Fuit propria honeſtarum matronarum. Erat ad imos uſque demiſſa pedes, cujus extremam partem ambiebat inſuta aſſuta, quæ erat faſciola quædam, ſive limbus. *Ovid. l. 2. Triſt.* Eſquid ab hac omnes rigidas ſummovimus artes, Quas ſtola contingi, vittaque ſumpta vetat? *Martial. lib. 3. ep. 93.* Rugoſiorem cum geſtas ſtola frontem. ¶ Metonymice ſtolæ nonnunquam pro ipſa matrona, ſive honeſta muliere accipitur. *Stat. l. 1. Sylv. 2. v. 235.* Hinc eques, hinc juvenum cætu ſtola mixta laborat. ¶ Stola etiam accipitur pro veſte ſacerdotali, qua Sacerdotes in rebus ſacris utuntur, quæ & orarium vocatur. Hoc ſenſu veſtis longa, ſed anguſta, in modum faſciæ, quæ in humeris geſtatur. *Apul. l. ult. Met.* Proceſſi duodecim ſacratus ſtolis, habitu quidem ſatis religioſo, &c.

Stolatus, a, um, *στολωτός*, ſtola ornatus: & quoniam ſtola honeſtarum tantummodo matronarum veſtis erat, factum eſt, ut ſtolatum accipiamus pro matronali, & honeſto. *Martial. lib. 1. ep. 36.* Quis ſtolata ceſtis, & ſtolatum Permittit meretricibus pudorem? ideſt matronalem verecundiam.

Stolide, adv. *ſtolidamente*, *pazzamente*, Ger. *torechtiglich*(?), Gall. *ſottement*, Hiſp. *locamente*, *ἀνοήτως*, ſtulte, inepte. *Liv. l. 25. c. 19.* Id non promiſſum magis ſtolide, quam ſtolide creditum. *Ammian. l. 19. c. 8.* Stolidius erumpentes. *Tacit. 1. Ann. c. 3.* Robore corporis ſtolide ferox. *Plin. l. 25. c. 14.* Pulmonea mala ſtolide tumens. *fuor di miſura.*

Stoliditas, atis, f. *ſtolidità*, *pazzia*, fatuitas, ſtultitia. *Florus l. 7. c. 3.* Quadam ſtoliditate barbarica. *Gel. l. 18. c. 4.* Qui ignorat, eaſdem ſtultitiæ eſſe vanitatem, & ſtoliditatem.

Stolidus, a, um, *ſtolido*, *pazzo*, נבל, Germ. *torechtig*(?), Gall. *ſot*, *niais*, Hiſp. *bovo*, *ἀνόητος*, *ἄφρων*, *μωρός*, excors, ſtultus, fatuus. *Cic. de Divin. l. 2.* Semper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Æacidarum. *Liv. l. 34.* Ut & ſtolidam fiduciam hoſti augeret. *Plaut. Mil. 4. v. 93.* Nullum eſt hoc ſtolidius ſaxum. *Ovid. 13. Met. v. 774.* Riſit, &, O vatum ſtolidiſſime falleris, inquit.

Stolo, onis, m. *μόσχος*, id, quod e radicibus circum arbores naſcitur, fruticatio inutilis ex arborum radicibus, a Græco *στέλλω*, mitto, quod emittitur e radicibus, aut ſandicis latebris. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 2.* Quod effodiebat circum arbores radices, quæ naſcerentur e ſolo, ſtolones appellabant. *Plin. l. 17. c. 1.* Stolonum Liciniæ genti. Is enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis. ¶ Metaphorice accipitur pro ſtolido. Nempe homo imprudens plene inutilis eſt, eoque optime confertur coliculis iſtis, qui ex arboribus ſuccreſcunt. *Auſon. ep. 4. v. 94.* Sed jam non potes, o ſtolo, docere.

Stolo, onis, m. cognomen familiæ Liciniæ. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 2.* Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere Civem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat ſtolo, quod effodiebat circum arbores radices, quæ naſcerentur e ſolo, quos ſtolones appellabant. *Adde Plin. l. 17. c. 1.*

Stomacace, es, f. 1. *στομακάκη*, vitium gingivæ cum dentes decidunt, a *στόμα*, & a *κακόν*, quod oris vitium eſt. *Plin. l. 25. c. 3.* In Germania, trans Rhenum caſtris a Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageſque in genibus ſolverentur. Stomacacen medici vocabant, & ſcelotyrben ea mala.

Stomachabundus, a, um, adject. indignabundus. *Gell. l. 17. c. 8.* Puer acribus oculis ſtomachabundus.

Stomachans, antis, o. 3. *ἀγανακτῶν*, partic. a ſtomachor. *Cic. in Bruto c. 95.* Sæpe videbam cum irridentem, tam etiam iraſcentem, & ſtomachantem Philippum.

Stomachanter, adver. ſtomachantis more. *Auguſtin. de vita beata, circa med.* Quaſi ſtomachanter arridens.

Stomachicus, a, um, *στομαχικός*, qui ex ſtomacho laborat. Proprie is dicitur, teſte Æginéta, cujus ſtomachum, ſive ventriculus cibum aſſumptum non retinet. *Plin. l. 23. c. 3. de bolibus.* Medetur ita morbis

bis comitialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis, inſanientibus, podagricis, hydropicis, incipientibuſque tympanicis, ſtomachicis, ſpaſticis, &c.

Stomăchor, aris, d. 1. *nauſeare*, *abbominare*, קוץ, Germ. *grauen*, Gal. *ſe depiter*, *ſe corrouſſer*, Hiſp. *enſanarſe*, ἀγανακτέω, abhorreo, abominor, indignor, perturbor. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 16. Si enim ſtomachabere, & moleſte feres, plura dicemus. *Id. l.* 4. *Acad.* Et homo natura leniſſimus ſtomachari tamen cœpit. *Id. Att. l.* 14. *ep.* 21. Amariorem enim me ſenectus facit, ſtomachor omnia. ¶ Vel cum dat. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 26. Itaque jucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo. ¶ Vel cum ablat. & præpoſit. *cum*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 66. Illud, quod Scipio, cum ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur, &c. h. e. C. Metellum abominaretur. ¶ Vel cum membro orationis. *Id. Capitoni, in ep. ad Att. l.* 16. Non dubito, quin mirere, atque etiam ſtomachere, quod tecum de eadem re agam ſæpius.

Stomachōſe, adverb. *con ira*, *ſdegnoſamente*. *Cic.* 10. *Att. ep.* 5. Reſcripſi ei ſtomachoſius.

Stomachōſus, a, um, *faſtidioſo*, *collerico*, קצר, Germ. *unwirſch*, Gal. *depité*, Hiſp. *ſanudo*, ὀργίλος, qui cuncta faſtidit, qui facile iraſcitur, vel indignatur. *Hor. l.* 1. *ep.* 15. Læva ſtomachoſus habena Dicet eques. *Firmic. l.* 5. *c.* 10. Erunt hi quoque animo malo, & ſtomachoſi. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod iram movet, ſeu indignationem. *Cic. l.* 2. *de Or.* Me quidem hercule valde illa movent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula, &c. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 11. Stomachoſiores meas literas quas dicas eſſe, non intelligo.

Stomăchus, i, m. *ſtomaco*, Ger. *die ſpeisror*, *der magen*, Gal. *eſtomac*, Hiſp. *eſtomago*, στόμαχος, apud Græcos collum, ſive cervix cujuſque rei in corpore animalis, quod quaſi fiſtula ſe habet. Sane Hippocrates uteri quoque, et veſicæ cervicem eo nomine appellat, in lib. de aere, aquis, & locis. & lib. de ſuperfœtationibus, de ſterilibus, & de morbis mulieribus, &c. Dictus eſt ſtomachus, quaſi στενὸν μῆκος, anguſta longitudo. Per excellentiam vero notat œſophagum, ſive fiſtulam, quæ cibum defert in ventriculum. Hæc ſignificatio fecit, ut vulgo στόμαχον dici velint, quaſi τομὴν χέων, quia ſit os, ac veſtibulum cibum in ventriculum infundens. Hac ſignificatione non raro utuntur Latini, quanquam non uno modo. Nam interdum quidem eo nomine quoque ſignant priorem œſophagi partem, quæ ſubeſt faucibus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 54. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit ſtomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore. Is utraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo, atque intimo terminatur. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Deinde duo itinera incipiunt. Alterum aſperam arteriam nominant, alterum ſtomachum. Arteria exterior ad pulmonem, ſtomachus interior ad ventriculum fertur. ¶ Interdum vero ima ſolum œſophagi pars eo vocabulo appellatur, ſive, ut Medici ajunt, alterum extremum œſophagi, inſertum ventriculo, ſive orificium ventriculi ſiniſtrum, ſitum ſub cartilagine mucronata, quam ob id natura videtur comparaſſe, ut ipſius eſſet propugnaculum. *Plin. l.* 2. *c.* 37. Summum gulæ fauces vocantur, extremum ſtomachus. ¶ Sæpe autem ſumitur ſtomachus pro ipſo ventriculo, in quo cibus concoquitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eaſque, cum ſtomachi calore concoxerit, evomere. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Jejunus raro ſtomachus vulgaria temnit. *Celſ. l.* 4. *c.* 5. Vulgatiſſimum vero, peſſimumque ſtomachi vitium eſt reſolutio, ideſt cum cibi non tenax eſt, ſoletque deſinere ali corpus, ac ſic tabe conſumi. ¶ Per metaphoram accipitur ſtomachus pro ea animi vi, quæ res aut ſuæ amicas naturæ amat & appetit, aut inimicas reſpuit, ut ſtomachus cibos. *Plin. l.* 2. *ep. ult.* Tranquilli mei ſtomachum multa ſollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ. h. e. emendi cupiditatem. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. Ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. *non di tuo genio*. ¶ Item ſæpiſſime pro faſtidio, odio, ira, indignatione, &c. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 15. Ut ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere. h. e. in indignatione. *Id. Att. l.* 4. *ep.* 15. Locus ille animi noſtri, ſtomachus ubi habitabat olim, concaluit. h. e. locus ille, ubi ſedes iræ fuit, calorem concepit ad concoquenda, quæ dura ſunt. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. Superiori epiſtolæ quid reſpondeam, nihil eſt, quæ plena ſtomachi, & querelarum eſt. *Id.* 4. *Tuſc.* Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam ſtomacho non egere. id eſt ira. *Id.* 16. *Attic. ep.* 3. Erumpere ſtomachum in aliquem, *sfogar la ſua collera*. ¶ Movere ſtomachum proprie ſignificat turbare, *ſconvolger lo ſtomacho*. *Plin. l.* 13. *c.* 23. Cynosbaton Apulum vomitus facit, ſtomachum & alvum movet. ¶ Tranſlate eſt ad iram excitare. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 3. In quo tamen ille mihi riſum magis, quam ſtomachum moves. Eodem ſenſu dicimus, ſtomachum alicui facere. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent.

Stomatĭce, es, f. *ſtomatica*, *medicamento per la bocca*, à στόμα, τος. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Fit medicamentum, quod ſtomatice vocatur, utiliſſimum oris vitiis, narium, aurium &c. *Id. l.* 24. *c.* 13. Mora, quæ in his naſcuntur, ſtomaticen efficaciorem præbent.

Stomatĭcus, a, um, στοματικὸς, oris vitio laborans, cui os eſt exulceratum. *Plin. l.* 24. *c.* 14. Hujus flos cum malis epiphoris illinitur, & ignibus ſacris, ſtomaticiſque ex aqua bibendus datur.

Stomōma, atis, n. στόμωμα, eſt genus æris ſquamæ ſubtilius, ex ſumma ſcilicet æris lanugine decuſſum. *Plin. l.* 34. *c.* 15.

Storax, acis, V. Styrax.

Storĕa, æ, f. *ſtora*, *ſtuoja*, Ger. *decke*, *flechte*, Gal. *natte*, Hiſp. *eſtera*, στορέα, teges vilior, ex juncis, aut ſtramentis, a στορέω, ſterno, quia humi ſternitur. Apud Cæſarem, Plinium, alios in pleriſque manuſcriptis eſt *ſtoria*. *Liv. l.* 30. *c.* 3. Numidæ præcipue arundine textis, ſtoreaque. *Plin. l.* 15. *c.* 16. Cadiva ſeparari, ſtramentis, ſtoreis, paleiſve ſubſterni. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 9. Storeas ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Strabo, onis, m. *guercio*, *che guarda di traverſo*, *ſtralonato*, Germ. *ſchieler*, Gal. *louche*, *bigle*, Hiſp. *viſco*, *turnio*, στραβὸς, στραβών, qui oculos habet diſtortos. Eſt a στραβὸν, ſeu στρεβλὸν, quod a στρέφειν, quia oculis eſt diſtortis, ac depravatis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Equos ſi non tam ſtrabones, at pætulos eſſe arbitramur? Multi enim, qui lumina intrarant integris oculis, ſtrabones ſunt facti. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. ſtrabonem appellat pætum pater. ¶ Hinc nata ſunt Strabonum cognomina apud Romanos, quia ſcilicet primi eorum, qui ſic vocati ſunt, diſtortis oculis fuere. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Strabo, onis, m. vir Ponticus, ex Amaſia urbe Ponti, id, quod ipſe de ſe teſtatur, & Stephanus prodidit, matre e Gnoſſo Cretenſi urbe, eruditione Græcus, profeſſione Philoſophus Stoicus, & Geographus. Claruit Romæ temporibus Auguſti, & Tiberii. Amicitia uſus eſt Ælii Galli, cum quo Nilum navigavit, & totam fere Ægyptum luſtravit, & magnam Africæ partem. Scripſit Commentarios Geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur. *V. Voſſ. de Hiſtor. Græcis, c.* 6.

Strabōnus, a, um, adject. idem quod ſtrabo. *Petron. in fragm. Tragur.* Strabonus eſt, non curo.

Strabus, a, um, adject. idem quod ſtrabo. *Nonius c.* 1. *n.* 189. Strabones ſunt, quos ſtrabos nunc dicimus. *Var. apud Priſcian. l.* 6. De Venere pæta ſtrabam facit.

Strages, is, f. *ſtrage*, מכה, Germ. *niderlag*, Gal. *tuerie*, *deffaite*, Hiſp. *eſtrago*, ὄλεθρος, clades, cum aut vento arbores, aut bello homines, aut alia quapiam de cauſa res aliquæ ſternuntur. *Cic.* 3. *de Leg.* Sed ille quas ſtrages edidit? *Id.* 3. *Phil.* Ille ex Mirmillone dux, ex gladiatore imperator quas fecit ſtrages, ubicunque poſuit veſtigia? *Silius l.* 3. *v.* 206. Strages nemorum. *Virg.* 12. *Æn.* dabit ille (nimbus) ruinas Arboribus, ſtragemque ſatis, ruet omnia late. *Liv. l.* 32. *c.* 17. Locus ſtrage muri ſemiruti cumulatus. *Id. l.* 30. *c.* 34. Recentibus veſtigiis fugæ, ac ſtrage rerum in trepidatione nocturna paſſim relictarum, *rotte ſparſe quà, e lá*. *Id. l.* 4. Stragem pecorum dare.

Stragŭlum, i, n. *drappo da coprire*, *ſopeccavia*, στρῶμα, ἐπίβλημα, omnis veſtis, quæ ſternitur, cujus generis erant imprimis peristromata, ſeu peripetaſmata, ſeu aulæa, ſeu Attalica, ſeu Babylonica, quibus aulæ, & triclinia, nonnunquam etiam lecti ſternebantur, item pallia, quæ lectis imponebantur, item veſtes illæ, quæ equis injiciuntur, &c. a ſterno. *Varro l.* 4. *de L. L.* Quicquid inſternebant a ſternendo ſtragulum appellabant, quale eſt Græcorum pallium. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 21. Collocari juſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Et e libro vela, tegeteſque, nec non & veſtem, atque ſtragula. *Martial. l.* 14. *epigr.* 147. Stragula purpureis lucent villoſa tapetis.

Stragŭlus, a, um, quod ſternitur, ut Veſtis ſtragula. *Cic.* 4. *Ver.* Dicebant, Scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretioſam veſtem ſtragulam, multa mancipia pretioſa Verri data eſſe. *Id. ibid.* Dico, te maximum pondus auri, & argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam Syracuſis exportaſſe.

Stramen, inis, n. *ſtrame*, *paglia*, Germ. *ſtrob*, Gal. *eſtrain*, Hiſp. *paja de la cama*, *heno*, κάλαμη, κάρφος, χόρτος, ſtipula, vel quidvis aliud, quod ſolo quieſcendi gratia ſternitur, ut ſunt culmi, qui pecori ſubſternuntur. *Virg.* 11. *Æn. v.* 67. Hic juvenem ſublimem in ſtramine ponunt. *Ovid. Metam.* 5. *v.* 447. contectam ſtramine vidit forte caſam.

Stramentarĭus, a, um, adject. ut falces Stramentariæ, quibus ſtramen ceditur, apud *Caton. de R. R. c.* 10.

Stramentatum ita, hoc eſt, ad ſtramenta colligenda, ea ratione, qua dicimus *frumentatum ire*, &c. *Hygin. fab.* 14. Idmon apud Lycum cum ſtramentatum exiſſet. ¶ Quibuſdam tamen Criticis ea lectio ſuſpecta eſt.

Stramentitĭus, a, um, καρφηρὸς, quod ex ſtramento fit, ut Tectum ſtramentitium, tegetes ſtramentitiæ. *Petron. in Satyr.*

Stramentum, i, n. idem ac ſtramen. *Var. l.* 1. *de re ruſt. c.* 50. Tertio modo metitur, ut ſtramentum medium ſubſecent, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt, a quo medio meſſem dictam puto; infra manum ſtramentum, quod terræ hæret, poſtea ſubſecatur. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Et ferventia facta jacula in caſas, quæ more Gallico ſtramentis erant tectæ, jacere cœperunt. *Col. l.* 6. *c.* 3. Hybernæ ſtabulationi boum præparanda ſunt ſtramenta. ¶ Accipitur etiam pro ſtragulo. *Cajus Dig. l. ult. tit. penult. leg.* 234. Oſſilius ad Atticum ait, his verbis & veſtimenta, & ſtramenta contineri. Sine his enim neminem vivere poſſe.

Stramineus, a, um, *di ſtrame*, καλάμινος, quod ex ſtramine eſt. *Ovid. l.* 2. *Am. el.* 9. Stramineis eſſet nunc quoque denſa caſa.

Strangĭa, æ, f. στραγγίας, genus tritici in Græcia. *Plin. l.* 18. *c.* 7.

Strangulabĭlis, le, adject. qui ſtrangulari poteſt. *Tert. de Anim. c.* 35. Anima aſcenſu ſcalarum fatigabilis, ſubmerſu piſcinarum ſtrangulabilis.

Strangulatĭo, onis, f. *ſtrangolazione*, חנק, Ger. *erwurgung*, Gal. *eſtranglement*, Hiſp. *ahogacion*, πνῖξις, στραγγάλη, actus ſtrangulandi, ſuffocatio, ut Strangulatio vulvæ, ideſt compreſſio, & anguſtia uteri. *Plin. l.* 20. *c.* 15. Cuminum ſylveſtre ſtrangulationes vulvæ potum in vino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini.

Strangulātor, oris, m. qui ſtrangulat. *Spartian. in Severo, c.* 14. Narciſſum Commodi ſtrangulatorem leonibus objecit.

Strangulātrix, icis, f. quæ ſtrangulat. *Prudent. in Rom. v.* 1103. Manus ſtrangulatrix faucium.

Strangulātus, us, m. idem ac ſtrangulatio. *Plin. l.* 20. *c.* 18. Datur & olfaciendum ex aceto in ſtrangulatu vulvæ.

Strangulātus, a, um, πνιγεὶς, *ſtrangolato*. *Plin. l.* 7. *c.* 7. Ut Fabius Senator poto in lacte hauſtu uno pilo ſtrangulatus.

Strangŭlo, as, a. 1. *ſtrangolare*, חנק, Ger. *erwurgen*, Gal. *eſtrangler*, Hiſp. *ahogar*, στραγγαλάω, ἄγχω, ἀποπνίγω, neco ſtringendo gulam, a στραγγαλῶ. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Nos autem ridicule, ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur. ¶ Tranſlate ſumitur pro premere, gravare, moleſtia afficere. *Juven. ſat.* 10. *v.* 12. Sed plures nimia congeſta pecunia cura Strangulat. ¶ Strangulare divitias in arca, eſt concluſas ſervare, nec quicquam inde ad ſuum, aut ad amicorum uſum depromere, quod tanquam inviſæ, & conſtrictæ retineantur conſtipatæ, ut quæ reſpirare nequeant, & ſuffocentur. *Stat.* 2. *Sylv.* 2. *v.* 150. Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca divitias. ¶ Strangulare ſegetes dicitur nimia terræ lætitia, pro pinguedine opprimere. *Quintil. l.* 8. *in Proœm.* Et velut læto gramine ſata ſtrangulant. ¶ Strangulare ſonitum, eſt comprimere, & compeſcere, ne totus exeat. *Plin. l.* 2. *c.* 43. de tonitru: Spiritum nube cohibitum ſonare, natum ſtrangulante ſonitum.

Strangurĭa, æ, f. *difficoltà d'orina*, στραγγουρία, urinæ ſtillicidium, cum urina per intervalla, & guttatim diſtillat, a στράγξ gutta, & οὖρον urina. Hunc morbum periphraſi exprimit *Cato de re ruſt. c.* 156. Nunc de illis, quibus ægre lotium it, quibuſque ſubtillum eſt. Differt a dyſuria, δυσουρία, qua difficulter urina redditur, nec ſine dolore excernitur. *Cic.* 2. *Tuſc.* Quamvis idem forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbeat. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Aſpalathus diſcutit ſtrangurias.

Stranguriōſus, a, um, adject. ſtranguria laborans. *Marcel. Empir. c.* 26.

Strata, æ, V. Stratus, a, um.

Strategēma, *meglio quam* Stratagema, atis, n. στρατήγημα, ſollers ducis conſilium ad hoſtem circumveniendum, aſtutia rei militaris, facinus conſilio potius, quam viribus geſtum, a στρατηγέω, exercitum duco. Sunt qui ſtratagema ſcribant, ac ſecundam corripiant in verſu. Sed obſtat, quod Græce per ε ſcribatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor c.* 6. Conſilium illud Imperatorum fuit, quod Græce στρατήγημα appellant. ¶ Tranſlate dicitur de quocunque ingenioſo conſilio. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 2. Cum interim Rufio noſter, quod ſe a Veſtorio obſervari videbat, ſtrategemate hominem percuſſit.

Strategematĭca, orum, n. στρατηγηματικά, ſolertia facta ducum, callida conſilia militaria. *Frontin. proœm. l.* 1. *Strategem.*

Strāte, adverb. late, diffuſe, a ſterno. *Juvencus l.* 3. *v.* 635. Strate tendentem diffuſa umbracula ficum.

Stratæ, & Stratiollæ, f. cognomina ſunt, & convicia meretricum apud *Plaut.* referente *Gel. l.* 3. *c.* 3.

Strategĭum, i, n. στρατήγιον, tabernaculum ducis, prætorium. *Vitruv. lib.* 5. *cap.* 9.

Strategia, æ, f. στρατηγία, præfectura, ſeu locus, ubi præfectus juriſdictionem habet. *Plin. lib.* 6. *cap.* 9. *de Armenia*: Dividitur in præfecturas, quas ii ſtrategias vocant. *Id. l.* 4. *c.* 11. Thracia in ſtrategias quinquaginta diviſa.

Stratēgus, i, m. *capitano*, dux exercitus, στρατηγὸς, dictus ἀπὸ τοῦ ἄγειν τὸν

τὸν στρατὸν, a ducendo exercitu. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 6. Nec ſtrategus, nec tyrannus quiſquam. ¶ Pro magiſtro convivii. *Id. Stich.* 5. 4. 22. Strategum te facio huic convivio. *ſoprastante*.

Stratiōtis, is, f. στρατιῶτις, herba millefolium, frutex exiguus, palmi altitudine, foliis axicularum pennas imitantibus, brevi admodum, diſſectoque foliorum exortu. Eſt & ſtratiotes aquaticus, ſine radice vivens, aquis tantum ſupernatans, folia habens ſempervivo ſimilia, ſed majora. *Plin. lib.* 24. *cap.* 18. Celebratur autem & a Græcis ſtratiotis, ſed ea in Ægypto tantum, & inundatione Nili naſcitur, aizoo ſimilis, ni majora haberet folia. Refrigerat mire, & vulnera ſanat, ex aceto illita, &c.

Stratiomice, es, f. στρατιωτική, eadem herba, quæ ſtratiotis. *Apulej. de herb. cap.* 88.

Stratiotĭcus, a, um, στρατιωτικὸς, militaris, a στρατιώτης, *miles*. *Plaut. Mil. Gl. a.* 4. *ſc.* 8. *v.* 49. Mulieres mores diſcendi, obliviſcendi ſtratiotici. *Id. Pſeud.* 2. 2. 9. Stratioticum nuntium advenientem percutiam probe.

Stratovĭlæ V. Strateæ.

Strato, onis, m. Στράτων, Philoſophus Lampſacenus, diſcipulus, & ſucceſſor Theophraſti, præceptor Ptolemæi Philadelphi, qui ob inſignem naturalis Philoſophiæ cognitionem Phyſicus eſt cognominatus. Hic omnem vim divinam in natura ſitam eſſe cenſebat, quæ cauſas gignendi, augendi, minuendique habeat, ſed careat omni ſenſu, & figura. *Cic.* 1. *de nat. Deor.*

Stratonice, es, Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis regis Pergami, Attalique mater. *Strab. l.* 13. ¶ Item filia Demetrii Poliorcetæ, uxor Seleuci, quam ille filio Antiocho ex ejus amore ægrotanti conceſſit. *Plutarch. in Demetr.*

Stratonicēa, æ, f. urbs Cariæ, Macedonum colonia. *Livius l.* 33. *c.* 18. *Plin. l.* 5. *c.* 29. ¶ Item urbs Meſopotamiæ ad Babylonem. *Id. l.* 6. *c.* 26.

Stratonicenſis, ſe, adject. ad Stratoniceam urbem pertinens, ut Stratonicenſis ager. *Liv. l.* 33. *c.* 18.

Stratonĭcus, i, m. quæſtor fuit Philippi, deinde Alexandri Macedonum regis, homo ditiſſimus, atque ob id apud Græcos in proverbium tranſiit, ut apud Latinos Craſſus. De hoc Stratonico mentionem facit *Plaut. Rud.* 4. 2. 27.

Strator, oris, m. ἀναβολεὺς, qui equum domini ſella inſternit, ipſumque in equum ſuſtollit. *Spartianus in Caracalla c.* 7. Cum illum in equum ſtrator ſuus levaret. *Ulp. de off. Proconſ. leg.* 4. Proconſul ſtratores ſuos habere non poteſt.

Stratorĭus, a, um, ad ſternendum pertinens. *Paul. l.* 3. *ſentent. tit.* 7. *de legat.* Veſtes ſtratoriæ legato cedunt. *h. e.* veſtes ſtragulæ.

Stratum, i, ſubſt. n. *ſtrato*, στρῶμα, id quod ſtratum eſt, ſuper quod quieſcendum ſit, ut culmi, qui equis ſternuntur, in quibus dormiunt, item lectus, qui homini paratur. *Virg.* 3. *Æn.* Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus. *Liv. l.* 21. *c.* 8. Ea neque molli ſtrato, neque ſilentio acceſſita. ¶ Strata item generaliter dicuntur omnia, quæ equis, muliſve inſternuntur. *bardatura*. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Frenos, & ſtrata equorum Pelethronium inveniſſe dicunt. *Senec. ep.* 81. Equus empturus ſolvi jubet ſtratum. ¶ Apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. ſtratum eſt tabulatum, ſeu pavimentum ligneum in machina arietaria.

Stratūra, ræ, f. actus ſternendi. *Sueton. in Claud. c.* 24. Collegia quæſtorum pro ſtratura viarum gladiatorium munus injunxit.

Stratus, us, m. idem quod ſtratum, quo equi inſternuntur. *Solin. c.* 57. de bucephalo: Accepto regio ſtratu, neminem unquam alium, quam dominum vehere dignatus eſt.

Stratus, a, um, *diſteſo per terra*, στρωτὸς, humi extenſus. *Virg.* 7. *Ecl.* Strata jacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. *Id.* 1. *Æn. v.* 720. Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro. *Cic. Attic. l.* 10. Qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſublevavit quidem. *Liv. l.* 28. *c.* 14. ſtratus equus, *cavallo bardato*. ¶ Via ſtrata eſt, in qua lapides ſtrati ſunt, ut ſunt viæ in urbibus, & olim omnes viæ, quæ ab urbe Roma in alias Italiæ urbes ducebant. *Liv. l.* 8. Facto judicio viva ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa ſcelerato campo. ¶ Strata viarum, idem ac viæ ſtratæ. *Virg.* 1. *Æn. v.* 422. Miratur portas, ſtrepituſque, & ſtrata viarum. ¶ Strata, æ, abſolute pro via ſtrata, vel pro via ſimpliciter, a quo Itali *ſtrada*. *Eutrop. l.* 9. *c.* 9. Aurelianus interfectus eſt in itineris medio, quod inter Conſtantinopolim, & Heracleam eſt ſtratæ veteris. *Juvencus de Joanne Bapt.* Sternite jam ſtratas amplas.

Strĕbula, æ, f. ſeu ſtrebula, orum, n. pl. caro circum coxendices. *Varro l.* 6. *de L. L.* Cara ſtrebula, Opilius ſcribit, circum coxendices ſunt nobis. Id Græcum eſt ab hujus loci verſura. *Feſt.* Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hoſtiarum, quas Græci μηρία dicunt, quæ in altaria imponi ſolebant, ut Plautus ait in Frivolaria, Strebula egoina. *Arnob. l.* 7. Non enim places carnem ſtrebulam appellare, quæ taurorum a coxendicibus demitur.

Strena, æ, f. *mancia*, Ger. *newjahrgeſchenck*, Gal. *êtrenes*, Hiſp. *eſtrenas*, ξένιον, munus, quod dabatur die feſto, & fere anni initio, boni ominis gratia. De vocis origine hæc ſcribit *Feſtus*. Strenam, inquit, vocamus, quæ datur die religioſo, ominis boni gratia, a numero, quo ſignificatur, alterum, tertiumque venturam ſimilis commodi, veluti trenam, præpoſita S litera, ut in loco, & lite ſolebant antiqui. *Symmach. l.* 10. *ep.* 28. Ab exortu pene urbis Martiæ ſtrenarum uſus adolevit, auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex luco ſtreniæ anni novi auſpices primus accepit. ¶ Hujuſmodi ſtrenas ſolebant donare clientes patronis, civeſque Principibus, quod ultimum quidem ſub Auguſto cœpit, Tiberius vero prohibuit, ſed mox Caligula revocavit, de quo ita *Sueton. in ejus vita c.* 42. Edixit, & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum, ſtetitque in veſtibulo ædium Cal. Januar. ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus, ac ſinu omnis generis turba fundebat. V. *eund. in Auguſt. c.* 57. & *in Tiber. c.* 34. ¶ Dabantur autem ſtrenæ boni ominis gratia, ut ex *Feſto* diximus. Hinc *ſtrena bona*, bonum omen eſt. *Plaut. Stich.* 5. 1. 24. Domum redeundi principium placet: bona ſcæva, ſtrenaque obviam occeſſit mihi.

Strenia, æ, f. eadem ac Strenua. *Varro de L. L. l.* 4. Hinc oritur caput ſacræ viæ, ab Streniæ ſacello.

Strenŭa, æ, f. Dea, quæ ſtrenuum facere credebatur, quæ & *Strenia*. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 16. Ex hujus Deæ luco rite ſtrenuis Kal. Jan. mittebantur verbenæ felicis arboris, quæ exinde ſtrenæ vocatæ videntur, ut in *ſtrena* diximus.

Strenŭe, adv. *fortemente*, *diligentemente*, Ger. *dapferlich*, Gall. *vaillamment*, Hiſp. *enforcadamente*, ἀνδρείως, fortiter, diligenter. *Cic. pro Rab. perd. reo*: Ac ſi pro illorum laude mihi arma capienda eſſent, non minus ſtrenue caperem, &c. *Id. Att. l.* 16. *ep.* 6. Magis commode, quam ſtrenue navigavi. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 5. Domus utriuſque noſtrum ædificatur ſtrenue. ¶ Sumitur etiam pro celeriter, protinus. *Curt. l.* 8. *c.* 2. Revocatoque ſtrenue Oxarte, futurum ſe in Regis poteſtate reſpondit. ¶ ſuperlat. *ſtrenuiſſime* habet *Veget. l.* 1. *c.* 17.

Strenuĭtas, atis, f. *fortezza*, *valore*, *diligenza*, גבורה, Ger. *ſtrengheit*, Gal. *vaillance*, Hiſp. *valentia*, ἀνδραγαθία, fortitudo, celeritas, agilitas. *Ovid.* 9. *Met. v.* 320. Strenuitas antiqua manet.

Strenŭo, as, n. 1. ſtrenue me gero. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 34. Dum tu ſtrenuas, res erit ſoluta. Sunt qui hanc lectionem ſollicitant.

Strenŭus, a, um, *forte*, *valoroſo*, *diligente*, גבור, Ger. *ſtreng*, Gal. *vaillant*, Hiſp. *valiente*, ἐργαστικὸς, fortis, celer, vigilans, & ad res gerendas promptus. *Cic.* 2. *Phil.* Ut cognoſcerent te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum. *Ovid.* 9. *Met.* Una miniſtrarum media de plebe Galanthis, flava comas aderat, faciendis ſtrenua juſſis. *Col. l.* 8. Magiſter pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſſimus, alacer, atque audax eſſe debet. *Plaut. Epid.* 3. 4. 10. Strenuior deterior ſi prædicet ſuas pugnas. *Plin. l.* 18. *c.* 5. Fortiſſimi viri, & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes. *Curt. l.* 9. *c.* 1. Tranſiliebantque in cuniculis ſtrenuo ſaltu. *Rurſus Plaut. Rud.* 1. 2. 8. Adoleſcentem ſtrenua facie, rubicundum, fortem. *con viſta da gagliarda, e ardito*.

Strepĭto, as, n. 1. *ſtrepitare*, καταγέω, ſtrepitum facio, freq. a ſtrepo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 413. Inter ſe foliis ſtrepitant. *Tibul.* 2. *el.* 1. ſtrepitantibus advolat alis. *Id. ibid. eleg.* 5. ſtrepitantia arma.

Strepĭtus, us, m. 4. *ſtrepito*, *mormorio*, המיה, Ger. *geræuſch*, Gal. *bruit*, Hiſp. *eſtruendo*, ψόφος, lenior ſonitus, murmur, ſuſurrus. *Cic.* 2. *Ver. c.* 25. Tum vero non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam Populus R. ſignificavit voluntatem. *Cæſ. l.* 4. *B. G.* Atque ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum ordines plerumque perturbant. *Hor. l.* 4. *od.* 3. O teſtudinis aureæ Dulcem quæ ſtrepitum, Pieri, temperas. ¶ Accipitur etiam pro faſtu, & pompa divitum, a comitantium ſtrepitu dicta. *Quint.* 13. *Declam.* Hic cum me evocaſſet ſubita trepidum, timoque fortunæ ſuæ ſtrepitu circumſteteſſet. ¶ Antiqui hoc nomen etiam per ſecundam inflectebant. *Ennius apud Non. c.* 8. *n.* 52. Quid in caſtris ſtrepiti eſt? ¶ In *ſtrepitu exaudire aliquid*, eſt quod *Plaut. Capt.* 3. 4. 27. dixit *quaſi per nebulam*, h. e. confuſe, indiſtincte. *Cic. l.* 13. *ep.* 46. (*al.* 48) Heri minus aliquid in ſtrepitu videor audiſſe, cum diceres te in Tuſculanum venturum.

Strĕpo, is, pui, pitum, n. 3. *fare ſtrepito*, *o rumore*, המה, Ger. *rauſchen*, Gal. *faire bruit*, Hiſp. *hazer eſtruendo*, ψοφέω, pedibus, aut alio quocunque modo ſtrepitum facio, ſuſurro, murmuro. Eſt a ſono, ut *ſtrideo*, & ſimilia. *Cic.* 1. *de Div.* Inter ſe ſtrepere, apertèque artem obterere. *Virg.* 6. *Æn.* Strepit omnis murmure campus. *Liv. l.* 22. *c.* 14. Strepunt aures clamoribus plorantium ſociorum, ſæpius nos, quam Deorum invocantium opem. *Plin. l.* 11. *c.* 10. Cum adveſperaſcit, in alveo ſtrepunt. ¶ Strepere aliquid, eſt ſubmurmurare. *Liv. l.* 2. Hæc cum ſub ipſo vallo, portiſque ſtreperent.

Strepſicĕros, otis, m. στρεψίκερως, animal quoddam tranſmarinum, cornua habens erecta, & in leve faſtigium exacuta, rugarumque ambitu contorta, quemadmodum *Plin. l.* 11. *cap.* 37. *parum a princip.* deſcribit. *Capitolin. in Pio*, *c.* 10. Edidit munera, in quibus elephantos, & ſtrepſicerotas, & crocodilos etiam exhibuit.

Streptus, i, στρεπτὸς, uvæ genus, ita dicta, quod cum ſole circumagitur, a στρέφω, verto. *Plin. l.* 14. *c.* 3.

Stria, æ, f. eminentia illa, quæ in columnis eſt inter canaliculos, ſive ſulcos. Striæ hoc a ſtrigibus differunt, quod ſtriæ ſunt partes eminulæ, & exuberantes, ſtriges vero ſunt partes depreſſiores, interque ſtrias ſubſidentes. *Vitr. l.* 3. *cap. ult.* Columnarum ſtriges faciendæ ſunt viginti quatuor, ita excavatæ, ut norma in cavo ſtrigis cum fuerit conjecta, circumacta ita ancōnibus ſtriarum dextra, ac ſiniſtra angulos tangat, &c. ¶ Dicitur etiam de herbis, pro parte eminula, & protuberante. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Quorundam ex his facile noſcuntur venena, diluto robore, rancido aſpectu, livido intus colore, rimoſa ſtria, pallida per ambitum labra.

Striatūra, æ, f. *ſcanalatura*, ipſa forma ſtriata. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. Perfectionem ſtriaturæ habere. *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 8. Senis cavati ſtricturis.

Striātus, a, um, *ſcanalato*, quod ſtriis diſtinctum eſt. *Plin. l.* 21. *cap.* 5. Candor ejus eximius, foliis foris ſtriatis, & anguſtis, in latitudinem paulatim ſe ſelaxantibus, effigie calathi. *Id. l.* 37. *cap.* 10. Encos nuclea olivæ ſimilis eſt, ſtriata concharum modo, non adeo candida. ¶ Striata frons eſt rugoſa, caperata, qualis eſt ſenum. *Apulej. l.* 10. *A. A.* Senis triſtitia ſtriatam gerens frontem.

Striblĭgo, inis, f. *ſolecismo*, σολοικισμὸς, barbaræ orationis vitium, alias ſolœciſmus, a στρεβλὸς, *curvus*, *pravus*. *Gel. l.* 5. *c.* 20. Solœciſmus a Sinnio Capitone, ejuſdemque ætatis aliis imparilitas appellatus, vetuſtioribus Latinis ſtribligo dicebatur, a verſuta ſcilicet, & pravitate tortuoſæ orationis, quaſi ſtrobiligo quædam. *Arnob. l.* 1. Striblĭgines & vos iſtas libris illis in maximis, atque admirabilibus non habetis?

Stricte, adv. *ſtrettamente*, *rigoroſamente*, Ger. *engkliglich*, Gal. *étroitement*, Hiſp. *apretadamente*, στενῶς, arcte. *Cic. de Amic. c.* 16. Nimis obſervare ſtricte, ne plus reddat, quam acceperit. *Pallad. l.* 2. *c.* 6. Poſt bonam vindemiam ſtrictius, poſt exiguam latius puta. *Gel. l.* 16. *c.* 3. Faſciis ventrem ſtrictiſſime circumligare.

Strictim, adv. *ſtrettamente*, λίγδην, ſtricte. *Plaut. Capt.* 2. 2. 18. Utrum ſtrictim ne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, neſcio, *ſin fallapolle*. ¶ Sæpe accipitur pro compreſſe, breviter, ſingula ſtringendo, quæ ſparſa, ac diffuſa ſunt, breviter, & quaſi ſummatim colligendo. *Cic. pro Cluent. c.* 12. Cum ea, quæ copioſiſſime dici poſſunt, breviter a me, ſtrictimque dicuntur.

Strictipellæ, vel ſtrictivellæ dicuntur per convicium meretrices, quæ pellem ſtringunt, & rugas vultus complanant, ut amatoribus fucum faciant. *Plaut. in frag. apud Gell. l.* 3. *c.* 3. ubi alii leg. *ſtrattvolæ*, quod & ipſum convicium eſt in meretrices, & *Var. l.* 6. *de L. L.* ubi alii reponunt *ſtrittabillæ*, vel *ſtritabillæ*, qua voce notari putant eas, quæ prave incedunt, neque planum pedem in veſtigio ponunt, ſed extremo tantum radunt, & ſolum veluti ſtringunt. *Strittare* enim *Varr. loc. cit.* exponit, ægre conſiſtere.

Strictīvus, a, um, δρεπτικὸς, quod ſtringitur, ut Strictivæ olivæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. *Cato c.* 146. Oleæ caducæ modii quinquaginta, ſtrictivæ modii decem.

Strictor, oris, m. qui oleas manu ſtringit. *Cato de R. R. c.* 144.

Strictūra, æ, f. ſcintilla erumpens e maſſa ferri candentis, cum ſtringitur, & malleo tunditur; ita eam *Nonio c.* 1. *n.* 77. & *c.* 12. *n.* 23. exponunt quidam Lexicographi. *Virg.* 8. *Æn. v.* 421. Striduntque cavernis ſtricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat. *Servius* tamen aptius interpretatur ipſas ferri maſſas, quæ candendo ſtringuntur, & malleo denſantur. Nam & *Varro*, quem idem *Serv.* citat, eodem pacto uſus eſt hac voce, cum ſcripſit, in Ilva Italiæ inſula naſci quidem ferrum, ſed in ſtricturas non poſſe cogi. *Plinius* quoque *l.* 34. *c.* 14. eo nomine maſſas ferri ſignificat, quæ excoctæ in ferrum tranſeunt. Sic *Prudent. l.* 1. *adverſ. Symmach.* Decoquat in maſſam ferventis ſtrictura ſemines. Denique *Lucilius*, quem *Nonius cit. c.* 1. pro ſe affert, contra ipſum facit. Inquit enim Crebræ ut ſcintillæ in ſtricturis &c. ¶ Eſt etiam ſtrictura idem quod ſtriatura, canaliculus, inciſura. *Petron. in Satyr.* Supercilia uſque ad malarum ſtricturam currentia. Alii leg. *ſcripturam*, & intelligunt lanuginem, quæ malas quodammodo inſcribit. Alii *juncturam*.

Strictus, a, um *ſtretto*, ἐσφιγμένος. *Cic.* 2. *Phil. c.* 9. Cum tu illum in

toto,

Digitized by Google

ſtro, ſpectante Populo R. ſtricto gladio inſecutus es? *Caſ. l. 3. B. C. c.* 98. Folia ex arboribus ſtricta. h. e. manu collecta. Sic *Horat. l. 1. ep.* 14. Strictis frondibus explere bovem diſjunctum. *Ovid. de remed. Amor. v.* 233. eſt artis ſtrictiſſima janua noſtræ, *anguſta*, *difficile da entrare*. ¶ Translate ſumitur pro parco, avaro. *Pomec. l. 3. c. 2.* Faciet ſtrictos, avaros, ſordidos, & qui in omni vita gratiam lætitiæ vitent. ¶ Item pro eo, qui brevi, & conciſa oratione utitur. *Auct. Dial. de Orat. c.* 25. ſtrictior Calvus, numeroſior Aſinius. ¶ Item pro ſevero. *Stat. l. 3. ſilv. 3. v.* 87. Nulla foro rabies, aut ſtrictæ jurgia legis. ¶ Aliquando eſt leviter vulneratus. *Stat. 8. Theb. v.* 534. leſigeram Lucana cuſpide frontem Strictus aper.

Striculus, i, m. pro hyſtriculus. h. e. pilis veſtitus, hirſutus. *Arnob. l.* 5. In ſpretum duci, atque ſtriculi puſionis.

Stridens, entis, o. 3. τρίζων, partic. a ſtrideo. *Virg. 3. Georg.* Monteſque per altos Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra. *Id. 6. Æn.* Ac belua Lernæ Horrendum ſtridens, flammiſque armata Chimæra.

Strideo, es, dui, n. *ſtridere*, *fare ſtridore*, *o ſtrepito*, חרק, Germ. *geigen*, Gal. *criſſer*, *bruire*, Hiſp. *rechinar*, ῥοιζέω, τρίζω, ſtridorem, aut ſtrepitum edo, a τρίζω, quod idem notat, & a ſono factum eſt. *Virg. 1. Æn.* Foribus cardo ſtridebat ahenis. *Id. 4. Georg.* Ut mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis. V. *Stridens*.

Strido, is, di, ſine ſup. idem ac ſtrideo. *Plin. epiſt. 26. l. 9.* At cum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt. *Virg. 4. Georg.* Liquefacta boum per viſcera toto Stridere apes utero, & ruptis effervere coſtis. *Hor. l. 2. ſat. 8. v.* 78. Stridere ſecreta diviſos aure ſuſurros.

Stridon, onis, f. *Strigao*, *Sdrin*, urbs alias Pannonum ſup. nunc Striniæ, in conf. Illyrici, ad Muram fl. ¶ Patria fuit D. Hieronymi, qui proinde *Stridonenſis* appellatur.

Stridor, oris, m. *ſtridore*, *ſtrepito*, חריקה, Ger. *geigen*, Gal. *criſſement*, Hiſp. *ruydo*, τριγμός, βρυγμός, ſtrepitus, ingratus ſonus, qualis in funibus agitatis a ventis, in foribus cardinibus, & anguium ſibilis, & in curruum rotis male junctis intelligitur. *Virg. 1. Æn. v.* 87. Inſequitur clamorque virum, ſtridorque rudentum. *Cic. 3. Tuſc. c.* 40. At vocem citharœdi non audiunt; ne ſtridorem quidem ſerræ tum, cum acuitur.

Stridulus, a, um, ψιθυρός, τετριγώς, quod ſtridet. *Ovid. l. 3. Triſt. el.* 12. Nec, ut ante, per Iſtrum Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit. *Id. in. Metam. v.* 6. Fax lacrymoſo ſtridula fumo. h. e. crepitans, & ſcintillans.

Striga, æ, f. ſulcus, qui uno ductu peragebatur in longitudinem, ut ſcamnum in latitudinem. A ruſticis cum ſtrigæ, tum ſcamni vocem acceperunt agrimenſores. Igitur ſtriga erat menſura, qua agri ita diſponebantur, ut in longitudinem longiores eſſent, ſive, quod idem eſt, ut a Septentrione in Meridiem in longitudinem reſpicerent: ſcamnum erat menſura, qua agri ita diſponebantur, ut longiores eſſent in latitudinem, hoc eſt ut reſpicerent in longitudinem ab Occidente in Orientem. Nam agrimenſores in Italia longitudinem accipiebant a Septentrione in Meridiem, latitudinem vero ab Occidente in Orientem. *Hygin. in Gromaticis:* Omnem menſuræ hujus quadraturam dimidio longiorem, ſive latiorem facere debebimus, & quod in latitudinem longius fuerit, ſcamnum appellare, quod in longitudinem, ſtrigam. ¶ Interdum ſtriga eſt vocabulum caſtrenſe, ac ſignificat ſpatium turmarum, in quo equi ſtringuntur, & interquieſcunt ad urinam mittendam, & ut a continuo itinere reſpirent. *Caper, de verbis dubiis:* Striga in turma, ubi equi deſtringuntur. *Charif. l. 1.* Striga caſtrenſe eſt vocabulum, intervallum turmarum ſignificans, in quo equi ſtrigantur. ¶ Eſt & alia ſtrigæ acceptio, nempe pro ordine rerum inter ſe continuate collocatarum. *Feſt.* Strigæ appellabantur ordines rerum inter ſe continuate conlocatarum, a ſtringendo dictæ. *Col. l. 2. c.* 19. Utrumque ſiccatum coarctabimus in ſtrigam, atque ita manipulos vinciemus. Altera lectio habet *ſtriam*. Atque hinc eſt, quod (ut auctor eſt *Hyginus libello de caſtrorum metatione*) ſtriga dicatur ordo, & ſeries equorum in caſtris tendentium. Neque enim hæc diverſa eſt ſignificatio ab ea, quam ponit *Feſtus*, ſed tantummodo generalis vocabuli ad rem ſpecialem accommodatio.

Strigatus, a, um, quod ſtrigæ formam habet, ut Ager ſtrigatus. *Aggenus Urbicus, l. 1. Comment. in Julium Frontinum:* Strigatus ager eſt, qui a Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit. Scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem creſcit. Et latitudinem hanc ſecundum idioma artis voluit Frontinus in Orientem intelligi.

Striges. V. Strix.

Strigil, lis, n. idem ac ſtrigilis. *Non. c. 3. n.* 195. ex *Varrone*.

Strigilecula, læ, f. diminut. parva ſtrigilis, Ita eam deſcribit *Apul. l. 1. Florid* (*al.* 2.) Præferebat, lubricatum ſibimet honeſtam ſtrigileculam, recta faſtigiatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut ea ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ab ea rivulo laberetur.

Strigilis, is, *ſtreggbia*, Ger. *ſtrigel*, Gal. *étrille*, Hiſp. *almohaza*, ξύστρα, ſτλεγγίς, inſtrumentum dentatum, ex ferro, auro, argento, vel alia materia, quo hominum ſordes abradendo expoliuntur. Nam ſtrigilibus utebantur veteres in balneis ad radendas ſordes corporis, ſudoremque tergendum, præcipue in frictionibus ante cibum. Eſt a *ſtringo*, abjecto N., quomodo ab eodem *ſtriga* dicitur. Figuram ſtrigilis depictam vide, ſis, apud Hieron. Mercurialem l. 1. Artis Gymnaſticæ c. 8. *Cic. 4. Fin. c.* 12. Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla, aut ſtrigilis accedat. *Juven. ſat. 3. v.* 262. Sonat unctis Strigilibus. *Perſ. ſat. 5. v.* 126. I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. ¶ Interdum accipitur pro inſtrumento ad radendum lignum apto. *Pallad. l. 3. tit.* 4. Arbor ferrea ſtrigili ſubraſa. ¶ Item pro ſpecillo, ſive clyſtere oriculario, ideſt quo medicamentum auribus inſtillatur. *Scribonius Largus compoſit.* 39. Prodeſt herbæ urceolaris, aut cucurbitæ ramentorum ſuccus tepens per ſtrigilem in foramen auris dolentis infuſus. *Plin. l. 29. c. ult.* Cum opus ſit, ſtrigili tepefacta infundere. ¶ Item pro parva maſſa auri. *Plin. l. 33. c.* 3. Hiſpania ſtrigiles vocat auri parvulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa, aut ramento capitur, cum cætera metallis reperta igni perficiantur. ¶ Denique ſtrigilis accipitur pro ſtrige, ideſt parte cava in columnis, &c. *Vitruv. l. 4. c.* 4. ut Budæus, & alii leg. nam ab aliis *ſtriges* reponitur.

Strigillum, li, ſeu ſtrigillium, ut aliqui ſcribunt, o. 2. ſpecillum, quo in aures medicamentum infunditur. *Celſ. l. 6. c.* 7. Commodiſſimeque per ſtrigillium inſtillatur. Alii leg. *ſtrigilem*.

Strigles, glium, f. idem quod ſtriges, h. e. cavitates in columnis. *Vitruv. l. 4. c.* 4. Striarum, & ſtriglium circuitus. Alii leg. *ſtrigium*.

Strigmentum, ti, n. ξύσμα, ῥύπος, γλοιός, ſordes, quæ deſtringuntur, & abſterguntur de corporibus, a *ſtringendo*. *Celſ. l. 2. c.* 6. Alvus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem viridem, aliquid modo diverſis temporibus, modo ſimul, & in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentat. *Plin. l. 9. c.* 15. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viviſcunt. *Id. l. 15. c.* 4. Notum eſt, Magiſtratus honoris ejus octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe. ¶ Ponitur etiam pro quocunque ramento. *Plin. l. 20. c. 3. de cucurbita ſylveſtri:* Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo, & aceto febrium ardores refrigerat. *Val. Max. l. 9. c. 14. n.* 3. Ut candentium juglandium ſtrigmentis barbam ſibi, & capillum adurerent. Alii leg. *putaminibus*.

Strigo, as, n. 1. idem quod ſtringo, & dicitur de equis, & jumentis, cum interquieſcunt, & deſtringuntur ad urinam mittendam, aut vires recuperandas. Apud *Phædr. l. 3. fab.* 7. ita loquitur mula ad muſcam ſe increpantem: Aufer frivolam inſolentiam, nam ubi ſtrigandum, & ubi currendum eſt, ſcio. *Plin. l. 18. c.* 19. In arando verſum peragi, nec ſtrigare in actu ſpiritus. h. e. non interquieſcere, uſque dum totus verſus agri conficiatur. Ita ex Codicib. & MSſ. legit *Harduin*. Quidam alii *nec ſiſtere in actu ſæpius*. ¶ Translate *Senec. epiſt.* 31. Rurſus ad honeſta nitentes, quanto magis incubuerint, minuſque ſibi vincet, ut ſtrigare permiſerint, admirabor, & clamabo: tanto melior ſurge, & reſpira &c.

Strigo, onis, vel ſtrigor, oris, *ſtregone*, homo maleficus. *Plaut. Bacch. 2. 3.* 46. Longum eſt ſtrigonem maleficum exornarier. Ita legit *Muretus l.* 12. *var. lect. c.* 19. Alii aliter. *Feſtus*, ſtrigones, vel ſtrigores dici ait homines denſarum virium.

Strigoſus, a, um, *macilento*, Ger. *außgezehrt*, Gal. *flanc?*, Hiſp. *conſumido*, ἰσχνός, macilentus, & dicitur proprie de jumentis, quorum corpora fames, aut nimius labor ſtringit, & enecta reddit. *Col. l. 7. c.* 6. Ut largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis. *Liv. l. 27. c.* 47. Equi ſtrigoſiores. *Gel. l. 4. c.* 20. Equum ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum, & habitiſſimum viderunt. ¶ Translate ponitur pro jejuno, nimis parco in dicendo, ut Strigoſus Orator. *Cic. in Brut. c.* 16. Verum eſt certe genere toto ſtrigoſior. h. e. gracilior, tenuior.

Stringo, is, xi, ctum, a. 3. *ſtringere*, סגר, Ger. *tragen*, Gall. *étreindre*, Hiſp. *apretar*, σφίγγω, arcto, comprimo, a voce Græca allata, quæ idem ſignificat. *Plaut. Pſeud. 1. 2.* 66. Ita hodie te ſtringam ad carnarium. *Gell. l. 17. c.* 8. Mare gelu ſtringi, *agghiacciarſi*. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. 3. Off.* Nullum vinculum ad ſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. ¶ Metaleptice ſumitur pro educere, nudare. *Liv. l. 7. c.* 3. Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtringit. *Id. ibid.* Prius in me ſtrinxeritis ferrum. ¶ Item pro decerpere, colligere. *Virg. 1. Georg.* Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus, & lauri baccas. *Id. Ecl.* 9. hic ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondes. h. e. amputant, decutiunt. ¶ Item pro movere, tangere. *Virg. 10. Æn.* Atque animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. ¶ Item pro leviter vulnerare. *Virg. 8. Æn.* Hunc primum levis haſta Themillæ Strinxerat. *Id. 10. Æn.* haſta tenuis aliquid magno de corpore Turni. *Ovid. 1. Amor. el.* 7. Unda ſtringitur tepido Noto. h. e. Noto leviter flante verberatur, & criſpatur. ¶ Item pro cædere, dolare. *Sil. l.* 6. Jam nautica pubes aut ſylvis ſtringunt remos. ¶ Item pro radere. *Virg. Æn. l.* 8. Pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. *Ovid. 1. Metam.* Veſtigia leporis canis ſtringit. *Id. 3. Amor. el.* 2. Stringere metam rota. ¶ Item pro maledicere, obtrectare. *Ovid. l. 5. Triſt. el.* 7. Quam tua delicto ſtringantur pectora noſtro. ideſt maledictis lædaris noſtra culpa. ¶ Stringere rem parentis ingluvie, *divorare*, *conſumare il patrimonio*. *Horat. l. 1. ſat. 1. v.* 8.

Stringor, oris, m. actus ſtringendi. *Lucret. l. 3. v.* 694. Morbus ut indicat, & gelidai ſtringor aquai. h. e. frigus aquæ, quo dentes perſtringuntur. de dentibus enim ibi eſt ſermo.

Stringotomium, ii, n. culter anatomicus. *Veget. de re veterin. l. 2. c.* 27. Stringotomio decarnare.

Strio, as, a. 1. *ſcanalare*, ſtrias facio. *Vitr. l. 4. c.* 3. Columnas autem ſtriari viginti ſtriis oportet. ¶ Striare etiam dicuntur boves, cum peracto, aut non peracto priore verſu, alius ſuper alium innititur. Hoc autem fieri, dum boves adhuc in priore verſu anhelant, non convenit. *Plin. l. 18. c.* 19. In arando verſum peragi, nec ſtriare in actu ſæpius. V. *Strigo*.

Strix, igis, f. στρίγξ, canaliculus in columna ſtriata. Nomen ex eo eſſe videtur, quod ſtrigilis more ſit ſulcata. Niſi potius a Græco τρίξ, ſive στρίγξ. Nam apud *Vitruvium* legimus *l. 10. c.* 13. Canaliculi, qui Græce στρίξ dicitur, longitudo ſextantium XIX. Quomodo a ſtria differat, V. *Stria*. *Vitr. l. 4. c.* 4. Circa ſtrigium cava, & angulos ſtriarum. ¶ Strix item, σρίξ, στρίγξ, avis eſt nocturna, vel veſpertilio, vel noctua, vel ſaltem avis noctuæ ſimilis, *ſtrige*. *Plin. l. 11. c.* 39. Eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem convenit, ſed quæ ſit avium, conſtare non arbitror. *Serenus Sammonicus c.* 59. putat, ſtriges ubera immulgere labris infantium. Inquit enim: Præterea ſi forte premit ſtrix atra puellos Viroſa immulgens exertis ubera labris. Quod fabuloſum eſt. *Plin. l. 11. c.* 39. Nec lac, niſi animal parienti, volucrum veſpertilioni tantum. Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere. *Ovidius* autem infantes ſine nutricum cuſtodia relictos a ſtrigibus e cunis rapi tradit, ſanguinemque omnem ab illis exſorberi. Sic enim ſcribit 6. *Faſt.* Sunt avidæ volucres, non quæ Phineïa menſis Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt. Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ, Canities pennis, unguibus hamus ineſt. Nocte volant, pueroſque petunt nutricis egentes, Et vitiant cunis corpora rapta ſuis. Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris, Et plenum poto ſanguine guttur habent. Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis hujus Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent. *Plaut. Pſeud. 3. 2.* 30. Cum condiunt, non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus, vivis convivis inteſtina quæ exedint. ¶ Item ſtrix a veteribus lamia, ſeu mulier malefica dicebatur, cujus proprium eſſe credebant infantes faſcinare ſuo contactu, & lactis, munerumque oblatione, *ſtrega*, Ger. *eule*, Gal. *ſorcière*, Hiſp. *bruxa*, στρίγξ, Λαμία, μορμώ, γυνὴ φαρμακίς. *Feſtus*. Striges, aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci στρίγγας appellant: a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant.

Strobilus, i, m. στρόβιλος, nux pinea, quæ etiam Græcis dicitur conus, conarium, cocalus, a στρόβιλος, vertex, turbo, trochus. *Ulp. l. ligni, in fine, ff. de legat.* 3. De pinu etiam integri ſtrobili ligni appellatione continebuntur. ¶ Strobilus quoque eſt arbor ex pinaſtrorum genere. *Plin. l. 16. c.* 10. *de pinaſtro*: Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quas ſtrobilos vocant, plerique arbitrantur, &c. Plerique Cod. habent *tibulos*.

Strobus, i, f. στρόβος, genus arboris odoriferæ. *Plin. l. 12. c.* 17. Petunt & in Carmanos arborem ſtrobum ad ſuffitus, perfuſam vino palmeo accendentes. ¶ Sumitur etiam pro ladano, quod eſt genus odoris, qui ſit ex ſucco ladæ herbæ, & aliorum fruticum odoratorum, qui barbis caprarum inhæreſcit, dum paſcuntur, & pulvere glomeratur, ut Sola incoquitur. *Plin. l. 12. c.* 17. Recentiores ex Auctoribus ſtrobon hoc vocant.

Strombus, i, m. στρόμβος, concha tortilis in mari, a στρέφειν, turbo, trochus, quod idem eſt, ac τρόχος. *Plin. l. 32. c.* 10. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odores. *Id. ibid. c.* 11. Scopinus, ſtrombus, ſolen, ſive aulos.

Strongyle, f. 1. *Stromboli*, inſ. Siciliæ, una Æoliarum, in mari Tyrrheno, ſic dicta a rotunditate. ¶ Item inſ. Cretæ, ante Lyctum opp. Naxi inſ. ¶ Item inſ. parva Lyciæ. ¶ Item Strongyle, olim Macalla, *Strongoli*, urbs Magnæ Græciæ, in ora, inter Crotonem ad Auſtr. & Chimiſſam ad Bor. ¶ Strongyle quoque, *Pergola*, opp. Naxi, in ſaxo, ubi rudera templi Baccho olim dicati. *Plin. l. 4. c.* 12.

Strongylus, vel Strongylus, i, f. inſula Siciliæ, eadem quæ Strongyle, *Silius l. 14. v.* 260. proſtrataque Strongylus Auſtris.

Stropha, æ, f. στροφή, verſutia, acumen, tergiverſatio fraudulenta, con-

ſtatio ſubdola, a στρέφω, verto. *Plin. l. 2. ep. 18.* Ego aliquam ſtropham inveniam, agamque cauſam tuam. *Martial. l. 3. ep. 7.* Nihil ſtropharum eſt, jam ſalarium dandum eſt. ¶ Apud *Vitruv. l. 10. cap. 8.* ſtrophæ ſunt vincula, quibus remi ad ſcalmos alligantur.

Strophădes, f. 3. *Strivali*, duæ inſulæ parvæ maris Jonii, ante Cypariſſum prom. ita dictæ a στρέφω, verto, vel a στροφή, *converſio*, nempe a converſione Calais, & Zethæ, qui Harpyas e Regno Phinei ejecerunt, & ad has uſque inſulas perſecuti ſunt, ubi admoniti, ut Jovis canes ulterius perſequi deſiſterent, reverſi ſunt. *Virg. 3. Æn. v. 209.* Strophades Graio ſunt nomine dictæ Inſulæ Jonio in magno.

Strophiarius, ii, m. στροφιοποιός, qui ſtrophia facit. *Plaut. Aul. 3. 5. 42.* Strophiarii adſtant, adſtant ſemizonarii.

Strophiŏlum, i, n. dim. a ſtrophium. *Plin. l. 21. c. 2. de coronis*, Strophia appellantes, onde nata ſtrophiola.

Strophium, ii, n. στρόφιον, ſeu στρόφιον, faſcia pectoralis. *Catull. carm. 65.* Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas. *Turpil.* apud *Non. c. 14. num. 8.* Inter vias epiſtola excidit mihi, infelix inter tuniculam & ſtrophium quam collocaram. ¶ Præterea ſtrophium eſt ſertum, ſeu corona, qua caput cingitur. *Plin. l. 21. c. 2.* Tenuioribus (coronis) utebantur antiqui, ſtrophia appellantes, unde nata ſtrophiola. *Feſtus*: Struppus (al. *Stroppus*) eſt, ut Atteius philologus exiſtimat, quod græce στρόφιον vocatur, & quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite: quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. ¶ Item vitta ſeu faſcia, quæ flores in ſerta nectuntur. *Prudent. Cathemer. 3. v. 28.* Sertaque myſtica dactylico liga ſtrophio. ¶ Item cinculum, quo anchora alligatur. *Apulej. l. 11. Metam.* Navis abſoluta ſtrophiis anchoralibus.

Strophōſus, a, um, adject. qui ſtrophi morbo laborat. *Veget. l. 1. cap. 27.* Animalia ſtrophoſa, quibus venter frequenter dolet.

Strophus, i, maſc. *volvola*, inteſtinorum dolor, cum circa umbilicum inteſtina torquentur, στρόφος. *Apul. de herb. c. 26.* Chamæpytis ſtrophi dolorem tollit.

Stroppus. V. in Strophium.

Structe, adv. cum apparatu, ornate. *Tertul. de cultu fam. c. 11.* Quæ vobis cauſa eſt ſtructius prodeundi.

Structĭlis, & le, n. κατασκευαστός, quod ſtructum eſt, ut Structiles canales, ſtructiles columnæ, quæ non ſunt ex uno lapide, ſed ex multis, quibus opponuntur ſolidæ, quæ ex uno, ſolidoque conſtant lapide. *Ulp. l. ſicuti, §. 1. ff. ſi ſervitus vindicetur*: Superque eum parietem columnas ſtructiles imponere. *Vitruv. l. 8. c. 7.* Canales ſtructiles. ¶ Lapis ſtructilis, lapis minutior, qui aliis imponitur ad domos ſtruendas. *Ulp. l. etſi forte, §. modus, ff. ſi ſervitus vindicetur*: Forte ut reficiat lapide quadrato, vel lapide ſtructili. ¶ Cæmentum ſtructile, lapis caſus ad fundamentum jaciendum, cui ædificium ſuperſtruatur. *Martial. l. 9. ep. 77.* Nec ſilice duro, ſtructilive cæmento. ¶ Sepes ſtructiles, manu factæ, quibus opponuntur vivæ. *Col. l. 11. c. 3.* Vetuſtiſſimi auctores ejvam ſepem ſtructili prætulerunt.

Structĭo, onis, f. actio ſtruendi, ſtructura. *Pallad. l. 12. tit. ult.* Petroſelinum ſerunt inter ſpatia ſtructionis. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 7. n. 16.* Scoleris ſtructio.

Structor, oris, m. 3. κατασκευαστής, *vòzur*, qui aliquid ſtruit. Speciatim ponitur pro ædificatore, & fabro cæmentario, *muratore*. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epiſt. 5.* A puero ut diſceſſi, in arcam tuam veni: res agebatur multis ſtructoribus. ¶ Item pro eo, qui annonam parat. *Cic. Att. l. 14. ep. 3.* Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti, cum inanes rediiſſent, &c. ¶ Item pro eo, cujus cura eſt menſas exſtruere, & decoro manuum geſtu cibos diſcerpere, ac præminiſtrare, *ſcalco*. *Serv. in 1. Æn.* Struere eſt ordinare, componere: unde & ſtructores dicuntur ferculorum compoſitores. *Martial. l. 10. ep. 48.* Et quæ non egeant ferro ſtructoris Ofellæ. *Juvenal. ſat. 5. v. 120.* Structorem interim ſaltantem ſpectes, & chironomonta volanti cultello.

Structorius, a, um, adject. qui ſtruitur, ut opere ſtructoria alicui locare. *Tertul. in Apolog. c. 14.*

Structūra, æ, f. *ſtruttura*, *fabbrica*, κατασκευή, ratio ſtruendi, ædificatio. *Liv. l. 21. c. 11. de muris Sagunti.* Cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Structurarum genera hæc ſunt: reticulatum (*opus*) quo nunc omnes utuntur, & antiquum, quod incertum dicitur. ¶ Tranſlate *Cic. de opt. gen. orat. c. 2.* Structura verborum. *Ovid. 4. de Ponto, eleg. 13. v. 4.* Structura carminis. ¶ Ponitur item pro ipſa mole ſtructa. *Vitruv. l. 5. c. 12. de portubus faciendis*: Erit ex una parte ſtatim, ex altera parte ſtructura, ſive aggeribus expediantur progreſſus. Eæ autem ſtructuræ, quæ in aqua ſunt futuræ, videntur ſic eſſe faciendæ, &c.

Structus, a, um, κατεσκευασμένος, *diſpoſto*, *fabbricato*. *Cic. de Sen.* Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam. *Id. in Or. c. 70.* Si vet compoſiti Oratoris bene ſtructam collocationem diſſolvas permutatione verborum. *Virg. 3. Æn.* Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto. *Lucr. l. 4. v. 361.* Saxorum ſtructa, pro *ſtructa ſaxa*, ut dicimus ardua montium, ſtrata viarum, &c.

Strues, is, f. *cataſta*, *maſſa*, *congerie*, דור, Germ. *holtzbeige*, Gall. *tas*, *monceau*, Hiſp. *en bezina*, *monton*, ὄγκος, σωρός, θημών, congeries, ſeu acervus rerum, a *ſtruo*. *Cic. Att. l. 5. ep. 12.* Strues ſalinarum apparatur. *Liv. l. 21. c. 37.* Struem ingentem lignorum faciunt. *Plin. l. 14. c. 4.* Cucurritque una nemo ad ſpectandas uvarum in iis vineis ſtrues. ¶ Speciatim ſumitur pro genere libi, quod in ſacris antiqui prælibabant. *Feſt.* Strues genera liborum ſunt, digitorum conjunctorum non diſſimilia, qui ſuperjecta paniaula in tranſverſum continentur. *Ovid. l. 1. Faſt. v. 276.* Hæc adolat flammis cum ſtrue farre ſuis.

Strufertarii, m. 2. qui ad arbores fulguritas ſacrificabant. *Feſt.* Strufertarios appellabant antiqui, ut ait Verrius, homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas, aut piacularium commiſſarum cauſa ſacrificia quædam ſtrue, & ferto, ſolemnibus verbis faciunt, Precor te, Jupiter, uti mihi volens propitius ſies. Quod & pullo etiam fiebat adbibito ſtruferterio. Hæc *Feſtus*.

Struix, icis, f. 3. κατασκευή, extructio cujuſcis rei, a *ſtruo*. *Feſt.* Struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. *Plaut. Men. 1. 1. v. 26.* Cereales cœnas dat. Ita menſas extruit. Tantas ſtruices concinnat patinarias. Et *Livius*: Quo Caſtalia per ſtruices ſaxeas lapſu accidit. Apud *Nonium* etiam, *Stroio* teſte, eſt *Struix malorum*. Imo apud *Solinum* quoque c. 8. & 41. ubi in vulgaribus eſt *ſtruem*, & *ſtruibus*, e veteri codice *ſtruicem*, & *ſtruicibus* reponit *Andreas Schotus*, *l. 3. Obſerv. Human. c. 05.*

Struma, æ, f. *ſcrofola*, Germ. *kropff*, Gall. *ecrouelles*, *goitre*, Hiſp. *paperas*, *lamparon*, χοιράς, tumor cervicem præcipue infeſtans, cum ſcilicet circa guttur glandulæ quædam pure, & ſanguine plenæ oriuntur, quamvis & in aliis interdum corporis partibus gignantur, ut in alis, inguinibus, lateribus. Vide *Celſ. l. 5. c. 28.* Dicitur etiam *ſcrophula*, a ſcrophis, ſeu ſuculis, quæ id morbi genus patiuntur, quemadmodum & Græcis eadem de cauſa χοιράς vocatur. *Celſ. l. 2. c. 9.* Frigida aqua ſtrumas excitat. *Cic. pro Sext. c. 65.* Ii medentur Reipublicæ, qui exſecant peſtem aliquam tanquam ſtrumam civitatis. ¶ *Strumam diluere* tegere, proverb. h. e. alicujus turpia facta dignitate aliqua, ſeu honeſto munere tegere & obliterare. *Cic. Att. l. 2. ep. 9.* Denique etiam Vatini ſtrumam ſacerdotii διβάφῳ veſtiant.

Strumaticus, a, um, idem ac ſtrumoſus. *Firmic. l. 8. c. 19.* Viceſima tertia pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inventa, ſtrumaticum facit.

Strumĕa, vel ſtrumia, æ, femin. genus herbæ, quarta ranunculi ſpecies, ita dicta a *ſtruma*. *Plin. l. 25. cap. ult.* Noſtri herbarii ſtrumeam vocant, quoniam medetur ſtrumis, & panis, parte in fumo ſuſpenſa. ¶ Hæc herba eſt, qua mendicantes bene calcentes ſibi crura, & lacertos dilaniant, quo poſſint impudentius ſtipem extorquere, vel hac impoſtura per cuniculam aucupari. Hinc nonnullis herbarum ulceratio vulgo dicitur, & ſcelerata. *Ruellius*.

ſtrumella, læ, f. parva ſtruma. *Marcell. Empir. c. 15.*

Strumentum, i, n. idem quod inſtrumentum, a *ſtruo*. *Tertul. l. 1. adverſ. c. 7.* Continentia ad ſtrumentum æternitatis demonſtrata.

Strumōſus, a, um, χοιραδώδης, qui ſtrumas patitur. *Juven. ſat. 10. v. 309.* Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel ſtrumoſum, &c.

Strumus, i, herba eadem quæ ſtrychnos, & cucubalum, ſoporifera. *Apul. de herb. c. 74.* & *Plin. l. 27. c. 8.*

Struo, is, xi, ctum, c. 3. *ordinare*, *mettere in ordine*, ערך, סדר, Ger. *bereitten*, *zurüſten*, κατασκευάζω, ordino, ordinata ſpta, compono. *Serv. in 1. Æn.* Struere eſt ordinare, componere: unde & ſtructores dicuntur ferculorum compoſitores. *Cic. 3. de Orat.* Collocationis eſt componere, & ſtruere verba, &c. *Ovid. 1. Metam.* Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes. ¶ Speciatim ſumitur pro ædificare, facere, efficere. *Horat. l. 2. od. 18.* Et ſepulcri immemor, ſtruis domos. *Hirt. l. 8. B. G. c. 41.* E regione ejus vineas agere adverſus montem, & aggeres ſtruere cœpit. ¶ Item pro moliri, machinari, parare. *Ter. Heaut. 3. 2. 3.* Num me fefellit, hoſce id ſtruere? *Cic. pro Cluent. cap. 64.* Ut velle, atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id ſtruere, & moliri videretur. *Liv. lib. 43.* Struere invicem inſidias. Sic dicimus ſtruere alicui crimina, mortem, &c. *Tacit. 11. Annal. c. 12.* & *l. 4. c. 10.* ¶ Item pro excitare, movere. *Cic. 2. de Or.* Atque iiſdem his ex locis & odium in alium ſtruere diſcemus, & a nobis, ac noſtris dimovere. ¶ Item pro inſtruere. *Tac. l. 4. Ann. c. 67.* Struebantur, qui monerent perfugere, &c. ¶ Struere rem, eſt augere, *far roba*. *Perſ. Sat. 2. v. 44.* Rem ſtruere exoptas caeſo bove, Mercuriumque arceſſis fibra.

Struppus, i, m. Strophium, corona, ſeu vitta, apud *Feſt.* cujus verba V. in *Strophium*. *Paulus apud eund. Feſt.* ſcribit Struppos fuiſſe faſciculos de verbenis factos, qui Deorum capitibus in pulvinaribus imponebantur.

Struthēa mala, quæ & *ſtruthiomela* unica voce dicuntur, στρουθόμηλα, mala Cydonia, ſeu cotonea minora, teſte *Plin. l. 15. c. 11.* Fortaſſe nomen ſit ex paſſerina parvitate. Nam στρουθός, *paſſer*. *Plaut. Perſ. 1. 3. 7.* Commiſce mulſum, ſtruthea, coluteaque appara. *Col. l. 5. c. 10.* Cydonia, quorum genera tria ſunt, ſtruthia, chryſomelina, muſtea.

Struthēum, i, n. pars virilis, a στρουθός, *paſſer*, quæ avis eſt ſalaciſſima. *Feſtus*: Strutheum in mimis præcipue vocant obſcœnam partem virilem, a ſalacitate videlicet paſſeris, quæ Græce στρουθός dicitur.

Struthio. V. in dictione ſequenti.

Struthiocamelīnus, a, um, adjectiv. *di ſtruzzo*, ut ſtruthiocamelinum ovum, apud *Plin. l. 29. c. 3.*

Struthiocamēlus, i, m. *ſtruzzo*, στρουθοκάμηλος, paſſer marinus, hoc eſt trans mare advectus, maxima omnium avium. Antiquiores Græci στρουθὸν μεγάλην, vel στρουθὸν Λιβυκὸν appellarunt. Dictus videtur a στρουθός, non quæ paſſerem ſignificat, ſed qua generatim pro omni ave accipitur, & a κάμηλος, *camelus*, quia colli, ac crurum longitudine camelo ſimilis eſt. Hanc avem ita deſcribit *Plin. l. 10. c. 1.* Sequitur natura avium, quarum grandiſſimi, & penè beſtiarum generis ſtruthiocameli Africi, vel Æthiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adjuvent: cætero non ſunt volucres, nec a terra attolluntur. Ungulæ iis cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu devorata mira natura, ſed non minus ſtoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultaverint, latere ſe ſe exiſtimantium. Præmia ex iis ova, propter amplitudinem pro quibuſdam habita vaſis, conoſque bellicos, & galeas adornantes pennæ. Hæc *Plin.* Adde *Tertullian. de Virg. veland. cap. ult.* ¶ Vocatur etiam Struthio, omiſſa compoſitionis parte. *Vopiſcus in Firmo ad fin.* Sedentem ingentibus ſtruthionibus vectum eſſe. *Lamprid. in Heliog.* Sexcentorum ſtruthionum capita una cœna exhibuit.

Struthium, ii, n. στρούθιον, herba, quæ & radicula, & lanaria appellatur, quia ſuccum habet purgandis, & albicandis lanis aptum. *Plin. l. 19. c. 3.*

Struthopōdes, qui pedes ſimiles ſtruthi habent. *Plin. l. 7. c. 2.* Indiq; fæminæ plantas adeo parvas, ut Struthopodes appellentur.

Strychnon, i, στρύχνον, herba eadem quæ ſtrumus. *Plin. l. 18. c. 8.*

Strygis, is, f. στριγίς, genus frumenti vilioris, ingratique in cibis ſaporis, apud *Hippocratem*. Hinc *Plaut. Pſeud. 3. 2. 31.* Non condimentis condiunt, ſed ſtrygibus. Alii leg. *ſtrigibus*.

Strymon, onis, m. Contzua, *Stromona*, al. *Roudine*, al. *Radini*, al. *Marmara*, al. *Iſchar*, fl. Macedoniæ, qui ex Orbelo M. al. ex Scomio M. manat, & per Grenos, & Læus in mare Ægæum fluit, & ſinum Strymonicum denominat, qui nunc *il Golfo di Conteſſa*. *Virg. 4. Georg.* deſerti ad Strymonis undam. ¶ Item urbs Thraciæ.

Strymonĭus, a, um, adjectiv. ad Strymonem pertinens, ut Strymoniæ grues. *Virg. 1. Georg. v. 120.* Strymoniæ Matres. *Ovid. in Ibin.*

Studĕo, es, dui, ſine ſup. *ſtudiare*, *procurare*, *attendere*, שקד, Germ. *ſtudieren*, Gal. *eſtudier*, Hiſp. *eſtudiar*, σπουδάζω, ſtudium adhibeo, alicui rei operam do. Uſurpatur vel abſolute. *Quintil. lib. 12. c. ult.* Non enim putamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. ¶ Vel cum dativo. *Cic. 1. de Orat.* Ut nemo fere ſtuduiſſe ei ſcientiæ vehementius videatur. *Id. 4. Fin.* Sed quia ſtudebat laudi, & dignitati, multum in virtute profecerat. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *in*. *Quintil. l. 10. c. 2.* Poetæ, & pictores in id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas mensuris, ac lineis ſciant. ¶ Vel cum abl. & prep. *in*. *Gell. l. 11. c. 2.* ex *Catone*: Siquis in ea re ſtudebat. ¶ Vel cum ſolo accuſativo, præſertim communi. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 6.* Cum vero literas ſtudere incipit, & beluo immanis cum Græcis philoſophari. Meliores tamen codices habent *literis*. *Id. 5. de Fin. c. 2.* Ut id ipſum quod ſtudet, facere poſſit ornatius. *Ter. Andr. 1. 1. 31.* Horum ille nihil egregie præter cætero ſtudebat. ¶ Interdum notat conari, eniti, & conſtruitur cum infinitivo, vel cum membro orationis. *Cic. 1. de Orat.* Qui ſtudeat omnium rerum vim, naturam, cauſaſque noſſe. *Idem de Amic.* Fieri ſtudebam ejus prudentia doctior. ¶ Interdum cauſas agere. *Martial. lib. 10. epigr. 19. de Plinio juniore*: Dum centum ſtudet auribus virorum, h. e. dum cauſas agit apud Centumviros judices. ¶ Accipitur etiam pro favere, alicujus partes ſequi. *Salluſt. in Conſ. in or. Cæſaris.* Neque ſtudere, neque odiſſe, ſed minime iraſci decet. *Cic. pro Cal. cap. 4.*

Su-

Digitized by Google

Studuit Catilinæ, cum jam aliquot annos eſſet in foro, Cœlius. ¶ Item pro curam habere, cum genit. *Cic. 3. de nat. Deor.* ex Poeta: Parentem habere avarum, illepidum in liberos, Difficilem, qui te nec amet, nec ſtudeat tuî. ¶ Item pro cupere, ſeu velle. *Nepos in Pelop. c.* 2. Cum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perveniſſent. *Cic. Phil. 6.* Unum omnes ſentitis, unum omnes ſtudetis. *Plaut. Mil. ſc. ult.* Minus has res ſtudeant, &c. In his & ſimilibus loquendi modis quidam volunt ellipſim eſſe, & ſubaudiendum aliquod infinitum, ut *habere*, *conſequi*, &c. Aliquando etiam infinitus exprimitur. *Cic. in Partit.* Studeo, mi pater, Latine ex te audire ea, quæ &c. *Ter. Eun.* 5. 5. Dum ſtudes dare verba nobis. ¶ Uſurpatur etiam paſſive impersonaliter. *Plin. l.* 35. c. 10. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit; ante eum quam pulcherrimas facere ſtudebatur.

Studiōſe, adv. *ſtudioſamente*, *diligentemente*, Germ. *fleiſſiglich*, Gal. *ſoigneuſement*, Hiſp. *eſtudioſamente*, σπουδῆ, cum ſtudio, diligenter. *Cic.* 2. *de Orat.* Qui cum ſtudioſe pila luderet. *Id. in Brut.* Hunc ſtudioſe duo adoleſcentes ingenioſiſſimi audire ſoliti ſunt. *Plin. l. 4. epiſt.* 26. Libellos ſtudioſiſſime comparare. *Nep. in Ageſil. c.* 3. Armari ſtudioſius.

Studiōſus, a, um, *ſtudioſo*, *diligente*, *ſollecito*, שוקד, Ger. *fleiſſig*, Gal. *ſtudieux*, Hiſp. *eſtudioſo*, σπουδαστής, diligens, eſſiduus, perſeverans, qui alicui rei deditus, atque addictus eſt. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 5. Putavi mihi ſuſcipiendum laborem utilem ſtudioſis, mihi quidem ipſi non neceſſarium. *Id. 4. Acad.* Homo & acutus, ut Pœnus, & valde ſtudioſus, ac diligens. ¶ Vel cum genitivo. *Cic. l. 4. Fam. ep.* 9. Te autem ab initio memoria tenea ſumme omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe. *Id. 1. de Orat.* Tamen nemo ſuaſerit ſtudioſis dicendi adoleſcentibus. *Idem 4. Fin.* Studioſiſſimus Philoſophiæ. ¶ Item cum ablat. cum præpoſit. in. *Id. Fam. 5. ep.* 9. Studioſiorem in aliquo colendo eſſe. ¶ Reperitur & cum dativo. *Plaut.* 3. 1. 207. Qui niſi adulterio, ſtudioſus nulli aliæ rei eſt. ¶ Item pro amatore, fautore, benevolo. *Cic. in Brut. c* 16. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui, &c. *Id. 6. Fam. ep.* 8. Viri ſunt optimi, & tui ſimiliumque ſtudioſi.

Studĭum, ii, n. *ſtudio*, *diligenza*, מעלל, Ger. *fleiſſ*, *ernſt*, Gal. *etude*, *ſoin*, Hiſp. *eſtudio*, σπουδή, diligentia, cura, opera attentius, quæ ad aliquid incumbimus. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 25. Studium autem eſt animi aſſidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut Philoſophiæ, Poetices, Geometriæ, literarum. ¶ Plus eſt, quam diligentia. Nam ſtudium cum animo jungitur, diligentia interdum operæ tantum eſt. *Caſ. l. 4. B. G.* Non eadem alacritate, ac ſtudio, quo in pedeſtribus uti præliis conſueverant. *Cic. c. de Div.* Quarum ſtudio legendi meum ſcribendi ſtudium vehementius in dies incitatur. *Id. de clar. Orat.* Studium in aliqua re collocare. ¶ Sæpe ponitur pro ſimplici exercitatione. *Terent. Andr. c.* 1. 29. Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant. *Virg.* 1. *Æn.* Studiiſque aſperrima belli. *Col. in præf. l.* 1. Studium agere. ¶ Sumitur etiam pro voluntate, ſententia, ardore animi, &c. *Cic. ad Brut.* 14. Quare omni ſtudio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas. *Id. de Amic.* Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. *Virg. 2. Æn. v.* 39. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. ¶ Item pro cupiditate, deſiderio. *Cic. de Sen.* Equidem efferor ſtudio patres veſtros, quos colui, & dilexi, videndi. *Id. 1. Acad.* Cum Zenone Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia, aut ſtudio vincendi. ¶ Item pro amore, favore, officio. *Cic. pro Planc.* Comitiis, præſertim Ædilitiis, ſtudium eſſe populi, non judicium. ¶ Item pro opera. *Marcian. l. ſi prægnans, ff. de fideicom. libert.* Si prægnans ancilla moram non ſtudio manumiſſoris, ſed fortuito patiatur, ne manumittatur, &c. ¶ Item ſpeciatim pro ſtudio litterarum, & ſcientiarum. *Quintil. in proœm. lib.* 1. Studia alicujus ab infantia formare. *Sueton. de illuſtr. Grammat. c.* 9. Studia leviter attingere. *Horat. l. 2. ep.* 2. Annos dare ſtudiis. *Velley. l. 2. c.* 59 Apolloniam eum in ſtudia miſerat. ¶ Item pro loco, in quem ſtudendi cauſa convenitur. *Capitol. in M. Anton. Philoſ. c.* 26. Apud Ægyptios etiam ſe egit, & philoſophum in omnibus ſtudiis, templis, locis. *Salmaſ. legit ſtadiis.* ¶ *Studio* in ſecundo caſu ſignificat de induſtria, data opera, a poſta. *Cic. pro Sex. Roſc. c.* 30. Ut omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere.

Stulte, adv. *ſtoltamente*, *pazzamente*, Ger. *narriſch*, Gal. *ſottement*, Hiſp. *locamente*, ἀνοήτως, inſipienter, imprudenter. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 7. Quid eſt enim verius, quam neminem eſſe oportere tam ſtulte arrogantem? &c. *Id. de nat. Deor. c.* 28. Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſime. *Sen. l.* 5. *Controv.* 34. Gargius multo ſtultius, quam Promethei Parrahus ſupplicium pinxiſſet.

Stulteſco, is, n. *diventare ſtolto*. *Plaut. Moſt.* 4. 2. 49. Puere, præter ſpeciem ſtulteſcis. Alii rectius leg. *ſtulte agis*.

Stultiloquentĭa, æ, f. idem ac ſtultiloquium. *Plaut. Trin.* c. 2. *in fin.* Occluſioremque habeant ſtultiloquentiam.

Stultiloquĭum, ii, n. μωρολογία, imprudens ſermo. *Plaut. Mil.* 2. 3. 25. Ni comprimas tuum ſtultiloquium.

Stultilŏquus, a, um, adject. qui ſtulte loquitur. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 45. Tace ſtultiloque; neſcis quid iſtuc boni.

Stultitĭa, æ, f. *pazzia*, אולת, Ger. *narrheit*, Gall. *folie*, *ſottiſe*, Hiſp. *locura*, μωρία, ἄνοια, amentia, dementia, imprudentia. *Cic.* 2. *de Div. c.* 43. O delirationem incredibilem! Non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt. *Id. 3. Tuſc. c.* 30. Eſt enim proprium ſtultitiæ aliorum vitia cernere, oblivſci ſuorum. *Plin. l.* 11. *c.* 50. Auricularum magnitudo loquacitatis, & ſtultitiæ nota eſt. ¶ Interdum gravia quædam crimina ſtultitiæ nomine appellantur, elevandi, & extenuandi cauſa. *Plaut. Aulul* 4. 10. 12. Tibi ultro ſupplicatum venio ob ſtultitiam meam. h. e. ob ſtuprum filiæ tuæ illatum. Adde *Moſtel.* 5. 2. 34. & *Terent. Heaut.* 5. 2. 8.

Stultivĭdus, a, um, adject. qui ſtulte, & prave videt. *Plaut. Mil.* 2. 3. 64. Vin' jam faciam, ut ſtultividum te fatearis?

Stultŭlus, a, um, adject. dimin. a ſtultus. *Apul. l.* 9. *Metam.* Tu ſtultule aſina, intra terminos piſtrini contentus.

Stultus, a, um, *ſtolto*, *pazzo*, נבל, Ger. *narr*, Gal. *fou*, *ſot*, Hiſp. *bovo*, *loco*, μωρός, ἀνόητος, amens, imprudens, improvidus, incautus. *Cic. l.* 9. *Famil. ep.* 22. Stultorum plena ſunt omnia. *Idem pro Mil.* Homines ſtultiſſimi. *Idem Ver.* 7. *c.* 39. Stultum conſilium. *Idem 3. de Orat.* Stulta loquacitas. *Plaut. Curcul.* 4. 3. 19. Sulto ſtultior. *Ovid. 2. de Pont. eleg.* 9. ſtultam artem vocat libros ſuos de arte amandi, quia propter eos in exilium miſſus fuit. ¶ Differt a fatuo, quia levius eſt ſtultum eſſe, quam fatuum. Fatuus enim dicitur, qui omnino deſipit. *Afran. apud Iſid. l.* 10. Ego ſtultum me exiſtimo, fatuum eſſe non opinor. *Cic. 3. Phil. c.* 9. Ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica. ¶ Differt etiam ab inſano, nam inſanus eſt, qui abjecta ratione, cum furore, & impetu omnia facit. *Teren. Eun.* 2. 2. 23. Hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. ¶ Dies ſtulti, ſunt ætas adoleſcentiæ. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 4. Vidi jam juvenem, premeret cum ſenior ætas, Mœrentem, ſtultos præteriiſſe dies. ¶ Stultorum feriæ, ſeu feſtum, idem dici erat, qui Quirinalia, quo illi ſua Fornacalia celebrabant, nempe 18 (al. 17.) Februarii. *Feſt.* Quirinalia menſe Februario, dies, quo Quirino fiunt ſacra. Idem ſtultorum feriæ appellatur, quod quidam, qui ſuorum Fornacalium ſacra Romæ ignoraverant, eo potiſſimum rem divinam faciunt.

Stĭpa, vel Stuppa, æ, f. *ſtoppa*, נערת, Ger. *wuergk*, Gal. *etoupe*, Hiſp. *eſtopa*, στύπη, στύππη, στυππεῖον, pars vilior lini, vel cannabis, quæ cortici proxima eſt. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Quod proximum cortici fuit, ſtupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. *Feſt.* Stuppam linum impolitum appellant Græci Dorii. *Liv. l.* 1. Id ſicut in pila, quadratum ſtuppa circumligabant, linebantque pice.

Stuparius, a, um, στυππειώδης, quod ad ſtupam pertinet, ut Stuparius malleus, quo lina tunduntur. *maciulla*. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Mox aretactæ tunduntur in ſaxo ſtupario malleo.

Stupefacio, is, feci, factum, a. 3. *ſtupefare*, ἐκπλήττω, ſtuporem reddo. *Liv. l.* 5. *c.* 39. Privatos deinde luctus ſtupefecit publicus pavor.

Stupefactus, a, um, *ſtupefatto*. *Sen. Thyeſt.* : Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit. *Cic. 3. de Orat. c.* 14. Stupefacti dicentem intuentur.

Stupendus, a, um, adject. *ſtupendo*, *ammirabile*. *Nazar. in paneg. Conſtant. c.* 6. Venim ad ingentium virtutum ſtupenda penetralia.

Stupens, entis, o. 3. θαμβῶν, partic. a ſtupeo. *Plin. l.* 14. *c.* 11. Quoniam aimi naturæ non gelaſcit, alias ad frigus ſtupens tantum, *perdendo la ſua forza*. *Curt. l.* 8. *c.* 4. Calor ſtupentia membra commovit. *le membra iſtupidite*. *Id. l.* 6. *c.* 9. Attonito ſtupentique ſimilis ſtetit.

Stupĕo, es, pui, ſine ſup. n. 2. *eſſere ſtupido*, *ſtupirſi*, *maravigliarſi*, שמם, Ger. *erſtummen*, Gal. *etre etonné*, Hiſp. *eſtar paſmado*, ἐξίσταμαι, eſt quodammodo ſenſum rerum non habere, torpore quodam captum langere immobilem, aut inopia conſilii, aut aliqua alia re tarditatem inducere. *Pierior* ſcribit, ſe in oblongo illo codice, quem delicias ſuas vocabat *Pomponius Lætus*, tum item in aliis antiquis Maronis, Horatii, Terentii, aliorumque Scriptorum libris *ſtipee*, & *obſtipuit* inveniſſe per i. Atque hæc ſcribendi ratio eorum confirmat opinionem, quibus placet, *ſtupere*, ſive *ſtipere* a *ſtipes* mutata quantitate dici, quia ſtipitis, vel trunci inſtar ſit, qui ſtupet. Uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 7. *Ver.* Confirment ipſi ſe, cum is etiam nunc ſceleſtiſſimus ſtupeant. *Sen. Hippol. v.* 607. Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 6. Verba ſtupuerunt igneo palato. ¶ Vel cum ablat. ſine præpoſ. *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 2. Ambiguis ars ſtupet ipſa malis. h. e. navigandi peritia propter ventos adverſos, & inter ſe pugnantes ſtupet, incerta quid agat. *Perſ. ſat.* 3. Sed ſtupet hic vitio. h. e. inſanus eſt factus vitiis. ¶ Sumitur etiam pro admirari cum quodam ſtupore, cum accuſ. vel abl. *Horat. lib.* 1. *ſat.* 4. *v.* 28 Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet Albius ære. *Id. ib. ſat.* 6. *v.* 15. Qui ſtupet in titulis, & imaginibus. *Virg.* 2. *Æn.* Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ.

Stupeſco, is, a. 3. *ſtupefarſi*, ἐκπλήττομαι, ſtupeſio, ſtupidus fio. *Cic. 3. de Orat. c.* 26. Jocidat, aſpiciat, admiretur, ſtupeſcat.

Stupĕus, vel Stuppeus, a, um, *di ſtoppa*, quod ex ſtupa factum eſt. *Virg.* 2. *Æn.* Et ſtupea vincula collo Intendunt. *Id.* 8. *Æn. v.* 694. Stupea flamma manu ſpargitur. h. e. fax e ſtupa.

Stupidĭtas, atis, f. *ſtupidità*, *ſtupidezza*, ἀναισθησία, θάμβος, ſtupor. *Cic.* 2. *Phil. c.* 30. In quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

Stupĭdo, as, a. 1. ſtupidum facio. *Martian. Capel. l.* 1. Pectoris ſaxificam dicunt horrere Meduſam, Quod pavidum ſtupidet ſapiens ſolertia vulgus.

Stupĭdus, a, um, *ſtupido*, נבהל, Ger. *erſtumt*, Gal. *étonné*, Hiſp. *paſmado*, ἀναίσθητος, ἐκπλαγείς, qui torpore quodam captus languet immobilis, aut inopia conſilii, aut aliqua alia re in tarditatem injiciente. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 52. Omnes ſtupidi timore obmutuerunt. *Cic. de Fat.* Zopyrus phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. *Plaut. Epid.* 4. 2. 13. Quid ſtas ſtupida? quid taces? *Var. apud Non. c.* 4. *n.* 437. Andromeda vinctis, & propoſita ceto non debuit pati ſuo homini ſtupidiſſimo in ne exponere vitam? hoc eſt ſtulto, iniquo, ut ipſe *Nonius* exponit.

Stupor, oris, m. *ſtupore*, שגעון, Germ. *erſtaunung*, Gal. *etonnement*, Hiſp. *eſpaſmo*, ἔκστασις, alienatio quædam ſenſuum. *Cic. pro Dom.* Eamque animi duritiem, ſicut corporis, quod, cum uritur, non ſentit, ſtuporem potius, quam virtutem putarem. *Id. in Piſon. c.* 1. Stupor, debilitaſque linguæ. *Id.* 2. *Phil. c.* 26. Tantus igitur te ſtupor oppreſſit, ut non ſcias? &c.

Stuporātus, a, um, adject. ſtupore affectus. *Tertul. de cult. fœm. c.* 3. Omnis gloria vana, & ſtuporata.

Stupratĭo, onis, f. violatio. *Arnob. l.* 3. Ad oris facti comparatos ſtuprationem.

Stuprator, oris, m. *ſtupratore*, *violatore*, διαφθορεύς, qui ſtuprat. *Sen. in Hippol. v.* 897. Hic dicet enſis, quem tumultu territus Liquit ſtuprator. *Quintil. l.* 7. *c.* 3. Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini conſtituta eſt.

Stuprātus, a, um, *ſtuprato*. *Cic. c. Fin.* Stuprata per vim Lucretia a Regis filio, teſtata cives ſe ipſa interemit.

Stupre, adv. *vergognoſamente*, αἰσχρῶς, turpiter. *Nolius apud Feſt.* Fonde, ſtupreque caſtigor cotidie.

Stupro, as, a. 1. *ſtuprare*, זנה, Ger. *huerey treiben*, Gal. *violer*, *corrompere*, Hiſ. *violar*, *deſvirgar*, μοιχεύω, vitio, ſtuprum infero. *Cic.* 5 *Fin.* Qui interficeret filium, ne ſtupraretur. *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam. epiſt.* 10. Qui tot ingenuas matreſfamilias ſtupravit. ¶ Sumitur etiam pro fœdare, maculare, polluere. *Cic. de Aruſp. reſp.* Pulvinar, quod ſtuprares.

Stuprōſus, a, um, μοιχώδης, qui ad ſtuprum propenſus eſt. *Val. Max. l.* 6. *cap. de pudicitia*, *n.* 8. Metellus quoque Celer ſtuproſæ mentis acer punitor extitit.

Stuprum, i, n. *ſtupro*, נבלה, Ger. *huerey*, Gal. *violation*, Hiſp. *violacion*, μοιχεία, φθορά, propria ſignificat illicitum coitum cum virgine, vel vidua, ut ſcribit *Papinian. lib.* 6. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Sic *Cic.* 4. *Tuſc.* Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique. *Id.* 3. *Offic. c.* 19. Inferre ſtuprum virgini. ¶ Ponitur tamen & pro adulterio. *Cic.* 5. *de Fin.* Lucretia per vim oblatum ſtuprum voluntaria morte luit. *Id.* 3. *Offic.* Gyges reginæ ſtuprum intulit. *Plaut. Amph.* 3. 2. 1. Ita me ſtupri a viro argutam meo! ¶ Et pro inceſto. *Cic. pro Mil.* Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. ¶ Et tranſlate pro turpitudine, & dedecore. *Næv. apud Feſt.* Ii perire mavolunt ibidem, quam redire cum ſtupro ad ſuos populares.

Stura, m. 1. fl. Galliæ Subalpinæ, qui ex Alpibus Cottiis per Marchiam Saluſienſem fluit, ac apud Clarafcum opp. Tanaro congreditur. ¶ Item fl. ejuſdem Galliæ, qui per fines Taurinorum in Padum inter Auguſtam Taurinorum, & Cleaſium labitur. *Plin. l.* 3. *c.* 16.

Sturnus, i, m. *ſtornello*, ψάρ, ψαρός, genus avis gregatim volans. *Plin. l.* 10. *c.* 24. Sturnorum generi proprium catervatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. *Id. cap.* 42. Habebant & Cæſares juvenes item ſturnum, luſcinias Græco, atque Latino ſermone dociles.

Stygiālis, le, adject. *di Stige*, idem ac Stygius. *Virg. in Cyri*, *v.* 374. Hinc magicen veneratæ Jovi Stygialia ſacra.

Stygĭus, a, um, *ſtigio*, *infernale*, ad Stygem paludem ſpectans, infernalis. *Virg.* 4. *Æn.* Sacra Jovi Stygio, quæ rite incepta paravi, &c. id eſt Diti, ſeu Plutoni. *Sen. Herc. Fur.* Hic ſævus umbras territat Stygius

gius canis, ideſt Cerberus. ¶ Aqua Stygia, eſt aqua Stygis fontis. De hac ſic *Vitr. l. 8. c. 3.* Eſt in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus ſtillantes ex ſaxo frigidiſſimos humores. Hæc autem aqua Stygos hydor appellatur, quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas poteſt ſuſtinere, ſed diſſilit, ac diſſipatur. Conſervare autem eam, & continere, niſi ungula mulina, nil poteſt. ¶ Interdum Stygius ſumitur pro mortifero, venenato. *Ovid. 3. Metam. de ſerpente.* Quique halitus exit Ore niger Stygio, vitiatus inficit herbas.

Stylobăta, æ, vel Stylobates, æ, m. *piedeſtallo*, στυλοβάτης, baſis, ſive pes columnæ, quia eo τῶν ϛύλων, columna. Differt a ſtereobata, quia ſtereobatæ ſunt parietes, qui ſubjiciuntur columnis, & onera excipiunt; ſtylobatæ ſunt ea, quæ ſtereobatis ſuperimponuntur, & ſuper quæ demum diſponuntur columnæ. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Extractis fundamentis, ad libramentum ſtylobatæ ſunt collocanda: ſupra ſtylobatas columnæ diſponendæ. *Var. l. 3. R. R. c. 5.* Subter columnarum ſtylobaten.

Stylus, V. Stilus.

Stymma, atis, n. ϛύμμα, ſpiſſamentum, & domitura unguenti ex odoramentis conſtans, a ϛύφω, *ſtringo, condenſo*. Vulgo mercum vocant. *Plin. l. 13. c. 1.* Ratio unguenti faciendi duplex, ſuccus, & corpus. Ille olei generibus fere conſtat, hoc odorum: hæc ſtymmata vocant, illa hedyſmata.

Stymphalĭcus, a, um, adject. ad Stymphalum lacum pertinens. *Plaut. Perſ. 2. 5. 4.* Cum avibus Stymphaliciis, cum Antæo deluctari mavelim.

Stymphalĭdes, f. 3. aves in lacu Stymphalo, tantæ magnitudinis, ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam devaſtantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi ſonitu pellerentur. *Virg. ſeu quivis alius, qui auctor eſt carminis de 12. laboribus Herculis*: Stymphalides pepulit volucres diſcrimine quinto.

Stymphălis, idis, f. ϛυμφαλίς, quæ ad montem, ſeu lacum, ſeu fluvium Stymphalum ſpectat, vel quæ eſt e Stymphalo urbe. *Ovid. 2. Faſt. v. 273.* Teſtis erit Pholoe, teſtes Stymphalides undæ. *Hieron. cont. Jovin.* Ariſtoclides Orchomeni tyrannus adamavit virginem Stymphalidem, quæ, &c.

Stymphalĭus, a, um, adject. Stymphalicus. *Catul. carm. 69. ad Mall. v. 112. de Hercule:* Tempore, quo certa Stymphalia monſtra ſagitta Perculit imperio deterioris heri.

Stymphālus, i, m. & Stymphalum, i, n. *Monte Poglizi*, mons Peloponneſi, in Arcadia, altiſſimus: item lacus, & fluvius, qui ex eodem monte per agrum Argivorum fluens, mutato nomine, Eraſinus dicitur, teſte *Pauſania*. Item urbs ad radices ejuſdem montis poſita. *Lucret. l. 5. v. 31.* unciſque timendæ Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes. *Stat. l. 4. ſilv. 3. ad fin. de Hercule:* quantuſque nivalem Stymphalum, quantuſque jugis Erymanthon aquoſis Terruerit.

Stypa, V. Stipa.

Stypteria, æ, f. ϛυπτηρία, *allume*, alumen, a ϛύφω, *aſtringo*, quia aſtringendi vim habet. *Ulp. l. 3. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Si lapidicinas, vel quæ alia metalla pupillus habuerit ſtypteriæ, vel alterius materiæ.

Stypticus, V. Stipticus.

Styrax, acis, f. *ſtorace*, ϛύραξ, arbos cotoneæ malo ſimilis, fructu majore, quam vellana, ſpecie candidi pruni. Manat ex ea liquor ejuſdem nominis, quem Officinæ ſtoracem appellant, coloris flavi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, odoris perſeverantis. *Plin. l. 15. c. 27.* Ex Syria revehunt ſtyracem, acri odore ejus in focis abigentes ſuorum faſtidium. *Virg. in Ciri, v. 178.* Non ſtyrace Idæo fragrantes tincta capillos.

Styx, ygis, f. *Stige*, ϛύξ, fons Arcadiæ, ex Pheneo lacu, & ex Nonacri monte manans ex ſaxo, & in fluvium evadens, tam frigidus, ut ejus aqua pota ſtatim enecet, ferrum, & æs erodat, ſolaque mulæ ungula poſſit in ea contineri, cætera vaſa frigoris vehementia ſtatim dirumpantur. *Plin. l. 2. c. 103. & l. 31. c. 2.* ¶ Hoc veneno quidam Alexandrum ab Antipatro, non ſine Ariſtotelis conſilio, putant peremptum. *Theophraſtus* tradit, in Styge piſces parvos eſſe, qui & ipſi lethales ſunt, auctore *Plin. l. 31. c. 2.* ¶ Styx etiam palus eſt Theſſaliæ, teſte *Plinio*, ex qua Titareſſus flu. egreditur. ¶ Eſt & alia palus in Ægypto, juxta Memphim, quam veteres Stygem vocavere, ambiens Abaton ins. ¶ *Homerus* etiam finxit, Stygem Inferni eſſe paludem, cujus fabulæ occaſionem cepit ex Styge fonte Nonacridis regionis, cujus aqua, ut diximus, tam frigida eſt, ut moriantur, qui inde biberint. *Serv. ad Æneid. 6. v. 295.* ſcribit, Stygem paludem ex Acheruntis æſtuariis naſci. Hanc Superi tanta in veneratione habuerunt, ut per Stygem jurata ſolici eſſent, & ne ſi auderent quidquam eorum, quæ per Stygem juraſſent, non obſervare: ſiquis autem Deorum hoc juſjurandum violaſſet, centum annis a nectare eliminaret, & numinis majeſtate eſſet privatus. Hæc de re *Servius* ſic ſcribit, enarrans illum locum *Virg. 6. Æn. v. 134.* Quod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara. Dicitur, *inquit*, Victoria Stygis filia bello Gigantum Jovi laviſſe: pro cujus remuneratione Jupiter tribuit, ut jurantes Dii per ejus matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc eſt. Styx mærorem ſignificat: unde ἀπὸ τῆς ϛυγερῆς, ideſt a triſtitia, Styx dicta eſt. Dii autem læti ſunt ſemper: unde & immortales. Ergo quia mærorem non ſentiunt, jurant per rem ſuæ naturæ contrariam, ideſt triſtitiam, quæ eſt æternitati contraria. Ideo juſjurandum per execrationem habent. Hæc *Serv.* Hinc *Virg. 6. Æneid.* Stygiamque paludem, Dii cujus jurare timent, & fallere numen. ¶ Ponitur etiam Styx pro ipſis Inferis. Hinc ad Styga mitti, eſt vita privari. *Martial. l. 4. ep. 60.* Cum Tiburtinas damnet Curiatius auras, Inter laudatus ad Styga miſſus aquas.

S ANTE U.

Suāda, æ, f. 1. πειθώ, perſuaſionis Dea, a *ſuadeo*. Ac Græce eodem modo vocatur Pitho, πειθώ, ἀπὸ τὸ πείθειν, *perſuadere*. *Cic. de Cl. Or.* Suadæque medulla. Πειθὼ quam vocant Græci, cujus effector eſt Orator, hanc Suadam appellavit *Ennius*: Ejus autem Cethegum medullam fuiſſe vult, ut quam Deam in Periclis labiis ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe, hujus hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixeris.

Suadēla, æ, fem. idem ac Suada, Πειθώ. Aliqui dicunt, ex *Plutarcho*, Suadelam nuptiis una cum Venere præfuiſſe. *Phurnutus* etiam ſcribit, aſſidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quod Suadela oratione, & gratia amatores pelliciat. *Hor. l. 1. ep. 6.* Ac bene nummatum decorat Suadela, Venuſque. ¶ Eſt etiam idem ac ſuaſio. *Plaut. Ciſtel. 2. 3. 24.* Jam perducebam illam ad me ſuadela mea.

Suadens, tis, partic. *perſuaſivo*, ut ſuadentia verba, *Stat. Theb. 12. v. 435.*

Suadenter, adject. *con perſuaſivo*. *Arnob. l. 1.* Suadenter loqui in litibus.

Suadĕo, es, ſi, ſum, a. 2. *perſuadere*, פתה, Germ. *rathen*, Gall. *exhorter*, *ſuader*, Hiſp. *inducir*, *perſuadir*, πείθω, accommodatis, & ſuavibus verbis aliquem in opinionem meam inducere conor, hortor, moneo, & auctor ſum alicui alicujus rei. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. Att. lib. 8.* Quo in ſuadendo plus auctoritatis haberem. ¶ Vel cum acc. perſonæ, per Zeugma, ſi ſit conjunctum alteri verbo petenti accuſativum. *Cic. l. 13. Fam. ep. 4.* Hæc, quæ ſupra ſcripta ſunt, eo ſpectant, ut te horter, & ſuadeam: reliqua ſunt, quæ pertinent ad rogandum. ¶ Vel cum acc. rei; ut Suadere legem, quod eſt populum ad accipiendam legem adhortari. *Cicer. de Sen.* Cum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus ſuaſiſſem. ¶ Vel cum dat. perſonæ. *Cic. l. 5. Fam.* Nemo eſt, qui tibi ſapientius ſuadere poſſit te ipſo. ¶ Vel cum acc. rei, & dat. perſonæ. *Cic. 2. Phil.* Quibus aliquid contra Cæſarem Pompejo ſuaſerim. *Id. Att. l. 8.* Memini, quid mihi tum ſuaſeris per Theophanem Culeonem. ¶ Vel cum ablat. & præpoſit. *de*. *Quintil. l. 3. c. 10.* Suaſuris de pace hæc duo præcipue nota eſſe voluit. ¶ Vel cum conjunctivo, & partic. *ut*. *Cic. de Prov. Conſ.* Nam poſtea me, ut ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum etiam rogavit. ¶ Vel cum infinitivo. *Curt. lib. 7. cap. ult.* Cophes admiſſus ſuadere cœpit Arimazo, Petram tradere. ¶ Transfertur & ad res inanimatas, quæ tum ſuadere dicuntur, cum rei alicujus faciendæ nobis præbent occaſionem. *Virg. 2. Æn.* Suadentque cadentia ſidera ſomnos. *Ovid. lib. 1. Am. eleg. 6.* Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent. ¶ Suadere ſilentia digito, eſt digito ſilentium indicere. *Ovid. 9. Met.* ¶ Uſurpatur & paſſive. *Plaut. Trinum. 3. 2. 44.* Minus placet, magis quod ſuadetur, quod diſſuadetur, placet. ¶ Differunt *ſuadeo*, & *perſuadeo* in eo, quod *ſuadere* ſignificat hortari, *perſuadere* autem eſt vincere dicendo animum auditoris, & id obtinere, quod contenditur. *Cic. 2. Phil. c. 11.* An C. Trebonio perſuaſi? cui ne ſuadere quidem auſus eſſem. Hoc tamen diſcrimen perpetuum non eſt, nam *perſuadeo* uſurpatum invenitur pro ſimplici *ſuadeo*. Vide Perſuadeo.

Suadilŭdius, V. Suaviludius.

Suādus, a, um, adject. *perſuaſivo*, ſuadendi vim habens. *Apul. l. 11. Metam.* Suadæ majeſtas. *Symmach. l. 3. ep. 6.* Delenifica, & ſuada facundia.

Suārius, ii, m. *porcajo*, συβώτης, cuſtos ſuum, qui ſues paſcit. *Plin. l. 8. c. 51.* Compertum, agnitam vocem ſuarii furto abactis (ſuibus) merſoque navigio inclinatione lateris unius remeaſſe. ¶ Item qui carnem ſuillam vendit, *Inſcript. apud Gruter. pag. 361. n. 1.* Corpus ſuariorum, & confectuariorum.

Suārius, a, um, quod ad ſues pertinet. *Plin. l. 7. c. 12.* Is erat ſuarii negotiatoris vile mancipium. *Ulpian. l. 1. §. cura carnis, ff. de off. Praefecti Urb.* Ideo & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt.

Suāsio, onis, f. *perſuaſione*, *eſortazione*, Germ. *rathgebung*, Gall. *ſuaſion*, Hiſp. *perſuaſion*, παραίνεσις, προτροπή, actus ſuadendi, adhortatio. *Cic. in Brut.* In ſuaſione legis Serviliæ ſummis ornat Senatum laudibus. *Id. ibid.* Ex talium ſuaſionum, qualem Iſocrates fecit Panegyricum. *Id. 2. de Orat.* Cur ſeternamus ea præcepta, quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt, aut laudationibus.

Suāsor, oris, m. *eſortatore*, יועץ, Germ. *rathgeber*, Gal. *exhortateur*, Hiſp. *conſejador*, σύμβουλος, qui ſuadet. *Cic. 3. Off. c. 30.* Atque hujus deditionis ipſe Poſthumius, qui debebatur, ſuaſor, & auctor fuit.

Suasorius, a, um, *eſortatorio*, παραινετικός, συμβουλευτικός, quod pertinet ad ſuadendum, ut *Suaſorium munus*, ideſt officium ſuadendi. *Suaſorium genus cauſæ*, ideſt genus deliberativum, quo ſuademus, vel diſſuademus. *Quintil. l. 8. in proœm.* Suaſoriis accedere tertiam partem ex conjectura, poſſet ne fieri, an eſſet futurum, quod deliberaretur. *Adde l. 3. c. 10.* ¶ Suaſoriæ orationes, quibus aliquid ſuadetur, quales ſunt declamationes M. Annæi Senecæ.

Suāsum, i, vel ſuaſus color, genus coloris pulli. *Feſt.* Suaſum, color appellatur, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. *Plautus Truc. 2. 2. 16.* Quia tibi ſuaſo infecaſti propudioſam pallulam. Quidam autem legunt *inſuaſa*. Nec deſunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadeatur in alium ex albo tranſire. *Idem*: Inſuaſum appellabant colorem ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio. Hæc *Feſt.* Suaſum, an inſuaſum colorem dicere oporteat, dubitari poteſt. Et jam olim fuiſſe dubitatum, patet ex verbis *Feſti*. Præterea in Gloſſ. vett. legas, *Inſuaſum*, χρῶμα ἐπικαπνισμένον. Ubi *Joſeph Scaliger* legit, εἶδος χρώματος καπνισμένου. Nempe quia eſt color ille, quem cernimus in trabibus diutino fumo infectis.

Suāsus, a, um, partic. *perſuaſo*, *eſortato*. *In argumento Aulul. Plauti v. 6.* Megadorus a ſorore ſuaſus ducere uxorem.

Suāsus, us, m. idem ac ſuaſio. *Sulpit. Apollinar. in argum. Andr. Terent.* Dari ſuaſu non repugnat Pamphilus. *Ulpian. Si quis ſi obſtetrix, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Siquis per vim, vel per ſuaſum medicamentum alicui infundit.

Suātim, adv. *da porco*, ὑωδῶς, ad ſimilitudinem ſuis. *Nigid. apud Non. c. 1. n. 190.* Sunt etiam adſimulanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bovatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Suāva, V. Suavis.

Suavĕŏlens, tis, *di odor ſoave*, ut ſuaveolens amaracus, apud *Catul. carm. 62. v. 7.* ¶ Legitur & *ſuave olens* diviſum.

Suaveolentia, æ, f. *odor ſoave*. *Sidon. l. 8. ep. 14.* Ad ſuaveolentiam pudicitiæ impellere. *Adde Auguſtin. l. 8. Confeſſion. c. 6.*

Suaviātio, onis, f. φίλησις, actus ſuaviandi, oſculatio. *Gel. l. 18. c. 2.* Suaviationes puerorum, & puellarum. *Plaut. Bacch. 1. 2. 8.* Suavis ſuaviatio.

Suavidĭcus, a, um, adject. ſuavis, vel ſuavia dicens, ut ſuavidici verſus, apud *Lucr. l. 4. v. 181.*

Suavĭdus, a, um, adject. ſuavis. *Theod. Priſcian. de diæta, c. 10.* Suavida ſit potio ad bibendum.

Suavillum, vel Savillum, i, n. genus placentæ ex farina, caſeo, ovo, & melle, apud *Cat. de R. R. c. 84.*

Suavilŏquens, entis, o. 3. ἡδυεπής, ἡδύλογος, qui ſuaviter loquitur. *Cic. in Brut. c. 15. ex Ennio:* Additur Orator Cornelius ſuaviloquenti ore Cethegus. *Lucr. l. 1. v. 944.* Suaviloquens carmen.

Suaviloquentia, æ, f. ἡδυέπεια, loquendi ſuavitas, facultas ſuaviter loquendi. *Cic. in Brut. c. 15.* Et Oratorem appellat, & ſuaviloquentiam tribuit.

Suavilŏquus, a, um, idem ac ſuaviloquens. *Lucr. l. 1. v. 928.* Nunc ſuaviloquis age paucis Verſibus oſtendam, &c.

Suaviludius, ii, m. qui ludis alios oblectat. *Tertul. de Spectac. c. 22. & de cor. mil. c. 6.* Al. leg. *ſuadiludius*, & exponunt de eo, qui ludum ſuadet.

Suavio, as, a. 1. idem ac ſuavior. *Pompon. apud Non. c. 7. n. 29.* Ego illam non amplectar, non ſuaviem?

Suaviŏlum, i, n. φιλημάτιον, dimin. a ſuavium. *Catul. ad Juventium, carm. 98.* Suaviolum dulci dulcius ambroſia.

Suāvior, aris, ſeu ſavior, aris, d. 1. *baciare*, נשק, Germ. *kuſſen*, Gall. *baiſer*, Hiſp. *beſar*, φιλέω, ſuavium do, cum voluptate, aut præ gaudio oſculor. *Cic. Att. l. 16. ep. 3.* Atticam noſtram cupio ſuaviari: ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. *Gel. l. 3. c. 15.* Quum ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuaviarentur. Alii leg. *ſaviarentur*. *Catul. ad Veranium.* Lucidum os, oculoſque ſuaviabor.

Suāvis, & ve, o. 3. *ſoave*, *dolce*, מתוק, Ger. *ſuſs*, Gal. *doux*, *ſouef*, Hiſp. *ſuave*, ἡδύς, dulcis, jucundus. *Cic. pro Corn. Balbo*, Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur. *Id. l. 13. Fam. ep. 57.* Quam ſuavis eſſes inter nos, & quanta conjunctio. *Id. l. 8. Fam.* Suaviſſimum mihi eſt tum memoriæ dare operam. *Hor. l. 1. ſat. 10.* At ſermo lingua concinnus utraque ſuavior. ¶ *Suave* neutrum eleganter adverbii modo ponitur pro ſuaviter. *Virg. Ecl. 3.* Suave rubens hyacinthus.

Digitized by Google

Suavĭtas, atis, f. *ſoavità*, *dolcezza*, ἡδύτης, γλυκύτης, dulcedo, jucunditas. *Cic.* 2. *Phil.* Ut quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore ſuavitatem cibi non ſentiunt. *Idem Ap. l.* 13. *Fam. ep.* 1. Chariſſimum te mihi eſſe cum propter multas ſuavitates ingenii, officii, humanitatis tuæ, &c.

Suavĭter, adv. *ſoavemente*, ἡδέως, jucunde. *Cic.* 4. *Acad.* Quam ſuaviter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur. *Id. l.* 15. *Fam. ep.* 21. Nunc ad epiſtolam venio, cui copioſe, & ſuaviter ſcriptæ, nihil eſt, quod multa reſpondeam. *Id.* 5. *Fam. ep.* 15. Gratia illa, de qua ſuaviſſime quodam in proœmio ſcripſiſti. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 8. Et leporum avulſos, ut multo ſuavius armos, Quam ſi cum lumbis quis edat.

Suavĭtūdo, inis, fœm. idem ac ſuavitas. *Plaut. Stich.* 5. 5. 14. Age mollis mea, ſuavitudo, ſalta. *Auct. ad Her. l.* 3. *c.* 12. Quoniam igitur res eadem vocis firmitudini, & pronunciationis ſuavitudini proſunt.

Suavĭum, ii, ſeu Savium, ii, n. *bacio*, נשיקה, Ger. *kuſs*, Gal. *baiſer*, Hiſp. *beſo*, φίλημα, oſculum. Falluntur, qui *Donatum* ſequuti, ſuavium tantum libidinum eſſe autumant. Nam *Cic. l.* 16. *Att. ep.* 11. Atticæ, inquit, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuavium des. ¶ Eſt a *ſuavis*, ut *Var. apud Non. c.* 4. *n.* 11. docet: neque aliter videtur ab oſculo differre, quam quod oſculum ab *ore* dicitur, ſuavium a *ſuavitate*, ut *Non. ibid.* notat. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 38. Savia ſuper ſavia. *Id. Caſ.* 3. 3. 3. Savium poſcere. *Id. Caſ.* 5. 2. 38. Savium impingere alicui. *Id. Curc.* 1. 1. 56. Savium pangere. *Id. Aſin.* 4. 1. 53. Savium alicui facere. ¶ Eſt etiam vox blandientis. *Ter. Eun.* 3. 2. 3. Meum ſuavium quid agitur? ¶ Videtur interdum uſurpari pro ipſo *ore*, vel pro ipſis labiis ad ſuaviandum compoſitis. *Vetus Poeta apud Gel. l.* 19. *c.* 11. Dum ſemihulco ſavio meum puellum ſavior. *Plaut. Mil.* 2. 1. 16. Itaque meretrices dum labiis ductant eum, majorem partem videas valgis ſuaviis. Adde *Rud.* 3. 4. 10.

Sub, *ſotto*, תחת, Ger. *unter*, Gal. *ſous*, Hiſp. *debaxo*, ὑπὸ, ſubter, prop. ex ὑπ, quæ interdum abl. interdum acc. ſerviunt, *ab* ὑπὸ, ut *ab* ἐξ *ex*. Aliquando denotat motum ad locum, & acc. petit. *Cic.* 2. *Phil. c.* 9. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet. *Id.* 3. *Fin. c.* 18. Illa ſub judicium ſapientiæ, & delectum cadunt. ¶ Aliquando refertur ad ſtatum in loco, & tunc abl. exigit. *Hor. l.* 1. *od.* 1. Manet ſub Jove frigido Venator teneræ conjugis immemor. *Virg.* 8. *Æn.* Arma ſub adverſa poſuit radiantia quercu. *Cic.* 3. *Phil.* Sub nomine pacis bellum lateret. ¶ Tranſlate *Cic. pro Arch. c.* 10. Juſſit Poetæ præmium tribui ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet, *con condizione che*, &c. *Liv. l.* 25. *c.* 40. ſub Annibale magiſtro omnes belli artes edoctus. *Sueton. in Calig. c.* 48. ſub pœna mortis aliquid denunciare. ¶ Aliquando refertur ad tempus, & cum ablat. ſignificat *in*. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Sub Alexandro, *ne' tempi d' Aleſſandro*. *Sueton. in Tito, c.* 8. Quædam ſub eo fortuita ac triſtia acciderunt, *ſotto 'l ſuo imperio*. *Flor. l.* 2. *c.* 17. Cum pari temeritate ſub nocte caſtra conſulis adiiſſet, *in tempo di notte*, *e ſotto già notte*. *Caſ. l.* 1. *Bel. Civ. c.* 27. Ne ſub ipſa profectione milites oppidum irrumperent, *in tempo della partenza*. ¶ Significat etiam paulo ante. *Sueton. in Claud. c.* 43. ſub exitu vitæ ſigna quædam pœnitentiæ dedit, *poco avanti di morire*. ¶ Item ſtatim poſt cum accuſat. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 28. Pompejus ſub noctem naves ſolvit. h. e. incipiente nocte. *Id. l.* 2. *B. C. c.* 33. Sub veſperum Cæſar portas claudi, militeſque ex oppido exire juſſit. Sic *Liv. l.* 27. *c.* 15. Sub ortum lucis, *ſul far del giorno*. Eadem conſtructione ſignificat etiam paulo ante. *Sueton. in Aug. c.* 16. Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno devinctus eſt, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. ¶ Item *in*, vel *per*. *Liv. l.* 1. *c.* 22. Utrinque Legati fere ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. *Virg. Æn.* 1. Sub noctem cura recurſat. ¶ Aliquando ordinem importat, idemque valet, quod *poſt*, cum acc. vel etiam cum abl. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 16. Sub eas literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ. *Virg.* 5. *Æn.* Quo deinde ſub ipſo Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores. ¶ Ponitur etiam pro *juxta*, cum abl. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 50. Tertio modo metitur, ut ſub urbe Romæ, & locis pleriſque. ¶ Item pro ante, cum acc. vel abl. *Virg.* 2. *Æn.* Poſteſque ſub ipſos nituntur gradibus. *Caſ. de B. C. l.* 1. *c.* 57. Sub oculis domini ſuam probare operam. ¶ Sub armis eſſe, *eſſer' armato*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 116. Sub ictu habere aliquid, *eſſer' a tiro*, *aver' a colpo*, prope, ſeu vicinum habere. *Senec. ep.* 73. ¶ Sub manus, *facilmente*. *Plaut. Mil.* 3. *c. in fine*. Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium. ¶ Sub manum eſſe, *h. e.* in promptu, ad manum. *Planc. ad Cic. Fam.* 10. *ep.* 23. ¶ Jungitur interdum *ſub* cum propoſit. *de*. *Flor. l.* 2. *c.* 3. Si de ſub Alpibus, id eſt de ſub ipſis faucibus Italiæ, &c. ¶ *Sub vos placo*, in precibus idem eſt ac ſupplico vobis. *Feſt.*

Subabſurde, adv. ὑπατόπως, aliquantum inconvenienter. *Cic.* 2. *de Or. c.* 68. Quæ a prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde, ſalſeque dicuntur.

Subabſurdus, *a*, um, *un poco inconveniente*, ὑπάτοπος, aliquantulum abſurdus. *Cic.* 2. *de Or. c.* 67. Sunt enim illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolum minime perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis.

Subaccūſo, as, *a.* 1. ὑποκατηγορέω, nonnihil, & leviter accuſo. *Cic. pro Planc. c.* 35. Quod meum diſceſſum, quem ſæpe deſleras, nunc quaſi reprehendere, & ſubaccuſare voluiſti.

Subacidŭlus, *a*, um, *acidetto*, aliquantum acidus. Quidam legunt hanc vocem in Catone *R. R. c.* 108. Sed lectio minime certa eſt.

Subacĭdus, *a*, um, *un poco forte*, *agretto*, ὑπόξυς, aliquantum acidus. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Eſſe enim debet lenis, non ſubacidus.

Subactĭo, onis, f. κατεργασία, actus ſubigendi. *Vitruv. l.* 2. *c.* 4. Arena fluviatica bacillorum (al. *liaculorum*) ſubactionibus in tectorio recipit ſoliditatem. *Arnob. l.* 3. Subactionibus ciborum dentes trini generis habere. ¶ Tranſlate *Cic.* 2. *de Or. c.* 30. Subacto mihi ingenio opus eſt: ſubactio autem eſt uſus, auditio, lectio, literæ.

Subactor, oris, m. qui ſubigit, & obſceno ſenſu qui alterius pudicitiam violat. *Lamprid. in Heliogab. c.* 5. Poſterioribus (corporis partibus) eminentibus in ſubactorem rejectis, & oppoſitis. Adde *eund. in Commodo, c.* 3.

Subactus, us, m. idem ac ſubactio. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Quod in ſubactu congium aquæ capiat.

Subactus, a, um, *ſoggiogato*, χειρωθεὶς, victus, domitus. *Cic. pro Font.* Galli a noſtris Imperatoribus ſubacti, & bello domiti. *Luc. l.* 1. Genteſque ſubactas vix impune feres. ¶ Interdum ponitur pro coacto. *Tac. l.* 6. *Ann. c.* 16. Multitudine periclitantium ſubactus. *Id. l.* 13. *Ann. c.* 13. Donec ei amore ſubactus. ¶ Interdum pro molliso. *Col. l.* 4. *c.* 29. Fiſſura diligenter ſubacto luto linitur. ¶ Item pro culto, arato. *Cic. de Sen.* Quæ cum gremio mollito, ac ſubacto ſemen ſparſum accepit. ¶ Tranſlate ſumitur pro exercitato, exculto. *Cic.* 2. *de Or. c.* 30. Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato, & iterato. *Liv. l.* 42. Ipſi a pueris eruditi artibus militiæ, tot ſubacti, atque durati bellis.

Subadjŭva, æ, m. *ſotto ajutante*. *Cod. Theodoſ. leg.* 3. *de agent. in reb.* Ut periculum ſe & adjutor, & ſubadjuvæ ſubituros eſſe cognoſcant. Adde *leg. eiz. Cod. Juſtin. tit. eod.*

Subadmovĕo, es, a. 2. aliquantum admoveo, *avvicinare*. *Col. l.* 6. *c.* 36. Hujuſcemodi mari ſenſim magiſtri ſubadmovere debent generis ejuſdem fœminas.

Subærātus, a, um, ὑπόχαλκος, quod ſubter ſe æs habet, ut *Aurum ſubæratum*, quod foris quidem aurum oſtendit, intus autem æs occultat. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 106. Neque ſubærato mendoſum tinniat auro.

Subagitatĭo, onis, f. actus ſubagitandi, & rem obſcenam perficiendi. *Plaut. Captiv. in fine*: Ad pudicos mores facta hæc fabula eſt, neque in hac ſubagitationes ſunt, neque ulla amatio. In quibuſdam Codicib. leg. *ſubigitationes*.

Subagitātrix, icis, f. quæ ſubagitat, & cum ſui ſexus æqualibus obſcena patitur, quæ Græce τριβὰς dicitur. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 45. Ne me attrecta, ſubagitatrix.

Subagĭto, vel Subigito, as, a. 1. ἀσελγαίνω, laſcive contrecto. *Plaut. Mil.* 3. 1. 57. Neque unquam alienum ſcortum ſubagito in convivio. *Id. ib.* 5. 9. Subagitare alienam uxorem. In pleriſque *Plauti* Codicib. legitur *ſubigito* pro *ſubagito*.

Subagreſtis, & ſte, o. 3. *un poco ſelvatico*, *un poco bruſco*, ὑπαγροικος, aliquantulum agreſtis. *Cic. de clar. Or. c.* 74. Sonabatque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeque ſubruſticum.

Subalāris, & re, o. 3. ὑπομασχάλιος, quod ſub alis eſt. Unde ſcribit *Lamprid in Heliog. c.* 39. Nec cubuit in accubitis facile, niſi iis, quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum ſubalares, ſæpe culcitas mutans. h. e. plumas ſub alis perdicum: Al. leg. *plumas perdicum*, *ſubalares culcitas ſæpe mutans*. h. e. pulvinos, quibus humeri, & brachia cubando fulciuntur. *Nep. in Alcib. c.* 10. Familiaris ſui ſubalare telum eripuit. h. e. quod ſub alis, ſeu brachiis geſtatur.

Subalbĭcans, tis, nom. ex partic. idem ac ſubalbidus. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. *de gallis*. Oculis ravis, ac nigris, palea rubra ſubalbicante.

Subalbĭdus, a, um, *biancheto*, ὑπόλευκος, aliquantulum albidus. *Plin. l.* 21. *c.* 25. Ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotono ſimilia. Adde *Celſ. l.* 5. *c.* 28.

Subalpīnus, a, um, ὑπάλπειος, quod eſt ab alpibus. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, montibus Subalpinis plurima. ¶ Italia Subalpina, pars illa, quæ hodie Pedemontium, ſeu Pedemontana regio vocatur, *Piemonte*. *Plin. l.* 16. *cap.* 11. Niſi in paucis locis Subalpinæ Italiæ.

Subamārus, a, um, *amaretto*, ὑπόπικρος, aliquantulum amarus, in amaritudinem nonnihil declinans. *Cic. de Fato*, *c.* 4. Ut alios dulcia, alios ſubamara delectent. ¶ *Subamarum* adverbii more poſitum. *Ammian. l.* 8. Subamarum arridens.

Subaperĭo, is, *a.* 4. *aprir alquanto*. *Arnob. l.* 2. Qui nivem in plumeas ſubaperiat cruſtulas. *Apic. l.* 8. *c.* 7. Subaperies auriculam ſub cutem.

Subaquanĕus, a, um, adject. *che ſta ſott' acqua*, ὕφυδρος. *Tertul. de anim. c.* 32. Subterraneum, & ſubaquaneum viventia carent hauſtu aeris.

Subaquĭlus, *a*, um, adject. *alquanto bruno*, *o foſco*, colorem habens ad aquilum accedentem. *Trebel. Poll. in Zenob.* Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris. *Plaut. Rud.* 2. 4. 9. Eia, corpus cujuſmodi! ſubvolturium? illud quidem, ſubaquilum volui dicere.

Subarātor, oris, m. qui ſubarat. *Plin. lib.* 17. *c.* 24. Vel etiam ſubarator imprudens lueavit radices.

Subarātus, a, um, partic. a ſubaro. *Plin. l.* 16. *c.* 28. Et ſubarata ocyus ſeneſcunt.

Subareſcens, tis, nom. particip. aliquantum areſcens. *Vitruv. lib.* 7. *c.* 3. Trulliſſatione ſubareſcente.

Subargutŭlus, *a*, um, aliquantulum argutus. *Gel. l.* 15. *c.* 30. Si forte iidem garruli natura, & ſubargutuli ſunt.

Subarmālis, le, adject. Subarmalis veſtis, & ſubarmale, is, abſolute, eſt genus veſtimenti, quod ſub armum rejicitur, & complicatur. *Vopiſc. in Aurel. c.* 13. Togam pictam ſubarmalem. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 14. Subarmale unum cum purpura Maura. *Spartian. in Sever. c.* 6. Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere. Alii *ſubarmale* exponunt veſtem, quæ ſub armis geſtatur.

Subăro, as, a. 1. ὑπαρόω, ſubtus arando terram moveo. *Plin. l.* 16. *c.* 27. Item quæ ſubarantur, aut quæ ablaqueantur, aelarius negligens.

Subarrogānter, adv. ὑπαλαζόνως, aliquantum arroganter. *Cic.* 4. *Acad. c.* 36. Vereor ne ſubarroganter facias, ſi tuam dixeris.

Subaſper, a, um, adject. aliquantum aſper. *aſpretto*. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *de vitiligine*.

Subaſſentĭens, tis, nom. partic. *accordante ſi alquanto*. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Sunt & illi breves geſtus, cum manus leviter pandata, parvis intervallis, & ſubaſſentientibus humeris movetur.

Subaſſo, as, a. 1. *cuocere lentamente*, lente, vel aliquantum aſſo. *Apic. l.* 4. *c.* 2. Piſces curatos ſubaſſabis.

Subatĭo, onis, f. appetitus in Venerem. *Plin. l.* 8. *c.* 51. *de ſuibus*. Remedium, ne prima ſubatione, neque ante flaccidas aures coitus incipias.

Subaudĭo, is, a. 4. *ſottointendere*. *Aſcon. in action.* 1. *in Ver. c.* 2. Senatorio enim his ſubauditur, & ſenatorio ordini, & nomini ſenatorio. Et ad e. 9. ad illa verba: *ſed etiam Q. Metellum*. Subaudi conſulem. *Ulpian. l.* 1. *in fi. ff. de hæred. inſtituend.* Non putavit valere, quoniam deeſt aliquid: ſed & ipſa valebit, ſubaudito *Juheo*.

Subauſculto, as, a. 1. *aſcoltare di naſcoſto*, ὑπακροάομαι, leviter, & quaſi prætereundo auſculto. *Plaut. Mil.* 4. 2. 9. Tace, ſubauſcultemus, ecqua de me fiat mentio. *Cic.* 2. *de Orat.* Subauſcultando tamen excipere voces eorum, & procul, quid narrent, attendere. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 18. Omnes enim κορυφαῖοι videntur ſubauſcultare, quæ loquor.

Subauſtērus, a, um, adject. aliquantum auſterus. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Vinum auſterum, vel certe ſubauſterum. Adde *l.* 6. *c.* 6.

Subbalbe, adv. aliquantum balbe. *Spartian. in Geta*, *c.* 5. Subbalbe canorus.

Subballĭo, onis, m. Ballionis (quod eſt ſervi nomen) vicarius. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 19.

Subbaſilicānus, a, um, qui ſub baſilicis verſatur, ut *ſubroſtranus*, qui plurimum obambulat ſub roſtris. *Plaut. Capt.* 4. 2. 35. Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

Subbĭbo, is, a. 3. ὑποπίνω, aliquantum bibo, aliquanto liberalius bibo, & ſubinebrior. *Plaut. Truc.* 4. 3. 58. Qui improbus eſt, ſive ſubbibit, ſive adeo caret temeto, Tamen ab ingenio eſt improbus. *Suet. in Ner. c.* 30. Si paulum ſubbibiſſet.

Subbīni, æ, a, adject. idem quod bini. *Manil. l.* 4. *v.* 846. Ipſa (docet titulus cauſæ) quæ Ecliptica ſigna Dixere antiqui, pariter ſubbina laborant, Nec vicina loco, ſed quæ contraria fulgent, *due per volta*.

Subblandĭor, iris, d. 4. ὑποθωπεύω, paululum, & leviter blandior. *Plaut. Caſ.* 3. 3. 22. Non matronarum eſt officium, ſed meretricum viris alienis, Mi vir, ſubblandirier. ¶ *Subblandibitur*, pro *ſubblandietur*, antique. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 19.

Subbrĕvis, ve, adject. aliquantum brevis. *Plin. l.* 21. *c.* 7. Saliunca folio quidem ſubbrevi, & quod necti non poſſit.

Subcœleſtis, te, adject. qui eſt ſub cœlo. *Tertul. adv. Valent. c.* 31.

Subcærulĕus, a, um, adject. aliquantum cæruleus. *Celſ. l.* 6. *c.* 5. *ad Plin.* Creta ſubcærulea.

Subcandidus, a, um, *ὑπόλευκος*, aliquantulum candidus, ad colorem candidum nonnihil accedens, *Plin. lib.* 37. *c.* 8. Folia bovis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida.

Subcavus, a, um, adject. *concavo*, ſubter cavus, *Lucret. l.* 6. *v.* 556. Ventus per loca ſubcava terræ collectus.

Subcenturio, onis, m. *ὑποκεντυρίαρχος*, qui centurioni ſubjicitur, ſeu centurionis vices gerit. *Liv. l.* 8. *c.* 8. Ut ſubcenturionem ſibi, quem vellet, legeret.

Subcerno, vel Succerno, is, a. 3. *paſſare per ſetaccio*, *διαττάω*, idem quod per cribrum cernere. *Plin. lib.* 18. *cap.* 11. Farinario cribro ſubcernunt. ¶ Tranſlate *Plaut. Pœn.* 3. 1. 10. Iſte quidem gradus ſuccretus (vel *ſuccretus*) eſt cribro pollinario, h. e. valde tardus eſt, & veluti ſubſultans, non ſecus ac ſi cribro agitaretur. *Sever. in Ætna, v.* 493. *de mari:* Progrediens late diffunditur, & ſuccernens, h. e. fluctus ſuccutiens, criſpans, & exagitans.

Subcilles. V. Subſiles.

Subcingulum. V. Succingulum.

Subciſivus. V. Subſecivus.

Subcoactum, i, n. tegumenti genus ex lana coacta. V. in Coactilia.

Subcœno, as, o, 1. *cenar di ſotto, o di naſcoſto*. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Et Galba de piſcibus, qui cum pridie ex parte adeſi, & verſati poſtero die appoſiti eſſent, Feſtinemus, inquit, alii ſubcœnant.

Subcontumelioſe, adver. *ὑποϋβριστικῶς*, aliquantum contumelioſe. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 7. Hercule, verum ut loquamur, ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius.

Subcoquo, is, a. 3. Eſt Marcelli Empir. *c.* 36. *o med.*

Subcraſſulus, a, um, adject. aliquantum craſſus. *Capitolin. in Gordian. c.* 6. Corporis qualitate ſubcraſſulus.

Subcretus, vel Succretus, a, um, nom. partic. *crivellato*, ut calx cribro ſuccreta. *Cato R. R. c.* 18. Teſta tuſa, & ſubcreta. *Vitruv. l.* 2. *c.* 5.

Subcriſpus, a, um, *alquanto creſpo, o riccio*, qui crines habet aliquantulum criſpos. *Cic.* 4. *Ver. c.* 44. Videtis illum ſubcriſpo capillo nigrum?

Subcrudus, a, um, *mezza crudo, non cotto in tutto*, ὠμός, Germ. *ernwahare, oder rauch*, Gall. *encore cru*, Hiſp. *un poco crudo*, ὑπόωμος, quod non omnino coctum eſt. *Cat. cap.* 156. Coquito pauliſper, uti ſubcruda ſiet. *Celſ. l.* 6. *c.* 13. Subcrudum inciditodum, ne, ſi diutius ibi pus permanſerit, ne lædat.

Subcruentus, a, um, *ὕφαιμος*, aliquantulum cruentus. *Celſ. l.* 4. *c.* 18. Deſcendunt autem pituitæ, muciſque ſimilia, interdum etiam leviter ſubcruenta; ideſt cruentum aliquid miſtum habentia.

Subcubonius, i, m. qui alteri ſubjicitur. *Titin. apud Non. c.* 3. *n.* 304. Ancillarum ſubcuboneum eſſe.

Subcultro, as, a. 1. cultro ſubter incido, ſeco, *Apic. l.* 4. *c.* 2. Subcultrare pulpas. Adde *l.* 8. *c.* 8.

Subcuneatus, a, um, adject. cuneis ſubter firmatus, & fultus. *Vitr. l.* 6. *c.* 11. Subjecti, & ſubcuneati poſtes.

Subcurator, oris, m. *ὑποκουράτωρ*, qui curatoris locum tenet. *Julian. l. ex facto, ff. de neg. geſt.* Eidemque alium ſubcuratorem conſtitutum.

Subcurſor, oris, m. equus curſorius. *Lucil. apud Gel. l.* 1. *c.* 16. Campanus ſonipes ſubcurſor nullius ſequetur.

Subcurvus, a, um, adject. *alquanto curvo*. *Ammian. l.* 26. *c.* 27. (al. 9.) Corpore non indecoro, nec mediocris ſtaturæ, ſubcurvus.

Subcuſtos, odis, com. *ὑποφύλαξ*, *ἀντιφύλαξ*, qui pro alio cuſtode ſubſtitutus eſt. *Plaut. Mil.* 3. 2. 54. Hunc ſubcuſtodem ſuum Foris ablegavit.

Subcutiliæ, arum, f. locus in Sabinis, ubi aquæ ſunt frigidiſſimæ, & ſtomacho utiliſſimæ, *Celſ. l.* 4. *c.* 5.

Subdealbo, as, a. 1. *Var. apud Non* 2. *c.* 0 88. Leges ruina ne jacentem ſubdealbet aliqu danti frigore. *Scaliger* aliter omnino legit, quæ ſit autem horum verborum ſententia, non ita facile dixeris.

Subdebilis, le, adject. *alquanto debole*, ut ſubdebile femur. *Sueton. in Vitel. c.* 17.

Subdebilitatus, a, um, *ὑπεκλελυμένος*, aliquantulum debilitatus, *Cic. Att. l.* 11 *ep.* 14. Te ſubdebilitatum novas rationes tuendi mei quærere.

Subdeficiens, tis, nom. partic. *mancando a poco a poco*. *Curt. l.* 7. *c.* 7. Hæc quaſſa adhuc voce ſubdeficiens, iis proximis exaudientibus dixerat.

Subdialis, & le, o. 3. *ὑπαίθριος*, quod eſt ſub dio, hoc eſt ſub ipſo aere, & ſine tecto. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Quod illa ſuper terram ex ſubdialibus petris ceditur. ¶ Subdialia pavimenta, quibus conteguntur domus, pedali craſſitudine, ex contuſa teſta ſiſtucata. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Subdialia Græci invenere, talibus domus contegentes, &c. ¶ Subdiales deambulationes, quæ ſine tecto, ſub aperto aere conſtructæ ſunt, quas *Vitruvius* vocat hypæthras. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Subdifficilis, & le, o. 3. *ὑποδύσκολος*, aliquantulum difficilis. *Cic. de Amic. c.* 19. Exſiſtit autem hoc loco quæſtio quædam ſubdifficilis.

Subdiffido, dis n. 3 *diffidare alquanto*. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 20. Ego, quo die audivi, ſubdiffidere cœpi.

Subdisjunctivus, a, um, adject. *Proculus JCtus leg.* 124. *ff. de verb. ſignif.* Hæc verba, illa, aut illa, non ſolum disjunctiva ſunt, ſed etiam ſubdisjunctiva diſjunctivumest, veluti cum dicimus, Aut dies, aut nox eſt, quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: Subdisjunctivi autem genera ſunt duo, unum cum ex propoſitis finibus ita non poteſt utrunque eſſe, ut poſſit neutrum eſſe, ut, Aut ſedet, aut ambulat: alterius generis eſt, cum ex propoſitis finibus ita non poteſt neutrum eſſe, ut poſſit eſſe utrunque, veluti cum dicimus, Omne animal aut facit, aut patitur.

Subdiſtinctio, onis, eſt nota interruptionis in legendo, qua pronuntiationis terminus ita ſuſpenditur, ut ſtatim id, quod ſequitur, ſuccedere debeat. *Diomed. Grammat. l.* 2.

Subdiſtinguo, is, a. 3. *fare una ſeconda diſtinzione*. *Aſcon. Pedian. in Ver. de juriſd. Sicil. ad fin.* Multi ſubdiſtinguunt, & ſeparatim addunt, &c.

Subditicius, a, um, *finto, ſuppoſto*, *ὑποβολιμαῖος*, *νόθος*, ſuppoſititius. *Cic.* 7. *Ver. c.* 17. Si hunc ſubditicium archipiratam in eandem cuſtodiam dediſſet. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. Et libros, qui falſo viderentur inſcripti, tanquam ſubditicios ſummovere familia.

Subditivus, a, um, *ὑποβολιμαῖος*, idem quod ſubditicius, & in alterius loco poſitus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 198. Namque de illa ſubditivo Soſia mirum nimis eſt. *Arnob. l.* 5. *adverſ. Gentes, de Allegoriis fabularum:* Sed allegoricis ſenſibus, & ſubditivis intelliguntur omnia illa ſecreta.

Subdito, as, 1. frequent. a ſubdo. *Lucret. l.* 6. *v.* 603. vis ipſa pericli Subditat hunc ſtimulum quadam de parte timoris. h. e. addit, ſubdit.

Subditus, a, um, *meſſa ſotto*, נתון, Ger. *untergelegt*, Gal. *ſoumis*, *ſujet*, Hiſp. *ſubdito*, *ſometido*, *ὑποτεταγμένος*, ſubtus immiſſus, partic. a ſubdor. *Cic.* 2 *de nat. Deor. c.* 10. Quæ effervefcant ſubditis ignibus. *Id.* 3. *Ver.* Quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſervavit. ¶ Judex ſubditus dicitur, qui in alterius locum ſuffectus eſt. *Feſt.* ¶ Subditus partus, eſt ſuppoſitus, hoc eſt ſublatus ab ea muliere, quæ peperit, & alteri appoſitus. *Terent. Heaut.* 5. 3. 11. Subditum ſe ſuſpicatur. ¶ Subditus etiam dicitur, qui alteri ſubjectus eſt. *Tibul. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 67. inferno Plutoni ſubdita regna. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 124. unde datum ſentis, tot ſubdite rebus?

Subdiu, adverb. *fra il giorno*, *καθ' ἡμέραν*, idem quod die, ſive interdiu. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 78. Nam ſubdiu Sol agit hic perpetuum diem.

Subdival, lis, n. pars domus ſuperior, quæ ſub dio eſt. *Tertull. adv. Jud. c.* 11. Subdival domus.

Subdivalis, le, adject. idem quod ſubdialis. *Ammian. l.* 19. *c.* 23. (al. 11.) Noſtri pruinis ſubdivales moras difficile tolerabant. Alii leg. *ſubnivales*.

Subdivido, is, a. 3. quod diviſum eſt ſurſus divido. *Tertul. adverſ. Jud. c.* 11. Septem dimidiæ hebdomadarum ſunt ſubdiviſæ.

Subdiviſio, onis, f. *ſottodiviſione*, alia diviſio poſt primam diviſionem. Vox eſt cadentis latinitatis, legiturque *Cod. l.* 6. *tit.* 2. *leg.* 22. & *l.* 3. *tit.* 28. *leg.* 37.

Subdo, is, didi, ditum, a. 3. *ſottoporre*, *metter ſotto*, שׂום, Germ. *underlegen*, Gal. *ſoumettre*, Hiſp. *ſometer*, *ὑποτάττω*, ſuppono, ſubjicio. *Cato de R. R. c.* 105. Ignem ſubdito: ubi bullabit vinum, ignem ſubducito. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Subdere leones jugo. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 61. Fundamenta per ſolidum ſubdere. *Lucret. l.* 5. *v.* 100. Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu. h. e. ante oculos ponere. *viſu* pro *viſui* poſitum eſt. *Plaut. Curc.* 2. 3. 18. Et datores, & factores omnes ſubdam ſub ſolum. h. e. humi ſternam. ¶ *Subdere ignem, ac materiam ſeditioni*, per tranſlationem ponitur pro augere, & fovere ſeditionem, animoſque jam ſatis incitatos vehementius inflammare. *Liv. l.* 8. *c.* 32. Ita irritatis militum animis ſubdere ignem, ac materiam ſeditioni, non eſſe ætatis, non prudentiæ ejus. ¶ *Subdere equo calcaria*, eſt ventrem equi calcaribus pungendo ad curſum incitare, *ſpronare*, quod & per tranſlationem accipitur pro quovis modo urgere, *incitare*. *Ovid. l.* 1. *de Art. v.* 731. Cum mora non tuta eſt, totis incumbere remis utile, & admiſſo ſubdere calcar equo. ¶ Aliquando ſubdere accipitur pro ſubſtituere, ſufficere. *Cic. pro Dom. c.* 32. Quis in meum locum judicem ſubdit? Sic *ſubdere puerum*, eſt partum ſupponere, & unum pro alio matri opponere. *Paul. Leg. Qui falſam, Dig. ad leg. Corn.* & in *Argumento Mercatoris Plaut.* Sic ſubdere teſtamentum, apud *Tacit.* 14. *Ann. c.* 40. eſt vero teſtamento occultato, fictum aliud, & ſuppoſititium oſtendere. Et, *ſubdere reos*, eſt falſo inſimulare. *Id. Ann.* 15. *c.* 44. Et ſubdere crimina, *fingere accuſe falſe*. *Id.* 3. *Ann. c.* 67. ¶ Item pro ſuggerere, ſuppeditare. *Liv. l.* 7. Ac ſicut gens, ſicut ſua virtus, ſicut etiam majeſtas, ſicut honores ſubdere ſpiritus potuerunt.

Subdoceo, es, a. 2. *ὑποδιδάσκω*, vicem præceptoris occupo, vel horis ſubſecivis doceo. *Cic. Attic. l.* 8. *epiſt.* 4. Ciceroneſque noſtros meo potius labore ſubdoceri, quam me alium iis magiſtrum quærere.

Subdoctor, oris, m. qui poſt alium docet, *ſotto maeſtro*. *Auſon. in Profeſſorib.* 21. *tit.* Victorio ſubdoctori, ſive proſcholo.

Subdole, adv. *con inganno*, *ὑπούλως*, caute, & fraudulenter. *Plaut. Trin.* 2. 1. 12 Hus conſectatur, ſubdole blanditur, ab re conſulit. *Cic. in Brut. c.* 9. Nihil acute inveniri potuit in iis cauſis, quas ſcripſit, nihil, ut ita dicam, ſubdole, nihil verſute, quod ille non viderit.

Subdolus, a, um, *ingannatore*, *aſtuto*, *πανοῦργος*, fraudulentus, aſtutus, doloſus, occulte decipiens. *Plaut. Epid.* 2. 3. 13. Quo pacto fiat ſubdola adverſus ſenem. *Ovid.* 1. *de art. v.* 598. Fac, titubet blæſo ſubdola lingua ſono. *Martial. l.* 3. *ep.* 58. Sed tendit avidis rete ſubdolum turdis.

Subdomo, as, ui, itum, a. 1. valde domo, ſubigo. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 102. Sic iſti ſolent ſuperbi ſubdomari.

Subdubito, as, n. 1. *dubitare alquanto*, Ger. *etwas zweifeln*, Gal. *ſe douter aucunement*, Hiſp. *dudar un poco*, *ἐνδοιάζω*, nonnihil addubito, parumper dubito. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 16. Te ſubdubitare, qua eſſem erga illum voluntate. *Id. Att. l.* 14. *epiſt.* 15. Jam enim dico meum: antea, credo mihi, ſubdubitabam.

Subduco, is, xi, ctum, a. 3. *ſottrarre*, משך, Germ. *entwenden*, Gal. *ſouſtraire*, Hiſp. *ſuſtraer*, *ὑπεξάγω*, ſubtraho, aufero, eripio, demo, cui contrarium eſt *ſubdo*. *Virg.* 3. *Ecl.* Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. *Cic.* 2. *Tuſ. c.* 17. Subduc unum diem cibum athletæ. *Ovid. l.* 1. *de Ponto el.* 6. Subducunt oneri colla perulta boves. *Juven. ſat.* 1. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. ¶ Interdum eſt furtim ſubtrahere, furari, ſurripere. *Plaut. Curc.* 2. 3. 81. Cum dormiſcit, ego ei ſubduco annulum. *Martial. l.* 12. *ep.* 29. Subduxit mappas quatuor Hermogenes. ¶ Subducere ſe de aliquo loco, vel ex aliqua ſocietate, eſt ſenſim, & clanculum diſcedere, ita ut nullus videat. *Ter. Eun.* 4. 7. Et cum te clam ſubduxti mihi. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. De circulo ſe ſubduxit. *Virg.* 9. *Ecl.* Qua ſe ſubducere colles incipiunt. h. e. retrahere, recedere, & vallem latiorem facere. ¶ Subducere rationem, ſummam, calculum, eſt computare, quod & inire, & habere, & facere rationem dicimus. Nam minor numerus majori in calculatione ſubtrahitur. *Plaut. Capt.* 1. 2. 89. Ibo intro, atque intus ſubducam ratiunculam. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 9. Rationibus ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum. *Id. c. Fin.* Voluptatum calculis ſubductis, prœlium ineunt. *Id. Att. lib.* 5. *epiſt.* 21. Quid opus eſt, inquam? rationes conferatis. Aſſidunt, ſubducunt, ad nummum convenit. *Id. ibid.* Recte, inquit Scaptius, ſed ſubducamus ſummam. ¶ Accipitur etiam pro ſurſum ducere, levare, extollere, ut *Subducere naves*, ideſt in terram trahere, quod terra altior mari ſit, ſicut e contrario deducere eſt a terra in mare ducere. *Virg.* 1. *Æn.* Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. *Cæſ. B. C. l.* 3. *c.* 23. Naves reliquas, ſi vellet, ſubduci, & refici juberet. ¶ Succum ſubducere ſpiritu, eſt ſurſum trahere. *Plin. l.* 20. *c.* 14. Recentis ſuccus narium vitia ſpiritu ſubductus emendat. ¶ Subducere ſupercilia, eſt erigere, quod eſt ſeveri hominis, ſuperbi, & deſpicientis. *Senec. l.* 1. *de benef. c.* 1. Aut timide negavit, aut promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſuperciliis, ſed malignis, & vix exeuntibus verbis. Sic *Propert. l.* 2. *eleg.* 8. (*al.* 12.) Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu. ¶ Subducere animam, eſt anhelitum ſurſum attrahere. *Cato R. R. c.* 157. ¶ Subducere alvum, eſt ciere, ut excrementa facile egerat, *lubricare*. *Gel. l.* 4. *c.* 11. Ariſtoxenus dicit, nullo ſæpius legumento Pythagoram uſum, quam fabis, quoniam is cibus & ſubduceret ſenſim alvum, & levigaret. Adde *Celſ. l.* 3. *c.* 4. ¶ *Subduxe* pro *ſubduxiſſe* dixit *Varro l.* 2. *R. R. c.* 1.

Subductarius, a, um, quo quid ſubducitur, ſeu levatur. *Cato R. R. c.* 12. Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque.

Subductio, onis, f. *ὑπαγωγή*, *ὑπεξαγωγή*, *ἀφαίρεσις*, actus ſubducendi, ideſt ſubtrahendi. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 1. Ad celeritatem onerandi, ſubductioneſque paulo facit humiliores, quam quibus in noſtro mari uti conſuevimus. ¶ Item ratio, computus, *ſottrazione*. *Cic. c. de Orat. c.* 30. Statim occurrit naturalis quædam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent.

Subductus, a, um, nom. ex particip. *detratto*, *computato*. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. Iniſta ſubductaque ratione ſcelera meditentur. ¶ Item *rubato*. *Horat. l.* 1. *ep.* 17 ſubducta viatica plorat. ¶ Item *tratto fuori*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 135. Subductæ litore puppes. ¶ Item *ritirato*, *ſicuro*, *diſeſo*. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Cubiculum ſubductum omnibus ventis. *Martian. Capel. l.* 6. Cavernis ſubductionis terræ latebris abditur. ¶ Subductus vultus, V. in *Subduco*.

Subdulcis, & ce, o. 3. *un poco dolce*, *ὑπόγλυκυς*, nonnihil habens dulcedinis. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Radix ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus vetuſtis.

Sub-

Subdūrus, a, um, adject. aliquantum durus, ſubdifficilis. *Q. Cic. de petit. conſul. c. 12.* Hoc probabile eſt, illud alterum ſubdurum tibi homini Platonico ſuadere.

Subĕdo, is, edi, eſum, a. 3. *mangiar ſotto*, ὑποτρώγω, ſubtus edo. *Ovid. 11. Met. v. 783.* Dixit, & a ſcopulo, quem rauca ſubederat unda, Decidit in pontum.

Subĕo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *andar ſotto, ſotto entrare*, בא, Germ. *darunder gehen*, Gal. *entrer*, Hiſp. *ſubir*, ὑπέρχομαι, ſubtus eo, intro, ingredior, aſcendo. Varie conſtruitur. *Cæſ. l. 1. B. G.* Qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent. *Liv. lib. 26.* Ut ſubeundi ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret. *Virg. 4. Æn.* Quem ſubiiſſe humeris confectum ætate parentem. h. e. parenti humeros ſuppoſuiſſe, parentem humeris geſtaviſſe. *Id. l. 6.* Pars ingenti ſubiere feretro. *Liv. lib. 34. c. 16.* Subire ad portam. Rurſus *Virg. Æneid. l. 10. de Lauſo*: Jamque aſſurgentis dextræ, plagamque ferentis Æneæ ſubiit mucronem, ipſumque morando ſuſtinuit. hoc eſt ſe ſuppoſuit enſi Æneæ jam ſublato ad plagam inferendam, ictumque parma ſuſtinuit. *Hor. l. 1. ſat. 9.* Subire onus. ¶ Subire vultum alicujus, eſt in ejus conſpectum venire. *Cic. pro Quint.* Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit. ¶ Cum infinito *Claudian. de conſul. Theod. v. 45.* aſſiduo cum Dorida vicerit uſu, Jam clavum totamque ſubit torquere carinam. ¶ Uſurpatur etiam pro ſcandere, aſcendere. *Liv. l. 2.* Quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtem. *Plin. l. 4. c. 11.* Hæmi excelſitas ſex millia paſſuum ſubitur. *Id. l. 31. cap. 3.* Nec levitatis in pluvia aquæ argumentum eſt ſubiiſſe eam in cœlum. ¶ Item pro ſuccedere. *Liv. l. 27.* Primæ legioni tertia, dextræ alæ ſiniſtra ſubiit. *Ovid. 1. Met. v. 130.* In quorum ſubiere locum fraudeſque, doliquе. *Sil. l. 1. v. 566.* Defeſſis ſubeant rebus. ¶ Item pro ſuccreſcere. *Virg. 2. Georg.* Ne ſubeant herbæ, neu pulvere victa fatiſcat. ¶ Item pro aggredi. *Val. Flacc. l. 6. Argon.* Illum ubi congreſſo ſubiit Geſander iniquo. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſuſcipere. *Cic. Att. l. 3.* Iſtos labores, quos nunc in ſuffragiis ſuſcipis, non ſubiiſſet. *Id. 7. Ver. c. 71.* Inimicitiæ ſunt? ſubeantur. Labores? ſuſcipiantur. ¶ Item pro incurrere. *Cic. ad Brut. ep. 18.* Subire famam temeritatis. *Id. Divin. in Ver. c. 14.* Subire invidiæ orationis, pro *invidiam*. *Id. Att. l. 11. ep. 6.* Minus ſermonis ſubiiſſem, minus accepiſſem doloris. h. e. non tantus de me ſermo ſiniſter eſſet. ¶ Item pro pati. *Cic. 3. Off.* Qui retinendi officii cauſa cruciatum ſubierit voluntarium? ¶ Item pro advenire, venire. *Virg. 3. Georg.* Subeunt morbi, triſtiſque ſenectus, &c. *Ovid. l. 4. de Pont. el. 15.* Ne ſubeant animo tædia juſta tuo. *Curt. l. 3. c. 2.* Sera pœnitentia ſubiit Regem. *Cic. 1. de Orat. c. 33.* Omnes ſententiæ, verba omnia ſub acumen ſtili ſubeant, & ſuccedant neceſſe eſt. ¶ Item pro in mentem venire, ſuccurrere. *Liv. l. 36. cap. 20.* Subit animum cogitatio. *Plin. l. 7. c. 46.* Subeunt in hac reputatione Delphica oracula. ¶ Subire judicem, eſt quodammodo obrepere, & latenter ad id quod volumus, eum inducere. *Quintil. l. 4. cap. 5.* Fallendus eſt judex, & variis artibus ſubeundus, ut aliud agi, quam quod nos petimus, putet. ¶ Subire loquentem, eſt loquenti reſpondere. *Claudian. de Conſul. Mall. Theod. v. 173.* ſubit ille loquentem talibus.

Subālo, is, quidam exponunt ſubtus defricor, in illo Lucilii apud *Non. c. 2. n. 202.* Rador, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor. Sed alii rectius *ſubvellor* legunt.

Sŭber, eris, n. *ſovero, ſughero*, Germ. *korck, pantoffelholtz*, Gall. *liege*, Hiſp. *ſuro, alcornoque*, φελλός, arbuſcula glandifera, corticem habens præcraſſum, cui inniti ſolent, qui natare diſcunt. *Plin. l. 10. c. 8.* Suberi minima arbor, glans peſſima, rara, cortex tantum in fructu, præcraſſus, ac renaſcens, atque etiam in denos pedes undique explanatus, &c. *Id. c. 25.* Serotinum autem germine malus, tardiſſimo ſuber. Ubi perperam aliqui legebant *tardiſſimus*, ut probarent etiam maſculini generis eſſe poſſe. *Col. l. 4. c. 26.* Nam eſt præcipua cuneis fiſſa olea, quercus, & ſuber, & ſique ſunt ſimilia robora. *Perſ. ſat. 1.* Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.

Subĕrectus, a, um, aliquantum erectus. *Marcell. Empir. c. 20.* Artus ſuberecti, recubanteſque, *ſollevati, e appoggiati*.

Subĕrĕus, a, um, adject. *di ſovero*. *Seren. Sammonic. carm. 35.* ſubereus cortex.

Subĕries, ei, f. idem fere quod Suber. definitur enim a *Feſto*, genus arboris, ex quo cortex natatorius detrahitur, confirmaturque auctoritate *Lucilii*.

Subĕrigo, is, exi, ectum, a. 3. ſubtus erigo. *Silius l. 15. v. 155.* Iſthmon curvatam ſublima ſuberigit unda. ¶ Hinc ſuberectus apud *Apul. l. 1. Met.*

Subĕrīnus, a, um, adject. idem quod ſubereus. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Piſcator retia ſuberinis corticibus extendit.

Subĕrro, as, n. 1. ὑποπλανάομαι, ſub aliqua re erro, ut Suberrare montibus, hoc eſt errare ſub montibus. *Claud. de conſul. Prob. & Olybr. v. 255.* Indigenas fluvios, Italo quicunque ſuberrant Montibus. h. e. ſub Italis montibus fluunt.

Subex. V. Subices.

Subexhibĕo, es, a. 2. idem quod exhibeo, vel ſubtus exhibeo. *Arnob. l. 6.* Præſentiam vobis quandam his numinum ſubexhiberi ſimulacris.

Subexplĭco, as, a. 1. ſubtus explico, expando. *Arnob. l. 7.* Æſculapius repſit ut coluber, non pedibus ſe ferens, neque ſuas ſubexplicans itiones, ſed ventre nixus, ac pectore.

Subfermentatus, a, um, nom. particip. aliquantum fermentatus. *Tertull. adverſ. Valentinian. c. 17.*

Subfervefacio. V. Suffervefacio.

Subflāvus, vel Sufflavus, a, um, adject. *gialliccio, biondetto*, aliquantum flavus. *Sueton. in Aug. c. 79.* Capillum leniter inflexum, & ſubflavum.

Subfrĭgĭde, adverb. *alquanto freddamente*, ὑποψυχρῶς, aliquantum frigide. *Gel. l. 2. c. 9.* Nimis minuta, ac prope etiam ſubfrigide.

Subfrĭgĭdus, a, um, *un poco freddo*, ὑπόψυχρος, nonnihil frigidus. *Ammian. l. 17. c. 11.* Oblatrantes argumento ſubfrigido.

Subgrandis, & de, o. 3. ὑπομέγας, grandiuſculus, aliquantulum grandis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1.* Subgrande cubiculum autem, & hybernum altum valde probavi.

Subgrăvis, & ve, o. 3. ὑποβαρύς, aliquantulum gravis. *Plin. l. 27. cap. 9.* Radice tenui, nigra, ſubgravi odore. Al. leg. *gravi odore*.

Subgrunda. V. Suggrunda.

Subhærĕo, es, ſi, ſum, n. 2. ſub aliqua re hæreo. *Celſ. l. 5. c. 28.* At cartilago ubi ſubhæſit, ipſa ſedes docet. *Valer. Max. l. 6. c. 3. n. 10.* In ſuſpicione, & crimine ſubhæreat neceſſe eſt.

Subhaſtarius, a, um, adject. qui ſub haſta, ſeu auctione ponitur, ut ſubhaſtariæ poſſeſſiones. *Cod. Theodoſ. l. 3. tit. 6.*

Subhaſtatio, onis, f. *vendita all' incanto*. *Leg. 2. Cod. de reſcind. vend.* Sub nomine ſubhaſtationis publicæ.

Subhaſto, as, a. 1. *vendere all' incanto*, Ger. *in auff ruff verkauffen*, Gall. *vendre à l'encan*, Hiſp. *vender en almoneda*, ἀποκηρύττω, eſt ſub haſtam mittere, hoc eſt per auctionem vendere. Solebat enim haſta figi in publicis auctionibus. *Cod. l. 7. tit. 53. l. 5.* Et allegaveris res ſoli, quæ pignori datæ ſunt, diu ſubhaſtatas. *Solin. cap. 10. de Thracia*: Nupturæ non parentum arbitrio tranſeunt ad maritos, ſed quæ præ aliis ſpecie valent, ſubhaſtari volunt.

Subhorreſco, ſcis, cui, n. 3. nonnihil horreſco. *Siſen. apud Non. c. 5. n. 7.* Subito mare ſubhorreſcere, cæcoſque fluctus in ſe provolvere.

Subhorrĭdus, a, um, ὑποφρικώδης, aliquantulum horridus. *Cic. pro Sext. c. 9.* Quia eum triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum, atque incultum videbant.

Subhumĭdus, a, um, adject. aliquantum humidus. *Celſ. l. 3. c. 6.* Subhumidi oculi.

Subjăcĕo, es, cui, n. 2. *giacere, o eſſer poſto ſotto*, ὑπόκειμαι. *Plin. l. 5. ep. 6.* Tuſci Apennino ſaluberrimo montium ſubjacent. *Colum. lib. 10. v. 195.* Et mater facilis molliſſima ſubjacet arva.

Subjacto, as, a. 1. *trarre in ſu, lanciare*, ἀναρριπτέω, ſæpe in altum jacto, ut cum in areis frumenta vanno a paleis ſecernuntur. *Varr. l. 1. R. R. c. 52.* His tritis oportet e terra ſubjactari vallis, aut ventilabris.

Subĭces pro alto aere, ſive pro nubibus poſuit *Enn. apud Gell. l. 4. c. 17.* vel a ſubjiciendo, quia ſignificat in altum tollere, vel quod pruinæ Diis ſubjiciantur.

Subĭcŭlum, i, n. quod ſubjicitur. Hinc a *Plauto* ſubiculum flagri dicitur μαστιγίας, qui flagris ſubjicitur. *In Perſ. 3. 3. 14.* Vir ſummi populi, ſtabulum ſervitricium, Scortorum liberator, ſubiculum flagri, Compedium tritor, piſtrinorum civitas.

Subĭdus, a, um, adject. Æditus vetus poeta apud *Gell. l. 19. c. 9.* Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt: Per pectus miſerum manat ſubito mihi ſudor: Sic tacitum, ſubidum, duplo ideo pereo. *Subidus* videtur eſſe a *ſubando*, & ſignificare libidine æſtuantem, mollem, deliciis amorum deditum, minime durum, aut ruſticum. Alii interpretantur ſcientem, videntem, peritum rei amatoriæ: unde *inſubidus* ponitur pro rudi, ruſtico, ignaro.

Subjecte, adv. demiſſe, humiliter, more hominis ſubjecti. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 84.* Hæc quam poteſt demiſſiſſime, atque ſubjectiſſime exponit.

Subjectio, onis, f. *il ſoggiungere*, Ger. *fürſtellung*, Gall. *ſujettion*, Hiſp. *ſujecion*, ὑποβολή, actus ſubjiciendi. *Auct. ad Her. l. 4.* Illud quoque probandum eſt genus ſententiæ, quod confirmatur ſubjectione rationis. ¶ Speciatim accipitur pro ſuppoſitione rei adulterinæ pro vera. *Liv. l. 39. c. 19.* Qui falſis teſtimoniis, ſignis adulterinis, ſubjectione teſtamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiebant. ¶ Ponitur quoque, in eo, quod ſubjicitur, pro baſi. *Vitr. l. 10. c. 15. in catapultæ deſcriptione*: Subjectio foraminum duodecim. ¶ Subjectio etiam, Græce Antipophora, eſt Figura ſententiarum, per quam Orator, vel Poeta poſt interrogationem ipſe reſponſum ſubjungit, ita dicta a *ſubjecio*, quæ notat ſubjungere. *Auct. ad Her. l. 4.* Subjectio eſt, cum interrogamus adverſarios, aut quærimus ipſi, quid ab illis, aut quid contra nos dici poſſit, deinde ſubjicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adjumento futurum ſit, aut obfuturum illis e contrario. ¶ Inſervit etiam ad explicandum aliud Figuræ genus, nempe Hypotypoſis. *Cic. 3. de Or. c. 53.* Rerumque, quaſi gerantur, ſub aſpectum quaſi ſubjectio, quæ & in exponenda re plurimum valet, & ad illuſtrandum id, quod exponitur.

Subjectivus, a, um, adject. qui ſubjicitur, ſeu poſtponitur. *Tertullian. de Virg. veland. c. 4.* Subjectivum prius eſt anteceſſivo. *Apul. de ſyllog. categor.* Pars ſubjectiva nominatur, veluti ſubdita.

Subjecto, as, a. 1. *lanciare*, ἀναρριπτεῖν, in altum ejaculor. *Virg. 3. Geo. v. 241.* Nigramque alte ſubjectat arenam. ¶ Ponitur etiam pro ſubjicere, ſeu ſupponere. *Ovid. 4. Met. de Salmacide Nympha*: Subjectatque manus, inſitaque pectora tangit. *Hor. l. 2. ſat. 7. v. 94.* Et acer Subjectat laſſo ſtimulos.

Subjector, oris, m. ὑποβολεύς, qui ſubjicit, & fere in malam partem accipitur. *Cic. 2. Catil. c. 4.* Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector &c. h. e. qui falſa teſtamenta pro veris ſubjicit.

Subjectus, us, m. 4. idem ac ſubjectio. *Plin. l. 26. cap. 15.* Vulvas quoque procidentes inhibet fotu, vel ſuffitu, vel ſubjectu.

Subjectus, a, um, *ſoggetto, ſottopoſto*, כבוש, Germ. *underthan*, Gal. *ſujet*, Hiſpan. *ſujeto, ſuddito*, ὑποτεταγμένος, ſubditus, alterius imperio parens, obnoxius. *Cicer. 1. de nat. Deor.* Nulli naturæ eſt obediens, aut ſubjectus Deus. *Id. 4. Tuſcul.* Tanquam in mare, quod eſt ventis ſubjectum. *Id. 5. Tuſc.* Sin autem virtus ſubjecta ſub variis, incertiſque caſus famula fortunæ eſt. *Virg. 6. Æn.* Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos. *Hor. l. 2. ſat. 6.* Per totum hoc tempus ſubjectior in diem, & horam Invidiæ. ¶ Item quod ſubjicitur in aliquo rerum ordine. *Cic. 4. Tuſcul.* Sub metum ſubjecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor &c. *Phædr. fab. 19.* Habent inſidias hominis blanditiæ mali, quas ut vitemus, verſus ſubjecti monent &c.

Subigito. V. Subagito.

Subĭgo, is, egi, actum, a. 3. *ſoggiogare, ſottomettere*, כבש, Ger. *underſich zwingen*, Gal. *conſtreindre*, ὑποτάσσω, δαμάω, ſubjicio, domo, in poteſtatem, vel ditionem redigo, ex *ſub*, & *ago*. *Cic. pro Corn. Balbo c. 10.* Quum Gaditanis adjutoribus armis ſubegimus, neque in ditionem noſtram redegimus. *Plaut. Moſtell. 5. 1. 58.* Ego illum verberibus, ut ſic quietus, ſubegero. ¶ Accipitur etiam pro impellere, ſurſum agere. *Virg. 1. Georg.* Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit. ¶ Item pro cogere. *Tac. l. 14. Ann. c. 14.* Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere ſubegit. *Id. 2. Ann. c. 40.* Ut cæderes ſocios, ſubigi non potuit. *Id. 3. hiſt. c. 8.* Subigere exercitum ad deditionem. ¶ Item pro attrectare, agitare, miſcere. *Cato c. 74.* Farinam in mortarium indito, aquam paulatim addito, ſubigitoque pulchre. ¶ Item pro terere, ut *Gallam ſubigere*, quod ſutores faciunt, cum atramentum ſutorium conficiunt: & tranſlate pro rem habere cum muliere. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 3.* Plancus in judicio forte amici, cum moleſtum teſtem deſtruere vellet, interrogavit (quia ſutorem ſciebat) quo artificio ſe tueretur: Ille urbane reſpondit, *Gallam ſubigo*. Sutorium hoc habetur inſtrumentum: quod non infaceta in adulterii exprobrationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Mævia Galla nupta male audiebat. Hæc *Macrob.* ¶ Item pro bene arare, bene colere, terram probe verſare. *Virg. 1. Georg.* Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quibus cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum, &c. ¶ Item pro ſuffodere. *Virg. 2. Georg.* Aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis. ¶ Item pro acuere. *Virg. 7. Æn.* Subiguntque in cote ſecures. ¶ Per tranſlationem uſurpatur de ingenio, pro exercere, tranſlatione ſumpta a cultura agrorum. *Cic. 2. de Orat.* Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato, & iterato. Subigere aliquem maledictis, eſt inſectari. *Plaut. Trinum. 1. 2. 123.*

Subjĭcio, is, jeci, jectum, a. 3. *ſottoporre, ſottomettere*, Germ. *unterwerffen*, Gal. *ſoumettre, aſſujettir*, Hiſp. *ſometer*, ὑποβάλλω, ſuppono. *Cic. 3. Verr.* Ligna, & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere cœperunt. *Id. 2. Off. c. 7.* Subjiciunt ſe homines imperio alterius, & poteſtati. *Id. ibid.* Haſtam in foro ponere, & bona civium voci ſubjicere præconis. *Idem ibid.* Huic verbo omnes, qui ubique ſunt, qui Latine ſciunt, duas res

ſubji-

ſubjiciunt, lætitiam in animo, commotionem ſuavem jucunditatis in corpore. h. e. duo ſignificata dicunt eſſe ſub hoc verbo. *Liv. l. 3. c. 69.* Fœdiora his, quæ ſubjiciebantur oculis nuntiantes. *Id. l. 29.* In locum alterius ſubjicere. *Quinctil. l. 8. c. ult.* Nam Tranſlatio permovendis animis plerunque, & ſignandis rebus, ac ſub oculos ſubjiciendis reperta eſt. ¶ *Subjicere arietem*, eſt illum pro ſe immolare. *Feſt.* ut Scaliger corrigit: Subjici aries dicitur, quem quis agit, ut pro ſe cædatur, ut ait Antiſtius: Quod fit, ut ait Cincius libro de officio Juriſconſulti, exemplo Athenienſium, apud quos expiandi gratia aries injicitur ab eo, qui ſcelus admiſit pœnæ pendendæ loco. *In leg. Numæ*: Pro capite occiſi, & natis ejus in concione arietem ſubjicito. ¶ Item pro falſa, ſeu adulterina pro veris ſupponere. *Cic. 14. Phil. c. 3.* Teſtamenta, credo, ſubjiciunt, aut ejiciunt vicinos. *Plin. l. 10. c. 9.* Cauſa ſubjiciendi pullos putatur, quod &c. ¶ Item pro colere, arare. *Cic. 2. de Leg.* Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad eam tuendam, ferroque ſubjiciendam ſuperſtitionis aliquid acceſſerit. ¶ Item pro ſubmittere, ſubornare. *Quinctil. l. 5. c. 7. de teſtibus*: Nam frequenter ab adverſario ſubjici ſolent. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 33.* Subjicitur L. Metellus, qui hanc rem diſtrahat. ¶ Item pro ſuggerere, ſubmonere, in memoriam redigere. *Ter. Phor. 2. 3. 40.* Si meminiſti, quod olim dictum eſt, ſubjice. *Liv. l. 45. c. 18. in fi.* Subjicere conſilia certiora. *Cic. Verr. 7.* Cupio mihi ab illo ſubjici, ſi quid prætereo. ¶ Item pro ſubdere, addere, adjungere. *Cic. 2. de Div.* Et quidem, cur ſic opinetur, rationem ſubjicit. *Id. 7. Verr.* At quæ cauſa tum ſubjiciebatur ab ipſo, Judices, hujus tam nefariæ crudelitatis? ¶ Item pro reſpondere. *Virg. 3. Æn.* Subjicio, & raris turbatus vocibus hiſco. ¶ Item pro ſurſum jacere. *Virg. 12. Æn. v. 287.* Et corpora ſaltu ſubjiciunt in equos. *Id. Ecl. 10.* Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus. h. e. ſe erigit, & altior fit. *Ovid. 10. Metam. v. 183.* Tollere Tænarides orbem properabat; at illum Dura repercuſſum ſubjecit in aera tellus in vultus, Hyacinthe, tuos. ¶ Item pro exponere, objicere. *Liv. lib. 28.* Subjicere aliquid calumniæ. *Cic. 1. de Orat.* Subjicere fraudem innocentis odio civium. ¶ Item pro baſto ſubjicere, *vender' all' incanto*. *Sueton. in Calig. cap. 38.* Auctione propoſita, reliquias ſpectaculorum ſubjecit, & venditavit.

Subjicto, as, a. 1. ὑποβάλλω, frequenter ſubjicio. *Plaut. Caſ. 3. 4. 2.* Nunc tu ſi venis ſubjicitare me, proba eſt occaſio. Alii leg. *ſubagitare*.

Subimpĕtro, as, a. 1. effertur a quibuſdam Lexicographis ex *Tacit. Ann. 4. c. 23.* ſed ibi legitur *ubi impetrando*, non *ſubimpetrando*.

Subimpŭdens, entis, o. *f. alquanto sfacciato*, ὑπαναίσχυντος, nonnihil impudens. *Cic. lib. 7. Fam. ep. 17.* Interdum timidus in labore militari, ſæpe autem etiam ſubimpudens videbare.

Subinānis, & ne, o. 3. ὑπόκενος, nonnihil vacui habens, aut inanitatis. *Cic. ad Att. lib. 2. ep. 17.* Quin etiam, quod eſt ſubinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον, &c.

Subinde, adv. *poi*, *poſcia*, [illegible], Germ. *eins wegs darauff*, Gal. *incontinent apres*, Hiſp. *luego*, [illegible], deinde, poſt. *Hor. lib. 1. ep. 8.* Si dicet recte, primum gaudere, ſubinde Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. *Vel. lej. l. 1. c. 7.* Qui dicit, Capuam ab iiſdem conditam, ac ſubinde Nolam. ¶ Ponitur etiam pro identidem, ſive crebro, & per intervalla, *di quando in quando*. *Suet. in Tib. c. 37.* Subinde in objurgando appellans eum lutum a ſanguine maceratum. *Plin. l. 2. ep. 7.* Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem ejus ſubinde intueri, ſubinde reſpicere.

Subindo, is, o. 3. *ſoggiungere*, *aggiungere*. *Aurel. Vict. de orig. Rom. c. 3.* Secundum quod noſter cognomento ſic intulit *Hanc Janus Pater*, *&c.* ac ſubindit *Janiculum huic*, *&c.*

Subinflātus, a, um, adject. inflatus, ſuperbiens. *Arnob. l. 2.* In opinionem ſcientiæ ſubinflati pectoris tumore tolli.

Subinflŭo, is, n. 3. ſubtus fluo. *Senec. l. 3. Quæſt. nat. c. ult.* Aliæ aquæ ſubinfluunt terras, aliæ circumfluunt.

Subinjectus, a, um, particip. a *ſub*, & injicio. *Senec. Controv. 13.* Subinjecta manu ſatelles, quid moraris? inquit, jam expoſita tormenta ſunt. *poſte le mani addoſſo*.

Subinſulſus, a, um, ὑπόψυχρος, aliquantulum inſulſus. *Cic. de opt. gen. Or. c. 3.* Eſt enim vitioſum in ſententia, ſi quid abſurdum, aut alienum, aut non acutum, aut ſubinſulſum eſt.

Subintrŏeo, is, *ſubentrare*. *Arnob. l. 6.* Qui Mars fuerat, ſubintroire ſpeciem Jovis poſſit Hammonis. h. e. Jovis perſonam induere.

Subinvidĕo, es, o. 2. ὑποφθονέω, aliquantulum invideo. *Cic. l. 7. Fam. ep. 10.* Subinvideo tibi ultro te etiam arcerſitum ab eo.

Subinviſus, a, um, ὑπομισούμενος, aliquantulum inviſus. *Cic. pro Rab. Poſt. c. 14.* Subinviſum apud malevolos Poſthumi nomen propter opinionem pecuniæ neſcio quam.

Subinvito, as, a. 1. ὑποκαλέω, aliquantulum invito, & provoco. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Quod me quadam epiſtola ſubinvitaras.

Subiraſcor, eris, d. 3. *adirarſi alquanto*, ὑποργίζομαι, nonnihil iraſcor. *Cic. 2. Fin. c. 4.* Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci.

Subirātus, a, um, aliquantum iratus. *Cic. 2. de Or. c. 16.* Sed ut ſolebat C. Lucilius ſæpe dicere homo tibi ſubiratus, mihi propter eam ipſam cauſam minus, quam volebat, familiaris.

Subis, bis, f. avis ex genere picorum, quæ aquilarum nidos infeſtat, & earum ova frangit. *Plin. l. 10. c. 19.* ¶ Ab Ariſtotele vocatur σίττη, vel ut alii leg. σίττα, ſitta.

Subitaneus, a, um, idem quod ſubitus. *Col. lib. 2. cap. 6.* Si ſubitaneus imber inceſſerit.

Subitarius, a, um, idem ac ſubitus. Subitarii milites, qui ſubito colliguntur. *Liv. l. 3. c. 4.* Ad eum expellendum Latini, Hernicique, & Colonia Antium dare Quinctio ſubitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) juſſi. *Id. ib. c. 30.* Exercitum ſubitarium ſcribere.

Subito, adv. *all' improvviſo*, [illegible], Germ. *gæhlingen*, Gal. *ſoudain*, Hiſp. *ſubitamente*, ἐξαίφνης, repente, confeſtim, ex tempore. *Cic. pro Font. c. 15.* Cum tot bella aut nobis neceſſario ſuſcipiantur, aut ſubito, atque improviſo naſcantur. *Virg. 4. Georg.* Dixit, & ex oculis ſubito, ceu fumus in auras Commixtus tenues fugit. ¶ Item feſtinanter, prapropere, *alla preſta*, *in preſcia*. *Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 33.* Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ ſubito, ut temporis exiguitas poſtulabat, pellibus induxerant.

Subĭtus, a, um, *ſubito*, *repentino*, *improvviſo*, [illegible], Germ. *ſchnell*, Gal. *ſubit*, *ſoudain*, Hiſp. *ſubito*, αἰφνίδιος, repentinus. *Cic. l. 10. Fam.* Neve in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis a Senatu conſilium petendum putes. *Id. l. 13. ep. 2.* Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare. ¶ Subſtantivi more *Tacit. in Agric. c. 37.* Quatuor equitum alæ ad ſubita belli retentæ. *Id. 13. Ann. c. 39.* Subitis etiam fortes viros terreri.

Subjugālis, & le, o. 3. ὑποζύγιος, ſub jugo aſſuetus, domitus. *Prudent. in Rom. v. 133.* Jumenta, pecus, ſubjugalia beluæ.

Subjugātor, oris, m. *ſoggiogatore*, ut, malorum ſubjugator, *Apulej. de morib. Philoſ.*

Subjugātus, a, um, nom. ex partic. *ſoggiogato*, ut ſubjugata provincia, *Aſcon. in Verrin. de præt. urb.* ſubjugatus exercitus. *Veget. l. 3. de re milit. c. 10.*

Subjŭgis, & ge, o. 3. ὑποζύγιος, ὑποζυγιώδης, quod ſub jugo eſt, quod jugo aſſuevit. *Plin. l. 11. c. 49.* Nero oſtentabat hermaphroditas ſubjuges carpento ſuo equas. Al. leg. *ſubjunctas*. ¶ Subjugia lora, quibus jugum collis boum, vel equorum aptatur. *Cato c. 135.* Subjugia in luſtrum lora pedum XIX.

Subjugium, ii, n. retinaculum, quo jumenta ſub juga junguntur. *Vitruv. l. 10. c. 8.* Eadem ratione jumenta, cum juga eorum ſubjugiorum loris per medium temperantur, æqualiter trahunt onera.

Subjŭgo, as, a. 1. *ſoggiogare*, כבש, Germ. *uberwunden*, Gal. *ſubjuguer*, Hiſp. *ſojuzgar*, ὑποτάσσω, debello, & imperio ſubjicio, quaſi ſub jugo pono. *Claud. de 6. Conſul. Honor. v. 249.* Nulla eſt victoria major, quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes. *Lactant. l. 4. c. 10.* Ingratum populum legi ſubjugavit.

Subjŭgus, a, um, adject. qui ſub jugo eſt. ὑποζύγιος. *Apulej. l. 9. A. A.* Pitiſſima uxor ejus avara molæ machinariæ ſubjugum me dedit.

Subjunctivus modus, qui etiam conjunctivus, & adjunctivus dicitur, ὑποτακτικὸς, eſt unus ex modis verborum, ita dictus, quia ſubjungitur alteri verbo, vel potius alterum verbum ei ſubjungitur. Nam eget aliquo re, ut ſententia locutionis plena ſit, ut, Cum clamem, quare me tacere dicis? *Diomed. l. 1. Priſcian. l. 8.* Adde *Apul. de ſyllog. categor.*

Subjunctus, a, um, nom. partic. adjunctus, conjunctus. *Cic. de Auſp. reſp. c. 17.* Video in Aruſpicum reſponſis hæc eſſe ſubjuncta. *Virg. 10. Æn. v. 157.* Puppis roſtro ſubjuncta leones, h. e. ſubjunctos ſeu appoſitos habent leones.

Subjungo, is, xi, ctum, a. 3. *ſoggiungere*, *aggiungere*, [illegible], Ger. *dan hencken*, Gal. *adjouter*, Hiſp. *anadir*, *ayuntar de baxo*, ὑποζεύγνυμι, adjungo, addo, ſubjicio. *Cic. 1. de Orat.* Ac ſi jam placet omnes artes Oratori ſubjungere. *Id. in Orat.* Ariſtoteles Tranſlationi hæc ipſa ſubjungit. *Plin. l. 7. epiſt. ult.* Venimus ad Conſules: dixit Senecio, quæ res ferebat: aliqua ſubjungo. ¶ Ponitur etiam pro ſubjugare. *Cic. 2. Agr. c. 36.* Ut ſub veſtrum jus, juriſdictionem, poteſtatem terrarum orbem ſubjungeretis? *Adde Verr. 3. c. 21.* ¶ Item pro ad currum jungere. *Virg. Ecl. 5.* curru ſubjungere tigres.

Sublabĭum, ii, n. herba, quæ & cynogloſſon, & lingua canis appellatur. *Apul. de herb. c. 96.*

Sublābor, eris, lapſus ſum, d. 3. *ſcorrere*, *fuggire*, *cadere*, Ger. *allgemach da hin fallen*, Gal. *choir peu à peu*, *en ſont le ſaie*, Hiſp. *caer poco à poco*, *o de baxo*, ὑπολισθάνω, prætereo, latenter decurro, fugio. *Virg. 1. Georg.* Sic omnia fatis in pejus ruere, ac retro ſublapſa referri. *Plin. l. 10. ep. 70.* Quæ ſunt vetuſtate ſublapſa, reparentur.

Sublābro, as, a. 1. ὑποστομίζω, cibum intra labra mitto, ut interpretatur *Nonius c. 2. n. 774.* *Nævius ibid.* Jam ego illis ſubens ſublabrabo eſui illud ſinciput.

Sublacrĭmans, tis, aliquantum lacrimans, ut Sublacrimantes oculi, apud *Pelagon. l. 1. c. 30. rei veterin.*

Sublamĭne, æ, f. lamina, quæ alicui rei ſupponitur. *Cato de R. R. c. 21.* Sublaminas minutas ſupponito.

Sublapſus, a, um. V. Sublabor.

Sublaqueo, as, a. 1. ſubtus laqueo, necto, vincio. *Inſcript. apud Gruter. pag. 171. n. 14.* Sublaqueavit trabes tecti ferro.

Sublaqueum, ſeu ſublacum, *Subiaco*, *Sollago*, opp. Æquorum, in Latio, in Campania Romana, in colle, ad fontes Anienis. *Tacit. 14. Ann. cap. 22.*

Sublāte, adv. *altamente*, ὑπερηφάνως, ſublimiter, magnifice, ſplendide. *Cic. de Clar. Orat. c. 55.* Quoniam ergo bonorum Oratorum duo genera ſunt, unum attenuate, preſſeque, alterum ſublate, ampleque dicentium. *Id. pro Domo, c. 36.* Nihil enim unquam de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa potius, quam criminis depellendi.

Sublatĕo, es, n. 2. ſubtus lateo, ὑπολανθάνω. *Varr. R. R. l. 1. c. 48.* Ea quaſi cornua ſunt ſpicarum, quæ primum cum oriuntur, neque plane apparent, quia ſublatent, herba ea vocatur vagina.

Sublatio, onis, f. *innalzamento*, ἄρσις, actus ſuſtollendi. Tranſlate dicitur de animo, pro elatione, ſuperbia. *Cic. 2. Fin. c. 4. de voluptate*: Qui eam ſic definiunt, ſublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui. ¶ Notat etiam ablationem, ſeu deſtructionem. *Quinctil. l. 7. c. 2.* An reſtitutio pro ſublatione judicii ſit.

Sublatūrus. V. Suſtollo.

Sublātus, a, um, *ſollevato*, *innalzato*, ἀρθείς, μετεωρισθείς, elevatus, erectus. *Plin. l. 11. c. 29.* Gregatim ſublatæ vento in maria, aut ſtagna decidunt. *Cic. Verr. 6. c. 3.* Sublatis manibus ſacra quædam repoſita in capitibus ſuſtinebant. *Gel. l. 16. c. 19.* Sublatiſſima voce cantare. *Ovid. in Halieut. v. 54.* ſidunt magis, & ſublatius ardet, Conſuluque teres. ¶ Tranſlate ponitur pro inflato, ſuperbiente, feroctente. *Cæſ. lib. 1. de Bell. Gal. cap. 15.* Quo prœlio ſublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere. *Ter. Hecyr. 3. 5. 56.* Sublati animi. ¶ Interdum reperitur pro ſuſcepto. *Sueton. in Ner. c. 5.* Deceſſit Pyrgis, ſublato filio Nerone ex Agrippina. Adde *Paul. Dig. l. 29. tit. 2. leg. 91.* ¶ Notat etiam ablatum. *Horat. l. 3. Od. 24.* Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Sublăvo, as, 1. ſubtus lavo. *Apul. de herb. c. 7.* Herbæ folia ſucco ſe ſublavet. *Celſ. l. 6. c. 18. prope fin.* Si humidum, vino auſtero ſublavandum eſt. Alii leg. *ſubluendum*.

Sublectio, onis, f. electio, ſelectio. *Tertul. l. 4. adverſ. Marcion. c. 31.*

Sublecto, as, a. 1. oblectando clam decipio. *Plaut. Mil. 4. 2. 74.* Ut ludo! Mi. Quid ego? ut ſublecto os?

Sublectus, a, um, *eletto in luogo d' altri*. *Varro l. 5. de L. L.* Hinc Legitimæ: & collegæ, qui una lecti, & qui in eorum locum ſuppoſiti, ſublecti additi, adlecti, &c. ¶ Item ſurreptus. *Plaut. Rud. 5. 4. 41.* Liberos parentibus ſublectos habebit.

Sublĕgo, is, egi, ectum, a. 3. *raccogliere*, ὑπολέγω, colligo. *Hor. l. 2. Sat. 8.* Et alter Sublegit, quodcunque jaceret inutile. *Colum. l. 12. c. 50.* Niſi bacca tempeſtatibus in terram decidit, & neceſſe eſt eam ſublegere. ¶ Tranſlate ponitur pro excipere, audire. *Plaut. Mil. 4. 2. 98.* Clam noſtrum hunc illi ſublegerunt ſermonem. ¶ Item pro curſim legere, primis tantum oculis. *Gell. l. 3. c. 12.* Cum hoc in M. Catonis epiſtola ſublegiſſemus. ¶ Item pro furari, furto aliquid ſurripere. *Virg. 9. Ecl. v. 21.* Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Sublegere etiam eſt eligendo aliquem in locum alicujus ſubſtituere. *Liv. l. 23. c. 23.* Et ita in demortuorum locum ſublectorum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur. *Juſtin. l. 3. c. 3.* Populo ſublegendi ſenatum poteſtatem permiſit.

Subleſtus, a, um, *debole*, *tenue*, [illegible], Germ. *ſchwach*, Gall. *infirme*, *frivole*, Hiſp. *flaco*, *enfermo*, [illegible], infirmus, tenuis, ut *Feſtus* interpretatur. Hinc ſubleſtum vinum, h. e. languidum, dilutum. *Plaut. apud eund. Feſt.* & vinum ſubleſtiſſimum, Id. in fragment. apud *Non. c. 2. num. 830.* ¶ Subleſta fides, h. e. tenuis, infirma. *Plaut. Bacch. 3. 6. 13.* h-

Digitized by Google

29. Amici lingua factiſi, inertes opera, ſubleſta fide. *Id. Perſ.* 3. 1. 20. Geneor ſit paupertas, fides ſubleſtior.

Sublĕvo, as, a. 1. *ſollevare*, הרים, Ger. *auffheben*, Gall. *ſoulager*, *ſoulever*, Hiſp. *alivier*, ὑπεξαίρω, ſurſum levo, erigo. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 4. Alter is, qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratus ne ſublevat quidem. *Suet. in Veſp. c.* 24. Dumque ſurgit, ac nititur, intra manus ſublevantium extinctus eſt. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro favere, defendere, ducta tranſlatione ab iis, qui cum abjecti ſunt, eriguntur, & tolluntur. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 37. Deriſus eſt a cæteris, ab ipſo autem Socrate eſt ſublevatus. *Id.* 5. *Verr.* Sed eadem iſta æſtimatione alter ſublevarat aratores, alter averterat. *Cæſar l.* 3. *B. Civ. c.* 80. Sublevare inopiam alicujus. ¶ Item pro elevare, infirmare, minuere. *Cic. Pom.* 8. *ep.* 3. Sublevare odium. *Id. de Amic. c.* 24. Una illa ſublevanda offenſio eſt. h. e. lenienda, mitiganda.

Sublĭca, æ, f. *ſoſtegno d' un ponte*, ἴκρια, tignum, ſuper quod pons conſtruitur. Eſt vocabulum Volſcum. Nam Formiani ita vocabant ſigna, quibus pons eorum innixus erat, teſte Feſto. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 17. *in deſcriptione Rhenani pontis.* Non ſublicæ modo directe ad perpendiculum, ſed pronæ, ac faſtigatæ, ut ſecundum naturam fluminis procumberent.

Sublĭces, cum, m. tigna pontem ſuſtinentia, ſublicæ. *Feſtus.*

Sublicium, ii, n. idem quod ſublica. *Liv. l.* 23. *c.* 37. Quum muro ſatis per ſe alto, ſubjectis validis ſubliciis, pro ſolo uſus erat. Alii leg. *Sublicis.*

Sublicius Pons, qui & Æmilius, unus ex Romæ pontibus, cujus adhuc durant veſtigia, ſub monte Aventino, ubi *l' Arſenale*, ad eam partem Tyberis, qua Janiculum ab urbe dirimit, ſine clavis ferreis ea arte conſtructus, ut trabes ſine fulturis eximi poſſent, ac reponi. Id enim religioſum eſſe cœpit, ex quo defendente Coclite, ægre revolſus eſt. Dictus eſt autem *Sublicius*, quod ligneus eſſet, & ſublicis fulciretur. *Plin. l.* 36 *c.* 15. ¶ Hic pons extructus fuit ab Anco Rege, cui placuit Janiculum Urbi conjungere. *Liv. l.* 1. ¶ Ab hoc ponte ſæpius a Pontificibus refecto, ut cis, & ultra Tiberim ſacra fierent, Pontifices dictos eſſe Varro exiſtimat *l.* 4. *de L. L. Idem l.* 6. ait, ab hoc ponte Argeorum ſimulacra quotannis a Sacerdotibus jaci ſolere.

Sublīdo, dis, ſi, iſum, a. 3. aliquantum oblido. *Prudent. apotheoſ. v.* 848. Murmur ſublidit voce minuta.

Subligācŭlum, li, n. *braca*, *braga*, מכנסים, Ger. *nider kleid*, Gal. *brayes*, Hiſp. *bragas*, περίζωμα, natium, femorumque involucrum, amiculi genus, quo hiſtriones femora, & partes pudendas velabant. *Cic.* 1. *Off. c.* 35. Scenicorum mos tantam habet veteris diſciplinæ verecundiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.

Sublĭgar, aris, n. 3. idem ac ſubligaculum. *Martial. l.* 3. *ep.* 87. Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciem. Adde *Juvenal. ſat.* 6. *verſ.* 70.

Subligātĭo, onis, f. actus ſubligandi. *Pallad. l.* 1. *tit.* 6. Subligatio acribus viis facienda eſt.

Subligātūra, æ, f. ſubligatio. *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 28. Hernias ſubligatura procurare.

Sublĭgo, as, a. 1. *legare ſotto*, Ger. *unterbinden*, Gall. *lier par deſſous*, Hiſp. *atar por de baxo*, ὑποδέω, ſubtus ligo, vel ſimpliciter ligo. *Virg.* 8. *Æn. v.* 459. Tum lateri, atque humeris Tegæum ſubligat enſem. *Id. l.* 11. Clypeumque ex ære ſiniſtræ ſubligat. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Ubi uvæ varia impetit fieri, vites ſubligato.

Sublīmātus, a, um, nom. ex particip. *elevato*, *poſto in alto*. *Epitome Victoris in Claudio.* Pallas prætoriis ornamentis ſublimatus. *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. Sublimata granaria.

Sublīme, adv. *in alto*. *Cic.* 2. *de Divin.* Eaque ſcuta, quæ fuerant ſublime fixa, ſunt humi inventa. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 43. Theodori quidem nihil intereſt, humine, an ſublime putreſcat. *Id. ibid. c.* 17. Perſpicuum debet eſſe, animos, cum e corpore exceſſerint, ſive illi ſint animales, id eſt, ſpirabiles, ſive ignei, ſublime ferri. ¶ Tranſlate *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia ſublimius eſſe dicenda?

Sublīmen, inis, n. limen ſuperius domus. *Propert. l.* 2. *el.* 19. *v.* 57. (*al. leg.* 17.) At nullo de me teritur ſublimine amor, qui &c.

Sublīmis, & me, o. 3. *ſublime*, *alto*, רם, Ger. *hoch*, Gal. *eleve en haut*, Hiſp. *levantado*, μετέωρος, in altum elevatus. *Paull. apud Feſt.* Sublime eſt in altitudinem elatum. Id autem dicitur e limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt. *Virg.* 1. *Æn.* Ipſa Paphum ſublimis abit. *Cic.* 1. *Tuſc.* ex Poeta: Ex ſublimi vertice ſaxi. *Liv. l.* 1. *c.* 16. Hæc locutus, ſublimis abiit. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 24. qui ſcit, quanto ſublimior Atlas Omnibus in Libya ſit montibus. ¶ Sublimem rapere, eſt raptum ſublimem in aerem ferre. *Virg.* 5. *Æn.* Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis. *Plaut. Mil.* 5. 1. 1. Si non ſequitur, rapite ſublimem foras. h. e. ſuſpendite. ¶ In ſublime, id eſt in altum. *Plin. l.* 8. *c.* 7. Arrepta ſcuta jaciens in ſublime. ¶ Tranſlate *Horat. de ar. Poet.* Verſus ſublimes ructatur. *Ovid.* 4. *Triſt. el. ult.* Nomen ſublime. h. e. illuſtris famæ. *Id.* 1. *Faſt. v.* 301. Venus, & vinum ſublimia pectora fregit, *animo generoſi*. ¶ Sublimiſſimi Judices, ſunt Præfecti Prætorio, Quæſtores, Magiſtri Officiorum, *l.* 37. §. *pen. & l. pen. C. de appellat.* Inde ſedes Prætoriana ſublimiſſima appellatur, *l.* 14. *C. de judic.*

Sublīmĭtas, atis, f. *ſublimità*, *altezza*, μετεωρότης, ὑψηλότης, altitudo, exaltatio, elevatio a terra. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Natura ſublimitatis avida. *Col. l.* 8. *c.* 3. Eaque longitudinis, & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quam media ſublimitas. ¶ Sublimitates, in plur. numero, *Tertul. adverſ. Valentinian. c.* 7. *& Apulej. de mundo.*

Sublīmĭter, adv. *altamente*, μετεώρως, alte. *Col. l.* 8 *c.* 11. Quoniam nec ſublimiter poteſt, nec per longa ſpatia volitare. Adde *Cat. R. R. c.* 70.

Sublīmo, as, a. 1. *ſublimare*, *alzare*, רומם, Germ. *erheben*, Gal. *elever en haut*, Hiſp. *enſalzar*, μετεωρίζω, exalto, in altum ſublevo. *Feſt.* Sublimavit, dixit Cato, id eſt in altum extulit, Originum libro ſecundo, In maximum decus, atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. *Apul. in Flor.* Aquila cum ſe nubium tenus altiſſime ſublimavit. Adde *Solin. c.* 53. *& Sidon. l.* 3. *ep.* 2.

Sublīmus, a, um, idem ac ſublimis. *Lucret. l.* 1. *v.* 340. At nunc per maria, ac terras, ſublimaque cœli, &c. *Accius apud Non. c.* 8. *n.* 43. Aut ſæpe ex humili ſede ſublime evolat.

Sublingŭo, onis, m. ſervus culinarius, lingendis magis patinis, quam coquendis obſoniis idoneus. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 103. Jam hic quoque ſcelerus eſt coqui ſublinguo. *Camerarius* edidit *coquit ſub lingua.*

Sublinio, is, a. 4. Idem quod ſublino. *Plaut. Mil.* 2. 2. 75. Sublinitum eſt os cuſtodi mulieris. V. dictionem ſeq.

Sublĭno, is, levi, litum, a. 3. *ungere leggiermente*, Ger. *ein wenig* *underſtreichen*, Gal. *oindre un peu par deſſous*, Hiſp. *untar un poco por de baxo*, ὑπαλείφω, leviter ungo, aliquantulum tingo, vel noto. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Hæc minium ſublinunt, adulterantque. ¶ *Sublinere os alicui*, eſt illudere, & pro ridiculo habere, decipere, *ſchernire*, *beffare*, *ingannare*. Tractum a genere ludi, auctore *Nonio*, quo dormientibus ora pinguntur, &, ut Budæus legit, fuligine inficiuntur. *Plaut. Aul.* 4. 6. 1. Ab ſublevit mihi os plenisſime. *Id. Captiv.* 3. 4. *ad fin.* Ita mihi ſtolido ſurſum verſum os ſublevere offuciis.

Sublĭtus, a, um, partic. a ſublinor. *Plin. l.* 33. *c.* 6. *de argento vivo* Cum æra inaurantur, ſublitum bracteis pertinaciſſime retinet.

Sublīvĭdus, a, um, *alquanto livido*, Germ. *gelblecht*, Gal. *un peu tane*, Hiſp. *un poco cardeno*, ὑπόπελιος, aliquantulum lividus. *Celſus l.* 5. *c.* 28. Puſtulæ eminent ſublividæ, aut pallidæ. Adde *c.* 26. *n.* 20.

Sublūcānus, a, um, *dell' Aurora*, ὄρθριος, quod eſt circa lucem, ut antelucanus, quod lucem antecedit. *Plin. l.* 11. *c.* 16. Venit mel ex aere, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanis temporibus.

Sublūceo, es, n. 2. *riſplendere alquanto*, Germ. *ein wenig ſcheinen*, Gall. *entreluire*, *luire un peu*, Hiſp. *luzir un poco*, ὑπολάμπω, aliquantulum luceo. *Cic. in Arato:* Hunc retinens Aries ſublucet corpore toto. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 5. Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo. *Id. ep.* 20. Candida non miſto ſublucent ora rubore.

Sublūcĭdus, a, um, adject. *alquanto lucido*, ut ſublucidus lucus, *Apul. l.* 6. *A. A. poſt princip.*

Sublūco, as, a. 1. *tagliare*, ὑποκλαδεύω, ramos arborum ſupputo, & *Feſtus:* Sublucare arbores, eſt ramos earum ſupputare, & veluti ſubtus lucem mittere: conlucare autem ſucciſis arboribus locum implere luce.

Sublūgeo, es, e. e. idem, quod lugeo. *In Cenotaph. Piſanis C. Cæſaris.* Matronas, quæ in Colonia noſtra ſunt, ſublugere &c.

Sublŭo, is, lui, lutum, a. 3. *lavare di ſotto*, ὑπολούω, ſubtus lavo, expurgo. *Martial. l.* 6. *ep.* 81. Inguina ſic toto ſubluis in ſolio. *Col. l.* 6. *c.* 30. Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. cap.* 69. Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina ſubluebant. h. e. ſubter fluendo alluebant.

Sublūrĭdus, a, um, ὑπόχλωρος, aliquantulum luridus. *in ſuppoſitis Amphitr. Plauti, ſcena quæ incipit, Quis tam vaſto in ſitu.* Ut primum convivit aicatrix rufula, ſubluride.

Sublustris, & ſtre, o. 3. *alquanto chiaro*, ὑπόλαμπρος, idem quod ſubilluſtris, hoc eſt obſcurus quidem, ſed tamen lumine aliquo illuſtratus, ut Subluſtris nox, & ſubluſtris umbra, quæ habet aliquid luminis. *Virg.* 9. *Æn.* Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in umbra Prodidit immemorem. *Liv. l.* 5. *c.* 47. Nocte ſubluſtri cum primo inermem, qui tentaret viam, præmiſiſſent. ¶ Tranſlate ponitur pro eo, quod habet aliquid ornamenti. *Gell. l.* 13. *c.* 24. *de Catonis oratione.* Quæ quoniam ſunt eloquentiæ Latinæ tunc primum exorientis lumina, verba quædam ſubluſtria libitum eſt ἀπομνημονεύειν.

Sublŭteus, a, um, adject. aliquantum luteus. *Arnob. l.* 5. Color purpurei luminis offectione ſubluteus. *Apulej. l.* 2. *Florid.* Non color lacteus ille, vel lividus, vel utrinque ſubluteus.

Sublūtus, a, um, partic. a ſubluor. *Martial. l.* 2. *ep.* 42. Zoile, quid ſolium ſubluto podice perdis?

Sublŭvĭes, ei, f. 5. *bruttura*, *ſordidezza*, ῥύπος, ſordes, & immunditiæ, quas & illuviem, proluviem vocamus. *Apul. l.* 9. *Metam.* Via ſubluvie cœnoſa lubrica. ¶ Eſt etiam genus morbi in diſcrimine ungulæ ovium naſcens. *Col. l.* 7. *c.* 5. Clavi quoque duplicites infeſtant ovem, ſive cum ſubluvies, atque intertrigo in ipſo diſcrimine ungulæ naſcitur, ſive cum idem locus tuberculum habet.

Submānans, tis, nom. partic. ſubtus manans. *Vitruv. l.* 8. *c.* 1. Aquæ ex montibus ſub terra ſubmanantes.

Submānus. V. Summanus.

Submaſſa. V. Maſſa.

Submējo, is, n. 3. ſubtus mejo. *Marcell. Empir. c.* 8.

Submeiulus, li, m. qui in lectulo mingit, *Marcell. Empir. c.* 26.

Submemorātĭo, onis, f. ὑπόμνημα, commentarius, ſcriptura, documentum, in quo aliquid memoriæ cauſa perſcribitur. *Modeſt. leg.* 13. *Dig. de excuſat. tutor.* &c. Oportet autem unam tradi juxta Tribunal, vel aliter in ſubmemorationibus.

Submergo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſommergere*, *annegare*, השקיע, Germ. *unter das waſſer trucken*, Gall. *enfoncer*, Hiſp. *ahogar*, *anegar*, καταδύω, ſub aquis mergo. *Virg.* 1. *Æn.* Pallas ne exurere claſſem Argivum, atque ipſos potuit ſubmergere ponto?

Submerſĭo, onis, f. actus ſubmergendi, ut ſubmerſio ſeminum, apud *Arnob. l.* 5. h. e. ſeminum in terram depoſitio.

Submerſus, a, um, *ſommerſo*, βυθισθείς, ὑποβρύχιος, partic. a ſubmergor. *Cic.* 2. *de Div. c.* 33. Submerſus aquis voraginibus non extitit. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 32. Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum, partim ad ſaxa nativis teſtis inhærentium? *Col. l.* 12. *c.* 4. Ubi non innatent, ſed ſemper ſint jure ſubmerſa. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 151. Virtus ſubmerſa tenebris.

Submerſus, us, m. *ſommerſione*. *Tertul. de anima, c.* 32.

Submĕrus, a, um, ὑπάκρατος, fere merus. *Plaut. Stich.* 2. 1. *ad fin.* Ne iſta edepol vinum poculo pauxillulo ſæpe exantlavit ſubmerum ſcitiſſime.

Submīnĭa, æ, f. veſtis genus, e minium, propter minii rubedinem. *Plaut. Epid.* 2. 2. *ſc.* 2. *v.* 48. Crocotulam, Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum.

Submĭniſtrātĭo, onis, f. actus ſubminiſtrandi. *Tertul. in Apoleg. c.* 48. Subminiſtratio incorruptibilitatis.

Submĭniſtrātor, oris, m. ſuppeditator, largitor. *Sen. ep.* 115. Subminiſtrator, teſtiſque libidinum, quarum ſibi uſum capiendo abſtulit.

Submĭniſtrātus, us, m. actus miniſtrandi. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 12. Cibus exiguo ſubminiſtratu paulatim penuriam conſolatur.

Submĭniſtro, as, a. 1. *ſomminiſtrare*, *porgere*, *dare*, נתן, Germ. *dargeben*, Gall. *fournir*, Hiſp. *baſtecer*, *proveer*, ὑπουργέω, ſubſervio, porrigo, ſuppedito. *Cæſ. l.* 1. *Bel. Gal. c.* 40. Hæc ſibi eſſe curæ, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ſubminiſtrare. *Cic. l.* 1. *de Invent.* Qui huic arti plurima adjumenta, atque ornamenta ſubminiſtravit. *Id. pro Cæl. c.* 9. Palam in eum tela jaciuntur, clam ſubminiſtrantur.

Submiſſe, vel ſummiſſe, adv. *umilmente*, ταπεινῶς, ὑποπτώσει, humiliter, demiſſe. *Cic. pro Planc.* Qui mihi uni nimis ſubmiſſe ſupplicarat. *Id.* 1. *Offic. cap.* 26. Submiſſius ſe gerere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 53. Submiſſe dicere. *parlar baſſo*.

Submiſſim, adv. *con baſſa voce*. *Suet. in Aug. c.* 74. Nam & ad communionem ſermonis tacentes, etiam ſubmiſſim fabulantes provocabat.

Submiſſĭo, onis, f. *ſommiſſione*, *abbaſſamento*, ταπείνωσις, χάλασμα, actus ſubmittendi, depreſſio. *Cic.* 1. *Off. c.* 41. Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex cæteris ſimilibus facile judicabimus, quid eorum apta ſiat. *Id. in Orat. c.* 25. Submiſſio orationis. *Id. in Top. c.* 18. Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem; eſt enim æqualis.

Submiſſus, us, m. immiſſio, inductio. *Tertul. l.* 5. *contra Marcion. c.* 16. Ex ſubmiſſu erroris ulciſcitur.

Submiſſus, a, um, *ſommeſſo*, *abbaſſato*, χαλασθείς, nom. ex partic. a ſubmittor. *Liv. lib.* 1. Eam ſubmiſſas infantibus adeo mitem præbuiſſe mammas. *Id. l.* 44. *c.* 9. *de teſtudine militari:* Stantibus primis, ſecundis ſubmiſſioribus, poſtremis etiam genu nixis. ¶ Tranſlate ponitur pro humili, non elato, non claro. *Cic. pro Planc.* Submiſſa voce agam, tantum ut judices audiant. *Cæſ. lib.* 3. *bell. Civ.* Submiſſe oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. ¶ Transfertur etiam

ad ani-

Digitized by Google

ad animum, pro vili, & abjecto. *Cic. 1. Off.* Privatum autem oportet æquo, & pari cum civibus jure vivere, neque ſubmiſſum, & abjectum, neque ſe efferentem. *Id. 4. Tuſc.* Nam videndum eſt in utriſque, ne quid humile, ſubmiſſum, molle, effœminatum, fractum, abjectumque faciamus. ¶ Item pro placato. *Stat. 1. Theb. v. 663.* ardentem tenuit reverentia cædis Latoidem, triſtemque viro ſubmiſſus honorem Largitur vitæ.

Submitto, is, ſi, ſum, a. 3. *ſottomettere*, הכניע, Ger. *nieder laſſen*, Gall. *ſoumettre*, Hiſp. *ſometer*, ὑποτάττω, ſubdo, ſubjicio. *Hor. l. 2. epiſt. 1.* Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor. ¶ Submittere faſces populo, vel januæ domus alicujus dicebantur Magiſtratus, cum tranſeuntes ante populum, vel ad populum concionem habentes, vel alicujus ædes ingredientes, inclinari eos, & deprimi jubebant, & non ſurrectos teneri. *Liv. l. 2. de P. Valerio Poplicola.* Vocato ad concionem populo, ſubmiſſis faſcibus in concionem aſcendit. *Plin. l. 7. c. 30.* Faſces lictorios januæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidenſque ſubmiſerat. ¶ Hinc faſces ſubmittere per Metaphoram eſt cedere. *Cic. in Brut.* Et cum tibi ætas noſtra jam cederet, faſceſque ſubmitteret. ¶ Submittere fœtum matribus eſt ſupponere, ſeu alendum præbere. *Col. l. 7. c. 4.* Singuli agni binis matribus ſubmittendi. ¶ Tauros ſubmittere, eſt ſubjicere jugo ad arandum, domare, ſubjugare. *Virg. 1. Ecl.* Paſcite, ut ante, boves pueri, ſubmittite tauros. Quidam interpretantur, *educate, atque alite propagandæ ſobolis gratia.* ¶ Accipitur etiam pro demittere, deorſum mittere, *laſciar cadere, laſciar andare, laſciar creſcere*, ut Submittere capillum, vel barbam, Submittere progeniem, vel pampinum vitis, idest non reſecare, ſed ſinere, ut creſcat, & uvas progeneret. *Col. l. 3. cap. 10.* Idem ut reſectum ſubmitti, ut progenerare poſſit. *Id. l. 11. c. 2.* Submittere prata in fœnum. *Plin. l. 7. epiſt. 27.* Reis moris eſt ſubmittere capillum. ¶ Submittere genua, eſt flectere, & incurvare. *Plin. l. 8. c. 1. de elephantis:* Nam, quod ad docilitatem attinet, Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. *Id. l. 11. c. 48.* Hac de cauſa inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus, non poſſunt. ¶ Submittere ſe, per Tranſlationem, eſt ſe ſe humiliare. *Cic. de Am.* Quamobrem ut ii, qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodammodo inferiores extollere. *Id. pro Planc.* Appellavi Populum, Tribubus ſubmiſi me, & ſupplicavi. ¶ Submittere animum, eſt animum deſpondere, demittere. *Brutus ad Antonium l. 11. Fam. epiſt. 3.* Neque enim decet, aut convenit nobis periculo ulli ſubmittere animum noſtrum. *Liv. l. 23. c. 25.* Ne, qui Cannenſi ruinæ non ſuccubuiſſent, ad minores calamitates animos ſubmitterent. ¶ Vocem ſubmittere, eſt demittere, remittere. *Cic. 5. Ver.* Sæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſubmittere, ut ille princeps quam maxime excellat. ¶ Uſurpatur quoque pro minuere, extenuare. *Plin. l. 29. c. 1.* Sed ænuli pretia ſubmittunt. ¶ Item pro clanculum, & furtim mittere, ſeu allegare. *Cic. 5. Verr.* Submittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos, qui ſaperent, ut tranſigerent. *Cæſ. l. 4. bell. Gall.* Et quos laborantes conſpexerat, iis ſubſidia ſubmittebat. *Suet. in Cæſ.* Submiſſis nonnunquam lictoribus, atque militibus. ¶ Item pro ſubornare. *Suet. in Ner. c. 28.* Submiſſis Conſularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent. ¶ Item pro ſubrogare, vel ſucceſſorem mittere alicui. *Cic. de Prov. Conſ.* Hunc vos non ſubmittetis? hunc diutius manere patiemini? ¶ Item pro ſubſtituere. *Ulp. l. vetus fuit quæſtio, in fine, ff. de uſufructu:* Debebit ex natis gregem ſupplere, idest in locum capitum defunctorum, vel inutilium alia ſubmittere. ¶ Item pro admiſſarios facere, alere procreandæ cauſa ſobolis. *Virg. 3. Georg. v. 160.* Et quos aut pecori maluit ſubmittere habendo. *Id. ibid. v. 73.* Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis.

Submœſtus, a, um, adject. *alquanto meſto*, ſubtriſtis. *Ammian. l. 30. c. 5.* Demiſſe anhelans, ſemperque ſubmœſtus.

Submoleſte, adv. ὑποδυσφόρως, aliquantum moleſte. *Cic. Att. l. 5. epiſt. 21.* Te non eſſe Romæ meo tempore pernecеſſario, ſubmoleſte fero.

Submoleſtus, a, um, ὑπενοχλητικός, nonnihil moleſtus. *Cic. ad Att. l. 16. ep. 4.* Illud eſt mihi ſubmoleſtum, quod parum properare Brutus videtur.

Submoneo, es, a. 2. ὑπομιμνήσκω, latenter, leniter, paucis moneo. *Ter. Eun. 5. 3. 25.* Submonuit me Parmeno, quod ego arripui. *Plin. l. 2. ep. 6.* Quoties paululum itinere decedere non intempeſtivis amœnitatibus ſubmonebamur.

Submoroſus, a, um, ὑποδύσκολος, nonnihil moroſus. *Cic. 2. de Or. c. 69.* Me quidem hercule valde illa movent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula.

Submotor, oris, m. qui ſubmovet. *Liv. l. 45. c. 29.* Submotor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia oculis, auribuſque.

Submotus, a, um, *rimoſſo*. *Cic. pro Flacc.* Quæ ſciſceret Plebs, aut quæ Populus juberet ſubmota concione, diſtributis partibus, &c. *Plin. l. 2. epiſt. 12.* Submotus a proconſulatu.

Submotus, vel Summotus, us, m. actus ſubmovendi. *Plin. l. 8. c. 46. de Api.* Cum ſe proripuit in cœtus, incedit ſubmotu lictorum. Sunt, qui aliter leg.

Submoveo, es, vi, tum, a. 2. *rimuovere*, הסיר, Ger. *dannenſchaffen*, Gall. *oter, detourner*, Hiſp. *arredrar*, ἀπωθέω, clam removeo, arceo, depello, removeo, amoveo. *Liv. l. 3. c. 48.* I, inquit, lictor, ſubmove turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. *Id. l. 28.* Lictor apparuit, ſubmovente eo, inceſſerunt. ¶ Faſces, & ſecures prælatæ ſunt, *facendo agio largo, a ſtrada fra la turba.* *Senec. de Provid.* Felix Sylla, quod ei deſcendenti in foro gladio ſubmovetur. *Vellej. l. 2. c. 68.* Submovere a republica. *Rurſus Liv. l. 40.* Submovere aliquem in extremam aciem. ¶ Tranſlate ſumitur pro cohibere, abſterrere. *Cic. pro R. Am.* Ut quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſubmoverentur. ¶ Item pro ſeparare. *Plin. l. 3. c. 20. de Apibus:* Germaniam ab Italia ſubmovent. ¶ *Submoſſes* pro ſubmoviſſes, eſt *Horatii l. 1. Sat. 9.*

Submuſſo, vel Summuſſo, as, n. 1. ſubmiſſe muſſo. *Attius & Enn. apud Feſtum.*

Submuſſor, vel Summuſſus, i, m. idem ac murmurator. *Nævius apud Feſtum.*

Submuto, vel Summuto, as, a. 1. *mutare*, aliquid pro alio muto, ὑπαλλάσσω. *Cic. in Orat. c. 27.* Hanc Hypallagen Rhetores, quia quaſi ſubmutantur verba pro verbis, Metonymiam Grammatici vocant. Reſpicit *Cic.* ad verbum Græcum ὑπαλλάττω.

Subnaſcor, eris, d. 3. ὑποφύομαι, ultro, & poſt jam nata naſcor, ſuccreſco. *Plin. l. 13. c. 23.* Atque ita ſubnaſci ſui generis palmas. *Id. l. 12. c. 3.* Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus. ¶ Hinc particip. ſubnatus. *Ovid. in Halieut. v. 90.* Num vada ſubnatis imo viridentur ab herbis.

Subnato, as, n. 1. *nuotar ſotto*. *Silius l. 14. v. 483.* pars ſubnatat unda Membrorum, pars extat aquis.

Subnecto, is, xui, xum, a. 3. *attaccare*, Germ. *underbinden*, Gall. *lier, mettre par deſſous*, Hiſp. *atar por debaxo*, ὑποδέω, ὑφάπτω, ſub aliqua re necto, ſubligo, appendo. *Virg. 5. Æn.* Lato quam circum amplectitur auro Baltheus, & tereti ſubnectit fibula gemmæ. *Plin. l. 28. c. 1.* Duabus literis Græcis P, & A, chartam inſcriptam, circumligatam lino, ſubnectebat collo. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſubjungere, adjungere, adſcribere. *Plin. l. 24. c. 14.* His ſubnectemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum eſſent. Aliud exemplar habet, *ſubjungemus*. *Quinctil. l. 3. cap. 3.* Ita, ut inventioni judicium ſubnecterent.

Subnego, as, a. 1. ὑπαρνέομαι, fere, vel quodammodo nego. *Cic. l. 7. Fam. ep. 20.* Veruntamen quod præſenti tibi prope ſubnegaram.

Subnervo, as, a. 1. *ſnervare*, nervo cædo, debilito, ὑπονευρίζω. *Tertull. adverſ. Judæos, c. 10.* Subnervare taurum. *Apulej. in Apolog.* Subnervare calumnias.

Subnexus, a, um, partic. a ſubnector. *Stat. 5. Silv. 3. v. 115.* Specieque comam ſubnexus utraque.

Subniger, gra, grum, *negretto*, ὑπομέλας, nonnihil habens nigredinis. *Plaut. Merc. 3. 4. 55.* Bucculentum, breviculum, ſubnigris oculis, oblongis malis. *Varro l. 2. de re ruſt. c. 6.* Subnigris labris pecudes.

Subnivalis. V. Subdivalis.

Subnixus, a, um, particip. verbi Subnitor, cujus alia tempora non ſunt in uſu, *chi s' appoggia, a ſoſtegno*, ſe fulciens, nixus alicui rei. *Manil. l. 1. v. 376.* Axe ſubnixum mundus. *Virg. 1. Æn.* Solio ſubnixa reſedit. ¶ Accipitur interdum pro fidenti. *Liv. l. 4. c. 42.* Subnixus & fidens innocentiæ animus. *Gell. l. 17. c. 8.* Subnixo animo, h. e. erecto, fiducia pleno. ¶ Et in malam partem pro elato, arroganti. *Cic. 1. de Orat.* Hæc quam ſit facilis, illi viderint, qui ejus artis arrogantia, quaſi difficillima ſit, ita ſubnixi ambulant. *Liv. l. 23.* Qui Annibalem ſubnixum victoria Cannenſi ab Nola repuliſſet.

Subnoto, as, a. 1. *notare, oſſervare*, ὑποσημειόω, idem ac noto, obſervo, animadverto. *Martial. l. 1. ep. 38.* Et non ſobrie verba ſubnotaſti. *Id. l. 6. ep. 82.* Quidam me modo, Rufe, diligenter inſpectum, velut emptor, aut laniſta, Cum vultu, digitoque ſubnotaſſet. ¶ Ponitur etiam pro ſubſcribere, *ſottoſcrivere*, ὑπογράφειν. *Plin. l. 1. ep. 10.* Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas.

Subnuba, æ, f. quæ uxoris loco in domo eſt, pellex. *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 153.* Quod gemis Hypſipyle, lecti quoque ſubnuba noſtri. Alii leg. *ſuccuba*.

Subnubilus, a, um, *oſcuretto*, ὑπονέφελος, aliquantum nubilus, ſubobſcurus. *Cæſ. lib. 3. bel. Civ. cap. 54.* Et quinque intermiſſis diebus, alteram noctem ſubnubilam nactus, tertia inita vigilia, ſilentio exercitum eduxit. *Ovid. 2. de Rem. Am. v. 599.* Limes erat tenuis longa ſubnubilus umbra.

Subo, as, n. 1. κυβέω, Veneream libidinem habeo, libidine prurio. Dicitur proprie de ſuibus fœminis, ut *ſurio* de maribus. *Plin. l. 10. c. 63.* Verres ſubantis audita voce, niſi admittatur, cibum non capit. ¶ Tranſlate dicitur etiam de aliis animalibus. *Apul. in Apol.* Memento de ſolis piſcibus hæc volumina a me conſcripta: qui eorum coitu progignantur, qui ex limo coaleſcant, quoties, & quid anni cujuſque eorum generis fœminæ ſubent, mares ſuriant. *Lucret. l. 4. v. 1190.* Nec ratione alia volucres, armenta, feræque, Et pecudes, & equæ maribus ſubſidere poſſent, Si non ipſa quod illarum ſubat, ardet abunde Natura &c. ¶ Item de hominibus. *Hor. Epod. 12.* Jamque ſubando Tenta cubilia, tectaque rumpit.

Subobſcœnus, a, um, ὑπαισχρος, non omnino vacans obſcœnitate. *Cic. in Orat. c. 26.* Ut nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit, nec ſubobſcœno, ne mimicum.

Subobſcure, adver. *alquanto oſcuramente*. *Gel. l. 3. c. 14.* Subtiliter quidem, ſed ſubobſcure explicat.

Subobſcurus, a, um, ὑποσκοτεινός, aliquantum obſcurus, intellectu difficilis. *Cic. de Cl. Or. c. 7.* Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.

Subodioſus, a, um, ὑπομισητός, aliquantulum odioſus. *Cic. Att. l. 1. ep. 5.* Cum eas audire (quod erat ſubodioſum) leve putaſſem.

Subodoror, aris, depon. *ſubodorare, preſentire, penetrare qualche coſa occulta*. Eſt *Ammian. l. 26. c. 1.*

Suboffendo, is, a. 3. ὑποσκάζω, aliquantulum offendo. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Nam apud illam perditiſſimam, atque infimam fæcem populi Pompejus propter Milonem ſuboffendit.

Suboleo, es, lui, litum, n. 2. ὑπόζω, leniter oleo, idest odorem reddo, & tranſlate præſentior, indicium do. *Plaut. Caſ. 2. 3. 48.* Te ecaſtor tibi homo malam rem quæris. *Sc.* ſubolet, ſentio. *Id. ibid. v. 59.* Subolet jam uxori, quod ego machinor. *Ter. Phorm. 3. 1. 10.* Numquid patri ſubolet?

Suboleſco. V. Soboleſco.

Subolfacio, is, a. 3. idem quod olfacio. *Petron. in Satyr.*

Suboptio, onis, inter munera militaria recenſetur, & ſignificat eum, qui Tribuno, vel Centurioni, vel alteri cuicunque vicariam operam præſtat. Legitur in Inſcriptionibus apud *Gruter. pag. 529. n. 8. & apud Fabrett. p. 345.* V. *Optio*.

Suborior, iris, vel eris, ortus ſum, ὑπογίγνομαι, ſubnaſcor, exurgo. *Lucr. l. 1. v. 1035.* Ex infinito ſuboriri copia poſſet. *Plin. l. 2. c. 93.* Metallorum opulentia tam varia, tam fœcunda, tot ſæculis ſuborientium.

Subornator, oris, m. qui ſubornat, & inſtruit. *Ammian. l. 15. 5. 8.* Subornatore, & conſcio præfecto prætorii. *Lamprid. in Commod. c. 13.* Servorum ſubornatores.

Subornatus, a, um, *ſubornato*. *Liv. l. 39.* Itaque ad inſidiam ei faciendam legatos Ambracienſes ſubornatos criminibus in Senatum introduxit, idest clam inſtructos criminandi materia. *Cic. in Vatin. c. 1.* Accuſatores ſubornati, & inſtructi. ¶ Item ornatus, inſtructus, munitus. *Senec. epiſt. 24.* Vides hominem non eruditum, nec ullis præceptis contra mortem ſubornatum. *Id. 3. de Benef. c. 28.* In militiam, & quidem non vulgarem cultum ſubornati. *h. e.* veſtiti. *Cic. 1. de leg. c. 22.* Intelliget, quemadmodum a natura ſubornatus in vitam venerit, quantaque inſtrumenta habeat ad obtinendam ſapientiam.

Suborno, as, a. 1. ὑποκοσμέω, aliquantulum orno, honoro, laudo. *Plancus Cic. l. 10. Fam. ep. 23.* Tu Cicero, quod adhuc feciſti, idem præſta, ut vigilanter, nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. ¶ Subornare item accipitur pro clam ſubmittere, latenter ſeducere, *ſubornare*. *Cic. pro Dejot.* Medicum indicem ſubornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. *Id. pro Roſc. Com. c. 17.* Falſum ſubornavit teſtem Roſcius Cluvium. *Id. Phil. 13. c. 16.* Pecunia aliquem ſubornare.

Subortus, us, m. idem quod ortus, exortus. *Lucret. l. 5. v. 303.* Sic igitur ſolem, lunam, ſtellaſque putandum Ex alio, atque alio lucem jactare ſuborto. ¶ Eſt etiam idem quod occaſus, nam quemadmodum ortus dicitur cum ſidus aliquod ſupra terras apparet, ita ſubortus cum ſub terris oritur. *Manil. l. 3. v. 384.* Stant vero ſtellarum ortus, cuique ſubortus.

Subostendo, is, a. 3. idem fere quod oſtendo. *Tertullian. l. 4. adverſ. Marcion. 1. 38.*

Subpallidus, a, um, *pallidiccio, pallidetto*, ὕπωχρος, ad pallorem accedens, vel aliquantulum pallidus. *Celſ. l. 5. c. 28.* Alterum eſt minus ſuper corpus

Digitized by Google

pus eminens, durum, latum, ſubviride, ſubpallidum, magis exulceratum. Adde *l. 2. c. 4.*

Subpalpor. V. Suppalpor,

Subpatĕo, es, ui, n. 2. ſubtus pateo. *Apulej. l. 8. Metam.* Delapſus in proximam foveam, quæ fruticibus imis ſubpatet, *Id. l. 7.* Immitto me campis ſubpatentibus.

Subperturbo, as, a. 1. aliquantum turbo, *Senec. in apocolocynth. ſub fin.* Puſillum ſubperturbatur. Sunt qui leg. *ſuperturbatur*.

Subpingo, is, n. 3. idem quod pingo. *Auson. in prognoſt. Arat. v. 132.* ignito ſubpinxerit ora rubore.

Subpinguis, & gue, *graſſetto*, ὑπόπιων, nonnihil pinguis. *Celſ. l. 6. c. 4.* Pejus eſt, quod denſam cutem, & ſubpinguem, & ex toto glabram fecit.

Subpræfectus, i, m. *ſottoprefetto*. Inſcriptio apud Gruter. *pag. 493. n. 6. & 523. n. 4.*

Subprocurātor, oris, m. qui ſub procuratore rem adminiſtrat. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 591. n. 1.* Æliæ Agrippinæ Conjugi Kariſſimæ Hypaticus Augg. Lib. Subproc. XX. benemerenti fecit.

Subpŭdet. V. Suppudet.

Subradĭo, as, a. 1. irradio, illuſtro. *Tert. de reſurrect. carn. c. 29.*

Subrādo, is, ſubtus rado, vel modice rado. *Cato R. R. c. 50.* In vineis ficos ſubradito alte.

Subrancĭdus, a, um, ὑπόσαπρος, aliquantulum rancidus, *Cic. in Piſ. c. 27.* Exſtructa menſa, non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

Subrāſus, a, um, nom. ex particip. aliquantum, vel ſubtus raſus. *Pallad. l. 3. tit. 4.* Arbor ferrea ſtrigili ſubraſa hilarior fiet.

Subraucus, a, um, ὑποβραγχώδης, aliquantulum raucus. *Cic. de Clar. Orat. c. 38.* Omniſque motus cum verbis, ſententiiſque conſentiens, vox permanens, verum ſubrauca natura.

Subrectĭo, onis, f. actus erigendi. *Arnob. l. 5.* Phallorum illa, faſcinorumque ſubrectio, quos ritibus annuis adorat, & concelebrat Græcia.

Subrectūrus, a, um, particip. a *ſubrigo*, h. e. ſuſtollo, erigo. *Plin. l. 37. c. 9. de quodam Obeliſco*. Ipſe Rex cum ſubrecturus eſſet, vereretur que, ne machinæ ponderi non ſufficerent, &c.

Subrectus, vel Surrectus, a, um, ἀνορθωθείς, erectus, elevatus, altus. *Sil. l. 10. v. 252.* Conjunxit in haſtam Ilia cornipedis ſubrecta cuſpide transfix. *Colum. l. 7. c. 3.* Surrecta & patula cornua. *Senec. l. 6. quæſt. nat. c. 21.* Subrecti montes. *Liv. l. 7. c. 10.* Mucrone ſurrecto.

Subrefectus, a, um, nom. ex particip. *riſtorato alquanto*. *Vellej. l. 2. c. 123.* Subrefectus aſpectu, alloquioque cariſſimi.

Subregŭlus, i, m. *picciolo Re, e ad altri ſoggetto*. *Ammian. l. 17. c. 27.* (al. 12.) Agilimundus ſubregulus, aliique optimates.

Subremanĕo, es, n. 2. idem quod remaneo. *Tertullian. de anim. c. 18.* Aqua nec in fine ſubremanet.

Subremĭgo, as, n. 1. ὑπερέσσω, ſubtus remigo. *Plin. l. 9. c. 20.* Brachiis ſubremigans, media cauda, ut gubernaculo, ſe regit. *Virg. 10. Æn.* Ac læva tacitis ſubremigat undis.

Subrēpo, is, pſi, ptum, n. 3. *rampicarſi di naſcoſto*, ὑφέρπω, latenter repo. *Col. l. 9. c. 1.* Siquidem propter exiguitatem corporis facile alatbris ſubrepunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro ire, ſubire. *Cic. pro Sext. c. 59.* Emergebat ſubito, cum ſub tabulas ſubrepſerat. ¶ Item pro venire, advenire, accedere. *Tibull. l. 1. el. 1.* Jam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit. *Plin. l. 2. c. 22.* Huic oblivionem ſibi ſubrepere ajunt. ¶ Item pro paulatim ingredi. *Quinctil. l. 4. c. 1.* Inſinuatio ſubrepat animis, maxime ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. ¶ *Subrepſti* pro *ſubrepſiſti*, per ſyncopen. *Catul. ad Rufum, carm. 78.* (al. 76.) ¶ Scribitur & *ſurrepo*.

Subreptĭo, onis, f. ἁρπαγμός, actus ſubrependi, fallacia, fraus. *Apulej. l. 10. Metam.* Dejerant, nullam ſe prorſus fraudem, nullam ſubreptionem factitaſſe. ¶ Elicere, vel impetrare aliquid per ſubreptionem eſt obtinere aliquid a ſuperiore per falſam rei narrationem, vel ſimulatæ cauſæ ſubjectionem, *leg. 2. Cod. de legib. & conſtitut.* Nec habeat fructum reſcripti per ſubreptionem eliciti.

Subreptītius, vel Surreptitius, a, um, adject. *ſurrettizio, furtivo*, κλοπιμαῖος, ὑποβολιμαῖος, qui clam ſurreptus eſt, a *ſurripio*. *Plaut. Men. prol. v. 60.* Adoptat illum puerum ſurreptitium ſibi filium. ¶ Item qui clancularius, celatus, a ſubrepo. *Id. Curcul. 1. 3. 48.* Quouſque, quæſo, ad hunc modum inter nos utimur amore ſubreptitio?

Subreptĭto, as, n. 1. ὑφερπύζω, freq. a ſubrepo. *Cato apud Gell. l. 10. c. 13.* In cubiculum ſubreptitavit e convivio.

Subreptīvus, a, um, adject. *ſurrettizio, finto, falſo*, ut, ſubreptiva defenſione muniri. *leg. un. Cod. Theodoſ. de mancipib.*

Subreſĭdĕo, es, n. 2. ſubſiſto, pauſam facio, ceſſo. *Tertullian. l. 2. ad uxor. c. 8.*

Subrīdĕo, es, ſi, ſum, n. 2. *ſorridere, ghignare, ſogghignare*, Ger. *lächlen*, Gal. *ſourire*, Hiſp. *ſonreyr*, ὑπομειδιάω, latenter rideo, aliquantulum, leviter rideo. *Cic. pro R. Com. c. 8.* Qua de cauſa? ſubridet Saturius veterator, ut ſibi videtur. *Virg. 10. Æn. v. 742.* Subridens mixta ira.

Subrīdĭcŭle, adv. ὑπογελοίως, aliquantulum ridicule. *Cic. 2. de Orat. c. 61.* At in male olentem, Video me a te circumveniri, ſubridicule Philippus.

Subrĭgo, vel Surrĭgo, is, rexi, rectum, a. 3. *alzare*, הרים, Ger. *aufſetzen*, Gall. *dreſſer, elever*, Hiſp. *enſalçar, enheſtar*, ἐγείρω, erigo, in altum elevo. *Virg. 3. Æn. v. 183.* Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. *Plin. l. 36. c. 9.* Subrigere obeliſcum. *Id. l. 10. c. 29.* Subrigere criſtam. ¶ *Surgite* pro *ſurrigite* per ſyncopen. *Plaut. in fine Epidici*. Plaudite, valete, lumbos ſurgite, atque extollite.

Subrĭgŭus, a, um, *alquanto bagnato*, ὑπόβροχος, aliqua ex parte riguus, ſubaquoſus. *Plin. l. 17. c. 18.* In craſſo, aut humido, aut ſubriguo, a meſſe ad brumam.

Subringor, eris, depon. 3. aliquantulum ringor, ſtomachor, iraſcor. *Cic. ad Attic. epiſt. 5.* Erimus uberiores, ſi & ille libenter accipiet; & ſi ſubringentur, qui villam me moleſte ferunt habere.

Subrĭpĭo. V. Surripio.

Subrogatus, vel Surrogatus, a, um, nom. particip. *ſoſtituito*, ſuffectus. *Valer. Max. l. 6. c. 3. n. 2.* Magiſtratibus non ſubrogatis.

Subrŏgo, vel Surrŏgo, as, a. 1. *ſoſtituire*, Ger. *an eines and'rn ſtellerwehlen*, Gal. *ſubroger, ſubſtituer*, ἀντικαθίστημι, ſubſtituo, alterum in demortui locum ſufficio. *Cic. ad Brut. epiſt. 5.* Statim enim collegam ſibi ſubrogaſſet. *Liv. l. 2. c. 7.* Quia nec collegam ſubrogaverat in locum Bruti. ¶ Lex ſubrogari dicitur, cum ei aliquid adjicitur. *Ulpian. in fragment. tit. 1.*

Subroſtrāni, m. 2. qui plurimum obambulant ſub Roſtris, quod faciebant homines otioſi, omniumque rumorum aucupes. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Te ad 9. Cal. Jun. ſubroſtrani (quod illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe. Alii leg. *Subroſtrarii*.

Subrotātus, a, um, adject. Subrotatus aries dicitur a *Vitruv. l. 10. c. 19.* militaris machina, quæ rotis ſuppoſitis agitur.

Subrotundus, a, um, adject. *ritondetto*, aliquantulum rotundus, ut ſubrotunda radicula, apud *Celſ. l. 5. c. 28. n. 14.*

Subrubĕo, es, n. 2. ὑπερυθριάω, aliquantum rubeo, nonnihil rubeo. *Ovid. l. 2. de ar. am. v. 316.* Pleraque purpureo ſubrubet ova mero.

Subrŭber, a, um, adject. *alquanto roſſo*. *Celſ. l. 5. c. 28.* Subrubra caro.

Subrubĕus, pro ſubruber uſurpatur a *Nonio* Grammatico *c. 19. n. 8.* Oſtrinum, inquit, ab oſtri colore, qui eſt ſubrubeus.

Subrubicundus, a, um, *roſſetto*, ὑπέρυθρος, rubicundulus, aliquantum rubicundus. *Plin. l. 25. c. 13.* Herbæ eſt triginta ſpecies, & mollitiu, cauliculis ſubrubicundis. *Senec. 3. de Ira, c. 4.* Subrubicundus vultus.

Subrūfus, a, um, ὑπόπυρρος, aliquantulum rufus. *Plaut. Capt. 3. 4. 115.* Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. *Plin. l. 37. c. 10.* Indica gentium ſuarum habet nomen, ſubrufo colore, in attritu ſudorem purpureum emanat.

Subrūmo, as, a. 1. ſub mammam ſubmitto, a *ruma*. *Feſtus:* Subrumari dicuntur hædi, cum ad mammam admoventur, quia ea rumen vocabatur, vel quia rumine trahunt lac ſugentes. *Col. l. 7. c. 4.* Ut & ſuis quotidie matribus, & alienis non amantibus agni ſubrumentur.

Subrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere*, idem ac rumpo. *Arnob. l. 2.* Aliorum ſubrumpant, & labefaciant ſcita.

Subrūmus, a, um, ὑπομάζιος, quod adhuc ſub mamma eſt, a *ruma*, qua mammam notet. *Varro l. 2. de R. R. c. 1.* Si parum habet lactis mater, ſubjiciat ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi, idest ſub mamma. Antique enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. *Feſt.* Mamma autem rumis dicitur. Unde ruſtici hædos lactentes ſubrumos vocabant, qui adhuc ſub mammis habeantur.

Subruncātor, oris, m. Hoc nomine Deum olim invocabat Flamen Cerealis, teſte Fabio Pictore apud *Serv. ad Virg. 1. Georg.*

Subruncīvi, vel Surruncivi limites, *ſtrade conſortive*, in agris dicuntur, ubi terra runcatur, & a vepribus, ſentibuſque purgatur, ut iter facientibus expedita tranſitio ſit. Differunt ab actuariis, quia hi omnium iter facientium commodo inſerviunt. ſubruncivi vero finitimorum, & menſuræ tantum diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti. *Hygin. de limitib. pag. 152. edit. Gerſ.*

Subrŭo, is, rui, rutum, a. 3. *ſcavare, rovinare*, ערע, Ger. *untergraben*, Gall. *ruer deſſus deſſous*, Hiſp. *derrocar*, ὑπορύττω, ſuffodio, vel ſuffoſſo fundamento diruo. *Cæſ. l. 2. Bell. Gal. c. 6.* Teſtudine facta portis ſuccedunt, murumque ſubruunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro vincere, domare, ſubjugare. *Hor. l. 3. od. 16.* Et ſubruit æmulos Reges muneribus. ¶ Item pro confundere, perturbare, evertere. *Lucr. l. 4. v. 864.* Et omnis ſubruitur natura.

Subruſtĭce, adverb. aliquantum ruſtice. *Gell. in præfat. operis, ſub l. ult. c. ult.* Incurioſe, ac prope ſubruſtice.

Subruſtĭcus, a, um, *ruſtichetto, villanelle*, ὑπάγροικος, aliquantum ruſticus. *Cic. de clar. Orat. cap. 74.* Sonabatque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeque ſubruſticum. *Id. 5. Famil. ep. 12.* Pudor quidam pene ſubruſticus.

Subrutĭlo, as, n. 1. clarus aliquantum ſum. *Claud. Mamert. l. 1. de ſtatu anim. cap. 25.* Si purgatæ mentis intendas aciem, ſubrutilare tibi jam debet, quid ſit anima.

Subrutĭlus, a, um, *roſſetto*, ὑπέρυθρος, in rutilum vergens colorem. *Plin. l. 10. c. 3.* Media magnitudine, colore ſubrutilo rarum conſpectu.

Subrŭtus, a, um, nom. partic. *rovinato, diroccato*. *Liv. l. 21. c. 11.* Subruti cuniculo muri. *Stat. 9. Theb.* Veſtigia ſubruta limo fallaci.

Subſalſus, a, um, ὑφαλμυρος, quod ſalis ſaporem nonnihil refert. *Plin. l. 21. c. 29.* Subſalſe guſtanti herba.

Subſanno, as, a. 1. *beffeggiare, ridere di alcuno*, לעג, Germ. *verſpotten*, Gal. *ſe mocquer*, Hiſpan. *eſcarnecer*, χλευάζω, irrideo, a *ſanna*, quæ eſt oratio cum mordacitate aliquem ridens. *Tertull. adverſ. Jud. c. 11.*

Subſcrībendarĭus, ii, m. qui ſubſcribit. Eſt nomen officii, de quo aliquoties mentio fit in *Cod. Theodoſ.*

Subſcrībo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſottoſcrivere*, Ger. *unterſchreiben*. Gal. *ſouſcrire*, Hiſp. *firmar*, ὑπογράφω, eſt ſub aliqua re ſcribere. *Cic. pro Cluent.* Sicut in ſtatuis inauratis, quas poſuit ad Juturnæ, quibus ſubſcripſit, Reges a ſe in gratiam eſſe reductos. *Trebon. Cic. l. 12. Fam.* Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnavi tibi muneſculum ex inſtituto meo, & tibi infra ſubſcripſi. ¶ Eſt etiam ſimpliciter adnotare. *Cic. Ver. 5. c. 51.* Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. *ſi dà in nota*. *Quintil. l. 12. c. 8.* Nec ſit tantæ memoriæ fiduciæ, ut ſubſcribere eudire pigeat. ¶ Tranſlate ponitur pro favere, adſtipulari, aſſentiri. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 2.* Neve, precor, magni ſubſcribite Cæſaris iræ. *Celſ. l. 3. c. 4.* Ulterioribus diebus cubantis luxuriæ ſubſcripſit, *ſoddisfece l'appetito dell'infermo*. ¶ Frequens eſt hujus verbi uſus in judiciis. Itaque *ſubſcribere judicium cum aliquo* eſt actionem ſeu judicium inſtituere, judicio cum aliquo experiri, *piantare una lite*. *Subſcribere alicui in aliquem* eſt accuſatorem ſe cum aliquo contra alterum profiteri. Qui enim reos deferre, ſeu accuſare parabant, non ante admittebantur, quam eorum, quibus intendebant litem, nomina perſcripſiſſent in libro, quem offerrent judicibus, & ſubſcripſiſſent ſuum: ſimiliter qui ſe contra aliquem accuſatores adjungebant, ſuum nomen cum aliis accuſationis ſocur ſubſcribebant. *Plin. l. 5. epiſt. 1.* Ille cum ceteris ſubſcripſit centumvirale judicium, mecum non ſubſcripſit. *Et paulo poſt.* Scit te non ſubſcripſiſſe mecum, & jam biennium tranſiſſe, omniaque me uſucepiſſe. *Cic. pro Cluent. c. 47.* Nam in L. Popilium ſubſcripſit L. Gellius, quod is pecuniam accepiſſet. *Id. Q. Fr. l. 3. epiſt. 3.* Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, ſubſcribente privigno Memmio. *Nepos in Attic. c. 6.* Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſavit. ¶ Hinc *Subſcribere dicam alicui* eſt actionem intentare. *Plaut. Pæn. 3. 6. 5.* Cras ſubſcribam homini dicam. ¶ *Cauſam ſubſcribere*, eſt ſententiam ferre, & ſuo nomine ſubſignare, *ſottoſcrivere la ſentenza*. *Id. pro Cluent. cap. 42.* Videte, judices, animadvertiſſe cenſores in judices quoſdem illius conſilii Juniani, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. *Id. ibid. cap. 45.* Nam hæc quidem, quæ de judicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt, qui ab illis ſatis cognita, & diligenter judicata arbitretur?

Subſcriptĭo, onis, fem. *ſottoſcrizione*, Germ. *underſchreibung*, Gal. *ſubſcription*, Hiſp. *firma*, ὑπογραφή, actus ſubſcribendi, ſubſignatio. *Cic. Att. lib. 6.* At mehercule ego cum in turma auratarum equeſtrium, quas hic Metellus in Capitolio poſuit, animadvertiſſem in Scrapionis ſubſcriptione Africani imaginem. *Ulp. l. 1. ff. de conſtit. Princip.* Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, &c. Hotomannus hoc loco notet, ſubſcriptiones Principum eſſe conſtitutiones, quibus reſpondent præſentibus ſeſe per libellus conſulentibus; nam cum abſentibus reſponderent, epiſtolas vocari. ¶ Interdum ſubſcriptio epiſtolæ dicitur non ipſa nominis perſcriptio, ſed clauſula adjecta, qua felicitas optabatur iis, ad quos mittebatur epiſtola. Hac ratione (ut docet ex Dione *Caſaubonus*) intelligendus eſt locus ille *Suetonii in Tiber. c. 32.* Cum Rhodiorum magiſtratus, quod literas publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, evocaſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo juſſos ſubſcribere remiſit. ¶ Eſt etiam ſubſcriptio idem quod adnotatio, perſcriptio. *Cic. Ver. 5. c. 48.* In Leontino agro jugerum ſubſcriptio, & profeſſio non eſt plus xxx millium. ¶ In judiciis ſubſcriptio accipitur pro ſententiæ latione, ſeu pro ſcriptione, quæ fit ad ſententiam feren-

forendam, giudizio, ſentenza. Cicer. pro Cluent. c. 43. Itaque illud oſtendam, populi R. ſuffragiis ſæpenumero cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas. Et c. 44. Ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis civibus, quam illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre. ¶ Item pro accuſatione. Quinctil. declam. 15. Numquid inique, judices, in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos velitis æſtimare, ſed moribus? Senec. l. 3. de Benef. c. 26. Subſcriptionem componere. Alii leg. proſcriptionem. Cic. Divin. in Ver. c. 15. Ex illo grege moratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt. h. e. facultatem ſubſcribendi ſui nominis una cum principe Verris accuſatore, & ſimul cum eo accuſandi. V. Subſcribo.

Subſcriptor, oris, m. qui ſubſcribit. Specialim ſumitur pro eo, qui accuſatori adjungitur, ſecundaſque obtinet accuſationis partes. Cic. Divin. in Ver. c. 15. Venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Ubi Aſconius: Subſcriptores dicuntur, qui adjuvare accuſatorem ſolent, quos oportebit ſubmiſſius agere, quam eum, quem ſequebantur. Adde l. 3. Q. Fr. ep. 4. ¶ Ponitur etiam pro eo, qui ejuſdem eſt ſententiæ, pro approbatore. Gell. l. 5. c. 21. Quum ſubſcriptores, approbatoreſque hujus verbi habemus.

Subſcus, udis, f. ſpranga, tabella lignea, vel alius materiæ, utrinque in modum caudæ hirundinis ſucciſa, quæ immittitur, ut trabes, aliave committat. Feſtus: Subſcudes appellantur cuneatæ tabellæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur, quia quæ immittuntur, ſucciditur. Pacuvius in Nyptris: Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei. Plautus in Aſtraba: Terebratus multum ſit, & ſubſcudes addite. ¶ Differt ſubſcus a ſecuricula, quia hæc ex una tantum parte in modum parvæ ſecuris ſeu hirundininæ caudæ formatur, & immittitur, ſubſcus vero ex utraque parte eam figuram habet, & utrinque compingitur; hujuſmodi eſt ferrum illud, quod in molendini ſuperiorem molam immiſſum, eam ſuſtinet, & verſat, quod proinde a Vitruv. l. 10. c. 10. ſubſcus ferrea appellatur. Id. Vitruv. l. 4. cap. 7. Ex trabes ita ſint compactæ ſubſcudibus, & ſecuriculis, ut compactura duorum cubitorum habeat laxationem. ¶ In plur. numero ſubſcudines pro ſubſcudes dixit Auguſtin. l. 15. de Civ. Dei.

Subſecivus, vel ſubſicivus (a ſub, & ſeco) vel Subciſivus, vel Succiſivus (a ſub, & cædo) a, um, adject. quod ſucciditur, ſeu ſubſecatur. Hinc ſubſecivum tempus eſt, quod veluti ſubſecatur & detrahitur a gravioribus, & ordinariis negotiis, & occupationibus, & in aliquas res obiter, & quaſi furtim impenditur: & ſubſeciva opera, quæ tali tempore impenditur. Gell. l. 18. c. 10. Quantum temporis habui ſubſicivi, medicinæ quoque libros attigi. Plin. in præfat. hiſt. natur. Succiſivis temporibus iſta curamus, ideſt nocturnis, ne quid veſtris putetis ceſſatum horis. Cic. 2. de Orat. c. 89. Quæ ego ſero, quæ curſim arripui, quæ ſubſecivis operis, ut ajunt, iſte a puero, ſummo ſtudio, ſummis doctoribus. Gruter legit ſubciſivis ex MSS. Senec. ep. 53. Exercet philoſophia regnum ſuum; dat tempus, non accipit: non eſt res ſubſeciva, ordinaria eſt. h. e. non eſt obiter, & quaſi aliud agendo tractanda, ſed primis & ordinariis curis, & ſenis. Adde Plin. jun. l. 3. epiſt. 15. & Cic. l. 1. de Legib. c. 3. ¶ Subſiciva, inquit vetus Auctor de limitib. apud Rigalt. pag. 299. ſunt proprie, quæ ſutor de materia præcidens quaſi ſupervacua abjicit: inde ſubſecivi agri, quos in pertica diviſi recuſant, quaſi ſteriles, aut paluſtres. Præterea, ut idem docet, ſubſeciva in agris dicuntur partes, quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam, ideſt jugera ducenta. Quare generatim ſubſeciva dicuntur portiunculæ agrorum, quæ velut reliquiæ in dividendo ſuperfuerant. Var. l. 1. R. R. c. 10. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt, in ſubſecivum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, cum ad jugerum pervenerunt. Sueton. in Domitian. c. 9. Subſeciva, quæ diviſis per veteranos agris carptim ſuperfuerant, veteribus poſſeſſoribus ut uſucapta conceſſit. ¶ Ponitur interdum ſubciſivus pro interrupto, & mutationi obnoxio. Apul. de Deo Socrat. Cum vivacitas illis æterna, & indefecta ſit, hic caduca, & ſubciſiva. ¶ Item pro eo quod reliquum eſt, quod ſupereſt, reſtante. Apulej. lib. 11. Metam. Quod ſubciſivum, quamvis iteratæ jam traditioni remanſiſſet. Id. l. 3. Sed una tantum ſubciſiva ſolitudo nobis relicta eſt.

Subſeco, as, cui, ctum, a. 1. tagliar, גזע, Ger. abſchneiden, Gal. ſcier, couper, ὑποτέμνω, ſubtus ſeco, reſeco, abſcindo. Ovid. 6. Faſt. v. 230. Non ungues ferro ſubſecuiſſe licet. Var. l. 1. R. R. c. 50. Manipulum, ut quemque ſubſecuerint, ponunt in terra. Plin. l. 18. c. 17. Evelluntur e terra, non ſubſecantur.

Subſectus, a, um, partic. tagliato, reciſo. Colum. l. 2. c. 9. Adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecare.

Subſecundarius, a, um, δευτερεύων, quod ſecundo tempore advenit, ſubſecivum, ſeu ſubſicivum. Gell. l. 20. c. ult. ſeu in præfat. op. Ea omnia ſubſiciva, & ſubſecundaria tempora ad colligendas hujuſmodi memoriarum diſceptatiunculas contuleram.

Subſellium, ii, n. ſedia, מושב, Germ. geſtuel, banck, Gall. banc, ſelege, Hiſp. ſilla, ἕδρα, καθέδρα, ſedes, ſcamnum, e ſella. Varro l. 4. de L. L. Ut ſubſipere, quod non plane ſapit, ſic quod non plane erat ſella, ſubſellium dictum, ubi in ejuſmodi duo, biſellium dictum. ¶ Differt a ſella, quia non habebat integræ ſellæ formam, ut ex Varrone apparet. Alii diſcrimen afferunt, quod ſubſellium erat inferius, & humilius ſella. Unde Aſconius ſcribit in Divin. ſubſellia eſſe Tribunorum, Triumvirorum, Quæſtorum, & hujuſmodi minora judicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec in tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. Plaut. Stich. 3. 2. 33. Scis tu me dudum eſſe imi ſubſellii virum, ideſt qui ſoleam ſedere in infimo loco. Celſ. l. 7. c. 26. Homo reſupinus ſuper ſubſellium, aut lectum eſt collocandus. ¶ Specialim dicitur de ſedibus, ſeu pulpitis in theatro, in quibus qui hiſtriones recitantes audiebant, ſedere conſueverant. Suet. in Aug. cap. 44. Ut quoties quid ſpectandi uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret Senatoribus. ¶ Item de ſedibus in Curia, ubi Senatores ſedebant. Cic. 1. Catil. Quid, quod ab adventu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? quid, quod omnes Conſulares, qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt, ſimul atque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam, atque inanem reliquerunt? ¶ Item de ſedibus judicum, ac præſertim eorum judicum, qui publicis judiciis diſceptandis operam dabant. Cic. in Vatin. Quæro ex te, num quis reus poſt Urbem conditam in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, &c. Ubi Rud. Hæc in loco tribunal Cicero Prætori aſſignavit, qui judiciis publicis præerat, & quæſitor vocabatur, ſubſellia vero judicibus, qui reos ſententiis ſuis tabellaribus judicabant. Id. pro Cluent. Accuſabat Tribunus Plebis idem in concionibus, idem ad ſubſellia. ¶ Item de ſedibus, in quibus ſedebant rei, accuſatores, & teſtes. Cic. pro R. Am. Quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video. ¶ Metonymice ſubſellia ponuntur pro publicis judiciis. Cic. 1. de Orat. Age vero, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamque mediteris. Id. in Brut. Grandiorem, & pleniorem vocem deſiderant ſubſellia. Id. pro Cluent. Rem ab ſubſelliis in roſtra detulit. h. e. a judicio judicum ſelectorum ad judicium populi. Id. Fam. 3. ep. 9. Longi ſubſellii judicatio. h. e. quæ longa inquiſitione judiciali tranſigitur. ¶ Homo a ſubſelliis, eſt peritus in cauſis, negotiiſque forenſibus. Cic. Divin. in Ver. c. 15. ¶ Denique ſubſellia interdum ponuntur pro ipſis hominibus, qui in ſubſelliis ſedent. Martial. l. 1. ep. 27. Sextiliane, bibis quantum ſubſellia quinque.

Subſentio, is, a. 4. preſentire, aver qualche ſentore. Terent. Heaut. 3. 1. 62. Etſi ſubſenſi id quoque, illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.

Subſequens, tis, particip. ſuſſeguente, che vien dietro, e dopo. Cic. 2. de Nat. Deor. c. 20. Stella ſolem tum antecedens, tum ſubſequens. Plin. l. 11. c. 29. Subſequenti anno, exitu veris emittunt, &c.

Subſequenter, adv. ſuſſeguentemente. Meſſala Corvinus, ſeu quicumque alius auctor eſt lib. de progen. Auguſt. Nunc ad Reges Romanos, conſules, dictatores, tribunos militares, ac plebeios ſubſequenter calamum deducam.

Subſequor, eris, quutus, vel cutus ſum, d. 3. ſeguire dietro, e dopo, הרבק, Germ. bald nach hin folgen, Gall. ſuivre de pres, Hiſp. ſeguir deſpues, ἐφέπομαι, ſtatim ſequor. Plaut. Bacch. 4. 4. 72. Cedo manum ac ſubſequere propius me ad fores. Cæſ. l. 4. B. G. Agmen ſubſequi juſſit. Cic. 3. de Orat. Omnes autem hos motus ſubſequi debet geſtus. ¶ Tranſlate Cic. 3. Fam. 3. ep. 1. Mirifice ipſa ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem tuarum literarum. h. e. prædicavit. Id. in Partit. cap. 7. Quæ omnia plurimum valebunt, ſi cum orationis genere conſentient, ejuſque vim, ac varietatem ſubſequentur. e s'accorderanno colla ſua forza ec.

Subſericus, a, um, adject. mezzo di ſeta. Lamprid. in Heliog. cap. 26. Primus Romanorum holoſerica veſte uſus fertur, cum jam ſubſerica in uſu eſſent.

Subſero, is, ſevi, ſitum, n. 3. ſottoſeminare, ſottopiantare, ὑποφυτεύω, ſubtus ſemino, vel planto. Col. l. 4. c. 15. Nec mox vineam tum ſubſeri, cum fructus capiendus eſt. Tranſlate Ammian. l. 16. cap. 10. Res monuit, de Eleutherio pauca ſubſerere.

Subſertus, a, um, nom. partic. ſubter inſertus. Apulej. l. 7. A. A. ſub fin. Subſertis manibus exſolvit ſibi faſciam.

Subſervio, is, n. 4. ſervire beniſſimo, Germ. dienſtlich ſeyn, Gall. ſervir ſous un autre, ſervir diligemment. Hiſp. ſervir muy bien, ὑπηρετέω, diligenter ſervio, vel obtempero. Plaut. Men. 5. 2. 16. Ita iſtæ ſolent, quæ viros ſubſervire ſibi poſtulant, fretæ dote feroces. ¶ Subſervire orationi alicujus, eſt ea dicere, quæ pertinent ad confirmandam alterius orationem. Ter. And. 4. 4. 14. Tu, ut ſubſervias Orationi, utcumque opus ſit, verbis, vide.

Subſeſſa, æ, fem. inſidie, aguati, ἐνέδρα, inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans opprimi ſolet, a ſubſideo, quod interdum ſignificat deliteſcere. Veget. l. 3. R. M. milit. c. d. Adverſarii in iis locis, quæ ſibi opportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocant. Et c. 22. Si ab his, qui in ſubſeſſa fuerint, obſerventur. Serv. ad Æn. 11. v. 268. Hoſtium dolos ſubſeſſas vocamus.

Subſeſſor, oris, m. inſidiatore, ἐνεδρευτής, qui deliteſcens inſidiatur. Senec. in Hippolyt. v. 51. Tu præcipiti clamore feras ſubſeſſor ages. Servius ad 5. Æn. v. 498. Subſeſſores vocantur, qui occiſuri aliquem deliteſcunt. ¶ Tranſlate Valer. Max. l. 7. c. 2. extern. n. 1. Subſeſſores alieni matrimonii. Arnob. l. 4. Subſeſſoris, & adulteri perſona.

Subſicco, as, a. 1. aliquantum ſicco. Colum. l. 6. c. 14. Tumor cervicis aqua madefactus ſubſiccatur.

Subſidens, entis, o. 3. partic. a ſubſido. Col. l. 6. c. 2. Dorſo recto, planoque, vel etiam ſubſidente. h. e. aliquantum inflexo, ſeu curvo.

Subſidentia, æ, f. depoſizione, quidquid ex aqua ſtagnante ſordium in fundo ſubſidit. Vitruv. l. 8. c. 3. Diſſipant quæ ex aquarum ſubſidentia in corporibus offenderunt.

Subſideo, es, edi, eſſum, n. 2. ſedere, fermarſi, ישב, Germ. unten ſich ſetzen, Gal. ſurſeoir, Hiſp. aſſentarſe, ὑποκαθίζω, ὑφίσταμαι, ſubtus ſedeo, ſubſiſto, conſiſto. Cic. Att. l. 5. Itaque ſubſedi in ipſa via, dum hæc, quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. Cæſ. 6. B. G. c. 36. Magna præterea multitudo calonum, magna vis jumentorum, quæ in caſtris ſubſederant, facta poteſtate ſubſequitur. ¶ In aquis quoque, cæteriſque liquoribus ſubſidere dicuntur, quæ imum petierunt fundum, ibique ſubſiſtunt. Col. l. 12. cap. 2. Villica debet curam adhibere, ut ſi quæ fæces, aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint ſemel, ſtatim emundentur. ¶ Eſt etiam ſubſidere, in aliquo loco latenter ſubſiſtere, inſidiandi cauſa. Cic. pro Mil. cap. 19. Cur neque ante occurrit, ne ille in villa reſideret, nec eo loco ſubſedit, quo ille noctu venturus eſſet? Virg. 11. Æn. v. 268. devicta Aſia ſubſedit adulter.

Subſidialis, le, adject. auſiliario, ſubſidiarius, ut ſubſidiales copiæ. Ammian. l. 24. c. 17. Subſidialis manus. Id. l. 27. c. 24. (al. 10.)

Subſidiarius, a, um, che ſoccorre, auſiliario. Germ. der zu hülffe kompt, Gall. ſubſidiaire, Hiſp. el que ayuda, a ſocorre, βοηθός, quod in ſubſidium datur, aut venit. Liv. l. 3. Paulum erat ab dextera editi loci, quem ſubſidiariis repleri placuit. Subaudi, militibus. Id. l. 9. c. 27. Qui ſubſidiarias cohortes, quas integras ad longioris pugnæ caſus reſervabantur, in primam aciem extemplo emiſit. ¶ Subſidiarius palmes, idem qui præſidiarius, reſex, cuſtos, ſinarius. Col. l. 4. c. 24. Subſidiarius, idemque cuſtos in pollicem reſecari non debet.

Subſidior, aris, d. 1. venire in ſoccorſo, ſubſidio ſum. Hirt. l. 8. B. G. c. 13. Sed etiam qui longius ſubſidiari conſueverant.

Subſidium, ii, n. ſuſſidio, ajuto, עזרה, Germ. hulf, Gall. aide, ſecours, Hiſp. ayuda, ſocorro, βοήθεια, ἐπικουρία, acies eorum, qui expectabant, ut aliis periclitantibus eſſent auxilio, a ſubſidendo, ut præſidium a præſidendo, obſidium ab obſidendo. Feſtus: Subſidium dicebatur, quando milites ſubſidebant in extrema acie, labentique aciei ſuccurrebant: quod genus militum conſtabat ex iis, qui emeruerant ſtipendia, locum tamen retinebant in exercitu, quæ erat tertia acies Triariorum, ut Plautus in Frivolaria: Age nunc, ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarii. Simili modo dicti præſidiarii, ante eos collocati qui erant, aut in alio loco præpoſiti. ¶ Quomodo a præſidio, & auxilio differant, oſtendit Cornelius Fronto, & ante eum Varro l. 4. de L. L. his verbis: Pilani, inquit, Triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Quod hi ſubſidebant, ab eo ſubſidium dictum. A quo Plautus: Agite nunc ſubſidete omnes, quaſi ſolent Triarii. Auxilium appellatur ab auctu, cum acceſſerant, qui adjumento eſſent, alienigenæ. Præſidium eſt dictum, quia extra caſtra præſidebant in loco aliquo, quo tutior regio eſſet. Cic. l. 15. Fam. ep. 4. His ego ſubſidiis ita ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem. Cæſ. l. 2. B. G. c. 6. Subſidium mittere alicui. ¶ Tranſlate accipitur pro quocumque adminiculo, auxilio, opitulatione. Cic. pro L. Man. de vectigalibus: Quibus amiſſis & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. Id. 1. de Orat. c. 45. Subſidium ſibi aliquod comparare. Id. pro Quint. Diligentiam ſibi ſubſidio comparare. Id. Attic. l. 8. ep. 17. Ire ſubſidio alicui. Et l. 6. ep. 5. Subſidio alicui venire. Cæſ. lib. 3. B. Civ. c. 70. Hæ difficultatibus duæ res erant ſubſidio. ¶ Accipitur etiam ſubſidium pro loco,

in quo

Digitized by Google

in quæ navigia ſubſidere poſſunt, & ſtare, & ſuffugia habere. Ita ſubſidium ſimile quiddam eſt portui, & ſtationi, etſi minus. Hæc ſubſidia Græci videntur ὕφορμοι appellare. *Tacit. l. 4. Ann. c. 77.* Quoniam importuoſum mare, & vix modicis navigiis pauca ſubſidia.

Subsīdo, is, ſedi, n. 3. *ſocchinarſi, diſcendere, calare*, ירד, Ger. *ſich nieder laſſen*, Gal. *s' abbaiſſer*, Hiſp. *baxarſe, abaxarſe*, ὑποκαθίζω, ὑφίζαμαι, ſubtus ſedeo, deſcendo, peſſum eo. Fit enim cum motu. *Virg. 5. Æn.* Subſidunt undæ, tumidumque ſub axe tonanti Sternitur æquor aquis. *Id. 12. Æn.* ſe collegit in arma, Poplite ſubſidens. *Ovid. 1. Met.* Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles. ideſt depreſſas eſſe. *Liv. l. 28.* Subſidunt Hiſpani adverſus emiſſa tela ab haſta, inde ad emittenda ipſi conſurgunt. *Senec. ep. 108.* In amphora, quod turbidum eſt, ſubſidit. *Lucan. l. 1.* Subſident urbes, terræque dehiſcent. *ſi ſubbiſſeranno.* ¶ Ponitur etiam pro commorari, cui opponitur proficiſci. *Cic. ad Cæcin. l. 6. Fam. ep. 8.* Quid ſim tibi auctor, in Sicilia ne ſubſidas, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare? ¶ Item pro ſuccumbere, ſe ſubjicere. *Hor. Epod. od. 16.* Juvet ut tigres ſubſidere cervis. ideſt ſuccumbere ad coitum. ¶ Item pro deficere, ceſſare, minui. *Plin. l. 22. c. 8.* Mulierum menſes ſive ſubſidant, ſive abundent. *Quint. l. 3. c. 8.* Impetus dicendi ſubſidit. ¶ Præteritum hujus verbi eſt *ſubſidi*, quamquam frequentius in uſu ſit *ſubſedi* a *ſubſideo*, ductum. *Claud. de VI. Conſ. Honor. v. 345.* hic tabeſcente ſolutus Subſidit galea, liquefactaque fulgure cuſpis Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.

Subsĭdŭus, a, um, adject. in imo ſubſidens. *Gratius in Cyneget. v. 474.* Subſiduaſque fraces, diffuſaque Maſſica.

Subsignānus, a, um, adject. qui ſub Signis, ſeu vexillis eſt: unde ſubſignanus miles nihil differre videtur a vexillario. Erat autem ſubſignanus neque legionarius, neque auxiliarius; ita dictus, quod non ſub aquila, quæ ad legiones pertinebat, ſed ſub proprio vexillo, ſeu ſigno militaret. Erat e Romanis copiis, & eadem diſciplina merebat, qua legiones: immo e legionibus ſumptus exiſtimatur, & veterani loco habitus, donec aſſignatis agris, & præmiis militia prorſus ſolveretur. *Tacit. hiſt. 1. c. 70.* Subſignanum militem, & grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus traduxit. *Id. 4. hiſt. c. 33.* Id ſolum, ut in tumultu, monuit ſubſignano militi media firmare: auxilia paſſim circumfuſa ſunt.

Subsignātĭo, onis, f. *ſottoſcrizione*, actus ſubſignandi, ſubſcriptio. *Paull. l. 39. ff. de verb. ſign.* Nam veteres ſubſignationis verba pro ſubſcriptione uti ſolebant. ¶ Apud *Tertull. de pœnit. c. 2.* componere aliquem per ſubſignationem pœnitentiæ. h. e. conformare, & comparare aliquem impreſſa illi, & ſubſignata pœnitentia.

Subsignātum, a, um, ſubſcriptus. *Paull. l. 39. ff. de verb. ſign.* Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis verbo pro ſubſcriptione uti ſolebant.

Subsigno, as, a. 1. *ſottoſcrivere*, Ger. *unterzeichen*, Gal. *ſouſigner*, Hiſp. *poner el ſello, firmar*, ὑπογράφω, ſubſcribo, ſubnoto. *Feſtus:* Subſignare pro ſubſcribere utimur. ¶ *Subſignare apud ærarium*, eſt in publicas tabulas apud ærarium referre. *dar' in nota.* *Cic. pro Flacc. c. 32.* Illud quæro, ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo: habeant jus civile, ſint, necne mancipi: ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſint? ¶ Significat etiam obligare, obnoxium reddere. *leg. ult. Cod. de adminiſtr. tut.* Res, quarum gubernationem gerent, pro cautela litis ſubſignare. h. e. quaſi in pignus deponere. *leg. 5. Dig. de jure immunit.* Ne extenuentur facultates eorum, quæ ſubſignatæ ſunt fiſco. ¶ Tranſlate *Plin. l. 3. ep. 1.* Igitur eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, idque jam nunc apud te ſubſigno. h. e. polliceor, *a ciò mi obbligo.*

Subsĭlĭo, & ſuſſilio, is, lui, vel livi, ſultum, n. 4. *ſaltare in ſu*, נתר, Germ. *auffſpringen*, Gal. *treſſaillir, ſauteler*, Hiſp. *ſaltar de abaxo arriba*, ὑφάλλομαι, ſurſum ſalto. *Plaut. Curc. 2. 2. 64.* Subſilite, obſecro, & mittite iſtanc foras. *Lucr. l. 2. v. 191.* Nec cum ſubſiliunt ignes ad tecta domorum. Legitur & *ſuſſilio.*

Subſiller, f. 3. idem ac ipſullices, ideſt bractea in virilem, muliebremque ſpeciem expreſſa, ſeu imagunculæ, quibus Magi utebantur, ut eos, quorum imagines eſſent, pellicerent in amorem. *Feſtus, & Voſſ. in Etymol.* in voce *Ipſullices.* In quibuſdam codicib. Feſti leg. *ſubeilles.*

Subsĭmĭlis, le, adject. *alquanto ſimile.* *Celſ. l. 5. c. 26. n. 11.* Melli albo ſubſimilis. *Ulpian. l. 1. Dig. Si cui plus quam &c.* Hodie tamen ſubſimile aliquid fit in fideicommiſſis.

Subsīmus, a, um, ὑπόσιμος, aliquantulum ſimus. *Varro l. 2. de R. R. c. 5.* Piloſis auribus, compreſſis malis, ſubſimiſſa, gibberibus demiſſis, &c.

Subſipĕre, inquit *Var. l. 4. de L. L.* dicitur id, quod non plane ſapit.

Subsisto, is, ſtiti, n. 3. *fermare, trattenere*, עמד, Ger. *beſtehen*, Gal. *ſubſiſter, s' arreter*, Hiſp. *ſuſiſtir*, ὑφίσταμαι, idem ac ſiſto, ideſt ſtare facio, retineo. *Liv. l. 1. c. 4.* Hinc robore corporibus, animiſque ſumpto, jam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones præda onuſtos impetum facere, paſtoribus rapta dividere. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, pro gradum, ſeu curſum ſiſtere, remanere, commorari, *fermarſi*, ὑφίστασθαι. *Cic. pro Mil. c. 19.* Sic Miloni, cum inſidiator eſſet, ſi illum ad Urbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum, atque expectandum fuit. *Virg. 2. Æn. v. 242.* Quater ipſo in limine portæ Subſtitit. *Liv. l. 4.* An alter ad comitia habenda ſubſtiterit. *Plin. l. 12. c. 25.* Subſiſtit proceritas balſami intra bina cubita. h. e. altius non procedit. *Rurſus Ovid. heroid. ep. 15. v. 69.* dolor artibus obſtat, Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis. h. e. defecit, repreſſum eſt. ¶ Item pro reſiſtere, ſtare contra aliquem. *Cæſ. l. 1. B. Gal. c. 15.* Quo prælio ſublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere, nonnunquam ex noviſſimo agmine prælio noſtros laceſſere cœperunt. *Brutus Cic. l. 11. Fam. ep. 10.* Non, ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumptibus poſſem. ¶ Item pro dubitare. *Ulp. l. ſervum, §. 1. ff. de procur.* Et quantum ad ſilium familias, verum eſt, in ſervo vero ſubſiſtimus.

Subsĭtus, a, um, adject. *ſituato ſotto.* *Apul. l. 6. A. A. poſt princ.* Inter ſubſitæ convallis lucum.

Subſōlānus, a, um, adject. ſub ſole poſitus. *Plin. l. 7. c. 2.* Sunt & ſatyri ſubſolanis Indorum montibus perniciſſimum animal. ¶ Subſolanus ventus, & ſubſolanus, i, abſolute, *vento di Levante*, eſt qui ab oriente æquinoctiali ſpirat, ita dictus, quia ſub ſole naſci videtur, qua ratione a Græcis quoque ἀπηλιώτης appellatur. *Plin. l. 2. c. 47.* Ab oriente æquinoctiali ſubſolanus, ab oriente brumali vulturnus: illum Apeliotem, hunc Eurum Græci appellant. Eadem omnino ſcribit *Seneca l. 5. quæſt. natur. c. 16.* Quare falſus videtur Phavorinus philoſophus apud *Gell. l. 2. c. 22.* qui dicebat ſubſolanum, Græce Apeliotam, eundem eſſe Eurum.

Subtŏno, as, n. 1. ſubtus ſono. Tranſlate *Siſenna apud Chariſ. l. 2.* Quanti dantur, tanti, inquit Olympus. ſimul hæc dicens ſuavium dedit, ut ſcilicet ſubſonaret quanti pretii. h. e. clam indicaret.

Subſortĭor, iris, d. 4. ἐπικληροῦμαι, ὑποκαθίσταμαι, eſt ſorte aliquem in rejectorum judicum loco ſubſtituere. Electis enim ſorte judicibus, qui judicaturi erant, liberum erat accuſatori ac reo ex eo numero eos rejicere, qui iniqui ſibi futuri putabantur. qua rejectione facta, iterum ſortiebantur alios judices, ad legitimum numerum complendum: quod *ſubſortiri* dicebatur. *Cic. 3. Ver. c. 10.* Cum iis judicibus, quos in horum locum ſubſortitus es. *Id. pro Cluent. c. 35.* Sive quod ea lege ſubſortitus judicem non eſſet.

Subſortītĭo, onis, f. ὑποκατάστασις, ſuffectio, quæ ſorte fieri ſolebat a Prætore ad ſupplendum numerum judicum. *Cic. 3. Ver. c. ult.* Nam de ſubſortitione illa Juniana judicum nihil dico. *Id. pro Cluent. c. 33.* Et quod C. Verres Prætor urbanus, homo ſanctus, & diligens, ſubſortitionem ejus in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. *Suet. in Cæſ. c. 41.* Quotannis in demortuorum locum ex his, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio a Prætore fieret. V. *Subſortior.*

Subſpargo, gis, a. 3. clam, ſeu ſubtus ſpargo. *Tertul. de reſur. carn. c. ult.* Hæreticorum verſutiis ſemina ſubſpargere.

Subſtāmen, inis, n. filum quod ſub ſtamine texitur. *Scholiaſtes Juvenal. ad Sat. 2. v. 66.* Veſtes molli intextæ ſubſtamine.

Subſtantĭa, æ, f. *ſoſtanza*, Germ. *weeſen*, Gall. *ſubſtance*, Hiſp. *ſubſtancia*, ὑπόστασις, οὐσία, eſſentia, aut natura cujuſque rei. *Apulei. in Triſmegiſt.* Deus in ſe complectitur omnium rerum ſubſtantiam. *Nazar. in Paneg. Conſtant. c. 14.* Craſſam & caligantem aciem ſimplex & inconcreta ſubſtantia naturæ tenuis eludit. ¶ Quandoque ſubſtantia ponitur pro materia, & argumento, circa quod verſatur cardo totius rei. *Quintil. in proœm. l. 1.* Prima apud Rhetorem elementa, & quæ de ipſa Rhetoricæ ſubſtantia quæruntur, tractabimus. ¶ Quandoque pro facultatibus. *Ulp. l. curor, ff. de ſuſpectis tutoribus.* Si pupilli ſubſtantiam expilavit. *Quintil. declam. 55.* Cujus cenſus ex manibus, ex laboribus ſubſtantia. *ſoſtentamento.* ¶ Quandoque pro cibo, quo corpus alitur & ſubſiſtit. *Prudent. cathemer. 7. v. 40. de Moyſe.* Omni carentem cerneret ſubſtantia.

Subſtantĭālis, le, adject. *ſoſtanziale*, ut ſubſtantialis differentia, *Tertul. de reſur. carn. c. 45.* ¶ Apud *Ammian. l. 21. c. 2.* ſubſtantiales poteſtates dicuntur dæmones, ſive ſpiritus incorporei.

Subſtantĭālĭter, adverb *ſoſtanzialmente.* *Tertul. adver. Valentinian. c. 7.*

Subſtantĭŏla, æ, f. *Hieronym. ep. 27. ad Euſtoch. c. 12.* Paterna, & materna ſubſtantiola. h. e. parvæ facultates.

Subſtantīvālis, le, adject. *ſoſtanziale.* *Tert. adverſ. Valentinian. c. 27.* Subſtantivalis, non agnitionalis forma.

Subſtantīvus, a, um, *ſoſtantivo*, ὑπαρκτικός, ſubſtantialis, qui per ſe ſtare poteſt, ut ſubſtantiva res, apud *Tertull. adv. Prax. c. 26. & adv. Hermog. c. 36.* ¶ Subſtantivum nomen a *Grammaticis* dicitur, quod in oratione per ſe ſtare poteſt, ut *orator, ſermo, prudentia*, cui opponitur adjectivum.

Subſterno, is, ſtravi, atum, a. 3. *diſtendere ſotto*, הציע, Germ. *underſtrowen*, Gall. *étendre deſſous*, Hiſp. *derrocar por debaxo*, ὑποστρώννυμι, ſubtus ſterno. *Ter. Andr. 4. 4. 6.* Ex ara hinc ſume verbenas tibi, atque eas ſubſterne. *Cic. 2. de nat. Deor c. 52.* Et cubilia ſibi, nidoſque conſtruunt, eoſque, quam poſſunt, molliſſime ſubſternunt. ¶ Ponitur etiam pro ſubjicere, ſupponere. *Cic. de Univ. c. 8.* Tum denique omne, quod erat concretum, atque corporeum, ſubſternebat animo, interiuſque faciebat. *Suet. in Aug. c. 8.* Subſternere pudicitiam ſuam alicui. Et eodem ſenſu *Catul. de nupt. Pel. & Thetid. prope fin.* Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato. ¶ Subſternere ſemina hordei apud *Colum. l. 5. cap. 9.* eſt ſpargere, ſeminare. ¶ Præteritum *ſubſtravi* habet *Ovid. 5. Metam.*

Subſtillum, i, n. tempus humidum, ſive ante pluviam, quia jam ſtillat, ſive poſt eam, quia ſtillare nondum deſinit. *Feſt.* Subſtillum antiqui appellabant tempus ante pluviam jam pene uvidum, & poſt pluviam non perfectum, quod jam ſtillaret, aut nondum deſiiſſet. *Tertul. l. de Pallio, c. 2.* Aut imbres ruunt, & ſiqua miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum. ¶ Ponitur etiam pro ægritudine, quando ſtillatim urina emittitur, quam Græci vocant στραγγουρίαν. *Cato de R. R. 156.* Nunc de iis, quibus ægre lotium it, quibuſque ſubſtillum eſt.

Subſtĭtŭo, is, tui, tutum, a. 3. *ſuſtituire, ſottoporre, mettere ſotto*, Germ. *an eines andren ſtatt ſetzen*, Gall. *ſubſtituer*, Hiſp. *ſuſtituir*, ὑφίστημι, ἀντικαθίστημι, pono ſub aliqua re, ſubjicio. *Liv. l. 28.* Subſtitueretque animo ſpeciem quoque corporis amplam, ac magnificam. *Plin. l. 6. ep. 31.* Subſtituebatur crimini Sempronius Senecio, Eques Romanus. ideſt accuſabatur, agebatur reus, tanquam id crimen feciſſet. ¶ Frequenter ſumitur pro ſufficere, in locum alterius ſurrogare. *Cic. 7. Ver. c. 28.* Tum iſte homo nefarius in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere, & ſupponere cœpit cives Romanos, &c. *Plin. l. 5. c. 6.* Et in vicem novellam ſobolem ſubſtituat. *Id. l. 19. c. 54.* Proque eis alia ſubſtituenda.

Subſtĭtūtĭo, onis, f. *ſoſtituzione*, ὑποκατάστασις, actus ſubſtituendi, ut ſubſtitutio hæredis, de qua integer titulus eſt *l. 28. Digeſt. tit. 6.*

Subſtĭtūtīvus, a, um, adject. qui ſubſtituitur. *Apulei. l. 3. de doct. Plat.* ſeu *de ſyllogiſm. categoric.* Concluſio ſubſtitutiva, vel conditionalis: Ajax qui regnat, ſi ſapit, beatus eſt: ſubſtituta enim conditionem, quæ &c.

Subſtĭtūtus, a, um, *ſoſtituito.* *Cic. l. 2. de Divin. c. 2.* Philoſophiam nobis pro Reipublicæ procuratione ſubſtitutam putabamus.

Subſto, as, ſtiti, ſtatum, vel ſtitum, n. 1. *ſuſſiſtere, ſtar coſtante, ſoſtenere*, ὑφίσταμαι, ſubſiſto, conſtans ſum, ſuſtineo. *Ter. Andr. 5. 4. 11.* Perii, metuo, ut ſubſtet hoſpes. *Cic. in Top.* Quarum rerum nullum ſubſtet quaſi corpus. Priore loco alii leg. *ſubſiſtat*, poſteriora *ſubeſt*. At ſine controverſia *Celſ. l. 6. c. 20.* Si pure ſubſtante non rumpuntur hi tumores, incidendi ſunt.

Subſtŏmăchans, antis, aliquantum iratus. *Auguſtin. in fi. l. 3. Confeſſion.* Subſtomachans tædio.

Subſtrāmen, inis, n. *ſtrame*, ὑπόστρωμα, quod animalibus, vel alii cuipiam rei ſubſternitur. *Var. l. 3. de R. R. c. 10.* Sed habeant molle ſubſtramen e palea, aliave aliqua re. *Silius l. 12. v. 444.* Lubrica roboreis aderant ſubſtramina plauſtris.

Subſtrāmentum, ti, n. idem quod ſubſtramen. *Cato de R. R. c. 161.* Aſparagum ſubſtramentis operito, ne peruratur.

Subſtrātus, us, m. ὑπόστρωσις, actus ſubſternendi, vel id, quod ſubſternitur. *Plin. l. 24. c. 9.* Suffitu quoque, aut ſubſtratu fugant venenata. Adde *l. 18. c. 30.*

Subſtrĕpo, is, n. 3. aliquantum ſtrepo. *Apul. l. 5. Metam.* Semianimi voce ſubſtrepens.

Subſtrictus, a, um, ὑποσφιγκτός, partic. a ſubſtringor. *Colum. l. 2. cap. 3.* Boves cum ab opere disjunxerit, ſubſtrictos confricet. ¶ Eſt & nomen ex participio, pro arcto, contracto, parvo, gracili, cui opponitur prominens, & effuſus. *Plin. l. 32. c. 3. de teſtibus:* Quinimo parvos eſſe, ſubſtrictoſque, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe. *Colum. l. 6. cap. 10.* Ut ſit magna portio corporis, ventre paulo ſubſtrictiore, &c.

Subſtrīdens, tis, particip. aliquantum ſtridens. *Ammian. l. 16. cap. 4.* Ira exundante ſubſtridens.

Subſtringo, is, inxi, ictum, a. 3. *ſtringere*, צרר, Germ. *einſtrengen*, Gal. *retraindre, reſerrer*, Hiſp. *apretar, aſtreuir*, ὑποσφίγγω, idem ac ſtringo, vel ſubtus conſtringo, contraho, complico. *Quinctil. lib. 10. cap. 6.* Omiſ-

6. Omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. *Martial. lib. 12. epigr. 39.* Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ. *Juvenal. ſat. 6. v. 432.* ſubſtringere bilem. h. e. iram compeſcere. ¶ Significat etiam obſtringere, ſeu accommodare, apud *Horat. l. 2. ſat. 5. prope fin.* Aurem ſubſtringe loquaci. *obbliga il tuo orecchio alle ſue ciancie.*

Subſtructio, onis, f. *fondamento d' una fabbrica*, [illegible], id quod in imo ſtruitur, & quaſi baſis ædificium totum ſuſtinet. *Vitr. l. 1. c. 3.* Itaque non ſolum in muro, ſed etiam in ſubſtructionibus parietes hac ratione religati non cito vitiabuntur. ¶ Ponitur etiam pro quacunque mole, quæ ſub alia, vel circa illam in parte inferiori ſtruitur. *Cæſar l. 2. B. C. c. 25.* Subſtructionibus ejus operis maximis. Ital. *ſporti, o volte* ¶ Item pro tota fabrica, præſertim quæ vaſta & magnifica ſit. *Cic. pro Mil. c. 20.* Quo in fundo, propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentium.

Subſtructum, i, n. idem ac ſubſtructio, fundamentum. *Vitruv. l. 8. c. 7.* Subſtructum ad libram factum.

Subſtructus, a, um, nom. partic. *fabbricato*. *Liv. l. 6. c. 4.* Capitolium ſaxo quadrato ſubſtructum. ¶ *Ovid. l. 1. Triſt. eleg. 10.* Barbara pars læva eſt avidæ ſubſtructa rapinæ. h. eſt inſtructa.

Subſtruo, is, a. 3. *ſottofabbricare, far i fondamenti*, בנה, Ger. *underbauen*, Gal. *batir par deſſous*, Hiſp. *edificar de baxo*, [illegible], ſubtus ſtruo, ab imo extruo, ſubædifico, fundamentum jacio, a fundamentis erigo. *Plaut. Moſt. 1. 2. 49.* Primum dum parentes fabri liberum ſunt, & fundamentum liberorum ſubſtruunt, extollunt, &c.

Subſultim, adv. *ſaltellando*, ſubſiliendo, per ſaltus. *Suet. in Aug. c. 83.* Ita, ut in extrema ſpatia ſubſultim decurreret.

Subſulto, as, n. 1. *ſaltellare*, [illegible], frequenter ſubſilio. *Plaut. Caſ. 2. 3. 10.* Ut ſubſultabat, poſtquam vidit villicum! *Id. Capt. 3. 4. 104.* Tu ſubſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. *Quintilian. l. 9. c. 4.* Monoſyllaba ſi plura ſunt, male continuabuntur, quia neceſſe eſt compoſitio multis clauſulis conciſa ſubſultet. ¶ In quibuſdam *Plauti* codicibus legitur *ſuſſulto*.

Subſum, ſubes, n. anom. *eſſer ſotto, eſſer naſcoſto*, [illegible], ſubtus ſum, inſum, ſub aliqua re ſum, lateo. *Planc. ad Cic. Fam. 10. ep. 18.* Subeſt infra cutem vulnus. *Cic. Phil. 9. c. 2.* In qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet. *Id. 3. de Fin. c. 10.* Intelligatur aliquam ſubeſſe ejuſmodi cauſam, ut &c. *Id. Att. l. 3. ep. 23. (al. 23.)* Neque enim, ſi ulla ſpes ſalutis noſtræ ſubeſſet, tu diſceſſiſſes. ¶ Significat etiam adeſſe, inſtare. *Cic. pro Mil. c. 16.* Præſertim cum dies comitiorum ſubeſſet. *Plancus Cic. Fam. 10. ep. 21.* Putabam, poſſe me ſubeſſe propinquis locis, ut ſi durius aliquid eſſet, ſuccurrere celeriter poſſem. ¶ Præteritum *ſubfui* non eſt in uſu.

Subſurdus, a, um, aliquantum ſurdus. Tranſlate *Quintil. l. 11. c. 3.* Deinde vox non ſubſurda, rudis, immanis, &c.

Subſūtus, a, um, nom. ex partic. a ſubſuor. *Hor. l. 1. ſat. 2. v. 29.* Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte. Ubi *ſubſutam veſtem* vocat, cujus fimbriæ, ſeu extremitati inſuta, ideſt limbus, ſeu faſcia aſſuebatur.

Subtabĭdus, a, um, aliquantum tabidus. *Ammian. l. 26. 1. 6. (al. 17.)* Stetit itaque ſubtabidus: excitum putares ab inferis.

Subtacĭtus, a, um, adject. aliquantum tacitus. *Prudent. Hamartig. v. 174.* Hinc ſchola ſubtacitam meditatur gignere ſectam.

Subtectus, a, um, adject. *coperto*. *Vitruv. l. 9. c. 6. de ſiderib.* Sub avis cauda pedes equi ſunt ſubtecti.

Subtegmen. V. ſubtemen.

Subtĕgo, is, a. 3. ſubtus tego. *Ammian. l. 19. c. 6.* Ferrea munimenta cœlum omne ſubtexerunt.

Subtegulanea, orum, n. pl. *pavimenti al coperto*. [illegible], pavimenta ſub tecto, quæ alias barbarica dicuntur, ex teſtis tuſis, rudere, & calce conſtantia. Differunt a ſubdialibus, quæ Græci vocant [illegible], quia ſubtegulanea fiunt ſub tecto, ſubdialia ſub dio, ſive ære aperto. *Plin. l. 36. c. 25.* Pavimenta credo primum facta, quæ nunc vocamus barbarica, atque ſubtegulanea.

Subtel, elis, n. 3. cavum pedis. *Priſcian. l. 3. de vocib. inusit.* Eſt enim ſubtel in pede, quod vola in manu. Unde *Priſcian.* exponit [illegible]. Perottus ſcribit *ſubtal*, ac dici putat, quia fit ſub talo.

Subtēmen, inis, n. *trama*, [illegible], filum, quod ſub ſtamine texitur, a *ſub*, & *ſtamen*. *Varro l. 4. de L. L.* Stamen a ſtando, quod eo ſtat omne in tela velamentum, ſubtemen, quod ſubit ſtamini. *Ovid. 6. Met. v. 55.* Stamen ſecernit arundo, Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis, Quod digiti expediunt, atque inter ſtamina ductum Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes. *Ter. Heaut. 2. 3.* Anus ſubtemen nebat, præterea una ancilla erat. *Virg. 3. Æn.* Fert picturatas auri ſubtemine veſtes. ¶ Legitur & *ſubtegmen* eodem ſenſu: nam qui ita diſtinguunt, ut *ſubtemen* ſit quod explicuimus, *ſubtegmen* vero dicatur quaſi *ſubtegimen*, & ſignificet pannum illum, quo veſtes ſuffulciuntur ſive commoditatis, ſive ornatus gratia, *fodera*: nullo id idoneo confirmant exemplo. *Auſon. epigr. 36.* Sive probas Tyrio textam ſubtegmine veſtem. *Plin. l. 13. c. 12. de chartarum confectura:* Igitur e ſecundo corio ſtamina facta ſunt, e primo ſubtegmina. h. e. ſecundæ philyræ papyri chartæ ſtamen, & veluti ſtamen factum eſt, ex primis ſubtegmen, ſeu textura: texebatur enim papyrus in morem telarum. V. *Harduin.* in notam cit. cap. *Plin.*

Subtendo, is, a. 3. ſurſum tendo, extollo. *Virg. in Ciri, v. 7.* Altius ad magni ſubtendit ſidera mundi. Alii leg. *ſuſpendit*.

Subtento, as, a. 1. [illegible], idem quod tento. *Plaut. Truc. 2. 2. 31.* Advenisti huc ſubtentatum exornatis oſſibus. Alii aliter leg.

Subtentus, a, um, ſubtus extenſus. *Cato de R. R. c. 10.* Lectum in cubiculo unum, lectos loris ſubtentos quatuor. h. e. de tabulato, ſeu ſolario loris propendentes, qui mos erat antiquorum.

Subtenuis, & nue, o. 3. [illegible], aliquantulum tenuis. *Varro l. 2. de R. R. c. 7.* Non anguſta juba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis, implicata in dexteriorem partem cervicis.

Subter, *ſotto*, תחת, Germ. *unter*, Gall. *deſſous*, Hiſp. *debaxo*, [illegible], præpoſitio locum denotans inferiorem, ſicut *ſuper* ſuperiorem ſignat, a *ſub*, ut *inter* ab *in*, *præter* a *præ*. Fere accuſandi caſum poſcit, ſive quietis, ſive motus verbis adjungatur. *Cic. 4. Tuſc. c. 10.* Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit. ¶ Interdum a Poetis cum ablativo uſurpatur. *Virg. 9. Æn. v. 515.* Cum tamen omnes Ferre juvat denſa ſubter teſtudine caſus. ¶ Ponitur & ſine caſu, adverbialiter. *Cic. de Somn. Scipionis c. 4.* Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet.

Subteractus, a, um, nom. partic. a *ſubter*, & *ago*. *Celſ. l. 5. c. 28.* Idque vitium ſubteractis quaſi quibuſdam radicibus ſerpit.

Subtercavātus, a, um, adject. *ſcavato di ſotto*. *Solin. c. 8. de avib. Diomedeis*. Cum fœtificum adeſt tempus, roſtro ſcrobes excavant, deinde ſurculis ſuperpoſitis texta cratium imitantur, & ſic contegunt ſubtercavata.

Subtercurro, is, n. 3. *correr ſotto*. *Vitruv. l. 9. c. 7. de ſiderib.* Perſeus dexterioribus ſubtercurrens baſim Vergiliarum.

Subtercutaneus, a, um, adject. *che ſta ſotto la cute*, ut ſubtercutaneus morbus, *Idropiſia*, *Aurel. Vict. epitom. in Adriano*.

Subterdūco, is, xi, ctum, a. 3. *ſottrarre*, Germ. *ſich verſchleichen*, Gall. *ſe ſouſtraire*, Hiſ. *huyr á eſcondidas*, [illegible], [illegible], aſt ſe ſubtrahere, clam ſe ſubducere ex aliqua ſocietate, vel loco, ſubterfugere. *Plaut. Mil. 2. 3. 72.* Serva illas fores, Ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc. *Id. Aſin. 2. 2. 12.* Si huic occaſioni tempus ſeſe ſubterduxerit.

Subterfluo, is, xi, xum, [illegible], ſubtus fluo. *Plin. l. 8. c. 30.* Torrente rapido minaciter ſubterfluente.

Subterfundo, as, a. 1. *ſtabilire, a formar ſotto*. *Lactant. l. 2. c. 8.* Cum fabricaretur cœlum, terraque ſubterfundaretur.

Subterfugio, is, gi, gitum, n. 3. *fuggire, ſchivare*, [illegible], clam aufugio. *Ulp. l. eum qui circa, ff. de privil. credit.* Nam & eum, qui recedit, hoc eſt qui ſubterfugit, ut ne ſecum aliqua actio moveatur, latitare placet. *Plaut. Bacch. 4. 4. 2.* Subterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum. ¶ Aliquando ponitur pro vitare, detrectare, cum acc. ut Subterfugere crimen, laborem, militiam, periculum, pœnam, &c. *Plaut. Merc. 1. 2. 82.* Nequicquam ego mare ſubterfugi ſævis tempeſtatibus. *Cic. 3. Off. c. 26. de Ulyſſe:* Sed inſimulant eum Tragœdiæ ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.

Subterjacĕo, es, n. 2. *eſſer poſto ſotto*. *Alcim. Avit. l. 1. v. 196.* Hic gens ardentem cœli ſubterjacet axem.

Subterjacio, is, a. 3. *gettar ſotto*. *Pallad. l. 3. tit. 18.* Hordei grana ſubterjaciuntur.

Subterĭor, oris, adject. comparativ. a ſubter, idem quod inferior. *Æmil. Macer 5. v. 13.* Noxius ſanguis per ſubteriora dicitur expelli.

Subterlābor, eris, lapſus ſum, d. 3. *ſcorrere ſotto*, Germ. *entrinnen*, Gall. *s'écouler*, Hiſp. *huyr a eſcondidas*, [illegible], labor ſub aliqua re. *Virg. 10. Ecl.* Cum fluctus ſubterlabere Sicanos. ¶ Ponitur etiam pro clam elabi, & effugere. *Liv. l. 30. c. 25.* Sed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant.

Subterlĭno, is, lini, vel levi, litum, a. 3. [illegible], ſubtus lino, imam ejus alicujus partem perlino. *Plin. l. 28. c. 7.* Sotira obſtetrix tertianis, quartaniſque efficaciſſimam dixit, plantas ægris ſubterlini.

Subterlŭo, is, a. 3. ſubtus lavo, ſubluo. *Claudian. de VI. Conſ. Honor. v. 177.* Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.

Subterluvio, onis, f. ſubluvies, proluvies. *Claud. Mamert. l. 2. de ſtatu anim. c. 2.* Loca humoris aſſidue ſubterluvione cedentia.

Subtermeo, as, n. 1. *paſſare di ſotto*, [illegible], ſubtus tranſeo. *Claudian. de baln. Apon. v. 61.* Et junctos rapido pontes ſubtermeat actu.

Subternăto, as, n. 1. *nuotar ſotto*, ſubnato. *Solin. cap. 35. de Ægypto*: Delphines crocodilos elicitunt ad natandum, demerſique actu tenera ventrium ſubternatantes ſecant.

Subternus, a, um, adject. idem quod infernus, a *ſubter*. *Prudent. Hamartig. v. 915.* rapidus ſubterna nocte caminos. *Id. l. 1. adverſ. Symmach. v. 395.* Religionis opem ſubternis poſcere ab antris.

Subtĕro, is, trivi, tritum, a. 3. *peſtare, diminuire*, רחק, Ger. *zerreiben*, Gal. *broyer menu*, Hiſp. *deſmenuzar*, [illegible], comminuo. *Col. l. 12. c. 5.* Salis ſextarium ſubterito, & ſubtritum cum quartario mellis aceto diluito. ¶ Ponitur etiam pro continuo attritu ſubtus conſumere. *Cato cap. 72.* Boves ne pedes ſubterant, prius, quam in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima ungito.

Subterpendĕo, es, n. 2. ſubtus pendeo. *Pallad. in Martio, tit. 10.* Mala ſine terra tacta ſubterpendentia.

Subterranĕus, a, um, *ſotterraneo, che è ſotto terra*, [illegible], quod eſt ſub terra. *Col. l. 1. c. 6.* Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, anguſtis illuſtratum feneſtris. *Tacit. de German. c. 16.* Specus ſubterraneos aperire.

Subterrēnus, a, um, adject. &

Subterrēus, a, um, adject. idem quod ſubterraneus. *Arnob. l. 7. pag. 226.* Opinionem neceſſe eſt fruſtrari, quam ſuper atris pecudibus habetis, Diiſque ſubterreis. *Apul. l. 9. A. A.* Subterrenas orbis plagas illuminabat.

Subterſĕco, as, a. 1. ſubtus ſeco. *Cic. in Arat. v. 273.* medium ſubterſecat hic Capricornum.

Subtertenuo, as, a. 1. *logorare di ſotto*. *Lucr. l. 1. v. 312.* Anulus in digito ſubtertenuatur habendo. Scribi tamen poteſt diviſim *ſubter tenuatur*.

Subtervăcans, antis, particip. a *ſubter*, & *vaco*, *vacuo di ſotto*. *Senec. l. 6. Quæſt. nat. c. 23.* Decidant in illum ſubtervacantem locum. Niſi malis diviſim ſcribere *ſubter vacantem*.

Subtervŏlo, as, n. 1. *volar ſotto*. *Stat. 3. Theb. v. 669.* fragor intonat ingens Hortantum, & vaſto ſubtervolat aſtra tumultu.

Subtervolvo, is, a. 3. ſubtus volvo. *Ammian. l. 22. c. 8.* Ita Pontus perſtringitur gelu, ut nec amnium curſus ſubtervolvi credantur.

Subtexo, is, xui, xtum, a. 3. *coprire*, tego, abſcondo, quaſi ſubtus texendo cooperio. *Virg. 3. Æn.* Et cœlum ſubtexere fumo. *Stat. l. 3. ſil. 1.* Cœlum ſubtexitur umbra. ¶ Tranſlate ponitur pro ſubdere, ſubjungere, veluti texendo addere, *ſoggiungere*, [illegible]. *Plin. l. 25. c. 11.* Singulis corporum morbos remedia ſubteximus. *Liv. l. 37. c. 48.* Subtexit deinde fabulæ huic, legatos interrogatos eſſe &c. *Velley. l. 1. c. 14.* Suis rei haud intempeſtive ſubtexturi videmur, civitates propagatas, auctumque Romanum imperium &c.

Subtextus, a, um, adject. intextus, immixtus. *Manil. l. 3. v. 582.* Et ſubtexta malis ſunt bona.

Subtitŭbans, antis, nom. partic. *alquanto titubante*. *Pruden. in apotheoſ. v. 581.* Dubitabile pectus ſubtitubante fide.

Subtiloquentia, æ, f. ſubtilis oratio. *Tertul. l. 5. cont. Marc. c. 19.*

Subtilĭlŏquus, a, um, adject. ſubtiliter loquens. *Tertul. l. 5. adv. Marcion. cap. 19.*

Subtilis, & le, o. 3. *ſottile*, דק, Ger. *rein*, Gal. *ſubtil*, Hiſp. *delgado*, [illegible], tenuis, gracilis, cui craſſus opponitur, a *tela*. *Lucret. l. 4. v. 899.* ventus ſubtili corpore tenuis. & *v. 86.* Subtile filum. *Plin. l. 11. c. 5.* Apes ſuccum ſubtiliſſimum contrahunt. ¶ Tranſlate *Horat. l. 2. ſat. 8. v. 38.* Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum. *delicato*. *Colum. l. 8. c. 16.* Subtilior gula, *guſto fino*. *Cic. 2. de Orat. c. 53.* Acutiſſimum, & ſubtiliſſimum dicendi genus. *Id. 2. de nat. Deor. c. 47.* Solers, ſubtiliſque deſcriptio partium, *diligente, minuta*. *Id. l. 15. Fam. ep. 6.* Judicium ſubtile. *acuto, perſpicace*. *Id. pro Planc. c. 3.* C. Serenus ſubtiliſſimus homo: fuit enim & animi ſatis magni, & conſilii. ¶ Subtile dicendi genus idem eſt aliquando, quod ſtilus ſimplex, tenuis, infimus. *Cic. Fam. 9. ep. 21.* Privatas cauſas, & eas tenues agimus ſubtilius, capitis, aut famæ ſcilicet ornatius. Adde *de clar. Orat. c. 9.* ¶ *Ad ſubtile* apud *Cenſorin. de die nat. c. 17.* idem eſt quod *ſubtiliter*.

Subtilĭtas, atis, f. *ſottigliezza*, דק, Germ. *ſubtilheit*, Gal. *ſubtilité*, Hiſp. *ſotileza*, [illegible], tenuitas, gracilitas. *Plin. l. 10. in fin.* Immenſæ ſubtilitatis animalia. ¶ Tranſlate eſt macies, ac jejunitas. *Cic. de clar. Orat. c. 16.* Lyſias eſt genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa ſua ſubtilitate admodum gaudent. ¶ Item acumen. *Cic. 4. Fam. ep. 4.* Subtilitas, & elegantia ſcriptorum. *Quintil. l. 1. c. 4.* Intima quæſtionum naturalium ſubtilitas.

Subtilĭter, adv. *ſottilmente, minutamente*, [illegible], acute, acriter, tenuiter.

ter. *Cic.* 1. *Acad.* Sed Zeno cum Arceſilam anteiret ætate, valdeque ſubtiliter diſſereret. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 21. Privatas cauſas, & eas tenues, agimus ſubtilius, nepitis, aut ſamæ ſcilicet ornatius. *Id. pro Corn. Balb.* A quo hæc, quæ ego nunc percurro, ſubtiliſſime ſunt omnia perpolita. *Liv. l.* 3. Numerum ſubtiliter exſequi. *per minuto*.

Subtimĕo, es, a. 2. ὑποφοβοῦμαι, aliquantulum timeo, ſubvereor, ſubformido. *Cic.* 2. *Phil. c.* 24. Numquid ſubtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Subtinnĭo, is, aliquantum tinnio. *Tertull. de pall. c.* 4.

Subtitŭbans, antis, aliquantum titubans. *Prudent. in Apotheoſi*, *v.* 630. ſubtitubante fide.

Subtractus, a, um, *ſottratto*, *tolto via*. *Ulp. l. ſed ſi mors*, *ff. de donat.* Ut nunc pleniſſimam habeat infirmitatem, quando ab hac luce fuerit ſubtractus. *Calliſtrat. l.* 2. *Dig. de jure Fiſci*. Ea ſubtracta eſſe creduntur, quæ nocitura cauſæ ejus fuerunt.

Subtrăho, is, xi, ctum, a. 3. *ſottrarre*, *togliere di ſotto*, גרע, Ger. *entziehen*, Gal. *ſouſtraire*, Hiſp. *ſacar*, ὑφέλκω, aufero, de medio aufero, removeo, adimo. Uſurpatur vel cum ſolo accuſat. *Cic.* 3. *de Or.* Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. *Cæſ. l.* 8. *B. G.* Quæ ſi clandeſtina fuga ſubtrahere conarentur. ¶ Vel cum acc. & dat. *Cic. pro Mur.* Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ. *Virg.* 6. *Æn.* Siſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Ubi *aſpectu noſtro* dativus eſt more antiquorum. ¶ Vel cum acc. & abl. cum prap. *a*, vel *ab*. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 2. Quo ego me libentius a curia, & ab omni Reipublicæ parte ſubtraho. ¶ Vel cum acc. & abl. & prap. *de*. *Cic.* 3. *Off.* Qui ſi occiderit, multum de communi utilitate ſubtraxerit. ¶ Subtrahere etiam eſt ſurripere, furari. *Plaut. Caſ.* 2. 2. 28. Ei haud commodi eſt, quin viro aut ſubtrahat, Aut ſtupro invenerit. ¶ Subtrahere alvum, pro ſubducere, fluidum reddere, afferunt quidam Lexicographi ex *Celſo l.* 3. *c.* 4. ubi tamen aliter ſe res habet. inquit enim, Eam materiam, quæ lædere videbatur, ducendo ſæpius alvum, ſubtrahebant.

Subtriſtis, & ſte, n. 3. ὑπολυπούμενος, aliquantulum triſtis. *Ter. Andr.* 2. 6. 16. Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

Subtrītus, a, um, ὑποτετριμμένος, attritus, partic. a ſubteror. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 73. Quibus ſubtritæ ad femina jam erant ungulæ. idest attritu nimio corroſæ.

Subturpicŭlus, a, um, dim. a *ſubturpis*, & idem ſignat. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 5. Etiam ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία.

Subturpis, & pe, o. 3. ὑπαισχρος, quod turpitudinis nonnihil habet conjunctum. *Cic.* 2. *de Or. c.* 66. Et quæ ſint, quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia.

Subtus, adv. *ſotto*, תחת, Germ. *under*, Gall. *ſous*, Hiſp. *de baxo*, ὑποκάτω, idem quod *ſub*, a *ſub*, ut ab *in intus*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9. Labris ſubnigris, aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo.

Subtūſus, a, um, nom. particip. aliquantum tuſus, ſive percuſſus. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 9. (*al.* 11.) Flet teneras ſubtuſa genas. Al. leg. *ſuffuſa*.

Subvas, ădis, m. qui ſubſiſtit in locum prioris vadis, ſeu qui pro ipſo vade ſpondet. *Gel. l.* 16. *c.* 10. Vades, & ſubvades.

Subucŭla, æ, f. *camiſcia*, כתנת, Germ. *hemb*, Gal. *chemiſe*, Hiſp. *camiſa*, ὑποχίτων, intima veſtis, quæ fere ex lino ſit, ita dicta, quod ea ſubtus induamur, ſeu quia tunicæ ſubſit, ut tunica pallio. *Var. l.* 4. *de L. L.* Capitium ab eo, quod capit pectus, idest, ut antiqui dicebant, indutui comprehendit: alterum, quod ſubtus, a quo ſubucula: alterum, quod ſupra, a quo ſupparus. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. Subucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ. *Suet. in Aug. c.* 82. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ Sumitur etiam pro libi genere. *Feſt.* Subuculam Ælius Stilo, & Cloatius iiſdem fere verbis demonſtrant vocari, quod Diis detur ex halica, & oleo, & melle. Nam de tunicæ genere notum eſt omnibus. *Paul. ibid.* Subucula genus libi dicitur, ex halica, & oleo, & melle: & genus veſtimenti.

Subuculātus, a, um, ὑποχιτωνωτὸς, ſubucula indutus. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque derivata ſunt quædam, ut a Cicerone ſubucolatum, & ab Aſinio fimbriatum, & figulatum. Alii pro *ſubuculatum* leg. *ſyllaturio*.

Subvectĭo, onis, f. ἀνακομιδή, actus ſubvehendi. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 10. Ne ab re frumentaria duris ſubvectionibus laboraret. Adde *Liv. l.* 24.

Subvecto, as, a. 1. freq. a ſubveho. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 74. Ipſos, qui tibi ſubvectabant rure huc virgas ulmeas. *Virg.* 6. *Æn. v.* 303. Et ferruginea ſubvectat corpora cymba.

Subvector, oris, m. qui ſubvehit. *Avien. in deſcriptione Orbis*, *v.* 193. Boſphorus Inachiæ ſubvector virginis olim.

Subvectus, us, m. idem ac ſubvectio. *Tac. l.* 15. *c.* 4. Et prævisi ante commeatus, quorum ſubvectu, &c.

Subvectus, a, um, partic. a ſubvehor. *Ovid.* 8. *Met.* Illa dato ſubvecta per aera curru Devenit in Scythiam.

Subvĕho, is, xi, ctum, a. 3. *portare in alto*, *innalzare*, הביא, Ger. *hinaufbren*, Gal. *enlever*, Hiſp. *traer*, ὑποκομίζω, extollo. *Lucr. l.* 5. *v.* 516. Aſt alium ſubter, contra qui ſubvehat urbem. *Plin. l.* 31. *c.* 1. Sæpe etiam lapides ſubvehunt, portantes aliena pondera. ¶ Sæpe uſurpatur pro advehere, vehiculis, vel navibus afferre. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Eo frumento, quod flumine Arare navibus ſubvexerat. *Liv. l.* 9. *c.* 15. Nam inſedit omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio ſubvehebatur. *Id. l.* 24. *c.* 40. Subvehi adverſo flumine.

Subvello, is, a. 3. ſubtus vello. *Lucil. apud Non.* 2. 2. 0. enn. Radus, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor. h. e. pilos corporis mihi vello.

Subvenĭo, nis, n. 4. *ſovvenire*, *ajutare*, עזר, Ger. *zu hülff kommen*, Gal. *ſecourir*, Hiſp. *ſocorrer*, βοηθέω, ſubſidio venio, ſuppetias fero, auxilior, adjuvo. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. Cumque eo animo veniſſem, ut utrique provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 12. Huic quoque rei ſubventum eſt maxime a nobis. *Id. ibid.* 13. *ep.* 14. Gravedini quæſo omni ratione ſubveni. h. e. remedium affer. Sic *Tacit. Ann.* 15. *c.* 68. Non aliter tot flagitiis ejus ſubveniri potuiſſe. ¶ Cum accuſativo communi, *Plaut. Stich.* 2. 3. 74. Si neque ille adeſt, neque hic qui venit, quicquam ſubvenit. ¶ Ponitur & pro intervenire, advenire. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 11. Cæteros vis ſua, aut equites cum Stertinio ſubvenientes, periculo exemere. *Gell. l.* 19. *c.* 7. Ut quæque vox digna animadverſione ſubvenerat, memoriæ mandabamus. ¶ *Subvenibo*, pro *ſubveniam*, ἀρχαϊκῶς. *Plaut. Men.* 5. 7. 20. Defendam, & ſubvenibo ſedulo.

Subvento, as, n. 1. freq. a ſubvenio. *Plaut. Rud.* 2. 4. 21. Spes bona, obſecro, ſubventa mihi.

Subventor, oris, m. *che ajuta*, *ſovvenitore*. *Inſcript. apud Gruter. p.* 459. *n.* 1. Populi ſubventori. *Et p.* 1095. *n.* 7. Subventori civium neceſſitatis.

Subventūrus, a, um, partic. temporis futuri a ſubvenio. *Cic. Att. l.* 8. Quin is Domitio ſubventurus eſſet. *Ovid. l.* 2. *Am. el.* 16. Et ſubventuros auferat unda Deos.

Subverbuſtus, a, um, ὑπομαστιγίας, ſervus, verbero, a *verber*, ut a *jus juſtus*, ab *arbor arbuſtum*, ab *onus onuſtus*. Secundum *Feſtum* dicitur quaſi *ſub veru uſtus*, *b* pro *u* poſito. Scribit enim: Subverbuſtam, veribus uſtam ſignificat Plautus, cum ait, Ulceroſam, compeditam, ſubverbuſtam, ſordidam. ¶ Opponitur liberali. *Tertull. de Pallio c.* 4. Libertinus in equeſtribus, ſubverbuſtos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus.

Subverĕor, eris, itus ſum, d. 2. ὑποδέδοικα, aliquantulum vereor. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 10. Venit enim mihi in mentem ſubvereri interdum, ne te delectet tarda deceſſio.

Subverſĭo, onis, f. *ſovverſione*, actus ſubvertendi. *Arnob. l.* 1. Subverſio humani generis. *Et lib.* 5. Animarum ſubverſiones.

Subverſo, as, a. 1. freq. a ſubverto. *Plaut. Curc.* 4. 1. 23. Vel qui ipſi vortant, vel qui alios ſubverſandos præbeant. Alii leg. *ut verſentur*.

Subverſor, oris, m. everſor. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 28. Suarum legum auctor idem, ac ſubverſor.

Subverſus, a, um, adject. everſus. *Lucret. l.* 5. *v.* 1135. ſubverſa jacebat priſtina majeſtas. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 42. Subverſæ domus. *Id. Ann.* 13. *c.* 39. Subverſi portarum obices.

Subverto, is, ti, ſum, a. 3. *voltare*, הפך, Ger. *ombkheren*, Gal. *renverſer*, Hiſp. *traſtornar*, ἀνατρέπω, eſt, quod ſubtus eſt, ſupra vertere, ut fit in arando. *Col. l.* 11. *c.* 2. Idem, qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nonc demum aratro ſubvertit. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque re pro deſtruere, tollere, delere, *ſovvertire*, ἀνατρέπειν. *Sall. in Jug. c.* 30. Probarent ne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubverterent, parum conſtabat. ¶ Item pro perdere calumniis *Tacit. l.* 3. *Ann. c.* 25. Cum omnis domus delatorum interpretationibus ſubverteretur.

Subveſpĕrus, ventus eſt occidentalis apud *Vitruv. l.* 1. *c.* 6.

Subvexus, a, um, ἀνάρροπος, devexus. *Liv. lib.* 25. *c.* 36. Omnia faſtigio leni ſubvexa.

Subvillĭcus, i, m. *ſottofattore*, villicus qui eſt ſub alio villico. Legitur in *Inſcriptionib. apud Gruter.* non ſemel.

Subvĭrĭdis, & de, *verderognolo*, *verdiccio*, ὑπόχλωρος, aliquantulum viridis. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Therionarca fruticoſa, foliis ſubviridibus, flore roſeo. *Id. l.* 37. *c.* 10. Balanitæ genera duo habent, ſubvirides, & Corinthii æris ſimilitudine.

Subŭla, æ, f. *leſina*, Ger. *ahl*, Gal. *aleine*, Hiſp. *aleſna*, ὀπήτιον, inſtrumentum ſutorum, quo illi calceos ſuentes corium perforant, quaſi ſuibula, per Sync. a *ſuendo*. *Martial. l.* 3. *ep.* 16. Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit. *Col. l.* 6. *c.* 1. Æneo ſubula pars auriculæ latiſſima circumſcribitur. ¶ Subula lumbos excipere, proverbio dicuntur illi, qui magnis periculis levia adhibent remedia. *Sen. ep.* 82. *in fine*.

Subulcus, ci, m. *porcajo*, ὑφορβός, qui ſuum dux eſt, vel cui porcorum nutriendorum cura commiſſa eſt. *Var. l.* 2. *R. R.* Ut ſubulcus facile circumſpicere poſſit, ne quis porcellus a matre opprimatur. *Col. in præf. l.* 1. Porculatoris vero, & ſubulci diverſa profeſſio, diverſæ paſtiones.

Subŭlo, onis, m. αὐλητὴς, tibicen. *Feſt.* Subulo Tuſce tibicen dicitur. Itaque Ennius: Subulo quondam marinas propter adſtabat plagas. *Varr. l.* 6. *de L. L.* Apud Ennium, Subulo Sicilianas propter adſtabat aquas. Subulo dictus, quod ita dicunt tibicinem Tuſci. Quocirca radices ejus in Etruria, non Latio, quærendum eſt. ¶ Subulones etiam dicuntur cervorum quoddam genus rectis cornibus, & in modum ſubulæ acuminatis, ſimplicibus, & non ramoſis. Gloſſ. vet. *Subulones*, ὀρίγες, Θρίξ. *Plin. l.* 11. *cap.* 37. Aliis ſimplicia tribuit (cornua) ut in eodem genere (cervorum) ſubulonibus ex argumento dictis. *Id. l.* 28. *c.* 17. Sunt & qui ſuum ſimi auorem profuiſſe ſcripſerint in paſſo, & cervi pulmonem, maxime ſubulonis. ¶ Denique ſubulo dicitur pædico, qui pueros quaſi ſubula perforat. Ita exponit *Turneb.* locum illum *Auſonii epig.* 69. Perverſæ veneris poſtica vulnere foſſor, Lucili vatis ſubulo pullipremo.

Subvŏlo, as, n. 1. *volare in ſu*, Ger. *aufflihegen*, Gal. *voler en pen en haut*, Hiſ. *volar*, ἀναπέτομαι, ſurſum volo. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 17. Sic hæc ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubvolent. *Ovid.* 4. *Metam.* Numeruſque ex ordine major Subvolat, & remos plauſis circumvolat alis.

Subvolturius. V. Subvulturius.

Subvolvo, vis, a. 3. ἀνακυλίω, ſurſum volvo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 424. Molirique arcem, & manibus ſubvolvere ſaxa.

Subūra, æ, f. vel Suburra, *la Suburra*, vicus, & via Romæ, in 2. regione, quæ Cœlimontana vocatur, & vulgo *Rione de' Monti*, ubi olim meretrices habitabant. Nomen Suburæ ex eo fortaſſe eſt, quod latet in ſub urbe foret. Nam muro terreo ſuberat, ut docet Junius apud *Var. l.* 4. *L. L.* Verum idem *Varro ibid.* & *Feſtus* ſcripſere, Suburam a pago Succuſano dictam, hoc vero maxime probari eorum auctoritate, qui ajunt ita appellatam & regionem urbis, & tribum, a ſtativo præſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Eſquiliis, infeſtantibus eam partem urbis Gabinis, indicioque eſſe, quod adhuc ea tribus per C literam, non B, ſcribatur. *Martial. lib.* 6. Famæ non nimium bonæ puellam, Quales in media ſedent Suburra. *Perſ. ſat.* 5. Totaque impune Suburra Permiſit ſparſiſſe oculos mihi candidus umbo.

Suburānus, vel Suburranus, a, um, quod ad Suburam ſpectat. *Feſtus*: Suburanam Tribum antea Succuſanam per C appellabant ex nomine regionis. Nam partem illam quoque tradunt fuiſſe Succuſanam dictam. Verrius autem ait, ſe miratum eſſe, cur non a nomine pagi Succuſani, in quo milites exercerentur. *Hor. Epod.* 5. Senem, quod omnes rideant, adulterum Latrent Suburranæ canes.

Suburbanĭtas, atis, f. τὸ προάστειον, locorum ſuburbanorum ſitus, urbis vicinitas. *Cic.* 4. *Ver. de Siculis c.* 3. Sit populo Romano jucunda ſuburbanitas eſt hujuſce provinciæ.

Suburbānum, ni, ſubſt. n. προάστειον, τὸ ἐν τῷ προαστείῳ χωρίον, prædium urbi vicinum. *Suet. in Aug.* Nutrimentorum ejus oſtenditur adhuc locus in avito ſuburbano, juxta Velitras permodicus. *Cic. pro Roſ. Poſt. c.* 10. In hortis, aut ſuburbanis ſuis.

Suburbānus, a, um, *vicino alla città*, προαστεῖος, ὁ ἄστει παρακείμενος, quod urbi vicinum eſt. *Cic.* 2. *de Div.* Ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani, non ad arcem, urbemque retinendam. *Id.* 1. *de Or. c.* 21. Et longe Academiæ illi, ac Lyceo tuum hoc ſuburbanum gymnaſium anteponam.

Suburbicarĭus, a, um, idem ac ſuburbanus, ut Suburbicariæ regiones, Suburbicariæ partes, *Cod. Theodoſ. l.* 9. *de annonis*, & *tributis*.

Suburbĭum, ii, n. προάστειον, *ſobborgo*, frequentes extra urbem domus inſtar vici urbani ædificatæ. *Cic.* 12. *Phil. c.* 10. Qui Terminalibus nuper in ſuburbium, ut eodem die reverteret, ire non auſus ſim?

Suburgĕo, es, a. 2. aliquantum urgeo. *Virg.* 5. *Æn.* Dum proram ad ſaxa ſuburget.

Subūro, is, ſſi, ſtum, a. 3. leviter uro. *Suet. in Aug. c.* 68. Solituſque ſit crura ſuburere nuce ardenti.

Suburra. V. Subura.

Subuſtĭo, onis, f. *Leg.* 30. *Cod. Theodoſ. de operibus publ.* Subuſtio Thermarum vocatur, quæ ab *Ammiano l.* 31. *c.* 1. Succenſio lavacri dicitur, hoc

hoc eſt calefactio, quia lavacra ex inferiore loco calefiebant.

Subvulſus, vel Subvolſus, a, um, nom. ex particip. *pelato, netto de peli. Scipio apud Gel. l. 7. c. 12.* Qui barba vulſa, feminibuſque ſubvolſis ambulet.

Subvulturius, a, um, qui fuſco colore eſt inſtar vulturis. *Plaut. Rud. 2. 4. 9.* Eja corpus cujuſmodi ſubvulturium? illud quidem, ſubaquilum volui dicere.

Succaſus, us, m. *il cadere all' ingiù. Varro apud Non. c. 6. n. 21.* Ventus ſuccaſu vehementius ſufflare. Alii leg. *ſuo caſo.*

Succedaneus, a, um, *ſucceſſore*, Ger. *nachfolger*, Gal. *ſucceſſeur*, Hiſp. *ſucceſſor*, διάδοχος, ἄντανδρος, quod alteri ſuccedit, ſeu quod pro alio ſubjicitur. *Plaut. Epid. 1. 2. 37.* Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? *Ulp. l. 3. in fine, ff. de adminiſtr. tutor.* Nec patiuntur, ut ſuccedanei ſint alieni periculi. *Id. l. 4. ff. de Magiſt. conv. Servi* Hæres ipſius, dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt. Eodem modo in *Cod.* legas, ſuccedaneum damni, ſolutionis, functionis, &c. ¶ Succedanea, ſeu ſuccidanea hoſtia dicebatur, quæ in locum alterius ſuccedebat, & mactabatur. *Serv. in 2. Æn. v. 140.* Mos antiquo hoſtia ſi effugiſſet, effugia dicebatur, quæ autem ſuppoſita fuerat, ſuccedanea appellabatur. *Gel. l. 4. c. 6.* Si primis hoſtiis litatum non erat, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur, quæ quaſi prioribus jam cæſis, luendi piaculi cauſa ſubdebantur, & ſuccidebantur, ob id ſuccidaneæ nominatæ. *Apul. l. 8. Metam.* Poſtquam non cervam pro virgine, ſed aſinum pro homine ſuccidaneum videre. ¶ Diſputant Grammatici, & Etymologi, ſit ne ſuccidanea hoſtia a *ſuccedendo*, an a *ſuccidendo*, quod ſcilicet poſteriora loco cadatur: hoc acriter defenditur a *Gellio loc. cit.* illud a Mario Victorino, & aliis: ſed tota hujuſmodi lis nihil ad notionem, uſumque verbi fecit.

Succēdo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *andar ſotto, entrare*, Ger. *underbingehen*, Gal. *ſucceder*, Hiſp. *ſucceder*, ὑποδύομαι, ſubeo, ingredior. *Cic. pro Dom.* Is tectum, quo imbris vitandi cauſa ſuccederet, nullum haberet. *Caſ. l. 2. B. G.* Teſtudine facta portis ſuccedunt, murumque ſubruunt. *Virg. 3. Æn.* Parvæ ſuccedimus urbi. *Liv. l. 1.* Nec munera ergo, nec tranſire aperte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit. *Saluſt. apud Serv. in Eclog. 5.* Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, pœnas dederat. *Rurſus Cic. 1. de Orat. c. 33.* Sub acumen ſtili ſubeant, & ſuccedant, neceſſe eſt. ¶ Sumitur etiam pro in alterius locum venire, *ſuccedere. Caſ. l. 5. B. G.* Integri, & recentes defatigatis ſuccederent. *Cic. l. 12. Fam. ep. 4.* Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non inſulſis, quod ſibi tam cito ſuccederet. *Id. 3. Off.* Ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipſe ſuccedat? ¶ Uſurpatur etiam impers. *Cic. in Piſon.* Cum te non ſolum, quod tibi ſuccederetur, ſed quod Gabinio non ſuccederetur, exanguis, & mortuus concidiſti. *Id. l. 13. Fam. ep. 30.* Qui, cum ſuo Quæſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſucceſſum eſſet. ¶ Eſt etiam proſpere cedere, felicem exitum habere, *aver buon ſucceſſo, andar bene.* Varie conſtruitur. *Ter. Andr. 4. 1. 46.* Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 13.* Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita. *Plaut. Mil. 3. 2. in fine.* Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium. *Liv. l. 41.* Non ita proſpere, ubi ad effectum operis ventum eſt, cœptis ſuccedebat.

Succendo, is, endi, enſum, a. 3. *accendere*, [illegible], Germ. *anzunden*, Gal. *enflammer*, Hiſp. *encender*, ὑφάπτω, ignem ſubjicio, accendo, incendo. *Lucan. l. 6. v. 178.* Alterius flamma crineſque, geneſque ſuccendit. ¶ Tranſlate eſt incitare. *Id. ibid. v. 171.* movit tantum vox illa furorem, Quantum non primo ſuccendunt claſſica cantu.

Succenſeo, es, ſui, ſine ſup. *adirarſi*, קצף, Germ. *zornig ſein*, Gal. *ſe marrir*, Hiſp. *enſañar*, ἀγανακτέω, iraſci. *Cic. pro Dejot. c. 13.* Non enim jam metuo, ne illi ſuccenſeas: illud vereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere. *Ter. Andr. 2. 3. 2.* Si id ſuccenſeat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes. *Gel. l. 16. c. 11.* Pſyllos ſe aquarie defectos, eam injuriam graviter Auſtro ſuccenſuiſſe. *Plaut. Bacch. 3. 4. 27.* Nec quid ei ſuccenſeat mea cauſa de auro.

Succenſio, onis, f. calefactio, ut ſuccenſio lavacri, *Ammian. l. 31. c. 1.* V. *Subvulſio.* ¶ Item accenſio, illuſtratio. *Tertull. de reſur. carn. c. 25.* Redaccenduntur enim & ſtellarum radii, quos matutina ſuccenſio extinxerat. ¶ Item indignatio, ira, a *ſuccenſeo. Symmach. l. 5. ep. 35.* Litteræ tuæ officii plenitudine memoriam ſuccenſionis obliterant.

Succenſus, a, um, nom. particip. *acceſo. Liv. l. 28.* In ſuccenſum rogum injicere corpora. *Cic. in Piſon. c. 18.* Succenſis ignibus torreri. ¶ Tranſlate *Senec. in Herc. Fur. v. 779.* Lapithæque multo in bella ſuccenſi mero. *Ovid. heroid. ep. 15. v. 197.* Succenſus amore. *Silius l. 1. v. 169.* Succenſus ira.

Succentivus, a, um, adject. qui cum alio canit. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Dextera tibia alia, quam ſiniſtra, ita ut tamen ſit quodammodo conjuncta, quod eſt altera ejuſdem carminis modorum incentiva, altera ſuccentiva, *accordata con l' altra.*

Succentor, oris, m. qui ſuccinit, & cantum ſuum cum alio, ſed ſubmiſſius, accommodat: hanc enim eandem ſignificationem habet *ſuccino*, cujus eſt verbale. Tranſlate *Ammian. l. 19. c. 38.* Paulo ſuccentore fabularum crudelium, h. e. impulſore. ¶ *Iſidorus l. 6. Orig. c. 19.* aliter ſuccentorem definit: ait enim tres eſſe in cantando gradus, primam ſuccentionis, (h. e. ejus, qui cantum incipit) ſecundum incentoris, tertium accentoris.

Succenturiatus, a, um, ὑποκατάγραπτος, qui additus eſt in ſupplementum centuriæ, partic. a ſuccenturior. *Ter. Phorm. a. 1. ſc. 4. in fine.* Nunc prior adito tu, ego in inſidiis hic ero ſuccenturiatus, ſiquid deficies. Ubi ſic *Donatus.* Tota Metaphora de re militari eſt. Succenturiati dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia ſubjiciunt ſe ad ſupplementum ordinum.

Succenturio, as, a. 1. *reclutare*, ἐπιλοχίζω, eſt in locum occiſorum militum alios ſubſtituere, a *centuria. Feſt.* Succenturiare eſt explendæ centuriæ gratia ſupplere, ſubjicere. Plautus in Saturione. Succenturia centum, require, qui te delectet domi. Et Cæcilius in Triumpho. Nunc meæ malitiæ aſtutia opus eſt ſuccenturiata. ¶ Tranſlata dicitur de quacunque re, cum in locum rei, quæ aufertur, alia ſtatim ſubſtituitur. *Gel. l. 15. c. 8.* Et alia eſca melior, atque amplior ſuccenturiatur.

Succerda. V. Sucerda.

Succerno. V. Subcerno.

Succeſſio, onis, f. *ſucceſſione*, Ger. *nachtretung*, Gal. *ſucceſſion*, Hiſp. *ſucceſſion*, διαδοχή, actus ſuccedendi. *Cic. 1. Fin.* Sic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione provinciarum Galliarum. *Brutus ad Atticum, in Epiſt. ad Brutum, 17.* Si merces Antonii oppreſſi poſcitur in Antonii locum ſucceſſio. ¶ Item ſucceſſus. *Cic. in fragmen. in Hortenſ. apud Auguſtin. de vita beata.* Ejuſque omne inſtitutum voluntatem omnem ſucceſſio proſpere conſecuta eſt.

Succeſſive, adv. *ſucceſſivamente*, ἐν διαδοχῇ, per ſucceſſionem. *Spartian. in Caroc. c. 8.* In advocationa fiſci ſucceſſive. Ita quidam Lexicographi, ſed alii ibi leg. *ſucceſſiſſe.*

Succeſſivus, a, um, adject. *che ſuccede*, qui poſt alium ſuccedit. *Lactant. de opif. Dei, c. 12.* Duobus ſexibus maris, ac feminæ copulatis, ſucceſſiva proles paritur.

Succeſſor, oris, m. *ſucceſſore*, Ger. *nachfahr*, Gal. *ſucceſſeur*, Hiſp. *ſucceſſor*, διάδοχος, qui alteri ſuccedit. *Cic. l. 2. Fam. ep. 17.* Marium quidem ſucceſſorem tarde video eſſe venturum. *Ovid. de remed. am. v. 462.* Succeſſore novo tollitur omnis amor. ¶ Succeſſorem alicui dare, & imperium ei abrogare, ſummovere, exauctorare: utebantur enim eo dicendi modo ad invidiam molliendam. *Spartian. in Adrian. c. 11.* Septicio Claro Præfecto, & Suetonio Tranquillo epiſtolarum magiſtro ſucceſſores dedit. *Id. in Pio, c. 5.* Factus imperator nulli eorum, quos Adrianus provexerat, ſucceſſores dedit.

Succeſſorius, a, um, adject. ad ſucceſſionem pertinens. *Ammian. l. 14. c. 8.* Seleucus cum poſt Alexandrum ſucceſſorio jure teneret regna Perſidis. *Ulpian. l. 1. ff. l. 38. tit. 9.* Succeſſorium edictum idcirco propoſitum eſt, ne bona hæreditaria vacua ſine domino diutius jacerent.

Succeſſus, us, m. *buon ſucceſſo*, Ger. *uſgang*, Gal. *evenement, bonheur*, Hiſp. *ſucceſſo*, τύχη, eventus proſper. *Virg. 2. Æn.* Atque hic ſucceſſu exultans, animiſque Chorœbus. *Liv. in præf. operis.* Ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. *Ovid. de remed. amor. v. 624.* Succeſſuſque vires non habuere meos. *Idem Heroid. ep. 1. v. 18.* Succeſſu carere. ¶ Sumitur & pro curſu temporis continuato, & ſuccedente. *Juſtin. l. 1. c. 8.* Cyrus regnavit annos xxx. non initio tantum regni, ſed continuo totius temporis ſucceſſu admirabiliter inſignis. ¶ Proprie eſt actus ſuccedendi, & ſubeundi, h. e. acceſſus a loco ad locum. *Caſ. l. 2. B. G. c. 20.* Quarum rerum magnam partem temporis brevitas, & ſucceſſus, & incurſus hoſtium impediebant.

Succeſſus, a, um, πεπραγμένος, quod proſpere ceſſit, partic. paſſ. a ſuccedo. *Cic. l. 16. Fam. ep. 21.* Nam cum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum etiam tua. ¶ Succeſſum, more ſubſtantivi, *buon ſucceſſo. Ovid. Met. 2. v. 788. de Invidia:* Murmura parva dedit, ſucceſſorumque Minervæ indoluit. Alii leg. *ſucceſſurumque.*

Succidaneus. V. Succedaneus.

Succidia, æ, f. *carne porcina ſalata*, Ger. *ſpeck ſeite*, Gal. *fléche de lard*, Hiſp. *lardo ſalado*, ταριχεία, tergum ſuis, ſive maſſa carnis porcinæ ſale durata, & in quotidianos uſus ſervata. *Varro l. 4. L. L.* Succidia ab ſuibus concidendis. Nam id pecus primum occidere cœperunt domini, &, ut ſervarent, ſalire. *Id. l. 2. R. R. c. 4.* Ignavum, & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam ſuſpenderit in carnario potius ab laniario, quam ex domeſtico fundo. ¶ Tranſlate de aliis rebus uſurpatur. *Cic. de Sen.* Jam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. *Cato apud Gel. l. 13. c. 24.* Succidias humanas facere. h. e. homines occidere.

Succīdo, is, ſuccīdi, ſucciſum, a. 3. *tagliare*, [illegible], Germ. *abhauen*, Gal. *couper*, Hiſp. *cortar*, ὑποτέμνω, ὑποκόπτω, idem ut cædo, vel ſubtus cædo, ſubſeco, a *ſub*, & *cædo. Virg. 1. Georg.* At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu. *Plin. l. 16. c. 16.* Poſtea tota arbor ſucciditur, & medulla ejus uritur.

Succĭdo, is, ſuccĭdi, ſuccaſum, n. 3. *cadere ſotto*, ὑποπίπτω, ſubtus cado, ſub onere cado. *Plaut. Curc. 2. 3. 32.* Genua media ſuccidunt laſſitudine. *Sen. de Prov.* Etiamſi ſucciderit, de genu pugnat. *Lucret. l. 5. v. 210.* Succidere horriſono poſſe omnia victa fragore.

Succĭdus, a, um, a. 1. 2. *ſucido, ſudicio, immondo*, Ger. *feucht*, Gal. *ſeveux humide*, Hiſp. *ſucio*, ſucci plenus, pinguis, ſordidus, a *ſuccus*, ut Lana ſuccida. *lana di freſco toſata, e non purgata. Var. l. 2. R. R. c. 11.* Tonſuræ tempus inter æquinoctium vernum, & ſolſtitium, cum ſudare inceperunt oves: a quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata. *Martial. l. 11. ep. 28.* Succida palliolo vellera quinque petit. *Juvenal. ſat. 5. v. 24.* Vinum, quod ſuccida nolit Lana pati. ¶ Succida mulier, eſt bene habita, bene valens, ſucci plena, *bene in carne. Plaut. Mil. 3. 1. 191.* Siccam, ſuccidam, quam lepidiſſimam potes, quamque adoleſcentem maxume.

Succĭduus, a, um, *chino*, ὑπόπτωτος, pronus ad cadendum, ſive ſerme cadens. *Ovid. 10. Met. v. 458.* At illi Poplite ſucciduo genua intremuere. *Id. ep. 13.* Succiduo dicor procubuiſſe genu. *Claud. l. 3. de rapt. Proſ. v. 133.* Succiduis titubant greſſum.

Succincta, &

Succinctim, adverb. *ſuccintamente*, breviter. *Claud. Mamert. in præfat.* Succinctim, atque uti digito denotare. *Ammian. l. 28. c. 1.* Nec pigebit docere ſuccincte. *Sidon. l. 1. ep. 9.* Faber ſuper his aliqua ſuccinctim.

Succinctorium, ii, n. περίζωμα, campeſtre ſubligar. *Auguſt. ſerm. 10. de verb. Dom. ſub fin.*

Succinctulus, a, um, adject. diminut. a ſuccinctus. *Apul. lib. 2. Mileſ.* Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea, faſciola altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.

Succinctus, a, um, *ſuccinto*, διεζωσμένος, *Cic. 13. Phil. c. 26.* Galbam eodem pugione ſuccinctum videtis. ¶ Tranſlate ponitur pro agili, & parato. *Quintil. l. 2. cap. 2.* At nunc proni, atque ſuccincti ad omnem clauſulam non exurgunt modo, ſed etiam excurrunt. ¶ Item pro circumdato, circumſepto. *Cic. 2. Agr.* Deleta Carthago eſt, quod cum hominum copiis, tum ipſa natura, ac loco, ſuccincta portubus, armata muris, excurrere ex Africa, imminere ita fructuoſiſſimis inſulis P. R. videbatur. *Stat. l. 4. Silv. 1.* Succincta curis pectora. ¶ *Plin. l. 16. c. 10.* Arbores graciles, ſuccinctioreſque, & enodes, hoc eſt minus ramoſæ. *meno ſparſe.*

Succineus, a, um, ἠλέκτρινος, quod eſt ex ſuccino. *Plin. l. 22. c. 23.* Succineis novaculis, aut argenteo apparatu comitante.

Succingo, is, inxi, inctum, a. 3. *cingere*, διαζώννυμι, ſubtus cingo, veſtis lacinias cingulo coerceo, ut ſolemus, quo expeditiores ſimus ad aliquod opus faciendum. *Hor. l. 2. ſat. 6.* Veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. ¶ Tranſlate ſumitur pro circumdare, circumſepire, munire. *Cic. 7. Ver.* Quod multo ſe pluribus, & majoribus canibus ſuccinxerat. idest pluribus copiis, majore potentia, ut ait *Budæus. Ovid. 13. Met. de Scylla:* Illa ferit atram canibus ſuccingitur alvum. *Plin. in Paneg. c. 49.* Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate non fuerit; armis enim arma irritantur.

Succingulum, vel ſubcingulum, i, n. balteus, a ſuccingo. *Feſtus:* Succingulum appellabant antiqui balteum. Plautus (Men. 1. 3. 17.) Ab Hippolyte Succingulum Hercules æque magno nunquam abſtulit periculo.

Succĭno, is, inui, centum, a. 3. *cantare dopo*, ὑπᾴδω, canendo ſubſequor, poſteriore loco cano, cui opponitur præcino. *Hor. l. 1. ep. 18.* Clamat, Victum date, ſuccinit alter, Et mihi dividuo findetur munere quadra.

Succīnum, ni, *ambra*, ἤλεκτρον, idem quod electrum. Succinum vocatur, quia ſit arborum ſuccus, ut *Plinius ſcribit l. 37. c. 3.* Siquidem in Septentrionalibus Oceani inſulis ſudat ex arboribus pini generis, ut tempore, aut mari induratus, & Oceano intumeſcente defertur in litus. Merito itaque ab *Ambroſio Hexameron l. 3. c. 15* dictus eſſe lacryma virgulti. *Plin. lib. 37. cap. 3.* Succina etiam gemmis, quæ ſunt tranſlucidæ, adulterandis magnum habent locum, &c. Plura de ſuccino V. apud *eund. l. 4. c. 16. & loc. cit.*

Succinus, a, um, idem ac ſuccineus. *Martial. lib. 6. e. 15.* Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.

Succipio, is, pro ſuſcipio quidam putant leg. apud *Lucret. lib. 5. v. 403.* ſed non eſt a conſueta & optima ſcribendi ratione recedendum.

Suc-

Digitized by Google

Succiſio, onis, f. actus ſuccidendi. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Pilis infra narium antra fruticantibus quotidiana ſucciſio.

Succiſivus. V. ſubſecivus.

Succiſus, a, um, *tagliato*. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 19.* Omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſucciſis.

Succlamatio, onis, *lo ſgridare*, ἐπιβόημα, idem quod acclamatio. *Liv. l. 40. c. 26.* Si ex eo, quod aut inter ſe loquentur, aut ſucclamationibus apud concionantem Imperatorem ſignificent, quid ſentiant, &c.

Succlamo, as, n. 1. *gridare*, ἐπιβοάω, idem quod acclamo, ſive alterius orationem clamore excipio. *Liv. l. 3. c. 50.* Hæc Virginio vociferanti ſucclamabat multitudo, nec illius dolori, nec ſuæ libertati ſe defuturos. ¶ Uſurpatur & imperſ. *Brutus Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* Succlamatum eſt & frequenter a militibus. ¶ Paſſive *Quintil. declam. 19.* Omnium maledictis ſucclamatus. h. e. exagitatus, oneratus.

Succollatus, a, um, *portato ſulle ſpalle*. *Suet. in Othone, c. 6.* Succollatus, & a præſente comitatu Imperator conſalutatus.

Succollo, as, a. 1. *portar ſulle ſpalle*, ἀνωμοῦν αἴρειν, in collum attollo, cervicibus ſubjectis porto, quod proprie eorum eſt, qui aliquem in lectica geſtant. a *ſub*, & *collum*. *Suet. in Claud. c. 10.* Ab his lecticæ impoſitus, & quia ceteri diffugerant, invicem ſuccollantibus in caſtra delatus eſt. *Plin. l. 33. c. 10.* Succollantium ſpecie mulieres labentes, trepidaque feruntur. *Varr. l. 3. R. R. c. 16.* Apes Regem ſuum ſuccollant.

Succonditor, oris, m. qui in factionibus circi, ludiſque circenſibus ſub currum, & jugum ſe ſe condebat, ſi forte male juncti eſſent equi, aut loris ſe impedirent. *In epig. vet.* quod affert, & explicat *Turneb. lib. 11. Adverſ. cap. 11.* M. Vipſanio fulloni tinctori, M. Vipſanio Migrioni viatori, M. Vipſanio Quartino ſuccondıtori, M. Vipſanio Eroti a rigatori.

Succoſus, a, um, *ſuccoſo, pieno di ſucco*, ἔνυλος, plenus ſucco, ſucculentus. *Plin. l. 12. c. 31.* Exit & in Pamphylia, ſed acrior, minuſque ſuccoſus. *Colum. l. 4. c. 29.* Stirpes ſuccoſiores libri. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod natura humectum, & irriguum eſt. *Colum. l. 2. c. 17.* Meliuſque habetur fœnum, quod natura ſuccoſo gignitur cœlo, quam quod irrigatum aquis elicitur.

Succreſco, is, evi, etum, n. 3. *creſcere*, גדל, Germ. *farbin wachſen*, Gal. *croitre peu a peu*, Hiſp. *crecer*, ἐναυξάνομαι, idem ac creſco, vel ſucceſſive creſco. *Plaut. Trin. 1. 1. 8.* Interim mores mali quaſi herba irrigua Succreverunt uberrime. *Ovid. 9. Met.* Succreſcit ab imo, Tortaque paullatim lentus premit inguina cortex. *Cic. 3. de Orat. in fine.* Non enim ille mediocris orator veſtræ quaſi ſuccreſcit ætati, ſed & ingenio peracri, & ſtudio flagranti.

Succretus, V. Subcretus.

Succrotillus, a, um, tenuis, exilis. *Feſt.* Succrotila tenuis dicebatur, & alta vox. *Titinius:* Fœminina fabulata ſuccrotila vocula. *Afranius in epiſtola:* Loquebatur ſuccrotila voce ſerio. *Plautus in deſcribendis mulierum cruribus gracilibus*, Cum extortis talis, cum ſuccrotilis cruſculis belle, quæ non pedibus irent. Sed *Feſtus* ipſa verſum hunc aliter, atque aliter citat. In *Crotesiam* legit, cum *crocotulis cruſculis*, ſive, ut in manuſcripto eſt, *crocotilis*. In *Todi* vero *cum todillis cruſculis*.

Succuba, æ, m. & f. qui, vel quæ ſub aliquo cubat: & ſpeciatim qui in rem Veneream ſe alteri ſubjicit, ὕπανδρος. Igitur ſuccuba eſt mulier adultera, quæ in locum legitimæ uxoris ſe alteri viro ſubjicit. *Ovid. heroid. ep. 6. v. 153.* Lecti quoque ſuccuba noſtri Mœreat, & leges ſentiat ipſa ſuas. *Heinſius* legit *ſubnuba*. *Apul. l. 5. Metam.* Tunc indignata Venus exclamavit, vel maxime Pſychem illam meæ formæ ſuccubam, mei nominis æmulum. h. e. quæ debitum meæ pulchritudini cultum intercipit. Adde *l. 10.* ¶ In maſcul. gen. *floralentum ſuccubam* dicit *Prudent. in Rom. v. 192.* ſcortum maſculum intelligens.

Succubo, as, bui, bitum, n. 1. ὑποκεῖμαι, cubo ſub aliqua re. *Apul. l. 2. Metam. poſt princ.* Humi proſtratus lectulo ſuccubans jacet. Et *l. 9.* Illum, qui inſtar teſtudinis alveum ſuccubabat, depulſo tegmine cunctis palam fecere.

Succubonſus, V. Subcuboneus.

Succudo, is, udi, uſum, a. 3. idem quod cudo, ſeu cudendo fabricor. *Var. l. 4. de L. L.* Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant: poſtea ſucciderunt Galli e ferro, ſub id vocabulum, ex anulis ferream tunicam.

Succulentus, a, um, *ſuccoſo*, πολύχυμος, ſucco plenus. *Apul. l. 10. A. A.* Corium arvina ſucculenta molliveram. Et *l. 2.* Inenormis proceritas, ſucculenta gracilitas.

Succumbo, is, ubui, ubitum, n. 3. *cadere ſotto*, כרע, Germ. *under erligen*, Gal. *ſuccomber*, Hiſp. *caer, ſer vencido*, ὑποπίπτω, ſubtus cado, ſubjicior, oneri impar ſum. *Liv. l. 4.* Cui ſuccumbere oneri coacta plebes. *Ovid. l. 4. Triſt. eleg. 2.* Jam fera Cæſaribus Germania, totus ut orbis, Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. ¶ Uſurpatur etiam pro rem Veneream pati. *Var. l. 2. de R. R. c. 10.* Quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias ut ſuccumberent, quibus vellent. ¶ Translate dicitur de animo pro frangi, ut debilitari. *Cic. 2. de Fin.* Turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. *Idem 2. Tuſc.* Non quod doleant, animove ſuccumbant. *Id. l. 9. Fam. ep. 11.* Aut fortunæ ſuccumbendum putem. ¶ Item pro ſubjacere, cedere, dedere ſe. *Virg. 4. Æn.* Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ. *Ovid. Heroid. epiſt. 3.* Succumbere precibus alicujus. *laſciarſi vincere*.

Succurro, is, ſuccurri, urſum, n. 3. *ſoccorrere, ſovvenire, porgere aita, ſoccorſo*, עזר, Germ. *zu hulff kommen*, Gall. *ſecourir*, Hiſp. *ſocorer*, βοηθέω, ἐπικουρέω, auxilium præſto, ſuppetias fero, ſubvenio. *Virg. 1. Æn.* Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco. *Cic. 2. Ver.* Sed ut infamiæ communi ſuccurrerem. *Id. 3. Ver.* Ut & vitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurreret. ¶ Uſurpatur etiam paſſ. impersonaliter. *Liv. l. 5.* Cujus adverſæ fortunæ velit ſuccurſum. *Celſ. l. 8. c. 4.* Os fractum, niſi ſuccurſum eſt, gravibus inflammationibus afficit. ¶ Significat etiam ſubire, accurrere, *correr ſotto, ſottoporſi*. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 11.* Licet hercules omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia, ſuccurram, atque ſubibo. ¶ Item in mentem venire, *venir' in mente*: & hac ratione impersonaliter uſurpatur. *Virg. 2. Æn.* Pulchrumque mori ſuccurrit in armis. *Cic. in Pis.* Neque enim mihi ſuccurrebant verba, quæ ante diſceſſum a Dolabella audieramus.

Succus, ci, m. a. *ſucco, umore*, Germ. *ſafft*, Gal. *ſuc*, Hiſp. *zumo*, χυλός, χυμός, humor tam in animalium, quam in plantarum corporibus, quo illa aluntur, ita dictus a *ſugendo*, ut quidam volunt, quod ſingula membra, quantum cuique opus eſt, ex eo exugant, attrahantque. Si gemino ſcribatur c c, erit a ſupino *ſuctum*, t in c converſo. Verum ex *Pierii caſtig. ad Ecl. 3.* conſtat in antiquis codicibus, ac iis etiam, quæ geminatione conſonantium gaudent, vocem hanc unico ſcribi c. Ac ſimiliter in Philoxeni Gloſſis exaratum, *Sucus*, χυλός. Ideoque magis veriſimile fit eſſe a præſenti *ſugo*, ut ita dicatur quaſi *ſugor*, ut eſt apud *Donat. in Eun. 4. 4. ſc. 3.* *Cic. 2. de nat. Deor.* Principio eorum, quæ gignuntur e terra, ſtirpes & ſtabilitatem dant iis, quæ ſuſtinentur, & ex terra ſuccum trahunt, quo alantur ea, quæ radicibus continentur. *Virg. 3. Ecl.* Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. *Terent. Eun. 2. 3. 26.* Corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ubi *Donatus:* Succus eſt humor in corpore, quo abundant bene valentes. ¶ Qui rem herbariam ex profeſſo tractandam ſuſceperunt, ſuccum diſtinguunt a lacryma, & liquore, ut *lacryma* ſit, quæ ſponte profluit, *liquor*, qui ſcarificato cortice emanat, *ſuccus*, qui ex planta contuſa exprimitur. Quæ differentia, ut cognitu digna eſt, ita a Scriptoribus nullo pacto obſervatur. Nam & *Plinius* ſuccum accipit pro reſina, ſive pice ex arboribus ſponte profluente. Ita enim habet *l. 14. c. 20.* Arborum ſucco manantium, picem, reſinamque aliæ urtæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt. ¶ Interdum ponitur pro ſapore. *Virg. 2. Georg.* Pomaque degenerant ſuccos oblita priores. ¶ Translate uſurpatur pro ratione, ſeu ſubſtantia cujuſcunque rei, pro plenitudine, copia, vigore, ducta metaphora a corporibus bene valentibus. *Cic. Att. l. 4. epiſt. 16.* Amiſimus, mi Pomponi, non omnem modo ſuccum, & ſanguinem, ſed etiam colorem, & ſpeciem priſtinam civitatis. *Id. in Brut.* Ut opinio mea fert, ſuccus ille, & ſanguis incorruptus uſque ad hanc ætatem Oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor. *Quintil. in proœm. l. 2.* Ebibere omnem ingenii ſuccum, *indebolir l'ingegno*. ¶ Succuum in genit. plurali pro *ſuccorum* habet *Apul. l. 10. A. A.* Sapidiſſimis ſuccuum intrimentis condita pulmenta.

Succuſani, m. 2. pop. Latii, Fregellanis finitimi, ad Lirim fl. qui & Lirinates dicti ſunt. *Plin. l. 3. c. 5.*

Succuſſator, oris, m. *cavallo, che trotta e ſbatte la vita*, ὑποσειστής, equus, qui duriore greſſu ſeſſorem concutit. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 33.* Succuſſatoris tardi, ruriqua caballi.

Succuſſatura, æ, *ſbattimento*, ſuccuſſus equi prave ingredientis. *Non. c. 6. n. 60.* Gradarius equus eſt, mollis gradu, & ſine ſuccuſſatura incedens.

Succuſſio, onis, f. *ſbattimento*. *Sen. l. 6. quæſt. nat. c. 21.* Succuſſio eſt, cum terra quatitur, & ſurſum, ac deorſum movetur.

Succuſſo, as, a. 1. *ſbattere*, Germ. *auff bitelien*, Gal. *ſecouer*, Hiſp. *ſacudir*, ἀνατινάσσω, freq. a ſuccutio, proprieque dicitur de equis, qui duriore gradu incedentes, ſeſſorem ſuccutiunt, ut notat *Non. cap. 2. n. 35.* *Accius ibid.* Agite, ut vulnus ne ſuccuſſet greſſus, caute ingredimini.

Succuſſor, oris, m. idem ac ſuccuſſator. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 55.* Campanus ſonipes ſuccuſſor nulli ſequetur.

Succuſſus, us, m. *ſbattimento di cavallo, che trotta*, זעזוע, Ger. *erſchutlung*, Gal. *ſecouſſe*, Hiſp. *ſacudimiento*, ἀνατιναγμός, ὑποσεισμός, actus ſuccutiendi, ſeu ſuccuſſandi. *Cic. 2. Tuſc. c. 21. ex Pacuv.:* Pedetentim, inquit, ite, & ſedato nixu, ne ſuccuſſu arripiat major dolor.

Succuſſus, a, um, nom. ex partic. *sbattuto*. Translata *Valer. Max. l. 6. c. 9. extern. n. 5.* Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum.

Succutio, is, cuſſi, cuſſum, a. 3. ὑποσείω, ſubtus quatio, *ſbattere*. *Ovid. 2. Met. v. 167.* Succutiturque alte, ſimiliſque eſt currus inani.

Succerda, æ, f. *ſterco di porco*, ſuillum ſtercus. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 813.* Hic in ſtercore humi, fabuliſque fimo, atque ſuccerdis. ¶ *Titin. apud Feſt.* ſcribit *ſucerda*.

Sucro, onis, m. 3. *Xucar*, f. Hiſp. Tarraconenſis. Oritur ex eodem monte, quo Tagus, in Caſtella nova, & in fin. Aragoniæ, deinde Concham urb. & Alarconium rigat, hinc auctus fl. *Gabriel*, *Algarra*, aliiſque minoribus, in mare Ibericum, in ſinum Sucronenſem ab eo dictum ſe exonerat, inter Dianium, & Setabin. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ Eſt etiam Sucro oppidum in eadem Hiſpania Tarraconenſi, hodie *Sueca*. *Plin. ibid.*

Suctus, a, um, adject. *ſucciato*, emunctus. *Pallad. in Februar. tit. 26.* Porca ſex nutrire debet, quia frequentiore numero ſucta deficiet.

Suctus, us, m. *ſucciamento*, μύζησις, actus ſugendi, humoris attractio. *Plin. l. 8. c. 30.* Aliis diebus reſidunt, ut priorum pedum ſuctu vivunt. *Id. l. 28. c. 3.* Tactu ipſo levant percuſſos, ſuctuve modico.

Sucula, æ, f. *porcelletta*, δελφάκιον, χοιρίδιον, parva porca, dim. a *ſus*, quaſi *ſuicula*, ut *bucula* a bos. *Plaut. Rud. 4. 4. 125.* Poſt eſt ſecuricula argenteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula. Gr. Quin tu i directe cum ſucula, & cum porculis. Ubi *Plaut.* alludit ad machinam tractoriam, de qua ſtatim dicemus. ¶ Suculæ etiam Latinis dicuntur ſtellæ in capite Tauri, quæ Græcis ὑάδες, Hyades appellantur; quod ſidus vehemens eſt, & terra, marique turbidum, tamque in ortu ſuo, quam occaſu pluvias, tempeſtates, largoſque imbres concitat. *Plin. l. 2. c. 9. & Serv. ad 1. Georg.* ¶ Nomen id ex veterum imperitia originem cepit. Putarunt enim, quia ὗς Græce ſuculam, ſive porcellam notet, ſidus hoc ita appellatum, quia ſuculæ ſimilitudinem referat. Sed errorem hunc refellit *Tullius l. 2. de nat. Deor.* Tauri, inquit, caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus; Has Græci ſtellas ὑάδας vocitare ſuerunt, a pluendo, ὕειν enim eſt pluere. Noſtri imperite ſuculas, quaſi a ſuibus eſſent, non ab imbribus nominant. Adde *Plin. l. 18. c. 26. & Gell. l. 13. c. 9.* ¶ Eſt etiam ſuculæ appellatio translata ad machinas; de qua notione *Turneb. in Adverſariis l. 6. c. 13.* Fuit autem machina tractoria, quam ita deſcribit *Budæus*; Sucula eſt machina tractorii generis: conſtat autem tereti ligno, duobus, aut pluribus vectibus trajecto utrinque, æqua extantibus longitudine. Hæc dum verſatur, funis, qui ductarius dicitur, circa eam obvolvitur. Sic vocata eſt a ſcrophæ ſimilitudine. Nempe quod etiam hæc machina ſuum porculum haberet. Nam in media circiter ſucula baſillus, aut uncus, qui figebatur, ut teneret funem, qui dum verſabatur, ſuculæ circumplicabatur, porculus vocabatur. *Cat. de R. R. c. 19.* Porculum in media ſucula facito. *Vitr. l. 10. c. 2.* Cum autem funis habet caput ad ſuculam religatum, & vectes ducentes eam verſant, funis ſe involvendo circa ſuculam extenditur, & ita ſublevant onera ad altitudinem, & operum collocationes.

Suculentus, a, um, adject. *da porco, beſtiale, brutale*. *Prudent. in proœm. Hamartig. v. 57.* Caro in ſororem tela mentem dirigit; mens illecebro ventilatur ebrio, Ex qua furores ſuculentos colligit.

Suculus, i, m. *piccolo porcello*. *Juſtinian. Inſtitution. de rer. diviſ. §. 37.* Agni, hædi, vituli, equuli, & ſuculi.

Sudabundus, a, um, adject. *pieno di ſudore*, ſudans. *Auct. Panegyr. ad Piſon.* totaſque ludos Turba repente ſuos jam ſudabunda relinquit.

Sudariolum, i, n. dimin. a ſudarium. *Apul. in Apol.* Si hodie illud ſudariolum tu intercepiſſes.

Sudarium, ii, n. *ſudario, fazzoletto*, סודר, Germ. *ſchweiß tuch*, Gal. *mouchoir*, Hiſp. *pannelo*, ἀποψήστρον, σουδάριον, linteum, quo ſudor faciei detergitur, & nares purgantur. *Martial. l. 11. epigr. 40.* Jam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba. *Sueton. in Nerone, c. 48.* Adoperto capite, & ante faciem obtenſo ſudario, equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus. *Quintil. l. 6. c. 3.* Cum iſius, agente in eum Calvo, candido frontem ſudario tergeret.

Sudarius, ii, m. qui ſudat. *Jul. Firmic. l. 3. c. 7.* Faciet ex coitu ſudarios.

Sudatio, onis, f. actus ſudandi. *Sen. epiſt. 87. (al. 86.)* In quas corpora multa ſudatione exinanita demittamus. ¶ Ponitur & pro ipſo loco in palæſtra, vel balneis, in quo ſudor elicitur. *Vitruv. l. 5. cap. 11.* Concamerata ſudatio.

Digitized by Google

Sudator, oris, m. *ἱδρωτής*, qui ſudat. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Dyſentericis, ſudatoribus, in longa tuſſi, in epiphoris, meracum.

Sudatorium, ii, n. *ſtufa, luogo da ſudore*, ὑπόκαυστον, caldarium, vaporarium, Laconicum, locus in balneis, teſtudinis inſtar conſtructus, aerem plane continens ab igne ſive fumo accenſo, ita dictum, quia ad eliciendum ſudorem factum eſt. *Sen. de vita beata:* Circa balnea, & ſudatoria, ac loca ædilem metuentia. *Id. ep.* 51. (al. 52.) Quid mihi cum iſtis calentibus ſtagnis? quid cum ſudatoriis? in quæ ſiccus vapor corpora exhauſturus includitur.

Sudatorius, a, um, *ἱδρωτικός*, quod pertinet ad ſudationem. *Plaut. Stich.* 2. 1. 73. Vel unctiones Græcas, ſudatorias, vel alias malis.

Sudatrix, icis, f. *Martial. l.* 12. *epigr.* 18. Dum per limina te potentiorum Sudatrix toga ventilat. h. e. quæ ſudorem elicit.

Sudatus, a, um, *ἱδρωμένος*, ſudore madefactus. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda, & in ſudata veſte durandum. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod per ſudorem emittitur, vel in modum ſudoris fluit. *Ovid.* 10. *Metam.* Sudataque ligno Thura ferat. ¶ Interdum active pro eo, quod ſudorem facit, ſeu pro eo, quod cum ſudore fit. *Stat.* 5. *Theb. v.* 189. Labor gelido ſudatus in Æmo. *Claudian. l.* 2. *de raptu Proſerp. v.* 16. *de Venere:* illi ſudata marito Fibula purpureos gemmis ſuſpendit amictus. hoc eſt cum ſudore, & arte multa elaborata. *Prudent.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 550. Romanum nomen, ſudataque bella.

Sudes, is, f. *pertica, baſtone*, יתד, Germ. *pfaal*, Gall. *pieu*, Hiſp. *palo*, χάραξ, pertica, contus, vallus. *Virg. Georg.* 2. *v.* 25. Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ.* Atque ibi ſudes, ſtipiteſque præacutos defigit. *Liv. l.* 26. *c.* 51. Tertio die ſudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt.

Sudertani, m. 2. pop. Hetruriæ, quorum opp. Sudartum, *Sovana*, inter Populonium, & Maſſam. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Sudiculum, i, n. parva ſudes, qua ſervorum terga ſubinde cædebantur. *Feſt.* Sudiculum genus flagelli, quod vapulantes ſudantes facit. Alii leg. *ſuduculum*, eodem ſenſu.

Sudificus, a, um, adject. *che fa ſereno*, ſerenum, ſeu ſudum inducens. Affertur hæc vox in Theſauro L. L. confirmaturque duobus carminibus ex *Gel. l.* 5. *c.* 21. *& ult.* quæ quidem carmina in Gellio non inveniuntur niſi Græca, quæ aliquis forte in Latinum vertens, Græcum αἰθρηγενέτης, tranſtulit *ſudificus*.

Sudis, vel, ut *Voſſio* placet, Sudes, is, f. *peſce argentino, ſfirena*, σφύραινα, piſcis inſigni magnitudine, & ſapore non ingrato. Ita vocatur a ſudis ſimilitudine. *Plin. lib.* 32. *cap.* 11. *in fin.* Sunt præterea a nullo auctore nominati, ſudis Latine appellata, a Græcis ſphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rara, ſed tamen non degener.

Sudo, as, a. 1. *ſudare*, Germ. *ſchvvitzen*, Gall. *ſuer*. Hiſp. *ſudar*, ἱδρόω, ſudorem emitto. Uſurpatur ex abſolute. *Cic. l.* 2. *de Orat.* Cum ille diceret, ſe ſine cauſa ſudare. *Id.* 2. *de Divin. c.* 27. Nuntiatum eſt Senatui, Deorum ſudaſſe ſimulacra. *Horat. de Ar.* Sudavit, & alſit. ¶ Vel cum ablativo. *Virg.* 1. *Georg.* Unde cavæ tepido ſudant humore lacunæ. *Liv. l.* 27. *c.* 4. Quatuor ſigna ſanguine multo diem, ac noctem ſudaſſe. ¶ Vel cum accuſ. pro exudam, ſive ſudando producere. *Virg.* 4. *Ecl.* Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. ¶ Metaphorice ponitur pro vehementer laborare. Nam magnos labores ſolet & ſudor comitari. *Cic. pro Sext.* Sudandum eſt his pro communibus commodis. *Prudent. Periſteph.* 2. *v.* 76. Sudavit impar prælium.

Sudor, oris, m. *ſudore*, זעה, Germ. *ſchvveiſs*, Gall. *ſueur*, Hiſp. *ſudor*, ἱδρώς, excrementum aqueum, per cutem exundans. *Cic.* 2. *de Divin.* Nec enim ſanguis, nec ſudor, niſi e corpore fluit. *Celſ. l.* 2. *c.* 17. Sudorem elicere. *Virg.* 2. *Æn.* Salſuſque per artus ſudor iit. *Id. l.* 3. Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. ¶ Accipitur etiam pro humore. *Lucret. l.* 2. *v.* 464. Sudor uti maris eſt. Metonymice ponitur pro labore. *Cic. pro Font. c.* 1. Multoque ejus ſudore, ac labore ſub Pop. Rom. imperium, ditionemque ceciderunt. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 60. Ac ſtylus ille tuus, quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe, ac magiſtrum, multi ſudoris eſt. ¶ In plur. num. *Claudian. in II. Conſul. Stilic. v.* 243. Sudoribus ora Pulverulenta rubens.

Sudorus, a, um, adject. ſudore madens. *Apul. l.* 3. *Florid.* Sudoru affatim corpora, diutine obrigui.

Sudum, i, n. *luogo ſereno tra le nuvole*, בהיר, Germ. *ſchon himmel*, Gall. *ſerein*, Hiſp. *ſereno*, *y claro*, αἴθριον, pars ſerena inter nubes. *Virg.* 8. *Æn.* Arma inter nubes cæli in regione ſerena Per ſudum rutilare vident. ¶ Accipitur etiam pro ſiccitate, ſive ſerenitate, cum ſcilicet nulla eſt pluvia. *tempo ſereno ed aſciutto*. *Plaut. Mil.* 1. 1. 1. Curate, ut ſplendor meo clypeo ſit clarior, Quam Solis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent. *Cic. l.* 16. *Fam. epiſt.* 18. Horologium mittam, & libros, ſi erit ſudum.

Sudus, a, um, adject. *ſereno, ed aſciutto*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 77. *de apibus*. Ergo ubi ver nactæ ſudum, campoſque patentes; Erumpunt portis. *Apul. l.* 11. *Metam.* Nudo ſudoque luminis ſplendore.

Suecia, æ, f. ſive. *Svveden*, Ital. *Suetia*, Gall. *Suede*, Regnum Europæ, verſus Septentrionem. Majorem Scandinaviæ partem complectitur. Terminatur a Septent. Lapponia Norvegica, a Mer. mari Baltico, ab Or. Moſcovia, ab Occ. Dania, & Norvegia. Alias Daniæ, & Norvegiæ unitum fuit; hodie proprio ſubeſt Regi. Totius Regni caput eſt Holmia, *Stockholm*, prope Melerum lacum.

Sueo, es, evi, etum, n. 2. *eſſere ſolito*, ἐθίζομαι, ſoleo. *Lucret. l.* 1. *v.* 301. Uſurpare oculis, nec voces cernere ſuemus. Et *v.* 54. *per ſynæreſim:* Appellare ſuemus, & hæc eadem uſurpare. ¶ Præteritum *ſuevi* commune eſt cum *ſueſco*, ideo quæ pro eo afferri ſolent, exempla huc congeſſimus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 43. *ex poeta*. Has Graii ſtellas, hyadas appellare ſuerunt. Per ſyncop. pro *ſueverunt*. *Id. l.* 15. *epiſt.* 8. A te id, quod ſueſti, peto. Eſt autem *ſueſti* per ſyncop. pro *ſueviſti*. *Claudian. in Conſ. Prob. & Olybr. v.* 44. Sueverat innumeras hominum ditare catervas.

Suera, æ, f. caro ſuilla. Affertur hæc vox a *Turnebo l.* 22. *cap.* 6. ex *Var. l.* 4. *de L. L.* ubi alii aliter leg.

Sueſco, is, n. 3. *aſſueſarſi*, conſuetudinem capio, ἐθίζομαι. *Tac.* 2. *Ann. c.* 44. Druſus in Illyricum miſſus eſt, ut ſueſceret militiæ. ¶ Interdum active ſumitur pro aſſueſacere. *Id. ibid. c.* 52. Diviſuſque exercitus, ut Tacfarinas lectos viros, & Romanum in medium armatos caſtris attineret: diſciplina, & imperiis ſueſceret. Sunt tamen, qui hic quoque neutrum eſſe putent, ut *ſueſceret* non ad viros, ſed ad *Tacfarinatem* referatur. ¶ Præteritum *ſuevi* V. in Sueo.

Sueſſa, æ, f. olim Aurunca, *Seſſa*, urbs, & col. Campaniæ, agro olim fertili, in nolla, inter Caietam, & Capuam. *Sil. l.* 8. *v.* 399. Sueſſa, atque a duro Priſino haud imbellis aratro. ¶ Fuit patria Lucilii. Hinc *Auſon. ep.* 15. *v.* 9. rudes Sueſſæ camenas, dixit.

Sueſſones, m. 3. Sueſſones, Sueſiones, Veſſones, pop. Galliæ Belg. quorum tractus ager Sueſſionenſis, *le Soiſſonnois*, & Laudunenſis, *le Laonnois*, urbs vero Sueſſones, ſeu Auguſta Sueſſonum, *Soiſſons*, ampla, & munita. *Plin. l.* 4. *c.* 17.

Suetonius Tranquillus, Grammaticus, & Rhetor Romanus, ſcriptor, Vopiſci judicio, emendatiſſimus, & candidiſſimus, Plinii junioris amicus, ſcripſit ſtilo eleganti, & erudito duodecim priorum Imperatorum Vitas, librum de illuſtribus Grammaticis, alterum de claris Rhetoribus, quæ omnia extant. Vitæ quorundam Poetarum, ut Horatii, Lucani, Juvenalis, libellus item de Viris illuſtribus, ejuſdemne Suetonii ſint, nec ne, diſputant Critici, aliis affirmantibus, aliis negantibus.

Suetus, a, um, *ſolito*, συνήθης, εἰθισμένος, ſolitus, partic. a ſueſco. *Virg.* 5. *Æn.* Quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum. *Cic. Att. l.* 6. In multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ ſunt, omnes ſuis legibus, & judiciis ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ revixerunt. *Liv. l.* 3. Nec ſecus, quam divino ſpiritu tactus, cum ſe in mediam concionem intuliſſet, abſtinere ſuetus ante talibus conſiliis.

Suevi, m. 2. pop. Germaniæ Sept. ſub Vindilis, valde extenſi, ſub quibus ſeptem nationes ſuere, teſte Brietio, nempe Angli, Varini, Cimones, Deuringi, Eudoſes, Huithones, & Suardones, ubi hodie Duc. Megalopolitanus, & Pomerania. Gaſpar Peucerus credit, Suevos totam illam oram Sept. tenuiſſe, quam nunc incolunt Caſſubii; Poloni ex parte, & Pomerani converſi, ad Auſtrinum litus maris Baltici, quod Suevicum mare ab eis denominatum, ex in parte, ubi & fl. Suevi nomine, *Die Schvvena*, in mare influit. Inde profecti circa Danubium conſedere, & hodie ſunt in parte Auſtrali Germaniæ, verſus fontes Danubii, ubi prov. Suevia dicta. *Lucan. l.* 2. *v.* 51. Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos. V. *Cluver. German. antiq. l.* 3. *c.* 24.

Suevia, f. 1. ſeu. *Schvvaben*, Gall. *Souabe*, Ital. *Suevia*, prov. ampla Germaniæ, inter Franconiam ad Bor. Helvetiam ad Mer. Rhenum ad Occ. quo ſeparatur ab Alſatia, & Bavariam ad Or. *Tacit. de Germ. cap.* 43. *&* 45.

Suevicus, a, um, adject. &

Suevus, a, um, adject. ad Suevos pertinens. *Propert. l.* 3. *eleg.* 2. Suevo perfuſus ſanguine Rhenus. *Tacit. de Germ. c.* 45. Dextro Suevici maris litora. ¶ Ponitur & pro flavo, ſeu rutilo, quia Suevorum crines hujus coloris erant. *Silius l.* 5. *v.* 134. Triplex criſta jubas effundit crine Suevo.

Suevus, m. 2. *Spree*, fl. Germaniæ, qui oritur ex montibus Bohemiæ, per Luſatiam, & Marchiam fluit, mixtuſque Hevellæ in Albim influit. Orſelio eſt *Pene*, qui medius fluit inter Oderam ad Or. & Havellam ad Occ. ¶ Aliis eſt Odera, *l'Oder*.

Sufes, vel Suffes, etis, m. ſummus Magiſtratus Carthagine. *Feſtus in ſchedis Pomponii Læti:* Sufes dictus Pœnorum Magiſtratus, ut Oſcorum Medixtuticus. *Liv. l.* 8. *c.* 38. Ad colloquium Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt Magiſtratus, cum Quæſtore elicuit. *Sen. de tranquil. c.* 3. Non vis enim, niſi Conſul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes, adminiſtrare Rempublicam.

Suffarcinatus, a, um, *caricato, aggravato*, מעמס, Ger. *auffgefullet*, Gal. *chargé de haillons*, Hiſp. *cargado*, ἐπισεσαγμένος, gravatus, oneratus, ſarcina quapiam oneratus. *Terent. Andr.* 4. 3. Verum vide Cantharam Suffarcinatam. *Plaut. Curc.* 2. 3. 10. Qui incedunt ſuffarcinati cum libris.

Suffarcino, as, a. 1. *caricare, empire*, onero, impleo, a *ſub*, & *farcio*. *Apul. l.* 9. *Metam.* Veteratricem fœminam multis rogat precibus, multiſque ſuffarcinat muneribus.

Suffarraneus, a, um, qui far in caſtra convehit. *Plin. l.* 7. *c.* 54. Mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe, &c. Notat tamen Harduin. variam MSS.

Suffectio, onis, f. *ſoſtituzione*, ſubſtitutio. *Arnob. l.* 5. Pictorem temperare ſuffectione unguentorum.

Suffectura, æ, f. idem quod ſuffectio. *Tertul. l.* 1. *adv. Marcion. c.* 28.

Suffectus, a, um, *ſoſtituito*, ſubrogatus, ſubſtitutus, partic. a ſufficio. *Liv. l.* 2. Suffectus eſt in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. ¶ Accipitur etiam pro infecto, maculato. *Virg.* 2. *Æn.* Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine, & igni. *Valer. Flac. l.* 8. *v.* 104. Et maculis ſuffecta genas. *Senec. l.* 1. *Quæſt. nat. cap.* 5. Dicitur ubi, nubem Sole eſſe ſuffectam. h. e. Solis lumine coloratam, & veluti tinctam. Sunt qui leg. *ſuffertam*. h. e. lumine oppletam.

Sufferentia, æ, f. *ſofferenza, tolleranza*. *Tertull. de Orat. c.* 4. Et *l.* 4. *adv. Marcion. c.* 14.

Suffero, ers, a. anom. *ſoffrire, ſoſtenere*, סבל, Germ. *ertragen*, Gall. *ſouffrir*, Hiſp. *ſufrir, padecer*, ὑποφέρω, ἀνέχομαι, πάσχω, ἀνέχω, ὑπομένω, ὑφίσταμαι, perfero, ſuſtineo, patior. *Terent. Heaut.* 3. 1. 4. Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre ejus ſumptus queat. *Virg.* 2. *Æn.* Nec clauſtra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent. *Plaut. Merc.* 1. 1. 4. Vix ſuffero anhelitum, *non poſſo più, mi ſento crepare*, verba ſunt ſollicite currentis. *Id. Aſin.* 3. 1. 10. Quis me fortior ad ſufferendas plagas? ¶ Ponitur etiam pro pati. *Ter. Andr.* 3. 5. 17. pro hujus peccatis ego ſupplicium ut ſufferam! *Cic. Catil.* 2. *c. ult.* Ut ne improbum quidem quiſquam in hac urbe pœnam ſui ſceleris ſufferat.

Suffertus, a, um, πλήρης, partic. a ſufferſio, ſicut *refertus* a *refercio*. Significat plenum, denſum, ſpiſſum. *Sueton. in Ner. cap.* 20. Mediaque in orcheſtra frequenti populo epulatus, ſi paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinnituri, Græco ſermone promiſit. h. e. cantaturum ſe aliquid, quod Græci dicunt πλῆρες, idest magnum quiddam, & ſucci plenum, quod auditoris aures impleat: vel voce plena, & ſonora. *Egnatius* legit *ſuffertum*. Aliud exemplum ex *Seneca in Quæſt. nat.* V. in *Suffectus*.

Suffervefacio, is, a. 3. *ſcaldare alquanto*, Germ. *ein vvenig ſiedig machen*, Gall. *faire un peu, bouillir*, Hiſp. *hazer poco caliente*, ὑποθερμαίνω, ſubfervidum reddo. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Vulgo nec ſuffervefaciunt. ¶ Hinc paſſivum *ſuffervefio*, ὑποθερμαίνομαι. *Id. l.* 27. *c.* 9. Affirmant lapillos, qui ſuffervefiant, rumpi.

Suffervefactus, a, um, ὑποζεστός, paulum fervefactus, partic. a ſuffervefio. *Plin. l.* 22. *c.* 25. In veſicæ vero dolore ſemuncia amyli cum ovo, & paſſi tribus (*anctis*) ovis ſuffervefacta a balneo. *Id. lib.* 14. *c.* 7. Ad mulierum mammas brutia ex vino ſuffervefacta cum polline farraceo.

Suffervefio, V. Suffervefacio.

Suffervео, es, bui, n. 2. *bollire alquanto*, Germ. *ein vvenig ſieden*, Gall. *bouillir un peu*, Hiſp. *hervir un poco*, ὑποζέω, aliquantum ferveo. *Apul. de her. c.* 115. Rutæ cauliculos conterito, addito aquæ cyathis tribus, & aceti heminas, & ſuffervеat. ¶ Scribitur & *ſubfervеo*.

Suffes, pro Sufes legitur in nonnullis *Livii* codicibus.

Suffibulum, i, n. *Feſt.* Suffibulum eſt veſtimentum album, prætextum quadrangulum, oblongum, quod in capite Virgines veſtales, cum ſacrificant, ſemper habere ſolent, idque fibula comprehenditur.

Sufficiens, entis, o. 3. *ſoſſiciente, baſtante*. *Liv. l.* 2. Non ſufficientibus jam viribus ad Conſularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. *Curt. l.* 8. *c.* 4. Regem ſufficientem malis, quibus ipſi ceſſerant, deſerere erubeſcebant. h. e. adverſus mala conſtantem. *Leg. ff. de jur. codicil.* Sufficientium teſtium facultatem habere. *Tertul. l.* 5. *adv. Marcion. c.* 2. Sufficientiſſima definitio.

Suffi-

Digitized by Google

Sufficienter, adverb. *ſufficientemente*, ἀρκούντως, ſatis. *Ulpian. l. & ſi quid, §. 1. ff. de uſufr. & quemadmodum*: Sufficienter autem alere, & veſtire debet ſecundum ordinem, & dignitatem mancipiorum. Adde *Pallad. l. 1. tit. 5.*

Sufficientia, æ, f. *ſufficienza*. *Tertul. l. 1. ad uxor. c. 4.*

Sufficio, is, eci, ectum, a. 3. *ſoſtituire*, ἀντικαθίστημι, ἀντικαθίστημι, ſubſtituo. *Virgil. 2. Georg.* Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. *Cic. pro Mur.* Nam ne ſufficiatur Conſul, non timent. *Vatin. Cic. lib. 5. Fam. epiſt. 10.* Si mehercule Appii os haberem, in cujus locum ſuffectus ſum. ¶ Accipitur etiam pro ſubminiſtrare, *ſomminiſtrare*, *dare*, *porgere*, ὑπαρκεῖν. *Virg. 2. Æn.* Ipſe Pater Danais animos, viresque ſecundas ſufficit. *Liv. l. 3. c. 61.* Militus excurſionibus ſufficere. h. e. ſubinde mittere. ¶ Item pro maculare. *Cic. in Hort.* apud *Non. c. 4. n. 405.* Ut ii, qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam. ¶ Item neutro more pro ſatis eſſe, *eſſer ſufficiente*, *baſtare*, ἀρκεῖν. *Curt. l. 9. c. 3.* Adeo reſolutus, ut ne ad evellendum quidem telum ſufficeret dexteræ. *Virg. 5. Æn. v. 21.* Nec nos obniti contra, nec tendere tantum ſufficimus. *Liv. l. 29. c. 31.* Sufficiebat hic maus abunde alimentis hominum. *Cic. 2. Phil. c. 7.* Nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.

Suffigo, is, xi, xum, a. 3. *ficcare*, Germ. *auffheften*, Gal. *ficher deſſous*, Hiſp. *hincar*, προσπήγνυμι, προσηλόω, idem, quod affigo. *Horat. l. 1. ſerm. ſat. 3.* Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus, Semeſos piſces, tepidumque ligurierit jus, In cruce ſuffigat. *Hirt. de bel. Afric. c. 60.* Poſtero die Jubæ Numidas eos, qui loco amiſſo fuga ſe receperant in caſtra, in cruce omnes ſuffixit. *Plin. l. 33. c. 3.* Aureis clavis ſuffigere crepidas. *Sen. in Theb. a. 1.* novos ſtimulos dolori ſuffigere. ¶ Legitur & *ſubfigo* apud *Jul. Firm. de err. proph. relig. c. 8.*

Suffimen, inis, n. *profumo*, קטר, Germ. *berauchung*, Gall. *parfumement*, Hiſp. *ſahumerio*, θυμίαμα, θυμίασις, ſuffitio, ſuffitus. *Ovid. 4. Faſt. v. 731.* I, pete virginea, populus, ſuffimen ab ara.

Suffimento, as, a. 1. *profumare*. *Veget. l. 3. rei veterin. c. 2.* Suffimentare aliquid.

Suffimentum, i, neut. idem ac ſuffimen. *Feſt.* Suffimenta ſunt, quæ faciebant ex faba, milioque molito, mulſo ſparſo. Ea Diis dabantur eo tempore, quo uvæ calcatæ prælo premebantur. *Cic. 2. de Leg. c. 14.* Nam & iis ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

Suffio, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. *profumare*, קטר, Ger. *berauchen*, Gall. *parfumer*, Hiſp. *ſahumar*, ὑποθυμιάω, ſignificat adolere, & ſuffumigare, ut docent *Serv. in 4. Georg.* & Gloſſæ veteres tum Cyrilli, ubi θυμιάω exponitur *ſuffio*, tum Philoxeni, in quibus eſt *Suffitio*, ὑποθυμίασις. *Lucret. lib. 2. verſ. 1096.* Ignibus ætheriis terras ſuffire feraces. *Virg. l. 4. Georg.* At ſuffire thymo, ceraſque recidere inanes Quis dubitet? *Colum. l. 12. cap. 18.* Cella quoque vinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda. *Plin. l. 20. cap. 15.* Suffiri vetam vulvarum cauſa. *Id. l. 28. cap. 8.* Nervis (hyænæ) a dorſo, armiſque ſuffiendos nervorum dolores.

Suffiſcus, i, m. fiſcus, marſupium. *Feſt.* Suffiſcus dicebatur folliculus teſtium arietinorum, quo celebris uſus erat pro marſupio: forſitan dictus ſuffiſcus a fiſci ſimilitudine.

Suffitio, onis, fem. *profumo*, ὑποθυμίασις, actus ſuffiendi, ſuffitus, ſuffimentum. *Plin. l. 25. c. 22.* Orpheus, & Heſiodus ſuffitiones commendavere. *Col. l. 1. c. 6.* Ne rurſus nimia ſuffitione medicata fiat.

Suffitor, oris, m. ὑποθυμιατής, qui ſuffit, ſeu ſuffumigat. *Plin. l. 34. c. 8.* Lycius & ipſa puerum ſuffitorem.

Suffitus, us, m. *profumo*. θυμίασις, ſuffumigatio, a ſuffio. *Plin. l. 24. c. 11.* A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur.

Suffitus, a, um, *profumato*, ὑποθυμιαθείς, ſuffumigatus. *Plin. l. 20. c. 17.* Aniſum dolores capitis levat ſuffitum naribus. *Col. l. 9. c. 14.* Suffitas deinde, & æſtivantes apes refrigerare oportet.

Suffixus, a, um, ὑποπεπηγμένος, *crocifiſſo*, partic. a ſuffigo. *Cic. in Piſon.* An ego, ſi te, & Gabinium cruci ſuffixos viderem? &c. *Silius l. 1. v. 153.* Erecto ſuffixus robora.

Sufflabilis, le, adject. *ſpirabile*. *Prudent. in Apotheoſ. v. 848.* Spiramus quotiens animæ ſufflabilis auram.

Sufflamen, inis, n. lignum illud, quo currus in declivibus locis nimio impetu ruentes cohibentur. *Juven. ſat. 8. v. 148.* Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul. ¶ Accipitur etiam tranſlate pro quocunque retinaculo, impedimento, retardatione. *Juven. ſat. 16. v. 50.* Nec res atteritur longo ſufflamine litis.

Sufflamino, as, a. 1. ruentem currum ſufflamine ſiſtere. *Seneca in Apocolocyntheſi.* Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam. ¶ Per tranſlationem accipitur pro comprimere, retinere, refrænare in univerſum. *Sen. in præfat. l. 4. excerpt. controverſ.* Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque D. Auguſtus optime dixit, Aterius noſter ſufflaminandus eſt. Adeo non currere, ſed decurrere videbatur, nec verborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat.

Sufflammo, as, a. 1. inflammo, accendo. *Sidon. l. 4. ep. 6.* Calumniam placabili ſufflammat invidia.

Sufflatio, onis, f. ἐμφύσησις, *inſpirazione*, *gonfiamento*. *Plin. l. 9. c. 7.* Præterea bullantium aquarum ſufflatio, Lunæque effectu concharum quoque corpora augeſcentia.

Sufflatus, a, um, vento *inflatus*, *enfiato*. *Plin. l. 8. c. 38.* Sufflatæ cutis diſtentu ictus hominum, & morſus canum lynces arcent. ¶ Hinc ſumitur pro tumido, ſuperbo. *Var.* apud *Non. c. 1. n. 27.* Neque ſuo, aut genere, aut multiplici ſcientia ſufflatus quærit Socratis veſtigia. ¶ Tranſlatu *Auct. ad Heren. l. 4. c. 10.* Nam gravi figuræ, quæ laudanda eſt, propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt, quæ recte videbitur appellari, ſi ſufflata nominabitur.

Sufflavus. V. Subflavus.

Sufflo, as, a. 1. *ſoffiare*, נפח, Germ. *blaſen*, Gal. *ſouffler*, Hiſp. *ſoplar*, φυσάω, ὑποφυσάω, eſt flare in rem aliquam, vel ſubtus flare, vel flatu excitare. *Plin. l. 34. c. 8.* Buthyrem Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes. ¶ Sumitur etiam pro inflare, ſeu flatu extendere. *Plaut. Stich. 5. 4. 42.* Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labia tibias, ſuffla celeriter tibi buccas. ¶ Tranſlate uſurpatur pro ira tumeſcere, iraſci. *Plaut. Caſ. 3. 3. 19.* Hic ſodalis tuus, amicus optimus, neſcio quid ſe ſufflavit uxori ſuæ. Alii omittunt ly *ſe*, & exponunt, neſcio quid dixit in aurem.

Suffocabilis, le, adject. *che ſoffoca*. *Cal. Aurel. l. 1. Acut. c. 9.* Parvus locus ſuffocabilis erit aeris paupertate.

Suffocatio, onis, f. πνῖξ, πνιγμός, actus ſuffocandi. *Plin. l. 30. c. 5.* Ejus ſemen contritum, & in vino potum ſiſtentem alvum, & ſuffocationes mulierum, doloreſque lenit. Ubi *ſuffocationes* appellat, cum vulvæ converſione mulieres animo deficiunt, & pene exanimantur. Quæ hujuſmodi morbo laborant, *hyſtericæ* vocantur.

Suffocatus, a, um, *ſoffocato*. *Arator in Act. Apoſt. cap. 13.* ne ſuffocato, cruore Quæ maculantur, edant. *Quintil. l. 11. c. 3.* Vox ultra vires urgenda non eſt, nam eſt ſuffocata ſæpe, & majore niſu nimis clara eſt. *Plin. l. 20. c. 22.* Sinapi vulvarum converſione ſuffocatas (mulieres) excitat odore, *donne iſteriche*. V. Suffocatio.

Suffoco, as, a. 1. *ſoffocare*, חנק, Ger. *erſticken*, Gall. *ſuffoquer*, *étouffer*, Hiſp. *ahogar*, πνίγω, ἄγχω, ſpiritum præcludo obſtrictis faucibus. a *ſub*, & *faux*. *Au* in *o* abit, quomodo ab *aulla* eſt *olla*, a *plaudo explodo*. *Lucret. l. 3. v. 905.* Aut in melle ſitum ſuffocari, atque rigere. *Cic. pro Mur. c. 29.* Qui gallum gallinaceum ſuffocaverit. ¶ Tranſlate ſumitur pro quovis modo necare, opprimere, extinguere. *Cic. Att. l. 9. ep. 7.* Conſilium primum eſt ſuffocare Urbem, & Italiam fame.

Suffoco, as, a. 1. a *ſub*, & *focus*, ſignificat, igni ſubjicere, igne purgare, & quaſi ſub focum mittere. *Propert. lib. 4. eleg. 8. verſ. 84.* Dein quemcunque locum externæ tetigere puellæ, Suffocat, & pura limina tergit aqua. Ita enim *Scaligero* placuit. *Beroaldus* leg. *ſuffit*: quod & *Broukhus* probat.

Suffodio, is, di, ſſum, a. 3. *cavare ſotto*, חפר, Germ. *graben*, Gall. *creuſer*, Hiſp. *cavar por de baxo*, ὑπορύττω, ſubtus fodio, ab inferiore parte fodio, excavo. *Col. l. 2. c. 18.* Neque ſuem ſubimus, quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet. ¶ Suffodere equum, eſt eum confodere, & proprie ſub ipſo ſeſſore occidere. *Caſ. 4. B. G. cap. 12.* ſuffoſſiſque equis, compluribuſque noſtris dejectis, reliquos in fugam conjecerunt, *ammazzare ſotto i cavalli*.

Suffoſſio, onis, f. *ſcavamento*, ὑπόρυξις, actus ſuffodiendi. *Sen. ep. 30. al. 49.* Et ipſum ſolum ſuffoſſionibus tremeret, & cuniculis.

Suffoſſus, a, um, ὑπορυγμένος, partic. a ſuffodior. *Virg. 11. Æn.* Quorum alius habenas Suffoſſo reſolutus equo dum colligit. *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 15.* A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, inceſa, inædificata, oppreſſa. V. *Suffodio*.

Suffrænatio, vel Suffrenatio, onis, f. colligatio, & arcta ſtructura, quæ lapidem veluti fræno retinet. *Plin. l. 36. c. 22.* Sed ad ſtructuram, infidelis, niſi multa ſuffrænatione devinctus.

Suffragans, antis, o. 3. *ſuffragante*. *Cic. l. 10. Fam. ep. 3.* Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus. *Q. Cic. de pet. Conſ. c. 7.* Nemo ab ignotis hominibus nullis ſuffragantibus meritis honore afficitur.

Suffragatio, onis, f. *ballottazione in favore*, *raccomandazione*, *broglio*, ψηφοφορία, actus ſuffragandi. *Cic. pro Mur. c. 18.* Tum vero in Conſule declarando multum etiam apud univerſum P. R. auctoritatis habet ſuffragatio militaris. *Id. ibid.* Suffragatio urbana.

Suffragator, oris, m. ψηφιστής, qui ſuffragatur, qui ſuffragium fert. *Cic. pro Mur. c. 7.* Tua vero nobilitas, Servi Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior, populo vero, & ſuffragatoribus obſcurior. *Plin. ep. 20. l. 3.* Addebat quoidam ne ſuffragatoribus, illi graviter, & paucis loquebantur.

Suffragatorius, a, um, ψηφιστικός, quod pertinet ad ſuffragatores, vel ad ſuffragia. *Q. Cic. de petit. Conſ. c. 7.* Fore ex iis non brevem, & ſuffragatoriam, ſed firmam, & perpetuam amicitiam. h. e. ſimilem favori, & benevolentiæ ſuffragatorum.

Suffraginoſus, a, um, cujus ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. *Col. l. 6. c. 38. de mula*: Suffraginoſæ hordeacea farina imponitor.

Suffragium, ii, n. *ſuffragio*, *balla*, ψῆφος, χειροτονία, ſignificatio voluntatis, judiciique noſtri in creandis Magiſtratibus, legibus jubendis, reis judicandis, &c. quæ fit vel voce, vel tabella, vel calculis. *Cicer. 3. de Leg.* Si hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur. *Juven. ſat. 8.* Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam Perditus, ut Senecam dubitet præferre Neroni? *Velle. l. 2. cap. 49.* Suffragiis populi ſe committere. Rurſus *Cic. pro Dom. c. 18.* ferre ſuffragium de capite alicujus, *ballottare*. *Id. 13. Fam. ep. 12.* Fieri conſulem cunctis ſuffragiis, *a pieni voti*. *Horat. l. 2. ep. 2.* captare populi ſuffragia. *Liv. l. 3. c. 17.* Inire ſuffragium, *far' una ballottazione*. Populus R. initio ſuffragia voce tulit, deinde cautis latis hac de re legibus, per tabellas: quæ tabellæ ciſtis deferebantur, & a diribitoribus populo diſtribuebantur. V. *Manut. in l. de leg. Rom.* In his tabellis variæ inſcribebantur literæ: A, hoc eſt *antiquo*, & *abſolvo*: C. *condemno*: N. L. *non liquet*: U. R. *uti rogas* &c. ¶ Suffragium pro tecto, & caſa quidam uſurpant in illo *Ovidii de nuce v. 119.* Quid niſi ſuffragium nimbis vitantibus eſſem? ſed legendum eſt ex melior. codicib. *ſuffugium nimbos vitantibus*. nam & ſecunda ſyllaba in *ſuffragium* longa eſt, & ea ratione nimis obſcura, & veluti extorta eſt ſententia.

Suffrago, inis, f. *piegatura*, *giuntura*, *garetto*, Ger. *biegung verkule*, Gal. *les jarets des jambes derrieres des bêtes*, Hiſp. *quartilla*, ἰγνύς, flexura in poſterioribus quadrupedum cruribus retrorſum incurvata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur, ſic appellata, quod ibi cruris continuitas diviſa, ac quodammodo fracta appareat. *Plin. l. 8. c. 45.* Victimarum probatio in vitulo, ut cauda articulum ſuffraginis contingat. *Id. l. 11. c. 45.* Aves, ut quadrupedes, alas in priore curvant, ſuffragines in poſteriora. ¶ Dicitur etiam per Catachreſin de quadam vitium ſobole. *Col. l. 4. c. 24.* Et, ſi ſoboles, quam ruſtici ſuffraginem vocant, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroque evellenda eſt.

Suffragor, aris, d. 1. *dar la balla in favore*, Ger. *ſtim geben*, Gall. *donner ſa voix*, Hiſp. *dar ſu voto, a favor*, ψηφίζομαι, ſuffragium ferendo alicui faveo. Ei contrarium *refragor*, quod eſt adverſor. *Cic. pro Mur.* Si nihil erit præter ipſorum ſuffragium, tenue eſt, ſi, ut ſuffragentur, nihil valent gratia. ¶ Sumitur etiam generatim, pro adjuvare, auxilio eſſe, favere. *Cic. 7. Verr.* Cui legi cum veſtra dignitas vehementer adverſaretur, iſtius ſpes falſa, & inſignis impudentia maxime ſuffragatur. *Idem ad Brut. ep. 18.* ſuffragari cupiditati alicujus. *Quintil. l. 11. c. 3.* Oratis eſt pronunciatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis. V. Suffragans.

Suffrenatio. V. Suffrænatio.

Suffrendens, tis, partic. infrendens. *Ammian. l. 15. c. 29.* Inflata cervice ſuffrendens.

Suffrico, as, cui, ctum, a. 1. *fregare*. ὑποτρίβω, leviter frico. *Col. l. 12. c. 23.* Et, ſi quid fæcis aut labris vaſorum, aut lateribus inhæſit, radi, ac ſuffricari.

Suffringo, is, egi, actum, a. 3. *rompere*, ὑπάγνυμι, idem quod frango. *Plaut. Truc. 2. 8. 8.* Ut ego hiſce Suffringam talos. *Cic. pro R. Amer. c. 20.* Opinor, iis crura ſuffringantur.

Suffrio, as, a. 1. ὑποτρίβω, idem quod frio, hoc eſt, friatum, ſive comminutum inſpergo. *Col. l. 12. c. 38.* Scopulis aridæ myrti ſcoria ſuffriatur. Quidam legunt, *ſcria ſuffricatur*.

Suffueram, præt. pluſquam perf. a ſubſum. *Feſt.* *Suffuerat*, *ſub eodem tecto fuerat*.

Suffugio, is, gi, gitum, n. 3. *rifugire*, ὑποφεύγω, idem ac fugio, vel confugio, vel clam fugio. *Liv. l. 24. c. 46.* Imber a nocte media coortus cuſtodes, vigileſque dilapſos a ſtationibus ſuffugere in tecta coegit. *Lucret. l. 4. v. 361.* Suffugit ſenſum, h. e. effugit.

Suffugium, ii, n. *rifugio*, מנוס, Ger. *zuflucht*, Gal. *refuge*, Hiſp. *recogida*, καταφυγή, quo quis ſuffugit, hoc eſt ſecuritatis cauſa ſe ſe recipit. *Ovid. de nuce v. 119.* Quid, niſi ſuffugium nimbos vitantibus eſſem? *Tac. de Germ. c. 16.* Subterranei ſpecus ſuffugium hiemi, & receptaculum frugibus.

Suffel-

Suffulcio, is, ſi, ltum, c. 4. *ſoſtentare*, סמך, Ger. *underſtutzen*, Gal. *appuyer*, Hiſpan. *ſuſtentar*, ὑπερείδω, ſuſtento, ſubtus fulciendo ſuſtineo. *Plaut. Mil.* 2. *ſc.* 54. Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulſit ſuo. *Lucret. l.* 4. *v.* 865. Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus, & recreet vires.

Suffultus, a, um, ὑπερειδείς, *ſoſtentato*. *Varro l.* 1. *de re ruſt.* Ut majoribus perticis ſuffultæ vites auras non pertimeſcant. *Lucr. l.* 4. *v.* 428. Porticus ſuffulta columnis.

Suffumigo, as, a. *fumigare*, קטר, Ger. *undenauff rauchen*, Gall. *parfumer*, Hiſp. *hazer, humo*, ὑποκαπνίζω, idem quod ſumigo, vel ſubtus fumum excito. *Celſ. lib.* 7. *cap.* 29. Vulva deinde ſulphure ſuffumigari debet. *Id. lib.* 5. *cap.* 27. Quidam ſuper prunam eo (ſcorpione) impoſito, vulnus ſuffumigant.

Suffundatus, a, um, nom. ex partic. ſubtus fundatus, *poſto ſotto per fondamento*. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 836. In domibus lateritiis paululum modo lapidibus ſuffundatis habitabant.

Suffundo, is, fudi, fuſum, a. 3. *ſpargere*, זרק, Germ. *augieſſen*, Gall. *eſpandre*, Hiſp. *derramar*, ὑποχέω, ἐγχέω, effundo, infundo, ſuperfundo. *Plaut. Curc.* 1. 3. 3. Mane, ſuffundam aquulam. *Col. l.* 6. Laſſæ, & æſtuanti mulæ ad os in fauces demittitur, utrunque inſos ſuffunditur. ¶ Ponitur etiam pro ſpargere generatim, pro dilatare, extendere. Sic ſuffundi rubore faciem dicimus, cum ſanguis ſubter cutem ſe ſe diſpergens, faciem inficit rubore. *Virg.* 1. *Georg. de Aurora:* At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit. *Sen. l.* 1. *de Clem. c.* 6. Imbecillos oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur. *Id.* 2. *de Ira:* Suffundere oculorum aciem, h. e. turbare. *Stat.* 11. *Theb.* Suffunda maculis. *Var. l.* 2. *R. R.* 1 8. Suffundere vires cibo animalibus ad ſeturam, h. e. ſuppeditare, vires augere.

Suffuror, aris, d. 1. *rubare occultamente*, גנב, Ger. *verſtehlen*, Gal. *derober*, Hiſp. *hurtar*, κλέπτω, clam furor. *Plaut. Truc.* 2. 7. 15. Hæc cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, de præda prædam capio.

Suffuſcellus, a, um, adject. aliquantum fuſcus. *Apulei. l.* 2. *A. A.* Proceras, & ſuffuſculus.

Suffuſcus, & Subfuſcus, a, um, adject. *alquanto foſco, oſcuro*. *Tac. in Agric.* 1. 12. Gignit & Oceanus margarita, ſed ſuffuſca, & liventia.

Suffuſio, onis, f. *ſuffuſione*, ὑπόχυσις, actus ſuffundendi, aſperſio, inſperſio. *Plin. l.* 22. *c.* 23. In tuſſi, uva, fellis veteri ſuffuſione. ¶ Speciatim ſuffuſio dicitur morbus oculorum, qui fit ex concreto humore inter tunicas ante ipſam pupillam collecto, quo viſus uſque adeo impeditur, ut diſcretas rerum ſpecies, & colores apprehendere non poſſit, *cataratta*. *Plin. l.* 21. *c.* 20. Habet ſuas utilitates contra ſuffuſiones oculorum. *Celſ. l.* 6. *c.* 6. Suffuſio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, ſe opponit.

Suffuſus, a, um, *aſperſo, ſparſo*, ὑποχυθείς, inſperſus, aſperſus. *Cic. l.* 1. *Fam. epiſt.* 9. Novi animum cum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros malevolentia ſuffuſum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Nam tenuis, ac perlucens, & æquali calore ſuffuſus æther non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur. *Id.* 1. *Tuſc.* Empedocles animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem. *Liv. l.* 30. *c.* 15. Maſiniſſæ hæc audienti non rubor ſolum ſuffuſus, ſed lacrymæ etiam obortæ. *Ovid.* 2. *Triſt.* Sales felle ſuffuſi, *facezie pungenti*. ¶ Comparativum *ſuffuſior* legitur apud *Tertul. de anim. c.* 38. ubi uſurpat pro eo, qui majoris pudoris eſt.

Sugambri, orum, m. iidem qui Sicambri, populi Germaniæ, Rheni amnis accolæ, ubi nunc VVeſtphaliæ Ducatus. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 26. Sic Sugambros in deditionem acceptos. ¶ Adjective *Id. Ann.* 4. *c.* 47. Recepti ſubſidio Sugambræ cohortis.

Suggero, cis, geſſi, geſtum, a. 3. *dare, ſomminiſtrare*, נתן, Ger. *underhalten geben*, Gal. *bailler, & fournir*, Hiſp. *dar lo que no ha menester*, ὑπεσφέρω, ſubminiſtro, ſuppedito. *Cic.* 2. *de Or.* Singulis generibus argumentorum copiam ſuggerunt. *Liv. lib.* 3. Suggerere materiam criminibus. ¶ Ponitur etiam pro adjungere. *Cic.* 2. *de Or.* Ambiguum explicetur, cum ea verba, quæ deſunt, ſuggeſta ſunt. ¶ Item pro in locum ſubſtituere, ſufficere. *Liv. l. c.* Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt. ¶ Item pro in memoriam redigere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 14. Ubi ſi memoria forte defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras. ¶ Item pro ſuadere. *Ulp. l. ſed etſi*, §. *item*, *ff. ex quibus cauſis majores*, &c. Unde quoties æquitas reſtitutionem ſuggerit. ¶ Item pro exigere, poſtulare. *Ulp. l. ex facto circa fin. ff. de her. inſtit.* Quæ res in propoſito quoque ſuggerit, ut Italicarum rerum eſſe credantur eæ res, quas in Italia teſtator eſſe voluit.

Suggeſtio, onis, *ſuggeſtione*, *ſuggerimento*, actus aliquid conſulendi, vel monendi, ſeu proponendi. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 14. Hoc igitur quod Nerva in Trajano adoptando, quod Trajanus in Adriano, & cæteri deinceps propoſita ſuggeſtione fecerunt &c. *Id. ibid. c.* 19. Referimus ad vos, P. C., Pontificum ſuggeſtionem. *Symmach. l.* 9. *ep.* 15. Sed plura tribues vel tuo privato ſtudio, vel aliorum ſuggeſtione comperta. ¶ Adducitur a quibuſdam locus *Quintil. l.* 9. *c.* 2. ubi agens de figura Reſponſionis, inquit: Quod ſchema quidam per ſuggeſtionem vocant. Sed legendum omnino eſt *ſubjectionem* optimis quibuſque Codicib. ¶ Proprie ſuggeſtio ſignificat aggeſtionem, additionem unius rei ad aliam: quo ſenſu *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 13. Potus ſuggeſtione auctus, h. e. ſubinde addendo largius datus.

Suggeſtus, us, m. & Suggeſtum, i, n. omne id, quod in altum eſt aggeſtum, a *ſuggero*, quod eſt ſurſum gerere. *Statius l.* 1. *Sylv.* 2. *v.* 113. Celſæ procul aſpice frontis honorem, Suggeſtumque comæ. Quo ſignificatur σύγγος πλόκαμος, id eſt, tutulus crinium, ſeu globus capillorum. *Var. l.* 3. *R. R. cap.* 5. Ex ſuggeſtu lateris prodeunt anates in ſtagnum. ¶ Speciatim ſumitur pro loco edituro, unde ad populum verba fiunt, *pulpito*, דוכן, Germ. *cantzel, predigſtul*, Gall. *chaire*, Hiſp. *pulpito*, ἀναβαθμός. *Liv. l.* 8. *c.* 14. Roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. *Plin. l.* 34. *c.* 5. Eodemque in Conſulatu in ſuggeſtu roſtra devictis Antiatibus fixerat. *Cic.* 1. *Divin.* Aſcendere in ſuggeſtum. *Id.* 5. *Tuſc. c.* 20. In ſuggeſtis communibus conſiſtere. ¶ Ponitur etiam ſuggeſtus pro actu ſuggerendi, *ſuggeſtione*. *Ulpian. l.* 1. *Dig. de Magiſtr. conven.* Si ex ſuggeſtu eorum vel nominibus ab eis acceptis Præſes dederit.

Suggillatio, onis, f. *lividura*, *contuſione*, ὑπωπιασμός, actus ſuggillandi. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Reliquæ carnes impoſitæ ſuggillationem rapiunt. ¶ Translate ſumitur pro contumelia, ignominia. *Plin. lib.* 7. *cap.* 45. Juxta hæc Variana clades, & majeſtatis ejus fœda ſuggillatio. *Adde Liv. l.* 43. *c.* 14. Scribitur & *Sugillatio*.

Suggillatiuncula, æ, f. parva ſuggillatio. *Claudius Mamert. l.* 2. *c.* 9.

Suggillatur, us, m. idem ac ſuggillatio. *Tert. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 34.

Suggillatus, & Sugillatus, a, um, *livido*, *contuſo*, percuſſus, lividis maculis deformatus. *Plin. lib.* 20. *cap.* 6. Cruris allii ex oleo, & garo illitus ſuggillata, cute liventia ad colorem reducit. *Id. lib.* 28. *cap.* 9. Caſeus recens cum melle ſuggillata emendat. ¶ Translate eſt infamia notatus, contumelia affectus. *Liv. lib.* 4. *cap.* 35. Viros ſpectatos primis animis ſuggillatos, repulſæ, tribui patribus ſuaſſe, deſiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os.

Sugillo, vel Sugillo, as, a. 1. *percuotere*, *macchiare*, Germ. *beulen machen*, Gal. *marquer de coups*, Hiſp. *magullar*, ὑπωπιάζω, eſt ita percutere, ut ſub ictu contingant vibices, ut maculæ lividæ. ¶ Translate eſt alicujus exiſtimationem lædere, contumelia efficere, *infamare*, *pungere*. *Ulpian. l. Sed ſi hac lege. Dig. de jus voc.* Si famoſa actio non ſit, & pudorem non ſuggilles. ¶ Sudant Etymologi in aſſignanda hujus verbi origine: alii putant eſſe a *ſub* & *cilium*, ut proprie ſignificet cilium, ſeu oculum lividum ictu facere: ſcribuntque duplici gg. alii derivant a *ſugo*, & unicum g appingunt. *V. Voſſ. in Etymol.*

Suggredior, eris, d. 3. *andare occultamente*, *accoſtarſi*, Ger. *heimlich gehen*, Gal. *aller en cachette*, Hiſp. *andar a eſcondidas*, ὑποβαίνω, latenter gradior, accedo. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 11. Cæſis qui barbarorum propius ſuggrediebantur. *Id.* 2. *Ann. c.* 12. Suggreſſi propius ſpeculatores.

Suggrunda, & ſubgrunda, æ, f. *grondaja*, γεῖσον, γεῖσος, pars tecti prominens, qua ſtillicidium e pariete arcetur, a *grunda*, quo nomine in vet. *Gloſſ.* idem ſignificatur, nempe prominentia, & veluti ſeperculum parietis arcendis pluviis inventum. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 3. Apes enim ſubter ſuggrundas, ab initio villatica uſæ tecto. *Vitruv. l.* 10. *c.* 21. Teſtudo habet ſuperne ſubgrundas proclinatas.

Suggrundarium, ii, neut. ſepulcrum infantium, qui nondum excelliſſent diem quadrageſimum. Fulgentius Planciades l. de ſermone priſco. Suggrundaria antiqui dicebant ſepulcra infantium, qui necdum quadraginta dies impleſſent, quia nec buſta dici poterant, quia oſſa, quæ comburerentur, non erant, nec tanta cadaveris immanitas, quæ locum tumeſceret, unde neque tumuli appellari merebantur. Adducit deinde Rutilii Geminii locum in *Aſtyanacte*. Melius ſuggrundarium miſero quærerem, quam ſepulcrum.

Suggrundatio, vel Subgrundatio, onis, f. γείσωσις, γεισωτικὴ ..., ſuggrundiorum, h. e. prominentium tectorum ſtructura. *Vitr. l.* 4. *c.* 2. Sub tectis ſi majora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio culminis, unde & columnæ dicuntur, & tranſtra, & capreoli, ſi commoda, columen, & cantherii prominentes ad extremam ſuggrundationem.

Suggrundium, ii, n. idem ac ſuggrunda. *Plin. l.* 23. *c.* 13. Alii ſtergethron vocant, quod amatoriis conveniat, alii hypogeſon, quoniam in ſuggrundiis fere naſcitur.

Sugillo. V. Suggillo.

Sugo, is, xi, ctum, a. 3. *ſuggere*, Ger. *ſaugen*, Gal. *ſucer*, Hiſp. *chupar*, μυζέω, μύζω, ſuccum labris extraho, ſeu elicio. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 1. Ut pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* 2. 47. Aliæ ſugunt, aliæ carpunt, aliæ vorant, aliæ mandunt.

Sui, ſibi, ſe, *di ſe*, ἑαυτοῦ, pronomen reciprocum primitivum. Eſt generis omnis, & utriuſque numeri. *Cic.* 2. *Fin.* ut & ſui, & Metrodori memoria colatur. *Id. Fam.* 13. *ep.* 20. A te peto, ut des operam, ut intelligat, meam commendationem uſui magno ſibi fuiſſe. *Id. in Orat. c.* 28. Ne ipſe quidem ſua tanta eloquentia mihi perſuaſiſſet, ut ſe dimitterem. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Cum ad illum ſcribas, nihil te recordari de ſe. ¶ Nonnunquam uſurpatur reciprocum, quemadmodum & *ſuus*. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 1. Grande malum Turius, ſi quis ſe judice certet. *pro eo*. ¶ Interdum *ſe* repetitur. *Virg. Ecl.* 3. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas. ¶ Quando ablativo *ſe* adjungitur, propoſitio cum ſemper poſtponitur. *Cic. de Senect.* 1. 14. Secum eſſe, ſecumque, ut dicitur, vivere, *viver a ſe ſteſſo*, quod *Perſ. ſat.* 4. *v.* 52. dixit, ſecum habitare. ¶ Additur ſæpe huic pronomini ſyllabica particula *met*. *Sil. lib.* 13. *v.* 663. Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces, *a ſe ſteſſa*. *Liv. l.* 2. *c.* 12. Ne, ignorando regem, ſemet ipſe aperiret, quis eſſet. *Sueton. de illuſtr. Grammat. cap.* 10. Philoſophus ab ſemet nominatus. ¶ Interdum ſui uſurpatur pro ſem. *Cic. de Univerſ. c.* 13. Imitantes genitorem, & effectorem ſui. ¶ Dativus *ſibi* eleganter adjectiva *ſuus* adjungitur. *Terent. Adelph.* 5. 8. 36. Suo ſibi hunc jugulo gladio, *col ſuo proprio coltello*. *Cic. de Amic.* 1. 3. Factus eſt conſul bis, primum ante tempus, iterum ſibi ſuo tempore. *Col. l.* 12. *c.* 54. Singula ſuo ſibi jure eleſto, *col ſuo proprio brodo*. ¶ Ire ad ſe, eſt ad domum ſuam. *Plaut. Men.* 5. *c.* 11. Repente expetit me ut ad ſeſe irem. Sic *Cic. pro Mil. c.* 19. Devertit Clodius ad ſe in Albanum.

Sulla, æ, n. 3. *porcile*, Ger. *ſewſtal*, Gall. *etable a pourceaux*, Hiſp. *zahurda*, συφεών, συφεός, χοιρών, ſtabulum ſuum, ſeptum, ut quo nutriuntur porci. Differt ab hara, quod eo nomine ſignificetur ſcropharum cubile, cum ſingulæ ſcrophæ ſeparatim cum ſuis ſuculis includuntur. *Colum. l.* 7. *cap.* 9. Diligens autem porculator frequenter ſuile converrat, & ſæpius haras.

Suillus, a, um, *di porco*, *porcino*, ὕειος, dim. eſt a *ſuinus*, ejuſdem tamen cum illo ſignificationis. *Liv. l.* 22. *c.* 10. Ex ſuille, ovillo, caprino grege. *Plin. l.* 8. *c.* 52. At in Arabia ſuillum genus non vivit in ullo genere.

Suinus, a, um, *di porco*, ὕειος, quod ex ſue eſt. *Var. l.* 2. *c.* 4. Hinc enim conciliatur ſuinæ carnis datus populo. Alii leg. *ſuilla*.

Suiones, m. 3. Svvedi pop. Germaniæ, in ore maris Baltici, in Pomerania, inter Lemovios, & Regios, a quibus *Svevue* fretum inter Uſedomiam, & Julinam inſ. videtur nominari. *Tacit. de Germ. c.* 44. & 45.

Sulcamen, inis, n. idem quod ſulcus. *Apul. l.* 6. *A. A.* Glebæ Siculæ ſulcamine.

Sulcator, oris, m. αὐλακιστής, qui ſulcat. Translate navigator. *Sil. l.* 7. *v.* 363. Sulcator navita ponti. *Stat. l.* 11. *Theb. v.* 588. Nigri ſulcator Averni. ¶ Item qui rodit. *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proſerp. v.* 340. Interis ſulcatur opaci vultur. ¶ Proprie adhibuit *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 939. Leontini ſulcator campi.

Sulcatus, a, um, αὐλακιζόμενος, *ſolcato*. *Lucan. l.* 1. *v.* 168. Et quondam dura ſulcata Camilli Vomere.

Sulci, vel Sulchi, orum, m. *Sole*, urbs Sardiniæ in ora Auſtrali, *Claudian. de B. Gildon. ad fin.* Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos. ¶ Ejus incolæ Sulchitani dicuntur a *Plin. l.* 3. *c.* 7.

Sulco, as, a. 1. *ſolcare*, *far ſolchi*, German. *furch machen*, Gal. *couper une terre par rayons*, Hiſp. *aſſulcar*, αὐλακίζω, ſulcos facio, proſcindo. *Col. l.* 11. *c.* 2. In ſubacta jam terra latiores porcæ ſulcantur. ¶ Ponitur etiam pro effodere, excavare. *Plin. lib.* 9. *cap.* 6. Seſeque ſe per complures dies, alveum in vado ſulcaverat. ¶ Translate uſurpatur pro navigare. *Virg.* 10. *Æn.* Sulcat maria alta carina. *Ovid. l.* 1. *de Ponto el.* 4. Nos fragili ligno vaſtum ſulcavimus æquor. Eadem ratione *Propert. l.* 4. *eleg.* 8. pedibus cineris ſulcare pruinas. hoc eſt ambulando findere. ¶ Item pro corrugare, aſperum, & inæqualem facere. *Ovid.* 3. *Met.* Sulcavitque cutem rugis.

Sulculus, i, m. *ſolchetto*, αὐλάκιον, parvus ſulcus. *Col. l. de Arb. cap.* 30. Surculis diſponi per ſulculos pedales convenit.

Sulcus, ci, m. *ſolco*, תלם, Ger. *furch*, Gall. *rayon*, Hiſp. *ſulco*, αὖλαξ, foſſa oblonga, quæ inter arandum fit vomere. Differt a ſcrobe, quod ſulcus eſt proſciſſio terræ in longum producta, ſcrobs in figuram quadratam, vel circularem, aut ſimilem. Vel quia ſulcus non tantæ profunditatis eſt, quanta ſcrobs efficitur. *Col. l.* 2. *de Diva. cap.* 13. Cum terra aratur, & ſulcus altius eſt impreſſus. *Virg.* 1. *Georg.* At ſi non fu-

rit

Digitized by Google

rit tellus fœcunda, ſub ipſum Arcturum ſat erit tenui ſuſpendere ſulco. *Id. Ecl.* 4. Telluri infindere ſulcos. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Arvum ſulcis ſubigere. ¶ Interdum accipitur pro ipſa aratione. Hinc fit, ut tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicamus, pro eo, quod eſt tertia, quarta, aut quinta aratione. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Quarto ſeri ſulco, Virgilius exiſtimatur voluiſſe, cum dixit, optimam eſſe ſegetem, quæ bis Solem, bis frigora ſenſiſſet. Adde *Plin. jun. l.* 5. *ep.* 6. ¶ In vitium quoque, cæterorumque arborum plantationibus ſulcum appellamus foſſam in longum ductam, in qua plantantur ſemina. *Virg.* 2. *Georg.* Auſim vel tenui vitem committere ſulco. ¶ Translate dicitur de quacunque re, quæ in longitudinem excavata eſt, ut de rugis in veſte, & in fronte, de vulneribus, &c. *Claud. l.* 3. *v.* 425. *de rapt. Proſerp.* Et ora fatiſcunt Vulneribus, grandeſque rubent in pectore ſulci.

Sulfur, V. Sulphur.

Sulla. V. Sylla.

Sulmo, onis, m. *Sulmona*, *Solmona*, urbs parva Pelignorum, in Aprutio, apud Sarum fl. inter Aquilam & Venafrum, patria Ovidii Poetæ. Hinc ille 4. *Triſt. eleg.* 10. Sulmo mihi patria eſt, gelidis uberrimus undis, Millia qui novies diſtat ab urbe decem. ¶ Condita eſt, & nominata a Solymo Phrygio, ut *Idem* docet 4. *Faſt. v.* 79.

Sulmonenſis, ſe, adject. *di Sulmona*, ad Sulmonem pertinens. *Juven. Sat.* 6. *v.* 186. De Sulmonenſi mera Cecropis.

Sulphur, uris, n. *ſolfo*, *zolfo*, גפרית, Ger. *ſchwebel*, Gall. *ſoufre*, Hiſp. *cufre*, θεῖον, terræ pinguedo, quæ a *Plin. l.* 35. *c.* 15. terræ generibus aſſignatur, ab aliis quibuſdam inter metallica corpora, ſeu mineralia enumeratur. *Virg.* 3. *Georg.* Et ſpumas miſcent argenti, ac ſulphura viva. *Id.* 2. *Æn.* Et lata circum loca ſulphure fumant. *Plin. l.* 35. *c.* 15. In terræ autem reliquis generibus, vel maxime mira natura eſt ſulphuris, quo plurima domantur. Naſcitur in inſulis Æoliis inter Siciliam, & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobiliſſimum in Melo inſula. In Italia quoque invenitur in Neapolitano, Campanoque agro, collibus, qui vocantur Leucogæi. Quod eſt cuniculis effoſſum, perficitur igni. Hæc *Plin.* ¶ Sulphur ſacrum, eſt fulmen, quia ubi cecidit, ſulphureum odorem relinquit. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 25. ocius ilice Sulphure diſcutitur ſacro. ¶ *Voſſius in Etymol.* putat rectius ſcribi *ſulfur*, quia hæc vox apud Latinos tantum in uſu eſt. At *Manut.* in *Orthogr.* conſuetudinem probat ſcribendi cum *ph*, additque in quibuſdam vet. monumentis legi *ſulpur*, quia Veteres aſpirationem parce adhibebant.

Sulphurans, antis, omn. ge particip. idem ac ſulphureus, ut aquæ ſulphurantes. *Tertul. adverſ. Valentinian. c.* 15.

Sulphurarie, æ, f. *ſolfonaria*, ſulphuris fodina, vel locus ubi ſulphur præparatur. *Leg.* 8. *Dig. de Pœnis*, & *l.* 52. *Dig. de Furtis*.

Sulphuratio, onis, f. mixtura ſulphuris ſubterranea, ſulphuris locus ſub terra. *Sen. l.* 3. *Nat. Quæſt.* Aut ſulphuratio contraxit humorem.

Sulphuratus, a, um, *inſolforato*, θειωτός, quod ſulphur habet admiſtum. *Martial. l.* 10. *ep.* 3. Sulphurato rupta ramento. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Depreſſis puteis ſulphurata, vel aluminoſa occurrentia putearios necant. *Tertul. l.* 1. *cont. Marcion. c.* 28. Sulphuratiorem ei gehennam præparabat. ¶ Sulphurata, orum, abſolute, ſunt ligna exilia, vel fila ſulphure imbuta ad ignem accendendum, *ſolfanelli*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 42. Pallentia ſulphurata fractis permutat vitreis. *Plin. lib.* 36. *cap.* 19. Scintillæ exceptæ ſulphuratis, aut fungis.

Sulphureus, a, um, *ſulfureo*, θειώδης, quod ex ſulphure eſt, ſive ſulphuris naturam, odorem, colorem refert. *Virg.* 7. *Æn.* Audit amnis Sulphurea Nar albus aqua. *Plin. l.* 36. *c.* 19. Cum uritur, odorem ſulphureum reddit.

Sulphuroſus, a, um, adject. idem ac ſulphureus, ut Sulphuroſi fontes. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3.

Sulpicia, æ, f. poetria Romana nobilis, cujus ingenium, caſtitatem, fidemque erga maritum laudat *Martial. l.* 10. *epigr.* 35. & 38. Extat ejus carmen, ſeu ſatyra, quo in Domitiani tempora invehitur. Duos præterea ſenarios iambicos ex ejus carminibus allegat vetus Juvenalis *Scholiaſtes ad Sat.* 6. *v.* 535.

Sulpicius, ii, (rectius quam *Sulpitius*, ut ex vet. monum. oſtendit *Manut. in Orthogr.*) nomen Romanum multorum illuſtrium virorum. C. Sulpicius Gallus, P. Sulpicius, & Serv. Sulpicius nobiles eloquentia fuere; quos laudat *Cic. in Brut. c.* 20. & 55. & *de Haruſp. reſp. c.* 19. ¶ Sulpicius Apollinaris Grammaticus, Pertinacis Imperatoris præceptor, laudatur a *Gel. l.* 4. *c.* 17. ut vir præſtanti literarum ſcientia. Hic Terentii fabularum periochas iambicis verſibus ſcripſit. ¶ Severus Sulpicius Nobilis Gallus, æqualis D. Hieronymi, ſcripſit eleganti, & terſo ſtilo, ut illis temporibus, vitam B. Martini, & duos præterea ſacræ hiſtoriæ libros. Hunc *Joſephus Scaliger in prolegom. de emendat. temp.* Eccleſiaſticorum ſcriptorum puriſſimum merito appellat.

Sulti, *ſe volete*, *ſi dehere*, ſi vultis, apud veteres, qui eo utebantur ad imperium leniendum. *Plaut. Capt.* 2. 3. 96. Servate iſtum, ſultis, intus ſervi, ne quoquam pedem Efferat ſine cuſtode. *Id. Aſin. prol. v.* 2. Hoc agite, ſultis, ſpectatores, nunc jam.

Sum, es, fui, *n.* anom. *eſſere*, היה, Ger. *ſeyn*, Gal. *être*, Hiſp. *ſer*, εἰμί, ὑπάρχω, habeo eſſentiam, exiſto. Putatur eſſe ab εἰμί, ſive, ut Æoles dicebant, ἠμί, vel, ut Dores, ἐμμί, vel a futuro ἔσομαι per Aphæreſim, & Apocopen. es ab εἶς, *eſt* ab ἐστί, abjecto *i*. A Grammaticis appellatur verbum ſubſtantivum, quod, cum cætera omnia verba actionem importent, aut paſſionem, ſolum hoc ſit verbum, quod ſubſtantiam mi denotet. In hac acceptione eſt primi ordinis neutrorum, & conſtruitur cum nominativo præcedente. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* De Diis, neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere. ¶ Vel cum duobus nominativis, uno præcedente, altero ſubſequente. *Cicer. de Amic.* Nihil enim ſtabile eſt, quod infidum eſt. ¶ Aliquando verbum *ſum* omittitur. *Virg.* 1. *Æn.* Tu ne ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ, &c.? *Id. l.* 3. Nam Polydorus ego. ¶ Accipitur etiam pro vivere. *Cic. Att. l.* 12. Longumque illud tempus, cum non ero. ¶ Item pro manere, commorari. *Cicer. lib.* 4. *Fam. ep.* 7. Nonne mavis ſine periculo domi tuæ eſſe, quam cum periculo alienæ? *Id. l.* 2. *de Orat.* Ut hic ſitis hodie. ¶ Item pro repoſitum eſſe, vergere, *eſſere a dirimpetto*, cum accuſ. & præp. *ad*. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem, quæ eſt ad Heſperiam. ¶ Item pro ſolere. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 22. Quod ſi, ut es, ceſſabis, laceſſam. ¶ Nonnunquam pretium importat, idem fere ſignificans, quod valeo, ſive æſtimor, in qua ſignificatione genitivum exigit pretii incerti, ſeu indeterminati, vel ablativum pretii certi, aut determinati. *Terent. Adelph.* 3. 9. 22. Argentum, quanti eſt, ſumito. h. e. quanto pretio valet. *Cic.* 1. *Offic.* Ita fit, ut conſiderate agere pluris ſit, quam cogitare prudenter. *Id.* 4. *Verr.* Cum in Sicilia ſeſtertiis binis tritici modius eſſet, ad ſummum ternis. ¶ Uſurpatur etiam cum dativo perſonæ æſtimantis. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 15. Magni erunt mihi tuæ literæ. ¶ Interdum refertur ad dominium, vel poſſeſſionem, & genitivum poſcit. *Cic. l.* 2. *Fam. epiſt.* 13. Jam me Pompeii totum eſſe ſcis. ¶ Interdum ad proprietatem, cum genitivo. *Cic. de Sen.* Ut petulantia, ut libido magis eſt adoleſcentum, quam ſenum. ¶ Interdum ad convenientiam, congruentiam. *Cic.* 1. *de Or. c.* 18. Nitidum quoddam genus eſt verborum, ſed palæſtræ magis, & olei, quam hujus civilis turbæ atque fori. ¶ Interdum ad opus, munus, officium cum gen. *Cic. pro L. Man.* Erit igitur humanitatis veſtræ magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. ¶ Significat etiam habere. Tunc eſt tertii ordinis. *Cic.* 3. *Offic.* Nulla enim nobis cum Tyrannis ſocietas, ſed potius ſumma diſtractio eſt. *Terent. Hecyr. prol.* Hecyra eſt huic nomen fabulæ. *Plaut. Amph. prol. v.* 19. Nomen Mercurii eſt mihi. ¶ Item afferre, afficere. Uſurpatur cum duobus dativis. *Cic.* 1. *Offic.* Cui dedecori eſſe nefas, & vitium judicandum eſt. *Id. l.* 2. Idque etiam Reipublicæ eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in Urbe noſtra non egere. ¶ In hac acceptione reperitur etiam cum dat. & ablat. *Plaut. Mil.* 3. 1. 145. Nihil me pœnitet jam, quanto ſumptui fuerim tibi. Sed fortaſſe *quanto ſumptu* dativus eſt. Nam dativus quartæ declinationis priſcis ſeculis etiam in *u* exibat. Adde, quod eo loco alii leg. *ſumptus*. ¶ Significat quoque aptum eſſe, cum dativo. *Ulpian. l. qui penum legat*, *ff. de pen. leg.* Ariſto notat, etiam quæ eſui, potuique non ſunt, contineri legato. ¶ Denotat etiam laudem, vel vituperationem, partem, ſtatum, affectionem corporis, aut animi, vel quid ſimile. Et uſurpatur vel cum genit. vel cum ablat. ut neutrum ſecundi ordinis, vel quinti. Cum quibuſdam tamen nominibus uſurpatur neceſſario cum ablativo, ut *Eſſe animo bono*, *virili*, *præſenti*, *vacuo*, *Eſſe mira alacritate*, *eſſe capite*, vel *ſupercilio raſo*: cum quibuſdam aliis uſurpatur potius in ſecundo ordine, quam in quinto, ut *Eſſe nullius conſilii*, *Eſſe tibi maximi*, *& fere vulgaris*. *Cic. pro Sext.* Nimium me timidum, nullius animi, nullius conſilii fuiſſe confiteor. *Id. l.* 6. *Fam. ep.* 16. Fac, animo forti, magnoque ſis. *Id.* 4. *Ver. c.* 35. Eſſe ſummo honore. *Id.* 14. *Fam. epiſt.* 3. Eſſe ſtudio mirifico erga aliquem. *Id. de Amic.* Quin etiam ſi quis ea aſperitate eſt, & immanitate naturæ. *Id.* 3. *de Leg.* Qua quiſque ſit lege, conditione, fœdere. *Id. l.* 16. *ep.* 13. Incredibili ſum ſollicitudine de tua valetudine. ¶ Significat etiam accidere, evenire. *Horat. lib.* 3. *od.* 1. Eſt, ut vir viro latius ordinet arbuſta ſulcis. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 21. Si erit, ut volumus. ¶ Item licere, cum infinito. *Virg. Æn.* 6. *v.* 595. Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. *Gell. l.* 13. *c.* 24. Eſt tamen non nuſquam invenire, ita ſcripſiſſe quoſdam. ¶ *Eſſe ab aliquo*, & *pro aliquo* eſt cum aliquo ſentire, ab aliquo ſtare, alicui favere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 38. Critolaus erat ab Ariſtotele. *Id. pro Cluent.* Judicia partim nihil contra Habitum valent, partim pro eo ſunt. ¶ *Eſſe ab aliquo* ſignificat etiam ex alicujus familia, vel domo eſſe. *Terent. Andr.* 3. 2. 3. Ab Andria eſt ancilla hæc. *Plaut. Curcul.* 2. 3. *v.* 82. Credo, te eſſe ab illo. ¶ *Apud aliquem recte eſſe*, eſt eum, ejuſque omnia bene ſe habere. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 7. (al. 5.) Apud matrem recte eſt, eaque nobis curæ eſt, *ſtaſſi va bene*. Eodem ſenſu dicimus, bene, vel male eſſe alicui. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 22. Spero ex tuis literis, tibi melius eſſe. *Ter. Adelph.* 1. 1. 8. Cogitet, tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male. ¶ Eſſe apud aliquem, vel cum aliquo, interdum ponitur pro cœnare apud aliquem. *Ter. Heaut.* 1. 1. 110. Dionyſia hic ſunt; hodie apud me ſis, volo. Et 1. 2. 11. Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum hodie eſſet Januus. ¶ Adhibetur interdum eleganti circumlocutione. *Terent. Phorm.* 5. 8. Sin eſt, ut velis manere illam apud te. h. e. Sin vis illam manere, &c. *Horat. lib.* 1. *ep.* 12. non eſt ut copia major Ab Jove donari poſſit tibi. h. e. non poteſt tibi donari &c. ¶ Præterea infiniti prope ſunt hujus verbi uſus. Eſſe in intimis alicujus, *eſſer de' più intrinſeci*. *Cic. Att.* 4. *ep.* 16. Sic eſſe in amore, in deliciis, eſſe in gratia cum aliquo, apud *Eund. Verr.* 6. *c.* 1. & *Attic. c. ep.* 9. ¶ Eſt mihi in animo, *ho intenzione*. *ho ſtabilito*. *Id. Attic.* 3. *ep.* 21. ¶ Eſſe in ſpe, *ſperare*. *Id. Fam.* 14. *ep.* 3. ¶ Eſſe in mora alicui, *impedirlo*, *trattenerlo*. *Terent. Andr.* 2. 5. 13. ¶ Eſſe in nona, *eſſer reo*. *Ter. Phorm.* 2. 1. 36. ¶ Eſt mihi mirum cum illo, *non ſon troppo ſuo confidente*. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 10. ¶ *Eſſe in aliqua re* aliquando ſignificat habere, poſſidere. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 30. Nullam arbitremur de ea hæreditate controverſiam eum habiturum: & eſt hodie in bonis. Adde *Verr.* 6. *c.* 6. ¶ *Eſſe ad aliquid* eſt prodeſſe. *Cato R. R. c.* 12. Eſt ad alvum cmdam. ¶ Infinitum *eſſe* ponitur aliquando pro rei natura, *l'eſſenza*, τὸ εἶναι. *Lucret. l.* 4. *v.* 98. neceſſe eſt Eſſe ea imaginibus miſſis conſiſtere eorum. ¶ In conjunctivo olim uſurpabatur *ſiem*, *ſies*, *ſiet*, pro *ſim*, *ſis*, *ſit*. *Cic. in Orat. c.* 47. *Siet* plenum eſt, *ſit* imminutum, licet utare utroque. *Ter. Phorm.* 5. 4. Sin poteſt, in probro ſiem. *Plaut. Amph.* 1. 1. 54. Sin aliter ſiet animati. Et 3. 2. 43. Irata ne ſiet. ¶ In imperativo ſecundæ perſonæ eſt *es*, & *eſto*. *Terent. Eun.* 1. 2. 4. Bono animo es. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 56. Si dixerit, hæc ei multa eſto. ¶ Sæpe *eſto* eſt aſſentientis, & concedentis, *ſia così*, *dici*. *Ter. Heaut.* 3. 3. 10. At mihi fides apud hunc eſt, &c. Ch. Eſto: at certe concedes, &c. *Virg.* 7. *Æn.* Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis. ¶ Participia *ens*, & *futurus* V. ſuis locis.

Suman, inis, onut. οὖθαρ, οὖθαρ, vetinus venter ſuillus infra umbilicum cum ipſis uberibus, ſummis olim Romæ in deliciis habitus, præcipue ſi ne primipara vacuæ eſſet ſue uno die poſt fœtum editum. *G. Cyr.* ὑπογάστριον, *ſubumen*, *ſubventrale*. Item ὑπογάστριον, *ſumen*. Dictum eſt a *ſu*. Nam ſuis eſt abdomen. Vel potius eſt a ſugendo, quaſi ſugimen: quæ Nonii ſententia eſt, qui & *Lucilium* pro mulieris uberibus uſum docet 1. 6. *n.* 54. Lucilii autem verba ſunt: Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro Eſſe, tamen tenero maneat ſuccuſſu lacerto, Et manus uberior lactanti in ſumine ſidet. ¶ Proprie tamen eſt ſumen ea pars ſuilli ventris, qua ubera continentur, ut dictum eſt. *Plin. l.* 11. *cap.* 37. Proxima ejectitiæ eſt occiſæ uno die poſt partum. Hujus & ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: ejectitiæ deterrimum. *Martial. l.* 13. *diſt.* 44. Eſſe putes nondum ſumen: ſic ubera largo effluit, Et vivo lacte papilla tumet. Alii leg. eſſe poteſt nudum ſumen. ¶ Translate uſurpatur pro pinguedine, ubertate. *Varro l.* 1. *de R. R. cap.* 7. Cum pos Roſea Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo mihi la pertica poſtridie non appareret propter herbam.

Suminares, e, um, adject. ut ſuminata caro, apud *Arnob. l.* 2. h. e. caro ſuminis. ¶ Suminata etiam dicitur ſcrofa, quæ lactat ſuculos. *Lamprid. in Alex. Severo*, *c.* 22. Juſſit, ne quis ſuminatam occideret, ou quæ lactantem. h. e. neque ſcrofam, neque ſuculum, ſeu porcellum.

Summa, æ, fem. *ſomma*, סכום, Germ. *ein ſumm*, *haupbegriff*, Gal. *ſomme*, *abregé*, Hiſpan. *ſuma*, κεφάλαιον, collectio, ſeu quantitas rerum, quæ numerantur. Ita dicitur a *ſummus*, quia vere ſummus eſt in numeris, quo colligitur totum. *Cic. in Hort.* apud *Non. c.* 3. *n.* 18. Quid tu, inquam, ſolet, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex conſecta ſit, non probare? *Id.* 2. *Off. cap.* 18. Addendo, deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat. *Id. Attic.* 5. *ep.* 21. Summam ſubducere, *ſommare*. Sic ſummam conficere. *Id. in Somn. Scip. c.* 2. & ſummam facere. *Id. Verr.* 4. *cap.* 53. Apud *Sueton. in Domitian. cap.* 11. actor ſummarum non dicitur, qui rationibus diſpungendis præeſt. *Plin. lib.* 9. *c.* 35. Quæ ſumma quadringenties ſeſtertium colligebat, *aſcendeva*, *montava*, *faceva*, &c. ¶ Uſurpatur ſæpe trans-

tranſlata. *Quintil. l.* 1. *cap.* 1. Majora tamen aliqua diſcet puer eo ipſo anno, quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum in ſummam proficit. h. e. in cumulum excreſcit. ¶ Dicitur etiam de capite cujuſcunque rei. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 9. *v.* 37. Summum ducum Atrides. h. e. princeps, & caput ceterorum ducum. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 76. Summa eſt, in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaveris, &c. *queſto è la concluſione*. *Id. pro Roſc. Am. c.* 51. Summa Reipublicæ in hujus periculo tentatur. *Sen. extrema epiſt.* 20. Summa ergo ſummarum hæc eſt: tardiloquum te eſſe jubeo. *Quintil. l.* 3. Altero, quo ſignificamus ſummam illam, in qua cauſa vertitur, *il punto principale*. ¶ Summam habere, eſt primum locum obtinere. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 15. Salus ſummam habet hic apud nos. Summa rerum, *tutte le coſe*. *Liv. l.* 1. Qui ſummæ rerum præeſſent. *Id. l.* 3. Veniſſetque in periculum ſumma rerum. ¶ Ponitur etiam pro complemento. *Quintil. l.* 3. *c.* 2. Huic ſtudium, & incrementum dederit utilitas, ſummam ratio, & exercitatio. ¶ Ad ſummam, *in ſomma*, ut ſummatim comprehendam, ne plura, breviter. *Cic.* 1. *Off. c.* 41. Ad ſummam, ne agam de ſingulis, &c. *Id.* 4. *Fin. c.* 21. Ad ſummam ut, quæ Zeno æſtimanda, & ſumenda, & apta naturæ eſſe dixit, eadem illi bona appellant. ¶ In ſummo, idem, ac ad ſummam. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep. ult.* Druſus erat de prævaricatione a tribunis ærarii abſolutus, in ſumma quatuor ſententiis, cum ſenatores, & equites damnaſſent. *Id. ad. l.* 3. *ep.* 5. Et in omni ſumma me ad otium converto, *in ſomma delle ſomme*. Adde *Plin. l.* 1. *ep.* 22.

Summālis, le, adject. qui ſummam continet, completus. *Tertullian. adverſ. Hermog. c.* 31.

Summanalia, ium, n. 3. liba farinacea in modum rotæ efficta, ut ait *Feſtus*, a *Summanus*, quia eorum in ſacris Summanis uſus erat.

Summāno, as, a. 1. omnia rapio, ac devoro, Plutonis, ſive Orci inſtar, a *Summanus*. Quidam deducunt a *manus*, ut ſit idem, ac involare, ſive manus vola arripere. Verum obſtat, quod ſecunda ſit porrecta, ut verſus tertius, & quintus ex his, quos infra afferimus, oſtendunt. Sunt enim jambici ſenarii, qui trochæum reſpuunt. *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 43. LE. Quis tu homo es? CU. Libertus illius, quem omnes Summanum vocant. LE. Summane, ſalve. Qui Summanum? fac, ſciam. CU. Quia veſtimenta, ubi obdormivi ibi ebrius, Summano. Ob eam rem me omnes Summanum vocant.

Summānus, i, m. ᾅδης, Plutonis cognomentum, a Manibus, quaſi ſummus Manium, ut ſcribit *Capella l.* 2. quanquam *Ovid.* 6. *Faſtor. v.* 733. tanquam incerti alicujus Dei meminit, & de quo non conſtet, cum inquit: Reddita, quiſquis is eſt, Summano templa feruntur. Huic Deo nocturna fulgura attribuebantur, ſicut Jovi diurna, ut *Plin. l.* 2. *c.* 52. docet. Templum habuit Romæ, eodem *Plin.* teſte *l.* 29. *c.* 4. non longe ab æde Juventutis. Mentionem ejus facit & *Cic. l.* 1. *Div. c.* 10. & *Plaut. Bacch.* 4. 8. 54. ubi & *Submanus* legitur.

Summarium, rii, n. *ſommario*, Ger. *auſzug*, Gal. *ſommaire*, Hiſp. *ſumario*, ἐπιτομή, idem quod breviarium, a *ſumma*. *Sen. ep.* 39. Vide, ne plus profectura ſit ordinaria oratio, quam quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, ſummarium dicebatur.

Summārius, ii, m. *primario*, princeps, primarius. *Cic. Attic. l.* 10. *ep.* 1. Niſi forte iſte ſummarius ei poteſt perſuadere, ut &c. ita legit *Lambinus*. Videtur autem Cicero perſtringere aliquem ex factione Cæſaris, qui cæteris antecellere vellet, vel etiam ipſi Cæſari, qui ſummum rerum imperium affectabat. Verum Critici fere omnes eam lectionem ſuſpectam habent: itaque alii *Summanus*, alii *numerarius*, alii *Nomasius*, alii denique aliquid aliud omnino diſſimile ſubſtituunt.

Summas, atis, com. *primate*, *principe*, *primario*, שׂר, Germ. *derobiſt*, Gal. *primat*, Hiſp. *grande*, *principal*, ἀριστεύς, optimas, primas, princeps civitatis, a *ſummus*. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 90. Nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ ſummatum virum. *Apul. l.* 11. Benevolis præceptis ſummatis Deæ recreatus. h. e. Iſidis Deæ præpotentis. *Sidon. l.* 9. *ep.* 6. Puellæ moribus, natalibuſque ſummas.

Summātim, adverb. *ſommariamente*, *brevemente*, German. *zu oberiſt*, Gall. *ſommairement*, *brief*, Hiſp. *brevemente*, κεφαλαιωδῶς, ἁπλῶς, ἐν ἐπιτομῇ, in ſumma, breviter, & omnibus quaſi ſimul comprehenſis. *Cicer. Att. lib.* 5. *ep.* 16. Dum hæc, quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. *Id. l.* 10. *Famil. epiſt.* 28. Sed illa cognoſces ex aliis, a me pauca, & ea ſummatim. ¶ Aliquando etiam ſummatim a *ſummus* fit, & ſignificat a ſumma extremitate, per ſummum. *Col. de arb. l.* 3. *cap.* 6. Sin autem eo uſque exaruit (ſcilicet vineæ truncus) ut curvari non poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.

Summātus, us, m. *ſignoria*, πρωτεῖον, ἀρχή, imperium, & rerum ſumma, principatus. *Lucret. l.* 5. *v.* 1141. Imperium ſibi cum, ac ſummatum quiſque petebat.

Summe, adverb. *ſommamente*, German. *zum hochſten*, Gall. *extremement*, Hiſpan. *muy grandemente*, εἰς τὰ μάλιστα, maxime, excellenterque. Jungitur fere nominibus poſitivis; raro ſuperlativis. *Cicer. lib.* 13. *Famil. epiſt.* 19. Tale enim tuum judicium de homine eo, quem ego unice diligo, non poteſt mihi non ſumme eſſe jucundum. *Plin. epiſt.* 91. (al. 67.) *lib.* 10. Habui illum Quæſtorem in Conſulatu, mei ſumme obſervantiſſimum.

Summergo, V. Submergo.

Summĭtas, atis, f. *ſommità*, *altezza*, גבה, Germ. *die hohe*, Gall. *ſommet*, Hiſp. *cima*, ἄκρα, vertex, ſive faſtigium, altitudo. *Pallad. l.* 1. *tit.* 6. Ut quatuor pedibus e terra ſummitas ejus (vitis) inſurgat. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 6. Cum duæ ſummitates duabus interjectionibus vinciuntur. *Cenſorin. de die nat. c.* 13. Ad terræ ſummitatem.

Summitto. V. Submitto.

Summo, adverb. *in fine*. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. Ut putet primo firmum eſſe ponendum, ſummo firmiſſimum, imbecilliora medio; quia & initio movendus ſit judex, & ſummo impellendus.

Summœniānus, a, um, adject. Summœnianæ dicebantur meretrices, quæ Romæ ſub ipſis urbis mœnibus in fornicibus habitabant. *Martial. l.* 3. *ep.* 82. Summœnianas cænat inter uxores. Adde *l.* 11. *ep.* 62.

Summœnium, ii, neut. locus Romæ ſub mœnibus, ubi meretrices proſtabant. *Martial. lib.* 1. *epigr.* 35. At meretrix abigit teſtem veloque, ſeraque: Nullaque Summœni fornice rima patet. Alii leg. *ſi meminit*.

Summopĕre, adv. *ſommamente*, מאד מאד, Ger. *zum heffrigſten*, Gal. *extremement*, Hiſp. *muy grandemente*, μάλιστα, maxime, vehementiſſime. *Cic. de Invent. l.* 1. *c.* 18. Vitia vero hæc ſunt certiſſima exordiorum, quæ ſummopere vitare oportebit.

Summotĕnus, adverb. *fino alla ſommità*. *Apulei. l.* 3. *Metam.* Floribus ceteriſque ſeſſis, ac Boreſcentibus ſummotenus.

Summovĕo. V. Submoveo.

Summŭla, æ, f. parva ſumma. *Sen. ep.* 76. Summulas minutas diſtribuit ſientibus ſervis. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 174. Summula ne pereat.

Summum, i, neut. ſummo, ſeu altiſſima pars, faſtigium, vertex. *Cic. de Div. c.* 17. Bacillum incurvum, & leviter a ſummo inflexum. *Idem* 5. *Fin. c.* 14. Qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi longe non abſunt a ſummo, quam etiam ſi eſſent in profundo.

Summum, adv. *al più*, τὸ μέγιστον, τὸ ἔσχατον, ad ſummum. *Cic.* 3. *Phil.* Duo millia nummum, aut ſummum tria dediſſet. *Id. Att. l.* 12. *epiſt.* 41. Scies igitur fortaſſe cras, ſummum perendie.

Summus, a, um, *ſommo*, *ſupremo*, ὕπατος, ὑπέρτατος, ἔσχατος, ſupremus, altiſſimus, a ſupremus per Syncopen. *Virg.* 4. *Æn.* Summoque ulularunt vertice Nymphæ. *Nepos in Annib.* c. 9. Amphoras complet plumbo, ſummas operit auro. h. e. ſummam amphorarum partem. *Cicer.* 4. *Fin. c.* 23. Ad ſummam aquam appropinquare, *a fior d'acqua*. ¶ Ponitur etiam pro extremo, ſive ultimo. *Virg.* 2. *Æn.* Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. *Cic. in Hort.* apud *Non. c.* 5. *n.* 440. Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. ¶ Item pro maximo, præſtantiſſimo, ampliſſimo. *Cic. pro L. Man.* In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, &c. *Id. ibid.* Omnia ſumma in eo ſunt. *Id.* 3. *de Leg. c.* 16. Utinam iſto animo, atque virtute nobiſcum verſari in ſumma republica, quam in municipali maluiſſes. h. e. in Romana. ¶ Aliquando pro laudabili, glorioſo. *Virg.* 9. *Æn.* Me ne igitur ſocium ſummis adjungere rebus, Niſe, fugis? ¶ Item pro nobili, illuſtri. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 18. Summo loco natus. *Plaut. Moſtell.* 5. 2. 20. Summis nati generibus. ¶ Summa hiems dicitur, cum maxime ſævit, *il cuor dell' inverno*. *Cic.* 13. *Fam. epiſt.* 60. Quod pro ſalute mea multa pericula adierit, ſæpe ſumma hieme navigarit. Sic *Plin.* 7. *cap.* 31. Summa æſtas. ¶ Summa res, eſt idem quod ſumma rerum. *Virg.* 2. *Æn. v.* 322. Quo res ſumma loco, Panthu? *Tacit. hiſt.* 4. *c.* 71. Summæ rei periculum facere. ¶ Summus amicus, *amico carriſſimo*. *Ter. Phorm.* 1. 1. Amicus ſummus meus, & popularis Geta. ¶ Aliquando ſummus ſine ſubſtantivo ponitur, ſed intelligitur *amicus*. *Ter. Eun.* 1. 1. Plurima ſalute Parmenonem Summum ſuum impertit Gnatho. ¶ Ad ſummum, *al più*, *al più*. *Cic. pro Mil.* Unus, aut ad ſummum duo inventi ſunt, qui Milonis cauſam non probarent. h. e. non plures, quam unus, aut duo ex omnibus. ¶ A ſummo bibere, eſt, quod Græci dicunt ἐν κύκλῳ πίνειν, h. e. ab eo conviva, qui ſummus, h. e. primo loco accumbit, uſque ad imum. *Plaut. Perſ.* 5. 2. 19. A ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos. *Id. Aſin.* 5. 2. 41. Da, puere, ab ſummo, tu interibi ab imo da ſuavium. V. *Accumbo*.

Summuſſo, as, n. 1. tacite muſſo. *Ennius* apud *Feſtum*. Quintus in occulto ſummuſſabat. *Accius ibid.* Non decet jam ſummuſſare.

Summuſſus, i, m. *Feſtus*: Summuſſi dicebantur murmuratores. *Nævius*, ades, inquit, ſummuſſos.

Summuto. V. Submuto.

Sumo, is, ſumpſi, & ſumſi, ſumptum, & ſumtum, a. 3. *pigliare*, לקח, Germ. *nehmen*, Gal. *prendre*, Hiſp. *tomar*, λαμβάνω, capio, accipio, a *ſub*, & *emo*, quod antiquis notabat tollere, ut docet *Feſtus*. *Cicer. de Clar. Orat. c.* 19. A Nævio ſumpſiſti multa, ſi fateris, vel ſi negas, ſurripuiſti. *Id.* 2. *Agr.* Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus. *Id.* 4. *Acad.* Hæc autem, quæ jam dicam, ſunt ſumpta de prima. ¶ Nonnunquam accipitur pro arrogare ſibi, ſive attribuere, vendicare. *Cic pro Planc. c.* 1. Quanquam non tantum mihi ſumo, judices, neque arrogo, ut &c. *Id. Fam.* 13. *ep.* 50. Sumpſi hoc mihi, ut ſcriberem. *Id.* 2. *de Orat. c.* 72. Duo illa mihi pro meo jure ſumo. ¶ Item eligere, ſuſcipere. *Horat. l.* 1. *ep.* 3. Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit? *Cic. Fam.* 16. *ep.* 11. Sumere regionem aliquam tuendam. *Id. in Vatin. c.* 11. Sumere inimicitias. *Id.* 1. *Acad. cap.* 2. Studium aliquod ſibi ſumere. *Tacit.* 4. *Ann. cap* 3. Sumitur in conſcientiam Eudemus, *viene eletto per confidente*. ¶ Item pro emere. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 23. Tanti illa quatuor, aut quinque ſumpſiſti. ¶ Item pro conſumere. *Ter. Adelph.* 5. 3. 68. I ergo intro, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. *Id. Heaut.* 4. 3. 13. Fruſtra operam, opinor, ſumo, *perdo il tempo*. ¶ Item impendere, ſumptus facere, *ſpendere*. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 9. Minus certa in hiſce rebus ſumptum eſt ſex minis. ¶ Eſt etiam Dialecticorum verbum, & ſignificat ponere aliquid, quod tanquam certum habeas, *ſupporre*. *Lucret. lib.* 1. *v.* 973. Alterutrum fatearis enim, ſumaſque, neceſſe eſt. *Cic.* 1. *de nat. Deor. cap.* 32. Beatos eſſe Deos, ſumpſiſti, concedimus. *Id.* 2. *Divin. cap.* 49. Ea ſumunt ad concludendum, quorum ei nihil conceditur. ¶ Sumere obſequium animo, eſt animo obſequi. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 8. Ego dare me ludum meo gnato inſtitui, ut obſequium animi ſumere poſſit. ¶ Sumere ſupplicium, eſt punire. *Cic.* 7. *Verr. c.* 29. Dixit ſe, quod ſciret ſibi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe, neque de vero archipirata ſumpſiſſe ſupplicium, ideo ſecuri non percuſſiſſe. *Virg. Æn.* 12. *in fine*. Pœnam inimico ex ſanguine ſumit. ¶ Sumere prælium, eſt inire, *far battaglia*. *Sueton. in Caſ. c.* 60. Prælia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat. ¶ Sumere ſpiritus, animum, ſuperbiam dignam meritis, *prender coraggio*, *inanimirſi*. Primum eſt *Caſ. l.* 1. *B. G.* alterum *Tacit. in Agric. c.* 31. tertium *Horatii l.* 3. *od.* 30. ¶ Sumere mortem, *darſi la morte*. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 10. Tanquam uxor ſponte mortem ſumpſiſſet. ¶ Sumere mutuum, & ſumere pecunias mutuas, *tor' ad impreſtito*. *Plaut. Amph.* 2. 1. 187. & *Cic.* 3. *Verr. cap.* 10.

Sumptifacio, is, a. 3. *fare ſpeſa*, *ſpendere*, *conſumare*, δαπανάω, facio ſumptum. *Plaut. Caſ.* 3. 7. 1. Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim, & præter operam reſtim ſumptifecerim.

Sumptio, onis, f. 3. λῆψις, λῆμμα, actus ſumendi. *Cato de R. R. cap.* 152. Si ſumpſerit, in ſingulas ſumptiones, &c. ¶ Ponitur etiam pro aſſumptione. *Cic.* 2. *de Divin. cap.* 53. Sed damus tibi iſtas duas ſumptiones, ea, quæ λήμματα appellant Dialectici, ſed nos Latine loqui malumus.

Sumptito, as, a. 1. freq. a ſumo. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Ut plerique ſtudiorum gratia ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, ſæpius ſumptitaverint.

Sumptuarius, vel Sumtuarius, a, um, δαπανητικός, quod ad ſumptum pertinet. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 7. Tu, velim, a Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias. ¶ Lex ſumptuaria eſt, quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cato cibariam appellat, quia præcipue de ſumptibus cœnarum erat. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 26. Lex ſumptuaria, quæ videtur λιτότητα, (*frugalitatem*) attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. ¶ Leges omnes ſumptuarias diligenter enumerat *Gell. l.* 2. *c.* 24. itemque *Roſin. Antiquit. Roman. l.* 8. *c.* 13.

Sumptuōſe, adv. *ſuntuoſamente*, δαπανηρῶς, cum magno ſumptu. *Catull. ep.* 144. (al. 48.) Vos convivia lauta ſumptuoſe De die facitis. *Cic. in Catil.* 2. *cap.* 10. Qui ſe inſperatis, repentiniſque pecuniis ſumptuoſius, inſolentiuſque jactarunt.

Sumptuoſitas, atis, fem. *ſpeſa grande*, magnus ſumptus. *Sidon. l.* 9. *ep.* 6. Quantum de bonuſculis avitis paterniſque ſumptuoſitas domeſticæ charybdis abliguriſſet.

Sumptuōſus, vel Sumtuoſus, a, um, *ſontuoſo*, *ſplendido*, Germ. *koſtlich*, Gall. *ſomptueux*, Hiſpan. *coſtoſo*, δαπανηρός, qui magnos ſumptus facit. *Cic. in Parad.* Venio enim jam ad ſumptuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum. ¶ Sumitur etiam paſſive, pro eo, in quod magnus ſumptus fit.

Digitized by Google

ſit, aut factus eſt, *di grande ſpeſa*. *Cic. in Piſon.* Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ut magnopere quidem præter libidines ſumptuoſum. *Id. Paro, lib.* p. *Pam. ep.* 13. Expecta igitur hoſpitem cum minime edacem, tum inimicum cœnis ſumptuoſis. *Id. Q. Fr. lib.* 3. *ep.* 8. Ludi ſumptuoſiores, *Senec. l.* 4. *Controv.* 25. Cœna ſumtuoſiſſima.

Sumptus, vel Sumtus, us, m. *ſpeſa*, Germ. *koſten*, Gall. *dépenſe*, Hiſp. *gaſto*, δαπάνη, impenſa, a *ſumo*, quod inter cætera ſignificat impendo, quia ſumpta pecunia inſumitur, ſive impenditur. *Cic. pro Cluent.* Jam ut Romæ vixerint, quibus conviviis, quibus ſlagitiis, quantis, & quam profuſis ſumptibus. *Verr.* 6. *cap.* 10. Facere ſumptum magnum in prandium. *Id. Attic. lib.* 11. *ep.* 15. Suppeditare ſumptum alicui. Et *l.* 8. *ep.* 6. Mutuari ab aliquo in ſumptum, *torre ad impreſtito per iſpender*. *Id.* 2. *de Invent. cap.* 19. Dare ſumptum alicui, *dar da ſpendere il ſuo mantenimento*. (*Terent. Adelph.* 5. 5. 17. dare minam in ſumptum dixit.) *Id. Cic. Q. Fr. lib.* 3. *ep.* 1. Ponere ſumptum in aliqua re. *Id.* 2. *Invent. cap.* 38. Inſumere ſumptum in aliquam rem. Sic impendere ſumptum ad incertum caſum. *Id. Verr.* 5. *c. ult.* Et ſumptui eſſe alicui. *Id. Attic.* 5. *ep.* 14. Et ſumptum minuere. *Id.* 3. *Pam. ep.* 8. *ſminuire la ſpeſa*. ¶ Olim in genitivo ſumpti dicebant, ut in cæteris nominibus quartæ declinationis. *Cato c.* 22. *R. R.* Eo ſumpti opus eſt. Adde *Plaut. Trinum.* 2. 1. 11.

Sumptus, Sumtus, a, um, *preſo*, *pigliato*, εἰλημμένος, acceptus, partic. a ſumo. *Cic. de Am. c.* 1. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam ſumpta virili toga. *Id. pro Rab. Poſth. c.* 16. Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

Sunium, n. 2. *Capo delle Colonne*, prom. Atticæ, inter Piræeum portum Athenarum ad Occ. & prom. Leonum Eubææ in Bor. cum opp. cogn. *Tit. Liv.* 1. 2. 35.

Suno, V. Sino.

Suo, is, ſui, ſutum, a. 3. *cucire*, תפר, German. *butzen*, Gall. *coudre*, Hiſp. *coſer*, ῥάπτω, eſt ſarcire, partes duas vel panni, vel alterius rei invicem conjungere, & colligare. *Gell. l.* 17. *c.* 3. Pleraſque naves lorie ſuebant. V. *Sutus*. ¶ Capiti alicujus ſuere aliquid, proverbialis dictio, quæ ſignificat, doli, vel mali aliquid alicui machinari. *Terent. Phorm.* 3. 2. 6.

Suovetaurilia. V. Solitaurilia.

Supat, jacit: unde diſſipat, diſjicit. *Feſtus*.

Supellecticarius, a, um, quod ad ſupellectilem ſpectat, ut ſupellecticarius ſervus, cui ſupellectilis cura commiſſa eſt. *Ulpian. l.* 12. *Dig. de inſtr. vel inſtrum. leg.* & ſupellecticarius, abſolute apud *Petron. in Satyr.*

Supellex, ectilis, f. *ſuppellettile*, *maſſarizie*, *arneſi di caſa*, *mobile di caſa*, כלי, Ger. *hauſſrath*, Gal. *meubles*, *menages*, Hiſp. *alhaja*, σκεύη, κατασκευή, domeſticum familiæ inſtrumentum quod neque argento, auroveſacto, vel veſti adnumeretur, ut definit *Pomponius l.* 1. *ff. de ſupell. leg.* Hoc nomine, ut inquit *Paulus l.* 33. *Dig. tit.* 10. *leg.* 3. continentur menſæ, trapezophora delphica, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitæ, toralia, mappæ villoſæ, vaſa aquaria, pelves, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, vaſa ænea vulgaria, id eſt quæ non propria ſunt loco attributa, præterea capſæ, armaria, vitra eſcaria, & potoria. ¶ Originem vocis affert *Labeo* apud *Celſ. ibid. leg.* 7. ex eo, quod olim legatis proficiſcentibus locaretur, quæ *ſub pellibus* uſui forent. *h. e.* ſub tentoriis. *Virg.* 1. *Georg.* Viliſque ſupellex, Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi. *Cic.* 4. *Verr.* Supellex ex ære elegantior, & Deliaca, & Corinthia. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Cic.* 2. *de Or.* In Oratoris vero inſtrumento tam lautam ſupellectilem nunquam videram. *Id. de Am. c.* 15. Amicos non parare, optimam, & pulcherrimam vitæ, ut ita dicam ſupellectilem? ¶ In ablativo æque recte dicitur *ſupellectile*, & *ſupellectili*. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Denas argenti libras in ſupellectile criminoſ dabant. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 13. Ornat tabernaculis, centuriis, ſupellectili. ¶ Veteres dixere etiam *ſupellectilis* in recto caſu, teſte *Feſto*. ¶ In plurali numero quidam dicunt hoc nomen neutra poſitione uſurpari *ſupellectilia*, *lium*, ſed nullo id idoneo Latino exemplo adhuc probant.

Super, *ſopra*, על, Germ. *auff*, Gall. *ſur*, Hiſp. *ſobre*, ὑπέρ, præpoſitio ex iis, quæ accuſativo, vel ablativo inſerviunt, ſecundum ſignificationis diverſitatem, a voce Græca ὑπέρ, aſpiratione in *ſ* commutata, & υ in u. Sæpe ſignificat *ſupra*, cui *ſubter* opponitur. Quidam hoc diſcriminis eſſe voluerunt inter ſuper, & ſupra, quod ſuper continuitatem, ſeu contiguitatem importet, ut *Sedeo ſuper lapidem*, ſupra dicatur de iis, quæ interjecto ſpatio imminent, ut *Nubes impendent ſuper nos*. Sed hæc differentia perpetua non eſt, ut ſatis conſtat *Livii* teſtimonio, *l.* 44. ubi ſic habet: Ubi citra muros, ſupra, ſubterque terram, per dies viginti quinque pugnatum eſt. Item illo *Hor. lib.* 2. *ſat.* 8. *v.* 20. Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra. Item illo *Suet. in Aug. c.* 43. Superque ſe ſubſellio ſecundo collocavit. hoc eſt in loco ſuperiore, & honeſtiore. Item illo *Curtii l.* 8. *c.* 5. Polyperchon, qui cubabat ſuper Regem. V. *Accumbo*. ¶ In hac acceptione accuſativum exigit, ſive conjungatur cum verbis motus ad locum, ſive cum verbis ſtatus in loco. *Cic. l.* 2. *de Leg.* Demetrius ſuper tumulum noluit quidquam ſtatui. *Id.* 2. *Fin.* Super eam (aſpidem) aſſidere. ¶ A Poetis tamen interdum cum ablativo cum verbis ſtatus in loco uſurpatur. *Virg.* 1. *Ecl.* Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere nocte, Fronde ſuper viridi. ¶ Ponitur etiam pro ultra, cum acc. *Virg.* 6. *Æn.* Super Garamantas, & Indos Proferet imperium. ¶ Item accipitur pro *præter*. *Virg.* 3. *Æn.* O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. h. e. o imago, quæ mihi ſola remanet præter, vel poſt imaginem mei Aſtyanactis. Alii explicant, *ſupereſt*. *Suet. in Vitell. c.* 13. Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data adventitia a fratre. Et cum ablat. *Silius lib.* 11. *v.* 142. His ſuper accitam primori Morte Saguntum, *Oltre a queſte coſe*. ¶ Item pro *plusquam*, cum acc. *Suet. in Aug. cap.* 35. Erant enim ſuper mille, & quidem indigniſſimi. *Tac. l.* 13. *Ann. cap. ult.* Quæ ſuper octingentos, & quadraginta annos Remi, Romulique infantiam texerat. ¶ In hac acceptione etiam cum ablativo juncta legitur. *Suet. in Aug. c.* 38. Super triginta ducibus juſtos triumphos, &c. ¶ Super ſomnum eſt ſervus a cubili. V. *Somnus*. ¶ Ponitur etiam pro *de*, cum abl. *Virg.* 1. *Æn.* Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 6. Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio. Ubi adverte, aliquando *ſuper* ſuo caſui poſtponi. Sic & *Tac.* 11. *Ann. c.* 23. Multus ea ſuper re rumor. ¶ Aliquando notat *pro*. *Virg.* 4. *Æn. verſ.* 235. Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. ¶ Aliquando *in*. *Virg.* 9. *Æn.* Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili Nocte ſuper media. Quidam exponunt, ultra mediam noctem. Sic ſuper cœnam, eſt cœnæ tempore. *Plin. l.* 4. *ep.* 22. Et, ſuper vinum & epulas. *Curt. l.* 8. *c.* 4. ¶ Super omnia, *ſopra tutto*, *più di tutto*, *ſpezialmente*. *Virg.* 8. *Æn. v.* 303. Super omnia Caci ſpeluncam adjiciunt. *Ovid.* 6. *Met. verſ.* 907. Fruſtra clamato ſæpe parente, ſæpe ſorore ſua, magnis ſuper omnia Divis. ¶ Uſurpatur etiam adverbialiter, ſine caſu; & ponitur pro *deſuper*. *Virg.* 9. *Æn.* Et ſuper e vallo proſpectant Troes. ¶ Interdum pro *inſuper*, *amplius*. *Virg.* 2. *Æn.* Cui neque apud Danaos uſquam locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Al. leg. *inſuper*. *Cic. pro R. Com.* Satis, ſuperque habere dicit. ¶ Interdum pro *præter*. *Liv. l.* 27. *c.* 20. Marcellus etiam adverſa rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat, *oltrecchè*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 65. Pœnas dedit uſque ſuperque, quam ſatis eſt. *Aſſai più del neceſſario*.

Super, adject. *ſuperiore*, ſuperior, ſupernus. *Lucret. l.* 1. *v.* 649. Naturam, quam ſolus habet ſuper ignis, haberent. *Cato R. R. c.* 149. Ubi ſuper, inferque vicinus permittet.

Supĕra, idem ac ſupra, apud vet. ut notat *Priſc. l.* 14. *Cic. in Arat.* Torvu' draco ſerpit ſubter, ſuperaque retorquens Se ſe. *Lucr. l.* 1. *v.* 429. Id, quod jam ſupera tibi paulo oſtendimus ante.

Superabilis, & le, o. 2. *ſuperabile*, εὐκαταγώνιστος, quod facile ſuperari poteſt. *Liv. l.* 25. *c.* 23. Humilioremque aliquanto priſtina opinione ſua, & cæterorum omnium ratus eſſe, & vel mediocribus ſcalis ſuperabilem. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 8. Scilicet ut per vim non eſt ſuperabilis ulli.

Superablŭo, is, a. 3. *Avien. in deſcript. Orbis Terræ*, *v.* 881. Caſpinam late terram ſuperabluit unda.

Superabundo, as, n. 1. *ſoprabbondare*, עדף, Ger. *gar uberfluſſig ſeyn*, Gal. *abonder*, Hiſp. *ſobrar*, *reboſar*, περισσεύω, redundo, ſuperfluo. *Ulp. l. non ſolent*, *ff. de reg. jur.* Non ſolent, quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturas. Adde *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 14.

Superacervo, as, a. 1. coacervo, acervum ſuper acervum impono. *Tertul. l.* 2. *ad Nation. c.* 15.

Superaccommŏdo, as, a. 1. *agginſtare ſopra*. *Celſus l.* 8. *c.* 10. Ferulæ ſuperaccommodandæ ſunt, quæ oſſa contineant.

Superaddĭtus, a, um, *aggiunto ſopra*. *Virg.* 3. *Ecl.* Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis.

Superaddo, is, a. 3. *aggiunger ſopra*, ἐπιπροστίθημι. *Virg. Ecl.* 5. Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.

Superadduco, is, a. 3. *condurre di più*. *Plaut. Truc.* 2. 6. 55. Quot ancillæ ſunt jam? Quin etiam ſuperadducas, quæ mihi comedint cibum?

Superadjicio, is, a. 3. *aggiungere*, ſuperaddo. *Apic. l.* 7. *c.* 4. Ubi offellæ coctæ fuerint, ſuperadjicitur his hæc conditura.

Superadimo, is, a. 3. inſuper adimo. *Ammian. l.* 14. *c.* 7. Poſt ſtatuas dejectas ſuperadimenda vita.

Superadornatus, a, um, adject. *ornato di ſopra*. *Senec. l.* 4. *quaſt. nat. c.* 2. Signorum coagmenta ſolvuntur, nullum materiæ ſuperadornatæ manat operimentum.

Superadſto, as, n. 1. *ſtar ſopra*. *Liv. l.* 10. *c.* 5. Male denſatus agger recole ſuperadſtantium in foſſam procubuit. *Manil. l.* 1. *v.* 657. Verticibus ſuperadſtantem, mediumque ſecantem Cœlum.

Superaggĕro, as, a. 1. aggere impleo. *Colum. l.* 11. *c.* 44. Scrobs ea humo, quæ fuerat egeſta, ſuperaggeratur.

Superăgo, is, ſupra aliquid ago, ſeu duco. *Tibul. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 157. Sed durata riget denſum in glaciemque nivemque, Quippe ubi non unquam Titan ſuperegerit ortus. Poſſis & diviſim legere *ſuper egerit*.

Superallĭgo, as, a. 1. *legar ſopra*, ἐπιδέω, ſuperne alligo. *Plin. l.* 30. *c.* 6. Quidam reſectum ſuperalligant.

Superambŭlo, as, n. 1. *camminar ſopra*. *Sedul. l.* 3. *v.* 220. calcatas Dominus ſuperambulat undas.

Superamentum, i, n. quod ſuperat, & ſuperfluum eſt. *Ulp. lib. ligni*, §. *Offilias*, *ff. de legat.* & *fideicom.* 3. Etiam virgulæ, & cremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & vitium ſtirpes, atque radices continebuntur.

Supĕrans, antis, o. 3. περιέχων, *che ſupera*. *Virg.* 5. *Æn. v.* 473. Hic victor ſuperans animis, tauroque ſuperbus. *Lucr. l.* 5. *v.* 395. Cum ſemel in terra fuerit ſuperantior ignis. *Solinus c.* 2. (*al.* 8.) *de Italia*. Mons Veſulus ſuperantiſſimus inter juga Alpium.

Superanteactus, a, um, ut ſuperanteacta ætas. h. e. acta, *età paſſata*, *anni traſcorſi*. *Lucret. l.* 1. *v.* 673. Cur ſuperanteactam ætatem meminiſſe nequimus?

Superargumentans, tis, particip. inſuper argumentans. *Tertul. adverſ. Hermog. c.* 27.

Superaſpergo, is, *ſpargere ſopra*, ſuper ſpargo. *Apic. l.* 4. *c.* 2. Piperis pulverem ſuperaſperges.

Superatio, onis, f. *il ſuperare*, actus ſuperandi. *Vitruv. l.* 9. *in præfat.* In ambitione certationis contrariorum ſuperatio.

Superātor, oris, m. *vincitore*. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 341. Populi ſuperator Hetruſci.

Superātrix, icis, f. *ſuperatrice*. *Inſcript. apud Fabret. pag.* 383. Aureliæ omnium retro temporum caſtarum ſuperatrici.

Superattollo, lis, a. 3. *alzar ſopra*. *Plaut. Caſ.* 4. 4. 1. Senſim ſuperattolle limen pedes, nova nupta. h. e. tolle pedes ſuper limen.

Superattrăho, is, a. 3. extollo, ſurſum traho. *Avien. in Arat. v.* 1231. Argo quod puppim curvis ſuperattrahit oris.

Superātus, a, um, *ſuperato*, *vinto*, ἐκκαταπεπληγμένος. *Ovid.* 12. *Met.* Bello ſuperatus Amyntor.

Superba, bæ, f. herba, quam & chamæmelon vocant. *Apulej. de herb. cap.* 23.

Superbe, adv. *ſuperbamente*, *altieramente*, Ger. *hoffertiglich*, Gal. *fierement*, Hiſp. *altivamente*, ὑπερηφάνως, elate, faſtuoſe. *Liv. lib.* 4. Superbe a Samnitibus, qui Capuam habebant, Cumaſque, Legati prohibiti commercio ſunt. *Cic. pro Leg. Man. c.* 5. Legati quod erant appellati ſuperbius. *Id. in Piſon. c.* 37. Cujus tu ſuperbiſſime decreta, & preces repudiaſti.

Superbia, æ, f. *ſuperbia*, גאוה, Germ. *hoffahrt*, Gall. *orgueil*, *fierté*, Hiſp. *ſoberviа*, *altivez*, ὑπερηφανία, ſupergrediens elatio, arrogantia, inſolentia. *Cic.* 1. *Off. c.* 26. Atque etiam in rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus ſuperbiam magnopere, faſtidium, arrogantiamque fugiamus. *Id.* 1. *de Orat.* Quod ego non ſuperbia, atque inhumanitate faciebam. *Horat. lib.* 3. *od.* 10. Ponere ſuperbiam. *Plaut. Merc.* 5. 2. 10. Abjicere ſuperbiam. ¶ Interdum uſurpatur in bonam partem. *Horat. lib.* 3. *od. ult.* Sume ſuperbiam Quæſitam meritis, & mihi Delphica Lauro cinge volens Melpomene comam, *ſpiriti generoſi*. ¶ Tranſlate *Vitruv. l.* 7. *cap.* 3. Semper enim album opus, propter ſuperbiam candoris, non modo ex propriis, ſed etiam ex alienis ædificiis concipit fumum.

Superbĭbo, is, a. 3. ἐπιπίνω, eſt poſt cibum, potumque aſſumptum alium potum ſuperingerere. *Plin. lib.* 20. *c.* 1. Aquæ potum interponere utiliſſimum, itemque jugi ſuperbibere ebrietati.

Superbiſicus, a, um, γαυρωτικός, quod ſuperbum facit. *Senec. Herc. Fur. v.* 58. Et ſuperbifica manu Atrum per urbes ducit Argolicas canem, hoc eſt quæ ſuperbum eum facit ob tam multas victorias.

Superbiloquentia, f. *parlar ſuperbo*, μεγαληγορία, elatus, atque arrogans ſermo. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 16. Impendere apud Inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam.

Superbio, is, n. 4. *inſuperbire*, גאה, Germ. *ſtoltz ſeyn*, Gall. *devenir fier*, *s'enorgueillir*, ὑπερηφανεύομαι, ſtulto quodam extollor. *Ovid.* 11. *Metam.* Nec avi magis ille ſuperbit Nomine, quam ſoceri. *Plin. l.* 10. *c.* 65. *de equabus*: Comantes enim gloria ſuperbire. *Stat. l.* 7. *Theb. v.* 388. Spoliare

Mare ſuperbit Oenides. h. e. non dignatur, contemnit. ¶ Accipitur aliquando pro nobilitari, illuſtrari, celebrari. *Claud. l. 3. de rapt. Proſ. v.* 337. Phlegræis ſylva ſuperbit Exuviis. *Plin. l. 37. c. 7.* Hac (gemma) certa apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt.

Superbiter, adverb. idem ut ſuperbe apud veteres. *Afran. apud Non. c. 11. n. 48.* Ille ſuperbiter imperat. *Nævius ibid.* Superbiter contemptim conteris legiones.

Superbus, a, um, *ſuperbo, altiero,* גא, Ger. *ſtolz,* Gall. *fier, orgueilleux,* Hiſp. *ſobervio, altivo,* ὑπερήφανος, elatus, inflatus, arrogans, inſolens. *Cic. 6. Verr.* Superbum eſt enim, & non ferendum, dicere Prætorem in provincia homini honeſto, locupleti, ſplendido, Vende mihi vaſa cælata. *Id. 7. Fam. ep. 13.* Superbiorem te facis pecunia. *Id. pro Rab. perduell.* Tarquinius rex ſuperbiſſimus. ¶ Aliquando ponitur pro alto, elato. *Virg. 7. Æn.* Atina potens, Tyburque ſuperbum. hoc eſt alte ædificatum. Ita *Non. cap. 4. n. 420.* ¶ Aliquando pro nobili, excellenti, præſtanti. *Hor. lib. 1. od. 35.* Vel ſuperbos Vertere funeribus triumphos. *Virg. 1. Æn.* Hinc populum late regem, belloque ſuperbum Venturum excidio Libyæ. ¶ Aliquando pro ornato. *Virg. 2. Æn.* Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi Procubuere. ¶ Aliquando pro iniquo. *Virg. 8. Æn.* Quos illi bello profugos egere ſuperbo. ¶ Quæ *Col. l. 5. c. 10. ad fin.* pira ſuperba vocat, idem ſic appellantur, quia ſunt prima adventu, ocyſſima maturitate, decerpique properantia, ut eſt apud *Plin. in fine c. 14. & c. 15. l. 15.* ¶ Lexicographi quidam addunt, ex *Nonio,* antiquos etiam ſuperbum pro mortuo uſurpaviſſe, propter pompam funeris. *Plaut. Amph. 1. 1. 201.* Faciam ego hodie te ſuperbum, ni hinc abis. Ita Mercurius comminatur Soſiæ. Sed hic per *ſuperbum* non intelligit mortuum, quod *Nonius* putavit, *c. 8. n. 748.* ſed eum, qui non ambulet pedibus ſuis, prout divites delicati ſolent. Divites enim ſuperbia pedibus ſuis uti nolunt: Soſia ſi pedibus non iiſſet, eo id futurum erat, quia male mulctatus ingredi pedibus non poſſet. Sequitur enim *Plautus:* Auferere, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero. ¶ Denique ponitur pro eo, quod ſuperbe, ſevereque fit. *Cic. de provinc. Conſular. c. 3.* Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione collectus omnis interiit, *leva rigoroſiſſima.*

Supercœleſtis, e, adject. qui ſupra cœlum eſt. *Tertul. de anim. c. 23.* De ſupercœleſtibus ſedibus.

Supercalco, as, a. 3. *calcare ſopra,* דרך, Germ. *vertretten,* Gall. *fouler aux pieds,* Hiſp. *acocear, hollar,* ἐπιπατέω. *Col. l. 12. c. 39.* Ubi unum tabulatum feceris, vinum vetus conſpergito, poſtea alterum ſupercalcato, & item vinum conſpergito.

Supercerno, is, crevi, cretum, a. 3. ἐπικρίνω, eſt terram cribro purgatam injicere. *Plin. lib. 17. c. 10.* Terraque cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine.

Supercido, is, ſupercidi, caſum, o. 3. *cadere ſo,* Germ. *oben darauff fallen,* Gal. *cheoir deſſus,* Hiſp. *caer ſobre,* ἐπιπίπτω, ſuper rem aliquam cado. *Col. l. 4. c. 9.* Ne, ſi transverſa fuerit cicatrix, cœleſtem ſupercidentem aquam contineat. Alii leg. *ſuperincidentem.*

Superciliōſus, a, um, *auſtero, grave,* ὑπερόφρυς, σκυθρωπάζων, auſterus, & gravis. *Senec. ep. 123.* Triſtes, & ſupercilioſi alienæ vitæ cenſores. *Martian. Capell. l. 8.* Me ſupercilioſior increpabas.

Supercilium, lii, n. *ciglio,* גב, Germ. *augbrame,* Gall. *ſourcil,* Hiſp. *ceja, ſobreceja,* ὀφρύς, ἐπισκύνιον, pars extrema frontis, quæ ſuper oculos prominens brevibus veſtitur pilis, ad oculi protectionem adverſus ea, quæ ſuperne incidere poſſent, velut vallum quoddam a natura conceſſa. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Supercilia homini & pariter, & alterna mobilia; in iis pars animi: negamus, annuimus, hæc maxime indicant faſtum: ſuperbia aliubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet, in corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. *Cic. pro R. Com.* Nonne ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? ¶ Supercilia in Junonis tutela fuere. *Feſtus:* Supercilia in Junonis tutela eſſe putabant, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuat Juno. Unde ipſa Dea Lucina quoque dicta videtur. ¶ *Supercilium ſalit,* prov. dicitur, quoties bona quædam ſpes titillat animum noſtrum. Sumptum eſt a vulgi ſuperſtitione, quod futurorum auguria captat ex corporis affectibus, ut ſi quod membrum pruriat præter evidentem cauſam, ſi dexter oculus ſaliat, ſi auris dextra tinniat. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 105.* Unde dicam, neſcio, niſi quia futurum eſt: ita ſupercilium ſalit. V. *Eraſm. Adag.* ¶ Metonymice, quoniam ſuperciliis annuimus, & negamus, ſupercilium poni ſolet pro nutu. *Hor. lib. 3. od. 1.* Reges in ipſos imperium eſt Jovis Cuncta ſupercilio moventis. ¶ Item pro gravitate, ſeveritate, ſuperbia. *Cic. Agr. 2. cap. 34.* Hunc Capuæ Campano ſupercilio, ut regio ſtrepitu cum videremus. *Martial. lib. 1. ep. 4.* Terrarum dominum pone ſupercilium. id eſt Imperatoriam gravitatem. ¶ Translate etiam dicitur de quacunque re, quæ ſupereminet, ut propendet, pro rei ſummitate, & loco eminentiore. *Virg. 1. Georg. v. 108.* Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam Elicit. *Liv. lib. 27.* Ipſe expeditos, qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant, ad levem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit. Sic ſupercilia Rheni, ſupercilia Moſæ, legitur apud *Ammian. l. 14. c. 32. & l. 17. c. 18.* pro ripis Rheni, & Moſæ. ¶ Apud Scriptores rei agrariæ ſupercilium uſurpatur pro ſpatio agri devexo, quod paucorum pedum modo æſtimatur. *Siculus Flacc. de conditionibus agror.* & *Hyginus* apud *Goeſium.*

Superclaudo, is, a. 3. claudo ex parte ſuperiore. *Liv. l. 3. c. 27.* A continente arctæ ſemitæ aditum habet, a mari rupes exeſa fluctibus ſupercluduntur. Pleræque tamen optimæ editiones habent *clauduntur.*

Supercompōno, is, a. 3. ſuper aliquid compono, colloco. *Apic. l. 4. c. 2.* Cepas concides in patinam, & piſces ſupercompones.

Superconcīdo, is, a. 3. *tagliar ſopra.* *Apic. l. 5. c. 5.* Coliculorum minutius ſuperconcidito.

Supercontĕgo, is, a. 3. ſuperiori parte contego. *Celſ. l. 4. c. 1.* Renes tunicis ſuperconteguntur.

Supercorrŭo, is, n. 3. *cadere ſopra,* ἐπιπίπτω, cado ſuper aliquid. *Val. l. 5. c. 6. n. 5.* Factaque ingenti ſtrage telis obrutus ſupercorruit.

Supercreſco, is, vi, tum, n. 3. *creſcere di ſopra,* Germ. *daruber wachſen,* Gall. *ſurcroître,* Hiſp. *ſobrecrecer,* ἐπιφύομαι, ſuper aliquam rem creſco, ſeu innaſcor. *Celſ. lib. 5. cap. 28. de carcinomate:* Si id nimium ſupercrevit, tentanda ſquama æris eſt. Et *cap. 22.* Carnem ſupercreſcentem exedere.

Supercŭbo, as, avi, atum, o. *giacere, o ſtar ſopra,* Germ. *auff etwas ligen,* Gall. *coucher deſſus,* Hiſpan. *eſtar en cima,* ἐπικοιμάομαι, ſuperjaceo, ſuperdormio. *Colum. lib. 7. cap. 4.* Perforatis tabulis, quibus ovilia conſternuntur, ut grex ſupercubet. *Apul. l. 6. Metam.* Europam tauro ſupercubaſſe.

Supercurro, is, n. 3. *ſoprabbondare.* *Plin. lib. 7. ep. 18.* Ager propter id, quod vectigali large ſupercurrit, ſemper dominum, a quo exerceatur, inveniet.

Superdīco, is, a. 3. *aggiungere,* ἐπιλέγω, ſubjungo dictis, dico aliquid præter id, quod dictum eſt. *Cic. 2. de Leg. c. 21. de liberatione hæredis a rebus ſacris:* Quod ſi hus, qui teſtamentum faciebat, cavere noluiſſet, admonet Juriſconſultus hic quidem ipſe Mutius Pontifex, idem ut minus capiat, quam omnibus hæredibus relinquatur: ſuperdicebat, quicquid capiſſet, adſtringi. Alii aliter legunt. *Leg. 13. Dig. de jurejur.* Si quis juraverit in re pecuniaria, & perjuraverit, Imperator reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere, & ita ei ſuperdici: προπετῶς μὴ ὄμνυε, petulanter ne jurato. Quidam hic minus recte leg. *ſuperinduci.*

Superdo, as, 1. ἐπιτίθημι, ſuperimpono. *Celſ. l. 7. c. 7.* Superdandum emplaſtrum, quo id glutinetur. *Id. ib. c. 8.* Glutinantia ſuperdanda.

Superdūco, is, a. 3. ἐπεισάγω, induco. Superducere novercam pater tum dicitur, cum priore uxore mortua filiis prioris matrimonii novercam inducit. *Quinctil. in argumento Declam. 381.* Quidam filio ſuperduxit novercam, & ex ea aliam filiam ſuſcepit. *Capitolin. in Marco, c. ult.* Concubinam ſibi adſcivit, ne tot liberis ſuperduceret novercam.

Superductus, a, um, nom. ex particip. inductus. *Donat. in prol. Eun.* Noverca ſuperducta adoleſcenti. *Sidon. l. 5. ep. 17.* Pampinus ſuperducta texuerat.

Superedĭtus, a, um, adject. *alto,* plus quam editus. *Lucret. l. 5. v. 707. de Luna.* Atque oriens obitus ejus (Solis) ſuperedita vidit.

Superĕdo, is, edi, eſum, a. 3. *mangiare dopo,* Germ. *darauff eſſen,* Gall. *manger pres, d'avantage,* Hiſp. *ſobrecomer,* ἐπεσθίω, poſt cibum aſſumptum alium ſuperingero, rurſus edo. *Plin. l. 19. c. 6.* Menander e Græcis auctor eſt allium edentibus, betæ radicem in prunis toſtam ſi ſuperederint, odorem extingui.

Superefflŭo, is, n. 3. *ſoprabbondare, eſſer ſuperfluo.* *Paulin. de obitu Celſ. v. 511.* Quidquid, inique, tibi nullo ſupereffluit uſu. ¶ Item ſupra fluo. *Valer. Flacc. l. 4. Argon. v. 668.* Fluctuque coacto angitur, & clauſum ſcopulo ſupereffluit æquor.

Superemĭco, cas, n. 1. ex ſuperiori parte emico. *Sidon. carm. 15. v. 75.* Hinc fieri ut terram levior ſuperemicet unda.

Supereminĕo, es, a. 2. *ſopraſtare,* Ger. *fur auff gegn,* Gall. *apparoître par deſſus,* Hiſp. *ſobrepujar,* ὑπερέχω, ſupra alios emineo. *Virg. 6. Æn. v. 857.* Victorque viros ſupereminet omnes. *Col. l. 11. c. 47.* Ut olivæ premantur, & jus ſupereminet. *Plin. l. 26. c. 8.* Supereminens extra aquam.

Superenaſcor, eris, dep. 3. *naſcer ſopra.* *Plin. l. 19. c. 3.* Superenato caule. Alii leg. *ſupernato.*

Supernăto, as, n. 1. ſupra nato. *Lucan. l. 4. v. 131.* Tumidum ſuperenatat amnem.

Superĕo, is, o. anom. ſupra gradior. *Lucr. l. 3. v. 1045.* Ac pedibus ſalſas docuit ſuperire lacunas. Alii leg. *ſuperare.*

Supererectus, a, um, adject. ſupra erectus. *Ammian. l. 20.* Velut a perpendiculo ſupererectum gerit ſolem.

Supererŏgo, as, a. 1. aliquid ſupra id quod debeo, erogo, ſeu largior, aut condono. *Legitur in Cod. Juſtin. l. 1. tit. 19. l. 14.*

Supereſcit, idem ac ſupererit. *Feſt.* Supereſcit, ſignificat ſupererit. *Ennius:* Dum quidem unus homo Romæ toga ſupereſcit.

Superevŏlo, as, o. 1. ſupra volo. *Lucan. l. 3. v. 299.* Agmine nubiferam rapto ſuperevolat Alpem. hoc eſt celeriter, ut raptim tranſcendit.

Superexactio, onis, f. exactio ultra debitum. V. titulum *Codicis* de ſuperexactionibus.

Superexcurro, is, n. *ſtenderſi ſopra qualche coſa.* *Ulpian. l. 1. Dig. de arbor. cæd.* Si arbor ædibus alienis impendeat, utrum totam arborem jubeat prætor adimi, an id ſolum, quod ſuperexcurrit.

Superexĕo, is, n. *Auſon. Idyll. 18. in princ.* Ter binos deciesque novem ſuperexit in annos. h. e. procedit ad annos nonaginta ſex.

Superexĭgo, is, a. 3. exigo aliquid ſupra id, quod debetur, *l. 1. Cod. tit. 55. leg. 4.* Superexigere damna.

Superextollo, is, a. 3. *alzare ſopra gli altri.* *Tertul. de reſurr. carn. c. 54.*

Superexulto, as, n. 1. vehementer exulto. *Symmach. l. 5. ep. 9.* Ubi tamen alii Codices habent *exulto.*

Superfĕro, ers, tuli, latum, a. anom. *portare ſopra,* Germ. *uber tragen, oder ſchlagen,* Gall. *porter par deſſus,* Hiſp. *traher por de ſobre,* ἐπιφέρω, ſupra aliquid fero. *Plin. l. 35. c. 10.* Et periclitari partus, ſi ſuperferatur.

Superficiālis, le, adject. *ſuperficiale.* *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. 18.*

Superficiarius, a, um, ἐπιφανειακός, quod ad ſuperficiem refertur, ut Superficiariæ ædes, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & civili, & naturali jure ejus eſt, cujus eſt ſolum: Superficiaria prædia, quæ in conducto ſolo certa penſione annua habentur. *Sen. ep. 89.* Mathematica, ut ita dicam, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat. *Ulp. l. un. ff. famil. erciſc.* Item prædia, quæ noſtri patrimonii ſunt, ſed & vectigalia, vel ſuperficiaria. Sic, ſuperficiarius homo dicitur, qui conduxit ſolum, ut in eo ædificaret, & ob id annuam penſionem ſolvit. *Paul. l. 74. Dig. de rei vendic.*

Superficies, eis, f. 3. *ſuperficie,* פנים, Ger. *oberſte,* Gal. *ſuperficie, ſurface,* Hiſp. *ſobrehaz,* ἐπιφάνεια, ſuperior, ſive exterior pars cujuſque rei, & facies, quæ exterius oculis cernitur. *Plin. l. 11. c. 49.* Longitudo ſuperficiem corporum ampliat. *Id. l. 9. c. 10.* Teſtudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant. ¶ A Juriſconſultis ſuperficies dicitur quidquid ſuper ſoli faciem impoſitum eſt, ut ædes, areæ, vites, arbores, ſegetes. Unde eſt titulus de ſuperficiebus *l. 43. Digeſt.* Sed plerumque domus ſuperficies appellatur, ut *leg. 23. Dig. de Uſucapionib.* ubi proinde *Fabienus* docet, domum duobus conſtare, ſolo, & ſuperficie, h. e. ſolo, in quo domus fundatur, & parietibus, qui domum conſtituunt, & a ſolo disjungi non poſſunt. *Paul. l. Damni infecti. Dig. de damn. inf.* Qui conducto ſolo ſuperficiem impoſuit. *Cic. Att. l. 4. ep. 1.* Nobis ſuperficiem ædium Conſules de conſilii ſententia æſtimarunt HS vicies.

Superficio, is, n. 3. ſuperſum, reſto, redundo, ſuperſluo, a *ſuper,* & *facio.* *Ulp. l. 1. ff. de aqua: & aquæ pluviæ arcendæ.* Iidem ajunt, aquam pluviam in ſuo retinere, vel ſuperficientem ex vicini in ſuum derivare. Aliqui legunt *ſuperfluentem.*

Superficium, ii, n. idem ac ſuperficies. *Leg. 1. Dig. de ſuperficieb. leg. 32. Dig. de jure Dot. & l. ſi area. Dig. de legat. 1.* Ita legitur in Pandectis Florentinis, & aliis quibuſdam codicib. in aliis vero *ſuperficies.* Adde inſcriptiones apud *Gruter. pag. 183. in menſe Febr. & pag. 668. n. 8.* in quibus ſine controverſia *ſuperficium* legitur.

Superfio, is, n. paſſ. anom. ſupra fio, vel ſuperſum, redundo, ſuperſluo, reſto. *Col. l. 12. c. 1.* Tum ſeparare, quæ conſumenda ſunt, & quæ ſuperfieri poſſunt, cuſtodire, ne ſumptus annuus menſtruus fiat. *Auſon. epigr. 81.* Incipe: Dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuperſit Dimidium: rurſum hoc incipe, & efficies. *Plaut. Stich. 4. 2. 12.* te vocem libenter, ſi ſuperfiat locus.

Superfixus, a, um, adject. ſupra aliquid fixus. *Trebell. Poll. in Claud. c. 3.* Illi in Roſtris poſita eſt columna cum palmata ſtatua ſuperfixa. *Liv. l. 45. c. 60.* Superfixa (*haſtis*) capita hoſtium portantes.

Superflexus, a, um, a ſuperiori parte flexus, curvatus. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Superflexa crate.

Superfloreſco, is, neut. ἐπανθέω, poſt alium floreſco. *Plin. l. 19. cap. 5.* Particulatim cucumis floret, ſibi ipſe ſuperfloreſcens.

Super-

Superfluè, adverb. *ſuperfluamente*. *Martian. Capell. l. 3.* & *Symmach. l. 10. ep. 72.*

Superfluitas, atis, fem. *ſuperfluità*, מותר, Germ. *uberfluſſ*, Gal. *ſuperfluité*, Hiſp. *demaſia*, *ſuperfluidad*, περισσεία, abundantia. *Plin. l. 14. c. 1.* Aliæ improbo reptatu, pampinorumque ſuperfluitate atria media complentes.

Superfluo, is, xi, xum, neut. 3. *ſcorrere di ſopra*, ὑπερβλύω, ſupra ripas fluo. *Plin. lib. 31. cap. 4.* Apolloniæ in Ponto fons juxta mare æſtate tantum ſuperfluit, & maxime Canis ortu: parcius, ſi frigidior ſit æſtas. ¶ Tranſlate ſumitur pro abundare, *ſoprabbondare*, נותר, Ger. *uberflieſſen*, Gall. *abonder etre ſuperflu*, Hiſpan. *ſobrar*, *abondar*, ὑπερπλεονάζειν. *Plin. l. 36. cap. 15.* Reportatis, quæ ſuperfluebant, quotidiani uſus deliciis. *Cic. de Clar. Orat. c. 91.* Ut nimis redundantes nos, & ſuperfluentes juvenili quadam dicendi impunitate reprimeret. *Senec. 1. de benef. cap. 11.* Pecunia non ſuperfluens, ſed ad ſanum modum habenda parata.

Superfluè, adverb. idem quod ſuperflue. *l. 7. Cod. tit. 34. l. 2. & l. 5. tit. 51. leg. 6. & Auguſtin. epiſt. 68. Catull. carm. 29. in Mamurr. v. 7.* Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens Perambulabit omnium cubilia. *h. e.* pecuniæ, vel libidine affluens.

Superfluum, i, n. ſuperfluitas. *Papin. l. deducta, §. ult. ff. ad S. C. Trebell.* Hæres ejus, qui bonorum ſuperfluum poſt mortem ſuam reſtituere fuerat rogatus.

Superfluus, a, um, *ſuperfluo*, נותר, Ger. *uberfluſſig*, Gal. *ſuperflu*, Hiſp. *demaſiado*, *ſuperfluo*, περισσός, redundans, abundans. *Plin. in Pan. c. 82.* Quibus moris eſt eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis ſuperfuſa, nunc liquida, ac deferentia luſtrare navigiis. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque re abundanti. *Papin. l. deducta, §. ult. ff. ad S. C. Trebell.* Fructus ſuperfluos reſtituere non videtur rogatus.

Superfœto, as, n. 1. *concepire ſopra*, Ger. *noch empfangen*, Gall. *concevoir apres etre groſſe*, Hiſp. *empreñarſe ſobre preñez*, ἐπικυέω, ſuperiori fœtationi alteram addo, quod accidere ſolet quibuſdam animalibus, quæ poſt unum fœtum ex coitu conceptum, rurſus alium concipiunt a priore, uno, aut altero die, vel etiam pluribus poſt primum emiſſum ſuo tempore enituntur. *Plin. lib. 8. c. 55.* Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. *Id. l. 10. c. 63.* Daſypodes ſuperfœtant, ſicut lepores.

Superforaneus, a, um, adject. *Symmach. l. 3. ep. 48.* Superforanei laboris eſt, commendare ſuperfluos. h. e. otioſi, ſuperflui.

Superforatus, a, um, adject. *forato della parte ſuperiore*. *Scrib. Larg. compoſit. 84.* Si utris ſuperforatus caſu fuerit. ¶ Editio tamen celeberrima *Joan. Rhodii* in duas voces dividit.

Superfore. V. Superſum.

Superfrutico, as, n. 1. denuo pullulo. *Tertull. adverſ. Valentin. c. 39.* Talia ingenia ſuperfruticant apud illos ex materni ſeminis redundantia.

Superfugio, is, n. 3. ſuper aliquam rem fugio. *Valer. Flacc. l. 3. v. 554.* intactas levis ipſe ſuperfugit undas.

Superfulgeo, es, n. 2. ἐπαυγάζειν, deſuper affulgeo. *Stat. 2. Sylv. 2. v. 33.* Templa ſuperfulges, & proſpectare videris.

Superfundo, is, udi, uſum, a. 3. *ſpargere ſopra*, Ger. *drauff gieſſen*, Gall. *verſer deſſus*, Hiſp. *ſobre derramar*, ἐπιχέω, ſuperinjicio. *Col. l. 12. cap. 57.* Hanc mixturam cum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. *Tacit. in Agric. c. 36.* Superfundere magnam vim telorum. *Id. 5. hiſtor. cap. 14.* Amnis objectu molis revolutus campis adjacentibus ſuperfunditur. ¶ Tranſlate *Id. 3. hiſtor. c. 2.* Sexdecim alarum conjuncta ſigna pulſu ſonituque, & nube ipſa operient ac ſuperfundent oblitos prœliorum equites, equoſque, *ſopraffaranno*. *Liv. l. 5. c. 7.* Superfundenti ſe lætitiæ vix temperatum eſt, *allegrezza traboccante*. *Senec. de tranquill. cap. 8.* Habilium ſunt corpora peſilla, quæ in arma ſua contrahi poſſunt, quam quæ ſuperfunduntur. h. e. quæ vaſta ſunt, & veluti extra arma ſparguntur.

Superfuſio, onis, f. actus ſuperfundendi. *Pallad. l. 1. R. R. c. 17.* Solum teſtacei pavimenti ſuperfuſione levigetur.

Superfuſus, a, um, *ſparſo ſopra*, *inondante*. *Liv. l. 7. c. 3.* Quin etiam cum medios forte ludos Circus Tiberi ſuperfuſo irrigatus impediſſet. hoc eſt inundante. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Plin. lib. 6. cap. 13.* Hæc gens ſuperfuſa montibus Caucaſeis ad Cyrum amnem Armeniæ confinium, utque Iberiæ deſcendit. hoc eſt ſparſa per montes Caucaſeos. ¶ Eſt etiam ſuperfuſa aquæ inundatus, *allagato*, ut ſuperfuſa inſula, apud *Senec.*

Superfuturus. V. Superſum.

Supergero, is, geſſi, geſtum, a. 3. *gettare ſopra*, Ger. *drauff tragen*, Gal. *porter, ou jetter deſſus*, Hiſp. *traer, o poner en cima*, ἐπιφορέω, ſuperjacio, & quaſi aggeratim ſuperimpono. *Col. l. 11. cap. 3.* Ut non nimium ſupergeſta terra ſemina ſpinarum, quæ inhærent toris funiculorum, enaſci poſſint.

Supergredior, eris, d. 3. *camminare di ſopra*, ὑπερβαδίζω, ὑπερβαίνω, ſuper aliquid greſſum facio, tranſeo, ſupero. *Plin. l. 28. c. 7.* Abigit omnino prægnans ſupergrediatur. ¶ Tranſlate ſumitur pro excellere. *Quintil. l. 6. in Proœm.* Supergredi omnem laudem. ¶ Activa forma uſurpavit *Apulejus*, cum inquit *l. 10. Metam. circa princip.* Filius, qui jam duodecimum ætatis annum ſupergreſſerat.

Supergreſſus, a, um, particip. a ſupergredior. *Tacit. 13. Ann. c. 43.* Ætatis ſuæ fœminas pulchritudine ſupergreſſa, *ſuperante in bellezza*, &c. *Sueton. in Claud. cap. 14.* Legitimam pœnam ſupergreſſus, *eccedendo nel gaſtigare le pene ſtabilite delle leggi*. ¶ Paſſive *Pallad. l. 12. tit. 4.* Agendum prius, ut altitudine animalium ſupergreſſa, mode tranſcendatur injuria.

Supergreſſus, us, maſc. ſublevatio, ὑπερβολή. *Tertull. de reſurrect. carn. c. 40.* Quod ad præſens eſt temporale & leve preſſuræ noſtræ, per ſupergreſſum æternum gloriæ pondus perficiet in nobis.

Superhabeo, es, a. 2. *aver ſopra*, *tener ſopra*. *Celſ. l. 7. c. 20.* Eodem vero tempore ſuperhabendum cataplaſma ex lini ſemine. ¶ Diviſum etiam legitur in aliquibus Editionibus.

Superi, orum, ſubſt. maſc. plur. *celeſti*, ἐπουράνιοι, cœlites, cœleſtes, qui cœlum incolunt, quibus opponuntur inferi, ideſt Dæmones, & manes, qui ſunt in terræ centro. *Virgil. 3. Æneid.* Superoſque precati Trinacris, Teucrique viri. *Ovid. 1. Metam.* Talia quærentes (ſit enim fore cætera curæ) Rex ſuperum trepidare vetat. ¶ Superi etiam dicuntur homines vivi, qui ſupra terram degunt, quippe qui manibus, ſeu mortuis ſuperiores ſunt. *Senec. Herc. Fur.* Effregit ecce limen inferni Jovis, & opima victi Regis ad ſuperos refert. *Velle. lib. 2. cap. 48. de Pompejo:* Quam apud ſuperos habuit magnitudinem, illibatam detuliſſet ad inferos.

Superjaceo, es, n. 2. *giacer ſopra*. *Celſus l. 8. c. 9.* Cataplaſma interdiu ſuperjacebit.

Superjacio, is, jeci, jactum, a. 3. *gettare ſopra*, *ſoprapporre*, Ger. *drauff werffen*, Gall. *jetter deſſus*, Hiſp. *ſobreponer*, *arrojar ſobre*, ἐπιβάλλω, ſuperpono, vel ſuperextendo. *Col. l. 2. c. 1.* Quæque temporibus autumni fruteris, & arboribus delapſa folia ſuperjaciebantur. *Virg. 11. Æn.* Scopuloſque ſuperjacit undam Pontus. ¶ Tranſlate ſumitur pro addere. *Liv. l. 10. c. 30.* Sed ſuperjecere quidam augendo fidem.

Superjacto, as, a. 1. *gettare ſopra qualche coſa*. *Valer. Max. l. 9. c. 2. n. 4.* Infantes alios in conſpectu parentum humo infligi, alios ſuperjactatos pilis excipi juſſit. *Plin. l. 9. cap. 15.* Mugiles tum præcipuæ velocitatis, ut tranſverſa navigia ſuperjactent. h. e. jaciant ſe ſuper navigia, & tranſcendant.

Superjactus, a, um, nom. particip. a ſuperjacio, *gettato ſopra*. *Tacit. 5. hiſtor. c. 6. de lacu Aſphaltite:* Superjacta velut ſolido feruntur.

Superjectio, onis, f. actus ſuperjaciendi, addendi, & augendi, & ſumitur pro Hyperbole, quæ augendo rerum veritatem tranſcendit. *Quintil. l. 8. c. ult.* Eſt hæc eminens ſuperjectio. Al. leg. *eminens*.

Superjectus, a, um, idem quod ſuperjactus, quin & frequentius. *Col. lib. 6. cap. 36.* Seminibus ſuperjectis. *Celſus l. 7. cap. 13.* Tunica ſuperjecta. *Horat. l. 1. od. 2.* Et ſuperjecto pavidæ natarunt æquore damæ. h. e. ſuperfuſo.

Superjectus, us, m. ὑπερπήδημα, ſaltus ſuper rem aliquam. *Col. l. 6. c. 36.* Cum mas etiam ſuperjectu blanditus eſt.

Superilligo, as, a. 1. *legare ſopra*, German. *darauff binden*, Gall. *lier par deſſus*, Hiſpan. *atar por de ſobre*, ὑπερδέω, idem quod ſuperligo. *Plin. l. 29. cap. 3.* Eadem cum oleo trita ignes ſacros leniunt, item foliis ſuperilligatis. *Id. l. 30. cap. 6.* Quidam recentem ſuperilligant. Alii leg. *ſuperalligant*.

Superillino, is, lini, vel levi, itum, a. 3. *ungere*, Ger. *darauff ſtreichen*, Gall. *oindre par deſſus*, Hiſp. *untar por de ſobre*, ἐπιχρίω, ſupra lino, ideſt ungo. *Celſus l. 3. c. 20.* Totum corpus ſuperillinendum eſt.

Superillitus, a, um, partic. a ſuperillinor. *Plin. l. 30. c. 11.* Superillito butyro ocello cum melle.

Superimmineo, es, n. 2. *eſſer ſopra*, *o addoſſo*. *Virg. 12. Æn. v. 306.* Enſe ſequens nudo ſuperimminet. ¶ Legitur etiam diviſum in duas voces.

Superimmitto, is, a. 3. *gettar ſopra*. *Apic. l. 3. c. 2.*

Superimpendeo, es, n. 2. *pendere ſopra*, ὑπερκρέμαμαι, impendeo ſupra rem aliquam. *Catull. Argon. v. 286.* Tempe, quæ ſylvæ cingunt ſuperimpendentes.

Superimpono, is, ſui, ſitum, a. 3. ὑπερτίθημι, idem quod impono, *ſoprapporre*. *Liv. l. 21. c. 1.* Et Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum, ſtipendio etiam ſuperimpoſito, interceptam. *Col. l. 8. c. 3.* Vimineos qualos ſuperimponunt.

Superincendo, is, a. 3. valde incendo, infligo. *Valer. Flacc. l. 2. v. 116.* Hanc ſuperincendit Venus.

Superincido, is, incidi, incaſum, n. 3. *cadere ſopra*, ὑπερεμπίπτω, deſuper in rem aliquam incido. *Liv. l. 2.* Multiſque ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranſivit. *Id. l. 23. cap. 15.* Ruina ſuperincidentium virorum.

Superincreſco, is, n. 3. ſuper aliquam rem creſco. *Celſ. l. 8. c. 10.* Superincrevit nimius callus.

Superincubans, antis, particip. a *ſuper*, & *incubo*, ſupra jacens, ſuperincumbens. *Liv. l. 22. c. 51.* Subſtratus Numida mortuo ſuperincubanti Romano vivus.

Superincumbens, tis, partic. ſupra incumbens. *Ovid. ep. 11. v. 57.*

Superincurvatus, a, um, adject. curvatus ſuper aliquid. *Apulej. l. 9. A. A.* Inclinatam uxorem ſuperincurvatus ſecure dedolabat.

Superindico. V. Superdico.

Superindictio, onis, f. &

Superindictum, i, n. Voces ſunt Juriſconſultorum, quibus ſignificatur extraordinarium munus impoſitum ultra ſolitam collationem, augmentum indictionis, ſeu vectigalis, quod ſolvendum indicitur pro aliqua neceſſitate, *gravezza ſtraordinaria*. *leg. 1. Cod. de indictionib. & l. 1. Cod. de ſuperindict.*

Superinduco, is, xi, ctum, a. 3. *ſoprammettere*, ἐπεισάγω, ſuperinjicio. *Plin. l. 15. c. 17.* Dum pedum tactu ſuperinducta. *Tertul. adverſ. Hermog. c. 26.* Diſpoſitionem ejus ſuperinduxit.

Superinductio, onis, f. *ſcritto poſto ſopra*, *o ſra altro ſcritto*. *Leg. 1. Dig. de his, quæ in teſtam. delentur.* Si noviſſime teſtamento fuerit adſcriptum: literas, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci.

Superinducticius, a, um, adject. ſubditivus, fictitius. *Tertull. l. 5. adv. Marcion. c. 2.* Quos propterea falſos, & ſuperinducticios fratres appellat.

Superinductus, a, um, ſuperinjectus. *Quintil. l. 5. c. 8.* Nervis illis, quibus cauſa continetur, adjiciunt ſuperinducti corporis ſpeciem.

Superindumentum, i, n. *ſopravveſte*. *Tertull. de reſurr. carn. c. 42.*

Superinduo, is, dui, dutum, a. 3. ἐπενδύω, ſuper cætera veſtimenta induo. *Suet. in Ner. c. 48.* Penulam obſoleti coloris ſuperinduit.

Superinfundo, is, a. 3. *ſparger ſopra*. *Celſ. l. 8. c. 4.* Mel ſuperinfundendum. ¶ Scribitur & diviſum *ſuper infundo*.

Superingero, is, geſſi, geſtum, a. 3. ἐπισωρεύω, aggregatim ſuperimpono. *Plin. l. 18. c. 30. ſub fin.* Sunt, qui leguminum acervos ſuperingerant.

Superinjectus, a, um, particip. a ſuperinjicior. *Ovid. 5. Faſt.* Tum ſuperinjecta textore madentia terra.

Superinjicio, is, jeci, ectum, a. 3. *gettar ſopra*, ἐπιβάλλω, deſuper injicio. *Virg. 4. Georg.* Raras ſuperinjice frondes. *Plin. l. 18. c. 9.* Farinæ vice cribris ſuperinjici.

Superinſero, is, a. 3. *Virg. in Moreto.* dictas ſuperinſerit herbas. Al. leg. *ſuperingerit*.

Superinſideo, es, n. 2. idem quod inſideo, immoror. *Lucret. l. 3. v. 915.* Jam deſiderium rerum ſuperinſidet una.

Superinſpicio, is, a. 3. curam habeo, inſpicio. *Sidon. l. 9. ep. 3.* Eccleſiæ ſacra ſuperinſpicere.

Superinſterno, is, a. 3. ſuper ſterno. *Liv. l. 30. c. 10.* Tabulas ſuperinſtravit.

Superinſtratus, a, um, ſuperiore parte ſtratus. *Silius l. 7. v. 688.* Superinſtrati tori pelle leonis.

Superinſtructus, a, um, nomen ex particip. a *ſuper*, & *inſtruo*. *Columell. l. 9. c. 7.* Ordinat eorum ſuperinſtructos in altitudinem tres eſſe, abunde eſt, *diſpoſti uno ſopra l' altro*.

Superinſtruo, is, a. 3. *fabbricar ſopra*. *Impp. Sever. & Antonin. l. 8. Cod. tit. 10. leg. 1.* Superinſtruere concameratis.

Superinſulto, as, n. 1. *inſultare ſaltando ſopra*. *Claudian. in Gigantomach. v. 83.* Dum ſuperinſultans avidus languentia curru Membra terit.

Superintego, is, texi, tectum, a. 3. *coprire ſopra*, Ger. *oben darauff decken*, Gal. *couvrir par deſſus*, Hiſp. *cubrir en cima*, ἐπικαλύπτω, ſuperne intego. *Plin. l. 18. c. 6. in fin.* Ora utrinque lepidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi.

Superintono, as, n. 1. ἐπιβροντάω, deſuper tono. *Virg. 9. Æn. v. 709.* Dat tellus gemitum, & clypeum ſuperintonat ingens.

Superinveho, is, a. 3. *portar ſopra*. *Avien. in Arat. v. 1159.* Fluctigenæ ſpeciem monſtri ſuperinvehit Auſter.

Superinverto, is, a. 3. *verſare ſopra*. *Ovid. 7. Metam. v. 264.* Superinvergens liquidi carcheſia vini. ¶ Legitur & diviſum.

Superinundo, as, n. 1. *inondare*. Translate *Tertull. de reſurr. carn. cap.* 63. Ejuſmodi eloquius ſuperinundare.

Superinungo, is, a. 3. ἐναλείφω, ſupra inungo. *Celſ. l. 7. c. 7.* Ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperinunguntur.

Superior, & us, com. 3. *ſuperiore*, Germ. *oberer*, Gall. *ſuperieur*, Hiſp. *ſuperior*, ἀνώτερος, κρείττων, altior, ſublimius, editior, qui magis ſupra eſt, comp. e *ſuperus*. *Cic. Att. lib.* 12. Tota domus ſuperior vacat, ut ſcis. ¶ Superior accumbere in cœna quis dicatur, diximus in *Accumbo*. ¶ Translate ſumitur pro majore, potentiore, excellentiore. *Cic.* 1. *Offic. c.* 26. Ut, quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſummiſſius geramus. *Id. Valerio, l.* 13. *Fam. ep.* 5. Graviſſimum autem eſt, cum ſuperior factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortuna. ¶ Item pro eo, qui alium vincit. *Caſ. lib.* 5. *bell. Gall.* Ita tamen, ut noſtri omnibus partibus ſuperiores fuerint. ¶ Refertur quoque ad tempus, & dicitur de iis, qui ante nos vixerunt, qui etiam majores appellantur, de tempore, quod præceſſit, de vita, quæ ante acta eſt, &c. *Varr.* 2. *R. R. cap.* 4. Itaque proavus, ut ſuperiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. *Cic.* 4. *Acad.* Non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. *Id. Sexto, l.* 5. *Fam. ep.* 17. Superioribus temporibus nullas ad te literas miſi. *Id. de Senect.* Quale cujuſque ſtudium in ſuperiore vita fuit. *Id.* 1. *Catil. c.* 1. Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris, *la notte paſſata*, *a la notte innanzi*. *Id.* 5. *Tuſcul.* Superior Africanus. h. e. ſenior. Sic, ſuperior Dionyſios, apud *Niper.* in. 1. 1.

Superjumentarius, ii, maſc. qui jumentariis præeſt. *Sueton. in Claud. c.* 2. Quem barbarum, & olim ſuperjumentarium ex induſtria ſibi appoſitum, &c.

Superius, adverb. *dalla parte ſuperiore*, *di ſopra*, ex ſuperiore parte. *Pallad. l.* 1. *tit.* 44. Si fons deſit, imprimendus eſt puteus, aut ſi nequeas hoc, piſcina ſuperius conſtruenda eſt. *Senec. l.* 5. *quæſt. nat. cap.* 8. Cum ſol proceſſit, alia ſuperius rapiuntur, alia diffunduntur tempore, hoc eſt in ſublimia extrahuntur. ¶ Superius dixi, ſuperius poſui, *ho detto di ſopra*, modus loquendi eſt a quibuſdam Eruditis improbatus; habet tamen ſuos auctores. *Capitolin. in Maximin. jun. cap.* 1. De cujus genere ſuperius dictum eſt. *Phædr. l.* 4. *fab.* 24. Quantum valerent inter homines literæ, dixi ſuperius. Adde *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. cap.* 6. & *Scribonii Largi* loca plura, quæ in ejus Lexico congeſſit *Joan. Rhodius*.

Superlabor, eris, depon. 3. *ſcorrere ſopra*. *Senec. epiſt.* 90. In aperto jacentes ſidera ſuperlabebantur.

Superlacrymo, as, n. 1. *lagrimare ſopra*, ἐπιδακρύω, lacrymando irrigo. *Col. l.* 4. *c.* 24. Ne, ut jam ante diximus, ſuperlacrymet, & gemmantem cæcet oculum.

Superlatio, onis, f. *iperbole*, ὑπερθεσις, ὑπερβολή, oratio ſuperans veritatem, alicujus augendi, minuendive cauſa, ut *Auctor ad Herenn. l.* 4. *c.* 33. definit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Tam augendi, minuendive cauſa, veritatis ſuperlatio, atque trajectio. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Per comparationes, & ſuperlationes. ¶ A Grammaticis ponitur etiam pro gradu nominum ſuperlativo. *Chariſius l.* 1. *cap. de gradib.* Ipſa ſuperlatio per ſe prælationem omnium ſignificat. ¶ Interdum ponitur pro inſigni cognomine a re aliqua ſumpto, ut cum aliquis per excellentiam ſapiens vocatur. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 9. *n.* 11. Craſſo nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpem decoctoris ſuperlationem impoſuit.

Superlativus, a, um, *ſuperlativo*, ὑπερθετικός, quod ſuperat, vel quod eminentiam denotat. Nomen ſuperlativum illud eſt, quod rem ad ſummum gradum attollit, vel deprimit ad infimum, ut *doctiſſimus*, *indoctiſſimus*, *fortiſſimus*. *Chariſius l.* 1. *Priſcian. l.* 3.

Superlatus, a, um, ὑπερθετός, ſurſum elatus, elevatus, partic. a ſuperfero. *Val. Max. l.* 8. *c.* 6. Ad auxilium ſervorum pileo ſuperlato confugit. ¶ Superlata nomina, aut verba dicuntur, quæ augendi cauſa in oratione proferuntur. *Cic. in Partit. c.* 15. Illuſtris autem oratio eſt, ſi & verba gravitate delecta ponuntur, et tranſlata, & ſuperlata, & ad nomen adjuncta, & duplicata. Intelligere videtur *Cic.* voces hyperbolicas. Nonnulli interpretantur nomina ſuperlativa.

Superliminare, is, n. *ſoglia di ſopra*, Germ. *oberſchwelle*, Gall. *le linteau*, Hiſp. *umbral*, ὑπέρθυρον, limen oſtii ſuperius, hoc eſt lignum, ſive lapis, qui poſtibus ſuperincumbens, jugi formam efficit. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Privatimque ovilibus circumlatum toties, & pedibus ſuſpenſum ſurſum in ſuperliminari.

Superlino, is, a. 3. *ungere di ſopra*. *Pallad. in Jun. tit.* 5. Tunc luto ſuperlinis, & liberam gemmam relinques. *Id. in Octobr. tit.* 14. Superlines dolium. *Scribon. Larg. Compoſit.* 253. Deinde hoc medicamentum ſuperlinitur.

Superlitus, a, um, *unto dalla parte ſuperiore*, nom. ex particip. a *ſuper*, & *lino*. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Viſco ſuperlitum, ut hæreat.

Supermando, is, a. 3. *rimaſticare*, ἐπιμασάομαι, poſt rem aliquam manſam, aliam mandendo ſuperingero. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Raphanus ſupermandi ex mulſa aceto jubent.

Supermeo, as, n. 1. ὑπερρέω, ſuperfluo, five ſuperlabor. *Plin. l.* 2. *c.* 103. Quædam vero (aquæ) etiam dulces inter ſe ſupermeant alias, ut in Fucino lacu.

Supermetior, iris, enſus ſum, dep. 4. *Tertull. de anim. c.* 38. Secundæ poſt diluvium geniture ſupermenſus eſt. h. e. magis contulit, majore liberalitate menſus eſt alimenta hominibus.

Supermico, as, n. 1. ſopra mico. Translate *Senec.* 3. *de benef. c.* 32. Etiamſi quæ retuli exempla, nondum ſatis faciunt, nec beneficia parentum ſupermicant. h. e. ſuperant, magis illuſtria, & inſignia ſunt. *Lipſius ex Vet. codicib.* legit *ſuperemicant*. Proprie *Avien. in Phænom. Arat. v.* 846. Tepidumque ſupermicet aſtrum.

Supermitto, is, a. 3. *ſopraggiungere*, *ſopraporre*. *Apic. l.* 2. *c.* 1. Et ſic ſupermittes jecur. Et *l.* 5. *c.* 3. Piſa ſupermittes.

Supermundialis, le, adject. qui ſupra mundum eſt, cœleſtis, ut ſupermundiales ſubſtantiæ. *Tertull. de anim. c.* 18.

Supermunio, is, a. 4. a ſuperiori parte munio. *Colum. l.* 9. *c.* 7. Convenit, alveario porticibus ſupermuniri.

Supernas, atis, o. 3. ὁ ἄνωθεν, quod eſt ſupra, ut Abies ſupernas, quæ ad mare ſuperum, hoc eſt Adriaticum, nata eſt, & contra infernas, quæ nata eſt ad mare inferum, ſive Tyrrhenum. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. *Id. lib.* 15. *c.* 12. Supernatia Perſica a Sabinis veniunt. ¶ Supernas ventus apud *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. eſt qui e dextra Aquilonis parte Orientem verſus flat. *Greco verſo Levante*.

Supernato, as, a. 1. *ſopranuotare*, ἐπινηχάζω, in aquæ, alteriuſve liquoris ſuperficie fluito. *Col. l.* 12. *c.* 7. Deinde arido ſpiſſamento fœniculi ſic comprimi, ut jus ſupernatet. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Quod ſupernatat, butyrum eſt. *Id. l.* 7. *c.* 15. Supernatans bitumen.

Supernatus, a, um, ἐπιφυὴς, poſt, vel ſupra alius natus, præter alios natus. *Plin. lib.* 19. *cap.* 3. Supernato caule, quem magydarim vocarunt. Alii leg. *ſuper nato*. *Prudent. in Apotheoſ. v.* 253. Sive ſupernatus fueris ſibi &c. *Celſ. l.* 8. *c.* 2. Supernatis gravibus ulceribus, aut fiſtulis.

Superne, adv. *di ſopra*, Ger. *oben erab*, Gall. *d'en haut*, Hiſp. *de alto*, *ſoberanamente*, ἄνωθεν, deſuper, de parte ſuperiore. *Virg.* 6. *Æn. v.* 658. Unde ſuperne Plurimus Eridani per ſylvam labitur amnis. *Liv. l.* 1. Male ſuſtinenti arma gladium ſuperne jugulo defigit. ¶ Ponitur etiam pro ſupra. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Argentum ſuperne innatat, ut oleum aquis. ¶ Item pro ſurſum. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Solum enim hoc genus ſuperne tendit, non ut cætera, in terram.

Supernitas, atis, f. *altezza*. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 7. ſupernitate ſupernitatum, *dixit*.

Superno, as, n. 1. idem quod ſupernato. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 12. Mellis pars, quæ in imo eſt, atque præſtat pondere, & ideo ſupernante pretioſior. Alii leg. *ſupernatante*. *Gell. l.* 9. *c.* 9. Gaudia pigra, & levia, & cunctantia, & quaſi in ſummo pectore ſupernantia.

Supernomino, as, a. 1. *dar'il ſopranome*. *Tertul. Apolog. c.* 18. Ptolemæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant.

Supernumerarius, a, um, adject. *ſopranumerario*. *Veget. l.* 2. *c.* 19. Acceſſi, hoc eſt poſtea additi, quam fuiſſet legio completa, quos nunc ſupernumerarios vocant.

Supernus, a, um, *di ſopra*, עליון, Ger. *das von oben iſt*, Gal. *qui eſt d'en haut*, *ſouverain*, Hiſp. *ſoberano*, ὑπέρτερος, quod eſt ſupra. *Plin. l.* 11. *cap.* 37. Dentes ſimiles aſpidi, & ſerpentibus, ſed duo in ſuperna parte dextra, lævaque longiſſimi. *Stat.* 8. *Theb.* Crines a fronte ſuperni.

Supero, as, a. 1. *ſuperare*, *aſcendere*, עבר, Germ. *uberſteigen*, Gall. *ſurmonter*, Hiſp. *ſobrepujar*, ὑπερβαίνω, tranſcendo, ſubeo, ſupergredior, a *ſuperus*. *Cic.* 1. *Tuſcul.* Quam regionem cum ſuperavit animus, &c. *Virg. l.* 3. *Georg.* Superant montes, & flumina tranant. ¶ Per translationem ponitur pro vincere, antecellere, præſtare. *Virg.* 5. *Ecl.* Quid, ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? *Cic.* 7. *Verr.* Si cum aliorum improbitate certet, longe omnes, multumque ſuperabit. *Id.* 1. *Tuſc.* Doctrina Græcia nos, & omni literarum genere ſuperabat. *Id.* 4. *Fam.* Superare injurias fortunæ. ¶ Item pro excedere. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 53. Ne in ea re ſumptus fructum ſuperet. ¶ Item pro ſupereſſe, reſtare, ſuppetere, more neutrorum. *Liv. l.* 29. Multa dies ſuperante, acceſſit. *Virg. Ecl.* 9. Superet modo Mantua nobis. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Quoniam ad perſequendas feras vires non ſuperant. ¶ Item pro abundare, ſuperfluum eſſe, *ſoprabbondare*, *avanzare*. *Cic. in Parad.* 6. *c.* 3. Utrum igitur eſt ditior? cui deeſt, an cui ſuperat? qui eget, an qui abundat? *Id.* 5. *Fin. c.* 15. Deque eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt. ¶ Ponitur etiam pro ſuperſtitem eſſe, ſupervivere. *Virg.* 3. *Æn. v.* 339. Quid puer Aſcanius? ſuperatne, & veſcitur aura Ætherea? *Id.* 2. *Æn. v.* 643. Captæ ſuperavimus urbi. ¶ Interdum etiam pro extolli, *alzarſi*. *Plaut. Stich.* 2. 3. 42. Radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari. *Alii leg.* ſe ſe ſol ſuperabat ex mari.

Superobruo, is, rui, rutum, a. 3. ὑπερχώννυμι, re aliqua injecta operio. *Propert. l.* 4. *eleg.* 4. Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.

Superobrutus, a, um, nom. ex particip. obrutus, coopertus. *Auſon. epitaph.* 25. Hic Hecuba injectis perii ſuperobruta ſaxis.

Superoccido, is, o. 3. ſupra aliquem occido, *tramontar ſopra*. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 18. Poſtquam ſol demerſus eſt, Luna Cœli marginem tenet, antecedenti ſuperoccidens.

Superpendeo, es, n. 2. *ſoprappendere*, Ger. *hieniiber hangen*, Gall. *pendre par deſſus*, Hiſp. *eſtar colgado encima*, ὑπερκρέμαμαι, ſuprapendeo. *Liv. l.* 37. *c.* 27. Ita, ut quibuſdam locis ſuperpendentia ſaxa plus in altum, quam quæ in ſtatione ſunt naves, promineant.

Superpictus, a, um, nom. ex particip. *dipinto di ſopra*. *Solin. c.* 21. Pantheræ minutis orbiculis ſuperpictæ.

Superpingo, is, a. 3. *dipingere ſopra*, Ger. *auch darauf mahlen*, Gal. *peindre par deſſus*, Hiſp. *pintar por de ſobre*, ἐπιζωγραφέω. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 907. Cuncta ſuperpinguat rutilam ſua ſidera noctem. ¶ Quod quidam Lexicographi adducunt ex *Plin. l.* 35. *c.* 11. mendoſum eſt.

Superplaudo, is, n. 3. *Solin. c.* 2. *de avibus in Diomedis inſula juxta Apuliam:* Pennulis ſuperplaudunt.

Superpondium, ii, n. *ſoprappeſo*, Ger. *auffſchlag*, Gall. *ſurpoids*, Hiſpan. *ſobrepeſo*, ἐπίσταθμον, pondus auctarium, quod legitimæ ſarcinæ adjicitur. *Apul. l.* 7. Exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpondium.

Superpono, is, ſui, ſitum, a. 3. *ſopraporre*, German. *darauff legen*, Gall. *mettre deſſus*, Hiſpan. *poner en cima*, ὑπερτίθημι, ſuper aliquid colloco. *Plin. l.* 29. *c.* 2. Tantumque pollent, ut medicamentis quoque ſuperponantur. *Col. l.* 1. *c.* 5. Et loci ſalubritas, editiorque ſinus ripæ permittet ſuperponere villam profluenti.

Superpoſitus, a, um, *ſoprappoſto*. *Ovid. Heroid. ep.* 21. *v.* 190. Ægra ſuperpoſita membra fovere manu.

Super quam. V. Super in fine.

Superquatio, is, a. 3. ſuper concutio. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 1207. Superquatit iram, furorque.

Superraſus, a, um, particip. a *ſuper*, & *rado*, *raſo di ſopra*. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Clavis pedum ſuperraſis.

Superruo, is, n. 3. *cader ſopra qualche coſa*. *Apulei. l.* 1. *A. A.* Atque ego de alto decidens, Socratem ſuperruo. *Id. l.* 2. Ecce uxor ſinus inrorupit, & ſtatim corpori ſuperruens, &c.

Superſapio, is, n. 3. valde ſapio. *Tertull. de anim. c.* 18. Plato illum ait ſuperſapere, qui multa maxime ſapiat.

Superſcando, is, a. 3. *andare ſopra*. ὑπερβαίνω, ſurſum aſcendo. *Col. l.* 11. *c.* 3. Quam ſuperſcandant ſentes uncioſque ſulci. *Liv. l.* 7. *c.* 36. Superſcandens vigilum ſtrata ſomno corpora miles.

Superſcribo, is, a. 3. *ſcrivere ſopra*, ἐπιγράφω, ſupra ſcribo. *Gell. l.* 10. *c.* 6. *Veſtrum* obleverunt, & *veſtre* ſuperſcripſerunt. *Modeſtin. l.* 4. *Dig. de operib. publ.* Nec præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere.

Superſcriptus, a, um, nom. ex particip. *ſcritto ſopra*. *Sueton. in Ner.* Sen multa & deleta, & inducla, & ſuperſcripta inerant.

Superſedeo, es, edi, eſſum, neut. 2. *ſeder ſopra*, ὑπερκάθημαι, ſuper aliquid ſedeo. *Sueton. in Auguſt. cap.* 96. Aquila tentorio ejus ſuperſedens, duos corvos hinc & inde infeſtantes afflixit. ¶ Sæpiſſime ponitur pro a re aliqua ceſſare, rem inſtitutam omittere, *ſoprasſedere*, *ceſſare da far qualche coſa*, & conſtruitur fere cum ablativo. *Caſ. lib.* 1. *Bel. Gall.* Et propter multitudinem hoſtium, & propter eximiam opinionem virtutis, prælio ſuperſedere ſtatuit. *Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 2. Superſedeas hoc labore itineris. *Id. l.* 1. *de Inv. cap.* 21. Quod cum acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. ¶ Vel cum dativo. *Hirt. de B. Afric. c.* 75. Poſtquam ſatis, diuque adverſarios a ſe ad dimicandum invitatos ſuperſedere pugnæ animadvertit. ¶ Vel cum acc. *Gell. lib.* 2. *cap.* 29. Cognati, & affines operam, quam dare rogati ſunt, ſuperſedent. Sed ſubintelligi poteſt, *dare ſuperſedent*. Vel ſiguratæ *Gellius* locutus eſt, figura Antiſtrophe, ut *Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt*, pro *quam urbem ſtatuo*. Vel ſcripſit, *opera*. ¶ Vel cum infinitivo. *Liv. lib.* 21. *cap.* 40. Superſediſſem loqui apud vos. *Suet. in Aug. cap.* 93. In peragranda Ægypto paulo deflectere ad viſendum Apin ſuperſedit. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 27. Hac cauſa judicialis

Digitized by Google

lis fieri non poteſt, ſed quod poteſt vel ad Senatum, vel ad conſilium venire, non viſa eſt ſuperſedenda. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cic. 1. de Invent. c. 40.* Sunt autem, qui putant nonnunquam poſſe complexione ſuperſederi. ¶ Superſedere etiam ponitur pro manere, perſeverare, quaſi in voluntate, & conſilio ſedere. Ita exponit *Nonius c. 1. n. 187.* illud *Turpilii:* Ut illa hac ſe abſtineret, ego ſuperſederem nuptiis.

Superſeminator, oris, m. qui ſuperſeminat. *Tertull. de anim. c. 16.*

Superſemino, as, a. 1. *ſoprasſeminare. Tertull. adverſ. Praxeam, c. 1.*

Superſeſſus, a, um, particip. paſſiv. *ommeſſo, tralaſciato. Apulej. l. 4. Florid.* poſt princip. Sed omnibus iſtis ſuperſeſſis, nihil amplius ſpectari debet, quam &c.

Superſideo, es, n. 2. *ſeder ſopra. Ammia. l. 23. c. 25.* Superſidentes utribus.

Superſiliens, entis, particip. a *ſuper*, & *ſalio. Colum. l. 8. cap. 5.* Perticæ dolantur in quadrum, ne teres lævitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat.

Superſpargo, is, ſi, ſum, a. 3. *ſpargere ſopra*, ἐπιπάσσω, inſpergo, aſpergo. *Cato cap. 54. R. R.* Quæ herboſiſſima erunt, in tecto condito, & ſale ſuperſpargito.

Superſperſus, a, um, nom. ex particip. *aſperſo. Solin. c. 27. (al. 40.)* Gemma viridi colore, ſtellis puniceis ſuperſperſa. *Et c. 30. (al. 43.) de camelopardali:* Candidis maculis ſuperſperſa.

Superſtagno, as, n. 1. *allagare di ſopra*, ἐπιπλημμύρω, reſtagno, redundo. *Tacit. l. 1. Annal. cap. 79.* Si amnis Nar in rivos deductus ſuperſtagnaviſſet.

Superſtans, antis, o. 3. *che ſta ſopra. Virg. 10. Æn.* Quem congreſſus agit campo, lapſumque ſuperſtans Immolat. *Liv. l. 10. c. 6.* Eſſedis carriſque ſuperſtans hoſtis armatus, ingenti ſonitu equorum, rotarumque advenit. *Suet. in Galba c. ult.* Statuam ei decreverat roſtratæ columnæ ſuperſtantem.

Superſtatumino, as, a. 1. ſtatumine ſupra firmo. *Pallad. l. 1. tit. 9.* Superſtatuminatum rudus.

Superſterno, is, ſtravi, ſtratum, a. 3. *diſtendere ſopra*, ὑποστρώννυμι, ſuperextendo. *Col. l. 1. c. 6.* Simili modo pavimenta teſtacea ſuperſternuntur. *Liv. l. 10. c. 29.* Obrutum (corpus Conſulis) ſuperſtratis Gallorum cumulis erat.

Superſtes, ſtitis, o. 3. *vivo, ſuperſtite*, שריד, Germ. *noch uberig*, Gal. *ſurvivant*, Hiſpan. *que ſobrevive*, περιγινόμενος, qui ſuis jam fato functis ſupervivit, & generatim qui poſt aliquod malum ſupereſt. *Ter. Heaut. 4. 4. 7.* Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Utinam te non ſolum vitæ, ſed etiam dignitatis meæ ſuperſtitem reliquiſſem. *Ovid. l. 3. Triſt. el. 7.* Me tamen extincto fama ſuperſtes erit. *Id. l. 3. Amor. eleg. 14.* Poſt mea manſurum facta ſuperſtes opus. ¶ Sumitur etiam pro ſalvo, & incolumi, abſolute. *Ter. Andr. 3. 2. 7.* Dem quæſo, ut ſit ſuperſtes. ¶ Superſtites olim dicebantur teſtes præſentes. *Feſt.* Superſtites, teſtes præſentes ſignificat. Cujus rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus ii, inter quos controverſia eſt, vindicias ſumere jubentur. Plautus in Artemone. Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes. *Cic. pro Mur. c. 12.* Et quoque carmen compoſitum eſt cum cæteris rebus abſurdum, tum vero illud: *utrique ſuperſtitibus præſentibus iſtam viam dico: inite viam.*

Superſtillo, as, a. 1. *gettar ſopra a goccia, a goccia. Apic. l. 8. c. 7.* Superſtillabis oleum, piper aſperges.

Superſtitio, onis, f. *ſuperſtizione*, Ger. *aberglaub*, Gall. *ſuperſtition*, Hiſp. *ſuperſticion*, δεισιδαιμονία, ἐθελοθρησκεία, religio quæcumque delira, & anilis, in qua ineſt timor inanis Deorum, ut ait *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 42.* Unde manarit nominis ratio, docet *Id. ibid. l. 2. c. 28.* his verbis. Non enim Philoſophi ſolum, verum etiam majores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen poſtea latius patuit. *Et c. 72.* Superſtitio hominum imbecillitatem occupavit. *Id. 2. de Leg. c. 11.* Superſtitione conflictari. *Id. 1. de Fin. c. 18.* Superſtitione imbutus. *Id. 1. Div. c. 4.* Anili ſuperſtitione obligari. *Liv. l. 26.* Superſtitione captus. *Quintil. l. 4. c. 4.* Superſtitiones novas inducere. ¶ Interdum in bonam partem ſumitur, pro religione. *Juſtin. l. 49. c. 3.* His tot neceſſitatibus ſanguinis adjicit ſuperſtitionem templi, quo abdita profugerit. *Et l. 41. c. 5.* In ſuperſtitionibus atque cura deorum, præcipua omnibus veneratio eſt.

Superſtitioſe, adverb. *ſuperſtizioſamente*, cum ſuperſtitione. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 39.* Neque id dicitis ſuperſtitioſe, & aniliter, ſed phyſica conſtantique ratione. ¶ Item nimis ſollicite, & diligenter. *Quintil. l. 1. c. 1.* Non tamen hoc adeo ſuperſtitioſe velim fieri, ut diu tantum loquatur Græce, aut diſcat, ſicut pleriſque moris eſt.

Superſtitioſus, a, um, *ſuperſtizioſo*, Germ. *aberglaubig*, Gall. *ſuperſtitieux*, Hiſp. *ſuperſticioſo*, δεισιδαίμων, ſuperſtitione imbutus. *Cic. 2. de Divin. c. 39.* Imbecilli animi facile ſuperſtitioſa iſta concipiunt. *Nigidius apud Gell. l. 4. c. 9.* Superſtitioſa religione ſe alligare. *Tertul. in Scorp. c. 1.* Superſtitioſiſſimum ſæculum. ¶ Superſtitioſi proprie qui dicantur V. in *Superſtitio.* ¶ Interdum ſuperſtitioſus homo dicitur, qui aliquid divinat. *Plaut. Curcul. a. 3. v. 27.* Superſtitioſus hic quidem eſt, vera prædicat. *Id. Rud. 4. 4. 95.* Quid ſi iſte aut ſuperſtitioſa, aut ariola eſt, atque omnia, quidquid inſit, vera dicet? *Cic. 1. Divin. c. 31. ex poeta.* Miſſa ſum ſuperſtitioſis ariolationibus.

Superſto, as, n. 1. *eſſere ſano, e ſalvo*, περιγίνομαι, ſuperſtes, & incolumis ſum, ſuperſum, freq. a ſuperſto. *Plaut. Perſa 3. 1. 5.* Ut mihi ſuperſit, ſuperet, ne ſuperſtitet. ¶ Antiqui hoc verbo uſi ſunt pro ſervare, ſive incolumem præſtare. *En. Menalip. apud Non. c. 1. n. 776.* Regnumque veſtrum ut ſoſpitent ſuperſtitentque.

Superſto, as, ſtiti, ſtatum, n. 1. *ſtar ſopra*, ἐφίσταμαι, ſupra aliquid ſto. *Liv. l. 40. c. 2.* Atrox cum vento tempeſtas ſigna in circo maximo cum columnis, quibus ſuperſtabant, evertit. V. *Superſtans.*

Superſtrictus, a, um, particip. a ſuperſtringo. *Apulej. l. 11. A. A.* Nam compreſſis in arctum feminibus, & ſuperſtrictis accurate manibus, velamento me naturali probe muniveram.

Superſtringo, is, a. 3. ſupra ſtringo, conſtringo. *Sidon. l. 4. ep. 20.* Balteis ſuperſtringebantur clauſa latera.

Superſtruo, is, xi, ctum, a. 3. *ſopra fabbricare*, ἐποικοδομέω, ſuperædifico. *Tacit. 4. Ann. c. 62.* Neque fundamenta per ſolidum ſubdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem ſuperſtruxit.

Superſum, es, fui, n. anom. *reſtare*, περίειμι, περιγίνομαι, reliquus ſum, reſto. *Cic. Catilin. 3. c. 11.* Cum hoſtes veſtri tantum civium ſuperfuturum putaſſent, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet. *Id. 3. de Orat. c. 24.* Hæ duæ partes, quæ mihi ſuperſunt, illuſtrandæ orationis. *Id. Fam. 10. ep. 35.* Omnes qui ſuperſunt de Hiſtii exercitu. *Id. 9. Attic. ep. ult.* Quod ſupereſt ſcribe, quæſo, quam accuratiſſime, quid placeat, quid cenſeas. *del rimanente, del reſto. Scævola leg. Creditor. Dig. mandat.* Nullam actionem ſuperſine ad recipiendum. ¶ Item ſuperſtitem eſſe, *ſopravvivere. Plaut. Aſin. 1. 1. 2.* Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ ſupereſſe vitæ ſoſpitem, & ſuperſtitem. *Liv. l. 1. c. 34.* Lucumo ſuperfuit patri, bonorum omnium hæres. ¶ Item redundare, abundare, affluere. *Id. 2. de Orat. c. 15.* Vis ejus rei, quam definias, ſic exprimatur, ut neque abſit quicquam, neque ſuperſit. *Id. 15. Fam. ep. 63.* Ne mihi ſupereſſe verba putes, quæ dixeram defutura. ¶ Item excellere, ſuperiorem eſſe. *Cic. de republ. apud Gell. l. 1. c. 22.* Nec vero ſcientia juris majoribus ſuis Q. Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. *Virg. 3. Georg.* ſupereſſe labori, *vincer la fatica.* Denique penitus interdum pro intereſſe, adeſſe, cum ſermo eſt de præſentia in judiciis, & litibus a patrono vel procuratore exhibenda. *Auguſtus apud Sueton. in ejus vita c. 56.* Cunctari ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum; ſin deeſſet, deſtituere, & prædamnare amicum videretur. *Gell. loc. cit.* Cum is qui verba faciebat, reclamaſſet, *ego illi ſuperſum*; reſpondiſſe prætorem feſtiviter, *tu plane ſuperes, non ades. Ulpian. l. 1. Dig. de procuratorib.* Uſus procuratoris perquam neceſſarius eſt, ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſint vel agere, vel conveniri. Adde *eund. leg. 3. Dig. de poſtulando.* Hanc tamen loquendi rationem ipſe *Gellius ibid.* merito improbat, tanquam a propria hujus verbi notione maxime alienam. ¶ Aliquando hoc verbum per Tmeſim dividitur, interjecta alia dictione. *Plaut. Curc. 1. 1. 85.* ſi quid ſuper illi fuerit, id nobis ſat eſt.

Supertectus, a, um, nom. particip. idem quod tectus, *coperto. Juſtin. l. 43. c. 4.* Plures frondibus ſupertectos induci vehiculis jubet.

Supertego, is, a. 3. *coprire*, idem quod tego, vel ex ſuperiori parte tego. *Apulej. l. 11. A. A.* Impigre ſuperiorem exutus tunicam ſupertexit me celeriter. *Colum. 9. c. 14.* Et quamvis portica protecta vaſa, nihilo minus congeſtu culmorum, & frondium ſupertegemus. Adde *Pallad. in Mart. tit. 9.*

Superterrenus, a, um, adject. qui ſupra terram eſt. *Tertull. de reſurrect. carn. cap. 49.*

Supervacaneus, a, um, *ſuperfluo*, περιττός, ſuperfluus, non neceſſarius. *Cic. l. 3. Fam. ep. 5.* Et re vera, confirmata amicitia, & perſpecta fide, commemoratio officiorum ſupervacanea eſt. *Liv. l. 10. c. 24.* Quin alter Conſul pro ſupervacaneo, atque inutili habeatur? *Salluſt. in Catil. c. 51.* De timore ſupervacaneum eſt diſſerere. ¶ Supervacaneum opus dicitur illud, quod horis ſubſecivis animi cauſa fit, cum ſcilicet a ſeriis operibus, & magis neceſſariis vacamus, ut aucupium, venatio. *Cic. de Senect. c. 16.* Conditiora facit hæc ſupervacanei operis aucupium, atque venatio. *ſupervacaneus* hac ratione in bonam partem accipitur, *divertimento.* Lambinus legit *ſupervacaneis operis.*

Supervaco, as, n. 1. ſupervacaneus, aut ſuperfluus ſum. *Gell. l. 1. c. 22.* *Supereſſe* ita dixerunt, ut eo verbo ſignificarent ſuperfluere, & ſupervacare, atque eſſe ſupra neceſſarium modum.

Supervacue, adverb. &

Supervacuo, adverb. *ſuperfluamente, in vano, ſenza neceſſità. Ulpian. l. 14. Dig. de relig. & ſumpt. fun.* Quod ſi ſupervacuo fuerit factum. *Paulus l. 5. recept. ſententiar. tit. 5. ſenteut. 20.* Libertas ſupervacue data videtur. *Quint. declam. 16.* Supervacuo hoc vos in matris cauſa movet, quæ certa eſt.

Supervacuus, a, um, *ſupervacuo, ſuperfluo, vano.* περιττός, ἀργός, quod non eſt neceſſarium, neque alicujus uſus, ſuperfluum, præter rem. *Ovid. l. 1. de Ponto el. 7.* Sed me timor ipſe malorum Sæpe ſupervacuos cogit habere metus. *Colum. de arborib. c. 26.* Itaque ſupervacuum eſt hoc loco repetere jam traditam rationem terebrationis. *Et c. 11.* Quidquid ſupervacui enatum fuerit, tollito.

Supervado, is, n. 3. *aſcendere, ſuperare*, Germ. *uberhin gehen*, Gall. *aller outre, ou par deſſus*, Hiſp. *ſubir en cima*, ὑπερβαίνω, ſuper aliquid aſcendo, ſupero, ſupergredior. *Sall. in Jug. c. 75.* Omnes aſperitates ſupervadere, ac naturam loci etiam vincere aggreditur. *Liv. l. 32. c. 24.* Ruinas muri ſupervadebant.

Supervaganeus, a, um, adject. *Feſtus:* Supervaganea avis vocatur ab auguribus, quæ ex ſummo cacumine vocem emiſit, quia quaſi in altiſſimis, ſuperque omnia vagatur, appellata.

Supervagor, aris, *eſſer troppo vagante*, ὑπερεκτείνομαι, eſt præter juſtum, & æquum vagari, ſuperfluere. *Colum. l. 4. c. 21.* Vineæ non eſt alia putatio, quam ut figuretur, quemadmodum ſupra inſtituimus, neve ſupervagetur, h. e. ſuperfluos ramos habeat. *Id. ib. cap. 22.* Supervagatam partem recidere.

Supervecto, as, a. 1. *portare ſopra. Tertul. de baptiſm. c. 3.* Dei ſpiritus ab initio ſupervectabatur.

Supervectus, a, um, *portato ſopra. Gell. l. 16. c. 31.* Eoſque univerſos, cumulis, montibuſque arenarum ſupervectis, operuiſſe.

Superveho, is, xi, ctum, a. 3. ὑπερέχω, ſuper aliquid veho. *Catull. epig. 61. al. 66. de coma Beren. v. 44.* Quem maximum in oris Progenies Phthiæ clare ſupervehitur.

Supervenio, is, ni, ntum, n. 4. *venire ſopra, aſcendere*, ὑπέρχομαι, aſcendo, ſuperſcando, ſuccedo. *Ovid. 10. Met.* Nam crura loquentis Terra ſupervenit. *Col. l. 6. c. 24.* Taurus ubi juvencam ſupervenit. *Plin. l. 9. c. 51.* Plani piſcium, quibus cauda non eſt, aculeatique, ut teſtudines, in coitu ſuperveniunt. ¶ Ponitur etiam pro ex inopinato venire, *ſopravvenire, venire all' improvviſo*, Germ. *unverſehenlich dar zukommen*, Gall. *ſurvenir*, Hiſp. *ſobrevenir.* ἐπέρχομαι. *Hor. l. 1. ep. 4.* Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora. *Liv. l. 24.* Munientibus ſupervenit Marcellus. *Juſtin. l. 2. c. 11.* Dum nox occaſionem daret, ſecuris & lætis ſuperveniendum. *Gratius in Cyneg. v. 185.* Sic canis illa ſuos taciturna ſupervenit hoſtes. ¶ Item pro celerius tempore debito advenire. *Stat. 1. Achill.* Neſcio quid magnum (nec me patria omina fallunt) Vis feſtina parat, teneroſque ſupervenit annos. ¶ Item pro inaſci, adjungi. *Celſ. l. 5. c. 28.* id & per ſe naſcitur, & interdum ulceri ex alia cauſa facto ſupervenit.

Superventores, m. 3. apud *Ammian. l. 18. c. penult.* quidam militum ordo eſt, qui *ſuperventores* appellantur, & cum *præventoribus* conjunguntur.

Superventus, us, m. *venuta ſopra, ſopravvenimento.* ἐπέλευσις, ſuperveniendi actus. *Pl. l. 7. c. 15.* Aceſcunt ſuperventu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges. *Veget. l. 1. c. 21.* Nocturno ſuperventu equitum exercitum affligere. *aſſalto improvviſo.*

Superveſtio, is, a. 4. *veſtir ſopra, coprire*, περιβάλλω. *Plin. l. 16. c. 53.* Imagines rerum tenui folio, brevique, & virente ſuperveſtiant. Harduin. legit *ſemper veſtiant.*

Supervinco, is, a. 3. vinco, ſupero. *Tert. adv. Gnoſt. c. 13. ex Paulo Apoſtolo.*

Supervivo, is, xi, ctum, n. 3. *ſopravvivere*, περιζάω, ſuperſtes ſum. *Plin. l. 2. ep. 1.* Triginta annis gloriæ ſuæ ſupervixit. *Flor. l. 2. c. 2.* Expeditioni ſuperfuit, & ſupervixit. *Juſtin. l. 27. c. 3.* Olympias non diu filiis ſupervixit.

Superunctus, a, um, particip. a ſuperungor. *Scribon. Larg. Compoſit. 29.* Hoc etiam ſuperunctum ad puerorum epiphoras facit.

Superungo, is, xi, ctum, a. 3. *ungere di ſopra*, ἐπαλείφω, ſopra ungo, ſuperillino. *Celſ. lib. 7. cap. 7.* Deinde ſuperungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperunguntur. Alii legunt *ſuperinungi*, & *ſuperinunguntur.*

Supervolito, as, n. 1. ἐπιπέτομαι, freq. a ſupervolo. *Virg. 6. Ecl.* Et quibus ante infelix ſua tecta ſupervolitaverit ales.

Supervŏlo, as, n. 1. *volare ſopra*, ὑπερπέτομαι, ſupra aliquid volatu feror. *Ovid. 4. Met. v. 623.* Deſpectat terras, totumque ſupervolat orbem. *Plin. l. 7. c. 14.* Supervolantes alte alites.

Supervolvo, is, volvi, volutum, a. 3. *voltare di ſopra*, ὑπερκυλίνδω, ſupra volvo. *Avien. in Arat. v. 971.* Quinque ſupervolvit ſe partibus.

Supervolūtus, a, um, *voltato ſopra*. *Colum. l. 11. c. 3.* Incrementum ejus ſupervoluto cylindro coerceat.

Supervŏmo, is, a. 3. *vomitare ſopra*. *Silius l. 10. v. 183.* ſupervomit ille calentem Sanguinis effundens per hiantia viſcera rivum.

Superurgĕo, es, a. 2. ſupra urgeo. *Tacit. 2. Ann. cap. 23.* Sarcinæ præcipitantur, quo levarentur alvei manantes per latera, & fluctu ſuperurgente.

Supĕrus, a, um, *ſoprano*, עליון, Germ. *ober*, Gal. *ſouverain*, Hiſp. *ſoberano*, *de arriba*, ὁ ἄνω, ſupernus, qui ſupra eſt, cui *inferus* opponitur, a ſuper. *Virg. 6. Æn.* Sed revocare gradum, ſupereſque evadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Sed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum, atque cœleſtium. ¶ Superum mare, idem atque Adriaticum, ſive Jonium, ita dictum, quod Italiam ſupra, hoc eſt ab Ortu alluat, quemadmodum mare Tyrrhenum ab Occaſu, quod ideo Inferum appellatur. *Cic. 3. de Orat. c. 19.* Ut Philoſophi tanquam in Superum mare Joniæ defluxerunt, Græcum quiddam, & portuoſum, Oratores autem in inferum hoc Thuſcum, & barbarum, ſcopuloſum, atque infeſtum laberentur, in quo etiam ipſe Ulyſſes erraſſet. ¶ *Superi* abſolute ſunt cœleſtes. V. *Superi*. ¶ *Supera*, *orum*, idem ac cœlum. *Virg. 6. Æn. v. 787.* Omnes cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes.

Supinātus, a, um, *volto all' insù*. ἀνεστραμμένος. *Virg. 2. Georg.* Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas. *Quintil. l. 11. c. ult.* Aut eadem manu ſupinata in ſuperiore jactatus.

Supīne, adv. negligenter. *Sen. 2. de Benef. c. 24.* Alii beneficia ſupine accipiunt.

Supinĭtas, atis, f. *lo ſtar ſupino*. *Quintil. l. 11. c. 3. in med.* Pectus ac venter ne projiciantur, obſervandum: pandant enim poſteriora; & eſt omnis odioſa ſupinitas. *Solin. c. 3.* Planaſia de facie ſupinitatis ſic vocata.

Supīno, as, a. 1. *voltare all' insù*, ὑπτιάζω, ſupinum colloco. *Hor. l. 2. Serm. ſat. 7.* Naſum nidore ſupinor. h. e. naſo erigor in ſublime, quod facere ſolent ii, qui aliquo odore vehementer delectantur. Eſt autem Græca conſtructio ſimilis illi apud *Virg. 7. Æn.* Loricam induitur. *Stat. l. 6. Theb. v. 786.* Præcipitatque retro juvenem, atque in terga ſupinat. ¶ Translate ſumitur pro planum facere, complanare, extendere, ut terminas in iis, qui ſupini jacent. *Stat. l. 12. Theb. v. 244.* Jamque ſupinantur feſſis, lateque fatiſcunt Penthei devexa jugi. ¶ Item pro erigere in arrogantiam. Solent enim arrogantes incedere ſupini. *Senec. l. 2. de benef. c. 13.* Oſtendis, te non agnoſcere iſta bona, quibus tantum inflaris: quidquid das, corrumpis. libet itaque interrogare, quid tantopere te ſupinet.

Supīnum, i, n. pars verbi, duas habet terminationes in *u*, & *um*, ut, *amatum*, *auditum*, *amatu*, *auditu*, quæ participialia appellantur a *Quintil. l. 1. c. 4.* a cæteris vero Grammaticis ſupina. *Chariſ. l. 1. Priſcian. l. 4.* ¶ Diomedes *l. 1.* hoc nomine etiam gerundia complectitur: Priſcianus *loc. cit.* etiam participia paſſiva, a quibus ipſa ſupina nomen accepiſſe dicit, quia a participiis paſſivis oriuntur.

Supīnus, a, um, *ſupino*, *col ventre in ſu*, Germ. *rucklinz*, Gal. *couche le ventre en haut*, Hiſp. *traſtornado*, *pando*, ὕπτιος, κομώνακος, qui jacet ventre in cœlum verſo, qui dorſo incumbit, ab antiquo *ſuppus*, ſive *ſupus*. *Cic. 1. de Divin. c. 43.* Nam ſi omne animal, ut vult, ita oritur motu ſui corporis, prono, obliquo, ſupino. *Juven. ſat. 3. v. 280.* Cubat in faciem, mox deinde ſupinus. ¶ Dicitur etiam de quacunque re, quæ cœlum ſpectet, ſeu cœlum verſus elevata eſt. *Virg. 3. Æn.* Tenditque ſupinas ad cœlum cum voce manus. *Liv. l. 3. c. 10.* Ex conſtratis Pœni vana pleraque, utpote ſupino jactu, tela in locum ſuperiorem mittebant. ¶ Accipitur quoque pro acclivi, ſive montoſo. *Hor. l. 3. od. 4.* Seu mihi frigidum Præneſte, ſeu Tybur ſupinum. Hæc enim urbs in aſcenſu montis fuit conſtituta, ſive in latere montis. ¶ Item pro eo, quod retro fit. *Ovid. l. 4. de Ponto, el. 5.* Fluminaque in fontes curſu reditura ſupino. Sic apud *Martial. l. 2. ep. 86.* Supinum carmen dicitur, quod in ſe ipſum recurrit, & ab utra parte incipias, recte conſtat. ¶ Metonymice, quoniam ſupinus ille recubitus indicium eſt hominis ſoluti, & otioſi, factum eſt, ut ſupinus pro molli, otioſo, & negligenti ponamus. *Juven. Sat. 1. v. 68.* Et multum referens de Mæcenate ſupino. *Martial. l. 6. epigr. 42.* Supina aure audire aliquid. *Id. l. 2. epigr. 6.* Deliciæ ſupiniores. h. e. quæ magis reſidunt ignavos, & molles. ¶ Ignorantia ſupina dicitur, qua quis ea ignorat, quæ noſſe facili negotio poſſet, quæ vulgo craſſa dicitur. *Ulpian. l. Nec ſupina, dig. de juris & facti ignor.* Nec ſupina ignorantia ferenda eſt factum ignorantis. ¶ Ponitur etiam pro ſuperbo, arroganti, nam hujuſmodi homines erecta facie, & verſis in altum oculis incedere ſolent. *Perſ. ſat. 1. v. 129.* Italo quod honore ſupinus, Fregerit heminas Areti ædilis.

Suppactus, vel Subpactus, a, um, *ſolato*, nom. ex partic. a ſuppingo. *Plaut. Bacch. 2. 3. 98.* Qui ſociis habeat auro ſuppactum ſolum. h. e. qui aurum in lamellas extenſum ſub ſoleis geſtat.

Suppætulus, a, um, aliquantum pætus. *Var. apud Non. c. 6. n. 43.* Oculi ſuppætuli nigellis pupulis.

Suppalpo, as, a. 1. leniter palpo, adulor. *Symmach. l. 1. ep. 99.* Non diſcam dolo, utpote ſuppalpandi neſcius.

Suppalpor, vel ſubpalpor, aris, dep. 1. adulor, blandior, gratificor. *Plaut. Mil. 2. 1. 28.* Occepit ejus matri ſuppalparier, vino, ornamentis, opiparique obſoniis.

Suppar, aris, *quaſi uguale*, Germ. *etliber maſſen gleich*, Gall. *preſque pareil*, Hiſp. *caſi ygual*, πάρισος, propemodum æqualis, ex *ſub*, & *par*. *Cic. de Clar. Orat. cap. 7.* Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes.

Supparaſitor, aris, *compiacere*, *ſecondare*. ὑποπαραſιτεύομαι, ſubſervio, obſequor, tanquam paraſitus. *Plaut. Amph. 3. 4. 10.* Accedam, atque hunc appellabo, & ſupparaſitabor patri.

Suppăro, as, a. 1. apparo, accommodo, adjungo. *Tertull. de cultu fœm. c. 7.* Ne exuvias alieni capitis ſancto, & Chriſtiano capiti ſupparetis. *Id. de Anim. c. 35.* Labem corpori, & animæ ſupparare. ¶ Eſt item ſimilem reddere, a *par*. *Tertull. adv. Valent. c. 4.* Lupæ fœminæ formam quotidie ſupparare, ſolemne eſt.

Supparum, i, n. vel ſupparus, i, m. περιώμιον, omne velum ex lino. *Feſtus*: Velum omne, quod ex lino eſt, dicitur ſupparum. ¶ Speciatim id nomen variis rebus aptatum eſt. Primum veſtimentis. Nam ut Feſtus inquit, Supparus dicebatur puellare veſtimentum lineum, quod & ſubucula appellabatur. Additque, ita uſum *Pomponium*, & *Afranium*. Verum non puellare ſolum, ſed & matronale ſupparum fuit. *Lucan. l. 2. v. 363. de Martia Catonis uxore:* humeriſque hærentia primis Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos. ¶ Sed & aliis veſtibus aptatum, etiam virilibus. Nam ut idem Feſtus ait, Puniceum veſtimentum ita vocat Nævius de bello Punico. Et in nautis vocat Neptuno veſtem conſecratam ſupparum. Ad veſtimenta maſcula refer & hæc Nonii verba, *c. 14. n. 20.* Supparum eſt linteum femorale, uſque ad talos pendens, dictum, quod ſubtus appareat. De maſcula etiam veſte uſus *Varro apud eund. ib.* Hic indutus ſupparum, Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit. ¶ Nec de veſte ſolum uſi, ſed etiam de navium velis, non quibuſvis, ſed minoribus, ut docet *Feſt.* quæ ſumma mali, favente vento, pandi ſolent. *Lucan. lib. 5. v. 429.* Summaque pandens ſuppara velorum, perituras colligit auras. *Stat. l. 3. ſylv. 2. v. 27.* Vos ſummis annectite ſuppara velis. *Sen. epiſt. 77.* Solis enim licet ſupparum intendere, quod in altu omnes habent naves.

Suppedamentum, i, ſcabellum, quod pedibus ſupponitur. *Inſcrip. apud Gruter. pag. 1076.*

Suppedanĕum, i, n. idem quod ſuppedamentum. *Lactant. lib. 4. cap. 12.* verba *Pſalmi* 109. ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, vertit, ſuppedaneum pedum tuorum.

Suppeditatio, onis, f. abundantia, affluentia. *Cic. 1. de nat. Deor. cap. 40.* Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu.

Suppeditātus, a, um, particip. *ſomminiſtrato*. *Cic. 4. Ver. c. 9.* Suppeditato frumento exercitus maximos alere. *Id. Ver. 7. c. 31.* Remigi rem frumentariam eſſe ſuppeditatam.

Suppedĭto, as, a. 1. *ſomminiſtrare*, *dare*, *porgere*, ספק, Germ. *darreichen*, Gall. *fournir*, Hiſp. *adminiſtrar*, χορηγέω, ὑπαρχέω, ſuggero, miniſtro, præbeo. *Cic. 2. de leg.* Quæ terra fruges ferre, & ut mater cibos ſuppeditare poſſit. *Id. 2. Fam.* Suppeditat nobis Atticus de theſauris ſuis. *Id. Att. l. 11.* Unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarii. *Id. pro Rab. perduell. c. 11.* Fiſtulis aqua ſuppeditabatur templis. *Id. 2. Agrar. c. 13.* Sumptum haurit ex ærario, ſuppeditat a foenis. h. e. a foenis mutuatus ſubminiſtrat. *Terent. Heaut. 5. 1. 37.* Nam ſi illi pergo ſuppeditare ſumptibus. h. e. ſubminiſtrare quod inſumat. ¶ Addunt hic quidam Lexicographi, uſurpari etiam paſſive cum nominativo perſonæ, & ablat. rei. Afferuntque illud *Cicer. Catil. 2. c. 11.* Omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamur, ille eget. Verum alii recte leg. *ſuppeditamus*. h. e. abundamus, de qua ſignificatione mox dicemus. Pro calcare, pedibus ſubjicere. Inſcriptio quædam apud *Reineſ. in Vet. pag. 503.* Mors omnia calcat, ſuppeditat, rapit. ¶ Sæpiſſime effertur neutrorum more, & ſignificat ſatis eſſe, ſufficere, parem eſſe. *Plaut. Aſin. 2. 4. 19.* Labori non queo ſuppeditare. *Cic. 1. Offic. c. 4.* Parare ea, quæ ſuppeditent ad cultum, & ad victum. ¶ Ponitur item, eadem conſtructione, pro abundare, ſuppetere. *Tacit. Ann. 15. c. 16.* Cæterum obſeſſis adeo ſuppeditaviſſe rem frumentariam conſtitit, ut horreis ignem injicerent. *Cic. de clar. Orat. c. 70.* Cujus etiam pater, ſi vita ſuppeditaviſſet, conſul factus eſſet. *Id. 3. de Orat. c. 31.* In hoc campo facile ſuppeditat omnis apparatus, ornatuſque dicendi. ¶ Videtur etiam uſurpari deponentium more. *Cic. Attic. l. 14. ep. 18.* De Petuleiano nomine quod mihi ſuppeditatus eſt, gratiſſimum eſt. Verum hæc lectio pleriſque ſuſpecta eſt.

Suppēdo, is, n. 3. idem quod pedo, flatum ventris emitto. *Cicer. 9. Fam. epiſt. 22.* Suppedit, flagitium eſt: jam erit nudus in balneo, non reprehendes. Alii aliter legunt.

Suppendĕo, es, n. 2. ſubter pendeo. *Col. l. 4. c. 26.* Ita colligare, ut ſolo vimine ſuppendeat. Quidam leg. *ſuſpendeat*. h. e. ſupra pendeat.

Suppernātus, a, um, adject. a *ſub*, & *perna*, in modum pernæ ſucciſus. *Catul. carm. 17. v. 18. ad Coloniam*. ſed velut alnus In foſſa Liguri jacet ſuppernata ſecuri. Alii aliter leg. *Feſtus*: Suppernati dicuntur quibus femina ſunt ſucciſa in modum pernæ ſuillæ.

Suppes, edis, qui ſub pedibus jacet. *Petron. in fragment. Tragur.*

Suppetiæ, arum, f. 1. *ajuto*, עזר, Germ. *hulff*, Gall. *aide*, *ſecours*, Hiſp. *ſocorro*, *ayuda*, ἐπικουρία, ſubſidium, quod fertur laborantibus, quod mittitur ad rem ſuſtentandam, ne labatur, aut pereat. *Valla* auxilium interpretatur. *Plautus* tamen in *Epid. 5. 2. 12.* diverſa eſſe oſtendit, cum ait, *Auxilio mihi, & ſuppetiæ ſunt domi*. Si enim idem eſſent *ſuppetiæ*, & *auxilium*, alterum vacaret. Rectius itaque auxilii nomine intelligimus, quod augendarum virium cauſa alicui ſubmittitur, ſuppetias vero eas dicimus, quæ jam laboranti, & periclitanti feruntur, quod & ſubſidium dicimus. Habet autem hoc nomen ſolum nominativum, & accuſativum numeri pluralis. *Hirt. de B. Afric. c. 5.* Et nuntiabantur exercitus magna equitatus oppidanis ſuppetias venire. *Id. ibid. c. 25.* Suis finibus oppidiſque ſuppetias profectus eſt. *Et c. 39.* Suis fugientibus ſuppetias ire contendit. *Plaut. Epid. 5. 1. 32.* Suppetias alicui ferre. *Id. Men. 5. 7. 31.* Suppetias advenire alicui.

Suppetiātus, us, m. auxilium, ſuppetiæ. Uſurpatur a *Nonio c. 2. n. 47.* in voce *Auxiliatum*.

Suppetior, aris, dep. 1. *ſoccorrere*, *dar aiuto*, ἐπικουρέω. *Apulej. l. 8. A. A.* Paſtorem illum ſuppetiatum eiet. *Et infra:* Facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni. *Et l. 7.* Omnem viciniam ſuppetiatum convocans.

Suppĕto, ebat, imp. 3. *eſſere in pronto*, παραγίνομαι, adſum, in promptu ſum, occurro, venio in mentem. *Cic. 3. Ver.* Vererer, ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet. *Id. 2. Off.* Sed tamen ſi ut hæc ſuppetant, adjuvant aliquantum tum ad cætera, tum ad amicitias comparandas. &c. *Liv. l. 4. c. 48.* Non ſuppetit conſilium. *non ſo che partito prendere*. ¶ Ponitur etiam pro ſufficere, ſatis eſſe. *Cic. 5. Tuſc.* Ut amori, ut ambitioni, ut quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant. *Liv. l. 2.* Rudis in militari homine lingua non ſuppetebat libertati, animuſque. ¶ Item pro ſupereſſe, ſuperſtare, abundare. *Plaut. Trin. 1. 2. 10.* Denique oro, ut vita ſuperſtes ſuppetat. h. e. poſt te vivat. *Cic. 1. Fin. c. 4.* Et ſcribentur fortaſſe plura, ſi vita ſuppetet. Singularis eſt hujus verbi uſus apud *Plaut. Pſeud. 1. 1. 126.* Utinam quæ dicis, dictis facta ſuppetant. h. e. congruant, reſpondeant.

Suppetium, ii, n. idem quod ſuppetiæ. *Commodian. inſtruct. 23.* Suppetium nullum erit. *Et inſtruct. 70.* Petit ſuppetium.

Suppĕto, is, ivi, itum, a. 3. ὑποζητέω, eſt latenter, ſive per fraudem petere. *Ulp. ſi quis uxori, ff. de furtis*. Furti actionem adverſus eum, qui ſuppetiit, ſigillario competere, non mihi.

Suppilātor, oris, m. qui ſuppilat. *Laber. apud Non. c. 8. n. 36.* Quæ deliriæ vos ſuppilatores fecit?

Suppīlo, as, a. 1. *rapire*, *rubare*, גנב, Germ. *ſtehlen*, Gall. *piller*, Hiſp. *ſaltear*, *hurtar*, ὑφαιρέομαι, furor, ſuffuror, rapio, ſurripio, a *pilo* prima producta, quod vel denſare notat, vel furari. *Plaut. Truc. 2. 7. 15.* Hæc cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, & de præda prædam facio. *Id. Aſin. 5. 2. 38.* Ille ocaſtor ſuppilabat me, quod ancillas meas ſuſpicabar. h. e. furabatur a me, quod ego ſuſpicabar fieri ab ancillis. Sic *ibid. 4. 3. 6.* Suppilas clam domi uxorem tuam. h. e. ſurripis uxori tuæ.

Suppingo, is, a. 3. a *ſub*, & *pango*, ſubter compingo, *attaccar ſotto*. *Plaut. Trinum. 3. 2. 94.* Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis. ¶ *Suppingo* a *pingo*. V. *Subpingo*.

Suppinguis. V. Subpinguis.

Sup-

Digitized by Google

Supplanto, as, a. 1. *fare il gambetto*, *ſopplantare*, ὑποσκελίζω, pede ſuppoſito in terram dejicio, a *ſub*, & *planta*, quæ pedem notat. *Cic.* 3. *Off.* Qui ſtadium currit, ſupplantare eum, quicum certat, aut manu depellere nullo modo debet. ¶ *Supplantare verba*, eſt ſupprimere, & veluti ſtrangulata voce efferre, quo ſuaviora videantur. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 35. tenero ſupplantat verba palato. ¶ Eſt & ſupplantare, compoſitum e verbo *planto*, idem ſignificans, quod ſub re quippiam plantare. *Plin. l.* 17. *c.* 23. Supplantare in terram vites.

Supplantatus, a, um, *fatto cadere*. *Senec. epiſt.* 13. Qui ſupplantatum adverſarium toto tulit corpore.

Supplaudo, is, n. 3. idem quod plaudo, vel tacite plaudo. *Tertull. de Idol. c.* 15. Male nobis ſupplaudimus. *Idem de Pudic. c.* 19. Neſcio quid diverſæ parti ſupplaudere videtur.

Supplauſio, onis, f. *ſupploſio*. *Auctor ad Herenn. l.* 3. *c.* 15. Pedis dextri rara ſupplauſione uti oportebit.

Supplementum, ti, n. *ſupplimento*, *aggiunta*, מלוי, Ger. *erfüllung*, Gal. *ſupplement*, Hiſp. *ſuplimiento*, πλήρωμα, quod ſuppletur, quod ad ſupplendum rei alicujus numerum ſubmittitur, ut *Militum*, & *remigum ſupplementa*, quæ ad juſtum numerum explendum ſuccenturientur, *reclute*. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 3. Cenſebant omnes fere, ut in Italia ſupplementum meis, & Bibuli legionibus ſcriberetur. *Liv. l.* 1. *c.* 30. Legiones veteres ſupplemento explevit. *Id. lib.* 22. *c.* 36. Decem millia novorum militum ſcripta in ſupplementum. *Colum. l.* 9. *c.* 13. *de apum morbis*. Nimio fatigatæ opera plurimæ pereunt, nec illis juventutis ſupplementis frequentatæ noviſſime reliquæ intereunt.

Suppleo, es, evi, etum, a. 2. *ſupplire*, *empire*, *aggiungere*, מלא, Germ. *erfüllen*, Gall. *ſuppleer*, Hiſp. *ſuplir*, πληρόω, in deficientis locum aliquid ſubſtituo. *Virg.* 3. *Æn.* Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *epiſt.* 4. De bibliotheca tua Græca ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim iſta confici. *Liv. l.* 29. *c.* 24. Supplevitque ita aes legiones, *reclutò*. ¶ Accipitur etiam pro ſubjungere, adjungere. *Cic. pro Flacc.* Supplet enim ille neſcio quis, & privatim dicis ſe dediſſe. *Id.* 2. *de Or.* Ut referendis præteritis verbis id ſcriptum, quodcunque defendimus, ſuppleatur. ¶ Aliquando pro implere. *Cato de R. R. c.* 88. Ibi fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito, & quaſſato, ſuppletoque identidem. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 140. Vulnera ſupplevit lacrymis.

Suppletus, a, um, particip. *ſupplito*, *reclutato*. *Cic. Phil.* 8. *c.* 9. Legionibus ſuppletis ex D. Bruti exercitu.

Supplex, icis, o. 3. *ſupplice*, *ſupplichevole*, מתחנן, Germ. *bittend*, Gall. *ſuppliant*, Hiſp. *humilde*, ἱκέτης, ἱκέσιος, qui alteri abjecte, demiſſe, & humiliter ſupplicat ad ejus pedes ſe proſternens, & genua flectens. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 32. Cum ſe Alcibiades afflictaret, lacrymanſque Socrati ſupplex eſſet, ut ſibi, &c. *Id. Capitoni, in ep. ad Att. l.* 16. Nunquam putavi, fore, ut ad te ſupplex venirem. *Id. ante Exil. c.* 11. Quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes jacui. *Id. pro Mur.* Veſter eſt ſupplex, Judices, veſtram fidem obteſtatur. *Virg.* 8. *Æn.* Iramque, minaſque Supplicibus ſupera votis. ¶ Libelli ſupplices, *memoriali*. *Martial. l.* 8. *ep.* 31. Sed jam ſupplicibus dominum laſſare libellis Deſine.

Supplicamentum, i, n. idem quod ſupplicatio. *Apul. l.* 1. *A. A.* Supplicamenta ſolemnia. *Et infra:* Quantoque ſumptu deberem procurare ſupplicamentis. *Arnob. l.* 7. Supplicamenta Diis præſtare.

Supplicanter, adverb. *ſupplichevolmente*. *Sedul. l.* 1. *Paſch. Op.*

Supplicatio, onis, f. *ſupplica*, *pubblica preghiera*, תפלה, Ger. *bitte demüthige*, Gall. *requête*, *ſupplication*, ἱκεσία, ſupplicandi actus, precatio. Frequentiſſime ponitur pro Dei adoratione, & gratiarum actione pro re aliqua, quæ proſpere evenit. Sic apud Romanos *ſupplicationes* dicebantur, quando re feliciter geſta, ex Senatuſconſulto templa aperiebantur, Divorumque ſimulacra in lectulis collocabantur, populo certatim ad pulvinaria confluente, Diiſque ſuis pro eorum in Remp. meritis ſupplicante, gratiaſque agente. *Cic. in Catil.* 3. *cap.* 6. Atque etiam ſupplicatio Diis immortalibus pro ſingulari eorum merito meo nomine decreta eſt. *Id. de prov. Conſul. cap.* 11. Decem dierum ſupplicatio decreta Cn. Pompejo. *Id. Phil.* 14. *cap. ult.* Prætor urbanus ſupplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria conſtituat. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c. ult.* Supplicationem indicere. ¶ Hic honor ſupplicationis dabatur imperatoribus tanquam prærogativa quædam triumphi, ut ait *Cic.* 15. *Fam. epiſt.* 5. & *l.* 7. *ad Attic. epiſt.* 1. Nam ſupplicatione decernenda declarabatur, adeo inſignem fuiſſe victoriam, ut pro ea Diis gratulari, gratiaſque agere dignum eſſet. *Id. Cic. pro Syll. c.* 30. Cui uni togato ſupplicationem ſenatus decreverit. Loquitur *Cic.* de ſe ipſo, gloriaturque, eum honorem, qui ſolummodo propter militares victorias haberi civibus ſolebat, ſe ſine armis ob detectam Catilinæ conjurationem fuiſſe conſecutum.

Supplicator, oris, m. *ſupplice*. *Prudent. in paſſione martyr. Calagurrit. v.* 54. Lætus hinc terris revertit ſupplicator Retibus.

Supplice, adv. ſuppliciter. *Varr. l.* 6. *L. L. pag.* 76. Divum exta cante, divum deo ſupplica cante.

Suppliciter, adv. *ſupplichevolmente*, ἱκετικῶς, cum ſupplicatione, humiliter, demiſſe, abjecte. *Cic. pro Flac. c.* 27. Cumque defenſor ſuppliciter, demiſſeque reſponderet. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 27. Suppliciterque locuti, flentes pacem petiſſent.

Supplicitus, pro *ſuppliciter* quidam Lexicographi afferunt ex Juſtin. l. 14. ſed ibi *ſuppliciter* legitur.

Supplicium, ii, n. *ſupplicazione*, ἱκεσία, idem quod ſupplicatio. *Salluſt. in Catil. c.* 52. Non votis, neque ſuppliciis muliebribus Deorum auxilia parantur. *Id. in Jug. c.* 55. Itaque Senatus ob ea feliciter acta Diis immortalibus ſupplicia decernere, &c. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 64. Sed tum ſupplicia Diis, ludique magni a Senatu decernuntur. Hinc a *Plauto* ſupplicium uſurpatur pro munere, quod alicui datur placandi cauſa, & gratiæ conciliandæ, *Truc. n.* 5. *v.* 8. Ego, inquit, mea voluptas, ſi quid peccavi prius, ſupplicium ad te hanc minam fero auri. Plautum imitatur *Apulej. l.* 11. Tunc cuncti populi vannos onuſtas aromatis, & hujuſmodi ſuppliciis certatim congerunt. ¶ Dicitur etiam de ſceptris, ſeu inſignibus Caduceatorum, ſeu Fecialium, ſeu Legatorum. *Feſt.* Supplicia ſunt, quæ caduceatores portarent. Ea ſumebantur ex verbenis felicis arboris. Nec enim ex alia ſupplicia fas erat, quam de verbenis ſumi. ¶ Item de ſacrificio illo, quod faciebant, cum vellent aliquem ſontem publice interficere, quo Diis ſupplicabant, & deprecabantur τὸ νεμεσητόν, ideſt precabantur, ne ſibi culpæ verteretur, quod interficerent civem, *Feſtus*: Sinnius Capito ait, cum civis necaretur, inſtitutum fuiſſe, ut Semoniæ res ſacra fieret vervece bidente, ut eo ſacrificio pœna ſolutis civibus, caput ipſum damnati, patrimoniumque, cui delibatum eſſet, id fieret ſacrum Deo, (ſive, ut Scaliger emendat) cujus cauſa id fieret, ſacrum Divis Manibus eſſet. Indeque fuiſſe ſolitum, ut, quia tunc in forum ſupplicandi cauſſa prodiret Rex Sacrorum, id vocaretur ſupplicium, hoc vero ſemper elatum a multis. Quo exemplo docet, ſupplicia dici ſupplicamenta. Nunc fere ſupplicia pro pœnis dicuntur. ¶ Quia vero, cum civem publice interfecturi eſſent, ſacrificio Diis ſupplicabant, & expiationem precabantur, hinc ſupplicium dici cœptum eſt pro pœna capitali, *ſupplizio*, *pena*, עונש, German. *leibſtraff*, Gall. *ſupplice*, Hiſp. *tormento*, *pena*, τιμωρία, κόλασις. *Cic.* 7. *Verr.* Includuntur in carcerem condemnati, ſupplicium conſtituitur in illos. *Id. lib.* 3. *de nat. Deor.* Summo cruciatu, ſuppliciisque Q. Varius homo importuniſſimus periit. *Id.* 2. *de Orat.* Rapi ad ſupplicium. *Id. Ver.* 4. Supplicio aliquem afficere. *Id.* 2. *Invent.* Sumere ſupplicium de aliquo. h. e. ſupplicio afficere. *Nepos in Pauſan. c. ult.* Dare aliquem ad ſupplicium. *Ter. Eun.* 1. 1. 24. Supplicium alicui dare. *Juſtin. l.* 11. *cap.* 5. Supplicia luere, *pagar' il fio*. Sic, ſupplicium ferre, apud *Cæſar. l.* 1. *B. C. c.* 84.

Supplico, as, avi, atum, n. 1. *ſupplicare*, *pregar riverentemente*, התחנן, Ger. *demütiglich bitten*, Gal. *ſupplier*, Hiſp. *ſuplicar*, ἱκετεύω, humiliter, & demiſſe precor, a *plico*. Nam qui humiliter precantur, manibus, pedibuſque complicatis orant. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 14. Neque Cæſari ſolum, ſed etiam amicis ejus omnibus, quos mihi amiciſſimos eſſe cognovi, pro ſe, ſicut adhuc feci, libentiſſime ſupplicabo. *Id. pro Font.* Prætereat cum tot res ſint, quæ veſtris animis pro hujus innocentis ſalute ſupplicent. ¶ Ponitur ſæpe pro adorare. *Plaut. Curc.* 4. 2. 41. Volo hic in fanum ſupplicare. *Suet. in Aug. c.* 93. Quod Judæam prætervehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet. ¶ Uſurpatur & impers. *Plin. l.* 13. *c.* 1. Iliacis temporibus non ſupplicabatur thure. ¶ *Supplicaſſis*, pro *ſupplicaveris*. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 61. Verbo cave ſupplicaſſis.

Supplicue, adv. idem quod ſuppliciter. *Apulej. l.* 11. *Metam. ſub fin.* Pro meo modulo ſupplicue gratiis perſolutis. *Et l.* 9. Hortulanus ſupplicue reſpondit.

Supplodo, is, ſi, ſum, a. 3. *battere con li piedi*, רקע, Ger. *mit den füſſen klopffen*, Gal. *frapper du pied contre terre*, Hiſp. *patear*, κροτέω, ὑποκροτέω, pedibus terræ illiſis ſonitum facio: plerunque fieri ſolebat in dolore, indignatione, contemptu. *Cic.* 1. *de Or. c.* 53. Pedem nemo in illo judicio ſupploſit, credo, ne Scævola renuntiaretur.

Supploſio, onis, f. ὑποκρότημα, actus ſupplodendi. *Cic. in fragm.* apud *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Supploſio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Adde *l.* 3. *de Orat. c.* 12.

Suppœnitet, ebat, imp. 2. ὑπομεταμέλει, eſt aliquantulum, vel propemodum pœnitet. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 13. Nam & illum furoris, & hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.

Suppoſtor, oris, m. qui alienam mulierem ſubagitat. *Laber. apud Non. c.* 8. *n.* 56. Quæ delinitas vos, ſuppoſtores, facit cum cano eugio puelliteriae?

Suppono, is, ſui, ſitum, a. 3. *ſottoporre*, *metter ſotto*, German. *underlegen*, Gall. *ſuppoſer*, *ſoumettre*, Hiſpan. *poner de baxo*, ὑποτίθημι, ſubtus pone, ſubmitto. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quia etiam anatum ova gallinis ſæpe ſupponimus. *Ovid. l.* 3. *am. eleg.* 9. Prima jugis tauros ſupponere colla coegit. *Id.* 5. *Faſt.* Cervicem Cœlo ſuppoſiturus Atlas. ¶ *Supponere cultros*, eſt ſub collo, & jugulo victimæ ponere, hoc eſt jugulare. Sed *jugulare*, in ſacris ne dicerent, cavebant, quod ominis mali verbum eſſet, ne ſacra violarent inauſpicata voce. *Turneb. Virg. Æn.* 6. *v.* 178. Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem Excipiunt pateris. ¶ Interdum eſt ſubſtituere. *Cic. pro R. Am.* In his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. ¶ Interdum ſubjicere. *Cic. l.* 1. *de Invent.* Nam ei tres partes, quas ante diximus, ſupponemus, judicialem, deliberativam, demonſtrativam. ¶ Interdum adulterinum loco veri ſubjicere, ut *ſupponere teſtamenta*, id eſt falſa teſtamenta ſuppoſita perſona obſignare. *Ter. Eun.* 5. 3. Qui referam illi ſacrilego gratiam, qui hunc ſuppoſuit nobis? *Cic. pro Cluent. c.* 44. Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obſignandum curarit. *Id. lib.* 1. *de Leg.* Jus eſſet latrocinari, jus adulterare, jus teſtamenta falſa ſupponere. ¶ *Suppoſivi*, in præterito pro *ſuppoſui* habet *Plaut. Truc.* 2. 5. 9. & 4. 3. 30.

Supporto, as, a. 1. *portar*, *condurre*, ἐπάγω, ſubveho, importo. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Aut rem frumentariam, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timere dicebant. *Caſſius l.* 12. *Fam. ep.* 13. Niſi quid navibus Laodicenorum ſupportarit.

Suppoſitio, onis, f. actus ſupponendi, ὑπόθεσις. *Plaut. Truc.* 2. 4. 83. Suppoſitionem pueri mihi credidit, *lo ſcambiamento d' un fanciullo per un altro*. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *de ovis ſupponendis:* Nam & ipſa ſuppoſitio per hos fere dies commodiſſima.

Suppoſititius, a, um, ὑποβλητος, ὑποβολιμαῖος, quod ſuppoſitum eſt, & alterius loco pro vero, & nativo poſitum. *Var. lib.* 3. *R. R. cap.* 8. Mari ſuppoſititiæ quoque inſerviunt. ¶ Gladiator ſuppoſititius eſt, qui altero interfecto, vel feſſo ſubjicitur, & certamini ſuccedit. *Mart. lib.* 5. *ep.* 25. *de Hermete præſtantiſſimo gladiatore:* Hermes ſuppoſititius ſibiipſi, h. e. qui nunquam pugnando defatigatur, nec ſucceſſore indiget.

Suppoſitorius, a, um, adjectiv. Cella ſuppoſitoria in balneis eadem eſt, quæ tepidaria, ita dicta quia frigidariæ ſuppoſita erat. tres enim erant balneorum cellæ, frigidaria, tepidaria, & caldaria, atque per frigidariam primum, deinde per tepidariam inſuebat in caldariam. *Vopiſc. in Charin. c.* 17. Balneis ita frigidis uſus eſt, ut ſolent eſſe cellæ ſuppoſitoriæ. V. ibi *Caſaub.* & *Salmaſ.*

Suppoſitus, a, um, *ſottopoſto*, *ſuppoſto*, ὑποβεβλημένος, ſub aliqua re poſitus, partic. a ſupponor. *Liv. l.* 20. Tegentibus tumulis, qui peropportune circa viæ flexus ſuppoſiti erant. ¶ Interdum ponitur pro fraudulenter poſito. *Cic.* 7. *Verr. c.* 27. Ut ille ſuppoſitus facile, & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet.

Suppoſtor, oris, m. Suppoſtores enumerantur inter opifices monetæ conflandæ in quadam *Inſcript. apud Salmaſ. in Solin. pag.* 277.

Suppoſtrix, icis, f. quæ ſupponit, ſpeciatim quæ alienos pueros aliis tanquam ſuos nutriendos alendos præbet. *Plaut. Truc.* 4. 4. 50. Venefica Suppoſtrix puerum.

Suppoſtus, a, um, idem ac ſuppoſitus, per Sync. *Virg.* 6. *Æn. v.* 24. Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto Paſiphae.

Supprefectus, i, qui eſt ſub præfecto, viceſque ejus gerit. *Inſcript.* apud *Grater. pag.* 523. *n.* 4. Atenæus Firmus cornicularius Suppræf. Vigil. B. M. fecit.

Suppreſſe. V. Repreſſe.

Suppreſſio, onis, f. *ſuppreſſione*, ἀφάνισις, actus ſupprimendi. *Cic. pro Cluent. cap.* 25. Statuit ad eaſdem ſibi prædas, ac ſuppreſſiones judiciales revertendum. h. e. injuſtas detentiones pecuniæ ſibi ad corrumpendos judices oblatæ, & in uſus proprios converſæ. V. integrum Ciceronis locum. ¶ Suppreſſiones nocturnæ dicuntur, quoties per ſomnum ſpiritus ſupprimitur, aut etiam ipſa vox, ut incerta, indiſcretaque edatur, quemadmodum in eo morbo accidere ſolet, qui Græcis *Ephialtes*, Latinis *Incubus* dicitur. *Plin. l.* 27. *c.* 10. Grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibus nocturnis, in vino pota, quo dictum eſt numero.

Suppreſſor, oris, m. qui ſupprimit, hoc eſt occultat alienum ſervum. *Call. lib.* 6. *Dig. ad leg. Fav. de plag.* Apud quem unus aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas ſuas locaverit, ut paſceretur; & utique ſi idem antea apud alios fuerit, hunc non jure quis ſuppreſſorem dixerit.

Suppreſſus, a, um, *ſoppreſſo*, [illegible], partic. a ſupprimor. *Ovid. l. 3. Triſt. eleg. 3.* Si jam deficiam, ſuppreſſaque lingua palato. ¶ Fuga ſuppreſſa, eſt retenta, cohibita. *Ovid. 11. Met.* Cum vita ſuppreſſa fuga eſt. ¶ Navis ſuppreſſa, eſt depreſſa, ſive ſubmerſa. *Juſtin. l. 2. c. 9.* Victi Perſæ in naves confugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ. ¶ Mentum ſuppreſſum, eſt contractum, non oblongum, ſed breve potius. *Var. l. 2. R. R. c. 9. de canibus:* Mento ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra, & ſiniſtra. ¶ Vox ſuppreſſa, eſt ſummiſſa. *Cic. pro Syll. c. 10.* Qui eum ſuppreſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixiſſet. *Id. in Orat. c. 25.* Erit enim, ut voce, ſic etiam oratione ſuppreſſior.

Supprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *ſopprimere, reprimere*, [illegible], Ger. *verdrucken*, Gall. *ſupprimer*, Hiſpan. *ſuprimer*, [illegible], [illegible], reprimo, cohibeo, compeſco. *Cic. 3. Tuſc.* Hæc igitur officia ſunt conſolantium, tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quam plurimum, aut ſupprimere, nec pati manare longius, aut ad alias traducere. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 45.* Hoſtem inſolentius inſequentem ſuppreſſit. ¶ Ponitur etiam pro opprimere. *Plin. l. 11. c. 37.* Animus cibis ſupprimitur. ¶ Sæpe eſt occultare, diſſimulare ſe habere, dolo malo retinere. *Cic. pro Cluent. c. 25.* Sexcentis millibus nummum ſe judicium corrupturum eſſe dixerat, quæ cum accepiſſet a pupillo, ſuppreſſit. *Liv. l. 5. cap. 1.* Supprimere famam alicujus rei. ¶ Supprimere iter, eſt retrahere ſe ab itinere. *Cæſ. l. 1. B. C.* Iter ſupprimunt, copiaſque in caſtris continent.

Suppromo, is, pſi, ptum, a. 3. [illegible], idem fere, quod promo. *Plaut. Mil. 3. 2. 11.* Eho tu ſceleſte, qui illi ſuppromis, eho 10. Alii leg. *qui illi ſuppromus es.*

Suppromus, i, m. *ſecondiſpenſiero*, [illegible], ſecundus promus, ſive qui promo ſubſtituitur. *Plaut. Mil. 3. 2. 24.* Bono ſuppromo, & promo cellam crediderim.

Suppudet, ebat, duit, imp. a. aliquantulum pudet. *Cic. l. 9. Fam. ep. 1.* Sed quod eorum me ſuppudebat. *Id. l. 13. epiſt. 16.* Puto, te jam ſuppudere, cum hæc tertia jam epiſtola ante te oppreſſit, quam tu ſchedam, aut literam.

Suppuratio, onis, fem. *ſuppurazione*, [illegible], [illegible], generatio puris. *Col. l. 6. cap. 12.* Et cum maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro. *Plin. l. 20. c. 3.* Clavis pedum, & ſuppurationibus, quæ Græci vocant apoſtemata.

Suppuratorius, a, um, [illegible], quod ad ſuppurationem pertinet, vel quod ſuppurare facit. *Plin. l. 28. c. 4. ad fin.* Efficaciora ad eadem ſtrigmenta e balneis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis.

Suppuratum, i, n. [illegible], apoſtema. *Plin. l. 20. c. 4.* Strumiſque vel ſuppurata alligat.

Suppuratus, a, um, partic. a ſuppuro. *Plin. l. 21. c. 25.* Suppuratis triticea farina lenior. ¶ Tranſlate ſumitus pro impuro, permiſto aliqua re mala. *Sen. ep. 81.* Horum, qui felices vocantur, aut ficta hilaritas eſt, aut gravis, aut ſuppurata triſtitia. h. e. remiſſa, & diminuta, quemadmodum pure emiſſo dolor ulceris remittitur.

Suppuro, as, n. 1. *apoſtemarſi, convertirſi in marcia*, Ger. *eyterſchwuren*, Gal. *apoſtumer, bouer*, Hiſp. *apoſtemar*, [illegible], in pus convertor. *Col. l. 6. c. 13.* Hic idem ſanguis, niſi emiſſus fuerit, ſaniem creabit, qui, ſi ſuppuraverit, tarde percuratur. *Plin. l. 25. c. 12.* Oſſa fracta a capite extrahit, aut ſi quid in corpore ſuppurat.

Suppus, a, um, vel ſupus (veteres enim non geminabant conſonas) *ſupino*, [illegible], idem ac ſupinus. Eſt a *ſupare*, quod eſt jacere, a Græco [illegible], ejecto υ. *Feſt.* Suppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus, ex Græco, videlicet pro aſpiratione ponentes literam, ut cum iidem [illegible] dicunt, & nos ſylvas, item [illegible], ſex, & [illegible], ſeptem.

Supputarius, a, um, adject. *che ſerve a computare*. *Tertul. in Apolog. c. 19.* Supputarii digitorum geſticuli. Alii leg. *ſupputatorius* eodem ſenſu.

Supputatio, onis, fem. *computo*. *Vitruv. l. 3. c. 1.* Cum ad ſupputationem creſcat.

Supputator, oris, m. *computiſta*. *Firmic. l. 5. c. 6.* Boni erunt ſupputatores, arithmetici, geometræ.

Supputatorius. V. Supputarius.

Suppûto, as, a. 1. *tagliare*, [illegible], Germ. *beſchneiden*, Gal. *amonder*, Hiſp. *podar*, [illegible], ſubtus puto, leviter, & aliquantulum puto, ſubſeco, ſarmenta, vel ramos inutiles ſubſeco. *Plin. l. 27. c. 10.* Præterea ſemina ipſa fruticantia ſupputare. ¶ Aliquando ponitur pro computare, vel calculum ſubducere. *Plaut. Aul. 3. 5.* Supputatur ratio cum argentario, ſed alii leg. *ibur, paratur*, &c.

Supra, *ſopra*, [illegible], Ger. *ob*, Gal. *ſur, par deſſus*, Hiſp. *ſobre*, [illegible], præpoſitio accuſativo caſui ſerviens, a *ſupera*, per ſync. *Cic. in Somn.* Omnia ſupra Lunam ſunt æterna. *Id. 2. de nat. Deor.* Nec tamen exiſſem unquam ſupra terram. ¶ Sæpe ponitur pro ultra, pluſquam. *Cic. de Leg.* Hæc commemoratio, vereor, ne ſupra hominis fortunam eſſe videatur. *Liv. l. 30. c. 35.* Cæſa eo die ſupra millia viginti. *Col. l. 4. c. 27.* Si ſupra modum ſe numerus eorum profuderit. ¶ Item pro præter. *Plin. l. 21. c. 3. ad fin.* De floribus, ſupra dictos, ſcripſere Theophraſtus, &c. ¶ *Supra caput*, modus eſt loquendi, ſignificans rem, quæ valde urgeat, & immineat. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2.* Ecce ſupra caput homo levis, ac ſordidus, ſed tamen equeſtri cenſu Catienus. *Salluſt. in Catil.* Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt. ¶ Supra aliquem accumbere. *Cic. Fam. 9. ep. 26.* Supra me Atticus, infra Verrius. V. *Accumbo*. ¶ Eſt etiam adverbium, & ſine caſu ponitur. *Cic. 3. de Orat. c. 5.* Omnia hæc, quæ ſupra, & ſubter ſunt, unum eſſe. ¶ Cum adverbium eſt, ſæpe valet *ſuperius*, locum connotando. *Cic. 2. de nat. Deor.* Paulo ſupra, quam ad linguam ſtomachus annectitur. ¶ Item ante, ſuperioribus verbis. *Cic. pro Cæc.* Ille, quem ſupra deformavi. ¶ Item magis, plus, amplius. *Cic. Att. l. 1. ep. 19.* Eos confeci, & abſolvi, neſcio, quam bene, ſed ita accurate, ut nihil poſſit ſupra. *Salluſt. in Catil.* Corpus patiens inediæ, algoris, & vigiliæ, ſupra quam cuique credibile eſt.

Supradictus, a, um, *ſopraddetto*. *Pallad. Jan. tit. 14.* Præter raphanum ſemina ſupradicta deponunt. *Id. in Februar. tit. 33.* Supradictis potionibus merſa ſerventur. *Vopiſc. in Aurelian. c. 9.* Supradicto viro.

Supradûco, is, a. 3. *tirar ſopra*. *Valer. Probus Grammat.* (cujus vitam ſcribit *Sveton. de illuſtr. Grammat. c. ult.*) *de notis numerorum*: Quælibet figura, ſi ei jacens recta linea ſupraducatur, tot ſignificabit millenarios, quot per ſe ſignificat unitates.

Supranatans, tis, particip. *galleggiante*, ut, ſupranatans bitumen in lacu Aſphaltite. *Vitruv. l. 8. c. 3.*

Suprapoſitus, a, um, *ſovrappoſto*. *Celſ. l. 6. c. 18.* Cataplaſma ſuprapoſitum.

Supraſcando, is, a. 3. *ſalir ſopra*. *Liv. l. 1. c. 30.* Cum fines ſupraſcandit.

Supraſcribo, is, *ſcriver ſopra*. *Cic. Fam. 8. epiſt. 10.* Tibi polliceor, quæ ſupraſcripſi. ¶ Legitur & diviſim.

Supraſcriptus, a, um, *ſopraſcritto*. *Vitruv. l. 2. cap. 8.* Fons ſupraſcriptus. h. e. de quo ſupra ſcriptum eſt. Adde *Cenotaph. Piſan. C. Cæſaris, ſub fin.*

Suprême, adverb. ſupremum. *Priſcian. l. 15.* teſtatur a Veteribus uſurpatum fuiſſe.

Supremitas, atis, fem. ſupremum tempus, mors. *Ammian. l. 31. c. 13.* Nec Valenti ſepulturam, qui ſupremitatis honor eſt, contigiſſe. ¶ Item ſumma dignitas. *Claud. Mamert. l. 2. c. 13.* Supremitates, & præminentias adire.

Suprême, adv. *ultimamente*, [illegible], noviſſime. *Plin. l. 11. c. 53.* Eadem adminicabat, ab eo recens editue, cætera ſupremo, & ſola ex omnibus perſuratura.

Suprêmum, adv. idem ac ſupremo. *Plin. l. 11. c. 37.* Ut neque ab homine ſupremum eos (oculos) ſpectari fas ſit.

Suprêmus, a, um, *ſupremo, ſommo*, [illegible], German. *oberſt, letzt*, Gall. *le plus haut*, Hiſpan. *ſoberano*, [illegible], [illegible], altiſſimus, a ſuper. *Paul. apud Feſt.* Supremum modo ſignificat ſummum, modo extremum, modo maximum. *Virg. 4. Georg.* At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos implerunt montes. ¶ Ponitur etiam pro maximo. *Plaut. Capt. 5. 2. 22.* Serva me ſupreme Jupiter. ¶ Item pro extremo, ultimo. *Cic. de Sen.* Quæ Socrates ſupremo vitæ die de immortalitate animorum diſſeruiſſet. *Hor. l. 1. ep. 5.* Supremo te Sole domi, Torquate, manebo. h. e. occidente. *Tac. l. 5.* Quod ſupremis in matrem officiis defuiſſet. Ubi *ſuprema officia* ſunt, quæ morienti exhibentur. ¶ Hoc ſenſu abſoluta etiam uſurpatur in plurali numero. *Id. 3. Ann.* Celebre carmen, quo Germanici ſuprema deſleverat. *Id. lib. 1. Ann.* Solvere ſuprema militibus, *far l'eſequie*. *Plin. lib. 16. cap. 44.* Circa ſuprema Neronis Principis. h. e. ultimis ejus vitæ annis. ¶ Supremum dicere alicui, *dar l'ultimo addio*, h. e. ſupremum vale. *Plaut. Aſin. 3. 3. 4.* Mater ſupremum mihi tua dixit.

Supus. V. Suppus.

Sura, æ, fem. *la polpa della gamba*, Germ. *waden*, Gal. *le mollet*, Hiſp. *pantorilla*, [illegible], pulpa tibiæ carnoſa, & ventricoſa. *Plin. l. 11. cap. 45.* Suræ homini tantum, & crure carnoſa. ¶ Ponitur & pro toto crure. *Virg. 1. Æn.* Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. ¶ Item pro oſſe poſteriori, & minori ipſius cruris. *Celſ. l. 8. c. 1.* ¶ Fuit etiam ſura cognomen apud Romanos. Primus ſic vocatus eſt P. Cornelius Lentulus Catilinæ ſocius, nempe quia is, cum Sylla rationem ab eo poſceret pecuniæ publicæ, quam Quæſtor tractaverat, dixerat, ſe non poſſe rationem reddere, ſed præbiturum ſuram: ut pueri ſolent, qui, ſi in pilæ ludo deliquerint, pila ſuram præbent percutiendam. *Plutarch. in Cicerone.*

Surcellus, i, m. idem quod ſurculus. *Apul. l. 4. c. 2.*

Surclo, as, a. 1. per ſyncop. pro *ſurculo*, *as*, eſt ſurculo connectere, ligare. *Apic. l. 4. c. 3. & l. 7. c. 4.*

Surcilla, læ, f. idem quod ſurculus. *Apic. l. 4. c. 7. & l. 7. c. 2.*

Surculaceus, a, um, [illegible], quod eſt ſimile ſurculo. *Plin. l. 19. c. 5.* Surculacea in folliculo ſunt raphana, ſinapi, rapo. Subaudi, *ſemina*.

Surcularis, & re, o. 3. [illegible], quod ſurculos generat. *Colum. lib. 3. cap. 11.* Conſiderandum eſt, antequam paſtinemus, ſurcularis, nec ne ſit terra.

Surcularius, a, um, [illegible], quod ad ſurculos ſpectat, ut Surcularia cicada, quæ in ſurculis vivit, vel eo tempore apparet, quo arbores ſurculos emittunt. *Plin. l. 11. c. 26.* Quidam duo alia genera faciunt earum; ſurculariam, quæ ſit grandior, frumentariam, quam alii avenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. ¶ *Surcularius ager*, qui ſurculis conſitus eſt. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Colonus in agro ſurculario ne capræ natum paſcat.

Surcŭlo, as, a. 1. *tagliare*, Ger. *brechen, hawen*, Gall. *couper*, Hiſp. *cortar*, [illegible], eſt ſurculos ramis adimere, ut altius creſcant, & uberius a terra nutrimentum accipiant. *Col. l. 5. c. 9.* At primo ſurculari debent, ita, ut ſimplex ſtylus altitudinem maximi ſcrobis excedat.

Surculoſe, adv. [illegible], per ſingulos ſurculos, ſenſim, paulatim. *Plin. l. 18. c. 16.* Areſcit ſurculoſe.

Surculoſus, a, um, [illegible], ſurculis abundans. *Plin. l. 18. c. 7.* Reliqua legumina ſurculoſa ſunt.

Surcŭlus, i, maſc. *germoglio d'albero, marza*, [illegible], German. *ſchoſſ*, Gall. *jetton*, Hiſp. *renuevo*, [illegible], [illegible], quod in caules ſimplex emittitur, & frondes gerit, detrahiturque interdum, & reſecatur ex arbore ad alias rurſus producendas. Eſt diminutivum a *ſurus*, quem *Feſtus* interpretatur palum, *Ennium*que eo uſum docet. *Varr. l. 1. R. R. c. 40.* Ex arbore, e qua quis vult habere ſurculum. *Cic. 2. de Orat. cap. 69.* Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore, quos feram ſurculos. ¶ *Surculum defringere*, ex veterum Juris conſultorum inducta conſuetudine, dicebantur, qui poſſeſſionem aliquam arboribus conſitam ſibi vindicabant: eam enim ingreſſi ramulum ex aliqua arbore decerpebant, eumque in jus deferentes, in eo tanquam in tota poſſeſſione jus ſuum perſequebantur. Ita quoque ſi poſſeſſio arboribus careret, glebam ſumebant, ut in voce *Conſertus* adnotatum eſt. *Cic. 3. de Orat. c. 28.* Non in recuperanda amiſſam poſſeſſionem, ſed ut ex jure civili, ſurculo defringendo, uſurpare videantur.

Surdaones, m. 3. pop. Hiſp. cit. in Catalonia, in fin. Ceretanorum, quorum tractus *Campos de Cerdana*. *Plin. l. 3. c. 3.*

Surdaſter, a, um, *mezzo ſordo*, Ger. *halb dommer*, Gall. *ſourdaut*, Hiſp. *un poco ſordo*, [illegible], non plene ſurdus, ſurdulus, qui parum ſurdus eſt. *Cic. 5. Tuſc. c. 40.* Erat ſurdaſter M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quod male audiebat, etiamſi, ut mihi videbatur, injuria.

Surde, adverb. *ſordamente*. Surde audire dicitur is, qui alterum loquentem parum attendit, ſive vecordia animi, ſive quod cogitatione alia in re verſetur. *Afranius apud Chariſ.* Amentes, quibus animi non ſunt integri, ſurde audiunt.

Surdigo, ginis, f. *ſordità*. *Marcell. Empir. c. 9.* Surdiginis moleſtiam pati.

Surditas, atis, f. *ſordità*, Germ. *dumbeit*, Gall. *ſourdeté*, Hiſp. *ſordedad*, [illegible], privatio ſenſus audiendi. *Cic. 5. Tuſc. c. 40.* In ſurditate vero quidnam eſt mali?

Surdus, a, um, *ſordo*, [illegible], Ger. *taub*. Gall. *ſourd*, Hiſp. *ſordo*, [illegible], [illegible], ſenſu audiendi ſpoliatus. *Ter. Andr. 3. 1.* Utrum aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. *Cic. 5. Tuſcul.* In illis linguis, quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profecto ſumus. ¶ Reperitur & cum genitivo. *Col. lib. 3. cap. 10.* Idque nobis Poeta velim ſurdis veritatis indulget. ¶ Comparativum *ſurdior*. *Ovid. 1. Amor. eleg. 6. ad janitorem*: O foribus ſurdior ipſa tuis. Superlat. *ſurdiſſimus*. *Auguſtin. epiſt. 39. (al. 40.)* Duriſſime, immaniſſime, ſurdiſſime. ¶ Surdo narrare fabulam, proverbialiter dicitur ii, qui operam apud aliquem inſumit, quocum nihil eſt profecturus. *Terent. Heaut. 2. 1. 10.* Næ illa haud ſcit, quam mihi haud ſurdo narrat fabulam. ¶ Tranſlate ſurdus dicitur, qui nulla re, non precibus, non muneribus, non miſericordia flectitur. *Ovid. Heroid. epiſt. 7.* Ad munera ſurdus. *Id. 9. Metam. v. 946.* ſurdæque adhibens ſolatia menti. *Sil. l. 11. v. 354.* Surdus timor. ¶ Sumitur etiam paſſive, pro eo, quod non auditur. *Juven. ſat. 9. v. 71.* Surda nihil gemeret grave buccina. Sic etiam vota ſurda dicimus, quæ non exaudiuntur. *Perſ. ſat. 2.* ¶ Item dicitur de loco, in quo non ſimile auditur. *Vitr. lib. 5. cap. 9.* Diligenter eſt animadvertendum, ne ſit locus ſurdus. *Var. l. 8. de L. L.* Surdum theatrum.

¶ Tranſ-

¶ Transfertur quoque ad viſum, & ad ejus objectum, ut Surdus color. *Plin. l.* 37. c. 5. Ad hos quibuſdam intercurrit umbra, ſurduſque fit color, qui improbatur etiam dilutior, *colore ottuſo, ammaccato*. Item ad olfactum. Sic dicitur ſurdum, cujus odor non ſentitur. *Perſ. ſat.* 6. Nec ſpirent cinnama ſurdum. ¶ Item ad linguam. *Ovid. l.* 2. *de Pont. el.* 6. Non erit officii gratia ſurda tui. h. e. non tacebitur a me. ¶ Denique tranſlate ſumitur pro ignobili, vili, cujus nomen ſæpe non auditur. *Plin. l.* 21. 2. 2. Quæ quanta debeatur etiam ſurdis, hoc eſt ignobilibus herbis, perhibebitur.

Surēna, æ, f. nomen piſcis eſt apud *Varron. l.* 4. *de L. L.* ¶ Surena item apud Parthos nomen erat ſummi magiſtratus poſt Regem, cui ex officio obtingebat novum regum diademate coronare. *Tacit. Annal.* 6. c. 42.

Surgite pro ſurrigite V. vocem ſequentem.

Surgo, is, rrexi, rrectum, n. 3. *alzare*, idem ac *ſurrigo*, per Syncopen. *Plaut. Epid. v. ult.* Plaudite, valete, lumbos ſurgite, atque extollite.

Surgo, is, rexi, rectum, n. 3. *levarſi ſu, ſorgere*, קום, German. *auffſtehen*, Gall. *ſe lever*, Hiſpan. *levantarſe*, ἀνίσταμαι, erigor, e *ſurrigo*, ablato *i*, & abjecto altero *r*, quod dicitur pro *ſubrigo*, eſtque a *rego*. *Cic.* 3. *Off.* Surrexit a lectulo, remotiſque arbitris, ad ſe adoleſcentem juſſit venire. *Id.* 2. *de Inv.* Ille multo ante lucem ſurrexit. *Virg.* 3. *Æn.* Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 2. Surgere de cœna. ¶ Tranſlate dicitur de ventis, cum veluti ſe erigentes flare incipiunt. *Virg.* 3. *Æn.* Et ſando ſurgentes demoror Auſtros? ¶ Item de aſtris, cum in noſtrum hemiſphærium aſcendunt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. v. 29. Hic mutat merces ſurgente a ſole ad eum, quo Veſpertina tepet regio. h. e. ab Oriente ad Occidentem. *Id. l.* 2. *od.* 9. Veſpero ſurgente. ¶ Item de ædificiis, cum paulatim a fundamento ad tecti faſtigium elevantur, vel cum ſenſim eminent, & in altum attolluntur. *Virg.* 1. *Æn.* Surgentemque novæ Carthaginis arcem. ¶ Item per tranſlationem ponitur pro oriri, naſci. *Virg.* 2. *Æn.* Quæ nunc animo ſententia ſurgit? *Id.* 9. *Æn.* pugna aſpera ſurgit. *Tacit.* 2. *hiſt.* c. 40. Rumor ſurrexit. ¶ Item pro creſcere, augeri. *Virg.* 4. *Æn.* Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Juli Reſpice. *Id.* 4. *Georg.* Surgentes atterat herbas. *Ovid.* 15. *Metam.* Mare ſurgit, *ſi gonfia*. ¶ Item pro priſtinum ſtatum, ſeu fortunam recuperare. *Cic.* 12. *Phil.* Semel cecidi ſciens, ut honeſtiſſime ſurgere poſſem. ¶ Uſurpatur etiam impers. *Juven. ſat.* 4. Surgitur, & miſſo proceres exire jubentur Concilio. ¶ Item active cum accuſ. *Arnob. l.* 5. *pag.* 169. Surrexiſſe ſe Deos, & nervis obriguiſſe diviniſ. ¶ Surrexe pro ſurrexiſſe. *Hor. l.* 1. *ſat.* 9. v. 72. hunccine ſolem tam nigrum ſurrexe mihi?

Suria, æ, pro Syria, ex priſcorum Latinorum conſuetudine græcum *v* in *u* mutandi. *Plaut. Truc.* 2. 6. 49. Ancillas adduxi ex Suria duas. ¶ Hinc & Surus pro Syrus. *Id. ibid.* v. 60. Abduce has e conſpectu Suras.

Surio, is, n. 4. libidine prurio, ſubo, & dicitur proprie de ſuibus. *Feſtus in voce Sur*. Et tranſlate de piſcibus. *Apul. in Apolog.* ita diſtinguit, ut *ſubare* de fœminis dicatur, ſurire de maſculis. Quoties, inquit, & quid anni cujuſque eorum generis (piſcium) fœminæ ſubent, mares ſuriant.

Surpuis, V. Surreptus.

Surpui per ſyncopen pro *ſurripui*. V. in *Surripio*.

Surrectito, as, n. 1. ſæpe ſurgo. *Cato apud Gell. l.* 10. 2. 13. In cubiculum ſurrectitavit e convivio. Alii leg. *ſubrepitavit*. h. e. ſæpe in cubiculum clam irrepſit.

Surrectūrus, a, um, partic. temporis futuri a ſurgo. *Cel. l.* 6. c. 13. Et ſentibus uſtis fruticem ſurrecturum in altitudinem compeſcit.

Surrectus, V. Subrectus.

Surrĕgo, is, n. 3. idem ac ſurgo, apud Vet. *Feſt.* Surregit, & ſorctus antiqui ponebant pro ſurgit, & ejus participio quaſi ſurrectus, quibus Livius frequenter uſus eſt.

Surrĕmo, is, emi, vel empſi, emptum, a. 3. eſt ſurſum emere, ideſt ſuſcipere, ſumere, ab *emo*, quod antiquis etiam tollere ſignabat. *Feſt.* Surremit, ſumpſit: Inque manum ſurremit haſtam.

Surrentinus, a, um, adject. ad Surrentum pertinens, ut Surrentini colles. *Colum. l.* 3. c. 2. Surrentina vina. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. quæ celebrantur a Scriptoribus inter generoſiora, propter vicinitatem Maſſici montis.

Surrentum, n. *Surrento, Sorrento, Sorriento*, urbs Picentinorum, maritima, A. inter Neapolim, & prom. Minervæ.

Surrĕpo. V. Subrepo.

Surreptitius. V. Subreptitius.

Surreptus, a, um, nom. ex particip. *rapito, rubato*, a ſurripio. *Cicer. Phil.* 14. c. 4. Qua in urbe tam immanis Hannibal capta, quam in Parma ſurrepta Antonius? *Plaut. Pæn. prol. v.* 109. Rogitat, unde ſit, capta ne, an ſurrepta ſit. ¶ *Surptus* dicitur per ſyncop. pro *ſurreptus*. *Plaut. Pæn.* 4. 2. 80. & 5. 2. 98. ubi tamen alii *ſurreptus* ſubſtituunt, alii *ſurruptus* eodem ſenſu, ex veterib. quibuſdam codicib.

Surrexe. V. Surgo.

Surrĭgo. V. Subrigo.

Surrĭpio, is, ripui, reptum, a. 3. *togliere naſcoſtamente, rubare*, גנב, Ger. *verzwacken*, Gal. *emporter*, Hiſp. *hurtar de ſecreto*, ὑφαιρεῖν, latenter capio, clam aufero, furor. Varie conſtruitur. *Cicer. de clar. Orat. cap.* 19. Tu qui o Nævio vel ſumpſiſti multa, ſi fateris, vel, ſi negas, ſurripuiſti. *Id. pro Dom. c.* 25. Qui ex ejus cuſtodia per inſidias regis amici filium ſurripuiſſet. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 16. Surripere aliquid ſpatii ad ſcribendum, *rubar' un poco di tempo*. *Id. Parad.* 6. Quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt unquam? *Ovid. ep.* 11. Crimina ſunt oculis ſurripienda patris. Id eſt cavendum eſt, ne pater hæc reſciſcat. ¶ Surripere ſe alicui, eſt ſubducere ſe ab ejus conſpectu. *Plaut. Men.* 3. 2. 26. Ut ſurripuiſti te mihi dudum de foro. ¶ Uſurpatur a Poetis cum Syncope. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. Unum me ſurpite morti. *Id. l.* 4. *od.* 13. Quæ ſpirabat amores, Quæ me ſurpuerat mihi.

Surrŏgo. V. Subrogo.

Surruncivi. V. Subruncivi.

Surruptus. V. Surreptus.

Surſum, adv. *in ſu, in alto*, למעלה, Ger. *obſich*, Gal. *en haut*, Hiſp. *arriba*, ἄνω, ſuperam partem verſus, cui opponitur *deorſum*. Eſt compoſitum e *verſum*, quaſi *ſopraverſum*, vel *ſuperverſum*. *Ter. Adel.* 4. 2. Præterito hac recta platea ſurſum. *Id. Eun.* 2. 2. 47. Nec ſurſum deorſumne curſitat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Itemque nares, eo quod omnis odor ad ſuperiora fertur, recte ſurſum ſunt. ¶ *Surſum verſum*, aut *verſus* eſt verſus ſuperiorem locum, aut partem aeris, vel loci. *Cic. in Partit.* Ex idem quaſi ſurſum verſus, retroque dicatur. *Id. in Orat. c.* 39. Cum gradatim ſurſum verſum reditur.

Surus, i, m. palus, a quo diminutive fit ſurculus. *Enn. apud Feſt.* ¶ *Surus* pro *Syrus* V. in *Suria*.

Sus, is, com. 3. *porco, o porca*, חזיר, Germ. *ſchwein*, Gall. *porc*, Hiſp. *puerco*, ὗς, σῦς, porcus, vel porca, & dicitur tam de feris, quam de domeſticis. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Sus græce dicitur ὗς, olim θῦς ab illo verbo, quod dicunt θύειν, quod eſt immolare. Ab ſuillo enim genere pecoris immolandi initium primum ſumptum videtur: cujus veſtigia, quod initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur: & quod nuptiarum initio antiqui Reges, ac ſublimes viri in Hetruria in conjunctione nuptiali, nova nupta, & novus maritus primum porcum immolant. *Ovid. lib.* 4. *Faſt.* A bove ſuccincti cultros removete miniſtri, Bos aret, ignavam ſacrificate ſuem. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Sus vero quid habet præter eſcam, cui quidem, ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. ¶ Sues Veneri inviſi fuerunt. *Feſt. in Suillum:* Suillum genus inviſum Veneri prodiderunt Poetæ, ob interfectum ab Apro Adonim, quem diligebat Dea: quidam autem, quod immundiſſimi ſint ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis, ita ut opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum ſubare, & ſurire dicuntur. ¶ *Sus Minervam docet*, eſt, indoctus docet ſapientem. *Feſt.* Sus Minervam, in proverbio eſt, ubi quis id docet alterum, cujus ipſe inſcius eſt. *Cic.* 1. *Acad.* Nam etſi non ſus Minervam, ut ajunt, tamen inepte quiſquis Minervam docet. *Id.* 2. *de Orat.* c. 57. Docebo ſus (ut ajunt) oratorem eum, quem &c. ¶ *Sidon. in ep.* 17. *l.* 7. *ad Voluſian.* Rura paludicolæ temnis populoſa Ravennæ, Et quæ lanigero de ſue nomen habet. h. e. Mediolani agrum. Cum enim Gallis conſilium eſſet eam urbem condendi, ſolum effodientibus ferunt inventam ſuem dimidio lanatam, e quo portento ductum Mediolani nomen. V. *Iſid. l.* 15. *Orig. c.* 1. ¶ In recto caſu reperitur etiam *ſuis*. *Prudent. l.* 2. *contra Symmach. v.* 813. Spurca ſuis noſtro amne natat.

Suſque, deque fero, ἄνω, κάτω, proprie eſt ſurſum, & deorſum, ſed tranſlate uſurpatum, *ſuſque, deque ferre*, vel *ſuſque, deque habere*, eſt æquo animo ferre, nihil penſi habere, ſurſum, an deorſum hoc eat, non magni facere, non magni pendere, *non curarſi, laſciar correre*, ἀδιαφορεῖν. *Cic.* 14. *ad Attic. ep.* 6. Nam de Octavio ſuſque deque. *Laber. apud Gel. l.* 16. *cap.* 9. Nunc tu lentus es: nunc tu ſuſque deque fers. *Plaut. Amph.* 3. 2. 5. Atque id me ſuſque deque eſſe habituram putat. ¶ *Suſque deque eſſe* ſignificat nihili eſſe, nihili fieri, ad nihil valere. *M. Var. apud Gel. loc. cit.* Quod ſi non horum omnium ſimilia eſſent principia, ac poſtprincipia, ſuſque deque eſſet. *Lucil. ibid.* Verum hæc ludus ibi, ſuſque omnia deque fuerunt: ſuſque & deque fuere, inquam, omnia ludu' jocuſque. Alii legunt *ſuſque hæc deque fuere inquam* &c. ut tollatur, &, quod videtur ſuperfluum.

Suſa, orum, n. pl. *Sus, Suſtra*, Σοῦσα, urbs ampla Aſiæ, in Regno Perſarum, Suſianæ regionis caput, & regia, ad Eulæum fl. verſus montes, inter Seleuciam magnam, & Perſepolim. Hæc urbs a Memnone condita fuit. Sed *Straboni* placet, originem habuiſſe a Tithono Memnonis patre. *Plin. l.* 6. *c.* 27. ſcribit, conditorem fuiſſe Darium Hyſtaſpis filium. Etymologus, & Stephanus nomen ajunt accepiſſe a σοῦσον, quod lingua Punica, ac Phrygia idem eſt, ac λείριον, ſeu κρίνον, *lilium*, ob liliorum illis locis creſcentium copiam. In hac urbe fuit nobilis illa Cyri regia, candido, varioque marmore, columnis aureis, magnaque gemmarum copia exornata, cœli in lacunaribus habens ſimulacrum ſtellis micantibus inſignitum. *Propert. l.* 2. *eleg.* 13. Non tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis.

Suſceptio, onis, f. *intraprendimento*, ὑπόδεξις, ἀνάδοχή, actus ſuſcipiendi. *Cic.* 3. *Fin. c.* 9. Sic ea, quæ proficiſcuntur a virtute, ſuſceptione prima, non perfectione recta ſunt judicanda. *Id. pro Mur. c.* 1. Atque etiam ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt.

Suſcepto, as, a. 1. frequentativum e *ſuſcipio*, ſed ejuſdem fere ſignificationis. *Apul. l.* 2. *Met. ſub fin.* Vicariam pro me lanienam ſuſceptavit.

Suſceptor, oris, m. ὑποδέκτης, ἀναδεχόμενος, qui ſuſcipit. *Aſcon. in Ver. de Præt. Urb.* Extraordinariarum pecuniarum ſuſceptor. Speciatim dicitur de eo, qui luſoribus domi ſuæ ludendi dat locum. *Ulpian. l.* 1. *ff. de aleator.* Prætor ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum, ubicunque, & quandocunque non vindicat. ¶ Item pro eo, qui aliquid faciendum conducit, redemptor. *Juſtinus l.* 8. c. 3. Mittit, qui opinionem ſererent, regem Philippum magna pecunia locare & muros per civitates, & fana, & templa facienda, & ut per præcones ſuſceptores ſollicitarent. ¶ Suſceptores præterea dicuntur, qui annonis, & tributis ærarii recipiendis præpoſiti ſunt. V. titulum *Codicis de ſuſceptoribus*.

Suſceptum, i, n. *impreſa*, ἀναδεδεγμένον, ἐγχείρημα, ἔργον, res ſuſcepta, inceptum factum. *Ovid.* 15. *Met.* Suſceptaque magna labore Creſcere difficili.

Suſceptus, a, um, ἀναδεδεγμένος, partic. e ſuſcipior. *Cic. pro Quinct.* Tranſigere ſuſceptum negotium. *Idem poſt red. ad Quir.* Sempiternum porro ſuſtinerem mea voluntate ſuſceptam. *Juſtin. l.* 11. 2. 10. A captiva ſuſceptum puerum Herculem vocavit. ¶ Suſcepti etiam dicebantur clientes. *Serv. ad illud Æn.* 6. *v.* 609. Et fraus innexa clienti: Vult, inquit, intelligi prævaricatores, qui patroni ſunt clientium, quos nunc ſuſceptos vocamus. Adde *Ammian. l.* 17. *c.* 10.

Suſcio, is, a. 4. *ſapere*, ἐπίσταμαι, idem quod ſcio, ſive cognoſco. *Plaut. Men.* 2. 3. 78. Quid negotii eſt ſuſciri? quid eo opus eſt? Alii aliter leg.

Suſcipio, is, cepi, ceptum, a. 3. *pigliare, intraprendere*, קבל, German. *annehmen*, Gal. *prendre, recevoir*, Hiſpan. *recebir, tomar*, ὑποδέχομαι, capio, ſumo. Eſt e *ſurſum*, & *capio*, quod *Priſcianus* ſcribit *lib.* 1. vel e *ſub*, & *capio*, ut dicatur quaſi *ſuccipio*. Sane *Pierius in* 1. *Æn.* ſcribit, *ſuccepit* in veteribus aliquot libris inveniri. Tam ad animum, quam ad corpus refertur. *Cic.* 1. *de Fin.* Sed ut omittam pericla, labores, dolorem etiam, quem optimus quiſque pro patria, & pro ſuis ſuſcipit. *Id. pro Cluent.* Neque mihi quidquam oneris ſuſcepi. *Id. Fam.* 12. *ep.* 24. Suſcipere alicujus cauſam. *Id.* 2. *Offic.* Æs alienum amicorum ſuſcipere, *obbligarſi a pagar i debiti degli amici*. *Idem Attic. lib.* 14. Suſcipere cogitationem, quidnam ſit agendum, *penſare*. *Idem* 2. *de nat. Deor.* c. 24. Suſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, ut &c. *inoltre. Id. pro Font.* Ne quæ inſignis huic imperio macula, atque ignominia ſuſcipiatur, *accioche queſt' impero non riceva &c.* *Id. pro Mur.* Suſcipere perſonam viri boni, *voler comparire per dabbene*. *Id. pro Cluent.* Suſcipere parricidium, *commettere*. *Velley. l.* 2. *c.* 48. Suſcipere vota pro ſalute alicujus, *far de' voti*. ¶ Suſcipere liberos, eſt tollere. h. e. educare, nutrire. V. Tollo. *Cic. Att. lib.* 11. *ep.* 9. Hæc ad te die natali meo ſcripſi: quo utinam ſuſceptus non eſſem! ¶ Uſurpatur etiam ſimpliciter pro liberos gignere, vel habere. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 16. Cum beatiſſimi illi ſint, qui liberos non ſuſceperunt. *Id.* 3. *Phil.* c. 6. Ipſa ex libertini filia ſuſcepit liberos. *Id.* 5. *Ver.* Suſceperas enim liberos non ſolum tibi, ſed etiam patriæ. ¶ Suſcipi in lucem, eſt naſci. *Cic. de Aruſp. reſp.* Eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu agimur. ¶ Accipitur item ſuſcipere pro eo, quod eſt ſermonem excipere, & in vicem reſpondendi ſuccedere. *Virg.* 6. *Æn.* ſuſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit. ¶ Item pro fulcire, & ab imo munire aliquid, ne ruat. *Plin. l.* 10. *ep.* 48. *de Theatro Nicææ ruinæ proximo:* Nam fulturæ, ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi, quam ſumptuoſæ videntur. ¶ Eſt etiam verbum diſputantium, & ponitur pro aſſentiri, admittere. *Cic.* 1. *Tuſc.* c. 32. Illos vero, qui, quod in hac cauſa difficillimum eſt, ſuſcipiunt, poſſe animum manere corpore vacantem.

Suſcitabulum, n. 2. *ſuſcitamento, incitamento*, ἐγερτήριον, ἐρέθισμα, ἐγερ-

Digitized by Google

ἐγερτήριον, Incitamentum. *Var. apud Non. c. 2. n. 816.* Phonaſcus adſum vocis ſuſcitabulum.

Suſcitatio, onis, f. ad vitam revocatio. *Tertul. de car. Chr. c. 33.*

Suſcitator, oris, m. *chi riſuſcita altrui*. *Tertul. adverſ. Praxeam, c. 28.*

Suſcito, as, a. 1. *eccitare, deſtare*, הקים, Germ. *auffwecken*, Gal. *ſuſciter*, Hiſpan. *ſuſcitar*, ἐγείρω, excito, e *ſurſum*, & *cieo*. *Plaut. Moſt. 3. 1. 96.* Quæ me ſomno ſuſcitat. *Cic. 4. Tuſc. c. 19.* Quærentibuſque reſpondebat, Miltiadis trophæo ſe e ſomno ſuſcitari. ¶ Tranſlate ſumitur pro adhortari, impellere, incitare. *Virg. 1. Æn.* Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira. *Cic. pro Roſc. Com.* Suſcitat teſtem contra aliquem. ¶ Item pro rem extinctum renovare, rem, quæ jam elanguerat, vigori ſuo reſtituere. *Brut. Cic. l. 11. Fam. epiſt. 3.* Ut bellum civile ſuſcitare velle- mus. *Virg. 5. Æn.* Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat ira.

Suſiane, es, f. *Soſiſtan, Cuſiſtan, Elaran*, regio Aſiæ, in Regno Perſarum, ita dicta a Suſis urbe metropolitana. Habet ab Occ. Aſſyriam, ab Or. Perſidem, a Sept. Mediam, a Mer. ſinum Perſicum. *Plin. lib. 6. c. 23.* Flumen Gredius per Suſianem fluit.

Suſiani, orum, m. Suſianæ regionis populi. *Plin. l. 6. c. 27.*

Suſinus, a, um, *σούσινος*, quod ex liliis confectum eſt, ut Suſinum oleum, quod & lirinum dicitur, a *σοῦσον*, quod lingua Punica, ac Phrygia idem eſt, ac *λείριον*, idest lilium. Perſicum quoque eſſe, docet *Stephanus περὶ πόλεων*. *Plin. l. 13. c. 1. de unguentis:* Suſinum tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aſpalatho.

Suſis, idis, adject. fœm. ad Suſianen pertinens. *Sidon. l. 7. epiſt. 17. in carmine:* Elapſus regi truculento Suſidis oræ.

Suſpectatio, onis, f. *ſoſpetto*. *Cic. 1. de Invent. c. 16.* Si aliquas minus honeſtas ſuſpectationes injectas diluemus. Ita legit *Grav.* ex quodam codice. Alii *ſuſpiciones*.

Suſpectio, onis, f. idem ac ſuſpicio. *Ter. Andr. 3. 2. 21.* Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio? Alii leg. *ſuſpicio*. *Paulin. ad Auſon. epiſt. 2. v. 15.* Duceret in ſanctam ſuſpectio falſa parentem. *Auſon. ad Paulin. epiſt. 24. v. 8.* Concinnat veriſimilis ſuſpectio culpam. Quidam hic quoque leg. *ſuſpicio*. V. Suſpicio in fine.

Suſpecto, as, a. 1. *guardar in ſu*, חבים, Ger. *auffſehen*, Gall. *regarder en haut*, Hiſp. *mirar arriba*, ὑποβλέπω, ἀναβλέπω, ſurſum ſpecto, freq. a ſuſpicio. *Plin. l. 8. c. 16.* Leo ſuſpectans. h. e. ſurſum ſpectans. *Id. l. 11. c. 29.* Solicite ſuſpectantibus populis (locuſtas volentes) ne ſuam operiant terram. ¶ Eſt etiam ſuſpicari, ſuſpectum habere, *ſoſpettare, aver in ſoſpetto*. *Tacit. 3. hiſt. c. 85.* Omnem proſtrationem, ut inimicam victoriæ, ſuſpectabant. *Id. 4. Ann. c. 3.* Pellit domo Sejanus uxorem, ne pellici ſuſpectaretur, *per non renderſi ſoſpette alla concubina*.

Suſpector, oris, m. *miratore*. *Sidon. l. 3. ep. 3.* Morum veſtrorum ſuſpector, veneratorque.

Suſpector, aris, dep. 1. idem quod ſuſpecto. *Ammian. l. 28.* Impetrarunt, ut hi, quos ſuſpectati ſunt, compingerentur in carcerula.

Suſpectus, us, m. *ἀνάβλεψις*, actus ſuſpiciendi, idest ſurſum aſpiciendi. *Virg. 9. Æn.* Turris erat vaſto ſuſpectu, & pontibus altis. *Plin. l. 9. c. 38.* Laus ei ſumma color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. ¶ Ponitur etiam pro altitudine. *Virgil. 6. Æn.* Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum. ¶ Item pro admiratione. *Ovid. 5. Faſt.* Protinus intrevit mentes ſuſpectus honorum. *Sen. de Benef. l. 2. cap. 25.* Videndum eſt, quid maxime faciat ingratos, aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati vitium ſe, ſuaque mirandi, aut aviditas, aut invidia.

Suſpectus, a, um, partic. a *ſuſpicior*, vel etiam a *ſuſpicor*, quemadmodum a *conſpicor* eſt *conſpectus*. *Feſt.* Suſpectus eſt diverſæ ſignificationis. A ſuſpicor enim, & ſuſpicio partim venit. Itaque non mirum, ſi non una ſignificatio dari poteſt. ¶ Fere tamen accipitur pro eo, de quo eſt ſuſpicio, in quo ſubeſt ſuſpicio alicujus rei, *ſoſpetto*, ὕποπτος, ὑπόπτης. Uſurpatur vel abſolute. *Cicer. de Amic.* Omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt. *Id. 2. Offic. cap. 9.* Quo quis verſutior, & callidior eſt, hoc inviſior, & ſuſpectior. *Virg. 3. Æn.* Grajugenumque domos, ſuſpectaque linquimus arva. *Liv. lib. 24.* Quia & ipſum ut ambiguæ fidei virum ſuſpectum jam pridem habebat. ¶ Vel cum dativo perſonæ. *Cic. 1. Catil.* Si meis civibus tam graviter ſuſpectum, atque infenſum viderem. *Sueton. in Tit. cap. 6.* Suſpectiſſimum quemque ſibi haud cunctanter oppreſſit. ¶ Vel etiam cum ablat. rei, & præpoſ. *de*. *Cicer. 3. Offic.* Cum filius patri ſuſpectus eſſet de noverca. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Suet. de clar. Grammat. cap. 16.* Suſpectus in aliqua virgine. ¶ Vel cum ablat. & præp. *ſuper*. *Salluſt. in Jugur. c. 71.* Suſpectus ſuper aliquo ſcelere. ¶ Vel cum ablat. ſine præpoſ. *Curt. l. 8. c. 8.* In Calliſthenem olim contumaciæ ſuſpectum pervicacioris iræ fuit. *Tac. hiſtor. 2. c. 46.* Licinius intima familiaritate ſuſpectus conſilia ejus foviſſe. ¶ Vel cum genit. *Tac. 3. Ann. c. 29.* Suſpectus nimiæ ſpei Sejanus. ¶ Ponitur interdum, ſed raro, pro ſuſpicioſo, *ſoſpettoſo*. *Cat. in diſtich.* Suſpectus cave ſit, ne ſis miſer omnibus horis. nam timidis, & ſuſpectis aptiſſima mors eſt.

Suſpendeo, V. Suppendeo.

Suſpendioſus, a, um, *appiccato*, ἀπαγχονισθείς, qui laqueo nexili ſtrangulatus eſt. *Plin. lib. 28. cap. 4.* Cardinibus oſtiorum aceto aſſuſis, lutum fronti illitum capitis dolorem ſedare, etiam laqueum ſuſpendioſi circumdatum temporibus.

Suſpendium, ii, n. *appiccamento*, ἀγχόνη, ἀπαγχονισμός, ſuſpenſio. *Cic. 5. Verr.* Ut homines injuriæ tuæ remedium morte, ac ſuſpendio quærerent. *Martial. l. 2. epigr. 116.* Jam ſuſpendia ſæva cogitabas. *Sueton. in Aug. c. 65.* Suſpendio vitam finivit.

Suſpendo, is, endi, enſum, a. 1. *ſoſpendere*, תלה, German. *auffhencken*, Gall. *pendre*, Hiſpan. *ahorcar*, κρεμάω, αἰωρέω, ſurſum pendo, appendo, aliquid ſurſum ligo, ut pendeat. *Virg. 4. Georg.* tignis nidum ſuſpendat hirundo. ¶ Sumitur etiam pro ſublevare, ſuſtollere, *alzare*. *Apul. l. 6. Metam.* Cum deberet manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſublevare, nullam mihi ferebat auxilium. ¶ Suſpendere ædificium, vel parietem, eſt in fornicem ſubſtruere, *fabbricar ſu volte, e archi*. *Cic. in Top. cap. 4.* Non ejus vitio, qui demolitus eſt, damnum factum eſt, ſed ejus operis vitio, quod ita ædificatum eſt, ut ſuſpendi non poſſet. ¶ Eſt etiam ſuſpendendo interimere, ſtrangulare, *appiccare*. Et conſtruitur vel cum ſimplici accuſ. *Cic. 5. Ver.* Centuripinum Dioclem, hominem locupletem, ſuſpendiſſe ſe conſtet. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Rab. perd. reo:* Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Cic. 5. Ver.* Hominem corripi, ac ſuſpendi juſſit in oleaſtro quodam. ¶ Vel cum ablat. & præp. *de*. *Cic. de Orat. l. 2. c. 69.* Quod diceret, uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *in*. *Ulpian. l. ſacrilegii, §. 1. ff. ad leg. Juliam peculatus:* Et ſcio, multos etiam ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nonnullos & vivos exuſſiſſe, alios vero in furcas ſuſpendiſſe. ¶ Item fulcire, *puntellare*. *Senec. l. 6. de benef. c. 15. ſub fin.* Agentem ex imo rimas inſulam incredibili arte ſuſpendit. ¶ Metonymice, ſeu metaleptice ponitur pro arare. Nempe quia terra, dum proſcinditur, ſurſum elevatur. *Virg. 1. Georg.* Tellurem tenui ſuſpendere ſulco. *Stat. l. 1. Theb. 4.* Litora tenere ſuſpendere. ¶ Tranſlate accipitur pro interrumpere, differre. *Liv. l. 39. c. 29.* Movit aliquantulum oratio Regis legatos. itaque media reſponſo rem ſuſpenderunt. *Ovid. 4. Faſt.* Dat tamen exequias, nec jam ſuſpendere fletum Suſtinet. *Quintil. l. 1. c. 8. de lectione pueri:* Sciat, ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, *pigliar fiato, far pauſe*. ¶ Item pro cohibere, ſiſtere. *Plin. l. 28. c. 7.* Mollis præterea ovorum candido liquore, madidaque lana frontibus impoſitum fluxionem oculorum ſuſpendit. ¶ Item pro incertum reddere, ſuſpenſum habere, *tenere ſoſpeſo*. *Curt. l. 9. c. 7.* Ea ipſa res omnium animos expectatione ſuſpenderat. *Sueton. in Tiber. cap. 24.* Nunc precantem Senatum, & procumbentem ſibi ad genua ambiguis reſponſis, & callida cunctatione ſuſpendens. ¶ *Suſpendere de paxillo*, tranſlate eſt parem, novum aliquid inſtituere, ducta tranſlatione a ſupellectile, quam, ubi emimus, domi ſuſpendere ſolemus. *Var. apud Non. c. 2. n. 649.* Ubi dicatur primus Zeno novam hæreſim novo paxillo ſuſpendiſſe. Ita exponit *Turneb. l. 15. Adverſar. c. 4.* ¶ Suſpendere naſo. V. Naſus.

Suſpenſio, onis, f. *fabbrica a volta*, opus fornicatum. *Vitruv. l. 5. c. 10. de fornace hypocauſti:* Ipſa per ſe ita flamma facilius pervagabitur ſub ſuſpenſione. ¶ Tranſlate ſumitur pro animi incertitudine. *Hirt. de bel. Afric. c. 48.* Exercitus ejus magis ſuſpenſione animi ante adventum Jubæ commovebatur. Pleique leg. *ſuſpenſiore animo*.

Suſpenſura, æ, f. opus a terra elevatum, & ſuſpenſum. *Vitruv. l. 5. c. 10. de balneis:* Suſpenſuræ caldariorum ita ſunt faciendæ, &c. *Senec. ep. 90. (al. 91.)* Quædam noſtra prodiiſſe memoria ſcimus, ut ſuſpenſuras balneorum, & impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor. h. e. balnea a terra ſubſtructionibus & pilis elevata, ut ſicciora ſint, & facilius calorem ſuſcipiant. Harum ſtructuram deſcribit *Pallad. l. 1. c. 40.* ubi quædam invenies locum *Vitruvii* citatum illuſtrantia. *Plinius l. 26. c. 3.* hujuſmodi balneas *penſiles* vocat.

Suſpenſus, a, um, *ſoſpeſo, elevato*, ἀπηωρημένος, μετέωρος, partic. a ſuſpendor. *Cic. 2. Agrar.* Romam in montibus poſitam, & convallibus, cœnaculis ſublatam, atque ſuſpenſam, &c. *Horat. l. 2. ſat. 8.* Interea ſuſpenſa graves aulæa ruinas in patinam fecere. *Terent. Phorm. 5. 6.* Suſpenſo gradu placide ire, *camminar in ponta de piedi*. *Liv. l. 8.* Suſpenſus reſtis membris ſe demiſit. *Plin. l. 20. c. 20.* Radicem ejus ſuo ſuſpenſam in collo gerere. *Senec. l. de Benef. 4. c. 12.* Et ſuſpenſo amici bonis libellum dejicio. Ubi *ſuſpenſo bona* dicit proſcripta, quæ venalia pendent in tabula. Alii leg. *ſuſpenſum amici bonis libellum*. *Colum. l. 12. cap. 52.* Suſpenſa mole olivam frangito. idest non vehementer, & toto pondere conterente quod ſubditum eſt. *Id. l. 3. cap. 13.* Neque enim parum refert ſuſpenſiſſimum eſſe paſtinatum, & ſi fieri poſſit, veſtigio quoque inviolatum. h. e. terram probe paſtinatam, & non conculcatam, qualis eſt, quæ recens arata, & ſubacta eſt. ¶ Eſt etiam cohibitus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 7.* Suſpenſæ diu lacrymæ fluxere, *trattenute*. ¶ Tranſlate ſumitur pro incerto, ac dubio. *Virg. 6. Æn.* Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo. *Cic. ad Conſulem, l. 13. Fam. epiſt. 1.* Ibi intelligebam, ſocios infirme animatos eſſe, & novarum rerum expectatione ſuſpenſos. *Tac. 1. Ann. c. 11.* Suſpenſa verba, *ambigue parole*. *Plin. l. 6. ep. 12. ad Fabatum:* Tu vero non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas. h. e. dubitanter, & timide. *Id. l. 20. epiſt. 40.* In ſuſpenſo relinquere. ¶ Item pro ſollicito, anxio. *Liv. l. 8. c. 13.* Inter ſpem, metumque ſuſpenſos animos habetis. *Hirt. de bel. Afric. c. 48.* Suſpenſiore animo commoveri. *Propert. l. 3. eleg. 5.* Suſpenſis auribus iſta bibam, *con orecchie attente*. ¶ Suſpenſus ſomnus dicitur pro levi, inquieto, in quo mens curis eſt fatigata, cui contrarius eſt profundus ſomnus. *Cic. 1. Tuſc. ex poeta.* Mater, te appello, tu, quæ curam ſomno ſuſpenſo levas.

Suſpicabilis, le, adject. *pieno di ſoſpetto, e dubbio*. *Arnob. l. 2.* medicinam vocet artem ſuſpicabilem.

Suſpicatrix, icis, f. *ſoſpettoſa*. *Var. l. 6. de L. L.*

Suſpicax, acis, o. 3. idem quod ſuſpicioſus. *Liv. l. 40. c. 14.* Minime malus, ac ſuſpicax frater. *Tac. l. 1. Ann. cap. 14.* Etiam Q. Haterius, & Mamercus Scaurus ſuſpicacem animum perſtrinxere. *Id. l. 3. Ann. c. 11.* Iis haud alias intentior populus plus ſibi in Principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentii permiſit.

Suſpicio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare in ſu*, ἀναβλέπω, ſurſum aſpicio. *Cic. 3. Tuſc. c. 25.* Et aſtra ſuſpeximus, tum ea, quæ ſunt infixa certis locis, tum illa non re, ſed vocabulo errantia. *Idem in Somn.* Aliquantoque poſt ſuſpexit in cœlum. ¶ Tranſlate ſumitur pro admirari, venerari, quaſi ſupra nos aſpiciamus illum eſſe collocatum, quem admiramur. *Cic. 2. Offic.* Itaque eos viros ſuſpiciunt, maximiſque efferunt laudibus. *Id. in Orat. de eloquentia:* Quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. ¶ Suſpicere etiam ſignificat ſuſpectum habere. *Salluſt. in Jugur.*, ut refert *Non. c. 4. n. 438.* Per idem tempus Bomilcar ſuſpectus Regi, & ipſe eum ſuſpiciens, novas res cupere, ad perniciem ejus dolum quærere.

Suſpicio, onis, *ſoſpizione, ſoſpetto*, Germ. *argwohn*, Gall. *ſoupçon*, Hiſp. *ſoſpecha*, ὑποψία, actus ſuſpicandi. *Plaut. Pſeud. 1. 5. 149.* Suſpicio mihi non eſt, eos ſuſpicere, &c. *Cic. 1. Fin.* Pleramque improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atque fama, tum accuſator, tum judex. *Id. 7. Att. ep. 8.* Suſpicionem afferre. *Id. pro Cluent. c. 38.* Suſpicionem injicere alicujus rei. *Id. pro Cœl. c. 4.* Dare locum ſuſpicioni. *Id. 2. Fam. epiſt. 16.* Movere ſuſpicionem alicui, *dar ſoſpetto*. *Id. Ver. 7. c. 4.* Venire in ſuſpicionem. *Id. in Vatin. c. 1.* In ſuſpicionem venire. *Id. de Aruſp. reſp. c. 17.* Multi ſunt, in quos hujus malefici ſuſpicio cadat. *Auct. ad Heren. l. 4. cap. 27.* Facere ſuſpicionem. Rurſus *Cic. pro Cluent. c. 43.* Ponere aliquem in ſuſpicione. *Id. pro Cœl. c. 10.* A ſuſpicione abeſſe. *Id. pro Roſc. Am. cap. 10.* In eo ne nulla ſubeſt ſuſpicio. ¶ *Habere ſuſpicionem*, eſt in ſuſpicione eſſe. *Cic. Att. l. 16. epiſt. 4.* Navigatio habet ſuſpicionem periculi. *Nep. in Epamin. c. 6.* Habebat Menedides ſuſpicionem adulterii. ¶ Significat etiam ſuſpicari, *ſoſpettare*. *Cic. ad Pompej. l. 8. Attic. poſt epiſt. 11.* Cum ad te litteras miſiſſem, ſuſpicionem nullam habebam, te reip. cauſa mare tranſiturum. ¶ Ponitur interdum ſuſpicio pro levi cognitione, opinione, conjectura. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 23.* Eſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio deorum ſit. *Id. 3. de nat. Deor. c. 15.* Illam intelligentiam non modo comprehendere animo, ſed ne ſuſpicione quidem poſſum attingere. ¶ Habet hoc verbum antepenultimam longam. Ratio hujus moduli eſt, quod per Syncopen factum eſt ex *ſuſpicatio*. *Martial. l. 11. ep. 46.* Obliviſcere, minimæ ſiqua eſt ſuſpicio ſimæ. Reperitur tamen etiam penult. brevis in verſibus *Cornelio Nepoti* falſo tributis. Suſpicione, Potis, ne credito, ludimur, inquit.

Suſpicioſe, adverb. ὑπόπτως, ſuſpicionem injiciendo, *dando ſoſpetto, e stando in ſoſpetto*. *Cicer. de Nat. Orat. 1. 34.* Suſpicioſius dicere, & criminoſius. *Quint. l. 4. c. 2.* Narrare aliquid ſuſpicioſe.

Suſpicioſus, a, um, *ſoſpettoſo*, Germ. *argwohnig*, Gal. *ſoupçonneux*, Hiſp. *ſoſpechoſo*, ὑποπτευτικός, qui pronus eſt ad ſuſpicionem, qui multa detrahi-

Digitized by Google

crebitur ſuſpicionibus. *Cic.* 7. *Ver.* An te, id, quod fieri ſolet, conſcientia timidum, ſuſpicioſumque faciebat? *Id. pro Plac.* In tam ſuſpicioſa, ac maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. ¶ Sumitur etiam paſſive pro eo, qui ſuſpectus eſt, ſeu de quo ſuſpicio habetur. *Cic.* pro *Roſc. Amer.* Verum id, quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ judicatote. *Id. pro Plac.* c. 3. Suſpicioſiſſimum negotium. ¶ Suſpicioſa mula, quæ neſcio quid ſemper ſuſpicatur, & timet, *ombroſa*. *Col. l.* 6. c. 38. Suſpicioſæ mulæ ſanguis detrahitur. Alii legunt *ſuſpirioſa*.

Suſpicitèr, adv. *con ſoſpetto*. Uſurpatur a *Non.* c. 4. n. 337.

Suſpico, as, a. 1. idem quod ſuſpicor. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 42. Ne memores, aut ſuſpices. Alii leg. *ſuſpicere*. Adde *Men.* 3. 9. 22. ſed ibi quoque dubia eſt lectio.

Suſpicor, aris, d. 1. *ſoſpettare*, Ger. *argwohnen*, Gal. *ſoupçonner*, Hiſp. *ſoſpechar*, ὑπονοέω, ὑποπτεύω, ſuſpicionem habeo, puto, opinor. Eſt a *ſub*, & *ſpecio*. *Cic.* 3. *Ver.* Hoſpes janitor, qui nihil ſuſpicaretur. *Id. Att. l.* 9. Scribe, non modo ſi quid ſcies, aut audieris, ſed etiam ſiquid ſuſpicabere. *Id. in Brut.* Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari. *Id.* 1. *de nat. Deor.* In quo neque figuram divinam, neque ſenſum quiſquam ſuſpicari poteſt. *Cæſ. l.* 8. *B. G.* Tamen id conſilium cum fugæ cauſa initum ſuſpicaretur.

Suſpiratio, onis, f. actus ſuſpirandi. *Sen. l.* 7. *de ira*. Sentiet itaque ſuſpirationes quaſdam, & umbras affectuum. *Plin. in praf.* Inde illa nobilis M. Ciceronis ſuſpiratio: O te felicem, M. Porci. h. e. exclamatio.

Suſpiratus, us, idem quod ſuſpirium. h. e. actus ipſe ſuſpicandi. *Ovid.* 14. *Met.* v. 129. Reſpicit hunc vates, & ſuſpiratibus hauſtis, Nec Dea ſum, dixit.

Suſpiratus, a, um, adject. *innanzi con ſoſpiri*. *Sil. l.* 13. v. 82. Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis Ledæos referam fratres?

Suſpirioſe, *adv. con aſma*. *Colum. l.* 7. c. 5. *de ovibus*. Suſpirioſe laborantibus auriculæ ferro reſcindendæ.

Suſpirioſus, a, um, *aſmatico*, ἀσθματικός, qui ſpirandi difficultatem patitur. *Plin. l.* 23. c. 7. Siccæ fici utiles anhelantibus, & ſuſpirioſis.

Suſpiritus, us, m. *ſoſpiro*. *Liv. l.* 30. c. 15. Cum crebro ſuſpiritu, ac gemitu aliquantum temporis conſumpſiſſet. *Plaut. Merc.* 1. 2. 4. Enicato ſuſpiritus. h. e. iſtas crebras anheli pectoris reſpirationes pervince animi firmitudine. ¶ Adducunt quidam alia inſuper loca tum ex ipſo *Plauto*, tum etiam ex *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 18. ſed ubique lectio variat.

Suſpirium, ii, n. *ſoſpiro*, אנחה, Ger. *ſeuffzen*, Gal. *ſoupir*, Hiſp. *ſoſpiro*, στεναγμός, στοναχή, ſuſpiratio, hoc eſt ab imo pectore ſpiratio, quæ plerunque doloris, & curarum ſignum eſt. *Cic. Tuſc.* 4. c. 34. Sine ſolicitudine, ſine deſiderio, ſine cura, ſine ſuſpirio. *Ovid.* 10. *Met.* Myrrha, patre audito, ſuſpiria duxit ab imo Pectore. *Col. l.* 6. c. 14. Interdum tumore palati cibos reſpuit, crebrum ſuſpirium facit. ¶ Eſt etiam morbi quoddam genus reſpirationem infeſtans, *aſma, difficoltà di reſpirare*. *Senec. ep.* 54. Uni morbo quaſi aſſignatus ſum, quem quare Græco nomine appellem, neſcio: ſatis enim apte dici ſuſpirium poteſt. V. *Mercur. Mercurial. l.* 6. *var. lect.* c. 16.

Suſpiro, as, n. 1. *ſoſpirare*, אנח, Ger. *ſeuffzen*, Gal. *ſoupirer*, Hiſ. *ſoſpirar*, στένω, ſpiritum ab imo pectore traho, quod ſolicitudinis, aut doloris argumentum eſt. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 18. Reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut jocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. *Ovid. epiſt.* 10. Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore. ¶ Per tranſlationem accipitur pro deſiderare, & ſic fere accuſativo jungitur. *Juven. ſat.* 11. Suſpirans longo non viſam tempore matrem. *Tibul. l.* 4. *eleg.* 3. Quod ſi forte alios jam nunc ſuſpirat amores. ¶ Vel etc. cum præp. in. *Ovid.* 1. *Faſt.* Hanc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam. Suſpirare, etiam eſt ſurſum expirare, exhalare, emittere. *Lucan. l.* 6. Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec ventos tenues ſuſpirat Anauros. Adde *Sil. l.* 12. v. 136.

Suſque, V. *ſupra poſt* Sus.

Suſſilio, V. Subſilio.

Suſſulto, V. Subſulto.

Suſtendo, dis, a. 3. Suſtendere inſidias. h. e. clam tendere, quidam legunt apud *Salluſt. in Jugur.* c. 113. ubi alii rectius *tendere*.

Suſtentaculum, i, n. *ſoſtentacolo*, ἔρεισμα, fulcimentum, quod aliquid ſuſtinet. *Tacit.* 2. *hiſtor.* c. 28. Sin victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, columen in Italia verteretur, &c.

Suſtentatio, onis, f. *dilazione*, dilatio. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 49. Utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, utrum habeat aliquam moram, & ſuſtentationem. ¶ Eſt etiam Rhetoricum ſchema, Græce παράδοξον. *Quintil. l.* 9. c. 2. Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum ſubjungimus, quod & per ſe ſchema eſt, ut in Verrem Cicero: quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut prædam aliquam? deinde cum diu ſuſpendiſſet judicum animos, ſubjecit quod multo eſſet improbius. hoc Celſus ſuſtentationem vocat. Eſt autem duplex, &c. V. ibi cætera.

Suſtentatus, us, m. actus ſuſtentandi. *Apulej. in Apolog.* Levia ſuſtentatui, gravia demerſui. *Auſon. in periocb.* 5. *Odyſſ. Homeri*. Cujus illa ſuſtentatu ad uſque Phæacum litus evadit.

Suſtentatus, a, um, *ſoſtentato*, partic. a ſuſtentor. *Cic. pro Mur.* Cui Reſpublica a me uno traditur ſuſtinenda, magnis meis laboribus ſuſtentata. *Lucret. l.* 5. *n.* 96. multoſque per annos Suſtentata ruet moles, & machina mundi.

Suſtento, as, a. 1. *ſoſtentare*, *ſoſtenere*, סמך, Ger. *auffenthalten*, Gal. *ſoutenir*, *ſoſtenter*, Hiſp. *ſoſtentar*, ἀνέχω, crebro, multumque ſuſtineo, fulcio, conſervo, a *ſurſum*, & *teneo*. *Virg.* 10. *Æn.* Huic frater ſubit Alcanor, fratremque ruentem ſuſtentat dextra. *Cic.* 2. *Off.* c. 24. Sed valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſervatione earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe. ¶ Suſtentare ſe, eſt fortem animum in rebus adverſis gerere, & fortunæ non ſuccumbere. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 4. Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Terentia, ut potes. *Id. Att. l.* 3. Me vix, miſereque ſuſtento. ¶ Specialiter ponitur pro alere, ſeu reficere, & egeſtatem alicujus ſublevare. *Terent. Adelph.* 3. 4. 36. Solus omnem familiam ſuſtentat. *Cic. de provinc. conſul.* c. 5. Qui ſe etiam nunc ſubſidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate ſuſtentant. ¶ Item pro conſolari, recreare, reficere. *Cic. Att. l.* 3. Terentiam unam omnium ærumnoſiſſimam ſuſtentas tuis officiis. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 4. præclare conſcientia ſuſtentor, & recreor. ¶ Item pro tolerare, perferre, patienter ferre. *Cic. in Piſon.* Cum ſuſtentare vix poſſes mœrorem tuum, doloremque deceſſionis. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* c. 17. Et pecore a longinquioribus vicis adacto extremam famem ſuſtentarent. ¶ Item pro differre. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 7. Ædificationem Arcani ad tuum adventum ſuſtentari placebat. Sic ſuſtentare aciem, eſt cohibere ne ad pugnam progrediatur, & certamen differre. *Hirt. de Bello Afric.* c. 82. Dubitante Cæſare, ſibique eruptione pugnari non placere, clamitante, & etiam atque etiam aciem ſuſtentante, ſubito dextro cornu, tubicen a militibus coactus canere cœpit. ¶ Significat etiam pugnantes in acie milites adhortari, confirmare. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 65. Cæcina dum ſuſtentat aciem, ſuffoſſo equo delapſus circumveniebatur.

Suſtineo, es, nui, entum, a. 2. *ſoſtenere*, סמך, Germ. *auffhalten*, Gal. *ſoutenir*, *endurer*, Hiſp. *ſoſtener*, βαστάζω, ὑφίσταμαι, ἀνέχω, ſuſtento, fulcio, tueor, conſervo, a *ſurſum*, & *teneo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ex quo concluditur, cum omnes mundi partes ſuſtineantur calore, &c. *Plin. l.* 12. c. 13. Vineæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 486. Suſtinet immundum ſima capella marem. *h. e.* inſcendentem ſe ad coitum patitur. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro tueri, defendere. *conſervare*. *Cic.* 4. *Acad.* Philo ea ſuſtinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur. *Id.* 7. *Verr.* Videbat illis monarchis teſtibus tantum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe. *Id. pro Dom.* Qui non ſolum conſiliis ſuis, ſed ſpecie ipſa dignitatem Reipublicæ ſuſtinent. *Id. pro Rab. Poſth.* Labentem excepit, corruere non ſivit, fulſit, & ſuſtinuit, re, fortuna, fide, hodieque ſuſtinet. ¶ Item pro alicui rei parem eſſe, rei ſe congruenter gerere. *Cic. poſt red. in Sen.* Quorum mentes anguſtæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris, ac ſordibus nomen ipſum Conſulatus, magnitudinem tanti imperii nec intueri, nec ſuſtinere, nec capere potuerunt. ¶ Item pro exercere, exhibere, repræſentare. *Cic.* 2. *de Or.* Tres perſonas unus ſolus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meam, adverſarii, judicis. ¶ Per tranſlationem quoque uſurpatur pro non cedere alicui in quacunque re, reſiſtere. *Cic.* 3. *Off.* Cum Perſæum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere. *Id. Caſſio*, *l.* 15. *Fam. ep.* 14. Abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebit. *Ovid.* 5. *Faſt.* v. 75. Et Numitor dixiſſe poteſt: Da, Romule, menſem Hunc ſenibus, nec avum ſuſtinuiſſe nepos. *h. e.* reſtitiſſe, ejus voluntati, poſtulata negaviſſe. ¶ Item pro tolerare, ferre, perferre. *Cic.* 3. *Phil.* O Dii immortales, quis hujus potentiam poterit ſuſtinere? *Brutus Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 10. Non, ſi Varronis theſauros haberem, ſuſtinere ſumptum poſſem. *Plin. l.* 2. *ep.* 12. Et cur, inquit, me putas hos tantos dolores tamdiu ſuſtinere? ¶ Item pro alere, reficere, egeſtatem ſublevare. *Virg.* 2. *Georg.* Hinc patriam, parvoſque nepotes Suſtinet. *Liv. l.* 39. c. 9. Meretriculæ munificentia ſuſtinebatur. ¶ Item pro reprimere, cohibere, compeſcere, retinere. *Cæſ. l.* 4. *B. G.* Ut in declivi, ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari, ac flectere didicerint. *Cic.* 4. *Acad.* Cum ſe a reſpondendo, ut aut approbet, aut reprobet quid, ſuſtineat, ut neque neget aliquid, neque ajat. *Id. ibid.* Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temere proceſſerit. *Liv. l.* 41. Suſtinebant acie, ne in permixtos hoſtibus ſuos conjicerent. *Tacit.* 3. *Hiſt.* c. 23. Suſtinuit labentem aciem Antonius. *h. e.* retinuit, ne fugæ ſe daret. ¶ Item pro differre. *Liv. l.* 5. Compreſſique a Centurione, quem ſibimet ipſi præfecerant, rem in noctem ſuſtinuere. *Id. l.* 3. c. 62. Suſtinuit conſilio bellum. ¶ Item pro poſſe, audere. *Ovid.* 4. *Faſt.* Nec jam ſuſpendere fletum Suſtinet. *Suet. in Calig.* c. 30. Hanc ut crudeliſſimam eadem & deflevit edicto, & eos, qui ſpectare ſuſtinuiſſent, execratus eſt.

Suſtollo, is, ſuſtuli, ſublatum, a. 3. *ſollevare*, *alzare*, נשא, Ger. *auffheben*, Gal. *elever en haut*, Hiſp. *alçar*, ἀναφέρω, ἀναίρω, ſurſum tollo, attollo, in altum erigo. Fere uſurpatur in præteritis, quæ communia ſunt cum verbo *tollo*, quod V. Non deſunt tamen etiam aliorum temporum exempla. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 136. Age, ſuſtolle hoc amiculum. *Id. ibid.* 5. 3. 45. Græcæ ſunt hæ columnæ, ſuſtolli ſolent. *Catull. in Argon. ſeu de nupt. Pel. & Thet.* v. 235. Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes. *Cic. pro Dejot.* c. 10. Dejotarum cum plures in equum ſuſtuliſſent. *Virg.* 2. *Æn.* v. 153. Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. ¶ Ponitur etiam pro ſuſcipere, tollere (V. *Tollo*) ut cum dicimus quempiam ex uxore liberos ſuſtuliſſe. Nam quemadmodum mater dicitur peperiſſe, ita pater ſuſtuliſſe. *Cic. Phil.* 13. c. 10. Qui ex Fadia ſuſtulerit liberos. ¶ Nonnunquam pro educare. *Cic.* 3. *Tuſcul.* c. 13. Ego cum genui, tum morituros ſcivi, & ei rei ſuſtuli. *Virg.* 9. *Æn.* Mæonio Regi quem ſerva Lycimnia furtim Suſtulerat. ¶ Nonnunquam pro necare, auferre de medio, perdere, ſubvertere. *Cic. de Divin. l.* 1. c. 3. Xenophanes divinationem funditus ſuſtulit. *Id.* 1. *Off.* Majores noſtri Carthaginem funditus ſuſtulerunt. *Id. Att. l.* 15. *ep.* 10. Eam rem Servilia ſublaturam ex ſenatus conſulto ſe eſſe dicebat. *Sueton. in Nerone*, c. 39. ex Petta. Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. *Priore* loco ſumitur pro *necare*, poſteriora pro *portare*. ¶ Item pro efferre, extollere. *Liv. l.* 28. c. 5. Suſtulerant animos Ætoli poſt Attali adventum.

Suſum, idem ac ſurſum, apud vet. *Cato* c. 157. *R. R.* Ita ſubducito ſuſum animam, quam plurimum poteris. Legitur etiam apud *Plautum* non ſemel in quibuſdam MSS. teſte *Pareo in Lex. Crit.*

Suſurramen, inis, n. ſuſurratio. *Apulej. l.* 1. *Maleſ. ſub init.* Magico ſuſurramine amnes agiles reverti. *Martian. Capel. l.* 7. Hilaro ſuſurramine reſpondere.

Suſurratim, adverb. *con voce baſſa*. *Martian. Capel. l.* 6. Alicui ſuſurratim decenter arridere.

Suſurratio, onis, f. *ſecreta mormorazione*, ψιθυρισμός, actus ſuſurrandi. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 1. Quod ad Cæſarem attinet, crebri, & non belli de eo rumores: ſed ſuſurrationes duntaxat veniunt. h. e. ſecretæ inter paucos de Cæſare obtrectationes, & colloquia. Alii leg. *ſuſurratores*.

Suſurrator, V. dictionem præcedentem.

Suſurro, onis, m. *ſuſurratore*, *mormoratore*, ψιθυρός, ψιθυριστής, qui occulte maledicendo odium in aliquem, aut diſſenſionem molitur, obtrectator, delator. Cauſam nomini præbuit, quod delatores, ne exaudiri poſſint, in aures ſoleant ſuſurrare. *Sidon. l.* 3. *ep.* 7. Aures mariti ſuſurronum face completas opportunitate falſi ſermonis eruderat.

Suſurro, as, n. 1. *ſuſurrare*, *mormorare*, ψιθυρίζω, lenem, & ſubmiſſum ſtrepitum edo, qualis eſt aut apium murmur, aut aquæ molliter defluentis, aut venti leviter ſpirantis. *Virg. in Culice:* Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lymphæ. *Id.* 4. *Georg.* v. 260 *de apibus*. tractimque ſuſurrans. ¶ Sumitur etiam pro ſubmiſſa voce loqui, pro clanculum dicere, *parlare ſotto voce*, לחש, Ger. *pfiſpen*, Gal. *murmurer entre ſes dents*, Hiſp. *zumbar*, *murmurar*, ψιθυρίζειν. *Ter. Andr.* 4. 3. Jam ſuſurrari audio, civem Atticam eſſe hanc. *Ovid. epiſt.* 18. Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro.

Suſurrum, i, n. idem ac ſuſurrus. *Ovid.* 7. *Met.* v. 825. Procrin adit, linguaque refert audita ſuſurra.

Suſurrus, ri, m. *ſuſurro*, *mormorazione*, *mormorio*, לחש, Ger. *geruſch*, Gal. *bruit*, *murmure*, Hiſ. *zumbo*, ψιθυρισμός, parvum, & ſubmiſſum murmur. *Cic.* 4. *Tuſc.* Leviculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt, inſuſurrantiſque alteri, &c. *Hor. l.* 1. *od.* 9. Leneſque ſub noctem ſuſurri. ¶ Sumitur interdum pro clandeſtina obtrectatione, ſeu delatione. *Plin. in Paneg.* c. 62. Ne reſpiceris clandeſtinas exiſtimationes, nulliſque magis, quam audientibus inſidioſos ſuſurros. ¶ In quarta declinatione effert *Apulej. l.* 3. *Florid.* Vox, inquit, hominis & fiſtula ſuſurru jucundior, & buccina ſignificatu longinquior.

Sutates, m. 3. idem ac ſutores, quaſi continue ſuentes, vel ſtantes in ſutrina. *Plaut. Aul.* 3. 5. 39. Calceolarii, ſutates, diabathrarii. Sic eſt in quibuſdam MSS. Editi libri plerique habent *ſutores*.

Sutela, æ, f. *aſtuzia*, doloſa aſtutia, techna callide conſuta, a *ſuo*, *per*

per Metaphoram, ut *cautela* a *caveo*, *ſuadela* a *ſuadeo*, quemadmodum Græci dicunt κασσύειν, & συρράπτειν δόλους, imo & *Plautus* conſuere dolos. *Feſt.* Sutelæ, doloſæ aſtutiæ, a ſimilitudine ſuentium dictæ ſunt. *Plaut. Capt.* 5. 2. 33. Atque ob ſutelas tuas te morti miſero.

Sutrina. V. Sutrina.

Sutilis, & le, o. 3. *cucito*, *rappezzato*, ῥαπτὸς, *ſuevit*, quod conſutum eſt, a *ſuo*. *Virg.* 6. *Æn.* Gemuit ſub pondere cymba Sutilis. *Id.* *l.* 12. Tegitur quæ ſutilis alvo Balteus. *Martial. l.* 9. *ep.* 93. Sutilis aptetur decies roſa crinibus. h. e. in modum coronæ compacta.

Sutor, oris, m. *calzolaio*, ῥάπτης, qui calceos ſuit. *Cic. pro Planco c.* 7. Se velle dixit, id ſutorem, & zonarii conclamarunt. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *de Apelle*: Feruntque a ſutore reprehenſum, quod in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas; eodem poſtero die ſuperbo amendatione priſtinæ admonitionis cavillante circa crus, indignatum proſpexiſſe, denunciantem, ne ſupra crepidam ſutor judicaret: quod & ipſum in proverbium venit.

Sutoritius, a, um, adject. idem ac ſutorius, ut ſutoritium atramentum, *Marcell. Empir. c.* 8.

Sutorius, a, um, ῥαπτικὸς, quod ad ſutorem pertinet. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Noſtri enim, credo, graves habent Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem. ¶ Atramentum ſutorium, χάλκανθος, χάλκανθον, idem ac chalcanthum, quod vulgo vitriolum dicimus, a perſpicuitate vitrea. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Græci cognationem æris nomine fecerunt & atramento ſutorio: Appellant enim chalcanthum. *Celſus l.* 5. *c.* 1. Atramentum ſutorium, quod Græci χάλκανθον appellant. V. *Plin. l. c. Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 21. Jam pater ejus accuſatus a M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. *Paullus Manutius* abſolvi atramento ſutorio putat idem eſſe, quod voluntaria morte a damnationis judicio liberari. Nam *Galenus l.* 13. *Meth. c.* 20. nominat chalcanthum inter ea, quæ habent δύναμιν φθαρτικὴν, ideſt vim corrumpendi. *Eraſmo* id proverbium viſum eſt, ac putabat idem eſſe, quod judicium corrumpere: quia, ut obſcuræ ſunt literæ atramento ſutorio ſcriptæ, ſic in judicio Carboniano obſcuræ de eo fuerint judicum ſententiæ. *Turnebus l.* 6. *c.* 4. ſententiam eſſe vult, ut ſutorium atramentum nigras ducit maculas, ſic eum maculoſo, & infami judicio a corruptis judicibus abſolutum eſſe.

Sutriballus, i, m. ſutor, qui ruptos calceos reconcinnat. *Vetus Juvenalis Scholiaſt. ad ſat.* 3. Conſuto vulnere: a ſutriballo ſutus.

Sutrina, æ, f. 1. *bottega da calzolaio*, Ger. *ſchuſter werckſtat*, Gal. *boutique de cordonnier*, Hiſp. *tienda de çapatero*, ῥαπτεῖον, officina ſutoris, in qua calcei fiunt. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Tonſtrinas, ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia. ¶ Adjective *Tacit.* 15. *Ann. c.* 34. Tabernæ ſutrinæ alumnus. Sic *Plin. l.* 7. *c.* 56. Fulloniam artem Nicias, (invenit) ſutrinam Boethius. ¶ Videtur etiam pro ipſa ſutoris arte abſolute poni. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 760. Qui ſutrinas facere inſcius, nihil homo agit. Eſt qui legit *ſutrinum* eodem ſenſo.

Sutrinum, i, n. 2. ars ſutrina. *Sen. ep.* 91. (al. 90.) Quin ſutrinum quoque inventum a ſapientibus diceret.

Sutrinus, a, um, adject. V. in *Sutrina*.

Sutrium, n. 2. *Sutri*, col. & urbs Hetruriæ, ad fl. *Poggolo*, rupibus undique cincta. Cum Sutrini a Romanis defeciſſent, ad eos compeſcendos Camillus miſſus eſt, qui ut celeritate eos opprimeret, juſſit, milites trium dierum commeatum ſecum ferre. *Liv. l.* 6. Hinc prov. *Quaſi Sutrium eant*, apud *Plaut. in Caſ.* 3. 1. 10. & apud *Feſt.* cum quid celeriter fit, & inſtructe.

Sutrius, a, um, adject. ad Sutrium urbem pertinens. *Silius l.* 8. *v.* 491. Sabatia quique ſtagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta.

Sutūra, æ, f. *cucitura*, ῥαφὴ, ῥαφὶς, actus ſuendi. *Liv l.* 38. *c.* 29. Sed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum. *Celſ. l.* 5. Suturæ oras jungit, quæ ex ipſo quidem inter ſe contingere ex toto debent. ¶ Tranſlate etiam de aliis rebus dicitur, pro commiſſura, qua partes junguntur. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Raro calvaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atque a dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris quo pauciores ſunt ſuturæ, eo capitis valetudo commodior eſt.

Sutus, a, um, *cucito*, partic. a *ſuo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Cultus dico agrorum, extructioneſque tectorum, tegumenta corporum vel texta, vel ſuta, omnemque fabricam æris, & ferri. *Virg.* 4. *Georg. v.* 33. Seu corticibus ſuta, ſeu vimine texta alvearia.

Suus, a, um, *ſuo*, Ger. *ſein*, Gal. *ſon*, Hiſp. *ſu*, *ſuyo*, ἑὸς, ὃς, σφέτερος, pronomen reciprocum derivativum. Olim erat *ſos*, *ſa*, *ſum*, ut eſt apud *Feſt. Cic.* 5. *Tuſc. de beſtiis*: Nonne pro ſuo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident? *Id. pro Quint. c.* 9. Alphenus utebatur populo ſane ſuo. h. e. ſibi favente. *Id. Attic. l.* 14. *ep.* 12. Octavius, quem ſui Cæſarem ſalutant, *i ſuoi fautori*. *Horat. epod.* 9. Ventis iturus non ſuis. h. e. non ſecundis. *Rurſus Cic.* 2. *Agrar.* Petere conſulatum anno ſuo. *h. e.* tempore legitimo. *Id.* 5. *Verr. c.* 60. Scandilius dicit, ſe ſuo tempore redditurum. *a ſuo tempo*. *Modeſtin. l.* 26. *Dig. de negot. geſt.* Ex duobus fratribus uno quidem ſuæ ætatis, alio vero minore annis. h. e. majore 25. annis, quæ ætas legitima dicitur. *Rurſus Cic. de clar. Orat. c.* 1. Hortenſius ceſſit a vita ſuo magis, quam ſuorum civium tempore, *quanto a ſe*, *maturo*; *ma troppo preſto per i ſuoi cittadini*. *Id.* 2. *de Fin. c.* 4. Qui ſciet, ubi quidque politum ſit, is etiam, ſi quid obrutum erit, poterit eruere, ſemperque eſſe in diſputando ſuus. h. e. ſibi conſtans. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 3. Ancilla mea quæ fuit hodie, ſua nunc eſt. h. e. ſui juris, *libera*. *Ulpian. l.* 7. *Dig. quibus ex cauſ.* Furioſus hanc venditionem pati non poteſt, quia non ſe occultat, qui ſuus non eſt. h. e. compos mentis. *chi è fuor di ſe ſteſſo*. ¶ Interdum ei additur *ſibi*, nulla neceſſitate, ſed tantum veluti cujuſdam feſtivitatis gratia. V. *Sui*. ¶ Eodem modo jungitur interdum cum *proprius*. *Liv. l.* 5. *c.* 70. Ni ſuo proprio eum prælio exceptum equites reſtituiſſent. ¶ Uſurpatur in neutro gen. more ſubſtantivi. *Cic. Att. l.* 6. Sed ii ſuum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu. *h. e.* ſuam rem, ſuas opes. *Id. pro Quinct.* Ut ad ſuum quiſque quamprimum ſine cujuſquam dedecore, infamiaque perveniat. h. e. quod ad ſe pertinet. ¶ Reperitur quoque pro *ejus*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 2. Non deſtiti rogare, & petere mea cauſa, ſuadere, & hortari ſua. *Id. eod. l.* 10. *ep.* 11. Indulſit illi quidem ſuus pater ſemper. Adde *pro Quint. c.* 17. ¶ Item pro *ſui*. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 40. Jam hic me abegerit ſuo odio. Alii tamen exponunt *ſua iracundia*. ¶ Aliquando ſumitur pro proprio. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 52. Velle ſuum cuique eſt. *Cic. pro Roſc. Am.* Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat. ¶ Componitur ſæpe cum *pte*, & ſignificat ſuum ipſius, ſeu proprium. *Plaut. Merc.* 5. 4. 9. Suapte culpa. *In argum. Rudentis*. Suapte patria. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ut terrena, & humida ſuopte nutu, & ſuo pondere in terram, & in maria ferantur. *Liv. l.* 1. Suopte ingenio. ¶ Item cum *met*, & idem notat. *Tac. l.* 14. Suomet ipſi metu conflictabantur. *Sall. in Jug.* Neceſſe eſt ſuomet ipſi more præcipites eant. ¶ *Suum* pro *ſuorum*, *Terent. Adelph.* 3. 3. 57. Eſt ſimilis majorum ſuum.

Syagros, *Cap. Fartak*, ſeu *Cap. Jachaler*, prom. Arabiæ Fel. in ora maris Rubri ad Or. inter fauces ſin. Arabici & ſin. Perſici. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Sybăris, is, m. *Sabaro*, *Coſcile*, fl. Magnæ Græciæ. Oritur ex finibus Bruttiorum, apud Muranum, al. ex Apennino monte, in Calabria citeriore, ac in ſinum Tarentinum non longe a Crathi ſe ſe exonerat. Ejus aqua oves, & boves nigros facit, ſicut contra Crathis albos, teſte *Plinio l.* 31. *c.* 2. Facit etiam bibentes ſternutare, ut *Strabo narrat l.* 6. ¶ Præterea Sybaris, Σύβαρις, urbs eſt Magnæ Græciæ, in ora ſinus Tarentini, ad oſtia Sybaris, al. inter oſtia Sybaris, & Crathis fl. juxta Thurium poſt illius excidium aedificatum. Condita fuit a Trœzeniis, teſte *Solino*. Alii ſcribunt ab Achivis confecto bello Trojano fuiſſe conditam. Quondam clariſſima fuit, & tam potens, ut quatuor gentibus vicinis imperarit, & viginti quinque urbibus. *Ovid.* 15. *Met.* Præterit A Sybarim, Salentinumque Neæthum.

Sybaritæ, arum, m. Συβαρῖται, cives urbis Sybaris in Magna Græcia. Deliciis deditì fuere præ omnibus aliis populis, erantque ingenioſiſſimi omnium voluptatum architecti. *Quintil. l.* 3. *c.* 9. Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio foret. ¶ Traditur hiſce fuiſſe conſuetudo, ut convivas in proximum annum invitarent, ne ſpatium interim deeſſet, aut convivatori conquiſitis terra, marique deliciis epulas extruendi, aut convivis ipſis corpus auro, gemmiſque exornandi. Hinc *Menſa Sybaritica* in proverbium abiit, ſicut & *Syracuſana*, ut *Suidas* auctor eſt. Iidem inſtituerunt, Suida referente, ut equi ad tibiæ cantum ſaltare condiſcerent. Sic otio, & deliciis operam dabant, ut nullas artes, quæ ſonum ederent, nulloſque gallos in urbe eſſe vellent. Fuere etiam ſummæ faſtuoſi. Hinc adagium, *Sybarita per plateas* apud *Eraſm.* Hi poſtremo adverſus Crotoniatas bello ſuſcepto, cum trecenta hominum millia in aciem eduxiſſent, turpiſſime tamen victi, omneſque cum urbe ſua ſunt deleti. Unde ortum eſt proverbium, *Sybaritica calamitas*, ut *Stephanus* ſcribit: qua de re & *Athenæus l.* 12. verba facit.

Sybaritānus, a, um, Συβαριτανὸς, quod ad Sybaritas ſpectat. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Docilitas tanta eſt, ut univerſus Sybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moveri ſolitus inveniatur.

Sybariticus, a, um, adject. idem quod Sybaritanus. Sybaritici libelli dicuntur, qui laſcivis rebus pleni ſunt, & obſcœni argumenti. *Martial. l.* 12. *ep.* 97. Muſæi pathicſſimos libellos, qui certant Sybariticis libellis. ¶ Sybaritica menſa. V. Sybaritæ.

Sybaritis, idis, f. Συβαρῖτις, opus Hemitheonis cujuſdam cynædi de generibus voluptatum, & obſcœnarum deliciarum, a Sybaritis populis. *Ovid. de Triſtib. l.* 2. *v.* 417. Nec qui compoſuit nuper Sybaritida, fugit.

Sybota, orum, n. pl. *Sivota*, port. & opp. Epiri. ¶ Item inſ. apud Leucimnam prom. Corcyræ inſ. in ora Or. *Cic.* 5. *Attic. ep.* 9. ¶ Item inſ. ante Leucadiam, apud quam ingens pugna navalis inter Corinthios olim, & Corcyræos fuit.

Sybōtes, æ, m. *porcaio*, συβώτης, ſubulcus. *Manil. l.* 5. *v.* 126. Et fidum Laertiadæ genuere Syboten. Ita leg. *Scalig.* alii: *Et fidum in terris alium genuere Booten*. *Hygin. fab.* 126. Ulyſſes pervenit ad quandam caſam ſuam, ubi erat nomine Eumæus ſybotes.

Sycaminon, n. urbs exc. Phœnices, in conf. Palæſtinæ, media inter Ptolemaidem & Cæſaream. Locus nunc *Carmelo* dicitur. Pop. Sycamini.

Sycaminus, i, f. συκάμινος, morus, arbor. *Celſ. l.* 3. *c.* 18. Græci morum ſycaminum appellant. ¶ Hoc arboris genere utuntur Ægyptii in aggeribus Nili, per quos incrementa ejus diſpenſantur, & coercentur. *Ulp. l.* 7. *ff. de extraord. crim.* Sed & metallo quidem ſecundum ſuam dignitatem, ſi quis arborem ſycaminon exciderit. Nam & hæc res vindicatur extra ordinem non levi pœna, idcirco quod hæ arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur, & diminutiones aquæ coercentur.

Syne, es, fœm. 1. inſ. parva Joniæ, ante Epheſum. *Plin. l.* 5. *c.* 31.

Sycion agrion, herba, quæ & cucumis anguinus dicitur. *Apulej. de herb. cap.* 113.

Sycites, æ, m. συκίτης, gemma, a fici colore dicta. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Melites mali coloris, chalcites æris, ſycites fici. ¶ Eſt item ſycites genus vini factitii ex fico. *Plin. l.* 14. *c.* 16. Sic fit & ſycites e fico, quem alii palmipriminum, alii catorchiten vocant.

Syculatronidæ, arum, m. vox ficta jlocalariter a *Plaut. Mil.* 1. 1. 43. ad quandam Gentem deſignandam.

Sycomōrus, i, f. *ſicomoro*, *ficomoro*, συκόμορος, arbor mediæ naturæ inter ficum, & morum. *Dioſcor. l.* 1. *c.* 182. συκάμορος δένδρον μέγα, ὅμοιον τῇ συκῇ, πολύχυλον σφόδρα, τοῖς φύλλοις ὅμοια μορέᾳ, Sycomorus, arbor magna, ſimilis fico, frondoſa valde, foliis morum referens. Atque hæc cauſa nominis. Nam συκῆ, *ficus*, μορέα, *morus*. Quanquam aliam affert Dioſcorides. Vult enim ſic dici διὰ τὸ ἄτονον τοῦ χυλοῦ, propter guſtum inefficacem. Quaſi fatuam ficum diceris. Quod apertius eſt, ſi συκομορία ſcribatur per ω, qua ratione producenda eſſet penultima. In Græcis Codicibus D. Lucæ *c.* 19. variè hæc vox exaratur. legitur enim συκαμορέα, συκομωρέα, συκαμωρέα, & συκομωραία. ¶ *Celſus l.* 3. *c.* 18. inverſis vocibus, a quibus id nomen conflatum eſt, *moroſycon* in Ægypto appellari ait, quaſi dicas *moroficum*. Nonnulli ficum Ægyptiam vocant, *Theophraſtus* Ægyptiam morum. Fructum fert ter, quaterque quotannis, non ramis, ut ficus, ſed caudice ipſo, caprificis ſimilem, ſed tum groſſulis dulciorem, & qui in interiore fracto nulla, qualia in fico ſunt, frumenta habeat, nec, niſi ferro, unguibuſve ſcalpatur, maturescentem. Naſcitur præcipue in Rhodo, & Caria, aliiſque locis frumenti non admodum feracibus, populiſque in annonæ penuria pro pane, frumentoque ſatisfacit. *Ruellius*.

Sycophanta, æ, m. *calunniatore*, רכיל, Ger. *holhipler*, Gal. *calomniateur*, Hiſp. *calumniador*, συκοφάντης, delator, calumniator, a σῦκον, *ficus*, & φαίνω, pro ἐγκαλῶ, *accuſo*. Lege olim apud Athenienſes cautum erat, nequis ficus Athenis exportaret. Qui deferebant adverſus legem eam peccantes, ex eo dicti ſunt συκοφάνται. Et quia minuta eſt hæc accuſatio, ideoque parum honeſta, ea de cauſa calumniatoribus id nomen tributum fuit. Aliam etiam nominis cauſam affert *Feſtus* his verbis. Sycophantas quidam ex hoc dictos putant. Atticos quondam juvenes ſolitos aiunt in hortos quorundam irrumpere, ficoſque deligere, quam ob cauſam legem factam, qui id feciſſet, capital eſſet ei, quam pœnam qui perſequerentur ob parvula detrimenta, ſycophantas appellatos. Hæc *Feſtus*. Alii nominis hujus etymon ad hujuſmodi referunt fabulam, quam & Maximus Planudes in vita Æſopi refert. Cum Xanti Philoſophi ſervus ficus domino ex agro allatas abſumpſiſſet, ejus rei culpam in Æſopum conſervum ſuum conjecit. Qui, ut domino innocentiam ſuam probaret, aquam tepidam abibit, eandemque potum, ut hauſerat, evomuit. Quod cum jubente hero alter quoque feciſſet, una cum aqua ficuum quoque fruſta ejecit. Ea ratione prodito calumniatore factum eſt, ut ſycophantam dicamus, qui inſontem falſo crimine calumniatur. Vide & *Ariſtophanis Scholiaſten*, ac *Etymologici Magni Auctorem*. ¶ A Latinis Comicis hoc nomen fere uſurpatur pro quovis fallaci homine, fraudulento

Digitized by Google

fraudulento, mendaci, doloſo, improbo, *furbo*, *bugiardo*, *ingannatore*. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 71. At hercle te hominem & ſycophantam, & ſubdolum, qui ceniſti nm captatum, &c. *Terent. Andr.* 4. 5. 20. Clamitant, me ſycophantam hæreditates perſequi. ¶ Interdum etiam pro adulatore, & callida blandiente. *Plaut. Amph.* 1. 3. 8. Nimis hic ſcitus eſt ſycophanta, qui quidam meus ſit pater. Obſervatote, quam blanda mulieri palpabitur. *Id. Menæch.* 2. 1. 34. Sycophantæ, & palpatores plurimi in urbe hac habitant.

Sycophantĭa, æ, f. *fallacia*, *inganno*, מכנה, Germ. *leſterung*, Gal. *calomnie*, Hiſp. *calumnia*, συκοφαντία, mendacium, fallacia. *Plaut. Aſin.* 1. 5. 56. Pat fallaciam, quam amabat, abduxit a lenone mulierem, neque puduit id ætatis ſycophantias ſtruere. *Id. ibid.* 5. 2. 1. Perfidiæ laudes, gratiaſque habemus merito Diis magnas, Cum noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiiſque, ſcapularum confidentia, &c.

Sycophantiōſe, adv. *con inganni*, συκοφαντικῶς, doloſe, ſeu per calumniam. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 113. Ego nec ſyncophantioſe quicquam ago, nec malefice.

Sycophantor, aris, d. 1. *ingannare*, *trattare furbeſcamente*, συκοφαντεῖν, ſycophantias ſtruo, falſo accuſo. *Plaut. Trin.* 5. 5. 57. Quanquam hoc me ætatis ſycophantari pudet.

Sycophyllon, συκόφυλλον herba foliis fico ſimilibus, alio nomine hibiſcus. *Apulej. de herb. c.* 38.

Sycōſis, f. σύκωσις, ulcus naſcens in iis corporis partibus, quæ pilis conteguntur, ita dictum a fici ſimilitudine, qui σῦκον Græce appellatur. Eſt enim carnis quædam excreſcentia ulcus vel durum & rotundum proferens, vel humidum & inæquale; quæ hujus vitii duo genera ſunt. Ita *Celſus l. 6. c.* 3. qui tamen ipſam vocem Græcis literis ſcribit.

Sycūſa, fœm. 1. Sycuſſa, inſ. parva maris Ægæi, ante Epheſum urb. *Plin. l. 51. c.* 5.

Sydus cum derivatis V. *Sidus*.

Syēne, es, fœm. 1. *Aſua*, a *Iſua*, urbs Ægypti ſuperioris in conf. Æthiopiæ, in Præfectura Girgii. Hic nullas ſolſtitii æſtivi tempore umbras Sol facere dicitur circa meridiei tempus, quia urbs ſub ipſo Cancri tropico ſita eſt. Hinc *Lucan. l. 2. verſ.* 586. calida medius mihi cognitus axis Ægypto, atque umbras nunquam flectente Syene.

Syenites, æ, com. 1. qui eſt ex Syene urbe. *Ovid. Metam.* 5. v. 74. Ecce Syenites genitus Methione Phorbas. Sic Syenites marmor, *Plin. l.* 36. *c.* 8.

Sygăros, f. 2. *Chiſeſa*, inſ. ſinus Arabici, in qua nulli ſunt canes, illatique moriuntur. *Plin. l. 6. c.* 28.

Syla, m. 1. mons Lucaniæ, ſylvam habens ejuſdem nominis, crebris latrociniis infamem, unde & nomen accepiſſe videtur, nempe a συλάω, *ſpolio*, *prædor*. *Virg.* 12. *Æn.* Ac velut ingenti Syla, ſummove Taburno, Cum duo, &c.

Syllăba, æ, f. *ſillaba*, Ger. *ſylben*, Gal. *ſyllabe*, Hiſp. *ſyllaba*, συλλαβή, comprehenſio literarum, vel unius vocalis enuntiatio temporum capax. Dicta eſt a συλλαμβάνω, *comprehendo*, ut proprie hoc nomine vocatur id, quod ex pluribus literis conſtat, quod autem una vocali perficitur, abuſive ſyllaba vocatur. *Cic. Parad.* 3. Si verſus pronunciatus eſt ſyllaba una brevior, aut longior. *Senec. ep.* 48. Tu mihi verba diſtorques, & ſyllabas digeris. ¶ Per Synecdochen ponitur pro qualibet oratoria poetica ſcriptione. *Martial. l. 1. ep.* 49. *de Catullo*: Verona docti ſyllabas amat vatis; Marone felix Mantua eſt.

Syllabātim, adv. *ſillaba per ſillaba*, κατὰ συλλαβὰς, per ſingulas ſyllabas. *Cic. Att. l. 13. ep.* 25. Ergo ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spintheri ſyllabatim. *Id.* 4. *Acad.* 2. 38. Cum enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta dixerit.

Syllacĕus color. V. Silaceus.

Syllæ, m. 1. Σύλλαι, familia Patricia Romæ ex gente Corneliorum Rufinorum, quaſi ὕλλαι, ab ὕλλος, *ſurcula*, *porcellus*, quaſi ab ὗς, *ſus*. Ergo ſimile fere cognomen eſt, ac *Porcii*, & *Suilli*. Si credimus *Macrobio*, *l. 1. Saturn. c.* 17. Sylla contractum eſt ex Sibylla. Scribit enim, Cornelium Rufinum Decemvirum bello Annibalico, inſpectis libris Sibyllinis, primo Sibyllam, ac poſt Syllam cognominatum, atque id cognomen in poſteritate ejus retentum. Verum diſſentit Plutarchus in vita Marii, ubi L. Cornelium Syllam nomen habere docet ab horrendo faciei rubore candori mixto. Unde Atticus quidam ſubſannator eum vocabat morum farina conſperſum. Ex hac familia fuit L. Cornelius Sylla, ille, qui bello civili Rempublicam perturbavit. Puer literis Græcis, ac Latinis eruditus fuit. In adoleſcentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, uſque ad Quæſturam, quam ſub Mario adeptus eſt, in qua vitam omnem penitus commutavit. Erat aſtutus, facundus, acer, ſui ſecurus, gloriæ cupidus, pecuniæ maximus largitor, animo grandis, adeo ut de illo dubitari potuerit, inquit Salluſtius, fortior ne, an felicior eſſet. Miſſus a Mario ad Bocchum Regem Legatus, Jugurtham vinctum retulit. Mithridatem Aſiam crudeliſſime vaſtantem compeſcuit. Socialis belli luctus repreſſit. Cinnæ dominationem fregit. Certavit bello civili cum C. Mario, eoque oppreſſo, Urbem infeſto exercitu ingreſſus quatuor millia deditorum, qui Marianarum partium fuerant, in campo Martio interfici juſſit; ad portam vero Collinam ſeptuaginta amplius millia. Ea cæde peracta, celebrem illam proſcriptionis tabulam propoſuit, in qua ex ipſo Equeſtris, & Senatorii ordinis flore duo millia ad mortem deſignabantur, quorum admodum pauci ultimum ſupplicium effugerunt. Dictator effectus ita Rempublicam oppreſſit, ut teſte *Cicerone in Ver.* 3. 2. 33. nemo illo invito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. Poſtremo Republica conſtituta Dictaturam depoſuit, & privatus Puteolis conceſſit, ubi pediculorum morbo periit. Quapropter C. Julius Cæſar dicere conſuevit, Syllam literas neſciviſſe, quia Dictaturam depoſuerat, ut ſcribit *Tranquillus* in ejus vita, c. 77. V. *Flor. l. 3. c.* 21. ¶ Scribitur & *Sulla*, ex conſuetudine ſcilicet Romanorum Græcum υ in u vertentium, atque ita exaratum legitur in lapidibus Capitolinis, quos affert *Manut. in Orthograph.* Cæterum ætate Ciceronis, cum Græcæ literæ in magno honore eſſe cœpiſſent, Græca υ recepta fuit, & frequentius uſurpata, ut *Manut. ibid.* notat. quare *Sylla* potius, quam *Sulla* ſcribendum videtur.

Syllānus, & Sullanus, a, um, συλλανός, quod ad Syllam pertinet. *Cic. Att. l. 10. ep.* 7. Non fuiſſet & illa nox tam acerba Africano ſapientiſſimo viro, non tam dirus dies ille Syllanus callidiſſimo viro C. Mario.

Syllatūrio, is, n. 4. eſt Syllam, ejuſque mores, crudelitatem, & proſcriptionem imitari. *Cic. Att. l. 9. ep.* 10. Hoc turpe Cnæus noſter biennio ante cogitavit: ita ſyllaturit animus ejus, & proſcripturit jam diu.

Syllepſis, f. 3. σύλληψις, Figura verborum, per quam ponitur aliquod verbum vel in principio, vel in medio, vel in fine, quod alia etiam membra ejuſdem periodi regere, & ſuſtentare debeat, ſed in iis aſſumitur cum aliqua mutatione vel generis, vel numeri, vel alius accidentis, ut in illo *Virg.* 9. *Æn.* Vos, o Calliope, precor, aſpirate canenti: h. e. tu, o Calliope, voſque cæteræ Muſæ. Et in illo *Cic.* 1. *de Or.* Quamobrem hoc vos docebo, Sulpiti. Ubi intelligitur etiam Cotta. ¶ Eſt Græca vox, ducta a συλλαμβάνω, comprehendo, *Chariſ. l.* 1. *Diomed. l.* 2.

Syllogiſmatĭcus, a, um, adject. ſyllogiſmis conſtans, ut ſyllogiſmaticum Ariſtotelis verbiloquium, *Fulgent. l. 1. Mythol.*

Syllogiſmus, i, m. *ſillogiſmo*, συλλογισμός, collectio, quæ ratiocinando fit, genus argumentationis ex tribus propoſitionibus conſtans, quæ ſunt propoſitio, aſſumptio, complexio, ſeu, ut Logici loquuntur, major, minor, concluſio, ut *Omne bonum eſt amandum: atqui virtus eſt bona: igitur virtus eſt amanda*. Eſt a συλλογίζομαι, colligo, ratiocinor. *Quintil. l. 5. c.* 7. In ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt, qui intendit. *Plin. l. 2. ep.* 3. Crebri ſyllogiſmi, circumſcripti, & affecti. h. e. breves, & elaborati.

Syllogiſtĭcus, a, um, adject. ad ſyllogiſmum pertinens. *Quintil. l. 5. c.* 10. Cicero ſtatum ſyllogiſticum ratiocinativum appellat.

Sylva cum derivatis V. *Silva*.

Symæthus. V. Simæthus.

Symbari, m. 2. populi feri, inter Arabiæ montes, Nilum incolentes, qui elephantorum venatu exercitabant. *Plin. l. 6. c.* 30.

Symbŏla, æ, f. collatio, pecunia, quæ ab iis, qui communi ſumptu cœnaturi ſunt, confertur, a συμβάλλω, *conjicio*, *confero*. Symbola, & ſymbolum in eo differunt, quod ſymbola erat collatio cuiuſque ad convivium, idest æs, quod cœna collatitia cœnaturus erat: ſymbolum vero, ut Caſaubonus docet ad Athenæi *l.* 3. *c.* 31. erat anulus, vel aliud, quod arrhæ loco ei dabatur, qui convivium parabat. Crebro autem in ſymbolæ voce peccarunt librarii, qui ſymbolam pro ſymbola ſcripſerunt. *Ter. Andr.* 1. 1. Symbolam dedit, cœnavit. Ubi vulgo perperam *ſymbolum*. Nam *ſymbolam* in antiquis codicibus legi, teſtantur *Georgius Fabricius*, & *Gabriel Faernus*, ſuiſque hanc lectionem probat *H. Stephanus*, libello de abuſu linguæ Græcæ. *Id. Eun.* 3. 4. 2. In hunc diem ut de ſymbolis eſſem. Etiam hic eſt a recto *ſymbola*, non a *ſymbolum*. *Plaut. Stich.* 3. 1. 35. Eadem ſymbolam dabo, & jubebo, ad Sagarinum cœnam coqui. *Id. Curc. a. 4. ſc. 1. v.* 7. Symbolarum collatores, apud forum piſcarium.

Symbolĭce, adverb. *ſimbolicamente*, *ſotto allegoria*, συμβολικῶς. *Gell. l. 4. c.* 11. Teſticulos more Pythagoræ operta, atque ſymbolice αἰνιγμαῖς appellatos, quia ſint εἰς τὸ κοινὸν δοῦναι ... ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

Symbŏlum, li, n. *contraſſegno*, *indizio*, σύμβολον, Græca ponitur pro quocunque ſigno, indicio, nota, a συμβάλλω, *conjicio*. Latini ſymbolum uſurparunt pro anulo, quia eo pro ſigno utebantur ad literas, & caſa obſignanda, &c. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Græci anulum a digitis appellavere, apud nos priſci ungulum vocabant, poſtea & Græci, & noſtri ſymbolum. V. *Symbola*. ¶ Item teſſeram, qua loco ſyngraphæ utebantur in contractibus. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 53. Miles hic reliquit ſymbolum, expreſſam in cera ex anulo ſuo imaginem. Sæpiſſime hanc eandem vocem repetit *Plautus* in eadem Fabula, & fere in gen. maſculino uſurpat. V. vocem ſeq.

Symbŏlus, i, m. σύμβολος, idem quod ſymbolum, ideſt anulus, teſſera, chirographum, &c. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 29. Eo præſente homini extemplo oſtendit ſymbolum, Quem tute dederas ad eum, ut ferret filio. N. Quid? ubi ei oſtendit ſymbolum? C. Infit dicere adulterinum, & non eum eſſe ſymbolum. *Id. Pſeud.* 2. 2. 57. Dato eum ſymbolum illi. *Juſtin. l.* 2. *c.* 12. Solicitare inquietos in partes ſuas ſtatuit, &, cum colloquendi copiam non haberet, quo applicaturi erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat, &c. Quo in loco *ſymbolos* videtur appellare notas, quas Themiſtocles propoſuerat, ut Jones his notis procul admoniti eo naves appellerent, & verba legerent, quæ in ſaxis proſcribi curarat.

Symmăchus, i, m. Σύμμαχος, Orator Romanus, qui miſſus fuit a Senatu Conſtantinopolim ad Theodoſii liberos, rogatum, ut Veſtales a Chriſtiania deſtrui minime pateretur. Cujus rei gratia putabant ſe adverſa multa a Diis eſſe paſſos. Ejus orationem & Prudentius, & Ambroſius, qui hujus meminerunt, acerrime confutarunt. Extant ejus epiſtolæ, viris tamen magis, qui ſana a corruptis poſſunt diſcernere, quam adoleſcentulis legendæ. ¶ Fuit & Symmachus ſacrorum librorum interpres, doctrinæ parum ſynceræ, cujus meminit Euſebius.

Symmetria, æ, f. *proporzione*, *ſimmetria*, Ger. *gleichformigkeit*, *proportion*, Gal. *ſymmetrie*, Hiſp. *ſimetria*, συμμετρία, commenſuratio, convenientia menſurarum, apta membrorum, & partium omnium proportio, quæ quibus adeſt, ſymmetra, σύμμετρα dicuntur. *Vitruv. l. 1. c.* 2. Symmetria eſt ex ipſius operis membris conveniens conſenſus, ex partibuſque ſeparatis, ad univerſæ figuræ ſpeciem, ratæ partis reſponſus. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *de Myrone ſtatuario*: Numeroſior in arte, quam Polycletus, & ſymmetria diligentior. *Id. ibid.* dicit, ſymmetriam non habere Latinum nomen; quam tamen alii ſcriptores variis vocabulis exprimere conati ſunt: nam *Plin. jun. l. 2. ep.* 5. congruentiam, & æqualitatem appellat; *Sueton. in Auguſt. c.* 79. commoditatem, *Gell. l. 1. c.* 1. competentiam, *Vitruv.* etiam *l. 5. c.* 1. commenſum.

Symmĕtrus, a, um, adject. congruens, *proporzionata*. *Vitruv. l. 5. c.* 2.

Symmoniānum, trifolium, vel (ut Ruellio placet) ſymmoniacum, herbæ genus. *Col. l. 6. c.* 17. Plus enim ejuſdem radix contuſa prodeſt, vel ſymmonianum trifolium, quod invenitur confragoſis locis, efficaciſſimum traditur, odoris gravis, neque abſimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant, noſtri autem propter figuram vocant acutum trifolium. Nam longis, & hirſutis foliis viret, cauleſque robuſtiorem facit, quam pentaphylle.

Symmyſta, æ, m. ejuſdem Dei, vel collegii ſacerdos. *Apulej. in Apolog.* Unius Liberi patris ſymmyſtæ, qui adeſtis.

Sympaſma, ătis, n. σύμπασμα, hoc eſt aſpergo, ſeu id, quod aſpergitur: a σὺν, cum, & πάσσω, aſpergo, conſpergo. *Sympaſmata* vocant Medici medicamenta, quæ corpori inſperguntur. *Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c.* 38.

Sympathia, æ, f. *ſimpatia*, *inclinazione naturale*, Ger. *mitleidung*, Gall. *ſympathie*, Hiſ. *ſympathia*, συμπάθεια, compaſſio, naturalis conſenſus, & convenientia, qualis eſt maris cum Lunæ natura, & heliotropii cum natura Solis. Græca vox eſt, & Græcis perpetuo literis ſcribitur a Cicerone, quem quidam Lexicographi afferunt ad ejus uſum confirmandum. Uſus eſt tamen Latine *Vitruv. l. 1. c.* 1. ubi ait: Similiter cum Aſtrologis, & Muſicis eſt diſputatio de ſympathia ſtellarum. Item *Var. apud Non. c. 6. n.* 37. Quam ſympathiam lumbi ad oculos haberent.

Symphonĭa, æ, f. *ſinfonia*, *concerto muſicale*, Ger. *zuſamen ſtimung*, Gal. *ſymphonie*, Hiſ. *ſimphonia*, συμφωνία, conſonantia, & muſicus concentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, quod eſt conſonare, ſive concinere. *Horat. de ar. poet. v.* 374. Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors offendit. *Senec. ep.* 12. Ad ſymphoniam canere. *Cic. Ver.* 5. *c.* 44. Cum in ejus convivio ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur. *Id. pro Cæl. c.* 15. Bajæ acta convivia, comiſſationes, cantus, ſymphonias &c. ¶ Sumitur etiam pro organo muſico. *Iſid. l.* 3. *c.* 21. Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte, pelle extenſa, quam virgulis hinc, & inde Muſici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis, & acuti ſuaviſſimus cantus. Id vero *Iſidorus* cum nullo exemplo confirmet, non facile uſurpandum videtur. ¶ Symphonia item genus herbæ eſt, quæ & gom-

phena

phena dicitur. *Apulejo* eadem eſt, ac Apollinaris, ſive hyoſciamus. *Plin. l.* 26. *c.* 7. Symphonia vel gamphana alternis viridibus, roſeiſque per caulem foliis, in poſca ſanguinem rejicientibus medetur.

Symphoniacus, a, um, adject. *ſinfoniaco*, ad ſymphonium pertinens. Symphoniaci homines, ſervi, vel pueri, *ſonatori*, *muſici*, συμφωνιακοί, ſunt qui ad modulationes muſicas concentuſque conficiendos comparantur. *Cic. pro Mil. c.* 21. Milo cum caſu ſymphoniacos pueros uxoris ducebas. *Id. Divin. Ver. c.* 17. Ab has præfectus Antonii quidam ſymphoniacos ſervos abducebat per injuriam, quibus ſe in claſſe uti velle dicebat. *Aſcon. Pedian.* ad hunc locum notat, adhibitos fuiſſe etiam in navibus ſymphoniacos, qui remigantibus celeuſma canerent, vel per aſſam vocem, hoc eſt ore prolatam, vel per citharam, ut in Argo navi. ¶ Symphoniaca herba, eadem ac ſymphonia. *Pallad. l.* 9. *tit.* 12. Si ceſaſus aſſa ſanicularum fatigetur, herbam ſymphoniacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea juxta imum caudicem cubile faciemus.

Symphreatides, dum, m. 3. vel potius ſymphreatidæ, arum, m. 1. συμφρεατίδαι, qui iiſdem utuntur puteis, & per Metaphoram qui ſunt ejuſdem patriæ, ſeu civitatis. *Cic. l.* 2. *de Leg.* 1. c. Ut veteri Attici, priuſquam Theſeus eos demigrare ex agris, & in aſty quod appellatur, omnes ſe conferre juſſit, & ſymphreatidæ ex Atticis fieri. Alii aliter legunt.

Symphyton, n. σύμφυτον, genus herbæ. Duplex eſt. Unum dicitur ſymphyton petræum, eſtque herba in ſaxis naſcens, origani ſimilis, aut cunilæ bubulæ, ramis tenuibus, & parvis, tribus, aut quatuor a radice, capitulis thymi, ſurculoſa tota, odorata, guſtu dulcis, ſalivam ciens, longa radice, ſubroſa, digiti craſſitudine. Alterum dicitur ſymphyton majus, quod caule naſcitur duorum cubitorum, aut majore, anguloſo, inani, ut ſonchus, & craſſo, qui per brevia intervalla circumdatos foliis lanuginoſis, oblongis, &c. Officinæ nomen ſymphyti retinuerunt. Herbarii, & vulgo *conſolida major* vocatus, *conſolida maggiore*, *cigaliga*. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Symphyti radix illita enterocelas cohibet.

Symplectus, pes eſt metricus conſtans duabus longis ſyllabis, & tribus brevibus. *Diomed. Grammatic. l.* 3.

Symplegădes, dum, f. 3. *le Pavonate*, συμπληγάδες, inſulæ duæ ſunt, vel potius ſcopuli maris Euxini, apud os Boſphori Thracii, inde 13. M. P. al. mille, & quingentis paſſibus ab Europa diſtantes, quæ alias Cyaneæ, item Planetæ dicuntur, quod errare videantur. Dictæ ſunt a συμπλήσσεσθαι, quod eſt connecti, conjungi. Nam Poetæ fabulati ſunt, olim eas inter ſe concurriſſe. Fabulæ occaſionem præbuit, quia tam modico ſunt inter ſe diſcretæ intervallo, ut ex adverſo quidem intrantibus geminæ cernantur, paulum vero deflexa acie, coeuntium ſpeciem præbeant. *Plin. l.* 2. *c.* 13. & *l.* 4. *c.* 12. *Ovid.* 15. *Met.* Timuit concurſibus Argo Undarum ſparſas Symplegadas eliſarum, Quæ nunc immotæ perſtant, ventiſque reſiſtunt. *Id. l.* 1. *Triſt. el.* 9. Altera namque parat Symplegadas ire per altas. ¶ Poetæ etiam in numero ſingulari *Symplegas* dixere, quaſi una tantum inſula ſit. *Claud. in Eutrop. l.* 2. *v.* 3. Vitaot inſtabilem rurſus Symplegada nautam. *Lucan. l.* 2. Variaque percuſſit pontum Symplegas inanem. ¶ Uſurpatur etiam hoc nomen tranſlate. *Martial. l.* 11. *ep.* 100. Si conſtringantur gemina Symplegada culi, Et Minyas intrant, Cyaneaſque nates. Ubi per *geminam ſymplegadem* nates intelligit, ſimulque alludit ad Symplegadas inſulas, quas inter Minyæ navi Argo prætervecti ſunt.

Symplĕgas. V. vocem præcedentem.

Symplegma, atis, n. σύμπλεγμα, amplexus, complicatio. *Martial. l.* 12. *ep.* 4. Quo ſymplegmate quinque copulentur. *Plin. l.* 36. *c.* 5. Cephiſodori Praxitelis filii laudatum eſt Pergami ſymplegma, ſignum nobile, digitis corpori verius, quam marmori impreſſis.

Sympoſiacus, a, um, adject. *da convito*, συμποσιακός, convivalis, ad ſympoſium, ſeu convivium pertinens. In titulo c. 13. *l.* 6. *A. Gellii ita legitur:* De quæſtiunculis apud Taurum philoſophum in convivio agitatis, quæ ſympoſiacæ vocentur. ¶ Notatur etiam hoc adjectivo liber Platonis, & Plutarchi, quod Sympoſium inſcribitur, quia ſcilicet hujuſmodi quæſtiones continet. *Gel. l.* 4. *c.* 11. Plutarchus in Sympoſiacis dicit. *Id. l.* 17. *c.* 11. Plutarchus in libro Sympoſiacorum.

Sympoſium, ii, n. *convito*, משתה, Ger. *gerke*, Gal. *feſtin*, *banquet*, Hiſp. *combite*, συμπόσιον, compotatio, convivium, a σύν, *ſimul*, & πίνω, *bibo*. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 24. Ut ſapientius noſtri, quam Græci: illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id eſt compotationes, aut concœnationes, nos convivia, quod tum maxime ſimul vivitur. ¶ Hoc nomine inſcriptus eſt Platonis liber περὶ ἔρωτος, h. e. de amore, in quo Alcibiadem cum aliis inducit in convivio diſputantem. *Gel. l.* 1. *c.* 9. A Sympoſio Platonis incipere guſtit, propter Alcibiadis comiſſationem. *Nepos in Alcib. c.* 2. De quo mentionem facit Plato in Sympoſio.

Sympuvium. V. Simpuvium.

Synāda. V. Synnada.

Synærĕſis, f. 3. συναίρεσις, contractio, Figura, qua duæ ſyllabæ in unam contrahuntur, nullo ſublato elemento, quæ etiam *Epiſynalœphe*, & *Synecphoneſis* vocatur, cui contraria eſt *Diæreſis*, ſeu *Dialyſis*, qua una ſyllaba in duas dividitur. a σύν, *ſimul*, & αἱρέω, *capio*. *Virg. Æn. l.* 6. Ferreique Eumenidum thalami. ¶ Vox Græca eſt, & Græce ſcribenda.

Synagōga, æ, f. *ſinagoga*, *congregazione*, συναγωγή, congregatio, cœtus, a συνάγω, *congrego*. Hoc nomine præcipue Hebræorum Eccleſia, ſive ſocietas in rebus ſacris appellata eſt. *Tertul. adverſ. Jud. c.* 8. & 13. & *l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 23.

Synalœphe, es, f. 1. συναλοιφή, Figura Poetica, qua ultima vocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis a prima vocali, vel diphthongo ſequentis excipitur, & quodammodo abſorbetur, a σύν, *ſimul*, & ἀλοιφή, *preſſio*, vel ἀπὸ τοῦ συναλείφειν, hoc eſt a conglutinando, propterea quod per eam duæ ſyllabæ in unam coaleſcant. *Virg.* 1. *Æn.* Conticuere omnes, intentique ora tenebant. V. Grammaticos, *Chariſ. l.* 4. *Diomed. l.* 2. & alios. ¶ Vox ipſa Græca eſt, & græce ſcribenda.

Synanche, es, f. *ſchinanzia*, συνάγχη, morbus acutus, quo fauces tumeſcunt, & ſpiritus intercluditur: Græca vox ab ἄγχω, ſtrangulo, Latine *angina* dicitur. ¶ Cum Mileſii oratores Athenas veniſſent petitum auxilium, Demoſthenes acriter contradixit apud populum, ne eis negaretur. Re in poſterum diem dilata, noctu Mileſii Demoſthenem adierunt, multaque data pecunia obtinuerunt, ut poſtero die contra ſe dicere abſtineret. Poſtridie Demoſthenes lana multa collum fauceſque convolutas habens in concionem prodiit, & quod contra Mileſios non diceret, ſynanchen morbum excuſavit. Tum unus e populo, qui rem totam forte noverat exclamavit, *non ſynanche Demoſthenem, ſed argyranche laborare*, hoc eſt argenti angina, quia pecunia corruptus fuerat. Rem narrat *Gel. l.* 11. *c.* 9.

Synanchĭcus, a, um, adject. *chi patiſce di ſcaranzia*. *Apulej. de herb. c.* 109. Synanchica paſſio. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 17. Synanchicus efficere.

Synapothneſcontes, συναποθνήσκοντες, ſimul morientes, commorientes, titulus cujuſdam Græcæ Comœdiæ. *Plaut. in fragm. apud Priſcian.* Synapothneſcontes Diphili eſt Comœdia: Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Synariſtōſæ, arum, συναριστῶσαι, mulieres ſimul epulantes, quas repræſentavit in fabula quadam Menander, quæ ideo hoc nomine appellatur. *Plin. l.* 23. *c.* 9. *de femine myrti.* Apud Menandrum Synariſtuſæ herbae.

Synathroiſmus, i, m. συναθροισμός, Figura, qua multa ſimul congerantur, ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν, quod eſt congerere, ſeu congregare. Porro fit autem & ſingulis verbis, & plurium verborum conjunctione fit. Singulis verbis, ut apud *Terent. Heaut.* 1. 2. 53. Mea eſt, procax, potens, magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Plurium verborum conjunctione, ut apud *Salluſt. in Catil.* 1. 5. Audax animus, cujuſlibet rei ſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus &c. ¶ Ipſa vox Græca eſt, & Græce ſcribenda.

Synceraſtum, i, n. συγκεραστόν, Græca eſt rerum commixtio, quaſi contemperatum, a συγκεράννυμι, *commiſceo*, *contempero*. Per Synecdochen ponitur pro omni edulio. *Varro l.* 6. *de L. L.* Pacuvius in Phagone, Honor ſynceraſto perit. Synceraſtum eſt omne edulium antiquo vocabulo Græco.

Synceraſtus, i, m. nomen ſervi, apud *Plautum in Pœnulo*, a cibo ſic dictum. *Beroaldo* ita dici videtur quaſi medulla plenus, & pinguis.

Syncērus cum derivatis. V. ſincerus.

Synchyſis, f. 3. σύγχυσις, Græca eſt confuſio, fuſio, turbatio ordinis, a συγχέω, ſeu συγχέω, *confundo*. A Grammaticis accipitur pro Hyperbato obſcuro, ſeu tranſgreſſione confuſa, & perturbata, id eſt pro vitio Grammaticali, quo verba inter ſe longius permiſcentur, & confunduntur, quam æquum ſit, ut apud *Hor. l.* 1. *Serm. ſat.* 5. Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis. Rectus ordo erat: Namque pila ludere inimicum eſt lippis, & crudis. V. *Chariſium l.* 4. & alios. ¶ Vox Græce ſcribenda.

Syncŏpa, æ, vel ſyncope, es, f. 1. συγκοπή, conciſio, Figura Poetica, per quam litera, vel ſyllaba de medio dictionis ſubtrahitur, a συγκόπτω, *cædo*, *abſcindo*, ut *periclis*, pro *periculis*, *vixet* pro *vixiſſet*, cui contraria eſt Epentheſis. *Virg.* 4. *Æn.* Cum genere extinctam, memet ſuper ipſa dediſſem. ¶ Uſitata etiam eſt Oratoribus, aliiſque Scriptoribus in quibuſdam vocabulis. *Cic. in Or.* Atque etiam a quibuſdam ſero jam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt. Nam *Pro Deum atque hominum fidem*, *Deorum* ajunt. Ita credo, hoc illi neſciebant, an dabat hanc licentiam conſuetudo? Itaque idem Poeta, qui inuſitatius contraxerat, *Patris mei meum factum pudet*, pro *meorum factorum*, & *Textor exitium examen rapit*, pro *exitiorum*, aut *dixit liberum*, ut plerique loquimur, cum *Cupidos liberum*, aut *in liberum loco* dicimus, ſed, ut iſti volunt, *Neque tuum unquam in gremium extollet liberorum ex te genus*. &c. Hæc Cicero. V. *eund. ibid. c.* 45. & 46. ubi multa ad hanc rem. ¶ Vox ipſa Græca eſt, & Græce ſcribitur a pleriſque antiquis Grammaticis, *Chariſ. l.* 4. *Diomed. l.* 2. & aliis. ¶ A Medicis ponitur Syncopa pro animi ſubita defectione, *deliquio*. Sed neque hoc ſenſu Latinum uſum habet.

Syncŏpo, as, n. 1. Syncopare dicuntur jumenta, quæ ſubita virium defectione in itinere corruunt. *Veget. l.* 1. *de re Vet. c.* 56.

Syncriſis, f. 3. Figura, eadem quæ Antitheſis, qua res, atque perſonæ contrariæ inter ſe comparantur, ut apud *Cic. pro Mur. cap.* 9. Vigilas tu de nocte, ut conſultoribus tuis reſpondeas, ille, ut mature, quo intendit, cum exercitu perveniat, te gallorum cantus, illum buccinarum ſtrepitus excitat. ¶ Vox Græca eſt, a συγκρίνω, *ſimul judico*, *comparo*.

Syndĭcus, i, m. *Sindico*, *rappreſentante di qualche univerſità*, *collegio*, *o Città*, σύνδικος, qui ab aliquo collegio vel civitate ad cauſam ipſius agendam, ejuſque jura tuenda electus eſt. A *Cic. in Divin. Ver.* actor dicitur. *Hermogenian. l.* 1. *Dig. de muneribus & honoribus.* Munerum civilium quædam ſunt patrimonii, alia perſonarum; perſonalia ſunt civilia munera, defenſio civitatis, id eſt ut Syndicus fiat, ut &c. *Arcadius leg. ult. ejuſd. tit.* Defenſores quoque, quos Græci ſyndicos appellant, qui ad certam cauſam agendam vel defendendam eliguntur. *Cajus Dig. l.* 3. *tit.* 4. *leg.* 1. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere, collegii, ſocietatis, ſive cujuſcumque alterius nomine, eorum proprium eſt, ad exemplum reip. habere res communes, arcam communem, & actorem, ſive ſyndicum, per quem tamquam quod communiter agi, fieri oportet, agatur, fiat.

Synecdŏche, es, f. 1. συνεκδοχή, Comprehenſio, intellectio, Tropus, per quem totum pro parte, vel vice verſa, vel antecedentia pro conſequentibus uſurpamus. Hæc definitio complectitur octo illos modos, quibus Synecdoche fit. V. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. ubi interdum Græce, interdum Latinis literis hanc vocem ſcribit. ¶ Eſt etiam Figura verborum per detractionem, per quam aliquod vocabulum prætermittitur, quod facile ex cæteris intelligitur. Hanc Figuram ab Auctore ad Her. non agnoſcitur, vel cum Apoſiopeſi confunditur. Hujuſmodi eſt illa apud *Cic. Att. l.* 16. Ego, ſi Tito ad me, cogito in Tuſculanum. h. e. ſi Titus ad me venerit, cogito proficiſci in Tuſculanum.

Synecphonēſis, f. συνεκφώνησις, figura metrica, eadem quæ Synæreſis, Græca origine, atque uſu. *Mar. Victorin. Grammat. l.* 1.

Synĕdrus, i, m. σύνεδρος, conſeſſor, adſeſſor, conſiliarius. *Liv. l.* 45. *c.* 32. *de Macedonibus:* Senatores, quos Synedros vocant, legendos eſſe, quorum conſilio Reſpublica adminiſtraretur.

Synemmĕnon, i, συνημμένων, adjunctum, connexum, uti explicat *Gell. l.* 16. *c.* 8. ubi oſtendit quid ſit συνημμένον ἀξίωμα apud Græcos. ¶ *Nete ſynemmenon*, *trite ſynemmenon*, *paranete ſynemmenon* nomina ſunt chordarum muſicarum apud *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. quarum prior *nete ſynemmenon*, h. e. ultima conjunctarum, reſpondere videtur ei, quæ a recentioribus Muſicis dicitur *D la ſol*. altera *paranete ſynemmenon*, h. e. penultima conjunctarum, *C ſol fa*. tertia *trite ſynemmenon*, h. e. tertia conjunctarum, *B fa b mi*.

Synephēbi, m. 2. συνέφηβοι, adoleſcentes, ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt comœdiæ Statii Cæcilii. *Cic.* 1. *de Fin.* Synephebos ego, inquit, potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam? *Id. de Sen. c.* 7. At Statius in Synephebis.

Synephītes, æ, m. συνεφίτης, gemma lactei coloris, alio nomine galactites. *Plin. l. ult. cap.* 10. Galactites ex uno colore lactis eſt. Eandem dicunt leucogæam, & leucographitem, appellant & ſynephiten, tritam lactis ſucco, & ſapore notabilem.

Syneſius, ii, m. Συνέσιος, Philoſophus Chriſtianus, e Pentapoli Africæ. Præſul Ptolemaidis factus, ſcripſit Græce libros in Grammatica, & Philoſophia, Panegyricus, Epiſtolas, & alia. *Suid.*

Syngrapha, æ, f. *ſcrittura*, *cauzione*, *obbligo in iſcritto*, Ger. *handſcrift*, Gal. *cedule*, Hiſp. *cedula*, συγγραφή, ſcriptura, ſive ſchedula, quæ ſit propria manu contrahentium ad pactorum fidem, & ab utroque ſubſcribitur, ac ab utraque parte ſervatur, a συγγράφειν, *conſcribo*, *ſimul ſcribo*. Differt a chirographo, ut oſtendunt hæc *Aſconii verba in* 3. *Verr.* Inter ſyngraphas, & cætera chirographa hoc intereſt, quod in cæteris tantum, quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent, in ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, &, non numerata quoque pecunia, aut non integra numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent more, inſtitutoque Græcorum. Et cæteræ tabulæ ab una parte ſer-

vare

vari ſolent, ſyngraphæ ſignatæ utriuſque manu, utrique parti ſervandæ traduntur. Hæc *Aſconius*. *Cicer. l. 7. Fam. ep.* 17. Tamquam enim ſyngrapham ad Imperatorem, non epiſtolam attuliſſes, ſic pecunia ablata, domum redire properabas. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 13. Alterum putabo regem, ſi habuerit, unde tibi ſolvat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. *Id. pro Dom. c.* 50. Facere ſyngraphas cum aliquo. *Id. pro Mur. c.* 17. Agere ex ſyngrapha, *far lite ſopra una cauzione, o ſcrittura*. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 21. Poſtulare aliquid ex ſyngrapha. *pretendere in vigor d' una ſcrittura d' obbligo*.

Syngraphus, i, m. idem ac ſyngrapha. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 2. Age, iſtum oſtende, quem conſcripſi, ſyngraphum inter me, & amicam, & lenam. ¶ Idem Plautus ſyngraphum poſuit etiam pro chirographo, quod belli tempore datur, ut liber tranſitus cuiquo ſit, *paſſaporto*, *ſalvocondotto*. Sic enim ait *Captiv.* 2. 3. 90. Eadem opera a Prætore ſumam ſyngraphum, quem hic ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.

Synizeſis, is, f. συνίζησις, a σὺν, *ſimul*, & ἵζω, *ſedeo*: figura eſt apud Grammaticos, cum duæ vocales, aut vocalis, & diphthongus in unam ſyllabam quaſi conſidunt, ut in illo *Virg. Æn.* 1. *v.* 702. Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit: & *Lucret. l.* 1. *v.* 306. Uveſcunt: eædem diſpanſæ in ſole ſereſcunt: & apud Græcos Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. *Servius ibid.*

Synnada, æ, f. & Synada, orum, n. 2. Synada, *Sinada*, urbs Phrygiæ Magnæ, hodie pene jacens, apud Juliopolim, & Eumeniam, marmore clara. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 8. Iiſdem diebus meus conventus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, tum Tarſi. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Alter conventus a Synnada accipit nomen.

Synnadenſis, ſe, adject. ad Synnada urbem pertinens, ut Synnadenſe forum, *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 21.

Synnadicus, a, um, adject. idem quod Synnadenſis, ut Synnadicus lapis, apud *Plin. l.* 35. *c.* 1. ¶ Legitur & *Synnadicus*.

Synnas, vel Synas, vel Sinas, adis, (tot enim modis ſcriptum invenitur) f. urbs Phrygiæ, eadem quæ Synnade, marmoribus pulcre maculoſis celebris. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 4. *v.* 36. Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis Purpura, ſola cavo Phrygiæ quam Synnados antro Ipſe cruentavit maculis lucentibus Atys. *Id. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 87. Synnade quod mæſta Phrygiæ fodere ſecures.

Synochitis, idis, f. Συνοχῖτις, gemma, qua Magi umbras inferorum evocatas teneri afferunt. *Plin. l. ult. c.* 11. Anancitide in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum, ſynochitide umbras inferorum evocatas teneri.

Synodia, æ, f. Συνῳδία, *congreſſo*, *colloquio*, congreſſus, colloquium, a σὺν, *ſimul*, & ὁδὸς, *via*. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 7. Injecta autem mihi ſpes quædam eſt, velle mecum Servium Sulpitium colloqui: Si vir eſſe volet, præclara ſynodia: Sin autem, erimus nos qui ſolemus. Pleræque editiones habent συνῳδία Græcis literis exaratum.

Synodicus, a, um, adject. in itinere conjunctus. Synodica Luna dicitur a *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 6. cum eſt in conjunctione cum ſole, quo ſcilicet tempore lumine omnino caret.

Synoditæ, arum, m. Συνοδῖται, videntur eſſe monachorum comites in itinere, ſolent enim Monachi iter facientes aliquem ex collegii ſui inferiore ordine comitem aſſigere, hujuſmodi monachos nunc Itali vocant *Laici*, aut *Converſi*. *Arcad. & Honor. l.* 7. *Cod. de epiſcop. audient.* Addictos ſupplicio nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos Synoditas vocant, liceat vindicare.

Synodontes, συνόδοντες, piſces, qui & ſynagrides dicuntur. *Plin. l.* 32. *c.* 10. *Ovid. in Halieut. v.* 107.

Synodontites, m. t. συνοδοντῖτης, gemma ex cerebro ſynodontis piſcis. *Plin. l. ult. c.* 10. Synodontites a cerebro piſcium eſt, qui ſynodontes vocantur.

Synodus, di, f. *il ſinodo*, *congreſſo*, σύνοδος, conventus, ſive cœtus Eccleſiaſticus religionis cauſa collectus. Scribitur & *Synhodus*. eſt enim ab ὁδὸς, via. *Leg.* 23. *Cod. de epiſc. & cler.* A ſua Diœceſeos ſynodis audiantur. *Ammian. l.* 15. *c.* 7. Synodus, ut appellant, removit (Athanaſium) a ſacramento quod obtinebat.

Synœciosis, f. 3. συνοικείωσις, Figura verborum per detractionem, per quam duæ res inter ſe diverſæ in oratione conjunguntur. Dicta eſt a σὺν, *ſimul*, & οἶκος, *domus*. Nam res diverſas in unam ſedem orationis congregat. Habet magnam vim, ut ait *Rutilius Lupus*, vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Hujuſmodi eſt tritum illud: *Tam deeſt avaro, quod habet, quam quod non habet*. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. ubi tamen Græcis literis ſcribit.

Synœcium, ii, n. contubernium, cohabitatio, a σὺν, *ſimul*, & οἶκος, *domus*. *Petron. in Satyr. pag.* 26. Aliquis ex his, qui in eodem ſynœcio potant. Alii leg. *ſynœcio*, ſeu *ſynaxeo*.

Synonetum, i, n. συνώνητον, publica ſpecierum comparatio, quæ in commune fit, ut frumenti, veſtium, armorum, & ſimilium rerum ad publicum uſum conquiſitarum. *l.* 1. *Cod. Theodoſ. de publ. comparat.*

Synonymia, æ, f. συνωνυμία, Figura verborum per adjectionem, per quam plura verba ejuſdem ſignificationis in oratione ponuntur, quæ Latine dicitur Interpretatio, a *ſimul*, σὺν, & ὄνομα, *nomen*, quaſi nominis cum alio in ſignificatione communio. *Cic. 1. Catil.* Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? *Id. 2. Catil.* Abiit, exceſſit, evaſit, erupit. *V. Quintil. l.* 8. *c.* 3. ubi hanc vocem Græce ſcriptam uſurpat.

Synope. V. Sinope.

Synopſis, is, f. *compendio*, *riſtretto*, σύνοψις, a σὺν, *ſimul*, & ὄπτομαι, *video*. Uſurpatur paſſim pro compendio multarum rerum ſub uno aſpectu poſitarum, ſed hoc ſenſu caret idoneo latini ſcriptoris exemplo. ¶ Eſt item Ital. *inventario*, perſcriptio compendiaria bonorum, ut ſimul omnia conſpici poſſint. *Ulpian. l.* 3. *Dig. de reb. eor. qui ſub tut. &c.* Si nemo inveniatur, aut ſuſpecti ſunt, qui inveniuntur, jubere edi rationes, itemque ſynopſim bonorum pupillarium, advocatumque pupillo dare. *Alii leg.* itemque, ſi opus ſit, pupillarium bonorum advocatum pupillo dare. ¶ Apud *Jul. Frontin.* Synopſis vocatur deſcriptio ædificii. *diſegno*, *modello*.

Synoris, idis, f. un *pajo*, par duarum rerum: a συνωρὶς, biga. *Hieronym. epiſt.* 7 ad *Demetriad.* A ſancta Chriſti ſynoride virgini traditum. *Al. aliter leg.*

Syntagma, atis, n. *trattato*, tractatus, documentum, σύνταγμα. Habet hanc vocem *Cic. l. Fam.* 8. *epiſt.* 3. *l.* 12. *ad Attic. epiſt.* 43. & *l.* 16. *epiſt.* 3. Sed ubique Græce ſcribit: eſt autem a σὺν, *cum*, & τάττω, *ordino*, *compono*.

Syntaxis, is, f. ordo, compoſitio. σύνταξις, a συντάττω, *ordino*, *compono*. Cicero habet hanc vocem ad *Att. l.* 13. *ep.* 16. & *l.* 13. *ep.* 14. ſed græcis literis ſcribit. ¶ Adhibetur etiam a Grammaticis pro ordinatione, ſeu conſtructione partium orationis. V. *Priſcian. l.* 17. *in princip.*

Syntecticus, a, um, συντηκτικός, qui ſyntexi frequenter corripitur, & animi deliquio laborat, vel cujus corpus longo morbo exhauſtum eſt, & colliquefactum. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Præcordiorum vitiis, ſyntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulſa linguæ paralyſi.

Syntexis, f. 3. σύντηξις, colliquatio, & tabes corporis ex diuturno morbo, extenuatio præ macie: item, defectio, & animi deliquium, quæ alias ſyncope dicitur, a συντήκομαι, quod eſt liqueſieri. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntexes.

Syntheſis, is, f. *compoſizione*, σύνθεσις, compoſitio, rerum quarumvis congeſtio, ac contractio, a συντίθημι, *compono*, *conſtituo*. *Seren. Sammonic. c.* 60. *de venenis prohibendis*. Antidotus vero multis Mithridatica fertur Conſociata modis: ſed Magnus ſcrinia regis (*Mithridatis*) cum raperet victor, vilem deprehendit in illis Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina riſit. *ingredienti di poco valore, e vertù*. ¶ Speciatim ſic vocatur veſtium variarum copia in arca conſtructa, & aſſervata. *Scævola l.* 38. *Dig. de aur. arg. leg.* Quæro, an ex univerſa veſte, id eſt ex ea ſyntheſi tunicas ſingulas, & palliola Sempronia eligere poſſit. ¶ Eadem ratione vaſorum congeries ſyntheſis dicitur. *Stat. lib.* 4. *ſilv.* 9. *v.* 44. Aut unam dare ſyntheſim quid horres Alborum calicum, *un ſervizio de bicchieri*. *Martial. l.* 4. *ep.* 46. Et craſſo figuli polita cœno Septenaria ſyntheſis Sagunti. ¶ Sæpiſſime accipitur pro veſte quadam cœnatoria, cujus uſus erat domi in cœna, foris vero Saturnalium tempore. Erat autem veluti linteum pallium, quo ceteris veſtibus depoſitis involvebantur cœnaturi, itemque in Saturnalibus eo amicti prodibant, quia eo tempore crebrius convivia agitabant. Extra hæc tempora ſyntheſi indutum prodire, mollitiei dabatur, & probro: hinc reprehendit Neronem *Suetonius in ejus vita c.* 51. quod tali cultu inceſſeret. *Martial. l.* 5. *ep.* 80. Undecies una ſurrexti, Zoile, cœna, & mutata tibi eſt ſyntheſis undecies. *Id. l.* 14. *ep.* 1. *de Saturnalium celebratione*: Syntheſibus dum gaudet eques, dominuſque ſenator: Dumque decent noſtrum pilea ſumpta Jovem. ¶ Denique ſyntheſis eſt figura ſyntaxeos, ubi conſtructio non ad verba, ſed ad verborum ſenſum refertur, atque duplex: alia, cum nomini collective ſingularis numeri verbum plurale ſubjicitur, ut in illo *Virg. Æn.* 1. *v.* 216. *Pars in fruſta ſecant*: Alia, cum altero ſubſtantivo nomine poſito, alterum ſubintelligitur, & cum illo adjectivum concordat, ut in illo *ejuſd. Æn.* 12. *v.* 899. Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *corpora* enim poſuit, ſed *in lectis* ad *homines*, quod in mente habebat, retulit. Utrumque ſyntaxeos genus eſt in illo *Statii Theb.* 7. *v.* 603. Subeunt Tegeæa juventus Auxilio tardi.

Syntheſinus, a, um, adject. a ſyntheſi. *Sueton. in Ner. c.* 51. Plerumque ſyntheſinam indutus. ſubaudi *veſtem*. h. e. ſyntheſim.

Syntonus, a, um, adject. σύντονος. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *prope fin.* Quotidie magis laſcivimus, ſyntonorum modis ſaltitantes. Ubi *ſyntona* videntur eſſe muſica quædam ſcabella, quæ pedibus pulſata ſymphoniacum quendam, eundemque ſemper tenoris ſonum edebant moderandæ voci aptum. Alii tamen leg. *Sybaritarum*.

Syntrophium, ii, n. συντρόφιον, herba, quæ rubus, ſeu ruſcus dicitur. *Apulej. de herb. c.* 87.

Syphax, acis, m. Σύφαξ, Numidiæ Rex, qui cum Scipioni per Lælium fuiſſet conciliatus, belliqne ſocietatem cum eo iniiſſet, poſtea violata fide Annibali adhæſit. Tandem victus a Maſiniſſa, vivus in Scipionis manus perductus eſt, a quo in triumphum ductus, & deinde in carcerem incluſus veneno, vel inedia vitam finiit, ut Polybius narrat. Nam *Liv. l.* 30. *c. ult.* dicit, eum mortuum fuiſſe Tyburi ante triumphum. Regnum ejus Maſiniſſæ conceſſum eſt. Erat regia ejus Sigæ urbe. *Plin. l.* 5. *cap.* 2. In obliquis penultimam longam habet. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 769. Poſtera lux melior ſuperat Maſiniſſa Syphacem. Reperitur tamen correpta. *Claud. de bello Gild. v.* 91. Haurire venena Compulimus dirum Syphacem, fractumque Metello, &c.

Syracoſius. V. *Syracuſius*.

Syracuſæ, arum, f. 1. *Siracuſa*, *Saragoſa*, Συράκουσαι, urbs Siciliæ, quatuor urbibus conſtans, Neapoli, Achradina, Tyche, & Inſula, teſte *Cicerone* 6. *Verr. Diodoro*, & *Livio*, ambitu ſupra 22 M. P. Eſt in ora orientali Vallis Netinæ, ubi fons Arethuſa, inter Catinam & Pachynum prom. Prius Ortygia dicebatur. Condita fuit ab Archia Corinthio, teſte Stephano. Fuit pulcherrima, & potentiſſima. Genuit multos magnos viros, in his Archimedem ſummum illum Mathematicum, Theocritum, qui Bucolica ſcripſit, Epicharmum, & Dinolochum ejus filium inſignem Comicum Olympiade 73. Philemonem novæ Comœdiæ ſcriptorem, ætate Alexandri Magni, qui anno 97. nimio riſu obiit, Phormum item Comicum ſub Gelone Tyranno. Vino etiam celebris eſt. *Solinus in Polyhiſtore* ſcribit, in Sicilia primum Comœdiam inventam fuiſſe. *Ovid.* 4. *Faſt.* Utque Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis Claudius, & bello te quoque cepit, Eryx.

Syracuſani, orum, m. pl. cives Syracuſarum, qui & Syracuſii, & Arethuſii. Ditiſſimi erant. Eo divitiarum pervenere, teſte *Strabone l.* 6. ut proverbio diceretur, *Ne decimam quidem Syracuſanorum partem*, in eos, qui ſe divites venditarent. Ut autem olim erant opibus florentiſſimi, ſic fuere & voluptatibus addictiſſimi, ut propterea *Menſa Syracuſana*, proverbio ſatis vulgato, apud Ariſtophanem, Athenæum, & alios, de menſa lautiſſima diceretur. Olim longum bellum cum Catinienſibus geſſere. *Juſtin. l.* 4. *c.* 3. & 4.

Syracuſius, & Syracoſius, & Syracuſanus, a, um, adject. *Siracuſano*, ad Syracuſas pertinens. *Claud. in epigr. de ſphæra Archimedis*: Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex. *Ovid.* 6. *Faſt.* Arte Syracuſia ſuſpenſus in aere clauſo ſtat globus. *h. e.* arte Archimedis. Alii leg. *Syracoſia*. *Id. in Ibin.* Utque Syracoſio perſtricta fauce Poetæ. h. e. Philemoni, qui Syracuſius fuit. *Virg. Ecl.* 3. Syracuſio verſu ludere. h. e. Bucolico, quale fuit carmen Theocriti Syracuſii. Hic quoque alii leg. *Syracoſio*. *Plaut. Men.* 5. 9. 10. Siculus ſum Syracuſanus.

Syræum, V. Siræum.

Syri, orum, m. pl. pop. Syriæ, qui etiam in Cappadocia ſunt, teſte Strabone, qui & *Leucoſyri Plinio*, & *Ptolemæo*. *Cic.* 2. *de Or.* Noſtros homines ſimiles eſſe Syrorum venalium, ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum. ¶ Fortunam coluere. Piſces etiam venerati ſunt, quibus veſci nefas putabant. Cauſam *Ovidius* 2. *Faſt.* affert, quia, cum olim Venus una cum Cupidine Typhonem fugeret, bella Gigantum, & in Euphratem cannarum ſtrepitu perterrita profiluiſſet, duo piſces accurrere, qui eos trans flumen incolumes vexerunt, qui etiam eo merito in cœlum a Poetis tranſlati fuiſſe finguntur. ¶ Hortorum cultores fuiſſe feruntur, ut *Multa Syrorum olera*, apud *Plinium l.* 20. *c.* 5. vice proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis, quam utilitatis afferentibus occupantur. ¶ Callidi, & fraudulenti ſunt. Hinc *Syri adverſus Phœnices* apud *Suidam* proverbium eſt in verſipelles, & fraudulentos mutuo, qui hoc agunt, ut dolis ſe mutuo circumveniant, quales erant inter ſe Syri, & Phœnices. Niſi dicamus, hoc proverbium in maleficos proferri, quales Syros fuiſſe tradunt. ¶ Plurimi Syrorum ſervi erant apud Romanos: unde *Syrus* ſervile nomen eſt apud Comicos. *Juvenal. ſat.* 6. Quam, quæ longorum vehitur cervice Syrorum.

Syria, æ, f. *Soria*, Turcis *Souriſtan*, *regio*, prov. Aſiæ. Ejus fines ſunt

a Sept. Amanus mons, quo a Cappadocia, & Armenia ſeparatur, a Mer. Arabia Petræa, & Ægyptus, ab Occ. ejuſdem Arabiæ Petrææ pars, & mare Syriacum, ſive Phœnicium, uſque in Ægyptum, & Amanus mons, quo a Cilicia ſubmovetur, ab Or. Euphrates amnis, quo diſcernitur a Meſopotamia, uſque ad Thapſacum opp. atque inde Arabia deſerta. ¶ Differt ab Aſſyria. Nam Aſſyria eſt ultra Meſopotamiam, & trans Tigrim fl. Mediam, & Suſianam verſus. Cæterum multi hæc nomina confundunt, ut *Herodotus*, qui Syros a Græcis dictos, Aſſyrios a Barbaris dici ſcribit, & illis Chaldæos annumerat. *Acron* quoque, & *Porphyrio* inſignes Grammatici, apud Horatium, nam, quæ nunc Syria dicatur, olim Aſſyriam dictam, addita ſyllaba, ſcribunt. Ammianus Marcellinus ſimiliter *l.* 23. ſcribit, quæ olim Aſſyria dicebatur, nunc omnem Syriam appellari.

Syriacus, a, um, *συριακός*, quod ad Syriam pertinet, ut Boves Syriaci, ideſt qui ſunt in Syria. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Syriacis non ſunt palearia. ¶ Syriacus Prætor, qui Syriam regit. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Nam & te interioribus exciois tuis, Cilicienſi, & ſyriaco anteponis. ¶ Syriacum, ſeu Syrium mare, Phœnicium Plinio, Sidonium Euſtathio, Judaicum Tacito, *Mare di Soria*, mare apud Syriam, quod Phœniciam, Paleſtinamque alluit. ¶ Radix ſyria, idem ac ſilphium, quod Latini laſerpitium vocant, quia, ut inquit Dioſcorides, ex Syria, & Media optima hujuſmodi radix afferebatur. Vulgus noſtrum hanc herbam, ut inquit Ruellius, pariter & radicem ab auctoritate, & nobilitate Angelicam, & radicem S. Spiritus, & Imperatoriam appellat. *Col. l.* 11. *c.* 13. Nec minus, ſi vernum, & æſtivum fructum voles habere, ſyriaca radicis, & rapi, napique ſeminis obrues. ¶ Syriacus ros, *δροσόμελι*, cœli ſudor, ſive aeris ſe ſe expurgantis ſuccus, in foliis ſtirpium concreſcens, præcipue in Syria, juxta Libanum montem, unde & nomen accepit. Arabes manna appellant; quo nomine utuntur & Officinæ. Quidam accipiunt pro ſucco radicis ſilphii, qui Græcis *ὀπὸς κυρηναϊκός* etiam dicitur, hoc eſt ſuccus Cyrenaicus, quod in Cyrenaica provincia, quemadmodum & in Syria, optimus naſceretur ex ſilphio. *Col. l.* 9. *c.* 13. Vel uvæ paſſæ cum rore Syriaco cum pari menſura pinſitæ. ¶ Syriacus raphanus, ſpecies raphani cæteris raphani ſpeciebus ſuavior, & tenerior, & patientior hyemis. A Syria, unde primum advectus fuit, nomen retinuit. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, ſuaviſſimum fere, ac teneriſſimum, hyemiſque patiens. Præcipuum tamen eſt, quod e Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud Auctores non reperitur: id autem tota hyeme durat. ¶ Lapis Syriacus, idem ac tecolithus, qui calculos renum frangit, qui alias Judaicus vocatus, ut Aetius auctor eſt. Cauſa utriuſque nominis eſt, quia naſcatur in Judæa, ſive Syria Palæſtina. Meminit & *Solinus*, & alii.

Syriaticus, a, um, adject. idem quod Syriacus. *Florus l.* 2. *c.* 9. Syriatico bello ſucceſſit, ut debebat, Ætolicum. *Salmaſius* notat, in antiquis codicibus frequentius reperiri *Syriaticus*, quam *Syriacus*. Alii tamen in loco Flori allato leg. *Syriaco*.

Syrictæ, m. 1. *συρικταί*, pop. inter Nomades Indiæ. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium modo loripedem, vocari Syrictas.

Syricus, a, um, adject. idem quod Syriacus, ut Syrica mala. *Colum. l.* 5. *c.* 10. Syricum atramentum. *Plin. l.* 35. *c.* 6. ubi docet, ita vocari colorem quendam factitium ex ſinopide, & ſandyce mixtis, quo minium adulteratur.

Syringatus, a, um, adject. excavatus in modum fiſtulæ, totus inanis factus. Hædus ſyringatus dicitur ab *Apic. l.* 8. c. 6. cujus inteſtina probe expurgata, omni emiſſa fæce, & vacua facta ſunt, ut condimentis farciri poſſint, quibus poſtea conſutis, integrum coquitur, & menſæ infertur.

Syringia, æ, f. genus calami, qui totus concavus eſt, utiliſſimus fiſtulis, quoniam nihil eſt ei cartilaginis atque carnis. *Plin. l.* 16. c. 36.

Syringites, æ, m. 1. *συριγγίτης*, gemmæ genus, a *σύριγξ*, *fiſtula*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis, perpetua fiſtula cavatur.

Syrinx, gis, f. Nympha Arcadiæ, quæ cum Panos vim effugere non poſſet, miſeratione Deorum mutata eſt in paluſtres calamos. *Ovid.* 1. *Met* Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas Najas una fuit, Nymphæ Syringa vocabant. ¶ Ex iis calamis idem Pan concinnavit fiſtulam, quam ſæpe inflabat ad Nymphæ deſiderium levandum, eodemque nomine *σύριγγα* appellavit, quæ vox Græce calamum, ſeu fiſtulam paſtoritiam ſignificat: item canaliculum, ſeu cavitatem in catapulta. *Vitruv. l.* 10. *c.* 15. Canaliculi, qui Græce *σύριγξ* dicitur, longitudo &c. Alii leg. *τρῖξ*. ¶ Sunt etiam ſyringes cavitates ſubterraneæ. *Ammian. l.* 22. *c.* 39. Sunt & ſyringes ſubterranei quidam, & flexuoſi receſſus. *Id. l.* 29. *c.* 15. Aut in cavernis minutis terrarum, quas ſyringas vocamus.

Syriſcus, i, adject. diminut. a *Syrus*, *Συρίσκος*. Apud *Terent. Adelph.* 5. 2. ita appellatur Syrus ſervus blandiendi cauſa.

Syriſſa, æ, f. *συρίσσα*, mulier e Syria, a *Syrus*, ut Libyſſa a Libys, Ciliſſa a Cilix. *Virg. in Copa*, *v.* 1. Copa Syriſca, caput Graja redimita mitella.

Syrite, es, f. 1. inſ. Joniæ, apud Epheſum, quæ nunc mediterranea effecta eſt. *Plin. l.* 2. c. 89.

Syrites, æ, m. 1. *συρίτης*, genus lapidis. *Plin. lib.* 11. *c.* 37. In veſica lupi lapillus, qui ſyrites appellatur.

Syrium, ii, n. *σύριον*, oleum, ſeu ſuccus lilii expreſſus. *Plin. l.* 21. *c.* 19. *& l.* 23. *c.* 4.

Syrius, a, um, *σύριος*, quod eſt ex Syria. *Virg.* 2. *Georg.* Cruſtumiis, Syriiſque pyris, graviburque volemis. *Col. l.* 5. *c.* 10. Ea ſunt Cruſtumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur. ¶ Syrium munus, unguentum e Syria. *Prop. l.* 2. *el.* 11. Cum dabitur Syrio munere plenus onyx. ¶ Syria Dea, eadem videtur eſſe quæ Cybele Deum mater, ut probat *Selden.* in libro de Diis Syris. Alii Venerem eſſe voluerunt, alii Junonem. *Flor. l.* 3. *c.* 19. Syrus quidam, fanatico furore ſimulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem ſervos concitavit.

Syrma, atis, n. *σύρμα*, genus veſtis longæ, humum verrens, a *σύρω*, traho. *Donat. ſive alius prolegom. in Ter.* Syrmata dicta ſunt ab eo, quod trahuntur, quæ res ab ſcenica luxuria inſtituta eſt. Nempe ſyrma veſtis erat oblonga: unde *profundum* appellat *Sidonius l.* 8. *ep.* 11. Hoc veſtis genere in tragœdiis utebantur, teſte Polluce, quo perſonæ heroum, vel heroinarum viderentur proceriores. *Valer. in Phormione*, *apud Priſcian. l.* 6. Quid hic cum tragicis verſibus, & ſyrma facis? Ubi *ſyrma* antique uſurpat pro *ſyrmate*. *Juven. ſat.* 8. *v.* 229. Longum tu pone Thyeſtæ ſyrma, vel Antigones. Quo ex loco patet, *ſyrma* ad utrumque ſexum pertinuiſſe. *Prudent. in Pſychomachia* v. 365. Ut tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat. ¶ Metonymice ponitur pro tragœdia, pro ſtylo tragico. *Martial. l.* 4. *epigr.* 49. Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet. ideſt ſtylo tragico. *Id. l.* 12. *ep.* 96. Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi. h. e. tu quoque te ad tragœdiam contuliſti.

Syrmaticus, a, um, adject. ut ſyrmaticum jumentum, apud *Veget. l.* 3. *Vet. c.* 52. h. e. claudicans, & dolore aliquo coxam trahens.

Syrna, æ, f. 1. *Σύρνα*, opp. in Cherroneſo Cariæ adhærente, a Podalyrio conditum, & a nomine Syrnæ uxoris ejus ita appellatum. Ferunt enim, Podalyrium, cum in Cariam eſſet ejectus, a caprario quodam fuiſſe ſervatum, & ad Damæthum regem deductum, cujus filiam de tecto delapſam cum detracto ex utroque brachio ſanguine ſervaſſet, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam, ejus beneficio ſervatam, ei uxorem tradidit, Cherroneſo illi in dotem attributa: in qua Podalyrius duas urbes condidiſſe traditur, quarum alteri uxoris, alteri paſtoris nomen indidit. *Steph.*

Syrobatæ, m. 1. pop. Æthiopiæ, altitudinis octo cubitorum, ad Aſtapum fl. inter Nomades. *Plin. l.* 6. *c.* 30. *l.* 7. *c.* 2.

Syrophœnicia, æ, f. regio Phœniciæ proxima Syriæ maritimæ.

Syrophœnix, icis, com. 3. qui eſt ex Syrophœnice, idem ac Phœnix. *Juven. ſat.* 8. Obvius aſſiduo Syrophœnix udus amomo.

Syros, i, f. *Σύρος*, inſula maris Ægæi, una ex Cycladibus, patria Pherecydis. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Syrpe. V. Sirpe.

Syrticus, a, um, adject. ad Syrtim pertinens. *Senec. de vita beat. c.* 14. Deprehenſi in mari ſyrtico, modo in ſicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. *Id. epiſt.* 90. Gentes Syrticæ. ¶ Ponitur & generatim pro arenoſo, ſterili. *Lucan. l.* 10. *c.* 38. Syrticus Ammon. *Sidon. l.* 8. *ep.* 12. Syrticus ager, & vagum ſolum.

Syrtis, is, vel idis, f. *ſirte*, *σύρτις*, locus arenoſus in mari, a *Σύρω*, *traho*, quaſi *σύρσις*, *tractus*. Etymon id approbat Salluſtius in Jugurtha, ubi a tractu ſyrtes Africæ nominatas ait. Ac reſpexit eodem *Feſtus Avienus*, cum ait, Late trahit æquora ſyrtis. *Virg.* 10. *Æn.* In ſyrtis, in ſaxa volens vos Turnus adoro. Ubi *ſyrtis* accuſativus pluralis eſt per contractionem pro *ſyrties*, vel *ſyrtes* more Græcorum. ¶ Speciatim, per excellentiam, dicitur de mari vadoſo, & ſcopuloſo Africæ, inter Byzacenam ad Occ. & Cyrenaicam ad Or. longe, lateque diffuſo, *le ſeche di Barbaria*, quod apud *Senecam* mare Syrticum. In magnam, & parvam dividitur. Magna, ſeu major ſinus eſt magnus maris Mediterranei in ora Africæ, inter Leptim magnam ad Occ. & Bernicen urb. Cyrenaicæ ad Or. vulgo *Golfo di Sidra*, & *Golfo di Faio*, al. *Golfo di Sedra*. Syrtis parva, ſeu minor eſt ſinus maris Mediterranei in ora Africæ, inter Taphruras ad Occ. & Zerham prom. ad Or. apud Leptim magnam, *Golfo di Capi* Ortelio, & *Golfo di Rama* Fazello. Utraque Syrtis navigantibus eſt periculoſiſſima, quod mare ibi vadoſum ſit, arenæ vehent cumulos, qui loci faciem viciſſim immutant, dorſaque, & brevia in alia, atque alia loca transferunt. *Salluſt. in Jug. c.* 78. Duo ſunt ſinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamen natura, quorum proxima terris perlata ſunt, cæterum, uti fors tulit, alta, alias tempeſtate vadoſa. Nam ubi mare magnum eſſe, & ſævire ventis cœpit, limum, arenamque, & ſaxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur. *Virg.* 4. *Æn.* Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis. ¶ Aliæ quoque celebres ſyrtes ſunt, ut in America Septentrionali, in mari Æthiopico, &c. de quibus V. Geographos. ¶ Translate Syrtis patrimonii, h. e. vorago: quam tamen metaphoram minus probat *Cicero l.* 3. *de Orat.* c. 41. & *ſcopulum* potius eſſe ſcribit.

Syrtites, æ, gemma, ita dicta quod circa Syrtes Libyæ permixta arenis, fluctibus expulſa fervente freto reperiatur. *Plin. l.* 37. c. 10.

Syrus, i, ſcrobs ſubterranea. *V. Sirus.*

Syrus, a, um, adject. idem quod Syrius, & Syriacus, ut Syra lagena. *Martial. l.* 4. *epigr.* 46. Syra vina. *Horat. l.* 1. *od.* 31. ¶ Syri, populi Syriæ, V. ſupra Syri.

Syſtema, matis, n. *ſiſtema*, *σύστημα*, compages, conſtructio. Solet adhiberi pro rerum diſpoſitione, qua ſenſu nondum vidimus idoneam latini ſcriptoris exemplum. ¶ Transfertur ad explicanda genera multorum tonorum muſicalium, qua de re V. *Mart. Capellam l.* 9. *tit. quid ſit ſyſtema.*

Syſtole, es, f. 1. *συστολή*, Figura Poetica, per quam ſyllabæ natura longa corripitur. *Virg.* 6. *Æn.* Ille autem, paribus quas fulgere cernis in armis. ¶ Locum etiam habet, cum ſyllaba longa poſitione, altera conſonante extrita, brevis fit. *Lucan. lib.* 8. Cur obterit Magni tumulum, Maneſque vagantes? V. *Diomed. l.* 2. & *Chariſ. lib.* 4. qui tamen Græci ſemper hanc vocem uſurpant.

Syſtylos, i, *σύστυλος*, ſpecies ædium columnas habens rariores pycnoſtylo, crebriores autem diaſtylo, ita ut inter unam alteramque columnam duarum columnarum craſſitudo interjaceat. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Syzygia, vel Syzugia, *συζυγία*, conjugatio, conjunctio, a *σύν*, & *ζεύγνυμι*, *copulo*, *jungo*. Figura eſt Poetica, quæ fit variorum pedum velut in unum pedem collecta concluſione, ut definit *Sergius Grammat. in Donat. pag.* 1832. *editionis Putſchii*. ut ſi e. g. dictio aliqua quatuor ſyllabarum numerum excedens, in duas partes, aut tres dividatur, hæ partes ſyzygiæ appellantur, ut *ædificatio* nullum per ſe pedem efficit, at ſi dividatur hoc modo *ædifi-catio*, duos dactylos facit, ſi hoc modo *ædifica-tio*, choriambum, & pyrrhichium.

DE LITERA T.

T Litera conſonans muta, cognationem quandam habet cum *d*, ut ait *Quintilian. l.* 1. *c.* 4. Veteres namque *Alexanter*, & *Caſſantra* olim ſcripſere, quod poſtea *Alexander*, & *Caſſandra*. ¶ In veteribus Senatuſconſultis litera T ſubſcripta ſignificabat, illud Senatuſconſultum a tribunis pl. quoque approbatum fuiſſe. *Valer. Max. l.* 2 c. 2. ¶ In prænominibus T. ſignificat *Titus*, ut T. Livius, T. Manlius.

T ANTE A.

Taautes, Deus apud Phœnices, ut Saturnus apud Latinos. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Principes dei Cœlum, & Terra, hi idem, qui in Ægypto Serapis, & Iſis, qui ſunt Taautes, & Aſtarte apud Phœnices.

Tabanus, i, m. 2. *tafano*, Ger. *breme*, Gal. *taon*, Hiſp. *tavano*, *μύωψ*, vel *οἶστρος*, prout Gloſſæ Cyr. interpretantur, muſcæ genus, quod & *aſilum* Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maxime infeſtat. Unde Poetæ fingunt, Io puellam, tabano a Junone immiſſo, verſam fuiſſe in inſaniam. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 5. Itaque quod eas æſtate tabani concitare ſolent, & beſtiolæ quædam minutæ ſub cauda. *Plin. l.* 11. c. 28. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, ut aſilo, ſive tabanum dici placet, item culicibus, & quibuſdam muſcis.

Tabefactus, a, um, om. particip. *liquefatto*. *Solin. c.* 8. Tabefactis nivibus, & liquentibus.

Tabella, æ, f. *tavoletta*, *πινάκιον*, parva tabula. *Plin. lib.* 16. *c.* 39. Lignum tabellis pictorum immortale. *Cicer.* 7. *Fam. ep.* 32. Exedria tabellis

belliſ ornare, *di quadri*. *Martial. l.* 11. *ep.* 32. Piſtor multiplices ſtruit tabellas. h. e. placentas in modum tabellarum. ¶ Dicitur etiam de codicillo, in quo ſcribebant, *ſcrittura, lettera*. *Feſt.* Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro, citrove, ſive privatim, ſive publice opus erat, certiores abſentes faciebant. Unde adhuc tabellarii dicuntur, & tabellæ miſſæ ab Imperatoribus. Hinc *Feſt.* Fiebant tabellæ iſtæ e fago, abiete, buxo, tilia, ſive phylira, acere, citro, abore. Iis vero cera inducebatur: unde *ceratas tabellas* legimus, & *ceram* ſimpliciter pro *tabellis*. Hasce tabellas poſtquam ſcripſerant, lino obligabant, & ceram anulo ſuo obſignabant. Hinc *Plaut. Pſeud. a.* 1. *ſc.* 1. *v.* 39. Phoenicium Callidoro amatori ſuo Per ceram, & linum, literaſque interpretes Salutem mittit. Et *Bacch. a.* 4. *ſc.* 4. *v.* 96. Cedo tu ceram, ac linum actutum, age, obliga, obſigna cito. Et *Cicero* 3. *Catil. c.* 5. Tabellas proferri juſſimus, quæ a quoqua dicebantur datæ. Primum oſtendimus Cethego, ſignum cognovit. Nos linum incidimus, legimus: erat ſcriptum ipſius manu, &c. Rurſus *Plaut. Curc. a.* 3. 86. Tabellas obſignare, *ſigillare*. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 199. Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis Non es amaturus. h. e. uxorem ductam rite, & ſecundum leges, conventione matrimoniali in tabellis perſcripta. Tabellis obſignatis cum aliquo agere, eſt ſuo illum ſcripto convincere. *Cic.* 5. *Tuſc. cap.* 11. Tu quidem tabellis obſignatis agis mecum, & teſtificaris, quid aliquando dixerim, aut ſcripſerim. ¶ Tabellæ item dicebantur, in quibus populus ſuffragium, aut judices ſententiam perſcribebant. *voti*. *Cic. in Piſ.* Me univerſa civitas non prius tabella, quam voce priorem Conſulem declaravit. *Id.* 1. *Ver.* Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami, ac nefaria. ¶ In Comitiis de legibus diribitores duo tabellarum genera populo diſtribuebant, unum, in quo duæ literæ U. R. ſcriptæ erant, ideſt *Uti rogas*, *Uti tu, qui legem fers, nos rogas, ita jubemus*, alterum, in quo litera A, quæ ſignificabat *Antiquo*, ideſt *legem reſpuimus*. Si igitur cives legem acciperent, punctum ſcribebant in tabellis, in quibus erant literæ U. R. illoque puncto ſignificabant, ſe uelle, ſicuti interrogabantur: ſi improbabant, punctum ſcribebant in tabellis, in quibus erat litera A, & eo puncto ſignificabant, ſe antiqua velle, legemque illam repudiare. *Sigon. de Judiciis, lib.* 3. *cap.* 15. In Comitiis de reis ternæ tabellæ dabantur, ſive judicium a Populo, ſive a Judicibus fieret, quarum in una ſcriptum erat A, ideſt *Abſolvo*; in altera C, ideſt *Condemno*; in tertia N L. ideſt *Non liquet*, h. e. *cauſam plane non intelligo, quare neque abſolvo, neque condemno*. Igitur cives, in qua vellent tabella, punctum ſcribebant, quemadmodum cuique videratur. *Sigon. de Judiciis*, *l.* 2. *c.* 22.

Tabellārius, ii, *m.* *corriero*, *portalettere*, רכבך, Germ. *brieffrager*, Gall. *courrier*, Hiſp. *correo*, γραμματοφόρος, qui tabellas, ideſt literas perfert. *Cic.* 2. *Phil. c.* 31. Janitor, quis tu? a Marco tabellarius. *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 22. Nos quotidie tabellarios veſtros expectamus. ¶ Accipitur item pro eo, qui rationes conficit, & data, acceptaque in tabulas refert, *computiſta*. *Sidon. l.* 4. *ep.* 11. Sed & illa ſuſcipiebat hunc granditer, habens in eo conſiliarium in judiciis, vicarium in eccleſiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem. Alii leg. *tabularius*.

Tabellārius, a, um, γραμματικός, quod ad tabellas pertinet. Lex tabellaria fuit, ne ſuffragia poſthac a Populo voce, ſed tabella, ideſt ne palam, & aperte, ſed clam, & occulte ferrentur. Hac lege conſtitutum fuit genus illud libertatis Civium Romanorum, quo Civium ſuorum gratiæ non erant obnoxii; qui enim palam alicui repugnare non audebant, per tabellas quidvis poterant efficere ſine ullius offenſione. Hujus generis leges quatuor fuere. Prima Gabinia, lata a Gabinio, ut populus in creandis Magiſtratibus ſuffragium non, ut antea, voce, ſed per tabellas ferret: altera Caſſia, lata a L. Caſſio Longino, ut in judiciis quoque tabellæ adhiberentur, excepto perduellionis crimine. Tertia Papiria, lata a C. Papirio Carbone, oratore illo eloquentiſſimo, ut leges etiam per tabellas juberentur, aut vetarentur: quarta denique Cælia, lata a quodam Cœlio trib. pl. qua ſanxit, ut etiam in judiciis perduellionis uſus tabellarum eſſet: atque his quatuor legibus complexi ſunt ea omnia, quæ ſuffragiis ferendis tranſigi poterant. *Cicer.* 3. *de Legib. cap.* 15. Quis autem non ſentit, auctoritatem omnem optimatium tabellariam legem abſtuliſſe? quam populus liber nunquam deſideravit: idem oppreſſus dominatu, ac potentia principum flagitavit. V. *eund. ibid. & cap.* 16. ubi de hac re multa, *Plin. lib.* 3. *ep.* 20. & *lib.* 4. *ep.* 25. ¶ Tabellariæ naves ſunt, quæ præmitti ſolent, & nuntiare ſecuturæ claſſis adventum. *Senec. epiſt.* 77. (*al.* 78.) *initio*.

Tabellĭo, onis, *m.* *notajo*, γραμματεύς, notarius, qui tabulas, hoc eſt teſtamenta, & publicas ſcripturas conficit. *Firmic. l.* 4. *c.* 5. Tabelliones publicos facit, & qui ex literis quærant vitæ ſubſidia. *Capitolin. in Macrino*, *c.* 4. Venator primo, mox etiam tabellio. ¶ Utrum idem notarius dici poſſit, V. *Notarius*.

Tābĕo, es, bui, ſine ſup. n. 3. *liquefarſi*, τήκομαι, langueo, deficio, conſumor. *Ovid.* 7. *Met. v.* 541. Lanæque cadunt, & corpora tabent. ¶ *Virg.* 1. *Æn. v.* 173. Sale tabentes artus in litore ponunt. h. e. feſſos, & languidos incommodis navigationis, & nauſea.

Tăberna, æ, f. 1. *bottega*, Ger. *laden* Gal. *boutique*, *loges*, Hiſ. *tienda*, *venta*, ἐργαστήριον, dicta eſt quaſi *tabulerna* per ſyncop. a *tabula*, nam proprie ſignificat ædificium, ſeu caſam ex tabulis conſtructam, ut ait *Ulpian. l.* 183. *Dig. de Verb. ſign.* quo ſenſo fortaſſe uſurpavit *Horat. l.* 1. *od.* 4. Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, regumque turres. quamquam & de loco, ubi merces venduntur, commode accipi poteſt. Differt ab officina, quia in hac res ab opificibus efficiuntur, in taberna vero venduntur. *Cic.* 2. *Philipp. c.* 9. Taberna libraria. *Id. pro Cluent. c.* 63. Inſtructa, & ornata taberna medicinæ exercendæ cauſa, *una ſpezieria*. *Var. l.* 7. *de L. L.* Taberna vinaria. *Plaut. Men.* 3. 2. 81. Taberna diverſoria. *oſteria*. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 4. Divertere in tabernam, *andar' all' oſteria*. *Liv. l.* 26. *c.* 11. Taberna argentaria. *bottega da orefice*. ¶ Romæ in foro plures erant tabernæ, præcipue argentariæ, apud quas auctiones fieri ſolebant, ut ex *Cic. pro Cæc. & Quinctil. l.* 6. colligitur. Aliæ veteres dicebantur, aliæ novæ, quarum mentio fit a *Plaut. in Curcul.* 4. 1. 19. & a *Liv. l.* 26. *c.* 27. ¶ Pro officina *Juvenal. ſat.* 13. *v.* 45. & jam ſiccato nectare tergens Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.

Tabernāclarius, ii, m. qui tabernas conficit. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 642. *n.* 8. Collegium tabernaclariorum.

Tabernācŭlum, li, n. *tabernacola*, *alloggiamento*, *padiglione*, אהל, Germ. *hutten*, Gall. *tabernacle*, Hiſp. *tienda de lienço*, *o tablas*, σκήνωμα, ſolitarium quoddam tectum frondibus, aut ſtragulis opertum, adverſus Solis, tempeſtatiſque injuriam, cujuſmodi ſunt, quæ in caſtris excitantur, & modo huc, modo illuc transferuntur, a *taberna*, quod velut taberna quædam ſit. *Cæſ. l.* 6. *de bell. Gall.* Hic, diffiſus ſuæ, ac omnium ſaluti, inermis ex tabernaculis prodit. *Cic. in Piſon. c.* 25. Domum mihi biduo ante conduxerat, quæ ſi vacua non fuiſſet, in campo Martio mihi tabernaculum collocaſſem. Et tranſlata. *Id.* 3. *de Orat. c.* 20. Qui in una philoſophia quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocarunt. ¶ Capere tabernaculum augures dicebantur, cum ad augurium captandum locum eligebant, tabernaculumque ſtatuebant, ex quo de cœlo ſervarent. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 17. Cum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens. *Id. ib. l.* 2. *c.* 35. Tabernaculo recte capto.

Tabernārius, ii, m. *bottegajo*, רוכל, Germ. *kramer*, Gall. *tavernier*, Hiſp. *tendero*, *o meſonero*, ἐργαστηριάρχης, καπηλός, inſtitor, qui in taberna merces ſuas venales habet, qui rebus minutatim vendendis præeſt. *Cic. pro Flacco c.* 8. Opifices, & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid eſt negotii concitare? ¶ Sumitur etiam pro eo, qui præeſt curandis tabernis, ut aquarius pro aquarum, & aquæductuum curatore. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 6. Niſi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet. Tabernarios *Cælius* hic vocat non omnes omnium mercium inſtitores, verum eos omnes, quorum in tabernas homines ſibi gratia conveniunt, h. e. caupones. V. Manut. ad hunc loc. ¶ Adjectiva tabernarias blanditias dixit *Apuleî. in Apolog.* hoc eſt, ruſticas, plebejas, viliores, quales adhiberi ſolent ab hominibus cauponas frequentantibus, vel ab ipſis cauponibus ad hoſpites alliciendos.

Tabernŭla, æ, f. *picciola bottega*. *Apulej. lib.* 7. *Met.* Nocte tabernulam quandam, vitatis maris fluctibus, incubabat.

Tābes, is, f. *liquefazione*, *liquore*, τῆξις, colliquatio, liquefactio, liquor, a Dorico τάκω pro τήκω, ideſt liquo, liquefacio. *Ovid.* 9. *Met. de Hercule in Oeta monte*: Amboſtique ſonant nervi, cæcaque medullis Tabe liquefactis, &c. *Id.* 3. *de Pont. eleg.* 1. Tinctaque mortifera tabe ſagitta madet. *Liv. l.* 21. *c.* 36. Fluentem tabem liqueſcentis nivis. *Plin. l.* 9. *c.* 35. *de Cleopatra*. Cujus (aceti) vis in tabem margaritas reſolvit. ¶ Item ſæpe pro corporis humani colliquatione ex morbi diuturnitate, vel nimia extenuatione ex cura, animique ægritudine procedente, pro morbo, quo corpus conſumitur, *tiſica*, *tiſichezza*, Germ. *ſchwindſucht*, Gal. *tiſie*, Hiſp. *tiſica*, τῆξις, φθίσις, ἀτροφία, μάρασμος, μαρασμός, quia, ut calor ignis metalla, ſic morbus is corporis ſoliditatem liquefacit, & ſolvit. Hujus tres ſunt ſpecies. Una, cum corpus non alitur, & ita ſumma oritur macies, quæ, niſi occurratur, occidit, ἀτροφία dicitur a Græcis, & qui hoc malo laborant, ἄτροφοι. Altera, ubi malus corporis habitus eſt, ideoque omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci καχεξίαν nominant. Tertia, quam Græci φθίσιν vocant, ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt conſumi, & tabeſcere, cum in pulmonem deſcendit a capite pituita, & frequens tuſſis oritur, cum exulceratione. Ex hac febricula levis fit, ex qua frequens tuſſis eſt, unde pus excreatur. Hæc *Celſ. l.* 3. *c.* 22. *Cic.* 3. *Tuſc.* Habet ardorem libido, levitatem lætitia geſtiens, humilitatem metus, ſed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, &c. *Virg.* 6. *Æn.* Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Ubi *Serv.* Tabe, corpore defluente paulatim. ¶ Eadem ratione tabes in arboribus dicitur, cum areſcunt, & paulatim deficiunt. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Sicuti tabes cum invaſerit arborem, aut uredo. ¶ Tranſlate ponitur pro corruptela, pernicie. *Salluſt. in Catil. apud Feſt.* Uti tabes plerosque civium animos invaſerat. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 6. Ut quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam advocatis ferat. h. e. litium contagio.

Tābeſco, is, bui, n. 3. *liquefarſi*, τήκομαι, liqueſio, in humorem diſſolvor, a *tabeo*. *Celſ. l.* 6. *c.* 15. In acris aceti eminam fractum ſalem conjiciunt, donec tabeſcere deſinat. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 10. Itaque & Aquilonibus, reliquiſque frigoribus adjectis, dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore. ¶ Tranſlata ſumitur pro conſumi, deficere, languere. *Plaut. Capt.* 1. 2. 31. Ego, qui tuo mœrore maceror, maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 14. Otio tabeſcere. *Id.* 2. *Catil. cap.* 4. Deſiderio alicujus tabeſcere. Rurſus *Plaut. Stich.* 5. 1. 8. Dies quaſi ſrenu tabeſcit. h. e. occaſui proximus eſt. Eodem modo locutus eſt *Lucret. l.* 5. *v.* 679.

Tābĭdōſus, & Tabiōſus, a, um, adject. idem ac tabidus. *Tertul. in Apolog. c.* 13. Enecta, & tabidoſa, & ſcabioſa quæque mactatis. *Id. de Pudic. c.* 14. Cadaver tabioſum.

Tābĭdŭlus, a, um, adject. diminutivum a *tabidus*. *Virg. in Ciri*, *v.* 180. Tabidulamque videt labi per viſcera mortem.

Tābĭdus, a, um, *liquefatto*, συντηκτικός, quod colliqueſcit, ſeu ſolvitur. *Liv. l.* 21. *c.* 36. Itaque in levi tantum glacie, tabidaque nive volutabantur jumenta. ¶ Tranſlate accipitur pro eo, quod quovis modo corrumpitur. *Ovid. l.* 1. *de Pont. el.* 1. Si mens mea tabida facta, De nive manantis more liqueſcit aquæ. ¶ Sumitur etiam active, pro tabifico, quod corrumpit. *Ovid. l.* 4. *de Pont. el.* 8. Tabida conſumit ferrum, lapidemque vetuſtas. *Martial. l.* 1. *ep.* 79. Indignas premeret peſtis cum tabida fauces.

Tābĭfĭcābĭlis, & le, o. 3. idem ac tabificus. *Accius apud Non. c.* 2. *num.* 852. Pat orci orbificæ liberorum letho tabificabili.

Tābĭfĭcus, a, um, *liquefattivo*, φθιτικός, quod liquefacit. *Lucret. l.* 6. *v.* 737. Albas decedere ningues Tabificis ſubigit radiis Sol omnia luſtrans. ¶ Tranſlata ſumitur pro omni eo, quod vim habet corrumpendi. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 16. Atque ut hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt, ægritudinem dico, & metum. *Lucan. l.* 5. Tabificus aer. *infetto*.

Tābĭflŭus, a, um, adject. tabe fluens. *Prudentius in Apotheoſ. v.* 890. corpus uocas hoſpitium cratis tabifluum.

Tābĭōſus. V. Tabidoſus.

Tăbis, m. 3. *Tabin*, prom. Scythiæ, in ora maris Eoi, al. inter Seres, & Scythas. *Plin. l.* 6. *c.* 17.

Tābĭtūdo, inis, f. idem quod tabes. *Plin. l.* 22. *c.* 25. *de alica*: Peculiariter tamen ad tabitudinem longo morbo redactis ſubvenit.

Tablīnum, i, n. *archivio*, γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον, tabularium, locus, in quo tabulæ, & inſtrumenta, monumentaque rerum geſtarum aſſervabantur. Factum eſt per Syncopen ex *tabulinum*, quod a *tabula*, quemodo & a *figulo* figlinum dicimus, pro figulinum. *Feſt. ex Scaligeri reſtitutione*: Tablinum proxime atrium locus dicitur, publicarum rationum cauſa factus, quod antiqui Magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in Magiſtratu geſtarum. ¶ Accipitur etiam pro loco, in quo tabulæ pictæ, & ſigna diſponuntur ornatus cauſa, *galleria*, πινακοθήκη. *Apulej. lib. ult. Florid.* Medici cum intraverint ad ægrum, uti viſant, omnes eorum quod perpulcra tablina in ædibus viſant, & lacunaria auro oblita, &c. *Varro* etiam fortaſſe hoc ſenſu uſurpavit apud *Non. c.* 2. *n.* 112. Ad focum hyeme cœnitabant, æſtive tempora in propatulo, rure in corte, in urbe in tablino, quod Mænianum poſſumus intelligere. ¶ Legitur & *tabulinum* præſertim in adductis *Varronis*, & *Apuleji* locis.

Tăbo. V. Tabum.

Tabrăca, f. 1. *Tabarca*, col. & urbs Africæ, in ora maris Medit. in R. Algerii, & Conſtantina prov. cum portu capaci. *Juv. ſat.* 10. & *Sil. l.* 3.

Tăbŭla, æ, f. *tavola*, לוח, Ger. *taſel*, Gall. *table*, Hiſp. *tabla*, *vlhalſ*, σανίς, aſſer, pars arboris, quæ in longitudinem ſecta eſt, varia craſſitudine.

Digitized by Google

dion. *Cic. 3. Offic. cap. 23.* Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit. ¶ Quoniam vero tabulis ad multas, & varias res antiqui uſi ſunt, hinc tabula ſpeciatim variis accipitur. Nam tabula dicebatur inſtrumentum, quo teſſeris, ſeu talis ludebant, quæ *luſoria tabula* vocabatur, & *latrunculoria*, item *alveus*, & *alveolus*, in quo pyrgus erat, ſeu turris, in quam tali conjiciebantur. *Senec. de tranquill. anim. c. 14.* Luſiſſe tu Canium in illa tabula putas? illuſit. ¶ Item ſumitur pro pictura, *quadro*: nam veteres in tabulis ligneis pinxere. *Cic. 3. de Fin. c. 1.* Epicuri imaginem in tabulis habent. *Propert. l. 1. eleg. 2.* Qualis Apelleis eſt color in tabulis. ¶ Item uſurpabatur pro inſtrumento, in quo ſcribebant, & metonymice pro quacunque ſcriptura. Nam ſcribebant plerumque in tabulis ligneis cera obductis, interdum etiam in tabulis ex ære. Igitur tabula primum liber erat, quem ſibi quiſque privatim facere conſuevit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum, quæ agebat, ideſt ephemeris, ſeu diarium actionum ſuarum. *Liv. l. 4.* Conſtitutum eſt, nam domum unicuique noſtrum debere aeſtimari, ubi quis ſedet, & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. Hinc *tabulæ accepti, & expenſi*, ideſt codices, in quibus deſcribebant pecuniam, quam accipiebant, & expendebant. *Cic. pro R. Com.* Si tabulas C. Fannius accepti, & expenſi profert ſuas in ſuam rem ſuo arbitratu ſcriptas. *Id. 6. Attic. epiſt. 2.* Tabulæ Dicæarchi, h. e. liber de Geographia. ¶ Item tabulæ erant codices, in quibus ſua teſtamenta ſcribebant, quo nomine & ipſa teſtamenta vocabantur. *Ulp. l. 1. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* Tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figuram. Sive igitur tabulæ ſint ligneæ, ſive cujuſcunque alterius materiæ, ſive chartæ, ſive membranæ ſint, vel ſi corium alicujus animalis, tabulæ recte dicuntur. *Cic. pro Cal.* Cœlius tabulas nullas fecit. *Martial. l. 3. epigr. 33.* Quadraginta Criſpus tabulis, Fauſtine, ſupremis Non dedit uxori. Cui dedit ergo? ſibi. ¶ Literæ item, & ſyngraphæ omnes tabularum nomine appellabantur. *Cic. pro Flac.* Triduo lex ad Prætorem deferri, judicum ſignis obſignari jubet. Trigeſimo die vix deferuntur. Ne corrumpi tabulæ facile poſſint, idcirco lex obſignatas in publico poni voluit. *Plaut. Aſin. 4. 1. 18.* Ne epiſtola quidem ulla ſit in ædibus, nec cerata adeo tabula. ¶ Erant etiam tabulæ auctionariæ, in quibus argentarii, quarum rerum auctio futura eſſet, perſcribebant. Hinc metonymice *tabula* pro auctione ponitur. *Cic. pro Cæc.* Adeſt ad tabulam, licetur Ebutius. *Id. l. 14. Fam. ep. 2.* Quemadmodum a Veſtæ ad tabulam Valeriam ducta eſſes. h. e. a templo Veſtæ ad tabulam, in qua ſcripta erat lex Valeria de venditione bonorum proſcriptorum, & profugorum, ut & tu ipſa bona noſtra vendere cogereris. Alii explicant, ad tabulam Valeriam, h. e. ad tabernam Valerii argentarii. nam ad hujuſmodi tabernas acta fori perſcribebantur, & præſertim auctiones. Hujuſmodi autem fuit *tabula Sextii*, de qua idem *Cic. pro Quint. c. 6.* Tabulæ quoque in comitiis, & in judiciis locum habuerunt. *V. Tabella. Cic. in Piſon.* Cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ, quem in Senatu ſententiam rogabat tertium. ¶ Demum in tabulis ex ære leges ſcribebantur, deinde in foro pro Roſtris illæ tabulæ figebantur, ut ab omnibus legi poſſint. Unde per Metonymiam tabula etiam legem ſignat. *Cic. 12. Phil.* Num figentur rurſus hæ tabulæ, quas vos decretis veſtris refixiſtis? *Id. l. 12. Fam. ep. 1.* Tabulæ figuntur, immunitates dantur. ¶ Tabulæ novæ erant lex de ære alieno plebis creditoribus invitis relaxando. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 6.* Alii ita definiunt: Tabulæ novæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cum uſuris perſolvere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ conficiuntur. Hanc legem ut nemo unquam niſi perturbandæ Reipublicæ cupidus promulgavit, ſic optimus ſemper quiſque, & otii amantiſſimus repudiavit. *Cic. 2. Offic. c. 23.* Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? *Salluſt. in Catil.* Tum Catilina polliceri cœpit tabulas novas, proſcriptionem locupletum. ¶ Duodecim tabulæ, idem eſt, ac leges duodecim tabularum, quæ erant leges Romanorum, ab Athenienſibus, aliiſque Græcorum civitatibus, quæ ſapientiſſimæ tunc habebantur, acceptæ. Cum enim ob crebras plebis contentiones cum Patribus, ob nexorum injurias a fœneratoribus, ob legem agrariam ferendam, ob alterum Conſulem de plebe creandum, aliiſque de cauſis maxime turbaretur Reſpubl. placuit communes quaſdam leges ferri, quibus æque omnes tenerentur. Itaque miſſis in Græciam tribus Legatis, deſcriptæ ſunt inde variæ leges, ex quibus a Decemviris optimæ quæque ſelectæ, & in duodecim Tabulis perſcriptæ ſunt, circa annum Urbis 302. eæque populo promulgatæ centuriatis Comitiis perlatæ ſunt. His legibus quantum auctoritatis tributum ſit, docet *Cic.* apud quem Craſſus *l. 1. de Orat. c. 44.* Fremant, inquit, omnes licet, dicam quod ſentio: bibliothecas mehercule omnium philoſophorum unus mihi videtur XII. Tabularum libellus, ſi quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare. Vide *Roſin. l. 8. antiq. Rom. c. 6.* ubi hæ leges collectæ habentur & explicatæ. ¶ Apud rei ruſticæ Scriptores tabula ſumitur pro agrorum menſura. *Pallad. l. 3. tit. 9.* Nonnulli ternos pedes inter ſingulas vites dimittunt: ſed hoc genere diviſionis in jugerali tabula pangentur tria millia. quod ſi duos ſemis pedes inter vites relinqui placuerit, in eadem tabula ponentur vites quatuor millia. *jugeralis tabula* eſt idem ac jugerum.

Tabulamentum, i, n. *tavolato*, tabularum, ſeu aſſerum colligatio. *Frontin. l. 1. ſtratag. c. 1.* Junxit dolia, conſtravitque tabulamentis.

Tabularia, æ, f. idem quod tabularium, ut Tabulariæ publicæ. *Claud. apud Non. c. 3. n. 110.*

Tabulāris, & re, o. 3. *eſtimale*, quod ad tabulas pertinet, ut *Temperatura æris tabularis*, quæ accommodatiſſima erat conficiendis æreis tabulis, quibus ea incidebantur, quorum memoriam poſteritati traditam volebant. *Plin. lib. 34. cap. 9.* Æs omne frigore magno melius funditur, ſequenſque temperatura ſtatuaria eſt, eademque tabularis, hoc modo maſſa conflatur, &c. ¶ Subſtantive *tabularia, rium*, dicuntur laminæ æreæ igne candentes, quæ reis torquendis admovebantur. *Senec. 3. de Ira, cap. 19.* Fidiculis, tabularibus, equuleo, igne torquere. Alii leg. *tribularibus*.

Tabularium, ii, n. *archivio*, *cancellaria*, γραμματοφυλάκιον, locus, in quo tabulæ, hoc eſt inſtrumenta, & literæ, & acta publica reponuntur. *Virg. 2. Georg. v. 502.* Nec ferrea jura, Inſanumque forum, aut populi tabularia vidit. *Cic. pro Arch. cap. 4.* Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello, incenſo tabulario, interiiſſe ſcimus omnes.

Tabularius, rii, m. ratiocinator, ſupputator. *Senec. epiſt. 88.* Non eſſe feliciorem, cujus patrimonium tabularios laſſat, imo quam ſupervacua poſſideat, qui infeliciſſimus futurus eſt, ſi quantum habeat, per ſe computare cogatur. *Ulp. l. ult. ff. ſi menſor falſum modum dixerit.* Ego & adverſus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione feſellit. ¶ Dicitur etiam de tabellionibus, qui Magiſtratibus in publicis, aut privatis negotiis cautiones, acta, & rationes ſubſcribebant, *notai pubblici*: quo munere tota Arcadii conſtitutionem ſervi publici fungebantur. Differunt tamen tabularii a tabellionibus, quod his rationum tabulæ nullæ committuntur. *Arcad. l. ult. ff. de mun. & honor.* Logographi, vel tabularii. *Ulpian. l. 3. ff. de tab. exhib.* Si cuſtodiam tabularum aedituus, vel tabularius ſuſcepit.

Tabulātim, adverb. *a miſura di tavole*, diſpoſitione per tabulas jugerales facta. *Pallad. l. 3. tit. 9.* Maxime expedit genera (ſarmentorum) tabulatim diſponi.

Tabulatio, onis, f. 3. σανίδωσις, tabularum compoſitio, & textura. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 9.* Ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent.

Tabulātum, i, n. *ſolaio*, *palco*, [Hebrew], Germ. *fußboden*, Gall. *plancher*, Hiſp. *ſobrado*, σανίδωμα, ſolarium, ideſt plana ſuperficies, tabulis conſtrata. *Cato c. 3. R. R.* Si in terra, vel tabulato olea nimium diu erit, putreſcet. *Cæſ. 6. B. G. c. 28.* In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit. ¶ Rurſus tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora creſcentes. *Col. l. 5. c. 6.* Cum deinde adoleſcere incipient ulmi, falce formandæ ſunt, & tabulata inſtituenda: Hoc enim nomine uſurpant agricolæ ramos, truncoſque prominentes: eos vel propius ferro compeſcunt, vel longius promittunt, ut vites laxius diffundantur. *Virg. 2. Georg. v. 361.* ſummaſque ſequi tabulata per ulmos.

Tabulātus, a, um, adject. tabulis conſtratus. *Plin. l. 2. ep. 17.* Adhæret dormitorium membrum tranſitu interjacente, qui ſuſpenſus, & tabulatus conceptum vaporem ſalubri temperamento huc illuc digerit, & miniſtrat.

Tabulinum. V. Tablinum.

Tabum, i, n. corruptus ſanguis, juxta Servium, vel αἷμα σαπρόν, *ſanguis mortui*, ut Philoxeni Gloſſæ interpretantur, a *tabes*, vel a τήκω Dorice, pro τήκω, *liquo*, *liquefacio*. Eſt nomen diptoton, ideſt duorum tantum caſuum, genitivi, & ablativi. *Virg. 3. Æn.* Et terram tabo maculant. *Ovid. 2. Met. v. 760.* Protinus Invidiæ nigro ſqualentia tabo Tecta petit. *Cic. 1. Tuſc. ex Poeta:* Saxa ſpargens tabo, ſanie, & ſanguine atro. *Lucan. l. 6. v. 547.* Stillantis tabi ſaniem, viruſque coactum. ¶ *Tabus m. 3. Senec. in Herc. Oet. v. 520.* Tabum fluentem vulneris dextra excipit, Traditque nobis ungulæ inſertum ſuæ. Al. leg. *tabem inſertam*.

Taburnus, ni. 2. *Taburo*, mons Campaniæ, in conf. Samnii, apud Caudium, inter Capuam, & Nolam, Caſertæ urbi finitimus, olivis inter alios abundans. *Virg. 2. Georg. v. 38.*

Tacape, f. 1. *Capes*, *Caps*, col. & urb. Africæ, ad Syrtim parvam, & oſtia Tritonis, inter Theænas & Zetham prom. Hic ager fertiliſſimus, & vites biferæ. *Plin. l. 18. c. 22.*

Tacapenſis, e, adjectiv. a Tacape, ut Tacapenſis ager, apud *Plin. lib. 16. cap. 27.*

Tacĕo, es, cui, citum, a. u. *tacere*, *ſtar cheto*, [Hebrew], Ger. *ſchweigen*, Gal. *ſe taire*, Hiſp. *callar*, σιγάω, σιωπάω, nihil loquor, ſileo, obmuteſco. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 3. Agr.* Si illa ſolum ſanciret, quæ a Sylla eſſent data, tacerem. ¶ Vel cum acc. *Cic. 1. de Or. c. 16.* Enuntiabo apud homines familiariſſimos, quod adhuc ſemper tacui, & tacendum putavi. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. Att. l. 1. ep. 19.* Nunc de rebus aliquando tacere. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Ter. Adel. 3. 4. 28.* Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. *Cic. 3. Agr.* Ut doceam Rullum poſthac in his ſaltem tacere rebus, in quibus de ſe, & de ſuis factis taceri velit. ¶ Translate etiam dicitur de iis, quæ ſine voce ſunt, pro quieſcere. Sic agrum, & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur ſtrepitus. *Virg. 3. Ecl.* Cum tacet omnis ager. *Ovid. heroid. epiſt. 21.* Plectra dolore tacent. ¶ Quoniam vero, cum aliquid laude dignum eſt, laudamus, & e contrario malefacta non laudamus, factum eſt, ut tacenda non laudanda, & non tacenda laudanda dicantur, per Metalepſin. *Ovid. l. 2. de art. v. 603.* Exigua eſt virtus præſtare ſilentia rebus, At contra gravis eſt culpa, tacenda loqui. *Martial. l. 1. ep. 50.* Vir Celtiberis non tacende gentibus.

Tacitabundus, a, um, adject. tacens. *Donat. in vita Virgilii:* Quare ille ſæpe tacitabundus diſcedebat.

Tacite, adv. *taciſamente*, σιγῇ, σιωπηλῶς, cum ſilentio, ſecrete, ſubmiſſe. *Plaut. Pœn. prol. v. 32.* Matronæ tacite ſpectent, tacite rideant. *Liv. l. 45. c. 16.* Et quanquam diſſimulare, & tacite habere id, patique conſtituerat. *Cic. pro Leg. Man. c. 5.* Tacite rogare.

Tacito, adv. idem quod tacite. *Juſtin. l. 18. c. 4.* Mitigato interim vultu, fugam tacito molitur.

Tacitŭlus, a, um, adject. diminutivum a *tacitus*. *Varro apud Non. c. 1. n. 234.* Novus maritus tacitulus taxim uxoris ſolvebat cingulum.

Tacĭtum, i, n. *ſecreto*, res arcana. *Ovid. 3. amor. eleg. 7. v. 51.* Taciti vulgatur. *Senec. epiſt. 34.* Ei, qui ſolent ebrius fieri, non dari tacitum. ¶ *Per tacitum*, eſt per ſilentium. *Senec. in Thyeſt. v. 396.* Nullis nota Quiritibus ætas per tacitum fluat. Tacitum ferre, *Cic. Att. l. 2. ep. 3. & Liv. l. 3. c. 45.*

Taciturio, is, n. 4. tacere cupio. *Sidon. l. 8. ep. 16.* Etſi tacere nondum cupimus, certe taciturire jam deliberavimus.

Taciturnĭtas, atis, f. *taciturnità*, σιγή, σιωπή, actus tacendi, ſilentium. *Cic. l. 1. Fam. ep. 3.* Sed noſti hominis tarditatem, & taciturnitatem. *Id. Att. l. 7. ep. 8.* Suſpicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat.

Taciturnus, a, um, *taciturno*, Germ. *ſtill*, Gall. *taciturne*, Hiſp. *callado*, σιγηλός, σιγηρός, σιωπηλός, qui natura facile tacet, qui paucorum eſt verborum, & minime garrulus. *Cic. pro Sext. cap. 9.* Quem antiſtitem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum, atque incultum videbant. *Horat. lib. 2. epiſt. 2. ver. 83.* Ingenium ſtatua taciturnius. ¶ Translate ſumitur pro quieto, in quo nullus auditur ſtrepitus. *Hor. l. 3. ode 29.* Carvique Ripæ vagis taciturna ventis. ¶ Superlat. *Plaut. Curc. 1. 1. 20.* Valet ne oſtium? PH. Belliſſimum hercle vidi, & taciturniſſimum.

Tacĭtus, a, um, *tacito*, Germ. *ſtillſchweigend*, Gall. *tacite*, *coy*, Hiſp. *tacito*, σιωπῶν, qui tacet. *Cic. 4. Ver. c. 73.* Cum id quoque conſtabit, vos jam me tacito intelligetis. ¶ Tacitum aliquem præbere, eſt nihil prorſus reſpondere. *Cic. 1. Ver.* Qui teſtem priore actione interrogare nolueris, & eis tacitum te præbere malueris, &c. ¶ Aliquando paſſive ſumitur, pro eo, quod tacetur. *Virg. 6. Æn.* Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat? *Cic. l. 3. Fam. epiſt. 8.* Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. ¶ Tacitæ induciæ ſunt, quæ verbis non exprimuntur. *Liv. l. 2.* Interceſſere pauci dies, velut tacitis induciis utrimque quiete ſumpta. ¶ Tacitum ferre aliquid dicitur is, de quo tacetur aliquid, quod taceri maxime cupit. *Liv. l. 3. cap. 45.* Ferro hinc tibi ſummovendus ſum, Appi, ut tacitum feras, quod celari vis. *Cic. Att. l. 2. epiſt. 3.* Cæterum ſi reprehenderis, non tacitum feres. *non la porterai fuori ſcrocchi o mi riſenta*. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod tacere facit, vel cum taciturnitate conjunctum eſt. *Cic. pro Cluent.* Vocat me alio jamdudum tacita veſtra expectatio. *Liv. l. 1.* Sed ſilentium triſte, ac tacita mœſtitia ita defixit omnium animos. ¶ Translate ſumitur pro quieto, quod ſine ſtrepitu fit. *Ovid. l. 6. Faſt.* Tacitiſque ſeneſcimus annis. h. e. qui fluunt abſque eo quod ſentiamus. *Stat. 2. Sylv. 2.* Tumide primum veſti-

Digitized by Google

veſtigia jungit Acceſſu tacito. ¶ Item pro occulto. *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret.

Tacitus, prænomine Cornelius, Orator clariſſimus, æqualis, ac familiaris Plinii junioris, ſub Veſpaſianis, Domitiano, Nerva, Trajano, Hadriano. A Veſpaſianis, & aliis ad honores evectus eſt. Galliæ Belgicæ rationes procuravit. Hiſtoriam Principum conſcripſit ab Auguſto uſque ad Hadrianum, quæ ad nos haud integra pervenit. Scripſit & de claris Oratoribus: præterea vitam Agricolæ ſoceri ſui. Scripſit quoque de moribus, ac ſitu Germanorum: atque hæc omnia ſtilo ſublimi, preſſo, arguto, & ſententioſo. *Flavius Vopiſcus* tradit hunc auctorem tanquam a ſuis progenitoribus, Tacitum Imp. quotannis decies deſcribi, ne liber periret, eumque in omnibus bibliothecis apponi juſſiſſe.

Tactilis, & le, o. 3. quod tangi poteſt. *Lucr. l. 5. v. 159.* Tactile nil nobis quod ſit, contingere debet.

Tactio, onis, f. *toccamento*, ἁφή, actus tangendi. *Cic. 4. Tuſc. c. 9.* Et qualis eſt hæc aurium, talis ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum. *Plaut. Aulul. 4. 10. 14.* Quid tibi ergo meam me invito tactio eſt? h. e. quid meam rem tangis?

Tactus, us, m. *tatto*, Ger. *berurung*, Gal. *touchement*, Hiſp. *tacto*, ἁφή, tangendi actus. *Virg. 2. Æn.* Tactuque innoxia molli Lambere flamma comas. ¶ Tactus item eſt unus ex quinque corporis ſenſibus a cerebro per nervos in totum corpus diffuſus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Tactus autem in toto corpore æquabiliter fuſus eſt, ut omnes ictus, omneſque nimios & frigoris, & caloris appulſus ſentire poſſimus. *Plin. l. 10. c. 69.* Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinque guſtus: reliquis ſuperatur a multis.

Tactus, a, um, *toccato*, τεθιγμένος, partic. a tangor. *Cic. pro Cæc. c. 13.* Verum ita eſt, ut dicis, te dejectum debeo intelligere, etiamſi tactus non ſis. *Id. poſt red. c. 3.* Tribuni ſanctiſſimum corpus non ſolum tactum, ac violatum manu, ſed etiam vulneratum ferro, confectumque vidiſtis. *Idem 2. de Orat. c. 10.* Illud tertium, quod & e Craſſo tactum eſt, *toccato brevemente*, *accennato*. *Manil. l. 3. el. 22.* Tacta loqui, *coſe vere*, *e come toccate con mano*. ¶ Tactus de cælo, idem eſt ac fulmine percuſſus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nattæ ſtatua de cælo tacta. *Plin. l. 36. c. 4.* Simulacrum e cælo tactum. ¶ Tranſlate accipitur pro commoto, incitato. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 5.* Tactus cupidine laudis.

Tæda, æ, f. *face*, *fagello*, לַפִּיד, Ger. *ſackel*, *falken*, Gal. *torche*, Hiſpan. *tea*, δᾲς, δαΐδιον, fax ex arbore, quæ picem fert. Eſt a δαῒς, ſive δαΐς, quod faculam, vel lampadem ſignat. Ab accuſativo δαΐδα eſt tæda, ut ab ἑβδομὰς dicimus τὴν ἑβδομάδα, unde *hebdomada* dicunt Latini. *Cæſ. l. 3. B. G.* Magno vento, & ſecundo completas onerarias naves tæda, & pice, & ſtupa, reliquiſque rebus, quæ ſunt ad incendia, in Pompeianam claſſem immiſit. *Cicer. pro Roſc. Amer. c. 24.* Agitari, ac perterreri furiarum tædis ardentibus. ¶ Per Synecdochen Latini tædam uſurpant etiam pro ipſa arbore. *Juvenal. ſat. 12. v. 57.* I nunc, & ventis animam committe, dolato Confiſus ligno, digitis a morte remotus Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda. h. e. tabula ex pinu, vel picea, ex qua navis componitur. Adde *Plin. l. 16. c. 10.* ¶ Per Metonymiam dicitur de morbo arborum, qui ex abundantia ſucci, & ubertate larga luxuriantis naturæ provenit. *Plin. l. 17. c. 24.* Aliquæ vero & obeſitate, ut omnia, quæ reſinam ferunt, nimia pinguedine in tædam mutantur. ¶ Item de nuptiis. Mos enim antiquorum erat, ut in nuptiis faces, & tædæ ſemper præirent, quod antea non niſi per noctem nubentes ducebantur a ſponſis, ut *Varro* inquit. *Virg. 4. Æn. v. 18.* Si non pertæſum thalami, tædæque fuiſſet. *Sen. in Agamemn. v. 256.* Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt. *Stat. l. 3. ſilv. 4.* Jungere tædas. ¶ Scribitur & *teda* ſine diphthongo.

Tædeſcit, ebat, imperſ. 3. idem quod tædet. *Minut. Fel. in Octav.* Quos prius tædeſcit impudicitiæ ſuæ, quam pudeſcit.

Tædet, ebat, tæſum eſt, imp. 2. *rincreſcere*, *infaſtidire*, יָגַע, Ger. *verdruſſ haben*, Gal. *s'ennuyer*, Hiſ. *enojarſe*, ἄχθομαι, βαρύνομαι, eſt tædium, ideſt ſatietatem, & faſtidium capere. Conſtruitur a parte anteriore cum genitivo, vel infinitivo, a poſteriore cum accuſativo, vel expreſſe, vel tacite. *Teren. Eun. 1. 5.* Et tædet, & amore ardeo. *Id. Phorm. 3. 2.* At enim tædet jam audire eadem millies. *Cic. Att. l. 5.* Quid quæris? tædet omnes nos vitæ. *Id. 2. Verr.* Quos libidinis, infamiæque ſuæ neque pudeat, neque tædeat. *Plaut. Moſtel. 1. 4. 5.* Convivii, ſermoniſque tæſum eſt. Alii leg. *pertæſum*, quod certe eſt uſitatius. ¶ Reperitur etiam præteritum *tæduit*. *Sidon. l. 8. epiſt. 15.* Cœperam ſcribere, ſed operis arrepti faſce perſpecto tæduit inchoaſſe.

Tædifer, a, um, δᾳδοφόρος, qui tædam fert. Tædifera Dea eſt Ceres, quæ dicitur tædas ad ignem Ætnæ inflammaſſe, cum inveſtigare vellet filiam Proſerpinam a Plutone raptam; cujus etiam ſacra noctu fiebant, in quibus Sacerdotes Deam imitati faces deferebant. *Ovid. 2. epiſt. v. 42.* Et per tædiferæ myſtica ſacra Deæ.

Tædio, as, n. 1. *tedioſi*, tædio afficior, faſtidio. *Lamprid. in Alexand. Severo, c. 29.* Si neceſſitas cogeret, ante lucem actis operam dabat, & in longam horam producebat, neque unquam tædiavit, aut moroſus, aut iratus reſedit. Adde *Veget. l. 3. rei veterin. c. 2.* ¶ *Iſaaci Caſaubonis* judicio verbum hoc elegantiſſimum eſt; at noſtro corruptam potius Latinitatem ſapit.

Tædioſe, adv. Tribuitur *Apul. de Deo Socrat.* ſed varia ibi lectio.

Tædioſus, a, um, *tedioſo*, quod tædii plenum eſt. *Firmic. l. 1. c. 3.* Illa inviſas longam, ac tædioſam lucis ſuſtinet ſarcinam.

Tædium, ii, n. *tedio*, *faſtidio*, *noia*, יָגוֹן, Ger. *verdruſſ*, Gal. *ennuy*, Hiſp. *enojo*, ἀηδία, ἄχθος, κόρος, faſtidium, ſatietas. *Ovid. 9. Metam.* Nec tædia cœpti Ulla mei capiam. *Juven. ſat. 7.* Tædia tunc ſubeunt animos. *Quintil. l. 2. c. 12.* Lectionis tædium virtibus levare. *Liv. l. 34. c. 34.* Tædium afferre. *Id. l. 8. c. 2.* Cepit eum tædium belli. *Plin. l. 30. c. 15.* Tædium adducere.

Tædulus, a, um. *Feſt.* Tædulum antiqui interdum pro faſtidioſo, interdum quod omnibus tædio eſſet, ponere ſoliti ſunt.

Tænarides, æ, m. qui eſt ex Laconia. *Ovid. 10. Metam. v. 183.* Tollere Tænarides orbem properabat. Loquitur Ovidius de Hyacintho ab Apolline adamato.

Tænaris, idis, adject. f. ad Tænarum, ſeu Laconiam pertinens. *Ovid. Heroid. epiſt. 17. v. 6.* Excepit portu Tænaris ora ſuo.

Tænarius, a, um, adject. ad Tænarum pertinens; item Lacedæmonius. *Virg. 4. Georg. v. 467.* Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis. *Plin. l. 36. c. 22.* Tænarius lapis. h. e. qui circa Tænari promontorium effoditur. *Ovid. Heroid. epiſt. 13. v. 45.* Tænariæ faciem culpaſſe maritæ. h. e. Helenæ Menelai Lacedæmoniorum regis uxoris.

Tænarus, i, f. & Tænarum, i, ταίναρος, & ταίναρον, *Capo de Matapan*, aliis, *Capo Maina*, promontorium Peloponneſi in Laconia, dividens ſinum Meſſeniacum a Laconico, cum oppido cognomine, aliquantum tamen diſtante, quod hodie dicitur *Maina*, & *Capo delle Quaglie* a copia coturnicum, quæ illic eſt. Hoc loco ſpecus horrendum, & profun-

diſſimo hiatu cernitur: propter quod ibi deſcenſum eſſe ad inferos olim exiſtimatum eſt, fabulanturque Poetæ hac extractum Canem Cerberum ab Hercule fuiſſe, ut eſt apud *Senec. in Herc. Fur. v. 806. & ſeqq.* Quare Poetæ interdum pro ipſis Inferis ponunt. Celebre etiam fuit viridi marmore, quod Tænarius lapis a *Plinio* dicitur. *Plin. l. 4. c. 5.* Oppida (Laconiæ) Tænarum, Amyclæ, Pheræ, Leuctra. *Lucan. l. 9. v. 36.* Dorida tunc Maleam, & apertam Tænaron umbris, Inde Cythera petit. *Horat. l. 1. od. 34.* Styx, & inviſi horrida Tænari ſedes.

Tænia, æ, f. *taenia*, faſcia, & ſpeciatim zona, infula, item vittæ extremitas. *Feſtus ita ſcribit:* Tænias Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati, ut ſit apud *Cæcilium in Androgyno*, Sepulcrum plenum tæniarum. *Et alibi*, Dum tæniam, qui vulnus vinciret, petit. *Ennius in Alexandro*, Volans de cælo cum corona, & tæniis. *Attius in Neoptolemo.* Decorare eſt ſatius, quam urbem tæniis. Hæc *Feſt.* Sed in primo Cæcilii verſu non accipitur pro capitis ornamento, verum pro faſciis, quibus mortui involvi ſolent a Græcis, quas ipſi κειρίας appellant. Palliatam enim comœdiam, non togatam ſcripſit. Cæterum ſi Romano more interpreteris, coronæ ſepulcrales intelliguntur: & ita locum habebit ſententia *Verrii*. Ad ſepulchra enim lanæ cum frondibus, atque floribus afferebantur. *Joſ. Scal. Caſtig. ad Feſt.* Græce eſt ταινία, quod a τανάω, *extenſus*, a τείνω, *extendo*. *Virg. 5. Æn.* Puniceis ibant evincti tempora tæniis. Ita *Voſſius* legit. Pes ultimus ſpondæus eſt per Synæreſin. Alii legunt *tænis*, & dicunt eſſe a *tæna*, non a *tænia*, nam & *tæna*, & *tænia* dici, teſtatur *Serv. Id. lib. 7.* Fit tortile collo Aurum, ingens coluber, fit longæ tænia vittæ. *Plin. l. 13. c. 12. de charta:* Deprehenditur & lentigo oculis, ſed inſerta mediis glutinamentis tænia, fungo, papyro bibula, vix niſi litera fundente ſe, tantum ineſt fraudis. ¶ Tænias præterea dicimus lapides ſub equis candicantes, in longum porrectos, a faſciarum ſimilitudine. *Plin. in Præfat. lib. 3.* Frequentes quippe tæniæ candicantis aadi carinas territant. ¶ Eſt & tænia, piſciculi genus, a gracilitate, & longitudine dictum *tænia*. *Plin. l. 32. c. 7.* Idem tæniæ jecur ſiccatum cum oleo cedrino perunctis pilis novem menſibus. ¶ Item dicitur de lumbricis ventris, quod inſtar faſciarum ſint lati, ac longi. *Plin. lib. 11. c. 33.* Sicut intra hominem tæniæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine. ¶ In architectura tænia dicitur pars epiſtylii Dorici, in modum regulæ ducta, epiſtylio ſub triglyphis adjecta, & triglyphis ipſis perpetuam quodammodo baſim efficiens: hanc quidam Italice *liſta*, alii *corrente* appellant. Galli *platebande*. *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Tæniola, æ, f. ταινίδιον, parva tænia. *Colum. lib. 11. c. 3.* Ita, ut radix ejus liquido fimo illita, & involuta tribus algæ tæniolis pangatur. h. e. quibuſdam quaſi faſciolis.

Tapocon, inquit *Feſt.* appellarunt Græci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus.

Tater, V. Teter.

Tagaſte, f. 1. Tagaſtha. Tageſtenſe oppidum, *Tagaſte*, urbs Africæ, in Numidia, in medit. in R. Algerii, & prov. Conſtantina, patria D. Auguſtini, inter Hipponem Regium ad Bor. & Siccam Veneriam in Mer.

Tagax, acis. o. 3. furunculus, ab antiquo *tago*, quod idem eſt ac tango. Nempe ab ea tangendi ſignificatione, qua pro furari accipitur. *Feſt.* Tagax, furunculus, a tangendo dictus, cujus vocabuli Lucilius meminit: Et mutonis manum perſcribere poſſe tagacem. *Cic. Att. l. 6. epiſt. 3.* Quæſtor levis, libidinoſus, tagax. Sic eum locum corrigit *Cujacius:* Alii leg. *ſagax*.

Tagenia, orum, n. piſces quidam, qui τηγανιστοὶ Græce appellantur. *Plaut. in fragm. Feſt. in Nervol.* Bonam maritam, & camarum, & tagenia. Vide *Athenæum*.

Tages, is, m. 3. τάγης, filius Terræ, vel, ut aliis placet, filius Genii, & nepos Jovis, qui Etruriæ populos haruſpicinam traditur docuiſſe. *Feſt.* Tages nomine, Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur diſciplinam aruſpicii dediſſe duodecim populis Etruriæ. *Ovid. 15. Met. v. 558.* Indigenæ dixere Tagem, qui primus Etruſcam Edocuit gentem caſus aperire futuros. V. *Cic. l. 2. de Divin. c. 23.*

Tago, is, a. 3. idem ac tango, apud vet. ut *frago* dixere pro *frango*. *Pacuv. apud Feſt.* Ut ego, ſi quis me tagis, & tagam.

Tagrum, m. 2. Tagus, *Monte di Sintra*, mons Luſitaniæ, apud oſtia Tagi fl. apud Caſcalem opp. & Sintram. Ibi equas vento concipere tradunt *Varro*, & *Columella*. Alius eſt *Monte ſanto*.

Tagus, m. 2. inc. *Tajo*, Ital. *Tago*, Gal. *Tage*, fl. Hiſpaniæ. Oritur in Caſtella nova, & in ipſo limite Aragoniæ, prope fontes Sucronis, & Turiæ, deinde per Caſtellam novam fluens, auctus aliquot fluviis minoris notæ, juxta Toletum, & Talaveram labitur: hinc rigatis Nimba, Caſarea, & aliquot oppidis Extremaduræ prov. per Portugalliam fluit, ubi receptis aliquot fluviis, æſtuarium amplum efficit, & infra Ulyſſiponem Oceano miſcetur. Aureas arenas trahit. Circa hunc fluvium, ſi *Plinio* credimus, equæ flante Favonio obverſæ animalem ſpiritum concipiunt, equoſque gignunt perniciſſimos, ſed qui tertium vitæ annum non excedant. *Ovid. 1. Amor. eleg. 15.* auriferi ripa beata Tagi.

Talaionides, æ, m. Adraſtus Talai filius. *Stat. Theb. 5. v. 18.* Duo Talaionides.

Talaon, onis, m. 3. ſive Talaus, i, m. 2. ταλαός, filius Jaſi, nepos Abantis, frater Amphionis, & Atalantæ, qui Argis regnavit. Filios habuit Eurydicem, Phlegeum, Adraſtum. *Ovid. in Ibin:* Quem Talai, Tyndareique gener. ideſt Orpheus, qui duxit Eurydicem filiam Talai, & Menelaus, qui Helenam filiam Tyndari.

Talaria, ium, n. pl. τὰ πέδιλα, calceamenta alata, qualia Mercurio tribuuntur, a *talus*, quia talis annectebantur. *Virg. 4. Æn.* Pedibus talaria nectit Aurea. ¶ *Talaria induere*, proverbialis Allegoria, pro eo, quod eſt fugam adornare, quaſique velle quopiam avolare. *Cic. Att. lib. 14. epiſt. 23.* Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. ¶ Talaria quoque dicuntur quæcunque ad talos ſpectant, ut tumores, quos in talis generat podagra. *Senec. epiſt. 54.* Dubio, & incipiente morbo quæritur nomen, qui ut cœperit talaria intendere, neceſſe eſt fateri podagram.

Talaris, & re, o. 3. ποδήρης, quod ad talos pertinet, ut *Veſtis talaris*, quæ ad talos uſque deſcendit. *Cic. 7. Verr. c. 13.* Stetit ſoleatus Prætor Populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. ¶ Talaris ludus, eſt ludus talorum. *Quintil. l. 11. c. 3.* Ipſam fori ſanctitatem ludorum talarium licentia ſolvere.

Talarius, a, um, ἀστραγαλικός, quod pertinet ad talos, ut *Talarius ludus*, ideſt ludus talorum. *Cic. 1. Offic. c. 42.* Adde his, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. ¶ Lex talaria erat de talorum ludo recte, & ſine fraude exercendo in conviviis, cum talorum jactu convivii magiſtrum ſortiebantur. Hinc ambigua apud *Plaut. Mil. 2. 1. in princ.* cum Periplectomenes juſſiſſet, talos defringi omnibus, quicunque in ſuas tegulas aſcendiſſent: atque adeo, inquit, ut ne leges fraudem faciant talariæ, accuratote, ut ſine talis domi agitent convivium. Ubi &

Digitized by Google

ad talos pedis confractos, & ad luſorios lepide alludit.

Talaſſio, ſeu Talaſſin, onis, m. vel Talaſſus, i, ſeu Talaſſius, ii, vox quædam, quæ apud Romanos ſponſa ſponſi domum ingrediente magna voce clamabatur, quemadmodum in itinere tres illi prætextati pueri, a quibus deducebatur, reſpondentibus viciſſim pueris puellisque, alara voce concinebant, *Hymen, o Hymenæe. Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 9.* Quidam Lexicographi dicunt, Talaſſionem apud Romanos carmen nuptiale fuiſſe, & Deum ipſum nuptiarum præſidem, quem Græci vocant Hymenæum. Ab aliis ſcriptum eſt, fuiſſe Deum virginitatis. De nominis cauſa ſic *Liv. l. 1.* quo loco *de raptu Sabinarum virginum tractat*: Unam longe ante alias ſpecie, ac pulchritudine inſignem a globo Talaſſii cujuſdam raptam ferunt, multiſque ſciſcitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne quis eam violaret, Talaſſio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. At *Servius* ea de re ſic ſcribit, *ad 1. Æn.* Hinc etiam apud Romanos Talaſſio invocatur. Cum enim in raptu Sabinarum Plebejus quidam raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab aliis, Talaſſionis eam ducis nobilis eſſe ſimulavit: cujus nomine fuit puellæ tuta virginitas. Non abſimilem hiſtoriam narrat *Plutarch. in Romulo*, & *Quæſt. Rom.* Sed in his alteram quoque adducit nominis cauſam, ut nempe ſit a lanificio, quia Græci τὸν τάλαρον, hoc eſt calathos, ſive quaſillos, quibus lana continer etur, ταλάρους quoque appellarent, in nuptiis autem eam vocem uſurpatam, ut nova nupta ad opera, & labores, ac lanificia imprimis excitarentur. Eadem *Varronis* ſententia fuit, & *Feſti*. Ab antiquis omnibus recedit in *Originibus ſuis Becmanus*. Cenſet enim, quia falſedo ſimulet Venerem, unde & Venus a mari orta fingitur, hinc Talaſionem, ſeu Talaſſionem, vel potius Thalaſſionem appellatum a θαλάσσῃ, hoc eſt mare. *Martial. l. 1. epigr. 36.* Quid ſi me jubeas Talaſſionem Verbis dicere non Talaſſionem? *Id. l. 12. epigr. 43.* Nec tua defuerunt verba, Talaſſe, tibi. *Catul. carm. 72.* Lubet jam ſervire Talaſſio.

Talluſus, V. Talaon.

Talĕa, æ, f. *taglia, piantone*, ***, Ger. zwveig, Gal. *ſcion, plantal*, Hiſp. *eſtaca para plantar*, ξυλάριον, θαλία, θάλλια, id, quod ab arbore reſcinditur, ut in ſolo depangatur, ac plantetur, ſurculus præciſus ex utraque parte, ut in terra inſeratur, quemadmodum illud, quod inſeritur ramo, calamus, & teſſera, ſeu teſſella vocatur. Præciſis enim ligni vel pedali, vel cubitali magnitudine nonnullæ arbores ſeruntur. *Non. c. 4. n. 473.* exponit ſectiones lignorum, vel præſegmina. *Var. l. 1. de R. R. c. 40.* Demum in oleaginis ſeminibus arboris videndum, ut ſit de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præciſum, quas alii clavolas, alii taleas appellant. *Plin. l. 17. c. 17.* Myrtus & taleis ſeritur, morus talea tantum, quoniam ramo eam ſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt. Servandum in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus, ne curvæ, ne ſcabræ, aut biſurcæ, neve tenuiores, quam ut manum impleant, ne minores pedalibus, ut illibato cortice, atque ut ſectura inferior ponatur ſemper, & quod erit ab radice, accumuleturque germinatio terra, donec robur planta capiat. Hæc *Plin.* ¶ Accipitur etiam pro ſude, ſeu palo oblongo. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 73.* Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur. ¶ In Architectura taleæ ſunt graciliores trabes, quibus murorum compages intus connectitur. Ita vero dicuntur, quia talearum inſtar ſunt rectæ, & teretes. *Vitruv. lib. 1. c. 5.*

Talentarius, a, um, adject. a *talentum*. Talentariæ baliſtæ dicuntur, quæ pondera jaciunt pondere talenti, h. e. 60. librarum. *Siſen. apud Non. c. 18. n. 12.* Baliſtas quatuor talentarias.

Talentum, i, n. *talento*, ככר, Ger. *talent*, Gall. *talent*, Hiſp. *talento*. τάλαντον, nummus imaginarius apud veteres, qui continebat ſexaginta minas, ſeu libras, h. e. ſex millia drachmarum, ſive denariorum. Si ad pecuniæ Venetæ æſtimationem redigas, valebat fere mille ducatos argenteos. Nam drachma Attica ejuſdem valoris fuit, ac denarius Romanus: denarius autem idem fere erat, ac libella Veneta. Ex uncia enim argenti olim Romæ ſeptem percuſſere denarios, deinde octo ferire cœperunt. Secundum monetam Gallicam valebat ſexcentos coronatos, ſingulis coronatis ſolidis Turonenſibus triginta quinque æſtimatis, ut *Budæus*, & alii *Scriptores Galli* tradidere. *Cic. 5. Tuſc.* Cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attuliſſent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præſertim, maxima. ¶ Porro plura talentorum genera fuere ſecundum gentium varietatem, *Atticum, Æginæticum, Euboicum, Hebraicum, Babylonium, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum* &c. Hæc talenta in hoc inter ſe conveniebant, quod omnia ex ſexaginta ſui generis minis conſtarent, ſed omnia fere inter ſe diverſa erant pondere, & pretio, quod minæ illæ in quibuſdam civitatibus majores erant, in aliis minores, quæ ſimiliter minarum diverſitas ex varietate drachmarum nata eſt, quæ apud alios populos majoris erant pretii, & ponderis, quam apud alios. Talentum Atticum continebat ſexaginta minas Atticas, ſeu ſex millia Atticarum drachmarum. *Rhemnius Fannius*: Cecropium ſuperest poſt hæc docuiſſe talentum, Sexaginta minae, ſeu vis, ſeu millia drachmas, Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis. ¶ Fuit & alterum talenti Attici genus, quod talentum magnum vocant, quod ad minus talentum ſeſquitertii habebat proportionem. Nam cum talentum minus ſexaginta tantum haberet minas, magnum talentum minas habebat octoginta. Utrumque autem talenti genus Atticum erat. Neque mirum videri debet, Athenienſes duplici talento fuiſſe uſos, cum etiam duplex apud eos fuerit mina, major, & minor, quæ eandem inter ſe proportionem habebant, quam talentum majus, & minus. Erat enim mina Attica major centum drachmarum, cum minor ſeptuaginta quinque tantum haberet drachmas. Antiqui etiam Græci uſi ſunt talento centum, & viginti minarum, teſte *Voſſio*. Denique Athenienſibus in uſu fuit etiam talentum minarum triginta, ut idem *Voſſius* tradit. *Talentum Æginæticum* erat centum minarum Atticarum, ſeu decem mille drachmarum Atticarum. Habebat enim ſe talentum Atticum ad Æginæticum ut 6. ad 10. *Talentum Hebraicum* quintuplex fuit. Unumquodque autem dividebatur in mille ſiclos, qui quidem ſicli in quintuplici ſuere differentia. Siclus duas drachmas valebat. *Talentum publicum minus* tantundem valebat, ac Talentum Atticum. *Talentum ſacrarii* Hebræis erat altera parte majus, quam Atticum, ideſt valebat 120. minas, ſeu duodecim millia drachmarum. Ac fuit hoc talentum omnium longe antiquiſſimum, quo & Abrahami, Iſaaci, & Jacobi tempore Hebræi utebantur, quanquam necdum ſacrarii talentum dici potuerit. Imo, ut diximus, & antiquis Græcis hujuſmodi talentum in uſu fuit, quod ex *Dionyſio Halicarnaſſenſi*, *Vitruvio*, & *Heſychio* probari poteſt. *Talentum regium*, hoc eſt quo Judæi ſub Regibus uſi ſunt, habuit ſe ad talentum ſacrarii, ut dodrans ad aſſem, hoc eſt ut novem ad duodecim; continebat enim nonaginta minas, ſeu novem millia drachmarum. *Talentum numiſmaticum*, prout *Suidas* in voce ὀβολὸς vocat, ſe ad talentum Atticum habuit ut ſemiſſis, ad talentum vero ſacrarii ut quadrans, ſive tres unciæ. Valuit igitur triginta minas, ſeu tria millia drachmarum. *Voſſius* ſcripſit, hoc talentum fuiſſe ad talentum ſacrarii ut unciam. Athenienſibus quoque, ut ſupra diximus, in uſu fuit. *Talentum publicum majus* ad ſacrarii talentum ſe habuit ut dextans ad aſſem, h. e. ut decem ad duodecim, valuit enim centum minas Atticas, ſeu decem millia drachmarum. *Talentum Babylonium* fuit ſeptuaginta Atticarum minarum, ſeu ſeptem millium drachmarum, eoque ſe ad Hebraicum talentum ſacrarii habuit ut ſeptem ad aſſem. *Ælian. l. 1. c. 22. de var. hiſt.* ſcribit, talentum Babylonium fuiſſe ſeptuaginta duarum minarum Atticarum, ideſt ſeptem millium, & ducentarum drachmarum: *Herodotus* vero ſcribit, fuiſſe ſeptuaginta minarum Euboicarum. *Euboicum talentum* fuit ſexaginta minarum Euboicarum, ſeu ſex mille drachmarum Euboicarum. Septuaginta minæ Euboicæ æſtimabantur ſeptuaginta duabus Atticis. Eadem proportio erat in drachmis, ſive denariis. Ex. gr. triginta quinque drachmæ Euboicæ triginta ſex drachmas Atticas valebant. Quare talentum Euboicum æſtimabatur drachmis Atticis centum, & ſeptuaginta ſupra ſex millia. *Syrium talentum* valebat drachmas Atticas mille & quingentas. *Feſt.* Talentorum non unum genus. Atticum eſt ſex millium denarium. Rhodium, & Ciſtophorum quatuor millium quingentorum denarium. Alexandrinum duodecim millium denarium. Neapolitanum ſex millium denarium. Syracuſanum trium millium denarium, &c. V. *Gronov. de pecun. vet. l. 3. c. 3.* ¶ Cæterum quoties apud Scriptores talenti mentio occurrit, niſi aliud addatur, de minore talento Attico fere intelligimus, quod ſuit minarum ſexaginta, quæ quidem minæ ſingulæ drachmas Atticas centum continebant. *Virg. 5. Æn. v. 248.* Et argenti magnum dat ferre talentum.

Taleŏla, æ, f. ξυλάριον, parva talea. *Col. l. 3. c. 17.* Compluses taleolas terræ mandaverunt.

Talia, æ, f. folliculus cæpæ. *Feſtus*.

Talio, onis, f. *taglione, pena equivalente*, ἀντιδοσις, æqualis retributio, vindicta, hoſtimentum. Sumitur in malam partem, & dicitur a *talis*, quod nempe aliquis tale quid patitur, quale fecit: e. g. ſi quis manum alicui amputavit, illi etiam manus amputatur; ſiquis alteri oculum eruit, ipſi quoque oculus eruitur. *Feſt.* Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius, hoc modo. Si membrum rupſerit (alii corrigunt *rupit*, vel *rupit*) ni cum eo pacit, talio eſto. Neque id quid ſignificet, indicat. Puto, quia notum eſt. Permittit enim lex parem vindictam. *Plin. l. 7. c. 54.* Sitius in Cornelia familia cremo ante Syllam Dictatorem traditur crematus: idque voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere. *Gel. l. 20. c. 1.* Taliones illæ tua reciproca argutiores profecto, quam veriores fuerunt.

Talipĕdo, as, n. 1. *ſcappucciare, ſdrucciolare*, ***, pedibus vacillo, & quaſi ſupra talos incedo. *Feſt.* Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus laſſitudine, quaſi trahas pedes, ut talis videatur inſiſtere, aut identidem tollere pedes. *Lucr. l. 3. v. 505.* Tum quaſi talipedans primum conſurgit. Alii leg. *vacillans*.

Talis, & le, o. 3. *tale*, ***, Ger. *ſolch*, Gal. *tel*, Hiſp. *tal*, τοῖος, ejuſmodi, ejus generis. *Virg. 1. Æn.* Haud equidem tali me dignor honore. *Cic. 2. Off. c. 13.* Quales ſumus, tales eſſe videamur. *Id. pro Quint. c. 13.* Tot, taleſque eſtis. *Id. Fam. 15. ep. 4.* Talia, ac tantam æſtimandum. *Id. Att. 16. ep. 8.* Tale aliquid putavi fore, *qualche coſa di ſimile*. *Id. 2. Leg. c. 5.* Talibus quibuſdam argumentis docent, *con tali, e ſimili argomenti*. *Liv. l. 3. c. 1.* Tale quid dictum referre. ¶ Jungitur eleganter cum particulis, *ac, atque, ut, qui*. *Cicer. in Verr. 1. 4.* Honos talis paucis eſt delatus, ac mihi. *Id. 1. Off. c. 26.* Tales enim tunc nos eſſe putamus, ut jure laudemur. *Id. Fam. 10. ep. 6.* Talem te eſſe oportet, qui te ab impiorum ſocietate ſejungas. *Ter. Phorm. 5. 8. 39.* Tali, atque hoc eſt, infortunio.

Taliſcumque, lecunque, idem ac talis. *Auctor Priapeor. carm. 5. (al. 18.)* Taliacumque puer dominus florentis agelli Impoſuit menſæ, nude Priape, tuæ. V. integrum epigramma.

Taliter, adv. *talmente*, ***, Ger. *ſolcher geſtalt*, Gal. *tellement*, Hiſp. *en tal manera*, τοιῶς, tali modo. *Cic. Att. l. 12.* Etenim audieram nemini taliter licere. Alii rectius leg. *aliter*. *Plin. l. 35. c. 11.* Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Adde *Martial. l. 5. epigr. 7.*

Talitrum, i, n. *buffetto*, ***, ictus digiti altero digito contorti, & vibrati. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Articulis ita firmis, ut caput pueri, vel etiam adoleſcentis talitro vulneraret.

Talla, vel Thalla, æ, f. cortex ſeu folliculus cæpæ. *Lucill. apud Non. c. 3. n. 67.* Lacrymoſæque ordine tallæ.

Talpa, æ, f. & m. *talpa*, ***, Ger. *maulwurff*, Gal. *taupe*, Hiſp. *topo*, ἀσπάλαξ, animal muri ſimile, nigri coloris, captum oculis, quod arva, & hortos ſuffodit. *Virg. 1. Georg. v. 183.* Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. Ubi *Servius*: mutavit genus, nam hæc talpa dicitur. *Cic. 4. Acad. c. 25.* Quid? talpam num deſiderare lumen putas?

Talpanus, a, um, adject. Talpana vitis, apud *Plin. l. 14. c. 3.* fortaſſe dicta eſt, quia muſtum colore talpæ fere.

Talpinus, a, um, *di talpa*, ad talpam pertinens. *Caſſiodor. l. 9. Variar. epiſt. 3.* Talpinum animal imitantes itinera fodiunt, quæ nullis ante patuerunt.

Talthybius, m. e. Ταλθύβιος, præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui una cum Eurybata ab Agamemnone miſſus eſt ad Achillis caſtra, ut Briſeidem ab eo abduceret. *Ovid. in epiſt. Briſeid. 3. v. 6.* Nam ſimul Eurybates me, Talthybiuſque vocarunt, Eurybati data ſum, Talthybioque comes.

Talus, i, m. prænomen apud Sabinos. *Feſt.* Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuiſſe.

Talus, li, m. *tallone*, קרסל, Ger. *die verſen*, Gal. *talon*, Hiſp. *carcañal*, ἀστράγαλος, os in articulo pedis animalium biſulcorum, extuberans, concava vertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concavum, altera fere planum. Tali proprie homini non ſunt, neque animalibus digitos, aut ſolidas habentibus ungulas, ſed tantum (ut diximus) biſulcis. *Plin. l. 11. c. 46.* Talos aſinus Indicus unus ſolipedum habet. Hominem quoque exiſtimarunt habere, facile convicti. Lynx tantum digitos habentium ſimile quiddam talo habet. Leo etiamnum tortuoſius. Talus autem rectus eſt in articulo pedis ventre eminens, concava in vertebra ligatus. Hæc *Plin.* ¶ Per Catachreſin tamen talos quoque in homine dicimus pro ima parte cruris. *Cic. pro Cluent. c. 40.* Purpura uſque ad talos demiſſa. *Horat. l. 2. epiſt. 2.* talos a vertice pulcher ad imos, *da capo a piedi*. Tranſlate *Id. l. 2. ep. 1. v. 176.* cadat, an recto ſtet fabula talo. h. e. placeat, an exploda tur, ducta a talo pedis tranſlatione. *Perſ. ſat. 5. v. 105.* recto vivere talo. h. e. celſo, & erecto gradu in via virtutis incedere, honeſte vivere. ¶ Tali item dicebantur oſſicula quædam quadrilatera, quibus olim luſitabant, quæ ſimiliter Græcis *aſtragali* vocabantur. Differebant a cubis, ſive teſſeris, quia teſſeræ lapſus ſex habebant, tali quatuor duntaxat. Etſi enim ſex eſſent tali latera, tamen quatuor tantum in uſu ludentium erant. Nam duo erant ita incurva, ut illis talus vix poſſet conſiſtere. Proinde ſciendum, in talo binarium, & quinarium, qui duo numeri ſunt in teſſeris oppoſiti, deſiderari. Talis autem quatuor ludebant, eoſque

Digitized by Google

conjiciebant fere in orcam, ſeu pyrgum, ſeu turriculam, unde agitati in abacum, ſeu tabulam luſoriam cadebant, ad avitandas hominum fraudes, qui ſubdola manu uti vellent. *Cic. de Sen.* Ex multis luſionibus nobis talos relinquant, & teſſeras. *Id. 3. de Or.* Ut ſi velim ego talis optime ludere, aut pilæ ſtudio teneat. *Id. 2. de Div.* Quid eſt tam incertum, quam talorum jactus? *Sen. in Apocolov.* Talum mittere. ¶ Ex talis partibus, præter incurvas, una ſupina dicebatur, & ternio, quæ ternarii vices obibat, altera prona, & quaternio, quæ quaternarii, tertia *Chius*, & κύων, ideſt canis, vel canicula, quæ ſignificabat unitatem, quarta κῷον, & ἑξίτης, Latine *Cous*, & *ſenio*, quæ ſex continebat. Omnes autem caſus talorum ex conſuetudine ludentium annumerant quinque, & triginta erant, ut ait *Euſtathius*, nempe quatuor ſimplices eadem omnes facie, duodeviginti geminati, duodecim triplices, unus quadriformis, ultimus omnium, quippe quo nullus numeroſius accrevit. Quidam ex hic a Diis, alii ab Heroibus, alii a claris hominibus, aut a meretricibus nomen accipiebant, nonnulli ab eventibus, qui cum laude, aut probro acciderant. Inter eos enim caſus quidam *Venus* dicebatur, aut *caſus Venereus*. Non enim Venus unius tali facies fuit, ut canis, & ſenio, ſed Venus dicebatur, quoties tali quatuor ita excidebant, ut diverſa eſſet omnibus facies: qui jactus inter trigintaquinque ultimus numerabatur, quod *Martialis* ſignificat *l. 14.* his verbis: Cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem, Munera me dices magna dediſſe tibi. Item caſus quidam erat, qui dicebatur *Steſichorius*, octonarium ſignificans, quod ſepulcrum Steſichori, quod erat in Himera urbe Siciliæ, octo fuerit angulorum. Item alius, qui *Euripidius*, qui quadraginta ſignificabat. Nam Euripides unus fuiſſe traditur e quadraginta Præfectis poſt triginta Tyrannos Athenis expulſos. Qui canem, ſive unitatem jecerat, nummum unum deponebat. Hinc damnoſus vocabatur. *Perſ. ſat. 3. verſ. 49.* Damnoſa canicula quantum raderet. Senio dexter, ſive felix erat, quia qui eum jecerat, quatuor nummos auferebat. Aliqui dicunt, ſenionem ſignificaviſſe quaternarium, quod qui jecerat duos ſeniones, ille quatuor nummos lucrabatur. *Perſ. ſat. 3. verſ. 48.* Quid dexter ſenio ferret, Scire erat in voto. Erat tamen & ludi quidam ratio, in qua ſenio æque damnoſus erat, atque canis. *Auguſt. in epiſt. ad Tib. apud Suet.* Talis enim jactatis, ut quiſque canem, aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in medium, quos tollebat univerſos, qui Venerem jecerat. ¶ Veneris jactus feliciſſimus erat. Nam qui Venerem jecerat, ſeu nummos lucrifaciebat, & quicquid caniculæ jactu amiſiſſet. *Cic. 1. de Divin. cap. 13.* Quatuor tali jacti caſu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, ſi cccc. talos jeceris, caſu futuros putas? *Id. lib. 2. cap. 59.* Tamen nemo eſt, quin ſæpe jactans, Venereum aliquando jaciat, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. *Propert. lib. 4. eleg. 9.* Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos, Semper damnoſi ſubſiluere canes. ¶ Talorum jactu Venerem, quod lætiſſimus foret, in compotatione principatum ſortiebantur veteres, ſeu, quod idem eſt, creabant Sympoſiarchum, ſeu Regem convivii, ſeu arbitrum bibendi. *Horat. lib. 1. od. 4.* Nec regna vini ſortiere talis. *Idem lib. 2. od. 7.* Quem Venus arbitrum dicet bibendi?

Tam, adverb. *tanto*, Germ. *alſo*, Gall. *tant*, *ſi*, Hiſpan. *tanto*, τοσοῦτο, tantum, adeo, ita. Fere cum nominibus poſitivis uſurpatur, ſubſequente, vel præcedente adverb. *quam*. *Cicer. 1. de Orat.* Nemo Orator tam multa ne in Græco quidem otio ſcripſit, quam multa ſunt noſtra. ¶ Uſurpatur etiam cum diminutivis. *Terent. Adelph. 2. 4. 10.* Tam ob parvulam rem. ¶ Interdum adverb. *quam* ſubintelligitur. *Cicer. de Amic.* Nihil eſt enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel ſecundas, vel adverſas. ¶ Interdum pro adverb. *quam* adjungitur particula *atque*, vel *ut*, vel relativum *qui*, *quæ*, *quod*. *Plaut. Amph. 1. 1. 287.* Tam conſimilis eſt, atque ego. *Cicer. de Amic.* Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma civitas eſt, quæ non odiis, atque diſſidiis funditus poſſit everti? *Idem 6. Famil. epiſt. 1.* Neque tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria. ¶ Reperitur etiam cum comparativis. *Cicer. pro Dejot.* Per dexteram te iſtam oro, iſtam, inquam, dexteram non tam in bellis, & præliis, quam in promiſſis, & fide firmiorem. *Virgil. 7. Æneid. verſ. 787.* Tam magis illa fremens, & triſtibus efferâ flammis, Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. ¶ Item cum ſuperlativis. *Terent. Heaut. 5. 2. 44.* Namque adoleſcens quam minima in ſpe ſitus erit, Tam faciilime patris pacem in leges conficiet ſuas. ¶ Cum ſuperlativis etiam ſeparatim ſine adv. *quam* reperitur. *Cicer. 12. Phil.* Nondum erat veſtris tam graviſſimis, tamque multis judiciis, ignominiiſque conciſus. ¶ Uſurpatur quoque cum nominibus ſubſtantivis. *Cicer. in Brut.* Utinam non tam fratri pietatem, quam patriæ præſtare voluiſſet. ¶ Item cum pronominibus. *Cic. lib. 5. Fam. epiſt. 2.* Tam enim ſum amicus Reipublicæ, quam qui maxime. *Id. 13. Famil. ep. 3.* Tam mihi gratum id erit, quam quod gratiſſimum. ¶ Item cum verbis. *Cic. 1. Offic.* Nihil eſt autem, quod tam deceat, quam in omni re gerenda, conſilioque capiendo ſervare conſtantiam. ¶ Item cum adverbiis. *Cic. 1. Verr.* Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quam ille, atque illius amici, ne hæc mihi delatio detur? ¶ Aliquando cum adverbiis ſuperlativis. *Salluſt. in Jugurt. cap. 31.* Quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. ¶ Veteres etiam pro *tamen* uſi ſunt. *Nævius apud Feſtum:* Qui, ſi taceat, dum videat, tam etiam ſciat, quid ſcriptum ſit. *Titinnius ibid.* Quanquam eſtis nihili, tam ſimul vobis conſulo.

Tama, æ, f. genus tumoris. *Feſt.* Tama dicitur, cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius, Inguen ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.

Tamarici, m. 2. pop. Gallæciæ, per quos Tamaris fl. excurrit, in quorum peninſula Aræ Seſtianæ Auguſto dicatæ. *Plin. l. 4. c. 21.*

Tamarici fontes, tres fontes in Gallæcia, octonis pedibus diſtantes, & in unum alveum magno amne coeuntes, qui ſingulis diebus duodecies, & aliquando vicies ſiccantur. *Plin. l. 31. c. 2.*

Tamăris, m. 2. *Tamar*, *Tambre*, fl. Hiſpaniæ in Callaicis, ſive in Gallæcia, qui in Oceanum Atlanticum cadit prope opp. *Muros*.

Tamariſcus, i, f. idem quod Tamarix. *Pallad. in Novembr tit. 8.* Apes ex tamariſci floribus mella conficiunt.

Tamaritæ, maſc. 1. pop. Aſiæ Hircaniæ finitimi, qui Bacchum ex India victorem redeuntem ſummo honore excipientes, illi ſacra tempore vindemiæ conſtituerunt, choreas circum torſularia muſto deſpumantia agentes.

Tamărix, icis, femin. *tamarice*, μυρίκη, humilis frutex, Amerinæ ramis, folio anguſto, carnoſo, & fere pinnato, qui aliter myrica dicitur. Duo ejus ſunt genera, unum ſylveſtre, omnino ſterile, unde & infelix lignum appellatur: alterum fructiferum, quod in Ægypto altiſſimas æquet arbores, ramis ex herbaceo, fulvoque variegatis, lignoſo fructu, galla majore, in quo ſemen guſtu aſperum, ejuſdem effectus cum galla. *Lucan. lib. 9. verſ. 97.* Et tamarix non læta comis. *Plin. l. 24. cap. 9.* Myricen, quam & tamaricem vocat Lenæus, ſimilem ſcopis Amerinis dicit. *Et paulo poſt:* Vulgus infelicem arborem appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur unquam. Corinthus, & quæ circa eſt regio, bryoniam vocat; ejuſque duo genera facit, ſylveſtrem plane ſterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto, Syriaque etiam abundanter lignoſum fructum, majorem galla, aſperum guſtu, quo Medici utuntur vice gallæ, & in compoſitionibus, quas antheras vocant. Hæc *Plin.*

Tamde, idem quod *tam* antique. *Lucil. apud Feſt.* Tamde mihi infeſtus, quam &c.

Tamen, *nientedimeno*, *nulladimeno*, *nondimeno*, *tuttavia*, *pure*, אך, Ger. *jedoch*, Gall. *neanmoins*, Hiſpan. *empero*, ὅμως, μέντοι, nihilominus, conjunctio adverſativa. Reſpondet particulis, *quanquam*, *quamvis*, *licet*, *etſi*, *tametſi*, *etiamſi*. *Cic. 1. Offic.* Et quanquam omnis virtus nos ad ſe allicit, tamen juſtitia, & liberalitas id maxime efficit. *Id. l. 3.* Quod turpe eſt, id quamvis occultetur, tamen honeſtum fieri nullo modo poteſt. Adde *eund. Cic. ad Att. 9. ep. 9. pro Roſc. Amer. c. 20. & Fam. 4. epiſt. 12.* ¶ Uſurpatur interdum ſine illis particulis. *Cic. Attic. l. 6. ep. 2.* Pro Appio nos hic omnia facimus, honeſte tamen. *Id. Attic. l. 3. epiſt. 2.* Me quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, adhuc Theſſalonicæ tenebant. ¶ Interdum ponitur in principio orationis, ubi alteri reſpondetur, & ad aliam orationem referri poteſt. *Cic. 9. Fam. epiſt. 19.* Tamen a malitia non diſcedis. ¶ *Tamen ne*, & interdum ſolum *tamen* ponitur in interrogationibus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 29.* Tamen ne iſta tam abſurda defendes? *Id. Divin. Verr. c. 6.* Tamen his invitiſſimis te offeres? tamen in aliena cauſa loquere? tamen eos defendes? &c. ¶ *Si tamen*, & *niſi tamen* ſervit correctioni. *Ovid. 3. Triſt. eleg. ult.* Nunc incorrectum populi pervenit in ora, In populi quidquam ſi tamen ora meum. *Plin. in Paneg. c. 93.* Ullam ne tibi pro beneficiis referre gratiam parem poſſumus, niſi tamen illam, ut ſemper nos meminerimus conſules fuiſſe? *Id. l. 8. ep. 17.* Parvulum differt, patiaris adverſa, an exſpectes, niſi quod tamen &c.

Tamenetſi, *benchè*, idem quod etiamſi, quamvis. *Poll. Aſin. ad Cicer. l. 10. Fam. ep. 33.* Tamenetſi tantam calamitatem Reip. quam tardiſſime audire optandum eſt. *Cic. 3. de Orat. c. 42. ex poeta:* At Romanus homo, tamenetſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat. *Id. 5. Att. ep. 17.* Tamenetſi hoc te audio ex aliis malo.

Tames, m. 3. prom. Indiæ, inter Indum, & Gangem, quod Taurus M. attollit. *Mela l. 3. c. 7.*

Tametſi, *benchè*, *ſebbene*, *quantunque*, German. *obwol*, Gall. *bien que*, Hiſpan. *aunque*, καὶ, κἄν, καίπερ, εἰ δὲ, etſi, etiamſi, quamquam, quamvis. Factum eſt per ſyncopen ex *tamenetſi*. In principio periodi indicativo gaudet. *Cic. 4. Verr.* Id tametſi priore actione ex Heraclii Syracuſani teſtimonio cognoviſtis, tamen vobis alio loco demonſtrabitur. ¶ Ceteris in locis non reſpuit conjunctivum. *Teren. Eun. 2. 3. 10.* Memini, tametſi nullus moneas. ¶ Uſurpatur eleganter cum interrogatione. *Cic. 6. Verr.* Tametſi quæ eſt iſta laudatio, cum laudator interrogatus lædat neceſſe eſt? ¶ Reperitur etiam pro tamen. *Terent. And. 5. 2. 23.* Ego jam te commotum reddam. D. Tametſi hoc verum eſt. Al. leg. *tamenetſi*.

Tamiăcus, a, um, adject. unde prædia tamiaca, h. e. poſſeſſiones propriæ patrimonii Principis, ita dicta, quod earum reditus cellario Principis, quod proprie ταμεῖον dicitur, deputati eſſent: neque ſolum prædia, ſed coloni, & inquilini, & ſervi, qui in eis erant, tamiaci dicebantur. *leg. 1. & 2. Cod. de prædiis tamiac. &c.*

Taminĭa, vel Taminia uva, genus uvæ, acinos habens rubentes. *Plin. l. 23. c. 1.* Aſtaphis agria, ſive ſtaphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falſo (ſuum enim genus habet) cauliculis nigris, foliis labruſcæ, fert folliculos verius, quam acinos, virides, ſimiles ciceri, in his nucleum triangulum. Mateſcit cum vindemia, nigreſcitque, cum taminiæ rubentes noverimus acinos, ſciamuſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

Tamne? *tanto?* *a tal ſegno?* adeo ne? *Afran. apud Feſt.* Tamne arcula tua plena eſt aranearum?

Tanăger, gri, m. *il Negro*, fl. Lucaniæ, qui oritur prope lacum Nigrum, in lim. Baſilicatæ prov. ad rad. Apennini, deinde in Bor. tendens, rigatis Atina, Aulela, aliiſque oppidulis, in Silarum fl. ſe exonerat, receptis prius aliquot fluviis minoribus, & nominatim *la Botta*, qui prope Picernum oritur. *Virg. 3. Georg. v. 151.*

Tanăgra, æ, f. *Anatoria*, oppidum Bœotiæ, ubi galli gallinacei naſcuntur ad prælia aſſidua nobiles. *Plin. l. 10. c. 21.*

Tanagræus, a, um, adject. a Tanagra. *Stat. 9. Theb. v. 745.* Prima Tanagræum turbavit arundo Chorœbum.

Tanagrĭcus, a, um, adjectiv. ad Tanagram pertinens, ut Tanagrici galli, apud *Varr. lib. 3. R. R. cap. 9.* Tanagricum gallinarum genus, apud *Col. lib. 8. cap. 2.*

Tanăis, m. 3. inc. *Don*, Ital. *Tanai*, *la Tana*, fl. Sarmatiæ Europææ, in Moſcovia, antiquus limes inter Aſiam, & Europam. In Rezan Oſcre oritur, ex lacu *Juvanoovo Lezioro*, & primum recta per Tartarorum Precopenſium agros verſus Or. labitur, & haud longo a Volga fl. intervallo, & Sanilla opp. ſubitus ſe flectens, atque aliquot aliis amnibus auctus, in Mæotidem pal. prope Tanaim urb. ſe exonerat. *Horat. l. 3. od. 10.* Extremum Tanaim ſi biberes, Lyce.

Tanaĭtæ, m. 1. Tanais fl. accolæ, qui a Suitis, Anchetis, & Satarneis deleti ſunt. *Plin. l. 6. c. 7. Ammian. l. 31. c. 8. (al. 3.)*

Tanaitĭcus, a, um, adject. ad Tanaitas pertinens. *Sidon. carm. 11. v. 479.* Scythicæ potor Tanaiticus undæ. *Id. carm. 11. v. 96.* Strinxit hyperboreis Tanaitica cruſta pruinis.

Tanăquil, is, f. Tarquinii Priſci uxor, magni animi mulier, Hetruſcæ diſciplinæ peritiſſima, cujus opera, interfecto Priſco, Servius Tullius Regnum Romanorum occupavit. *Dionyſ. Halic. l. 3. & 4. Rom. Ant. Liv. l. 1. c. 34. & ſeq.* ¶ Ponitur & pro quavis uxore viro imperante. *Auſon. ep. 23. v. 31.* Tanaquil tua neſciat iſtud.

Tanărus, m. 2. *Tanaro*, fl. Liguriæ, navigabilis, qui ex Apennino M. oritur, & in Padum apud Auguſtam Bagienorum influit, irrigatis Ceba, Alba Pompeja, Aſta, & Alexandria, quam intermeat.

Tandem, adv. *finalmente*, *alla fine*, *ultimamente*, באחרונה, Ger. *endlich*, Gal. *enfin*, Hiſp. *ultimadamente*, *alla poſtre*, τοτὲ, τελευταῖον, τίως, ὀψέποτε, poſtremo, denique, ad extremum, poſt longam moram. *Feſt.* Tandem cum ſignificet aliquando, interdum tamen ex ſupervacuo ponitur, ut apud Terentium in Phormione, cum ait: Ite ne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo? non enim hic tempus ullum ſignificat: At Cicero etiam duplicat temporalem ſignificationem, cum ait: Tandem aliquando. *Virgil. Æneid. lib. 5.* Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. *Cic. 1. Catil.* Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem tua iſta cupiditas effrænata, ac furioſa rapiebat. *Id. pro Quinct. cap. 30.* Aliquando tandem poſſe ſubſiſtere. ¶ Sæpe eſt particula expletiva, quæ tamen vim quandam addit orationi. *Cicer. 1. Catil.* Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? *fino a quando mai?* *Id. 1. de nat. Deor.* Hoc per Deos ipſos, de quibus loquimur, quare tandem eſt? *Ter. Adelph. 4. 5.* In qua civitate tandem te arbitrare vivere? ¶ Tandem tandem, reticentia quadam eſt cum abrupto ſermone, nonnihil mina-

ornatus habens. *Plaut. Cur.* 1. 1. 7. At tandem tandem. Ph. Tandem es odioſus mihi. ¶ *Tandem denique* per pleonaſmum dixit *Apulej. l.* 4. *Metam.*

Tandiu, & Tamdiu, adv. *tanto tempo*, Germ. *ſo lang*, Gal. *ſi long temps*, Hiſp. *tanto tiempo*, ἐπὶ τοσοῦτο, ἕως χρόνου, tantu tempore. *Cic.* 7. *Ver.* Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. ¶ Sæpe ei reſpondet quandiu, vel una ex his particulis *quoad*, *quam*, *dum*, *donec*. *Cic.* 7. *Ver.* Ignominia autem illa gravis tandiu in illo homine fuit, quandiu iſte in provincia manſit. *Id.* 1. *Offic.* Et diſces, quandiu voles, tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. *Id. lib.* 2. Tibi enim Gracchus P. F. tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. *Id. in Brut.* Vixitque tandiu, quam licuit in civitate bene, beateque vivere. *Col. l.* 12. *c.* 16. Itaque ſubinde alium ſalem tandiu ingeret, donec is totum permaneat integer.

Tangibilis, le, adject. qui tangi poteſt. *Lactant. l.* 7. *c.* 21. Manu tangibilis. *Id. ib. c.* 12. Corpus tangibile, & viſibile.

Tango, is, tetigi, tactum, a. 3. *toccare*, נגע, Ger. *anrühren*, Gal. *toucher*, Hiſp. *tocar*, ἅπτομαι, tactus ſenſu inveſtigo, ſeu deprehendo, manu apprehendo, a θίγω, aut θιγγάνω, quod idem notat. *Lucr. l.* 1. *v.* 304. Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 17. De præda mea teruncium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam. ¶ Tranſlate accipitur pro contiguum eſſe. *Cic. pro R. Am. c.* 7. Fundos decem, & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt. ¶ Item pro pervenire. *Cic.* 3. *Ver.* Verres ſimul ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit. ¶ Item pro commovere, perturbare, quia tangendo quodam modo moveri videntur ea, quæ tanguntur. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 19. Cætera in magnis rebus, minæ Clodii, contentioneſque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. *Virg.* 1. *Æn.* Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt. ¶ Item pro deſcribere, mentionem facere, obiter attingere. *Cic. pro R. Am. c.* 30. Tametſi neque omnia dicam, & leviter unumquodque tangam. *Id.* 4. *Acad.* Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit? ¶ Item pro pungere acri dicto. *Ter. Eun.* 3. 1. 30. Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio. ¶ Item pro clam aliquid attrectare, furari. *Plaut. Mil.* 3. 2. 10. Tetigit calicem clanculum. h. e. exhauſit. *Id. Epid.* 5. 2. 40. Iſtis adeo te tetigi triginta minis. h. e. tibi per fraudem ſurripui. *Id. Pœn.* 5. 5. 7. Ære militari tetigero lenunculum. Quo loco notat *Muretus*, verbum *tango* hic uſurpari ad minuendam invidiam, quæ figura μείωσις dicitur, h. e. imminutio. Huc pertinet & illud *Plauti Pſeud.* 1. 1. 118. Tuum tangam patrem. h. e. decipiam, circumveniam. ¶ Item pro percutere. *Horat. l.* 3. *od.* 26. Sublimi flagello tange Chloen. Hinc, *de cœlo tangere* eſt fulmine ferire. V. *Tactus*. ¶ Tangere mulierem, eſt cum ea rem habere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. matronam nullam ego tango. ¶ Tangere plantam fimo bubulo, eſt linere, tingere. *Pallad. l.* 1. *tit.* 16. ¶ Tangere rem acu, *toccar il punto*, *indovinare*. *Plaut. Rud.* 5. 2. 19. ¶ Tangere rem acu, *rinnovar la piaga*, *rinnovar il dolore*. *Ter. Phorm.* 4. 4. 9.

Tangomĕnas. V. Tengomenas.

Tanis, is, f. Τάνις, civitas Ægypti, cui proximum quoddam Nili oſtium Taniticum appellatur. *Plin. l.* 5. *c.* 10.

Taos, m. 2. gemmæ genus. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Inſeritur ſmaragdis, & quæ vocatur taos, a Perſis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus ſordida.

Tanquam, & Tamquam, adverb. *come*, כ, כמו, Germ. *als*, *ob*, Gal. *comme*, *ainſi*, *que*, Hiſp. *como*, ὥσπερ, ὡσεί, velut, ſicut, quemadmodum. Sub eodem verbo caſum antecedenti ſimilem expoſcit. *Cic. in Bruto c.* 74. Ætatis illius iſta fuit laus, tanquam innocentiæ. ¶ Interdum tamen vocabulorum proprietas aliud exigit, ut in ſtare, & motu locali. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 76. Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. ¶ Admittit etiam partic. *ſic*, vel ante, vel poſt. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Neve te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas. *Id. poſt red. ad Quir. c.* 1. Sed tanquam bona valetudo jucundior eſt eis, qui a gravi morbo recreati ſunt, ſic ea omnia deſiderata, magis, quam aſſidue percepta, delectant. ¶ Jungitur etiam verbis. *Plin. l.* 2. *c.* 63. Tanquam neſciamus, hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur homini. ¶ Quando cum verbis conſtruitur, ſæpe flagitat partic. *ſi*. *Cic. lib.* 2. *Fam. ep.* 15. De Dolabella quod ſcripſi, ſuadeo, videas, tanquam ſi tua res agatur. *Id. l.* 12. *Fam. ep.* 9. Tanquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos. ¶ Interdum ei additur ſyllabica particula *met*, quæ emphaſim quandam addit ſententiæ. *Plaut. Mil.* 5. 2. 29. Tanquammet genium meum.

Tantalēus, a, um, ταντάλειος, quod ad Tantalum ſpectet. *Prop. l.* 2. *el.* 1. *v.* 68. Tantalus poterit tradere poma manus. ¶ Tantalēus, i, pro *Tantalus*. *Propert. lib.* 4. *eleg.* 11. Siſyphe mole vaces; taceant Ixionis orbes; Fallax Tantaleo corripiare liquor. Ductum eſt a Græco ταντάλειος, pro τάνταλος.

Tantalĭcus, a, um, ταντάλικός, quod ſpectat ad Tantalum, ſeu Tantali proprium eſt. *Claud. de rapto Proſerp. l.* 2. *v.* 336. Nec aque Tantalicæ ſubducitur invida curis. Alii leg. *Tantalis*.

Tantalĭdæ, arum, m. pl. Atreus, & Thyeſtes, filii Pelopis, nepotes Tantali. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 627. Tantalidæ fratres abſint, & Jaſonis uxor.

Tantalĭdes, æ, maſc. 1. Pelops filius Tantali. *Ovid. in Ibin.* Tantalides tu ſic, Threjiciuſque puer. *Id. l.* 2. *Triſt. eleg.* 1. Quid? non Tantalides agitante cupidine currus Piſæam Phrygiis vexit eburnus equis? ¶ Item Thyeſtes filius Pelopis, nepos Tantali. *Ovid. l.* 4. *de Ponto, el. ult.* Trinacriuſque ſuæ Perſeidos auctor, & actor, Tantalidæ reducis, Tyndaridoſque Lupus. ¶ Item Agamemnon filius Atrei, vel potius Pliſthenis, pronepos Tantali. *Ovid.* 12. *Met. in fin.* A ſe Tantalidæ onus, invidiamque removit. *Id. l.* 5. *Faſt.* Reſpice Tantaliden: eadem Dea tele tenebat, &c.

Tantălis, idis, f. Ταντάλις, Niobe filia Tantali. *Ovid.* 6. *Met. v.* 211. Dira convicia facto Tantalis adjecit.

Tantălus, i, maſc. Τάνταλος, filius Jovis ſecundi, antiquiſſimus Rex Corinthiorum. Poetæ fabulantur, hunc propter pietatem menſis Deorum dignatum fuiſſe. Fabula fortaſſe originem traxit a terris Corinthiæ altitudine, in quam ſiquis aſcendiſſet, videbatur in cœlum aſcendere, & cum Diis eſſe. *Boc. l.* 5. *Gen. Deor.* ¶ Tantalus alter, filius Jovis tertii ex Plota Nympha, pater Pelopis, & Niobes, avus Atrei, Thyeſtis, Pliſtheois, & Lyſidices, proavus Agamemnonis, & Menelai, Rex Phrygiæ. Sceleſtiſſimus fuit. Nam hic Jupiter ille fuiſſe dicitur, qui Ganymedem Trois Regis Dardaniæ filium rapuit, qua de cauſa etiam illi cum Troe bellum fuit, teſte *Euſebio*. Hic præterea, cum Deos convivio excepiſſet, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium, membratim diſcerptum, coctumque iis appoſuit comedendum. Illi vero, cum abhorruiſſent a cibo, non ſolum abſtinuere, ſed collectis in unum membris puerum in formam priſtinam reduxere, & revocata per Mercurium anima, eam illi reſtituere. Sed cum adverterent humerum deeſſe puero, quem devoraverat Ceres, loco conſumpti, eburneum reſecere. Tantalum autem ad Inferos detruſerunt, ubi perpetua fame & ſiti torqueretur, in puteo immerſus, in quo poma capiti imminerent, quæ cum carpere vellet, elevarentur, aquæ vero ad mentum uſque aſcenderent, quæ, cum ſe ſe inclinans vellet bibere, delaberentur. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 5. Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. ¶ Sunt, qui dicant, hoc tormenti genus Tantalo inditum eſſe, quod Deorum ſecreta mortalibus revelaverit. *Ovid. l.* 2. *Am. el.* 2. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit. Secundum *Platonem in Cratylo* dictus eſt Tantalus quaſi ταλάντατος, ideſt infeliciſſimus, quod exacto odius adverſa plurima, & gravia contigerunt, tandemque patria ejus omnis ſubverſa eſt, defuncto autem ſaxum in caput ſuſpenſum eſt, & ipſi impendet. *Cic. lib.* 4. *Tuſc. qu. c.* 16. Cui miſeriæ proximus eſt is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatuſque pendet animi: quam vim mali ſignificantes Poetæ, impendere apud Inferos ſaxum Tantalo faciunt, ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam. ¶ Tantalus alter, filius Thyeſtæ ex Merope uxore Atrei ejus fratris, qui una cum Pliſthene, & Harpagige fratribus ab Atreo interfectus eſt, & appoſitus eſca patri. *Sen. in Thyeſt.*

Tanti, *per tanto*, περὶ τοσούτου, gen. pretii, & jungitur cum verbis æſtimandi. *Ter. Adelph.* 2. 1. 49. Ubi me dixero dare tanti. *Plaut. Men.* 2. 4. 52. Tanti quanti poſſit, vin' tanti illam emi? *Cic. de Amic. c.* 16. Ut quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis, *tanto ſia ſtimato dagli amici*, *quanto ec.* ¶ Aliquid eſſe tanti, eſt tanti æſtimari, ſeu dignum eſſe, ob quod aliquid fiat. *Cæl. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 14. Tanti non fuit Arſacem capere, Seleuciam repugnare, ut earum rerum, quæ hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres, *non pagò la ſpeſa*. *Cic.* 2. *Catil. c.* 7. Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis belli periculum depellatur.

Tantidem, *altrettanto*, tanti etiam, æque magno pretio. *Cic.* 5. *Ver.* Tantidem frumentum emerunt, quanti, &c. *Id. ib.* Coegit Segeſtanenſes a Decimo tantidem publice accipere. *Enn.* apud *Var. l.* 6. *de L. L.* Tantidem quaſi feta canes ſine dentibu' latrat.

Tantillus, a, um, *tanto picciolo*, *tanto poco*, dim. a tantulus, quod a tantus. *Ter. Adelph.* 4. 2. Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meis. *Catull. ad Juventium*, 9. Nec poſſum fletibus ullis Tantillum veſtræ demere ſævitiæ. ¶ *Tantillum* accuſativus adverbii more poſitus. *Plaut. Rud.* 4. 4. 106. Si hercle tantillum peccaſſis.

Tantiſper, adv. *tanto tempo*, Germ. *ſo lang*, Gall. *tandis que*, Hiſp. *entretanto que*, μέχρις τοῦ, μέχρις οὗ, tandiu, a *tantus*, & *per*, ubi *per* eſt paragoge, ut ab οἱ ὥπερ. Poſtulat poſt ſe *dum*, & *quoad*. *Cic. l.* 2. *de Invent.* Deinde eſt in carcerem deductus, ut ibi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur, compararetur. *Ulp. l.* 3. §. *hoc autem*, *ff. de uſu*, *aliiſque prout.* Qui vult ire, agere tantiſper, quoad de ſervitute conſtet. ¶ Uſurpatur etiam ſine prædictis particulis, pro aliquanto tempore. *Plaut. Aul.* 4. 5. 6. Tantiſper hic ego ad januam conceſſero. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 13. Totum diem ſcribo, non quo proficiam quid, ſed tantiſper impedior. ¶ Interdum notat interea. *Cic.* 5. *Tuſc.* Sed videro, quid efficiat: tantiſper hoc ipſum magni æſtima, quod pollicetur. *Liv. l.* 1. *c.* 3. Tantiſper tutela muliebri res Latina, & regnum avitum, paternumque puero ſtetit.

Tanto, adv. *tanto*, τόσῳ, τοσούτῳ, idem ac tantum, niſi quod cum comparativis uſurpetur. *Cic.* 5. *Verr.* Reperietis, quinquies tanto, Judices, amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, civitatibus imperaſſe. *Suet. in Tib.* Tanto magis, quod ab Urbe egrediens, &c. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Quippe major vis tanta, quanto recentior. ¶ Conjungitur etiam cum *ante*. *Cic.* 7. *Ver.* Quod ſi Cleomenes non tanto ante fugiſſes. ¶ Uſurpatur etiam pro *tanti*. *Plin. l.* 12. *c.* 18. Tanto nobis deliciæ, & fœminæ conſtant. Niſi malis, adjectivum eſſe, & ſubaudiri *pretio*. ¶ *Tanto melior* formula eſt laudantis, & approbantis. *Plaut. Perſ.* 2. 5. 25. Omnes ſycophantias comparavi, quo pacto ab lenone auferam hoc argentum. Sa. Tanto melior, *beniſſimo*, *tanto meglio*. *Id. Truc.* 2. 5. *v.* 60. Hem tibi talentum argenti, Philippicum eſt, tene tibi. Ph. Tanto melior: noſter eſto. *Ter. Heaut.* 3. 1. 36. Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo. Ch. Tanto melior. Adde *Phædr. l.* 3. *fab.* 5. ¶ Conjungitur etiam cum ſuperlativo. *Catull. ep.* 50. Tanto peſſimus omnium poeta, quanto tu optimus omnium patronus.

Tantopĕre, adverb. *tanto*, *sì grandemente*, Germ. *ſo heftig*, Gall. *ſi fort*, Hiſp. *ſi grandemente*, τηλικοῦτον, τοσοῦτον, tantum, tam vehementer, uſque adeo, ex *tantus*, & abl. *opere*. Itaque dividit *Plautus Caſ.* 3. 2. 2. Hoc erat Ecaſtor, quod me tanto vir opere orabat meus. *Cic. pro Mur.* Illud neſcio quid, quod tantopere deſpicis. *Id.* 1. *de Orat.* Neque enim tantopere hanc a Craſſo diſputationem deſiderabam, quantopere ejus in cauſis oratione delector.

Tantŭlum, adv. *un tantino*, tam parum, dim. a *tantum*. *Cic.* 7. *Ver. c.* 68. De omnibus nobis ſiquis tantulum de recta regione deflexerit. *Id. ib. c.* 71. Si tantulum oculos dejecerimus, præſto eſſe inſidias.

Tantŭlus, a, um, *sì picciolo*, *sì poco*, tam parvus, dim. a *tantus*. *Cic. de Sen.* Quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, ac ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos, ramoſque procreant. *Id. Att. l.* 4. Dices, tantula ne in cauſa? *Id. pro R. Am.* Deinde cur tantulo venierint. Subintelligitur *pretio*. ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive, ut cætera adjectiva. *Cic.* 4. *Ver.* Et vendidiſſet, ſi tantulum moræ fuiſſet, quominus ei pecunia illa numeraretur. *Id. pro R. Am.* Si et in negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet.

Tantum, adv. *tanto*, τοσοῦτον, tantopere, tam vehementer, uſque adeo: cui reſpondet *quantum*. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 94. Tu, ut occepiſti, tantum, quantum quis, fuge. *Virg.* 4. *Georg. v.* 101. Nec tantum dulcia, quantum Et liquida. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 1. De fano illo tantum, quantum me amas, velim cogites. ¶ *Tantum abeſſe*, eſt tam longe diſtare. *Cic.* 1. *Off.* Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil magis officio poſſit eſſe contrarium, *tanto è lontano*, *che anzi ec.* *Id.* 4. *Acad.* Tantum abeſſe dicebat, ut id conſentaneum eſſet, ut maxime etiam repugnaret. ¶ Ponitur etiam pro *ſolum*. *Cic. pro Mur.* Nihil dicam arrogantius, tantum dicam, &c. ¶ *Tantum non*, eſt ſolum non, locutio uſitata de re non plane peracta, pro fere, ferme, propemodum, *quaſi*, *poco meno che*. *Liv. l.* 4. *c.* 2. Et cum hoſtes tantum non arcerſerint. *Suet. in Tib. cap.* 11. Tantum non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigavit. ¶ *Tantum quod*, eſt vix dum. *Suet. in Aug. c.* 96. Navis Alexandrina, quæ tantum quod appulerat, *allora allora*. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 23. Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ ſunt, *appena io era ritornato*, *che ec.* ¶ Significat etiam *ſolum quod*. *Cic.* 3. *Verr. c.* 45. Tantum quod hominem non nominat, cauſam quidem totam perſcribit. *Id. Verr.* 5. *c.* 53. Tantum quod aratoribus Metellus obſides non dedit. Alii hic leg. *tantum non*.

Tantummŏdo, adv. *ſolamente*, μόνον, μόνως, ſolum. *Cic.* 3. *de Orat.* Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. *Id. pro Syll.* Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit, tantummodo ut vos, qui ut probetis, poſſetis exaudire.

Tantundem. V. Tantuſdem.

Tantus, a, um, *tanto*, *così grande*, Germ. *ſo groſs*, Gall. *ſi grand*, Hiſp. *tanto*,

Digitized by Google

tanto grande, τόσος, τηλικοῦτος, tam magnus, vel tam parvus, a *tam*, converſo m in n, euphoniæ cauſa. *Cic. 2. de Divin.* Sol major ne, quam terra ſit, an tantus, quantus videatur. ¶ Sæpe abſolute ponitur, ſine relativo *quantus*, quod tamen facile poteſt intelligi. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 26. Tantus natu Deorum neſcis nomina. *così vecchio*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Hi tanti ignes, tamque multi. *Id. 3. de nat. Deor.* Urbs tanta, atque talis. ¶ Sæpe conjunctivum regit cum partic. *ut*. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep.* 10. Sin autem aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores parvis additis copiis ſuſtinere poſſint. *h. e.* tam parvum. ¶ Putat aliquis, aſſumere poſt ſe etiam particulam *quod*, ex illo *Cic. pro Cæl. c.* 1. Miretur profecto, quæ ſit tanta atrocitas hujuſce cauſæ, quod diebus feſtis, ludiſque publicis hoc judicium exerceatur. Sed illud *quod*, ſi recte attendas, ab adject. *tanto* minime pendet. ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive, ut cætera adjectiva. *Cæſ. l. 6. B. G.* Præſidii tantum eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit. ¶ *In tantum*, eſt tantopere, vel uſque adeo, eatenus. *Virg. 6. Æn.* Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos in tantum ſpe tollet avos. *Sen. lib. 2. de Benef.* Quomodo danti in tantum producenda notitia eſt muneris ſui, in quantum delectatura eſt, cui datur. *Plin. l. 10. c.* 53. Quædam aves in tantum pariunt, ut effetæ moriantur, *tanto ſpeſſo*, *che ec.* ¶ *Tantum eſt*, elegans formula, cum ſignificamus, nihil amplius reſtare. *Terent. Eun.* 5. 5. 26. Numquid eſt aliud mali reliquum? Pa. Tantum eſt, *tanto*, *e non più*. *Plaut. Merc.* 2. 2. 12. Numquid amplius? Ly. tantum eſt. ¶ *Tantus* pro *tot*. *Plaut. Amph.* 5. 1. 5. Tanta mira facta ſunt in ædibus. ¶ *Tanti* pro *tot*. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 37. Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoluant crederer. *Cajus l. 64. Dig. de legat.* 1. Quod ſi minor, in tantos quanti inveniantur. *Valer. Flac. l. 5. v.* 635. quid tantæ coeunt in prælia gentes?

Tantuſdem, tantadem, tantundem, *altrettanto*, τοσοῦτος, τοιοῦτος, τοσοῦτον, æque tantus, æque multus. *Ulp. l. ſi pro parte, ff. de in rem verſo:* Si decem in rem domini verterit, & poſtea tantandem ſummam a domino mutuatus ſit. ¶ Fere uſurpatur ſubſtantive. *Cic. 2. de Leg. c.* 19. Qui morte, teſtamentove ejus tantundem capiat, quantum omnes hæredes. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 43. Undique enim ad Inferos tantundem viæ eſt. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 36. Si tibi ſubiti nihil eſt, tantundem eſt mihi.

Taos, m. 2. gemmæ genus, a ταώς, *pavo*, quia pavoni ſimilis eſt. *Plin. l. 37. c.* 11. Taos pavoni eſt ſimilis, item aſpidi, quam vocari chelidoniam invenio.

Tapanta, τὰ πάντα, omnia Græca, vox latinis literis ſcripta legitur apud *Petron. in Satyr.* Trimalchionis tapanta eſt. Loquitur *Petron.* de uxore cujuſdam divitis, quæ viri animum ita ſibi ſubegerat, ut in omnibus imperaret. V. integrum locum in voce *Quare*.

Tapes, etis, m. *tapete*, Germ. *teppich*, Gall. *tapis*, Hiſp. *alhombra*, *tapete*, τάπης, τάπιτι, idem ac aulæum, h. e. veſtis ſtragula, variis coloribus intexta, qua aularum parietes, pavimenta, menſæ, nonnunquam etiam lecti ſternuntur. *Virg. 6. Æn. v.* 558. Crateraſque ſimul, pulchroſque tapetas. *Id. l.* 10. Qui ſarta tapetibus altis Exſtructus toto perflabat pectore ſomnum. ¶ Rectus caſus *tapes* non eſt in uſu.

Tapēta, is, n. idem ac tapes. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 14. Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia. Ubi *tapetia belluata* vocat, ut Græci ζωωτά, hoc eſt in quibus ζῶα, ſive belluæ ſunt ocupictæ.

Tapētum, i, n. idem ac tapes. *Virg. 7. Æn. v.* 277. Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis.

Tapinōma, atis, n. *umiltà*, *baſſezza di dire*, dictio humilis, ταπείνωμα. *Sidon. l. 4. ep.* 5. O eloquium non exilis, ſed ſubtilis ingenii, quod nec per ſcaturiginem hyperbolicas intumeſcit, nec per tapinomata depreſſa tenuatur.

Tapinophronēſis, ταπεινοφρόνησις, vox Græca, quæ animi demiſſionem, ſeu abjectionem ſignificat, *viltà*, *e baſſezza d' animo*, a ταπεινός, *humilis*, & φρονέω, *ſapio*, *ſentio*. Uſurpatur a *Tert. adverſ. Pſych. c.* 12.

Tapinōſis, eos, f. 3. ταπείνωσις, humiliatio, a ταπεινόω, *humilio*. Hoc nomine appellatur vitium Grammaticale, cum rei magnitudo, vel dignitas verbi humilitate deprimitur, ſeu minuitur, ut ſiquis parricidam vocet hominem nequam. *Virg. 1. Æn.* Apparent rari nantes in gurgite vaſto. *Ubi Servius:* In gurgite vaſto, Tapinoſis eſt, ideſt rei magnæ humilis expoſitio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto plerunque ſublevat, ut hoc loco *Vaſto* addidit.

Taprobāna, ſeu Taprobane, f. 1. *Ceylan*, *Ceylon*, *Zeilan*, Inc. *Tenariſin*, ideſt terra deliciarum, inſ. ampla Aſiæ, & Indiæ intra Gangem, in mari Indico, in ora ſinus Gangetici, prope prom. Commarium, & partem Auſtralem peninſulæ Indiæ cis Gangem, a qua tantum dirimitur freto *Manaar*. Nobilis eſt felici aromatum proventu. Affluit margaritis, & etiam gemmis, ac auro, maxime apud Palægones pop. Lucet ibi Canopos, ſidus clarum, & ampliſſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis. Vivunt ultra centum annos. *Avien. in perigeſ. v.* 777. Inſulæ Taprobane gignit tetros elephantos, Et ſuper æſtiferi torretur ſidere cancri. *Plin. l. 7. c.* 2. In Taprobana inſula longiſſimam vitam ſine ullo corporis languore traduci. V. *eund. l. 6. c.* 22.

Tapulla, lex quædam convivalis ficto nomine, & jocoſo carmine conſcripta a Valerio Valentino. *Lucil. apud Feſt.*

Tarandus, m. 2. τάρανδος, animal apud Scythas. *Plin. l. 8. c.* 34. Mutat colores Scytharum tarandus, nec aliud ex iis, quæ pilo veſtiuntur, niſi in Indis lycaon, cui jubata traditur cervix. *Et paucis interjectis:* Tarando magnitudo, quæ bovi, caput majus cervino, nec abſimile, cornua ramoſa, ungulæ biſidæ, villus magnitudine urſorum. Sed cum libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis eſt. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit metuens, in quibus latet, ideoque raro capitur. Mirum eſſet, habitum tam multiplicem dari, mirabilius & villo.

Taranis, m. 3. dicebatur Jupiter a Gallis, cui humano ſanguine litabant. *Lucan. l. 1. v.* 446. Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

Taras, antis, m. Τάρας, filius Neptuni, qui primus Tarentum condidiſſe creditur, & a nomine ſuo appellaſſe. Græce enim Tarentum Τάρας dicitur. *Bocc. l. 10. Gen.*

Taras, antis, m. *Tara*, fl. Magnæ Græciæ, qui oritur apud Maſſafram opp. & in ſin. Tarentinum apud Tarentum urb. cui nomen dedit, influit. *Stat. l. 1. ſilv. 1. v.* 105.

Taratalla. *Martial. l. 1. ep.* 51. Si tibi Miſtyllus cocus, Æmiliane, vocatur, Dicetur quare non Taratalla mihi? Horum verſuum hæc eſt ſententia: Æmilianus quidam coquum ſuum Miſtyllum vocabat, ducto fortaſſe nomine ab illo *Homeri* verſu *Iliad.* 1. μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα. h. e. ſecabant autem & alias res. Cur non liceat, inquit *Martialis*, quemadmodum tibi a primo verbo illius carminis, ita mihi a ſequentibus nomen coquo imponere, & *Taratalla* appellare?

Taratantāra, f. 1. vox tubæ, ab Ennio ficta. *Serv. in 9. Æn.* in eum verſum: At tuba terribilem ſonitum procul ære ſonoro. Hemiſtichium, *inquit*, *Ennii*. Nam ſequentia iſte mutavit. Ille enim ad exprimendum tubæ ſonum ait *taratantara*. Et multa hujuſmodi *Virgilius*, cum aſpera invenerit, mutat.

Tarcho, & Tarchon, ontis, m. Τάρχων, dux, & aruſpex Hetruriæ, qui Æneæ ſuppetias tulit adverſus Turnum, & Rutulos. *Virg. 8. Æn. v.* 603. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Caſtra locis. *Id. 10. Æn. v.* 299. Effatus Tarchon ſocii conſurgere tonſis, &c. *Id. 11. Æn. v.* 727. Tarchontem in prælia ſæva, &c.

Tardabĭlis, le, adject. tardus, torpeſcens, ut tardabilis rigor. *Tertull. de anim. c.* 43.

Tardātus, a, um, *tardato*, *ritardato*, βραδυνθείς, particip. a tardus. *Virg. 5. Æn.* At non tardatus caſu, neque territus heros Acrior ad pugnam redit. *Cic. ad Brut.* Si ea, quæ ex tempore ſuſcepta ſunt, ut agerentur, non tardata, & procraſtinata ſunt. *Plin. l. 8. c.* 8. Ac præacuta bipennibus crure tardato. h. e. debilitato.

Tarde, adv. *tardamente*, *tardi*, Germ. *langſamlich*, Gall. *tard*, *lentement*, Hiſp. *tardamente*, ὀψέ, βραδέως, lente, pigre, cunctanter. *Cic. lib. 14. Fam. ep.* 15. Cum ſane adverſis ventis uſi eſſemus, tardeque, & incommode navigaſſemus. ¶ Accipitur aliquando pro ſero, hoc eſt veſpertino, vel nocturno tempore. *Cicer. pro Mil.* Videte nunc illum primum egredientem e villa ſubito. Cur veſperi? quid neceſſe eſt tarde? ¶ Comp. tardius, ſup. tardiſſime. *Cic. 4. Acad.* Inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. *Id. l. 2. Fam.* Quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur.

Tardeſco, is, n. 3. *diventare tardo*, βραδύνομαι, tardus fio. *Lucret. l. 3. v.* 480. Tardeſcit lingua, madet mens.

Tardigemŭlus, la, um, adject. tarde, & lente gemens. *Nævius apud Gell. l. 19. cap.* 7. Tardigemulo ſenio oppreſſus. Alii leg. *tardigenula*, ut ſit a *tardus*, & *genu*, & idem ſignificet quod *tardigradus*.

Tardigrădus, a, um, *che va tardo*, βραδύπους, qui tarde graditur. *Cic. 2. de Div. cap.* 64. *ex Pacuv.* Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera.

Tardilŏquus, a, um, βραδύγλωσσος, qui tarde loquitur. *Sen. ep.* 40. Summa ſummarum hæc erit, tardiloquum te eſſe jubeo.

Tardĭpes, edis, o. 3. βραδύπους, qui tarde incedit, aut claudicat, epithetum Vulcani, qui claudus eſſe dicitur. *Catull. in annales Voluſii* 34. 2. Electiſſima peſſimi Poetæ Scripta tardipedi Deo daturam. ideſt igni. *Col. l. 10. verſu fin.* Quin & tardipedi ſacris jam rite ſolutis.

Tardĭtas, atis, f. *tardanza*, אחר, Ger. *langſamheit*, Gal. *tardiveté*, Hiſp. *tardança*, βραδύτης, qualitas celeritati contraria, pigritia, cunctatio, mora. *Cic. pro Rab. perd. reo c.* 7. Non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum impedimento fore putabat. *Idem de Univ.* Qui in octo curſibus celeritates, tarditateſque declararet. *Id. in Orat. n.* 68. Tarditas ingenii, *ingegno non pronto*.

Tardĭties, ei, f. 5. idem ac tarditas, apud vet. *Accius apud Non. c. 2. n.* 866. Multa amittuntur tarditia, & ſocordia.

Tardĭtūdo, inis, f. idem ac tarditas, apud vet. *Plaut. Pæn.* 3. 1. 29. Podagroſi eſtis, ac vicistis cochleam tarditudine.

Tardiuſcŭlus, a, um, ὑποβραδύς, aliquantum tardus, dim. a tardus. *Ter. Heaut.* 3. 2. Eſt ille Cliniæ ſervus tardiuſculus.

Tardo, as, a. 1. *ritardare*, אחר, Ger. *auffhalten*, *ſaumen*, Gall. *retarder*, Hiſp. *detener*, *retardar*, βραδύνω, moror, remoror, moram alicui injicio, tarditatem affero. Uſurpatur cum acc. *Cæſ. l. 3. B. G.* Atque ut eorum auxilia tardaret. *Cic. l. 7. Fam. ep.* 5. Mea quidem tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare. *Id. 11. Phil.* Vereor, ne exercitus quoque noſtri tardentur animis. ¶ Vel cum infinitivo. *Cæſ. l. 2. B. C. c.* 42. Reliqui hoc timore propius adire tardarentur. ¶ Tranſlate ponitur pro reprimere. *Cæſ. l. 1. B. C.* Quo facilius impetum Cæſaris tardaret. ¶ Eſt etiam neutrum abſolutum, & ſignificat moram trahere. *Cic. ad Brut. ep.* 18. An tardare, & commorari te melius eſſet tibi.

Tardus, a, um, *tardo*, עצל, German. *langſam*, Gall. *tardif*, Hiſp. *tardo*, βραδύς, cunctator, cunctabundus, ſerus, remiſſus, piger, iners. *Cic. 1. de Inv.* Formoſus, an deformis, velox, an tardus ſit. *Id. de clar. Orat. c.* 59. Tardum eſſe in cogitando. *Id. 1. Off.* Ad injuriam tardiores. *Ovid. 8. Metam.* Tardus ætate. *Plin. l. 9. c.* 42. Tardiſſimi piſcium. ¶ Cum infinito. *Sil. lib. 5. v.* 255. docilis fallendi, & nectere tectos Nunquam tarda dolos. ¶ Tardæ noctes dicuntur hibernæ a *Virg. 2. Georg. v.* 482. & *Æn. v.* 750. quæ diu ſuper terras morantur, & tarde recedunt: Contra tardos menſes æſtivos appellat *Georg.* 1. *verſ.* 32. qui dies habent longiores. ¶ Per tranſlationem ad animi, vel ingenii tarditatem refertur, & accipitur pro hebeti, cui ingenium non eſt promptum. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 5. Sed quia nimis indociles quidam, tardique ſunt. *Id. 3. Agr.* Sed quem veſtrum tam tardo ingenio fore putavit, &c. ¶ Item pro difficili. *Plin. l. 25. c.* 1. Quippe cum ſi tardum dictu, pluribus proſit, an noceat. ¶ Quandoque ponitur pro perſeveranti, & diuturno. *Virg. 2. Georg.* Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem Felicis mali. Sic *Nonius*. *Servius* cum interpretatur ſaporem tardum, vix ſenſibilem. ¶ Quandoque pro denſo, ac craſſo. *Virg. 5. Æn.* Udo ſub robore vivit Stupa vomens tardum fumum.

Tarentīnus, a, um, *Tarentino*, Ταραντῖνος, quod ad Tarentum ſpectat, vel ex Tarento eſt, vel in Tarentinis agris creſcit. ¶ *Tarentini equites*, qui longe jaculari conſueverunt. *Ælian. non longe a principio libri de inſtruendis aciebus:* Tarentinorum duo ſunt genera. Nam alii longius jaculantur, & ob eam rem equites jaculatores dicuntur, & *Tarentini* ſpeciali vocabulo: alii, cum ſemel, aut bis jaculum miſerint, quo leviori utuntur, manus de cætero cum adverſario conſerunt, & cominus pugnare incipiunt, non ſecus, quam quos haſtatos appellari retulimus. *Leves* hos nominari ſolitum eſt. Ergo Tarentinorum alii *Tarentini* nomine ſuo vocantur, qui de longe jaculari conſueverunt, alii *Leves*, qui pugnam cominus ſubeunt. *Cic. Att. l. 5. ep.* 19. Quæ de Tarentinis in militia laboravi, ea tibi grata eſſe gaudeo. *Liv. l.* 35. Dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant equites, binos ſecum trahentes equos. *Et infra*, Luce orta, Cretenſium levis armatura, & Tarentini equites ſuper torrentem prælium commiſerunt. ¶ Tarentinus ſinus, *Golfo di Taranto*, ſinus Magnæ Græciæ, pars maris Jonii, inter duo promontoria, Japygium ad Bor. & Lacinium ad Auſtr. & inter Calabriam citeriorem, Baſilicatam, & Terram Hydruntinam, prov. Regni Neapolitani. Sic dicitur a Tarento urbe in ejus intimo receſſu. ¶ *Bellum Tarentinum*, quod Romani cum Tarentinis geſſerunt, anno Urbis 472. cum illi claſſem Romanam diripuiſſent, & Legatos Romanorum, qui ea de re miſſi fuerant queſtum, contumeliis affeciſſent. ¶ *Tarentina nux*, quæ in agro Tarentino naſcitur. Eſt e juglandium genere, adeo fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata rumpatur. Sed tamen Tarentinarum nucum duo genera ſunt, unum fragili putamine, alterum duro. *Plin. l. 15. c.* 22. ¶ Sunt etiam nuces pineæ Tarentinæ. *Plin. l. 15. c.* 10. Harum genus alterum Tarentinum, digitis fragili putamine, aviumque furto in arbore. ¶ Similiter Tarentinæ caſtaneæ, Tarentina pyra, Tarentinæ ficus, Tarentina vina, Tarentinæ myrti, Tarentinæ cypreſſi, &c. quæ in agro Tarentino proveniunt. *Plin. lib. 15. cap.* 25. *Id. lib. 15. c.* 17. *Colum. l. 5. c.* 10. ¶ *Venenum Tarentinum*, eſt purpura Tarentina, quæ rubedinis pluſculum

Digitized by Google

lum habet. *Horat. lib.* 2. *ep.* 1. Lana Tarentino violas imitata veneno.

Tarentum, i, n. *Taranto*, τάρας, urbs ampla Magnæ Græciæ, in Meſſapia, ſeu Calabria prov. in Salentinorum confinio, olim clariſſima Reſpublica, quæ cum Romanis bellum gerere auſa fuit, cum arce permunita, & portu olim capaciſſimo. Condita fuit, & nominata a Tarante filio Neptuni. Deinde eſt amplificata, expulſis incolis, a Spartanis, idest a Partheniis, anno U. C. 45. ſeu 47. duce Phalante, vel Palanta, quod idem proditum eſt a *Juſtino lib.* 3. & an. & *Virgilius* ſignificat *lib.* 3. *Æn.* dum ait: *Hic ſinus Herculei* (*ſi vera eſt fama*) *Tarenti cernitur*, hoc eſt, a Spartanis aucti, & habitati, ex quorum gente Hercules fuit. Quidam putant ſic appellari a Sabina voce *tarentum*, quæ illis molle ſignificat, propterea quod ex agro Tarentino & nuces juglandes, & nuces pineæ, & lana molliſſimæ proveniunt. Hinc *Horat. lib.* 2. *ſat.* 4. Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum. Ex hac urbe ortum traxerunt cives illuſtres, Ariſtoxenus Muſicus, Ariſtotelis familiaris, Rinthon Tragicus, & Comicus, Iccus Medicus, & Archyta ſummus Mathematicus. Tarenti obiit M. Pacuvius Tragœdiographus, patria Brunduſinus. ¶ Ceterum ejus incolæ fere molles fuere, & deliciis dediti. Hinc imbelle Tarentum dictum eſt ab *Horat. l.* 1. *ep.* 7. ¶ Tarentus fem. genere, *Sidon. carm.* 5. *v.* 435. Ipſaque, quam petiit, trepidaverat unda Tarentus.

Tarinates, ta. 3. Taranates, pop. Sabinorum, quorum opp. Tarinum, *Tarano*, ad Himelam fl. apud montem Severum, & Cures.

Tarmes, itis, m. vermis genus, a τέτρημαι, præterito verbi τείρω, tero; exedit carnes, ut ait *Feſtus*, item lignum, ut ex his Plauti verbis colligitur *Moſtell.* 3. 2. 140. Poſtes ambo ab infimo tarmes ſecat.

Tarpeja, æ, f. 1. Ταρπεία, virgo Romana, filia Sp. Tarpeji, regnante Romulo. Cum Sabini propter raptas virgines bellum Romanis intuliſſent, duce T. Tatio Rege, & caſtra inter Quirinalem, & Saturnium, ſeu Capitolinum collem poſuiſſent, ſequenti die prætoriare radices Capitolii, ut explorarent, ſiqua forte eorum pars vel clam, vel vi aperta capi poſſit. Hos Tarpeja, cujus patri loci illius cuſtodia mandata erat, de ſublimi aſpiciebat; quam, ut Fabius, & Cincius ſcribunt, cupido cepit armillarum, quas in ſiniſtris brachiis illi geſtabant, & annulorum, quos in digitis ferebant. Sed, ut L. Piſo tradit, virginem præclari facinoris cupido inceſſit, ut hoſtes armis denudatos ſuis civibus objiceret. Itaque per occultum colloquium cum Sabinis pacta, proditurum ſe arcem, ſi pro mercede quidquid in ſiniſtro brachio geſtabant, ſibi dediſſent, aperta clanculum portula, noctu eos recepit; cumque pro armillis & auro, eorum ſcuta ex pacto popoſciſſet, illati Sabini ſcutis in eam injectis obruere. *Liv. l.* 1. *c.* 11. paulo aliter rem narrat. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 678. arciſque via Tarpeja recluſa, Digne animam pœna congeſtis exuit armis.

Tarpejus mons, Rupes Tarpeja, Tarpejum ſaxum, ταρπήιον ὄρος, mons Romæ, idem, qui antea Saturnius, & poſtea Capitolinus, ita dictus a Tarpeja filia Sp. Tarpeji, quæ cum Sabinis arcem in eo ædificatam prodidiſſet, eorum ſcutis obruta, ibidem ſepulta eſt. *Virg.* 8. *Æn.* Hinc ad Tarpejam ſedem, & Capitolia ducit, aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis. *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. Tarpejus pater. h. e. Jupiter. ¶ Tarpejæ coronæ ſunt, quas obtinebant ii, qui victores in ludis Jovi Capitolino dicatis fuiſſent. *Martial. l.* 9. *ep.* 41. Sit Tarpeja quercus. h. e. corona e quercu. *Id. l.* 4. *ep.* 54. ¶ De *Tarpeja lege*, cujus meminit *Feſt.* in voce *Peculatus*, diximus in *Aterio*.

Tarquinienſis, & ſe, o. 3. quod ad Tarquinios urbem ſpectat, ut Ager Tarquinienſis. *Plin. lib.* 7. *c.* 52. Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. ¶ Tarquinienſis lacus, idem qui Sabatus, ſive Sabatius, ſive Sabatinus, ita dictus a Tarquiniis urbe vicina. *Plin. l.* 2. *cap.* 95. In Tarquinienſi lacu magno Italiæ duo nemora circumferuntur, nunc triquetram figuram edentia, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus, quadratam nunquam.

Tarquinii, orum, m. pl. familia Romæ Regalis, ex qua fuere L. Tarquinius Priſcus Rex, L. Tarquinius Superbus Rex, L. Tarquinius Collatinus, &c. *Virg.* 6. *Æn.* Vis & Tarquinios Reges, animamque ſuperbam Ultoris Bruti.

Tarquinii, orum, m. pl. Tarquiniæ *Ptolemæo*, Tarquinæ *Antonino*, olim Tarchone, ſeu Tarcone, *Tarquinia*, ſeu *la Tarquinia*; vulgo *la Turchina*, ταρκυνία, colonia, & urbs Hetruriæ, ultra lacum Sabatinum, qui & Tarquinienſis dictus eſt. Condita fuit hæc urbs a Tarchonte, qui Æneæ opem contra Turnum tulit, & Tarchona ab illo nominata. Progreſſu temporis dicta eſt Tarquinia, & Tarquinii. Aliqui ſcribunt Tarquinium eſſe appellatam a Tarquinio Priſco Rege. Sed potius Rex ab urbe nomen accepit, ut *Collatinus* a *Collatia*.

Tarquitius, a, um, adject. a Tarquiniis familia Romana, ut Tarquitiæ ſcalæ, quas Tarquinius ſuperbus ſecavit. *Feſtus*. Al. leg. *Tarquiniæ* eod. ſenſu.

Tarracina, æ, f. oppidum Volſcorum, idem quod Anxur. *Plin. l.* 3. *c.* 5. ¶ Apud *Liv. l.* 4. *c.* 59. eſt Tarracinæ, arum. ¶ Legitur & *Terracina*.

Tarraco, onis, f. *Tarragona*, ταῤῥάκων, urbs, olim colonia Romanorum, Hiſpaniæ citerioris, in ora Catalaniæ, & maris Mediterranei, in tumulo, ad oſtia Tulciæ fl. cum portu, media inter Barcinonem ad Bor. & Dertuſam ad Mer. Condita eſt a Scipionibus, dum in Hiſpania bellum gererent. Ab ea tertia Hiſpaniæ pars nomen Tarraconenſis accepit. Abundat vino optimo. *Mart. l.* 13. *ep.* 118. Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo, Hæc genuit Tuſcis æmula vina cadis.

Tarraconenſis, ſe, adject. a Tarracone, ut Tarraconenſis regio. *Plin. l.* 3. *c.* 1. & 3.

Tarſenſis, ſe, adject. a Tarſo oppido, ut Tarſenſe pelagus. *Col. l.* 8. *c.* 16. ¶ Tarſenſes, ejus urbis incolæ. *Cic. l.* 5. *ad Attic. ep.* 21.

Tarſus, i, Ταρσός, *Tarſo*, Ciliciæ metropolis, apud oſtia Cydni fluvii, a Perſeo ædificata, patria fuit D. Pauli Apoſtoli. De ea meminere *Lucan. l.* 3. & *Plin. l.* 5. *c.* 27.

Tartareus, a, um, *infernale*, ταρτάρεος, quod ad tartarum ſpectat. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 9. ex *Poeta*: Hæc e tartareis tenebris abſtractum plaga Tricipitem eduxit hydra generatum canem. *Virg. Æn. l.* 7. Coronque raucum Tartaream intendit vocem. h. e. terribilem, aut fortem, utpote *Servius*. ¶ Tartareæ ſorores, h. e. Furiæ. *Stat.* 5. *Theb. v.* 66.

Tartarinus, a, um, ταρταρώδης, horrendus, terribilis. *Feſt.* Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi, a Tartaro, qui locus apud Inferos. *Enn. apud Varron. l.* 6. *de L. L.* Corpore tartarino prognata paluda virago.

Tartarus, i, m. & in plurali tartara, orum, n. *inferno*, שאול, Germ. *die hell*, Gal. *les enfers*, Hiſp. *infierno*, ὁ τάρταρος, τὰ τάρταρα, locus profundiſſimus Inferorum, ex quo Acheron fluvius erumpit. *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 135. & 695. ¶ Poetæ fabulantur, eſſe filium Terræ ſine patre. Fortaſſe eſt a ταράττω, *perturbo*, [illegible] ἐν αὐτῷ πάντα, quam originationem affert Etymologus, idest quia quæ in ipſo ſunt, omnia perturbata, & confuſa ſunt. Plutarchus lib. de primo frigido ita ſcribit, Τάρταρον [illegible] ἡ Ἡσιόδου [illegible] ταρταρόν [illegible], ἢ τό [illegible], ἢ τοῖς

ῥιγοῦν, ταρταρίζειν. Ideſt; Tartarus hic a frigore appellatus eſt. Atque id oſtendit quoque Heſiodus, dicens, tartarum aeroſum, ſive obſcurum. Et qui horrore contremiſcunt, et tremunt, dicuntur tartarizare. ¶ Eſt etiam Tartarus fluvius Italiæ in regione Veronenſi, *il Tartaro*, qui ex Atheſi ad Padum decurrit, ex quo unum ex Padi oſtiis Tartarum a *Plin. l.* 3. *c.* 16. vocatur. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 9.

Tarteſſiacus, a, um, adject. a Tarteſſo urbe. *Sil. lib.* 16. *v.* 159. Ad Tarteſſiacos tendit per litora portus.

Tarteſſius, a, um, adject. Tarteſſiacus. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 416. Preſſerat occiduus Tarteſſia litora Phœbus.

Tarteſſus, f. 2. *Tariffa*, urbs Hiſp. Bæticæ in ora freti Herculei, contra Mauritaniam Ting. alio nomine *Carteja*. Ibi ſoles maxime gignuntur, ut *Soles Tarteſſia* ut in proverbium deducta, de copia rerum. ¶ Poetæ uſurpant in occaſus ſolis deſcriptione. *Silius l.* 3. *v.* 399. Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. ¶ Etiam Gadium inſula Tarteſſus dicta eſt. *Plin. l.* 4. *c.* penult.

Tarviſani montes, qui prope Tarviſium ſunt a parte Septentrionali; ex quibus *Plinius* ſcribit *l.* 3. *c.* 18. Silim fluvium oriri.

Tarviſium, ii, n. Tarviſus Venantio Fortunato, olim Tauriſium, *Treviſo*, *Trevigi*, ταυρίσιον, urbs Venetum, Marchiæ Tarviſinæ caput, ad Silim fl. Nomen accepit a tauro bellua, quod indigenæ illi, qui ab Antenore ex ſuis ſedibus exturbati ſunt, ubi ille Patavium condere ſtatuit, taurum quendam ferum dimiſerunt, ut ubi ille conſiſteret, urbem ſibi novam conſtruerent, quod & fecerunt. Pop. Tarviſini. *Fortunatus in vita S. Martini l.* 4. Qua meus Tarviſus reſidet, ſi molliter intrans.

Tarus, m. 2. *il Taro*, fl. rapidiſſimus Galliæ Togatæ, qui ex Apennino M. in Padum per Æmiliam, & agrum Parmenſem decurrit, Æmiliam ſecans. *Plin. l.* 3. *c.* 16.

Taſconium, ii, n. terra alba ſimilis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Catini fiunt ex taſconio. Hæc eſt terra alba ſimilis argillæ. Neque enim alia afflatum, ignemque, & ardentem materiam tolerat.

Tat. V. Tatæ.

Tata, æ, m. pater, vox puerorum, qua illi utuntur, cum patrem vocant, ut mammam appellant matrem. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 97. Cum cibum, ac potionem buas, ac papas vocent, & matrem mammam, patrem tatam. *Martial. l.* 1. *ep.* 101. Mammas, atque tatas habet Afra, ſed ipſa tatarum Dici, & mammarum maxima mamma poteſt. ¶ Ponitur & pro nutritore, educatore. *Inſcript. apud Fabret. p.* 142. Saturnina pater, & Phœbus tata fecerunt. *Alia apud Gruter. p.* 662. *n.* 6. Elpidius Pamphilus Platoni tatæ ſuo bene merenti fecit.

Tatæ, interjectio eſt admirantis. *Plaut. Trucul.* 3. 2. 18. Tatæ! cuja eſt? Alii leg. *Tat.* quæ vox legitur & apud *Chariſ. l.* 2. in *Nov.* quemadmodum & *tatae*: quæ omnes eundem ſenſum habere videntur, ſunt tamen perantiquæ, ut idem *Chariſ.* ibidem notat. ¶ Eſt etiam tatæ particula exultantis, & jocularitèr exclamantis. *Id. Stic.* 5. 7. 3. Fac tu hoc modo. St. at tu hoc modo, Sa. babæ! St. tatæ! Sa. papæ! St. pax! Deſcribit *Plautus* ſaltantium ſervorum jocos.

Tatienſes, ium, m. 3. una ex tribus Tribubus Populi Romani regnante Romulo, ideſt Sabini illi, qui T. Tatii Regis ductu bellum Romanis propter virginum raptum intulerunt, deinde fœdere percuſſo domicilium Romam tranſtulerunt. Dicti ſunt a T. Tatio. *Varro l.* 4. *de L. L. Pedian. in* 3. *Verr.* ¶ Aliqui dicunt fuiſſe ſecundam Equitum centuriam, quæ ex tantum Sabinis equitibus conſtabat. *Liv. l.* 1. & *Aurel. Victor. de Vir. Illuſtr. Ovid.* 3. *Faſt.* Quin etiam partes totidem Tatienſibus illi, Quoſque vocant Ramnes, Luceribuſque dedit.

Tatius, m. 2. Sabinorum Rex, qui ob Sabinarum Virginum raptum, bellum Romanis intulit. Proditione Tarpejæ virginis Capitolio capto, ex ſuperiori loco adortus Romanos in aciem deſcendit. Cum aliquandiu acerrime, ſed varia victoria pugnatum eſſet, tandem diremto interventu Sabinarum mulierum prælio, pax ita convenit, ut Sabini in urbem, Tatius in Regni partem acciperetur. Regnavit in montibus Capitolio, & Quirinali, at Romulus in Palatino, & Cælio. Sed breve imperium obtinuit. Nam cum ejus propinqui Legatos Laurentium pulſaſſent, eamque injuriam ille inultam reliquiſſet, illorum pœnam in ſe convertit. Cum Lavinium ad ſolemne ſacrificium veniſſet, concurſu oppidanorum facto, eſt interfectus. *Dionyſ. Hal. Ant. lib.* 2. & *Liv. lib.* 1. *Virg.* 8. *Æn.* Subitoque novum conſurgere bellum Romulidis, Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.

Tattæus, a, um, ταττaῖος, quod ad Tattam lacum Phrygiæ Magnæ ſpectat, ut Tattæus ſal, qui & Phrygius, oculis præcipue utilis. *Plin. l.* 31. *c.* 7.

Tau, V. *Al.*

Taura, æ, f. *vacca ſterile*, Ger. *unfruchtbare kuh*, Gal. *vache ſteriles*, Hiſp. *machorra*, ταῦρα, vacca ſterilis. *Varro l.* 2. *de re ruſt. c.* 5. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur. *Feſt.* Tauras vaccas ſteriles appellabant, ut Verrius, quæ non magis pariant, quam tauri. Sed vero ſimilius eſt, ex Græco dictas, quia Græci vaccam ταῦραν appellant. *Col. l.* 6. *c.* 22. Et utique tauræ, quæ locum occupant fœcundarum, ablegandæ.

Taurea, æ, f. 1. *nervo de bue*, Ger. *peitſch*, Gall. *nerf de bœuf*, Hiſp. *nervio de buey*, ταυρέα, ταυρεία, ſcutica e corio bubulo confecta, a ταῦρος, taurus. *Juven. ſat.* 6. *v.* 491. tauream punit Continuo flexi crimen, facinuſque capilli. *Tertull. l. ad Martyres c. ult.* Alii inter venatorum taureas patientiſſimis ſcapulis inambulaverunt.

Taureus, a, um, *de toro*. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 342. Et feriunt molles taurea terga manus.

Tauri, m. 2. Tauro-Scythæ, pop. Scythiæ parvæ, in Sarmatia Europæa, qui Tauricam Cherſoneſum incoluere, uti & Dromum Achillis penin. & tractum inter Carcinitem ſin. ad Or. & Boryſthen. oſt. ad Occ. Fuerunt omnino inhoſpitales, moribuſque inhumaniſſimis. Hoſpites enim Dianæ ſolebant immolare, cujus ſacrificii primus auctor Thoas fuiſſe perhibetur, unde & Diana ipſa Thoantea dicitur. *Herodotus tamen l.* 4. auctor eſt, non Dianam eſſe, ſed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas ſolebant immolare, naufragos præſertim, & Græcos, quovis caſu illuc delatos, quorum poſt preces peractas caput clava feriebant, truncum de rupe detrudebant, caput cruci affigebant. Hoſtibus autem in bello captis, aut prælio occiſis capita præcidebant, & pertica fixa, quam maxime ſublimia ſupra fumarium ſtatuebant, exiſtimantes hoc ad totius domus tutelam, cuſtodiamque pertinere.

Taurica Cherſoneſus, olim Gazaria, *Straboni* Scythiæ Cherſoneſus, *Appiano* Cherſoneſus Pontica, *Plinio* Peninſula Taurorum. *Tartaria minor*, *Gazaria*, inc. *Crimski*, al. *Przecopska*, ταυρικὴ χερσόνησος, penin. in fine Europæ, ita dicta a Tauris pop. qui eam incoluerunt, vel quia ſita eſt ſub Tauro ſidere. Stephanus vocatam ſcribit, quod ibi Oſiris tauros junxerit ad arandam terram.

Tauricornis, ne, adject. *chi ha le corna di toro*. *Prudent. in Rom. v.* 221. Saltat Tonantem tauricornem ludiar. h. e. Jovem in taurum verſum ad rapiendam Europen.

Tauricus, a, um, ταυρικός, quod ad Tauros ſpectat. *Ovid. lib.* 1. *de Ponto*

Digitized by Google

no, el. 2. Cultaque Oreſteæ Taurica terra Deæ. *Id. 4. Triſt. el. 4.* Nec procul a nobis locus eſt, ubi Taurica dira Cæde pharetratæ paſcitur ara Deæ. V. *Tauri.*

Taurĭfer, a, um, ταυροφόρος, quod magnum taurorum habet proventum, ut Campi tauriferi, in quibus magna taurorum paſcitur copia. *Lucan. l. 1. v. 473.* Tauriferis ubi ſe Mevania campis Explicat.

Taurĭformis, & me, e. 3. *che ha forma di toro*, ταυροειδής, formam tauri habens. *Hor. l. 4. od. 14.* Sic tauriformis volvitur Aufidus. *Tauriformem* appellat, vel quia flumina taurinis cornibus pinguntur, ut ait *Servius*, vel quia in modum ruentis tauri exundat, & ripas urget: vel quia murmur labentium aquarum mugitus taurorum imitatur; vel denique quia ripæ fluminum plerumque tortuoſæ ſunt inſtar cornuum taurinorum.

Taurigĕnus, a, um. quod ex tauro genitum eſt. *Accius apud Macrob. l. 6. Saturn. c. 5.* Taurigeno ſemine ortum fuiſſe, an humano.

Taurĭi, maſc. 2. Ταυρεῖα, βοείων, ludi apud Romanos, in circo Flaminio, in honorem Deorum inferorum. *Feſt.* Taurii ludi inſtituti Diis inferis ex hac cauſa videntur. Tarquinio (ſuperbo) regnante cum magna incidiſſet peſtilentia in mulieres gravidas, earum fœtus infecti ſunt ex carne divendita populo taurorum immolatorum. Ob hoc ludi Taurei appellati ſunt, & fiunt in circo Flaminio, ne intra muros evocentur Dii inferi. Sed Taurios ludos Varro ait vocari, quod eis ludis diſcipulus pendens a doctore in crudo corio tauri ſolitus ſit impelli, atque eſſe eo ſibi cogi docere, quoad conſiſteret, & ſola virtute talorum conſtaret pedum firmitas. Hæc *Feſtus.*

Taurilĭa, um, n. 3. ludi Romani, iidem qui Taurii. *Liv. l. 39. c. 22.* Per eos dies ludi Taurilia per biduum facti religionis cauſa. ¶ Eſt etiam Taurilia vicus in montibus Euganeis non longe ab Apono. V. *Euganei colles.*

Taurini, m. 2. pop. Italiæ, in Gallia Subalpina, ad radices Alpium Cottiarum inter Seguſinos, Salaſſos, Libicos, Vagiennos, & Brigantios, a Suetriis remotiores, in eo tractu, ubi nunc pars propria Pedemontii, verſus Taurinum, & pars Bor. Marchionatus Salutiarum.

Taurinum, n. 2. Auguſta Taurinorum, Taurafia, Taurania, Colonia Taurina, *Turino*, urbs Galliæ ſubalpinæ, tantiſper a Pado fl. in planitie fertili admodum, & irrigua, ubi Duria in Padum cadit, permunita, quæ in dies evadit amplior, & ſplendidior, cum arce firmiſſima, ac pulcherrima, ſedes Principis Pedemontani, Ducis Sabaudiæ, ac regionis totius Pedemontanæ conventus juridicus.

Taurīnus, a, um, adject. ad Taurinos populos pertinens. *Silius lib. 3. v. 646.* Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.

Taurīnus, a, um, *di toro*, Germ. *von ſtier, oder ochſen*, Gall. *de taureau*, Hiſp. *de toro*, ταύρειος, quod ex tauro eſt, ut Tergum taurinum, ideſt corium tauro detractum. *Virg. 1. Æn.* Taurino poſſent quantum circumdare tergo. *Plin. l. 20. c. 13.* Item vitiligines, verrucas, ſtrumas, & ſimilia cum hircino, & adipe ſuillo, ac taurino ſevo.

Taurīſci, maſc. 2. pop. Pannoniæ ſup. quorum regio *Steymarck*, pars Stiriæ Or. in conf. Hungariæ, ubi urbes Patovio, Variana Caſtra, Bolentium. ¶ Item pop. Alpini, in fin. Helvetiorum, apud Alpes ſummas, & ortum Rhodani, quorum urbs *Uren*, ita dicta ab uris, qui ſunt genus taurorum, primus Helvetiorum conventus, qui ex Italia in Helvetiam proficiſcentibus occurrit, inter Adulam M. & Lucernam urb. ¶ Sunt & Tauriſci, pop. Norici, Alpini, inter Vacorium, ſeu Villacum, & Salisburgum, Alpes Noricas incolentes, in plures tractus diviſi, *krumler Taurn.* alibi *Felber Taurn*, & alibi *karn. Taurn.* ¶ Carni quoque Tauriſci Plinio dicuntur, qui Carnicas alpes incolunt. *Plin. l. 3. c. 20. & 23.*

Taurobelĭta, æ, fem. Dianæ cognomen inde ductum, quod a Tauris Scythiæ populis humano ſanguine ei ſacrificaretur. *Inſcript. apud Grut. pag. 309. n. 2.*

Taurobolĭatus, a, um, particip. deponentis forma a *taurobolior, aris*, h. e. qui taurobolion fecit. *Lamprid. in Heliog. c. 7.* Matris Deum ſacra accepit, & tauroboliatus eſt, ut typum eriperet, & alia ſacra, quæ penitus habentur condita.

Taurobolĭum, ii, n. ταυροβόλιον, ſacrificium taurorum, qui in ſacris Matris Deum Cybeles immolabantur, quemadmodum Criobolium, ſacrificium arietum. Hinc taurobolium (vel *tauropolium*: nam & hoc modo legitur in *vet. inſcriptionib.*) *facere* apud *Gruter. in inſcript. pag. 30. & 31.* & *Taurobolium accipere*, h. e. in ſacris Matris Deum initiari. Qui taurobolium accipiebat, & conſecrandus erat, in ſcrobem profundam demittebatur. Deinde ſcrobs ipſa tabulis ſternebatur, quæ multis foraminibus pertuſæ erant: ſuper has tabulas taurus auratis cornibus immolabatur, cujus ſanguis per foramina defluens, oculis, naribus, capite, toto denique corpore a ſubjecto homine excipiebatur, qui expiari hac ratione dicebatur, luſtrarique adeo, ut viginti totos annos purus mundusque eſſe diceretur. V. Salmaſ. *in Lamprid. in Heliogab. c. 7.*

Tauromenitānus, a, um, adjectiv. a Tauromenio, ut Tauromenitanæ ſedes. *Sil. l. 4. v. 257.* ¶ Tauromenitani, orum, ejus urbis incolæ. *Cic. 4. Verr. c. 66.*

Tauromenĭum, n. 2. Tauromenium, *Taormina*, urbs Siciliæ, cum portu in ora Or. in valle Demonæ, in planitie. Mare ibi adjacens euripum facit ſæpius die ac nocte reciprocans, quam aliis in locis. *Plin. l. 2. c. 97.* Hinc Tauromenitanam charybdim nominat *Lucan. l. 4. v. 461.* ¶ Ager circa hanc urbem fertilis eſt vini inter generoſiora enumerati ab eodem *Plin. l. 14. c. 2. & 6.*

Tauropolĭum. V. Taurobolium.

Taurubulæ, arum, f. ita appellatur a *Stat. l. 3. Silv. c. v. 129.* via Herculea ſeptem ſtadiorum apud Lucrinum traducendorum boum cauſa deducta.

Taurŭlus, i, m. *picciol toro*. *Petron. in fragment. Tragur.*

Taurūnum, urbs Pannoniæ inf. in conf. Mœſiæ a confluentia Savi in Danubium 3. M. P. ex cujus ruinis crevit in viciniis urbs Alba Græca, Hungaris antiquis Alba Bulgarica, recentioribus *Nandor Alba*, German. *Griechs Weiſſenburg*, Ital. *Belgrado*, Gall. *Belgrade*, Slavis *Beograd*, in Servia regione, ad rad. collis, permunita, ampla, cum arce valida. Anno 1717. a Principe Eugenio expugnata eſt, & in Caroli VI. Imperatoris ditionem redacta.

Taurus, i, m. *toro, bue*, שׁוֹר, Germ. *ſtier*, Gall. *taureau*, Hiſpan. *toro*, ταῦρος, mas in genere bubulo, & vaccarum admiſſarius. *Virg. 3. Georg.* Atque ideo tauros procul, atque in ſola relegant Paſcua. ¶ Accipitur & pro quocunque forti bove. *Virgil. 1. Georg.* Ergo age, terræ Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni Fortes invertant tauri. ¶ Item pro ſtatua, ſeu ſimulacro, aut imagine bovis, qualis fuit taurus ille, quem Perillus effecit, quemque Phalaridi Tyranno Agrigentinorum in Sicilia dono dedit, ut eo ad homines torquendos uteretur, quem cruciatum ipſe Perillus Tyranni juſſu primum expertus eſt. *Cic. 6. Verr.* Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuiſſe dicitur. *Ovid. l. 3. Triſt. el. 12.* Utque dedit juſtas tauri fabricator aheni, Sic ego do pœnas artibus ipſe meis. ¶ Taurus item eſt ſignum Zodiaci, conſtans ex triginta tribus ſtellis. Hic eſt taurus ille, cujus imagine Jupiter Europam rapuit, & ex Phœnice in Cretam tranſvexit. *Virgil. 1. Georg.* Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus. ¶ In cauda tauri ſunt ſtellæ illæ, quæ appellantur Vergiliæ, in fronte Hyades, vel Suculæ. *Plin. l. 2. c. 41.* ¶ Accipitur quoque pro radice arboris. *Quintil. l. 8. c. 2.* Sicut in his, quæ homonyma dicuntur, ut taurus animal ne ſit, an mons, an ſignum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligitur. ¶ Item pro avicula ex genere carduelium, ita dicta, quod taurorum mugitus imitetur, præſertim in agro Arelatenſi. *Plin. l. 10. c. 42.* Eſt quæ boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro, taurus appellata, alioquin parva. ¶ Item dicitur de ſcarabæis terreſtribus. *Plin. l. 30. cap. 5.* Tauri vocantur ſcarabæi terreſtres ricino ſimiles, nomen corniculа dedere. Alii pediculos terræ vocant. ¶ Item taurus, & Græce ταῦρος ſignificat ξίφος, ideſt partem illam, quæ eſt inter podicem, & ſcrotum, quomodo exponit Euſtathius, vel τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός, ideſt membrum pudendum viri, prout interpretatur Suidas: unde apud Ariſtophanem ἀταυρώτη dicitur virgo intacta. *Diomed. l. 2. c. de amphibol.* Cum taurum, nec ſcias, utrum de armento, an obſcœnam corporis partem, an montem, qui eſt in Cilicia, an qui eſt in ſideribus, taurum dicamus. *Feſt. in Solitaurilia.* Atque harum hoſtiarum omnium (puta tauri, arietis, verris) immolati ſunt tauri, quæ pars ſcilicet cæditur in caſtratione. ¶ Item ficta farinacea. *Feſt. ſive Paull.* Tauri verbenæque in commentario ſacrorum ſignificant ficta farinacea.

Taurus, i, m. Ταῦρος, vir Berytius, Philoſophus Platonicus, A. Gellii familiaris. Floruit ſub Antonino Pio. Scripſit de differentia ſectarum Platonis, & Ariſtotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia. Laudatur ſæpe ab *eod. Gell. in noctib. Atticis.*

Taurus, maſc. 2. *Tauro*, ὁ Ταῦρος, mons maximus Aſiæ, qui a Lycia ad Occ. uſque ad extremos Seres in Or. perducitur, pater multorum montium per Aſiam ad Boream, & ad Auſtrum vergentium, quos utrinque velut ramenta emittit. Varia pro locorum diverſitate nomina aſſumit. Nam in Lycia Cragus dicitur, in Pamphylia Coraceſius, & Sarpedon, in Cilicia Taurus, vulgo *Corаman*, in Armenia min. Antitaurus, inc. *Montarrus*, in Syria Amanus, in Meſopotamiæ Choboras, in Meſopotamiæ, & Armeniæ majoris confinio Niphates, in Armenia majore Parіedrios, & Gordiæus, ac Moſchicus, in Colchide Coraxicos, in Iberia, & Albania, Caucaſus, in Media Zagres, in conf. Aſſyriæ ult. Orontes, Jaſonius, Coronus, & Choatras, in Parthia Parachoatras ad Mer. in Carmania Strogylos, in Hyrcania Coronus, in Margiana Sariphus, in Bactriana Paropamiſus, in Scythia Imaus, inter Scythiam, & Indiam Emodus. In Cilicia adeo nivibus obruitur, ut ante menſem Junium, teſte *Cic. l. 5. ad Att. ep. ult.* tranſiri nequeat. ¶ Item mons Germaniæ, in fin. Carnorum. Item mons Sarmatiæ Europææ, juxta Mæotidem pal. ¶ Item mons Tauricæ Cherſoneſi, unde Tauri pop. & ipſa peninſ. Taurica. ¶ Item *el Tor*, mons Arabiæ Petrææ, ad ſin. Arabicum, cum opp. cogn.

Tautologĭa, æ, f. ταυτολογία, Græce eſt ejuſdem rei eloquium, ejuſdem ſententiæ per alia, atque alia verba repetitio: Figura apud Poetas frequens, quæ res eadem multis verbis idem ſignificantibus explicatur. Hujuſmodi eſt illa apud *Virg. 1. Æn.* Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aura Ætherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris.

Taus, m. 2. Tavus, Tava, inc. *Tay*, al. *Susbesk*, al. *Seay-Eſk*, fl. amplus Scotiæ, illam bifariam ſecans, nempe in Septentrionalem, ſeu Trans-Taanam, & in Meridionalem, ſeu Cis-Taanam. Oritur in Albania prov. ad Grampio M. & Lacum Tavam efficit, deinde in Atholia prov. aliquot auctus fluviis, per Perthiam prov. fluit, tandem rigata Abernethea, in Oceanum Germ. ſe exonerat.

Tax, ταξ, vox ficititia, ſtrepitum verberum exprimit. *Plaut. Perſa, a. 2. ſc. 3. verſ. 10.* Tax, tax tergo meo erit. Monent critici, in quibuſdam MSS. legi *tax tax.*

Taxa, æ, f. lauri quædam ſpecies. *Plin. l. 15. c. 30.*

Taxatĭo, onis, f. *taſſazione, ſtima*, τίμησις, actus taxandi. *Plin. l. 9. c. 35.* Ac illa corollarium id eſſe, conſumpturamque ſe eo in cœna taxationem confirmans, &c. *Id. l. 13. c. 15.* Interiit nuper incendio a Cethegis deſcendens. H. S. quatuordecim permutans, latifundii taxatione, ſi quiſ prædia tanti mercari mallet.

Taxātor, oris, m. qui aliquem maledictis tangit. *Feſt. in Taxat.*

Taxātus, a, um, nom. particip. *taſſato, ſtimato*. *Sueton. in Calig. c. 38.* Cognoſcebat de talibus cauſis, taxato prius modo ſummæ. *Flor. l. 2. c. 6.* Modii duo anulorum Carthaginem miſſi, dignitas equeſtris taxata menſura.

Taxĕa, æ, f. *lardo*, laridum apud Gallos. *Afran. apud Iſid. l. 20. c. 2.*

Taxĕus, a, um, adject. quod eſt a taxo arbore, ut taxea ſilva. *Stat. l. 5. Silv. 5. v. 14.*

Taxĭcus, a, um, adject. ad taxum arborem pertinens, ut *taxica venena*, quæ quondam eadem fuiſſe putarunt, quæ nunc *toxica*, teſte *Plin. l. 16. c. 10.*

Taxĭla, orum, n. pl. urbs maxima Indiæ cit. inter Indum, & Hydaſpem, forte *Cambaia*, in Regno Cambaico, vel interius *Ctoor*. In hac urbe, teſte Philoſtrato, Apollonius invenit elephantem, quem vittis, & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines eſſe dicebant, qui pro Rege Poro contra Alexandrum pugnaverat: quem idcirco Alexander Soli dicavit, torques aureos circa cornua adaptans. Pop. Taxilæ. *Plin. l. 6. c. 20.*

Taxillus, i, m. idem ac talus, apud vet. unde nomen talos per Syncopen factum eſt. *Cic. in Or. c. 45.* Quam literam etiam e maxillis, a taxillis, & vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit.

Taxim, is, it, a. 3. tetigero, vel tetigerim, futurum ſubjunctivi, apud veteres, ab antiquo *tago*, pro *tango*, ut *faxim*, pro *fecero*, vel *fecerim*. *Varro apud Non. c. 2. n. 816.* Ne meum taxis liberum.

Taxim, adverb. *pian piano*, ſenſim, & quaſi tangendo ſæpius, apud vet. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 840.* Adoptatu clandeſtino tacitus taxim perſpectavi peracutum. Adde *Varr. ib. c. 2. n. 834.*

Taxo, as, a. 1. ψηλαφάω, preſſius, crebriuſque quicquam tango, a tago pro *tango*, ut *vexo* a *veho*. *Gell. l. 2. c. 6. Macrob. l. 6. c. 7.* & *Feſtus.* ¶ Tranſlate ſumitur pro notare, reprehendere, vituperare. *Suet. in Aug.* Sed etiam ut nummularii nepotem ſic taxat Auguſtum. *Plin. l. 35. c. 13.* Eadem cauſa in pictis taxatus ſuperbiæ cognomine. ¶ Metaleptice accipitur pro æſtimare, *taſſare*, יִקַּר, Germ. *wurdigen*, Gall. *taxer*, Hiſp. *taſſar*, τιμᾶν. Id inde eſt, quia ad æſtimandum, ponderandumque crebro tactu, ac tractatu opus ſit. *Plin. l. 17. cap. 1.* Illos, qui frugiferas tanti taxaverant. *Id. l. 35. c. 11.* Talentum Atticum XVI. M. taxat Varro. *Senec. de conſol. ad Marc. c. 19.* Tanti quodque malum eſt, quanti illud taxavimus.

Taxus, xi, f. σμῖλαξ, arbor abieti ſimilis, baccaſque ferens, quibus lethale venenum ineſt, præcipue in Hiſpania, & Arcadia. *Virg. 9. Ecl.* Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. *Plin. l. 16. c. 10.* (Similis abieti ſc. & piceæ) etiamnum aſpectu eſt, nequid prætereatur, taxus, minime virens, graciliſque, & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hiſpania præcipue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Sextius ſmilacem a Græcis vocari dixit, & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, ut qui obdormiant

ſub

ſub es, albumen capiant, moriantur. Sunt qui & *taxica* hinc appellata dicant venena, quæ nunc *toxica* dicimus, quibus ſagittæ tinguntur. Repertum innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clavus æreus adigatur. ¶ Ob noxiam vim inter feraleſ habetur, ideoque *Inferis* tribuitur. *Sil. l.* 13. *v.* 595. Vaſta comas, nemoroſaque brachia fundit Taxus, Cocyti nigra frondoſior umbra. *Lucan. lib.* 6. *v.* 645. *de Dite*. Phœbo non pervia taxus opacat.

Taygĕte, es, vel Taygeta, æ, f. 1. ταϋγέτη, filia Agenoris, ex qua Jupiter Lacedæmonem genuit urbis ſibi cognominis conditorem, eſſe ſunt, qui Taygetæ filiæ Atlantis, item qui Semeles filium faciant. *Bocc. l.* 2. *Gen. Deor.* ¶ Taygete altera, filia Atlantis, & Plejones, una Plejadum. *Ovid.* 4. *Faſt. Virgil.* 4. *Georg. v.* 232. Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Plejas, &c.

Taygĕtus, maſc. & Taygeta, orum, mons Laconicæ, apud Eurotam fl. & Spartam urb. Amyclis imminens, unde Amyclæus dicitur, non ille quidem admodum magnus, ſed tamen excelſus, & erectus, ſacer Libero Patri, ut tradit *Serv. in* 2. *Geor.* item Caſtori, & Polluci, qui in ejus radicibus nati dicuntur, quod & Homerus aſſerit in Hymnis. *Virgil.* 2. *Georg.* O ubi campi, Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. *Claudian. de bello Getico*. Culmina Taygeti trepidæ vidiſtis Amyclæ. *Lucan. l.* 4. Gelidique inculta juventus Taygeti. ¶ Hujus montis bona pars cum terræ motu corruiſſet, Spartam oppreſſit. *Cicer.* 1. *de Divin.* & *Plin. l.* 2. *c.* 79.

T ANTE E.

Te, ſyllabica adjectio, quæ extra compoſitionem nihil ſignificat, in compoſitione autem aliquid addit ſignificationi dictionis, cum qua componitur, ut *Tute id feciſti*, idest tu ipſe per te, & non per alium. *Cic. l.* 1. *Fam.* Ut tute mihi præcepiſti.

Teanum, & Theanum, i, n. cognomento Sidicinum, *Tiano*, col. & urbs Campaniæ, in colle, inter Cales & Sueſſam. ¶ Teanum alterum, Apulum cognomine, *Tiano*, al. *Civitate*, urbs Apuliæ Dauniæ, apud Frentanorum fines, in monte Apennino, inter Luceriam ad Or. & Larinum in Corum.

Tearus, m. 2. fl. Thraciæ, qui ex 38. fontibus manat, partim calidis, partim frigidis, & in Contadeſdum amnem influit, qui in Agrianem illabitur, & cum eo in Hebrum. Ad hunc fluvium cum perveniſſet Darius I. Hyſtaſpis filius, aquis ejus delectatus, triduum ibi commoratus eſt, columnamque erexit cum elogio ejus laudem continente. *Herod. l.* 4.

Teate, neut. 3. *Chieti*, urbs Marrucinorum caput, in Aprutio cit. in lim. ulterioris, ad Aternum flu. in colle, media inter Anxanum ad Eur. & Atriam ad Bor. *Sil. l.* 17. *v.* 454. Marrucina domus, clarumque Teate ferebat.

Teatini, orum, m. populi Marrucinorum Teatet incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Teba, æ, f. *colle*, collis, Sabinorum lingua. *Varr. l.* 3. *R. R.* 1. 1.

Techna, æ, f. *arte*, *artifizio*, *furberia*, תחבולה, Germ. *betrug*, Gall. *fineſſe*, Hiſp. *arte para enganar*, τέχνη, Græca vox eſt, quam Latine artem, ſeu artificium interpretari poſſumus. Utuntur hac voce & Latini, ſed fere in deteriorem partem, pro dolo, aſtutia, impoſtura, fraude, ſive fallacia. *Ter. Heaut.* 3. 1. 61. Falli te ſinas technis per ſervulum. Adde *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 19.

Technicus, a, um, τεχνικός, artificioſus. *Quinctil. l.* 2. 1. 3. *ſub finem*: Et velut decretis technicorum tutos putent. h. e. eorum, qui omnino artem ſequuntur.

Technopægnion, ii, τεχνοπαίγνιον, ludus artificioſus, a τέχνη, *ars*, & παίγνιον, *ludus*. *Auſonius* hoc nomine inſcripſit carmen ſuum, quod eſt *Idyll.* 12. in cujus præfatione ad Pacatum Proconſ. Technopægnion, inquit, nomen dedi, ne aut ludum laboranti, aut artem crederes defuiſſe ludenti. Continet autem illud carmen verſus monoſyllaba finitos, & interdum etiam inceptos, omneſque multa arte compoſitos.

Technophyon, n. 2. τεχνόφυον, artium officina, παρὰ τὸ φύειν τὰς τέχνας, h. e. a producendis artibus. *Suet. in Aug. c.* 72. Erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas, & technophyum vocabat.

Tecolithus, i, gemma nucleo olivæ ſimilis. *Solin.* 1. 50.

Tecte, adverb. *occultamente*, *oſcuramente*, *copertamente*, ἀφανῶς, latenter, occulte, cui contrarium eſt aperte. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 14. Et tamen ab illo aperte, tecte quicquid eſt datum, libenter accepi. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille tectius ponens.

Tectonicus, a, um, adject. ad ædificia, vel ad ædificandum pertinens, e Græco τέκτων, *fabricans*. *Auſon. in Moſell. v.* 298. Quis poſſit innumeros cultus, habituſque locorum Pandere, tectonicas per ſingula prædia formas, *i diſſegni delle fabbriche*.

Tector, oris, m. *chi imbianca*, *o incroſta i muri*, Germ. *vergipzer*, Gall. *qui enduit les parois*, Hiſp. *encalador*, *enyeſſador*, κονιατής, qui opus tectorium parieti inducit. *Var. l.* 3. *de R. R.* 1. 2. Quam nec pictor, nec tector vidit unquam. *Tertul. de Idolol.* 1. 8. Albarius tector, *imbiancatore*.

Tectoriolum, li, n. parvum tectorium. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Bella tectoriola: dic ergo etiam pavimenta iſto modo: non potes.

Tectorium, ii, n. *intonicato*, *o intonacato*, *intonaco*, κονίαμα, operimentum parietum, vel ſoli, a tegendo, quia eo parietes, ac ſolum incruſtarent, ut loquitur *Varro l.* 1. *de R. R.* Conſtabat tectorium opere albario, arenato, & marmorato. Albarium fiebat ex gypſo, aut pura calce: arenatum dicebatur arena cum calce, marmoratum arena cum marmore tuſo. Inductio tectorii *trulliſſatio* dicebatur, quia fieret trulla. Plura de his vide apud *Vitruvium*, & ad eum *Philandrum l.* 7. *c.* 3. & *Budæum in Pand. ad l. quod ſi ſervus*, §. 1. *ff. de in rem verſo*. *Cic.* 3. *Verr.* 1. 55. Dico eſſe, ex quo tantum tectorium vetus deletum ſit, & novum inductum. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 6. Quas in tectorio atrioli poſſim includere. *Plin. l.* 36. *cap.* 23. Tectorium, niſi ter arenato, & bis marmorato inductum eſt, non ſatis ſplendoris habet. *Vitruv. loc. cit.* Tectorio udo colores inducere, *dipingere a muro freſco*. ¶ Sumitur etiam pro fuco, quo mulieres faciem illinunt. *Juven. ſat.* 6. *v.* 466. Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit. ¶ Tranſlate tectorium linguæ ponitur pro ſermone ſimulato. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 25. Pulſa dignoſcere cautus, Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

Tectorius, a, um, κονιατικός, κονιαματώδης, quod ad tegendum pertinet. *Cic.* 2. *de Leg.* 1. 26. Neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hoc, quos vocant, licebat imponi, *intonacare*. *Plaut. Mil.* 2. 1. 18. Tectorius penicilus. h. e. penicillus, quo parietes dealbantur.

Tectoſages, maſc. Tectoſagæ, pop. Germaniæ, juxta Hercyniam ſylvam, quorum adhuc extat veſtigium arx *Tack*, in Duc. VVirtembergenſi. ¶ Tectoſages item, & Tectoſagi pop. Galliæ Narb. verſus Garumnam flu. inter Volcas Arecomicos, Helvenicos, Conſoranos, & Auſcios, ubi hodie pars Orientalis, ſeu ſuperior Occitaniæ, quorum urbes fuerunt Narbo, Toloſa, Carcaſſo, Bliterus, Agatha, Nemauſus. Hi olim Gallorum omnium fortiſſimi habiti ſunt, qui cum domi multitudine abundarent, relictis ſedibus, per Græciam tunc gentium victricem in Aſiam penetrarunt, & ſupra Phrygiam in uberrimos Cappadociæ campos conſederunt. ¶ Igitur Tectoſages, populi etiam Galatiæ in Aſia fuerunt, quorum urbes Ancyra, Olenus, Corbeuntus.

Tectŭlum, li, n. parvum tectum. *Hieronym. ep.* 47. *ad matr. & fil. a mul.* Ne maledicat hominet ſub uno tectulo vos manentes, lectulum quoque cubiculum habere commune.

Tectum, cti, n. *tetto*, *coperto*, *caſa*, גג, Germ. *dach*, Gal. *toit*, Hiſp. *tejado*, ὄροφος, ſumma pars domus, qua cæteræ teguntur, a *tectum* ſupino verbi *tego*. *Cic. in Brut.* Sed Athenienſium quoque plus interfuit firma tecta in domiciliis habere, quam Minervæ ſignum ex ebore pulcherrimum. ¶ Per Synecdochen ponitur pro domo. *Cic. ad Lepam, l.* 6. *Fam.* Si modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. *Virg.* 1. *Æn.* Quare agite, o tectis juvenes ſuccedite noſtris.

Tectūra, æ, f. tectorium, cruſta calcis, marmoris contuſi, aut alterius materiæ, quæ parietibus ſuperinducitur. *Pallad. l.* 1. *tit.* 15. Pavimentum tectum ſic fiet fortis, & nitida. Adde *ibid. tit.* 17.

Tectus, a, um, *coperto*, מכוסה, Germ. *bedeckt*, Gal. *couvert*, Hiſp. *cubierto*, κεκαλυμμένος, opertus, partic. a tegor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ. *Et infra:* Ut tecti, ac veſtiti, ut ſalvi eſſe poſſemus. ¶ *Tectæ oves*, eædem, quæ e patria Tarentinæ, ſive Græcæ dicebantur, quæ, quod molliſſimam ferrent lanam, pellibus tectæ paſcebantur, ne vellera eot conſpurcarentur, aut dumis adhærefcerent. Qua de re vide *Col. l.* 7. 1. 4. *Plin. l.* 8. 1. 47. Ovium ſumma genera duo, & tectum, & colonicum: illud mollius, hoc in paſtuis delicatius. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro defenſo, protecto. *Cic. pro L. Man.* Propterea quod pericula facile, ut hominem præſtare oportet, innocentia tecti pellemus. ¶ Item pro ſecreto, occulto, obſcuro. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. *Id. pro R. Am.* 1. 36. Huc accedit, quod paulo tamen occultior, atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet. *Id.* 2. *de Orat.* 1. 73. Unum te in dicendo videri tectiſſimum, idest prudentiſſimum, qui eot conſilia nunquam tegeres, vel minime apertum vulneribus adverſarii; & qui minime detegeret id, quod in cauſa lateret mali. *Id. pro Dejot. c.* 6. Quis conſideratius illo? quis tectius? quis prudentior?

Tecum. V. Tu.

Tede. V. Tæda.

Tedanium, n. 2. Tedanius, *Zermagna*, al. *Odria*, flu. Liburniæ, qui Liburniam ab Japidia ſeparat, & in mare Hadriaticum inter Scriſam ad Occ. & Vegiam ad Or. influit.

Tedigniloquides, vox a *Plauto* ficta *Perſ.* 2. 6. 22. ſignificat, loquens digna de te.

Tegĕa, f. 1. & Tegeum, i, neut. ſecundum *Servium*, *Much*, *Muchli*, urbs Peloponneſi, in Arcadia, ubi oſſa Oreſtis gigantis Olympiade 58. inventa ſunt. Tegeæ floruit Ariſtarchus Poeta, Euripidis contemporaneus, qui tragœdias ſcripſit 70. vixitque annos 80. ¶ Tegea altera, Tege, oppid. Africæ, apud ſin. Numidicum.

Tegeæus, & Tegĕus, a, um, adject. a Tegea, ponitur pro Arcadico. *Virg.* 1. *Georg. v.* 18. *de Pane*. Adſis o Tegeæe favens. *Id.* 5. *Æn. v.* 299. Alter ab Arcadia, Tegeæ de ſanguine gentis.

Tegeātes, um, m. 3. Tegeæ oppidi incolæ. *Steph.*

Tegeaticus, a, um, adject. a Tegea oppido, idem eſt quod Arcadius. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 18. Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra. h. e. Mercurius, qui in Arcadia natus eſt.

Tegeātis, idis, adject. fœmininum, quæ eſt ex Tegea Arcadiæ urbe, vel ex Arcadia. *Silius l.* 13. *v.* 329. cæſa Tegeatide capra.

Teges, etis, fem. φορμός, ψίαθος, ſtraguli genus, quam & ſtoream appellant, ex ulva, ſive ſcirpo, aut ſparto, in lodicis ſimilitudinem, quo viliores utuntur, a *tego*. *Varro de R. R. l.* 1. 1. 22. Sicque ſunt de cannabi, lino, junco, palma, ſcirpo, ut funes, reſtes, tegetes. *Plin. l.* 21. *c.* 18. Similia præcipit & de junco, quem mariſcum appellant, ad texendas tegetes. *Col. l.* 5. *c.* 5. Sub ortum Caniculæ palmeis tegetibus vineam adumbrabat. *Id. l.* 12. *c.* 50. Canneæ tegetes, quibus oliva excipitur. *Juv. ſat.* 6. *v.* 117. Auſa Palatino tegetem præferre cubili.

Tegeticŭla, æ, f. φορμίσκος, parva teges. *Varro l.* 3. *de R. R.* 1. 8. Sed per columbaria in parietes mutulos, aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. *Id. l.* 2. *cap.* 11. Diligentiores tegeticulis ſubjectis oves tondere ſolent, ne flocci intereant.

Tegēus, a, um. V. *Tegeæus*.

Tegile, lis, n. tegmen, velamen. *Apulej. l.* 9. *Metam.* Exiguo tegili tantummodo pubem injecti. Alii leg. *tegillo*.

Tegillum, i, n. ἀμφίεσμα, parvum tegmen, & ſpeciatim cucullus, vel petaſus e ſcirpis factus, veſtis vilis, & plebeja, ut ex *Feſto*, ac *Nonio* conſtat, dim. a *tegulum*, quod a *tectum*, quo veſtem ſignat, ut a *velo*, quod itidem veſtis genus, *regilla*. *Feſt.* Tegillum, cucullunculum ex ſcirpo factum. *Plaut. Rud.* 2. 1. *ſc.* 7. *v.* 18. Tegillum eccillud mihi unum oreſcit. id, ſi vis, dabo. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 846. Ob aquam e tribibus tortam, indicat fore, ut tegillum paſtor ſibi ſumat.

Tegimen, inis, n. idem ac tegmen, a tego, ut *regimen a rego*. *Virgil.* 3. *Æn.* Conſertum tegimen ſpinis. Et *lib.* 7. Tegimen habet capiti. Ita in antiquis codicibus legitur, ut prima ſede ſit proceleuſmaticus, ut alibi in *parietibus*, & *ariete*. *Ovid.* 3. *Met. v.* 52. Tegimen erat fulvi leonis Pellis erat. *Sen. Herc. Fur.* Quonam abiit tegimen meum? Ita habent ubique quædam vetuſtæ editiones, pro quo vulgati codices *tegmen* expoſuere.

Tegmen, inis, n. *coprimento*, *coperta*, *superchio*, מכסה, Ger. *decke*, Gall. *couverture*, *couvercle*, Hiſp. *cobertura*, ἔρυμα, σκέπασμα, ἐπίβλημα, quod aliquem tegit, a *tegimen*, per Syncopen. *Virg.* 1. *Ecl.* Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 32. Mihi amictui Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra. *Liv. l.* 5. Magna ſtrages facta eſt, multoſque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis, aliiſque tegminibus hauſere gurgites. ¶ Pro tecto, æde, domo. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 406. ſubit uno tegmine, cujus Faſus humo gelida partem prior hoſtis agebat.

Tegmentum, i, n. tegmen. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 44. *in fin.* Ex centonibus, aut coriis tunicas, aut tegmenta fecere. *Plin. Valerian. l.* 2. *c.* 50. Tegmentum teſtudinis.

Tego, is, xi, ctum, n. 4. *coprire*, כסה, Ger. *decken*, Gall. *couvrir*, Hiſp. *cobrir*, καλύπτω, operio, a τέγω, abjecto σ. *Ovid. l.* 1. *de Art.* Æquora quot piſces, fronde teguntur aves. *Plin. l.* 13. *c.* 18. Radicem lotos hæc habet opertam nigro cortice, qualis & caſtaneas tegit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro celare, occultum. *Cicer. pro Rab. Poſt.* Tum, cum etiam fere latebulis ſe tegant. *Id. pro Rab. perd. reo* 1. 7. Ignaviam ſuam tenebrarum, ac parietum cuſtodiis tegebat. *Id. in Piſon.* Triumphi nomine tegebat, ac velabat cupiditatem ſuam. ¶ Metaleptice capitur pro tueri, defendere, conſervare. *Cic. pro Cæl.* Arma eſſe ſuis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum. *Id. pro Planc.* Quod ſe meam ſalutem, atque vitam ſua benevolentia, præſidio, cuſtodiaque texiſſet. ¶ Tegere latus alicui eſt cum honoris cauſa comitari, & exteriorem partem comitando tueri apud *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 18. quo ſenſu tegere abſolute uſurpat *Stat. lib.* 5. *Silv.* 1. *v.* 26. atque omnis pariter mature vatum, omnis Apollineos tegeret, Bacchique ſacerdos.

Tegi-

Tegŭla, æ, f. *tegola*, *coppo*, Ger. *ziegel*, Gal. *tuille*, Hiſp. *teja*, κέραμος, τάλιξ, teſtæ genus, quo domus teguntur, a *tego*, ut *regula* a *rego*. *Ter. Eun.* 3. 5. v. 40. Deum ſeſe in hominem convertiſſe, atque per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluvium, fucum factum mulieri. *Plaut. Mil.* 2. 6. 23. Quod meas confregiſti imbrices, & tegulas. V. Imbrex. *Cic.* 2. *Phil.* c. 18. Cum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. ¶ Abit a quantitate verbi ſui. *Ovid.* 6. *Faſt.* v. 316. Strataque erat trepido tegula quaſſa ſolo. ¶ Extrema tegula ſtare, provet. quod valet, lapſui vicinum eſſe. *Senec. epiſt.* 12.

Tegulicius, a, um, adject. tegulis contectus. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 54 *n.* 11. Deo Mercurio Altegiam tegulitiam ex voto poſuit.

Tegŭlum, li, n. idem quod tegumen. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Tegulo enim aquaticarum arundinum domos ſuas Septentrionales populi operiunt. Ex cap. 37. Scirpi fragiles ad tegulum, tegeteſque.

Tegŭmen, inis, n. idem ac tegmen. *Liv. l.* 1. *c.* 20. Et ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre. *Id. l.* 36. *c.* 32. Teſtudo collecta in ſuum tegumen.

Tegumentum, i, n. idem ac tegmen. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. *ex poeta*. Palpebræque, quæ ſunt tegumenta oculorum. *Id.* 5. *Fin. c.* 57. Pennarumque contexta corpori tegumenta faciebat. *Sueton. in Calig. c.* 55. Tegumenta equorum, *bardella*. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 32. Tegumentum ætati meæ. h. e præſidium. ¶ In *Pandect. Florent.* legitur *tegimentum*.

Tegus, tegoris, pro tergus, oris, quidam legunt apud *Varron. l.* 4. *de L. L.* & apud *Plaut. Capt.* 4. 3. 2. ubi alii *tergus*. *Turneb. l.* 22. *c.* 6.

Teium, n. Τήϊος, opp. Paphlagoniæ, in ora maris Euxini. Patria Anacreontis Poetæ fuiſſe creditur. Sed alius patria ejus eſt Tejos, vel Teos Urbs Joniæ. V. Teos.

Teius, a, um, adject. a Tejo oppido, τήϊος, ut Anacreon Teius apud *Horat. epod.* 14. Sic Teia Muſa ſenis, apud *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 364.

Tela, æ, f. *tela*, יריעה, Ger. *gewebe*, Gal. *toile*; Hiſp. *tela*, ἱστός, quod texendo conficitur, ab antiquo *textula*, quod a *texo*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 294. Percurrere pectine telas. *Id. Æn.* 4. *v.* 264. Tenui telas diſcreverat auro. ¶ *Tela jugalis*, jugo impoſita, in quo texitur ad aliarum telarum diſcrimen, quæ pinguntur acu, texuntur radio, pectine aut alio genere, ſine jugo tamen. *Cato de R. R. cap.* 10. Palam ligneam unam, telam jugalem unam, pilas duas. ¶ Videtur interdum tela ſumi pro inſtrumento ipſo, quo texitur. *Virg.* 1. *Georg. verſ.* 285. & licia telæ addere. *Tibul. lib.* 2. *eleg.* 1. *verſ.* 66. Atque aliqua aſſidue textrix operata Minervam, Cantat, & appulſo tela ſonat latere. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 60. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac poſteritati oſtenditur, ut &c. ¶ Item proverbialiter, ut *Telam exordiri*, quod eſt rem aliquam incipere, & aggredi. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 116. Exorſa hæc tela non male eſt omnino mihi. ¶ Penelopes telam retexere, eſt rem inceptam interrumpere, & ad principium redire. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 29. Quid quod eadem illa ars (dialectica) quaſi Penelopes telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora? V. *Penelope*.

Telămon, ŏnis, maſc. Τελαμών, filius Æaci, frater Pelei, pater Ajacis, qui ab eo Telamonius dictus. Regnavit in Salamine inſ. *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 353.

Telămon, f. 3. Talamon, *Telamone*, opp. parvum Hetruriæ, in maritima parte agri Senenſis, cum portu utcunque capaci, in ora maris Tyrrheni, prope oſtia Almianæ fl. Conditum dicitur, & nominatum a Telamone Trojano, vel a Telamone Argonauta. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Telamōnes, um, m. pl. *Atlanti*, ἄτλαντες, hominum ſimulacra, gibboſa fere figura, quæ in ædificiis mutulos, vel coronas ſuſtinent, Atlantis inſtar, quem ſuis humeris cælum fulcire propter Aſtrologiæ ſcientiam Poetæ fabulati ſunt. Dicti ſunt παρὰ τὸ τλῆναι, quod eſt ſufferre, ſuſtentare, & a Græcis *atlantes* etiam dicuntur, eadem origine. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Item ſiqua virili figura ſigna mutulos, aut coronas ſuſtinent, noſtri telamones appellant, cujus rationes, quid ita, aut quare, ex hiſtoriis non inveniuntur: Græci vero eos ἄτλαντας vocitant. Adde *Ennium* apud *Serv. in* 1. *Æn.*

Telamoniădes, dæ, m. Ajax filius Telamonis. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 231. Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quidquam auſus.

Telamonius, a, um, adject. a Telamone, ut Telamonius vir, h. e. Ajax Telamonis filius. *Ovid.* 13. *Met. v.* 194.

Telandros, f. 2. Τήλανδρος, opp. Lyciæ. *Plin. l.* 5. *c.* 27. ¶ Item inſ. in mari Lycio. *Plin. l.* 5. *c.* 31.

Telchin, inis, ſeu Telchinis, is, fem. 3. Rhodos inſ. ita dicta a Telchinibus.

Telchīnes, um, m. pl. Τελχῖνες, filii Solis, & Minervæ, vel Saturni, & Aliopes, ut alii volunt, aſſeſſores Matris Idææ, ſeu Cybeles, in Creta, qui etiam Idæi, Curetes, Corybantes, Dactyli dicti ſunt. Hi profecti ſunt in Rhodum inſulam, ac Jaliſum urbem incoluerunt. Tandem cum omnia aſpectu ſuo in pejus commutarent, a Jove ſunt ſubmerſi. *Ovid.* 7. *Met.* Phœbeamque Rhodon, & Jalyſios Telchinas, Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu Jupiter exoſus fraternis ſubdidit undis. ¶ Sunt, qui memorent, Telchines in Rhodo novem fuiſſe Rheæ comites in Cretam, qui quoniam Jovis alendi curam geſſerunt, Curetes nominati ſunt.

Telchius, ii, m. Τέλχιος, auriga Caſtoris, & Pollucis. *Plin. l.* 6. *c.* 5. *de Dioſcuriade urbe Colchorum:* Sunt, qui conditam eam ab Amphito, & Telchio, Caſtoris, ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem feram conſtat.

Telebŏæ, arum, m. 1. ſeu Teleboes, um, m. 3. Τηλεβόαι, pop. Ætoliæ, ſeu Acarnaniæ, latrocinio famoſi. *Ariſt. in Polit.* & *Plaut. Amph. prol.* & *a.* 1. *ſc.* 1. ¶ Item pop. inſulæ Caprearum, in mari Tyrrheno. *Virg.* 7. *Æn.* Teleboum Capreas cum Regna teneret Jam ſenior.

Telebŏas, antis, m. Τηλεβόας, filius Ixionis, & Nubis, unus ex Centauris. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 441. Clithoniumque, Teleboaſque Enſe jacent noſtro.

Teleboĭdes inſulæ, eædem quæ Taphiæ, in Jonio mari. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Telegŏnus, i, m. Τηλέγονος, filius Ulyſſis ex Circe. Hic patrem, cum grandis jam natu eſſet, videre cupiens, cum incognitum in Ithaca interfecit, cum & ipſe incognitus a patre hoſpitio prohiberetur. Eum autem occidit roſtro piſcis illius, qui xiphias dicitur, quod eſt inſtar laminæ magni enſis, ut ſcribit Oppianus de piſcibus, quod genus enſis a matre acceperat. Inde in Italiam rediens, Tibur condidit, al. Tuſculum. *Ovid.* 3. *Faſt.* Factaque Telegoni mœnia celſa manu. *Id. l.* 4. Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis udi Stabant.

Telemăchus, i, m. Τηλέμαχος, filius Ulyſſis ex Penelope, quem ad Trojam proficiſcens apud matrem reliquit. *Ovid. in ep. Penelopes:* Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus uxor, Laerteſque ſenex, Telemachuſque puer.

Telĕmus, i, maſc. Τήλεμος, filius Eurymi, teſte Homero in Odyſſea, & Theocrito in Bucolicis. *Boccatius lib.* 10. *Gen. Deor.* ſcribit, filium fuiſſe Neptuni ex matre incerta, fortaſſe ex Euryme. Inter Cyclopas annumeratus eſt. Fuit vates egregius, qui Polyphemo prædixit, quæcunque eb Ulyſſe paſſus eſt. *Ovid.* 13. *Met.* Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit, lumenque, quod unum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Ulyſſes. *Id. in Ibin*, Paſtor ut Ætnæus, cui caſus ante futuros Telemus Eurymedes vaticinatus erat.

Telĕphi Fons, fons Lyciæ, in quo Telephus vulnera abluit, unde turbidus effectus eſt.

Telephĭum, ii, neut. herba portulacæ ſimilis caule, & foliis, quæ craſſa ſunt, & carnoſa: naſcitur in cultis, & maxime inter vites: alio nomine *ſempervivum ſylveſtre* dicitur. *Plin. l.* 27. *c.* 13.

Telĕphus, i, m. Τήλεφος, Herculis filius ex Auge Nympha, al. ex Augea filia Alcæi Arcadiæ Regis. Hic avi juſſu expoſitus in ſylvis a cerva nutritus eſt, deinde dono datus Regi Myſiæ pro filio educatus et ſucceſſit in Regno Myſiæ, ſeu Lyciæ. Cum Græcos ad expeditionem Trojanam proficiſcentes prohibere vellet, ne per Myſiam tranſirent, ab Achille vulneratus eſt. Huic plagæ remedium nullum inveniebatur. Tandem Apollinis oraculum conſuluit, qui reſpondit, eum ſanari non poſſe, niſi ab eadem haſta, qua percuſſus fuerat. Igitur ſupplex medicinam ab Achille petiit. Achille aſſentiente Ulyſſes ex haſtæ illius rubigine malagma affecit, & vulneri impoſuit, quod ſanatum eſt. *Ovid.* 14. *Metam.* Opuſque meæ bis ſenſit Telephus haſtæ. *Id. l.* 5. *Triſt. el.* 2. Telephus æterna conſumptus tabe periſſet, Si non, quæ nocuit, dextra tuliſſet opem. ¶ Telephus alter Pergamenſis Grammaticus. Scripſit fere omnia, quæ ad Grammaticam pertinent, inter cætera collationes epithetorum eidem rei congruentium ad copiam parandam elocutionis. *Suid.*

Telĕta, æ, f. τελετή, ſacrificium, expiatio per ſacrificium. *Apulej. l.* 11. *Metam.* Quæ forent ad uſum teletæ neceſſaria. *Et infra*. Cogor tertiam teletam ſuſcipere.

Telethŭſa, æ, fem. uxor Ligdi Cretenſis ex Phæſto urbe, cui gravidæ vir præcepit, ut, ſi puellam peperiſſet, illam necaret. Cum ei Iſis noctu apparuiſſet, & juſſiſſet educare, quicquid natum eſſet, ſe enim illi opem allaturam, Telethuſa puellam peperit, & puerum mentita, nutrici alendam dedit. A patre *Iphis* appellata eſt, quod avi nomen fuerat. Ad decimum tertium ætatis annum Iphis pervenerat, cum Ligdus pater ei deſpondit Janthem filiam Teleſtæ. Adventante igitur nuptiarum die, mater Iſidis opem in ejus templo imploravit, quæ puellam in puerum convertit. *Ovid.* 9. *Metam.*

Teliſardĭos, m. 2. gemma colore cordis. *Plin. lib.* 37. *c.* 10. Teliſardios colore cordis Perſas, apud quos gignitur, magnopere delectat, maculamque appellant.

Telĭger, a, um, adjectiv. qui tela fert, βελεφόρος. *Senec. Hercul. Oet. v.* 543. Timende matri teliger ſæve puer. h. e. Cupido.

Telĭnum, τήλινον, genus unguenti pretioſiſſimi, ita dictum, quia præcipuum eorum, ex quibus componitur, eſt fœnum Græcum, quod Græcis τῆλις. Unde ſimiliter τήλινον ἄλευρον dicunt Græci farinam ex fœno Græco confectam. *Plin. l.* 13. *c.* 1. Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, melliloto, fœno Græco, melle, melino, maro, amaraco. *Tertull. l. de Pallio*, c. 4. Quod apud Omphalen balſamo, aut telino ſpero factum.

Tellēnæ tricæ dictæ ſunt ut videtur a quodam Tellene inepto poeta, & implicatas abſurdaſque res carminibus perſequente, de quo *Eraſ. in Adag. Arnob. l.* 5. *pag.* 176. Jamdudum me fateor hæſitare, circumſiſtere, tergiverſari, tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare tellenas.

Tellūmo, onis, m. Deus terræ, a tellus. *Voſſ. in Tellus*.

Tellus, uris, f. Dea terræ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Jam ſi eſt Ceres a gerendo, ita enim dicebas, terra ipſa Dea eſt, & ita habetur. Quæ eſt enim alia Tellus, niſi terra? *Id. ad Q. Fr. l.* 3. In qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones. ¶ Non raro tamen Tellurem pro ipſa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipſis frugibus. *Cic. in Somn. Scip.* Nam ea, quæ eſt media, & nona tellus, neque movetur, & infima eſt. *Virg. l.* 1. *Æn.* Ac magno telluris amore Egreſſi optata potiuntur Troes arena. Ubi *Servius:* Tellurem pro terra poſuit, cum Tellurem Deam dicamus, terram elementum, ut plerunque Vulcanum ponimus pro igne. *Plin. l.* 2. *c.* 5. Cujus vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem.

Telo, onis, maſc. 3. Telo Martius, *Telon*, *Toulon*, urbs Galliæ Narb. in Provincia, in ora maris Medit. in planitie, munita, probe culta, cum armamentario inſtructiſſimo, & portu capaciſſimo.

Telonarius, ii, m. *gabelliere*, vectigalibus exigendis præpoſitus, a τελώνιον, *telonium*, quod ſignificat locum, ubi publicani ſedent, & vectigal exigunt. *Cod. Theodoſ. de indulgent. debit. leg.* 3. & *Novell.* c. 1. *n.* 85. ubi in quibuſdam codicib. legitur *teloneareus:* quod magis ad analogiam *telonii* accedit.

Telonium, ii, n. *banco de' gabellieri*, publicanorum menſa, τελώνιον. *Tertull. de Idolol. c.* 12. & *de Baptiſm. c.* 11.

Telos, i, inſula una ex Sporadibus, unguento nobilis, a Callimacho Agathuſſa appellata. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Telum, i, n. *dardo*, *arma da lanciare*, רמח, Germ. *geſchoſſ*, Gal. *fleche*, *dard*, Hiſp. *flecha*, *dard*, βέλος, τόξευμα, omne, quod manu jaci poteſt, quo nomine lignum, ferrum, plumbum, lapis, & alia continentur. *Feſt.* Tela proprie dici videntur ea, quæ miſſilia ſunt, ex Græco videlicet eorum nomine, quia illi τηλόθεν miſſa dicunt, quæ nos eminus. *Servius ad illud* 8. *Æn.* Deſuper Alciden telis premit: Omne, inquit, quod jaci poteſt, telum vocatur, dictum ἀπὸ τοῦ τηλόθεν. Unde addidit, Omniaque arma advolant. Et in illud *lib.* 9. Telorum effundere contra Omne genus Teucri: Oſtendit (inquit) telum vocari omne, quod jacitur. Græci τὸ βέλος ἀπὸ τοῦ βάλλειν, ſicut Latini tela ἀπὸ τοῦ τῆλε, ideſt longe. *Caſurnal. ſi calvitur, ff. de verb. ſignif.* Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu: Ita ſequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τῆλε. *Cic.* 6. *Verr.* Qui non illa nocte eo nuntio excitatus ſurrexerit, telumque, quod cuique fors offerebat, arripuerit. ¶ Interdum teli vox ita late accipitur, ut pro quovis enſe ſumatur. Auctor ad *Her. lib.* 1. Ajax in Sylva, poſtquam reſcivit, quæ feciſſet per inſaniam, gladio incubuit. Ulyſſes intervenit. Occiſum conſpicatur, e corpore cruentum telum educit. *Cic. in Catil.* 1. Omnes ſciunt, te ſtetiſſe in Comitio cum telo. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. in Piſon.* In me de corpore Reipublicæ tuorum ſcelerum tela revellentem. *Id. de Am. cap.* 17. Nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet benevolentiam civium. h. e. ſtimulum. ¶ Ponitur etiam pro quovis ictu. *Virg. Æneid.* 5. *v.* 438. *de Entello cæſtibus pugnante*. Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. ¶ Præterea dicitur de radiis Solis. *Lucr. lib.* 1. *v.* 147. Non radii Solis, non lucida tela diei. ¶ Metaphorica quoque telum vocatur morbi genus. *Iſid. l.* 4. *Orig. c.* 6. Telum lateris dolor eſt. Dictum eſt autem ita a Medicis, quod dolore corpus tranſverberet, quaſi gladius. *Serenus Sammon. c. de jecoris, & lateris vitiis medendis*. Eſt vis morbi, quod telum commemoratur, Cum ſubito furor inſanus ſurit incitat ictu.

Temenītes, æ, maſc. epithetum Apollinis, cujus ſignum pulcherrimum & maxi-

maximum in Sicilia fuit prope Syracuſas, in loco, qui Temenos dicebatur. *Sueton. in Tiber. c. 74.*

Temerarie, adverb. *temerariamente*, temere. *Tert. de virgin. veland.* 3. & *Cod. Juſtin. l. 9. tit. 1. leg.* 18.

Temerarius, a, um, *temerario*, *inconſiderato*, פזיז, Ger. *frevell*, Gall. *temeraire*, Hiſp. *deſatinado*, ἄβουλος, inconſultus, nullius conſilii, qui facile aliquid ſuſcipit, conatur, credit. *Cic. pro Cæc. c.* 18. Ea ſunt & turbulenta, & temeraria, & periculoſa. *Ovid.* 8. *Met. v.* 407. Licet eminus eſſe Fortibus, Ancæo nocuit temeraria virtus. *Liv. l.* 25. Ad conſilium prima ſpecie temerarium magis, quam audax, animum adjecit. *Plaut. Aſin.* 2. 1. 14. Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? haud temerarium eſt. hoc eſt non eſſe hoc, & ſine ratione fit, ſed aliquid portendit. ¶ Ponitur interdum pro incerto, non ſtabili. *Feſtus in Navalis ſcriba*. Columbariorum quæſtus temerarius, incertuſque. ¶ Tributum temerarium quid ſit, V. in *Tributum*.

Temerator, oris, m. *violatore*, *corruttore*, qui temerat, βεβηλωτής. *Stat. Theb.* 11. *v.* 12. Quantus Apollineæ temerator matris Averno tenditur. h. e. Tityon qui Latonam corrumpere tentavit. *Leg.* 2. *Cod. de appariorib.* Temerator legis. ¶ Item falſarius, *falſificatore*. *Leg.* 29. *Dig. ad leg. Cornel. de falſ.* Si aſſuſatus fueris, poenam temeratoris luit: perinde enim punitur, atque ſi falſum fecerit.

Temeratus, a, um, βεβηλωθεὶς, *violato*. *Ovid. ep.* 16. Auſus es hoſpitii temeratis advena ſacris Legitimam nuptæ ſollicitare fidem? *Liv. l.* 26. *c.* 13. Sepulcra majorum vulſa, temerata, ac violata. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 30. Caſtra infauſta, temerataque.

Temĕre, adv. *temerariamente*, *inconſideratamente*, *ſtoltamente*, *ſenza ragione*, Ger. *vermegenlich*, Gall. *à la volée*, Hiſp. *aſodamente*, εἰκῇ, ὀπερ-ίσκεπτως, ἀβούλως, inconſulte, ſtulte, imprudenter. *Virg.* 9. *Æn.* Temere inter tela jacentes. *Cic.* 1. *de Invent.* Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus inſtructior eſt rebus, & apparatior, quam ea, quæ temere, & nullo conſilio adminiſtratur. ¶ Notat enim ſine cauſa. *Ter. Phorm.* 5. 9. Non pol temere eſt, quod tu tam times. hoc eſt non abs re eſt. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 8. Non temere fama naſci ſolet. ¶ Item ſine periculo. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 52. Rapidus fluvius eſt, non hac temere tranſiri poteſt. ¶ Item ſæpe. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris, ac muneris, non temere, niſi libertis ſuis deferebant. *Liv. l.* 30. *c.* 30. Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. *Quinctil. l.* 1. *c.* 4. Illud ingeniorum velut præcox genus haud temere unquam pervenit ad frugem. ¶ Item vulgo, paſſim. *Hor. l.* 1. *od.* 12. Unde vocalem temere inſecutæ Orphea ſylvæ. *Liv. l.* 22. Argentum temere per vias, velut objectum ad prædam. ¶ Comp. *temerius*. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 841. Seu Euripidis, qui chorus temerius in fabulis, &c. Alii leg. *temerus*.

Temerĭtas, atis, f. *temerità*, פזיזות, Germ. *frevelheit*, Gall. *temerité*, Hiſp. *temeridad*, προπέτεια, ἀβουλία, imprudentia, inconſiderantia. *Cic. pro M. Marcel.* Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. *Id.* 1. *Off. c.* 15. Multi enim faciunt multa temeritate quadam, ſine judicio, vel modo. *Id.* 1. *de Div. c.* 4. Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, erratique turpis eſt.

Temerĭter, adv. idem ac temere. *Accius apud Non. cap.* 11. *num.* 54. Hoc in re eſt, quod tu tam temeriter meam benevolentiam luteriſſe es ratus.

Temerĭtūdo, inis, f. idem ac temeritas. *Pacuvius apud Non. c.* 2. *n.* 867. Egon' tyranni novi temeritudinem?

Temĕro, as, a. 1. *macchiare*, *contaminare*, *violare*, טמא, Ger. *ſchænden*, Gal. *gâter*, *ſouiller*, Hiſp. *manchar*, *enſuziar*. βεβηλόω, corrumpo, contamino. *Feſtus*: Temerare, violare ſacra, & contaminare, dictum videlicet a temeritate. *Ovid.* 15. *Met.* Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. *Id.* 7. *Met.* Temerare fluvios venenis. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 53. Eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat.

Temĕrus, a, um, adject. temerarius. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 841. V. *Temere* in fine.

Temēſa, f. 1. urbs fuit ampla Brutiorum ære celebris, in Calabria cit. in ora maris Tyrrheni, prope ſin. Hipponiatem, cujus rudera hodie dicuntur *Torre Loppa*. Alii credunt eſſe *S. Lucido*, caſt. prope oram maris Tyrrheni. Aliis videtur eſſe *Malvitto*, opp. inter Montem altum, & Marcopolim. Alii indigitant *Longo bucco*, apud Cirellum, in ora. *Stat.* 1. *Achil. v.* 413. Æra domant Temeſæ.

Temeſæus, a, um, quod ad Temeſam urb. ſpectat. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 441. Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra. ¶ *Temeſæus Genius*, prov. Græcum de pœna res ſacras violantibus imminente. Nam juxta Temeſam fuit ſacellum Politæ, uni ex Ulyſſis comitibus ſacrum, quod a barbaris violatum graves in eos exercuit pœnas. *Pauſanias* rem aliter narrat: Politam ab incolis propter ſtupratam virginem interfectum, larvas illius, niſi quotannis oblata virgine placarentur, graſſari in illos, atque omni ſexui perniciem afferre ſolitas fuiſſe, atque Genium Temeſæum in proverbium tranſiiſſe. Graviа enim mala alicui minantes, dicere ſolebant. *Aderit Temeſæus Genius*.

Temētum, i, n. *vino*, vocabulum priſcum, quo vinum ſignificatur, ex articulo τὸ, & μέθυ, vinum, vel μέθη, *ebrietas*. *Donat. ad Ter. Andr.* 1. 4. 2. & *Non. c.* 1. *n.* 14. Sic dici putant, quod tentet mentem, h. e. labefactet. *Gell. l.* 10. *c.* 23. Qui de victu populi R. ſcripſerunt, mulieres ætatem abſtemiae egiſſe dicunt, hoc eſt vino ſemper, quod temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt. *Plin. l.* 14. *c.* 13. Cato ideo propinquos feminis oſculum dare juſſit, ut ſcirent, an temetum olerant: hoc tum vino nomen erat: unde & temulentia appellata. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 163. Pullos ova, cadum temeti, nempe modo iſtu. *Juvenal. ſat.* 15. *v.* 25. De Cinerea temetum duxerat urna. ¶ Sunt qui ſcribunt temetum a vino ſic diſtingui, ut vinum nomen generale ſit, temetum vero ſignificet vinum purum, & nulla aqua admixtum: afferuntque hunc locum *Cic. ex lib.* 4. *de Republ. apud Non. loc. cit.* Carent temeto omnes mulieres, non vino. Verum in optimis quibuſdam Codicib. quos vidimus, ultima verba non tunc deſunt.

Temnites, m. 3. Τημνίτης, qui eſt ex Temno urbe. *Cic. pro Flacc.* Heraclides ille Temnites homo ineptus, & loquax.

Temno, is, pſi, ptum, a. 3. *ſprezzare*, καταφρονεῖν, ſperno. *Virgil.* 1. *Æn.* Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Jejunus raro ſtomachus vulgaria temnit.

Temnos, ſ. e. urbs Æolidis, medit. ultra Hermum fl. cum monte cogn. patria Hermagoræ Rhetoris. *Plin. l.* 5. *c.* 30.

Temo, onis, m. *timone*, Germ. *deichſel*, Gal. *timon*, Hiſp. *timon*, ῥυμός, lignum longum, & extentum in aratro, vel curru, ad quod jugum ligatur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. ex Poeta*: Quod quaſi temone adjunctam præ ſe quatit Arctum. *Ovid. l.* 2. *Met.* Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curvatura rotæ. ¶ Dicitur etiam de ſtipitibus, ſive lignis tranſverſariis, & longuriis. *Col. lib.* 6. *c.* 19. Omneſque tranſverſis ſex temonibus, quaſi vacerræ inter ſe ligantur. ¶ Temones in *Cod. leg.* 13. *de excuſat. mun.* referuntur inter præſtationes, & munera ſordida. Illorum nomine præſtabantur equi, tyrones ad militiam, & pecunia pro tyronibus, quæ aurum tyronicum dicebatur.

Temonarius, a, um, adject. ut temonaria onera, h. e. obligationes ſolvendi tributa, quæ temones appellantur. *leg.* 4. *Cod. de dignitatib.* ¶ Temonarii, orum, qui hujuſmodi tributa exigunt. *leg.* 7. *Cod. Theodoſ. de tyronib.*

Tempe, n. indecl. n. pl. Τέμπεα, & contracte Τέμπη, regiuncula Theſſaliæ, in valle amœniſſima, per quam Peneus fl. decurrit, inter Olympo, Oſſa, & Pelio montibus, inter Lariſſam, & oram maritimam, cum urbe, quæ nunc *Licoſtomo* dicitur. *Virg.* 4. *Georg.* Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe. ¶ Ibi aqua æs erodit. *Plin. l.* 31. *c.* 2. & *Ælian. l.* 3. *c.* 1. ¶ Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Teumeſia dicuntur a Teumeſo M. ab *Ovidio* etiam Cygneia vocantur, 7. *Metam. v.* 371. ¶ Sunt & alia in Sicilia, dicta Heloria a nomine amnis. ¶ Denique quælibet loca amœna, nemoroſa præſertim, & aquas habentia, per Synecdochen Tempe appellantur. *Virg. Georg.* 2. *v.* 469 Speluncæ, vivique lacus, ac frigida Tempe.

Temperacŭlum, li, n. temperatura. *Apul. l.* 1. *Florid.* Et cimenti merces, & ferri temperacula, & argenti metalla.

Temperamentum, ti, n. *temperamento*, *meſcolanza*, temperatura, mixtio rerum cum proportione, proportio diverſarum qualitatum in corpore mixto, μῖξις, κρᾶσις. *Plin. l.* 9. *c.* 36. Concharum ad purpuras & conchylia (eadem enim eſt materia, ſed diſtat temperamento) duo ſunt genera &c. *Id. lib.* 19. *c.* 8. Æruca præcipue frigorum contemptrix diverſæ eſt, quam lactuca, naturæ; ideirco jungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor immixtus temperamentum æquet. *Scribon. Larg. compoſit.* 230. Teruntur ex cinere lixiva, qua culinaris utantur, donec habeat mellis liquidi temperamentum, h. e. ſpiſſitudinem. Hac eadem ratione ſæpius uſurpatum legas apud eundem *Scribon.* ¶ Ponitur & pro modo, mediocritate, moderatione. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Omnia modo conſtant, certoque temperamento. *Id. l.* 12. *c.* 25. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. ¶ Tranſlate *Cic.* 3. *de Leg. c.* 10. Inventum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarent. *Liv. l.* 28. *c.* 44. Et, ſi nulla alia re, modeſtia certe & temperamento linguæ adoleſcens ſenem vicero. Alii leg. *temperando linguæ*. Adde *Plin. in Paneg. c.* 3.

Tempĕrans, antis, o. 3. *temperante*, מתון, Ger. *meſſig*, Gal. *bien tempere*, Hiſp. *templado*, σώφρων, moderatus, continens. *Cic. in Parad.* 3. An temperantem cum dixeris, qui in aliqua libidine ſe continuerit, in aliqua ſe effuderit? *Id. ibid. c.* 13. Homo ſanctiſſimus, ac temperantiſſimus. *Liv. l.* 26. *c.* 22. Temperantiores a cupidine imperii. ¶ Temperans rei, aut famæ eſt, qui rei ſuæ parcit, aut famæ conſulit. *Ter. Phorm.* 5. 1. 21. Si eſt, culpam ut Antipho in ſe admiſerit, Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. ¶ Temperans poteſtatis eſt, qui imperio, & poteſtate moderate utitur. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 46.

Temperanter, adver. *temperatamente*, σωφρόνως, μετρίως, temperate, moderate. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 33. Et quibus modis temperanter haberentur. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 2. Nam quod eis, ſi hic temperantius egerit, conſideratius te conſilium daturum, &c.

Temperantĭa, æ, f. *temperanza*, German. *meſſigkeit*, Gall. *temperance*, Hiſpan. *templança*, σωφροσύνη, continentia, modeſtia, moderatio, virtus moralis, quæ in temperandis voluptatibus corporis poſita eſt. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 54. Temperantia eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. ejus partes ſunt continentia, clementia, modeſtia. *Id.* 1. *Fin cap.* 14. Temperantia eſt enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem ut ſequamur, monet. *Id. l.* 2. Transfer idem ad modeſtiam, vel temperantiam, quæ eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. *Plin. lib.* 18. *c.* 5. Temperantia in cibis.

Temperate, adv. *temperatamente*, *mediocremente*, μετρίως, moderate, mediocriter, & quodam cum temperamento. *Cato c.* 69. *R. R.* Ubi temperata tepebit, tum cummum indito, poſtea linito. *Cic. Att. lib* 11. *ep.* 32. Ages, ut ſcribis, temperate. *Id. Att. l* 3. *ep.* 9. Neque temperatius ſcribi potuerit. Alii leg. *temperantius*. habet tamen hoc temperatius *Senec. ep.* 18.

Temperatĭo, onis, f. *meſcolanza*, *temperazione*, κρᾶσις, μῖξις, miſtio, temperamentum, temperatura. *Cic.* 6. *Verr.* Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſime perſpicis? *Id.* 4. *Tuſcul. cap* 13. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, e quibus conſtamus. ¶ Aliquando idem valet, quod moderatio, ſive gubernatio. *Cic.* 2. *de Div.* Hæc temperatio Lunæ, cœlique moderatio efficit. *Idem de Somn. Scip.* Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio. *Id.* 3. *de Leg. c.* 5. Temperatio Reipublicæ.

Temperatīvus, a, um, adject. qui temperat, ut temperativa medicamina. *Cæl. Aurelian. Acut.* 4. *c.* 1. *medicamenti mitiganti*.

Temperātor, oris, m. *temperatore*, ἁρμοστής, moderator, gubernator. *Cic. in Or.* Magni igitur judicii, ſummæ etiam facultatis eſſe debebit moderatus ille, & quaſi temperator hujus tripartitæ varietatis. *Martial. l.* 4. *ep.* 55. Quam fluctu tenui, ſed inquieto Armorum Salo temperator ambit. Ubi Salonem fl. vocat armorum temperatorem, quia ejus aquis temperantur enſes. *Senec. de vita beat. c.* 14. Temperator voluptatis. hoc eſt qui voluptate temperate utitur.

Temperatūra, æ, f. *tempera*, *meſcolanza*, κρᾶσις, μῖξις, temperamentum, miſtio. *Plin. l.* 34. *c.* 9. Sequens temperatura ſtatuaria eſt, eademque tabularis. *Id. l.* 34. *c.* 15. *de temperatura ferri*: A rubigine vindicatur ceruſſa, & gypſo, & liquida pice: Hæc eſt temperatura a Græcis antipathia dicta. ¶ Sumitur etiam pro proportione partium ſimplicium, quæ conſtituunt corpus miſtum, ut cum quempiam calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut ſiccæ temperaturæ eſſe dicimus. *Senec. ep.* 11. Conditio naſcendi, & corporis temperatura, *compleſſione*, *temperamento*. ¶ Item pro tempore. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 848. Quæro, utrum hoc addixerit cœli temperatura, an terræ bonitas.

Temperātus, a, um, miſtus, partic. a temperor. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 24. Nam & auribus oblectatio magna parta eſt, inventa, & temperata varietate, & natura ſonorum. ¶ Item adminiſtratus. *Vellej. l.* 2. *c.* 60. Omnia pretia temperata, vendente Rempublicam conſule. ¶ Sæpe nomen eſt, & ponitur pro moderato, mediocri, modeſto, *temperato*, *modeſto*, μέτριος. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 27. Eſt autem ita temperatis, moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas ſumma cum humanitate jungatur. *Id. Att. l.* 4. *ep* 6. Hominem in ſumma magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus. *Hor. l.* 2. *ode* 3. Æquam memento rebus in arduis Servare mentem, non ſecus in bonis, ab inſolenti temperatam lætitia. *Cal. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 15. Temperatior in victoria. ¶ Temperata regio, temperatum tempus eſt, ubi frigus & calor ita temperata ſunt, ut neutrum excedat, & moleſtum ſit. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Temperatiſſimum anni tempus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 4. Temperatiſſimæ cœli regiones. ¶ Temperata prædia ſunt, quæ ad opus parata ſunt, & inſtructa, ut iis quandocunque uti liceat. *Cato R. R. c.* 15. Prædia temperata quæque, ſupervacanea tum.

Tem-

Tempŏri. V. Tempori.

Temperĭes, ei, ſem. *temperamento*, *temperie*, *κρᾶσις*, temperamentum, diverſarum rerum commixtio æquata, & ad perfectionem perducta. *Plin. l.* 34. *cap.* 2. Corinthii æris tria genera; candidum argento quam proxime accedens, in quo illa mixtura prævaluit; alterum, in quo auri fulva natura; tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. *Id. lib.* 16. *c.* 11. Reſinæ temperies. ¶ Speciatim ſumitur pro temperata, & moderata aeris conſtitutione. *Ovid. l.* 2. *de Pon. eleg.* 7. Temperie cœli corpuſque, animuſque juvatur. *Plin. ep.* 6. *l.* 5. Atque adeo, ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cœli, regionis ſitum, villæ amœnitatem. ¶ Tranſlate *Stat. l.* 2. *ſilv.* 6. *v.* 48. tranquillaque morum temperies. ¶ Ponitur etiam interdum pro quacunque aeris, ſeu cœli conſtitutione, ſive bona, ſive mala ſit. *Plin. l.* 18. *c.* 25. loquens de ſignis brumæ adventantis, & ſementis ante eam faciendæ. Indocilis, inquit, cœli agricola hoc ſignum habeat inter ſuos vepres, humumque ſuam aſpiciens, cum folia viderit decidua: ſic indicatur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius.

Tempĕro, as, a. 1. *temperare*, *meſcolare*, מזג, German. *maſſigen*, Gall. *bien temperer*, Hiſp. *templar*, *συγκεράννυμι*, miſceo, proportione ſervata. *Cicer. in Somn.* Qui acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Æs conflare, & temperare Ariſtoteles Lydum Scythen monſtraſſe putat. *Horat. lib.* 3. *od.* 19. Temperare aquam ignibus. ¶ Sæpe ſumitur pro componere, conſtituere, efficere. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 2. Rem vero publicam noſtri majores certe melioribus temperaverunt & inſtitutis, & legibus. ¶ Item pro mitigare, moderari, lenire. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 19. Solis tum acceſſus modici, tum receſſus & frigoris, & caloris modum temperant. *Suet. in Tiber. cap.* 34. Temperare annonam. h. e. pretium annonæ minuere. ¶ Item pro adminiſtrare, regere. *Horat. lib.* 1. *od.* 12. Qui res hominum, ac Deorum, Qui mare, & terras, variiſque mundum Temperat horis. *Cic.* 4. *Acad.* In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis, temperandiſque civitatibus. Sic temperare ratem. *Ovid.* 13. *Met.* Temperare ora frænis. *Horat. l.* 1. *od.* 8. ¶ Item pro abſtinere, cum dativo, ut *Temperare alicui*, ideſt abſtinere ab injuria inferenda. *Liv. l.* 1. *c.* 29. Templis tamen Deum temperatum eſt. *Cic.* 3. *Verr.* Te putet quiſquam ſociis temperaſſe, qui ædem Caſtoris teſtem furtorum tuorum eſſe volueris? *Id.* 4. *Verr.* Si cuiquam ulla in re unquam temperaverit. ¶ Vel cum ablat. & præp. *a*, vel *ab*. *Virg.* 2. *Æn.* Quis talia fando Temperet a lacrymis? *Caſ. l.* 1. *B. G. cap.* 7. Temperare ab injuria. ¶ Cum infinito etiam interdum jungitur hac notione. *Gel. l.* 4. *cap.* 9. Religioſi dies, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt. *Plaut. Pæn. prol. v.* 22. dormire temperent, & *v.* 33. tinnire temperent. ¶ Item pro modum imponere, continere, cohibere. *Plaut. Rud.* 4. 7. 28. Temperare linguæ. *Cic. pro Flacc.* Ut qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit. *Liv. l.* 32. Temperatum ægre eſt, quin miſſilibus pugnam inter ſe conſererent. *Virg.* 1. *Æn. v.* 57. Temperare iras. *Plaut. Epid.* 1. 2. 8. Temperare in amore. ¶ *Temperint* pro *temperent*, ut *edint* pro *edant*, habet *Plaut.* Truc. 2. 1. 41.

Tempeſtas, idem quod tempeſtiva. *Feſtus*.

Tempeſtas, atis, f. *tempo*, idem ac tempus, ab antiquo genitivo *temperis* pro *temporis*. *Plaut. Caſ. prol. v.* 18. Ea tempeſtate flos Poetarum fuit. *Liv. l.* 1. *c.* 5. Qui multis ante tempeſtatibus ea tenuerat loca. *Salluſt. in Jugur. c.* 96. Solertiſſimus omnium in paucis tempeſtatibus factus eſt, *in pochi anni*, *a in poco tempo*. ¶ Reperitur quoque pro die. *Cic.* 1. *Divin. c.* 15. *ex Poeta*. Tertia te Phthiæ tempeſtas læta locabit. ¶ Accipitur etiam pro tempore tranquillo, & ſereno, *bonaccia*. *Caſ. l.* 4. *B. G.* Nactus idoneam ad navigandum tempeſtatem, tertia fere vigilia ſolvit. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 4. Si eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt. *Virg. l.* 9. *Æn. v.* 20. Unde hæc tam clara repente Tempeſtas? ¶ Frequentius in malam partem accipitur, ut idem ſit, quod procella, turbo, grando, & generaliter quivis cœli inquietior flatus, *tempeſta*, *borraſca*, *fortuna*, Ger. *die zeit*, Gall. *ſaiſon*, *diſpoſition de temps*, Hiſp. *tempo*, *χειμών*, *χειμέριον*. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Ante omnia autem duo genera cœleſtis injuriæ meminiſſe debemus: unum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque ſimilia intelliguntur, quæ cum acciderint, vis major appellatur. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 27. Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbriceſque. *Cic. pro Mur.* Nam ut tempeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno commoventur, ſæpe improviſo nulla ex certa ratione, obſcura aliqua ex cauſa concitantur. ¶ Romani tempeſtates in Deorum numero venerati ſunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. cap.* 20. Quod ſi nubes retuleris in Deos, referendæ certe erunt tempeſtates, quæ Populi Rom. ritibus conſecratæ ſunt. *Horat. Epod.* 10. Libidinoſus immolabitur caper, & agna tempeſtatibus. ¶ Tranſlate ſumitur pro periculo, calamitate, infortunio, perturbatione. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempeſtates & ſubieris, & multo etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris. *Id.* 1. *Catil. c.* 9. Quanta tempeſtas invidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſterum impendeat.

Tempeſtīve, adverb. *opportunamente*, *a ſuo tempo*, *εὐκαίρως*, ſuo tempore, opportune. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 62. Neque enim ſerendi, neque colendi, neque tempeſtive demetendi, percipiendique fructus, neque condendi, ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Cædi ſolebant tempeſtiva uſque ad Antigenem tibicinem. *Horat. l.* 4. *od.* 1. Tempeſtivius comiſſari. (V. Tempeſtivus.) *Plaut. Truc.* 2. 1. 41. Qui noſtræ ætati tempeſtive temperint. Sunt qui leg. *tempeſtivo*.

Tempeſtīvĭtas, atis, f. *tempo proprio per far qualche coſa*, *εὐκαιρία*. *Cic. de Sen. c.* 10. Sua cuique parti ætatis tempeſtivitas eſt data. *Plin. l.* 10. *c.* 34. Columbæ præparantes tempeſtivitatem cibo.

Tempeſtīvo, adv. V. Tempeſtive.

Tempeſtīvus, a, um, *opportuno*, *fatto a ſuo tempo*, *ὡραῖος*, *εὔκαιρος*, *ὡραῖος*, quod ſuo tempore fit, opportunum. *Cic.* 2. *Off. cap.* 4. Nec hoc tempore ſine hominum opera tempeſtivos fructus ex his capere poſſemus. *Id. pro L. Man. c.* 12. Inde Sardiniam cum claſſe venit, nondum tempeſtivo ad navigandum mari. *Col. l.* 2. *c.* 8. Deinde, ſi tempeſtivum erit, confeſtim, ſin minus, poſtero die fines oculis perluſtrare. h. e. ſi opportunum erit. *Gel. l.* 2. *c.* 29. Sementes tempeſtiviores. h. e. citius ſolito maturæ. *Horat. l.* 1. *od.* 23. Virgo tempeſtiva viro, *nubile*. *Plin. l.* 7. *c.* 53. *de his, qui repentina morte obiere*: Q. Fabius Maximus in conſulatu ſuo, pridie Cal. Januar. item C. Vulcatius Gurges ſenator: omnes adeo ſani, atque tempeſtivi, ut de progrediendo cogitarent. h. e. valetudine ad agendum opportuna. ¶ Tempeſtiva convivia ſunt, quæ ante legitimam cœnandi horam ineuntur, & longius ſolito protrahuntur. Legitima autem cœnæ hora apud priſcos Romanos fuit Solis occaſus; deinde hora diei decima cœnæ deſtinari cœpta eſt; tandem Auguſti tempore, hora nona, & hominibus negotioſis decima. Igitur hanc horam qui prævenirent, tempeſtivum convivium agere dicebantur, quod quidem vel ſolemnitatis cauſa fieri ſolebat, vel honeſtæ animorum remiſſionis, vel denique voluptatis. *Cicer. de Senect. cap.* 14. Ego vero propter ſermonis delectationem tempeſtivis quoque conviviis delector, nec cum æqualibus ſolum, ſed cum veſtra etiam ætate. *Id. Att. lib.* 9. *ep.* 1. Multa a me tempeſtivis conviviis diſputantur. *Id. Verr.* 5. *cap.* 25. Statuitur Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio. *Curt. l.* 8. *c.* 6. Jamque iter parare in poſterum juſſus, ſolemni, & tempeſtivo adhibetur convivio. ¶ Hujuſmodi convivia *intempeſtiva* etiam dicebantur eodem prorſus ſenſu. nam qui ita tempeſtiva ab intempeſtivis diſtinguunt, ut illa eſſent quæ ſolito maturius inciperentur, hæc quæ tardius, & multa nocte finirentur, nullo id idoneo exemplo conficere nobis videntur. Quamquam eſt aliquid diſcriminis. nam tempeſtiva convivia & in bonam, & in malam partem accipi poſſunt, ut ex allatis exemplis apparet, intempeſtiva vero in malam tantummodo partem uſurpantur. *Curt. l.* 6. *c.* 2. Intempeſtiva convivia, & perpotandi pervigilandique inſana dulcedo, ludique, & greges pellicum, omnia in externum lapſa ſunt morem. *Et infra*: Cum intempeſtivis conviviis dies pariter nocteſque conſumeret. Addi ſolet etiam locus *Cic. pro Mur. cap.* 6. ubi tamen optimæ quædam Editiones ex quampluribus Mſſ. habent *tempeſtiva*, quod idem dicendum eſt de alio *Suetonii* loco in *Calig. c.* 45.

Tempeſtuōſus, a, um, adject. *θυελλώδης*, procelloſus. *Sidon. l.* 4. *ep.* 6. Ad tempeſtuoſos hoſtium incurſus trepidare.

Tempeſtus, a, um, adject. idem quod tempeſtivus. *Feſtus*.

Tempĭcus, a, um, adject. *τεμπικός*, a Tempe, ut Tempicus agon, *Theodor. Priſcian. l.* 9.

Templātim, adv. per templa, ut vicatim, per vicos. *Tertull. in Apolog. c.* 42. Plus noſtra miſericordia inſumit vicatim, quam veſtra religio templatim.

Templum, i, n. *tempio*, היכל, Germ. *kirch*, Gall. *egliſe*, *temple*, Hiſp. *ygleſia*, *templo*, *ναός*, *ἱερόν*, locus qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt. *Feſt.* Contemplari dictum eſt a templo, ideſt loco, qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quem antiqui templum nominabant. *Varro* etiam *l.* 6. *de L. L.* a tuendo ſic dici ait, ideſt ab aſpiciendo, quia quo tuemur, templum eſt. Templum trifariam dicitur, a natura in cœlo, ab auſpicio in terris, a ſimilitudine ſub terra. Igitur primum templum de cœlo dicitur: cujus quatuor partes erant ſecundum Augures, qui ſpectabant converſi a Sept. in Auſt. ſiniſtra ab Oriente, dextera ab Occaſu, antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem. *Ennius*: Contremuit templum magnum Jovis altitonantis. *Ter. Eun.* 3. 5. 42. Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit. ¶ Præcipue vero templum accipi ſolet pro regione in terris, aut agro, qui certo carmine ab Augure lituo finitus, & notatus, conſecratuſque eſſet, unde in omnes cœli partes liber erat aſpectus. Sane Augures interdum ea, quorum altitudo impediret, quominus liber quoquoverſus aſpectus foret, demoliri jubebant: ac C. Marius Honoris ædem eo ſummiſſiorem fecit, ne, ſi forte publicis obeſſet auſpiciis, Augures eam demoliri juberent. Atque hinc lucem capit illud *Ciceronis l.* 2. *de Leg.* Urbemque, agros, & templa, liberata, & effata habento. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Palatinum Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum templa capiunt. ¶ Nec vero ſolum hæc vox de regionibus apertis, & ſub dio uſurpata eſt, ſed etiam de locis ſeptis, & tectis, cujuſmodi erant loca, in quibus Senatus habebatur. Nam in loco per Augures conſecrato Senatum haberi neceſſe erat, alioquin Senatuſconſulta non erant juſta. Porro Senatus habebatur vel in templo ſimpliciter per Augures conſecrato, ut in Curia Hoſtilia, vel Pompeja, vel Julia, vel in æde alicui Deo ſacra, ut in æde Jovis, Apollinis, Martis, Bellonæ, Caſtoris, Concordiæ, Virtutis, Fidei, &c. *Cic. pro Dom.* Curia eſt ſedes, ac templum publici conſilii. ¶ Item templi vox de ædibus, quæ Diis conſecratæ fuerunt, uſurpatur. *Cic.* 6. *Ver.* Herculis templum eſt apud Agrigentinos non longe a foro, ſane ſanctum apud illos, & religioſum. ¶ Poni videtur etiam pro ſepulcbro. *Virg.* 4. *Æn.* Præterea fuit in tectis de marmore templum Conjugis antiqui. ¶ Transfertur quoque ad multas res, ut *Templum mentis*, pro interioris animi ſecretis: *Templum linguæ*, ideſt pars, ſeu locus. *Lucr. l.* 4. *v.* 625. Linguæ ſudantia templa. *Id. l.* 5. *v.* 104. Mentis templa. ¶ In architectura templa vocantur tigna minora tranſverſim collocata ſuper cantherios, ſeu tigna majora, quæ tectum domus ſuſtinent, ſuper hujuſmodi templa aſſeres deinde compinguntur, qui tegulas ſuperpoſitas habent. *Vitr. l.* 4. *c.* 2. Supra cantherios templa, deinde inſuper ſub tegulas aſſeres. *Id. ib. cap.* 7. Supra id faſtigium columen, cantherii, templa ita ſunt collocanda &c. *Feſtus* etiam hujus notionis meminit, cum ſcripſit, templum dici etiam tignum, quod in ædificiis tranſverſum ponitur.

Temporālis, le, o. 3. *temporale*, *χρονικός*, *πρόσκαιρος*, quod ad tempus durat. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Adjiciunt quidam perituros, *πάθος* temporale eſſe: opponitur enim æterno. *Hermog. l.* 1. *de injuria*, 45. *ff. de injur. & fam. libell.* Cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercentur. *Tacit. in Agric. cap.* 46. Temporalibus laudibus decorare. ¶ Temporalia verba apud *Varr. l.* 7. & 8. *de L. L.* ſunt, quæ per tempora declinantur.

Temporālĭtas, atis, f. ratio temporis. *Tertul. de Pal. c.* 1. Et ſi quid præterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas veſtit, *la moda*.

Temporālĭter, adv. ad tempus. *Tertul. adverſ. Jud. c.* 2. Lex temporaliter obſervata.

Temporārius, a, um, *πρόσκαιρος*, quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus durans. *Plin. l.* 16. *c.* 33. Temporaria vis imbrium. *Curt. l.* 5. *c.* 5. Ut ſunt Græcorum temporaria ingenia. h. e. pro temporum varietate mutabilia. *Nepos in Attic. cap.* 11. Temporaria liberalitas. *Senec. epiſt.* 9. Temporariæ amicitiæ.

Temporātim, adverb. pro temporum ratione, per tempora. *Tert. de pall. c.* 1. Terra temporatim veſtiri amans. *Id. de anim. c.* 38. Per nativitates nominatim, temporatimque digerere.

Tempŏri, adv. *a tempo*, *a ſuo tempo*, *a buon' ora*, *ἐν καιρῷ*, *εὐκαίρως*, *κατὰ καιρόν*, tempeſtive, ad tempus, ſuo tempore. *Cato R. R. c.* 5. Roget, quid operis ſiet factum, ſatiſne tempori opera ſiant confecta. *Plaut. Rud.* 4. 2. 16. Vigilare oportet hominem, qui vult ſua temperi conficere officia. ¶ Dicitur & *temperi* eodem ſenſu. *Plaut Caſ.* 2. 6. 60. Malo, Chalino, tibi cavendum cenſeo. Ch. Temperi: poſtquam oppugnatum eſt os. *Idem Perſ* 5. 1. 16. Mihi iſtuc temperi ſero eſt. ¶ *Temporius*, & *temperius* comparativum eſt, *più preſto*, *più a tempo*. *Colum. l.* 8. *c.* 4. Ut propter cibi ſpem temporius ad officinam redeant. *Ovid.* 4. *Met. v.* 197. modo ſurgis Eoo Temporius cœlo, modo ſerius incidis undis. *Cic* 9. *Fam. ep.* 16. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat: cætera eodem modo.

Tempŏro, as, a. 1. *Tertul. de reſurr. carn. c.* 61. Accepiſti dentes ad pulſus linguæ temporandos. Alii leg. *temperandos*. nam hoc idem ſignificare videtur.

Tempſis, m. 3. cacumen Tmoli M. in Lydia, tam inſigni aeris temperie, ut incolæ ſupra 150. annos vivant, auctore Muciano, ut refert *Plinius l.* 7. *c.* 48.

Temptor, vel temtor, oris, m. *ſprezzatore*, qui temnit. *Senec. in Agamemn. v.* 595. Solus temptor levium deorum. Alii leg. *contemptor*.

Tempus, oris, neut. *tempo*, χρόνος, intervallum, quo aliquod corpus movetur, vel aliqua res fit. *Cic. lib.* 1. *de Invent. c.* 26. Tempus autem eſt id, quo nunc utimur (nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt) pars quædam æternitatis cum alicujus annui, menſtrui, diurni, nocturnive ſpatii certa ſignificatione. In hoc & quæ præterierunt, conſiderantur, &c. & item quæ inſtent in præſentia, & quæ maxime fiant, & quæ conſequantur. *Et de Univ. c.* 9. Itaque neſciunt, hos ſiderum errores id ipſum eſſe, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili præditos. ¶ Ad conſtructionem quod attinet, ſæpe in ablativo effertur ſine præpoſitione, interdum etiam cum præpoſit. *in*, interdum in accuſativo ſine præpoſit. ſæpe cum *per*; regit etiam infinitum, & gerundium, aliiſque particulis jungitur, ut in ſubjectis exemplis videre eſt. *Cic.* 1. *de Orat.* Ac fuit quidem tempus illud, cum mihi, &c. *Id. lib.* 2. Tempus eſſet jam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere. *Id.* 3. *Fam. ep.* 10. De qua alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulandi. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 4. Nam cum te ipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci. *Id. l.* 5. *ep.* 17. Superioribus temporibus ad te nullas literas miſi. *Id.* 1. *Offic. c.* 2. Cum ſtatuiſſem hoc tempore ad te ſcribere. *Id. ib. c.* 37. Neque enim omnes iiſdem rebus, nec in omni tempore, nec ſimiliter delectamur. *Id. pro Cluent. c.* 5. Quaſi ego potuerim illud, quod tam populare eſſet, in illo tempore prætermittere, *in quella occaſione*. *Id.* 5. *Fam. ep.* 15. Omne tempus amiciſſimus. *Id. in Brut. cap.* 83. Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe. *Id.* 1. *Catil. cap.* 4. Quos ego ad me id temporis venturos eſſe prædixeram. ¶ Plurimi quoque ſunt in hac voce loquendi modi: Dicimus enim, tempus ponere, abſumere, inſumere in aliqua re, *conſumare, impiegare il tempo in qualche coſa*, *Cic. ſæpe*. Tempus terere, conterere, *perder' il tempo*. *Id. Phil.* 5. & *pro Roſc. Com.* Tempus traducere, *paſſar il tempo*. *Id.* 4. *Fam. ep.* 6. Tempus ſtudiis impendere. *Plin. l.* 6. *ep.* 20. Conſtituere tempus alicui rei, *aſſegnare, fiſſare, determinare il tempo per far qualche coſa*. *Caſ. l.* 3. *B. C.* Tempus alicui dare, *dar tempo*. *Cic. pro Quint.* &c. ¶ Aliquando tempus accipitur pro parte anni, vel diei. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 1. Matutina tempora lectiunculis conſumere, *l' ore della mattina*. *Ter. Heaut.* 1. 2. 38. Sed ut diei tempus eſt, vide ſis, ne quo hinc abeas longius. *Liv. l.* 30. *cap.* 32. Erat tunc autumni tempus. *Hirt. de B. Alex. cap.* 43. Hiberno tempore anni. ¶ Item pro cœli plaga. *Varro l.* 2. *R. R. cap.* 2. Quæ ſpectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus. ¶ Item pro opportunitate, *occaſione*. *Nepos in Alcib. c.* 8. Tempus rei gerendæ non dimiſit. *Vellej. l.* 2. *c.* 21. Inſidiari temporibus. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 16. Obſervare tempus faciendi aliquid. ¶ Item pro temporis conditione. *Cic.* 1. *Catil.* O tempora, o mores! *Ter. Heaut.* 4. 1. 54. Nunc ita tempus eſt mihi, ut cupiam filium. h. e. rerum mearum ſtatus. ¶ Item pro periculo, calamitate. *Cic. pro L. Man. c.* 1. Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi. *Id. Phil.* 5. *cap.* 14. In illo tempore civitatis, quod poſt mortem Cæſaris conſecutum eſt. ¶ Item pro neceſſitate. *Cic. pro Planc.* Non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam quid a me cujuſque tempus poſcat. *Id. Fam.* 4. *ep.* 9. Primum tempori cedere, ideſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum, deinde &c. ¶ Item pro commodo temporario. *Cic. pro Cluent. c.* 50. Et illa oratio potius temporis mei, quam judicii, & auctoritatis fuit, ideſt ita dixi in oratione illa, quia intereſſet ejus rei, quam tum defendebam. *Id. ibid.* Orationes illæ oratorum cauſarum, & temporum ſunt, non hominum ipſorum, ac patronorum. ¶ *Ad tempus*, ſumitur pro tempore conſtituto. *Cic. Att. lib.* 13. Ut Puteolos excurrere poſſim, & ad tempus redire. ¶ Vel pro brevi temporis ſpatio. *Cic.* 1. *Offic.* Utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque brevis eſt, & ad tempus. ¶ Vel pro commode, opportune. *Cic. pro Cæl.* Vos autem, dum illi placere vultis, ad tempus et mendacium veſtrum accommodaviſtis. ¶ Vel pro re nata, ſive ut tempus ratio poſtulat. *Planc. Cic. l.* 10. *Famil.* Sin autem in itinere meo ſe oppoſuerit, ad tempus conſilium capiam. ¶ *Tempore*, idem eſt, ac adv. *tempori*, ideſt ſuo tempore, tempeſtive. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 143. Ut tempore, opportuneque attuliſtis. *Cic.* 4. *Ver.* Satis putabat ſe ad comitia tempore venturum, ſi pridie veniſſet. ¶ *Ex tempore*, eſt ſtatim, illico, ſine præmeditatione. *Cic.* 3. *de Orat.* Quod ſi Antipater ille Sidonius ſolitus eſt verſus hexametros, alioſque variis modis, atque numeris fundere ex tempore. ¶ Interdum *ex tempore* ſignificat pro re nata, ſive ut tempus exigit. *Cic.* 2. *Off.* Expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. ¶ *In tempore*, eſt opportune, commode. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam.* Satis in tempore ad eos accedemus, ubi, quid valeant, ſciverimus. *Ter. Andr.* 3. 2. 52. Atque adeo in ipſo tempore eccum ipſum obviam. ¶ *In tempus*, eſt apte ad tempus, ſeu ad rem præſentem. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 19. Ejuſmodi ſunt ii verſus, ut in tempus ab inimico Pompeji ſcripti eſſe videantur, *fatti a poſta per notare, e taccare le coſe preſenti*. ¶ In omne tempus, *per ſempre*, *in perpetuo*. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 15. Gratus, & optatus, dicerem, jucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. ¶ *Suo tempore*, eſt apto tempore, *a ſuo tempo*, *in tempo proprio*. *Cic.* 2. *de clar. Or. c.* 1. Hortenſius ceſſit e vita ſuo magis, quam ſuorum civium tempore. *Plaut. Rud. prol. v.* 4. Signum, quod ſemper tempore exoritur ſuo. ¶ *Pro tempore*, eſt prout tempus fert. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 8. Conſilium pro tempore, & pro re capere. *Salluſt. in Jug. cap.* 57. Pro tempore, & loco paratis rebus. ¶ *Per tempus*, *a tempo*, *opportunamente*. *Plaut. Truc.* 1. 2. 84. Per tempus ſubveniſtis. ¶ Ut temporibus illis, *come portavano quei tempi*, prout tunc erant tempora. *Cic. in Brut. c.* 28. Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis, ſatis eruditus. ¶ Apud Grammaticos tempus in verbis dicitur inflexio verbi tempus aliquod deſignans, ut *amo* præſens tempus ſignat, *fui* præteritum, *dabo* futurum, &c. *Varro l.* 7. *de L. L.* In verborum genere, quæ tempora adſignificant, quod ea erant tria, præteritum, præſens, futurum, declinatio facienda fuit triplex, ut ſaluto, ſalutabam, ſalutabo. ¶ In pedibus quoque oratoriis, vel poeticis tempus eſt quantitas ſyllabæ longæ, vel brevis, quæ pedem componit. *Cic. in Orat. c.* 57. Quod idem facit in trochæo, qui temporibus & intervallis eſt par jambo.

Tempus, oris, & in plurali num. Tempora, rum, neut. *templo*, *tempia*, κρόταφος, pars faciei inter oculum, & aurem. *Virg.* 5. *Æn.* Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. *Id. Æn.* 9. it haſta Tago per tempus utrumque. *Auct. ad Her. l.* 4. *circa fin.* Et debilitanti Graccho, quid vellet, neque tamen locum, in quo conſiſteret, reliquerat, percutit tempus. ¶ Scriptum eſt etiam *tempora* hac notione ab antiquis, quod ſe vidiſſe in quodam Urſini codice Virgiliano teſtatur *Hercules Ciofanus*.

Temulenter, adv. *da ubbriaco*, μεθυστικῶς, ebrie. *Col. l.* 8. *c.* 8. Jam nunc Gangeticas, & Ægyptias aves temulenter eructant.

Temulentia, æ, f. *ubbriachezza*, μέθυσις, ebrietas, a temeto. *Plin. l.* 14. *c.* 13. Cato, ideo propinquos feminis oſculum dare, ut ſcirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat, unde & temulentia appellata. *Id. ibid. c.* 5. Siquidem temulentiam ſola non facit.

Temulentus, a, um, *ubbriaco*, μέθυσος, vinolentus, ebrioſus. *Ter. Eun.* 4. 5. Temulentus es. *Cicer. pro Sext.* Qui non modo tempeſtatem tueri impendentem temulentus, ſed ne lucem quidem inſolitam poſſet. *Idem poſt red. in Sen. cap.* 6. Vini, ſomni, ſtupri plenus, gravibus oculis, fluentibus buccis, preſſa voce, & temulenta. *Sidon. lib.* 3. *ep.* 13. Puſidior, temulentior. *Apulej. lib.* 5. *Metam.* Cæſaries ambroſia temulenta, *molle e ſtillante*.

Ten', pro te ne? *Plaut. Aſin.* 3. 3. 79. Ten' oſculetur, verbero? *che egli ti baci briccone?* *Id. ib. v.* 107. Ten' complectatur, carnufex?

Tenacia, æ, f. t. perſeverantia, vel duritia. *Ennius apud Non. c.* 2. *n.* 5. *de equis*: Cujus tenacie infrenari minus nequit.

Tenacitas, atis, f. *tenacità*, נצח, Ger. *zähigkeit*, Gal. *tenacité*, *chicheté*, Hiſp. *tenacidad*, γλισχρότης, firmitas, & perſeverantia aliquid retinendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 47. Cibumque partim oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum. ¶ Sæpe ponitur pro parſimonia, avaritia, ſordibus. *Liv. l.* 34. *c.* 7. Sed in purpura, quæ teritur, abſumiturque, injuſtam quidem, ſed aliquam tamen cauſam tenacitatis video.

Tenaciter, adv. *tenacemente*, *oſtinatamente*, ἀνειξ, cum tenacitate. *Ovid. Heroid. ep.* 3. An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget? *Apul. l.* 5. *Metam.* Tenaciſſime diſſimulare. ¶ Comparativum *tenacius* legitur apud *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 3. & *Solin. c.* 52.

Tenaculum, i, n. retinaculum, vinculum, quo aliquid tenetur. *Terentian. Maurus in præfat. v.* 29.

Tenaſmus. V. Teneſmus.

Tenax, acis, o. 3. *tenace*, Ger. *zäh*, Gal. *chiche*, *qui tient*, *fort*, Hiſpan. *tenaz*, *avariento*, γλίσχρος, qui quidquid attingit, facile retinet, a teneo. *Ovid.* 11. *Met.* Utec tenax gravida manat tellure bitumen. *Liv. l.* 39. Tenax equus, *cavallo duro di bocca*. ¶ Tranſlate ponitur pro ſtabili, conſtanti, firmo. *Hor. l.* 3. *od.* 3. Juſtum, & tenacem propoſiti virum. *Virgil.* 4. *Æn.* Tam ficti, pravique tenax, quam nuntia veri. ¶ *Memoria tenax*, eſt conſtans, firma, quidvis optime tenens. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Tenaciſſima memoria. ¶ *Morbus tenax*, eſt contumax, moleſtus, qui non difficulter propulſatur. *Sueton. in Claud. c.* 2. Infans autem relictus a patre, ac per omne fere pueritiæ, atque adoleſcentiæ tempus variis, ac tenacibus morbis conflictatus eſt. ¶ Metonymice ponitur pro avaro, parco, ſordido. Nam tenacitas effectus eſt avaritiæ. *Ter. Adel.* 5. 4. Ego ille agreſtis, ſævus, triſtis, parcus, truculentus, tenax. *Cic. pro Cæl.* Illum filium familias patre parco, ac tenaci habere tuis copiis devinctum non potes.

Tendicula, æ, f. *laccio*, παγίδιον, laqueus, quem avibus, ſive feris tendimus. Hinc tranſlate Tendiculæ literarum ſunt captiones ex literis, & ſyllabis, cum non rei æquitati, ſed ſummo juri inſiſtimus, ipſiſque vocculis adverſarium irretire conamur. *Cic. pro Cæc. c.* 23. Tum aucupia verborum, & literarum tendiculas in invidiam vocant. ¶ Sunt etiam tendiculæ longæ perticæ, quibus fullones veſtimenta diſtendunt. *Sen. lib.* 1. *Quæſt. nat. c.* 3. Idem videbis accidere, ſi quando volueris obſervare fullonem, cum os aqua implevit, & veſtimenta tendiculis diducta leviter aſpergit. Alii tamen leg. *rudiculis* a *rudicula*, æ.

Tendo, is, tetendi, tenſum, & tentum, a. 3. *diſtendere*, *eſtendere*, נטה, Germ. *ſtrecken*, Gall. *étendre*, *tendre*, Hiſp. *eſtender*, τείνω, dilato, explico, extendo, ab antiquo tendo, quod eſt a τείνω, vel ab Æolico τέννω, quod idem notat. Antiquos autem tennere uſurpaviſſe, videmus apud *Terent. Phorm.* 2. 2. Quia non recte accipitri tennitur, neque milvio. Ita enim legendum eſſe conſtat ex *Donato*. *Cic. de Univ. c.* 6. Animum autem, ut in ejus medio collocavit, ita per totum tetendit. *Id. pro Font. cap.* 17. Tendet ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas pro vobis Diis immortalibus tendere conſuevit. *Virg.* 3. *Æn. v.* 268. Tendunt vela Noti. *Ovid.* 1. *de Art.* Scit bene venator, cervis ubi retia tendat. ¶ Speciatim ſumitur pro tentoria, ſeu tabernacula figere, & habitare. Extenduntur enim tentoria, dum ponuntur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 29. Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles. *Curt. l.* 7. *c.* 2. *in fin.* Hanc ſeorſim cohortem tendere ignominiæ cauſa jubet. ¶ Metaleptice, ſeu metonymice capitur pro offerre, porrigere, quia protendendo manum id fieri ſolet. *Virg.* 2. *Æn.* Plerumque patri tendebat Julum. ¶ Item pro vergere, inclinatum eſſe. *Plin. l.* 11. *cap.* 37. Tendit gula ad ſtomachum, deinde in ventrem. ¶ Item pro iter inſtituere, proficiſci, pergere. Nam ambulando iter, vel greſſum, ſeu pedes extendimus. *Virgil.* 1. *Æn. v.* 204. Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. *Et infra*: Greſſumque ad mœnia tendit. *Cic. Att. l.* 16. *epiſt.* 5. Itaque dubito, an Venuſiam tendam, & ibi expectem. ¶ Item pro conari. Nam qui conantur, brachia, pedes, & omnia membra extendunt. *Virg.* 2. *Æn.* Ille ſimul manibus tendit divellere nodos. ¶ Per tranſlationem *inſidias tendere*, eſt parare, ſtruere. Sumptum eſt a retibus, vel laqueis, qui avibus, & feris tenduntur. *Cic. pro Roſc. Com.* Ex perfidia, & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui. *Salluſt. in Catil. c.* 27. Interea Romæ multa ſimul moliri, Conſuli inſidias tendere. ¶ Item tendere tranſlate ſumitur pro objicere, proponere, exhibere, *porre innanzi*, *offerire*. *Cic. pro Font.* Sæ Pop. Rom. non metum belli, ſed ſpem triumphi tendere. *Id.* 1. *de Orat.* Et prope cunctis civibus lucem ingenii, & conſilii ſui porrigentem, atque tendentem. ¶ Item pro ſpectare, reſpicere, aliquid tanquam ſcopum ſibi præfigere. *Cic. ad Brut. ep.* 17. Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, ut ſit illi Octavius propitius. *Liv. lib.* 4. Ipſe, ut eſt animus humanus inſatiabilis, in quæ fortuna ſpondet, paulatim ad altiora, & non conceſſa tendere. ¶ Item pro operam dare, ſtudere, incumbere in aliquam rem. *Ovid. l.* 4. *Triſt. eleg.* 9. Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo. *Cic.* 5. *de Divin.* Ad reliqua acri tendebamus animo. ¶ Item pro reſiſtere. *Liv. l.* 4. *cap.* 8. Tribuni magis neceſſarium, quam ſpecioſi miniſterii procurationem intuentes, ne parvis quoque rebus incommodi adverſarentur, haud ſane tetendere. Adde *l.* 10. *cap.* 6. *ad fin.* ¶ Item pro contendere. *Liv. ibid. c.* 7. Tribunorum militum comitia ut habeantur, tendunt. ¶ Participia *Tenſus*, & *Tentus* V. infra ſuis locis.

Tendor, oris, m. tenſio, extenſio. *Apul. lib.* 4. *A. A.* Faucium tendore defatigata.

Tenebellæ, arum, f. parvæ tenebræ. *Claud. Mamert. l.* 2. *de ſtat. anim. c.* 9. Eruentur ex abditis tenebellarum.

Tenebræ, arum, f. 1. *tenebre*, *oſcurità*, חשך, Ger. *finſterniß*, Gall. *tenebres*, Hiſpan. *tinieblas*, σκότος, privatio luminis, a *teneo*, ut a *vertendo vertebra*, a *ſalio ſalebra*, quod homines in tenebris quaſi teneantur, nec libere ſe commovere audeant, metuentes, ne vel impingant aliquam, vel e locis ſublimioribus decidant. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcuraviſſe dicuntur. *Id.* 4. *Acad. c.* 19. Offundere tenebras alicui rei. *Et cap.* 5. Obducere tenebras rebus clariſſimis. *Liv. l.* 31. *c.* 23. Primis tenebris movit, *ſulle prime ore della notte*. *Cic. Phil.* 2. Prima luce, non tenebris diceris rediiſſe, *non di notte*. ¶ Secundum fabulas ſunt filiæ Erebi, & Noctis, *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quod ſi ita eſt, Cœli quoque parentes Dii habendi ſunt, Æther, & Dies, eorumque fratres, & ſorores, quia a genealogis antiquis ſic nominantur.

Digitized by Google

tur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miſeria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Heſperides, Somnia, quos omnes Erebo, & Nocte natos ferunt. ¶ Tranſlate hoc nomen ſumitur pro cujuſcunque rei obſcuritate, pro miſeriis, ærumnis. *Cic. pro Archia poeta:* Quæ jacerent in tenebris omnia, niſi literarum lux accederet. *Id. poſt red. in Sen.* Ex ſuperioris anni caligine, & tenebris lucem in Republ. Cal. Jan. deſpicere cœpiſtis. *Virg. Æn.* 2. *v.* 92. Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam.

Tenebrārius, a, um, adjectiv. *oſcuro, ignoto*, ut tenebrarius homo. *Vopiſc. in Firmo*, c. 2.

Tenebratio, onis, f. *ottenebrazione, offuſcamento*, ut tenebratio viſus. *Cal. Aurel. Tard.* 1. c. 2.

Tenebrĭco, as, n. 1. *ottenebrarſi*. *Tertul. adverſ. Jud.* c. 13. Sol media die tenebricavit.

Tenebricōſitas, atis, f. caligo, tenebræ. *Cal. Aurel. Tard.* 1. c. 4. Tenebricoſitate vexari.

Tenebricōſus, a, um, *tenebroſo, oſcuro*, אפל, Ger. *finſterich*, Gal. *tenebreux*, Hiſp. *lleno de tinieblas*, σκοτώδης, obſitus tenebris, offuſus tenebris, obſcurus. *Cic.* 4. *Acad.* Eſſe ſenſus quidem nec obſcuros dicit, nec tenebricoſos. *Id. in Piſon.* c. 8. Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa. *Id. in Vatin.* c. 5. Illud tenebricoſiſſimum tempus ineuntis ætatis ſuæ patiar latere.

Tenebrĭcus, a, um, idem ac tenebricoſus, apud Poetas. *Cic.* 2. *Tuſc. cap.* 9. *ex Poeta:* Hæc a tartarea tenebrica abſtractum plaga Tricipitem eduxit Hydra generatum canem. *Tertul. de Pal.* c. 4. Tenebrica veſtis. h. e. atra.

Tenebriōnes, m. 3. qui tenebras ſectantur, ſeu in tenebris deliteſcunt, qui etiam lucifugæ dicuntur, vel qui mendaciis, & fraudibus ſuis tenebras ob oculos hominum objiciunt. *Var. apud Non.* c. 1. n. 67. Si accuſator, & reus erunt tenebriones, uterque utrunque vituperato.

Tenĕbro, as, a. 1. *ottenebrare*, tenebras induco. *Apul. l.* 8. *Metam.* Jam veſpera ſemitam tenebrante. *Lactant. lib.* 4. *cap.* 19. Tenebrabitur dies lucis.

Tenebrōſus, a, um, *tenebroſo, oſcuro*, אפל, German. *voll finſter*, Gall. *tenebreux*, Hiſpan. *oſcuro*, σκοτεινός, quod tenebris plenum eſt. *Var. l.* 3. *de R. R. cap.* 9. *de gallinis:* Eas includunt in locum tepidum, & anguſtum, & tenebroſum. *Virg.* 6. *Æn. v.* 107. Quando hic inferni janua Regis Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo. *Ovid.* 5. *Met.* Hanc metuens cladem, tenebroſa ſede Tyrannus Exierat. *Tertul. de anim.* c. 8. Tenebroſior carcer. *Cod. Juſtin. lib.* 6. *tit.* 43. *leg.* 3. Tenebroſiſſimus error.

Tenedĭus, a, um Τενέδιος, quod ad Tenedum inſ. ſpectat. *Tenedius vir*, prov. de judice ſevero, teſte *Euſtathio*. *Tenedia ſecuris*, prover. pro expedita, & ſevera juſtitia. Hæc proverbia inde nata ſunt, quod Tenedii cauſas citiſſime terminabant. Duas enim, auctore *Suida*, ſecures ſuſpenſas in judicio tenebant, quarum altera juxta judicem parata erat: Nam Tenes Rex legem tulerat, ut a tergo judicis adſtaret aliquis ſecurim manu tenens, paratus percutere reum, vel qui falſum juraſſet. *Cic. ad Q. Fr. lib.* 2. *ep.* 9. Tenediorum igitur libertas ſecuri Tenedia præciſa eſt, cum eos, præter me, & Bibulum, & Calidium, & Favonium, nemo defenderet. ¶ *Tenedius ſidicen*, prov. pro calumniatore, & falſo teſte. Tractum ab eo, quod Philonome tibicinem ſuum dicatur ſubornaſſe, qui apud Cygnum teſtaretur, ipſam a Tenede de ſtupro fuiſſe interpellatam. V. *Eraſm. Chiliad.* ¶ Tenedii, Tenedi incolæ. *Cic.* 3. *Ver.* c. 19.

Tenĕdos, ſeu Tenedus, f. 2. olim Leucophrys, item Calydna, nonnullis etiam Phœnice, & Lyrneſſos, *Tenedo*, Τένεδος, inſ. parva, ſed amœna Aſiæ min. in mari Ægæo, ſive Helleſponto, contra Sigeum prom. Troadis. In hanc ex Troade navigavit cum novis colonis Tenes Cycni filius, conditaque urbe de nomine ſuo Tenedon eam vocavit, a qua & inſula denominata eſt. Sacra fuit Apollini, qui ibi præcipue colebatur. Ante bellum Trojanum florentiſſima fuit, in qua Græci ſupremas illas, quibus Troja periit, inſidias ſtruentes, ſe ſe occultarunt. Ei adjacent ad Auſtr. Calydnæ, inſulæ duæ. *Cic.* 3. *Ver.* c. 19. Tenedo Tenem ipſum, qui apud Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidiſſe, cujus ex nomine Tenedos nominatur, hunc ipſum, inquam, Tenem pulcherrime factum, quem quondam in Comitiis vidiſtis, abſtulit magno cum gemitu civitatis. Adde *Virg.* 2. *Æn. v.* 22.

Tenellŭlus, a, um, diminut. a tenellus. *Catul. ep.* 17. Ut puella tenellulo delicatior hœdo.

Tenellus, a, um, *tenerello*, λίαν ἁπαλός, ἁπαλώτερος, dimin. a tener. *Plaut. Caſ.* 4. 1. *v.* 20. Bellam, & tenellam Caſinam. *Var. lib.* 3. *de R. R. cap.* 41. Aqua recenti inſito inimica, tenellum enim cito facit putre.

Tenĕo, es, nui, ntum, a. 2. *tenere*, ἔχω, καταλαμβάνω, apprehendo, poſſideo, occupo. *Virg.* 1. *Æn.* Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. h. e. portum occupat. *Cic.* 1. *Tuſc.* Et cum pene in manu jam mortiferum illud teneret poculum. h. e. haberet. *Id.* 2. *Off.* Propterea quod jam longo ſpatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. h. e. poſſidebantur. *Id. pro Leg. Man.* Quam provinciam tenuiſtis a prædonibus liberam per hoſce annos? ¶ Sæpe notat habitare. *Virg.* 4. *Georg.* Quæ gurgitis hujus ima tenes. *Liv. lib.* 2. *cap.* 5. Qui ex eo genere Arcadum multis ante tempeſtatibus ea tenuerat loca. ¶ Item detinere. *Cic. Att. l.* 11. Nunc quidem, niſi quid te tenuit, ſuſpicor te eſſe in ſuburbano. *Id. l.* 11. *Fam.* Non tenebo te pluribus, *non ti tratterrò più a lungo*. *Id. lib.* 16. *ep.* 2. Septimum jam diem Corcyræ tenebamur. ¶ Item includere, continere. *Virg.* 2. *Georg.* Texendæ ſepes etiam, & pecus omne tenendum. ¶ Item ſervare, tueri, defendere. *Virg.* 8. *Æn.* Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat. *Caſ. l.* 4. *B. G.* Sabinus inferior omnibus rebus, loco ſe, & caſtris tenebat. h. e. ſalutem ſuam caſtrorum vallo tuebatur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Cum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, ſpiritu. *Id.* 1. *Phil.* Si conſuetudinem meam, quam ſemper in Repub. habui, tenuero. *Id. pro Cæc.* Ut per interdictum meum jus teneam, atque injuriam ſuam perſequar. ¶ Item dirigere. *Virg.* 1. *Æn.* Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris? Quove tenetis iter? *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Iſque cum ſecundiſſimo vento curſum teneret. ¶ Item tegere. *Virg.* 1. *Georg.* Et obducto late tenet omnia limo. ¶ Tranſlate ſumitur pro intelligere. *Terent. Heaut.* 4. 3. Tenes, quid dicam? *Id. Andr.* 3. 2. Teneo, quid erret. *Cic. in Orat.* Quam uſu non cernimus, tamen animo tenere poſſumus. ¶ Item pro ſcire. *Cic.* 1. *de Divin. cap.* 15. Quæ a Romanis auguribus ignorantur, a Cilicibus tenentur. ¶ Item pro meminiſſe, reminiſci. *Virg.* 9. *Ecl.* Numeros memini, ſi verba tenerem. *Martial. lib.* 4. *epigr.* 37. Et teneo melius iſta quam meum nomen. ¶ Item pro coercere, cohibere, habere aliquem ſuis conſiliis obtemperantem. *Cic.* 7. *Ver.* Paulo ante, Judices, lacrymas in morte miſera atque indigniſſima navarchorum non tenebamus. *Id. de clar. Or.* Somnum iſto loco vix tenebamus. *Id.* 4. *Acad.* Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet. *Id. ad Q. Fr. lib.* 3. Ego tamen teneo ab accuſando vix me hercule. ¶ Item pro ligare, conſtringere, impedire. *Cic.* 6. *Ver.* Seque cum ſumma religione, tum ſumma metu legum, & judiciorum teneri. *Ovid.* 10. *Metam.* Sed quoniam fatali lege tenemur, Semper eris mecum. ¶ Item pro obligare, obnoxium reddere. *Cic.* 3. *Off.* Quandiu jurejurando hoſtium teneretur. *Id. ad Q. Fr. lib.* 1. Ut qui non diſceſſiſſet, ea pœna, quæ eſt de vi, teneretur. *Sen. de Benef. lib.* 5. *cap.* 8. Alligavit, & clauſit, de vi non tenetur. *Ulpian. ff. de furt.* Si quis uxori res mariti ſubtrahenti opem, conſilium accommodaverit, furti tenebitur. ¶ Item pro convincere, coarguere. *Cic.* 4. *Acad.* Si recte concluſerit, teneri; ſi vitioſe, minam Diogenes reddet. *Id.* 7. *Ver.* Quæ ſi dices, tenebere; ſin alia dices, quæ a me dicta ſunt, non refutabis. *Id. ibid.* Neque ſolum argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur. ¶ Item pro occupare. *Cic. de clar. Orat.* Et ſi me facile omni tuo ſermone tenuiſti. *Id. lib.* 7. *Fam. ep.* 34. Cælius tuus, & Dolabella noſter, vel potius uterque noſter, ſtudiis iiſdem tenentur. ¶ Item pro corripere, occupare, poſſidere. *Sall. in Jug.* Forte apud illum, quem inhoneſta, & perniicioſa libido tenet. Item pro obtinere. *Caſ. l.* 3. *B. C.* Pompejus interclusus Dyrrachio, ubi propoſitum tenere non potuit. *Quintil. l.* 2. c. 1. Tenuit conſuetudo, quæ quotidie magis invaleſcit, ut &c. *Liv. l.* 4. c. 30. Plebs tenuit, ne conſules crearentur. ¶ Item pro gubernare, adminiſtrare. *Cic.* 1. *Offic.* Pompilius Imperator tenebat provinciam. ¶ Item pro delectare. *Cic.* 5. *Fin.* Ut pompa, ludis, atque ejuſmodi ſpectaculis teneantur? *Id.* 1. *de Leg.* Cujus ſtudio teneor. *Id. Att. lib.* 1. *ep.* 7. Summum me eorum ſtudium tenet, ſicut odium jam cæterarum rerum. ¶ Item pro durare. *Caſ. l.* 4. *B. G.* Romæ fœdum incendium per duas noctes, ac diem unum tenuit. ¶ Item paſſive pro conſtare. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 30. Non his modo cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ conjunctionis, ſed iis etiam, quæ familiaritate, & conſuetudine tenentur. ¶ Et pro ſtare, inniti. *Cic. Att. l.* 15. Occidimus, occidimus, Attice, jam pridem nos quidem, ſed nunc fatemur, poſteaquam unum, quo tenebamur, amiſimus.

Tener, a, um, *tenero, molle*, רך, Germ. *zart*, Gall. *tendre*, Hiſp. *tierno*, ἁπαλός, mollis, delicatus, minime robuſtus, a Græco τέρην, quod idem notat, per Metatheſin. *Virg.* 2. *Georg.* Adeo a teneris conſueſcere multum eſt, *da fanciullo*. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 6. Qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. h. e. ab infantia. *Col. l.* 5. c. 6. *de arboribus*. Eam partem caeli ſpectent, cui a tenero conſueverunt. ideſt cum adhuc teneræ eſſent. *Plin. l.* 13. c. 4. Ramorum tenerrimus. ¶ Uſurpatur etiam de rebus incorporeis. *Cic. de Amic.* Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram, & quaſi ferream eſſe volunt, quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera, & tractabilis. *Id. in Or.* Nam cum eſt oratio mollis, & tenera, & ita flexibilis, ut ſequatur, quocunque torqueas. ¶ Aliquando notat mollem, effœminatum, languidum. *Cic. Fam. l.* 5. *ep. ult.* Verum enim ſcribam: teneriore animo es. *Juven. ſat.* 1. Spado tener.

Tenerāſco, is, n. 3. idem ac teneſceſco. *Lucret. l.* 3. *v.* 767. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem.

Tenĕre, adv. *teneramente, delicatamente*. *Pallad. l.* 1. *tit.* 6 *in fine:* Agri præſulem non ex delicatis, & tenere educatis ſervulis ponas. *Plin. lib.* 4. *ep.* 27. Audivi recitantem Sentium multa tenuiter, multa venuſte, multa tenere, &c. *Petron. in ſat.* Complexit illa tenerius mater. *Plin. l.* 23. c. 3. Cortex quam tenerrime deraſus.

Teneréſco, is, n. 3. ſine præt. & ſup. *intenerirſi*, רך, Ger. *zart werden*, Gal. *s'attendrir*, Hiſp. *enternecerſe*, ἁπαλύνομαι, tener fio, miteſco. *Plin. l.* 17. c. 2e In tantum teneraſcere acinos, ut rumpantur. *Id. l.* 28. c. 12. Cutem in facie erugari, & teneraſcere, & candorem cuſtodiri lacte aſinino putant.

Tenĕrĭtas, atis, f. *tenerezza*, ἁπαλότης, mollities. *Cic.* 5. *Fin.* c. 21. In primo enim ortu ineſt teneritas, & mollities quædam, ut nec res videre optimas, nec agere poſſint.

Tenerĭtūdo, inis, f. idem ac teneritas. *Var. l.* 2. *de R. R.* c. 36. Sic ſaginatur ſues, & carne teneritudinem habet.

Tenes, æ, m. 1. Τένης, filius Cycni, & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholiaſtes. *Cic.* 3. *Ver.* c. 19. Tenem apud Tenedios in Sicilia putant eſſe ſanctiſſimum Deum, ac eorum urbem condidiſſe.

Teneſmus, i, m. *pondi, teneſmo*, τεινεσμός, τηνεσμός, frequens, ſed irrita dejiciendæ alvi cupiditas cum tumore ſedis, muccoſa quædam tantummodo, & interdum cruenta egerentis, a τείνω, *tendo*, quia provenit ex humoribus quibuſdam bilioſis inteſtina extendentibus, & vellicantibus. *Plin. lib.* 28. *cap.* 14. Teneſmus, ideſt crebra, & inanis voluntas egerendi. *Nep. in Att. cap.* 21. Nactus eſt morbum, quem medici putarunt eſſe teneſmon. *Celſ. lib.* 4. *cap.* 18. hanc vocem ſcribit græcis literis. ¶ Legitur & *tenaſmus*, præſertim in aliquibus *Plinii* codicibus.

Tenitæ, f. 1. Parcæ. *Feſt.* Tenitæ (ita eſt in manuſcriptis) ſortium Deæ, quia ſortium tenerent poteſtatem. Alii leg. *Tenitæ*.

Tenitrus, maſc. 2. *Monte di Pollino*, mons Macedoniæ, in ora Occid. inter Apolloniam, & Dyrrhachium, Apolloniæ propior, a quo hodie nominatur.

Tenor, oris, m. *tenore, tono, accento*, טעם, Germ. *thon*, Gall. *teneur, accent*, Hiſpan. *tenor*, τόνος, accentus, a τείνω, extendo, quemadmodum etiam Græci ab eodem verbo τόνον dixere. *Quint. l.* 1. c. 5. Adhuc difficilior obſervatio eſt per tenores, quos quidem antiquos dictos tonores comperi, videlicet declinato a Græcis verbo, qui τόνους dicunt, vel accentus, quos Græci προσῳδίας vocant. *Et infra*. Item *Quantum*, *Quæ* interrogantes gravi, comparantes acuto tenore concludunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſerie, continuatione æquabili, progreſſu, *tenore, continuazione*. *Cic. in Orat.* c. 6. Iſque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem, & æquabilitatem. Loquitur Cicero de æqualitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures. *Virg.* 2. *Georg.* Non alios prima creſcentis origine mundi Illuxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem Crediderim. *Liv. l.* 8. Fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ in defatigationem ultimam, aut noctem ſpectabat. *Id. l.* 5. c. 5. Tenere uno rem peragere.

Tenos, f. 2. *Teno*, *Tina*, *Tine*, *Tine*, inſ. parva maris Ægæi, una Cycladum, circuitu 15. M. P. cum arce permunita in monte, cum urbe, Alliis abundat, quibus Tenii frequenter veſcuntur. In ea fons eſt, cujus aqua vino non miſcetur, teſte *Athenæo*. *Plin. l.* 4. *cap.* 12. ſcribit, Hydruſſam etiam appellatam eſſe ob aquarum copiam.

Tenſæ, arum, f. (pro quo nonnulli *thenſæ* ſcribunt) *carrette da proceſſione*, erant ſacri currus, ſuper quos in ludis Circenſibus Deorum ſimulacra collocabantur. *Aſcon. in* 3. *Ver.* Thenſæ ſacra ſunt vehicula pompa ordinum, & hoſtiarum. Thenſas alii a divinitate dici putabant, alii, quod ante ipſas lora tendantur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. *Cic. de Aruſp. reſp. cap.* 11. Te appello, Lentule, cujus ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. *Liv. lib.* 5. *cap.* 41. Quæ auguſtiſſima veſtis eſt tenſas ducentibus, triumphantibus...

phantibuſve, et veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere. *Sueton. in Aug. c. 43. ad fin.* Thenſas deducere.

Tenſio, onis, f. actus extendendi, *tenſione*. *Vitr. l. 1. c. 1.* Brachia, quæ in eas tenſiones includuntur. ¶ Tenſio nervorum, tenſio præcordiorum, morbi quoddam eſt genus apud *Scribon. Larg. compoſit.* 253. & 258.

Tenſura, ræ, f. idem quod tenſio. *Veget. l. 1. c. 25.*

Tenſus, a, um, *teſo, diſteſo*, τεταμένος. *Stat. l. 3. ſilv. 1. v. 31.* Tenſoque modos imitabitur arcu. *Idem 9. Theb. v. 475.* Tenſo poplite. *Quint. l. 11. c. 3. ante med.* Vox quo remiſſior, hoc gravior: quo tenſior, hoc acuta magis eſt.

Tentabundus, a, um, πειράζων, nunc hoc, nunc illud tentans. *Liv. lib. 21. cap. 36.* Ut ægre expeditus miles tentabundus, manibuſque retinens virgulta, ac ſtirpes circa eminentes demittere ſe ſe poſſet, *brancolone, brancolando*.

Tentamen, inis, n. *ſperimento, prova*, idem ac tentatio. *Ovid. 3. Metam. v. 341.* Prima fide, vociſque datæ tentamina ſumpſit Cærula Liriope. Ubi *fide* dixit pro *fidei*, more antiquo.

Tentamentum, ti, n. *eſperimento*. In veteribus codicibus apud *Virgil.* & alios, *tempto*, & *temptamentum* legitur cum *p*. Sed poſteriores hæc merito repudiarunt. *Virg. 8. Æn.* Nec prima per artem Tentamenta tui pepigi. h. e. cum nullo antea pactus ſum, ut te aut per artem aliquam, aut per legatos probarem, ſed intrepidum me tibi commiſi. *Ovid. l. 7. Met.* Meditataque pene reliqui Tentamenta fide. Poſuit *fide* pro *fidei*, ut diximus in voce præcedenti. *Gell. l. 9. c. 13.* Tentamenti gratia.

Tentatio, onis, f. *prova, eſperienza*, נסוי, Germ. *verſuchung*, Gall. *tentation, eſſay*, Hiſp. *tentation*, πειρασμός, experimentum. *Liv. lib. 4. cap. 42.* Ægre Hortenſius peti, tentationem eam credens eſſe perſeverantiæ ſuæ. *Cic. Att. l. 10. ep. 17.* Valetudinem tuam jam confirmatam eſſe & a vetere morbo, & a novis tentationibus, gaudeo, *da e nuovi aſſalti del male*.

Tentator, oris, m. *tentatore*, πειραστής, qui tentat. *Hor. l. 3. od. 4.* Notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

Tentatus, a, um, *tentato*, πειρασθείς, particip. a tentor. *Ovid. 1. de Ar.* Opprime tentatam, nec niſi victor abi. *Nep. in Epamin. c. 4.* Tentata eſt ejus abſtinentia. *Vellej. l. 2. c. 71.* Tentata hoſtis miſericordia. ¶ Item affectus, afflictus, ut tentatum frigore corpus. *Hor. l. 2. ſat. 2. v. 80.*

Tentigo, inis, f. ντεντιγμός, pruritus libidinis, a *tendo*, quia eo morbo inguina tum in viris, tum in fœminis extenduntur. *Auctor Priap.* Turpe quidam dictu, ſed, ſi tentigine rumpar, Falce mihi poſita fies amica manus. *Juven. ſat. 6. v. 128. de Meſſalina:* Tamen ultima cellam Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ.

Tentipellium, ii, n. id quo pellis dilatatur. Pro *tentipellium* in quibuſdam manuſcriptis *Feſti* codicibus perperam *tantipellium* per *a* legitur. Nomen habet a tendenda pelle. Verum non convenit inter *Verrium*, & *Feſtum*, num pellis nomine intelligi debeat humana, an bubula. *Verrius* intellexit pellem humanam, ut qui dicat, eſſe medicamentum, quo rugæ extenduntur. Verrii opinionem confirmat tum hic *Titinnii* locus, quem Verrius adducebat: Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur tuæ: tum itidem, quod in veteribus Gloſſis legitur: *Tentipellium*, φάρμακον τῆς ῥυτίδος. hoc eſt medicamentum ad rugas. *Feſtus* vero bubulam pellem intelligit, quippe qui velit eſſe calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur. Ubi per *pelles* manifeſte calceos ſignat, quomodo & *Ovidius* dixit *l. Am.* Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Tento, as, a. 1. *tentare, toccare*, נסה, Germ. *verſuchen*, Gal. *tenter, eſſayer*, Hiſpan. *tentar*, πειράζω, explore, inquiro, a *tentum* ſupino verbi *teneo*. Eſt enim diu, multumque tenere, ac manibus tractare, ut ſolent aliquid exploraturi. *Cic. 2. de Leg. cap. 3.* Flumen ita frigidum, ut vix pede tentare id poſſim. *Colum. lib. 8. cap. 11.* Sæpiuſque digitis loca fœminarum tentanda ſunt: Nam in promptu gerunt ova. ¶ Tranſlate ſumitur pro conſiderare, contemplari. *Cic. 3. de leg.* Homo cum ſe ipſe perſpexerit, totumque tentarit. ¶ Item pro experiri, periculum facere. *Cic. 7. Ver. cap. 50.* Belli fortunam tentare, ac periclitari ſolent. *Id. pro Cluent.* Cum eſſent animi ſervorum & ſpe, & metu tentati, ut aliquid in quæſtione dicerent. *Id. 1. Tuſc.* Tentavi, quid in eo genere poſſem. *Ulpian. l. ſi non mortis, ff. de inoffic. teſtam.* Si quis reſcindere teſtamentum tentet. h. e. conetur. ¶ Item pro conari labefactare, ſeu corrumpere, ut *Tentare judicium, juſtitiam, integritatem, pudicitiam &c.* *Cic. pro Cluen.* Judicium pecunia eſſe tentatum non a Cluentio, ſed contra Cluentium. *Juv. ſat. 10. v. 304.* nam prodiga corruptoris Improbitas ipſos audet tentare parentes. ¶ Item pro irritare. *Cic. l. 13. Fam.* Erat enim metus injectus iis nationibus, quas nunquam Pop. Rom. neque laceſſendas bello, neque tentandas putavit. ¶ Item pro invadere, infeſto animo petere, ut *Tentare ſenectutem*, vel *ſolitudinem alicujus*, idest aggredi, & quatere aliquem ſenectute, vel neceſſariorum inopia infirmum. *Cic. pro Rab. perd. reo:* Idcirco in omnibus iis evertendis unius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoque tentata eſt. *Flor. l. 2. cap. 14.* Virem Thraciæ auxiliis validum temere tentavit. h. e. armis aggreſſus eſt. *Caſ. l. 3. B. C. c. 40.* Simul ex terra ſcalis, & claſſe murum oppidi tentavit. ¶ Item pro commovere, perturbare, urgere. *Cic. 4. Tuſc. c. 14.* Illud animorum, corporumque diſſimile eſt, quod animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. *Sueton. in Aug. c. 81.* Præcordiorum inflatione tentari. *Id. in Veſpaſ. c. 24.* Motiunculis levibus tentari. ¶ Hinc vinum tentare pedes, & caput dicitur, quoniam vires adimit, & vacillare facit. *Virg. 2. Georg.* & *Plin. l. 23. c. 1.*

Tentoriolum, i, n. parvum tentorium. *Hirt. l. 5. B. Afric. c. 47.* Reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, ex arundinibus coris intextis, permanebant.

Tentorium, rii, n. *padiglione*, אהל, Ger. *zelt*, Gal. *tente, pavillon*, Hiſp. *real, tienda*, σκηνή, ἀυλαία, σκήνωμα, tabernaculum extenſis velis contra æſtum, coliive injuriam excitatum, a *tentum* ſupino verbi *tendo*. *Ovid. 3. Faſt. v. 527.* Sub Jove pars durat, pauci tentoria ponunt. ¶ Inter tentorium, & papilionem hoc eſt diſcriminis, quod tentorium proprie dicitur, quod ad brevem moram figitur, papilio vero eſt ad diu morandum aptum tabernaculum. *Trebel. Poll. in XXX. Tyran. n. 13.* Cui erant ſigillata tentoria, & aurati papiliones. Quod tamen diſcrimen non ſemper ſervatur.

Tentorius, a, um, quod ad tentorium ſpectat. *Trebel. Pol. in Claud. c. 14.* Pellium tentoriarum decurias triginta.

Tentum, i, n. αἰδοῖον, veretrum, membrum virile, a ſup. *tentum* verbi *tendo*. *Catul. carm. 79. in Gell.* Grandem te medii tenta vorare viri. ¶ Significat etiam tentorium. *Flor. l. 2. c. 12.* In tentum recepit. Ita legit *Salmaſius*. alii aliter.

Tentus, a, um, *diſteſo, teſo*, idem ac tenſus. *Hor. Epod. 16.* Refertque tenta grex amicus ubera. *Id. l. 2. ſat. 3.* Seu pingui tentus omaſo Furius. h. e. diſtentus. ¶ Eſt etiam idem quod detentus, retentus, a *teneor*. *Ammian. l. 16. c. 12.* Pignore tentus in Gallis. Et *l. 29. c. 3.* Ut tentus cuſtodiretur.

Tentyra, orum, n. (*Juven. ſat. 15. v. 76.*) & Tentyris, idis (*Plin. l. 5. c. 9.*) f. urbs Ægypti in inſula cognomine, ubi crocodilorum copia.

Tentyrites, m. a. τεντυρίτης, pop. inſ. Tentyridis in Ægypto. Accipitrem pro Deo colebant, ſerpentes olfactu fugabant, tanto terrori erant crocodilis, ut vel vocem eorum expaveſcerent, eaque audita protinus diffugerent. *Plin. l. 8. c. 25.*

Tenuabilis, le, adject. *aſſottigliante, ſottigliante*. *Cal. Aurel. Acut. 3. 4.* Unctiones tenuabiles, & apertibiles.

Tenuatim, adverb. *ſottilmente*. *Apic. l. 2. c. 4.* Inteſtinum perquam tenuatim productum.

Tenuatus, a, um, *aſſottigliato*, λεπτυνθείς, partic. a tenuor. *Hor. l. 2. ſat. 2.* Seu recreare volet tenuatum corpus, &c. *Ovid. 3. Met.* Tenuata vox.

Tenueſcens, tis, qui tenuatur. *Conſorin. in fragment. quod ei tribuitur, c. 3.* Creſcente luna pubeſcunt, tenueſcente tenuantur.

Tenuiarius, ii, m. qui veſtes tenues conficit. Legitur in duabus Inſcriptionibus apud *Gruter. pag. 650. n. 8. & 1067. n. 8.* & apud *Voſſ. l. 2. de vit. ſerm. c. 32.*

Tenuiculus, a, um, *aſſai tenue*, ψιλόβιος, ἀραιός, dim. a tenuis. *Cic. l. 9. Fam. epiſt. 19.* Tenuiculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum.

Tenuis, & nue, o. 3. *ſottile, tenue*, דק, דל, German. *dunn*, Gall. *menu, delie*, Hiſpan. *delgado, ſutil*, λεπτός, ſubtilis, exilis, gracilis, cujus antitheton eſt *craſſus*. Eſt a τείνω, quod eſt tendere. Ut proprie ſit idem, quod τεταμένος, *extentus, expanſum*. Nam quæ extenduntur, ea attenuantur, ut liquet in pannis, laminis, atque aliis. *Virg. 4. Æn.* Et tenui telas diſcreverat auro. *Cic. de Fat.* Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici; craſſum Thebis, itaque pingues Thebani, ac valentes, *aria ſottile*. *Id. 2. de nat. Deor.* Tenuiſſimæ membranæ. ¶ Sumitur etiam pro parvo, exiguo. *Cic. 4. Verr.* Bidis oppidum eſt, tenue ſane, non longe a Syracuſis. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. pro Cæc.* Qui metu, ac tenui ſæpe ſuſpicione periculi fugiunt. ¶ Aliquando uſurpatur pro parco. *Horat. in Art.* In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis. *Cic. 5. Tuſc.* Negat, ullam in ſapiente vim eſſe fortunæ, tenuem victum antefert copioſo. ¶ Item pro humili, ut ſtylus tenuis. *Cic. in Orat.* Et contra tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes. ¶ Item pro paupere. *Cic. in Partit.* Si obſcuri teſtes erunt, aut tenues, dicendum erit, non eſſe ex fortuna fidem ponderandam. *Id. 3. de Leg.* Quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint. ¶ Item pro imbecillo. *Caſ. l. 5. B. G. c. 40.* Ipſe Cicero cum tenuiſſima valetudine eſſet. ¶ Item pro acri, ingenioſo. *Cic. 4. Acad. c. 14.* Tenuis, & acuta diſtinctio. ¶ Poetæ metri cauſa *u* ſyllabam in hac voce conſonantem faciunt, & *te* producunt. *Virg. 2. Georg.* Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis. *Id. ibid. l. 1.* Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.

Tenuitas, atis, *tenuità, ſottigliezza*, λεπτότης, gracilitas, ſubtilitas. *Cic. 1. Tuſc.* Cujus ea in conſpectum videatur animus, ut tanta ſit ejus tenuitas, ut fugiat aciem. *Plin. l. 8. c. 33. de chamæleonte:* Cauda prælonga in tenuitatem deſinens. ¶ Tranſlate dicitur de oratione. *Cic. 3. Fin. c. 15.* Propter limatam quandam & rerum, & verborum tenuitatem. ¶ Item per tranſlationem ponitur pro paupertate, rei familiaris anguſtiis. *Cic. 2. Off.* Propter ærarii tenuitatem. *Id. l. 16. Fam. ep. 21.* Ut poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuiter, adv. *ſottilmente*, λεπτῶς, graciliter, ſubtiliter. *Caſ. lib. 3. bel. Gall. c. 13.* Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. 4. Verr.* Jamdudum enim mihi omnium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor. *Id. 2. de Inv. cap. 16.* Sed illæ tenuius, & acutius, & ſubtilius tractantur, hi autem gravius, & ornatius. *Id. 6. Verr. cap. 16.* Juſſit Timarchidem æſtimare argentum, quo modo? quo qui unquam tenuiſſime in donatione hiſtrionum æſtimavit.

Tenuo, as, a. 1. *ſottigliare, aſſottigliare*, דקק, Ger. *dunn machen*, Gal. *amenuiſer*, Hiſp. *adelgazar*, λεπτύνω, tenuem, ſubtilem, macrum, debilem facio. *Virg. 3. Georg.* Ipſa autem macie tenuant armenta volentes. *Ovid. 1. de Pont. ep. 7.* Vomer tenuatur ab uſu, h. e. minuitur, teritur. *Quint. l. 2. c. 10.* Ita ſibi quoque tenuandos adipes. ¶ Tranſlate *Horat. l. 3. od. 3.* Magna modis tenuare parvis. h. e. elevare, minora facere.

Tenus, oris, n. *laccio*, laqueus qui tenditur ad aves capiendas. *Plaut. Bacch. 4. 6. 22.* apud *Non. cap. 1. n. 17.* Ab tranſenna hic turdum lumbricum petit; pendebit hodie pulcre; ita intendi tenus. ¶ *Servius in 6. Æn. v. 62.* Tenus dici ait extremam arcus partem, ubi nervus colligatur.

Tenus, *fino*, עד, German. *biſſen*, Gall. *juſques*, Hiſpan. *haſta*, μέχρι, uſque ad, præpoſitio ex iis, quæ ablativo, vel genitivo ſerviunt, & in oratione ſemper poſtponitur. Uſurpatur autem vel abſolute. *Hor. lib. 1. ep. 1.* Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur ultra, *fino a qualche ſegno*. V. Quadantenus. ¶ Vel cum ablativo, ſi cum nomine numeri ſingularis jungatur. *Cic. pro Dejot. cap. 13.* Antiochus a Scipione devictus Tauro tenus regnare juſſus eſt. *Id. de Off.* Sunt quidam homines non re, ſed nomine tenus, *ſolo di nome*. *Id. 3. de Leg. cap. 6.* Non veteres verbo tenus acute illi quidem, ſed non ad hunc uſum popularem atque civilem de republica diſſerebant. h. e. diſputandi tantum gratia, *in ſpeculativo*. ¶ Reperitur etiam cum accuſativo. *Flacc. lib. 1. v. 538.* Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro. ¶ Vel cum genitivo cum nominibus numeri pluralis. *Virg. 3. Georg. 53.* Et crurum tenus a mento palearia pendent. *Cic. ad Fam. 8. ep. 1.* Illi rumores de Comitiis Cumarum tenus caluerunt. ¶ Cum nominibus numeri pluralis etiam cum ablativo reperitur. *Celſ. l. 1. c. 3.* Demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam.

Teos, f. 2. Teios, *Sıgıſın*, urbs, & portus Joniæ, in ora lit. inter Erythras ad Bor. & Colophonem ad Auſtr. patria Anacreontis, & Erinnæ poetriæ. V. Teium. ¶ Item inſ. Joniæ. ¶ Item urbs Scythiæ, ad paludem piſcibus refertam, cui ſtivo tempore oleum innatat tanta copia, ut in vaſa colligi poſſit, & neceſſariis uſibus adhiberi. *Steph.*

Tepefacio, is, eci, actum, a. 3. *far tepido, riſcaldare alquanto*, Ger. *lauw machen*, Gal. *tiedir, faire tiede*, Hiſp. *entibiar*, θερμαίνω, tepidum reddo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 15. de Sole.* Is ejus tactus eſt, non ut tepefaciat ſolum, ſed etiam ſæpe comburat. *Hor. l. 2. ſat. 3.* In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.

Tepefactus, a, um, *fatto tepido*, partic. a tepefio. *Virg. 9. Æn.* Atra tepefacta cruore Terra. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Frigoribus adjectis durescit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore.

Tepefio, is, factus ſum, n. paſſ. anom. *farſi tepido*, χλιαίνομαι, tepidus fio. *Plin. l. 21. c. 6.* Mature tepefiunt.

Tepens, entis, o. 3. *tepido*, χλιαινόμενος, partic. a tepeo. *Virg. 3. Georg.* Zephyriſque tepentibus auris Laxant arva ſinus.

Tepeo, es, pui, ſine ſup. *eſſer tepido*, German. *lauw ſeyn*, Gall. *etre tiede*, Hiſpan. *ſer tibio, entibiarſe*, χλιαίνομαι, χλιαρός εἶμαι, ἀλεάζω, tepidus ſum. *Cato de re ruſt. c. 69.* Ubi temperata tepebit, tum commiſceto. *Plin. lib. 29. cap. 4.* Carnibus gallinaceorum, ita ut tepeant avulſis, appoſitis, venena ſerpentium domantur. ¶ Tranſlate tepere aliquo, eſt amoris ignem concipere erga aliquem, *innamorarſi*. *Horat. l. 1. od. 4.*

Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet juventus, & mox virgines tepebunt. ¶ Interdum ſignificat, in amore remiſſum eſſe. *Ovid. 2. Amor. eleg. 2. ad fin.* Seu tepet, indicium ſecuras prodis ad aures, Sive amet, officio fit miſer ille tuo.

Tepeſco, is, n. 3. *farſi tepido*, Germ. *lauw werden*, Gall. *devenir tiede*, Hiſp. *entibiarſe*, χλιαίνομαι, tepidus fio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Atque etiam maria agitata ventis ita tepeſcunt, ut intelligi facile poſſit, in tantis illis humoribus eſſe incluſum calorem. *Virg. 9. Æn.* Et ſtat ferrum in pulmone tepeſcit. ¶ Ponitur etiam pro calorem remittere, deferveſcere, *intepidirſi*. Tranſlate *Lucan. l. 4. v. 284.* Paulatim cadit ira ferox, menteſque tepeſcunt.

Tephrīa, æ, f. marmoris genus coloris cinerei, a τέφρα, *cinis*. *Plin. l. 36. c. 7.* Contra ſerpentes autem e quibuſdam laudatur præcipue ex his, quem tephriam appellant, a colore cineris.

Tephrītis, f. τεφρῖτις, gemma, quæ novæ Lunæ ſpeciem habet in cornua curvatæ, cinerei tamen coloris, unde & nomen habet, nempe a τέφρα, *cinis*. *Plin. l. 37. c. 10.* Tephritis novæ Lunæ ſpeciem habet curvatæ in cornua, quamvis cinerei coloris.

Tepidārium, ii, n. χλιαρὸν λουτρὸν, locus in balneis, in quo tepida aqua lavabantur, quemadmodum *caldarium*, in quo calida lavabantur, & *frigidarium*, in quo frigida. *Vitruv. l. 5. cap. 10.* Ipſa caldaria, tepidariaque lumen habeant ab occidente hyberno. ¶ Ponitur etiam pro vaſe, in quo aqua tepida continetur. *Id. ibid.* Supra hypocauſtum ahena tria ſunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, & ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium, quantum aquæ caldæ exierit, influat, de frigidario in tepidarium ad eundem modum.

Tepĭde, adverb. χλιαρῶς, *tepidamente*. *Plin. 7. 5. ep. 6.* Si natare latius, aut tepidius velis, in area piſcina eſt. ¶ Tranſlate *Auguſtin. l. 8. Confeſſ. c. 11.* Jam tepidiſſime hoc dicebat.

Tepĭdo, as, a. 1. *far tepido*, Ger. *lauw*, Gal. *tiede*, Hiſp. *tibio*, χλιαίνω, tepidum facio. *Plin. l. 17. c. 26.* In eodem agro bruma, tanto magis ſi nives jaceant, gelentem, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne ſolo.

Tepĭdus, a, um, *tepido*, χλιαρὸς, quod eſt medium inter calidum, & frigidum, ſeu quod calido, & frigido temperatum eſt. *Plin. l. 18. c. 25.* Præterea flores denſantur in tepida aqua. *Ovid. 7. 2. de Arte, v. 445.* Tepidamque recalface mentem. ¶ *Tepidum* adverbialiter poſitum. *Ovid. 4. de Pont. epiſt. 10. v. 43.* At Notus, adverſo tepidum qui ſpirat ab axe. Alii leg. *tepidus*.

Tepor, oris, m. *tepidezza*, Germ. *lauwikheit*, Gall. *tiedeur*, Hiſp. *tibieza*, χλιαρότης, ἀλέα, media qualitas inter calorem, & frigus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Nec enim ille externus, & adventitius habendus eſt tepor. *Id. de Sen. c. 15.* Veſtitaque pampinis nec modico tepore caret, & nimios Solis defendit ardores.

Teporātus, a, um, *fatto tepido*, χλιανθεὶς, tepidus factus. *Plin. l. 36. c. 26.* Fragmenta teporata agglutinantur tantum.

Teporus, a, um, adject. idem quod tepidus. *Sidon. l. 9. epiſt. 15.* Teporus flatus. *Auſon. Idyl. 14.* Teporum veris æquinoctium.

Tepŭlus, a, um, adject. teporus, tepidus, ut tepulæ aquæ, *Frontin. de aquæduct. artic. 8.*

Ter, adv. *tre volte*, שָׁלֹשׁ פְּעָמִים, Germ. *drey mahl*, Gall. *trois fois*, Hiſp. *tres vezes*, τρὶς, tribus vicibus, a τρὶς, per Metatheſin, vel a *tres*. *Cic. pro R. Am. c. 46.* Unde vix ter in anno audire nuntium poſſunt. *Horat. l. 2. od. 31.* Ter, quater anno. ¶ Aliquando non tam numerum ſignificat, quam augmentum, ut Ter maximus, ter beatus. *Virg. 1. Æn. v. 94.* O terque, quaterque beati. *Horat. l. 2. od. 14.* Ter amplus Geryon. *Ovid. 8. Metam.* Ter felix.

Terepnæ, V. Therepnæ.

Tercentēni, æ, a, *trecento*, τριακόσιοι, trecenti. *Martial. l. 2. epigr. 1.* Tercentena quidem poteras epigrammate ferre.

Tercenti, æ, a, *trecento*, τριακόσιοι, idem ac trecenti. *Martial. l. 4. ep. 37. Plaut. Perſ. 5. 3. 6. & Cic. 3. Phil. c. 4.* quibus tamen locis al. leg. *trecenti*.

Tercentum, *trecento*, idem ac trecenti, ſed indecl. *Virg. 1. Geor.* Tercentum nivei tondent dumeta juvenci. *Id. 8. Æn.* Maxima tercentum totam delubra per urbem Lætitia, ludiſque viæ, plauſuque fremebant.

Terdecies, adverb. *tredici volte*, ter & decies. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Quem circulum luna terdecies in duodecim menſibus percurrit. *Cic. Ver. 5. c. 80.* Seſtertium terdecies. Al. leg. *tredecies*. *Auſonius epiſt. 7. v. 31.* Binas terdecies, ſemel quaternas, h. e. triginta. ¶ Scribitur & *ter decies* ſeparatis vocibus.

Terdēni, æ, a, *trenta*, τριάκοντα, triginta. *Virg. 8. Æn. v. 47.* Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis Aſcanius clari condet cognominis Albam.

Terebinthĭnus, a, um, quod eſt ex terebintho, ut Reſina terebinthina, *trementina*. *Plin. l. 24. c. 6.* In arborum differentia placet terebinthina, odoratiſſima, atque leviſſima. *Adde Celſ. l. 5. c. 26.*

Terebinthizūſa, æ, nomen gemmæ ſic dictæ, quod terebinthinæ reſinæ colorem refert. *Plin. l. 37. c. 8.*

Terebinthus, i, f. τερέβινθος, *terebinto*, arbor materia lenta, & nigra, radice valida, in profundum acta, lauri pene folio, oleæ flore, ſed puniceo, baccis primum herbaceis, mox rubris, & cum maturuerint, nigricantibus, magnitudine fabæ, reſinoſis, & ſulphuroſis. Circa Idam, Macedoniamque eſt brevis, fruticoſa, & contorta, in Syria vero magna, & copioſa. Duo terebinthi ſunt genera, ſexu diſtincta, ex quibus mas ſterilis eſt, teſte Theophraſto. *Virg. 10. Æn. v. 136.* Incluſum buxo, aut Oricia terebintho. *Plin. in l. 13. c. 6.* Syria & terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu. Fœminarum duo genera, alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus, &c.

Terebra, æ, f. *trivella*, Germ. *borer*, Gall. *tariere*, Hiſp. *barrena*, τέρετρον, τρύπανον, inſtrumentum, quo ligna perforantur, a *terendo*. *Col. l. 4. c. 29.* Nam antiqua terebra, quam ſolam veteres agricolæ noverant, ſcobem faciebat, perurebatque eam partem, quam perforaverat.

Terebrāmen, inis, n. foramen terebra factum. *Fulgent. l. 2. Mythol.* Furfuracea tinearum terebramina.

Terebratio, onis, f. τρύπησις, actus terebrandi. *Col. l. 4. c. 29.* In illa autem, quæ fit per terebrationem, &c. ¶ Item foramen ipſum terebra factum. *Vitruv. l. 9. c. 9.* Tranſlata ea terebratione in terebrationem.

Terebrātus, us, m. idem ac terebratio. *Scribon. Largus compoſit. 206.* De induſtria a Medicis cum terebrato exciditur, quod lædit eam os.

Terebrātus, a, um, *forato*. *Ovid. 6. Faſt. v. 697.* Prima, terebrato per rara foramina buxo, Ut daret, effeci, tibia longa ſonos.

Terĕbro, as, a. 1. *trivellare*, *forare*, נָקַר, Ger. *boren*, Gal. *percer*, Hiſp. *barrenar*, τρυπάω, terebra perforo. *Virg. 2. Æn. v. 38.* Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras. *Col. l. 5. c. 9.* Eas terebrare Gallica terebra convenit. ¶ Tranſlate, terebrare aliquem, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 81.* eſt blandis dictis alicujus animum pervincere, & exorare.

Terēdo, inis, f. τερηδών, vermis, qui in ligno naſcitur, illudque rodit, a *tero*. Quidam etiam deducunt a ſono, quem edit in rodendo. Proprie de iis vermibus dicitur, qui in mari ligna terebrant. *Plin. l. 16. c. 41.*

Teredines tantum in mari ſentiuntur: nec aliam putant teredinem proprie dici. Terreſtres, tineas vocant; culicibus vero ſimiles thripas. ¶ Interdum tamen generatim de terreſtribus quoque uſurpatur. *Vitruv. l. 5. c. 12.* imo *Plinius* ipſe veſtium vermes ſic appellat *l. 8. c. 48.* ubi de prætexta Servii Tullii inquit: Mirumque fuit, nec defluxiſſe eas, nec teredinum injurias ſenſiſſe annis quingentis ſexaginta.

Terenſis, is, f. Dea frugibus terendis præſidens. *Arnob. l. 4.*

Terentia, æ, f. M. T. Ciceronis uxor, quam a Cicerone poſt reditum ab exilio repudiatam Salluſtius uxorem duxit, ut inimici ſui arcana certius poſſet diſcere ex ea, quæ omnium ejus conſiliorum particeps fuerat, & ſocia. Centum, decem, & ſeptem annos vixiſſe dicitur. *Plin. l. 7. c. 48.*

Terentiānus, a, um, τερεντιανὸς, quod ad Terentium ſpectat. *Quinctil. l. 6. c. 3.* Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. h. e. ab Terentio inductus in ea Comœdia, quæ *Phormio* inſcribitur. *Cic. de Amic. c. 24.* Terentiano verbo libenter utimur.

Terentiānus Maurus, Grammaticus, natione Afer, ſcripſit poema vario carminum genere, de litteris, ſyllabis, pedibus, metris, multiplici carminum genere. Hunc ſuaviſſimum grammaticorum appellat *Muretus*. Eſt Scriptor ætatis incertæ, ſed tamen paulo poſt Martialis tempora floruiſſe videtur.

Terentīnus, a, um, quod ad Terentum ſpectat, ut Ludi Terentini, qui alio nomine ſeculares vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis, tribuſque noctibus celebrabantur, tametſi poſtea ambitione Principum minore interjecto ſpatio aliquoties fuerint celebrati. *Auſon. in Ternario:* Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. V. *Secularis*. ¶ Terentina Tribus, una ex Tribubus Populi R. Erat in Sabinis. Denominata eſt a Terento, loco in Campo Martio. Facta eſt anno U. C. 454. M. Fulvio Pæto, T. Manlio Torquato Coſſ. a P. Sempronio Sopho, & P. Sulpitio Saverrione Cenſoribus, quo anno etiam Anienſis addita eſt. *Liv. l. 10. c. 9. in fin. & Cic. pro Planc.*

Terentius, ii, m. 2. Τερέντιος, Poeta Comicus, natione Afer, patria Carthaginienſis, Libertus fuit Romæ Terentii Lucani: a quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobiliſſimorum amicitiam pervenit, præcipue Scipionis, & Lælii: quorum etiam opera adjutus creditur in ſcribendo, ob ſermonis elegantiam, ut teſtatur *Cicero ad Att. l. 7. ep. 3.* Scripſit fabulas ſex, quæ omnium manibus teruntur. Poſthac viſendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo navim conſcendit, nuſquam deinde conſpectus eſt. Quo fit, ut naufragio credatur periiſſe. Latius exequitur hujus vitam *Donatus in Prolegomenis Andriæ*. *Hor. l. 2. ep. 1.* Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Terentius Scaurus, Grammaticus, quem *Gellius l. 11. c. 15.* dicit floruiſſe Adriani temporibus, librum de Cæſellii Vindicis Grammatici erroribus ſcripſit.

Terentus, m. 2. locus apud Romanos in extremo Campo Martio, haud procul a Capitolio, ubi templum Plutonis, & Conſi, araque ſub terra Diis inferis dicata, quæ ludis tantum ſecularibus effoſſa terra oſtendebatur, iiſque peractis rurſus claudebatur. In hoc loco, ut ait *Stephanus in Theſ. L. L.* omnium, qui naſcerentur, aut morerentur, nomina ſcribi ſolebant, quoties civitas luſtrabatur. *Feſtus ita ſcribit de etyma:* Terentum in Campo Martio locum Verrius ait per *d* dicendum fuiſſe, quod terendus ſit per ludos ſeculares Ditis Patris, & ita leviter taratur ab aquis quadrigarum, ut eorum levis agilitas æquiparet motus rapidos velocis Lunæ: quod quam aniliter relatum ſit, cuivis manifeſtum eſt. *Paullus vero ſic:* Terentum, locus in Campo Martio dictus, quod eo loco ara Ditis Patris in terra occultaretur. *Martial. l. 4. ep. 1.* Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro, Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet. *Id. l. 10. ep. 63.* Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento. h. e. binos ſpectavi ludos ſeculares.

Teres, ĕtis, o. 3. *lunga*, *e rotonda*, עָגֹל, Germ. *lang*, *und rund*, Gall. *ronde*, *en long*, Hiſp. *rolliza*, στρογγύλος, κυλινδροειδὴς, quod in oblongo eſt rotundum. *Feſt.* Teres in longitudine rotundatum, quales efficere natura miniſtret. *Virg. 8. Ecl.* Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ. *Liv. 7. 25. c. 8.* Telum haſtili tereti. ¶ Cum de corpore uſurpatur, notat membrorum bonam habitudinem, decentemque pinguedinem, quæ tamen ad obeſitatem non accedat. *Horat. Epod. 11.* Teres puer. *Id. l. 2. od. 4.* Teretes ſuræ. *Lucret. l. 1. v. 36.* Teres cervix. ¶ Tranſlate ſumitur pro bono, æquali, & conſtanti. *Hor. l. 2. ſat. 7. v. 68.* Fortis, & in ſe ipſo totus teres, atque rotundus. ¶ Teres oratio dicitur, quæ æquabilis, & veluti rotunda eſt. *Cic. 3. de Or. c. 51.* Sed ſi habitum etiam orationis, & quaſi colorem aliquem requiris, eſt plena quædam, & tamen teres. ¶ Hoc fere ſenſu *Gellius* uſurpat comparativum *teretius*, cum ait *l. 13. c. 20.* Ciceroni mollius tereti uſque viſum eſt *fretu* ſcribere, quam *freto*: In quibuſdam tamen MSS. legitur *rectiuſque*. ¶ Teretes aures dicuntur, quæ recte diſpoſitæ, & acri ſenſu præditæ ſunt. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 4.* Si teretes aures habent, intelligenſque judicium.

Tereus, i, m. diſſyllabum, Τηρεὺς, Rex Thracum, Martis ex Biſtonide Nympha filius, qui cum Prognen, Pandionis Athenarum Regis filiam in uxorem duxiſſet, & poſt aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut ſibi Philomelam ſororem viſendam accerſeret, profectus Athenas, dum adducit puellam, eam vitiavit in itinere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abſcidit, & ſervo in carcere cuſtodiendam tradidit, uxori referens, Philomelam in mari nauſea periiſſe. Philomela tamen ſcelus Terei acu in lintea tela depictum ad ſororem tranſmiſit. Eo ſcelere cognito, Progne ad carcerem profecta eſt in Orgiis Bacchi, thyrſis, & pellibus pro more inſtructa, ſororemque eodem induram habitu ad regiam duxit. Hic communicato conſilio, veluti furiis agitata, ut ſororem ulciſceretur, Itym filium interfecit, & patri epulandum appoſuit. Prolato deinde capite, cum pater, ſe uxoris dolo filium in ſua viſcera condidiſſe agnoſceret, & ad ultionem properaret, Progne mutata eſt in hirundinem, Philomela in avem ſui nominis, Tereus in upupam, Itys in phaſianum. *Ovid. 6. Met. fab. 7.* ¶ Hoc nomen in vocativo *Terea* facit diſſyllab. *Ovid. loc. cit. v. 497.* Ut volucra ambæ: voluiſti tu quoque, Tereu. ¶ In reliquis caſibus eſt etiam triſyllabum. *Id. ibid. v. 615.* Artificem & medius immittam Terea flammis.

Tergemĭnus, a, um, *triplice*, *triplicato*, τρίδυμος, triplex. *Liv. l. 6.* Modo tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipſis Volſcis, & Æquis, & ex Hetruria egiſtis. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 6.* Tergeminumque virum, tergeminumque canem. *Virg. 4. Æn. v. 511.* Tergemina Hecate. h. e. quæ tribus nominibus appellatur, Luna in Cœlo, Diana in terris, apud inferos Proſerpina; ex quo & Triformis dicitur. *Horat. l. 1. od. 1.* Tergeminis honores, h. e. tres præcipui, Ædilitas, Prætura, Conſulatus. Alii intelligunt ſextuplices, additis nimirum Quæſtura, Tribunatu plebis, & Cenſura. Alii tergeminos exponunt amplos, plurimos, maximos: quo ſane ſenſu *Martial. lib. 3. epigr. 46.* Tergeminum mugiet ille ſophos. h. e. plauſu maximo proſequetur. ¶ Tergemini fratres, *tre fratelli nati ad un parto*. *Plin. l. 7. c. 3.* Tergeminos

Digitized by Google

minos eſſe certum eſt, Horatiorum, Curatiorumque exemplo.

Tergĕmus, eneris, n. quod eſt trium generum. *Auſon. in Grypho*, v. 49. Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum. h. e. omne quod genitum, trium generum eſt.

Tergĕo, es, ſi, ſum, a. 2. idem ac tergo. *Cato c.* 3. Per ferias vero foſſas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres reſidi. *Juv. ſat.* 14. v. 62. Vaſa aſperſa tergeat alter. *Liv. l.* 26. *c. ult.* Curare & tergere arma.

Tergeſte, is, n. *Trieſte*, urbs alias Carnorum, nunc Iſtriæ, in ora maris Hadriatici, & in intimo receſſu ſinus Tergeſtini ob eo dicti, cum portu capaci, cui adjacet caſtrum *Zucke* dictum. Apud Romanos fuit in Tribu Popilia. *Plin. l.* 3. *c.* 18.

Tergeſtinus, a, um, adject. ad Tergeſte pertinens, ut Tergeſtinus ſinus, *Golfo di Trieſte*. *Plin. l.* 3. *c.* 18.

Tergilla, læ, f. cutis ſuis craſſa, cum ſua pulpa, ſeu adipe: diminutiv. a tergus, *oris*. *Apic. l.* 4. *c.* 3. Spatulam porcinam coctam teſſellatim concides cum ſua tergilla.

Terginum, i, n. *ſtaffile di cuoio*, lorum ex tergore, ſeu corio: revera adjectivum eſt, & ſubintelligitur *lorum*: eo cædebantur ſervi nocentes. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 22. Nunquam edepol veſtrum durius tergum erit, quam terginum meum.

Tergiverſans, antis, o. 3. partic. a tergiverſor. *Cic. pro R. Com.* Fannium invitum, & huc, atque illuc tergiverſantem teſtimonium contra ſe dicere cogo.

Tergiverſanter, adv. cum averſione, cum detrectatione. *Paterc. l.* 2. *c.* 9. Filium ejus Paulli, qui ad Cannas quam tergiverſanter perniciosam Reip. pugnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat.

Tergiverſatio, onis, f. ὑπαναδυσις, τὸ νώτου στροφή, ſubterfugium, detrectatio. *Cic. pro Mil. c.* 20. Quid ergo erat moræ, & tergiverſationis?

Tergiverſator, oris, m. ὑποστροφεύς, τεχνάζων, qui tergiverſatur, cunctator. *Gell. l.* 11. *c.* 7. Non enim Lucilium legiſtis, qui tergiverſatorem *bovinatorem* dicit. *Arnob. l.* 7. Tergiverſatorem in obſequio eſſe.

Tergiverſor, aris, d. 1. *poſtergare, voltare le ſpalle, ſchivare, fuggire*, Germ. *ausſflucht ſuchen*, Gall. *reculer*, Hiſp. *bolver las eſpaldas*, νωτίζω, στρέφομαι, ἀναστρέφομαι, proprie eſt tergum obvertere, & ſubterfugere. Unde in Gloſſis apte exponitur ὑποστρέφειν. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 28. Itaque eam tergiverſari non ſinent, ſcaumque tepient ad tormenta. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 1. Non eſt locus ad tergiverſandum contra Cæſarem. ¶ Transfertur etiam ad judicia. *Marcian. l.* 1 *ff. ad S. C. Turpillian.* Tergiverſari, in univerſum ab accuſatione deſiſtere. *Cic. pro Planc. c.* 19. Quid teres? quid diſſimulas? quid tergiverſeris? *Id. pro Flacc. c.* 20. Hunc aiterantem, & tergiverſantem judicio ille perſequitur. ¶ Item ad diſputationes, controverſias, & cætera hujuſmodi, quæ verborum contentionem habent, pro fallere, & dicta mutare, ut inquit *Nonius*. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 18 Quid tergiverſamur, Epicure, nec fatemur, eam nos dicere voluptatem, &c. ideſt diſſimulamus, & ſubterfugimus. *Id.* 3. *Off. c. ult.* In his tribus generibus non incallide tergiverſantur.

Tergo, is, ſi, ſum, a. 3. *nettare, forbire*, קנח, Germ. *wiſchen*, Gall. *nettoyer*, Hiſp. *alimpiar*, ἀπομάσσω, mundo, nitidum facio. *Cic. in Parad.* 5. *c.* 2. Ut in familia, qui tractent iſta, qui tergunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſervitutis tenent. *Ovid.* 13. *Met.* Manuque ſimul valoſi lacrymantia terſit Lumina.

Tergŏro, as, a. 1. terges facio, tego. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Indorantes attritu arborum coſtas, lutoque ſe tergorantes. h. e. quaſi tergus novum a luto ſibi inducentes.

Tergu, u, o. 4. idem ac tergum, apud vet. *Lucr. l.* 2. v. 87. Neque quicquam a tergibus obſtat. Alii leg. *tergis*, ut verſus ſpondaicus ſit.

Tergum, gi, n. *doſſo*, *ſchiena*, גב, Germ. *der ruck*, Gall. *dos*, Hiſp. *eſpinazo*, νῶτον, dorſum. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Tuus autem Deus non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus. *Id.* 3. *Phil.* Antonius a tergo, a fronte, a lateribus tenetur. *Aſin. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 32. Cum quidem pranſus, nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum rejectis inambularet. ¶ Terga vertere, ſeu terga dare, eſt fugere. *Caeſ. l.* 3. *bell. Gall.* Ut ne unum quidem noſtrorum impetum ferrent, ac ſtatim terga verterent. *Quinctil. l.* 2. *c.* 13. Nonnunquam terga etiam dediſſe, ſimulata fuga, proderit. Eodem ſenſu, præſtare terga, dixit *Tacit. in Agric. c.* 37. Hinc tergum abſolute pro fuga militum, quemadmodum *pectus* pro conſtantia in acie, & victoria ponitur. *Ovid.* 1. *Amor. v.* 209. Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam. ¶ Non ſolum tergum de animalibus, verum etiam de rebus inanimatis dicitur. Unde librum in tergo *bendo* ſcriptum dicimus, ideſt a poſteriori parte chartæ, vel membranæ. *Juven. ſat.* 1. v. 6. Scriptus & in tergo, necdum finitus Oreſtes. Sic tergum collis, *la parte di dietro del colle*, apud *Liv. l.* 25. ¶ Tergum aquæ, ſeu maris eſt ſuperior ejus ſuperficies, quæ naves vehit, translatione ducta ab animalibus, quæ tergo geſtant onera: qua notione & *dorſum* uſurpatur. *Ovid.* 1. *de Pont. ep.* 8. Dure meant celeri terga per amnis equo. *Avien. in Perieg. v.* 988. Æqui per terga ſali. ¶ *Tergus*, & *tergum* lato diſcrimine differunt. nam tergum notat dorſum animalis, *tergus* vero cutem, pellem, corium. Interdum tamen tergum, a Poetis præſertim, pro tergora ponitur. *Virg. Æn.* 1. v. 368. Taurino quantum poſſet circumdare tergo. Hinc & pro ſcuto, quia ſcuta olim animalium tergoribus tegebantur. *Id. Æn.* 10. *v.* 718. Et tergo decutit haſtas.

Tergus, i, m. idem ac tergum, i. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 32. Habeo, opinor, familiarem tergum, ne quæram foris. Adde *Non. c.* 3. *n.* 242.

Tergus, oris, n. *pelle*, σκῦτος, δορά, δέρμα, corium, & proprie craſſior illa pars, quæ tergum, ideſt dorſum tegitur. *Varro lib.* 4. *de L. L.* deducit a tegendo. Hinc eſt quod & *tegus* legitur pro *tergus*. V. *Tegus*. *Virg.* 1. *Æn. verſ.* 211. Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant. *Plin. lib.* 8 *cap.* 10. Duriſſimum dorſo tergus, ventres molles, ſetarum nullum tegumentum.

Terias, æ, m. Tyrias, *Fiume di S. Leonardo*, fl. Siciliæ, qui vix mille paſſ. a Leontinis labitur in valle Netina, & poſtea in mare Jonium ſe exonerat. *Plin. l.* 3. *c.* 8.

Terina, æ, f. *Nocera*, opp. Brutiorum, in Calabria cit. ad ſin. Hipponiatem, qui & Terinæus ab ea denominatur, nunc *Golfo di S. Eufemia*, apud oſt. Ocinari, ſive Sabbati fl. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Terinæus, a, um, adject. qui eſt ex Terina oppido. *Cic. Tuſcul.* 1. *c.* 48. ¶ Terinæus ſinus, *Plin. l.* 3. *c.* 5. V. *Terina*.

Termen, inis, n. pro terminus, i, dixit *Accius*, teſte *Varr. l.* 4. *de L. L.*

Termentarium, ii, n. linteum, a terendo, pro *trimentarium*. *Varro l.* 4. *de L. L.* Hinc linteum, quod teritur corpore, termentarium.

Termentum, i, o. *detrimento*, *danno*, idem quod detrimentum. *Plaut. Bacch.* a. 4. *ſc.* 9. v. 5. Non Pelides termento fuit, præut ego herum expugnabo meum. In MSS. pleriſque habetur tormento, teſte *Pareo*.

Termes, itis, m. *ramo d'albero*, ramus cujuſcunque arboris cum foliis, ut docet *Feſtus*. *Horat. Epod.* 16. Germinat & nunquam fallentis termes olivæ. *Gratius in Cyneg. v.* 132. *de arbore thurifera*: Termes ut Eois deſcendat virga Sabæis Mater odorati multum pulcherrima thuris. *Gell. lib.* 2. *cap.* 26. ſpadica enim Dorici vocant avulſum e palma termitem cum fructu. ¶ *Vetus Scholiaſt. Horatii ad Epod. loc. cit.* notat, termitem proprie ſignificare ramum oleæ, deinde & ad alias arbores extendi.

Termilæ, m. *τ.* Τερμίλαι, pop. Lyciæ, e Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominavit, cum prius Milyæ, & Solymi vocarentur, ut *Herodotus* refert. Poſtea Lycius Pandionis filius eoſdem e ſe Lycios appellavit. Quæ profecto ratio Lycios, ac Solymos eoſdem eſſe oſtendit, quanquam *Homerus* eos videatur ſeparare.

Terminalia, orum, n. 2. & Terminalia, ium, n. 3. feſta in honorem Dei Termini. Fiebant die vigeſimo tertio Februarii, quæ tempe ita annum quoque terminare viderentur. Nam Februarius ultimus anni menſis fuit, ac, cum intercalaretur, quinque dies de viginti octo Februarii diebus demebantur, ut remanerent viginti tres. *Varro l.* 5. *L. L.* Terminalia, quod is dies anni extremus conſtitutus. Duodecimus enim fuit menſis Februarius, & cum intercalatur, inferiores quinque dies demuntur menſe. Hæc *Var.* Non ſemper tamen Terminalia hunc in diem incidebant. Quippe cum menſis Macedonius tantum eſſet dierum viginti duorum, tum Terminalia erant Kal. poſt Februarii. Vide hac de re *Joſ. Scaligerum l.* 2. *de Emend. Temp.* Hæc feſta celebrabantur die immediate præcedente Regifugium, ut cernere eſt in veteri Calendario. *Cic.* 12. *Phil. cap.* 10. Qui Terminalibus nuper in ſuburbium, ut eodem die reverterer, ire auſus non ſim? *Liv. lib.* 43. Tertio die poſt Terminalia calendæ intercalares fuere. *Macrob. l.* 1. *Saturn. cap.* 13. *ad fin. de intercalando referens*: Dummodo eum (diem) in medio Terminaliorum locarent.

Terminālis, & le, o. 3. ὅριος, quod ad terminum ſpectat, ut Terminalis lapis, ideſt terminus lapideus, apud *Ammian. l.* 18. *c.* 4. Sic terminales palos figere, apud *Tertul. de jejun. c.* 11. ¶ Terminalia feſta, celebrata in honorem Dei Termini. *Horat. epod. c.* V. vocem præcedentem. ¶ Terminalis ſententia, h. e. quæ rem definit, *ſentenza definitiva*, *l. ult. Cod. de compenſationib.* Litem terminali ſententia componere.

Terminatio, onis, f. ὁρισμός, actus terminandi, definitio, diſtinctio, diſcretio. *Cic.* 5. *Fin. cap.* 10. Expoſita igitur, inquit, rerum expetendarum terminatione, aut iſta ſe res ita habeat, deinceps demonſtrandum eſt. *Id. in Orat. c.* 34. Ut igitur Poetica, & verſus inventus eſt terminatione aurium, obſervatione prudentium. *Id. ibid. c.* 39. Terminatione aliquid concludere.

Terminatus, a, um, *finito*, *determinato*, ὡρισμένος, partic. a terminor. *Cic.* 1. *Fin. c.* 13. Propterea, quod ipſa naturæ divitias, quibus contenta ſit, & parabiles, & terminatas habet.

Terminātor, i, m. idem quod terminus. Uſurpatur a *Frontin. de aquæductib. pag.* 262. Legitur etiam in quodam fragmento Legis Mamiliæ, quod affertur a *Voſſ. l.* 3. *de vit. ſerm. c.* 52.

Termĭno, as, a. 1. *terminare*, *mettere in termini*, גבל, Germ. *auſſteinen*, Gall. *borner*, *limiter*, Hiſp. *acabar*, *deſlindar*, ὁρίζω, terminos conſtituo, certis finibus circumſcribo, finio. *Cic.* 1. *Off.* Illorum fines, ſicuti ipſi dixerant, terminavit, in medio relictum quod erat, Populo Romano adjudicavit. *Id.* 3. *Catil.* Quorum alter fines veſtri imperii non terræ, ſed cœli regionibus terminaret. Translate *Id.* 1. *de Fin.* Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem, h. e. ſummam eſſe voluptatem privari doloribus. ¶ Sumitur etiam pro abſolvere, finem imponere. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 25. Sed ut ſententiam aliquando terminemus. *Id. pro Marc. c.* 11. Sed, ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea.

Terminus, ni, m. *termine*, *fine*, גבול, Germ. *zielſtein*, Gall. *terme*, *borne*, Hiſp. *termino*, ὅρος, limes, qui agrum ab agro dividit, a Græco τέρμων, τέρματος. *Cic.* 4. *Acad. c.* 43. Eſt inter eos non de terminis, ſed de poſſeſſione contentio. ¶ Sæpe ſumitur pro quocunque fine. *Cic.* 4. *Catil.* Cujus res geſtæ, atque virtutes iiſdem, quibus Solis curſus, regionibus, ac terminis continentur. *Id. de Orat.* Craſſus mihi viſus eſt Oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenii ſui finibus immenſis deſcribere. *Id. pro Quinct.* Certos mihi fines, terminoſque conſtituam. *Id. pro Rab. c.* 10. Terminus contentionum. ¶ Cæcis nationibus & terminorum Deus erat, qui & ipſe dictus eſt Terminus, ac ſub figura termini, hoc eſt rudis, & informis lapidis, colebatur, ut eſt apud *Lactantium*, *l.* 1. *de falſa religione*, *c.* 20. cujus feſtum Terminalia. Termino autem, ut ait *Feſtus*, ſacrificabant, quod in ejus tutela fines agrorum eſſe putabant. Hinc qui agi terminum aliquem aut exaraſſet, aut effodiſſet, is, & ejus boves ſacri habebantur, teſte eodem *Feſto*, vel ſaltem ad metalla damnabatur, ſi ſervus, aut in inſulam deportabatur, ſi liber fuiſſet, amiſſa tertia bonorum parte, ut ex *Paulo JCto lib.* 3. *ſententiar.* oſtendit *Siculus Flaccus*. De hujus ſacris *Ovidius ſcripſit l.* 2. *Faſt.* ¶ Narrant, cum templum Jovis Capitolini a L. Tarquinio Superbo ædificaretur in honorem Jovis, Junonis, & Minervæ, cæteros Deos ceſſiſſe, Terminum, & Juventutem reſtitiſſe, quod fuit augurium firmitatis, & proſperitatis Imperii Romani. Multæ enim in monte Tarpejo erant aræ Deorum, & Geniorum parvo ſpatio inter ſe diſtantes, a T. Tatio dedicatæ, quas alio transferre oportebat, & totam aream templo, quod tribus illis Diis ædificandum erat, liberam relinquere. *Liv. l.* 1.

Termitĕus, a, um, adject. a termes, itis. *Grat. in Cyneg. v.* 446. Emicat ipſe manu ramum pallente Sacerdos Termiteum quatiens. h. e. ramum oleagineum.

Termo, onis, m. idem ac terminus, apud vet. *Ennius apud Feſt.* Ingenti vadit curſu, qua redditus termo eſt. *Et idem*: Hortatore bono prius, quam jam finibus termo eſt.

Ternarius, a, um, τριαδικός, quod tria continet. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *de ſcrobibus*: Eorum quaternarii, hoc eſt quoquo verſum pedum quatuor, ſi eſt commodum terrenum, quatuordecim ab uno fiant, ternarii autem duodeviginti.

Ternidēni, æ, a, adject. diſtributivum, *tredici*, terni & deni. *Plin. l.* 18. *c.* 26. Ternadena ova ſubjacto æſtate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena, *tredici per volta*. Sunt qui putant ternadena ova eſſe triginta, non tredecim, quorum ſententia vel ex eo refellitur, quod ex ejuſdem *Plinii* præcepto *l.* 10. *c.* 34. ova impari ſemper numero ſupponenda ſunt.

Ternĭo, onis, m. *numero ternario*, numerus tria continens, τριάς. *Gell. l.* 1. *c.* 20. Numerus ternio, qui Græce dicitur τριάς.

Ternus, a, um, *tre*, τρισσός, nomen numerale diſtributivum. Fere pluraliter uſurpatur, ut cætera ejuſdem generis. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus, at cum bini, obſcœnum eſt. *Idem Verr.* 5. *cap.* 48. Terna medimna in ſingula jugera exigere. ¶ Interdum uſurpatur loco numeri cardinalis. *Horat. l.* 3. *od.* 19. Ternos ter cyathos attonitus petet. *Id. l.* 2. *ſat.* 4. v. 76. Immane eſt vitium dare millia terna macello.

Tero, is, trivi, tritum, a. 3. *tritare*, *rompere*, *conſumare*, *logorare*, דוך, Germ. *reiben*, Gall. *broyer*, *peler*, Hiſp. *boller*, *trillar*, τρίβω, conſumo, imminuo. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 18. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? *Virg.* 4. *Georg.* Ipſe labore manum duro terat. *Plin. l.* 36. *c.* 26.

36. c. 66. Jam vero & in Vulturno mari Italiæ arena alba naſcens, quæ molliſſima eſt, pila, molaque teritur, ideſt tunditur, comminuitur. *Id. l.* 34. *c.* 18. Dein refrigeratum teritur in farinam. ¶ Sæpe translate accipitur pro conſumere. *Cic.* 5. *Phil. c.* 11. Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeſcent. *Liv. l.* 1. *c.* 57. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis, comeſſationibusque inter ſe terebant. *Rurſus Cic.* 3. *de Orat. c.* 51. Terere ætatem in rebus diſcendis. ¶ Quoniam vero res novas, quibus ſæpius utimur, terimus, ſeu conſumimus, ut patet in veſtibus, & aliis, hinc metonymice terere accipitur pro uſitatum, ſeu vulgare facere. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Jam enim hoc verbum ſatis heſterno ſermone trivimus. *Id.* 3. *Fin. c.* 4. Nam cum in Græco ſermone hæc ipſa quondam rerum nomina novarum non videbantur, quæ nunc conſuetudo diuturna trivit. ¶ Similiter metonymice, iter terere, eſt iter facere, quia iter, per quam ambulamus, teritur, ſeu conſumitur. *Virg.* 1. *Æn.* Sæpius a tectis penetralibus extulit ova Anguſtum formica terens iter. ¶ Reperitur etiam pro perdere, ſeu interimere, Græcorum imitatione, qui [illegible] ſic uſurpant. *Nævius apud Priſcianum:* Ut illum Dii terant, qui primum olitor cæpam protulit. ¶ Præteritum *terui* pro *trivi*, afferri ſolet ex illo *Plauti Pſeud.* 3. 2. 89. Priuſquam teruerunt, oculos ut extillent, facit. Similiter *atterui*, pro *attrivi*, ab *attero*, ex *Tibull. l.* 1. *eleg.* 4. *v.* 42. Aut operi inſuetas atteruiſſe manus. Et pro prioro quidem loco additur auctoritas *Priſciani*, qui *l.* 6. *pag.* 88c. *Putſch.* dicitur probare τὸ *teruerunt*. *Putſch.* tamen edidit *triverunt*, quod & in *Plauto* plures admittunt. Ad locum *Tibulli* quod attinet, ibi quoque incerta admodum lectio eſt: quamquam illud *atteruiſſe*, multis defenditur a *Brouckus*. Et quod quidam intruſerunt *attenuaſſe*, omnino improbatur.

Terpſichŏre, es, f. 1. τερψιχόρη, una novem Muſarum, quæ choris, & cantibus præeſt. Dicta a τέρπω, *delector*, & χορὸς, *chorus*, *tripudium*, quod choreis, & tripudiis delectetur, vel, ut *Plutarchus* ait, quod maxima vitæ pars hiſce rebus delectetur, & gaudeat. Huic quidam citharæ inventionem tribuunt. ¶ Ponitur translate pro omni poetico ſtudio. *Juven. ſat.* 7. *v.* 35. tunc ſeque, ſuamque Terpſichoren odit facunda & nuda ſenectus.

Terra, æ, f. *terra*, ארץ, Ger. *erd*, Gall. *terre*, Hiſp. *tierra*, γῆ, γαῖα, χθὼν, elementum frigidum, & ſiccum, quod, quoniam reliqua omnia gravitate exuperat, infimum ſibi inter ea locum vendicavit. *Varro l.* 4. *de L. L.* dictam ait, juxta Ælium Stilonem, quod pedibus teratur, ſuamque ſententiam eo confirmat, quod in Augurum libris *tera* ſcribatur unico R. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ac principio terra univerſa cernatur, locata in media mundi ſede, ſolida, & globoſa, & undique ipſa in ſeſe nutibus ſuis conglobata, veſtita floribus, herbis, arboribus, frugibus. *Id.* 1. *Tuſc.* Perſuadent enim Mathematici, terram in medio mundo ſitam ad univerſi cœli complexum quaſi puncti inſtar obtinere, quod κέντρον illi vocant. ¶ Hæc vox variis modis accipitur. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 9. Terra tribus modis dicitur, communi, proprio, & mixto. Communi, ut cum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam, cum & lapis, & arena, & cætera ejus generis ſint in communi comprehenſa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neque cognomine adjectivo appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ eſt mixta, in qua ſeri quid poteſt, & naſci, ut argilloſa, aut lapidoſa. Hæc *Varro*, quæ quidem omnia confirmari etiam poſſunt exemplis ex *Cicer.* petitis, *Lucret. Vitruv. Liv. & aliis.* ¶ Sunt, qui velint, hoc nomine in ſingulari numero totum elementum ſignificari, in plurali aliquot ejus regiones. *Virg.* 1. *Æn.* Multum ille & terris jactatus, & alto. *Cic.* 1. *Catil.* Dubitas, ſi hic morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras? Sed hæc differentia aut falſa eſt, aut certe non perpetua. Nam & terram frequentiſſime pro una qualibet regione legimus, & terras pro toto orbe. *Cic. de Amic.* Eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Græciam, quæ tum florebat, &c. *Virg.* 4. *Æn.* Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. Dicimus etiam, terra Italia, Terra Græcia, pro regione Italiæ, Græciæ, &c. *Calliſtrat. lib.* 3. *Dig. de Abigeis.* Ut extra terram Italiam decem annis relegentur. ¶ Terra iter facere, *andar per terra*, ſive pedibus, ſive equo eatur. *Cic. pro Planc. c.* 40. ¶ Sternere terræ, *gettare a terra*. *Stat.* 7. *Theb. v.* 755. Sic terræ procumbere, *gettarſi a terra*. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 346. Sic ſæpe Poetæ *terræ* in dativo uſurpant pro terra, vel *in terram*. ¶ *Terra ortus*, *Terra filius* tam in bonam, quam in malam partem adhiberi poteſt, tum quia terra orti dicuntur, quorum antiquiſſimum genus eſt, & in ipſa vetuſtate ſepultum, tum quia etiam ita appellantur ignobiles homines, qui patrem & avum ciere non poſſunt. *Quintil. l.* 3. *c.* 9. Multum auctoritatis affert vetuſtas, ut iis, qui terra dicuntur orti. *Cic. l.* 1. *Attic. ep.* 13. Huic terræ filio neſcio cui committere epiſtolam tantis de rebus non audeo. ¶ Terram videre, vel in terra eſſe dicuntur, qui ad moleſti, prolixique laboris finem propemodum pervenerunt. Sumptum a navigantibus. *Plaut. Merc.* 1. 1. 84. Equidem jam me cenſebam eſſe in terra. *Cic. pro Mur. c.* 2. Quo tandem animo me eſſe oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem? ¶ *Terra, marique*, vel *aut terra, aut mari*, eſt in omnibus locis, vel quacunque ratione. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 83. Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde evolvam id argentum tibi. *Cic.* 5. *Fin. c.* 4. Ut nulla pars cœlo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermiſſa ſit. *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 9. Ego tamen, terra, marique, ut conquireretur, præmandavi. ¶ *Percontari a terra ad cœlum*, proverbialis locutio eſt, quæ ſignificat minute exquirere, & ab initio ad finem uſque rem totam ſciſcitari. *Plaut. Perſ.* 4. 54. 3. Volo hanc ego percontari. Sa. A terra ad cœlum, quidlubet. ¶ Genitivus pluralis *terrarum* eleganter jungitur cum quibuſdam adverbiis loci, & vim quandam addit orationi. *Cic. Verr.* 7. Ubicumque terrarum, & gentium. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 10. Neſciebam, ubi terrarum eſſes, *in qual parte mai foſſi*. ¶ A Veteribus terra Dea habita eſt, variis nominibus appellata, Tellus, Veſta, Ceres, Mater, Cybele, &c. *Cic. l.* 1. & 3. *de nat. Deor. Plin. l.* 2. *c.* 63. & *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 467. Fabulantur autem eſſe eam filiam Demogorgonis, quæ ex incertis patribus Noctem pepererit, Tartarum, Famam, Tagem, Antæum, *Boccac. l.* 1. *Geneal. Deor.*

Terracina. V. Tarracina.

Terræmōtus, us, m. *terremoto*, *tremuoto*, [illegible], Ger. *erdbidem*, Gall. *tremblement de terre*, Hiſp. *terremoto*, *temblor de tierra*, γῆς σεισμὸς, terræ concuſſio, quæ a ſpiritibus terræ incluſis, & exitum ſibi molientibus fieri videtur. *Cic.* 1. *de Div.* Tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribuſque inſulis, totaque in Italia factos eſſe. *Id. ibid.* Apuliaque maximis terræmotibus conquaſſata eſſet. ¶ Dividitur hæc vox interdum, verbo aliquo interpoſito. *Plin. l.* 2. *c.* 84. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii principatu.

Terrēnum, ni, ſubſt. n. *terreno*, שדה, Germ. *erfeld*, Gall. *terroir*, Hiſp. *terreno*, γῆ, terra cultui idonea. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Calidiſſimi ruſticarum rerum genera terreni tria eſſe dixerunt, campeſtre, collinum, montanum.

Terrēnus, a, um, *terreno*, *di terra*, Germ. *irrdiſch*, Gall. *de terre*, Hiſp. *terrenal*, χερσαῖος, quod in terra natum eſt, vel in terra vivit, vel aliquid cum terra commune habet, vel denique ad terram pertinet. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede viventes. *Col. l.* 11. *c.* 2. Per hos quoque dies abſtinent terrenis operibus. ¶ Sumitur etiam pro terreo, ideſt pro eo, quod ex terra eſt. *Cic.* 1. *Tuſc.* Corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt. *Virg.* 11. *Æn. v.* 850. terreno ex aggere buſtum. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Terrenum iter, h. e. quod terra fit, non mari, aut amni, *viaggio per terra*. *Id. l.* 35. *c.* 12. Terrena vaſa, h. e. fictilia.

Terrĕo, es, rui, itum, n. 2. *ſpaventare*, הרחי, Germ. *einſchrecken*, Gall. *epouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, φοβέω, timorem alicui incutio, metum injicio. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 15. Nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. *Id. pro Cluent.* Non mediocri ab eo cæteri proſcriptionis, & mortis metu terrebantur. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 4. Omnia cæde, incendiiſque terrere.

Terreſtris, (& aliquando Terreſter in maſcul.) *terreſtre*, *di terra*, χερσαῖος, ἐπίγειος, γήινος, quod ad terram ſpectat. *Cic.* 6. *Verr.* Illud Flaminium ita ex æde ſua ſuſtulit, ut in Capitolio, hoc eſt, in terreſtre domicilio Jovis poneret. *Liv. l.* 1. Audi Jupiter, & tu Juno, Quirinequæ, Diique omnes cœleſtes, voſque terreſtres, voſque inferi audite. *Id. l.* 3. Conſignata omnia ad Senatum itinere terreſtri miſit. *Flor. l.* 2. *c.* 2. Paſtorius ille populus, vereque terreſter. ¶ Terreſtris cœna dicitur, in qua nihil niſi terra natum apponitur, ut oleæ, poma. *Plaut. Capt.* 1. 2. 86. Terreſtris cœna eſt multis oleribus. ¶ Terreſtris avis dicitur a *Plin. l.* 10. *c.* 63. quæ non alte volat, ſed prope terram.

Terrĕus, a, um, *de terra*, γήινος, quod ex terra eſt. *Col. l.* 1. *c.* 6. Horreum, camera contectum, cujus ſolum terreum, priuſquam conſternatur, perfoſſum. Alii leg. *terrenum*. *Cæſ. l.* 1. *bell. Gall. c.* 43. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Terreus murus.

Terribĭlis, le, o. 3. *terribile*, *orrendo*, נורא, Germ. *erſchrecklic*, Gal. *terrible*, Hiſp. *terrible*, *eſpantoſo*, φοβερὸς, formidabilis, horrendus. *Cic. pro Sext. c.* 8. Alter, o Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aſpectu. *Id. in Parad. c.* Mors terribilis eſt illis, quorum cum vita omnia extinguuntur. *Virg.* 6. *Æn. v.* 277. Terribiles viſu formæ, lethumque, laborque. *Liv. l.* 4. *c.* 26. Alia aliis terribiliora afferebantur.

Terribilĭter, adverb. *terribilmente*. *Arnob. l.* 2. Sonus cœli terribiliter concrepantis.

Terricŏla, æ, com. 1. ἐπιχθόνιος, qui terram habitat. *Apulej. de Deo Socrat.* Inter terricolas, cœlicolaſque.

Terricŭla, æ, f. idem ac terriculum. *Senec. de remed. fortuitor.* (ſunt hæc excerpta quædam ex *Senecæ* libris, quæ in fine ſuæ Editionis *Lipſius* collegit, neque tamen *Senecæ* eſſe putat, quod idem plerique alii Critici ſentiunt) *circa princip.* Sic ergo te forma, ut ſi quis tibi palam mortem minetur, omnes terriculas ejus deludas. *Lactan. de mort. perſecut.* Terriculas tyrannicæ poteſtatis profligere. Adde *Minuc. Fel. in Octav.*

Terriculamentum, i, n. *ſpauracchio*, *ſpaventacchio*, *larva*, *fantaſma*, μορμολύκειον, phantaſma, ſpectrum terrorem incutiens. *Apulej. in Apolog.* Noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulcrorum terriculamenta. *Sidon. l.* 7. *ep.* 1. Prodigiorum terriculamenta.

Terricŭlum, i, n. *ſpavento*, Ger. *ſchreckbild*, Gal. *epouvantail*, Hiſp. *eſpantajo*, φόβητρον, quod injicit terrorem. *Accius apud Non. c.* 3. *n.* 144. Proinde iſtæc hæc tua aufer terricula, atque animum natum comprime. *Liv. l.* 5. *c.* 9. Gauderentque Patres, ſine Tribunitiæ poteſtatis terriculis inventam eſſe aliam vim majorem ad coercendos Magiſtratus.

Terrificatĭo, onis, f. terriculamentum. Vox eſt *Nonii c.* 2. *n.* 513.

Terrifĭco, as, a. 1. *ſpaventare*, idem ac terreo. *Lucr. l.* 1. *v.* 133. Et quæ res nobis vigilantibus obvia mentes Terrificet. *Virg.* 4. *Æn. v.* 210. Cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.

Terrifĭcus, a, um, *terribile*, φοβερὸς, terrorem incutiens, terribilis, formidabilis. *Virg.* 5. *Æn. v.* 524. Seraque terrifici cecinerunt omina vates. *Id. l.* 7. Fulgores nunc terrificos, ſonitumque, metumque Miſcebant operi.

Terrigĕna, æ, com. 1. *nato dalla terra*, γηγενὴς, ex terra genitus. *Cic.* 2. *de Divin.* Terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius, quam hominum more cochleam dicere. *Ovid. ep.* 12. Donec terrigenæ, facinus mirabile, fratres In ſe conſtrictas conſeruere manus.

Terrigĕnus, a, um, adject. e terra genitus. *Tertull. l.* 2. *contr. Marcion. c.* 12. Aquigena & terrigena animalia.

Terrilŏquus, a, um, [illegible], qui terrorem afferentia loquitur. *Lucr. l.* 1. *v.* 103. Terriloquis victus dictis deſciſcere quæres.

Terripavĭum. }
Terripudĭum. } V. Tripudium.

Terriſŏnus, a, um, [illegible], quod ſono terret. *Claud. l.* 1. *de laudib. Stilic. v.* 109. Nec te terriſonus ſtridor venientis Alani.

Territĭo, onis, f. *ſpavento*, *paura*, terrendi actio, terror. *Ulpian. Dig. l.* 47. *tit.* 10. *leg.* 15. Nuda ergo interrogatio, vel levis territio non pertinet ad hoc edictum.

Terrĭto, as, a. 1. *ſpaventare*, [illegible], frequenter terreo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 187. Et magnas territat urbes. *Liv. l.* 8. *c.* 28. Dein, poſtquam aſpernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ.

Territoriālis, le, adject. ad territorium pertinens, ut territoriales termini, *Agenus in Frontin. de limitib. p.* 47.

Territorĭum, rii, n. *territorio*, [illegible], Germ. *landſchaffe*, Gall. *terroir*, Hiſp. *territorio*, ἀγρὸς, χωρίον, intra quos fines juris dicendi jus eſſet, prout lib. de agrorum conditionibus definit *Siculus Flaccus*, juxta emendationem Barnabæ Briſſonii. Nam in vulgatis vox *juris* omittitur. Conſentit *Pomponius*, *D. l.* 50. *tit.* 16. *l.* 239. a quo definitur: Univerſitas agrorum intra fines cujuſque civitatis. *Varro* etiam *l.* 4. *de L. L.* Territorium, inquit, eſt locus communis, qui circa oppidum relinquitur. *Cic.* 2. *Phil. c.* 40. Ut florentis coloniæ territorium minueretur. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Extra territorium id abire.

Terrĭtus, a, um, adject. *ſpaventato*. *Vellej. l.* 2. *c.* 70. Denunciatione territus. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 232. Inopino territa viſu.

Terror, oris, m. *terrore*, *ſpavento*, *paura*, [illegible], Germ. *ſchrecken*, Gall. *frayeur*, Hiſp. *eſpanto*, δέος, timor, qui hominem concutit. *Cic.* 4. *Tuſc.* Quæ autem ſubjecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, pigritiam metum conſequentis laboris, terrorem metum concutientem: Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. *Id.* 5. *Fin. c.* 11. Qui ſibi injectu terrore mortis horreſcunt. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 23. Sed noſter conſanguineus non mediocres terrores jacit, atque denunciat. *Id. Att. l.* 6. *ep.* 8. Terrorem alicui afferre. *Liv. l.* 3. *c.* 4. Terrorem incutere. *Id. l.* 34. *c.* 28. Terrori eſſe. *Id. ibid.* In terrorem conjicere. *Nepos in Attic. c.* 9. Magnis terroribus vexari. *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 33. Terrorem facere. ¶ *Servius* inter terrorem, & metum ſic diſtinguit, quod *terror* proprie ſit, qui aliis infertur, unde & *terribilis*

Digitized by Google

bilis dicitur, *metus*, quem habent timentes. Sed hæc differentia non obſervatur. *Virg.* 12. *Æn.* Quod ſi tantus habet mentes, & pectore terror.

Terrōſus, a, um, adject. *terroſo*, *pieno di terra*, ut arena terroſa, *Vitruv. l.* 2. *c.* 4.

Terrŭla, læ, f. parva terra. *Leg. un. Cod. de theſaur.* In alienis terrulis opes abditas perſcrutari.

Terrulente, adverb. terreno modo. *Prudent. in Rom. v.* 378. Rem ſpiritalem terrulenta quærere.

Terrulentus, a, um, adject. terrenus. *Prudent. Periſteph.* 1. *verſ.* 195. Quod terrulentum ac ſordidum, flammis neceſſe eſt decoqui.

Terſus, a, um, *terſo*, *netto*, mundatus, purus, nitidus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 736. Ut terſis niteant talaria plantis. ¶ Tranſlate *Stat. in præfat. l.* 2. *Silvar.* Vir optime, nec minus in judicio literarum, quam in omni vitæ colore terſiſſime. *Plin. l.* 6. *ep.* 3. Terſæ præfationes. ¶ *Terſi dies*, h. e. ſicci, ſereni. *Feſtus*.

Terſus, ſus, m. *il forbire*, *o nettare*. *Apul. l.* 1. *A. A.* E promptuario oleum unctui, lintea terſui petiter. *Id. in Apolog.* Petere aliquid terſui dentium.

Tertia, æ, f. V. Tertius.

Tertiānus, a, um, *terzana*, τριταῖος, quod tertio quoque die recurrit, quod tertio ordine diſpoſitum eſt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 10. Ne tertianas quidem febres, & quartanas divinas eſſe dicendum ſit. Et abſolute *Plin. l.* 20. *c.* 14. Xenocrates pulegii ramum lana involutum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari, &c. ¶ *Tertiani*, orum, ſunt tertiæ legionis milites. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 24. & 13. *Ann. c.* 38.

Tertiārium, rii, n. *quattro oncie*, τριτημόριον, idem quod triens, hoc eſt unciæ quatuor, & tam de pondere, quam de menſura dicitur. In ponderibus enim, teſte *Budæo*, libræ tertiam partem ſignificat: in menſuris autem tertiam partem congii. *Cato de re ruſt. c.* 93. Poſtea ſumito bituminis tertiarium, & ſulphuris quartarium. Apud *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. tertiarium quid ſit, V. in fine vocis *As*.

Tertiārius, a, um, quod tertiam rei alicujus partem recipit. *Plin. l.* 34. *c.* 17. *de ſtanno:* Idem & tertiarium vocant, in quo duæ nigri portiones ſunt, & tertia albi.

Tertiātio, onis, f. τρίτωσις, tertia operis repetitio. *Col. l.* 12. *c.* 50. *de ſecunda, & tertia olei preſſura:* Nam plurimum refert non miſcere iterationem, multoque minus tertiationem.

Tertiāto, adverb. *Cato apud Chariſium*, *l.* 2. Tertiato, & quartato verba dicere præ metu. h. e. ter, & quater repetendo. V. *Tertiatus*.

Tertiātus, a, um, tertio repetitus. V. *Tertio*. *Col. l.* 2. *c.* 4. Iteratos eſſe oportebit, ut deinde circa Septembris calendas tertientur. ¶ Tertiata verba dicuntur, in quibus tertium quid repetitur, quod in perturbatione loquentes facere ſolemus: alii tertiata verba ea eſſe dicunt, quæ ita confuſe proferuntur, ut vix tertia eorum pars intelligatur, quod item in perturbatione uſuvenit. *Apulej. lib.* 3. *Met.* Tremens, & tertiata verba ſubſtrepens ſic ad illas ait.

Terticepſim. V. Biceſſim.

Tertio, as, a. 1. τριτόω, tertio itero, opus aliquod tertio repeto, ut Tertiare agrum, eſt tertio proſcindere. *Col. l.* 2. *c.* 4. Nam commode proſcinditur duobus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram redigitur quadrante operæ.

Tertio, & Tertium, adv. *la terza volta*, τὸ τρίτον, tertia vice. *Ter. Eun.* Non hercle veniam tertio. *Col. l.* 3. *c.* 13. Sarriantur ſeſquiopera, iterum ſarriuntur una opera, & tertio una. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 59. Tamen nemo eſt, quin ſæpe jactans Venerem jaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. ¶ Tertium Conſul eſſe dicitur, qui duobus jam perfunctus Conſulatibus, tertium gerit. *Liv. l.* 3. *c.* 22. Conſules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, & L. Cornelius. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1. *n.* 1. M. Agrippa L. F. Coſ. tertium fecit. ¶ Inter *tertium* & *tertio* diſcrimen aliquod eſſe putant Grammatici, nimirum quod *tertio* ad locum, & ordinem referatur, *tertium* ad tempus; quod idem dicendum de *quarto*, & *quartum*, *quinto*, & *quintum*, & ſimilibus. Verum hæc differentia non videtur cognita fuiſſe optimis Scriptoribus. Narrat enim Tiro Ciceronis libertus apud *Gell. l.* 10. *c.* 1. cum Pompejus ædem Victoriæ dedicaturus eſſet, ſuumque nomen, & honores inſcribi vellet, dubitatum fuiſſe, ſcribendum ne eſſet *Conſul tertio*, an *tertium*, ea de re interrogatum ipſum Ciceronem perſuaſiſſe, quoniam ſibi non ſatis liqueret, utrum rectius eſſet *tertium*, an *tertio*, ut *Tert.* perſcriberetur, quo res quidem ſatis demonſtraretur, ſed dictio tamen ambigua verbi lateret. V. *Gell. loc. cit.* ubi hæc ſuper re plura.

Tertium, adverb. V. in voce præcedenti.

Tertius, a, um, *terzo*, τρίτος, Ger. *der dritt*, Gal. *troiſieme*, Hiſp. *tercero*, τρίτος, ultimus, ſive unus ex tribus, a *ter*, vel ab Æolico τέρτος, pro τρίτος, *ad ogni terza parola*. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 10. Tertio quoque die. *Id. pro Rab. Poſth.* Modo vobis inſpectantibus in judicio Gabinii tertio quoque verbo excitabatur. *Plin. jun. l.* 4. *ep.* 27. Tertius dies eſt, quod audivi recitantem Sentium Augurinum cum ſumma mea voluptate. *Gell. l.* 9. *c.* 4. Cibum capere diebus tertiis, medio abſtinere. *ogni tre dì*. ¶ *Tertia vera herba*, tertio loco adſcribenda, vel tertiam dignitatem poſt alias ſortita. *Col. l.* 9. *c.* 4. Tertiæ notæ, ſed adhuc generoſæ matrices ros, & noſtras cunila, quam illi ſatureiam. ¶ Ad tertias decoquere, eſt uſque eo decoquere, dum una ex tribus partibus abſumatur. *Plin. l.* 20. *c.* 4. ¶ Tertia, æ, nomen muliebre eſt. mos enim fuit Romanis plures quam duas filias habentibus, ut eam, quæ primo loco naſcebatur, primam, quæ ſecundo, ſecundam, quæ tertio, tertiam vocarent, & ſic de reliquis, adjecto proprio nomine, ut *Livia prima*, *ſecunda*, &c. ſi vero duæ tantum eſſent, altera *major*, altera *minor* dicebatur. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 6. Filia Servilia erat Junia Tertia. ¶ Hinc eſt *Tertulla* nomen deductum a *Tertia* per diminutionem, quod legitur apud *Cic. l.* 14. *Attic. ep.* 20.

Tertulla. V. in dictione præcedenti.

Tertulliānus, i, Τερτυλλιανός, Scriptor Eccleſiaſticus, patria Carthaginienſis, multa ſcripſit, quæ extant, ſtylo aſpero, &, ut ita dicam, ſalebroſo, novitia inſolenti deductione verbis, & phraſi ſæpe impedita, & obſcura, non tamen ſine veteris, probæque eruditionis ornamentis. Floruit ſub Severo, & Caracalla.

Tertus, a, um, idem ac tertius, apud vet. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 84. Atrei terta intat galea. *Id. ibid.* Alii ſunt circumtonſi, & terti, atque unctuli, ut mangonis eſſe videantur ſervuli.

Terveneficus, m. maxime veneficus. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 15. Ut pergræcetur tecum, tervenefice.

Teruncius, ii, m. τεταρτημόριον, τριούγκιον, nummus perexiguus ejuſdem pretii, ut quadrans, quomodo vocetur quarta pars aſſis, niſi quod teruncius erat argenteus, ſed quadrans erat æreus. Ergo habet ſe teruncius ad ſemiſſem, ut quadrans ad ſembellam, hoc eſt dimidiam libellam: item ad aſſem, ut quadrans ad libellam. Nam materia, non pretio differunt. Dictus eſt a tribus unciis, quæ ſunt quarta pars aſſis, ſeu libellæ. *Varro l.* 4. *de L. L.* Teruncius a tribus unciis dictus. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 16. De præda mea teruncium non attigit quiſquam.

¶ Teruncii aliquem facere, eſt parvi æſtimare. *Plaut. Cap.* 3. 1. 27. Neque ridiculos jam terunci faciunt.

Teſqua, & Teſca, orum, n. pl. loca augurio deſignata, juxta *Varronem*, vel loca conſecrata ad augurandum, ut *Opilius*, *Aurelius* tradidit apud *Feſtum*. Sæpius vero hoc nomine ſignificantur loca edita, & inculta, ipſo ſitu atque ſilentio religionem quandam, & horrorem incutientia. *Hor. l.* 1. *ep.* 14. Nam quæ deſerta, & inhoſpita teſqua Credis, amœna vocat, mecum qui ſentit, & odit, Quæ tu pulchra vocas. *Lucan. l.* 6. *v.* 41. Magnaque recurſu Amplexus fines, ſaltus, nemoroſaque teſqua. ¶ Apud Feſtum fere legitur *teſca*.

Teſſella, æ, f. *taſſello*, τετράγωνον, quævis res formam habens quadratam, cujuſmodi ſunt lateruli, ſive lapides quadrati, quibus pavimenta ſternuntur, dim. a *teſſera*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Androdamas argenti nitorem habet, ut adamas figura quadrata, & ſemper teſſellis ſimilis. *Id. l.* 17. *c.* 11. Exempta cortice teſſella. *Senec. l.* 6. *quæſt. nat. c.* 31. Balneum teſſellis ſtratum.

Teſſellātim, adverb. teſſellarum modo, ut teſſellatim concidere, *Spic. l.* 4. *c.* 3. & *l.* 7. *c.* 9.

Teſſellātus, a, um, *ſeancato*, quod teſſellis, ideſt parvis quadratis lapillis eſt compoſitum, ut *Pavimentum teſſellatum*, quod etiam *ſectile* dicitur, quoniam in particulas ſectum eſt. *Suet. de Cæſ. c.* 46. Munditiarum, lautitiarumque ſtudioſiſſimum multi prodiderunt, quamvis tenuem adhuc, & obæratum, in expeditionibus teſſellata, & ſectilia pavimenta circumtuliſſe.

Teſſĕra, æ, f. κύβος, figura Geometrica conſtans ſex lateribus, ſeu ſuperficiebus æqualibus, ex omni parte quadrata, quæ etiam *cubus* dicitur, ex τέσσαρα, hoc eſt quatuor. Nam Jonice τέσσερα dicitur pro τέσσαρα. Ita vocatur, non quia quatuor latera habeat (ſunt enim ſex) ſed quia eſt undique quadrata. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 5. Fit enim tribus dimenſionibus impletis corpus ſolidum, quod κύβος vocatur, qualis eſt teſſera, quæ cubus vocatur. Item numerus Arithmeticus, qui ex omni parte quadratus eſt, cujus generis eſt viginti quatuor. *Martian. in Arithmetica l.* 7. Si teſſera teſſeram metitur. ¶ Teſſeræ item dicuntur oſſicula, quibus in alveolo ludimus, quæ punctis quibuſdam diſtincta ſunt, & quamcumque incubuerint partem, immotam ſtabilitatem habent. *dadi*. *Terent. Adelph.* 4. 7. Teſſeris ludere. ¶ In hac acceptione teſſera differt a talo. Nam talus quidem ſex latera habebat, ſed quatuor tantum in uſu ludentium erant, quia duo ita erant incurva, ut illis talus vix poſſet conſiſtere; teſſera autem cum ſex talus, itaque aſpectus haberet, hi omnes in uſu erant. *Cic.* 2. *de Div. c.* 41. Quid enim eſt ſors? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas, & caſus, non ratio, nec conſilium valet. *Id. de Senect. c.* 16. Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. ¶ In militia etiam teſſera dicebatur ſymbolum, quo ſocii ab hoſtibus, & exploratoribus dignoſcebantur. *ſegno*, *contraſſegno*. Ea erat tabella, vel taleola lata, interdum inſcripta literis, interdum omnino vacua, quæ militibus diſtribuebatur confuſionis evitandæ cauſa, vel ad obeundas vigilias nocturnas, (quæ de re V. ſupra in voce *Signum*) vel ad ſignificanda Imperatoris juſſa, expeditiones, prælia, & hujuſmodi militaria munera, & hæc vocabatur teſſera muta, quia ſine voce ex ſymbolo Imperatoris voluntas innoteſcebat: alia autem erat teſſera vocalis, quæ una, duabus, aut pluribus vocibus conſtabat ab Imperatore prolatis, & iis, ad quos ſpectabant juſſa exequi, enunciatis. *Virg. Æn.* 7. Claſſica jamque ſonant, it bello teſſera ſignum. *Silius l.* 15. *v.* 475. Tacitum dat teſſera ſignum. *Sueton. in Galb. c.* 6. Data teſſera, ut manus penulis continerent. *Liv. l.* 7. *c.* 35. Cæteris omnibus teſſeram dari jubet, ubi ſecundæ vigiliæ buccina datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad ſe venirent. Item teſſera eſt belli, & pacis futuræ ſignum. *Pompon. de orig. juris l.* 2. Deinde Q. Fabius, qui ad Carthaginienſes miſſus legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato, utram vellet, referret Romam, utramque ſuſtulit, & ait, Carthaginienſes petere debere, utram mallent accipere. ¶ Ponitur nonnunquam pro ſigno frumentario, quo exhibito, unuſquiſque frumentum pro portione accipiebat a præfecto annonæ, ſicut Patavii fieri ſolet ab his, qui pauperum curam habent. Nam eroganturſigna quædam plumbea, quibus exhibitis, ſigillatim accipiunt certam menſuram farinæ, vel panis. *Suet. in Aug. c.* 40. Ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius a negotiis avocaretur, ter in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinavit. *Juv. ſat.* 7. *v.* 174. Summula ne pereat, qua vilis teſſera venit Frumenti. ¶ Sic etiam dicuntur *teſſeræ nummariæ*, quibus exhibitis ſumma nummum præſcripta repenſari ſolet. *Suet. in Aug. c.* 41. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leviſſimo, interdum nullo pretio admenſus eſt, teſſeraſque nummarias duplicavit. ¶ Item ſumitur pro ſigno hoſpitalitatis, quæ *teſſera hoſpitalis* dicebatur. Fuit antiqui moris teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuo agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquam amicus, & vetus hoſpes. Hoc autem jus neceſſitudinis ad poſteros tranſibat. Propterea teſſeram hoſpitalem diligenter aſſervabant. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 86. Ego ſum ipſius, quem tu quæris. P. Hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum eſſe. P. Si ita eſt, teſſeram conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli. A. Agedum huc oſtende. eſt par probe: nam habeo domi. ¶ Teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur, qui jus hoſpitii violabat, hoc eſt, ut ait *Eraſmus*, qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſerat. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 27. Hic apud nos jam Alceſimarche confregiſti teſſeram. ¶ Conteſſerare cum aliquo, pro hoſpitia jungere, amicitiam colere, dixit *Tertull. adverſ. Hæretic. c.* 36. ¶ In veſtibus item figuræ quædam quadratæ, teſſeræ dicebantur, unde & veſtes ipſæ dictæ ſunt teſſellatæ. *Plin. l.* 35. *c.* 9. *de Zeuxide pictore*. Opes quoque tantas acquiſivit, ut in oſtentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit. ¶ Denique teſſera dicitur de lapillis, quibus pavimenta inſternuntur, & conficiuntur. *Plin. l.* 37. *c.* 25. Tum nucleo craſſo ſex digitos induci, & ex teſſera grandi non minus alta duos digitos ſtrui. V. *Teſſella*.

Teſſerārius, ii, m. qui militibus tribuit teſſeras. Gloſſ. Γραμματεὺς, ſcriba teſſerarius. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 25. A quo Barbium Proculum teſſerarium ſpiculatorem, & Veturium optionem. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 550. *n.* 2. Teſſerarius in Leg. III.

Teſſerārius, a, um, κυβικός, quod ad teſſeras pertinet, ut teſſeraria ars, apud *Ammian. l.* 14. h. e. ars teſſeras in pavimentis diſponendi.

Teſſerŭla, æ, f. κυβίδιον, parva teſſera. Speciatim dicitur de tabella ſuffragiorum. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 5. Quendam deprehenſum teſſerulas conjicientem in loculum, eum ad Conſulem tractum a fautoribus competitorum. ¶ Item de ſymbolo, ſeu ſigno frumentario, quod qui ad Præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant menſuram. *Perſ. ſat.* 5. Scabioſum teſſerula far Poſſidet. ¶ Teſſerulæ item dicebantur exigui quidam, & quadrati lapilli, ex quibus elegantiora pavimenta ſternebantur, quæ ab antiquis *teſſellata* dicebantur. *Cic. in Orat. c.* 44. *ex Lucilio:* Quam lepide lexeis compoſtæ, ut teſſerulæ

læ omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato?

Teſta, æ, f. *teſto*, *vaſe di terra*, חרש, Ger. *gebrandter krug*, Gal. *coquille*, *vaiſſeau de terre cuite*, Hiſp. *vaſo de barro*, *teja*, *a ladrillo*, ὄστρακον, omnis res fictilis cocta, cujuſmodi ſunt vaſa eſcaria, & vinaria, lucernæ, tegulæ, lateres, teſſeræ, in quibus Athenienſes, & alii ſuffragia ſcribebant, quæ iis ὄστρακα dicebantur, & alia innumera. *Virg. 1. Georg.* Teſta cum ardente viderent Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos. *Hor. l. 1. epiſt. 2.* Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem Teſta diu. *Auct. ad Her. l. 4. c. 6.* Prometheus, cum mortalibus ignem dividere vellet, ipſe ſi a vicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur? ¶ Hoc quoque nomine appellatum fuit genus celerrimum naviculæ, nempe quia fictilis erat, vel quia teſtæ formam habebat. *Cic. Att. l. 16. ep. 4.* Tamen arbitror eſſe commodius tarde navigare, quam omnino non navigare, &, ſi cum proceſſeriaus, exploratiora videbuntur, & teſtis utemur. *Juven. ſat. 15. de Ægyptiis:* Hac ſævit rabie imbelle, & inutile vulgus, Parvula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis, & brevibus pictæ remis incumbere teſtæ. ¶ Item genus quoddam crotalorum fictilium, vel e teſtis piſcium, quæ in quibuſdam ſaltationibus pulſabantur. *Juvenal. ſat. 11. v. 170.* Audiat ille teſtarum crepitus, &c. Huc pertinet illud *Ariſtophanis in Ranis*. Ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα, Hinc ad hujuſmodi crotalorum ſimilitudinem Teſtæ dicti videntur quidam plauſores, quos Nero, ut ſibi cantanti faverent, clam ſubmittere in theatrum ſolitus fuit. *Sueton. in Ner. c. 20.* Adoleſcentulos equeſtris ordinis, & quinque amplius millia e plebe robuſtiſſimæ juventutis undique elegit, qui plauſuum genera condiſcerent (bombos, & imbrices, & teſtas vocabant) operamque navarent cantanti ſibi. ¶ Quin & ipſa fragmenta fictilium vaſorum teſtæ dicuntur. *Plin. l. 36. c. 25.* Neceſſarium binas per diverſum coaſſationes ſubſterni, capita earum præfigi, ne torqueantur, & ruderi novo tertiam partem teſtæ tuſæ addi. ¶ Teſta item dicitur tegmen cujuslibet rei durum, & fragile, quod Græci ὄστρακον vocant, ut in piſcibus omnibus, qui duriore veſtiuntur cortice, qui a Græcis ὀστρακόδερμοι appellantur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum, partim ad ſaxa nativis teſtis inhærentium! ¶ Item cranium capitis, *cranio*. *Cæl. Aurelian. l. 2. Tard. c. 1. ad fin.* Aperteſim teſtæ ſaciendam. Adde *l. 1. c. 2. & Auſon. epigr. 72.* ¶ Item fragmentum oſſis. *Celſ. l. 7. c. 12.* Ergo ſpecillo conquirenda eſt teſta, quæ receſſit, & volſella protrahenda eſt. Si non ſequitur, incidi gingiva debet, donec labans oſſis teſta recipiatur. ¶ Metonymice uſurpatur de oſtreis, aliiſve id genus piſcibus duriore cortice contectis. *Hor. l. 2. ſat. 4.* Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ. *Hygin. Poet. Aſtron. l. 2. c. 23.* Teſta Cancri.

Teſtabilis, le, adject. *chi può eſſer teſtimonio*, qui jus habet teſtimonii dicendi. *Gell. l. 6. c. 7.* Jus teſtimonii dicendi ei tribuitur, teſtabiliſque una omnium fœminarum ut ſit, datur.

Teſtaceus, a, um, ὀστράκινος, ὀστρακώδης, quod ex teſta eſt, ſive quod teſtæ duritiem imitatur. *Plin. l. 11. c. 37.* Inſectorum omnium, & quibus teſtacea operimenta, oculi moventur. *Plin. Jun. epiſt. 46. l. 10.* Quia ſint cæmento medii farti, nec teſtaceo opera præcincti. ¶ Item quod teſtæ colorem habet, ut Teſtacea pira, quæ etiam Signina dicebantur. *Plin. l. 15. c. 15.* Signina, quæ alii colore teſtacea appellant.

Teſtamen, inis, n. *teſtimonio*, idem quod teſtimonium. *Tertull. carm. adverſ. Marcion. c. 4.* Hoc teſtamen erat virtutis.

Teſtamentarius, rii, m. *chi fa teſtamenti falſi*, ῥαδιουργός, qui teſtamenta falſa conficit. *Cic. l. 3. Off. c. 18.* Nunc de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt. ¶ Poſteriore ſeculo hoc nomen uſurpare cœperunt pro notario, confectore, & ſcriptore teſtamentorum. *Paul. ad l. Cornel. de Falſ. l. impuberem:* Si teſtamentarius ſervo fideicommiſſariam libertatem dederit, videamus, ne id extra pœnam ſit. Adde *l. 6. Dig. de hered. inſtitut.*

Teſtamentarius, a, um, *teſtamentario*, quod ad teſtamentum ſpectat, ut *Adoptio teſtamentaria*, quæ quis per teſtamentum ſibi filium adoptat. *Plin. l. 35. c. 2.* Cum Scipionis Africani tranſiſſet atrium, vidiſſetque, adoptione teſtamentaria Salutionis (hoc enim fuerat cognomen) Africanorum dedecore notem irrepentem Scipionum nomini.

Teſtamentum, i, n. *teſtamento*, διαθήκη, declaratio ultimæ noſtræ voluntatis. *Ulpian. l. 1. ff. qui teſtam. facere poſſ.* Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod poſt mortem noſtram fieri veluerimus. Eſt a *teſtamen*, quod a *teſtor*, ut a *moneo monumen*, unde *monumentum*, a *doceo documen*, unde *documentum*, & ſimilia, in quibus ſemper mentum eſt vocis productio. Quare merito *Gell. l. 6. c. 12.* Servium Sulpicium J. C. reprehendit, quod teſtamentum compoſitum dixerit a mentis conteſtatione. Quid, *inquit Gell.* calceamentum, quid paludamentum, quid pavimentum, quid veſtimentum, quid alia mille per hujuſcemodi formam producta? etiam ne iſta compoſita dicemus? *Cic. 1. Verr. c. 43.* Teſtamentum facere. *Id. de Aruſp. reſp. c. 20.* Teſtamentum conſcribere. *Id. pro Cluent. c. 11.* Teſtamentum mutare. *Id. 2. Phil. c. 42.* Teſtamentum irritum facere. *Id. 1. de Orat. c. 37.* Teſtamenta rumpere. *Id. Att. 15. ep. 15.* teſtamentum obſignare. *Id. Phil. 14. c. 3.* Subjicere teſtamenta, *falſificare*, & *Parad. 6. c. 1.* teſtamentum ſupponere, eodem ſenſu. *Horat. l. 1. epiſt. 7.* Teſtamenta reſignare, *aprire*. *Nep. in Att. c. 5.* Teſtamento aliquem adoptare. *Rurſus Cic. 3. Off. c. 24.* Teſtamento aliquid alicui relinquere. *Id. 2. de Fin. c. 31.* Teſtamento cavere aliquid, *ordinare*, *e proibire qualche coſa*. *Plin. l. 14. c. 22.* Teſtamentum nuncupare. V. *Nuncupo*. ¶ Etiam teſtamentum ad Civis Romani jura pertinuit. Hoc inde intelligi poteſt, quod neque teſtamentum facere legibus Romanis, neque aliquid teſtamento a cive accipere, niſi Civis Romanus potuit. *Sigon. l. 1. de ant. jure C. R. c. 12.* Itaque *Cicero*, cum Archiam in jure Civium verſatum eſſe contenderet, ea maxime ratione niſus eſt, quod eum teſtamentum legibus Romanis, iis præſertim temporibus, quæ accuſator criminabatur, feciſſe affirmaret: & in *Or. pro Domo*, cum ſui etiam in exilio ut Civis habitam eſſe rationem, rogatione Clodia neglecta, oſtendere vellet, dixit: Quis in locum meum judicem ſubdidit? quis meorum amicorum teſtamentum diſceſſu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & ſi adeſſem? ¶ Porro apud Romanos tria olim teſtamentorum genera fuere, ut *Gell.* docet *l. 15. c. 27.* unum, quod calatis comitiis in populi concione fiebat: alterum in procinctu: tertium per familiæ emancipationem, cui æs, & libra adhibebatur. Teſtamentum calatis comitiis erat illud, quod convocatis ad comitia populo ſcribebatur ab eo qui teſtari volebat, ipſo teſte populo adhibito, eaque ratione teſtamentum publicum erat, & publica auctoritate munitum. Teſtamentum in procinctu erat illud, quod fiebat a militibus jam jam pugnaturis. nam acie jam inſtructa, & procincta, h. e. ad prælium parata, antequam ſcuta caperent, tribus aut quatuor adhibitis teſtibus, ſine ſcriptis teſtamenta faciebant, atque hæredes nominabant. *Vellej. l. 2. c. 5.* Facientibuſque omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum foret. Denique teſtamentum per familiæ emancipationem dicebatur, cum paterfamilias, is, qui teſtari volebat, emancipatione, hoc eſt imaginaria quadam venditione res omnes ſuas, univerſumque familiæ jus vendebat illi, quem volebat ſucceſſorem relinquere. Itaque quinque vocabantur teſtes, & libripens, omnes cives R. & puberes, atque iis præſentibus is, qui familiæ emptor dicebatur, æneum nummum manu tenens, hujuſmodi ſolemnem formulam proferebat: *hujus ego familiam, quæ mihi empta eſt hoc ære, æneaque libra, jure Quiritium meam eſſe ajo:* nummo deinde libram percutiens, illum dabat ei, a quo hæreditatem expectabat, quaſi loco pretii. Porro venditor nihil emptori tradebat, ſed hæredem eum ita conſtituebat, ut poſt ſuam mortem jure poſſet hæreditatem adire. Facta hac familiæ emancipatione, tum venditor ordinabat, quid poſt mortem ſuam fieri vellet: dicebat enim emptori, ſeu ſucceſſori: huic volo dari fundum, illi domum, alii centum ſolidos &c. quod ab *Ulpiano* teſtamenti nuncupatio dicitur. Hujuſmodi hæredis declaratio dicebatur etiam *teſtamentum per nexum:* Nexum enim, inquit *Gallus Ælius apud Feſt.* dicitur id omne, quod per æs & libram fit; idque necti dicitur. Quæ in genera ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Tria hæc teſtamentorum genera paulatim in deſuetudinem abjere, & prius quidem illud, quod calatis comitiis, progreſſu deinde temporum etiam reliqua, obtinuitque tandem, ut qui teſtamenta conderent, ſuam voluntatem in tabulis perſcriberent, adhibitiſque legitimis teſtibus obſignarent, de quo quidem teſtamento, ejuſque variis diviſionibus conſule JCtos, quorum eſt talia enucleata deſcribere.

Teſtans, antis, o. ſi. teſtator, teſtamenti conditor. *Ulp. l. cum res, ff. de leg.* Niſi alia mens fuerit teſtantis.

Teſtātim, adv. *minutamente*, ὀστρακηδόν, minutim, apud ceteros, tractum a teſtarum natura, quæ in exigua fragmenta ſolent confringi. *Pomp. apud Non. c. 2. n. 842.* Jam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.

Teſtatio, onis, f. *teſtimonio*, עדות, Ger. *bezeugung*, Gall. *temoignage*, Hiſp. *teſtimonio*, μαρτυρία, idem, quod teſtimonium. *Liv. l. 8.* Sicut in fœderum ruptorum teſtationem ingenti fragore cœli procellam effuſum. *Quintil. l. 5. c. 13.* Si quid ab adverſario teſtationibus comprehenſum. ¶ Sumitur etiam pro tabula, ſeu ſcriptura conſignata, quæ teſtificandæ alicujus rei cauſa fit, *ſcrittura*. *Quint. l. 5. c. 7.* Sæpe inter ſe collidi ſolent inde teſtatio, hinc teſtes: hæc enim ſe pars præparando, illa conſenſu ſignantium tuetur. *Paulus l. Lucius Titius. Dig. de his qui not. infam.* Atque in eam rem teſtationem apud præfectum Prætorio recitavit. *Ulpian. l. 9. Dig. de pœn.* Teſtationem conſignare.

Teſtāto, adv. *con teſtimoni*, teſtibus adhibitis. *Scævol. l. 122. Dig. de verb. oblig.* Poſt paucos dies teſtato creditori dixit, paratum ſe eſſe Romæ eam (pecuniam) numerare. ¶ Item expreſſe, aperte. *Ulp. l. 1. Dig. de perie. & comm. rei vend.* Priuſquam teſtato denunciet emptori, ut &c. ¶ Item teſtamento facto, ut teſtato decedere, *morire fatto il ſuo teſtamento*. *Ulpian. l. 42. Dig. de jure fiſci*. Sive teſtato, *Dig. lib. 49. tit. 14. leg. 45.* ſive inteſtato deceſſerunt.

Teſtātor, oris, m. *teſtatore*, διαθέμενος, teſtamenti conditor. *Sueton. in Ner. c. 17.* Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.

Teſtātrix, icis, *teſtatrice*, quæ teſtamentum fecit. *Modeſtin. l. 35. in fine Dig. de legat. 2.* Nihil prohibet propter voluntatem teſtatricis fideicommiſſum peti.

Teſtātus, a, um, διαθέμενος, qui teſtamentum condidit, partic. a teſtor, cujus contrarium eſt *inteſtatus*, ἀδιάθετος, qui teſtamentum non condidit. *Ulpian. l. 1. Dig. de ſuis, & legitim. hered.* Inteſtati appellantur, qui cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. ¶ Item qui teſtes vocavit. *Virg. 12. Æn.* Multa Jovem, & læſi teſtatus fœderis aras. ¶ Item qui teſtimonium dedit. *Horat. l. 2. od. 18.* clypeo Trojana refixo tempora teſtatus. ¶ In ſignificatione paſſiva teſtatus, μεμαρτυρημένος, dicitur apertus, vulgatus, ab omnibus cognitus, quod id quaſi omnes teſtentur, *certo*, *provato*, *conoſciuto*. *Cic. 4. Verr.* Ut res quam maxime clara, atque teſtata eſſe poſſet, in jus ad Metellum Carpinatium voco, tabulaſque ſocietatis in forum defero. *Id. pro Cæl. c. 36.* Ut & comprehendi Licinius facile poſſet, & res multorum oculis eſſet teſtatior. ¶ Superlativum *teſtatiſſimus* habet *Auguſt. l. 8. Confeſ. c. 6.* ¶ Teſtato abl. abſolutus, ut *comperto*, *cognito*, &c. *Plin. l. 8. c. 36 ad fin.* Cerebro veneficium ineſſe Hiſpaniæ credunt, occiſorumque in ſpectaculis capita cremant: teſtato, quoniam potum in urſinam rabiem agat.

Teſtĕus, a, um, adject. *di terra cotta*, fictilis. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 15.* Medicinæ ratio eſt cum teſteis, terrenique corporibus.

Teſticulātus, a, um, adject. teſticulis præditus. *Veget. l. 1. veterin. c. 7.*

Teſticŭlor, aris, d. 1. ad coitum beſtias admitto, a *teſticulus*. *Feſt. ſive Paul.* Teſticulari eſt jumentis maribus feminas, vel mares feminis admovere, licet alii dicant teſtilari. ¶ Pro teſtem eſſe, teſtimonium dicere, legitur apud *Plaut. Amph. 2. 2. 194.* Mihi quoque adſunt teſtes. Al. Qui teſtes? quid teſticulare? &c. qui tamen verſus una cum ſequenti a Criticis paſſim tanquam ſuppoſititius rejicitur.

Teſticŭlus, li, m. dim. *teſticolo*, ὀρχίδιον, dim. a *teſtis*, cum pro coleo accipitur. *Auct. ad Her. l. 3. c. 20.* Medicus teſticulos arietinos tenens. *Juven. ſat. 11. v. 157.* Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos.

Teſtificatio, onis, f. *teſtificazione*, μαρτυρία, actus teſtificandi, probatio per teſtes. *Cic. 6. Ver. c. 42.* Si ejus rei teſtificatio tolleretur, cautumque eſſet, eos teſtimonium non eſſe dicturos. *Id. de clar. Orat. c. 80.* Se ſeque chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones, rem manifeſtam deferra diceret. ¶ Interdum idem eſt, quod declaratio, aſſertio, profeſſio, *teſtimonianza*. *Cic. l. 1. Fam. ep. 1.* Sic egit cauſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam, nec gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum.

Teſtificātus, a, um, particip. *chi ha chiamato in teſtimonio*, teſtatus. *Ovid. Heroid. ep. 21. v. 134.* Lingua perſentem teſtificata Deam. ¶ Sumitur etiam paſſive, quemadmodum & *teſtatus*, & ſignificat certum, manifeſtatum, probatum, μεμαρτυρημένος. *Idem 4. Faſtor. v. 326.* teſtificata loquor. *Cic. Attic. l. 1. ep. 12.* Mihi nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua voluntas omittendæ provinciæ.

Teſtĭfĭcor, aris, d. 1. *teſtificare*, *teſtimoniare*, העיד, Germ. *bezeugen*, Gal. *témoigner*, Hiſp. *ateſtiguar*, μαρτυρέω, teſtor, teſtimonium dico, notum facio. *Cic. 3. de Or.* Quod eo ſæpius teſtificor, ut auctoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. *Id. Att. l. 8. ep. 9.* Teſtificor me expertem belli fuiſſe. ¶ Significat etiam teſtari, & in teſtimonium invocare. *Cæl. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 16.* Nam Deos, hominesque, amicitiamque noſtram teſtificor, me tibi prædixiſſe, &c.

Teſtĭmōniālis, le adject. ad teſtimonium pertinens, ut teſtimonialis comparatio. *Tertul. adverſ. Pſych. c. 16.* ¶ Teſtimoniales in *l. pen. Cod. Theodoſ. de veter. & tirul. de teſtim. exhib.* ſunt milicionis honeſtæ epiſtolæ. *Veget. l. 2. de re milit.* Contubernalibus, completis ſtipendiis, per teſtimoniales ex more dimiſſis.

Teſtĭmōnium, ii, n. *teſtimonio*, *teſtimonianza*, עדות, Germ. *zeugnuſs*, Gal. *témoignage*, Hiſp. *teſtimonio*, *dicho*, μαρτυρία, teſtium depoſitio, quæ & teſtatio dicitur. Propria abſentium eſt, cum dicta teſtium, quæ alibi depoſuerunt, apud judicem in ſcriptis proferantur, quod

genus

Digitized by Google

genus Græci *μαρτυρίας* vocant. *Calliſtr. l. teſtium fides, 3. ff. de teſtibus.* Idem D. Hadrianus Ruſino Proconſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. *Et infra:* Caninio quoque Maximo in hæc verba idem Princeps reſcripſit: Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent. *Idem pro Mil. c. 17.* Legite teſtimonia teſtium veſtrorum. *Id. pro Flacc.* Teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit. ¶ Teſtimonium duplex eſt, manifeſtum, & cæcum. Manifeſtum eſt, quod certos teſtes, & præſentes habet. Cæcum, in quo multitudinem, aut civitatem dicimus ſcire, ut *Cicero: Teſtis eſt tota Sicilia.* Eſt etiam in cæco teſtimonio juſjurandum, tabulæ, abſenteſque perſonæ. Hæc *Donatus in Terent. Andr. 5. 4. 28.* ¶ Dicimus etiam, teſtimonium in aliquem, &, contra aliquem dicere, *Cic. pro Syll. c. 27. & 3. de nat. Deor. c. 34.* teſtimonium alicui dare, *Id. pro Roſc. Amer. c. 6.* & teſtimonium reddere, *Quintil. l. 11. c. 1.* eodem ſenſu. Dicere aliquid pro teſtimonio, *Cic. Att. l. 1. ep. 13. dire in teſtimonianza.* ¶ Accipitur etiam latius teſtimonii vocabulum, pro omni eo, quod ab aliqua re externe ſumitur ad faciendam fidem. *Cic. in Partit. c. 2.* Teſtimoniorum duo ſunt genera, divinum, & humanum. Divinum, ut oracula, auſpicia, vaticinationes, & reſponſa Sacerdotum, Aruſpicum conjecturæ. Humanum, quod ſpectatur ex auctoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expreſſa, in quo inſunt ſcripta, pacta, promiſſa, jurata, quæſita. *Id. Att. l. 8 ep. 19.* Cui rei teſtimonio ſunt literæ, quas Buſſenius ad me miſit. ¶ Sumitur quoque aliquando pro elogio, quo ſententiam noſtram de re quopiam declaremus. *Cic. 3. de Leg.* Quandoquidem tam præclarum mihi dediſti judicii tui teſtimonium.

Teſtis, is, com. *teſtimonio*, עד, Ger. *zeug*, Gal. *temoin*, Hiſp. *teſtigo*, *μάρτυς*, qui, quæve teſtimonium dicit, vel teſtimonio eſt, ſive in judicio, ſive extra judicium. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 3. Off.* Cum vero jurato ſententia dicenda ſit, memineris, Deum ſe habere teſtem. *Ovid. 3. ex Pont. ep. ult. v. 50.* Atque incorruptæ pondera teſtis habet. *Sueton. in Claud. c. 40.* Inducta teſte in Senatum, &c. ¶ Vel cum genitivo, & dativo. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Præterea quidem de Conſularibus nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. de Prov. Conſ.* Cn. Pompejus idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea. ¶ Vel cum acc. & præp. in. *Cic. 3. Ver.* Satis multos ex illa calamitate Ariminenſium teſtes nobis in hanc rem reliquos eſſe. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. l. 3. Fam.* Atque in eo me non perſeveraſſe, teſtes ſunt rationes civitatum. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l. 5. Fam.* Meus in te animus quam ſingulari officio fuerit, & Senatus, & populus R. teſtis eſt. ¶ *Teſtis locuples*, eſt teſtis fidei integræ, non mercenarius, aut qui pecunia, vel pretio accepto corrumpi poſſit. *Cic. pro Planc.* Ut qui locuples teſtis doloris, & ſanguinis ſui non fuerit. *Id. in Brut.* Ex quo, ſiquando opus eſſet, ab inferis locupletiſſimos teſtes excitaret. ¶ *Claſſicus teſtis*, eſt teſtis gravis auctoritatis, omni exceptione major, quales in teſtamentis ſignandis adhibebantur, ducta tranſlatione a civibus Romanis primæ claſſis, qui per excellentiam claſſici dicebantur, cum reliqui infra claſſem cenſerentur. *Feſt.* Claſſici teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur. ¶ *Teſtibus præſentibus aliquid facere*, eſt aperte, cui contrarium eſt clam, furtim, ſine arbitris. *Plaut. Curc. 1. 1. 31.* Quod amas, ama teſtibus præſentibus. ¶ Teſtes producere, adhibere, citare teſtes in rem aliquam, teſtes refutare, habere, teſtibus uti, &c. apud *Ciceronem* paſſim leguntur, præſertim in Orationibus.

Teſtis, is, m. *teſticolo*, ὄρχις, δίδυμος, unum ex membris virilibus. Nomen inde eſt, quod duo hæc membra teſtes ſunt ἀῤῥενότητος, ideſt virilitatis. *Auctor Priapei.* Magnis teſtibus iſta res agetur. *Plin. l. 12. c. 49.* Teſtes pecori armentoque ad crura dependent.

Teſtitrăhus, a, um, adject. qui teſtes, h. e. teſticulos trahit, epithetum eſt arietis apud *Tertul. de pall. c. 1. ex Laberio*, quia aries ob teſticulorum magnitudinem eos trahere videtur potius, quam portare.

Teſto, as, pro Teſtor, aris, ſcribit *Priſcian. l. 8.* uſurpatum fuiſſe a vetuſtiſſimis quibuſdam ſcriptoribus.

Teſtor, aris, d. 1. *teſtificare*, העיד, Ger. *bezeugen*, Gal. *témoigner*, Hiſp. *atteſtiguar*, μαρτυρέω, teſtimonio ſum, fidem facio, oſtendo. *Cic. 2. de nat. Deor.* de venis, & arteriis: Utræque autem crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificioſi operis, divinique teſtantur. ¶ Accipitur quoque pro teſtem advocare, alterius implorato teſtimonio aliquid aſſerere, & confirmare. *Virg. 2. Æn.* Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen, ait. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Sed teſtor omnes Deos, me hac una voce a morte eſſe revocatum. *Id. pro Cluent.* Quibus ille Deos immortales de ſuo ſcelere teſtatur. *Plaut. Rud. 3. 2. 31.* Teſtem teſtor mihi. ¶ Interdum eſt ſimpliciter affirmare, profiteri, palam dicere. *Cic. pro Mur. c. 37.* Ego, quod facio, omnium veſtrum cauſa me facere clamo, atque teſtor. *Suet. in Claud.* Teſtatus quondam per edictum, tanto impenſius petere ſe, &c. ¶ Accipitur item teſtari, pro teſtamentum condere. *Cic. 2. de Inv. cap. 21.* Poſſitne quiſquam de filii pupilli re teſtari. *Liv. l. 1. c. 34.* Qui cum ignorans, nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet.

Teſtu, u, n. *coperchio*, *teſto*, operculum fictile, quod ad tegendas ollas, & alia culinaria vaſa adhibetur. *Chariſ. l. 1.* Sunt quædam tantum monoptota, ut genu, teſtu. *Cato de R. R. c. 84.* In catinum indito, catinum teſtu operito. *Id. ib. c. 75.* In foco calido ſub teſtu coquito leniter. *Ovid. 5. Faſt. v. 510.* Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat: & fumant teſtu preſſus uterque ſuo. ¶ Quidam putant eſſe *teſtus*, *us*, m. quibus opponimus auctoritatem Chariſii allatam.

Teſtuatium, ii, n. ἀρτόπτικιον, libi, vel panis delicatioris genus, quod in teſta coquebatur. *Varro l. 4. de L. L.* Libum, quod libaretur, prius, quam eſſet coctum: teſtuatium, quod in teſta calda coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ.

Teſtudineatus, & Teſtudinatus, a, um, adject. *fatto in forma di teſtudine, e a volta*, ἀψιδωτός, fornicatus, concameratus, & incurvus teſtudinis more. *Col. l. 12. c. 15.* Et inter ſe acclives teſtudineato tecto more tuguriorum inareſcentem ficum a rore, & interdum a pluvia defendant. *Vitruv. l. 2. c. 3. de tectis ædium.* Teſtudinata vero fiunt, ubi non ſunt impetus magni.

Teſtudineus, a, um, quod eſt teſtudinis. *Plaut. Amph. in ſuppoſitis, ſcena, quæ incipit: Dii veſtram fidem, v. 6e.* Sive grallatorius, ſive teſtudineus (gradus) fuerit, certum eſt mihi nunc ſtaleſtum perdere. *paſſo lento, paſſo di tartaruga.* ¶ Item quod ex teſtudine factum eſt. *Propert. l. 4. eleg. 6.* Teſtudinea lyra. *Martial. l. 9. epigr. 60.* Teſtudineum hexaclinon.

Teſtūdo, inis, f. *teſtudine*, Ger. *ſchildkrote*, Gal. *tortue*, Hiſp. *galapago*, χελώνη, genus animalis ita dictum a teſta, quod teſta prædura eſt tectum hoc animal, ut ait *Var. l. 4. de L. L.* Earum genera ſunt marinæ, paluſtres, terreſtres, & lutariæ, quæ in dulci aqua diverſantur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Teſtudines autem, & crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde diſcedere: Ita & naſcuntur, & educantur ipſa per ſe ſe. *Plin. l. 9. c. 10.* Teſtudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant, atque inter inſulas Rubri præcipue maris navigent cymbis. In terram egreſſæ, in herbis pariunt ova, avium ovis ſimilia, ad centena numero. Eaque defoſſa extra aquas, & cooperta terra, ac pavita pectore, & complanata, incubant noctibus. Educant fœtus annuo ſpatio. ¶ Ab ea notione fluxere aliæ tres, una in Architectura, altera in Muſica, tertia in re militari. In Architectura notat opus concameratum, *volta, cupola*. *Non. c. 1. n. 286.* Teſtudines ſunt loca in ædificiis camerata, ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quæ duris tergoribus ſunt, & incurſis. *Cic. ad Q. Fr. lib. 3. ep. 1.* Nunc hoc vel honeſtatem teſtudinis, vel valde bonum æſtivum locum obtinebit. ¶ Altera tranſlatio eſt, cum pro inſtrumento muſico accipitur, quod Græcis ſimiliter χέλυς. V. Chelys. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu. *Virg. 4. Georg.* Ipſe cava ſolans ægrum teſtudine amorem. ¶ Denique, ut diximus, hæc vox ad militiam tranſlata eſt. In militia notat, quod Græci vocant συνασπισμόν, quaſi dicas *conſcutationem*, cum nempe corpora jungunt milites, clypeoſque capitibus ſuperimpoſitos ita condenſant, ut ſatis firmum munimentum ſint adverſus impetum lapidum, aliorumque telorum deſuper incidentium. *Cæſ. lib. 5. B. G.* At milites legionis ſeptimæ teſtudine facta, & aggere ad munitiones adjecto locum ceperunt. *Liv. l. 34. c. 39.* Sublatis ſuper capita ſcutis, continuatiſque ita inter ſe, teſtudine facta ſubibant. ¶ Similiter in militia teſtudo vocabatur machina contegendi cauſa fabricata, ſub qua a militibus foſſæ, aliaque fiebant ad urbium oppugnationem. Hæc tabulatis contexta erat, & crudo corio, aut ciliciis centonibus contecta, aliave materia, quæ difficulter poſſit exuri. Intus autem habebat trabem funibus ſuſpenſam, quæ ſi unco præmuniretur ferreo, falx dicebatur, ac quod incurvata eſſet cum in uſum, ut lapides e muro evelleret, ſi vero ferro bifurco caput haberet munitum, aries dicebatur, ſive quod arietis in morem retrorſum cederet, ut majori cum impetu feriret; ſive quod geminis cornibus capitis arietini ſimilitudinem referret. Teſtudo autem dicebatur, quod modo caput exereret, modo ſubduceret, viva teſtudinis ritu. *Cæſ. lib. 4. B. G.* Reliquiſque diebus turres ad altitudinem valli, falces teſtudineſque parare, ac facere cœperunt. ¶ *Teſtudo volat*, proverb. de re impoſſibili, apud *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 350.*

Teſtŭla, æ, f. ὀστράκιον, parva teſta, vel teſtæ fragmentum. *Col. l. 11. c. 3. de porris capitatis:* Tum teſtulæ, vel conchæ quaſi ſedes in ſingulis ſubjectæ ſeminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. ¶ Teſtulis in comitiis ferebantur ſuffragia. Hinc teſtula collabefieri, apud *Nepot. in Ariſtide, c. 1.* eſt damnari.

Teſtum, i, n. idem quod teſtu, ex fictili, aliave materia. *Plin. l. 30. c. 7.* Ranarum corda in olei veteris ſextario ſub æneo teſto diſcoquere. ¶ Item teſtacea maria, qualis eſt laterum, & tegularum. *Sever. Sulpic. l. 2. hiſtor. ſacr. c. 2. de ſtatua Nabuchodonoſoris:* Sed ferrum, atque teſtum inter ſe confuſum coire non poterat.

Teſtus, us, V. Teſtu.

Tetanĭci, m. 2. τετανικοί, qui tetano laborant. *Plin. lib. 23. c. 7.* Datur tetanicis, & ſpaſticis.

Tetanŏthrum, i, n. τετάνωθρον, medicamentum, quo rugæ tolluntur, & cutis faciei extenditur, quod etiam a τετανός, *extenſus*, quia efficit δέρμα τετανόν, ideſt cutem extentam, planamque. Differt a pſilothro. Nam pſilothris ad pilos vellendos, tetanothris ad extendendam in facie cutem utebantur. *Plin. l. 32. c. 7. de ichthyocolla:* Utilem eam in capitis doloribus affirmant, & tetanothris.

Tetănus, i, m. τέτανος, omnis convulſio, & rigiditas corporis, vel membrorum, cujuſmodi eſt rigor, & immobilitas cervicis, cum ſpinæ nervi, & muſculi utrinque ex æquo obriguerunt, ita ut cervicis vertebras neutram in partem flecti permittant, a τείνω, *extendo*. *Scribon. Larg. 101.* Facit & hoc medicamentum ad eos, quorum muſculi maxillares cum maximo dolore tenſi ſunt adeo, ut aperire os nullo modo poſſint. Tetanon hoc vitium Græci dicunt. *Celſ. lib. 2. c. 1.* Rigor modo nervorum diſtenſionem, modo rigorem infert: illud σπασμός, hoc τέτανος Græce nominatur.

Tetartum, i, n. τετράς, tetras, ſive numerus quaternarius. *Col. l. 3. c. 11.* Quodque eatenus velut lectarum quodam contenti ſimus tetartum.

Tetartemorion, n. 2. τεταρτημόριον, quadrans, ac ſpeciatim quarta pars zodiaci, hoc eſt tria ſigna. *Plin. lib. 7. c. 49.* Durat & ea ratio, quam Petoſiris, ac Necepſos tradiderunt, & tetartemorion appellant, a trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiæ tractu cxxvi. annos vitæ contingere apparet.

Teter, tra, trum, *moleſto*, *cattivo*, *tetro*, *orrido*, מכוער, Ger. *greulich*, Gal. *cruel méchant*, Hiſp. *feo*, *cruel*, *horrible*, moleſtus, fœdus, malus. Quidam a *tædet* deducunt, unde & *tæter* ſcribendum conjectant, quaſi cujus tædeat. Ac favent huic ſententiæ aliquot vetera monumenta, quæ affert *Manut. in Orthogr.* *Perotto* dici placuit ab *ater*, quia tetrum eſt, quod nigrum, ac tenebricoſum. *Virg. 3. Æn.* Tum vox tetrum dira inter odorem. *Col. l. 7. cap. 5.* Et ſpumam quandam tetrum tetri odoris expuit. ¶ Tranſlate ſumitur pro malo, diro, crudeli. *Cic. 4. Tuſc.* Ipſam ægritudinem, quam nos ut tetram, & immanem belluam fugiendam eſſe diximus. *Hor. l. 1. ſat. 3.* Nam fuit ante Helenam mulier teterrima belli cauſa. *Ovid.* Nam ſimul ut venus inflavit tetra libido. ideſt obſcœna. *Sulpit. Cic. l. 4. ep. 12.* Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. *Id. l. 8. ep. 13.* teterrima hiems. *Cic. 2. Offic. c. 22.* Nullum vitium tetrius, quam avaritia. *Id. 1. Tuſcul. c. 40.* Teterrimus in aliquem. ¶ *Tetrum* adverbii more *Prudent. Cathem. 4. v. 22.* Tetrum flagrat enim vapore craſſo Horror conſcius æſtuante culpa.

Tethalaſſomĕnon vinum, h. e. marina aqua mixtum, a θάλασσα, mare. *Plin. l. 14. c. 8.*

Tēthys, os, f. 3. Τηθύς, Cœli, & Veſtæ filia, ſoror Saturni, & Titani, uxor Neptuni, ſive Oceani, mater fluviorum, & Nympharum. *Heſiod. in Theog. Bocc. lib. 3. Gen. Deor. Ovid. 5. Faſt.* Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn, Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis. h. e. Titani ſororem. *Id. infra, de Hyadibus:* Pars Bacchum nutriſſe putat, pars credidit eſſe Tethyos has neptes, Oceanique ſenis. ¶ Hæc Tethys magna, ſeu major, & a Poetis cana cognominatur. Quidam cauſam afferunt, ut diſtinguatur a filia Nerei, & matre Achillis. Sed hujus nomen ſcribitur *Thetis*, cum aſpiratione in prima ſyllaba, & litera *i* in ſecunda. *Ovid. 2. Faſt.* Canamque petit Saturnia Tethyn. *Catull. de coma Beren.* Luce tamen canæ Tethyi reſtituor. ¶ Interdum ponitur pro mari. *Lucan. l. 1. v. 414.* Tethyos unda vagæ lunaribus æſtuat horis.

Tethĕa, æ, f. piſcis quidam marinus, qui in foliis marinis plerumque degit exſugens, qui tamen, ſecundum *Plin. l. 32. c. 9.* fungus potius, quam piſcis dicendus eſt.

Tetinĕrim, is, it, antiquum præteritum pro *tenuerim, is, it*, & *tetiniſſe* pro *tenuiſſe* olim uſurparunt *Accius*, & *Pacuv.* apud *Non. c. 2. n. 854.*

Teti-

Tetini præteritum antiquum verbi *teneo*, pro tenui. *Paul. apud Feſt.*

Tetrachordon, i, n. & Tetrachordos, i, m. & f. τετράχορδον, & τετράχορδος, quatuor chordas, ſeu quatuor ſonos habens. Ab antiquis Muſicis tetrachordon dicebatur quatuor in ordine poſitorum ſonorum congruens fidaque concordia, ut *Martian. Capella* definit, h. e. quod dicunt recentiores Muſici *una quarta*. In toto veterum muſicorum vocum ſyſtemate quinque tetrachorda conſtituebantur, quibus univerſa modulationum varietas continebatur; ita tamen ut diſſimiles eſſent diſpoſitiones, & intervalla tonorum, & hemitoniorum in tetrachordis diatonici generis, chromatici, & harmonici, ut explicat, quamvis ſatis obſcure more ſuo, *Vitruv. l. 5. c. 4.* & fuſius, apertiuſque *Kircherus l. 3. Muſurgiæ univerſ. c. 8. & 13. & l. 7. cap. 8.* quem conſule. V. etiam *Philandrum in Vitruv. loc. cit.* ¶ Tetrachordos machina dicitur ab *eod. Vitruv. l. 10. c. 13.* organum hydraulicum, quod quatuor ſonorum differentias habet, *organo di quattro regiſtri*. ¶ Translate anni tetrachordon dixit *Varro apud Non. c. 2. n. 25.* quatuor anni tempora ſignificans. *le quattro ſtagioni*.

Tetracolon, i, n. periodus quatuor membris conſtans, τετράκωλον. *Senec. l. 4. controverſ. 25.* Myrrhedius dixit illud tetracolon: Serviebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer convivio, dies nocti. ¶ Translate ponitur pro numero quaternario cujuſcumque rei. *Id. in præfat. l. 3. Controverſ. de Capitone declamatore:* Nullo non poſt primum tetracolum præferendos, primum tetracolum quorum faciam, quæritis? Latronis, Fuſci, Albutii, Gallionis.

Tetradoron, i, m. & f. τετράδωρος, quatuor palmorum magnitudinem habens. *Plin. l. 35. c. 14.*

Tetradrachmum, i, n. τετράδραχμον, nummus quaternas valens drachmas. *Caſſius Cic. l. 12. Fam. ep. 13.* Nam jam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam eſt. *Liv. l. 37. c. 58.* Tetradrachma Attica triginta quatuor millia ſeptingenta. *Id. l. 34. c. 52.* Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum, tetradrachmum vocant &c. quidam hic leg. *tetradrachmam*, ut ſit fœminini generis.

Tetragnathius, ii, m. genus aranei, a τέτταρα, *quatuor*, & γνάθος, *maxilla*, propter multitudinem maxillarum. *Plin. l. 29. c. 4.* Tetragnathii duo genera habens, pejor medium caput diſtinguente linea alba, & tranſverſa altera.

Tetragonum, i, n. τετράγωνον, *tetragono, aſpetto quadrato*, aſpectus quadrangularis alicujus aſtri, apud Aſtrologos. *Auſon. in Eclogar. de ratione puerperii maturi*, ſeu *Idyll. 12. v. 21.* Fulgor tetragono aſpectus vitale coruſcat. *Et in fin.* Tetragono abſolvas dubiarum vincla morarum. Alii priore loco leg. *tetragono aſpectu*, ut ſit *tetragonus, a, um*, adject. Cæterum nimia hic licentia penultima corripitur ab *Auſonio*, cum natura producenda ſit.

Tetrameter, a, um, adject. τετράμετρος. Verſus tetrameter dicitur qui quatuor pedibus conſtat, cujuſmodi eſt illud carmen, quod in exemplum adducitur a *Diomed. l. 3.* Fulmina nubibus obvia torquens. Sunt tamen alia multa tetrametrorum genera, quæ V. apud *Grammatic.* & præſertim *Diomed. l. 3. Terentianus Maurus de metris* uſurpat *tetrametrus* in recto caſu, quod magis accedit ad Græcam vocem.

Tetrans, tis, quarta alicujus rei pars, quadrans, τεταρτημόριον. *Vitruv. l. 4. c. 1. & 3.* qui *l. 4. c. 3.* dixit etiam *tetrantorum* pro *tetrantum*, velut ſi eſſet *tetrantus, i*, quod quidem *Vitruvio* condonandum.

Tetrao, onis, τετράων, avis quædam ex genere anſerum, olim in deliciis habita, quæ a quibuſdam Gallus unus eſſe creditur. *Plin. l. 10. c. 22. & Sueton. in Aug. c. 22.*

Tetrapharmacum, i, n. emplaſtrum quoddam quatuor rebus conſtans, nempe cera, pice, reſina, ſevo taurino, aut, ſi hoc deſit, vitulino: valet autem ad pus movendum. *Celſ. l. 5. c. 19. & 26.*

Tetraphori. V. Hexaphori.

Tetrapolis, lis, f. τετράπολις, ſic dicta eſt Antiochiæ regio, in qua quatuor inſignes oppida fuerunt. *Strab. l. 16.* ¶ Item ob eandem rationem regio Attica.

Tetraptota, τετράπτωτα, nomina dicuntur, quæ quatuor tantum caſus habent. *Priſcian. l. 5.*

Tetrapus, τετράπους, quadrupes. hoc nomine inſcriptus eſt liber octavus Apicii, eo quod in eo agitur de quadrupedum animalium opſoniis & condituris.

Tetrarcha, æ, ſeu Tetrarches, æ, m. *Tetrarca, Signore della quarta parte d'un Regno*, τετράρχης, qui quartam Regni partem obtinet, a Græco nomine allato. Ita vocatur non ſolum qui cum aliis tribus regnum aliquod occupat, ſed etiam qui poſt tetrarchas imperium adeptus eſt, licet plures ſint, vel etiam pauciores: item qui ſolus eam regionem tenet, quæ aliquando a quatuor tetrarchis poſſeſſa fuit. *Hirt. de bello Alexandrino c. 67.* Dejotarus Tetrarches Gallogræciæ tunc quidem pene totius, quod ei neque legibus, neque moribus conceſſum eſſe ceteri Tetrarchæ contendebant, &c. *Cic. Att. l. 2. ep. 9.* Qui Regna, qui prædia Tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. *Hor. l. 1. ſat. 3. v. 12.* Habebat ſæpe ducentos, Sæpe decem ſervos, modo Reges, atque Tetrarchas. *Lucan. l. 7. v. 226.* Sicci ſed plurima campi Tetrarchæ, Regeſque tenent, magnique Tyranni.

Tetrarchia, æ, f. τετραρχία, principatus quartæ partis alicujus regionis. *Cic. 1. de Div. c. 15.* Quod poſteaquam a Cæſare Tetrarchia Regno, pecuniaque mulctatus eſt. *Id. pro Dejot. c. ult.* Negat, unquam ſe a te in Dejotari Tetrarchia pedem diſceſſiſſe.

Tetras, adis, f. numerus quaternarius. *Tertullian. adverſ. Valentin. c. 7. & 8.*

Tetraſtichon, n. τετράστιχον, carmen quatuor verſibus ſententiam concludens, ut *diſtichon*, quod duobus verſibus conſtat, a τέτταρα, *quatuor*, & στίχος, *verſus*. *Martial. l. 7. epigr. 84.* Quod non inſulſe ſcribis tetraſticha quædam. ¶ Adjective Tetraſticha porticus apud *Trebell. Poll. in Gallien. c. 18.* eſt, quæ quatuor columnarum ordines habet.

Tetraſtylos, τετράστυλος, quatuor columnarum ordines habens, ut tetraſtylas ædes, *Vitruv. l. 3. c. 2.* tetraſtyla cava ædium, *Id. l. 6. c. 3.*

Tetre, adv. λυγρῶς, ἀηδῶς, moleſte, dire, fœde. *Cic. 1. de Divin. c. 29.* Multaque facere impure ac tetre, cum temeritate, & impudentia. *Id. pro Domo c. 39.* Quod ſcitum de religione decerneret, impuriſſime, tetterrimeque violaſti? *Claudian. de laud. Stilic. l. 2. v. 35.* Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrius ulla Ultrices fucata genas.

Tetrica, æ, f. Tetrica rupes, Tetricus mons, *Monte S. Giovanni*, mons Sabinorum aſperrimus in Piceno. In tres montes dividitur, quorum unus hodie dicitur *Monte di S. Giovanni*, alter *Monte Severo*, reliquus *Monte Nero*. Fortaſſe nomen ab aſperitate loci, vel quod eum montem homines tetrici & ſeveri incolerent, quales Sabini fuere. *Virg. 7. Æn. v. 713.* Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum, Caſperiamque colunt. *Sil. l. 8. v. 419.* Tetrica comitantur rupe cohortes. *Serv. in Æn. loc. cit.* Tetricus mons Sabinorum, unde triſtes homines tetricos dicimus.

Tetricitas, atis, f. σκυθρωπότης, gravitas, ſeveritas. *Ovid. vel Lucan. in paneg. ad Piſon. v. 91.* Qualem nec dicere mæſtum, nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum.

Tetricus, a, um, *ſevero*, [illegible], Ger. *rauche, unfreundlich*, Gall. *rude, âpre*, Hiſp. *aſpero, rigoroſo*, σκυθρωπός, triſtis, ſeverus, aſper, a *teter*, ut *civicus* a *civis*, *modicus* a *modus*. *Ovid. l. 1. de Arte v. 721.* Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ. *Col. l. 8. c. 11.* Pavonum educatio magis urbani patris familiæ, quam tetrici ruſtici curam poſcit. *Liv. l. 1. cap. 18.* Tetrica & triſtis diſciplina Sabinorum. ¶ *Servius in Æn. 7. v. 713.* ſcribit tetricum hominem ſic dici a Tetrico monte in Sabinis, de quo V. *Tetrica*.

Tetrinnio, is, n. 4. verbum fictum ad exprimendam anatum vocem. *Auctor carm. de philom. v. 22.* In fluviiſque natans forte tetrinnit avis.

Tetritudo, inis, f. idem ac tetricitas. *Accius apud Non. c. 2. n. 854.* Ne hæc aſpernabilem tetritudo mea in occulto faxit.

Tetro, as, a. 1. *macchiare*, μιαίνω, fœdo, conſpurco, horridum, obſcurumve facio. *Pacuvius apud Non. c. 2. n. 837.* Beluarum, ac ferarum adventus ne tetret loca.

Tettigometra, f. 1. τεττιγομήτρα, cicadarum matrix, ideſt involucrum, ex quo cicadæ oriuntur, a τέττιξ, *cicada*, & μήτρα, *matrix*, *uterus*. *Plin. l. 11. c. 26.* Fit primo vermiculus, dein ex eo quæ vocatur tettigometra, cujus cortice rupto circa ſolſtitia evolant, noctu ſemper.

Tettigonia, æ, f. *piccola cicala*, cicadæ minoris genus. *Plin. l. 11. c. 26.*

Tetuli, præterit. antiquum verbi *fero*, pro *tuli*. V. *Fero* in fine.

Teucer, cri, m. filius Scamandri nobilis Cretenſis, regnante Minoe. Filiam nomine Bateam in uxorem dedit Dardano filio Corythi Regis Hetruriæ, & Electræ, filiæ Atlantis Regis Arcadiæ. Navigavit in Phrygiam, & habitavit circa Helleſpontum. Ab hoc regio Teucria appellari cœpit, quæ poſtea Troas dicta eſt. Hinc Teucros campos, adjective dixit *Stat. l. 1. Achill. v. 86. pro campis Troiæ*. ¶ Teucer alter, fil. Telamonis Regis Salaminis, quæ eſt inſula ſinus Saronici inter Peloponneſum, & Atticam, cum urbe cognomine, ex Heſione filia Laomedontis Regis Trojanorum. Poſt bellum Trojanum in patriam reverſus, a patre in exilium ejectus eſt, quod Ajacis fratris ſui mortem ultus non eſſet, qui in concertatione cum Ulyſſe de armis Achillis, cum arma Ulyſſi adjudicata fuiſſent, in ſylva gladio incumbens ſibi ipſe mortem conſciverat. Igitur cum ſociis iterum navem conſcendens in Cyprum navigavit, ibique urbem in ora Or. condidit, quam ex patriæ nomine Salaminam appellavit, quæ poſtea Conſtantia dicta eſt. *Hor. l. 1. od. 7. & Juſtin. l. 44.*

Teuchites, æ, m. τευχίτης, junci odorati ſpecies laudatiſſima, ita dicta a loco, in quo naſcitur. *Plin. l. 12. cap. 16.* Laudatiſſimus ex Nabathæa juncus cognomine Teuchites, proximus Babylonius, peſſimus ex Africa, ac ſine odore, &c.

Teucri, orum, m. iidem qui Trojani. *Virg. Æn. 1. & 5.*

Teucria, æ, f. regio Troadis, vel ipſa Troja, ſic dicta a Teucro filio Scamandri. *Virg. Æn. 2. v. 26.* Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu.

Teucrion, ii, n. herba quædam, alio nomine triſſago, & ſplenion, tenues ramos ſpargens, folia parva, aſperis locis naſcens, ſapore auſtero, ſine flore, ita dicta a Teucro Telamonis filio, qui eam inveniſſe traditur. *Plin. l. 25. c. 5.*

Teucris, idis, f. regio, & urbs Troadis. *Steph.* ¶ Item Batea Teucri filia, Dardani uxor. ¶ Item mulier aliqua Trojana. Hinc illud *Cic. l. 1. Attic. ep. 10. Teucris illa, lentum negotium:* quod ænigma eſſe videtur, putatque *Turneb. l. 9. adverſ. c. 3.* Teucris nomine ſignificari C. Antonium, qui, quemadmodum Caſſandra illa Teucris multa vaticinabatur, & promittebat, quæ tamen nunquam evenire videbantur, ſic is promiſſam Ciceroni pecuniam nunquam ſolvebat. Alii autem ſic exponunt: C. Antonius olim cum Catilina ita conjunctus, ut illi regnum conſul, non aliter quam Teucri filia Batea Dardano, comparata poſſe crederetur: ita porro libidinoſis, ut Teucris, non Teucer appellandus ſit. Verum hæc explicatio longius petita videtur.

Teumeſus, V. Theumeſus.

Teutas, æ, m. Deus Gallorum, qui ab iis colebatur humana hoſtia. *Lact. Firm. l. 1. Divin. inſtit. c. 21.*

Teutates, is, m. idem qui Teutas. *Lucan. l. 1. v. 444.* Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutates.

Teuthalis, idis, f. τευθαλίς, herba, quæ & polygonon, & ſanguinaria dicitur. *Plin. l. 27. c. 12.*

Teuthrania, æ, f. regio ſupra Æolida, quam olim Myſi tenuere. *Plin. l. 5. c. 3.*

Teuthranteus, a, um, adject. ad Teuthrantiam pertinens. Ea eſt regio Myſiæ, in qua Caicus amnis oritur. A *Plin. l. 5. c. 30.* dicitur Teuthrania, Τευθρανία, nomenque habet a Teuthrante Pandionis filio, Myſiæ rege. *Ovid. 2. Met. v. 243.* Peneuſque ſenex, Teuthranteuſque Caicus.

Teuthrantius, a, um, adject. a Teuthranto Atticæ oppido. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 51.* Non tibi crimen erunt Teuthrantia turba ſorores. h. e. quinquaginta Theſpii Attici filiæ, ab Hercule compreſſæ: cujus rei hiſtoria picta Teuthranti viſebatur. Alii huc quoque adjectivum a Teuthrante Myſiæ rege deducunt, quem Theſpii patrem faciunt.

Teuthrantum, i, Atticæ oppidum. V. vocem præcedentem.

Teuthras, antis, m. rex Myſiæ, a quo Teuthrania regio dicta eſt.

Teutoni, orum, populi Germaniæ prope Cimbros, in inferiore Saxonia, a quibus poſtea Germani, ab Italis *Tedeſchi* appellati ſunt. *Cic. pro leg. Manil. c. 20. ad fin.* Idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum adminiſtraret. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 33.* Ut ante Cimbri, Teutonique feciſſent. *Plin. l. 4. c. 14.* Cimbri, Teutoni, ac Chaucorum gentes. Adde *Tacit. 4. hiſtor. c. 73.* ¶ In ſingulari num. *Lucan. l. 6. v. 259.* Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

Teutonicus, a, um, quod ad Teutonos ſpectat. *Martial. l. 14. ep. 26.* Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos. *Propert. l. 3. eleg. 3.* Teutonicas Roma refringat opes.

Teutria, f. 1. *S. Domino*, vel *S. Domo*, inſ. Apuliæ Dauniæ adjacens, una Diomedearum. *Plin. l. 3. c. ult.*

Texo, is, xui, textum, a. 3. *teſſere*, ארג, Ger. *weben*, Gal. *tiſtre*, Hiſp. *texer*, ὑφαίνω, telam conficio. Eſt a *tego*, ex forma, qua *vexo* a *veho*. *Tibul. l. 2. el. 3.* Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa Texuit. *Cic. 3. de Or.* Quanquam ea tela texitur, & ea inchoatur in civitate ratio vivendi, ac poſteritati oſtenditur. V. *Tela*. ¶ Per translationem uſurpatur pro ſtruere, conſtruere, componere, ex quacunque materia. *Virg. 10. Ecl.* Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco. *Id. 11. Æn.* Bis denas Italo texamus robore naves. *Cic. Att. l. 4. ep. 1.* Paulus in medio foro baſilicam jam pene texuit iiſdem antiquis columnis. *Id. 4. Acad.* Quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. *Propert. l. 3. eleg. 7. v. 5.* Texere cauſas lethi. ¶ Item pro ſcribere, colligere. *Cic. l. 9. Fam. ep. 21.* Epiſtolas vero quotidianis verbis texere ſolemus. *Id. ad Q. Fr. l. 3.* Sane texebatur opus luculentum.

Textrina, æ, f. taberna, vel officina textoris. *Apulej. l. 1. Florid.*

Textile, is, ſubſt. n. 3. opus texendo factum. *Liv. l. 45. c. 35.* Navi regia onerata Macedonicis ſpoliis, non inſignium tantum armorum, ſed etiam regiorum textilium. *Propert. l. 1. el. 14.* Variis ſerica textilibus.

Textilis, le, n. 3. *tessuto*, Ger. *das gewebeniss*, Gall. *tissu*, Hisp. *texido*, ὕφασμα, quod texendo factum est. *Virg.* 3. *Æn.* Textilibusque onerat donis, ac talia fatur. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 21. Collocari jussit hominem in aureo lecto strato pulcherrime, textili stragulo magnificis operibus picto. ¶ Vestem textilem Ægyptii invenerunt. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Ante inventionem vestis textilis, nexilis in usu fuit. *Lucr. l.* 5. *v.* 1349. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. ¶ Textilis pictura, quae in tapetibus fieri, aut tela solet. *Cic.* 6. *Verr.* Nego ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quaesierit, inspexerit, &c. ¶ Textilis umbra palmitis quae multis palmitibus intertexta fit. *Martial. l.* 12. *ep.* 31. Haec textilis umbra supini Palmitis. ¶ Textilem pestem vocat *Cic.* 2. *Tusc. c.* 8. *ex poeta*, vestem Nessi Centauri infectam sanguine, qua indutus Hercules periit.

Textor, oris, m. *tessitore*, *tessitore*, ארג, Gal. *tisserand*, Hisp. *texedor*, ὑφάντης, πλεκτής, qui texit. *Cic. pro Planc. c.* 25. Si pro fabro, aut textore emimus. *Juv. sat.* 9. *v.* 30. Et male percussas textoris pectine Galli.

Textorius, a, um, adject. textus, contextus. *Senec. epist.* 113. Textorium totum istud est, quod cum maxime agitur.

Textricula, ae, f. *tessitorella*, ὑφάντρια, dimin. a textrix. Hinc textriculas puellas dixit *Arnob. l.* 5.

Textrina, nae, f. & Textrinum, i, n. locus, seu officina textoris, ἱστουργεῖον. *Cic.* 6. *Verr. c.* 26. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit. Alii leg. *textrinum*. Item ipsa texendi ars. *Plin. l.* 11. *cap.* 24. Ipse per se pertinax ratio textrinae. Alii leg. *textrinae*. ¶ Item navale, ubi naves texuntur, *arsenale*. *Ennius apud Serv. in illud Virg. Æn.* 11. *v.* 326. Italo texemus robore naves. Idem, *inquit*, campus habet textrinum navibus longis. Adde *Serv. Daniel. ad illud* 2. *Æn.* Sectaque intexunt abiete costas.

Textrinus, a, um, adject. textorius, quod ad texendum pertinet. *Cic.* 6. *Verr. c.* 46. Quod tamen oppidum isti textrinum ad conficiendam mulierem castam fuit. *Firmic. de err. proph. relig. c.* 17. Textrina ars.

Textrix, icis, f. *tessitrice*, ὑφάντρια, mulier textoriae artis perita. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. *v.* 65. Atque aliqua assidue textrix operata Minervam Cantat.

Textum, ti, n. *tessimento*, ὕφασμα, quicquid ex quavis materia contexitur, aut componitur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 625. Hastamque, & clypei non enarrabile textum. *Martial. l.* 3. *ep.* 58. Et dona matrum eminee ferunt texto. *Catull. carm.* 54. texta carinae. ¶ Textum orationis est stilus, seu genus dicendi. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Neque illud in Lysia dicendi textum tenue, atque rasum laetioribus numeris erat corrumpendum.

Textura, ae, f. *tessitura*, Germ. *webung*, Gal. *tissure*, Hisp. *texedura*, ὕφανσις, ὕφασμα, συμπλοκή, actus texendi, vel etiam opus texendo factum. *Lucret. l.* 3. *v.* 211. Quam tenui constet textura, quemque loco se Contineat parvo. *Propert. l.* 4. *eleg.* 5. Cum textura Minervae.

Textus, us, m. idem ac textura. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Alterna textu fulgentibus toto capite crinibus. *Id. l.* 18. *c.* 7. Grana in stipula crinito textu spicantur. ¶ Translate ponitur interdum pro contextu orationis, seu pro verbis alicujus auctoris. *testo*. *Ammian. l.* 15. *c.* 7. Rem brevi textu percurram. h. e. paucis verbis. *Id. ib. c.* 8. Ut ostendit textus superior. *Id. l.* 27. *c. ult.* Quod contra foederum textum juventus Armeniae. *Manil. l.* 3. quarum ratio manifesta per artem Collecta est, venietque suo per carmina textu. *ordimento*.

Textus, a, um, *tessuto*, ὑφασμένος, partic. a texor. *Virg.* 2. *Æn.* Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Roboribus textis, caeloque educere jussit. *Id.* 5. *Æn.* Parietibus caecis textum iter. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Tegumenta corporum vel texta, vel suta.

T ANTE H.

Thabor, m. 3. *Tabor*, mons Palaestinae, in Galilaea, apud campum Esdrelon. ¶ Item mons Palaestinae, in Tribu Nephthali versus Dan.

Thais, idis, f. Θαΐς, nobilis meretrix Alexandrina, quae Atticam juventutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, Comicus Poeta Graecus, unde & Menandreae epitheto a Poetis insignitur. *Propert. l.* 2. *eleg.* 6. Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Thalamegus, i, θαλαμηγός, navis deliciarum magis causa, quam belli ornata, thalamis, & cubiculis instructa, pretiosisque abducta velis, aliisque regiis ornamentis; videturque ita dicta παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς θαλάμους, h. e. quia thalamos habet, & cubicula. *Sueton. in Caes. c.* 52. *de Caesare, & Cleopatra*: Eadem nave thalamego pene Æthiopia tenus Ægyptum penetravit. *Seneca l.* 7. *de benef.* hujus generis naves *cubiculatas* vocat, *Plinius* vero *l.* 7. *c.* 30. vittatas.

Thalamus, mi, m. *camera degli sposi*, חדר, Germ. *die schlaffkammer der eheleut*, Gal. *chambre a coucher*, Hisp. *talamo*, θάλαμος, cubiculum nuptiale. *Vitruv. l.* 6. *c. ult.* In prostadis, dextra ac sinistra cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur. *Virg.* 6. *Æn.* Hic thalamum invasit natae, vetitosque Hymenaeos. ¶ Translate ponitur pro nuptiis, matrimonio, jure connubii. *Virg.* 4. *Æn.* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more ferae? *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 8. Haec sibi proposuit thalamos violare pudicos. *Stat.* 5. *Thebaid.* Thalami coacti, *nozze forzate*. ¶ Item pro quovis habitaculo. *Virg.* 6. *Æn. v.* 280. Ferreique Eumenidum thalami. *Id.* 4. *Georg. de apibus*, ubi jam thalamis se composuere, siletur.

Thalassa, θάλασσα, mare: Graeca vox, qua inscribitur liber nonus Apicii auctoris culinarii, quia in eo libro de piscibus marinis condiendis, & de salsamentis agitur.

Thalassicus, a, um, θαλασσικός, idem ac thalassinus. *Plaut. Mil.* 4. 4. 43. pallium habeas ferrugineum, nam is colos thalassicu 'st. *Id. ib.* 4. 6. 27. Nescio, quis tecum incedit, ornatu quidem thalassico. *con abito marinaresco*.

Thalassinus, a, um, θαλάσσινος, marinus, ut *Thalassinus color*, idest caeruleus, qui est similis fluctibus maris, a θάλασσα, *mare*. *Lucret. l.* 4. *v.* 1120. teriturque thalassina vestis Assidue.

Thalassio. V. Talassius.

Thalassites vinum dicitur, quod cum vasis suis in mare demergitur, ut ejus praecocior fit vetustas, loquit *Plin. l.* 14. *c.* 8. Est autem vox a Graeco θάλασσα, *mare*.

Thalassomeli, n. θαλασσόμελι, decoctum ex aqua marina, pluvia, & melle. *Plin. l.* 31. *c.* 6.

Thales, etis, & Thales, is, m. Θαλῆς, Θάλης, unus ex septem Graeciae sapientibus, qui eodem tempore in Graecia floruerunt. Natus est, ut ex Apollodori sententia tradit Laertius, anno primo 35. Olympiadis. Fuit primus Philosophiae inventor, id est Physicae, Astronomiae, Geometriae, & hujus generis disciplinarum. Solis & Lunae eclipsim primus praedixit. *Sidon. carm.* 15. *v.* 79. Disseruit de Ursa minore, ut ait Callimachus. Aquam dixit esse initium rerum, Deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret. Interrogatus, quid in rerum natura difficillimum existimaret, se ipsum, inquit, nosse. Eum alii Sapientes omnium sapientissimum esse decreverunt, quippe qui ad eum tripodem aureum, de quo inter piscatores ex Co insula & Milesios lis fuerat, communi consensu miserunt, cum Apollo consultus respondisset, donum illud illius esse sapientissimo deberi. Discipulum habuit Anaximandrum, cujus auditor Anaximenes, & Hecataeus Historicus. A Thalete Jonica fluxit disciplina, sicut a Pythagora Italica. Vixit annos, ut Sosicrates tradit, nonaginta; ut alii, septuaginta. Obiit Olympiade 58. cum certamen spectaret, aestu, ac siti fatigatus. *Valer. Max. l.* 4. 1. *extern. n.* 7. Milesii Thaleti mensam dederunt. *Plaut. Capt.* 2. 2. 24. Thalem talento non emam Milesium. ¶ Thales alter, Poeta Lyricus Cretensis, quem a Creta Solon Spartam misit, cujus odis, ac poesi Spartani deliniti animorum feritatem nimium ex Lycurgi legibus imbutam mitigarent. *Plut. in Solone*.

Thaleticus, a, um, adject. a Thalete. *Sidon. carm.* 15. *v.* 89. Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat.

Thalia, ae, f. Θάλεια, una Musarum, dicta a θάλλειν, quia semper virescat Poetarum gloria. Graece est Θάλεια, unde Latinum Thalia, e in i longum converso. *Servius ad Ecl.* 6. ait *Thalea* per *e* Latine dici debere, ut in *Cytherea*, & *Medea*. Et sane in Romano codice sic scribi monet *Pierius*. Non tamen Maronem sic scripsisse verisimile est, quando *Servius* ipse agnoscit, eum propter euphoniam *Thalia* per *i* maluisse. Et sane utrunque rectum est, cum *ei* nunc abeat in *i*, nunc in *e* longum. *Virg.* 6. *Ecl.* Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia. ¶ Est etiam una Gratiarum. Hae enim tres sunt, *Aglaia*, *Thalia*, *Euphrosyne*. V. Gratiae. ¶ Item Nympha quaedam in Sicilia, juxta Symaethum fl. *Virg.* 5. *Æn.*

Thalictrum, i, n. θαλίκτρον, herba folio coriandri, sed paulo pinguiore, caule papaveris, in campestribus praecipue nascens, utilis contra ulcera. *Plin. l.* 27. *c.* 13.

Thallus, li, m. *gambo della cipolla*, θαλλός, caulis cepae, qui ejus capitulum sustinet, a θάλλω, *vireo*, *pullulo*. *Colum. l.* 11. *c.* 3. *ad fin.* Nec patiendum est, ut perarescat (semen caeparum) aut totum decidat, verum integri thalli vellendi sunt. *Pallad. in Febr. tit.* 24. Vellendi sunt thalli adhuc semisicci cum semine. ¶ Item surculos, seu ramos olivae. *Virg. in Ciri*, *v.* 376. Pergit Amiclaeo spargens altaria thallo.

Thamnus, vel Thamnus, i, f. θαμνός, fruticis quaedam species. *Colum. l.* 12. *c.* 7. Asparagi, rusci, thamni (al. *thamni*) digitelli, pulegii, &c.

Thamyras, ae, m. Θαμύρας, Θάμυρις, Poeta ex Thracia, praestantissimus in canendo. *Ovid. l.* 3. *de Arte am. v.* 399. Tu licet & Thamyram superes, & Amoebea cantu. ¶ Cum omnes pulchritudine praecelleret, initio mares dilexit, deinde mutata consuetudine Musas amavit, cum quibus de cantu certavit hisce conditionibus, ut, si vinceret, earum complexu poriretur, sin succumberet, ab illis pateretur, quicquid eis videretur. Superatus & lyra, & oculis privatus est. Hinc manavit Graecum proverbium in eos, qui praeter ingenium proprium aliquid agunt, Θαμύρας μαίνεται, *Thamyras insanit*. *Suid. & Erasm.*

Thapsia, ae, f. Θαψία, frutex quidam folio feniculi, caule inani, nec excedente baculi longitudinem, semine ferulae, radice candida. incisa lacteo succo manat: vim autem habet venenatam, quippe quae etiam effodientibus nocet: remedium autem est cera corpus prius oblinere. Dicta est a Thapso insula, in qua primum inventa creditur. Habet aliquem usum in medicina. V. *Plin. l.* 13. *c.* 22.

Thasius, sive Thasius, a, um, quod ad Thasum ins. spectat. *Virg.* 2. *Georg.* Sunt Thasiae vites, sunt & Mareotides uvae. *Senec. ep.* 86. Thasius lapis, hoc est marmor quod optimum in ea insula effodiebatur. ¶ Thasium vinum laudatissimum est apud *Apuleium in Apol.* & alios. Unde prodiit adagium, *Thasium infudisti*, apud *Aristophanem in Plut.* ubi quis vinum temperat, non aqua, sed alio vino potentiore.

Thasus, Thasus, Thasos, i, *Tasso*, ins. Thraciae, in mari Ægaeo, prope ostia Nessi fl. & versus Strymonicum sin. Habet opp. cogn. a Pariis conditum. Mirae fertilitatis est, & auri etiam mineras habet, quod inde effoditur maxima copia. Hinc Callistratus Orator, ut *Zenodotus* scribit, Atheniensibus persuadere conatus est, ut regionem illam occuparent, tanquam feracissimam, & quae auri etiam venas haberet, & tandem orationem concludens, dixit, *Summa Thasus bonorum est*. Quod in proverbium receptum est de bonis splendidis, quae quis pollicetur. ¶ Nobilis etiam marmore illustris fuit. Hinc *Stat. l.* 1. *Silv.* 5. *v.* 34. Non hua admissa Thasos, aut undosa Carystos. hoc est hic non essentur marmora Thasi, & Carysti.

Thaumantaeus, a, um, adject. ut Thaumantaea virgo, eadem quae Thaumantias. *Ovid.* 14. *Met. prope fin.* Romuleos cum virgine Thaumantaea Ingreditur colles.

Thaumantias, adis, f. Θαυμαντιάς, Iris, id est arcus coelestis, filia Thaumantis ex Electra filia Oceani, nuntia Deorum. Caeterum ex admiratione hoc nomen accepit, nempe a θαῦμα, *miraculum*, quia arcum coelestem apparentem admirari solemus, praecipue propter colorum varietatem. *Virg.* 9. *Æn.* Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.

Thaumantis, idis, f. Θαυμαντίς, idem quod Thaumantias. *Stat.* 3. *Sylv.* 3. *v.* 80. summi Jovis aliger Arcas Nuntius, imbrifera potitur Thaumantide Juno.

Thauris, f. 3. ins. Illyrici, Issae proxima, ubi inter Vatinium, & Octavium navali praelio pugnatum est, & victoria penes Vatinium fuit. *Hirt. de bello Alex.*

Theaetetus, i, Θεαίτητος, titulus est unius ex Dialogis Platonis, in quo disputat adversus falso jactatam a Sophistis scientiae comparandae rationem. *Gell. l.* 13. *c.* 18.

Theagenes, is, m. Θεαγένης, vir Atheniensis, qui de Homero scripsit. *Suid.* ¶ Theagenes alter, itidem Atheniensis, qui καπνὸς, idest *fumus*, est cognominatus, quod multa promittens, nihil praestaret. Pauper enim erat, ac dives videri volebat. *Suid.* ¶ Theagenes tertius, vir potens, ac dives Athenis, qui liberalitate, ac beneficentia publice, ac privatim multa digna laude gessit. ¶ Theagenes quoque, athleta celebris, patria Thasius, qui centum quadraginta coronas ex certaminibus retulit.

Theamedes, is, lapis est in Æthiopiae montibus nascens, contrarium magneti, quippe qui ferrum sibi appositum statim abigit. *Plin. l.* 36. *c.* 16.

Theanum. V. Teanum.

Theatralis, le, n. 3. *teatrale*, *di teatro*, Ger. *des schawplatz*, Gal. *de theatre*, Hisp. *de teatro*, θεατρικός, ad theatrum pertinens. *Cic. pro Sext.* Theatrales, gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere levitate nonnullorum emptos plausus exiles, & raros excitare. *Tac. l.* 1. *Ann. cap.* 16. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum. *Id. Ann.* 11. *c.* 13. Theatralis lascivia. *Sidon. lib.* 3. *ep.* 11. Theatrales sermones. h. e. obscoeni. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Theatralis lex. h. e. de ordine sedendi in Theatro. V. *Roscia*.

Theatricus, a, um, theatralis. *Augustin. l.* 2. *de doctr. Christ. c.* 18. Ad theatricas nugas converti.

Theatridion, n. 2. θεατρίδιον, *piccol teatro*, parvum theatrum. *Varro l.* 3. *de R. R. c.* 5. Inter has, & exteriores gradatim substructum, ut theatridion avium. ¶ Plerunque tamen Graecis literis scribitur.

Theatrum, tri, n. *teatro*, Germ. *schawplatz*, Gal. *theatre*, Hisp. *teatro*, θέατρον, aedificium in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula

Digitized by Google

idoneum, a Θεάομαι, ſpecto, video. *Cic. 3. Pin.* Sed quemadmodum, theatrum cum commune ſit, recte tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quiſque occuparit. *Ovid. l. 2. Am. el. 7.* Sive ego marmorei reſpexi ſumma theatri. ¶ Sero Roma theatrum vidit: ſenatus prohibuit, nec, niſi cum a priſca ſeveritate multum degeneraſſet. Docet hoc cum *Livius l. 48.* & *Velleius l. 1.* tum *Valerius Maximus l. 2. c. 4.* cujus verba ſunt: Theatra inchoata quidem ſunt a Meſſalla, & Caſſio Cenſoribus (anno U. C. 599.) cæterum auctore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubjectum haſtæ venire placuit. Atque etiam S. C. cautum eſt, nequis in Urbe, propiusve paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet, ut ſcilicet remiſſioni animorum juncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eſſet. Hæc *Val. Max.* Poſtea L. Mummius ludis, quos in triumpho fecit, theatrum extruxit, ſed temporarium. Imprimis autem celebratur theatrum, quod in Ædilitate fecit M. Scaurus, de quo operæ pretium eſt legere *Plinium l. 36. c. 15.* At manſurum theatrum primus ex lapide quadrato extruxit Pompeius, idque ad ejus exemplum, quod Mitylenis viderat bello Mithridatico, eique Veneris ædem ſuperpoſuit, teſte *Tertull. de ſpect. c. 10.* Theatrum hoc igne fortuito hauſtum, ſcribit *Tacitus l. 3. Annal.* ¶ Forma theatri cujuſque erat hemicycli. Qua in re differt ab amphitheatro, quod ex eo nomen habet, quod e duobus conſtaret theatris. Nam cum theatrum forma eſſet hemicycli, ac ante ſe haberet ſcenam, quæ ab uno theatri cornu ad alterum porrigebatur, amphitheatrum ſcena hac (nomine eo proſcenium quoque, & poſtſcenium comprehendo) carebat, ſedibuſque continenter diſpoſitis procurrebat in orbem. Non tamen amphitheatrum plane circuli habuit figuram, ſed ovi, quemadmodum ſcribit *Caſſiodorus l. 5. ep. 42.* Reſpexit huc *Calpurn. 10 Ecl. de venatione Carini.* Et geminis medium ſe molibus alligat ovum. Nam vult, duas moles, hoc eſt duo theatra, in ovi ſpeciem conjungi. Nec figura tantum, ſed & uſu theatrum, & amphitheatrum differebant. Nam in theatro ludi ſcenici, in amphitheatro gladiatorii ſiebant, ac circenſes. Itaque illud Veneri, hoc Marti ſacrum fuit. V. *Lipſium comm. de amphitheatro.* ¶ Partes theatri hæ ſunt. Primo erant *ſedilia*, cum porticibus, & ſcalis, quorum ordines *cunei* dicti ſunt. Deinde erat *orcheſtra*, quæ erat locus in medio theatro, hoc eſt interior pars, quæ concava, a qua theatrum ipſum *cavea* dicebatur, quæ vox poſtea tranſiit ad amphitheatrum. In orcheſtra apud Græcos chorus ſaltabat, apud Romanos Senatores ſedebant. In orcheſtra erat locus editior, qui *thymele* vocabatur, id eſt ara, & erat pulpitum, in quo muſicis inſtrumentis inſerviebatur ſcenæ. Orcheſtræ proximum erat *proſcenium*, id eſt locus a cornu uno theatri ad alterum porrectus, interque *orcheſtram*, & ſcenam conſtitutus, ſcena quidem depreſſior, orcheſtra autem altior, in medio ſui pulpitum habens, qui agentium, ac loquentium locus erat. Dictum eſt, quia ante ſcenam eſſet. Proxima erat *ſcena*, in qua latere ſoliti actores, prius quidem tecti ſulcis, poſtea vero ſipparis, ſive ſiparia. Denique ultimum fuit *poſtſcenium*, id eſt locus poſt ſcenam, in quo multa occulte fiebant, quæ ab auditoribus audiebantur, non videbantur. In poſtſcenio ſtatuit Pollux βροντεῖον, in quo calculis compluribus in utres conjectis, perque æra verſatis tonitru ſimilitudo referebatur. Fuere & aliæ theatri partes: ſed præcipuas tantum commemorare animus fuit. Quære de cæteris, ſi voles, vide e veteribus quidem *Vitruvium l. 5. c. 5. & ſeq. Pollucem l. 4. cap. 19. Caſſiodorum lib. 4. Var. ep. ult. Iſidorum l. 18. Orig c. 39.* e junioribus autem *Budæum annot. in Pand. Cælium Rhodiginum l. 5. c. 8. Lilium Gyraldum dial. 6. Hiſt. Poetarum, Julium Scaligerum l. 1. de Re Poetica c. 21. Calliarh. de mim. & poetis.* ¶ De ordine ſedendi in Theatris V. in voce *Roſcius.* ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro loco conſpicuo ante omnium oculos. *Cic. 2. Tuſc. cap. 26.* Omnia enim beneſacta in luce collocari volunt, ſed tamen nullum theatrum virtuti conſcientia majus eſt. *Id. l. 14. Fam. ep. 28.* Etenim magno theatro ſpectata eſt tum, cum eſt ab A. Gabinio Conſule relegatus, quod libere, & fortiter ſalutem meam defendiſſet. ¶ Metonymice ponitur pro ſpectaculo. *Cic. l. 15. Fam. ep. 64.* Magnum theatrum habet iſta provincia, non ut hæc noſtra, adoleſcentis nobilis, ingenioſi, abſtinentis commendationem, atque gloriam. ¶ Item pro ſpectatoribus, ſeu pro multitudine ſpectante. *Cic. 3. de Or. c. 50.* Si in his paulum modo offenſum eſt, theatra tota reclamant. ¶ Apud Græcos Theatra Curiæ vicem præbebant: ibi enim conveniebant de republica conſulturi. *Auſon. de 7. Sapientib. in prol.* & Atticæ quoque, Quibus theatrum curiæ præbet ſitum. *Nepos in Timoleont.* Veniebant autem in Theatrum, cum ibi conſilium populi haberetur. Adde *Tacit. 2. hiſt. c. 80.*

Theba, æ, f. Θήβη, idem ac Thebæ, arum. *Stat. l. 8. Theb.* Vive ſuperis, ait, diræque ad mœnia Thebæ Solus abi.

Thebæ, arum, f. pl. *Stives*, *Stibes*, *Tiva*, urbs Bœotiæ, ad Iſmenum fl. Condita fuit a Cadmo filio Agenoris Regis Phœnices, ut eſt in fabulis, ope quinque virorum, qui ex dentibus draconis ab ipſo interfecti in terra ſatis exorti ſunt. Unde & urbs Draconigena, & incolæ cives Ophionii ſunt appellati. *Varro tamen l. 3. de re ruſt.* ſcribit, hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ejus mœnia deinde Amphion cithara cantu conſtruxiſſe dicitur, cum ad citharæ ſonitum ſaxa congregarentur, & invicem copularentur. Quod de ejus eloquentia intelligendum eſt, qua effecit, ut cives concordes inter ſe viverent, eaque concordia ipſis ſuæ urbi pro mœnibus eſſet. Veriſimile tamen eſt, Amphionem & eloquentem fuiſſe, & re vera urbem mœnibus muniviſſe. Eadem dicta fuit Heptapylos, quia ſeptem portas habuit. Vocata etiam eſt Dircæa, a Dirce vicino fonte. Fuit patria Bacchi, & Herculis, Inclyta etiam fuit duobus ducibus, Epaminonda, & Pelopida, item Pindaro Poeta. Everſa fuit ab Alexandro Magno. Hodie vero in vicum redacta eſt. Iſtic hirundines non nidificant, ſicut Athenis cornices non videntur, teſte *Plinio l. 10. c. 24.* quoniam urbs illa ſæpius capta ſit, ut *ibid.* ſubdit. *Juvenal. Sat. 13. v. 26.* Rari quippe boni: numero vix ſunt totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili. ¶ Uſurpatur & in ſingulari numero. V. *Thebe*, & *Theba*. ¶ Thebæ alteræ, Hecatompylos, Dioſpolis, *Theves*, *Mitne*, urbs Ægypti ſup. condita a Buſiride Rege, quondam clariſſima, & potentiſſima, caput, & metropolis Thebaidis reg. Fuit inſignis hæc urbs centum portis, ut docet *Plin. lib. 5. cap. 9.* unde & *Hecatompylos* appellata eſt, aliiſque publicis, privatiſque ædificiis. Fuit tota penſilis, adeo ut Reges vel maximos exercitus ſubtus educere nullo oppidanorum id ſentiente, ut ait *Plin. l. 36. cap. 14. Juven. ſat. 15. v. 6.* Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. ¶ Thebæ quoque, *Zitou*, urbs Phthiotidis, in Theſſalia, ad ſin. Maliacum. ¶ Item Thebæ, poſtea Thebeſtis, urbs Africæ, condita a Baccho, ſive Libero Patre. *Hieron. epiſt. ad Galatas.* ¶ Item urbs Ciliciæ, patria Andromaches uxoris Hectoris. *Ovid. in Ibin.* ¶ Item urbs ant. Corſicæ. ¶ Item Thebæ cognomine Lucaniæ, *hi Luzzi*, opp. Brutiorum medit. conditum ab Aoniis colonis, in Calabria cit. apud Crathim fl. *Plin. l. 3. c. 11.*

Thebaicus, a, um, adject. idem quod Thebanus, ut Thebaicus lapis, *Plin. l. 36. c. 22.* ¶ De illo *Stat. lib. 4. ſilv. ult. v. 46.* Chartæ Thebaicæve, &c. V. in *Caricus*.

Thebäis, idis, & idos, Θηβαΐς, adject. fœmin. quæ eſt ex Thebis. *Stat. l. 2. ſilv. 2. v. 60.* Jam Methymnæi vatis manus, & chelys una Thebais, & Getici cedat tibi gloria plectri. *h. e.* cithara Amphionis Thebani. ¶ Thebais dicitur ab *Ovid. 3. de ar. am. v. 778.* Andromache uxor Hectoris, filia Ætionis regis Thebarum Ciliciæ. ¶ Thebais etiam inſcriptum eſt inſigne poema Papinii Statii, in quo canit bellum Argivorum contra Thebas. ¶ Eſt præterea hoc nomine regio Ægypti, Æthiopiæ conterminea, ita appellata a Thebis urbe ejus regionis capite. *Plin. l. 5. c. 9.* ¶ Item fluvius Lydiæ, qui Tralles alluit. *Id. l. 5. c. 29.* ¶ In quinto caſu, *Stat. ad fin. Thebaidos.* O mihi biſſenos multum vigilata per annos Thebai.

Thebänus, a, um, adject. ad Thebas pertinens, præſertimque ad eas, quæ in Bœotia, ut Thebani, orum, ejus urbis incolæ. *Cic. 1. de Fato, & 2. de Invent.* Thebana agmina, *Stat. l. 9. Thebaid.* Thebana arx, *Horat. de ar. poet.*

Thebe, es, f. Nympha, a qua Thebarum urbs cognominata eſt: adamata fuiſſe dicitur in fabulis ab Aſopo fluvio Bœotiæ, atque ex eo quinque filias ſuſcepiſſe. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6.* Quid referam Aſopon? quem cepit Martia Thebe, Natarum Thebe quinque futura parens. *Martia* dicitur, vel quia ipſa urbs Thebæ bellicoſa admodum fuit; ſeu quia ex eadem nympha Mars etiam filiam ſuſcepiſſe dicitur. ¶ Ipſa quoque urbs Thebe dicitur in ſingulari num. *Stat. l. 10. Theb.* periturаque Thebe, ſi taceam. *Id. ib. l. 9.* premit agmina Thebes Hippomedon. ¶ Eſt præterea Thebe nomen virginis, e cujus gremio geminæ columbæ, ut eſt in fabulis, cum evolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem reſponſa dedit, altera ad ſylvam Dodonæam, ubi futura mortalibus præcinuit.

Theca, æ, f. *borſa*, *guaina*, *fodero*, [illegible], Germ. *trucken*, Gall. *etuy*, Hiſp. *eſtuche*, Θήκη, repoſitorium, vagina, loculus, in quo aliquid recondimus. *Varro l. 1. de R. R. c. 48.* Proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta. *Cic. 6. Ver. c. 23.* Efferri ſine thecis vaſa, extorqueri alia de manibus mulierum. *Id. Att. l. 4. ep. 8.* Quæ in hoc thecam nummariam ne retexeris. *Martial. l. 14. epigr. 19.* Sortitus thecam calamis armare memento. *il pennaiuolo*, qui a *Suetonio in Claud. c. 35.* dicitur *theca calamaria*.

Thecŭla, læ, f. parva theca. Quidam hanc vocem legi putant apud *Cic. Attic. l. 9. ep. 6.* ubi optimus quiſque codex habet *tegula*.

Thedo, onis, m. piſciculus quidam ſine ſpinis. *Auſon. in Moſella.* Et nullo ſpinæ nocituris acumine Thedo. In variis Codicibus legitur *Todo*, *Redo*, & *Rhodo*.

Thecatus, a, um, adject. theca incluſus. *Sidon. l. 1. ep. 2.* Thecatum arcum geſtans.

Thelygŏnon, i, n. [illegible], herba ſemine milii, quod arrhenogonon (quæ item herba eſt) eſt admodum ſimile, guſtu tamen leniore. *Plin. l. 27. c. 8.*

Thelyphŏnon, i, n. [illegible], herba, quæ & ſcorpion dicitur, quia ejus ta tu ſcorpiones emmoriantur. *Plin. l. 25. c. 10.*

Thelyptĕris, idis, f. [illegible], filix femina, multos ex ſe ramos producens. *Plin. l. 27. c. 9.*

Thema, atis, n. Θέμα, poſitio, id, quod poſitum eſt. Speciatim ſumitur pro poſitura cœli, ſidere natalitio, affectione cœli natalitia, horoſcopo. *Suet. in Aug. c. 94.* Tantam mox fiduciam fati habuit, ut thema ſuum vulgaverit. ¶ Item pro argumento controverſiæ declamandæ, pro quæſtione, quæ pro fundamento diſſertationis ponitur, *tema*. *Quintil. l. 7. c. 2.* Nam in ſchola certa ſunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero propoſita. *Senec. l. 3. controv. 17.* Thema controverſiæ.

Themis, idis, f. Θέμις, filia Cœli, & Terræ, ſoror Jovis ſecundi, quæ ejus nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit, ex quo concubitu Minervam ortam eſſe narrant. Hanc veteres coluere ut Deam præſidem juſti, & honeſti, & conſiliorum. *Feſt.* Themin Deam putabant eſſe, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſſet, eamque id eſſe exiſtimabant, quod & fas eſt. Eſt autem *Themin* græcus accuſativus, Θέμιν. ¶ *Ammian. l. 21. c. 1.* ſcribit, Themin vaticiniorum Deam fuiſſe: unde & fatidica dicta eſt. Habuit templum in Bœotia juxta Cephiſum amnem, ad cujus oraculum acceſſit Deucalion cum Pyrrha uxore poſt diluvium pro conſilio recuperandi humani generis. *Ovid. 1. Met. v. 320.* Corycidas Nymphas, & numina montis adorat, Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat. *Claud. l. 1. in Ruf. in præf.* Ad Themidis coeunt aetra ſevera Deæ.

Themiſcўra, f. *t. Themir*, *Themiſcia*, al. *Lirio*, al. *Fanagoria*, urbs Cappadociæ maritima, in conf. Ponti Galatici, & Polemoniaci, apud Thermodontem fl. & oſtia Iridis. Regio circa eam ſita eodem nomine gaudet. *Plin. l. 6. c. 3.*

Themiſta, æ, f. mulier quondam Epicuri ætate, philoſophiæ apprime docta, & ſapientiſſima habita illis temporibus. Hinc *Themiſtæ ſapientior*, proverbium eſt apud *Cic. in Piſon. c. 26.* ubi alii Themiſtam eandem eſſe putant ac Themio, alii denique aliter legunt.

Themiſtius, m. 2 Philoſophus temporibus Juliani Apoſtatæ, cujus etiam Prælectus Prætorio fuit Conſtantinopoli. Scripſit Paraphraſin in Ariſtotelis Phyſic. lib. octo, in Analytica poſteriora libris duobus. Præterea edidit ſua, videlicet de intentione, & inſcriptione Prædicamentorum, diſputationes etiam quaſdam. His Valentem Imp. quotidie ſævientem in Orthodoxos auctoritate ſua, & epiſtolis reddidit mitiorem. *Suid.*

Themiſtŏcles, is, m. Θεμιστοκλῆς, filius Neoclis Athenienſis. Prodigus, ac laſcivus prima juventute, poſtea dux electus res inclytas geſſit. Perſarum claſſem vicit bello maritimo, Perſas apud Salaminem vicit. Cum ab ingrata patria exul factus eſſet, ad Xerxem ſe contulit, a quo princeps exercitus adverſus Athenienſes magno cum honore creatus, cum videret, patriæ ſuæ ingentis ſtragis periculum imminere, hauſto tauri ſanguine ſe ipſe interemit, ne aut Regi de ſe merito fidelis non eſſet aut pugnando viriliter, aut patriæ ſuæ hoſtis, atque oppugnator videretur. *Plutarch. & Nepos in vita Themiſt.*

Themiſtoclēus, a, um, adject. ad Themiſtoclem pertinens, ut Themiſtocleum conſilium, *Cic. Att. l. 10. ep. 8.*

Thenſæ. V. Tenſæ.

Theocrĭnes, is, m. Θεοκρίνης, nomen cujuſdam Athenienſis, qui primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator, & ſycophanta. Unde & Demoſthenes, in or. pro Cteſiphonte, Æſchinem tragicum Theocrinem vocat. *Eraſm. in Chiliad.* Chriſtiani etiam olim per convicium hoc nomine appellabantur a Gentilibus, teſte *D. Hieronymo in epiſt. ad Furiam de viduitate*.

Theocrĭtus, m. 2. Θεόκριτος, Poeta Syracuſanus, Praxagoræ, qui cognominatus eſt Simichides, ſive, ut alii malunt, Symmachi, & Philinæ filius, qui ſub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alii Coum fuiſſe volunt, ſed admodum juvenem Syracuſas commigraſſe. Appellatus fuit Moſchus. Scripſit Dorica lingua Idylia, in genere bucolico, quæ etiam hodie

omnium manibus teruntur. *Suid.* ¶ Theocritus alter, Chius patria, unde & Theopompus ſuus Hiſtoricus, ujus æqualis, & in adminiſtratione reipublicæ æmulus. Scripſit Hiſtoriam Libyeam, & epiſtolas quaſdam. *Suid.* Occiſus fuit ab Antigono Rege propter ſcomma de eo dictum, etiam poſt juramentum de illi parcendo. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 3.*

Theodamantæus, a, um, adject. ad Theodamantem pertinens, Θεοδαμάντειος. *Propert. l. 1. eleg. 20.* Theodamanteo proximus ardor Hylæ.

Theodămas, antis, m. Θεοδάμας, & Θειοδάμας, Rex Dryopidis in Epiro, pater Hylæ. Cum Herculi una cum uxore Dejanira, & filio Hylo in Dryope (al. Dejopes, al. Dejopæ) venientis poſt occiſum Oenei pincernam in Calydonia, eſurientique puero cibum petenti denegaſſet, ille arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Quapropter Theodamas convocatis popularibus arma adverſus Herculem movit. Ferunt, in ea certamina ita ab hoſtibus preſſum fuiſſe Herculem, ut etiam Dejaniram uxorem armaret, quæ & in mamilla vulnerata eſt. Hercules tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiumque ejus Hylam ſecum abduxit, quem chariſſimum habuit. ¶ Theodamas alius, filius Melampodis, divinandi arte inſignis, quem Adraſtus, aliique duces, qui Thebas obſidebant, in locum Amphiarai, poſtquam hic terræ hiatu interiit, ſuffecerunt. *Bocc. l. 13. Gen. Deor.*

Theodectes, is, m. Θεοδέκτης, Orator, Cilix genere, diſcipulus Platonis, Iſocratis, & Ariſtotelis, qui ut ſuos de Rhetorica libros dedicavit. Converſus deinde in tragœdias, ſcripſit fabulas 50. Scripſit & verſibus artem Rhetoricam. Laudavit & viſum Artemiſiæ Mauſolum, una cum claris eo tempore Oratoribus. Deceſſit Athenis anno ætatis quadrageſimo primo. *Suid. & Cic. in Or.* ¶ Theodectes alter, ſuperioris filius, ſimiliter Orator. Scripſit encomium Alexandri Regis Epirotarum, commentarios hiſtoricos, artem Rhetoricam libris 7. aliaque complura. *Suid.*

Teodoreus, a, um, Θεοδώρειος, ad Theodorum pertinens. *Quintil. l. 2. c. 11.* Percunctanti, Theodoreus, an Apollodoreus eſſet, &c. *Id. lib. 4. cap. 2. circa med.* Theodorei quoque ſolam relinquunt ultimam partem, &c. V. *Theodorus.*

Theodŏrus, m. 2. Θεόδωρος, Byzantius Sophiſta, a Platone vocatus λογοδαίδαλος, ideſt Dædalus ſermonum. Fuit ſubtilior Lyſia in arte dicendi, ſed in orationibus jejunius. Scripſit contra Thraſybulum, & Andocidem, & alia multa. *Suid. & Cic. in Brut.* ¶ Theodorus alter, Philoſophus Cyrenaicus, Atheus fuit. *Cic. 1. de nat. Deor.* ¶ Theodorus alius, nobilis Orator ex Gadara Syriæ urbe, non longe ab Aſcalone. Verum ipſe dici maluit Rhodius, teſte Strabone, cujus tempore fuit. Ejus diſcipuli Theodorei ſunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit. Tiberius Imperator, cum ſeceſſiſſet Rhodum, eum ſtudioſe audivit, ut *Quintil. l. 3. c. 1.* tradit.

Theodoſia, f. 1. *Tusla*, al. *Caffa*, urbs Tauricæ Cherſoneſi, & Regni Boſphorani, ad oſt. Iſtriani fl. caput Tartariæ min. hodie ſedes Satrapæ Turcarum, cum portu in ora Ponti Euxini. *Plin. l. 4. c. 12.*

Theodoſianus, a, um, adject. a Theodoſio, ut *Theodoſianus Codex*, ita dictus a Theodoſio juniore, qui vixit ſæculo Chriſti V. complectiturque Chriſtianorum Principum conſtitutiones. Sic *Theodoſianæ leges*, apud *Sidonium l. 1. epiſt. 1.*

Theodoſiopŏlis, f. 3. *Eſdron*, al. *Erzerum*, urbs Armeniæ majoris, ad Euphratem fl. ¶ Item urbs Phrygiæ Pacatianæ. ¶ Item urbs Syriæ. ¶ Item urbs Meſopotamiæ. ¶ Theodoſiopolis etiam, ante Apros, urbs Thraciæ, ita dicta in honorem Theodoſii Imp.

Theodoſius, ii, nomen trium Imperatorum Magni, Junioris, & Adramyrteni.

Theognis, idis, m. Poeta Siculus, Megaris natus, qui lectu dignas Parœneſes conſcripſit, fœdis tamen amoribus paſſim aſperſas contaminatas.

Theogonia, æ, f. Θεογονία, Deorum origo. Hoc nomine extat opus Heſiodi, in quo Deorum genealogias expreſſit. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 14.* Cum vero Heſiodi theogoniam interpretatus, tollit omnino inſitas, perceptaſque cognitiones Deorum.

Theologia, æ, f. *Teologia*, Ger. *verſtand der ſchrifft Gottes*, Gall. *theologie*, Hiſp. *teologia*, Θεολογία, ſcientia, quæ agit de Deo, & de rebus, quæ ad Deum proxime referuntur, ut de Angelis, de mundi origine, & ſimilibus. *Denctus in Lex. ad uſum Delph.* roborat vocem hanc Varronis auctoritate.

Theologĭcus, a, um, adject. *teologico*, ad theologiam pertinens, Θεολογικός, ut doctrina theologica, *Ammian. l. 16. c. 6.*

Theolŏgus, i, m. *Teologo*, Ger. *gelehrter der ſchrifft Gottes*, Gal. *theologien*, Hiſp. *teologo*, Θεολόγος, qui circa Dei, & rerum divinarum contemplationem verſatur. *Cic. 3. de nat. Deor. n. c. 21.* Principio Joves tres numerant ii, qui Theologi nominantur.

Theon, onis, m. Θέων, pictor Samius. *Quintil. l. 12.* ¶ Theon alter, inſignis ſculptor, unus ex illis quinque, qui Mauſoleum cælavere. *Plin. l. 35. c. 11.* ¶ Theon alius, Philoſophus Stoicus Antiochenus. Scripſit Apologiam Socratis. ¶ Theon alter, Philoſophus Stoicus, Alexandrinus, qui ætate Auguſti poſt Arium Philoſophum enituit. Scripſit in Phyſicam, & in artem Rhetoricam, & alia. ¶ Theon alius, Mathematicus Alexandrinus, ſub Theodoſio ſeniore. Scripſit de Aſtrologia, commentarioſque in Ptolemæum, & Aſtrolabium parvum, & alia. ¶ Theon alius, Philoſophus Smyrnæus. ¶ Theon alius, Sophiſta Alexandrinus, qui Ælius cognominatus eſt. Scripſit in Arte Rhetorica. ¶ Theon alius, Sophiſta Sidonius, tempore Conſtantini II. Præceptis in patria. ¶ Theon quoque Grammaticus, interpres Apollonii Rhodii. ¶ Theon item, Poeta quidam rabioſæ loquacitatis, petulantiſſimæque maledicentiæ. Unde factum eſt, ut Theonino dente rodi eum dicamus, qui conviciis laceſſitur. *Acron in Hor. l. 1. ep. 18.*

Theonĭnus, a, um, Θεώνειος, quod ad Theonem maledicum Poetam ſpectat, ut dente Theonino rodere, ideſt conviciis, & maledictis laceſſere. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 82.* qui Dente Theonino cum circumroditur.

Theophănes, is, m. Θεοφάνης, Hiſtoricus Mityleneus, ſcriptor rerum Pompeji Magni. *Cic. pro Arch. c. 10.*

Theophraſtus, m. 2. Θεόφραστος, Philoſophus ex Ereſſo Lesbi oppido. Prior Tyrtamus appellatus eſt, deinde Euphraſtus, & poſtremo Theophraſtus, a Θεός, *Deus*, & φράσις, *elocutio*, ob oris, & eloquentiæ ſuavitatem quaſi divinam, teſte *Cic. in Orat. c. 19.* Fuit diſcipulus Ariſtotelis, & in ſchola ſucceſſor. Lectitavit Platonem, audivit & Demoſthenem. Vixit Athenis, ibique ſcripſit de vegetabilibus, ideſt de plantis: Item de legibus omnium civitatum: Item librum de beata vita, in quo negat ſapientem in tormentis beatum eſſe: Item de Rhetorica: Extant hodie tantum libri de plantis, converſi a Theodoro Geza, & parva quædam opuſcula. Habuit diſcipulos ad duo millia, exceſſitque admodum ſenex. Ejus meminit ſæpiſſime *Cicero* in libris de Philoſophia, & in Oratoriis.

Theopŏlis, f. 3. urbs Syriæ, ad Orontem fl. eadem, quæ Antiochia Magna, ita appellata a Juſtiniano Imp. ideſt urbs Dei, cum poſt ingentem terræmotum ſervata eſſet. *Steph.*

Theopompīnus, vel Theopompius, a, um, adject. ad Theopompum pertinens. *Cic. Attic. l. 2. ep. 7.* Itaque ἀνέκδοτα, quæ tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo pangentur. Alii leg. *Theopompio*, a Græco Θεοπόμπειος: alii *Theopompeo*. *Adde in Orat. c. 61.*

Theopompus, i, Θεόπομπος, orator, & hiſtoricus, patria Gnidius, poſt Thucydidem & Herodotum graviſſimus, idemque & maledicentiſſimus. Ejus meminere *Nepos in Alcib. c. 11.* & *Quintil. l. 10. c. 1.*

Theorēma, atis, n. θεώρημα, ſpeculatio, propoſitio ſpeculativa, perceptio. Vox Græca eſt, & Græce uſurpatur a *Cic. de Fato, c. 6.* at Latine a *Gell. l. 1. cap. 2.* ubi ait: Se in theorematibus tantum ſingulatim oblectantes.

Theorematium, ii, n. diminutivum, parvum, ſeu breve theorema. *Gell. l. 1. c. 13.* Inſtructius deliberatiuſque fore arbitramur theorematium hoc.

Theoretica, vel Theoretica ars, *la ſpeculativa*, Θεωρητική, ars eſt, quæ poſita eſt in ſola rerum inſpectione, & contemplatione rerum, nullumque præterea actum exigit, qualis eſt Aſtrologia. Ita definit *Quintil. l. 2. c. 18.* (*al.* 21.) ſed ipſam vocem Græcis literis ſcribit.

Theotŏcos, f. Θεοτόκος, quæ Deum peperit: Græca vox a Θεός, Deus, & τίκτω, pario: dicitur de una Maria Virgine. *Imp. Juſtinian. l. 1. Cod. tit. 1. leg. 6.* Semper Virgo Maria, theotocos, ſeu Deipara.

Thera, f. 1. *Gozi*, inſ. maris Ægæi, apud Cretam, quæ, ut primum enata eſt, Calliſte appellata fuit, teſte *Plinio l. 2. c. 89.* juxta Diam, e qua Theraſia poſtea avulſa eſt, proxima Anaphæ. ¶ Thera item *Antimile*, inſ. maris Ægæi, apud Eubœam, & apud Melon, Callimachi Poetæ patria.

Theramĕnes, is, m. Philoſophus Athenienſis, unus ex triginta Tyrannis. Cum a collegis multos inſontes ſupplicio affici videret, ea de re conquerens, cum cæterorum omnium, tum præcipue Critiæ cupidam, qui reliquos ea potentia, ita & immanitate antecedebat, odium in ſe concitavit, tandemque per calumniam circumventus, & innocens capitis damnatus eſt. Cum cicutam avide hauſiſſet, quod reliquum erat, e poculo ejiciens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. *V. Cic. 1. Tuſc. c. 40.*

Theramnæ, f. 1. opp. Sabinorum, ex quo Appius Clauſus, qui poſtea Claudius dictus eſt, originem habuit. ¶ Item oppidum Laconiæ, quod & Therapne dictum eſt. *Plin. l. 4. c. 5.*

Therammæus, a, um, adject. a Theramnis. *Sil. l. 8. v. 413.* Therammæo a ſanguine Clauſi Exultas rapidis Nero non imitabilis auſis. Loquitur *Silius* de Claudia familia, quæ originem habuit a Sabinis, qui cum Laconibus permixti erant.

Therapnæ, vel Terapnæ, arum, & Terapne, es, opp. Laconicæ, apud Eurotam fl. proximum Spartæ urbi, ubi Diana primum coli cœpit, teſte *Solino*, patria Helenæ, Clytemneſtræ, Caſtoris, & Pollucis. *Sil. l. 6. v. 303.* Miſit Agenoreis ductorem animoſa Terapne. *Stat. l. 3. Theb.* Apollineaſque Therapnas.

Therapnæus, vel Therapneus, a, um, adject. ad Therapnas pertinens. *Ovid. epiſt. 16. v. 196.* Nora Therapnæo nata puella . h. e. Helena. Penultima hujus vocis interdum a Poetis corripitur more Græcorum, apud quos etiam ω liquida eſt. *Silius l. 13. v. 43.* Non unquam affirmat Therapnæis Ilion armis Ceſſurum.

Theraſia, f. 1. *Santerini*, inſ. Græciæ, in mari Ægæo, una Sporadum, circuitu 30. M. P. cum aliquot caſtris, & vicis, a paucis habitata. *Plin. l. 2. c. 87.*

Theriăca, æ, vel theriace, es, f. *triaca*, *utriaca*, *triaca*, Ger. *theriack*, Gal. *theriaque*, Hiſp. *atriaca*, Θηριακά, Θηριακή, genus medicamenti compoſiti ex multis ſimplicibus adverſus venena. Dicta eſt a θηρίον, quod etſi univerſe notet feram, tamen & ſpeciatim accipitur pro ſerpente, ſive quia a viperæ carne fiat, ſive quod remedium ſit adverſus ſerpentes, & generatim adverſus venena. *Plin. l. 20. c. ult.* Serpilli duum denariorum pondus, opopanacis, & malii tantundem ſingulorum, trifolii pondo denarii, anethi, & fœniculi ſeminis, & anisi, & ammi, & apii denariorum ſenum ſingulis generibus, ervi farinæ duodecim. Hæc tuſa, cribrataque vino, quam poſſit, excellenti digeruntur in paſtillos, victoriati pondere. Ex his ſinguli dantur ex vini mixti cyathis ternis. Hac theriaca magnus Antiochus Rex adverſus omnia venena uſus traditur. Adde *l. 29. c. 1. & 4.* ¶ Theriace item, genus vitis in Thaſſo, ſeu Thaſo inſula Thraciæ in mari Ægæo, cujus uinum venenis reſiſtit. *Plin. l. 14. c. 18.* Apud eoſdem vitis theriace vocatur, cujus & vinum, & uva contra ſerpentium ictus medetur.

Theriăcus, a, um, adject. a theriaca, ut theriaci paſtilli, apud *Plin. l. 29. c. 4.*

Theriōma, atis, n. Θηρίωμα, genus quoddam ulceris, quod interdum per ſe naſcitur, interdum ulceri ex alia quapiam cauſa facto ſupervenit, colorem habet lividum, vel nigrum, odorem fœdum, humoremque manat muco ſimilem. *Celſ. l. 5. c. 28. n. 3.*

Theronarca, Θηριονάρκη, herba torporem afferens ſerpentibus. *Plin. l. 24. c. 17. & l. 25. c. 9.*

Theriotrophium, Θηριοτροφεῖον, locus ubi feræ concluſæ aluntur. Vox Græca & Græce uſurpata a *Varrone l. 3. R. R. c. 13.*

Theriſtrum, i, n. Θέριστρον, veſtis muliebris æſtiva, teſte *Polluce, l. 7. c. 13. & Iſidor. l. 19. c. 25.* a θερίζω, *æſtatem tranſigo*, quod a θέρος, *æſtas*, cui contrarium χειμάστριον, *veſtis hyemalis*, a χειμών, *hyems*, *tempeſtas*, ut idem ipſe docet capite. *Tertull. de Pallio, c. 3.* Qualis ille Hercules in theriſtro Omphales.

Thermæ, arum, f. pl. *bagni*, *ſtoſe*, Ger. *warme bader und ſtuben*, Gal. *bains*, Hiſp. *banos*, Θερμαί, loca, quæ aquis ſponte exeuntibus ad lavandum, aut ſudorem provocandum apta erant, ut in Baiis, & in Aponi fonte. Hinc Thermæ vocantur quædam oppida prope hujuſmodi calidas aquas ſita, ut Thermæ in Sicilia in ora Meridionali inter Agrigentum, & Lilybæum, hodie *Sacca*, vel *Xacca*: item Thermæ alteræ in eadem regione, in Ora occidentali, ad Himeram fluvium, hodie *Termine*. ¶ Sæpe uſurpatur de balneis ſtructilibus, in quibus calida aqua fornacibus. *Martial. l. 7. ep. 33.* Thermæ Neronianæ, h. e. extructæ a Nerone.

Thermæus ſinus, idem qui Thermaicus. *Tacit. 5. Ann. c. 10.*

Thermaicus ſinus, *Golfo di Salonichi*, ſinus maris Ægæi, in Macedoniam extenſus, in cujus intimo receſſu ad ſep. Theſſalonica urbs ſita eſt, ubi antea Therma. Extenditur a Mer. in Sept. & ia eum ſe exonerant Axius, Peneus, Chabriet, Haliacmon, & aliquot alii fluvii. *Plin. l. 4. c. 10.*

Thermanticus, a, um, adject. calefaciendi vim habens, a Θερμαίνω, *calefacio*. *Apul. de herb. c. 110.* Menta virtutem habet thermanticam.

Thermepſila ova, Θερμὰ ἁπαλὰ ᾠά, ova calida, & mollia. *Theodor. Priſcian. l. 2. c. 10.*

Thermefacio, is, feci, factum, a. 3. eſt in thermas calefacere, vel ſimpli-

plicitèr calefacere. *Plaut. Stich.* 1. 3. 97. (*al.* 2. 1. 97.) Jam ne exta cocta ſunt, quod thermeſeceras? Ita eſt in quibuſdam Lexicis. At optimæ editiones ſic habent: *Jam ne exta cocta ſunt? quot agnos feceras?*

Thermĭnus, a, um, adject. ut Therminum oleum, quod e lupinis factum eſt, qui Thermini a Dioſcoride appellantur. *Plin. l.* 23. c. 4.

Thermitānus, a, um, adject. ad Thermas Siciliæ oppidum pertinens. *Cic. Verr.* 4. c. 33. & 34.

Thermōdon, ontis, m. *Formon*, Θερμώδων, fl. Cappadociæ, qui in mare Euxinum inter Themiſcyram ad Occ. & Polemonium ad Or. prolabitur. Eum Amazones incoluere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 659. Quales Threiciæ cum flumina Thermodontis Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis. Quidam putant legendum *Thermodontis* e recto *Thermodoon*, quod tamen minus placet, cum in Græco fere ſemper legatur Θερμώδων, triſyllabum. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 10. Et tu fœmineæ Thermodon cognite turmæ.

Thermodontēus, a, um, quod ad Thermodontem ſpectat. *Prop. l.* 3. *eleg.* 13. Thermodonteis turba lavatur aquis. ¶ Legitur & Thermodonteus per æ diphthongum.

Thermodontiăcus, a, um, adject. Thermodonteus. *Ovid.* 9. *Metam. v.* 189. Thermodontiaco cælatos balteus auro.

Thermodontĭus, a, um, adject. Thermodonteus. *Senec. Herc. Fur. v.* 245. Thermodontia gens. *Id. in Herc. Oet. v.* 21. Hoſtis Thermodontia.

Thermopolĭum, ii, n. Θερμοπώλιον, caupona, ubi calida potoria venduntur, a θερμὸς, *calidus*, & πωλέω, *vendo*. Nam calida olim in deliciis erant. Qua de re vide, quæ fuſe notavit *Fulvius Urſinus*. *Append. de Triclinio*, & *Lipſius l.* 1. *Elect. cap.* 4. *Hieron. Mercurial. lib.* 1. *Var. Lect. cap.* 8. & alii. *Plaut. Curc. a.* 2. *ſc.* 3. *v.* 13. Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant, ſemper videas bibentes in thermopolio. Ubi tamen in *Hermopolio* legi poſſit. Nam id in codice veteri reperit *Camerarius*, qui & ſuſpicatur, Ἑρμῆν, ſive Mercurium, cum præſit mercibus, cauponarium quoque Deum fuiſſe, ac fortaſſe effigiem ejus cauponis præponi ſolere, indeque dicta *Hermopolia*. *Id. Trinum.* 4. 3. 6. Satin' in thermopolio condalium es oblitus, poſtquam thermopotaſti gutturem? Adde *Rud.* 2. 6. 45.

Thermopōto, as, a. 1. calida bibo. *Plaut. Trin.* 4. 3. 6. Poſtquam thermopotaſti gutturem. h. e. calida potione gulam oblectaſti.

Thermopylæ, arum, f. pl. *Bocca di Lupo*, al. *Scelos*, al. *Termemete*, anguſtiæ Oetæ M. in Theſſalia, ubi ex Phthiotide in Phocidem tranſitus eſt, 25. pedum tantum ſpatio, prope ſin. Oetæum, ſeu Maliacum. Dictæ ſunt a θερμὸς, *calidus*, & πύλη, *porta*, quia ibi ſunt calidæ Herculi conſecratæ. Juxta has erat conventus frequens totius Græciæ ſtatis diebus. Ibi Leonidas Spartanorum Rex cum quatuor millibus militum partim ex Spartanis, partim ex ſociis, adverſus quingenta millia, & amplius Perſarum duce Xerxe Rege triduum dimicavit, quarta die, dimiſſis ſociis, cum ſexcentis Spartanorum in hoſtium caſtra irrupit, per omnia caſtra victor vagatus eſt, cecidit, ſtravit omnia, tandem cum ſuis inter ingentes ſtratorum hoſtium catervas interiit. *Cic.* 1. *Tuſc.* & *Juſtin. l.* 2. *c.* 11.

Thermoſpodĭum, ii, n. Θερμοσπόδιον, vas cinere calido plenum, in quo deponuntur ea, quæ frigeſieri nolumus. *Apic. l.* 4. *cap.* 2. In Termoſpodio apponere.

Thermŭlæ, arum, f. parvæ thermæ. *Martial. l.* 6. *ep.* 42. Etruſci niſi thermulis laveris.

Therodāmas, antis, Scythiæ rex fuit, qui ne per inſidias occideretur, leones humano ſaginatos ſanguine in ſui corporis cuſtodiam alebat, quo ſæviores eos haberet, ſi quando opus eſſet. Ejus meminit *Ovid.* 1. *de Pont. eleg.* 2.

Therodamantēus, vel Theromedontēus, a, um, adject. a Therodamante, vel Theromedonte. *Ovid. in Ibin, v.* 383. Therodamanteos ut qui ſenſere leones.

Therſītes, æ, m. Θερσίτης, Græcorum omnium fœdiſſimus, quem Achilles ſibi procaciter conviciantem pugni ictu interfecit. Hujus inſignis deformitas ab *Homero l.* 2. *Iliad.* graphice expreſſa effecit, ut cum hominem vehementer fœdum ſignificare velimus, Θερσίτου πρόσωπον, ideſt Therſitæ faciem, eum habere dicamus. *Juven. ſat.* 8. Malo, pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Æacidæ ſimilis. ¶ Apud *Senec. l.* 3. *de Ira c.* 23. Therſites pro homine conviciatore, & maledico ponitur.

Theſaurarĭus, a, um, Θησαυροφύλαξ, quod ad theſaurum ſpectat. *Plaut. Aul.* 2. 8. 23. Confige ſagittis fures theſaurarios.

Theſaurenſis, is, m. theſaurorum cuſtos, unus ex officialibus præſidis theſaurorum. *l.* 2. *Cod. de palat. ſacr. largit.*

Theſaurochryſonicochryſides, Θησαυροχρυσονικοχρυσίδης, fictum e *Plaut. Capt.* 2. 2. 35. nomen ad notandum prædivitem, & avarum hominem: conflatum eſt autem e vocibus Θησαυρὸς, *theſaurus*, κρύπτω, *abſcondo*, ὄνυξ, *unguis*, & χρυσὸς, *aurum*, quaſi eum ſignificet, qui theſaurum auri unguibus, & furando coegerit, & abſcondit.

Theſaurus, i, m. *teſoro*, אוצר, Ger. *ſchatz*, Gal. *threſor*, Hiſp. *teſoro*, Θησαυρὸς, aurum, vel argentum aliquo loco reconditum. *Cic. de Divin. l.* 2. *c.* 65. Reſpondit conjector, theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. *Virg.* 1. *Æn.* Veteres tellure recludit Theſauros, ignotum argenti pondus, & auri. ¶ Sæpe accipitur pro repoſitorio, ſive conditorio cujuſcunque rei. *Vitruv. l.* 5. *c.* 9. *ad fin.* In his operibus theſauri ſunt civitatibus in neceſſariis rebus a majoribus conſtituti. *magazzeni*. *Cic.* 1. *de Or. c.* 3. Quid dicam de theſauro rerum omnium memoria? *Id. in Partit.* Qui illos locos tanquam theſauros aliquos argumentorum notatos habebit. *Plin. l.* 11. *c.* 72. Condit in theſauris maxillarum cibum. ¶ Sumitur etiam in malam partem, pro copia, & abundantia. *Plaut. Merc.* 1. 2. 5. Te quidem theſaurum hoc apportaſti mali. *Id. in ſuppoſit. Amph. ſcena, quæ incipit:* Quis tam vaſto. *v.* 13. & *affertur a Non. c.* 6. *n.* 46. Hunc qui domi uxorem meam impudicitia impetivit, per quem tanto theſaurum ſtupri. h. e. per quem ſtupra multa ſunt in domo mea.

Theſēis, idis, Θησηΐς, poema Theſei geſta complectens. *Juven. ſat.* 1. Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

Theſeus, i, diſſyllabum, Θησεύς, filius Ægei Regis Athenarum, & Æthræ, nepos Pandionis. In fabulis eſt, filium fuiſſe Neptuni. Dum eſſet adoleſcens, opera Medeæ novercæ pene veneno periit. Sed poſt mortem patris ad Regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones una cum Hercule, earumque Reginam Hippolytem cepit, quam in Græciam duxit, & accepit in uxorem, ex qua Hippolytum genuit. Creontem Regem Thebarum Argivos in bello cæſos ſepeliri prohibentem interfecit. Oppreſſit terribilem taurum in Attica, apud Marathonem, ideſt eum, quem Hercules in Creta domuerat, & in Græciam adductum Atticæ immiſerat. Minotaurum in labyrintho occidit, & incolumis ex eo evadens Ariadnæ Minois filiæ opera, quæ ei fili glomerem dederat, quo vias ſignaret, eam, ſororemque ejus Phædram ſecum abduxit, ſed relicta Ariadna in Chio inſ. ſibi conjugio Phædram copulavit. Debellavit Centauros. Scyronem, Procruſten, & Schinin latrones Atticæ neci dedit. Thebas domuit. Pirithoum præcipua coluit amici-

tia, quocum deſcendit ad Inferos, ideſt in Moloſſiam reg. Epiri, ad rapiendam Proſerpinam, ſed occiſo Pirithoo, ipſe captus eſt, & aliquandiu in vinculis a Plutone detentus, donec ab Hercule, qui illum ſumma proſequebatur benevolentia, liberaretur. Primus inſtituit Athenis Panathenæa, hoc eſt communem celebritatem in honorem Minervæ, quæ Græce Ἀθήνη nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Tres illi optiones Neptunus dedit, ille autem diverſis temporibus optavit, ut Minotaurum conficeret, ut ſibi ad Inferos daretur aditus, ut Hippolytum filium, qui a Phædra noverca ejus amore capta, & rejecta falſo accuſatus fuerat, quod ſe de ſtupro interpellaſſet, ulciſceretur. Igitur optavit interitum filii ſibi de noverca ſuſpecti, & promiſſum a Neptuno exegit. Sed filii interitu impetrato in maximos luctus incidit. Poſtremo jam ſenior, tot, tantiſque rebus geſtis, Regno, patriaque pulſus, in inſulam Scyrum navigavit, ubi periit, interemptus a Lycomede (al. a Nicomede) vel ex loco edito poſt cœnam deambulando delapſus, ut quidem volunt. Apud Inferos eo pœnæ genere cruciari traditur, ut ſaxo affixus perpetuo ſedeat, nec relevare ſe poſſit. *Virg. Æn.* 6. Sedet, æternumque ſedebit Infelix Theſeus. ¶ In genitivo ſingulari *Theſeos* Græca poſitione dixit *Ovid.* 8. *Metam. v.* 268.

Theſēus, a, um, adject. ad Theſeum pertinens. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 66. O mihi Theſea pectora juncta fide! h. e. antiqua, firma, qualis fuit Theſei in Pirithoum: cæterum Theſeum *perfidus* etiam dicitur ob deſertam Ariadnam, quam ſe ducturum promiſerat. ¶ Theſei favi, uſurpantur a *Martiale* pro melle Attico celebris notæ, *l.* 4. *epigr.* 13.

Theſīdæ, arum, m. pl. Athenienſes, ita dicti a Theſeo Rege. *Virg.* 2. *Georg. v.* 383. Præmiaque ingenteis pagos, & compita circum Theſidæ poſuere.

Theſīdes, æ, m. Θησείδης, Hippolytus Theſei filius. *Ovid. ep.* 4. *v.* 65. Theſides, Theſeuſque duas rapuere ſorores.

Theſis, is, f. Θέσις, poſitio. Græca vox eſt, Græciſque litteris plerumque ſcribitur. Apud Rhetores ſumitur pro quæſtione, ſive argumento diſputationis, quod etiam thema dicitur, *queſtione*. Sed per excellentiam ſic nominatur quæſtio infinita, ideſt incerta, indeterminata, univerſalis, in qua aliquid generatim quæritur ſine deſignatione perſonarum, temporum, & aliarum circumſtantiarum, cujuſmodi ſunt, An animi hominum ſint immortales, An ſtudia Eloquentiæ perſequenda ſint, An res urbanæ bellicis rebus dignitate antecellant, &c. Differt ab Hypotheſi, quæ Latine cauſa, vel controverſia vocatur, quia hypotheſis eſt quæſtio finita, ſive certa, determinata, particularis, quæ verſatur circa certas perſonas, tempora, loca, actiones, negotia, cujuſmodi ſunt, quæ in foro, & in ſenatu aguntur, e. g. an Milo Clodium juſte occiderit, Placeat ne a Carthaginienſibus captivos noſtros, redditis ſuis, recuperari, &c. *Cic. in Top.* Quæſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Græci, nos cauſam. Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. Cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſque eorum. Propoſitum aut in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propoſitum pars cauſæ eſt. *Senec. in proœm. lib.* 1. *Controv.* Controverſiæ, quas theſes vocabant. ¶ Præterea theſis appellatur Figura, quæ diſtinguit ſenſus orationis per commata, ideſt ſubdiſtinctiones, quas nos virgula ſignamus, per cola, ideſt membra, quæ nos ſignamus duobus punctis, per periodos, ſive circuitus, qui finita ſententia puncto notantur. Dicta eſt theſis, ſeu poſitio, ſeu poſitura, ut ajunt, quia punctis poſitis convenienter denotat ſenſuum partes, vel quia ibi vox pro intervallo dictionis deponitur. *Donatus*.

Theſmophorĭa, orum, n. Θεσμοφόρια, ſacra Cereris, quæ Græce dicitur *Theſmophora*, quaſi legifera, ſeu legiſlatrix. Prima enim Ceres leges inveniſſe proditur, quia ante frumentum a Cerere inventum homines ſine lege vagabantur, ex agrorum autem diviſione primo nata ſunt jura, ut docent *Macrob. l.* 3. *Saturn. c. ult.* & *Serv.* ad *Æn.* 4. *v.* 58. qui & vocem ipſam uſurpant. ¶ Alias dicuntur Græce *Myſteria Magna*, & Latine *Initia Magna*. Inſtituta ſunt ab Erechtheo Rege. Fiebant in Eleuſine, menſe Boedromione, ideſt Auguſto. *Arnob. l.* 5. *adv. Gentes*, & *Sigon. de Rep. Athen. l.* 1. *c.* 4. ¶ Fuere & *Theſmophoria*, ſive *Myſteria*, ſive *Initia parva*, quæ poſtea Theſeus inſtituit, ut iis Herculem, tam forte hoſpitem ſuum, initiaret. Hæc celebrantur menſe Antheſterione, ideſt Novembri, al. Aprili.

Theſpĭăcus, & Theſpĭus, a, um, adject. ad Theſpias pertinens, ut Theſpia mœnia, *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 477. & mœnia Theſpiaca, *Id. ibid. v.* 93.

Theſpĭădes, dum, f. Θεσπιάδες, Muſæ, ſeu Nymphæ, a Theſpiis opp. Bœotiæ, quod incolebant. *Varr. l.* 6. *L. L.* & *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 368.

Theſpĭæ, arum, f. Theſpia, *Teſpe*, Θεσπιαί, urbs Bœotiæ, in lim. Phocidis, prope Heliconem M. ad Auſtr. Criſſæum ſinum verſus, ſatis ampla, media fere inter Copaidem lac. ad Bor. & Corinthiacum ſin. ad Mer. Ibi fons eſt, qui mulieribus conceptus repræſentat, teſte *Plin. l.* 31. *c.* 2. Erat etiam ibi celebre Cupidinis ſignum a Praxitele factum, Theſpienſibuſque dono datum a Glycera eorum cive. *Cic.* 6. *Verr. cap.* 60. ¶ Theſpiæ item, opp. Magneſiæ prov. Theſſaliæ. *Plin. l.* 4. *c.* 9.

Theſpienſes, ium, Theſpiarum incolæ. *Cic.* 6. *Verr. c.* 60.

Theſpis, m. 3. primus Poeta tragicus apud Athenienſes. *Hor. in Arte, v.* 276. Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis.

Theſpĭos. V. Theſpietos.

Theſprōti, m. 2. pop. Theſprotiæ. *Lucan. l.* 3. *v.* 179. Theſproti, Dryopeſque ruunt, quercuſque ſilentes.

Theſprotĭa, æ, f. Theſprotis, *Vaſelicia*, regio Epiri, Chaoniæ proxima, apud oram lit. contra Corcyram inſ. cujus urbs Buthrotum. *Plin. in proœm. l.* 4.

Theſprotĭus, a, um, adject. ad Theſprotiam pertinens, ut Theſprotius ſinus, apud *Liv. l.* 8. *c.* 24. qui hodie dicitur *Golfo di Butintrò*.

Theſſăli, m. 2. pop. Theſſaliæ. *Cic. pro Cluent.* ¶ Maleficiis addicti fuiſſe, a Medea ſuperſtitiones, & veneficia edocti, traduntur. Hinc *Plautus Amph.* 4. 3. 9. veneficum appellat Theſſalum: & *Theſſala* vox pro incantamento accipitur ab *Horat. Epod.* 5.

Theſſălĭa, æ, f. *Theſſalia*, *Janna*, *Comenolitari*, *Tumeneſtia*, *Lamina*, pars ampla Regni Macedoniæ, quanquam diſtincta a Macedonia propria, ad ſin. Pelaſgicum, & Meliacum. Habet a Sept. Pierium M. quo ſejungitur a Macedonia, a Mer. Helladem, ſive Græciam proprie dictam, ideſt reg. Bœotiam, ab Occ. Epirum, ab Or. mare Ægæum. Ora Theſſaliæ inter Penei fl. oſtia ad Bor. & Thermopylas ad Auſtr. continetur. Montibus Olympo, Oſſa, Pelio, Pierio ad Bor. Othry, & Oeta ad Mer. Pindo ad Occ. cingitur. Dicta eſt a Theſſalo Æmonis, vel Jaſonis, & Medeæ filio. Plura etiam alia habuit nomina apud veteres, ſemper a Regibus cognominata. Dicta enim eſt Æmonia, Æſtiæotis, Pelaſgia, Argos Pelaſgicum, Hellas, Dryopis. Olim etiam Pyrrhæa dicta eſt, teſte *Strabone l.* 10. a Pyrrha Deucalionis uxore. ¶ In Theſſalia montes 24. ſunt, quorum nobiliſſimus Pierius, parens, domuſque Muſarum, Olympus, Pelion, Oſſa, Gigantum bello memorati, Pindus, & Othrys, Lapitharum ſedes. ¶ Flumina in ea, ut ſcribit *Herodotus*,

dones, ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, Phœnix. ¶ In ea diluvium ſub Deucalione contigit, ſtagnante Peneo fl. quod majorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſe ſe receperant, conſervatis, inter quos Deucalion cum uxore Pyrrha Parnaſſum petierat, ſaltibuſque ad ſe confugientes per ſumma Parnaſſi juga benigne fovebat, propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. ¶ Herbas veneficas producit. ¶ Hic primum equi domari cœperunt. De his omnibus V. *Plin. l.* 4. *c.* 7. & 8.

Theſſalicus, & Theſſalius, a, um, adject. ad Theſſaliam pertinens, ut Theſſalica clades, *Lucan. l.* 6. *v.* 62. h. e. qua Pompejus in campis Theſſalicis a Cæſare eſt afflictus. Theſſalium ductus, *Gratius in Cyneget. v.* 218.

Theſſalis, idis, f. eadem quæ Theſſalia. *Lucan. l.* 6. ¶ Item regio Helleſponti. *Plin. l.* 5. *c. ult.* ¶ Eſt etiam adjectivum femininum, idem ac Theſſala. *Ovid.* 12. *Met. v.* 190. Theſſalidum virgo pulcherrima. *Id. Heroid. epiſt.* 13. *v.* 112. Theſſalis ara.

Theſſalius. V. *Theſſalicus*.

Theſſalonica, æ, f. *Salonichi*, urbs Macedoniæ, in intimo receſſu ſinus Thermaici, etiamnum ampla, populoſa, dives, emporium amplum, cum portu capaciſſimo, ad oſtia Echedori fl. Primum a Caſſandro condita dicitur, & *Halia* appellata. Theſſalonicæ autem nomen a Philippo Amyntæ filio accepit, cum ille in ejus agro Theſſalus ingenti clade profligaſſet. *Plin. l.* 4. *c.* 10. *Claudian. l.* 2. *in Rufin. v.* 279. Muroſque ſubibat, Theſſalonica, tuos.

Theſſalonicenſes, ium, Theſſalonicæ incolæ. *Cic. de provin. Conſul. c.* 2.

Theſtiadæ, um, m. Theſtii filii Thoxeus, & Plexippus. *Ovid.* 8. *Met. v.* 434. Theſtiadæ clamant.

Theſtiades, dum, f. Θεστιάδες, quinquaginta Theſtii filiæ ab Hercule una nocte compreſſæ: quarum natu maxima, & minima geminos pepererunt, cæteræ ſingulæ marem. *Suid.* & *Pauſan.*

Theſtias, adis, patronym. femin. Althæa Theſtii filia, & Meleagri mater. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 6. cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum Theſtias.

Theſtius, ii, m. filius Parthaonis ex Calydonia Nympha, vel ex Althæa, pater Thoxei, & Plexippi. *Bocc. l.* 9. *Gen. c.* 13. ¶ Alius hoc nomine fuit Erichtei, vel ut alii volunt, Teuthrantis filius, cujus quinquaginta filias Hercules una nocte gravidas fecit. *Diodor. l.* 5.

Theſtor, oris, m. Θέστωρ, vir Trojanus, pater Calchantis.

Theſtorides, æ, m. ſ. Calchas filius Theſtoris. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 18. & vere providus augur Theſtorides, Vincemus, ait.

Theta, n. 2. Θῆτα, nomen literæ Græcæ, quæ apud nos valet *th* aſpiratum. Hæc in Græcorum judiciis nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C, quod ea ſit prima litera in dictione θάνατος, *mors*. Huc alluſit *Perſius ſat.* 4. *v.* 13. Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

Thetis, tis, & tidis, f. filia Nerei Dei marini, uxor Pelei regis Theſſaliæ, mater Achillis. *Horat. l.* 4. *od.* 6. Filius quamvis Thetidis marinæ. *Plaut. Epid.* 1. *ſ.* 33. Tum ille prognatus Theti, ſine, perdat. *Stat.* 1. *Achil. v.* 80. Ne pete Dardaniam fruſtra, Theti, mergere claſſem. Metonymice ponitur pro mari. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 32. Tentare Thetin ratibus. ¶ Alia eſt Tethys (quam rectius *Tethyn ſcribunt*) Cœli & Veſtæ filia, uxor Saturni, nempe hujus avia, mater Doridis, quæ Thetin genuit. De utraque eſt locus *Catulli*, ubi etiam differentem ſyllabarum quantitatem videre eſt, *carm.* 64 *de nupt. Pel. & Thet. v.* 28. Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine? Te ne ſuam Tethys conceſſit ducere neptem?

Theumeſius, vel Teumeſius, a, um, adject. a Theumeſo monte, & ponitur pro Thebano, ut Theumeſius juvenis. h. e. Polynices Thebanus, *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 331. ¶ Theumeſius amnis eſt Iſmenus, qui prope eum montem fluit. *Id.* 9 *Theb. v.* 462.

Theumeſus, ſeu Teumeſus, m. 2. mons Bœotiæ, in Hellade, ſeu Græcia proprie dicta, apud Thebas, ubi Hercules leonem interfecit, quemadmodum & alium in Argia regione Peloponneſi, in ſylva Nemea. ¶ Item fl. Theſſaliæ, cum Theumeſia opp.

Theutoni. V. Teutoni.

Thia, æ, Θεία, inſula in mari Cretico, una Sporadum, quam ſuo tempore emerſiſſe ſcribit *Plin l.* 2. *c.* 88. & *l.* 4. *c.* 12.

Thieis, m. 3. vel Tichis, *Ter*, *Tech*, *Theca*, *Ter*, *Tera*, fl. Hiſpaniæ Ter. in Catalonia, qui ex Pyrenæis montibus ortus, in Mer. labitur verſus Auſam, deinde in Or. tendens, Gerundam rigat, & in mare Medit. ſe exonerat. ¶ Item *le Tech*, fl. Galliæ Narb. in Com. Ruſcinonenſi. Oritur ex Pyrenæis montibus, in lim. Ceretaniæ, Ceretumque rigat, & paulo infra Helenam mari Med. miſcetur.

Thisbe, es, f. ſ. Hyanis, Ogygia, *Janeri*, opp. medit. Bœotiæ, ſub Helicone M. haud procul ab ora ſinus Criſſæi, & a Theſpiis, inter Creuſam, & Theſpias. Ibi columbarum copia. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Thisbeus, a, um, adject. ut Thisbeæ columbæ, *Ovid* 11. *Met. v.* 300.

Thlaſiæ, arum, m. ſpadones, quibus non evulſi, ſed fracti ſunt teſticuli, θλαδίαι, a θλάω, frango. *l.* 128. *Dig. de verb. ſignif.* ¶ In ſingulari numero eſt Thlaſias, æ, Græce θλασίας. ¶ Dicitur & *Thladias*, nam & Græce θλαδίας legitur.

Thlaſpe, vel Thlaſpi, n. indeclin. θλάσπι, herba eſt duarum generum: unum anguſtis foliis digitali longitudine, cauliculo ſemipedali, peltarum ſpecie, ſemine incluſo lenticulæ effigie, niſi quod infringitur, unde & nomen (nempe a θλάω *frango*) flore albicante: alterum latis foliis, radice magna. *Plin. l.* 27. *c.* 13.

Thlibias, æ, m. θλιβίας, ſpado, cui attriti ſunt teſtes, a θλίβω, tero. *l.* 128 *ff. de verb. ſignif.*

Thoanteus, a, um, adject. a Thoante, ut Diana Thoantea apud *Valer. Flac. l.* 8 *v.* 208. id eſt Taurica, cui hoſtiis humanis ſacrificabant.

Thoantias, adis, f. Hypſipyle filia Thoantis. *Ovid. Heroid. ep.* 6. *in fine.* Huc ego conjugio fraudata Thoantias ora.

Thoas, antis, m. Θόας, Rex Tauricæ Cherſoneſi, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodem Dianæ Tauricæ ſacris præfecta. Hunc poſtea occidit Oreſtes, a furore adactus, cum illum quoque Thoas Dianæ aræ deſtinaſſet. *Ovid. l.* 3. *de Pont. eleg.* 2. Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora, Nec fuit Euxinis notior alter aquis. ¶ Thoas alter, filius Liberi Patris ex Ariadna Minois filia, pater Hypſipyles, Rex Lemni inſ. Cum cæteræ omnes Lemni mulieres viros ſuos, & parentes trucidarent, ſolus a filia ſervatus eſt, & clam navi impoſitus, in Chium inſ. pervenit. *Ovid.* 7. *Met.* ¶ Thoas item, filius Jaſonis ex Hypſipyla filia Thoantis Regis Lemni, frater Eunei. Profectus eſt ad bellum Trojanum, cum Adraſto Rege. *Bocc. l.* 13. *Gen. c.* 27.

Thoes, m. 3. Θῶες, genus luporum. *Plin. lib.* 8. *cap.* 34. Nam thoes (luporum id genus eſt procerius longitudine, brevitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu vivens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per hyemes hirti, æſtate nudi. ¶ Sunt, qui inter lupos cervarios numerant. *Gloſſ.* vet. *Lupus cervarius*. θώς. Sed *Plinius* de thoe, & lupo cervario diſtinctis agit locis. Alii pantheris accenſent. Sane *Scholiaſtes Homeri in* 10. & 13. *Iliad.* θῶες exponit πανθῆρες, quaſi dicas, minores pantheras. *Eſtienn.* utrumque animal jungit: Nam ut θῶες λυκοθῶες. Et favet *Oppianus*; qui thoem ex coitu lupi, & pantheræ naſci ait. *Heſychius*, voce θῶες, ait, generari ex hyena, & lupo. Ac ſimiliter *Suidas in* θωες: Nam per ω ſcribit. Apud Poetas tamen non aliter, quam per ο, reperias.

Tholus, m. 2. θόλος, teſtudo ædificii, apex teſtudinatum, umbilicus teſtudinis in templis, ex quo donaria ſuſpendi ſolebant. *Servius ad illud Virg.* 9. *Æn. v.* 408. Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit, ſi qua ipſe meis venatibus auxi, Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi: Tholus, *inquit*, proprie eſt veluti ſcutum breve, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coeunt, ad quod dona ſuſpendi conſueverant. Alii tholum ædium ſacrarum dicunt genus fabricæ Veſtæ, & Pantheo. Alii tectum ſine parietibus columnis ſubnixum. Ædes autem rotundas tribus Diis dicunt fieri debere, Veſtæ, Dianæ, Herculi, vel Mercurio. Hæc *Serv.* ¶ Pro genere ædis rotundo, & curvo tecto, quod Itali *cupola* dicunt, uſurpare videtur *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 281. *de rotundo Veſtæ Templo:* Par facies templi: nullus procurrit in illo Angulus: a pluvio vindicat imbre tholus. *Et v.* 296. Mox didici, curvo nulla ſubeſſe tholo. Apud *Varr.* quoque *l.* 3. *R. R. c.* 5. tholus dicitur tectum hemicyclii figura curvatum, columniſque pro parietibus ſulbentatum. Adde *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. & ibid. *Bald. in Lex.*

Thomix, icis, f. θώμιξ, Græco nomine, inquit *Feſtus*, appellantur reſtes ex cannabe impoſita, & ſparto leviter torto. *Lucil. ibid.* indumenti thomices cannabinas. ¶ Pulvilli quoque, quos in collo habent, qui hujuſmodi reſtes ferunt, ne lædantur, thomices dicuntur. *Opilius Aurelius ibid.*

Thoracatus, a, um, θωρακοφόρος, qui thorace indutus eſt. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Parrhaſius pinxit navarchum thoracatum. *Id. l.* 37. *c.* 9. Formatamque inde effigiem Neronis thoracatam.

Thorax, acis, m. *torace*, *petto*, חזה, Germ. *bruſt*, Gall. *poitrine*, Hiſp. *bueco*, *pecho*, θώραξ, pectus, totum illud corporis ſpatium, quod duodenis coſtis utrinque circumſcribitur, & pertinet anteriore quidem parte ad pectinale os, & ſeptum tranſverſum, declinat vero poſteriore ad ſpinam duodecim vertebris circumſcriptam. *Plin. l.* 27. *c.* 7. Abſynthium thoracem purgat cum iride ſumptum. ¶ Accipitur item pro quovis munimento pectus tegente, ſive illud laneum ſit, ſive ferreum, ſive ex alia materia confectum, *corazza*, *pettorale*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 337. Thoraca ſimul cum pectore rupit. *Suet. de Aug. c.* 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur.

Thos, is. V. Thoes.

Thot, nomen Jovis quinti apud Ægyptios, a quo & primum ſuum menſem appellaverunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 22.

Thous, i, θόος, nomen canis apud *Ovid.* 3. *Met. v.* 220. a θέω, curro, vel a θοός, velox.

Thraca, æ, f. idem ac Thracia, Θρᾴκη. *Virg.* 12. *Æn.* Gemit ultima pulſu Thraca pedum. ¶ Adjective pro Threicia. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 204. qua primus Athos, & Pontus, & ingens Thraca palus.

Thrace, es, f. eadem quæ Thracia, Θρᾴκη. *Horat. l.* 3. *od.* 25. Hebrum proſpiciens, & nive candidam Thracen.

Thraces. V. Thrax.

Thracia, æ, f. *Tracia*, *Romania*, *Rumelia*, regio ampla Europæ. Terminatur a Sept. Hæmo M. quo a Mœſis ſejungitur, a Mer. mari Ægæo, ab Occ. Strymone fl. quo ſeceſſit a Macedonia, ab Or. Ponto Euxino, Boſphoro Thracio, Propontide, & Helleſponto. Dicta eſt a Thrace Martis filio. Aliqui putant dictam eſſe ab aſperitate, nempe a τραχύς, *aſper*, *durus*, *agreſtis*. Eſt enim regio, ut *Pomponius* ſcribit, nec cœlo, nec ſolo tractabilis, &, niſi qua mari propior eſt, infecunda, frigidaque. Habet item feros homines, aſpero cultu. Olim dividebatur in duas partes, in Thraciam cis Rhodopen, & in Thraciam trans Rhodopen. Poſtea diviſa fuit in quatuor provincias, Thraciam proprie dictam ab Occ. Hæmimontum ad ſint. Rhodopen ad Mer. & Europam ad Or. verſus Conſtantinopolim. Olim etiam diviſa fuit in quinquaginta ſtrategias, ut auctor eſt *Plinius*. V. *Cluver. l.* 4. *c.* 13. ¶ Fluvii celebres ſunt, Neſtus, ſeu Neſſus, Hebrus, Athyras, Bathynias. *Cluver. ib. c.* 14. ¶ In montibus Hæmus, Rhodope, & Orbelus principatum tenent. *Id. ibid.* ¶ In ea Mars ubique colebatur, ſicut & apud Getas, unde *Odryſius* dictus eſt.

Thracius, a, um, quod eſt ex Thracia. *Virg.* 5. *Æn. v.* 565. Quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Thracius Boſphorus.

Thraſcias, æ, m. Θρασκίας, & Θρακίας, *maeſtro Tramontano*, ventus flans inter ſeptentrionem, & occaſum ſolſtitialem. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Caret autem latino nomine, ut notat *Senec. l.* 5. *quæſt. nat. c.* 16.

Thraſimenus. V. Traſimenus.

Thraſo, onis, Θράσων, nomen glorioſi militis apud *Terent. in Eun.* a θράσος, *inſolentia*, *jactantia*, *audacia*.

Thraſonianus, a, um, ad Thraſonem pertinens. *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 9. *ad fin.* Volo paginam glorioſa, id eſt quaſi Thraſoniano fine concludere.

Thrax, acis, m. *Trace*, qui eſt ex Thracia, Thraciæ incola. *Virg.* 3. *Æn.* Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis, Thraces arant. *Claudian. de VI. Conſul. Honor. v.* 583. Thrax erat; hic Thracum donatur &c. ¶ Thraces, vel ut in pleriſque codicibus legitur, Threces, erant genus quoddam gladiatorum, qui parma armati (quæ Thracum propria fuit) & brevi gladio, ſeu ſica pugnabant, & plerumque cum Myrmillonibus committebantur. *Paul. apud Feſt.* Threces gladiatores a ſimilitudine parmularum Threcicarum. *Auſon. in Monoſyll.* Quis Myrmilloni componitur æquimanus? Thrax. Alii leg. *Threx*. *Horat. l.* 2. *ſat* 6. Thrax eſt Gallina Syro par. Hic quoque alii leg. *Threx*. eſt autem *Gallina* nomen gladiatoris proprium.

Threce, es, f. eadem quæ Thrace, ſeu Thracia. *Ov.* 2. *de ar. am. v.* 588. Mars Threcen occupat, illa Paphon.

Threcidicus, a, um, adject. idem quod Thracius, ut Threcidicus gladius, apud *Auſon. de Commodo Cæſ.* ¶ Threcidica etiam dicuntur arma, quibus utuntur gladiatores ii, qui Threces, ſeu Thraces vocantur. *Cic. Phil.* 7. *c.* 6. Cum ornaſſet Threcidicis comitem & familiarem ſuum.

Threcius, &

Threicius, a, um, adject. idem quod Thracius. *Horat. l.* 1. *od.* 24. Threicius Orpheus. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 14. Threcia Bacche.

Threiſſa, & Threſſa, æ, adject. quæ eſt ex Thracia. *Virg. Æn. l.* 1. *v.* 320. qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice. *Horat. l.* 3. *od.* 9. Me nunc Threſſa Chloe regit.

Threx, cis, m. idem quod Thrax. De Threcibus gladiatoribus V. in *Thrax*.

Thrips, ipis, m. θρίψ, vermiculus, ſeu tineæ culici admodum ſimilis, qui arbores erodit. *Plin. l.* 16. *c.* 41.

Thronus, i, m. *trono*, θρόνος, ſedes, ſolium, quaſi θρᾶνος, h. e. ſedes. *In quodam epigr.* apud *Sueton. in Aug. c.* 70. Fugit & auratos Jupiter ipſe thronos. *In Pervigil. Ven. v.* 7. Cras Dione jura dicet, fulta ſublimi throno. *Prudent. in præfat. Hamartig. v.* 12. Vox ſummo perſultat throno.

Thucydides, is, m. Θουκυδίδης, hiſtoricus Athenienſis, filius Olori, ſive Halori, ſummo loco natus, ſiquidem a Miltiade, & Cimone ducibus

orum

Digitized by Google

ortum trahebat, qui genus ſuum ad Æacum Jovis filium referebant; nobilior fuit ingenii laude. Scripſit enim hiſtoriam belli Athenienſium cum Peloponnenſibus tanta ſtyli excellentia, tantis ſententiarum luminibus, ut teſte *Cic. in Orat. c. 9.* poſt Herodotum omnes dicendi artificio in eo genere facile vicerit. Ejus tamen ſtylus ad eloquentiam aptus non eſt, ut idem *Cic.* docet *in Orat. c. 9.* & alibi. Nihilominus Demoſthenes, teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo*, adeo probavit, ut ejus libros octies ſua manu deſcripſerit, totoſque fere edidicerit.

Thucydidīus, a, um, qui Thucydidem imitatur. *Cic. in Orat. c. 9.* Ecce autem aliqui ſe Thucydidios profitentur, novum quoddam imperitorum & inauditum genus.

Thule, es, f. ſ. vel Thyle, Danis *Islandt*, Gal. *Islande*, Hiſp. & Ital. *Islanda*, inſ. perampla maris Septentrionalis, omnium Borealiſſima, extenſa majore parte ab Or. in Occ. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ. Ortelius exiſtimat, Thulen eſſe *Tilemarck*, tractum Norvegiæ, cui convenit latitudo Thules, teſte Ptolemæo, Cambdenus autem opinatur, Thulen eſſe Schetlandiam inſ. Oceani Deucaledonii, quæ etiamnum a nautis *Thylensſel* vocatur. Sed prior interpretatio de Islandia magis probatur. Thule tantam piſcium copiam habet, ut illis exſiccatis lignorum loco ad ignem nutriendum utantur, præſertim oſſibus. Adeo ſunt ingentia. *Virg. 1. Georg.* Numina ſola colant, tibi ſerviat ultima Thule.

Thunnus. V. Thynnus.

Thurarius, ii, qui thura tractat, ac vendit. *Firmic. l. 8. c. 25.* Viceſima ſeptima pars Libræ ſi in horoſcopo fuerit inventa, thurarios faciet, vel pigmentarios, ſeu pharmacopolas. Adde *Tert. de Idolol. c. 11.*

Thurĕus, a, um, λιβανωτὸς, quod eſt thuris. *Virg. 2. Georg.* Sola India nigrum Fert hebenum, ſolis eſt thurea virga Sabæis. *Id. 6. Æn. v. 225.* Congeſta cremantur Thurea dona. *Col. l. 5.* Jam thuream plantam mature amplitatam, florenteſque hortos myrrha, & croco. ¶ Scribitur & *tureus* abjecta aſpiratione.

Thurĭa, æ, f. & Thurium, ii, n. oppidum Meſſeniæ, nunc *Calamata*, urbs Calabriæ, quæ & Sybaris dicta.

Thuribŭlum, i, n. *profumiera, turibile, ſupaterigeon*, vas, in quo thus adoletur. *Cic. 6. Verr. c. 21.* Num etiam de L. Papyrio viro primario, locuplete, honeſtoque Equite Romano thuribulum emiſti? *Liv. l. 29. c. 14.* Ex per manus ſuccedentes, deinde alim aliis, omni effuſa civitate obviam, thuribulis ante januas poſitis, qua præferebatur, atque accenſo thure precantibus. ¶ Eſt etiam Thuribulum ſignum cœleſte. V. *Ara.*

Thuricrĕmus, a, um, quod thus cremat, vel in quo thus crematur. *Virg. 4. Æn. v. 453.* Thuricremis cum dona imponeret aris. *Ovid. 1. epiſt. v. 18.* Sæpe Deos ſupplex, ut tu ſcelerata valeres, Sum prece thuricremis devenerata focis.

Thurĭfer, a, rum, λιβανοφόρος, quod thus fert, ſeu producit. *Ovid. 5. Faſt.* Et domitas gentes thurifer Inde tuas. *Plin. l. 12. c. 14.* Ut alio modo, cum deviſſet thuriferas gentes, ſupplicaret.

Thurificator, oris, m. qui thus adolet Diis. Legitur non ſemel apud *Auguſt. l. 2. cont. litter. Petil. c. 103.*

Thurilĕgus, a, um, qui thus colligit. *Ovid. 4. Faſt. v. 569.* Nam modo thurilegos Arabas, modo deſpicit Indos.

Thuringĭa, æ, f. inc. *Thuringen*, Ital. *Turingia*, Gall. *Thuringe*, prov. Germaniæ, in Saxonia ſuperiore, Landgraviatus titulo inſignita. Terminatur ab Or. Miſnia, ab Occ. Haſſia, a Sept. Principatu Anhaltino, & Ducatu Brunſvicenſi, a Mer. Franconia, & Principatu Hennebergenſi. Alias amplior fuit. Olim Reges habuit proprios, tempore primæ ſtirpis Regum Franciæ. Nunc ſubeſt partim Duci Electori Saxoniæ, & partim Ducibus VVeimarienſibus, & Comitibus Mansfeldiæ. Totius provinciæ caput eſt Erfordia, *Erford*, quæ ſubeſt Electori Moguntino.

Thurīnus, a, um, V. in Thurium.

Thurium, ii, n. & Thurii, orum, m. oppidum magnæ Græciæ, a Philoctete conditum, non longe a loco, ubi Sybaris antea fuerat. ¶ Ejus populi Thurii. ¶ Sinus Thurinus, qui Tarentini pars eſt. De quo *Ovid. 15. Met. v. 52.* Thurinoſque ſinus, &c.

Thus, uris, ſeu tus, ut alii ſcribunt. *incenſo*, λίβανος, lacryma exiguæ arboris in Arabia, cujus uſus eſt in ſacrificiis, a θύω, quod idem eſt ac θυμιάω, *ſuffio*. Nec obſtat, quod in antiquis codicibus *tus* legatur abſque aſpiratione, ut *Pierius* quoque agnoſcit ad 1. *Georg.* Nam ſoliti fuere Latini voces a Græcis acceptas, aut deductas ita conformare, atque immutare, ut origine quoque Latinæ videantur. Ita ſcripſere *ſilva*, non *ſylva*, licet ſit ab ὕλη; *lacrima*, non *lacryma*; etſi ſit a δάκρυον; *ſcena*, non *ſcæna*, etſi ſit a σκηνή, idemque in ſententiis aliis factum. *Serv. ad 1. Geor.* dici ſcripſit a *tundendo*, ut ſic dicatur quaſi *tunſum*, nempe a glebis tuſis, ſive tunſis. *Virg. 1. Georg. v. 57.* India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. *Perſ. ſat. 5.* Sed nullo thure litabis. ¶ Thus maſculum, genus thuris, ita dictum, ut putatur, quod teſtium ſpeciem habeat. *Plin. l. 12. c. 14.* Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, maſculum vocamus, cum alias non fere mas vocetur, ubi non ſit fœmina. Religioni tributum, ne ſexus alter uſurparetur. Maſculum aliqui putant a ſpecie teſtium dictum. ¶ Thus terræ, genus herbæ. *Plin. l. 24. c. 6.* Chamæpitys, Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ, cubitalibus ramis, flore pini, & odore.

Thuſcania, æ, f. olim Salumbrona, poſtea Tyrrhenia, Thuſcia, ſeu Tuſcia, & Thuſcana, ſeu Tuſcana, *Toſcanella*, urbs Hetruriæ, prope Tarquinios, ad Martham fl. inter Caſtrum ad Occ. & Viterbium ad Or. et inter Montem Phyſconem ad Bor. & Cornuetum ad Auſtr. Condita dicitur ab Aſcanio Æneæ filio.

Tuſcanĭcus, a, um, adject. idem quod Tuſcanus, ut Thuſcanica opera. *Vitruv. l. 4. c. 7.* Thuſcanicæ ſtatuæ, *Quintil. l. 12. c. 10.* Thuſcanicæ columnæ, *Plin. l. 36. c. 23.* V. Thuſcanus.

Thuſcanienſes, m. 3. populi Hetruriæ, quorum urbs Thuſcania. *Plin. l. 3. c. 5.*

Thuſcānus, a, um, & Tuſcanus ſine aſpiratione, adject. ad Thuſcos pertinens. Thuſcanæ diſpoſitiones dicuntur a *Vitruv. l. 4. c. 6. in fine*, ædificia, & quælibet opera architectonica, quæ ratione a Thuſcis inventa, & uſurpata efficiuntur: quæ quidem ratio erat omnium ſimpliciſſima, præſertim in columnis, quæ conſtabant ſolida baſi, ſcapo ſimplici, capitulo item, & coronide, ſine aliis ornamentis, ſine ſcamillis in ſtylobata, ſine volutis in epiſtylio, &c. quemadmodum *Philander* exhibitis figuris docet ad c. 2. *l. 5. ejuſd. Vitruv.* De Thuſcanicis vero ædibus loquitur ipſe *Vitruv. l. 4. c. 7.*

Thuſce, adverb. Thuſcorum more. *Var. apud Gel. l. 2. c. 25.* Cum dicamus ab Oſco, Thuſco, Græco, Oſce, Thuſce, Græce.

Thuſci, m. a. Tuſci, Hetruſci, Etruſci, Tyrrheni, *Toſcani*, pop. antiquiſſimi Italiæ, quorum regio Thuſcia, ſive Tuſcia, ſive Hetruria, ſive Etruria, ſive Tyrrhenia. Ita dicti ſunt ob peritiam ſacrorum miniſteriorum, & divini cultus, quæ in eo cæteris ſunt excellentiores. Olim enim Romani rem ipſam nomine accuratius exprimentes *Thyoſcoos*, ut Græci, vocabant. *Dionyſ. Halicarn. Rom. Ant. l. 1.* Θυοσκόος autem notat aruſpicem, qui intelligit ea, quæ per ignita ſacrificia ſignificantur, a θύω, *ſacrificium*, & κοέω Jonice pro νοέω, *intelligo*, vel a θύος, & καίω, idem, *uro*, quod ſacra adolet. Alii Tuſcos dictos ajunt a Tuſco Rege Herculis filio. *Feſtus.*

Thuſcŭlum, li, n. diminutivum, parvum, ſeu potius paucum thus. *Plaut. Aulul. 2. 8. 15.* Nunc thuſculum emi, & haſce coronas floreas: hæc imponentur in foco noſtro Lari.

Thuſcus, ſeu Tuſcus, a, um, *Toſco, Toſcano, toſſbois*, quod ad Thuſciam ſpectat. *Virg. 10. Æn.* Quæ manus interea Thuſcis comitetur ab oris. *Cic. 3. de Orat.* Mare Thuſcum. *Juvenal. ſat. 11. v. 109.* Catinum Thuſcum. *h. e.* fictile. Multa enim fictilia in Thuſcia fiebant. Hinc *Thuſcum fictile*, apud *Perſ. ſat. 2. v. 60.* ¶ *Thuſco more dotem quærere*, eſt victitare artibus meretriciis. nam Thuſci filias ſuas exponere ſolebant, ut corpore quæſtum facerent, teſte *Herodoto*. Legitur hoc proverbium apud *Plaut. Ciſt. 2. 3. 20.* ¶ Thuſcus vicus, unus ex vicis urbis Romæ, ita dictus a Thuſcis illis, qui duce Lucumone, ſive Lucretino ſuppetias Romulo adverſus T. Tatium, & Sabinos bellum gerenti tulerint, & Romæ domicilium figentes ibi habitaverint. Ex *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 3.* Sed *Varro l. 4. de L. L.* hunc ducem Cœlem Vibennum appellat. Scribit enim, Cœlium montem a Cœle Vibenno Thuſco dictum, qui Romulo auxilio fuit contra Sabinum Regem, eos, qui cum eo venerunt, Romæ remanſiſſe, & poſt ejus obitum, quod nimis munita loca tenere dicerentur, deductos eſſe in planum, & ab iis eſſe dictum vicum Thuſcum. Aliqui dicunt nominatum fuiſſe a quibuſdam Thuſcis ex exercitu Porſennæ Regis Hetruriæ, qui Romæ Rege ab obſidione diſcedente remanſerint, ex quibus poſtea Cœles, & Vibenna Vejentes ejecti urbe ſint, quod novis rebus ſtudentes, Tarquinium reducere tentaverint. *Feſt.*

Thuſſagĕtæ. V. Thyrſagetæ.

Thya, æ, f. arbor odorata, radicem habens admodum criſpam, multis operibus utilem, in Cyrenaica interiore naſcens, & circa Ammonis delubrum. *Plin. l. 13. c. 16.*

Thyamis, is, f. fluvius Theſprotiæ in Epiro, hodie *Calama*. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.*

Thyas, adis, f. Ita dictæ ſunt Bacchi ſacrificulæ, quæ & Bacchæ, & Mænades, & Baſſarides. Rationem hujus nominis quidam referunt ad Thyam quandam Cephiſi filiam, quæ prima omnium Dionyſio initiata, Orgia ejus celebravit, Bacchicoque furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyades dicerentur. Alii hanc non Cephiſi, ſed Caſtalis cujuſdam indigenæ filiam fuiſſe volunt. *Virg. 4. Æn. v. 302.* qualis commotis excita ſacris Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho. *Horat. l. 2. od. 19.* Pervicaces Thyadas.

Thyăſus, i, m. *ballo*, θίασος, ſaltatio, ſive chorea, quæ Baccho exhibebatur, a θυάζω, *Orgia celebro*. *Virg. 5. Ecl.* Inſtituit Daphnis Thyaſos inducere Baccho.

Thyatira, f. 1. *Tyro, Tiro*, urbs Lydiæ, ad Hillum amnem, prope Hermum flu. ¶ Thyatira quoque, inſula parva maris Jonii, apud Echinades, imo una Echinadum, teſte *Plin. l. 4. cap. 12.* Pop. Thyatireni. *Id. l. 5. c. 30.*

Thyella, f. 1. Hyella, *Apollo*, opp. Brutiorum, ab Oenotriis habitatum, in Calabria cit. apud Amantiam urb. Sed Barrio eſt *Thyeſta*, ſeu *Gimeo*, opp. ejuſdem tractus.

Thyene, es, f. Θυώνη, una ex Hyadibus, quæ & Tyche dicitur. *Ovid. 6. Faſt. v. 710.* Tertia nox veniet, qua tu, Dodoni Thyene, ſtabis Agenorei fronte videnda bovis.

Thyeſtes, is, vel Thyeſtes, æ, m. Θυέστης, filius Pelopis, & Hippodamiæ, nepos Tantali, frater Atrei, qui, cum fratri, cui peſſime cupiebat, aliter nocere non poſſet, uxorem ejus per adulterium polluit. Propter hujuſmodi flagitium Atreus eum in exilium ejecit, deinde revocavit ab exilio, ejuſque filios illi epulandos appoſuit. Tunc Sol retro fugiſſe fertur, ne ſcelera illa cernens pollueretur. *Hygin.* Ex *Boccat. l. 12. Gen. c. 5. & 7.* V. Atreus: Thyeſtes Apollinem conſuluit, quanam ratione fratrem ulciſci poſſet: qui reſpondit, ex illo, & ejus filia Pelopia naſciturum poſſe eorum ſcelerum ultorem. Igitur ſe ſe cum filia commiſcuit, ex eaque Ægiſthum procreavit, qui Atreum primo interfecit, deinde cum Clitæmneſtra adulterium patravit, tandem Agamemnonem ſuſtulit. *Perſ. ſat. 5.* cui ſi quibus olla Thyeſtæ Fervebit. *Cic. 3. Tuſc. c. 12.* Tu te, Thyeſta, damnabis, &c. *Mart. l. 5. ep. 54.* quid ſcribis, amice, Thyeſten? h. e. tragœdiam de Thyeſta.

Thyeſtēus, a, um, Θυέστειος, quod ad Thyeſten ſpectat. *Ovid. 15. Met. v. 462.* Neve Thyeſteis cumulemus viſcera menſis. *Cic. in Piſon. c. 19.* Thyeſtea execratio.

Thyeſtiades, adis, m. Ægyſthus Thyeſtis filius. *Ovid. 2. de ar. aman. v. 407.* Inde Thyeſtiaden thalamoque, animoque recepit.

Thyle, V. Thule.

Thymbra, æ, f. herba eadem quæ cunila, & ſatureia, teſte *Plin. l. 19. c. 8. ad fin.* quamquam *Col. l. 10. v. 233.* ſatureiam ſapore tantum thymbræ ſimilem ſcribit. *Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 51.* Olenti ſpargere thymbra. ¶ Hoc nomine appellatus eſt etiam campus Troadis, per quem Thymbrius fluvius in Scamandrum influit, nempe a copia hujus herbæ ibi feliciſſime provenientis.

Thymbræus, a, um, Θυμβραῖος, quod eſt ex Thymbra, vel ad Thymbram ſpectat, ut Apollo Thymbræus, ita dictus a Thymbra campo, ſylva, oppido Troadis, ubi colebatur, & ubi templum habuit, quod *Strabo* in ea parte fuiſſe tradit, qua Thymbrius fluv. in Scamandrum influit. Hoc in templo ferunt Achillem a Paride fuiſſe interemptum. Inde factus locus fabulæ, ut Achilles Apollinis ſagittis diceretur eſſe interfectus. *Virg. 3. Æn. v. 85.* Da propriam Thymbræe domum.

Thymbre, es, f. 1. Thymbrium, opp. Troadis conditum a Dardano apud Trojam, ſive Ilium urb. *Plin. l. 5. c. 30.*

Thymĕle, es, f. 1. θυμέλη, Græce ſignat aram, a θύειν, ſacrificare, ut *Suidas* ſcribit. Ita etiam vocatur locus editior in orcheſtra, id eſt pulpitum illud, in quo muſicis inſtrumentis inſerviebatur ſcenæ. V. Theatrum. Quidam putarunt hoc ſenſu uſurpari hanc vocem apud *Martial. l. 1. epigr. 5.* Quo thymelen ſpectas, deriſoremque Latinum, Illa fronte, precor, carmina noſtra legas. id eſt ludos ſcenicos. Sed aptius hic accipias pro nomine proprio mulieris ſaltatricis, quam ita appellat etiam *Juven. ſat. 1. v. 36. & ſat. 8. v. 197.* ¶ Pro ſaltatione videtur hanc vocem poſuiſſe *Sidon. in carm. 2. epiſt. 13. l. 9.* ubi ait: Bimari remittas urbe Thymelem, paleſtram doctes Citharistrias Corinthus. Quod ſi quis hic quoque *Thymelem*, *Palæſtram* nomina propria eſſe dicat, non valde repugnaverim.

Thymelĭcus, a, um, adject. θυμελικός. Thymelici dicebantur citharœdi, & tibicines, qui in thymele canebant, *ſuonatori di Teatro*. *Iſid. l. 18. c. 47.* Thymelici erant muſici ſcenici, qui in organis, & lyris, & citharis præcinebant. Et dicti thymelici, quod olim in orcheſtra ſtantes cantabant ſuper pulpitum, quod thymele vocabatur. ¶ Diverſi erant a ſcenicis. *Scenici* enim dicebantur hiſtriones, qui in ſcena fabulam agebant, *thymelici* vero, qui perſonam ex fabula non habentes, ante

ſcenam

Digitized by Google

ſcenam in orcheſtra muſicis inſtrumentis ſcenæ ſubſerviebant. *Vitruv. l. 5. c. 8.* Itaque ex eo ſcenici, & thymelici Græce ſeparatim nominantur. *Ulpian. l. Athletas, ff. de his, qui not. infam.* Neque thymelici, qui certaminibus ſacris deſerviunt, ignominioſi habentur. ¶ Ponitur interdum Thymelicus generatim pro ſcenico. *Apul. in Apol.* Thymelicum choragium, *apparato da ſcena*.

Thymiāma, atis, n. θυμίαμα, genus ſuffimenti odorati ex variis aromatibus compoſitum, ut ex ſtacte, galbano, & ex majori parte thure, quod incenditur ad ſuffitus, a θυμιάω, odores incendo. *Celſ. lib. 5. cap. 28. n. 21.*

Thymiānæ oves, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 15.* videntur dictæ eſſe a thymo. hoc eſt thymum amantes. Sed alii aliter leg. ex veteris MSS. & conjecturis.

Thymīnus, a, um, θύμινος, quod ex thymo factum eſt. *Col. lib. 6. cap. 33.* Cum melle Attico, vel, ſi id non eſt, utique thymino celeriter levatur.

Thymīon, ii, n. θύμιον, ulcus quoddam ſcabrum, & aliquando ſanguine manans, quod ſupra corpus quaſi verrucula eminet, modicum tamen, quia raro fabæ magnitudinem excedit: ita autem appellatur, quia ſummum colorem floris thymi repræſentat. Hæc *Celſ. l. 5. c. 28. n. 13.* Adde *Plin. l. 32. c. 10.*

Thymites, æ, m. θυμίτης, vinum ex thymo confectum. *Col. l. 12. c. 35.* Vinum abſynthiten, & hyſſopiten, & abrotoniten, & thymiten, & maratbriten, &c.

Thymōſus, a, um, θυμώδης, quod thymo abundat, vel ex thymo eſt. *Plin. l. 11. c. 15.* Thymoſum mel non coit.

Thymum, i, n. frequentius, quam thymus, i, m. *timo*, German. *bienenkraut*, Gall. *thym*, Hiſpan. *tomillo*, θύμον, θύμος, frutex humilis odoratus, apibus gratiſſimus, a θύω, *ſuffio*, quia odorem exhalat. *Virg. 5. Ecl.* Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ. *Horat. l. 4. od. 2.* apis Matinæ Grata carpentis thyma. *Æmil. Macer.* Si deſit thymus, pro thymo ponere thymbram Præcipiunt Medici. ¶ Duplex eſt, album, & nigrum. *Plin. l. 21. c. 21.* Thymum colligi oportet in flore, & in umbra ſiccari. Duo autem ſunt genera ejus, candidum, radice lignoſa, in collibus naſcens, quod & præfertur: alterum nigrius, floriſque nigri, &c. ¶ Thymus quoque dicitur parva verruca in corpore, quæ & *Thymion* dicitur, quod V. ſupra. *Plin. l. 23. c. 7.* Crudæ greſſi verrucas, & thymos tollunt.

Thymus, V. vocem præced.

Thyni, m. 2. pop. Thraciæ, ex adverſo Bithyniæ. *Plin. l. 5. c. ult.*

Thyniacus, a, um, adject. ad Thyniam Thraciæ promontorium pertinens, ut Thyniacus ſinus. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 9. v. 35.*

Thynias, æ, m. *Capo Tenia*, promontorium Thraciæ in ora maris Euxini. *Plin. l. 4. c. 11.*

Thynias, adis, f. *Sagora*, oppid. Thraciæ, in ora maris Euxini, ad Thyniam prom. apud Apolloniam. Gent. Thyniacus, a, um, ut Thyniacus ſinus, *Golfo di Sagora*.

Thynnarius, a, um, adject. ad thynnum pertinens, ut thynnaria piſcatio, *leg. 13. ff. commun. præd.*

Thynnus, ſive thunnus, i, m. *tonno*, Ger. *thunnus*, Gal. *thon*, Hiſp. *atun*, θύννος, θύννη, θυννίς, genus piſcis marini, forte ab Hebræo, quod ingentem piſcem notat. Capitur copioſiſſime menſe Majo, in freto Gaditano. Nam id temporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irrumpit, non parvo Gaditanorum quæſtu, qui infinitam eorum multitudinem retibus extrahunt, cetariiſque inferunt, ſaliuntque, membratimque diſſectos, & in cadis aſſervatos celebri mercimonio per omnem Europam diffundunt. *Ovid. in Halieut. fragmen.* Et pavidi magno fugientes æquore thunni. *Horat. l. 2. ſat. 5.* Plures adnabunt thynni. ¶ In fœminino gen. *Plin. l. 9. c. 15.* Thynnus fœta.

Thynes, i, θύνη, oppidum Ciliciæ. *Plin. l. 5. c. 27.* Hinc

Thynus, a, um, adject. idem quod Cilicius. *Horat. l. 3. od. 7.* Thyna merce beatus.

Thyōne, es, uxor Niſi, & mater Bacchi. θυώνη. *Cic. lib. 3. de nat. Deor. cap. 23.*

Thyōneus, ei. 3. per tres ſyllabas, θυωνεύς, cognomen Bacchi, a θυώνη, *Thyone*, quæ eadem ac Semele Bacchi mater. *Suidas*. Quidam a θύω, *ſacrifico*, deductum putant, quod illi adhuc inter homines verſanti ſacrificaretur. *Ovid. 4. Metam.* Additus his Nyſeus, indetonſuſque Thyoneus. *Horat. l. 1. od. 17.* Semeleius Thyoneus.

Thyoniānus, i, m. ad Thyoneum pertinens. *Catul. carm. 27.* hinc abite lymphæ Vini pernicies, & ad ſeveros Migrate: hic merus eſt Thyonianus. h. e. hoc vinum omnino merum eſt, & quod Bacchum decet.

Thyrei, m. 2. pop. Salentinorum, inter Tarentum, & Brundiſium, quorum opp. *Turi*, in fin. Apuliæ Peucetiæ.

Thyre, es, n. plur. τὰ θυρέα, opp. Meſſeniorum. Cum de Thyreate agro bellum eſſet inter Argivos, & Lacedæmonios, res pugnæ 600. militum utrinque commiſſa eſt, quibus omnibus interfectis, Othryades Spartanus, qui ſolus evaſerat, ſe interemit, & aliis ſe comitem dedit. *Stat. lib. 4. Theb. v. 48.* Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

Thyrea, f. 1. inſ. Peloponneſi, apud Hermionen. Gent. Thyreaticus, a, um, ut ſinus Thyreaticus, qui & Hermionicus. ¶ Thyrea item, Thyrea, Thyræum, *Bordogna*, opp. medit. Peloponneſi, in conf. Argivorum, & Spartanorum eadem quæ Thyre.

Thyreātis, idis, adject. fœmin. ad Thyrea oppidum pertinens. *Ovid. 2. Faſt. v. 664. de Deo Termino.* Si tu ſignaſſes quondam Thyreatida terram, corpora non leto miſſa trecenta forent. V. Thyre.

Thyrōma, atis, n. *porta*, θύρωμα, oſtium, janua. *Vitruv. l. 4. c. 6.*

Thyrſagetæ, (Thyſſagetæ. *Plin. l. 4. c. 12. & l. 6. c. 7.*) pop. Sarmatiæ, apud Mæoticam pal. finitimi Gelonis, Turcis, Budinis, Baſternis, qui ſylvas incolunt, victumque ſibi venatu comparant. *Valer. Flac. 6. Argon.* Non ego ſanguineis geſtantem tympana bellis Thyrſageten, cinctumque vagis poſt terga ſilebo Pellibus.

Thyrſicŭlus, li, m. parvus thyrſus. *Apul. de herb. cap. 68.* Thyrſiculi purpurei.

Thyrſĭger, ra, rum, qui thyrſum gerit. Speciatim Bacchi cognomen eſt, quia thyrſum geſtare ſolitus fuit. *Sen. in Med. v. 110.* Candida Thyrſigeri proles generoſa Lyæi.

Thyrſus, i, m. *tirſo*, θύρσος, Græce ſignificat quicquid ſic conſurgit, ut in gracilitatem attenuetur, ut arbores coniferæ, coni picea, &c. *Heſych.* Κῶνοι, οἱ θύρσοι, καὶ οἱ στρόβιλοι, καὶ οἱ στρόμβοι. ¶ Speciatim thyrſus dicitur de caule, id eſt de eo in herbis, quod cingulo in modum, vel tali altitudinem conſurgit. *Serv. in 11. Æn.* Caulem autem medium fruticis, qui vulgo thyrſus dicitur. *Plin. l. 19. c. 8.* Inventum omnes thyrſos, vel folia lactucarum prænegare urceis conditos, ac recentes in patinis coquere. ¶ Eſt præterea thyrſus haſta aculeata, hederis obtecta, quam Bacchus geſtare ſolitus fuit, & Bacchæ in Orgiis quatiebant. Sane *Macrobius* ait, Liberum Patrem gerere thyrſum, quod eſt latens telum, cujus mucro hedera lambente protegitur. Et *Diodorus* ſcribit, Dionyſium in exercitus habuiſſe mulieres thyrſis armatas. *Horat. l. 2. od. 19.* Liber graci metuende thyrſo. ¶ Metonymice ſumitur pro furore, ardore, ſtimulo, inſtinctu. *Lucret. lib. 1. v. 921.* Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. *Ovid. 4. Triſt. eleg. 1.* Sic ubi mota calent ſacro mea pectora thyrſo.

Thyrſus, m. 2. Thorſus, *Tirſo*, *Torſo*, fl. Sardiniæ, præcipuus totius inſulæ, qui oritur in parte Boreali, deinde per mediam inſ. fluens, in mare Sardoum ſe exonerat.

Thyſſagetæ, V. Thyrſagetæ.

T ANTE I.

Tiāra, æ, f. & tiaras, æ, m. *tiara*, *mitra*, Ger. *vorbereitende, oder biſchoffs hut*, Gal. *tiare*, Hiſp. *tiara*, ὁ τιάρας, ἡ τιάρα, capitis ornamentum apud Perſas. Verum Reges eorum recta ſoli tiara utebantur, & cum acumine, cæteri ſine apice, teſte *Heſych.* & *Scaec. l. 3. de benef. c. 31.* ¶ Etiam apud Phrygas tiaræ uſus erat, ſed eam Sacerdotes tantum adhibebant, teſte *Serv. in 7. Æn.* Et reges, teſte *Juven. ſat. 10. v. 267.* ubi eam Priamo tribuit. De ejus forma ita ſcribit *Hieron. ad Fabiolam*: Quartum eſt genus veſtimenti rotundum pileolum, quaſi ſphæra media ſit diviſa, & pars altera ponatur in capite. Hoc Græci, & noſtri τιάραν, nonnulli galerum vocant: Non habet acumen in ſummo, nec totum uſque ad comas tegit, ſed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt, ne facile labatur ex capite. *Virg. 7. Æn. v. 247.* Sceptrumque, ſacerque tiaras. *Juv. ſat. 6. v. 515.* Et Phrygia veſtitur bucca tiara.

Tiarantus, m. 2. *Sereth*, fl. Scythiæ Europææ, qui per Daciæ fines, ſeu per Moldaviam, ubi opp. cogn. alluit, in Iſtrum influit.

Tiarātus, a, um, adject. tiara ornatus. *Sidon. l. 8. ep. 3.* Inter ſatrapas regum tiaratorum.

Tiāra, es, f. τιάρα, oppidum Teuthraniæ, quæ eſt regio Aſiæ ſupra Æolidem, & partem Troadis. *Plin. l. 5. c. 30.*

Tibarēni, m. 2. τιβαρηνοί, pop. Cappadociæ, apud Chalybes, intra montes, inter Chalybes ad Or. & eos, qui Cotyorum incolunt, ad Occ. in Armeniæ majoris confinio. Felicitatem in luſu, & riſu collocabant. Tenaciſſimi erant juſtitiæ, ut qui, niſi ante denuntiato die, hoſtem non adorirentur. De his memoriæ prodidit *Nymphodorus*, mulierem partu ſolutam virum in lecto decumbere, & tanquam partus auctorem ab uxore puerpera curari. Hi etiam, teſte *Hieronymo*, quos dilexerant, ſenes ſuſpendebant in patibulis. De Tibarenis ſcripſere etiam *Mela l. 1. c. 21.* & *Plin. l. 6. c. 4.*

Tibe pro *tibi* dixere Veteres, legiturque in quibuſdam Edition. apud *Var. l. 3. R. R. c. 16.*

Tiberiăcum, n. *Bagnacavallo*, caſtr. Italiæ, in ditione Pontificia, & in Ducatu Ferrarienſi, ſed in Romandiola fere inſertum, ad Senium fl.

Tiberiădis lacus, mare Tiberiadis, ſtagnum Tiberiadis, mare Galilææ, Geneſara, *Lago di Geneſareth*, lacus Terræ Sanctæ, ſeu Palæſtinæ, in confinio Galilææ, per quem Jordanis labitur a Septent. in Mer. per 15. M. P. Extenditur inter Tribus Zabulon, & Iſſachar ad Occ. & dimidiam Tribum Manaſſes ad Or. Dictus eſt lacus Tiberiadis ab urbe Tiberiade, quæ ab Herode Tetrarcha ampliata, in honorem Tiberii Cæſaris ſic appellata eſt; mare Galilææ a Galilæa regione vicina. V. *Plin. l. 5. c. 15.*

Tiberiānus, a, um, adject. ad Tiberium pertinens, ut Tiberianus principatus, & Tiberiana tempora, apud *Tertul. l. 4. cont. Marcion. c. 6. & 7.* ¶ Tiberiana etiam dicta ſunt quædam pyra, quæ maxime Tiberio principi placuere. *Plin. l. 15. c. 15.*

Tiberias, adis, f. ante Geneſara, ſeu Geneſareth, *Tabaria*, urbs Palæſtinæ, in Galilæa, in Tribu Zabulon, in ora occidentali maris Galilææ, ſeu Tiberiadis ab ea dicti. Amplificata fuit ab Herode Tetrarcha, & ſic vocata in honorem Tiberii Cæſaris. Inde ortum traxit Juſtus, qui Judaicarum rerum ſcripſit hiſtoriam. Ob ſerpentium multitudinem habitatoribus plane vacua eſt. *Plin. l. 5. c. 15.*

Tiberīnis, idis, f. τιβερινίς, quæ Tiberim incolit, vel ad Tiberim habitat. *Ovid. 2. Faſt. v. 597.* Dixerat. Annuerant omnes Tiberinides udæ, *h. e.* Nymphæ Tiberis.

Tiberīnus, i, m. τιβερῖνος, nonus Rex Albanorum. Patrem habuit Calpetum, ſeu Capetum, ſeu Carpentum. Regnavit octo annos. Hunc prælio juxta flumen Albulam commiſſo periiſſe ferunt, eumque abreptum fuiſſe aquæ currentis impetu, flumen deinceps ab eo Tiberim cœpiſſe appellari. *Dion. l. 1.* Sed *Liv.* & *Ovid. 14. Metam.* prælii non meminere, ſcribunt ſimpliciter, Tiberinum in fluminis tranſitu eſſe ſubmerſum. *Servius* dicit, Albulam Tiberis nomen accepiſſe a Thybri antiquiſſimo Hetruriæ Rege, qui Latium latrociniis infeſtabat, ac tandem juxta hoc flumen interfectus eſt. Filium reliquit nomine Agrippam. *Dionyſ.* & *Liv. lib. 1.* Sed *Ovid. l. 14. Met.* ſcripſit, Tiberino duos filios fuiſſe, Remulum, & Acrotam. *Idem lib. 4. Faſt.* narrat, Tiberinum ante mortem vidiſſe filium Agrippam, & nepotem Remulum. ¶ Tiberinus item a ſuperſtitioſa antiquitate creditus eſt Deus eſſe Tiberis fluvii præſes, cujus monitu Æneas Evandri ſibi auxilia aſciſcit. *Virg. 8. Æn.* Huic Deus ipſe loci fluvio Tiberinus amœno Populeas inter ſenior ſe attollere frondes Viſus, &c. ¶ Quin & ipſe fluvius in ſacris dictus eſt Tiberinus, teſte *Servio*.

Tiberīnus, a, um, τιβερῖνος, quod ad Tiberim ſpectat. *Virg. 1. Æn.* Italiam contra, Tiberinaque longe Oſtia. *Cic. pro Leg. Man.* Qui modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis. ¶ Tiberina inſula, al. Æſculapii inſula, & Lycaonia, *Iſola di S. Bartolommeo*, inſula in urbe Roma, quam Tiberis fl. efficit, inter duos pontes. In ea fuit templum Æſculapii, ubi nunc cœnobium Monialium. Ibi etiam Jupiter celebratur, qui propterea Lycaonius cognominabatur. ¶ Dicitur & *Tiberinus* pro *Tiberinus* per ſyncopen. *Claudian. de laud. Stilic.* v. 17. *volventque* per undas Claudia Tiberinas.

Tiberiopŏlis, f. 3. urbs Phrygiæ Magnæ, apud ortum Cayſtri fl. Dometiæ, & Silbio proxima. ¶ Item *Varna*, urbs Thraciæ, in conf. Myſiæ inf. inter Anchialum ad Mer. & Tomos ad Bor. Aliis eſt *Strumizza*, vel *Strumiza*. Sed Strummeaa, aut Strumitza, teſte *Nicetæ Gregora l. 8.* oppidulum eſt Triballorum, a Varna diverſum, in fic. Macedoniæ, inter Strymonem, & Axium fl. in monte prærupto, ac ſaxoſo.

Tibēris, & Tibris, rectius quam Tyberis, & Tybris (ut ex vet. Inſcript. probat *Manut. in Orthogr.*) ante Albula, *Tevere*, τίβερις, fl. Italiæ, qui Hetruriam ab Umbria, Sabinis, & Latio diſterminat, & Romam interluit. Oritur ex Apennino, & ex monte *Falterona* juxta vicum *Monte Coronaro* dictum, in agro Florentino, & in limite Romandiolæ. Hinc in Meridiem tendens, Burgum S. Sepulcri rigat, Deinde per ditionem Pontificiam fluens, juxta Tifernum Tiberinum labitur, ubi prope Peruſiam. Poſtea recipit Tiniam, & Tudertum rigat. Hinc auctus fluviis Palia, Nare, & Aniene, Romam interluit, & 19. M. P. infra in mare Tyrrhenum ſe exonerat. Ex ejus duobus oſtiis hodie ſiniſtrum oſtium minime ſubiri poteſt, ſed dextrum tantum, quod vulgo *Fiumicino* vocant; ideoque portum immenſo ſumptu, & opere ad hoc oſtium priſci Cæſares conſtruxerunt, & nunc in ejuſdem oſtii conſervatione multum laborant Summi Pontifices. Dictus eſt a Tiberino Rege Albanorum, qui

Digitized by Google

in eo ſubmerſus interiit. *Liv. l. 1. Ovid. 14. Met. & 2. Faſt.* Aliqui dictum tradunt a Tiberino Rege Thuſcorum, qui piraticam exercens juxta eum in bello periit. Quod etiam ſenſiſſe videtur *Virg. 8. Æn.* cum inquit, Aſperque immani corpora Tybris, A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen. Sunt, qui hoc nomen trahant a Græco ὕβρις, *injuria*. Ajunt enim, hunc eundem Thuſcorum Regem circa hujus fluvii ripas latrocinari conſueviſſe, & tranſeuntes crebris afficere injuriis, inde Thybrim cognominatum fuiſſe, quaſi eſſet fluvius ὑβριστής, idest injuriæ. Ex qua ratione, cum ὕβρις aſpiretur, Thybrim quoque cum aſpiratione ſcribi volunt. Aliis placet, advenas de Sicilia veniſſe, & Tybrim dixiſſe, ad ſimilitudinem foſſæ Syracuſanæ, quam fecerunt Afri, & Athenienſes juxta urbis murum: quod vero *Dionyſius*, *Livius*, & alii ſcripſere, ab Albano Rege Tiberim dictum, falſum eſſe, quia etiam ante Albam urbem conditam Tybris dictus invenitur. Igitur incertum eſt, quænam ſit vera ratio hujus nominis ſcribendi, quia etymon incertum eſt. Alii per *i*, alii per *y* ſcribunt. A *Stephano de Urbibus* & θύμβρις, & τίβερις appellatur. Præterea ſecundum *Servium* hic fluvius in ſacris dicitur *Tiberinus*, in communi ſermone *Tiberis*, & in Poemate *Tybris*, *is*, vel *idis*. Antea ab aquarum colore dictus eſt *Albula*. Tiberis, auctore *Plinio*, lupum inter piſces gignit, ut Ravenna rhombum, Rhodus elopem, Sicilia murænam. *Horat. l. 1. carm. od. 2.* Vidimus flavum Tiberim retortis Littore Hetruſco violenter undis Ire dejectum monumenta Regis, Templaque Veſtæ. *Cic. Att. l. 12. ep. 19.* Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare. ¶ Tiberis etiam, ſeu Tibris, ſeu Tybris appellatus eſt Deus præſes flu. Tiberis. *Virg. 8. Æn.* Tuque, o Tybri, tuo genitor cum flumine ſancto.

Tiberĭus, m. 2. τιβέριος, filius Tib. Claudii Neronis, & Liviæ Druſillæ, frater Druſi Neronis Germanici, illius, qui in Germania mortuus eſt, privignus Auguſti, ejuſdemque in Imperio ſucceſſor. Fuit Imperator calidiſſimus, idemque omni genere avaritiæ, libidinis, crudelitatis contaminatiſſimus. V. *Sueton. in ejus vita.*

Tibĭa, æ, f. 1. *oſſo anteriore della gamba*, *ſtinco*, שוק, German. *ſchienbein*, Gall. *l' os de la jambe*, Hiſpan. *eſpinilla*, κνήμη, proprie os cruris in animali, ſuræ oppoſitum. *Celſ. l. 8. c. 1.* ¶ Ab animali hoc nomen tranſlatum eſt ad organum muſicum ex arundine, aut buxo, aut oliva, vel ex tibiis gruum, interdum cervorum, & aſinorum, nonnunquam ex auro, orichalco, ære, aut alia ductili materia factum, *ſiauto*. Eſt igitur tibia, αὐλός, λωτός, *piva*, inſtrumentum muſicum, oblongum, teres, & foraminoſum, quod inflatum, & digitis modo adductis, modo reductis temperatum, non injucundam reddit ſymphoniam. *Horat. de Ar. v. 202.* Tibia, non ut nunc orichalco vincta, tubæque Æmula, ſed tenuis, ſimplexque foramine pauco. *Cic. 1. Tuſc.* Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. *Id. de clar. Orat.* Si tibiæ inflatæ non referant ſonum, abjiciendas eas eſſe tibicen putet. *Quintil. l. 1. cap. 10.* Tibiis canere. ¶ Præcipuus tibiarum uſus erat in ſcenis, ubi hiſtriones eas per tibicines adhibebant: (quamquam in conviviis quoque, in nuptiis, in funeribus, in triumphis, in bello, &c. tibiis canere mos fuit, ut ex *Plauti Caſ. 4. 3. Auct. ad Her. l. 4. c. 31. Cic. 2. de Leg. c. 23. & 24. Stat. 4. Theb.* & aliis conſtat. V. *Roſin. Antiq. Rom. l. 3. c. 31. & 33.* Hinc illa, *tibiis dextris*, *& ſiniſtris modos facere*; item *tibiis paribus*, *& imparibus*, *& tibiis Sarranis*, quæ leguntur in titulis Comœdiarum Terentii, &c. oſtendunt diverſitatem tibiarum in iis fabulis inflatarum. Tibia enim dextra dicebatur, quæ acutum ſonum reddebat, ſiniſtra quæ gravem, ita tamen quod eſſent ambæ quodammodo conjunctæ, quod dextra erat ejuſdem carminis incentiva, ſiniſtra ſuccentiva, ut ait *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Scribit autem *Plin. l. 16 c. 36.* ſiniſtras tibias ex ea arundinis parte fieri ſolitas, quæ proxima terræ naſcitur, quia latius foramen habet, & aptius ad gravem ſonum reddendum, dextras autem ex ſuperiori arundinis parte, ubi foramen anguſtius acutam vocem emittit. Cur autem una dextra diceretur, altera ſiniſtra, ea ratio eſt, quod cum ſimul inflarentur, una quidem dextra parte oris, manuque dextra tenebatur, altera vero ſiniſtra: niſi malis dicere, ita nuncupatas fuiſſe ab ipſo loco, ubi tibicines canentes conſiſtebant. V. *Manut. de quæſit. per epiſt. per 3. epiſt. 4.* ¶ Tibiæ pares, & impares ita dictæ ſunt, ut putat *Feſtus* in voce *Impares*, a pari, vel impari foraminum numero. ¶ Fuerunt & *Sarranæ tibiæ*, de quibus V. Sarranus. Cæterum de univerſa tibiarum ratione librum condidit *Caſpar Bartolin.* quem conſule. ¶ Tibiæ apertæ vocantur, quæ apertis foraminibus ſonant clarius. Hinc *apertis tibiis dictum* apud *Quintil. l. 11. c. 3.* eſt clariſſima voce dicere. ¶ Differt tibia a fiſtula, quod hæc ex multis calamis compoſitus, ſingulis unum tantum foramen habentibus; tibia vero multa habet foramina, & uno tantum calamo conſtat. *Plin. l. 16. c. 36.* Calamus alius totus concavus, quem Syringiam vocant, utiliſſimus fiſtulis, quoniam nihil eſt ei cartilaginis, atque carnis: Orchomenius eſt continuo foramine pervius, quem auleticon vocant: hic tibiis utilior, ille fiſtulis. ¶ Tibiæ inventrix fuiſſe traditur Pallas, quam inflando cum nimium buccas deformare ſibi videretur, abjeciſſe, eamque poſtea a Satyro ſuſceptam, & uſurpatam. Ita refert *Ovid. 6. Faſt. v. 697.* ¶ Olim tibia uſurpabatur in gen. m. *Var. apud Non. c. 3. n. 256.* Quam meat libidiner, ac tibias bilingos.

Tibiāle, is, n. 3. *calza*, פּוּזְמְקָאוֹת, Ger. *ſtrumpf*, Gal. *bas de jambes*, Hiſp. *medias*, περικνημίς, velamentum tibiæ, ſeu cruris. *Suet. in Aug. c. 82.* Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ Dicitur etiam de ocreis, ſive armis, quibus crura muniuntur, *gambiere*. *Paul. l. qui commeatus, ff. de re milit.* Si tibiale, vel humerale miles alienavit. V. Feminalia.

Tibiālis, & le, o. 3. αὐλητικός, idoneus ad tibias faciendas. *Plin. l. 16. c. 36.* Tertia arundo eſt tibialis calami, quem auleticos dicebant. ¶ Aura tibialis eſt, quæ inflando per tibiam tranſit, & ſonum edit. *Sidon. in carm. l. 9. epiſt. 13.* Date tavulus choraulas. Quibus antra per palati, Crepulis reflanda buccis Gemit aura tibialis.

Tibiātim, adverb. a tibia, qua crus notat. *Titin. apud Feſt.* Jam cum mullas te oſtrodiſti, quos tibiatim calceas. Ita reſtituit corruptum locum *Joſ. Scalig.*

Tibīcen, inis, m. αὐλητής, qui tibia canit, a *tibia*, & *cano*, ut fidicen, cornicen, lyricen. Præter aliorum morem penultimam producit, propter Craſin, ſive Synæreſin. Nam eſt contractum ex *tibiicen*. *Cic. 2. de Orat.* Tibicen ſine tibiis canere non poteſt. *Idem 2. de Leg. cap. 24.* Ad cantum, & tibicinem proſequi laudes doctorum virorum. *Horat. lib. 2. epiſt. 1.* Nunc tibicinibus, nunc eſt gaviſa tragœdia. ¶ Tibicines item, παραστάδες, pilæ dicuntur, ſive columellæ, quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent, a ſimilitudine tibia canentium. Nam ut qui tibia canunt, cantantes ſuſtinent, ita hujuſmodi columnæ ligneæ ſuſtinent tecta, inquit *Feſt. Juven. ſat. 3. v. 193.* Nos urbem incolimus tenui tibicine fultam Magna parte ſui. Nam ſic labentibus obſtat Villicus. *Ovid. 4. Faſt. v. 695.* Hæc modo verrebat ſtramen tibicine villam. Tranſlate *Arnob. l. 2.* Poſt Atlantem geſtatorem, bajulum, tibicinem illum, ac deſtinam cœli.

Tibicīda, V. Cibicida.

Tibicīna, f. αὐλητρίς, mulier tibia canens. *Martial. l. 14. epigr. 64.* Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. *Gell. l. 4. c. 13.* Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. *Hor. l. 1. ep. 14.* Meretrix tibicina.

Tibicinĭum, ii, n. ars tibicinis. *Apulej. l. 1. Florid. poſt init.* Marſyas cum in artificio patriſſaret tibicinii.

Tibicĭno, as, tibiis cano. *Fulgent. l. 3. Mythol. c. 9.* Ordo tibicinantium. ¶ Item tibicine, ſeu columella fulcio, ſuſtento. *Tertul. de anim. c. 38.* Deſiderabit inquilinus protutura domui, toto inquilinatus ſui tempore, non ut ipſe ſubſtruendus, nec ut ipſe tibicinandus, ſed tantummodo continendus.

Tibiſcus, m. 2. (Pathiſſus *Plinio l. 4. c. 12.*) *Tyſſa*, *Teiſſa*, fl. Hungariæ. Oritur ex Carpatho M. in ipſo lim. Ruſſiæ nigræ, & Tranſylvaniæ, deinde in Occ. tendens, auctus Zamo, Thura, & plurimis rivis, Tochæum rigat, recipitque Bodrocum, & Tarczacum fl. deinde in Mer. fluens, Zagivam recipit ad Zolnochium, Chryſium ad Csongradium, Mariſum ad Segedinum, tandemque auctus fl. *Times*, paulo infra Tibiſcum opp. in Danubium ſe exonerat, ſupra Taurunum 4. l. infra Petrovaradinum vix 2.

Tibiſēnus, a, um, adject. ad Tibiſim pertinens, ut Tibiſena oſtia. *Val. Flacc. l. 6. v. 52.*

Tibĭſis, is, fluvius Scythiæ ex Hæmo monte naſcens, & Septentrionem verſus in Iſtrum influens. *Herodot. l. 4.*

Tibricŏla, æ, m. qui prope Tiberim habitat, Romanus. *Prudent. periſteph. 11. v. 174.* Paſcit item ſanctis Tibricolas dapibus.

Tibrinus. V. Tiberinus.

Tibris, & Tybris, is, & idis, m. idem qui Tiberis. *Claudian. de Conſul. Probi & Olybr. v. 226.* Eſt in Romuleo procumbens inſula Tibri. *Virg. 7. Æn. v. 303.* optato conduntur Tibridis alveo.

Tibŭla, f. *Caſtel Aragoneſe*, urbs munita Sardiniæ, in ejus parte Boreali, & in Occidentali, contra Herculis inſulam. Aliis eſt *Longoſardo*.

Tibullus, m. 2. prænomine Albius, Poeta elegiographus. Natus eſt Romæ, C. Vibio Panſa, A. Hirtio Coſſ. anno U. C. 710. eodem anno, quo Ovidius Naſo. Parentes habuit ex Equeſtri Ordine. Quod ingenio facili, & egregia forma foret, nobiliores civitatis ſibi conciliavit, in quorum numero fuit Meſſala Corvinus. Familiariter dilexit Horatium, Ovidium, & Macrum Poetas. In amores, & delicias paulo proclivior fuit, ut qui Marathum, & Cheriothum pueros maximo affectu dilexerit, ſicut Deliam, Sulpitiam, Neram, ſeu Neæram, & Nemeſim. Libros quatuor Elegiarum, ſive Amorum compoſuit. Obiit virenti adhuc ætate, dum pergeret cum Meſſala in Phæaciam. Eum ut elegantem, & terſum commendat *Quintil. l. 10. c. 1.* cultum vocat *Ovid. l. 1. de art. am. v. 764.*

Tibŭlus, i, f. arbor eadem, quæ pinaſter. *Plin. l. 16. c. 10.*

Tibur, & Tybur, uris, n. *Tivoli*, τίβουρ, τίβυρα, τίβυρις, urbs alias Latii, nunc Campaniæ Romanæ, in conf. Sabinorum, in colle, ubi cataractæ Anienis. Condita fuit a Catyllo Arcade claſſis Evandri præfecto, ante Romam, ut *Cato*, *Solinus*, & alii quidam prodiderunt. Sed *Sextus* Græcus hiſtoricus ſcripſit, Catyllum Amphiarai filium, poſt patris apud Thebas ante bellum Trojanum interitum, in Italiam veniſſe, & in Italia tres liberos procreaſſe, Tyburtum, Coracem, & Catyllum, qui expulſis ex oppido haud longe ab urbe Roma poſito veteribus Sicanis, a nomine *Tyburti*, qui ex tribus maximus natu erat, *Tybur* appellaviſſe. Hic maxima pomorum copia, & crebri fontes. *Hor. lib. 1. od. 18.* Circa mite ſolum Tiburis. *Virg. 7. Æn. v. 630.* Atina potens, Tiburque ſuperbum. h. e. vel quia nobile, vel quia in monte ſitum.

Tiburnus, i, m. idem quod Tibur. *Horat. l. 1. od. 7.* Et præceps Anio, & Tiburni lucus.

Tiburs, urtis, adject. τιβουρτῖνος, quod eſt ex Tibure. *Hor. l. 2. ſat. 4.* Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco. *Cic. 2. de Or. cap. 63.* Villam in Tiburte habes. Subaudi agro. *Gell. l. 19. cap. 5.* In Tiburti rus conceſſeramus. *Et infra.* Promit a bibliotheca Tiburti. ¶ Tiburtes, tium, populi ſunt Tiburis incolæ. *Plin. l. 3. cap. 15. Virg. Æn. 11.* prædam Tiburtum ex agmine Tarchon portat ovans. *Tacit. 14. Ann. c. 55.* Tiburtum finer. ¶ In recto caſu ſingulari eſt *Tiburs*. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 446. n. 3.* Sex. Oppio Priſco patrono incomparabili S. P. Q. Tiburs ob merita ejus.

Tiburtīnus, a, um, adject. *di Tivoli*, ad Tibur pertinens. *Mart. l. 4. ep. 57.* Tiburtina frigora. *Propert. l. 4. el. 7.* Tiburtina terra. ¶ Tiburtinum, i, villa fuit Pompeji in Tiburtino agro. *Cic. 5. Phil. c. 7.*

Tichobātes, æ, m. qui ſuper erectos muros graditur, a τεῖχος, *murus*, & βαίνω, *gradior*, quemadmodum *ſchœnobates* eſt, qui per funem ambulat. *Vopiſc. in Carin. c. 18.* Exhibuit Tichobatem, qui per parietem eluſo urſo cucurrit.

Ticĭda, æ, m. Poeta quidam, qui de Perilla puella ab ſe adamata Elegias ſcripſit. *Ovid. 2. Triſt. v. 433.*

Ticinum, i, n. poſtea Flavia Papia, & Papia, *Pavia*, urbs Inſubriæ, ad Ticinum fl. olim regia Longobardorum, condita a Liguribus, Lævis, & Maricis ante Mediolanum. *Plin. l. 3. c. 17.*

Ticīnus, m. 2. *Teſino*, fl. Inſubriæ navigabilis. Erumpit ex Adula M. in conf. Helvetiorum, ac per lacum Verbanum excurrens, Ticinique urbis, nunc *Pavia*, mœnia radens, in Padum excipitur, aquas ſuas perſpicuas ad 10. M. P. immixtas aquis Padi turbidis conſervans. Alicubi arenas aureas habet. Thymalum piſcem gignit. *Claudian. in 6. Conſul. Honor. v. 195.* Colla levant pulcher Ticinus, & Addua viſu. V. *Plin. l. 2. cap. 103. & l. 3. c. 19.* ¶ Ticinus alter, *Teſino*, fl. Piceni non procul a ripa Tranſona.

Tifāta, m. Tiphata, *Monti di Capoa*, e *di Caſerta*, mons Campaniæ, cum opp. olim cogn. inter Capuam, & Nolam extenſus, qui Campaniam a Samnio diſterminat. *Plin. l. 3. c. 5.*

Tifernātes, tum, oppidi Tiferni incolæ, duplicis ſunt generis, alii cognomine Tiberini, alii Metaurenſes appellati. *Plin. l. 3. c. 14.*

Tifernum, Tiberinum cogn. urbs Umbriæ, caput regiunculæ cogn. ad Tiberim fl. ¶ Tifernum Metaurum, ſeu Metaurenſe, *S. Angelo in Vado*, urbs Umbriæ, ubi Duc. Urbini, verſus fontes Metauri fl. a Tiferno Tiberino 16. M. P. in Bor.

Tifernus, m. *Tiferno*, fl. Frentanorum, qui oritur ex Apennino M. Frentanos ab Apulis Daunis dividit, & in mare Hadriaticum per Latinum ad Thermulas influit, medius inter Frentonem ad Or. & Trinium ad Occ. *Plin. l. 3. c. 11.*

Tigillum, i, n. *travicello*, German. *balcke*, Gall. *ſolivean*, Hiſpan. *vigita*, δοκίδιον, pertica, ſive longurium. Eſt a tignum, ut *ſigillum* a *ſignum*. *Liv. l. 1. c. 26.* Tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub jugum miſit juvenem. *Tibul. l. 2. eleg. 1.* Illic compoſitis primum docuere tigillis Exiguam viridi fronde operire domum. ¶ Generatim etiam pro quovis ligno accipitur. *Plaut. Aul. 2. 4. 22.* De ſuo tigillo fumus ſiqua exit foras. Ita habent veteres manuſcripti, & excuſi, non *tigilio*, quod *Lambinus*, *Bojus*, & alii quidam probant, ut tigil-

lum

Digitized by Google

lum ſit a lignum ea forma, qua duo illa priora.

Tignarius, a, um, quod ad tignum ſpectat, ut Faber tignarius, quo nomine intelligitur non ſolum is, qui tigno dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea facit, hoc eſt trabes, & cætera ad tabulata domus utilia, denique omnis, qui ædificat. *Cic. in Brut. c.* 73. Tamen ego me Phidiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. *Inſcrip. apud Gruter. pag.* 194. *n.* 2. Colleg. Fabr. tignarior.

Tignium, n. 2. *S. Maria in Giorgio*, opp. Piceni, in colle, medium fere inter Firmum, & Tolentinum.

Tignum, i, n. *trave*, עץ, German. *latelin*, Gall. *ſolive*, Hiſpan. *viga*, δοκίς, δοκός, ἴκριον, lignum in ædificiis. *Cajus Dig. l.* 50. *tit.* 16. *leg.* 62. Tigni appellatione in lege 12. Tabularum omne genus materiæ, ex quo ædificia conſtant, ſignificatur. Dicitur autem a *tegendo*, ut eſt apud *Ulp. tit.* 3. *ff. l.* 47. *leg.* 1. Differt a trabe, quia trabs, teſte *Feſto*, ſunt duo tigna ædificii gratia ſimul coaptata. *Lucret. l.* 2. *v.* 191. Nec cum ſubſiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma deguſtant tigna, trabeſque. *Caſ. l.* 4. *B. G.* Tigna bina ſeſquipedalia ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis. *Hor. de Arte v.* 279. Et modicis inſtravit pulpita tignis. ¶ Tigna etiam dicuntur in vineis perticæ, & pedamenta poſita ad vites ſuſtinendas. *Ulpian. l.* 1. *ff. tit.* 3. *de tign. juncto.* ¶ Maſculino gen. *Liv. l.* 44. *c.* 5. Longi duo validi aſſeres defigebantur: in eos tranſverſi incumbentes tigni, ad tricenos longi pedes, ut pons eſſet, injungebantur.

Tigrānes, is, m. Rex Armeniæ majoris, qui auxilium ferens Mithridati Regi, victus eſt primo a Lucullo, deinde a Pompejo Magno. Eum Pompejus in deditionem accepit, eique ad genua ſibi procumbenti, ademptis Syria, Phœnice, Cilicia, Regnum Armeniæ reſtituit. *Lucan. l.* 2. *v.* 637. Tigranemque meum, nec Pharnacis arma relinquas.

Tigranocerta, f. 1. *Betlis*, orbs Armeniæ majoris, ad Nymphæum fl. al. ad Nicephorium fl. verſus confinia Aſſyriæ, in Turcomania, munita, inter Arthemitam ad Cæc. & Amidam ad Afr. Nonnullis eſt *Soltania*, al. *Sava*. Sed hæ urbes in Media ſunt, apud conf. Parthorum. Condita fuit a Tigrana, unde & nomen accepit, quaſi Tigranis civitas. Nam *certa* Parthorum lingua urbem ſonat. *Steph.*

Tigrifer, a, um, adject. tigres ferens. *Sidon. carm.* 5. *v.* 444. tigriferi pharetrata per arva Niphatis.

Tigrīnus, a, um, τιγρῖνος, quod ad tigrem ſpectat, ut Menſæ tigrinæ, quæ longis macularum notis referunt virgatas, ut Poetæ vocant, tigres, quomodo etiam ob intorto macularum diſcurſu dictæ ſunt menſæ pantherinæ. *Plin. l.* 13. *c.* 15. Menſis præcipua dos in vena criſpis, vel (ſic recte Dalecampius emendat) in vortices parvos: illud oblongo evenit diſcurſu, ideoque tigrinæ appellantur: hoc intorto, & ideo reles pantherinæ vocantur.

Tigris, is, & idis, f. *tigre*, Ger. *tigerthier*, Gall. *tygre*, Hiſp. *tigre*, τίγρις, fera ſæviſſima, & velociſſima, in Hyrcania maxime abundans. De vocis origine ita *Varro l.* 4. *de L. L.* Tigris, qui eſt ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit; vocabulum e lingua Armenia. Nam ibi & ſagitta, & quod vehementiſſimum flumen, dicitur Tigris. *Plin. l.* 6. *c.* 27. *de Tigri fluvio:* A celeritate Tigris incipit vocari: Ita appellant Medi ſagittam. *Virg.* 4. *Æn.* Hyrcanæque admorunt ubera tigres. *Ovid. Heroid. ep.* 10. *v.* 86. Quis ſcit, an hæc ſævas tigridas inſula habet? *Id. Metam.* 7. *v.* 92. tum me de tigride natam, Tum ferrum, & ſcopulos geſtare in corde fatebor. *Horat. de Ar. Poet. v.* 393. lenire tigres. *Stat.* 6. *Theb. v.* 722. Talao victori tigrim inanem &c. ¶ Eſt etiam nomen cani venatorio impoſitum ob velocitatem. *Id.* 3. *Met. v.* 217.

Tigris, is, & idis, m. *Tigre*, *Tegil*, fl. Aſiæ, percelebris, ſic dictus a velocitate, quaſi ſagitta. Nam ſagitta ab Armenis tigris dicitur. *Varro l.* 4. *de L. L. Plin. l.* 6. *c.* 27. Oritur ex montibus Areret, ſive Armeniæ, & inter Aſſyriam, Meſopotamiamque fluens, & Chaldæam, ſive Babyloniam interſecans, Euphrate recepto, labitur in ſin. Perſicum, Arabiam inter, & Perſidem, prope Teredonem. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 63. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. *Lucan. l.* 3. *v.* 256. Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates.

Tigulli, m. 2. Τιγοῦλλιοι, pop. Liguriæ, quorum urbes Tigullia, & Segeſta. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Tigullia, f. 1. Tigulia, opp. Liguriæ, in ora lit. ad Or. medium inter Genuam ad Occ. & Erycis portum ad Or. Plerique *Seſtri* indigitant. Sed *Seſtri* dicitur Segeſta, quæ in mediterraneis eſt.

Tigurīni, m. 2. Τιγυρῖνοι, pop. inter Helvetios, Limagi fl. accolæ. *Caſ. l.* 1. *B. G. c.* 12.

Tilia, æ, f. *tiglio*, φιλύρα, arbor folio hederaceo, molliore & in angulum acutiorem rotundiore, & prolixiore in orbem lente criſpo, atque ſerrato, flore tantillo, dum calyculo continetur, herbaceo, dum emerſit, flavo, fructu magnitudine fabæ, ſimili acinis hederæ, in quo ſemen protenue, quantum atriplicis, omnibus animalibus ingratum, cum foliorum pabulo maxime ducantur. *Virg.* 2. *Georg.* Nec tiliæ leves, nec torno raſile buxum. *Ovid.* 10. *Metam.* Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus. ¶ Tiliæ item dicuntur vincula ex arboris hujus, vel etiam aliarum membranis tenuiſſimis, quæ inter corticem, & lignum ſitæ ſunt. *Plin. l.* 16. *cap.* 14. Inter corticem, & lignum tenues tunicas multiplici membrana, a quibus vincula tiliæ vocantur: Tenuiſſimæ earum philyræ coronarum lemniſcis celebres, antiquorumque honore.

Tiliacĕus, a, um, φιλύρινος, quod ex tilia confectum eſt. *Jul. Capitol. de Antonino Pio:* Cum ſenex, & longus eſſet, incurvareturque, tiliaceis tabulis in pectore faſciabatur. *Col. l.* 12. *cap.* 45. Arculæ faginæ, vel etiam tiliaceæ, quales ſunt, in quibus veſtimenta forenſia conduntur, &c.

Tiliāris, re, adjectiv. idem quod Tiliaceus, ut Tiliaria tabula. *Cœl. Aurelian. Tard.* 4. *c.* 1.

Tilos. V. Tylos.

Timāvus, m. 2. *il Timavo*, fl. maximus Carnorum, ſed breviſſimi decurſus. Oritur apud Fanum Diomedis, vulgo *S. Giovanni*, ex vicino monte, novem fontibus erumpens, quibus confluentibus vix ad 2. M. P. latiſſimus Hadriaticum mare petit, ultra Aquilejam 7. M. P. Tergeſte verſus. *Plin. lib.* 3. *cap.* 18. Carnorum hæc regio, junctaque Japidum: amnis Timavus. *Pomp. Mela lib.* 2. *cap.* 4. Proxima eſt a Tergeſte Concordia: interfluit Timavus novem capitibus exſurgens. *Virgilius* tamen 1. *Æn. v.* 248. ita de Timavo locutus eſt, ut eum non procul Patavio collocare videatur: cum enim Antenoris iter deſcriberet per medios Græcos, per ſinus Illyricos, per regna Liburnorum, per fontem Timavi, ea ſive licentia, ſive incuria, qua Poetæ de rebus Geographicis loquuntur, cum præſertim longinqua deſcribunt, ſtatim ſubdit: Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit Teucrorum. Hinc *Lucanus lib.* 7. *v.* 192. Timavum appellavit *Antenoreum*, & *Martial. l.* 13. *ep.* 89. dixit *Euganeum*, quamvis idem *Martial. l.* 4. *ep.* 25. habeat: Et te Ledæo felix Aquileja Timavo. Unde orta eſt aliquorum opinio, duos eſſe Timavos, alterum in finibus Patavinorum, alterum in finibus Carnorum. Nos putamus, & *Lucanum*, & *Martialem* citatis locis, & præterea *Statium l.* 4. *ſilv.* 7. & inſuper nonnullos poſterioris ætatis Scriptores, *Virgilii* carminibus deceptos, Patavino Meduaco Timavi nomen dediſſe.

Timefactus, a, um, adject. *intimidito*, *impaurito*. *Lucret. l.* 2. *v.* 43. His tibi cum rebus timefactæ religiones Effugiunt animo. *Cic.* 2. *Off. c.* 7. timefacta libertas. Alii leg. *tremefacta*.

Timendus, a, um, adject. *terribile*, *da temerſi*. *Ovid. Heroid. epiſt.* 4. *v.* 104. Dente timendus aper. *Id.* 14. *Metam. v.* 256. Urſa timenda. *Horat. epod.* 6. Voce timenda complere nemus.

Timens, tis, nom. ex particip. *timido*, *pauroſo*. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 115. Mortem timens. *Lucret. l.* 3. *v.* 1037. vitæ nimium cupidi, mortiſque timentes. *Virg. Æn.* 2. *v.* 729. Comiti timens.

Timĕo, es, ui, ſine ſup. a. 2. *temere*, *aver paura*, ירא, Ger. *furchten*, Gal. *craindre*, Hiſp. *temer*, φοβοῦμαι, metuo, horreo, formido, vereor. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Magis etiam reprehendendi, qui ſe timere ſimularunt. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 5. Quanquam omnia ſunt timenda, nihil magis, quam perfidiam timemus. *Martial. l.* 11. *ep.* 19. Colono Tanquam ſus Calydonius timetur. ¶ Vel etiam cum dativo, præſertim cum de amicis ſermo eſt, & tunc ſignificat vereri, ne quid mali alicui accidat. *Ter. Heaut.* 3. 2. 10. Syre, tibi timui male. *Id. And.* 1. 3. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Religioſos judex libenter eum audit, quem juſtitiæ ſuæ minime timet. id eſt ne ſuæ juſtitiæ inſidietur. ¶ Vel etiam cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. pro Syll. c.* 10. A quo quidem genere, Judices, ego nunquam timui. ¶ Vel cum abl. & *præp. de*. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 6. De republica valde timeo. ¶ Vel cum abl. & prep. *pro*. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Ipſum autem pro Ariſtippi anima timere. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic.* 1. *Ver.* Jam nunc timeo, quidnam pro offenſione hominum, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui poſſim. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 10. Hæc quo ſint eruptura, timeo. *Brut. Cic. l.* 11. *ep.* 10. Timeo, quemadmodum hæc explicari poſſint. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ne* in iis, quæ nolumus, vel *ut* in iis, quæ volumus, ſeu cupimus fieri. *Ter. Andr.* 1. 5. Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 6. Sed timeo, ne non impetrem, id eſt ut impetrem. *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 2. Omnes labores te excipere video: timeo, ut ſuſtineas. ¶ Vel cum infinito. *Curt. l.* 9. *c.* 6. Eloqui timeo. *Id. l.* 4. *c.* 1. Si te committere nobis times, dabimus fidem, impune venturum. ¶ Interdum ſignificat averſari. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. Nec modica cœnare times olus omne patella.

Timeſco, is, n. 3. idem fere quod timeo. *Ammian. lib.* 31. *c.* 4. Athanaricus parumper timeſcens.

Timĭde, adverb. *timidamente*, φοβερῶς, pavide, verecunde, minus audacter. *Cic.* 5. *Fin.* Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. *Id.* 2. *Tuſc.* 23. Nequid abjecte, nequid timide, nequid ignave, nequid ſerviliter, muliebriterve faciamus. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Timidiſſime dicendum eſt. *Caſ. l.* 1. *B. C. c.* 19. Omnia trepidantius, timidiuſque agere.

Timidĭtas, atis, f. *timidità*, יראה, Germ. *forchſamkeit*, Gall. *timidité*, Hiſp. *temor*, δειλία, proclivitas ad timorem, anguſtus, & parvus animus. *Cic.* 4. *de Fin.* Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis naſcitur. *Idem* 2. *Philip. c.* 29. Cur es bello propter timiditatem defuiſti?

Timidŭlo, adv. *con alquanto timore*. *Apul. l.* 4. *A. A.* Timidule per balneas rapiare.

Timidus, a, um, o. t. a. *timido*, *pauroſo*, *di poco animo*, ירא, Germ. *forchſam*, Gal. *craintif*, Hiſp. *medroſo*, δειλός, φοβερός, ἄτολμος, pavidus, meticuloſus, qui eſt anguſti animi. *Cic.* 1. *Offic.* Ne imbecilles, atque timidi videamur. *Id. l.* 1. Quæ timido animo, humili, demiſſo, fractoque fiant. *Id. pro Marc.* Si in alterutro peccandum ſit, malim videri nimis timidus, quam parum prudens. *Id.* 1. *Agrar.* Liberi e delictis, cauti in periculis, non timidi in concionibus. *Id. de Fin. l.* 2. *c.* 20. Ita non timidus ad mortem, ut in acie ſit ob Rempublicam interfectus. *Horat. l.* 3. *od.* 19. Codrus pro patria non timidus mori. *Sen. de vit. beat. c.* 21. Nocturna animalia abduntur in aliquas rimas, timida lucis. *Caſ. l.* 8. *B. G.* Ut vix judicari poſſet, utrum ſecundis rebus inſolentiores, an adverſis timidiores eſſent. *Ovid. l.* 1. *de Ar. v.* 117. Ut fugiant aquilas timidiſſima turba columbæ.

Timōlus, T. Tmolus.

Timor, oris, m. *timore*, *paura*, פחד, Germ. *forcht*, Gall. *crainte*, Hiſp. *miedo*, φόβος, metus, opinio mali impendentis. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. Terrorem metum concutientem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur; timorem metum mali appropinquantis, pavorem metum mentem loco moventem, ex quo illud Ennii: Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. *Brut. Anton. l.* 13. *Fam. ep.* 2. Maximo timore de duobus afficiuntur amici noſtri. Rurſus *Cic. Att. l.* 3. *epiſt.* 20. Injicere timorem alicui. *Id. Fam.* 2. *epiſt.* 10. Magno in timore eſſe. *Id. ibid. l.* 10. *epiſt.* 18. Timorem alicui facere. *Id. Attic. l.* 5. *epiſt.* 14. Magno timore eſſe. *h. e.* valde timere. *Lucan. l.* 3. *v.* 82. Magno timori eſſe populis. *h. e.* eſſe valde terribilem. Dicimus etiam, timorem omittere, deponere, abjicere, &c. *Cic. ſæpe*, & *Ovid.* Sic timore perculſus, timore perterritus, *Cic. ad Brut. epiſt.* 3. & *Divin. cap.* 28. ¶ Cæcis gentibus timor fuit in numero Deorum filius Erebi, & Noctis. *Cic.* 3. *de nat. Deor.*

Tino, æ, f. 1. *tini*, πιθίον, vas vinarium, ex eorum genere, quæ in menſam inferuntur. *Var. l.* 1. *de vit. P. R. apud Non. c.* 15. *n.* 7. Antiquiſſimi in conviviis utres vini primo, poſtea tinas ponebant. Ex his *Varronis* verbis ſatis apparet hoc vaſis genus minus, & omnino diverſum ab eo, quod apud nos ſub hoc vocabulo habetur. His namque vaſis e ligno fabricatis noſtri excipiunt moſtum, & cum vinaceis ebullire ſinunt.

Tinca, æ, f. *tinca*, piſcis paluſtris, & fluviatilis ſine ſquamis. *Auſon. in Moſel. v.* 125. Quis non & virides vulgi ſolatia tincas norit?

Tinctĭlis, & le, o. 3. *tinto*, צבוע, Ger. *tuncklig*, Gal. *teint*, Hiſp. *tenido*, βαπτός, quod intinctum eſt. *Ovid. l.* 3. *Triſt. eleg.* 10. *v.* 64. Nam volucri ferro tinctila virus ineſt.

Tinctorium, & } V. Cinctorium.
Tinctorius, a, um, }

Tinctura, æ, f. *tintura*, Ger. *tunckung*, Gall. *teinture*, Hiſp. *tenidura*, βαφή, infectio, imbutio coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Adulteratur maxime tinctura.

Tinctus, us, m. idem ac tinctura. *Plin. l.* 10. *c.* 48. Et alia eodem nomine croceo tinctu.

Tinctus, a, um, *tinto*, βαφείς, βαπτός, immerſus, madefactus, infectus. *Celſ. l.* 8. *c.* 4. Spongia tincta in aceto. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Cum ei tunicam ſanguine Centauri tinctam dedit. ¶ Sæpe translate ſumitur pro ornato, imbuto. *Cic. in Brut. c.* 58. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus. *Id.* 2. *de Or. c.* 20. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, &c. *Quint. l.* 4. *c.* 2. Verba tincta ſenſu. *h. e.* non vana, & ad ornatum fuſa, ſed ſignificantia. *Martial. l.* 10. *epigr.* 33. virus tinctos ærugine verſus. h. e. mordaces, maledicos.

Ti

Tinĕa, æ, f. *tignuola*, עש, Ger. *ſchab*, Gal. *teigne*, Hiſ. *polilla*, σὴς, vermiculus, qui veſtes, aut libros abrodit. Ita vocatur ob ſimilitudinem qualemcunque a lumbrici genere, quod Græcis ταινία. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 21. *ad librum ſuum:* Aut tineas paſces taciturnus inertes. *Id. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 119. ſtragula veſtis Blattarum, & tinearum epulæ putreſcat in arca. ¶ Item tineæ ſunt vermes in alveariis apibus noxii. *Colum. l.* 9. *c.* 14. Præterea et tineæ, ſi apparuerint, everrantur, papilionesque enecentur, qui plerunque inter alveos obverſantur, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos alvearum tineas appellamus.

Tineōſus, a, um, σκωληκώδης, plenus tineis, ut alvei tineoſi, apud *Colum. l.* 9. *c.* 14.

Tingens, entis, c. 3. *tintore*, βάπτης. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Sed id tingentium officinæ ignorant.

Tingo, is, tinxi, tinctum, a. 3. *tingere*, *bagnare*, טבל, Ger. *tuncken*, Gal. *teindre*, Hiſp. *tenir*, βάπτω, χρώζω, madefacio, inficio, humore, vel colore imbuo. *Virg.* 3. *Georg.* Ac via ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri. *Martial. l.* 1. *epigr.* 78. Tingit cutem Caninus, & tamen pallet. *Horat. l.* 4. *od.* 12. Tingere aliquem poculis, *dargli da bere*. ¶ Poetice, tingi Oceano dicuntur aſtra, cum occidunt. *Virg.* 1. *Æn.* Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles hyberni. *Id.* 1. *Georg.* Arctos Oceani metuentes æquore tingi. ¶ In veteribus libris ſæpe legitur *tinguo* pro *tingo*, teſte *Manut. in Orthogr.*

Tingi, Tingis, *Tanger*, *Tangeri*, *Tangeri*, urbs Africæ, caput Mauritaniæ Ting. in ore freti Herculei, cum portu capaci. Condita fuit ab Antæo, quem Hercules vicit.

Tingitana, f. 1. τιγγιτανή, extrema Mauritaniæ pars, quam nunc duo Regna, *Fez*, & *Marocco*, occupant. Dicta eſt ab urbe Tingi. Ante vocata eſt Bogudiana, a Rege Bogud. Oppida in ea, Tingi, caput provinciæ, Julia Conſtantia, Zilis, Volubilis, Lixus, ubi regia Antæi, & certamen cum Hercule, & Heſperidum horti. *Cluver. l.* 6. *c.* 7.

Tingomĕnæ, arum, f. compotationes, helluonum immodica convivia, & crapulæ, in quibus merum ita large ſuppeditatur, ut & pavimenta tinguntur, juxta illud *Horat. l.* 2. *od.* 14. Abſumet hæres Cæcuba dignior ſervata centum clavibus, & mero tinget pavimentum ſuperbo. In *fragment. Tragur. Petron.* legitur tingomenas facere, ubi alii quidam ediderunt *tangomenas*.

Tinnimentum, i, n. κωδώνισμα, idem quod tinnitus. *Plaut. Rud.* 3. 5. 26. Illud quidem ædepol tinnimentum eſt auribus.

Tinnĭo, is, n. 4. *ſuonare*, *far ſuono*, *ſquillare*, צלל, Ger. *klingen*, Gall. *tinter*, Hiſpan. *retenir*, ἠχέω, κωδωνίζω, ſono. Proprie dicitur de metallis, cum pulſata ſonum edunt. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannum, orichalcum, & hujuſmodi. *Var. l.* 3. *R. R. cap.* 16. *de apibus:* Jaciendo in eas pulverem, & circum tinniendo ære. ¶ Tinnire quoque dicitur auris, cum incluſi ſubtiles, & leves vapores, interdum per membranam illam, quæ in auribus eſt, emergunt, & ſonum aliquem fictitium edunt. *Catul. ad Lesb. epigr.* 48. (al. 51.) Sonitu ſuopte tinniunt aures. *Voſſ. Scalig. leg.* tintinant. ¶ Sumitur etiam tranſlate pro garrire, acute clamare. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 52. Ohe, jam ſatis uxor eſt: comprime te: nimium tinnis, relinque aliquantum orationis. *Suet. in Ner. c.* 20. Si paullum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinniturum promiſit. h. e. cantaturum. *Cic. Att. l.* 14. *epiſt.* 21. Exſpecto maxime, ecquid Dolabella tinniat. hoc eſt quid loquatur.

Tinnĭto, as, n. frequentativum a tinnio. *Auct. carm. de phil. v.* 9. Parus enim quamvis per noctem tinnitat omnem. Alii leg. *tinniat*. *Commodian. inſtruct.* 64. Nec enim dico, ut in trivio tinnites. h. e. captandæ plebeculæ cauſa cum tintinnabulo incedas.

Tinnītus, us, m. *tinnito*, *ſquillo*, Ger. *Auſklingen*, Gal. *tintement*, Hiſp. *retinno*, κωδωνισμός, metalli ſonitus. *Virg.* 4. *Georg.* Tinnituſque cie, & Matris quate cymbala circum. *Plin. lib.* 28. *cap.* 2. Tinnitu aurium præſentium. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 207. reſona tinnitibus Ida.

Tinnŭlus, a, um, *riſonante*, ἠχῶν, λιγυρός, idem ac tinniens, idest quod ſonum edit. *Ov.* 4. *Met. v.* 393. Tinnulaque ære ſonant, & olent myrrhæque, crocique. *Catul. in epithal. Juliæ* 56. Nuptialia concinens Voce carmina tinnula. ¶ Translate *Quintil. l.* 2. *c.* 3. Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo, non virium, ſed infirmitatis vitio laborare.

Tinnuncŭlus, i, maſc. *gheppio*, genus accipitris, quod in ædificiis nidificare ſolet, & libenter cum columbis verſatur, eaſque ab aliorum accipitrum injuriis defendit. *Plin. l.* 10. *c.* 37. & *Colum. l.* 8. *c.* 8.

Tintinnabulātus, a, um, qui tintinnabulum habet. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Armentalem camœnam, quam noſtrorum montium Tityri exercent inter greges tintinnabulatos. Al. leg. *tinnibulatos*, eodem ſenſu.

Tintinnabŭlum, i, n. *campanella*, *campana*, *ſquilla*, ἀργυρίδιον, ..., inſtrumentum, plerunque æneum, interdum etiam ex ſtanno, argento, plumbo, vel ex omnibus his una admixtis conflatum, quod percuſſum tinnitum edit, ſeu ſonitum, a *tinniendo*. Ejus uſus fuit apud antiquos in balneis; eo enim lavaturi convocabantur, & qui in balneo eſſent evocabantur, ut aliis locum darent. Hinc *Mart. l.* 14. *epigr.* 163. Redde pilam: ſonat æs thermarum: ludere pergis? &c. ¶ In domibus tintinnabuli ſonitu familia excitabatur, janitores præſertim, ut indicat *Suet. in Aug. c.* 91. ¶ In ſacrificiis quoque adhibebantur tintinnabula. V. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 93. & *ſeq.* ¶ Alios præterea uſus tintinnabulorum recenſuit *Hieron. Magius* in libello hac de re conſcripto, quem V.

Tintinnacŭli, orum, m. pl. ἐμπαιγμαλίζοντες, flagratores, lorarii, carnifices, a *tinniendo*, quia catenis loris verberantes tinnitum quendam excitabant. *Plaut. Truc.* 4. 3. 8. Niſi ad tintinnaculos vultis vos educi viros. *Turneb. l.* 11. *c.* 21. ſcribit, tintinnaculos dictos fuiſſe carnifices, qui tintinnabula habebant, quibus utebantur in ſumendis ſuppliciis, nam qui ad ſupplicium ducebantur, tintinnabula gerebant, teſte *Zonara*.

Tintinnĭo, is, & Titinnio, is, Tintinno, & Titinno, as, n. *riſuonare*, tinnitum edo, tinnio, κωδωνίζω. *Afran. apud Feſt.* Oſtiarii impedimenta titinnire audio. *Nev. ibid.* Tintinnabant compedes. *Nigid. apud Non. c.* 2. *n.* 188. Itaque ex ære in Saliaribus Altanus tintinat.

Tintino, as, n. idem quod tinnio. V. Tinnio.

Tiphys, m. 3. Τῖφυς, vir arte carpentaria celebris, qui primus gubernandi navis adminicula inſtituit, Argonautarumque Colchica expeditionis gubernator fuit. *Virg. eclog.* 4. Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat Argo Delectos heroas. *Ovid. Heroid. epiſt.* 6. *v.* 48. Quid tibi nunc patria, navita Tiphy, mea?

Tipŭla, & Tippŭla, æ, f. genus inſecti, quod in fontibus, ac rivis vivitur, ſumma celeritate ſuperficiem aquæ percurrens. *Feſt.* Tippula beſtiolæ genus ſex pedes habentis, ſed tantæ levitatis, ut ſuper aquam currens non deſidat. *Plautus Perſ.* 2. 2. 62. Neque tipulæ levius pondus eſt, quam fides lenonia.

Tiresĭas, æ, m. Τειρεσίας, vir Thebanus, filius Everi, al. Peneti, inſignis vates. Cum aliquando in Cithærone M. vidiſſet duos dracones coeuntes, obſervata fœmina ex iis, occidit illam, quo facto in fœminam & ipſe mutatus eſt. Deinde cum rurſus poſt ſeptem annos eodem pacto & marem draconem interfeciſſet, in priſtinam formam rediit. Contigit igitur aliquando, certantibus inter ſe Jove, & Junone, viri ne, an fœminæ majorem ex Venere voluptatem caperent, ut ille judex ſit adhibitus, ut qui utrumque fuiſſet ſexum expertus. Tireſias autem pro Jove ſententiam tulit, aſſerens, multo plus voluptatis ex coitu fœminas percipere. Ob hujuſmodi judicium a Junone excæcatus eſt. Jupiter autem in ſolatium viſus amiſſi, divinationem illi dedit. Alii propterea excæcatum dicunt, quod Palladem nudam in fonte conſpexerit. *Strabo l.* 9. auctor eſt, Tireſiæ ſepulcrum fuiſſe ſub Tilphoſſo M. Bœotiæ, juxta fontem Tilphoſſam, ubi profugus diem ſuum obiit, cum jam ſenex gelidiſſimam illius aquam hauſiſſet. Ibi Thebani cives ſepulto divinos honores tribuere. Fuit Tireſiæ filia fatidica nomine Manto, quæ in Italiam venit, & ex Tiberi fl. filium peperit Ocnum, qui in Ciſalpina Gallia oppidum condidit, & e nomine matris Mantuam appellavit. *Stat. l.* 10. *Theb.* Sibi callidus iſte Tireſias, vetuſque canat. ¶ A Poetis uſurpatur pro homine cæco. *Juv. ſat.* 13. *v.* 248. Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe Deorum.

Tiro, onis, m. *tiron*, *ſoldato novello*, νέος στρατιώτης, miles novus, & ſortis ad militiam exercendam. Scribitur non per *y*, ſed per *i*, ut eſt in *Pand. Flor.* imo & in antiqua inſcriptione: in quo perperam ſententiam mutavit *Manutius*, falſa inſcriptione deceptus. Nec enim veram eſſe, ſatis oſtendit *Antonius Auguſtinus*, *dial.* 11. teſte *Voſſ. in Etymol. Cic.* 2. *Tuſc.* Ætas tironum plerumque melior, ſed ferre laborem, contemnere vulnus, conſuetudo docet. *Liv. l.* 40. Veteribus militibus tirones miſcebantur. Adjectivi more, *tiro exercitus* dicitur, qui ex tironibus conſtat. *Cic. l.* 7. *Fam. epiſt.* 3. Signa tirone, & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit. ¶ Per tranſlationem tironem appellamus, qui prima in quacunque arte ponit rudimenta, *novizio*, πρωτόπειρος. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 50. Fatent enim, callidum quendam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, atque hoſpitem in agendo eſſe debere.

Tiro, onis, m. libertus Ciceronis, cognomine Tullius, in omni literarum genere exercitatiſſimus, qui ipſi Ciceroni in literis, & ſtudiis adjutor fuit. Is libros complures de uſu, atque ratione linguæ Latinæ, item de variis, atque promiſcuis quæſtionibus compoſuit. Ad eum multæ Ciceronis epiſtolæ extant. *Gell. l.* 7. *c.* 3. & *l.* 13. *c.* 9.

Tirocinium, ii, n. *tirocinio*, *noviziato*, πρωτοπειρία, ..., primum rudimentum, ſeu experimentum militiæ. Hinc tirocinium ponere, aut deponere, eſt, primum experimentum militiæ dare, & ſtipendia mereri incipere. *Juſtin. l.* 12. *c.* 4. Conſtantiores futuri, ſi non ſolum tirocinia, verum & incunabula in ipſis caſtris poſuiſſent. *Id. l.* 9. *c.* 1. Ut ſub militia patris tirocinii rudimenta deponeret. ¶ Tranſlate ponitur pro prima actione in quacunque arte, ſeu pro primis artis alicujus rudimentis. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Luceja in ſcenam producta fuerat tirocinio a M. Pomponio Ædili Plebis. *Venulej. l. unica, ff. de ædil. edict.* Novitium autem non tirocinio animi, ſed conditione ſervitutis intelligi. ¶ *Tirocinium fori* dicebatur, cum in forum primum adoleſcentes deducebantur, ut publica verſari, & agere cum populo inciperent, & *tirocinium Oratorum* vocabatur, cum Oratores futuri in forum deducti quaſi Oratoriæ arti, & agendis cauſis initiabantur. Hoc tirocinii die poſita prætexta togam virilem ſumebant. *Sueton. in Tiber. c.* 54. Neronem, & Druſum Patribus commendavit, diemque utriuſque tirocinii congiario Plebi dato celebravit. *Id. in Calig. cap.* 10. Uno eodemque die togam ſumpſit, barbamque poſuit, ſine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. ¶ *Tirocinium navium*, cum primum mari committuntur naves, & veluti in Neptuni militiam conſcribuntur. *Plin. l.* 24. *c.* 7. Optima hæc e tirocinio navium. ¶ Tirocinio ætatis labi. h. e. ſimplicitate, inſcitia. *Declam. in Salluſt. c.* 5.

Tirŏlis, ſeu Tyrolis, f. 3. Ital. *Tirolo*, Gall. *le Tirol*, regio Germaniæ Meridionalis, partem Orientalem Rhætiæ propriæ antiquæ tantum complectens. Terminatur a Sept. Bavariæ Ducatu, a Mer. ditione Veneta, ab Or. Diœceſi Salisburgenſi, & Carinthia, ab Occ. Rhætis, & Helvetiis. Sic dictus a Tiriolo, hodie *Tirol*, tenui caſtro ad Atheſim, prope Meranum. Ab Alpibus Tridentinis ſeu biſariam ſcinditur. Rigatur Atheſi, & Oeno fl.

Tironātus, us, m. tirocinium. *l.* 7. *Cod. Theodoſ. tit.* 13. Tempore tironatus eorum procuratores præſentemus.

Tironiānus, a, um, quod ad Tironem Ciceronis libertum ſpectat. *Gell. l.* 1. *c.* 7. In oratione Ciceronis 5. in Verrem, libro ſpectatæ fidei, Tironiana cura, atque diſciplina facta.

Tirunculā, æ, fœm. quæ in arte aliqua adhuc rudis eſt, nova, adoleſcens. *Col. l.* 7. *c.* 12. *de cane:* Quoniam tiruncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tiruncŭlus, i, m. parvus tiro, juvenculus, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimenta. *Plin. l.* 3. *ep.* 6. Quod me quanquam tirunculum ſollicitavit ad emendum. id eſt rudem in cognitione ſignorum. *Juven. ſat.* 11. *v.* 142. Nec latus Aphros Novit avis noſter tirunculus.

Tiryothios. V. Tyrinthius.

Tis, σοῦ, genitivus ſingul. pronominis tu, apud vet. *Plaut. Mil.* 2. 4. 42. Tis egeat, qui te caret.

Tiſiphŏne, es, f. Τισιφόνη, una ex Furiis, a τίσις, *ultio*, & φόνος, *cædes*, quia cædibus plectendis præeſt. *Hor. l.* 1. *ſat.* 8. Hecaten vocat altera ſævam, altera Tiſiphonen.

Tiſiphonēus, a, um, Τισιφόνειος, ad Tiſiphonem pertinens. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 9. *v.* 6. Impiaſque evadere vitæ Tempora, ſi poſſis, Tiſiphonea tuæ. *h. e.* noxia, maligna, invida.

Titan, anis, vel Titanus, i, m. Τιτάν, filius cæli, & Veſtæ, frater Saturni. Sex filios ex Titea uxore ſuſcepit, qui ab eo *Titanes* ſunt appellati. Cum eſſet major natu, & patri ſuccedere deberet, tamen animadvertens, matrem, & ſorores Saturno magis favere, Regnum ipſi conceſſit, hac tamen lege, ne Saturnus prolem maſculam aleret, ut Regnum ad ſuos filios perveniret. Igitur Saturnus liberos ſuos devorare cœpit, ſtatim ac nati eſſent. Sed Ops, ſive Rhea Saturni uxor Jovem, Neptunum, Plutonem nutriendos clam ablegavit, marito autem lapides, quos ſe peperiſſe dicebat, devorandos obtulit. Id cum Titan cognoviſſet, cum filiis ſuis bellum geſſit adverſus Saturnum, & Opim, quod conventioni non ſtetiſſent, eoſque captos muro incluſit, qui poſtea e Jove filio victis Titanibus liberati ſunt. *Bocc. l.* 4. *c.* 1. ¶ Ponitur etiam pro Sole. Nam Sol ſecundus filius fuit Hyperionis, teſte *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Hyperion vero Titanis. Aliqui dicunt, Hyperionem Solis, ac Lunæ, ſtellarumque motus primum obſervaſſe, atque demonſtraſſe, ideo Solis parentem, & aſtrorum fingi. *Cic. in Arato:* Quem cum perpetuo veſtivit lumine Titan.

Titānes, um, m. pl. vel etiam Titani, orum, filii Titanis, & Titeæ. Sed aliqui dicunt ex Terra ortos eſſe abſque patre. *Servius in* 6. *Æn.* Terra primum Titanes contra Saturnum genuit, Gigantes poſtea contra Jovem. Et ferunt fabulæ, Titanes ob iram contra Deos Terra ad ejus ultionem creatos. Unde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως, idest ab ultione. *Cic.* 3. *de Leg.* Noſter vero Plato Titanum e genere ſta-

ſtatuis eos, qui ut illi Cœleſtibus, ſic hi adverſentur Magiſtratibus. *Id. 2. de nat. Deor.* Sed etiam, ut cum Titanis, ut cum Gigantibus, propria bella geſſerunt.

Titania, æ, f. Diana, ſeu Luna, filia Hyperionis, neptis Titanis. *Ov. 3. Met.* Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha.

Titaniacus, a, um, idem ac Titanius. *Ovid. 7. Met. v. 399.* Hinc Titaniacis ablata draconibus intrat Palladias arces.

Titanis, idis, Τιτανίς, adject. fœmin. quæ ad Titanem, vel Titanas pertinet. *Ovid. 6. Metam. v. 185.* Latonam Titanida. *Id. 5. Faſt. v. 81.* Titanida Thetin. *Juvenal. ſat. 8. v. 132.* Titanida pugnam.

Titanius, a, um, quod ad Titanes ſpectat. *Virg. 6. Æn.* Hic genus antiquum terræ, Titania pubes, Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo. *Id. ibid.* Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra. ¶ Subſtantive Titanium pro Sole poſuit *Avien. in Arat. v. 127.*

Titanus, i, m. fluvius, & oppidum Myſiæ, ſeu Æolidis. *Plin. l. 5. c. 30.*

Titareſius, m. 2. Titareſus, Titanſius, *Titareſo*, fl. Theſſaliæ, qui oritur ex Titano M. fluit apud Pharſalum urb. & in Peneum labitur. *Lucan. l. 6. v. 376.*

Tithonæus, a, um, adject. ad Tithonum pertinens, ut Memnon Tithonæus, h. e. Tithoni filius. *Avien. in pereg. v. 368.*

Tithonius, a, um, adject. ad Tithonum pertinens, ut Tithonia conjux, h. e. Aurora, *Ovid. 3. Faſt. v. 403.* & *Tithonis* abſoluta dicitur a *Val. Flacc. l. 1. v. 311.*

Tithonus, m. 2. Τιθωνός, filius Laomedontis, frater Priami. Cum juvenis eſſet, & decorus, ab Aurora, ut fabulæ ferunt, dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. *Virg. Æn. 4. verſ. 585.* Tithoni croceum linquens Aurora cubile. ¶ Immortalitatem impetravit a Diis, non tamen caruit infelici ſenecta. *Hor. l. 2. od. 16.* Longa Tithonum minuit ſenecta. ¶ Audita Memnonis filii morte, in cicadam verſus eſt. *Hor. l. 1. od. 28.* Tithonuſque remotus in auras.

Tithorea, æ, f. 1. urbs Phocidis, in cacumine Parnaſſi M. a Tithorea Nympha. Ibi Zetus, & Amphion conditi ſunt. *Pauſan. l. 6.*

Tithymalus, m. & Tithymalon, n. *titimaglio*, τιθύμαλος, τιθύμαλον, (*Suidas* τιθύμαλλος ſcripſit) herba folio lævi, albo, capite fabæ magnitudine, cujus ſeptem ſpecies Dioſcorides enumerat. *Plin. l. 26. c. 8.*

Titia lex dicta eſt a L. Titio, qui eam tulit, cavitque, ne quis ob orandam cauſam munera aut pecuniam a cliente acciperet. *Auſon. epigr. 88.* ¶ De alia Titia lege V. in *Aulus.*

Titiæ aves. V. Titus.

Titianus, a, um, ad Titiam aliquem pertinens, ut Titianus fundus, *African. Digeſt. lib. 23. tit. 3. leg. 50.*

Titienſes, ſit, idem quæ Tatienſis. *Propert. lib. 4. eleg. 1.* Hinc Tities, Rhamneſque viri, Luceresque coloni.

Titienſis tribus a prænomine Tatii Regis appellata videtur, ait *Feſtus*, fuitque una ex illis tribubus, in quas primum Romulus populum Romanum diviſit, quæ a *Varrone l. 4. de L. L.* Tatienſis appellatur.

Titii Sodales, Sacerdotes Apollinis, qui certa Urbem in auguriis certa auguria obſervabant, a *titiis* ſeu *titiis* avibus, quæ ſunt palumbes, ſeu columbæ agreſtes. *Varr. l. 4. de L. L.* Titii Sodales dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis obſervare ſolent. *Lucan. l. 1. v. 602.* Septemvirque epulis feſtis, Titiique Sodales.

Titillamentum, i, n. idem quod titillatio. *Fulgent. l. 2. Mythol.* Tantalus, cui fallax aqua guloſa labia titillamentis attingit.

Titillatio, onis, f. *ſolletico*, γαργαλισμός, actus titillandi. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 40.* At has leviores ducis voluptates, quibus quaſi titillatio (Epicuri enim hoc verbum) ſenſibus adhibetur. *Id. de Sen. c. 14.* At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

Titillatus, us, m. idem ac titillatio. *Plin. l. 11. c. 37.* Quod titillatu maxime intelligitur alarum, quas ſubit.

Titillatus, a, um, partic. a titillor. *Auſon. in Epigr. 108.* Titillata brevi cum jam ſub fine voluptas.

Titillo, as, a. 1. *titillare*, *ſolleticare*, *dileticare*, γαργαλίζω, eſt levi attrectatione alarum, aliarumve mollium corporis partium riſum cupiam movere. Factum eſt a τίλλω, *vello*, ſeu *vellico*, geminatione primæ ſyllabæ. Nam ex levi vellicatione, ſive tractione provenit titillatio. Hoc ſenſu uſurpatur *titillatus* nomen a *Plinio*. V. *Titillatus*, *us*. ¶ Per tranſlationem accipitur pro commovere, provocare, blandiri. *Hor. l. 2. ſat. 3.* Præterea ne vos titillet gloria. *Cic. 1. de Fin. c. 11.* Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuavitate afflueret.

Titillus, li, m. titillatio. *leg. 8. Cod. Theodoſ. tit. 5.* Flagrum, cujus in cuſpide brevis aculeus pigreſcentes artus innoxio titillo poterit admonere.

Titinius, ii, m. vetus quidam Poeta, cujus multa loca inſert *Nonius* in ſuo opere de propriet. ſerm.

Titio, onis, *tizzone*, אוּד, Germ. *brand*, Gall. *tiſon*, Hiſp. *tiçon*, δαλός, lignum adustum, quod ab igne extrahitur, torris. *Celſ. l. 5. c. 26.* Maximeque involutis teſtis, & extinctis titionibus.

Titivillitium, ii, n. *coſa de nulla*, ſignificat rem vilem, & nullius pretii. *Plaut. Caſ. 2. 5. 39.* Non ego iſthuc verbum emiſſem titivillitio. ¶ *Feſtus* ſcribit vocem hanc eſſe nullius ſignificationis, ut *blitea*, & *σκινδαψός* apud Græcos. *Fulgent. Plant. de Priſc. ſerm. n. 22.* ait, titivillitia dici fila putrida, quæ de tela cadunt, *le filaccie*.

Titius, ii, m. poeta quidam Lyricus, cujus meminit *Horat. l. 1. ep. 3.* ¶ Titius etiam nomen fuit cujuſdam incompoſitæ ſaltationis, & geſticulationis, de qua ita *Cic. de clar. Orat. c. 62.* Sextus Titius, inquit, homo loquax ſane, & ſatis acutus, ſed tam ſolutus, & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. ¶ Eſt præterea Titius Romanum nomen, ut L. Titius, P. Titius.

Titubans, antis, o. 3. ἀσταθμώμενος, partic. a titubo. *Cic. pro Dom. c. 54.* Nedum valeat id, quod imperitus adoleſcens mente, ac lingua titubante feciſſe dicatur. *Ovid. 4. Met.* Quique ſenex ferula titubantes ebrius artus Suſtinet, id eſt Silenus.

Titubanter, adv. *inconſtantemente*, ταραχώδως, ἀσταθῶς, inconſtanter. *Cic. pro Cæl. c. 7.* Poſtulas enim, atque id tamen titubanter, & ſtrictim, conjurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuiſſe. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 41.* Titubanter loqui.

Titubantia, æ, f. idem ac titubatio. *Suet. in Vitel. c. 6.* Ac de hac quoque liberos utriuſque ſexus tulit, ſed marem titubantia oris prope mutum, & elinguem. *Id. in Claud. cap. 30.* Titubantia linguæ.

Titubatio, onis, f. *titubazione*, *vacillamento*, σφάλμα, συγκλόνησις, actus titubandi. *Auct. ad Her. l. 2. c. 8.* Ut ne parvula quidem titubatione aut offenſione impediremur. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 6.* Titubatio linguæ.

Titubatus, a, um, *vacillante*, συγκλονηθείς, partic. paſſ. a neutro titubo. *Virg. 5. Æn. v. 331.* Hic juvenis jam victor ovans veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo.

Titubo, as, n. 1. *titubare*, *vacillare*, נוּעַ, Ger. *ſchwancken*, Gal. *chanceler*, Hiſp. *bambalearſe*, περιφέρομαι, συγκλονοῦμαι, vacillo, inſtabilis ſum, inſiſtere nequeo: & propria de lingua, ac pedibus dicitur. *Ovid. 3. Met.* Ille mero, ſomnoque gravis titubare videtur. *Id. lib. 3. Triſt. el. 1.* Hæc ubi ſum furtim lingua titubante locutus. ¶ Transfertur ad animum, quoties ab animo verba diſſentiunt, quod inconſtantiæ, ac levitatis ſignum eſſe dicitur. *Cic. pro Planc.* Una ex domo prodeunt: ſi verbo titubarint, quo revertantur, non habebunt. *Hor. l. 1. ep. 13.* Cave ne titubes, mandataque frangas. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Plaut. Mil. 3. 3. 69.* Cogitate, nequid, ubi miles venerit, titubetur. *Cic. 3. de Orat. cap. 50.* Nam verſus æque prima, & media, & extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacunque ſit parte titubatum.

Titulo, as, a. 1. *intitolare*, *chiamare*, titulum ſeu nomen indere. *Tertul. adverſ. Jud. c. 9.* Magos quoque Samaritanorum appellatione titulavit. *Id. de anim. c. 13.* Animæ nomine totius hominis mentio titulata eſt.

Titulus, i, maſc. *titolo*, *dignità*, כָּבוֹד, Ger. *titel*, Gall. *titre*, Hiſp. *titulo*, τιμή, dignitas, honor, nomen, a τίω, *honoro*, quod est τιμᾶν, *honorare*. Si *Varronem* audimus, & *Feſtum*, dicitur a *tuendo*, quaſi *tutulus*. Nam *Feſtus* & milites ait dici titulos, quia patriam tuerentur. Si a *tuendo*, ſeu a *tuendo* titulum dici placet: cauſa nominis fuerit, quia hominem magnis fulgentem honoribus, ſeu dignitatibus tueri ſolemus, id eſt intueri, aſpicere, admirari. *Cic. in Piſon. c. 10.* Suſtinere titulum Conſulatus. *Ovid. 2. Faſt. v. 15.* At tua proſequimur ſtudioſo pectore, Cæſar, Nomina, per titulos ingredimurque tuos. ¶ Præterea titulus notat inſcriptionem cujuſcunque operis, brevem ſcripturam, id, quod operi ſuperſcribitur, vel inſcribitur, ut rem ſtatim, aut tempus, aut artificem noſcamus, cujuſmodi ſunt literæ in ſtatuis, & picturis: vel item inſcriptio illa, quæ cujuſque libri initio fit, quo materia cui liber ſub aſpectum ſubjicitur una cum nomine Auctoris, item inſcriptio, quæ ſingulis libri capitibus præfigitur, quam *Juriſconſulti* rubricam vocant, atque ſumma rerum, ſeu brevis complexio ejus materiæ, quæ tractanda eſt. *Horat. l. 2. ſat. 6.* Qui ſtupet in titulis, & imaginibus. *Ovid. l. 1. de Rem. Am.* Legerat hujus Amor titulum, nomenque libelli. *Mart. l. 37. ep. ult.* Primus ubi eſt, inquit, nam ſit liber iſte ſecundus? Quid faciam, ſi plus ille pudoris habet? Tu tamen hunc fieri ſi mavis, Regule, primum, Unum de titulo tollere jota potes. *Suet. in Domit. cap. 5.* Plurima, & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, ſed omnia ſub titulo tantum ſuo, ac ſine ulla priſtini auctoris memoria. ¶ Sumitur quoque pro capite libri, videlicet pro omni eo, quod in textu, ſeu, ut Juriſconſulti loquuntur, in nigro explicatur. Sic in libris legalibus tituli nomine non rubrica, ſive inſcriptio, ſed totum capitulum, ſive textus vocatur. Nam inſcriptio ἐπιγραφή dicitur. ¶ Item pro programmate, ſeu inſcriptione, qua ſignificatur, domum aliquam eſſe venalem, vel locandam. Hinc, ſub titulum ire domus dicitur, quæ venalis fit. *Tibul. l. 2. eleg. 4.* Ite ſub imperium, ſub titulumque lares. Sic, ſub titulum mittere, eſt venalem facere. *Ovid. de remed. amor. v. 302.* Sub titulum noſtros miſit avara lares. ¶ Inſuper titulus ponitur pro prætextu, & cauſa. *Liv. l. 37. c. 54.* Et commiſſa, quem titulum prætenderitis prius adverſus Philippum, eum adverſus Antiochum belli. *Sueton. in Aug. cap. 32.* Plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coibant, *ſotto pretesto*.

Titus, vel Titius, maſc. 2. genus avis, idem ac palumbes, ſeu columba agreſtis. *Iſidor. lib. 12. Orig. cap. 7.* ait, palumbes appellati titos a moribus caſtis, quia amiſſo corporali conſortio ſolitariæ incedant, nec carnalem copiam ultra requirant. *Cornutus in Perſ. ſat. 1. v. 20.* contrarium ſcribit, has aves ardere libidine, & ab his titos appellari a membri virilis magnitudine, qui ad libidinem ſunt proni. *Varr. lib. 4. de L. L.* Titii ſodales dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis obſervare ſolent.

Titus, maſc. 2. Τίτος, prænomen Romanis familiare, quaſi τίτος, *honoratus*, quod a τίω, *honoro*. Sed *Feſtus* a tuendo derivat, his verbis. Tituli milites appellantur, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. Unde & Titi prænomen ortum eſt. At *Cornutus*, vel quiſquis interpres ille *Perſii*, qui nomen illud præfert, quo loco exponit illud Poetæ ſat. 1. verſ. 20. *Ingentes trepidare Titos*, ait, Titos a membri virilis magnitudine vocari eos, qui ad libidinem ſunt proni, ſicut aves, quibus comparantur, titi.

Titus, m. 2. cognomine Veſpaſianus, filius Flavii, frater Domitiani, Imperator Romanorum, circa ann. Chriſti 81. Optimus Princeps fuit, Populoque Romano adeo charus, ut vulgo orbis amor, & deliciæ humani generis diceretur. V. ejus vitam apud *Sueton.*

Tityus, maſc. 2. Τιτυός, filius Jovis ex Elara filia Orchomeni, quam prægnantem Jupiter, timens Junonis iram, occultavit in terram: ex quo factum eſt, ut naſcens puer, ex terra natus videretur. Cum ad integram ætatem perveniſſet, tantæ magnitudinis gigas evaſit, ut jacens novem jugera occuparet. Aliquando captus amore Latonæ Apollinis matris, eam de ſtupro interpellavit. Quamobrem Apollo iratus, ſagittis ipſum occidit, & apud Inferos relegavit, ejuſque jecur vulturibus laniandum appoſuit, hac lege, ut conſumptum renaſceretur illico, & ſic nunquam vultures a diſcerpendo ceſſarent, nec ipſe a patiendo. *Virg. 6. Æn. v. 595.* Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. *Ovid. lib. 1. de Pont. eleg. 2.* Sic inconſumptum Tityi, ſemperque renaſcens Non perit, ut poſſit ſæpe perire, jecur. *Tibul. lib. 1. eleg. 4.* Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ Aſſiduas atro viſcere paſcit aves.

T ANTE M.

Tmeſis, f. 3. τμῆσις, ſpecies Hyperbati, quæ aliqua vox, præſertim compoſita, dividitur, & inter utramque partem alia vox interponitur. *Virg. 1. Georg.* Septem ſubjecta trioni, pro Septentrioni. *Id. 5. Æn.* Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu, pro circumfudit. Ubi *Servius*: Figura Tmeſis eſt, quæ fit, cum ſecto uno ſermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile eſt in ſermone compoſito: cæterum in ſimplici nimis eſt aſperum, quod tamen faciebat antiquitas, ut Saxo cere comminuit brum. ¶ Oratores etiam hac figura utuntur. *Cic. pro Sext. c. 31.* quod judicium cumque ſubierat, damnabatur.

Tmolius, a, um, adject. ad Tmolum pertinens. *Ovid. 4. de Pont. epiſt. 15.* Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos.

Tmolus, & Timolus, li, maſc. *Tomolitey*, mons Phrygiæ Magnæ, in conf. Lydiæ, ad flu. cogn. in agro Tralleſi, & Sardenſi, vitibus conſitus. Inter alia crocum plurimum gignit. Ex eo Pactolus amnis profluit, aureas arenas ferens. *Ovid. 5. Met.* Riget arduus alto Tmolus in aſcenſu, clivoque extenſus utroque Sardibus hinc, parvis illinc finitur Hypæpis. *Id. l. 6. v. 15.* Deſeruere ſui Nymphæ vineta Timoli. *Plin. l. 4. c. 29.* Celebratur Lydia maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus dicebatur.

Tmolus, m. 2. fl. Phrygiæ Magnæ, in confin. Lydiæ, qui ex ejuſdem nominis monte profluit, & in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influit. In eo coticula invenitur auro explorando malis. *Plin. l. 33. c. 8.*

To-

Digitized by Google

T ANTE O.

Toculliō, vel Tocullio, onis, m. τοκιλλίων, fœnerator, a τόκος, uſura. *Cic. l. 2. Att. epiſt.* 1. Neque enim iſta tua negotia provincialia eſſe putabam, neque te in toculionibus habebam; huc eſt non putabam te eſſe in iis, qui uſuram exercent, pecuniam cum fœnore exigentes a provincialibus. Utitur autem *Cicero* Græco verbo, quia ad Atticum ſcribit Græcæ linguæ ſtudioſiſſimum. In quibuſdam libris legitur *decurionibus*, quod ſane mendoſum videtur.

Todi, &

Todilli, orum, m. parvæ quædam aves, quarum meminit *Plautus in Syro*, cum ait: Cum extritis aliis, cum todillis cruſculis. Hæc *Feſtus*. Quo tamen loco multiplex eſt lectionis varietas.

Tofaceus, & Tophaceus, a, um, τόφινος, quod ex tofo eſt. *Plin. l. 17. c. 7.* Eſt alba, roſa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea.

Toficius, & Thophicius, a, um, adject. &

Tofinus, & Tophinus, a, um, adject. de tofo, qui eſt ex tofo, τόφινος. *Capitolin. in Maxim. c. 6.* Lapides toficios friare. *Suet. in Claud. c. 21.* Circo marmoreis carceribus, auratiſque metis, quæ utraque & tofina, ac lignea ante fuerant, exculto.

Tofōſus, & Tophoſus, a, um, adject. idem quod Tofaceus. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Verruca humore tofoſa.

Tofus, m. 2. *taſo*, τόφος, lapis cavernoſus, & ſcaber, qui facile in arenam reſolvitur. Pro eo etiam *tophus* ſcribitur, quaſi plane Græcum ſit. *Virg. 2. Georg. v. 214.* Et tofus ſcaber, & nigris exeſa chelydris. *Plin. l. 17. c. 4.* Nam tofus ſcaber natura.

Toga, æ, f. *toga*, כרבה, Ger. *burgerrock*, Gall. *robbe longue*, Hiſp. *toga*, τήβεννος, τήβεννα, exterior veſtis communis omnium Romanorum, tum nobilium, tum ignobilium, tum locupletum, tum inopum. Unde *togatam gentem* pro Romanis poſuit *Virg. 1. Æn. v. 286.* ¶ Dicta eſt a *tegendo*, tum quia totum tegebat corpus: tum quia alia interioribus veſtibus ſuperinjicebatur: tum etiam quia olim ſtraguli vice lectis ut ſternebant, teſte *Varrone* apud *Non. c. 14. n. 25.* Hinc eſt, ut togam pro tecto etiam uſurpaverit *Titinnius* apud *eund. Non. cap. 1. n. 3.* quæ tamen notio jam obſolevit. Igitur toga veſtis fuit rotunda, & uſque ad pedes demiſſa, clauſa, & ſine manicis, quæ uno conjectu totum corpus, & utrumque brachium operiebat. Ea in ſuperiori parte, quæ ad cervices ſedebat, ita late aperiebatur, ut dextrum brachium commode exeri, imo & totus humerus oſtendi poſſet: brachium vero ſiniſtrum non per eundem hiatum exerebatur, ſed ex inferiori parte ſub ipſa toga extenſum extremam oram in rugas, plicatamque contractam colligebat, ſubducebatque ad ſiniſtrum latus, læva manu extanta. Rugas eas, & plicas rat, quæ ſuperna a dextra cervicis parte cadentes exerto brachio colligebantur ad pectus, atque obliqua ad ſiniſtrum humerum inſtar balthei decurrebant, *ſinum togæ* appellabant. Neque tamen ſemper, neque omnibus idem mos fuit togæ geſtandæ. nam antiquiſſimis temporibus nulli ſinus fuere, tum quia brachium ſub toga tunc tenere ſolebant, quod præter cæteros diſerte notat *Quintil. l. 11. cap. 3.* tum quia ipſa toga anguſtior illis fuit, & magis corpori adſtricta: poſtea fuſior, laxiorque adhiberi cœpta eſt, maxime vero ab iis, qui molli veſtitu gauderent, ex quo majores ſinus fiebant, adeo ut interdum a dextra parte totum humerum uſque ad lumbos detegerent, ad oſtendendam pretioſam tunicam, vel latum clavum in ea intextum; a ſiniſtra vero laciniam in humerum uſque rejicerent. Præterea adoleſcentes cum primum virilem togam ſumebant, ſolebant primo illo anno brachium (dextrum intellige, nam ſiniſtrum ſemper collectam togæ laciniam ſuſtinendo quodammodo impeditum erat) non exerere, præſertim ſi caſtrenſia ſtipendia auſpicarentur ut loquitur *M. Sen. in excerpt. controverſ. lib. 5. controv. 6.* qui tamen mos etiam temporibus Ciceronis exolaverat, ut ex ipſius oratione *pro Cœl. cap. 5.* colligitur. Candidati quoque in honorum petitionibus brachium continebant, & tunc ſolum exerebant, cum prenſandi cauſa manus porrigenda eſſet: quod videtur eſſe quibuſdam *oram ponderæ dextram porrigere* apud *Hor. l. 1. ep. 6. v. 49.* hoc eſt dexteram togæ pondere exhibitam exerere, & extendere. ¶ Cum Romanis mos eſſet aperto ſemper capite, præſertim in Urbe, incedere (extra Urbem enim in itinere pileum, petaſum, aut aliud tegumenti genus contra aeris injurias adhibebant) facile tamen erat, ſi opus eſſet, caput toga operire, quod fiebat partem ſupremam togæ ſub dextrum humerum dejectæ revocando, & ſupra caput adducendo: atque ea poſitione toga ſuper utrumque humerum æqualiter ſedebat, & nihilominus ſatis adhuc patebat ante pectus ad brachium exerendum: hac ratione caput obvolvebant ſacra facturi. quod videre eſt in icone veteris lapidis apud *Ferrar. de re veſtiar. lib. 1. cap. 10.* Cæſar quoque a conjuratis impetitus eodem modo caput obnupſit, ut eſt apud *Suetan. in ejus vit. cap. 82.* Verum tamen eſt, aliquando non ſuperiorem oram, ſed inferiorem laciniam ad caput tegendum fuiſſe adhibitam, quod *Lipſius* apud eundem *Ferrar. loc. cit.* multis oſtendit. ¶ An toga cingeretur, quæſtio eſt apud Eruditos. Affirmat *Macrobius*, quem ſatis refellit *Ferrar. lib. 2. cap. 12.* At *Manut. de quæſit. per epiſt.* de tunica Macrobium, non de toga locutum fuiſſe putat. Sane in omnibus togatorum hominum imaginibus, quas affert idem *Ferrar.* nullus cinctus apparet, ſed toga partim ſiniſtro humero, partim ſiniſtro brachio fulta ſuſtinetur. ¶ Materia togæ fuit lana coacta, quæ ſi longiore pilo eſſet, *toga pexa* dicebatur, ſcilicet ob villorum denſitatem: hinc *tritam* togam *pexæ* opponit *Martial. lib. 2. epigr. 44.* & *lib. 5. epigr. 36.* ¶ Toga *raſa* dicebatur, quæ ex lana minime villoſa confecta erat, eratque apta æſtivo tempori, ſicut *pexa* hiemali. *Id. l. 2. ep. 85.* ¶ A texturæ etiam & lanæ genere togæ dicebantur *raſa*, *denſa*, &c. ¶ Color togæ albus fuit. hoc eſt nativus albæ lanæ, qui nonnihil ad fuſcum accedit. propterea ut non alba ſolum, ſed etiam candida eſſet, amplius adhuc dealbabatur, creta adhibita ad id apta, quam ob rem *cretatam ambitionem* dixit *Perſ. ſat. 5. v. 177.* candidatam intelligens. ¶ Toga vero atrata, ſeu pulla adhibebatur in privato luctu. *V. Pullus*. Nam in luctu publico, togis depoſitis, ſaga ſumebant. *Cic. Phil. 12. & 14.* ¶ Toga palmata dicebatur, quæ palmas intextas habebat. *V. Palmatus*. ¶ Toga picta hoc eſt acu elaborata. *V. Pictus*. ¶ Alia præterea ſuere togarum genera; *Prætexta*, de qua *V.* ſuo loco, *Pura*, quæ prætextæ opponitur, quia ſcilicet nullo purpuræ prætextu diſtincta, quam ſumebant adoleſcentes, cum prætextam deponebant. *Cic. 9. Att. ep. 6.* Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem. Eadem dicebatur *virilis*, quia virilitatis initium indicabat: *libera*, quia initium quoddam erat libertatis, ut ait *Ovid. 3. Faſt.* Quo autem die ſumebatur, is dies celebrabatur magna propinquorum, amicorumque frequentia, aſcendebantque in Capitolium, religionis, & boni ominis cauſa, teſte *Val. Max. lib. 5. cap. 4.* Atque hoc eſt, quod *Plin. l. 1. epiſt. 9.* vocat officium togæ virilis, & *Tertul. de Idolol. c. 16.* ſolemnitates togæ. ¶ Toga purpurea fuit inter regum inſignia, ut patet ex *Liv. l. 31. cap. 11.* ¶ Quod ad uſum togæ attinet, certum eſt ex teſtimonio *Varron. apud Non. c. 14. n. 25.* virorum æque, & mulierum communem fuiſſe; poſtea vero ſtolis uti matronæ cœperunt, togas reliquere meretricibus, quod præter alia ſatis oſtendit illud *Horatii lib. 1. ſat. 2. v. 63.* quid intereſt, in matrona, ancilla, peccesve togata? Viri vero omnium ordinum promiſcue togis uſi ſunt, tenuiores etiam, modo ſumptus ad eam coemendam ſuppeteret: præcipue vero clientes, qui patronorum, & potentiorum limina frequentabant, togati huc illuc curſitabant ſalutaturi, ſportulaſque accepturi. quæ de re ſæpiſſime *Martialis*, qui propterea *lib. 10. epigr. 47.* inter ea, quæ vitam faciunt beatiorem, *togam raram* enumerat. hoc eſt rara officia ſalutationum. & *epigr. 18.* togas ipſas uſurpat pro clientibus ſalutationum officia obeuntibus. V. etiam *Togatus*. Plura de toga dicenda eſſent, an extra Urbem adhiberetur, an in caſtris, in conviviis, &c. de quibus ex profeſſo, & luculenter *Ferrar. de re veſtiar.* neque enim nobis omnia complecti in animo fuit. ¶ Translate toga pro pace accipitur. hinc tritum illud *Ciceronis* carmen *in Piſ. cap. 36.* Cedant arma togæ. hoc eſt pacis artibus. *Id. 3. de Orat. cap. 42.* Vir omnibus belli, ac togæ dotibus eminentiſſimus. *Tertull. de Pall. c. 5.* Plus læſum rempublicam togæ, quam loricæ.

Togatarius, ii, m. qui fabulas conſcribit, quæ *togatæ* appellantur. *Sueton. in Auguſt. c. 45.*

Togatŭlus, a, um, pauperculus, dim. a *togatus*, qui dicitur de tenuioribus, qui principes civitatis officii gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant ad ſportulam captandam. *Martial. lib. 10. ep. 74.* Quandiu ſalutator Anteambulones, & togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto?

Togātus, a, um, *togato*, German. *mit langen ſtattlichen rocken bekleidet*, Gall. *vetu de robbe longue*, Hiſpan. *togado*, τηβεννοφόρος, toga indutus. Togati Romani appellati ſunt, quoniam uſus togæ proprius Romanorum fuit, ut Græci dicebantur palliati, quod pallio utebantur. *Virg. 1. Æn. v. 286.* Romanos rerum dominos, gentemque togatam. *Cic. 5. Phil. cap. 5.* Græculus judex modo palliatus, modo togatus. ¶ Interdum ſpeciatim togati dicti ſunt homines tenuiores, qui principes civitatis officii gratia in forum ducebant, ac deinde domum reducebant: Togis enim amicti erant, non tunicis tantum, ut turba forenſis. *Juven. ſat. 1.* Sportulæ primo Limine parva ſedet turbæ rapienda togatæ. *Id. ſat. 7.* An tibi ſervi Octo, decem comites poſt te, an ſit ſella, togati Ante pedes. ¶ Interdum togatus accipitur pro urbano, cui ſagatus, ideſt militaris opponitur. Nam toga pacis, ſagum belli inſigne fuit. *Cic. pro Syl.* Cui uni togato Senatus ſupplicationem decrevit. ideſt civilem Magiſtratum gerenti. ¶ *Fabulæ togatæ* erant, in quibus Romani inducebantur, ut *palliatæ*, in quibus Græci. Ita dictæ ſunt ab habitu. Nam veſtis propria Romanorum fuit toga, Græcorum pallium. *Cic. pro Sext. cap. 55.* Togatam agere. *Vellej. lib. 2. cap. 9.* Clara etiam ſuere ingenia in Togatis Afranii, &c. Hujuſmodi fabulæ mediæ erant inter Comœdias, & Tragœdias. *Senec. ep. 8.* Non attingam Tragicos, aut Togatas noſtras, habent enim hæ quoque aliquid ſeveritatis, & ſunt inter Comœdias, & Tragœdias mediæ. ¶ *Opera togata*, dicebatur officium togatorum, ideſt hominum tenuiorum qui deducebant, & reducebant Magiſtratus, & eos, qui dignitate, & opibus præcellerent. *Martial. l. 3. ep. 46.* Exigis a nobis operam ſine fine togatam. ¶ Togata etiam dicta eſt ea Galliæ pars, quæ togis Romano more utebatur. *V. Gallia*. *Mela l. 2. c. 4. Plin. l. 3. c. 4.*

Togŭla, æ, f. τηβέννιον, parva toga. *Cic. in Piſon.* Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt. *Martial. lib. 4. ep. 26.* ignoſce, togulam, Poſthume, pluris emo.

Tolentīnum, n. *Tolentino*, col. & urbs Piceni, apud Chientum fl. parva, ſed ſatis culta, inter Maceratam & Camerinum. Pop. Tolentinates. *Plin. l. 3. c. 13.*

Tolenus, m. a. Talonus, Thelonus, fl. Marſorum, in Lirim labens, ubi Rutilius cum octo millibus Romanorum a Marſis cæſus eſt.

Tolerabĭlis, & le, o. 3. *tollerabile*, φορητός, ἀνεκτός, [illegible], quod tolerari poteſt. *Cic. 2. de Orat.* Cum boni perquam diu nulli, vix autem ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles Oratores invenirentur. *Id. de Sen. c. 3.* Moderati enim, & nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. *Id. 12. Att. ep. 18.* Nihil habeo tolerabilius, quam ſolitudinem. *Paulus JCtus l. ult. Dig. tit. 5. leg. 18.* Hanc eſſe tolerabiliſſimam ſententiam puto.

Tolerabilĭter, adv. *tollerabilmente*, ἀνεκτῶς, cum tolerantia, patienter, facile, ſine diſcrimine. *Col. l. 1. c. 2.* Quas Græci [illegible], nos diſcordantium comparationes tolerabiliter dicerimus. *Cic. Fam. 15. ep. 20.* Quo tolerabilius igniculum deſiderii tui feramus.

Tolerandus, a, um, adject. *da tollerarſi*. *Stat. 1. Theb. v. 193.* Toleranda nullis aſpera ſors populis.

Tolĕrans, antis, o. 3. *paziente*, τλήμων, καρτερικός, patiens. *Col. l. 8. c. 16.* Piſcium genera dulcis aquæ tolerantia. *Id. l. 7. cap. 10.* Tum imprudentis cuſtodis negligentiam fortiſſime ſuſtinet, plagarum, & penuriæ tolerantiſſimus.

Toleranter, adv. *pazientemente*, καρτερικῶς, tolerabiliter, patienter. *Cic. l. 4. ep. 6.* Et eum frangerem jam ipſa me, cogeremque illa ferre toleranter. *Plin. l. 8. c. 45.* At nunc anniculæ ad fœcunditatem poſcuntur, tolerantius tamen bimæ.

Tolerantia, æ, f. *tolleranza*, *pazienza*, καρτερία, φορά, [illegible], patientia. *Cic. in Parad. 2. r.* Sapientis animus magnitudine conſilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus ut mœnibus ſeptus, vincetur, & expugnabitur? *Quintil. l. 1. c. 2.* Tolerantia tamen doloris laude ſua non carebit.

Toleratio, onis, f. *ſofferimento*, ἀνοχή, actus tolerandi. *Cic. 2. Fin. c. 29.* Quædam alia toleratio eſt verior, qua uti vos non poteſtis.

Tolerator, a, um, adject. *Tacit. Ann. 12. cap. 11.* Clementiam ac juſtitiam, quanto ignara Barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret. Al. leg. *toleratiora*.

Tolĕro, as, a. t. *tollerare*, *patire*, *ſopportare*, *ſoffrire*, סבל, German. *erdulden*, Gall. *endurer*, Hiſpan. *ſufrir*, ὑπομένω, ἀνέχομαι, patienter fero, perfero, patior, ſuſtineo. *Cic. 2. Catil.* Niſi idcirco ſe facilius hyemem toleraturos putant. *Id. in Fam. 7. ep. 18.* Forti animo iſtam tolera militiam. *Id. 2. Tuſc. c. 7.* Res ad patiendum tolerandumque difficilis. ¶ Accipitur etiam pro opitulari, adjuvare. *Plaut. Trin. 2. 2. 57.* Quia ſine omni malitia eſt, tolerare ejus egeſtatem volo. Et *v. 77.* Cujus egeſtatem tolerare vis? ¶ Item pro ſuſtinere, ſuſtentare, alere. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 58.* Erat ſumma inopia, adeo ut foliis ex arboribus ſtrictis, & teneris arborum radicibus contuſis equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. *Ulp. l. in lege cenſoria*, 203. *ff. de verb. ſignif.* Ex quibus agris pater familias fructus perciperet, quibus ſe toleraret. *Plin. l. 33. cap. 20.* Octona millia equitum ſua pecunia toleraviſſe. *Tacit. Ann. 15. cap. 45.* Simplici victu vitam tolerare. ¶ Tolerare abſolute pro tolerare vitam. *Tacit. Ann. 4. cap. 40.* Poſſe Liviam ipſam ſtatuere, nubendum poſt Druſum, an in penatibus iiſdem tolerandum haberet. ¶ *Toleror*, pro tolero, deponentium forma affert ex antiquorum uſu *Priſcian. l. 8.*

Toles, ium, f. inflammatio faucium. *Feſt.* Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonſillæ dicuntur.

Toletānus, a, um, ad Toletum pertinens. Toletani, orum, ejus urbis cives. *Liv. l.* 35. *c.* 22. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Tolētum, *Toledo*, Τολητον, col. & urbs Hiſp. Tarr. olim caput Carpetanorum, poſtea regia Gothorum, & Maurorum, hodie caput Caſtellæ Novæ, & antea Regum ſedes, ampla, & elegans, cum arce antiqua in colle, ad Tagum fl. circumfluentem, in umbilico Hiſpaniæ. Incolæ Toletani dicuntur. *Plin. l. c.* 3.

Tollēno, onis, m. genus machinæ, quo trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus a tollendo. Ita deſcribit *Feſtus*, ex cujus verbis non obſcure colligitur, tollenonem eſſe cum trabi in terram defixæ ſuperne connectitur altera tranſverſa, quæ ante ſuſtollitur, tum deorſum agitur, cujus rei exemplum videmus in quibuſdam puteis. Hujuſmodi machinis Archimedes in obſidione Syracuſarum Romanas naves ferrea manu in proram injecta extollebat, & in puppim ſtatuebat, gravi ex altera parte plumbi libramento ad ſolum recellente, ut legere eſt apud *Liv. l.* 24. *cap.* 34. qui tollenonis meminit etiam *lib.* 38. *cap.* 5.

Tollo, onis, m. idem ac tolleno. *Plaut. Rud.* 2. 5. 24. Heus ſic tollonum gratia? cape hanc urnam tibi. Pleriquc tamen Codices alites omnino habent.

Tollo, lis, ſuſtuli, ſublatum, a. 3. *levare*, *alzare*, נשא, Ger. *erheben*, Gal. *élever*, Hiſp. *alzar*, *quitar*, αἴρω, ἀναιρέω, elevo, ſurſum erigo. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Tollam altius tectum, non ut ego te deſpiciam, &c. *Id.* 3. *de nat. Deor.* An ut Sol, in currum cum Phaethontem filium ſuſtulit? *Id.* 3. *Off.* Optavit, ut in currum patris tolleretur: ſublatus eſt. ¶ Interdum notat capere. *Cic. pro Cæc. c.* 21. Qui ſaxa jacerent, quæ de terra ipſi tollerent. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. At tu quantumvis tolle. ¶ Interdum aſſumere. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 10. Mea factum eſt verecundia, ut te proficiſcens non tollerem. id eſt aſſumerem ſocium itineris. *Id. pro Roſc. Amer.* Fide, ſapientiaque veſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quam ferre me poſſe intelligo. ¶ Interdum gignere. *Cic.* 13. *Phil.* Is autem humilitatem deſpicere audet cujuſquam, qui ex eadem ſuſtulerit liberos. *Suet. in Ner. c.* 5. Deceſſitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina. ¶ Interdum nutrire, quod a moribus, & inſtitutis veterum ſumptum eſt, qui, ſi infantes ali volebant, depoſitos humi tollebant, unde & Dea quædam *Levana* dicebatur, ut ſcribit *Auguſtinus*, ſi nolebant ali, jubebant exponi. *Ter. Andr.* 1. 3. 14. Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere. *Id. Adelph.* 5. 3. 23. Tu illos duos olim pro re tollebas tua, quod ſatis putabas tua bona ambobus fore. ¶ Interdum auferre, removere, *togliere*. *Cic.* 1. *Ver.* Quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. *Id. de Am. c.* 13. Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. *Id. pro Planc.* Noluerunt ii, qui judicabant, hanc patere inimicitiis viam, quam quiſque odiſſet, ut eum teſtimonio poſſet tollere. id eſt de medio auferre, privare vita, vel urbe. *Id.* 1. *Fin.* Tu quidem, inquit, totum Epicurum pene a Philoſophorum choro ſuſtuliſti. Huc pertinet tollere metum, ſuſpicionem, dubitationem, &c. apud *Cic.* ſæpe, & alios. ¶ Interdum occidere. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 33. Sed quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat. *Id. pro R. Am. cap.* 7. Perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe. ¶ Interdum deſtruere, delere, abolere. *Cic.* 1. *Off.* Majores noſtri Carthaginem, & Numantiam funditus ſuſtulerunt. *Id. in Piſ.* Dictaturam funditus de Republica ſuſtulit. ¶ *Animos tollere*, eſt ſuperbire, audaciorem eſſe. *Ter. Hec.* 3. 5. Quia paullum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati animi ſunt. *Prop. l.* 3. *el.* 18. I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos. ¶ *Cachinnum tollere*, eſt riſum augere, in altum, & immoderatum riſum ſolvi. *Cic. de Fato cap.* 5. In quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe. ¶ *Clamorem tollere*, eſt ſummopere clamare. *Cic.* 6. *Ver. c.* 43. Clamor a vigilibus, fanique cuſtodibus tollitur. ¶ *In cælum*, vel *ad aſtra tollere*, eſt ſummis laudibus celebrare, &, quantum fieri poteſt, cælitibus æqualem facere. *Cic. pro Arch.* In cælum hujus proavus Cato tollitur. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 25. At hercule alter tuus familiaris Hortenſius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit! ¶ *Gradum tollere*, eſt ambulare. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 6. Ita eſt, adibo contra, & tollam gradum. ¶ *Legem tollere*, eſt abrogare, antiquare, corrumpere. *Cic.* 2. *de Leg.* Quid? leges non jure rogatas tollere, &c. ¶ *Manus tollere*, eſt manus ad cælum elevare, quod interdum ſignum eſt admirationis, interdum lætitiæ, & gratias agentis. *Cic.* 4. *Acad. c.* 19. Hortenſius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus ſæpe tolleret. *Id. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Suſtulimus manus & ego, & Balbus. ¶ *Minas tollere*, eſt minari, timorem incutere. *Virg.* 3. *Georg.* Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem. ¶ *Oculos tollere*, eſt recreari, lætari. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Hac tamen epiſtola, quam Aceſtes attulit, oculos paullum ſuſtulerunt. ¶ *Tollere ſe a terra*, eſt creſcere, & de herbis, arboribuſque dicitur. *Cic.* 5. *Tuſc. cap.* 13. Neque ſe tollere a terra altius poſſunt. ¶ Tollo pro differre, *prolongare*, afferri ſolet ex *Plaut. Poen.* 2. 2. *v.* 52. ſed ibi legendum *extollo*.

Tolōſa, æ, f. cognomina Palladia, apud *Martial. l.* 9. *epigr.* 101. quod ibi per ea tempora florebant literæ, *Toloſa*, Τολωσα, col. & urbs Galliæ Narb. in ipſo limite Aquitaniæ, ad Garumnam fl. perampla, caput Occitaniæ prov. ¶ Toloſa item, olim Iturisſa, *Toloſa*, urbs Hiſpaniæ, in Guipuſcoa prov. prope Orium fl. ad rad. Pyrenæorum M. ſatis culta.

Toloſānus, a, um, adject. ad Toloſam pertinens, ut Toloſana cathedra, *Sidon. in carm. l.* 9. *ep.* 16. ¶ Toloſanum aurum proverbio dicitur de re calamitoſa, & poſſidenti noxia. Nam cum oppidum Toloſanum in terra Gallia Q. Cæpio conſul diripuiſſet, multumque auri in ejus oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero, cruciabiliquo exitio periit. *Gell. l.* 3. *c.* 9. & *Juſtin. l.* 32. *c.* 3. ¶ Toloſani, orum, incolæ ſunt Toloſæ. *Plin. l.* 3. *c.* 4. & *l.* 4. *c.* 19.

Toloſas, atis, m. qui eſt e Toloſa, ut Toloſas caſſena, apud *Mart. l.* 12. *ep.* 32. ¶ Toloſates tium, populi circa Toloſam Galliæ incolentes. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 10. Qui non longe a Toloſatium finibus abſunt.

Toloſenſis, ſe, Toloſanus. *Juſtin. l.* 32. *c.* 3. Toloſenſis lacus.

Tolus, i, nomen viri, cujus caput in ponendis Urbis Romæ fundamentis repertum Capitolio nomen dedit. *Arnob. l.* 6.

Tolutarius equus, *cavallo*, *che va di portante*, ἐντροχάλης, εὔδρομος. Dicitur a *tolutim*, quia tollit alterno glomeratu pedes. Aliqui volunt, dictum eſſe a pedum volubilitate, quaſi *volutarium*. Hujus generis equi etiam *gradarii* dicuntur, quia gradu non vulgari incedunt, ſed alternis crura molliter explicantes, commodam ſeſſori præbeant vectationem, citra ullam ſuccuſſationis moleſtiam. *Senec. ep.* 87. Ita non omnibus obeſis mannis, & aſturconibus, & tolutariis præferres unicum illum equum a Catone defrictum?

Tolutilis, le, adject. ut tolutilis gradus. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 60. h. e. tolutim incedens.

Tolutiloquentia, æ, f. linguæ volubilitas, a *tolutim*, & *loquendo*. *Nævius* apud *Non. c.* 1. *n.* 12. O peſtifera, tuæ tolutiloquentia.

Tolūtim, adv. ἐντροχάλως, εὐδρόμως, *di portante*, pedes molliter tollendo, quod proprie ad equorum gradariorum inceſſum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodiſſimam ſeſſori præbent vectationem, quod genus equorum a Polluce εὔδρομοι appellantur. *Var.* apud *Non. c.* 1. *n.* 11. Ut equus, qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tolutim incedere. *Plin. l.* 8. *cap.* 42. In eadem Hiſpania Callaica gens, & Aſturica equini generis, quos Thieldones vocamus, minori forma, appellatos aſturcones gignunt, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim carpere incurſus traditur arte.

Tomacina, æ, f. idem ac tomaculum, nempe a τομή, quia eſt ſegmentum carnis, & imprimis porcinæ. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & tomacæ, & petaſones.

Tomacŭlum, i, neut. vel per ſyncopen tomaclum, *tomaſella*, *mortadella*, ἀλλᾶς, ἰσίκιον, genus edulii, quod fere fit ex jecore, abdomine, teſticulis, & vulvis ſuino minutim conciſis & jam ſemicoctis, inſuper ovis crudis, & caſeo optimo, & liquamina, pipere, aniſo, gingiberi, tegiturque omento ſuillo. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 355. Exta, & candiduli divina tomacula porci. *Martial. l.* 1. *ep.* 42. Fumantia tomacla.

Tome, f. ſectio, inciſio, τομή, a τέμνω, ſeco. *Auſon. ep.* 5. *v.* 88. Tum quid bucolice tome relinquis. h. e. cæſura quæ in bucolicis verſibus adhibetur, nempe cum verſus hexametri pes quartus eſt dactylus dictionem finiens, ut in illo *Virg. Ecl.* 1. Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

Tomentum, ti, n. γνάφαλλον, lana brevis, ac conciſa, quæ ex veſtibus a fullone poliendo detrahitur, & quicquid farciminis ex quacunque re, ſive ex fœno, aut palea, ſive ex pluma fuerit, quo culcita infarcitur. *Var. l.* 4. *de L. L.* Poſtquam tranſierunt ad culcitas, quod in eas lanæ, aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. *Suet. in Tib. c.* 54. Adeo alimenta e Druſo ſubducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere. ¶ Tomentorum plura genera fuerunt. Primo loco numerantur Leuconica, & Lingonica, quæ erant e lanæ raſæ floccis, & erant ditiorum hominum. Ut Lingonicum dixere tomentum a Lingonibus Celtarum populo, cujus Cæſar, & alii meminere, ſic idem Leuconicum vocarunt a Leuconibus, ſive Leucones idem, ac Lingones, ſive potius iidem, ac Leuci, quos Lingonibus vicinos facit Ptolemæus. Hinc *Plin. l.* 8. *c.* 48. dicit, ſuo tempore tomenta Gallicis diſcerni nominibus. ¶ Fuit & tomentum circenſe, quod fiebat ex arundinibus conciſis, unde a Martiale conciſa palus dicitur. Circenſe dictum eſt, quia in circo veniret, & fuit proprium pauperum. *Martial. l.* 14. *ep.* 160. Tomentum conciſa palus circenſe vocatur. Hæc pro Leuconico ſtramina pauper emit. *Seneca*, *de vita beata*, *c.* 25. Nihilo miſerior ero, ſi laſſa cervix mea in manipulo fœni acquieſcet, ſi ſuper circenſe tomentum per ſuturas veteris lintei effluens incubabo. Fiebat quoque tomentum ex gnaphalio herba. Nempe gnaphalion dicta eſt, quia inde fieret gnaphalon, hoc eſt tomentum. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Tomex, ſive tomix, icis, f. θώμιγξ, reſtis ex cannabi impolita, & ſparto leviter torta, vel alia materia, ex qua funes fiunt. Scribitur a nonnullis *thomex* cum aſpiratione, ſecutis Græcam vocem. *Col. l.* 12. *c.* 32. Deinde faſciculus tomice palmea, aut juncea ligato. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Tomice ex ſparto Hiſpanico religentur. *Pallad. l.* 1. *c.* 13. Et hinc inter eas pertiſas erigemus, tomicibus alligatis.

Tomitæ, arum, m. Tomi oppidi incolæ. *Ovid.* 2. *Triſt. eleg.* 2.

Tomitānus, a, um, adject. ad Tomitum oppidum, ſive Tomitas pertinens, ut Tomitana terra. *Ovid.* 1. *de Ponto*, *eleg.* 1.

Tomos, ſive Tomus, fem. *Kiovia*, urb. Mœſiæ inf. in Bulgaria reg. in ora Ponti Euxini, Odeſſo proxima, celebris exilio P. Ovidii Naſonis. Dicta eſt a τομή, *ſectio*, vel a τόμος, h. e. fruſtum ſectione ablatum, quod ibi Medea, cum fugeret ex Colchide una cum Jaſone, Abſyrtum fratrem ſecum adductum in membra diſcerpſit, eaque variis in locis ſparſit, ut patrem perſequentem in filii membris colligendis occupatum retardaret. *Ovid. l.* 3. *Triſt. eleg.* 9. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. ¶ Condita fuit a Mileſiis. *Ovid. l.* 1. *Triſt.* A quibus adveniat Mileſida ſoſpes ad urbem, Offenſi quo me contulit ira Dei.

Tomus, i, m. Græce eſt ſectio, pars, τόμος. Speciatim ſic appellatur chartæ ſectio, ex qua convoluta volumen efficitur, *un pezzo di carta*. *Martial. lib.* 1. *epigr.* 67. Erras, meorum fur avare librorum, Fieri poetam poſſe qui putas tanti, Scriptura quanti conſtat, & tomus vilis.

Tomyris, f. 3. Τόμυρις, Regina nobilis Maſſagetarum in Scythia, quæ Cyrum Perſarum Regem, qui Scythis bellum intulerat, ejuſque filium cum tertia copiarum parte per inſidias occiderat, & ipſa ad anguſtias perductum, compoſitiſque inſidiis in montibus, cum ducentis Perſarum millibus trucidavit. Neque hoc tamen victoria contenta fuit, ſed emollita animi rabies. Caput Cyri amputatum in utrem humano ſanguine repletum conjici juſſit, his verbis inſultans: Satia te ſanguine, quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſemper fuiſti. *V. Juſtin. c.* 8. *Tibull. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 143. Nec qua regna vago Tomyris finiret Araxe.

Tonans, antis, o. 3. *tonante*, βροντῶν, particip. a tono, ſive a tonat. *Cic.* 2. *de Divin.* Jove tonante, fulgurante comitia haberi nefas. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Tiberium principem tonante cælo ea coronari ſolitum ferunt contra fulminum metus. ¶ Tonans, tis, abſolute dicitur Jupiter. *Sen. in Herc. Fur.* Soror Tonantis, hoc enim ſolum mihi nomen relictum eſt, &c.

Tonātio, onis, f. *tuono*, actus tonandi. *Sen. l.* 2. *Nat. Quæſt. c.* 12. Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit, illa, ut ita dicam, comminatio eſt, & conatio ſine ictu, iſta jaculatio cum ictu.

Tondĕo, es, totondi, tonſum, a. 2. *toſare*, גזז, Ger. *ſcheren*, Gal. *tondre*, Hiſp. *treſquillar*, κείρω, ξυρέω, τίλλω, eſt lanam, capillos, & hujuſmodi incidere, a τομεύς, *ſecare*. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 20. Tondebant barbam, & capillum patris. *Virg.* 3. *Georg. v.* 312. Nec minus interea barbas, incanaque menta Cinyphii tondent hirci, ſetaſque comantes. Ubi quidam Interpretes *tondent* pro *tondentur* poſitum putant: ſed ut ut hoc loco ſe res habeat, *tondere* certe dicitur non ſolum qui tondet, ſed etiam qui tondetur: qua ratione & *lavo*, ſæpe uſurpatum legitur. *Sueton. in Auguſt. c.* 79. In capite tam negligens, ut raptim compluribus tonſoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. *Celſ. l.* 6. *c.* 6. *n.* 8. Tonderi ad cutem, *fin ſulla pelle*. ¶ *Tonſus eſt* pro totondit. *Solin. c.* 14. (*al.* 9.) Crines tonſus eſt, & mœrorem vultu publicavit. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſecare, demetere. *Virg.* 1. *Georg.* Arida prata tondentur. ¶ Item pro depaſcere. *Virg.* 1. *Georg.* Tercentum nivei tondent dumeta juvenci. ¶ Item pro ſpoliare, privare. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 8. Tondebo auro uſque ad vivam cutem. h. e. totum aurum emungam.

Toneſco, is, n. 3. idem ac tono. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 838. Tunc repente cælitum altum tonitribus templum toneſcit.

Tonitrualis, & le, o. 3. βρονταῖος, in quo fit tonitru. *Lucret. l.* 1. *v.* 1096. Ne ra ruant cæli tonitralia templa ſuperne.

Tonitruālis, le, adject. qui tonitrua immittit, h. e. Jupiter. *Apulej. de Mundo*. Dicitur (Jupiter) & fulgurator, & tonitrualis, & fulminator.

Tonitrŭo, as, n. tonitrua edo. *Commodian. inſtruct. 6.* Inſipiens Jovem tonitruare tu credis.

Tonitrus, us, m. in ablat. ſingulari Tonitru, & in dat. plurali Tonitribus, item Tonitruum, i, n. & in plurali Tonitrua, *tuono*, רעם, Ger. *der donner*, Gal. *tonnere*, Hiſp. *tronido*, βροντὴ, βρόμος, ſonus nubis ictæ, fragor ille, qui fit inter nubes, a *tono*. *Virg. 4. Æn.* Tonitru cœlum omne ciebo. *Cic. l. 2. de Div. c. 18.* Nonne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quod tonitrua, jactuſque fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem? *Liv. l. 1. c. 16.* Subito coorta tempeſtas cum magno fragore, tonitribuſque tam denſo Regem operuit nimbo, &c. *Juven. ſat. 5.* Faciant optatas tonitrua cœnas. h. e. optatas propter tubera, quæ erant in deliciis ciborum, & dicebantur creſcere præcipue tempore crebrorum tonitruum. *Feſtus te vace Claudiana tonitrua*. Uti veri tonitrus ſimilitudinem imitaretur. *Plin. l. 8. c. 37.* Tonitrus ſolitariis avibus abortus inferunt. *Senec. 2. quæſt. nat. c. 56.* Hæc antiqui *fulgetra* dicebant, *tonitrua* nos pluraliter dicimus: antiqui aut *tonitruum* dixerunt, aut *tonum*. *Trebel. Pol. in Gallien. c. 5.* Auditum præterea tonitruum, terra mugiente, non Jove tonante. ¶ Genitivus plur. ſumitur ſæpius a *tonitrus*, quam a *tonitruum*. *Cælius ad Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Clamor tonitruum, & rudentum ſibilus. ¶ Reperitur etiam *tonitruus*, i, m. *Hieronym. ep. 61. ad Pammach. c. 4.* Tonitruus Gentium, flumen eloquentiæ Chriſtianæ. ¶ Affertur a quibuſdam Lexicographis, & a *Choriſ. Grammat. l. 1. tonitru*, n. 4. ſed hujus poſitionis nullum adhuc exemplum vidimus.

Tono, as, nui, n. *tuonare*, רעם, Ger. *donnern*, Gal. *tonner*, Hiſp. *tronar*, βροντᾶν, ſtrepo, & proprie dicitur de nubibus. *Virg. 9. Æn.* Cœlum tonat omne fragore. *Cic. 2. de Divin.* Si fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de cœlo. *Id. ibid.* Cum tonuit lævum bene tempeſtate ſerena. ¶ Tranſlate ſumitur pro reſonare. *Martial. l. 9. epigr. 72.* Murmure jam ſævo, cerberibuſque tonas. ¶ Tonare laudes alicujus, eſt magnopere efferre. *Plin. in præf. l. 3.* Quanto tu ore laudes patris tonas. ¶ Tonare etiam dicuntur magni Oratores. *Cic. in Orat. c. 9.* Pericles ab Ariſtophane poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſt. *Col. in præfat. l. 1.* Neque enim ipſa Cicero territus ceſſerat tonantibus Demoſthenis, Platoniſque. ¶ Legitur & *tono*, *nis*. *Var. apud Non. c. 1. n. 245.* Tympana non inani ſonitu tonimus. h. e. pulſamus, ſonamus.

Tonor, oris, m. ita dictus eſt ab antiquis tenor, hoc eſt accentus, teſte *Quintil. l. 1. c. 5.*

Tonotĭcus, a, um, adject. vim intendendi habens. *Theodor. Priſcian. de diæta, c. 9.* Maſſa ſatus carthartica, ſoria tonotica.

Tonſa, æ, & Tonſæ, arum, f. ἐρετμοὶ, imæ remorum partes, quibus aqua tunditur. *Feſtus* deducit a *tondendo*, his verbis: Tonſam *Ennius* ſignificat remum, quod quaſi tondeatur ferro, cum ait *libro ſeptimo*, Poſte recumbunt, veſtraque pectora palliſe tonſis. *Item*, Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas. *Et in Aſoto*, Alius in mari vult magno tenere tonſam. *Virg. 3. Æn. v. 28.* Et in lento luctantur marmore tonſæ. *Stat. 5. Theb. v. 340.* Aſt ubi ſuſpenſis ſiluerunt æquora tonſis.

Tonsĭlis, & le, n. 3. *toſato*, κουρευόμενος, quod tonſum eſt, a *tondeo*, ut *Tonſile nemus*, cujus rami eminentiores reſecti ſunt; *Tonſilis corona*, ſeu *tonſile ſertum*, ubi folia parum tantummodo eminent. *Tonſiles tapetes*, ideſt ſine villis. *Martial. l. 6. ep. 80.* Tonſilibus ſertis omne rubebat iter. *Plin. l. 12. c. 2.* Primus C. Marius nemora tonſilia invenit. *Idem l. 8. c. 50.* Villo tonſili veſtiuntur.

Tonſilla, æ, f. palus, ad quem naves ligantur, dim. a *tonſa*. *Feſt.* Tonſillam ait eſſe *Verrius* palum dolatum in acumen, & cuſpide præferratum, ut exiſtimat, quem configi in litore navis religandæ cauſa. *Pacuvius in Medo:* Acceſſi ad eam, & tonſillam pegi lævo in litore.

Tonſillæ, arum, f. παρίσθμια, glandulæ faucium, item illarum glandularum morbus, dum vel inflammantur, vel ob affluxum materiæ aqueæ, & pituitoſæ intumeſcunt, vel etiam quando ob defectum humiditatis alimenti reſiccantur, & ita deglutitionem quovis modo impediunt. *Feſt.* Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonſillæ dicuntur. *Plin. l. 11. c. 37.* Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Linguam autem ad radices ejus hærens excipit ſtomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore: is utraque ex parte tonſillas attingens palato extremo, atque intimo terminatur.

Tonſio, nis, f. actus tondendi. *Cato R. R. c. 2. ad fin.* Pecus conſideret tonſionem uti faciat. Ita Editio A. 1472. Aliæ *auctionem*.

Tonſĭto, as, a. 1. freq. a tonſo. *Plaut. Bacch. 5. 2. 9.* Reſin' ter in anno tu has tonſitari?

Tonſor, oris, m. *barbiere*, גלב, Ger. *ſcherer*, Gall. *barbier*, Hiſp. *barbero*, κουρεύς, qui barbam, & capillos tondet, vel aliud quippiam. *Varro l. 2. de R. R. c. 11.* Omnino tonſores in Italiam primum veniſſe ex Sicilia dicuntur poſt Romam conditam anno 454. ut ſcriptum in publico Ardeæ in literis extat, eoſque adduxiſſe P. Ticinium Menam. *Cic. 5. Tuſc. c. 20.* Dionyſius, ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. *Hor. l. 1. ſat. 7.* Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe. h. e. rem apud omnes jam eſſe pervulgatam. ¶ Tonſor inæqualis dicitur ab *eod. Horat. l. 1. ep. 1. ad fin.* qui inæqualiter tondet.

Tonſōrĭus, a, um, κουρικὸς, quod ad tondendum pertinet, ut Culter tonſorius. *Cic. 2. Off. c. 7.* Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum.

Tonſtrīcŭla, æ, f. κουρεύτριδιον, dim. a tonſtrix. *Cic. 5. Tuſc. c. 20.* Regiæ virgines ut tonſtriculæ tondebant barbam, & capillum patris.

Tonſtrīna, æ, f. *barberia*, Ger. *ſcherſtube*, Gal. *barberie*, Hiſp. *barberia*, κουρεῖον, officina tonſoris. *Ter. Phorm. 1. 2. 39.* Eo advorſum ei loco tonſtrina erat quædam. *Plin. l. 29. c. 6.* Hæc & vulneribus tonſtrinarum ſanguinem ſiſtit.

Tonſtrix, icis, f. *barbiera*, [illegible], Ger. *ſcheerin*, Gal. *barbiere*, Hiſp. *barbera*, κουρεύτρια, quæ tondet, mulier tonſoris officia fungens. *Plaut. Truc. 2. 4. 51.* Tonſtricem Syram noviſti noſtram.

Tonſūra, æ, f. *tonſura*, *toſatura*, κουρά, tondendi actus. *Col. l. 11. c. 1.* Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonſuræ præparentur. *Plin. l. 17. c. 27.* Vitis tantum tonſuram annuam quærit, alternam myrtus, punicæ, oleæ.

Tonſus, us, m. 4. idem ac tonſura. *Plaut. Amph. 1. 1. 288.* Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſus, vel labra. *Accius apud Non. c. 2. n. 830.* Sed quænam hæc eſt mulier, funeſta veſte, tonſu lugubri?

Tonſus, a, um, *toſato*, Ger. *beſchoren*, Gall. *tondu*, Hiſp. *traſquilado*, κουρίας, κεκαρμένος, cui lana, vel barba, vel coma abſciſſa eſt. *Cic. in Piſ. c. 8.* Cum illa ſaltatrice tonſa. *Martial. l. 11. epigr. 40.* Jam mihi nigreſcant tonſa ſudaria barba. *Virg. 5. Æn.* Ipſe caput tonſæ foliis evinctus olivæ. Ubi ſic *Servius*, Tonſæ olivæ, minutis foliis compoſitæ: Habiturum ſe autem coronam tonſilem dixit. Quibus ex verbis clare liquet, tonſilem coronam, & tonſam idem notare, nempe minutis foliis compoſitam. ¶ Aliquando pro privato, ut *Tonſi montes*, & *tonſæ Valles*, quæ arboribus, & ſylvis exuti comis ſuis viduatæ ſunt. *Virg. 4. Georg.* Tonſis in vallibus illum Paſtores, &c. ¶ *Tonſus reus* idem eſt, qui abſolutus: nam dum cauſa ageretur, rei nec barbam, nec capillum reſecabant, abſoluti vero tondebant, & in Capitolium aſcendebant gratias acturi. *Martial. l. 2. ep. 74.* Ad alta tonſum templa cum reum miſit.

Tŏnus, i, m. *tono*, *tuono di voce*, Ger. *ton*, Gal. *ton*, *accent*, Hiſp. *tono*, *ſonido*, accentus, tenor, a τείνω, quod proprie intentio, & ſpeciatim ſoni intentio. *Vitruv. l. 5. c. 4.* Harmonia tetrachordorum & tonos, & dieſes habet binas: dieſis autem eſt toni pars quarta. *Martian. Capell. l. 9.* Dulciſſimi toni. ¶ In picturis ſplendor intermedius inter lumen, & umbram, tonus dicitur. *Plin. l. 35. c. 5.* Deinde adjectus eſt ſplendor alius hic, quam lumen, quem, quia inter hoc & umbram eſſet, appellaverunt Græci tonon: commiſſuras vero, & tranſitus armogen.

Tŏparcha, æ, m. τοπάρχης, regionis præfectus. *Spartian. in Adrian. c. 13.* Toparchas, & reges ad amicitiam invitavit.

Tŏparchĭa, æ, f. τοπαρχία, regionis præfectura. *Plin. l. 5. c. 14.* Reliqua Judæa dividitur in toparchias decem.

Tŏpazius, ii, f. *topazio*, Ger. *topaſſ*, Gal. *topaſſe*, Hiſp. *topacio*, τοπάζιος, gemma coloris aurei, & vitrei. Dicta eſt a Topazo inſula Indiæ, quæ & *Pax* dicebatur, & *Opaz*, & *Topaz*. V. *Plin. l. 37. c. 8.*

Tŏpāzos, f. inſ. maris Rubri, quæ topazium lapidem gignit. *Plin. l. 6. c. 29. & l. 37. c. 8.*

Tŏper, adv. cito, fortiter, apud veteres. *Nævius apud Feſt.* Capeſſe flammam Vulcani toper. ¶ Quemadmodum Græcis τάχα, ita & toper Latinis cito notat, & fortaſſe. *Accius apud eund. Feſt.* Toper, ut fit, patris nunc reſeit itas. ¶ Legitur & *topper*. ¶ *Quintil. l. 1. c. 6.* (al. 11.) docet hanc vocem, ut nimis vetuſtam, inter obſoletas numerandam eſſe.

Tophus cum derivatis, V. *Tofus*.

Tŏpĭa, orum, n. *paeſi dipinti*, picturæ, in quibus regiones, nemora, portus, litora, flumina, & alia id genus repræſentantur. *Vitruv. l. 7. c. 5.* agens de ratione pingendi in ædificiis, cum dixiſſet, antiquos primum tectorio opere, & coloribus cruſtarum marmorearum varietates imitatos fuiſſe, Poſtea, inquit, ingreſſi ſunt, ut etiam ædificiorum figuras, columnarumque & faſtigiorum eminentes projecturas imitarentur. patentibus autem locis, ut exhedris, propter amplitudinem parietum, ſcenarum frontes Tragico more, aut Comico, aut ſatyrico deſignarent: ambulationibus vero, propter ſpatia longitudinis, varietatibus topiorum ornarent, ab certis locorum proprietatibus imagines exprimentes, pinguntur enim portus, promontoria, litora, flumina, fontes, euripi, fana, luci, montes, pecora, paſtores: nonnullis locis item ſignorum megalographiam, habentem Deorum ſimulacra, ſeu fabularum expoſitas explicationes, non minus Trojanas pugnas, ſeu Ulyſſis errationes, per topia, cæteraque, quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata. Hactenus *Vitruv.* cujus verba duabus de cauſis longiora huc tranſtulimus: primum, ut facile intelligi poſſet, de pictura hic ſermonem eſſe, non de topiario opere (de quo V. *Topiarium*) quod nonnulli putarunt, deinde ut quid *topiorum* nomine veniat, clare ex ipſius Vitruvii verbis explicaretur.

Tŏpĭæ, arum, f. genus quoddam ficuum, apud *Colum. l. 5. c. 10.*

Tŏpĭārĭa, æ, f. ars, quæ verſatur circa opera topiaria, ut *argentaria*, quæ circa argentum. Hinc topiariam facere, eſt artem exercere topiarii operis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Ut denique illi palliati topiariam facere videantur.

Tŏpĭārĭum opus, *lavoro fatto di frondi*, *erbe inteſſute*, *e ſimili*, τοπιαριον ἔργον, opus ex arbore, aut frutice, aut herba, ornatus, aut vitandi æſtus cauſa factum, ut ſunt teſtudines, cameræ, naves, aviculæ, & hujuſmodi, quæ ex buxo, vel hedera, & aliis, quorum natura ſequax eſt, & flexibilis, fieri conſueverant. Quidam topiarium dici ex eo volunt, quia funiculus Græcis τόπια appellant, ut ex Heſychio diſcimus, qui τοπεῖον, ſeu τόπιος, ſive τοπίον, exponitur σχοινίον. Ratio appellationis eſt, quod in opere topiario frutices, & arbuſculæ tonſiles, quæ eo ut torquentur & flectuntur, uſque dum animalium, vel aliarum rerum ſimilitudinem expræſentent, topiis, ſive funiculis ſoleant alligari. Id magis placet, quam ut dicantur ita, quia arbuſculæ illæ flexiles, & ſequaces ſint inſtar funiculorum, quod quibuſdam aliis videtur. Hæc *VoſT. in Etymolog.* Alii tamen ita dici cenſent a τόπος, ideſt locus, eo quod varia in eo loca conſtituantur, ſive per excellentiam, quod loca iſtiuſmodi ad voluptatem mire faciunt. *Cic. l. 3. ad Q. Fr. ep. 1. c. 2.* Topiarium laudavit: ita omnia convestit hedera, &c. *Plin. l. 15. c. 30.* Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur, ramus ſpargit a radice topiarii, ac coronarii operis.

Tŏpĭārĭus, ii, m. τοπιαριος, qui topiaria opera facit, ſicut *coronarius*, qui facit coronas. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, &c. *Junior Plin. l. 3. ep. 19.* Atrienſes, topiarii, fabri.

Tŏpĭārĭus, a, um, ad topiaria opera aptus, ut Acanthus topiarius, apud *Plin. l. 22. c. 22.*

Tŏpĭca, orum, n. pl. τοπικὰ, libri in quibus de inventione argumentorum diſſeritur, a τόπος, *locus*, quod in iis docetur, quemadmodum ex certis locis argumenta eruantur. Ita inſcripti ſunt libri Ariſtotelis, & Ciceronis. *Cic. l. 7. Fam. ep. 19.* Inſtitui topica Ariſtotelica conſcribere.

Tŏpĭce, es, f. τοπικὴ, ars inveniendorum argumentorum. *Cic. in Top. c. 2.* Inveniendi artem, quæ topice dicitur, quæ ad uſum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

Tŏpĭum. V. Topia.

Topper. V. Toper.

Tŏral, ſeu torale, is, n. ἐπίβλημα, στρῶμα, quodvis lecti ſtragulum, a *torus*. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 22.* Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nares. *Lamprid. in Elag. c. 19.* Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit. *Torale* in recto caſu habet *Varro l. 4. de L. L.*

Torcŭlar, aris, n. *torchio*, *torcolare*, [illegible], Ger. *trott*, Gal. *preſſer*, *preſſoir*, Hiſp. *torno*, ληνός, machina premendis uvis, oliviſque accommodata, a *torquendo*, quia in eo uvæ, & olivæ torquentur, ac premuntur. Differt a prælo, quia hoc eſt pars torcularis: torcular enim dicitur tota machina, qua oleæ, & uvæ premuntur. *Col. l. 12. c. 50.* Olivam diligenter mundatam oportebit protinus in torcular deferri, & integram in fiſcinis novis includi, præliſque ſubjici. *Plin. l. 15. c. 1.* An maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis. ¶ De quantitate penultimæ pugnant Grammatici. Plerique corripiendam cenſent: alii qui producendam putant, afferunt illud *Portunati de partu Virg. 169.* Calcaturas erat qui torcularia ſulcos. quod carmen mendoſum eſſe alii contendunt.

Torcŭlārĭum, ii, n. idem ac torcular. *Cato de re ruſt. c. 18.* Torcularium ſi ædificare velis.

Torcŭlārĭus, ii, m. ληνεύτης, qui torculari uvas, vel olivas premit. *Col. l. 12. c. 50.* Quia interdum multitudo baccæ torculariorum vincit laborem.

Torcŭlārĭus, a, um, ληνικός, quod ad torcular ſpectat. *Col. l. 12. c. 18.*

Digitized by Google

c. 18. Tum lacus vinarii, & torcularii, & fora, omniaque vaſa &c. Ad. de *Catonem* c. 11.

Torcŭlo, as, a. 1. torculari exprimo. *Vannat. Fortun.* V. Apotheco.

Torcŭlum, i, n. idem ac torcular. *Plin. l.* 18. *c.* 31. Viginti jugeribus ſufficit unum torculum. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 55. Torcula olearia.

Torculus, a, um, quod ad torcular ſpectat. *Cato c.* 135. Funem torculum ſiquis faciet. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. Torcula vaſa vindemiatoria.

Torês, is, m. idem ac torques, apud vet. *Charſ. l.* 1. Servilius, ut etiam Flavius Pomponianus vocat. aureus tores pro torquem.

Toreuma, atis, n. *opera di baſſo rilievo*, [illegible], vas (vel aliud quippiam) cælatum, plerumque aureum, vel argenteum, a [illegible], *ſcalpo*, *calo*, quod a [illegible], quod eſt inſtrumentum, quo quid teritur, ſive cælatur. *Cic.* 4. *Ver.* Toreumata ſane nota, ac pretioſa auferuntur. *Id.* 6. *Verr.* De hac Verre dicitur habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta. *Martial. l.* 3. *ep.* 3. Artis Phidiacæ toreuma clarum.

Toreutĭce, es, f. 1. *arte di ſculpire, o intagliare*, [illegible], anaglyptice ſculptura, ars cælandi. Ejus partes plures fuere. Vel enim in corpore vaſis cælat figuras, vel ſigilla ſua, quæ vaſi includantur, & illigentur, (emblemata dixere) vel cruſtas aſſutas vaſis inducit, unde *cruſtarii* nomen. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *de Phidia*, Primuſque artem toreuticen aperuiſſe, atque demonſtraſſe merito judicatur. *Id. l.* 35. *c.* 10. Ideo neque in hac, neque in toreutice ullius, qui ſervierit, opera celebrantur.

Tormen. V. Tormina.

Torini, m. e. pop. Scythiæ, ſeu Sarmatiæ Europææ, Jaxamatis proximi, ubi perfecti mellis copia. *Flacc. l.* 6. *Argon.* Mellis honos Torinis, ditant ſua mulctra Satarchen.

Tormentuoſus, a, um, adject. torminibus plenus. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 5. 6. Ligationes tormentuoſi organi.

Tormentum, i, n. *artiglieria*, [illegible], id, quo aliquid torquetur, machina, quæ tela, ut ſaxa, pilas plumbeas, & alia jacit, cujuſmodi fuit catena ferrea, qua ſolebant magnas moles e catapultis torquere, a *torquendo*, quod jacere ſignificet. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 24. Ut enim baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta, atque adducta vehementius. *Tacit.* 4. *Hiſtor. c.* 23. Sed accuſſa baliſtis ſaxa ſtravere informe opus, & crates, vineaſque parantibus, adactæ tormentis ardentes haſtæ. ¶ Videtur etiam ſumi pro eo quod tormento jacitur, ut ſagitta, haſta. *Plin. l.* 8. *c.* 13. Nec pedibus centum pavendas ſerpentes, ſed & miſſili velut tormento. *Stat. Theb. l.* 9. *v.* 145. non illum impacta moverent tormenta. ¶ Tormentum quoque dicitur cruciatus, qui alicui adhibetur eruendæ veritatis gratia, ut eculeus, fidiculæ, ignis, pectines ferrei, & ſimilia, a *torquendo*, quod ſignificat cruciare, *tormento*, [illegible], Ger. *peinigung*, Gal. *tourment*, Hiſ. *tormento*, [illegible]. Sed tamen generatim de quocunque cruciatus inſtrumento uſurpari ſolet, quemcunque ad finem fiat, ſive ad eliciendam veritatem, ſive ad crimen puniendum, ſive ad ſatiandam crudelitatem. *Cic. pro Dejot.* Cum more majorum de ſervo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat. *Id. pro Sylla c.* 28. Quæſtiones nobis ſervorum, ac tormenta accuſator minitatur. *Id. in Paras. c.* 14. Perferre vim tormentorum. *Id.* 3. *Offic.* Adhibere tormenta. *Apul. l.* 10. *Metam.* Vi tormentorum veritatem eruere. ¶ Tranſlate *Hor. l.* 1. *ep.* 2. Invidia Siculi non invenere Tyranni Majus tormentum. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Naſturtium nomen accepit a narium tormento. *Plin. l.* 8. *ep.* 23. In tantis tormentis eram, cum hæc ſcriberem. ¶ Sic etiam vocarunt morbi genus, quod Græci [illegible] vocant. Nominis cauſam his verbis affert *Cælius Aurelianus*, *l.* 3. *Acut. c.* 17. Tormentum dictum eſt, quod exiſtiment ægrotantes convolvi, atque torqueri ſuorum inteſtinorum vertícula: vel quod ſpiritus ob abſtinentiam clauſus ſe ſe involvens vertiginem, atque tormenta efficiat: vel quod vehementia dolorum ſupra cæteras partes, quæ patiuntur, ægrotantes evertere, convolutique jaceant. ¶ Ducta metaphora a tormentis, quibus aliquis cruciatur, tormenta dicuntur purgationes, & poliſſiones ſæpius repetitæ, quæ veſtibus adhibentur, ut niteant. *Senec. de Tranquill. c.* 1. Placet non ex arcula prolata veſtis, nec ponderibus, aut mille tormentis ſplendere cogentibus expreſſa, ſed domeſtica, & vilis.

Tormĭna, um, (nam *tormen* in ſingulari num. non eſt in uſu) n. *diſſenteria*, *dolore di ventre*, Ger. *bauchgrimme*, Gal. *tranchées de ventre*, Hiſp. *torçones*, [illegible], [illegible], morbus inteſtinorum, a *torquendo*. *Celſ. l.* 4. *c.* 16. Proxima his inter inteſtinorum mala tormina eſſe conſueverunt, [illegible] Græce vocatur. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 19. Quamvis idem forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbeat. *Cal. l.* 6. *c.* 7. Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta, & mucoſa ventris proluvies.

Tormĭnălis, & le, o. 3. [illegible], quod tormina infert. *Plin. l.* 15. *c.* 21. *de ſorbis.* Quartum genus torminale appellant. *Celſ. l.* 2. *c.* 30. Sorba, magiſque ea, quæ torminalia vocantur.

Tormĭnum, pro Tormina, protulit *Nonius c.* 1. *n.* 135.

Tormĭnōſus, a, um, [illegible], dyſentericus, qui tormina patitur. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 2. Itaque dicimus gravedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Tornăcum, n. 2. *Tournay*, urbs Galliæ Belg. olim caput Pleumoſiorum, in Menapiis, in lim. Hannoniæ, ad Scaldim fl. permunita, cum arce valida recens extructa. Pop. Tornacenſes, olim Nervii, quia & ipſa urbs olim *Nervus* appellata eſt.

Tornātor, oris, m. *tornitore*, *tornitore*, qui tornat. *Firmic. l.* 4. *c.* 7. Facit quoque tornatores, aut ſimulacrorum ſcalptores.

Tornātus, a, um, torno factus, rotundus. *Lucr. l.* 4. *v.* 361. Fit, quaſi tornata ut ſaxorum ſtructa tuantur. Alii leg. *ad tornum*. ¶ Tranſlate ſumitur pro facto, elaborato. *Hor. de Arte*, *v.* 441. Et male tornatos incudi reddere verſus.

Torno, as, a. 1. *far al torno*, Ger. *drehen*, Gal. *tourner*, Hiſ. *tornear*, [illegible], torno conficio, vel polio. *Cic. de Univ. c.* 6. Idque ita tornavit, ut nihil effici poſſit rotundius. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Lapis eſt, qui cavatur, torneturque in vaſa coquendis cibis utilia. ¶ Interdum notat circumagere, in gyrum movere. *Plin. l.* 36. *c.* 13. Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur.

Tornus, i, m. *torno*, Ger. *drehyſen*, Gal. *tour*, *tournier*, Hiſp. *torno*, [illegible], inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua hujuſmodi circumagendo polita redduntur, a nomine Græco allato. *Virg.* 3. *Ecl.* Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Normam autem, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit. *Id. l.* 16. *c.* 40. Calices ex terebintho ſolitus facere torno.

Torōne. f. 1. *Torone*, opp. Epiri, in Theſprotia, ad oſt. Thyanidis fl. inter ipſum, & Sybotam. Quibuſdam hodie eſt *Pargu*, ſeu *Perga*, oppidulum cum arce munita, in ora prov. *Larta*. ¶ Torona item, opp. Macedoniæ, ad ſin. Toronaicum, inter Dertim, & Caſandriam, cum portu, ita dictum a Torone filia Neptuni, *Plin. l.* 4. *c.* 10. ¶ Ad ejus portum tantus fit maris fragor, ut nihil exaudiatur inter loquendum. Hinc prov. Græcum in ſurdos, *Surdior Toronæo portu*.

Toronæus, ſeu Toronaicus ſinus, *Golfo di Rampo*, al. *Golfo di Agiomena*, ſin. prope Toronen opp. Macedoniæ.

Torōſus, a, um, qui pulpam carnis muſculoſam habet, in qua eſt robur, & fortitudo, a *torus*, qua notat partem in animali extantem carnoſam. *Col. l.* 6. *c.* 13. Boves parandi ſunt novelli, cervice longa, & toroſa. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 86. multumque toroſa juventus. ¶ Per Metaphoram dicitur etiam de herbis. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Brevior eſt, ſed toroſior, amariorque inula.

Torpēdo, inis, f. pigritia, ſegnities, ſtupor. *Salluſt. in fragment. lib.* 1. *Hiſt.* Hæc ſi placent, ſi tanta torpedo animos oppreſſit. *Cato apud Gel. l.* 11. *c.* 2. Torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio. ¶ Hoc nomine appellatur etiam piſcis genus, qui limo merſus occultat ſe, & piſces ſupra natantes torpentes facit, &, poſtquam obtorpuere, devorat, a *torpeo*, quia torpedinem facit. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 50. Cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones, aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur, atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines. *Plin. lib.* 9. *c.* 42. Novit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens, merſaque in limo ſe occultat, piſcium, qui ſecuti ſupernatantes obtorpuere, corripiens. Adde eund. *l.* 32. *c.* 1.

Torpĕfacio, is, a. 3. torporem induco, torpidum reddo. Uſus eſt *Nonius* in voce Torporavit, *c.* 2. *n.* 870.

Torpĕo, es, pui, ſine ſup. *eſſer pigro*, *eſſer languido*, [illegible], Ger. *faul*, *oder laſſ ſeyn*, Gall. *eſtre engourdy*, *ou endormy*, Hiſp. *entorpecerſe*, [illegible], [illegible], ſegnis ſum, piger, remiſſus, langueo. *Virg.* 1. *Georg.* Nec torpere gravi paſſus ſua Regna veterno. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere. *Liv. l.* 28. Torpere metu. *Id. l.* 6. Conſilia torpent. *Stat.* 4. *Theb.* amnis torpens. h. e. curſu impeditus.

Torpeſco, is, n. 3. *impigrirſi*, [illegible], torpidus fio, pigreſco. *Sall. in Jug. c.* 2. Cæterum ingenium, quo neque melius, neque amplius in natura mortalium eſt, incultu, atque ſocordia torpeſcere ſinunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſpeciem, ſeu pulchritudinem amittere, *Plin. l.* 9. *c.* 35. *de margaritis*: Flaveſcunt tamen & illæ ſenecta, rugiſque torpeſcunt.

Torpĭdus, a, um, *pigro*, *ſtupido*, [illegible], Ger. *faul*, Gal. *engourdy*, Hiſp. *entorpecido*, [illegible], torpens, piger, ſegnis, ſtupens. *Liv. l.* 25. *c.* 38. Tum inter torpidos ſomno, paventeſque ad nec opinatum tumultum, & inermes in cubilibus ſuis oppreſſos illa cædes editur. *Id. l.* 22. *c.* 53. ſtupore, & miraculo torpidi.

Torpor, oris, m. *pigrizia*, *ſtupidezza*, [illegible], Ger. *faul*, Gall. *engourdiſſement*, Hiſp. *entorpecimiento*, [illegible], pigritia, ſegnities, ſtupor. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 50. Atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines. *Virg.* 12. *Æn. v.* 867. Illi membra novus ſolvit formidine torpor.

Torporātus, a, um, adject. torpidus factus, ſtupefactus. *Lactant. l.* [illegible] Humida nimiis rigoribus torporata concreſcunt.

Torpōro, a. 1. [illegible], torporem induco, torpefacio. *Turpil. apud Non. c.* 2. *n.* 870. Stupidus aſtat, ita ejus aſpectus repens cor torporavit hominis amore.

Torquātus, a, um, [illegible], torque ornatus. *Ovid. ep.* 2. Aſſuit Alecto brevibus torquata colubris. ¶ *Milites torquati* erant, qui torque aureo ab Imperatore donati erant ob rem ſtrenue geſtam, qui duorum generum fuere, ſimplares, & duplares, ex quibus illi unam annonam præter laudem, hi duas conſequebantur. *Veget. l.* 2. *c.* 7. Torquati duplares, torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſolidus virtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem interdum duas conſequebatur annonas, duplares, duas, ſimplares, unam. *Plinius* tamen *lib.* 33. *c.* 2. auctor eſt, priſcis Romanorum temporibus auxiliares tantum, & externos aureis torquibus donari ſolitos, at cives non niſi argenteis. ¶ *Palumbus torquatus*, cujus collum circulo quodam pennarum alterius coloris, velut torque cingitur. Ariſtoteles [illegible] appellat. *Martial. l.* 13. *ep.* 65. Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi.

Torquātus, i, m. cognomen T. Manlii, a torque impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit. V. *Gel. l.* 9. *c.* 13.

Torquĕo, es, ſi, ſum, & tum, a. 2. *torcere*, *volgere*, [illegible], Ger. *wenden*, Gal. *tordre*, Hiſp. *torcer*, [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], flecto, inflecto, curvo, in orbem ago. *Cic. de Univ. c.* 7. Deinde in orbem torſit, ut & ipſæ ſecum, & inter ſe ex commiſſura, quæ ex regione eſſet, jungerentur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 448. Ityræos taxi torquentur in arcus. *Id.* 1. *Æn.* Aſt illum ter fluctus ibidem torquet agens circum. idest in orbem agit, gyro celeri rotat. *Id.* 6. *Æn.* Torquetque ſonantia ſaxa. h. e. ſecum abripit. ¶ Torquere fuſum prægnantem ſtamine, *ſilare*, *Juven. ſat.* 2. *v.* 55. &, torquere ſtamina pollice, eod. ſenſu, *Ovid.* 12. *Met.* ¶ Torquere comam igne, h. e. in cincinnos flectere, *criſpare*, *Ovid.* 2. *de am. v.* 304. ¶ Torquere iter, *volgere ſtrada*, *Stat.* 12. *Theb.* Sic, torquere veſtigia ad ſonitum vocis, apud *Virg.* 9. *Æneid.* ¶ Torquere aurem ab obſcœnis ſermonibus, h. e. avertere, *Horat. lib.* 2. *ep.* 1. ¶ Sæpe ſumitur pro torquendo jacere, *ſcagliare*, *lanciare*. *Virg.* 5. *Æn.* In medios telum torſiſti primus Achivos. *Hor. l.* 1. *ep.* 2. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. ¶ Item pro gubernare. *Virg.* 4. *Æn.* Cœlum, & terras qui numine torquet. h. e. regit, in orbem agendo. ¶ Aliquando pro ſuſtinere. *Virg.* 6. *Æn.* Ubi maximus Atlas Axem humero torquet. Nam cœlum, quod Atlanti humeris innititur, perpetua converſione in orbem movetur. ¶ Præterea, torquere ſæpe ſumitur pro cruciatibus in aliquem ſævire. Nam multis in tormentis, ut in eculeo, in rota, & aliis, miſerorum membra flectuntur, & curvantur. *Cic.* 3. *Fin. cap.* 13. Non poſſe ſapientem beatum eſſe, cum eculeo torqueatur? ¶ Transfertur & ad animum, pro affligere, vexare, moleſtiam afferre. *Cic.* 3. *de Orat.* Aliquanto me major in verbis, quam in ſententiis aliquodis labor, & cura torquet. *Id. Att.* 18. *ep.* 14. Qua quidem expectatione torqueor. *Id. eadem*, *l.* 7. *ep.* 9. Equidem dies noctesque torqueor. ¶ Denique per tranſlationem dicitur de quocunque re pro avertere, pervertere *Cic. pro Cæc. c.* 72. Juris retinere ſententiam, & æquitatem, plurimum valere oportet, verbo, ac litera jus omne torqueri.

Torques, & torquis, quis, m. *collana*, *collare*, [illegible], Ger. *halsband*, Gal. *carquan*, *collier*, Hiſp. *collar*, [illegible], [illegible], aureus, vel argenteus circulus, ſæpe gemmis ornatus, qui pro colli, & ſummi pectoris ornamento geſtatur, a *torquendo*, quia retortus, & inflexus eſt. Unde & Græcis dicitur [illegible], a [illegible], flecto. *Cic.* 3. *Off. c.* 31. Atque hic Manlius is eſt, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, Torquati cognomen invenit. *Id.* 5. *Fin. c.* 80. Torque aliquem donare. *Stat.* 10. *Theb. v.* 517. Verba ſolo, vultuſque cadunt, colloque decorus Torquis in hoſtiles cecidit per vulnus arenas. ¶ Reperitur & in fœmin. genere. *Claud. Quadrigar apud Non. l.* 9 *n.* 13. Torquem detraxit, eamque ſanguinolentam ſibi in collum impoſuit. *Propert. l.* 4. *eleg.* 10. *v.* 44. (al. *eleg.* 11.) Torquis ab inciſo decidit unca gula.

Torrefacio, is, a. 3. *arroſtire*, [illegible], German. *dörren*, Gallic. *roſtir*, *ſecher*, Hiſpan. *toſtar*, *quemar*, *ſecar*, torridum reddo, arefacio, ad ignem,

ignem, ſolemve ſicco. *Col. l. 6. c. 7.* Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt, & ita conterunt.

Torrefactus, a, um, *ſeccato*, *abbruciato*, *arroſtito*. *Col. l. 2. c. 21.* Et ſubinde opportunus ſolibus torrefacta proteritur. *Arnob. l. 7.* Torrefacta carbonibus.

Torrens, entis, m. *torrente*, נחל, Germ. *waldwaſſer*, Gall. *torrent*, Hiſp. *chorro*, *torrente*, χειμάῤῥους, χαράδρα, fluvius temporarius, qui non de fonte, neque de viva aqua, ſed a pluviis concitatus de montibus deſcendit, & brevi temporis intervallo ſiccatur præſertim æſtatis ſiccitatibus, a *torreo*, quia cito torreſcit, ideſt exſiccatur, auctore *Feſto*. Vel torrens dicitur, quod unda rapido impetu æſtuet, qua ratione & *torrens fretum* dixit *Juſtinus l. 4. cap. 1.* hoc eſt *æſtuans*. Naturæ quippe ſuæ adjectivum eſt. *Virg. 2. Æn.* Aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores. *Cic. 2. Fin. cap. 1.* Cum enim fertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cujuſque modi rapiat, &c. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Quinctil. l. 10. cap. 7.* Id potius, quam ſe inani verborum torrenti dare quaſi tempeſtatibus, quo vellent, auferendum.

Torrens, entis, o. 3. urens, æſtuans, vaporans, adject. *Virg. 4. Georg.* Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos. *Hor. l. 3. ode 1.* Nunc torrentia agros Sidera, nunc hyemes iniquas. *Stat. lib. 3. Silv. 1. v. 52.* cœli cum torrentiſſimus axis Incumbit terris. *Claudian. in Peſcenn. v. 20.* Torrentior Sirius. ¶ Interdum idem eſt, quod defluens cum impetu, vorundans, concitatus, rapidus. *Virg. Ecl. 7.* Torrentia flumina. *Stat. lib. 1. Silv. 2. v. 97.* Torrentes ſanguine campi. *Id. 7. Theb. v. 316.* abruptis cum torrentiſſimus exit pontibus. *Plin. l. 3. c. 16. de Pado flumine:* Augetur ad Canis ortus liquatis nivibus, agris, quam navigiis torrentior. ¶ Tranſlate *Quint. l. 3. c. 8.* Torrens oratio. h. e. vehemens, concitata. *Juven. ſat. 3. v. 74.* ſermo promptus, & Iſæo torrentior. *Lucan. lib. 7.* Abſtulit ingentes fato torrente minas. h. e. urgente.

Torrenter, adv. *precipitoſamente*, *a guiſa di torrente*. *Claudian. lib. 2. de raptu Proſ. v. 198.* torrentius amne Hibero, tortaque ruunt pernicius haſta.

Torrĕo, es, rui, toſtum, a. 2. *ſeccare*, *abbruſtolire*, ξηραίνω, ad ignem, Soleмve ſicco, areſacio, ab obſoleto torrus, h. e. torridor, aridus. *Feſtus.* Torrere a torro deductum, proprie ſignificat ſiccare, atque areſacere: Sed uſurpatum eſt jam pro eo, quod ſit torro igne urere. *Plautus in Caſin.* Una eadem opera in furnum calidum condito, atque ibi torreto. *Cic. in Som. Scip. c. 6.* Torreri ardore ſolis. *Prop. l. 4. eleg. 10.* Sitis torret ora. ¶ Neque ſolum torrere de calore dicitur, verum etiam de frigore. *Varro apud Non. c. 6. n. 23.* Ante lucem ſuſcitat, frigore torret. ¶ Ponitur etiam pro aſſare, ideſt ſine aqua ad ignem coquere, *arroſtire*. *Virg. 5. Æn.* Subjiciunt verubus prunas, & viſcera torrent. *Cic. in Piſon. cap. 18.* Sapientem in Phalaridis tauro incluſum ſuccenſis ignibus torret. ¶ Tranſlate. *Hor. l. 3. od. 9.* Me torret face mutua Thurini Calais filius Ornithi. h. e. amoris flamma me adurit, & ego illum viciſſim.

Torreſco, is, o. 3. *abbruſtolirſi*, *arroſtirſi*. *Lucret. l. 1. v. 903.* Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis.

Torridātus, a, um, adject. *abbruſtolito*. *Martian. Capel. l. 6.* Anhelis ardoribus torridatus.

Torrido, or, a. 1. comburo, aduro. Uſurpatur a *Nonio* in voce *Torris*, c. 2. n. 50.

Torrĭdus, a, um, *ſecco*, *arido*, ἄνικμος, ἐκκεκαυμένος, aridus, exuſtus, igne vel Sole torrefactus, ut *Zona torrida*, quæ inter duos Tropicos ſita aſſiduo æſtu torretur. *Virg. 1. Georg.* Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum una corusco Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni. *Id. Ecl. 7.* Torrida æſtas. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ frigore, vel alia cauſa areſactæ ſunt. *Cic. Agr. 2. cap. 34.* Quem hominem ut grandi macie torridum Romæ, contemptum, abjectum videbamus. *Liv. l. 21. c. 32.* Pecora, jumentaque torrida frigore. *Id. l. 4. c. 30.* Torridi fontes.

Torris, is, m. δαλός, δαλίον, δαλός, ſive, ut Æſchylus vocat, κάρφος πυρίφλεκτον, ſtipes ſemiuſtus, & adhuc ardens, aut ſaltem ignitus, *a torreo*. Lexicographi quidam afferunt, torrem dici de ligno tereti, cum ardet, titionem de ligno extincto. Verum hoc diſcrimen nullum eſt, nam *Celſus* titionem extinguere *l. 3. c. 12.* & *l. 2. c. 17.* dixit. *Virg. 2. Æn.* Obvius ambuſtum torrem Chorineus ab ara Corripit. *Ovid. 8. Met. v. 511.* Funereum torrem medios conjecit in ignes.

Torrus. V. in Torreo.

Torsio, onis, f. 3. *torcimento*, στρόφος, actus torquendi, tormentum. *Plin. l. 20. s. 17.* Privatim ejus uſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua, & cruditates. ideſt tormina ab humoribus acribus provenientia.

Torte, adv. *irregolarmente*, *tortuoſamente*, oblique, tranſverſe. *Lucr. l. 4. v. 306.* Quamvis torte, penituſque remota Omnia.

Tortilis, & le, o. 3. *torto*, στρεπτός, quod retortum, & replicatum eſt. *Ovid. in epiſt. 16. v. 251.* Tortilis a digitis excidit anſa meis. *Lucan. l. 6.* Hunc aut tortilibus vibrato phalarica nervis Obruat. *Plin. l. 9. c. 30.* Polypi pariunt vere ova tortili vibrata pampino.

Tortio, onis, f. idem ac torſio. *Senec. l. 1. Controv. 4.* Cum oculorum caliginem, animi defectionem, membrorum omnium tortionem deſcripſiſſet.

Tortivus, a, um, quod eſt noviſſime expreſſum, ut Muſtum tortivum. *Col. l. 12. c. 36.* Tortivum muſtum dicitur, quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur. *Cato de re ruſt. c. 23.* Tortivum muſtum circumcidaneum ſuo cum dolio diſdito.

Torto, as, a. 1. *torcere bene*, βασανίζω, iterum atque iterum torqueo, freq. a *torqueo*. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 872.* Et ubi inſilui in cochlearum equuleum, ubi tolutim tortor. ¶ Item torquere, cruciare. *Lucret. l. 3. v. 662.* Recenti vulnere tortari. h. e. cruciari, torqueri. *Arnob. l. 3. pag. 106.* Dolorum acuminibus tortari.

Tortor, oris, m. qui cruciat, ſive ad eruendam veritatem, ſive ad puniendum crimen, ſive ob immanitatem, & crudelitatem, *tortore*, *tormentatore*, *carnefice*, Ger. *peiniger*, Gall. *bourreau*, Hiſp. *atormentador*, βασανιστής. *Cic. pro Cluent. c. 63.* Cum jam tortor, atque eſſent tormenta ipſa defeſſa. *Hor. l. 3. od. 5.* Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus Tortor pararet. ¶ Apollo cognomine *Tortor* ſtatuam Romæ habuit, quæ fortaſſe quia poſita erat in vico ubi torquebantur ſontes, occaſionem dedit vocabulo. *Suet. in Aug. c. 70.* V. *Martial. l. 2. ep. 17.*

Tortum, i, o. Funis extenſus ad torquendum. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 847.* Nam te in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum, & fatigans artus torto diſtraham.

Tortuōſe, adverb. *tortuoſamente*. *Tertull. adverſ. Valentin. c. 8.* Per anfractus ſeriem ſuam evolvat, tortuoſe procedat.

Tortuoſĭtas, atis, f. *tortuoſità*, *inviluppo*. *Tertull. l. 4. cont. Marcion. c. ult.* & *de Carne Chriſti*, *c. 20.*

Tortuōſus, a, um, *tortuoſo*, *torto*, ἑλιγματώδης, obliquus, anfractuoſus, multis flexibus ſinuoſus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54. de alvo:* Eſt autem multiplex, & tortuoſa. *Id. ibid. c. 57. de ſonis:* Et ex tortuoſis, & incluſis locis referuntur ampliores. *Plin. l. 11. c. 46.* Lynx tantum digitos habentium, ſimile quiddam talo habet: leo etiamnum tortuoſius. *Auguſtin. l. 1. Confeſſion. c. ult.* Tortuoſiſſima nodoſitas. ¶ Tranſlate *Cic. 4. Acad. c. 31.* Tortuoſum genus diſputandi. h. e. quod longe petit principia, & quaſi per anfractus quoſdam procedit. *Id. de Amic. c. 18.* Ingenium multiplex, & tortuoſum, *ſimulatore*, *coperto*, *doppio*.

Tortus, a, um, *torto*, ἐστρεμμένος, flexuoſus, obliquus. *Martial. l. de ſpectac. ep. 3.* Crines torti in nodum. *Virg. 4. Æn.* Torti funes. *Id. 8. Æn.* Tres imbris torti radios, tres nubis aquoſæ. hoc eſt grandinis. Tranſlate *Plaut. Men. 4. 2. 15.* Conditiones tetuli tortas, confragoſas. h. e. obſcuras, perplexas. ¶ Sumitur etiam pro cruciato, βασανισθείς. *Cic. in Top. c. 20.* Nam & verberibus torti, & igne fatigati quæ dicunt, ea veritas videtur ipſa dicere. *Hor. l. 1. ep. 19.* Commiſſumque teges & vino tortus, & ira, *ſpinto dal vino*.

Tortus, us, maſc. *tormento*, idem ac torſio. *Cic. 2. Tuſc. c. 9.* ex Poeta: Tortu multiplicabili Draco. *Virg. 5. Æn. v. 276.* Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Torva, acc. pl. adverbialiter poſitus, pro torve, ut etiam *torvum* in ſing. loco adverbii ponitur. *Virg. 6. Æn. v. 467.* Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem Lenibat dictis.

Torve, adv. ὑπόδρα, ſevere, terribiliter. *Plaut. Amph. 4. 2. 8.* Quid me torve aſpectas? Alii leg. *ſtolide*.

Torvĭtas, atis, f. δυσθυμία, ſeveritas. *Feſt.* Torvitas a ferocia taurorum dicta eſt. *Plin. l. 7. cap. 19.* Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ. ¶ Sæpius ſignificat torvum aſpectum, *guardatura fiera*, *e bieca*. *Tacit. 1. hiſt. c. 9.* Corpus inſigne oculis, comaque, & torvitate vultus. *Plin. l. 8. s. 17.* Capitis torvitas. *Ammian. l. 31. c. 7.* Oculorum torvitas.

Torvĭter, adv. idem ac torve. *Enn. apud Non. c. 11. v. 57.* Quem nunc tu tam torviter increpuiſti.

Torŭlus, i, m. *cordoncino*, χορδίον, funiculus, dim. a *torus*, quod proprie funem notat. *Plaut. Amph. prol. v. 144.* Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo. *Ammian. Marcell. lib. 29. cap. 7.* Toruloque capitis circumflexo. Sunt, qui his locis *torulum* interpretantur parvum conum in capite ex capillis contortis factum, quod ornamentum præcipue mulierum eſt, ut legitur apud *Varron. lib. 4. de L. L.* Torulus in mulieris capite ornatus. Et ad *Plautum* quidem quod attinet, putant reſpexiſſe eum ad morem Athenienſium, qui ut ſe αὐτόχθονας, hoc eſt antiquiſſimæ originis, & terræ filios declararent, capillos torquebant in conum, aureaſque cicadas innectebant: nam cicadæ e terra procreari credebantur. Non deſunt tamen qui *Plauti & Varronis* loca aliter omnino legunt. V. *Taubman. ad Plaut. loc. cit.* ¶ Toruli in animalibus ſunt parvi tori, hoc eſt partes carnoſæ, ſeu pulpoſæ. *Apulej. l. 7. Metam.* Terga pulpoſis torulis obeſa. ¶ Hinc apud *Vitruv. l. 2. cap. 9.* torulus accipitur pro ea ligni parte, circa medullam quæ magis albeſcit, tenerior quoque eſt, & teredinibus & putredini magis obnoxia, quæ idcirco reſici jubetur, cum ad aliquod inteſtinum opus lignum ſecatur. Verba *Vitruvii* ſunt: Ima autem (pars arboris) cum exciſa quadrifluviis diſparatur, ejecto torulo ex eadem arbore ad inteſtina opera comparatur.

Torus, i, m. *letto*, στιβάς, lectus. Ita dicitur per Metonymiam, quia lecti tendebantur toris, ideſt funibus. Id enim Latinis olim *torus*, quo modo uſus *Cato* apud *Scalig. in Conjectan. ad Varron. de L. L. pag. 73.* ¶ Grammaticis *torus* a torta herba dici videtur. *Serv. ad 1. Æn.* Torus dictus eſt, quia veteres ſuper herbam tortam vel ſedebant, vel diſcumbebant, ut *5. Æn. v. 388.* Viridante toro conſederat herbæ. *Plin. l. 8. c. 48.* Antiquis enim torus e ſtramento erat, qualiter etiam nunc in caſtris gauſape. *Juvenal. ſat. 6.* Sylveſtrem montana torum cum ſterneret uxor Frondibus, & culmo, vicinarumque ferarum Pellibus. *Virg. 6. Æn.* Riparumque toros, & prata recentia rivis Incolimus. Hæc, & alia multa quæ adduci poſſent exempla, etymon illud *Servii* probant. ¶ Cæterum torus generatim pro quovis lecto accipitur. *Virg. 2. Æn.* toro pater Æneas ſic orſus ab alto. *Stat. l. 3. Silv. 1.* Signis torus aſper eburnis. ¶ Sæpe etiam tranſlate pro nuptiarum, ſeu matrimonii vinculo. *Ovid. 1. Met. v. 319.* Cum conſorte tori parva rate vectus adhæſit. *Id. lib. 10.* Appellatque tori ſocium. ¶ Tori quoque dicuntur in animali partes extantes carnoſæ, ſeu pulpæ carnis muſculoſæ, in quibus eſt robur, & fortitudo, ut ſunt partes membrorum nervoſæ, calloſæque, & in ſe propemodum collectæ, cujuſmodi in brachiis cernuntur: nempe vel ob rotunditatem, vel quia muſculoſæ illæ partes nervis quaſi toris, ſeu funibus ſint compactæ. *Virg. 3. Georg. v. 81. de equis:* Luxuriatque toris animoſum pectus. *Cic. 2. Tuſc.* O pectora, terga, o lacertorum tori. ¶ De venis quoque dicitur, cum variſam in morem quibuſdam in locis turgeſcunt. *Celſ. lib. 7. cap. 18.* Ac per ipſos venarum torus inæqualis eſt. ¶ Per Metaphoram etiam transfertur ad arbores, in quibus prominentes partium calli, & in ſe pulparum modo collecti, tori nuncupantur. *Col. de arb. c. 16.* Arbuſtivam vitem, quam putare, tam alligare diligenter oportet. Nam in eo fructus maxime vis conſiſtit, diutiuſque perennat, quæ firmis toris, & idoneis locis religata eſt. Itaque omnibus annis convenit ſubſequi putationem, ita ut tori renoventur, & vitis per idoneos ramos diſponatur. Hæc *Columella*. Aliqui ſuſpicantur *toros* his accipi pro vinculis: quemadmodum & in illo *ejuſd. l. 5. c. 6.* Vitis novella tribus toris ad arborem alligetur. ¶ Præterea ſic appellatur funiculus, ex quo triplicato, & intorto ſit funis. *Cato R. R. cap. 135.* Funem exordiri oportet longum pedes LXXII., toros III. habeat, lora in toros ſingulos IX, lata digitos duos. ¶ Tranſlate *Cic. in Or. c. 6.* de Oratore mediocri. Addit aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum, ſententiarumque diſtinguit. Senſus eſt. In coronis ſunt eminentiæ quædam, quæ tori vocantur ad ſimilitudinem tororum in animalibus, aut vitibus: ita etiam in mediocri oratione nonnunquam, ſed leniter, decet aſſurgere, ita ut modica verborum, & ſententiarum ornamenta appareant.

Torvum, adv. idem ac torve, per Enallagen. *Virg. 7. Æn. verſ. 399.* Torvumque repente Clamat, Io matres audite ubi quæque Latinæ.

Torvus, a, um, *torvo*, *terribile*, *feroce*, *orribile*, ἀγριωπός, γοργωπός, vel ταυρηδόν, ſpecie ipſa ferociam præ ſe ferens, aſpectu formidabilis, terribilis. *Feſto* placet eſſe a *taurus*, quia animal hoc ferox, & torvum. Vel torvus a *torquendo*, quaſi torto vultu. *Virg. 3. Georg. v. 51.* Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui pluriма cervix. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 42.* ut *Poeta*: Torvu' draco ſerpit ſubter, ſupraque revolvens Se ſe. *Ovid. 5. Met. v. 92.* Torvis oculis tueri, *guardar bieco*. *Arnob. lib. 6.* Leonis torviſſima facies. ¶ Tranſlate ſumitur pro aſpero, immiti, indomito. *Plin. lib. 17. cap. 23.* Cultura quoque torva fiunt vina. *Catul. de coma Beren.* Prælia torva. *Apulej. in Apolog.* Tuba rudore torvior.

Toſtus, a, um, adject. vel particip. a torreo, *abbruſtolito*, *ſeccato*, *arroſtito*. *Cic. 3. Tuſcul. cap. 19.* ut *poeta*: Fana flamma deflagrata: toſti alte ſtant parietes. *Ovid. 2. Met. v. 283.* Toſtos en aſpice crines, Inque oculis fumum. *Id. 12. Met. v. 155.* Toſta caro. *Colum. lib. 12. cap. 5.* Toſtum hordeum.

Tot, nomen numerale, indeclinabile, *tanti*, כמה, Ger. *ſo vil*, Gal. *tant*, Hiſpan. *tantos*, τοσοῦτοι, tam multi. Ei reſpondet nomen *quot* vel expreſſe, vel tacite. *Cic. l. 2. de Orat. c. 32.* Quot homines, tot cauſæ. *Id. 5.*

Tuſc. In his tot, & tantis, atque etiam, quæ plura poſſunt accidere. *Virg.* 1. *Æneid.* Quidve dolens Regina Deum tot volvere caſus Inſignem pietate virum, tot adire labores Impulerit. ¶ Tot pro *tam pauci*. *Albinovan. eleg.* 1. v. 339. Vix credent tantum rerum cepiſſe tot annos.

Totaliter, adv. *totalmente*, omnino. *Lactant. l.* 6. Totaliter cavere.

Totidem, nomen numerale indeclinabile, *altrettanti*, Germ. *eben ſo viel*, Gall. *tout autant*, Hiſpan. *otros tantos*, ἴσοι, ἰσάριθμοι, æque multi, nec plures, nec pauciores, a *tot*, & *dem*, ut *tantundem*, a *tantum*, & *dem*. *Virg.* 3. *Æn.* Tres adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes. *Cicer. Attic. lib.* 6. *epiſt.* 2. Iſtum ego locum totidem verbis a Dicæarcho tranſtuli. *a parola per parola*. *Id. de clar. Orat. c.* 96. Totidem, quot dixit, ut aiunt, ſcripta verbis oratio. *Idem* 2. *Divin. cap.* 43. Procles, & Euryſthenes gemini fratres fuerunt, nec totidem annos vixerunt; anno enim Procli vita brevior fuit. *tanti anni per uno*.

Toties, adv. *tante volte*, τοσαυτάκις, τοσάκις, tot vicibus, a *tot*, ut *quoties* a *quot*. Pro *toties*, & *quoties* in veteribus libris legitur *totiens*, & *quotiens*, cum *n*, approbantibus id *Victorino*, & *Capro*, qui ita diſertim ſcribere jubent. *Virg.* 4. *Æn.* Quos ego jam toties ſum dedignata maritos. *Cic. Att. l.* 7. *epiſt.* 12. Interim velim, mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. *Id.* 1. *de Orat.* Quem toties, quoties præſcribitur, Pæanem, aut Numerum ſpectamus. *Id. pro Cluent. c.* 18. Quotieſcunque dico, toties mihi videor in judicium venire.

Totiugis, & Totiugus, a, um, adject. idem ac tantus, vel tam magnus. *Apulej. l.* 2. *Metam.* In qua (domo) totiugis jam diebus ne fumus quidem viſus eſt ullus. ¶ Item tam varius. *Id. lib.* 2. *Florid.* Totiugi ſcientia magnificus.

Tōtus, a, um, gen. totius, *tutto*, כל, Ger. *gantz*, Gall. *tout*, Hiſp. *todo*, ὅλος, integer, univerſus, ſolidus. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 38. Ædificantur ædes totæ denuo. idest integræ. *Terent. Eun.* 2. 2. 46. Sex ego te totos menſes quietum reddam. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 15. Totos dies ſcribo. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. Plancius totus eſt noſter. *Id.* 1. *de Leg. c.* 18. Ubi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur? ¶ *Toto corpore, atque omnibus unguibus*, proverbiale loquendi, pro toto conatu. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 24. Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentione vocis aſſerviunt. ¶ Totus in aliqua re eſſe dicitur, qui in unam rem aliquam incumbit, & nihil præterea curat. *Terent. Adelph.* 4. 1. 51. Totus in amore eſt. ¶ In totum, *del tutto*, *totalmente*. *Plin. l.* 2. *c.* 9. *de Luna*: Siquidem in totum mutuata ab eo (ſole) luce fulgere. ¶ *Ex toto*, eandem habet ſignificationem. *Celſ. l.* 3. *c.* 4. Antequam ex toto integer fiat, *totalmente ſano*. *Id. l.* 7. *c.* 4. *n.* 3. Id non ex toto ita ſe habet. ¶ *Totus*, & *omnis* in eo differunt, quod *totus* ad quantitatem refertur, *omnis* ad numerum: *totus* partium, *omnis* numeri denotat plenitudinem. Aliquando tamen *totus* pro *omnis* uſurpatur. *Stat.* 1. *Theb. v.* 81. Totos in pœnam ordire nepotes. *Apulej. l.* 6. *Metam.* Accumbebat cum ſua Junone Jupiter, ac deinde per ordinem toti Dii. ¶ *Totum, ti*, abſolute, *il tutto*, id quod integrum eſt. *Cic. l.* 1. *Acad.* Corporis bona alia ponebant eſſe in toto, alia in partibus. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1. Totum in eo eſt, tectorium ut concinnum ſit, *tutto ſta che* &c. *qui ſta il tutto, che* &c. ¶ Tŏtus, penultima correpta, idem eſt ac tootus, τοσοῦτος, cui reſpondet *quotus*. *Manil. l.* 3. *v.* 447. Detrahitur ſummæ tota pars, quota demit utrinque &c. ¶ Hoc nomen in dativo ſingulari habet *toti* in omnibus generibus. reperitur tamen etiam *toto*, & *totæ*. *Celſ. l.* 4. *c.* 12. Gelida cataplaſmata toto ventri imponere. *Plaut.* apud *Varr. l.* 8. *de L. L.* Gannit odioſus omni totæ familiæ. ¶ *Toto* etiam pro *totius* dixit *Afranius* apud *Priſcian. l.* 6.

Toxicum, ci, n. *toſſico*, *veleno*, סם, Ger. *gifft*, Gal. *poiſſon*, Hiſ. *ponçoña*, τοξικόν, venenum, a τόξον, quo nomine Græci tum arcum, tum ſagittam vocant, ut docent Homeri enarratores. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Sunt qui & toxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur. *Feſtus*: Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perungere ſagittas ſoliti ſunt. *Plaut. Merc.* 2. 4. 4. Certum eſt, ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo. *Ovid. l.* 4. *de Ponto*, *el.* 7. Aſpicis, & miſſi ſub adunco toxica ferro, Et telum cauſas mortis habere duas. *Id.* 2. *Amor. el.* 2. Miſcere toxica.

T ANTE R.

Trabālis, & le, o. 3. *della groſſezza d' un trave*, קורתי, German. *tramig*, Gal. *de la groſſeur d' une poutre*, Hiſp. *de la groſſura d' una viga*, δοκιδώδης, magnus & pene ad trabis magnitudinem accedens, ingens inſtar trabis. *Virg.* 12. *Æn.* Teloque orantem multa trabali Deſuper altus equo graviter ferit. *Stat.* 4. *Theb. v.* 6. Dextraque trabalem Haſtam intorſit agens. *Horat. l.* 1. *ode* 35. Te ſemper anteit ſæva neceſſitas, Clavos trabales, & cuneos manu Geſtans, *chiodi da trave*. Hinc, *clavo trabali aliquid figere*, proverbialiter dicitur pro firmum & perpetuum facere. *Cic.* 7. *Ver. c.* 21. Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.

Trabĕa, æ, tem. *trabea*, ἁλουργίς, τήβεννα, περιπόρφυρον, veſtis Romanorum, ſegmentata trabibus purpura expreſſis. Ejus tria genera recenſet *Suetonius in lib. de veſtimentis*, apud *Servium ad Æn.* 7. *v.* 187. Trabearum, inquit, tria genera: unum quod Diis ſacratum, & eſt totum purpureum: alterum, quod eſt regum, quod eſt purpureum, ſed habet aliquid albi: tertium Augurum, purpura, & cocco mixtum. Hæc *Suetonius*. De trabea regia teſtis eſt etiam *Plin. l.* 8. *c.* 48. Trabeis, inquit, uſos accipio reges. *Idem l.* 9. *c.* 39. ſcribit, Romulum primo purpuram in trabea habuiſſe. *Virg.* 11. *Æn.* Et ſellam regni, trabeamque inſignia noſtri. Verba ſunt Latini regis. Cæterum regio hoc trabeæ genere, quod non totum ex purpura, ſed ex purpureis faſciis, veluti trabibus (unde & nomen) intextis fuit, uſi ſunt etiam Romani Conſules non quidem ſemper, ſed quibuſdam ſolemnioribus diebus. *Virgil. Æn.* 7. *v.* 187. Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul. *Claudian. l.* 2. *in I. Conſul. Stilic. v.* 4. Quo tandem fleɤus trabeas auctore regantes Induerit, laſſiſque ſuum conceſſerit annum. ¶ Item Equites Romani, quo die tranſvectionem faciebant, (V. *Tranſvectio*) & aliis etiam temporibus ex peculiari inſtituto. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 2. *de funere Germanici*: Atrata plebs, trabeati equites, pro opibus loci, veſtem, odores, aliaque funerum ſolemnia cremabant. *Suet. in Domit. c.* 14. Oblatum a Senatu novum honorem recuſarit, quo decretum erat, ut quoties gereret conſulatum, Equites Rom. quibus ſors obtigiſſet, trabeati, & cum haſtis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoreſque. ¶ Forma trabeæ eadem fuit, quæ togæ, niſi quod Gabino ritu præcingebatur, ut eſt in verbis Virgilii allatis: ex quo quidam putant, trabeam militarem veſtem fuiſſe, præſertim quia apud *Liv. l.* 30. *c.* 6. legitur, Conſulem trabeatum in hoſtes exercitum duxiſſe. quamquam ibi pro *trabeatum* quædam optimæ Edition. habent *trajectum*. Sed de his, & aliis multis, quæ de trabea dici poſſunt, & de quibus pugnant inter ſe Eruditi, V. *Ferrar. de re veſt. p.* 1. *l.* 2. *c.* 3. & 6. *Manut. de quæſ. per epiſt. p.* 1. *ep.* 3. *Lipſ. ad l.* 3. *Ann. Taciti*, & alios.

Trabĕa, æ, m. Τραβέας, nomen Poetæ, cui inter Comicos octavus locus aſſignatur. *Cic.* 4. *Tuſc.*

Trabeālis, le, adject. ad trabeam pertinens. *Sidon. carm.* 2. *v.* 2. Effulgens trabealis mole metalli Annum pande novum Conſul vetus. *Trabeale metallum* vocat aurum, quod poſterioribus Imperatorum temporibus aſſui trabeis mos fuit.

Trabeātus, a, um, τηβεννοφόρος, qui trabea indutus eſt. *Ov.* 1. *Faſt. v.* 37. Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 2. Trabeati equites. ¶ Trabeatæ etiam dictæ ſunt quædam Fabulæ a C. Meliſſo Grammatico conſcriptæ, in quibus inducebantur perſonæ trabeis indutæ. *Sueton. de illuſtr. Grammat. c.* 21.

Trabecŭla, læ, f. *travicello*, parva trabs. *Vitruv. l.* 10. *c.* 21. Habuerat mediam contabulationem ſupra trabeculam.

Trabicus, a, um, adject. a trabe, ut Trabica navis. h. e. trabibus confixa. *Feſt. ex Pacuv.*

Trabs, & Trabes, bis, f. *trave*, קורה, Germ. *tram*, Gall. *poutre*, Hiſp. *viga*, δοκός, δοκίς, lignum duplex ex duobus compactum tignis, ſolidi gratia. Nam cum ſimplex eſt, non trabs, ſed tignum dicitur, teſte *Feſto*, quamvis abuſive de uno ligno quandoque dicatur. *Caſ. l.* 3. *bel. Gal.* Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis, digiti pollicis craſſitudine. *Virg.* 2. *Æn.* Auratasque trabes veterum decora alta parentum Devolvunt. ¶ Interdum trabs dicitur de ipſis arboribus. *Virg.* 9. *Æn.* Lucus in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant, Nigranti picea, trabibuſque obſcurus acernis. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. *ex Ennio*. Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes. ¶ Nec ſolum ex ligno, ſed etiam ex marmore trabes ſunt. *Plin. l.* 36. *c.* 8. Circa Syenem vero Thebaidis Syenites, quem ante pyropœcilon vocabant: Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine, obeliſcos vocantes. ¶ Per Synecdochen accipitur pro navi. *Hor. l.* 1. *ode* 1. Ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta ſecet mare. *Ovid.* 1. *de Ponto*, *ep.* 3. Quo duce trabs Colcha ſacra cucurrit aqua. h. e. Argo navis. ¶ Item pro tecto, ſeu domo. *Horat. l.* 3. *ode* 2. Sub iiſdem ſit trabibus. ¶ Et pro arbore. *Ovid.* 14. *Met. v.* 360. denſum trabibus nemus. *Et l.* 8. *v.* 329. Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas.

Trachāli, m. e. partes ſuperiores muricum, & purpurarum. *Feſtus*: Trachali appellantur muricum, ut purpuræ ſuperiores partes. Unde Ariminenſes maritimi homines cognomen traxerant Trachali.

Trachallus, m. a. Orator Domitiani temporibus, magnæ vocis, pronuntiationiſque felicitate. *Quinctil. l.* 10. *c.* 1. *l.* 12. *c.* 5.

Trachēlus, i, τράχηλος, Græce collum ſignificat. Itaque hoc nomine *Vitruv. l.* 10. *c.* 13. partem quandam catapultæ appellat, a colli ſimilitudine. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Tracheōtis, itis, f. Τραχειῶτις, ita dicitur a *Plin. l.* 5. *c.* 27. Seleucia urbs, quia in ipſa Ciliciæ parte aſpera, & montana, quæ Trachea dicitur, ſita eſt.

Trachia. V. Trachyn.

Trachīnia, f. 1. regiuncula Phthiotidis, in ora ſinus Maliaci, ubi Heraclea urbs cogn. Trachin, & montes, ſeu petræ Trachiniæ.

Trachonītis, idis, *Bacar*, regio Palæſtinæ, in Celeſyria, inter Aquas Meron, & montem Hermon, ac inter terram Hus, & Regnum Baſan borealius. *Plin. l.* 5. *c.* 18.

Trachyn, ynis, & Trachin, inis, f. urbs Theſſaliæ in Phthiotide, ad ſinum Maliacum ſub Oeta monte, ab Hercule condita, unde & Heraclea dicitur. *Senec. in Herc. Oet. v.* 194. Reſonetque malis aſpera Trachyn. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 634. Herculeam Trachyna jube ſub imagine regis Halcyonem adeant. ¶ Nomen eſt etiam tragœdiæ Sophoclis. *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 8.

Trachynius, & Thrachynius, &

Trachīnus, & Trachinus, a, um, adject. a Trachine urbe, ut Trachinia tellus, *Ovid.* 11. *Met. v.* 269. Trachyne ſaxa. *Senec. in Herc. Oet v.* 135.

Tracta, æ, f. & Tracta, orum, n. *maſſa di lana filata*, *o pennecchio*, manipulus lanæ, qui circa fuſum involvitur, poſtquam tractus, hoc eſt netus eſt: nam trahere lanam, eſt nere. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 7. *v.* 86. Firmaque conductis annectit licia telis, Tractaque de niveo vellere ducta putat. ¶ In piſtrino tracta dicuntur partes farinæ manibus bene agitatæ, ſubactæ, & in longum tractæ in modum membranarum, ut ea agitatione melius fermententur. nam trahere panem apud *Plin. l.* 18. *c.* 15. eſt ſubigere. *Id. ibid.* Eum (panem) novem diebus macerant, decimo ad ſpeciem tractæ ſubigunt ucæ paſſæ ſucco. *Cato c.* 76. R. 8. Alicam in aquam infundito: ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, ſiccatoque bene: deinde manibus depoſito: ubi bene ſubactum erit, farinæ libras quatuor paulatim addito, id utrumque tracta facito. *Et infra*: Placentam fingito: tracta ſingula in totum ſolum primo ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito ſingulatim, &c. ¶ Apud *Apicium* tracta eſt genus quoddam placentæ in modum membranæ factæ, deinde conciſæ: unde pullus tractogalatus dicitur *ibid. l.* 6. *c.* 9. qui tracta, & lacte conditur. Sic *l.* 5. *c.* 1. Pultes tractogalatæ. Sic *l.* 8. *c.* 7. Porcellus tractomelitus. h. e. ex melle & tracta conditus.

Tractābĭlis, & le, o. 3. *trattabile*, εὐμεταχείριστος, quod tractari poteſt. *Cic. de Univ. c.* 4. Corporeum autem, & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Materies earum (arborum) tractabilis ad inteſtinum opus. *facile da lavorare*. ¶ Tranſlate ſumitur pro manſueto, pacato, facili. *Cic. de Am. c.* 13. *de virtute*: Quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera, atque tractabilis. *Virg.* 4. *Æn.* Quaſſataque rates, & non tractabile cœlum. idest procelloſum, inquietum, impacatum. *Rurſus Cic. Att. l.* 10. *ep.* 11. Nihil eſt enim eo tractabilius.

Tractabĭlĭtas, atis, f. qualitas, qua aliquid tractari poteſt. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Populus, ſalix, tilia in ſculpturis commodam præſtant tractabilitatem. *ſono facili da lavorarſi*.

Tractabiliter, adverb. faciliter. *Gel. l.* 6. *c.* 2. Omnem illam vim, quæ de fato extrinſecus ingruit, inoffenſius, tractabiliuſque tranſmittunt.

Tractatio, onis, f. *maneggio*, *impreſa*, μεταχείρισις, actus tractandi, exercitatio. *Cic.* 3. *de Or. c.* 32. Ut ii, qui in armorum tractatione verſantur. *Id.* 1. *de Divin. c.* 3. Neque vero qui tibiis, aut fidibus uti volunt, ab Aruſpicibus accipiunt earum tractationem, ſed a Muſicis. ¶ Tranſlate ſumitur pro compoſitione, concinnatione. *Cic. in Or. c.* 59. Eſt enim in utroque & materia, & tractatio, materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. ¶ Item pro ſtudio. *Cic.* 4. *Acad. c.* 2. *de Philoſophia*; Profecto ejus tractatio optimo, atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt. ¶ Item pro ratione, qua quis alium ſecum verſantem tractat, excipit, *trattamento*. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Qui zelotypum malæ tractationis accuſat. *Id. l.* 7. *c.* 5. Cauſæ abdicationis, dementia, malæ tractationis.

Tractator, oris, m. qui tractat. Speciatim tractatores dicebantur, qui manu membra tractabant, & leniter fricabant. *Sen. epiſt.* 66. Quid ego feliciorem putem Mutium, qui ſic tentavit ignem, quam ſi manum

num illam tractatui præſtitiſſet? Tractator etiam dicitur, qui de aliqua re diſſerit, ſcribit, diſputat. *Sidon. l. 4. ep. 11. in carm.* Orator, dialecticus, poeta, Tractator, geometra, muſicuſque.

Tractatorium, ii, n. locus in quo cauſæ, & aliæ res aguntur. *Sidon. l. 1. ep. 7.* It in tractatorium frequens ſenatus.

Tractatrix, icis, f. quæ tractat, ideſt corpus alicujus manu tractat, & leviter fricat. *Martial. l. 3. ep. 82.* Percurrit agili corpus arte tractatrix.

Tractatus, us, m. *toccamento*, μεταχείρισις, actus tractandi, contrectatio. *Plin. l. 8. c. 54. de ſimiis.* Tractatuque gaudent, ſimiles gratulationem intelligentis. Alii legunt *tractari.* ¶ Translate ſumitur pro ſtudio. *Cic. 3. de Or. c. 23.* Qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt. ¶ Item pro deſcriptione, *trattato. Quintil. l. 3. c. 9.* Ante hominem patria, ac parentes, majoreſque erunt, quorum duplex tractatus eſt. *Id. in proœm. l. 8.* Aſperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia. ¶ Item pro libri parte, in qua aliquid deſcribitur. *Plin. l. 14. c. 4.* Tractatu toto ſeparatim ſententia ejus indicanda eſt.

Tractatus, a, um, *traſcinato*, διασυρθείς, raptatus, partic. a tractor, quod a trahor. *Ovid. Met. 13. v. 410.* Tractata comis antiſtita Phœbi. ¶ Item contrectatus, *toccato*, *maneggiato*. *Horat. l. 2. ep. 1.* Tractata notam, labemque remittunt atramenta. ¶ Translata ſumitur pro exercito, agitato. *Cic. pro Arch. c. 2.* Perſona propter otium, ac ſtudium minime in judiciis, periculiſque tractata eſt. ¶ Item pro excepto, accepto, *trattato*, διακείμενος. *Cic. pro Cœl. c. 2.* Pater parum pie tractatus a filio. ¶ Item actus, tranſactus. *Auctor ad Herenn. l. 4. c. 24.* An ad ſuam revertetur antiquam vitam alicubi honeſte tractatam?

Tractim, adv. *continuatamente*, ἑλκηδόν, longo tractu, diutine, ſine intermiſſione. *Virg. 4. Georg. v. 260.* Tum ſonus auditur gravior, tractimque ſuſurrant. ¶ Tractim tangere, eſt leniter, & leviter tangere, manum trahendo, ut cum canes, feleſque demulcemus tracta a capite ad caudam manu, & ut nutrices blandiuntur infantibus, ut ſomnum eis concilient, vultus eorum ſuaviter contingendo. Hinc per ironiam *Plaut. Amph. 1. 2. 157.* Quid ſi ego illum tractim tangam, ut dormiat? So. ſervaveris, nam continuas has tres noctes pervigilavi. Alii hunc locum ita exponunt: Quid ſi ego illum ita tangam, ut trahendo ad terram illidam, & humi affligendo ita obtundam, ut dormire videatur? nam ſupra *v. 148.* dixerat: *quatuor homines in ſoporem collocaſtis.*

Tractitius, a, um, adject. qui trahitur. *Aurel. Vict. in Epitom. c. 23.* ſcribit, Heliogabalum, quia poſt mortem tractus per vias, & in Tiberim projectus fuit, *Tractitium*, & *Tiberinum* per contemptum fuiſſe appellatum.

Tracto, as, a. 1. *tirare a lungo*, ἑλκύω, ſæpe traho, in longum traho, freq. a *traho*. *Lucr. l. 5. v. 930.* Volgivago vitam tractabant more ferarum. ¶ Sæpiſſime ſumitur pro frequenter tangere, manu verſare. *Cic. 5. Tuſc.* Ut ea, quæ guſtemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipſa, ubi ſentimus, parte verſentur. *Col. l. 6. c. 2.* Talis autem vitulos oportet, dum adhuc teneri ſunt, conſueſcere manu tractari. *Plaut. Mil. 2. 6. 30.* Tractavisti hoſpitam ante ædes meas, h. e. attrectaſti. ¶ Item pro lacerare. *Lucr. l. 3. v. 903.* Morſuque ferarum tractari. ¶ Translate ponitur pro exercere. *Ter. in prol. Phorm. v. 17.* Qui artem tractant Muſicam. ¶ Item pro adminiſtrare, curam habere, procurare, *maneggiare*. *Cic. 2. Verr.* Eras enim tu Quæſtor, pecuniam publicam tu tractabas. *Id. l. 13. Fam. ep. 78.* Dionyſius ſervus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit. ¶ Item pro gubernare, regere. *Cic. pro Sext.* Qui clavum tanti imperii tenere, & gubernacula Reipublicæ tractare in maximo curſu, ac fluctibus eum poſſe arbitrator? ¶ Item pro gerere. *Cic. l. 13. Fam. ep. 24.* Qui in munere ita ſe tractavit, ut accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe. ideſt ita ſe geſſit. ¶ Item pro agere cum aliquo, accipere, ſuſcipere, *trattare*, טפל, Germ. *handeln*, Gal. *traiter*, Hiſp. *tratar*, ἀντιλαμβάνεσθαι, διαλαμβάνειν. *Cic. l. 1. Fam. ep. 3.* Omnibuſque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuiſſe. *Id. l. 13. Fam. ep. 27.* Nec liberalius, nec honorificentius potuiſſe tractari nec ſe præſentem, nec rem familiarem abſentis patroni ſui. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Me ſumma ſimulatione amoris, ſummaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſime, inſidioſiſſimeque tractavit. ¶ Item pro diſſerere, deſcribere, operam dare. *Cic. 1. de Or.* Quis unquam res præter hunc tragicas pene comice, triſtes remiſſe, ſeveras hilare, forenſes ſcenica prope venuſtate tractavit? *Id. 1. Acad.* A quibus hæc jamdiu tractantur. *Plin. l. 2. c. 46.* Scrupuloſius tractabo ventos. h. e. de ventis diſſeram. ¶ Tractare cauſam eſt agere. *Cic. l. 3. Fam. ep. 12.* Nunquam enim mihi videor tractaſſe cauſam difficiliorem. ¶ Interdum ponitur pro conſultare, deliberare. *Tacit. Ann. 1. c. 13.* Auguſtus ſupremis ſermonibus cum tractaret, quinam adipiſci principem locum abnuerent, aut vellent. *Sueton. in Auguſt. c. 35.* De negotiis ad Senatum referendis tractare. ¶ *Tractare animos*, eſt afficere, verſare. *Cic. in Orat. c. 28.* Eloquentiæ eſt tractare animos, & permovere.

Tractogalatus, & }
Tractomelitus } V. in *Tracta.*

Tractorius, a, um, ἑλκυστικός, quod ſpectat ad trahendum, ut Tractoriæ machinæ, quibus graviora onera ſurſum trahuntur. *Vitruv. lib. 10. c. 1.* ¶ Tractoriæ literæ, de quibus titulus eſt *in Cod. l. 12.* ſunt quæ dantur a Principe iis, qui ab eo mittuntur aliquo, vel evocantur, ut eis neceſſaria itineri publice præbeantur, adſcriptis etiam ſtativis, ideſt diverſoriis, ſeu manſionibus, ubi excipi debeant, & vecturæ, & viatici copia eis ſuppeditetur.

Tractum, i, V. Tracta.

Tractuoſus, a, um, adject. *viſcoſo*, glutinoſus. *Cal. Aurel. Acut. 2. c. 30.* Sudor craſſus, & tractuoſus.

Tractus, us, m. *tratto*, ἑλκυσμός, ἕλκυσμα, actus trahendi. *Plin. l. 9. c. 46.* Dextra apprehenſo ſtilo in pugna eſt: modicus alias tractus. *con poca fatica ſi tira.* ¶ Translate ponitur pro curſu, fluxu, continuatione. *Cic. 2. de Or. c. 50.* Qui timor! quæ dubitatio! quanta hæſitatio, tractuſque verborum! *Id. 2. de Or.* Neque verborum collocatione, & tractu orationis levi, & æquabili perpolivit illud opus. ¶ Item pro inflexione, declinatione, derivatione. *Quintil. l. 8. c. 4.* In tractu, & declinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronem beatitas, & beatitudo. ¶ Per Metonymiam, & Metaphoram ſimul ponitur pro longitudine, ſerie, ordine in longum ducto. *Virg. 1. Georg.* Noctiſque per umbras Flammarum longos a tergo albeſcere tractus. *Liv. lib. 3.* Contemplatus, qui tractus aſtrorum, quæque forma eſſet. ¶ Item pro via, itinere, ſpatio. *Ovid. 2. Metam.* Longoque per aera tractu Fertur. ¶ Item pro circulato ſerpentium progreſſu, qui Græcis ὁλκός dicitur. *Virg. 2. Georg.* Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. ¶ Item pro regione, plaga, climate, ſpatio alicujus magnitudinis, ut cœli, vel terræ, *tratto*, *ſpazio*, *regione*, עבר, Ger. *ſtrich*, *tran*, *contrée*, Hiſ. *trecho*, χώρα, κλίμα. *Cic. pro Planc.* Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Aliſanus, tota denique noſtra illa aſpera, & montoſa regio. *Virg. 2. Georg.* Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem. ¶ Item pro ſpatio temporis. *Vellej. l. 2. c. 9.* Eodem tractu temporum nituerunt Oratores Scipio, & Lælius.

Tractus, a, um, ἑλκυσθείς, ductus, part. a trahor. *Cicer. 2. de nat. Deor. c. 55.* Qui, ſicut venæ, & arteriæ a corde tractæ, & profectæ, in omne corpus ducuntur. *Id. Phil. 11. c. 2.* Reliquum corpus tractum, & laceratum abjecit in mare. *ſtraſcinato.* ¶ Oratio tracta eadem eſt, quæ fuſa, ſeu continuata, & extenſa. *Cic. 2. de Or. c. 15.* Genus orationis fuſum, atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, ſine hac judiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis perſequendum eſt. *Id. in Orat. c. 20.* Tracta quædam & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio.

Traditio, onis, f. παράδοσις, actus tradendi. *Cic. in Top. cap. 5.* Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure civili fieri poſſunt. ¶ Translata ſumitur pro documento, doctrina. *inſegnamento*. *Gell. lib. 13. cap. 22.* Sed eam quoque traditionem fuiſſe, ut Nerio a quibuſdam uxor eſſe Martis diceretur. *Quintil. l. 3. cap. 1.* Jejuna, atque arida præceptorum traditio.

Traditor, oris, m. qui tradit. *Arnob. l. 3. pag. 113.* Neque enim traditor alicujus eſſe ſcientiæ potius eſt, ut non ejus, quod tradit, rationem teneat. ¶ Item proditor, *traditore*. *Tacit. 4. hiſt. c. 24.* Quia potius interfecto traditore, virtutem ſuam malo omine exſolverent. *Urſinus* & *Acidalius* mallent *proditore*, quod certe eſt magis Latinum. *Sedul. l. 5. v. 61.* Traditor immitis, ſeve proditor, impie latro.

Traditus, a, um, nom. particip. *dato*, *inſegnato*. *Cic. 6. Fam. ep. 22.* & ſapientiſſimis viris tradita memoria, & ſcientia comprehendere. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 57.* Traditus & commendatus. *Tacit. 1. hiſtor. c. 32.* Tradito more quemcumque principem adulandi. *eſſendo paſſato in coſtume.*

Trado, is, didi, ditum, a. 3. *dare*, נתן, Ger. *geben*, Gall. *bailler*, Hiſp. *dar*, ἐγχειρίζω, idem ac do, ſeu porrigo, ex *trans*, & *do*, de quo infra ſuo loco. *Cæſ. l. 1. bell. Civ.* Saxa multis locis prærupta iter impediebant, ut arma per manus neceſſario traderentur. *Id. l. 2.* Pecuniam ex publico tradunt. ¶ Sæpe ponitur pro dedere, dare in manus, ſive in poteſtatem. *Cæſ. l. 2. bell. Civ.* Itaque neceſſitate coacti ſe tradiderunt, *s'arreſero*. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2.* In cuſtodiam tradere aliquem. *Id. de Prov. Conſ.* Tradere in ſervitutem aliquem alicui. *Id. pro Dom.* Tradere aliquem alicui ad ſupplicium. *Id. ibi.* Provinciam ad diripiendum tradere. ¶ Item, pro committere, commendare, *conſegnare*. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Totum denique hominem tibi trado de manu, ut aiunt, in manum tuam iſtam & victoria, & fide præſtantem. *Id. 2. Phil. c. 2.* At enim te in diſciplinam meam tradideras. *Id. l. 16. Fam. ep. 2.* Et te totum trade. ¶ Item pro tranſmittere, relinquere. *Anton. ad Cic. poſt ep. 13. l. 14. ad Att.* Non eſſe tradendas poſteris inimicitias. *Plin. in l. 1. ep. 12.* Nam plerunque morbi quoque per ſucceſſiones quaſdam, ut alia, traduntur. ¶ Item pro adjicere, applicare, operam dare. *Cic. 1. de Divin.* Qui ſalubri, & moderato cultu, atque victu quieti ſe tradiderit. *Id. 1. de Invent.* Quaſi ex aliqua turbida tempeſtate in portum, ſic ex ſeditioſa, & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum. ¶ Item pro præſtare, efficere. *Cic. 3. Verr.* Quæſivit, quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. ¶ Item pro docere. *Cæſ. l. 6. bell. Gall. c. 13.* De Deorum immortalium vi, ac poteſtate diſputant, & juventuti tradunt. *Cic. pro Planc.* Et qui ſe etiam dicendi tradituram etiam cæteris profitebatur. Item pro dicere, referre, narrare. *Cic. 1. Tuſc.* Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuiſſe tradunt. *Id. 5. Tuſc.* Traditum eſt etiam, Homerum cæcum fuiſſe. *Plin. l. 13. c. 1.* Unguenta quis primus invenerit, non traditur. ¶ *Tradere memoriæ* eſt memoriæ mandare, *metter' a mente*. *Cic. in Somn. Scip.* Et quæ dicam, trade memoriæ. Item ſcriptum relinquere, *laſciare ſcritta alla memoria de' poſteri*. *Id. l. 2. de Invent. c. 1.* Quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt. ¶ Tradere ſcriptis, *laſciare ſcritto*. *Cic. 3. de Or.* Cujus ingenium, varioſque ſermones ſcriptis ſuis Plato tradidit. ¶ Tradere pro prodere, *tradire*, rarum eſt. *Sedul. in Acroſtich. v. 74.* Tunc ille Judas carnifex auſus magiſtrum tradere. ¶ Tradere conſuetudini Latinæ, h. e. in Latinum ſermonem vertere. *Columell. in proœm. l. 12.* Hæc in Oeconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eum noſtræ conſuetudini Latinæ tradidit. ¶ Tradere ſe triſtitiæ, *darſi alla malinconia*. *Cic. Fam. 5. ep. 14.*

Traduco, is, xi, ctum, a. 3. *tradurre*, *traſportare*, הוליך, Ger. *hindurch führen*, Gal. *traduire*, Hiſp. *traſpaſſar*, μετάγω, per locum aliquem duco, vel de loco in locum duco, transfero, a *trans*, & *duco*. *Cæſ. l. 1. bell. Gall. c. 11.* Helvetii per anguſtias, & fines Sequanorum ſuas copias traduxerant. *Virg. Ecl. 8.* Atque ſatas alio vidi traducere meſſes. *Cic. pro Cluent. c. 48.* Traducere equum. *paſſar banda*, *o paſſar' innanzi col cavallo*. ¶ Interdum eſt trajicere, hoc eſt in littus, vel ripam ulteriorem tranſvehere, *tragettare*. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 12. Id. ibid.* Tres jam copiarum partes Helvetios id flumen tranſduxiſſe. *Id. ibi.* Ab eo poſtulat, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret. *Id. ibi. l. 2. c. 5.* Flumen Axonam exercitum traducere maturavit. *Cic. l. 2 de Invent.* Fluvius ita magnus factus eſt, ut eo victimæ traduci non poſſent. ¶ Interdum tranſmittere, ſeu de loco, in quo quid natum eſt, alio mittere. *Juven. ſat. 7.* Altera quos nudo traducit Gallia talo. ¶ Translate ſumitur pro transferre ex uno ordine in alium. *Cicer. Att. l. 1. ep. 18.* (al. 16.) Is ad Plebem P. Clodium traducit. ideſt ex Patricio Plebejum facit. ¶ Item pro abducere, avertere, & alio convertere, aut trahere. *Cic. 1. Fam. ep. 2.* Ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. *Id. de Clar. Orat. c. 93.* Judicum animos a ſeveritate ad hilaritatem, riſumque traducere. ¶ Item impellere, trahere. *Id. pro Cluent. c. 52.* Traduxit me ad ſuam ſententiam. ¶ Item inflectere, convertere. *Id. 2. de Or. c. 48.* Tum omnem orationem traduxi, & converti in increpandam Cæpionis fugam. ¶ Item pro tranſigere, terere, conſumere, *menare*, *paſſare*, *conſumare*. *Cic. de Sen. c. 23.* Ut vitam otioſam, & quietem ſine ullo dolore, & contentione traducamus. *Id. l. 4. Fam. ep. 6.* Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. ¶ Item pro accuſare, ſiniſtram famam de aliquo ſpargere, infamia afficere, deridere, quaſi ſit ducere per vicos, & plateas ad deridendum. *Martial. l. 1. ep. 54.* Quæ tua traducit manifeſto carmina furto. hoc eſt arguit furti, infamat, convincit. *Liv. l. 2. c. 38.* Veſtras conjuges, veſtros liberos traductos per ora hominum? ¶ In imperativo eſt *traduc*. *Ter. Adel. 5. 7. 12.* Traduc familiam omnem ad nos. Legitur tamen & *traduce* in quibuſdam Editionib. apud *Valer. Max. l. 4. c. 1.* ¶ *Traduxti* pro *traduxiſti* per ſyncopen legitur apud *Plaut. Caſ. 3. 3. 16.*

Traductio, onis, f. actus traducendi, ſeu ex uno in alium locum transferendi. *Auſon. in gratiar. act. c. 4.* Traductio captorum. *Cic. pro Sex. c. 7.* Traductio ad plebem furibundi hominis. h. e. translatio Clodii ex Patricio ad Plebejum ordinem. *Id. 3. de Orat. c. 42.* Traductio, atque immutatio in verbo. h. e. translatio ab uno ad alium ſenſum. ¶ Item curſus, fluxus. *Cic. 1. Divin. c. 56.* Traductio temporis, nihil novi efficientis, & primum quidque replicantis. ¶ Item irriſio, deriſio. *Senec. l. 2. de ira, c. 6.* Cum dedecore, & traductione vitam exigere.

¶ Dens-

¶ Denique traductio eſt figura rhetorica, quæ facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, ſed etiam concinniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non poteſt colere. Item, Eum tu hominem appellas, qui ſi fuiſſet homo, numquam tam crudeliter vitam hominis petiiſſet. Hæc ex *Auct. ad Heren. l. 4. c. 14.*

Traductor, oris, m. qui traducit, ſeu transfert. *Cic. Att. l. 2. ep. 9.* Sciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem. h. e. Pompejus Hieroſolymorum exciſor, qui Clodium a Patricio ordine ad Plebejum tranſtulerat.

Traductus, a, um, adject. ex particip. *tirata da un luogo all' altro*, *traſferito*. *Varr. l. de R. R. c. 8.* Ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. ¶ Item actus, traductus. *Cic. pro Planc. c. 12.* O adoleſcentium traductam eleganter.

Traductus, us, m. *tranſito*, locus, per quem aliquid traduci poteſt. *Ammian. l. 9.* Præſidium per eos traductus agentes.

Tradux, ucis, m. & f. ramuſculus vitis, vel alterius arboris, qui in alium arborem traducitur, ſeu transfertur. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 8.* Quartum pedamentum eſt nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. *Col. l. 5. c. 7.* Novi traduces omnibus annis inter ſe ex arboribus proximis connectantur: Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligatur. *Id. l. 4. c. 29. de inſitione:* Ex quo velut traducem inhærentem matri, palmitem attrahas, & per foramen transmittas. *Tacit. 2. hiſt. c. 25.* Vineæ nexu traduce impeditæ. ¶ Translate *Sever. in Ætna*, v. 567. Sacra marmora reſque vetuſtas traduce materia. h. e. adeo firma, ut opera ex illa facta ad poſteros uſque traduxerit. ducta metaphora a vitibus, quæ traducum ope conſervantur. *Prudent. in Apotheoſi*, v. 983. Ne traduce carnis Transfundi in ſobolem credatur fons animarum. h. e. mediante carne, quæ ab uno in alium quaſi tradux propagatur.

Tragacanthe, es, f. τραγάκανθα, frutex in Creta Inſula maxime proveniens, ſpinæ albæ radice, ex qua lacryma manat aliquot uſus in medicina habens. *Plin. l. 13. c. 21.* ¶ Dicitur & tragacantha, æ, ab eodem *Plin. l. 26. c. 24.*

Traginum porcellus eſt hircoſus, hoc eſt hircum pilo, & habitu corporis quodammodo referens. *Apic. l. 8. c. 7.*

Tragelăphus, i, m. τραγέλαφος, *ircocervo*, animal juxta Phaſin amnem naſcens, barba, & armorum promiſſo villo hirco ſimile, cætera cervo: unde & nomen ſortitus eſt, nam τράγος *hircum*, ἔλαφος, *cervum* ſignificat. *Plin. l. 8. c. 33.*

Tragemăta, um, n. *treggea*, τραγήματα, bellaria, h. e. omne genus cibi delicatioris, quod ſecundis menſis infertur. Græca tamen vox eſt, & Græce uſurpata tum a *Gellio l. 13. c. 1.* tum ab ejus exſcriptore *Macrob. l. 2. Saturn. c. 8.*

Tragia, æ, f. Tragias, Tragæa, inſ. parva maris Ægæi, apud Samum, patria Theogitonis Philoſophi Peripatetici. *Plin. l. 4. c. 12.* ¶ Item opp. Naxi inſ. ubi Apollo colebatur, unde Tragæus dictus eſt. *Strabo l. 14.*

Tragice, adv. *tragicamente*, τραγικῶς, more tragico, ritu tragicorum. Translate, ſeu metaleptice ſumitur pro graviter, ſublimiter, ſtilo gravi, verbis grandibus, quibus tragici utuntur. *Cic. in Bruto c. 11.* Hanc enim mortem rhetorice, & tragice ornare potuerunt.

Tragicomœdia, æ, f. genus fabulæ ex Tragœdia & Comœdia mixtæ, qualis eſt Amphitruo Plauti, eodem teſte *ibid. in Prol. v. 59. & 63.* ibi enim & Dii, qui Tragicæ perſonæ ſunt, & ſervi, qui Comicæ, inducuntur.

Tragicus, a, um, adject. *tragico*, τραγικός, quod ad tragœdiam ſpectat. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ut tragici poetæ, cum explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum. *Id. in Bruto c. 55.* Fuit enim Sulpitius vel maxime omnium, quos quidem ego audiverim, grandis, &, ut ita dicam, tragicus Orator. ¶ Metaleptice ſumitur pro triſti, crudeli, ſcelerato. Nam talia fere ſolent eſſe tragœdiarum argumenta. *Liv. l. 1. c. 46.* Tulit enim & Romana Regia ſceleris tragici exemplum. ¶ *Tragicum* adverbii more poſitum. *Horat. l. 2. ep. 1.* Nam tragicum ſpirat ſatis, & feliciter audet. h. e. tragico & ſublimi ſtilo ſcribit. ¶ Tragicus, i, abſolute pro tragico Poeta. *Horat. de art. poet.* Et Tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.

Tragœdia, æ, f. *tragedia*, Ger. *tragedi*, Gall. *tragedie*, Hiſp. *tragedia*, τραγῳδία, poematis graviſſimi genus, quo Regum, Principumve, aut eorum, qui in aulis Regum verſantur calamitates depinguntur, triſtiſſimum fere habens exitum. Dicta eſt a τράγος, *hircus*, & ᾠδή, *cantus*, quia præmium ejus, qui tragœdia viciſſet, hircus erat, quem ille Baccho ſacrificabat. Unde *Horat. in Arte:* Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. ¶ Differt a comœdia, quod in hac humiles, & privatæ perſonæ introducantur, in tragœdia Reges, Principes, Duces, nonnunquam etiam Heroes, & Dii. Ad hæc comœdia a turbulentioribus fere rebus initium ſumens, tranquillum, lætumque ſortitur exitum, tragœdia autem totum quidem argumentum habet luctuoſum, exitum autem triſtiſſimum. *Cic de Sen.* Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit. ¶ Translate ſumitur pro magnificentia, magniloquentia, re ingenti. *Cic. 1. de Or.* Neque vero iſtis tragœdiis tuis, quibus uti Philoſophi maxime ſolent, Craſſe, perturbor. ¶ *Tragœdias agere*, *movere*, *excitare*, eſt gravi dicendi genere uti, amplificare, exaggerare, interdum etiam tumultum commovere, ſeditionem concitare. *Cic. l. 2. de Or.* Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, &c. *Id. pro Mil. c. 7.* Quantas tragœdias excitat? *Quinctil. l. 6. c. de peroratione*. Nam in parvis litibus has tragœdias movere tale eſt, quaſi ſi perſonam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis.

Tragœdus, m. a. *colui, che recita tragedie*, τραγῳδός, actor tragœdiæ. *Cic. 1. de Or.* Vox tragœdorum, geſtus pene ſummorum actorum eſt requirendus. *Hor. l. 2. ep. 2.* Qui ſe credebat miros audire tragœdos. ¶ Fuit hoc nomine Romæ vicus, in quo quia Jovis ſtatua ab Auguſto dedicata fuit, ut eſt apud *Suet. in Aug. c. 57.* is Jupiter Tragœdus appellatus eſt. Alii putant ſic dictum Jovem, quod apud Plautum in Amphitr. induatur hiſtrionicam faciem: nam ea fabula mixta eſt ex Tragœdia, & Comœdia.

Tragopanas, adis, f. avis aquila major, cornua curva in temporibus habens, colore ferrugineo, capite phœniceo. *Plin. l. 10. c. 49.* qui tamen inter fabuloſas recenſet.

Tragopōgon, onis, f. *barba di becco*, herba hircinæ barbæ ſimilis, a τράγος, hircus, & πώγων, barba. *Plin. l. 21. c. 15.*

Tragŭla, æ, f. *azpata*, *ſtoker*, ἀκόντιον, genus teli ſimilitudine haſtæ. *A trajiciendo* dici vult *Varro l. 4. de L. L.* Aliter vero *Feſtus:* Tragula, inquit, genus teli, dicta, quod ex ſcuto infixa trahatur. Unde *Scaliger trabulam* dicendum putabat, quaſi diminutivum ſit a *trabe*. Ab eadem etymologia id genus teli hamatum fuiſſe, ſuſpicatur *Lipſius l. 4. Poliorcet. c. 4. Liv. l. 24. c. 42.* Cn. Scipionis femur tragula confixum erat. ¶ Tragula item, *tratta*, ἀμφίβληστρον, verriculum, ſive rete piſcatorum, quod ſuberc innatat, ita dictum a *trahendo*. Nempe quod per undas, & in undis trahatur. *Plin. l. 16. c. 8.* Uſus ſuberis anchoralibus maxime navium, piſcantiumque tragulis, & cadorum obturamentis. ¶ Translate *Plaut. Epid. 5. 1. 24.* Tragulam in te injecero, adornat. h. e. dolum, inſidias tibi machinatur. *Id. Caſ. 2. 4. 18* Ego poſt iſtam jam aliquovorſum tragulam decidero, nam ſi nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar. h. e. aliquo modo telum iſtud ſecuero, remque hanc expediam, ducta translatione a tragula, quæ infixa corpori, non niſi laxato vulnere evelli poteſt: vel deducta metaphora a tragula rete, quam, ne evadas, aliquo loco cadere oportet.

Tragum, i, n. genus pultis ex tritici ſemine, hoc eſt ex zea factum, quod inter cibos non minimum acres, cum ptiſana, & lenticula recenſetur a *Celſ. l. 4. c. 4.* Adde *Plin. l. 18. c. 7.*

Tragurium, n. Tragurum, *Trau*, urbs Dalmatiæ, in inſula parva cognomine juncta continenti, contra Bubuam, ſeu Boam inſ. cui etiam ponte jungitur. *Plin. l. 3. c. 21.*

Tragus, vel Græco more Tragos, i, τράγος, herba ſemipede alta, fruticoſa, ſine foliis, puſillis racemis rubentibus, grano tritici acuto cacumine, in maritimis naſcens, quæ alio nomine ſcorpion dicitur. *Plin. l. 27. c. 13.* ¶ Eſt item genus piſcis, qui & hircus latino vocabulo appellatur. *Plin. l. 9. c. 45.* Apud *Feſtum* legitur, Tragum eſſe genus conchæ mali ſaporis. ¶ Præterea ſic dicitur fœtor alarum in hominibus. *Martial. l. 11. epigr. 23.* Inde tragus, celereſque pili, mirandaque matri barba. ¶ Denique tragos genus eſt ſpongiarum ſciſſum, praedurum, & aſperum. *Plin. l. 9. c. 45.*

Traha, æ, f. *treggia*, Ger. *ſchlitten*, Gal. *traineau*, Hiſp. *raſtro*, ἑλκηθρον, genus vehiculi ſine rotis, quo coloni utuntur, a *traho*, ut monet *Servius*. Nam quia rotas non habet, non vehitur, ſed trahitur. *Col. l. 2. c. 21.* Si pauca juga ſunt, adjicere tribulam, & traham poſſis. ¶ Pro *traha* Poetæ per Epentheſin dicunt, *trahea*, ut navita pro nauta. *Virg. 1. Georg. v. 164.* Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere raſtri.

Trahārius, ii, m. qui traham ducit, vel traha vehit. *Sidon. l. 6. ep. 2.* Traharios recenſet inter calones, & lixas, qui ſunt in impedimentis exercitus.

Trahax, acis, o. *rapace*, גזל, Ger. *zugig*, Gall. *attrayant*, Hiſp. *que trae*, ἑλκυστικός, qui omnia ad ſe trahit, rapax, avidus. *Plaut. Perſa.* procax, rapax, trahax: treccntis verſibus tuas impuritias loqui nemo poteſt.

Trahea. V. Traha.

Traho, his, traxi, tractum, a. 3. *trarre*, *tirare*, *ſtraſcinare*, *traſcinare*, משך, Ger. *ziehen*, Gal. *attirer*, Hiſp. *traer*, *llevar*, σύρω, ἕλκω, per vim duco. Trahimur enim inviti, ducimur volentes. *Senec. ep. 107.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Auct. Declam. antiq. Cic. inter in extl. c. 7.* Trahi ad ſupplicium. ¶ Hinc *trahere* abſolute, pro ad ſupplicium trahere, quemadmodum & *ducere* eodem modo uſurpatur. *Sall. in Catil. c. 51.* Paulo poſt ipſi trahebantur. ¶ Non ſemper tamen eſt per vim ducere, ſed ſæpe amore ducere, ſympathia ducere. *Cic. l. 1. de Divin.* Magnes lapis eſt, qui ferrum ad ſe allicit, & trahit. *Virg. 2. Ecl.* Trahit ſua quemque voluptas. ¶ Ponitur etiam pro reptare, ideſt ita aliquid ducere, vel geſtare, ut tamen humo non attollatur, quod dicitur de iis, qui non ambulant, aut vix poſſunt ambulare. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 117.* Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem. S. Sine trahi, cum egomet trahor. ¶ Item pro haurire, educere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 9.* Atqui etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi. *Plaut. Trucul. 2. 7. 41.* Traxit ex intimo ventre ſuſpirium. *Virg. 1. Æn.* Operumque laborem Partibus æquabat juſtis, aut ſorte trahebat. *Senec. 3. de Ira, c. 10.* Navigium aquam trahit, h. e. per rimam admittit, *fa acqua*. Huc etiam pertinet, trahere pocula, h. e. bibere. *Hor. Epod. 14.* Trahere odorem naribus, h. e. haurire, *Phædr. l. 3. fab. 2.* ¶ Item pro nere. *Hor. l. 2. Od. 17.* Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientæ. ¶ Translate ſumitur pro impellere, incitare, cogere. *Cic. 1. Off. c. 6.* Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem. *Id. pro Arch. c. 11.* Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ducitur. *Id. pro leg. Manil. c. 7.* Trahere alterum in eandem calamitatem. *Liv. l. 38. c. 56.* Multa alia me in diverſum trahunt. h. e. dubium, incertumque faciunt, ut quam potiſſimum ſequar opinionem, neſciam. *Id. l. 23.* Trahere aliquem ad defectionem. ¶ Item pro derivare, arceſſere. *Plin. l. 6. c. 28.* A rege Cretæ Minoe, ut exiſtimant, originem traherent. ¶ Item pro capere. *Sall. in Jug.* Tum Marius ex copia rerum conſilia trahit. ¶ Item pro accipere, ſuſcipere, acquirere. *Cic. pro Corn. Balb.* Anne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus non licebit? *Id. 3. Phil. c. 6.* Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. *Id. 4. Phil.* Aliquid ſatis ab uxore mima trahere poteras. *Plin. l. 9. c. 19.* Candorem trahunt quodam radicamine. ¶ Item pro protogare, procraſtinare, in longum ducere. *Cic. Att. l. 10. ep. 8.* Neceſſe eſt enim, aut id, quod maxime velim, pelli iſtum ab Hiſpania, aut trahi id bellum. ¶ Item pro terere, conſumere. *Virg. 1. Æn.* Nec non & vario noctem ſermone trahebat Infelix Dido. ¶ Item pro remorari, detinere. *Val. Max. l. 4. c. 1.* Traxit eam ſermone, quoiuſque e ſcholis redirent liberi. ¶ Item pro durare. *Flor. l. 4. c. 2.* Decem annos traxit iſta dominatio. *Celſus:* Si quis in eo morbo diutius traxit. ¶ Item pro cogitare, reputare, agitare. *Sall. in Jug.* Marius multis diebus, & laboribus conſumptis, anxius trahere cum animo ſuo, omitteret ne inceptum, an fortunam opperiretur. *Id. ibid.* Alia hujuſcemodi animis trahebam. *Id. ibid.* Et dubium belli, atque pacis rationes trahere. ¶ Item pro interpretari, explicare, narrare. *Cicer. 4. Acad.* Non quæro rationes eas, quæ ex conjectura pendent, quæ diſputationibus huc, & illuc trahuntur. *Liv. l. 25. c. 11.* In diverſum trahunt auctores. id eſt diverſa ſentiunt. ¶ Trahere animam, *reſpirare*, vivere. *Plin. l. 11. c. 3. & Tacit. 2. Annal.* ¶ Trahere vultum, *moſtrar viſo ſevero*. *Ovid. 2. Amor. eleg. 2. v. 33.* Cum bene vir tracit vultum, rugaſque coegit. ¶ Trahere ſtipendia. *tirar la paga*. *Juſtin. l. 12. c. 4.*

Trajanālis, le, adject. a Trajano, legitur in *Inſcript. apud Fabret. pag. 454.* Phœbus VI. vir Auguſtal. Trajanal. & Hadrianal. IIII. Vir.

Trajanus, a, um, adject. ad Trajanum Imp. R. pertinens, ut Trajanæ Thermæ, in *Inſcript. apud Fabret. pag. 677.* ¶ De Trajana aqua V. in *Aurelius*, a, um.

Trajectio, onis, f. *l' oltrepaſſare da un luogo all' altro*, διάβασις, actus trajiciendi, translatio. *Cic. 1. de Divin. c. 1.* Trajectiones, motuſque ſtellarum obſervaverunt. *Id. 3. de Or. c. 53.* Augendi, minuendive cauſa veritatis ſuperlatio, atque trajectio. ¶ Spectatum ſumitur pro transfretatione, transvectione, *tragetto*, *tragitto*, διαπορθμεύσις. *Cic. 1. Tuſc. c. 5.* Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, trajectio Acherontis? Alii leg. *transvectio*. *Id. Att. l. 8. ep. 15.* Cautior certe eſt manſio, honeſtior exiſtimatur trajectio. ¶ Dicitur etiam de verborum tranſpoſitione, translatione de ſuo loco in alienum, quæ etiam in literis, & ſyllabis dicitur *Metatheſis*, in vocibus appellatur *Hyperbatum*. *Cic. Or. c. 69.* Et utitur ea trajectione verborum. ¶ Reperitur etiam pro contextu orationis, quia uſque ad clauſulam tranſeundum eſt, antequam habeamus ſenſum integrum. *Quintil. l. 8. c. 2.* Quare nec ſermo tam ſit longus, ut eum proſequi non poſſit intentio, nec trajectione tam tardus, ut in Hyperbaton finis ejus differatur.

Tra-

Trajectitius, a, um, adject. quod alio trajicitur. *Ulpian. l. 3. Dig. de pe-cul.* Trajectitia pecunia. h. e. quæ in alium locum periculo creditoris transfertur.

Trajecto, as, a. 1. *trapaſſare*, freq. a trajicio. *Celſ. l. 7. c. 14.* A quibuſdam ad imum acu trajectatos.

Trajector, oris, m. qui trajicit. *Prudent. in Hamartig. v. 875.* Ignis trajector nubium.

Trajectura, æ, f. *ſporto*. *Vitruv. l. 4. c. 7.* Supra trabes, & ſupra parietes trajecturæ mutulorum projiciuntur.

Trajectus, us, m. *tragetto*, *tragitto*, διαπέρασμα, actus trajiciendi, transfretatio. *Cæſ. l. 5. bel. Gal.* Quo ex portu commodiſſimum in Britanniam trajectum eſſe cognoverat. *Liv. l. 1. c. 3.* Qui in trajectu Albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit. *Rurſus Cæſ. l. 3. Bel. Civ. c. 20.* Ne itinere aut trajectu intercluderetur. Quædam Edition. hic habent *tranſjectu*, quæ ſcribendi ratio uſurpari etiam a nonnullis ſolet, ſed altera uſitatior eſt.

Trajectus, a, um, o. 1. e. *tragettato*, *tragittato*, διαπεραιωθείς, tranſvectus, particip. a trajicior. *Cic. poſt red. ad Quir. c. 8.* Cum parva navicula trajectus in Africam. ¶ Sumitur etiam pro tranſmiſſo. *Hor. l. 2. ſat. 3.* In cor trajecto lateris miſeri, capitiſque dolore. ¶ Item pro ducto, deducto. *Ulp. l. quemadmodum, §. 1. ff. ad l. Aquiliam.* Per cujus domum trajectus erat aquæductus. ¶ Item pro tranſfixo, *trapaſſato*. *Ovid. 5. Met.* Trajecti ſummovit vulnere cruris. *Plin. l. 11. c. 37.* Ob hoc in præliis, gladiatorumque ſpectaculis mortem quos riſu trajecta præcordia attulerant.

Trajicio, is, jeci, jectum, a. 3. *traſportare da un luogo all' altro*, transfero, διαίρω, διάγω. *Liv. l. 30.* Trajicere de nave in navem malos, & antennas. *Lucr. l. 4. v. 425.* Et quocumque oculis trajecimus, omnia ferri. *dovunque volgiamo gli occhi*. ¶ Speciatim ſumitur pro tranſvehere, transferre trans mare, flumen, montes, &c. *traſportare*, *tragittare*, העביר, עבר, Ger. *uberfahren*, Gal. *paſſer*, *traverſer*, Hiſp. *paſſar*, πορθμεύειν, διαπορθμεύειν. In hac acceptione duos fere habet accuſativos, unum communem verbis omnibus activis, alterum ex præpoſitionis, vel hujus vice adverbium motus ad locum. *Planc. Cic. l. 10. Fam. ep. 9.* Exercitum ad Calendas Majas Rhodanum trajeci. *Et Ep. 21.* Exercitum hunc trajiciendum quam primum cures. *Brutus Cic. l. 11. ep. 9.* Si ſe Alpes Antonius trajecerit. ¶ Sæpe alter accuſativus omittitur, qui tamen facile ſubintelligitur. *Cic. Att. l. 7. ep. 21.* Et, ſi terra quidem, qui poſſum? mari, quo trajiciam? *Brutus Cic. l. 11. ep. 13.* Neque ex Italia tam celeriter exercitum trajici poſſe credebant. *Liv. l. 21.* Amnem vado trajecit. *Plin. l. 8. c. 30.* Trajicere Cyprum. *paſſar in Cipro*. ¶ Accipitur quoque pro fundere. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 64.* Trajicere in alia vaſa. ¶ Item pro transfigere, transfodere, *trapaſſare*, διαπείρειν. *Cic. 4. Phil.* Si Annibal ad portas veniſſet, murumque jaculo trajeciſſet. *Cæſ. l. 5. B. Gal. c. 35.* Utrumque femur tragula trajicitur. ¶ Translate dicitur de vocibus pro tranſponere, de ſuo loco in alienum transferre. *Cic. in Or. c. 69.* Ne verba trajiciamus aperte, quo melius aut cadat, aut volvatur oratio. *Id. ibid.* Ut neque verbum ita trajiciat, ut id de induſtria factum intelligatur. ¶ Item de criminibus, pro transferre, convertere, imponere, *rivolgere*, *addoſſare*. *Cic. 1. Ver.* Et ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit. ¶ Item pro rejicere, *rimettere*. *Ovid. 12. Met.* Et arbitrium litis trajecit in omnes. *Liv. l. c.* Trajicere rem ad novos Magiſtratus.

Tralatio. V. Tranſlatio.

Trallianus, a, um, ad Tralles pertinens. *Cic. in Orat. c. 70.* Quaſi vero Trallianus fuerit Demoſthenes.

Tralles, f. 3. num. pl. vel Trallis, num. ſing. *Cara*, urbs Aſiæ min. in Lydia, inter Magneſiam, & Meandrum fl. ad Mer. & Cayſtrum fl. ad Bor. *Plin. l. 5. c. 29.* Trallis, eadem Evanthia, & Seleucia, & Antiochia dicta. *Juvenal. Sat. 3. v. 7.* Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Traloquor, eris, dep. 3. rem omnem enarro, a principio ad finem uſque rem eloquor. *Plaut. Perſ. 3. 3. 7.* Trecentis verſibus tuas impuritias traloqui nemo poteſt. *dirle tutte*.

Traluceo. V. Transluceo.

Trama, æ, f. 1. *trama*, ערב, Ger. *eintrag*, Gal. *trame*, Hiſp. *trama*, κρόκη, filum, quod intra ſtamen currit, ſeu quod ſtamini ex tranverſo intertexitur. *Plin. l. 11. c. 24.* Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pectine telæ, & quadam polituræ arte, ipſa per ſe tenax ratio tramæ? ¶ Translata *tramæ putres* ponuntur pro re nullius pretii. *Plaut. Rud. 5. 2. 36.* Quid dare velis, qui iſthæc tibi indicet? La. nummos trecentos. Gr. tricas. La. quadringentos. Gr. tramas putridas. La. quingentos. Gr. caſſam glandem. ¶ Trame apud *Varron. l. 5. de L. L.* videtur eſſe genus veſtimenti tenui textura, & rara. Trams, inquit, quod trameat frigus id genus veſtimenti. Hinc translata *trama figuræ* ponitur pro extenuatiſſimo corporis habitu umbram potius hominis, quam hominem referente. *Perſ. Sat. 6. v. 73.* Mihi trama figuræ Sit reliqua: at illi tremat omento popa venter.

Trameo. V. Tranſmeo.

Trames, itis, m. *ſentiero tranſverſale*, נתיב, Ger. *krumer fuſſteig*, Gal. *ſentier*, Hiſp. *ſenda*, ἀτραπός, τρίβος, ſemita tranſverſa, a trameo, ſeu *tranſmeo*, quia tranſverſus ſcindit viam rectam. Ita *Var. l. 6. de L. L.* Sed generatim accipitur pro anguſta ſemita, & a majori via remotiori, minuſque trita. *Cic. Phil. 13. c. 9.* Egreſſus eſt non viis, ſed tramitibus. ¶ Ponitur etiam pro quavis via. *Prop. l. 3. el. 16.* Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter. ¶ Trames quoque eſt αὐλών, ſive conval-lis, ac generatim locus ſaltuoſus, virgultiſque obſitus. *Serv.* Tramites ſunt convalles, quæ de lateribus utrinque perviæ limitant montes: quæ ſolent etiam ſaltus nuncupari. *Prop. l. 3. eleg. 13.* Si forte meo tramite quæris avem.

Tramitto. V. Tranſmitto.

Trano. V. Trano.

Tranquillatus, a, um, particip. *tranquillato*, *acquietato*. *Nepos 25. c. 4.* Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam.

Tranquille, adverb. *tranquillamente*, γαληνῶς, leniter, placide, citra motum, & perturbationem. *Cic. 3. Tuſc. c. 11.* Si volumus hoc, quod datum eſt, vitæ tranquille, placideque traducere. *Id. in Or. c. 28.* Qui enim nihil poteſt tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, diſtincte, facete dicere. *Senec. ep. 71.* Animus tranquillius inter divina menſuſus. *Sueton. in Aug. c. 2.* Tranquilliſſime ſenuit.

Tranquillitas, atis, f. *tranquillità*, שקט, Germ. *ſtille*, Gal. *tranquillité*, Hiſp. *ſoſſiego*, γαλήνη, γαλήνης, quies maris tempeſtatis expers, ut ſerenitas eſt ſtatus quietus cœli. *Cic. 4.* Proficiſci probo navigio, bono gubernatore, et tranquillitate. *Id. Att. l. 6. ep. 8.* Nos longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. ¶ Per tranſlationem accipitur pro quavis quiete, ut *tranquillitas vitæ*, *& animi*, hoc eſt ſecuritas motuum omnium, & perturbationum expers. *Cic. 1. de Or. c. 1.* Nam qui locus quietis, & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur. *Id. 1. Off.* Ut tranquillitas animi, & ſecuritas adſit. *Id. pro Mur. c. 27.* Qui remoti a ſtudiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt.

Tranquillo, as, a. 1. *tranquillare*, *rendere tranquillo*, *abbonacciare*, *far bonaccia*, *calmare*, השקיט, Ger. *ruhig machen*, Gall. *appaiſer*, Hiſp. *ſoſſegar*, γαληνίζω, tranquillum facio, tempeſtates ſedo. *Plin. l. 2. c. 103.* Mare tranquillatur oleo. ¶ Translate ſumitur pro ſedare, lenire, liberare a perturbationibus, cui opponitur *perturbare*. *Cic. 1. Fin. c. 16.* Semper alit aliquid, quod tum vi ſua, atque natura tranquillet animos. *Plaut. Capt. 2. 2. 21.* Vultum alicujus tranquillare.

Tranquillo, adverb. V. in Tranquillus.

Tranquillus, a, um, *tranquillo*, שקט, Germ. *ſtill*, Gall. *tranquille*, Hiſp. *ſoſſegado*, γαληνός, quietus, placidus, proprieque de mari dicitur, quando nulla exagitatur tempeſtate, ut *ſerenus* de cœlo. *Cic. pro Cluent. c. 49* Ut mare, quod ſua natura tranquillum ſit, ventorum vi agitari, atque turbari. *Plaut. Caſ. prol. v. 28.* Tranquillum eſt, Alcedonia ſunt circum forum. ¶ Translate ſumitur pro pacato, leni, experte perturbationum. *Plaut. Ciſt. 2. 3. v. 21.* Si poſſum tranquillum facere ex irato mihi. *Ter. Phorm. 3. 1. 15.* Tranquilla res eſt. *Cic. de Sen. c. 20.* Sine qua meditatione tranquillo eſſe animo nemo poteſt. *Id. in Brut.* Ut in transferendis, faciendiſque verbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior. *Id. Att. l. 7. ep. 7.* Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boni facit. ¶ *Tranquillo* (ſupple *mari*) eleganter more adverbii uſurpatur. *Plin. l. 9. c. 7.* Piſcium tranquillo oſcitatio. *Senec. ep. 85.* Tranquillo, ut aiunt, quilibet gubernator eſt.

Trans, *oltre*, *oltra*, *di là*, עבר, Germ. *jenſeit*, Gal. *outre*, Hiſp. *allende*, πέραν, πέρα, ultra, præp. ex iis, quæ accuſativo ſerviunt, & jungitur tam motus verbis, quam quietis. *Cic. Att. l. 12. ep. 19.* Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare. *Id. pro Quinct. c. 3.* Et trans Alpes uſque transfertur. *Horat. l. 1. ep. 11.* Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Tranſabeo, is, ivi, itum, n. anom. *paſſare*, διαπεράω, per aliquem locum, ſive rem abeo, ultra eo. *Val. Flacc. l. 4. Argon. v. 510.* Turbine ſic rabido populos, atque æquora longe Tranſabiit. *Stat. l. 6. Theb. v. 509.* Tranſabiere fuga. *Id. l. 9. v. 126.* trabs medium Politen tranſabit.

Tranſactio, onis, f. *aggiuſtamento*, pactio non gratuita de re dubia, & controverſa, cujuſmodi eſt, ſiquis paciſcatur cum alio, ſe ei centum nummos aureos daturum, ut lite abſiſtat, & jus omne, quod in re litigioſa prætendit, ſibi cedat, *l. 3. 7. 8. & c. ff. de tranſactionibus*. V. *Tranſigo*. ¶ Alio ſenſu *Tertul. de anim. c. 55.* Cum tranſactione mundi reſerabuntur regna cœlorum. h. e. cum conſumptione, deſtructione, fine rerum.

Tranſactor, oris, m. διαπράκτωρ, qui tranſigit, cujus miniſterio ad rei alicujus tranſactionem utimur. *Cic. 4. Ver. c. 48.* Qui eſt rerum hujuſmodi omnium tranſactor, & adminiſter.

Tranſactus, *fatto*, *finito*, διαπεπραγμένος, peractus, perfectus, abſolutus, particip. a tranſigor. *Ter. Adelph. 2. 4.* Ego jam re tranſacta convertam me domum cum obſonio. *Cic. 2. de Orat.* Quod tranſactis jam meis partibus ad Antonium audiendum veniſti. ¶ *Facta*, *tranſacta omnia*, proverbium eſt, inquit *Donatus*, quo utimur cum volumus ſignificare, nihil diligentiæ prætermiſſum, nihilque reliquum eſſe ad agendum. *Ter. Andr. 1. 5.* Contemptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia. ¶ Sæpe tranſactus accipitur pro præterito, antecedenti, præcedenti. *Cic. 4. Tuſc.* Quid, cum in rebus jam tranſactis, & præteritis orationes ſcribimus, num irati ſcribimus? *Auct. ad Her. l. 2.* In conſequenti tempore ſpectabitur, num quid re tranſacta relictum ſit.

Tranſadigo, is, egi, actum, a. 3. *trapaſſare*, διελαύνω, trajicio. *Virg. 9. Æn.* Sed viribus enſis adactus Tranſadigit coſtas, & candida pectora rumpit. *Apulej. l. 8. Metam.* Ferro ſub papilla tranſadacto.

Tranſigo, is, a. 3. idem quod tranſadigo. *Lucan. l. 10. v. 503.* Terribilem juſto transegit Achillea ferro.

Tranſalpinus, a, um, *di là dalle Alpi*, *Oltramontano*, ὑπεράλπειος, quod trans Alpes ſitum eſt, vel ſit, ut Gallia Tranſalpina. V. *Gallia*. *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* Nunc vero etiam braccatis, & Tranſalpinis nationibus. *Id. 2. Off.* Sine qua numquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

Tranſapenninus, a, um, *poſto di là dell' Apennino*, ut Tranſapennina Italia, apud *Caton. in Antiquitatib.* ut refert *Budæus*.

Tranſauſtrinus, a, um, adject. *poſto di là dall' Auſtro*. *Martian. Capel. l. 6. de geom.* Altera regio tranſauſtrinus habitu deſertione contrahitur.

Tranſbibo, bis, a. 3. idem quod bibo, ut dare aliquid tranſbibendum, apud *Cal. Aurelian. l. 4. Tard. c. 7. & 8.*

Tranſcedo. V. Tranſcido.

Tranſcendo, is, endi, enſum, a. 3. *aſcendere di là*, פסח, Germ. *hinuber ſteigen*, Gall. *paſſer*, *outre*, Hiſp. *ſubir allende*, ὑπερβαίνω, ſupero, aſcendendo tranſgredior, a trans, & *ſcando*. *Cic. 4. Catil. c. 3.* Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manavit non ſolum per Italiam, verum etiam tranſcendit Alpes. *Cæſ. l. 3. B. G.* In naves inimicorum tranſcendere. *Liv. l. 28. c. 41.* Cum Aſdrubal in Italiam tranſcenderet. h. e. tranſfretaret, trajiceret.

Tranſcenſus, us, m. actus tranſcendendi. *Ammian. l. 19.* Occurrere multitudini tranſcenſu ſcalarum jam propugnacula ipſa prenſanti.

Tranſcindo, is, ſcidi, ſciſſum, a. 3. *lacerare*, διασχίζω, omnino ſcindo, conſcindo, lacero. *Plaut. Perſ. 4. 8. 1.* Tranſcidi loris omnes advenient domi. ¶ Hoc præteritum poteſt etiam duci a *trans*, & *cædo*, quod pleriſque Criticis magis placet.

Tranſcribo, is, a. 3. *tranſcrivere*, *copiare*, *ricopiare*, העתיק, Germ. *hinuberſchreiben*, Gall. *tranſcrire*, Hiſp. *traſladar*, μεταγράφω, ἀντιγράφω, exſcribo, ſive ab exemplari deſcribo. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 30.* Qui tranſcripſerit tabulas publicas. *Auct. ad Her. l. 4. c. 4.* Si veſtra manu fabulas, & orationes totas tranſcripſiſſetis. *Plin. l. 14. c. 2.* Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit. ¶ Interdum venale preſcribere. *Quinctil. Decl. 12.* Quomodo ſatis accuſabo vendentem? Spicitne noſtros tranſcribis, ſalutem noſtram exponis. ¶ Interdum ſcribere in coloniam. *Virg. 5. Æn. v. 750.* Tranſcribunt urbi matres, ideſt ad urbem. Ubi *Servius*: Romani moris verbum eſt: Tranſcripti enim in colonias deducebantur. ¶ Interdum per ſcripturam, aut inſtrumentum rem noſtram in alterius dominium transferre. *Proculus l. 12. ff. de præſcriptis verbis*: Ut eos fundos, ſi ipſe velles, eodem pretio mihi tranſcriberes vivo, ideſt jure ceſſo traderet, ait *Budæus*. Sic in libris cenſualibus tranſcribere eſt rem cenſualem ab uno nomine in aliud transferre, & in rationibus tranſcriptio fieri dicitur, cum id, quod mihi expenſum latum eſt, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. *Liv. l. 35. c. 7.* Cum multis fœnebribus legibus conſtricta avaritia eſſet, via fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſcriberent. *Cajus l. 13. ff. ad S. C. Velleyanum*: Si hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in ſe tranſcribat. ¶ Translate ſumitur pro transferre, tradere, tribuere. *Virg. 7. Æn.* Turnæ tot incaſſum fuſos patiere labores, Et tuæ Dardanis tranſcribi ſceptra colonis? Ubi *Servius*: Tranſcribi, tradi. Ser-

mo

Digitized by Google

mo autem hic tractus eſt de pecunia, nam ſcribi eſt dari. *Sen. Thyeſte* v. 13. *In* quod malum tranſcribor? *Sen. ep.* 4. Cum puerilem animum depoſueris, & te in virum Philoſophia tranſcripſerit.

Tranſcriptio, onis, f. excuſatio, prætextus. *Quinct. Decl.* 13. Jam privati veneni tranſcriptio eſt.

Tranſcriptus, a, um, *copiato*. *Cic. pro Cluent. c.* 14. Teſtamentum tranſcriptum in alias tabulas. ¶ Tranſcriptum prædium apud *Juſtin. l. ult. C. de prad. omnicul.* eſt prædium ab uno nomine ad aliud tranſlatum, *ceduto ad altri*.

Tranſcurro, is, tranſcurri, & tranſcucurri, tranſcurſum, n. 3. *traſcorrere*, *paſſare*, עבר, Ger. *hinuber lauffen*, Gal. *courrir*, *paſſer outre*, Hiſp. *correr allende*, μετατρέχω, curſu me aliquo confero. *Ter. Eun.* 4. 6. 25. Tu abi, atque obſera oſtium intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. *Liv. l.* 25. c. 39. Captis prioribus caſtris, in altera tranſcurſum ceſtra ab Romanis eſt. *Plin. l.* 2. c. 26. Præter ora populi tranſcucurrit. ¶ Aliquando eſt curſum conficere, vel potius ultra debiti curſus metam progredi. *Cic. in Bruto* c. 81. Dum Cyri, & Alexandri ſimilis eſſe volui, qui curſum ſuum tranſcurrerant. ¶ Aliquando excurrere, evagari. *Auct. ad Her. l.* 4. n. 34. Ne ſine delectu temere, & cupide videatur in diſſimilem tranſcurriſſe, *Plin. l.* 9. c. 36. Quod ſi hactenus tranſcurrat expoſitio, fraudatam ſe protinus luxuria credat. ¶ Tranſlate ponitur pro perſtringere, curſim, & breviter perſequi. *Quinctil. l.* 4. *c.* 2. In narratione tranſcurſam ſubtiles nimium diviſiones quorundam.

Tranſcurſio, onis, f. *il traſcorrere*. *Cod. Juſtinian. l.* 6. *tit.* 23. *l.* 27. Decennii tranſcurſione evaneſcere.

Tranſcurſus, us, παραδρομή, μεταδρομή, actus tranſcurrendi. In tranſcurſu aliquid facere, eſt obiter facere, quaſi inter tranſcurrendum. *Plin. l.* 28. c. 13. In tranſcurſu ear attigere noſtri, paulo diligentius Græci. *Velley. l.* 2. *c.* 55. Admonet promiſſæ brevitatis fides, quanto omnia tranſcurſu dicenda ſint. *con quanta brevità*. &c.

Tranſcurſus, a, um, *oltrepaſſato*, *traſcorſo*. *Ammian. l.* 21. n. 24. Euphrate ponte navali tranſcurſo. *Terent. Hecyr.* 3. 4. 17. Tranſcurſo in arcem opus eſt, h. e. tranſcurrendum eſt in arcem: quemadmodum dicimus, *facto opus eſt* &c.

Tranſdanubianus, a, um, adject. *poſto di là del Danubio*, ut Tranſdanubiana regio, *Liv. l.* 40. c. 58.

Tranſditus, a, um, particip. *conſegnato*, traditus. *Cæſar l.* 7. *B. Gall. c.* 12. Parte jam obſidum tranſdita.

Tranſdo, is, a. 3. idem ac trado. *Ter. prol. Phorm.* 2. Retrahere a ſtudio, & tranſdere hominem in otium. Ubi *Donatus*, *Tranſdere*, inquit, veteres ſonantius, quod nos dicimus *tradere*. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 22. Pecuniam ex publico tranſdunt. *Id. ib. c.* 20. Quod penes eum eſt pecuniæ, tranſdit. *Hirt. de B. Gall. l.* 8. *c.* 43. Neceſſitate coacti ſe tranſdiderunt. *e' arrendeteno*.

Tranſdūco, is, xi, ctum, a. 3. *traſportare*, *condurre di là*, traduco. *Cic.* 6. *Verr.* Ut converere clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidæ provinciæ tranſducere ad te. *Sen. l.* 2. de Ira, c. 13. Tranſduci mali in melius dicuntur, *id eſt* converti. *Col. l.* 3. c. 9. Tranſducere arbores, *id eſt* tranſplantare. ¶ Ubique tamen non deſunt editiones, quæ *traduce* repoſuerunt. Occurrit ſæpiſſime hoc verbum in Cæſaris commentariis, ut *l.* 1. *B. Civ. c.* 30. 42. 54. 61. 63. 64. &c. ut ſine ulla dubitatione uſurpari poſſit. ¶ Cum accuſ. ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Hirt. de B. Alexandr. c.* 60. Legiones Bætim tranſducit.

Tranſenna, æ, f. *ferrata*, *raſtello*, *geloſia*, ἀργαλὶς, opus cancellatum, ſive reticulatum, atque, ut Græci vocant, διατόρετον, cancelli ferrei, vel lignei, ſive viminei, qui feneſtris, aut etiam menſibus oppoſiti viſui pervii ſunt. Appellatio ex eo videtur eſſe, vel quia aſpectus tranſeat, contra quam fit in corpore ſolido, vel quia perticæ, unde tranſenna fit, ſe tranſeunt mutuo, ut quæ lignis conſtent tranſverſis. *Nonius c.* 2. n. 852. interpretatur feneſtras. *Per tranſennam aſpicere* proverbialis locutio eſt, qua ſignificatur non propius, neque ſigillatim, ſed procul, obiter, & ſummatim inſpicere; tractaque videtur a mercatoribus, qui mercibus, quas contectas volunt, cancellos objiciunt, ut prætereuntibus procul modo contemplari liceat, nec explicant eas niſi licitatori idoneo. *Cic. de Orat. c.* 35. Similiter nunc petis a Craſſo, ut eam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam uno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus, in lucem proferat, & ſuo quidque loco collocet. Sunt qui putant, locum hunc Ciceronis corruptum eſſe, itaque legi debere, ut verba illa *per tranſennam* delenda ſint, tanquam a librariis per imperitiam intruſa; quorum ſententiæ, ſeu potius conjecturæ, quia celeberrimæ quæque Ciceronis editiones repugnant, acquieſcere non poſſumus. ¶ Cæterum hæc vox alias quoque habet notiones: nam ſignificat etiam rete ex funiculis cancellatis factum ad ſtruendas avibus inſidias. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 22. Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit: pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus. h. e. per tranſennam hic turdus procedit ad capiendum lumbricum, ſed irretitus pendebit. ¶ Tranſlate vero ponitur pro inſidia, dolo, fallacia. *Plaut. Rud.* 4. 7. 21. In ætate hominum pluriniæ ſunt tranſennæ, ubi decipiuntur dolis: atque edepol in eas plerumque eſca imponitur &c. *Id. Perſ.* 4. 3. 11. Hunc ego hominem hodie in tranſennam doctis ducam dolis. ¶ Præterea ſignificat funem ſtratenſem, ducta fortaſſe ſimilitudine a tranſenna, quæ rete ſignificat, quæ funibus extenſis tendebatur. *Saluſt. in fragment. l.* 2. *hiſtor.* Tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu coronam capiti imponebat. *Nonius loc. cit.* hunc locum affert, ut ſuam probet interpretationem, qua dixit, tranſennam ſignificare feneſtram, & fortaſſe non aberravit a veritate, verum de hac ſignificatione miræ ſunt lites apud Criticos.

Tranſeo, is, ivi, & ii, itum, n. anom. *paſſare*, *trapaſſare*, עבר, Germ. *druber gehen*, Gall. *paſſer*, Hiſp. *paſſar*, μεταβαίνω, διαβαίνω, διαβαίνω, ultra eo, tranſgredior, trajicio, tranſmitto. *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* Cum Gracchus pomœrium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. *Id. in Piſon.* Cum mare vaſtiſſimum hyeme tranſibas. *Nepos in Alcib. c.* 9. Ad Pharnabazum in Aſiam tranſiit. ¶ Tranſire dicitur cibus, qui facile in ſtomacho concoquitur, & egeritur. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 11. Ex bus lacte caſei qui fiunt, maximi cibi, ſunt bubuli, & qui difficillime tranſeant ſumpti, ſecundo ovilli, minimi cibi, & qui facile dejiciantur. ¶ Aliquando tranſire nihil aliud eſt, quam ire, aut ſe recipere. *Plaut. in Stich.* 4. 2. 43. Deos ſalutabo modo, poſtea ad te continuo tranſeo. ¶ Aliquando penetrare. *Cic.* 4. *Acad.* Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet, & tranſeat. ¶ Aliquando ſuperare, anteire. *Virg.* 12. *Æn.* v. 719. Tranſire curſu equum. ¶ Metalepſice ponitur pro deficere, *id eſt* ſe ad hoſtes conferre. *Cic.* 3. *Verr.* Repente relinquas, deſeras, ad adverſarios tranſeas? ¶ Tranſlate ſumitus pro præterire, elabi. *Cic. Att. l.* 2 *ep.* 7. Quid? ergo exercitum retinentis, cum legis dies tranſierit, rationem haberi placere? ¶ Item pro excedere. *Cic.* 1. *Off.* Hi ſine dubio finem, & modum tranſeunt. ¶ Item pro ſuperare, non curare. *Cic l.* 9. *Fam ep* 1. Videor ſperare debere, ſi te viderim, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facile tranſiturum. ¶ Item pro mutari, converti. *Plin. l.* 11. c. 37. Vituli marini, & hyenæ in mille colores tranſeunt ſubinde. ¶ Item pro paucis dicere, percurrere, curſim attingere. *Cic. pro R. Am.* Sed in animo eſt leviter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquamque rem. ¶ Item pro omittere, prætermittere, tacere. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 19. Equidem malueram, quod erat ſuſceptum ab illis, ſilentio tranſire. *Cal. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 11. Multa tranſi, in primis ludorum expoſitiones, & funerum &c. *Plin. jun. ep.* 3. *l.* 5. Tranſeo autem Neronem. ¶ Item pro gradum facere ad aliam rem. *far paſſaggio ad un' altra coſa*. *Cicer.* 1. *de Invent.* Deinceps ad partitionem tranſeamus. ¶ Item pro tranſcurrere. *Gell. l.* 9. c. 4. ¶ Tranſire curſim volumina. ¶ *Tranſire in alia omnia*. V. Omnis. ¶ Tranſire in ſententiam alicujus, *Liv. l.* 34. *ſeguire il parere*. ¶ Tranſire vitam, *paſſar la vita*, vivere. *Salluſt. in Catil. in prin.* Omnes homines, qui ſe ſtudent præſtare cæteris, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant. al. tamen leg. *tranſigant*. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cicer. c. Piſ.* Cujus ſimilitudinis perſpecta in formarum ſpecie e dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum, atque factorum. ¶ Item paſſive. *Paul. l. ult. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Si flumen aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet. *Martial. l.* 4. v. 398. Totus tranſibitur orbis. ¶ *Tranſiet* pro *tranſibit*. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 4. v. 23. Ah, ſi tardus eris, errabis, tranſiet ætas.

Tranſēro, is, a. 3. *trapiantare*. *Caton.* 133. *R. R.* Calicem pertuſum ſumito, aut quaſillum, per eum ramulum tranſerito.

Tranſeunter, adverb. *di paſſaggio*, in tranſitu, obiter. *Ammian. l.* 28. c. 4. Tranſeunter judiciorum fide diſcuſſa, ſupplicio lethali damnavit.

Tranſertus, a, um, nom. partic. a *trans*, & *ſero*, *trapiantato*, μεταφυτευθείς. *Stat. l.* 2. *Silu.* 1. v. 102. Vidi ego tranſertos alieno in corpore ramos Altius ire ſuo.

Transfĕro, fers, tuli, latum, a. anom. *traſportare*, העביר, Ger. *hinuber tragen*, Gal. *tranſporter*, Hiſ. *llevar allende*, μεταφέρω, de uno loco in alium fero. *Cæſ. l.* 3. *bell. Civ.* Cæſar paulo ultra eum locum caſtra tranſtulit. *Cic.* 3. *Phil.* Ad ſe omnia ex his ornamenta tranſtulerit. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Hirt. de B. Alexan. c.* 60. *ad fin.* Caſtra Bætim transfert. *di là*, &c. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro mittere. *Cic. pro Quinct.* Tollitur ab atriis Liciniis, atque e præconum conſeſſu Nævius, & trans Alpes uſque transfertur. ¶ Item pro adjicere, convertere, dare operam. *Cic. pro Mur.* Cum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumque ad accuſandum transtuliſſes. *Id.* 4. *Acad.* Cur non ſe tranſtulit ad alios, & maxime ad Stoicos? ¶ Item pro conferre, attribuere, adſcribere. *Cic. pro Roſc.* Gracchum illum ſuum transferendi in nos criminis cauſa occidere cogitarint. *Id.* 3. *Verr.* Te hujus circumſeſſionis tuæ cauſam, & culpam in alios tranſtuliſſe? ¶ Item pro differre, prorogare. *Cæl. Cic. l.* 8. *ep.* 6. Ut video, cauſa bene integra in proximum annum transferetur. ¶ Item pro tranſcribere. *Cic.* 4. *Verr.* Literæ, lituræque omnes aſſimulatæ, expreſſæ de tabulis in libros transferuntur. *Id. pro R. Com.* Qui tabulas conficiunt, menſtruas pene rationes in tabulas transferunt. ¶ Item pro vertere, convertere. *Cic.* 1. *de Or. c.* 69. Si placet, ſermonem alio transferamus. ¶ Item pro vertere de una lingua in aliam, *tradurre*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 2. Iſtum ego locum totidem verbis a Dicæarcho tranſtuli. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Ut, cum Regulis Africæ bibliothecas donaret, unius ejus duodetriginta volumina cenſeret in Latinam linguam transferenda. *Quinctil. l.* 10. c. 5. Græcos Auctores transferre. *Sueton. in Cæſ.* c 30. Transferre ad verbum. ¶ Item pro aptare, accommodare. *Cic.* 1. *Off.* Quod ab Ennio poſitum in una re, transferri in multas poteſt. *Id.* 4. *Acad.* Nam illa definitio poſſet in aliam rem transferri quamlibet. ¶ Denique transferri vocabula dicuntur, cum a ſignificatione propria propter aliquam ſimilitudinem ad minus propriam transſumuntur. *Cic. in Or.* Intexunt fabulas, verba apertius transferunt. *Id. ibid.* Cum verbum aliquod altius transfertur, idque in oratione humili ponitur, quod idem in alta deceret. V. *Tranſlatio*.

Transfīgo, is, xi, xum, a. 3. *trafiggere*, *trapaſſare*, דקר, Ger. *durchſtechen*, Gal. *percer*, Hiſp. *lurirar*, διαπείρω, διελαύνω, per medium figo, transfodio, trajicio. *Liv. l.* 1. c. 26. Stricto itaque gladio, ſimul verbis increpans, transfigit puellam. *Id. l.* 2. c. 46. Ex his Q. Fabium principem in confertos Vejentes euntem, gladio per pectus transfigit.

Transfigurabĭlis, le, adject. qui transfigurari poteſt. *Tertull. de carne Chriſt. c.* 6. Angeli in carnem humanam transfigurabiles.

Transfiguratio, onis, f. *traſfigurazione*, *traſformazione*, μεταμόρφωσις, actus transfigurandi, transformatio. *Plin. l.* 7. c. 53. Alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſum inferis dando.

Transfigurātor, oris, qui transfigurat. *Tertull. l.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 12. Doloſi transfiguratores ſui.

Transfigurātus, a, um, adject. *traſfigurato*. *Ulp. l. quid tamen*, *ff. quibus modis uſusfructus amittatur*. Ornamentum diſſolutum, aut transfiguratum extinguit uſumfructum.

Transfigūro, as, a. 1. *traſfigurare*, *traſformare*, Ger. *verſtellen*, Gal. *transfigurer*, Hiſ. *transfigurar*, μεταμορφόω, in aliam figuram verto. *Suet. in Nerone*, c. 28. Puerum Sporum exſectis teſtibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt. *Plin. l.* 17. c. 24. Transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras. *Quinctil. l.* 6. *c.* 2. Animos judicum in eum, quem volumus, habitum formare, & velut transfigurare.

Transfixus, a, um, *trafitto*, διαπεπαρμένος. *Cic.* 2. *Fin.* Evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. *Virg.* 1. *Æn.* Illum exſpirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit.

Transflŭo, is, xi, xum, n. 3. μεταῤῥέω, ultra fluo, effluo. *Plin. l.* 11. c. 38. Sanguinem maliis non transfluere transfoſſis evenit. *Claudian. in epiſt. ad Probin.* v. 5. Transfluxere dies. h. e. præterierunt.

Transfodio, is, di, ſſum, a. 3. *trapaſſare*, Ger. *durchgraben*, Gal. *percer tout outre*, Hiſp. *traſpaſſar*, διορύττω, διελαύνω, διαπείρω, perfodio, trajicio, transfigo. *Ovid.* 2. *Met.* Gemino transfodit vulnere pectus. *Liv. l.* 39. c. 40. Deinde fugienti, fidemque eorum, qui aderant, imploranti latus transfodiſſe.

Transformatio, onis, f. *traſformazione*, quæ vox Senecæ tribuitur in Lexico Danetii. *D. Auguſtini l.* 13. *de Trin. c.* 8. auctoritate confirmatur in Theſaurum Baſ. Fabri.

Transformātus, a, um, *traſformato*. *Ovid. Met.* 14. v. 73. Sylla in ſcopulum transformata.

Transformis, & me, o. 3. μεταμορφωτός, quod in formas diverſas transformatur. *Ovid.* 8. *Met.* v. 871. Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit. *Id.* 1. *Faſt.* v. 373. Ille ſua faciem transformis adulterat arte.

Transformo, as, a. 1. *traſformare*, Ger. *verſtellen*, Gal. *transformer*, Hiſ. *traſformar*, μεταμορφόω, in aliam formam muto. *Virg.* 4. *Georg.* v. 441. Omnia transformat ſeſe in miracula rerum. *Ov.* 3. *Amor. el.* 11. Jupiter in aves, aut ſe traſformat in aurum.

Transfōro, as, a. 1. transfigo, trajicio. *Sen. l.* 2. *de Benef. c.* 6. Gladius item & ſtringit, & transforat.

Transfoſſus, a, um, *paſſato da parte a parte*. *Val. Flacc. l.* 6. *Arg.* v. 221. Cadit impiger una Inguine transfoſſo clari Taulantis alumnus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 544. Duro transfoſſi ligno.

Tranſ-

Digitized by Google

Transfretanus, a, um, adject. *Oltramarino*, tranſmarinus. *Tertull. in Apolog.* c. 51.

Transfretatio, onis, f. *paſſaggio di uno ſtretto di mare*. *Gell. l.* 10. c. 26. Negant, apud idoneum ſcriptorem reperiri poſſe pro transfretatione tranſgreſſum.

Transfreto, as, n. διαπορθμεύω, fretum trajicio, ex trans fretum, *paſſare uno ſtretto di mare*. *Sueton. in Caeſ.* c. 34. Brunduſium tetendi, quo Conſules confugerant quam primum transfretaturus. ¶ Activa conſtructione *Ammian. l.* 22. c. 8. (*al.* 6.) Ne quis transfretare auderet Ægyptum.

Transfuga, æ, com. 2. *fuggitivo*, *diſertore*, ἀποστάτης, αὐτόμολος, qui transfugit, & ad hoſtes deficit. *Paul. l. poſtliminium*, *ff. de captivis*: Transfuga autem non is ſolum accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit. *Cic.* 1. *de Divin.* Non omnia illum transfugam auſum eſſe Senatui dicere. *Tacit. de Germ.* c. 12. Transfugas arboribus ſuſpendunt.

Transfugio, is, gi, gitum, n. 3. *fuggire*, נבל, Ger. *hinuber fliehen*, Gal. *s' enfuyr*, Hiſp. *huyr*, αὐτομολέω, διαφεύγω, de loco ad locum, vel de homine ad hominem fugio. *Cic. pro Quinct.* c. 30. Fatetur, ſe non belle dicere, non ad voluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque *ad* florentem aliam devolare. ¶ Speciatim ponitur pro ad hoſtes deficere, *diſertare*. *Liv. l.* 1. Magna clientium comitatus manu tranſfugit. *Plaut. Epid.* 1. 1. 28. Transfugere ad hoſtes.

Transfugium, ii, n. ἀπόστασις, αὐτομολία, defectio ad hoſtes. *Liv. l.* 22. c. 43. Simul, ut, quo longius ab hoſte receſſiſſet, transfugia impeditiora levibus ingeniis eſſent. *Tac. l.* 2. *hiſt.* c. 34. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis.

Transfumo, as, a. 1. ἀπατμίζω, fumi modo tranſeo. *Stat.* 6. *Theb.* v. 399. Clauſtraque compreſſæ transfumat anhelitus iræ.

Transfunctorius, a, um, adject. id, quod leviter, remiſſe, & perfunctorie fit, ut transfunctoria præcepta. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcian.* c. 27. Transfunctorie expugnatio, *Id. adverſ. Valentin.* c. 6.

Transfundo, is, fudi, fuſum, a. 3. μεταχέω, de vaſe in aliud fundo. *Col. l.* 12. c. 12. Deinde cum ſæpius eam in alia vaſa transfuderunt. ¶ Translate ſumitur pro transferre. *Cic. l.* 9. *Fam.* ep. 14. Libentius omnes meas (ſi modo ſunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim. *Id. Phil.* 2. c. 31. Omnem ſe amorem abjeciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe.

Transfusio, onis, f. *ſpargimento*, μεταγγισμός, actus transfundendi, translatio. *Plin. l.* 34. c. 18. Lavatur in linteis raris, in aqua cœleſti, ſeparatumque terrenum transfuſione, cribratumque teritur.

Transfusus, a, um, nom. ex particip. *traſfuſo*, *travaſato*. *Celſ. l.* 1. *in præfat.* Transfuſus in arterias ſanguis.

Transgero, is, a. 3. *traſportare*, transfero. *Plin. l.* 10. c. 33. Ova transgerunt alio. Ita *Harduin.* Alii leg. *transferunt*.

Transglutio, is, a. 4. *inghiottire*, vorare. Eſt *Marcelli Empir.* c. 16.

Transgredior, eris, greſſus ſum, d. 3. *paſſare oltre*, *paſſare di là*, עבר, Ger. *uber gehen*, Gal. *paſſer outre*, Hiſp. *paſſar allende*, ὑπερβαίνω, μεταβαίνω, ἀπέρχομαι, gradiendo trans aliquem locum, tranſeo. *Cic.* 1. *de Divin.* Quod inauſpicato pomerium tranſgreſſus eſſes. *Brutus Cic. l.* 11. *Fam.* ep. 20. Prius ut Alpes tranſgrederer, quam, quid iſtic ageretur, ſcirem. *Tacit. hiſt.* c. 66. Tranſgredior ad vos, ſeu me ducem, ſeu militem vultis. *Plin. l.* 2. c. 83. In contrarias ſedes tranſgreſſus. ¶ Dicitur etiam de iis, qui navi trajiciunt. *Tacit. in Agric.* c. 18. Hanc Britanniæ ſtatum media æſtate tranſgreſſus Agricola invenit. Adde *Salluſt. in fragm. l.* 2. *hiſt. apud Gell. l.* 10. c. 26. ¶ Translate ſumitur pro ſuperare. *Plin. l.* 7. c. 25. Solus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicaverat.

Transgressio, onis, f. *traſgreſſione*, *paſſaggio*, διάβασις, μετάβασις, actus tranſgrediendi, tranſitio, tranſitus. *Cic. in Piſon.* c. 33. Cujus ego imperio non Alpium vallum contra aſcenſum, tranſgreſſionemque Gallorum, &c. ¶ Tranſgreſſio item eſt Tropus, alio nomine Hyperbatum. *Auct. ad Her. l.* 4. c. 32. Tranſgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem perverſione, aut tranſjectione. Perverſione ſic: Hoc vobis Deos immortales arbitror dediſſe virtute pro veſtra. Tranſjectione hoc modo: Inſtabilis in iſtum plurimum fortuna valuit, &c.

Transgressus, us, m. *paſſaggio*, idem quod transfretatio. *Salluſt. in fragm. l.* 2. *hiſt. apud Gell. l.* 10. c. 26. Nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, vitato prælio in tranſgreſſu conatus eſt. *Tacit. Ann.* 15. c. 7. tranſgreſſu Euphratis.

○ **Transjacio**, is, jeci, jactum, a. 3. jacio trans aliquam rem. *Solin.* c. 65. (*al.* 52.) Indorum nemora in tam proceram ſublimantur uxcritatem, ut tranſjaci ne ſagittis quidem poſſint.

Transjectio, onis, f. 3. *traſpoſizione*, ὑπέρβασις, Hyperbatum, trajectio, tranſpoſitio. *Auct. ad Heren. l.* 4. c. 32. Hujuſmodi tranſjectio, quæ rem non reddit obſcuram, multum proderit ad continuationes.

Transjectus, us, *tragitto*, *paſſaggio*, trajectus. *Caeſ. l.* 4. *B. Gall.* cap. 21. Inde erat breviſſimus in Britanniam tranſjectus. *Id. ibid. lib.* 5. *cap.* 2. Quo ex portu commodiſſimum in Britanniam tranſjectum eſſe cognoverat. V. *Trajectus*.

Transjectus, a, um, διαπεπαρμένος, tranſfixus, perforatus, perterebratus, partic. a tranſjicio, ſeu tranſjicior. *Cic. de Univ.* c. 10. Jam vero terram altricem noſtram, quæ tranſjecto axi ſuſtinetur.

Transigo, is, egi, actum, a. 3. *paſſare da parte a parte*, tranſfigere, trajicere, penetrare. *Sil. l.* 4. Tranſegit pectora mucro. *Tac. l.* 14. *Ann.* c. 37. Gladio ſe ipſum tranſegit. ¶ Tranſigere item eſt peragere, perficere, abſolvere, *ſpedire*, *finire*, כלה, Ger. *auſſchrichten*, Gal. *paſſer*, *achever*, *parfaire*, Hiſp. *paſſar*, *cumplir*, *acabar*, διαπράττομαι, διανύω. *Ter. Andr.* 5. 6. Totus tranſigetur, ſi quid eſt, quod reſtet. *Cic.* 6. *Verr.* c. 15. Quod verbo tranſigere poſſum. *poſſo sbrigarmene in due parole*. *Id. Verr.* 3. c. 60. Prima actio a nobis octo diebus tranſacta eſt. *Id. pro Roſc. Amer.* c. 38. Recede de medio; per alium tranſigam. *Id. Verr.* 6. c. 24. Ut eo celerius de iſto tranſigamus. ¶ Item degere, ducere. *Sall. in proœm. Catil.* Multi mortales dediti ventri, atque ſomno, indocti, incultique, vitam ſicuti peregrinantes tranſegere. *Sueton. in Tiber.* c. 5. Adoleſcentiam omnem per hæc fere tranſegit. ¶ Item controverſiam mutuo conſenſu dirimere, convenire, paciſci, *accordarſi*, *aggiuſtarſi*, *venire a patti*, διαλύειν τὰς ἔχθρας. *Cic.* 3. *Verr.* Qui moneret eos, ſi ſaperent, ut tranſigerent. *Id. Verr.* 3. 54. Quod erat vix H. S. quadringentorum millium, tranſigunt H. S. ducentis millibus. *Id. ib.* Roſcium pro ſua parte cum Flavio tranſegiſſe. *Id. pro Quinct.* Ut quam primum tota res tranſigeretur. ¶ Differunt autem *tranſigere*, & *paciſci* in eo, quod is qui tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit, qui vero paciſcitur, donationis cauſa rem certam, & indubitatam liberalitate remittit. Ita habetur *leg.* 1. *Dig. de tranſact.* ¶ Tranſlate *Apulej. l.* 8. *Metam.* Cum luce jam tranſegerat. h. e. cum vita deciderat tanquam debitor cum creditore, ut luce ſolveret totum, quod debebat. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 15. Cum privatis non poterat tranſigi minore pecunia.

Transjicio, icis, a. 3. idem quod trajicio. *Caeſ. l.* 3. *B. Civ.* c. *ult.* Ad Achillam ſe ex regio tranſjecit. *Hirt. de B. Alex.* c. 51. Cum in Mauritaniam tranſjeciſſet. *Id. de B. Afric.* c. 88. Ferrum in umbiculum tulit, atque ita ſe tranſjecit.

Transilio, is, livi, vel lui, litum, n. 4. *ſaltar oltre*, דלג, Ger. *hinuber ſpringen*, Gal. *ſauter outre*, Hiſ. *ſaltar allende*, ὑπεράλλομαι, ultra ſalio, a trans, & *ſalio*. *Liv. l.* 1. Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum novos tranſiluiſſe muros. *Suet. in Caeſ.* c. 68. Acilius tranſiluit in navem. ¶ Per tranſlationem ponitur pro navigare, præterlabi, prætervehi. *Hor. l.* 1. *od.* 3. Si tamen impiæ Non tangenda rates tranſiliunt vada. ¶ Item pro excedere. *Hor. l.* 1. *od.* 18. At ne quis modici tranſiliat munera Liberi. ideſt nimium bibat. ¶ Item pro negligere, omittere. *Cic.* 3. *de Or.* c. 40. Vel quod ingenii ſpecimen eſt quoddam tranſilire ante pedes poſita, & alia longe repetita ſumere. *Id.* 3. *de Fin.* Cum ad ſummum bonum volunt pervenire, tranſiliunt omnia. ¶ Item pro tacere, ſilentio præterire. *Cic.* 2. *Phil.* Sed ne forte ex multis rebus geſtis M. Antonii rem unam pulcherrimam tranſiliat oratio. *Plin. in Pan.* Non tranſilivi P. C. Principis noſtri Conſulatum, ſed eundem in locum, &c. ¶ Item pro tranſire, mutari. *Plin. l.* 37. c. 6. Onyx in gemmam tranſilit.

Transilis, & le, o. 2. ὑπερβατικός, quod tranſit, tranſiliens, ut Palmes tranſilis, ideſt relictus, qui alios tranſilit. *Plin. l.* 17. c. 23. Onerata enim vetuſtate melius donare tempus, ut tranſilem faciant.

Transitans, antis, particip. *chi paſſa*. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 21. Tullius legatus, cæteroquin abſtinens, ſed Julia lege tranſitans. Alii leg. *tranſiens*. V. ibi *Manut.*

Transitio, onis, f. *paſſaggio*, διάβασις, actus tranſeundi. *Cic. in Brut.* Falſi triumphi, plures Conſulatus, genera etiam falſa, & ad Plebem tranſitiones. *Liv. l.* 2. c. 25. Siqua nocturna tranſitio proditionis fieri poſſit. ¶ Metaleptice ſumitur pro defectione. *Liv. l.* 25. c. 15. Qui ante in exigua ſpe vocati ſæpe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant. *Id. l.* 34. Numidas, qui intra portas, ſeu præſidia Carthaginienſium eſſent, ad tranſitionem perlicerent. ¶ Tranſlate uſurpatur pro Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l.* 4. c. 26. Tranſitio vocatur, quæ cum oſtendit breviter, quod dictum ſit, proponit item brevi, quod conſequatur, ut, In patriam cujuſmodi fuerit, habetis: nunc in parentes qualis extiterit, conſiderate.

Transitor, oris, m. *paſſeggiere*, qui tranſit. *Amm. l.* 15. c. 2. Ut ſubterraneus ſerpens foramen ſubſidens occultum, aſſultu ſubito tranſitores obſervans incedit.

Transitorius, a, um, per quod tranſitur. *Suet. in Ner.* c. 31. Domum a Palatio Eſquilias uſque fecit, quam primo tranſitoriam, mox incendio abſumptam, reſtitutamque, auream nominavit. *Tranſitoriam* vocat, quia per eam facilis erat e Palatio in Eſquilias tranſitus.

Transitus, us, m. 4. *tranſito*, *paſſaggio*, μετάβασις, μεταβολή, πάροδος, actus tranſeundi, item, via. *Cic.* 5. *Tuſc.* Ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet. *Plin. l.* 12. c. 15. Petunt myrrham a Troglodytis Sabæi tranſitu maris. *Id. l.* 11. c. 36. Tranſitus in alias figuras, *cangiamento*. *Id. l.* 6. c. 14. Anguſtus tranſitus, *paſſo ſtretto*. *Liv. l.* 21. *cap.* 20. dare tranſitum alicui per aliquem locum, *conceder il paſſo*. ¶ Tranſlate *Varr. l.* 9. *L. L. pag.* 134. Reliquas declinationes ab hujuſmodi tranſitibus habebit. ¶ *In tranſitu* ponitur pro obiter, breviter, curſim. *Quinctil. l.* 6. c. 3. Eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda. ¶ In pictura tranſitus dicitur ubi unus color deſinit, & alius incipit. *Ovid. Metam.* 6. v. 66. *de Iride*: diverſi niteant cum mille colores, Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.

Transitus, a, um, *paſſato*, partic. paſſ. a tranſeo. *Liv. l.* 21. A tergo Alpes urgent vix integris vobis, ac digentibus tranſitæ. *Manil. l.* 2. v. 367. Alternus ductus locus eſt per tranſita ſigna. V. *Tranſeo*.

Transjungo, is, xi, ctum, a. 3. μεταζεύγνυμι, uſt, teſte *Budæo*, in quadriga locum veterinis mutare, ut mulam temonariam facere, quæ præcedere ſolita ſit, vel dextram, quæ ſiniſtra eſſe ſolebat. *Ulp. l. Ædilis*, *ff. de Ædil. edict.* Si mula talis ſit, ut tranſjungi non poſſit.

Translapsus, a, um, particip. a trans, & *labor*. *Claudian. l.* 1. *in Europ.* v. 376. rapit cœli per ſomnia curſum Diva potens, unoque Padum tranſlapſa volatu &c. h. e. prætervolans.

Translatio, onis, f. 3. *traslazione*, *traſporto*, μεταφορά, μετάθεσις, actus transferendi. *Don. ad Ter. Phor. in prol.* v. 2. Transferre veteres dixerunt, tonantius, quod nos lenius tradere nunc dicimus, ut *Tralatum*, aut *tranſlatum* a contrario. *Cic.* 1. *Off.* Quare L. Syllæ, & C. Cæſaris pecuniarum tranſlatio a juſtis dominis ad alienos non debet liberalis videri. *Plin. l.* 21. c. 4. Tranſlatione quoque, ut cetis, optime, ocyſſimeque provenit. *col trapiantarſi*. Rurſus *Cic. Verr.* 6. c. 43. Tranſlatio criminis, *l'addoſſar ad altri una colpa*. ¶ Apud Rhetores Tranſlatio ſumitur pro mutatione verbi, vel ſermonis a propria ſignificatione in aliam, ſed ſpeciatim pro ea Tropi ſpecie, quæ *Metaphora* a Græcis dicitur, eſtque Tropus, per quem aliqua vox a ſua re, cujus eſt propria, ad aliam rem diverſi generis, vel ſpeciei cum ſimilitudine transfertur, ut Prata rident, herbæ luxuriantur. *Cic.* 3. *de Or.* c. 38. Ergo hæ tranſlationes quaſi mutationes ſunt, cum, quod non habeas, aliunde ſumas. *Et infra* c. 39. Nonnunquam etiam brevitas tranſlatione conficitur, ut illud. Si telum manu fugit.

Translatitie. V. Tranſlatim.

Translatitius, a, um, *traslatizio*, μεταφορικός, quod transfertur, vel tranſlatum eſt. *Aſcon. in Verr.* 3. c. 45. Tranſlatitia dicuntur, quæ nova non ſunt, nec nuper inventa, ſed aliunde tranſlata. Ex hac *Aſconii* explicatione ſatis apparet, tranſlatitium uſurpari pro communi, uſitato, noto, exquiſito. *Cic. loc. cit.* Sed in re tam uſitata ſatis uſi oſtenderit, omnes antea jus ita dixiſſe, & hoc vetus edictum tranſlatitium eſſe. *Id. Fam.* 3. *ep.* 8. Hoc vero, ex quo ſuſpicio orta eſt, me uoluiſſe aliquid, in quo te offenderem, tranſlatitium eſt: h. e. commune, non callide conquiſitum. *Suet. in Aug.* c. 10. Ac ne publicum quidem, & tranſlatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiente. *Id. in Nerone* c. 7. Celeberrimi patronis non tranſlatitias, & breves, ſed maximas, pluriniaſque poſtulationes certatim ingerentibus. *Plin. l.* 7. c. 3. Tranſlatitium in Ægypto eſt. h. e. uſitatum, & minime novum. Aliqui legunt *tranſlatitium*. *Plin. jun. l.* 9. *ep.* 4. Nec tuæ naturæ eſt tranſlatitia hæc, & quaſi publica officia a familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere. Nonnulli hic quoque legunt *tranſlatitie*. ¶ Scribitur & *tralatitius*.

Translatitie, adv. μεταφορικῶς, perfunctorie, negligenter, remiſſe, longuide. *Ulp. l.* 1. *de jure patron.* Patronorum querelas adverſus libertos Præſides audire, & non tranſlatitie exequi debent. *Marcian. l.* 1. *Dig. ad S. C. Turpill.* Prævaricatorem eſſe eum oſtendimus, qui colludit cum reo, & tranſlatitie munere accuſandi fungitur. Alii utrobique legunt *tranſlatitio* eodem ſenſu: quibus accedit & *Haloander*. Pandectæ quoque Florentinæ ſic habent.

Translativus, vel tralativus, a, um, o. 1. o. μεταστατικός, quod transfertur, vel transferri poteſt, aut ſolet. Quæſtio, ſeu conſtitutio tranſlativa

tiva eſt illa, in qua quæritur de translatione, vel commutatione actionis, ſeu, quod idem eſt, conſtitutio translativa eſt illa, in qua cauſa pendet, quia actio non ſit iis circumſtantiis, quibus facienda eſt, ac proinde indiget tranſactionis, & commutationis, e. g. Utrum Populus Romanus, an Centum viri de hac re judicare debeant, Utrum cum eo, qui vaſa argentea publica de loco privato ſuſtulerit, furti, an peculatus agi oporteat. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 10. At cum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, translativa dicitur conſtitutio, quia actio translationis, & commutationis indigere videtur. *Id. l.* 2. *c.* 19. Cum autem actio translationis, aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit, quem oportet, aut cum eo, quicum oportet, aut apud quos, qua lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet, conſtitutio translativa appellatur. ¶ Translativus etiam ponitur pro vulgari, communi, ordinario. V. *Translatitius*.

Translātor, oris, m. μεταχομιστής, qui transfert. *Cicer.* 7. *Verr. cap.* 58. Verres ille vetus proditor Conſulis, translator Quæſturæ, averſor pecuniæ publicæ.

Translātus, a, um, *trasferito*, *traſportato*, μετακομισθείς. *Cic.* 1. *Ver.* Accuſandi voluntas ad viros fortes, ſpectatoſque homines translata. *Id. Att. l.* 16. *ep.* 3. Hunc tu translatum in macrocollam lege in Arcano convivis tuis. ¶ Translata verba, ſeu vocabula ſunt, quæ ab iis rebus, quarum propria ſunt, ad alias cum ſimilitudine transferuntur. *Cic. in Or. c.* 27. Tum illuſtrant eam, quaſi ſtellæ quædam, translata verba, atque immutata. Translata ea dico, ut ſæpe jam, quæ per ſimilitudinem ab alia re aut ſuavitatis, aut inopiæ cauſa transferuntur: mutata, in quibus pro verbo proprio ſubjicitur aliud, quod idem ſignificet, ſumptum ex re aliqua conſequenti. ¶ Translatum exordium eſt illud, quod aliud conficit, quam cauſæ genus poſtulat, ut ſi quis docilem faciat auditorem, cum benevolentiam cauſa deſiderat, aut ſi principio utatur, cum inſinuationem res poſtulat. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 18. ¶ Scribitur & *tralatus*.

Translātus, us, ui, m. actus transferendi. Uſurpatur a *Chariſ. Grammatico l.* 2. *c. de adverb.*

Translĕgo, is, a. 3. *traſcorrere leggendo*, Germ. *durchleſen*, Gall. *lire tout*, *lire en courant*, Hiſpan. *traſcorrer leyendo*, διαγινώσκω, perlego, ſive legendo tranſcurro. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 5. Age, quæſo, mi hercle translege.

Translucĕo, & Tralucĕo, es, n. *tralucere*, *traſparire*, Ger. *durchſcheinen*, Gal. *luire à travers*, Hiſp. *traslucirſe*, διαφαίνω, pelluceo. *Ovid. l.* 4. *Met. v.* 354. In liquidis translucet aquis, ut eburnea ſi quis Signa tegat claro, vel candida lilia vitro. *Plin. l.* 6. *c.* 17. *de ſerico*: Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. *Id. l.* 37. *c.* 22. Gemmæ translucentes. *traſparenti*. ¶ *Lucret. l.* 4. *v.* 308. Uſque adeo e ſpeculo in ſpeculum tralucet imago. h. e. de ſpeculo in ſpeculum tranſit.

Translucĭdus, a, um, *traſparente*, διαφανής, quod adeo lucet, ut per illud aliquid aliud liceat aſpicere; quod viſui per medium ſui tranſitum præbet; quod pellucidum eſt. *Plin. l.* 36. *c.* 8. Probantur quam maxime melleï coloris, in vertice maculoſi, atque non translucidi. ¶ Translate ſumitur pro nimium ornato. *Quinctil. l.* 8. *in proœm.* Similiter illa translucida, & verſicolor quorundam elocutio res ipſas effœminat.

Tranſmarīnus, a, um, *oltra mare*, *oltramarino*, Ger. *jenſeit dem meer her*, Gal. *d'outremer*, Hiſp. *de allende el mar*, ὑπερθαλάσσιος, quod trans mare eſt, vel petitur. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 66. Ego tranſmarinus hoſpes ſum Diapontius. *Cic.* 7. *Verr. c.* 18. Privatim autem nec proficiſci quoquam potes, nec arcerſere res tranſmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari mihi licet. *Id.* 3. *de Or.* Quid enim M. Catoni præter hanc politiſſimam doctrinam tranſmarinam, atque adventitiam defuit? h. e. præter Juriſprudentiam. Nam Romani petivere leges trans mare per tres legatos a civitatibus Græciæ, ut patet ex hiſtoria legum 12. Tabularum.

Tranſmeabĭlis, le, adject. qui tranſmeari poteſt. *Auſon. in gratiar. act. ad fin.* Spatio non tranſmeabili.

Tranſmeatorius, a, um, adject. ad tranſmeandum aptus. *Tertull. adverſ. Valent. c.* 27. Tranſmeatorio potius, quam generatorio more.

Tranſmĕo, as, n. 1. *paſſare*, μετανάω, ultra meo, tranſeo. *Plin. l.* 10. *c.* 19. Ad quem ciconiæ non tranſmeant. *Id. l.* 30. *c.* 11. Sole tranſmeante. ¶ Legitur & trameo, as. *Lucret. l.* 4. *v.* 604. Qualia ſunt vitri (*foramina*) ſpecies quæ trameat omnis. Adde *Varr. l.* 4. *de L. L.*

Tranſmigratĭo, onis, f. *cangiamento di paeſe*. *Prudent. in Hamartig. v.* 448. Hæc illa eſt Babylon, hæc tranſmigratio noſtræ Gentis.

Tranſmĭgro, as, n. *mutar paeſe*, נדר, Ger. *auſſdem lande ziehen*, Gall. *changer de demeure*, Hiſ. *mudar poſada*, μετοικίω, eſt in longinquioris loci domicilium habitationemve migrare, domicilium, ſeu habitationem commutare, tranſire. *Liv. l.* 5. Hanc eandem rem actam eſſe, ut Vejos tranſmigraremus. *Suet. in Tib. c.* 15. E Carinis, ac domo Pompejana Eſquilias in hortos Mecœnatianos tranſmigravit.

Tranſmiſsĭo, onis, f. *tragitto per mare da un luogo all' altro*, navigatio, trajectus. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 17. O navigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis. *Id.* 1. *Phil. c.* 2. Quod ab urbe ea tranſmiſſio in Græciam laudabatur.

Tranſmiſſus, us, m. trajectus, ſive trajiciendi ſpatium. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 13. Pari ſpatio tranſmiſſus, atque eſt a Gallia in Britanniam.

Tranſmiſſus, a, um, partic. a tranſmittor. *Virg.* 3. *Æn. v.* 403. Quin ubi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes. ideſt navigatione percurſa.

Tranſmitto, is, ſi, ſſum, a. 3. *tramandare*, *traſmettere*, *traſportare*, עבר, Ger. *hindurch laſſen*, Gal. *tranſmettre*, Hiſp. *embiar allende*, διαπέμπω, ultra de loco ad locum mitto, per medium mitto. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 3. Nunc nihil poteſt, niſi ſupero (*mari*) tranſmitti quo iter infeſtum eſt. *Liv. l.* 21. Reguli Gallorum capti donis cum bona pace exercitum per fines ſuos præter Ruſcinonem oppidum tranſmiſerunt. *Id. ibid. c.* 20. Tranſmittere bellum in Italiam. *Plin. l.* 13. *c.* 12. *de charta bibula*: Ad hos tranſmittens literas lituræ metum afferebat adverſis. *Id. l.* 9. *c.* 22. Lacus Benacus Mincium amnem tranſmittens. h. e. ex ſe effundens. *Plaut. Mil.* 2. 2. 30. Perque os elephanto brachium tranſmitteres. *Plaut. Epid.* 3. 4. 17. Mihi illam ut tranſmittes. Sic habent pleræque Editiones. ¶ Aliquando trajicere, perforare. *Sil. l.* 7. *v.* 638. Tranſmittit cuſpide pectus. ¶ Aliquando tranſcendere, tranſire, percurrere. *Virg.* 4. *Æn.* Alta de parte patentes Tranſmittunt curſu campos. *Plin. lib.* 28. *cap.* 4. Cum quis tectum, in quo ſit gravida, tranſmiſerit lapide, vel miſſili. ideſt lapidem, vel miſſile ultra tectum conjecerit. ¶ Frequenter etiam uſurpatur pro tranſnavigare, aut tranſire in aliquam regionem, et *Tranſmittere mare*, quaſi mittere ſe trans mare. Uſurpatur autem vel abſolute, vel cum caſu præpoſitionis. *Cic. Att. lib.* 8. *epiſt.* 11. Lentulum ante puto tranſmiſſurum, quam potuerit conveniri. *Id. ibid. l.* 16. *epiſt.* 6. Duo ſinus fuerunt, quos tranſmitti oportet, utrumque pedibus, & æquis tranſmiſimus. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Eoſdem ajebant nuntiare, te prima navigatione tranſmiſſurum. *Liv. l.* 18. Ni cum reliquis quinque navibus Adherbal velis in Africam tranſmiſiſſet. ¶ Translate ſumitur pro tribuere, demandare, impertiri. *Cic. pro L. Man. c.* 1. Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi. *Id. infra c.* 14. Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit? ideſt danda provincia belli adminiſtrandi. ¶ Item pro ducere, tranſigere, conſumere. *Sen. ep.* 19. Tranſmittere vitam per obſcurum. ideſt vivere ſine fama. *Plin. junior l.* 9. *ep.* 6. Tranſmittere tempus inter pugillares, & libellos. *Stat.* 3. *Theb.* Operi tranſmittere noctes. ideſt totas noctes operari. ¶ Item pro præterire, tacere. *Sil. l.* 7. Haud tua, Bacche, tuos tacitum tranſmittere honores. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 9. Eam ſententiam moleſtiſſimus quiſque, deinde oblivio tranſmiſit. ¶ Dicitur & *tramitto*, quod præterquamquod veteribus in uſu fuiſſe teſtatur *Donatus*, legitur etiam in quibuſdam Editionib. *Ciceronis*, *Gellii*, & *Taciti*.

Tranſmontānus, a, um, *oltramontano*, Germ. *jenſeit dem berge*, Gal. *par de là les monts*, Hiſp. *de allende los montes*, ὑπερόριος, qui ultra montes habitat. *Liv. l.* 39. *c.* 2. Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus.

Tranſmōtus, a, um, μετακινηθείς, partic. a tranſmoveor. *Tac. l.* 13. *Ann. c.* 35. Quippe Syria tranſmotæ legiones, *ritirate dalla Siria*.

Tranſmovĕo, es, vi, tum, a. 2. μετακινέω, de loco in alium locum moveo, transfero. *Ter. Eun.* 3. 1. Labore alieno magnam partem gloriæ Verbis ſæpe in ſe tranſmovet, &c. h. e. ſibi attribuit.

Tranſmutatĭo, onis, f. actus tranſmutandi. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Dum in uno nomine faciebat barbaris mos, Tinca Placentinus, *precula* pro *pergula* dicens, & immutatione, cum *c* pro *g* uteretur, & tranſmutatione, cum *r* præponeret *e* antecedenti.

Tranſmūto, as, a. 1. *traſmutare*, μεταλλάττω, idem ac ſimplex muto. *Hor. l.* 3. *od.* 29. *de Fortuna*: Tranſmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna. *Lucret. l.* 2. *v.* 487. tranſmutans dextera lævis. Quidam Codices habent *tramutans*, quemadmodum etiam *tramitto* pro *tranſmitto* legitur.

Tranſnăto, as, n. 1. *nuotare oltra*, διανήχομαι, ultra nato, natando tranſeo. *Liv. l.* 21. *c.* 27. Ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes flumen tranſnatavere. Alii leg. *tranatare* a *trano*. *Plin. l.* 6. *c.* 27. Sicut nec e Tigri piſces in lacum tranſnatant. Adde *Cæſar. l.* 1. *B. G.* ¶ Paſſive *Hygin. fab.* 257. Flumen ita creverat, ut tranſnatari non poſſet.

Tranſnatus, vel Tranatus, a, um, nom. partic. *paſſato nuotando*. *Frontin. l.* 1. *Strategem. c.* 7. Tranſnato ſtatim flumine. Et *l.* 3. *c.* 13. Tranſnato Tiberi.

Tranſnavĭgo, as, *paſſare navigando*. *Frontin. l.* 1. *ſtrateg. c.* 4. Anguſtias maris tranſnavigare. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 3. Athos a Xerſe tranſnavigatus.

Tranſno, & Trano, as, n. 1. *nuotare oltra*, Ger. *hinuber ſchwimmen*, Gal. *nager outre*, Hiſp. *paſſar nadando*, διανήχομαι, διανέω, ultra flumen, vel fretum, nando tranſeo. *Hor. l.* 2. *ſat.* 1. Ter uncti Tranſnanto Tiberim ſomno quibus eſt opus alto. *Virg.* 3. *Georg.* Superant montes, & flumina tranant. ¶ Sumitur etiam pro tranſire, tranſferri. *Virg.* 10. *Æn.* gruet æthera tranant. *Lucret. l.* 4. *v.* 602. foramina tranant.

Tranſnomĭno, as, a. 1. *mutar nome*, μετονομάζω, nomen commuto ſeu immuto, vel inverto. *Suet. de Clar. Grammat. c.* 18. L. Craſſitius, genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſicles, mox Panſam ſe tranſnominavit.

Tranſnumĕro, as, a. 1. διαριθμέω, ultra numero. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 50. Tu illo plures mittas, oportet, inquit, ſi hodie vis tranſnumerari.

Tranſpadanus, a, um, ὑπερπάδανος, trans Padum habitans. *Cic. ad Caſſ. l.* 12. *Fam. ep.* 5. Tum clientes Tranſpadanos etiam mirifice conjunctiorum cauſa habebamus. *Plin. l.* 3. *c.* 17. Tranſpadana regio.

Tranſpectus, us, m. *veduta*, διόρασις, actus tranſpiciendi, viſus. *Lucr. l.* 4. *v.* 271. Janua cum per ſe tranſpectum præbet apertum.

Tranſpĭcĭo, is, exi, ectum, a. 3. *guardare oltra*, Ger. *hindurchſehen*, Gal. *voir à travers*, Hiſp. *mirar allende*, διαβλέπω, ultra aſpicio, proſpicio. *Lucr. l.* 4. *v.* 272. Quod genus illa foris, quæ fere tranſpiciuntur. *Lactant. de opif. Dei, c.* 8. Per eas igitur membranas ſenſus ille, qui dicitur mens, ea, quæ ſunt foris, tranſpicit.

Tranſpōno, is, ſui, ſitum, a. 3. *traſportare*, transfero, μετατίθημι. *Gell. l.* 4. *c.* 5. Illam ſtatuam ſuaſerunt in inferiorem locum tranſponi. ¶ Sæpius uſurpatur pro trans flumen, vel mare vehere, trajicere, *tragittare*. *Juſtin. l.* 23. *c.* 3. Victorem exercitum tranſponere in Italiam. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 8. Claſſis Amiſiæ relicta, lævo amne tranſpoſuit militem dextras in terras iturum. *Plin. l.* 10. *ep.* 69. Tranſponere moneta in flumen.

Tranſportatĭo, onis, f. *traſportazione*, actus tranſportandi. *Sen. de conſol. ad matrem c.* 6. Iſtæ populorum tranſportationes quid aliud, quam publica exilia ſunt?

Tranſporto, as, a. 1. *traſportare*, הרכיב, Germ. *hinuber tragen*, Gal. *tranſporter*, Hiſp. *llevar allende*, διακομίζω, de loco in locum portare, traducere, tranſmittere, tranſvehere, navi trans mare, vel flumen vehere. *Virg.* 6. *Æn.* Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt. *Cic. in Piſon. c.* 20. In quam tantum exercitum tranſportaſſes. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 16. De pueris in Græciam tranſportandis tum cogitabam. *Id. eodem l.* 8. *ep.* 17. Et inde navibus Dyrrachium tranſportarentur. *Cæſ. l.* 4. *B. G.* Exercitum modo Rhenum tranſportaret. *Liv. l.* 29. Eum exercitum Puteolis in naves impoſitum Nero in Hiſpaniam tranſportavit. ¶ Item pro deportare in exilium. *Suet. in Aug. c.* 65. Agrippam nihilo tractabiliorem, imo in dies amentiorem in inſulam tranſportavit.

Tranſpoſĭtus, a, um, *traſportato*. *Gell. l.* 11. *c.* 1. Arborem in locum alium tranſpoſitam.

Tranſquiētus, pro valde quietus quidam Lexicographi afferunt ex *Plauto in Mercat.* 5. 2. 30. ſed ibi optimæ Edition. habent *tranquillus*.

Tranſpoſitīvus, a, um, adject. qui tranſponit. *Quintil. l.* 9. *c.* 6. Metaleψιν, quam nos varie translativam, tranſumptivam, tranſpoſitivam vocamus.

Tranſrhenānus, a, um, *di là dal Reno*, qui trans Rhenum incolit. *Cæſ. l.* 5. *B. G.* Germanoſque Tranſrhenanos ſollicitare dicebantur. Adde *l.* 4. *c.* 16.

Tranſtiberīnus, a, um, *oltre il Tevere*, ὑπερτιβέριος, trans Tiberim incolens. *Martial. l.* 1. *ep.* 42. Hos, quod Tranſtiberinus ambulator.

Tranſtigritānus, a, um, adject. *di là dal Tigri*, trans Tigrim Armeniæ fluvium ſitus. *Sextus Rufus Itinerar. c.* 25. Tranſtigritanæ regiones. Adde *Ammian. l.* 17 *c.* 22.

Tranſtilla, orum, n. parva tranſtra, h. e. parvæ trabes tranſverſim poſitæ. *Vitruv. l.* 5 *c.* 12. Deinde inter eas ex tranſtillis inferior pars ſub aqua exæquanda & purganda. Aliæ editiones omittunt *ly ex tranſtillis*.

Tranſtineo, es, n. 2. *Plaut. Mil.* 2. 3. 58. Nimis beat, quod commeatus tranſtinet trans parietem. hoc eſt commeatus ſeu tranſitus trans parietem patet: paries nobis pervius eſt.

Tran-

Digitized by Google

Tranſtrum, n. 2. ζυγὸς, σέλμα, θρᾶνος, locus, vel tabula, ſuper quam ſedent remiges, ſedile remigum in navibus. ζυγὸς, σκαφεῖς, καταζύγωμα πλοίου. *Feſt.* Tranſtra, & tabulæ navium dicuntur, & tigna, quæ ex pariete in parietem porriguntur. ¶ Eſt a *tranſeo*, unde tranſtrum per Syncopen, quaſi *tranſitrum*. Vel ita dicitur quaſi tranſverſim ſtratum. Uſurpatur autem fere in num. plurali. *Virg.* 5. *Æn.* Furit immiſſis Vulcanus habenis Tranſtra per, & remos, & pictas abiete puppes. *Ovid.* 14. *Met.* Et incurvæ fumabant tranſtra carinæ. In ſingulari num. *Perſ. ſat.* 5. v. 147. Tu mare tranſilias? tibi torta cannabe fulto Cœna ſit in tranſtro? Adde *Flor. epit. l.* 89. ¶ Tranſtra item in ædificio, ut didimus ex *Feſto*, ſunt trabes tranſverſæ. *Vitr. l.* 4. *c.* 2. Trabes etiam ſupra columnas, & paraſtatas, & antes ponuntur in contignationibus, tigna, & axes ſub tectis, ſi majora ſpatia ſunt, & tranſtra, & capreoli, ſi commoda, columen, & cantelii, &c.

Tranſvectio, onis, *tragitto*, διακομιδή, actus tranſvehendi, tranſportatio. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 5. Dic, quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, *tranſvectio* Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus? ¶ Tranſvectio item dicebatur recenſio, ſeu recognitio, *moſtra*, cum equites ſolemniter recenſebantur, & ante oculos Cenſorum, vel Principis equis prætervehebantur. Fiebat autem hoc maxime modo. Idibus Quinctil. ex inſtituto Q. Fabii, ut refert *Liv. l.* 9. *in fine*, equites trabeati equis inſidentes, corona ornati oleaginea, ab Honoris, ſive Martis templo in Capitolium tranſvehebantur. Si ſine culpa eſſent, abibant; ſin aliter, ſiſtebant, & equum vendere jubebantur. *Sueton. in Aug. c.* 38. Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſvectionis. ¶ In MSS. quibuſdam Codicibus legitur *travectio*, *teſte Paveo*.

Tranſvectus. V. Tranſvehor.

Tranſvĕho, is, exi, ectum, a. 3. *traſportare*, transfero, tranſporto, tranſduco. *Sueton. in Cæſ. c.* 39. Neque exercitum in Britanniam tranſvexit, niſi ante portus, & navigationem exploraſſet. *Flor. lib.* 2. *cap.* 12. *de triumpho Æmilii Pauli*. Primus dies ſigna, tabulaſque, ſequens arma pecuniaſque tranſvexit. *Ulpian. Dig. lib.* 47. *tit.* 13. *leg.* 3. Qui corpus defuncti in itinere per vicos, aut oppidum tranſvexerunt. *Silius lib.* 4. v. 488. pons qui Dardanium tranſvexerat agmen. ¶ Uſurpatur etiam pro tranſire, trajicere, perforare, *paſſare*. *Celſ. lib.* 7. *c.* 7. n. 8. Acus ſub ipſis pilorum radicibus angulo immittenda eſt, ut ea tertiam partem palpebræ tranſvehat. *Al. leg.* tranſuat. *Varr. lib.* 2. *R. R. c.* 7. Si cum flumen tranſvehundum eſt, grege in primis prægreditur. Al. leg. *travehundum*, quod idem eſt. Editio *Jenſon. A.* 1472. & *Aldina* habent trajiciendum.

Tranſvĕhor, eris, ectus, ſum, *paſſare*, *paſſar' oltre*, ultra vehor, ſive paſſivum ſit, ſive deponens, ut quidam Grammatici docent. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 18. *ex poeta*: Nemo hac unquam eſt tranſvectus æquore curſu. *Plin. l.* 8. *c.* 6. Tranſvecti ictibus. *Claudian. in* 1. *Conſul. Stilich.* v. 273. Tranſvehitur Tuſcos. *Tacit. in Agric. c.* 37. Tranſvectæ a fronte pugnantium alæ averſam hoſtium aciem invaſerunt. *Salluſt. in Jug. c.* 18. Armenio navibus in Africam tranſvecti. ¶ Tranſvehi dicebantur Romani equites, cum ſolemniter recenſebantur. *Liv. l.* 9. *in fine*. Ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites idibus Quintilibus tranſveherentur. *Sueton. in Aug. cap.* 38. Neque detrahi quemquam in tranſvehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat; & ſenio, vel aliqua corporis labe inſignibus permiſit, præmiſſo in ordine equo, ad reſpondendum pedibus venire. V. *Tranſvectio*. ¶ Tranſlate *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 76. Abiit jam, & tranſvectum eſt tempus, quo poſſes videri concupiſſe.

Tranſvĕna, æ, m. hoſpes, qui ex longinqua regione tranſiens ad nos pervenit. *Tertull. de ſpectac. c.* 5. Traditur, Lydos ex Aſia tranſvenas in Etruria conſediſſe.

Tranſvenio, is, n. 3. ex aliquo loco tranſeundo advenio. *Tertull. de anim.* c. 23. Anima inde (h. e. a Deo) tranſvenit.

Tranſverberatus, a, um, nom. partic. *paſſato da parte a parte*. *Liv. l.* 38. c. 22. Tranſverberati ſcutis quidam inter ſe conferti hærebant. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 42. Tranſverberatus in utrunque letus.

Tranſverbĕro, as, a. 1. *trapaſſare*, [illegible], Ger. *hindurch treiben*, Gall. *tranſpercer*, Hiſp. *traſpaſſar*, διελαύνω, transfigo, trajicio. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. An præclara beſtia venabulo tranſverberatur? *Virg.* 11. *Æn.* Cujus apertum Adverſi longa tranſverberat abiete pectus.

Tranſverſa, acc. pl. loco adverbii tranſverſe, ſeu oblique. *Virg.* 3. *Ecl.* Novimus & qui te, tranſverſa tuentibus hircis. *Idem* 5. *Æn.* v. 19. Mutati tranſverſa fremunt venti.

Tranſverſarius, a, um, *tranſverſale*, quod in tranſverſum ponitur. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. cap.* 18. Tranſverſaria tigna injiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint.

Tranſverſe, adverb. *a traverſo*, *obbliquamente*. *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. In columella horæ tranſverſe deſcribantur.

Tranſverſim, adverb. idem quod tranſverſe. *Tertull. de baptiſm. c.* 8. Manibus tranſverſim obliquatis. *Plin. l.* 3. *c.* 1. Ad Gallicum Oceanum Iberico a mari tranſverſim ſe pandens terra. Alii leg. *tranſverſa*.

Tranſverſus, a, um, *traſverſale*, *poſto a traverſo*, *obbliquo*, [illegible], Ger. *überzwerch*, Gal. *qui eſt a travers*, Hiſp. *atraveſſado*, πλάγιος, obliquus, lateralis, ut Linea tranſverſa, quæ rectam lineam decuſſet, ut, ſi linea recta, verbi gratia, ab Ortu ducatur in Occaſum, tranſverſa dicetur, quæ a Septentrione ducta in Meridiem eandem mediam diſſecat. *Hor. de Arte* v. 446. Incomptis illinet atrum Tranſverſo calamo ſignum. *Liv. l.* 7. *c.* 7. Tranſverſis itineribus in Tuſculanos colles tranſire. *Cic.* 3. *de Or. c.* 53. Manilius tranſverſo ambulans foro. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur, pro adverſo, contrario. *Cic. in Bruto c. ult.* Cujus in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem tranſverſa incurrit miſera fortuna Reipublicæ. ¶ *Tranſverſus agi* dicitur, qui vi, & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. *Senec. ep.* 8. Tranſverſos agit felicitas. ¶ Ea, & de tranſverſo ire, venire, *venir per traverſo*, occurrere alicui, nec opinanti ſupervenire, ductum ab iis, qui tranſverſis itineribus incidunt in eos, qui recta via eunt. *Plaut. Pſeud.* 4. *c.* 45. Ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 4. Ecce autem de tranſverſo (quidam legunt *traverſo*, quemadmodum *tralatus* pro *tranſlatus* dicitur) L. Cæſar, ut veniam ad ſe rogat. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 10. Ecce ibi iſte de tranſverſo, Heus, inquit, puer &c. ¶ Tranſverſum digitum, vel unguem diſcedere, proverbialis Hyperbole eſt, pro minima ſpatio. *Plaut. Aul.* 2. 5. 18. Si hercle tu ex iſtoc loco Digitum tranſverſum, aut unguem latum exceſſeris. *Cic.* 4. *Acad. c.* 18. Ab hac regula mihi non licet tranſverſum, ut ajunt, digitum diſcedere. *Id. Att. l.* 13. *ep.* 20. In omni vita ſua quenque a recta conſcientia tranſverſum unguem non oportet diſcedere.

Tranſverto, is, ti, ſum, a. 3. in obliquum verto, huc & illuc verto, perverto. *Firmic. l.* 6. *c.* 25. Eorumque conſilia hac, atque illac varia cogitatione tranſvertet. *Arnob. lib.* 7. Præſtare quæ bona ſunt, quæ injuſticia tranſvertere.

Tranſulto, as, n. 1. μεταπηδάω, ὑπεράλλομαι, tranſilio, ex traue, &

ſalto. *Liv. l.* 23. *c.* 29. Sed quibus, deſultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat.

Tranſŭmo, is, pſi, ptum, a. 3. *pigliare altronde*, Germ. *auff die ander ſeite nehmen*, Gal. *prendre d'un autre*, Hiſp. *tomar de otro*, μεταλαμβάνω, ex alio ſumo. *Stat.* 3. *Theb.* v. 292. Haſtam læva tranſumit, & alto (haud mora) diſſilit curru.

Tranſumptio, onis, f. figura Rhetorica, Græce μετάληψις, quæ ex alio in aliud veluti viam præſtat: tropus & rariſſimus, & maxime improprius, Græcis tamen frequentior, qui Centaurum Chirona, & νῆσον θοὰς ὀξείας dicunt: nos quis ferat, ſi Verrem ſuem, aut Lælium doctum nominemus? eſt enim hæc in Metalepſi natura, ut inter id, quod transfertur, ſit medius quidam gradus nihil ipſe ſignificans, ſed præbens tranſitum. Hæc *Quintil. l.* 8. *c.* 6.

Tranſumptīvus, a, um, qui tranſumit. *Quintil. l.* 5. *c.* 6. μετάληψιν, quam nos varie tranſlativam, tranſumptivam, & tranſpoſitivam vocamus.

Tranſuo, is, ui, ſutum, a. 3. *cucire*, *trapaſſare*, Germ. *durchſtechen*, Gal. *percer en couſant*, Hiſp. *paſſar coſiendo*, διαῤῥάπτω, ſuo, perforo. *Celſ. l.* 7. *c.* 7. Cum toties acus tranſuet. *Id. l.* 7. *c.* 24. Cutis acu filum ducente tranſuitur. *Col. l.* 6. *c.* 5. Media pars deſcripti orbiculi eodem ſubula tranſuitur.

Tranſvolito, as, n. 1. idem quod tranſvolo. *Lucret. l.* 1. v. 355. Inter ſepta meant voces, & clauſtra domorum tranſvolitant.

Tranſvŏlo, as, n. 1. διαπέτομαι, volando prætereo. *Plin. l.* 10. *c.* 20. Perdices non tranſvolant Bœotiæ fines in Attica. *Id. l.* 9. *c.* 8. *de delphini*: Tantaque vi exiliunt, ut plerunque vela navium tranſvolent. ¶ Tranſlate ponitur pro tranſire. *Aſin. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 31. Num etiam Alpes poteram tranſvolare? ¶ Item pro tranſcurrere, celeriter ire. *Liv. l.* 3. Tranſvolat inde in partem alteram ſuis victoriæ nuntius. ¶ Item pro transfugere. *Plaut. Epid.* 1. 1. 33. Tranſvolaverunt ad hoſtes. ¶ Legitur & *travolo*, præſertim in loco *Plauti* adducto, & apud *Varron. l.* 4. *de L. L.*

Tranſvolvo, is, a. 3. evolvo, revolvo. *Prudent. hymno in nat. Dom.* v. 49. Donec rotata annalium tranſvolverentur millia.

Tranſvŏro, as, a. 1. *divorare*, vehementer voro. *Arnob. l.* 2. Beluarum ritu comminuta cum oſſibus tranſvorare. *Apulej. in Apolog.* Suaſi uxori meæ, cujus jam univerſas opes tranſvoraram.

Trapētum, i, n. & Trapetus, i, & in plur. numero Trapetes, tum, m. *infrantojo*, *macinatojo*, τραπητὸν, mola olearia, qua teruntur, ſeu premuntur olivæ, ἐλαιοτριβεῖον. *Virg.* 2. *Georg.* v. 519. Teritur Sicyonia bacca trapetis. *Cato R. R. c.* 22. Trapetus emptus nummis quadringentis. *Id. ib. c.* 18. Trapetibus locum dextra. *Leg.* 19. *ff. Locati*. Prælum, & trapetum inſtructa funibus.

Trapezīta, æ, m. *banchiere*, Ger. *wechsler*, Gal. *changeur*, *banquier*, Hiſp. *cambiador*, τραπεζίτης, menſarius, argentarius, nummularius, apud quem pecunia ponitur vel cuſtodiæ, vel fœnoris cauſa. *Plaut. Capt.* 1. 2. *in fine*. Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

Trapezophŏrum, i, n. vel trapezophorus, i, m. *treſpolo*, τραπεζοφόρον, τράπεζα, menſa, in qua pocula reponuntur, ut definit *Julius Pollux l.* 10. vel ſtatua, quæ poculorum menſam ſuſtinet, ut *Cujas l.* 1. *c.* 12. cenſet. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 23. Quod tibi deſtinares trapezophoron, ſi te delectat, habebit. *Paul. l.* 3. *ff. de ſupell. leg.* Supellectile legata hæc continentur, menſæ, trapezophora, delphica, ſubſellia, &c.

Trapĕzus, untis, f. Sinopenſium Colonia, Τραπεζοῦς, Ital. *Trabiſonda*, & *Trebiſonda*, Turc. *Tarabozan*, urbs Aſiæ min. in Cappadocia, in ora Ponti Euxini, ampla cum portu capaci, aliquando etiam Imperatorum Græcorum ſedes. *Plin. l.* 6. *c.* 4.

Traſymenicus, a, um, adject. ut Traſymenica ſtrages, apud *Sidon. carm.* 9. v. 248. qua ſcilicet Romani ab Annibale afflicti ſunt.

Traſymēnus, i, m. Traſumenus, Thraſimenus, Thraſymenus, *Lago di Perugia*, *Lago di Paſſignano*, *Lago di Caſtiglione*, lacus Hetruriæ, inter Peruſiam & Cortonam. Dictus eſt a Traſimeno puero, quem Argyllia Nympha rapuiſſe dicitur. Hic Romani cum Flaminio Conſule ab Hannibale ingenti ſtrage cæſi. *Liv. l.* 22. *c.* 4.

Travio, as, n. 1. *trapaſſare*, tranſeo, pro tranſvio, a *trans*, & *via*, ut ſit trans, ſive per alia corpora ſibi viam facere. *Lucr. l.* 4. v. 604. Qualia ſunt, vitri ſpecies quæ traviet omnis. *Id. l.* 6. v. 348. Integra tranſit Multa, foraminibus liquidis, quia traviat ignis. Alii legunt utrobique *trameat*.

Travĕhor. V. Tranſvehor.

Traulizi, τραυλίζει, balbutit, magna difficultate loquitur, vox Græca, a τραυλὸς, balbus, blæſus. *Lucret. l.* 4. v. 1157. Balba loqui non quit, traulizi, muta, pudens eſt.

Travŏlo. V. Tranſvolo.

Treba, f. 1. *Trevi*, opp. Latii, apud ortum Anienis fl. ubi montes Trebani. Inde aqua Romam perducta adhuc nomen habet *Fonte di Trevi*. ¶ Trebani dicuntur ejus incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & 12.

Trebaſter, adv. callide, aſtute. *Sidon. l.* 9. *ep.* 11. Malui factum confiteri ſimpliciter, quam trebaciter diffiteri.

Trebax, cis, adject. in rebus gerendis exercitatus, rerum peritus, atque adeo callidus, aſtutus, *chi ſa il viver del mondo*, videturque ductum a Græco τρίβαξ, quod idem ſignificat. *Sidon. lib.* 1. *epiſt.* Colligit ſe trebaciſſimus ſenex. *Paulo ante dixerat*: homo litium, temporumque varietatibus exercitatus.

Trebellicum vinum, genus vini generoſum in Campania. *Plin. l.* 14. *c.* 6.

Trebellius, lii, m. nomen Romanum, ut M. Trebellius, L. Trebellius, apud *Cic. pro Quint. c.* 5. & *Phil.* 6. *c.* 4. ¶ Trebellius Pollio ſcriptor hiſtoricus temporibus Conſtantii Imperatoris, vel certe Conſtantini ejus filii, ſcripſit vitas quorundam Imperatorum, quæ adhuc extant.

Trebia, m. 1. *la Trebia*, τρεβίας, fl. Galliæ Togatæ, qui oritur ex Apennino M. Æmyliam finit, & a Liguria ſeparat, Bobium urb. alluit, & in Padum apud Placentiam influit. In plures alveos, cum ex nivibus, aut imbribus intumeſcit, dividitur, difficiliſque eſt ad trajiciendum. Juxta hunc Hannibal Romanos maxima clade affecit. *Lucan. l.* 2. Quod non in Punica nati Tempora Cannarum fuvius, Trebiæque juventus.

Trebia, æ, f. *Mutuſca*, *Trevi*, urbs Umbriæ, in colle, inter Fulginium 6. M. P. & Spoletium 9.

Trebiātes, m. 3. pop. Umbriæ, in quarta Italiæ regione, quorum urbs Trebia. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Trebla, æ, f. inſtrumentum ruſticum, fortaſſe dictum pro *tribla* per ſyncop. a *Tribula*. *Cato R. R. c.* 135. Ploſtra, treblæ albæ &c.

Trebŭla, æ, f. 1. *Monte Leone*, olim urbs Aboriginum, nunc oppidulum in Sabinis, paullo ſiſ Podium S. Laurentii, ubi ad Eccleſiam S. Victoriæ inſignes extant Trebulanorum inſcriptiones, cum veſtigiis theatri, aliarumque antiquitatum. Ibi præſtantiſſimi fiebant caſei. *Martial. l.* 13. *ep.* 33. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex. ¶ Trebula Suffena, opp. item in Sabinis, quod nunc Montorium creditur, paulo ſupra Nerulam. ¶ Trebula quoque, opp. Campaniæ, inter Capuam, & Sueſſulam, ubi villa Trebulanum.

Trebulānus, a, um, adject. ad Trebulam pertinens, ut Trebulanus ager. *Cic. 2. Agr. c. 23.* ¶ Trebulani, orum, Trebulæ incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.*

Trecaſſes, maſc. 3. Tricaſes, Tricaſſii, Tricaſſini, pop. Galliæ Celticæ, in conf. Galliæ Belgicæ, quorum urbs Trecaſſium, Trecæ, Urbs Trecaſſium, Auguſta Trecarum, Auguſtobona, Auguſtomana, *Troyes*, ampla, & culta, caput Campaniæ, ad Albulam in Occ.

Trecenarius, a, um, adject. *Inſcript. apud Fabret. pag. 434.* legitur: *Numiſienus Gallus Trecenarius:* qui ita dictus fuiſſe videtur, quod trecentorum militum ductus eſſet.

Trecēni, æ, a, *trecento*, τριακόσιοι, idem ac trecenteni, per ſyncopen. *Liv. l. 8. c. 8.* Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis. *Id. l. 31.* Attalus trecenos tantum milites in præſidium, Rhodii quadriremem unam ex claſſe, cum ad Tenedum ſtaret, miſerunt. Quidam legunt *tricenos*, & *trecenos*. Sed *tricenos* eſt trigiote.

Trecentēni, æ, a, adject. *trecento*. *Colum. l. 5. c. 2.* Duo millia trecenteni, & quadraginta. Alii leg. *tricenteni*.

Trecenteſimus, a, um, adject. *trecenteſimo*, qui trecenta continet. *Valer. Max. l. 8. c. 13. n. 6. extern.* Trecenteſimum annum cumulare. *Liv. l. 4. c. 7.* Anno trecenteſimo decimo, quam urbs Roma condita erat.

Trecenti, æ, a, adject. *trecento*, τριακόσιοι. *Virg. 10. Æn.* Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli juvenes, aſt Ilva trecentos.

Trecenties, adv. *trecento volte*, τριακοσιάκις, trecentis vicibus. *Catul. in Jul. Caſ. c. 30.* Ut iſta veſtra diffututa mentula Ducenties comeſſet, aut trecenties. Aliqui legunt *tercenties*. Perperam. Nam congruum eſt, ut etiam ultimus iſte verſus ſit jambicus trimeter, ſeu ſenarius acatalecticus ſincerus, ut alii præcedentes.

Trechedipna, orum, neut. τρεχέδειπνα, a τρέχω, *curro*, & δεῖπνον, *cœna*, ita dicitur a *Juvenale* toga curſoria, qua induti ad cœnam, ſeu ſportulam accipiendam cives Romani curſitabant. Notes autem hac voce civitatis mores ad Græca vitia ſimul cum lingua ipſa degenerantes. *Sat. 3. v. 67.* Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna, Quirine. ¶ Qui legunt *Rechedipna*, nulla ratione probant.

Tredecies, adv. *tredici volte*, τρεισκαιδεκάκις. *Cic. Ver. 3. c. 80.* Seſtertium tredecies. Alii leg. *terdecies*: utrumque enim paſſim recte legitur, & uſurpatur.

Tredĕcim, adv. *tredici*, τρεισκαίδεκα, ter & decem viem. *Liv. l. 36. c. 43.* Tredecim captis navibus. *Tacit. 3. hiſt. c. 19.* Centum tredecim Treverorum ſenatores. ¶ Dividitur etiam, & invertitur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 7.* Fundos decem & tres reliquit.

Tredecĭmus, a, um, adject. *decimoterzo*. *Plin. l. 1. nat. hiſt. quæ cæterorum index eſt:* Libro tredecimo continetur de unguentis &c.

Treis, idem ac tres, apud veteres, Græcorum more, qui τρεῖς per ει dicunt. *Virg. 8. Æn.* Treis imbris torti radios, treis nubis aquoſæ Addiderant.

Tremebundus, a, um, *tremante*, רוֹעֵד, Ger. *zitterend*, Gal. *tremblant*, Hiſp. *temblante*, τρέμων, tremens. *Auct. ad Heren. l. 3.* Sin erit ſermo in jocatione leviter, & tremebunda voce, cum parva ſignificatione riſus. *Cic. pro Dom. cap. 52.* Aut ſi dixit aliquid verbis hæſitantibus, poſtea que tremebunda manu tetigit. *Col. l. 10. v. 396.* effœta tremebundius ubere porcæ.

Tremefacio, is, feci, factum, a. 3. *far tremare*, ἐκπλήττω, tremorem incutio. *Virg. 6. Æn. v. 803.* Et Lernam tremefecerit arcu. *Id. l. 9.* Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. *Cic. 2. de Div. ex Poeta:* At quum ſe gravida tremefecit corpore tellus.

Tremefactus, a, um, *impaurito*. *Virg. 2. Æn.* Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis Inſinuat pavor. ¶ Translate ponitur pro concuſſo, proſtrato, ſublato. *Cic. 2. Off.* Quamvis enim demerſæ ſint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas. Alii leg. *timefacta*.

Tremendus, a, um, *terribile*, φοβερός, φρικτός, terribilis, metuendus, propter quem quis tremere debet. *Virg. 4. Æneid.* Maneſque adiit, Regemque tremendum. *Id. l. 8.* Matriſque egere tremenda Carmentis Nymphæ monita.

Tremens, entis, o. 3. *tremante*, τρέμων, partic. a tremo. *Cic. 4. Tuſc.* Ut ipſum Hectorem, quemadmodum eſt apud Homerum, toto pectore trementem provocaſſe ad pugnam pœniteret. *Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 2.* Et me trementi voce exulem appellarit.

Tremĭpes, edis, adject. qui pedibus tremit. *Varr. apud Non. c. 6. num. 63.* Nec quaſſagipennas anates, tremipedes. Alii leg. *tremipedas*, ut ſit a recto *tremipedus:* quod quidem minus placet. Alii *tremipedes* reponunt.

Tremiſco, is, ſine præt. & ſup. *tremare*, τρέμω, tremore concutior. *Virg. 5. Æn.* Tonitruque tremiſcunt Ardua terrarum, & campi. ¶ Sumitur etiam pro timere. *Virg. 3. Æn. v. 648.* Sonitumque pedum, vocemque tremiſco.

Tremiſſis, is, m. nummus valens tertiam ſolidi aurei partem. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 39.* Tunc etiam, cum ad tertiam partem auri vectigal decidiſſet, tremiſſes aureorum formati ſunt.

Tremo, is, mui, ſine ſup. n. 3. *tremare*, רָגַז, Ger. *zittern*, Gal. *trembler*, Hiſp. *temblar*, τρέμω, ζείω, commoveor, agitor, tremore concutior, a Græco verbo allato. *Virg. 1. Georg.* Terra tremit, fugere feræ. *Id. l. 3.* Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus. Ubi *artus* eſt accuſativus partis pro ablativo *artubus*. *Cic. 2. Acad.* Ut ſi quis tremeret, & exalbeſceret. *Id. 2. de Orat.* Locus eſt familiaris, Sapiens, ſi algebis, tremes. ¶ Metonymice ponitur pro timere. Nam timorem ſæpe tremor conſequitur. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 1.* Quid? ſi tibi bellum aliquod magnum, & periculoſum adminiſtranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo. *Liv. l. 22.* In ea civitate, in qua Magiſtrum equitum, virgas, ac ſecures Dictatoris tremere, atque horrere ſoliti ſunt.

Tremor, oris, m. *tremore*, רֶטֶט, Germ. *das zittern*, Gall. *tremblement*, Hiſp. *temblamiento*, τρόμος, σεισμός, corporis ſolidi motus, quo in ſuo loco ſtans movetur, cujus generis eſt motus terræ, cum ventis ſub iiſque incluſis concutitur: item motus in hominibus frigentibus, timentibus, febricitantibus. *Virg. 2. Georg.* Unde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant Objicibus ruptis. *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* Ex quo fit, ut pudorem rubor, ſic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. *Id. pro Flac. c. 4.* Tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit!

Tremŭle, adv. *tremolando*. *Apulej. l. 3. Metam.* Extimæ plumulæ tremule reſultantes inquiete laſciviunt.

Tremŭlus, a, um, *tremante*, τρομώδης, τρομερός, qui tremit. *Cicer. 1. de Div. ex Poeta:* Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. *Virg. 8. Ecl.* Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua. *Plin. l. 20. c. 9.* Ideo paralyticis, & tremulis dari jubet. ¶ Metonymice ponitur pro tremefaciente, ſeu pro eo, quod tremere facit. *Cic. in Arato:* Dum ſtatum tremulo quatiatur frigore corpus.

Trepĭdans, antis, n. 3. *tremante*, *trepidante*, ταραττόμενος. *Virg. 4. Georg.* Et trepidantia bello Corda licet longe præſciſcere. *Liv. l. 23. c. 7. ad fin.* Trepidante tota civitate ad excipiendum Annibalem, viſendumque, idest feſtinante, tumultuante præ feſtinatione.

Trepidanter, ἐντρόμως, timide. *Suet. in Claud. c. 49.* Quod ut ſenſit, trepidanter effatus, &c. *Caſ. l. 1. B. C. c. 19.* Trepidantius, timidiuſque omnia agere.

Trepidarii equi dicuntur, qui trepidantibus, hoc eſt crebris ſalientibus pedibus incedunt, qui brevi, ſed feſtino gradu ambulant. *Veget. l. 1. vet. veterin. c. 56.* Equi, quos vulgo trepidarios, militari verbo gottonarios vocant.

Trepidatio, onis, f. *timore*, *paura*, τρόμος, actus trepidandi. *Cic. pro Dejot.* Num quæ trepidatio? num qui tumultus? *Liv. lib. 3. c. 3.* Non opinata etiam res plus trepidationis fecit.

Trepide, adverb. *con preſtezza*, *e timore*, ἐντρόμως. *Liv. l. 22. cap. 31.* Claſſis a litoribus hoſtium plenis trepide ſoluta in Siciliam curſum tenuit.

Trepĭdo, as, a. 1. *tremare*, τρέμω, φοβοῦμαι, φρίττω, tremo, paveo, timeo, a ſono corporum, qui ex motibus contrariis oritur. *Feſtus* putavit, eſſe a τρέπω, verto. Sic enim ſcribit: Trepit, vertit; Unde trepido, & trepidatio, quia turbatione mens vertitur. *Ter. Eun. 5. 6. 8.* Quid eſt, quod trepidas? ſatin ne ſalvæ? dic mihi. *Caſ. l. 5. B. G.* Tum demum Titurius, uti qui nihil ante providiſſet, trepidare, & concurſare. *Cic. 3. de Orat. c. 42. ex Poeta;* At Romæ ut homo, tametſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat. ¶ Cum accuſativo. *Juven. ſat. 10. v. 21.* Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram. *Et ſat. 3. v. 112.* Et occurſum nuſquam trepidabit amici. ¶ Cum ne, & conjunctivo. *Id. ſat. 14. v. 64.* Ergo miſer trepides, ne ſtercore fœda canino Atria diſpliceant. Adde *ſat. 1. v. 97.* ¶ Et quoniam a timentibus omnia præpropere aguntur, factum eſt, ut trepidare acciperetur pro feſtinare. *Virg. 4. Æn. v. 121.* Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt. *Hor. l. 2. ode 4.* Cujus octavum trepidavit ætas Claudere luſtrum. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Ter. Heaut. 3. 1. 33.* Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum.

Trepidŭlus, a, um, ὑπότρομος, dim. a trepidus. *Gel. l. 2. c. 29.* Atque ubi rediit caſſita, pulli trepiduli circumſtrepere, orareque matrem, &c.

Trepidus, a, um, *temido*, *pauroſo*, ἔντρομος, περίφοβος, pavidus, metuens, timens. *Liv. l. 2. c. 24.* At vero curia mœſta, ac trepida ancipiti metu. ¶ Ponitur etiam pro incerto, dubio. *Virg. 12. Æn. v. 589.* Illa intus trepidæ rerum, per cerea caſtra Diſcurrunt. *Liv. l. 1. c. 27.* Tullus in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori, & Pavori, idest dubia, & ob hoc timorem inducente. *Id. l. 3. c. 3.* Meſſenii trepidi rerum ſuarum. ¶ Item pro feſtino, quod qui timent, feſtinant greſſus. *Virg. 3. Æn.* Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt, Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro Deſeruere.

Trepondo, n. ind. τρίλιτρον, trium librarum pondus. *Quint. l. 1. c. 5.* Nam dua, & tre, & pondo diverſorum generum ſunt barbariſmi. At duapondo, & trepondo uſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt, & recte dici Meſſala confirmat.

Tres, & tria, o. 3. *tre*, τρεῖς, καὶ τρία, nomen numerale cardinale, a vocibus Græcis allatis. *Virg. 3. Æn.* Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur Ductores. *Id. 8. Ecl.* Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores. ¶ *Trium litterarum homo*. V. Litera. ¶ *Tribus verbis*, id eſt breviter. *Plaut. Mil. 4. 2. 29.* Breviter, an longinque ſermone? M. Tribus verbis. *Id. Trin. 4. 2. 121.* Pax! te tribus verbis volo.

Treſſis, & ſſe, o. 3. *vile*, τριώβολον, quod eſt trium aſſium, vile, minimi pretii. *Perſ. ſat. 5. v. 76.* Non treſſis agaſo.

Treſviri, m. 2. idem qui Triumviri. *Plaut. Amph. 1. 1. 3.* Quid faciam nunc, ſi Treſviri me in carcerem compegerint? *Cic. 3. de Or. c. 19.* Treſviri Epulones.

Treventinates, m. 3. pop. Samnii, in conf. Frentanorum, quorum urbs Treventinum. *Plin. l. 3. c. 12.*

Trevericus, a, um, adject. ad Treviros urbem pertinens, ut Trevericus ager. *Plin. l. 18. c. 20.*

Trevir, iri, qui eſt ex Trevirorum urbe. *Lucan. l. 1. v. 441.* Tu quoque lætatus converti prælia Trevir.

Treviri, Treveri, pop. Galliæ Belgicæ, verſus Moſellam fl. extenſi, inter Rhenum fl. ad Or. quo ſeparabantur a Germania magna, Remos, Tungroſque ad Occ. Mediomatrices, & Verodunos ad Mer. & Ubios ad Sep. ubi nunc Trevirenſis ditio, & pars Auſtralis Duc. Luxemburgici, ubi erant Cæreſi ſub ipſis contenti. Eorum urbs eſt Treviri, ſeu Auguſta Trevirorum, Ger. *Trier*, Gall. *Treves*, Ital. *Treveri*, ampla, & præclara, ad Moſellam fl. ubi recipit Surevum. ¶ Sunt etiam *Treviri* iidem qui *Treſviri*, hoc eſt triumviri. *Cic. Fam. 7. Epiſt. 13.* ubi in ambiguo hujus vocis ludit.

Triambi, m. 2. qui terni in proſcenio loquebantur. *Feſt.* Jambi vocabantur, qui ſinguli ex proſcenio loquebantur, triambi, qui terni.

Triangulāris, & re, *triangolare*, τρίγωνος, quod trianguli formam refert. *Col. l. 5. c. 2.* Triangularis agri forma.

Triangŭlum, i, n. *triangolo*, τρίγωνον, figura tres angulos habens, ſeu ſuperficies plana tribus lineis rectis comprehenſa. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Grues, cum loca calidiora petentes maria tranſmittunt, trianguli formam efficere. *Id. 2. de Div. c. 42.* Ea triangula illi, & quadrata nominent.

Triangŭlus, a, um, *triangolare*, τρίγωνος, quod triangularem figuram habet. *Col. l. 5. c. 2.* Eſto ager triangulus pedum quoquoverſum trecentorum. *Plin. l. 13. c. 11.* Latera triangula.

Triarii, orum, m. 2. milites veterani ſpectatæ virtutis, qui in tertio aciei loco collocabantur, pilis armati. Qui ſint, & unde dicantur, docet hic locus *Varronis l. 4. de L. L.* Haſtati dicti, qui primi haſtis pugnabant, Pilani, qui pilis, Principes, qui a principio gladiis. Illum, Triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Quod iis ſubſidebant, ab eo ſubſidium dictum. A quo Plautus: Agite nunc, ſubſidete omnes, quaſi ſolent Triarii. Hæc *Varro*. *Liv. l. 22.* Nova de integro pugna exorta eſt, non illa ordinata per Principes, Haſtatoſque, ac Triarios, &c. ¶ Tertio loco prælium inibant poſt profligatos Haſtatos, qui primo loco, & Principes, qui ſecundo loco pugnam capeſſebant. Hinc factus eſt locus proverbio, ut, cum in re aliqua laboretur, eoque res adducta eſt, ut extremo conatu, ſummiſque viribus ſit contendum, rem ad Triarios rediiſſe dicamus, ut docet *Liv. l. 8. c. 8.* ubi omnem pugnandi apud Romanos ordinem luculenter deſcribit.

Triatrus, tertius dies poſt Idus. *Paulus ex Feſto:* Quinquatrus feſtivus dies dictus, quod poſt diem quintum iduum celebraretur, ut triatrus, & ſexatrus, & ſeptimatrus, & decimatrus.

Tribacca margarita eſt inauris tribus baccis ſeu unionibus conſtans. *Petron. in Satyr.* Quo margarita cara tribacca Indica? Alii leg. *cara tibi, bacca Indica*.

Tribădes, dum, f. 3. mulieres frictrices, quæ in ſexum ſuum libidinem exercent, a τρίβω, *tero*, *frico*. Hoc nomine male audiit Sappho, quod innuit Ovidius in ep. ipſius ad Phaonem. *Phædrus l. 4. fab. 14.* Rogavit alter, tribades, & molles mares quæ ratio procreaſſet.

Triballi, m. 2. *Bulgari*, Τριβαλλοί, pop. Mœſiæ inf. quorum regio *Bulgaria*, urbs primaria Ternoba, ſeu Sophia. In Triballis populi ro-

Digitized by Google

ruotur fuiſſe, qui viſu faſcinabant, & interimebant, quos irati diutius, & fixis oculis aſpexiſſent, teſte *Plinio l. 7. c. 2.*

Tribon, onis, m. τρίβων, *veſte logora*, pallium tritum. *Auſon. epigr.* 53. Pera, polenta, tribon, baculus, ſcyphus, arcta ſupellex.

Tribonianus, i, celebris Juriſconſultus, quæſtor fuit Juſtiniani Imperatoris, ejque operam ſuam præbuit in libro Novellarum componendo: Cæterum multis vitiis inſignis, aſſentatione, fraudulentia, avaritia, omnis religionis contemptor, præſertimque Chriſtianæ. *Suidas.*

Tribrăcus, & tribrachys, m. τρίβραχυς, pes metricus ex tribus ſyllabis brevibus conſtans, a τρεῖς, *tres*, & βραχύς, *brevis*, ut *Dominus*, *loquerer*, *egerent*. *Diomed. Grammat. l.* 3. *Quintil. l.* 9. *c. ult.*

Tribrĕvis, is, adject. & *Diomed. Grammat. l.* 3. *cap. de pedibus* ita appellatur pes tribrachys, qui e tribus ſyllabis brevibus conſtat.

Tribuarius, a, um, adject. ad Tribum pertinens. *Cic. pro Planc. c.* 19. Itaque hæſitantem te in hoc ſodalitiorum tribuario crimine ad communem ambitus cauſam contuliſti. h. e. in crimine corrumpendarum tribuum in petitione alicujus honoris.

Tribŭla, æ, f. *trebbia*, idem ac tribulum. *Col. l.* 2. *c.* 21. Et, ſi pauca juga ſunt, adjicere tribulam, & traham poſſis, quæ res utraque culmos facillime comminuit.

Tribularia, ium, n. 3. inſtrumentum tribulis, hoc eſt ferreis acuminibus contextum, quo utebantur in torquendo & cruciando. *Senec.* 3. *de Ira*, *c.* 19. Torſerat per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, tribularibus, equuleo, igne. Alii leg. *tabularibus*.

Tribularium, ii, n. locus ad trituram frumenti aptus, vel, ut alii explicant, locus in quo tribulæ, & ſimilia inſtrumenta reponuntur. Affertur a Lexicographis quibuſdam ex *Columella*, ſed cum neque locum, neque verba citent, adhuc fides eſt penes ipſos.

Tribulatio, onis, f. 3. *tribolazione*, θλῖψις, afflictio, oppreſſio, anguſtia. Habent hanc vocem *Tertullianus advers. Judæos*, *cap.* 11. ubi *diem tribulationis* ponit pro die extremi divini judicii; & *Jul. Firmicus de prof. relig.* verbis ex *Pſalmo* deſumptis: Oblivisceris inopiam noſtram, & tribulationem.

Tribulātus, a, um, adjectiv. acuminatus, in modum tribuli. *Pallad. lib.* 2. *tit.* 43. Faſciculas breviſſimas tribulatas, quibus filicem ſolemus abſcindere.

Tribūlis, & le, n. 3. φυλέτης, δημότης, φράτωρ, qui ex eadem Tribu eſt. *Cic. l.* 13. *Fam. epiſt.* 24. L. Coſſinio amico, & tribuli tuo valde familiariter utor. *Liv. l.* 8. Vetus Claudia Tribus, additis poſtea novis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata. ¶ Interdum accipitur pro non divite, ut *Tribus* pro pauperibus. *Hor. l.* 1. *ep.* 13. Ut cum pileolo ſoleas conviva tribulis. *Martial. l.* 9. *epigr.* 30. *de toga trita:* Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Tribūlo, as, a. 1. *trebbiare*, *batter fuori il grano*, θλίβω, eſt tribula, aut alio quocunque inſtrumento comminuere. Gl. Cyr. θλίβω, *tribula*, *preſſa*, *preme*, θλῖψις, ἡ ἔκθλιψις, *preſſura*, *tribulatio*. *Cato R. R. c.* 23. Si indideris defrutum, aut marmor, aut reſinam, dies viginti permiſceto crebro, tribulatoque quotidie.

Tribulōſus, a, um, adject. aſper, ſpinoſus, tribulis plenus. *Sidon. l.* 3. *ep.* 2. Viarum voragines tribuloſæ. ¶ Translate *Id. l.* 1. *ep.* 7. Tribuloſiſſima diſſimulatio.

Tribŭlum, i, n. *trebbia*, [illegible], *Ger. treſchwagen*, Gal. *traine*, Hiſp. *trillo*, τρίβολον, ruſticum inſtrumentum, quo frumenta in area teruntur. *Var. l.* 4. *de L. L.* Hinc in meſſe tritura, quod tum frumentum teritur, & tribulum, quo teritur. *Id. l.* 1. *de R. R. c.* 52. E ſpicis in aream excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo. Id fit e tabula lapidibus, aut ferro aſperata, quæ impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut diſcutiat e ſpica grana. *Plin. l.* 18. *c.* 30. Meſſis alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur. *Virg.* 1. *Georg.* Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere raſtri.

Tribŭlus, i, m. *tribolo*, [illegible], *Ger. waſſernuß*, Gal. *chardon*, *chauſſe trape*, Hiſp. *abrojo*, τρίβολος, genus ſpinæ, herba foliis ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus viticulis, in terra ſtratis, ſpinis ſecundum folia rigidis, & præduris. *Virg.* 1. *Georg. v.* 153. Lappæque, tribulique, interque nitentia culta Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. *Plin. l.* 21. *c.* 15. Aliqua & ſecundum ſpinam habent folium, ut tribulus, & ononis. ¶ Eſt & alterum tribuli genus aquaticum, non niſi in amnibus naſcens, coma duntaxat aquis extante, folio ulmi effigie. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Tribulus non niſi in paluſtribus naſcitur: dira res alibi, juxta Nilum, & Strymonem amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo, &c. ¶ Per Metaphoram Græcis τρίβολοι, Latinis tribuli dicuntur ſtimuli illi ferrei, qui aliter vocantur murices, quos ſpargere moris erat in bello contra camelos, aut quadrigas falcatas, aut oppidanorum eruptionem. Nempe ita dicti ſunt a triquetra figura, & ob eminentes cuſpides. Extat vox hujus ſignificationis apud *Vegetium l.* 3. *c.* 24.

Tribūnal, alis, n. *tribunale*, [illegible], *Ger. richterſtul*, Gal. *tribunal*, Hiſp. *tribunal*, δικαστήριον, βῆμα, locus excelſus arcuata figura, in quo reſidebat, qui jus civibus, aut peregrinis reddebat, a *Tribunus*. Nam proprie eſt ſedes Tribuni, ut *Papias* exponit, hoc eſt locus ſublimior, ubi is jus dicit: ſed per Synecdochen ſumitur pro quovis loco, ubi jus redditur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Nullius inopiam, ac ſolitudinem non modo illo populari acceſſu, ac tribunali, ſed ne domo quidem, & cubiculo eſſe excluſam. ¶ Apud Romanos tribunal fuit ſuggeſtus editior, unde conſpici Magiſtratus ab omnibus poterat, multorum hominum capax, in quo ſella curulis, juriſdictionis inſigne, locata erat, ubi ſedens Prætor cognoſcebat, & pronuntiabat. Fuiſſe locum multorum hominum capacem, indicat *Cicero in Bruto c.* 48. dum inquit: Volo, hoc Oratori contingat, ut, cum auditum ſit, eum eſſe dicturum, locus in ſubſelliis occupetur, compleatur tribunal, &c. Et *l.* 1. *de Or. c.* 37. Nobis in tribunali Q. Pompeii Prætoris Urbani ſedentibus. Et *Tacitus l.* 1. *c.* 75. Tiberius aſſidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret. ¶ Sellæ curulis meminit *Cic. Verrin.* 4. *c.* 38. Palam, inquit, de ſella, ac tribunali pronuntiat: ſi quis &c. ¶ Forma tribunalis fuit arcuata. *Vitr. l.* 5. *c.* 1. de Baſilica Julia, quam ipſe architectatus fuerat. Item tribunal eſt in ea æde hemicycli ſchematis minore curvatura formatum. Ejus autem hemicycli in fronte eſt intervallum pedum quadraginta ſex, introrſus curvatura pedum quindecim, uti eos, qui apud Magiſtratus ſtarent, negotiantes in Baſilica ne impedirent. ¶ *Pro* vel *de tribunali* idem eſt ac in tribunali, quemadmodum dicimus *pro roſtris*. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. Idque pro tribunali cum aliquid ageretur, intelligi potuiſſe. *Id. in Piſon. c.* 5. Pro Aurelio tribunali delectus ſervorum habebatur. Sic Citare aliquem de tribunali, h. e. ſedendo in tribunali, *Cic. Ver.* 7. ¶ De tribunali porro ii tantum Magiſtratus jus dixere, qui ſellam curulem habebant, ut Conſules, Prætores, Ædiles, Præſides in provinciis, & Proconſules: nam Tribuni, Quæſtores, Triumviri, & alii pro ſubſelliis ſedebant, ut ſcribit *Aſconius*. ¶ In caſtris quoque erat tribunal, ex quo Imperator jus dicebat, aut milites alloquebatur, quod olim de ceſpite extruebatur. *Tacit. hiſtor.* 3. *c.* 10. Senſit ludibrium miles, disjectiſque qui tribunal tuebantur, &c. *Id. ib. l.* 4. *c.* 25. Conſcendit tribunal Vocula, reprehenſumque militem duci juſſit. ¶ *Tribunal nummarium* dicitur, in quo qui ſedet, pecunia corrumpi ſe patitur. *Senec. l.* 1. *de benef. c.* 9.

Tribunātus, us, m. 4. *Tribunato*, χιλιαρχία, δημαρχία, Magiſtratus, ſeu dignitas Tribunorum. Aliud fuit Tribunatus, aliud Tribunitia poteſtas. Nam Sylla Tribunatum non ſuſtulit, ſed Tribunitiam poteſtatem. Rurſus Romani Imperatores Tribunatum non geſſere, ſed Tribunitiam poteſtatem ſumpſerunt, ut *Dio* auctor eſt. Nam cum Plebeiis fas eſſet ſolis Tribunatum gerere, religio Imperatoribus fuit Tribunatum ſibi vindicare, cum Patricii eſſent: cum vero Tribuni Pl. ſacroſancti eſſent, Imperatores ſibi poteſtatem Tribunitiam uſurpavere, ut & ipſi ſacroſancti eſſent, & inviolabiles. *Cic. de Am.* De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. *Id.* 1. *de Orat. c.* 7. Tribunatum petere. *Id.* 11. *Attic. ep.* 9. Inire tribunatum.

Tribunitius, a, um, *Tribunitio*, δημαρχικός, quod ad Tribunum pertinet. *Cic.* 2. *de Or.* Cum Tribunitia poteſtas eſſet conſtituta. (de Tribunitia poteſtate V. in voce præced.) *Id. l.* 2. *Q. Fr. ep.* 14. Tribunitii candidati. *Id. pro Cluent.* Spiritus Tribunitii. ¶ Tribunitius dicitur qui Tribunatum geſſit, quemadmodum Conſularis, qui Conſulatum, Ædilitius, qui Ædilitatem. *Cic.* 13. *Phil. c.* 14. Qui Ædilitii? qui Tribunitii? qui Quæſtorii?

Tribūnus, i, m. *Tribuno*, δήμαρχος, Magiſtratus apud Romanos, inde dictus, quod qui primum hoc nomine appellati ſunt, præerant Tribubus, qua ratione Curiones vocati, qui præerant Curiis, hoc eſt decimæ Tribus cujuſque parti, teſte *Aſconio* in 3. *Verr.* *Pomponius l.* 2. *de orig. juris*, §. 2. ita ſcribit: Dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus diviſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia Tribuum ſuffragio creabantur. ¶ Nomen Tribunorum antiquiſſimum eſt, atque una pene cum Urbe natum. Nam Romulus primum univerſum populum in tres partes diviſit, quas appellavit Tribus, & ſingulis partibus ſuos duces dedit, eoſque Tribunos vocavit: deinde ſingulas Tribus in decem partes ſecuit, & effecit 30. partes minores, eaſque vocavit Curias, quibus aſſignavit ſuos Duces, nomine Curionem: tertio diſtribuit ſingulas Curias in decem partes, quas nuncupavit Decurias, ſingulis duces attribuit, iiſque nomen Decurionum indidit. ¶ Tribunorum varia fuerunt genera, *Tribunus Celerum*, *Tribuni militum Conſulari poteſtate*, *Tribuni ærarii*, *Tribuni Plebis*. De ſingulis habes infra.

Tribunus Celerum, *Capitano del corpo di guardia*, Magiſtratus quidam in Monarchia, qui præerat trecentis illis Celeribus Equitibus, qui Regis corpus cuſtodiebant, & rem militarem cum Regibus curabat. Fuit antiquiſſimus omnium Magiſtratuum. Nam ab ipſo Romulo inſtitutus eſt. *Pompon. de orig. juris*, *l.* 2. *Dig. tit.* 2. *l.* 2. Iiſdem temporibus & Tribunum Celerum fuiſſe conſtat. Is autem Equitibus præerat, & veluti ſecundum locum a Regibus obtinebat, quo in numero fuit Junius Brutus, qui auctor fuit Regis ejiciendi. ¶ Diverſus erat a cæteris Tribunis. Nam cæteri, qui tres erant, Tribubus præerant, unus Ramnenſibus, alter Tatienſibus, tertius Luceribus, ſed hic tribus Centuriis Equitum, qui Celeres vocabantur, imperabat. Dictus eſt a ſimilitudine aliorum Tribunorum. Ut enim duces Tribuum dicti Tribuni, quod præerant Tribubus, quæ tres erant, ita Tribunus Celerum is appellatus, quod tribus Equitum Centuriis præerat. Hoc nomen retentum eſt uſque ad inſtitutionem Conſulum. Nam poſtea Magiſtratus iſte pro Tribuno dictus eſt Magiſter Equitum, & poſtremo Præfectus Prætorio. *Pompon. loc. cit.*

Tribuni Militares, duces legionum, qui peditibus legionum, non item equitibus præerant. Dicti ſunt Tribuni, auctore *Varrone*, quod ab initio terni eſſent, tum, cum legio ex tribus millibus conficiebatur, ex ternis, quæ tum erant, Tribubus, Ramnium, Tatienſium, & Lucerum ſumpti. ¶ Initio tres fuerunt, qui ſinguli mille peditibus præerant. Poſtea ut numerus peditum in legione auctus eſt, ſic etiam Tribunorum militarium, ita ut a tribus ad quatuor, atque ab his ad ſex pervenerint. Progreſſu temporis duodecim legi cœperunt, terni in ſingulas legiones, quæ quatuor erant. Deinde anno 441. quaterni in ſingulas legiones creati ſunt, ut eſſent ſexdecim. Interjectis inde temporibus, cum legio ex quinque millibus conſcribi jam eſſet cœpta, ut ſua ſua ætate ſcribit *Polybius l.* 6. & poſtremo cum ex ſex millibus, Tribuni militum ad quatuor legiones viginti quatuor, in ſingulas ſeni, lecti ſunt. ¶ Ut Tribunorum militum numerus, ſic eorum electio varia fuit. Modo enim ab exercitus Imperatore, modo populi ſuffragio creati ſunt: quæ varietas uſque ad extrema Reip. tempora perduravit. Nam C. Cæſar, & M. Cato Tribunatum militum a populo obtinuerunt, teſte *Suetonio*, & *Plutarcho*. Per eadem vero fere tempora Proconſul *Cicero* Tribunatum militum alteri dedit, & pro altero petiit, ut ipſe ſcribit *ad Atticum:* Scaptius cum a me Tribunatum accepiſſet, quem ego ex Bruti litteris ei detuliſſem, poſtea ſcripſit ad me, ſe uti nolle eo Tribunatu; & *ad Cæſarem:* Huic ego neque Tribunatum, neque Præfecturam peto, benevolentiam tuam peto. ¶ Quoniam autem legiones ſcribi quotannis quatuor erant ſolitæ, quæ Conſulibus ad bella prope quotidiana proficiſcentibus traderentur, factum eſt, ut, quemadmodum quatuor legiones primæ cæteris, quæ poſt ad eas adjunctæ ſunt, clariores fuerunt, ſic qui his legionibus præfuerunt, omnes aliarum duces honore antecellerent. Hi *Tribuni militum quatuor legionibus primis* ſunt appellati. Propterea igitur præ cæteris celebrentur, quia majore, quam cæteri, non quidem poteſtate, ſed dignitate fuerunt. Unde *Tr. Mil. L. IV. primis* in veteribus quibuſdam æneis legum tabulis legitur, teſte *Sigon.* ¶ Tribuni militum faſces non prætulere, quod oſtendit *Livius* in ſeditione militari Scipionis apud Sucronem: Fugatis ex caſtris Tribunis, ad milites gregarios duos delatum omnium conſenſu imperium: qui nequaquam Tribunitiis contenti ornamentis, inſignia etiam ſummi imperii faſces, ſecureſque attrectare auſi. *Appianus* Tribunos militares aureo annulo uſos ſcribit, cum cæteri ferreo uterentur. ¶ Officium Tribunorum militarium erat in caſtris milites continere, & ad exercitationem producere, vigilias circuire, rei frumentariæ præeſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere, denique & dare, & obſervare caſtrenſia omnia. ¶ Dividebantur in *Rufulos*, ſive *Rutulos*, & *Comitiatos*. *Rufuli* erant, qui ab Imperatoribus in exercitu lecti fuerant, ita dicti a *Rutilio Rufo*, qui legem tulit de jure Tribunorum, qui a Conſulibus eſſent facti. *Comitiati* dicebantur, qui a populo in Comitiis creati eſſent. *Aſcon. Pædian. in Divin.* Tribunorum militarium duo ſunt genera; primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur. *Feſt. Pompejus.* Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Conſules faciebant, non populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis (ſic enim elevaverant eorum jus, at tunc elevabant, qui populi ſuffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac poſt Rutilii appellati ſunt.

Tribuni militum Conſulari poteſtate, Magiſtratus Romæ, qui Conſulare imperium obtinebant, & Conſulum loco Rempublicam adminiſtrabant.

Eorum hæc origo narratur. Crebris ſeditionibus Plebis, quibus Conſules de ſuo quoque corpore creari petebat, externis etiam bellis ingruentibus, Plebeque ipſa delectum pati negante, coacti tandem Patres ſunt, ut aut civibus, aut hoſtibus de victoria concederent. Ab eorum ſententiis, qui Tribunos Plebis cæde violandos putabant, primores Patrum abhorrebant. Per hæc conſilia eo res deducta eſt, ſententiam C. Claudii, & T. Genutii fratris M. Genutii Conſulis, ut ſex Tribuni militum, tres ex Patribus, & tres ex Plebe, Conſulari poteſtate prædita crearentur, de Conſulibus nihil immutaretur. Igitur anno U. C. 310. tres Tribuni militares creati ſunt, qui Conſularem poteſtatem haberent, & quidem ex Patribus, conſentiente Plebe. Plebs enim eo duntaxat contenta fuit, quod ejus ratio habita eſſe videretur. Progreſſu temporis modo tres, modo quatuor, modo ſex, aliquando ex ſolis Patribus, aliquando ex Patribus, & Plebe fuerunt. Eandem habebant auctoritatem, quam Conſules, & uſque ad annum U. C. 396. perdurarunt. *Liv. l. 4.*

Tribuni Plebis, Magiſtratus Romæ, ex genere Magiſtratuum minorum, & ordinariorum, non diſſimilis iis, qui apud Lacedæmonios *Ephori* dicebantur, cujus officium erat injuriam omnem interceſſione ſua prohibere, & commoda Plebis adverſus Patres tueri. ¶ Hic Magiſtratus hanc habuit originem. Plebs ob fœneratorum avaritiam ære alieno oppreſſa ſæpe poſtulavit a Patribus, ut contractuum obligationibus liberaretur, & ſæpenumero decepta, tandem A. U. 261. conſpiravit, ne amplius patriciis in bello, neque ulla alia in re adjuvaret: itaque ſeceſſit in Montem ſacrum, neque reduci inde potuit, priuſquam ea obtineret, quæ animo concupierat: inter quæ illud præcipuum fuit, ut Magiſtratus quotannis crearetur, qui Plebis jura defenderet, cæteris Magiſtratibus intercederet, & ne ipſi quidem ſupremo Conſulari imperio parere teneretur. Qui in eum Magiſtratum lecti ſunt, *Tribuni plebis* appellati. V. *Liv. l. 2.* ubi univerſam de ſeceſſione, & Tribunorum origine hiſtoriam pluribus narrat. ¶ Præcipua Tribunorum poteſtas fuit in interceſſionibus. Intercedere autem nihil aliud erat, niſi prohibere, ne vis a cæteris Magiſtratibus Plebi fieret, vel ne aliqua lex ferretur plebi inviſa. ¶ Tribunorum tanta fuit auctoritas, ut quicquid Senatus decreviſſet, ita demum ratum haberetur, ſi Tribuni approbaſſent. Stabant ergo, poſitis ſubſelliis, in veſtibulo Curiæ, ubi habebatur Senatus, quia templum ingredi non licebat, & quæcunque Senatores decreviſſent, Tribunis animadvertenda perferebantur, ut, ſi pro Republica fore viderentur, approbarent, cætera ad arbitrium rejicerent. Si Senatuſconſultum approbaſſent, *T* literam in tergo ſubſcribebant, qua nota ſignificabatur, ita Tribunos quoque cenſuiſſe. *Val. Max. l. 2. c. 2. n. 7.* ¶ Illud etiam obſervatum eſt inter Tribunos, ut, ſi cæteri omnes unam rem probaſſent, unus vero prohibuiſſet, plus cæteris omnibus polleret, eoſque impedire poſſet. ¶ Ne vero unquam eorum poteſtas minui, aut violari a quoquam poſſet, ſtatutum eſt, ut ſacroſancti haberentur, ita ut qui iis injuriam intuliſſet, ſacer eſſet, qua de re V. in *Sacroſanctus*. ¶ Nihilominus hanc poteſtatem L. Sylla Dictator debilitavit, iratus Plebi, quod contra ſe pro C. Mario bello civili ſtetiſſet. Tulit enim, ne Tribunis Pl. legum ferendarum jus eſſet, neve iis, qui Tribuni Pl. fuiſſent, alios poſtea Magiſtratus capere liceret, ut ſcriptum eſt in *Appiani* hiſtoria. Tribunorum tamen jura poſt reſtituta ſunt partim a Cotta, partim a Pompejo, & Craſſo Coſſ. ¶ Tempore Monarchiæ Cæſares Tribunitiam poteſtatem ſibi aſſumere conſueverunt. Nempe ut ſacroſancti a populo haberentur, adeoque impune violari non poſſent. *Suet. in Aug. Tac. l. 3. Annal.* ¶ Si plura de Tribunis Pl. ſcire voles, eum eos adi, qui ſcripſere de Magiſtratibus veteris populi Romani, tum imprimis Onuphrii Panvinii commentarius in 1. faſt. & l. 2. commentariorum Reip. Rom.

Tribuni Ærarii, ordo quidam eorum, qui ſtipendium militare Quæſtori Imperatoris perſolvebant. Sic vocati ſunt, non quia publicas pecunias conquirerent (hoc enim, ut teſtatur *Varro l. 4. de L. L.* Quæſtorum munus fuit) ſed quod iis, ut ibidem *Varro* ait, a Quæſtore ex ærario pecunia tribueretur, quam in ſtipendium militum erogarent. ¶ Horum ordo fuit perantiquus. Ejus enim meminit etiam *Cato apud Gell. l. 7. c. 10. Cic. 4. Catil.* Pari ſtudio defendendæ Reipublicæ conveniſſe video Tribunos ærarios, ſcribas item univerſos.

Tribŭo, is, bui, butum, a. 3. *dare*, [illegible], Germ. *geben*, Gal. *bailler*, Hiſp. *dar*, [illegible], do, largior, impertior, a *Tribus*. Tribus enim proprie dicitur, quod tributim exigitur, & in publicum confertur. Admittit quemcumque accuſativum. *Cic. 1. Off. c. 5.* Suum cuique tribuere. *Id. pro Mil. c. 34.* Tribuere miſericordiam fortiſſimo viro, *aver compaſſione*. *Id. pro Cæl. c. 12.* Tribuere ſilentium orationi alicujus, *preſtar ſilenzio*. *Id. 2. de Orat. c. 10.* Tribuere honorem alicui, *far onore*. *Id. 4. Fin. c. 6.* Tribuere gratiam inventoribus artium, *ſaperne grado*, *conoſcerſi obbligato*. ¶ Significat etiam deferre, æſtimare. *Cic. 4. Acad. c. 4.* Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat. *Id. 4. Fam. ep. 1.* Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. ¶ Item concedere, permittere. *Id. 1. Tuſcul. c. ult.* Hoc valetudini ejus tribuendum eſt. ¶ Item dividere, partiri. *Cic. de Orat. c. 4.* Rem in partes tribuere. Adde *de clar. Or. c. 41.* & *2. de Fin. c. 6.*

Tribus, us, f. *Tribù*, [illegible], una ex partibus majoribus Populi Romani. Dixi ex *partibus majoribus*, ut a Curia ſecernerem, quæ erat pars minor Populi. Nam Romulus primum diviſit populum in tres Tribus, quæ alio nomine Centuriæ Equitum appellantur a *Livio l. 1.* deinde ſingulas tribus in decem partes diſtribuit, quas vocavit Curias: has vero rurſus in decem partes, quas decurias appellavit. Itaque primum Tribus tres fuere, quarum una Ramnenſium, altera Titienſium, tertia Lucerum fuit, ut legimus apud *Varron. l. 4. de L. L.* & *Aſcon. Pedian. in 3. Verrin.* Et fortaſſe ab hoc ternario numero ducenda eſt etymologia hujus vocis: quamquam *Plinius*, & *Livius* cenſent dictam eſſe Tribum a tributis, quæ a populo Romano in Tribus diviſo conferebantur. ¶ Progreſſu temporis creſcente civium numero, multiſque aliis populis in civitatem Romanam allectis, aliæ ſubinde Tribus additæ ſunt. Tarquinius enim Priſcus ſex fecit; Servius Tullius decem & novem, omneſque diviſit in *Urbanas*, & *Ruſticas*, illas ita appellando, quod in urbe eſſent, has quod in agro Romano. Poſtea vero Tribuum numerus uſque ad triginta quinque auctus eſt, quarum nomina fuerunt, Æmilia, Anienſis, Arnienſis, Claudia, Collina, Cornelia, Cruſtumina, Eſquilina, Fabia, Falerina, Galeria, Læmonia, Mæcia, Menenia, Ocriculana, Palatina, Papiria, Pollia, Pomptina, Poplilia, Pupinia, Quirina, Romilia, Sabatina, Scaptia, Sergia, Stellatina, Suburana, Terentina, Tromentina, Vejentina, Velina, Veturia, Ufentina, Voltinia. *Sigon. de ant. jur. Civ. R. l. 1.* At *Panvinius* pro Ocriculana Horatiam ſubſtituit, dicens, Ocriculanam fuiſſe extra numerum. *P. Manutius* omittit Ocriculanam, & Veturiam, adjungit Papiam, diſtinguit Publiliam a Poplilia, pro Menenia ponit Mentinam, pro Vejentina Vejentanam. Idem *Panvinius* recenſet alias Tribus extra numerum 35. & ſunt, Ælia, Camilla, Ceſſia, Cluentia, Clavia, Flavia, Julia, Minucia, Ocriculana, Papia, Pinaria, Pumia, Sapplnia, Tauria, Ulpia, Voturia, vel Veturia. Et addit, has decem, Æliam, Camillam, Ceſtiam, Cluentiam, Cluviam, Minuciam, Papiam, Pumiam, Tauriam, Voturiam additas fuiſſe ſociali bello. Sed *Sigonius* dicit, multas tribus ex 35. duo habere nomina, & in lapidibus, ac veteribus libris appellari interdum nomine loci, interdum nomine gentis, vel familiæ. ¶ Hujuſmodi nomina partim ducta ſunt a locis ubi Tribus conſtitutæ erant, ut *Suburana* a Subura regione urbis, *Palatina* a Palatio, *Læmonia* a pago Læmonio &c. partim ab iis, a quibus ſunt inſtitutæ, ut *Ulpia* a Trajano, qui fuit ex gente Ulpia, *Julia* ab Auguſto, qui fuit ex gente Julia &c. partim denique ab illuſtrioribus quibuſdam familiis, ut *Claudia*, *Papiria*, *Fabia* &c. De his omnibus nominibus ſigillatim mentio fit etiam ſuis locis. ¶ Poſtquam Tribus Cenſoribus permiſſæ ſunt, ruſticæ honeſtiores urbanis eſſe cœperunt. Cauſa eſt, partim quia agreſtium vita, quæ laborioſa eſt, vitæ urbanorum, quæ eſt plena otii, ac deſidiæ, anteferebatur, partim quia Cenſores urbanas Tribus omni ſordidiſſimorum hominum genere, ideſt non ſolum artificibus, & turba forenſi, ſed etiam libertinis inquinaverant. Igitur a nobilibus, & ingenuis, non ſolum qui ruri vitam agebant, ſed etiam qui urbem incolebant, in ruſticas commigratum eſt. Erat enim pudebat numerari cum negotiatoribus, cum artificibus, cum turba forenſi, cum libertinis. Hinc Cenſores, & cum novos homines in Tribus referrent, & cum aliquem ex veteribus civibus vellent honore afficere, in Tribus ruſticas transferebant. Fuerunt autem Urbanæ tribus quatuor tantummodo, *Palatina*, *Eſquilina*, *Collina*, & *Suburana*, reliquæ omnes ruſticæ. *Plin. l. 18. cap. 3.* ¶ In Tribus referre jus Cenſorum fuit, poſtquam inſtituti ſunt. hi enim poterant novas Tribus addere, & Cives de una in aliam transferre. Atque huc pertinet *Tribu movere*, h. e. ex Tribu nobiliori in ignobiliorem transmittere ignominiæ cauſa. *Cic. 2. de Orat. c. 67.* Africanus Cenſor tribu movebat eum centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat. ¶ Quotieſcunque ad nomen alicujus Civis & Tribus etiam adſcribitur, ejus nomen ponitur in ablativo ſine prepoſitione, & fere cognomini proponitur. *Cic. in Ver. act. 1. c. 8.* Invenitur tamen eſſe ex eadem familia Q. Verrem Romilia, qui id ſe perfecturum polliceretur. h. e. ex Tribu Romilia. *Id. Phil. 9. c. ult.* Ser. Sulpicius Q. F. Læmonia Rufus. V. ipſum *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* & ibi *Manut.* ubi multa habebis hujuſce conſtructionis exempla. ¶ *Tribus explere* eſt Tribuum tot ſuffragia obtinere, quot ſatis ſunt ad honorem aliquem obtinendum. *Liv. l. 3. c. 64.* Cum præ ſtudio aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimiſit.

Tributarius, a, um, *tributario*, [illegible], [illegible], ſolvendo tributo obnoxius. *Juſtin. l. 1. c. 7.* Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant. *Plin. l. 16. c. 1.* Et jam ad Morinos uſque pervecta, ad tributarium etiam pertinens ſolum. ¶ Tributaria neceſſitas, eſt neceſſitas tributi conferendi. *Juſtin. l. 32. c. 2.* Antiochus ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis nocte templum Elymæi Jovis aggreditur.

Tribūtim, adv. [illegible], per ſingulas Tribus. *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Populo tributim domi ſuæ ſatisfecerat. *Horat. l. 1. ſat. 2.* Primores populi arripuit, populumque tributim.

Tributio, onis, f. diſtributio, diviſio, partitio. *Ulpian. l. Procurat. ff. de tribut. act.* Tributio autem fieri debet pro rata ejus, quod cuique debetur. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 19.* Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, hoc eſt æquabilem tributionem.

Tribūtor, oris, m. *datore*, qui tribuit. *Apul. ad Aſclep.* Mundus præſtitor eſt, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.

Tributorius, a, um, adject. ad tribuendum pertinens. Hinc tributoria actio apud *JCtos*, de quo *leg. 1.* & paſſim toto *tit. l. 14. ff.*

Tribūtum, i, n. *tributo*, *impoſizione*, *gravezza*, [illegible], [illegible], [illegible], pecunia, quæ a privatis Reipublicæ, aut Principi penditur. Quomodo differat a vectigali, V. in Vectigal. Apud Romanos triplex fuit tributum, ſecundum capita, ſecundum cenſum, & extra ordinem, ſeu temerarium, auctore *Feſto*. Tributum ſecundum capita dicebatur, quod a ſingulis patribus, vel matribus familias tam pauperibus, quam divitibus æqualiter conferebatur ſecundum numerum liberorum, quos in ſua poteſtate habebant. Tributum ex cenſu erat, quod imperabatur a ſingulis familiis, habita ratione fortunarum. Tributum extra ordinem, quod & *temerarium* dicebatur, erat, cum propter periculi magnitudinem, qui habebant, quæcunque haberent, in commune conferebant, cujus generis fuit, quod collatum eſt ſtatim poſt captam a Gallis urbem. Dictum eſt temerarium, quia temere, hoc eſt nec cum ordine Tribuum, & familiarum, nec cum proportione ad divitias conferebatur. ¶ *Ultro tributum*, quid ſit, V. poſt vocem ultro. ¶ Dicimus tributum conferre, *pagar tributo*. *Cic. 2. Off. c. 21.* Tributum indicere. *Liv l. 4.* Tributum imponere, irrogare, imperare, &c. *Cæſ. l. 3. B. C. Cic. Ver. 7. Plin. in Paneg.* & al.

Tribūtus, i, m. idem ac tributum. *Plaut. Epid. 2. c. 43.* Tributus major penditur.

Tribūtus, a, um, adject. a Tribu. Tributa Comitia erant genus Comitiorum, quibus Cives Romani ſuffragium ferebant ſecundum Tribus, in quas diſtributi erant. Hæc vero Concilia verius, quam Comitia dicebantur, quod ex plebe tantum conſtabant, excluſis Patribus. Hinc *Liv. l. 2.* Inſignem, inquit, annum maxime tributa comitia faciunt, res major victoria ſuſcepti certaminis, quam uſu: plus enim dignitatis comitiis ipſis detractum eſt, patribus ex conſilio ſummovendis, quam virium aut plebi additum, aut demptum Patribus. ¶ Hiſce comitiis poſt annum U. C. 282. creabantur omnes magiſtratus minores, hoc eſt Tribuni plebis, Ædiles plebis, & Curules, Quæſtores, Triumviri, itemque aliqui ex Sacerdotibus. Vide *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 17.* & *Panvin. de Comit. Trib.* &c.

Tribūtus, a, um, partic. a tribuo, is, *dato*. *Cic. 1. de Orat. cap. 11.* Honos mulieri tributus. ¶ Item diviſus, diſtributus. *Id. 2. de Fin. c. 6.* Omnis vis loquendi in duas tributa partes.

Trica, f. 1. urbs Apuliæ Dauniæ, everſa a Diomede una cum Apina. Hæ urbes in proverbium abiere pro nugis, rebuſque futilibus, quod ignobiles fuerint, nulloque negotio everſæ ſint. *Plin. l. 3. c. 11.* V. voc. ſeq.

Tricæ, arum, f. *baje*, *trichi*, [illegible], [illegible], nugæ, res nugatoriæ, ac frivolæ, res nihili, a *Trica* oppido ignobili Apuliæ, vel ex re, quod tricæ, ſi *Nonio* credimus *cap. 1. n. 26.* ſunt pili pedibus pullorum gallinaceorum involuti. *Plaut. Rud. 5. 2. 36.* LA. Nummos trecentos. GR. Tricas. ¶ *Apinæ*, *tricæque*, proverbialiter uſurpatur pro rebus futilibus, & nugatoriis, a duobus ignobilibus Apulorum oppidis, quæ Diomedes nullo negotio avertit, ut *Plin. l. 3. c. 11.* narrat. *Martial. l. 14. epigr. 1.* Sunt apinæ, tricæque, & ſi quid vilius iſtis. ¶ Translate tricæ dicuntur tum quævis res viles, tum impedimenta, ſive quia res nugatoriæ, ac frivolæ impediant negotia ſeria, ſive quia translatum ſit a pilis pullorum gallinaceorum pedes involventibus. *Plaut. Perſ. 2. 1. ſt. 1.* Ut me in tricas conjeciſti? *Turpil. apud Non. loc. cit.* Judicia, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. *Cic. Att. l. 10. ep. 8.* Quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domeſticas tricas?

Trica-

Digitized by Google

Tricameratus. V. Bicameratus.

Tricaſſes, ium, m. populi Galliæ Celticæ. V. Trecaſſes.

Tricaſtini, m. populi Galliæ Narbonenſis, quorum tractus dicitur *le Tricaſtin*, in provincia Delphinatus, verſus Rhodanum fluvium. Eorum urbs eſt Auguſta Tricaſtinorum, *Sant Paul*. *Plin. l. 3. c. 4.* Hinc adjective *Silius l. 3. v. 466.* Jamque Tricaſtinis incedit finibus agmen.

Tricca, f. 1. Tirſa, *Tricala*, urbs Theſſaliæ, altas in Æſtiotide, ad Peneum fl. Gonno, & Pindo M. vicinia. Dicta eſt a Tricca Penei filia. Hic templum Æſculapii fuit. *Plin. l. 4. c. 8.*

Triccæus, a, um, adject. ad Triccam urbem pertinens. *Avien. in Arat. v. 206.* Triccæi ſidus ſiſt nominis.

Tricenarius, a, um, τριακονταετής, quod triginta continet, vel producit. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Nonne item in agro Faventino, a quo ibi tricenariæ appellantur vites, quod jugerum tricenas amphoras reddat? *Arnob. l. 2.* Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius?

Triceni, æ, a, *trenta*, שלושים, Ger. *je dreyſſig*, Gal. *trente*, Hiſp. *treinta*, τριάκοντα, triginta, nomen numerale diſtributivum. *Auct. ad Her. l. 3.* Intervalla locorum mediocria placet eſſe fere paulo plus aut minus pedum tricenum. *Horat. l. 2. od. 14.* Non ſi trecenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrymabilem Plutona tauris. Alii legunt *tricenis*. Sed *treceni* idem eſt ac *trecenteni*. *Plin. l. 9. c. 36.* Latent ſicut murices circa Canis exortum tricenis diebus.

Tricennalia, lium, n. ſolemnitas triceſimo quoque anno celebrata. *Oroſius l. 7. c. 28.* Conſtantinus tricennalibus ſuis Delmatium Cæſarem legit.

Tricennium, ii, n. *ſpazio de trent' anni*. *Cod. Juſtinian. l. 7. tit. 31. leg. 1.* Poſſeſſio connumeretur in decennium, vel viginti annorum ſpatium, vel tricennium.

Tricenteni. V. Trecenteni.

Tricenties, adv. idem ac trecenties. *Martial. l. 3. epigr. 22.* Dederas, Apici, bis tricenties ventri.

Triceps, ipitis, o. 3. τρικέφαλος, quod habet tria capita, a *tricapitis*, per Syncopen, ut *biceps* a *bicapitis*. *Cic. in Orat. c. 48.* Quid in verbis junctis, quam ſcite inſipientem, non inſapientem, iniquum, non inæquum, tricipitem, non tricapitem? *Id. 1. Tuſc. c. 5.* Dic, quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? &c. *Ovid. 8. Met.* Taque triceps Hecate.

Triceſimus, a, um, *trigeſimo*, τριακοστός, ultimus ex triginta. *Cicer. Att. l. 6. epiſt. 1.* Triceſimo quoque die. *Horat. l. 1. ſat. 9.* Hodie triceſima ſabbata. *Plin. l. 17. c. 23.* Ante triceſimum feſtum menſem attingi falce vetantur.

Tricesſis, is, adject. valens tres decuſſes, hoc eſt aſſes triginta. *Var. l. 4. de L. L.*

Trichalcum, i, n. τρίχαλκον, moneta valens quartam oboli partem. *Vitruv. l. 3. c. 1.*

Trichias, æ, m. τριχίας, genus piſcis, quod *Geſner.* putat eſſe idem ac ſardam, *ſardella*. *Plin. l. 9. c. 15.* Intrantium Pontum ſoli non remeant trichiæ.

Trichila, æ, f. *pergola*. Ita dicuntur pergulæ compluviatæ vitium, cucurbitarum, cucumerum, quas vulgo umbellas, & umbracula appellant, a *tricbinus*, hoc eſt denſus, ſive ſpiſſus. Has deſcribit *Sidon. l. 2. ep. 17.* cum ait: Sub umbra palmitis adulti, quam ſtipitibus allatis, cancellatimque pendentibus pampinus ſuperducta texuerat. *Virg. in Copa:* Et trichila umbriferis frigida arundinibus. *Colum. l. 10. v. 394.* At qui ſub trichila manantem repit ad undam.

Trichilum, li, n. τρίχειλον, vas tria habens labra, unde aqua effundi poteſt. Penultimam habet natura longam, quæ tamen corripi etiam poſſit, ſi altera ex diphthongo ει vocalis abjiciatur, quod Poetis, Græcis præſertim, eſt familiare. *Colum. l. 10. v. 378.* Tum modo dependens trichili, modo more cylindri Intortus cucumis.

Trichinus, a, um, τρίχινος, pilis denſus, & quaſi impeditus, a τρίχες, quomodo Græcis pili appellantur. Generatim notat denſum, ſive ſpiſſum, quod ex eo conjicere eſt, quia pergulis indidere nomen trichilarum, quia δασύφυλλοι, ideſt denſæ foliis. *Voſſ. in Trichila*. *Var. apud Non. c. 2. n. 864.* Quod nunc quæſtus trichinus erat, nunc eſt uber, ut quæſtus ſit magnus. *Nonius* interpretatur tardum, & quaſi impeditum, & ſiccum, vel ſine ſucco, ut ſunt capilli.

Trichitis, is, f. τριχῖτις, genus aluminis. *Plin. l. 35. c. 15.* Concreti aluminis unum genus ſchiſton appellant Græci, in capillamenta quædam caneſcentia dehiſcens. Unde quidam trichitin potius appellavere. Hoc fit e lapide, ex quo & chalcitin vocant, ut ſit ſudor quidam ejus lapidis in ſpumam coagulatus, &c.

Trichomanes, n. τριχομανές, herba capillamentis abundans, adianto ſimilis, exilior modo, & nigrior, foliis lenticulæ amaris, & adverſis inter ſe. *Plin. l. 27. c. 13.*

Trichordis, de, adject. tres chordas habens. *Sidon. l. 5. ep. 5.* Novus Amphion in citharis trichordibus temperandis.

Trichorum, i, n. *caſa diſtinta in tre appartamenti*, τρίχωρον, domus tripartita. *Stat. l. 1. ſilv. 3.* quid nunc ingentia mirer, Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris? *Spartian. in Peſcenn. Nigr. c. 12.* Domus ejus hodie Romæ viſitur, quæ appellatur Peſcenniana, in qua ſimulacrum ejus in trichoro conſtitit. h. e. in uno ex trichoris ejus domus, ut quidem explicat *Caſaubon.* At *Salmaſius* ſcribit, Trichora eſſe faſtigia domorum acuminata, triangulari forma: veterum enim tecta omnia plana fuiſſe: deorum vero templa, itemque Imperatorum ædes honoris cauſa faſtigiata fuiſſe, & ſimulacris inſuper impoſitis ornata: τρίχωρον autem idem eſſe, quod τρίγωνον, hoc eſt triangulari forma factum: quæ quidem interpretatio non omnibus Eruditis placet.

Trichrus, i, τρίχρους, lapis quidam in Africa. *Plin. l. 37. c. 10.* Trichrus ex Africa nigra eſt, ſed tres ſuccos reddit, a radice nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum.

Tricies, adv. *trenta volte*, τριακοντάκις, triginta vices. *Cic. 3. Ver. c. 38.* His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ H. S. ad tricies litem eſſe æſtimatam. *Liv. l. 38. c. 9.* Pecuniæ in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies octoginta millia æris.

Tricinium, ii, n. *canto di tre voci*. *Symmach. l. 1. epiſt. 47.* Tricinium ſemivolucrum puellarum. h. e. trium Sirenum cantus.

Tricliniarius, V. Tricliniarius.

Tricliniarches, & Tricliniarcha, æ, m. τρικλινιάρχης, ſervus convivio præpoſitus, & totius tricliniaris miniſterii curator. *Petron. in Satyr. c. 22.* Jam tricliniarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat. Adde *Inſcript. apud Gruter. pag. 474. n. 4.*

Tricliniaris, & re, o. 3. τρικλινιακός, quod ad triclinium ſpectat. *Plin. l. 37. c. 1.* Lectos tricliniares tres, vaſa ex auro, & gemmis abacorum novem. *Varr. apud Non. c. 15. n. 14.* Apothecæ tricliniares.

Tricliniarius, a, um, adject. idem quod Tricliniaris, ut Tricliniaria ſtragula, *coperte da letto*, quibus tricliniares lecti ſternebantur. *Plin. l. 8. c. 48.* Metellus Scipio, tricliniaria Babylonica H. S. octingentis millibus veniſſe, poſuit in Capitonis criminibus. *Id. l. 9. c. 39.* Qui purpura (dibapha Tyria) quis non jam tricliniaria facit? Hoc loco quidam non ſtragula, ſed veſtimenta cœnatoria intelligunt. Utrobique autem alii leg.

triclinaria, quod idem eſt. *Inſcript. apud Gruter. pag. 576. n. 6.* Tricliniarius ſervus. ¶ Tricliniaria, abſolute ſunt loca in ædibus ad cœnandum apta. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Hi laborant, ut ſpectent ſua æſtiva triclinaria ad frigus orientis. Hic quoque alii *triclinaria*.

Triclinium, ii, n. *triclinio*, τρικλίνιον, lecti, & reliquus apparatus ad cœnam. Nomen triclinio fecit numerus τῶν κλινῶν, h. e. lectorum, quia Romani pranſuri, vel cœnaturi τρεῖς κλίνας, hoc eſt tres lectos ſternebant, quibus incubantes cibos ſumerent. *Horat. l. 1. ſerm. ſat. 5.* Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. *Juven. ſat. 5.* Tertia ne vacuo ceſſaret culcita lecto. *Serv. in 1. Æn. v. 698.* Antiqui ſtibadia non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. Unde & triclinium ſterni dicitur. Sic *Cicero:* Sterni triclinia & in foro jubebat. Unde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipſam baſilicam, vel cœnationem. Hæc *Servius*, qui tamen fallitur, cum negat pro loco domus cœnatorio accipi, ut infra videbimus. *Var. de R. R. l. 3. c. 13.* Erat locus celſus, ubi triclinio poſito, cœnabamus. *Vitr. l. 10. c. 6.* In eis tricliniis quatuor ſtratis. ¶ Nonnunquam tamen duo tantum lecti erant. Unde biclinii nomen apud *Plautum*, ex Latino bis, & Græco κλίνη. V. ſuo loco. ¶ Porro hi lecti, ſi unum tantum hominem caperent, dicebantur ſempodia. V. *Stempodium*. Interdum & duos capiebant, quales non pauci cernuntur Romæ in lapidibus antiquis, in quibus maritus, & conjux accumbentes cœnant. Erant & qui tres, quatuor, quinque caperent. Poſtquam autem menſæ citreæ, quæ rotundæ, in honore magno apud omnes eſſe cœperunt, pro tribus lectis uſi ſtibadio ſunt, quod & ſigma appellabatur. V. *Stibadium*, & *Sigma*. Metonymice triclinium accipitur etiam pro conclavi diſcubitorio, ſeu loco, in quo diſcumbebant, & cœnabant. *Cic. Att. l. 13. epiſt. ult.* Villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret. *Manil. l. 5.* Nunc jam luxuriæ pars, & triclinia templa Concertant. *Quintil. l. 11. c. 2.* Vix ea limen egreſſo, triclinium illud ſupra convivas corruit. ¶ Cætera de triclinio, & conviviorum apud veteres ritu vide apud *Philandr. in Vitruv.* Hieronym. *Mercurial. l. 1. de re Gymnaſt. c. 11.* & *Ciacconium*, ac *Fulvium in tract. de triclinio*, item *Juſt. Lipſium*, *lib. 3. antiq. lect.* & *Stuckium*, *in convivialibus*.

Trico, onis, m. *contenzioſo litigatore*, ἐριστής, contentioſus, litium, vel rixarum amans. *Non. c. 1. n. 86.* interpretatur moroſum, & durum ad reddendum. *Lucil. apud Non. ibid.* Lucius Cotta ſenex, Craſſi pater hujus Panæti Magnus trico fuit nummarius, ſolvere nulli Lentus. *Jul. Capitol. in Vero, c. 4.* Et commiſceretur cum triconibus, & committeret rixas.

Tricoccus, i, m. τρίκοκκος, *girasole*, heliotropium majus, apud *Plin. l. 22. c. 21.* A *Dioſcoride* vocatur ſcorpiuron, quia ſemen fere ſcorpionis caudæ non diſſimile.

Tricolum, i, n. τρίκωλον, periodus tribus membris conſtans. *Sen. l. 5. controv. 12.* Hanc controverſiam cum declamaret Maximus, dixit quaſi tricolum tale, qualia ſunt, quæ baſilicam infeſtant. Adde *l. 4. controv. 25.*

Tricongius, ii, m. cognomen Novelli Torquati Mediolanenſis, tribus congiis vini epotis, ſpectante Tiberio principe. *Plin. l. 14. c. 22.*

Tricor, aris, d. 1. *cianciare*, Ger. *zwiler*, Gal. *chicaner*, Hiſp. *deſvariar*, λῆρεῖν, φλυαρεῖν, nugor, nugas ago. Alii exponunt perplexe, & involute loqui. *Cic. Att. l. 14. ep. 19.* Publilius tecum tricatus eſt. *Id. eid. l. 15. ep. 13.* Tricatur ſcilicet ut homo talis.

Tricorniger, a, um, adject. tria cornua gerens. *Auſon. in Technopægn.* Fures tricornigera ſpecie pene ultima ſum ψ.

Tricornis, & ne, o. 3. *di tre corni*, τρίκερως, quod tria habet cornua. *Plin. l. 8. c. 21.* Indicos boves unicornes, tricornesque.

Tricorpor, oris, o. 3. τρισώματος, quod tria habet corpora. *Virg. 6. Æn. v. 289.* Et forma tricorporis umbræ. ideſt Geryonis. *Sil. l. 5. v. 425.* Geryonis peteret cum longa tricorporis arva.

Tricoſus, a, um, adject. fallax, tergiverſator, qui tricatur. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 84.* Hic tricoſu', bovinatorque, ore improbu' duro.

Tricuſpis, idis, adject. *tricuſpide*, τριγλώχιν, quod tres habet cuſpides. *Ovid. 1. Met. v. 330.* Poſitoque tricuſpide telo Mulcet aquas rector pelagi.

Tridacna, orum, n. pl. genus oſtreorum, a τρίς, *tre*, & δάκνω, *mordeo*. *Plin. l. 32. c. 6.* Necnon inter nos nepotis cujuſdam nomenclator tridacna appellavit; tantæ amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda eſſent.

Tridens, entis, m. *tridente*, *forcone*, שלוש קלשון, Germ. *das drey zinken hat*, Gal. *a trois dens*, Hiſp. *de tres dientes*, τρίαινα, ferramentum tres habens dentes, ſive cuſpides. *Plin. l. 9. c. 15.* Thynni a gubernaculis non ſeparantur, ne tridente quidem in eos ſæpius jacto territi. ¶ Ab hac forma Poetæ peculiariter Neptuni ſceptrum tridentem appellarunt. *Virg. 1. Georg. v. 13.* Cui prima frementem Fudit equum magno tellus percuſſa tridente. ¶ Adjective *Valer. Flac. l. 1. v. 687.* Volat immiſſis cava pinus habenis, Infinditque ſalum, & ſpumas vomit ære tridenti.

Tridentifer, ra, rum, τριαινοφόρος, qui tridentem fert, quo nomine Neptunus cognominatur a Poetis. *Ovid. 8. Met. v. 596.* O proxima terræ Regna vagæ, dixi, ſortite Tridentifer undæ.

Tridentiger, ra, rum, idem ac tridentifer. *Ovid. 11. Metam. v. 203.* Cumque Tridentigero tumidi Genitore profundi. ideſt Neptuno.

Tridentinus, a, um, adject. ad Tridentum pertinens, ut Tridentinæ Alpes, apud *Plin. l. 3. c. 16.* ¶ Tridentini, orum, Tridenti incolæ. *Plin. l. 3. c. 19.*

Tridentipotens, entis, qui tridente poteſt; eſtque epitheton Neptuni. *Sil. l. 15. v. 159.* Dive tridentipotens, cujus maria ire per alta Ordimur.

Tridentum, i, n. 2. Tridente, Ital. *Trento*, Ger. *Trient*, Gal. *Trente*, urbs Cenomanorum Venetiæ, in Rhætia propria, in Comitatu Tyrolenſi, ad Atheſim fl. in valle, inter altiſſimos montes. Ibi Concilium Oecumenicum indictum eſt anno ſalutis 1545. anno 4. Olympiadis 580. ſub Pio IV. Pop. Tridentini.

Triduanus, a, um, *di tre giorni*, τριήμερος, quod eſt trium dierum. *Apul. l. 10. A. A.* Munus gladiatorum triduani ſpectaculi pollicitus.

Triduum, i, n. *ſpazio di tre giorni*, τριημερία, ſpatium trium dierum. *Terent. Andr. 2. 6. 9.* Nihil herele, aut ſi adeo, bidui, aut tridui eſt hæc ſollicitudo. *Cic. 2. de Leg.* Cotta cenſet habendas triduum ferias, & porca fœmina piaculum pati. *Id. pro Mil.* Clodius reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum.

Triennium, ii, n. *triennio*, τριετία, ſpatium trium annorum. *Cic. 4. Verr.* Triennium provinciam obtinuiſti. *Id. ad Q. Fratr. l. 1. ep. 1.* Præclarum eſt enim ſummo cum imperio fuiſſe in Aſia triennium. ¶ Interdum dicitur de feſtis triennalibus, quæ Græcis trieterica. *Ovid. 9. Met.* Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Triens, entis, m. τετράχαλκον, genus nummi, tertiam partem aſſis valens, ideſt quatuor uncias. *Juven. ſat. 3.* Nec habet infelix, quem porrigat ore trientem. ¶ Sumitur etiam pro tertia parte cujuſcumque rei, ex. gr. hæreditatis, imperii, &c. Nam veteres univerſam hæreditatem ex duodecim partibus, aſſis inſtar, conſtare volebant, eamque aſſem appellabant. *Cic. Att. l. 7. ep. 8.* Dolabellam video Li-

vim teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente. ¶ Item pro tertia parte jugeri, ſeu unciis quatuor. Dividebatur enim jugerum, ut aſ, in uncias duodecim. V. *Col. l.* 5. *c.* 1. ¶ Item pro tertia pedis parte, ideſt quatuor unciis, ſeu pollicibus. Nam in menſuris, teſte *Budæo*, unciæ accipiuntur pro pollicibus, duodecim autem pollices conſtituunt pedem. Unde trientalis materia dicitur, quæ eſt craſſitudine tertiæ partis pedis, ſeu quatuor unciarum, ſeu quatuor pollicum. V. Trientalis. ¶ Item pro calice quatuor continente cyathos. *Propert. l.* 3. *eleg.* 10. Cum fuerit multis exacta trientibus hora. *Martial. l.* 10. *epigr.* 49. Cum potes Amethyſtinos trientes.

Triental, alis, n. poculum tertiam partem ſextarii capiens, ita dictum, quod eſſet trientis capax, ideſt quatuor cyathorum. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 100. Calidumque triental Excutit a manibus. Al. leg. *trientem*.

Trientālis, & le, o. 3. τετρωμοιαῖος, quod trientem continet, ut Herba trientalis, quæ altitudine æquat tertiam pedis partem, h. e. pollices quatuor. *Plin. l.* 27. *c.* 5. Aſplenum ſunt, qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limoſa, &c. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. De materia trientali ſcapos quatuor compegit.

Trientarius, a, um, adject. qui trientem continet, ut Trientariæ uſuræ, quibus quaterna annue pro centum penduntur, *pro de quattro per cento*. *Capitolin. in Pio*, *c.* 2. Fœnus trientarium, hoc eſt minimis uſuris exercuit, ut patrimonio ſuo plurimos adjuvaret. Adde *Lamprid. in Alex. Sever. c.* 21.

Trientius ager dictus eſt, qui pro tertia parte pecuniæ venditus eſt. *Liv. l.* 31. *c.* 13.

Trierarchus, i, m. τριηράρχης, Præfectus triremis, a τριήρης, *triremis*, & ἀρχὴ, *principatus*. *Cic.* 3. *Ver. c.* 20. Se ſe, cum eſſet Trierarchus, &c. *Tac. e. hiſt. c.* 16. Trierarchum Liburnicarum navium interfici jubet.

Triēris, is, f. idem quod triremis, τριήρης. *Nepos in Alcibiad. c.* 4. In trieren, quæ ad eum deportandum erat miſſa, aſcendit. Plerique legunt *triremem*.

Trietericus, a, um, *di tre anni*, τριετηρικὸς, quod aſi triennale, vel quod tertio quoque anno fit, a τρεῖς, *tres*, & ἔτος, *annus*, ut Nox trieterica. *Stat.* 2. *Theb.* Nox eſt trieterica vobis, Non patrio de more venit. ¶ Trieterica ſacra, ſive Trieterica Orgia, ſunt ſacra Bacchi, quæ tertio quoque anno ſumptuoſiora annuis ejus Orgiis agitabantur. Inſtituta ſunt, cum ex India victor Liber Pater rediiſſet, & appellata a triennio, quo peregrinatus eſt. *Virg.* 4. *Æn. v.* 302. Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron. *Ovid.* 6. *Met.* Tempus erat, quo ſacra ſolent trieterica Bacchi Sithoniæ celebrare nurus.

Trietēris, idis, f. *ſpazio di tre anni*, τριετηρὶς, ſpatium trium annorum. *Martial. l.* 6. *epigr.* 38. Aſpicis, ut parvus, nec adhuc trieteride plena Regulus auditum laudet & ipſe patrem. ¶ Sumitur etiam pro feſto, quod tertio quoque anno celebratur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 23. *de Baccho*. Quintum Niſo natum, & Thione, a quo trieterides conſtitutæ putantur. *Stat. l.* 4. *Theb.* Ludus, & atra ſacrum recolet trieteris Ophelten.

Trifariam, adv. *in tre parti*, *o modi*, τριχῶς, tribus partibus, tribus modis. *Liv. l.* 3. *c.* 22. Ita trifariam adortus caſtra circumvenit. *Id. l.* 3. *c.* 26. Trifariam Romam muniebant. *Sueton. in Vitel. c.* 13. Sed vel præcipue luxuriæ, ſævitiæque deditus, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat.

Trifaria, ad. idem quod trifariam, uſurpatur a *Diomed Grammat. l.* 1. *ſub fin. cap. de declin. maſcul.* & præterea legitur in quodam libello *de progenie Auguſti*, quem quidam putant *Meſſalæ Corvini* eſſe.

Trifarius, a, um, adject. *di tre ſorte*, *o maniere*. *Solin. c.* 27. (al. 40.) Quorum trifarium genus ſcinditur. Ita codices quidam, ſed alii *trifariam*. *Caſſiod. l.* 5. *var. epiſt.* 40. Inſtructus trifariis linguis, hoc eſt tribus.

Trifatidicus, a, um, adject. *Auſon. in Grypho*, *v.* 85. Trifatidicæ Sibyllæ. *Trifatidicas* appellat, quia Veteribus tres præcipuæ cognitæ fuerunt, Cumæa, Erythræa, & Cumana. Alii tamen leg. *tres fatidicæ*.

Trifaux, ucis, o. 3. τρίλαιμος, tres fauces habens. *Virg.* 6. *Æn. v.* 417. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.

Trifax, acis, telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. *Enn. apud Feſt.* Paries percuſſus trifaci.

Trifer, a, um, τρίφορος, quod ter quotannis fructum producit. *Plin. l.* 16. *c.* 27. Vites quidem & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent. *Col. l.* 5. *c.* 10. Omnes etiam biferæ, & triferæ.

Trifidus, a, um, τρισχιδὴς, quod in tres partes dividi poteſt, ut *Haſta trifida*, *Cuſpis trifida Neptuni*, ideſt tridens: *Flamma trifida*, ideſt fulmen triſulcum, ab antiquo *fido* pro *findo*. *Ovid.* 2. *Met. v.* 325. Naiades Heſperiæ trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proſerp. v.* 181. Trifida cuſpis Neptuni.

Trifilis, le, adject. tria fila habens. *Martial. l.* 6. *epigr.* 74. Medio recumbit imus ille qui in lecto, Calvam trifilem ſegmentatus argento. h. e. calvam tria tantum fila, ſeu capillos, vel admodum paucos capillos habentem.

Trifinium, ii, n. τριόριον, ubi trium agrorum terminus eſt. *Siculus Flac. de condit. agr. pag.* 16.

Trifiſſilis, le, adject. qui tripliciter finditur, trifidus. *Auſon. epig.* 128. (al. 120.) ψ dicit eſſe: unum trifiſſilis forma eſt.

Trifolinus, ſeu Tripholinus, *m.* a. *Monte di S. Martino*, mons Campaniæ, Neapoli imminens, ſic dictus a trifolii copia. Ibi optimum vinum provenit.

Trifolinus, a, um, quod ad Trifolinum M. ſpectat. *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 56. Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet. *Martial. l.* 13. *epigr.* 114. Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo, Inter vina tamen ſeptima vitis ero.

Trifolium, ii, n. *trifoglio*, τρίφυλλον, herbæ genus, ita dictum a tribus foliis, quibus conſtat. *Plin. l.* 21. *c.* 9. Folia etiamnum, & trifolium. Tria ejus genera, minyanthes vocant Græci, alii aſphaltion, majore folio, quo utuntur coronarii, alterum acuto, oxytriphyllon, tertium ex omnibus minutiſſimum, &c.

Triformis, & me, o. 3. *triforme*, τρίμορφος, quod tres habet formas, ut *Canis triformis*, ideſt Cerberus; *Dea triformis*, ideſt Hecate, ſive Diana, ſive Luna, ſive Lucina. *Horat. l.* 3. *od.* 22. Quæ laborantes utero puellas Ter vocata audis, adimiſque letho Diva triformis.

Trifur, uris, m. τρίφωρ, maximus fur, inſignis fur, plus quam fur. Nam τρὶς, hoc eſt *tres*, in compoſitione augendi vim habet, & accipitur pro *valde*. *Plaut. Aul.* 4. 4. 6. Non fur, ſed trifur.

Trifurcifer, a, um, maximus furcifer, inſignis furcifer, plus quam furcifer. *Plaut. Rud.* 3. 4. 29. Tun' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcium, ii, n. quod in modum trigeminæ furcæ erigitur. *Apul. de herb. c.* 77. Gramen, quod in ſe trifurcium habet.

Trifurcus, a, um, *triforcuto*, τρίχηλος, τρίλογχος, quod tria acumina habet. *Colum. lib.* 5. *cap.* 10. Trifurcam maxime ponito, ea extra minime tribus pedibus. *Id. ib. c.* 11. Surculi ſint bifurci, vel trifurci. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod in tres partes diviſum eſt. *Colum. de arbor. c.* 20. Semina trifurca maxime ponito, ut extent ſupra terram trinis pedibus.

Triga, æ, f. *carro da tre cavalli*, Ger. *wagen fur der mon drey roſſ ſpannet*, Gall. *chariot attelé chevaux*, Hiſp. *carro de tres cavallos*, τρίιππον, vehiculi genus, quod a tribus equis trahitur, quaſi trijuga. *Iſid. l.* 18. *c.* 36. Quadrigæ, & binæ, trigæ, ſejugæ, ab equorum numero, & jugo dictæ. *Ulpian. l. Ædiles aiunt*, *ff. de ædil. edict.* Et, ſi triga venierit, redhibenda erit tota.

Trigămus, a, um, qui tres uxores duxit. *Hieronym. l.* 1. *adverſ. Jovinian. c.* 11.

Trigarium, ii, n. τριππῶνιον, locus, ubi curule certamen trigis fit, qualis fuit juxta Campum Martium apud Romanos. *Plin. l. ult. c.* 13. Ne equos quidem in trigariis præferri ullos vernaculis animadverto. ¶ Translata ſumitur pro quacunque ſocietate trium rerum. *Martian. Capel. l.* 9. Trigarium ſupplicantis ſemper germanitatis advenat.

Trigarius, ii, *m.* τριππηλάτης, trigarum agitator. *Plin. l.* 28. *cap.* 17. Feruntque & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, cum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.

Trigemini, æ, a, τρίδυμοι, tres uno partu editi, qui etiam tergemini dicuntur, ut fuere tres illi fratres Horatii apud Romanos, & illi tres Curiatii apud Albanos, regnante Tullo Hoſtilio, quorum certamen controverſiam illam finivit, Albani an Romani imperare deberent. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec ætate, nec viribus diſpares. Horatios Curiatioſque fuiſſe ſatis conſtat. *Col. l.* 7. *c.* 6. *de capella*: Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos.

Trigeminus, a, um, *triplice*, triplex. *Plin. l.* 15. *c.* 28. Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignum, rurſuſque ſemen in ligno, ut perſicis. ¶ Trigemina porta, *Porta di S. Paolo*, una ex portis urbis Romæ, eadem quæ Oſtienſis, ita dicta, quia per eam trigemini fratres Horatii ad decertandum cum Curiatiis de imperio exierunt. *Liv. l.* 35. *c.* 10.

Trigemmis, & me, o. 3. τρίλιθος, τριόφθαλμος, quod tres habet gemmas. *Colum. l.* 3. *c.* 19. Vallis, & uliginoſi campi ſitu ſerimus etiam trigemmem (ſcilicet malleolum) qui eſt paulo minor dodrante, longior utique ſemipede, iſque non ab eo trigemmis dictus eſt, quod omnino trium oculorum eſt, cum fere circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum, ſed quod his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet. *Plin. lib.* 17. *cap.* 21. Iidem cum deciſi, nec amotis trigemmes.

Trigesies, adverb. *trenta volte*. *Vitruv.*

Trigeſimus, a, um, *trigeſimo*, τριακοστὸς, ultimus ex triginta. *Cic. de Sen. c.* 6. Cujus a morte jam tertius, & trigeſimus eſt annus.

Triginta, *trenta*, שְׁלֹשִׁים, Ger. *dreyſsig*, Gal. *trente*, Hiſ. *treynta*, τριάκοντα, ter decem, nomen numerale cardinale indeclinabile. *Virg.* 3. *Æn.* Triginta capitum fœtus enixa jacebit. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Triglyphus, i, m. τρίγλυφος, vox eſt Architectorum, qua ſignificatur pars quædam Zophori in ordine Dorico, tribus canaliculis, ſeu cavitatibus in longum ductis ornata, *lavoro fatto a canaletti nel fregio*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. & *l.* 4. *c.* 3.

Trigon, onis, m. τρίγων, genus pilæ minimæ, duræ, & firmo pilo plenæ, qua ludebatur in Thermis, ſeu balneis exercitationis gratia. Nomen inde ductum, quod a tribus ludentibus jactabatur, & ſic diſpoſitis, ut trigoni, ſeu trianguli figuram efficerent, vel quod locus huic ludo deſtinatus triangularis formæ fuit. *Martial. l.* 4. *epigr.* 19. Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona, Sive harpaſta manu pulverulenta rapis. *Id. l.* 7. *epigr.* 71. Sic palmam tibi de trigone nudo Unctæ det favor arbiter coronæ. *Trigonum nudum* dixit, quia nudi, & uncti in exercebantur.

Trigonālis, le, adject. Trigonalis pila (quod legitur in titulo epigr. 45. *l.* 14. apud *Martial.*) eadem eſt quæ Trigon.

Trigonicus, & Trigonius, a, um, adject. *triangolare*. *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 12. Trigonica radiatio. ¶ *Trigonius* legitur apud *Hygin.* ut teſtatur *Danetius in Diction. ad uſum Delph.*

Trigōnum, i, n. *vel* Trigonus, i, m. *triangolo*, τρίγωνον, & τρίγωνος. *Vitruv. l.* 9. *c.* 2. Regulæ ſchema habentes trigoni. *Manil. l.* 2. Qua adverſa meant etiamque trigona trigonis. ¶ Hanc vox hic corripitur in penultima ab *Auſonio*, ſed nimis licenter, cum natura longa ſit. ¶ Eſt etiam genus marini piſcis, quod alio nomine paſtinaca marina nuncupatur. *Plaut. Capt.* 4. 2. 71. Scombrum, & trigonum, & cetum, & mollem caſeum.

Trigōnus, a, um, τρίγωνος, triangularis. *Manil. l.* 2. *c.* 6. Et quæcunque tamen dicuntur ſigna trigona.

Trihorium, ii, n. *tempo di tre ore*. *Auſon. in Moſel. v.* 87. poſt bim trihoria.

Trijugus, a, um, adject. *Apul. l.* 6. *Metam. de Cerbero* Canis pergrandis trijugo, & ſatis amplo capite præditus. hoc eſt triplici capite.

Trilibris, & bre, o. 3. *di tre libbre*, τρίλιτρος, quod eſt trium librarum. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Laudas inſane trilibrem mullum.

Trilinguis, & gue, o. 3. *di tre lingue*, Ger. *der drey ſprachen hat*, Gal. *qui a trois langues*, Hiſp. *de tres lenguas*, τρίγλωσσος, qui tres linguas habet. *Horat. l.* 3. *od.* 11. *de Cerbero*. Quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus, atque Spiritus teter, ſanieſque manet Ore trilingui. ¶ *Var. apud Iſid. l.* 15. *c.* 1. Phocenſes *trilingues* vocat, quia Græce, Latine, & Gallice loquebantur.

Trilix, icis, o. 3. τρίμιτος, quod ex tribus conſtat liciis, a *licium*, nempe a numero liciorum, hoc eſt filorum. *Virg.* 3. *Æn. v.* 467. Loricam conſertam hamis, auroque trilicem. *Valer. Flac.* 3. *Argon.* Per clypei cedentis opes, partemque trilicem.

Trilōris, re, adject. Triloris veſtis dicitur, quæ tria aurata ſegmenta in modum lori intexta habet. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 46. Aliis dedit veſtes manolores, aliis dilores, triloras aliis. V. ibi *Salmaſ.*

Trimacrus, i, τρίμακρος, pes metricus tribus ſyllabis longis conſtans, ut *virtutes*. V. *Grammaticos*.

Trimatus, us, m. τριετία, trium annorum ætas. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Partus a trigeſimo menſe ocyſſimus, ſed a trimatu legitimus. *Colum. lib.* 8. *cap.* 5. Summovebimus autem veteres, ideſt qui trimatum exceſſerunt.

Trimembris, e, adject. *trimembre*, triplicia habens membra. *Hygin. fabula* 30. *de Hercule*. Geryonem Chryſaoris filium trimembrem uno telo interfecit.

Trimĕrus, f. 2. Trimetus, Tremerus, Teutria, Diomedea, *S. Maria di Tremiti*, inſ. maris Hadriatici, major Diomedearum, ante Garganum M.

Trimeſtris, & tre, o. 3. *di tre meſi*, τρίμηνος, τριμηνιαῖος, quod eſt trium menſium. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Et hoc tale, tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit, & trimeſtri ſpatio largius. *Id. l.* 10. *c.* 25. Trimeſtres aves, & turdi.

Trimĕter verſus, tribus metris conſtans, cujus plures ſunt ſpecies. V. *Diomed. l.* 3.

Trimetrius, a, um, adject. *ſenariis conſtans*. *Auſon. epiſt.* 16. *v.* 78. Æſopiam trimetriam, quam vertit exili ſtilo. *h. e.* Æſopi fabulas trimetris verſibus conſtantes. ¶ *Trimetria*, *æ*, carmen trimetrum. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 15. *in carm.*

Digitized by Google

Trimetron, n. 2. τρίμετρον, carminis genus tribus conſtans menſuris majoribus, ideſt pedibus ſex. Unde ſenarii jambici trimetri appellati. *Horat. de ar. poet. v. 252.* Unde etiam trimetris acceſcere juſſit Nomen jambeis, cum ſenos redderet ictus.

Trimodia, æ, f. vas, quod tres modios continet, quæ menſura ſatoria vocatur, quoniam ex ea ſatores ſemina jaciunt in ſatione ſeminum. *Colum. l. 2. c. 9.* Nonnulli pelle hyænæ ſeſoriam trimodiam veſtiunt, atque ita ex ea ſemine jaciunt. *Id. l. 11. c. 30.* Tum ſcalæ, corbulæ, decemmodiæ, trimodiæ ſatoriæ, quibus diſtricta bacca ſuſcipitur.

Trimodium, ii, n. τριμόδιον, τρίδυντον, menſura trium modiorum. *Plaut. Men.* Nunc argumentum vobis demenſum dabo, Non modio, neque trimodio, verum ipſo horreo. *Plin. l. 33. c. 1.* Neque enim aliter potuiſſet trimodia illa anulorum Carthaginem ob Hannibale mitti.

Trimŭlus, a, um, τριετίον, dim. a trimus. Uſurpamus hanc vocem, cum de pueris loquimur. *Sueton. in Ner. c. 6.* Trimulus patrem amiſit.

Trimus, a, um, *di tre anni*, Germ. *dreyjærig*, Gal. *de trois ans*, Hiſp. *de tres annos*, τριέτης, τριετες, quod eſt trium annorum. *Plaut. Rud. 3. 4. 39.* Trima quæ periit mihi, jam tanta eſſet, ſi vivit, ſcio. *Var. l. 2. de R. R. c. 7.* Videndum, ne ſint minores trimæ, majores decem annorum. *Plin. l. 17. c. 11.* Arborem nec minorem bima, nec majorem trima transferri quidam præcipiunt.

Trinacria, æ, f. *Sicilia*, τρινακρία, inſ. maris Tyrrheni, eadem quæ Sicilia, a τρεῖς, *tres*, & ἄκρα, *ſummitas*, *promontorium*, nempe a tribus promontoriis, Peloro, Pachyno, & Lilybeo. *Virg. 3. Æn.* Trinacria fines Italos mittere relicta. ¶ Rhodus etiam hoc nomine quondam dicta eſt, teſte *Plin. l. 5. c. 31.*

Trinăcris, idis, f. τρινακρίς, quæ ad Trinacriam ſpectat, Sicelis. *Ovid. 4. Faſt. v. 419.* Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor Trinacris, a poſitu nomen adepta loci.

Trinacrius, a, um, *Siciliano*, τρινάκριος, Siculus. *Virg. 3. Æn.* Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni.

Trinĕpos, otis, m. τριέγγονος, filius abnepotis, ita dictus, quod tertius a nepote. Ejus correlativum eſt *trinavus*. *Paul. ff. de grad.* Trinepos, trineptis, hi ſunt filii, filiæve abnepotis, abneptis.

Trineptis, is, f. V. diction. præced.

Trinĭtas, atis, f. *numero ternario*, numerus tria continens. *Tertul. adv. Valentin. c. 17.* Facta exinde trinitas generis eſt ex trinitate cauſarum. ¶ Antonomaſtice Trinitatis nomine ſignificantur tres Divinæ Perſonæ, de quibus *Tertull. adverſ. Prax. & alibi ſæpe*, multique præterea rei Chriſtianæ Scriptores.

Trinium, n. 2. *Trigno*, flu. Frentanorum, in Aprutio, cum oppido cognom. qui profluit ex Apennino M. ubi is Majella appellatur, ac inter Tifernum ad Or. & Sarum ad Occ. ad Hiſtonium oppidum in mare Hadriaticum labitur, Trivento urbe, & Trinio oppido irrigatis. *Plin. l. 3. c. 12.*

Trinoctiālis, & le, o. 3. τριννύκτιος, quod eſt trium noctium. *Martial. l. 12. epigr. 78.* Trinoctiali Affecit dimicatio alterutem.

Trinoctium, ii, n. τριννύκτιον, ſpatium trium noctium. *Gel. l. 3. c. 2.* Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a viro uſurpandi cauſa ex 12. Tabulis deberet. *Fabius Pictor apud eund. l. 10. 15.* De eo lecto trinoctium continuum non decubet.

Trinōdis, & de, o. 3. τριαμμάτιος, quod tres nodos habet. *Ovid. epiſt. 4. v. 115.* Oſſa mei fratris clava perfracta trinodi.

Trinummus, vel Trinumus, i, nomen eſt Plautinæ Comœdiæ, inde ductum, quia Sycophanta quidam inducitur operam ſuam tribus nummis locans ad artes nugatorias, ut ibi legitur a. 4. *ſc. 2. verſ. 1.*

Trinundĭnum, i, n. tres nundinæ, ſpatium trium nundinarum, h. e. 27. dierum. *Cic. l. 16. Fam. epiſt. 12.* Se præſentem trinundinum petiturum. *Id. Phil. 5. c. 3.* Ubi promulgatio trinundinum? Subaudi *per*. ¶ Legitur & diviſim, V. Nundinæ. ¶ Adjective *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* Scita, atque conſulta, trinundino die propoſita. *Et mox*. Inde mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur.

Trinus, a, um, *trina*, *tre*, τρεῖς, nomen numerale diſtributivum, idem ac ternus. *Sueton. in Ner. c. 56.* Trinis in die ſacrificiis colere perſeveravit, *tre al giorno*. ¶ Uſurpatur ſæpe extra diſtributionem. *Cic. Att. l. 11. epiſt. 17.* Tullia mea litteras reddidit trinas. *Caſ. l. 7. B. G.* Eamque tranſgreſſi trinis caſtris potiuntur. *Plin. l. 2. c. 31.* Trinos Soles antiqui ſæpius videre.

Triobŏlus, i, m. τριώβολος, nummus tres obolos valens, olim nomine hemidrachmium. Senos enim obolos drachma efficit, ut ajunt *Plinius*, *Pollux*, & alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Jovis, ab altera noctuam habebat. V. Obolus. *Plaut. Bacch. 2. 3. 26.* Negare, ſe ſe debere tibi triobolum. ¶ *Homo trioboli*, eſt homo nequam, & nullius pretii. *Plaut. Pœn. 1. 2. 168.* Non ego homo trioboli ſum.

Triocăla, f. 1. Triocla, Tricala, Tricalum, urbs Siciliæ, apud oram Auſtr. in monte, verſus oram maris Africi, exciſa a Romanis poſt bellum ſervile. *Sil. l. 14. v. 271.* Et non ſervili vaſtata Triocala bello.

Triōnes, um, m. 3. *bovi*, בקרים, Ger. *pflugochſen*, Gal. *boeufs*, Hiſp. *bueyes*, βόες, boves. *Var. l. 6. de L. L.* Triones etiam nunc boves appellantur a bubulcis, maxime cum terram arant: e quibus valentiores dicti glebarii, quod facile glebas proſcindant. Sic omnes, qui terram arabant, a terra terriones. Unde triones ut dicerentur, detritum. Adde *Gel. l. 2. c. 21.* ¶ Triones item dicuntur duo Arcti, ſeu duæ Urſæ, major, & minor, quæ ſunt duo ſigna cœleſtia prope Aquilonem, & Circulum hyemalem ſita, quæ utriuſque ſigni ſtellæ plauſtrum, & boves junctos referunt. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 41.* Altera dicitur eſſe Helice, cujus quidem clariſſimas ſtellas totis noctibus cernimus, Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones. *Virg. 1. Æn.* Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque triones.

Triōnymus, a, um, *di tre nomi*, tria habens nomina. *Sulpic. Sev. l. 2. hiſt. ſacr. c. 42.* Trionyma ſolitarii Dei unio. h. e. unus Deus tria habens nomina.

Triophthalmus, i, m. gemmæ genus in Sicyonia, quod trium oculorum effigiem præ ſe fert. *Plin. l. 37. c. 11.* Triophthalmus cum onyche naſcitur, tres homines oculos ſimul exprimens.

Triorches, is, m. τριόρχης, avis ex accipitrum genere, a τρεῖς, *tres*, & ὄρχις, *teſticulus*, quia tres teſticulos habet. *Plin. l. 10. c. 8.* Triorchem a numero teſtium, cui principatum in Auguriis Phæmonoe dedit: buteonem hunc appellant Romani. ¶ Triorches item dicitur tertium genus centaurii herbæ. *Plin. l. 25. c. 6.* Tertia eſt centauris, cognomine triorches. Qui eam ſecat, rarum eſt, ut non vulneret ſe ſe. Hæc ſuccum ſanguineum mittit. Theophraſtus defendi eam, impugnarique colligentes tradidit a triorche accipitrum genere, a quo & nomen accepit.

Tripalis, & le, n. 3. quod tribus palis ſuſtinetur. *Varro apud Non. c. 3. n. 171.* Quid tu? non vides, in vineis, quod tria pale habeant, tripales dici?

Triparcus, a, um, adject. *troppo parco*, nimis parcus, ſordidus, tenax. *Plaut. Perſ. 2. 3. 14.* Triparcos homines, vetulos, avidos, aridos.

Tripartīto, adverb. *in tre parti*, τριμερῶς. *Cic. 5. Tuſc. c. 24.* Bona tripartito dividere. *Liv. l. 21. c. 7.* Urbem tripartito aggredi.

Tripartītus, a, um, adject. *diviſo in tre parti*, τριμερής. *Cic. 3. Off. c. 2.* Diviſio tripartita. *Id. 3. Ver. c. 5.* Cauſa tripartita. Legitur & *tripertitus*.

Tripatinum, ni, n. *convito di tre portate*, trium ferculorum epulæ. *Plin. lib. 35. cap. 2.* Tripatinum, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma cœnarum lautitia: una erat murænarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis.

Tripectŏrus, a, um, τριστέρνος, τρίστηθος, tria habens pectora. *Lucret. l. 5. v. 28.* Quidve tripectora tergemini vis Geryonai?

Tripedālis, & le, o. 3. τριπόδαιος, quod tres pedes longitudinis, ſeu latitudinis, ſeu profunditatis habet. *Plin. l. 24. c. 12.* Medion folia habet iridis ſativæ, caulem tripedalem. *Liv. l. 38. c. 21.* Parma tripedalis.

Tripedaneus, a, um, idem ac tripedalis. *Cato c. 45.* Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas decidito. *Colum. l. 3. c. 2.* Tripedaneæ vites.

Tripertitus. V. Tripartitus.

Tripes, edis, o. 3. *di tre piedi*, Ger. *dreyfuſſig*, Gal. *qui a trois pieds*, Hiſp. *que tiene tres pies*, τρίπους, quod habet tres pedes. *Hor. l. 1. ſat. 3.* Modo ſit mihi menſa tripes. *Martial. l. 14. ep. 32.* Ibat tripes grabatus, & bipes menſa. *Liv. l. 40.* Quod tripedem mulum Reate natum, nunciatum erat.

Tripetia, æ, f. *ſcagno di tre piedi*. Ita vocabatur a Gallis ruſticis cathedra tribus pedibus fulta, teſte *Serv. Sulpic. dial. 2. c. 1. de vita B. Martini*.

Triphallus, i, m. cognomen Priapi, & ſignificat eum, qui magnum phallum, h. e. penem habet. nam *tri* in compoſitione auget. *Auctor priap. carm. 83. v. 6.* ubi tamen alii aliter leg.

Triphylia, f. 1. Triphylis, Triphilia, regiuncula Elidis, in Peloponneſo, quam *Stephanus* eandem ac Elidem facit, ita dicta a Triphyle Clytii matre, vel a tribus portis, quaſi Tripyla. Per eam Alpheus fl. decurrit. In ea eſt Pylus urbs, ad Schollim M. patria Neſtoris, quæ Triphyliaca cognominatus, ad alterius Pyli differentiam, quæ eſt in ora Meſſeniæ, apud Coryphaſium prom. Hinc Jupiter, qui a Triphyliis colebatur, Triphylius cognominatus eſt. *Palæph. l. 1.*

Tripictus, a, um, adject. *Prudent. Apotheoſ. v. 381. de titulo crucis Chriſti*: Pilatus jubet ignorans: i, ſcriba, tripictis Digere verſiculis, quæ ſit ſuffixa poteſtas. h. e. triplicites deſcriptis.

Triplāris, re, adject. Triplaris numerus eſt, cum de duobus numeris minor ter in majore numeratur, ut ſunt tria ad unum, quindecim ad quinque, viginti ſeptem ad novem. Hæc *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 1.* qui hac voce utitur etiam *l. 1. c. 6. & 19.*

Triplex, icis, o. 3. *triplice*, *triplicato*, משלש, Ger. *dreyfach*, Gal. *triple*, Hiſp. *triplo*, τριπλοῦς, τριπλάσιος, quod eſt trium plicarum. *Hor. l. 1. Carm. ode 3.* Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat. ¶ Ponitur etiam pro terno, ſeu terno. *Cic. 1. Acad. c. 5.* Fuit ergo jam accepta a Platone philoſophandi ratio triplex. *Id. 1. Tuſc. c. 10.* Plato triplicem finxit animam. *Ovid. 9. Met.* Nec me paſtoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, movit. ¶ Interdum abſolute uſurpatur ſine ſubſtantivo, quod tamen facile intelligitur. *Scrib. Largus*: Olei autem veteris triplex educitur. ideſt triplex pondus.

Triplicabĭlis, le, adject. triplex. *Sedul. l. 1. ſub fin. de SS. Trinitate*: Quod ſimplex, triplicet, quodque eſt triplicabile, ſimplex.

Triplicatio, onis, f. actus triplicandi. *Jul. Firmic. l. 2. c. 26.* Nulla vel duplicatione, vel triplicatione. ¶ Apud JCtos triplicatio eſt ſecunda actoris defenſio contra rei duplicationem oppoſita: ſeu triplicatio eſt id quod tertio loco poſt actionem refertur, atque in judicium objicitur. *L. Conſilio Dig. de curat. furioſ. &c. & §. 1. Inſtit. de replicat.*

Triplicatus, a, um, nom. ex particip. *triplicato*, triplex effectus. *Plin. l. 7. c. 48.* Cornici novem noſtras tribuit ætates Heſiodus, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis.

Triplĭces, ium, m. 3. libelli, ſeu tabellæ ceratæ trium foliorum, in quibus res leviores ſcribi ſolebant, ſicut graviores in quintuplicibus. *Martial. l. 14. ep. 6.* Tunc triplices noſtros non vilia dona putabis, Cum ſe venturam ſcribet amica tibi.

Triplĭco, as, a. 1. *triplicare*, τριπλασιάζω, tribus vicibus multiplico. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. 1. 20.* Triplicabis ſeptem, facient viginti unum. *Manil. l. 3. v. 574.* triplicabit Aquarius annos. *Gell. l. 1. c. 20.* Idem ipſe numerus triplicatur.

Triplinthĭus, a, um, adject. ut murus lateritius triplinthius. *muro di tre pietre*, murus craſſitudinem habens trium plinthorum, h. e. laterum coctilium. *Vitruv. l. 2. c. 8.*

Triplus, a, um, idem ac triplex. *Cic. de Univ. c. 7.* Deinde tertiam, quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla.

Tripŏdes. V. Tripus.

Tripŏlis, is, f. *Tripoli di Soria*, Turc. *Tarapolo*, ol. *Trabolus*, urbs maritima Phœniciæ. Sic vocata eſt, quod tribus urbibus ſtadio inter ſe diſtantibus olim conſtaret, ſeu quod trium urbium eſſet colonia, hoc eſt Aradi, Tyri, & Sidonis, teſte *Stephano*, *Plin. l. 5. c. 20.* ¶ Tripolis item, nomen eſt duarum urbium Africæ, in ore maris Mediterranei, quarum altera Tripolis vetus, altera Tripolis nova dicitur. Tripolis vetus, *Tripoli vecchio*, urbs Africæ, in ora maris Medit. in reg. Tripolitana, ubi alias Sabrata, media inter Leptim magnam ad Or. & Tacapam ad Occ. cum portu capaci. Tripolis nova, *Tripoli*, *Tripoli di Barberia*, urbs ampla Africæ, ubi alias Oea urbs, caput Regni Tripolitani, cum portu capaci, & munito, ſed piratica infamis, apud Syrtim parvam. ¶ Erant aliæ hujus nominis urbes, una in Theſſalia, teſte *Livio*, alia in Caria, *Stephano*, alia in Lydia, *Plinio*.

Tripolitānus, a, um, adject. a Tripoli urbe, ut Tripolitana provincia, *Eutrop. l. 8. c. 10.* ¶ Tripolitani, orum, ejus oppidi incolæ, *Plin. l. 5. c. 29.*

Tripondium, ii, n. pondus trium aſſium, ſeu librarum. *Inſtitut. de hæred. inſtituend. §. ſi plures*.

Triportenta, orum, n. magna portenta. *Pacuv. apud Varr. l. 6. de L. L.*

Triptolĕmus, m. 2. τριπτόλεμος, filius Celei, Regis Eleuſinis, & Metaniræ, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditus invenisse. Cum ejus pater Cererem filiam quærentem liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturæ, filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, & eum alatis ſerpentibus ſuperpoſitum, per totum orbem miſit ad uſum frumentorum hominibus indicandum. *Auct. ad Her. l. 4.* Si Triptolemus, cum omnibus ſemen largiretur, ipſe ab aliis hominibus id mutuaretur.

Triptōtus, a, um, adject. τρίπτωτος. Apud Grammaticos nomen triptoton dicitur illud, quod per tres tantum caſus declinatur. *Palæmon Grammat. Iſid. l. 1. c. 6. & Martian. Capell. l. 3.*

Tripudio, as, n. 1. *ballare*, חולל, Germ. *dantzen*, Gall. *dancer*, Hiſp. *dançar*, χορεύω, ſalto, pedibus terram pavio. *Cic. pro Sext. c. 41.* Sed illum iſti jam in funeribus Reipublicæ exultantem, ac tripudiantem legum, ſi poſſet, laqueis conſtringeret.

Tripudium, ii, n. *tripudio*, *ballo*, מחולה, Germ. *dantz*, Gall. *dance*, Hiſp.

Digitized by Google

Hiſp. *danza*, χορὸς, χορεία, ſaltatio, quaſi terripavium, h. e. terræ percuſſio, quæ pede fit. *Cic.* 2. *Divin. c.* 34. & *Feſtus*. Hinc *Liv. l.* 1. *cap.* 20. Ac per Urbem ira canentes carmina cum tripudiis, ſolemniqua ſaltato juſſit. *Catul. de Benef.* 58. (al. 64.) Quo nos decet ætatis calcare tripudiis. ¶ Eſt & Auguralis vox. Nam tripudium erat auſpicium ex pullorum paſtu, cum pullis vaſcentibus aliqua offæ particula illis ex ore in terram excidebat. *Cic. l.* 2. *Divin. cap.* 34. Sed quia cum paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primo, poſt terripudium dictum eſt. Hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſolistimum nuntiant. Ergo hoc auſpicium divini quicquam habere poteſt, quod tam ſit coactum, & expreſſum? Quo antiquiſſimos Augures non eſſe uſos, argumento eſt, quod decretum collegii vetus habemus, Omnem avem tripudium facere poſſe. Hæc *Cicero*. Hoc genus auſpicii fuit proprium rerum gerendarum, ideſt Imperatoris in bello: atque Conſules, Prætores, Dictatoreſque paruerunt, qui foris rem geſſerunt. Hujus hæc fuit conſuetudo: ſingulis Magiſtratibus, qui imperium haberent, pullarii præſto erant, hi juſſu eorum, antequam prælium inciperetur, eſurientes pullos a cavea emittebant, iiſque offam objiciebant, & diligenter ſpectabant, an paſcerentur, & quomodo paſcerentur, atque inde eventum ex eorum paſtu conjiciebant. Nam ſi offa objecta aliquid a pullorum paſcentium ore in terram excidiſſet, auſpicium proſperum habebatur, ſin minus, infauſtum. Fauſtiſſimum vero erat, ſi integræ offæ ex pullis caderent, quo ſignificabatur adverſum hoſtium exercitum proſtratum iri: infauſtum, ſi nihil caderet, infauſtiſſimum, ſi pulli non paſcerentur. *Liv. l.* 10. *c.* 40. Tertia vigilia noctis Papirius ſilentio ſurgit, & pullarium in auſpicium mittit. Cum pulli non paſcerentur, auſpicium mentiri juſſus, tripudium ſoliſtimum Conſuli nuntiavit. Conſul lætus auſpicium egregium eſſe, ac Diis auctoribus rem geſturos pronuntiat, ſignumque pugnæ proponit. ¶ Denique hoc auſpicium fuit proprium eorum Imperatorum, qui in Conſulatu, Prætura, Dictatura provinciam lege Curiata obtinuiſſent, hi non niſi addicentibus pullis rem ullam aggrediebantur: at Proconſules, & Proprætores, qui ex privatis provincias, & bella plebiſcito, & Comitiis Tributis obtinuerant, tripudium non obſervabant. *Cic.* 2. *de Div. c.* 36. Quam multi anni ſunt, cum bella a Proprætoribus, & Proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur.

Tripus, odis, maſc. *di tre piedi*, τρίπους, quod habet tres pedes, ut eſt menſa, ſella, & omne id, quod tribus pedibus ſuſtinetur, cujuſmodi fuit ſella illa in templo Apollinis Delphici, in qua Phœbas, ſeu mulier Sacerdos Apollinis ſedebat, & reſponſa dabat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ex eo igitur, & Liſyto eſt is Hercules, quem concertaviſſe cum Apolline de tripode accepimus. *Plin. l.* 34. *c.* 3. Ex ære factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam dona maxime Apollinis Delphici dicabantur. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 25. Tripodes ſellæ. ¶ Græci loſtes vetus tripodibus donabant, quia non facile ſuccumbant. *Virg.* 5. *Æn.* Munera principio ante oculos, circoque locantur In medio, ſacri tripodes, viridesque coronæ. *Horat. l.* 4. *od.* 8. Donarem tripodas præmia fortium Grajorum.

Triquĕtra, æ, f. Sicilia, ita dicta, quia forma eſt triangulari, teſte *Plin. l.* 3. *c.* 8. *Quinctil. l.* 1. *c.* 6. ait dictam eſſe Triquetram, quaſi Triquedram, a tribus ſedibus.

Triquĕtrum, i, n. τρίγωνον, triangulum, figura triangularis. *Plin. l.* 2. *c.* 15. Poſtea cardinum ejus contactu teguntur, & in triquetro a partibus centum viginti ſtationes matutinas faciunt.

Triquĕtrus, a, um, τρίγωνος, triangularis. *Cæſ. l.* 5. *Bell. Gall. cap.* 13. Inſula natura triquetra, cujus unum latus eſt contra Galliam. *Col. lib.* 5. *cap.* 2. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus.

Triquĕtrus, a, um, Siculus, ad Siciliam ſpectans. *Hor. l.* 2. *ſat.* 6. Quid? militibus promiſſa Triquetra Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus? *Sil. l.* 5. Nunc Ætnæa cohors, Triquetris quam miſeres oris.

Trirēmis, is, f. *nave di tre ordini di remi*, German. *ſchiff mite drey ruderen*, Gall. trireme, Hiſpan. *galera*, τριήρης, navis inſtructa tribus remorum ordinibus, uno ſuper alium diſpoſitis: imus enim ordo erat propior aquæ, ſuprior propior foris navis, medius inter imum, & ſupremum. Remiges imi Θαλαμῖται vocabantur, medii ζυγῖται, ſummi Θρανῖται. *Cic.* 7. *Ver. cap.* 17. Navem vero Cybeam, maximam triremis inſtar, pulcherrimam, atque ornatiſſimam. *Cæſ. l.* 2. *Bell. Civ.* Appulſaque ad proximum litus trireme. *Liv. l.* 21. Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. Adjective *Nepos in Themiſt. cap.* 2. Totidem naves triremes. ¶ Triremem primus fecit Aminocles Corinthius. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Tris, τρεῖς, tres, vetere ſcribendi more. *Virg.* 1. *Æn.* Tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet. *Cic.* 4. *Acad. c.* 45. Teſtatur ſæpe Chryſippus, tris ſolas eſſe ſententias, quæ defendi poſſint de finibus. Non eſt tamen ubique conſtans lectio.

Triſchœnus, um, tres ſchœnos, hoc eſt 180. ſtadia continens, ut Triſchœna menſura, apud *Plin. l.* 5. *c.* 24.

Triſcurria, orum, n. *grandi buffonerie*, res admodum ſcurriles, & libero homine indignæ, quales fuiſſe ait *Juvenalis* Patriciorum Romanorum exercitationes in arena, & in ſcenis gladiatorum, & mimorum vices ſubeuntium. particula tri hoc loco auget, quemadmodum in *triſurcifer*. Verba *Juvenal.* ſunt *ſat.* 8. *v.* 190. populi frons durior hujus, Qui ſedet, ſpectat triſcurria patriciorum, Planipedes audit Fabios, ridere poteſt qui Mamercorum alapas. *Scaliger* legit *tranſcurria*, h. e. excurſiones in arena: Alii *triſcuria*, h. e. indignam patriciorum curam. Alii denique alia hujuſmodi multa comminiſcuntur.

Triſeclisĕnex, qui tria ſecla vixit. Epithetum eſt Neſtoris uſurpatum a *Levio* apud *Gell. l.* 19. *c.* 7.

Triſmegiſtus, maſc. 2. *Triſmegiſto*, τρισμέγιστος, h. e. ter maximus. Hoc cognomine appellatus eſt Hermes, ſive Mercurius quartus filius Nili, Rex Ægyptiorum, etſi alii dicunt, Triſmegiſtum fuiſſe nepotem majoris Mercurii, quem Poetæ fabulantur fuiſſe filium Nili. Ita vero cognominatus eſt, quod ſummus Sacerdos eſſet, ſapientiſſimus Philoſophus, Rex potentiſſimus. Conſueverunt enim Ægyptii ex omni Philoſophorum numero Sacerdotes, ac rurſus ex Sacerdotibus Regem eligere. Hic autem & Philoſophos ſapientia, & religione Sacerdotes, & in imperio adminiſtrando ſuperiores omnes Reges ſuperavit. Primus a Phyſicis ad divinorum ſpeculationem ſe erexit. Primus de majeſtate Dei, de dæmonum ordine, animarumque mutationibus diſputavit. Scripſit multa volumina, quibus arcana myſteria, & oracula panduntur. Non enim ut Philoſophus ſolum, ſed etiam ut Propheta futura ſæpe prædixit. *Diod. Sicul.* ¶ Hunc etiam afferunt occidiſſe Argum, urbem condidiſſe, & a ſe Hermopolin nominaviſſe, Ægyptiis leges, literaſque tradidiſſe, ſed literarum characteres animalium, arborumque figuras habuiſſe. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor.* hæc tribuit Mercurio quinto, quem Ægyptii Thoyth, ſive Theuth appellant.

Triſpaſtos, i, genus machinationis tractoriæ, quod per tres orbiculos circumvolvitur, a τρεῖς tres, & σπάω, traho. *Vitruv. lib.* 10. *cap.* 5.

Triſpithămi, orum, m. τρισπίθαμοι, populi ultra Indiæ fines ſiti, qui tres ſpithamas longitudine non excedere dicuntur. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Supra hos in extrema parte montium Triſpithami, Pygmæique narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedentes. Ita legit *Harduinus*. Alii *Spithamæi Pygmæi*.

Triſsāgo, & Trixago, ginis, f. herba, quæ & chamædrys dicitur, foliis magnitudine mentæ, colore, & diviſura quercus ſimilibus, flore pene purpureo. *Plin. l.* 24. *c.* 15. *Celſ. l.* 8. *c.* 3.

Triſſo, as, n. 1. verbum fictum a voce hirundinis. *Auctor carm. de Philom. v.* 26. Triſſat hirundo vaga.

Triſte, neutrum ſubſtantivi more poſitum. *Virg. Ecl.* 3. Triſte lupus ſtabulis. h. e. res triſtis, & noxia.

Triſtĕga, orum, neut. τὰ τρίστεγα, tres contignationes, vel ædes, quæ habent tres contignationes. *Hieronym. in c.* 41. *Ezech.* & *Alcim. Avit. l.* 4. *v.* 245.

Triſticŭlus, a, um, *alquanto malinconico*, ὑπόλυπος, ſubtriſtis, aliquantum triſtis. *Cic.* 1. *de Div. c.* 46. Filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parva, animadvertit triſticulam.

Triſtifĭcus, a, um, ἀλγεινός, quod triſtitiam affert. *Cic.* 1. *de Div. c.* 7. *ex Poeta*. Triſtificas certans Neptuno reddere voces.

Triſtimonium, ii, neut. triſtitia. *Petron. in fragment. Tragur.* Cum omnium triſtimonium eſſemus.

Triſtis, & ſte, o. 3. *triſto*, *meſto*, *di mala voglia*, *grame*, *meſchino*, דוּגֵי, German. *traurig*, Gall. *triſte*, Hiſpan. *triſte*, λυπηρός, σκυθρωπός, mœſtus. *Cic.* 1. *de Divin.* Quærerem ex te, quid triſtis eſſes. *Liv. l.* 24. Lacus Traſimenus, & Cannæ, triſte ad recordationem exemplar. *Id. l.* 5. *cap.* 51. Triſtiſſimi exitus ſolatium. ¶ Quoniam vero triſtitia in fronte hominis gravitatis, difficultatis, ſtudii, iræ, minarum, crudelitatis indicium eſt, fit, ut triſtis accipiatur aliquando pro gravi. *Cic. l.* 4. *de Rep. apud Non. cap.* 4. *num.* 455. Qui numero optimatum, & principum obtulit his vocibus, & gravitatis ſuæ liquit illum triſtem, & plenum dignitatis ſonum. *Idem* 2. *Ver.* Judex triſtis, ut integer. ¶ Aliquando pro difficili. *Ovid. l.* 1. *de Rem. Am.* Janua noſtræ artis eſt triſtiſſima, hoc eſt maxima difficultas eſt in prima ſtatim curatione. ¶ Aliquando pro irato. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 14. Eja mea Juno, non decet te eſſe tam triſtem tuo Jovi. *Afran. apud Non. loc. cit.* Mihi erit triſtior. ¶ Aliquando pro minaci. *Virg.* 2. *Æneid.* ſique adytis hæc triſtia dicta reportat. ¶ Aliquando pro crudeli, ſævo. *Virg.* 2. *Æn.* Illi mea triſtia facta, Degeneremque Neoptolemum narrare memento. *Id. ibid.* Quo triſtis Erinnys, quo fremitus vocant. ¶ Aliquando pro horrido, aſpero. *Cic. in Orat.* Quod ipſum alii aſpera, triſti, horrida oratione, neque perfecta, neque concluſa. ¶ Aliquando pro amaro. *Virg.* 1. *Georg.* Triſtiſque lupini Suſtuleris fragiles calamos. *Id.* 2. *Georg.* Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem Felicis mali. ¶ Aliquando pro infauſto, infelici, pro eo, quod triſtes facit. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 27. Triſte jaces lucis, evitandumque bidental. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 25. Triſtes litteræ. h. e. quæ triſtia nuntiant. Sic clades triſtis, apud *Hor. l.* 3. *od.* 3. Hinc titulus librorum Ovidii *de Triſtibus*, quia ibi de ſuo exilio, & ærumnis queritur.

Triſtĭtas, atis, f. *triſtezza*. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 869. Vultum aliquæ triſtitas! Alii aliter leg.

Triſtitia, æ, ſem. *triſtezza*, דַּאֲגָה, Germ. *traurigkeit*, Gall. *triſteſſe*, Hiſp. *triſteza*, λύπη, ἀνία, ἄση, mœſtitia, ægritudo. *Cic.* 1. *de Orat.* Judex tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Quarum intervallo tum quaſi triſtitia quædam contrahit terram, &c. *Lucceius apud Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 14. Triſtitiæ ſe tradere. ¶ Sæpe ſumitur pro gravitate, ſeveritate. *Cic. in Brut.* Homo non liberalitate, ut alii, ſed ipſa triſtitia, & ſeveritate popularis. ¶ Cum arrogantia triſtitiam conjungit *Tac. in Agric. cap.* 9. & cum malignitate *Sueton. in Ner. c.* 22. Quibus locis *triſtitia* pro nimia ſeveritate, aut crudelitate ponitur. ¶ Accipitur etiam pro acerbitate, aut calamitate. *Cic.* 3. *Offic.* Levitate verbi triſtitiam rei mitigante. *Id. Attic. l.* 12. *ep.* 39. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, amiſi calamitoſi.

Triſtitĭes, ei, f. idem quod triſtitia, apud *Apulei. l.* 6. & 9. *Metam.*

Triſtitūdo, inis, f. *triſtezza*, *malinconia*. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Animus triſtitudine gravis. *Apulei. l.* 3. *Metam.* Triſtitudinem pectore mittere.

Triſtior, adv. comp. σκυθρωπότερον, majore triſtitia. *Cic. de Sen. c.* 19. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, gravius ægrotant, triſtius curantur. ideſt difficilius. *Id. Pigula*, *l.* 4. *Fam. ep.* 13. Quo facilius, quibus eſt iratior, reſpondere triſtius poſſit. h. e. aſperius.

Triſtor, aris, depon. 1. *attriſtarſi*, mœrore afficior, triſtis ſum, λυπέομαι. *Senec. l.* 2. *de Ira c.* 7. Concitari, triſtarique ob ſcelera. *Id. de Provid. c.* 2. Nunquam flere, nunquam triſtari. *Cornel. Gall. ad Auguſt. de morte Virg.* Temporibus lætis triſtamur.

Triſulcus, a, um, τριχόλοφος, *che ha tre punte*, quod tres aries habet, & a tribus partibus ſcindit, trifidus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 439. Linguis micat ore triſulcis. *Ovid.* 2. *Met.* Cui dextra triſulcis ignibus armata eſt.

Triſyllăbus, a, um, adject. *di tre ſillabe*, tribus conſtans ſyllabis. *Var. l.* 8. *de L. L.* A ſocer ſit triſyllabum ſoceri.

Trităvus, m. *quintavolo*, τρίπαππος, pater atavi, h. e. quintus ante patrem meum. *Paullus leg. ulc. Digeſt. de Gradibus*, & *Affinitatib.* Parentes uſque ad tritavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: ulteriores, qui non habent ſpeciale nomen, majores appellantur: item liberi uſque ad trinepotem, ultra hos poſteriores vocantur. *Plaut. Perſ. a.* 1. *ſc.* 2. 5. Pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, quaſi mures ſemper edere alienum cibum.

Trite, τρίτη, h. e. tertia. Apud *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. uſurpatur ad ſignificandum tertiam chordam, ſeu tonum in ſcala Muſica.

Trithăles, lis, f. herba, ſic dicta, quod ter in anno floret, a θάλλω, germino. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Triticeus, a, um, σιτινος, quod ad triticum ſpectat. *Virg.* 1. *Georg.* At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra Exercebis humum. *Ovid.* 1. *Faſt.* Triticeos fœtus, paſſuraque farra bis ignem.

Triticiarius, a, um, adject. a tritico ductum. Apud JCtos condictio triticiaria dicitur actio perſonalis, per quam res omnis, accepta pecunia numerata, condicitur, hoc eſt denunciatur, & repetitur, ſive mobilis ſit, ſive immobilis, ſive numero conſtet, ſive menſura, ut habetur *l.* 1. *Dig. de condict. tritic.* Unde autem hujuſmodi denominatio ducta ſit, nondum repertum eſt, ait *Accurſius*.

Triticĭnus, a, um, qui eſt ex tritico, ut Triticinum amylum, apud *Plin. Valerian. l.* 5. *c.* 31.

Triticum, i, n. *formento*, חִטָּה, Ger. *weitzen*, Gall. *froment*, *blé*, Hiſp. *trigo*, πυρός, σῖτος, optimum frumenti genus radicibus multis, ac prætenuibus, folio uno, internodiis, ſeu geniculis quaternis, aut etiam quinis, culmine altiore, quam hordei. Ita dictum putat *Varr. l.* 4. *de L. L.* a *terendo*, quod in ſpicis teratur. *Plin. l.* 18. *cap.* 7. Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparaverim candore,

Digitized by Google

dore, et pondere, montanis modo compareter Italiæ agris, &c. *Cic.* 1. *de Divin.* Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt.

Triton, onis, m. Deus marinus, filius Neptuni, & Salaciæ Nymphæ marinæ, quem Poetæ fingunt Neptuni tubicinem eſſe. *Ovid.* 2. *Met.* Cæruleos habet unda Deos, Tritona canorum, Proteaque ambiguum.

Triton, onis, m. *Rio de Capi*, fl. Africæ, qui ex Tritonide palude, quæ & Pallantia, teſte *Plinio l.* 5. c. 4. a Pallade dicitur, in mare Africum apud Tacapen urb. ex qua hodie nominatur, influit, proximus hortis Heſperidum. ¶ Item fl. Bœotiæ parvus, apud quem Minervam natam, educatamque ferunt. Verum hoc alii ad Tritonem fl. Africæ, alii ad Tritonem fl. Cretæ referunt.

Tritonia, æ, f. [illegible], cognomen Minervæ ita dictæ, quod temporibus Ogygis Regis ad fl. Tritonem in Bœotia, vel, ut aliis placet, ad lacum Tritonidem in Africa, ex quo Triton fl. erumpit, vel, ut aliis, ad Tritonem fl. Cretæ, virginali primum habitu apparuerit. *Herodotus* ait, ad lacum Tritonidem virgines annos ſingulis inter ſe pugnare ſolitas lapidibus, & fuſtibus in venerationem Palladis.

Tritoniacus, a, um, adject. ad Tritoniam pertinens. *Ovid.* 6. *Met.* v. 384. exitium ſatyri reminiſcitur alter, Quem Tritoniaca Latous arundine victum Affecit pœna. h. e. tibia a Pallade inventa. *Id.* 13. *Met.* v. 357. Cum Tritoniacam novies ſubiere paludem.

Tritonon, es, f. r. opp. lit. Myſiæ inf. inter Calatem, & Triſtim. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 2.

Tritonis, idis, patronym. fœmin. *Virg.* 2. *Æn.* v. 226. ſævæ Tritonidis arces. h. e. Palladis. *Silius l.* 3. v. 322. Hinc qui ſtagna colunt Tritonidos alta paludis. V. *Triton.*

Tritonius, a, um, adject. e Tritone palude. *Virg.* *Æn.* 2. ſummas arces Tritonia Pallas inſedit. *Id. Æn.* 11. Armipotens belli præſes Tritonia virgo.

Tritor, oris, m. [illegible], qui terendo aliquid macerat. *Plaut. Perſa* 5. 2. 17. Quid ais tu crux, ſtimulorum tritor? *Plin. l.* 35. *c.* 11. Nanque Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit, &c.

Tritura, æ, f. *trebbiatura*, [illegible], actus triturandi, vel tempus triturandi, a ſupino *tritum* verbi *tero*. *Varro l.* 4. *de L. L.* Hinc in meſſe tritura, quod tum frumentum teritur. *Virg.* 3. *Georg.* Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Trituro, as, a. 1. *triturare*, *trebbiare*, [illegible], frumentum ſpicis excutio. Tranſlate *Sidon. l.* 7. *ep.* 6. Triturari variis paſſionum flagellis.

Tritus, us, m. [illegible], actus terendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Nam & lapidum conflictu, atque tritu elici ignem videmus, & recenti foſſione.

Tritus, a, um, *trito*, *peſto*, *logorato*, [illegible], [illegible], conſumptus, vel tunſus. *Martial l.* 2. *ep.* 93. Certa ſi pendet lumbis, & trita lacerna. *Ovid. lib.* 4. *Triſt. el.* 6. Ut patria careo, bis frugibus area trita eſt. ¶ Metonymice ponitur pro calcato, celebrato, frequentato. *Cic.* 1. *Phil.* c. 3. Cum Brunduſium, iterque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa vitaviſſem. *Sen. de vita beat. cap.* 1. Tritiſſima quæque via, et celeberrima. ¶ Tranſlate *Cic.* 1. *Off. c.* 10. Ex quo illud, Summum jus ſumma injuria, factum eſt jam tritum ſermone proverbium. *Id.* 1. *Acad. c.* 7. Faciamus enim tractando uſitatius hoc verbum, & tritius.

Triveneſica, æ, f. [illegible], inſignis veneſica. *Plaut. Aul.* 1. 2. 8. Mirum, quin tua nunc me cauſa faciat Jupiter Philippum Regem, aut Darium, triveneſica.

Trivia, æ, f. [illegible], Diana, quod in triviis ejus ſimulacrum poneretur, vel quod eadem ſit, ac Luna, quæ tres vias percurrit, cœleſtem, terreſtrem, infernalem. *Var. l.* 6. *L. L. Virg.* 6. *Æn.* Atque una Phœbi, Triviæque Sacerdos. *Ovid. l.* 3. *de Ponto el.* 2. Protinus immitem Triviæ ducuntur ad aram.

Triviæ lacus, Dianæ lacus, Stagnum Dianæ, Lacus Hippolyti, Lacus Nemorenſis, Speculum Dianæ, *Lago di Nemi*, *Lago di Janſano*, vel *Lanſano*, lacus parvus Latii, circuitu 6. M. P. circiter, ſic hodie dictus a caſtro Nemo ei adjacente. *Virg.* 7. *Æn.* Audiit & Triviæ longe lacus, audiit amnis, &c.

Trivialis, & le, o. 3. *triviale*, *volgare*, [illegible], quod in trivio fit, vel quo in triviis stabantur. Unde Grammatica dicitur a *Quintil. l.* 1. *c.* 4. trivialis ſcientia, quia in triviis docebatur. ¶ Metaleptice accipitur pro vulgari, & minime exquiſito, ut Verba trivialia, inculta, parum elegantia. *Suet. de Cl. Rhet. cap.* 6. Tantummodo verbis trivialibus egit. *Juven. ſat.* 7. v. 53. nec qui Communi feriet carmen triviale moneta. Adde *Nemeſian. Ecl.* 4. v. 10. & *Arnob. l.* 1. *pag.* 36.

Trivialiter, adv. *trivialmente*, paſſim, per trivia. *Arnob. lib.* 7. Infantes parvuli trivialiter & populariter inſtituti. Adde *Solin.* c. 11.

Triviatim, adv. per trivia, ut Triviatim diſſultare. *Martian. Capel. l.* 1.

Trivium, ii, n. *luogo di tre ſtrade*, [illegible], German. *ein orth da vierthen drey weg zuſammen ſtoſſen*, Gall. *carrefour*, Hiſpan. *encrucijada*, [illegible], locus, in quem tres viæ conveniunt, ut *bivium*, in quem duæ, *quadrivium*, in quem quatuor. *Cic.* 1. *de Divin. cap.* 54. Ut ventum eſt in trivium, eadem qua cæteri, fugere noluit. ¶ Sumitur tamen ſæpe pro quocunque loco frequenti, quo homines convenire ſolent. *Cic.* 1. *Agr. cap.* 3. Ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur. ¶ Trivia, et etiam quadrivia, erat ruſticorum ſacris attributa. Nam ibi aves cædebant, & ſerta appendebant. *Tibul. el.* 1. *l.* 1. Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu vetus in trivio florida ſerta lapis. ¶ Arripere maledictum ex trivio. h. e. verba contumelioſa ex fæce plebis in triviis commorantis. *Cic. pro Mur. c.* 6.

Triumphalis, & le, o. 3. *trionfale*, German. *was zum triumph gehöret*, Gall. *triomphal*, Hiſpan. *triunfal*, [illegible], quod ad triumphum pertinet. *Plin. l.* 22. *c.* 3. Triumphales coronæ, h. e. quibus triumphantes utebantur. *Quintil. l.* 10. *c.* 12. Habitus triumphalis. ¶ *Vir triumphalis*, qui triumphavit, ſicut *Conſularis*, qui conſul fuit. *Suet. de Aug. c.* 25. Solos triumphales, quanquam & ſocios expeditionum, & participes victoriarum ſuarum nunquam donis impertiendos putavit. *Vellej. l.* 2. *c.* 6. Conſularis, ac triumphalis vir. ¶ *Triumphalis provincia*, quæ devicta Imperator triumphum reportavit. *Cic. in Piſon. c.* 19. Ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis. ¶ *Currus triumphalis*, quo vehebantur triumphantes. *Plin. l.* 7. *c.* 45. Curru triumphali revectus eſt. ¶ *Corona triumphalis*, qua Imperator in triumpho coronabatur. Hæ coronæ primum ex lauro fieri ſolebant, poſtea ex puriſſimo auro confectæ ſunt, quod inde aurum coronarium appellabatur. *Zen. l.* c. *Sigon. de Prov. c.* 10. *Plin. l.* 22. *c.* 3. ¶ *Porta triumphalis*, porta urbis Romæ, per quam triumphi agebantur, hoc eſt Imperatores triumphantes in Urbem deducebantur. Hæc alio nomine *Capena* porta dicebatur, & *Appia*, quod ad viam Appiam ſita erat. Hodie *D. Sebaſtiani porta* vocatur. *Cic. in Piſon. c.* 23. ¶ *Veſtes triumphales* fuere, quibus Imperatores induti triumphabant, idest tunica purpurea, palmata, & toga non ſolum purpurea, ſed cocco etiam, auroque diſtincta. *Sigon. de Prov. l.* 2. *c.* 20. & *de Judic. l.* 3. *c.* 18. *Plin. l.* 8. *cap.* 48. ¶ *Triumphales cauſæ* ſunt, in quibus agitur de triumpho alicui decer-

nendo. *Sueton. in Calig. cap.* 3. Oravit & triumphales cauſas. ¶ *Aurum triumphale*, eſt, quod veſtibus triumphalibus inſeritur. *Plin. l.* 9. *cap.* 36. *de purpura ſucco, ſeu colore purpureo:* Dat adeoatur placendi, omnemque veſtem illuminat, in triumphali miſcetur auro. ¶ *Cœna triumphalis*, convivium, quod Imperator triumphans facto ſacrificio in Capitolio celebrabat. *Plin. l.* 9. *c.* 53. Cœnis triumphalibus Cæſaris Dictatoris ſex millia numero murænarum mutuo appendit. ¶ *Statua triumphalis*, quæ habitu triumphantis facta eſt. *Plin. l.* 2. *ep.* 7. Heri a Senatu Veſtricio Spurinnæ, Principe auctore, triumphalis ſtatua decreta eſt. ¶ *Triumphalia ornamenta*, erant inſignia, quibus triumphantes olim uti ſolebant, quæ poſtea favore Principum concedebantur interdum iis quoque, qui non triumphaſſent. *Sueton. in Aug. cap.* 38. Super triginta ducibus juſtos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. ¶ Hujuſmodi ornamenta erant corona aurea, patera aurea, equus albus, toga picta, tunica palmata, ſella curulis, & ſcipio eburneus. quæ omnia interdum *triumphalia* abſolute appellantur. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 4. Muciano triumphalia de bello civili data. *Vellej. l.* 2. *c.* 116. Triumphalia adipiſci. V. *Suet. in Claud. c.* 24. & *in Ner. c.* 13.

Triumphandus, a, um, partic. vel gerund. a triumpho. *Aurel. Vict. de Vir. Illuſt. de Metello Numidico:* Actuam bis prælio fudit, triumphandus Mummio tradidit.

Triumphator, oris, m. [illegible], qui triumphat. *Apulej. in Apolog.* Ille vir de Sabinis, deque Samnitibus triumphator.

Triumphatorius, a, um, adject. idem quod triumphalis. *Tertul. l.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 10. Verbum triumphatorium, & inſultatorium.

Triumphatus, us, m. *trionfo*, [illegible], triumphatio. *Plin.* Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiet Antonius. Ita referunt pleriqus Lexicographi: ſed loci hujus fides adhuc eſt penes ipſos.

Triumphatus, a, um, *vinto*, [illegible], de quo triumphatum eſt. *Virg.* 4. *Georg.* Biſque triumphatas utroque ab litore gentes. *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 15. Roma triumphati dum caput orbis erit. *Plin. l.* 5. *c.* 3. Omnia armis ſuperata, & triumphata.

Triumpho, as, n. 1. *trionfare*, [illegible], Ger. *ſieghafftig ein reiten*, *triumphieren*, Gall. *triompher*, Hiſp. *triunfar*, [illegible], triumphum ago. Uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 2. *Fin.* Bella magna geſſerat is, bis Conſul fuerat, triumpharet. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*, vel *ex*. *Cic. de Sen.* M. Curius cum de Samnitibus triumphaſſet. *Id. in Piſon. c.* 23. Triumphare ex Macedonia. ¶ Vel cum accuſativo. V. *triumphandus*. *Lactant. l.* 6. *c.* 23. Hic terram triumphabit, hic erit conſimilis Deo. ¶ Tranſlate ſumitur pro exultare, ſibi placere. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 16. Atque ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho, & gaudeo. *Id. pro Cluent. c.* 5. Tum vero illa egregia, ut præclara mater palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit. *Id.* 2. *Catil.* Quin in hoc ipſo, in quo exultat, & triumphat oratio mea, me vehementer accuſet. ¶ Uſurpatur & paſſive. *Liv. l.* 3. Tum primum ſine auctoritate Senatus, Populi juſſu triumphatum eſt. *Tacit. Annal.* 12. *c.* 19. Pro Mithridate non regnum precari, ſed ne triumpharetur. h. e. ne in triumphum duceretur.

Triumphus, i, m. *trionfo*, [illegible], genus honoris, qui haberi ſolitus eſt iis, qui imperium a Populo acceptum ſumma cum virtute, ac felicitate adminiſtraſſent, omnium ut domum redeuntes magna cum celebritate, & pompa in Urbem ingrederentur: ductum a voce Græca allata, ut *Varro l.* 5. *de L. L.* docet. *Cic. in Verr.* 7. Triumphum agere de aliquo. *Id. pro Balb.* Triumphum habere. h. e. triumphare. *Id. Verr.* 7. Per triumphum aliquem ducere, *menar' in trionfo*. *Plin. l.* 7. *c.* 43. Ducere aliquem in triumpho. ¶ Tranſlate *Cic. Fam.* 3. *ep.* 10. Agere triumphum juſtiſſimum ex inimicis. ¶ Triumphus honorum omnium ampliſſimus fuit, qui ſuffragio, aut ſtudio civium deferrentur. Ut autem imperium mandatum eſt Conſulibus, Prætoribus, Dictatoribus, & privatis hominibus, iiſque item omnibus prorogatum eſt, ſic Conſules, Dictatores, Prætores primum, deinde etiam reliqui triumpherunt. Igitur ſi qui de triumpho poſtulando cogitarent, aliquandiu ad Urbem manebant, lictores, faſceſque laureatos habebant, Senatu in ædem Bellonæ evocato, res a ſe geſtas exponebant: denique triumphum petebant. Decreto inde a Senatu triumpho, quoniam ſine imperio triumphare nemo poterat, qui ſine Magiſtratu Urbem triumphi cauſa inituri erant, iis legem de imperio ferre neceſſe erat, id eſt ut eo die, quo Urbem inirent, cum imperio eſſent. ¶ Conditiones de triumpho variæ fuerunt. Prima fuit, *Ne quis triumpharet, niſi quinque millia hoſtium una acie cecidiſſet*. Unde lex extitit, quam L. Marius, & M. Cato Tribuni Pl. tulerunt, qua pœnam Imperatoribus minati ſunt, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum civium falſum numerum ad Senatum ſcripſiſſent, & juſſerunt, eos, cum primum ad Urbem acceſſiſſent, apud Quæſtores urbanos jurare, de utroque numero vere ſe ad Senatum ſcripſiſſe. Altera fuit, *Ne quis pro altero rem geſſiſſet, ſed is, cujus auſpiciis res geſta eſſet, triumpharet*. Quod exemplo Q. Valerii Prætoris, & Q. Lutatii Conſulis, bello Punico primo, confirmatur. Tertia, quæ more potius retenta, quam lege obſervata videtur, *Ne pro recuperata, ſed pro aucto imperio triumpharetur*. Hinc Q. Fulvio Conſuli de Capua recepta, & L. Opimio Prætori de Fregellis in ditionem redactis triumphus negatus eſt. Quarta, *Ut de externis hoſtibus, non de civibus triumphus ageretur*. Quo factum eſt, ut neque L. Sylla de inimicis ſuis, neque Q. Catulus Conſul de M. Lepido, neque C. Antonius de L. Catilina, quanquam illi adverſus Rempublicam ſteterant, atque arma tulerant, triumpharent. ¶ Pompa triumphi, quanquam alia aliis temporibus pro rerum, ac victoriarum conditione fuit, tamen in hoc vere fuit ſemper eadem, ut Senatus, qui ad portam obviam prodierat, ante iret: tum ſpolia de hoſtibus capta, & præda omnis auri, atque argenti, & oppidorum captorum ſimulacra, & captivorum hoſtium duces victi ſubſequerentur: tum Imperator curru in quadrigis, laurea coronatus, dextra lauri ramum tenens, et minio illitus, bulla ornatus, veſtibus triumphalibus indutus, idest tunica palmata, & toga picta, veheretur. Currum vero Legati, & Tribuni militum in equis, & pedibus exercitus omnis victor laureatus cum cantu, & clamore aſſectaretur. Hanc vero pompam Imperator per Urbem in Capitolium ducebat, ibique taurum immolabat, et ſplendidum convivium apparabat. Ad veſperam poſitis imperii inſignibus domum omnino privatus ſe referebat, tibiis, & fiſtulis præcinentibus. *Cic. in Piſon.* Diſſerit de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum duces? quid ſimulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid Legati, & Tribuni in equis? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per Urbem? *Liv. l.* 33. *de Flaminii triumpho Macedonico:* Triduum triumphavit. Die primo arma, tela, ſignaque ærea, & marmorea tranſtulit: ſecundo aurum, argentumque factum, infectumque, & ſignatum: tertio die coronæ aureæ, dona civitatum, tenuiſſimæ 114. & hoſtiæ ductæ, & ante currum multi nobiles captivi, obſideſque, inter quos Demetrius Regis Philippi filius fuit. Ipſe deinde Quinctius in Urbem eſt invectus, milites ſecuti currum frequentes, ut ex omni provincia exercitu deportato. His duceni

quin-

quinquageni æris in pedites diviſi, duplex centurioni, triplex equiti. ¶ Fuit & aliud triumphi genus, quod ſpeciali nomine *Ovatio* appellabatur, de quo V. ſuo loco. De utroque autem plura V. apud *Sigon. lib. 1. de jure ant. Civ. R. cap. 22. & de ant. jure Provinc. l. 2. cap. 10. & Manut. de legib. Rom.*

Triumvir, iri, m. 2. *Triumviro*, εἷς τῶν τριῶν ἀρχόντων, unus ex Triumviratu. Romæ Triumviri multiplices fuere, Triumviri Epulones, Triumviri capitales, Triumviri menſarii, ſeu monetales, Triumviri nocturni, Triumviri agrarii, ſeu Coloniæ deducendæ, Triumviri Reipublicæ conſtituendæ.

Triumviri Epulones, qui poſtea Quinqueviri, ac ultimo Septemviri, fuere Sacerdotes, qui Jovi, cæteriſque Diis epulas inſtruebant. V. *Epulones. Liv. l. 33. c. 42.* Romæ eo primum anno (ideſt 557.) Triumviri Epulones facti, C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & L. Porcius Lecca. His Triumviris item, ut Pontifici, lege datum togæ prætextæ habendæ jus.

Triumviri capitales, erant tres viri Magiſtratu ornati, qui carceris cuſtodiam habebant, ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. Creati ſunt poſt Prætorem Peregrinum, eo tempore, quo Centumviri litibus judicandis, Quatuorviri curandarum viarum, Triumviri monetales. *Pompon. l. 2. Digeſt. tit. 2. lib. 1.* Meminit etiam *Sigonius lib. 1. de ant. jure C. R. c. 20.* Sunt, qui hunc Magiſtratum eundem eſſe cenſeant, atque Magiſtratum Duumvirorum capitalium, qui a Tullo Hoſtilio originem habuere. Sed differebant. Nam Duumviri ſemper binario numero creati ſunt, deinde exercebant judicium de perduellione, denique rariſſime creati ſunt, ideſt in cauſa P. Horatii, in judicio M. Manlii, in judicio C. Rabirii, ac poſtremo vetuſtate evanuerunt, ut docet *Sigonius l. 2. de ant. jure C. R. c. 18.* At vero Triumviri capitales tres ſemper fuere, nullum judicium exercuere, ſed tantum carceri præerant, denique perpetui erant in Republica. *Cic. 3. de Or. c. 46.* Planeque *Duorum virorum judicum*, aut *Trium virorum capitalium*, aut *Decemvirorum litibus judicandis* dico nunquam. Sententia eſt, in genitivo plurali uſitatius dici *Duumvirum*, *Triumvirum*, *Decemvirum*, per Syncopem. *Val. l. 5. cap. 4. n. 7.* Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunal ſuum, capitali crimine damnatam, Triumviro in carcere necandam tradidit. *Et infra.* Quæ tam admirabilis ſpectaculi notitia ab ipſo ad Triumvirum, a Triumviro ad Prætorem, a Prætore ad concilium judicum perlata remiſſionem pœnæ mulieri impetravit.

Triumviri menſarii, ſeu monetales, fuere tres viri Magiſtatu præditi, æris, argenti, auri flatores, quorum erat diligentia numiſmata ære, argento, auro fabricari. Inſtituti ſunt eodem tempore, quo Triumviri capitales. *Pompon. l. 2. Dig. tit. 2. l. 2.* Meminit & *Sigonius l. 1. de ant. jure C. R. c. 20.* Diverſi erant a Magiſtratu Quinquevirorum menſariorum. Nam Quinqueviri menſarii quinque viri erant, hi tres, deinde Triumviri monetales pecuniæ conflandæ, & percutiendæ præerant. Quinqueviri menſarii creati ſunt ad æs alienum Plebis Romanæ diſſolvendum, quo illa pene obruta erat improbitate fœneratorum: dictique ſunt, eo quod ad menſas ſederent, & pecunias diſpenſarent. Sed alii ſcribunt, Triumviros menſarios & nummularios, & monetæ omnis generis, ac formæ cuſtoribus præfuiſſe. Inſcribebantur his notis, A. A. A. F. F. hoc eſt, auro, argento, ære flando, feriundo. *Liv. l. 23.* Et Romæ quoque propter penuriam argenti Triumviri menſarii rogatione Minucii Tribuni Plebis facti, L. Æmilius Papus, qui Conſul, Cenſorque fuerat, & M. Atilius Regulus, qui bis Conſul fuerat, & L. Scribonius Libo, qui tum Tribunus Plebis erat.

Triumviri nocturni, fuere qui Urbis curam nocte gerebant. Non multo tempore poſt rogationem Duumvirorum claſſis reſtituendæ, quæ facta eſt eo anno, quo App. Claudius Cæcus Cenſuram geſſit, M. Valerio, & P. Decio Coſſ. creati ſunt, ut ob id, difficili bellorum, & civilium ſeditionum tempore, muri, cuſtodiæque portarum per milites ſtationarios munirentur. Id etiam eorum curæ injunctum eſt, ut & nocturnas ſeditiones a civibus arcerent, & quies Urbi ſervaretur. Hujus Magiſtratus partes in officium Præfecti Vigilum demum traductæ ſunt. *Pompon. l. 2. Dig. tit. 15. leg. 1. & Liv. l. 9. c. ult.*

Triumviri agrarii, ſeu Coloniæ deducendæ, dicti ſunt, qui Plebem Romanam in agros hoſtibus ereptos, cum eo Colonias mitti placeret, deducebant. Sed modo Triumviri, modo Quinqueviri, modo Septemviri, modo Decemviri, modo Vigintiviri agris dandis, vel Coloniæ deducendæ creati ſunt. V. *Sigon. l. 2. de ant. jure Italiæ, cap. 2.* ¶ Creabantur Comitiis Tributis, omnibus Tribubus advocatis. Quare Rullo vitio vertit *Cicero 2. Agr.* quod Decemviros ſuos per decem, & ſeptem Tribus ſorte eductas crearet. Atque his quidem Comitiis Magiſtratus tantum, id eſt poteſtatem, ac juriſdictionem accipiebant, imperium vero, id eſt belli gerendi facultatem, Curiatis. Imperio autem opus fuit, quod ſub vexillo colonos, tanquam exercitum, deducerent. ¶ Pertinebat ad hujus Magiſtratus officium, ut & agros novis Colonis dividerent, & urbes deſignarent, & ædificare volentibus areas partirentur, & commodis regionibus urbem diſtinguerent, & legibus, Magiſtratibuſque civitatem ſiſterent, & ad ſpeciem optimi gubernaculi Rempublicam effingerent. *Liv. l. 3.* Triumviros agro dando creant T. Quintium, A. Virginium, P. Furium.

Triumviri Coloniarum, qui fere Duumviri, interdum Quatuorviri, erant Magiſtratus prope Conſulatui, aut Præturæ compar, qui Colonias regebant. Hi etiam Triumviri, aut Duumviri, aut Quatuorviri jure dicundo appellabantur. Horum Triumvirarum mentio fit in quibuſdam veteribus lapidibus, quos affert *Sigon. l. 2. de ant. jure Ital. c. 4.*

Triumviri Reipublicæ conſtituendæ fuere C. Octavius, M. Antonius, & M. Lepidus, hoc enim nomine dominationis ſuæ conſilia tegebant. *Nepos in Att. c. 12.* M. Antonius triumvir Reipublicæ conſtituendæ.

Triumvirālis, & le, o. 3. quod ad Triumviros ſpectat. *Hor. Ep. 4.* Sectus flagellis hic Triumviralibus Præconis ad faſtidium. hoc eſt Triumvirorum capitalium. *Senec. 2. de Benef. c. 11.* Triumviralis proſcriptio.

Triumvirātus, us, m. ἀρχὴ τῶν τριῶν, Magiſtratus, quem tres collegæ adminiſtrant. *Cic. in Brut.* Qui quidem in Triumviratu judicaverit contra P. Africani avunculi ſui teſtimonium. *Liv. l. 9. c. ult.* Tribunatu ante geſto, Triumviratibuſque, nocturno altero, altero coloniæ deducendæ.

Triuncis, is, m. τριούγκιον, τετραστημόριον, nummus æreus, qui poſtea quadrans dictus eſt. Nam tres unciæ ſunt quarta pars aſſis. *Plin. l. 33. c. 3.* Quadrans antea triuncis vocabatur a tribus unciis.

Triaago. V. Triſſago.

Troas, adis, fem. τρῳὰς, regio Aſiæ minoris, in Phrygia, quæ poſtea a Phrygibus occupata, Phrygia minor dicta fuit. Alii Myſiæ tribuunt. Adjacet Helleſponto, Homerus ab Æſapo uſque ad Cayci fl. oſtia ejus fines producit. Sed *Plinius*, cæterique recentiores Lecto prom. eam ab Æolide dividunt. *Homerus* videtur ſumpſiſſe pro Regno Trojanorum, cujus amnium nobiliſſimus Scamandrus. Metropolis Ilium, ſeu Troja, quæ a Græcis poſt decennalem obſidionem capta, & incenſa eſt. Inde novum Ilium triginta ſtadiis a veteri diſtans: item Alexandria Troas, quæ & Alexandria. V. *Plin. l. 5. c. 30.* ¶ Adjective Nepos in *Pauſan. c. 3.* Colonas, qui locus in agro Troade eſt, ſe contulerat.

Troas Alexandria, Alexandria, Turcis *Eski Stamboul*, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia, ab Alexandro Magno extructa in ora litorali maris Ægæi, paucis tantum milliaribus in Auſtrum a Trojæ rudeſibus, apud Lectum prom. *Plin. l. 5. c. 30.*

Troas, adis, f. mulier ex Troade, patronymicum, ſeu gentile. *Virgil. 5. Æn. v. 613.* At procul in ſola ſecretæ Troades acta Amiſſum Anchiſen flebant. ideſt Trojanæ mulieres. *Ovid. Heroid. ep. 13. v. 137.* Troaſin invideo. ubi *Troaſin* dativus pluralis eſt Græco more deductus pro *Troadibus*.

Trochæus, i, maſc. τροχαῖος, pedis nomen in arte metrica, idem ac choreus, a τρέχω, *curro*, quia choui, ubi uſitatus eſt, agilius moventur in morem currentium. Hoc nomine veteres appellarunt & tribrachyn, id eſt pedem ex tribus brevibus conſtantem, & pedem illum, qui jambo contrarius eſt, ideſt conſtat ex prima longa, ſecunda brevi. *Quintil. l. 9. c. 4.* Jambo contrarium e longa, & brevi, hunc choreum nos, ut alii trochæum, nominemus. *Et paullo poſt.* Tres breves, trochæum, quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochæi nomen imponunt. *Cic. 3. de Orat. c. 47.* Nam cum ſint numeri plures, jambum, & trochæum frequentem ſegregat ab Oratore Ariſtoteles.

Trochaïcus, a, um, adject. trochæis conſtans, ut Trochaicum metrum. *Diomed. Grammat. l. 3.*

Trochiliſcus, i, maſc. parvus trochilus. Hac voce uſum putat *Caſaubonus* Poetam eum, cujus jambicos dimetros in Apologia adducit *Apuleius*. Sed alii aliter legunt.

Trochilus, i, m. *reatino*, *ſcricciolo*, *lui*, *foraſiepe*, τροχίλος, avicula quædam, quæ etiam rex avium, & regulus tum a Græcis, tum a Latinis appellatur, eoque nomine cum Aquila pugnare dicitur. *Plin. l. 8. cap. 25. de crocodilo:* Hunc ſaturum cibo piſcium, & ſemper eſculento ore, in litore ſomno datum, parva avis, quæ trochilus ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli ſui gratia, &c. *Id. l. 10. c. 74. de avibus inter ſe diſſidentibus:* Aquilæ & trochilus, ſi credimus, quoniam rex appellatur avium. ¶ Dicitur etiam trochilus eſſe parvus quidam torulus in apophyſibus columnarum, atque hoc nomine putatur *Columella l. 10.* appellaſſe cucumerem longum & teretem. ſed alii ibi aliter leg.

Trochiſcus, i, maſc. *trociſco*, τροχίσκος, parvus trochus, ſeu parva rota. Trochiſci dicuntur compoſitiones quædam Medicorum in formam rotulæ, ſeu globuli, quas Latini paſtillos vocant. *Celſ. l. 5. c. 17.* ¶ Eſt etiam hoc nomine piſcis quidam, ſeu verius bellua marina. *Plin. lib. 9. cap. 52.*

Trochlea, æ, f. *taglia*, *carrucola*, τροχὸς, τροχιλέα, machina tractoria ad ſublevanda & demittenda onera, continens rotulam unam, lineamve (cui proprie nomen *trochlea* competit) axiculum per eam rotulam trajectum, & funem, qui circa rotulam currit. Exemplum ejus in puteis habemus. Ab aliquibus *rechamus* dicitur. *Vitruv. l. 10. c. 2.* Alligatur in ſummo trochlea, quam etiam nonnulli rechamum dicunt. *Cælius Rhodiginus l. 26. c. 29.* Rechamum dici putat ἀπὸ τοῦ ῥήγνυμι, ideſt ſciſſura, quia nempe truncus, in quem umbrali inſeruntur, excavatur, & quodammodo ſcinditur. *Lucret. lib. 4. verſ. 903.* Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi ſuſtollit machina niſu. ¶ *Trochleis pituitam adducere*, translate dicitur pro difficulter expuere. *Quintil. l. 11. c. 3. de pronuntiatione:* Jam tuſſire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etſi non utique vocis ſunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potiſſimum hunc loco ſubjiciantur.

Trochleātim, adv. per trochleam. *Sidon. l. 9. ep. 17.* Trochleatim creſo fune.

Trochŭlus, i, maſc. τροχίσκιον, parvus trochus. *Plaut. Amph. prol. verſ. 144.* Tum meo patri autem trochulus inerit aureus ſub petaſo. Alii leg. *torulus*.

Trochus, i, maſc. *palò*, *fattore*, τροχὸς, circulus ſeu rota ferrea, quæ ludi cauſa a pueris ferreo manubrio, quod clavis dicebatur, impulſa mittebatur. habebat autem circum infixos parvos anulos, qui, dum jaceretur, tinnitum & ſonum reddebant. Differt a turbine, quia turbo erat ligneus, vel etiam fortaſſe ex alia materia, ſed non circularis, ſed in modum metæ factus. Trochus Græcorum inventum fuit. hinc *Horat. l. 3. od. 24.* græcum appellat, videtur autem dictus eſſe a τρέχω, *curro*. *Propert. lib. 3. eleg. 12.* Increpat & verſi clavis adunca trochi. *Martial. l. 14. epigr. 168.* Inducenda rota eſt: das nobis utile munus: Iſte trochus pueris, at mihi cantus erit. *Et Epigr. ſeq.* Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur? Cedat ut argutis obvia turba trochis. *Adde l. 11. epigr. 22.* ¶ Trochi figuram exhibet *Hieronym. Mercurial. l. 3. de arte gymn. c. 8.*

Troes, m. 3. Trojani. *Virg. 2. Æn.* Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.

Trœzen, enis, f. Trœzene, Trœzena, Poſidonia, Anthia, Hyperia, Saronia, Apollonia, Aphrodiſias, *Trezena*, al. *Damala*, al. *Piada*, Τροιζὴν, urbs Peloponneſi, in ora Atticæ, ad ſin. Argolicum, inter Corinthum, & Scyllæum prom. Sic dicta a Trœzene filio Pelopis. *Ovid. 1. Faſt.* Altaque Trœzene, Parthaſiæque nives. ¶ In hac regnavit Pittheus Æthræ pater, & avus maternus Theſei. Unde Pitthea cognominata eſt. *Ovid. 15. Met.* Eſt prope Pittheam tumulus Trœzena ſine ullis Arduus arboribus. ¶ Item *Trezyna*, opp. mediterr. Meſſeniæ, ab Ithome in Or. ſupra 15. M. P. Apud Trœzenem portus eſt, qui Barba nominatur, teſte Euſtathio. Unde Græcum prov. *Trœzenem naviga*, in eos, qui cum imberbes ſint, pilis tamen appoſititiis barbam ſibi effingunt. ¶ Trœzenis aquæ pedibus noxiæ ſunt, omnia fere vitia illis inferentes, præſertim podagram, quam aquæ Cydni in Cilicia tollunt, auctore *Plin. l. 31. c. 2.* ¶ Item urbs parva Aſiæ min. circa Cariæ regionem, in conventu Alabandorum. *Plin. l. 5. c. 29.*

Trœzenĭus, a, um, adject. a Trœzene, ut Trœzenius heros, apud *Ovid. Metam. 8. v. 566.* hoc eſt Lelex, qui Trœzenis habitavit.

Trogilium, ii, n. 2. Trogylium, Mycale, *Capo Tigras*, al. *Gammi*, Τρωγύλιον, prom. Joniæ, in ora, inter Epheſum, & oſtia Mæandri fl. contra Samum inſ.

Troglodytæ, maſc. 1. τρωγλοδύται, pop. Africæ, in Æthiopia ſub Ægypto, ita dicti a τρώγλη, *foramen*, *caverna*, & δύω, vel δύνω, *ſubeo*, hoc eſt a ſpecubus, in quibus habitabant. Serpentibus vivunt, venationibus dediti, velociſſimi, ab uxore, & colloquio alieni. Abundans margaritis, & myrrha. Eorum regio Troglodytica dicta fuit, in ora Occ. ſinus Arabici, nempe a Ptolemaide Ferarum ad Aromata prom. Nunc autem dicitur Ora Abexia, ſeu Abyſſina, *la Coſta de gli Abiſſini*, quod ſit pars Orientalis Imperii Abyſſinorum. Aliis dicitur *Sirba*. *Plin. l. 5. c. 8.*

Troglodytĭce, es, f. 1. τρωγλοδυτικὴ, regio Æthiopiæ ſub Ægypto, in qua Septentriones, ſi *Plinio l. 2. cap. 70.* credimus, conſpici non poſſunt. V. *Troglodytæ*.

Troglodyticus ſinus, *Golfo di Melinde*, idem ac ſinus Barbaricus, ad mare Barbaricum, & Aſperum, quod Æthiopiam ſub Ægypto alluit.

Trogus Pompejus, natione Gallus, Philoſophus ac Hiſtoricus diſertiſſimus, floruit ſub Auguſto, ſcripſitque quatuor & quadraginta voluminibus uni-

univerſi Orbis, ſed præcipue Græcorum hiſtoriam, quam Juſtinus in epitomen redegit. Trogi vero libri non extant.

Troja, æ, f. Ilium, *Troja*, Turc. *Carasſia*, τροία, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia, apud Idam M. ob ora litorali 3. M. P. ita dicta a Troe Rege. Dicta etiam fuit Dardania a Dardano, Teucria a Teucro, Ilium ab Ilo. Ejus mœnia ſecundum fabulas ab Apolline, & Neptuno Laomedontis Regis rogatu conſtructa fuere. Bis everſa fuit, primum ab Hercule ob Laomedontis perfidiam, deinde ob Agamemnone, & aliis Græciæ Principibus propter Helenæ raptum. ¶ Decem annorum obſidionem paſſa eſt. Cum Græci in Aulidem congregati, de bello deliberaturi, legatos Delphos ad Apollinem Patruelum, & Palamedem miſiſſent, reſponſum retulere, Græcos Troja potituros poſt decem annos, ſed minime potituros ſine Achille, Ulyſſe, ſagittis Herculis, & niſi Rheſi equos abduxiſſent antequam herbam Troadis guſtaſſent, & de Xanti fl. aqua hibiſſent. Similiter Priamus legatos ad Apollinem Delphicum miſit, qui de belli eventu Oraculum illud conſulerent. Eis reſponſum eſt, Trojæ fatum hiſce in rebus conſiſtere, in Palladio, & cineribus Laomedontis, in vita Hectoris, Troili, Peridis. Ad bellum Trojanum ſeptem, & quadraginta Principes mille, & ducentis navibus profecti ſunt. Capta fuit a Græcia proditione Æneæ, propter odium in Paridem, quod ejus cauſa ab omnibus Sacerdotii honoribus excluderetur, ut Menecrates Xanthius monumentis prodidit. *Dionyſ. Halic. Rom. Antiq. l.* 1. Nonnulli ſcripſere, proditam fuiſſe a Thymœte, quem alii filium Priami ex Ariſba dixerunt, alii nobilem Trojanum virum Ariſbæ. *Virgilius*, & alii fabulati ſunt, captam fuiſſe ope cujuſdam equi lignei, milite pleni, in urbem introducti, quem Græci, reditu in patriam ſimulato, quaſi munus placandæ Palladi conſtruxerint. V. 2. *lib. Æneid.* ¶ Troja quoque urbs alia ejuſdem regionis, in ora lit. maris Ægæi, paucis milliaribus a veteris Trojæ rudeibus. V. *Troas Alexandri*: Hæc etiam hodie in ruinis jacet. ¶ Troja item, cogn. parva, urbs medit. Epiri, in Chaonia, & Ceſtria reg. ¶ Item Troja, olim Æce, & Urbs Æcana, *Troja*, urbs Apuliæ Dauniæ, ad Chilarum fl. & rad. Apennini. ¶ Troja etiam, opp. exc. Latii, in agro Laurenti extructum ab Ænea, initio ſui adventus in Italiam, antequam Lavinium conderet. *Dionyſ. l.* 5. & *Liv. l.* 1. ¶ Item opp. exc. ad initium maris Hadriatici ſitum, ab Antenore Trojano, & Henetis conditum. *Liv. l.* 1.

Troja, æ, f. ſive Trojanus ludus, erat equeſtris puerorum ludus apud Romanos, in circo agi ſolitus. Nomen ex eo ſortitus eſt, quod a Trojanis eum accepiſſent Romani, ut quem Æneas primus inſtituerit in Sicilia ad filii Aſcanii, puerorumque cæterorum exercitationem. V. *Servium in* 5. *Æn.* qui ait, originem ejus ludi e Suetonio Tranquillo ſupreſſam eſſe in libro, quem ſcripſerat de puerorum luſibus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 96. Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam, Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos, Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troja pubes, Albani docuere ſuos: hinc maxima porro Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem; Trojaque nunc pueri Trojanum dicitur agmen. *Sueton. in Aug. c.* 47. Sed & Trojæ ludum edidit frequentiſſime majorum, minorumque puerorum delectu.

Trojāni, orum, m. *Trojani*, pop. Aſiæ min. in Phrygia, apud Helleſpontum, quorum Reges ex Teucro nobili Cretenſi, & ex Dardano filio Corythi Regis Hetruriæ, & Electræ filiæ Atlantis Regis Arcadiæ originem trahebant.

Trojānus, a, um, *Trojano*, τρωϊκός, quod ad Trojam ſpectat. *Virg.* 2. *Æn.* Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum Eruerint Danai. *Hor. de Art.* Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. ¶ *Equus Trojanus* proverbiali Metaphora pro clandeſtinis inſidiis accipitur, & latenti periculo, tractum e fabula equi lignei, cujus fraude Græci Trojæ potiti eſſe dicuntur. *Cic. pro Mur. c.* 37. Intus, intus, inquam, eſt equus Trojanus, a quo nunquam me Conſule dormientes opprimemini. ¶ *Porcus Trojanus*, dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti gravidus, quemadmodum & equus ille armatis hominibus gravidus fuit. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 13.

Troicus, a, um, τρωϊκός, Trojanus. *Cic. de Cl. Or. c.* 10. Neque enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyſſi tribuiſſet Homerus. *Virg.* 11. *Æn.* Troica caſtra. ¶ Troicum ignem appellat *Statius l.* 1. *ſilv.* 1. v. 35. ignem perpetuum, qui Romæ ſervabatur in templo Veſtæ, quia ejus Deæ ſacra ex Troja Æneas in Italiam advexerat.

Troilus, τρωΐλος, filius Priami, & Hecubæ, cujus vita inter Trojanorum fata numerabatur. Nam eo vivo Troja capi non poterat. Puer poſt Hectoris interitum ad prælium cum Græcis egreſſus eſt. Ad propriam virtutem etiam Hectoris fortitudinem videbatur adjunxiſſe. Nemo erat, qui Troilo reſiſtere poſſet. Nunquam certavit, quin victoriam referret. Quo tempore Achilles Polyxenæ amore captus armis abſtinebat, Græciæ Principes eum precati ſunt, ut, ſi ipſe congredi nollet, ſaltem ſuos Myrmidones bellum gerere ſineret. Sed Troilus Myrmidones quoque ingenti ſtrage fudit. Tandem Achilles arma ſumpſit, primoque prælio a Troilo vulneratus, incredibile eſt, quanta ira exarſerit. Igitur paucis poſt diebus e caſtris exivit, eo animo, ut vel morte occumberet, vel hoſtem ulciſceretur. Troilus poſt longum certamen arma amiſit, equorum tamen pernicitate incolumis evaſit. Ad extremum tertio prælio Troilus ex equo decertavit. Ei equus confoſſus eſt, a quo incertum. Igitur Achilles nactus Troilum peditem, aggreſſus eſt, & interfecit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 478. Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli, Fertur equis, curruque hæret reſupinus inani, Lora tenens tamen: huic cervixque, comæque trahuntur per terram, & verſa pulvis inſcribitur haſta.

Trojugĕna, æ, com. gen. *Trojano*, τρωΐος, Trojanus, quaſi in Troja ſeu Troade genitus, ea forma, qua Græcos vocamus Grajugenas, quaſi genitos in Græcia. *Virg.* 8. *Æn.* Trojugenas, & tela vides inimica Latinis.

Troïus, a, um, per tres ſyllabas, τρώϊος, Trojanus. *Virg.* 1. *Æn.* Et Troia gaza per undas.

Tromentina Tribus Romana, una ex Ruſticis, appellata eſt ab agro Tromento in Hetruria, ubi conſtituta eſt A. U. 369. una cum Stellatina, Sabatina, & Arnenſi. *Feſtus.*

Tropæatus, a, um, adject. tropæo ornatus. *Ammian. l.* 23. *c.* 5. (al. 14.) Trajanus, & Verus hinc ſunt digreſſi victores, & tropæati.

Tropæi, m. a. τροπαῖοι, venti Altani, qui in terra geniti, cum mare perflarint, redeunt ad continentem, ita dicti ἀπὸ τῆς τροπῆς, h. e. a converſione. Iidem, cum in mare tendunt, *Apogæi* vocantur, quod a terra proficiſcantur. *Plin. l.* 2. *c.* 34. Namque & e fluminibus, & e nivibus, & e mari videmus, etiam tranquillo, & alios, quos vocant Altanos, e terra conſurgere, qui cum e mari redeunt, Tropæi vocantur, ſi pergant, Apogæi. ¶ Tropæi item dicuntur in certo luſus genere, qui alios vellicant, infeſtantque, &, ne deprehendantur, convertunt ſe. *Suet. in Claudio Cæſare, cap.* 8. Et quoties poſt cibum obdormiſceret, quod ei fere accidebat, olearum, aut palmarum oſſibus inceſſebatur, interdum ferula, flagrove velut per ludum excitabatur a tropæis. Alii leg. *copreis.*

Tropæophŏrus, i, τροπαιοφόρος, tropæum referens. *Apulej. de Mundo, ſub fiem.* Triumphator, propagator, & tropæophorus.

Tropæum, i, ſeu trophæum, n. *trofeo*, מַצֵּבָה, Germ. *ſiegzeichen*, Gal. *trophée*, Hiſp. *trofeo*, τρόπαιον, monumentum a victore erectum eo in loco, ubi hoſtes in fugam convertit. Hæc vox in antiquis codicibus, ac monumentis recte ſcribitur ſine aſpiratione, quemadmodum *Pierius* monuit ad 3. *Georg.* & 10. *Æn.* quidquid dicat *Marcellus Donatus*, qui in notis ad *Sueton. in Cæſ. c.* 11. multis conatus oſtendere, aſpirationem appingendam eſſe: nam *trophæum* eſt a prava conſuetudine, qua nimius inducebatur aſpirationis uſus, adeo ut dicerent quoque *chorona*, *chenturio*, & ſimilia. Etymon quoque repugnat. Nam Græce eſt τρόπαιον, a τροπή, qua ſignificatur fuga hoſtium. Prima tropæa ex arboribus confecta ſunt, quas amputatis ramis hoſtium ſpoliis decorabant. Deinde etiam cœpta ſunt fieri ex lapide, & in montibus, & locis eminentioribus collocari. Hinc *Salluſtius* de Pompejo ait, eum devictis Hiſpanis tropæa in jugis Pyrenæi montis poſuiſſe. Et Romæ in arcubus figebantur ex marmore ædificatis. De tropæis vide *Cæſarem Bullengerum c.* 3. *libri de ſpoliis bellicis*. *Virg.* 11. *Æn.* Mezentii ducis exuvias tibi magne tropæum Bellipotens aptat, rorantes ſanguine criſtas, Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum, Perfoſſumque locis, clypeumque ex ære ſiniſtræ Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum. *Auct. ad Her. l.* 4. Ponere tropæa in aliquo loco. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Statuere tropæa Jovi. ¶ Accipitur & pro victoria, ſeu pro ſpoliis, quæ victoria parantur. *Hor. l.* 2. *ode* 9. nova Cantemus Auguſti tropæa. ¶ Sumitur & tranſlate. *Cic.* 4. *Verr.* Signum cupiditatis, tropæum neceſſitudinis, indicium amoris.

Trophoniānus, a, um, adject. a Trophonio, ut Trophoniana Chæronis narratio, apud *Cic. l.* 7. *Attic. ep.* 2. h. e. de Trophonii antro.

Trophonĭus, m. a. τροφώνιος, inſignis architectus, qui ſubterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione conſtruxit, quod ob ipſo Trophonii antrum cognominatum eſt. Ibi cum aliquandiu oracula reddidiſſet, atque tandem fama interiiſſet, ferunt Genium quendam antrum hoc ſubiiſſe, atque ex eo oracula reddidiſſe. Qui hinc oracula ſciſcitabantur, nudi in aditu ſpecus ſedere ſoliti ſunt, atque inde ſtatu quodam ſub terram abripiebantur. Geſtabant autem ſecum placentas, quas Lemuribus, ſerpentibuſque occurrentibus objicerent. Deinde accepto oraculo, rurſus per alium hiatum in terram reſtituebantur. Creditum eſt, quotquot in hoc antrum deſcendiſſent, nunquam poſtea riſiſſe. Hinc factus eſt locus Græco proverbio, ut homines triſtes, & terrici in Trophonii antro vaticinati dicantur. V. *Adagia Eraſmi*. Meminit hujus Trophonii *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 34. itemque *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Tropĭcus, a, um, adject. quaſi dicas converſivus, a τρέπω, verto. Signa tropica ſunt quatuor, Libra, Capricornus, Aries, & Cancer, ita dicta, quod Sol cum ad ea in Zodiaco pervenerit, converſionem curſus ſui, & anni mutationem facit: nam cum eſt in ſigno Cancri, quo tempore dies longiſſimi ſunt, ſolſtitium æſtivum facit, paulatimque revertitur, deſcenditque uſque ad Capricornum, ubi ſolſtitium hyemale efficit, dieſque breviſſimos, ſimiliter cum eſt in ſigno Arietis, noctes diebus æquales reddit, & Ver inducit; cum vero Libram ingreſſus eſt, tunc quoque dies æquat noctibus, & affert Autumnum. *Manil. l.* 3. *v.* 614. Sed tamen in primis memori ſunt mente notanda, Partibus adverſis quæ ſurgunt condita ſigna, Diviſumque tenent æquo diſcrimine Cœlum: quæ Tropica appellat, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur ſignis, nodoſque reſolvunt, Totumque emittunt converſo cardine mundum, Inducuntque novas operum, rerumque figuras. Sequitur inde *Manilius* quatuor horum ſignorum effectus explicare. V. ibi reliqua. ¶ Apud Aſtronomos Tropici ſunt duo circuli in ſphæra, quorum alter Zodiacum in ſigno Cancri ſecat, alter in ſigno Capricorni, quia nimirum Sol cum ea ſigna tetigit, revertitur, ut dictum eſt. *Hygin. l.* 1. *Aſtron. c.* 6. Hos *Plinius l.* 2. *c.* 70. Solſtitialem, & brumalem vocat. ¶ *Tropica*, abſolute, h. e. mutationes, converſiones. *Petron. in Satyr. pag.* 11. Cœpi cauſam deſidiæ præſentis excutere, cur pulcherrimæ artes periiſſent: tum ille: Pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica inſtituit. *queſte mutazioni*, a *ſtravaganze*. ¶ Tropica locutio. *parlar figurato*. *Auguſtin.*

Tropis, is, f. τρόπις, Græce ſentinam navis ſignificat: tranſlate ſumitur pro fundo lagenæ, atque hinc pro vino vapido, quod in fundo lagenæ eſt. Hujuſmodi vino utebantur veteres in balneis vel ad lavanda corpora, vel ad vomitum provocandum. *Martial. l.* 12. *ep.* 84. Fumoſæ feret ipſe tropim de fæce lagenæ.

Tropologĭce, adverb. tropologico more. *Hieron. in Sophon. c.* 1. Tropologice exponere aliquid.

Tropologĭcus, a, um, adject. *figurato*, τροπολογικός, per tropos expreſſus. *Sidon. l.* 9. *ep.* 3. Tropologicum genus, & figuratum. *Hieronym. ep.* 61. *ad Pammach. c.* 3. Tropologica interpoſitione aliquid ſubvertere.

Tropus, i, m. *Tropo*, τρόπος, mutatio vocis, vel ſermonis a ſignificatione propria in aliam, cum ſimilitudine. Dixi *vocis*, *vel ſermonis*, quia aliqui Tropi in uno vocabulo poſiti ſunt, ut *Metaphora*, alii in oratione, ſeu pluribus vocibus, ut *Allegoria*. Hoc nomen factum eſt a τρέπω, verto. Quare Latine Inverſio, ſeu Immutatio dici poteſt. *Cic. in Bruto, c.* 17. Ornari orationem Græci putant, ſi verborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους, & ſententiarum, orationiſque formis, quæ vocant σχήματα. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Tropus eſt verbi, vel ſermonis a propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. ¶ Differunt tropi a figuris in eo, quod tropi in verbis a proprio ſenſu tranſlati ſunt; figuræ vero in rebus ipſis; ideoque & propriis verbis & ordine collocatis figura fieri poteſt, ut notat *Quintil. l.* 9. *c.* 1.

Tros, ois, m. τρώς, filius Erichthonii, nepos Dardani, Rex Trojanorum. Filios procreavit, Ilum, Aſſaracum, Ganymedem. *Ovid.* 4. *Faſt. Virg.* 3. *Georg.* Demiſſæque ab Jove gentis Nomina, Troſque parens, & Trojæ Cynthius auctor.

Tros, ois, m. τρώς, Trojanus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 573. Tros, Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur. ¶ *Troes* in plurali V. ſuo loco.

Troſsŭli, m. Equites apud Romanos, qui ſub Romulo *Celeres*, & poſtea *Flexumines* appellati fuerant, ita dicti, quod Troſſulum opp. Hetruriæ ſine peditibus expugnaſſent. *Feſt.* Troſſuli equites dicti, quod oppidum Tuſcorum Troſſulum ſine opera peditum ceperint. Idem narrat *Plin. l.* 32. *c.* 2. *Nonius c.* 1. *n.* 240. ſcripſit, Troſſulos quaſi toroſulos dictos, hoc eſt bene habitos, & muſculorum toris prævalidos. Eum induxit, ut ita ſcriberet, altera hujus vocis ſignificatio, qua dici cœpit de iis, qui cultu, & vitæ delicatioris genere aliis antecellunt. *Varro apud Non. loc. cit.* Nunc emunt Troſſuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum. *Perſ. ſat.* 1. Unde iſtud dedecus, in quo Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lævis. ¶ Quia autem Troſſuli vox in malam partem accipi cœperat, hinc factum videtur, ut Equites nominis hujus puderet, eos præſertim, qui veram nominis cauſam ignorarent, ut ſcribit *Plin. loc. cit.*

Troſsŭlum, n. opp. medit. Thuſciæ, exc. inter Volſinios 9. M. P. Ferentinos 8. ac inter Balneoregium, & Hortanum, apud Meonium opp. Locus adhuc dicitur *Troſſulo*, vel *Troſſo*, & vicina foſſa, *il vado di Troſſo*,

Eu co

Digitized by Google

venales: nam ideo in ollis ſervatur, ut vendi poſſit extra vindemiæ tempore. ¶ *Colum. l.* 2. *c.* 6. far etiam venuculum nominat, & inter farris varia genere refert.

Venda, *læ*, f. *venuzza*, φλέβιον. *Celſ. l.* 2. *c.* 6. Oculi illacrymant, atque in iiſdem venolæ pallent. Adde *Quintil. l.* 12. *c.* 10.

Venundatus, a, um, nom. particip. *venduto*. *Tac. in Agric. c.* 28. Per commercia venundati. *Propert. l.* 3. *eleg.* 19. (al. 17.) Tuque o Minoa venundata Scylla figura.

Venundo, as, dedi, datum, a. 3. *vendere*, *o dare a vendere*, ἀπεμπολεῖν, πωλεῖσθαι, idem, quod vendo, quaſi venum do. Itaque per Treſin dixit *Claudian. l.* 1. *de raptu Proſerp. verſu* 178. Venum cuncta dari. *Cic.* 3. *Off.* Cum in venundando rem eam ſciſſes. *Tacit.* 14. *Ann. c.* 33. Capere, aut venundare.

Venus, eris, f. *Venere*, ἀφροδίτη, κύπρις, κυπρογένεια, ἀνθίμου, filia Cœli, & Diei, Dea amorum, pulchritudinis, gratiarum, deliciarum, voluptatum omnium. Poetæ fabulantur, natam eſſe ex ſpuma maris, & Cœli teſtibus a Saturno exciſis, & in mare projectis. Sed hoc de Venere ſecunda *Cicero* ſcribit *l.* 3. *de nat. Deor. c.* 23. ¶ Dicta eſt a veniendo *Id. ib. c.* 24. Minerva, quæ minuit, aut quia minatur: Venus, quia venit ad omnia. ¶ Græcis Venus eſt Ἀφροδίτη. Ita dicitur ab ἀφρός, ſpuma, e qua nata fingitur: quod præter multos gentiliũ Scriptores etiam *Arnobius* tradit *l.* 4. *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 18. Quis non te potius Bacche Pater, teque decens Venus? ¶ Nata dicitur in Cypro. *Hor. l.* 1. *ode* 3. Sic te Diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ lucida ſidera, &c. ¶ Colebatur in Cypro, in Papho, in Gnido, in Cytheris, & plurimis aliis in locis. *Hor. l.* 1. *ode* 30. O Venus regina Gnidi, Paphique. ¶ Ab ea Romulus menſem anni ſecundum Aprilem nominaviſſe dicitur. *Ovid.* 4. *Faſt.* Sed Veneris menſem Graio ſermone notatum Auguror: a ſpumis eſt Dea dicta maris. ¶ Fabulantur nupſiſſe Vulcano, & adulterio ſe cum Marte miſcuiſſe, unde Anteros natus ſit. *Ovid.* 4. *Met.* 4. *Faſt.* & *alibi*: Sed hæc de tertia Venere narrantur, quæ filia fuit Jovis, & Dionis. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* ¶ Dicitur etiam adulterium admiſiſſe cum Mercurio, ex quo Cupidinem, ſive Amorem peperit. Hoc de Venere ſecunda, & de Mercurio ſecundo *Cicero* ſcribit *l.* 3. *de nat. Deor.* Nam Cupido primus Mercurio, & Diana prima natus dicitur. Sed Simonides, Servius, & alii volunt, Cupidinem ex ſola Venere natum eſſe. *Bocc. l.* 3. *Gen. Deor. c.* 24. ¶ Veneres plures fuere, ut jam ſignificavimus. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 23. Venus prima Cœlo, & Die nata, cujus Elide delubrum videmus: altera ſpuma procreata, ex qua, & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus: tertia Jove nata, & Dione, quæ nupſit Vulcano, ſed ex ea, & Marte natus Anteros dicitur: quarta Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt. Vide *Bocc. de Gen. Deor. l.* 3. *c.* 22. & 23. *l.* 11. *c.* 4. ¶ Poetæ tamen has omnes Veneres confundunt, & uni tribuunt ea, quæ trium propria ſunt. ¶ Veneris ſtatuæ inter cæteras duæ celebrantur, a Praxitele effectæ, Venus Gnidia nudo corpore, ita dicta, quod eam Gnidii emerint, quæ in toto terrarum orbe nobiliſſima fuit, cujus ſimulacri quidam amore captus eſt, & cum delituiſſet in fano, noctu ei cohæſit, ut ſcribunt *Valerius Max. l.* 8. *c.* 11. *in ext. n.* 4. & *Plin. l.* 36. *c.* 5. & Venus Coa, velata ſpecie, quam populi Coi inſulæ emerant. Meminit Veneris Gnidiæ *Cicero l.* 1. *de Div.* Coæ *l.* 1. *de nat. Deor.* 1. *de Divin.* & *in Oratore*. ¶ Non ſolum Venus pro Dea amoris ponitur, ſed etiam pro libidine, ſeu appetitu commixtionis cum altero corpore, & pro re ipſa Venerea, quam Græci ἀφροδίσια dicunt. *Ter. Eun.* 4. 5. 6. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. *Virg.* 3. *Georg.* Frigidus in Venerem ſenior. h. e. in coitum. *Plin. l.* 26. *c.* 10. Illita quoque radix genitalibus, inhibebit non ſolum Venerem, ſed effluentiam genituræ. ¶ Interdum ponitur pro gratia, qua apud alios pollemus. *Senec. l.* 2. *de benef. c.* 28. Ille non eſt par mihi virtutibus, nec officiis, ſed habuit ſuam Venerem. ¶ Interdum etiam pro venuſtate, ornatu, elegantia. *Plaut. Sticho* 2. 2. 5. Profecto amœnitates omnium Venerum, & venuſtatum affero. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Quod cum gratia quadam, & Venere dicitur. *Id. l.* 10. *c.* 1. Iſocrates omnes dicendi Veneres ſecutus eſt. ¶ Per blanditias amatores amicas ſuas Veneres vocant. *Virg. Ecl.* 3. Parta meæ Veneri ſunt munera. ¶ Neque amorum ſolum, ſed & hortorum præſes Venus habita eſt, & *Hortenſis* appellata, quia horti ad amœnitates, & delicias pertinent, quæ amorum comites ſunt. Hinc *Nævius apud Feſtum in voce Coquus*. Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem. Ubi *Neptunus* pro piſcibus ponitur, *Venus* pro oleribus, *Ceres* pro pane. ¶ Eſt item Venus una errantium ſtellarum, inter Solis, & Mercurii ſphæram ſita, quæ mane, cum antegreditur Solem, Græce φωσφόρος, Latine *Lucifer* dicitur, veſpere, cum Solem ſubſequitur, appellatur a Græcis ἕσπερος, Latinis *Veſper*, & *Veſperugo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 20. Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum ſubſequitur autem, Heſperos. *Id. in Somn. Scip. de Sole*. Hunc ut comites conſequuntur alter Veneris, alter Mercurii curſus. ¶ Venus etiam dicebatur talorum jactus, nempe is qui talos omnes figura exhibebat diverſa, hoc eſt, *Steterit cum vultu nullus eodem talus*, ut loquitur *Martialis l.* 14. *epigr.* 14. Cauſa nominis eſt, quod is jactus propitia Venere fieri putaretur, unde & *Venereus* dicebatur: erat enim omnium jactuum feliciſſimus. Nam qui Venerem jecerat, ſex nummos lucrifaciebat, & quicquid Canicula jactu amiſiſſet. *Prop. lib.* 4. *el.* 9. Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos ſemper damnoſi ſubſiliere Canes. *Suet. in Aug. cap.* 71. Quos tollebat univerſos qui Venerem jecerat.

Venuſia, æ, f. 1. Venuſium, *Venoſo*, col. & urbs Apuliæ Peucetiæ, in conf. Lucaniæ, ad radices Apennini, Horatii Flacci patria. *Plin. lib.* 3. *cap.* 11.

Venuſinus, a, um, adject. ad Venuſiam pertinens. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 35. Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 51. Hæc ego non credam Venuſina digna lucerna? h. e. lucerna, qua Horatius (cujus patria Venuſia fuit) lucubrando utebatur. ¶ Venuſini, orum, Venuſii incolæ. *Liv. l.* 22. *c.* 54.

Venuſtas, atis, f. 3. *venuſtà*, *bellezza*, *grazia*, יֹפִי Germ. *ſchone*, Gal. *beauté*, Hiſp. *hermoſura con gracia*, εὐχαριτία, pulchritudo, formæ elegantia, gratia aſpectus, a *Venus*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Quæ autem ad res omnes veniret, Venerem noſtri nominaverunt: atque ex ea potius venuſtas, quam Venus ex venuſtate. ¶ Proprie eſt mulierum, ut dignitas virorum. *Cic.* 1. *Offic. c.* 36. Cum autem pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas, venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. *Id.* 1. *Off. c.* 27. Venuſtas, & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a valetudine. *Id.* 3. *de Orat. c.* 18. Vultus multum affert tum dignitatem, tum venuſtatem. ¶ Dicitur etiam de inanimatis rebus. *Cic.* 6. *Verr.* Erant aenea præterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu, atque veſtitu. *Id.* 3. *de Orat. c.* 46. Capitolii faſtigium illud non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. ¶ Translate accipitur pro quacunque gratia, ut pro amabili ſuavitate orationis, pro lepo-

re, ſive gratia dicendi, & Venere, χαριεντισμός. *Cic.* 2. *de Or. c.* 57. Dicendi vis egregia, ſumma feſtivitate, & venuſtate conjuncta, profuit. *Id. Verr. c.* 54. Affluens omni lepore, & venuſtate. ¶ Interdum etiam pro felicitate. *Ter. Eun.* 5. 4. 8. Quis me fortunatior, venuſtatiſque adeo plenior?

Venuſte, adv. *grazioſamente*, *con garbo*, Ger. *lieblich*, Gal. *joliment*, Hiſp. *lindamente*, χαριέντως, cum venuſtate, lepide. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 4. Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Omnia venuſtiſſime finxit. *Senec. l.* 1. *Controv.* 1. Hiſpanus hunc colorem venuſtius, ſupple adhibuit.

Venuſto, as, a. 1. *ornare*, Ger. *zieren*, Gal. *rendre joli*, Hiſp. *hazer hermoſo*, ἀγλαΐζω, orno. *Nævius apud Fulgent. Planciad. n.* 43. Myropola aſſatim meis unguentorum tergitus eſt, quo me venuſtatem.

Venuſtulus, a, um, *grazioſetto*, ὑπόχαρις, aliquantulum venuſtus. *Plaut. Aſin.* 3. 70. Compellando blanditer, Oſculando, oratione vinnula, venuſtula.

Venuſtus, a, um, *grazioſo*, *galante*, נָאֶה, Ger. *ſchon*, Gal. *joly*, Hiſ. *lindo*, ἐπαφρόδιτος, χαρίεις, venuſtatem habens, pulcher, formoſus, a *Venus*. *Ter. Andr.* 1. 1. 93. Eſt vultu, Soſia, adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra. *Suet. in Ner. c.* 51. Subflavo capillo, vultu pulchro magis, quam venuſto. *Id. in Aug. c.* 79. Forma per omnes ætates venuſtiſſima fuit. *Cic. l.* 15. *Att. ep.* 16. Venuſte loca. ¶ Translate uſurpatur pro gratioſo in quacunque re ad oculos ſpectante. *Cic. in Bruto c.* 55. Geſtus, & motus corporis ita venuſtus, ut tamen ad forum, non ad ſcenam inſtitutus videretur. ¶ Item pro decente, eleganti, ornato in oratione. In ea venuſtus, & lepidus differunt. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Lepidus, & venuſtus ita inter ſe differunt, quod venuſtum vocatur, quod cum gratia quadam, & Venere dicitur, lepidum, quod rotunditatem quandam, & brevitate, atque acumine verborum delectat. *Cic. in Bruto*. Unum ſententioſum, & argutum, ſententiis non tam gravibus, & ſeveris, quam concinnis, & venuſtis. *Catull. carm.* 3. Lugete, o Veneres, Cupidineſque, Et quantum eſt hominum venuſtiorum. *Plin. l.* 5. *ep.* 9. Plerumque dolor etiam venuſtos facit. h. e. facetos. ¶ Venuſtus quoque fortunatum ſignificat, ut invenuſtus non ſolum deformem, ſed & infortunatum. Græcis ſimiliter ἐπαφρόδιτος pro fortunato accipitur.

Vepallidus, a, um, valde pallidus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. Vepallida lecto Deſilias mulier. Alii leg. *vel pallida*.

Vepellis, is, m. parvum penem habens, h. e. puſio, puer. V. *Priſcianus*.

Veprecula, æ, f. ἀκάνθιον, dim. a *vepres*. *Cic. pro Sext. c.* 33. Ut illa ex vepreculis extracta nitedula Rempublicam conaretur arrodere. ¶ Eſt & vetus adagium, apud Pomponium, Poetam antiquum, *Vipera eſt in vepreculis*, de iis, qui ſubito poſſunt afferre malum. *Voſſ. in Etymol.* in voce *Vepres*.

Vepres, is, m. *ſpina*, סִירִים, Germ. *dorn*, Gall. *épine*, Hiſpan. *eſpinas*, ἄκανθα, ſpina, rubus. *Probus* vult eſſe generis maſculini, *Priſcianus* fœminini. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 23. Septum undique, & veſtitum vepribus, & dumetis indagavi ſepulcrum. *Virg.* 8. *Æn.* Sparſi rorabant ſanguine vepres. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 2. *v.* 44. Tot veprum nemorumque moras. ¶ Per Synecdochen accipitur pro ſpinarum ſepto, ſepe, vepreto. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 628. Aut leporis, qui vepre latens hoſtilia cernit Ora canum.

Vepreta, æ, f. idem ac vepretum. Uſus eſt *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 29. ut Scaliger putat. Similiter myrteta pro myrtetum dixit *Plautus in Vidularia*, ut *Priſcianus* docet *l.* 4.

Vepretum, i, n. *prunajo*, ἀκανθών, locus vepribus plenus. *Colum. l.* 4. *c.* 32. Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius, quam mediis agris, deponitur.

Ver, eris, n. *primavera*, Ger. *der fruling*, Gal. *printemps*, Hiſp. *verano*, ἔαρ, anni pars, quæ hyemem ſequitur, ab Æolico βῆρ pro ἦρ, quod ex ἔαρ. *Varro l.* 4. *de L. L.* Tempus ſecundum ver, quod tum vivere incipiunt virgulta, ac vertere ſe tempus anni, niſi quod Jones dicunt βῆρ. *Cic.* 6. *Verr. c.* 10. Cum autem ver eſſe cœperat, cujus initium iſte non a Favonio, neque ab aliquo aſtro notabat, ſed cum roſam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. ¶ Dividitur autem ver, ut cæteræ anni partes, in tres portiones, in ver novum, ſive primum, adultum, & præceps. Nam cum earum tempus ſit trimeſtre, primus menſis primo, ſive novo veri aſſignatur, ſecundus adulto tribuitur, tertius præcipiti, ſive cadenti. Ita docet *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Georg.* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Luſciniæ partiuns vere primo, cum plurimum ſena ova. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 36. Donec ver adoleſceret. ¶ Secundum Latinos agricolas veteres, veris initium erat VII. id. Febr. ut *Var. l.* 1. *R. R. c.* 28. docet, finis VII. id. Maji, quo die æſtatis initium ponebant, ut in *Æſtas* dictum eſt. ¶ *Ver ſacrum*, dicebantur res, quæ vere natæ, & Diis conſecratæ eſſent, & *Ver ſacrum facere*, erat vovere Diis, ſive iis conſecrare, quæcunque vere proximo naſcerentur. *Paul. apud Feſt.* Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. Hactenus *Paulus*. Hanc vero conſuetudinem a Sabinis ortam tradunt. Nam Sabini cum adverſus Umbros aliquoties infeliciter pugnaſſent, Marti votum fecerunt, ſi victoria potiri contingeret, ſe illi conſecraturos quicquid proximo vere apud ipſos naſceretur. Quare cum re bene geſta in patriam eſſent reverſi, omnem pecoris proventum Marti immolarunt, liberos vero eo vere natos, quoniam crudele videbatur occidere, Martis miniſterio conſecrarunt, poſteaque adultos, velato capite, ad quærendas ſibi novas terras extra fines ſuos exegerunt. *Siſenna apud Non. c.* 12. *n.* 18. Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. *Liv. l.* 34. *c.* 44. Ver ſacrum factum erat priore anno. *Et mox*: Ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet inter Cal. Martias, & pridie Cal. Majas. *Id. lib.* 22. *cap.* 10. docet veris ſacri nomine contineri, quod ver attulerit ex ſuillo, ovillo, caprino, bovillo grege. *Juſtin. lib.* 24. *cap.* 4. Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes novas quærendas velut ver ſacrum miſerunt. ¶ Translate *ver ætatis*, eſt adoleſcentia. *Cic. de ſenect. c.* 19. & *Ovid.* 1. *Met.*

Veraciter, adv. *veracemente*, vere, cum veritate. *Priſcian. l.* 15. teſtatur, uſurpatum a *Plauto*, ſed neque locum, neque verba indicat. Uſurpatur etiam a *Hieronymo*, & *Auguſtino*.

Veraculus, i, m. præſtigiator, divinus, circulator, qui veris prædictionibus plebem alliceit, dum vere ſe dicere de futuris rebus jactat. *Sueton. in Vitel. c.* 14. Nullis tamen offenſior, quam veraculis, & mathematicis. Alii leg. *vernaculis*.

Veragrani, m. 2. Veregrani, pop. Piceni, quorum opp. *Monte Fano*, inter Auximum urb. ad Bor. 5. M. P. & Trajanum opp. ad Auſtr. 7. Vel eorum oppidum fuit *Monte Granaro*, caſtr. proximum. *Plin. l.* 3. *c.* 13.

Veragri, m. 2. pop. Galliæ Lugdunenſis, juxta Rhodanum fl. ubi nunc

Tt Ve-

Valeſia inf. ſed tantiſper a Caballico tractu in Or. diſſiti. Ab illis locantur in Gallia Narb. apud Rhodanum, inter Allobroges ad Occ. & Sedunos ad Or. eiſque tractus attribuitur pars Valeſiæ, *Pays de Gavot*, ſed ab aliis *Chablais*, opp. vero Octodorus, *Martenach*.

Verātrix, icis, f. *fuga*, a verbo *vero*, *as*, quod a *verus*. Ut a *victum* eſt victrix, ab *ultum* ultrix, ſic a *veratum* veratrix. Extat apud *Apul.* 9. *Miles.* Scaliger tamen, in Cirin, mavult apud *Apuleium* legere *Venetricem*.

Veratrum, tri, n. *elleboro*, Ger. *nieſwurtz*, Gal. *veratre*, Hiſp. *vedegambre*, ἐλλέβορος, genus herbæ, alio nomine helleborum, vehementem habens vim purgandi, educendique humores noxios principis animæ facultatum ſedem infeſtantes. Unde melancholicis, & furioſis dati ſolet, & comitiali morbo laborantibus. Duplex eſt, album, & nigrum, utrunque radice fibrata cæparum modo. Habet, ut dixi, vim purgandi. Notum de Carneada, qui ſoliſus veratro purgari, quoties illi negotium erat futurum cum Zenone Stoico. *Perſ. ſat.* 3. Non hic eſt ilias Acci, Ebria veratro. Iliadem Acci dicit veratro plenam, quaſi eam non ſcripſerit naturæ munere, quod felicis Poetæ erat, ſed ad ſcriptionem ejus indiguerit multa veratri potione. De veratro *Plinius* ſcribit *l.* 25. *c.* 5. & 11.

Verax, cis, o. g. *verace*, ἀληθινός, qui vera loqui ſolet. *Cic.* 1. *de Div. c.* 19. Multis ſeculis verax fuit id oraculum. *Id. ib. c.* 29. Tum ei viſa quietis occurrent tranquilla, atque veracia. *Id. ib. l.* 2. *c.* 56. Herodotum cur veraciorem dicam Ennio?

Verbalis, le, adject. in verbis conſiſtens. *Fulgent. l.* 1. *Mythol.* Mulierum verbalibus undis & cauſidici cedant. ¶ A Grammaticis verbalia dicuntur voces, ſeu nomina, quæ a verbis deſcendunt. *Suſp. Chariſ. l.* 2. *cap. de nomine:* Sunt etiam, quæ ab his ῥηματικὰ dicuntur, nos non abſurde verbalia dicimus, ut a verbo lego lectio, & dico dictio &c.

Verbānus Lacus, *Lago maggiore*, lacus Inſubriæ, in longitudinem ad 40. M. P. extenſus, 5. aut 6. latus, a Lario 24. eo minor, licet *major* appellatur per comparationem cum lacubus circumſtantibus. In eo inſula eſt mali medicis conſita, apud Palantiam. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Verbaſcum, ci. n. *taſſobarbaſſa*, φλόμος, genus herbæ. *Plin. l.* 25. *c.* 10. Verbaſcum Græci phlomon vocant: Genera habet prima duo, album, in quo mas intelligitur, alterum nigrum, in quo fœmina. Tertium genus non niſi in ſylvis invenitur, &c.

Verbēna, æ, f. *verbena*, Ger. *eiſenkraut*, Gal. *vervaine*, Hiſp. *verbena*, *lapa Brraira*, omnis herba ex puro loco decerpta, item ramus, virga, frons omnis arborum ſacratum, ut lauri, olivæ, myrti. *Serv. ad illud* 12. *Æn.* Verbena tempora vincti: Verbena, inquit, proprie eſt herba ſacra, ros marinus, ut multi volunt, id eſt λιβανωτίς, ſumpta de loco ſacro Capitolii, qua coronabantur Feciales, & Pater Patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Abuſive tamen verbenas jam vocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliva, vel myrtus. *Terentius Andr.* 4. 4. 5. Ex ara ſume hinc verbenas. Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur, de quo Terentius tranſtulit. *Id. ad illud Ecl.* 8. *Verbenaſque adole pingues:* Verbenæ, inquit, dicuntur virgulta, quæ ſemper virent, jucundi odoris. Alii verbenas virgulta religioni apta: Alii proprie olivarum ramos. Nam ideo & pingues ait, quamvis hoc & de palma, & de lauro dici poſſit. Alii rorem marinum dicunt. Omnia tamen hæc a viriditate verbenæ appellantur. Hactenus *Servius*. Ex poſteriore hoc loco diſcimus, veteres ipſos Grammaticos maxime digladiatos eſſe ſuper verbenæ voce. Id non alia de cauſa factum eſt, quam quod viderent, vocem eam ab antiquis tribui rebus diverſis. Sed revera nullus inter eos eſt diſſenſus, quia late adeo vox hæc patet, ut ramos, virgas, frondeſque omnes ſacrarum arborum, ut lauri, olivæ, myrti, atque adeo herbas omnes ex puro loco decerptas complectatur. Quare etſi de myrti frondibus uſurpet *Terentius*, non dubitat tamen Plinius dicere, id eſſe ſacri graminis genus. Ita enim ille *l.* 22. *c.* 2. Non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenæ. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra evulſum. ac ſemper & legati, cum ad hoſtes, clarigatumque mittebantur, id eſt res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. ¶ Ad etymon quod attinet, verbena dicta eſt, quaſi herbena. *Don. ad Andr. a.* 4. *ſc.* 3. Verbena, quaſi herbena, redimicula ſunt ararum. *Acro ad Hor. l.* 4. *od.* 11. Verbenæ ſunt omnes herbæ frondeſque ſactæ ad aras coronandas, dictæ quaſi herbenæ. Nempe ſpiritus aſper mutatur in *v* conſonum, quomodo pro Ἐνετοὺς *Venetos*, & ἑσπέρα veſperum dicimus. *Servius* verbenas a *viriditate* ſic dici ait, ut ſupra vidimus. ¶ Uſus primarius verbenarum fuit in fœderibus feriundis, & in legationibus, ut conſtat ex *Liv. l.* 1. & *Plin. l.* 2. & *l.* 25. *c.* 9. ¶ Præterea verbenis aras coronabant, ut liquet ex *Donato loc. cit.* ¶ Inſuper Deorum menſas verrebant, & domus purgabant, quod *Plin. l.* 25. *c.* 9 tradit. *Plaut. Truc.* Fer huc verbenam mihi, thus, & bellaria. *Cic.* 6. *Verr. c.* 50. Dum illa, quo ego Ennam cum veniſſem, præſto mihi Sacerdotes Cereris cum infulis, ac verbenis fuerunt. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Fecialis erat M. Valerius: Is Patrem Patratum Sp. Fuſium fecit, verbena caput, capilloſque tangens.

Verbenāca, æ, f. idem ac verbena. *Turnebus* tamen putat rectum eſſe *verbenaca*. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierabotane. Aliqui periſtereon, noſtri verbenacam vocant. Hæc eſt, quam legatos ferre ad hoſtes indicavimus. Hac Jovis menſa verritur, domus purgantur, luſtranturque. Genera ejus duo ſunt, folioſa, quam fœminam putant, mas rarioribus foliis. Ramuli utriuſque plures, tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora, quam quercus, anguſtioraque, diviſuris majoribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. Naſcitur ubique in planis aquoſis, &c. Hæc *Plin.*

Verbenarius, ii, m. qui verbenam fert. *Plin. l.* 22. *c.* 2. Legati cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, id eſt res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

Verbenātus, a, um, verbena coronatus. *Suet. in Calig. c.* 27. Alterum, qui ſe periturum ea de cauſa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum, infulatumque.

Verber, eris, o. *baſtone*, *verga*, *bacchetta*, שבט, Ger. *ſtreich*, Gal. *fouet*, Hiſp. *vara*, μάστιξ, πληγή, inſtrumentum verberandi, qualis eſt virga, fuſtis, flagellum, ſcutica, & ſi quid eſt ſimile: item ipſe verberum ictus. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 800. ictu verberis increpuit. *Ter. Andr.* 1. 2. 27. Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem. *Virg.* 3. *Georg. v.* 106. Illi inſtant verbere torto. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 3. Coercere aliquem verberibus. ¶ *Verbera fundæ* ſunt funiculi, quibus funda torquetur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 309. Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ. *Sil. l.* 1. *v.* 314. Hic crebram fundit Baleari verbere glandem. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Lucr. l.* 1. *v.* 955. Verbera ventorum. h. e. impetus. *Horat. l.* 3. *ode* 12. Aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ. id eſt objurgationes. ¶ Reperitur etiam pro verbo. *Priſcianus in Periegeſi:* Piſtaceus hic viridis, decoratus torque rubenti Naſcitur, humanæ ſimulat qui verbera linguæ.

Verberabĭlis, & le, o. 3. *degno di ſferzate*, μαστιγίας, verberibus dignus. *Plaut. Aul.* 4. 4. 6. Verberabiliſſime, etiam rogitas, non fur, ſed trifur?

Verberatio, onis, f. *ſferzata*, μαστίγωσις, βολή, actus verberandi. Tranſlate *Q. Cic. Tiron. l.* 16. *Fam. ep. ult.* Mirificam mihi verberationem ceſſationis epiſtola dediſti. h. e. reprehenſionem.

Verberātor, oris, m. qui verberat. *Prudent. in paſſ. Caſſiani*, *v.* 38. Donetur ipſis verberator parvulis.

Verberātus, us, m. idem ac verberatio. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Si etiam expreſſa in altum, aut e ſublimi dejecta, verberatu corripiat aera.

Verberātus, a, um, adject. *battuto*, ictus. *Horat. l.* 3. *od.* 1. Vineæ verberatæ grandine. *Tacit. in Agr. c.* 41. Verberatæ aures ſermonibus.

Verbereus, a, um, *degno di baſtonate*, μαστιγίας, verberibus dignus. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 7. Sed eccum adeo verbeream ſtatuam. *Id. Perſ.* 2. 2. 2. Ain' vero verbereum caput? Adde *Capitol.* 5. 1. 31.

Verberĭto, as, a. 1. μαστιγόω, ſæpe verbero. *Plaut. apud Feſt.* Verberitare idem Cato frequentative ab eo, quod eſt verbero, dixit.

Verbĕro, onis, m. *uomo da baſtone*, μαστιγίας, verbere dignus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 128. Ain' vero verbero? *Id. Pſeud.* 4. 7. 63. Ædepol hominem verberonem!

Verbĕro, as, a. 1. *battere*, *ſferzare*, הכה, Germ. *ſchlagen*, Gall. *battre*, Hiſp. *azotar*, μαστιγόω, τύπτω, verbere cædo, pulſo, percutio, ferio. Videtur eſſe diſcrimen aliquod (quanquam non perpetuum) inter verbero, & pulſo. nam ut ait *Ulpian. l.* 5. *Dig. de injur.* *verberare* eſt cum dolore cædere, *pulſare* ſine dolore. Alii ita diſtinguunt, ut verberare proprium ſit virgarum, & flagrorum, *pulſare* autem generalius ſit, & ad quodvis ictus genus ſignificandum pertineat. *Cic.* 7. *Verr. c.* 54. Sex lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. *Id. Verr.* 5. *c.* 26. Videtis pendere alios ex arbore, pulſari autem alios, & verberari. *Id.* 7. *Verr. c.* 41. Quæ cum apud eum diceret, virgis oculi verberabantur. ¶ Accipitur etiam pro percutere quocumque ratione. *Cic.* 8. *Phil.* Ante Conſules, oculoſque Legatorum tormentis Mutinam verberavit. *Virg.* 9. *Æn. v.* 669. fluctus ſidera verberat unda. *Id.* 11. *Æn. verſ.* 756. Aquila æthera verberat alis. *Plaut. Truc.* 4. 3. 9. Mihi tu aures verberat. *Plin. l.* 14. *c.* 21. Verberari Sole, Luna, imbre, ventis. ¶ Tranſlate etiam de verbis dicitur pro objurgare, conviciari, laceſſere. *Plaut. Truc.* 1. 2. 17. Me illis quidem hæc verberat verbis. *Cicer. in Piſon. c.* 28. Os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluiſti. ¶ *Verberare lapidem* proverbium. *Plaut. Cur.* 1. 3. 41. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.

Verbificatio, onis, femin. *diſcorſo*, *parlare*, ſermo de re aliqua. *Caecilius apud Donat. in Terent. Eun.* Quid tibi de meo amore verbificatio eſt pater?

Verbigĕna, æ, m. *Prudentius Cathem.* 3. *v.* 2. hoc nomine vocat Chriſtum, quia ex Virgine Maria ſine virili ſemine, ſolaque divini Verbi potentia Verbum caro factum eſt.

Verbigĕro, as, n. 1. *cianciare*, *cicalare*, λογομαχέω, verba facio. *Apul. in Apol.* Quandiu, & quoties inter nos verbigeratum ſit.

Verbilĕvis, e, adject. *leggero nel parlare*, qui levis, & inconſtans in loquendo eſt. *Propert. lib.* 2. *eleg.* 4. *v.* 48. Cinthia formipotens, Cinthia verbilevis. Alii aliter leg.

Verbōſe, adv. *con molte parole*, πολυλόγως, multis verbis. *Cic. pro Mur. c.* 12. Satis verboſe: Sed quid poſtea? *Id. l.* 7. *Fam.* 3. Hæc ad te ſcripſi verboſius.

Verboſĭtas, atis, fem. verborum affluentia. *Firmic. lib.* 6. *cap.* 11. Tinſites fuit dribilis, ridiculus, & garrula verboſitate ſemper impatiens. *Prudent. in Rom. verſ.* 551. Verboſitatis ipſe rumpatur locus. Adde *Symmach. lib.* 8. *ep.* 48.

Verbōſus, a, um, *pieno di parole*, πολύλογος, λάλος, qui verbis abundat, multiloquus, garrulus, loquutuleius. *Cic. pro Mur. c.* 14. Prælio promulgato tollitur e medio non ſolum illa veſtra verboſa ſimulatio prudentiæ, ſed etiam ipſa illa domina rerum ſapientia. *Id. lib.* 7. *Fam. ep.* 3. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quam velles. *Quinctil. l.* 8. *c.* 4. Ut quidam ſententiarum gratia verboſiſſimos locos arceſſunt.

Verbum, bi, n. *parola*, דבר, Ger. *wort*, Gal. *mot*, *parole*, Hiſp. *palabra*, λέξις, dictio, vox, vocabulum. Quanquam enim anguſte ſere accipitur, ut nomini opponatur, tamen natura ſua latius patet, ut & nomen, & pronomen, & cæteras orationis partes complectatur. Imo de ipſa oratione uſurpatur. *Ter. Eun.* 1. 2. 8. De excluſione verbum nullum. *Cic.* 2. *de Or. c.* 30. Neque enim quoties verbum aliquod eſt ſcribendum nobis, toties ejus verbi literæ ſunt cogitatione conquirendæ. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *verſ.* 34. Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem poſſis. Vide *Vox*. ¶ *Publica verba* dicuntur, quæ in communi ſunt conſuetudine, & uſu. *Cic.* 1. *Acad.* Dialecticorum vero verba nulla ſunt publica, ſuis utuntur. *Ovid.* 3. *de Arte*. Munda, ſed e medio, conſuetaque verba puellæ Scribite, ſermonis publica verba placent. ¶ Verba Prætoris, quibus ejus juriſdictio continebatur, tria erant, *Do*, *Dico*, *Addico*. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 47. Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. Et *infr. v.* 52. Verbaque honoratus libera Prætor habet. ¶ Aliquando ſpeciatim ponitur pro una ex octo partibus orationis, in qua omnis vis orationis eſt, *verbo*, ῥῆμα. In hac acceptione verbum eſt pars orationis declinabilis, quæ modos, & tempora habet, ut *Amo*, *amabam*, *amavi*, &c. *Cic.* 3. *de Or. cap.* 49. Conſuetudo modo illa ſit ſcribendi, atque dicendi, ut ſententiæ verbis finiantur, eorumque verborum junctio naſcatur a proceris numeris, ac liberis. *Quinctil. l.* 9. *c.* 4. Verbo ſenſum clauſere, ſi compoſitio patiatur, optimum eſt. ¶ Nec ſingulas tantum dictiones verbi nomine Latini appellant, verum etiam contextam, & ſolidam orationem, ut diximus. *Ter. Hec.* Verbis dici non poteſt Tantum, quanto ipſa navigare incommodum eſt. *Id. Andr.* 1. 5. 6. Miſeram me! quod verbum audio! ¶ Hinc uſurpatum reperitur pro ſententia, five enunciatione. *Ter. Eun.* 1. 2. 95. Utinam iſtuc verbum ex animo, ac vere diceres. ¶ Item pro ſententia aliqua inſigni, quæ Græcis ἀπόφθεγμα dicitur. *Ter. Adelph.* 5. 8. 29. Poſtremo illud non meum verbum facis, quod Mitio bene, & ſapienter dixit. ¶ Item pro proverbio, five aliquo vulgari dicto. *Ter. Adelph.* 5. 3. 17. Nam vetus verbum hoc quidem eſt, communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Adde *Plaut. Trucul.* 4. 4. 32. & 2. 5. *v.* 30. ¶ Interdum verbum accipitur, ut rei opponitur, id eſt pro vocabulo inani. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 12. Quid eſt enim tam furioſum, quam verborum vel optimorum, atque ornatiſſimorum ſonitus inanis nulla ſubjecta ſententia, nec ſcientia? *Id. in Piſon. c.* 27. Dolor tenim eſt malum, ut diſputas; exiſtimatio, dedecus, infamia verba ſunt, atque ineptiæ. ¶ Interdum ut facto opponitur, five pro nuda promiſſione. Hinc *verba dare* eſt decipere, circumvenire. *Ter. Andr.* 1. 3. Cui verba dare difficile eſt. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 16. Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. *Id.* 3. *Phil.* Scilicet verba dedimus, decepimus. ¶ Interdum ut ſcripto opponitur, pro viva voce. *Cic. l.* 7. *Fam.* Plura illi mandata verbo, quam ſcripto, dedi, *più in voce*, *che in iſcritto*. ¶ Interdum quoque ut rei, & veritati opponitur. *Nepos in Phocion. c.* 3. Cauſam apud Philippum regem verbo, re ipſa apud Polyperconem dicere juſſus eſt, *et apparentemente a Filippo*, *in realtà* &c. *Cicer. Or.* 3. *cap.* 58. Cum hoc verbo & ſimi-

ſimulatione Apronii, revera tibi objectum eſſet. ¶ *Verbi cauſa*, & *verbi gratia* idem eſt ac exempli cauſa, *per cagion d'eſempio*, *verbigrazia*. *Cic. de Fato c. 6.* Si quis, verbi cauſa, oriente Canicula natus eſt, is in mari non morietur. *Id. 5. Fin. c. 11.* Verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. ¶ *Uno verbo* eſt paucis verbis, *in una parola*, *per dir breve*. *Cato R. R. c. 157.* ¶ *Bona verba quæſo*, formula eſt, qua aliquem iratum placare ſtudemus. *Terent. Andr. 1. ſc. 33.* Ubivis facilius paſſus ſim, quam in hac re me deludier. Da. bona verba quæſo, *di grazia non v'adirate*, *piano di grazia*, *colle buone*. ¶ *Verbum*, & *Verba facere*, eſt loqui, diſſerere, orationem habere. *Cic. in Bruto c. 78.* Qui nunquam verbum in publico fecerunt. *Id. Verr. 6. c. 66.* in ſenatu verba facere. *Id. Att. l. 16. ep. 16.* Verba facere pro aliquo. ¶ *Verba facere mortuo*, eſt ei velle aliquid perſuadere, qui aut non audiat, aut nolit audire, ſive operam ludere. *Ter. Phorm. 5. 8. 26.* Verba fiunt mortuo. ¶ *Verba habere*, idem ac verba facere. *Cic. in Somn. Scip.* Multis verbis ultro citroque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. ¶ *Verbum de verbo exprimere*, eſt ad verbum transferre. *Ter. in prol. Adelph.* Verbum de verbo expreſſum extulit. ¶ *Verbum verbo reddere*, ſeu *pro verbo reddere*, idem eſt, ac verbum de verbo exprimere. *Hor. in Arte.* Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres. *Cic. de opt. gen. Or. c. 5.* In quibus non verbum pro verbo habui neceſſe reddere, ſed genus omnium verborum, vimque ſervavi. ¶ *Totidem verbis transferre*, idem *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Itaque iſtum ego locum totidem verbis a Dicæarcho transtuli. Eodem ſenſu dicimus *ad verbum ediſcere*, exprimere, &c. *Id. 2. Fin. c. 2.* & *3. de Or. c. 34.* ¶ *Meis verbis*, eſt meo nomine, *da mia parte*. *Plaut. Bacch. 4. 4. 70.* Scribe ſalutem tuo patri verbis meis. *Cic. Att. l. 16. ep. 11.* Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuavium des.

Vercellæ, f. 1. *Vercelli*, urbs Libycorum, in Pedemontio, ad Seſitem fl. in confinio Inſubrum, & Salaſſiorum, cum arce valida. *Plin. lib. 3. cap. 17.*

Vercellenſis, ſe, adject. ad Vercellas pertinens, ut Vercellenſis ager, *Plin. l. 33. c. 7.*

Vercŭlum, i, n. diminutiv. quaſi parvum ver, adhibetur in blanditiis. *Plaut. Caſin. 4. 4. 15.* Meum corculum, melliculum verculum.

Vere, adv. *veramente*, *con verità*, ἀληθῶς, ſincere, non falſe. *Ter. Heaut. 2. 2. 105.* Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur. *Cic. Off. 3. c. 3.* Honeſtum, quod proprie, vereque dicitur, id ſapientibus eſt ſolis. *Id. Att. l. 5. ep. 21.* Non [illegible], ſed veriſſime loquor. *Id. pro Mil. c. 29.* Ne libentius hæc in illum evomere videar, quam verius. ¶ Eſt etiam, bene, recte, juſte. *Nepos in Themiſt. c. 1.* De inſtantibus veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat. *Liv. l. 35. c. 8.* Cum verius eſſet imperium habenti tradi exercitum, quam legato.

Verecundans, antis, o. g. partic. a verecundor. *Cic. 3. de Or. c. 9.* Alterum cunctantem, & quaſi verecundantem incitabat.

Verecunde, adver. *vergognoſamente*, *con verecondia*, Ger. *ſchamhafftiglich*, Gal. *avec honte*, Hiſp. *con verguença*, [illegible], cum verecundia. *Cic. 5. Fin.* Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. *Id. 2. Fin.* Cyrenaici quidem non recuſant, veſtri hæc verecundius, illi fortaſſe conſtantius.

Verecundia, æ, f. *verecondia*, *vergogna*, [illegible], Ger. *ſcham*, Gal. *honte*, Hiſp. *verguença*, [illegible], [illegible], modeſtia contraria arrogantiæ, metus juſtæ reprehenſionis. Differunt verecundia, & timor. Nam veretur liber, metuit ſervus, ut ſcribit *Donatus Andr. a. 3. ſc. 2.* Seu, quod idem eſt, verecundia ingenuitatis cujuſdam eſt, & modeſtiæ, unde & in laude ponitur, timor vero eſt animi ſibi male conſcii ob ſcelus aliquod perpetratum. *Cic. in Partit. c. 23.* Cuſtos vero virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime conſequens, verecundia eſt. *Liv. l. 1.* In eam verecundiam adducti ſunt, ut civitatem totam in cultum verſam Deorum violari, ducerent nefas. ¶ Interdum ſumitur pro modeſtia, ſeu moderatione. *Plin. l. 2. ep. 7.* Cauſas ſumma fide, pari conſtantia, nec verecundia minore defendit. ¶ Item pro naturali rubore ſanguinis in vultu ſuffuſi. *Sueton. in Domit. c. 18.* Commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, ut &c.

Verecundĭter, adv. idem quod verecunde. *Pompon. apud Non. c. 11. n. 50.*

Verecundor, aris, d. 1. *vergognarſi*, [illegible], Germ. *ſich ſchamen*, Gal. *avoir honte*, Hiſp. *tener verguença*, [illegible], verecundia teneor. *Plaut. Trin. 2. 4. 77.* Verecundari neminem apud menſam decet. *Cic. in Hort. apud Non. cap. 7. n. 101.* Hi noſtri amici verecundantur capti ſplendore virtutis.

Verecundus, a, um, *vergognoſo*, *riſpettoſo*, *modeſto*, [illegible], Germ. *ſchamhafftig*, Gal. *honteux*, Hiſ. *vergonçoſo*, [illegible], qui verecundia tenetur, qui pudens eſt, a *vereor*. *Plaut. Aſin. 5. 1. 6.* Decet verecundum eſſe adoleſcentem. *Cic. 1. de Leg.* Innocentes ergo, & verecundi ſunt, ut bene audiant. ¶ Translate ſumitur pro parco, moderato. *Cic. in Orat.* Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus. *Id. lib 16. Fam. ep. 17.* Verecunda translatio. *Id. Phil. 12. c. 5.* Verecundiorem eſſe in poſtulando. *Velley. lib. 2. cap. 33. de Pompeio:* In gerendis honoribus verecundiſſimus. *Quintil. lib. 10. cap. 1.* Verba verecunda. ¶ Verecundus color eſt ruber, quo facies ſuffunditur, cum verecundamur. *Horat. epod. 17.* Fugit juventus, & verecundus color.

Veredarius, ii, m. *corriero*, *poſtiglione*, nuntius publicus, qui equis certo loco poſitis maxima quam celerrima itinera conficit, quem Itali, Galli, Belgæ Hiſpani *poſtam* appellant, a *veredus*. Gl. vet. Veredarii dicuntur a vehendo, quia feſtinanter in equis currunt, nec deſcendunt de equis, antequam ſua reſponſa liberent. Habent pennas in capite, unde intelligitur feſtinatio itineris, daturque eis ſemper equus paratus. Non manducant, niſi ſuper equis, quando proficiſcuntur. Ubi notandus ritus antiquus, quo nuntius ait pennas geſtaviſſe, in quo illi imitati Mercurium Deorum nuntium. Hujuſmodi nuntios [illegible] quoque appellat Plutarchus in vita Othonis. *Sidon. Apollin. lib. 5. ep. 7.* Hi ſunt, qui invident tunicatis otia, ſtipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nundinas. *Jul. Firmic. Matheſ. lib. 3.* Regum nuntios, veredarioſque reddent. Hinc jocus *Paulini* initio *ep. 9.* (*al. 18.*) *ad Sever.* Vector epiſtolarum noſtrarum veredarius pedes, aut bipes veredus.

Verēdus, i, m. *cavallo da poſta*, [illegible], equus curſus publici. Equus iſte olim vehicularis fuit: unde & veredo nomen. Nam conflatum eſt ex Latino *veho*, & Gallico *reda*, ſive rheda: quomodo & *verhedus* cum ſpiritu ſcribitur in *Pand. Flor. lib. ult. ff. de mun.* Etymon hoc veredi affert *Feſtus*. Veredos, *inquit*, antiqui dixerunt, quod veherent rhedas, id eſt ducerent. Quæ quidem *Feſti* ſententia etiam ex eo vera oſtenditur, quod antiquis ſuſioribus curſus publicus erat vehicularis, ut conſtat ex *Sueton. in Auguſto, cap. 49.* V. *Vehicularius*. Hinc patet eorum error, qui putarunt, veredum fuiſſe equum ſine vehiculo, eoque veredum non quaſi *veheredum*, ſed quaſi *vehedum* dictum videri. Nempe in errorem hunc eos duxit, quod poſteriore ævo etiam equis ſingulis ad publicum curſum uti ſolerent: quæ res facit, ut his etiam veredorum nomen ſit tributum. *Auſon. ep. 11.* Ut

Celerem mannum, vel ruptum terga veredum Conſcendas, propere dummodo jam venias. *Id. ep. 17.* Sed citum, aut pigrum cautus conſcende veredum: Non tibi ſit rhedæ, non amor acris equi. ¶ Per Catachreſin uſurpatur de quocunque equo curſus velociſſimi, quibus antiqui utebantur in venatione. *Martial. lib. 12. ep. 14. ad Priſcum venatorem:* Parcius utaris, moneo, rapiente veredo, Priſca, nec in lepores tam violentus eas. Sæpe ſatisfecit prædæ venator, & acri Decidit excuſſus, nec rediturus equo. *Id. lib. 14. ep. 86.* Stragula ſuccincti venator ſume veredi.

Verenda, orum, n. pl. *parti vergognoſe*, τὰ αἰδοῖα, corporis partes pudendæ, quæ ſine verecundia nominari, aut oſtendi non poſſunt. *Plin. lib. 9. ep. 14.* Et ventrem, atque etiam, fœdum dictu, verenda contundit.

Verendus, a, um, *venerando*, [illegible], [illegible], partic. a vereor. *Ovid. 4. Met.* Majeſtatemque verendam impoſuit. *Id. l. 3. de Ponto el. 1.* Cuſta cum Patribus fueris ſtipata verendis.

Verens, entis, o. g. timens, partic. a vereor. *Cic. de Sen.* Vos tamen Deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur, & regunt, memoriam noſtri pie, inviolateque ſervabitis. *Id. l. 9. Fam. ep. 16.* Qui te ad ſcribendum incitarit, verentem, ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſolicitudinis attuliſſet. *Col. l. 6. c. 2.* Sed non ignotes hujus pecudis mores, qui ſunt verentes plagarum, & acclamationum.

Verenter, adv. *con riverenza*, *a riſpetto*. *Sedul. in proœmio operis*. Sanctoque verentes ſtare choro.

Vereor, eris, itus ſum, d. 2. *avere riverenza*, *riſpettare*, *temere*, [illegible], Ger. *forchten*, Gal. *craindre*, Hiſp. *temer*, [illegible], [illegible], eſt cum obſervantia quadam, & ingenuo pudore metuere. Differunt *vereri*, & *timere*. Eſt enim *vereri* proprie liberorum, qui honeſtatis gratia moventur, *timere* autem ſervorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt, ut docet Donatus ad *Teren. Andr. 3. 2. 26.* Hinc *Cic. de Senect. c. 11.* Metuebant eum ſervi, verebantur liberi. *Id. in Phil. 10. c. ult.* Quid? veteranos non veremur, nam timeri ſe ne ipſi quidem volunt. Conjungit hæc duo *Plaut. in prol. Amph. v. 26.* Quippe qui intellexerat Vereri vos ſe, & metuere, ita, ut æquum eſt, Jovem. Nempe vereri ut patrem, metuere, ut maximum & potentiſſimum. Item *Liv. l. 39.* Veremur quidem vos, Romani, & ſi ita vultis, etiam timemus. Sed plus veremur, & timemus Deos immortales. Tamen hæc differentia non ubique obſervatur, ſed vereor frequentiſſime idem plane eſt, quod timeo, nec ſolum de hominibus, ſed etiam de rebus uſurpatur. Conſtruitur autem cum accuſativo. *Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 3.* Quem meus Cicero & amabat ut fratrem, & jam ut majorem fratrem verebatur. *Id. in Or. c. 1.* Veretur reprehenſionem doctorum, atque prudentium. *Id. Att. l. 14. ep. 4.* Vereor Gallica bella. ¶ Vel cum dativo perſonæ, cui timemus. *Cic. 4. Acad. c. 45.* Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. ¶ Vel cum abl. perſonæ, a qua timemus, cum præp. *a*, vel *ab*. *Ter. Andr. 3. 4.* Ego dudum non nihil veritus ſum, Dave, abs te, ne faceres idem, &c. *Auct. ad Her. l. 4. c. 19.* Ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, a quo ſupplicium verebatur. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. de Sen. de Carthagine:* De qua non ante vereri deſinam, quam illam exciſam eſſe cognovero. ¶ Reperitur & cum genitivo. *Afran. apud Non. c. 9. n. 3.* Optendum uxorem quæ non vereatur viri. *Ter. Phorm. 5. 7. 78.* Neque hujus ſis veritus fœminæ primariæ. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Veritus ſum deeſſe Pompeii ſaluti, cum ille aliquando non defuiſſet meæ. *Terent. Andr. 2. 1. 23.* Vereor dicere. ¶ Et impersonaliter. *Cic. l. 2. de Fin. c. 13.* Quos non eſt veritum in voluptate ſummum bonum ponere. ¶ Et abſolute pro verecundiam habere. *Plaut. Bacch. 1. 2. 50.* Hic vereri perdidit, *ha perduto il roſſore.* ¶ Paſſive *Afran. apud Gell. l. 15. c. 13.* Ubi malunt metui, quam vereri ſe ab ſuis. ¶ Præterea conſtruitur cum ſubjunctivo, & conjunctione *ut*, in iis, quæ fieri volumus, vel *ne*, in iis, quæ nolumus. *Cic. Fam. l. 12. ep. 19.* Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus eſſes, verebar, ut redderentur. *Id. 1. de Or. c. 55.* Veritus es, niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. ¶ Interdum tamen *ne* reperitur in iis, quæ optabilia ſunt, pro *ut*. *Cic. l. 6. Fam. ep. 1.* Cujus tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri præter illam, &c. *Id. pro Marc. c. 4.* Vereor, ne hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. Ita eſt in Aldina: Sed aliæ pleræque editiones habent *ut*. ¶ Vel cum duabus negativis particulis *ne non*, quæ idem valent, quod *ut*. *Cic. Fam. l. 14. ep. 5.* Quibus literis intellexi te vereri, ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent. ¶ Vel cum tribus negationibus pro certum eſſe, omni metu liberum eſſe. *Cic. 6. Verr. c. 38.* Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem. ¶ Accipitur etiam pro dubitare. *Ter. Andr. 1. 4.* Sed quidnam Pamphilum Exanimatum video? vereor, quid ſiet. *Cic. Att. lib. 7. ep. 7.* Et quod ſcribis in urbem introiſſe, vereor, quid ſit. ¶ In hac acceptione uſurpatur cum adverb. *nam*, *quorſum*, *quomodo*, & ſimilibus. *Ter. Andr. 1. 2.* Verebar, quorſum evaderes. *Cic. in Fam. 8 ep. 10.* Vereor, quomodo hæc homines accipiant. *Cajus l. potior*, *ff. qui potior in pign. hab.* Sed vereor, num hic aliud ſit dicendum.

Veretilla, æ, f. parvum veretrum. Item genus piſcis. *Apul. Apolog.* Duo hæc marina, veretillam, & virginal, &c. Sermo eſt de piſcibus idem nomen habentibus, quod in homine partes, quibus ſexus diſcernitur. Alii leg. *veretillum*, ut ſit neutrius generis.

Veretillopōtæ, f. 1. pocula veretri figura, quæ etiam appellantur drillopotæ, phallopotæ, phallovitrobuli, ſeu phalloveretroboli. Vetus Scholiaſtes in *Juven. ſat. 2.* ad illa verba: Vitreo bibit ille Priapo: In vitreum, *inquit*, penem, quos appellant veretillopotæ. Ita legendum Caſaubonus cenſet, ubi vulgo *drillopota*: quanquam nec *phallopota* improbat. Sed *Voſſius* vulgatam lectionem retinendam putat. Nam [illegible] eſt Priapus, ſive veretrum.

Veretraſinus, m. 2. cujus inguen eſt ut veretrum aſinorum, a veretrum, & aſinus. Extat hæc vox apud *Capitolinum in Macro*, ſi recta eſt correctio Iſaaci Caſauboni, obi vulgo *veteraſinus*. Inde [illegible], & *aſelli* impuri iſtiuſmodi homines apud Juvrnalem, & alios vocantur.

Veretricŭlum, i, n. parvum veretrum. *Petron. in Satyr.*

Veretrum, i, n. *membro virile*, [illegible], Ger. *das mennlich glid*, Gal. *le membre*, Hiſp. *miembro viril*, [illegible], [illegible], membrum virile, penis, mentula, a *vereor*, h. e. a ſupino *veritum*. Nempe penem ea ratione veretrem dicere, qua & verenda nominamus. *Suet. in Tib. c. 62.* Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potatione per fallaciam oneratos repente veretris deligatis, fidicularum ſimul, urinæque tormento diſtenderet. ¶ In Gloſſis veretrum generaliter exponitur τὸ αἰδοῖον, pudendum. Hinc *Cæl. Aurelian. Tard. 5. c. 8.* veretrum muliebre dixit pro cunno.

Veretum, n. 2. opp. ext. Salentinorum, apud Japygium prom. cujus locus adhuc *S. Maria di Vereto* nominatur, ab Uxento, & Leuc. 4. M. P. Diverſum eſt ab Uretu, quod aliis eſt *Uſaum*, aliis *Orra*.

Vergæ, f. poſtea Vergiceum. *Regiano*, opp. medit. Brutiorum, in Cala-

bria eſt apud Naurum fl. inter Belbiam, & Boſidianum, a Balbia 10. M. P. a Malvito, & Torano 4.

Vergellus, m. a. Gellur, *Fiume di Canet*, fl. Apuliæ, qui fluit apud Cannas, & in Aufidum labitur. Hunc Hannibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus trajecit.

Vergens, entis, o. g. *che piega verſo qualche coſa*, νεύων, inclinatus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in ſphæra eſt) nihil interrumpat. *Suet. in Othone, c. 7.* Vergente jam die ingreſſus Senatum, *verſo la ſera*. *Lucan. l. 2.* Illyris Jonias vergens Epidaurus in undas. *Id. l. 1. v. 130.* Anni vergentes in ſenium. *Tacit. Ann. 13. 2. 19.* Vergens annis fœmina, *d'età avanzata*. *Id. Ann. 4. c. 42.* Vergente jam ſenecta, *età decrepita*.

Vergiliæ. V. Virgiliæ.

Verginium mare, Vergivium, mare Hibernicum, Britannis antiquis *Mor Weridh*, Hibernis *Faiſi*, Anglis *The Iriſh ſea*, Gallis *la mer d'Irlande*, Italis *Mare Ibernico*; mare inter Albionem, & Hiberniam interjectum, quod Hiberniam, Walliam, Scotiam, & partem Angliæ Occidentalis interluit. A quibuſdam extenditur ad Bolerium prom.

Vergo, is, ſine præt. & ſup. n. 3. *volgere, piegare*, נטה, Ger. *ſich neigen*, Gal. *tourner, pancher*, Hiſp. *inclinar*, ῥέπω, κλίνομαι, νεύω, propendeo, inclino, declino, ſpecto. Caret præterito, & ſupino, ut diximus. Nonnulli tamen ei attribuunt *verſi*, *verſum*, *Diomedes verxi*, *verxum*, ſed exempla nemo affert. Uſurpatur cum accuſ. & præp. *in*, vel *ad*, vel cum adv. motus ad locum. *Cæſ. l. 1. B. G.* Vergit ad Septentriones. *Id. l. 1. B. C. c. 45.* Ab oppido declivi faſtigio vergebat in longitudinem paſſuum circiter quadringentorum. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Id nunc honeſte vergit in tectum inferioris porticus. *Id. 11. Phil.* Niſi Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam ad Aſiam, maluiſſemus. *Liv. l. 37.* Duos in utranque partem verſos portus tutiſſimos habet, qui in Meridiem vergunt. ¶ Ex his & aliis ſimilibus exemplis videtur hoc verbum inter neutra collocandum, ſed revera activum eſt, & cum dicimus *regio vergit ad Septentrionem*, facile ſubauditur accuſativus *ſe*: præterea paſſive etiam uſurpatur. *Lucan. l. 1.* Et polus adverſi calidus qua vergitur Auſtri. *Lucret. l. 2. v. 210.* In terras igitur Solis quoque vergitur ardor. ¶ In ſacris etiam eſt aliquis hujus verbi uſus; ponitur enim pro fundere, infundere, ſpargere. *Servius* ad illud *Virg. 6. Æn. frontique invergit vina ſacerdos*, Fundere, inquit, eſt ſupina manu libare, quod fit in ſacris ſuperis: vergere autem eſt converſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, ut patera convertatur, quod in infernis ſacris fit. Hæc *Serv.* Hinc *Stat. 6. Theb. v. 211.* Spumanteſque mero pateræ verguntur. ¶ Extra ſacra etiam *Lucretius* pro fundere, ſeu miſcere poſuit, *l. 5. v. 1008.* Illi imprudentes ipſi ſibi ſæpe venena vergebant. ¶ Translate *Tacit. Ann. 2. cap. 43.* Nam ſuam ætatem vergere, Germanici nondum ſatis adoleviſſe, *avanzarſi, accoſtarſi alla vecchiaja*. *Cato. lib. 4. cap. 7.* Nox vergit ad lucem, *s'avvicina al dì*. V. etiam *Vergens*. ¶ Præteritum *verſi* quidam probatum putant illo *Ovidii* carmine, *lib. de Pont. epiſt. 9. v. 52.* in gelidos verſis amoma ſinus. Sed alii *fudit*, alii *verrit* reponunt.

Vericola, læ, qui, vel quæ verum colit. *Tertul. in carm. ad ſenat. converſ. v. 2.* cum vericolæ penetraveris oſtia legis.

Veridice, adv. *veridicamente*. *Ammian. lib. 31. cap. 1.* Veridice prædicare.

Veridicus, a, um, *veridico, vero*, ἀληθόμυθος, qui vera dicit, verus. *Lucr. l. 6. v. 6.* Omnia veridico qui quondam ex ore profudit. *Cic. pro Flacc. c. 32.* Veridicas adjungis cauſas inimicitiarum. *Martial. l. 5. epigr. 1.* Seu tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores.

Veriloquium, ii, n. ſumitur pro etymologia, ſeu origine vocis. *Cic. in Top. c. 8.* Multa enim ex notatione ſumuntur. Ea eſt autem, cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam ἐτυμολογίαν vocant, ideſt verbum ex verbo, veriloquium; nos autem novitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia ſunt verba rerum notæ. Ex his *Ciceronis* verbis ſatis apparet, vocem hanc non eſſe latino ſcriptori facile uſurpandam.

Veriloquus, a, um, qui vera loquitur. *Hieronym. lib. 2. adverſ. Rufin. prope fin.* Quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam.

Verimonia, æ, f. idem ac veritas, apud veteres. *Plaut. Truc. 2. 2. 65.* Iſtunc ad amicam verius verimoniæ referre. Ita quidem referunt nonnulli Lexicographi, ſed ſanior, probatiorque ejus loci lectio ſic ſe habet, *iſtuc ad amicam meras querimonias referre*.

Veriſimilis, le, o. 3. *veriſimile*, πιθανός, εἰκώς, id, quod licet non ſit verum, veri tamen ſimilitudinem habet, probabile. *Cic. 2. de Or. cap. 19.* Narrationem jubent veriſimilem eſſe, & apertam, & brevem. *Id. 1. Invent.* Veriſimillimum mihi videtur, quodam tempore, &c. *Plin. lib. 5. cap. 1.* Quod eſt veriſimilius, quam quod &c. ¶ Frequenter uſurpatur ſubſtantive, & in genere neutro, ut multa adjective. *Cic. pro Roſc. Am. cap. 20.* Etiam tum, cum veriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote. *Id. ibid. cap. 41.* Non eſt ita profecto, judices, non eſt veriſimile, ut Chryſogonus horum literas adamarit, aut humanitatem. *Id. in Brut. cap. 57.* Non veriſimile eſt, quam ſit in utroque genere & creber, & diſtinctus Cato. *non ſi può credere, quanto &c.* *Ter. Andr. 1. 3. 20.* Mihi quidem non fit veriſimile. *non poſſo crederlo.* ¶ Uſurpatur etiam diviſim, per Tmeſin. *Cic. 1. de nat. Deor.* Hæc ego nunc Phyſicorum oracula fundo, vera, an falſa, neſcio, ſed veri tamen ſimiliora, quam veſtra. *Id. Fam. 10. ep. 5.* Simile vero videbatur.

Veriſimiliter, adv. *veriſimilmente*, πιθανῶς, cum aliqua ſimilitudine veritatis. *Apuleı. in Apolog.* Veriſimiliter fingere. *Id. in Apolog.* Veriſimilius confingere.

Veriſimilitudo, inis, f. *veriſimilitudine, probabilità*. *Cic. 4. Acad. c. 31.* Sine offenſione ipſam veriſimilitudinem non impeditam ſequi. *Sen. 4. de benef. c. 33.* Eo ire, qua ducit veriſimilitudo. Adde *Plin. l. 34. c. 7.* ¶ In quibuſdam optimis Exemplaribus horum ævum Scriptorum, quos attulimus, legitur diviſa vox in duas *veri ſimilitudo*, quin *Cicero* ipſe in *Partitionib. c. 11.* & *de Univerſ. c. 3.* tranſpoſitis verbis *ſimilitudinem veri* dixit: ex qua patet, rectius diviſim hanc vocem uſurpari, neque enim Latinæ linguæ præſertim aureæ ætatis iſtiuſmodi duarum vocum συνθέσεις magnopere amat.

Veritas, atis, f. *verità*, אמת, Ger. *warheit*, Gal. *verité*, Hiſp. *verdad*, ἀλήθεια, vera ratio, res vera, verum. *Cic. l. 2. de Inv. c. 54.* Veritas eſt, per quam immutata ea, quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. *Id. 1. de Or. c. 34.* Proferre aliquid in lucem veritatis. *Quintil. l. 11. c. 1.* Non admittit hoc idem veritas fori. ¶ Interdum ponitur pro juſtitia, ſeu æquitate. *Cic. pro Deiot.* Quæ mihi ad ſpem obtinendæ veritatis graviſſima ſunt. *Id. pro Quinct.* Tot, tantiſque difficultatibus affectus, atque afflictus in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, miſericordiam P. Quinctius confugit. ¶ Item pro veritate. *Plin. in Paneg. c. 84.* Ut in illa tua ſimplicitas, tua veritas, tuus candor agnoſcitur.

Veritus, a, um. V. Vereor.

Veriverbium, ii, n. *vero parlare*, ἀληθολογία, verus ſermo. *Plaut. Capt. 3. 4. 34.* Tu repertus, Philocratem qui ſuperes veriverbio.

Vermiculate, adverb. *teſſellatim*, vermiculato opere. *Quintil. l. 9. c. 4.* Teſſerulas ſtruere, & vermiculate inter ſe lexes committere.

Vermiculatio, onis, f. σκωληκοφαγία, vitium arborum, aliarumque plantarum, item fructuum, & ſegetum, cum vermiculis, & beſtiolis infeſtantur. *Plin. l. 17. c. 22.* Neque vermiculationi obnoxium.

Vermiculatus, a, um, σκωληκοειδής, σκωληκώδης, quod quandam vermiculorum effigiem imitatur. Hinc vermiculata dicuntur opera teſſellata, quia minutis teſſellis, quaſi vermiculis, fiunt variegata, diſtinctaque. *Lucil. apud Cic. 3. de Or. c. 43.* Quam lepide lexeis compoſtæ, ut teſſerulæ omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato! *Plin. l. 35. c. 1.* Vermiculatis ad effigies rerum, & animalium cruſtis.

Vermiculor, aris, d. 1. *far verme*, רמה, Germ. *vol wurm*, *werden*, Gall. *faire de vers*, Hiſp. *criar guſanos*, τερηδονίζομαι, σκωληκιάω, vermiculos gigno, vermiculis infeſtor, quod vitium non modo ligno, & arboribus, verum & aliis plantis, & fructibus ſolet accidere, ex quibus vermiculi enaſcuntur. *Plin. lib. 17. cap. 24.* Vermiculantur magis minus quædam arbores, omnes tamen fere, idque aves cavi corticis ſono experiuntur.

Vermiculoſus, a, um, adject. vermibus plenus. *Pallad. l. 12. tit. 7. de pomo:* Ne poma caduca, & vermiculoſa naſcantur.

Vermiculus, i, m. *vermicello*, σκωλήκιον, exiguus vermis. *Lucr. l. 2. v. 898.* Et tamen hæc cum ſunt quaſi putrefacta, per imbres Vermiculos pariunt. *Plin. l. 20. c. 65.* Jam obtuſis muribus vermiculum in capite gigni tradunt.

Vermina, um, n. pl. *dolor di ventre*, στρόφος, idem ac tormina. *Feſt.* Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu, quaſi a vermibus ſcindatur: Hic dolor Græce στρόφος dicitur. Vermina igitur ſignat *Cornelius Celſus*, cum *l. 2. c. 7.* de ſignis aquæ intercutis loquens, ait: Ejuſdem morbi nota eſt, ubi circa umbilicum inteſtina torquentur (στρόφον Græci vocant) coxæque dolores manent. Ex quibus *Celſi* verbis patet, cur eundem morbum *Plinius*, & alii appellent *tormina*. *Lucret. l. 5. v. 995.* Vermina ſæva.

Verminans, tis, particip. verminans, ſen dolores ventris afferens. *Arnob. l. 1.* Verbo Chriſtus compeſcuit verminantium morborum cruces.

Verminatio, onis, f. σκωληκίασις, vitium in jumentis, cum a verme infeſtantur. *Plin. l. 28. c. 21.* Iiſdem ſanari demiſſis in fauces jumentorum verminationes notum eſt. ¶ Sumitur etiam generatim pro cruciatu, tormento, vexatione. *Sen. ep. 78.* Sic podagra, & chiragra, & omnis vertebrarum dolor, nervorumque interquieſcit, cum illa, quæ torquebat, hebetavit: omnium iſtorum prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur, & finis dolendi eſt obtorpuiſſe. *Id. ep. 95.* Cerebri æſtuantis verminationes.

Vermino, as, n. 1. *avere vermi*, *fare vermi*, σκωληκιάω, vermibus infeſtor. *Sen. l. 2. Nat. Quæſt. c. 31.* In venenatis corporibus vermis non naſcitur. Fulmine icta intra paucos dies verminent. ¶ Interdum accipitur generatim pro torqueri, ac cruciari. *Martial. l. 14. ep. 23.* Si tibi morulo prurigine verminat auris.

Verminor, aris, d. 1. στροφοῦμαι, ventris torminibus vexor, & generatim torqueor. *Pompon. apud Non. c. 1. n. 189.* Decimo demum turgens verminetur, parturit.

Verminoſus, a, um, σκωληκώδης, quod vermes habet. *Plin. l. 20. cap. 14.* Succus auribus verminoſis inſtillatur.

Vermis, is, m. *verme*, רמה, Ger. *wurm*, Gall. *ver*, Hiſp. *guſano*, σκώληξ, genus inſecti, quod in animalium corpore, & in ſtercore gignitur. *Lucr. l. 2. v. 870.* Quippe videre licet vivos exiſtere vermes ſtercore de tetro. *Plin. l. 18. c. 17.* Vulgo vero, ſi dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium eſt amurca pura.

Verna, æ, com. g. *ſervo nativo di caſa*, יליד ביתו, Ger. *leibeigner*, Gall. *ne d'une ſerve domeſtique*, Hiſ. *ſiervo nacido en caſa*, οἰκογενής, οἰκοτρίψ, ſervus domi noſtræ, vel etiam in terra noſtra natus. *Plaut. Mil. 3. 1. 193.* Quid, nutrici non miſſurus quicquam, quæ vernas alit? *Cic. Fam. l. 9. ep. 15.* Belliſſimus verna Demetrius, qui ibi cum præſidio erat, &c. ¶ Deterior autem vernæ conditio eſt, quam ſervi, quia verna natura ſervus. *Plaut. Amph. 1. 1. 24.* Satius eſt me queri illo modo ſervitutem, hodie Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater Servitutis: hic, qui verna natus eſt, queritur. *Valer. Max. l. 3. c. 4.* Vernam huic urbi natum Regem dando. ¶ Vernarum nomen apud antiquos pro convicio habebatur. Cauſa eſt, ut quidam dicunt (inter quos eſt *Non. cap. 1. n. 206.*) quod eo nomine primum dicti fuerint ii, qui ſervi vere nati eſſent. *Plaut. Amph. 4. 2. 13.* Cum cruciatu tuo, iſthæc hodie, verna, verba funditas. ¶ Servi vernæ ad contumelioſas argutias eruditi erant. *Seneca de Provid. cap. 1.* Cogita filiorum nos modeſtia delectari, vernularum licentia, illos triſtiori diſciplina continere, horum ali audaciam. *Martial. l. 1. ep. 42.* Urbanus tibi Cæcili videris. Non es, crede mihi, quid ergo? verna es. *h. e.* ſcurra impudens, & procax. V. *Vernilitas*. ¶ Adjective ponitur pro vernaculo. *Martial. l. 1. ep. 50.* vernas apros, Leporemque forti callidum rumpes equo. *Id. l. 13. ep. 43.* Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libicis? ¶ Jungitur etiam cum nominibus neutrius generis, ut *verna mancipium*, teſte *Valer. Probo* citato *l. c.* V. dicta in *Advena*.

Vernatulus, i, m. verna procax, & maledicus. *Martial. l. 10. ep. 3.* Vernaculorum dicta, ſordidum dentem. V. *Vernilitas*.

Vernaculus, a, um, *domeſtico, nativo*, οἰκογενής, ἐγχώριος, quod noſtra in regione natum eſt, vel quod illi proprium eſt, & peculiare. *Varro l. 4. de L. L.* Aquatilium vocabula animalium partim ſunt vernacula, partim peregrina. *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* In quo poſſim imaginem antiquæ, & vernaculæ feſtivitatis agnoſcere. *Plin. l. 14. cap. 2.* Potiſſima nobilitas datur uvis peculiaribus, atque vernaculis Italiæ. *Id. l. 17. c. 21.* Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumveſtit arborem, crineſque ipſos uvis, ideſt propria regionis. *Plaut. Pan. 4. 2. 105.* Conſilium vernaculum, h. e. a nobis excogitatum. ¶ Ponitur etiam pro domeſtico, pro eo, quod a nobis domeſtica conſuetudine uſurpatur. *Cic. in Brut.* Neſcio, quo ſapore vernaculo. *Id. 6. Ver.* Non ut ſolemus interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum, ac vernaculum. ¶ Vernacula multitudo a *Tacit. Ann. 1. c. 31.* dicitur, quæ vernis, libertinis, ſimilique fæce plebis conſtat.

Vernalis, le, adiect. ad vernam pertinens. V. *Vernilis*. ¶ Item ad ver pertinens, vernus. *Manil. l. 3. v. 258.* Tunc anguſta dies vernales fertur in horas.

Vernalitas, atis, f. ſcurrilitas, vernarum procacitas. V. *Vernilitas*.

Vernaliter, adv. *da ſervo*, vernæ more. *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 108.* necnon vernaliter ipſis fungitur officiis. ¶ Item urbane, ſed urbanitate non ingenua, ſed affectata, & ſervo digna. *Senec. l. 2. de benef. c. 11.* Et hæc ipſa non vernaliter, nec ea figura, qua &c. V. integrum *Senecæ* locum, ubi alii leg. *verniliter*, quod idem eſt.

Vernans, tis, adject. veris tempore germinans, pullulans. *Plin. l. 12. c. 20.* Vernantes arbores. *Senec. Herc. Oet. v. 382.* vernantis ſilvæ ſurſus

ſus *Plin. l. 7. c. 2.* Salubri cœlo, ſemperque vernante. h. e. tam grata temperie aëris, & locis amœnitate, ac ſi ſemper ver eſſet.

Vernatio, onis, f. actus ſerpentis corium Vere novo (interdum & Autumno, ut *Ariſtoteles* teſtatur) exuentis. *Plin. l. 29. c. 5.* Membrana, ſive ſenectus anguium vernatione exuta, cum cancro maſculo trita. *Id. l. 30. c. 3.* Anguinæ vernationis membrana cum oleo, tedæque reſina calefacta. ¶ Sumitur etiam pro ipſo corio ſerpentis, quod alias ſenectus, Græcis *γῆρας*, & *σύφαρ* dicitur, *ſpoglia del ſerpente*. *Plin. l. 29. c. 6.* Lendes tolluntur adipe caninn, vel anguibus in cibum ſumptis anguillarum modo, aut vernatione, quam exuunt, pota.

Vernicŏmus, a, um, vernans. *Martial. initio lib. 6.* Hinc jam vernicomæ frondent tibi munera olivæ.

Vernīlis, le, o. 3. *ſervile*, *οἰκετικός*, ſervilis, a verna. *Tac. l. 2. hiſt. c. 59.* Quamvis odium Vitellius vernilibus blanditus velaret. h. e. ſervilibus & adulatoriis liberoque homine indignis. Eſt qui legit *vernalis*, ſed *vernilis* uſitatius eſt. *Quintil. declam. 19. c. 12.* Adhibere quæſtionem vernilibus corporibus. ¶ Metaleptice ſumitur pro ſcurrili, quia ſervos vernas ad contumelioſas argutias erudiebant. *Tacit. l. 3. hiſt. c. 32.* Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tanquam ſignum incendendæ Cremonæ dediſſet, quæ jam flagrabat. V. Vernilitas.

Vernīlĭtas, atis, f. urbanitas quædam affectata, & non ingenua, nec libero homine digna. *Sen. epiſt. 95. (al. 96.)* Interdum obnixe petimus id, quod recuſaremus, ſi quis offerret, hæc ſive levitas, ſive vernilitas, punienda eſt promittendi facilitate. ¶ Hoc nomine ſignificatur etiam faceta procacitas, & dictorum impudentes ſales, qui in vernis maxime placebant. nam hujuſmodi præditi dicacitate quærebantur, qua ſi carerent, dabatur a dominis opera, ut docerentur, quo gratiores evaderent, dictiſque etiam contumelioſis dominum oblectarent. *Sen. de conſtant. Sap. c. 11.* Eadem cauſa eſt, cur nos mancipiorum noſtrorum urbanitas in dominos contumelioſa delectet, quorum audacia ita demum ſibi in convivas jus facit, ſi cœpit a domino. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & ſub magiſtro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, ſed argutias. *Quintil. l. 1. cap. 12.* Nec vitia ebrietatis effingat, nec ſervili vernilitate imbuatur. *Plin. l. 34. c. 8.* Puerum ſubdolæ, ac fucatæ vernilitatis.

Vernīlĭter, adv. *αἰκετρεβικῶς*, ſerviliter, ſcurriliter, adulatorie, a *vernilis*. *Catul. ad Non. c. 1. n. 223.* Credo, minus tandem hoc ſit verniliter. Alii leg. *vernaliter*.

Verno, as, neut. 1. *pullulare*, *germogliare*, *ἐαρίζω*, *ἀναβλαστάνω*, verno tempore flores, frondeſve emitto, pullulo, germino. *Ovid. 7. Met. v. 284.* Vernat humus, floreſque, & mollia pabula ſurgunt. *Mart. lib. 9. epigr. 55.* arguto paſſere vernat ager. V. *Vernans*. ¶ *Vernat*, ver eſt. *Plin. l. 2. c. 50.* Æſtate nimboſa, ſemper quodammodo vernat, vel autumnat. ¶ *Vernare* etiam dicuntur angues, cum vere exuvias ponunt, & cutem renovant. *Plin. l. 8. cap. 27.* Anguis hiberno ſita membrana corpori obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitiduſque vernat. Hinc *Vernatio*, quod V. ¶ Aves quoque, quæ primo vere canere incipiunt, itemque apes parientes novos fœtus, & mellis opus tunc inſtituentes vernare dicimus. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 12.* Indocilique loquax gutture vernat avis. *Colum. lib. 9. cap. 9.* Apes curam poſtulant diligentiorem cum vernant, & exundant novis fœtibus. ¶ Translate *Martial. l. 2. epigr. 61.* Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ. hoc eſt pilos emittere inciperent, & tenera lanugine ætatis ver præſeferrent.

Vernŭla, æ, com. 1. dim. a *verna*. *Juven. ſat. 10.* Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ. *Plin. l. 22. c. 17.* Vernula charus Pericli Athenienſium principi.

Vernum, i, idem ac ver. Saepe tamen natura adjectivum eſt, cum tempus intelligatur. *Plin. l. 19. c. 5.* In hoc mirum, unas ejus radices arefcere hyeme, verno, aut cum apparuerit viola, minui, ac contrahi.

Vernus, a, um, *di primavera*, *ἐαρινός*, quod eſt veris, a ver. *Cic. 5. Tuſc. cap. 23.* Alia verno tempore tepefacta frondeſcunt. *Ovid. l. 3. Triſt.* At mihi ſentitur vix verno Sole ſoluta. *Plin. l. 10. c. 31.* Oſcines non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum. *Tibul. l. 1. eleg. 1.* Verni flores. *Proper. l. 3. eleg. 5.* Roſa verna.

Vero, as, n. 1. *dire il vero*, *ἀληθεύω*, verum dico. *Enn. apud Gell. l. 18. c. 2.* Satin' vates verant ætate in agunda?

Vero, onis, m. idem ac veru, h. e. telum. Apud *Aurel. Vict. de Caeſar. c. 17.* verones plumbei dicuntur, quibus utebantur gladiatores cum Commodo Imperatore pugna ludicra batuentes, ne cum ictu vulnerarent, qui contra acuto ferro congrediebatur, multoſque etiam per ſummam feritatem conficiebat.

Vero, adv. *veramente*, *in verità*, idem ac vere, adverbium eſt aſſentiendi, ſeu affirmandi, & ponitur pro certo, ſane, plane, *certamente*, *certo sì*, *μάλιστα*, *ἔγωγε*, *γίνεται*. *Cic. 2. Tuſc. c. 11.* Fuiſti ſæpe, credo, in ſcholis philoſophorum. A. vero, & libenter quidem. *Id. in Brut. c. 87.* Sed tu, inquit, orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam, Brute. *Id. 1. Divin. cap. 46.* Puellam defatigatam petiiſſe a matertera, ut ſibi concederet paulliſper, ut in ejus ſella ſederet, illam autem dixiſſe, vero tibi concedo. *Idem pro Marcel. cap. 1.* Eſt vero fortunatus ille, &c. *Id. ad Q. Fratr. lib. 1. ep. 1.* Tibi & fuit hoc ſemper faciliimum, & vero eſſe debuit. ¶ Junctum cum adverbio *minime*, negationi vim addit. *Cic. 3. Off. cap. 6.* Nonne igitur ſapiens? minime vero, *no certamente*. ¶ In hac affirmandi notione jungitur ſæpe cum particulis *enim* (V. enimvero ſuo loco) *aut*, *nec*, *neque*, &c. *Cic. 1. de Or. c. 17.* Si quis eſſet, aut ſi etiam unquam fuiſſet, aut vero eſſe poſſet. *Id. pro Sex. cap. 26.* Neque hoc veſtro tanto ſtudio audiendi, neque vero huic tantæ multitudini deero. *Id. pro Cæl. c. 30.* Cælio neque proprium quæſtionis crimen objicitur, nec vero aliquid ejuſmodi, quod ſit a lege ſejunctum. ¶ *Non vero* pro *nec vero* admodum rarum eſt. *Cic. de Senect. c. 9.* Non vero tam iſti, quam tu ipſe nugator. ¶ Eleganter vero uſurpatur in ironiis. *Cic. Phil. 13.* Turpem vero actionem, quæ defenditur ampliſſimi auctoritas ordinis contra crudeliſſimi gladiatoris amentiam. *Virg. 4. Æn. v. 93.* Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis Tuque, puerque tuus. Adde *Ter. in Phorm. 2. 1. 57.* ¶ Eſt etiam conjunctio adverſativa, idem valens, quod *ſed*, *autem*. *Cic. pro Arch. cap. 8.* Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant. ¶ Sæpe conjungitur cum particulis *age*, *at*, *jam*, *neque*, *nec*, &c. *Cic. pro Leg. Man. c. 14.* Age vero, cæteris in rebus quali Pompejus ſit temperantia, conſiderate, *ora mo*, *ora poi*. *Cic. pro Marcel. c. 4.* At vero hæc tua juſtitia floreſcet quotidie magis. *Id. 2. Phil. cap. 8.* Nec vero tibi de verſibus reſpondebo. *Id. 1. de Orat. c. 53.* Neque vero hoc ſolum dixit, ſed & fecit. ¶ *Jamvero* V. ſuo loco.

Verodūnum, n. 2. Virodunum, Veredunum, Verduna, *Verdun*, urbs Galliæ Belgicæ, intra fines Lotharingiæ inſerta, ſed tamen Gallici juris cum toto tractu adjacente, in conf. Campaniæ ad Moſam fl. ampla, & probe munita cum arce recenti.

Veromandŭi, m. 2. Viromandui, populi Galliæ Belgicæ in Picardia prov. quorum tractus etiamnum *le Vermandois* dicitur. Eorum primaria urbs erat Auguſta Veromanduorum, *Vermand*, juxta amnem *Oumignon*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Verōna, æ, f. 1. *Verona*, Gal. *Verone*, Ger. *Dietrich Bern*, *Βερώνη*, urbs, & col. Venetiæ, in Cenomanis, in Longobardia, ad Atheſim fl. interluentem, perampla, pulcherrima, permunita, cum tribus arcibus. In ea ingens Amphitheatrum conſpicitur. Condita eſt a Gallis, duce Brenno, a quo dicta fuit primum *Brennona*, deinde mutatis literis *Verona*. Eam Romanorum coloniam fuiſſe, certum eſt, & in Tribu Pobilia. V. *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 3. c. 2.* ¶ Veronæ natus eſt *Q. Catullus* poeta inſignis: item *Æmilius Macer*, *Plinius Secundus*, *Vitruvius*. *Martial. l. 14. epigr. 195.* Tantum magna ſuo debet Verona Catullo, Quantum parva ſuo Mantua Virgilio.

Veronenſis, ſe, adject. ad Veronam pertinens, ut Veronenſes campi. *Aurel. Victor. in Epit. c. 53.* ¶ Veronenſes, ium, Veronæ incolæ. *Plin. l. 6. epiſt. 34.*

Verpa, æ, f. *ψωλή*, membrum virile. *Mart. l. 11. ep. 47.* Incipit in medios meiere verpa pedes. *Catul. ad Memm. carm. 26. (al. 28.)* Nam nihilo Minore verpa Farti eſtis.

Verpus, i, m. Verpi dicuntur Judæi, quibus verpæ ſumma pars, h. e. præputium amputatum, & circumciſum eſt. *Juven. ſat. 14. v. 104.* Quæſitum ad fontem ſolo deducere verpos. *Martial. l. 7. epigr. 81.* Delapſa eſt miſero fibula; verpus erat. Adde *l. 11. epigr. 95.* ¶ Addunt Lexicographi alias hujus vocis ſignificationes, ut nempe idem ſit quod *verpa*, ſeu virile membrum, & ab hujus ſimilitudine digitum etiam medium ſignificet. Latina tamen harum rerum exempla adhuc deſunt.

Verres, is, m. *porco non caſtrato*, *verro*, *χοῖρος*, porcus non caſtratus. Nam poſtquam caſtratus eſt, majalis dicitur. *Var. l. 2. R. R. c. 4.* Caſtrantur verres commodiſſime anniculi, utique ne minores, quam ſemeſtres: quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales. *Hor. l. 3. od. 22.* Quam per exactos ego lætus annos Verris obliquum meditantis ictum Sanguine donem. ¶ Translate etiam de homine maſculo dicitur *Plaut. Mil. 4. 2. 67.* Niſi huic verri afferret merces.

C. Verres, filius C. Verris, Civis Rom. Perfunctus Quæſture, & Prætura Urbana, cum filium prætextatum haberet, filiamque in matrimonium collocaſſet, profectus eſt in Siciliam cum Magiſtratu Præturæ, in qua avare, crudeliter, libidinoſe verſatus eſt. Itaque decedens repetundarum a Siculis poſtulatus eſt, actore M. Tullio Cicerone. Cum videret, ſe damnatum iri, ſponte ante diem judicii in exilium abiit. Extant etiam hodie actiones Ciceronis in Verrem, quæ in libros diſtribuuntur, quod editæ ſint, non recitatæ.

Verrĕus, a, um, adject. ad Verrem Siciliæ Prætorem pertinens, ut Verrea lex. *Cic. 3. Verr. c. 49.* ¶ Verrea, orum, n. feſta ab eodem Verre in Sicilia inſtituta. *Id. Verr. 4. c. 21. & 46.*

Verrĭcŭlātus, a, um, factus ad verriculi formam. *Colum. l. 2. c. 21.* Multi falcibus verriculatis, atque iis vel roſtratis, vel denticulatis medium culmum ſecant. Al. leg. *verticulatis*, vel *vermiculatis*, vel *ſerriculatis*, vel *vericulatis*, ſeu *veruculatis*.

Verrĭcŭlum, i, n. 2. *rete da peſcare*, *σαγήνη*, *γαγγάμη*, genus retis piſcatorii. *Serv. ad illud 1. Æn.* Verrantque per auras: Verrere, inquit, eſt trahere, a rete, quod verriculum dicitur. *Valer. Max. l. 4. c. 1. extern. n. 7.* A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. ¶ Item haſta minor pilo, inſtructa ferro triangulo, qua utuntur milites gravis armaturæ. *Veget. l. 2. de re milit. c. 15.*

Verrīnus, a, um, *χοίρειος*, quod eſt verris. *Plin. l. 27. c. 10.* Simili modo verrinum jecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere. ¶ Verrinæ etiam dicuntur actiones Ciceronis in Verrem.

Verro, is, rri, rſum, a. 3. *ſcopare*, *ſpazzare*, *nettare con la ſcopa*, *σαρόω*, Ger. *auskehren*, Gal. *balier*, Hiſp. *barrer*, *σαίρω*, *σαρόω*, eſt ſcopis purgare, ſeu mundare. *Cic. in Parad. 5.* Qui tergent, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt, &c. *Juven. ſat. 14. v. 60.* Verre pavimentum, nitidas oſtende columnas. *Horat. l. 1. od. 1.* Quidquid de Libycis verritur areis. h. e. colligitur. ¶ Sumitur etiam pro trahere, abripere. *Virg. 1. Æn.* Ni faciat, maria, ac terras, cœlumque profundum Quippe ferant rapidi ſecum verrantque per auras. ¶ Apud Poetas *verrere æquora* eſt navigare; nam remigando quodammodo mare verritur. *Virg. Æn. 3. v. 208.* Nautæ cærula verrunt. *Catul. in Argon.* Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. *Ovid. 3. Amor. eleg. 7.* remis vada livida verrunt. ¶ Participium *verſus* Vide ſuo loco.

Verrūca, æ, f. *porro*, *ἀκροχορδών*, tuberculum cutis, in manibus præcipue naſcens, & fere ſine dolore. *Plin. l. 20. c. 12.* Ocimum verrucas mixto atramento ſutorio tollit. ¶ Translate dicitur de tuberculis, quæ in lapillis conſpiciuntur. *Plin. l. 37. c. 12.* Illud modo meminiſſe convenit, increſcentibus varie maculis, ac verrucis, linearumque interveniente multiplici ductu, & colore, mutata ſæpius nomina in eadem plerumque materia. ¶ Item de loco edito, & aſpero in monte. *Gel. l. 3. c. 7.* *Cat. in Orig. apud Gel. l. 3. c. 7.* Maretum cenſuo, ſi rem ſervare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eam uti occupent, imperes, horteriſque. ¶ Translate etiam uſurpatur de vitiis animi. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 73.* Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Poſtulat, ignoſcat verrucis illius, æquum eſt.

Verrūcāria, æ, f. *ἡλιοτρόπιον*, genus herbæ, ita dictum, quod ſucco ejus verrucæ tollantur. *Plin. l. 21. c. 21.* Verrucas cum ſale tollit ſuccus e folio; unde noſtri verrucariam herbam appellavere, alius cognominari effectibus digniorem.

Verrūcōſus, a, um, *ἀκροχορδώδης*, *μυρμηκιώδης*, *θυμώδης*, qui cutem habet verrucis multis aſperam. Hinc *Verrucoſus* dictus eſt Fabius Max. Cunctator, quia mammillas ingenti verruca deformes habebat. Ejus meminere *Seren. Sammon.* *Cic. de clar. Orat. c. 14.* ¶ Translate dicitur de quacunque re dura, horrida, aſpera, inculta, impolita. *Perſ. ſat. 1.* Sunt, quos Pacuviuſque, & verrucoſa moretur Antiopa. h. e. rudis, imperfecta, non ſatis polita.

Verrūcŭla, æ, f. exigua verruca. *Colum. l. 7. c. 6.* Caper, cui ſub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur.

Verrunco, as, a. 1. *volgere*, *rivolgere*, *τρέπω*, *στρέφω*, verto, ut *Feſtus*, & *Nonius* exponunt. *Accius apud Non. c. 2. n. 895.* Te ſancte, venerans precibus, invicte, invoco, Portenta ut populo patriæ verruncent bene. *Pacuv. ibid.* Precor, veniam petens, ut quæ egi, ago, axim, verruncent bene. *Cic. 1. de Divin. c. 22. ex antiquo Poeta:* Perpropinqua hæc bene verruncent populo. *Liv. l. 29. c. 27.* Uti ea mihi, populoque Rom. Dii bene verruncent.

Verſābĭlis, le, adject. *mutabile*, *incoſtante*, qui verſari, & mutari facile poteſt. *Sen. de tranquil. c. 11.* Scito, omnem conditionem verſabilem eſſe. *Ammian. l. 6. c. 8.* Verſabilem fœminam in fraudem illexit.

Verſābundus, a, um, quod in gyrum vertitur, a verſor. *Lucret. lib. 6. verſ. 437.* Verſabundus enim turbo deſcendit. *Vitruv. lib. 9. cap. 7.* Circa meridianum cardinem, qui eſt propter inclinationem mundi ſubjectus terræ, ſidera verſabunda, latentiaque non habent egreſſus orientes ſupra terram.

Digitized by Google

Verſatilis, & le, o. 3. *verſatile*, στρεπτός, δινωτός, παλινδρομος, quod huc, & illuc verſari poteſt, quod idoneum eſt, ut verſetur. *Curt. l. 4. c. 14.* Adeoque aciem verſatilem poſuit, ut qui ultimi ſtabant, ne circumirentur, verti tum, & ad frontem circumagi poſſent. *Plin. l. 36. c. 18.* Item molae verſatiles Volſiniis inventas, aliquae & ſponte motae inveniuntur in prodigiis. ¶ Transfertur & ad animum. Hinc verſatile ingenium, quod ad res quaslibet obeundas idoneum eſt. *Liv. l. 39. c. 40. de Catone:* Huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quod ageret.

Verſatio, onis, f. *il girare*, *o voltare*, περιστροφή, δίνωσις, actus verſandi. *Plin. lib. 8. cap. 33.* Nec pupillae motu, ſed totius oculi verſatione circumaſpicit. Al. leg. *verſione*. *Vitruv. l. 10. cap. 1.* Verſatio mundi. *Senec. de tranquil. cap. 11.* In tanta rerum ſurſum, ac deorſum euntium verſatione.

Verſatus, a, um, *voltato*, *girato*, δινηθείς, partic. a verſo. *Ovid. 4. Metam. v. 2c.* Laevia verſato ducentes ſtamina fuſo. *Plin. l. 14. c. 8.* Uvae ter die verſatae per triduum, quarto exprimuntur. ¶ Eſt etiam partic. deponens a *verſor*, & ſignificat eum, qui in aliquo re peritus, doctuſque eſt, *verſato*, *pratico*. *Nep. 1. cap. 8.* Multum in imperiis, magiſtratibus verſatus. *Id. 11. c. 1.* Multum in bello verſatus.

Verſicolor, oris, adject. a JCtis accipitur pro eo, quod tinctum, pictumve eſt, & nativum colorem mutavit. *Ulpian. Dig. l. 32. leg. 70.* Purpuram, & coccum, quoniam nativi coloris, appellatione verſicolorum contineri. ¶ Caeterum accipitur etiam pro eo, quod variis coloribus praeditum eſt, *di varii colori*, ποικίλος, ποικιλόχροος. *Liv. l. 34. c. 1.* Neque mulier veſtimento verſicolori uteretur. *Virg. 10. Aen.* Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis. ¶ Item pro eo, quod dum vertitur varium necdum colorem oſtendit, *di color cangiante*. atque haec videtur eſſe prima, & propria hujus vocis ſignificatio. *Cic. 3. de Fin. c. 3.* Ut cauda pavoni, plumae verſicolores columbis. *Tertull. de pal. c. 3. de pavone:* Omni ſyrmate ſolutior, qua caudae jacent, multicolor, & diſcolor, & verſicolor, toties mutanda, quoties movenda. ¶ Translate *Quinctil. l. 8. in proem.* Illa translucida, & verſicolor quorundam elocutio res ipſas effeminat, quae illo verborum habitu veſtiuntur.

Verſicolorius, a, um, adject. *di color cangiante*. *Paul. l. 32. ff. de aur. arg. &c.* Putavit legata ſibi ornamenta, & veſtem tam colorıam, quam verſicoloriam. V. Coloreus.

Verſicoloreus, a, um, adject. idem ac verſicolor. *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 36.* Idque etiam paries tibi verſicoloreus adumbret.

Verſiculus, i, m. *verſetto*, στιχίδιον, verſus brevis, vel humilis. *Hor. Epod. od. 11.* Pecti, nihil me, ſicut antea, juvat Scribere verſiculos, amore perculſum gravi. ¶ Frequenter accipitur pro brevi ſcripturae lineae, *riga*. *Cic. ad Brut. ep. 14.* Breves tuae litterae. Breves dico? imo nullae. Tribuſne verſiculis his temporibus Brutus ad me? *Id. Att. l. 5.* Nunc venio ad tranſverſum illum extremae epiſtolae tuae verſiculum. ideſt ad verba illa, quae in ora, ſeu margine ſcripſiſti.

Verſificatio, onis, f. ἐποποιΐα, actus verſificandi. *Quintil. l. 9. c. 4.* Abuſive in verſificatione, ac ſermonum imitatione ſervatur. Adde *Colum. in prooem. l. 11.*

Verſificator, oris, maſc. *verſificatore*, ἐποποιός, qui verſus facit. Differt a Poeta: quia verſificator eſt is, qui ſcit quocunque modo verba metro ligare, at poeta eſt, qui poeticum inſuper addit ſpiritum, & fingit. *Quintil. l. 10. cap. 1.* Cornelius Severus verſificator, quam poeta, melior.

Verſificatus, a, um, omn. ve partic. *fatto in verſi*, in carmina redactus. *Lucil. apud Non. c. 13. n. 2.* Multa homines portenta in Homero verſificata, monſtra putant.

Verſifico, as, a. 1. *far verſi*, ἐποποιέω, verſus facio. *Quint. l. 9. c. 4.* Nam & verſificandi genus eſt omnibus ſermonibus unam legem dare.

Verſificus, a, um, quod ad verſus ſpectat. *Solin. c. 16.* (*al. 11.*) Cum Idaei Dactyli modulos crepitu, ac tinnitu aeris deprehenſos in verſificum ordinem tranſtuliſſent.

Verſiformis, & me, o. 3. quod formam ſuam verſat, ſeu mutat. *Tert. de pall. c. 2.* Naturae certe mutatio (quod clauſis vel in totum Humericis oculis liquet) totum verſiforme eſt, dies, & nox invicem vertunt, ſolſtitionibus annuis, Lunae modulationibus menſtruis variat, &c.

Verſilis, le, adject. facilis ad vertendum, ut Verſilis profunditas, apud *Martian. Capell. l. 4.*

Verſio. V. Verſatio.

Verſipellis, is, o. 3. *che muta pelle*, *o faccia*, ἀλλοιοσχήμων, qui facile vertit pellem, faciem, vultum, apparentiam. *Plaut. Amph. prol. v. 12c.* Ecceam Jupiter, in Amphitruonis vertit ſe ſe imaginem. Omneſque eum eſſe cenſent ſervi, qui vident. Ita verſipellem ſe facit, quando lubet. *Id. Perſ. c. c. 48.* Capillus verſipellis. h. e. qui colorem mutat, & caneſcit. ¶ Translate ſumitur pro verſuto, aſtuto ſimulandi, & diſſimulandi artifice, qui modo unum, modo aliud oſtendit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 1c.* Verſipellem frugi convenit eſſe hominem, pectus cui ſapit: bonus ſit bonis, malus ſit malis, utcunque res ſit, ita animum habeat. *Porcius Latro Declam. in Catil.* Nihil iſto fuit monſtro verſipellius.

Verſo, as, a. *volgere*, *voltare*, *rivoltare*, Germ. *offt kehren*, Gall. *tourner ſouvent*, Hiſp. *boluer*, *traſtornar*, στρέφω, ſaepe verto, a ſup. *verſum* verbi *verto*. *Virg. 1. Georg.* Nec tamen haec cum ſint hominumque, boumque labores Verſando terram experti. ideſt arando. *Hor. in Arte poet. v. 268.* Vos exemplaria Graeca Nocturna verſate manu, verſate diurna. ideſt legite. *Cicer. 4. Ver.* Verſabat ſe in utramque partem non ſolum mente, verum etiam corpore. Rurſus *Virgil. Ecl. 10.* Verſare oves. h. e. huc, & illuc paſtum ducere. ¶ Ponitur etiam pro volvere, quod eſt circumagere, agere in gyrum. *Cicer. in Piſon.* In quo os tum quidem, cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunae rotam pertimeſcebat. *Horat. lib. 2. ſat. 1. verſ. 71.* verſare turdos in igne. ¶ Translate ſumitur pro vertere, ſeu adjicere, *applicare*. *Cic. pro Cluent.* Ad omnem malitiam, & fraudem verſare mentem ſuam hinc ſecum cogitans coepit. ¶ Item pro tractare. *Cic. in Orat.* Non ut in judiciis verſaret cauſas, ſed ut in hiſtoriis bella narraret. *Quintil. l. 7. c. 4.* Finitio plerumque legibus iiſdem, quibus conjectura, verſatur. *Sueton. in Galb. cap. 9.* Verſare pecunias non ex fide, *maneggiar denari con poca fedeltà*. ¶ Item Pro examinare, exercere, formare. *Quint. l. 5. cap. 7. de teſtibus:* Multum domi ante verſandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab adverſario poſſunt, explorandi ſunt. ¶ Item pro ſollicitare. *Liv. lib. 1. cap. 58.* Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miſcere precibus minas, verſare in omnes partes muliebrem animum. ideſt omnibus modis ſollicitare, precibus, & minis flectere conari. ¶ Item pro deludere. *Plaut. Perſ. 5. 2. 17.* Quomodo hodie me verſaviſti? ut me in tricas conjeciſti? ¶ Item pro agitare, angere, a recto honeſtoque abducere. *Liv. lib. 1. cap. 17.* Patrum interim animos certamen Regni, ac cupido verſabat. ¶ Item pro cogitare, conſiderare, quod etiam dicitur *animo volvere*. *Virg. 4. Aeneid.* Illa dolos, dirumque nefas in pectore verſat, Certa mori. *Horat. in Art. v. 39.* Verſate diu, quid ferre recuſent, Quid valeant humeri. *Liv. l. 3. c. 34.* In animo ſecum verſare. ¶ Item pro mutare. *Cic. 4. Fin.* Homo igitur acutus cauſam non obtinens repugnante natura verba verſare coepit. *Id. pro Cael. c. 6.* Verſare ſuam naturam, & regere ad tempus, & huc, & illuc torquere. ¶ Item pro moliri, machinari, tractare. *Virg. 2. Aen. v. 62.* Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.

Verſor, aris, paſſiv. 1. *rivolgerſi*, *girarſi*, vertor, convertor, ἀναστρέφομαι. *Cicer. in Somn. Scip.* Orbes, qui verſantur retro contrario motu, atque coelum. *Id. 2. de nat. Deor.* Verſari circum axem coeli admirabili celeritate.

Verſor, aris, atus ſum, d. 1. *verſare*, *converſare*, *praticare*, *vivere*, *trattenerſi*, גור, Germ. *wohnen*, Gall. *hanter*, *pratiquer*, Hiſp. *viuir*, *praticar*, στρέφομαι, διάγω, ἀναστρέφω, frequens ſum, dego, moror traho, a ſup. *verſum* verbi *verto*. Eſt enim proprie verbum metaphoricum, inde tractum, quod qui in aliquo loco, aut re immoratur, quodammodo in ſe huc, & illuc ſe ſe vertet, ſeu in illo volutatur. *Cic. 7. Ver.* Verſabatur in Sicilia longo intervallo alter Phalaris. *Id. pro Mil. cap. 20.* Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum verſabatur valentium. ¶ Saepe ponitur pro vivere cum aliquo, conſueſcere. *Cic. 1. Catil. cap. 3.* Nobiſcum verſari jam diutius non potes. *Id. Att. l. 10. ep. 8.* Nec verſari inter eos ſine dedecore potero. *Nepos 9. cap. 2.* Apud praefectos regis verſabatur. ¶ Item pro eſſe. *Ter. Andr.* Neſcis, quantis in malis verſer miſer. *Cic. 1. Offic. c. 23.* Temere in acie verſari, & manu cum hoſte confligere. *Id. 2. Off. c. 13.* In clariſſima luce verſari. ¶ Item pro exercere, agere. *Cic. 1. Off.* Opificeſque omnes in ſordida arte verſantur. ¶ Item pro ſtudere, operam dare. *Cic. l. 4. Fam. ep. 3.* Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primiſque in hac, in qua ego me ſcripſi acquieſcere, ita verſatur, ut excellat. ¶ Item pro ſe gerere. *Quintil. in proem. l. 1.* Praeclariſſime in conſiliis, ac adminiſtratione Reipublicae verſari. ¶ Item pro occurrere, apparere. *Cic. 7. Ver.* Nunquam tibi Populi Romani abſentis dignitas, nunquam ſpecies ipſa hujuſmodi multitudinis in oculis, animoque verſata eſt? *Id. l. 14. Fam. ep. 3.* Nam mihi ante oculos dies noctesque verſaris. *Idem pro Sext.* Mihi ob oculos verſabantur. ¶ Item pro conſiderare, contemplari, occupatum eſſe. *Cic. 1. Off.* Quae omnes artes in veri inveſtigatione verſantur. *Quintil. l. 2. c. 16.* Verſatur circa res omnes Rhetorice. ¶ Item pro inhaerere, adhaerere. *Cic. pro Caec.* In verborum errore verſari.

Verſoria, vel Vorſoria, ae, fem. pes veli, hoc eſt funiculus, qui extremus veli angulus religatur. *Verſoriam* dixere, quia prout haec manu tenetur, ita velum profertur, vertiturque. Alii *verſoriam* dicunt ſimpliciter eſſe converſionem, τροπήν. Sed utcunque ſit de vera vocis origine, quae non ſatis nota eſt, certum eſt translate dici *verſoriam capere*, pro reverti, ſententiam mutare, ab aliqua re deſiſtere. *Plaut. Merc. 5. 2. 34.* Hic ventus ſecundus eſt; cape modo verſoriam. *Id. Trinum. 4. 3. 19.* Quin tu quod periit, periiſſe ducis? cape verſoriam, recipe te ad herum.

Verſum, prep. vel adv. idem ac verſus. *Plaut. Epid. 2. 2. 63.* Coepi rurſum verſum illas pauxillatim accedere. ¶ Et addita alia propoſitione. *Salluſt. in Jug.* Fugam ad ſe verſum fieri.

Verſura, ae, f. *converſione*, στροφή, converſio, a vertendo. *Varr. l. 1. R. R. c. 46.* Quod ex quibuſdam foliis propter eorum verſuram, quod fit anni tempus, dici poſſit, ut olea, & populus, & ſalix: harum enim folia cum convertunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe. ¶ Item verſura dicitur locus, ad quem cum quis pervenerit, revertitur. Sic in agricultura verſura vocatur, ubi ſulcus unus deſinit, alterque incipit, a boum converſione, quod boves in arando poſt peractum legitimum ſulcum circumaguntur, vertunturque. Graeci eodem modo ἐπιστροφήν vocant. *Col. lib. 2. cap. 2.* Cum ventum erit ad verſuram, in priorem partem jugum propellat, & boves inhibeat. ¶ In architectura quoque verſura vox uſurpatur, & ſic dicitur exterior angulorum in parietibus flexus. Graeci καμπτήν vocant. Uſus *Vitr. l. 3. c. 1. Id. l. 5. c. 6.* verſuras in theatris nominat porticus a ſcena ductas ad theatri cornua. ¶ Item uſurpatur in mercatura, eſtque mutatio creditoris, *voltura*, μεταλλαγὴ τοῦ δανειστοῦ. Unde *verſuram facere*, [illegible], dicuntur, qui pecuniam foenori accipiunt, ut aliud aes alienum diſſolvant. Ita dicta eſt a vertendo creditore, quod debitor creditorem commutet, ut pluribus docet *Donatus ad Ter. Phorm. 5. 2. in fine*. *Cic. pro Flacc. c. 20.* Negavit ſe ſe omnino verſuram ullam feciſſe Romae. *Id. pro Font.* A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt? *Id. 4. Verr.* Quae ſignificabant, multis nominibus eos homines verſuram a Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. hoc eſt multis de cauſis pecuniam foeneratitiam ſumpſiſſe. ¶ Translate *Senec. epiſt. 19.* Ab Epicuro verſura facienda eſt. hoc eſt ſumendum eſt praeceptum aliquod ab Epicuro, quod tibi communicem. Vide integrum locum. ¶ Per tranſlationem item *verſuram ſolvere*, ſeu *verſura ſolvere* dicuntur eos, qui ita ſe praeſentibus explicant incommodis, ut aliis gravioribus impediantur. *Ter. Phorm. 2. 3. ſc. 2.* In eodem luto haeſitas: Verſuram ſolves, Geta: praeſens, quod fuerat malum, in diem abiit: plagae creſcunt, Niſi proſpicis. hoc eſt debitas tandem poenas debis etiam cum foenore: ſimili conditione, atque ii ſolent, qui ut ſyngrapham unam diſſolvant, & una cautione ſe liberent, pecuniam mutuam majore foenore iterum accipiunt. In deterius enim deteriorem conditionem ſuam ferunt. *Cicer. 5. Attic. epiſt. 15.* Vereor, ne illud quod tecum permutavi, verſura mihi ſolvendum ſit. ¶ Sunt, qui etiam in *Terentii* verbis *verſura ſolves* legunt: quod ſane valde placet.

Verſus, us, m. *verſo*, *riga*, Germ. *verſſ*, Gall. *vers*, Hiſp. *verſo*, στίχος, μέτρον, linea illa, quam in ſcribendo ducimus, & ſpeciatim carmen poeticum. Nam verſus nomen naturae ſuae non minus ſolutae, quam ligatae orationi convenit. Eſt a vertendo. Cujus ratio ex agricultura optime intelligitur. Quemadmodum enim agricolae vomere vertunt terram, ac ſulcum faciunt: ita in ceris quoque ſtilo ſulcabant ſcribentes. Igitur ſinguli ſcripturae ſulci ex eo verſuum nomen acceperunt, quod, ut agricola vomere ſolum, ſic ſcriptor ſtilo ceram vertit, ac, ut ille in terra ſulco uno abſoluto, vertit aratrum, aliumque ſulcum efficit, ſic qui ſcribit, ſtilo ſiniſtrorſum verſo, prolatoque, novum in cera ſulcum ducit. Sed quia Poetae verſus ſuos certo abſolvunt pedum numero, hinc factum, ut hi ſibi verſus nomen prope fecerint peculiare. Primum itaque verſus generatim accipitur pro illo ductu vocum, qui fit a ſiniſtra in dextram, vel a dextra in ſiniſtram, vel a ſummo ad imum, ſecundum diverſam diverſarum gentium ſcribendi rationem. *Cic. Att. l. 2. epiſt. 16.* Nam ita deploras primis verſibus manſionem ſuam, ut quemvis movere poſſit. *Plin. l. 4. ep. 11.* Non paginas tantum epiſtolae, ſed etiam verſus ſyllabaſque numerabo. Tangit hic *Plin.* antiquum morem, quo ſolebant veteres verſuum inire numerum, ut de libri magnitudine conſtaret. *Nepos in Epamin. c. 4.* Uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere ſtatuimus, quorum ſeparatim multis millibus verſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt. Adde *Quintil. l. 10. c. 1.* ¶ Speciatim accipitur pro carmine. *Cic. pro Arch. c. 10.* Nam ſiquis minorem fructum gloriae putat ex Graecis verſibus percipi, quam ex Latinis,

Digitized by Google

nis, vehementer errat. Id. 3. de Or. c. 50. In verſum ſe mente, ac voluntate conjicere, *verſi de propoſito a far verſi*. Hor. l. 2. ep. 2. v. 51. Verſus facere. Virg. Ecl. 5. Dicere verſus. ¶ Interdum pro cantu. Plin. l. 10. c. 29. de luſciniis. Meditantur aliæ juniores, verſuſque, quos imitentur, accipiunt. ¶ Notat etiam ductum in arando, ſive ſulcum, quæ notio principalis eſt, & magis propria, ut dictum eſt. Col. l. 2. c. 2. Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet, alterniſque verſibus obliquum tenere aratrum. Plin. l. 18. c. 19. In arando verſum peragi, non ſtrigari in actu ſpiritus. ¶ Item menſuram agri. Varr. l. 1. R. R. c. 10. In Hiſpania ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano, ac Latino jugeris. Jugum vocant, quod juncti boves uno die exarare poſſunt. Verſum dicunt centum pedes quoquoverſum quadratum, Jugerum, quod quadratum duos actus habet. ¶ Item ſignificat ordinem, ſeu tractum. Virg. 4. Georg. v. 144. Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos. Id. 5. Æn. v. 119. Triplici pubes quam Dardana verſu Impellunt. *ideſt* triplici ordine remorum. Id. l. 15. c. 29. de myrto: Tarentinam folio minuto, nuſtratem patulo, exoticam denſiſſimo, ſenis foliorum verſibus. ¶ Item ſpeciem quandam motus, ſive ſaltus. Plaut. Stich. 5. 7. 2. Si iſtoc vorſu me viceris, alio me provocato. Ubi *vorſu* eſt pro *verſu*, antiquo ſcribendi more.

Verſus, a, um, *volto*, *voltato*, הפוך, Ger. *gekehrt*, Gal. *tourné*, Hiſp. *buelto*, ἐστραμμένος, converſus, mutatus in contrariam partem, part. a verto. Virg. 1. Æn. Et verſa pulvis inſcribitur haſta. Id. l. 5. v. 141. Spumant freta verſa lacertis. ideſt undæ, quas brachia remis inverterunt. Hoc loco quidam putant, eſſe participium a verror. ¶ Sumitur etiam pro converſo, ideſt ſpectante in aliquam partem. Virg. 3. Georg. Verſaque in obnixos urgentur cornua vaſto Cum gemitu. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque re, pro mutato, quacunque ratione mutatio facta ſit. Cic. pro R. Am. Videte nunc, quam verſa, & mutata in pejorem partem ſint omnia. Tac. l. 1. An. c. 4. Igitur verſo civitatis ſtatu. Plaut. Caſ. 2. 5. 35. Nimiſtum eſt verſis gladiis depugnarier. h. e. aliis armis, aliis artibus. ¶ Item pro propenſo. Liv. l. 40. c. 5. Totus in Perſea verſus pater, cum eo cogitationes ejus rei dies, ac noctes agitabat, hoc eſt omni benevolentia in Perſeum tranſlata. ¶ Interdum migrat in nomen, ut multa alia participia, & reperitur cum genitivo *animi*, quemadmodum etiam dicimus, *motus animi*, *ſuſpenſus animi*, *erectus animi*. Tac. 4. hiſt. c. 84. Qui verſus animi modo numen paveſcere, modo minis adverſantis populi terreri. Alii tamen rectius legunt *diverſus*. ¶ *Verſa* (ſeu *vorſa* antiquo more) *oratio* eadem eſt, quæ metro ligata, quia in carmine naturalis verborum ordo maxime invertitur, quemadmodum *proſa*, quæ eſt ſoluta. Apulej. l. 4. Florid. Jam & proſa, & verſa facundia illum veneratus ſum. ¶ *In rem verſum* aliquid dicitur a JCtis, quod aliqua ex parte res, ſeu facultates domini amplificavit. V. *vertendum*. De in rem verſo, Dig. l. 15. tit. 3.

Verſus, a, um, *ſcopato*, *purgato*, σεσαρωμένος, ſcopis mundatus, partic. a verror. Plaut. Pſeud. a. 1. ſc. 2. v. 31. Verſa, ſparſa, terſa, ſtrata, lauta, coctaque omnia ut ſint. Ita Diomede præeunte, corrigit *Valens Acidalius*. Similiter *Seneca dial. de ſuperſtit.* dixit, *verſa templa*, ut Diomedes teſtis eſt.

Verſus, *verſo*, πρὸς, præp. ex iis, quæ accuſativo inſerviunt, & ſuo caſui fere poſtponitur. Cic. Fam. l. 11. ep. 27. Cum Brunduſium verſus ires ad Cæſarem. ¶ Quandoque loco accuſativi habet adverbium, ut *Surſum verſus*, *deorſum verſus*, *quoquo verſus*, &c. Cato c. 156. Poſtea ubi deorſum verſum ibit. Cic. in Or. c. 39. Cum gradatim ſurſum verſus reditum. Id. in Partit. Et idem quaſi ſurſum verſus, retroque dicatur. Caſ. l. 7. B. Gall. Dimitti quoquo verſus legationes. Gell. l. 5. c. 12. Ut quædam vocabula, quibus particula iſta præponitur, ambigua ſint, & utroque verſus dicantur. h. e. in utramque partem. Id. l. 15. c. 13. Cum vero omnes terras omnifariam, & undique verſus circumfluat, nihil citra eum eſt. ¶ Habet etiam quandoque adjunctam aliam præpoſitionem. Sulpic. ad Cic. l. 4. Fam. ep. 12. Ille in Italiam verſus navigaturus erat. V. *Verſum*. Alia multa hujuſmodi exempla congerit Pareus in Lex. Crit.

Verſūte, adv. *aſtutamente*, πανούργως, aſtute, callide. Cic. in Bruto, c. 9. Nihil, ut ita dicam, ſubdole, nihil verſute, quod ille non viderit.

Verſutilŏquus, a, um, πανουργολόγος, qui verſute loquitur. Cic. 3. de Or. c. 38. Vel conjungendis verbis, ut hæc (ex Ennio) Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat, Num non vis hujus me verſutiloquas malitias? Videtis enim & verſutiloquas, & expectorat ex conjunctione facta eſſe verba, non nata. Id. in Or. c. 49. Imo vero iſte ſequamur, aſperitatemque fugiamus: *Habeo iſtam ego perterricrepam*, Itemque: *Verſutiloquas malitias*.

Verſūtus, a, um, *ingegnoſo*, στρεβλός, στρεψαῖος, πολύτροπος, ingenioſus, promptus, qui facile mentem in quamlibet partem verſat. Tullius l. 3. de nat. Deor. c. 10. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur. Id. 3. de nat. Deor. Et Chryſippus tibi acute dicere videbatur, homo ſine dubio verſutus, & callidus. Id. 3. de Fin. Verſuti in diſſerendo. ¶ Frequenter in malam partem accipitur pro aſtuto, callido, qui mentem crebro ad malitiam vertit, qui modo hoc, modo illud, ut viſum fuerit, ſimulat, & ſe ſe in omnes vertit ſpecies, Feſtus. Verſuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur. Cic. 2. de Fin. Sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, verſutum, veteratorem, &c. Id. poſt red. in Sen. Cum eum præter ſimulatam, verſutamque triſtitiam nulla res commendaret. Plaut. Epid. 3. 2. 35. Verſutior es, quam rota figularis. Vellej. l. 2. c. 118. Illi in ſumma feritate verſutiſſimi. ¶ Reperitur & cum gen. Plin. l. 7. c. 13. Reſpondit verſutus ingenii magus ob id ipſum ſe tanti vendidiſſe.

Vertăgus, i, m. *bracco*, genus canis venatici, ita dictus, ut quidam multis videtur, a verto, & ago, quia agendo feras, ſæpe vertitur & huc illuc diſcurrit. Martial. l. 14. ep. 200. Non ſibi, ſed domino venatur vertagus acer Illæſum leporem qui tibi dente feret. Jul. Firmic. l. 5. Aſtron. c. 8. Equorum nutritores, accipitrum, falconum, cæterarumque avium quæ ad aucupia pertinent, ſimiliter & canum. Moloſſorum, vertagorum, & qui ſunt ad venationes accommodati.

Vertĕbræ, arum, f. 1. *vertebre*, σπόνδυλοι, ſpinæ oſſa in craſſiores quoſdam nodos conglobata, & in medio ſui concava, ut ſpinali medullæ tranſitum præbeant, firmiſſimis autem vinculis colligata, quorum beneficio inter ſe nodi cohæreſcunt. Harum munus eſt, ut corpori flectendi ſe, in quamvis undique præbeant facultatem, quod ſine illis prorſus rigidum eſſet & inflexibile. Igitur dictæ ſunt a *vertendo*, quia earum beneficio homo ſe vertere, flectereque poteſt. Celſ. l. 8. c. 1. Spina conſtat ex vertebris quatuor & viginti. ¶ Tranſlate per quandam ſimilitudinem in inſectis vertebræ appellantur eæ partes, quæ circa ipſam ſitæ inciſuras corpori flexum præbent. Plin. l. 11. c. 1. Imbricatis flexilibus vertebris. ¶ Uſurpatur hæc vox etiam in ſingulari numero, ut legere eſt apud Celſ. loc. cit.

Vertebrātus, a, um, σπονδυλώδης, in modum vertebræ factus. Plin. l. 11. c. 37. ad quibus cervix e multis, vertebratiſque orbiculatim oſſibus, flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis jungitur.

Vertens, entis, o. g. *Volgente*, partic. a verto. Virg. 8. Æn. Gorgone deſecto vertentem lumina collo. ¶ *Annus vertens*, *Menſis vertens* eſt totius anni, vel menſis vertentis, ſeu procedentis, & delabentis curſus, *il corſo, e lo ſpazio d'un anno, o d'un meſe*. Cic. pro Quint. c. 12. Si debuiſſet, Sexte, petiſſes ſtatim; ſi non ſtatim, paulo quidem poſt, ſi non paulo poſt, at aliquando: ſex quidem illis menſibus profecto; anno vertente ſine controverſia, *dentro lo ſpazio d'un anno*. Nepos in Ageſil. c. 4. Tanta uſus eſt celeritate, ut quod Xerxes anno vertente confecerat, hic tranſierit triginta diebus. Plaut. Perſ. 4. 4. 76. Nunquam hercle hunc menſem vertentem ſervibit tibi. ¶ Alia ratione *vertens annus* dicitur a Cic. in Somn. Scip. c. 7. Ibi enim annum illum intelligit, qui a Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 11. vocatur *annus mundanus*, & a Platone dictus eſt *magnus*, h. e. ſpatium multorum annorum, quorum curſu expleto ſidera, ſtellæque omnes ad eam cœli poſitionem redeant, in qua initio Mundi fuerunt; quæ quidem poſitio poſt 15. millia annorum contingere putabatur, ut loco cit. Macrob. docet: Et jure *annus vertens* dictus eſt, quia, ut Macrobii verbis utar, converſione plena univerſitatis efficitur. Homines, inquit Cic. loc. cit. populariter annum tantummodo ſolis, id eſt unius aſtri reditu metiuntur, cum autem ad idem, unde ſemel profecta ſunt, aſtra redierint, eandemque totius cœli deſcriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere annus vertens appellari poteſt. V. plura apud Macrob. loc. cit.

Vertex, icis, m. *vertice*, στρόβιλος, id quod vertitur, vel circa quod converſio fit. Speciatim ſumitur pro altiſſimis cœli partibus, quos Græce polos vocamus, ideſt pro partibus extremis axis, circa quem cœlum vertitur. *il polo*. Cic. 2. de nat. Deor. c. 41. ex Poeta: Extremuſque adeo duplici de cardine vertex Dicitur eſſe polus. Virg. 1. Georg. v. 242. Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, Maneſque profundi. ¶ Item *vertex*, ſeu *vortex* accipitur pro vento contorto, ac rotato, qui aliter typhon vocatur, ideſt pro flatus repentini genere, qui e ſicca nube erumpit ſine igne, ejuſque partem abruptam ſecum rapit, eamque convolvit, & in nigrum turbinem verſat, ac pondera illa ruinam ſuam aggravat, & locum ex loco mutans rapida vertigine non antennas modo, ſed & navigia contorta frangit, ut Plin. l. 2. c. 48. docet. Hinc ponitur pro quocunque vento, qui in gyrum movetur. Lucan. l. 3. v. 631. Viſitum involvens contorto vertice pontum. Sen. l. 5. Q. nat. c. 13. Ventus aliquo promontorio repercuſſus, atque in ſe volutatus facit verticem, qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac ſe ipſe vertigine concitans, vertigo vocatur. ¶ Item accipitur pro aquis in ſe contortis, quod nempe vertantur in gyrum. Quintil. l. 8. c. 2. Secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ ſunt ejuſdem nominis, id, unde cætera ducta ſunt: ut vertex eſt contorta in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur: inde propter flexum capillorum, pars eſt ſumma capitis, & ex hoc, quod eſt in montibus eminentiſſimum. Recte, inquam, dixeris hæc omnia vertices, proprie tamen, unde initium ſumptum eſt. Horat. l. 2. od. 9. Flumen minores volvis vertices. Virg. 1. Æn. v. 117. Rapidus vortex. ¶ Item hoc vocabulum accommodatur capillis, propter eorum flexum. Sed Metonymice accipitur pro parte ſumma capitis, propter flexum capillorum, ut vidimus in verbis Quintiliani, *la cima del capo*. Cic. pro R. Com. c. 7. Non ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? *da capo a piedi*. Plin. l. 11. c. 37. Vertices bini homini tantum, aliquibus capitis oſſa plena. Intelligit verticem a parte anteriore, & alterum a parte poſteriore. ¶ In eodem homine uſurpatur etiam de vertigine, & rotatione, quæ in doloribus circumagit, lancinatque præcordia. Cic. 2. Tuſc. ex Poeta. Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices. ¶ Ab hominis capite hæc vox tranſlata eſt ad montium cacumina. Igitur a ſimilitudine capitis humani, quod in montibus eminentiſſimum eſt, vertex appelletur, *cima*, κορυφή. Cic. 6. Verr. c. 48. Dicitur inflammaſſe tædas ex iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. ¶ Denique dicitur de parte altiſſima cujuſcunque rei, ut turris, arboris, &c. Plin. l. 12. c. 1. Arbor nemoroſo vertice & ſe caſtis protegens ramis. Lucret. l. 6. v. 750. At eis in ipſo vertice. ¶ Tranſlate Modeſtin. Dig. l. 27. tit. 1. leg. 13. Scævola, Paulus, & Ulpianus vertices legum prudentum. *capi de' Giureconſulti*.

Vertibŭlum, i, n. idem ut vertebra. Lactant. de opif. c. 5. Summas oſſium partes craſſioribus nodis conglobavit, ut verti tutius poſſent, unde ſunt vertibula nominata.

Verticillātus, a, um, σφονδυλώδης, rotundus, vertebratus. Celſ. l. 8. c. 1. Superius autem humeri caput rotundius, quam cætera oſſa, verticillatis ſcapularum oſſibus inſeritur. Alii leg. *verticulatis*, alii *vertibulatis*, eodem ſenſu.

Verticillus, i, m. *fuſajuolo*, σφονδύλιον, inſtrumentum, quod fuſo adhibetur, ut facilius vertatur. Plin. l. 37. c. 2. In Syria quoque fœminas verticillos inde facere.

Verticordĭa, æ, f. 1. Veneris cognomen, de qua ita Ovid. l. 4. Faſt. Roma pudicitia proavorum tempore lapſa eſt: Cumæam veteres conſuluiſtis anum. Templa jubet fieri Veneri: quibus ordine factis, Inde Venus verſo nomine corde tenet. Val. Max. l. 8. c. 15. Ut Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecraretur, quo facilius virginum, mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam converterentur.

Verticōſus, ſeu rectius Vorticoſus, a, um, ἑλιγμώδης, contortus, complicatus. Liv. l. 21. c. 5. Quidam verticoſo amni delati in hoſtes, ab elephantis obtriti ſunt.

Verticŭlæ, arum, *giunture*, articuli, a verto. Feſt. Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit. ¶ Non tamen ſoli ita articuli dicuntur, ſed etiam ſpondyli ſpinæ, h. e. vertebræ. Lucil. apud Non. c. 3. n. 113. Nervos verticulis adfixum in poſteriore Parte, atque articulis, ut nobis talu', genuſque. ¶ Tranſlate verticulæ in machinis dicuntur vincula quædam lignea, vel ferrea, vel ex quovis alia materia, quibus pars una machinæ alteri adjungitur, ita tamen ut flecti, & verti poſſit. Vitruv. l. 10. c. 13.

Vertigĭno, as, n. *girarſi*, circumferor, a vertigo. Tertull. c. 3. de Pallio. Ocelli, immo luminis puncta vertiginant.

Vertiginōſus, a, um, adject. *chi patiſce vertigini*. Plin. l. 23. c. 2. Acetum vertiginoſis perquam utile.

Vertīgo, inis, f. *giro*, *vertigine*, ἴλιγξ, περιδίνησις, converſio, rotatio, a verto. Plin. l. 2. c. 3. Tantæ molis rotatæ vertigine aſſidua. Perſ. ſat. 5. v. 76. Quibus una Quiritem Vertigo facit. Alludit ad morem Romanorum in manumittendo, qui ſervum alapa percutiebant, deinde dextera ejus apprehenſa ipſum circumagebant, atque ita de manu mittebant. Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 6. ¶ Ita etiam vocatur morbus capitis, qui ex frigidis, & lentis humoribus ſurſum ex ventriculo commeantibus oritur, quo affecti occaſione parva ſuccidunt, a *vertendo*, quia omnia circumagi videntur, ſeu quoniam ob oculos eorum, qui tali morbo laborant, verticoſa quædam, & rotatilia circumagi videntur. Græci vocant σκότωμα. Plin. l. 7. c. 6. A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque. Juven. ſat. 6. v. 303. Cum bi-

bitur

bitos concha, cum jam vertigine tectum Ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis.

Verto, is, verti, verſum, a. 3. volgere, voltare, mutare, τρέπω, στρέφω, torqueo, converto. *Cic. Attic. l. 16. ep.* 10. Verti me a Minturnis Arpinum verſus. *Id. 3. de nat. Deor.* Terra in aquam ſe vertit. *Liv. l. 24. c.* 47. Vertere arma adverſus aliquem. *Id. l.* 7. Vertere in ſe omnium oculos. h. e. omnium admirationem de ſe movere. *Virg.* 10. *Æn.* Vertere ſententiam, *mutar parere*. *Id.* 1. *Æn.* Quæ te ſententia vertit? *Cæſar l. 1. B. Civ. c.* 8. Vertere aliquid in contumeliam ſuam, *far vedenda in ſua vergogna, e ſmacco*. *Propert. l. 2. eleg.* 19. Et Deus, & durus vertitur ipſa dies. h. e. & Dei voluntas, & calamitatum ſeries aliquando mutatur. ¶ Atque hæc eſt præcipua & latior hujus verbi ſignificatio, ad quam etiam illa pertinent, Vertere terga, *dar le ſpalle, porſi in fuga*. *Liv. l. 1. c.* 15. Vertere hoſtes in fugam, *cacciar' in fuga*. *Id. l. 30. c.* 35. ¶ *Vertere ſolum* eſt patriam mutare, *andar' in bando*; de quo V. *Solum*. Sic *vertere ſtilum*. V. *Stilus*. ¶ Præterea in hac, quam diximus, ſignificatione ſæpe hoc verbum ita uſurpatur, ut neutrorum naturam videatur induere. *Liv. l.* 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit. *Id. l.* 5. Jam verterat fortuna, *avea mutata faccia*: ſed in his & ſimilibus aliis facile ſubintelligi poteſt aliquis accuſativus, ita ut opus non ſit in neutrorum ordinem hoc verbum conjicere. ¶ Sed permulti ſunt præterea, & valde diverſi hujus verbi uſus. ſumitur enim interdum pro in gyrum agere. *Virgil. 2. Æneid.* Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox. ¶ Item pro transferre de una in aliam linguam, *voltare*. *Cic. 1. Fin.* Quanquam ſi plane ſic verterem Platonem, aut Ariſtotelem, ut verterunt noſtri Poetæ fabulas. *Id. 2. Tuſc.* Verti enim multa de Græcis. ¶ Item pro avertere, deſtruere. *Cic. 1. Offic. c.* 24. Ut Callicratides, qui cum Lacedæmoniorum dux fuiſſet Peloponneſiaco bello, multaque feciſſet egregie, vertit ad extremum omnia. *Manil. l. 4. v.* 80. Furit alter amore, Et Pontum tranare poteſt, & vertere Trojam. Loquitur de Paride, qui ob raptam Helenam in cauſa fuit excidii Trojanorum. ¶ Item pro convertere, redigere, *rivolgere*, *applicare*. *Plin. l. 15. c.* 4. Uſum olei ad luxuriam vertere Græci. *Cic. 1. Verrin.* Ex illa pecunia magnam partem ad ſe vertit. *tenne per ſe*. ¶ Item pro confugere, amplecti, ſuſcipere. *Ter. Eun.* 5. 1. Rotundam, redigam, ut, quo ſe vertat, neſciat, *che non ſappi a che appigliarſi*. *Cic. 5. Verr.* Quo enim ſe verteret non habebat. *Id. 2. de Divin.* Superſtitio, quocunque te verteris, perſequitur. ¶ Item pro conſiderare, volvere, agitare. *Liv. l.* 39. Vertebatur, utrum manerent in Concilio Lacedæmonii. h. e. diſceptabatur. *Plaut. Moſtell.* 5. 1. 10. Ubi ego video, rem verti in meo foro. h. e. agitari, diſputari. ¶ Item pro tribuere, dare, *aſcrivere*, cum duobus dativis. *Cic. l. 7. Fam. ep.* 6. Ne illæ ſibi vitio verterent, quod abeſſet e patria. Vel cum accuſ. & præpoſit. *in*. *Liv. l. 48. c.* 11. Cauſas ſecundorum & adverſorum vertere in Deos. ¶ Item pro verſari, eſſe. *Liv. l. 6. c.* 36. Res in diſcrimine vertitur. *Plaut. Moſtell.* 3. 1. 109. Jam homo in mercatura vertitur, *s' impiega*. ¶ *Verti in aliqua re* eſt in ea conſiſtere, ſummam rei in ea eſſe. *Liv. l. 37. c.* 7. Totum id vertitur in voluntate Philippi. *tutto ſta nel volere di Filippo*. *Cic. 2. Verr. c.* 7. In unius poteſtate ac moderatione vertuntur omnia. ¶ Item evenire, ſuccedere, cum adverbiis *bene*, aut *male*. *Plaut. Perſ.* 4. 1. 5. Si malus eſt, male res vertent, quas agit, ſi autem frugi, eveniunt frugaliter. *Id. Aulul.* 4. 10. 57. Quæ res tibi bene, feliciterque vertet. *Liv. l. 1. c.* 28. Tullus Mettium benigne alloquitur: quod bene vertat, caſtra Albanos Romanis caſtris jungere jubet.

Vertumnalia, ſeu Vortumnalia, orum, n. 2. vel ium, n. 3. Vertumni feſta, quæ fiebant menſe Octobri. *Varr. l. 5. de L. L.*

Vertumnus, ſeu Vortumnus, i, m. Deus quidam apud Romanos, qui in omnigenas ſe ſe formas vertebat, ut Proteus apud Græcos. *Ovid.* 14. *Met. Prop. l. 4. el.* 2. Sed alii de eo ſcribunt. Quidam tradunt, a Romanis habitum eſſe Deum, in cujus tutela arborum fructus eſſent, cæteraque, quæ autumni tempore maturescunt, ita dictum, quod anni vertentis poma perciperet. Alii docent, Vertumnum fuiſſe Deum, qui præeſſet rebus contrahendis, ac permutandis, dictum autem a *verto*, quæ mercatorum verbum eſt. *Aſcon. in 3. Verr. c.* 59. Vertumnus, Deus invertendarum rerum, id eſt mercaturæ. Alii aiunt, fuiſſe Deum humanarum cogitationum præſidem, ideoque multiformem fingi, & inconſtantem, quemadmodum & illæ variæ ſunt, & mutabiles, hinc iniquo Vertumno natos eſſe dici, qui cogitationes ſuas tegere non poſſint. *Acron in illud Horat. l. 2. ſat. 7. v.* 14. *Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.* Nec deſunt, qui inde Vertumnum dictum putent, quod Tiberim fl. e foro Romano longe verterit. *Propert. l. c.* Alii ſcribunt, quod Curtium lacum in Tiberim averterit. Nam hic lacus fuit, ubi poſtea forum Romanum. Quam opinionem tangit & *Ovidius l. 6. Faſt. v.* 410. ¶ Hic Deus Pomonam Nympham fertur adamaſſe, &, ut ſibi ejus ſaltem conſpectu frui liceret, in nullas non formas ſe transmutaſſe. *Ovid.* 14. *Met.* ¶ Simulacrum habuit in foro, in ultimo vico thurario, ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad poſtremam dexteram partem, teſte *Aſcon.* in illud *Cic. in Verr.* 2. *c.* 50. Qui a ſigno Vertumni in circum maximum venit.

Veru, u, n. 4. *ſpiedo*, Ger. *bratſpieſſ*, Gal. *broche*, Hiſp. *aſſador*, ὀβελός, inſtrumentum ferreum, oblongum, cum cuſpide, quo carnes ad ignem torrentur. *Varro l. 4. de L. L.* a verſando ſic dici ſcribit. Nam ad ignem juxta verſatur. In ſingulari numero indeclinabile eſt, in plurali inflectitur *veru*, *verua*, *verubus*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 212. Pars in fruſta ſecant, verubuſque trementia figunt. ¶ Etiam ob ſimilitudinem ſic dixere jaculi genus. *Virg.* 7. *Æn. v.* 665. Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. *Sidon. Carm. 5. v.* 418. Equo ruit acide foſſus ille, veruque aſſus. ¶ *Verum* pro *veru* in nominativo, & accuſativo ſingulari dixit *Plaut. Rud.* 5. 2. 15. & 17.

Vervactor, oris, m. Deus vervacti præſes. In Flaminis Cerealis indigitamento, cum ſacra faceret Cereri, ac Telluri: Vervactor, Redaretor, Imporcitor. Hæc ex *Serv. in l. 1. Georg.*

Vervactum, i, n. *[illegible]*, *νεατὸς*, ager vere proſciſſus, deindeque quieſcens uſque ad ſequentem autumnum, quo ſementis fit, qui alio nomine *novalis* dicitur, cui opponitur ager *reſtibilis*, qui nempe reſtat, novali quieſcente. *Plin. l. 18. c.* 19. Quidam utique ab æquinoctio verno proſcindi volunt. Quod vere ſemel aratum eſt, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali, æque requirito neceſſarium eſt. *Varro l. 1. de R. R. c.* 44. Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis, an in vervacto, quæ interdum requierit. Adde *Col. l. 2. c.* 10.

Verucini, m. 2. *le villare d' Arenes*, pop. Galliæ Narb. in Provincia, ſupra Suelteros. *Plin. l. 3. c.* 4.

Veruculum, i, n. ὀβελίσκος, exiguum veru. Speciatim ſic dicitur inſtrumentum ferreum, quo metallicum expurgatorem ſpumam eximunt a reliqua materia. *Plin. lib. 33. cap.* 6. E ſuperiori catino defluente in inferiorem, & ex eo ſublata veruculis ferreis, atque in ipſa flamma convoluta veruculo, ut fit modici ponderis.

Vervecēus, a, um, *da caſtrone*, κριώδης, factus ad ſimilitudinem vervecis, ut verveceus Jupiter, apud *Arnob. l.* 5. h. e. Jovis ſignum vervecis forma cultum ſub Ammonis nomine. ¶ Quod addi ſolet ex *Plaut. Capt.* 3. 1. 31. Vervecea ſtatua, rectius in opt. Codicib. habetur *urbana*.

Vervecīnus, a, um, *di caſtrone*, quod ex vervece eſt. *Lamprid. in Commodo*, c. 1. Vervecina pellis.

Vervex, ecis, m. *caſtrone*, *caſtrato*, κριός, *ἐνορχισμένος*, mas inter oves, cui inviti, ſive adempti ſunt teſticuli. Nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, *aries* dicitur. *Cic. 2. de Leg. c.* 12. Quod genus ſacrificii lare vervecibus fiat. *Plaut. Capt.* 4. 2. 40. Qui perono nomen induunt vervece ſectari. V. *Pero*. ¶ Translate dicitur de homine ſtupido, ſtolido, ignavo. *Juvenal. ſat. 10. v.* 50. Vervecum in patria, craſſoque ſub aere naſci. *Plaut. Merc.* 3. 3. 6. Itane vero, vervex, intro eas?

Verūina, æ, f. 1. idem, ac verutum, a veru. Unde patet, vocem eam quatuor, non tribus ſyllabis enuntiari debere. *Fulg. Planciades, n.* 35. Veruina jaculi genus longum, quod aliqui verutum nominant. *Gallius Ruſſus Satira*: Veruina confodiende, non ea nauci facio. *Plautus Bacch.* 4. 8. 46. Si tibi eſt machæra, & nobis veruina eſt domi, Qua quidem te faciam, ſi tu me irritaveris, Confoſſiorem ſoricina nænia.

Verulāni, m. 2. pop. Latii, quorum urbs Verulum. *Plin. l. 3. c.* 5.

Verūlum, n. 2. Verulæ, *Veruli*, col. & urbs Latii in Hernicis, apud Coſam fl. Fraſinoni finitima, media fere inter Anagniam ad Or. & Soram ad Oc. 9. aut 10. M. P. *Livius*.

Verum, i, n. 2. *vero*, *verità*, ἀληθές, id, quod verum eſt, res vera, veritas. *Cic. 2. Acad.* Quæ iſta regula eſt veri, & falſi, ſi notionem veri, & falſi, propterea quod ea non poſſunt internoſci, nullam habemus? *Id. l. 12. Fam. ep.* 5. Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile vero videbatur. *Perſ. ſat. 1. v.* 107. Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas? Ubi *verum mordax* eſt veritas libera, male ſibi conſciorum aures offendens. ¶ Aliquando verum accipitur pro æquitate, pro eo, quod eſt æquum, juſtum, par, conveniens, bonum, utile, *dicevole*, *ἐπιεικές*. *Hor. l. 1. ep. 7. v.* 98. Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt. *Cic. pro Domo, c.* 8. Sed quid ad te, qui negas eſſe verum, quenquam ulli Reipublicæ extra ordinem præfici? *Cæſar l. 4. B. Gall. c.* 8. Neque verum eſſe, qui ſuos fines tueri non potuerint, alienos invadere.

Verum, adverb. *ſi*, *veramente*, *certo che ſi*, *[illegible]*, ἀληθῶς, vere, vero, & uſurpatur in reſponſionibus cum aliquid affirmare volumus. *Terent. Heaut.* 5. 3. 10. Facies? Ch. Verum. *Id. Adelph.* 4. 2. 4. Men' quæris? Sy. Verum. ¶ Sæpius eſt conjunctio adverſativa, & ſignificat ſed, *ma*, *anzi*, ἀλλά, *[illegible]*, §. *Cic. pro Mur.* Ea ſunt omnia non a natura, verum a magiſtro. *Id. 5. Phil.* Expectabantur, Calendis Jan. fortaſſe non recte. Verum præterita omittamus. *Id. pro Cæl. c.* 19. Non modo agendo, verum etiam cogitando. ¶ *Verum enimvero* majorem habet adverſandi vim, quam ſolum *verum*, *ma nondimeno*. *Liv. l. 4. c.* 4. Nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegiſſet. verum enim vero lege id prohiberi, id demum contumelioſum eſt. Adde *Cic. Verr. 5. c.* 84. ¶ *Verum enim* idem fere ſignificat, quod *verum*. *Terent. Adelph.* 2. 2. 47. Verum enim, quando bene promeruit, fiat. *ma pure*, *tuttavia*. ¶ *Verum vero* idem eſt quod *verum enim*. *Cato apud Gell. l. 13. c.* 17. Verum vero inter offam, atque herbam ibi vero longum intervallum eſt. Veteres quædam Editiones habent *verum inter offam* &c. omiſſo *vero*.

Verum pro Veru, V. ſupra in *Veru*.

Veruntămen, *ma*, *nondimeno*, ὅμως δὲ, ὅμως ὅτι, ſed tamen. *Cic. 5. Verr. c.* 39. Conſilium capit primo ſtultum, veruntamen clemens. *Id. 11. Fam. ep. ult.* Non dubitabam equidem, veruntamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Chærippus.

Verus, a, um, *vero*, ἀληθής, ſincerus, ſolidus, non falſus. *Cic. 6. Verr.* Inter hunc, & illum Numidicum verum, & germanum metellum intereſſe. *Id. 4. Acad. c.* 4. Cauſa mihi videtur eſſe veriſſima. *Auctor declamat. antequam iret in exil. c.* 2. Neque majus eſt, neque verius. *Virg.* 12. *Æn.* Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis. *Lactant. l. 1. c.* 11. Illud in vero eſt, quod, &c. *h. e.* illud verum eſt. ¶ Aliquando ſumitur pro veridico, *veritiero*, *ἀληθόλογος*, ſicut contra *falſus* pro fallaci. *Ter. And.* 2. 5. 15. Sum verus. ¶ Interdum pro nativo, non adulterato, *naturale*, *proprio*. *Ter. Eun.* 2. 3. 26. Color verus, corpus ſolidum. ¶ Nonnunquam pro æquo, juſto, bono. V. *verum*.

Verūtum, i, n. *[illegible]*, ὀβελός, genus jaculi, id eſt haſtile, quod veru præfixum habet, & etiam veru dicitur. *Feſt.* Veruta, pila dicuntur, quod veluti verua habeant præfixa. *Cæſ. l. 5. B. G.* Transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur. *Virgilius 2. Georg. v.* 168. Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque veruto. Alii leg. *verutos*. h. e. veru armatos, ut ſit adjectivum.

Verūtus, a, um, adject. V. Verutum.

Veſania, æ, f. *pazzia*, *ἀφροσύνη*, *μανία*, vecordia, amentia, ſtultitia. *Hor. l. 2. ſat.* 3. Ne vos ageret veſania diſcors. *Plin. l. 35. c.* 11. Ulyſſem ſimulata veſania bovem cum equo jungens.

Veſaniens, tis, particip. *infuriato*, *impazzito*, inſaniens, furens. *Catull. carm. 25. in Thallum*: velut minuta magno Deprenſa navis in mari, veſaniente vento.

Veſanus, a, um, *pazzo*, *furioſo*, παράφρων, *[illegible]*, inſanus, demens, furioſus, a *ve*, quæ particula hic minuit, & *ſanus*. *Cic. pro Domo, c.* 22. Hæc furioſa vis veſani Tribuni Plebis. *Id. ibid.* Ac primum illud a te homine veſano, & furioſo requiro. ¶ Metonymice dicitur etiam de eo, quod veſaniam efficit. *Virg. 9. Æn.* Suadet enim veſana fames. *Catull. carm.* 95. Cum veſana meas torreret flamma medullas.

Veſcendus, a, um, particip. paſſivæ ſignificationis, *da mangiare*. *Plin. l. 20. c.* 5. Dyſentericis veſcendos dedere.

Veſcens, tis, particip. qui veſcitur. *Virg. 6. Æn. v.* 656. Conſpicit ecce alios dextra lævaque per herbam veſcentes. *Plin. l. 9. c.* 25. Delphinos veſcentes ex hominum manibus.

Veſco, is, activa forma pro *veſcor*. *Terent. de ſynon. c.* 5. Quis non veſcat carne? h. e. paſcet. Hinc quidam paſſive accipiunt illud *Plin. l. 8. c.* 50. Caprinum jecur ſi veſcatur, reſtituit veſpertinam aciem his, quos Nyctalopas vocant. Alii leg. *veſcantur*.

Veſcor, eris, ſine præt. d. 3. *mangiare*, ἐσθίω, *[illegible]*, edo, cibo utor, paſcor. Conſtruitur cum nom. & abl. ſine præp. *Cic. in Or.* Quæ eſt autem in hominibus tanta perverſitas, ut inventis frugibus glande veſcantur? *Id. 2. de nat. Deor. c.* 23. Dii nec eſcis, nec potionibus veſcuntur. ¶ Invenitur etiam conſtructum cum accuſativo. *Plin. l. 8. c.* 50. Sic caprinum jecur veſcantur. *Tacit. in Agric. c.* 28. Eo inopiæ venere, ut infirmiſſimos ſuorum ſorte ductos veſcerentur. Adde *Att. apud Non. c. 4. n.* 478. ¶ *Veſcendo eſſe*, eſt eſui aptum eſſe, *eſſere buono da mangiare*. *Plin. l. 21. c.* 16. Radix ejus veſcendo eſt decocta. Sic *ad veſcendum aptum eſſe*, eodem ſenſu apud *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 64. ¶ *Veſci e manu hominis*, eſt ex manu hominis cibum

capere

cupere. *Plin. l. 9. c. 8.* Simili modo ex hominum manibus veſcens, faciliſque ſe tractandum. ¶ Tranſlate, vel per Catachreſin ſumitur pro uti, frui. *Virg. 1. Æn.* Quod ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aura Ætherea. *Cic. 5. de Fin. c. 20.* Vaſci voluptatibus paratiſſimis. ¶ Item pro videre. *Accius* apud *Non. c. 4. n. 477.* Priuſquam infans eſſes, facinus tui oculi veſcuntur.

Veſcillus, a, um, *ſottile, debole, macilente*, ἀσθενής, ἰσχνός, μονόγραμμος, aliquantum gracilis, macilentus, male curatur, dim. a *veſcus*. *Feſt.* Veſculi, male curati, & graciles homines. *Ve* enim ſyllabam rei parvæ præponebant, unde *Vejovem* parvum Jovem, & *vegrandem* fabam minutam dicebant.

Veſcus, a, um, *buono da mangiare*, ἐδώδιμος, edulis, ſive eſui aptus. *Virg. 3. Georg. v. 175.* Nec veſcas ſalicum frondes, ulvamque paluſtrem. *Id. l. 4.* Verbenaſque premens, veſcumque papaver. ¶ Accipitur etiam pro parvo, minuto, gracili. *Ovid. 3. Faſt. v. 445.* Vegrandia farra coloni, Quæ male creverunt, parvaque veſca vocant. *Plin. l. 7. c. 18.* Corpore veſco, ſed eximiis viribus Tritanum. ¶ *Servius in 3. Georg.* ſcribit, veſcum proprie ſignificare tenerum, levem; atque illud quod ibidem *v. 175.* legitur *veſcas ſalicum frondes*, interpretatur teneras, & ſiccas.

Veſeuus, i, m. idem ac Veſuvius, apud Poetas. *Virg. 2. Georg. v. 224.* Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo Ora jugo. *Servius* Veſevum diverſum eſſe putat a Veſuvio, atque illum quidem in Liguria, hunc in Campania ſitum eſſe. Sed fallitur. Conſtat enim celeberrimorum Scriptorum teſtimoniis, Liguſticum montem *Veſulum*, non *Veſuvium* eſſe appellatum.

Veſica, æ, f. *veſcica*, κύστις, κύστη, φῦσα, urinæ receptaculum in corpore animalis, folliculus, in quo urina colligitur infra alvum a priore parte. *Cic. 2. Fin. c. 30.* Tanti autem morbi aderant veſicæ, & torminum. *Hor. l. 1. ſat. 8.* Diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi. *Apulej. l. 1. Metam.* Veſicam enonerare. ¶ Ponitur & pro muliebri inguine. *Juvenal. ſat. 1. v. 38.* Qui teſtamenta merentur noctibus, In cœlum quos evehit optima ſummi Nunc via proceſſus, vetulæ veſica beatæ.

Veſicaria, æ, f. ἀλικάκαβον, herba, quæ veſicæ medetur. *Plin. l. 21. c. 31. de ſtrychno:* quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum vocant, & alii callion, noſtri autem veſicariam, quoniam veſicæ, & calculis proſit, &c.

Veſicarius, a, um, adject. ad veſicam pertinens, ut veſicaria aqua, *Marcell. Empir. c. 26.*

Veſicŭla, æ, *veſcichetta*, κυστίδιον, parva veſica. In herbis quibuſdam veſiculæ dicuntur folliculi, quibus ſemen includitur. *Cic. 2. de Divin. c. 14.* Et pulejum aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpi veſiculas, & ſemina malorum, quæ in his mediis incluſa ſint, in contrarias partes ſe vertere.

Veſiculōſus, a, um, adject. veſiculis, ſeu tuberculis plenus. *Cæl. Aurelian. Acut. 3. c. 17.*

Veſpa, æ, f. *veſpa*, σφήξ, ἀνθρήνη, inſectum volucre aculeatum, api ſimile. *Cic. l. 5. de Fin. c. 15.* Cornibus uti videmus boves, veſpas aculeis, &c. De veſpis *Plinius* ſcribit *l. 11. c. 21.* ¶ Veſpæ quoque vocantur, qui aliter dicuntur veſpillones, ideſt qui cadavera efferebant, & incendebant. *Feſt.* Veſpæ, & Veſpillones dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompæ duci propter inopiam nequeunt.

Fl. Veſpaſiānus, decimus Romanorum Imperator. Suſcepit Imperium anno Chriſti 70. vel 71. Multis virtutibus inſignis fuit, ſed eas omnes uno avaritiæ crimine fœdavit. ¶ Titus Veſpaſianus, Flavii filius, & in Imperio ſucceſſor, anno Chriſti 81. Fuit omnibus hominibus adeo carus, ut amor mundi, & deliciæ humani generis cognominaretur. V. *Suetonium*.

Veſper, is, & Veſperus, i, m. ἕσπερος, una ſtellarum errantium, eadem, quæ Venus, quæ etiam Græco nomine Heſperus dicitur, medium inter Solis, & Mercurii ſphæras ſitum obtinens, a Græco nomine allata, converſo ſpiritu aſpero in *v* conſonum. *Plin. l. 2. c. 8.* Infra Solem ambit ingens ſidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſiſque cognominibus æmulum Solis, ac Lunæ. Præveniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occaſu refulgens, nuncupatur Veſper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. *Virg. 1. Georg.* Illic ſera rubens accendit lumina Veſper. *Horat. l. 2. od. 9.* Veſpero ſurgente. ¶ Sumitur aliquando pro ipſo veſpertino tempore. *Caſ. l. 2. B. C. c. 43.* Magiſtris imperat navium, ut primo veſpere omnes ſcaphas ad litus appulſas habeant. *Cic. 3. Phil.* Atque ibi ſe occultans perpotavit uſque ad veſperum. *Virg. 3. Georg.* Solis ad occaſum cum frigidus aera veſper Temperat, & ſaltus reficit jam roſcida Luna. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 2.* Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt. ¶ *Neſcis quid ſerus veſper vehat*, titulus eſt, quo a Varrone inſcripta fuit una ex ſatyris Menippeis, ut auctor eſt *Gellius l. 13. c. 11.* & ex eo *Macrob. l. 1. c. 7.* Proverbialis eſt, ſicut ſunt & alii plerique, quo ſalubriter admonemur, ne præſentium ſucceſſuum proſperitate ſublati futuri curam abjiciamus, neque ulla de re ſecuri ſimus, prius, quam exitum viderimus. Nec dubium, quin eodem reſpexerit *Maro*, cum *1. Georg.* de Solis prognoſticis tractans ait: Denique quid veſper ſerus vehat. Et *Livius l. 45. c. 8.* qui ſcripſit: In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbe, ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat, incertum ſit.

Veſper, ra, rum, ἑσπερινός, veſpertinus. *Plin. l. 10. c. 33.* His horæ ciendi matutina, atque veſpera. ¶ *De veſperi ſuo vivere*, proverb. apud *Plaut. Mil. 4. 2. 5. h. e.* furtis ſuis, *vivere delle ſue ladre fatiche*.

Veſpĕra, æ, f. *ſera*, ἑσπέρα, extrema diei pars, a Græca voce allata. *Cic. 2. Catil. c. 4.* Si accelerare volent, ad veſperam conſequentur. *Id. 3. Fin.* Heri, inquam, ludis commiſſis ex Urbe profectus veni ad veſperam. *Tac. l. 3. hiſt. c. 19.* Inumbrante veſpera univerſum Flaviani exercitus robur advenit. ¶ *Veſpera* ablat. abſolute. h. e. veſpertino tempore. *Apulej. l. 1. & 9. Metam.*

Veſperalis, & le, o. 3. veſpertinus, occidentalis. *Solin. c. 14.* (al. 9.) Igitur Macedoniam præcingit Thraciæ limes, meridiana Theſſaliæ Epirotæ tenent, a veſperali plaga Dardani ſunt, & Illyrii, &c.

Veſperaſcens, entis, o. g. part. a *veſperaſcit*. *Nepos in Pelopid. c. 2.* Ut veſperaſcente cœlo Thebas poſſent pervenire. *Tacit. 16. Ann. cap. 34.* Veſperaſcente jam die.

Veſperaſcit, ebat, imp. 3. *farſi ſera*, עָרֶב, Germ. *es wirdt abend, oder ſpat*, Gall. *il vient ſur le tard*, Hiſp. *anochece*, ἑσπέρα γίνεται, ἑσπεράζει, ſerum diei fit. *Ter. Heaut. a. 3. ſ.* Et veſperaſcit, & non noverunt viam.

Veſpĕrat, ebat, imp. 1. *farſi ſera*, ἑσπεράζει, veſpera fit. *Gell. l. 17. c. 8.* Taurus Philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerumque ad id diei, ubi jam veſperaverat.

Veſperatus, a, um, adject. ad veſperam perductus. *Solin. c. 16.* Die jam veſperato.

Veſpĕre, *la ſera*, *di ſera*, ἑσπέρας, πρὸς ἑσπέραν, abl. ſing. qui adverbialiter ponitur. *Cic. Att. l. 11. ep. 12.* Cephalio mihi a te literas reddidit ad octavum Idus Martii veſpere.

Veſpĕri, adv. *di ſera*, ἑσπέρας, πρὸς ἑσπέραν, veſpertino tempore, principio adventantis noctis. *Cic. l. 11. Fam. ep. 27.* Nam cum in Tuſculanum veſperi veniſſem. *Id. 2. de Or.* Cum ad me in Tuſculanum, inquit, heri veſperi veniſſet Cæſar de Tuſculano ſuo. *Id. 1. Acad. c. 1.* Nuntiatum eſt nobis a M. Varrone, veniſſe eum Roma pridie veſperi.

Veſperies, f. 5. opp. Vardulorum in Hiſp. Tarr. inter Menoſcam, & portum Amanum. *Plin. l. 4. c. 20.*

Veſperna. V. Cœna.

Veſpertillo, onis, m. *pipiſtrello*, *nottola*, עֲטַלֵּף, Ger. *fledermauß*, Gall. *chauveſouris*, Hiſp. *morciegalo*, νυκτερίς, animal volatile, incertæ naturæ. Eſt enim medium quiddam inter avem, & murium ſpeciei, ut mus alatus dici poſſit. Volat enim pinnatis alis, ſed inter volucres non eſt habendus, quod quatuor pedibus graditur, pulloſque parit, non ova, quos & lacte nutrit. *Varro apud Non. c. 1. n. 228.* Factus ſum veſpertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus ſum. ¶ Nomen habet a veſpere, quod veſpere ſe ad volatum proferat. *Ovid. l. 4. Met. fab. 12.* Lucemque peroſæ nocte volant, ſeroque tenent a veſpere nomen. ¶ Tranſlate veſpertiliones Juriſconſultis vocantur, qui *Senecæ*, & *Apulejo* lucifugæ, hoc eſt qui noctu demum veſpertilionum more prodeunt in publicum, ne forte in dominos, vorœſve incidant. Hujuſmodi ſunt etiam, qui ære alieno obruti interdiu domi delitefcunt, metu creditorum. *Ulpian. l. 31. Dig. de evictione.* ubi tamen alii aliter legunt.

Veſpertinus, a, um, *di ſera*, ἑσπερινός, quod ad veſperam ſpectat, ſerum, tardum. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.* Tum veſpertinis temporibus delitefcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo. *Hor. l. 1. ep. 6.* Gnavus mane forum, & veſpertinus pete tectum. ¶ Veſpertinæ literæ dicuntur, quæ veſperi ſcriptæ, aut redditæ ſunt. *Cic. Att. l. 13. ep. 23.* Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis. ¶ Ponitur etiam pro occidentali, ad veſperam ſito, *occidentale*. *Horat. l. 1. ſat. 4. v. 29.* ſurgente ſole ad eum, quo Veſpertina tepet regio.

Veſperūgo, inis, f. ἕσπερος, ſtella, eadem quæ Veſper, Heſperus, Lucifer, Venus. *Varr. l. 9. c. 4.* Veneris ſtella, poſt occaſum ſolis apparens in cœlo, Veſperugo vocitatur, aliis autem temporibus eum antecurrens, & oriens ante lucem Lucifer appellatur. *Plautus Amphitr. 1. 1. 119.* Nec Jugulæ, neque Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt. Gl. ¶ Uſurpatur etiam pro veſpertilione. *Tertul. l. de Anima, c. 32.* Item contraria lumini, quæ cæca in totum, vel ſolis tenebris habent oculos, talpas, veſperugines, noctuas.

Veſpĕrus. V. Veſper.

Veſpices dicuntur fruteta denſa a ſimilitudine veſtis. *Paul. apud Feſt.*

Veſpillo, onis, m. *beccamorte*, *becchino*, Ger. *todtengreber*, Gal. *foſſoyeur*, Hiſp. *abogador*, νεκροφόρος, funerator, funerarius, ſandapilarius. *Feſt.* Veſpæ, & veſpillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Ubi in manuſcripto pro *veſpillones* etiam *veſpiliones* legas. *Martial. l. 1. ep. 48.* Qui fuerat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus. *Sueton. in Domit. c. 17.* Corpus ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.

Veſta, æ, f. Ἑστία, filia Demogorgonis, uxor Cœli, mater Saturni, quæ aliis nominibus Ops, Terra, Tellus, Cybele, Berecynthia, Rhea, Mater Magna, Mater Deorum, Mater Idæa, Mater Phrygia appellatur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 27.* Nam Veſtæ nomen a Græcis. Ea eſt enim, quæ ab illis Ἑστία dicitur. Nempe terra & ipſa immobilis eſt, & cæteris cauſa eſt ἑστάναι, καὶ μονῆς, id eſt ſtatus, manſioniſque. *Ovid. l. 6. Faſt. v. 299.* Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur. ¶ Veſta altera, neptis Veſtæ ſuperioris, filia Saturni ex Ope. Nam Opes duæ nominantur, quarum prima mater fuit Saturni, eadem quæ Terra, ſecunda uxor dicitur fuiſſe. Secundam hanc Veſtam ajunt eſſe ignem. Sed *Cicero*, & *Ovidius* duas has Veſtas confundunt. *Cic. loc. cit.* Nam Veſtæ nomen a Græcis. Ea eſt enim, quæ ab illis Ἑστία dicitur. Vis autem ejus ad aras, & focos pertinet. Itaque in ea Dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio, & ſacrificatio extrema eſt. Alii legunt *extrema*. *Ovid. 6. Faſt. v. 267.* Veſta eadem eſt, quæ terra: ſubeſt vigil ignis utrique. Significant ſedem terra, focuſque ſuam. V. ibi plura. *Dionyſius Halic. Rom. ant. l. 2.* ait, Veſtam terram eſſe, ei autem ignem dicatum eſſe, quia terra ex ſe ignem æthereum gignit. ¶ Veſta fingitur virgo permanſiſſe, quia Veſta ignis eſt, ignis autem nihil gignit. Et quoniam erat virgo, ei etiam ſerviebant virgines, quæ Veſtales vocabantur, quarum munus erat ſempiternum ignis publici focum in urbe cuſtodire, ut ex *Ovidio loc. cit.* perſpicuum eſt, quod etiam apud *Dionyſium* legas *l. c.* ¶ Hanc Deam prius Trojani colebant, ut eſt apud *Virg. 2. Æn. de Hectore:* Sic ait, & manibus vittas, Veſtamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem. In Italiam Veſtalem ignem *Æneas* a Troja cum Penatibus tuliſſe dicitur, conditoque Lavinio Veſtæ ædem ſacraviſſe. Poſtea Aſcanius ædificata Alba Longa templum Veſtæ extruxit in montis Albani parte, cui ſuberat lucus, in quo Ilia mater Romuli, & Remi a Marte compreſſa fuit. Tandem Numa Pompilius Romæ Veſtæ templum ſacravit anno 40. ab Urbe condita, & virgines, quæ ejus ſacra facerent, lectas dicavit. Vide *Ovid. in fine l. 4. Faſt.* & loc. cit. ¶ Hoc templum fuit in eo ſpatio, quod eſt medium inter Palatium, & Capitolium, in foro. *Dionyſ. l. c. Cic. 1. de Div.* Nam non multo ante urbem captam exaudita vox eſt a luco Veſtæ, qui a Palatii radice in novam viam devexus eſt, &c. ¶ In eo templo ſervabatur perpetuus ignis, quia Veſta nihil aliud eſt, quam purus ignis. Sunt etiam qui dicant, præter illum ignem alia quædam ſacra in Deæ fano fuiſſe, ſolis Pontificibus, & Virginibus nota, vulgo incognita. ¶ Veſtalia ſacra die 9. Junii celebrabantur. Eo die Virgines Veſtales Veſtæ ſacrificabant, aſini floribus coronati per urbem circumducebantur, molæ etiam ſertis, & floribus ornabantur. *Ovid. 3. Faſt.* ¶ Calendis Martii nova laurea Veſta ornabatur. *Ovid. 3. Faſt.* ¶ Die 15. Junii ſtercus ex æde Veſtæ in Tiberim deferebatur. *Ovid. 6. Faſt.*

Veſtāles, ium, f. 3. Ἑστιάδες, virgines apud Trojanos, Albanos, & Romanos, quæ Veſtæ dicatæ erant, & ignem ſacrum publicum totius urbis, & populi cuſtodiebant. *Cic. 2. de Leg.* Virgineſque Veſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum. ¶ Romæ inſtitutæ ſunt a Numa Pompilio, ſimileſque fuere Canephoris, ſeu Caniſtriferis apud Græcos. *Dionyſ. l. 2. Ovid. 6. Faſt.* ¶ Initio quatuor fuerunt, poſtea ad ſenarium numerum auctæ, in quo numero uſque ad extrema Reipublicæ tempora permanſerunt. *Dionyſ. l. c.* Duæ illæ, quæ additæ ſunt, additæ dicuntur a Ser. Tullio. Prima, quæ lecta fuit, Amata nomine fuiſſe traditur. Ideo cum virgo eligeretur in Veſtalem Sacerdotem, hoc nomen ei imponebatur. Sed ab aliis hæc quatuor primarum virginum nomina recenſentur, Gegania, Berenia, Camilla, Tarpeja. ¶ Conditiones neceſſariæ, ut aliqua Virgo Veſtæ miniſtraret dice-

dicaretur, hæ erant. Primo nobiliſſimæ quæque virgines eligebantur: quod etiam apud Albanos uſitatum fuit, & perhonorificum habebatur. Eligi non poterat, cujus parentes, ambo, vel alter, ſervitutem ſerviſſent, aut in negotiis ſordidis verſarentur. Deinde eligi non poterat ejus filia, qui domicilium in Italia non haberet. Tertio oportebat, puellam patrimam, & matrimam eſſe. Quarto videndum erat, ne lingua debili, & aurium ſenſu diminuta eſſet, aliave corporis labe inquinata. Quinto eligi non poterat neque minor ſex annis, neque major decem. ¶ Excuſationem merebatur ea, cujus ſoror ad id ſacerdotium lecta fuiſſet: item filia ejus, qui liberos tres haberet: item cujus pater Flamen, vel Augur, vel Decemvir ſacris faciundis, vel Septemvir Epulonum, vel Salius eſſet: item filia Regis ſacrorum: item ſponſa Pontificis. ¶ Veſtalium optandarum jus penes ipſos Reges erat, ex Numæ inſtituto. Exactis Regibus eligebantur a Pontifice Maximo. Moris fuit virginem a Pontifice Max. capi, ideſt manu prehenſam ab iis parentibus, in quorum poteſtate erat, quaſi bello captam abduci, velut ab hoſtibus. Verba, quibus tunc Pontifex utebatur, hæc ſunt. Sacerdotem Veſtalem ſacra facere, quæ juſſi, pro Populo Romano Quiritibuſque, uti optima lege fiat, ita te, Amata, capio. Amatæ enim nomine, ut diximus, appellari omnes conſueverunt, quod ea, quæ prima capta eſt a Numa Rege, fuiſſe hoc nomine perhibeatur. V. *Gell. l. 1. c. 12.* ¶ Oportebat, has virgines puras a nuptiis manere per integros triginta annos, ſacra facientes, & reliquas cæremonias de more peragentes. Quo tempore decem primis annis myſteria diſcebant, decem ſequentibus ſacra faciebant, reliquis annis alias docebant. Expleto autem triginta annorum tempore, nihil illis impedimento erat, quo minus infulis, & reliquis Sacerdotii inſignibus depoſitis, eæ, quæ vellent, nuberent. Hoc autem perpaucæ fecerunt, quibus vitæ finis non optandus, neque admodum felix contigit. Itaque reliquæ earum caſum pro ominoſo accipientes, virgines uſque ad mortem apud Deam manebant. ¶ Honores autem illis a civitate delati ſunt multi, & inſignes, quorum cauſa neque liberorum, neque nuptiarum deſiderium eas ſubibat. Igitur ſimul atque virgo capta, atque in ædem Veſtæ deducta erat, illico ſine emancipatione, aut capitis diminutione exibat patriam poteſtatem, & jus teſtamenti faciendi adipiſcebatur. Præterea Veſtales juramento immunes erant. ¶ Graves pœnæ ſtatutæ erant in Veſtalium delicta, quorum quæſitores, & vindices ex legibus erant ipſi Pontifices. Si Veſtalis alicujus negligentia forte ſanctus ignis reſtinctus eſſet, flagris a Pontifice Maximo cædi jubebatur. Hoc enim malum extincti ignis Romani maxime omnium formidabant, tali, id excidium civitati portendere, quomodocunque id accidiſſet, magniſque delinimentis, & curationibus placantes ipſum, referebant in templum. Præterea virgo cædebatur, quia cum ex multis aliis indiciis cognoſci poterat, non Sacerdos ſancte, ac pie rei ſacræ operam navaſſet, tum vero præcipue, ſi ignis extinctus eſſet. Ignem vero extinctum nequaquam alio ex igne reparare fas erat, ſed accenſa per fomites ex Sole flamma pura, & cæleſtis eliciebatur. ¶ Eam vero, quæ corpus ſtupro polluiſſet, lex antiqua jubebat virgis cæſam necari, & ipſius prolem in fluvii profluentem projici. Poſtea introductum eſt, ut quæ ſtuprum paſſæ fuerant, fœdiſſimo, & miſerrimo mortis genere necarentur. Vivæ enim in lecto non aliter, quam mortuæ, funebri pompa efferebantur, eas deflentibus, & proſequentibus amicis, & cognatis. Delatæ autem uſque ad portam Collinam, intra mœnia, in cella ſubterranea ad id parata cum omnibus funereis ornamentis ſepeliebantur, ſine ullis monumentis ſine parentatione, denique ſine iis omnibus rebus, quæ defunctorum Manibus dari ſolebant. *Dionyſ. l. 2.* Aliorum deſcriptionne, ſi virgo Veſtalis inceſta fuiſſet, vincta efferebatur in ſandapila per medium forum uſque ad portam Collinam, ubi tumulus impudicarum Veſtalium inter muros eminebat, in quo erat parva caverna ſubterranea, ad quam per foramen ſcalis deſcendebatur, in qua erat ſtratus lectulus, & lucerna ardens, & panis, lac, oleum, ne fame interiret, hoc loco deponebatur Veſtalis, ſolvebatur vinculis, capite velato in ſupplicium ducebatur, Pontifex, cum arcana quædam pronuntiaviſſet, cum Sacerdotibus terga vertebat, & ſtatim impudica Veſtalis in cavernam demittebatur, inde foſſa tellure replebatur uſque ad operculum. Ea die ſilentium, & mæſtitia in tota urbe erat. V. *Dionyſ. Halic. l. 2. antiq. Rom.*

Veſtalis, le, adject. ad Veſtam pertinens, ut Veſtalis ara. *Lucan. l. 1. v.* 549. Veſtales foci. *Id. ibid. v.* 199. ¶ Veſtalis virgo, h. e. Veſtæ cultui dicata. V. dictionem præced. quæ & *Veſtales* abſolute ſæpe dicitur. *Liv. l. 1. c. 4.* Vi compreſſa Veſtalis cum geminum partum ediſſet, &c. ¶ *Veſtalia, ium*, abſolute ſunt feſta Veſtæ dicata. *Varr. l. 5. de L. L.*

Veſter, ſtra, ſtrum, *voſtro*, Ger. *euver*, Gal. *votre*, Hiſp. *vueſtro*, [illegible], quod ad vos pertinet. Prius fuit *voſter*, ut ex Comicis imprimis liquet. Eſt enim a vos, ut *noſter* a nos. *Virg. 3. Ecl.* Pierides vitulam lectori paſcite veſtro. *Cic. pro L. Man.* Majores veſtri ſæpe, mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis, bella geſſerunt.

Veſtiarium, ii, n. [illegible], locus, in quo veſtes ſervantur, vel venduntur. *Plin. l. 15. c. 8.* Veſtiarium etiam contra teredines, ac noxia animalia amurca aſpergi. ¶ Aliquando veſtiarii nomine veſtitus intelligitur. *Col. l. 1. c. 8.* Tantoque curioſior inquiſitio patrisfamilias debet eſſe pro illo genere ſervorum, ne aut in veſtiariis, aut in cæteris præbitis injurioſe tractentur. *Scævola l. annua, ff. de ann. leg.* Et per hoc neque veſtiaria, neque cibaria his debeantur.

Veſtiarius, a, um, [illegible], quod ad veſtes pertinet, ut Veſtiaria arca, in qua veſtes ſeponuntur, & conſervantur. *Cato c. 11.*

Veſtiarius, ii, m. [illegible], qui veſtiario præeſt, aut veſtes vendit. *Ulp. l. quæcunque, §. 2. ff. de inſtit. act.* Quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam.

Veſtibulum, i, *veſtibolo*, *ingreſſo*, [illegible], locus ante ædium januam, inter ædes ipſas, & viam relictus, cum in uſum, ut qui ædium dominum ſalutatum veniſſent, neque in via ſtarent, neque in ipſius eſſent ædibus. *Gell. l. 16. c. 5.* Animadverti, quoſdam haudquaquam indoctos viros opinari, veſtibulum eſſe partem domus primam, quam vulgus atrium vocat. Cæcilius (*Aquilius*) Gallus in lib. de ſignificatione verborum, quæ ad jus civile pertinent ſecundo, veſtibulum eſſe dicit, non in ipſis ædibus, neque partem ædium, ſed locum ante januam domus vacuum, per quem a via aditus acceſſuſque ad ædes eſt, cum dextra, ſiniſtraque inter januam, tectaque, quæ ſunt viæ juncta, ſpatium relinquitur, atque ipſa janua procul a via eſt, area vacanti interſita. ¶ Diverſum fuit ab atrio, ut clare ſatis patet ex loco Gellii adducto, & manifeſte diſtinguit *Vitruv. l. 5. c.* 7. His, qui communi ſunt fortuna, non neceſſaria magnifica veſtibula, nec tablina, neque atria, quod hi aliis officia præſtant ambiundo, quæ ab aliis ambiuntur. ¶ Dictum eſt a *Veſta*. Nempe quod ignis, qui eſt in Veſtæ poteſtate, in veſtibulis antiquitus accenderetur. *Ovid. l. 6. Faſt. v.* 301. At focus a flammis, & quod fovet omnia dictus, Qui tamen in primis ædibus ante fuit. Hinc quoque veſtibulum dici reor: inde precando Dicimus, o Veſta, quæ loca prima tenes. V. *Gell. loc. cit.* ubi aliud quoque etymon affert. *Plaut. Moſtell. 3. 2. 130.* Viden' veſtibulum ante ædes hoc, & ambulacrum cujuſmodi? *Cic. 2. Inv. c. 66.* Veſtibulum curiæ. ¶ Tranſlate ponitur pro ingreſſu, aditu. *Cic. 7. Verr. c. 86.* In conſpectu Italiæ, veſtibulo Siciliæ, &c. *Id. in Orat. c. 15.* Veſtibula nimirum honeſta, aditusque ad cauſam faciet illuſtres.

Veſticeps, ipis, o. g. [illegible], qui jam pubeſcit, qui ad pubertatem pervenit, hoc eſt qui major eſt 14. annis, quod pube veſtiri incipiat. Cui opponitur *inveſtis*. *Gell. l. 5. c. 19.* Sed arrogari non poteſt, niſi jam veſticeps. ¶ Metonymice ſignificat corruptum, ſeu qui jam Venerearum corruptionem habet. *Apul. in Apol.* Inveſtem a nobis accepiſti, veſticipem illico reddidiſti.

Veſticontubernium, ii, n. concubitus eorum, qui ſub eadem veſte cubant. *Petron. in Satyr. c. 11.* Quid veſticontubernium facis? [illegible], &c.

Veſticula, læ, f. *veſticciuola*, parva veſtis. *Paul. Dig. l. 33. leg. 18. tit. 7.* Cum in dicto mortis ubi libros, & vitreamina, & veſticulam habent.

Veſtifex, icis, m. *ſarto*, qui veſtes facit. *Inſcript. apud Gruter. p. 578.*

Veſtifica, æ, f. quæ veſtes conficit. *Inſcript. apud Reineſ. claſſ. 9. n. 70.*

Veſtificina, æ, f. veſtium confectio, vel conficiendarum veſtium ars. *Tertull. de Pall. c. 3.*

Veſtiſicus, i, m. qui veſtes conficit. *Inſcript. apud Gruter. pag. 578. n. 7.* Veſtificus Cæſaris a veſte ſcenica.

Veſtifluus, a, um, adject. qui fluentibus, laxiſque veſtibus utitur. *Petron. in Satyr. c. 95.* Quam Lydus adoret veſtifluus. *Auſon. in Technopægn. c. de hiſt. v. 23.* Velleſa depectis nemoraſte veſtifluus Ser.

Veſtigatio, onis, f. inveſtigatio, inquiſitio. *Cic. Offic. 1. c. 6.* Quæ omnes artes in veri veſtigatione verſantur. Alii leg. *inveſtigatione*, & quidem rectius. *Apulej. l. 5. Metam.* Pſyche dies noctesque mariti veſtigationibus inquieta.

Veſtigator, oris, m. *cacciatore*, *inveſtigatore*, qui veſtigat, & venatur. *Varr. l. 4. L. L.* Veſtigator a veſtigiis ferarum, quas indagatur. *Col. l. 9. c. 8. de apibus capiendis:* Nam ſtatim ſono territum (examen) vel in trunco, vel in editiore ſilvæ fronde conſidet, & a veſtigatore præparato vaſe reconditur. *Senec. 5. de benef. c. 27.* Quod factum ſimul & Marii et noctis illius temporis veſtigatoribus notavit.

Veſtigium, ii, n. *veſtigio*, *pedata*, [illegible], Ger. *fuſſtapff*, Gal. *trace*, *marque du pied*, Hiſ. *piſada*, [illegible], pedis impreſſio, ideſt ſignum, quod a pede relinquitur. Videtur eſſe a *veſte*. Nam olim non feminæ modo, ſed viri etiam longis utebantur veſtibus, eoque non modo pedum, ſed veſtis etiam indicium relinquebatur ab incedentibus. Hæc cauſa, cur, etſi imprimis pedum relinquereturn ſignum, res tamen e veſtibus nomen duceretur. *Plaut. Ciſt. 4. 1. 29.* Sed ſi hoc, aut hac, ſeu video veſtigium in pulvere. *Cic. 3. Phil. c. 12.* Ille autem ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit ſtrages, ubicunque poſuit veſtigia! *Auct. ad Herenn. c. 15. l. 3.* Stare in veſtigio, non movere pie di piede. *Cic. pro Cæc. c. 14.* Facere veſtigium in poſſeſſionem. h. e. ingredi. *Idem 1. de Orat. c. 43.* Perſequi alicujus veſtigia, *ſeguire le ſue pedate*, & tranſlate *imitare*. *Idem de clar. Orat. c. 90.* Ipſius veſtigiis perſequi aliquem, eodem ſenſu. Sic, alicujus veſtigiis ingredi, h. e. eo modo procedere, quo ipſe, & tranſlate imitari, apud *Cic. in Somn. Scip.* ¶ Metonymice ponitur pro ima parte pedis. *Virg. 3. Æn. v. 366.* Veſtigia primi Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam. *Cic. 4. Acad. c. 39.* Qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis. *Cic. 6. Verr. c. 14.* Leviter preſſo veſtigio aliquem perſequi, *camminando in punta di piede*. ¶ Item pro ſolea ferrea equi. *Plin. l. 28. c. 20.* Veſtigium equi excuſſum ungula, ut ſolet plerumque, ſiquis collectum reponat, ſingultus remedium eſſe recordantibus, quonam loco id repoſuerint. ¶ Per Synecdochen uſurpatur pro quacunque impreſſione corporis, vel partis corporis. *Cic. 5. Verr.* Præſertim cum in lectulo decumanæ mulieris veſtigia viderent recentia. *Id. 3. de Or. c. 2.* Poſt ejus interitum veniebamus in curiam, ut veſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueremur. ¶ Per Metaphoram ponitur pro quocunque rei geſtæ monumento, indicio, ſigno. *Cic. pro Font. c. 1.* Eæ tabulæ proferantur, in quibus veſtigium ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. *Id. pro Mil. c. 9.* Relinquere veſtigium ſceleris. *Id. pro R. Amer. c. 22.* Extant veſtigia ſceleris. ¶ Item pro momento, ſeu puncto temporis, tranſlatione ſumpta a veſtigiorum facientis celeritate, quod ſcilicet nihil pene citius fiat, quam veſtigium. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 26.* Eodemque tempore vis magna pulveris cernebatur, & veſtigio temporis primum agmen erat in conſpectu. *Cic. in Piſon.* Atque eodem in templo, eodem & loci veſtigio, & temporis, arbitria non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti. ¶ Hinc e *veſtigio*, eſt confeſtim, e templo, maxima celeritate. *Cic. 1. Verr.* Repente e veſtigio ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus eſt verres. *Servius Cic. l. 4. Fam.* E veſtigio eo ſum profectus prima luce.

Veſtigo, as, a. 1. *inveſtigare*, *cercare*, [illegible], Ger. *nachſuchen*, Gal. *tracer*, Hiſ. *buſcar*, [illegible], eſt quaſi per veſtigia inquirere. *Virg. 6. Æn.* Ergo alte veſtiga oculis, & rite repertum Carpe manu. *Cic. poſt red. in Sen. c. 6.* Hi voluptates omnes veſtigant, atque odorentur. *Id. 1. de Or. c. 35.* Nam & conjuncta quæremus, & cauſas rerum veſtigabimus. ¶ Item invenire, *trovare*. *Liv. l. 31. c. 19.* Fugitivos, quos inquirendo veſtigare potueſint, reddidiſſe.

Veſtimentum, i, n. *veſtimento*, [illegible], idem ut veſtis. *Cic. pro Mil. c. 10.* Milo autem, cum in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos, & veſtimenta mutavit. *Hor. l. 1. ep. 18.* Veſtimenta dabat pretioſa, &c.

Veſtini, m. 2. [illegible], pop. Italiæ ſub Samnitibus, a Sept. Matino fl. diviſi a Piceno, a Mer. Aterno fl. a Pelignis, & Marrucinis, ab Occ. eodem Aterno a Marſis, ab Or. Supero mari attingeti, ubi hodie pars Aprutii ult. inter fl. Aternum, & fl. *Piomba*. Eorum caput fuit Aquila, cæteræ urbes numerantur Amiternum, Aternum, & Pinna. Apud hos laudatiſſimi fiebant caſei. *Plin. l. 3. c. 5.*

Veſtinus, a, um, quod ad Veſtinos ſpectat. *Martial. l. 13. ep. 28. de caſeo.* Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Veſtio, is, ivi, itum, a. 4. *veſtire*, [illegible], Ger. *kleyden*, Gal. *habiller*, Hiſp. *veſtir*, [illegible], veſte induo. Uſurpatur vel cum nom. & acc. *Ter. Heaut. 2. 1.* Ancillæ tot me veſtiant? *Cic. pro R. Am. c. 50.* Quis vero neſcias, hunc ali, & veſtiri a Cælio. ¶ Vel etiam cum abl. ſine præp. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, &c. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro velare, ornare, munire quacumque re. *Cic. 6. Verr. c. 55.* His autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur. *Id. in Brut.* Reconditis, exquiſitiſque ſententiis mollis, & pellucens veſtiebat oratio. *Liv. l. 32.* Ipſi montes Epiri veſtiti frequentibus ſylvis ſunt. *Col. l. 8. c. 5.* Per viciniam undique prius gramine ripæ veſtiantur.

Veſtiplica, æ, f. ancilla, quæ veſtes plicat & ſervat. *Quintil. declam. 363* Veſtiplicam dominæ habuiſſe miſſi. *Et rurſus.* Adulter cum uxore locatus per veſtiplicam.

Veſti-

Veſtiplicus, ci, m. famulus, qui veſtes plicat, & cuſtodit. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ. 1. 9. n. 64.* & *claſſ. 11. n. 90.*

Veſtis, is, f. *veſte*, ἐσθὴς, ἔσθημα, ἱμάτιον, περιβολή, id, quo corpus tegimus. Et eſt generale nomen, quodvis ſignificans indumentum, tam virile, quam muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, ſerica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubandique cauſa apparata ſunt, & quæ acceſſionis jure cedunt, quæ ſunt inſtitæ, picturæ, clavique, quæ veſtibus inſuuntur. *Cic. 7. Verr. c. 56.* Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii, atque odores, veſtemque lineam, gemmas alii, & margaritas. *Id. 2. Phil. c. 27.* Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretioſa veſtis, multa, & lauta ſupellex, & magnifica multis in locis. *Virg. 9. Æn.* Dives equum, dives pictai veſtis, & auri. Servus *a veſte*, & *ad veſtem*, inter officia domus Auguſtæ, eſt qui veſtem principis curat. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 578. n. 2. 4. & 7.* ¶ Sumitur etiam pro barba, & pro lanugine, quæ malas, & inguina veſtit. *Virg. 8. Æn. v. 659. de Gallis:* Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis. Ubi veſtem de barba dici, cum *Nonius* innuit, tum *Servius* clare docet. *Lucret. l. 5. v. 672.* Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte. h. e. pube, lanugine. ¶ *Id. l. 3. v. 386.* veſtis araneæ, *tela di ragno*.

Veſtiſpica, æ, f. ἱματιοφύλαξ, ancilla, quæ cuſtodit veſtes. *Afran.* apud *Non. c. 1. n. 41.* Novi non inſciam ancillulam veſpere, & veſtiſpicam. Adde *Paul. Dig. l. 33. tit. 7. leg. 18. in fin.*

Veſtiſpicus, ci, m. ἱματιοφύλαξ, ſervus cuſtodiens veſtes, a *veſtis*, & *ſpecio*, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciat. *Plaut. Trin. 2. 1. 22.* Ducitur familia tota, Veſtiſpici, auctor, auri cuſtos. Alii leg. *veſtiſpica*, a fœminino *veſtiſpica*.

Veſtitor, oris, m. qui facit veſtes, ſartor. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 41.* Dignitates acciperent fullones, & veſtitores.

Veſtitus, us, m. *veſtimento*, *veſte*. ἱματισμός, στολισμός, ἐσθής, veſtimentum, veſtis. *Cic. Att. l. 1. ep. 12.* Vir indutus muliebri veſtitu. *Ter. Adel. 1. 1. 38.* Veſtitu nimio indulgere, *ſpender troppo in veſtirſi*, ubi veſtitu eſt pro veſtitui. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur pro integumento. *Cic. 2. de nat. Deor.* Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum veſtitus viridiſſimos. ¶ Item pro ornamento. *Cic. de Cl. Or.* Concinnitas illa, crebritaſque ſententiarum priſtina manebat, ſed is veſtitu illo orationis, quo conſueverat, ornata non erat.

Veſtitus, a, um, nom. particip. *veſtito*, indutus. *Nepos in Con. c. 4.* Cum aliquem videret minus bene veſtitum. ¶ Tranſlate eſt tectus, ornatus. *Liv. l. 32. c. 13.* Montes veſtiti ſilvis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Terra veſtita floribus, arboribus, frugibus. *Colum. l. 7. c. 3.* Id pecus quamvis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum eſt, frigoris tamen impatientiſſimum eſt.

Veſtras, atis, o. g. quod ſpectat ad veſtram gentem, patriam, ſectam, &c. ab antiquo *veſtratis*, quod a vos, ut cujas, Arpinas, Sarſinas, ex *cujatis*, *Arpinatis*, *Sarſinatis*. *Priſcian. l. 17.*

Veſulus, i, m. *Monviſo*, Οὐέσουλος, mons Liguriæ, pars Alpium Cottiarum, inter Galliam, & Italiam, ſeu inter Marchionatum Salutiarum ad Or. & Delphinatum ad Occ. In ejus jugo planities eſt, unde Padus, & Druentia fl. oriuntur. *Virg. 10. Æn. v. 708.* Ac velut ille canum morſu de montibus altis Actus aper, multos Veſulus quem pinifer annos Defendit.

Veſvius, a, um, idem ac Veſuvinus. Poetice. *Colum. l. 10. v. 133.* Fontibus & Stabiæ celebres, & Veſvia rura.

Veſuvinus, a, um, quod ad Veſuvium ſpectat. *Stat. l. 2. ſilv. 6. v. 62.* Ructaſſent ditet Veſuvina incendia Locros.

Veſuvius, ii, m. Poetis etiam Veſevus, & Veſvius, *Monte di Somma*, Οὐεσούιον, Οὐέσβιον, mons Campaniæ, in prov. Terræ Laboris, ignivomus, agros habens miræ fertilitatis, præterquam in ſolo cacumine, ubi planitiem habet magnam fructum omnino nullum ferentem, alias vitibus magna ex parte conſitus, & peramœnus, nunc vero ex parte incultus, propter crebra incendia. Conſtat, hunc montem olim ſæpius arſiſſe, nunquam tamen vehementius, quam imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis vicinas regiones lateſſime populatus eſt. Anno etiam 1632. ſic æſtuavit, ut calamitatem ultimam Neapolis expectaret: quod etiam poſtea pluries accidit, ſed minore impetu. De ejus variis incendiis ſcripſit Recupitus. Dicitur Plinium Naturalis Hiſtoriæ ſcriptorem, qui cognoſcendi cupiditate eo ſe contulerat, fumo, flammiſque enecaviſſe, qua de re vide epiſtolam Plinii junioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Hiſtoriæ eſt præfixa. *Martial. l. 4. ep. 44.* Hic eſt pampineis viridis Veſuvius umbris. *Valer. Flac. l. 3. v. 209.* Veſvius attonitas acer cum ſuſcitat urbes.

Veter, eris, m. *vecchio*, *antico*, γεραιός, παλαιός, ἀρχαῖος, ſenex, vetuſtus. *Ennius apud Priſcian. l. 3.* Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. ¶ Comp. *veterior*, ſup. *veterrimus*. *Plaut. Bacch. 5. 2. 51.* Senem illum ego tibi dedo veteriorem, lapide ut lenitum reddas. *Virg. 2. Æn. v. 513.* Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus. *Cic. de Am.* Veterrima quæque, ut ea vina, quæ vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuaviſſima. *Tac. l. 6. Ann. c. 31.* Arſacem liberorum ſuorum veterrimum impoſuit. id eſt maximum natu. ¶ V. *Vetus*.

Veteramentarius, a, um, ut veteramentarius ſutor, *ciabattino*, *ciabattiere*, *ſtarpinello*, παλαιωματικὸς ῥάπτης, calcearius, qui veteres calceos reficit, a vetus ea forma, qua ab armento *armentarius*, a ferramento *ferramentarius*. *Suet. in Vitell. c. 2.* Caſſius Severus, nec minus alii, eundem & ſutorem veteramentarium prodiderunt.

Veteranum, i, n. apotheca, horreum, ſive locus, ubi quid in vetuſtatem reponitur, ac ſervatur. *Senec. epiſt. 114.* Aſpice veterana noſtra, & plena multorum ſæculorum vindemiis horrea. Lipſius hoc loco notat, etiam veterem Horatii ſcholiaſten eo verbo uſum eſſe. Pleriquc tamen in verbis Senecæ legunt *veteraria*.

Veteranus, a, um, *veterano*, *vecchio*, πρεσβύτης, vetus, vetuſtus, antiquus, a *vetus*. Veterani milites, παλαιστρατιῶται, ſunt qui legitima ſtipendia vel omnia, vel certe plurima confecerant. *Sigon. de ant. jure C. R. lib. 1. cap. 15.* *Budæus in l. de aſſe*, ex auctoritate *Taciti* oſtendit, eos proprie dictos eſſe veteranos, qui ſtipendia quidem legitima confecerant, adhuc tamen ſub vexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniaſque acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulſandi hoſtis. V. *Stipendium*. Iis opponuntur tirones. Nam tirones ſunt qui nuper militare cœperunt, veterani, qui multis annis ſtipendia fecerunt, & diuturno uſu in re militari ſunt exercitati. *Cæſ. l. 1. bell. Gall.* Ipſe interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor veteranorum. *Cic. 3. Phil. cap. 2.* Comparare firmiſſimum exercitum invicto genere veteranorum militum. *Lucan. l. 1. v. 345.* Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noſter veteranus aret? ¶ Tribuitur *veteranus* etiam aliis rebus, ut veteranus vitis. *Columell. l. 3. c. 15.* Veteranum pecus. *Id. l. 6. c. 2.* Veteranos hoſtis. *Liv. l. 21. c. 16.* Sic veterana mancipia dicuntur a *Martiano l. ult. Dig. de Publ. & vectig.* quæ anno continuo in urbe ſervierunt, ſicut novitia quæ annum ſervitutis nondum compleverunt.

Veterarium, ii, n. locus in quo quid reponitur ſervandi cauſa. V. *Veteranum*.

Veteraſco, is, veteravi, n. 3. *invecchiarſi*, *invecchiare*, παλαιοῦμαι, vetuſtus fio, vetuſtatem contraho. *Colum. l. 2. c. 15.* Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere, ſi vitibus, aut pomorum arboribus adhibeas. *Celſ. l. 3. c. 13. de febribus:* In acceſſionum, & deceſſionum vicibus, ubi veteraverunt. *Cic. in fragment. epiſt. apud Non. c. 5. n. 63.* Veteraſcens ad gloriam.

Veterator, oris, m. *aſtuto*, *pratico*, πανοῦργος, παλίντριψ, τρίβων, ἐντριβής, qui in aliqua re callidus eſt, a *vetus*, quaſi vetus in aſtutia, ut ſcribunt *Feſtus*, & *Donatus*, nempe a multarum rerum gerendarum vetuſtate; & uſurpatur tam in bonam, quam in malam partem. *Terent. Andr. 2. 6. 26.* Quid hic vult veterator ſibi? *Cic. 2. Fin.* Acutum, verſutum, veteratorem, facile ut excogitet, quomodo occulte ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. *Gell. l. 3. c. 1.* Videbatur eſſe in literis veteratus. *Id. l. 1. cap. 7.* Rurſus *Cic. de clar. Orat. c. 48.* Ejus æqualis P. Cethegus in cauſis publicis nihil, in privatis ſatis veterator habebatur. ¶ Speciatim veterator dicitur de ſervo, qui diuturna ſervitute, ac ſæpius fortaſſis commutata, aſtutus, ac vafer evaſit. Itaque veteratores, & novitii opponuntur, ut oſtendunt verba Venuleji *l. ult. Dig. de Ædil. edict.* Servum tam veteratorem, quam novitium dici poſſe: novitium autem non tirocinio animi, ſed conditione ſervitutis intelligi, ut veteratorem item non ſpatio annorum, ſed genere, & cauſa æſtimandum. Hoc genus ſervorum olim minore erat in pretio, quam novitiorum. Unde ab Ædilibus præceptum erat, ne veterator pro novitio veniret. *Ulp. l. præcipiunt, ff. de Ædil. ed.* Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro novitio veneat.

Veteratorie, adv. *aſtutamente*, πανούργως, aſtute, callide. *Cic. in Or. c. 58.* Ille enim ſommiſſus, quod acute, & veteratorie dicit, &c.

Veteratorius, a, um, *aſtuto*, πανουργικός, ſubdolus, aſtutus, vafer. *Cic. 3. Verr. c. 54.* Nihil ab iſto tectum, nihil veteratorium expectaveritis: omnia aperta, omnia perſpicua reperientur.

Veteratrix, icis, f. *aſtuta*, πανοῦργος, fœmina in aſtutiis & fraudibus exercitatiſſima. *Apulei. lib. 9. Metam.* Veteratrix quædam fœmina, quæ devotionibus & maleficiis quidvis efficere poſſe credebatur.

Veteratus, a, um, *invecchiato*, *vecchio*, ut veteratus caſeus, apud *Scribon. Larg. compoſit. 140.*

Veteres. V. Vetus.

Veterinarius, ii, m. *vetturino*, ἱππίατρος, qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit, qui conſuevit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum, unde equos, mulos, aſinos meritorios vocamus. *Col. l. 11. c. 1.* Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arboritor, & vinitor, tum etiam veterinarius, & probus paſtor. ¶ Veterinarii item medici ſunt veterinorum, *maniſcalchi*, ἱππίατροι. *Col. l. 6. c. 8.* Solvet etiam faſtidia cibi afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas veterinarii vocant.

Veterinarius, a, um, κτηνιατρικός, quod ad veterinarium, vel ad veterina ſpectat, ut Veterinaria medicina, quæ & mulomedicina, ac Græcis ἱππιατρική vocatur. *Col. l. 7. c. 3.* Quare veterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter.

Veterinus, a, um, adject. *da vettura*, *da portare*, a veho, quaſi *veherinus*, ut veterinum animal, κτῆνος, quod ad vecturam idoneum eſt, ut equi, muli, aſini. *Plin. l. 11. c. 46.* Ungulæ veterino tantum generi renaſcuntur. *Lucret. l. 5. v. 888.* Veterinum ſemen equorum.

Veternoſitas, atis, f. veterni vitium, ſeu morbus. *Fulgent. l. 3. Mythol. c. 4.* torpidæ veternoſitatis ſenio algere.

Veternoſus, a, um, *letargico*, ληθαργικός, qui veterno, ſeu lethargo laborat. *Plin. l. 20. c. 4.* Livori vero recenti corticem cum melle, veternoſis autem quam acerrimum mandere. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro ſomno lento, ac ſegni. *Ter. Eun. 4. 4. 21.* Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex. Quo in loco *Terentius* vocat *veternoſum*, quod tardus eſſet, & ſegnis, ac ſi veternum pateretur. *Senec. epiſt. 82.* Ego non redigo iſta ad legem dialecticam, & ad illos artificii veternoſiſſimi nodos. h. e. admodum languidi, & nihil conficientis. ¶ Item pro hydropico. *Feſtus:* Cato veternoſum hydropicum intelligi voluit, cum ait: Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxime ſitit.

Veternus, i, maſc. *letargo*, λήθαργος, κάρωσις, morbus ex iis, qui cerebrum infeſtant, qui memoriam ſimul, & rationem tollit, inevitabilemque dormiendi neceſſitatem inducit. Eſt a vetus, juxta *Priſcianum in fine lib. 2.* & *Donat. in Terent. Eun. 4. 4. 21.* quia labes eſt inveterata. *Plaut. Men. 5. 4. 3.* Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? ¶ Quandoque pro nimia dormitione accipitur. *Plin. l. 8. c. 36.* Primis diebus his ſeptenis tam gravi ſomno ceſſant premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pingueſcunt. ¶ Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodum ſenectus, ideo veternus quandoque pro pigritia, ſocordia, ignavia ponitur. *Virg. 1. Geor.* Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 6.* Niſi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet. *Cic. 2. Fam. ep. 13.* Erat in illa epiſtola veternus civitatis.

Vetero, V. Veteraſco.

Vetitum, i, n. *coſa proibita*, ἀπειρημένον, id quod prohibetur. *Virg. 10. Æn.* Quæ contra vetitum diſcordia? *Ovid. l. 3. Amor. el. 4.* Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Vetitus, a, um, *vietato*, *proibito*, ἀπαγορευθείς, partic. a vetor. *Virg. 6. Æn.* Hic thalamum invaſit natæ, vetitoſque hymenæos. *Hor. l. 1. od. 3.* Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas.

Veto, as, tui, titum, a. 1. *vietare*, *proibire*, כלא, Germ. *verbieten*, Gall. *defendre*, Hiſp. *vedar*, κωλύω, ἀπαγορεύω, prohibeo, impero, ne quid fiat. Antiqui pro eo voto dixere. Unde vorita pro vetita, apud *Plautum Aſin. 4. 1. 44.* *Cornutus apud Caſſiod. de Orthogr.* Voſtra olim ita per o, hodie per e, ut advorſum, adverſum, pervorſum, perverſum, votare, vetare. Differunt inter ſe, ut aliqui dicunt, *arcere*, *prohibere*, *inhibere*, *abigere*, & *vetare*. Nam *arcere* eſt procul pulſare, vel obſiſtere, ne adverſarius nocere propius queat. *Prohibere* eſt de loco, vel de re aliqua detrudere, vel amovere dicto ſive facto, ne quis obtineat, quod vult. *Inhibere* eſt aliquid conceſſum, vel permiſſum revocare, vel inceptum vetare, ne progrediatur. *Abigere* eſt de loco fugare, vel pecora, & hujuſmodi abducere. *Vetare* eſt præcipere, vel minari, vel facto prohibere, nequid ſecus dicatur, aut fiat. Conſtruitur cum accuſativo perſonæ, & cum infinitivo. *Ter. Phor. 4. 4. 28.* Aruſpex vetuit ante brumam aliquid novi negotii incipere. *Cic. 3. Ver.* Vetat te Voleatius mentionem mancipii facere. *Id. de Amic. c. 22.* Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. *Virg. 1. Æn. v. 39.* Quippe vetor fatis. *Horat. l. 1. ſat. 1. v. 24.* Ridentem dicere verum Quid vetat? ¶ Reperitur etiam præteritum *vetavi*. *Perſ. ſat. 5. v. 90.* Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetavit. quod quia quidam Grammatici decoquere non poſſunt, *vetarit* per nimiam licentiam reponunt.

Vettio-

Vettionenſes, m. 3. Vettonenſes, pop. Umbriæ, quorum opp. *Bettona*, *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Vettōnes. V. Vectones.

Vettonica, V. Betonica.

Vetŭla, æ, f. *vecchietta*, [illegible], anicula, dim. a vetus. *Plaut. Muſt.* 1. 3. 118. Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *Juven. ſat.* 6. Utile porro Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Vetulōnia, æ, f. *Vetulia*, [illegible], opp. olim Hetruriæ, apud Populonium, caput cæterarum urbium, cum Mæones Hetruriam obtinerent, ubi ſylva Vetulonia, nunc *Selva Volterra*. *Sil. l.* 8. *v.* 484. Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis Bis ſenos hæc prima dedit præcedere faſces.

Vetulonienſes, m. 3. cives Vetuloniæ urbis. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Vetulonii, orum, m. iidem qui Vetulonienſes. *Plin. l.* 2. *c.* 103.

Vetŭlus, i, m. *vecchietto*, [illegible], dimin. a vetus pro ſene. *Plaut. Epid.* 2. 1. 4. Qualeſ volo vetulos duos. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 16. Tu tamen, mi vetule, non ſero, primum quia illas rabioſulas ſat fatuas dediſti, &c.

Vetŭlus, a, um, *alquanto vecchio*, ſubvetuſtus, ſubantiquus. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 29. Se ſcire ajebat, ab eo nuper petitam Cuſinificiam Quinti filiam, vetulam ſane, & multarum nuptiarum. *Id. de Am. c.* 19. Nam quando amici digni amicitia veteribus ſint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere ſolemus. *Catul. carm.* 24. (*al.* 27.) Miniſter vetuli puer Falerni.

Vetus, eris, o. g. *vecchio*, *antico*, [Hebrew], Ger. *alt*, Gal. *vieil*, Hiſp. *viejo*, [Greek], [Greek], antiquus, priſcus, multi temporis. *Ter. Adel.* 5. 3. 17. Nam vetus verbum hoc quidem eſt, Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. *Cic. de Univ. c.* 11. Credendum nimirum eſt veteribus, & priſcis, ut ajunt, viris, qui ſe progeniem Deorum eſſe dicebant. *Plaut. Truc.* 2. 2. 50. Vetus eſt maceria. *Id. Pſeud.* 1. 3. 119. Vetera vaticinari, h. e. frivola, trita, *coſe rancide*. ¶ Jungitur aliquando cum genitivo. *Silius l.* 4. *v.* 532. gnatos belli, veteteſque laborum. *vecchi, ed avvezzati nelle fatiche*. *Tacit.* 6. *Ann. c.* 44. Senſit vetus regnandi, falſos in amore odia non fingere. ¶ *Id.* 4. *hiſt. c.* 20. Illi veteres militiæ, congregantur in cuneos. ¶ Et cum infinitu. *Sil. l.* 5. *v.* 565. Hinc Fadum petit, & veterem bellare Labicum. ¶ *Veteres* abſolute ſunt majores, & omnes qui longo ante nos tempore vixerunt. *Plin. l.* 36. *c.* 7. Onychem in Arabiæ montibus, nec uſquam alibi naſci putavere veteres noſtri. ¶ Inter veteres, ſenes, & antiquos hoc ſtatuit diſcrimen *Valla l.* 4. *c.* 5. quod *ſenes* vocantur, quantum ad privatam ipſorum ætatem, quam aliqua ad ſenectutem perduxerunt, *veteres*, quantum ad publicum tempus, quod alia ætate vixerunt, licet fortaſſe ad ſenium non pervenerint: *antiqui* utrique dicuntur, ſed magis veteres, quam ſenes. ¶ Veteres tamen dicuntur etiam, qui grandes natu ſunt, & ſenes. *Salluſt. in fragment. l.* 2. *hiſt. apud Non.* Quibus rebus aliquantam partem gloriæ dempſerat, præcipue apud veteres, & ſanctos viros, &c. *Liv. l.* 45. *c.* 47. Veterem, & multis antiqui memoret. *Varro l.* 2. *R. R. c. ult. de agnis*. Lac melius eſt a valentibus, & ab iis, quæ nondum veteres ſunt. ¶ Interdum vetera appellantur etiam ea, quæ paulo ante fuerunt, *Sueton. in Veſpaſ. c.* 8. Conſulatus octo veteri addidit. *Nepos in Attic. c.* 9. Veteri inſtituto vitæ effugit nova pericula. ¶ Gradus *veterior*, *veterrimus*. V. ſupra in *Veter*. ¶ *Sub Veteribus*, ſubaudi *tabernis*, pars erat tabernarum in Romano foro: nam earum aliæ veteres erant, aliæ novæ, ita dictæ a tempore, quo conſtructæ fuerunt. *Plaut. Curc.* 4. 1. 19. Sub Veteribus ibi ſunt qui dant, quique accipiunt fœnore. Adde *Sueton. in Aug. c.* 100. ¶ Sic contra *Varr. l.* 5. *de L. L.* Sub Novis, pars dicta in foro ædificiorum.

Vetuſcŭlus, a, um, adject. *anticheſto*, ut vetuſcula dictio, apud *Sidon. l.* 8. *ep.* 15.

Vetuſtas, atis, f. *antichità*, [Hebrew], Ger. *alte*, Gal. *vieilleſſe*, *ancienneté*, Hiſp. *vejez*, [Greek], antiquitas. *Cic. de Am. c.* 19. Magna eſt vis vetuſtatis, & conſuetudinis. *Virg.* 3. *Æn.* Tantum ævi longinqua poteſt mutare vetuſtas. *Liv. l.* 10. Nec quid quoque anno actum ſit, in tanta vetuſtate non rerum modo, ſed etiam auctorum, digerere poſſis. ¶ Ponitur etiam pro ſenectute, *vecchiezza*. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 181. Tum ſenior: quamvis obſtet mihi tarda vetuſtas &c. ¶ Item pro vetere amicorum inter ſe conſuetudine, & longa notitia. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 16. L. Lamia præturam petit: hoc ego utor uno omnium pluſimum: magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit. *è gran tempo che ci conoſciamo*. *Id.* 10. *Fam. ep.* 10. Inter nos amore ſumus, officiis, vetuſtate conjuncti. ¶ Item pro diuturnitate futuri temporis. *Cic.* 14. *Attic. ep.* 9. Hæc mihi videntur habitura vetuſtatem, *che ſiano per durare lungo tempo*. *Colum. l.* 12. *c.* 44. Poma in vetuſtatem reponere. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Vetuſtatem uvæ induunt. *ſi conſervano lungo tempo*. *Col. l.* 3. *c.* 2. Vinum vetuſtatem patitur. h. e. vetuſtate non corrumpitur, ſed diu durat.

Vetuſte, adverb. *anticamente*, *all' antica*, more veterum. *Aſcon. Pedian.* ¶ Item ex longo tempore. *Plin. l.* 27. *c.* 7. Vetuſtiſſime in uſu eſt. *è gran tempo, che ſ' adopera*.

Vetuſteſco, is, n. 3. *invecchiarſi*, [Hebrew], Ger. *alt werden*, Gal. *s' envieillir*, Hiſp. *envejecerſe*, [Greek], inveteraſco, vetuſtatem acquiro. *Col. l.* 1. *c.* 6. Quoniam vina celerius vetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt.

Vetuſtiſco, is, n. 3. idem quod vetuſteſco. *Nigid. apud Non. c.* 5. *n.* 83. Dicemus, quæ vetuſtate deteriora fiunt, vetuſtiſcere, veteraſcere quæ meliora.

Vetuſtus, a, um, *vecchio*, *antico*, [Hebrew], Germ. *alt*, Gal. *vieil*, Hiſp. *viejo*, *anciano*, [Greek], [Greek], vetus, antiquus. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 36. Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 713. Eſt urbe egreſſis tumulus, templumque vetuſtum Deſertæ Cereris. *Rurſus Cic. in Bruto de Lælio*: Sed multo tamen vetuſtior, & horridior ille, quam Scipio. *Tac. l.* 2. *Ann. c.* 2. Qui Vononem vetuſtiſſimum liberorum ejus acciperent, h. e. maximum natu.

Vexabĭlis, le, adject. qui moleſtiam affert. *Cal. Aurelian. l.* 2. *Acut. c.* 13. & 14.

Vexabilĭter, adverb. moleſtiam afferendo. *Cal. Aurelian.* 2. *Acut. c.* 9.

Vexāmen, inis, n. vexatio, moleſtia, concuſſio. *Lucr. l.* 5. *v.* 351. Aut cecidiſſe urbes magno vexamine mundi.

Vexatio, onis, f. *veſſazione*, *afflizione*, *moleſtia*, [Hebrew], Ger. *plagung*, Gal. *vexation*, Hiſ. *enojo*, [Greek], [Greek], actus vexandi, afflictio, infeſtatio. *Liv. l.* 38. *c.* 59. Per vexationem, & contumelias inimicum petere. *Cic.* 2. *Catil. c.* 7. Vexatio, direptioque ſociorum.

Vexatīvus, a, um, adject. qui vexat, & affligit. *Cal. Aurel. Acut.* 2. 29. & *Tard.* 3. 4.

Vexātor, oris, m. *chi moleſta*, [Hebrew], Ger. *plaager*, Gal. *vexeur*, Hiſp. *el que da enojo*, [Greek], qui vexat, infeſtator. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 22. Tam crudelis mei, tam ſceleratus Reipublicæ vexator eſſe potuiſſet? *Id. pro Sext. c.* 8. Veteres vexatores ætatulæ ſuæ deſpiciens, h. e. qui ſe puerum impudice ſectati fuerant.

Vexātrix, icis, f. quæ vexat, & moleſtiam affert. *Prudent. Pſychomach. v.* 38. & *Lactant. l.* 3. *c.* 19.

Vexātus, a, um, *afflitto*, *moleſtato*, [Greek], partic. a vexo. *Cic. pro Quinct. c. ult.* Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpes ad te, ſed miſer confugit. *Velle. l.* 2. *c.* 79. Claſſis tempeſtate vexata. *Nepos* 20. *c.* 1. Sicilia bello vexata. *Propert. l.* 2. *eleg.* 18. Vexata vita multa per pericula.

Vexillarius, ii, m. *alfiere*, [Greek], ſignifer, qui vexillum fert. *Liv. l.* 8. *c.* 8. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habet. Adde *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 41. ¶ Præterea vexillarii dicti ſunt milites, qui ſumpti, & lecti ex legionibus, & ab eis diviſi militabant. Ratio autem appellationis eſt, quia ſeparatim a legionum aquilis, & cohortium ſignis, ſub proprio vexillo erant, atque ob eam cauſam vexilla a cohortibus, quæ in legionibus erant, *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 70. aperte diſtinguit. *Id.* 2. *Hiſt. c.* 83. Legio ſexta, & tredecim vexillariorum millia ingenti agmine ſequebantur. *Id. ib. c.* 18. Tres prætoriæ cohortes, & mille vexillarios veterano exercitui objicere.

Vexillatio, onis, f. *gonfalonata*, *ſquadra*, ala equitum. *Veget. l.* 2. *c.* 1. Equitum alæ dicantur ab eo, quod ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegant acies, quæ nunc vexillationes vocantur, a velo, quia velis, hoc eſt flammulis utuntur. *Suet. in Galba c.* 20. Illud minus admodum fuerit, neque præſentium quemquam opem Imperatori ferre conatum, & omnes, qui acceſſerentur, ſpreviſſe nuntium, excepta Germanicorum vexillatione.

Vexillĭfer, a, um, adject. vexillum ferens. *Prudent. in Pſychom. v.* 29. Hunc vexilliferæ quoniam fors obtulit ictum. de ſobrietate loquitur.

Vexillum, i, n. *bandiera*, [Hebrew], Ger. *feldzeichen*, Gall. *bannière*, Hiſp. *vandera*, [Greek], ſignum militare. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 20. Manipuli poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla convellunt. *Flor. l.* 3. *c.* 20. Servis ad vexillum vocatis. h. e. ut nomina militiæ darent. ¶ Submittere vexilla, *abbaſſar l' inſegne*. Translate *Stat. l.* 4. *Silv.* 1. *v.* 41. Submittere vexilla fortunæ ſuæ. h. e. humiliter ſe gerere, de majeſtate ſua aliquid demere civilitatis cauſa. Ducta eſt tranſlatio a militia, in qua victi vexilla ſua ante victores demittere ſolent. ¶ Per antonomaſiam vexillum dicitur velum illud, quod imperator proponi jubet, cum certaminis tempus imminet. *Caſ. l.* 2. *B. G. c.* 20. Cæſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat inſigne, cum ad arma concurri oporteret, ſignum tuba dandum, ab opere revocandi milites, &c. *Hirt. de Bello Hiſp. c.* 28. Renuntiatum eſt ab ſpeculatoribus Pompejum in acie ſtetiſſe, hoc nuncio allato, vexillum propoſuit. *Id. de B. Alex. c.* 45. Vexillo ſublato, quo pugnandi dabat ſignum. ¶ Præterea vexillum ponitur interdum pro manu militum ſub uno vexillo. *ſquadra*. *Stat. l.* 12. *Theb. v.* 786. Accedunt utrinque pio vexilla tumultu, Permiſcentque manus. ¶ Et ſpeciatim pro manu vexillariorum. *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 70. Præmiſſis Gallorum, Luſitanorum, Britannorumque cohortibus, & Germanorum vexillis. V. *Vexillarius*.

Vexo, as, a. 1. *moleſtare*, *infeſtare*, *affliggere*, [Hebrew], Ger. *plagen*, Gall. *vexer*, Hiſp. *enojar*, [Greek], [Greek], moleſto, perturbo, infeſto. *Servius ad illud Maronis Ecl.* 6. *Dulichias vexaſſe rates*: Probus, inquit, vult hac ratione defendere, dicens vexaſſe venire ab eo, quod eſt veho, vecto, vexo, ut vexaſſe ſit portaſſe, & ſine dubio pro arbitrio ſuo evertiſſe. Non enim ſui potens eſt, qui vehitur. Bene ergo, inclinatum verbum eſt. Nam qui fertur, & raptatur, & huc, atque illuc diſtrahitur, vexari proprie dicitur. Hæc *Servius*, cui aſſentiuntur *Gell. l.* 2. *c.* 6. & *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 7. *Cic.* 4. *Verr. de Siculis*: Quam iſte per triennium ita vexavit, ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit. *Id. pro Flacc. c.* 20. Splendidiſſimum, atque ornatiſſimum civitatis ſuæ probris omnibus, maledictiſque vexat. ¶ Dicitur etiam de animo, pro jactare, diſtorquere. *Cic. pro Dom.* Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum, flagitiorumque vexet. *Salluſt. in Catil.* At me honoris cupido eadem, quæ cæteros, fama atque invidia vexabant.

U A N T E F.

Ufens, ſive Oufens, entis, m. *l' Auſente*, *il Portatore*, [illegible], fl. Latii, qui naſcitur ad diverſorium vulgo *Caſe Nove* 2. M. P. ab Setia, in Campania Romana, & juxta Privernum fluit, marique Tyrrheno excipitur apud Terracinam urb. *Virg. Æn.* 7. *v.* 802.

Ufentīnus, ſive Oufentinus, a, um, quod ad Ufentem fl. ſpectat, ut Tribus Ufentina. *Feſtus*: Oufentina Tribus initio cauſa fuit nomen fluminis Oufens, quod eſt in agro Privernate inter mare, & Terracinam. Poſtea deinde a Cenſoribus alii quoque diverſarum civitatum eidem Tribui ſunt adſcripti. ¶ Tribus Ufentina addita eſt una cum Falerina, anno U. C. 435. M. Folio Flaccinatore, L. Plautio Venno Coſſ. *Liv. l.* 9. *c.* 20.

V A N T E I.

Via, æ, f. *via*, *ſtrada*, [Hebrew], Ger. *weeg*, *ſtraſſ*, Gal. *voye*, Hiſp. *camino*, *calle*, [Greek], locus, qua vehiculum ire poteſt: ita dicta a vehendo, quaſi *vehia*. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa, villa ab eo, quod in eam convehuntur fructus, & avehuntur, cum veneunt. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam, veham appellant, propter vecturas. *Id. l.* 4. *de L. L.* Ut quo agebant, actus, ſic qua vehebant, via dicta. ¶ Differunt *iter*, *actus*, *via*, quod *iter* hominis eſt, *actus* hominis, & jumenti, *via* hominis, jumenti, & vehiculi. Unde conſequitur, iter eſſe anguſtius actu, actum via. Nam anguſtiore ſpatio it homo, quam armentum, & armentum anguſtius ſpatium requirit, quam vehiculum. Iter duorum pedum latitudine definitur, quantum requiritur, ut tranſire poſſint occurrentes a actus eſt iter quatuor pedes latum, ut *Feſtus* ſcribit in voce *Actus*: at viæ latitudo lege XII. Tab. in porrectum pedes habet octo, in anfractum, id eſt ubi flexum eſt, pedes duodecim. Hæc autem harumce vocum proprietas eſt, quando de ſervitute agrorum loquimur. Nam alias via accipitur pro quovis loco, per quem ire omnibus licet. Nativam vocum vim ſpectavit quoque *Pomponius*, cum in *l. ſi tam*, 13. *ff. de ſervit.* ait: Si tam anguſti loci demonſtratione facta, via conceſſa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea ire poſſit, iter magis, quam via, aut actus acquiſitus videbitur. Sed ſi jumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus. Ad quem locum provocamus, ſi quis nobis opponere velit verba *Ulpiani*, qui *lib.* 2. *de ſervit. ruſt.* ait, Actus eſt jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ubi, ſi proprietatem vocis ſpectaſſet, ſcribere debuiſſet: Actus eſt jus agendi jumentum, non etiam vehiculum. Sed popularem loquendi conſuetudinem, non nativam vocabuli vim, ſpectavit *Ulpianus*: uti & *Paulus*, cum *l.* 7. *tit. eod.* ait. Qui actum habet, & plauſtrum ducere, & jumenta agere poteſt: item *Modeſtinus*, *l.* 12.

Digitized by Google

Actus eſt, ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere liceat. Quæ ratione nihil inter viam, actumque intereſſet, quia utrumque tum agendi pecoris, tum vehiculi ducendi jus contineret. ¶ Ceterum frequentiſſime via latiore ſignificatione uſurpatur pro quovis loco, per quem ire licet, ut dictum eſt. *Ter. Eun.* 3. 2. Haud convenit una ire amicam cum imperatore in via. *Cic.* 12. *Phil.* Tres ergo viæ, a ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia. *Hor. l.* 1. *ſat.* 9. Ibam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos. (V. *Sacer*) *Tac. l.* 3. *hiſt. c.* 82. Per anguſta, & lubrica viarum flecterant. ¶ *Via inepta*, aut *deterrima* eſt difficilis, ſalebroſa, *ſtrada cattiva*. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 11. Curſare huc illuc via deterrima. *Id. ib. l.* 16. *ep.* 13. Longulum ſane iter, & via inepta. ¶ Dare ſe in viam, *metterſi in viaggio*, *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 12. Sic committere ſe viæ, eodem ſenſu, *Id. ib. l.* 16. *ep.* 4. ¶ Dare viam alicui per fundum ſuum, *Id. pro Cæc. c.* 30. *laſciarlo paſſare*, *dargli ſtrada*. ¶ *Decedere de via* eſt aberrare, *fallar la ſtrada*. *Sueton. in Cæſ. c.* 31. Et cum luminibus extinctis deceſſiſſet via, diu errabundus &c. Tranſlate *Cic. pro Cæl. c.* 16. Si nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe, h. e. ab honeſtatis, & virtutis tramite declinaſſe. ¶ Præterea *decedere de via* eſt alicui obviam venienti honoris cauſa locum dare, *dar la ſtrada*. *Sueton. in Tiber. c.* 31. Cum palam eſſet, ipſum quoque eis aſſurgere, & decedere via. Hoc ſenſu *Seneca ep.* 64. dixit *ſemita cedere*. ¶ *Tota errare via* eſt vehementer errare, *errare di gran lunga*. *Ter. Eun.* 2. *c.* 14. ¶ Viarum aliæ privatæ ſunt, aliæ publicæ, aliæ vicinales. Et privatæ quidem ſunt, quæ per privatos agros ducuntur, publicæ vero, per quas omnibus, & in quemcumque publicum locum ire licet, quæ ſunt in ſolo publico, publice muniuntur, & curatores habent. *Vicinales* ſunt, quæ per vicos, aut in vicos ferunt, quæ & ipſæ publicæ ſunt, ſi non ex collatione privatorum ſint conſtitutæ, nam ſi ex privatorum collatione reficiantur, utique ſunt privatæ, ut docet *Ulpian. l.* 2. *ff. ne quis in loc. vel itin. publ.* ¶ Publicæ viæ nunc *Militares*, nunc *Conſulares*, nunc *Prætoriæ* vocantur, Græcis *βασιλικαί*, *ſtrade regie*, *ſtrade maeſtre*, & a publica auctoritate, & uſu nomen ſortiuntur. *Ulpian. loc. cit.* Publicas vias dicimus, quas Græce *βασιλικάς*, noſtri Prætorias, alii Conſulares vias appellant. *Id. leg.* 3. *ff. de loc. & itin. public.* Viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: vicinalium autem viarum diſſimilis eſt conditio, nam pars earum in militares vias exitum habet, pars ſine ullo exitu intermoritur. Hæc *Ulpian.* Cæterum quod ad alias appellationes pertinet, viæ hæ publicæ dictæ ſunt etiam *Conſulares*, & *Prætoriæ* ad ſignificandum publicum earum uſum: nam Prætor erat ſummus Urbis magiſtratus, Conſul Reipublicæ: legimus etiam multas publicas vias a Conſulibus, nonnullas a Prætoribus aut deductas, aut ſtratas fuiſſe. ¶ Viæ publicæ a Romanis admirabili magnificentia non in Urbe ſolum, ſed etiam tota Italia factæ, & ſtratæ fuerunt: nulla enim gens fuit, quæ publicæ civium commoditatis, & ornamenti tum urbis, tum agri ſtudioſior extiterit. Eis faciendis, vel reficiendis primarii cives præpoſiti erant, & primo quidem Cenſores, deinde his aliis in rebus occupatis, creati ſunt proprii Magiſtratus, qui *viarum Curatorum*, & *Curatores viarum* vocabantur. In viis conſtitutæ fuere columnæ lapideæ, quæ ſingulis intervallis poſitæ ſignum milliariorum præ ſe ferebant. V. *Lapis*. Nomina viarum a variis caſibus impoſita ſunt: aliæ enim ab auctoribus appellatæ ſunt, ut *Flaminia* a C. Flaminio Conſ. ſtrata: aliæ ab urbibus, ad quas ferebant: ut *Collatina*; aliæ a Provinciis, ut *Campana*; aliæ a diverſis eventibus, ut *Triumphalis*, *Fornicata*, &c. ¶ Metonymice via ſumitur pro ipſo actu eundi, *viaggio*. *Cic.* 1. *Phil.* De via languens, *eſſere ſtanco dal viaggio*. *Id.* 1. *Div.* Multorum dierum viam progredi, *far' un viaggio di molte giornate*. *Id. pro Planc.* Pergere aliquot dierum viam. *Id. Fam.* 14. *ep.* 12. Dare ſe in viam, *metterſi in viaggio*. ¶ *Inter vias* idem eſt ac in via, eundo, *per iſtrada*. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 23. Ne inter vias præterbitamus, metuo. *Ter. Eun.* 4. *c.* 1. Cœpi mecum inter vias aliam rem ex alia cogitare. ¶ *Viam perpetuam* veteres optabant inimicis ſuis, quos maximo habebant odio, cum aliquo illi profecturi eſſent, quibus verbis a Diis petebant, ut nunquam in ea loca redirent, ſed quanto magis iter facere pergerent, tanto magis a conſpectu ſe eriperent. *Cic. in Piſon.* An quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes exſecrarentur, male precarentur, unum tibi illam viam, & perpetuam eſſe vellent? ¶ Tranſlate ſumitur pro tranſitu, canali, vehiculo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quaſdam a medio inteſtino uſque ad portas jecoris ductas, & directas vias. ¶ Item pro ratione, & modo aliquid faciendi. *Virg.* 6. *Æn.* Aut tu, ſi qua via eſt, ſignum tibi Diva creatrix Oſtendit. *Cic.* 2. *Fin.* Habeo autem certam viam, atque rationem, qua omnes illorum aſtutias inveſtigare, & conſequi poſſim. *Id.* 1. *de Leg.* Et qui aliter jus civile tradunt, non tam juſtitiæ, quam litigandi, tradunt vias. ¶ Item pro methodo, ſive ordine ſcribendi, vel dicendi. *Cic. in Brut.* Nam ornea neminem ſolitum via, nec arte, ſed accurate tamen, & de ſcripto pleroſque dicere. ¶ *Ingredi viam* dicuntur, qui vera, non falſa, & aliena narrant. *Plaut. Amph.* 2. 1. 273. Ingreſſus eſt viam. Sic *Id. Aſin.* 1. 1. 39. Rectam inſtat viam: ea res eſt. *tu dici bene*.

Vialis, le, adject. ad viam pertinens. Lares viales, qui & præſtites dicti, erant ii quorum imagines in viis, & compitis ſtatuebantur, ut iis præeſſent, & tutas euntibus præſtarent. *Plaut. Merc.* 5. *c.* 24. Invoco vos, Lares viales, ut me bene juvetis.

Vians, antis, nom. particip. *viandante*, iter faciens, viator. *Solin. c.* 42. Submovere acceſſus viantium. *Prudent. Hamartig. v.* 228. Incautum ſpoliare viantem. *Apulej. initio Florid.* Religioſi viantium. *h. e.* religioſi viatores: Græca phraſis, nec imitanda.

Viarius, a, um, *ὁδιαῖος*, quod ad viam ſpectat. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9. Leviſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit, legemque viariam non diſſimilem agrariæ Rulli, & alimentariam, quæ jubet Ædiles metiri, jactavit. h. e. de viis muniendis, vel faciendis.

Viaticatus, a, um, *provviſto per il viaggio*, *ἐφοδιασμένος*, *ἐπισιτισμένος*, viatico inſtructus. *Plaut. Men.* 2. 1. 19. Cum inſpicio marſupium, viaticati hercle admodum æſtive ſumus. h. e. levi admodum viatico ſumus inſtructi. Nam æſtate qui iter faciunt, paucioribus diebus, quo volunt, perveniunt. *Turneb. l.* 18. *c.* 15.

Viaticulum, i, n. exiguum viaticum. *Ulpian. l. ſi longius, in fine, ff. de judiciis*: Et egeſtate Romæ laboret, viaticulo ſuo non receptu, quod ad ſumptum pater ei deſtinaverit. *Apul. l.* 7. *de Aſino*: Viaticulum mihi corraſi.

Viaticum, i, n. *viatico*, *vettovaglia*, *ἐφόδιον*, quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſive cibus ſit, ſive pecunia ad victum expendenda. *Plaut. Capt.* 2. 3. 89. Sequere me, viaticum ut dem a trapezita tibi. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 31. Velim, videas, & quid viatici, & quid inſtrumenti ſatis ſit. ¶ Tranſlate ad aliarum quoque rerum apparatus traducitur. *Q. Claud. in Annal. apud Gel. l.* 17. *c.* 2. ſimul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter præcellebant, ut facile intelligeretur magnum viaticum ex ſe, atque in ſe ad rempubl. evertendam habere.

Viaticus, a, um, quod viæ inſervit, ut Viatica cœna, *προπεμπτήριον*, quæ datur abituro, vel peregre advenienti, quæ & *adventoria* dicta eſt. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 61. Ego ſorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

Viatim, adverb. per vias. *Diomed. Grammatic. l.* 1.

Viator, oris, m. *viatore*, *viandante*, *ὁδίτης*, *ὁδοιπόρος*, qui iter facit. *Cic. pro Mil. c.* 21. Quia non ſemper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. *Id. de Fato* 15. Hoc modo viator quoque bene veſtitus cauſa graſſatori fuiſſe diceretur, cur ab eo ſpoliaretur. ¶ Speciatim uſurpatur pro apparitore, ſeu miniſtro publico. Viatores igitur, *fanti*, erant miniſtri publici Magiſtratuum, qui ſe ſe itineri committebant, quotieſcunque aliquis Romam a Magiſtratibus vocaretur vel ex pagis agri Romani, vel ex aliis regionibus extra Urbem. Itaque dicti ſunt a via. *Cic. de Sen. c.* 16. A villa in Senatum arceſſebantur Curius, & cæteri ſenes, ex quo qui eos arceſſebant, viatores nominati ſunt. ¶ Viatores alii a lictoribus fuerunt. Argumento eſt utriuſque eorumque origo. Lictor enim a *ligando*, viator a *via* eſt appellatus. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 2. *c.* 15. Valgius tamen eoſdem fere viatores, & lictores exiſtimavit, ut eſt apud *Gellium l.* 12. *c.* 3. Lictorem enim dicit a ligando appellatum eſſe, quod, cum Magiſtratus Populi Romani virgis quempiam verberari juſſiſſent, crura ejus, & manus ligari, vincirique a viatore ſolita ſint, iſque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus. Sed viatoribus Romani uſi ſunt vocandi, & nuntiandi cauſa, non ligandi. *Liv. l.* 23. Conſul viatorem miſit, qui patri nuntiaret, ut ſine lictoribus ad Conſulem veniret. ¶ Viatoribus ii Magiſtratus utebantur, quorum poteſtas potius, quam imperium extitit, quales fuerunt Cenſores, & Tribuni Plebis: i. e. ſoli viatores abſque lictoribus, erant proprii eorum Magiſtratuum, qui potius poteſtatem, quam imperium haberent. Nam Magiſtratus, qui imperio præditi erant, non ſolis viatoribus, ſed etiam lictoribus utebantur. Ex *Valgii* ſententia dici poteſt, apparitores Magiſtratuum, qui poteſtatem præ ſe ferrent, fuiſſe duntaxat viatores, idest habuiſſe ſolum munus vocandi abſentes, non autem ligandi: apparitores autem eorum Magiſtratuum, qui haberent imperium, ſimul & lictores, & viatores fuiſſe, i. e. exercuiſſe tum munus vocandi, tum officium ligandi, quemadmodum ipſis imperatum eſſet. ¶ Tribuni Pl. utebantur viatoribus, non ad vocandum, ut Conſules, ſed ad prehendendum. Non enim vocationem habebant. Minime vero utebantur viatoribus ad ligandum. Nam aliud eſt prehendere, aliud ligare. Prehendimus aliquem manibus, vel veſte, ligamus funibus, vel aliis vinculis. *Varr. l.* 21. *Rer. hum. apud Gell. lib.* 13. *c.* 12. In Magiſtratu habent alii vocationem, alii prehenſionem, alii neutrum: vocationem, ut Conſules, & cæteri, qui habent imperium: prehenſionem, ut Tribuni Pl. & alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehenſionem, ut Quæſtores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem. Qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, abducere poſſunt, & hæc omnia, ſive adſunt, quos vocant, ſive acciri juſſerunt. Tribuni Pl. vocationem habent nullam, &c. *Liv. lib.* 2. Ardens itaque ira Tribunus viatorem mittit ad Conſulem, Conſul lictorem ad Tribunum.

Viatorius, a, um, *da viaggio*, *ὁδοιπορικός*, quod ad viam pertinet, ut Viatorium vas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. *Plin. l.* 28. *c.* 10. *de taxo*: Vaſa viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. *Leg.* 40. *ff. de aur. arg.* Aurum viatorium.

Viatrix, icis, f. quæ iter facit. *Martian. Capell. l.* 6. Viatrix infatigata. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 745. *n.* 5. Aquilia viatrix. Sed hic videtur eſſe nomen proprium.

Vibali, m. c. Bibali, pop. Hiſp. Tarr. Callaicis, & Bracharis finitimi, quorum opp. Forum Bibalorum. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Vibex, icis, f. *piaga*, *lividezza*, *lividura*, חבורה, Ger. *ſtriemen*, Gal. *marque*, *frangles*, Hiſp. *roncha*, *ſenal*, *μώλωψ*, *ὑπώπιον*, ſignum verberis in corpore remanens. *Plin. l.* 30. *c.* 13. Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ovium recentibus impoſitis, obliterantur. *Perſ. ſat.* 4. *v.* 48. Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Vibia, æ, f. lignum, ſeu pertica erecta. V. *Vara*.

Vibilia, æ, f. Dea præſes viarum. *Arnob. l.* 4. Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat. Ita emendat *Gelenius*, pro quo in aliis libris *Upibilia*.

Vibiſci, m. a. Bituriges Vibiſci, Ubiſci, pop. Galliæ Aquitanicæ, circa Burdegalam. *Plin. l.* 4. *c.* 19.

Vibo, onis, f. 3. Vibo Valentia, Hippo, Hipponium, *Bivona*, *Bibona*, *Ἱππώνιον*, olim urbs Locrorum in Bruttiis, in ora ſit. Hipponiatis, qui & Vibonenſis a *Plin. l.* 3. *cap.* 5. dicitur. *Strabo* Hipponem a Locrenſibus conditum, atque Bruttiis a Romanis ademptum Vibonem Valentiam nominatum prodit. ¶ Eo Romani coloniam miſerunt anno U. C. 562. M. Acilio, P. Cornelio Coſſ. *Sigon. de antiq. jur. Italiæ l.* 2. *c.* 5.

Vibones, m. 3. flores herbæ Britannicæ, qui devorati ante tonitrua a fulminibus ſecuros reddere exiſtimantur, teſte *Plin. l.* 25. *c.* 3.

Vibrabilis, le, adject. qui vibrari poteſt. *Auſon. epiſt.* 24. *v.* 108. Si tendi facilis cuiquam fuit arcus Ulyſſi, Aut præter dominum vibrabilis ornus Achilli.

Vibrabundus, a, um, adject. vibrans. *Martian. Capel. l.* 7.

Vibramen, inis, n. vibratio, criſpatio. *Apul. l.* 6. *Met.* Triſulca vibramina draconum.

Vibrans, antis, o. g. *πάλλων*, partic. a vibro, quod neutram ſignificationem habet, & ponitur pro celerrime agitato, vibrato. *Virg.* 2. *Æn. v.* 211. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. *Ovid.* 12. *Met.* Concutienſque ſuis vibrantia tela lacertis. *Val. l.* 8. *Argon.* Cum ſubito ingentem media inter nubila flammam Conſpicit, & ſæva vibrantes luce tenebras. ¶ Tranſlate *Cic. in Brut. c.* 95. Et erat oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata, & polita, *diſcorſo veemente, e di grande impreſſione*. *Quintil. lib.* 10. *c.* 1. Breves, vibranteſque ſententiæ, *acute, e penetranti*. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Sonus luſciniæ vibrans, h. e. tremulus, *canto con gorgia*.

Vibratio, onis, f. *vibrazione*, actus vibrandi. *Feſtus in voce Gradivus*. Gradivus Mars appellatus eſt a vibratione haſtæ; quod Græci dicunt *κραδαίνειν*. *Vopiſc. in Caro, c.* 8. Tonitruum continuata vibratio.

Vibratus, a, um, *vibrato*, *gettato*, *κραδασθείς*, partic. a vibro. *Virg.* 8. *Æn.* Namque improviſo vibratus ab æthere fulgor Cum ſonitu venit. *Ovid.* 8. *Met.* Vibrata per auras ſpicula. ¶ Sumitur etiam pro criſpo, ſeu criſpato. *Vir.* 12. *Æn.* Et fœdare in pulvere crines Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes. *Plin. l.* 2. *c.* 78. Barba, & capillo vibrato.

Vibriſſæ, arum, f. 1. *peli delle narici*, *τρίχες ῥινός*, ut exponunt Gloſſæ veteres, pili in naribus hominum. *Feſtus*: Vibriſſæ pili in naribus hominum dicti, quod his avulſis caput vibratur.

Vibriſſo, as, a. 1. ſæpe vibro. Speciatim de voce dicitur, quando flectitur, & criſpatur in canendo. *Feſt.* Vibriſſare eſt vocem in cantando criſpare. *Titinnius*: Si erit tibi cantandum, facito, uſque exvibriſſes.

Vibro, as, a. 1. *vibrare*, *muovere*, *crollare*, ירה, Germ. *ſchutten*, Gall. *jetter*, *darder*, Hiſpan. *lançar*, *κραδαίνω*, *σείω*, *πάλλω*, *ἀκοντίζω*,

movea cum tremore, quatio, concutio. *Ovid. ep.* 11. *v.* 77. Sic mea vibrari pallentia membra videres. h. e. tremere. ¶ Sæpe ponitur pro movere ſimpliciter, agitare, ono, ut aliqui cenſent, pro jacere, projicare, jacelari. *Cic.* 1. *de Or. c.* 80. Atque ejuſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. *Virg.* 11. *Æn.* Haſtaſque reductis Protendunt longe dextris, & ſpicula vibrant. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, pro tremere, micare. *Cic.* 4. *Acad. c.* 33. *de mari.* Quodque nunc, quia a Sole collucet, albeſcit, & vibrat, diſſimileque eſt proximo ei continenti. *Plin. l.* 2. *c.* 8 *de terra motu:* Nec ſimplici modo quatitur unquam, ſed tremit, vibratque. ¶ Translate *Cic. in Or. c.* 90. Demoſthenes, cujus non tam vibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur. h. e. non tam eſſet ejus incitata oratio, & vehemens, niſi &c. *Catul. carm.* 37. (*al.* 36.) Daſſiſſem truces vibrare jambos.

Viburnum, i, n. *viburno*, genus fruticis, lentum imprimis, & flexibile. Dictum eſt a *vieo*, quia ad viendum, hoc eſt ligandum, idoneum eſt. Vel ab ἰδέω, *cado*, *verbero*, quod virgultum hoc aptum ſit ad cædendum. *Virg.* 1. *Ecl.* Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes, Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Vica, f. idem quod victoria apud Veteres, ut teſtatur *Iſidor. l.* 10. & probari quodammodo poteſt ex ſequenti vocabulo.

Vica Pota, Dea vincendi potens. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 11. Quod ſi fingenda nomina Vicæ Potæ, id eſt potis vincendi, atque potiendi, ſiſtendique cognomina Statoris, & invicti Jovis. *Seneca Apocolocynth.* Proximus rogatur ſententiam Dieſpiter, Vicæ Potæ filius.

Vicāni, orum, qui vicos ruſticos habitant. *Cic.* 1. *Divin. c.* 58. ex Poeta: Non habeo denique nauci Marſum Augurem, Non vicanos Aruſpices, non de circo Aſtrologos. h. e. qui quæſtus cauſa per vicos vagantur. *Liv. l.* 38. *c.* 30. Vicani, quique ibi excolæ habitaverant.

Vicariānus, a, um, adject. *di Vicario.* *Sidon. l.* 1. *ep.* 3. Civium deſidiam Vicariano apice tranſcendit. h. e. honore, & dignitate Vicarii.

Vicarius, a, um, *che fa le altrui veci*, ἀντιδιαδόχος, quod vicem alicujus gerit. *Cic. pro R. Am. c.* 38. Propterea, quod quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. *Quintil. Declam.* 9. Vicarias manus polliceri. *Id. ib.* Vitam alterius vicaria morte redimere.

Vicarius, ii, m. *vicario*, Ger. *ſtatthalter*, Gal. *vicaire*, Hiſp. *vicario*, ἀντιδιαδόχος, qui vicem alterius obtinet, cujuſmodi ſunt Præfectorum ſubſtituti, & locum tenentes, ut vulgo vocant. *Cic.* 1. 5. *Ver.* Hic Diognetus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet. *Id.* 6. *Ver.* Succedam ego vicarius tuo muneri. *Id. pro Mur.* Nolite mihi ſubtrahere vicarium diligentiæ meæ. *Id. pro Sylla.* An hoc Regnum appellabitur, cujus vicarius qui velit eſſe, inveniri nemo poteſt? *Id. l.* 16. *Fam. ep.* 22. Itaque ta do vicarium: tu eum obſervabis. ¶ Speciatim vocabatur vicarius, qui in familia alterius ſervi, ideſt majori ſerviret, ὁ τοῦ οἰκέτου οἰκέτης, ut interpretatus Theophilus. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Sive vicarius eſt, qui ſervo paret, uti mos Veſter, ait, ſeu conſervus. *Martial. l.* 2. *ep.* 18. Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe. *Paul. l. ſi tam, ff. de naut. act.* Si ſervus tuus navem exercuerit, ejuſque vicarius & idem nauta in eadem nave damnum dederit. ¶ Opponitur autem vicarius, & ſervus ordinarius, ac ille in hujus quaſi domini peculio eſt. *Ulp. l.* 17. *ff. de pecul.* Si ſervus meus ordinarius vicarios habeat, id, quod vicarii mihi debent, an deducam ex peculio ſervi ordinarii?

Vicātim, adv. κατὰ κώμας, ſparſim per vicos urbis. *Cic. pro Dom. c.* 50. Servorum omnium vicatim celebratur tota urbe deſcriptio. ¶ Significat etiam per pagos. *Plin. l.* 6. *c.* 26. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa, præter Babylona, & Ninum.

Vicellenſes, m. 3. pop. Latii, qui cum Velienſibus, Sicanis, & aliis multis interiere. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Vicem. V. Vicis.

Vicenārius, a, um, *di venti*, εἰκοσαετής, quod in ſe continet viginti. Quidam ſcribunt *vicennaria* duplici nn, ut ſit ab *annus*, potius quam a *viginti*. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 69. Tum lex me perdit quina vicenaria, omnes metuunt credere. ideſt lex lata in nuptiis viginti quinque annis. Macedoniano enim Senatuſconſulto cautum fuit, ne quid minori 25. annis crederetur, ſi contra fieret, ejus rei nulla eſſet actio, niſi forte in rem minoris eſſet converſa.

Viceni, æ, a, *venti*, עֶשְׂרִים, Ger. *zwenzig*, Gal. *vingt*, Hiſp. *veynte*, εἴκοσι, nomen numerale diſtributivum, quod tamen ſæpe pro cardinali *viginti* reperitur. *Liv. l.* 22. Vicena quina millia æris. *Plin. l.* 6. *c.* 23. Circa has hydræ marini vicenum cubitorum adnatantes terruere claſſem. *Col. l.* 3. *c.* 3. Vicenas amphoras percipiens.

Vicennalia, n. plur. ludi viceſimo quoque anno celebrari ſoliti. *Lactant. de mort. perſecut. c.* 17. Diocletianus perrexit Romam, ut illic vicennalium diem celebraret. ¶ In nummo Conſtantini apud *Carol. du Freſne Famil. Byzant. pag.* 27. legitur *vicennaliorum* in genit. plurali.

Vicennium, ii, n. *ſpazio di venti anni*, viginti annorum tempus. *Modeſtin. l.* 8. *ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinent.* Calculatii erroris retractatio etiam poſt viceonii tempora admittetur.

Vicentia, f. 1. *Vicenza*, urbs Italiæ, alias in Venetia, hodie in Longobardia, ad Retonis, & Medoaci minoris confluentiam, ſcorpio figura perſimilis, caput agri Vicentini. ¶ Condita fuit a Gallis. *Juſtin. l.* 20. Obtinuit civitatem Romanam una cum aliis Venetis, anno U. C. 664. Cn. Pompejo Strabone patre Pompeji Magni, & L. Portio Catone Coſſ. lege ipſius Cn. Pompeji Strabonis, mortuo collega, ſuitque in Tribu Menenia. *Sigon. de ant. jur. Ital. l.* 3. *c.* 2. In caſtigationibus Codicib. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 8. & *Plin. l.* 3. *c.* 19. legitur *Vicetia*, quemadmodum & in aliis antiquis libris, & lapidibus, quos affert *Manut. in Orthogr.*

Vicentīnus, & rectius Vicetinus, a, um, adject. *Vicentino*. *Inſcript.* apud *Manut. in Orthogr.* Inter Atheſtinos, & Vicetinos terminos ſtatuit.

Viceqæſtura, æ, f. *carica del luogotenente*, o *vicario del Queſtore*. *Aſcon. Pedian.*

Vicet. V. Vitit.

Vicēſima, æ, f. *ventesima*, εἰκοστή, genus vectigalis, quo in centenas libras quinas exigebantur ex ſervis, & libertis: nam cum ſervus veniret, vectigal illud pro eo emptor; cum manumitteretur, herus ſolvebat. *Liv. l.* 7. Cn. Manlius Conſul legem novo exemplo ad Sutrium, in caſtris tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum eſſet, auctores fuerunt. ¶ Sublatis cæteris vectigalibus retenta eſt. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 2. Ecquid enim magis, quod portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam? ¶ Alia fuit viceſima hæreditatum, & legatorum ab Auguſto impoſita iis, qui in teſtamento aliquid acquiſiviſſent. *Dio l.* 55. & *Plin. in Paneg. c.* 37. ¶ Legitur & *vigeſima*.

Viceſimani, orum, m. milites legionis viceſimæ. *Tac.* 1. *Annal. c.* 51. & deinc.

Viceſimarius, a, um, *che riguarda* ..., quod ad viceſimam ſpectat. *Liv. l.* 27. *c.* 10. Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, Conſulibus, aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit. hoc eſt aurum, quod ex viceſima collectum fuerat.

Viceſimatio, onis, f. ſupplicium militare, quo viceſimus quiſque puniebatur. *Capitolin. in Macrin. c.* 12. Quando aut centeſimaret, qui digni eſſent decimatione, atque viceſimatione.

Viceſimus (uſitatius quam Vigeſimus) a, um, adject. *vigeſimo*, *ventesimo*, εἰκοστός, ultimus ex viginti. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 3. Annum jam tertium & viceſimum regnat. *Idem Fam.* 11. *ep.* 25. Altero & viceſimo die. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. Ut vigeſimus dies, & primus ſit par.

Viceſſis, viginti aſſes. V. *Biceſſis.*

Vicia, æ, f. *veccia*, Germ. *wicken*, Gal. *veſce*, Hiſp. *arveja*, *ſlaria*, ὄροβος, κύαμος, leguminis genus, jumentorum pabulo nobiliſſimum, cubitali altitudine, foliis fere petroſelini, ampliaribus tamen, minutis, ingrantibuſque in ſiliquis granis. *Plin. l.* 18. *cap.* 15. Et vicia pingueſcunt arva, nec ipſa agricolis operoſa: uno ſulco ſata, non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud, quam deoccatur.

Vicia, æ, f. continentia. *Feſt.* viciam dicebant continentiam. Al. leg. vinciam.

Viciarium, ii, n. locus viciis condendis aptus. *Col. lib.* 12. *c.* 2. ubi alii leg. *vitiaria*, nempe a *vitibus*.

Viciarius, a, um, *di veccia*, βικιακός, quod ad vicium pertinet, ut Cribrum viciarium, quo vicia expurgatur a frumento. *Col. lib.* 8. *c.* 5. Cribro viciario, vel etiam loliario, qui jam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur, deinde pulegii ſurculis fumigentur.

Vicies, adv. *venti volte*, Germ. *zwentzig mahl*, Gall. *vingt fois*, Hiſp. *veynte vezes*, εἰκοσάκις, viginti vices, ſeu vicibus. *Plin. l.* 7. *c.* 28. Centies vicies præliatus, octies ex provocatione victor, &c. *Col. l.* 5. *c.* 2. Ita, ut paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus ſi multiplicabis, centies vicies ducenti quadrageni ſunt viginti octo millia, & octingenti.

Vicinālis, & le, n. 3. *conſortivo*, Ger. *nachbaurſchafft*, Gall. *du voiſinage*, Hiſp. *de vezindad*, γειτονικός, quod ad viciniam ſpectat. *Paul. l. via*, *ff. de loc. & itin. publ.* Viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero ſunt. V. Via. *Liv. l.* 21. *cap.* 26. Itaque ingens coacta vis navium eſt, lintriumque temere ad vicinalem uſum paratarum. h. e. ad uſum viciniæ, ſeu vicinorum.

Vicine, adverb. *vicino*, prope. *Auguſtin. l.* 1. *de doctr. Chriſt. c.* 33. *ad fin.* habet ſuperlat. *viciniſſime*.

Vicinia, æ, f. idem ac vicinitas. Quidam Grammatici diſtinguunt viciniam a vicinitate, quod *vicinia* dicatur de locis propinquis, *vicinitas* de conjunctione hominum inter ſe. *Cass. Fronto:* Vicinia vicorum conjunctio, vicinitas hominum converſatio eſt. Sed hæc differentia non obſervatur. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 16. Inde ex vicinia noſtra Averni lacus. *Col. l.* 7. *c.* 3. Summitti in viciniis urbis quandoque oportebit. ¶ Metonymice ſumitur pro ipſis vicinis. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. Funus egregie factum laudet vicinia. *Id. l.* 1. *ep.* 16. Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota. ¶ Translate ponitur pro conjunctione cujuſcunque rei, ſimilitudine. *Quintil. l.* 8. *cap.* 3. Eſt tamen diverſarum rerum quædam vicinia. *Plin. l.* 32. *c.* 3. Aqua ad viciniam lactis accedens.

Vicinitas, atis, f. *vicinità*, γειτονεία, שְׁכֵנוּת, Ger. *nachbaurſchafft*, Gal. *voiſinage*, Hiſ. *vezindad*, γειτονίασις, vicorum conjunctio, vicinorum inter ſe propinquitas. *Terent. Heaut.* 1. 1. 4. Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas facit, ut te audacter moneam, & familiariter. *Cic. pro Cluent.* Patet hujuſce, Judices, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius, & vicinitatis virtute, æſtimatione, nobilitate facile princeps. ¶ Uſurpatur etiam generatim pro quacunque locorum propinquitate. *Plin. l.* 4. *c.* 16. Triginta prope jam annis notitiam ejus Romanorum armis non ultra vicinitatem ſylvæ Calydoniæ propagantibus. ¶ Metonymice ponitur pro vicinorum multitudine. *Cic.* 6. *Ver.* Signum, quod notum erat vicinitati, buccina dabat. ¶ Translate uſurpatur de quacunque propinquitate, ſeu conjunctione. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Itemque nares, eo quod omnis odor ad ſuperiora fertur, recte ſurſum ſunt, & quod cibi, & potionis judicium magnum earum eſt, non ſine cauſa vicinitatem oris ſecutæ ſunt. *Idem in Brut.* Quod & æqualitas veſtra, & pares honorum gradus, & artium, ſtudiorumque quaſi finitima vicinitas tantum abeſt ab obtrectatione, & invidia. *Id. poſt red. ad Quir. cap.* 1. Amicitiæ, conſuetudines, vicinitates. *Plin. lib.* 21. *cap.* 18. Multi vero non diſcernunt a Cypro vicinitate nominis. *Quintil. lib.* 3. *cap.* 6. Virtutibus, ac vitiis vicinitas quædam eſt.

Vicinitus, adv. *da vicino*. *Cod. Theodoſ. l.* 15. *tit.* 1. Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur.

Vicinium, ii, n. *vicinanza*, vicinitas. *Sen. de brev. vit. c.* 15. In vicinio verſatus invidia, ſimplicius longe poſita miramur. *Plin. lib.* 2. *cap.* 16. Quando in vicinio ſunt terræ. Utroque tamen loco optimi pleriqne Codices habent *vicino*.

Vicinor, aris, *eſſer vicino*, vicinus ſum. *Sidon. l.* 2. *ep.* 13. Si orbis profitu, ſpatiiſque regionum vicinaremur. *Id. l.* 6. *ep.* 9. Vicinabatur feſtinata correctio.

Vicinus, i, m. 2. *vicino*, שָׁכֵן, Ger. *nahe*, Gall. *voiſin*, Hiſp. *cercano*, γείτων, qui in eodem vico, aut certe non procul ab ædibus noſtris habitat. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 14. C. Arrius proximus eſt vicinus, imo ille quidem jam contubernalis. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. Cætera qui vitæ ſervaret munia recto More, bonus ſane vicinus, amabilis hoſpes, Comis in uxorem, &c.

Vicinus, a, um, *vicino*, ἐγγύς, πλησίον, propinquus, proximus, conjunctus. *Cic.* 3. *Ver. c.* 16. Latona ad pariendum vicina. *Virg.* 1. *Georg. in fin.* Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes Arma ferunt. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 275. Ni convexa foret, parti vicinior eſſet. ¶ Regit interdum dativum, interdum genitivum. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg.* 4. Terra vicina mihi. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 29. Fidem, quam in Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi majores noſtri eſſe voluerunt. ¶ *In vicino*, eſt prope, *da vicino*. *Vellej. lib.* 2. *cap.* 72. Cum in vicino eſſet agmen. V. Vicinium. ¶ Translate ponitur pro ſimili. *Cic. in Orat. c.* 32. Eſſe igitur perfecte eloquentis puto non eam ſolum facultatem habere, quæ ſit ejus propria, fuſe, lateque dicendi, ſed etiam vicinam ejus, atque finitimam Dialecticorum ſcientiam aſſumere.

Vicis, f. 3. *vicenda*, *mutazione*, סוּב, Ger. *ſtraſe*, Gal. *fois*, *tour*, Hiſp. *vez*, ἀμοιβή, ἐναλλαγή, alternatio, viciſſitudo. Habet omnes caſus præter nominat. ſingul. & genit. plur. *Horat. l.* 1. *od.* 4. Solvitur acris hyems grata vice Veris, & Favoni. *Plin. l.* 3. 4. *cap.* 8. Per vices, *a vicenda*, *l'un dopo l'altro*. *Col. l.* 3. *c.* 2. Alterna vice annorum vites muſti plus minus afferunt, *un anno più*, *un anno meno*. *Quintil. lib.* 6. *c.* 5. Judices, vel præſidentes Magiſtratus appellandi ſunt frequenter, ut loquendi vices ſerventur. ¶ Quoniam vero plurima alternatim fiunt, hinc plures, & varias notiones ſpeciatim habet. Sæpe accipitur pro loco. *Cic. l.* 2. *de Leg.* Nulla eſt enim perſona, quæ ad vicem ejus, qui e vita emigravit, propius accedat, quam hæres. *Plin. lib.* 8. *c.* 46. Bos in

Digitized by Google

in Ægypto etiam numinis vice colitur. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 133. n. Vice ſacra judicare. h. e. loco Cæſaris. *Plin. in Paneg.* c. 80. Vicem Dei fungi erga omne hominum genus. *Celſ. l.* 4. Sumere ptiſanam in vicem vini, *in vece di vino*. ¶ Item pro munere, officio. Unde vice alterius fungi, *far le altrui veci*, ἀνθ' ἑτέρου εἶναι, dicimus eum, qui alterius locum ſupplet, abſentiſque munera fungitur. *Liv. l.* 1. c. 20. Ne ſacra Regiæ vicis deſererentur, Flaminem Jovi aſſiduum Sacerdotem creavit. *Id. ib. c.* 41. Itaque per aliquot dies, cum jam expiraſſet Tarquinius, celata morte, per ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmavit. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Hypocauſtum, ſi dies nubilus eſt, immiſſo vapore vicem Solis ſupplet. *Plin. alter l.* 2. c. 8. *de ſtella Veneris*: Prorogans lucem, vicemque lunæ reddens. ¶ In hac, & ſuperiore acceptione, pro ablativo accuſativus a veteribus uſurpatus eſt, per Enallagen, & Helleniſmum. *Plaut. Rud.* 3. 3. 34. Si appellabit quempiam, vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem. idest pro iſtis. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Quanquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum noſtram vicem ultus eſt ipſe per ſe ſe. *idest* ſa ſe pœna afficiendo occupavit officium noſtrum. *Liv. l.* 34. c. 32. Remittimus hoc tibi, ne vicem noſtram iraſcaris. ¶ Sumitur quoque pro tempore, vel actione, quæ fit in tempore. *Horat. l.* 4. *od.* 14. Et arces Alpibus impoſitas tremendis Dejecit acer plus vice ſimplici. idest plus ſimplici clade, clade dupla majore illa, quo cæteri dejeciſſent. Alii exponunt, plus quam ſemel, *più d' una volta*. Et ſane hoc ſenſu *Pallad. l.* 1. *tit.* 30. Tribus, inquit, per diem vicibus potu adjuvant, *tre volte al giorno*. Et *l.* 10. *tit.* 7. Prima vice agros proſcindemus, *per la prima volta*. *Capitol. in M. Anton. Philoſ. c.* 7. Diverſis vicibus, *in diverſi tempi*. ¶ Item pro modo, ratione. *Liv. l.* 1. Ita duo deinceps Reges alius alia vice, ille bello, hic pace civitatem auxerunt: Sed vetus exemplar legit *alio vio*. Nonnulli vero exponunt alio tempore. ¶ Item pro ſimilitudine, inſtar. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 11. Niſi forte me Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cenſueris, quam exilio Themiſtocleo. Adde *Plin. l.* 9. c. 43. ¶ Item pro recompenſatione, retributione, *ricompenſa*, *pariglia*. *Plin. l.* 2. *ep.* 6. Reddam vicem, ſi repoſces. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 3. Tanto proclivior eſt injuriæ, quam beneficio vicem exſolvere, quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur. ¶ Reperitur quoque pro pugna, periculo. Nam per viciſſitudinem pugnatur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 432. Nec tela, nec ullas Vitaviſſe vices Danaum. ¶ Item pro pœna, incommodo, damno. *Cic. pro Dom c.* 4. Mihi uni neceſſe & meam, & aliorum vicem pertimeſcere. *Ter. Heaut.* 4. 5. Ita me Di amabunt, ut nunc Menedemi vicem Miſeret me. ¶ *Vice verſa*, ſeu potius *verſa vice* ſignificat contraria ratione, *per lo contrario*. *Apulej. l.* 4. *Florid.* Prima (vini) cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam: verum enimvero Muſarum cratera verſa vice quanto crebrior, tanto propior ad animi ſanitatem. *Gel. l.* 16. *c.* 13. Primos municipes ſine ſuffragii jure Cærites eſſe factos accepimus: hinc tabulæ Cærites appellatæ verſa vice, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant. ¶ *Vicium* in genitivo plurali *Donat.* affert ex *Quintil.*

Viciſſatim, adv. idem ac viciſſim. *Plaut. Pæn. prol. v.* 46. Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare. *Id. Rud.* 4. 7. 27. Noſmet oneremus viciſſatim voluptatibus.

Viciſſim, adv. *a vicenda*, *vicendevolmente*, *ſcambievolmente*, חליפות, Ger. *hergegen*, Gal. *a ſon tour*, Hiſp. *a vezes*, ἀμοιβαδὶς, per vices, alternatim. *Cic. c. de nat. Deor.* 2. 1. Quod ſi haberem aliquid, quod liqueret, tamen te audire viciſſim vellem, cum ipſe tam multa dixiſſem: *Id. ib. c.* 7. Terra uno tempore florere, deinde viciſſim horrere poteſt. ¶ Quandoque ſignificat ſecundo loco, ſive ſimiliter, five ex altera parte. *Ter. Heaut.* 4. 3. 10. Sed nunc, Chria, da te mihi viciſſim. nam amici quoque res eſt videnda. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 6. Hoc ego meo facto delector; nihil enim potuit fieri amantius: conſidera nunc viciſſim tuum. *Virg.* 3. *Ecl.* Nos tamen hæc quocumque modo tibi noſtra viciſſim Dicemus.

Viciſſitas, atis, f. idem ac viciſſitudo, apud veteres. *Acc. apud Non. c.* 2. *n.* 893. Viciſſitatemque imperandi tradit.

Viciſſitudo, inis, f. *viciſſitudine*, *mutazione*, *vicenda*, חלוף, Ger. *verånderung*, Gal. *tour*, *changement*, Hiſp. *mudanca*, ἀμοιβὴ, μεταβολή, alternatio, mutatio ex alio in aliud. *Terent. Eun.* 2. 2. 45. Omnium rerum viciſſitudo eſt. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 24. Quæ vita, quis interitus, quæque ex alio in aliud viciſſitudo, atque mutatio. *Id. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Nihil eſt enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque viciſſitudines. *Id.* 2. *de Leg. c.* 7. Viciſſitudines dierum, ac noctium. ¶ Idem eſt aliquando ac remuneratio, *corriſpondenza*. *Cic. de Amic. c.* 14. Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum, officiorumque jucundius.

Vicomagiſter, tri, *capo di contrada*, præfectus alicui vico. V. Vicus. Legitur hæc vox ſæpe in tabulis *Pomponii Læti de region. urb. Romæ*, & *P. Victoris*.

Victa, æ, f. Dea victus. *Arnob. l.* 3. Victa, & Potua ſanctiſſimæ, victui, potuique procurent.

Victima, æ, f. *vittima*, זבח, Ger. *ſchlachtopffer*, Gal. *ſacrifice*, Hiſp. *ſacrificio*, ἱερεῖον, θῦμα, animal ſacrificio deſtinatum. Dicta eſt a victis hoſtibus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 335. Victima, quæ cecidit dextra victrice vocatur, Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet. *Feſt.* triplicem etymologiam adducit. Victimam, inquit, Ælius Stilo ait eſſe vitulum, ob ejus vigorem: alii autem, quæ vincta ducatur ad altare: aut quæ ob hoſtes victos immolaretur. ¶ Differunt *victima*, & *hoſtia* trifariam. Primo *hoſtia* a quovis Sacerdote immolabatur, *victima* ejus tantum manu, qui hoſtem ipſe viciſſet, ut patet ex loco allato *Ovidii*. Atque hinc alterum quoque diſcrimen conſequitur. Nam ſi *victima* victoris unius dextra mactabatur, non potuit victima cædi, niſi hoſtibus victis: at *hoſtia* quoque eſſe poterat, quæ, cum iretur in hoſtes, cædebatur. *Serv. in* 1. *Æn.* Hoſtiæ dicuntur ſacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hoſtem pergunt: victimæ vero ſacrificia, quæ poſt victoriam fiunt. Sed hæc licenter confundit auctoritas. Tertium diſcrimen eſt, quod *victima* eſt major, ut vitulus, *hoſtia* minor, ut agnus. Itaque *Cornel. Fronto* his verbis differentiarum libellum claudit: Victima major eſt, hoſtia minor. Hinc *Plaut. Pſeud.* a. 1. *ſc.* 3. Nolo victimas, minimis me dextris Placari volo. *Horat. l.* 3. *od.* 23. Victima Pontificum ſecures Cervice tinget. ¶ Sæpe victima ponitur pro hoſtia, ut hoſtia pro victima, neglectis illis diſcriminibus, quæ attulimus. *Cic. Att. l.* 1. Ego enim te arbitror, cæſa apud Amaltheam tuam victimas, ſtatim eſſe ad Sicyonem oppugnandum profectum. ¶ Sumitur quoque tranſlate. *Cic. pro L. Flac. c.* 38. Quam poteſtis P. Lentulo mactare victimam gratiorem, quam ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in vos odium ſaturaveritis?

Victimarius, rii, m. ἱεροποιὸς, ſacrorum miniſter, qui victimam ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua, quæ ſacris erant neceſſaria. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. Libros Petilius Prætor urbanus ex auctoritate Senatus, per victimarios facto igne, in conſpectu populi cremavit. *Liv. l.* 40. *c.* 29. Libri in comitio, igne a victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.

Victimo, as, n. 1. ſacrifico. *Apul. l.* 7. *A. A.* Hircum Marti victiment.

Victito, as, n. *alimentarſi*, *mantenerſi*, *vivere*, σιτεῖσθαι, victu utor, alor, veſcor. *Ter. Eun.* 3. 8. 44. Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas. *Plaut. Truc.* 2. 3. 26. Victitare parce.

Victo, as, n. a. freq. a vinco. *Plaut. Capt.* 1. 1. 15. In occulto miſeri victant ſucco ſuo. Al. leg. *victitant*.

Victor, oris, m. *vincitore*, מנצח, Germ. *überwinder*, Gall. *vainqueur*, Hiſ. *vencedor*, νικητής, qui in certamine ſuperior evaſit. *Cic. l.* 9. *Famil. ep.* 9. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt. *Idem in Piſon.* Neque reſiſtente Cn. Pompejo omnium gentium victore, &c. *Plin. l.* 7. *c.* 28. L. Sicinius Dentatus centies vicies præliatus, octies ex provocatione victor. *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 324. Victor belli, h. e. in bello. ¶ Adjective *Nepos in Ageſil. c.* 4. Victor exercitus. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 2. *v.* 47. Victor currus. h. e. triumphalis, in quo victor ſedet. ¶ Praeterea victor ſignificat etiam eum, qui opus aliquod ad optatum finem perduxit, & qui voti compos factus eſt. *Virgil.* 2. *Æn. v.* 329. Victorque Sinon incendia miſcet. *Horat. l.* 1. *ep.* 13. Victor propoſiti ſimul ac perveneris illuc.

Victoria, æ, f. *vittoria*, נצח, Ger. *ſieg*, Gal. *victoire*, Hiſp. *victoria*, νίκη, hoſtium ſuperatio, a *vincendo*. *Cic. pro M. Marc. c.* 3. Victoria, quæ natura inſolens, atque ſuperba eſt. *Hor. l.* 1. *ſerm. ſat.* 1. Quid enim? concurritur, horæ momento cita mors venit, aut victoria læta. *Salluſt. in Catil. c.* 58. Victoria cruenta. h. e. in qua magna cædes etiam victorum fit. *Id. in Jugur.* Eripere alicui victoriam. *Liv. l.* 4. *c.* 30. Victoria penes patres fuit. *Id. l.* 30. *c.* 30. Habere victoriam in manibus. *Cic. pro Cal.* Conſequi victoriam. *Id. pro L. Man.* Reportare victoriam. ¶ Apud Romanos Victoria Deæ nomen erat, cujus ſimulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum præferens. Pinnata etiam, & aligera pingebatur, ut e cœlo devolans ad eos, quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet, pexo crine, nudo pede ſuſpenſa, ſtrophio revincta, ſinu veſtis fluitante. *Var. l.* 4. *de L. L. Turneb. l.* 13. *c.* 12. & *l.* 27. *c.* 2. & 5. ¶ Poetæ fabulantur, fuiſſe filiam Acherontis ex Styge, affuiſſe Jovi in bello adverſus Gigantes, Jovem illi pro munere dediſſe, ut Dii per Stygem ejus matrem jurarent, ſiquis eorum juramento non ſtetiſſet, quoddam temporis ſpatium nectare abſtineret. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut ſine Deo regi non poſſet, ipſa res Deorum nomen obtinuit.

Victorialis, le, adject. ad victoriam pertinens, ut victorialis dies, quo victoria aliqua celebratur. *Trebel. Poll. in Gallien. cap.* 2. populumque quaſi victorialibus diebus ad feſtivitatem, ac plauſum vocaret.

Victoriatus, (ſubaudi *nummus*) νικηφόρος, nummus argenteus Lege Clodia percuſſus, qui alteram denarii partem pondere, & pretio exæquabat, ut docet *Var. l.* 9. *L. L.* & *Voluſ. Mecian. de ponderibus*. Cauſa nominis eſt, quia ſignatus erat Victoria, ut docet *Plin. l.* 33. *c.* 3. Valebat autem quinque aſſibus; hinc & quinarius dictus eſt, ut *Var. l.* 4. *de L. L.* indicat. *Cic. pro Font.* Itaque Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe, Cordum Porcium, & Mummium ternos victoriatos, Vulchalone ſerva umbicas, & victoriatos mille. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Dicente quodam, victoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murænam emiſſe. *Liv. l.* 41. *c.* 13. Tulit in eo triumpho victoriatum LXXXV. millia.

Victoriola, æ, f. parvum Victoriæ Deæ ſimulacrum. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 34. Idem Victoriolas aureas, & pateras, coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat.

Victorioſus, a, um, νικητικός, vincere aſſuetus, ſeu qui plures, & varias victorias reportavit. Vox eſt *Catonis*, ut *Gel. l.* 4. *cap.* 9. teſtatur. *In nummis Probi*, *apud Spanhem.* Victorioſo ſemper. *Sidon. lib.* 5. *ep.* 6. Victorioſiſſimo viro.

Victrix, icis, *vincitrice*, מנצחת, Ger. *überwinderin*, Gal. *vainqueureſſe*, Hiſp. *vencedora*, νικήτρια, quæ vicit, quæ certamine ſuperior evaſit. *Cic. ad Brut. ep.* 10. Erat victrix Reſpublica, cæſis Antonii copiis, ipſo expulſo. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 48. Oraculum erat datum, ſi Rex interfectus eſſet, victrices Athenas fore. *Id. pro Cluent. cap.* 5. Victrix libido, non libidinis. ¶ *Victrices litteræ*, dicuntur victoriam nuntiantes. *Cic. Att. lib.* 5. *ep.* 21. Quo autem die Caſſii litteræ victrices in Senatu recitatæ ſunt. ¶ Interdum *victrix* ſumitur pro voti compote. *Virg.* 7. *Æn.* Junonem victrix affatur voce ſuperba. ¶ Eſt etiam adject. quod cum neutris etiam conjungitur. *Claudian. de VI. Conſul. Honor. v.* 24. & certius omen ſurgunt Victrici concepta ſolo. *Virg. Æn.* 3. *v.* 54. Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus. *Juſtin. l. ult. in fin.* Victricia ad eos arma tranſtulit. ¶ *Serv. in loc. Virgil. citat.* docet, nomina fœminina in *tx* in plurali tantum numero neutra fieri, ſed Claudiani verba etiam in ſingulari id fieri poſſe oſtendunt.

Victualis, le, adject. *appartenente al vitto*, ut victuale miniſterium, *Apul. de dogm. Platon.*

Victus, V. Victus, us.

Victurus, a, um, ναιχώμ, partic. futuri temporis a vinco. *Gell. l.* 24. *c.* 1. Pyrrhus ne Rex, an M. Curius prælio victurus eſſet. ¶ Eſt etiam partic. verbi vivo, βιώσων. *Cic. de Sen.* Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet victurum.

Victus, us, m. *vitto*, מזון, Ger. *nahrung*, Gal. *le vivre*, Hiſ. *mantenimiento*, τροφή, δίαιτα, omne illud, quo vivimus. *Ulpian. l.* 43. & 44. *de verb. ſignif.* Victus verbo continentur, quæ eſui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini ſunt neceſſaria. *Cic. de Amic. c.* 23. Multi divitias deſpiciunt, quos parvo contentos tenuis victus, cultuſque delectat. *Ovid.* 6. *Faſt.* Nunc inopes victus, ignavaque fata timentes, &c. *Colum. in præfat. l.* 10. Tolerare victum lacte. *Celſ. l.* 1. *c.* 10. Mutare aliquid ex conſuetudine victus. ¶ In plurali numero. *Plaut. Mil.* 3. 1. 144. Meæ domi accipiam benigne, lepide, & lepidis victibus. ¶ Tranſlate ponitur pro vivendi ratione. *Nep. in Dion. c.* 4. Namque appoſiti erant cuſtodes, qui eum a priſtino victu deducerent. ¶ Veteres in genit. ſing. dicebant etiam *victuis*. *Var. apud Non. c.* 8. *n.* 88. Primum de re familiari, ſecundo de victuis conſuetudine differam. ¶ Item dicebant *victi*. *Plaut. Capt.* 4. 2. 73. Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ Reperitur etiam *victu* pro *victui* in dativo. *Gell. l.* 4. *c.* 16. ex *Lucil.* Quod ſumptum, atque epulas victu præponis honeſto.

Victus, a, um, *vinto*, *ſuperato*, νικηθεὶς, certamine ſuperatus, partic. a vincor. *Cic. pro Font.* Ut velint iſti aut quieſcere, id quod victi, ac ſubacti ſolent. *Horat. Epod. od.* 9. Terra, marique victus hoſtis, Punico Lugubre mutavit ſagum. ¶ Dicitur & de aliis rebus extra bellum. *Horat. Epod.* Victus prece. *Ovid.* 2. *de Pont. ep.* 17. Ira victa per preces. *Id.* 1. *Faſt. v.* 421. Corpore victa ſopore. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 8. Victo gemitu, *compreſſo il gemito*. *Id.* 1. *Ann. c.* 37. Neque victa in lacrimas. h. e. non euſque depreſſa, ut mitteret lacrimas. *Id.* 11. *Ann. c.* 2. Victo ſilentio, *rotto il ſilenzio*. ¶ Ponitur aliquando pro voti impote, ἀτυχής, quemadmodum contra *victor* pro voti compote, ἐπιτυχής. *Virg.* 9. *Ecl.* Nunc victi triſtes, quoniam fors omnia verſat. ¶ I-

tem pro eo qui a propoſito priſtino recedit. *Virg. 2. Æn.* Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras.

Vicŭlus, i, *gr.* κωμίδιον, parvus vicus. *Liv. l. 21. c. 33.* Caſtellum, vicoſque circumjectos capit.

Vicus, i, *gr.* *contrada*, *borgo*, Ger. *gaſſe*, Gal. *contrée*, Hiſp. *barrio*, κώμη, *ῥύμη*, multæ domus junctæ. Eſt ab Æolico ϝοῖκος, vel *ϝοῖκος*, pro οἶκος. Differt a pago. Nam pagus de rure tantum dicitur, vicus de rure, & de urbe. Deinde vicus eſt pars pagi. *Tacit. de morib. Germ. c. 12.* Eliguntur in iiſdem conciliis & principes, qui jura per pagos, vicoſque reddant. ¶ Vicorum, ut innuimus, alii ſunt urbani, alii pagani. Vicus urbanus eſt pars minor urbis, quæ ex multiplicatis domibus conſtat, ut Romæ *vicus Cyprius*, *vicus Africus*, *vicus ſceleratus*, &c. Vicus paganus, ſeu ruſticus ſunt plures villæ, ſeu domus ruſticanæ conjunctæ in aliquo pago, aliquo ſpatio remotæ ab urbe, nulliſque mœnibus cinctæ. Nam ædificia urbi contigua, ſuburbia dicuntur, quæ mœnibus clauduntur, appellantur caſtella. *Cic. l. 14. Fam. ep. 1. de vico ruſt.* Quod ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum vendituram, quid obſecro te, me miſerum, quid futurum eſt? *Horat. l. 2. epiſt. 1. de vico urban.* Deferar in vicum vendentem thus, & odores. *Ovid. 6. Faſt.* Certa fides facti, dictus ſceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea preſſa nota. ¶ Singulis Romæ vicis quatuor præficiebantur viri, qui *Magiſtri vicorum*, & etiam *Vicomagiſtri* dicebantur, quorum munus erat vicos tueri, rixas, ſeditioneſque ſedare, incendia extinguenda curare, & ſimilia. Inſtituti ſunt ab Auguſto, ut *in ejus vit. c. 30.* ſcribit *Sueton.* Addit *Aſcon. in Piſoniana Oratione c. 4.* Ludos Compitalitios ab illorum vicorum magiſtris, prætexta in eo munere indutis, celebratos fuiſſe.

Vicus Æquenſis, Æquana, Æqua, *Vico di Sorento*, urbs alias Picentinorum, nunc prov. Terræ Laboris, in R. Neapolitano, in ora ſin. Neapol. ad rad. collis, parva admodum.

Vicus Verronis, *Vicovaro*, *Vicouerro*, opp. Sabinorum, ad Anienem fl. prope Nomentum urb. exc. in colle.

Videlĭcet, adv. *certamente*, *veramente*, Ger. *nemlich*, *freylich*, Gal. *certes*, *c' eſt a ſavoir*, Hiſ. *ciertamente*, *menester a ſaber*, δηλαδή, δηλονότι, certe, quidem, vere, nimirum. Eſt adverbium confirmandi, teſte *Donato* in *Adelph. a. 3. ſc. 4.* Conflatum eſt ex *videre*, & *licet*, quomodo *ſcilicet*, ex *ſcire*, & *licet*. *Terent. Adelph. 3. 4. 4.* Videlicet de pſaltria hac audivit. *Id. Heaut. 2. 3. 20.* Hic de noſtris verbis hæc errat videlicet, quæ hic ſumus locuti. ¶ Interdum ſuæ originis caſum retinet. *Plaut. Sticho 4. 1. 4.* Videlicet, parcum illum fuiſſe ſenem. *ſi può ben vedere*, *cbe* &c. *Idem ib. v. 51.* Videlicet, illum fuiſſe nequam adoleſcentem. ¶ Eleganter uſurpatur in Ironia, ſive irriſione. *Cic. 2. Phil. c. 6.* Tuus videlicet ſalutaris conſulatus, pernicioſus meus. *Idem 2. Catil. c. 6.* Homo enim videlicet timidus, & permodeſtus vocem conſulis ferre non potuit. ¶ Eſt etiam adverbium explanandi, pro ſcilicet, nempe, *nel. Cic. pro Sext.* Vociſſe tempus ut, qui in timore fuiſſent, conjuratos videlicet dicebat, ulciſcendis. *Idem pro Cluent. c. 45.* Ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. *Id. 2. de Leg. c. 10.* Caſte lex jubet adire ad Deos, animo videlicet. ¶ Elegantem locum habet in reſponſionibus. *Id. pro Cæcin. c. 15.* Quid metuebant? vim videlicet. *Id. Ver. 4. c. 31.* Quid horum ſe negat fecisse? illud videlicet unum, quod neceſſe eſt, pecuniam accepiſſe.

Viden'? pro *vides ne?* *Ter. Eun. 2. 2. 10.* Viden' me eodem ortum loco?

Videndus, a, um, particip. paſſiv. verbi video. *Ovid. 2. Amor. eleg. 14.* Si fuerint oculis probra videnda meis. *Id. 3. Triſt. eleg. 4.* ſint animo cuncta videnda meo.

Videns, tis, particip. *chi vede*, *veggente*. *Virg. Ecl. 2.* mea regna videns mirabor. ¶ Eleganter jungitur cum *vivus*, & ſignificat vigilantem, & optime cernentem *ea* quæ fiunt. *Terent. Eun. 1. 1. 28.* Prudens, & ſciens, vivus, videnſque pereo. *Cic. pro Quint. c. 15.* Huic acerbiſſimum vivo videntique funus ducitur. *Idem pro Sext. c. 27.* Vivus, ut aiunt, eſt & videns cum victu & veſtitu ſuo publicatus.

Vidĕo, es, di, ſum, a. 2. *vedere*, ראה, Ger. *ſehen*, Gal. *voir*, Hiſp. *ver*, βλέπω, ὁράω, oculorum ſenſu aliquid percipio, cerno, ſpecto, perſpicio. Eſt ab εἴδω, ut docet *Macrob. l. 1. ſat. c. 15.* εἴδω autem eandem fere habet ſignificationem. An differant *cerno*, & *video* V. in *Cerno*. Conſtruitur cum acc. *Cic. 7. Ver.* Jam hoc ipſo iſtum veſtitu Siculi, Civeſque Romani ſæpe viderunt. ¶ Vel etiam cum abl. inſtrumenti. *Ter. Adel. 3. 2.* Certe hiſce oculis egomet vidi. *Cic. 3. Catil.* Ut eos pene oculis videre poſſemus. ¶ Per Metalepſim accipitur pro vigilare. *Virg. 6. Ecloga.* Jamque videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. V. *Videns*. ¶ Item pro convenire, *andar a vedere*. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Ego, ut ſpero, propediem te videbo. ¶ Item pro alloqui, congredi. *Cic. Att. l. 3.* Graviter ſe acturum cum Aquilio confirmavit. Videbis ergo hominem. *Plin. l. 1. ep. 5.* Rogo, mane videas Plinium domi. h. e. ei fas. ¶ Tranſlate ſumitur pro agere, capere, habere. *Cic. Curio, l. 7. Fam. epiſt. 30.* Fuit enim mirifica vigilantia, qui ſuo toto Conſulatu ſomnum non viderit. Loquitur de Caninio, qui paucas horas Conſul vixit. ¶ Item pro conſequi, adipiſci. *Cic. lib. 14. Famil. ep. 4.* Quem ego diem ſi videro, &, ſi in veſtrum complexum venero. ¶ Transfertur etiam ad animum, pro cernere, intueri, ut fit in ſomniis. *Cic. 4. Acad.* Et, ſi nunc, aut ſi etiam dormientes aliquid animo videre videamur. *Tac. l. 2. Ann. c. 14.* Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque ſe operatum. ¶ Tranſlate frequenter ſumitur pro intelligere, cognoſcere. *Cic. 2. Agr.* Sed videte vim legis Agrariæ. ¶ Item pro providere, prænoſcere. *Liv. l. 6. c. 22.* Vates in futurum vident. *Cic. l. 4. Fam.* An tu non videbas mecum ſimul, quam illa crudelis eſſet futura victoria? *Id. l. 6. ep. 3.* Summa tamen eadem eſt, & idem exitus, quem ego jam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. ¶ Item pro animadvertere, cogitare, conſiderare, ut *Vide quid agas*, quæ eſt iſtis quædam clauſula, qua eos monemus, qui magna aggrediuntur: quæ tamen non terrentis eſt, ſed excitantis, ut inquit *Donatus*. *Ter. Phorm. 2. 2. 32.* Vide, quid agas, prima coitio eſt acerrima. *Id. 7. Verr.* Videas etiam atque etiam, & conſideres, quid agas, quo progrediare, &c. Hinc ſenſu uſurpatur etiam impersonaliter, & paſſive terminatione. *Plaut. Aſin. 3. 3. 95.* Da iſti viginti minas: vides me amantem egere. Li. Videbitur. *ſi vedrà*, *ſi penſerà*. ¶ Item pro curare, efficere. *Ter. Adelph.* Ego iſtuc videro. *Id. Andr. 2. 6. 25.* Ego, hæc ut recte fiant, videro. *Cic. Att. l. 2.* Tu iſta omnia vide, & guberna. *Id. Att. l. 5. ep. 1.* Anteceſſeres Statium, ut prandeum nobis videret. h. e. pararet, curaret. Item pro cavere. *Cic. 4. Acad.* Vide, quæſo, etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a te ipſo minuatur auctoritas. *Pompejus ad Domit. inter epiſt. Cic. ad Att. l. 8. poſt ep. 12.* Diligentius nobis eſt videndum, ne diſtracti pares eſſe adverſario non poſſimus. ¶ Item pro conſulere, providere. *Terent. Phorm. 1. 4. 18.* Recte mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam. ¶ Item pro fidere, credere. Hinc *Me vide*, phraſis eſt comica, pro eo, *ut me accipio*. *Ter. Andr. 2. 2. 13.* Atqui iſtuc ipſum nihil pericli eſt. me vide. *Plaut. Trinum. 3. 3. 78.* Nihil eſt de ſigno quod vereare. me vide. *ſta ſallo mia fede*. ¶ *Vide* interdum uſurpatur, cum indignamur, aut ſtomachamur. *Plaut. Aulul. 1. 1. 9.* Vide, ut incedit! *Terent. Phorm. 2. 3.* Avaritia vide quid faciat. ¶ *Videro*, *is*, *it*, &c. eleganter uſurpamus, cum alicujus rei curam aliis relinquimus. *Cic. 6. Verr.* Compone hoc, quod poſtulo, de argento: de reliquo videro. *Id. pro Quint. c. 17.* Quid mihi, inquit, cum iſta ſumma ſanctimonia? viderint iſta officia viri boni. *Id. 3. de nat. Deor. c. 4.* Quam ſi male ſit iſtud, tu videris. *Id. de Amic. c. 3.* Quam id recte faciam, viderint ſapientes. ¶ Interdum per catachreſim hoc verbum uſurpatur de aliis ſenſibus præter oculos. *Virg. Æneid. 4.* mugire videbis ſub pedibus terram. *Plaut. Mil. 4. 6. 44.* Naſo hæc quidem videt plus, quam oculis. ¶ Videre diem, eſt vivere. *Ovid. 5. Triſt. el. 5. v. 44.* Sive diem videat, ſive tegatur humo. ¶ *Viſo opus eſt* pro videndum eſt. *Plaut. Capt. 2. 1. 49.* Viſo opus eſt, aſuto opus eſt, ut accurate hoc agatur.

Vidĕor, eris, viſus ſum, paſſ. 2. *eſſere veduto*, βλέπομαι, ὁρῶμαι, cernor, conſpicior. *Virg. 4. Ecl.* Diviſque videbit Permiſtos Heroas, & ipſe videbitur illis. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.*

Vidĕor, eris, viſus ſum, d. 2. *parere*, *ſembrare*, δοκῶ, φαίνομαι, opinionem, ſeu imbecillam aſſenſionem in alicujus animo inſero, præ me fero. Uſurpatur ſemper perſonaliter ut deponens abſolutum, & quidem, ſi ſolum eſt, uſurpatur cum duobus nominativis, uno ante, altero poſt, ſi autem conjungitur cum infinitis verborum perſonalium, interdum cum duobus nominativis, interdum cum uno uſurpatur. Frequentiſſime tamen uſurpatur etiam in tertio ordine, idest cum dativo perſonæ. *Cic. 1. Off.* Nunquam omnino periculi fuga committendum eſt, ut imbelles, timidique videamur. *Id. Att. l. 2. epiſt. 1.* Ille tua horridula mihi, atque incompta viſa ſunt. *Id. 2. Fin. c. 13.* Quæ Ariſtoni, & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo. hoc eſt nihili ab eis æſtimata ſunt. *Id. 4. Catil.* Videor enim mihi hanc urbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium ſubito uno incendio concidentem. *Cic. l. 16. Fam. ep. 21.* Videor videre amantem te ruſticas res. ¶ Reperitur uſurpatum & impersonaliter. Sed hujuſce conſtructionis unicum exemplum apud veteres Scriptores extat. *Cic. 5. Tuſc. c. 5.* Non mihi videtur ad beate vivendum ſatis poſſe virtutem. ¶ Significat etiam firmum animi placitum, & uſurpatur pro placere, cenſere, ſtatuere. In hac acceptione ſemper imperſonaliter conſtruitur, & cum infinitivo vel expreſſo, vel occulto. *Cic. de Sen.* Nunc autem mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. *Id. l. 14. Fam. epiſt. 7.* Si tibi videbitur, villis iis utere, quæ longiſſime aberunt a militibus. ¶ Atque hac ratione ſæpe in decretis, & Senatus conſultis adhibebatur. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 2.* Uti ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret: ſi non faciat, eum adverſus rempublicam facturum videri. ¶ Hujus verbi uſus apud Ciceronem adeo frequens eſt, ut nonnunquam ab eo per pleonaſmum tantummodo uſurpetur, ita tamen, ut non ſine quadam vi, & elegantia. *Pro leg. Manil. c. 10.* Satis multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium, magnitudine pericoloſum, reſtat, ut de Imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum eſſe videatur.

Vide ſis. V. *Sis*.

Vidŭa, fem. s. *vedova*, אלמנה, Germ. *wittwe*, Gal. *veuſve*, Hiſp. *biuda*, χήρα, εὔνις, mulier viro orbata: dicta eſt, quaſi a viro idua, hoc eſt diviſa. iduare enim erat olim idem ac dividere. Ita ſcribit *Macrob. l. 1. Saturn. c. 15.* ¶ Revera adjectivum eſt, & ſubintelligitur *mulier*. *Plaut. Stich. 1. 2. 6.* Quæ tandiu vidua viro ſuo caruit. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 78.* Sunt, qui Fruſtis, & pomis viduas venentur avaras. ¶ *Labeo l. 242. Dig. de Verb. ſignif.* docet, viduam dici non ſolum eam, quæ maritum habuit, ſed etiam eam, quæ nulli nupſit, qua ratione videtur *Propert. l. 2. eleg. 22.* dixiſſe: Quidve tibi prodeſt viduas dormire puellas? Et *Liv. l. 1. c. 46. ad fin.* Et, ſe rectius viduam, & illum cœlibem futurum fuiſſe, contendere.

Viduātus, a, um, nom. particip. *privato*, *ſpogliato*. *Virgil. 4. Georg. verſ. 518.* Arva nunquam viduata pruinis. *Col. in Præfat. l. 10.* Materia viduata corpore. *Sil. lib. 9. v. 601. de Tarone:* Viduatis lumine regna. ¶ Cum genitivo *Lucret. l. 5. v. 838.* Viduata manuum. ¶ Abſolute *viduata* pro viro orbata. *Sueton. in Galb. c. 5.* Agrippina viduata morte Domitii, *reſtata vedova*.

Viduatus, us, m. *ſtato vedovile*. *Tertul. de Virg. veland. c. 9.*

Viducaſſes, in. e. Vidugaſſes, Baducaſſes, pop. Galliæ Celt. inter Lexovios ad Or. & Unelos ad Occ. in Normannia inferiore, ubi nunc tractus *le Beſſin*, quorum caput Juliobona, ſeu Bajocum. Alii eos collocant in seq. *la Beauſſe*.

Viduertas, atis, f. *calamità*, ἀτυχία, calamitas, apud veteres. *Paul. apud Feſt.* Viduertas calamitas dicta, quod viduet bonis. *Cato de R. R. c. 141.* Uti tu morbos viſos, inviſoſque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitatem, intemperieſque prohibeſſis.

Viduĭtas, atis, fem. *vita vedovile*, χηρεία, χηρόσυνη, vita cælebs poſt nuptias. *Cic. pro Cæc. c. 5.* Ebutius iſte, qui jam diu Cæſenniæ viduitate, ac ſolitudine aleretur. *Liv. l. 40. c. 4.* In viduitate relicta ſilios ſingulos parvos ſilias habentes. ¶ Sumitur etiam pro privatione, inopia. *Plaut. Rud. 3. 3.* Nunc demum eſt, cum omnium copiarum, atque opum, auxilii, præſidii viduitas nos tenet.

Vidularia, æ, f. nomen unius ex amiſſis Plauti Comœdiis, cujus fragmenta aliquot afferunt *Nonius* & *Priſcianus*. Dicta eſt a vidulo; ſed cujus præcipue argumenti fuerit, ignoratur.

Vidŭlus, i, m. *bolgia*, *valigia*, אמתחות, German. *bulgen*, Gal. *bougette*, *valiſe*, Hiſp. *bolſa*, φασκωλιον, πήρα, ſacculus, quo pecunia, vel aliud quidpiam itineris cauſa reponitur. *Plaut. Rud. 4. 4. 88.* Eſt ne hic vidulus, ubi ciſtellam tuam ineſſe ajebas? *Id. Mer. 5. 7. 47.* Recte obſignatum in vidulo eſt marſupium.

Vidŭo, as, a. 1. *privare*, שכל, Ger. *berauben*, Gal. *priver*, Hiſp. *privar*, χηρόω, ἀποστερέω, orbo, privo. *Virg. 8. Æneid.* Tot ferro ſæva dediſſet Funera, tam multis viduaſſet civibus urbem. *Hor. l. 2. ode 9.* Et foliis viduantur orni.

Viduvium, ii, n. *ſtato vedovile*. *Sidonius l. 3. ep. 6.*

Vidŭus, a, um, *vedovo*, *privato*, *privo*, χῆρος, *expers*, privatus, orbatus, deſertus. Proprie dicitur de ea re, vel loco, vel tempore, in quo alter conjugum mortuus eſt. *Ovid. 2. Faſt.* Per totidem menſes a funere conjugis uxor Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo. *Id. ep. 18.* Cur ego tot viduas exegi frigida noctes? ¶ Tranſlate de quacunque re uſurpatur, pro experte, vacuo, privato. *Horat. l. 1. od. 10.* Voce dum terret, viduus pharetra Riſit Apollo. *Id. lib. 4. od. 5.* Et vitem viduas ducit ad arbores. ¶ Cum genitivo *Auſon. in Perioch. v. 919.* Ceſpes herbæ viduus. *Silius l. 2. v. 247.* Viduum teli. ¶ Et cum ablat. & præpoſit. a, vel *ab*. *Virg. in Culice prope fin.* Ditis opacos cogor adire lacus viduos a lumine Phœbi.

Vienna, æ, f. Viena, Ala Flaviana, Vindobona, inc. *Wien.* Ital. *Vienna*, Gal. *Vienne*, urbs Pannoniæ ſup. apud fines Hungariæ, ad Danubium flu. ubi recipit *Vien* amnem, unde nomen urbi, cum ponte, ampla, culta, munita, caput Auſtriæ, ſedes Imperatoria a multis annis. ¶ Vienna altera, Gall. *Vienne*, Ital. *Vienna*, col. & urbs Galliæ Narb.

Digitized by Google

Narb. in Delphinatu, ad Rhodanum ſ. cum ponte, ubi recipit Geram, ad rad. collis, olim celeberrima, & ex Galliæ præcipuis, valde ampla, nunc anguſtior. Conditam ferunt Heliæ Prophetæ temporibus, Lycurgo gubernante apud Spartanos, Romulo Sylvio Rege Romanorum. In ea Pilatus exulavit. In ea celebratum fuit Concilium Viennenſe univerſale XV. anno 1311. a Clemente V. Pont. Max. ¶ Ab ea tractus adjacens dicitur Viennenſis, *le Viennois*.

Vieo, es, evi, etum, a. 2. *legare*, πλέκω, eſt inflectere, vincire, ligare. *Varro l. 4. de L. L.* Viere eſt vincire: unde apud *Ennium*: Ibat viere Veneri corollam. *Id. l. 1. R. R. c. 23.* Ut habeas vimina, unde viendo quid facias.

Viĕtor. V. Vitor.

Viĕtus, a, um, *molle, languido, di poche forze, mezzo, vaporis*, μαλακός, mollis, languidus, flaccidus, a *vieo*, quod eſt inflectere, vincire, ligare. *Don. ad illud Eun. a. 4. ſc. 4. v. 21.* Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex: Vietus, inquit, mollis flaccidusque, & flexibilis corpore, unde & vimina, & vimenta, & vitre, & vietores dicuntur: & viere, religare dicitur: quia vietis virgis magis religare poſſumus quidlibet. *Lucr. l. 3. v. 386. de tela aranei:* Nec ſupra caput ejuſdem cecidiſſe vietam Veſtem ſentimus. id eſt putrem. *Cic. 2. de Divin. c. 16.* Vel ſuſpicari contractum aliquo morbo bovis exile, & exiguum, & vietum cor, & diſſimile cordis fuiſſe. *Col. l. 12. c. 15.* Ficus porro neque nimium vieta, neque immatura legi debet. ¶ Invenitur & penultima correpta, ut quidam cenſent. *Hor. epod. 12.* Qui ſudor vietis, & quam malus undique membris Creſcat odor. Dici tamen poteſt, duas hic ſyllabas per Synæreſim in unam contrahi.

Vigens, entis, o. g. *forte, vigoroſo*, ἀκμάζων, ἀκμαῖος, fortis, vegetus. *Cic. 1. Fin. c. 14.* Homines enim etſi multis aliis, tamen hoc uno a beſtiis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura, mentemque datam & acrem, & vigentem. *Lucr. l. 2. v. 361.* Herbæ rore vigentes. *Sueton. in Ner. c. 20.* Terpnum citharœdum vigentem tum præter alios accerſiit. h. e. florentem, præter alios in ſua arte peritum. ¶ *Non. c. 3. n. 44.* hoc intereſſe ait inter *vegetum*, & *vigentem*, quod *vegetus* ſit incolumis, *vigens* fortis: *vegetum* corporis, *vigentem* animi etiam dici poſſe: quæ quidem differentia non uſquequaque vera eſt.

Vigeo, es, gui, ſine ſup. n. 2. *eſſere in vigore*. *vivere, valere*, θάλλω, ἀκμάζω, ſtatne, potens ſum, polleo. Eſt a vi. Imo fortaſſe non ſimplex eſt derivatum, ſed compoſitum, quaſi *vi ago*, ut *Feſtus* cenſet. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 33.* Quod ſi ea, quæ a terra ſtirpibus continentur, arte naturæ vivunt, & vigent. *Id. Att. l. 4. ep. 3.* Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quam cum florebamus. *Id. pro Cæl. c. 3.* Vigent ſtudia rei militaris. *Id. 1. de Or. c. 87.* Vigere memoria. *Virg. Æn. l. 4.* Fama malum, quo non aliud velocius ullum Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. *Nepos in fragment. c. 8.* Vigebat violaceæ purpura. h. e. erat in pretio. *Id. in Alcib. c. 5.* Qui paulo ante victores viguerant. h. e. floruerant.

Vigeſco, is, n. 3. ἀνακμάζω, vigere incipio. *Catul. ad ſeipſum*, 43. (al. 47.) Jam læti ſtudio pedes vigeſcunt.

Vigeſies, *venti volte*. *Apulej. de dogm. Plat.*

Vigeni, æ, a, adject. *venti*, idem ac viceni. *Col. l. 4. c. 30.* Viminalium ſingula jugera ſufficere poſſunt quinis & vigenis jugeribus ligandæ vineæ.

Vigeſimus. V. Viceſimus.

Vigeſſis, viginti aſſibus, ut *octuſſis*, octo aſſibus. *Martial. l. 12. epigr. 77.* Amphora vigeſſis, modius datur ære quaterno. h. e. viginti aſſibus venditur.

Vigies, adverb. idem quod vicies. *Martian. Capel. l. 6.* Umbra vigies quater complicata.

Vigil, is, com. g. *vigilante*, γρήγορος, ἐγρηγορώς, ἄγρυπνος, vigilans, hoc eſt qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes, ſed in vigore, & actu ſuo eſt, a *vigeo*. *Virg. 4. Æn. v. 181.* Monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt corpore plumæ, Tot vigiles oculi. *Horat. l. 3. od. 16.* Canum vigilum excubiæ. ¶ Vigil etiam dicitur, qui vigilare facit. *Ovid. 3. Met. v. 396.* Curæ vigiles. h. e. quæ nocturno quoque tempora mordent, & ſomnum impediunt. *Horat. l. 3. od. 8.* Vigiles lucernas perfer in lucem. h. e. ad quas vigilatur. *Stat. l. 1. Sil. 2. v. 196.* Vigiles queſtus. h. e. qui per noctem vigilando emittuntur. ¶ *Tacit. 4. Ann. c. 48.* Noctem vigilem capeſſere. h. e. vigilias agendo. ¶ Ignis vigil dicitur, qui nunquam extinguitur. *Virg. 4. Æn.* vigilemque ſacraverat ignem, Excubias divum æternas. ¶ Auris vigil, eſt attenta. *Stat. l. 2. Achil.* ¶ *Vigiles, lum*, abſolute, ſunt excubitores, nocturnique cuſtodes, *guardie, ſentinelle notturne*, φρουροί. *Plaut. Amph. 1. 1. 195.* Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Clamor e vigilibus, fanique cuſtodibus tollitur. ¶ Tranſlate *Lucret. l. 5. v. 1435.* Solem & Lunam mundi *vigiles* dixit.

Vigilabilis, le, adject. vigilatus. *Var. in fragment. Satyræ Menipp.* Dormitio vigilabilis, quæ me puellam impuberem cepiſti.

Vigilandus, a, um, γρηγορητέος, part. vel ger. a vigilo, ſine ſomno tranſigendus. *Tibull. l. 1. el. 2.* Cum flexa nox vigilanda venit. *Quintil. l. 11. c. 5.* Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. ¶ Aliquando ſumitur pro eo, quod eſt vigilanter providendum, vel magno ſtudio, diligentiaque conficiendum. *Virg. 1. Georg.* Atque ubi jam breviorque dies, & mollior æſtas, Quæ vigilanda viris.

Vigilans, antis, o. g. *vigilante*, ἀγρυπνῶν, particip. a vigilo. *Ter. Andr. 3. 6. 8.* Num ille ſomniat Ea, quæ vigilans voluit? *Hic vigilans ſomniat*, proverbium eſt apud *Plaut. Captiv. 4. 2. 68.* quod dicitur de iis, qui multa ſibi bona, & gaudia fingunt, & in votis ſuis ſibi valde blandiuntur. *Vigilans dormire* proverbialiter dicitur ab eodem *Plaut. Pſeud. 1. 3. 105.* qui in re aliqua ſegnis, remiſſus, & ſocors eſt. ¶ Sæpe nomen eſt, & ſignificat diligentem, providum, intentum. *Cic. pro R. Am.* Unum hoc dico, noſtri iſti nobiles, niſi vigilantes, & boni, & fortes, & miſericordes erunt. *Id. 1. Ver. c. 11.* Perficiam, ut nemo unquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, compoſitior ad judicium veniſſe videatur. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 14.* Vigilantiſſimus Cæſar.

Vigilanter, adv. *vigilantemente, attentamente, con diligenza*, ἐγρηγορότως, ἐπιμελῶς, cum vigilantia, & ſolicitudine. *Cic. 6. Ver.* Quod vigilanter provinciam adminiſtraſſet, hujus omnes vigilias in ſtupris conſtat, adulteriiſque eſſe conſumptas. *Id. pro Mur. c. 15.* Quem L. Murena pater hominis vehementiſſima, vigilantiſſimaque vexatum, repulſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit. *Idem in Somn. Scip. c. 8.* Enitar multo vigilantius.

Vigilantia, æ, f. *vigilanza*, ſomni parcitas, ἀγρυπνία. *Plin. l. 3. ep. 5. de avunculo ſuo:* Erat incredibile ſtudium, ſumma vigilantia: lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, &c. ¶ Tranſlate ponitur pro diligentia. *Terent. Adelph. 3. 3. 44.* Vigilantiam tuam tu mihi narras? *Cic. Attic. l. 8. ep. 9.* Horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.

Vigilarium, ii, n. *luogo della ſentinella*, locus in quo nocturnæ excubiæ aguntur. *Senec. ep. 57.* Quid intereſt, utrum ſuper aliquem vigilarium ruat, an mons, aut turris? Alii leg. *vigiliarium* in maſculino genere, & intelligunt militem nocturnas excubias agentem: integrum autem locum hoc ſenſu ſic reſtituunt. Quid intereſt, utrum ſuper aliquem vigilarium ruat, aut mons, aut turris.

Vigilarius, ii, m. V. vocem præced.

Vigilate, adverb. idem ac vigilanter. *Gell. l. 3. c. 14.* Vigilate, & attente verbum non probum mutavit.

Vigilatio, onis, f. *vigilie*, inſomnia. *Cal. Aurel. Tard. 1. c. 4.*

Vigilatus, a, um, vigilando tranſactus, ἀγρυπνηθείς, particip. a vigilor. *Ovid. 4. Faſt.* Semuſtamque facem vigilata nocte viator Ponet. ¶ Sumitur etiam pro lucubrato, ſeu nocte per vigiliam compoſito. *Ovid. 4. Faſt.* Primus amans carmen vigilatum nocte negata Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores.

Vigilax, acis, o. g. *vigilante*, ἀγρυπνητικός, ſagaciter, multumque vigilans. *Col. l. 7. c. 12. de canibus:* Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, & circumſpecti magis, quam temerarii. *Ovid. 2. Metam. v. 779.* vigilacibus excita curis.

Vigilia, æ, f. *vigilia*, אשמורת, Ger. *wache*, Gal. *veille*, Hiſp. *vela*, ἀγρυπνία, actus vigilandi, inſomnium, excubiæ nocturnæ. *Celſ. l. 1. c. 6.* Ut neque vigilia præceſſerit, neque ventris reſolutio, neque inedia. *Cic. 4. Tuſc. c. 19.* Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ? *Id. in proœm. parador.* Illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. hoc eſt longiorum lucubrationum. ¶ Speciatim dicitur de vigiliis militaribus. *Vigiliæ* autem, & *excubiæ* differunt, quod *vigiliæ* ſunt tantum nocturnæ, *excubiæ* & nocturnæ, & diurnæ. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Præcipitur, & negotium datur Quæſtoribus, & Ædilibus, ut noctu vigilias agerent ad ædes ſacras. ¶ Vigiliæ militares quatuor erant, prima, ſecunda, tertia, quarta. Singulæ tribus horis conſtabant. Noctes enim in duodecim horas dividebantur, quæ æſtivo tempore breviores erant, hyemali autem longiores. *Cæſ. l. 1. B. G.* De tertia vigilia cum legionibus tribus ex caſtris profectus ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen tranſierat. ¶ Hæc militaris diviſio noctis etiam in rebus urbanis obſervabatur. *Cic. l. 3. Fam. ep. 7.* Cum puer tuus ad me ſecunda fere vigilia veniſſet. ¶ Metonymice vigiliæ dicuntur ipſi cuſtodes, qui vigilant, *guardie, ſentinelle*, φρουροί. *Cic. pro Mil.* Si Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, quæ tuum corpus, domumque cuſtodit, contra Milonis impetum armata eſt. *Salluſt. in Catil. c. 32.* Et ab incendio intelligebat Urbem vigiliis munitam. ¶ Vigiliæ quoque dicebantur nocturna ſacra, quibus in æde Cereris mulieres pervigilabant, quæ & *myſteria*, & *initia* dicebantur. Ea nocte concumbere piaculum erat. *Plaut. Aul. 4. 10. 65.* Is adoleſcentis illius eſt avunculus, qui illam ſtupravit noctu Cereris vigiliis. ¶ Per Metaphoram vigilia ſumitur pro diligentia, cura, officio. *Cic. l. 11. Fam. ep. 24.* Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere, ſed ita, ut ne deſim conſtantiæ meæ. h. e. mei muneris partes. alludit autem ad vigilias militares. Nam qui in caſtris exploratorum, & excubitorum partes noctu obeunt, ubi ſua vigilia perfuncti ſunt, alii aliis vigiliam quaſi per manus tradunt. *Id. 7. Phil. c. 7.* Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus, ut vacuum Populum R. metu noſtra vigilia, & providentia redderemus.

Vigilarius, ii, m. Vigilarium.

Vigilium, ii, n. idem ac vigilia. *Varro apud Non. c. 3. n. 268.*

Vigilo, as, n. 1. *vigilare, vegghiare*, שקד, Ger. *wachen*, Gal. *veiller*, Hiſp. *velar*, γρηγορέω, ἀγρυπνέω, abſtineo a dormiendo, vigilias ago, excubo. *Cic. in Somn. c. 1.* Me & feſſum de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior, quam ſolebat, ſomnus complexus eſt. *Id. Catil. l. 3. c. 3.* Tardiſſime autem Lentulus, credo, quod literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte vigilarat. *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 14.* Properando etiam citius, quam ſi de multa nocte vigilaſſent. *Hor. l. 1. ſat. 3.* Noctes vigilabat ad ipſum Mane, diem totum ſtertebat. ¶ Per Metaphoram ponitur pro providere, ſtudium, & diligentiam adhibere. *Cic. pro Planc. c. 24.* Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. *Id. 6. Phil. c. 7.* Quamobrem, Quirites, conſilio, quantum potero, labore plus pene, quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Martial. l. 12. epigr. 69.* Si vigilatur & hic. ¶ Item paſſive. *Ovid. ep. 12.* Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ. ¶ Vigilare etiam dicuntur ignes, qui inextincti ſervantur, ut Romæ in templo Veſtæ, de quo igne *Stat. l. 1. Silv. 1. v. 33.* An tacita vigilet face Troicus ignis. *Et Flor. l. 1. c. 2.* Ut ad ſimilitudinem cœleſtium ignium cuſtos imperii flamma vigilaret.

Viginti, *venti*, εἴκοσι, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. pro Planc.* Quæ, ſi viginti quieſſem dies, in aliorum jugulum Conſulum recidiſſent. *Id. 3. de Or.* Annoſque natus unum, & viginti.

Vigintiangulus, a, um, adject. *di venti angoli*, ut Pyramis octangula, & vigintiangula, apud *Apulej. dogmat. Platon.*

Vigintiviratus, us, m. Magiſtratus viginti virorum, munus quoddam in Republica gubernanda, cui viginti viri præerant. *Cic. Att. l. 9.* Repudiati ſe totum, magis etiam, quam olim in Vigintiviratu, putabit. *Cic. 9. ad Att. ep. 2. & Quintil. l. 12. c. 1.*

Vigintiviri, m. a. εἴκοσι, Magiſtratus apud Romanos. Hunc Magiſtratum conſtituebant Triumviri capitales, Triumviri monetales, Quatuorviri auratores viarum, & Decemviri, qui haſtam Centumviralem cogebant. *Turneb. ex Dione l. 53. Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Ubi nemo ſit præter me, qui quenquam ex Vigintiviris unum eſſe ſalvum velit.

Vigor, oris, m. *vigore, gagliardia, virtù, valore*, כח, Ger. *kraffe*, Gal. *viguer*, Hiſp. *vigor*, ἀκμή, vis illa, qua aliquid vivit, vel agit, firmitas, robur. *Virg. 9. Æn.* Nec tarda ſenectus debilitat vires animi, mutatque vigorem. *Liv. l. 21.* Eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. *Ovid. 8. Metam. v. 254.* Vigor ingenii. ¶ In plurali *Vitruv. l. 6. c. 1.* Vigores animorum.

Vigoratus, a, um, adject. *vigoroſo, forte*, ut vigoratus juvenis, *Apulej. l. 9. Metam.*

Vigoro, as, a. 1. *rinvigorire*, vigorem do. *Tertul. de Pudic. c. 2.* Effeminantia magis, quam vigorantia diſciplinam.

Vileo, es, vel Vileſco, is, n. *divenir vile*, εὐτελίζομαι, ἀτιμάζομαι. *Avien. in Arat. v. 318.* At poſtquam argento deformis viluit ætas.

Vilificere, V. Annihilare.

Vilipendo, is, a. 3. *vilipendere, ſprezzare*, contemno, parvi facio. *Plaut. Truc. 2. 6. 38.* Etiamnum me vilipendit.

Vilis, & le, o. 3. *vile, di poco prezzo, e ſtima*, זלל, Ger. *ſchlechte*, Gal. *lache, vil*, Hiſp. *barato, de poco precio*, φαῦλος, εὐτελής, ἄτιμος, abjectus, contemptus. *Plaut. Trin. 1. 1. 10.* Nec quicquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali. *Cic. 5. Tuſc. c. 35.* Quotidie nos ipſa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. *Id. Verr. 3. c. 84.* Frumentum quoniam vilius erat, ne emiſſes. *Id. 2. Fin. c. 28.* Voluptas percipitur tam ex viliſſimis rebus, quam ex pretioſiſſimis. *Salluſt. in Catil. c. 16.* Fidem, fortunas, pericula vilia habere. h. e. non magni facere. ¶ Per Metalepſim ponitur pro abundanti, teſte *Servio*, quia omne quod plurimum abundat, vile eſt. ideſt parvo pretio emitur. *Virg. 1. Georg.* Si vero viciamque ſeres, vilemque phaſellum. ¶ Per Metaphoram oratio vilis dicitur pro neglecta, inculta, cui opponitur accurata. *Quinct. l. 8.*

l. 8. c. 3. ¶ In ablativo ſingulari uſurpatur interdum *vili* abſolute cum verbis pretii, ſed tamen ſubſt. *pretio* ſubintelligitur. *Martial. l. 12. epigr. 67.* Inſtructam vili vendit, Amene, domum. *Ulpian. l. 2. Dig. de eo quod certo loco &c.* Res viliſſimo diſtracta. ¶ *Rebus vilibus*, tempore annonæ laxæ. *Terent. Phorm. 5. 3. 6.* Ex his prædiis talenta argenti bina capiebat: ac rebus vilioribus multo: tamen talenta bina. *e cid in tempo che i viveri erano a molto minor prezzo.*

Vilitas, atis, f. *buon mercato, poco prezzo*, φαυλότης, εὐτέλεια, εὐωνία, exiguitas pretii, cui caritas opponitur. *Cic. pro L. Man. c. 15.* Tanta repente vilitas annonæ e ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, unius ſpe & nomine, quantam vix ex ſumma ubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. ¶ Interdum ſumitur pro contemptu, ut *Vilitas ſui*, ideſt cum quis ſe viliſſimum putat. *Curt. l. 5. c. 9.* Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui compelluntur ignavi.

Viliter, adv. *a buon prezzo*, *vilmente*, εὐώνως, cum vilitate, vili pretio. *Plin. l. 18. c. 6.* Quicquid per eſculum fieri poteſt, viliſſime conſtat. *Plaut. Curcul. 2. 2. 28.* Venire poteris inteſtinis vilius. *Apulej. l. 2. Florid.* Viliter ſe ipſum colere, ſui contemptus eſt.

Viliſco, as, a. 1. *far vile, avvilire*, φαυλίζω, vile reddo. *Turpil. apud Non. c. 2. n. 896.* Quom moneam, quin clamem, & querar tua vitia, quom te viliſtant.

Villa, æ, f. *caſa di villa*, ἔπαυλις, ἀγρoικία, domus extra urbem, in agro, agri colendi, & fructuum colligendorum, aut etiam habitationis cauſa conſtituta, a *vehendo*, quaſi *vehilla*, quod in eam fructus ex agris convehuntur. Ita docet *Varr. l. 4. de L. L. & l. 1. R. R. c. 11.* *Cic. pro Q. Roſ. Com. c. 12.* Qui ager neque villam habuit, neque ex ulla parte fuit cultus. *Et mox:* Tum erat ager incultus, ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa. *Plin. l. 18. c. 6.* Modus hic probatur, ut neque fundus villam, neque villa fundum quærat. ¶ Tripartito a Columella diſtribuitur, in urbanam, ruſticam, & fructuariam. *Villa ruſtica*, eſt ea pars villæ, quam villicus, colonus, vinitor, arboratne habitandam ſibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque inſtrumenta omni ruſtico condendo, aut continendo eſt accommodata. *Villa urbana*, ea pars eſt, quam dominus ſibi, cum ruri eſt, habitandam recipit. Dicitur urbana, quia elegantius, amœniuſque ædificari ſolet, & inſtrui, quaſi urbani nitoris, & elegantiæ plus habens, quam ruſtica. *Fructuaria* villa dicitur, ubi fructus reconduntur. V. ipſum *Colum. l. 1. c. 6.* ¶ Villa publica erat ædes in Campo Martio publicis officiis aſſignata, quemadmodum deſcribitur a *Varrone l. 3. R. R. cap. 2.* Villa, inquit, publica ad Rempubl. adminiſtrandum eſt utilis, ubi cohortes ad delectum Conſuli adductæ conſidant, ubi arma oſtendant, ubi Cenſores cenſu admittant populum. Hæc *Varro*. Dicta eſt autem villa, quia poſita erat extra Urbem. nam Martius campus ſitus erat inter urbem & Tiberim, ut *Liv. l. e. c. 5.* docet. *Florus l. 3. c. 21.* ſcribit, L. Syllam quatuor millia deditorum inermium in villa hac publica interfeciſſe. Meminit & *Liv. l. 4. c. 22.* hujus loci. ¶ Neque vero ſolum ruſticæ ædes, ſed etiam ſingulæ earum partes villæ nomine ſignificantur. Hinc *Plin. l. 9. c. 54.* oſtrearum vivaria, quæ ſunt villæ ruſticæ partes, *villas* vocat. Similiter apud *Varron. loc. cit.* villæ ſumuntur pro cohortibus avium altilium. Ita illa etiam *Plinii* loco *l. 5. ep. 19.* Rogo ergo, ſcribas tuis, ut illis villa, ut domus pateat: videtur *villa* poni pro parte villæ ruſticæ, *domus* vero pro parte urbana.

Villaris, & re, n. 3. *di villa*, ἀγροικικός, idem, quod villaticus, ut villares gallinæ, quæ in villa aluntur. *Plin. l. 10. c. 41.*

Villaticus, a, um, *villeſco, di villa*, ἀγροικικός, quod ad villam pertinet, ut *Villaticus canis*, qui villæ aſſervandæ gratia alitur. *Villaticæ alites*, quæ in ædibus, ſeu caſis ruſticis nutriuntur, ut ſunt gallinæ, anſeres, columbi, & *Villaticæ paſtiones*, h. e. alimenta, quibus hujuſmodi altiles alites nutriuntur. *Col. l. 2. c. 10.* De villatico cane igitur, & paſtorali dicendum eſt. nam venaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionem. *Plin. l. 23. c. 1.* Aquæ, ſi quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutaſque fieri villaticas aves. *Varr. l. 3. R. R. c. 2.* Duo ſunt paſtionum genera; unum agreſte, in quo pecuariæ ſunt, alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cætera, quæ in villa ſolent paſci.

Villica, æ, f. *contadina*, οἰκονόμου γυνή, uxor villici. *Martial. l. 1. epigr. 56.* Pinguis inæquales onerat cui villica menſas. *Juven. ſat. 11. v. 69.* Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo. ¶ De officiis villicæ V. *Colum. l. 12. c. 1. & Var. l. 1. R. R. c. 18.*

Villicatio, onis, f. *fattoria di villa*, ἀγρονομία, villæ diſpenſatio, ſeu adminiſtratio, negotiatio ruſtica. *Col. l. 1. c. 8.* Qui ſuſceperit officium villicationis, in primis convictum domeſticum, multo etiam magis externum vitet. *Petron. in Satyr.* Servum in villicationem relegavit.

Villico, onis, m. idem ac villicus, ideſt præfectus villicationis. *Apulejus in Apol.* Negat eam rationibus villiconum, & opilionum, & equiſonum ſolertiſſime ſubſcripſiſſe. Alii leg. *villicorum*.

Villicor, aris, d. 1. *ſtare alla villa*, villæ præeſſe, *governare la villa*, ἀγρονομεῖν. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 897.* Non villicari, ſed dominari mea eſt ſententia. *Plin. l. 18. c. 6.* Quorum prædia colenda ſuſcipiebat Reſpublica, exercituſque ducebant ſenatu illis villicante. ¶ Significat etiam ruſticari, in villam animi cauſa ſeceder, *villeggiare*. *Afran. apud Non. loc. cit.* In Arpinos jam, quantum pote', explodam hominem, ut villicetur.

Villicus, i, m. *fattore, caſtaldo*, Ger. *mayr*, Gal. *meyer*, Hiſp. *capataz*, ἀγρονόμος, οἰκέτης, præfectus villæ, gubernator villæ, cui tota rei ruſticæ cura a domino committitur. *Var. de re ruſt. l. 1. c. 2.* Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa. *Cic. 4. Tuſc.* Qui cum villico factus eſſet iratior, Quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem? *Id. 5. Verr.* Putet, ſe bonum in arationibus, fructibuſque ſuis habuiſſe cuſtodem, ac villicum. ¶ Ponitur aliquando pro ruſtico cultore agri. *Hor. l. 1. Epiſt. 14.* Villice ſylvarum, & mihi me reddentis agelli. ¶ Item generatim pro quocunque diſpenſatore. hinc *villicus ab alimentis* in quadam inſcriptione apud *Salmaſ. in Lamprid.* & *villicus ærarii* in quodam veteri epigrammate, quod nonnulli *Tibullo* tribuunt. Sic *villicus urbis*, h. e. præfectus. *Juvenal. ſat. 4. v. 77.* Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus urbi. Quamquam hoc loco rectius attendas ad ſatyricum ſcomma, quo *Juvenal.* Pegaſum perſtringit, qui non tanquam præfectus liberam urbem, ſed tanquam villicus oppreſſam, & abjectam villæ more gubernaret. ¶ *Vilicus* unico *l* legitur in aliquot antiquis inſcriptionib. apud *Fabret. p. e. & Manut. in orthogr.* ¶ De villici officiis V. *Varr. l. 1. R. R. c. 18. & Col. l. 11. c. 1. & l. 9. c. 4.*

Villoſus, a, um, *peloſo*, τριχώδης, τετριχωμένος, villis plenus, hirſutus, hirtus. *Virg. 8. Æn. de Caco:* villoſaque ſetis pectora ſemiferi. *Plin. l. 16. c. 20.* Arbor folio villoſior. *Id. l. 11. c. 39.* Villoſiſſimum animal. *Id. l. 12. c. 12.* Radix villoſa, h. e. capillamentis inſtructa.

Villula, æ, f. *villetta*, ἀγροικίδιον, parva villa. *Cic. Att. l. 8. ep. 9.* Ego Arpini volo eſſe pridie Calendas, deinde circum villulas noſtras errare. *Hor. l. 1. ſat. 5.* Proxima Campano ponti quæ villula tectum Præbuit.

Villum, li, n. 2. *vinetto*, οἰνάριον, diminutivum a vinum. *Ter. Adelph. 5. 2. 11.* Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi. *queſto poco di vino c' ho bevuto.*

Villus, i, m. *fiocco, pelo molto inſieme*, שֵׂעָר, Germ. *horlock*, Gal. *poil*, Hiſp. *vello*, θρίξ, λάχνη, νάκος, non proprie pilus eſt, ſed potius multorum pilorum collectio, & quidam quaſi floccus, quales in jubis leonum, & luporum, & nonnullorum etiam canum ſeparatos videmus propendere, quales item ſunt in veſtibus flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus cauſa arte fullonia pannis inducuntur. Eſt a *vinnus*, ideſt cincinnus, molliter flexus, ut *Iſidorus* exponit *l. 1. c. 19.* Vel eſt a *vellendo*, qua ratione ab eodem *vellus* venit. *Cic. 2. de Nat. D. c. 47.* Animantium vero quanta varietas eſt, quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ, &c. *Virg. 3. Georg.* Udiſque aries in gurgite villis Merſatur. *Mart. l. 14. ep. 136.* Calfaciunt villi pallia noſtra mei.

Vimen, inis, n. 3. *viminar, vinco, venco, ſtroppa*, Germ. *korbweyd*, Gall. *verge*, Hiſp. *vello*, οἰσύα, ῥάψ, λύγος, omne virgultum lentum, ſed molle, flexile, & aptum ad viendum, ideſt ligandum. *Varro l. 1. de R. R.* Ut habeas vimina, unde viendo quid facias. *Feſt.* Vietæ, alligatæ, unde vimina, & vaſa viminea. ¶ Fiunt autem vimina ex virgis populi, ulmi, ſanguinei fruticis, betulæ, coryli, vitis, & ſalicis, quæ principatum obtinet. *Cæſ. l. 1. B. Civ.* Reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur. *Col. l. 4. c. 40.* Non refert, cujus generis vimen feras, dum ſit lentiſſimum.

Vimentum, i, n. idem quod vimen. *Tacit. 12. Ann. c. 16.* Mœnia non ſaxo, ſed cratibus, & vimentis, ac media humo, adverſus irrumpentes invalida erant.

Viminalis, & le, n. 3. οἰσυηρός, quod ad vimina pertinet. *Viminalis* arbor eſt, ex qua vimina ſiunt. *Plin. l. 17. c. 20.* Salicis viminalis ſingula jugera ſufficiunt viginti quinque vineæ jugeribus. *Col. l. 4. c. 30.* Quare ſalices viminales, atque arundineta, vulgareſque ſylvæ, vel conſulto conſitæ e caſtaneis prius faciendæ ſunt. ¶ *Viminalis* abſolute ſunt arbores, quæ vimina ferunt. *Plin. loc. cit.* Hæc eſt viminalium culturæ. ¶ Viminalis collis, unus ex ſeptem urbis Romæ collibus, in tertia urbis regione, ita dictus a viminum ſylva in eo enata circa aram Jovis, unde & Jupiter ipſe Vimineus cognominabatur. *Varro l. 4. de L. L.* ¶ Viminalis porta, *Porta di S. Agneſe*, una ex portis urbis Romæ, inter Salariam, & Exquilinam, ita dicta, quod in Viminalem collem duceret. Eadem vocata eſt *Inter aggeres*, *Nomentana*, *Ficulenſis*.

Viminetum, ti, n. *vincheto*, locus viminibus conſitus. *Var. l. 4. de L. L.*

Vimineus, a, um, *di vimini*, οἰσύϊνος, λύγινος, quod eſt ex viminibus. *Epid. 1. 1. 16.* Viminei faſcem virgarum. *Cæſ. l. 3. bell. Civ. c. 63.* Multum autem ab ictu lapidum viminea tegumenta galeis impoſita defendebant. *Virg. 1. Georg. v. 95.* Vimineaſque trahit crates.

Vin' eſt *vis ne?* *Plaut. Pers. 3. 2. 155.* Vin' eam videre?

Vinaceæ, æ, f. *vinaccia*, γίγαρτον, acini, ſeu grana uvæ jam preſſæ. *Col. l. de Arb. c. 4.* Præterea poſt hanc vinaceæ hominum uvæ albæ in nigra, uvæ nigræ in alba ponito. *Plin. l. 17. c. 11.* Circum capita addito ſtercora, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce.

Vinaceum, & vinaceus, i, n. & m. *vinacciuolo*, Germ. *traber*, Gal. *marc*, *pepin*, Hiſp. *granillo de uva*, γίγαρτον, granulum illud ligneſum, quod in uva intus naſcitur. Fere uſurpatur in numero plurali. *Col. l. 3. c. 2.* Hurundo inen ſciet non recte mandari fructus teneri, & amplioris acini, ſed calloſi, & anguſti, frequentiſque vinacei. *Id. l. 12. c. 2.* Naturalis autem maturitas eſt, ſi, cum expreſſeris vinacea, quæ acinis celantur, jam infuſcata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. ¶ Nonnunquam tamen vinacea, *vinaccie*, dici invenimus pro toto uvæ expreſſæ reliquiis, hoc eſt non ſolum pro hiſce granulis, verum etiam pro ipſis folliculis, qui Græce στέμφυλα. *Col. l. 12. c. 36.* Tortivum muſtum dicimus quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur. *Id. l. 6. c. 3.* Licet etiam, ſi ſit leguminum inopia, & eluta, & ſiccata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miſcere. *Cato c. 25.* Vinaceos quotidie recentes ſuccernito. *Varro l. 3. de R. R. c. 22.* Pabulum his datur triticum hordeum, vinacei uvæ.

Vinaceus, a, um, quod ad vineam, ſive uvam, ſive vinum ſpectat. *Cic. de Sen. c. 15.* Omitto enim vim ipſam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos, tantoſque procreat. Alii rectius legunt *ex acino vinaceo*.

Vinalia, orum, vel ium, quemadmodum dicimus *Saturnalium*, & *liorum*, n. πιθοίγια, dies, quo etiam novum Jovi libabant. *Feſtus* Vinalia diem feſtum habebant, quo die vinum novum guſtabant, & Jovi libabant. Duplicia erant: prima celebrabantur 9. Cal. Maji, ſeu die 23. Aprilis, altera 13. Cal. Septembres, ſeu die 20. Auguſti. *Plin. l. 18. c. 29.* Vinalia priora, quæ ante hos dies ſunt 9. Cal. Maji degustandis vinis inſtituta, nihil ad fructus attinent. *Et infra:* Extra has cauſas ſunt Vinalia altera, quæ aguntur ad 13. Cal. Septembris. *Adde Ovid. 4. Faſt. v. 898.*

Vinalis, le, adject. ad vinum pertinens. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 7.* Si qua vinalis fortitudo in homine reſedit. *ſpirito, e forza del vino bevuto.*

Vinaria, orum, n. vaſa ad vinum continendum apta, ut ſunt dolia, cadi, cupæ, teſtæ, &c. *Horat. l. 2. ſat. 8. v. 39.* Invertunt Alliphanis Vinaria tota Vibidius, Balatroque.

Vinarius, ii, m. *venditor di vino*, *vinattiere*, οἰνοπώλης, vini venditor. *Plaut. Aſin. 2. 4. 30.* Sed vina, quæ heri vendidi vinario. *Suet. de Claudio, c. 40.* Cum de laniis, ac vinariis ageretur, exclamavit in curia. ¶ Ponitur aliquando pro vinoſo, ac ebrioſo. *Ulp. in l. 4. ff. de Ædil. ed.* Item aleatores & vinarios non contineri edicto, quoſdam reſpondiſſe, Pomponius ait. *Adde eund. ibid. leg. 23.*

Vinarius, a, um, οἰνηρός, quod ad vinum pertinet, ut *Cella vinaria*, apotheca, in qua vinum aſſervatur, *Lacus vinarius*, in quem muſtum defluit, *Taberna vinaria*, in qua venditur vinum, *Vas vinarium*, in quo vinum apponitur. *Cic. 6. Ver. c. 27.* Erat etiam vas vinarium ex una gemma prægrandi. *Plin. l. 16. c. 13.* In quibus erant claves vinariæ cellæ. *Col. l. 12. c. 18.* Tum lacus vinarii, & torcularii, & fora, omniaque vaſa eluenda ſunt. ¶ Crimen vinarium, quod verſatur circa vinum. *Cic. pro Font. c. 5.* Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi invidioſiſſimum, & maximum eſſe voluerunt. Loquitur de portorio, ideſt vectigali vini exportandi gratia ſolvendo, quod a Fonteio conſtitutum in Gallia fuiſſe, accuſator ejus dicebat.

Vinca, æ, f. ſeu Vinca pervinca, *pervinca*, ἀειφύλλον, ἰσόφυλλον, χαμαιδάφνη, herba topiaria, perpetuo virens, lentis foliis geniculatim veſtita, humi ſerpens, & in modum funiculi ſe ſe porrigens, tenuibus ſarmentis obvia quæque vinciens, veteribus inopiam florum ſupplere ſolita; quæ etiam centunculus, clematis, & chamædaphne appellatur, ita dicta, quia ſemper vireat, acriſque injurias vincat, & pervincat. Dicitur chamædaphne, quaſi humilis laurus, propter foliorum ſimilitudinem. *Plin. l. 21. c. 11.* Nam vinca pervinca ſemper viret, in modum lineæ foliis geniculatim circumdata: Topiaria herba: inopiam tamen

florum

Digitized by Google

florum aliquando ſupplet. Hæc a Græcis chamædaphne vocatur. *Id. ibid. c.* 57. Et vincæ pervincæ, ſive chamædaphne, arida tuſa hydropicis datur in aqua, &c.

Vincentia, æ. V. Vicentia.

Vinceus, a, um, adject. ad vinciendum aptus. Jocoſe *Plaut. Stich.* 4. 2. 56. Nam mihi intus potione vincea ornabo gulam. h. e. laqueo me vinciendo gulam frangam.

Vincibilis, le, n. 3. *vincibile*, νικητός, qui vinci poteſt, ſuperabilis. *Col. l.* 3. *c.* 12. Gravem terram, vix ullo cultare vincibilem. *Ter. Phorm.* 1. 4. 48. Juſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam. h. e. quæ obtineri poteſt.

Vincio, is, vinxi, vinctum, a. 4. *legare*, אסר, Germ. *binden*, Gall. *lier*, Hiſp. *atar*, δέω, ligo, conſtringo. *Virg.* 1. *Æn.* Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. *Hor. l.* 4. *od.* 1. Vincire novis tempora floribus. ¶ Tranſlate *Cic. pro Marcell. c.* 8. Omnia quæ delapſa jam fluxerunt, ſeveris legibus vincienda ſunt. *Id.* 3. *de Orat. c.* 49. Membra orationis vincire numeris. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 17. Loca occupare, vincire præſidiis. h. e. munire. *Propert. l.* 3. *eleg.* 4. Vincire mentem multo Lyæo. h. e. impedire, opprimere. *Id. ib. eleg.* 19. Vincire lectum certo fœdere.

Vinco, is, vici, victum, a. 3. *vincere*, *superare*, *farſi superiore*, נצח, Ger. *überwinden*, Gall. *vaincre*, Hiſp. *vencer*, *apurir*, *rendir*, ſupero, ex certamine ſuperior evado, victoriam reporto, proprie dicitur de hoſtibus, & in bello. *Cic. pro L. Manil.* Nos, quorum majores Antiochum Regem claſſe, Perſenque ſuperarunt, omnibus navalibus pugnis Carthaginienſes, homines in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimoſque vicerunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro ſuperare quodcunque genus hominum, & quamcunque rem, quacunque ratione. *Cic.* 3. *Catil.* Mihi vivendum eſt cum illis, quos vici, ac ſubegi. *Id.* 1. *Off.* Non eſt conſentaneum, qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate. *Idem* 1. *de Orat.* Eloquentia cæteros vinceret. ¶ Speciatim vero per translationem ponitur pro obtinere, probare. *Cic. pro Cluent. c.* 44. Vinco deinde, virum bonum fuiſſe Oppianicum. *Plaut. Moſtell.* 1. 2. 16. Profecto ita eſſe, ut prædico, vero vincam. Rurſus *Cic. pro Roſc. Com. c.* 18. Vincere judicio aliquid, *ottenere per via giudiziaria*. *Id. pro Dejot. c.* 8. Vincere cauſam. ¶ Item pro exprimere, quaſi difficultatem rei dicendo ſuperare. *Virg.* 3. *Georg.* Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum Quam ſit. ¶ Item pro omnia computem fieri. *Propert. l.* 2. *eleg.* 8. Rumpantur iniqui: Vicimus: aſſiduas non tulit ille preces. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 9. Vicimus, inquis: Hic mihi morte ſua cauſa ſalutis erit. V. *Victor*. ¶ Item pro concoquere, digerere. *Plin. l.* 11. *c.* 53. *in fine*: Pervigilia quidem præcipue vincuntur cibis. ¶ *Expectationem vincere*, eſt facere præter expectationem, & ſpem aliorum, & plus, quam quiſquam ſperaverat. *Cic.* 7. *Ver. cap.* 53. Expectate facinus, quam vultis improbum, vincam tamen expectationem omnium. ¶ *Vincere ſua fata*, eſt diutius, quam naturalis ordo fert, vivere. *Virg.* 11. *Æn.* Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes Reſtarem ut genitor. ¶ Vincere ſponſionem, & vincere ſponſione, *vincere, o guadagnare la ſcommeſſa*. *Cic. pro Quint. c.* 27. Num quid eſt cauſæ, quin, ſi iſtu ex edicto non poſſederit, ego ſponſione vicerim? *Id. pro Cæcin. c.* 31. Oſtendo eum, qui fateatur ſe dejeciſſe, vincere ſponſionem. Alii hic quoque reponunt *ſponſione*.

Vinctio, onis, f. actus vinciendi. *Arnob. l.* 2. *adv. gentes*. Neque eſſe omnino diſſolutionis expertes, ſed voluntate Dei regis, ac principis vinctione in perpetua contineri. *Id. l.* 6. Vinctionis vincolligari. *Cic.* 1. *Tuſc. cap.* 19. Quæ ante interitum vinctione aliqua tenebantur. Alii multo rectius *junctione*.

Vinctor, oris, m. *chi lega*. *Arnob. l.* 6. Phidias ſciebat, aurum fuiſſe, lapides atque oſſa informia, ſeque horum munium congregatorem, atque vinctorem.

Vinctura, æ, f. *legamento*, δέσις, actus vinciendi. *Plin. l.* 16. *cap.* 37. Paciuntque baltheo corticis vincule, & aliæ virgas ſequacis ad vincturas lentitiæ. *Celſ. l.* 8. *c.* 21. Ne vinctura talum lædat.

Vinctus, us, maſc. *legame*, δεσμός, ligamen. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 8. Et vindemia facta, denique diſcat pendere in palmam aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant raſum.

Vinctus, a, um, *legato*, אסור, Ger. *gebunden*, Gal. *lie*, Hiſp. *atado*, δεδεμένος, partic. a vincior. *Ter. Eun.* 2. 3. 22. Quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient. *Cic.* 6. *Ver.* Ut corpus ad ſtatuam Siculi te Prætore alligabantur, ejus religioni te eundem vinctum, aſtrictumque dedamus. ¶ Metaleptice accipitur pro captivo, ſeu ſervo. Compedibus enim vincti ſervi in ergaſtulis opera faciebant, vel ruri agriculturam exercebant. *Plin. l.* 3. *ep.* 19. Nec ipſa uſquam vinctos habeo. ¶ Item pro coacto. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. Ac velut uſque Vinctus eas, ita te felicem dicis.

Vinculatus, a, um, adject. vinculis conſtrictus, vinctus. *Martian. Capell. l.* 1. Roſis deruſſatim vinculatæ. *Cal. Aurelian. Tard. l.* 4. *c.* 8. Mutuo amplexu vinculati.

Vinculum, i, (& per ſyncop. *Vinclum* apud Poetas) neut. *legame*, מאסר, Germ. *band*, Gal. *lien*, Hiſp. *lazo*, *atadura*, δεσμός, ligamen, a vinciendo. *Cic.* 1. *de Orat.* Si corpora capta ſint armis, aut conſtricta vinculis. *Virg.* 2. *Æn.* Nam teneras arcebant vincula palmas. ¶ Metaleptice ſumitur pro carcere, quia homines olim fere non carcere ſolum, ſed etiam in carcere vinculis coercebantur. *Venuleyus l.* 224. *ff. de verb. ſignif.* Vinculorum appellatione vel privata, vel publica vincula ſignificantur. *Cic. Ver.* 3. *c.* 8. Conjicere in vincula. *Liv. l.* 29. *c.* 19. Ex vinculis cauſam dicere, *far le ſue difeſe in prigione*. *Plin. l.* 7. *c.* 34. Eſſe in vinculis. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. In vinculis aliquem habere. ¶ Frequentiſſime tranſlate uſurpatur, pro omni eo, quod vim habet conjungendi, ac obſtringendi. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 31. Nullum enim vinculum ad ſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. *Id. Att. l.* 6. *ep.* 2. Vinculum amoris. *Virg.* 5. *Æn.* Ne cui me vinclo vellem ſociare jugali. idest conjugio. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Vincula legum. ¶ Item pro negotio. *Hor. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 67. Ille Philippo Excuſare laborem, & mercenaria vincla.

Vindelici, orum, m. pl. Οὐινδελικοί, pop. Vindeliciæ, qui hodie Germanis annumerantur. *Hor. l.* 4. *Carm. ode* 4. Videre Rhæti bella ſub Alpibus Druſum gerentem, & Vindelici.

Vindelicia, æ, f. inc. *Bayern*, Ital. *Baviera*, Οὐινδελικία, regio Europæ, alias pars Illyrici, nunc Germaniæ, ubi hodie Ducatus Bavariæ, & pars Auſtralis Sueviæ prov. Terminos habebat a Sept. Danubium, a Mer. Rhætiam, Lico fl. diſterminantem, ab Occ. Brigantinum lac. ab Or. Oenum fl. & Noricum. Nomen accepit a Vinda, & Lico fl. Hodie *Bavaria* dicitur. Sed Bavaria multo latius patet, partem Norici ultra Oenum complectens, ubi Salisburgenſis tractus. Vindeliciæ caput fuit Auguſta Vindelicorum, *Augsburg*, vel *Augſpurg*.

Vindelicus, a, um, adject. ad Vindelicos pertinens. *Martial. l.* 9. *ep.* 86. Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris.

Vindemia, æ, f. *vendemmia*, בציר, Ger. *der herbſt*, Gal. *vendange*, Hiſp. *vendimia*, τρύγητος, collectio uvarum, a vino demendo. *Varro lib.* 4. *de L. L.* Vindemia, quod eſt vini demia, vel vitis demia. *Cato l.* 1. *de re ruſt. c.* 54. In vinetis uva cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet. *Plin. l.* 9. *ep.* 20. Ipſe cum maxime vindemias graciles quidem, uberiores tamen quam exſpectaveram, colligo. ¶ Nonnunquam accipitur pro ipſis uvis. *Virg.* 2. *Georg.* Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris. *Id. l.* 3. Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. ¶ Transfertur & ad aliarum rerum collectionem, *raccolta*. *Plin. l.* 15. *cap.* 2. Olearum vindemia. *Id. l.* 11. *c.* 14. & *Colum. l.* 9. *c.* 15. Vindemia mellis.

Vindemialis, le, adject. ad vindemiam pertinens, ut Vindemiales fructus. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 7. Vindemiales feriæ. *Menol. Fol. in Octav.*

Vindemiator, oris, maſc. *vendemmiatore*, בצר, Ger. *leſer im herbſt*, Gall. *vendangeur*, Hiſp. *vendimiador*, τρυγητής, qui vindemiam peragit. *Varro l.* 4. *de L. L.* Vindemiator, vel quod vinum legere dicitur, vel quod de vite id demit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 7. Durus vindemiator, & invictus, cui ſæpe viator Ceſſiſſet, &c. Ubi *io* per Synæreſin in unam ſyllabam contrahuntur. ¶ Vindemiator quoque eſt ſignum cœleſte. His fuit Ampelus puer filius Satyri, & Nymphæ, natus in Iſmaro monte Thraciæ, apud Hebrum fl. & Maroneam urbem, Baccho chariſſimus, cui Bacchus vitem tradidit. Cum uvas colligeret, ex ulmo decidit. Extinctum Bacchus in Cœlum tranſtulit. Dictus eſt a Græca voce ἄμπελος, vitis. De ejus ſideris ortu alii alia dicunt. Secundum *Ovidium* 3. *Faſt. v.* 407. oritur 3. Non. Martii, idest die quinto, ſecundum *Colum. l.* 11. *c.* 2. 7. Cal. Septembris, ſecundum *Plin. l.* 18. *c.* 31. 11. Cal. Sept. ſed Aſſyriæ 3. Cal. Ægypto Nonis.

Vindemiatorius, a, um, τρυγητικός, quod ad vindemiam pertinet. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 2. Nihilo magis torcula, vaſa vindemiatoria, aut ſeras olearias, aut trapeta.

Vindemio, as, a 1. *vendemmiare*, בצר, Germ. *herpſten*, Gall. *vendanger*, Hiſp. *vendimiar*, τρυγάω, uvas colligo. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Vindemiare uvas. *Colum. l.* 10. *c.* 33. Vindemiare vinum.

Vindemiola, æ, fem. τρυγίδιον, parva vindemia, & translate dicitur de fructu ſtudiorum. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 10. Ego omnes meas vindemiolas eo reſervo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem.

Vindemitor, oris, m. idem ac vindemiator. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 407. Mergetur, viſus effugietque tuos. At non effugiet Vindemitor.

Vindex, icis, com. g. *vendicatore*, נוקם, Ger. *recher*, Gal. *vengeur*, Hiſp. *vengador*, τιμωρός, ἔκδικος, ultor, vel ultrix injuriæ, *a vindico*. *Cicer. l.* 5. *Fam. ep.* 6. Sed partim odio inducti me excludunt, & aperta vindicem conjurationis oderunt. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 18. Furiæ Deæ ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum, & ſceleris. ¶ Accipitur item pro aſſertore, ſeu defenſore. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. Niſi quod me illum ipſum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, ſed hoc circumforaneo obruerunt, idest defenſorem, & ſervatorem creditorum adverſus Catilinam, & alios conjuratos, qui æs alienum ſolvi nolebant. *Idem* 3. *de Leg. cap.* 18. Habeat ſane populus tabellam quaſi vindicem libertatis. ¶ Vindex ſpeciatim appellatur eſt, qui, cum cuipiam eſſet injecta manus, ut ad Prætorem, judicemve duceretur, eum liberabat. *Feſt.* Vindex ab eo, quod vindicat, quominus is, qui prenſus eſt, ab aliquo teneatur. Atque ita uſurpatur in *leg.* 12. *Tab.* Aſſiduo vindex aſſiduus eſto: proletario cui volet, vindex eſto. Sententia eſt, homini aſſiduo, ſive locupleti ſolum locupletem fieri poſſe vindicem, ſeu ſponſorem, at proletario, ac nullius claſſis homini, quiſquis velit, hoc eſt non locupletem tantum, utpote meliorem, ſed etiam proletarium tanquam parem. Hæc interpretatio colligitur ex *Feſto* in voce *Adſiduus*, & *Gell. l.* 16. *c.* 10. ¶ *Vindex honorum* dicitur a *Plaut.* is, qui aliorum honores contaminat, violat ac tollit. hæc autem locutio ducta eſt ab iis qui aliquid vindicant, & ſuum aſſerunt, proindeque alteri auferunt. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 16. Ita ne tandem majores famam tradiderunt tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes, atque honori poſterorum tuorum vindex ut heres? ¶ Interdum hæc vox adjectivi more uſurpatur. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 13. Vindicibus pacatus viribus Orbis. *Catull. carm.* 63. *v.* 191. Facta multantes vindice pœna.

Vindex, icis, nom. propr. cujuſdam ſervi Romani (qui & *Vindicius*) qui cum detexiſſet conjurationem quorundam nobilium adoleſcentum de recipiendis in Urbem Tarquiniis jam a Bruto expulſis, libertatem in præmium, civitatemque Romanam conſequutus eſt. V. *Liv. l.* 2. *c.* 4. & 5. Ex eo ortum quidam putant, ut ſervi qui in libertatem a Prætore aſſerebantur, virga eorum capitibus a lictore impoſita & circumacta, *vindicta liberati* dicerentur. Vide *Vindicta*. Huc certe alluſit *Claudian. in IV. Conſul. Honor. v.* 610. Te faſtos ineunte quater ſolemnia ludit Omina libertas. deductum Vindice morem Lex celebrat, famuluſque jugo laxatus herili Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu: Triſtis conditio, pulſata fronte, recedit.

Vindicatio, onis, f. *vendetta*, ἐκδίκησις, actus vindicandi. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 22. Vindicatio eſt, per quam vis, & injuria, & omnino omne, quod obfuturum eſt, defendendo, aut ulciſcendo propulſatur. ¶ Eſt etiam apud JCtos aſſertio alicujus rei, & probatio, qua oſtenditur, rem illam eſſe ejus, a quo aſſeritur, *pretesa ſu qualche coſa*. *Ulpian. l.* 43. *Dig. de actionib. & obligationib.* Actionum duo ſunt genera, in rem, quæ dicitur vindicatio, & in perſonam, quæ condictio appellatur.

Vindicatus, a, um, nom. particip. *vendicato*, *punito*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 84. Improbum facinus in nullo vindicatum. ¶ Item aſſertus, defenſus. *Vellej. l.* 2. *c.* 73. Vindicatum armis mare. *Curt. l.* 3. *c.* 12. Vindicatum jus.

Vindiciæ, arum, ἐκδικήματα, ſunt ſententiæ, ſive aſſertiones, ſeu adjudicationes, quæ a Prætore fiunt de re aliqua, de qua controverſia eſt. nam lis vindiciarum ea dicitur, qua controverſiæ rei poſſeſſionem petimus, non quidem juſtam, & abſolutam, ſed fiduciariam, & veluti depoſitariam rei, & fructibus reddendis obnoxiam, dum lis de re ipſa, aut de poſſeſſione ejus diſceptatur. Nam cum de re aliqua inter duos, aut plures apud Prætorem controverſia eſt, & incertum eſt, uter litigatorum, pendente lite, rei controverſæ poſſeſſor eſſe debeat, uterque a Prætore vindicias poſtulat, hoc eſt ejus rei poſſeſſionem. Dat autem judex, cui æquum eſſe videatur. Ille, cui dederit, ſatiſdat adverſario ſuo ſe nihil in re, de qua lis eſt, deterius facturum: adverſarius vero pollicetur certam pecuniam, aut æſtimationem, quam amittat, niſi ea res, de qua contendit, ſua ſit. *Cic.* 3. *Ver. c.* 45. Aut prædes litis vindiciarum cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret. V. hic *Aſconium*. Alii legunt *pro præde*. *Id. pro Mil. c.* 27. Qui non calumnia litium, non injuſtis vindiciis, ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat. ¶ *Vindiciæ ſecundum libertatem* dicuntur, quæ ſunt a ſervitute in libertatem: *vindiciæ ſecundum ſervitutem* vocantur, quæ ſunt a libertate in ſervitutem. Unde Prætor dicitur decernere vindicias ſecundum libertatem, quando aliquem in libertatem aſſerit: idem dicitur dare vindicias ſecundum ſervitutem, quando pronuntiat, eum ſervi loco habendum, donec, dicta cauſa, de ſtatu conſtiterit. Igitur utræque vindiciæ proprie dantur, pendente lite. *Liv. l.* 3. *c.* 44. Neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias. *Et infra*: Lege ab ipſo lata vindicias det ſecundum libertatem. *Et infra c.* 47. Decreſſe vindicias ſecundum ſervitutem. *Id. ibid. c.* 51. Proin-

de

Digitized by Google

de us ille iterum ac ſæpius provocet, ſic ſe iterum ac ſæpius judicem illi ferre, ni (Appius) vindicias ob libertate in ſervitutem dederit. h. e. ni conſtet, Appium in ſervitutem caput liberum duci juſſiſſe. Erat enim hæc ſponſio quædam, qua Virginius Appio provocanti judicem ferebat, ni probaret, eum contra leges dediſſe vindicias in ſervitutem. V. *Sponſio*, & *Judex*. ¶ *Vindicias dicere*, eſt vindicias pronuntiare de re aliqua controverſa. *Livius l. cit. c. 56. de eodem Appio*: Vox ona vindex libertatis ex eo miſſa ore, quo vindiciæ nuper ob libertate dictæ erant. ¶ *Vindicias ferre*, eſt ſententia, decretoque obtinere rem. Dicebat enim vindicias judex, ferebat vindiciæ, qui rem obtinebat. *Lex XII. Tabul. apud Feſtum*. Si vindiciam falſam tulit res, ſive litis. Ubi notandus ſingularis numeri uſus, qui invenitur etiam apud *Gell. l. ult. cap.* ¶ Olim ipſæ quoque res, quarum poſſeſſio per vindicias petitur, vindiciæ dicebantur, ut habet *Ser. Sulpit. apud Feſtum*. Hinc vindiciæ etiam appellabantur glebæ, quæ ex fundo ſumptæ in jus afferebantur, ut in iis velut in ipſo fundo, vindicias Prætor daret. *Cincius apud eund. Feſt.*

Vindĭco, as, a. 1. *vendicare*, *punire*, נקם, Germ. *rechen*, Gall. *venger*, Hiſpan. *vengar*, ἐκδικεῖν, τιμωρεῖν, eſt ulciſci, punire, item defendere, ſibi aſſumere, &c. Genuinam hanc notionem *Diomedes* aſſert *lib. 1.* Hoc verbum non pro defendo veteres dicebant, ſed pro animadverto, & punio, ut *Salluſtius in Jug. cap. 36.* Niſi vindicatum fuerit in noxios. *Et in Catilin. c. 9.* Vindicatum in eos, qui contra imperium pugnaverant. Multi duo verba diſtinguunt, *vindico*, & *vendico*, & origine differre volunt. Nam, ut judice *Varroni l. 4. de L. L.* eſt a *jus*, & *dico*, ita vindico eſſe a *vim*, & *dico*, ſed vendico eſſe a *venum*, unde & *vendo*, ac *venundo*, eoque vendicare proprie dici de dominio, quod emptione nobis acquirimus. Nos ſemper *vindico* dicendum cenſemus, quomodo & ea vox ſcribitur in *Pandectis* Florentinis, & lapidibus antiquis, quos affert *Manut. in Orthograph.* Sumitur igitur primo pro ulciſci, ſeu punire. *Cic. 5. Ver.* Omnia quæ vindicaris in altero, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt. *Id. pro Dejot.* Præſertim cum is unus eſſet, qui poſſet de abſente ſe vindicare. *Id. de Am. c. 12.* Talis improborum conſenſio non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt. *Sen. de Benef. lib. 6. c. 5.* Utrum & beneficium illi reddam debeam, & me ob illo nihilominus vindicare. ¶ Accipitur quoque pro ſibi aſſumere, rei alicujus ſibi dominium, ſeu jus aſſerere, *aſſumere*, *uſurparſi*, *far ſuo*, [illegible]. *Cic. 1. Off. c. 1.* Si id mihi aſſumo, videor id meo jure quodammodo vindicare. *Id. ca. ſen.* Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem amici. *Id. pro Arch. c. 8.* Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vindicant. ¶ Item pro defendere ab injuria, liberare, eripere, *difendere*, ἀπαλλάττειν. *Cic. 1. de Fin.* Sapientiamque eſſe ſolam, quæ nos a libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet. *Liv. lib. 3. cap. 56.* A cujus crudelitate voſmetipſos armis vindicaſtis. ¶ *Vindicare in libertatem*, eſt aſſerere in libertatem, eripere a ſervitute, *mettere in libertà*, *liberare*. *Caſ. lib. 1. B. C.* Ut ſe, & Populum Romanum paucorum factione oppreſſum in libertatem vindicaret. ¶ *Vindicare libertatem*, eſt tueri. *Caſ. l. 7. B. G.* ¶ Vindicare ſe ad ſuos, h. e. incolumem ſe recipere. *Cic. pro Rab. Poſt. c. 9.* ¶ Vindicare ſe exiſtimationi hominum. h. e. ſuam apud homines bonam exiſtimationem tueri. *Cic. Verr. 5. cap. 38.* ubi tamen alii leg. *vendicare*. ¶ Vindicari aliquis dicitur, qui vindicias fert alicujus rei, h. e. ejus poſſeſſionem obtinet. *Liv. lib. 3. cap. 46.* Se a M. Claudio petiturum, ut decederet jure ſuo, vindicarique puellam in poſterum diem pateretur. h. e. uſque ad poſterum diem in poſſeſſione ſuæ libertatis permanere. *Et mox:* Ita vindicatur Virginia, ſpondentibus propinquis.

Vindĭco, is, a. 3. idem ac vindico, as. *Lucr. lib. 3. v. 895.* Ipſe ſui miſeret. neque enim ſe vindicit hilum.

Vindĭcōla, æ, m. & fem. Naiades Vindicolæ a *Var.* apud *Non. cap. 4. n. 50.* dictæ videntur, quod locum aliquem incolerent, qui Vindus, vel Vindius appellaretur.

Vindicta, æ, f. *vendetta*, נקמה, Ger. *rach*, Gall. *vengeance*, Hiſpan. *venganza*, ἐκδίκησις, τιμωρία, ultio, vel animadverſio pro delicto. *Juvenal. ſat. 13. v. 180.* At vindicta bonum vita jucundius ipſa. ¶ Vindicta etiam erat virgula quædam, quam lictor manumittendi ſervi capiti imponens, eundem ſervum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſolemnia. Nam libertatem donandi tres ſunt ſpecies. Una, cum quis ſervus conſentiente populo, vel jubente domino, nomen detuliſſet in cenſum, tunc enim civis Romanus fiebat, & ſervitutis vinculo ſolvebatur. Altera per virgam, quæ vindicta vocabatur, cum Prætoris Urbani juſſu lictor manumittendi ſervi capiti virgam imponens, eundem in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſolemnia. Tertia, ſi quis ſuprema voluntate in teſtamenti ſerie ſervum liberum ſcripſiſſet. Vindictæ rationem intuliſſe fertur P. Valerius Poplicola, cum ad populum retuliſſet de præmiis Vindicii ſervi, qui patefecit nobilium adoleſcentum de reducendo Tarquinio conjurationem: qua lege Vindex & libertate, & civitate donatus eſt. *Liv. lib. 2. cap. 5.* Secundum pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet, præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus. Quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant, Vindicio ipſi nomen fuiſſe. Poſt illum obſervatum, ut qui ita liberati eſſent, in civitatem accepti viderentur. Hæc *Liv.* Quo loco pro *Vindicio* legendum *Vindius*, ut ex *Plutarcho*, & *Dionyſio* conſtat. Verba ſolemnia, ut ex Conſtantino Harmenopulo conſtat, hæc erant: *Profitemur hunc præſentem hominem eſſe liberum, & civem Romanum*: Græca Harmenopuli verba ſunt, Φάμεν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην Ῥωμαῖον. Hæc poteſtas primo Conſulum fuit, poſt ab iis ad Prætorem Urbanum eſt tranſlata. *Cic. in Top. c. 2.* Si neque cenſu, neque vindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber. *Hor. l. 2. ſat. 7.* Quem ter vindicta, quaterque Impoſita haud unquam miſera formidine privet. *Perſ. ſat. 5. v. 88.* Vindicta poſtquam meus a Prætore receſſi. ¶ Hinc ſæpe ſumitur pro aſſertione, defenſione. *Velley. l. 2. c. 64.* Utrique vindicta libertatis morte ſtetit. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 6.* Cum ſibi ſuſcepto eſt legis vindicta ſeveræ.

Vinĕa, æ, f. *vigna*, *vignale*, כרם, *weingarten*, Gall. *vigne*, Hiſpan. *viña*, ἀμπελών, [illegible], locus vitibus conſitus, vel multitudo vitium ſimul conſitarum. *Cic. de Sen.* Nec vero ſegetibus ſolum, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt. *Virg. 2. Georg.* Hinc omnis longo pubeſcit vinea fœtu. ¶ Vinearum quinque ſunt genera, unum ſparſis palmitibus humi repens, alterum pedatum ſimplici adminiculo ſuſtentatum, tertium jugatum, quartum compluviatum, quintum arbuſtivum. V. *Plinium lib. 17. cap. 22.* ¶ Eſt etiam vinea inſtrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectum duplici ligno, cratibuſque contextum, cujus latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum, ac telorum impetu perfringantur, extrinſecus, ne crementur, crudis, ac recentibus coriis teguntur, ſub quo oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant, *gallerìa*. Cum plures fuerint, junguntur ordine. *Plaut. Mil. 2. 2. 111.* Ad eum vineas, pluteoſque agam. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Aggere, vineis, turribus oppugnavi.

Vineālis, & le, o. 3. *di vigna*, Germ. *des rebgarten*, Gal. *de vigne*, Hiſp. *de viña*, ἀμπελικός, quod eſt aptum ad vineam. *Col. lib. 3. cap. 12.* Ad quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.

Vineārĭus, a, um, *da vigna*, Ger. *des rebackers*, Gal. *de vigne*, Hiſ. *de viña*, ἀμπελικός, quod eſt vineæ, vel quod ad vineam pertinet. *Col. l. 5. c. 5.* Validam vitem in ramos diducere cenſeo, & traducibus diſpergere, atque deradere, cæteruſque vinearios ſoles præcipitare.

Vineātĭcus, a, um, *da vigna*, ἀμπελικός, quod ad vineam pertinet. *Var. l. 1. R. R. c. 23.* Sic alia quoque nonnulla genera ſpecies habent plures, ut falces: nam dicuntur ab eodem Scriptore vineaticæ opus eſſe ſex. *Col. l. 4. c. 1.* Quippe ſeminibus vineaticis nimium ne profundas conſuluiſſe ſcrobes.

Vineŏla, læ, f. *piccola vigna*. *Vet. Inſcript. apud Fabr. pag. 113.* Huic monumento cedit cum vineola ſola &c.

Vinētum, ti, n. *a. vigna*, *vignale*, Ger. *rebacker*, Gal. *vignoble*, Hiſpan. *viñedo*, ἀμπελόφυτον, locus, ubi multitudo vitium conſita eſt, locus vineis abundans. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 66.* Nec vero ita refellendum eſt, ut, ſi ſegetibus, aut vinetis cujuſpiam tempeſtas nocuerit, &c. *Virg. 2. Georg.* Optima vinetis ſatio eſt cum vere rubenti. *Col. l. 3. c. 4.* Cui vineta facere cordi eſt, faciat vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire.

Vinĕus, a, um, adject. *di vino*, ut vineus latex. *Solin. c. 5.*

Vinĭfer, a, um, adject. *abbondante di vino*, vini ferax, ut vinifera vitis. *Apul. de herb. c. 66.*

Vinipŏtor, oris, m. *bevitor di vino*, οἰνοπότης, potor vini. *Plin. l. 14. c. 54.* Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracuſis tandiu potare ſolitum, donec ab eo cooperta in terra ova fœtum ederent.

Vinĭtor, oris, maſc. *vignaiuolo*, כורם, German. *rebman*, Gall. *vigneron*, Hiſpan. *viñadero*, ἀμπελουργός, ruſticus vinearum cultor. *Cic. 5. de Fin.* An ea, quæ per vinitorem antea conſequebatur, etiam per ſeipſam conſequi nobis? *Virg. 10. Ecl.* veſtrique fuiſſem Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor uvæ.

Vinitorĭus, a, um, ἀμπελουργικός, quod eſt vinitoris. *Col. lib. 4. c. 25.* Eſt autem ſic depoſita vinitoriæ falcis figura.

Vinivŏrax, acis, vini avidus potor. *Commodian. Inſtruct. 18.*

Vinnŭlus, a, um, ſignificat flexuoſum inſtar vinni, hoc eſt cincinni, metaphorice autem dicitur de oratione ſuaviter inflexa, & molli, qualis eſt in minuritionibus cantus, ſive in chromatica Muſica, prout Boetius appellat. *Plaut. Aſin. 1. 3. 70.* Compellando blanditer, Oſculando oratione vinnula, venuſtula. Ita legit *Jan. Douz.*, & ita interpretatur. Sed alii aliter. *Paullus apud Feſtum* interpretatur mollem, his verbis, Vinnulus dicitur molliter ſe gerens, & minime quid viriliter faciens. Plautus: Oratione vinnula, ac venuſtula. Sunt qui legunt *vinulus* unico n, & vocem derivant a *vinum*, accipiuntque pro blando, venuſto, illecebroſo, & ad ſenſus permanante, ut vinum in venas. ¶ Additur etiam a quibuſdam locus *Cic. Att. l. 4. epiſt. 16.* Profecto rem aves vinnulam. Sed alii *vimulam*, alii plerique *nullam* reponunt.

Vinolentĭa, æ, fem. *ubbriachezza*, μέθη, οἰνοφλυγία, ebrietas, vitium ebrietatis. *Cic. in Top. c. 20.* Cujus etiam generis illa ſunt, ex quibus verum nonnunquam inveniretur, pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania. *Id. 2. Phil. c. 39.* Quid furioſam vinolentiam tuam proferam?

Vinolentus, a, um, *ubbriacone*, [illegible], οἰνωμένος, οἰνόφλυξ, ebrioſus, vino ſe ingurgitans. *Cicer. 1. Agr. c. 1.* Hos per Deos immortales utrum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia, & utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur? *Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Omnemque ſuum vinolentum furorem in me unum effunderet. ¶ Medicamenta vinolenta ſunt, in quibus potior pars vinum eſt. *Cic. in Piſon. c. 6.* Meminiſti ne, cum illo ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibuſdam medicamentis ſolere curari?

Vinoſĭtas, atis, f. ſuccus vinoſus. *Tertul. de jejun. c. 1.* Siccantes cibum ab omni juruleutia, ne quid vinoſitatis vel edamus, vel potemus.

Vinōſus, a, um, *vago del vino*, שכור, Ger. *weinſuchtig*, Gall. *yvrogne*, Hiſp. *embriago*, οἰνόφλυξ, qui vini cupidus eſt. *Horat. l. 1. epiſt. 19.* Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus. *Ovid. 3. Faſt. v. 765.* Cur anus hoc faciat quæris? vinoſior ætas Hæc erat. *Plaut. Curcul. 1. 1. 79.* Vinoſiſſima eſt. ¶ Item qui eſt bene potus, ebrius. *Liv. l. 41. c. 4.* Illorum pauci, qui modice vinoſi erant, memores fugæ fuerunt. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod vini ſaporem refert. *Plin. l. 13. c. 6. de malis Punicis*: Quæ vero ob bis ſapore proxima vinoſa diximus, parvum nucleum habentia, utiliora paullo intelliguntur.

Vinŭlus. V. Vinnulus.

Vinum, i, n. *vino*, יין, Ger. *wein*, Gal. *vin*, Hiſp. *vino*, οἶνος, liquor ex uvis expreſſus, videturque eſſe a voce Græca allata, præmiſſo v, & addita Latina terminatione. *Cic. de Sen. cap. 18.* Ut enim non omne vinum, ſic non omnis ætas vetuſtate coaceſcit. *Ovid. 6. Faſt. v. 673.* Non oras, & vinis oculique, animique natabant. *Celſ. l. 3. c. 19.* Vinum multorum virium. *Id. ibid.* Vinum multarum virium. ¶ Qualitates vini ſunt aſperum, auſterum, dilutum, lene, molle, novum, vetus, merum, purum, tenue, tepidum, &c. quæ omnia vini epitheta leguntur apud *Celſ. Cic. Plin. Columell. Virg.* & alios. ¶ Vinum fugiens dicitur, quod brevi tempore corrumpitur. *Cic. 3. Offic. c. 23.* ¶ *Vino madere* eſt ebrium eſſe. *Plaut. Truc. 4. 4. 2.* ¶ Simili ratione *deponere vino aliquem apud eund. Aulul. 3. 6. 38.* eſt ebrium reddere. Et *vino parcedi apud eund. Caſ. 3. 5. 10.* Et *vino ſauciari* apud *Juſtin. l. 1.* ¶ Metonymice vinum ponitur pro poculo. *Virg. 1. Æn.* Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant. ¶ Item pro uvis. *Plaut. Trucul. 2. 4. 135.* Tum vinum, priuſquam coactum 'ſt, pendet putridum. ¶ In vino, eſt inter bibendum, in convivio. *Ter. Heaut. 3. 3. 7.* Vel heri in vino quam immodeſtus fuiſti! Alii leg. *in convivio*. *Cic. 5. Ver.* Niſi forte exiſtimatis, eum in vino ac luce non riſiſſe, qui nunc in periculo, ac otio.

Vio, as, n. 1. *camminare*, iter facio, ab, a via. *Plaut. Truc. 1. 1. 8.* Quot illic iracundiæ ſunt? quot pericula vianda? hoc eſt adeunda. Alii aliter leg. V. *Taubman.* Uſurpans etiam *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 772.* & *Ammian. l. 20. cap. 23.* ¶ *Quintil. l. 8. c. 6.* reponit hoc verbum inter infelicius ficta: ex quo apparet, argentea quoque ætate in uſu fuiſſe, ſed non omnibus probatum.

Viocūrus, i, m. *chi ha cura delle ſtrade*, viarum curator. *Var. l. 4. de L. L.* Quis non videt, unde ærifodinæ, & viocurus? Alii aliter leg.

Viŏla, æ, f. *viola*, Ger. *violen*, Gal. *violette*, Hiſp. *violeta*, ἴον, floſculus purpurei coloris, cujus planta folium hederæ non diſſimile habet, nigrius tamen, & tenuius, cauliculum autem a media radice prodeuntem, videturque eſſe a voce Græca allata. *Cic. lib. 5. Tuſc.* An tu me in viola putabas, aut in roſa dicere? *Horat. lib. 3. od. 10.* Tinctus viola pallor amantium. ¶ Violarum tria ſunt genera, purpurea, lutea, alba. *Plin. l. 21. c. 6.* Violarum plura genera, purpureæ, luteæ, albæ. Eo illa vero, quæ ſponte apricis, & macris locis proveniunt, pur-

Digitized by Google

purpurea, latiore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt, ſolæque Græco nomine a cæteris diſcernuntur appellata Ia, ut ab his Ianthina veſtis. *Id. ibid. c.* 11. Florum prima ver nuntiantium viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hyeme emicat. Poſtea quæ appellatur purpura. Proxime flammea, quæ & phlox vocatur, ſylveſtris duntaxat.

Violabĭlis, & le, o. 3. *violabile*, βιάσιμος, qui aptus eſt, ut violetur. *Virg.* 2. *Æn.* Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen, ait. *Stat.* 5. *Theb. v.* 258. nullis violabilis armis. h. e. invulnerabilis.

Violacĕus, a, um, *violato*, *di color di viola*, Ger. *viol farb*, Gal. *violet*, Hiſp. *de color de violetas*, *violado*, ἰώδης, ἰοειδής, violæ colorem referens. *Plin. l.* 9. *c.* 39. Nepos Cornelius, qui Divi Auguſti principatu obiit: Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat. *Id. l.* 35. *c.* 16. Et quod, ſi ova præducentur, violaceum reddit colorem.

Violacĭum, ii, n. ſuccus violarum, vel vinum violarum ſucco conditum. *Apic. l.* 1. *c.* 5. & 4.

Violarĭum, ii, n. *violajo*, Ger. *ort da viel violen wachſen*, Gal. *violier*, Hiſp. *violar*, ἰών, locus, ubi naſcuntur violæ. *Virg.* 4. *Georg. v.* 32. Irriguumque bibant violaria fontem. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 435. Illa legit calthas, huic ſunt violaria curæ.

Violarĭus, rii, m. *tintore di pavonazzo*, ἰοβαφεύς, violacei coloris infector. *Plaut. Aul.* 3. 5. 36. Flammearii, violarii, cariuarii.

Violatĭo, onis, f. *violazione*, חלילה, Ger. *verletzung*, Gal. *violement*, Hiſp. *corrupcion*, βίασμός, ὕβρισμα, actus violandi, violentiæ illatio, profanatio, corruptio. *Liv. l.* 29. *c.* 8. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem injecit. *Senec. epiſt.* 104. Violatio religionum. *Vellej. l.* 2. *c.* 2. Violatio fidei.

Violātor, oris, m. *violatore*, βιαστής, qui violat, violentiæ illator, ruptor, corruptor. *Ovid. l.* 2. *de Pont. el.* 2. Confugit interdum templi violator ad aram. *Liv. l.* 4. *c.* 19. Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris? *Tacit.* 1. *Ann. c.* 58. Violator fœderis.

Violātus, a, um, *violato*, *offeſo*, βεβιασμένος, ὑβρισθείς. *Cic. poſt red. in Sen.* Fortiſſimi, atque optimi viri Tribuni Pl. ſanctiſſimum corpus non ſolum tactum, ac violatum manu, ſed vulneratum ferro, confectumque vidiſtis. *Id.* 2. *de Leg. c.* 9. Violatum jus. *Ovid. l.* 3. *de Pont. el.* 5. Ipſe quidem Getico peream violatus ab arcu.

Viŏlens, entis, o. g. *violento*, βίαιος, idem ac violentus, a *vis*. *Hor. l.* 3. *od. ult.* Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus.

Violente, adverb. idem ac violenter. *Sen. in Med. v.* 605. Rumpe nec ſancti violente mundi Fœdera ſacra. *Ovid.* 9. *Met. v.* 121. quæ te fiducia, clamat, Vana pedum violente rapis? Poteſt tamen utroque loco eſſe vocativos caſus a *violentus*.

Violenter, adv. *violentemente*, βιαίως, per vim, cum violentia, injurioſe. *Liv. l.* 5. Qui ſolemnia ludorum, quos intermitti nefas eſt, violenter diremiſſet. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Rivalem violentiſſime perſequi. Interdum ſumitur pro ægre, & invite. *Ter. Phorm.* 5. 1. 4. Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter. ¶ Interdum pro crudeliter. *Plin. l.* 3. *c.* 9. Proconſulatum violenter gerere. *Sueton. in Tito, c.* 6. Violentius agere.

Violentĭa, æ, f. *violenza*, חמס, Ger. *gewalt*, Gal. *violence*, Hiſ. *violencia*, βία, vis major, impetus. *Cic.* 12. *Phil.* Novi hominis furorem, novi effrænatam violentiam. *Plin. l.* 2. *c.* 38. Quoniam & tonitruum, & fulminum jactus horum (*ventorum*) violentiæ plerique aſſignant. *Lucret. l.* 3. *v.* 483. Vehemens vini violentia conturbare animam conſuevit.

Violentŭs, a, um, *violento*, עריץ, Ger. *gewaltſam*, Gal. *violent*, Hiſp. *violento*, βίαιος, qui vim facit, a *vis*. *Cic.* 1. *Phil.* Non opes violentas, & Populi R. minime ferendam potentiam, ſed charitatem civium, & gloriam concupiſſe. *Virg.* 2. *Georg.* Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus. ¶ Violenti homines dicuntur, qui proni ſunt ad iracundiam, ſævi, intractabiles, & nihil indulgentes. *Liv. l.* 34. *c.* 32. Violentiſſimus tyrannus. *Cic.* 5. *Phil.* homo vehemens, & violentus.

Viŏlo, as, a. 1. *violare*, ענה, Ger. *nothzwingen*, Gal. *violer*, Hiſp. *corromper por fuerça*, βιάζομαι, vim infero, lædo, corrumpo, a *vis*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quæ patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem. *Id. pro C. Rab. perd. c.* 2. Niſi forte de locis religioſis, ac delubris, quos ab hoc violatos eſſe dixiſti, pluribus verbis tibi reſpondendum putas. ¶ Dicimus etiam Violare parentes, hoſpites, Rempublicam, Deos, ſacra, leges, jura, amicitiam, dignitatem, exiſtimationem, fidem, fœdus, famam, &c. *Cic.* 3. *Pis.* Ut peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. *Id.* 3. *Verr. c.* 32. Cum apud exteras nationes imperii, nominiſque noſtri famam tuis probris, flagitiiſque violaris. *Id. l.* 13. *Fam. ep.* 73. Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. *Virgil.* 4. *Æn.* Violare pudorem. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 23. Violare hoſpites. *Plin. l.* 10. *c.* 34. Violare fidem connubii. *Liv. l.* 28. *c.* 44. Violare fœdus. ¶ Violare aliquem voce, aut verbo, eſt, dictis lædere. *Tibull. l.* 1. *eleg.* 2. & *Cic. pro Dom.* & *pro Leg. Manil.* ¶ Violare ſilvam ſecuri. h. e. ejus arbores antea integras, & intactas cædere. *Ovid.* 3. *Met.* ¶ *Virg. Æn.* 12. *v.* 67. Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro Si quis ebur. *h. e.* maculaverit, infecerit. *Servius* hic affert illud *Homeri*, Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. Sic *Claudian. de Aleſſo*, *lib.* 1. *in Rufin. v.* 63. Et flatu violare diem.

Vipĕra, æ, f. 1. *vipera*, אפעה, Germ. *natter*, Gal. *viper*, Hiſp. *bibora*, ἔχις, ἔχιδνα, ſerpentis genus. Dicta eſt, quia latere ſolet in vepre. Nam *vipre* pro *vepre* crebro invenias in codicibus manuſcriptis. Vel dicitur quaſi *vivipara*, quia ſola e ſerpentium genere dicitur parere vivum animal. *Virg.* 3. *Georg.* Sæpe ſub immotis præſepibus aut mala tactu Vipera delituit. *Ovid.* 2. *de Rem. Am. v.* 421. Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum. ¶ Translate *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 24. Etiam ne in ſinu, atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam, atque peſtiferam habere potuerunt? Hinc ut ſcribit *Donatus ad Ter. Eun.* 5. 2. 6. uſurpetur in conviciis præcipue ancillarum moleſte loquacium, & iracundarum.

Viperalis herba dicitur ab *Apul. de herb. c.* 89. ruta hortenſis, quod adverſus viperarum morſus valet.

Viperĕus, a, um, idem ac viperinus. *Virg.* 7. *Æn.* Viperam inſpirans animam. *Ovid.* 2. *Met.* Videt intus edentem Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum Invidiam.

Viperīnus, a, um, *di vipera*, ἐχίδνειος, ἐχιδναῖος, quod ad viperam ſpectat. *Cic.* 2. *Fin. ex Poeta*. Cui viperino morſu venæ viſcerum Veneno imbutæ tetros cruciatus cient. *Horat. Epod.* 3. Quid hoc veneni ſævit in præcordiis? Num viperinus his cruor Incoctus herbis me feſellit? ¶ Viperina, æ, f. eſt herba eadem, quæ ſerpentaria. *Apul. de herb. c.* 5.

Vĭpio, onis, m. *grue minore*, γεράνιον, minor grus. *Plin. l.* 10. *c.* 49. Ibi (in Balearibus inſulis) & buteo accipitrum generis in honore menſarum eſt, item vipiones. Sic enim vocant minorem gruem.

Vĭr, viri, m. *uomo*, איש, Ger. *mann*, Gal. *homme*, Hiſp. *varon*, *hombre*, ἀνήρ, maſculus in genere hominum, a *vi*, quod major in eo vis eſt, quam in fœmina. Unde & a viro *virtus* nomen accepit. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Viros avidiores Veneris hyeme, fœminas æſtate Heſiodus prodidit. ¶ Sæpe non tam ſexum notat, quam fortitudinem, & virtutem. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 2. *epiſt.* 11. Sed cum veneris, virum te putabo. ſi Salluſtii Empedoclea legeris, hominem non putabo. *Id.* 2. *Tuſcul.* Ita & tulit dolorem ut vir, & ut homo majorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. *Id. pro Cal.* Cum is jam ſe corroboraviſſet, ac vir inter viros eſſet. *Ovid. Faſt.* 6. *v.* 594. Si vir es, i, dictas exige dotis opes. ¶ Interdum refertur ad ætatem. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 397. Litera communis mediis pueroque, viroque Inſcripta eſt foliis. ¶ Nonnunquam ad conjugium, & ponitur pro marito, atque ita uſurpatum ſæpiſſime fuiſſe a veteribus, *Feſtus* auctor eſt. *Terent. Andr.* 3. 3. Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum. *Virg. Ecl.* 8. O digno conjuncta viro. ¶ Neque ſolum de hominibus, ſed etiam de brutis dicitur. *Virg. Ecl.* 7. Vir gregis ipſe caper deerraverat. ¶ Viros etiam eos dicimus, qui muliebria pati maxime effugiunt. Ita Veſpaſianus, ut Mucianum impudicum hominem argueret, morderetque, dicere ſolebat: Ego tamen vir ſum, ut refert *Suet. in ejus vit. c.* 13. Huc pertinet & illud *Ovid.* 1. *de art. am. v.* 526. Et ſi quis male vir quærit habere virum. ¶ Reperitur etiam pro virilitate, ideſt pro virtute generandi, aut pro partibus genitalibus. *Catul. Arg.* 58. (*al.* 64.) *de Aty*: Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine viro. *Plaut. Aſin. a.* 1. *ſc.* 3. Quin ſi tu voles, domi ſervi qui ſunt, caſtrabo viros. ¶ Interdum viri nomen in oratione ponitur elegantiæ tantum loco pronominis *ille*, aut *is*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 3. Multa viri virtus animo, multuſque recurſat Gentis honos. *Cic.* 9. *Att. ep. penult. de Pompejo*: Vidiſti igitur virum, ut ſcripſeras? ¶ *Viris*, *equiſque decertare*, proverbialis locutio eſt, qua ſignificatur maximus in aliqua re conatus. *Cic.* 3. *Offic. c. ult.* Cum his viris equiſque, ut dicitur, ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt, *con tutto lo sforzo*. ¶ Viri boni dicuntur, qui bonis, honeſtiſque ſunt moribus: ſed ſpeciatim ſic vocari ſolebant fœneratores. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 12. Prætores jus dicunt, Ædiles ludos parant, viri boni uſuras perſcribunt. *Id.* 2. *Offic. c. ult.* Sed de toto hoc genere, de quærenda, de collocanda pecunia commodius optimis viris ad medium Janum ſedentibus, quam ab ullis philoſophis diſputatur. *Id.* 8. *Att. epiſt.* 1. Eundum, ut quemcunque fors tulerit caſum, ſubeam potius cum iis, qui dicuntur eſſe boni, quam videar a bonis diſſentire: etſi propediem video bonorum, ideſt lautorum, & locupletum, urbem refertam fore. ¶ Candidati etiam, publico, & civili vocabulo, viri boni dicebantur. *Sen. ep.* 3. Sic illum amicum vocaſti, quomodo omnes Candidatos bonos viros dicimus. ¶ In militia *vir virum legere* dicebatur, cum in acie inſtruenda duces poteſtatem faciebant militibus, ut ſibi quiſque ſocium notum ſibi, & ſpectatæ virtutis adjungeret, a quo latus ſibi tegeretur, viciſſimque is ejus tegeret, accenderenturque ambo proprio exemplo ad acrius pugnandum: quod fieri maxime ſolebat, cum periculum aliquod majus inſtabat, & cum fortiſſimo hoſte erat congrediendum. *Liv. l.* 9. *c.* 39. Etruſci, coacto exercitu, cum vir virum legiſſet, quantis nunquam antea ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt. Huc alluſit *Cic. pro Arch. c.* 21. ubi de comitatu Clodii loquens, Illa, inquit, qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat, tum omninem, niſi ut virum a viro lectum eſſe diceret. Apud *Virgil.* quoque hic mos innuitur *l.* 11. *Æn. v.* 631. ubi tamen videtur ſignificari, non tam ſocium ſibi a milite, comitemque in pugna lectum fuiſſe, quam delectum, deſtinatumque oculis, & ictibus hoſtem, in quem irrueret. Verba *Virgilii* ſunt: Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir. In Senatu etiam legendo hic mos eſt aliquando uſurpatus, ut Senator Senatorem eligeret. *Suet. in Aug. c.* 35. Senatorum affluentem numerum ad modum priſtinum redegit duabus lectionibus, prima ipſorum arbitratu, quo vir virum legit.

Vira, æ, fœmina, apud veteres, a *vir*. *Feſtus*: Querquetulanæ viræ putantur ſignificari nymphæ præſidentes querqueto vireſcenti: quod genus ſylvæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetulana. Sed fœminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & viragines. Hæc *Feſtus*.

Virāgo, inis, f. *donna d'animo virile*, *e maſchio*, ἀνδρόγυνος, ἀνδρεῖα, fœmina, quæ animo, & robore virum refert, mulier fortis, quæ viro ſimilis ſit, & virilia opera faciat. *Plaut. Merc.* 2. 3. 79. Recte ego emero matri tuæ Ancillam viraginem aliquam, non malam forma mala. *Ovid.* 2. *Met. v.* 765. Huc ubi pervenit belli metuenda virago. h. e. Pallas, quæ ſæpe a Poetis hoc nomine indigitatur, ut ab eodem *Ovid. Met.* 6. *v.* 130. a *Stat. l.* 4. *ſilv.* 5. *v.* 23. & 11. *Theb. v.* 414. &c.

Virātus, a, um, adject. *virile*, *maſchile*, virili animo præditus. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 907. Si non malis vir viratam nuorem Atalantam. *Al. leg. viratiam* eodem ſenſu.

Virātus, us, m. virtus, conſtantia virilis, officium, quod a bono viro præſtari ſolet. *Sidon. in conc.* quæ eſt poſt *epiſt.* 9. *l.* 7. Bono viratu æmulis ſuis magis prodeſſe cupiens, quam placere.

Virbius, ii, m. idem qui Hippolytus, filius Theſei, & Hippolytæ Amazonis, qui, cum a Phædra noverca per calumniam apud patrem delatus eſſet, quod ipſi ſtuprum inferre voluiſſet, patris iram veritus, conſcenſo curru fugam arripuit, cumque juxta maris litus perveniſſet, incuſſo a Neptuno pavore, ab equis conſternatis, implicatus habenis, dilaceratus eſt: cujus vicem miſerata Diana, cum opera Æſculapii filii Apollinis ad vitam revocavit, & in Aricino nemore, in Italia collocatum, pro Hippolyto Virbium appellavit. V. *Ovid.* 15. *Met. v.* 544.

Virectum, V. Viretum.

Virens, entis, o. *verdeggiante*, χλοάζων, partic. a *vireo*. *Virgil.* 4. *Georg. v.* 18. At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco. *Horat. in Art. v.* 117. Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli. ¶ Translate ponitur pro florenti, ac vegeto. *Sil. l.* 1. Ævi flore virens. *Juſtin. l.* 43. *c.* 5. Virium gloria virente florere. *Horat. Epod.* 17. Virens in Ætna flamma. h. e. nunquam intermoriens, ſed perpetuis vigens ignibus. *Al. leg. urens*, *al. vibrans*, *al. furens*.

Virĕo, es, ui, ſine ſupino, *eſſere verde*, *verdeggiare*, ירק, Ger. *grunſeyn*, Gal. *verdoyer*, Hiſp. *enverdecer*, θάλλω, χλοάζω, viridis ſum, a *vi*, ſeu *vigore*. Nam virent plantæ, quæ necdum aruerunt, ſed in ſuo ſunt vigore. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 13. Itaque & arbores, & vites, & ea, quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt, alia ſemper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 777. Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno. ¶ Translate eſt vigere, pollere, in vigore eſſe. *Horat. Epod.* 13. Dum virent genua. *Flor. l.* 1. *c.* 22. Hæc eſt ſecunda ætas populi Romani, & quaſi adoleſcentia, qua maxime viruit, & quodam flore virtutis exarſit. ¶ *Virere oculi* dicuntur illis, qui bile tument. *Plaut. Men.* 5. 2. 76. Viden' tu illi oculos virere? Al. aliter leg. V. *Taubmann.*

Virĕo, onis, m. avis, quæ & viridis dicitur, & Græce χλωρίς. *Plin. lib.* 18. *c.* 29.

Vires, rium, f. *forze*, ἀλκή, ἰσχύς, δύναμις, robur, fortitudo, potentia, facultas, a *vis*. Quidam exiſtimant, *vis*, & *vires* idem nomen eſſe, illud numeri ſingul. hoc plur. Sed ſi idem nomen eſſet, *vis* in obliquis numeri ſingularis pro *vis*, *vi*, *vim*, *vi*, haberet, *viris*, *viri*, *virem*, *vire*.

Digitized by Google

vero. *Cic. de Sen. c. 6.* Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio, auctoritate, ſententia. *Id. ibid.* Munus eſt laterum, & virium. *Id. 1. de Orat. c. 45.* Cum mihi deficere vires cœpiſſent. *Quintil. in proœm. l. 4.* Defici viribus. Rurſus *Cic. de Sen. c. 9.* Agere pro viribus, *quanto comportano le forze, ſin quello che ſi può.* *Id. 1. de Orat. c. 33.* Exercere vires in aliqua re. *Id. 3. Tuſc. c. 3.* Omnibus opibus, viribuſque elaborare, ut &c. ¶ Tranſlate *Tacit. in Agric. c. 38.* Præfecto claſſis circumvehi Britanniam præcepit: datæ ad id vires. h. e. militum copiæ, quæ vires ſunt Reipublicæ. *Juven. ſat. 10. v. 41.* egregius ſons occultis viribus, *di occulto, e rara virtù.* *Cic. in Orat. c. 23.* Oratio carens nimiis viribus.

Vireſco, is, n. *verdeggiare*, ירק, Germ. *grü werden*, Gall. *ſe reverdir*, Hiſp. *enverdecerſe*, θάλλω, θάλλω, viridis fio. *Vergil. 1. Georg. v. 55.* Arbuſta fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt Gramina. *Col. l. 11. cap. 2.* Quidam enim vidiſſent, partem aliquam uvarum vireſcere.

Vireſco, is, n. 3. vires acquiro. *Fur. in Poem. apud Non. 1. 2. n. 916.* Hinc creſcunt animi, vireſcit volnere virtus. Adde *Gell. l. 18. c. 11.* ubi hæc eadem verba refert, nec omnino improbat.

Virētum, ti, n. *luogo di verdura*, מרעה, Ger. *gruner platz*, Gall. *verger*, Hiſp. *vergero*, παράδειſος, locus herbarum, arborumve viriditate amœnus. *Virg. 6. Æn. v. 638.* Devenere locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum. ¶ Legitur & *virectum*.

Virga, æ f. *verga*, *bacchetta*, מקל, German. *rut*, Gal. *verge*, Hiſp. *vara*, ῥάβδος, vimen, bacillum tenue, vel aliud quidvis, quo ad ligandum, verberandumque utimur. *Virg. 1. Georg.* Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga. *Cic. pro Rab. perd. reo, c. 4.* Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, hic miſericors flagella retulit. *Id. 3. Verr. c. 69.* Cædere virgis uſque ad necem. h. e. bacillis colligatis in faſcibus Conſulum. V. Faſces. ¶ Virgam tribuebant veteres Mercurio, qua animas ad inferos deduceret, & inde reduceret; ſomnum induceret, & excitaret, &c. *Virg. 4. Æn.* Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit, Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat. ¶ *Virgæ ſanguineæ*, quarum uſus erat in cædendis parricidis. *Turnebus* cenſet vel fuiſſe ex fruticibus ſanguineis, vel ad horrorem fuiſſe cruentatas, quomodo Bellona fingitur cum ſanguineo flagello, & Feciales haſtis ſanguine tinctis bellum indicebant. V. Sanguineus. ¶ *Virga Cenſoria* fuit obeliſcus, ut *Quintiliani Interpretes*, ideſt parvus obelus, ſeu brevis linea, quæ alicujus nomen ex libro Senatorum, Equitum, Plebeji Ordinis, ſtyli ducto, delebant. Proverbialiter uſurpamus pro ſevero judicio de quacunque re. Cenſores enim Civium Rom. moribus præerant, in eoſque ſeveriſſime animadvertebant, in Senatores, eis Senatoriam dignitatem adimendo, in Equites, præcipiendo, ut equum publicum venderent, in Plebejos, eos transferendo in tabulas Cæritum, quod erat ſuffragii jure ſpoliare. *Quintil. l. 1. cap. 5.* Quo quidem ita ſunt ſevere uſi veteres Grammatici, ut non verſus modo Cenſoria quadam virga notare, &c. ¶ In Cœlo virga dicitur tractus varii coloris inſtar Iridis, ſed recta extenſus, juxta ſolem apparens. *Senec. l. 1. quæſt. natur. c. 9. & 10.*

Virgātor, oris, m. ῥαβδιστής, qui virgis cædit. *Plaut. Aſin. 3. 3. 19.* Ubi ſæpe cauſam dixeris pendens adverſus octo audaces viros, valentes virgatores.

Virgātus, a, um, *vergato*, *diviſato*, *vario*, virgarum in modum diſtinctus, & quibuſdam variegatus lineis, quas Græci ῥαβδωτὸν vocant, et ex *Polluce* diſcimus, Ger. *geſtreiffe*, Gal. *vergé*, Hiſp. *vergado*, ῥαβδωτός. *Virg. 8. Æn. v. 660.* Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis, Virgatis lucent ſagulis. *Sil. l. 5. v. 148.* Corpore virgato tigris. *Id. l. 4. v. 155.* Auro virgatæ veſtes. *Valer. Flac. l. 6. v. 160.* Virgata nurus. h. e. Barbarica veſte, veſtiſque diſtincta lineis induta.

Virgētum, ti, n. ῥαβδών, locus virgis conſitus ad alligandas vites. *Cic. 2. de Leg. c. 8.* Sacerdotes vineta, virgetaque, & ſalutem populi inauguranto.

Virgĕus, a, um, *di verga*, ῥάβδινος, quod ex virgis factum eſt. *Virg. 1. Georg. v. 165.* Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex. ideſt vaſa ex vimine facta. *Id. 7. Æn. v. 463.* Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni. h. e. ex virgis arentibus facta, ut ſit validior, inquit *Serv.* *Col. l. 1. c. 6.* Superpoſitis virgeis cratibus tegunt.

Virgidumia, V. Virgindemia.

Virgiliæ, ſeu Vergiliæ, f. 1. πλειάδες, ſeptem ſtellæ ante genua Tauri, eædem quæ Plejades. Ex diverſa, quæ affertur, etymologia orta eſt varietas ſcriptionis: nam quibuſdam inde dictæ videntur, quod virgulæ more porrigantur. Sane Græcis ita dictæ a figura βότρυς quoque appellantur. *Feſto* tamen, & *Iſid. lib. 3. cap. 70.* magis placet, ita dici a vere, quod extremo vere oriantur, ita ut earum ortu ver deſinat, æſtas incipiat. Alii dicunt, eas circa æquinoctium vernum matutino tempore oriri. V. Plejades. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 44.* Vergilias tenui cum luce videbis.

Virgiliānus, a, um, Βιργιλιανός, quod ad Virgilium ſpectat. *Plin. in præfat.* Non illa Virgiliana virtute ut certarent. *Quintil. lib. 1. cap. 3.* Habendumque in animo ſemper illud Virgilianum: Supple *carmen*, vel *dictum*.

Virgilius, ii, m. *Virgilio*, Βιργίλιος, Βεργίλιος, Poeta Mantuanus, filius Maronis, & Majæ. De nominis hujus ſcriptura diverſi diverſa ſentiunt, aliis primam ejus ſyllabam ſecunda vocali, aliis tertia ſcribentibus. Quorum utrique ſuis quibuſdam nituntur rationibus. *Donatus* putat ſcribendum per *i*, cum in ejus vita tradit, a *virga* nomen accepiſſe, quam mater ejus ea nocte, quæ partum anteceſſit, in ſomnio ſibi viſa ſit parere, tanta altitudine aſſurgentem, ut cœlum contingeret. In eadem ſententia fuit & *Priſcianus*. Huic ſuffragatur & *Calvi* illud: Id Vates, cui Virga dedit memorabile nomen Laurea. In Græcis quoque codicibus (ſi id quippiam ad rem facit) Βιργίλιος ſcriptum legimus. Alii, & imprimis *Politianus*, a *Vergiliarum* ſidere nomen hoc deducunt, ideoque per e ſcribere malunt, quam ſententiam vetuſtiorum aliquot marmorum teſtimoniis confirmant. Quibus illud accedit, quod apud *Euſtathium* quoque in navium Catalogo, & apud *Suidam* Βεργίλιος legatur. Sed ad Vergilias ſtellas quod attinet, dubium eſt, quomodo hoc ipſum nomen ſcribendum ſit. Nam *Iſidorus*, & *Feſtus*, qui a Vere deducunt, *Vergilias* ſcribunt, ſed *Voſſius* mavult *Virgilias*, quod virgulæ more porrigantur. Vide hac de re prolixiorem diſputationem in annotationibus *Pierii in Virgilium in fin. Georg.* ¶ Primum apud Latinos inter Poetas obtinet locum. *Horat. l. 1. ſat. 6.* Optimus olim Virgilius, poſt hunc Varius dixere, quid eſſem. ¶ Scripſit Bucolica, Georgica, Æneidem, & alia quædam opuſcula. Scripſit etiam tragœdias, ut eſt in commentariis *Servio* tributis in 3. *Ecl.*

Virginal, lis, n. 3. pudendum muliebre. *Apul. in Apol. Solin. c. 4. & Prudent. in paſſione Agnet. v. 8.*

Virginālis, & le, o. 3. *verginale*, *di vergine*, German. *jungfraulich*, Gal. *virginal*, Hiſpan. *virginal*, παρθενικός, quod eſt dignum virgine, aut quod ad virginem pertinet. *Cic. 1. de Div. cap. 31.* Ubi illa paulo ante ſapiens virginalis modeſtia? *Id. 6. Ver. cap. 3.* Erant ænea præterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu, atque veſtitu. *Id. pro Quint. cap. 11.* Virginali verecundia homo.

Virginarius, a, um, adject. ad virginem pertinens. *Plaut. Perſ. 4. 9. 14.* Sequere hac ſis, Feles virginaria. V. Feles.

Virgindemia, vel Virgidemia, æ, fem. ῥαβδολογία, demptio, decerptio, collectio, aut apparatus virgarum verberandi, vinciendique gratia, quaſi vindemia virgarum. *Plaut. Rud. 3. 3. 25.* Terguinque obtrita tuum, ut tibi uberem ulmeam eſſe ſperes virgidemiam. *Varro apud Non. c. 2. num. 906.* Quid triſtiorem video te eſſe? an ideo, quia ſcapulæ metuunt virgindemiam?

Virginenſis, vel Virginienſis, is, f. Dea, quæ in Gentilium connubiis præerat zonæ prima nocte novæ nuptæ a marito ſolvendæ. *Auguſtin. l. 6. de Civ. Dei, c. 9.*

Virginĕus, a, um, *virginale*, Ger. *jungfraulich*, Gall. *virginal*, Hiſpan. *de virgen*, παρθένιος, quod eſt virginis, aut quod virginem decet. *Virg. 1. Georg. v. 430.* At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem. *Plin. l. 28. c. 7.* Si purgatio illa poſt virginitatem prima ſit, cui in virgines ætate ſpontanea. ¶ *Aqua virginea*, & *liquor virgineus*, fons ille, cujus aqua Virgines Veſtales utebantur ad ſacrificia. *Ovid. 1. Faſt.* Hic ubi virginea campus obitur aqua. *Id. l. 1. de Pont. eleg. 9.* Stagnaque, & euripi, virgineuſque liquor. ¶ Virgineæ volucres dicuntur Harpyæ. *Ovid. 7. Met. v. 4.* quia virgineos vultus habere dicuntur, teſte *Virg. 3. Æn. verſ. 216.* ¶ Aurum virgineum vocat *Martial. l. 9. epigr. 24.* ex quo fiebat corona in ludis celebratis in honorem Minervæ.

Virginiſvendonides, vox ficta a *Plaut. Perſ. 4. 6. 20.* qua ſignificatur aliquis virgines vendens.

Virginitas, atis, fem. *virginità*, בתולים, Ger. *jungfrauſchaft*, Gal. *virginité*, Hiſp. *virginidad*, παρθενία, ἁγνεία, caſtitas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.* Quæ patrem dicitur intereniſſe virginitatem ſuam violare conantem. *Virg. 12. Æneid.* Hunc illi Rex ætheris altus honorem Jupiter erepta pro virginitate ſacravit. *Plin. l. 24. cap. 3.* Anaxilaus auctor eſt, mammas a virginitate illitas ſemper ſtaturas.

Virginor, aris, virginem me eſſe profiteor, virginem me præbeo. *Tertul. de virgin. velan. c. 12.* Virginari volunt ſola capitis nuditate, ore habitu negantes, quod toto ſuggeſtu profitentur.

Virgo, inis, com. g. *vergine*, בתולה, Ger. *jungfrau*, Gal. *vierge*, Hiſp. *virgen*, παρθένος, κόρη, mulier, quæ incorrupta eſt, & virum non experta, cui opponitur mulier, quæ cum viro habuit commercium. Eſt a *viro* ex *Feſti* ſententia. Inquit enim in *Querquetulanæ vira*. Sed feminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & viragines. *Serv. ad Ecl. 6.* a viridi ætate dicta exiſtit. Atqui hunc is cauſam eſſe autumat, cur *Maro Ecl. 6.* virginem appellat Paſiphaen, quæ jam mater erat Phædræ, Ariadnes, & Androgei. Sed proprie dicitur hæc vox de iis, quæ non cognovere virum. *Maro* autem uſus eſt per Catachreſin, ut *Voſſius in Oratoriis* dicit. *Cic. 3. Catil.* Qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem. ideſt Virginum Veſtalium. *Quintil. l. 6. cap. 4.* Cicero objurgantibus quod ſexagenarius Publiliam virginem duxiſſet, Cras mulier, inquit, erit. *Gell. l. 12. c. 7.* Virginem habens jam maturam viro. ¶ Eccleſiaſtici Scriptores etiam viris hoc nomen tribuunt Venerem non expertis. *Tertul. l. de velan. Virg. c. 5. de Eva:* Ex viro ſuo ſumpta eſt, & ipſo adhuc virgine. ¶ Bruta etiam animalia, quæ marem nondum admiſerunt, virgines dicuntur. *Plin. l. 28. c. 9.* Quin & ſanguis equorum ſepticam vim habet, item equarum, præterquam virginum erodit, emarginat, ulcerat. ¶ Per tranſlationem virginis vocabulum etiam aliis rebus communicatur, quas incorruptas ſignificare volumus. *Cic. in Orat. c. 19. de Oratione Philoſophorum:* Caſta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. *Tertul. de jejun. c. 6.* Saliva virgo. h. e. oris jejuni. *Inſcript. apud Fabret. pag. 33.* Locus virgo, h. e. in quo nullus adhuc ſepultus fuit. ¶ Virgo item eſt ſignum Zodiaci conſtans ex viginti ſex ſtellis. Hæc eſt Erigone filia Icarii, ſeu Icarii filii Oebali Laconum Regis, quæ ſecundum fabulas ob inſignem pietatem in cœlum tranſlata fuit. Ferunt enim Icarum a Baccho uſum vini accepiſſe, ut ejus uſum mortalibus communicaret. Quare cum ruſticos quoſdam ad bibendum invitaſſet, illi potus ſuavitate capti æquo largius hauſerunt. Qua ex re cum crapulæ incommodum ſentirent, malum ſibi medicamentum datum rati, Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, cujus ductu Erigone ad patrem pervenit, quem cum mortuum inveniſſet, doloris magnitudine contabuit. Aliqui narrant, eam ſe ſe ſuſpendiſſe. Igitur Jovis miſeratione inter aſtra eſt tranſlata. Vide *Virgil. 2. Georg.* & *Ovid. 10. Met.* Hujus ſimulacrum virginis habitu fingebatur, ſpicas aliquot manu tenentis: unde quidam eandem putaverunt cum Cerere. *Cic. de nat. Deor. lib. 2. cap. 42.* Spicum illuſtre gerens inſigni corpore virgo. ¶ Aſtræa quoque juſtitiæ præſes, virgo dicitur. *Virg. Ecl. 4.* Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna. ¶ Denique fons quidam, qui per Aquæductum Romam Præneſtina via deducebatur, & Campum Martium alluebat, virgo dictus eſt: cauſa autem appellationis eſt, quia cum prope eum fontem rivus quidam ſit, qui Herculaneus vocatur, refugiens cum eo miſceri, avertiſſe curſum longo diverticulo viſus eſt. Ita *Plin. l. 31. c. 3.* Alii dictum putant a Virginibus Veſtalibus, quia non longe a templo Veſtæ decurrebat. *Martial. l. 6. epigr. 42.* Cruda virgine, Martiaque mergi.

Virgōſus, a, um, adject. virgis abundans. *Pallad. lib. 1. tit. 24.* Frutex virgoſus.

Virgŭla, æ, f. *verghetta*, ῥαβδίον, parva virga. *Cic. 8. Phil. cap. 8.* Cum tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit. *Colum. l. 3. c. 13.* In cujus latere virgula prominens ad eam altitudinem. ¶ *Virgula divina*, proverbii ſpeciem habet, quo utimur, quoties aliquid non humana ope, ſed numinis alicujus favore contigiſſe volumus ſignificare. Antiquitas enim exiſtimavit, quemadmodum in annulis, ita & in virgis ferendis aliquam fatalem, ſeu magicam ineſſe virtutem: Adagium autem natum videri poteſt potiſſimum ab illa virga, quam Homerus Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antiſthenes Cynicæ ſectæ conditor librum conſcripſerit, eam cum ſuo baculo conferens. *Cic. 1. Offic. c. 44.* Quod ſi omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent, quaſi virgula divina, ut ajunt, ſuppeditarentur. ¶ Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum *Varro in virgula divina*, ut appareat, hunc fuiſſe titulum alicujus ex *Menippeis*.

Virgulātus, a, um, adjectiv. virgulis diſtinctus, virgatus. *Plin. lib. 9. cap. 33. de concharum generibus;* Jam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, &c.

Virgultum, i, n. *virgulto*, שיחים, Ger. *ſtaudengeſträub*, Gall. *arbriſſeau*, Hiſp. *mata*, θάμνος, φρύγανα, multitudo virgarum pullulantium, a *virgula*, quaſi virguletum, ſimili Syncope, ut a *carice* dicitur carectum, & a *ſalice* ſalictum. *Cæſ. l. 3. B. G.* Sarmentis, virgultiſque collectis, quibus foſſas Romanorum compleant, ad caſtra pergunt. *Virgil. 1. Georg.* Quæcunque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui. ¶ Sumitur & tranſlate. *Cic. pro Cœl. c. 18.* Ergo hæc deſerta via, & inculta, atque intercluſa jam frondibus, & virgultis relinquatur.

Virguncŭla, æ, f. *verginella*, παρθενίσκιον, parva virgo. *Juvenal. ſat. 13.*

13. v. 40. Tunc cum virguncula Juno. *Sen. l. 1. Quæſt. nat. c. 17.* Libertinorum virgunculæ. Adde *Petron. in Satyr.*

Viria, æ, f. *braccialetto*, ψέλιον, περιχείριον, ornamentum brachii, armilla ex ebore, auro, & gemmis, vel alia quapiam pretioſa materia, proprium virorum geſtamen, quamquam & fœminis tributum legitur. *Tertull. de Pall. c. 4.* Sicuti veſtigia cæſtuum viria occupavit, ita & androgynis ſolocem aliqua mulitia ſynthaſi extruxit. Al. leg. *Viriola. Plin. l. 33. c. 3.* Viriolæ Celticæ dicuntur, viriæ Celtibericæ.

Viriathinus, a, um, adject. a Viriato, ut Viriathinum bellum. *Sueton. in Galb. c. 3.*

Viriatus, i, m. *ὑπέρτατος*, vir Luſitanus, calliditatis acerrimæ. Ex venatore latro, ex latrone ſubito dux, atque Imperator factus, univerſam Luſitaniam occupavit. V. *Flor. l. 2. c. 17. & Val. Max. l. 6. c. 4. n. 2.*

Viriatus, a, um, *potente, di gran forze*, κρατερὸς, ἰσχυρὸς, validus, homo magnarum virium. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 903.* Contra flagitium, neſcire bello vinci a barbaro viriato Annibale.

Virica, æ, f. genus talis. *Maſſurius Sabinus apud Gell. l. 10. c. 15.* Viricæ ſurculum de arbore felici habet. Loquitur de Flaminica Diali, atque eam in telo, quod geſtat, habere ſurculum, ſeu ramulum de arbore felici. Ita interpretari videntur, qui ita legunt. nam alii aliter.

Viriculæ, f. 1. *forzette, piccole forze*, vires infirmæ, & extenuatæ, dim. a *vires*. *Apul. l. 11. Met.* Nam & viriculas patrimonii peregrinationes attriverant. h. e. tenues facultates.

Viriculum, i, neut. *bulino*, videtur eſſe genus ſcalpelli, aut alterius ferramenti ad inſcalpendum, aut excavandum apti. *Plin. l. 35. c. 11.* Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro, id eſt viriculo, donec claſſes pingi cœpere.

Viridans, antis, o. g. *verdeggiante*, χλοάζων, idem ac virens, ſeu viridis. *Virg. 5. Æn. v. 539.* Sic fatus cingit viridanti tempora lauro. *Id. 12. v. 388.* Proximus ut viridante toro conſederat herbæ. *Plin. l. 37. c. 8.* Viridantium & aliæ plura ſunt genera.

Viridarii, maſc. 2. *ortolani*, ſervi, qui viridariorum curæ præpoſiti ſunt. *Ulpian. JCtus.*

Viridarium, ii, n. *orto, giardino*, פרדס, Ger. *garten*, Gal. *verger*, Hiſp. *jardin*, κῆπος, pomarium, locus virentibus arboribus, herbiſque amœnus. *Suet. in Tib. c. 60.* Militem Prætorianum, ob ſurreptum e viridario pavonem, capite punivit. *Plin. l. 18. c. 2.* Quo ſervos paulo ante Principis Neronis, contemptis hujus ſpatii viridariis, piſcinas juvat habere majores. ¶ Legitur & *viridiarium*.

Viride, adv. *di color verde*. *Plin. lib. 37. c. 8.* Calleis viride pellens. *Id. l. 17. c. 5.* Nihil omnino viridius comparatum illis viret.

Viridia, ium, n. 3. idem ac viridaria, id eſt prata, & arboreta. In genitivo plurali melius dicimus *viridiorum*, quam *viridium*. Sane *Macrobius l. 1. Saturn. c. 4.* docet, *viridia*, cum epitheton eſt, veluti cum dicimus *viridia prata*, habere in genitivo *viridium*: at quando non pro epitheto ſumitur, ut cum ipſam loci viriditatem ſignificare volumus, habere *viridiorum*, uti cum dicimus *formoſa facies viridiorum*. *Sen. ep. 86.* Ciſternam ædificiis, ac viridibus ſubditam, quæ ſufficere in uſum vel exercitus poſſet. *Vitr. l. d. c. 6.* Uti viridia per ſpatia ſeorſum proſpiciantur. *Plin. l. 5. ep. 6.* Ambulatio pratis, variſque cauſis viridibus incluſa. ¶ Pro herbis viridibus *Colum. l. 12. c. ult.* Cum viridia, quæ ſupra dicta ſunt, contriveris. Supra autem enumeraverat *Columel.* ſatureiam, mentam, rutam, lactucam, thymum, &c.

Viridianus, i, m. Deus Narnienſium. *Tertul. in Apol. c. 24.*

Viridiarium. V. Viridarium.

Viridicans, tis, adject. idem quod viridans. *Tertul. de Pudic. c. 10.* Viridicantes, & rubeſcentes.

Viridicatus, a, um, idem quod viridis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica ſuavitate villam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylva viridicata.

Viridis, & de, o. 3. *verde*, ירוק, Germ. *grun*, Gall. *verd*, Hiſp. *verde*, χλωρὸς, quod eſt herbacei coloris. *Cic. 1. de Leg.* In viridi, opacaque ripa inambulantes. *Virg. 2. Georg.* Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit. *Cic. 5. Verr. c. 18.* Viridiſſimi colles. ¶ *Viride cœlum* dicitur a *Plin. l. 17. c. 10.* cum ſudum ſerenumque eſt, quia tunc maxime ad viridem colorem accedit. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ ſuccum habent ſuum, vigoremque, licet viridia quandoque non ſint. *Cic. Ver. 3. c. 57.* Ignem ex lignis viridibus, & humidis fieri juſſit. *Colum. l. 7. cap. 8.* Caſeus ſi tenui liquore conficitur, quam celerrime vendendus eſt, dum adhuc viridis ſuccum retinet. ¶ Per tranſlationem accipitur pro eo, quod habet vigorem, robur, firmitatem, ac integritatem. *Virg. 5. Æn. v. 295.* Euryalus forma inſignis, viridique juventa. *Id. l. d.* Jam ſenior, ſed cruda Deo, viridiſque ſenectus. *Sil. l. 5. v. 569.* Illa quidem cruda menta, & viridiſſimus iræ Iber, ſed vani frigentem in Marte ſenectam Prodebant ictus. ¶ Hinc *viridis* abſolute ponitur pro juvene. *Senec. l. 4. excerpt. controverſ. in præfat.* Audivi illum & viridem, & poſtea jam ſenem. ¶ *Gell. l. 2. c. 3.* H literam inſerebant veteres pleriſque vocibus, ut ſonus earum eſſet viridior, vegetiorque. *h. e.* ſonantior, & quaſi ſucci, vigoriſque plenior. ¶ *Viridis ſapor olivæ apud Colum. l. 12. c. 47. ad fin.* Eſt ſapor olivæ viridis. ¶ *Virides Amyclas* dixit *Stat. lib. 9. Theb. v. 769.* propter colorem viridem, quo optimo lanæ Amyclis Laconiæ urbe tingebantur. Quamquam alii non viridem, ſed purpureum eum colorem fuiſſe putant: ſed & color purpureus aliquando a Latinis ita concipitur, ut ad viridem quam proxime accedat. Sic *Cic. 4. Acad. c. 33.* mare purpureum dixit. & *Propert. l. 2. eleg. 20. v. 5.* purpureis agitatam fluctibus Hellen. Contra *Ovid. 2. de ar. am. v. 92.* virides aquas maris appellavit.

Viriditas, atis, f. *verdura, color verde*, ירקות, Ger. *grune*, Gal. *verdure*, Hiſp. *verdura*, χλωρότης, color viridis. *Cic. de Sen. c. 15.* Terra ſemen tepefactum vapore, & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. *Id. ibid. c. 16.* Pratorum viriditas. *Plin. l. 37. c. 5.* Viriditas maris. ¶ Per tranſlationem accipitur pro fortitudine, & flore illo ætatis, quam ἀκμὴν vocant Græci. *Cic. 3. Tuſc. c. 31.* Sed quamdiu in illo opinato malo vis quædam inſit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tamdiu appellatur recens. *Id. de Am. c. 3.* Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Virido, as, a. 1. viridem facio. *Ovid. in Halieut. v. 90.* Num vada ſubnatis imo viridentur ab herbis.

Virilia, ium, n. 3. *parti vergognoſe*, מבושים, Ger. *die mannliche ſcham*, Gal. *les parties honteuſes*, Hiſp. *las verguenças*, τὰ ἀνδρεῖα, verenda, ſeu pudenda viri, quomodo muliebris natura *muliebria* appellatur. *Plin. l. 21. c. 27.* Et in totum ad virilia cauliculis ejus vino, & aceto tritis, nihil utilius putant. *Petron. in Satyr.* Ad virilia ſua admovit novaculam infeſtam.

Virilis, & le, o. 3. *virile*, Ger. *mannlich*, Gal. *viril*, Hiſp. *varonil*, ἀνδρικὸς, ἀνδρεῖος, quod eſt viri. *Virg. 7. Æn.* Filius huic fato Divum, prolesque virilis Nulla fuit. *Liv. l. 1.* Brevi ſtirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. *Vitruv. l. 6. c. 10.* Convivia virilia. h. e. ad quæ ſoli viri admittuntur. *Lamprid. in Heliogab. c. 8.* Diligenter curatum eſt, ut ex tota urbe monobeles quærerent: ſic eos appellabant, qui viriliores videbantur. h. e qui majora virilia habebant. ¶ *Virilis toga* dicebatur, quam ſumebant adoleſcentes poſt annum 16. vel, ut alii volunt, poſt 15. depoſita prætexta: dictaque eſt virilis, quia dabatur pueris virilem, & firmam ætatem ingredientibus, & incipientibus inter viros verſari, cum ante illud tempus domi contineri ſolerent, aut ſub pædagogorum cura eſſe. *Cic. Philip. 2. c. 18.* Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. ¶ Per tranſlationem accipitur pro forti, & magnanimo, & minime effeminato. *Cic. Att. l. 14. ep. 21.* Acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili. *Id. 2. Fin. c. 14.* Vereturque quicquam aut facere, aut loqui, quod parum virile videatur. *Salluſt. in orat. Macri Trib. pl. ad pleb.* Vocare aliquam ad virilia. h. e. ad res viro dignas. ¶ *Pars virilis* eſt idem, ac virile officium. *Cic. Ver. 5. c. 3.* Qui plus etiam, quam pars virilis poſtulat, oneris ac muneris ſuſcipere debeam. *più di quella, che a me s'aſpetta, o le mie forze comportano. Id. d. Ver. c. 37.* Eſt aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis ſum, quam ille amplam, claramque reddidit, *ho qualche debito ancor'io, tocca anche a me in qualche modo*. *Horat. de ar. poet. v. 175.* ne forte ſeniles Mandentur juveni partes, pueroque viriles. ¶ Hinc *pro virili parte*, *per quanto ſi può, ſecondo le forze*, pro viribus. *Cic. pro Sext. c. 66.* Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates ſunt. *Id. Phil. 13. c. 4.* Me ejus beneficia plus quam pro virili parte obligatum puto. ¶ *Pro virili portione* eodem ſenſu dicitur. *Tacit. in Agric. c. 45.* Tamquam pro virili portione innocentiam principi donares.

Virilitas, atis, f. *virilità, parti virili*, τὰ αἰδοῖα, ἀῤῥενότης, idem quod virilia, ſeu viri pudenda. *Martial. l. 9. ep. 7.* Non puer avari ſectus arte mangonis virilitatis damno mœret erepte. *Quintil. l. 5. c. 12.* Mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate exciſa, lenocinantur.

Viriliter, adv. *virilmente, fortemente*, ἀνδρικῶς, fortiter, & magno animo. *Cic. 2. Tuſc. c. ult.* Itaque barbari quidam, & immanes ferro decertare acerrime poſſunt, ægrotare viriliter non queunt. *Id. 1. Off. c. 28.* Quod enim viriliter, animoque magno fit, id dignum viro, & decorum videtur. *Senec. de brevit. vitæ, c. 6.* Omne iſti (avari, iracundi, &c.) viriliter peccant, in ventrem, ac libidinem projectorum inhoneſta labes eſt.

Viriola, æ, f. exigua viria, id eſt parva armilla. *Pompon. l. 24. ff. de contr. empt.* Ut puta cohæredes viriolam, quæ aurea dicebatur, pretio exquiſito uni hæredi vendidiſſent, eaque inventa eſſet magna ex parte ænea. *Scævola Dig. l. 34. tit. 2. leg. ult.* Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quæcunque ſepulturæ meæ cauſa ferrem ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis.

Viriliſſe, adv. a viribus deductum, ſignificat fortiter, valide. *Tertull. de anim. c. 19.* Ultro ambibit, & quidem viroſius de ſuo ingenio.

Viriōſus, a, um, adject. *forte, robuſto*, viribus validus, ἰσχυρὸς. *Tertul. adv. Valent. c. 16.* Vitia uſu viroſa. ¶ Item venenatus, exitialis, a *virus*. *Apul. l. 7.* Spinæ punctu venenato viroſæ. Alii leg. *viroſæ*.

Viriōſor, a, um, adject. libidinoſus, virum appetens. *Apulej. l. 9. A. A.* Sæva, ebrioſa, vitioſa, pervicax.

Viriplāca, æ, f. Dea apud Romanos, quæ præerat jurgiis, & litibus ſedandis inter virum, & uxorem. *Valer. Max. l. 2. c. 1. n. d.* Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in ſacellum Deæ Viriplacæ, quod eſt in Palatio, veniebant, & ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur aſſecuta.

Viripŏtens, entis, o. g. *da marito*, ὡραία γάμου, nubilis, viro matura. *Labeo l. 63. ff. de donat. inter virum & uxorem:* Quod vir ei, quæ nondum viripotens nupſerit, donaverit, ratum futurum exiſtimo. *Papinian. l. 102 ff. de condic. & demonſtr.* Cum ea, priuſquam viripotens fieret, vita deceſſerit.

Viripŏtens, entis, o. g. qui viribus potens eſt. *Plaut. Perſ. c. 3. r.* Jovi opulento, inclyto, Ope gnato, ſupremo, valido, viripotenti.

Viritānus, a, um, adject. viritim diſtributus, ut viritanus ager, apud *Feſt.*

Viritim, adverb. κατ' ἄνδρα, per ſingulos viros, per ſingula capita. *Cic. in Brut. c. 14.* Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Tribunus Pl. legem de agro Gallico, & Piceno viritim dividendo tulerit, &c. *Id. 3. Tuſc. c. 20.* Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere liceat, ſed, ſi facias, partem petam. *Sueton. in Tiber. c. 76.* Dedit & legata pleriſque, plebi Romanæ viritim, & ſeparatim vicorum magiſtris. ¶ Interdum accipitur pro ſeparatim, ſeorſum. *Hor. l. 2. ep. 1.* Aut quid haberes, Quod legeret, tereretque viritim publicus uſus. *Sen. Nat. Quæſt. l. 5. c. 7.* De ventis in univerſum diximus, nunc viritim incipiemus illos diſcutere. *Curt. l. 7. c. 4.* Si quis viritim dimicare vellet, provocavit ad bellum.

Viror, oris, m. *verdura, color verde*, viriditas, color viridis, χλωρότης. *Pallad. in Jun. tit. 2.* Hordeum ſemimaturum, cui adhuc ſupereſt aliquid de virore, per manipulos ligabis. *Vopiſc. in Prob. c. 19.* Circus ad ſilvæ conſitus ſpeciem gratia novi viroris effronduit. *Apul. l. 2. Florid.* Pratorum virores.

Virōſus, a, um, φίλανδρος, viri appetens, ſicut mulieroſus, mulieris appetens. *Lucil. apud Non. c. 1. n. 80.* Vetulam, atque viroſam Uxorem cædam potius, quam caſtrem egomet me. *Afran. ibid.* Viroſa non ſum. & , ſi ſim, non deſunt mihi, Qui ultro dent, ætas integra eſt, formæ ſatis.

Virōſus, a, um, *fetido, puzzolente*, δυσώδης, fœtidus, graveolens, qui eſt mali odoris, vel mali ſaporis, a *virus*, quod modo venenum, modo ingratum odorem ſignificat. *Cato c. 157.* Et, ſi mulier ea lotio locos fovebit, nunquam viroſi fient. *Scribon. Larg. compoſit. 103.* Viroſiſſimum adverſus ſtomachum medicamentorum. *Id. compoſit. 163.* Viroſi odoris ſordes. *Celſ. l. 2. c. 21.* Viroſi piſces. *Virg. 1. Georg. v. 58.* At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus Caſtorea. Conſtat enim caſtoreum fœdi, & execrandi odoris eſſe, adeo ut prægnantes ejus olfactu ejiciant fœtum. *Servius* tamen ibi interpretatur venenata. Alii exponunt medicamentoſa, *medicinali*, qua ratione etiam *Nemeſian.* videtur uſurpaſſe in *Cyneget. v. 223.* Diſce igitur potus medicos, curamque ſalubrem. Tunc viroſa tibi ſumes, multumque domabis Caſtorea, attrito ſilicis lenteſcere cogens. quamquam nihil vetat, hoc quoque loco pro fœtido accipere. ¶ Tranſlate *Sidon. l. 5. ep. 7.* Aures viroſæ ſuſurronum fæce completæ.

Virtuōſe, adv. *virtuoſamente*, cum virtute. *Inſcript. apud Gruter. pag. 807. n. 3.* Quæ multis cum ſudoribus matura ætate vixit virtuoſe. Hanc tamen Inſcript. Eruditi ſpuriam exiſtimant.

Virtus, utis, f. *virtù*, גבורה, Ger. *tugend*, Gal. *vertu*, Hiſp. *virtud*, ἀρετὴ, cujuſque rei vigor, bonave diſpoſitio, quæ rem, cui ineſt, in ſuo genere bonam, perfectamve, ejuſque operationem excellentem reddit. *Cicero* ſic definit *l. 2. de Invent. c. 53.* Virtus eſt animi habitus naturæ modo rationi conſentaneus. *Id. l. 1. de Leg.* Eſt autem virtus nihil aliud, quam in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura. *Et lib. 1. Acad.* Quod autem abſolutum, id eſt virtus, quaſi perfectio naturæ. ¶ De ejus origine ita *Cic. 2. Tuſc. 18.* Atqui vide, ne, cum omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur, non ſit hoc proprium nomen omnium, ſed ab ea una, quæ cæteris excellat, omnes nominatæ ſint. Appellata eſt enim a viro virtus: viri autem propria maxime eſt fortitudo,

Digitized by Google

titudo, cujus munera duo maxima ſunt, mortis, dolorisque contemptio. ¶ Differt autem plurimum a probitate. Unde *Ovidius* probitatem in uxore agnoſcit, ut requiſit virtutem, quia non auderet pro marito apud Auguſtum, aut Liviam intercedere. Ita enim ſcribit *lib. 3. de Ponto el. 1.* Nota tua eſt probitas, teſtataque tempus in omne, Sit virtus etiam non probitate minor. ¶ Sæpe etiam accipitur pro fortitudine militari, & latius pro animi conſtantia in periculis, & rebus adverſis. *Caſ. l. 1. bell. Gall.* Perfacile eſſe, cum virtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. *Cic. l. 10. Fam. ep. 3.* Omnia ſumma conſecutus es virtute duce, comite fortuna. ¶ Per Synecdochen uſurpatur de quacunque hominis perfectione, tam corporis, quam animi, ſed præcipue animi. *Cic. 5. Fin.* Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur. *Id. 4. Phil.* Omnia alia falſa, incerta ſunt, caduca, mobilia, virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt, nunquam dimoveri loco. ¶ In hac acceptione virtutes animi ſive mentis varie dividuntur, ſed de his V. *Philoſophos.* ¶ Per Catachreſin dicitur etiam de beſtiis, de plantis, de lapidibus, & aliis rebus, pro ea vi, qua res, cujus eſt virtus, perfecta redditur, pro vi, facultate, proprietate rei cuiusque inſita. *Cic. 1. de Leg. cap. 16.* Nam nec arboris, nec equi virtus (in quo abutimur nomine) in opinione ſita eſt. *Quinctil. lib. 4. cap. 2.* Sunt quidem hæ, quas ſupra ſtatui, virtutes aliarum quoque partium. *Plaut. Mil. 3. 1. 133.* Sicuti merci pretium ſtatui, pro virtute ut veneat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro ope, auxilio. *Plaut. Mil. 3. 1. 8c.* Deum virtute eundem hoſpitio accipiam. ¶ Nonnunquam pro merito, ſeu præſtantia. *Plaut. Meſt. 1. 3. 17.* Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habeas. ¶ Ab antiquis virtus Dea putata eſt, cui templum dedicavere. Virtutis autem templum cum æde Honoris conjunctum fuit, ita, ut in hanc non niſi per illud pateret aditus. Quo commento hoc ſignificare voluerunt, veram, unicamque parandi honoris viam eſſe virtutem. *Cic. 2. de nat. Deor.* Vides Virtutis templum, vides a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Liguſtico a Q. Maximo dedicatum. *Et infra:* Ob eamque cauſam majorum inſtitutis Mens, Fides, Virtus, Concordia conſecratæ, & publice dedicatæ ſunt.

Virulentia, æ, fem. idem ac virus, hoc eſt nativus cujuſque rei, vitaliſque ſuccus, aut humor. *Tertull. in Apolog. cap. 8.* Panis quo ſanguinis virulentiam colligas. Alii leg. *ſuculentiam*. ¶ Item fœtor, graveolentia. *Sidon. l. 8. ep. 14.* Hæreticorum vos obtuliſſe virulentiam Chriſtus ſibi computat.

Virulentus, a, um, *velenoſo*, ἰώδης, qui eſt plenus veneno. *Gell. l. 16. c. 11.* Ut ſerpentium virulentorum domitores ſint.

Virus, i, n. *ſuga, umore, liquore*, ſuccus nativus & vitalis cujuſque rei, eſtque vox mediæ ſignificationis, ut notat *Servius ad Virg. Æn. 1.* hoc eſt tam in bonam, quam in malam partem uſurpari poteſt, quemadmodum *venenum*, quod eandem fere habet ſignificationem. *Servius* loc. cit. ait, eſſe indeclinabile nomen; ſed habet tamen genitivum *viri*, & ablativum *viro*. *Plin. lib. 9. cap. 50. de piſcibus:* Nec ſatis eſt generationi coitus, niſi editis ovis, inter ſe verſando viriles aſperſerint virus. *Id. lib. 8. cap. 51.* Virus verrinum e ſcropha a coitu exceptum. h. e. humor e genitalibus fluens. *Stat. lib. 1. ſil. 4. v. 104.* Jungam ipſe manum, atque omne benigne Virus, odoriferis Arabum quod doctus in oris, Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi. h. e. ſuccum herbarum, aliarumque rerum ſalubrem. *Lucret. lib. 2. v. 850. de olea ſucco:* Quem minime ut poſſit mixtos in corpore odores, Concoctoſque ſuo contactu perdere viro. ¶ In malam partem ponitur pro veneno interdum abſolute, ſæpius tamen cum addito, ut malum virus, noxium virus, veleno, ἰὸς, ἔχιδνα. *Virg. 3. Georg.* Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus. *Id. 1. Georg. v. 129.* Ille malum virus ſerpentibus addidit atris. *Plin. lib. 8. cap. 42.* Amatorium virus. hoc eſt medicamentum amorem inducens. Translate *Cic. de Amic. c. 23.* Ut non inquinat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. ¶ Item pro fœtore, graveolentia, *puzza, mal'odore*, δυσωδία. *Columel. l. 1. c. 5.* Nec paludem vicinam eſſe oportet ædificiis, quia calorihus noxium virus eructat. *Plin. l. 33. s. 15.* Prodeſt & ad virus alarum. *Id. l. 12. s. 12. de nardo.* Alterum ejus genus damnatur in totum, virus redolens. ¶ Item pro malo, aſperoque ſapore, ut de maris ſalſedine. *Lucret. l. 2. v. 475.* Linqui enim ſupera tetri primordia viri aſpera. Et de viribus ac ſpiritu vini. *Plin. l. 14. c. 20.* Ubi pigra lentas torpeat, virus addit.

Vis, vis, vim, vi, f. *virtù, forza, poſſanza*, ἰσχύς, δύναμις, robur, virtus, fortitudo, potentia, facultas, & tum proprie, tum per tranſlationem uſurpatur. *Cic. pro Domo c. 55.* Magna vis eſt in Deorum immortalium numine. *Id. 2. Off. cap. 6.* Magnam vim eſſe in fortuna in utramque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas, quis ignorat? *Ter. Adelph. 3. 4. 47.* Summa vi hanc defendam, atque illum mortuum. *Plin. lib. 4. ep. 7.* Hanc ille vim (ſive quo alio nomine vocanda eſt intentio quidquid velis obtinendi) ſi ad potiora vertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet! *Quintil. l. 1. cap. 10.* Ambitus habet apertam vim. hoc eſt aperta geritur, manifeſtus eſt. *Rurſus Cic. de Amic. cap. 4.* Vis amicitiæ eſt in animorum conſenſione, *l' amicizia conſiſte &c. Id. ibid. c. 38.* Vis ingenii. *Id. in Orat. cap. 3e.* Vis & natura verborum. *Id. Fam. 5. ep. 8.* Hæ literæ habent vim fœderis, *vagliono, come ſe foſſero una confederazione*. *Id. 1. Divin. cap. 33.* Quod oſtentum habuit hanc vim, ut Dionyſius paucis poſt diebus regnare cœperit, *l' effetto, che produſſe quel prodigio, fu, che &c. Idem in Top. cap. 8.* Ex vi nominis argumentum elicere. *Id. pro Rab. Poſth. c. 15.* Vis frigorum, *la violenza del freddo*. ¶ Vires in plurali numero, quod Grammaticorum alii a *vis* eſſe ajunt, alii negant, V. ſupra ſuo loco. ¶ Sæpe notat multitudinem, copiam. *Cic. pro L. Man. c. 9.* Sic Mithridates fugiens maximam vim auri, atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium reliquit. *Id. Q. Fr. l. 3. ep. 7.* Magna vis aquæ. *Liv. l. 29. cap. 36.* Vis frumenti ingens. ¶ Notat quoque injuriam, violentiam, quæ duplex eſt, alia a cœlo venit, alia ab hominibus: deinde injuria cœleſtis duplex item eſt, alia in tempeſtatibus poſita eſt, quæ dicitur *vis major*, alia, quæ fit ſilente cœlo, quæ *vis minor*. *Plin. l. 18. cap. 28.* Anni omnia autem duo genera eſſe cœleſtis injuriæ meminiſſe debemus. Unum, quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque ſimilia intelliguntur, quæ cum acciderint, vis major appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeunt, ut ſæpius diximus, velut Arcturo, Orione, Hœdis. Alia ſunt illa, quæ ſilente cœlo, ſereniſque noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt. Publica hæc, & magnæ differentiæ a prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero ſterilitatem. Hæc *Plin.* ex cujus verbis apparet, vim majorem eſſe, quam *Ulpianus* tempeſtatem calamitoſam appellat, *l. 15 conducti*, *ff. loc. & cond. Col. lib. 1. cap. 7.* Nam ubi ſedulo colitur ager, plerunque compendium nunquam, niſi ſi cœli major vis, aut prædonis inceſſit, detrimentum affert. ¶ Frequentius accipitur pro violentia, ſeu injuria cum impetu facta ab hominibus. *Virg. 2. Æn.* Fit via vi, rumpunt aditus. *Cic. pro Sex. cap. 17.* Quos homines ſi vi, armiſque ſuperaſſem, non verebar, ne quis aut vim vi repulſam reprehenderet, aut &c. *Id. pro Mil. cap. 4.* Vim vi defendere. *Id. Att. l. 2. ep. 2.* Vim alicui facere. *Id. Catil. 1. c. 8.* Vim alicui adhibere. *Id. Att. l. 9. ep. 14.* Vim & manus alicui inferre. *Idem 2. Fam. ep. 9.* Vim afferre alicui. *Velle. l. 2. c. 45. ad fin.* Inferre vim vitæ ſuæ, *darſi la morte*. *Cic. 2. de Fin. cap. 20.* Stuprare aliquam per vim, *per forza*. ¶ Hæc quoque vis, quæ ab hominibus provenit, duplex eſt, alia privata, alia publica: privata vis ea cenſetur, quæ a privato aliquo, & ſine armis infertur: publica vero, quæ cum armis: ideo autem hæc, quæ cum armis fit, publica dicitur, quia armorum uſu lege Julia tum in Urbe, tum in agro privatis hominibus interdictus erat, excepta venatione, vel itineris cauſa: proinde qui in vi facienda arma adhibuiſſet, non pro privato, ſed pro publico homine ſe geſſiſſe cenſebatur. *Juſtinian. Inſtitut. de interdict. §. 6. V. Manut. de legib. Rom.* ubi varias enumerat leges, quæ de vi diverſis temporibus latæ ſunt. *Cic. Att. lib. 2. ep. 24.* Reus erat apud Craſſum Vettius de vi. ¶ *Vis* in genitivo, & dativo ſingulari, itemque in accuſativo plurali parum eſt in uſu; non caret tamen exemplis. *Auctor dialogi de cauſis corrupt. eloquent. cap. 26.* Cum in magna parte librorum ſuorum plus vis habeat, quam ſanguinis. *Lucret. l. 2. v. 586.* multam vis poſſidet in ſe. *Salluſt. 3. hiſtor. apud Priſcian. l. 6.* Male aſſuetum ad omnes vis controverſiarum. *Hirt. de B. Afric. cap. 69.* Equitibus ſuis hoſtium vi oppoſitis. ¶ In Fabulis Vis ſeu Violentia eſt dea Stygis filia, apud *Heſiod. in Theogon.* Item Juno ſoror Jovis, & conjux. *Auſon. in Technopæg. de diis.* Et ſoror, & conjux fratris, regina deum Vis. *Virg. 7. Æn. v. 432.* pictaſque exure carinas. Cœleſtum vis magna jubet. Ubi *Servius:* Juno eſt vis deorum.

Viſcatus, a, um, *inviſchiato*, viſco oblitus. *Varro l. 3. de R. R. c. 7.* Quæ columbarii interficere ſolent, duabus virgis viſcatis defixis in terram, inter ſe curvatis. *Ovid. l. 1. de arte am. v. 391.* Non avis utiliter viſcatis effugit alis. ¶ Sumitur etiam tranſlate, ut viſcata, & hamata munera, quibus majora extrahuntur, quam quæ dantur. *Plin. ep. 30. l. 9.* Hos ego viſcatis, hamatiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.

Viſcĕra. Viſcus, eris.

Viſcellātus, a, um, adject. ex viſceribus avium piſciumque conditus, aut confectus. *Plin. Valer. lib. 1. cap. 24.* Piſces viſcellati. *Et lib. 2. cap. 17.* Viſcellatus pullus. ¶ Alii utroque loco corruptam lectionem putant.

Viſcerātim, adv. κατὰ σπλάγχνα, per ſingula viſcera. *Enn. apud Non. c. 2. n. 880.* Andromeda, diſſipat viſceratim membra.

Viſceratio, onis, f. κρεωδαισία, epulum, quod fiebat ex viſceribus, ſive carnibus immolatis, quæ diſtribuebantur inter eos, qui ſolemni alicui ſacrificio adeſſent, præcipue in Latinis feriis, vel in funere alicujus excellentis viri. Nam olim quoties victimam mactabant, vel convivium celebrare moris erat, vel e victima partem ad amicos mittere. Dicta eſt a viſceribus, quo nomine non ſolum inteſtina, ſed etiam totam carnem veteres intelligebant. *Servius in 1. Æn.* Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio: ut in Latinis viſceratio dabatur, id eſt caro. Hujuſmodi epulum deſcribit *Maro lib. 8. Æn.* Tunc lecti juvenes certatim, araque Sacerdos Viſcera toſta ferunt taurorum &c. *Cic. 2. Off. c. 16.* Prodigi, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu pecunias profundunt. *Sen. ep. 19.* Sine amico viſceratio, leonis, ac lupi vita eſt. *Liv. l. 8. c. 22.* Et populo viſceratio data a M. Flavio in funere matris.

Viſcerĕus, a, um, adject. viſcera habens. *Prudent. in Apotheoſ. v. 1025.* Cum vas componeret arve nondum viſcereo. Loquitur de primo homine e limo compoſitione, & *viſcereum* eorum intelligere videtur terrenum nondum vitalibus præditum viſceribus, nec animatum.

Viſcĭdus, a, um, idem ac viſcoſus. *Theodor. Priſcian. l. 1. cap. 2.* Viſcidum acetum. *Id. de diæta, s. 18.* Viſcidiores ſibi.

Viſcōſus, a, um, *viſcoſo, tenace*, γλισχρός, ἰξώδης, quod eſt tenax, ſi glutinoſum. *Pallad. l. 1. tit. 14.* Si quod alcio adhæret, fuerit molle, atque viſcoſum, conſtat albariis operibus convenire.

Viſcum, i, n. *viſchio*, Germ. *vogelleim*, Gal. *glu*, Hiſp. *liga*, *muerdago*, ἰξὸς, γλοιός, gluten aucupum, glutinum, quo aves capiuntur, ab Æolico ϝιξός, ſive ϝισκός, pro ἰξὸς, quod idem ſignificat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Proviſum etiam, ut, ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium, tanquam in viſco, inhæreſceret. *Plin. l. 16. cap. 44.* Hoc eſt viſcum pennis avium tactu ligandis, juglandi eum ſubactum, cum libeat inſidias moliri. ¶ Eſt & viſcum frutex, qui ex turdorum potiſſimum fimo ſuper arborum quorundam ramos delapſo, & a Sole cum humiditate quadam fermentata naſcitur, & viret per hyemem. *Virgil. 6. Æneid. verſ. 205.* Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos. *Plin. l. 16. cap. 44.* Quædam enim in terra gigni non poſſunt, & in arboribus naſcuntur. Namque cum ſuam ſedem non habeant, in aliena vivunt, ſicut viſcum. ¶ Druidæ viſcum venerati ſunt. *Plin. l. 16. cap. 44.* Non eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant Magos) viſco, & arbore, in qua gignatur, ſi modo ſit robur, ſacratius, &c. ¶ Tranſlate viſcum etiam antiqui rete vocabant, teſte *Nonio c. 4. n. 20.* nempe a tenacitate. *Varro ibid.* Lepidulis timentes hoc quadrangulum, dedunt ſe in rete, ſic ſugere viſcum nequiverunt, lineamque compedem. Huc trahi poſſe videtur & illud *Virgil. 1. Georg.* Tum laqueis captare feras, & fallere viſco Inventum, ſi magnos canibus circundare ſaltus.

Viſcus, i, m. idem ac viſcum. *Plaut. Bacch. 1. 1. 16.* Viſcus merus veſtra blanditia eſt.

Viſcus, eris, n. *viſcera, carne*, בשר, Germ. *ein geweid*, Gal. *entrailles*, Hiſpan. *entrañas*, σπλάγχνον, inteſtinum, ut cor, jecur, pulmo, lien. Sed generatim accipitur pro carne, quæ eſt inter oſſa, & cutem. *Servius in 1. Æn.* Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub cutio, ut in Latinis viſceratio dabatur, id eſt caro. Eſt autem nominativus hoc viſcus, hujus viſceris: ut *Lucret. l. 1. v. 837.* Viſcus gigni, ſanguenque creari. *Id. in 9. Æn.* Viſcus, quicquid ſub cute. *Cicer. 2. Tuſcul.* Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multis a viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam, ut, cum ibi eſſem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem. *Ovid. 15. Metam.* De putri viſcere paſſim Florilegæ naſcuntur apes. *Sueton. in Vitellio, c. 13.* Quia inter altaria ibidem ſtatim viſcera, & farra pene rapta e foco manderet. ¶ Per Synecdochen ponitur pro toto animali, ac præſertim pro filio. *Ovid. ep. 11.* Diripiunt avidæ viſcera noſtra feræ. *Id. l. 2. Am. el. 14.* Veſtra quid effoditis ſubjectis viſcera telis? In illas quæ abortivos faciunt. ¶ Tranſlate dicitur de terra, pro partibus penitioribus, ſeu interioribus. *Ovid. Met. 1. v. 138.* Nec tantum ſegetes, alimentaque debita dives Poſcebatur humus, ſed itum eſt in viſcera terræ. *Virg. 3. Æn.* Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis Erigit eructans. ¶ Denique de quacunque parte intrinſeca. *Cic. 1. Catil. c. 13.* Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis, atque in viſceribus Reipublicæ. *Id.*

c. de

Tuatim, adv. tuo more, prout ſoles, a *tuus*. *Plaut. Amph.* 2. 1. 4. Ecce rem jam tuatim facis.

Tuba, æ, f. *tromba*, שופר, Ger. *trommet*, Gal. *trompette*, Hiſp. *trompeta*, *anafil*, σάλπιγξ, inſtrumentum incurvum ex ære, argento, vel alia materia uſitatum præcipue in bello, cujus ſonitu milites, equique ad prælium inflammantur, ita dictum quia tubum refert, ideſt canalem teretem, ac concavum, quo aqua ducitur. *Cic.* 2. *Catil. c.* 6. Cum tubas, cum ſigna militaria, cum aquilam illam argenteam ſcirem eſſe præmiſſam. *Auct. ad Her. l.* 4. In concione de virtute loqueris, in prælio per ignaviam tubæ ſonitum perferre non potes. ¶ Tuba ænea inventa fuit *a Piſeo Tyrrheno*. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Translate *Cic. Fam.* 6. *ep.* 13. Tuba belli civilis. h. e. auctor, concitator. ¶ Poetica tuba ponitur pro poeſi, & carminibus, præſertim heroicis. *Prudent. hymn. ante cib. v.* 8. Quæ veterum tuba, quæve lyra. *Martial. l.* 8. *epigr.* 3. Dum tua multorum vincat avena tubas. ¶ Item pro oratorum grandiloquentia. *Sidon. l.* 4. *ep.* 3. Tuam tubam totus orbis jure venerabitur. ¶ De diſcrimine inter tubam, & buccinam V. *Buccina*.

Tubantes, m. 3. pop. Germaniæ, ubi hodie Ducatus Weſtphaliæ ex parte, tempore Cæſaris, & poſtea Marſis juncti, aut parum diſcreti ſedibus, quorum opp. Benthemum, *Benthem*. Secundum *Pyramium*, & *Ferrarium* eorum regio fuit *Twent*, in Tranſiſalana, apud Friſiæ, & Weſtphaliæ confinia, in qua Almeloa, & Ghuria opp. una cum Saliis veteribus, & Marſis.

Tubarius, ii, m. qui tubas facit, σαλπιγγοποιός. *l.* 6. *Dig. de jure immunit.* Tubarii, cornuarii, arcuarii.

Tuber, eris, n. *tumore*, *gonfiamento*, ὄγκος, tumor, ſive callus in quocunque corpore eminens, a *tumeo*, ut *faber a facio*. *Ter. Adelph.* 2. 2. Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Quidam putant, hic adjectivum eſſe. Sed falluntur. Sententia enim eſt: caput eſt totum tumor. *Plin. l.* 8. *c.* 18. Tubera bina in dorſo habent cameli. ¶ Translate *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 73. Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Poſtulat, ignoſcat verrucis illius, h. e. majoribus vitiis. ¶ Nec ſolum tuber dicitur de tumore in corpore animalium, ſed etiam de callo præduro in arboribus eminente, de duritie illa in arboribus vertente ad nodi ſimilitudinem. *Plin. l.* 16. *c.* 16. Reperitur & in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat. ¶ Tuber quoque dicitur callus quidam terræ, ſeu fructus, qui ſub terra naſcitur, ſiccis in locis, ſine ullo caule proveniens, nulliſque radicis nixus capillamentis, vulgo *tartuffo*, ſeu *tartuffola*, שמור, Ger. *bole*, Gal. *truffes*, *boffe*, Hiſp. *turmadera*, ὕδνον. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Tubera hæc vocantur, undique terra circumdata, nulliſque fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec utique exuberante loco, in quo gignuntur, aut rimas agente, neque ipſa terræ cohærent. Sicci hæc fere, & ſabuloſis locis, fruticoſiſque naſcuntur. Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere, &c. *Id. c.* 3. De tuberibus hæc traduntur peculiariter, cum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc naſci, & maxime a tonitribus, nec ultra annum durare, teneriima autem verno eſſe, &c. ¶ Hoc cibi genus in deliciis cœnarum fuit apud veteres, præſertim quod ex Africa advehebatur. *Juven. ſat.* 5. *v.* 116. poſt hunc tradentur tubera, ſi ver Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas Majores: tibi habe frumentum, Alledius inquit, O Libye, disjunge boves, dum tubera mittas.

Tūber, ĕris, f. arbor ex malorum genere. *Col. l.* 11. *c.* 2. Poſſunt etiam his diebus ceraſi, & tuberes, & armeniacæ, atque amygdalæ, cæteræque arbores, quæ primæ florent, inſeri commode. *Plin. l.* 15. *c.* 14. Peregrina ſunt zizipha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venere in Italiam. Hæc ex Africa, illa ex Syria.

Tūber, eris, m. fructus tuberis arboris. *Suet. in Dom. c.* 16. Oblatos tuberes ſervare juſſit in craſtinum. *Plin. l.* 15. *c.* 14. Tuberum duo genera: candidum, & a colore ſericum dictum. Pene peregrina ſunt in uno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellantur, &c.

Tuber terræ, σαλκάμινος, herba folia habens minora, quam hedera, nigrioraque, & tenuiora, ſine angulis, in quibus albicant maculæ, caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum videri poſſit, cortice nigro. Naſcitur in umbroſis. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

Tubĕrans, antis, partic. *protuberante*, tuber faciens. *Apulej. l.* 2. *Metam.* Roſa ſoluta in ſinu tuberante.

Tubercŭlum, i, n. *picciola protuberanza*, ὀγκίδιον, exiguum tuber. *Plin. l.* 11. *c.* 11. Apes regiæ veruunt tuberculo eminentes. *Col. l.* 7. *c.* 5. Seu cum idem locus tuberculum habet.

Tuberōſus, a, um, adject. *protuberante*, *pieno di tumori*. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 49. Tuberoſus campus. *Petron. in Satyr.* Calvæ tuberoſiſſimæ frontis.

Tubĭcen, inis, m. *trombettiere*, *trombetta*, σαλπιγκτής, qui tuba canit. Tubicinum uſus fuit præcipue in militia. Hi enim ad prælium vocabant milites, & rurſum receptui canentes, revocabant. *Veget. l.* 2. *c.* 7. Tubicines, cornicines, & buccinatores, qui tuba, vel æreo cornu, vel buccina committere prælium ſolent. *Sen. ep.* 79. Nec tubicen prædicationi nominis noſtri ſilentium faciens. ¶ In funeribus quoque adhibiti ſunt tubicines, qui canerent. Hinc de eo, qui deſperatæ ſalutis ſit, proverbio dicimus, *licet ad tubicines mittas*. h. e. funus tuum parare tibi potes, jam jam moriturus. *Petron. in Satyr. c.* 85. Si idem frigus genua, manuſque tentaverit tuas, licet ad tubicines mittas. ¶ De diſcrimine inter tubicinem, & cornicinem V. in *Æneator*. ¶ Tubicines item fuere Sacerdotes, qui tubis luſtrandis ſacrificabant. *Feſtus*: Tubicines etiam ii appellantur, qui Sacerdotes viri ſpecioſi publice ſacra faciunt tubarum luſtrandarum gratia.

Tubiluſtrium, ii, n. feſtum, quo tubarum luſtratio fiebat. *Varro l.* 5. *de L. L.* Tubiluſtrium, quod eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrabantur. Adde *Feſtum*. Fiebat autem ea luſtratio agna, ut ex Faſtis colligitur, idque 10. Cal. Aprilis, ideſt die 23. Martii, & 10. Junii, id eſt die 23. Maii. Id cernere eſt in Calendario. Item e Faſtis cognoſcitur. *Ovid.* 3. *Faſt.* Summa dies e quinque tubas luſtrare canoras Admonet, & forti ſacrificare Deæ. *Id. l.* 5. *v.* 725. Proxima Vulcani lux eſt, tubiluſtria dicunt, Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Tubularius, ii, m. qui tubulos facit. *Ammian. l.* 28. *c.* 1. Obſcuriſſime natus eſt patre tubulario. Alii leg. *tabulario*.

Tubulatio, onis, f. diſpoſitio alicujus rei in modum tubuli, excavatio. *Apulej. l.* 2. *Florid. poſt med.* Flexa tubulatione ligulæ.

Tubulatus, a, um, cavatus ad effigiem tubuli. *Plin. l.* 9. *c.* 36. Alterum purpura vocatur cuniculatim procurrente roſtro, & cuniculi latere introrſus tubulato, qua profertur lingua.

Tubŭlus, i, m. *cannellino*, Ger. *teuchelen*, Gal. *petit tuyau*, Hiſp. *canonzilla*, σωλήνιον, αὐλίσκος, canaliculus, ſeu fiſtula minor, dim. a *tubus*. *Varro l.* 3. *de re ruſt. c.* 8. Inde enim aliquas colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor adventitius tranſire poſſit. ¶ Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace aſcendens primum parietem, deinde & locum vicinum calefaciebat. *Proculus l.* 13. *Dig. de ſervit. urb.* Non licet tubulos habere admotos ad parietem communem, quod per eos flamma torretur paries.

Tuburcinabundus, a, um, adject. avide comedens, vorax. Vox eſt *Catonis*, & tanquam nimis vetuſta rejicitur a *Quintil. l.* 1. *c.* 6.

Tuburcinatus, a, um, eſus, devoratus, partic. a *tuburcinor*. *Apul.* 6. *Met.* Prandio raptim tuburcinato.

Tuburcĭnor, aris, d. 1. λαφύσσω, raptim comedo, ut *Non. c.* 2. *n.* 851. *interpretatur*. *Titin. ibid.* Tuburcinari ſine me vultis reliquias. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 42. Tuburcinari de ſuo, ſiquid eſt domi.

Tubus, i, m. *canna*, *cannone*, *doccione*, צנור, Ger. *teuchel*, Gal. *tuyau*, Hiſp. *arcaduz*, σίφων, αὐλός, canalis teres, & concavus, ſeu fiſtula major, qua aqua ducitur. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Piceæ, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur. ¶ Translate *Martial. l.* 11. *ep.* 62. Modo qui per omnes viſcerum tubos ibat.

Tucca, æ, m. 1. vir eruditus, Auguſti temporibus, Virgilio amiciſſimus, & ex parte teſtamenti hæres, cui Auguſtus una cum Vario, & Plotio Æneidem, quam cremari Poeta teſtamento juſſerat, ea lege dedit emendandam, ut nihil adderet. *Servius*.

Tucĕtum, i, n. genus farciminis ex ſuillis carnibus, vel carnibus minutatim conciſis, & omento, vel reticulo veſtitis, factum coctumque in ſartagine ex oleo, vel butyro. *Vetus Perſii Scholiaſtes*, tuccete, ait, eſſe carnes bubulas craſſis condimentis conditas, quas toto anno ſervant Galli Ciſalpini. *Veteres Gloſſæ*. Tucetum, ζωμὸς παχύς. *Fulgentius de Priſc. ſerm.* eſcas regias dici ait. Ex quo ſcriptorum varietate colligere poſſumus, varii generis tuceta eſſe, pauperiorum quidem vulgaria, & ex vili conditura, ditiorum vero, & guloſiorum magis exquiſita. *Perſ. Sat.* 2. *v.* 42. Grandes patinæ, tucetaque craſſa. *Apulej. l.* 2. *A. A.* Tucetum perquam ſapidiſſimum.

Tuder, ĕris, n. *Todi*, col. & urbs Umbriæ, in colle, apud Tiberim fl. media inter Peruſiam, & Narniam 20. M. P. patria S. Martini Papæ. *Sil. l.* 6. *verſ.* 644. Excelſo ſummum qua vertice montis Devexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis &c. Adde *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Tudens, tis, adject. qui eſt ex Tuderti oppido. *Silius l.* 4. *v.* 222. Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem. *Id. lib.* 8. *v.* 463. haud parci Martem coluiſſe Tudertes.

Tudes, itis, m. σφῦρα, malleus, ab antiquo *tudo* pro *tundo*, quomodo & *frago*, pro *frango*, & *pago* pro *pango* dicebant veteres. *Feſtus*. Tuditas malleos appellabant antiqui a tundendo. Inde Attejus Capito exiſtimat Tuditano cognomen inditum, quod caput malleoli ſimile habuerit.

Tudicŭla, æ, f. machina lignea, qua tunduntur oleæ, a *tudo* pro *tundo*. *Col. l.* 12. *c.* 52. Eſt & organum erectæ tribulæ ſimile, quod tudicula vocatur, idque non incommode opus efficit, niſi quod frequenter vitiatur, & ſi baccæ plaſculum injeceris, impeditur.

Tudicŭlo, as, a. 1. commoveo, miſceo, agito, ductum a tudicula, quæ in veterib. *Gloſſ.* exponitur cochlear, quo cibi in cacabis miſcentur. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 844. Haccine nobis tibive tudiculaſſe. *Apic. l.* 5. *c.* 2. Cum bene ferbuerit, tudiculabis, & in mortario teres.

Tuditanus, i, m. cognomen M. Sempronii, qui fuit Conſul cum C. Claudio Centhone anno U. C. 513. Dictus fuit a *tudes*, quod caput malleoli ſimile habuerit, ut ſcribit *Feſtus*. Ab illo deinceps Sempronii dicti ſunt Tuditani.

Tudito, as, a. 1. proprie eſt malleolo impellere, ac protrudere, ſed generatim notat propellere, protrudere, aut extundere, a *tudes*. *Feſtus*: Tuditantes, tundentes negotium ſignificare ait *Cincius*, ideſt agentes. Ennius libro ſecundo: Hæc inter ſe tota vi tuditantes. *Lucret. l.* 3. *v.* 395. Et quantis intervallis tuditantia poſſint Concurſare, coire, & diſſultare viciſſim. Adde *eund. l.* 2. *v.* 1141.

Tuendus, a, um, φυλακτέος, particip. vel gerund. paſſivæ ſignificationis a *tueor*. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Totus eſt nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus. *Id.* 3. *Verr.* Ædem Caſtoris P. Junius habuit tuendam.

Tuens, entis, m. 3. partic. a tueor. *Cic.* 2. *de Leg.* Sed æqualis illius cœlum, atque terras tuentis, & regentis Dei. *Virg. Ecl.* 3. tranſverſa tuentibus hircis.

Tuĕo, es, 2. a. idem quod tueor, defendo. *Inſcript. apud Fabrett. pag.* 498. per ſuperos, qui eſtis, oſſa mea tueatis.

Tuĕor, eris, tuitus ſum, d. 2. *guardare*, *vedere*, נצר, Ger. *ſchirmen*, Gal. *garder*, Hiſp. *guardar*, ὁράω, θεωρέω, proprie, ac primo notat videre. *Virg.* 1. *Æn. v.* 717. ardeſcitque tuendo. *Id.* 4. *Æn. v.* 362. Talia dicentem jamdudum averſa tuetur. ¶ Quoniam vero quæ aſpicimus, ea ſæpe aſſervamus, & quæ aſſervare volumus, ea jugiter aſpicimus, hinc metonymice, ſeu metaleptice ponitur pro ſervare, conſervare, defendere. *Cic. pro Dejot. c.* 8. Sed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrociniis tueretur. *Liv. l.* 5. *c.* 4. Tueri familiam, *mantenere*. *Quintil. Declam.* 1. Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam. *Nepos in Att. c.* 21. Valetudinem tueri. *Id. in Phoc. c.* 1. Tueri paternam gloriam. ¶ Interdum eſt alere. *Scævola l. ult. ff. de in rem verſo*. Sine quibus aut ſe tueri, aut ſervos paternos exhibere non poſſet. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Cajus l. conſilio. ff. de curatoribus furioſo dandis*. Conſilio, & opera curatoris tueri debet non ſolum patrimonium, ſed & corpus, & ſalus furioſi. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 1. In quis a ruſticis Romani alebantur, & in bello ab eis tuebantur.

Tufa, æ, f. genus vexilli militaris. *Veget. l.* 3. *c.* 5. Aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ, tufæ. Al. leg. *rufa*, alii *tuba*, ut notat *Lipſ. l.* 4. *de milit. Rom. Dial.* 5.

Tugurĭŏlum, i, n. καλύβιον, parvum tugurium. *Apul. l.* 4. *Mileſ.* Perfracto tuguriolo.

Tugurium, ii, n. *tugurio*, *capanna*, סכה, Ger. *bauerenhaus*, Gal. *butte*, Hiſp. *choça*, καλύβη, caſa ruſtica, ex leviore materia excitata, arundine, aut ulva paluſtri, aut palea tecta. *Pompon. de verb. ſign. l.* 180. Tugurii appellatione omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ conveniat, quam urbanis ædibus, ſignificatur. *Virg. Ecl.* 1. Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. *Col. l.* 12. *c.* 15. Eriguntur inter ſe acclives teſtudineato tecto, more tuguriorum.

Tuguriuncŭlum, i, n. tuguriolum. *Hieronym. in vita Hilarion.* Tuguriunculum, quod junco, & carice texerat.

Tuitio, onis, f. *difeſa*, *conſervazione*. *Cic. in Top. c.* 23. Natura partes habet duas, tuitionem ſui, & ulciſcendi jus.

Tuitus, partic. a tueor. V. *Tueor*.

Tulingi, m. 2. pop. Germaniæ ſup. verſus fontes Danubii, & Nicri fl. ſeu inter Brigantinum lac. & Abnobam M. ubi hodie Comitatus Nellemburgenſis, & Furſtenbergenſis, in Suevia Meridionali, Rauracis, & Latobricis finitimi, quorum opp. *Stulingen*, ad Danubium. *Cluverius* eos ponit inter geminos Rhenorum confluentes, ſupra Curiam, & lac. Brigantinum, ubi hodie pars Rhætorum.

Tullia, æ, f. nomen muliebre Romanum. Tullia filia Ser. Tullii, uxor fuit Tarquinii ſuperbi, quæ ſuper interfecti patris corpus carpento vehi non dubitavit. *Liv. l.* 1. *c.* 46. ¶ Tullia, filia M. Tullii Ciceronis, de qua ſæpe in *Epiſt. Fam.* Hanc blandiendi cauſa ſæpe etiam Tulliolam appellat.

Tumulus, i, m. *monticello*, תל, Ger. *hugel*, Gal. *tertre*, *monceau*, Hiſp. *cerro*, λόφος, colliculus e terra omnibus eminens, a *tumeo*. *Caſ. l. 1. B. G. c. 43.* Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis. *Virg. 2. Æn. v. 713.* Eſt urbe egreſſis tumulus. ¶ Aliquando ponitur pro ſepulcro, quia ibi coacervari terra conſuevit. *Virg. 3. Æn. v. 321.* O felix una ante alias Priameïa virgo Hoſtilem ad tumulum Trojæ ſub mœnibus altis Juſſa mori. *Cic. pro Arch.* Cum Alexander in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet. ¶ *Tumulus honorarius*, eſt cenotaphium, hoc eſt vacuum ſepulcrum, quod in mari ſubmerſo, eique, cujus corpus haberi non poterat, erigi ſolebat. *Suet. in Claud. c. 1.* Cæterum exercitus ei honorarium tumulum excitavit, circa quem, &c.

Tun'? pro Tune. *Ter. Eun. 1. 2. 6.* Hem, tun' eras? *eri ſurſo eu?*

Tunc, *allora*, τότε, eo tempore. Dicitur de futuro, & præterito tempore. *Virg. 4. Æn.* Tunc decuit, cum ſceptra dabas. *Cic. 7. Phil.* Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen juſta: nunc nulla eſt. *Horat. de ar. Poet. v. 103.* tunc tua me infortunia lædent. ¶ Interdum ei additur genitivus *temporis*. *Juſtin. l. 1. c. 4.* Sed de gente obſcura tunc temporis Perſarum Cambyſi mediocri viro in matrimonio tradidit. ¶ Cum verbo præſentis temporis, *Stat. 3. Theb. v. 81.* nam me tunc liberum curis Virginitas, annique tegunt.

Tundo, is, tutudi, tuſum, & tunſum, a. 3. *percuotere*, *battere*, *peſtare*, בתש, Ger. *ſtampffen*, Gal. *frapper*, *broyer*, Hiſ. *tundir*, κόπτω, ἀλοάω, κροάω, percutio, pulſo, ab antiquo *tudo*, unde *tudes*, & *tuditare*. *Diomedes* docet, hoc verbum habere duplex præteritum, & duplex ſupinum, ſcil. *tutudi*, *tuſum*, *tunſi*, *tunſum*. *Tutudi* affertur etiam a *Varr. l. 8. de L. L.* cujus quidem penultima plerumque brevis eſt, ut ex compoſitis patet. producit tamen *Ennius* apud *Priſcian. l. 10.* in *Contudit*. *Plaut. Aſin. 2. 1. 14.* Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? *Cic. 7. Verr. c. 54.* Cum illi nihilominus jacenti latera tunderentur, ut aliquando ſpondere ſe diceret. *Ovid. 1. de ar. v. 535.* Tundere pectus. ¶ Translate dicitur de verbis, pro iterare, ſæpius idem repetere. Et eſt translatio ſumpta a malleo fabrorum ſæpe percutiente. *Ter. Hec. 1. 2.* Tundendo, atque odio denique effecit ſenex. ¶ *Tundere aſſidue eandem incudem*, proverbialiter dicitur, pro indefatigabili aſſiduitate in aperit alicujus ſtudio perſeverare, Metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus, atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. *Cic. 2. de Or. c. 39.* Ego autem ſi quem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam aſſiduis, uno opere eandem incudem diem, noctemque tundentibus. ¶ *Tundere aures*, eſt obtundere, ſæpe idem repetendo. *Plaut. Pœn. 1. 3. 25.* Pergin' aures tundere? Participia *tunſus*, & *tuſus* V. ſuis locis.

Tunica, æ, f. *tonica*, *tonaca*, כתנת, Ger. *underrock*, Gal. *tunique*, *ſayo*, Hiſp. *ſayo*, *haberal*, χιτών, veſtis interior apud Romanos, cui toga ſuperinduebatur, qua tum viri, tum mulieres utebantur, reſpondetque ei quæ ab Italis dicitur *ſott' abito*, *camiciuola*, *ſottana*. *Varro l. 4. de L. L.* cenſet eſſe vel a tuendo, vel ab induendo. Inquit enim: Tunica ab tuendo corpore: tunica ut induca. *Cic. 2. de Orat.* Diloricare tunicam, & judicibus cicatrices adverſas oſtendere. ¶ Tunica anguſtior, & brevior, quam toga, fuit, ac primum ſine manicis, deinde manicata, ac cinctu conſtricta eſt: de ejus longitudine ita *Quinctil. l. 11. c. 3.* Cui laticlavi jus non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paululum, poſterioribus ad medios poplites uſque perveniant. Nam infra mulierum eſt, ſupra centurionum. ¶ Tunicæ manicatæ, & talares, ideſt uſque ad talos demiſſæ, ſuere mulierum propriæ: in viris ſemper probro objectæ ſunt. *Gell. l. 7. c. 12.* Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & uſque in primores manus, ac prope in digitos Romæ, atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo noſtri χειριδωτοὺς appellaverunt. Fœminiſque ſolis veſtem longe lateque diffuſam decere exiſtimaverunt ad ulnas, cruraque adverſus oculos protegenda. Viri autem Romani primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt, poſtea ſubſtrictas, & breves tunicas citra humerum deſinentes habebant. Quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli filius P. Sulpicio Gallo homini delicato inter pleraque alia, quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Hactenus *Gell. Cic. in Catil. c. 20.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. *Virg. 9. Æn.* Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Romani diu tunica caruerunt, ſola toga amicti, ut apparet ex *Gellii* verbis. Poſtquam vero tunica introducta eſt, eam fere ſemper, & ubique geſtabant, una cum toga. Sed in exercitationibus togam ponebant, tunicam retinebant. *Plutarchus* ſcribit, Catonem majorem per hyemem tunica exomide ſumpta, per æſtatem nudum opus in agro perfeciſſe. Dixi *fere ſemper*. Nam tunicam multi & privati, & in Magiſtratu omiſerunt. Teſtis eſt Acro, qui rationem reddens, cur *Horatius* Cethegos cinctutos *dixerit*, *ſic inquit*: Cinctuti Cethegi tunicas non gerebant, ſed pro tunica cinctum, vel campeſtre ab umbilico ad pedes, reliquo corpore exerto, & nudo, niſi toga tegerentur. Etiam Candidati ſine tunica cum toga candida prenſabant, ut *Plutarchus* ſcripſit in *Catoniano*. *Pedianus* Catonem jus dixiſſe, cum eſſet Prætor, ſine tunica, campeſtri ſub toga cinctum notavit, eumque morem repetiiſſe ex ſtatuis Romuli, & Camilli ætate factis. Contra plebecula, præſertim turba forenſis (item ruſtici in agris) tunica uſa eſt ſine toga, aut pallio. Hinc *Horatius l. 1. ep. 7.* populum tunicatum vocat. Vilia vendentem tunicato ſcruta popello. ¶ Tunica duplex fuit, *recta*, & *clavata*. Recta tunica dicebatur, quæ erat ſine clavis. Inventa eſt a Tanaquile uxore Tarquinii Priſci, teſte *Plin. l. 8. c. 48.* Tunica clavata fuit, quæ clavos purpureos intextos habuit. Hæc rurſus duplex erat: alia clavos purpureos latos intextos habebat, alia anguſtos, illa dicebatur *latus clavus*, & *tunica lati clavi*, hæc *anguſtus clavus*, & *tunica anguſti clavi*. Tunica lati clavi habuit originem a Tullo Hoſtilio, ut eſt apud *Plin. l. 9. c. 39.* Hujuſmodi tunicarum varietas Ordines C. R. diſtinxit. Nam Senatores, & Equites tunicam clavatam induerunt, Plebs rectam, & ſine clavis: deinde latus clavus fuit Senatorum, atque ampliſſimi Ordinis inſigne, anguſtus clavus fuit proprius Equitum Romanorum. Itaque *Ovidius* oſtendens ſibi defuiſſe Senatoriam dignitatem, loquit e. *Triſt. el. 10. v. 35.* Curia reſtabat, clavi menſura coacta eſt. *Lamprid. in Alexandro*: Tum ſatis eſſe conſtituit, ut Equites Romani a Senatoribus clavi qualitate diſcernerentur. Hinc Senatores *laticlavii*, Equites Romani *anguſticlavii* dicti. V. *Clavus*. ¶ Etiam Sacerdotes tunica lati clavi utebantur. Imo & præcones hanc tunicam ultimis temporibus induerunt, ut ſcribit *Plin. l. 33. c. 1.* ¶ Poſtquam Romani plures tunicas adhibere cœperunt, ea propria tunica dicta eſt, quæ ſub toga induebatur; nam quæ carni adhærebat, induſium, & ſubucula vocabatur; & induſium quidem muliebre, ſubucula vero virilis, ut notant *Manut.* & *Ferrar.* locis infra citandis ex *Varr. Non.* & aliis, quamquam interdum omnes veſtes, quæ ſub toga ſunt, *tunicæ* nomine veniunt, ut ex *Ovid. l. 1. & 3. de art. am.* conſtat. ¶ Tunica porro carni adhærens (tunica enim vocatur ab eodem *Ov. 2. Faſt. v. 547.*) ex lino fuit, eſtque eadem cum ea, quæ *camiſcia* Italice dicitur. Legitur autem linea tunica apud *Lampr. in Alex.* & *Vopiſc. in Aurel.* Plura de tunicis V. apud *Manut. de quæſit. per epiſt. par. 1. ep. 2.* & *Ferrar. rote l. 3. par. 1. de re veſtiar.* ¶ Tunica palmata dicta eſt, quæ palmas habebat intextas, fuitque propria victorum, & triumphantium. *Liv. l. 30. c. 15.* Maſiniſſam toga picta, & palmata tunica donat. V. *Manut. loc. cit.* Eadem dicitur *Tunica Jovis* a *Juvenal. ſat. 10. v. 38.* tum quia tali habitu Jupiter Capitolinus indutus erat, tum quia triumphaturi eam ex Capitolio ſumebant. V. *Pictus*. ¶ De tunica moleſta V. *Moleſtus*. ¶ *Tunica pallio propior*, proverbium eſt, quo ſignificatur, ex amicis alios eſſe nobis magis devinctos, quorum major habenda ratio ſit, quemadmodum tunica propior eſt corpori, quam pallium, quod tunicæ ſuperinjicitur. *Plaut. Trinum. 5. 2. 30.* Hunc priorem æquum eſt me habere: tunica pallio propior. ¶ Translate tunica ponitur pro membrana. *Plin. l. 11. c. 37. de oculis*: Tenuibus membranis eos natura compoſuit, calloſis contra frigora caloreſque in extremo tunicis, quas ſubinde purificat lacrymationum ſalivis. Sic teſticulorum tunicæ, apud *Celſ. lib. 7. c. 24.* ¶ In arboribus tunica dicitur liber interior poſt corticem. *Virg. 2. Georg. v. 75. de gemmis arborum*: Et tenues rumpunt tunicas. Eodem modo *tunica lupini*, eſt folliculus lupinum involvens apud *Juvenal. ſat. 14. v. 153.* ¶ Denique tunica uſurpatur pro velamento abſceſſus, ſeu tumoris in aliqua corporis parte. *Celſ. l. 7. cap. 2.*

Tunicatus, a, um, χιτωνοφόρος, qui ſola indutus eſt tunica, hoc eſt qui nullam tunicæ ſuperinduit togam, cui opponitur *togatus*, quales fuere pauperiores apud Romanos, præſertim turba forenſis, denique etiam divites, cum ſe ſe exercebant. *Cic. pro Cœl. c. 5.* Ut exercitatione, ludoque campeſtri tunicati uterentur. *Hor. l. 1. ep. 7.* Vilia vendentem tunicato ſcruta popello. ¶ Metaleptice ſumitur pro indocto, imperito. Sic *Tacitus in Dial. de Or. c. 7.* vulgus imperitum appellat populum tunicatum. ¶ Translate *tunicatam ſæpe* dixit *Perſ. Sat. 4. v. 3* h. e. multa involucra, ſeu multas tunicas habens. ¶ Tunicata quies eſt, quæ habetur ruri, ubi togis depoſitis, tunicati homines liberius vivunt. *Martial. l. 10. epigr. 51.* O ſoles! o tunicata quies!

Tunico, as, a. 1. *veſtire*, χιτωνίζω, tunica aliquem induo. *Varro apud Non. c. 2. n. 873.* Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque hominum.

Tunicula, æ, f. parva tunica. *Plaut. Rud. 2. 6. 65.* Redactus ſum ad hanc uſque unam tuniculam. ¶ Translate *Plin. l. 26. c. 12.* Morbum regium in oculis præcipue mirari eſt, tenuitatem illam tunicularum fella ſubeunte. h. e. membranarum.

Tunſus, a, um, nom. particip. a tundo, *battuto*, *percoſſo*, *peſtato*. *Virg. 1. Æn. v. 481.* Et tunſæ pectora palmis. *Id. 4. Georg. v. 265.* Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem.

Tuntobriga, f. 1. urbs Calleicorum Bracarienſium in Hiſpania Tarr. in Portugallia, in prov. Traoſmontana, in ruinis jacens, cujus manet tantum vicus *Bargua de Regoa*, ad Tuelam fl.

Tuor, eris, tuitus ſum, d. 3. *vedere*, הביט, Germ. *ſehen*, Gall. *voir*, Hiſp. *mirar*, ὁράω, idem ac tueor, apud veteres, quod proprie notat aſpicere, contemplari, & metonymice ſervare, defendere. *Feſtus*: Tuor video, tueor defendo, in uſu olim fuit: Sed jam promiſcue utuntur, & ponitur tueor pro video, & contueor pro defendo.

Tuor, oris, m. *viſta*. *Apulej. de Deo Socrat.* Fila tenuia uſque adeo, ut radios noſtri tuoris raritate tranſmittant.

Turba, æ, f. *turba*, *turbamento*, ריב, Ger. *unordnung*, Gal. *trouble*, *bruit*, Hiſp. *turba*, τύρβη, perturbatio cœtus, five multitudinis, ut rixa duorum. *Ul. l. Prætor ait ff. vi bonorum raptorum, & de turba*: Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiſerint, utique non accipiemus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Enimvero ſi plures fuerint, decem puta, aut quindecim homines, turba dicetur. Quid ergo, ſi tres, aut quatuor? turba utique non erit. Et rectiſſime Labeo inter turbam, & rixam multum intereſſe ait. Namque turbam multitudinis hominum eſſe turbationem, & cœtum, at rixam duorum. Hactenus *Ulpianus*, cujus doctrina non ſemper vera eſt, nam turba ponitur etiam pro quacumque turbatione, ſive paucorum ſit, ſive multorum. *Ter. Heaut. 1. 1. 16.* Propter eam hæc turba, atque abitio evenit. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Et quanta in turba, quantaque in confuſione rerum omnium viveremus. *Quintil. l. 2. c. 16.* Excitare turbas. *Ter. in Eun.* Turbas dare. h. e. turbationes afferre. ¶ Metonymice, quia multitudo fere non vacat perturbatione, turba accipitur pro multitudine. *Cic. 2. Verr.* Videt ad ipſum Fornicem Fabianum in turba Verrem, appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. *Ovid. l. 1. Am. el. 7.* Quæque tuos currus comitantum turba ſequetur. *Nepos in Datam. c. 6.* In turbam exire. *divulgarſi*. ¶ *Turbam* de duobus tantum uſurpat *Ovid. 2. Faſt.* ubi loquens de Tito, & Arunte Tarquinii ſuperbi filiis matrem oſculantibus, inquit *v. 713.* Oſcula quiſque ſuæ matri properata tulere, Non intellecto credula turba Deo. ¶ Translate uſurpatur de quacumque multitudine. *Cic. 1. de nat. Deor.* Magnam turbam congregat ignotorum Deorum. *Id. in Bruto c. 38.* Præclare, inquit Brutus, teneo, qui iſtam turbam voluminum effecerit. *Lucan. l. 4. v. 551.* Turba ſcelerum. *Plin. l. 9. ep. 25.* Turba negotiorum. ¶ *Nonius c. 15. n. 36.* diſcrimen affert inter *turbam*, & *turbas*, ut turba dicatur de multitudine hominum, *turbæ* de perturbationibus: ſed hæc differentia nulla eſt. nam *turbam facere* apud *Terent. Eun. 4. 1. 2.* eſt idem ac *turbas excitare*.

Turbamentum, i, n. *turbazione*, מבוכה, Ger. *unruhe*, Gall. *troublement*, Hiſp. *turbamiento*, τάραχος, idem ac turbatio. *Salluſt. in oratione Lepidi ad Populum R.* Maxima turbamenta Reipublicæ, atque exitia probare. *Tac. l. 1. hiſt. c. 23.* Quæque alia turbamenta vulgi.

Turbaſſo, is, it, futurum conjunctivi pro turbavero, apud veteres. *Cic. 3. de Leg. c. 4. ex leg. XII. Tab.* Aſt qui turbaſſit in agendo, fraus auctoris eſto. Alii leg. *turbaſſitur*.

Turbatè, adv. *turbatamente*, Ger. *unordentlich*, Gal. *avec trouble*, Hiſp. *turbamiente*, τεταραγμένως, confuſe, turbulente. *Caſ. l. 1. B. C. c. 5.* His de cauſis aguntur omnia raptim, atque turbate.

Turbatio, onis, f. *turbazione*. *Florus l. 4. c. 6.* Divitiarum ſpes ex turbatione Reipublicæ. *Gell. l. 19. c. 1.* Coloris, & vultus turbatio.

Turbātor, oris, m. *turbatore*, עוכר, Ger. *betruber*, Gal. *brouillon*, *troubleur*, Hiſp. *perturbador*, ταράκτης, qui turbat. *Liv. l. 2. c. 16.* Cum pacis ipſe auctor a turbatoribus belli premeretur. Adde *Tacit. Ann. 2. cap. 30.*

Turbātrix, icis, f. *turbatrice*, quæ turbat. *Prudent. Pſychom. v. 669.* placidæ turbatrix invida pacis. *Stat. 4. Theb. v. 369.* Accumulat crebros turbatrix fama pavores.

Turbātus, a, um, *turbato*, τεταραγμένος, confuſus, commotus. *Caſ. l. 2. B. Civ.* Turbatus ex inopinato malo. *Cic. pro Planc. c. 14.* Ferre modice populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas. *Virg. 8. Æn. v. 435.* turbatæ Palladis arma. h. e. vel concitatæ & iratæ, vel turbantis, inquit *Servius*. *Senec. l. 2. de Ira, c. 35.* Facies turbatior. *Sueton. in Tiber. c. 69.* Turbatiore cœlo.

Digitized by Google

Turbella, æ, f. ταραχίδιον, parva turba, parva perturbatio. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. turbellas dare. ¶ Legitur & *turbela* unico *l*.

Turben, V. Turbo, inis.

Turbidatus, a, um, adject. *torbidato*, *torbida*. *Martian. Capell. l.* 2. Aer ex calore ſupero, madoreque inferni turbidatus.

Turbide, adv. *torbidamente*. θολερῶς, confuſe, turbulente. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 10. Intelligatur igitur, perturbationem jactantibus ſe opinionibus inconſtanter, & turbide in motu eſſe ſemper. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 12. Turbide, & ſeditioſe.

Turbido, as, a. t. *intorbidare*, *turbare*. *Sidon. l.* 6. *ep.* 2. Animæ ſerenitatem ſæcularium verſutiarum flatibus turbidare. Adde *Martian. Capell. l.* 1.

Turbidulus, a, um, adject. *torbidetto*, *alquanto turbato*. *Prudent. Apotheoſ.* v. 8. Turbiduli ſenſus, & litigioſa argumenta.

Turbidus, a, um, *torbido*, *turbato*, עכור, Germ. *betrubet*, Gal. *trouble*, Hiſp. *turbio*, θολερὸς, ὀχλώδης, confuſus, commotus, conturbatus, a *turba*. Dicitur de omnibus rebus corporeis. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 34. Darius in fuga, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibiſſet, negavit unquam ſe bibiſſe jucundius. *Id.* 1. *de Invent.* Quaſi ex turbida tempeſtate in portum, &c. ¶ Translate ponitur pro confuſo, pleno perturbationum. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 33. Quæ omni turbido motu ſemper vacet. *Id.* 6. *Fam. ep.* 14. Si turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliora læta feras. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 10. Pectora ſunt ipſo turbidiora mari. *Tac. l.* 4. *hiſt. c.* 48. Mox C. Cæſar turbidus animi, &c. *Id.* 1. *hiſt. c.* 21. Omne in turbido conſilium. *ogni partito aveva le ſue confuſioni.* ¶ Item pro elato, arrogantia tumente. *Virg.* 10. *Æn.* Atque animo ſpem turbidus hauſit inanem. ¶ Item pro terribili. *Virg.* 11. *Æn.* Et Venulo adverſum ſe turbidus infert. ¶ Item pro eo qui turbas molitur, & tumultum. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 38. Ardebat in hybernis turbidus, & nihil auſus. ¶ *Turbidum* adverbialiter pro *turbide*. *Horat. l.* 2. *od.* 19. recenti mens trepidat metu, Plenoque Bacchi pectore turbidum lætatur. ¶ Cum genitivo, turbidus auſi, *Sil. l.* 13. *v.* 514.

Turbinatio, onis, f. στρόμβωσις, actus turbinandi. *Plin. l.* 15. *c.* 10. Aliis rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, aliis ovata ſpecies.

Turbinatus, a, um, κωνοειδὴς, quod in figuram turbinis deſinit. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cor homini infra lævam papillam turbinato mucrone in priora eminens. *Id. l.* 37. *c.* 4. Et laterum ſexangulo lævore turbinatus in mucronem. *Id. l.* 15. *c.* 15. Turbinatior pyri figuræ, quam malis.

Turbineus, a, um, quod eſt in modum turbinis. *Ovid.* 8. *Met. v.* 556. Corpora turbineo juvenilia vertice merſit, h. e. aquis in modum turbinis præcipiti curſu inundantibus. de torrente enim loquitur.

Turbo, inis, m. *turbine*, *nembo*, סער, Ger. *wvindsbraut*, Gal. *tourbillon*, Hiſp. *torvellino*, λαίλαψ, τυφῶν, ventus vorticoſus, & validiſſimus, qui obvia quæque deturbat, & proſternit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ego imbres, nimbi, procellæ, turbines ſunt Dii putandi. *Id. lib.* 12. *Fam. ep.* 25. Ut Minerva noſtra, cuſtos Urbis, quam turbo dejecerat, reſtitueremur. *Plaut. Curc.* 5. 2. 47. Exoritur ventus turbo. ¶ Sæpe translate uſurpatur pro turbatore. *Cic. pro Domo c.* 53. Tu procella patriæ, turbo, & tempeſtas pacis, & otii. ¶ Item pro calamitate, ærumna. *Cic. in Piſon.* Ut qui maximis turbinibus, ac fluctibus Reipublicæ navem gubernaſſem. ¶ Quoniam vero ventus iſte in gyrum flat, metonymice turbo ponitur pro gyro, orbe, circulo, converſione in orbem. *Virg.* 12. *Æn.* Præcipitem ſcopulo, atque ingentis turbine ſaxi Excutit. *Sil. l.* 3. Alter lethifero ſtridebat turbine ſerpens. *adeſt gyro*, *ſpira*. ¶ Item pro vortice aquarum. *Stat.* 4. *Theb.* Hos turbo rapax, hos lubrica fallunt Saxa. ¶ Eſt & turbo genus inſtrumenti luſorii, quod a pueris ſcutica in gyrum circumagitur, *paleo*, *fattore*, στρόβιλος, βέμβιξ. V. *Trochus*. *Virg.* 7. *Æn.* Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent, ille actus habena Curvatis fertur ſpatiis: Stupet inſcia turba, Impubeſque manus, mirata volubile buxum, Dant animos plagæ. *Tibull. l.* 1. *el.* 5. Namque agor, ut per plana citus ſola verbere turbo, Quem celer aſſueta verſat ab arte puer. *Chariſius Grammatic. l.* 1. & *Serv. in loc. Virgilii* legunt hic, turben, neutro genere. ¶ Ad hujus inſtrumenti ſimilitudinem turbo dicitur, Græce κῶνος, quicquid firmam habet in imo acutam, in ſummo latiorem, ſeu e lato paulatim deſinit in acutam. *Cic. de Fato c.* 18. Sed revertitur ad cylindrum, & turbinem ſuum, quæ moveri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. *Ovid.* 1. *Met. v.* 335. Cava buccina ſumitur illi, Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo. ¶ Turbo etiam eadem ratione dicitur quoddam inſtrumentum ad nendum aptum. V. *Rhombus*. Hoc utebantur veneficæ in incantationibus. *Horat. epod.* 17. *v.* 6. Canidia parce vocibus tandem ſacris, Citumque retro ſolve, ſolve turbinem.

Turbo, onis, m. τύρβων, nomen proprium gladiatoris. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 310. Corpore majorem rides Turbonis in armis.

Turbo, as, a. t. *turbare*, בעת, Ger. *betruben*, Gal. *troubler*, Hiſp. *turbar*, τυρβάζω, ταράττω, ἐκταράσσω, turbas facio, commoveo, contundo; & dicitur de quacunque re, ſive corporea, ſive incorporea. *Cic. pro Cluent.* Mare, quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur, atque turbatur. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 9. Simul, ne quid ille turbet, vide. *Id. ib. ep.* 9. Ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ turbantur in Republica. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 14. Ariſtoteles quoque in tertio de Philoſophia libro multa turbat, a magiſtro Platone diſſentiens. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 47. Si una, alterave civitas turbet. h. e. tumultum aut ſeditionem moveat. ¶ Dicitur etiam de animo pro commovere, perturbationem aliquam in eo excitare. *Virg.* 4. *Æn.* Sed me animos incognita turbat. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cic. pro Sylla*: Utrum non facilius Romæ ea, quæ conabatur, efficeret, ſi in Hiſpania turbatum eſſet. *Virg. Ecl.* 1. totis uſque adeo turbatur agris.

Turbor, oris, m. *turbo*, perturbatio. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. 4. Turbor ſpiritus. *Et ibid.* Turborem magnum facere, atque ſtomachum vexare.

Turbula, læ, f. *picciola turba*. *Apulej. l.* 11. *Metam.* Dimotis turbulis. *Et infra.* Turbulæ complent totas plateas.

Turbulens, tis, adject. turbulentus. *Calliſtrat. l.* 48. *Dig. tit.* 19. *leg.* 28. In quibuſdam civitatibus turbulentibus.

Turbulente, adv. *confuſamente*, ταραχωδῶς, confuſe. *Cic. pro Domo c.* 56. Omnia contra leges, moreſque majorum temere, turbulente, per vim, per furorem eſſe geſta. *Id. in Pariſ. c.* 30. Turbulentius agere. *Sidon. l.* 2. *ep.* 13. Turbulentiſſime regere.

Turbulenter, adv. idem ac turbulente. *Cic. l.* 2. *ep.* 16. Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

Turbulentia, æ, f. confuſio, turba, perturbatio. *Tertullian. adverſ. Hermog. c.* 27.

Turbulento, as, a. t. διαθορυβέω, perturbo. *Apul. l.* 9. *A. A.* Me ſtrepitu turbulentant. *Id. ib. l.* 2. Hoſpes totam civitatem turbulentat.

Turbulentus, a, um, *turbolento*, *confuſo*, θορυβώδης, ταραχώδης, plenus confuſionis, ac perturbationis, turbidus. *Cic.* 7. *Verr. cap.* 10. Ut nullus unquam dies tam magna, turbulentaque tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore Solem ejus diei homines viderent. *Phædr. fab.* 1. *v.* 11. Turbulenta aqua, *torbida*. ¶ Sumitur etiam pro amante turbarum, ſeu ſeditionum. *Cic.* 2. *de Or.* Ut mihi neceſſe fuit in Sex. Titium ſeditioſum civem, & turbulentum. ¶ Item pro eo, quod cum ſeditione conjunctum eſt, ſeu quod turbulente fit. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 3. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furioſiſſimæ Publii. ¶ Translate dicitur de animo pro commoto, perturbato. *Cic.* 1. *Fin.* Et quemadmodum temeritas, & libido, & ignavia ſemper animum excruciant, & ſemper ſollicitant, turbulentæque ſunt, ſic ſi cujus in mente injuſtitia conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt non eſſe. ¶ Item de re ad animum pertinente, pro ea, quod confuſionis plenum eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quæ res genuit falſas opiniones, erroreſque turbulentos. ¶ Denique de quibuſcumque rebus, pro perturbato, calamitoſo, ærumnoſo. *Cic. pro Cæc.* Ea ſunt & turbulenta, & temeraria, & periculoſa. *Id. in Piſon. c.* 15. Meum turbulentiſſimum tempus tuo tranquilliſſimo præſtat. *Liv. l.* 2. *c.* 61. Turbulentior inde annus excepit L. Valerio, T. Æmilio Coſſ.

Turcæ, arum, m. pl. Ital. *Turchi*, *Muſulmani*, Hiſp. *los Turcos*, Gal. *les Turcs*, pop. Scythiæ, ſeu Sarmatiæ Aſiaticæ, qui Caucaſum montes inter Pontum Euxinum, & Caſpium mare incolebant, & ſuis ſedibus egreſſi imperium ſuum longe lateque per Aſiam, Europam, & Africam armis propagarunt, ac demum ſedem Regni Byzantii, ſeu Conſtantinopoli conſtituerunt. Hi ſe ipſos Muſulmanos, id eſt fideles, nominant. Eorum Monarchia initium accepit anno Chriſti 1300. in Europam trajecerunt anno 1361. & Hadrianopoli conſederunt, Amurathe Rege. Conſtantinopoli potiti ſunt anno 1453. Mahumete II. Rege, Pio II. Pont. Max. ¶ De iis meminere *Pompon. Mela l.* 1. *in fine*, & *Plin. l.* 6. *c.* 7. & cum Thyſſagetis conjungunt. Verba Plinii ſunt: Dandari, Thyſſagetæ, Turcæ. *Pomponii vero*: Juxta Thyſſagetæ, Turcæque vaſtas ſilvas occupant, aluntur que venando. Ex quibus locis diſcimus, falli eos, qui Latine aſſerunt *Turci*, *orum*, imitati Græcos Scriptores rerum Conſtantinopolitanarum, qui τοῦρκοι, & τοῦρκοι uſurpant.

Turda, æ, V. Turdus.

Turdarius, vel Turdarium. *Varr. ſub init. l.* 5. *de L. L.* Qui omnes verba ex verbis ita declinari ſcribunt, ut verba litteras alia aſſumant, alia amittant, alia commutent, ut fit in turdo, in turdario, in turdelica.

Turdelix, icis, f. turdus exiguus. *Varro l.* 3. *L. L.* Verba ex verbis ita declinari, ut literas alia aſſumant, alia amittant, alia commutent, ut fit in turdo, turdario, turdelice.

Turdetani, m. *los Algarves*, pop. Hiſpaniæ, partim in Luſitania Auſtrali, ubi hodie Algarbiæ Regnum, cum portu Portugalliæ, partim in Bætica, ubi Hiſpalenſe territorium, & Ducatus Medinæ Sidoniæ in Vandalitia prov. teſte Briſio. Facete *Plaut. Capt.* 1. 2. 60. cum dixiſſet, multis militibus opus eſſe, inter eos enumerat *panicos*, *placentinos*, *turdetanos*, ludens nimirum in ambiguo. nam *Turdetani* & populi ſunt, & ſignificare poſſunt eos qui turdos ſaginant, & vendunt: qui jocus in aliis quoque nominibus, qui ibidem leguntur, latet.

Turdillus, i, m. parvus turdus. Legitur a quibuſdam apud *Senec. ep.* 96. *in fine*, ubi alii aliter.

Turduli, lorum, m. populi Hiſpaniæ Bæticæ, ubi nunc pars regni Granatenſis, & Andaluſiæ. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 10. ſcribit, neque Baſculos, neque Turdulos eſſe ad potuariam rem idoneos: fortaſſe quia ea natio nimis mollis fuit.

Turdus, i, m. *tordo*, κίχλη, κίχλα, genus avis. A ſono accepit nomen, quomodo juxta *Varr. l.* 4. *de L. L.* a ſua vocibus nomen impoſitum upupæ, cuculo, corvo, pavoni, anſeri, buboni, aliiſque. Alius *Iſid. l.* 12. *c.* 7. Turdi, inquit, a tarditate dicti: hyemis enim confinio ſe referunt, hoc eſt in fine autumni. *Hor. l.* 1. *ep.* 15. Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla. *Martial. l.* 13. *epigr.* 92. Inter aves turdus, ſi quis me judice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus. ¶ Quæritur, an dicatur & *turda*. Negat *Varro l.* 8. *de L. L.* ubi clare ait, Dici corvum, turdum, non dici corvam, turdam. Adde *l.* 3. *R. R. c.* 5. Sed omnes Perſii codices, ut membranæ, Caſaubono teſtante, *ſat.* 6. *v.* 24. habent: Sollers turdarum noſſe ſalivam. ¶ Eſt & turdus piſcis, quem & ipſum κίχλην vocant Græci. A colore turdi avis nomen habet, ut indicat *Varro l.* 4. *de L. L. Quinctilianus* quoque *l.* 8. *c.* 2. inter ea, quæ a ſimilitudine nomen habent, & ſuillum, & turdum piſcem ponit. *Plin. l.* 32. *c.* 11. Turdus inter ſaxatiles nobilis.

Turcus. V. Thureus.

Turgens, entis, o. g. *ſiltuitor*, *gonfio*. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pinnata.

Turgeo, es, *gonfiarſi*, *enfiarſi*, צבה, Germ. *borgen*, Gal. *s'enfler*, Hiſp. *hincharſe*, ὀγκάομαι, οἰδέω, inflor, tumeo. *Virg.* 7. *Ecl.* Jam læto turgent in palmite gemmæ. ¶ Translate ſumitur pro commoveri, iraſci. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 17. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. *Id. Moſt.* 3. 2. 10. Tota mihi turget uxor nunc domi. ¶ Item per translationem dicitur de oratione. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 10. Ita gravis oratio ſæpe imperitis videtur ea, quæ turget, & inflata eſt.

Turgeſcens, entis, o. 3. partic. a turgeſco. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Novembri menſe, ut Martio pariunt capræ turgeſcentibus virgultis.

Turgeſco, is, n. 3. *gonfiarſi*, *enfiarſi*, תפח, Germ. *ſich auffblahen*, Gal. *s'enfler*, Hiſp. *hincharſe*, ὀγκάομαι, turgidus fio, intumeſco. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 9. *ex Poeta*: Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris. *Var.* 3. *de R. R. c.* 9. Et, ne tum denique in eorum corpore turgeſcat aqua, prohibendum.

Turgidulus, a, um, dim. a turgidus. *Catull. carm.* 3. Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turgidus, a, um, *gonfio*, צבה, Ger. *borrend*, Gal. *enflé*, Hiſp. *hinchado*, ὀγκώδης, inflatus, tumidus, tumens. *Plaut. Mil.* 4. 3. 15. Cubare in noctem lippam, atque oculis turgidis. *Cic.* 3. *Tuſc.* Num aliquod quippiam membrum tumidum, ut turgidum non vitioſe ſe habet? *Hor. l.* 3. *od.* 13. Cras donaberis hædo, cui frons turgida cornibus.

Turgor, oris, m. *gonfiamento*. *Martian. Capella l.* 2. *pag.* 35. Diſtentus magno cum turgore.

Turia, æ, f. 1. *Albarazin*, urbs Hiſp. Tarr. alias Celtiberorum, nunc Aragoniæ, in colle, a fontibus Turiæ fl. extructa ab Auſonibus pop. Italiæ anno U. C. 640. Aliis videtur potius *Teruel*, urbs ſita in R. Aragonia.

Turias, æ, m. Thurias, Durias, Turium, Turulis, *Guadalaviar*, fl. Hiſpaniæ Tarraconenſis. Oritur una leuca a fontibus Tagi, ſupra Lobetum, hinc per Aragoniam fluens, ad Terulum recipit Alhambram fl. deinde per R. Valentiæ labitur, & paulo infra Valentiam urb. in mare Mediterraneum, & ſinum Sucronenſem ſe exonerat.

Turifer. V. Thurifer.

Turii, m. a. Thurii, Thurium, opp. & urbs ext. Magnæ Græciæ, apud oram ſinus Tarentini, & oſtia Chrathis, & Sybaris fl. ¶ Turii item, vel Thurui, *Turi*, opp. Apuliæ Peucetiæ, inter Caperſanum, & Aquam vivam ad 6. M. P.

Turio, onis, m. *vettuccia*, tenuis omnis ramuſculus, quales marine in ſummis arboribus. *Col. l.* 12. *c.* 48. Lauri turiones in hoc uſu mittito, ut olivas deprimant.

Turma,

Turma, æ, f. *turma*, *torma*, *compagnia di ſoldati a cavallo*, גדוד, Germ. *geſchwader reuter*, Gal. *bande de gens d'armes*, Hiſp. *vanda*, *eſquadra*, ἴλη, agmen triginta equitum, ſive cum tribus Decurionibus triginta trium. Nam *Varro l.* 4. *de L. L.* disertim ſcribit, ſuo etiam tempore tres fuiſſe in turma Decuriones. Feſtus autem ita de Decurionibus: Decuriones appellantur, qui decem equitibus præſunt. Poſtea res mutata eſt. Nam turma facta eſt triginta duorum equitum, & unus tum turmæ eſt præpoſitus, qui quanquam triginta duobus equitibus præeſſet, tamen priſtino retento nomine, & ipſe Decurio vocabatur. Clare id oſtendit *Vegetius l.* 2. *c.* 14. Quemadmodum, inquit, inter peditum centuria, vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huic qui præeſt, Decurio nominatur. Ut enim centum, & decem pedites ab uno Centurione ſub uno vexillo gubernantur, ſimiliter XXXII. equites ab uno Decurione ſub uno vexillo reguntur. ¶ De origine vocis ita *Varro l.* 4. *de L. L.* Turma terma eſt, quod terdeni equites ex tribus Tribubus, Titienſium, Ramnium, & Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. Hæc Varro. *Cic. pro Marc.* Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. ¶ Tranſlate uſurpatur pro quacunque multitudine. *Hor. lib.* 3. *ode* 4. Divoſque, mortaleſque turmas Imperio regit unus æquo.

Turmālis, & le, o. 3. ἰλάρχης, quod ejuſdem turmæ eſt, quod eſt in eadem turma. *Liv. l.* 5. Manlius Conſulis filius ſupra caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus evaſit. ¶ Item quod ad turmam ſpectat. *Claudian. de bell. Gild. v.* 447. Excitat inceſtos turmalis buccina ſomnos. *Stat.* 4. *Theb. v.* 10. Bellona Turmale fremens. h. e. turmale claſſicum canens, vel generatim, ad arma excitans. *Id. l.* 5. *Sil.* 2. *v.* 14. non ſanguine cretus turmali, trabeaque Remi. h. e. non natus ex equeſtri ordine, ſed ex ſenatorio, ut ſequentia carmina declarant. ¶ Tranſlate ſumitur pro gregali, pro eo, quod eſt ſimul cum multis aliis. *Cic. de Or. cap.* 65. Ex tranſlatione autem, ut cum Scipio ille major Corinthiis ſtatuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum eſſent Imperatorum, turmales dixit diſplicere.

Turmarius, a, um, adject. idem ac turmalis. *Cod. Theodoſ. lib.* 6. *tit.* 35. Turmariorum, quos capitularios vocant, curam ſubire.

Turmātim, adv. *a ſchiera*, Ger. *mit ſcharen*, Gal. *par bandes*, Hiſp. *de vanda*, *en vanda*, ἰλαδὸν, per turmas. *Hirt. l.* 8. *B. G. c.* 18. Turmatim in eum locum devenerunt. *Liv. l.* 5. Mox ululatus, cantuſque diſſonus, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

Turnus, m. 2. nobilis juvenis inter Laurentes, Latino regnante, conſobrinus Amatæ Reginæ. Hic cum Latino bellum geſſit ob Laviniam ejus filiam, quam cum ipſe cuperet, Latinus maluit Æneæ Trojano in matrimonium collocare. V. *Dionyſium Halic. Rom. Ant. l.* 1. *Livium l.* 1. *c.* 2. & *Virgilium l.* 12. *Æn.*

Turōnes, m. 3. pop. Galliæ Lugdunenſis, quorum tractus hodie Turonia dicitur, *la Touraine*, urbs vero Turones, Turo, Turonica urbs, Cæſarodunum, ad Ligerim fl. ubi ponte lapideo oblongo, & pulcherrimo jungitur, ex altera parte alluitur Cari fl. ampla, elegans, culta, emporium celebre in regione perſerena, & æqua inter Aurelianos, & Andegavos. *Lucan. lib.* 1. *v.* 437. Inſtabiles Turones circumſita caſtra coercent.

Turonĭcus, a, um, adject. ad Turones pertinens, ut Turonica Eccleſia, *Sulpit. Sever. de vita B. Mart. c.* 9.

Turpātus, a, um, adject. *imbrattato*. *Stat.* 4. *Theb. v.* 106. Herculeo turpatus gymnade vultus Amnis.

Turpicŭlus, a, um, ὑπαισχρὸς, ſubturpis, dim. a *turpis*. *Cic.* 2. *de Or. c.* 61. Tantum intereſt, quod gravitas honeſtis in rebus ſevere, jocus in turpiculis, & quaſi deformibus ponitur. *Catull. Carm.* 43. turpiculo puella naſo.

Turpīdo, inis, idem quod turpitudo. *Tertull. de cor. Mil. c.* 14. Turpido, & dedecoratio.

Turpificātus, a, um, nom. partic. turpis factus, *reſo deforme*, *laido*, *turpe*. *Cic.* 3. *Off. c.* 29. Quanta fœditas turpificati animi debet videri.

Turpilĭus, ii, m. vetus poeta comicus, cujus multa carmina afferunt *Nonius*, & *Priſcianus*.

Turpilucricupĭdus, i, *chi brama guadagno turpe*, *e diſoneſto*, αἰσχροκερδής. *Plaut. Trin.* 1. 2. 63. Turpilucricupidum te vocant cives tui.

Turpĭo Ambivius, actor comœdiarum, ætate Terentii.

Turpis, & pe, o. 3. *brutto*, *deforme*, רע, Ger. *ungeſtalt*, Gal. *laide*, Hiſp. *feo*, αἰσχρὸς, δυσειδὴς, deformis, cui *pulcher* opponitur. *Ter. Phorm.* 1. 2. Lacrumæ, veſtis turpis. *Virg.* 3. *Georg.* Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput. h. e. valde magnum, ideoque deforme. Eadem ratione *Id. ib. l.* 4. turpes Focas dixit. ¶ Transfertur etiam ad animum pro inhoneſto, infami, indecenti. *Ter. Heaut.* 5. 4. Pudet Dicere hac præſente verbum turpe. *Cic.* 1. *Off.* Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. *Id.* 8. *Fam. ep.* 12. Iſte omnium turpiſſimus, & ſordidiſſimus. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 13. Fabula non cœlo turpior ulla foret. ¶ *Turpe* neutrum interdum Poetica pro *turpiter* ponitur. *Catull. Carm.* 43. *v.* 8. Turpe incedere. *Stat. l.* 3. *Theb. v.* 335. Turpe gemens. Adde *Claudian. l.* 2. *in Europ. v.* 446.

Turpĭter, adverb. *bruttamente*, *indecentemente*, *vergognoſamente*, Germ. *ſchandtlich*, Gal. *villenement*, Hiſp. *deshoneſtamente*, αἰσχρῶς, fœde, indecore. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ.* Reliquos turpiter fugere coegerent. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 12. Empedocles turpiſſime labitur. *Ovid. l.* 5. *Triſt. eleg.* 6. Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.

Turpitūdo, inis, f. *turpitudine*, *bruttezza*, ערות דבר, Germ. *ſchand*, Gall. *laideur*, Hiſp. *fealdad*, αἶσχος, αἰσχρότης, deformitas. *Cic. pro Domo* A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe fœdata neſcimus? ¶ Tranſlate ſumitur pro vitio, labe, ſeu macula animi, vel alterius rei incorporeæ. *Cic.* 2. *de Or. c.* 59. Verborum turpitudinem, & rerum obſcœnitatem vitate. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 6. Si cauſa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus, &c.

Turpo, as, a. 1. *bruttare*, αἰσχύνω, turpitudine afficio, fœdo. *Cic.* 1. *Tuſc. ex Poeta*, Jovis aram ſanguine turpari. *Hor. l.* 1. *ſat.* 5. At illi fœda cicatrix Setoſam lævi frontem turpaverat oris.

Turrĭcula, æ, f. *torricella*, parva turris. *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. ſupra medium ſecti faſtigium turricula. ¶ Accipitur etiam pro vaſe illo in modum turris facto, per quod tali in alveolum mitti ſolent, & alio nomine *pyrgus* dicitur. *Martial. lib.* 14. *ep.* 17. cujus titulus eſt, *Turricula*. Quærit compoſitos manus improba mittere talos. Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Turrĭfer, ra, rum, πυργοφόρος, quod turres fert. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 219. At cur turrifera caput eſt onerata corona? Alii leg. *turrita*.

Turrĭger, ra, rum, πυργοφόρος, quod turres gerit. *Virg.* 10. *Æn. v.* 253. Turrigeræ urbes. *Plin. lib.* 11. *cap.* 2. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. ¶ Dea, ſive Mater turrigera, Tellus, Ops, Cybele, Berecyntia, Mater Idæa. *Ovid.* 4. *Faſt.* Phryx puer in ſylvis facie ſpectabilis altis Turrigeram caſto junxit amore Deam.

Turris, is, f. *torre*, מגדל, Germ. *turn*, Gall. *tour*, Hiſp. *torre*, πύργος, ædificium in magnam altitudinem protenſum. Juxta *Varronem lib.* 4. *de L. L.* dicta eſt a *terendo*, quod hæ proſpiciunt ante alios. Secundum *Iſidorum l.* 15. *c.* 11. turres dictæ ſunt, quod *teretes* ſint, & longæ. Quippe vel rotundæ ſunt, vel ſaltem procul videntibus rotundæ æſtimantur. *Cic.* 5. *Tuſc.* Dionyſius concionari ex turri alta ſolebat. *Virg.* 10. *Æn.* Miſeri ſtant turribus altis Nequidquam. ¶ Turris item fuit machina bellica ambulatoria, nempe ligneum ædificium in magnam altitudinem erectum, ſubjectiſque rotis huc illuc mobile, in imo habens arietem ad muros ſubruendos, in medio pontem ſuper eoſdem muros immittendum, in ſuperioribus autem partibus milites contis, & ſagittis armatos, qui hoſtes a murorum defenſione deturbarent. *Cic.* 15. *Fam. epiſt.* 4. Aggere, vineis, turribus urbem oppugnare. V. *Veget. l.* 4. *cap.* 17.

Turrītus, a, um, *fortificato con torri*, πυργωθεὶς, εὔπυργος, turribus inſtructus, turribus plenus. *Ovid. l.* 3. *Amor. el.* 7. Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes? ¶ Accipitur quoque pro eo, cui turris ſuperponitur, vel quod turres geſtat. *Plin. l.* 8. *c.* 7. de elephantis. Iterum totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus. ¶ Item pro eo, quod turrim capite tanquam coronam gerit, ut pro Cybele, ſeu Berecyntia, ſeu Matre Deorum, quæ turrita fingitur, quia terra eſt, quæ urbes ſuſtinet. *Virg.* 6. *Æn.* Qualis Berecyntia Mater Læta Deum partu Phrygias turrita per urbes Invehitur curru. ¶ Item pro alto, ſublimi, excelſo, turris inſtar edito, facto ad turris ſimilitudinem. *Virg.* 3. *Æn.* Geminos demittunt brachia muro Turriti ſcopuli.

Turrus, m. 2. *Torre*, *Turre*, fl. Carnorum, qui apud Forum Julium decurrit, & in mare Hadriaticum apud Aquilejam influit. *Plin. l.* 3. *c.* 18.

Tursĭo, onis, m. θυρσίων, piſcis delphino ſimilis, ſuaviſſimus, & laudatiſſimus. *Plin. l.* 9. *c.* 9.

Turtur, uris, m. τρυγὼν, avis ex genere columbarum, a ſono, quem edit. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 44. Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aves. *Cic.* 2. *Fin.* Turtures & curſu, & peregrinatione lætantur. *Virg.* 1. *Ecl.* Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo.

Turturilla, æ, f. parvus turtur, quia turtures molles ſunt, & laſcivi, præſertim fœminæ, quæ ſi mare deſtituantur, dicuntur ſe mutuo conſcendere: ideo *Senec. ep.* 96. Hi, inquit, qui expeditiones periculoſiſſimas obeunt, fortes viri ſunt, primoreſque caſtrorum: iſti, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillæ ſunt, tuti contumeliæ cauſa. h. e. imbecilles homines, delicati, effeminati. *Iſidorus*, eumque ſecutus *Lipſius* turturillam putant dici locum, in quo corruptelæ fiebant, ducta itidem a turturibus denominatione. Alii in Senecæ loco aliter leg.

Turunda, æ, f. *tronda*, μᾶζα, ψωμὸς, offa, vel quid ſimile, cujuſmodi ſunt, quibus farciuntur altilia ad ſaginam, a *terendo*, ut *merenda* a *merendo*, *prehenda* a *prehendo*. *Cato cap.* 89. Polline, vel farina hordeacea conſperſa turundas faciat. *Varro lib.* 3. *de R. R. cap.* 9. Farciunt turundis hordeaceis, partim admiſtis ex farina loliacea, aut ſemine lini ex aqua dulci. ¶ Ponitur etiam pro linamento illo ex filis, quod in ulcus immitti a Medico ſolet, *taſta*. *Cato cap.* 157. Et, ſi fiſtula erit, turundam intro trudito: ſi turundam non recipiet, diluito, ſuccum exprimito.

Tus. V. Thus.

Tuſania. V. Thuſcania.

Tuſci. V. Thuſci.

Tuſculanenſis, e, adject. a Tuſculano, ut Tuſculanenſes dies, h. e. in Tuſculano rure tranſacti. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 6.

Tuſculānum, i, n. *Grotta Ferrata*, *S. Maria di Grotta Ferrata*, villa Ciceronis in agro Tuſculano. Nunc ibi cœnobium inſigne Monachorum. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 9. Nos Tuſculano ita delectamur, ut nobiſmet ipſis tum denique, cum illo venimus, placeamus.

Tuſculānus, a, um, τουσκλανὸς, quod ad Tuſculum ſpectat, ut *Ager Tuſculanus*, in quo erat villa Ciceronis celebratiſſima. *Quæſtiones*, ſeu *diſputationes Tuſculanæ*, quæ in agro Tuſculano in villa Ciceronis habitæ ſunt. *Cic.* 2. *de Div.* Totidem ſubſecuti libri Tuſculanarum diſputationum res ad bene vivendum maxime neceſſarias aperuerunt.

Tuſculum, n. *Freſcati*, col. & urbs Latii, in Campania Romana, ad ead. collis, inter urbem Romam, & Labicum, ubi plurimæ villæ, & palatia Principum Romanorum. Conditum exiſtimatur a Telegono Ulyſſis, & Circes filio, qui, cum patrem imprudens occidiſſet, in ea ſe ſe loca recepit. Sed *Baudrandus* dicit, vetus Tuſculum omnino fuiſſe, ubi nunc eſt, in *Freſcati* planitie, non in ſummo montis jugo, in quo rudera, & veſtigia maximorum ædificiorum conſpiciuntur, in eo enim jugo villam privatam, non oppidum fuiſſe. *Cic. pro Pont.* & *Horat. Epod.* 1.

Tuſcŭlus, la, lum, adject. ad Tuſculum pertinens, ut Tuſcula tellus, *Tibul. l.* 1. *eleg.* 8. *v.* 57.

Tuſcus. V. Thuſcus.

Tuſſēdo, inis, f. idem ac tuſſis. *Apul. l.* 9. *Metam.* Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci.

Tuſſicula, æ, f. *toſſetta*, βηχύδιον, parva tuſſis. *Plin. l.* 7. *ep.* 19. Veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit.

Tuſſiculāris, re, adject. utilis ad tuſſim, ut tuſſicularia medicamenta, *Cœl. Aurelian. Acut.* 2. 13.

Tuſſiculōſus, a, um, adject. tuſſi laborans. *Cœl. Aurelian. Acut.* 2. *c.* 13. Tuſſiculoſa, & frigida ſenilis eſt ætas.

Tuſſicus, a, um, qui multum tuſſit. *Firmic. l.* 5. *c.* 16. Luna alios tuſſicos, alios ſplenicos efficiet. Adde *Marcell. Empir. c.* 20.

Tuſſiens, entis, o. g. partic. a tuſſio. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Semen eorum cum cumino tritum, potumque in vino tuſſientibus auxiliatur.

Tuſſilāgo, inis, f. *unghia cavallina*, herba ad tuſſim apprime faciens, unde & nomen habet, eſtque duplicis generis. Officinæ ungulam caballi appellant. *Plin. l.* 26. *c.* 6.

Tuſſio, is, n. 4. *toſſire*, Ger. *huſten*, Gal. *touſſir*, Hiſp. *toſſer*, βήττω, tuſſim patior. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 50. Forte ſi tuſſire occepiſt, ne ſic tuſſiet, Ut cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. *Hor. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 107. Si quis Forte cohæredum ſenior male tuſſiet.

Tuſſis, is, f. *toſſe*, Ger. *huſten*, Gal. *toux*, Hiſp. *toſſe*, βήξ, eſt vehementiſſima quædam efflatio, qua plurimus ſimul, celerrimeque foras actus ſpiritus, ſive aer attrahit, propellitque una ſecum ſuo impetu ea, quæ vias ſuas obſtruunt. *Ter. Heaut.* 2. 3. 135. Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine. *Virg.* 3. *Georg.* Et quatit ægros Tuſſis anhela ſues. *Catull. ep.* 41. Malamque pectore expuli tuſſim.

Tuſus, a, um. nom. partic. a tundo, *peſtato*, ut tuſa teſta. *Vitruv. l.* 2. *c.* 5. Tuſa herba, *Apulej. de herb. c.* 68.

Tutacŭlum, i, n. idem quod tutamentum, munimentum. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 387. fida ut tutacula noctis, Invaliduſque premi.

Tutāmen, inis, n. *difeſa*, מגן, Ger. *ſchirm*, Gal. *defenſe*, Hiſp. *defenſion*, περίφραγμα, σκέπασμα, munimentum, defenſio, defenſaculum.

Virg. 3. *Æn.* v. 263. Donat habere viro decus, & tutamen in armis.

Tutamentum, i, n. idem ac tutamen, unde factum eſt. *Liv. l.* 21. *c.* 61. Ut ea ſola ignibus aliquoties conjectis ab hoſte etiam tutamentum fuerit.

Tutānus, i. m. Deus apud Romanos, idem, ut putant, atque Hercules, cui ara fuit extra portam Capenam, a *tutela*, quod adverſus Annibalem tutatus eſſet Populum Romanum. Alius igitur fuit a Tutano, vel Tutino, qui idem ac Priapus. *Var. apud Non.* 1. 1. *n.* 142. Hercules tuam fidem, Noctu Annibalis cum fugavi exercitum, Tutanus hoc, Tutanu' Romæ nuncupor, Hac propter omnes qui laborant, invocant.

Tutatio, onis, f. *Jul. Firmic. l.* 4. *c.* 7. Quæ regias opes, theſauroſque fidei tutatione cuſtodiant.

Tutātor, oris, m. idem quod tutor. *Apulej. de Deo Socrat.* Dubiis præmonitor, periculoſis tutator, egenis opitulator.

Tutātus, a, um, partic. a tutor, depon. *chi ha difeſo*. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 6. *v.* 15. Nil niſi me ſolum primo tutatus es. ¶ Paſſiva ſignificatione *Symmach. l.* 9. *epiſt.* 11. Ut auxilio tuo tutata poſſeſſio a moleſtiis vindicetur.

Tute, pronomen. V. Tu.

Tute, adver. *ſicuramente*, ἀσφαλῶς, ἀκινδύνως, ſecure, ſine periculo. *Auct. ad Her. l.* 3. *c.* 5. Eum tute vivere, qui honeſte vivat. *Cn. Pomp. Cic. in ep. ad Att. l.* 8. *poſt epiſt.* 11. Nam te hic tutiſſime fore puto. *Pallad. l.* 1. *tit.* 6. Semina tutius in agris, quam in horreis ſervantur.

Tutēla, æ, f. *tutela, difeſa*, ἐπιτροπή, φυλακή, defenſio, a tutor. *Cic.* 3. *Fin. de Jove:* Hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela. *Senec. de Conſol. ad Helv. c.* 9. Terra vix ad tutelam recolentium fertilis. *Al mantenimento di chi la coltiva.* ¶ Tutela navis eſt ſignum ſeu ſimulacrum alicujus Numinis, quod in puppe conſtituitur, & ejus navis tutelam habet. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 9. Eſt mihi, ſitque precor flavæ tutela Minervæ Navis, & a picta caſſide nomen habet. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 301. Viſa coronatæ fulgens tutela carinæ Vocibus his inſtare duci. ¶ Hinc & Genius alicujus loci tutela dicitur. *Petron. in fragm. Tragur.* Ita tutelam hujus loci habeam propitiam. Sic *Horat. l.* 4. *od.* 14. *ad Auguſtum:* O tutela præſens Italiæ, dominæque Romæ. ¶ Specietim apud Juriſconſultos tutela, ut *Servius* definit, teſte *Paulo l.* 1. *ff. de tutelis*, eſt vis, ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, jure civili data, ac permiſſa. *Cic.* 1. *de Or. c.* 39. Commendare filios ſuos tutelæ alicujus. *Id. c. de Or. c.* 46. Tradere aliquem alicui in tutelam. *Id.* 4. *Fin. c.* 14. Subjicere aliquem alicujus tutelæ. Alii leg. *tutelis* in plur. numero. *Id. pro Roſc. Com. c.* 6. Pervenire in tutelam alicujus. ¶ Venire in tutelam ſuam, eſt e tutoris poteſtate exire, & juris ſui fieri, *uſcir di tutela*. *Cic. in Top. c.* 11. Si filius mortuus eſſet prius, quam in ſuam tutelam veniſſet. Eodem ſenſu dicimus, *tutelam recipere*, quod legitur apud *Sueton. in Claud. c.* 2. ¶ *Tutelæ ſuæ eſſe* eſt eſſe ſui juris. *Senec. ep.* 33. Adjice, quod iſti numquam tutelæ ſuæ fiunt.

Tutēla, æ, f. *Tudela*, urbs Hiſp. Tarr. in finibus Vaſconum, in R. Navarræ, ad Iberum fl. ubi recipit amnem *Queiles*. ¶ Tutela altera, *Tudela de Duero*, opp. Caſtellæ veteris, ad Durium fl. ¶ Tutela etiam, ſeu Tutelle, *Tulle*, urbs Galliæ, in Aquitania prima, & Lemovicenſi prov. ad Corretiam fl. & Solanam torrentem, caput prov. Lemovicenſis.

Tutelāris, & re, a. 3. *tutelare, che difende*, ἐπιτροπικός, quod tuetur, quod quippiam in ſua habet tutela, ut *Dii tutelares*, in quorum tutela urbes putabantur, qui in oppugnatione urbium certo carminis genere ſolebant evocari, ut cum ipſis etiam Diis bellum ſuſceptum videretur, & ut urbes Deorum ope deſtitutæ facilius caperentur. *Arnob. l.* 3. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 9. ¶ Sumitur item pro eo, quod quacunque ratione ad tutelam pertinet. *Ulp. l. videamus, ff. de in litem jurando:* Videamus, in tutelari cauſa quis jurare, & adverſus quem poſſit. *Paul. l. heredes, ff. de fidejuſſoribus, & nominatoribus, & heredibus tutorum:* Non excuſetur heres, ſi dicat, ſe inſtrumenta tutelaria non inveniſſe. ¶ Tutelaris Prætor eſt, ad quem pertinet pupillis tutores dare, quem primus inſtituit M. Antoninus Philoſophus, cum antea ea res ad Conſules pertineret, teſte *Jul. Capitolin. in ejus vita c.* 10.

Tutelarius, ii, m. ἱεροφύλαξ, ἐφορευτής, cuſtos, qui ædes publicas, & ſacras ſuo periculo tuetur. *Plin. l.* 34. *c.* 7. Capite Tutelarius cavere pro eo, inſtituti publici fuit.

Tutelina, & Tutilina, æ, f. Dea, a *tuendo* ſic appellata, quod fruges præcipue in ejus tutela eſſent. *Var. apud Non.* 1. 1. *n.* 641. Tuam fidem, Tutelina, invoco. ¶ Ejus ſimulacrum erat in Circo poſitum, in columna collocatum, quæ & ipſa *Tutelina* dicta eſt. *Tertul. de ſpectac. c.* 8. ¶ Apud *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. legitur *Tutilinam* pro Tutilina.

Tuto, as, a. 1. idem ac tutor. *Plaut. Merc.* 5. 2. 25. Invoco vos Lares Dialer, ut me tutetis. Alia exempla ex *Nævio*, *Pompon.* & *Pacuv.* affert *Non. c.* 7. *n.* 70.

Tuto, adv. *ſicuramente*, Germ. *ſicher*, Gall. *ſeurement*, Hiſp. *ſeguramente*, ἀσφαλῶς, ſine periculo, impune. *Plaut. Amph.* 1. 2. 3. Patri ut liceret tuto illam amplexarier. *Cic.* 4. *Ver.* Quo vix tuto tranſire poſſe videmur. *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 3. Ut tuto ſim, quod laboras, id mihi facillimum eſt. h. e. in tuto ſim. *Id.* 8. *Attic. ep.* 1. Non me quærere, ubi tutiſſimo eſſem. Ita cum *Chariſ. l.* 1. legunt *Victorius*, *Gruter.* & *Grævius* alii *tutiſſime*. V. *Tute*.

Tutor, aris, d. 1. *difendere*, Germ. *ſchirmen*, Gal. *defendre*, Hiſp. *defender*, ἀσφαλίζω, defendo, diligenter defendo, protego. *Ter. prol. Hec. v.* 46. Ego interea meum non potui tutari locum. *Cic. pro Sylla*, Hunc patronum, defenſorem, cuſtodem illius coloniæ per vos tutari, conſervareque cupiunt. *Hor. l.* 2. *ep.* 1. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. *Plin. in præf. l.* 7. Truncos etiam, arboreſque cortice interdum gemino a frigoribus, & calore tutata eſt. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Plaut. Amph.* 2. 2. 60. Patria, & prognati tutantur, ſervantur.

Tutor, oris, m. *tutore, difenſore*, ἐπίτροπος, qui tuetur, defenſor. *Hor. Epod.* 2. Et te pater Sylvane tutor finium. ¶ Specietim ſumitur pro pupilli defenſore, pro eo, qui jus, & poteſtatem habet in capite libero ad tuendum eum, qui ſe per ætatem nondum tutari poteſt. Hæc autem ætas eſt uſque ad pubertatem, id eſt uſque ad decimum quartum annum. Nam inde uſque ad vigeſimum quintum dantur curatores, qui etiam furioſis, & mente captis toto vitæ curſu dari ſolent. *Paul. l.* 1. *ff. de tutel.* Tutores autem ſunt, qui eam vim, ac poteſtatem habent, exque re ipſa nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quaſi tuitores, atque defenſores, ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. *Liv. l.* 1. Poſtremo tutor etiam liberis Regis teſtamento inſtituebatur. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 96. Tutorem eſſe alicui. *Modeſtin. l. Cajus, ff. de excuſationib.* Dare alicui tutorem. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Cic. in Brut. c.* 96. Nos autem, Brute, quoniam poſt Hortenſii clariſſimi Oratoris mortem orbæ Eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus.

Tutorius, a, um, adject. *di tutore*. *Juſtin. l.* 30. *c.* 3. Mittitur, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtret.

Tutrix, icis, f. *tutrice*. *Cod. Juſtin. l.* 5. *tit.* 35. *leg.* 3. Filiorum ſuorum tutricem eam exiſtere ſancimus.

Tutulātus, a, um, qui tutulum geſtat. *Varro l.* 6. *de L. L.* Tutulati dicti, qui in ſacris capitibus (*Scaliger* leg. *apicibus*, id eſt flaminis) habere ſolent ut metam. Id tutulus appellatur ab eo, quod matreſfamilias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos (*Scal. elatos*) dicunt tutulos, ſive ab eo, quod tuendi cauſa capilli fiebant, ſive ab eo, quod altiſſimum in urbe quod eſt, ea res tutiſſima putabatur vocatur.

Tŭtŭlus, i, m. 3. κόρυμβος, κρώβυλος, capillorum in conum congeſtus, in fœminis, quem *Lucanus* nominat turritam frontis coronam, *Statius* celſos frontes honores, ſuggeſtumque comæ. V. *Tutulatus*. *Tertull. l. de Pallio c.* 4. Tunc certiſſime ſupra omnes exuvias auguſta veſtis, ſuperque omnes apices, ut tutulum ſacer ſuggeſtus dedecit amiles. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 579. *n.* 3. Aponiæ Succeſſæ a tutul: Ornatr. C. Baronius Epigonus Atrienſis, *conciervſſe*. ¶ Ponitur etiam pro apice flaminis, hoc eſt ſummo faſtigio pilei, quo Flamen utebatur. *Feſt.* Tutulum vocari ajunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & exſtructum in altitudinem: Quidam pileum lanatum forma metalli figuratum, quo Flamines, ac Pontifices utantur, eodem nomine vocari.

Tūtŭlus, i, prima producta, ſecunda correpta, m. ὑψηλόν, altiſſima pars in urbe. *Varro l.* 6. *de L. L.* V. Tutelatus.

Tutūnus, i, m. Deus idem, qui Priapus hortorum tutor. *Arnob. l.* 4.

Tutus, a, um, *ſicuro*, Germ. *ſicher*, Gall. *ſeur*, Hiſp. *ſeguro*, ἀσφαλής, ἀκίνδυνος, qui eſt extra periculum, tectus, munitus, incolumis, ſalvus, a *tueor*. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 1. *de Fin.* Tutior vita, & voluptatis plenior. *Id. pro L. Man.* Quis locus tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet? ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *a*, vel *ab*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ut ſint a frigoribus, & a caloribus tutiores. *Aſin. Cic. l.* 10. *Fam. epiſt.* 31. In quibus plane tutum me ab inſidiis inimici ſciebam non futurum. ¶ Vel cum acc. & præp. *contra*, & *adverſus*. *Cic.* 7. *Ver.* Nullius res tuta, nullius domus clauſa, nullius vita ſepta, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem, & audaciam poſſet eſſe. *Celſ. l.* 3. *c.* 23. Mithridatem adverſus venenorum pericula tutum corpus dicitur reddidiſſe. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Liv. l.* 36. *c.* 32. Cæterum ſicut teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegumen eſt, tutam ad omnes ictus video eſſe. ¶ Vel cum ablat. cauſæ, ſeu inſtrumenti. *Dolabella Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 9. Animadvertis, Cn. Pompejum nec nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria, nec etiam Regum, ac nationum eſſe tutum. *Virg.* 1. *Æn.* Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo. ¶ Sumitur etiam pro ſano, cauto, provido, nam qui ſapit & cavet, tutus eſt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. ex quo eſt habitus male tutæ mentis Oreſtes. *Id. de ar. poet.* Serpit humi tutus nimium, timiduſque procellæ. ¶ *In tuto eſſe*, vel *collocare*, eſt in ſtatu, vel loco tuto. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Cum Dii immortales moneant de optimatum diſcordiis, in tuto collocant Clodium. *Terent. Heaut.* 4. 3. 30. Nam qui ille poterit eſſe in tuto?

Tuus, a, um, *tuo*, Ger. *dein*, Gal. *tien*, Hiſp. *tuyo*, σός, σεαυτοῦ, quod ad te pertinet, pronomen poſſeſſivum. Eſt a Dorico τεός, pro σός. Niſi ſimplicius ſit dicere, ut a *me* eſt *meus*, ſic a te eſſe *tuus*. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 37. Tua merx eſt, tua indicatio eſt. *Cic. Fam.* 13. *epiſt.* 17. Qui & in bello tecum fuiſſet, & propter memoriam Craſſi de tuis unus eſſet. h. e. unus tuorum amicorum. *Ter. And. ſc. ult. v.* 11. Me in tuis ſecundis reſpice: tuus eſt nunc Chremes. h. e. tuus amicus, tibi obſequens. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 46. Bene volo illi facere, ſi tu non vis. *Ph. nempe de tuo, del tuo.* ¶ Interdum ponitur pro eo, quod eſt alicui accommodatum, opportunum, utile. *Martial. l.* 10. *epigr.* 19. Sed ne tempore non tuo diſertam pulſes ebria januam memento. *Et poſt.* Hæc hora eſt tua, dum furit Lyæus. ¶ *Tuum eſt*, idem eſt, atque tui officii, tui negotii eſt, ad te ſpectat, tua intereſt. *Ter. Andr.* 4. 1. 54. Tuum eſt, ſi quid præter ſpem evenit, mihi ignoſcere. *Plaut. Stich.* 3. 4. 36. Haud tuum iſtuc eſt te vereri. *non è tuo coſtume.* ¶ In ablativo ſingulari admittit ſyllabicas particulas *pte*, & *met*, & ſignificat tuo, vel tua ipſius. *Plaut. Mil.* 3. 1. 11. Tibi tuopte conſilio occludunt linguam. *Id. Trin.* 3. 2. 40. Tuapte ſponte.

T ANTE Y.

Tyăna, f. r. *Tiana*, urbs A. Cappadociæ, ad rad. Tauri M. inter Saſima & Fauſtinopolim, media fere inter Cæſaream ad Bor. & Tarſum urb. Ciliciæ ad Mer. patria Apollonii. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Tyanēus, a, um, quod ad Tyanam urb. ſpectat. *Ovid.* 8. *Met. v.* 719. Oſtendit adhuc Tyaneius illic Incola de gemino vicinos corpore truncos.

Tybĕris. V. Tiberis.

Tybur. V. Tibur.

Tyche, es, f. 1. una ex quatuor partibus urbis Syracuſanæ, a τύχη, *fortuna*, propter nobile in ea Fortunæ Deæ templum. *Cic.* 6. *Ver. c.* 53. Tertia eſt urbs, quæ, quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata eſt: in qua & gymnaſium ampliſſimum eſt, & complures ædes ſacræ: coliturque ea pars, & habitatur frequentiſſime.

Tychius, ii, m. τυχίος, faber celeberrimus apud *Homer. Iliad.* 7. qui Ajacis clypeum fabricavit. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 823. ſit Tychio doctior illi licet.

Tyde, es, f. 1. *Tude*, *Tuy*, urbs Hiſpaniæ Tarr. in Callaicia, ſeu in Gallæcia, ad Minium fl. ſupra ejus oſtia 6. l. in Cae. Condita fuit a Diomede, & de patris nomine dicta, *Sil. l.* 3. Oenea miſeræ domus, Ætolaque Tyde.

Tydeus, i, per duas ſyllabas, ut. Τυδεύς, filius Oenei Regis Calydoniæ ex Euryboea, vel, ut aliis placet, ex Althæa. Cum fratrem ſuum Menalippum inſcius occidiſſet, ad Adraſtum Regem Argivorum ſe contulit, cujus filiam Deiphilen in conjugem ſumpſit. Poſtea a Polynice, qui & ipſe ibi exulabat, & alteram Adraſti filiam Argiam nomine in matrimonium habebat, legatus ad Eteoclem Regem Thebarum, fratrem ejuſdem Polynicis, miſſus eſt, ut pacti memor fratri Regnum redderet. Ad quem cum veniſſet, & legatione functus eſſet, Eteocles negavit, ſe in Regno ceſſurum eſſe. Quo reſponſo Tydeus vehementer commotus eſt, ita ut non ſit veritus & hoſtis, & ſolus Thebanos omnes, quotquot tum forte cum Eteocle eſſent in convivio, ad quodlibet certaminis genus provocare. Atque ut animoſe provocavit, ita omnes (ſic illi Pallas propitia erat) ſtrenue vicit. Quam ob rem Thebani dolore, ac indignatione accenſi reverſuro inſidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, quo Tydeus tranſiturus erat, quinquaginta juvenibus cum duobus ducibus, Mæone filio Æmonis, & Lycophonte filio Autophoni. Sed eos omnes Tydeus ad ipſum locum occurrentes ſtravit, occiditque, fretus Deorum, qui ſibi manifeſtabant, auguriis, uno tantum Mæoni parcens, quem acceptæ cladis nuncium ad Eteoclem remiſit. Reverſus ad Adraſtum cenſuit, bellum Eteocli inferendum eſſe. Collectis igitur undique copiis, cum Adraſto, & Polynice, reliquiſque Græciæ Principibus, ad bellum Thebanum profectus eſt, in quo poſt multas res præclariſſime geſtas a Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus occubuit. Filium reliquit Diomedem. *Virg.* 6. *Æn.*

Digitized by Google

6. *Æn.* Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus.

Tydides, æ, τυδείδης, Diomedes filius Tydei. *Virg.* 1. *Æn.* O Danaum fortiſſime gentis Tydide. *Hor. l.* 1. *ode* 6. Tydidem Superis parem.

Tylos, ſeu Tylus, Tilus, f. 2. nomen duarum inſularum in mari Rubro, in ſinu Perſico. Abundant unionibus, & margaritis, item oleis, ficubus, palmis, vitibus, variiſque pomorum generibus. *Priſcian. de ſitu orbis*: Hic Tylos eſt ſuperans vaſtæ miracula terræ. Vide *Plin. l.* 6. *c.* 28.

Tympania, orum, n. margaritæ genus ſuperne rotundæ, ab inferiore parte planæ. *Plin. l.* 9. *c.* 35.

Tympanicus, a, um, τυμπανικός, qui tympanite laborat. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Hydropicis, incipientibuſque tympanicis, ſtomachicis, &c.

Tympanolum, li, n. parvum tympanum. *Arnob. l.* 6. *ſub fin.* Tympaniola, tibiæ, pſalteria.

Tympaniſta, æ, m. *tamburino*, τυμπανιστής, qui tympana pulſat. *Apul. de Deo Socrat.*

Tympaniſtria, æ, f. τυμπανίστρια, quæ tympanum pulſat. *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. Tympaniſtria, pſaltria canit.

Tympanites, æ, m. τυμπανίτης, ſpecies hydropis ſicca, in qua flatus totam abdominis, interdum & thoracis regionem tumentem faciunt. Nomen ex eo eſt, quia venter ita diſtentus ſonum reddit tympani, ſi pulſetur. *Plin. Valer. l.* 3. *c.* 12. & *Cal. Aurel. Chronic. l.* 3. *c.* 8. Nam *Celſ. l.* 3. *c.* 21. Græca uſurpat.

Tympaniticus, a, um, adject. tympanite laborans. *Veget. l.* 3. *c.* 27.

Tympanizo, as, n. 1. τυμπανίζω, tympanum pulſo. *Suet. in Aug. c.* 68. Et aſſenſu maximo comprobavit verſum in ſcena pronuntiatum de Gallo Matris Deum tympanizante: Videſne, ut cinædus orbem digito temperat?

Tympanotriba, æ, m. *tamburino*, תֹּפֵף, Ger. *trummenſchlager*, Gal. *joueur de tambourin*, Hiſp. *aduſero*, *tanedor de atabal*, τυμπανοτρίβης, qui tympanum terit, ideſt pulſat. *Plaut. Truc.* 2. 4. 9. Tympanotribam amas, hominem non nauci. h. e. mollem, & effeminatum, quales erant Cybeles ſacerdotes tympana pulſantes. *Turnebus credit*, a Plauto vocari eum, qui ſæpe in tympano per tormenta cruciatus ſit. Nam in tympano apud Græcos homines torquebantur.

Tympanum, i, n. *timpano*, *tamburo*, תֹּף, Ger. *trummen*, Gall. *tambourinet*, Hiſp. *atabal*, *pandero*, τύμπανον, inſtrumentum ex una parte plenum, intus vacuum, membrana extenſa clauſum, quod baculo, vel etiam manibus pulſatur, quo gentes uti ſolebant in ſacrificiis Cybeles, ſeu Matris Deorum. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 64. Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas Obliquas, nec non gentilia tympana ſecum Vexit, & ad circum juſſas proſtare puellas. *Virg.* 9. *Æn.* Tympana vos, buxuſque vocat Berecyntia Matris Idææ. ¶ Eſt & tympanum vehiculi lignum tectum, ut inquit *Servius*, quia ad modum pellis in tympano, ſuper vehiculum aſſeres lati, & ſubtiles extenduntur: alii dicunt eſſe teſtudinem radiorum in rotis, hoc eſt lignum illud rotundum, quod canthos, ſeu circulum rotæ efficit: alii denique, atque, ut opinor, rectius, tympanum eſſe ajunt rotam ex ſolido ligno factam. *Virg.* 2. *Georg. v.* 444. Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plauſtris. ¶ Etiam tympanum ad rem architectonicam transfertur. Eſt autem machina rotunda ad rotæ ſimilitudinem, qua a calcantibus hominibus verſata ſubvehuntur pondera, vel demittuntur. Hujuſmodi etiam tympana in portubus videmus ad exonerandas naves accommodata. *Lucr. l.* 4. *v.* 903. Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi ſuſtollit machina niſu. ¶ Præterea tympanum eſt pars faſtigii anterior in ſummis coronis columnarum, triangulari plerumque figura, quam intra ipſius faſtigii coronices claudunt, *lo ſpondato del frontiſpizio*. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. ¶ Item rota ad hauriendam aquam accommodata, quæ dum ab hominibus calcantibus verſatur, aquam modiolis exceptam extollit, & verſat in caſtellum, ſeu vas ad id paratum. *Id. l.* 10. *c.* 9. ¶ Item rotæ molendini interiores ad perpendiculum collocatæ, dentibuſque inſtructæ alte aliam verſantes, tympana dicuntur. *Id. ibid. c.* 10. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Denique tympana olim appellari conſueviſſe planas, & rotundas lances, quæ in menſis imponerentur, ſcribit *Plin. l.* 33. *c.* 11.

Tymphe, es, f. 1. mons Epiri, in Theſprotia reg. gypſo abundans.

Tymphæi, m. 2. pop. Ætoliæ, al. Theſſaliæ, al. Macedoniæ, inter Epirum ad Occ. & Theſſaliam ad Or. quorum oppida Tymphea, & Æginum. *Plin. l.* 4. *c.* 2.

Tyndareus, m. 2. Τυνδάρεως, idem ac Tyndarus. *Ovid. in epiſt.* Me tibi Tyndareus vita gravis auctor, & annis credidit.

Tyndareus, a, um, τυνδάρειος, quod ad Tyndarum ſpectat, ut Puer Tyndareus. *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 167. Tyndareuſque puer. hoc eſt Caſtor, aut Pollux.

Tyndaridæ, arum, m. 1. Pollux, & Caſtor filii Tyndari. Secundum *Servium in* 2. *Æn.* etiam Pollux Tyndarides dictus eſt, etſi ex Jove, & Leda fuerit procreatus, quemadmodum Poetæ Herculem Jovis filium appellant Amphitryoniadem. *Ovid.* 5. *Faſt.* Abſtulerant raptas Phœben, Phœbeſque ſororem Tyndaridæ fratres.

Tyndaris, idis, f. τυνδαρίς, Helena, vel Clitæmneſtra filia Tyndari, & Ledæ, cum qua Jupiter adulterium patravit. *Virg.* 2. *Æn.* Non tibi Tyndaridis facies inviſa Lacænæ.

Tyndaris, idis, f. Tyndarium, *lo Tindaro*, *S. Maria di Tindaro*, col. & urbs Siciliæ, in ora litorali, condita, & nominata a Tyndaro Lacedæmonio patre Helenæ, nunc exciſa, ſeu potius mari abſorpta. *Plin. lib.* 2. *cap.* 91.

Tyndaritani, orum, m. Tyndaridis oppidi incolæ. *Cic. Verr.* 5. *c.* 47.

Tyndarus, i, m. ſive Tyndareus, τυνδάρεως, filius Oebali, Rex Oebaliæ, ſeu Laconiæ, ideſt regionis Laconiæ. Habuit uxorem formoſiſſimam Ledam, cum qua Jupiter adulterium patravit. Suſcepit duos filios, Pollucem, & Caſtorem, & duas filias, Helenam, & Clitæmneſtram. *Bocc. l.* 5. *Gen. c.* 40.

Typhœus, m. 2. per tres ſyllabas, τυφωεύς, unus e Gigantibus, filius Titani, & Terræ, quem illa Jovi irata ad perniciem cœleſtium fertur edidiſſe. Hic, cum in ingentem corporis molem adoleviſſet, eo vecordiæ provectus eſt, ut Jovem ad certamen de Regno provocaret, cumque de Cœli poſſeſſione dejicere conaretur. Quapropter a Jove fulmine ictus eſt. Aliqui, ut Pindarus, & eum ſecuti *Ovidius* 5. *Met.* & *Strabo l.* 13. fabulantur, in Sicilia ſub monte Ætna ſepultum fuiſſe, alii, ut Homerus in Catalogo, quem *Virgilius l.* 9. *Æn.* & *Lucanus l.* 5. ſequuntur, detruſum eſſe ſub Inarimen inſ. Campaniæ. *Virg.* 9. *Æneid.* Inarime Jovis imperiis impoſta Typhœo. *Lucan. l.* 5. Conditur Inarimes æterna mole Typhœus.

Typhœus, a, um, per quatuor ſyllabas, τυφώειος, quod ad Typhœum ſpectat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 665. Nate, Patris ſummi qui tela Typhœa temnis. id eſt quibus Typhœum gigantem percuſſit.

Typhæus, a, um, adjectiv. idem quod Typhœus. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 183. rupitne Typhæia cervix Inarimen?

Typhon, onis, m. Τυφῶν, idem qui Typhœus. *Ovid.* 2. *Faſt.* Terribilem quondam fugiens Typhona Dione. ¶ Typhon item, frater Oſiridis, Regis Ægypti, qui ipſum clam necavit, & in viginti quinque partes corpus ejus diſcerpſit. Tandem ab Iſide Regina ſorore & uxore Oſiridis in bello eſt interemptus, cum iis, qui cædis fuerant conſcii, auxilio filii, cui Orus nomen erat. *Diod. Sicul. l.* 1. *c.* 2.

Typhon, onis, m. τυφῶν, vortex fumigans, ſed ſine igne, flatus, ſeu ventus vorticoſus miræ velocitatis, ſed ſine igne, e nube erumpens, a τύφω, *fumigo*. *Lucan. l.* 7. Et trabibus mixtis avidos typhonas aquarum Detulit. *Plin. l.* 2. *c.* 48. Sin vero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint, ſine igne, hoc eſt ſine fulmine, verticem faciunt, qui typhon vocatur, id eſt vibratus ecnephias; defert hic ſecum aliquid abruptum e nube gelida, convolvens, verſanſque, & ruinam ſuo illo pondere aggravans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua navigantium peſtis, non antennas modo, verum ipſa navigia contorta frangens.

Typhus, i, m. τῦφος, Græce eſt fumus, a τύφω, *fumigo*. Per Metaphoram ſumitur pro faſtu, arrogantia, ſuperbia, elatione, jactantia. *Arnob. l.* 3. Typhum, ſuperciliumque deponere. *Et infra*: Typhum arrogantiamque frangere.

Typicus, a, um, adject. *figurativo*, *che adombra*, *o ſignifica*. Uſurpant *Sedulius l.* 3. *v.* 208. & *Arator in Acta Apoſtol. c.* 13.

Typus, i, m. *forma*, *figura*, *tipo*, צוּרָה, Ger. *vorbild*, Gall. *type*, Hiſp. *molde*, τύπος, forma alicujus rei, figura, imago, exemplar, umbra quædam, & adumbratio rudis. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit, quibus pater ejus impreſſa argilla typum fecit. ¶ Non ſolum vero typi dicuntur formæ illæ, ex quibus res efformantur, ſed etiam inſculptæ variarum rerum effigies, & formæ, quarum diſtincta varietate in tectoriis delectabantur, ita ut variæ quadræ, & cruſtæ variis cælatæ ſpeciebus viderentur. *Cicer. Att. l.* 1. *ep.* 9. Præterea typos tibi mando, quos in tectoriolo atrioli poſſis includere. V. ibi *Manut.*

Tyra. V. Tyras.

Tyrangitæ, m. 1. Tyragetæ, Tyrigetæ, Tyritæ, pop. Sarmatiæ Europææ, in illo tractu, ubi hodie Podolia inferior, Prov. Mer. R. Poloniæ, verſus Tyram fl. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Tyranna, æ, fœm. *tiranna*, mulier quæ tyrannidem occupat. *Trebell. Poll. in XXX. Tyran. c.* 31. Nemo dicturus eſt, me fœminas inter tyrannos cum riſu & joco, tyrannas videlicet, & tyrannides, ut ipſi de me ſolent jactare, poſuiſſe.

Tyrannice, adv. *tirannicamente*, Ger. *tyranniſcher weiſe*, Gall. *tyranniquement*, Hiſp. *cruelmente*, τυραννικῶς, tyrannorum more, crudeliter, violenter. *Cic.* 5. *Ver. c.* 48. Nunc ut hoc tempore ea, quæ regia, ſeu potius tyrannice ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.

Tyrannicida, æ, com. *uccißore del tiranno*, τυραννοκτόνος, qui tyrannum occidit. *Plin. l.* 7. *c.* 23. Quæ torta non indicavit Harmodium, & Ariſtogitonem tyrannicidas. *Suet. in Tiber. c.* 4. Præmia tyrannicidarum. Adde *Quintil. l.* 5. *c.* 10. ¶ *Cicero* pro hac voce utitur circumlocutione, inquit enim *pro Mil. c.* 29. Græci deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt.

Tyrannicidium, ii, n. τυραννοκτονία, actus tyranni occidendi. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Tyrannicidium eſt occidere tyrannum.

Tyrannicus, a, um, *tirannico*, Ger. *tyranniſch*, Gal. *tyrannique*, Hiſp. *tiranico*, τυραννικός, quod eſt tyranni, hoc eſt crudele, & ſuperbum. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 30. Tetrum, crudele, tyrannicum facinus. *Cic.* 1. *de Leg. cap.* 15. An ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges juſtæ haberentur?

Tyrannis, idis, f. *tirannide*, *tirannia*, Ger. *tirannei*, Gal. *tyrannie* Hiſp. *tyrannia*, τυραννίς, tyranni dominatio, imperium ſævum, ac violentum. *Cic.* 3. *Off. c.* 23. Quid, ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater? *Id. Att. l.* 14. *epiſt.* 9. O Dii boni, vivit tyrannis, tyrannus occidit. *Id. ibid. epiſt.* 14. Sublato tyranno, tyrannida manere video. *Juvenal. ſat.* 8. Quid Nero tam ſæva, crudaque tyrannide fecit?

Tyrannoctonus, i, m. τυραννοκτόνος, idem ac tyrannicida, a τύραννος, *tyrannus*, & κτείνω, *interficio*. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 15. Eum modo non inimicum tyrannoctonis, verum etiam amicum fore.

Tyrannopolita, æ, m. civis ejus urbis, in qua tyrannus imperat. *Sidon. l.* 5. *ep.* 8. Vitia noſtrorum tyrannopolitarum.

Tyrannus, i, m. *tiranno*, *ſignore*, עָרִיץ, Ger. *tyran*, Gal. *tyran*, Hiſp. *tyrano*, τύραννος, rex, ſeu monarcha, qui plenam habet in ſubjectos poteſtatem. Nam primo tyrannus in bonam partem pro rege, ſeu principe accipi conſuevit. *Virg.* 7. *Æn.* Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. hoc eſt Æneæ. Adde *Nepotem in Miltiade ſuo* ſ. 8. ubi docet ab incolis Cherſoneſi tyrannos dici, qui perpetua dominatione utuntur. ¶ Progreſſu temporis, creſcente malitia, cum ſuperbi reges regnare cœpiſſent, ad illos tantum hoc nomen reſtrictum eſt, qui per inſolentiam viribus imperii abutebantur, non jure, & æquis legibus, ſed vi, & quadam animi libidine dominabantur. *Cic. de Am. c.* 15. Hæc eſt enim tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta, atque ſollicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ. *Id.* 2. *Off.* Nec vero hujus tyranni ſcelum, quem armis oppreſſa pertulit civitas, &c. ¶ Tranſlata ſumitur pro quocunque moderatore. *Hor. l.* 2. *od.* 17. Seu tyrannus Heſperiæ Capricornus undæ. ¶ Vetus quidam Interpres, cujus verba adducit *Caſaubon. ad Trebell. Pollion. in XXX. Tyrannis c.* 31. itemque *Servius ad Virg.* 7. *Æn.* ſcribunt, *Tyrannus* eſſe communis generis, ita ut etiam in fœminino genere uſurpari poſſit. ſed ad hoc confirmandum deeſt adhuc idonei Scriptoris exemplum.

Tyras, æ, m. & Tyra, Naparis, *Tyro*, *Turla*, *Nieſter*, fl. Germano-Sarmatiæ, nunc Poloniæ. Oritur ex lacu parvo in Ruſſia nigra prov. e Premiſlia 9. l. Pol. in Or. e Leopoli 4. in Mer. hinc in Ortum tendens, rigataque Pocutia tractu, Podoliam ſuperiorem, & inferiorem a Moldavia ſeparat, & in Beſſarabiæ tractu in Pontum Euxinum ſe exoneret infra Bialogradam, ab oſtio Iſtri 60. M. P. in Bor. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Tyras, f. 1. *Moncaſtro*, *Bialogrod*, *Akerman*, urbs Sarmatiæ Europææ, ad oſtia Tyræ fl. vix 5. M. P. ſupra oſtia fl. caput Beſſarabiæ. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Tyrianthinus, a, um, *color miſto di porporino*, *e violato*, τυριάνθινος, quod eſt colore facto ex janthino, hoc eſt violaceo, rurſus Tyria purpura inebriato, ut Veſtes Tyrianthinæ, quæ colore hujuſmodi ſunt infectæ. *Martial. l.* 1. *epigr.* 54. Sic interpoſitus vili contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus. Adde *Plin. l.* 9. *c.* 41.

Tyridates, is, m. Τιριδάτης, frater Vologeſi Parthorum Regis, qui Neronis principatu Romam venit, & Regni Armeniæ diadema ab eo accepit. *Tac. l.* 6. & 7. *Ann.*

Tyrins, & Tiryns, thiis, f. Τίρυνς, ϑος, urbs Peloponneſi, Argis vicina, in qua Hercules educatus creditur. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Tyrinthius, ii, m. Hercules, a Tyrinthe urbe, in qua educatus eſt. *Virg.* 7. *Æn.* Poſtquam Laurentia victor Geryone extincto Tyrinthius attigit arva. *Sil. l.* 8. *v.* 216. Tyrinthius heros. ¶ Scribitur & *Trynthius*.

Tyriſſæi, m. 2. pop. Macedoniæ, in Emathia, inter Cyrrheſtas, & Pallam urb. quorum urbs Tyriſſa. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Tyriſtaſis, f. 3. Tiriſtaſis, *Periſtaſi*, urbs Cherſoneſi Thraciæ, in ora ad Propontidem. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Tiri-

Digitized by Google

Tyritâce, es, f. urbs Colchorum, in ripa Phaſidis ſ. a Phaſide orbe introrſum diſtans in mediterraneis. *Plin. l. 6. c. 4.*

Tyrſum, ii, n. purpura Tyria. *Tertul. de pœnit. c.* 10. Num in coccino, & Tyrio pro delictis ſupplicare nos condecet?

Tyrius, a, um, τύριος, quod ſpectat ad Tyrum urb. *Vir.* 1. *Æneid.* Nec tam averſus equos Tyria Sol jungit ab urbe. ¶ Tyria puella, Europa filia Agenoris Regis Tyri, & totius Phœniciæ. *Ovid.* 5. *Faſt.* Præbuit ut taurus Tyriæ ſua terga puellæ Jupiter. ¶ Metonymice, quoniam in urbe Tyri laudatiſſima tingebatur purpura, factum eſt, ut Tyrium dicamus pro purpureo. *Ovid. l.* 2. *de Ar. v.* 297. Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 2. *v.* 151. Tyrium aheaum. V. *Aheaum.* ¶ *Tyria maria*, prov. dicebatur de re admodum tumultuoſa, periculiſque plena. & *Tyria maria auditore*, pro ingentes tumultus commovere. Inde natum eſt, quod Pœni Tyro oriundi adeo potentes in mari fuerunt, ut omnia maria infeſtantes navigationem redderent periculoſam. *Afranius apud Feſt.* ¶ Tyrii, orum, Tyri incolæ. *Virg.* 1. *Æn.* ¶ Dicitur etiam de Thebanis, quia Thebas Cadmus Tyri in Phœnicia natus condidit. *Stat.* 3. *Theb. v.* 406. Tyrius exul. *h. e.* Polynice filius Oedipodis Thebarum regis. *Id. l.* 3. *ſilv.* 1. *v.* 16. Tyrium plectrum. *h. e.* Amphionis, qui Thebarum muros cantu extruxit, *Id.* 10. *Theb. v.* 693. Tyrii montes. *h. e.* qui ſunt circa Thebas. ¶ *Tyrii*, *orum*, ipſi Thebani. *Id. ibid. l.* 9. *v.* 489.

Tyro cum derivatis, V. Tiro.

Tyroparina, æ, f. h. e. placenta in modum caſei confecta ex lacte, ovis, & melle. *Apic. l.* 7. *c.* 2.

Tyros, V. Tyrus.

Tyrotarichus, i, m. τυροτάριχος, genus obſonii ex caſeo, & ſalſamentis confecti, a τυρὸς, *caſeus*, & τάριχος, *ſalſamentum*. Quidam volunt eſſe jus ex caſeo ſalito expreſſum, quo in condimentis uſi ſunt Veteres. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 8. hac voce utitur, & *l.* 9. *Famil. ep.* 16. ¶ Patella tyrotaricha apud *Apic. l.* 4. *c.* 2. eſt placenta ex tyrotaricho confecta, & condita, aliis præterea adhibitis condimentis, quæ is ibidem enumerat.

Tyrrhêni, Hetruſci, Thuſci, *Toſcani*, τυῤῥηνοὶ, pop. Italiæ, quorum regio Tyrrhenia, ſive Hetruria, ſive Thuſcia. Hos quidam indigenas Italiæ, alii advenas fuiſſe dicunt. Qui indigenas cenſent, hoc nomen ipſis inditum ajunt ab ædificiis munitis, quæ in urbium mœnibus erigi ſolent, quæ Græce τύρσεις, Latine turres appellantur, quod primi omnium in Italia turres caſtruxerint, in iiſque habitarint, quemadmodum Moſynœci pop. Aſiæ appellati ſunt a μόσυν, *turris*, quod habitarent in ædificiis ligneis munitis, & turrium inſtar excelſis. Sunt qui dicunt, eos alienigenas eſſe: alii ajunt, Lydos, ſive ſponte, ſive ob agri ſterilitatem, patria relicta, in Italiam navigaſſe, Tyrrhenum coloniæ ducem fuiſſe, gentique nomen a ſe impoſuiſſe. Hunc vero Tyrrhenum alii dicunt filium fuiſſe Atyos ex Callithea, alii, Herculis ex Omphale. Sed *Xanthus Lydius* nullam de hac re mentionem facit. Alii dicunt, Tyrrhenos a Myſis ortum trahere, & ita appellatos eſſe a Tyrrheno Telephi filio, qui poſt Trojæ incendium in Italiam venerit. *Hellanicus Lesbius* dicit, Tyrrhenos eoſdem fuiſſe, atque Pelaſgos, hos, poſtquam in Italia cœperunt habitare, Tyrrhenorum nomen aſſumpſiſſe, condidiſſe Tyrrheniam urbem. Sed ab hoc *Myrſilus* diſſentiens ait, Tyrrhenos poſt patriam relictam in ipſis ſuæ profectionis erroribus mutato nomine Pelargos appellatos ob quandam ſimilitudinem avium, quæ pelargi, id eſt ciconiæ, vocantur, quod gregatim & per Græciam, & per multas alias regiones diu vagati fuerint. In hac ſententiarum varietate cenſemus, Tyrrhenos potius indigenas fuiſſe, quam Lydos, aut Pelaſgos: non Pelaſgos, quia lingua diverſa fuere, non Lydos, quia nec eandem linguam habebant, neque eoſdem Deos colebant, nec legibus, nec vitæ ſtudiis ſimilibus utebantur, ſed in hiſce rebus etiam plus a Lydis, quam a Pelaſgis differebant. *Dionyſ. Halicarn. Rom. Antiq. l.* 1. *Virg.* 11. *Æn.* Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia veſtris? ¶ Tyrrheni quoque, pop. inſulares maris Ægæi, Lemnum, Imbrum, & alias inſulas illæ Thraciæ incolentes, a quibus Tyrrhenicus ſinus dictus eſt.

Tyrrhenia, æ, f. Hetruria, Thuſcia, *la Toſcana*, regio Italiæ. Vide Hetruria. *Ovid.* 14. *Met.* Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuque, &c.

Tyrrhenum mare, Thuſcum, Inferum, Notium, *il mare di Toſcana*, τυῤῥηνικὴ θάλασσα, pars ampla maris Mediterranei. Extenditur a Macra fluv. uſque ad Siculum fretum, inter Thuſciam, Ditionem Pontificiam, Regnum Neapolitanum, Siciliam, Sardiniam, & Corſicam, in ora Italiæ, ejuſque partes ſunt Sinus Formianus, Neapolitanus, Salernitanus, Talaus, Terineus. De etymo ſic *Servius in* 1. *Æn.* Tyrrhenum mare dictum eſt, vel quod Thuſciam alluit, id eſt Tyrrheniam, vel a Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mare præcipitaverunt. Namque hoc habet fabula, dormientem in litore Liberum Patrem puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos, qui cum eſſet experrectus in navi, quo duceretur, interrogavit. Reſponderunt illi, quo vellet. Liber ait, ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. Sed cum alio vela deflecterent, iratum Numen tigres ſibi ſacratas viſibus eorum objecit: quo terrore ſe illi in fluctus dedere præcipites. Hæc *Servius*. *Ovidius* quoque hanc eandem narrat fabulam, *Metam.* 3. *fab.* 10. additque, Tyrrhenos hoſce nautas in Delphinos fuiſſe converſos. *Virg.* 1. *Æn. v.* 67. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

Tyrrhênus, m. a. alt Lydus, filius Atyos ex Callithea, quartus a Jove. Nam ex Jove, & Terra genitus eſt Maſnes, qui primus in Mæonia, quæ poſtea Lydia dicta eſt, regnavit, ex hoc, & Callirhoe Oceani filia procreatus Cotys. Cotys vero, qui uxorem duxit filiam Tulli Terrigenæ Halien, duo ſuere filii, Aſies, & Atys, vel Asy, & Callithea Chorœi filia Lydus, & Tyrrhenus nati ſunt. Ex his duobus Lydus paternum regnum accepit, & a ſe regionem illam Lydiam appellavit, Tyrrhenus vero cum colonia in Italiam venit, magnamque partem in ſuam poteſtatem redegit, & ſociis ſuis Tyrrhenorum nomen impoſuit. Sed *Herodotus* ait, Tyrrhenum quidem fuiſſe filium Atyos, ſed Atyn Maſnæ, & Mæonas non ſponte, ſed ob agri ſterilitatem a ſuis ſedibus migraſſe, Atyn univerſum populum in duas partes diviſiſſe, ſortique rem commiſiſſe, ut altera pars, & alter filius remaneret, altera pars, & alter filius diſcederet, itaque Lydum ibi remanſiſſe, Tyrrhenum diſceſſiſſe. Quidam dixerunt, Tyrrhenum Herculis fuiſſe filium ex Omphale Lyda progenitum, hunc in Italiam profectum, Pelaſgos ejeciſſe a ſuis urbibus, non omnibus, ſed iis tantum, quæ trans Tiberim erant, & quæ ad Septentriones ſpectabant. Alii Tyrrhenum Telephi filium fuiſſe tradunt, & poſt Trojam captam in Italiam veniſſe. *Dionyſ. Halicarn. Roman. Antiq. l.* 1.

Tyrrhênus, a, um, adject. ad Tyrrhenos pertinens. *Ovid.* 15. *Met. v.* 527. Gens Tyrrhena. *Virg.* 1. *Æn. v.* 67. Tyrrhenum æquor. *Stat.* 1. *Achil. v.* 56. Tyrrheni greges. *h. e.* delphini. cujus rei rationem V. in Tyrrhenum mare. ¶ *Tyrrhenum murmur*, apud *Stat.* 6. *Theb. v.* 404. eſt ſonus tubæ, quam Tyrrhenus Herculis filius primus inveniſſe dicitur a *Plin. l.* 7. *c.* 56 & *Hygino fab.* 274. Hinc *Virg.* 8. *Æn. v.* 526. Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clangor.

Tyrrhîdæ, arum, m. 1. filii Tyrrhi paſtoris. *Virg.* 7. *Æn. v.* 483. Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum Nutribant.

Tyrrhus, m. a. τύῤῥος, paſtor in agro Laurenti, amicus Latini Regis, ad quem in ſylvas Lavinia poſt mortem Æneæ, timens ſibi aliquam calamitatem ab Aſcanio, fugit, ubi etiam Sylvium peperit. *Dionyſ. Rom. Ant. l.* 1. & *Serv. in* 7. *Æn.*

Tyrus, f. 2. Tyros, Sarra, *Sor*, τύρος, urbs Syriæ, in Phœnicia, in ora maris Mediterranei, apud Palætyrum, inde 30. ſtad. ampla olim, & munita, in ſaxo undique prærupto, cum portu capaci, uoc et ōt, quæ Tripolim efficiebant, inter Sidonem ad Bor. 24. M. P. & Ptolemaidem ad Auſtr. 32. Ab Agenore Phœniciæ Rege ortum habuiſſe traditur, ſicuti Sidon a Sidone. Olim inſula fuit, ſeptingentis paſſibus ab alto mari diviſa, ſed Alexandri Magni eam oppugnantis operibus continenti juncta eſt. *Plin. l.* 5. *c.* 19. *Curt. l.* 4. ¶ A Tyro variæ coloniæ ortum habuere, ut Leptis, Utica, & illa Romani Imperii æmula Carthago. *Lucan. lib.* 3. Et Tyros inſtabilis, pretioſaque murice Sidon. ¶ Circa Tyrium mare optima conchylia, & purpuræ capiuntur, tingendis veſtibus apprime nobiles, ut eſt apud *Plin. l.* 4. *c.* 19. & *l.* 35. *c.* 6. hinc *Tyriæ veſtes*, *Tyrius murex*, &c. pro excellenti purpura ponuntur, quin & ipſa Tyros pro purpureo colore uſurpatur. *Martial. l.* 2. *epigr.* 29. Quæque Tyron toties epotavere lacernæ. *Idem lib.* 6. *epigr.* 2. Te Cadmæa Tyros, me pinguis Gallia veſtit.

Tzani, m. 2. iidem qui Sanni, qui ſunt populi Themiſcyræ ultra Trapezuntem, ut eſt apud *Plin. lib.* 6. *cap.* 4. Ita vocabantur ætate Euſtathii.

DE LITERA V.

V Litera vocalium ultima, quæ tamen etiam conſonantis vice fungitur, quoties alteri vocali imminet, eamque comprimit, ut *vates*, *vox*, *vulnus*. Poetæ interdum eam diſſolvunt metri cauſa, ut *Horat. Epod.* 13. Niveſque deducunt Jovem: nunc mare, nunc ſiluæ, &c. ubi *ſiluæ* triſyllabum eſt. ¶ Aliquando in *o* converſa legitur. Olim enim dicere *Hecoba*, *votra*, *probaverunt*, *dederont*, pro *Hecuba*, *noſtra*; &c. teſte *Quintil. l.* 1. *c.* 4. At contra ſcribebant *Polyxena*, & *Chalcides*, pro *Chalcides*, & *Polyxena*. *Id. ibid.* Ponebatur etiam pro *i*, ut *lubens*, &, *carnufex*, pro *libens*, & *carnifex*. ¶ Latini ſæpe Græcam υ in *o* vertebant, quod in voce *Sylla* adnotavimus. ¶ In numeris V. valet quinque.

V ANTE A.

Vacans, antis, n. *ozioſo*, *privo d' affari*, σχολάζων, qui otiatur. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 3. Hoc mihi certum, & jucundiſſimum vacanti negotium erat tecum id mii tempus conſumere, *Ovid.* 9. *Met. v.* 611. Nec petit horamque, animumque vacantem. *Virg.* 3. *Georg. v.* 477. Saltus longe lateque vacantes. h. e. armentis, pecoribuſque deſerti. ¶ Milites vacantes erant ſupernumerarii, ad commoda ſolum participanda in numeros relati, quos *Sueton. in Claud. c.* 25. *ſupra numerum* appellat. *Lamprid. in Alexand. Sev. c.* 25. ¶ *Vacans mulier*, hoc eſt vidua, *Marcian. leg.* 5. *ff. de vi public.* ¶ *Bona vacantia* dicuntur, quorum nullus eſt hæres. *Leg.* 1. *Cod. de bon. vacant.*

Vacanter, adv. in vanus, ἀργῶς, ſupervacue, inaniter, fruſtra. *Gell. l.* 17. *c.* 10. Vacanter hos etiam accumulavit, & inaniter.

Vacat, avit, imp. t. *aver tempo*, σχολὴ ἐστι, otium, vel tempus vacuum eſt. Eſt tertii ordinis. Sed tamen non ſemper dativus exprimitur. *Virg.* 2. *Æn.* Et vacat annales noſtrorum audire laborum. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 216. Nec vacat exiguis rebus adeſſe Jovi. *Juv. ſat.* 1. Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam. ¶ Quandoque ponitur pro curæ eſſe, placere. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Cui eſſe diſerto vacet.

Vacatio, onis, f. *vacanza*, *eſenzione*, σχολή, ceſſatio ab opere, immunitas. *Cic. Fam.* 9. *epiſt.* 6. Quæ ſtudia vacationem habent publici muneris. *Id.* 1. *de Leg. c.* 4. Nullam tibi a cauſis vacationem dari cedeo. *Id. de clar. Orat. c.* 31. Vacationem augures, quo minus judicent operam daretur, non habere. *Id.* 7. *Ver. c.* 25. Uti vacatione, *ſervirſi del privilegio de eſenzione*. ¶ Vacatio militiæ dicitur, cum milites vel propter expletum ſtipendiorum tempus, vel propter ætatem, vel alia quapiam de cauſa militare non coguntur. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 14. Druides militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. *Nep. in Attic. c.* 9. Inciderat bellum civile, cum haberet annos LX, uſus eſt ætatis vacatione. *Cic.* 5. *Phil. c.* 12. Tumultum decerni, delectum haberi, ſublatis vacationibus. *Id. ibid. c. ult.* Militibus veteranis, liberiſque eorum vacationem eſſe, Senatui placere. ¶ Hujuſmodi militares vacationes interdum pretio emebantur: hinc vacatio ponitur etiam pro ipſo pretio. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 46. Otho promiſit, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturum. h. e. pecuniam, qua ſoluta, liceret annum a militia abeſſe.

Vacca, æ, f. *vacca*, Ger. *Kuh*, Gal. *vache*, Hiſp. *vaca*, βοῦς, bos fœmina. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 5. Diſcernuntur in prima vitulus, & vitula, in ſecunda juvencus, & juvenca, in tertia, & quarta taurus, & vacca. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Vacca, m. 1. Vacus, Vacua, Baccia, *Vouga*, fl. Hiſpaniæ Luſitanicæ, cum oppido, ſeu pago cognom. qui inter Durium ad Bor. & Mundam ad Auſtr. fluit, & in Oceanum Occid. fere medius decurrit inter Lacobricam, & Portum. *Plin. l.* 4. *c.* 21.

Vacca, æ, f. urbs Africæ, proxima Uticæ, quæ ſe Cæſari dedidit. *Hirt. de B. Afr.* Pop. Vaccenſes.

Vaccæi, m. 2. pop. Hiſp. Tarrac. per quos Durius labitur, Arevacis ad Or. Vettonibus ad Auſtr. & ad Occ. Aſturibus ad Arctos finitimi, quorum Regio *Regno de Leon* dici poteſt, tametſi hoc Regnum magis patet. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Vaccinium, n. 2. ſive purpurei coloris, apud Romanos, idem qui hyacinthus, cujus herba cæpa agreſtis dicitur, a quadam cæpæ ſimilitudine. Habet enim, *Dioſcoride* teſte, folia bulbi, & radicem bulbaceam, caulem vero dodrantalem, minimo digito tenuiorem, comam procumbentem, incurvamque, purpureorum florum plenam. Itaque Vaccinium hyacinthum eſſe, *Dioſcor. Ruell. Matthiol. Dodonæus*, aliique cenſent. Favent his Gloſſæ Philox. in quibus eſt *Vaccinium*, ὕγχρον, ὑάκινθος. Similiterque Gloſſæ Cyr. Υάκινθος ἄνθος, *vaccinium*. Plerique volunt, hunc florem eundem eſſe, atque violam, ut viola dicta ſit quaſi vitula, propterea quod Poetæ fabulentur, florem hunc in pabulum Ius puellæ jam in vitulam converſæ terra fuiſſe effuſum, quomodo & Græcis ſimiliter a puellæ nomine ἴον appellatur, ita hac ipſa occaſione eundem florem vaccinium appellari, ut a vacca ſit vaccinium, quomodo a mucco eſt muccinium. Sane vaccinia violas eſſe ſcripſit *Serv.* ad illud 2. *Virg. Eclog.* Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. At ſimiliter Gloſſæ Phil ubi legas, τὸ λευκὸν, *liguſtrum*, τὸ μέλαν, *vaccinium*; τὸ ἄνθος, *viola*, *vaccinium*. Verum falli hoſce, indicat illud *Ecl.* 10. *ejuſd. Virg.* Quid tum, ſi fuſcus Amyntas? Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra. Ubi manifeſte diſtinguit. Idem facit *Vitruv. l.* 7. *c.* 17. Tinctores cum volunt ſil Atticum imitari, violam aridam conjicientes in vas

cum

cum aqua conſerveſcere faciunt ad ignem, &c. *Et mox*: Eadem ratione vaccinium temperantes, & lac miſcentes, purpuram faciunt elegantem. Quanquam non deſunt, qui ut hanc tueantur ſententiam, dicant, violarum eſſe plura genera, & inter ea eſſe vaccinium. Quidquid tamen ſit, illud certum eſt, vaccinium eſſe florem colore cæruleo ad nigrum accedente, *d' azzurro carico*, *a violetta carico*. Hinc *Virg.* nigra vaccinia dixit *Ecl.* 10. eodem modo, quo violas nigras. Et tamen violæ nigræ non ſunt, ſed valde nigricantes. ¶ *Plin. l.* 16. *c.* 18. ſcribit, vaccinia in Gallia eſſe purpurea, & ad ſervitiorum veſtes tingendas apta (quod & *Vitruv.* inquit in verbis citatis) in Italia vero mancupiis ſeri, hoc eſt, ut exponit *Turneb. l.* 4. *c.* 16. ſeri a mangonibus, & adhiberi ad fricanda, & illinenda corpora mancipiorum venalium, quoniam iis pubertas tardetur, quod hujuſmodi mercatoribus valde eſt utile. Addit hic *Harduinus*, duplex ex *Plinii* verbis colligi eſſe vaccinium, alterum Gallicum purpureum, alterum Italicum, quod idem ſit ac hyacinthus, ut dictum eſt. ¶ Scribitur & *Vacinium* unico *c*.

Vaccīnus, a, um, *di vacca*, *βόειος*, quod eſt ex vacca. *Plin. l.* 24. *c.* 3. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino ſerpentis plagæ.

Vaccŭla, æ, f. *βοΐδιον*, parva vacca. *Virg. in Diris*, *v.* 135. Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans. Uſi ſunt præterea hac voce *Apul. l.* 7. & *Arnob. l.* 7.

Vaceſſo, is, n. anom. *votarſi*, vacuus fio. *Lucret. l.* 6. *v.* 1003. multuſque vaceſſit in medio locus. Adde *v.* 1015.

Vacerra, æ, f. *palo*, [illegible], Ger. *pfal*, Gall. *cloiſon*, Hiſp. *aſtaca*, [illegible], proprie eſt ſtipes, ad quem equi religantur, etſi generatim ita dicatur quicunque ſtipes, ſeu palus humi defixus, ad caſtra munienda, hortos claudendos, & hujuſmodi, per Metaphoram vero homo ſtupidus, qua ratione, & idem *ſtipes* vocatur. Ita de hujus vocis ſignificationibus ſcribit *Feſt.* & Ælii, Ateji, atque Livii auctoritatibus confirmat. *Col. l.* 6. *c.* 19. Omneſque tranſverſis ſex temonibus quaſi vacerræ inter ſe ligantur. *Id. l.* 9. *c.* 1. *de vivariis claudendis*. Ubi vero neutrum patri familiæ conducit, ratio poſtulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel ſubere.

Vacerrōſus, a, um, *inſania correptus*, cerritus. Hoc nomen novæ efformatum fuit ab Auguſto, teſte *Suet. in ejus vit. c.* 87.

Vacillans, antis, *o. vacillante*. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 13. Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis, hoc eſt non recte præ valetudine ſcriptis. *Id.* 3. *Phil.* In Galliam mutilatum ducit exercitum cum una legione, & ea vacillante.

Vacillātĭo, onis, f. *vacillamento*, [illegible], actus vacillandi. *Quint. l.* 11. *c. ult.* Eſt & illa indecora in dextrum, ac lævum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.

Vacillo, as, n. 1. *vacillare*, *non eſſere coſtante*, [illegible], Germ. *ſchwancken*, Gal. *vaciller*, Hiſp. *bambanear*, [illegible], eſt proprie inconſtantem eſſe, & quaſi alternatim modo huc, modo illuc inclinari, nutare, fluctuare. *Nonium* ſi audimus *c.* 3. *n.* 148. a baculo venit, quo ſe laſſi, & infirmi ſuſtentant. *Cic. in Brut. c.* 60. Cum ex eo in utranque partem toto corpore vacillante quæſivit, quis loqueretur e lintre. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Vacillare ex vino. ¶ Item tremere, nutare. *Lucret. l.* 5. *v.* 1235. ſub pedibus tellus cum tota vacillat. *Id. ibid. v.* 1095. arbor ventis pulſa vacillans. ¶ Tranſlate accipitur pro inconſtantem, ſeu inſtabilem eſſe quacunque in re. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 1. Sed quod ſcribis igniculum matutinum, *γεροντικώτερον* eſt memoriola vacillare. *Id.* 3. *Offic.* Juſtitia vacillat, vel jacet potius. ¶ Sic etiam vacillare teſtis dicitur, qui in dicendo teſtimonio ſibi non conſtat, & modo affirmat, modo negat. *Modeſtin. l.* 2. *ff. de teſtib.* Teſtes, qui adverſus fidem teſtationis vacillant, audiendi non ſunt. ¶ Prima in hoc verbo ſyllaba corripitur a *Lucret.* præter adducta loca etiam *l.* 4. *v.* 1121. & *l.* 5. *v.* 105. producitur tamen ab *eod. l.* 3. *v.* 505. Tum quaſi vacillans primum conſurgit, & omnis, &c. Ex quo quidam duplici *c* ſcribendum putarunt, quemadmodum & in quibuſdam Feſti MSS. exaratum cernitur.

Vacive, adv. per otium, cum vacas. *Phædr. in præf. l.* 5. Quartum libellum dum vacive perleges, *all' ora ozioſe*.

Vacīvĭtas, atis, f. *vacuità*, vacuitas. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 40. Ita tibi vacivitate venio lauis lactibus. *Brut. ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 10. Quantam cupiditatem hominibus injiciat vacivitas. Alii pleriſque leg. *vacuitas*

Vacīvus, a, um, adject. *vacuo*, *diſoccupato*, vacuus. *Plaut. Trinum. prol. v.* 11. Date vacivas aures, dum eloquor. *Id. Caſ.* 3. 4. 6. Vacivas ædes feciſti mihi. *Id. Bacch.* 1. 2. 46. Valde afflictat me vacivum virium. h. e. ſine viribus, invalidum.

Vaco, as, n. 1. *eſſere voto*, [illegible], Ger. *abingen*, Gall. *vaquer*, Hiſp. *dar obra*, *κενὸν εἶναι*, vacuus ſum. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 11. Tota domus ſuperior vacat, ut ſcis. *Plin. l.* 10. *ep.* 14. Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum, vel ſeptemviratum, quia vacant, adjicere digneris; *ſono vacanti*. ¶ Vel cum ablat. ſine præp. *Virg.* 3. *Æn.* Hoſte vacare domos, ſedeſque aſtare relictas. ¶ Vel cum præp. *a*, vel *ab*. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 25. Hæc a cuſtodiis claſſium loca maxime vacabant. ¶ *Vacare pecunia* dicitur, quæ non eſt occupata, *danaro morto*. *Paul. Dig. l.* 26. *tit.* 7. *l.* 11. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque re, pro carere, expertem eſſe, liberum eſſe. Uſurpatur cum ablat. ſine præpoſ. *Cic. l.* 7. *ep.* 3. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. *Id.* 1. *Off. cap.* 19. Nullum eſt tempus, quod juſtitia vacare debeat. *ideſt* in quo juſtitiam adminiſtrare non oporteat. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 1. An ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacent. *Liv. l.* 7. *c.* 1. Ne quando a metu, ac periculis vacarent. ¶ Vel cum abl. partis, ut Vacare animo, quod eſt curis ſolutum eſſe. *Cic.* 1. *Div. c.* 6. Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum putes. ¶ Quoniam vero qui negotiis carent, vitam otioſam agunt, metaleptice notat otioſum eſſe, ceſſare, nihil agere, *σχολάζειν*. Tunc ſimiliter uſurpatur vel abſolute. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 29. Aut, ſi ne tu quidem vacat, noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere. *Caſ. l.* 4. *B. G. c.* 8. Itaque una ex parte a Suevis circiter millia paſſuum ſexcenta agri vacare dicuntur. *ideſt*, non excoli, non arari. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. in Brut. c.* 78. Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forenſi dictione, aut a commentatione domeſtica, aut a ſcribendo, aut a cogitando. ¶ Per Metalepſin quoque, quoniam qui nullis negotiis impediuntur, attentius ſolent applicare animum ad aliquid, capitur pro dare operam, animum adjicere, ſtudere. In hac acceptione conſtruitur cum dativo. *Plin. ep.* 9. *l.* 1. Quod evenit mihi, poſtquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco. *ideſt* corpus curo. *Curt. l.* 6. *c.* 7. Ille non vacaſſe ſermoni ſuo Regem cauſatus eſt, *che il Re non avea avuto agio d' aſcoltarlo*. ¶ Interdum reperitur cum accuſ. & præpoſ. *in*, vel *ad*. *Ovid. l.* 3. *de Pont. eleg.* 3. In nullum mea mens grande vacavit opus. ¶ *Vacans* impersonaliter V. ſupra in *Vacat*. ¶ Cum infinito, *Stat.* 8. *Theb. v.* 586. Tu Tyrias acies, adverſaque ſigna vacaſti ſternere.

Vacuātus, a, um, *votato*, *vacuo*. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Vacuata dolia. *Aurel. Vict. in Epitom. c.* 43. Sanguine vacuatus.

Vacue, adv. inaniter, futiliter. *Arnob. l.* 3. Inaniter, vacue, & ſine ulla ſubſtantia conſtituta ſunt omnia.

Vacuefacio, is, feci, factum, a. 3. idem ac vacuo, *votare*. *Nepos in Cimon. v.* 2. Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, vacuefecit. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 12. Venas inedia vacuefacere. ¶ Apud *Lactant. l.* 4. *c.* 17. Vacuefacere circumciſiones, eſt tollere, abrogare.

Vacuefactus, a, um, partic. *votato*. *Cic. Catil.* 1. *c.* 7. Quid quod adventu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt? Al. leg. *vacua facta*. *Nepos in Timol. c.* 3. Novis civibus bello vacuefactas poſſeſſiones diviſit. h. e. deſertas, bello vaſtatas.

Vacuĭtas, atis, f. *privazione*, *ἀκένωσις*, *κένωσις*, inanitas, privatio, abſentia. *Cic.* 1. *Fin. c.* 10. Ipſa liberatione, & vacuitate omnis moleſtiæ gaudemus. *Id.* 1. *Offic. c.* 21. Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus. ¶ *Vitruv. l.* 2. *c.* 7. Intervenitorum vacuitates ignis occupans. h. e. loca vacua.

Vacūna, æ, f. Dea vacantium, ſive otioſorum, a vaco. Vetus *Interpres Horatii in l.* 1. *ep.* 10. Vacuna apud Sabinos plurimum colitur: quidam Dianam, nonnulli & Cererem eſſe dixerunt, alii Venerem, alii Victoriam, Deam vacationis, quod faciat vacare curis. Sed Varro primo rerum divinarum Minervam dicit, quod ea maxime hi gaudeat, qui ſapientiæ vacant. *Hæc ille*. Huic agricolæ, cum a laboribus ruris vacarent, ut poſt perceptos fructus requieſcerent, per hyemem vota ſolvebant, & ſacrificabant. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 307. Nam quoque cum fiunt antiquæ ſacra Vacunæ, Ante Vacunales ſtantque, ſedentque focos.

Vacunæ Fanum, *Vacone*, pagus Sabinorum, ubi Vacuna Dea colebatur. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 10. *in fine*. hoc fanum putre vocat, quia vetuſtate collapſum erat.

Vacunālis, le, adjectiv. ad Vacunam pertinens. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 308. Ante Vacunales ſtantque, ſedentque focos.

Vacŭo, as, a. 1. *votare*, [illegible], Germ. *laren*, Gall. *vuider*, Hiſp. *vaziar*, *κενόω*, vacuum reddo, vacuefacio. *Martial. l.* 11. *epigr.* 6. Elyſium liceat ſi vacuare nemus. *Colum. l.* 3. *c.* 13. Qui ripam erigi jubeat, ſulcumque vacuari.

Vacŭus, a, um, *vuoto*, *voto*, *κενός*, inanis, non occupatus, nihil continens, a vaco. Uſurpatur vel abſolute. *Virg.* 3. *Georg.* Jamque elati ſublime videntur Aera per vacuum ferri. *Liv. l.* 27. Vacuus paulo poſt equus, errans per urbem cognitus, &c. *ideſt* ſine ſeſſore. *Id. l.* 30. *c.* 14. Partem ædium vacuam facere. ¶ Vel cum abl. ſine præp. *Cic. de Univ.* Nihil igni vacuum videri poteſt. ¶ Vel cum ablat. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Maximeque, quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. ¶ Metaleptice ſumitur pro ſpatioſo, vaſto, ingenti. *Virg.* 3. *Georg. v.* 143. Saltibus in vacuis paſcant, & plena ſecundum Flumina. ¶ Tranſlate accipitur pro experte cujuſcunque rei, ſeu libero a quacunque re, & conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro R. Am.* Cum ille confirmaret, ſe ſe prædia vacua filio traditurum. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 23. Cum vacui temporis nihil haberem. *Id. in Brut. c.* 5. Nunc vero, inquit, ſi es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. ¶ Vel cum ablat. ſine præp. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 18. Conſilium noſtrum ſpero vacuum periculo fore. *Id.* 2. *Fin.* Cum vacui curis, etiam quid in cœlo fiat, ſcire avemus. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Si erit ab iſto periculo vacuus. *Id.* 3. *Verr.* Hora nulla vacua a furto, a ſcelere, a crudelitate, a flagitio reperietur. ¶ Reperitur etiam cum gen. *Ter. Heaut.* 1. 1. 38. Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. Al. leg. *vacivum*. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2 *ad fin.* Vacuus operum, *sbrigato dalle faccende*. ¶ Tranſlate ponitur pro otioſo, quia qui nullis curis occupatus, nullis negotiis irretitus eſt, is otioſus eſt. *Cic. in Brut. c.* 5. Iiſque hunc elegimus diem, cum te ſciremus eſſe vacuum. *Ovid.* 3. *de Pont. eleg.* 1. *v.* 141. Nec tu rurſus jubeo, dum ſit vacuiſſima, quæras. ¶ *Vacuum mihi eſt*, tempus mihi ſuppetit, vacat, *ho tempo*. *Salluſt. apud Gell. l.* 9. *c.* 12. Poſtquam remoto metu Punico, ſimultates exercere vacuum fuit. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 38. Ubi ſubacto orbe, & æmulis urbibus, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit. ¶ *Vacua pecunia* dicitur, quæ nullum fœnus parit. *Leg.* 28. *Dig. Depoſiti*. ¶ *Vacua mulier*, ſine marito. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 44. ¶ *Vacua poſſeſſio* eſt, quæ nullum habet dominum, vel quam dominus libere alteri cedit. *Leg. penult. Dig. de acq. poſſeſſ.* & *leg.* 52. *Dig. de Verb. oblig.* Hinc *venire in vacuum* eſt hæreditatem vacantem adire. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 48. ut ſcribare ſecundus Hæres, & ſi quis caſus puerum egerit Orco, In vacuum venias. ¶ *In vacuum pendere* dicitur de iis, qui cum æri alieno ſolvendo non ſint, eorum bona venalia exponuntur in tabula ſuſpenſa in publicis locis, tanquam ſi vacua ſint, h. e. a nullo poſſeſſa. *Suet. in Claud. c.* 9. Ad eas rei familiaris anguſtias decidit, ut cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub edicto præfectorum. ¶ Vertex vacuus, *capo vano*, *ſceme*, *voto di cervello*. *Horat. l.* 1. *od.* 18. Attollens vacuum plus nimio gloria verticem.

Vadātus, a, um, partic. a vador, aris. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. *v.* 36. & caſu tunc reſpondere vadato debebat. h. e. ei, qui in jus vocaverat. ¶ Sumitur etiam paſſive, & tranſlate accipitur pro obſtricto, devincto. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 3. Ita me vadatum amore, vinctumque attines. *Apul. l.* 11. *A. A.* Plane memineris, mihi reliqua vitæ tuæ curricula adusque terminos ultimi ſpiritus vadata.

Vadicaſſes, m. 3. Vadicaſſii, pop. Galliæ Lugdunenſis, ubi hodie Nivernenſis prov. *le Nivernois*, ad Ligerim fl. non in Normannia, ut aliqui ſcripſerunt, ſed longe ab ea in Mer. quorum caput Noviomagus Vadicaſſium, *Nevers*. Alii eis attribuunt tractum *le Vet. de Conſtantia.* in Normannia, & opp. *Quarentan.* *Plin. l.* 4. *c.* 18.

Vadimōnis lacus, *Lago di Vadimone*, *Lago di Baſſanella*, lacus admodum parvus Hetruriæ, in Prov. Patrimonii prope Baſſanellum caſtr. a Tiberi fl. vix 3. M. P. Opacam habet ſylvam ſibi innatantem, quæ nunquam die, ac noctu eodem viſitur loco. *Plin. l.* 2. *c.* 95. ¶ *Plin. jun. in epiſt.* 20. *lib.* 8.

Vadimōnium, ii, n. *promeſſa di comparire in giudizio*, [illegible], Germ. *gelobung*, Gal. *promeſſe de comparoir en juſtice*, Hiſp. *fianza*, *ἐγγύη*, *ἐγγύησις*, *ὁμηρεία*, ſponſio ſiſtendi ſe in judicio ad diem præſtitutam, per ſe, vel per advocatos, quod deſerere non licet, a *vas*, *vadis*, ut *patrimonium* a *pater*, *matrimonium* a *mater*. Itaque *Vadimonium alicui imponere*, eſt neceſſitatem injicere comparendi in judicio. *Nep. in Timol. c. ult.* ¶ *Vadimonium obire*, eſt ad diem conſtitutam ſe in judicio ſiſtere. *Cic. pro Quint. c.* 16. quo ſenſu *Id. ibid. c.* 15. dixit *ad vadimonium venire*. ¶ *Vadimonium ſiſtere*, eſt idem ac *obire*, ſeu *ad vadimonium venire*. *Nep. in Att. c.* 9. Fulviæ, cum litibus diſtineretur, tanta diligentia officium ſuum præſtitit, ut nullum illa ſtiterit vadimonium ſine Attico. hic ſponſor omnium rerum fuerit. Adde *Cic. pro Quint. c.* 8. ¶ Similiter *vadimonium facere* eodem ſenſu dicitur. *Plaut. Epid.* 5. 2. 59. Vadimonium ultro hic mihi facit. h. e. ultro ſe mihi offert. ¶ *Concipere vadimonium*, eſt exprimere certam formulam ſponſionis ſiſtendi ſe, ſeu comparendi. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. Negat enim, in tanta multitudine eorum, qui una eſſent, quenquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet. ¶ *Vadimonium promittere*, eſt promittere

com-

Digitized by Google

comparere in judicio ad diem præſtitutam per ſe, vel per advocatum. *Cicer. 5. Verr.* Statuit iſte, ut arator decumano, quo vellet decumanus, vadimonium promitteret. ¶ *Vadimonium conſtituere*, eſt diem ſtatuere, quo quis in judicium comparere debeat. *Cic. de Sen.* Omnia, quæ curant, meminerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeant. ¶ *Differre vadimonium*, eſt differre diem contentionis, quo reus in judicio comparere promiſerat. *Cic. Att. l. 2. epiſt. 7.* In hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo vadimonium. *Plin. l. 7. c. 53.* Bebius judex, dum vadimonium differri jubet. ¶ *Vadimonium deſerere*, eſt non comparere in judicio ad diem præſtitutam, *cader' in contumacia*. *Cic. pro Quinct.* Non dubitavit, inquit, cum vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere. *Plin. in Præf.* Inſcriptiones, propter quas vadimonium deſeri poſſet. h. e. inſcriptiones librorum promittentes multa adeo feſtiva, & magna, ut propter eorum librorum lectionem vadimonium deſeri poſſet. ¶ *Vadimonium miſſum facere*, eſt vadimonii obligationem remittere, condonareque. *Cic. pro Quinct. c. 14.* Qui poſtea quoque vadimonium miſſum fecerit.

Vado, das, a. 1. *guadare*, *paſſare a guado*, vado trajicio. Affertur a Lexicographis quibuſdam locus Papiniani JCti *l. ult. Dig. de ſervit. præd. ruſt.* ubi tamen alii aliter legunt. Item locus ex *Solino*, quem nos nondum invenire potuimus.

Vado, dis, ſi, ſum, o. 3. *andare*, *camminare*, הלך, Germ. *gehen*, Gall. *aller*, Hiſp. *yr*, βαδίζω, eo, iter facio. *Virg. 2. Æn.* Per tela, per hoſtes Vadimus haud dubiam in mortem. *Cic. Att. l. 4. ep. 10.* Ad eum poſtridie mane vadebam, cum hæc ſcripſi. *Id. eod. l. 14. ep. 11.* Lentulus Spinther hodie apud me: cras mane vadit, *ſi parte*. ¶ Transfertur ad flumina, pro fluere. *Plin. l. 5. c. 26.* Et parte læva in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam. ¶ Præteritum *vaſi* legitur apud *Tertull. de Pall. c. 3.* Et præterea locum habet in compoſitis *evado*, *pervado*.

Vador, aris, atus ſum, dep. 1. *citare in giudizio con ſicurtà*, eſt alicui denunciare, ut in jus veniat, ejuſque rei vades, ſive ſponſores ab eo poſtulare, ne fallat, ἀγγυάω. *Plaut. Perſ. act. 2. ſc. 4. v. 18.* Vadatur hic me. PÆ. Utinam vades deſint, in carcere ut ſis. *Cic. pro Quinct. c. 19.* Debere tibi dicis Quinctium, procurator negat: vadari vis, promittit: in jus vocas, ſequitur: judicium poſtulas, non recuſat. *Id. ib. c. 6.* Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: ſiquid agere ſecum velit Quinctius, non recuſare. *Hic*, cum rem Gallicanam cuperet reviſere, hominem in præſentia non vadatur. Ita ſine vadimonio diſceditur. *Liv. l. 3. c. 13.* Tot vadibus accuſatori vadatus eſt reum. *Ovid. de remed. amor. v. 675.* Jamque vadaturus lectica prodeat, inquit, &c. ¶ Sumitur & paſſive, ut docet *Priſcian. l. 8.* eſt enim, ut ipſe ait, verbum commune. V. *Vadatus*.

Vadoſus, a, um, *guadoſo*, *pieno di guadi*, διαβατὸς, τεναγώδης, qui frequentia habet vada, quæ tranſiri pedibus poſſunt. *Cæſ. lib. 1. B. C. cap. 63.* Quod hic locus vadoſum mare erat. *Liv. l. 37. cap. 14.* Quod in fluminis modum longum, & anguſtum, & vadoſum oſtium portus ſit. *Solin. c. 25. (al. 65.)* Ganges, ubi vadoſiſſimus eſt. *Pomp. Mela, l. 2. c. 5.* Atax ex Pyrenæo monte digreſſus, vadoſuſque eſt. Quidam hic leg. *vadus* eodem ſenſu.

Vadum, i, n. vel vadus, i, m. *guado*, *guazzo*, *acqua baſſa*, מעבר, Ger. *furt*, Gal. *gué*, Hiſp. *baja*, *vado*, πόρος, τὰ βράχεα, locus in flumine, mari, vel lacu tam parvæ profunditatis, ut pedibus tranſiri poſſit. *Liv. l. 38. c. 18.* Pontem, quia vado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. ¶ Sumitur etiam pro mari. *Virg. 5. Æn.* Sulcant vada ſalſa carinæ. *Catull. Argon. carm. 63.* Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi. ¶ Item pro fundo. *Plin. l. 31. c. 3. de puteis:* Ut ille vado exiliat vena, non e lateribus. ¶ Translate, & proverbialiter *Res eſt in vado*, ſignificat in tuto eſſe, quia, ut in profundo periculum, ita in vado ſecuritas. *Ter. Andr. 5. 2.* Omnis res in vado eſt. *Plaut. Aul. 4. 10. 73.* Hæc propemodum jam eſſe in vado ſalutis res videtur. ¶ *Emergere a vado*, eſt maximam rei alicujus difficultatem ſuperare; *uſcire di travaglio*, tractum a navigantibus, qui non ſine maximo diſcrimine inter brevia, & loca vadoſa navigant. *Cic. pro Cluent. c. 21.* Sed quoniam emerſiſſe jam e vadis, & ſcopulos prætervecta videtur oratio mea. ¶ Tentare vadum, eſt aggredi negotium aliquod. *Ovid. l. 3. de Arte, v. 469.* Verba vadum tentent abiegnis ſcripta tabellis. ¶ *Vadus* in maſcul. genere uſurpatur a *Salluſt. l. 1. hiſtor. apud Non. c. 3. n. 563.* & a *Varr. l. 1. de ora maritima, apud Serv. in 1. Æn.*

Væ, *guai*, οὐαί, interjectio male ominantis, vel abominantis, a Græca voce allata. *Ter. Andr. 2. 5. 2.* Væ miſero mihi. *Virg. 9. Ecl.* Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ. *Martial. l. 3. epigr. 34.* Si ſcires, væ tibi, cauſidica. ¶ Cum accuſativo. *Senec. in apolocynth. mod.* Væ me: puto, concacavi me. ¶ Singularis eſt hujus particulæ uſus apud *Liv. l. 5. c. 48.* Audita, inquit, intoleranda Romanis vox, væ victis eſſe, *che i vinti non ſi debbono aſpettare ſe non diſgrazie*. ¶ Invenitur etiam ſcriptum *vah* addita aſpiratione.

Vadus a, um. V. Vadoſus.

Vaeneo. V. Veneo.

Vafellus, a, um, a, adjectiv. *aſtutello*, *furbetto*. *Feſtus in voce Aſtellus*. Sicut fit diminutive a macro macellus, a vaſto vaſtellus, ita ab alterno altellus.

Vafer, fra, frum, *ſottile*, *aſtuto*, ערום, Germ. *geſcheid*, Gall. *fin*, *ruſé*, Hiſpan. *recatado*, *aſtuto*, δεινὸς, πανοῦργος, ſubtilis, callidus, aſtutus. Contractum videtur ex *varifer*, quaſi qui varia ſemper afferre norit, quibus ſe, vel alios poſſit extricare. *Cic. 3. de Rep. apud Non. c. 1. n. 70.* Non ſunt in diſputatione vafri, non veteratores, non malitioſi. *Horat. l. 2. ſat. 2.* Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris Poſtremum expellet. idest ſubtilis, vel in quo multi ſubtiliter verſantur. Rurſus *Cicer. 1. de nat. Deor. c. 15.* Jam vero Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres, &c. ¶ Comparativum vafrior eſt apud *Hieronym. ep. 23. ad Marcel.*

Vaframentum, i, n. *aſtuzia*, calliditas. *Val. Max. l. 7. c. 3.* Quantum imperium quam parvo interceptum eſt vaframento!

Vafre, adv. *ſottilmente*, *aſtutamente*, πανούργως, ſubtiliter, aſtute, callide. *Cic. 4. Verr. c. 53.* Nihil ſane vafre, nec malitioſe facere conatus eſt.

Vafritia, aut Vafrities, æ, f. *ſottigliezza*, *aſtutezza*, calliditas, acumen. *Senec. epiſt. 40.* Non vacat mihi verba dubie cadentia conſectari, & vafritiam in illis meam experiri.

Vagabundus, a, um, *vagabondo*, ἀλήτης, πλάνος, qui ſedem ſtabilem nullam habet, ſed modo huc, modo illuc aberret, vagus, erro, errabundus. *Senec. de vita beata cap. 12.* Ille effuſus in voluptates, ac vagabundus ſemper, & ebrius. Alii legunt *vegetabundus*, alii *ructabundus*, *Gronovius* etiam *lapſabundus*. habet tamen *Auguſtin. lib. 3. Confeſſ. cap. 6. & lib. 13. cap. 3.*

Vagans, antis, o. περιφερόμενον, *vagante*. *Cic. 2. de Div. cap. 38.* Quæ eſt igitur natura, quæ volucres huc, & illuc paſſim vagantes efficiat, ut ſignificent aliquid? *Hor. l. 4. od. 15.* Et vaganti fræna licentiæ injecit.

Vagatio, onis, fem. *il vagare qua, e là*, πλάνη, περιφορά, ἄλη, actus vagandi. *Liv. l. 5. cap. 8.* Neglectum Anxuri præſidium vagationibus militum, & Volſcus mercatores vulgo receptando, proditis repente portarum cuſtodibus oppreſſum eſt.

Vage, adv. *qua*, *e là*, πλανήτως, ſparſim. *Auct. ad Her. l. 4. c. 2.* Quas idcirco non vage diſperſimus, ſed a ſuperioribus ſeparavimus. *Liv. l. 26. c. 39.* Qui vage effuſos per agros, palanteſque adortus, &c.

Vagedruſa, m. 1. fons Siciliæ, idem qui Arethuſa, apud Syracuſas. *Sil. l. 14. v. 230.* Qui fontes, Vagedruſa, tuos, & pauperis alvei Hypaten.

Vagienni, maſc. a. Vagenni, Bagienni, Batienni, Bacenni, pop. Liguriæ montanæ, ſeu Galliæ Subalpinæ, prope fontes Padi fl. ubi hodie Marchionatus Saluzzarum, ad rad. Alpium. Horum primaria urbs erat Auguſta Vagiennorum, quæ a multis creditur eadem, ac Salinæ, *Saluzzo*, circa ortum Padi. *Plin. l. 3. c. 5. & 20. Sil. l. 8. v. 606.* Tum pernix Ligus, & ſparſi per ſaxa Vagenni.

Vagina, æ, f. 1. *fodero*, *guaina*, תער, Ger. *ſcheidenfuter*, Gal. *fourreau*, Hiſp. *vayna*, κολεὸς, ξιφοθήκη, theca gladii. *Cic. in Catil. 1. c. 2.* Verumtamen incluſum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. *Id. 1. Invent. c. 4.* Gladium e vagina educere. *Virg. 4. Æn.* Dixit, vaginaque eripit enſem Fulmineum. ¶ Translata dicitur de folliculo frumenti, quo ſpica etiamnum pubeſcens, necdum plane apparens circumvolvitur. *Cic. de Senect. c. 15.* Culmoque erecta geniculato vaginis jam quaſi pubeſcens includitur. ¶ Item de theca cujuſcunque rei. *Plin. l. 8. c. 15.* Mirum, pardos, pantheras, leones, & ſimilia condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringantur, hebetenturque, ingredi. *Id. l. 11. c. 37.* Omnia quidem principalia viſcera membranis propriis, ac velut vaginis incluſit providens natura.

Vaginula, æ, f. *guainetta*, parva vagina. *Plin. l. 18. c. 7.* Et far in vaginulis ſervant ad ſatos.

Vagio, is, ivi, itum, neut. 4. *vagire*, βαβάζω, κνυζάω, κνυζοῦμαι, plorare, proprium infantium, cum fletum emittunt. Eſt vox a ſono facta. *Varro apud Gell. l. 16. c. 17.* Idcircoque vagire dicitur exprimente verbo ſonum vocis recentis. *Cic. de Sen. c. 23.* Quod ſi quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam. ¶ Translate *vagire* tribuitur hœdis a *Varrone l. 6. de L. L.* & leporibus ab auctore *carm. de Philom. v. 60.* ubi etiam primam ſyllabam corripit præter communem uſum.

Vagitanus. V. Vaticanus.

Vagito, as, o. 1. βαβάζομαι, frequenter vagio. *Stat. 4. Sylv. 8. verſ. 35.* Cumque tibi vagitet tertius infans. Alii legunt *vagiret*.

Vagitus, us, m. *vagito*, βαβαγμὸς, κλαυθμυρισμός, fletus infantium. *Virg. 6. Æn.* Continuo auditæ voces, vagitus & ingens, &c. *Quintil. l. 1. c. 1.* Edere vagitus. ¶ Dicitur etiam de quocunque ejulatu. *Celſ. l. 7. in proœm.* Chirurgus perinde faciat omnia, ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus oriretur.

Vago, as, neut. 1. idem ac vagor, *vagare*. *Plaut. Mil. 2. 3. 14.* Te alloquor vitiis, probriſque plena, Quæ circum vicinos vagas. Ita legit Nonius. Alii *vaga es*. *Varr. apud Non. c. 7. n. 5.* Puellæ cum choro pari vagarunt. *Prudent. hymn. ante ſomn. v. 29.* Liber vagat per amœna Rapido vigore ſenſus.

Vagor, aris, d. 1. *vagare*, *andare vagando*, ἀλάομαι, πλανάομαι, περιφέρομαι, huc, illuc oberro, huc, atque illuc feror, *va* *va*, idest valde, & *agor*, h. e. feror. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. Att. l. 8. epiſt. 2.* Vagamur egentes cum conjugibus, & liberis. ¶ Vel cum acc. & præp. *per*, vel *circum*. *Ovid. 1. Faſt.* vagantur Incuſtoditæ læta per arva boves. *Suet. in Ner. cap. 26.* Circum vicos vagabatur ludibundus. ¶ Vel cum abl. & præp. *in*. *Cicer. 1. de Invent. c. 2.* Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur. ¶ Vel cum ablat. ſine præp. loco acc. *Cicer. pro Planc.* Hi contra vagantur læti, atque erecti paſſim toto foro. ¶ Vel cum adv. *huc*, *illuc*, *quocumque*, *quacunque*. *Cic. 2. Agr.* Quacunque velint, ſummo cum imperio, vagari ut liceat, conceditur. *Id. de Divin. l. 2. cap. 38.* Aves huc & illuc paſſim vagantes. ¶ Sæpe translate uſurpatur. Sic animus vagari dicitur, cum aberrat ab ea re, quam agere cœperat: item cum inconſtans eſt, inſtabilis. *Cic. 1. Offic. c. 2.* Non enim ſumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam, quod ſequatur. ¶ Transfertur etiam ad alia, pro effluere, excurrere. *Cicer. pro Marc.* Vagabitur modo nomen tuum longe, atque late. *Id. 1. de Orat.* Ne vagari, & errare cogatur oratio.

Vegmitum, n. 2. Seſſui, Saginum, *Seez*, urbs Seſſuorum caput, in Gallia Lugdunenſi, in Normannia prov. ad fontes Olinæ fl. Alois eſt *Vogiron*, olim opp. Galliæ Celticæ, nunc pag. in Britannia min. apud nam Bor.

Vagulatio, onis, f. actus vociferandi. *Feſt.* Vagulatio in lege 12. Tabularum ſignificat quæſtionem cum convicio.

Vagus, a, um, *vago*, *vagante*, *vagabondo*, נד, German. *umbſchweiffig*, Gall. *vagabond*, Hiſpan. *errado*, πλάνος, πλάνης, πλανήτης, qui huc illuc vagatur, ſeu aberrat. *Cic. Att. l. 7. ep. 11.* Itaque vagus eſſe cogitabam. *Id. pro Cluent. c. 62.* Cum vagus, & exul errares. *Hor. l. 4. od. 4.* Vagæ aves. ¶ Sumitur etiam pro fluente. *Hor. l. 1. od. 34.* Quo bruta tellus, & vaga flumina, &c. ¶ Metonymice uſurpatur etiam extra perſonam. *Cic. pro Mil. c. 26.* Vide, quam ſit varia vitæ, commutabiliſque ratio, quam vaga, volubiliſque fortuna. *Id. 3. Fin. de beſtiis.* Motuſque ſolutos, & vagos a natura ſibi tributos requirunt. *Martial. l. 11. epigr. 38.* Diſcurſus varios, vagumque mane. h. e. matutina huc illuc vagatio ſalutandi gratia. ¶ Translate ſumitur pro amplo, copioſo. *Cic. 2. de Orat.* Sed ſi illam quoque partem quæſtionum Oratori volumus adjungere vagam, & liberam, & late patentem. ¶ Item pro communi multis rebus. *Plin. l. 27. cap. 4.* Ambroſia vagi nominis eſt, & circa alias herbas fluctuati. h. e. ambroſiæ nomen multis herbis eſt commune. ¶ Item pro libero a numeris. *Cicer. in Orat.* Solutum quiddam ſit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. ¶ Item pro inſtabili, inconſtanti, incerto. *Cic. 2. de nat. Deor.* Eſt enim & philoſophi, & pontificis, & Cottæ de Diis immortalibus habere, non errantem, & vagam, ut Academici, ſed, ut noſtri, ſtabilem, certamque ſententiam.

Vah, *vah*, φεῦ, interjectio inſultantis. *Hieron. ad Damaſum.* Sicuti nos in lingua Latina habemus interjectiones quaſdam, ut in inſultando dicamus *vah*, & in admirando *papæ*, & in dolendo *hei*, ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interjectionem, &c. *Priſcian. l. 1. c. de numero literarum, & l. 2. c. de ſyllaba*, ſcribit, factum eſſe per Apocopen ex *vaha*. *Plaut. Moſt. 1. 3. 99.* Vah, quid illa poteſt pejus quidquam muliere memorarier? ¶ Interdum eſt interjectio admirantis. *Plaut. Curc. a. 3. v. 79.* Subegit ſolem intra viginti dies. LU. Vah. C. Quid mirare? ¶ Aliquando exultantis. *Plaut. Bacch. 4. 8. 39.* Vah, ſalus mea ſervaſti me.

Vaha, interjectio exultantis, vel ridentis. *Plaut. Caſ. 4. 4. 25.* Vaha. S. Quid negotii eſt?

Valachia, fem. 1. *la Valachia*, pars antiqui Regni Hungariæ, ubi aliis pars Daciæ. Terminatur a Sept. Tranſylvania, a Mer. Iſtro fl. & partim Bulgaria, ab Occ. Hungaria, ab Or. Moldavia. Ejus caput eſt Tergoviſcum, *Tervis*.

Digitized by Google

Valdanus, m. 2. *Valpo*, fl. Pannoniæ inf. qui Valpum opp. Hungariæ alluit, ac in Danubium ad Valeum infra Dravum fl. influit. *Plin. l. 3. c. 25.*

Valde, adv. *molto*, *grandemente*, *sommamente*, λίαν, μάλα, σφόδρα, multum, vehementer, majorem in modum, ex *valide*, per Syncopen, ut *Priſcianus* monet *l. 13.* Jungitur nominibus poſitivis. *Cic. l. 15. Fam.* De Hiſpania novi nihil, ſed expectatio valde magna. ¶ Interdum verbis. *Cic. ad Tiron. l. 16. epiſt. 19. Fam.* Literas tuas valde expecto. *Id. l. 14. epiſt. 1. ad Att.* Quidquid vult, valde vult. ¶ Item adverbiis. *Cic. Att. l. 1. epiſt. 17.* Qui primum illud valde graviter tulerunt. *Id. 1. Fam. ep. 8.* Valde bene rem gerere. *Id. l. 14. Att. ep. 1.* Valde vehementer dicere. ¶ Etiam adv. *tam*, & *quam*. *Cic. 2. de Divin. c. 39.* Nihil eſt tam valde vulgare, quam nihil ſapere. ¶ Dicimus & *valde quam*, ſicut *ſane quam*, & *per quam*. *D. Brut. ad Cic. l. 11. epiſt. 13.* Nam ſuos valde quam paucos habet. ¶ Comparativum eſt *valdius*, *più*, *maggiormente*: ſuperlat. valdiſſime, *aſſaiſſimo*. *Horat. de ar. poet. v. 321.* Valdius oblectat populum. *Id. l. 1. ep. 9.* novit me valdius. *Senec. de brevit. vitæ, cap. 8.* Dicere ſolent eis, quos valdiſſime diligunt. Ita lego in veteribus libris fuiſſe, teſtatur *Muretus*; alii *validiſſime*. ¶ Interdum *valde* eſt adverbium affirmantis, & ponitur pro *ita*, *ſane*. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 110.* Meam amicam tu vendidiſti? Ba. valde, viginti minis.

Valdius. V. Valde.

Vale, *ſta ſano*, *ſta bene*, *addio*, ἔῤῥωσο, ὑγίαινε, χαῖρε, ſanus, ſive incolumis eſto, ſecunda perſona numeri ſingul. temporis præſentis modi imperativi verbi *valeo*. Hac voce utimur in diſceſſu, vel cum remanentes reſpondemus abeunti. *Ter. Eun. 1. 2.* In hoc biduum, Thais, vale. *Virg. 3. Ecl.* Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iola. ¶ Item in calce, ſeu fine epiſtolarum. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epiſt. 6.* Mi frater vale. *Id. Att. l. 5. epiſt. 20.* Etiam, atque etiam vale. *Id. l. 14. Fam. ep. 2.* Valete, mea deſideria, valete. ¶ Differt a *ſalve*, quod *ſalve* majus quiddam ſignificare videtur, vel quod *vale* ad corpus referatur, *ſalve* ad pericula, & mala externa. *Cic. l. 16. Fam. epiſt. 6.* Vale, mi Tiro, vale, & ſalve. Quidam hoc diſcrimen afferunt, quod *ſalve* dicerent in ſalutatione matutina, *vale*, cum diſcedebant. Alii ita diſtinguunt, ut *ſalve* uſurparetur in acceſſu, vel in literarum principio. Fatentur tamen hæc diſcrimina non eſſe perpetua. V. *Salveo*. ¶ *Vale facere*, eſt valere jubere, vale dicere. *Apulei. l. 4. M. A.* Vale facto diſceſſimus. ¶ *Vale*, & *ſalve* item fuere verba poſtrema, quibus olim mortuos affabantur. *Varro* apud *Servium*: Vale, & ſalve, cum ad mortuos referuntur, non id dictum eſt, quod aut valere, aut ſalvi eſſe poſſint, ſed quod ab his recedimus, eos nunquam viſuri. *Virg. 11. Æn.* Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.

Valedico, is, n. 3. *ſalutare*, *dire addio*. Hoc verbum duobus vocibus *vale*, & *dico* conſtat, & fere diviſa uſurpantur a Scriptoribus: conjunxit tamen *Ovidius*. nam ſecundam in *vale* corripuit, quæ alioquin longa eſt, ſed vi compoſitionis corripi poteſt, ut docent Grammatici; *l. 1. Triſt. eleg. 7. v. 31*, Idque quod ignoti faciunt, valedicere ſaltem.

Valens, entis, n. g. *valente*, *ſano*, *gagliardo*, ἄῤῥωστος, ἐῤῥωμένος, ὑγιής, ſanus, incolumis, firmus. *Cic. l. 16. Fam. ep. 9.* Sed tamen Aſclapo medicus plane confirmat, propediem te valentem fore. ¶ Metaleptice ponitur pro potenti, forti, robuſto, ἰσχυρὸς, ἰσχυρός, cui opponitur *imbecillus*. *Cic. Att. l. 7. ep. 3.* Qui, mallem, tantas ei vires non dediſſet, quam nunc tam valenti reſiſteret. *Id. in Or.* Valentiorum hæc latarum ſunt, nec ab eo, quem informamus, aut expectanda, aut poſtulanda. *Id. 7. Verr. c. 34.* Hæc cum maxime loqueretur, ſex lictores circumſiſtunt valentiſſimi. ¶ Item pro efficaci, utili, *giovevole*, *efficace*. *Plin. l. 20. c. 18.* Silveſtri papaveri longum ac puſillum caput, & ad omnes effectus valentius. *Celſ. l. 4. c. 15.* Valens eſt etiam adverſus ulcera inteſtinorum mali gleba cum ſalis hemina contrita.

Valenter, adv. *valoroſamente*, *potentemente*, ἐῤῥωμένως, potenter, fortiter, robuſte. *Col. l. 1. c. 3.* Quippe quæ ab imo præſtructa valenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent. *Ovid. 11. Met. v. 481.* Et præceps ſpirare valentius Eurus.

Valentia, æ, f. *valore*, *potenza*, *gagliardezza*, ῥώμη, ἀῤῥωστία, potentia, firmitas, fortitudo, robur, cui *invalentia* opponitur. *Titiun. apud Non. c. 1. n. 68.* Sapientia gubernator navem torquet, non valentia.

Valentia, æ, f. opp. Latii, in monte Palatino, quod poſtea *Roma* appellatum eſt ab Evandro. *Solin. c. 1.* Sunt, qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendiſſet, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus Latina, ſervataque ſignificatione impoſiti prius nominis Græce ῥώμην, Valentiam Latios nominatam. ¶ Valentia item, Ital. *Valenza*, Hiſp. *Valencia*, urbs Hiſp. Tarr. alias Conteſtanorum, ad Turiam fl. qui paulo infra in ſinum Sucronenſem, nunc Valentinum dictum, ſe exonerat, ampla, nobilis, elegans, caput Regni Valentini, & totius Regni Conventus juridicus. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ Valencia quoque, *Valencia de Minho*, ſeu *Valencia al Mino*, opp. Hiſp. Tarrac. in conf. Bracarum, & Callaicorum, in R. Portugalliæ, in ipſo limite Gallæciæ, ad Minium fl. parvum. ¶ Sunt præterea aliæ urbes hoc nomine nuncupatæ, de quibus V. Geographos. ¶ Hinc fit adject. *Valentinus*, nam Valentinos populos memorat *Plin. l. 3.* non ſemel.

Valentulus, a, um, aliquantum valens. *Plaut. Caſ. 4. 4. 26.* Obſecro, ut valentula eſt, Pene expoſuit ſubito.

Valeo, es, lui, litum, n. *eſſere ſano*, *gagliardo*, *robuſto*, ὑγιαίνω, ἐῤῥῶσθαι, ſanus ſum. *Plaut. Amph. 2. 1. 34.* Equidem valeo, & ſanus ſum recte, Amphitruo. *Id. Perſa 2. 3. 8.* Quid agitur? ut valetur? *Cic. de Fin.* Ut inter optime valere, & graviſſime ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe. *Juvenal. ſat. 6.* Valere ſtomacho. *Rurſus Plaut. Mil. 4. 8. 8.* Matri oculi ſi valerent, mecum veniſſet. ¶ *Valere a morbo*, *ab oculis*, & ejuſmodi, eſt morbo liberatum eſſe. *Plaut. Epid. 1. 2. 26.* A morbo valui, ab animo æger fui. *Gell. l. 13. c. ult.* Cum valebo ab oculis, reviſe ad me. ¶ *Ne valeam*, eſt juramentum imprecatorium. *Martial. l. 2. ep. 5.* Ne valeam, ſi non totis, Deciane, diebus, Et tecum totis noctibus eſſe velim. *poſſ' io morire.* ¶ Uſurpamus etiam hoc verbum, cum diſcedimus, & in fine epiſtolarum, quo alicui bonam valetudinem precamur. V. *Vale*. Et quoniam abeuntes per hæc verba ſalutare ſolemus, *Vale*, & *ſalve*, invaluit conſuetudo, ut hæc ſumantur pro diſcedere, quod vel illi a nobis, vel quod nos ab illis, quibus ſic loquimur, *vale* dicendo recedamus. *Cic. Att. l. 3. ep. 2.* Poſtea jam juſſi valere, cum me ſpectans e ſua villa, num quid vellem rogaſſet. *Suet. in Aug. c. 53.* Et diſcedens eo modo ſedentibus valere dicebat. ¶ Alii leg. *vale dicebat*. ¶ Atque etiam hoc verbo utimur, cum ſtomacho, & indignatione commoti aliquem abire jubemus, & res ſuas ſibi habere, *andarſene*, *attendere a ſe ſteſſo*. *Ter. Adelph. 4. 4. 13.* Valeat, habeat illam, quæ placet. *Id. Andr. 4. 2. 14.* Valeant, qui inter nos diſſidium volunt. *Cic. 1. de nat. Deor.* Si maxime talis eſt Deus, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Plaut. Aul. 2. 2. 9.* Ain' tu, valere te? E. Pol ego haud a pecunia perbene, *non iſtò troppo bene di denari*. ¶ Metaleptice uſurpatur pro poſſe, pollere, vim ſive auctoritatem habere, *valere*, *potere*, *avere virtù*, ἰσχύειν, δύνασθαι. In hac acceptione uſurpatur vel abſolute. *Ter. Eun. 3. 1. 42.* Neque tam imperita, ea, quid amor valeat, neſciam. *Cic. in Brut.* Ubi plurimum perficere, & valere poſſent. *Id. poſt redit. in Sen.* Lex valet. hoc eſt ſervatur, vim ſuam obtinet. ¶ Vel cum abl. inſtrumenti, ut Valere corpore, viribus, opibus, potentia, auctoritate, voluntate, amicis, &c. *Cic. pro Dom.* Quaſi ego in iſto genere omnino quicquam aut curatione, aut poteſtate valerem. *Id. l. 1. Fam. ep. 7.* Qui plus opibus, armis, potentia valent. ¶ *Valere gratia* dicimus apud eos, quibus ipſi præſtamus, aut quibus grati ſumus. *Liv. l. 31.* Apud magnam partem Senatus & magnitudine rerum geſtarum, & gratia valebat. ¶ Vel cum abl. & prep. *in*. *Martial. l. 2. ep. 64.* Siquid habes animi, ſiquid in arte vales. ¶ Vel cum abl. & præp. *pro*. *Plin. l. 20. cap. 13.* Quæcunque autem ruta & per ſe pro antidoto valet, foliis tritis, & ex vino ſumptis. ¶ Vel cum dativo. *Gell. l. 3. cap. 12.* Nam & augendæ rei, & minuendæ parum valet. ¶ Vel cum dat. commodi. *Cic. l. 6. Fam. ep. 7.* Quicquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. l. 3. de Or.* Hoc valet ad agendum. *Id. 3. de Div.* Affectio aſtrorum valet ad quaſdam res. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*. *Cic. 2. Tuſc. cap. 26.* Ut in vulgus inſipientium opinio valeat honeſtatis. *Quinctil. l. 4. cap. 5.* Quædam tamen, etſi ipſa ſunt, in id tamen valent, quod ſcio. ¶ Vel cum acc. & præp. *apud*. Sic valere apud aliquem, eſt gratioſum eſſe, & poſſe ab eo aliquid facile obtinere. *Caſ. l. 1. B. G. cap. 17.* Quorum auctoritas apud Plebem plurimum valeat. *Cic. l. 3. de Or.* Nam neque auctoritate quiſquam apud me plus valere poteſt, neque voluntate. ¶ Vel cum acc. & præp. *contra*. *Cic. Fam. 11. ep. 27.* Non vereor, ne meæ vitæ modeſtia parum valitura ſit contra falſos rumores. *Id. 4. Acad. c. 27.* Hoc valet contra te. *fa contro di te.* ¶ Vel cum infinito. *Plin. l. 34. cap. ult.* Sandaracha valet purgare, ſiſtere, excalfacere, perrodere, *ha virtù di purgare &c.* ¶ Sumitur etiam pro ſignificare, quaſi ſit vim, & potentiam habere. *Cic. 2. Off.* Hoc verbum quid valeat, non vident. *Suet. in Vitel. cap. ult.* Cui Toloſæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinacei roſtrum. *Nepos in Themiſtocle*. Hoc eo valebat, ut ingrati ad depugnandum omnes cogerentur. ¶ Refertur quoque ad pretium, & æſtimationem, pro æquale eſſe, continere, æſtimari, *valere*, ἰσχύειν. Hæc ſignificatio ducta eſt ex illa translatitia, ſeu metaleptica, qua notat poſſe vim habere. In hac notione uſurpatur vel cum genitivis pretii incerti, ut *tanti*, *quanti*, *pluris*, *minoris*. *Paul. l. ſi ſervum meum, ff. ad leg. Aquiliam*: Si ſervum meum occidiſti, non affectionem æſtimandam eſſe puto, ſed quanti omnibus valet. hoc eſt omnium opinione, & æſtimatione. ¶ Vel cum abl. pretii itidem incerti, *magno*, *parvo*, *pluriſmo*, *maximo*, *minimo*. *Ulpian. l. 13. ff. de actionibus empti.* Quibus ſubtractis, quaſi minimo valeret hæreditas. id eſt nullius fere, aut exigui pretii eſſet. ¶ Si vero pretium certum exprimatur, exigit accuſativum. *Varro l. 4. de L. L. ad fin.* Denarii, quod denos æris valebant, quinarii, quod quinos. ¶ Vel ablativum. *Plin. l. 33. c. 3.* Aureus nummus poſt annum 62. percuſſus eſt, quam argenteus, ita ut ſcrupulum valeret ſeſtertiis vicenis.

Valeria, æ, f. prov. Pannoniæ inf. inter Danubium, & Dravum fl. magis verſus Danubium extenſa, al. regio Pannoniæ ſup. inter Dravum, & Savum, ultra Dravum extanſa, circa Solvam, & Statuas Coloſſas, ubi hodie pars Hungariæ inf. longe a Styria in Or. Alias dicitur Pannonia Interamnia, & Riparenſis. *Ammian. l. 19. c. 11.* ſcribit ita nominatam eſſe a Valeria Diocletiani filia. ¶ Valeria quoque regio Latii, juxta lacum Fucinum, cujus urbes Valeria, ſive Marſi, Carſeoli, Amiternum, Furconium, Reate. ¶ Item Valeria, Colonia Julia Valeria, Caſtrum Altum, *Valeria*, olim col. & urbs Celtiberorum, nunc pag. Hiſp. Tarr. in Caſtella nova, in medit. apud Sucronem fl. Ejus incolæ *Valerienſes* dicuntur. *Plin. l. 3. c. 1.*

Valeria via, una ex viis urbis Romæ, quæ ex porta Aſinaria per Tybur urb. in Marſos ducebat, ita dicta, quod per eam in Valeriam regionem Marſorum iter erat. *Onuphr. Panvin. & Roſin. l. 2. antiq. Rom. c. 13.*

Valeria aquila, f. genus aquilæ omnium minimæ, ſed viribus præcipuæ, quæ Græce μελανάετος dicitur, colore nigricanti, ſine clangore, & ſine murmuratione, ut ſcribit *Plin. l. 10. c. 3.*

Valerianus, a, um, ad Valerium pertinens, ut Valeriani milites. *Liv. l. 6. c. 13. h. e.* P. Valerii trib. militum conſulari poteſtate.

Valerienſes, ium, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum urbs Valeria. *Plin. l. 3. c. 3.*

Valerii, m. 2. gens Patricia apud Romanos; olim *Valeſii* dicti, ut teſtatur *Quintil. l. 1. c. 4.* Ejus autem nominis originem multis narrat *Roſin. l. 3. Ant. Rom. cap. 21.* ex Zoſimo, itemque *Angelus Politian. miſcellan. cap. 58.* ¶ In Valeriorum familia multi celebres viri fuere. quorum primus P. Valerius, cognomento Publicola, qui quater conſul fuit. V. *Publicola*.

Valerius Maximus, C. R. hiſtoricus, tempore Tiberii Imp. Militavit ſub Sexto Pompejo, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur. Scripſit facta, & dicta memorabilia, ad eundem Tiberium. Eum legiſſe ſe oſtendit *Gell. l. 12. c. 7.*

Valerius Antias hiſtoricus Romanus ſcripſit annalium grande opus. nam *Priſcian. l. 9.* citat ejus libros LXXIV, *Gellius* autem *l. 7. c. 9.* LXXV. qui tamen omnes perierunt. Ejus meminere etiam *Cenſorinus*, *Aſcon.* & *Macrob.*

C. Valerius Flaccus a Setia Campaniæ urbe ortus, Poeta non ignobilis, ſcripſit heroico carmine libros octo Argonauticon (quanquam ultimus mutilus ad nos pervenit) Fl. Veſpaſiano nuncupatos, cujus tempora vixit. Paupere ſorte uſus eſt, & admodum juvenis deceſſit Patavii ſub Domitiano. Eum quidam Patavinum fuiſſe putant, quia multo tempore in hac urbe domicilium habuit. Hinc a *Martial. l. 1. epigr. 62.* vocatur ſpes & Alumnus Antenorei laris. Ejus mortem deflet *Quintil. l. 10. c. 1.* multumque laudat.

Valerius, a, um, adject. ad Valerios pertinens, ut Valeria gens. *Cic. pro Flacc. c. 1. & 11.* ¶ Valeria tabula, h. e. Valerii cujuſdam argentarii, qui officinam in foro habebat, ad quam acta quædam forenſia fieri ſolebant. V. *Cic. in Vatin. c. 9. & Fam. 14. ep. 2.*

Valeſco, is, n. 3. *divenire gagliardo*, ἰσχυρόομαι, validus fio, a valeo. *Lucr. l. 1. v. 940.* Sed potius tali facto recreata valeſcat. *Tac. l. 1. hiſtor. c. 32.* Bona conſilia mora valeſcunt.

Valetudinarium, ii, n. *infermeria*, νοσοκομεῖον, locus, in quo valetudinarii, & infirmi curantur, ut valetudinem malam bona permutent. *Sen. ad Lucill. ep. 27.* Tanquam in eodem valetudinario jaceam. *Col. l. 2. c. 11.* Sive alter languidior ſit, in valetudinarium confeſtim deducat.

Valetudinarius, a, um, *mal ſano*, *malaticcio*, νοσώδης, νοσηρός, qui frequenter ægrotat. *Celſ. præf. lib. 1. verſus fin.* Qui valetudinarios nutriunt, &c. Adde *Senec. de benef. l. 1. c. 11. & de ira l. 3. c. 33.* ¶ Sumitur etiam active. Hinc *valetudinarius* medicus eſt, qui valetudine affectos curat, vel potius qui miniſterio fungitur in valetudinario. *Leg. ult. Dig. de jure immun.* Quibuſdam aliquam vacationem mune-

munerum graviorum conditio tribuit, ut ſunt menſores, valetudinarii medici, capſarii, &c.

Valetūdo, inis, f. *diſpoſizion, ſtato*, διάθεσις, habitudo corporis in animalibus, ab antiquo ſupino *valetum* verbi *valeo*. Cum enim non *valetudo* modo, ſed & *valetudo* dicatur per *e* longum, plane veriſimile eſt, quemadmodum veteres dixere *olitum*, & *oletum*, ſic eoſdem dixiſſe *valitum*, & *valetum*, & ab illo quidem eſſe *valitudo*, ab hoc *valetudo*. Vocabulum eſt medium, quod modo ſanitas ſignificatur, modo morbus. Igitur primum pro ſanitate accipitur, *ſanità, gagliardezza, franchezza*, δύναμις, ἀκμή, ὑγίεια. *Cic.* 2. *Off. circa fin.* Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſervatione earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe, & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi cauſa, & prætermittendis voluptatibus, poſtremo arte eorum, quorum ad ſcientiam hæc pertinent. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 4. Et cui Gratia, fama, valetudo contingat abunde? ¶ Accipitur item in deteriorem partem, pro morbo, *malattia*, ἀῤῥωστία, νόσος. *Cic.* 2. *de Divin.* Æſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis. *Id. l.* 4. *Fam. ep.* 1. Moleſteque te ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem acceſſiſſem, non vidiſſes. ¶ Sæpe confuſionis tollendæ cauſa addimus epithetum, quo ſignificationem ejus reſtringimus, dicimuſque de ſanitate *valetudinem bonam, firmam, commodam, integram*, &c. de morbo *valetudinem acerbam, adverſam, ægram, difficilem, duram, extremam, imbecillam, incommodam, infenſam, infirmam, ingraveſcentem, longam, malam, perditam, pertinacem, tenuem*, &c. *Cic.* 1. *Fin.* Ut enim medicorum ſcientiam non ipſius artis, ſed valetudinis cauſa probamus. *Id.* 4. *Tuſc.* Ii ſunt ejuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine animi, ſanabiles tamen. *Id. in Brut.* Is ſemper infirma, atque etiam ægra valetudine fuit. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 8. Me incommoda valetudo tenebat jam duodecimum diem Brunduſii. *Suet. in Tiber. c.* 68. Valetudine proſperrima uti. *Plin. l.* 21. *c.* 27. Valetudo calculorum, *mal di calcoli*. *Cic.* 14. *Fam. ep.* 4. Valetudo oculorum, *mal d'occhi*. ¶ Uſurpatur etiam in plurali numero. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 50. Valetudines principis reperta ſolitus. *Suet. in Aug. c.* 80. Graves, & periculoſas valetudines expertus eſt. ¶ Translate *Cic. Tuſc. c.* 57. Mala valetudo animi. *Suet. in Calig. c.* 50. Valetudo mentis, *frenesia, pazzia*.

Valgiŏlum. V. Valgium.

Valgĭter, adverb. valgo modo. *Petron. in Satyr.* commovebat valgiter labra, & me tanquam furtivis ſubinde oſculis verberabat. *Id. ibid.* Obtorto valgiter labello.

Valgĭum, ii, n. inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas, a *valgus*. In Campania ſane habetur genus id tali ſpecie, quaſi ſint duæ in diverſum collocatæ, quo et cylindro ſupplanantur areæ. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Seritur menſe Aprili, area æquata cylindris, aut valgio, alias denſum. *Harduinus* tamen ex melioribus lib. & M. S. legit *aut valgiolis denſam*. Alii *valgiolis*. *Valgiolum* autem idem ſignificat. ¶ *Valgia* a *Fulgent. de priſc. ſerm. n.* 47. exponuntur labellorum obtortiones in ſupinatione aut ſubactione peractæ.

Valgus, a, um, βλαισός, qui ſuras habet extrorſum intortas, & in diverſum actas, qui, ut *Petronius* loquitur, crura in orbem pandit; quales pedes cancri habeant, & lacerti, quorum videlicet pars intra conditur, pars extra procedit, ſeu priora genua poſt curvantur, poſteriora in priorem partem, ut *Plinius* loquitur *l.* 11. *cap.* 45. cui *varus* opponitur, ῥαιβός, qui introrſum pedes, vel crura obtorta gerit, hoc eſt pedes habet incurvos, & in ſe contractos, cujuſmodi ſpadones, & caſtratos videmus. *Feſt.* Valgos Opilius Aurelius, aliique complures ajunt dici, qui diverſas ſuras habeant, & qui talos vitioſos habeant. *Plaut. Mil.* 3. 1. 158. Ne uxor mihi inſignitos pueros pariat poſtea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bronchum filium. *Celſ. l.* 8. *cap.* 20. Crus longius altero, & valgius eſt. ¶ Translate dicitur de aliis etiam rebus, ut *Suavia valga*, ideſt oſcula obtorta, ſeu quæ aliquibus dantur obtorto ore, ſeu labiis, ut cum meretrices oſculantur aliquem labia obtorquendo ob deriſionem. *Plaut. Mil.* 2. 1. 16. Majorem partem videas valgis ſuaviis.

Valĭde, adv. *aſſai, fortemente*, ἰσχυρῶς, πάνυ, potenter, vehementer, majorem in modum. *Plaut. Merc. prol. v.* 45. Amare valide cœpi hic meretricem. *Cal. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 6. Quin ego, cum pro amicitia validiſſime faverem ei, &c. *Quintil. l.* 10. *c.* 6. Nec promptum eſt dicere, utros peccare validius putem. *Plin. l.* 9. *ep.* 33. Validiſſime cupere.

Valĭdĭtas, atis, f. *validità, robuſtezza, forza*. *Apul. in Aſclep.* Membra & validitate, & tenuitate diverſa.

Valĭdus, a, um, *ſano, gagliardo*, ἐῤῥωμένος, valens, ſanus, firmus, a *valeo*. *Ter. Hec.* 3. 3. 7. Atque adeo, quod maximum eſt, ſanum, atque validum. *Liv. l.* 3. Necdum ex morbo ſatis validus. ¶ Translate ſumitur pro forti, robuſto, potenti. *Plaut. Amph.* 1. 1. 8. Ita quaſi incudem, me miſerum homines octo validi cædant. *Liv. l.* 1. *c.* 13. Urbs valida muris. *Id. l.* 2. *c.* 39. Ducibus validior, quam exercitu, res Romana. *Tacit.* 15. *Ann. c.* 53. Validus animi, *uomo di grande ſpirito*. *Plin. in paneg. c.* 9. Validiſſimum præſidium. *Id. l.* 5. *ep.* 9. Validus facundia.

Valitūrus particip. V. in Valeo.

Vallāris, & re, o. 3. quod ad vallum ſpectat, ut *Vallaris corona*, qua donari ſolebat is, qui primus vallum hoſtium fuiſſet ingreſſus. *Liv. l.* 10. *c.* 46. Multæ civicæ coronæ, vallareſque, ac murales conſpectæ. *Id. l.* 30. *c.* 28. Qui imperatores, qui Conſulem Romanum ſua manu occidiſſent muralibus, vallaribuſque inſignes coronis.

Vallātus, a, um, *fortificato di palizzate*. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Non caſtra Punica ad tertium lapidem vallata. ¶ Sæpe translate ſumitur pro munito, ſtipato, circundato quacunque ratione. *Cic. pro Mur. c.* 24. Catilinam interea alacrem, atque lætum, ſtipatum choro juventutis, vallatum indicibus, atque ſicariis.

Vallefactus, a, um, *crivellato*. *Feſt. juxta emendationem Salmaſii*. Valvoli folliculi fabæ, quaſi vallivoli, quia vallefacti excutiantur. Ubi perperam vulgo, *vallo facti* pro *vallefacti*.

Vallefĭeri, eſt perire, interprete *Feſto*, quia quæ vallo, hoc eſt cribro ejiciuntur, neglecta pereunt. Idem tamen Feſtus ducit a vallo militari, quod qui extra vallum expelluntur, facile pereunt. Alii pro *vallefieri* legunt *vallefiere* eodem ſenſu.

Valleſiāni, m. 2. Valleſani, Ital. *Valleſiani*, Germ. *Walliſſerlandt*, pop. Galliæ, circa Rhodanum, ubi Seduni, & Veragri, Helvetiis fœderati, inter Allobroges ad Occ. & Lepontios ad Or. quorum regio Valleſia, ſeu Valleſa, opp. Sedunum.

Vallefiere. V. Vallefieri.

Valleſia, f. 1. Valeſia, regio Galliæ Belgicæ, Allobrogibus, & Helvetiæ finitima, ubi pop. Vallaſii, ſeu Valeſii, olim Seduni, tametſi Valeſia magis Sedunis patent, ſic dicta a vallibus longis, vel multis, per quam Rhodanus fl. inter ortum ſuum, & Lemanum lac. decurrit, ubi Sedunum urbs primaria. ¶ Eſt & Valleſia, ſeu Valeſia, *Valois*, regio Galliæ Belg. inter Picardiam, & Campaniam, in qua Sylvanectum urbs.

Vallĭcŭla, æ, f. *picciola valle*. *Feſtus in voce Convallis*.

Vallis, is, ſeu valles, is, fem. *valle*, αὐλών, φάραγξ, ἄγκος, planities a duobus lateribus incluſa. *Feſt.* Convallis eſt planities ex omni parte comprehenſa montibus, collibuſve: Vallis duobus lateribus incluſa planities. *Virgil.* 3. *Georg.* Complentur valleſque cavæ, ſaltuſque profundi. *Ovid.* 8. *Metam.* Concava vallis erat, quo ſe demittere rivi &c. ¶ Translate *vallis alarum* eſt concava pars brachii, qua humero innectitur. *Catul. carm.* 68. *in Rufum*: Tibi fertur Valle ſub alarum trux habitare caper. ¶ *Totis vallibus fluere* eſt longe lateque extendi, & exſpatiari dicendo. *Quintil. l.* 5. *cap. ult. de eloquentia*: Feratur non ſemitis, ſed campis, non uti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed ut latiſſimi amnes, totis vallibus fluat. ¶ *Valles* in recto caſu ſingularis numeri legitur apud *Virg. Æn.* 11. *v.* 522. Eſt curvo anfractu valles accommoda fraudi. Ubi metri, inquit *Servius*, neceſſitate compellimur, ut *valles* dicamus. Sunt tamen, qui hoc loco legunt *vallis*; atque ita ultimam ſyllabam produci putant ratione cæſuræ, cujus apud Virgilium pluſima ſunt exempla, quæ V. apud *Emmanuel. Alv. l.* 3. *cap.* 6. *præcepto* 5.

Vallo, as, a. 1. *fortificare, circondare, ſerrare*, περιβάλλομαι, περιφράσσω, περιτειχίζω, vallo ambio, & firmo. *Luc. l.* 4. *verſ.* 124. Nulli vallarant oppida muri. *Hirt. de B. Alex. c.* 30. Vallare teſtam. ¶ Sæpe translate ſumitur pro munire, quacunque ratione circundare, ſtipare. *Val. Flacc. l.* 1. *Argon.* Ac inopem nullis vallaverit armis. ¶ *Vallare aliquid ratione diſſerendi*, eſt Dialecticis argumentis confirmare. *Cic.* 1. *de Leg. cap.* 24. Atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit diſſerendi ratione.

Vallum, i, neut. *baſtione, baloardo, fortificazione*, χάραξ, τειχίον, ἔρυμα, murus e terra ad foſſæ oram aggeſtus, crebris ſudibus, ſive palis munitus, munitio caſtrorum, quæ ex terra, & vallis fit. Itaque duæ ejus partes ſunt, agger, & pali. *Veget. l.* 3. *c.* 8. Primum in unius noctis tranſitum, & itineris occupatione leviore cum ſublati ceſpites ordinantur, & aggerem faciunt, ſupra quem valli, hoc eſt ſudes, vel tribuli lignei per ordinem digeruntur. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. Vallo, & foſſa circumdedi, ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi. *Id.* 5. *Att. ep.* 30. Vallo & foſſa urbem cingere. ¶ Vallum cæcum quid ſit, V. Cæcus. ¶ Sæpe translate uſurpatur. *Cic. in Piſon.* Cujus ego imperio non Alpium vallum objicio. *Idem de Sen.* Contra avium minorum morſum munitur vallo ariſtarum.

Vallus, i, m. *palo*, χάραξ, ſudes, ſeu palus, cujuſmodi eſt, cui vitis alligatur, & quo caſtra muniuntur. *Servius in illud* 2. *Georg.* Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos: Bis, inquit, idem dixit. Nam & valli, & ſudes idem ſunt. *Virg.* 1. *Georg. v.* 264. Exacuunt alii vallos furcaſque bicornes. ¶ Accipitur interdum pro ipſo caſtrorum aggere, quod uſitatius vallum neutro genere dicitur. *Caſ. l.* 3. *B. C. c.* 63. Erat eo loco foſſa pedum quindecim, & vallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem. *Tibul lib.* 1. *el.* 2. Non arces, non vallus erat. *Hirt. de B. Alex. c.* 2. Triplicem vallum obducere. ¶ Habet & aliam ſignificationem, qua ſumitur pro exiguo vanno, *crivello*. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 52. Iis tritis, oportet e terra ſubjactari vallis, aut ventilabris, cum ventus ſpirat lenis: Ita fit, ut, quod leviſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream, ac frumentum, quod eſt ponderoſum, purum veniat ad corbem.

Valor, oris, m. *prezzo, valore*, ערך, Ger. *werht*, Gal. *prix*, Hiſp. *valor*, τιμή, pretium, a *valeo*. *Plin.* Victoriati valore redimi poteſt. Ita referunt Lexicographi plerique; ſed ea Plinii verba merito ſuſpecta eſſe debent, cum adhuc inveniri non potuerint.

Valvæ, arum, f. *impoſte, porte*, θύραι, δικλίδες, januæ, quæ geminas habent partes in ſe coeuntes, ita dictæ quaſi volvæ, quia introrſum revolvantur. *Cic.* 1. *de Div.* In templo Herculis valvæ clauſæ repagulis ſubito ſe ipſæ aperuerunt. *Id.* 6. *Verr. c.* 56. Valvas magnificentiores ex auro, atque ebore perfectiores nullas unquam ullo tempore fuiſſe. *Ovid.* 2. *Met.* Argenti bifores radiabant lumine valvæ. ¶ Valvæ dicuntur etiam ipſæ januæ, quæ valvas habent. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 17. Triclinium undique valvas aut feneſtras non minores valvis habet, atque ita a lateribus, a fronte quaſi tria maria proſpectat.

Valvātus, a, um, adject. valvas habens, ut Lumina feneſtrarum valvata, apud *Vitruv. l.* 6. *c.* 6.

Valvŏlus, & Valvulus, i, m. *ſcorza, guſcio*, Germ. *ſchelffen*, Gal. *écorſe, gouſſe*, Hiſp. *holleja*, λοβός, folliculus leguminum, & præſertim fabæ. *Feſtus*: Valvoli folliculi fabæ appellati ſunt, quaſi vallivoli, quia vallo facti (*lege* fracti) excutiantur. *Col. l.* 6. *c.* 10. Lentem quoque valvulis exemptam, & minute molitam miſcentur aquæ calidæ. *Id. l.* 7. *c.* 4. *de ovibus ſectis*: Singula capita per hyemem recte paſcuntur ad præſepia tribus hordei, vel freſæ cum ſuis valvulis fabæ.

Vana, maſc. 1. fl. Indiæ navigabilis, quem Ganges excipit. *Plin. lib.* 6. *cap.* 18.

Vandăli, maſc. 2. Vandi, Fanni, Sclavi, pop. Septentrionales, qui olim tenuere Germaniam ad oram maris Baltici, ubi Ducatus Megalopolitanus eſt, Vandalia olim dictus, deinde per Pomeraniam, Poloniam, Sileſiam, Bohemiam, Ruſſiam, Dalmatiam effuſi ſunt, poſtea progreſſi ſunt in Galliam, inde in Hiſpaniam, ibique ſedes in Bætica locarunt, quæ propterea Vandalia, ſeu Vandaluſia magna ex parte nominata eſt, nunc *Andaluzia*, inde in Africam trajicientes, illam occuparunt, diuque tenuerunt, ſicuti & Sardiniam, ſub Genſerico Rege. Alii Vandalos a Vanda Regina dictos tradunt, & primo in Polonia circa Viſtulam fl. habitaſſe. Alii ex Beroſo dictos malunt a Vandalo filio Tuiſconis, nepote Manni Vandalorum. ¶ *Tacit. de Germ. cap.* 2. Gent. *Vandalicus, a, um*, ut Vandalica arma, *Proſper Aquitan. l. de provid. in præfat.*

Vane, adverb. *vanamente*, futiliter, fruſtra. *Tertul. in Apolog. c.* 49. Volgus vane de noſtra vexatione gaudet. *Id. de Pudic. c.* 1. Procavendo vaniſſime quibus parcunt, & parcendo ineptiſſime quibus præcavent. *Apulej. in Apolog.* Malo vanius, & nequius excogitatum.

Vaneſco, is, *ſvanire*, ἐξαφανίζομαι, ἀφανίζομαι, vanus fio, in nihilum redigor. *Cicer.* 2. *de Leg. c.* 9. Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec amnibus ullis elui poteſt. *Ovid. l.* 3. *am. el.* 6. Carmine læſa Ceres ſterilis vaneſcit in herbas. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 7. In cinerem vaneſcere.

Vanga, æ, f. *vanga*, inſtrumentum ruſticum, quo vepreta perſequimur, ut docet *Pallad. l.* 1. *cap. ult.*

Vangiŏnes, maſc. 3. populi Germaniæ ſup. ad Rhenum, in Gallia Belgica, nunc *la Dioceſi di Magonza, e di Wormes*. *Plin. l.* 4. *c.* 17. *Luc. l.* 1. *v.* 430. Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones.

Vanĭdĭcus, a, um, *vano, bugiardo*, כזב, Germ. *groſſſprecher*, Gall. *vain parleur*, Hiſp. *el que habla vanidades*, ματαιολόγος, qui vana dicit, vaniloquus, mendax. *Plaut. Trinum.* 2. 6. *in fine*: Cum probis potius, quam cum improbis vivere vanidicis.

Vanĭlŏquentĭa, æ, fem. *parlar vano*, שוא, Germ. *eitel geſchwaetz*, Gall. *vain parler*, Hiſpan. *habla vana*, ματαιολογία, vana, & inanis blateratio. *Liv. l.* 34. *c.* 24. Hac vaniloquentia primum Ariſtænum Prætorem Achæorum excitavit. *Tac. lib.* 3. *Annal. cap.* 49. Id Clutorius in domo

P. Pe-

Digitized by Google

P. Petronii, ſocru ejus Vitellia coram, multiſque illuſtribus fœminis per vaniloquentiam legeras.

Vaniloquidōrus, maſc. vox hibrida ficta a *Plaut. Perſ.* 4. 6. 20. & conflata ex latinis vocibus *vanus*, & *loquor*, & ex græca δῶρον donum, ſignificat eum qui vana verba donat, ſeu det, qui vana vendicat.

Vanilŏquus, a, um, *bugiardo*, ματαιολόγος, qui vana loquitur, mendax. *Plaut. Amph.* 1. 1. 223. Ergo iſtoc magis, quia vaniloquus, vapulabis. *Liv. l.* 35. c. 48. Is, ut pleriquo, quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria, terraſque inani ſonitu verborum complevit.

Vanĭtas, atis, f. *vanità*, הבל, Ger. *eitelkeit*, Gal. *vanité*, Hiſp. *vanidad*, ματαιότης, levitas, inconſtantia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nulla in cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas ineſt. ¶ Sæpe ponitur pro mendacio, fallacia. *Cic.* 3. *Off.* Quod ſi vituperandi, qui reticuerunt, quid de iis exiſtimandum eſt, qui orationis vanitatem adhibuerunt? *Id.* 3. *Tuſc.* c. 2. Ut vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat. ¶ Item pro elatione, & jactantia. *Tac. in Agric.* c. 18. Nec proſperitate rerum in vanitatem uſus eſt.

Vanitĭes, ei, f. idem quod vanitas. *Ammian. l.* 29. c. 3. Ad extollendam ejus vanitiem. *Apulej. l.* 2. *Metam.* Vanities plebeja.

Vanitūdo, inis, f. idem ac vanitas. *Plaut. Capt.* 3. 4. 38. Pol ego, ut rem video, tu inventus vero, vanitudine qui convincas. h. e. vanis dictis, & mendacio. *Pacuv. apud Non.* c. 2. n. 886. Turpare vanitudine ætatem ſuam.

Vanno, is, a. 3. *vagliare*, *crivellare*, λικμάω, eſt vanno fruges aut legumina movere, aut ventilare, acus, vel paleas e frumento, vel legumine vannis expurgare, a *vannus*. *Lucil. apud Non.* c. 1. n. 69. Criſſatura, ut ſi frumentum clunibu' vannet. *Id. ib. obſceno ſenſu*: Hunc molem, illam autem ut frumentum vannere cunnis.

Vannus, i, f. *vaglio*, *crivello*, λίκνον, cribrum cereale, inſtrumentum latum ex vimine, aliave materia, quo acus, paleæque poſt trituram a frumento, aut legumine ventilando, & in ſublime ejaculando excernuntur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 166. Et myſtica vannus Iacchi. Ubi *Servius*: Myſtica, quod Liberi Patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant; & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. *Joh. Pierius* teſtatur, in optimo illo Romano codice legi, *Et myſtica vallus Iacchi*. *Col. l.* 2. c. 21. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur.

Vano, as, a. 1. ἀπατάω, fallo, apud veter. *Actius apud Non.* c. 2. n. 885. Sic illum vanant in angiportum deduxit.

Vanus, a, um, *vano*, ריק, Ger. *ler*, Gal. *vain*, Hiſp. *vano*, κενός, inſtabilis, caducus, facile elabens, & interiens. *Cic. pro Planc.* Cum tibi vigilanti, aſſidenti, mœrenti, vana quædam miſer, atque inani falſa ſpe inductus pollicebar. ¶ Sumitur etiam pro vacuo, inani. *Virg.* 1. *Georg.* v. 226. Sed illos Exſpectata ſeges vanis eluſit aveniſ. ¶ Item pro raro, non denſo, aut ſpiſſo, *raro*. *Liv. l.* 2. c. 47. Vanior jam erat hoſtium acies, dum abundante multitudine ſimul, ſubtracta ſubſidia mittunt ad caſtra oppugnanda. ¶ Item pro ſtulto, quaſi mente vacuo, & qui in rebus inanibus ſtudium collocat. *Juven. ſat.* 3. Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni. *Salluſt. apud Gell. l.* 18. c. 4. Perincertum ſtolidior, an vanior. ¶ Item pro mentiente, levia, inaniaque pro gravibus, & veris aſtutiſſime componente, *fallace*, *falſo*. *Virg.* 1. *Æn.* Ni fruſtra augurium vani docuere parentes. *Plin. l.* 28. c. 7. Magorum artes vaniſſimi generis. *Cic. pro Quint.* c. 6. Si veritate amicitia colitur, qui amicum ſpoliare conatus eſt, vanum ſe eſſe fateatur. ¶ Poetæ uſurpant *vana*, neutrum plurale loco adverbii, pro inaniter, fruſtra. *Virg.* 11. *Æn.* Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem. Præterea vanus dicitur, qui aliqua re fruſtratus eſt, & genitivo jungitur a Poetis. *Silius l.* 12. *verſ.* 261. Nec forſan voti vanus foret, *nè ſarebbe andato fallito il ſuo deſiderio*, ſe &c. *Virg. Æn.* 10. v. 631. Aut ego veri vana feror, *e ſe vo lontano dal vero*.

Vapĭde, adverb. *Vapide ſe habere* pro *male ſe habere* dicebat Auguſtus, ut in ejus vita teſtatur *Sueton.* c. 87.

Vapĭdus, a, um, adject. *vaporoſo*, *inſipido*, *guaſto*, ἀτμώδης, qui vaporem emiſit, & proprie dicitur de vino, quod inſipidum, nulliuſque virtutis factum eſt. *Col. l.* 12. c. 5. In vini vapidi, ut acre fiat, ſextarios duodequinquaginta. *Perſ. ſat.* 5. v. 148. Vejentanumque rubellum Exhalet vapida læſum pice ſeſſilis obba. h. e. pice quæ vinariis vaſis illita vinum inſipidum facit. ¶ Translate *Id. ib.* v. 117. Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem. h. e. vitiis corrupto.

Vapor, ſeu vapos, oris, m. *vapore*, איד, Ger. *dampff*, Gal. *vapeur*, Hiſp. *vapor*, ἀτμός, ἀτμίς, tenuis exhalatio alicujus humoris. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Aquarum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt. ¶ Ponitur aliquando pro calore. *Virg.* 5. *Æn.* v. 683. Lentuſque carinas Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis. *Plin. l.* 9. c. 10. Ut Solis vapore ſerato cortice non queant mergi. *Lucret. l.* 6. v. 952. Pervolitans permanat odos, friguſque vapoſque. Adde *Hor. Epod.* 3.

Vaporarium, ii, n. *ſtufa*, Ger. *dampffloch*, Gal. *cheminée*, Hiſp. *chimenea*, ἀτμοστάσιον, locus in balneis, teſtudinis inſtar conſtructus, aerem plane continens ab igne ſine fumo accenſo, qui aliter *hypocauſtum*, *caldarium*, & *tepidarium* vocatur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant poſita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſubjectum cubiculis.

Vaporāte, adverb. cum vapore, aut calore. *Ammian. l.* 24. c. 4. Effervescente vaporatius ſole.

Vaporatio, onis, f. *ſvaporamento*, θυμίαμα, ἀναθυμίασις, vaporandi actus, vaporis excitatio. *Plin. l.* 28. c. 4. Perfundere caput aquæ calida ante balinearum vaporationem, & poſtea frigida ſaluberrimum intelligitur. *Gel. l.* 19. c. 5. Cum aqua frigore aeris duratur, & coit, neceſſum eſt fieri vaporationem, & quandam quaſi auram tenuiſſimam exprimi ex ea, & emanare. *Senec. l.* 6. *Quæſt. nat.* c. 21. Vaporatio inundantium aquarum.

Vaporātus, a, um, calidus, vel calido vapore plenus. *Col. l.* 1. c. 5. Cum pleri que amnes æſtate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent. *Id. l.* 2. c. 16. Glebæ ſolibus æſtivis vaporatæ. h. e. excalfactæ, & arefactæ. ¶ Item in modum vaporis emiſſus. *Apul. de Mundo*, Nebula eſt exhalatio vaporata. ¶ Translate *Perſ. ſat.* 1. v. 126. Inde vaporata lector mihi ferveat aure. h. e. purgata, & ad audiendum præparata: vel aure calefacta, & accenſa ex lectione ſanorum librorum.

Vaporĕus, a, um, adject. *caldo*, *e pieno di caldo vapore*. *Arnob. l.* 6. Illud in rigoribus algidum, hoc vaporeum. Alii leg. *vaporum*.

Vaporifĕrus, vel vaporifer (neque enim de recto caſu adhuc conſtat) a, um, *che ſvapora*, ἀτμοφόρος, ἀτμώδης, quod vaporem emittit. *Stat.* 3. *Silv.* 5. v. 96. Sive vaporiferas blandiſſima litora Bajas. *Id. l.* 1. *Silv.* 3. v. 45. Vaporiferæ fornaces.

Vapōro, as, n. 1. *ſvaporare*, *mandar vapore*, ἀτμίζω, vaporem emitto. *Plin. l.* 31. c. 2. *de differentiis aquarum*: Vaporant & in mari ipſo, quæ Licinii Craſſi fuere. ¶ Eſt etiam verbum activum, & pro ſuffire ponitur. *Virg.* 5. *Æn.* v. 481. Succedunt matres, & templum thure vaporant. *Plin. l.* 28. c. 11. Et dum coquuntur, oculos vaporari præcipiunt. ¶ Item pro calore temperare. *Hor. l.* 1. *ep.* 16. Sol diſcedens curru fugiente vaporet. ¶ Item pro arefacere. V. *Vaporatus*.

Vaporōſus, a, um, adject. *pieno di vapori*. *Apulej. l.* 6. *A. A.* Balnearum vaporoſi fontes. *Id. ib. l.* 9. Vaporoſa caligo.

Vapōrus, a, um, idem quod vaporeus, ut vaporus ardor, apud *Prudent. Periſteph.* 6. v. 115.

Vappa, æ, f. *vino ſvanito*, ὀξίνης, ἐκτροπίας, ἐξεστηκὼς οἶνος, vinum inſipidum, & nullius virtutis, poſtquam omnis odor, ſaporque optimus evaporavit. *Plin. l.* 14. c. 20. Vitiumque muſto, quibuſdam in locis, iterum ſponte fervere, qua calamitate, cum deferbuit, deperit ſapor, vappæque accipit nomen, probroſum etiam hominum, cum degeneravit animus. *Hor. l.* 1. *ſat.* 3. v. 144. Qui Vejentanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis. ¶ Per Metaphoram Latinis vappæ vocantur ἄχρηστοι, ideſt inutiles, ac nihili homines, ignavi, viles, nugatores, in quibus nihil eſt ſolertiæ, nihil prudentiæ, ut jam patet ex loco *Plinii*. *Hor. l.* 1. *ſat.* 1. v. 103. Non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo, aut nebulonem. Obſcœnus quoque Deus de ſe in *Ithyphallico carmine* 13. *Priap.* ait: Nos vappæ ſumus, & puſilla culti Ruris numina.

Vapulāris, & re, o. 3. μαστιγίας, qui vapulat, verbero. Jocoſe *Plaut. Perſ.* 1. 1. 22. Fui præfectus apud molas tribunus vapularis.

Vapŭlo, as, n. paſſ. 1. *eſſer battuto*, הכה, Ger. *geſchlagen werden*, Gall. *etre batu*, Hiſ. *ſer azotado*, τύπτομαι, μαστιγόομαι, verberor, cædor. *Terent. Adelph.* 1. 2. 5. Ego vapulando, ille verberando uſque ambo defeſſi ſumus. *Cal. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 1. Suſurratores veniunt, alius equitem perdidiſſe, alius ſeptimam legionem vapulaſſe. h. e. cæſam eſſe. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 9. Coctum, non vapulatum conductus fui. *Quintil. l.* 9. c. 2. Teſtis in reum rogatus, an ab eo fuſtibus vapulaſſet. *Scioppius in Minerv. Sanct. l.* 3. c. 3. ex quodam vetuſto Rhetore ita legendum ait: *rogatus ab reo, num fuſtibus vapulaſſet*. *Senec. in Apocolocynth. in fine*. Producit teſtes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. ¶ A Comicis uſurpatur ſæpe in contemptu. nam cum quis ſignificare vult, aliquem ſe nihili facere, & ſpernere, jubet eum vapulare. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 16. Quid faciet mihi? verberibus cædi juſſerit, compedes imponi? vapulet, ne ſibi me credat ſupplicem fore. *Id. Cur.* 4. 4. 10. Vapulare ego te vehementer jubeo, ne me territes. *Id. Aſin.* 2. 4. 72. Tun' libero homini male ſervus loquere? *Le.* vapula. Huc pertinet illud proverbium, *Vapula Papiria*, ortum a quadam ancilla, quæ libertate donata a Papiria hera ſua, patronam mox contempſit, & cum eam ſalutare deberet, ſe ipſam ſalutabat, heræ autem augurabatur, ut inſtar ſervæ vapularet. *Feſtus ex Sinnio Capitone* docet, tunc hoc proverbium dici ſolitum, cum vellent minantibus ſignificare, ſe eos negligere, & non curare, fretos jure libertatis. Addit etiam locum *Plauti* his verbis: Ideo dico, liberta ſalve, vapula Papiria, ubi *Ælius* ait: *vapula* poſitum eſſe pro *dole*. *Varro* autem pro *peri*, teſte eodem *Feſto*: quod quidem pro eorum ſententia fecit, qui *vapulo* ab ἀπόλλυμι, *pereo* deducunt: ex quibus eſt *Scioppius*, qui loco citato contendit hoc præſertim fundamento nixus, hoc verbum non uſurpari cum ablat. perſonæ agentis, & præpoſit. a, *ab*, & ſi quando uſurpetur, ea ratione uſurpari, qua dicimus *perire ab aliquo*. ¶ Translate *Cic. Att.* 2. *ep.* 14. Cum ſe omnium ſermone ſentiet vapulare. h. e. ſibi obtrectari. *Plaut. Stic.* 5. 5. 10. Vapulat peculium. h. e. diſſipatur.

Vara, æ, f. *un traverſo*, lignum tranſverſarium in aliqua lignea machina aliis lignis arrectariis impoſitum, & compactum, ut aliquid ſuſtineat. *Vitruv. l.* 10. c. 18. De materie primum baſim ſubjectis rotis fecit, ſupraque compegit arrectariis & jugis varas. Ita *Philander* hoc loco, & *Baldus* explicant; quorum ſententia tamen in eo diſcrepat, quod ille varas rectas eſſe dicit, hic autem curvas. V. *Bald. in Lex.* ubi iconem etiam exhibet. ¶ *Sequitur vara vibiam*, proverbium eſt uſurpatum ab *Auſon. in proœm. Technopægn.* h. e. cadente vibia (quæ eſt lignum erectum & varam ſuſtinet) varam etiam cadere neceſſe eſt, quippe vibia ipſa ſtante ſuſtinetur. uſurpatur autem de iis, qui cum uni vitio indulſerint, abjecto omni pudore ad alia præcipites feruntur: vel de iis, qui aliquem errorem committunt, ex quo alii neceſſario errores ſequuntur. ¶ In quibuſdam Gloſſis, quas refert *Scalig. l.* 1. *lect. Auſon.* c. 18. contraria ratione hoc proverbium refertur: legitur enim *Varam vibia*: ex quo fit, ut contraria quoque his duabus vocibus notio tribuenda videatur, ut nimirum vel *vara* ſit lignum erectum, *vibia* tranſverſum, ut idem *Scalig.* exponit; vel quod ambæ erectæ ſint: additur enim in iiſdem *Gloſſis*: Perticæ duæ ſunt inter ſe colligatæ, quæ aſſerem ſuſtinent, unde proverbium, Vibia varam ſequitur. Sane apud *Lucan. l.* 4. v. 439. varæ ſunt furcillæ bicornes erectæ, quibus retia ad aucupium tenduntur. Verba *Lucani* ſunt: Aut dum diſpoſitis attollat retia varis Venator. Hæc duo loca hac ratione ſatis apte videntur explicari; quæ tamen ſi cum verbis *Vitruvii* allatis componantur, vereor, ut conciliari poſſint. neminem enim ambigere puto, quin *vara* apud *Vitruv.* lignum tranſverſum ſit. ¶ Illud denique admoneo, tum apud *Vitruv.* tum apud *Auſon.* non deeſſe codices, in quibus aliter legitur. nam apud *Vitruv.* quidem pro *& jugis varas*, quidam habent *& jugis variis*: apud *Auſon.* vero ſubſtituunt nonnulli *Sequitur ver hiemem*.

Varamus, m. *il Varamo*, fl. Venetiæ, qui in Anaſſum, ſive Plavem apud Belunum urb. influit. Leander *Calore* dici ſcribit. *Plin. l.* 3. c. 18.

Vardūli, m. pop. Hiſpaniæ Tarr. ſub Cantabris, ab Oceano ad Iberum fl. extenſi, inter Veſcones ad Or. & Autrigones ad Occ. ubi hodie Ipuſcoa prov. cum Majore parte Alavæ tractus. Eorum caput fuit Tuloſa urbs. *Plin. l.* 3. c. 3.

Varia, æ, f. πάρδαλις, panthera, ita dicta a macularum varietate, quibus eſt ſpectabilis. Nam panthera diverſicolorem, maculoſamque pellem habent. *Plin. l.* 8. c. 17. Panthera, & tigris macularum varietate propæ ſolæ beſtiarum ſpectantur, ceteris unus, ac ſuus cujuſque generis color eſt. *Et mox*: Nunc varias, & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere. *Et paulo poſt*. Primus autem Scaurus Ædilitate ſua varias CL univerſas miſit. Alluſit huc *Plautus Epid.* 2. 1. *ſc.* 2. v. 15. ubi, cum Epidicus dixiſſet, varie ſe valuiſſe, reſpondet *Theſprio*: Qui varie valent, Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Variabĭlis, le, adject. *variabile*, qui variatur, ſeu mutatur. *Apul. de Mundo*: Aer inferior natura variabilis.

Varians, antis, o. g. ποικίλλων, *che varia*. *Plin. l.* 14. c. 2. Vix ulla magis tam denſo uvarum partu impatiens variantis cœli. h. e. inconſtantis, modo hoc, modo illo modo ſe habentis. *Col. l.* 4. c. 20. Variantibus adhuc, & acerbis uvis. ideſt nondum nigris, ſed colore adhuc vario.

Variantia, æ, f. idem ac varietas. *Lucret. l.* 1. v. 653. nedum variantia rerum Tanta queat denſis, rariſque ex ignibus eſſe. Adde *l.* 3. v. 319.

Variānus, a, um, adjectivum a Quintilio Varo deductum, ut Variana clades, *Sueton. in Aug.* c. 23.

Variātim, adv. *variamente*, Germ. *anderſt*, *und anderſt*, Gal. *en diverſes*, *fortes*, Hiſpan. *en diverſas maneras*, ποικιλμένως, diverſo modo.

Gell. l. 5. c. 12. Ve enim particula, quæ in aliis, atque aliis vocabulis variatim per has duas literas, cum a litera media immiſſa dicitur. Sunt qui legunt *verſa*, *rum*.

Variatio, onis, f. *variazione*, ποικιλία, παράλλαξις, actus variandi, varietas, diverſitas. *Liv. l. 24. c. 9.* Ceteræ centuriæ ſine variatione ulla Conſules eoſdem dixerunt.

Variatus, a, um, *variato*, *vario*, ποικιλλόμενος. *Cic. pro Mil. c. 3.* Eum, qui patris ulciſcendi cauſa matrem necaviſſet, variatis hominum ſententiis non ſolum humana, ſed etiam Deæ ſapientiſſimæ ſententia liberatum. *Catul. carm. 63. v. 50.* Veſtis hominum variata figuris. *Apul. l. 3. Florid.* Lyræ concentu variatior.

Varicator, oris, m. qui varicatur, *Ulpian. l. 4. Dig. de his, qui not. inf.* Prævaricator eſt quaſi varicator, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſua.

Varices, V. Varix.

Varicitus. V. Varitus.

Varico, as, avi, atum, a. c. διαβαίνω, vel διεστραμμένοις ποσί, ſto pedibus introrſum retortis, a *varus*, id eſt qui crura habet introrſum retorta. *Quinctil. l. 11. c. 3. de geſtu pedum*: Varicare ſupra modum in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcœnum.

Varicoſe, adverb. *Feſtus in voce Muli Mariani*: Milites in furcæ varicoſius onera ſua portare conſueverant. *h. e.* majores varices contrahendo ex onerum bajulatione.

Varicoſus, a, um, qui varices habet. *Juven. ſat. 6. v. 396.* Varicoſus fiet aruſpex, Ubi ſic vetus Interpres: varicoſus fiet multum ſtando, dum Deos, aut exta conſulit. Sic *Sidonius l. 5. ep. 5.* vocat Ciceronem *varicoſum Arpinatem*, qua de re V. in *Varix*.

Varicula, æ, f. κιρσίδιον, exigua varix. *Celſ. l. 5. c. 26. de curatione ulceris*: Si varicula intus eſt excidenda.

Varicus, a, um, quod eſt varicatis, ac diſpeſſis cruribus, more eorum, qui grandibus ambulant paſſibus, a *varus*. *Ovid. l. 3. de Arte, v. 303.* Illa velut conjux Umbri rubicunda mariti Ambulat, ingentes varica fertque gradus.

Varie, adv. *variamente*, *in varii modi*, ποικίλως, πολυμερῶς, variis modis, diverſimode. *Cic. 1. de Divin.* Eamque vim varie moveri ab iis ſideribus, quæ vocantur errantia. *Id. Acad. 1. c. 4.* Qui ab iis, qui illum audierunt, perſcripti varie, copioſeque ſunt. *Id. l. 16. Fam. ep. 6.* Varie ſum affectus tuis litteris. *Plaut. Epid. 1. 1. 14.* Varie valui. *ora bene, ora male.*

Variegatus, a, um, adject. *velato*, *variato*, *ſerpeggiato*, *diviſato*, varie ornatus, ποικίλος. *Apul. l. 11. Metam.* Navis picturis miris variegata. *Id. l. 2. Florid.* Veſtis picturis variegata.

Variego, as, a. 1. ποικίλλω, ornatus varietate diſtinguo. *Auſon. in epiſt. præmiſſa Idyllio 13.* Figuras ejus alia ſcientias variegat. ¶ *Apul. l. 1. Florid.* neutrorum more uſurpat, cum inquit: Lyra auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.

Varietas, atis, f. *varietà*, Ger. *unterſcheid*, Gal. *varieté*, Hiſp. *variedad*, ποικιλία, ποικιλμός, variatio, & diſſimilitudo colorum. V. *Varius*. *Plin. l. 8. c. 30.* Oculis mille varietatum eſſe, colorumque mutationes. ¶ Tranſlate dicitur de quacunque diſſimilitudine ſeu diverſitate. *Cic. 1. Off.* Ut in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt majores etiam varietates. *Id. pro Pomp. c. 2.* Varietas gentium. *Quinctil. l. 1. 2. 12.* Reficit animos, ac reparat varietas. ¶ Ponitur etiam pro inconſtantia. *Plan. ad Cic. l. 10. Fam. ep. 18.* Extimeſcens varietatem, atque infidelitatem exercitus ejus.

Varini, & Varrini, pop. Germaniæ, in Saxonia inf. ubi nunc pars Ducatus Megalopolitani. Ibi etiamnum fl. *Uvarna*, & opp. aliud Varinum, nunc *Uvaren*. *Uvillichius* eos collocat in Saxonia ſuperiori, in nova Marchia Brandeburgenſi, in conf. Poloniæ. *Lazius* cenſet, fuiſſe in Suevia, ubi opp *Veringen*. *Plin. l. 4. c. 14.*

Vario, as, a. 1. *variare*, *fare vario*, *e diverſo*, שנה, Ger. *abwechſelen*, Gal. *varier*, Hiſp. *diverſificar*, ποικίλλω, παραλλάττω, ἀλλάσσω, varium, ſeu diverſum facio, diſtinguo, muto. Dicitur proprie de coloribus. *Virg. 1. Georg. de Sole v. 441.* Ille ubi naſcentem maculis variaverit ortum. *Plaut. Pers. prol. v. 26.* Variant virgis, & loris. *h. e.* ita cædi, ut cutis lividuris, & vibicibus varia fit. ¶ Item de uvis matureſcentibus. *Colum. l. 12. c. 50. & de arborib. c. 12.* ¶ Tranſlate ſumitur pro diverſum facere quacunque ratione. *Cic. 2. de Or.* Oratoris eſt ſummi ornamentis, eamque variare, & diſtinguere quaſi quibuſdam verborum, ſententiarumque inſignibus. *Id. in Orat. c. 18.* Variare vocem. *Virg. 9. Æn. v. 164.* Diſcurrunt, variantque vices, fuſique per herbam Indulgent vino. *Plin. l. 8. ep. 8.* Laborem otio, otium labore variare. *Liv. l. 2. c. 57.* Sententiam variavit timor. *fece mutar parere.* ¶ Ponitur aliquando pro varia tradere. *Liv. l. 27. c. 27.* Si, quæ de morte Marcelli varient Auctores, omnia exequi velim. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, pro ſibi diſſimilem eſſe, & modo hac, modo illa ratione ſe habere. *Celſ. l. 3.* Non in iis ſolum, in quibus ſemper ita ſe habet, ſed in iis quoque, in quibus variat. ¶ Item pro ambiguum eſſe. *Liv. l. 1.* Ibi ſi variaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claſſis vocarentur. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Liv. l. 22. c. 60.* Ibi cum ſententiis variaretur. *Vellej. l. 2. c. 31.* Variatum eſt præliis. *c'ebbe diverſa ſorte.*

Varicus, adverb. *βαιβῶς*, cruribus divaricatis, diviſiſque, quod fieri ſolet a fœmina jam mictura. Eſt a *varus*, ut a *primo primitus*. *Apul. c. Met.* Hic editis ab imo remoto grabatulo varicus ſuper faciem meam reſidentes, veſicam exonerant. Ubi vulgo editum *varicus*, repugnante analogia. Aliqui etiam *varicitus* legunt, quod a varicibus eſſet.

Varius, a, um, *vario*, צבוע, Ger. *mancherley*, Gal. *bigare*, *divers*, Hiſp. *de diverſos colores*, ποικίλος, πολύχρους, quod eſt diverſi coloris. *Cic l. 2. de Fin. c. 3.* Varietas enim Latinum verbum eſt, idque proprie quidem in diſparibus coloribus dicitur: ſed transfertur in multa diſparia: Varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna, voluptas etiam varia dici ſolet, cum percipitur ex multis diſſimilibus rebus, diſſimiliter efficientibus voluptates. Hæc *Cicero*. *Cato c. 71.* Ubi boves variæ eveperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis, uti valeant. *quando ſ'uva cominciare a vareggiare.* ¶ Tranſlate ſumitur generatim pro diſſimili, multiplici, multiformi. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæ vero, & quam varia genera beſtiarum vel cicurum, vel ferarum? *Id. 1. Acad.* Platonis autem auctoritate, qui varius, multiplex, & copioſus fuit. *Virg. 8. Æn.* Gentes variæ linguis. *di diverſi linguaggi.* ¶ Cum dativo *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 56.* Alterum & huic varium, & nihilo ſapientius. ¶ Item pro inconſtanti, inſtabili, commutabili. *Virg. 4. Æn. v. 569.* Varium, & mutabile ſemper Fœmina. *Liv. l. 2.* Ibi varia victoria, & velut æquo Marte pugnatum eſt. *Salluſt. de Catil. c. 5.* Animus audax, ſubdolus, varius. Huc pertinet jocus Ciceronis in Hauricum *apud Quinctil. l. 6. c. 3.* Miror, inquit, quid ſit, quod pater tuus homo conſtantiſſimus te nobis varium reliquit. Ut ſimul alludit ad ejus faciem variam, ſeu maculis diſtinctam.

L. Varius, Poeta Latinus in numero Epicorum, & Tragicorum, temporibus Auguſti, cui fuit chariſſimus. De eo ſcribit *Horat. l. 1. od. 6.* & *Tacit. in dial. de Orat. c. 12.*

Varix, icis, m. *varice*, *vena gonfia*, κιρσός, vena fœculento ſanguine tumeſcens, quales in temporibus, ventre, & cruribus imprimis oboriri ſolent. *Cic. 2. Tuſc. cap. 15.* Cum varices ſecabantur C. Mario, dolebat. *Celſ. l. 2. c. 8.* Varix ortus inſaniam ſollit. *Sen. ep. 78.* Dum varices ex nimio labore, bajulis uſuvenit, atque diuturna ſtatione. Unde *Juven. ſat. 16. ver. 395.* Varicoſus fiet aruſpex. Ubi ſic vetus Interpres: Varicoſus fiet multum ſtando, dum Deos, aut exta conſulit. Idem ex nimia labore contingit. *Varro apud Non. cap. 1. n. 104.* Nam ſi tuam rhedam non habuiſſem, haberem varices. ¶ Atque hinc ſcomma captavit Vatinius in Tullium, uti *Macrobius* narrat *l. 2. Saturn. c. 3.* Cum enim Cicero gloriaretur, ſe humeris Reipublicæ ab exilio reportatum, Unde ergo, inquit, tibi varices? Varices enim habebat Tullius. Unde *Sidonius* eundem *l. 5. ep. 5.* vocat *varicoſum Arpinatem*.

Varrini. V. Varini.

Varro, ſeu Varo, onis, m. homo durus, & aſper. Hæc vox & uno R, & duobus ſcripta invenitur, quomodo & *vari*, & *varri* legitur. *Lucil. apud Feſt.* in *Squarroſus*, Varronum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra. *Perſ. Sat. 5. v. 138.* Varo regustatum digito terebrare ſalinum Contentus perages. Alii leg. *Baro*, quod idem fere ſonat.

Varrones, familiæ plebeja apud Romanos. Ita dicti ſunt a *varo*, ſeu *varro*, quod notat hominem durum, aſperumque. Sed de hoc aliter ipſa *Terentius Varro* apud *Servium in 11. Æn.* his verbis: Eſt & alia hujus rei hiſtoria. Varro enim, cum de ſuo cognomine diſputaret, ait, eum, qui primus varro ſit appellatus, in Illyrico hoſtem, Varronem nomine, quod rapuerat, & ad nos portaverat, ex inſigni facto meruiſſe. Ubi deeſſe videtur *Varronis cognomen*. Niſi cum *Salmaſio* legas, inſigne re facto meruiſſe. Nam inſigne, & ſignum dicebant pro cognomine, ut ad hiſtoriam Auguſtam idem *Salm.* annotavit.

M. Terentius Varro. Μάρκος Βάῤῥων, Civis Romanus, Ciceronis ætate, Romanorum omnium eruditiſſimus, ut *Quinctilianus* aſſerit. Plurimos, doctiſſimoſque ſcripſit libros de Lingua Latina, de vita Populi Romani, de re ruſtica, de liberis educandis, quem librum *Catonem* appellavit, &c. Scripſit etiam ſatyras. *Quinctil. l. 10. c. 1.* ¶ De Varrone altero Atacino, V. *Atacinus*.

Varronianus, a, um, ad Varronem pertinens. *Varroniani milites apud Liv. l. 23. c. 38.* h. e. qui ſub Varrone conſule militaverant.

Varus, i, eſt macula, ſive tuberculum exiguum, & durum in facie, quod a Græcis ἴονθος appellatur. *Plin. l. 32. 1. 4.* Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit a facie. *Id. l. 28. c. 8.* Lentigines tollit, ac varos, omneſque maculas. Adde *Celſ. l. 9. c. 5.*

Varus, i, m. *il Varo*, Gall. *le Var*, fl. Galliæ Narb. Oritur ex Acema M. in Alpibus maritimis, Glannatevamque rigat. Hinc auctus aliquot amnibus, per Provinciam labitur, deindeque ipſam ſeparat a Comitatu Nicæenſi, & prope Nicæam in mare Mediterraneum ſe exonerat. *Plin. l. 3. c. 4.*

Varus, m. 2. Quinctilius prænomine C. R. qui ab Auguſto præfectus Germanico exercitui, circa ſaltum Teutoburgenſem, hodie *Teuteberg*, a Germanis, Arminio duce, dolo circumventus, cum tribus legionibus interfectus eſt. Hujus mortem deflet *Horatius l. 1. Carm.* Ejus etiam meminit *Maro 6. & 9. Ecl.* ¶ Hoc nomen varus ductum eſt a cruribus varis, ut docet *Plin. l. 11. c. 45.*

Varus, a, um, *ſtrambo*, *sbilenco*, *varo*, βλαισός, qui introrſum pedes, ſeu crura obtorta gerit, cui opponitur *valgus*, βλαισός, qui habet crura incurvata extrorſum, cui in exteriorem partem crura, pedeſve flectuntur, Ita *Acron* Horatii interpres *ad ſat. 3. l. 1.* eumque ſecutus *Voſſius* in *Etymol.* in voce Varus. *Nonius cap. 1. n. 704.* generatim exponit *diſtortis cruribus*: & *Feſtus*, *incurva crura habens*. *Horat. lib. 1. ſat. 3. v. 47.* Hunc varum diſtortis cruribus, illum Balbutit ſcaurum pravis fultum male talis. ¶ Sumitur etiam generatim pro obtorto, incurvo. *Ovid. 9. Metam. fab. 1.* Brachiaque oppoſui, tenuique a pectore varas In ſtatione manus, i. e. incurvas, inflexas ad corripiendum antagoniſtam.

Vas, adis, comm. g. *ſicurtà*, *mallevadore*, ἐγγυητής, qui promittit, ſeu ſe periculo aliquem judicio ſiſturum. Proprieque vas erat in re capitali, ut *Feſtus* docet, & hi *Auſonii* verſus indicant, quibus inter vadem, & prædem differentiam ponit: Quis ſubit in pœnam capitali judicio? Vas. Quid, ſi lis fuerit nummaria? quis dabitur? Præs. *Cic. 3. Off. c. 10. de Damone, & Pythia*: Vas factus eſt alter ejus ſiſtendi, ut ſi ille non revertiſſet ad diem, moriendum eſſet ipſi. *Id. 2. Fam. c. 24.* Vadem te ad mortem Tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo Tyranno? *Id. ad Brut. epiſt. 18.* Vades accipere. *Liv. l. 39. c. 41. in fin.* Vades deſerere.

Vas, vaſis, n. *vaſo*, כלי, Ger. *geſchirr*, Gal. *vaiſſeau*, Hiſ. *vaſo*, ἄγγος, ἀγγεῖον, σκεῦος, inſtrumentum idoneum ad aliquid capiendum. In numero plurali eſt ſecundæ declinationis, & inflectitur *vaſa*, *vaſorum*, *vaſis*. Nam veteres etiam *vaſum* dixere, quod V. infra ſuo loco. *Cic. 1. Tuſc.* Nam corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum. *Id. pro Mur.* Ac ille expoſuit vaſa Samia. *Lucr. l. 6. v. 230.* vaſis integris vina repente diffugiant. ¶ Hoc nomen interdum generalem notionem habet, & ſignificat non ſolum ea inſtrumenta, quæ aliquid in ſe recipiunt edendi bibendique cauſa paratum, ſed ea etiam quæ aliquid ſuſtinent, ut ſcutulas, vel promulſidaria, ut docet *Ulp. l. cum vinum. Dig. de aur. arg. &c.* ¶ Quin & omnis generis ſupellex nonnunquam vaſorum nomine venit. *Senec. 1. de benef. c. 2.* Diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquirimus. Sic *Ulpian. l. 7. Dig. de inſtr. vel inſtrum. leg.* vaſa utilia culturæ appellat ea inſtrumenta, quo ad colendum agrum apta ſunt. Hinc in re militari vaſa ſunt omnis generis impedimenta, *il bagaglio*, ex quo illæ locutiones, *conclamare vaſa*, & *vaſa colligere*, cum ſcilicet movenda ſunt caſtra, & alio transferenda. *Cic. 6. Verr. c. 19.* Ille ex Sicilia jam caſtra moverat, & vaſa collegerat. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 66.* Signum dari jubet, & vaſa militari more conclamari. *intimar la marcia.* ¶ Jocoſe *Plautus* vaſa ponit pro virilibus: nam ea ſunt præcipua ſupellex, qua viri noſcuntur. *Pœn. 4. 2. 41.* Facio quod manifeſto mœchi haud ferme ſolent; refero vaſa ſalva. Adde *Auct. Priap. carm. 69.*

Vaſarium, ii, n. *arneſe*, σκεῦος, ſupellex omnis, ac inſtrumenta cuncta, quibus Magiſtratus, cum in provinciam iret, inſtruebatur, ut vaſa, equi, muli, viaticum, a *vas*, *vaſis*. *Cic. in Piſon. cap. 35.* Nonne H. S. centies, & octogies, quod quaſi vaſarii nomine in venditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti? *Vitruv. lib. 5. c. 10.* vaſaria appellat vaſa balnearum, caldarium, tepidarium, & frigidarium. ¶ Tranſlate *Plin. l. 9. c. 49.* Nec ſunt omnia vaſaria excutienda: media tantum partis inter Apenninum, Padumque ponemus exempla.

Vaſates, um, m. pop. Galliæ in Aquitania, inter Nitiobriges ad Or. & Bituriges Vibiſcos in Occ. prope Garumnam fl. Horum tractus hodie *le Bazadois* dicitur.

Vaſa-

Vaſaticus, a, um, *adject.* ad Vaſates pertinens, ut Vaſatica rheda, *Auſon. ep.* 7. *v.* 18.

Vaſcellum, li, n. *piccolo vaſo*. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 1108. Filius in vaſcello, & maſſe repoſitus. Ubi *vaſcellum* videtur eſſe urnula, in qua cineres conduntur.

Vaſcōnes, m. 3. pop. Hiſp. Tarr. ad Pyrenæorum M. rad. in conf. Aquitaniæ, inter Iberum fl. & Pyrenæos montes, uti inter Cantabros, Celtiberos, & Ilergetes, ubi hodie Regnum Navarræ. Eorum caput fuit Pompelo. Hi a Metello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi ſunt, ut humana carne veſcerentur. *Juven. ſat.* 15. *v.* 93. Vaſcones, ut fama eſt, alimentis talibus uſi. ¶ Vaſcones quoque, *Guaſconi*, pop. Galliæ Aquitanicæ, ortmodi a Vaſconibus Hiſpaniæ, qui aliquando montes Pyrenæos transgreſſi in Aquitaniæ conſedere, quorum regio Vaſconia, Ital. *la Guaſcogna*, jacet inter dictos montes, Garumnam fl. & Oceanum Aquitanicum. ¶ Adjective *Paulin. Nolan. ad Auſon. carm.* 10. *v.* 212. Vaſcone ſaltu. h. e. Pyrenæo.

Vaſconia, æ, f. Vaſconum regio. *Paulin. Nolan. ad Auſon. carm.* 10. *v.* 203. Vaſconiæ ſaltus, & ninguida Pyrenæi Obiecis hoſpitia.

Vaſconicus, a, um, adject. ad Vaſcones pertinens. *Paulin. Nolan. ad Auſon. carm.* 10. *v.* 218. Ac ſi Vaſconicis mihi vita fuiſſet in oris.

Vaſcularius, ii, m. *chi fa vaſi*, Ger. *goldſchmid*, Gal. *faiſeur de vaiſſelle*, Hiſp. *platero*, ἀγγειοποιός, qui ſcyphos, aliaque ex auro, vel argento vaſcula facit. *Cic.* 6. *Verr. c.* 24. In regiam maximam palam artifices omnes, cælatores, ac vaſcularios convocari jubet. *Ulp. l.* 20. *Dig. de praſcriptis verbis*: Si cum emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit.

Vaſcŭlum, i, n. *vaſella*, *vaſetto*, ἀγγεῖδιον, vas exiguum. *Cato c.* 110. Vaſculum facito de materie hederacea. *Quinctil. l.* 1. 2. c. Nam ut vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt.

Vaſcus, a, um, adject. vacuus, inanis, levis, quemadmodum in *Gloſſis* exponitur. *Vitr. l.* 3. *c.* 4. *in fin.* Venuſtatem perſequitur viſus, cujus ſi non blandimur voluptati proportione, & modulorum adjectionibus, uti id, in quo fallitur, temperatione augeatur, vaſcus, & invenuſtus conſpicientibus remittetur aſpectus. *vaſta troppo ſpazioſa, e ſproporzionata*. ¶ Vaſca tibia, ſi *Salmaſium* audimus in notis ad *Fl. Vopiſc.* eſt ea quæ [illegible] in Gloſſis dicitur, h. e. tibiæ quoddam genus curvum, & obliquum, toni levioris, & acutioris, qua præcipue tibicines utebantur ... & meditari conſueverant. *Solin. c.* 5. Inſula arundinum ferax, quæ accommodatiſſimæ ſunt in omnem ſonum tibiarum, ſeu præcentorias facias, quarum locus eſt ad pulvinaria præcinendi, ſeu vaſcas, quæ foeminum numeris præcentorias antecedunt. ¶ Sunt qui tum apud *Vitruv.* tum apud *Solin.* legunt *vaſtus*, invitis pleriſque Criticis.

Vaſio, onis, f. Vaſium, Vaſionenſis Urbs, Forum Vocontiorum, *Vaiſon*, urbs Galliæ Narb. in Provincia, in Com. Vindaſino, ad fl. *Louveſe*, in colle.

Vaſtabundus, a, um, adject. vaſtans. *Ammian. l.* 31. *c.* 8. Vaſtabundi omnes per latitudines Thraciæ pandebantur impune.

Vaſtatio, onis, f. *devaſtazione*, *rovina*, πόρθησις, depopulatio. *Liv. l.* 7. Vaſtatio Romani agri. *Cic.* 12. *Fam. ep.* 15. Italiam a vaſtatione defendere.

Vaſtator, oris, m. *ſaccheggiatore*, λυμαντής. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 400. *de lupo*: vaſtatoremque cruento ore ferum. *Stat.* 2. *Achill. v.* 318. Trojæ vaſtator Achilles.

Vaſtatorius, a, um, adject. qui vaſtat. *Ammian. l.* 18. *c.* 13. Hoſtium vaſtatoria manus. *Id. l.* 19. *c.* 19. Vaſtatorius globus.

Vaſtatrix, icis, f. quæ vaſtat. *Senec. ep.* 95. Luxuria terrarum mariſque vaſtatrix.

Vaſtātus, a, um, adject. *ſaccheggiato*, *devaſtato*. *Hor. l.* 4. *od.* 4. Vaſtata impio tumultu fana. *Cic. pro Sext. c.* 24. Vaſtatum, ac relictum forum. *reſo deſerto*.

Vaſte, adv. *vaſtamente*, ἀγροίκως, cum vaſtitate. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 12. Non aſpere, ut ille, quem dixi; non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æqualiter, & leniter. h. e. nimis aperiendo os. *Idem ib. c.* 43. Ut neve aſpere concurrant, neque vaſtius diducantur.

Vaſteſco, is, n. 3. *diſtruggerſi*, ἐρημοῦμαι, vaſtus fio, inhorreſco, deſeror. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 892. Ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri.

Vaſtificus, a, um, ἐρημοποιός, quod vaſtitatem affert. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 9. *ex Poeta*: Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit belluam.

Vaſtĭtas, atis, f. *ampiezza*, ὑπερμέγεθος, ἀμετρία, nimia magnitudo. *Col. l.* 5. *c.* 1. Non aſſeveraveram, quæ vaſtitas ejus ſcientiæ contineret, cuncta me dicturum. *Id. l.* 3. *c.* 8. Pari vaſtitate belluas progenerari, quis neget? *di egual ampiezza di corpo*. *Col. l.* 1. *c.* 9. *ſub. init.* Vaſtitas vocis. ¶ Frequenter ſumitur pro ſolitudine, eremo, ſtatu illo alicujus provinciæ, quæ eſt ſine incolis, vel ſine incolarum frequentia. *Cic.* 1. *Catil. c.* 5. Tecta Urbis, vitam civium, Italiam denique totam ad exitium, & vaſtitatem vocas. *Id. in Piſon. c.* 35. Efficere vaſtitatem. ¶ Item pro vaſtatione, depopulatione. *Accius apud Non. c.* 4. *n.* 482. Propterea tot, tanteſque habemus vaſtitates funerum. ¶ Translate ſumitur pro quacunque inanitate, ſeu privatione. *Cic. in Brut. c.* 6. Teque Bruti dolentem vicem, quaſi deflevisse judiciorum vaſtitatem, & fori.

Vaſtities, ei, f. idem ac vaſtitas, hoc eſt deſtructio, ſeparatio. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 68. Harum mihi voluptatum omnium, atque identidem tibi Diſtractio, diſcidium, vaſtities venit.

Vaſtitūdo, inis, f. idem ac vaſtitas. *Cato c.* 141. *R. R.* Uti in morbos viſos, inviſoſque viduitatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperiaſque prohibeſſis.

Vaſto, as, a. 1. *guaſtare*, *ſaccheggiare*, *diſtruggere*, *rovinare*, שדד, Germ. *verwuſten*, Gal. *gâter*, Hiſp. *yermar*, πορθέω, populor, depopulor, deſtruo, perdo. *Virg.* 8. *Æn.* Vaſtant cultoribus agros. h. e. abducendo cultores, agros vaſtos, & deſertos efficiunt, inquit *Servius*. *Tibull. l.* 4. *eleg.* 1. Atque duæ (zonæ cæli) gelido vaſtantur frigore ſemper. *ſono diſabitate pe 'l troppo freddo*. ¶ Significat etiam incultum, ac deſertum reddere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 39. Homines cultores terræ conſtituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari.

Vaſtŭlus, la, lum, adject. *alquanto grande*. *Apul. l.* 6. *Metam. in fine*. Vaſtulis corporibus fores noſtras irruentes.

Vaſtus, a, um, *vaſto*, *ampio*, *immenſo*, רב, Ger. *weit*, Gal. *extremement grand*, ou *large*, Hiſp. *grande*, *y eſpacioſo*, ἀχανής, ὑπερμεγέθης, valde magnus, juſtæ magnitudinis, & amplitudinis modum excedens, immenſus. *Virg.* 1. *Æn.* Hic vaſto Rex Æolus antro. *Id.* 5. *Æn.* Vaſti ictus. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 24. Tum viſam belluam vaſtam, & immanem, circumplicatam ſerpentibus, &c. *Id. in Piſon. c.* 24. Cum mare vaſtiſſimum hieme tranſiibas. *Liv. l.* 31. *c.* 1. In vaſtiorem altitudinem invehi. ¶ *Vaſta litera* dicitur, quæ magnum habet ſonum. *Cic. in Orat. c.* 45. Quomodo enim veſter *axilla*, *ala* factum eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? ¶ *Vaſta oratio* eſt, quæ propter crebrum vocalium concurſum hiulca, nimiſque aperta eſt. *Auct. ad Herenn. lib.* 4. *cap.* 12. Crebræ vocalium concurſiones, quæ vaſtam & hiantem orationem reddunt. ¶ *Vaſtus animus* translate dicitur, qui immoderate aliquid cupit. *Sall. de Catil. c.* 5. Vaſtus animus immoderata, incredibilia ſemper cupiebat. Vaſti præterea dicuntur homines agreſtes, inſulſi, invenuſti. *Gell. lib.* 19. *c.* 9. Sed ne nos tanquam profecto vaſtos quoſdam, & inſubidos ἀναφροδίτους (*invenuſtos*) condemnetis. *Salmaſ. in exercit. Plin.* legit *vaſcus*. *Cic.* 1. *de Or. c.* 25. Sunt quidam ita lingua hæſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes, ut &c. ¶ Sumitur etiam vaſtus pro deſerto, vacuo, inani. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 130. Fit vaſta Troja: ſcindunt proceres Pergamum. *Cic.* 2. *Agrar. c.* 26. Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum, atque deſertum emetur ab iis, qui eos vident ſibi eſſe relinquendos.

Vaſum, i, n. idem, ac vas. *Plaut. Truc.* 1. 1. 33. Aut aliquod vaſum argenteum. *Cato apud Gell. l.* 13. *c.* 22. Neque mihi ædificatio, neque vaſum, neque veſtimentum ullum eſt in manu pretioſum.

Vates, is, com. *profeta*, *indovino*, נביא, Ger. *weyſſager*, Gal. *devin*, Hiſp. *adevino*, μάντις, propheta, homo divinus, ſeu fatidicus, qui res futuras præſentit, ac prædicit. *Plaut. Mil.* 3. 3. 37. Bonus vates poteras eſſe, cum quæ ſunt futura, videas. *Virg.* 6. *Æn.* Tuque o ſanctiſſima vates, Præſcia futuri. *Cic.* 2. *de Leg.* Alterum, quod interpretatur fatidicorum, & vatum effatis incognita. ¶ Uſurpatur etiam pro Poeta, quia Poetæ divino inſtinctu afflari dicuntur. *Cic.* 1. *de Divin. ex Poem.* Verſus, quos olim Fauni, vateſque canebant. *Col. in Præf. lib.* 10. Ea voluntate vatis maxime memorandi. id eſt *Virgilii*. ¶ Præterea vates dicitur, qui in aliqua arte excellentiſſimus eſt, velut qui tanquam e Diis edoctus ſecreta ejus artis interpretari optime novit. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 15. *n.* 1. Q. Scævola legum clariſſimus, & certiſſimus vates. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſub fin.* Arteriarum pulſus deſcriptus eſt ab Herophilo medicinæ vate miranda arte.

Vatia, æ, comm. g. idem ac vatius. *Varro l.* 8. *de L. L.* Cum idem faciat, ac ſiquis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias cœperit, hos corrigi oportere concedant, contra ſiquis in conſuetudine ambulandi jam factus ſit vatia, aut compernis, ſi eum corrigi non concedant. ¶ Numeratur & inter cognomina Romanorum, quod qui primus in Vatia familia id cognomine inſignitus eſt, pedibus fuerit vatiis. *Plin. lib.* 11. *c.* 45. Namque & hinc cognomina invenere Planci, Plauti, Scauri, Panſæ: ſicut a cruribus Vari, Vatiæ, Vatinii.

Vaticā, æ, f. ſpecies herbæ, quæ aliter *bellonaria* vocatur, ita dicta a vatibus, quia qui eam ederent, Deo pleni videbantur, & vaticinabantur, ut eſt apud *Apul. in Herbario c.* 74.

Vaticānus, i, m. Deus, qui præeſſe credebatur primæ voci infantium, quaſi *Vagitanus*, a vagiendo. *Gell. l.* 16. *c.* 17. Et agrum Vaticanum, & ejuſdem agri Deum præſidem appellatum acceperamus a vaticiniis, quæ vi, atque inſtinctu ejus Dei in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam M. Varro, in libris Rerum Divinarum, aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem. Nam ſicut Aius, inquit, Deus appellatus, araque ei ſtatuta eſt, quæ eſt in infima nova via, quod in eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia, quoniam pueri, ſimul atque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt: idcirco vagire dicitur, exprimente verbo ſonum vocis recentis. Hæc *Gellius*. In quibuſdam *Auguſtini* codicibus *l.* 4. *de Civ. Dei cap.* 11. legitur *Vagitanus* propter rationem a Varrone allatam.

Vaticānus Mons, *il Vaticano*, Οὐατικανὸν ὄρος, unus ex decem montibus urbis Romæ, conterminus Janiculo, non procul a Tiberi, non longe a theatro Pompeji, ſupra molem Hadriani, ubi S. Petri Baſilica, & palatium Pontificum ampliſſimum. Ita dictus eſt a Vaticano Deo, penes quem erant vocis humanæ initia, qui ibi colebatur. V. Vocem præcedentem. ¶ Prima, & tertia ſyllaba hujus nominis ſemper producuntur, ſecunda variatur. *Hor. l.* 1. *ode* 20. Simul & jocoſa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. *Juven. ſat.* 6. *v.* 343. Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Vaticānus, a, um, adject. ad Vaticanum montem pertinens, ut Vaticana vallis. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 14. Vaticanus ager. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 35.

Vaticĭnans, antis, n. g. *chi predice*, θεσπίζων, partic. a vaticinor. *Cic.* 1. *de Divin.* Quod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem. *Liv. l.* 2. Virginium Conſulem in concionibus velut vaticinantem audiebat.

Vaticĭnatio, onis, f. *indovinazione*, *predizione*, μαντεία, actus vaticinandi, divinatio, futurorum prædictio. *Cic. Att. lib.* 8. *ep.* 12. Quarum vaticinationem falſam eſſe cupio. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Aruſpicum reſponſis commemorare poſſum, &c.

Vaticĭnātor, oris, m. *indovino*, χρησμῳδός, qui vaticinatur, vates. *Ovid. l.* 1. *de Ponto*, *el.* 1. *v.* 42. Unde ita non vivat, vaticinator habet.

Vaticĭnium, ii, n. *vaticinio*, *predizione*, μαντεία, oraculum, divinatio, prædictio futuri. *Plin. l.* 7. *c.* 50. Plena eſt vita his vaticiniis, ſed non conferenda, cum ſæpe falſa ſint.

Vaticĭnor, aris, d. 1. *profetizzare*, *indovinare*, נבא, Germ. *weiſſagen*, Gal. *deviner*, Hiſp. *adevinar*, χρησμῳδέω, προφητεύω, μαντεύομαι, divino, futura præſentio, ac prænuntio, a *vates*. *Cic.* 1. *de Div.* Illud, quod volumus, expreſſum eſt, ut vaticinari furor vera ſoleat. ¶ Aliquando accipitur pro delirare, ſive ariolari, quæ ſignificatio inde tracta eſt, quod Sacerdotes oracula edituri furore quodam ſolent corripi. *Cic. pro Sext. c.* 10. Eos autem, qui dicerent, dignitati eſſe ſerviendum, &c. vaticinari, atque inſanire dicebat. ¶ Interdum etiam pro canere, dicere, aſſerere. *Cic. de Att.* Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totoque mundo conſtarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 108. Vetera vaticinamini. *voi dite coſe vecchie*.

Vaticĭnus, a, um, μαντικός, quod ad vaticinium pertinet. *Liv. l.* 25. *c.* 1. Et edixit, ut quicunque libros vaticinos, precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, &c. *Ovid.* 2. *Met. v.* 644. Hæc ubi vaticinos concepit mente furores.

Vatiēnus, a, um, idem, ac vatius, ſeu vatia. Ita docet Nebriſſenſis. Nempe ſecutus eſt antiquos *Plinii* codices, apud quem *l.* 11. *c.* 45. pro *Vatinii*, *Vatieni* legitur in antiqua Parmenſi editione anni 1476. V. *Vatia*.

Vatillum, li, n. parvum vas. Legit hanc vocem *Salmaſ.* in *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14. ubi ait, Cochlearium vatilla quatuor. Alii *batilla*.

Vatiniānus, a, um, adject. ad Vatinium pertinens. *Catull. carm.* 14. Odiſſem te odio Vatiniano. V. *Vatinius*. *Id. carm.* 54. Vatiniana crimina.

P. Vatinius, Civis Rom. contaminatiſſimæ vitæ. Pudoris adeo profligati fuit, ut non invenuſte diceret Seneca, Vatinium aſſiduo convicia depudere didiciſſe. In hunc, cum adverſus eum, quem Cicero in judicio defendebat, produ... teſtem, tam acerbe Cicero invectus eſt, ut patefactis ejus flagitiis in ſummum Romani Populi odium pervenerit. Hinc tritus locus proverbio, ut *Vatinianum odium* pro capitali, & implacabili odio accipiatur. ¶ Vatinius alter Beneventa-

nus, ſutor fuit diſtorti corporis, idemque faber calicum vitreorum, qui quatuor roſtra inſtar naſorum protenſa habebant. *Martial. l.* 14. *ep.* 96. Vilia ſutoris calicem Monumenta Vatini accipe. V. *Tacit.* 15. *Ann. c.* 34. ¶ Hinc ipſi calices Vatinii dicti ſunt, *Martial. l.* 10. *ep.* 3. Vatiniorum proxenета fractorum.

Vatius, a, um, *βλαισός*, idem ac valgus, ideſt qui crura extrorſum obtorta habet. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 9. *de canibus:* Sint cruribus rectis, et potius varis, quam vatiis. *Ulp. l.* 10. *Dig. de Ædil. ed.* Quæſitum eſt, an balbus, & blæſus, & atypus, iſque, qui tardius loquitur, & varus, & vatius, ſanus ſit.

Vatrax, & Vatricoſus dicitur, qui vitioſis eſt pedibus. Ita *Nonius c.* 1. *n.* 99. ubi alii leg. *Vatias*, & *Varicoſus*.

Vatrenus, s. Vaternus, *Santerno*, fl. Æmiliæ, qui oritur ex Apennino M. ſupra Florentiolam opp. penes Forum Cornelii decurrit, & in Padum infra Lucum opp. inter Ravennam, & Argantam 15. M. P. influit. *Plin. l.* 3. *c.* 16.

U ANTE B.

Ubba, æ, fem. genus populi, quod & obba dicitur. Ita *Non. cap.* 2. *num.* 597.

Uber, eris, n. *mammella*, שד, Germ. *dutte*, Gall. *mammelle*, Hiſp. *teta*, οὖθαρ, mamma. Nonnullorum ſententia proprie ubera videntur dici interiora mammarum, mammæ vero uberum eminentia. *Virg.* 3. *Ecl.* Binos alit ubere fœtus. *Cic.* 1. *de Divin. ex Poeta:* Martia, qui parvos Mavortis ſemina natos Uberibus gravidis vitali rore rigabat. ¶ Sumitur etiam pro ubertate, fœcunditate ſoli, *fertilità*. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 34. Cremona numero colonorum, ubere agri adolevit, floruitque. *Virg.* 2. *Georg.* Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus. *Pallad. l.* 1. *c.* 33. Pratis vero recentia ſtercora ſufficiunt ad uber herbarum. ¶ Reperitur etiam pro globo, ut *Uber apum*, ideſt globus novi examinis ex ramo pendens, mammæ ſimilis. *Pallad. in Junio cap.* 7. Si unius uberis eductione pendebunt.

Uber, eris, o. 3. *fertile*, *fecondo*, εὔφορος, fertilis, copioſus, pinguis. Eſt ab *uber* ſubſt. quia emittat mammam. Nam quia ruſtici in ſoli commendatione illud ſubinde uber ſoli vocabant, hinc factum ſuſpicamur, ut uberes agri dici cœperint, quia fœcundi eſſent, ac pingues, poſtea etiam ad alia translata hæc vox ſit. *Cato* apud *Priſcian. l.* 5. *pag.* 647. *Putſch.* Ita res uber fuit. *Cic.* 5. *Fin.* Ne ſeges quidem ſpicis uberibus, & crebris eſſe poteſt, ſi avenam uſpiam videris. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Uberrimi vitium fructus. ¶ Non ſolum de terra, & agris, vel iis, quæ ad agros pertinent, ſed etiam de aliis rebus corporeis dicitur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 5. Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam, permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. *Gell. l.* 4. *c. ult.* Equos uberrimos, & habitiſſimos, *graſſiſſimo*. ¶ Translate etiam dicitur. *Cic.* 1. *de Or.* Ut animi, atque ingenii motus quidam eſſe debeat, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumque ſint uberes. *Id. in Brut.* Nemo plenior, & uberior ad dicendum fuit. *Id. in Piſon. c.* 19. Uberrima triumphis provincia. ¶ In ablativo caſu facit, *ubere*, & *uberi*. *Plaut. Rud.* 4. 2. 6. Piſcatu me uberi compotivit.

Uberātus, a, um, *abbondante*, uber, abundans. *Pallad. in Febr. tit.* 17. Surculi, qui inſerendi ſunt, ſint gemmis pluribus uberati.

Uberius, *più abbondantemente*, fœcundius, copioſius, adv. comp. ſine poſitivo. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 11. Non ſolum quia planius loquebantur, & uberius, quam vulgi ſermo. *Id. l.* 2. *de nat. Deor. cap.* 7. Hæc tum uberius diſputantur, & fuſius.

Ubĕro, as, a. 1. *far fertile*, *e fecondo*, הפרה, Ger. *fruchtbar machen*, Gal. *rendre fertil*, Hiſp. *hazer fertil*, γονοῦν, uberem facio, fœcundo, lætifico. *Plin. in Paneg. c.* 32. Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut ſimul omnes terras uberet, foveatque. *Pallad. l.* 11. *c.* 8. Hoc velut novas ſteriles arbores uberantur. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, & notat uberem, ſeu fœcundum eſſe. *Col. l.* 5. *c.* 9. Neque enim olea continuo biennio uberat.

Uberrĭme, *abbondantiſſimamente*, fœcundiſſime, copioſiſſime, adv. ſup. ſine poſitivo. *Cic.* 1. *de Div. c.* 1. Magnus locus, Philoſophiæque proprius a Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime.

Ubertas, atis, f. *fertilità*, *abbondanza*, כשב, German. *fruchtbarkeit*, Gall. *fertilité*, Hiſp. *fertilidad*, εὐφορία, fertilitas, fœcunditas, copia, abundantia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate ſaturantur. *Id.* 5. *Ver.* Si ubertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur utilitas in vendendis. ¶ Translate uſurpatur pro quacunque copia, ſive affluentia. *Cic.* 3. *de Or.* Ecquis diſcernet eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo, & copiam, &c.? *Id. pro Dom. c.* 23. Ne quis vereretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui &c.

Ubertim, adv. *copioſamente*, Ger. *überflüſſiglich*, Gal. *abbondamment*, Hiſp. *fertil*, *y copioſamente*, ἀφθόνως, copioſe, affluenter. *Catull. de coma Berenices cap.* 65. Ubertim thalami quas intra limina fundunt. *Claudian. de laud. Serenæ v.* 214. Quantæque cadebant Ubertim lacrymæ!

Ubertus, a, um, *fertile*, *copioſo*, *abbondante*, פורה, Ger. *fruchtbar*, Gall. *fertil*, Hiſp. *fertil*, εὔφορος, fertilis, copioſus, affluens. *Gell. l.* 7. *c.* 14. Sed ea ipſa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria in tribus, magnificum in Ulyſſe, & ubertum, ſubtile in Menelao, & cohibitum, mitium, moderatumque in Neſtore. *Solin. c.* 34. Solum planum, & ubertum.

Ubi, *dove*, *in che luogo*, שם, German. *wo*, Gall. *ou*, Hiſp. *adonde*, ποῦ, ὅπου, ἔνθα, in quo loco, adv. ſtatus in loco, ab ὅπου, vel ὅπη. Interdum interrogativum eſt. *Cic.* 2. *de Or.* Ubi ſunt, qui Antonium Græce negant ſcire? ¶ Interdum relativum. *Cic. Fam. l.* 1. *ep. ult.* Ut ibi malis eſſe, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videaris. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Alexandriæ, ubi thura interpolantur. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, pro *in quo*, vel *in qua*. *Ter. Eun.* 2. 3. 20 Sive adeo digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic.* 5. *Tuſc c.* 8 Eſt, ubi id iſto modo valeat. *Id. pro Quint. c.* 9. Neque nobis adhuc præter te quiſquam fuit, ubi noſtrum jus contra illos obtineremus. hoc eſt apud quem. ¶ Ponitur etiam pro *poſtquam*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 790. Hæc ubi dicta dedit. *Cic. pro Rab. Poſt. c.* 13. Ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos juret, non oportet. ¶ Item pro quando. *Ter. Andr.* 3. 4. 7. Ubi voles, acceſſe. *Cic. in Piſon. c.* 27. Ubi galli cantum audivit, avum ſuum revixiſſe putat, menſam tolli jubet. *Liv l.* 7. *c.* 40. Ubi primum in conſpectum ventum eſt, arma agnovere, *ſubito* etc. ¶ Conjungitur quoque cum genitivis *gentium*, *terrarum*, *loci*, *locorum*. Sed genitivi illi ſignificationi nihil addunt, venuſtatis tantum gratia ponuntur. *Plaut. Capt.* 5. 2. 5. Propemodum ubi loci ſunt tuæ fortunæ ſint, facile intelligo. ideſt in quo ſtatu. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 10. Quia, quid ageres, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem. *Plin. l.* 7. *c.* 24. *ad fin.* Ut nuntius ubicumque eſſet, ubi ſit loci.

Ubicunque, adverb. *in qualunque luogo*, *dovunque*. ὅπῃ ποτέ, πανταχοῦ, quocunque in loco, ab *ubi*, ea forma, qua a *quis* eſt *quicunque*. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 43. Ut te ante Calendas Januarias, ubicunque erimus, ſiſtas. *Id.* 7. *Verr. c.* 67. Omnes hoc loco cives Romani, & qui adſunt, & ubicunque ſunt, veſtram ſeveritatem deſiderant. ¶ Conjungitur etiam cum gen. *gentium*, & *terrarum*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 44. Ubicunque erit gentium, a nobis diligetur. *Id.* 2. *Phil. cap.* 44. Qui ubicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne Reipublicæ præſidium. ¶ Secunda hujus vocis ſyllaba anceps eſt. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 736. Ubi Servor, ubicumque eſt, uni mea gaudia ſervo. *Id.* 3. *Amor. eleg.* 10. *v.* 5. Te, Dea, munificam gentes ubicunque loquuntur.

Ubilĭbet, *dovunque tu vuoi*, ubicumque. *Senec. de Tranquill. animi, c.* 1. *ante med.* Cibus parabilis facilisque, ubilibet non deſiderans.

Ubĭnam, adv. *in quale luogo*, ποῦ ποτε, ποῦ γῆς, in quonam loco. Interrogativum, vel infinitum eſt. Conjungitur eleganter cum gen. gentium. *Cic.* 1. *Catil. c.* 4. O Dii immortales, ubinam gentium ſumus? *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 10. In qua non video, ubinam mens conſtans poſſit inſiſtere. ¶ *Servius ad Æn. v.* 116. docet penultimam hujus vocis corripi quidem poſſe, ſed ex uſu produci.

Ubiquāque, adverb. idem quod ubique. *Apul. de Mundo*. Omnia ubiquaque gerebantur, auricularum delatione diſcebat. Alii rectius leg. *omnia quæcunque ibi*.

Ubīque, adv. *in ogni luogo*, Ger. *allenthalben*, Gall. *par tout*, Hiſp. *en todo lugar*, πανταχοῦ, in omni loco. *Virgil.* 2. *Æn.* Crudelis ubique Luctus, ubique pavor. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 11. Omnes qui ubique prædones fuere, capti ſunt. ¶ *Ubique omnes* eſt omnibus itineribus. *Apul. l.* 1. *A. A.* Nihil iſtarum rerum, quæ itineris ubique nos comitantur, indigemus. ¶ Interdum ponitur pro ubicunque. *Javolen. leg.* 77. *Dig. de contr. empt.* In lege fundi vendendi lapidicinæ in eo fundo, ubique eſſent, exceptæ fuerunt. ¶ Item pro quando. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 85. ubique Accedent anni, & tractari mollius ætas Imbecilla volet. Sed alii aliter legunt, & interpretantur.

Ubiſci. V. Vibiſci.

Ubĭubi, adv. *ovunque*, ὅπου ἄν, ὅποι ἄν, ubicunque. *Cic.* 2. *Tuſc. cap.* 19. Nunc ubiubi ſit animus, certe quidem in te eſt. *Liv. l.* 42. *c.* 57. Sperantes facile ubiubi eſſent, ſe converſurus aciem. ¶ Scribitur & diviſum *ubi ubi*.

Ubĭvis, adverb. *in qual ſi voglia luogo*, ὁπουοῦν, πανταχῆ, quolibet in loco, quaſi *ubi tu vis*. *Cic. l.* 6. *Fam. epiſt.* 1. Nemo eſt, quin ubivis, quam ibi ubi eſt, eſſe malit. *Id. Att. l.* 14. *ep. ult.* Qui mihi videntur ubivis tutius, quam in ſenatu fore. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 4. Quanto fuerat præſtabilius, ubivis gentium agere ætatem! ¶ Penultima ſyllaba ancipitis quantitatis eſt. Communi quidem conſuetudine producitur, at *Horat.* corripit *l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 74. Non ubivis, coramve quibuslibet, in medio qui &c.

U ANTE C.

Ucalĕgon, ontis, m. Οὐκαλέγων, nobilis Trojanus, qui tempore Trojani belli ob ſenium abſtinebat armis. *Hom.* 3. *Iliad.* *Virg.* 2. *Æn.* Jam proximus ardet Ucalegon, *h. e.* domus Ucalegontis, per Metonymiam.

U ANTE D.

Udo, onis, m. calciamenti genus ex hircinis pilis confectum, ab ὕδον, id eſt pavimentum, ſolum, quod eo calcatur. *Ulp. l. argumento, §. ex auro, argento mundo legato:* Alia cauſa eſt udonum (Alii leg. *odonum*) quia uſum calciamentorum præſtant. Ubi male *Budæus legit udonum*. Extat & apud *Martial. lib.* 14. *ep.* 140. ubi lemma eſt Udones Cilicii; diſtichon vero tale. Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti. Cinyphio poterit planta latere ſinu.

Udo, as, a. 1. udum, ſeu humidum facio, humecto. *Macrob. l.* 7. *Saturn. cap.* 12. Quæ udanda ſunt corporis, aqua foventur, quæ ſiccanda ſunt, linteis deterguntur.

Udor, oris, m. *umidità*, *umore*, mador, humor. ὑγρασία. *Var. lib.* 4. *de L. L.* Udor quivis deorſum in terram imber. Alii leg. *ſudor*.

Udus, a, um, *umido*, רטוב, German. *feucht*, Gal. *humide*, Hiſp. *humido*, *mojado*, ὑγρός, humidus, ab Æolico ὕδος pro ὕδωρ, aqua. Quidam ab ὕδος deducunt, eoque *hudus* ſcribunt, quos merito improbat Camerarius in Orthographia. *Virgil.* 3. *Georg. v.* 388. Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato. *Martial. l.* 5. *ep. ult.* Æthera rogat udus amator. *h. e.* vino madens. ¶ Latet obſcœnus ſenſus in illo ejuſd. *lib.* 11. *epigr.* 17. Uda puella leges, ſis Patavina licet. ¶ *Udo colore illinere apud Plin. l.* 35. *c.* 7. eſt quod Itali dicimus, *dipinger a freſco*.

V ANTE E.

Ve, *ovvero*, או, Germ. *oder*, Gall. *ou*, Hiſp. *o*, ó, vel, aut, conjunctio disjunctiva, & enclitica, quæ dictionibus ſemper poſtponitur, ut *Parvuſve*, ideſt vel puer. *Cic. Phil.* 5. *c. ult.* Uti C. Panſa, A. Hirtius conſules, alter ambove cognoſcerent. *Id. l.* 1. *ep.* 9. Peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras. ¶ Ponitur interdum pro *an*. *Cic.* 2. *Phil. c.* 16. Qui, albus, aterve fuerit, ignorans, fratris filium præterit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. Quid intereſt, in matrona, ancilla, peccesve togata. *Nepos in Iphicr. cap.* 3. Interrogatus, utrum pluris patrem, matremve faceret. Alii leg. *matremne*. ¶ Eſt etiam particula, quæ tantum conjuncta verbis & præpoſita uſurpatur, habetque vim modo augendi, ut in *vehemens*; modo minuendi, aut privandi, ut in *vecors*. Hoc ſenſu etiam *væ* ſcriptum invenitur.

Veca, æ, *Villa viccioſa*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis cum portu in ora Auſturum. *Plin. l.* 4. *c.* 20.

Vecordĭa, æ, f. *pazzia*, ἄνοια, παραφροσύνη, inſania, deſipientia. *Terent. Andr.* 4. 1. 2. Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet, &c.? *Ovid.* 12. *Met.* Quæ te vecordia, Theſeu, Euryte, pulſat, ait?

Vecors, ordis, n. *pazzo*, *ſciocco*, נבל, Germ. *unſinnig*, *inſenſé*, Hiſpan. *bovo*, ἄνους, ἀνόητος, παράφρων, excors, inſanus, inſipiens, e m, quæ particula hic minuit, & *cor*. Vecordem enim dicimus, quaſi expertem cordis, hoc eſt ſanæ mentis parum habentem. *Cicer.* 1. *Tuſcul.* Aliis enim ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur. *Paul. apud Feſt.* Vecors eſt turbati, ac mali cordis. *Liv. lib.* 4. *cap.* 49. Audita vox ejus in concione ſtolida, & prope vecors. Rurſus *Cicer. pro Dom. cap.* 53. Iſtius vecordiſſimi mentem cura metuque terrebant.

Vectābĭlis, le, adject. *mobile*, quæ vehi poteſt. *Senec. l.* 3. *quæſt. nat. c.* 3. Ipſius inſulæ materia vectabilis. Quidam leg. *vectibiles* eodem ſenſu.

Vectābŭlum, i, n. *carro*, ὄχημα. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Jumentum quoque non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur.

Vectacŭlum, i, n. id, quo aliquid vehitur. *Tertul. de baptiſ. c.* 3. & *de anim. c.* 53.

Vecto-

Vectarius, a, um, ὀχηματικός, quod vehit, vel aptum eſt ad vehendum. *Varr. l. 2. R. R. c. 7. de equis:* Neque idem, qui vectarios facere velit, neque eodem modo parantur ad ephippium, ut ad prædam.

Vectatio, onis, f. verbale a *vecto*, ſed uſurpatur paſſiva ſignificatione. *Senec. de tranquil. c. ult.* Vectatio, & iter refectiunt animum, *l' andare a cavallo, o in cocchio*. *Sueton. in Calig. c. 3.* Gracilitas crurum paulatim repleta aſſidue equi vectatione poſt cibum.

Vectatus, a, um, particip. deponenti forma, & ſignificatione activa. *Plaut. Merc. prol. v. 74.* Agrum ſe vendidiſſe, atque ea pecunia navim paraſſe, atque ipſe merces vectatum undique. h. e. vectaviſſe.

Vectiarius, ii, m. qui premendo vectem machinam commovet. *Vitruv. l. 6. c. 9.* Ipſum autem torcular, ſi non cochleis torquetur, ſed vectibus, & prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta conſtituatur: Ita enim erit vectiario ſpatium expeditum.

Vectibilis. V. Vectabilis.

Vecticularius, a, um, [illegible], quod ad vecticulos, ſive ad vectes pertinet. *Feſt.* Vecticulariæ vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. *Cato:* Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

Vectigal, alis, neut. *gabella*, *dazio*, מכס, Germ. *zoll*, Gal. *peage*, *gabelle*, Hiſp. *alcavala*, φόρος, pecunia, quæ ſolvitur Reipublicæ fiſco, ſive ærario earum rerum cauſa, quæ vehuntur. Dictum eſt a *vehendo*, quia proprie pro vectura penditur. Differt a tributo, quod hoc ſecundum capita, & opes mobiles ſolvitur, vectigal autem ſecundum agros, & res immobiles: præterea ex tributo ſtipendia militibus pendebantur, ex vectigali ſuſtinebantur cæteræ Reipub. neceſſitates, ea enim de cauſa primum inſtitutum fuit. Atque hæc intelligenda ſunt de vectigali ſecundum propriam ſui nominis vim, & ſententiam. nam præterquamquod promiſcue interdum a Scriptoribus vectigal, & tributum uſurpantur, ut videre eſt apud *Sueton. in Calig. c. 40.* ubi quod *vectigal* initio appellat, paulo poſt *tributum* dicit, ad alios quoque publicos reditus ſignificandos vectigal ſæpiſſime transfertur. Itaque triplex potiſſimum vectigal apud Romanos fuit, ex portu (quod proprio ex nomine venit) ex decumis, & ex ſcriptura. *Cic. pro leg. Manil. c. 6.* Nam cum hoſtium copiæ non longe abſunt, etiamſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agri cultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit, ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt. ¶ Vectigal ex portu (quod & *portorium* dicitur) erat quod capiebatur ex rerum venalium importatione & exportatione. *Decuma* erat decima pars frumenti, & quinta aliarum frugum, quæ ſolvebatur ab iis, qui agros publicos poſſidebant. *Scriptura* erat ea pecunia, quæ pendebatur ab iis, qui pecora armentave in publicis ſilvis, & paſcuis habebant: cauſa autem appellationis eſt, quia hi numerum pecudum profitebantur apud Publicanos, qui eum numerum in commentariis perſcribebant. V. *Sigon. lib. 1. de antiqu. jur. Civ. Rom. c. 16.* & *Lipſ. lib. 2. de magnitud. Rom. cap. 2.* ¶ Erant præterea alii publici reditus, qui vectigalia vocabantur, & a variis Principibus pro variis temporum neceſſitate, vel etiam pro inſanis eorum ſumptibus, aut avaritia inſtituti ſunt, ut centeſimæ rerum venalium, bona damnatorum, vigeſimæ legatorum, & hæreditatum, &c. item quod ſuper urina commentus ſit Veſpaſianus, & alia innumera. *Sueton. in Aug. cap. 49.* Ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit. *Id. ibid. cap. ult.* Quantum pecuniæ eſſet in ærario, & fiſcis, & vectigalium reſiduis. ubi notandus genitivus *vectigaliorum* pro *vectigalium*. quod & *in Calig. c. 16.* idem Auctor uſurpat. *Cic. pro Leg. Manil. cap. 2.* Exercere vectigalia, *levare i dazj*, *far' il gabelliere*. *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 1. cap. 11.* Vectigalia exigere. *Id. ibid.* Vectigal pendere. *Id. de clar. Orat. c. 36.* Levare agrum vectigali. *Id. Agrar. 2. cap. 21.* Vectigal agro imponere. ¶ Interdum vectigalia dicuntur ipſi agri vectigalibus obnoxii. *Salluſt. in orat. Philippi contra Lepidum.* Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem bello circumſpicit. ¶ Neque vero publici tantum reditus, ſed & privati, quos quiſque ex ſuis prædiis percipit, vectigalia nomine ſignificantur. *Cic. Parad. 6. cap. 3.* Ex meo tenui vectigali, detractis ſumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. *Id. ibid.* Non intelligunt homines, quam magnum vectigal ſit parſimonia. *Id. 2. Off. c. 25.* Vectigalia urbana ruſticis anteponantur.

Vectigaliarius, ii, m. *gabelliere*, qui vectigalia exigit. *Jul. Firmic. l. 3. c. 13.* Publicani, aut vectigaliarii.

Vectigalis, & le, o. 3. *tributario*, *ſoggetto a pubbliche gravezze*, ὑποτελής, τελεσφόρος, quod vectigal pendit, cui *immunis* opponitur. Sic provinciæ, civitates, agri, & homines, qui vectigalia perſolvunt, vectigales dicuntur. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 3.* Hos tamen vectigales ſibi fecerunt. *Cic. 5. Ver. c. 34.* Vectigalis civitas. *Id. ib. c. 43.* Agri vectigales. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ex vectigalibus colligitur. Sic *Pecunia vectigalis* erat, quæ ex re frumentaria, ex portubus, ex ceteris vectigalibus, quæ Publicani exercebant, exigebatur. *Cic. 3. Ver. c. 33.* Decem enim naves juſſu L. Murænæ Populus Mileſius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat. ¶ Item pro eo, quod domino ſuo pecuniam mercede, ſeu acquirit. *Cic. 2. Phil. c. 25.* Tum exiſtimavit ſe ſuo jure cum Hippia vivere, & equos vectigales Sergio mimo tradere. h. e. ex quibus quæſtum faceret, ait *Manut.* nam alii aliter explicant. *Colum. in præf. l. 1.* Ex mercenariis aliquem jam recuſantem quotidianum illud tributum, qui vectigalis eſſe non poſſit.

Vectio, onis, f. ὄχησις, actus vehendi. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

Vectis, is, m. *leva*, *lieva*, מוט, μοχλός, palus e ferro, vel ligno, grandior, ruſticis, fabris ſæmentariis, & aliis neceſſarius ad onera permovenda, & alia multa facienda, cujuſmodi ſunt fuſtes illi, qui navibus ſubjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora ſubducuntur. *Cæſ. l. 2. B. C. cap. 11.* Saxa, quam maxime poſſunt, vectibus promovent, præcipitataque in muſculum devolvunt. ¶ Dicitur quoque in torculari de baculis validis per mediam machinam trajectis, quibus manu ductis machina dum verſatur, funem ductarium advolvit. Hinc vectiarii. *Vitruv. lib. 6. cap. 9.* Ipſum autem torcular, ſi non cochleis torquetur, ſed vectibus, & prelo premitur. ¶ Rurſus vectes ſunt inſtrumenta accommodata ad aliquid ſubvertendum, evertendum, effringendum. *Horat. l. 3. ode 26.* Hic hic ponite lucida Funalia, & vectes, & arcus Oppoſitis foribus minaces. *Cic. Verr. 6. c. 43.* Demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. ¶ Præterea vectis eſt inſtrumentum ex ferro, aliave materia, quo oſtium clauſum adverſus vim munitur, *catenaccio*, *chiavistello*. *Virgil. 7. Æneid.* Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri Robora. Hujuſmodi vectem invenit Cyniras Agriopæ filius, teſte *Plin. lib. 7. cap. 56.* ¶ Denique vectis eſt etiam lignum, ſive fuſtis teres, quo bajuli onera ferunt, *ſtanga*. *Claud. de quarto Conſul. Honor. verſ. 571.* Sic Numine Memphis In vulgus proferre ſolet: penetralibus exit Effigies, brevis illa quidem, ſed plurimus infra Liniger impoſito ſuſpirat vecte ſacerdos, Teſtatus ſudore Deum. Loquitur *Claudian.* de more Ægyptiorum, qui Deorum ſuorum effigies ſolemni pompa circumferebant.

Vectis, is, fem. *Wight*, inſula eſt Angliæ in Britannico mari. *Sueton. in Veſpaſ. c. 4.*

Vectito, as, a. frequentativum a vecto. *Arnob. lib. 5.* Curru quadrijugo vectitatus.

Vecto, as, a. 1. *portare*, ὀχέω, freq. a veho. *Virg. 6. Æn. v. 391.* Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Hor. Epod. ode ult.* Vectabor humeris tunc ego inimicis eques. *Gel. l. 16. cap. 19.* Dorſo ſuper fluctus edito vectaviſſe. ¶ Particip. *vectatus* V. ſupra ſuo loco.

Vectones, ſeu Vettones, masc. 3. pop. Luſitaniæ, inter Durium ad Bor. & Tagum ad Mer. ubi hodie pars Meridionalis Regni Legionis, & pars Bor. Extremaduræ Caſtellanæ. *Lucan. l. 4. v. 9.* Vectoneſque leves, profugique a gente vetuſta Gallorum.

Vector, oris, maſc. *chi porta*, qui vehit. *Ovid. 1. Faſt.* Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus intempeſtivos edidit ore ſonos. ¶ Frequenter paſſive accipitur pro eo, qui in aliena navi, vel equo, vel plauſtro vehitur pretio, *navigante*, [illegible], Germ. *der geführet wird*, Gal. *paſſager*, Hiſp. *paſſagero*, ἐπιβάτης. *Cic. 7. Phil. c. ult.* Et ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent. *Virg. 4. Ecl.* Cedet & ipſe mari vector. ¶ Tranſlate etiam dicitur. *Cic. Att. l. 2. ep. 10.* Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Vectorius, a, um, adject. *da traſporto*, *da carico*, ut vectoria navis, apud *Cæſ. l. 5. B. G. c. 8.* & *Sueton. in Cæſ. c. 63.*

Vectura, æ, f. *vettura*, ἀγωγή, φορά, vectio. *Varr. l. 2. R. R. c. 7. de equis.* Quod alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admiſſuram, &c. *Cic. Att. l. 1. epiſt. 2.* Miſimus, qui pro vectura ſolveret. *Cæſ. l. 3. B. C.* Remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. ¶ *Facere vecturam*, eſt vehendo parare ſibi lucrum. *Quintil. declam. 12.* Claſſis noſtra vecturam facit, & vicinarum civitatum copias introduxit. ¶ Sumitur etiam pro mercede, quæ pro vectura ſolvitur. *Plaut. Moſtel. 3. 2. 138.* Tres minas pro iſtis præter vecturam dedi.

Vecturarius, ii, m. qui vecturis præeſt. *Cod. Theodoſ. l. 14. tit. 6.* Vecturarios præcipimus trecentos boves dare.

Vectus, a, um, *portato*, ὀχηθείς, partic. a veho. *Virg. 1. Æn.* Diverſa per æquora vecti. *Nepos in Chabr. c. ult.* Navem relinquere, in qua fuerat vectus. *Velley. l. 2. c. 59.* Nunquam alio vectus vehiculo.

Vediantii, m. 2. Vediantii, pop. Galliæ Narb. inter Alpes maritimas ad Or. & Varum fl. ad Occ. ubi hodie Comitatus Nicænſis. Eorum caput fuit Cemeneleum, ex cujus ruderibus crevit Nicæa in viſinis, in ora maris Medit. longe a Sanitio in Or. licet aliqui eorum urb. Sanitium, *Senes*, luiſſe ſcripſerint. *Plin. l. 3. c. 5.*

Vedius, m. 2. idem ac Vejovis, vel Dis Pater, ſeu Pluto, apud *Capellam l. c.* Nam ut dicimus *ſub Jove*, & *ſub Dio*, ibidem dixere *Vejovis*, & *Vedius*. Significat ergo malum Deum, h. e. malum Jovem. nam Pluto cacodæmonum maximus eſt.

Vegeo, es, gui, ſine ſup. neut. a. *eſſere ſano*, *e vegeto*, [illegible], [illegible], vegetus, & incolumis ſum, exleo, quaſi vi ago. *Varr. apud Non. c. 2. num. 870.* Nec natus eſt, nec moritur, viget, veget utpote plurimum. ¶ Sæpius ſumitur active pro vegetum facere, excitare, commovere, impellere. *Pompon. apud Non. loc. cit.* Animos Venus veget voluptatibus. *Lucret. l. 5. verſ. 1297.* Et moderarier hunc (*equum*) frænis, dextraque vegere.

Veges, etis, o. g. idem ac vegetus. *Liv. lib. 21. c. 43.* A tergo Alpes urgent, vix integris vobis, ac vegetibus tranſitæ. Ita quidam Lexicographi: ſed pleriqus Critici, qui ſinum corruptum putant, ſubſtituunt *vigentibus*.

Vegetabilis, le, adject. *vegetabile*, qui vegetari poteſt, ut radix vegetabilis. *Ammian. l. 22. c. 8.*

Vegetamen, inis, n. vegetandi vis, vegetatio. *Prudent. Hamartig. v. 75.* Sunt tria nempe ſimul, lux, & calor, & vegetamen. *Et v. 298.* noſtræ vegetamina vitæ.

Vegetatio, onis, f. actus vegetandi. *Apul. de Aſino l. 1.* Ut etiam fatigationem ſedentariam ineſſus vegetatione diſcuterem.

Vegetator, oris, m. qui vegetat. *In orat. ad Deum, quæ habetur in Ephemerid. Auſonii, & a quibuſdam Paulino Nolano tribuitur.* Irrequies, cuncta ipſe movens, vegetator inertum.

Vegetatus, a, um, adject. vegetus factus. *Prudent. Cathem. 10. v. 7.* Elemente tibi dum vegetata cohærent.

Vegetius, maſc. 2. cognomen Flavii Renati Comitis Conſtantinopolitani, Valentiniani Principis tempore. Scripſit ad Valentinianum libros quatuor, epitomen videlicet inſtitutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Auguſti, Trajani, & Hadriani Principum, ac Frontini. ¶ Extant etiam libri quatuor rei Veterinariæ, ſeu Mulomedicinæ cum ejuſdem Vegetii nomine; ſed dubitant Eruditi ejuſdem ne ſint, an alterius qui idem forte nomen habuerit.

Vegeto, as, a. 1. *far creſcere*, *rinforzare*, *ricreare*, [illegible], German. *erfriſchen*, Gal. *renforcer*, Hiſp. *recrear*, [illegible], [illegible], vegetum facio, recreo, roboro. *Gell. l. 17. c. 2.* Memoriæ vegetandæ gratia. *Apul. de Mundo.* Spiritus ille, qui animalia omnia vegetat. *Prudent. Hamartig. v. 846.* anima ſtructum vegetaverat Adam.

Vegetus, a, um, *vegeto*, *vigoroſo*, *ſano*, *gagliardo*, [illegible], German. *friſch*, Gal. *vigoureux*, Hiſp. *vezio*, *y fuerte*, [illegible], [illegible], [illegible], incolumis, vividus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus, a *vegeo*. Proprie dicitur de corpore. *Cic. Att. l. 10. ep. 16.* Tu, quoniam quartana cares, & non modo morbum removiſti, ſed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia ſiſte, & literarum aliquid interea. *Suet. in Cæſ. c. 45.* Nigris, vegetiſque oculis, valetudine proſpera, *occhi vivi*. *Col. l. 6. c. 20.* Torva facies, vegetus aſpectus. *Plin. l. 18. cap. 26.* Hoc intervallum temporis vegetiſſimum agricolis, maximeque operoſum eſt. hoc eſt, quod veluti vegetos, & actuoſos facit multitudine rerum agendarum. ¶ Tranſlate etiam de animo uſurpatur, pro vivo, acri, integro. *Cic. 1. Tuſc. c. 18.* Nec tam vegeta mens aut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo ſanguine demerſa jacet. *Id. 1. de Div. c. 29.* Ut illa tertia pars rationis, & mentis luceat, & ſe vegetam ad ſomniandum, acremque præbeat. *Liv. l. 6.* Sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris ſenſibus.

Vegrandis, de, adject. *malamente grande*, [illegible], male grandis, parvus, minutus, gracilis, a præpoſit. *ve*, quæ tum minuendi, tum augendi vim habet. *Varr. l. 2. R. R. c. 2. de ovibus:* Quæ poſtea concipiunt, fiunt vegrandes, & imbecillæ. *Ovid. 3. Faſt. v. 445.* vegrandia farra coloni, Quæ male creverunt, veſcaque parva vocant. *Plaut. in Ciſtel. apud Priſcum:* Quod niſi ſis iterea, omnium te vegrandi gradu. ¶ Sumitur etiam pro valde grandi. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 884.* Non iccirco extollitur, & vitæ vegrandi datur. *Perſ. ſat. 1. v. 97.* Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum. Alii leg. *prægrandi*.

Vsha, æ, f. idem ac via, a vehendo. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt, & unde vehunt.

Vehatio, onis, f. actus vehendi, vectura. *Cod. Theod. l. 3. de calcis coctorib.*

Vehela, læ, f. plauſtrum, vehiculum. *Capitol. in Maxim. c.* 13. Alios Scythicis vehelis exhiberet, alios in cuſtodia detineret. Al. leg. *vehiculis*.

Vehĕmens, entis, o. g. *veemente, grande*, פּרי, Ger. *heftig*, Gal. *vehement*, Hiſp. *vehemente*, σφοδρός, δεινός, βίαιος, magnus, gravis, acer, ductum a *vi*, h. e. impetu mentis, ut ait *Fronto*: vel a *ve* intenſiva, & *mens*, inſerta aſpiratione, ut ſonus ſit firmior, vegetiorque. V. *Gel. l.* 16. *c.* 3. *Ter. Andr.* 1. 1. 102. Ne hæc quidem ſatis vehemens cauſa ad objurgandum. *Cic. in Brut.* Ea quo ſignificabat, illum non in agendo ſolum, ſed etiam in meditando vehementem, atque incenſum fuiſſe. *Auct. ad Heren. l.* 4. Hoc genus & acrimoniam habet in ſe, & eſt vehementiſſimum. *Liv. l.* 3. *c.* 59. In plebe coercenda vehementior. ¶ Sumitur etiam in malam partem, pro aſpero, duro, difficili. *Cic. in Vatin.* Nimium es vehemens, feroxque natura. *Id. pro Syll.* Itaque idem ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in cæteros eſſe viſus ſum. ¶ Transfertur etiam ad plantas, & notat luxuriantem, exuberantem. *Col. l.* 3. *c.* 1. Terra denſa dabit vehementem vitem, multaque materia frondentem. ¶ Per translationem etiam dicitur de oratione, vel ſtylo orationis. *Cic.* 2. *de Or. c.* 49. Tune admiſcere huic generi orationis vehementi, atque atroci genus illud alterum, de quo ante diſputavi, lenitatis, & manſuetudinis ampi. *Cic.* 6. *Ver.* Litteræ mittuntur iſti a patre vehementes, ab amicis item, videret quid ageret. h. e. acres. ¶ Poetice etiam *vemens* dicitur. *Lucret. l.* 3. *v.* 153. Verum ubi vementi magis eſt commota metu mens.

Vehementer, adv. *veementemente, con veemenza*, σφόδρα, δεινῶς, ἄγαν, acriter, valde, impenſe. *Cic.* 8. *Phil. c.* 3. Vehementer me agere fateor, iracunde nego. *Id. l.* 11. *Fam. ep.* 13. Litteras tuas vehementer exſpecto. *Id.* 1. *de Or. c.* 33. Vehementiſſime ſe exercere in aliqua re. *Cæſ. l.* 2. *B. C.* 1. 4. Vehementius exterreri. ¶ Sæpe ſumitur in malam partem, pro ſevere, aſpere, acerbe. *Cic.* 4. *Ver.* Niſi reſtituiſſent ſtatuas, vehementer iis minatur. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 7. Quintum puerum accepi vehementer.

Vehementeſco, is, n. 3. *farſi veemente*. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 3. Vehementeſcit hæc paſſio hieme. *Et l.* 4. *c.* 8. Cum viderint, fluorem vehementeſcere.

Vehementia, æ, f. *veemenza*, σφοδρότης, δεινότης, gravitas, acritudo. *Plin. l.* 13. *c.* 8. Pinre candida eam vehementiæ odoris.

Vehens, tis, *chi porta*, qui vehit, βαστάζων, ὀχῶν. *Gell. l.* 16. *in fin.* Delphinus vehens, & homo inſidens. *Id. l.* 20. *c.* 1. Jumentum tergo vehens. ¶ Sæpe ſumitur paſſive pro eo, qui vehitur equo, curru, vel navi. *Id. l.* 2. *c.* 2. *ex Claud. Quadrigar.* Ei conſuli pater proconſul in equo vehens venit. *Id. l.* 3. *c.* 6. Eum qui ovaret, introire ſolitum equo vehentem. *Cic. in Brut. cap. ult.* In te intuens, Brute, doleo, cujus in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſverſa incurrit miſera fortuna Reipublicæ.

Vehes, is, f. *veggia, carro*, ὄχημα, plauſtrum, vel tantum fœni, ſtercoris, alteriuſve materiæ, quantum in plauſtro, vel alio inſtrumento vehi una vectura poteſt. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Amplitudinem cavis eam feciſſe proditur, ut vehem fœni large onuſtam tranſmitteret. *Col. l.* 11. *c.* 2. *verſus fin.* Satis erat in ſingula jugera vehes ſtercoris comportare numero decem, & octo: vehes autem ſtercoris habet modios octoginta, *diciotto carrette*. ¶ Dicitur & *vehis* in recto caſu. *Col. loc. cit. circa princ.* Materies ſi roborea erit, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum viginti: hæc erit vehis una: pinus autem quinque, & viginti pedum æque ab uno expeditur, quæ & ipſa vehis dicitur. Hoc loco *Columella* vehem nominat operam fabri lignarii, quæ uno die confici poteſt: ut quemadmodum vehes ſignificat menſuram ſtercoris, quæ una vectura vehi poteſt, ita per quandam ſimilitudinem vehis dicatur etiam opus, quod uno die fit. Sequitur enim idem auctor: Nec minus ulmus & fraxinus pedum triginta, cupreſſus autem pedum quadraginta, tum etiam ſexagenum pedum abies, atque populus ſingulis operis ad unguem quadrantur, atque omnes hæ menſuræ ſimiliter vehes appellantur, &c.

Vehia, æ, f. plauſtrum, a vehendo. *Paull. apud Feſt.* Vehia apud Oſcos dicebatur plauſtrum. Unde veharii ſtipites in plauſtro, & vectura, vehitura. In vulgatis eſt *Veja, vejarii, vectura*, ſine aſpiratione.

Vehiculāris, re, idem quod vehicularius, ut Vehicularis curſus, *Arcad. Dig. lib.* 50. *tit.* 4. *leg.* 18.

Vehiculārius, a, um, adject. ad vehiculum pertinens. *Capitolin. in Max. & Balb. c.* 5. Vehicularius fabricator. h. e. qui vehicula facit. ¶ *Vehicularius curſus* inſtitutus eſt ab Auguſto, ut in ejus vita c. 49. teſtatur *Suetonius*. Is enim, quo celerius ſcire poſſet, quid in quaque provincia gereretur, juvenes primo modicis intervallis per vias militares, (*corrieri, poſtiglioni*) dehinc vehicula, (*ſedie da poſta*) diſpoſuit, quibus nuntii vecti, & ſubinde ea mutantes breviſſimo tempore magna itinerum ſpatia conficiebant. Atque horum vehiculorum expenſa ſolvebantur fere a provincialibus pro ſua parte. Aliquando tamen ex quorundam Principum liberalitate ii ſumptus ſuppeditabantur ex fiſco. *Capitolin. in Anton. Pio, c.* 12. Vehicularium curſum ſumma diligentia ſublevavit. *Ammian. l.* 14. *c.* 11. Vehicularia res. V. *Salmaſ. in Spartiani Adrian. c.* 7. ubi hac de re multa.

Vehiculatio, onis, f. cura, & munus vehicularii curſus, h. e. onus, quod habebant Provinciæ alendi jumenta, & publici per vehicula curſus conſervandi. *Vet nummus apud Spanhem. p.* 800. Vehiculatione Italiæ remiſſa. V. vocem præced.

Vehicŭlum, i, n. *carro, carriaggio*, רכב, Ger. *wagen*, Gal. *chariot*, Hiſp. *carro*, ἅμαξα, ὄχημα, currus, vel plauſtrum ad vehendum aptus. Eſt autem nomen generale, ſub quo continentur omnia inſtrumenta, quibus aliquid vehitur. *Cic. Verr.* 7. *c. ult.* Omnes Dii, qui vehiculis thenſarum ſolemnes cœtus ludorum initis. *Id. ib. c.* 53. Illi tibi furtorum vehiculum comparaverunt. ubi *Cic.* navem intelligit, ad avehenda Romam ex Sicilia furta Verris a Mamertinis paratam. ¶ Præcipue tamen ſic appellatur currus ad iter faciendum aptus, *ſedia, caleſſe*. *Suet. in Calig. c.* 39. Comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis. *ſedie da nolo*. *Cic. in Piſon. c.* 25. Triumphalia vehicula. h. e. quibus triumphantes per Urbem vehebantur. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 12. Ego vero vehiculo, ſi navis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio. ¶ Servus *ab vehiculis*, & *a commentariis vehiculorum* fuit inter officia domus Auguſtæ. *Inſcrip. apud Gruter. pag.* 592. *n.* 4. ¶ Vehicula quatuor rotarum Phryges dicuntur inveniſſe, ut ait *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Vehis. V. Vehes.

Veho, is, xi, ctum, a. 3. *portare, condurre, menare*, הביא, Germ. *fahren*, Gal. *porter*, Hiſp. *llevar*, ὀχέω, κομίζω, βαστάζω, eſt ope alicujus inſtrumenti portare, ut navis, plauſtri, jumenti, & conſtruitur cum abl. cum, vel ſine præpoſit. *in*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cum enim illam ad ſolemne, & ſtatutum ſacrificium curru vehi jus eſſet. *Id.* 1. *de Div. c.* 68. Equus, in quo vehebar, mecum una demerſus rurſus apparuit. *Id. in Piſon. c.* 25. Vehi per urbem. *Id.* 2. *Phil. c.* 24. Vehi in eſſedo. *Id.* 3. *de nat. Deor. cap.* 37. Vehi in aliqua navi. *Ovid.* 9. *de ar. am. v.* 777. Vehi equo. ¶ Hoc ſenſu etiam paſſiva ſignificatione uſurpatur. *Lamprid. in Heliogab. c.* 4. Quæ earum carpento, quæ equo veheretur. Alii leg. *veheretur*. V. *Vehens*. ¶ Accipitur etiam pro ferre, geſtare quocumque modo. *Ovid.* 9. *Met.* Ventrem gravem vehere. h. e. gravidam eſſe. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 96. Homines habeo clitellarios, magni ſunt oneris, quidquid imponas vehunt. ¶ Translate ſumitur pro ferri, progredi, procedere. *Cic. de Univ.* Ita totum animal movebatur illud quidem, ſed immoderate, & fortuito, ut ſex motibus veheretur. *Id.* 1. *Tuſc. c.* 30. Tamquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio.

Vejentānus, a, um, adject. ad Vejentes pertinens, ut Vejentanum vinum, *Hor. l.* 2. *ſat.* 9. *v.* 143. Vejentana gemma, h. e. in agro Vejenti reperta, *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Vejentana ſeu Vejentina Tribus dicta eſt a Vejenti agro, ubi conſtituta fuit. *Cic. pro Planc. c.* 16.

Vejens, tis, adject. ad Vejos pertinens, ut Vejens bellum, *Cic.* 1. *Divin. c.* 44. Vejens ager, *Id. pro Roſc. Amer. c.* 16. Vejentes, tum ſunt Vejorum incolæ, *Cic.* 1. *Divin. c.* 44.

Veji, orum, m. pl. Vejens, Larthenicum, urbs ampla Hetruriæ, in colle undique prærupto prope Inſulam vicum Farneſiorum, apud Tiberim, ubi nunc diverſorium *la Storta*, vel paulo ſupra, media fere inter urb. Romam, & Feſcenniam, condita a Comero, & a Camillo longa 10. annorum obſidione capta, & exciſa anno 358. poſteaque refecta, & rurſus everſa. Aliqui dicunt, fuiſſe, ubi nunc *Vejano*, alii ubi *Maremma*, alii ubi caſtr. *Scroſano*. *Suet. in Ner. c.* 39. Roma domus fiet: Vejos migrate Quirites, Si non & Vejos occupat iſta domus.

Vejŏvis, is, m. Jupiter parvus, ideſt infans, cui Romani ædem dedicavere Nonis Martii ante duos lucos, inter arcem, & Capitolium, effecta etiam juxta Dei ſimulacrum capra illius ſimulacro, a qua in Creta educatus eſt. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 429. Una nota eſt Martis, Nonis ſacrata quod illis Templa putant lucos Vejovis ante duos. Lege ibi reliqua. Similiter *Feſtus*, teſte *Voſſio*, Vejovem parvum Jovem interpretatur. Sed multi ſunt, qui docent, Vejovem apud Romanos inter noxia Numina habitum eſſe, quem non ut cæteri ſpe venerabantur, ſed ne quid ipſis noxæ inferret, hujus ſimulacrum effingi ſolitum fuiſſe ſagittas, vel ſpiculum manu tenens, manumque minaciter intendens, unde eundem atque Apollinem eſſe cenſent, qui ſpiculis, hoc eſt radiis ſuis multa morborum genera immittit. Qua de re vid. *Gell. l.* 5. *c.* 12. Utcumque ſit, hæc vox componitur ex nomine *Jovis*, & *ve* particula *ve*, quæ nunc augendi vim habet, nunc minuendi, ut docent *Gellius l. c.* & *Macrob. l.* 6. *c.* 8. & *Feſt.* Quare ſecundum *Ovid.* dictus eſt quaſi Jupiter *ve* magnus. Secundum *Gellium*, & alios ita dictus eſt quaſi *ve* juvans, ſed nocens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quam periculoſe conſuetudo! in multis enim nominibus hærebitis. Quid Vejovi facies? quid Vulcano?

Vejus, a, um, adject. idem quod Vejens. *Propert. l.* 4. *eleg.* 11. Forte ſuper portæ dux Vejus adſtitit arcem.

Vel, *o, ovvero*, או, Ger. *oder*, Gal. *ou*, Hiſ. *o*, ἢ, ἤτοι, εἴτε, aut, ſive, conjunctio disjunctiva, ex *ve*, per Paragogen. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 58. Cui noſtrum non licet fundos noſtros obire, aut res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inviſere? *Id. Fam.* 2. *ep.* 7. Cur non adſum vel ſpectator laudum tuarum, vel particeps, vel ſocius, vel miniſter conſiliorum? ¶ Differt a *ſive*, & *ſeu* ea ratione, quod *vel* abſolute disjunctiva eſt, & ſine ulla conditione, ut in allatis exemplis apparet: at *ſive*, & *ſeu* ita disjunctivæ ſunt, ut conditionem, & dubitationem aliquam involvant. Interdum tamen promiſcue ponuntur. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 47. Noſtra vel æquali ſuſpendit tempora libra Parca tenax veri, ſeu nata fidelibus hora Dividit in Geminos concordia fata duorum. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Contraque erigas, ac reſiſtas, ſive etiam ultro occurras negotiis. ¶ Interdum *vel* copulativum eſt, atque pro *&*, ſeu *et* ponitur. *Virg.* 6. *Æn. v.* 769. Silvius Æneas pariter pietate vel armis. *Liv. l.* 1. *c.* 42. Hanc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello. ¶ Sæpe ſumitur pro *etiam*. *Virg.* 11. *Æn.* vel Priamo miſeranda manus. *Cic.* 3. *de leg. c.* 10. Iſto modo vel conſulum vituperabilis eſt. ¶ Item pro *ſaltem*. *Ter. Phorm.* 5. 1. 71. Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel fœnore. Poſſis tamen hic quoque per *etiam* explicare: *ſe anche in altra maniera, anche con prender denari ad uſura*. ¶ Item pro *verbi gratia*. *Ter. Hec.* 1. 1. Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles amatores: vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi &c. ita *Donatus*. poſſis tamen & ita exponere: etiam hic Pamphilus &c. ¶ Item pro *an*. *Quintilian. l.* 3. Juſtum ne ſit, ſacrilegum appellari, quod objicitur, vel furtum, vel amentiam. ¶ *Vel* cum ſuperlativis junctum vim inſuper quandam addit: eſt enim pro *valde, præcipue*, *omnium*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 3. Statuere, quid ſit ſapiens, vel maxime videtur eſſe ſapientis, *certiſſimamente pare*, *che* &c. *Id.* 1. *de Fin. c.* 2. Sophocles vel optime ſcripſit, *ottimiſſimamente*. *Id. in Orat. c.* 26. Hoc in genere nervorum eſt vel minimum, ſuavitatis autem vel plurimum. ¶ Eleganter ponitur pro *velut*. *Terent. Heaut.* 4. 6. 1. Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet, quum invitus facias: vel me hæc deambulatio quam non laborioſa ad languorem dedit. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 13. Raras tuas quidem, ſed ſuaves, accipio litteras: vel quas proxime acceperam, quam prudentes! ¶ Hoc ſenſu ſæpe indignationem continet. *Cic. pro Flacc. c.* 33. Ita ſcitote, judices, eſſe cætera: vel quod ait Lucceius, L. Flaccum ſibi dare cupiiſſe, ut a fide ſe abduceret, ſeſtertium vicies. *Virg. Æn.* 11. *v.* 406. Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit Artifex ſceleris. *Id. de Horat. epod.* 12. *v.* 13.

Velabrenſis, & ſe, n. 3. *Velabrenſis*, quod ad Velabrum ſpectat. Velabrenſis caſeus dicebantur, qui Romæ in vico Velabri fumo, & fumo indurabatur, maximoque in pretio erat. *Martial. l.* 11. *epigr.* 53. Et Velabrenſi maſſa recocta foco. *Id. l.* 13. *epigr.* 32. Non quemcumque focum, nec fumum caſeus omnem, ſed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit.

Velābrum, i, *S. Giorgio in Velabro*, βήλαβρον, vicus Romæ olim celebris, juxta Aventinum M. locus in foro olitorio, inter ædem S. Georgii, & ædem S. Anaſtaſiæ. Alius erat in foro boario, ubi olim templum Herculis, & Veſtæ, ſeu Matutæ, nunc ædes S. Stephani rotondi. Dictum eſt a *vehendo*, quod ratibus tranſvehi ſoleret. Hoc etymon attulit *Var. l.* 4. *de L. L.* ubi Velabrum a vehendo dictum eſt. Item *Plutarc. in Romulo*, in hanc ſententiam: Vocatur autem nunc locus ille velabrum, eo quod crebro fluvio exundante, eo loco trajectus eſſet in forum: trajectum autem appellant Romani velaturam. Confirmatur loco illo *Tibul. eleg.* 5. At qua velabri regio patet, ire ſolebat Exiguus pulſa per vada linter aqua. Alii ita dictum volunt *a velis*, quod qui munus aliquod populo exhibebant, inde velis viam, quæ a Foro ad Circum maximum ferebat, adumbrarent: quod ibidem ſcribit *Plutarc.* Sed prior ſane origo certior eſt. In hoc vico erant tabernæ oleariorum, qui ſolebant, quo carius venderent, de pretio olei inter ſe conſpirare, ne alter alteri vilius diſtraheret. Hinc *Plaut. Capt.* 3. 1. 30. Omnes compacto rem agunt, quaſi in Velabro olearii.

Velāmen, inis, n. *velame, velo, coprimento, veſte*, מכסה, Ger. *decke*, Gal. *couverture*, Hiſp. *cobertura*, ἐπίβλημα, σκέπασμα, tegmen, operimentum veſtis, res, qua aliquid velatur, idest tegitur. *Virg.* 1. *Æn.* Et circumtextum croceum velamen acantho. *Ovid.* 6. *Met.* Velamina Progne Deripit ex humeris auro fulgentia lato. *Tacit. de Germ. c.* 17. Ve-

Digitized by Google

Eligunt feras, & detracta velamina ſpargunt maculis. h. e. pelles.

Velamentum, i, n. velamen, involucrum. Sic *Celſ. l. 7. c. 18.* tunicas, quæ teſticulos ambiunt, velamenta teſticulorum vocat. ¶ Tranſlate *Sen. de vit. beat. c. 12.* Quærentes libidinibus ſuis patrocinium aliquod, ſeu velamentum. ¶ Velamenta item a Romanis dicebantur, quæ a Græcis *ἱκετηρίαι*, ideſt res illæ, quas ſupplices miſericordiæ movendæ cauſa præferebant, cujuſmodi erant rami oleatum vittis obvoluti. *Ovid. 7. Metam.* Velamenta manu prætendens ſupplice, &c. *Liv. l. 24. c. 30.* Ramos oleæ, ac velamenta alia ſupplicum porrigentes orare, ut reciperent ſe. *Tac. 1. hiſt. c. 66.* Velamenta, & infulas præferentes.

Velāris, re, adject. ad vela pertinens. *Plin. l. 13. c. 9.* Lignum firmæ duritiæ, ex quo velares detornant anulos. h. e. quibus vela navium extenduntur.

Velārium, ii, n. *παραπέτασμα*, velum, quod in theatro ſuperne extendebatur ad arcendam pluviam, & Solis æſtum. *Juven. ſat. 4. v. 122.* Sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus, & pegma, & pueros hinc ad velaria raptos. *tende.*

Velarius, ii, m. Legitur in veterib. Inſcript. apud *Gruter. pag. 598. n. 7. 8. & 9.* aliquos nomen officii domus Auguſtæ. V. *Cancellarius*.

Velāto, adv. *Tertul. l. 4. adv. Marcion. c. 39.* Velato Deum diſcere. h. e. obſcure, & quaſi prætento velo.

Velatūra, V. Vellatura.

Velātus, a, um, *velato*, *coperto*, *ἀμφικαλυπτόμενος*, tectus, opertus, part. a velor. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut quidam Imperatores etiam ſe ipſos Diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Republica devoverent. ¶ Ponitur etiam pro inſtructo, ornato. *Plaut. Amph. 1. 1. 101.* Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum. h. e. velamenta ſupplicum præferentibus. V. Velamentum. *Virg. 11. Æn. v. 100.* Jamque Oratores aderant ex urbe Latina Velati ramis oleæ. Ubi *Serv.* Velati, inſtructi, & ornati, ideſt in manibus oleæ ramos tenentes. *Ovid. l. 4. de Pont. eleg. 14.* Tempora ſacrata mea ſunt velata corona. ¶ Item ſimpliciter pro veſtito. *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 71.* Velatos ſtola. ¶ Hinc Velati etiam appellati ſunt milites ſuis veſtibus veſtiti, non armis muniti, qui poſtea Velites dicti ſunt. *Feſt. hic, & in voce Adſcripticii.* Velati appellabantur veſtiti, & inermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum loco ſubſtituebantur, &c.

Velauni, m. 2. Vellavoii, Velli, pop. Galliæ, in Aquitania, verſus fontes Ligeris fl. Segulianis, Arvernis, Gabalis, & Helviis finitimi, quorum tractus nunc *le Velay* dicitur in Occitania. Eorum caput erat Rueſſio, ſeu Rueſſium, ex cujus ruinis crevit urbs adjacens Aniciurn, nunc Podium, *le Puy* cognomento *en Velay*, in colle, prope culta, a Ligeri flu. M. P. *Plin. l. 3. c. 20.*

Velēda, æ, f. virgo quædam apud Germanos tantæ auctoritatis, ut ab eorum pleriſque loco Numinis haberetur, ut ait *Tac. de German. c. 8.* Hinc *Stat. l. 1. ſilv. 4. v. 90.* Captivæque preces Veledæ. *hoc eſt* Germaniæ totius una cum ſuis numinibus devictæ. ¶ Apud *Tacit.* in multis Codicibus legitur *Velleda* duplici *ll.*

Veles, V. Velites.

Velia, æ, f. *Ἐλέα*, *Ὑέλη*, urbs Lucaniæ, in ora literali, ad ſin. Pæſtanum, condita a Phocenſibus ſub Cyri tempora, ſeu poſt Æneæ in Italiam adventum anno 600. una cum Maſſilia, teſte *A. Gel. l. 10. c. 16.* Dicta eſt ab *ἕλος*, *palus*, quia paludibus cingitur. *Serv. in 6. Æn.* Velia dicta eſt a paludibus, quibus cingitur, quas Græci *ἕλη* vocant. Fuit ergo *Helia*, ſed accepit digammon, & facta *Velia*, ut Enetus, Venetus. Nunc in ruinis jacet, ubi *Caſtel a mar dell' a Brucca*. *Hor. l. 1. ep. 15.* Quæ ſit hyems Veliæ, quod cælum, Valla, Salerni. ¶ Velia quoque, collis Romæ editior, ita dictus, quaſi vallia, quod ibi paſtores lanam vellere ſoliti fuerint. Nam veteres conſonantes non geminabant. *Var. lib. 4. de L. L.*

Veliensis, ſe, adject. ad Veliam pertinens, ut Velienſes Sacerdotes, *Cic. pro Balb. c. 24.* ¶ Velienſes, ium, Veliæ populi in Hiſpania Tarraconenſi. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ Velienſis etiam fuit una ex Curiis veteribus urbis Romæ, ita dicta a Velia loco editiore. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 3. Feſtus* in voce *Nova Curia*.

Velifer, ra, rum, *ἱστοφόρος*, quod velum fert. *Ovid. 15. Metam. v. 10.* Huc ubi veliferam nautæ advertere carinam. *Valer. Flacc. l. 1. Argon. v. 125.* Pallada velifero quærentem brachia malo.

Velificatio, onis, f. *veleggiamento*, *ἱστίων ἔπαρσις*, actus velificandi. *Cic. l. 1. epiſt. 18.* Cum vero id poſſis mutata velificatione aſſequi.

Velificātus, a, um, partic. a velificor. *Propert. l. 3. eleg. 19.* Una ratis fati noſtros portabit amores Cærula ad infernos velificata lacus. ¶ Sumitur etiam paſſive pro tranſnavigato, ſeu per quod naves ſuis velis navigavere, *διαπλευσθείς*. *Juven. ſat. 10. v. 174.* Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax audet in hiſtoria.

Velificium, ii, n. conficiendorum velorum ratio, ſeu ars. *Hygin. fab. ult.* Velificia primum invenit Iſis.

Velifico, as, n. 1. *far vela*, *diſtendere le vele*, *veleggiare*, Ger. *ſegeln*, Gal. *voguer*, Hiſ. *navegar*, *hazer vela*, *ἱστιοδρομέω*, vela facio, vela do, navigo. *Plin. l. 9. c. 33.* Per ſumma æquora velificant. *Propert. l. 4. eleg. 10.* Nauta per urbanas velificabat aquas.

Velificor, aris, com. 1. idem ac velifico. Tranſlate ſumitur pro omni diligentia, & conatu rei alicui operam dare, quod etiam dicitur velis, remiſque agere. *Cic. 1. Agr. c. 9.* Quod ſi quis veſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo. h. e. aſcendere ad honores, non virtute, & majorum gloria, ſed violenta quadam ratione, ut ſolet fieri ab iis, qui quaſcunque fortunas experiuntur, velis in altum elatis. ¶ Item pro favere, ſtudere, obſequi. *Cal. Cic. lib. 8. Fam. epiſt. 10.* Ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe. *Flor. lib. 3. c. 8.* Brutus favori civium etiam domus ſuæ clade velificatus eſt.

Velificus, a, um, *ἱστιοδρομῶν*, quod velis fit. *Plin. l. 13. cap. 11.* Noctis dieique velifico navigii curſu.

Velīnus, a, um, quod ad Veliam ſpectat, ut Velinus portus, apud Veliam urb. Lucaniæ everſam. *Virg. 6. Æn. v. 366.* Aut tu mihi terram Injice, namque potes, portuſque require Velinos. ¶ Velina regio, una ex regionibus urbis Romæ, monti Palatino juncta, ita dicta a Veliæ loco ejuſdem urbis. ¶ Velina Tribus, una ex 35. Tribubus Pop. Rom. in Sabinis, ita dicta a lacu Velino. Adjecta eſt una cum Quirina ultima omnium anno 512. a Cenſoribus C. Aurelio Cotta, & M. Fabio Buteone. *Cic. 4. Att. epiſt. 15.* ¶ Velinus lacus, *Lago di piè di Luco*, lacus Umbriæ, in confinio Sabinæ tractus, inter Reate urb. Sabinam, & Interamnam urb. Umbriæ, per quem Velinus fl. labitur. ¶ Velinus fluvius, *Velino*, fl. Umbriæ. Oritur in Aprutio ult. ubi Civitatem Regalem, Interdocium, & Civitatem Ducalem rigat, deinde per Umbriam fluens, ibi rigata Reate, per lacus Reatinum, & Velinum labitur, & deinde ſupra Interamnam in Narem flu. ſe exonerat.

Velitia, æ, f. ſeu Velitia, una ex Curiis urbis Romæ, a Velitia, hoc eſt Veliternis urbe Latii in Volſcis. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 3. Feſt.* in voce *Nova Curia*.

Velitāris, & re, o. 3. *γροσφομάχος*, quod ad Velites pertinet, ut Haſta velitaris, quam Polybius vocat *γρόσφον*, quo ii utebantur. *Liv. l. 26. c. 4.* Et ſeptena jacula quaterno longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. *Salluſt. in Jugur. c. 105.* Præterea iere ſagittarii, & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi cauſa, neque id ſecus, atque aliis armis adverſum tela hoſtium, quod ea levia ſunt, muniti erant.

Velitātim, V. Vellicatim.

Velitatio, onis, f. *ſcaramuccia*, *ἀκροβολισμός*, *ψιλομαχία*, actus velitandi, levis pugna. *Plaut. Rud. 2. 6. 41.* Equidem meam velitationem exerceo. Nam omnia coruſca præ tremore fabulor. ¶ Tranſlate ſumitur pro mutua probrorum objectione, *λογομαχία*. *Feſtus*. Velitatio dicta eſt ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnæ. *Plaut. Aſin. 2. 2. 41.* Verbis velitationem fieri compendio volo.

Veliternus, a, um, adject. ad Velitras pertinens, ut Veliternus ager, *Plin. l. 16. c. 45.* Veliternus populus, *Liv. l. 8. c. 12.* ¶ Veliterni, orum, Velitrarum incolæ, *Liv. l. 8. c. 14.*

Velites, m. 3. *ſoldati armati alla leggera*, *ψιλομάχοι*, milites levis armaturæ, nullis, aut exiguis militaribus veſtibus tecti, ut expeditiores eſſent, qui funda tantum, & miſſilibus pugnabant, præliumque auſpicabantur, qui etiam *rorarii*, & *expediti* dicebantur, item *ferentarii*, & *accenſi*. Erant in genere peditum. Quare male ab aliquibus Veles exponitur *cavał leggiero*. Dicti velites videntur, quaſi *Volites*, quia hac illac volare illis licet, quod cataphracti non poſſunt ob armorum pondus. *Feſt.* Advelitatio, jactatio quædam verborum, figurata ab haſtis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, ideſt volantes. *Ovid. in Ibin. v. 46.* Utque petit primo plenum flaventis arenæ Nondum calfacti Velitis haſta ſolum. *Liv. l. 26.* Et ubi ad conjectum teli ventum eſt, ſigno dato Velites deſiliunt. ¶ Cum autem quatuor fuerint peditum genera in militia Romana, Velites, Haſtati, Principes, Triarii, viliſſimi eorum Velites erant. Nam inter Velites nulli militabant, niſi & armis tirones, & opum ratione pauperes, atque imarum claſſium. Nam ſi pauperes, ſed uſu veteres eſſent, in Triarios transferri ſolebant: & divites, ſed tirones, inter Haſtatos militabant. ¶ Erant Velitum arma gladius, haſta, parma. Haſtæ autem eorum erant jaculatoriæ, non ſtabiles, quales Haſtatorum. ¶ Per Tranſlationem Velites dicuntur homines leves, inconſtantes, & qui plus ſatis jocis utuntur. *Cic. l. 9. Fam. ep. 20.* Me autem a te, ut ſcurram Velitem malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. ¶ Rectus caſus ſingularis *Veles* aſſertur a quibuſdam Lexicographis, & Grammaticis, ſed ſine exemplo.

Velito, as, pro Velitor uſurpatum ab antiquis teſtatur *Priſcian. l. 8.*

Velitor, aris, d. 1. eſt jurgari, altercari, rixari, verbis contendere, *λογομαχεῖν*, ductum a Velitibus pugnam levi, & decurſorio prælio incipientibus. Nam a verbis plerunque ad manus ſolet deveniri, ſicut a Velitibus ad milites gravis armaturæ. *Plaut. Men. 5. 2. 38.* Neſcio quid velitati ſtis inter vos duos. *Gel. l. 6. c. 11.* Cum inquinatiſſimis hominibus non eſt convicio decertandum, neque in maledictis adverſum impudentes, & improbos velitandum.

Velitræ, f. 1. Vælitræ, Belitra, *Veletri*, *Beletri*, col. & urbs Volſcorum, in Latio, in Campania Romana, in via Appia, in clivo, lapida, & culta. *Sil. l. 8. v. 378.* Setia, & incelebri miſerunt valla Velitræ.

Velivŏlans, antis, o. quod velis volat. *Cic. 1. de Div. c. 31. ex Poeta:* Advenit, & fera velivolantibus Navibu' complevit manus litora.

Velivŏlus, a, um, quod velis volat. Eſt navia epitheton, quia ut aves alas, ita naves velis volitare videntur. *Ovid. l. 4. de Pon. eleg. 5.* Et freta velivolas non habitura rates. ¶ Sumitur etiam paſſive pro eo, per quod velis volatur, ideſt navigatur. *Virg. 1. Æn. v. 224.* Deſpiciens mare velivolum, terraſque jacentes.

Vella, æ, f. 1. idem ac villa, a veha, ideſt via. *Var. l. 1. de R. R. c. 2.* A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt, & unde vehunt.

Vellātes, m. 3. populi Aquitaniæ, inter Saſſuminos, Turnetes, & Conſoranos. *Plin. l. 4. c. 19.* Eorum oppidum *Brigale* a nonnullis putatur.

Vellatūra, æ, f. *ἁμαξηγία*, *πορθμεῖον*, exercitium, vel quæſtus vecturæ, a *vella*, ideſt villa. Vella autem eſt a *veha*, ideſt via. Veha a *vehendo*. *Var. l. 4. de L. L.* Velabrum dicitur a vehendo. Vellaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. *Id. 1. de R. R. c. 2.* Ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt, & unde vehunt. Item dicuntur, qui vecturis vivunt, vellaturam facere. ¶ Quidam ſcribunt ſimplici *l*. Unde in Onomaſtico, *Velatura*, *πορθμεῖον*.

Vellada. V. Veleda.

Velleius Paterculus eques Romanus, prænomine Marcus, vel, ut alii volunt, Publius, variis muneribus functus, denique a Tiberio Prætor factus, ſcripſit duobus libris hiſtoriam compendiariam de rebus Romanis uſque ad exceſſum Liviæ conjugis Auguſti, ſtylo plane Latino, & eleganti. Cum in Sejani amicitiam receptus eſſet, ab eodem Tiberio quinquagenarius occiſus eſt.

Vellerĕus, a, um, adject. vellere conſtans, laneus. *Aſcon. in Divin. Ver.* Crumenæ & velleres, & ſcorteæ.

Vellicātim, adv. *ſaltuatim*, *κατὰ μέρος*, hinc illinc aliquid decerpendo, carptim, ſparſim, non continue. *Siſen. l. 2. Hiſt. apud Non. c. 2. n. 811.* Nos una æſtate in Aſia, & Græcia geſta ideirco continentia literis mandavimus, ne vellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus. Aliqui apud *Gel. l. 12. c. ult.* ubi hæc eadem verba referuntur, legunt *velitatim*, quod deducunt a Velites, & interpretantur per ſaltus, & intervalla, quod Velites pugnando ſaltibus utantur.

Vellicatio, onis, f. *τιλμός*, actus vellicandi. *Sen. de vit. beat. c. 5.* Cum non tantum lacerationes, ſed etiam vellicationes effugerit. ¶ Tranſlate accipitur pro obtrectatione. *Sen. l. 3. de Ira c. 43.* Detrimenta, injurias, convicia, vellicationes contemnamus.

Vellicatus, us, m. actus vellicandi. *Plin. l. 11. c. 6.* Extremitates corporis, vel aurium vellicatibus perſtringi. Vetuſtum exemplar omittit *vellicatibus*.

Vellĭco, as, a. 1. *pelare*, *pizzicare*, *mordere*, עקץ, Germ. *ofrupfen*, Gal. *pincer*, *arracher*, Hiſ. *pellizcar*, *ψηλαφίζω*, frequenter vello, quod proprie fit, cum extremas corporis partes digitis vellimus, & preſſando infeſtamus. *Plaut. Moſt. 3. 2. 142.* Cornix aſtat: ea volturios duo viciſſim vellicat. *Quintil. l. 6. c. 3. de puero flente:* Ex pædagogo ſe vellicari reſpondit. ¶ Per tranſlationem ponitur pro criminari, quod criminari ſit quodammodo mordere, ac lacerare. *Horat. l. 1. ſerm. ſat. 10. v. 79.* an crucier, quod Vellicet abſentem Demetrius. *Cic. pro Corn. Balb.* More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant.

Vellūmen, inis, n. idem quod vellus. *Var. l. 2. R. R. c. 11.* Lanam demptam, ac conglobatam alii vellera, alii vellumina appellant. Alii leg. *velumina*, alii *vellumia* eodem ſenſu.

Vello, is, velli, & vulſi, vulſum, a. 3. *ſvellere*, *ſtirpare*, *pelare*, מרט, Germ.

Ger. *rupffen*, Gal. *arracher*, Hiſp. *arrancar*, τίλλω, μαδίζω, extirpo, videturque eſſe a τίλλω, quod idem ſignificat. *Cic. 6. Ver. c. 24.* Tum illa (emblemata) ex patellis, & thuribulis quæ vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, &c. *Suet. de Cæſ. c. 45.* Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed velleretur etiam. hoc eſt pilum ſibi ad radicem velli juberet. *Col. l. 11. c. 3.* Vulſa radicitus. ¶ Sumitur etiam tranſlate pro eruere, evertere. *Liv. l. 26.* Aræ, foci, Deum delubra, ſepulcra majorum vulſa, temerata, ac violata. ¶ Item pro extrahere. *Horat. l. 2. ſat. 3.* Tu piſcem hyberno ex æquore vellis. ¶ Item pro lacerare, torquere. *Stat. 5. Syl. 2.* Velluntur ſecreto pectora morſu. h. e. tacita torquens mæſtitia. *Barbam vellere*, proverbium eſt, quo ſummum contemptum, ac ludibrium ſignificamus. *Horat. l. 1. ſat. 3.* Barbam tibi vellunt laſcivi pueri. ¶ *Aurem vellere*, eſt admonere. *Virg. Ecl. 6. v. 3.* Cinthius aurem vellit, & admonuit. *Calpurn. Ecl. 4. v. 133.* Vellit nam ſæpius aurem invida paupertas, & dicit: villa cura. ¶ Præteritum vulſi affertur a *Diomed. l. 1.* probaturque ex compoſitis *evulſi*, & *prævulſi*, quorum illud apud *Ovid.* legi quidam putant. (V. *Revello*) hoc a *Laberio* uſurpatum fuit, præterea teſtatur *Voſſ. de Grammat. l. 5. c. 48.* non ſemel *vulſi* uſurpatum fuiſſe a *Lucano*, nec tamen ullum locum aſſignat; cæterum *velli* uſitatum eſt.

Vellus, eris, n. *lana*, ṣ, Germ. *wole*, Gall. *toiſon*, Hiſp. *vello*, μαλλὸς, πόκος, κώδιον, lana ex ove dempta, & conglobata, a *vellendo*, quod ante inventam tondendi rationem lana ſoleret velli, teſte *Var. l. 4. de L. L.* & *l. 2. R. R. c. ult.* itemque *Plin. l. 8. c. 48.* ¶ Ponitur frequenter pro lana nondum detonſa, ſed adhuc in ipſis hærente pecudibus. *Virg. 3. Ecl.* Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. *Id. 3. Georg.* Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis Naſcentum. ¶ Nonnunquam etiam pro ipſis pellibus una cum lana ovibus detractis. *Virg. 7. Æn.* Centum lanigeras mactabat rite bidentes, Atque harum effultus tergo, ſtratiſque jacebat velleribus. *Col. l. 7. c. 4.* Pelles earum propter pulchritudinem lanæ, majore pretio, quam alia vellera, mercatoribus traduntur. ¶ Vellus etiam propter ſimilitudinem ponitur pro lana, quæ apud Seres Scythiæ populos ex arborum frondibus depectitur, ut veteres credidere. *Virg. 2. Georg.* Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. ¶ Quin etiam ipſas arborum frondes vellera interdum invenimus appellata, quod iis veſtiantur arbores, quemadmodum velleribus oves. *Ovid. de Nuce, v. 131.* At ſimul induimus noſtris ſua vellera ramis. Alii leg. *cronera*. ¶ Item tenues nubes, & in modum vellerum cœlo ſparſas. *Virg. 1. Georg. v. 397.* Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri. *Lucan. l. 4. v. 123.* Jam clarior aer, & par Phœbus aquis denſas in vellera nubes Sparſerat. ¶ Item nives cadentes. *Martial. l. 4. epigr. 3.* Aſpice, quam denſum tacitarum vellus aquarum Defluat in vultus Cæſaris, inque ſinum.

Velo, as, a. 1. *velare*, *coprire*, עטף, Ger. *bedecken*, Gal. *voiler*, Hiſp. *cubrir con velo*, καλύπτω, tego, operio, a *velum*. *Virg. 3. Æn.* Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. ¶ Nonnunquam ponitur pro veſtire, induere. *Ovid. 3. Met.* Et velat maculoſo vellere corpus. ¶ Interdum pro ornare. *Virg. 2. Æn.* Nos delubra Deum, miſeri, quibus ultimus eſſet Ille dies, feſta velamus fronde per urbem. ¶ Interdum pro ligare. *Pompon. apud Non. c. 4. n. 479.* Reſtis eſt vilis, velet gulam. ¶ Tranſlate accipitur pro abſcondere, celare, diſſimulare. *Plin. in Paneg. c. 36.* Agentibus tibi gratias nihil velandum eſt, nihil omittendum. *Senec. in Hippol. v. 171.* Scelus ſcelere velare.

Velocitas, atis, f. *velocità*, ταχύτης, celeritas, a *velox*, & proprie dicitur de celeritate corporis. *Cic. 4. Tuſc. c. 13.* Velocitas autem corporis celeritas appellatur, quæ eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore percurſionem. *Id. 1. Off. c. 30.* Videmus alios velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere. *Liv. l. 25.* Quos in expeditione velocitate corporum, ac levitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt. ¶ Tranſlate dicitur de celeritate animi. *Plin. l. 7. c. 12.* Quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenii varietas multiformes notas imprimit.

Velociter, adv. *velocemente*, ταχέως, celeriter. *Cic. in Somn. Scip. c. 9.* Quibus agitatus, & exercitatus animus velocius in hanc ſedem, & domum ſuam pervolabit. *Id. de Univ.* Quæ velociſſime movebantur, ea celeritate vinci a tardioribus, & cum ſuperabant, ſuperari videbantur. *Ovid. 4. Faſt. v. 443.* Hanc videt, & viſam patruus velociter aufert.

Velox, ocis, o. g. *veloce*, *preſto*, קל, Ger. *ſchnell*, Gal. *leger*, Hiſp. *ligero*, ταχύς, celer. *Virg. 5. Æn.* Veloces jaculo cervos, curſuque fatigat. *Cic. 1. Tuſc. c. 19.* Nihil eſt animo velocius. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 48.* Velociſſimi pedites. *Plin. l. 8. c. 34.* Velox ſaltu. *Quintil. l. 6. c. 4.* Ingenium velox, ac mobile. ¶ Cum infinito. *Stat. 6. Theb. v. 797.* nec jam hic abſiſtere velox.

Velum, i, n. *vela*, מפרשׂ, Ger. *ſchiffſegel*, Gal. *voile*, Hiſp. *vela*, ἱστίον, linteum navis, quod circa malum expanſum ventum excipit, & ipſam navem impellit. Factum eſt, teſte *Cic. in Or. c. 45.* per Syncopen a *vexillum*, ea ratione, qua ab *axilla* eſt *ala*, a *maxilla* *mala*, fuga literæ vaſtioris. *Virg. 1. Æn.* Talia jactanti ſtridens Aquilone procella Velum adverſa ferit. *Id. 3. Æn.* Interea claſſem velis aptare jubebat Anchiſes. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur. *Cic. pro Dom.* Quid tandem? ſi tu, qui in illis Reipublicæ tenebris, cæciſque nubibus, & procellis, cum Senatum a gubernaculis dejeciſſes, populum e navi exturbaſſes, ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo pleniſſimis velis navigaſſes, &c. ¶ Metaleptice, quoniam velum circum malum involvitur, eumque tegit, uſurpatur extra rem nauticam pro involucro, ſeu integumento, quo quid velatur, *velo*. *Cic. 2. Catil.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura. ¶ *Vela facere*, eſt expedire, explicare, *far vela*. *Cic. 7. Ver. c. 34.* Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperavit. ¶ Per tranſlationem *vela facere*, accipitur pro toto conatu rem aliquam aggredi. *Cic. 4. Tuſcul.* Utrum igitur mavis? ſtatim ne illa vela facere, an quaſi e portu egredientes paululum remigare? ¶ *Dare vela*, eſt ventis ſe committere, & navigare, *far vela*. *Virg. 1. Æn.* Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant. *Id. l. 4.* Et ventis dare vela jubebo. ¶ Metaphorice ſumitur pro augere, celebrem facere. *Martial. l. 8. epigr. 70.* Pieriam tenui frontem redimire corona Contentus, famæ nec dare vela ſuæ. ¶ *Dare vela retrorſum*, metaphorice eſt in diverſam mutare ſententiam, vitæque inſtitutum, ſumpta Metaphora a navigantibus, qui curſus errorem verſis velis corrigunt. *Hor. l. 1. od. 34.* Nunc retrorſum Vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos. ¶ *Velis, remiſque*, eſt, omnibus nervis, omni conatu, omni ingenio, omni diligentia, & celeritate. *Cic. 1. Offic. c. 33.* Cum his velis, equiſque, ut dicitur, ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. ¶ *Remis, veliſque*, idem ſignificat, quod *velis, equiſque*, inde tranſlatum, quod, cum navis ſimul & remigio, & velo impellitur, ſummus eſt nautarum conatus. *Plaut. Aſin. c. 1. 5.* Remigio, veloque, quantum poteris, feſtina, & fuge. *Cic. 3. Tuſc. c. 11.* Tetra enim res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remiſque fugienda. ¶ Eſt etiam velum pannus, qui cubiculorum januis obtenditur. *Martial. l. 1. epigr. 35.* At meretrix abigit teſtem veloque, ſeraque. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 4.* Salutaretur vero, patente velo, admiſſionalibus remotis. *a portiera alzata*.

Velut, adv. *ſiccome*, כמו, Ger. *gleich wie*, Gal. *comme*, *ainſi comme*, Hiſp. *aſſi*, *como*, ὡς, ὥσπερ, ſicut, quemadmodum, ex *vel*, & *ut*, quomodo *ſicut* ex *ſic*, & *ut*. *Cic. 2. de Fin.* Nam elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam. *Id. de Aruſp. reſp. c. 4.* Ejus conatum refutabo velut heſterno die. *Col. l. 3. c. 9.* Nam quoque pari ratione velut Olympicarum equarum, ita fortiſſimarum Aminnearum vitium ſeminibus electis largæ vindemiæ ſpem capiamus.

Veluti, adv. idem, ac velut, ex *vel*, & *uti*, quomodo *ſicuti*, ex *ſic*, & *uti*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Beſtiæ, quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. *Virg. 1. Æn.* Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Seditio.

Vena, æ, f. *vena*, Ger. *bleader*, Gal. *veine*, Hiſp. *vena*, φλέψ, ἡ, canalis ſanguinem ad cor refluum continens. Venæ, & arteriæ differunt. Nam venæ ſunt vaſa ſanguinis, arteriæ ſpiritus. Deinde arteriæ ſunt infra venas, ſuper arterias locantur venæ, præterquam in dorſo, in quo magna arteria, quæ trachea dicitur, eſt poſita ſuper venam. Præterea venæ ſuapte vi immobiles ſunt, & ſanguinis tantum demittendi gratia explorantur, arteriæ motu, atque pulſu ſuo habitum, & modum febrium demonſtrant. *Gal. l. 18. c. 10.* Vena eſt conceptaculum ſanguinis, quod ἀγγεῖον Medici vocant, miſti, confuſique cum ſpiritu naturali, in quo plus ſanguinis eſt, minus ſpiritus. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis miſti, confuſique cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 8.* Jam vero venæ, & arteriæ micare non deſinunt quaſi quodam igneo motu. *Id. ibid. c. 55.* Eoque modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. *Plin. l. 11. c. 37. cir. fin.* Ubi ſunt nervi, interiores conducunt membra, ſuperiores revocant: Inter hæc latent arteriæ, id eſt ſpiritus ſemitæ: His innatant venæ, id eſt ſanguinis rivi, &c. ¶ Vena tamen pro arteria quandoque ponitur. *Cic. de Fat.* Si cui venæ ſic moventur, is habet febrem, &c. *Celſ. l. 3. c. 6.* Venis enim credimus fallaciſſimæ rei, quia ſæpe iſtæ leviores, celerioreſque ſunt & ætate, & ſexu, & corporum natura. ¶ Venæ primariæ tres numerantur: *vena pulmonalis*, per pulmonis parenchyma diffuſa. *vena cava*, quæ per totum corpus ramos ſuos diſpergit: & *vena porta*, quæ ſaltem per organa tertii, vel infimi ventris, ſive abdominis diffuſa eſt. V. Anatomicos. *Cic. 2. de nat. Deor.* Cui ſimilis alter adjunctus eſt, in quem ſanguis a jecore per venam illam cavam influit. ¶ Venæ concidere dicuntur, quando deficiunt vires, & arteriarum pulſus languidus fit. *Celſ. l. 3. c. 5.* Si protinus venæ conciderunt. ¶ Venam incidere, eſt ſcalpello venam aperire. *ſaleſſare*. *Cic. in Piſon.* Medico, quam tecum eduxerat, imperaſti, ut venas hominis incideret. *Id. de Aruſp. reſp.* Et Medicum intromiſit ſuum, qui legato, ſocio, amico, libero fœdiſſime, & crudeliſſime venas incideret. ¶ Tranſlate venæ etiam de arboribus dicuntur. *Plin. l. 16. c. 38.* In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæque ſunt. ¶ Item de marmore, de ſilice, & aliis lapidibus. *Stat. 1. ſylv. 5.* Pictorata innumeris marmore vena. *Virg. 1. Georg.* Venæ ſilicis. ¶ Item ſic vocantur ſubterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. *Hirt. l. 4. B. Alex.* Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis habere venas. ¶ Item loca illa ſubterranea in metallifodinis, ubi ipſa minera metallica habetur continuata. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus. *Juven. ſat. 9. v. 31.* Accipimus tenue argentum, venæque ſecundæ, *di baſſa lega*. ¶ Per tranſlationem quoque vena uſurpatur pro natura. *Cic. 1. de Orat. c. 35.* Tenere, oportet, venas cujuſque generis, ætatis, ordinis. ¶ Item pro ingenio hominis ad aliquid agendum apto, pro indole, & vi genuina ingenii, tranſlatione ducta a fontibus, quorum alii anguſtiore vena manant, alii tanta, ut flumen ingens efficiant: vel a metallis, quorum etiam venæ non genere tantum, ſed & copia differunt. *Horat. l. 2. od. 18.* At fides, & ingenii benigna vena eſt, pauperemque dives me petit. *Id. de Arte, v. 409.* Ego nec ſtudium ſine divite vena, Nec rude quid proſit, video, ingenium. *Juven. ſat. 7. v. 53.* Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena. h. e. ingenium vulgare, & rude, commune cum aliis. ¶ Denique per Metalepſin pro virili inguine reperitur. *Martial. l. 11. epigr. 17.* O quoties rigida pulſabis pallia vena.

Venabulum, li, n. *ſpiedo da caccia*, Germ. *ſchweinſpieſſ*, Gal. *epieu*, Hiſp. *venablo*, ἀκόντιον, ὕσσος, telum, quo venatores utuntur non longiſſimum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Aut præclara beſtia venabulo transverberatur? *Martial. l. 14. epigr. 31.* Longo venabula roſtro. *Virg. 4. Æn.* lato venabula ferro.

Venafranus, a, um, quod ad Venafrum ſpectat. *Hor. l. 3. od. 5.* Tendens Venafranos in agros. *Juven. ſat. 5. v. 86.* Venafrano piſcem perfundit, at hic, qui Pallidus affertur miſero tibi caulis, olebit Laternam. h. e. optimo oleo. V. *Venafrum*.

Venafrum, n. 2. *Venafro*, urbs alias Campaniæ, in confin. Samnii, nunc in R. Neapolitano, in prov. Terræ Laboris, in colle, a Vulturno fl. nonnihil diſtans, a Lari fl. 10. M. P. in Or. Olei ferax. *Hor. l. 2. carm. od. 6.* Viridique certat bacca Venafro. *Martial. l. 13. epigr. 38.* Hoc tibi Campani ſudabit bacca Venafri.

Venalis, & le, o. 3. *venale*, *da vendere*, πράσιμος, ὤνιος, ὠνητός, quod vendendum eſt, vel venditioni expoſitum eſt. *Cic. 3. Off. c. 14.* Venales quidem hortos ſe non habere dixit. ¶ Aliquando ponitur pro avaro, ſordido, qui pecuniæ, aut obſonii gratia ſe ipſum venderet, obloqui facere recuſaret. *Salluſt. in Jugur. c. 35. de urbe Roma:* O urbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem invenerit. *Martial. epigr. 60. l. 3.* Cum vocer ad cœnam non jam venalis, ut ante. *Cic. pro Dom. c. 19.* Denique ille novitius Ligur, venalis aſcriptor, & ſubſcriptor tuus. *Id. Ver. 3.* Habere fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem venalem. ¶ Interdum venalis ſine ſubſtantivo ponitur, quod tamen facile ſubauditur. Igitur venales, ſi nihil addas, ſervi intelliguntur, qui ad vendendum ſunt expoſiti, & proprie novitii. Servorum enim alii novitii ſunt, alii veteratores. *Quintil. l. 8. c. 2.* Item quod commune eſt & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem, Romam accipimus, & venales, novitios, & Corinthia, æra, cum ſint urbes aliæ quoque, & venales multi, & tam aurum, & argentum, quam æs Corinthium.

Venalitas, atis, *venalità*, conditio alicujus rei, quæ vendibilis eſt. *Sidon. l. 5. ep. 13.* & *Cod. Juſtin. l. 4. tit. 53. leg. 1.*

Venaliter, adv. *venalmente*, ὠνητῶς, more vendentium, & ementium. *Sen. de Benef. l. 2. c. 11.* Ut moleſte extenuemus, idque non venaliter. Alii leg. *vernaliter*.

Venalitiarius, ii, m. ἀνδραποδοκάπηλος, mango, ſervorum negotiator. *Leg. 207.*

Digitized by Google

207. *ff. de V. S.* Marcis appellatione homines non contineri, Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait, & recte. *Ulpian. l. 7. ff. de legat.* 3. Vi venalitiariam artem exercebat.

Venalitium, ii, n. ἀνδραποδοκαπηλεῖον, locus, ubi mancipia venalia proſtant. *Venal. de ædil. edict. l. ult.* Nam quicunque ex venalitio novitiorum emptus alicui miniſterio propoſitus ſit.

Venalitius, ii, m. ἀνδραποδοκάπηλος, idem ac venalitiarius, qui ſcilicet greges mancipiorum venales habet. *Cic. in Orat. c. 70.* Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitii, mercatoreſque ſuperarunt.

Venalitius, a, um, *da vendere*, ὤνιος, idem ac venalis, & de ſervis dicitur. *Plin. l. 33. c. 10.* Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus, opprobriumque inſolentis fortunæ. *Pompon. l. 4. ff.* Quod ſi familiam domeſticam uxoris, aut venalitiam paravit. *Sueton. in Aug. c. 42.* Venalitias, & laniſtarum familias urbe expellere.

Venami, m. a. pop. Aquitaniæ, ad ſaltum Pyrenæum, inter Cocoſſates, & Onobriſates. *Plin. l. 4. c. 19.*

Venantius Fortunatus poeta Chriſtianus, Epiſcopus Pictavienſis, ſcripſit libros quatuor carminum de Vita S. Martini, & alia quædam, obiitque anno ſæculum Chriſti V.

Venaticus, a, um, *venatico*, *che appartiene alla caccia*, θηρευτικός, κυνηγετικός, quod ad venationem ſpectat, ut *Canes venatici*, quibus feras perſequimur. *Varr. l. 2. R. R. c. 9.* Canum duo genera, unum venaticum, & pertinet ad feras beſtias, ac ſylveſtres, alterum, quod cuſtodiæ cauſa paratur. *Cic. 6. Ver.* Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & perveſtigabant. ¶ Canum venaticorum elegantiſſime excogitata nomina habes apud *Ovid. 3. Metam.* ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Plaut. Capt. 1. 1. 17.* Prolatis rebus paraſiti venatici ſumus.

Venatio, onis, f. *caccia*, θήρα, κυνηγία, κυνηγέσιον, ferarum perſecutio. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantis cruditatem. ¶ Sumitur etiam pro ſpectaculo venatorio. Nam ad populi voluptatem ſervi & inter ſe pugnabant, qui dicebantur gladiatores, & cum beſtiis, unde beſtiarii appellati ſunt. *Cic. l. 7. Fam. epiſt. 1.* Reliquæ ſunt venationes, binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. Sed quæ poteſt eſſe homini polito delectatio, cum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo transverberatur? *Sueton. in Claud. c. 21.* Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interjecta per quinos miſſus venatione. h. e. quintuplici ferarum immiſſione edita. ¶ Item pro ipſa præda venatione parta, & quidem pro carne ferina, quia feras tantummodo beſtias venari ſolemus, *ſalvaticini*. *Liv. l. 35. c. 49.* Cum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa, & varia venatio, homo renidens, condimentis, ait, varietatem illam & ſpeciem ferinæ carnis ex manſueto ſue factum. *Celſ. lib. 5. cap. 26.* Et ovis, & venatio, & ſimilia cibo dari poteſt.

Venatitius, a, um, adject. *di caccia*, ut venatitia præda. *Ammian. l. 29. c. 18. & l. 30. c. 3.*

Venator, oris, m. *cacciatore*, θηρατής, θηρευτής, κυνηγέτης, qui venatur, qui feras perſequitur. *Cic. 2. Tuſc. c. 17.* Pernoctant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur. *Hor. l. 1. ode 1.* Manet ſub Jove frigido Venator teneræ conjugis immemor. ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Plaut. Mil. 3. 1. 14.* Venator adeſt noſtris conſiliis cum auritis plagis. *Cic. de nat. Deor. c. 30.* Speculator, venatorque naturæ.

Venatorius, a, um, *da caccia*, θηρατικός, quod ad venatorem ſpectat. *Plin. ep. 19. l. 3.* Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilis, ſumptus atrienſium, topiariorum, fabrorum, atque etiam venatorii inſtrumenti. *Nepos in Datam. c. 3.* Gerens in capite galeam venatoriam.

Venatrix, icis, f. *cacciatrice*, κυνηγέτις, quæ venatur. *Virg. 1. Æn. v. 319.* Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum Venatrix. ¶ Dicitur etiam de regione, in qua venatio fit. *Virg. 9. Æn.* Comitem Æneæ quem miſerat Ida Venatrix, jaculo celerem, levibuſque ſagittis.

Venatura, æ, f. *cacciagione*, idem ac venatio. Tranſlate *Plaut. Mil. 4. 1. 43.* Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus? h. e. ſermones noſtros, & facta clam indagare.

Venatus, us, m. idem ac venatio. *Cic. 6. Tuſc.* Labor in venatu, ſudor, curſus ad Eurotam, fames, ſitis. *Ovid. ep. 5.* Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos? ¶ Sumitur etiam tranſlate. *Plaut. Rud. 4. 3. 31.* Hunc qui cepi in venatu meo. h. e. piſcatu.

Vendax, acis, o. g. φιλοπράγμων, qui facile, ſeu libenter vendit. *Cato R. R. c. 2.* Patrem familias vendacem, & non emacem eſſe oportet.

Vendibilis, & le, o. 3. *vendibile*, Ger. *verkäufflich*, Gal. *vendible*, Hiſp. *vendible*, πωλητός, ὤνιος, quod facile vendi poteſt. *Cicer. 2. Agr.* Adjungetur etiam illa vendibilis Herculanea, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ. *Hor. l. 1. ep. 17.* Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus. *Varr. l. 1. R. R. c. 4.* Arbuſta, atque oliveta vendibiliorem agrum faciunt. ¶ Tranſlate ſumitur pro populari, pro eo, quod vulgo gratum eſt. *Cic. de Am. c. 25.* Tamen illius vendibilem orationem religio Deorum immortalium nobis defendentibus facile vincebat. h. e. favorem populi captantem. ¶ Item pro vulgari. *Cic. in Brut. c. 47.* Horum ætati prope conjunctus L. Gellius non tam vendibilis Orator, quam ut neſcires, quid ei deeſſet.

Vendico. V. Vindico.

Venditarius, a, um, *venale*, ὤνιος, quod venale eſt, ſeu quod vendere cupimus. *Plaut. Stich. 2. 1. 3.* Præter unam linguam quoque etiam venditariam.

Venditatio, onis, f. *oſtentazione*, ἐπίδειξις, ἀλαζονεία, actus venditandi, oſtentatio. *Cic. 2. Tuſc. c. 26.* Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione, & ſine populo teſte fiunt. *Id. de Amic. c. 30.* A multis virtus contemnitur, & venditatio quædam, atque oſtentatio eſſe dicitur.

Venditator, oris, m. *oſtentatore*, qui aliquid oſtentat, & jactat. *Tacit. 1. hiſt. c. 49.* Famæ nec incurioſus, nec venditator.

Venditio, onis, f. *vendizione*, *vendita*, πρᾶσις, πώλησις, actus vendendi. *Cic. pro R. Am. c. 38.* Oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amiſſurum. *Id. ibid. c. 44.* Quam ad diem proſcriptiones, venditioneſque fiant.

Vendito, as, 1. *deſiderare di vendere*, ἐπιπωλέω, vendere cupio, venale propono. Non enim frequentativum eſt, ſed deſiderativum. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Tuſculanum venditat, ut, ſi poſſit, emat Pacilianam domum. *Plin. l. 1. ep. 24.* Tranquillus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. ¶ Sed tamen interdum reperitur pro ſæpe, frequenter, continue vendere. *Plin. l. 22. c. 22.* Hæc eſt, quum Ariſtophanes Euripidi Poetæ objicit joculariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditaſſe, ſed ſcandicem. *Colum. l. 8. c. 18.* Cato tutor Luculli grandi ære piſcinas venditabat. ¶ Item pro paſſim vendere. *Cic. 4. Verr.* Iſtius omnia decreta, imperia, literas peritiſſime, & callidiſſime venditabat. ¶ Tranſlate ſumitur pro oſtentare, tracta ab inſtitoribus Metaphora, qui merces ſuas oſtentare præcupide ſolent. *Auct. ad Her. l. 2. c. 30.* Venditare ingenium, & oſtentare memoriam turpe eſt. *Liv. l. 3.* In foro volitare, per illos ſe plebi venditare.

Venditor, oris, m. *venditore*, πωλητής, πράτης, qui vendit. *Cic. 3. Off. c. 12.* Ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. *poſt red. in Sen. c. 4.* Mercatores provinciarum ii fuit, ac venditores noſtræ dignitatis.

Venditrix, icis, f. *venditrice*, quæ vendit. *Scævola l. 8. Dig. de lege commiſſor.* Teſtatus eſt, defuiſſe venditricem.

Venditus, a, um, nom. ex partic. *venduto*. *Colum. l. 8. c. 1.* Venditorum animalium pretium. *Martial. l. 10. epigr. ult.* Mero vendita ſæpe. *Senec. 6. de benef. c. 38.* Conſtat negotiatio ex empto, & vendito.

Vendo, is, didi, ditum, a. 3. *vendere*, מכר, Germ. *verkauffen*, Gal. *vendre*, Hiſp. *vender*, πωλέω, eſt aliquid alicui accepto pretio tradere, alienare, abalienare, venditionem facere. Contractum eſt ex integro venundo, quod dicitur quaſi venum do. Conſtruitur cum accuſat. & dativo, itemque cum genitivis *tanti*, *quanti*, &c. & cum ablativis, *magno*, *parvo*, &c. *Cic. 1. Agrar.* Silvam vero tu Scantiam vendas, nobis Conſulibus? *Id. 3. Offic. c. 12.* Vendo meum non pluris, quam cæteri, fortaſſe etiam minoris. *Id. 5. Verr. c. 53.* Quanti cujuſque decumas vendiderit. *Id. ibid.* Cur non ita magno vendidiſti? ¶ Item cum ablativo pretii determinati. *Id. pro Sext.* Id illi grandi pecunia vendidit. *Plaut. Merc. 2. 3. 93.* Viginti minis opinor poſſe me illum vendere. ¶ Tranſlate ſumitur pro laudare, commendare; ductum a mercatoribus: vero laudat venales, qui vult extrudere, merces, ut *Horat. l. 2. ep. 2.* loquitur. *Cic. Att. l. 13. ep. 12.* Ligarianam præclare vendidiſti: poſthac quidquid ſcripſero, tibi præconium deferam.

Venedi, m. a. *Venedæ*, pop. Germano-Sarmatiæ, valde extenſi inter Sarmatiam Europæam ad Or. Germaniam ad Occ. Æſtiæos ad Bor. & Baſtarnas, Peucinoſque ad Mer. ubi nunc magnus Ducatus Lithuaniæ, in R. Poloniæ, Junga a Finnonia in Auſtr. ſub quibus erant Venedi proprii, Carpini, Phinni, Galindæ, Sudeni, Caſtoboci, Igillanes, & aliquot alii minoris nominis. *Plin. l. 4. c. 13.*

Venefica, æ, *venefica*, *ſtrega*, φαρμακίς, φαρμακεύτρια, quæ venenum conficit. *Tacit. Ann. 13. c. 15. de Locuſta venenorum celebri artifice.* Nero lenti ſceleris impatiens jubere ſupplicium veneficæ. ¶ Ponitur etiam pro ea, quæ magicam artem exercet, & incantationibus nocet. *Ovid. ep. 6. v. 18.* Barbara narratur veniſſe venefica tecum. *Id. 3. Amor. el. 7. v. 79.* Venefica Circe. ¶ Uſurpatur & in maledictis. *Plaut. Epid. 2. 2. 37.* Viden' veneficam? *Ter. Eun. 5. 1. 9.* Quid ais, venefica?

Veneficium, ii, n. *veneficio*, φαρμακεία, crimen illud, quo quis alterum veneno necat. *Cic. pro Cluent.* Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide, & diffidenter attingere rationem veneficii criminum. *Tac. l. 12. Ann. 66.* Deligitur artifex talium, vocabulo Locuſta, nuper veneficii damnata. ¶ Per Synecdochen ſumitur pro arte malefica, incantatione magica. *Cic. in Brut. c. 60.* Idque veneficiis, & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat. ¶ Apud Romanos fuit crimen publicum. Hoc autem nomine appellabatur tum iſtud ſcelus, quo homines veneno, tum iſtud, quo magicis incantationibus interficiebantur, idque lege Cornelia, eratque capitale, ut patet ex damnatione Oppianici. *Cic. pro Cluent.* & *Juſtinian. l. 4. Inſtit.* ¶ Leges adverſus veneficium multæ fuerunt. Prima lata eſt anno U. C. 422. C. Valerio Flacco, M. Claudio Marcello Coſſ. qua 20 matronæ, quæ viros ſuos veneno de medio tollebant, quæſitum fuit, & centum, ac ſeptuaginta damnatæ ſunt. *Liv. l. 8.* Poſtea aliæ quædam leges conſecutæ ſunt, ut Cornelia L. Syllæ Dictatoris, & Julia C. Julii Cæſaris. Lex Cornelia omnes homines cujuſcunque conditionis, viros, mulieres, liberos, ſervos complectebatur, extendebaturque non modo ad eos, qui veneno aliquem ſuſtuliſſent, ſed etiam magicis incantationibus, item ad eos, qui mala medicamenta publica vendidiſſent. Permittebat autem reo, ut ſententiæ a Judicibus ex ejus voluntate, vel clam, vel palam ferrentur. *Cic. pro Cluent.* ¶ De hoc crimine judicium exercebatur ab uno ex Prætoribus quæſtionum perpetuarum. Sed tamen interdum etiam a Judice quæſtionis habebatur. *Manut. de legib. Romanis.*

Veneficus, i, m. *venefico*, *incantatore*, Germ. *giftig*, Gal. *qui empoiſonne*, Hiſp. *ponçonoſo*, φαρμακεύς, qui venenum in cibo, aut potu dat, & peculiariter qui animas ſepulcro evocat, atque incantationibus nocet. *Ammian. l. 10.* Siquis per monumentum tranſiſſe veſpere argueretur ut veneficus, ſepulcrorumque horrores, & errantium ibidem animarum ludibria colligens, reus capitis interibat. *Cic. 3. Off.* Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt. *Id. 2. Catil.* quis tota Italia veneficus? quis gladiator? &c. ¶ Uſurpatur interdum in maledictis. *Plaut. Perſ. 2. 4. 7.* Etiamne dicis, ubi ſit, venefice? *Terent. Eun. 4. 3. 6.* Ut ego unguibus illi in oculos involem venefico.

Veneficus, a, um, *venefico*, φαρμακευτικός, quod veneno inficit. *Plin. l. 28. c. 3.* Hominum monſtrificas naturas, & veneficos aſpectus plenius diximus. *Solin. c. 5.* Veneficus vermis.

Venenarius, ii, m. *venditor di veleni*, φαρμακοπώλης, qui parat, vel conficit, aut vendit venena. *Suet. in Ner. c. 33.* Quod acceptum a quadam Locuſta venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, &c. ¶ Adjective, venenarius calix, h. e. veneno temperatus, legitur apud *Tertull. de reſurr. carn. c. 16.*

Venenatus, a, um, *avvelenato*, *attoſſicato*, φαρμακτός, φαρμακώδης, ἰώδης, veneno infectus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Auditum eſt, pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere. *Id. 2. de Divin.* Talum venenatum. ¶ Sæpe ſumitur pro venenoſo, pro eo, quod naturaliter in ſe venenum habet. *Plin. l. 8. c. 58.* In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus. *Id. l. 32. c. 2.* Nihil venenatius, quam in mari paſtinaca. *Tertul. de Baptiſm. c. 1.* Vipera venenatiſſima. ¶ Accipitur etiam pro magica arte incantato. *Ovid. 14. Met.* Illa paventum Ora venenata tetigit mirantia virga. ¶ Significat etiam tinctum, colore imbutum. Hinc venenatum dictum eſt pallium Flaminicæ, quod flammeo colore tinctum erat. *Serv.* in illud *Virg. 4. Æn.* Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Veteri, inquit, cæremoniarum jure præceptum eſt, ut *Flaminica* venenato operta ſit. Operta autem cum dicitur, pallium ſignificatur. Venenatum autem, infectum, quod ipſe ait in Bucolicis: *Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.* Et mox: Flaminicam habere præcipitur arculum, ricam, venenatum, ſibulum. *Idem ad illud Æn. 7.* Purpureos moriturus manu diſcindit amictus: Rem, inquit, quæ Flaminicæ competit, tranſtulit ad Reginam. Flaminica enim venenato operiri debet. Nam cum unctam dicit, opertam dicit, quæ res ad pallium refertur. Hæc *Servius*.

Veneni, m. a. pop. Ligurum, citra Alpes. *Plin. l. 3. c. 5.*

Venenifer, ra, um, *velenoſo*, φαρμακοφόρος, veneficus, venenoſus, venenum afferens. *Ovid. 3. Met. v. 85.* Jamque venenifero ſanguis manare palato Cœperat.

Veneno, as, a. 1. *avvelenare*, φαρμάσσω, veneno inficio, corrumpo. *Lucr. l. 6. v. 820. de Averno:* Ut ſpatium cœli quadam de parte venenet. ¶ Uſurpatur etiam pro colore tingere. *Cn. Mattius apud Gellium l. 10. cap. 9.*

e. 9. Jam tonſiles tapetes ebrii fuco, Quos conchæ purpura imbuens venenavit.

Venenōſus, a, um, adject. *velenoſo*. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Venenoſæ iſtæ capræ, eæ enim novella ſata carpendo corrumpunt. Alii leg. *veneno, ut iſtæ capræ*, &c. *Theodor. Priſcian. c. 10.* Venenoſæ potiones. *Auguſtin. de Geneſ. ad lit. l. 8. c. 13.* Venenoſe herba.

Venēnum, i, n. *veleno, toſſico*, ארס, Ger. *gifft*, Gal. *poiſon*, Hiſp. *ponçona*, φάρμακον, pharmaci genus, quo animalia necantur. Vox media eſt, & tam in bonam, quam in malam partem ſumi poteſt: eſt enim venenum proprie quilibet ſuccus, aut liquor medicatus, qui vel nocendi, vel medendi vim habet. *Cajus l. 236. Dig. de V. S.* Qui venenum dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum &c. *Cic. pro Cluent. c. 54.* Qui venenum malum fecit, fecerit. *Prudent. in Hamartig. v. 530.* Quid loquar herbarum fibras medicante veneno Tinctas, letiferos fudiſſe pericula ſuccos. Ubi venenum *medicans* pro ſano medicamine poſuit, ut ex ſequentibus apparet. ¶ Sæpiſſime tamen accipitur pro pharmaco noxio. *Cic. pro Cluent.* Omnia præterea, quæ ſolent eſſe indicia, & veſtigia veneni, in illius mortui corpore fuerunt. *Id. 2. Catil.* Hi pueri tam lepidi, ac delicati ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. *Id. Phil. 11. 2. 6.* Venenum alicui infundere. *Id. pro Cluent. c. 60.* Veneno aliquem tollere. ¶ Uſurpatur quoque pro ſucco, ſeu colore quo aliquid tingitur. *Virg. 2. Georg.* Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno. h. e. purpura. *Ovid. de remed. Amor. v. 351.* Tum quoque, cum poſitis ſua collinet ora venenis, Ad dominæ vultus, nec pudor obſtet, eas, Pyxidas invenies, & rerum mille colores, &c. ¶ Item pro medicamento, ſive unguento, quale eſt oleum cedrinum, myrrha, aloe, & hujuſmodi aromata, quibus cadavera perfunduntur, ne putreſcant. *Lucan. l. 8. de capite Pompeii exſecto:* Et infuſo facies ſolidata veneno eſt. ¶ Item pro arte magica, vel alia malefica. *Cic. in Or. c. 37.* Cum ſibi venenis ereptam memoriam diceret. *Horat. epod. 5.* Venena magnum fas nefaſque, non queunt convertere humanam vicem. ¶ Tranſlata ponitur pro peſte, pernicie. *Catull. carm. 78. in Rufum:* heu noſtræ crudele venenum vitæ! *Afran. apud Non. c. 2. n. 1.* Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio, hæc ſunt venena formoſarum mulierum. h. e. hæ ſunt artes, & delinimenta, quibus viros in perniciem trahunt.

Vēneo, is, ivi, vel ii, ſine ſup. n. paſſ. anom. *eſſere venduto*, נמכר, Ger. *verkauſſt werden*, Gal. *etre vendu*, Hiſp. *ſer vendido*. πωλοῦμαι, venum eo. Dicitus quaſi venum eo, ut bene cenſet *Perottus*. Scribitur ſine diphthongo, quod & *Manut.* probat in *Orthograph.* Etſi aliqui per *æ* diphthongum ſcribendum putent, ut differat a *venio*. *Plaut. Men.* Quibus hic pretiis porci veneunt? *Cic. pro Roſ. Amer. c. 43.* Primum hoc videamus, ejus hominis bona qua ratione venierint, aut quo modo venire potuerint. *Id. de Aruſp. Reſp.* Atque ut ſe ſe, cui toties venierat, etiam vobis inſpectantibus venditaret. *Id. Marco l. 7. Fam. ep. 21.* Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud venire quam plurimo. *Quintil. l. 12. c. 1.* Ab hoſte venire. *Nepos in fragm. c. 8.* Purpuræ libra denariis centum venibat.

Venĕor, iris, paſſ. anom. idem ac veneo, apud veteres. *Plaut. apud Diomed. l. 1. c. de ſponſ. præteriti perfecti:* Ego ne illi venear?

Venerābĭlis, & le, o. 3. *venerabile*, נכבד, Ger. *ehrwürdig*, Gal. *venerable*, Hiſp. *venerable*, σεβάσμιος, σεμνός, qui cultu, & veneratione dignus eſt. *Virg. 6. Æn.* Ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ longo poſt tempore viſum. *Liv. l. 1. c. 7.* Venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentæ matris. *Hor. l. 2. ſat. 5.* Ante larem guſtet venerabilior lare dives. ¶ Sumitur interdum active pro eo, qui alterum veneratur. *Val. Max. l. 2. c. 1. n. 15.* Senatus noſtræ civitatis venerabilior in Deum. Adde *l. 2. c. 4. n. 4.*

Venerābĭlĭter, adv. *venerabilmente*, cum veneratione. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 11.* Servius his dictis venerabiliter aſſenſus, obticuit. *Valer. Max. l. 5. c. 1. n. 5.* Victimam venerabiliter exceperunt.

Venerābundus, a, um, *riverente, con riverenza*, σεβόμενος, cum veneratione aliquid faciens. *Liv. l. 5. c. 41.* Haud ſecus quam venerabundi intuebantur in ædium veſtibulis ſedentes viros. *& c. 22.* Venerabundi templum iniere.

Venerandus, a, um, *venerando, venerabile, reverendo*, σεμνός, venerabilis, partic. vel gerund. a veneror. *Cic. 2. Agr.* Non nos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis, & colendos putatis? *Virg. 9. Æn.* Te vero, mea quem ſpatiis propioribus ætas Inſequitur, venerande puer, jam pectore toto Accipio. ¶ Cum genitivo interdum Græca conſtructione jungitur. *Silius l. 16. v. 249.* O ſuperi venerande Syphax.

Veneranter, adv. *riverentemente, venerabilmente*, σὺν αἰδοῖ, cum veneratione. *Tertull. carm. de Judicio Dom.* Submiſſique omnes genibus veneranter adorant.

Venerarii, orum, m. qui parant pocula amatoria, vel magicis artibus amorem conciliant. *Tertull. de pudic. cap. 5.* ubi plerique alii leg. *venenarii*.

Venerātio, onis, f. *venerazione, riverenza*, σέβασμα, αἰδώς, actus venerandi, cultus, honor. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 17.* Habet enim venerationem juſtam, quicquid excellit. *Plin. l. 8. c. 1.* Solis, ac Lunæ veneratio. ¶ Secundum fabulas Veneratio Dea quædam eſt, filia Plutonis, uxor Honoris, ex quo Majeſtatem peperit. *Bocc. l. 8. Gen. Deor. c. 7.*

Venerātor, oris, m. σεβαστής, qui veneratur, cultor. *Ovid. l. 2. de Ponto el. 2.* Ille domus veſtræ primis venerator ab annis.

Venerātus, a, um, σεβασθείς, partic. a veneror. *Tibul. l. 1. el. 5.* Et tantum venerata virum hunc ſedula curet. ¶ Sumitur etiam paſſive pro rogato, adorato, *onorato, adorato, pregato*. *Hor. l. 2. ſat. 2.* Ac venerata Ceres, ut culmo ſurgeret alta.

Venerĕus, & Venerius, a, um, adjectiv. *venereo*, ἀφροδισιακός, quod ad Venerem pertinet. *Cic de Sen. c. 14.* Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam confecto ætate quæreret, uteretur ne rebus Venereis: Dii meliora, inquit. *Id. 4. Tuſc. c. 32.* Et, ut turpes ſunt, qui efferunt ſe lætitia tum, cum fruuntur Venereis voluptatibus. ¶ Sumitur etiam pro eo, qui Veneris cultui addictus eſt. *Plaut. Rud. 2. 3. 20.* Sacerdos Veneria. *Cic. pro Cluent. c. 15.* Ut in Sicilia permulti Venerii ſunt. *Id. Verr. 7. c. 54.* Iſte autem homo Venerius, & affluens omni lepore, & venuſtate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem poſuit. ¶ Item pro Venereis voluptatibus dedito, pro ſalaci, libidinoſo. *Gell. l. 7. c. 8.* Delphinos venereos eſſe, & amaſios, non modo hiſtoriæ veteres, ſed recentes quoque memoriæ declarant. ¶ *Jactus venereus*, jactus Venereus in ludo talorum, qui erat feliciſſimus. *Cic. 1. de Divin. c. 13.* Quatuor talis jacto caſu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, ſi quadringentos talos jeceris, caſu futuros putas? V. *Venus*. ¶ *Pira Veneria*, genus pirorum. *Plin. lib. 15. cap. 15.* Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, Venereiſque, quæ colorata dicunt. Adde *Col. lib. 5. cap. 10. & l. 12. c. 10.*

Venerivăgus, a, um, adject. qui modo cum hoc, modo cum illo ſcorto venerem exercet. *Varr. apud Non. c. 1. n. 223.* Excitavit omnes Venerivagos pueros.

Venĕris Portus, Veneris Pyrenææ Portus, *Port Vendres*, portus peramplus Galliæ Narb. in Com. Ruſcinonenſi, ad red. Pyrenæorum M. in ora maris Med. in ipſo limite Hiſpaniæ, & Cataloniæ, prope Caucoliberim. *Pomp. Mela l. 2.* ¶ Item *Porto Venere*, oppidulum oræ Liguſticæ, cum arce, contra Portum Ericis opp. ab oſtiis Macræ 3. M. P. in Occ. quanta eſt latitudo Portus Lunenſis, Genuam verſus 55.

Venĕro, as, n. 1. Venerem exerceo, coeo. *Hygin. fab. 75.* Paſtor dicitur dracones venerantes baculo percuſſiſſe. ¶ *Venero* pro *veneror* V. in dictione ſequenti.

Venĕror, aris, d. 1. *venerare, riverire, onorare, adorare*, כבד, Ger. *verehren*, Gal. *reverer*, Hiſp. *acatar*, σέβομαι, προσκυνῶ, colo, honore, cultu, & obſervantia proſequor. Videtur eſſe a *venor*, judice Feſto. Non abſurde etiam deduxeris a *venia*, ut venerari ſit veniam a Diis veposcere. *Cic. 6. Verr. c. 43.* Quod in precibus, & gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam oſculari ſolent. *Id. 1. Tuſc. c. 51.* Eumque juventus, & principi gratias exultantes agunt, eumque venerantem ut Deum. *Tacit. Ann. 16. c. 4.* Flexus genu cœtum illum manu veneratur. *Sueton. in Claud. c. 12.* Voce, manuque venerari. Eſt autem *manu venerari*, manum ori admovere, & oſculari, deinde demittere honoris cauſa. Venerari voce eſt verba dicere venerationem teſtantia. ¶ Interdum venerari eſt enixe precari, optare, vehementer cupere. *Plaut. Aulul. prol. v. 7.* Venerans me, ut id ſervarem ſibi. *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 8.* Si veneror ſtultus nihil horum. ¶ *Venero*, active forma quidam leg. apud *Plaut. Bacch. 2. 1. 4.* ubi tamen alii *veneror* reponunt. Eadem lectionis varietas eſt *Trucul. 2. 5. 23.*

Venĕti, m. 2. *Veneti*, Ἐνετοί, pop. Italiæ, in Gallia Tranſpadana, ſupra Cenomanos, & infra Carnos, quorum regio Venetia, ita dicti ab Henetis pop. Paphlagoniæ, aſpiratione H in V conſonantem mutata. Nam Troja everſa Heneti, & magna pars Trojanorum, duce Antenore, in intimum maris Hadriatici ſinum pervenerant, pulſiſque Euganeis, qui inter Alpes, & mare incolabant, eas occuparunt terras, & ubi primum egreſſi ex navibus ſunt, oppidum condiderunt, quod de nomine ſtrictæ patriæ appellarunt Trojam. *Sigon. de ant. jure Italiæ l. 1. c. 23.* Sed alii ſeſe eodem Sigonio cenſent, Venetos ex Tranſalpina Gallia, ab ultimis Oceani partibus, in Italiam veniſſe. Quicquid agri ab Occ. Atheſi, ab Or. ſinu Hadriatico, a Sept. Natiſone fl. a Mer. Pado eſt comprehenſum, id totum fuit Venetorum. Erant igitur, ubi hodie Marchia Tarviſina, pars Occidentalis Fori Julii, agri Vicentinus, & Patavinus, Ducatus Venetus, & minima pars Ferrarienſis. ¶ Quo tempore Veneti a Romanis victi, aut omnino bello petiti ſint, incertum eſt. Cum nullo ſe aut Cenomanorum, aut Carnorum finitimorum bello implicuerint, veriſimile eſt, ſponte ſe fidei, ac poteſtati Romanorum permiſiſſe. Sane Romani, & Veneti juxta communem opinionem ejuſdem gentis erant. Societatem enim cum Romanis inivere ante Hannibalis in Italiam adventum, ut Polybius tradit: quam amicitiam nulla occaſione, vel nullo potius rerum Italiæ motu violarunt, ſed in perpetuum coluerunt. Paruerunt tamen & ipſi Prætori, qui Galliam Tranſalpinam cum imperio obtinebat, ideo in provinciæ formam redacti fuerunt. Civitatem Romanam adepti ſunt anno U. C. 664. lege Pompeja. *Sigon. de antiq. jure Italiæ lib. 1. cap. 4.* ¶ Veneti item, pop. Galliæ Lugdunenſis, ſive Celticæ, in Britannia minore, ubi nunc Diœceſis Venetenſis, *le Diocese de Vannes*, inferiore in parte Britanniæ min. verſus Oceanum Aquitanicum, quorum caput Venetiæ, ſeu Dariorigum Venetorum. *Plin. l. 4. c. 18.*

Venetĭa, æ, f. 1. *Marca Trevigiana*, regio ampla Italiæ. *Plin. l. 3. c. 18.* Terminatur ab Occ. Addua fl. quo ab Inſubria ſeparatur, ab Or. Timavo fl. quo ab Iſtris dividitur, a Sept. Alpibus Rhæticis, & Juliis, quibus ſeceruntur a Rhætia, & Norico, a Mer. Pado fl. quo a Gallia Togata ſejungitur. Olim quidem Atheſis fl. Thuſcos per Galliæ Ciſalpinæ partem illam ſparſos ſeparabat a Venetis, ſed Thuſcis per Gallos ejectis factus eſt limes Venetiæ, & Galliæ Ciſpadanæ alveus extimus Padi, vulgo *il Po d' Argenta*. Quare a *Propertio* Eridanus Venetus nominatur. Olim etiam ab Iſtris Veneti ſeparati ſunt fluvio Timavo, poſtea a Carnis Tilavempto fl. Sed procedente tempore factum eſt, ut Carni Venetis, quorum nomen late patebat, attributi eorum etiam ſibi nomen aſciverint, & Venetiam regionem uſque ad Iſtriam ſibi finitimam propagarint. ¶ Quod eidem ſine dubio intellexiſſe Catonem in Epitomis Italicarum Originum, cum Venetiam ſcripſit ab Iſtria uſque ad Padi oſtia pertinere. *Sigon. de antiq. jure Italiæ l. 1. c. 23.* Hodie in tres partes dividitur. Pars Occidua inter Adduam, & Atheſim fl. *Lombardia* nominatur, ſeu ſub Longobardia continetur. Longobardia enim latius patet, Inſubres, & alios populos continens. Inter Atheſim, & Liquentiam fl. quorum hic Venetos proprios dividit a Carnis, dicitur *Marca Trevigiana*. Reliquum, in quo Carni, & Forojulienſes ſunt, uſque ad Timavum, *Friuli, & la Patria* nominatur.

Venetĭæ, arum, f. 1. Ital. *Venezia, Vinegia*, Gal. *Veniſe*, Angl. *Venice*, Ger. *Venedig*, Ἐνετία, urbs Italiæ, inter ſtagna Hadriatica, condita eo tempore, quo Attila Rex Hunnorum Aquilejam evertit, caput Reipublicæ Venetæ, emporium maximum ab omnibus nationibus frequentatum, cum armamentario, & portu percelebri. ¶ Venetiæ etiam, Venetiæ, Dariorigum Venetorum, *Vannes*, urbs Galliæ Lugdu. prope æſtuarium *le Morbihan*, cum caſtro antiquo, *l'Hermine* dicto, ab Oceano vix 2. l. in Bor.

Venetiāni, m. 2. homines factionis Venetæ, in Circo; vel qui ei factioni ſavent. *Inſcript. apud Gruter. pag. 1075. n. 9.* Victoria Venetianorum. *Capitolin in Vero, c. 6.* Multas a Venetianis eſt paſſus injurias, quod turpiſſime contra eos faceret.

Veneticæ inſulæ, dicuntur inſulæ quamplurimæ in mari in ora Auſtrali Britanniæ minoris, quarum caput *Belle Isle*. *Plin. l. 4. c. 19.* ¶ Ita autem appellantur, quia ſunt proximæ Venetis populis Galliæ.

Venĕtus, a, um, o. 5. 2. *Veneto*, Ἐνετικός, quod ad Venetos ſpectat. *Propert. l. 1. el. 12.* Quantum Hiſpania Veneto diſſidet Eridano. ¶ Venetus color, *verde marino, verdiccio*, idem ac callaicus, ſeu cæruleus, color ſimilis maris fluctibus, quem vulgo dicimus viridem marinum. Probatur *Vegetii* auctoritate, qui *l. 4. c. 37.* ait, nautas colore Veneto debere indui, & vela exploratoriarum navium debere ejuſdem eſſe coloris, quo ſimilitudine coloris marini facilius lateant, hoſtileſque oculos fallant. Item *Lampridii in Heliog. c. 24.* ubi ait, Heliogabalum voluiſſe piſces eoque conditura Veneta, quo non alio colore menſis inferretur, quam quo in aquis eſſent vivi. Quidam eundem cenſent eſſe, atque thalaſſinum, ſeu thalaſſicum, & cumatilem. Sane thalaſſinus dicitur a Græco θάλασσα, id eſt mare. Et cumatilis eſt ἀπὸ τῶν κυμάτων, hoc eſt a fluctibus. Sed non ideirco hoſce omnes colores eundem eſſe putandum eſt. Namque alius color maris in litore, alius in profundo, item alius placidi, alius turbidi maris. Igitur color *Venetus* eſt color maris placidi in litore, *thalaſſinus* maris placidi in profundo, *cumatilis* maris turbidi. Nam color thalaſſinus idem eſt, ac ferrugineus, ut conſtat ex illo *Plaut. Mil. a. 5. ſc. 4.* Palliolum habeas ferrugineum, nam is color thalaſſicus eſt. Ferrugineus autem color conſtat ex

Digitized by Google

ex miſtura nigri, & rubri, & eſt vitioſus purpuræ ſubnigræ. Sunt, qui cenſeant, colorem Venetum eundem eſſe, ac vitreum. Unde & apud Lampridium vulgarem lectionem immutatam eunt, quia is in Heliogabalo Venetum, & vitreum, ut diverſos conjungat. Sed affines ſunt colores, idem non ſunt, quia vitreus eſt Veneto remiſſior, clariorque. *Lamprid. loc. cit. c.* 19. Æſtiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie praſinum, vitreum, alia die venetum, & ſic deinceps exhiberet. ¶ Hinc Veneta dicta eſt una ex quatuor factionibus aurigantium (V. *Factio*) quia Veneto colore utebatur. *Suet. in Vitell.* 2, 14. Quoſdam, quod Venetæ factioni maledixerant, interemit.

Venia, æ, f. *facoltà*, *licenza*, *ἐξουσία*, facultas, permiſſio, indulgentia, beneficium. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 14. Veniam ad vos, ſi mihi Senatus det veniam. *Cic.* 1. *de Or.* Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter perſequamini. h. e. date hoc beneficium, concedite. *Plin. l.* 5. *ep.* 8. Ideoque interim veniam (ne e forenſibus verbis recedam) advocandi peto. h. e. ut liceat ab advocatione ceſſare. ¶ *Bona venia*, vel *bona cum venia*, eſt liberali permiſſione, æquo animo, aliquo permittente. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Ut moleſte ferrem tantum ingenium (bona venia me audire) in tam leves, ne dicam in tam ineptas ſententias incidiſſe. *Id.* 3. *de Leg.* Quare, frater, bona tua venia dixerim, iſta ſententia maxime & fallit imperitos, & obeſt ſæpiſſime Reipublicæ. *Id. pro R. Am.* Vos oro, ut attente, bonaque cum venia mea verba audiatis. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *in fine.* Venia dicto ſit. *mi ſi permetta il dirlo.* ¶ Sæpe ſumitur pro remiſſione culpæ, condonatione erroris, *perdono*, *perdonanza*, *remiſſione*, מחילה, Germ. *verzeihung*, Gal. *pardon*, Hiſp. *perdon*, *συγγνώμη*. *Cic. pro Lig.* Cum a te non ſolum liberationem culpæ, ſed errati veniam impetraviſſent. *Id. in Piſon.* Cui non apud Senatum, non apud ullum Ordinem, &c. non in Italia maximorum ſcelerum venia ulla ad ignoſcendum dari poſſit. ¶ *Cum venia legere*, eſt excuſare, ſiquid minus probabile occurrat, non nimium rigide examinare, ſed inter legendum ad quædam connivere. *Quinctil. l.* 10. *c.* 1. Habent alii quoque Comici, ſi cum venia legantur, quædam quæ poſſis decerpere.

Veniabilis, le, adject. idem quod venialis. *Sidon. l.* 9. *ep.* 1. Neſcio, qualiter fieri veniabile queat. *Prudent. Hamartig. v.* 935. Spem capio, fore quidquid agri, veniabile apud te.

Venialis, le, o. 3. *veniale*, *συγγνώμης ἄξιος*, quod venia dignum eſt. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c. ult.* Si venialis erit iſta tranſlatio. *Ammian. l.* 28. *c.* 27. Venialem pacem poſcere. *Sidon. l.* 8. *ep.* 13. Venialibus erratis implicari.

Veniculа, læ, f. ſpecies uvæ, inter optimas deflorеſcentes enumerata a *Plin. l.* 14. *c.* 2.

Veniens, entis, o. g. *ἐρχόμενος*, partic. a venio. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 4. Non enim ſumus omnino ſine cura venientis anni. ideſt conſequentis. *Virg.* 5. *Æn.* Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. ideſt creſcens, ut ait *Servius*. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 639. Veniens ætas. h. e. poſteritas.

Venilia, æ, f. maris acceſſus, & incrementum, ſicut *Salacia* eſt receſſus & decrementum. V. *Salacia*. ¶ Eſt etiam hoc nomen Nymphæ, vel Dea maris, Fauni uxor, ſoror Amatæ Latini regis conjugis, & Turni mater. *Virg.* 10. *Æn. v.* 76. Indignum eſt, patria Turnum conſiſtere terra, Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater.

Venio, is, ni, ventum, n. 4. *venire*, בא, Ger. *kommen*, Gal. *venir*, Hiſp. *venir*, *ἔρχομαι*, *ἥκω*, eſt ire locum illum verſus, ubi aliquis exiſtit, a *βαίνω*, *eo*, *incedo*. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 11. Ne hoſpes plane veniam. *Id. lib.* 4. *ep.* 10. Cura igitur, ut quam primum venias. ¶ Vel cum acc. aut cum adver. motus ad locum. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 5. Tralles veni ad 6. Cal. Sextilis. *Id. Fam. ep.* 3. Qui valetudinis cauſa in hæc loca veniant. *Id. l.* 16. *ep.* 3. Me quam primum ad urbem venire. *Id. ad Capiton. poſt epiſt. l.* 16. *ad Att.* Nunquam putavi fore, ut ſupplex ad te venirem. ¶ Poetæ interdum in his præpoſitionem omittunt. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 66. rapidum Cretæ veniemus Oaxem. *Id.* 2. *Æn. v.* 642. tumulum antiquæ Cereris, ſedemque ſacratam venimus. ¶ Vel cum abl. motus de loco. *Plaut. Amph. prol. v.* 40. Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 12. Sexto die Delum Athenis venimus. ¶ Vel cum dativo, qui reſolvi poteſt in accuſativum mediante præpoſitione *in*, vel *ad*. *Virg.* 1. *Æn.* Hinc populum late regem, belloque ſuperbum Venturum excidio Lybiæ. ideſt ad excidium, vel in excidium. Sic *Liv. l.* 9. *c.* 43. Auxilio venient cliqui. ¶ Vel cum accuſ. viam. *Cic.* 3. *Phil.* Quis, qui neſciebat, veniſſe eum tot dierum tibi viam gratulatum? ¶ Vel cum infinito. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 17. Pareſitus modo venerat aurum petere. ¶ Interdum ponitur pro *ire*, quemadmodum *eo* pro *venire*. *Ter. Andr.* 2. 5. 3. Propterea nunc hunc venientem ſequar. *Cic. l.* 1. *Fam. epiſt. ult.* Nam, illo ſi veneris, tanquam Ulyſſes cognoſces tuorum neminem. ¶ Tranſlate ſumitur pro afferri, deferri. *Cic. ad Brutum l.* 11. *epiſt.* 24. Quod ſcribis, in Italia te moraturum, dum tibi litteræ meæ veniant. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni aſſes. ¶ Item pro creſcere, provenire. *Virg.* 2. *Georg.* de arboribus, Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipſæ Sponte ſua veniunt. *Idem ibid.* Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ. ¶ Item pro accidere, evenire, contingere. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 21. Emiſſe te prædium, vehementer gaudeo, feliciterque rem tibi iſtam venire cupio. Alii plerique leg. *evenire*. *Celſ. l.* 7. *c.* 27. Solet vero ſub ejuſmodi victu venire, ut alvus non reddatur. ¶ Item pro ingredi, ad compoſitionem aptum eſſe. *Quinctil. l.* 9. *c.* 4. Horum pedum nullus non in orationem venit. ¶ Item pro devolvi, referri, pervenire. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ad quem dolor veniat, ad eundem neceſſe eſt interitum venire. *Id.* 3. *Verr. c.* 10. Hæreditas mihi venit a patre. *Id.* 2. *Invent. c.* 45. Res mihi venit hæreditate. ¶ Item pro incidere, adduci. *Cic. Verr.* 2. Venire in diſcrimen exiſtimationis. *Id. pro Quint.* Non in eam turpitudinem veniſſe, ut &c. *Id.* 2. *de Finib. c.* 24. Ne in odium veniam, ſi amicum deſtitero tueri. ¶ Item pro cadere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 87. Venire ſub aſpectum. ¶ Item pro eſſe, adeſſe. *Tibull. l.* 1. *eleg.* 2. cum fletu nox vigilanda venit. h. e. vigilanda eſt. *Senec. Med. v.* 686. Quærens, quibus mortifera veniat. ¶ Denique infinitas prope admittit tranſlationes, & ſignificat ſecundum caſum, qui ei adjungitur. Igitur *ad arma venire*, eſt rem eo uſque progredi, ut pugna, vel bellum ex ea emergat. *Cic.* 6. *Verr.* Propter æs alienum venire ad arma. ¶ *In buccam venire*, proverbialiter eſt occurrere, in mentem venire. *Cic. Attic. l.* 1. *epiſt.* 10. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, ſcribito. ¶ *In cognitionem venire*, eſt cognoſci. *Quinctil. l.* 7. *c.* 3. Poteſt hoc genus in cognitionem venire Senatus. ¶ *In confeſſum venire*, eſt notum, & manifeſtum eſſe. *Plin. epiſt.* 85. *l.* 10. Ut neceſſe ſit in ea re, quæ & in confeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare. ¶ *In conſilium alicujus venire*, eſt una cum eo deliberare. *Cic. Attic. l.* 10. *epiſt.* 1. Veniendum ne ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. ¶ *In crimen venire*, eſt accuſari. *Ter. Hec.* 3. 1. 35. Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum. ¶ *Venire in fidem alicujus*, eſt ſeſe dedere. *Liv. l.* 26. Prodita brevi ſunt viginti oppida, ſex vi capta, voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. ¶ *Ad manus venire*, eſt venire ad arma. *Cic.* 7. *Verr.* Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. ¶ *Venire in manus* eſt pervenire, tractari, divulgari. *Quintil. in epiſt. ad Tryph.* Libri veniunt in hominum manus. ¶ *In mentem venire*, eſt occurrere, ſuccurrere, & non ad recordationem tantum eſt, ſed etiam ad conſiderationem, & intelligentiam. *Terent. Eun.* 2. 2. Hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi. *Lucret. lib.* 3. Et venit in mentem Solis, Lunæque viarum. hoc eſt ratio, modus. *Cic.* 1. *Verr.* In mentem tibi non venit, quid negotii ſit cauſam publicam ſuſtinere? *Id.* 5. *Fin.* Venit enim mihi Platonis in mentem. ¶ *In opinionem venire*, eſt opinionem eſſe de aliquo. *Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 10. In eam opinionem Caſſius venerat, quæ diripuiſſet ipſe, ut viderentur ab hoſte vaſtata, finxiſſe bellum, *ovvi opinione, che Caſſio* &c. Significat etiam opinari, opinionem habere. *Nepos in Attico*, *c.* 9. Nemini in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. ¶ *In religionem rem aliquam venire*, eſt conſcientiæ ſcrupulum de ea exoriri, ut vulgus loquitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* ſtemque illam in religionem populo veniſſe ſentiret. ¶ *In ſuſpicionem venire*, eſt ſuſpectum fieri aliis. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 10. Siquam in ſimilem ante ſuſpicionem venerit. ¶ Eſt etiam ſuſpicionem habere, ſuſpicari. *Nepos in Pauſan. c.* 4. Cum ei in ſuſpicionem veniſſet, aliquid in (epiſtola) de ſe eſſe ſcriptum. ¶ *Venire in conſuetudinem proverbii*, eſt in proverbium tranſire. *Cic.* 2. *Offic. c.* 15. Jam in proverbii conſuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Dicitur etiam, *venire in proverbium*. *Liv. l.* 40. ¶ *Venire in vitam* eſt in lucem prodire, naſci. *Cic.* 1. *de leg. c.* 22. Intelliget, quemadmodum a natura ſubornatus in vitam venerit. ¶ *Venire in contemptionem*, aut *in contemptum* eſt contemni, deſpici. *Caſ. l.* 3. & 5. *B. Gall.* ¶ *Venire in dubium* res aliqua dicitur, de qua dubitatur. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 13. Alii capti, alii interclusi non venirent in dubium de voluntate, *non ſi dubitava della loro volontà*. *Id. pro Quint. c.* 2. Non eo die, quo mihi veniat in dubium tua fides. ¶ *Venire in ſpem* eſt ſperare. *Cic.* 4. *de Or.* Nonnullam in ſpem veneram, poſſe me &c. ¶ *Uſus venit*, idem eſt ac contingit, accidit. *Ter. Heaut.* 3. 2. 42. Non uſus veniet, ſpero. & *v.* 46. De iſtoc, ſi uſus venerit, videbimus, quid opus ſit. *Uſu venire*, eſt contingere, evenire, accidere. *Cic. Attic. l.* 7. *epiſt.* 26. Nunc venit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis. ¶ *In uſum venire*, eſt uſitatum fieri. *Plin. l.* 24. *c.* 11. Nec thus Latinum nomen habet, cum in uſum plurimis modis veniat. ¶ Jungitur hoc verbum libenter cum ſupinis verborum, ut venire oratum. *Caſ. l.* 1. *B. Gall.* Venire emptum. *Cic.* 4. *Verr.* Venire ereptum. *Ter. Eun.* 4. 6. &c. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cic. pro Quinct.* Ad me ventum eſt. *Plin. ep.* 13. *l.* 9. Venitur ad me, conſurgo. ¶ Olim habuit futurum indicativi etiam *venibo* pro *veniam*. *Pompon. apud Non. cap.* 10. *n.* 32. Sero eſt, ſexta, ſi tibi placet, venibo. ¶ Participia *venturus*, & *ventus* V. ſuis locis.

Vennenſes, m. 3. pop. Hiſp. Tarr. in Vaccæis, quorum opp. *Durgna*, vel *Durnas*, ad Piſoracam fl. inter Palantiam a. l. & Valliſoletum in Mer. 6. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Vennones, m. 3. Venones, Vinnones, pop. Rhætiæ, non Helvetiæ, ut ſcribit *Ortelius*, quorum regio Latino recenti Vallis Venoſta, vulgo *Vinſtgow*, al. *Engadin*, al. *Vonmiz*, per quam Oenus fl. principio decurrit. *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Vennonetes, m. 3. pop. Rhætiæ, Alpini, in conf. Italiæ, quorum regio Vallis Tellina, Ger. *Veltlin*, Ital. *Valtelina*, per quam Addua fl. decurrens, lacum Larium ad Arcem Fontanam ingreditur. Ejus oppida præcipua Morbonium, Sondre, Tiranum, & Bormium. *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Venonius, m. 2. Hiſtoricus Romanus, qui inter ondos, & exiles Scriptores recenſetur. *Cic. l.* 1. *de Leg.* & *ad Attic. l.* 12. *ep.* 3.

Venor, aris, d. 1. *cacciare*, *andar' a caccia*, *θηράω*, feras indago, feris inſidior, & quaſi eas circumvenio. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 10. De pantheris, per eos, qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter. *Virg.* 3. *Georg.* Et canibus leporem, canibus venabere damas. *Id.* 4. *Æn.* Venatum ire parant. ¶ Dicitur etiam de piſcibus. *Plin. l.* 16. *c.* 1. Fugiente cum mari piſces circa tuguria venantur. ¶ Tranſlate ſumitur pro captare, hoc eſt artificio quodam, & ſolertia quærere, quod etiam *aucupari* dicimus. *Hor. l.* 1. *ep.* 1. Sunt, qui Cruſtis, & pomis viduas venentur avaras. h. e. captent, decipiant, ac veluti irretiant, & inveſcent cibis delicatis, & munuſculis. *Id. ibid. ep.* 19. Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 3. Venari laudem modeſtiæ in re aliqua. *Phædr. l.* 4. *fab.* 4. Pilſe formoſe oculis venans viros. ¶ Reperitur & paſſive apud veteres pro circumveniri. *Enn. apud Non. c.* 2. *n.* 877. Teneor conſepta, atque undique venor.

Venoſus, a, um, *venoſo*, *φλεβώδης*, dicitur de quacunque re, quæ eſt venis turgentibus plena. *Plin. l.* 12. *cap.* 13. Amomi uva in uſu eſt, frutice venoſo. *Id. l.* 20. *c.* 8. Sativum ſerin, quod eſt minus, & venoſius. ¶ Transfertur etiam ad alia. Hinc liber L. Accii, qui Pacuvii tempore vixit, a *Perſio ſat.* 1. *v.* 76. *venoſus* dicitur, hoc eſt vietus, deformis inſtar ſenum macriorum, in quibus ſunt venæ extantes, carne ſcoio abſumpta. ¶ *Turneb. l.* 28. *c.* 26. legit *nævoſus*, ſed contra codicum fidem, & Eruditorum ſententiam.

Venox, ocis, maſc. 3. cognomentum Plautii Cenſoris, a vena, quia aquæ Claudiæ venas indagarat, ut ex *Livio*, & *Frontino* conſtat.

Venter, tris, m. *ventre*, בטן, Ger. *der bauch*, Gall. *ventre*, Hiſp. *vientre*, *γαστήρ*, tota illa pars corporis concava a mucronata cartilagine, & nothis coſtis uſque ad pubem extenſa, ab Æolico *γέντερον*, pro *ἔντερον*, hoc eſt inteſtinum: nempe quia eſt inteſtinorum locus. *Cic. pro Mur.* Sciebam, Catilinam non latus, aut ventrem, ſed caput, & collum ſolere petere. *Plin. l.* 9. *cap.* 50. Piſces attritu ventrium coeunt, tanta celeritate, ut viſum fallant. ¶ Sumitur etiam pro ventriculo, in quem cibus receptus commutatur in chylum. *Plaut. Capt.* 4. 2. 73. Prout tu tuis quotidiani victis ventrem ad me afferas. *Perſ. in Prol. Satyr.* Magiſter artis, ingeniique largitor Venter, negatas artifex ſequi voces. hoc eſt fames, egeſtas. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 32. Quidquid quæſierat, ventri donabat avaro. hoc eſt devorabat, abſumebat in gulam. ¶ Item pro alvo, ideſt ventre inferiore, per quem fæcum, & excrementorum craſſiorum naturalis fit excretio. *Celſ. l.* 3. *cap.* 18. Ubi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ventrem ejus ante ſolvendum eſſe, ubi a ſuperiore, comprimendum. *Sueton. in Claud. cap.* 32. Crepitus ventris. *Plin. l.* 23. *c.* 5. Ventris fluxiones ſiſtere. ¶ Metonymice ponitur pro fœtu, qui in ventre continetur. Unde *Dig. l.* 25. *titulus quintus eſt*: Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo ad alium translata eſſe dicatur. *Et titulus ſextus*: Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem calumniæ cauſa eſſe dicatur. Adde *Ovid.* 11. *Metam. v.* 311. ¶ *Ventrem ferre*, eſt gravidam eſſe. *Liv. l.* 1. *c.* 34. Ignorans, nurum ventrem ferre. *Col. l.* 7. *c.* 24. *de vaccis*: Nam decem menſibus ventrem perferunt. ¶ *Ventrem facere*, per Metaphoram, dicitur paries, qui vetuſtate collabens, curvatura quadam veluti ventre extra fundamenti limites, eminet. *Alphen. l.* 17. *ff. ſi ſervitus vend.* Si quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum ſemipedem, aut amplius procumberet. ¶ *Lucilius* apud *Non. c.* 1. *n.* 34. Ventres dixit, pro helluonibus, ac ventri, gulæque deditis.

Vtvi

Digitized by Google

2. de Orat. c. 78. Hæc in dicendo non extrinſecus alicunde quærenda, ſed ex ipſis viſceribus cauſæ ſumenda ſunt. Id. pro Dom. c. 47. Villam extruxit viſceribus ærarii. h. e. ex recondita ærarii pecunia. Id. Att. l. 6. ep. 1. vers. med. [illegible] illa tua mihi in viſceribus hærent.

Viſendus, a, um, degno d'eſſer veduto, [illegible], partic. vel gerund. a viſo. Cic. in Ver. c. 13. Epulum omni apparatu, ornatuque viſendo. Plin. l. 16. c. 44. Vicina luco ait ilex, & ipſa nobilis, 35. pedum ambitu caudicis, decem arbores mittens ſingulas, magnitudinis viſendæ. h. e. dignæ videri, ſpectabilis, admirandæ.

Viſibilis, & le, o. 3. viſibile, [illegible], Ger. ſichtbar, Gal. viſible, Hiſp. viſibile, ὁρατός, θεατός, quod ſub aſpectum cadit, quod ſub aſpectum venit, quod videri poteſt, aſpectabile. ¶ Ponitur etiam pro vidente, aut, quod Philoſophi vocant, viſivo. Plin. l. 11. c. 37. Oculi, ceu vaſa quædam, viſibilem animi partem accipiunt, atque tranſmittunt.

Viſibilitas, atis, ratio, qua aliquid videri poteſt, viſibilità. Tertul. de carne Chriſti, 2. ra.

Viſio, onis, f. il vedere, viſta, ὄψις, actus videndi. Cic. 4. Acad. c. 11. Non poteſt is, cui eſt viſio veri, falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omnino veritatis notam. Id. 2. de nat. Deor. Neque viſionem, neque auditum, neque ſonum ſine aere fieri poſſe. ¶ Metonymice dicitur de rebus ipſis, quæ videntur, ac præſertim de rerum imaginibus, ſeu ſpectris, quæ a Græcis φαντασίαι, & φαντάσματα appellantur. viſioni. Quinctil. l. 6. c. 2. Tentabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci vocant, nos ſane viſiones appellemus, per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur. Cic. 2. de Div. c. 58. Utrum igitur cenſemus, dormientium animos per ſe ipſos in ſomniando moveri, an externa & adventitia viſione pulſari? Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 3. Omnium, quæ videre ſibi dormientes videntur, quinque ſunt principales & diverſitates, & nomina. Aut enim eſt ὄνειρος ſecundum Græcos, quod Latini ſomnium vocant, aut ὅραμα, quod viſio recte appellatur, aut χρηματισμός, quod oraculum nuncupatur, aut eſt ἐνύπνιον, quod inſomnium dicitur, aut eſt φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, viſum vocavit.

Viſio, is, n. 4. flatum ventris emitto, ſed ſine crepitu. Confirmant quidam hoc verbum auctoritate Lucil. apud Non. c. 11. n. 46. ubi valde dubia lectio eſt.

Viſitatio, onis, f. apparizione, il farſi vedere, apparitio, actus quo quis ſe viſibilem facit. Vitruv. l. 9. c. 4. ad fin. Luna quoniam cum ſole eſt, nova vocatur, poſtero autem die, quo numeratur ſecunda, proterens a ſole, viſitationem facit tenuem extremæ rotundationis. ¶ Item actus viſitandi aliquem, viſita. Tertul. advenſ. Jud. c. 13. ad fin. Nec intellexiſſent Chriſtum in tempore ſuæ viſitationis inveniendum.

Viſitatus, a, um, nom. partic. veduto, conſpectus. Vitruv. l. 9. c. 4. Omnia viſitata, & inviſitata temporum neceſſitudine ſunt conſtituta. Apul. l. 4. Metam. Immani forma tauri belluæ, noctu præſertim, viſitata. Id. de Deo Socrat. Formam Dæmonis Socrati viſitatam.

Viſito, as, a. 1. viſitare, [illegible], Ger. offt beſehen, Gal. viſiter, Hiſ. viſitar, ἐπισκέπτομαι, freq. a viſo. Cic. 5. de Fin. c. 31. Is cum arderet podagræ doloribus, viſitaſſetque hominem Carneades Epicuri perfamiliaris. ¶ Aliquando viſitare poſitum legimus pro ſæpe videre. Plaut. Curc. 2. 3. 64. Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam noverim? dico me noviſſe: quid lenonem Cappadocem? annuo viſitaſſe. Id. Epid. 4. 1. 12. Dii boni, viſitavi antehac, certo ea eſt.

Viſitor, oris, m. viſitatore, qui ſæpe inviſit. Apul. in Apolog. Ipſa domi tuæ rector, familiæ dominus, magiſter in convivio, in ludo quoque gladiatorio frequens viſitor. Alii rectius leg. viſitur.

Viſo, is, ſi, ſum, a. 3. andar, a venir a vedere, [illegible], Ger. ſehen, Gal. aller voir, Hiſp. ypr a veer, ἐπισκέπτομαι, eo ad videndum, venio ad videndum. Ter. Andr. 3. 3. 3. Id viſo, tu ne, an illi inſaniunt. Id. Eun. 3. 4. 7. Viſam, ſi domi eſt. Cic. l. 9. Fam. ep. 53. Tamen conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem, & cœnarem etiam. Donat. ad Terent. Hecyr. 1. 2. 114. notat videre eſſe quærentis aliquem, viſere officii. Rurſus Cic. 6. Ver. c. 2. Cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ viſuntur. Id. 1. Off. c. 39. Domus Cn. Octavii vulgo viſebatur. ¶ Interdum regit accuſativum cum præpoſit. ad. Gel. l. 26. Cum Phavorinus ad Frontonem pedibus ægrum viſeret. Lucret. l. 6. v. 1236. Nam quicunque ſuos fugitabant viſere ad ægros. Terent. Hecyr. 3. 2. 4. Nunc ad eam viſam. ¶ Non raro tamen accipitur pro primitivo video, præſertim ſi conjungatur cum verbis eo, & venio. Plaut. Rud. 1. 5. 6. Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere, rem divinam facturo ſe dixerat. Ter. Hec. 1. 2. 114. Poſtquam acceſſit lapſus, ægram ſimulant mulierem, noſtra illico it viſere ad eam: admiſit neminem. ¶ Item uſu venit, quando jungitur his ablativis gratia, cauſa, ſtudio, & hujuſmodi. Virg. 2. Æn. v. 63. Undique viſendi ſtudio Trojana juventus Circumfuſa ruit. Cic. 5. Tuſc. Qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſa venirent. Salluſt. in Catil. Multi qui e caſtris viſendi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant. ¶ Particip. viſendus V. ſupra ſuo loco.

Viſor, oris, m. 3. ἐπόπτης, inſpector, explorator. Tac. l. 16. Ann. c. 8. Nec miſſis viſoribus, per quos noſceret, an vera afferrentur.

Viſpelio, V. Biſpellio.

Viſualitas, atis, f. viſta. Tertul. de anim. c. 49. Contrarietatem viſualitatis, & cæcitatis.

Viſula, æ, f. genus vitis. Forma nunc videtur diminutiva, & Scriptores exiguas tribuunt vires. Quare fortaſſe contractum eſt ex viticula, T in S abeunte, ut ſæpe. Col. l. 3. c. 2. Viſula deinde ab his, & minor Argitis terræ mediocritate lætantur. Nam in pingui nimiis viribus luxuriant, in macra tenues, & vacuæ fructu veniunt. Et paucis interjectis: Viſula brevem materiam, & latum folium exigit, cujus amplitudine fructus ſuos optime adverſus grandinem tuetur; qui tamen niſi primo quoque tempore mature legantur, ad terram decidunt, imbribus etiam priuſquam deſtuant, putreſcunt. ¶ Eſt etiam idem flumen quod Viſtula. Pomp. Mela l. 3. c. 4.

Viſum, i, n. viſione, fantaſma, [illegible], Ger. geſicht, Gall. ce qui eſt veu, Hiſp. coſa viſta, ὅραμα, φάσμα, ſpecies illa cujuſque rei, quæ oculis noſtris diurno tempore dum vigilamus, vel phantaſiæ in ſomniis objicitur. Cic. 1. Acad. c. 11. In qua primum de ſenſibus ipſis quædam dixit nova, quos junctos eſſe cenſuit e quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos viſum appellemus. Id. Acad. l. 4. c. 6. Cum enim ita negaret, quicquam eſſe, quod comprehendi poſſet (id enim volumus eſſe καταληπτόν) ſi illud eſſet, ſicut Zeno definiret, tale viſum (jam enim hoc pro φαντασία verbum ſatis heſterno ſermone trivimus) viſum igitur impreſſum, effictumque ex eo, quod eſſet, a Zenone definitum rectiſſime dicimus. Et infra c. 24. Quale igitur viſum? tum illum ita definiviſſe, ex eo, quod eſſet, ſicut eſſet, impreſſum, & ſignatum, & effictum. Id. 1. Tuſc. c. 41. Qui nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert. Virg. 4. Æn. v. 456. Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori eſt. ¶ Ex viſu, & ex viſo, per viſione avuta, ſæpe occurrit in veterib. lapidib. teſte Phil. a Turre in Diſſert. de Deis Aquilejen. pag. 305. Hinc ex viſo dedicare aliquid legitur in quadam Inſcript. apud Pontavin. de antiq. Horta lib. 1. cap. 6. ¶ Accipitur etiam pro ſpectaculo, hoc eſt pro re quavis, quæ ſpectanda proponitur. Prop. lib. 2. eleg. 6. v. 29. Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas, & poſuit caſta turpia viſa domo.

Viſurgis, m. 3. Viſurigis, Biſurgis, Iſurgis, Vveſer, fl. ingens Germaniæ. Primum Verra dicitur, Vverr, oriturque in confinio Franconiæ, non procul a Cheruſcis ex Meliboco M. deinde per Haſſiam fluens, prope Smalcaldum, & Iſenacum labitur. Sed recepto ad Mindam opp. Folda fl. tunc Viſurgis dicitur, & in Arctos tendens juxta Ducatum Brunſvicenſem, ubi Hamelam rigat, mox Corbiam, Mindam, Neoburgum, & Hoytgam urbes Weſtphaliæ, hinc recepto Allere fl. paulo infra Verdan, labitur juxta Bremam, & tandem Oceano Germanico immiſcetur, inter Ducatum Bremenſem, & Comitatum Oldenburgenſem. V. annotat. Vadiani in lib. 3. Pomp. Melæ. ¶ Viſurgis alter, Vveſer, Vveſe, fl. parvus Belgii. Oritur in Ducatu Limburgenſi, & in conf. Juliacenſis, deinde Limburgum rigans, poſtea in Urtam cadit, & cum ipſo paulo poſt in Moſam fl. ſupra Leodium.

Viſurus, a, um, ὀψόμενος, partic. temporis futuri a video. Virg. 2. Georg. Abies caſus viſura marinos.

Viſus, a, um, veduto, ὁραθείς, partic. paſſiv. a video. Virg. 2. Æn. Infelix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & nota major imago. Idem lib. 6. Viſæque canes ululare per umbram. Hor. l. 1. od. 15. Viſum lupum fugere.

Viſus, us, m. 4. viſta, [illegible], Ger. geſicht, Gal. veue, Hiſp. viſta, ὄψις, ὅρασις, potentia viſiva, ſenſus, & actus videndi. Quinctil. l. 10. c. 1. Qualis eſt ferri fulgor, qui mens ſimul, viſuſque perſtringuntur. Plin. l. 9. c. 50. Piſces attritu ventrium coeunt, tanta celeritate, ut viſum fallant. Id. l. 8. c. 22. Luporum viſus noxius eſſe creditur. Lucret. l. 5. v. 102. Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu. Ubi viſu pro viſui poſitum eſt, quemadmodum Terent. Adelph. 1. 1. 38. dixit victu indulgens. Stat. 6. Theb. v. 277. Spectat in occiduis ſtellatum viſibus Argum. h. e. oculis ſemper apertis. ¶ Interdum pro eo, quod videtur, ſive per diem, ſive in ſomnis. viſione. Virg. 2. Æn. Rite ſecundarent viſus, omenque levarent. Hor. l. 1. ſat. 5. immundo ſomnia viſu Nocturnam veſtem maculant. Tacit. Ann. 12. 2. 13. Qua ſilvas pererraverit, nocturno viſu demonſtrat. ¶ Interdum pro ſpecie. Cic. 1. de nat. Deor. c. 5. Ex quo exiſtit & illud, multa eſſe probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen quia viſum quendam haberent inſignem, & illuſtrem, his ſapientis vita regeretur.

Vita, æ, f. vita, חיים, Ger. das leben, Gal. vie, Hiſ. vida, βίος, ζωή, actus vivendi, animæ & corporis conjunctio, quemadmodum contra eorundem diſſolutio mors eſt. Cic. 2. de nat. Deor. c. 53. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potu, ſpiritu. Id. 2. Phil. c. 3. Quod eſt aliud beneficium latronum, quam ut commemorare poſſint, his ſe vitam dediſſe, quibus non ademerint? Id. Attic. l. 5. ep. 20. Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta ſum affectus, in tutta la mia vita. Id. pro Rab. perduel. c. 10. Vitæ curriculum. Id. Phil. 9. c. 7. Agere vitam honeſtiſſime. Id. pro Syll. c. 27. Degere vitam miſerrime. Id. Phil. 14. c. 11. Vitam pro aliquo profundere. Id. 2. Fam. ep. 2. Diſcedere a vita. Id. l. 5. Fam. ep. 15. Manere in vita. Id. Q. Fr. l. 1. ep. 3. Diutius in vita eſſe. Id. pro Roſc. Amer. c. 11. Per ſummum dedecus vitam amittere. Id. 4. Catil. c. 4. Vita frui. Id. de Senect. c. 18. Perducere vitam ad annum centeſimum. Id. 1. de Div. c. 4. Si vita ſuppetet. Id. Fam. 10. ep. 24. Si mihi vita contigerit. Id. pro Mur. c. 16. Vita aliquem expellere, ammazzare. Id. de Senect. c. 19. Vitam alicui auferre. Id. 3. de Orat. c. 3. Vita ſe privare. ¶ Vivere vitam, ſeu vita, eſt idem ac vivere. Cic. 4. Ver. c. 47. Vivere vitam tutam. Plaut. Perſ. 4. 3. 19. Faciam ut mei memineris, dum vita vivas. Id. Mil. 3. 1. 34. Tam ne tibi dus videor vitæ vivere? Utroque tamen loco, itemque aliis, qui afferuntur a Pareo in Lex. Crit. alii reponunt vitam. ¶ Ponitur etiam pro ipſa vi, qua res vivunt, i. e. pro anima. Virg. 6. Æn. Tenues ſine corpore vitas. ¶ Item pro ipſis hominibus viventibus. Plin. l. 8. c. 16. Verum falſum ne ſit, vita non decrevit. ¶ Item pro alimento, ſeu victu. Plaut. Stich. 3. 2. 9. Reperire ſibi vitam. Adde Trin. 2. 4. 76. ¶ Item pro inſtituto, & ratione vivendi. Cic. de Am. Serpit enim, neſcio quo modo, per omnium vitas amicitia. Id. pro R. Am. c. 17. Vita ruſtica honeſtiſſima, atque ſuaviſſima. Plin. l. 18. c. 7. Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus. ¶ Item pro moribus. Ter. Adelph. 3. 3. 61. Denique inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium jubeo. Auct. ad Her. l. 2. Deinde vita hominis ex ante factis ſpectabitur. ¶ Mea vita, vita mia, ζωή μου, blandientis vox eſt. Cic. lib. 14. Fam. ep. 2. Obſecro te, mea vita. Plaut. Truc. 2. 4. 37. Quapropter o mea vita?

Vitabilis, le, adject. da ſchiſarſi, vitandus. Cornel. Gall. eleg. 6. quodque eſt vitabile nulli. Ovid. 4. de Pont. eleg. 14. v. 31. Fiſſet perpetuo tua quam vitabilis Afra. Arnob. l. 5. Vitabilis, & fugiendus.

Vitabundus, a, um, ὑπεξιστάμενος, idem quod vitans. Salluſt. in Jugurth. c. 101. Marius vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum pervenit. Liv. l. 25. c. 13. Hanno ex Bruttiis profectus cum exercitu, vitabundus caſtra hoſtium, Conſuleſque qui in Samnio erant, cum Benevento jam appropinquaret, tria paſſuum millia ab ipſa urbe loco edito caſtra poſuit. Tacit. 3. Hiſt. c. 37. Suſpenſus, & vitabundus.

Vitalia, ium, n. 3. parti vitali, partes vitales, ut cor, jecur, pulmo, & cerebrum, in quibus quatuor vitæ ſemina conſiſtit. Lucan. l. 1. Pulmonis anheli Fibra latet, parvuſque ſecat vitalia limes. Plin. l. 8. c. 7. Pilum ſub oculo adactum, in vitalia capitis venerat.

Vitalis, & le, o. 3. vitale, che può vivere, o che fa vivere, [illegible], Ger. leblich, Gall. vital, Hiſp. que puede vivir, βιώσιμος, quod vita præditum eſt, quod vivere poteſt, vel cui diuturnior vita ſperari poteſt. Cic. de Am. c. 6. Principio cui poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua benevolentia conquieſcat? Hor. l. 2. ſat. 1. v. 60. O puer, ut ſis Vitalis, metuo. Plaut. Bacch. 4. 9. 75. O pater, ducentos philippeos, quæſo, Chryſalo da, ſi eſſe ſalvum me vis, aut vitalem tibi. ¶ Interdum ſignificat, quod vita dignum eſt. Lactant. l. 6. Unum eſt enim ſapientis, & juſti, & vitalis viri opus divitias ſuas in ſola juſtitia collocare. ¶ Accipitur etiam active pro eo, quo vivimus, quodque vitam aut affert, aut conſervat. Virg. 1. Æn. v. 391. Quiſquis es, haud credo, inviſus cæleſtibus auras Vitales carpis. Cic. 2. de nat. Deor. c. 9. Caloris natura vim habet in ſe vitalem. Ovid. 2. Met. v. 828. Vitale lumen.

Vitalitas, atis, f. vita, τὸ βιωτικόν, ζωτικόν, vis, & potentia vitalis. Plin. l. 11. c. 37. Cæteris corruptis vitalitas in corde durat. Id. ibid. c. 48. de gentibus: Hæc ut aras adorant, fortaſſe quia ineſt iis vitalitas.

Vitaliter, adv. ζωτικῶς, cum vita. Lucr. l. 5. v. 146. Quandoquidem nequeunt vitaliter eſſe animata.

Vitatio, onis, f. ſchifamento, ἔκκλισις, ἀποφυγή, actus vitandi, declinatio. Cic. 5. Fin. c. 7. Ne vitationem quidem doloris ipſam per ſe quicquam in rebus expetendis putavit, ne ſi etiam vitare poſſet.

Id. Phil. 3. *cap.* 10. Quæ citatio oculorum, lucis, urbis, fori?

Vitâtu, ſupinum paſſ. verbi vitor. *Hor. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 115. Sapiens vitatu, quidque petitu Sit melius, cauſas reddet tibi.

Vitelliânum, a, n. *Viadana*, opp. amplum Cenomanorum in Gallia Tranſpadana, ad Padum, e regione Brixell. in Duc. Mantuano, inde au. M. P. Parmam verſus 10. Dictum creditur a Vitellio Imp.

Vitelliânus, a, um, adject. a *Vitellio*, ut Vitellianæ partes, *Tac.* 1. *hiſt. c.* 84. Vitelliani milites. *Id. ib. c.* 85. ¶ Vitelliani, orum, abſolute dicti ſunt pugillares lutei, vitello illiti, in quibus res laſcivæ & amatoriæ ſcribebantur. Quidam ita dictos putant, quod a Vitellio Imp. inventi ſint. *Martial. l.* 2. *ep.* 6. Hæc ſunt quæ relegente me ſolebas Rapta ſcribere, ſed Vitellianis. *Id. l.* 14. *ep.* 8. Nondum legerit hos licet puella, Novit, quid cupiant Vitelliani.

Vitellînus, a, um, adject. a *vitellus*, quo parvum vitulum ſignificat, ut Vitellina caro, apud *Plaut. in fragment.* ubi tamen alii aliter leg. *Apic.* tamen ſine ulla dubitatione *bubulam & vitellinam carnem* dixit *l.* 8. *c.* 5. ſed eodem c. etiam *vitulinam*.

Vitellius, m. 2. Βιτέλλιος, nomen Romanorum Imperator, ventri, gulæque addictiſſimus, qui ſuperato ad Bebriacum Othone, Imperium arripuit, quod non multo poſt, deficientibus ad Veſpaſianum militibus, una cum vita exuit. V. *Sueton.* ¶ Adjective Vitellia via (de qua *Sueton. in Vitell. c.* 1.) ita dicta eſt quæ a Vitelliorum gente vel deducta, vel ſtrata fuit, tendebatque ab Janiculo uſque ad mare.

Vitellum, i, n. idem quod vitellus, h. e. ovi pars lutea. *Apic. l.* 4. *c.* 1. Mel, acetum, liquamen, ovorum vitella.

Vitulus, i, m. 2. dimin. a *vitulus*, ut agellus ab *agnus*. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 77. Agellum, hœdillum me tuum dic eſſe, vel vitellum.

Vitellus, li, m. *roſſo di ovo*, *tuorlo*, חלמון, Germ. *eyerdotter*, Gall. *moyeu*, Hiſp. *yema*, λέκιθος, τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ, ovi pars lutea. *Cic.* 2. *de Div. c.* 65. Tum ille: Nihil ne, inquit, de vitello? Id enim ex ovo videbatur aurum declaraſſe, reliquum argentum. *Hor. l.* 2. *ſat.* 4. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut ſucci melioris, & ut magis alba, rotundis Ponere. Namque marem cohibent calloſa vitellum.

Viteus, a, um, ἀμπέλινος, quod eſt ex vite. *Virg.* 3. *Georg. v.* 380. Et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea ſorbis. Ubi *pocula vitea* per Periphraſin pro vino poſuit. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 71. Coliculus viteus intortus.

Vitex, icis, f. *vetrice*, ἄγνος, frutex in arborem aſſurgens, ramis prælongis, lentiſque, foliis olivæ, ſed mollioribus, in fluminum ripis, ac torrentium alveis naſcens, a *viendo*, quia nempe ramuli viticis ſunt lenti, & flexibiles, eoque ad viendum apti. Græci ἄγνον vocant, quod nobis caſtum ſonat, propterea quod matronæ in Teſmophoriis Athenienſium caſtitatem ſervantes, ex foliis iis cubitum ſibi ſternebant. Vulgus herbariorum agnum caſtum appellat. V. *Plin. l.* 24. *c.* 9.

Vitiabilis, le, adject. qui vitiari poteſt. *Prudent. in Apotheoſ. v.* 1039. (*al.* 1114.) Ne jam vitiabilis eſſet.

Vitiarium, ii, n. ἀμπελών, ἀμπελόφυτον, feminarium vitium, ſeu locus vitium plantis conſitus. *Var. l.* 1. *de R. R.* Ideo in vitiario, primitus cum exit vitis, tota reſecari ſolet, ut firmiora ſarmento e terra exeat. *Col. l.* 3. *c.* 5. Cui vineta facere ſtudii eſt, præcipue caveat, ne alienæ potius curæ, quam ſuæ, credere velit, neve mercetur viviradicem, ſed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciatque vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire.

Vitiatio, onis, f. *corruzione*, φθορά, διαφθορά, actus vitiandi. *Sen. Controv.* 23. *l.* 3. Antea legem vitiationis evertere conatus eſt, nunc transferre vult.

Vitiator, oris, m. *corruttore*, φθορεύς, qui vitiat. *Sen. l.* 3. *Contr.* 23. Vitiatorem dimiſiſti, virum occides?

Vitiatus, a, um, *corrotto*, *guaſtato*, partic. a vitiare. *Cic. pro Sext. c.* 54. Comitiorum, & concionum ſignificationes interdum veræ ſunt, nonnunquam vitiatæ, & corruptæ. *Ovid.* 3. *Met. v.* 76. Quique halitus exit Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras. *Celſ. l.* 8. *c.* 2. Vitiata oſſa. *Terent. Eun.* 4. 4. 37. Vitiata virgo.

Viticarpiferæ, forcipes ſunt, quæ ad vites carpendas, ſeu putandas aptæ ſunt. *Var. apud Priſc. l.* 9. Detonderunt forcipibus viticarpiferis.

Viticella, æ, f. genus herbæ. *Iſid. l.* 17. *c.* 9. Viticella herba appellata, quod, ſicut vitis, quicquid proximum fuerit, apprehendat corymbis, quos anulos appellamus.

Viticola, læ, m. & f. qui vitem colit. *Sil. l.* 6. *v.* 196. Viticolæ nomen pervulgatum falerni.

Viticomus, a, um, adject. qui comas pampinis intextas habet, eſtque epitheton Bacchi. *Avien. in Arat. v.* 70. Et cum viticomo crinem tondere Lyæo. ¶ Dicitur etiam de ulmo, quæ vitem ſuſtinet *Sidon. carm.* 2. *v.* 328. Viticomam retinens baculi vice flectit ad ulmum.

Viticula, æ, f. *viticella*, ἀμπέλιον, exigua vitis. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 35. At enim minora Dii negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. ¶ Per Metaphoram viticulæ, κλημάτια, in herbis dicuntur flagella quædam, quæ vitium palmites imitantia longe lateque proſerpunt, & obvia quæque prehendunt, & amplectuntur, iiſque quaſi pedaminibus abutuntur, cujuſmodi videre eſt in cucurbitis, cucumeribus, aliiſque nonnullis id genus. *Plin. l.* 20. *c.* 11. Frutex eſt foliis hederæ, mollibus tamen, & minus longis viticulis. *Pallad. in Martio c.* 9. Aliqui florem cucumeris cum viticulæ ſuæ capite cannæ inſerunt.

Vitifer, ra, rum, *vitifero*, ἀμπελοφόρος, quod fert vites, ſeu in quo vites proveniunt. *Martial. l.* 13. *epigr.* 107. Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna, Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Colles vitiferi.

Vitigineus, a, um, *di vite*, ἀμπέλινος, quod eſt ex vite. *Col. l.* 10. *c.* 16. Alii foliis vitigineis, nonnulli platanini ſemivietas uvas contegunt. *Plin l.* 30. *c.* 6. Pulmo vulturinus vitigineis lignis combuſtus.

Vitigenus, a, um, idem ac vitigineus, ut Vitigenus liquor, h. e. vinum, apud *Lucret. l.* 5. *v.* 15. Vitigeni latices. *Id. l.* 6. *v.* 1070.

Vitilena, æ, f. vitioſa, & peſſima lena. *Plaut. Moſtel.* 1. 3. 56. Illa hanc corrumpit mulierem maleſuada vitilena.

Vitilia, ium, n. 3. *vinchi*, *ſtroppe*, λύγοι, vimina, quibus vites religantur, a *viere*. *Plin. l* 14. *c.* 9. Non multum a ſalice vitilium uſu diſtat vitex.

Vitiligo, inis, *morfea*, ἀλφός, μέλας, λεύκη, diverſi coloris maculæ per omnia membra diſperſæ, fœdus cutis color ex malo corporis habitu proveniens, qui nutrimentum recte peragere non poteſt. *Feſtus* ſic definit, & etymologiam deducit: Vitiligo in corpore hominis, macula alba, quam Græci ἀλφόν vocant, a quo nos album, ſive a vitio dicta, etiamſi non lædit, ſive a vinclo, propter ejus membrana candorem, qua naſcitur involutus. *Lucilius*. Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, non dolet, inquit. *Plin. l.* 20. *c.* 15. Ferunt, eos, qui quotidie edunt capparim, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix ejus vitiligines albas tollit. ¶ Triplex eſt. *Celſ. l.* 5. *in fin.* Vitiligo, quamvis per ſe nullum periculum affert, tamen fœda eſt, & ex malo corporis habitu fit. Ejus tres ſpecies ſunt. Alphos vocatur, ubi color albus eſt fere ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Melas colore ab hoc differt, quia niger eſt, & umbræ ſimilis: cætera eadem ſunt. Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, in eaque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt, ſed in aliis tardius, Hæc *Celſ.*

Vitilis, & le, o. 3. lentus, flexibilis, ad viendum, h. e. ligandum aptus. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Cucurbita omnino faſtigiatur, vaginis maxime vitilibus. ¶ Vitile etiam dicitur id, quod ex viminum, aut aliqua alia re vitili contextum eſt, πλεκτόν. *Plin. l.* 4. *c.* 16. Vitilia navigia corio circumſuta. *Cato R. R. c.* 11. Vitilia cola.

Vitilitigator, oris, m. *calunniatore*, *barratore*, רוכל, Germ. *zankgenger*, Gall. *calomniateur*, Hiſp. *pico pleytor*, συκοφάντης, qui ſola pravitate contentionem quærit, cui ſtudium eſt lites e litibus ſerere, eoque aliena omnia anxie obſervat, ideoque calumniandi anſam captat, vitioſus litigator, calumniator, obtrectator, a *vitilitigo*, quod e *vitium*, & e *litigo*. *Plin. in præf. hiſtor. natur.* Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis, & litigatoribus compoſuit (quid enim illi aliud, quam litigant, aut litem quærunt?) exſequemur reliqua propoſiti.

Vitilitigo, as, a. c. *litigare*, *accuſare*, *riprendere*, רגל, Germ. *lüderlich haderen*, Gall. *blamer*, *legerement*, *endurer fouſſement*, Hiſp. *pleytear*, *con mal pleyto*, συκοφαντέω, eſt vitio litigare, & per Metaphoram calumniari, carpere, criminari, damnare, reprehendere, a *vitium*, & a *litigo*. *Plin. in præf. hiſtor. natur.* Scio ego, quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palam proferantur, multos fore, qui vitilitigent.

Vitimagiſtratus, magiſtratus vitio creatus. *Salluſt. in fragment. l.* 3. *hiſtor.* ubi alii aliter leg.

Vitineus, a, um, adject. *di vite*, quod ex vite eſt. *Flor. l.* 3. *c.* 10. Vitineis vinculis delapſi. Alii plerique rectius leg. *vitigineis*.

Vitio, as, a. 1. *guaſtare*, *corrompere*, שחת, Ger. *verderben*, Gal. *corrompre*, Hiſ. *corromper*, λυμαίνομαι, depravo, deterius reddo, fœdo, corrumpo, deſtruo. *Plaut. in Prol. Aul. v.* 5. Ejus filiam Lyconides vitiarat. *Ovid.* 7. *Met. v.* 545. Vitiantur odoribus auræ. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Os, ubi injuria acceſſit, vitiatur. *Cic. Attic. ep.* 23. Vitiare alterius uxorem.

Vitioſe, adv. *viziosamente*, κακῶς, cum vitio, male. *Cic.* 4. *Acad.* Si recte concluſit, teneo, ſin vitioſe, minam Diogenes reddet. *Cic. de Senect. c.* 8. Illud vero idem Cæcilius vitioſius, ſuppls dixit. *Colum. l.* 4. *c.* 24. Quod etiam uſurpari vitioſiſſime animadverto. ¶ Vitioſe ſe habere aliquod membrum dicitur, quod vitio aliquo affectum eſt. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 9. Aut non aliquod quippiam membrum tumidum, ac turgidum non vitioſe ſe habet?

Vitioſitas, atis, f. *vizioſità*, *vizio*, κακία, vitium, pravitas. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Vitioſitas autem eſt habitus, aut affectio in tota vita inconſtans, & a ſe ipſa diſſentiens. *Id. infra c.* 15. Hujus igitur virtutis contraria eſt vitioſitas. Sic enim malo, quam malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cujuſdem vitii nomen eſt, vitioſitas omnium. ¶ Sumitur etiam generatim pro quacunque corruptione. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 10. Ille humor, qui aut de ætatis frigore naſcitur, aut cujuſlibet vitioſitatis occaſione contrahitur, ut ſuperfluus, ita & noxius eſt.

Vitioſus, a, um, *vizioſo*, *cattivo*, רע, Germ. *laſterhaft*, Gall. *vicieux*, Hiſp. *vicioſo*, κακός, φαῦλος, vitiis plenus, corruptus, depravatus. Dicitur non ſolum de animo, & moribus, ſed etiam de quibuſcunque rebus, quæ incolumes, integræ, ſinceræ non ſunt. *Plaut Mil.* 2. 3. 85. Non ego emam nunc vitam tuam vitioſa nuce. *Cic.* 3. *de Leg. cap.* 15. Vitioſum ſuffragium. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 29. Vitioſum exemplum. *Col. l.* 7. *c.* 3. Vitioſa ovis. h. e. morbo infecta. *Horat. l.* 3. *od.* 6. Progeniem vitioſior. *Rurſus Cic.* 3. *de Orat. c.* 26. Vitioſiſſimus orator. ¶ Vitioſi Magiſtratus dicebantur, qui vitio creati erant, cum in legitimis auſpiciis, cæteriſve ſolemnitatibus aliquid eſſet omiſſum, aut cum in campo aliquid vitii interveniſſet, quo ex Augurum diſciplina ſolebant dirimi comitia, ut ſi quis interim comitiali morbo fuiſſet correptus, aut ſi fulmen eſſet viſum, aut tonitru auditum, vel aliud quippiam eſſet obnuntiatum, quod infauſta futura illa comitia portenderet. Tunc enim *vitioſa comitia* dicebantur, & *Magiſtratus vitioſi*, vel vitio creati, cogebanturque, qui deſignati eſſent, ſe Magiſtratu abdicare. *Cic. Phil.* 5. *cap.* 4. Cum eo collega tulit, quem ipſe fecit ſua nuntiatione vitioſum.

Vitis, is, f. *vite*, כרם, Ger. *weinreb*, Gal. *vigne*, Hiſp. *vid*. ἄμπελος, genus arboris, quod uvam producit. Eſt ejuſdem originis, ac vimen, ut vult *Donatus in Eun.* 4. 4. nempe a *viere*, quod *Feſtus* allegat, Nonius interpretatur vincire, & inflectere. Sane vitis lenta eſt, facileque flectitur. *Varro l.* 4. *de L. L.* gemino loco ſcribit dictam eſſe a vinum. *Id. l.* 1. *de R. R. c.* 31. deducit ab *invitando*, his verbis: Et vitis in, quod invitet ad uvas percipiendas, dicta primo videtur. *Cic. de Sen. c.* 15. Cujus quidem non utilitas me ſolum, ſed etiam cultura, & ipſa natura delectat, adligatio, propagatio vitium, &c. ¶ Vitis erat Centurionum inſigne, quod milites cædebant, ut virga lictorum. *Plin. l.* 4. *c.* 1. *in fin.* Quid, quod inſertæ caſtris ſummam rerum, imperiumque continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat. *Juven. ſat.* 8. *v.* 247. Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. ¶ Vitis etiam fuit machina bellica, eadem quæ vinea. Hinc ſub vite præliari milites dicebantur, cum ſub vinea militari pugnabant. *Lucil. apud Feſt. in voce Sub*. Neque prodire in altum, præliari procul ſub vite. ¶ Sub vitem haſtas jacere dicitur velles, cum eas ſub manu ſurſum mittit. *Lucil. apud Feſt.* Ut velis honu', ſub vitem qui ſubjicit haſtas. ¶ Vitis alba herba eſt, quæ Græce ἀμπελόλευκη dicitur, Italice *vite bianca*, & *feſcera*, ſarmenta habens longa, & exilibus internodiis geniculata, folia pampinosa ad magnitudinem hederæ, & quæ, ut folia vitium, dividuntur, radicem albam, grandem, & initio raphano ſimilem, ex qua caules exeunt, aſparagi ſimilitudine. *Plin. l.* 23. *c.* 1. ¶ Vitis nigra differt ab alba colore, & præterea quibuſdam in medicinæ uſibus. *Id. ibid.* ¶ Vitis cana item herba eſt, eadem quæ ſaxifraga. *Apuler. de herb. c.* 97.

Vitis, m. 3. Utis, Utens, *Montone*, al. *Ronco*, & apud Ravennam *Aquedotto*, fl. parvus Æmiliæ. Oritur ex Apennino M. deinde prope Forum Livii labens, propius, & infra Ravennam in mare Hadriaticum ſe exonerant.

Vitiſator, oris, m. ἀμπελοφυτευτής, qui vites ſerit, Quo nomine dictus eſt Saturnus, qui primus ſerendarum vitium uſum in Italiam attulit. *Virg.* 7. *Æn. v.* 179. Vitiſator curvam ſervans ſub imagine falcem.

Vitium, ii, n. *vizio*, רע, Germ. *laſter*, Gall. *vice*, Hiſp. *vicio*, κακία, ἀμαρτία, pravitas, ſeu corruptio cujuſcunque rei, quod in quaque re malum eſt. De etymo ita *Cic.* 3. *de Fin. c.* 12. Quod vituperabile eſt per ſeipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto: vel etiam a vitio dictum vituperari. *Virg.* 1. *Georg.* Sane illis omne per ignem Excoquitur vitium,

aque

Digitized by Google

etque exudat inutilis humor. *Cic. l. 9. Fam. ep.* 15. Si enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur. ¶ Vitium facere dicuntur ædificia, dum aliqua ſui parte labefactantur, dum rimas agunt, & ruinam minantur. *Cic. in Top.* 1. 3. Si ædes eæ corruerunt, vitiumque fecerunt. ¶ Speciatim dicitur de corpore, pro perpetuo impedimento. In eo enim *morbus*, & *vitium* differunt. Nam *morbus* eſt totius corporis, ut febris, *vitium* eſt partis, ut cæcitas, claudicatio, &c. deinde *morbus* eſt temporalis, ut ait *Gellius l.* 4. 2. c. eſt cum acceſſu, diſceſſuque, *vitium* vero eſt perpetuum corporis impedimentum. Poteſt tamen qui morbus eſt, etiam vitioſus dici, ſed non e contrario. Equus mordax & calcitroſus, vitioſus, non morboſus eſt: cleudus vero & morboſus, & vitioſus dici poteſt. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Quomodo autem eſt in corpore morbus, ægrotatio, & vitium, ſic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem, ægrotationem morbum cum imbecillitate, vitium, cum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo pravitas membrorum, diſtortio, deformitas. Itaque illa duo morbus, & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquaſſatione, & perturbatione gignuntur, vitium autem, integra valetudine, ipſum ex ſe cernitur. Sed in animo tantummodo cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione ſejungere. Vitioſitas autem eſt habitus, aut affectio in tota vita inconſtens, & a ſe ipſa diſſentiens. Ita fit, ut in altera, corruptione opinionum morbus efficiatur, & ægrotatio, in altera, inconſtentia, & repugnantia. Non enim omne vitium partes habet diſſentientes. Ut eorum, qui non longe a ſapientia abſunt, affectio eſt ille quidem diſcrepans a ſe ipſa, dum eſt inſipiens, ſed non diſtorta, nec prava. Morbi autem, & ægrotationes partes ſunt vitioſitatis. Sed Maſſurius Sabinus (V. *Gell. loc. cit.*) poſuit morbum & in toto corpore, & in parte, diſtinxit autem morbum a vitio, quod morbus plerumque major ſit, & cum corruptione, vitium imperfectio quædam levior ſit ſine læſione organi, ſeu inſtrumenti. *Ulpian. l.* 1. *ff. de Ædil. edic.* Si intelligatur vitium, morbuſque mancipii, ut plerunque ſignis quibuſdam demonſtrari ſolent vitia, poteſt dici edictum ceſſare. Hoc enim tantum intuendum eſt, ne emptor decipiatur. Sed ſciendum eſt, morbum apud Sabinum ſic definitum eſſe, habitum cujuſque corporis contra naturam, qui uſum ejus ad id faciat deteriorem, cujus cauſa natura nobis ejus corporis ſanitatem dedit, id autem alias in toto corpore, alias in parte accidere. Namque totius corporis morbum eſſe, puta φθίσιν, febrem: partis, veluti cæcitatem, licet homo ita quoque natus ſit. Vitiumque a morbo multum differre, ut puta, ſi quis balbus ſit, nam hunc vitioſum eſſe magis, quam morboſum. *Id. l.* 38. *ff. de Ædil. edic.* Ædiles aiunt, qui jumenta vendunt, palam recte dicunto, quid in unoquoque eorum morbi, vitiive ſit. ¶ Per excellentiam dicitur de pravitate animi, cui virtus opponitur. *Cic. pro Cluent.* Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, ſed erratum. *Id. pro Cæl. c.* 19. Vitium ventris & gutturis non modo non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. *Id.* 1. *de Orat. c.* 58. Legibus & præmia propoſita ſunt virtutibus, & ſupplicia vitiis. *Hor. l.* 1. *ep.* 1. Virtus eſt vitium fugere. ¶ Uſurpatur præterea de injuria, quæ virgini infertur, ei virginitatem adimendo. Hinc offerre, vel afferre vitium virgini, eſt eam ſtuprare. *Ter. Adelph.* 3. 1. 9. Cui miſeræ indigne per vim vitium obtulerat. *Plaut. Epid.* 1. 2. 7. Pudicitiæ ejus nunquam nec vim, nec vitium attuli. *Id. Amph.* 2. 2. 179. *vitium alicui addere*, dixit eodem ſenſu. ¶ Univerſim dicitur de quavis depravatione animi, ut de loquacitate ſenum, de deformitate geſtus in Oratore, de erroribus in dicendo, de culpa in diſputando, &c. *Cic. de Sen.* Et ſenectus eſt natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. *Id.* 1. *de Or.* Adeſt enim fere nemo, quin acutius, atque acrius vitia in dicente, quam recta videat. *Id.* 2. *Phil. c.* 28. Quamvis quis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet, *per cagione della cattiva fortuna, non per ſua colpa*. *Id.* 1. *Off.* 1. 7. In vitio eſſe. *Id. c.* 16. *l.* 4. *Acad.* Huc ſi perveneris, meum vitium fuerit, *avrò fallato*. ¶ Vitio alicui dare, vertere. *aſcrivere a colpa, imputare*. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 6. Ne ſibi vitio verterent, quod abeſſet a patria. *Id. Fam.* 11. *ep.* 28. Vitio mihi dant, quod mortem hominis neceſſarii graviter fero. ¶ Denique uſurpabatur etiam in auguriis, & auſpiciis, pro impedimento, malo auſpicio. *Cic.* 2. *Phil.* Id igitur obvenit vitium, quod tu jam Cal. Jan. futurum eſſe prævideras, & tanto ante prædixeras. *Id.* 1. *de Div. c.* 16. Ut P. Clodius Ap. Cæci filius, ejuſque collega L. Junius claſſes maximas perdiderunt, cum vitio navigaſſent. h. e. neglecta auſpiciorum religione. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Recordatum eſſe, vitio ſibi tabernaculum captum fuiſſe. h. e. *quod auſpicari eſſet oblitus*, ut ibidem addit. *Id. ib.* Vitio creatos conſules eſſe.

Vito, as, a. 1. *ſchiſare, guardarſi, fuggire*, צנע, Ger. *ſtiehen*, Gal. *eviter*, Hiſp. *eſquivar*, ἐκκλίνομαι, φεύγω, ἐκκλίνω, fugio, effugio, declino. *Cic.* 3. *Ver.* Nam eum, qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis. *Virg.* 2. *Æn.* Teſtor, in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas Vitaviſſe vices Danaum. ¶ *Seipſum vitare*, eſt non ſibi conſtare, vel ſibi diſplicere propter ſcelerum conſcientiam. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Teque ipſum vitans, fugitivus ut erro. ¶ Non ſemel *Plautus* hoc verbum dativo jungit, ut *Caſ.* 2. 2. 35. Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro. h. e. cave, ne aliquando a viro tuo tibi dicatur hoc verbum. *Id. Curcul.* 2. 3. 19. Proinde domi ſe contineant, vitent infortunio. ¶ Sic uſurpatur & verbum caveo. *Id. Rud.* 3. 5. 48. Cave ſis infortunio. V. *Caveo*.

Vitor, & rectius Victor, oris, m. *cerchiaio, ἀγγειοπλόκος*, qui vaſa vinaria religat, ſtipatque, a *viendo*, hoc eſt vinciendo, ligando, ut *ſutor* a ſuendo. *Ulpian. Dig. l.* 9. *tit.* 2. *leg.* 27. *in fi.* Item ſi victori locaveris locum vino plenum curandum. Sic *Arnobius l.* 2. *pag.* 70. dixit *ſirpearum vitores*, ut eſt in manuſcripto Regiæ bibliothecæ in Galliis.

Vitrarius. V. Vitriarius.

Vitrĕa, orum, n. *vaſi di vetro*, vaſa vitrea, ſupellex, ſeu inſtrumentum vitreum. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Contra revehunt vitrea, & ahena, veſtes, fibulaſque. *Martial. l.* 1. *ep.* 42. Qui pallentia ſulphurata fractis permutat vitreis. ¶ Translate *vitrea fracta* ponuntur pro re inutili, frivola, & nugatoria. *Petron. in Satyr.* An videlicet audirem ſententias, hoc eſt vitrea fracta, & ſomniorum interpretamenta.

Vitreamĭna, um, n. *vaſi di vetro*. *Paul. lib.* 33. *Dig. tit.* 7. *leg.* 18. *in fi.* Cum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & veſticulam habuerit.

Vitreatus, a, um, adject. pellucidus in morem vitri. *Lucret. l.* 3. *v.* 412. cernendi vitreata poteſtas. Sed alii plerique leg. *vivata*.

Vitrĕus, a, um, *di vetro*, ὑάλινος, quod ex vitro eſt. *Ovid.* 2. *de Arte*: Sive latrocinii ſub imagine calculus ibit, Fac, pereat vitreo miles ab hoſte tuus. *Col. l.* 12. 1. 4. Vaſa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quam ampla. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod vitri colorem refert. ὑαλοειδής, ut *Pons vitreus*, hoc eſt clarus, & pellucidus. *Virg.* 7. *Æn.* Te nemus Anguitiæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere lacus. *Plin. l.* 9. 1. 31. Nec omnibus idem vitreus color. *Petron. Sat.* 3. *v.* 8. turgeſcit vitrea bilis. h. e. ſplendida. V. *Splendidus*. ¶ Metaleptice ſumitur pro pertenui, & pellucido. *Varro apud Non. cap.* 6. num. 4. Quam iſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clavos. ¶ Item pro fragili, inconſtante, inſtabili. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 222. Et furioſus erit, quem cepit vitrea fama. ideſt fragilis, ut *Acron* exponit. *Porphyrio* ſplendidam interpretatur. *Publ. Syrus.* Fortuna vitrea eſt, dum ſplendet, frangitur.

Vitriarĭa, æ, f. herba eadem quæ parietaria. *Apulej. de herb. cap.* 81.

Vitriarĭus, ii, m. *vetrajo, maeſtro di lavorar vetri*, ὑαλουργός, vitri conficiendi artifex. *Sen. ep.* 91. (*al.* 90.) Cuperem Poſſidonio vitriarium oſtendere, qui ſpiritu vitrum in plurimos habitus format. Alii legunt *vitrarium*, alii *vitrearium*.

Vitrĭcus, i, m. *patrigno*, Ger. *ſtieffvatter*, Gal. *beau pere*, Hiſp. *padraſtro*, πατρωός, matris meæ maritus, cui reſpondet relativum privignus, ita dictus, quaſi *patricus*, ſeu πατρικός, quia in patris locum ſuccedit, ac privignum, ut pater filium, amare debet. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 12. Vitricus quidem nihil cenſebat, quem Aſturæ vidimus. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 2. *v.* 24. *ad Cupidinem*: Necte comam myrto, maternas junge columbas, Qui deceant currus, vitricus ipſe dabit. Vulcanum intelligit alterum maritum Veneris, poſtquam ex Jove Cupidinem pepererat.

Vitrix, icis, f. quæ ligat, quaſi *vietrix*, a viendo. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Amavit Glyceram vitricem coronarum. Ita quidem legit *Salmaſ. in exercitat. Plin.* ſed improbat merito *Harduin.* & reponit *inventricem*.

Vitrum, tri, n. *vetro*, זכוכית, Ger. *glaſſ*, Gal. *verre*, Hiſp. *vidrio*, ὕαλος, materia tranſlucida, quæ ex arena ſplendenti, vel ex calculis pellucidis admixto nitro percoctis, & in liquorem fuſis conficitur. Lege *Plin. l.* 36. *c.* 26. ubi pluribus vitri originem, & ejus conficiendi rationem deſcribit. *Cic. pro Rab. Poſth.* Ductæ naves Poſthumi Puteolis ſunt auditæ, viſæque, merces fallaces quidem, & fucoſæ, chartis, & linteis, & vitro delatæ. *Hor. l.* 3. *ode* 13. O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro. ¶ Vitrum Obſidianum eſt vitrum nigri coloris, ita dictum ab Obſidio Cive Romano. *Plin. l.* 36. *cap.* 26. In genere vitri & Obſidiana numerantur, ad ſimilitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddente. ¶ Vitrum etiam genus herbæ eſt, ſic dictæ, quia tingit colore vitri, hoc eſt hyalino, ſeu viridi. Græci hanc herbam vocant ἰσάτιν, teſte *Vitruvio l.* 7. *c.* 14. Sed vitri vox hac ſignificatione crebro eſt corrupta, dum nunc *ultro* pro ea, nunc aliud ſubſtituunt, ut docet *Turneb. l.* 6. *c.* 17. *Cæſ. l.* 4. *B. Civ.* Omnes vero ſe Britanni vitro inficiunt. Alii leg. *glaſto*. *Vitruv. loc. cit.* Item propter inopiam coloris Indici cretas Selinuſiam, aut anulariam vitro, quod Græci iſatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici. Alii aliter legunt.

M. Vitruvius Pollio peritiſſimus architectonicæ artis, de ea ſcripſit libros decem ad Auguſtum Imp. cum ætate jam provectus eſſet, floruiſſetque ſub Jul. Cæſare. Ejus ſtilus plebejus ſubinde eſt, & illa Latinæ linguæ ætate fere indignus, nec tamen propter antiquitatem contemnendus: habet præterea loca quamplurima intellectu maxime difficilia, circa quæ plurimi celebres Viri cum magnopere deſudarint, non modo aſſequi veram eorum ſententiam hactenus non potuerunt, ſed ne ſpem quidem ullam reliquiſſe videntur fore aliquando, ut intelligi a quoquam poſſint; quod tamen non tam ſcriptoris vitio vertendum eſt, quam dolendum, neminem ex antiquis, qui de architectura ſcripſere, præter unum *Vitruvium*, ad nos perveniſſe, cujus adjumento illuſtrari ille multo facilius potuiſſet.

Vitta, æ, f. *benda*, שביס, Ger. *haubeo*, Gall. *bande*, Hiſp. *venda*, ταινία, ligamentum capitis, hoc eſt faſcia, qua antiqui vel crines, vel ſerta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. *Virg.* 2. *Æn.* Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ. Ubi *Servius*: Vittæ, quibus victimæ coronabantur. *Ovid.* 2. *Met.* Vitta coercuerat neglectos alba capillos. *Lucan. l.* 5. Tum torta priores Stringit vitta comas. ¶ Vittæ aliæ fuerunt virginales, aliæ matronales, quod alio virgines cultu capitis, & ornatu, quam nuptæ matronæ uterentur. *Valer. Flac. l.* 8. *v.* 6. *de Medea.* Ultima virgineis tum flens dedit oſcula vittis. Erat enim mox nuptura. *Prop. l.* 4. *eleg.* 11. *v.* 34. Cinxit & acceptas altera vitta comas. ideſt poſtquam nupſi.

Vittātus, a, um, ταινιωθείς, vitta redimitus. *Ovid. lib.* 1. *Am. el.* 7. Sic, niſi vittatis quod erat Caſſandra capillis, Procubuit templo, caſte Minerva, tuo. *Lucan. l.* 1. *v.* 597. Veſtalemque chorum ducit vittata Sacerdos. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Vittatam navem Dionyſius Tyrannus Platoni miſit obviam. V. *Thalamegus*.

Vitŭla, æ, f. Dea hilaritatis præſes. *Macrob. lib.* 3. *Saturn. cap.* 2. V. *vitulor*.

Vitŭla, æ, f. 1. *vitella*, עגלה, Ger. *kalb*, Gal. *geniſſe*, Hiſp. *becerra*, μόσχος, δάμαλις, vacca, quæ annum primum ætatis nondum explevit: nam poſt primum annum juvenca dici incipit. V. *vitulus*. ¶ Aliquando tamen pro juvenca, vel vacca novella, ſeu viridioris ætatis accipitur. *Virg.* 3. *Ecl.* Ego hanc vitulam (ne forte recuſes; Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) Depono.

Vitularĭa via. De ea meminit *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2.

Vitulatĭo, onis, f. V. Vitulor.

Vitulīnus, a, um, *di vitello*, μοσχομάτος, μόσχειος, quod ex vitulo eſt. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 24. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri, credere? *Celſ. lib.* 5. *c.* 19. Sevum vitulinum. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Caro bubula, vitulina.

Vitŭlor, aris, d. 1. *allegrarſi, vivere in allegrezza*, παιανίζω, lætor. De hoc verbo ita *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 2. Primo Pontificis juris libro apud *Pictorem* verbum hoc poſitum eſt *vitulari*. De cujus verbi ſignificatu Titius ita retulit: *Vitulari eſt voce lætari*. *Varro* etiam in *libro quintodecimo rerum divinarum* ita refert, quod Pontifex in ſacris quibuſdam vitulari ſoleat, quod Græci παιανίζειν vocant. Has tot interpretationis ambages quam paucis verbis docta eloquentia *Maronis* expreſſit: *Lætumque choro pæana canentes*. Nam ſi *vitulari* eſt *voce lætari*, quod eſt παιανίζειν, nonne in cantu læti παιᾶνος enarratio verbi perfecta ſervata eſt? Et ut huic vocabulo diutius immoremur. *Hyllus* lib. quem de Diis compoſuit, ait, *Vitulam* vocari Deam, quæ lætitiæ præeſt. *Piſo* ait, *Vitulam* victoriam nominari. Cujus rei hoc argumentum profert, quod poſtridie Nonas Julias re bene geſta, cum pridie Populus a Thuſcis in fugam verſus ſit, unde *Populifugia* vocantur, poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio: quidam nomen ejus animadverſum putant, quod potens ſit vitæ tolerandæ. Hactenus *Macrobius*. ¶ De verbi etymo alii aliter. *Feſtus* enim, & *Varr. l.* 6. *de L. L.* deducunt a *vitulus*. At *Nonius c.* 1. *n.* 47. a *vita*. Cæterum vitulari generatim ſumitur pro lætum, lubentemque eſſe, gaudia efferri, lubentiis diffluere, *eſſer pieno di contentezza*. *Nonius loc. cit.* Vitulantes Veteres gaudentes dixerunt a bono vitæ commodo; ſicuti qui nunc eſt in ſumma lætitia, vivere eum dicimus. Affert deinde auctoritatem Nævii. *Feſtus*. Vitulans, lætans gaudio, ut in prato vitulus. *Enn. apud Feſt.* Habet is coronam vitulans victoria. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 1. Jovi opulento, inclyto, opes, ſpes, bonas copias commodanti lubens meri-

Digitized by Google

toque vitulor. h. e. ſumma cum voluptate, & gaudio gratias ago.

Vitŭlus, i, m. *vitello*, עגל, Germ. *kalb*, Gall. *veau*, Hiſp *becerro*, μόσχος, fœtus maſculinus in bubulo genere, qui primum ætatis annum nondum explevit. Nam deinde juvencus vocari incipit. Eſt igitur nomen ætatis. *Var. de R. R. l. 2. cap. 5.* Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor, prima vitulorum, ſecunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. Diſcernuntur in prima vitulus, & vitula, in ſecunda juvencus, & juvenca, in tertia, & quarta taurus, & vacca. *Ovid. 10. Met. v. 227.* Lactentes vituli. ¶ Non ſemper tamen diſcrimen id obſervatur, ut argumento eſt, quod etiam poſt partum juvenca appelletur vitula. *Virg. Ecl. 3.* Ego hanc vitulam (ne forte recuſes, Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) Depono. *Id. 4. Georg.* Tum vitulus bima curvans jam cornua fronte. ¶ Transfertur vituli vox etiam ad fœtus equorum, elephantorum, aliorumque quadrupedum, imo etiam balænarum. *Virg. 3. Georg. de equis.* Jam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi. *Plin. l. 8. c. 1. de elephantis.* Atque ita ſalutato ſidere in ſylvas revertuntur, vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. *Id. l. 9. c. 6. de balænis.* Irrumpunt eæ in ſecreta, & vitulos earum, aut fœtas, vel etiam gravidas lancinant morſu. ¶ Speciatim vero in mari hoc nomine vocatur bellua quædam tergo, & pilis tecta, ex genere amphibiorum, ideſt tam in terra, quam in mari vitam agentium, quæ & phoca dicitur, *vitello marino*. *Plin. l. 9. c. 13.* Quæ pilo veſtiuntur, animal pariunt, ut priſtis, balæna, vitulus. Hic parit in terra pecudum more: ſecundas partu ſequitur. Item canum modo cohæret. Et parit nunquam geminis plures. Educat mammis fœtum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur difficulter, niſi capite eliſo. Ipſius in ſomno mugitus, unde nomen vituli. Accipiunt tamen diſciplinam, voceque pariter, & viſu populum ſalutant, incondito fremitu: nomine vocati reſpondent. Nullum animal graviore ſomno premitur, &c. Hæc *Plin.*

Vitumnus, & Vitunus, m. Deus apud veteres, qui credebatur vitam largiri, ut Sentinus ſenſum. *Cal. Rhod. l. 25. c. 30. & Auguſtin. l. 4. de Civ. Dei.*

Vituperabĭlis, & le, o. 3. *vituperabile*, ἐπίψογος, vituperatione dignus. *Cic. 3. de Fin. c. 10.* Quod vituperabile eſt per ſeipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto.

Vituperatio, onis, f. *biaſimo*, גדוף, Germ. *ſchelsung*, Gall. *blame*, Hiſp. *vitupero*, μέμψις, ψόγος, vituperandi actus, reprehenſio, cui opponitur laus, ſive laudatio. *Cic. ult. Ver. c. 18.* Nunc non modo te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. *Quintil. in proœm. l. 8.* His adjiciebamus, demonſtrativum laude, & vituperatione conſtare. ¶ Sumitur etiam paſſive, præſertim ſi jungatur cum verbis *venio*, *cado*, *ſubeo*, *vito*, *effugio*, *adduco*, & ſimilibus. Igitur *venire in vituperationem* eſt vituperationi, & reprehenſioni obnoxium fieri. *Cic. 6. Ver.* Ut propter eum in ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. ¶ *Eſſe alicui vituperationi*, eſt ad dedecus, & infamiam ejus pertinere. *Cic. l. 13. Fam. ep. 74.* Sed mihi ita perſuadeo, eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore.

Vituperātor, oris, m. *riprenſore*, מגדף, Ger. *ſchelter*, Gal. *mepriſeur*, Hiſ. *vituperador*, ψέκτης, qui vituperat, qui proclivis eſt ad vituperandum, reprehenſor. *Cic. 1. de Fin. c. 1.* Quanquam Philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo a nobis Philoſophia defenſa, & collaudata eſt, cum eſſet accuſata, & vituperata ab Hortenſio.

Vituperium, ii, n. *vituperio*, ψόγος, vituperatio, dedecus, infamia. *Cic. 3. Fin. c. 12.* Quod enim vituperabile eſt per ſe ipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto, vel etiam e vitio dictum vituperium. Sed emendatiores codices habent *vituperari*.

Vitupĕro, as, a. 1. *vituperare*, *biaſimare*, גדף, Ger. *übel ſchelten*, Gal. *vituperer*, Hiſp. *menoſpreciar*, ψέγω, vitio do, reprehendo, improbo, de dignitate alicujus, vel auctoritate detraho. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 27.* Vitioſum eſt artem, aut ſcientiam, aut ſtudium quodpiam vituperare propter eorum vitia, qui in eo ſtudio ſunt, veluti qui Rhetoricam vituperant propter alicujus Oratoris vituperandam vitam. *Cic. pro Mur. c. 28.* Ego tuum conſilium, Cato, propter ſingulare animi mei de tua virtute judicium, vituperare non audeo. ¶ Jungitur aliquando cum dativo. *Plaut. Caſ. 2. 6. 38.* Cur omine mihi vituperat malo? Alii aliter leg. ¶ *Vituperare cœlum* proverbialiter illi dicuntur, qui ea ſolis ſæpere videntur, ut etiam damnant, quæ ab omnibus probantur. *Phædr. l. 4. fab. 6.* (*al. fab. 64.*) Hoc illis dictum eſt, ſi qui ſtulti nauſeant, Et ut putentur ſapere, cœlum vituperant.

Vitupĕro, onis, m. *biaſimatore*, ψέκτης, vituperator, momus, in reprehenſionem proclivis, a *vituperando*, ut *epulo* ab epulando, *manduco* a manducando. *Gell. l. 19. c. 7.* Lævius vituperones ſuos, ſubductis ſupercilii carptores appellavit. Adde *Sidon. l. 4. ep. 22. & l. 8. ep. 2.*

Vivacĭtas, atis, f. *vivacità*, μακροβιότης, ἀΐζωία, naturalis vigor, ac robur, vitæ diuturnitas. *Col. l. 12. c. 3.* Multis etiam locis vivacitatem ſuam uſque in annos decem prorogat. *Quintil. in proœm. l. 6.* Hanc inopiam vivacitatem novis inſuper curis fatigare. ¶ Translate *Arnob. l. 5. pag. 179.* Iſtæ omnes hiſtoriæ myſteria in ſe continent ſancta, rationeſque miras atque altas, nec quas facile quivis poſſit ingenii vivacitate pernoſcere.

Vivacĭter, adverb. *con vigore*, *franchezza*, *e ſpirito*. *Fulgent. l. 1. Mythol.* Res myſticas vivaciter pertractare. *Prudent. l. 2. adver. Symmach. v. 332.* vivacius abdita ſolers Quærere, & æternæ tandem invigilare ſaluti.

Vivarium, rii, n. *vivajo*, *parco*, Germ. *thiergarten*, Gall. *parc vivier*, Hiſp. *vivar*, ζωγρεῖον, ζωοτροφεῖον, locus, in quo feræ paſcuntur, ideſt quadrupedes, aves, piſces, ſive ad quæſtum, ſive ad venationem, ac voluptatem, a *vivendo*, quod ibi feræ vivæ detinentur. Quemadmodum autem a vivis feris vivaria dicta, ita & a *Varrone* leporaria vocata a leporibus, & a Scipione roboraria, quia ſepta e robore eſſent. Sed *Gellius l. 2. c. 20.* dicit, vivarium in hac acceptione vocabulum novum eſſe, veteres appellaviſſe vivaria, quæ Græci παράδεισοι, ideſt viridaria, hortos; ſepta autem loca, in quibus feræ vivæ paſcuntur, *M. Varronem l. 3. de re ruſtica* ſcribere, appellata fuiſſe leporaria, quæ tamen vox non invenitur apud ullum veterum Scriptorum; apud Scipionem, qui omnium ætatis ſuæ puriſſime locutus eſt, legi roboraria, hanc vocem id ſignificare, quod nos vivaria dicimus, ita appellata eſſe a tabulis roboreis, quibus ſepta eſſet. Cæterum ferarum vivaria habent etiam ſua nomina propria. Sic loca, in quibus piſces continentur, dicuntur *piſcinæ*; in quibus aves, *ornithones*; in quibus apes, *apiaria*, meliſſones, mellaria, &c. *Plin. l. 8. c. 52.* Vivaria eorum, cæterorumque ſylveſtrium, primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. *Id. l. 9. c. 54.* Oſtrearum vivaria primus Sergius Orata in Bajano invenit. *Juv. ſat. 4.* Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem, depaſtumque diu vivaria Cæſaris. ¶ De vivario, quod Romæ pone Caſtrum Prætorium extra Urbis mœnia, inter portam Nomentanam, & Tiburtinam erat, ſcripſit *Onuphrius Panvinius l. 2. de Ludis Circenſibus c. 6. & 7.*

Vivarius, a, um, adject. ut vivaria navis, quæ vivos piſces ſervat. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 12.* Incredibilem ſcarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam. In vetuſt. editionib. legebatur *in vivariis navibus*.

Vivātus, a, um, adject. *vivace*, *vegeto*, vigens, vegetus, vividus. *Lucret. l. 3. v. 559.* Denique corporis, atque animi vivata poteſtas. V. etiam *Vivescus*.

Vivax, acis, o. g. *vivace*, *vigoroſo*, μακρόβιος, diu vivens, longævus, vitæ diuturnioris. *Virg. 2. Georg.* Palladia gaudent ſylva vivacis olivæ. *Hor. l. 1. od. 36.* Neu vivax apium, neu breve lilium. *Id. l. 2. ſat. 5. v. 132.* Poſtremum expellet certe vivacior hæres. ¶ Translate *Horat. de ar. poet. v. 69.* honos, & gratia vivax. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 8.* vivax virtus, experſque ſepulcri. ¶ Ponitur etiam pro valido, vigenti, vigoroſo. *Gell. l. 5. c. 2.* Bucephalus e mediis hoſtibus Regem vivaciſſimo curſu retulit. *Id. l. 9. c. 4.* Homines vivaciſſimæ pernicitatis.

Vive, adverb. vivide, valide. *Plaut. Epid. 2. 2. 98.* Vive ſapis & placet.

Vivens, entis, o. g. *vivente*, partic. a vivo. *Hor. l. 1. ep. 14. v. 10.* Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum. *Petron. in Satyr.* Quam male eſt extra legem viventibus. ¶ Translate *Stat. l. 9. Theb. v. 373.* Flumen vivens. *Ovid. 4. Faſt. v. 555.* Vivens focus.

Viventani, us. a. pop. Umbriæ, proximi Vettionenſibus, qui cum Vindinatibus interiere. *Plin. l. 3. c. 14.*

Viverra, æ, f. γαλῆ, ἴκτις, animalculum exiguum ex genere muſtelarum, quo venatores utuntur ad cuniculos ex antris expellendos, muſtela ruſtica, quæ candidior eſt. Nam eam, quæ ſub ventre rufeſcit, martem appellant. *Plin. l. 8. c. 55. de cuniculis:* Magna propter venatum eorum viverris gratia eſt: injiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra, unde & nomen animali, atque ita ejectos ſuperne capiunt.

Viveſco. V. Viviſco.

Vivicomburium, ii. n. ſupplicium, quo homines vivi comburuntur, a vivus, & comburo. *Tertull. lib. de anima c. 1.* Sed de patibulo, & vivicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat.

Vivide, adv. *vigoroſo*, valide, *vigoroſamente*, *con iſpirito*. *Gel. l. 7. c. 3.* Omnia diſtinctius, numeroſiuſque, in compitus fortaſſe dici potuerunt; fortius, atque vividius potuiſſe dici non videntur.

Vividŭlus, a, um, adject. diminut. a vividus. *Catul. de coma Beren. carm. 67. v. 63.* Vividulo a fletu. Al. leg. uvidulo, h. e. aliquantum humido.

Vivĭdus, a, um, *vivo*, *vigoroſo*, חי, Ger. *leblich*, Gal. *fort vif*, Hiſp. *vivo*, *y vigoroſo*, ζωτικός, vivus, vivens, vigens. *Propert. l. 2. eleg. 31. v. 8.* Quatuor artificis vivida ſigna boves. Ubi *ſigna vivida* dicit, quaſi viventia, idque hyperbolice, quemadmodum Virgilius *Spirantia æra*, h. e. tanta arte confecta, ut vivere, & ſpirare videantur. ¶ Sæpe uſurpatur pro robuſto, ac pleno vigoris. ἀκμαῖος. *Virg. 5. Æn. v. 754.* Exigui numero, ſed bello vivida virtus. *Plin. in Paneg. cap. 44.* Amas conſtantiam civium, rectoſque, ac vividos animos. *Valer. Max. l. 1. c. 1. extern. n. 3.* Spiritu vividiore. ¶ Merum vividum, idem ac meracum, quod Græci ζωρόν, hoc eſt, ἄκρατον, non mixtum, *vino ſpiritoſo*. *Martial. l. 7.* Hic ſcyphus eſt, in quo miſceri juſſit amicis Largius Æacides, vividiuſque merum.

Vivificatio, onis, f. actus vivificandi. *Tertul. de reſur. carn. cap. 18. & l. 3. adverſ. Marcion. c. 9.*

Vivificātor, oris, m. qui vivificat. *Tertul. de reſur. carn. c. 37. & l. 2. adv. Marcion. c. 9.*

Vivifĭco, as, a. 1. *vivificare*, *dare ſpirito*, vivum facio, vitam, vigoremque do, ζωοποιέω. *Apul. in Aſclep.* Spiritus permixtus cunctis cuncta vivificat. *Avien. in Arat. v. 300. de Aganippe fonte.* Macros donec vaga gurgite vellet Vivificare. *Cornel. Gall. eleg. 5. v. 84.* Neque cupio flammis vivificare ſuis.

Vivifĭcus, a, um, *vivifico*, vivum faciens. *Ammian. l. 21. c. 1.* Vivificus vigor. *Apul. in Aſclep.* Quod ſurſum verſus fertur vivificum.

Vivipărus, a, um, adject. qui vivos fœtus parit, cui opponitur is, qui ovum educit. *Apul. in Apol.* Diſcrevit natura viviparos, & oviparos.

Vivirādix, icis, f. μοσχεύματα, planta, quæ cum radice ſeritur, quaſi vivam radicem habens, ad differentiam malleoli, & taleæ. *Plin. l. 17. c. 22.* In arido ſolo viviradix quoque fruſtra ſeritur. *Col. l. 3. c. 14.* Sationis autem duo ſunt genera, malleoli, vel viviradicis, quod utrumque ab agricolis uſurpatur, & in provinciis magis malleoli. Neque enim ſeminario ſtudent, nec uſum habent faciendæ viviradicis. Adde *Cic. de Sen. c. 15.*

Vivisco, & viveſco, is, n. *farſi vivo*, ἀναβιῶναι, vivus fio. *Plin. l. 9. c. 51.* Anguillæ atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmenta viviſcunt, nec alia eſt earum procreatio. *Prudent. in Apotheoſ. v. 901.* Eadem facit viviſcere limum. ¶ Per translationem accipitur pro invaleſcere, vigorem acquirere, *ingagliardirſi*. *Lucret. l. 4. v. 1131.* Quod cupido adiram contra viviſcit, ut ignis. Et paulo poſt, *v. 1061.* Ulcus enim viviſcit, & inveteraſcit alendo. ¶ In omnibus fere his locis aliæ Editiones habent *viveſcit*, aliæ *viveſco*.

Vivo, is, xi, ctum, n. 3. *vivere*, חיה, Ger. *leben*, Gal. *vivre*, Hiſ. *vivir*, βιόω, in vita ſum, vita, & communi ſpiritu fruor. Eſt a βιῶ, β in v converſo. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Planc.* Si autem Plancus ita vixit, ut offenderet ſciens neminem. *Virgil. 1. Æn. v. 449.* ſic nam fore bello Egregiam, & facilem victu per ſæcula gentem. h. e. quæ facile per ſæcula victura foret. ¶ Vel cum accuſativo ſuæ ſignificationis. *Ter. Adelph. 5. 4.* Nam ego vitam duram quam vixi uſque adhuc, prope jam excurſo ſpatio mitto. V. Vita. Vel cum acc. aut abl. temporis. *Cic. de Sen. c. 7.* Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe vivere. *Plin. l. 7. c. 48.* In Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempſin, 150. annos vivere, Mutianus auctor eſt. ¶ Vel cum abl. instrumenti. *Cic. l. 13. Fam. epiſt. 29.* Tum ſtudia illa noſtra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus. *Hor. l. 2. ep. 1.* Vivit ſiliquis, & pane ſecundo. ¶ Vel cum ablat. modi. *Cic. pro Flac.* Septingentos jam annos amplius unis moribus, & nunquam mutatis legibus vivunt. ¶ Vel cum dat. commodi. *Cic. ad Octav.* Quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli pareret, ſibi viveret. ¶ Vel cum caſibus præpoſitionum. *Cic. 3. Fin.* Ut a natura vivat, h. e. ſecundum naturam. *Id. 3. Off.* Ita qui in maxima celebritate, in oculis civium quondam viximus. ideſt publicam vitam duximus, non privatam. *Hor. l. 1. ſat. 6.* Dum licet, in rebus jucundis vive beatus, Vive memor, quam ſis ævi brevis. ¶ Vel impersonaliter. *Plaut. Perſ. 1. 1. 27.* Quid agitur? T. vivitur. *Ter. Heaut.* Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur. *Ovid. 12. Met. v. 188.* Nunc tertia vivitur ætas. *Hor. l. 2. od. 16.* Vivitur parvo bene. ¶ *Vivere in diem* dicuntur, quos Græci vocant ἐφημερίους, qui quotidie parant nova cibaria, nullam habentes penum reconditam, omnemque curam ita abjicientes, ut ſi re ſolum die victuri eſſent; notanturque hoc loquendi genere flagitioſi homines, & perditi, qui nullo conſilio vitam degunt, divina, humanaque omnia nihil penſi habent, nullaque de re ſolliciti ſunt. *Cic. 5. Tuſc. c. 11.* Nos in diem vivimus. *Id. 2. Phil. c. 34.* Cum perditiſſimis latronibus non ſolum de die, ſed etiam in diem vivere. Quod autem *Cic.* dicit *de die*, ſignificat voluptuoſe; luxurioſe itaque *de die vivere*, eſt genio indul-

indulgere, ductum a conviviis, quæ de die, h. e. ante ſolitam cœnæ horam incipiebantur. hoc enim luxurioſorum hominum erat, & gulæ nimis deditorum. *Manu. de dio* expoſuit in media luce, palam, omnibus videntibus. ¶ *Vivere in horam*, idem eſt ac in diem vivere. *Cic. 5. Phil. c. 9.* ¶ *Ita vivam* affirmantis particula eſt. *Cic. l. 16. Fam. ep.* 12. Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo. ¶ *Ne vivam*, eſt particula imprecantis, pro moriar, ne ſim ſalvus, diſperеam, *poſſ' io morire*. *Cic. Att. l. 4. ep.* 16. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, ſi ſcio. ¶ Interdum vivere eſt lætam vitam agere, & voluptatibus indulgere, ἡδυπαθεῖν. *Catul. carm.* 5. Vivamus, mea Lesbia, atque amemus. *Petron. in Sat.* Ergo vivamus, dum licet, eſſeque bene. *Cic. Q. Fratr. l. 3. ep.* 1. Quod me cohortaris ad laborem, faciam equidem, ſed quando vivemus? *quando avremo noi un' ora di bene?* *Vivere*, *vivere*, utimur cum iis, quibus renunciamus. *Virg. Ecl.* 8. Omnia vel medium fiant mare: vivite ſilvæ, *addio ſelve*, *io vi laſcio*. *Catul. carm.* 11. Cum ſuis vivat, valeatque mœchis, *ſeu vada*. ¶ *Vivere cum aliquo*, honeſta locutione dicitur mulier, quæ cum aliquo turpem habet conſuetudinem. *Nep. in Alcib. c.* 10. Mulier, quæ cum eo vivere conſueverat. ¶ Eſt etiam interdum cum aliquo eſſe parvo aliquo tempore. *Cic. l. 14. ad Attic. ep. 20. ad fin.* Cum Panſa vixi in Pompejano. Is plane mihi probabat, ſe bene ſentire, & cupere pacem. ¶ *Vixit*, dicebant veteres de eo, qui mortuus eſſet, eoque verbo libenter utebantur, ut ominoſa *mortis*, & *moriendi* verba evitarent. Itaque *Plutar. in Cic.* narrat, Ciceronem, cum renunciaſſet Senatui, necatos eſſe principes conjurationis, ea voce uſum fuiſſe, *vixerunt*: quo ſpectat & illud *Plauti Bacch.* 1. 2. 43. Vixiſſe nimio plus ſerius eſt jam, quam vivere. h. e. ſatius eſt mortuum eſſe. Et *Moſtel.* 4. 3. 9. Unum vidi mortuum efferri foras: modo eum vixiſſe ajebant. Tranſlate vivere dicuntur ea omnia, quæ quomodocunque extant, durant, aut ſunt. *Stat. l. 11. Theb.* odia improba vivunt. *Virg. 3. Georg.* Vitium alitur, vivitque tegendo. *Cic. pro Sext.* Vivit exemplum defendendæ Reipublicæ. ¶ *Vixet* pro *vixiſſet* eſt *Virgilii Æn.* 11. v. 118.

Vivus, a, um, *vivo*, חי, Ger. *lebendig*, Gal. *vif*, Hiſp. *vivo*, ζωός, vita præditus, animatus, ſpirans. *Cic. pro Quinct. c.* 15. Is non modo ex numero vivorum exturbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur. *Id. Att. l. 4. ep.* 15. Cato tamen affirmat, ſe vivo, illum non triumphare. *Id. pro Quinct. c.* 15. Vivus, videnſque. V. Videns. ¶ Viva ſepes dicitur, quæ non palis conteritur, ſed conſtat rubis in eo loco natis, vel inſitis, virentibus, non præciſis. *Col. l. 11. c.* 3. Vetuſtiſſimi Auctores vivam ſepem ſtructili prætulerunt, quia non ſolum minorem impenſam deſideraret, verum etiam diuturnior immenſis temporibus permaneret. ¶ *Ad vivum reſecare*, eſt uſque ad cutem. *Col. l. 6. c.* 12. Si ſanguis in inferiore parte ungulæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad vivum reſecatur, & ita amittitur. ¶ Sumitur etiam tranſlata pro rem exactius, & accuratius excutere, ſeu examinare, ſumpta Metaphora a tonſoribus capillos, aut ungues reſecantibus, qui ſæpe moleſti ſunt, dum nimium diligentes eſſe ſtudent. *Cic. de Amic. c.* 5. Nec id ad vivum reſeco, ut ii, qui hæc ſubtilius diſſerunt. ¶ *De vivo aliquid detrahere*, vel *reſecare*, eſt de ipſo rei corpore. h. e. de ſumma, non de lucro, *dal capitale*. *Cic. pro Flac. c.* 37. Dat de lucro, nihil detrahit de vivo; minus igitur lucri facit. *Id. 5. Ver. c.* 50. De vivo igitur erat aliquid reſecandum, ut eſſet, unde Apronio ad illos fructus aratorum hoc corollarium nummorum adderetur. ¶ Quandoque ſumitur pro naturali, & non artificioſo. *Var. l. 1. de R. R. c.* 11. Si omnino aqua non eſt viva, ciſternæ faciendæ ſub tectis, & lacus ſub dio, ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti poſſit. h. e. naturalis, & ex eo loco nata. *Virg. 1. Georg.* Speluncæ, vivique lacus, & frigida Tempe. *Id. 1. Æn.* Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo. ¶ Quandoque pro valido, vehementi, quod vim aliquam habet. *Virg. 1. Æn.* Paullatim abolere Sichæum Incipit, & tentat vivo prævertere amore. ¶ Lapis vivus, πυρίτης, eſt lapis ex omni pyritarum genere ponderoſiſſimus, ex quo ignis excutitur. *Plin. l. 36. c.* 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt plurimum habens ignis, quos vivos appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. ¶ Vivæ lucernæ. h. e. ardentes. *Horat. l. 3. od.* 21.

Vix, adverb. *appena*, *difficilmente*, Ger. *kaum*, Gal. *à peine*, Hiſp. *a penas*, μόγις, μόλις, σχολῇ, difficile, difficulter, ægre. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aut vix, aut nullo modo corrumpitur. *Id. l. 9. Fam. ep.* 8. Mihi vero cum his ipſis vix, his autem detractis, ne vix quidem. *Liv. l. 34. c.* 20. Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſani tulere. *African. l. tutor. ff. ad S. C. Velloj.* Quando vix ſit, ut aliqua apud eundem pro eo ipſo interceſſiſſe intelligi poſſit. ¶ Aliquando refertur ad tempus, pro vix dum. *Virg. 1. Æn.* Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. ¶ *Vix dum*, eſt vix adhuc. *Cic. l. 12. Fam. ep.* 4. Quod tibi tam cito ſuccederet, quum tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. ¶ *Vix tandem*, eſt poſt multum tempus. *Cic. l. 3. Fam. ep.* 9. Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio, plenas humanitatis, officii, diligentiæ. ¶ *Vix ſaltem* idem fere eſt quod vix, aliquam modo vim addens. *Quintil. l. 6. c.* 3. Illud vix ſaltem percipiendum videtur. Simile eſt huic illud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 57. Vix ægre amatorculos invenimus. Alii leg. *vix*, *ægreque*; ſed utroque modo pleonaſmus eſt, quamquam non inelegans.

Vixet, per Syncopem pro *vixiſſet* dixit *Virg. 1. Æn.*

U ANTE L.

Ulceraria, herba eadem quæ marrubium. *Apul. de herb. c.* 45.

Ulceratio, onis, f. *l'impiagare*, ἕλκωσις, ἑλκωσις, actus ulcerandi. *Celſ. l. 5. c.* 28. Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent, ideoque ne excidi quidem ſine ulceratione magna poſſunt. ¶ Item ipſum ulcus, *piaga*. *Senec. de conſtant. Sapien. c.* 6. Dolores, damna, ulcerationes. *Plin. l. 34. c.* 11. Oris ulceratio.

Ulceratus, a, um, *impiagato*. *Cic. de Fat. c.* 16. Nondum enim ulceratus ſerpentis morſu Philoctetes, quæ cauſa in rerum natura continebatur, fore, ut is in inſula Lemno linqueretur?

Ulcero, as, a. t. *impiagare*, [illegible], Ger. *eiſſen machen*, Gal. *ulcerer*, Hiſp. *ulcerar*, ἑλκόω, ulceroſum facio. *Horat. l. 1. ſat. 6. v.* 106. Mantica qui lumbos onere ulceret, atque eques armos. *Plin. l. 28. c. 9.* Item equarum (ſanguis) præterquam virginum erodit, emarginat, ulcerat.

Ulceroſus, a, um, adject. *ulceroſo*, ἑλκώδης, ulceribus plenus. *Tac. Ann. 4. cap.* 57. Ulceroſa facies, ac plerumque medicaminibus interſtincta. ¶ Tranſlate dicitur etiam de arboribus. *Plin. l. 17. cap.* 14. Ante omnia gemmantes inſerere conveniet, nihil uſquam ulceroſum eſſe, aut retorridum. ¶ Per tranſlationem quoque accipitur pro pleno perturbationibus. *Horat. l. 1. od.* 25. Cum tibi flagrans amor, & libido, Quæ ſolet matres furiare equorum, Sæviet circa jecur ulceroſum non ſine queſtu.

Ulciſco, V. in ſequenti dictione.

Ulciſcor, eris, ultus ſum, d. 3. *vendicare*, *vendicarſi*, *far vendetta*, נקם, Ger. *rachen*, Gal. *venger*, Hiſp. *vengar*, ἐκδικέω, τιμωρέω, vindico, punio, animadverto in aliquem. Uſurpatur cum accuſ. perſonæ. *Cic. Att. l. 9. ep.* 14. Odi hominem, & odero. Utinam ulciſci poſſem. Sed illum

ulciſcentur mores ſui. *Id. ad Brut. epiſt.* 3. Quos quidem ego omnibus ſententiis ulciſcor, & perſequor omnibus bonis approbantibus. *Id. pro Sex. Roſc. c.* 24. Patris ulciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumere. ¶ Vel cum acc. rei. *Cic. pro Rab. c.* 5. Tu ulciſcerís patris mortem, atque ille perſequeretur fratris tui? *Id. 3. Ver.* Putavit, non oportere eſſe ne in ulciſcenda quidem injuria cuiquam occidendi hominis poteſtatem. ¶ Vel etiam cum abl. & præp. a, vel *ab*. *Plin. l. 34. c.* 14. A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *pro*. *Teren. Eun.* 5. 4. Ego pol te pro iſtis dictis, & factis, ſcelus Ulciſcar. ¶ Vel cum abl. modi. *Cic. 2. de Invent. c.* 27. Deinde hoc ſi conſtitutum ſit, ut peccata homines peccatis, & injurias injuriis ulciſcantur, quantum incommodorum conſequatur. ¶ Vel cum abl. inſtrumenti. *Ovid. 7. Metam.* Androgeique necem juſtis ulciſcitur armis. ¶ *Ultum ire* ſupinum pro *ulciſci*. *Salluſt. in Jugur. c.* 68. Cum maxima cum ultum ire injurias feſtinat. *Tac. 4. Ann. c.* 73. Neque dum Romanus ultum iit. ¶ Reperitur & *ulciſco*, *is*, activa poſitione. *Enn. apud Non. c. 4. n.* 153. Niſi patrem materno ſanguine exantlando ulciſcerem. ¶ Hinc paſſive *Salluſt. in Jug. c.* 34. Quidquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur.

Ulcus, eris, n. *ulcera*, *ulcere*, *piaga*, שחין, Ger. *eiſſ*, Gal. *ulcere*, Hiſp. *llaga*, ἕλκος, ſanies intra cutem latitans, & tumeſcens. Differt a vulnere, quia vulnus eſt hians, patenſque apertura aliquo ictu facta. *Virg. 3. Georg. v.* 454. Non tamen ulla magis præſens fortuna laborum eſt, Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Ulceris os. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur. *Cic. pro Dom.* Quid, ſi utrumque ſuit, & ut fames ſtimularet homines, & tu in hoc ulcere tanquam unguis exiſteres? *Martial. l. 11. epigr.* 61. Pulchrior eſt Chione, ſed Phlogis ulcus habet. h. e. Veneris ſenſum, urticam, pruriginem. ¶ *Ulcus tangere*, proverbiali Metaphora dicitur pro eo, quod eſt movere dolorem, & rei alicujus, quæ nos magnopere urit, mentionem facere. *Ter. Phorm.* 4. 4. 9. Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere, Aut nominare uxorem? *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 37. Quicquid horum attigeris, ulcus eſt: ita male inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. h. e. quidquid horum dixeris, abſurdum eſt.

Ulcuſculum, i, n. *piaguccia*, ἑλκύδριον, exiguum ulcus. *Plin. l. 28. c.* 19. Lien vituli in vino decoctus, trituſque, & illitus ulcuſcula oris. Subaudi, *ſanat*. Adde *Celſ. l. 5. c.* 28. & *Senec. epiſt.* 72.

Ulex, icis, m. frutex roſmarino ſimilis, ſed aſperior, qui retinendi auri gratia ſterni ſolet in foſſis, canalibuſque ad id fieri ſolitis. *Plin. l. 33. c.* 4. Ulex ſiccatus uritur, & cinis ejus lavatur ſubſtrato ceſpite herboſo, ut ſidat aurum. Vicena millia pondo ad hunc modum annis ſingulis Aſturiam, atque Gallæciam, & Luſitaniam præſtare quidam tradiderunt, ita ut plurimum Aſturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot ſæculis hæc fertilitas.

Uliginoſus, a, um, o. 1. 2. *uliginoſo*, *umido*, [illegible], uligine plenus, humidus. *Vetus quidam Grammat. apud Riguls. pag.* 199. ſcribit agrum uliginoſum dici eum, qui ſemper humidus eſt, humidum autem, qui ſiccari aliquando poſſit. *Var. l. 4. de L. L.* Ager uliginoſus, humidiſſimus. *Plin. l. 17. c.* 5. Uliginoſa terra. *Colum. l. 2. c.* 4. Uliginoſos campos proſcindere.

Uligo, inis, f. *uligine*, *umore*, טחב, Ger. *natürliche feuchtigkeit derarden*, Gal. *moiſteur*, Hiſp. *humedad de la tierra*, ἰκμάς, terræ humor naturalis, ac ne nunquam recedens, ut ait *Servius in 2. Georg. Varro l. 1. R. R. c.* 2. Solum oportet eſſe ruderatum, & proclivum, ut everri facile poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolum ex uligo lanam corrumpit ovium, ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit. *Virg. 2. Georg. v.* 184. At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta. *Sil. l. 8. v.* 380. Et quos peſtifera Pomtini uligine campi.

Ulixes, m. 3. idem ac Ulyſſes, ut eſt in quibuſdam veteribus libris, quomodo ab Αἰγύπτιος dixere etiam *Ægyptus*, a αἰγῶ, *ſtipo*, a φρύγω *frigo*. *Voſſ. in Æeymol.* in voce *Stupes*.

Ullo, altus fuero, perdidero, futurum ſubjunctivi ab obſoleto *ulluo*, vel *ulluo*, per Syncopen. *Accius apud Non. c. 2. n.* 894. Qui niſi genitorem ullo, nullum meis dat finem miſeriis. Alii leg. *ulro*, quod majorem ſane habet analogiam ad particip. *ultus fuero*.

Ullus, a, um, *alcuno*, Ger. *einiger*, Gal. *aucun*, Hiſp. *alguno*, [illegible], idem quod *aliquis*, ſed in modo uſurpandi ab eo differens: non enim eo utimur affirmative, neque dicimus, *Sunt ulli*, *qui ſtudia amplectantur*, ſicut *Sunt aliqui*; ſed vel negative, ut *Non eſt ullus*, *qui publica commoda privatis rationibus præferat*, vel interrogative, ut *Eſt ne ullus*, *qui legum metu ſolutus ab injuria temperet?* vel infinite, ut *Neſcio*, *an ullus ſit*, *qui non majorem opibus*, *quam virtuti honorem deferat*, vel ſubjunctive, ſeu conditionate, ut *Si ullus me vocabit*, *ſtatim veniam*. *Cic. 2. Phil.* Omnino ullius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor. *Id. 6. Verr.* Nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, præter unum pervetus ligneum. *Id. Verr. 4. c.* 24. Debebat ullum nummum nemini. *Id. Verr. 7. c.* 3. Sine ulla facultate navium. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 102. Si ullo modo eſt, ut poſſit. ¶ Aliquando tamen uſurpatur affirmative, eodem modo, quo aliquis. *Virg. 3. Georg. v.* 428. *de angue Calabro*: Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Auſtris, Stagna colit, ripiſque habitat &c. *Quintil. declam.* 5. Objicit mihi, quod ullum de liberis meis potuerim facere diſcrimen. ¶ Ponitur interdum pro alteruter. *Cic. Verr. 7. cap.* 3. Durum hoc fortaſſe videatur, neque ego ullam in partem diſputo. ¶ *Ullius* in genitivo penultimam apud Poetas habet communem. *Virgil. 11. Æn. v.* 354. nec te ullius violentia vincat. *Horat. l. 1. epiſt. 18. v.* 37. Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam. ¶ *Ulli* pro *ullius*. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 38. Quaſi vero corpori reliqueris tuo poteſtatem coloris ulli capiendi.

Ulmarium, ii, n. πτελεών, ulmorum ſeminarium, locus ulmis conſitus. *Plin. l. 18. c.* 11. Differendæ ex aratum venis poſt annum in ulmaria, intervallo pedali in unamquamque partem.

Ulmeus, a, um, *di olmo*, πτελέϊνος, quod ex ulmo eſt. *Col. l. 6. c.* 3. Probatur que maxima ulmea frons. *Plaut. Epid.* 5. 2. 20. Quem Apelles Zeuxiſque duo pingent pigmentis ulmeis. h. e. virgis ex ulmo cædent. *Id. Aſinar.* 2. 2. 95. Interminatus eſt nos futuros ulmeos, niſi &c. V. *Ulmus*.

Ulmitriba, æ, com. g. πτελεοτρίβης, μαστιγίας, qui aſſidue ulmeis virgis cæditur, quaſi ulmi attritor. *Plaut. in Perſ.* 2. 4. 7. Neſcio, inquam, ulmitriba tu.

Ulmus, mi, f. *olmo*, Germ. *ulmerbaum*, Gal. *ormr*, Hiſp. *olmo*, πτελέα, arbor propter meritatem foliorum maritandis vitibus maxime idonea. *Virg. 4. Georg.* Quo ſidere terram Vertere, Mecænas, ulmiſque adjungere vites Conveniat. *Juvenal. ſat. 8. v.* 78. Stratus humi palmes viduas deſiderat ulmos. h. e. vite carentes, quas fulciat. ¶ Ex ulmo fere erant virgæ, quibus ſervi cædebantur. *Plaut. Amph.* 4. 2. 9. Verbero, etiam quis ego ſim, me rogitas? ulmorum Acheruns! h. e. in cujus tergo ulmeæ virgæ quaſi moriuntur; vel, cujus tergum ulmeas virgas conſerit, ut Acheron animas. His adde & illa ejuſdem Plauti paſſim, *ulmitriba*, *ulmei ſtyli*, *ulmea pigmenta*, *virgidemia ulmea*, quæ omnia oſtendunt, ulmeis bacillis ſervos cædi morem fuiſſe.

Ulna, æ, f. *braccio*, *gomito*, אמה, Ger. *derarm*, Gal. *aune*, Hiſp. *una*,

Digitized by Google

ware, ὠλένη, cubitus, brachium, item quantum ſpatii utraque manus extenſa complectitur. Ulna enim bifariam ſumitur. Interdum ſumitur pro cubito, unde exponitur πῆχυς. Interdum pro extenſione utriuſque manus, unde Gloſſæ, ὀργυιά, ulna. Nam ὀργυιά ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις, ut Heſychius ait, ideſt ambarum manuum extenſio. Serv. ad illud Ecl. 3. Dic, quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Tres pateat cœli ſpatium non amplius ulnas: Ulna, inquit, proprie eſt ſpatium, in quantum utraque extenditur manus. Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, hoc eſt a brachiis. Unde & λευκώλενος Ἥρη dicitur, licet Suetonius ulnam cubitum eſſe tantummodo. Id. ad illud 3. Georg. Septemque aſſurgit in ulnas: Ulna, inquit, ſecundum alios utrioſque manus extenſio eſt, ſecundum alios cubitus: quod magis verum eſt, quia Græce ὠλένη dicitur cubitus. Pro cubito, ſeu brachio Plin. l. 11. c. 43. Terreſtrium uni homini juguli, humeri, cæteris armi, uni ulnæ. Catull. epigr. 17. Nunc ſapit pueri inſtar bimuli, tremula patris dormientis in ulna. Ovid. 7. Met. v. 847. Ulnis mollibus attollere aliquem. ¶ Pro menſura Hor. Epod. 4. Vides ut, ſacram metiente te viam Cum bis ter ulnarum toga, &c. ? Plin. l. 16. c. 40. Arboris ejus craſſitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat.

Ulophŏnum, n. 2, οὐλόφονον, genus herbæ, chamæleontis ſpecies, ita dictum, quaſi οὐλὸν φονόωσιν, hoc eſt totum exitiale. Fertur enim a juvenis guſtatum, veluti angina quadam eos interficere. Pleriſque ixiam vocant, ab ἰξός, viſcum, quod quibuſdam in locis viſcum gignat ſub alis foliorum, maxime ſub Canis exortum, quo mulieres in Creta pro maſtiche utantur. Plin. l. 22. c. 18.

Ulpiānus, m. Juriſconſultus, patria Tyrius. Floruit Hadriani temporibus, cujus ſcrinüs præfuit. Cum Gallias adminiſtraret, ſeditione oborta interfectus eſt. Scripſit multa ad jus pertinentia, quæ paſſim in libris Pandectarum inſerta ſunt.

Ulpĭcum, i, npiglio, ἀφροσκόροδον, genus allii grandius, præcipue in Africa inter pulmentaria ruris, unde & Punicum allium a quibuſdam appellatur. Plaut. Pœn. 5. 5. 33. Aman' tu tamen plenior alliis ulpicis, quam ſunt Romani remiges? Col. l. 11. c. 3. Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀφροσκόροδον appellant, longe majoris eſt incrementi, quam allium, &c.

Uls, oltre, πέραν, idem ac ultra, apud veteres. Prius fuit ultis, unde ultra, ut cis a citis, unde citra. Feſt. Uls Cato pro ultra poſuit. Pompon. l. 2. ff. tit. 2. l. 2. Quinqueviri conſtituti ſunt cis Tyberim, & uls Tyberim, qui poſſent pro Magiſtratibus fungi. Alii leg. ultis Tyberim.

Ulter, a, um, adject. qui eſt ultra aliquem locum. Salmaſ. in exercit. Plin. pag. 721. conatur hanc vocem intrudere in Plin. & Apulej. ſed utroque loco alii aliter. ¶ In uſu tamen eſt ejus comparativum

Ulterior, us, n. 3. ulteriore, che è di là, περαιτέρω, ὁ πέραν, compar. ab antiquo ulter, vel ulterus, quod ab ultra. Ter. Phorm. 4. 2. 10. Sed eccum ipſum, quis eſt ulterior? Cic. de Prov. Conſ. c. 15. Quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem. h. e. Tranſalpinam. V. Gallia. Vellej. l. 2. c. 107. Ulterior ripa. Tacit. 4. hiſt. c. 77. Moſellæ pons, qui ulteriora coloniæ annectit, la parte di là. Id. de Germ. c. 17. Proximi ripæ negligenter, ulteriores exquiſitius, quei, che abitano più in là. Id. 4. hiſt. c. 8. Ulteriora mirari, præſentia ſequi, le coſe paſſate.

Ulterĭus, più oltre, ἐπέκεινα, περαιτέρω, adv. compar. ab ultra. Ovid. 2. Met. v. 875. Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti Fert prædam. Id. 6. Met. Quotieſque rogabat Ulterius juſto, Prognem ita velle ferebat, h. e. præter honeſtatem, ſupra quam honeſtum foret. Sen. ep. 102. Et ulterius ſi licuiſſet, juvabit de immortalitate animorum quærere, imo credere.

Ultĭme, adverb. eſtremamente. Apulej. l. 1. Met. Tandem evado, & utpote ultime affectus, ad quandam uſuponam devorto. ridotto all'eſtrema miſeria. Id. l. 10. Nudam flagris ultime verberat. h. e. ad extremum pene ſupplicium. ἐσχάτως μαστιγοῖ.

Ultĭmo, adv. ultimamente, ἐσχάτως, poſtremo, ad extremum, denique. Suet. in Ner. c. 32. Ultimo templis compluribus dona detraxit, ſimulacraque ex auro, vel argento fabricata conflavit.

Ultĭmo, as, n. 1. in ultima parte ſum, ad extremum perveni. Tertull. de Pall. c. 1. Cum ultimarent tempora Patriæ.

Ultĭmum, adverb. l'ultima volta, τὸ ἔσχατον, poſtremum. Liv. l. 1. c. 29. Nunc errabundi domos ſuas ultimum illas viſuri peragantur. Curt. l. 5. c. 12. Darius Artebazum ultimum illum viſurus amplectitur.

Ultĭmus, a, um, ultimo, אחרון, Ger. derletzt, Gal. dernier, Hiſ. poſtrero, ὕστατος, ἔσχατος, poſtremus, extremus, ſummus, ab inuſitato ulter, vel ulterus, quod ab ultra. Cic. 2. de nat. Deor. Luna, quæ omnium ultima eſt. Id. 2. de Div. Cœlum ipſum, quod extremum, atque ultimum mundi eſt. Ter. Phorm. 1. 4. 38. Senex, quem video in ultima plateæ. h. e. in ultima plateæ parte. Id. l. 31. c. 30. Non in ultimis laudum hoc tibi fuerit. h. e. in infima laude. Vellej. l. 1. c. 11. de Pſeudophilippo. Qui ſe regiæ ſtirpis ferebat, cum eſſet ultimæ. h. e. vilifſimæ. Curt. l. 5. c. 12. Ultimum ſcelus. h. e. maxime deteſtabile. Apulej. l. 9. Met. Ultima illa piſtoris uxor. h. e. deterrima. Juſtin. l. 24. c. 2. Inauditis, ultimiſque exſecrationibus aliquem adjurare. un più obbligante ſcongiuro. ¶ Dicitur vero non ſolum reſpectu finis, ſed etiam reſpectu principii. Igitur accipitur etiam pro primo. Virg. Æn. 7. v. 49. de Saturno primo Latini Regis progenitore: Tu ſanguinis ultimus auctor. Cic. 1. de Fin. Quod quam magnum ſit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis tria vix amicorum paria inveniuntur. Id. pro Arch. c. 1. Ab ultima pueritia. Liv. l. 40. c. 8. Ultima origo. Auct. ad Her. l. 1. Si non ab ultimo initio repetere volemus. Sever. in Ætna, v. 17. Ultima quis tacuit juvenum certamina Colchos? ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive, ut cætera adjectiva. Celſ. l. 7. c. 7. Igitur ibi ultima experiri ſtatutum eſt. ideſt ultima remedia. Curt. l. 3. c. 1. Ultima Orientis ſubigam. h. e. extremas regiones. Aurel. Vict. de Cæſ. c. 40. Ultima vitæ agere. h. e. morti proximum eſſe.

Ultĭo, onis, f. vendetta, ἐκδίκησις, τιμωρία, actus ulciſcendi. Plin. l. 11. c. 28. Illis etiam ultionis cauſa datam eſt. Tac. l. 2. Ann. c. 13. Simul perfidos, & ruptores pacis ultioni, & gloriæ mactandos. Id. 13. Ann. c. 21. Ultionem in aliquem obtinere.

Ultis. V. Uls.

Ultis. V. Ullo.

Ultor, oris, m. vendicatore, τιμωρός, ἔκδικος, qui injuriam illatam ulciſcitur. Cic. pro Syll. c. 30. Ego ille conjurationis inveſtigator, atque ultor certe non defenderem Syllam, ſi conjuraſſe arbitrarer. Virg. 4. Æn. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor. Silius l. 2. v. 495. Statque dies auſis olim tam triſtibus ultor.

Ultorĭus, a, um, adject. ad ulciſcendum pertinens. Tertullian. lib. 2. adv. Marc. c. 24. Deus immittit mala non peccatoria, ſed ultoria.

Ultra, oltre, oltre, di là, עבר, Ger. darüber, Gal. outre, Hiſp. allende, πέραν, πέρα, πόῤῥω, ὑπέρ, ἐπέκεινα, præter, trans, præp. ex iis, quæ accuſativo ſerviunt, videturque eſſe ab uls, ut citra a cis. Cic. Att. l. 12. ep. 27. Ultra Silanum villam eſt, quam puto tibi notam eſſe. Id. 4. Tuſc. c. 17. Sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Flor. l. 2. c. 7. Ultra jus victoriæ ſævire, più di quello, che la vittoria permette. Id. ibid. Vulnera ingentibus palis, nec minoribus adactis gladiis ultra mortem paſcebant, più ancora di quello, che baſtava per dar morte. Vellej. l. 2. c. 118. Ultra barbarum promptus ingenio. h. e. ſupra barbari indolem. Id. ibid. c. 88. Otio ac mollitie pene ultra fœminam fluens. h. e. plus quam fœmina. Alii leg. ultra famam. h. e. plus quam fama prædicaret, aut homines crederent. ¶ Eſt etiam adverbium, cum ſine caſu ponitur, idem ſignificans, quod præterea, vel amplius, oltre a ciò, di più, d'avvantaggio. Cic. de Univ. c. 3. Ut, ſi probabilia dicentur, nil ultra requiratis. Idem l. 1. de Invent. c. 49. Remotum eſt, quod ultra, quam ſatis eſt, petitur. Liv. l. 2. c. 19. Non ultra dilatum bellum eſt. Rurſus Cic. Attic. l. 15. ep. 1. Oratio ſcripta elegantiſſime, ut nihil poſſit ultra. Sueton. in Auguſt. c. 67. Coſmum ſervum graviſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coercuit. non gli fece altro, che metterlo in ceppi.

Ultramundānus, a, um, adject. qui ultra mundum eſt. Apulej. l. 1. de dogm. Plat. Deus ille ſummus, ultramundanus.

Ultrātus, a, um, adject. ultra poſitus, ulterior, ut ultrata regio, Hygin. de limitib. pag. 156.

Ultrix, icis, f. vendicatrice, ἀμύντειρα, τιμωρητής, quæ ulciſcitur. Cic. pro Domo, c. 45. Hæc ultrix afflictæ civitatis Reipublicæ ſpolia ornabunt? ¶ Uſurpatur etiam adjective, & in plurali num. habet ultricia in neutro genere, quemadmodum victrix habet victricia. Virg. 4. Æn. v. 473. Ultriceſque ſedent in limine Diræ. Sil. l. 2. v. 423. Ultricia bella.

Ultro, adv. ſpontaneamente, ἑκών, ἐκ προαιρέσεως, ſponte, nemine rogante, aut cogente. Virg. 5. Æn. Entellus vires in ventum effudit, & ultro Ipſe gravis, graviterque ad terram pondere vaſto Concidit. ideſt nullo impellente, ut Donatus interpretatur. Cic. l. 4. Fam. ep. 13. Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Cæſar detulerit. ¶ Interdum ſignificat prius. Ter. Adelph. 4. 3. 3. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, ſibi fieri injuriam, ſi quam fecere ipſi, ultro expoſtulant, Et ultro accuſant. h. e. ipſi priores accuſant, non expectata querela eorum, qui injuria ſunt affecti. Aliqui explicant, perverſe, vice verſa. Id. Phorm. 2. 3. 13. O audaciam! etiam me ultro accuſatum advenit. ¶ Interdum imo, vel e contrario. Cic. pro Quint. c. 23. Sextus Nævius, qui cum ipſe ultro deberet, cupidiſſime contenderet &c. Plaut. Aulul. 3. 5. 55. Ubi diſputata eſt ratio cum argentario, etiam plus ipſus ultro debet argentario. ¶ Interdum procul. Plaut. Amph. 2. 1. 164. Ultro iſtunc, qui exoſſat homines. Id. Captiv. 3. 4. 19. Ultro iſtum a me. ¶ Interdum inſuper, ultra, præterea. Virg. 2. Æn. v. 145. His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus ultro. Ita Serv. exponit. Ter. Eun. 5. 2. 21. Etiam ultro deriſum advenit. Cic. pro Planc. c. 19. Cum pro frumento pecuniam accepiſſet, celavit cives ſuos, ultroque in ſumptum intulit. ¶ Ultro, citroque, di là, e di quà. V. Citro.

Ultro tributum, & duabus conjunctis vocibus Ultrotributum, n. ſumptus eſt operum publicorum, ἐργολαβεῖν: ita autem appellatur, quia qui opere publica faciendo, vel reficiendo redimebant, de pecunia ſua impenſas omnes faciebant, ut re confecta, id ipſis ex ærario ſolveretur, in quod locatione convenerant. Differt a vectigali, quia qui vectigal conducebat, pecuniam prius colligebat, deinde vero ærario inferebat, qui vero ultrotributa, prius pecuniam ultro erogabat, deinde ex ærario, quod ſibi debebatur, accipiebat. Liv. l. 39. c. 44. Cenſores vectigalia ſummis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt. Id. l. 43. c. 16. Quæ vectigalia, ultro tributa C. Claudius, & T. Sempronius locaſſent. ¶ Tranſlate Senec. l. 4. de benef. c. 1. Virtus ſæpius in ultrotributis eſt. h. e. cum duo ſint actus virtutis, v. gr. liberalitatis, impendere, & accipere, ſæpius eſt in impendendo, quam in accipiendo; ideoque ſimilior eſt ultrotributis, quam vectigalibus.

Ultronĕus, a, um, ſpontaneo, ἐθελοντής, ἑκών, ſpontaneus, voluntarius. Sen. l. 2. Nat. Quæſt. c. 59. Quid intereſt ad mortem, juſſi eamus, an ultronei?

Ultus, a, um, particip. ab ulciſcor, chi s'è vendicato. Salluſt. in Catil. c. 33. Ulti ſanguinem noſtrum. V. Ulciſcor.

Ulva, æ, f. aliga, aliga, herba paluſtris, quæ in fluvio, ac palude naſcitur, ut alga, quæ in mari. Virg. 2. Æn. v. 135. Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva Delitui. Id. l. 6. v. 417. Tandem trans fluvium incolumes vatemque, virumque Informi limo, glaucaque exponit in ulva.

Ulubræ, arum, f. opp. exc. ſeu pagus deſertus Latii, apud Velitras urb. ubi Octavianus Auguſtus Imp. educatus fuit, teſte Plin. l. 3. c. 5. Hor. l. 1. ep. 2. Eſt Ulubris, animus ſi te non deficit æquus. Juvenal. ſat. 10. v. 102. Vaſa minora Frangere pannoſus vacuis Ædilis Ulubris.

Ulubrānus, a, um, adject. ad Ulubras pertinens, ut Ulubranus populus. Cic. Fam. 7. ep. 12.

Ulubrenſis, ſe, adject. ab Ulubris. Apud Plin. l. 3. c. 4. Ulubrenſes ſunt Ulubrarum incolæ.

Ulŭcus. V. Alucus.

Ulŭla, æ, f. alocco, Germ. eul, Gal. chouette, Hiſp. autillo, ὀλολυγών, αἰγωλιός, avis nocturna ex genere noctuarum, ab ululando, ut Græce ei nomen ab ὀλολύζειν. Virg. 8. Ecl. Certent & cygnis ululæ, ſit Tityrus Orpheus. Plin. l. 10. c. 12. Uncos ungues & nocturnæ aves habent, ut noctuæ, bubo, ululæ.

Ululābĭlis, le, adject. ululans, ululatu plenus; ut ululabilis planctus, apud Apul. l. 4. Metam. Ululabilis clamor, apud Ammian. l. 24. c. 1.

Ululāmen, inis, n. idem quod ululatus. Prudent. in hymn. exſequiar. v. 114. Turba clangens ululaminae miſcet.

Ulŭlans, antis, o. g. ὀλολύζων, part. ab ululo. Cic. in Or. c. 8. Cum vero inclinata, ululantique voce, more Aſiatico, canere cœpiſſet, quis eum ferret? Virg. 1. Georg. v. 486. Ululantes lupi. Sil. l. 6. v. 563. Ululanti dolore.

Ululātus, us, m. ululato, urlo, ὀλολυγμός, ὀλολυγή, actus ululandi, clamor clarus, ſed inconditus. Cæſ. l. 5. bell. Gall. c. 37. Tum vero ſuo more victoriam conclamant, atque ululatum tollunt. Virg. 4. Æn. v. 667. Lamentis, gemituque, & fœmineo ululatu Tecta fremunt. Ovid. Metam. 3. v. 528. Liber adeſt, feſtiſque fremunt ululatibus agri.

Ululātus, a, um, particip. ululatibus conclamatus. Stat. l. 9. Theb. v. 726. Tu dulces ritus, ululataque præmia gaudes. Virg. 4. Æn. v. 609. Nocturniſque Hecate triviis ululata per urbes, h. e. ululatibus invocata. Ruſſus Stat. l. 2. ſilv. 3. v. 85. Juga Circes Dulichiis ululata lupis. h. e. ululatibus completa. Sic Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 139. Ululata vetendia aula puerperiis.

Ulŭlo, as, n. 1. urlare, ὀλολύζω, flebilem, & mœſtum ſonum edo, proprium luporum, & canum, teſte Servio, a verbo Græco allato, vel ab ὑλακτεῖν, latro. Virg. 6. Æn. v. 257. Viſæque canes ululare per umbram. ¶ Transfertur & ad alia. Virg. 2. Æn. v. 488. Penituſque cavæ plangoribus ædes Fœmineis ululant. Id. l. 4. Summoque ulularunt vertice Nymphæ.

Ulyſſes,

Ulyſſes, is, & Ulyſſeus, Ulyſſei, vel Ulyſſi, m. *Uliſſe*, Ὀδυσσεύς, filius Laertæ, a quo & Laertius cognominatus eſt, ex Anticlea, nepos Arceſii, pronepos Jovis tertii, ideſt Jovis Cretenſis filii Saturni, Rex Ithacæ, & Dulichii inſularum maris Jonii, a quibus modo Ithacus, modo Dulichius appellatur. *Ovid.* 13. *Met.* Sed Servius tradit, Ulyſſem filium fuiſſe Siſyphi ſceleſtiſſimi latronis, filii Æoli, Anticleam enim Ulyſſis matrem, antequam nuberet, cum Siſypho concubuiſſe; ex quo Ulyſſem peperit. Idem Theodontius affirmat, qui ait, Anticleam prius Siſypho nupſiſſe, deinde ab eo diſceſſiſſe, & jam prægnantem nupſiſſe Laertæ, ex primis autem nuptiis Ulyſſem peperiſſe. Idem aſſerit Leontius, qui narrat, Anticleam quidem primum Laertæ nupſiſſe, ſed, cum ad Apollinis oraculum pergeret conſultum, a Siſypho latrone captam, & conſtupratam fuiſſe, ex eo ſtupro Ulyſſem eſſe genitum. Atque hanc originem Ajax Telamonis filius Ulyſſi objicit in certamine de armis Achillis, apud *Ovid.* 13. *Metam.* v. 31. Fingitur ab Homero vir multa præditus facundia, vafer conſilii, magna experientia, egregius bello, laborum patientiſſimus. Uxorem habuit Penelopen Icarii filiam, ex qua Telemachum filium ſuſcepit: eamque tantopere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulaverit, futurum ſperans, ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Junctis itaque duobus diverſi generis animalibus litus proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Sed Palamedem virum prudentiſſimum, cui demandatum fuerat, ut juventutis delectum haberet, cum in Ithacam veniſſet, fallere non potuit, qui ut technam Ulyſſis detegeret, aranti illi Telemachum filium in ſulco objecit: quem Ulyſſes conſpicatus, ne læderet, aratrum in aliam partem inflexit. Eo argumento Palamedes facile deprehendit, non veram illam, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Itaque eum ad bellum Trojanum pertraxit. In eo bello ſtrenuam, utiliſſimamque Græcis operam navavit. Invenit Herculis ſagittas, quæ erant apud Philoctetem, eaſque in Troadem pertulit. Achillem in Lycomedis Regis Scyri aula inter mulieres virginali habitu latitantem detexit, & ad bellum perduxit. Sæpe mendici habitu Ilium explorandi gratia ingreſſus eſt, neglectis Ilienſium contumeliis, ubi etiam ab Helena cognitus fuiſſe dicitur. Sæpe etiam legatione ad Priamum functus eſt. Græcis diſſuaſit, ne propter Agamemnonis ſomnium ex Troade diſcederent. Una cum Diomede, cujus amiciſſimus erat, cineres Laomedontis, qui ſuper Scæam portam illi ſervabantur, clam ſuſtulit. Palladium quoque una cum eodem Diomede ex arce cæſis cuſtodibus rapuit. Helenum etiam vatem Priami filium dicitur rapuiſſe. Miſſus quoque explorator cum Diomede, quando Rheſus Thraciæ Rex veniret, eum occidit, & equos ejus abduxit, priuſquam Troadis herbam deguſtaſſent, & de Xanti aquæ bibiſſent. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fatis, ſine quibus Troja expugnari non poterat. Cum Palameda graviſſimas inimicitias exercuit, quas potiſſimum occaſione frumentationis exarſerunt, eumque tandem per calumniam circumventum lapidibus obruendum curavit. Occiſo Achille, contendit de illius armis cum Ajace Telamonio, in quo judicio fortiſſimo illi viro prælatus eſt. Effecit, ut Ilium proditione caperetur, familiaritate cum Ænea, Antenore, Thymœta, vel, ut eſt in fabulis, opera Sinonis, & per equum ligneum. Capta Urbe, Orſilochum Idomenei Cretenſis Regis filium obſtantem, ne legitima pars prædæ ſibi decerneretur, exorta rixa interemit. Polyxenam ad Achillis tumulum jugulavit. Aſtyanactem Hectoris filium e turri præcipitavit. Cum navem conſcendiſſet in patriam rediturus, pœnam ſuis dolis, & ſceleribus dignam perſolvit. Decem enim annos, & amplius per diverſa maria erravit, novis ſemper jactatus tempeſtatibus. Hinc *Ulyſſis errores* in proverbium abierunt. Ab Homero ſeparatim a bello Trojano deſcripti fuere ingenti volumine, quod *Odyſſea* inſcribitur. Tandem in patriam pervenit, & Penelopes uxoris ſuæ procos occidit. De ejus morte ita narrant. Poſt varia, & horribilia ſomnia oraculum Apollinis conſuluit, ex quo didicit, ſe a filio interemptum iri. Quare in locis abditis vivere decrevit. Sed Telegonus filius ex Circe ſuſceptus, patrem ſuum videre cupiens, in Ithacam profectus eſt: ubi cum incognitus a domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitum ſpina venenoſa trigonis piſcis transfixit. *Virg.* 3. *Æn.* Et terram altricem ſævi exſecratur Ulyſſi. Alii leg. *Ulyſſei*. *Id. l.* 2. Pelias & vulnere tardus Ulyſſi. *Horat. epod.* 17. Laborioſi remiges Ulyſſei. *Martial. l.* 14. *epigr.* 184. Primum regnit inimicus Ulyſſes. *Ovid. Heroid. epiſt.* 1. Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Ulyſſe. *Id. ibid.* Penelope conjux ſemper Ulyſſis ero. ¶ Legitur & *Ulixes* in multis antiquis codicib. quod & ſupra ſuo loco adnotavimus.

Ulyſſipo, & Olyſſipo, vel Ulyſippo, onis, f. *Lisbona*, oppidum Luſitaniæ, quod regum Portugalliæ hodie ſedes eſt, ita dictum quod ab Ulyſſe conditum creditur. *Plin. l.* 8. *c.* 42.

Ulyſſiponenſis, ſe, adject. ad Ulyſſiponem pertinens, ut Ulyſſiponenſe promontorium. *Plin. l.* 4. *c.* 21.

U ANTE M.

Umbella, f. 1. *ombrella*, *parasole*, inſtrumentum, quo Solem a facie arcemus. *Juven. ſat.* 9. *v.* 50. Et cui tu viridem umbellam, cui ſuccina mittas Grandia.

Umber, bra, brum, Ὄμβριος, qui eſt ex Umbris. *Catull. in Egnatium* 37. Aut parcus Umber, aut obeſus Hetruſcus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 40. Umber aper. ¶ Dicitur etiam de cane ex Umbris. *Virg.* 12. *Æn. v.* 753. at vividus umber Hæret hians.

Umbilicaris, re, adject. ad umbilicum pertinens, ut umbilicaris nervus, apud *Tertul. de carn. Chriſti*, c. 20.

Umbilicatus, a, um, ὀμφαλώδης, quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Et in alvo media pleriſque umbilicatum.

Umbilicus, i, m. *umbellico*, *bellico*, ὀμφαλός, media regio abdominis, cavitate quadam prædita, ligamentum inteſtinorum, quod medium fere ventris planitiem obtinet, ad hoc factum, ut per illud fœtus, dum eſt in utero matris, nutriatur. *Liv. l.* 26. Adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua eſſet. *Celſ. l.* 6. *c.* 17. Ad umbilicos prominentes ne manu, ferroque utendum ſit, ante tentandum eſt. ¶ Per Metaphoram ponitur pro media cujuſque rei parte. *Plaut. Men.* 1. 2. 45. Dies ad umbilicum jam eſt. *Cic.* 6. *Verr. c.* 48. Qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur. *Liv. l.* 35. *c.* 18. Ætoli umbilicus Græciæ. ¶ In libris quoque ſic dicuntur oſſea, vel eburnea, vel lignea ornamenta in medio integumenti extantia, quæ voluminibus abſolutis addi ſolebant. Sic autem dicti ſunt, quod umbilici humani formam imitarentur. Alii umbilicos fuiſſe ajunt bacilla cedrinos, vel buxeos, circa quos membranæ involvebantur, quibus quidem membranis in volumen complicatis in medio utrinque ii bacilli apparebant, & ideo dicebantur ſimilitudine quadam umbilici. Quæ ſane ſententia ideo verior eſſe videtur, quia apud Veteres non colligabantur libri ex multis plagulis unam poſt aliam aſſutis, ſed ex membranis convolutis fiebant, unde volumen. Alii denique umbilicos intelligunt extremitates bacillorum, quæ & cornua dicebantur, quia iis affigebantur claviculi quidam ex ebore, aut ligno aliquo pretioſo in modum umbilici. Quænam ex his ſententiis verior ſit, judicent eruditi. *Mart. l.* 3. *ep.* 2. *ad librum ſuum*: Cedro (h. e. *oleo expreſſo ex cedro*) nunc licet ambules perunctus, Et frontis gemino decens honore Pictis luxurieris umbilicis. *Id. l.* 5. *epigr.* 6. Quæ cedro decorata purpuraque Nigris pagine crevit umbilicis. *Id. l.* 2. *ep.* 6. Quid prodeſt mihi tam macer libellus, Nullo craſſior ut ſit umbilico? ¶ Quia vero hujuſmodi bacilli, ſeu bacillorum ornamenta non affigebantur membranis, niſi poſt finitum volumen, ſeu librum, hinc *pervenire ad umbilicum*, eſt ad finem libri accedere, & *ad umbilicum perducere* eſt librum abſolvere. *Martial. l.* 4. *ep. ult.* Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle; Jam pervenimus uſque ad umbilicos. *Horat. Epod.* 14. Deus me vetat Inceptos olim promiſſum carmen Iambos Ad umbilicum ducere. ¶ Dicitur præterea umbilicus in annulo, vel monili ea pars, quam alio nomine palam vocamus, cui ſcilicet gemma, vel margarita illigatur. *Plin. l.* 36. *c.* 5. *de margaritis*: Et alios convenit non oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis tantum ex auro capita comprehendentibus. ¶ Item parvus circulus in terra deſcriptus ad cognoſcendos ventos ob humani umbilici ſimilitudinem umbilicus dicitur. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Per hujus medium longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere lineam, v. gr. pedum 20. conveniet, mediamque menſuram, hoc eſt in decimum pede circumſcribi circulo parvo, qui vocatur umbilicus. ¶ Item gnomon, hoc eſt ſtylus, ex quo Solis umbræ dignoſcuntur, & ex iis horæ. *Plin. l.* 6. *c.* 34. In hoc cæli circumflexu æquinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, ſeptem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. *Et mox*. Umbilicus æquinoctio triginta quinque pedum, umbram viginti quatuor pedes longam facit. ¶ Etiam ita dicebatur cochlea marina, quæ Ariſtoteli fere κόχλος. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 6. *de Scipione Æmiliano*, & *C. Lælio*: Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scævola, conchas eos, & umbilicos ad Cajetam, & Laurentum legere conſueſſe. *Valerius Maximus l.* 8. *c.* 8. *n.* 1. Conſtat namque eos Cajetæ, & Laurenti vagos litoribus conchulas, & umbilicos lectitaſſe. Errare igitur videntur ii, qui umbilicos his locis parvos, rotundoſque lapillos, ſeu calculos interpretantur. Nam etiam *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 3. cum narraſſet, juſſas a Caligula legiones conchas, & umbilicos in ora maris legere; ſubdit deinde: *hujuſmodi* piſces Græce Nympharum *lumina appellantes*, ex quo intelligimus, piſces eſſe, aut certe marinas conchulas, aut cochleas, quæ a maris fluctibus ſubinde ejectantur.

Umbilicus Veneris, κοτυληδών, herbæ eſt in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, brevi in medio cauliculo, in quo ſemen ineſt, radice olivæ modo rotunda. Eſt & alterum ejuſdem generis, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, laterosibus, ligularum modo denſis, circa radicem medium oculi ambitum deſcribentibus, ut in majore ſempervivo, aſtringentis guſtus, cauliculo tenui, in quo flores, & ſemina hyperici, radice majuſcula. *Apul. de herb.* c. 43.

Umbo, onis, m. ἄμβων, ὀμφαλός, quicquid in plano extat, ac protuberat figura rotunda, vel conica. Specietim ſic dicitur media pars clypei eminentior. Et per Synecdochen pro clypeo ſumitur. *Virg.* 9. *Æn. v.* 810. Nec ſufficit umbo ictibus. *Liv. l.* 9. Gallum umbone ictum deturbat. ¶ Dicitur etiam de parte magis exſtante in gemmis. *Plin. l.* 37. *c.* 6. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmæ, aut in dejectu renitente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimi coloris. ¶ Item de editiore montis, aut ſcopuli parte. *Stat.* 1. *Achil. v.* 408. Undiſona quos circuit umbo Maleæ. *Id. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 110. Contra riget umbo maligni montis. ¶ In toga etiam umbones dicuntur ſinus, & rugæ in modum umbonis ſeu clypei complicatæ, & ſiniſtro brachio collectæ, præſertim in ditioribus, & lautioribus, qui laxas admodum togas adhibebant. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 30. Totaque impune Suburra Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo. ¶ Apud *Martial. l.* 3. *epigr.* 46. Umbo poni videtur pro brachio, quo tanquam umbone confertam turbam incedentes repellimus. Verba ſunt: In turbam incideris, cunctos umbone repellet. Invalidum eſt nobis, ingenuumque latus.

Umbra, æ, f. *ombra*, צל, Ger. *ſchatten*, Gal. *ombre*, Hiſp. *ſombra*, σκιά, σκίασμα, aer carens Sole, quod fit alicujus corporis objectu, ut nubium, arborum, parietum. *Cic.* 1. *de Or. c.* 7. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quam illa, cujus umbram ſecutus eſt Socrates. *Id.* 1. *Tuſcul. c.* 45. Gloria virtutem tanquam umbra ſequitur. ¶ Metonymice umbræ quoque Latinis dicebantur tabernacula, ſive tentoria in orbis viis, aut locis ſuburbanis compacta ad excipiendos peregrinos, qui undique vel ad ſpectandos ludos, vel ad vendendas merces convenient. *Feſt.* Umbræ vocabantur Neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis. ¶ Item ædificia omnia, ut ſunt ſcholæ, in quibus Grammatica, Rhetorica, & aliæ artes traduntur. *Juven. ſat.* 7. *v.* 173. Ad pugnam qui Rhetorica deſcendit ab umbra. id eſt a declamationibus, quæ fiunt in ſcholis, ad verum certamen. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 53. Studia in umbra educata. ¶ Per Metaphoram appellantur umbræ, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ ſunt, ſolidæ videantur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 7. Quam multa vident pictores in umbris, & eminentia, quæ nos non videmus? ¶ Ita quoque per Translationem vocantur mortuorum animæ. Cauſa appellationis eſt, quia putantur, cum orbis apparent, corpus aereum aſſumere, tenue, & nigri coloris, inſtar umbræ, quod momento evaneſcit. *Virg.* 6. *Æn.* Umbrarum hic locus eſt, & ſomni, noctiſque ſoporæ, &c. *Suet. in Calig. c.* 59. Satis conſtat, cuſtodes hortorum umbris inquietatos. *V. Serv. ad illud Æn.* 4. Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. ¶ Umbra item tranſlate dicitur, qui venit ad convivium non vocatus, ſed illius, qui vocatus eſt, comes. Nam ſic vocatum ſequitur, veluti umbra corpus. *Hor. l.* 1. *ep.* 5. Brutum tibi, Septimiumque, Et niſi cœna prior, potiorque puella Sabinum Detinet, aſſumam. Locus eſt & pluribus umbris. *Id. l.* 2. *ſat.* 8. Cum Servilio Balatrone Vibidius, quos Mæcenas adduxerat umbras. ¶ Præterea metaphorice umbra accipitur pro ſpecie, ſigno, veſtigio alicujus rei. *Cic.* 3. *Off. c.* 17. Sed nos veri juris, germanæque juſtitiæ ſolidam, & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra, & imaginibus utimur. *Id. pro Mur. c.* 6. In quo ipſam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? *Id. Att. l.* 7. *ep.* 11. O hominem amentem, & miſerum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit. *Id. in Piſon. c.* 24. Umbras falſæ gloriæ conſectari. ¶ *Timere umbras* proverbiali locutione dicitur is, qui ad ſpecies etiam, & vanas timoris cauſas maxime eſt meticuloſus. *Cic. Attic. l.* 15. *epiſt.* 20. Videtur iſte, qui umbras timet, ad cædem ſpectare. ¶ Accipitur etiam umbra pro colore, prætextu, cauſa. *Liv. l.* 8. Nam ſi etiam nunc ſub umbra fœderis æqui ſervitutem pati poſſumus, quid abeſt, quin proditis Sidicinis non Romanorum ſolum, ſed Samnitium quoque dicto pareamus? ¶ Item pro tutela, & præſidio. *Liv. l.* 32. *c.* 21. Sub umbra auxilii veſtri latere volunt. *Id. l.* 34. *c.* 9. Erant autem eo tutiores, quod ſub

Digitized by Google

ſub umbra Romanæ amicitiæ latebant. ¶ Denique umbra eſt piſcis genus, ſic a colore nigreſcente appellatum, ut auctor eſt *Varro l. 4. de L. L.* his verbis: Vocabula piſcium pleraque translata a terreſtribus ex aliqua parte ſimilibus rebus, ut anguilla, lingulaca, ſudis: alia a coloribus, ut hæc, aſellus, umbra, ſurdus: alia a vi quadam, ut hæc, lupus, canicula, torpedo. *Hæc Varro*. Umbra quoque hic piſcis appellatus videri poteſt ob lineas quaſdam obliquas a dorſo deſcendentes, nigras, & obſcuras, quæ aliarum videntur umbræ. Una enim maculis eſt, ſequens obſcura, & ſic deinceps a capite ad caudam uſque, quemadmodum tradit *Rondeletius l. 5. de piſcibus*, c. 9. ubi plura hoc de piſce legere poteris. Græcis ſimiliter piſcis hic σκιαινα appellatur a σκια. *Ovid. in Alieutic.* Et auri Chryſophrys imitata decus, tum corporis umbræ Livens, rapidique lupi. Adde *Colum. l. 8. c. 16.*

Umbracŭlum, li, n. *ombracolo*, σκιὰς, σκιατροφ, locus, in quo eſt umbra, locus compoſitus, & tectus frondibus, aut alia re quacunque ad umbram præbendam, hibernaculum, valumve umbræ cauſa erectum. *Varro l. 1. de R. R. cap.* 51. Ubi ea re tecta, & loca calida prope aream faciunt, ac umbracula, quo ſuccedant homines in æſtu, tempore meridiano. *Virg. 9. Ecl.* Et lentæ texunt umbracula vites. ¶ Ponitur & umbraculum pro umbella, qua tegitur facies ad Solis calores arcendos, *ombrella*. *Ovid. 2. Faſt.* Aurea pellebant tepidos umbracula Soles. ¶ Sumitur quoque pro ſchola, ducta appellatione a Philoſophorum veterum ambulationibus, quæ arborum umbraculis erant opacæ, ut Academia, & Lyceum. *Cic. in Bruto*, c. 9. Proceſſerat enim in ſolem, & pulverem, non ut e militari tabernaculo, ſed ut e Teophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. *Id. 3. de Leg. c. 6.* Poſt a Theophraſto Phalereus ille Demetrius, de quo feci ſupra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in ſolem, atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen, aciemque produxit.

Umbræ, m. 1. pop. Indiæ, extra, qui Patalam inſ. attingunt. *Plin. l. 6. c. 20.*

Umbrans, tis, nom. particip. *ombroſo*, *che fa ombra*. *Pallad. in Auguſto*, tit. 8. Umbrantibus tegi arbuſtis. *Prudent. Hamartig.* v. 873. Cœlo umbrante tegi.

Umbraticŏla, læ, m. & f. qui umbra delectatur, homo delicatus, & mollis, ignavus, qui ſolem, pulveremque ferre non poteſt. *Plaut. Truncul.* 2. 7. 49. Mœchum malecum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam. Eodem ſenſu etiam *umbraticus* dicitur. *Id. Curcul.* 4. 3. 24. Si hic me hodie umbraticum deriſerit. *Senec. l. 4. de benef.* c. 2. Epicureorum delicatam, & umbratico turba.

Umbratĭcus, a, um, *da ombra*, σκιατικος, proprie ſignificat id, quod in umbra eſt, & dicitur de iis rebus, quæ domi & in privatis locis fiunt, procul a publica luce. *Plin. l. 9. ep. 2.* Niſi forte columnas ſcholaſticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas litteras mittere. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 22. Quid refert me feciſſe regibus, ut mihi obedirent, ſi hic me hodie umbraticum deriſerit? *queſto azione prevaricata*. Verba ſunt hæc militis glorianti, & de ſua virtute prædicantis. *Senec. de Benef. l. 4. c. 2.* In hoc parte nobis pugna eſt cum Epicureorum delicata & umbratica turba, in convivio ſuo philoſophantium. *Petron. in ſatyr.* c. 2. Doctor umbraticus. h. e. qui domi clauſus tradit præcepta ſcholaſtica. V. Umbra. *Gell. l. 3. c. 1.* Negotiis ſe umbraticis, & ſcholaſticis quæſtibus intentos habent. h. e. domeſticis & contentione carentibus. ¶ Urbane *Lactant. l. 6. c. 12.* Teſtificatus eſt, non ad veram juſtitiam præcepta ſe dare, ſed ad umbram imaginemque juſtitiæ. Ignoſcendum eſt igitur umbratico & imaginario præceptori, h. e. umbram & imaginem rerum ſequenti, non veritatem. ¶ Sunt quibus *umbraticus* ſignificare videtur ignavum & mollem, & huc trahunt exempla Plauti, & Senecæ ſupra allata: verum ea notio non tam ex vi ipſius vocis, quam ex conſequentibus pendet; quia ſcilicet homines domi degentes, & a publica conſuetudine remoti, in lucem cum prodeunt, ignavi eſſe videntur ac timidi. quemadmodum qui in umbroſo & obſcuro loco diu verſati, ſi inde exeant, facile claræ lucis fulgore obcæcantur, ut loquitur M. Seneca in *proœm. l. 4. controverſ.* V. Umbratilis.

Umbratĭlis, & le, o. 3. *da ombra*, *Ger. ſchattenfœrmig*, Gal. *fait a l'ombre*, Hiſp. *hecho a la ſombra*, σκιατος, quod ad umbram pertinet, ut *Vita umbratilis*, quæ umbra, atque otio marceſcit. *Cic. 2. Tuſc. cap.* 11. Sic ad malam domeſticam diſciplinam, otioque umbratili, & delicatam cum acceſſerunt etiam poetæ, nervos omnes virtutis elidunt. Huc pertinet & illud *Columellæ l. 2. c. 2.* Nec ſit mora ſegnis, & umbratilis. ¶ *Exercitatio umbratilis*, eſt quæ in loco operto, atque adeo in otio fit. *Cic. 1. de Or. c.* 34. Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione, & umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in caſtra, atque aciem forenſem. ¶ *Oratio umbratilis*, eſt oratio Philoſophorum, ita dicta ad differentiam orationis Oratorum, quia Philoſophi in umbraculis verſabantur, Oratores in foro, ſub Sole. *Cic. in Or.* c. 19. Mollis eſt oratio Philoſophorum, & umbratilis, nec ſententiis, nec verbis inſtructa popularibus.

Umbratĭlĭter, adverb. leviter, nudi deſcriptione, & quaſi per umbram. *Sidon. l. 2. ep.* 10. Quæ imaginari motum, & quodammodo umbratiliter effingimus.

Umbrātus, a, um, adject. umbra tectus. *Virg. 6. Æn. v.* 772. Atque umbrata gerunt civili tempora quercu. h. e. circundata quercu quodammodo umbram ferente. *Stat. 2. Thebaid. v.* 553. Idas Olympiacis umbratus tempora ramis. *Id. l. 5. ſilv. 4.* 79. Umbratus genas. h. e. barbatus.

Umbria, æ, f. olim Ombria, *l'Ombria*, *l'Umbria*, ὀμβρία, regio Italiæ, ampla, Apennino M. diviſa, inter Hetruriam ad Occ. Tiberi diſcreta, & Sabinam, & Picenum ad Or. mare Hadriaticum ad Bor. Narem fl. ad Mer. Dicta eſt ab ὄμβρος, imber, quod Umbri omnium Italiæ populorum antiquiſſimi inundationi terrarum, imbribuſque ſuperfuiſſe credantur, ut refert *Plin. l. 3. cap.* 14. Vel ab Umbrone fl. teſte eodem *Plinio*. Vel ab umbra, quod propter vicinitatem Apennini, & altitudinem montium umbroſa ſit. V. Geographos.

Umbri, orum, m. Umbriæ populi. *Plin. l. 2. c.* 77.

Umbrĭca, æ, f. genus cretæ ad veſtes poliendas aptum. *Plin. l. 35. c. 5.*

Umbrĭfer, a, um, *ombroſo*, מצל, Germ. *das ſchatten macht*, Gall. *qui porte ombre*, Hiſpan. *que trae ſombra*, σκιαφόρος, ferens umbram, umbroſus. *Varro l. 2. de R. R. c.* 2. Circiter meridianos æſtus, dum defervescunt, ſub umbriferas rupes, & arbores patulas ſubjiciunt. *Virg. 6. Æn. v.* 473. In nemus umbriferum. *Cic. 1. Div. c. 13. ex poeta*: Academia umbrifera.

Umbrius, a, um, adject. ut Umbria terra, h. e. Umbriæ regio. *Gel. l. 3. c. 2.*

Umbro, as, a. 1. *adombrare*, צלל, Ger. *ſchatten machen*, Gal. *faire ombre*, Hiſp. *hazer ſombra*, σκιάζω, tegendo umbram facio. *Virgil. 3. Æneid. v.* 508. Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. *Plin. l. 19. c. 1.* Marcellus velis forum umbravit. *Colum. l. 5. cap.* 7. Omnes pene virgæ, ne umbrent, abraduntur. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v.* 149. Umbratura Deam retro ſinuatur in arcum belua.

Umbro, onis, m. 3. *l'Ombrone*, fl. Hetruriæ. Oritur in agro Senenſi, deinde in Mer. tendens, auctus Arbia, infra Bonum Conventum, Merſa, & Orcia flu. verſus Roſetum labitur, & 5. M. P. infra in mare Tyrrhenum cadit.

Umbrōſus, a, um, *ombroſo*, צלל, Ger. *ſchattiche*, Gal. *ombrageux*, Hiſp. *ſombroſo*, σκιερος, σκιώδης, opacus, umbram faciens. *Virg. 8. Æn.* Et crines umbroſa tegebat arundo. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 5.* Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam. *Plin. l. 16. c. 26.* Fico ſolium maximum, umbroſiſſimumque.

U ANTE N.

Una, adv. *inſieme*, *in compagnia*, יחד, Ger. *zugleich*, Gal. *enſemble*, Hiſp. *a una*, ἅμα, ὁμοῦ, ἁμᾶ, ſimul, pariter. *Cic. Att. l. 7. ep.* 10. Si in Italia Pompeius conſiſtit, erimus una. *Id. de Am. c.* 10. Quod ſummi puerorum amores ſæpe una cum prætexta, ſumpta toga virili, deponerentur. *Terent. Adelph.* 4. 3. 7. Quæſo, ut una mecum ad matrem virginis eas. *Plaut. Mil.* 2. 1. 61. Qui amantes una inter ſe facerem convenas.

Unaetvicesimanus miles dicitur, qui eſt ex legione viceſima prima. *Tacitus l. 2. hiſt. c.* 43. Stratis Unaetvicesimanorum principiis, aquilam abſtulere. *Id. 1. Ann. c.* 51. Siniſtrum latus Unaetvicesimani, dextrum Quintani abſtulere. ¶ Legitur etiam *unetvicesimanus*.

Unaetvicesĭmus, a, um, adject. viceſimus primus, ut Unaetviceſima legio, apud *Tacit. 1. Ann. c.* 45. ¶ Legitur & *unetviceſimus*.

Unanĭmans, antis, idem quod unanimis. *Plaut. Truncul.* 2. 4. 80. Non amantis mulieris, ſed ſociæ unanimantis, fidentis fuit.

Unanĭmus, & me, o. 3. *concorde*, *dell' iſteſſo animo*, Ger. *einhellig*, Gal. *d'un meme cœur*, *& vouloir*, Hiſp. *concorde*, ὁμόψυχος, qui unius animi eſt, & unius ſententiæ cum altero. *Virg. 4. Æn. v.* 8. Cum ſic unanimem alloquitur male ſana ſororem.

Unanimĭtas, atis, f. *concordia*, ὁμοψυχία, ὁμόνοια, concordia, conſenſus. *Liv. l. 40. c.* 8. Mihi, Antioche, & cuilibet Regum hujus ætatis nulla re magis, quam fraterna unanimitate regnum æquaſſe.

Unanĭmĭter, adv. *unanimamente*, ὁμοψύχως, concordibus animis. *Vopiſc. in Tac. c.* 4. Me unanimiter delegiſtis.

Unanĭmus, a, um, adject. idem quod *unanimis*, & eo etiam uſitatius. *Liv. l. 7. c.* 21. Quæ diſtinere unanimos videbatur. *Valer. Flacc. l. 4. v.* 161. nomenque ſequutus Otreos unanimi. *Catull. carm. 30. ad Alphen.* Alphene immemor, atque unanimis falſe ſodalibus. *Stat. 8. Theb. v.* 669. Unanimi fratres. Alii leg. *unanimes*. *Plaut. Stich.* 5. 4. 49. Ego tu ſum, tu es ego: unanimi ſumus. Plures tamen vet. cod. habent *unanimi*.

Uncatio, onis, f. curvatura. *Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c.* 32. Unguium uncatio, quam γρύπωσιν vocant.

Uncātus, a, um, adject. curvatus, inflexus, uncus. *Cæl. Aurelian. Tard.* 5. c. 3. Adeo ut quidam uncati permaneant. *Sidon. l. 4. ep.* 20. Uncatæ lanceæ. *Id. l. 9. ep.* 9. Uncatis ſyllogiſmis aliquem inhamare.

Uncia, æ, f. *oncia*, Ger. *unz*, Gal. *once*, Hiſ. *onca*, οὐγκία, una ex duodecim partibus aſſis. *Plaut. Men.* 3. 3. 3. Atque huic ut addas auri pondo unciam. ¶ Unciæ partes hæ ſunt, *ſemuncia*, *drachma*, *ſextula*, *duella*, *ſicilus*, ſeu *didrachmon*. *Drachma* octies ſumpta implet unciam. *Semuncia* continet drachmas quatuor. *Sextula* eſt ſexta pars unciæ. *Duella* pendit duas ſextulas, hoc eſt tertiam partem unciæ. *Sicilus*, ſeu *didrachmon*, pondus eſt duarum drachmarum, hoc eſt quarta pars unciæ. Quod ſi ad minora pondiuſcula libeat deſcendere, unciamque in minimas particulas diſſecare, continent ſingulæ unciæ ſcrupula 24. obolos 48. ſemiobolos 96. ſiliquas, ſive ceratia 144. ¶ Frequenter ſumitur pro duodecima parte hæreditatis. *Senec. l. 4. controverſ.* 28. Ex uncia hæres erat patris ſui Gallia. ¶ Quoties autem de menſura ſermo eſt, uncia eſt duodecima pars pedis. Nos pollicem dicimus. *Frontin. de aquæductibus*. Eſt autem digitus, ut convenit, ſextadecima pars pedis, uncia duodecima. ¶ In menſuris agrorum uncia eſt duodecima pars jugeri, ut ſcribit *Varr. l. 1. R. R. c.* 10. ¶ *Unciæ uſuræ*, eſt duodecima pars centeſimæ. *Scævola l. Titium, ff. de admin. & peric. tut.* Præfectus legionis ita teſtamento cavit, Volo, ut ſit in arbitrio tutorum filii mei, ſi voluerint hujus ſummæ uncias inferre uſurarum nomine, ita, ne nummi diſpergantur. Quæro, ſi apparuerit pecunia fœnerata a tutoribus, judicem tutelæ uncias uſuras, an vera eas, quas ſtipulati ſunt, præſtare debeant. V. *Unciarius*.

Uncĭālis, & le, o. 3. *di un' oncia*, οὐγκιαῖος, quod ad unciam pertinet, quod eſt unius unciæ, & Uncialis as, qui unciam tantum valebat. *Plin. l. 33. c. 3.* Q. Fabio Dictatore aſſes unciales facti. ¶ Uncialis herba, quæ eſt pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt pedem. *Plin. l. 18. c. 16. de Medica herba*: Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda eſt manu potius, quam ſarculo. ¶ Unciales literæ, *lettere majuſcule*, vocantur a Hieronymo in *præfat. lib. Job*, quæ pollicis craſſitudine ſunt exaratæ.

Unciarius, a, um, οὐγκιαῖος, quod ad unciam ſpectat, ut Unciaria ſtips, id eſt moneta Romæ omnium minima, duodecimam tantum aſſis partem valens. *Plin. l. 34. c. 5.* Item P. Minucio Præfecto annonæ extra portam Trigeminam unciaria ſtipe collata. ¶ Fœnus unciarium, ſive uſuræ unciariæ, οὐγκιαῖοι τόκοι, erat leviſſimum quoddam uſuræ genus, cum ex ſorte centum aureorum quotannis unus aureus reddebatur, *uno per cento*. Dictum unciarium fœnus, quod duodecima tantum pars eſſet uſuræ centeſimæ, ſive quod ſingulis menſibus unciam, hoc eſt duodecimam partem aurei unius, pareret. Nam ſicut ex uſura centeſima quotannis ex centum aureorum ſorte aurei duodecim reddebant, h. e. in ſingulos menſes aureus unus, & ex ſemiſſibus uſuris in ſingulos annos aurei ſex, & ex trientalibus aurei quatuor: ita etiam ſervata proportione convenit, ut unciaria uſura ex centum aureorum ſorte quotannis aureum unum pareret, vel (quod in idem recidit) unciam, hoc eſt duodecimam partem aurei in ſingulos menſes. Rurſus ſemunciarium fœnus, οὐγκιαῖον, ἡμιουγκιαῖον τόκος, dimidio levius erat unciario, quod ex centum aſſibus quotannis ſemiſſem pariebat, vel in menſes ſingulos ſemunciam, ſive vigeſimam quartam partem. *Liv. l. 7. c.* 16. De unciario fœnore a tribunis plebis rogatio eſt perlata. *Id. ibid. c.* 27. Semunciarium ex unciario fœnus factum. V. *Sigon. de ant. jure Civ. Rom. c.* 11. ¶ Lex unciaria, quæ de fœnore unciario lata eſt. *Feſt.* Unciaria lex dici cœpta eſt, quam L. Sylla, & Q. Pompeius Rufus tulerunt, qua ſanctum eſt, ut debitores duodecimam partem ſolverent. ¶ Unciariæ vites dicebantur, quæ ita diſpoſitæ eſſent, ut inter quamlibet vitem uncia unius jugeri relicta, intervalla omnia paria fierent. *Col. l. 3. c. 2.* Nec ſolum quæ jucunditate ſaporis, verum etiam quæ ſpecie commendari poſſint, cenſeri debemus, ut ſtephanitæ, ut tripedaneæ, ut unciariæ, ut Cydonitæ.

Unciatim, adv. *a oncia a oncia*, κατ' οὐγκίαν, per ſingulas uncias. *Ter. Phorm.* 1. 1. 9. Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium comperſit miſer. *Plin. l. 28. c. 9.* Datur & phthiſicis unciatim cum vini ceteris hemina decocta, donec tres unciæ e toto reſidant.

Uncinatus, a, um, *rampinato*, ἀγκιστρωτός, ἀγκιστρώδης, uncinis hamatus. *Cic. 4. Acad. c.* 38. Nec ut ille, qui aſperis, & lævibus, & hamatis, uncinatiſque corpuſculis concreta hæc eſſe dicat interjecto inani.

Uncinus, ni, m. *uncino*, a *uncino*, ri, Ger. *hack*, Gal. *crochet*, Hiſp. *garfio*, ὄγκινος, uncus, hamus, a Græca voce allata. Græci enim dicunt

ount, & ὄγκη, & ὄγκινος, in ea acceptione, qua Latini uncum, vel hamum. *Apul. l. 5. A. A.* Peſſulis injectis, & uncino firmiter immiſſo. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *de ſem.* Uncinis ureis tollere vermes.

Unciŏla, æ, f. *oncetta*, οὐγκίδιον, parva uncia. *Juven. ſat.* 1. *v.* 40. Unciolam Proculejus habet, ſed Gillo deuncem.

Uncĭpes, edis, adject. uncos pedes habens. *Tertull. de Pal. c.* 5. Quem enim non expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quam in calceo uncipedem!

Unctĭo, onis, f. *unzione*, ἄλειψις, ἄλειμμα, χρίσις, ungendi actus. *Plaut. Stich.* 2. 1. 73. Vel unctiones Græcas ſudatorias. *Cic.* 2. *de Or. c.* 5. Philoſophum omnes unctionis cauſa reliquerunt, ideſt cauſa palæſtricæ exercitationis.

Unctĭto, as, a. 1. *ungere*, ſæpe ungo. *Plaut. Moſt.* 1. 3. 117. Nam iſthæc veteres, quæ ſe unguentis unctitant, &c.

Unctiuſcŭlus, a, um, ὑπαλειπτότερος, aliquantum unctus. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 85. Ac non ipſe ego pulmento utor magis unctiuſculo.

Unctor, oris, masc. *chi unge*, ἀλείπτης, χριστής, qui ungit, & ſpeciatim qui in balneis lavantium membra ungit, quem Juvenalis Græco vocabulo *aliptem* vocat. *Martial. l.* 12. *epigr.* 71. Atque olei ſtillam donaret Opelicus unctor. Adde *l.* 7. *ep.* 31. ¶ Plautus *Trinum.* 2. 1. 28. unctorem enumerat inter ſtrata domus.

Unctrix, icis, f. quæ ungit. *Inſcript.* apud *Murator. pag.* 891. *n.* 3. ubi intelligitur ancilla, quæ dominam in balneo ungit.

Unctuarius. V. Unctorius.

Unctorius, a, um, ἀλειπτικός, quod ad unctionem ſpectat, ſeu unctioni deſtinatum eſt, ut *Hypocauſtum unctorium*, locus in quo poſt ſudationem unguentis perungebantur. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. ubi alii leg. *unctuarium* eodem ſenſu.

Unctŭlus, a, um, adject. aliquantum unctus. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 847. Circumtonſi, & terſi atque unctuli. ¶ Subſtantive *Apulej. l.* 3. *Met.* Impertire nobis unctulum indidem. h. e. parum unguenti.

Unctura, æ, f. idem, quod unctio, ea præſertim, quæ mortuorum cadaveribus adhibetur. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 24. Servilis unctura tollitur, omniſque circumpotatio.

Unctus, us, m. idem quod unctura. *Apulej. lib.* 1. *A. A. ſub fin.* Oleum unctui profer.

Unctus, a, um, *unto*, *pieno d' unguento*, κεχρισμένος, χριστός, unguento delibutus, oblitus. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 4. Puer unctis tractavit calicem manibus. *Id. ibid. ſat.* 6. *l.* 1. *od.* 1. Arma uncta cruore. h. e. tincta. *Id. l.* 2. *ſat.* 6. Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. h. e. condita. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 16. Cœnare ſine uncto. h. e. ſine cibis delicatis, & alio condimento paratis. *Cic. Phil.* 3. *c.* 5. Nudus, unctus, ebrius concionatus eſt. h. e. unguentis delibutus. ¶ Tranſlate ponitur pro opiparo, lauto, quia ditiores cibis exquiſite unctis, hoc eſt conditis utuntur. *Martial. l.* 3. *ep.* 25. Captus es unctiore cœna. *Hor. l.* 1. *ep.* 15. *ſub fin.* ubi quid melius contingit, & unctius &c. *Sidon. l.* 2. *ep.* 9. Unctiſſimæ cœnæ. Rurſus *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 12. Si prodeſſe tuis, pauloque benignius ipſum Te tractare voles, accedes ſiccus ad unctum. h. e. tu pauper accedes ad divitem, & lautum hominem, quia divites unguentis delibuti incedunt. *Catul. carm.* 10. Reſpondi id quod erat, mihi neque ipſi, Nec prætoribus eſſe, nec cohorti, Cur quiſquam caput unctius referret. h. e. inde ditior rediret. *Id. carm.* 29. Uncta patrimonia. ¶ Alia tranſlatione ſumitur etiam pro nitido, culto, ornato: nam quæ uncta ſunt, nitent. *Cic. de clar. Orat. c.* 20. Jam enim erat unctior quædam, ſplendidiorque conſuetudo loquendi.

Uncus, ci, m. *uncino*, *rampino*, קרס, Ger. *hagk*, Gal. *croc*, Hiſp. *garfio*, ἄγκιστρον, baculus, vel ferramentum incurvum, ac in ſeſe retortum. *Liv. l.* 30. *cap.* 10. Poſtremo aſſeres ferreo unco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti. *Colum. lib.* 5. *c.* 18. Ex velut uncus infixus ſolo, antequam extrahatur, prærumpitur. ¶ Unco Romani uſi ſunt adverſus reos, qui damnati eſſent. Iis enim uncos infigebant, ſicque trahebant eos ad ſcalas Gemonias, vel in Tiberim, vel in ignem. *Cic. pro Rab. perd. reo*, *c.* 3. Nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore neque res geſtæ, neque acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt? *Id.* 1. *Phil. c.* 2. Uncus impactus eſt fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaſerat. *Juven. ſat.* 10. *v.* 66. Sejanus ducitur unco. Proverbialiter *Propert. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 141. & bene cum fixum mento diſcuſſeris uncum, Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo. h. e. cum uno ex laqueo extricaveris, alio detinebere. ¶ Invenitur etiam pro anchora. *Val. Flacc. l.* 2. *Argon. v.* 432. Has inter lacrymas legitur piger uncus arenis.

Uncus, a, um, *adunco*, *curvo*, *torto*, עקום, Germ. *hackechtig*, Gall. *crochu*, Hiſp. *corvo*, ἀγκύλος, curvus, incurvus. *Virg.* 1. *Georg.* Adſis, o Tegeæe favens, oleæque Minerva Inventrix, uncique puer monſtrator aratri. *Col. l.* 7. *c.* 11. Atque uncis digitis alterum quoque teſticulum educito.

Unda, æ, f. *onda*, גל, Germ. *wasserwallen*, Gal. *flot*, Hiſp. *ola*, *onda*, κῦμα, fluctus, ſive globus aquæ in unum collectus, quales in mari ventis exagitato maxime ſolent excitari. *Virgil.* 1. *Æn.* Franguntur remi, tum prora avertit, & undis Dat latus. ¶ Per ſynecdochen ſæpiſſime ponitur pro aqua. *Ovid.* 1. *Met.* Et terris abſcidit undas. h. e. mare a terra ſeparavit. ¶ Tranſlate ponitur pro parte cujuſcunque liquoris. *Plin. l.* 15. *c.* 1. Quin & ex ea prima unda preli laudatiſſima, ac deinde per diminutionem. ideſt prima olei prelo expreſſi fluxio. ¶ Item pro multitudine hominum. *Virgil.* 2. *Georg. v.* 462. Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. ¶ Item pro quacunque multitudine, ut *Unda comitiorum*, ideſt varia ſententiarum multitudo, quibus veluti undis mare, ita etiam comitia fervere videntur. *Cic. pro Planc. cap.* 6. Si campus, atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic efferveſcunt, &c. *Catul. carm.* 65. *v.* 62. Undæ curarum.

Undabundus, a, um, *ondoſo*, κυματώδης, idem quod undoſus, ut *Mare undabundum*, id eſt abunde undas faciens. *Gell. l.* 3. *c.* 30. Sed mare eſt etiam, atque etiam undabundum.

Undāmen, inis, n. undarum motus, fluctuatio. *Auſon. in Moſell. v.* 30. brevio reſtum undamine Pontus. Alii leg. *manamine*.

Undans, antis, *v. g.* *ondoſo*, *ondeggiante*. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. cap.* 33. *ex poeta:* Undanti in freto. ¶ Sæpe tranſlate uſurpatur pro fluente inſtar undarum. *Stat.* 2. *Theb.* Undanti perfundit vulnere ſomnum. h. e. ſanguine vulneris dormientem perfundit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 472. Undans Ætna. hoc eſt undarum more flammas evomens. ¶ Item pro madente, irrigato. *Stat.* 2. *Theb.* Nec aincla coercent Undantem fletu galeam. ¶ Item pro large fuſo, copioſo. *Virg.* 5. *Æn.* Nec ſic immiſſis aurigæ undantia lora Concuſſere jugis. ¶ Item agitato. *Valer.* 3. *Argon. v.* 503. Præcipue Æſonidem varios incerta per æſtus Mens rapit undantem curis. ¶ Item pro viciſſim laxato, & criſpato. *Plaut. Epid.* 3. 3. 50. Sed hic quis eſt, quem huc advenientem conſpicor, Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit? Ubi *undantem chlamydem facere* dixit, pro incedendo chlamydem laxam, rugoſamque ſic modo in dextram, modo in lævam jactare, ut ejus pars potiſſimum inferior undas modo accedentes, modo recedentes imitari videatur.

Undanter, adv. idem quod undatim. *Apulej. l.* 2. *Met.* Capillus undanter fluens. *Martian. Capell. l.* 2. Undanter evomere.

Undātim, adv. κυματηδόν, fluctuatim, ad undarum ſimilitudinem. *Plin. l.* 13. *c.* 15. Sunt & undatim criſpæ menſæ. *Id. l.* 36. *c.* 7. Capillo undatim criſpus.

Undātus, a, um, adject. *fatto a onde*, undulatus, undarum in morem factus. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Concharum genera imbricatim undata, cancellatim reticulata.

Unde, *onde*, *d' onde*, ὅθεν, ἐνθένδε, ex quo loco, aut a quo loco, adverbium motus de loco. *Cic. pro Cæc. c.* 30. Unde tu? Hoc verbum unde utrunque declarat, & ex quo loco, & a quo loco. Unde dejectus eſt Cinna? ex urbe. Unde dejeciſti? ab urbe. Unde dejecti Galli? a Capitolio. Unde qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio. ¶ Accipitur vel relative. *Virg.* 2. *Æn.* Evado ad ſummi faſtigia culminis, unde Tela manu miſeri jactabant irrita Teucri. ¶ Vel infinite. *Cic.* 4. *Verr.* Ego inſtare, ut mihi reſponderet, ubi eſſet, quis eſſet, unde eſſet. ¶ Vel interrogative. *Ter. Andr.* 4. 5. Ego Myſis, puer hic unde eſt? quiſve huc attulit? *Plaut. Ciſt.* 2. 3. *v.* 3. Here unde is? D. Ex ſenatu. *Virg.* 8. *Æneid.* Qui genus? unde domo? pacem me huc fertis, an arma? id eſt de qua civitate? ¶ Conjungitur interdum cum genitivo *gentium*, & idem ſignificat. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 77. Face, id ut paratum jam ſit. L. Unde gentium? *Id. Epid.* 3. 4. 67. Unde hæc igitur gentium eſt? ¶ Tranſlate dicitur de perſona. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 1. Hem mea lux, meum deſiderium, unde omnes opem petere ſolebant. ¶ Item de origine pro a quo, vel ex quare. *Virg.* 1. *Æn.* Genus unde Latinum, &c. id eſt a quo. *Cic.* 1. *de Or.* De ea multo dicat ornatius, quam illa ipſe, unde cognovit. *Id. de Aruſp. Reſp.* Alterum putabo Regem, ſi habuerit unde tibi ſolvat. *Teren. Andr.* 3. 1. 35. Unde id ſcis? *come, u da chi lu ſai?* *Auct. ad Herenn. l.* 1. *c.* 9. Si inde incipiemus, unde neceſſe erit. ¶ Unde pro quare, quocirca, rarum eſt. *Colum. l.* 6. *in præfat.* Nec tamen ulla eſt regio, in qua modo frumenta gignamus, quæ non, ut hominum, ita armentorum adjumento juvetur: unde etiam jumenta nomen a re traxere, quod noſtrum laborem juvarent. ¶ Interdum eleganter geminatum ponitur, & vim quandam addit orationi. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 101. Spero, aliunde hodie me tibi inventurum eſſe auxilium argentarium, Atque id futurum unde unde dicam, neſcio, *d' onde poi ciò abbia da venire noi ſo.* ¶ Interdum ſignificat undecumque, ex quocumque loco. *Catull. c.* 68. *ad Janeam*, *v.* 27. Et quærendum unde unde foret nervoſius illud, Quod poſſet zonam ſolvere virgineam. Alii leg. *aliunde*. Hoc ſenſu conjunctis etiam vocibus uſurpatur. *Tertull. adv. Hermog. c.* 10. A quocumque, & undeunde paſſim eſt fieri. ¶ Contra idem *Tertull. ibid. c.* 22. & *de Anim. c.* 51. uſurpat *unde* pro undeunde, ſeu undecunque, quamquam Scioppius in notis ineditis ad eund. *Tertull.* utroque loco *undeunde* reſtituit.

Undecēni, æ, a, *undici*, ἕνδεκα, undecim, numerus diſtributivus, qui tamen ſæpe pro cardinali *undecim* ponitur. *Plin. l.* 36. *c.* 9. *de Ægypti obeliſcis:* Idemque digreſſus inde ubi fuit Mnevidis regia, poſuit alium, longitudine undecenûm pedum, per latera cubitis quatuor.

Undecentesĭmus, a, um, adjectiv. idem quod nonageſimus nonus. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 7. *extern. v.* 11. Ad undecenteſimum annum.

Undecentum, *novantanove*, ἐννενηκονταεννέα, nonaginta novem, centum minus uno. *Plin. l.* 7. *c.* 60. Paruerunt tamen eis annis undecentum.

Undecies, adv. *undici volte*, ἑνδεκάκις, undecim vicibus. *Cic.* 4. *Ver. c.* 7. Seſtertium undecies numeratum eſſe. *Col. l.* 5. *c.* 2. Hanc ſummam undecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti.

Undĕcim, *undeci*, *undici*, ἕνδεκα, unus ſupra decem, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Martial. l.* 1. *ep.* 44. Phœbo quatuor, undecim Phileto.

Undecĭmus, a, um, *undecimo*, ἑνδέκατος, ultimus ex undecim. *Virgil.* 8. *Ecl.* Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus.

Undecirēmis, is, f. ἑνδεκήρης, navis, quæ habet undecim remorum ordines. *Plin. l.* 16. *cap.* 40. Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii ſuccisſa, centum triginta pedum longitudinis, craſſitudinis vero ad trium hominum complexum.

Undecunque, *da qualunque luogo*, ὁπόθεν ἄν, ex quocunque loco, ex quolibet loco. *Plin. l.* 27. *c.* 4. Vulnerum quoque ſanguinem & undecunque fluentem ſiſtit per ſe, vel ex aceto. *Plin. jun. in Pan. c.* 80. Et undecunque invocatum, ſtatim, velut Numen adeſſe, & adſiſtere. *Senec. de vita beat. cap.* 27. Rupes, quæ fluctus non deſinunt, undecunque moti ſunt, verberare. ¶ Interdum additur genitivus *gentium*. *Vopiſc. in Bonoſo c.* 14. Si quando legati Barbarorum undecunque gentium veniſſent.

Undelibet, adv. *d' onde piace*, *da qualunque luogo*, ὅθεν δήποτε, ex quocunque libet loco. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 50. At iſtud quidem facile fuit undelibet invenire. Adde *Celſ. l.* 8. *c.* 10.

Undēni, æ, a. *undici*, ἕνδεκα, nomen numerale diſtributivum, quod etiam ſæpe pro *undecim* uſurpatur. *Ovid. l.* 2. *Am. el.* 1. Muſa per undenos emodulanda pedes, h. e. hexametro, & pentametro verſu. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Pariuntur autem undeni. ¶ In ſingulari numero *Martial. l.* 4. *v.* 251. Biſque undena (*pars*) nocens, & bis duodena nocens eſt. h. e. undecima.

Undenonaginta, *ottantanove*. *Liv. l.* 37. *c.* 30. Claſſis undenonaginta navium.

Undeoctoginta *ſettantanove*, ἑβδομηκονταεννέα, ſeptuaginta novem, octoginta minus uno. *Hor. l.* 2. *v.* 117. Aqa, ſi ſtramentis incubet undeoctoginta annis natus, cui ſtragula veſtis Blattarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca.

Undequadragesĭmus, a, um, adject. *trigeſimo nono*, quadrageſimus uno minus. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 6. *extern. n.* 10. Undequadrageſimum annum.

Undequadragies, *trentanove volte*, ἐννεάκις καὶ τριακοντάκις, novies, & tricies. *Plin. l.* 7. *c.* 25. Solus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicaverat.

Undequadraginta, *trentanove*, ἐννέα καὶ τριάκοντα, triginta novem. *Liv. l.* 25. Ad mille quadringentos Carthaginienſium cæſi, undequadraginta vivi capti.

Undequinquagesĭmus, a, um, τεσσαρακοστὸς ἔνατος, quadrageſimus nonus. *Cic. pro L. Man. c.* 12. Ipſe autem, ut e Brunduſio profectus eſt, undequinquageſimo die totam ad Imperium Pop. Rom. Ciliciam adjunxit.

Undequinquaginta, *quarantanove*, ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα, quadraginta novem, quinquaginta minus uno. *Liv. lib.* 37. *c.* 58. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt. Adde *Plin. l.* 13. *c.* 2.

Undesexagesĭmus, a, um, adject. *cinquanteſimo nono*. *Cenſorin. de die nat. c.* 19. Undeſexageſima pars.

Undesexaginta, *cinquanta nove*, ἐννέα καὶ πεντήκοντα, quinquaginta novem. *Liv. l.* 23. *cap.* 49. Ceperint amplius tria millia hominum, paullo minus mille equorum, undeſexaginta militaria ſigna.

Undetricēnus, a, um, adject. *venteſimo nono*. *Macrob. l.* 1. *ſaturn. c.* 13. Undetricenis cenſebantur diebus.

Undetricesĭmus, a, um, adject. idem quod undetrigeſimus. *Gell. l.* 10. *c.* 3. Nigidius in commentariorum undetriceſimo.

Un-

Undetrigeſimus, a, um, ventesimo nono, εἰκοστὸς ἔνατος, viceſimus nonus. *Liv. l. 25. c. 36.* Anno octavo, poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

Undetriginta, ventinove. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Menſibus undetriginta, & amplius.

Undeviceni, æ, a, adject. diciannove, numerus diſtributivus, qui tamen & pro cardinali decem & novem ponitur. *Quintil. l. 1. c. 10. ſub fin.* Porrecti utrinque undeviceni pedes.

Undeviceſimanus miles, qui eſt ex legione undeviceſima. *Hirt. de B. Alex.* Cum quinque cohortibus undeviceſimanorum egreditur.

Undeviceſimus, a, um, decimo nono, ἐννεακαιδέκατος, decimus nonus. *Cic. de Sen. c. 5.* Anno enim undeviceſimo poſt ejus mortem Conſules T. Flaminius, & M. Atilius facti ſunt.

Undevigeſimus, a, um, idem, quod undeviceſimus. *Colum. l. 8. c. 5.* Die undevigeſimo animadvertas, an pulli roſtellis ova percuderint.

Undeviginti, diecinove, diciannove, δέκα ἐννέα, ἐννεακαίδεκα, novemdecim, viginti minus uno. *Cic. de Cl. Or. c. 64.* Undeviginti annos natus erat eo tempore.

Undeunde. V. Unde.

Undicola, læ, qui, vel quæ undas colit. *Avien. in Phænom. Arat. v. 809.* Undicola piſtris. *Varr. apud Non.* Najades undicolæ.

Undique, adv. da ogni parte, da ogni banda, πανταχόθεν, πάντοθεν, ex omni loco, ex omni parte loci, ab unde & quo. *Cic. pro L. Man.* Teſtis eſt Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicavit. *Virg. 8. Æn. v. 7.* undique cogunt Auxilia, & latos vaſtant cultoribus agros. *Rurſus Cic. 2. de Fin.* Habes undique expletam, & perfectam, Torquate, formam honeſtatis. *Id. 5. Tuſc.* Sic vita, non ſolum ſi undique referta bonis ſit, ſed ſi &c. ¶ Interdum additur genitivus gentium. *Vopiſc. in Firmo, c. 5.* Pacato undique gentium toto, qua patet, orbe terrarum. ¶ Pro undecunque, *Tert. adverſ. Valent. c. 5.* Nec undique dicemur ipſi nobis effinxiſſe materias.

Undique ſecus, da ogni parte. *Solin. c. 40.* Locus viret undique ſecus agris arentibus.

Undique verſum, & Undique verſum, da ogni verſo, da ogni banda. *Gell. l. 10. c. 13.* Oceanus terras omnifariam, & undique verſum circumfluit. *Id. l. 7. c. 16.* Has undique verſum indagines expediarum.

Undiſonus, a, um, ſtrepitoſo, ſtrepitoſo, πολύφλοισβος, quod undis ſtrepit. *Prop. l. 3. el. 21.* Ergo ego nunc rudis Hadriaci vehar æquoris hoſpes, Cogar & undiſonos nunc prece adire Deos. *Virg. Æn. 4. v. 313.* Æquor undiſonum.

Undo, as, n. 1. ondeggiare, κυμαίνω, fluctuo, undis agitor, undas facio. V. *Undans*. ¶ Legitur & active pro inundare, irrigare, implere. *Stat. 1. Achill. v. 86.* Cum tuus Æacides tepido modo ſanguine Teucros Undabit campos. ¶ Tranſlate per quandam ſimilitudinem ſumitur pro fervere, *bollire*, quod aqua fervens quibuſdam quaſi undis agitari videatur. *Virg. 6. Æn.* Pars validos latices, & ahena undantia flammis Expediunt. *Id. l. 7.* Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni. ¶ Item pro abundare, copioſum eſſe. *Virg. 2. Georg.* Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum. Quanquam ibi non tam propter copiam buxi, qua omnino mons ille abundat, verbo hoc utitur, quam ut lenibus auris impulſi arbuſti motum undabundi maris æmulum exprimeret. *Claud. de rapta Proſerp. l. 3. v. 25.* Undaret ceu ſylva favis, ceu vina tumerent. *Val. Flacc. l. 1. Argon. v. 539.* Jampridem regio undat equis, floretque viris.

Undoſe, adverb. undas commovendo. *Ammian. l. 27. c. 6.* (al. 4.) Freto undoſius ab Euxino Ponto labenti.

Undoſus, a, um, ondoſo, fluttuoſo, κυματώδης, fluctuoſus, undis exagitatus. *Virg. 4. Æn.* Troja per undoſum peteretur claſſibus æquor. *Solin. cap. 22.* Fluctus undoſior. *Auguſt. de Civ. Dei, lib. 20. cap. 11.* Torrentes undoſiſſimi.

Undulatus, a, um, κυματώδης, πολύφλοισβος, quod undas repræſentat, ut *Veſtis undulata*, κυματώδης ἐσθής, per quam imago undarum diſcurrit, qua ratione *veſtis ſcutulata* appellatur a ſcutulis, quales in aranearum telis cernimus. In genere undulatarum veſtium ſunt, quæ ex hircorum, & caprarum pilis (variis quidem, ſed nativi coloris,) veriùs, quam lanis conficiantur. Nam hæ undis quibuſdam depictæ ſunt. Hæ etiam *ſymballuſa* paſſim appellantur, quaſi συμβαλοῦσα, quod coacto potius implexu, quam textu confectæ ſint, ceu originem ab illo caſtium genere accepta, de quo *Plinius* ita ſcribit *l. 8. c. 48.* Lanæ & per ſe coactæ veſtem faciunt. *Varro apud Non. l. 2. n. 906.* A quibuſdam dicitur eſſe Fortunæ virginis ſimulacrum, ab eo, quod duabus undulatis togis eſt opertum, perinde ut Reges noſtri undulatam, & prætextam togas ſoliti ſunt habere. Ubi *Nonius* undulatam non poſitam pro *pura* ſcribit, fortaſſe quia hujuſmodi veſtes nulla tinctura infectæ, purum nativumque colorem habeant.

Unedo, onis, m. corbezzola, κόμαρον, fructus arbuſti, terreſtribus fragis non diſſimilis, ab unus, & edo; quod plures edi non poſſint. Nempe cibus iſte, ſi unico plus ſumas, noxius eſt. Unde & cognoſcimus, corripere penultimam. *Plin. l. 15. c. 24.* Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruticoſa. Fructus anno matureſcit: pariterque floret ſubnaſcens, & prior coquitur. Mas ſit, an fœmina ſterilis, inter auctores non conſtat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento ſit unum tantum edendi. ¶ Ipſa etiam arbutus eodem nomine ſignificatur, corbezzolo, κόμαρος. *Plin. l. 23. c. 8.* Arbutus, ſive unedo fructum fert difficilem concoctioni, & ſtomacho inutilem.

Uneſſra dicitur ab *Apul. de herb. c. 34.* centaurea major, quia herba eſt ſemel tantum ferens, ſeu producens folia cauleſque ſuum, ut quidam ſcribent.

Unetviceſimus. V. Unetviceſimus.

Ungella, læ, f. parvus unguis. Vox eſt *Apicii* ſcriptoris culinarii *l. 2. c. 9. & l. 4. c. 3.*

Ungito, as, frequentativum ab ungo. *Cato apud Chariſ. l. 1.* Mulieres noſtræ capillum ungitabant, ut rutilus eſſet crinis.

Ungo, is, xi, ctum, ungere, משח, Ger. ſalben, Gal. oindre, Hiſ. untar, ἀλείφω, χρίω, oleo, aliove pingui oblino. *Cato c. 27.* Pice liquida cornua infima ungito. *Cic. 6. Verr.* Segeſtanas matronas, & virgines conveniſſe, cum Diana exportaretur ex oppido, unxiſſe unguentis, compleſſe coronis, & floribus. *Celſ. l. 5. c. 28.* Ungi ex ceruſſa. ¶ Pro ſimplici ungo, aſpergo, madefacio, *Plin. l. 19. c. 6. ad fin.* Cepas aqua ſalſa tepida ungere. ¶ Legitur etiam unguo, unguis, unguit, teſte *Priſciano*. Auguſtus in quadam ad Tiberium epiſtola, apud *Sueton.* in ejus vita, *c. 76.* Duas buccas manducavi, prius quam ungui inciperem. *Cato de R. R. c. 79.* Oves ungvito totas. *Et c. ſeq.* Amurca decocta axem unguito. Eodem modo *inunguo* uſurpatur ab eodem *ibid. prope fin.* ubi de braſſicæ remediis agit.

Unguedo, inis, f. idem quod unguen, ſeu unguentum. *Apul. l. 3. Met.* Pyxides plusculas depromit, atque indidem egeſta unguedine, &c.

Unguen, inis, n. ungueato, graſſo, שמן, Ger. ſalbe, Gal. onguent, Hiſp. unguento, μύρον, idem ac unguentum, vel ſuccus liquidus, & craſſus, unguento ſimilis. *Virg. 3. Georg.* Et pingues unguine ceras. *Perſ. ſat. 6.* Fœniſecæ craſſo vitiarunt unguine pultes. *Pall. l. 1. tit. 17.* Sextus tantundem unguinis, quod vocamus axungiam, vel ſevum.

Unguentaria, æ, f. μυρεψική, ars conficiendorum unguentorum. *Plaut. Poen. 3. 3. 90.* Ut balneator faciat unguentariam. ¶ Item μυρόπωλις, h. eſt mulier, quæ unguenta conficit, ut vendat. *Plin. l. 8. c. 5.* Et unguentariam quandam dilectam Juba tradit.

Unguentarius, ii, m. vel ungentarius, ut *Servius* ſcribendum affirmat, & legitur etiam in quadam inſcriptione apud *Fabrett. pag. 119.* μυρεψός, μυροπώλης, qui unguenta conficit, ut vendat. *Cic. 1. de Off. c. 42.* Adde huc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. *Hor. 2. ſat. 3.* Pomarius auceps, Unguentarius, ac Tuſci turba impia vici.

Unguentarius, a, um, μυρεψικός, unguentis idoneus, ad unguenta pertinens. *Plin. l. 36. c. 8.* Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cavant ad vaſa unguentaria, quoniam optime ſervare incorrupta dicitur. *Sueton. in Aug. c. 4.* Unguentaria taberna.

Unguentatus, a, um, μεμυρισμένος, unguento oblitus. *Catul. in Epithal. Juliæ, ep. 56.* Diceris male a tuis Unguentate glabris marite Abſtinere. *Plaut. Caſ. 2. 3. 23.* Senecta ætate unguentatus per vias incedis.

Unguentum, i, n. unguento, שמן, Ger. ſalb, Gal. onguent, Hiſ. unguente, μύρον, μύρισμα, χρῖσμα, omnis ſuccus pinguis, quo ungimur deliciarum, & luxus cauſa. *Plaut. Moſt. 1. 1. 41.* Non poſſunt omnes olere unguenta exotica. *Cic. Verr. 5. c. 23.* Cum interea Apronius caput, atque os ſuum unguento perfricaret. *Id. Catil. 2. c. 3.* Nitere unguentis, fulgere purpura.

Unguiculus, i, m. unghietta, ὀνύχιον, parvus unguis. *Plaut. Epid. 5. 1. 17.* Contempla, Epidice, uſque ab unguiculo ad capillum ſummum. *Cic. 5. Fin. c. 27.* Valetudinem, vires, ſtaturam, formam, integritatem unguiculorum omnium. ¶ *A teneris unguiculis*, proverbialiter dici ſolet pro eo, quod eſt, ab infantia, ab incunabulis, *da fanciullo*, *dalla fanciullezza*, ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων. *Cic. l. 1. Fam. ep. 6.* Sed præſta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus.

Unguilla, æ, f. t. vas, ex quo inungebant. *Solin. c. 42. de ſimiis.* Nam dum ævide venantium geſtus affectant, relicta conſulto viſci unguilla, quod mendacia factum vident, oculos ſuos oblinunt. ¶ Alii unguillam interpretantur unguen, unguedinem.

Unguinoſus, a, um, λιπαρώδης, pinguis, unguior, ſeu unguine abundans. *Plin. l. 13. c. 1. de unguentis:* Sabina unguinoſum, Mendeſia nigrum, rhodinum candidum, myrrha pallidum. *Id. l. 15. c. 8.* Sunt autem recentes nuces juglandes jucundiores, ſiccæ unguinoſiores, & ſtomacho inutiles.

Unguis, is, m. unghia, צפורן, Ger. nagel, Gal. ongle, Hiſ. una, ὄνυξ, corneum illud, quod in extremis digitis enaſcitur, non ſolum in manibus, verum etiam in pedibus, neque in iis ſolum humanis, ſed cæterorum etiam animalium, quæ pedum digitos habent ſeparatos, ut ſunt ſimiæ, & aves. *Cic. pro R. Com. c. 7.* Nonne ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum, ſiquam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, & fallaciis conſtare totus videtur? *Plin. lib. 11. cap. 45.* Unguium ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus unci, cæteris recti, ut canibus, præter eum, qui a crure pleriſque dependet. ¶ Unguis, & ungula differunt in eo, quod unguis eſt in iis animalibus, quæ digitos habent, ungula vero in illis, quæ ſolidos, vel biſulcos habent pedes. Illud Græci ὄνυχα, hoc ὁπλὴν appellant. *Ovid. 1. Met.* de transformatione Jus e bovis effigie in primam formam redeuntis: Ungulaque in quinos delapſa abſumitur ungues. *Plin. l. 11. c. 45.* Ungues clauſulæ nervorum ſummæ exiſtimantur. Omnibus hi, quibus & digiti. *Et mox, de elephanto:* Huic informes numero quidem quinque, ſed indiviſi, ac leviter diſcreti, ungulisque, haud unguibus ſimiles. ¶ Interdum tamen ungues in animalibus biſulcis dici invenimus pro ungulis. *Col. l. 6. c. 12. de medicina bovis claudicantis:* Si ſanguis in inferiore parte ungulæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad vivum reſecatur. ¶ *Unguis tranſverſus*, & *unguis latus*, proverbialiter uſurpantur pro quam minimo ſpatio. *Plaut. Aul. 1. 1. 18.* Si hercle tu ex iſtoc loco digitum tranſverſum, aut unguem latum exceſſeris. *Cic. Att. lib. 13. epiſt. 20.* A recta conſcientia tranſverſum unguem non oportet diſcedere. *Id. Fam. 7. ep. 25.* Urge igitur, nec tranſverſum unguem, quod aiunt, a ſtilo. ſubaudi *recede*. ¶ *Medium unguem oſtendere*, proverbialiter eſt ſumme contemnere, inde ſumptum, quod medius digitus pro impudico habebatur. *Juven. ſat. 10.* Cum fortunæ ipſe minaci Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem. ¶ *Ungues arrodere*, & *caput ſcabere*, proverbiali Metaphora dicuntur, qui cogitabundi ſunt, qui rem aliquam ſecum agitant, & in ea hærent, aut deliberant, utrum eam amplecti, an mutare debeant. *Hor. l. 1. ſat. 10. v. 70.* in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues. *Perſ. ſat. 1. v. 106.* Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. ¶ *De tenero ungui*, idem ac *a teneris unguiculis*, ideſt a pueritia. *Hor. lib. 3. ode 6.* Motus doceri gaudet Jonicos Matura virgo: & fingitur artubus Jam nunc, & inceſtos amores De tenero meditatur ungui. ¶ *In unguem*, vel *ad unguem*, eſt ad perfectionem, perfecte, abſolute, translatione e lapicidis, qui ungue marmoris levitatem experiuntur. *Celſ. lib. 8. c. 1.* Summum ulvariæ committuntur in unguem. *Virg. 2. Georg. v. 277.* Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. *Hor. l. 1. Serm. ſat. 5.* Capitoque ſimul Fonteius, ad unguem Factus homo. ideſt omni ex parte ornatus, politus, &c. *Id. de ar. poet. v. 294.* caſtigare carmen ad unguem perfectum. Huc pertinet & illud *Perſ. ſat. 1. v. 64.* carmina molli Nunc demum numero fluere, ut per leve ſeveros Effundat junctura ungues. h. e. carminum compoſitionem ita æquabilem, & expolitam, nihil ut ſit, quod aures offendat, quemadmodum doctum marmorum junctura apte commiſſa ungues nulla aſperitate remoratur. ¶ Tranſlate dicitur etiam de plantis. *Plin. l. 12. c. 9. de bdellio.* Bdellio nitor ſiccus, multique candidi ungues. *Id. l. 21. c. 10. de roſis:* Capite foliorum, parteſque candidæ, ungues vocantur. ¶ *Ungues ferrei*, inſtrumenta quædam ferrea, quibus vindemiatores unguium vice utebantur ad colligendas uvas. *Col. l. 12. c. 18.* Et ungues ferrei quam plurimi parandi, & exacuendi ſunt, ne vindemiator diſtringat uvas, & non minima fructus portio, diſperſis acinis, in terram dilabatur. ¶ Unguis etiam eſt vitium oculi, ideſt nervoſa quædam adnatæ membranæ excreſcentia, a majori oculi angulo ut plurimum adnaſcens, ad oculi coronam ita procedens, ut quandoque pupillam operiat, *unghia*, & *ungula*. *Celſ. l. 7. c. 7.* Unguis vero, quod πτερύγιον Græci vocant, eſt membranula nervoſa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. ¶ Hoc nomen in ablativo facit ungue, & ungui, ut *Priſcian. l. 7.* monet. *Horat. l. 2. od. 8.* Dente ſi nigro fieres, vel uno Turpior ungui. *Ovid. Heroid. ep. 4. v. 30.* Et tenui primam deligere ungue roſam.

Ungŭla, æ, f. *unghia*, ὁπλή, calceus corneus, pedes muniens eorum animalium, quæ digitos non habent, ſive etiam ea pars pedis, quæ cornu tegitur. V. *Unguis*. *Virg.* 8. *Æn.* v. 596. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ergo illud in ſilice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam veſtigium ungulæ Caſtoris equi credis eſſe? *Plin. l.* 11. *c.* 46. Ungulæ veterino tantum generi renaſcuntur. *Omnibus ungulis*, proverbii ſpeciem habet pro eo, quod eſt omnibus viribus, & conatu totius corporis niti, ut etiam ungues, qui ſunt in extremitate collocati, intendantur, quos *Plinius* exiſtimat eſſe ſummas nervorum clauſulas. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 64. Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis aſſerviunt. ¶ *Injicere ungulas*, eſt rapere, vel furari. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 48. Nunc ſcio, ſebrim tibi eſſe, qui non liceat huc injicere ungulas. ¶ Ungulæ quoque dicere ſupplicii genus ungulas ferarum referens, quo latera reorum effodiebant, ut ſulcabant ad veritatem extorquendam. *Prudent. Periſteph.* 5. v. 44. Ille virgas, & ſecures, & biſulcas ungulas Ultro fortis expetebat.

Ungulātus, a, um, adject. *unghiuto*, ungula munitus. *Tertul. in Apolog. c.* 16. Altero pede ungulatus. ¶ *Cato apud Feſt.* ungulatus appellavit, qui magnos, & aſperos ungues habent.

Ungŭlus, li, m. *anello*, a priſcis Latinis ita vocitatus eſt anulus, ut ſcribit *Plin. l.* 33. *c.* 1. exſtatque hujus vocis exemplum ex *Pacuvio* apud *Feſtum*, qui ductam ab Oſcis fuiſſe teſtatur.

Unguo V. in Ungo.

Unguſtus, fuſtis uncus. *Paul. apud Feſt.*

Unianĭmus. V. Unanimus.

Unicalămus, a, um, quod unicum habet calamum. *Plin. l.* 18. *c.* 8. *de frumento*: Unicalamum præterea, nec uſquam capax, ſeriturque nonniſi tenui terra.

Unicaulis, & le, o. 3. *d'un taulo*, μονόκαυλος quod unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. *Plin. l.* 19. *c.* 10. Eſt autem unicaule, radice bulbo ſimili.

Unice, adv. *unicamente*, μόνως, ſingulariter. *Plaut. Bacch.* 5. *c.* 29. Ille unice unum plurimi pendit. *Cic. in Or. c.* 1. Nam & negare ei, quem unice diligerem, &c. *Horat. l.* 1. *od.* 26. Quid Tyridatem terreat, unice ſecurus. h. e. ego ſingulariter, & a multis unus ſum, qui nihil curo, quid Tyridatem terreat.

Unicŏlor, o. 3. *di un colore*, Ger. *einer farb*, Gal. *d'un couleur*, Hiſp. *de un color*, μονοχρώματος, quod eſt unius coloris. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 617. At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus. Alii leg. *atricolor*. *Plin. lib.* 32. *c.* 9. Dulciores fœminæ ſunt, & unicolores.

Unicolōrus, a, um, adject. idem quod unicolor. *Prudent. Hamartig. v.* 819. Sic animas cœli de fontibus unicoloras Infundis natura ſolo.

Unicornis, ne, adject. *unicorno*, animal unum tantum cornu in capite gerens, μονόκερως. *Plin. l.* 8. *c.* 21. In India boves ſolidis ungulis unicornes. *Id. l.* 11. *c.* 46. Unicorne (*animal*) aſinus tantum Indicus.

Unicorporĕus, a, um, quod unum corpus habet. *Firmic. l.* 2. *c.* 12. Taurus eſt ſignum in cœlo fœmininum, ſeptentrionale, unicorporeum.

Unicultor, oris, m. qui unum Deum colit. *Prud. in paſſione Cypriani v.* 90. Unicultus, inquit, ſervo ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.

Unĭcus, a, um, *unico*, *ſolo*, *ſingolare*, –, Ger. *einig*, Gal. *unique*, Hiſp. *unico*, μόνος, ſingularis, ſolus, unus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 14. Et quæ tantus, quæ tanta vitia fuerunt in unico filio. *Horat. l.* 3. *od.* 14. Unico marito gaudens mulier. ¶ Quia vero unici filii ſemper cariores ſunt, interdum hæc vox idem ſignificat, quod ἀγαπητός, id eſt dilectus. *Plaut. Capt.* 1. 2. 49. Tibi ille unicu' ſit, mihi etiam unico magis unicus. ¶ Accipitur quoque pro ſummo, ſive præclaro, ac ſingulari. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 3. Nam tu Poeta es proſus ad eam rem unicus. *Cic. de Sen.* In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes, &c. *Lucan. lib.* 4. *v.* 509. Unica mors. *Catul. carm.* 7c. (al. 78.) Qui me unam, atque unicum amicum habuit. ¶ Hinc *unicos imperatores* honoris cauſa appellabant. *Catull. carm.* 29. *ad Pomp. v.* 1c. & *Suetom. in Oth. c. in fi.*

Unifŏrmis, & me, o. 3. *uniforme*, μονοειδής, unam habens formam, ſimilis, ſimplex. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 5. Ut horrore uniformis alimoniæ edendi deſiderium langueſceret. *Apul. l.* 11. *Met.* Deorum, Dearumque facies uniformis. *Auct. dial. de Orator. c.* 33. Simplex quiddam, & uniforme doceri.

Uniformĭtas, atis, f. *uniformità*, unitas in forma, ſimilitudo, ſimplicitas. *Macrob. lib.* 7. *Saturn. cap.* 5. Cur illis providere varietatem laboras, illi ſquallorem uniformitatis adjicis? Adde *Arnob. l.* 7.

Uniformĭter, adv. *uniformemente*, ſimiliter, ſimpliciter. *Apul. in Triſmegiſt.* Omnis humana immortalis eſt anima, ſed non uniformiter cunctæ. Adde *Arnob. l.* 5.

Unigĕna, æ, com. g. *unico*, *unigenito*, μονογενής, unus, unicus, unigenitus. *Cic. de Univ. c.* 4. idcirco ſingularem Deus hunc mundum, atque unigenam procreavit. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod unico parente genitum eſt, ut *Pallas unigena*, quæ ex Jovis cerebro nata eſt abſque matre. *Catul. in Argon. v.* 300.

Unigenĭtus, i, m. *unigenito*, unicus ex ſuis parentibus natus. *Tertull. adverſ. Gnoſt. c.* 7.

Unijŭgus, a, um, μονόζυγος, quod unum jugum habet, ut *Unijuga vineæ*, quæ ſimplici nituntur jugo, cum haſtilibus in terra defixis ſingulæ tranſverſæ perticæ in unam tantum partem ordinis ſuperincumbunt. *Plin. lib.* 17. *cap.* 22. Si unijuga erit vinea. ¶ Unijugus etiam dicitur, qui ſemel tantum matrimonium iniit. *Tertul. de Monogam. c.* 6. Joſeph unijugus.

Unimammĭa, vel Unomammia, æ, vox ficta a *Plaut. Curcul. a.* 3. *v.* 75. ad ſignificandum fortaſſe regionem Amazonum, quæ alteram ſecabant mammam, quo expeditiores eſſent ad tela jacienda. Verba *Plauti* ſunt: Centauromachiam, & Claſſiam Unimammiam. Al. leg. *Claſſem Unimammiam*. h. e. ab Amazonibus conſtitam.

Unimănus, a, um, *di una mano*, μονόχειρος, unam tantum manum habens. *Liv. l.* 35. *c.* 20. Capram ſex hœdos uno fœtu edidiſſe, ex Piceno nuntiatum eſt, & Aretii puerum natum unimanum. Adde *l.* 41. *c.* 21.

Unimŏdus, a, um, adject. unius modi, ſeu formæ. *Prudent. in Pſychom. v.* 770. Unimodis compagibus unoc.

Unio, onis, f. *unione*, *concordia*, ἕνωσις, concordia, conjunctio, copulatio, cohærentia, vinculum. *Tertul. de Monogam. c.* 4. Denique perſeveravit unio conjugii. Sed hoc loco unio ſignificat non conjunctionem, ſed unitatem, h. e. monogamiam, uniuſque uxoris in matrimonio uſum. Ceterum pro conjunctione uſurparunt *Hieron.* & *Auguſtinus*. pro unitate etiam *Hieron. in Amos c.* 5. & *Tertul. de reſurr. carn. c.* 2.

Unio, onis, m. *perla*, μαργαρίτης, margarita, id, quod in concha naſcitur. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, ut nulli duo reperiantur indiſcreti: unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, ne apud barbaros quidem inventores ejus, aliud, quam margaritæ. ¶ Falſi itaque ſunt *Iſid.* & *Solin.* qui ſcripſere, uniones dictos, quod unici ſemper, nunquam duo, aut plures in concha inveniantur. ¶ Feminino genere, *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann. c.* 36. *ad fin.* Has uniones Cleopatranas habuiſſe perhibetur.

Unio, onis, m. cæpa unius capitis, vel nuclei, μονόκοκκον, μονοκέφαλον. *Colum. l.* 12. *c.* 10. Pompejanam, vel Aſcaloniam cæpam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant unionem ruſtici, eligito. Ea eſt autem, quæ non fruticavit, nec habuit ſobolem adhærentem.

Unio, is, a. 4. *congiungere*, *aggiungere*, *adunare*, Ger. *vereinigen*, Gal. *unir*, Hiſp. *ayuntar*, ἑνόω, in unum redigo, conjungo, copulo. *Tertul. de anim. c.* 17. Cœlum meti unitum.

Unioſŭlus. V. Unoculus.

Unĭola, æ, f. herba, quæ & gramen dicitur. *Apul. de herb. c.* 77.

Unipĕtius, a, um, adject. uno tantum pede, ſeu caule præditus. *Marcel. Empir. c.* 15. Maniplus maſcæ unipetiæ.

Uniſtirpis, & pe, o. 3. *d'uno ſtirpe*, μονοστέλεχος, quod a radice condicem unicum habet aſſurgentem. *Plin. lib.* 16. *cap.* 30. In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cypreſſus, ulmus, & ſiqua uniſtirpia.

Unĭtas, atis, f. *congiunzione*, *identità*, *una coſa ſola*, conjunctio, indiſcreta alicujus rei cum ſuis partibus ſimilitudo. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Menſura ab unitate alvei, unde ſe primum findit in latera, ad Canopicum oſtium CLXV. *Id. l.* 16. *c.* 22. Maxime foliorum unitas in ſuo cuique genere permanet. *Id. lib.* 7. *cap.* 12. Toranius M. Antonio jam Triumviro eximios forma pueros alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit, tanta unitas erat. ¶ Item convenientia, concordia. *Senec. de vita beata, c.* 9. Virtutes enim ibi eſſe debebunt, ubi conſenſus, atque unitas erit, diſſident vitia. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ ita commiſcentur, ut ex pluribus unum quid fiat. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. Donec omnia, quæ indita ſunt, liquata in unitatem quandam coeant. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 2. Hoc primum præſumendum, inter ea corpora, a quibus unitas eſt, aera eſſe. *Juſtin. l.* 2. *c.* 1. Mundi quæ nunc partes ſunt, aliquando unitas fuit.

Unĭter, adv. *unitamente*, *di concordia*, conjuncte, concorditer. *Lucr. l.* 3. *v.* 850. Cum corporis, atque animai Diſſidium fuerit, quibus hæſimus uniter apti. Adde *l.* 5. *v.* 538. & *v.* 556.

Unitus, a, um, nom. partic. *unito*, conjunctus. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 2. Expedire me poterem, ſi philoſophorum linguis uti voluiſſem, ut dicerem unita corpora. *Arnob. l.* 3. Conſenſionis unitæ unanimitas. *Apul. l.* 11. *A.* Unita ratio.

Universālis, & le, o. 3. *univerſale*, כללי, Ger. *allgemein*, Gal. *univerſel*, Hiſp. *univerſal*, καθολικός, ad univerſos pertinens. *Auctor ad Heren. l.* 2. *c.* 24. Nam in hujuſmodi rationibus non univerſali, atque abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. Aliqui legunt *univerſa*. *Quintil. l.* 2. *c.* 13. Καθολικά, id eſt, ut dicamus quomodo poſſumus, univerſalia.

Universālĭter, adv. *univerſalmente*, idem ac univerſe. *Cajus l. quod ſæpe, §. in iis, ff. de contrah. empt.* Si grex univerſaliter venierit, id eſt totus una venditione.

Univerſātim, adverb. *univerſalmente*. *Sidon. l.* 8. *ep.* 2. Univerſatim ferventibus votis aliquem conſecrare.

Universe, adv. *univerſalmente*, *generalmente*, καθόλου, ὅλως, generaliter, generatim, cui *ſingillatim* opponitur. *Cic.* 7. *Ver. c.* 55. Quid ego de exteris Civium Romanorum ſuppliciis ſingillatim potius, quam generatim, atque univerſe loquar? *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 11. Nec tam irruptio pertimeſcenda eſt, quam univerſe introitus.

Universim, adv. idem ac univerſe. *Gel. l.* 1. *c.* 3. Sed generibus rerum ſummatim, univerſimque utitur.

Universĭtas, atis, f. *univerſità*, τὸ πᾶν, rerum tota multitudo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 65. Licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremo deducere ad ſingulos. *Col. in præf. lib.* 1. De ruſticationis univerſitate nihil attinet nunc plura dicere, dell'agricoltura in generale. *Plin. l.* 3. *ep.* 16. Non temere nunc de univerſitate (*libri*) pronuncio, de partibus experiar legendo. ¶ Sæpe ponitur pro mundo. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 43. Tum enim cenſet imagines divinitate præditas ineſſe in univerſitate rerum. *Id. de Univ.* Quod ſi univerſitatis corpus planum, & æquabile explicaretur. *Id. ibid.* Singulos adnexit ad ſingula, atque ita quaſi in currum univerſitatis impoſuit.

Universus, a, um, *univerſo*, *tutto*, כל, Ger. *gantz*, Gal. *tout*, Hiſp. *todo*, σύμπας, omnis, totus, integer. *Cic. pro Cæc. c.* 20. Univerſa familia. *Id.* 1. *Offic. c.* 31. Univerſa natura. *Id. pro Roſc. Com. c.* 15. Vita univerſa. ¶ In plurali num. ſignificat omnes conjunctim, & opponitur *ſingulis*. *Cic. de Orat. c.* 5. Ex iis rebus univerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 66. Dii ſeparatim ab univerſis ſingulos diligunt. *Nepos in Themiſt. c.* 4. Univerſos eſſe pares ajebat, diſperſos teſtabatur perituros. ¶ *Univerſi omnes* per pleonaſmum dixere *Plaut. Trin.* 4. 3. 40. & *Apul. l.* 7. *Met.* Sic, *univerſum totum*, *Id. Plaut. ibid.* 1. 2. 134. ¶ *In univerſum* eſt generaliter, univerſe. *Tacit. de German. c.* 5. Terra, etſi aliquanto ſpecie differt, in univerſum tamen aut ſilvis horrida, aut paludibus fœda. *Id. ibid. c.* 6. In univerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris. ¶ *Univorſum* pro *univerſum* metri cauſa *Lucret. l.* 4. *v.* 26c. Sed magis univerſum, fieri qua perinde videmus. Alii tamen leg. *univerſum*, ut ſit per creticus pro dactylo, quæ ſane inſolens licentia eſt, præſertim in heroico carmine.

Univĭra, æ, f. mulier, quæ unum tantum virum habuit. *Tertull. in exhort. ad caſtit. c. ult.* Ut & virginibus legitime nubentibus univira pronubæ adhibeatur. ¶ Adjective *Id. adverſ. Pſych. c.* 8. Univira viduitas. ¶ Legitur etiam *univiria*. *Trebell. Pol. in* 30. *Tyran. c.* 30. Quam majores noſtri univiriam ſacerdotem inter ſacratiſſimas fœminas adorarunt.

Univirātus, us, m. ſtatus monogamiæ, h. e. ejus, quæ ſemel tantum nupſit. *Tertul. l.* 1. *ad uxor. c. ult.* & *l.* 2. *c.* 1.

Univiria, V. Univira.

Univŏcus, a, um, adject. Vox univoca dicitur, quæ omnibus diverſis rebus tribuitur. *Martian. Capel. l.* 4. Univocis æquivoca connectere.

Uniuſmŏdi, *ſimile*, ὁμοιότης, uniformis, non varius. Ræ vere ſunt duæ voces inter ſe diſtinctæ, ſed vulgo conjunctim pronuntiantur inſtar adverbii. *Ter. Heaut.* 2. 1. 31. Nam parentum injuriæ uniuſmodi ſunt ferme. *Cic. Attic. l.* 9. *epiſt.* 6. Noli enim putare, tolerabiles horum inſanias, nec uniuſmodi fore. *Id. de Univ. c.* 7. Materia uniuſmodi, & ſui ſimilis.

Uno, as, a. 1. unio, unum facio. *Tertul. adverſ. Prax. c.* 27. Incipiunt illos dividere potius, quam unare.

Unocŭlus, a, um, μονόφθαλμος, unicum habens oculum, quales Poetæ finguni fuiſſe Cyclopes. *Plaut. Curc.* 2. 3. *v.* 2c. Unocule ſalve. Quidam legunt *unoculo*. *Gel. l.* 3. *c.* 11. *de Cyclope*: Itidem, inquit, vel maxime, quod unoculus fuit, rem tam inſignem non prætermiſiſſet. *Solin. c.* 65. Arimaſpi unoculi gens.

Unomammia, V. Unimammia.

Unōſe, adv. una, ſimul. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 881. Occidiſti, ut multa paucis verba unoſe obnuntiem.

Un-

Unquam, adv. *alcuna volta*, *giammai*, ποτέ, aliquo tempore, ullo tempore. *Plaut. Aul.* 3. 3. 1. Neque id in tantis periculis unquam committam, ut ſim. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quod quidem ſacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo unquam adiit. *Virg. Ecl.* 1. Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat. h. e. ſemper. ¶ Nemo unquam, interdum ponitur pro nemo unquam magis. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 10. Ita ſum afflictus, ut nemo unquam. ¶ Interdum additur genitivus gentium. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 30. *ex poeta*: Quis homo te exſuperavit unquam gentium impudentia? Quidam volunt legi *uſquam*.

Unus, a, um, *uno*, *un ſolo*, εἷς, μία, ἕν, nomen numerale cardinale. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Quinct.* Alphenus ſervulum unum adducit. *Idem* 2. *Offic. c.* 12. Confugere ad unum aliquem. *Id.* 1. *Offic. c.* 32. Cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis. *Idem de Sen. c.* 5. Uno, & octogeſimo anno mortuus eſt. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. e, vel ex, vel de, aut cum genitivo. *Cic.* 2. *Fin.* Tertius L. Virginius, unuſque de multis. *Id.* 4. *Acad.* Sed ſit ingenio divino: quem unum e Phyſicis potiſſimum probabis. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 5. Ille, unum ſe civium, & conſenſus imperium reſpondit. ¶ In genitivo ſingulari habet *unius*, penultima apud Oratores porrecta, apud Poetas communi. *Virg.* 1. *Æn.* Navibus, infandum, amiſſis unius ob iram Prodimur. *Id. ib.* Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei. ¶ Legitur etiam *uni* in genit. pro *unius*. *Catul. ep.* 17. Ludere hanc ſinit, nec pili facit uni. Adde *Titin. apud Priſc. l.* 6. ¶ Aliquando in oratione *unus* ſubticetur. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Nec deſunt, qui Tropi Figuræ nomen imponant, quorum eſt C. Artorius Proculus. idest *quorum unus eſt*. ¶ Accipitur etiam pro ſolo. *Teren. Adelph.* 3. 3. 82. Illum ego unum, ille ad me attinet. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 13. P. Nigidio uni omnium doctiſſimo, & ſanctiſſimo, ne benigne quidem polliceri poſſum. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Acipenſer unus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam natando meat. *Id. l.* 11. *c.* 37. Calvitium uni tantum animalium homini. ¶ Minus tamen ſignificat, quam *ſolus*, & cum eo interdum conjungitur. *Cic. in Piſon. c.* 40. Te enim ſolum, ſuum depeculatorem, vexatorem veniſſe ſenſerunt. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 7. Uno illo ſolo antiſtite diſſentiente. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. Nil admirari, prope res eſt una Numici, Solaque quæ poſſit facere, & ſervare beatum. ¶ Ponitur etiam pro pronomine, idem. *Plaut. Capt. prol. v.* 20. Hic, poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem, quia quaſi una ætas erat. *Id. Mil.* 3. 1. 132. Uno exemplo omnes vivunt. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 15. Atque uno etiam tempore accidit. ¶ Item pro aliquis, quidam, & fere in contemptum. *Plaut. Truc.* 1. 2. 32. Quis is eſt homo, Aſtaphium? unus ne amator? *Cic. Phil.* 2. 2. 3. Tanquam mihi cum M. Craſſo contentio eſſet, non cum uno gladiatore nequiſſimo. *Id.* 1. *de Orat. c.* 29. Sicut unus paterfamilias his de rebus loquor. *Catul. carm.* 22. Unus caprimulgus, aut foſſor rurſus videtur. ¶ Cum iis nominibus, quæ neceſſario in plurali numero uſurpantur, etiam *unus* in plurali ponitur. *Salluſt. in Catil. c.* 6. In una mœnia convenere. *Cic. pro Sext. c.* 26. Unis moribus vivere. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 52. Unæ quinque renotantur minæ. Sic *unæ ædes*, *unæ nuptiæ*, apud *Terent. Eun.* 2. 3. 73. & *Andr.* 4. 1. 51. ¶ *Unus & alter*, *due*, εἷς, καὶ δύο, ponitur pro duobus, ut alter & tertius pro tribus. *Cic.* 4. *Ver.* Repente iſte tacſter ci[t]ari jubet, dixit unus & alter breviter, nihil interrogatur. *Id.* 6. *Ver. c.* 29. Dies unus, alter, plures: non referri. *Id.* 7. *Ver.* Unum, alterum menſem, prope annum. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 8. Quid enim eſt tantum in uno, aut altero die? *Id.* 2. *Acad. c.* 5. Ratio triplex, una, altera, tertia. ¶ *Alter* aliquando ſubauditur. *Virg.* 9. *Æn.* Vix unus Helenor, Et Lycus elapſi, quorum primævus Helenor, &c. ¶ *Ad unum* ſignificat, nemine, ne uno quidem excepto. *Virg.* 3. *Æn. v.* 687. Si non exoſus ad unum Trojanos. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 14. Onerariæ omnes ad unam a nobis ſunt exceptæ. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Ad unum omnes occiſi ſunt. ¶ *In unum*, ſubaudi *locum*, *nel medeſimo luogo*, *inſieme*. *Virg. Ecl.* 7. Compulerantque greges Corydon, & Tyrſis in unum. *Salluſt. in Jugur. c.* 51. Milites in unum conducit. ¶ Conjungitur aliquando cum *nemo*. V. Nemo. ¶ *Unus e multis* dicitur, qui inter multos nihil excellit, qui nulla in re ſingularis, aut admirabilis eſt. *Cic. de clar. orat. c.* 79. M. Calidius non fuit orator unus e multis: potius inter multos ſingularis fuit. *Ovid. de remed. amor. v.* 681. Nulla ſit ut placeas alienæ cura puellæ: Jam facito, e multis una ſit illa tibi.

Unuſquilibet, unaquælibet, unumquodlibet, *ciaſcuno*, *ogn'uno*, εἷς ἕκαστος, idem ac quilibet. *Sen. controv.* 26. Ut unuſquiſque ſatis ſit. ¶ Dividitur etiam eleganter. *Liv. l.* 6. *c.* 40. Si non ſim ex paterno ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet.

Unuſquiſque, unaquæque, unumquodque, & unumquidque, *ciaſcheduno*, πᾶς ἕκαστος, τὰς τις, πάντες ἕκαστοι, ſinguli. *Cic. pro Font. c.* 6. Mihi enim ſemper unaquæque de re teſtis non ſolum ſemel, verum etiam breviter interrogatus. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 30. Leviter unumquodque tangam. *Id. Ver.* 6. *c.* 59. Qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere. *Id. Parad. c.* Punita ante oculos unumquemque regum. ¶ *Unumquidquid*, pro unumquidque. *Lucr. l.* 3. *v.* 1387. Sic unumquidquid paulatim protrahit ætas. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 39. Si unumquidquid ſingillatim, & placide percontabere.

Unxia, æ, f. Dea, quæ unctionibus præerat. *Arnob. l.* 3. Unctionum ſupereſt Unxia, cingulorum Cinctia replicationi. *Id. l.* 7. Bos ſterilis Unxiæ mactatur. ¶ Quidam putant hoc nomine dictam fuiſſe Junonem, quæ nuptiis præerat, quia ſponſa mariti domum ingrediens poſtes inungebat.

V ANTE O.

Vocabilis, le, adject. idem quod vocalis. *Gel. l.* 13. *c.* 20. Sonus vocabilior eſt viſus, & amœnior. Alii leg. *vocalior*.

Vocabulum, i, n. *vocabolo*, *voce*, *dizione*, מלה, Ger. *nam wort*, Gal. *vocable*, Hiſp. *palabra*, λέξις, dictio, qua res ſingulæ vocantur, aut voce efferuntur. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 40. Nam ſi res ſuum nomen, & proprium vocabulum non habet. *Plin. l.* 1. *ep.* 14. Neque enim alio vocabulo poteſt exprimi. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 280. Vocabula rebus imponere. ¶ Differunt nomina, & vocabula, ut docet *Var. l.* 7. *de L. L.* quia nomina finita ſunt, & ſignificant res proprias, ut *Romulus*, *Helena*, vocabula autem infinita, & res communes deſignant, ut *mulier*, *ſcutum*. Aliquando tamen vocabulum pro nomine ponitur. *Tac.* 12. *Ann. c.* 66. Deligitur artifex talium, vocabulo Locuſta. *Id. Ann.* 13. *c.* 15. Libertina, cui vocabulum Acte fuit. Adde *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 511.

Vocalis, & le, o. 3. *vocale*, *ſonoro*, φωνήεις, εὔφωνος, quod eſt magnæ vocis, ſonorum. *Ovid.* 11. *Metam.* Carmine vocali clarus, citharaque Philammon. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 3. Vocales impellere pollice chordas. *Sen. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 29. Vocaliora ſunt vacua, quam plena. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 7. Eligere vocaliſſimum aliquem, qui legeret. ¶ Ponitur etiam ſimpliciter pro eo, qui vocem habet, qui eſt in numero loquentium. *Cic. in Brut. c.* 69. Addamus hoc etiam, ne quem vocalem præteriiſſe videamur, C. Coſconium. *Val. Max. lib.* 1. *cap* 8. *de miraculis*, *ex externis*, *n.* 4. Ægles Samius athleta mutus, cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus, & præmium eriperetur, indignatione accenſus, vocalis evaſit. ¶ Literæ vocales, apud Grammaticos, γράμματα φωνήεντα, ſunt illæ, quæ per ſe vocem faciunt, id eſt quæ per ſe, ſine conſonantibus, pronunciari poſſunt, ut *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, & in Græcis dictionibus etiam *y*. *Cic. in Orat. cap.* 43. Habet enim ille tanquam hiatus concurſu vocalium molle quiddam.

Vocalitas, atis, f. *conſonanza*, εὐφωνία, conſonantia. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Sola eſt, quæ notari poſſit, velut vocalitas, quæ εὐφωνία dicitur.

Vocaliter, adv. per vocem, ſeu vocabulum. *Tertul. adverſ. Prax c.* 3. Monarchiam, inquiunt, tenemus, & ita ſonum ipſum vocaliter exprimunt etiam Latini. ¶ Item magna voce. *Apul. l.* 1. *Metam.* Januam firmiter oppeſſulatam pulſare vocaliter incipio. h. e. pulſare ſimul clamando, & vocando.

Vocamen, inis, n. *nome*, *vocabolo*, ὄνομα, nomen, appellatio. *Lucr. l.* 2. *v.* 656. Et Bacchi nomine abuti Mavult, quam laticis proprium proferre vocamen.

Vocates, m. 3. Boates, *le Captalat de Buch*, pop. Galliæ, in Aquitania, in ora Oceani Aquitanici, quorum opp. *Boios*.

Vocatio, onis, f. *invito*, κλῆσις, invitatio ad cœnam. *Catul. ad Porcium carm.* 48. Vos convivia lauta ſumptuoſe De die facitis: mei ſodales Quærunt in trivio vocationes. idest eo miſeriæ ſunt redacti, ut quærant, e quibus vocentur ad cœnam. Sunt qui leg. *vacationes*. *Juſtin. l.* 37. *c.* 4. Non in convivio, ſed in campo, non in vocationibus, ſed in exercitationibus. Alii *vacationibus*.

Vocative, adverb. *in vocativo*, per vocativum caſum. *Gel. lib.* 13. *cap.* 12. Vocative, inquit, dicit. ¶ Significat etiam vocando, ut ait *Feſtus*.

Vocativus, a, um, κλητικός, quod ad vocandum ſpectat, ut *Vocativus caſus*, κλητικὴ πτῶσις, per quem aliquem vocamus. *Gel. l.* 14. *c.* 5. In caſu vocativo *vir egregie* dicendum contenderet.

Vocator, oris, κλήτωρ, καλῶν, qui vocat. *Prudent. in paſſ. Laurent. v.* 461. Paulus vocator gentium. ¶ Speciatim vocatores dicti ſunt, quibus datum erat invitandi negotium, ſive qui ipſi vocabant ad cœnam. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Invitatus ad Regis cœnam venit. Indignantique Ptolemæo, & vocatores ſuos oſtendenti, ut diceret, a quo eorum invitatus eſſet, arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineavit. Adde *Sueton. in Calig. c.* 39.

Vocatorius, a, um, adject. ad vocandum pertinens. *Tertul. de ſaim. c.* 47. Si qua honeſta, ſancta, revelatrix, ædificatoria, vocatoria.

Vocatus, us, m. κλῆσις, vocatio, appellatio. *Virg.* 12. *Æn. v.* 95. Nunc o nunquam fruſtrata vocatus Haſta meos. h. e. invocationes, & preces. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 1. Mane Idibus Septembris & ille, & Senatus frequens vocatu Druſi in Curiam venit.

Vocatus, a, um, *chiamato*, κεκλημένος, partic. a voco. *Ovid.* 1. *Metam.* Conſtiiumque venas, tenuit mora nulla vocatos. *Hor. l.* 2. *od.* 18. Vocatus, atque non vocatus audit.

Vociferatio, onis, f. *grido*, κραυγή, βοή, actus vociferandi, clamor. *Cic.* 7. *Verr. c.* 60. An te L. Flavii, cæterorumque de L. Herennio vociferatio commovebit? *Id. pro Cluent. c.* 10. Nam in ipſa ſermone hoc, & vociferatione mortua eſt. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 12. Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Vociferator, oris, m. qui vociferatur. *Tertul. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 11. Joannes vociferator in ſolitudine.

Vociferatus, us, m. idem quod vociferatio, clamor. *Plin. l.* 10. *c.* 60. Cum vociferatu ſanguinem profundere.

Vocifero, as, n. 1. idem ac vociferor. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 9. *de gallis gallinaceis*: Item qui elati ſunt, ut vociferat ſæpe, in certamine pugnaces. *Cic.* 4. *Verr. cap.* 21. Nam me dies, vox, latera deficiant, ſi hoc nunc vociferare velim, quam miſerum, indignumque ſit. Alii leg. *vociferari*.

Vociferor, aris, d. *gridare forte*. צעק, Ger. *laut ſchreyen*, Gal. *crier*, Hiſp. *gritar*, ἀϋτέω, βοάω, ἀνακράζω, vehementer exclamo, majorem vocem emitto, quod fit in dolore, & indignatione, vel etiam extra omnem affectum, ſeu animi perturbationem. *Cic.* 2. *Verr. c.* 18. Mirari abſenti Diodoro, vociferari palam, lacrymas interdum vix tenere. *Id. pro Rab. Poſt. cap.* 8. Quid vociferabare, decem millia talentum Gabinio eſſe promiſſa? *Lucret. lib.* 2. *v.* 1049. res ipſaque per ſe vociferatur. h. e. loquitur, teſtatur, oſtendit. Sic *l.* 1. *v.* 732. Carmina vociferantur, & exponunt præclara reperta. *Id. l.* 2. *v.* 450. Æra vociferantur. h. e. ſonitum edunt.

Vocifico, as, n. 1. idem quod vociferor, clamo, voce edo. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. *de apibus*: A ſe ejiciunt fucus, quos vocificantes perſequuntur. In *Edit. Scalig.* habetur in margine *vociferantes*. *Gel. l.* 9. *c.* 3. Demoſthenis orationes, concioneſque vocificant. Alii *notificant*.

Vocitatus, a, um, *chiamato*, *nominato*. *Liv. l.* 4. *in fin.* Servius Romanus vocitatus. *Plin. l.* 3. *c.* 9. Lipara antea Melogonis vocitata.

Vocito, as, a. 1. *chiamare*, *nominare*, appello, frequenter voco. *Cic. pro Rab. Poſt. cap.* 9. Phalareus vocitatus eſt. *Id.* 2. *de nat. Deor. cap.* 43. Has Græci Stellas Hyadas vocitare ſuerunt. *Cornel. Gall. eleg.* 1 *ſub fin.* Ipſi me pueri, atque ipſæ ſine lite puellæ Turpe putant dominum jam vocitare ſuum.

Voco, as, a. 1. *chiamare*, φωνέω, advoco, accerſo. *Plaut. Capt.* 3. 1 *in fin.* Quæ ad patrem vis nunciari? vin', vocem huc ad te? Ty. voca. *Cic.* 4. *Acad. c.* 46. Vocare in concionem. *Id. pro Rab perd. c.* 7. Vocare ad arma. *Tac.* 1. *Ann. c.* 29. Vocare concionem. *Idem* 4. *hiſt. c.* 14. Vocare juventutem ad delectum. *Virg.* 10. *Æn.* Vocare aliquem magna voce. ¶ Aliquando ſignificat nomen imponere. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 61. Quo nos vocabis nomine? Ar. libertam. Hinc vocari eſt nomen habere. *Terent. Adel.* 3. 6. 3. O Qui vocare? G. Geta. *Plin. lib.* 10. *epiſt.* 5. Vocatur ipſe Harpocrates. ¶ Nonnunquam appellare, pronunciare, dicere. *Virg.* 11. *Æn.* Variiſque inſtigat vocibus alas, Nomine quemque vocans. *Juven. ſat.* 6. *v.* 136. Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. hoc eſt tantum accepit, ut illam dicat eſſe pudicam. ¶ Interdum pro invitare. *Cic. Fam.* 10. *epiſt.* 7. Vocare ad laudem. *Idem* 6. *Ver.* Deinde ipſum Regem ad cœnam vocavit. Hoc ſenſu etiam abſolute uſurpatur, eſt enim proprium in hac re verbum, unde *vocatio*, & *vocator*, quæ V. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 23. Vocet conviviam neminem illa, tu voces. *Sueton. in Tib. cap.* 33. Quendam inter cœnam porrecta a ſe poma guſtare non auſum, vocare deſiit. ¶ Interdum provocare. *Tacit.* 4. *hiſt. cap.* 80. Neque ipſe deerat arrogantia vocare offenſas, nimius commemorandis quæ meruiſſet. ¶ Interdum pro invocare. *Virg.* 5. *Æn.* Vocare Deos auxilio. ¶ Translate ſumitur pro trahere, pertrahere, allicere. *Cic.* 1 *Catil. c.* 5. Templa Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam ad exitium, & vaſtitatem vocas. *Id. pro Dejot. c.* 11. Familiam obſcuram e tenebris in lucem vocare. ¶ *Ad calculos aliquem vocare*, eſt adigere ad

ineun-

meundam accepti, & expenſi rationem, in ſupputationem deducere, *chiamar' a conti*. *Cic. de Amic.* Hoc quidem eſt nimis exigue, & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum, & datorum. Sic *Ad computationem vocare*. *Plin. in Paneg.* Nemo recentem, & attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem, quid reliquerit filius, ſcire. ¶ *Vocare aliquem in crimen*, eſt crimine aliquo accuſare. *Cic. pro Rab. perd. reo*: Hoc tu igitur in crimine vocas, quod cum jus fuerit, &c. ¶ *Vocare aliquem in diſcrimen*, eſt periculo committere, ſeu exponere. *Cic. 1. Off.* Itemque alii de gloria, & benevolentia civium in diſcrimen vocantur. ¶ *Vocare aliquem in invidiam*, eſt in odium adducere. *Cic. 7. Ver. c. 30.* Idcirco n me in crimen, & invidiam vocari. ¶ Vocare aliquem a meſtitia, eſt jubere, læto animo eſſe, *confortare*. *Cic. Att. l. 12. ep. 36.* Quod a meſtitia vocas, multum proficis. ¶ *Vocare aliquem in partem*, eſt eum vocare, ut alicujus rei partem accipiat. *Virg. Æn. 3.* Ipſumque vocamus in prædam, partemque Jovem. *Tacit. 1. Ann. c. 11.* Vocare aliquem in partem curarum. ¶ *Vocare aliquem ad teſtimonium*, eſt teſtem citare. *Var. l. 1. de R. R. c. 4.* ¶ *Vocare aliquem ad vitam*, eſt bono animo eſſe jubere, & eum, qui jam necem ſibi inferre conſtituerat, ſpe meliore injecta, ab inſtituto revocare. *Cic. Att. l. 3. ep. 7.* Quod me ad vitam vocas, unum efficis, ut a me manus abſtineam. ¶ *Vocare Deos in vota*, eſt votis factis Deorum auxilium implorare. *Virg. 5. Æn.* Ni palmas ponto tendens utraſque Cloanthus Fudiſſetque preces, Divoſque in vota vocaſſet. ¶ *Vocare in ſpem*, eſt jubere aliquem bene ſperare. *Cic. Att. l. 3. ep. 15.* ¶ *Vocare in jus & in judicium*, *citare*, *chiamar' in giudizio*. Cic. pro Quinct. c. 19. & pro Mil. ¶ *Vocare in ſuſpicionem*, *metter' in ſoſpetto*. Cic. Ver. 7. c. 4. ¶ *Vocare in dubium*, *metter' in dubbio*, Id. 2. de Invent. c. 28. ¶ *Vocare ad aliquem*, interdum eſt ad aliquem referre. *Tac. 1. Ann. c. 6.* Ne Tiberius vim principatus reſolveret, cuncta ad ſenatum vocando, *riportando tutte le coſe al ſenato*. *Cic. 4. Acad.* Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non aſſentior, *tu vuoi, ch' io mi rapporti a Democrito*. ¶ Apud Grammaticos *caſus vocandi* eſt vocativus. *Gel. l. 13. c. 25.*

Voconius, m. 2. gens Romana. Venere Romam ex Aricino municipio, ut auctor eſt *Tullius Phil. 3.* In hac gente memoratur Q. Voconius judex. *Cic. pro Cluent.* Item C. Voconius Saxa Tribunus Plebis. *Cic. 3. Ver.* Item Voconius Victor poeta. *Mart. l. 7. epigr. 28.*

Voconius, a, um, adject. ad Voconium pertinens. Voconia lex de coercendis mulierum hæreditatibus, lata fuit a Q. Voconio Saxa Trib. pl. ſancitumque in ea, ne quis cenſus eſſet, virginem, neve mulierem ſupra quadrantem ſuorum bonorum hæredem inſtitueret, pluſve nulquam legaret, quam ad heredes perveniret. item ne feminæ cuiquam ab inteſtato ſuccederent. Meminit ejus legis *Cic. 3. Phil. c. 6. de Senect.* & alibi. ¶ Voconia pyra fortaſſe dicta ſunt a quodam Voconio, qui ea primum ſeverit: quamquam *Plin. l. 15. c. 15.* inter ea refert, quorum nominis ratio ignoratur.

Voconii, m. 2. pop. Galliæ Narb. ubi hodie Diœceſis Dienſis in Delphinatu, & Diœceſis Vaſionenſis in Com. Vindaxino, quorum urbes Dia, & Vaſio, quæ & Forum Voconii, vel Vocontiorum. Alii eis attribuunt regionem *Val de Viſe*.

Vocula, æ, f. *voce piccola*, *vocina*, *quviſtev*, parva vox. *Cic. 3. de Or.* Quanto meliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, ac falſæ voculæ, quam certæ, ſeu ſeveræ? *Propert. l. 1. eleg. 10.* O utinam trajecta cava mea vocula rima Percuſſas dominæ vertat in auriculas. ¶ Ponitur & pro parva, ſeu brevi dictione. *paroletta*. *Gel. l. 12. c. 19. de verbo ſaltem*: Significatio hujus voculæ. *Cic. Fam. 2. ep. 15.* Malevolorum voculæ. h. e. detractiones.

Voculatio, onis, f. *accentazione*, vocis quantitas, accentus, pronunciatio dictionis alicujus juxta accentum. *Nigid. apud Gel. l. 13. c. 25.* Voculatio qui poterit ſervari, ſi non ſciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi, an vocandi (*caſus*) ſint? nam interrogandi ſecunda ſyllaba ſuperiore tono eſt, quam prima, &c. *Gel. ib.* Quem accentum nos dicimus, voculationem appellat. *Ib. l. 13. c. 6.* Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

Vogeſus, m. 2. *le mont de Vauge*, mons Galliæ Belgicæ. Extenditur inter Lotharingiam, & Com. Burgundiæ, ut etiam inter Lotharingiam, & Alſatiam, ubi ineſt ſylva Vogeſa. Ex eo profluunt flavii, Moſella in Bor. & Arar etiam in Bor. non etiam Moſa, ut aliqui ſcribunt. *Lucan. l. 1. v. 397.* Caſtraque, quæ Vogeſi curvam ſuper ardua rupem Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Vola, æ, f. 1. *palma della mano*, *a cavità di ſotto del piede*, כף, Ger. *gauff*, Gal. *paume*, Hiſp. *palma*, θέναρ, cava pars manus, five pedis. *Feſt.* Vola, veſtigium medii pedis concavum: Sed & palma manus vola dicitur. *Serv. in 1. Æn.* Vola, medietas palmæ, & pedis. *Plin. l. 11. c. 43.* Vola homini tantum, exceptis quibuſdam.

Volabile videtur poſitum adverbii more pro volando, hoc eſt velociter, celeriter, volantis modo, in illis *Varronis* verbis, quæ refert *Non. c. 18. n. 8. & 21.* Aut illo cervum qui volabile currens, ſparo ſecutus tragulaque trajicit. Alii tamen leg. *volabilem*: ut intelligas *volantem cervum*, alii *volatilem*.

Volans, antis, o. g. πετόμενος, partic. a volo, as. *Virg. 3. Georg.* Currus agitare volantes. *Id. 1. Æn.* Cœloque invectus aperto, Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo. ¶ *Volantes* abſolute ponuntur pro avibus. *Virg. 6. Æn. de Averni palude*: Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis.

Volaterræ, f. 1. *Volterra*, col. & urbs Hetruriæ, in monte, condita a Jano, ſive a Thyrrheno Lydii, anno ante Urbem conditam 500. una ex primis 12. Tuſcorum coloniis. Eo coloniam deduxit L. Sylla dictator, deinde C. Julius Cæſar Dictator, poſtea Triumviri Reipublicæ conſtituendæ. *Sigon. de ant. jure Italiæ l. 3. c. 4. Plin. l. 3. c. 5.*

Volaterranus, a, um, adject. ad Volaterram pertinens, ut Volaterrana vada apud *Cic. pro Quint. c. 6.* V. *Vada*. ¶ Volaterrani, orum, Volaterræ incolæ, *Id. pro Dom. c. 30.*

Volatica, æ, f. lamia, venefica, ſtrix, a *volando*, quia veteres putarunt, veneficas ſe in ſtriges aves convertere. *Feſt. in Striges*: Striges, aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci στρίγγας appellant: a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant. ¶ Exſtat præterea hæc vox apud *Tertul. de Pal. c. 6.* Et grammaticus, *inquit*, & rhetor, & ſophiſta, & medicus, & poeta, & qui muſicam pulſat, & qui ſtellarem conjectat, & qui volaticam ſpectat. Alii eum *qui volaticam ſpectat* intelligunt aruſpicem, qui ex volatu avium conjectat, alii geometram ſic appellatum volunt a *vola* manus, qua res dimetitur, vel a *vola*, qua ſignificat *terram* in Etruſca diſciplina, ducta origine a lingua Phœnicia.

Volaticus, a, um, *volatico*, *volante*, *volubile*, πτερόεις, quod volat, & cito tranſit, velox, & tranſlate inconſtans, levis, inſtabilis. *Cic. Att. l. 13. ep. 25.* O Academiam volaticam, & ſui ſimilem, modo huc, modo illuc, &c. *Id. de Aruſp. Reſp. c. 22.* Illius furentes, ac volaticos impetus in ſe ipſos poſſe converti. Alii hic leg. *violentos*. *Senec. epiſt. 42.* Volaticum eſſe, ac levem.

Volatilis, & le, n. 3. *volatile*, *volante*, πτηνός, πτερόεις, quod volat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Præterea veſcimur beſtiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. *Ovid. l. 2. Am. el. 7.* Pueri volatilis artes. h. e. Cupidinis. ¶ Sæpe tranſlate ſumitur pro celeri, veloci, ut *Ferrum volatile*, eſt ſagitta ferrea cuſpide præmunita, quæ ex arcu emiſſa celeriter fugit, velocitatem adjuvantibus pennis. *Virg. 4. Æn. de cerva*. Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum Neſcius. ¶ Item volatilis accipitur tranſlate pro fluxo, caduco, quod facile præterit, tranſit, elabitur. *Ovid. 10. Met. v. 519.* Labitur occulte, fallitque volatilis ætas, Et nihil eſt annis velocius.

Volatura, æ, f. idem, quod volatus. *Varr. l. 3. R. R. c. 5.* Ibi in prima volatura cum veniunt, morantur dies paucos, requieſcendi cauſa. *Col. l. 8. c. 9.* A volatura, ita ut capitur, farturæ deſtinatur.

Volatus, us, m. *volo*, *volamento*, πτῆσις, πτῆμα, volatio, actus volandi. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 39.* Idemque & volatus alitum ſuſtinet, & ſpiritu ductus alit, & ſuſtentat animantes. *Martial. l. 11. epigr. 92.* Si tam præcipiti fuerant ventura volatu.

Volcatius, m. 2. Civis Rom. qui Conſul Catilinam repetundarum reum, quod intra legitimum tempus profiteri nequiviſſet, Conſulatum petere prohibuit: quam rem tam ægre tulit Catilina, ut de evertenda patria cum Antonio, & Piſone nefaria conſilia inierit. *Aſcon. Pedian.* ¶ Volcatius Gallicanus, C. R. qui quinquies Conſul fuit. Scripſit vitas Imperatorum, ad Diocletianum, ex quibus nunc tantum extat Avidii Caſſii vita. ¶ Volcatius Terentianus, Hiſtoricus. Scripſit hiſtoriam ſui temporis, id eſt Gordianorum, in qua memoriæ prodidit, referente *Capitolino*, Gordianum ſeniorem vultum Cæſaris Auguſti valde retuliſſe. ¶ Volcatius Elpidius, Grammaticus. Scripſit res geſtas Pompeii Magni, & ejus patris, primus libertinorum, qui hiſtoriam ſcripſerint, cum ab optimo quoque ſcribi ſolita eſſet, ut auctor eſt *Cornelius Nepos*. Ludum aperuit, docuitque inter cæteros M. Antonium, & Auguſtum. ¶ Volcatius Sedigitus, Poeta non ignobilis, ita cognominatus, quod ſenos in manu haberet digitos. Hujus etiam hodie aliquot circumferuntur jambi, quibus ſuum de Latinis Comicis judicium protulit. *Plin. l. 11. c. 43.* ¶ Volcatius Juriſconſultus, Caſcelii præceptor, qui Aſturcone ſub veſperum a rure ſuburbano rediens, cum in graſſatorem incidiſſet, a cane defenſus fuit. *Plin. l. 8. c. 51.*

Volema, orum, n. pl. pira prægrandia. Secundum *Servium in 3. Æn.* dicta ſunt a *vola*, eo quod volam impleant. *Id. in 2. Georg.* pira volema interpretatur magna, atque idem etymon adducit. Sed addit, *volema pira* lingua Gallica bona, & grandia dici. Quod ſi eſt, non e Latio vox eſt arceſſenda, ſed e Gallica lingua, quæ eadem olim, ac Germanica. *Virg. 2. Georg. v. 88.* nec ſurculus idem Cruſtumiis, Syriiſque piris, gravibuſque volemis.

Volens, tis, particip. a volo, vis, *chi vuole*, *e fa qualche coſa ſpontaneamente*, *o volentieri*, ſponte, & non invitus aliquid faciens, libenter faciens. *Velles. l. 2. c. 62.* Pecunias etiam a volentibus acceperunt. *Senec. ep. 107.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Liv. l. 7. c. 26.* Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitius adeſſet. h. e. benevolus, favens. ¶ *Volentia alicui* dicuntur, quæ grata, accepta, jucundaque ſunt. *Tac. 3. hiſt. c. 52.* Muciano volentia reſcripſere. *Salluſt. in Jugurth. c. 73.* Literis, quæ de Metello, ac Mario miſſæ erant, volentia de ambobus acceperant. *Alii leg.* Literis, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. *Id. 4. hiſt. apud Non. cap. 2. n. 900.* Volentia plebi facere.

Volenter, adv. voluntarie, ſponte. *Apulej. l. 6. A. A.* Perrexit Pſyche, volenter.

Volentia, æ, f. *volontà*, *intenzione*, βούλησις, idem, quod voluntas. *Apul. l. 11. Metam.* Mea volentia fretus. *Solin. c. 36.* Volentia reſiſtendi prompta.

Volgiolus, i, m. ruſticum inſtrumentum. V. Valgium.

Volito, as, n. 1. *volare*, Ger. *herfliegen*, Gall. *voleter*, Hiſp. *volar a menudo*, ἐμποτᾶσθαι, frequenter volo. *Cic. 2. de Or. c. 6. de avibus*: Eaſdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris ſui cauſa paſſim, ac libere ſolutas opere volitare. *Id. 1. de nat. Deor. c. 20.* In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. ¶ Metaphorice ponitur pro diſcurrere, hoc atque illac currere, vagari. *Cic. pro Dom.* Per medium forum volitare. *Id. 1. de Or.* Volitare in foro. *Id. 2. Agrar. c. 32.* Volitet enim ante oculos iſtorum Jubæ Regis filius adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. ¶ Item pro libere agere, relaxari. *Cic. 2. de Or. c. 6.* Sic noſtri animi forenſibus negotiis, atque urbano opere defeſſi geſtiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. ¶ Item pro animos altos gerere, efferri, magna aggredi. *Cic. in Piſon.* Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus, & conſtans. *Martial. l. 1.* Ætherias, laſcive, cupis volitare per auras: I, fuge, ſed poteras tutior eſſe domi. ¶ Item pro celebrari, laudari, nominari. *Cic. 1. Tuſc.* Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: Cur? volito vivu' per ora virum. ¶ Item pro moleſtum eſſe, jactare ſe ſe, efferri. *Cic. pro Flacc. cap. 16.* Nunc vero non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolentius.

Volo, as, a. 1. *volare*, עוף, Ger. *fliegen*, Gal. *voler*, Hiſp. *volar*, πέτομαι, eſt per aerem ferri, proprium alas habentium. *Cic. 10. Phil. c. 5.* Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres. *Virg. 1. Æn. v. 301.* Volat ille per aera magnum Remigio alarum. ¶ Transfertur etiam ad alia, quæ celeriter feruntur, ut *Navis volat*, *Fama volat*, & hujuſmodi, pro celeriter ire, vel ferri. *Ter. Hec. 3. 4. 24.* Ne me fruſtra illic expectet, volo. *Cic. Attic. l. 2. epiſt. 19.* Literæ Capuam ad Pompejum volare dicebantur. *Id. 1. Tuſc. c. 31.* Volat ætas. h. e. celeriter præterit. *Virg. Æn. 3. v. 121.* Fama volat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem. *Ovid. 10. Met.* Paſſu volat alite virgo. ¶ Cum infinito *Val. Flacc. l. 4. v. 407.* Aſt Erebi virgo ditem volat æthera Memphim præcipere, & Pharia venientem pellere terra.

Volo, vis, volui, ſine ſup. n. anom. *volere*, רצה, Ger. *wollen*, Gal. *vouloir*, Hiſ. *querer*, βούλομαι, θέλω, voluntate aliquid eligo, ſeu approbo. Conſtruitur cum accuſ. *Cic. pro Cluent.* Pollicitus iis ſum, me omnia, quæ vellent, eſſe facturum. ¶ Vel cum acc. & dat. *Cic. pro Cluent.* Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. pro Lig.* A te ignoſci nemini vellent. *Id. Attic. l. 9. ep. 1.* Deinde Arpinum volebamus. Subaudi, *proficiſci*. *Id. l. 13. ep. 10.* Remque, & utilitatem ſociorum per te quam maxime defenſam, & auctam velis. hoc eſt, eſſe. ¶ Vel cum conjunctivo, & conjunctione, ut, vel etiam ſine conjunctione. *Cic. in Brut.* Volo, hoc Oratori contingat, ut, cum auditum ſit, &c. *Id. in Vatin. cap. 7.* Volo, uti mihi reſpondeas. *Virg.*

Digitized by Google

4. *Ed.* Vis ergo, inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim Experiamur? ¶ Velle aliquem, interdum eſt eum velle alloqui. *Plaut. Capt.* 5. 2. 24. Philocrates, per tuum Genium, obſecro, exi: te volo. *Teret. Andr.* 5. 5. Quis me volt? ¶ Velle aliquem paucis verbis, eſt velle cum eo loqui. *Plaut. Epid.* 3. 4. Volo te verbis pauculis, ſi tibi moleſtum non eſt. ¶ *Si quid me vis*. eſt ſi aliquid me vis facere, vel ſi aliquid a me vis. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 38. Redeo ad te, Megadore, ſi quid me vis. *Id. Aſin.* 1. 1. 75. Verba in pauca conferam, quid te velim. ¶ *Velis, nolis, velit, nolit*, &c. idem, ac ſive velis, ſive nolis, *vogli, o non vogli*. *Plin. in Paneg.* c. 30. Praeterea futuri Principes, velint, nolint, ſciant. ¶ Interdum eſt, velle an, an non velis. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. Craſſum Junianum hominem mihi deditum per me deterruit; velit, nolit, ſcire difficile eſt. *ſe egli voglia, o no*. ¶ *Velim*, idem ac vellem, per Enallagen. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 3. Tu, velim, ut conſuevisti, nos abſentes diligas, & defendas. *Plaut. Trucul.* 2. 5. in fine. Ut miles veniret, velim. ¶ Frequenter volo accipitur pro optare. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 19. Eandem rem tibi volo bene, & feliciter evenire. *Id. Sulpicio, l.* 13. *ep.* 23. Accedit eo, quod Verro Murena magnopere ejus cauſa vult omnia. h. e. bene ei in omnibus rebus cupit. *Id. l.* 16. *ep.* 17. Cuſpio quod operam dediſti, mihi gratum eſt. valde enim ejus cauſa volo. ¶ *Velim, quae velles*, aut *ni velles*, formula eſt, qua utebantur ſignificaturi, ſibi aegre eſſe, quod alteri haud bene eſſet, ſeque adeo velle, & optare, ita ni eſſe, ut ipſe vellet. *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 53. Velim ut velles, Tranio, ſed quid negotii eſt? *Senec. ep.* 67. Aſpice M. Catonem ſacro illi pectori puriſſimas manus admoventem, & vulnera parum demiſſa laxantem: utrum tandem illi dicturus es, *vellem quae velles, & moleſte fero*, an *feliciter quod agis*? ¶ *Velle alicui factum*, eſt optantis, ut fiant quae alter cupit. *Apul. in Apolog.* Sicinium Pontium, cui factum volo, *a cui bramo tutte le felicità*. *Ter. Adel.* 5. 7. 20. Te adeo noſtrae familiae tam ex animo factum velle. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Cum & utiles illis eſſent, & vellent regi eſſe factum. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro opinari, cenſere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare cenſes, divinas eſſe vult. ¶ Item pro ſignificare. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 14. Ita mulierculae attendi, nec ſatis intellexi, quid ſibi lex, aut quid verba iſta vellent. *Id. in Ver.* 4. *c.* 61. Quid ſibi equeſtres ſtatuae volunt propter aedem Vulcani? ¶ In futuro indicativi habet *volam, voles, volet*. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 26. Meo modo loquar, quae volam, quoniam intus non licitum eſt mihi. *Id. Ib.* 1. *v.* 8. Ut voles, ut tibi lubebit. ¶ *Volt*, & *voltis*, pro *vult*, & *vultis*, antiquo more ſaepiſſime legitur apud Comicos, Plautum praeſertim.

Vologeſocerta, *ſ.* 1. Vologeſia, *Nemrue*, urbs Babyloniae, a Vologeſo Parthorum Rege condita. *Plin. l.* 6. *c.* 26.

Volōnes, *m.* 3. ſervi Romanorum, qui poſt Cannenſem cladem voluntarie militiam ſuſceperunt, a *volendo*. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 2. Bello Punico, cum deeſſent, qui ſcriberentur, ſervi pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in civitatem recepti ſunt, & Volones, quia ſponte hoc voluerunt, appellati. *Feſt.* Volones dicti ſunt milites, qui poſt Cannenſem cladem, uſque ad octo millia, cum eſſent ſervi, voluntaria ſe ad militiam obtulerunt. *Liv. l.* 23. *c.* 35. Ut tirones (ea maxima pars Volonum erat) diſcerent ſigna ſequi.

Volpe. V. Vulpes.

Volſce, *adv.* Volſcorum more. *Titinn. apud Feſt. in voce Oſcum*: Oſce, & Volſce fabulantur: nam Latine neſciunt.

Volſci, *m.* 2. pop. Latii, ubi hodie pars Orientalis Campaniae Romanae, verſus Velitras, Pelinam, Antium, Privernum, Terracinam. Ab Occ. habebant Rutulos, & Latinos, ab Or. Samnites, & Campanos, a Sept. Æquos, Hernicos, & Marſos, a Mer. mare Tyrrhenum. Eorum caput fuit Anxur, ſive Terracina. *Virg.* 2. *Georg.* Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos. ¶ Adject. *Id. Æn.* 7. *v.* 803. Volſca de gente Camilla.

Volſella, *ae*, *f.* ſive vulſella, *molletta*, *Ger.* hauffzanglein, *Gal.* pincettes, *Hiſp.* pinzas, *μαδιστήριον*, *τριχολαβίς*, inſtrumentum pilis e corpore avellendis idoneum, a ſupino *volſum*, ſeu *vulſum* verbi vello. *Martial. l.* 9. *ep.* 28. Pungentque ſicca labra volſellae. ¶ Eſt etiam inſtrumenti chirurgici genus, quo caro ex ulceribus praecidenda apprehenditur. *Celſ. l.* 6. *c.* 18. Deinde orae vulſella prehendendae, tum quicquid corruptum eſt, excidendum.

Volſgrae aves, quae ſe vellunt mutuo, quae res mali ominis credebatur, a ſup. *volſum*, ſeu *vulſum* verbi *vello*. *Feſt.* Volſcrem avem, quae ſe vellit, Augures hanc eandem ſmilicrem appellant. Ita vulgo. Sed recte *Volſgrae* praeferunt viri docti. Pro *ſmiliceram* etiam reponunt *ſurilianam*.

Volſinienſis, ſe, adject. ad Volſinium pertinens, ut Volſinienſis lacus, Vulſinienſis, Bulſinius, *Lago de Bolſena*, lacus Hetruriae, juxta agrum Urbevetanum, fere rotundus, circuitu ad. al. 30. M. P. In eo ſunt duae inſulae, una major ad Or. *Martana* dicta, in qua caeſa fuit Amalazonta Gothorum Regina, altera ad Occ. *Biſentina* vocitata. Eum circumſtant opp. Volſinium, Martha, Caput montis, Biſentia, & Mons Faliſcorum urbs in colle. Vulgo hodie aliis etiam nominibus ab oppidis circumſtantibus nominatur, ut *Lago di Marta*, ab opp. Martha, ubi fl. Martham emittit, & *Lago di Capo di Monte*. *Col. l.* 8. *c.* 16.

Volſinienſes, ium, Volſinii incolae, *Liv. l.* 5. *c.* 31.

Volſinium, ſive Vulſinium, & Volſinii, orum, *Bolſena*, *Belſene*, olim urbs Hetruriae ex 12. primis Thuſcorum coloniis, nunc caſtrum ad lacum Volſinienſem, ad radices collis, in via, quae Romam per Hetruriam ducit. Ibi primum molae verſatiles ſunt inventae. *Plin. l.* 38. *c.* 18. & *Liv. l.* 7. *c.* 3.

Volſus. V. Vulſus.

Voltinia, ſive Volſinia, tribus Romana una ex ruſticis: quo loco conſtituta fuerit, & a quo dicta, ignoratur ab eruditis. Qui *Volſinia* legunt, putant appellatam a Volſinio oppido. Ejus meminit *Cic. pro Planc. c.* 16. & 17.

Voltinienſes, cives Tribus Voltiniae. *Cic. pro Planc. c.* 17.

Voltumnae Fanum, Volturnae Fanum, locus Hetruriae, apud Ciminum M. ubi nunc Viterbium. Sunt, qui Maſſam eſſe velint urbem in Senenſi ditione, inter Senas 40. M. P. & Populonium 20. Voltumna autem Dea quaedam fuit a bene volendo ſic dicta. *Liv. l.* 4. *c.* 23.

Volturnus. V. Vulturnus.

Volva, *ae*, *f.* *μήτρα*, idem ac vulva, locus in ventre foeminae, in quo foetus concipitur, & involvitur. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. Agni chordi qui poſt tempus naſcuntur, ac remanſerunt in volvis intimis. ¶ Accipitur item pro albo boletorum involucro in ovi ſpeciem erumpentium. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipſum poſtea in volva, ceu in ovo eſt luteum.

Volūbilis, & le, *o.* 3. *volubile*, *Ger.* weltzbar, *Gal.* aiſé a tourner, *Hiſp.* que ſe buelve, *εὐτρόχαλος*, *εὔστροφος*, quod facile volvitur. *Cic. de Univ. c.* 6. Deinde animum circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus, caeloque ſolitario, & volubili, & in orbem incitato complexus eſt. *Virg.* 7. *Æn.* Impubeſque manus mirata volubile buxum. ¶ Translate ponitur pro inconſtante, inſtabili. *Cic. pro Mil. c.* 26. Vide quam ſit varia vitae, commutabiliſque ratio, quam vaga, volubiliſque fortuna. ¶ Item pro eo qui in dicendo copioſus, varius, idemque facilis eſt. *Cic. pro Flacc. c.* 20. Homo volubilis, & praecipiti quadam celeritate dicendi. *Id. de clar. Orat. c.* 27. Canorus orator, & volubilis. ¶ Hinc & oratio volubilis dicitur, quae copioſa eſt, & ſimul facile fluens. *Cic. de clar. Or. c.* 28. Appii volubilis, & paulo fervidior erat oratio. *Auct. ad Heren. l.* 3. Celeriter cum clamore verba conficere, ut eum volubilem orationis vociferatio conſequi poſſit.

Volubilitas, atis, *volubilità*, *εὐτροχία*, *τὸ εὔστροφον*, aptitudo ad movendum, facilitas, qua aliquid movetur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 19. Mundi volubilitas, quae niſi in globoſa forma eſſe non poſſet, &c. *Id. de Fato c.* 19. Ut igitur, inquit, qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. ¶ Translata ſumitur pro inconſtantia. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 6. Quomodo ergo id, quod temere fit, caeco caſu, & volubilitate fortunae praeſentiri, & praedici poteſt? ¶ Item pro promptitudine dicendi cum verborum copia conjuncta. *Cic. pro Planc. c.* 25. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. *Id.* 1. *de Orat. c.* 5. Verborum volubilitas. h. e. copia, apta connexio, & facilitas. *Plin. l.* 5. *ep.* 20. Mos eſt pleriſque Graecorum, ut illis ſit pro copia (*vitium*) volubilitas: tam longas, tamque frigidas periodos uno ſpiritu, tanquam torrente, contorquent.

Volubiliter, *adv.* *volubilmente*, *εὐτρόχως*, cum volubilitate, varie, copioſe, & facile. *Cic. in Or. c.* 62. Saepe etiam in amplificanda re conceſſu omnium funditur numeroſe, & volubiliter oratio.

Volūcer, haec volucris, hoc volucre, *veloce*, *volante*, עוף, *Ger.* fliegend, *Gal.* volant, *qui vole*, *Hiſp.* que buela, *ποτανὸς*, *πτερόεις*, volans, velox. *Virg.* 1. *Æn. v.* 317. Volucremque fuga praevertitur Hebrum. *Senec. in Herc. Fur. v.* 1065. Somne, requies animi, Pars humanae melior vitae, Volucer, matris Aſtraeae genus. ¶ Translate *Cic. pro Planc. c.* 23. Nihil eſt autem tam volucre, quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur. *Id. in Bruto c.* 95. Aliud autem genus eſt non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre, atque incitatum. *Id. pro Sylla cap.* 32. O falſam ſpem, o volucrem fortunam! h. e. celeriter elabentem, inconſtantem. V. *Volucris*. ¶ *Volucer* foeminino gen. *Petron. in ſat. c.* 123. Interea volucer, motis conterrita pennis, Fama volat.

Volūcra, *ae*, *f.* genus animalis, quod aliis nominibus *volvox*, *convolvulus*, *involvulus* vocatur, a volvendo. *Col. de arb. c.* 15. Genus eſt animalis, volucra appellatur: Id fere praerodit teneros adhuc pampinos, & uvam, quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione ſanguine urſino linito.

Volucripes, edis, qui, vel quae volucri pede eſt, velox, celer. *Auſon. ep.* 21. Per hanc ſalutem praepes, & volucripes Paulini ad uſque manus. Adde *Sidon. l.* 9. *ep.* 15.

Volūcris, is, *f.* *uccello*, *volatile*, עוף, *Ger.* vogel, *Gal.* oiſeau, *Hiſ.* ave. *ὄρνις*, *τὸ ὄρνεον*, *τὸ πτηνὸν*, avis, & generatim omne id, quod volat, ut apes, veſpae, tabani, & reliqua hujuſmodi. *Cic.* 2. *de Or. c.* 6. Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis ſuae cauſa fingere, & conſtruere ſibi nidos. *Virg.* 3. *Georg.* Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres. *Ovid.* 2. *Met.* Fluminea volucres medio caluere Caystro. ¶ Reperitur & in genere maſculino. *Cic.* 2. *de Div. c.* 30. *ex Poeta*. Hunc, ubi tam teneros volucres, matremque peremit. Loquitur de pullis avium in ſuo nido ab angue peremptis. ¶ In genitivo plurali fere habet *volucrum*, tum ſi ſubſtantivum ſit, tum ſi adjectivum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Volucrum nulli dentes, praeter veſpertilionem. *Lucret. l.* 5. *v.* 1093. Volucrum ritu flammarum. Uſurpari tamen poteſt etiam *volucrium*, ut auctoritate Ciceronis de Finibus oſtendit *Charif. Grammat. l.* 1.

Volucriter, *adv.* *velocemente*. *Ammian. l.* 17. *c.* 3. Volucriter congregati.

Volvendus, a, um, *δινούμενος*, partic. vel gerund. a volvor. *Virg.* 1. *Æn.* Triginta magnos volvendis menſibus orbes Imperio explebit. h. e. volubilibus, & qui perpetuo curſu ſe volvunt, & unus poſt alium ſuccedunt. *Id.* 9. *Æn. v.* 6. quod optanti Divum promittere nemo Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Volvens, entis, o. g. *δινῶν*, partic. a volvo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 238. Certe hinc Romanos olim volventibus annis, &c. h. e. vertentibus, ſe volventibus, & perpetuo curſu, ſerieque ſuccedentibus. *Id.* 2. *Georg. de ſeculo*: multoſque per annos Multa virum volvens durando ſaecula vincit. h. e. temporis curſu ſe ſecum circumagens, & veluti cum eo ſe volvens. *Id.* 1. *Georg.* Tardaque Eleuſinae matris volventia plauſtra. h. e. ſe volventia.

Volūmen, inis, *n.* *giro*, *volume*, כרך, *Ger.* buch, *Gal.* volume, *Hiſp.* volumen, *σύνταγμα*, *βιβλίον*, generatim dicitur omne id, quod volvitur, ſive in gyrum complicatur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 208. *de ſerpentibus*: Pars caetera pontum Pone legit, ſinuatque immenſa volumine terga. *Id.* 5. *Æn. v.* 408. Huc, illuc vinclorum immenſa volumina verſat. *Id.* 3. *Geor. v.* 192. *de equo*: Sinuet alterna volumina crurum. h. e. pedum volubilitatem, & flexiones. *Ovid. Met.* 13. *v.* 475. Voluminis fumi. h. e. globi in gyrum acti. ¶ Sumitur quoque pro circumvolutione ſphaerarum caeleſtium. *Ovid.* 2. *Met. v.* 71. Adde, quod aſſidua rapitur vertigine caelum, Sideraque alta trahit, celerique volumine verſat. ¶ Item pro volubilitate, varietate, inconſtantia. *Plin. l.* 7. *c.* 45. Si diligenter aeſtimentur cuncta, magna fortis humanae reperientur volumina. ¶ Libri quoque huic nomen impoſitum eſt, quia antiqui libros, ideſt corticem arborum, chartas pergamenas, & hujuſmodi, in quarum una tantum parte fere ſcribebant, quo commodius ferrent, convolverent ad cylindri ſimilitudinem. Hinc dicimus, *evolvere librum*, ideſt aperire legendi gratia, quaſi rem complicatam explicare. Differunt inter ſe *volumen*, *liber*, & *codex*, quia volumen minimum eſt, & pars libri, *liber* eſt major, & pars codicis, denique *codex* eſt maximus, qui conſtat ex libris, & ex voluminibus. Sed vulgo haec nomina confundimus. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 1. Nam cum ad hunc locum veniſſem, evolvi volumen epiſtolarum tuarum, quod ego ſub ſigno habeo, ſervoque diligentiſſime. *Volumen* vocat, non quia ſingulae epiſtolae involutae clauderentur (hae enim plicabantur) ſed quia multae cum eſſent, librum efficerent, *un pacchetto di lettere*. *Id. l.* 9. *ep.* 16. Volumine jam confecerat *ἀποφθεγμάτων*. *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 1. *v.* 117. Sunt mihi mutatae ter quinque volumina formae. *Plin. jun. l.* 3. *ep.* 5. Libri tres in ſex volumina propter amplitudinem diviſi. ¶ Voluminibus abſolutis umbilici addi conſueverunt. V. *Umbilicus*. ¶ Exterior, interiorque voluminum pars frontes dictae ſunt. *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 1. Nec fragili geminae poliantur pumice frontes. ¶ Extremi vero partim cornua nominatae ſunt, quod extra volumen eminentes cornuum ſimilitudinem haberent. V. *Cornu*.

Voluminōſus, a, um, adject. *pieno di piegature*, *e giri*. *Sidon. carm.* 9. *v.* 96. Angues corporibus voluminoſis.

Voluntarie, *adv.* *volontariamente*, *ἑκόντι*, *ἑκουσίως*, ſponte, animo libenti, prompto, bono, non coacto. *Caeſ. lib.* 3. *B. C. cap.* 91. Atque eum milites electi circiter centum viginti voluntarie ejuſdem centuriae ſunt proſecuti. Alii leg. *voluntarii*. *Arnob. lib.* 2. Ut nihil interſit, vo-

Digitized by Google

voluntate venerint, an illius obtemperaverint juſſioni.

Voluntario, adv. idem ac voluntarie, *Liv. lib. 1. cap.* 30. Inde ob reſiduas bellorum iras, maxime ſollicitatis ad defectionem animis, voluntario traxere. Sed legendum eſt *voluntarios* ex optimis pleriſque codicibus.

Voluntarius, a, um, *volontario*, ἑκών, ἑκούσιος, αὐτόματος, qui ſponte agit, ut *Milites voluntarii*, qui ſponte nomina dant, *Auxilia voluntaria*, quæ ſponte dantur, *Mors voluntaria*, quæ ſponte eligitur. *Cæſ. lib. 5. B. G.* Neque ſic voluntariorum copias deſore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet. *Cic. lib. 7. Fam. ep.* 3. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. *Id. lib. 15. Fam. ep.* 4. Et populorum liberorum, Regumque ſociorum auxilia voluntaria comparaviſſem. *Liv. lib. 2. cap.* 59. Ferociſſimus quiſque juvenum cum armis voluntarius adſit. ¶ Per Catachreſin ponitur pro naturali, ut *Herba voluntaria*, quæ ſua ſponte naſcitur, cui opponitur ſativa. *Plin. l. 20. c. 22. de ſerpyllo.* Sativum non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius voluntarium, & candidioribus foliis.

Voluntas, atis, f. *volontà*, רצון, Ger. *will*, Gal. *volonté*, Hiſp. *voluntad*, βουλή, θέλημα, facultas, ſeu potentia partis ſuperioris animi, qua animus hominis bonum eligit, atque amplectitur. *Cic. 4. Tuſc. c.* 6. Natura enim omnes ea, quæ bona videntur, ſequimur, fugimuſque contraria. Quamobrem ſimul objecta ſpecies cujuſpiam eſt, quod bonum videatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura: id cum conſtanter, prudenterque fit, ejuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem: eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt: Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat. Quæ autem adverſus rationem incitata eſt vehementius, ea libido eſt, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis invenitur. Hactenus *Cicero. Id. l. 1. Fam. ep.* 8. Veruntamen ipſe me conformo ad ejus voluntatem, a quo honeſte diſſentire non poſſum. ¶ Metonymice ſumitur pro aliquo actu voluntatis. Igitur aliquando ponitur pro intentione, propoſito, ſententia. *Cic. Catil. 3. c.* 9. Diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque ſuſcepi. *Id. pro Lig. c.* 2. Profecto voluntatem habuit non turpem. ¶ Item pro amore, benevolentia, propenſione in aliquem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Quod de ſua erga Cæſarem voluntate humaniſſime, diligentiſſimeque locutus eſſes. *Id. Metel. l. 5. Fam. ep.* 2. Timuiſſent, ne qua mihi pars abs te voluntatis mutuæ tribueretur. *Id. pro Lig. c.* 2. Nullum habes ſignum alienæ a te voluntatis. *Nepos* 14. *c.* 5. Qua voluntate eſſet in regem, celans. ¶ Item pro favore, ſtudio. *Ter. in prol. Phor.* Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit. *Cic. pro C. Rab. perd. reo*: Cum tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari voluntate Campanæ vicinitatis ornetur. ¶ *Voluntate*, ablativus pulchre ponitur pro eo quod eſt, bona cum gratia, ſponte, voluntarie. *Cic. 1. Ver.* Ego jam ſibi ipſe iſtud, quod expetis, mea voluntate concedam. *Id. l. 13. Fam. ep.* 5. Reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur. ¶ *Ex, & de voluntate*, eſt ſecundum voluntatem. *Cicer. in Piſon.* Illud accidit præter optatum meum, ſed valde ex voluntate. *Id. l. 13. Fam. ep.* 30. Siquid feceris hoc ipſo in bello minus ex Cæſaris voluntate. *Id. 4. Att. ep.* 2. Vix tamen ei de mea voluntate conceſſum eſt. ¶ *Ad voluntatem loqui*, eſt aſſentari. *Cic. pro Quint. c.* 30. Se non bello dicere, non ad voluntatem loqui poſſe. Sic *Q. Cic. de petit. conſul. cap.* 11. Vultum, & ſermonem ad aliorum ſenſum, & voluntatem commutare. ¶ *Voluntas nominis* eſt ſignificatio, intellectus, *il ſignificato. Quintil. l. 7. c.* 10. Nam & in finitione, quæ ſit voluntas nominis, quæritur. *Id. l. 6. c.* 2. Cautiores voluntatem complecti, quam nomina interpretari maluerunt.

Volvo, is, volvi, volutum, a. 3. *volgere, voltar'in giro*, גלל, Ger. *weltzen*, Gal. *vouler*, Hiſ. *bolver*, κυλίω, κυλίνδω, verto, verſo, in orbem torqueo. *Cic. in Somn. Scip.* Illi qui volvuntur ſtellarum curſus ſempiterni. *Ter. Eun.* 5. 9. 55. Saxum diu volvere. V. *Saxum. Virg. 1. Æn. v.* 115. Volvi in caput. *cadere col capo ingiù. Sil. l. 7. v.* 122. Amnis per devia præceps volvitur. h. e. volvendo ſe decurrit. Sic, lacrymæ volvuntur inanes, apud eundem *Virg. 4. Æn. v* 449. h. e. cadunt, decurrunt ab oculis. Contra, *Id. 2. Æn. v.* 758. Ignis flamma ad faſtigia vento volvitur. h. e. globos agendo aſcendit. *Id. 4. Georg. de equis*: volvunt ſub naribus ignem. h. e. emittunt igneum velati flatum. ¶ Volvere ſe ante pedes alicujus eſt proſterni, provolvi, *proſtrarſi. Propert. l. 3. eleg.* 2. ¶ *Volvere libros* eſt evolvere, perlegere. *Cic. de clar. Orat. c.* 87. Volvendi ſunt libri cum aliorum, tum in primis Catonis. ¶ Translate volvere ſignificat animo verſare, cogitare, *penſare, rivolgere coll' animo. Liv. l. 26. c.* 7. Multa ſecum, quo jam inde ire pergeret volventi ſubiit animum, &c. *Id. l. 35. c.* 18. Ingentes jamdiu iras eum in pectore volvere, *covare. Salluſt. in Jug. c.* 108. Multa cum animo ſuo volvere. *Catul. carm. 65. v.* 250. Multiplices animo volvebat curas. ¶ *Volvere verba*, eſt proferre, profundere, non intermiſſo curſu, æquabiliter, & copioſe. *Cic. de clar. Orat. c.* 70. M. Pontidius celeriter ſane verba volvens, nec hebes in cauſis. *Id. 3. de orat. c.* 47. Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volvi uno ſpiritu poteſt. ¶ *Volvere caſus* pro ſubire, experiri. *Virg. 1. Æn. v.* 13. Quidve dolens regina Deum tot volvere caſus Inſignem pietate virum, tot adire labores Impulerit. *Id. ib. v.* 26. Sic volvere Parcas. h. e. ita eſſe in fatis. Parcæ autem dicuntur vitas hominum nere, fuſoque volvere.

Volvox, ocis, m. ἴψ, ἴαλος, vermis teneros vitium pampinos, & pubeſcentes uvas erodens, qui alias dicitur volucra, convolvulus, involvulus. *Plin. l. 17. c.* 28. Alii volvocem appellant animal prærodens pubeſcentes uvas: quod ne accidat, falces cum ſint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant.

Volup, *dilettevole*, delectabile, gratum, jucundum, pro *volupe*, per Apocopen. *Plaut. Aſin.* 5. 3. Hic ſenex, ſiquid clam uxorem ſuo animo fecit volup. Ita legit *Non. c. 2. n.* 903. Alii *voluptatis*. Rurſus *Plaut. Men.* 4. 3. 3. Ut tibi ex me ſit volup. Alii leg. voluptas. *Enn. apud Gell. l. 12. cap.* 4. Quocum multa volup, ac gaudia clamque palamque. *Lipſius* ex Vatic. cod. legit *multa volutat gaudia*. Alia quoque loca ex *Plauto* præſertim affert *Pareus in Lex. Crit.* ſed in quibus omnibus dubia adhuc eſt lectio.

Volupe, adject. neutrum ab obſoleto maſculino *volupis* ſignificat delectabile, jucundum, gratum, *coſa grata, piacere. Plaut. Amph.* 3. 3. 3. Quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe eſt mihi. *Terent. Phorm.* 4. 3. 5. Venire ſalvum volup' eſt. *Donatus* legendum putat ſine ulla apoſtrophes nota, & dici *volup*, quemadmodum *facul*.

Volupia, æ, f. voluptatis Dea, quæ ſacellum habebat Romæ circa navalia, non procul a porta Romanula. *Varro l. 4. de L. L.*

Voluptabilis, & le, o. 3. ἡδύς, voluptuoſus, gratus. *Plaut. Epid.* 1. 1. 19. Voluptabilem mihi tuo adventu attuliſti nuntium.

Voluptarie, adverb. cum voluptate. *Apulej. l. 3. A. A.* Tranſactis voluptarie paucis noctibus.

Voluptarius, a, um, *dilettevole*, τερπνός, quod voluptatem affert. *Cic. 3. de Fin. c.* 10. Omneſque hæ ſunt genere quatuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis, & animi ἔλσθαι appellant, ego malo lætitiam appellare, quaſi geſtientis animi elationem voluptariam. *Id. Att. 12. ep.* 25. Voluptariæ poſſeſſiones, *luoghi di delizia*. ¶ Sumitur etiam paſſive, pro eo, qui recipit, ſeu percipit voluptatem. *Cic. 3. de Or. c.* 25. Quia etiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcedine præter ceteros ſenſus commovetur. ¶ Item pro eo, qui voluptatibus deditus eſt. *Cic. 2. Tuſc. c.* 7. Ego a te non poſtulo, ut dolorem eiſdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut ſcis, voluptarius. ¶ Item pro molli, delicato, effeminato. *Cic. de Fin. l. 1. c.* 11. Voluptaria, delicata, mollis diſciplina.

Voluptas, atis, f. *voluttà, piacere*, עדן, Ger. *wollust*, Gal. *volupté*, Hiſ. *deleyte*, ἡδονή, lætitia præter modum elata ex opinione præſentis alicujus boni; omne id, quo gaudemus. Dicitur tam de animo, quam de corpore, tum de bona voluptate, tum de mala. *Cic. 2. Fin. c.* 37. Omne autem id, quo gaudemus, voluptas eſt, ut omne, quo offendimur, dolor. *Id. ib. lib. 2. cap.* 4. Voluptatis verbo omnes qui Latine ſciunt, duas res ſubjiciunt, lætitiam in animo, commotionem ſuavem jucunditatis in corpore. *Id. 1. de Sen. c.* 13. Divinus Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces. *Id. ib. c.* 12. Nulla capitalior peſtis, quam voluptas corporis. *Id. de clar. Orat. c.* 52. Voluptate perfundi. *Id. Fam. 2. ep.* 9. Voluptatem habere. *Id. 1. de Fin. c.* 9. Eſſe in voluptate. *Id. 1. de nat. Deor. c.* 30. Voluptatibus frui. *Id. 1. Fam. ep.* 7. Voluptati eſſe alicui. *Id. 5. de Fin.* Fabulas ſine voluptate legere. *Id. 2. Offic. c.* 1. Dedere ſe voluptatibus. *Id. 5. Fam. ep.* 7. Capere voluptatem ex aliqua re. *Plin. in proœm. l.* 16. Afferre voluptatem. *Quintil. l. 2. c.* 15. Permulcere aures alicujus pravis voluptatibus. *Ter. Heaut.* 1. 2. 10. Voluptatem magnam nuntias. h. e. rem, ex qua magnam capio voluptatem. *Plaut. Amph. prol. v.* 114. Voluptatem cum aliqua capere. h. e. concumbere. ¶ Interdum voluptatis nomine intelliguntur ſpectacula, & ludi ſcenici. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 9. Quæ voluptates paratæ ſunt? & qualis erit cras ſcena? *Vopiſc. in Aurelian. c.* 34. Sequentibus diebus datæ ſunt populo voluptates ludorum ſcenicorum. Hinc aliquando qui ludis præeſſent, *Tribuni voluptatum* dicti ſunt, ut eſt apud *Caſſiod. l. 6. ep. 19. & l. 7. ep.* 10. ¶ Secundum fabulas Voluptas in Deorum numero habita eſt, narrant autem fuiſſe filiam Cupidinis primi ex Pſyche filia Apollinis. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 23. Cupidinis, & Voluptatis, & Lubentinæ Veneris nomina conſecrata ſunt. ¶ *Mea voluptas*, blanda, & amatoria compellatio eſt. *Virg. 8. Æn. v.* 581. Mea ſera, & ſola voluptas. *Plaut. Truc.* 2. 4. 2. Quo introire metuas, mea voluptas?

Voluptificus, a, um, adject. voluptatem afferens. *Apul. l. 2. Florid.* Jovis ſtella benefica, Veneris voluptifica.

Voluptor, aris, d. 1. voluptatibus indulgeo. a *voluptas. Quintil. 3. Decl.* Tribunus inter ſcorta voluptabatur. Alii leg. *volutabatur*. Addunt & *Apulej. l.* 7. ſed ibi quoque varia eſt lectio.

Voluptuarius, a, um, adject. idem quod voluptarius. *Capitolin. in Vero, c.* 2. Fuit voluptuarius, & nimis lætus. *Martian. Capell. l.* 2. Voluptuariæ Veneris filius.

Voluptuoſe, adv. *con piacere*, voluptarie, μεθ' ἡδονῆς. *Sidon. l. 5. epiſt.* 20. Ad patriæ ſolum voluptuoſe venire. *Id. l. 1. epiſt.* 9. Voluptuoſius ſaligendis verſibus immorabere.

Voluptuoſus, a, um, adject. *pieno di piacere, dilettevole, grato*, voluptate plenus. *Plin. l. 3. ep.* 19. Voluptuoſum eſt poſſe utraque eadem opera inviſere. *Quintil. declam.* 260. Voluptuoſum eſt alere, & paſcere. *Sidon. l. 2. ep.* 9. Voluptuoſiſſimum tempus exegi.

Voluſius, m. 2. Βολούσιος, poeta quidam ineptus, patria Patavinus, qui Ennium ſecutus, rerum geſtarum Populi Romani annales carmine ſcripſit. *Catul.* carm. 36. Annales Voluſii, cacata charta.

Voluta, æ, f. ἕλιξ, capreolus in columnarum capitulis, ex herbæ foliis enaſcens, &, ubi abacum jam propemodum contingit, in orbem circumvolutus, unde tam apud Græcos, quam apud Latinos nomen invenit. Quidam apud Italos vocant *cartoccio. Vitruv. l. 4. c.* 1. Quæ ex cauliculorum foliis natæ, procurrunt ad extremos angulus volutæ, minoreſque helices intra ſuum medium, quæ ſunt in abaco floribus ſubjectæ, ſcalpuntur. *Id. l. 3. c.* 3. De volutarum autem deſcriptionibus, uti ad circinum ſint recte involutæ, quemadmodum diſtribuantur, in extremo libro forma, & ratio earum eſt deſcripta. *Id. l. 7. c.* 5. Pro columnis enim ſtatuuntur calami, pro faſtigiis arpaginetuli ſtriati, cum criſpis foliis, & volutis. V. *Baldum in Lex. Vitruv.*

Volutabrum, i, n. κυλίστρα, κύλισμα, locus, in quo ſues volvuntur. *Virg. 3. Georg. v.* 411. Sæpe volutabris pulſos ſylveſtribus apros Latratu turbabis agens.

Volutabundus, a, um, adject. qui ſe volutat. *Cic. l. 2. de Republ. apud Non. c. 1. n.* 64. Libidinoſus, & volutabundus in voluptatibus.

Volutatim, adv. κυλίνδην, κεκυλισμένως, διὰ κυλισμοῦ, iterum, atque iterum volvendo. *Plaut. Mil.* 2. 5. 40. Volutatim domum te rapiam. Alii ſic leg. Niſi voluntate ibis, rapiam te domum.

Volutatio, onis, f. *volgimento*, Ger. *weltzung*, Gal. *roulement*, Hiſp. *bolvimiento*, κύλισμα, actus volutandi. *Cic. in Piſon. c.* 34. An vero tu parum putas inveſtigatas eſſe a nobis labes imperii tui, ſtrageſque provinciæ, quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus? *Plin. l. 8. c.* 51. Volutatio in luto. *Senec. de Provid. c.* 1. Certa aliqua volutatione modo contrahi undas, modo erumpere.

Volutatus, us, m. idem quod volutatio. *Plin. lib. 10. cap.* 4. Multum pulverem volutatu collectum inſidens cornibus excutit in oculos. *Apul. lib. 4. Met.* Laſſitudinem, vice lavacri, pulveris voluptatibus digerebam.

Volutatus, a, um, *rivolto*, ἀνακυλισμένος, ſæpe, multumque volutus. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 27. Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quam hic cum ſororibus, volutatus? *Id. ad Q. Fratr. l. 2. ep.* 15. Itaque ad Calliſthenem, & Philiſtum redeo, in quibus te video volutatum. hoc eſt cum labore verſatum. *Plin. l. 8. cap.* 37. Volutati ſupra jacentia poma. *Sidon. lib. 9. ep.* 7. Ne lingua per cameram palati volutata balbutiat.

Volutim, adv. volubiliter. *Non. c. 2. n.* 18.

Volutina, Dea ruſticorum, quæ præeſſe credebatur involucris, & folliculis ſpicarum. *Auguſtin. l. 4. de Civ. Dei, c.* 8.

Voluto, as, a. 1. *voltare*, גלגל, Ger. *offt weltzen*, Gal. *veautrer*, Hiſp. *rebolcarſe*, κυλινδέω, ſæpe, multumque volvo. *Varr. l. 3. R. R. cap.* 9. In pulvere volutari. *Cic. in Somn. Scip.* Circum terram ipſam volutantur. *Virg. Æn. 3. v.* 607. genibuſque volutans hærebat. h. e. volutans ſe. *Id. Æn. 1. ſub fin.* Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant atria. h. e. emittunt, & atria reſonare faciunt. ¶ Translata *Cic. in Salluſt.* Itaque nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus cum quovis volutari. *Id. Fam. l. 9. ep.* 3. Ne, cum omnes in omni genere & ſcelerum, & flagitiorum volutentur. ¶ Transfertur quoque ad animum, pro mente volvere, perpendere, conſiderare. *Virg. 6. Æn.* Atque ipſe ſuo triſti cum corde volutat. *Liv. lib.* 34. Has conditiones, quanquam

Digitized by Google

ipſe in ſecreto volutaverat cum amicis, vulgo tamen omnem famam ferebant. *Id. l.* 28. *c.* 18. Volutare aliquid in animo, *Virg.* 1. *Æn. v.* 54. Talia ſecum corde volutans,

Volūtus, a, um, κεκυλισμένος, partic. a volvor. *Virg.* 3. *Georg.* Non qui per ſaxa volutus Purior electro campum petit amnis. *Id.* 10. *Æneid. v.* 790. Lacrymæ per ora volutæ.

Volūtus, us, m. actus ſe volvendi. *Apul. l.* 2. *Florid.* Dedit volatus avibus, volutus ſerpentibus.

Vomānus, n. *Vomano*, fl. Piceni, in confinio Prætutinorum, in Aprutio, qui ex Apennino M. oritur, apud Interamnam, & Hadriam fluit, & in mare Hadriaticum decurrit medius inter Truentum, & Aternum flu. *Plin. l.* 3. *cap.* 13. Flumen Vomanum, ager Prætutianus, Palmenſiſque. *Sil. l.* 8. *v.* 438. ſtatque humectata Vomano Hadria.

Vomax, ācis, adject. qui libenter vomit. *Sidon. l.* 8. *ep.* 3. Anus, qua nihil litigioſius, bibacius, vomacius.

Vomer, eris, *m. vomere*, [Hebrew], Ger. *pflugeiſen*, Gall. *soc*, Hiſp. *reja*, ὕνις, ferramentum aratri, quo ſulci fiunt, ita dictum, quod terram erutam utrinque vomat, ut ſcribit *Varro l.* 4. *de L. L. Virg.* 1. *Georg. v.* 46. Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. *Cic. Phil.* 2. *cap.* 40. Ut aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 927. Sarcula nunc, duruſque bidens, & vomer aduncus Ruris opes niteant. De variis vomerum generibus V. *Plin. l.* 18. *c.* 18.

Vomĭca, æ, f. *poſtema*, ἀπόστημα, abſceſſus internus, copioſam evomens ſaniem. *Seren. Sammon.* Sunt alii, quos dira vomit natura tumores: Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 28. Nec profuiſſe Pheræo Jaſoni ſe, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam Medici ſanare non potuerunt. *Plin. l.* 20. *c.* 12. Petroſelinon præcipuum ad vomicas. ¶ Translata uſurpatum reperitur pro argenti vivi vena jugiter manante. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Eſt lapis in his venis, cujus vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. ¶ Item pro quovis loco concavo longa vetuſtate exeſo. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 902. ¶ Item pro quacunque calamitate. *Quinctil. l.* 8. *cap.* 6. Perſecare reipublicæ vomicas. *Auguſtus apud Sueton. in ejus vita, c.* 65. Julias filiam, & neptem omnibus probris contaminatas, vomicas, & carcinomata ſua appellare ſolebat.

Vomicōſus, a, um, adject. vomicis laborans. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 27. Empyici, ideſt vomicoſi.

Vomĭcus, a, um, adject. nocens, peſtilens, gravis, a vomica. *Sen. controv.* 4. 12. Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit.

Vomifĭcus, a, um, adject. *vomitorio*, vomitum provocans, ἐμετικός, ut vomificum medicamentum. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 4. ſuccus vomificus. *Apul. de herb. c.* 108.

Vomiflŭus, a, um, adject. ut vomiflua paſſio, apud *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 14. h. e. morbus, quo quis ſæpe vomit.

Vomis, eris, m. idem ac vomer. *Virg.* 1. *Georg. v.* 162. Vomis, & inflexi primum grave robur aratri.

Vomitāria, orum, vel ium, neut. oſtia, per quæ populus in ſpectaculis ab exterioribus porticibus veniebat in ſedes ſuas. *Macrob. l.* 6. *Sat. cap.* 4. Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. *Pulchre* vomit undam, *& antique*. Nam *Ennius* ait: Et Tiberis flumen vomit in mare ſalſum. Unde & nunc vomitaria in ſpectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt. Al. legunt *vomitoria*.

Vomitĭo, onis, f. *vomito*, ἐξεμέσμα, ἔμεσις, actus vomendi. *Cicer.* 2. *de nat. Deor. c.* 50. Quid ea, quæ nuper, ideſt paucis ante ſeculis, medicorum ingenio reperta ſunt, vomitione, & dejectione purgare, ex eo, quod vomitione canes, alvo ſe ibes Ægyptiæ curant. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Vomitiones hominis ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maxime autem dentibus. *Id. l.* 32. *c.* 3. Vomitione cibos reddere.

Vomitium, ii, n. idem ac vomitio. *Martian. Capel. l.* 2. Nauſea, & vomitio laborare.

Vomĭto, as, a. 1. *vomitare*, ἐξεμέω, πολλάκις ἐμέω, ſæpe vomo. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Quam cum pecudes biberint, nauſea correptæ vomitant, atque expurgantur. *Senec. ep.* 18. Ebrio, & vomitante populo.

Vomĭtor, oris, m. *vigitatore*, ἐμετής, qui evomit. *Senec. ep.* 88. Quid enim, oro, liberale habent jejuni vomitores, quorum corpora in ſagina, animi in macie, ac veterno ſunt?

Vomitōrius, a, um, *vomitorio*, *vomichevole*, ἐμετικός, quod habet vim vomitum faciendi. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora. *Id. l.* 21. *c.* 19. Hunc ſtomacho inutilem, & ideo vomitorium. ¶ *Vomitoria* abſolute. Vide *Vomitaria*.

Vomĭtus, us, m. idem ac vomitio, ἔμετος. *Plin. l.* 20. *c.* 14. Mentaſtrum cum ſucco granati ſingultus, & vomitus ſiſtit, ut Democritus monſtrat. *Id. l.* 23. *c.* 23. Vomitus facere. *Id. l.* 9. *c.* 48. Vomitus creare. *Id l.* 20. *c.* 25. Vomitum concitare. *Id l.* 32. *c.* 29. Incitare vomitum. *Curt. l.* 7. *c.* 5. Aquam vomitu egerere. ¶ Vomitus voluntarii conſuetudo fuit quondam apud Veteres: ut enim longo eſui, potuique ſufficere poſſent, qui gulæ maxima dediti erant, ſolebant inter cœnandum (in ſecretum quotieſ per locum recedentes) vomitum, inſerto in gulam digito, aut pinnula immiſſa, provocare: qua de re V. *Sueton. in Claud. c.* 33. in *Vitel. c.* 13. & *Senec. de conſolat. ad Helv. cap.* 9. ¶ *Vomitus* eſt etiam inter convitia. *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 119. Abſolve hunc quæſo vomitum, ne hic nos enecet. h. e. hunc hominem impurum, & moleſtum.

Vomo, is, mui, mitum, a. 3. *vomitare*, [Hebrew], German. *kotzen*, Gall. *vomir*, Hiſpan. *vomitar*, ἐμέω, ἐξερεύγομαι, eſt ejicere, & proprie de cibo, & potu dicitur, qui per os e ſtomacho egeritur. *Cic. pro Dejot. c.* 7. Cum, inquit, poſt cœnam vomere te velle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt. ¶ Transfertur etiam ad alia, pro emittere, exhalare, effundere. *Virg.* 9. *Æn.* Purpuream vomit ille animam, & cum ſanguine miſta Vina refert moriens. *Ovid. ep.* 12. Sylla fluctus Vomit, et reſorbet. *Virg.* 5. *Æn. v.* 682. Stupa vomens tardum fumum. Et 2. *Georg. v.* 462. Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cic.* 2. *Phil. c.* 41. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Vopiſcus, a, um, qui ex duobus conceptis, non per abortum excluſo, ad partum legitimum ducitur. *Plin. lib.* 7. *cap.* 10. Vopiſcus appellabant e geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu. *Solin. cap.* 4. E geminis ſi remanente altero alter abortivo fluxu exciderit, alter, qui legitime natus eſt, vopiſcus nominetur. ¶ Fuit hoc nomine Flavius Vopiſcus hiſtoricus, de quo V. in *Capitolinus*.

Voracĭtas, atis, f. *voracità*, πολυφαγία, edacitas, inexplebilis edendi aviditas. *Plin. l.* 2. *c.* 107. *de igne*. Quæ eſt illa natura, quæ voracitatem in toto mundo avidiſſimam ſine damno ſui paſcit?

Voracĭter, adv. *voracemente*. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 5. Inſanus ſit ille, cui merus ſal cibus, ſi hoc ipſum voraciter invaſerit.

Voraginōſus, a, um, *voraginoſo*, βαραθρώδης, plenum voraginibus. *Hirt. l.* 6. *B. Hiſp. c.* 29. Nam paluſtri, & voraginoſo ſolo currebat ad dexteram partem. *Apul. l.* 9. *A. A.* Voraginoſa via.

Vorāgo, inis, f. *voragine*, *baratro*, [Hebrew], Germ. *tieffer*, *ſchlund*, Gal. *gouffre*, Hiſp. *tragadero*, ἐγκάρσιος, βάραθρον, χάσμα, locus immenſæ profunditatis, a *vorando*. Ratio nominis eſt, quia in eam cadentia non emergunt, ſed quaſi abſorbentur. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 33. Qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum dimiſiſſet in flumen, ſubmerſus equus voraginibus non exiit. ¶ Sumitur etiam pro quacunque terræ humilitate. *Curt. l.* 8. Imber violentius, quam alias, fuſus campos lubricos, & inequitabiles fecerat, graveſque, & propemodum immobiles currus illuvie, & voragine hærebant. ¶ Sæpe translate uſurpatur. *Cic. in Piſon. c.* 18. Vos geminæ voragines, ſcopulique Reipublicæ. ¶ Speciatius transfertur ad hominem inſigniter prodigum, cujus gula vel ampliſſimis patrimoniis in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, conjectis, expleri non poteſt. *Cic. pro Sen. c.* 32. Tu meo periculo, gurges, & vorago patrimonii, helluabere?

Voratĭo, onis, f. τένθευσις, actus vorandi. V. Vocatio.

Vorātor, oris, m. *divoratore*, qui vorat. *Tertul. de monogam. c.* 8. & *de jejun. c.* 2.

Voratrīna, æ, f. vorandi officina, popina. *Tertul. in Apol. c.* 39. *de Eccleſiæ cenſu*: Inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis, humandiſque. ¶ Item idem ac vorago. *Ammian. l.* 17. *c.* 16. (*al.* 17.) *de terræ motibus*: Patefactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent.

Vorātus, a, um, nom. partic. *mangiato*, *divorato*. *Martial. l.* 5. *ep.* 18. Vorata muſca. *Arnob. l.* 6. Manſa, & vorata viſcera.

Vorax, ācis, o. g. *vorace*, [Hebrew], Ger. *fraſſig*, Gal. *gourmand*, Hiſp. *comilon*, πολυφάγος, qui vorat, multa abſumens, inexplebilis edacitatis, gurges, belluo. *Cic.* 2. *Phil. c.* 27. Quæ Charybdis tam vorax tot res tam cito abſorbere potuiſſet? *Ovid. Met.* 8. *v.* 844. quo copia major Eſt data, plura cupit, turbaque voracior ipſa eſt. *Lucan. l.* 1. *v.* 181. Hinc uſura vorax, avidumque in tempore fœnus.

Voro, as, a. 1. *divorare*, *mangiare*, [Hebrew], Germ. *freſſen*, Gall. *devorer*, Hiſp. *tragar*, βιβρώσκω, cibum non confectum deglutio. Eſt a *Bora*, hoc eſt pabulum, cibus, ac proprie beſtiarum, ut vorare prima, propriaque ſignificatione notet ferino more comedere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 47. Aliæ ſugunt, aliæ carpunt, aliæ vorant, aliæ mandunt. ¶ Per translationem capitur pro avide ſumere. *Plaut. Truc.* 1. 1. 21. Interim ille hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit mero. h. e. actum de eo eſt, ut moriantur piſces, qui hamum vorant. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 11. Nos hic voramus literas cum homine mirifico Dionyſio. h. e. avide perdiſcimus. *Catull. carm.* 36. Si ſapiet, viam vorabit. h. e. celeriter viam conficiet.

Vortex, icis, m. idem ac vertex: ita veteres loquebantur. Eſtque a *vorto*, quod priſci illi Latini pro *verto* dicere. Quare vertex, & vortex nec ſignificatione, nec origine differre poſſunt: quidquid dicat *Charisius*, qui *l.* 1. *Verticem a vertendo dici*, *vorticem a vorando*, autumat: additque, *Piſonis* opinionem eſſe, verticem immanem vim impetus habere, ut *Ingruit a vertice pontus*: verticem vero circumactionem undæ eſſe, ut *Et rapidus vorat æquore vortex*. Sed ea promiſcue uſurpari, omnium argumentorum illud fortiſſimum, quod *Quinctil. l.* 1. *c.* 7. ſcribit, Scipionem Africanum primum in *vertices*, & *verſus* O literam vertiſſe in E. Illud tamen hac in re animadvertendum eſt, quod non quidem ratio, ſed uſus obtinuit, ut Latini Scriptores ſæpius ſcribant *vertex*, per e, cum volunt notare ſummitatem alicujus rei, *vortex* vero per o, cum aeris, aut aquæ in gyrum vertentis impetum, turbinemque ſignificant.

Vos, veſtrum, vel veſtri, *voi*, [Hebrew], Ger. *ihr*, Gal. *vous*, Hiſp. *vos otros*, ὑμεῖς, pronomen primitivum numeri pluralis, cujus ſingularis numerus eſt *tu*, a σφεῖς, literarum trajectione, ut *nos* a *νῶι*, adjectione literæ *s*. *Cic. pro Leg. Man.* Vos eum Regem inultum eſſe patiemini, qui, &c. *Id. Phil.* 4. *c.* 1. Frequentia veſtrum incredibilis. *Id. Catil.* 4. *c.* 9. Habetis ducem memorem veſtri. *Id. pro Mur. c.* 1. Ut ea res vobis, populoque Rom. pacem, concordiamque afferat. ¶ Interdum additur particula *met* ad majorem ſignificationem. *Plaut. Capt.* 3. 5. 18. Ita voſmet ajebatis. *Liv. l.* 34. *c.* 17. Conſilium, quod voſmetipſi attuleratis. ¶ *Voſtrorum*, ſeu priſca proferendi more *voſtrorum* pro *veſtri*, vel *veſtrum*, *Plaut.* dixit *Moſtel.* 1. 3. 113. Maxima pars voſtrorum intelligit. ¶ Ablativus *vobis* ſi quando præpoſitioni *cum* adjungitur, ea ſemper præponitur. *Plaut. Stich.* 5. 5. 2. Jamdudum exiſſem vobiſcum foras. ¶ Utrum rectius dicatur *habeo curam veſtri*, an *veſtrum*, diſputat *Gell. l.* 20. *c.* 6. & ex Sulpitii Apollinaris ſententia ſtatuit, utriuſque loquendi modi exempla inveniri.

Voſter, ſtra, ſtrum, idem ac veſter, apud veteres. *Plaut. Amph. prol. v.* 1. In voſtris mercimoniis.

Votĭfer, a, um, adject. votum ferens, vel votivus. *Stat. l.* 4. *Silv.* 4. *v.* 92. Votiferaque meas ſuſpendit ab arbore vittas. Alii leg. *proverſus*.

Vorĭtus, a, um, idem ac vetitus, apud veteres. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 44. Nolo habere illam cauſam, & voritam dicere. Non eſt audiendus *Nonius* c. 1. *n.* 215. cui *vorita* eſt a votis, quaſi religione aliqua obſtricta. Nam metrum reclamat, quia ſic penultima produceretur, quam *Plautus* corripit.

Votīvus, a, um, *votivo*, di *voto*, [Hebrew], Ger. *verlobt*, Gal. *qui eſt voué*, Hiſp. *votado*, εὐκτός, quod ad votum ſpectat, ut *Votiva prece*, quibus aliquid cum voto poſcimus. *Votiva verba*, quibus in faciendis votis utimur. *Votiva tabella*, quæ ex voto Deorum aris, vel ſanctis ſuſpenditur in teſtimonium accepti beneficii. *Thura votiva*, quæ voti cauſa incenduntur. *Animal votivum*, quod ex voto dari promittitur. *Ludi votivi*, qui ex voto celebrabantur. *Horat. l.* 1. *od.* 5. Me tabula ſacer Votiva paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo. *Id. l.* 1. *epiſt.* 3. Paſcitur in veſtrum reditum votiva juvenca. *Ovid. l.* 3. *Am. eleg.* 13. Accipit ara preces, votivaque thura piorum. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenam Cn. Pompejo, Q. Sulpitio Coſſ. ludis pro ſalute D. Auguſti votivis, annum centeſimum quartum agens. ¶ Legatio votiva eſt, quæ voti prætextu ſuſcipitur. Cum enim Senatoribus non liceret ab Urbe diutius abeſſe, niſi Reipublicæ cauſa, ſi quando ob privatum negotium abeſſe vellent, legationem liberam a Senatu impetrabant. Quæ legatio ideo *libera* dicebatur, quia licebat ingredi urbem, & exire toto legationis tempore, quod lege Julia annuum erat: cum cæteri Magiſtratus Urbem ingreſſi omne imperium deponerent. Votiva autem legatio etiam ipſa libera erat, ſed ab illa in eo differebat, quod habebat prætextum religionis, & cæt., ut v. g. viſitandi templa Deorum. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 8. Etiam libera legatio voti cauſa datur. *Id. l.* 15. *ep.* 11. Votivam ne tibi quidem placebat, etenim erat abſurdum, quæ, ſi ſtetiſſet Reſpublica, voviſſem, ea me, everſa illa, vota diſſolvere; & habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia. V. *Manut.* ad hunc locum, & *l.* 2. *ad Q. Fratr. epiſt.* 8. ¶ Votivus interdum ſumitur pro

ac,

Digitized by Google

eo, quod ex voto ſuccedit, quod gratum, & jucundum eſt. *Trebel. Pol. in Gallien. c.* 3. Conſtabat, votivum illi fuiſſe, quod imminentem cervicibus ſuis gravitatem patriam non haberet. *Apul. l.* 7. *A. A.* Tota civitas ad votivum conſpectum effunditur. ¶ *Aures votivæ*, quæ aliquid cupiunt audire. *Plaut. Caſ. prol. v.* 29. Aures votivæ ſi ſunt, animum advortite. Alii tamen leg. *vacivæ*, & ſane rectius.

Votum, i, *voto*, נדר, Ger. *gelübde*, Gal. *veu*, Hiſp. *voto*, εὐχὴ, εὐχωλὴ, ἀρὰ, promiſſio Deo facta de re aliqua. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempeſtatis effugerint? *Id. pro Cluent.* Quin etiam nocturna ſacrificia, ſceleratasque ejus preces, & nefaria vota cognovimus. *Virg. Æn. l.* 8. Vota metu duplicant matres, propiuſque periclo It timor. *Plin. l.* 10. *ep.* 101. Vota, Domine, priorum annorum nuncupata læti perſolvimus, novaque rurſus ſuſcepimus. *Trajan. ad Plin. ep.* 102. Solviſſe vota diis immortalibus &c. *Ovid.* 7. *Met.* Concipere vota. Rurſus *Cic. Ver.* 6. Debere vota Veneri, ac Cupidini. ¶ *Voti compos* dicitur, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt. *Liv. l.* 7. *c.* 40. Aliquem voti compotem facere. ¶ *Reus voti* eſt, qui ſuſcepto voto ſe Deo obligavit. *Virg.* 1. *Æn.* Vobis lætus ego hoc candentem in litore taurum Conſtituam ante aras voti reus. ¶ *Damnare aliquem voti*, vel vota dicebantur Dii, cum alicui tribuebant id, cujus gratia votum ſuſceperat. V. *Damnatus*, & *damno*. ¶ *Facere votum*, idem eſt ac vovere. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Tamen noſtri Imperatores maximis, & periculoſiſſimis bellis huic Deæ vota facerent, eaque in ipſo Peſſinunte, ad illam ipſam principem aram, & in illo loco, fanoque perſolverent. ¶ Interdum vota facere, eſt optare. *Cic. pro Mil.* Vota enim feceratis, ut in eos ſe potius mitteret, quam in veſtras poſſeſſiones. ¶ *Vota nuncupare* pro Republica, pro Imperio, &c. eſt nominatim aliquid vovere, quod Republica periculo liberata ſit perſoluturus. *Cicer.* 7. *Verr.* Alterum, quod cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique Populi Romani nuncupaſſet. ¶ *Vota ſolvere*, eſt ea, quæ vovimus præſtare. *Liv. lib.* 3. Quod niſi factum eſſet, votum rite ſolvi non poſſe. ¶ *Votum reddere*, idem ac ſolvere. *Cic.* 2. *de Leg.* Sancte vota reddunto. ¶ *Voto teneri*, eſt voti cauſa obligatum eſſe. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 19. Sed jam quaſi voto quodam, & promiſſo me teneri puto. ¶ *Liberare ſe voti*, eſt ſolutione eorum, quæ vovimus, eximere ſe ſe ab obligatione ſponſionis Deo factæ. *Liv. l.* 5. Verecundiam non tulit Senatus, quin ſine mora voti liberaretur. ¶ Interdum votum ſumitur pro re ipſa, quæ voto promiſſa eſt, & Deo dicata. *Petron. in Satyr.* Stipant graves equi receſſus Danai, & in voto latent. *Virg. Æn.* 3. *v.* 279. votiſque incendimus aras. h. e. thure, & victimis. ¶ Item pro re voto petita, & impetrata. *Claudian. de B. Gildon. v.* 7. manifeſtaque gaudia differt, Dum ſtupet, & tanto cunctatur credere voto. ¶ Hæc de voto, quà promiſſionem ſignificat, est etiam rem promiſſam: quoniam vero quæ magnopere deſideramus, adhibitis votis a Deo petere ſolemus, factum eſt, ut votum accipiatur etiam pro voluntate, deſiderio, optato. *Cic.* 14. *Fam. ep.* 4. Ego vero quamprimum mea vota cupio videre. *Plin. l.* 6. *ep.* 26. Habebis generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 48. quid dexter ſenio ferret, Scire erat in voto. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 1. Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus &c. *Id. l.* 1. *ep.* 11. An venit in votum Attalicis ex urbibus una? *Sueton. in Auguſto c.* 51. Nec votum, nec animus deeſt confodiendi. ¶ Vota raro pro nuptiis ponuntur. *Juſtinian. novel.* 22. *cap.* 2. ſecunda vota pro ſecundis nuptiis poſuit. Ratio autem appellationis fortaſſe eſt, quia conjuges ex voto, h. e. deſiderio invicem matrimonio jungi cupiunt; vel quia utriuſque in votis eſt liberos ſuſcipere. Ad hanc voti ſignificationem quidam trahunt & illud apud *Tacit. de Germ. c.* 19. Melius adhuc eæ civitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe, votoque uxoris ſemel tranſigitur.

Votŭri, m. c. pop. Galli in Aſia, qui Galatiam cum Toliſtobogis, & Ambituis occuparunt. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Votus, a, um, *promeſſo in voto*, εὐξάμενος, partic. a voveor. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. At earum templa ſunt publice vota, & dedicata. *Liv. l.* 4. Ludi ab Decemviris per ſeceſſionem Plebis a Patribus ex S. C. voti eo anno facti ſunt.

Vovĕo, es, vovi, votum, a. 2. *far voto*, נדר, Ger. *geloben*, Gall. *vouer*, Hiſp. *votar*, εὔχομαι, ἐπεύχομαι, Deo aliquid ſancte promitto. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 36. Neque Herculi quiſquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet. *Id.* 3. *de Divin. c.* 17. Cum propter paupertatem ſues puer paſceret, una ex his amiſſa, voviſſe dicitur, ſi recuperaſſet, uvam ſe Deo daturum, quæ maxima eſſet in vinea. *Ovid.* 9. *Met. v.* 793. Vota puer ſolvit, quæ fœmina voverat Iphis. *Liv. l.* 1. *c.* 27. Vovere fana Diis. ¶ Vovere caput pro ſalute patriæ, eſt ſe pro ejus ſalute periculis objicere. *Cicer.* 5. *Fin.* Noſtri Imperatores pro ſalute patriæ ſua capita voverunt. ¶ Sumitur etiam pro optare, deſiderare, cupere. *Hor. l.* 1. *ep.* 4. Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Ovid. Met.* 14. *v.* 200. Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſæ. Elige, quid voveas.

Vox, ocis, f. *voce*, קול, Ger. *ſtimm*, Gall. *voix*, Hiſp. *voz*, φωνὴ, ſonus, qui ab animalis ore profertur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Vocis genera permulta, canorum, fuſcum, lene, aſperum, grave, acutum, flexibile, durum, quæ hominum ſolum auribus judicantur. *Id.* 3. *de Or. cap.* 57. Nam voces, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva: quas tamen inter omnes eſt ſuo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa ſunt ab his delapſa plura genera, lene, aſperum, contractum, diffuſum, continenti ſpiritu, intermiſſo, fractum, ſciſſum, flexo ſono, attenuatum, inflatum. *Id. de Sen. c.* 5. Cum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus ſuaſiſſem. *Id. ib.* Erecta, & concitata voce dicere. *Id. ib.* Strangulare vocem. *Id. l.* 1. *c.* 8. Vocem attollere. *Id. ib.* Vocem ſubmittere. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Cum vox a candida declinet in fuſcam. h. e. clara in ſubraucam. ¶ *Vox tota inſtructa organo*, proverbii ſpeciem habet, ſignificatque vocem firmam, facilem, & tractabilem, quæque per omnes intentionis, & remiſſionis gradus ſequax, & flexibilis traducitur: tranſlato ſermone a muſicis organis, & hydraulis, quæ totius canonis muſici varietates, & flexus vocis, & ſoni complectuntur. *Quinctil. l.* 11. *c.* 3. Utique habens omnes in ſe, qui deſiderantur, ſonos, intentioneſque, & toto, ut aiunt, organo inſtructa. ¶ Nonnunquam vox dicitur de rerum inanimatarum ſonis. *Virg.* 6. *Æn.* Threicius longa cum veſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum. ¶ Metonymice accipitur pro opinione, fama. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 14. Atque hæc una vox omnium eſt. *Id.* 1. *de Orat. c.* 11. Una pene repelli voce oratorem a gubernaculis civitatum. ¶ Item pro dicto, verbis, ſermone. *Id. Ver.* 7. Conſtitue, nihil opis eſſe in hac voce: Civis Romanus ſum. ¶ Item pro ſententia, vel oratione. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 34. Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem poſſis. *Id. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 103. Donec verba, quibus voces ſenſuſque notarent, Nominaque invenere. *Id. l.* 1. *od.* 10. Mercuri, qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 6. ¶ Item pro defenſione. *Tacit.* 1. *Annal. c.* 29. Vocem adverſus pericula poſcere.

U ANTE P.

Upilio. V. Opilio.

Upŭpa, æ, f. *bubbola*, דוכיפת, avis, criſtis a capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper commorans. Vulgo nomen ex eo accepiſſe putatur, quod Thereus Thracum Rex, in avem eam commutatus, etiam nunc requirens filium Ityn, quem Progne marito comedendum appoſuerat, inclamet ποῦ, ποῦ, *ubi*, *ubi*. Sed ſane poſſumus cum Varrone nomen hoc deducere a voce ejus *pu*, *pu*, utcunque non ad fabulas recurramus. *Plin. l.* 10. *cap.* 29. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus poeta, obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque per longitudinem capitis. ¶ Upupa etiam ob ſimilitudinem dicebatur inſtrumentum ferreum, quo in lapicidinis utebantur ad eruendos & excavandos lapides: quod Græci ἀπὸ τοῦ ὀρύττειν, ideſt, fodere, ὄρυγα dixere *Plaut. Capt.* 5. 4. 7. Itidem huc mihi advenienti upupa, quæ me delectet, data eſt. Ubi Tyndarus ſervus captivus ait, ſibi, ſimul atque in lapidicinas detruſus eſſet, datam eſſe upupam in manum, ut ſcilicet hoc eſſet illi miſero, quod patriciis pueris monedula, aut coturnix. Hæc avium nomina recenſet, quia & upupa avis nomen eſt, unde ferreo huic lapicidarum inſtrumento upupæ nomen erat. V. integrum *Plauti* locum.

U ANTE R.

Ura, ſcorpius, herbæ nomen Græcum, οὐρὰ σκορπίου, h. e. cauda ſcorpionis, quæ & heliotropium dicitur. *Apul. de herb. c.* 49.

Uræa cybia, οὐραῖα κύβια, pulpamenta ex carne tritonis magni, qui piſcis eſt ex genere pelamidum: dicuntur autem uræa, οὐραῖα, h. e. caudata, quia ad ea conficienda eligitur maxime caro, quæ eſt prope caudam. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Urania, æ, vel Uranie, es, f. 1. οὐρανία, οὐρανίη, Jovis, & Mnemoſynes filia, una Muſarum, cui Aſtrologiæ inventio tribuitur, ab οὐρανὸς, *cælum*. Præeſt enim rebus cæleſtibus, & divinis. Aliqui dictam putant quaſi τὰ ἄνω ὁρῶσαν, hoc eſt quæ ſurſum ſunt ſpeculantem. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 55. Excipit Urania, fecere ſilentia cunctæ.

Uranopŏlis, f. 3. οὐρανόπολις, opp. Macedoniæ, ſub Atho M. ab Alexandro Caſſandri Regis fratre conditum. *Plin. l.* 4. *c.* 10. ¶ Item urbs Pamphiliæ. *Plin. l.* 5. *c.* 7.

Uranoſcŏpus, i, οὐρανοσκόπος, piſcis idem qui callionymus, fel habens pergrande, quo cicatrices, & excreſcentes in oculo carunculæ perſanantur, ita dictus ab oculo, quem in capite habet ita ſitum, ut eo Cœlum intueri videatur. *Plin. l.* 32. *c.* 7. & 11.

Urănus, i, maſc. οὐρανὸς, pater Saturni, qui Latinis Cœlum, vel potius cælus, ſive Cælius appelletur, cui Saturnus filius amputavit viriliа, & in mare abjecit, ex quibus, & ex maris ſpuma nata eſt Venus, quæ Græco nomine vocata eſt Aphrodita. Vide *Lactant. l.* 1. *c.* 11. & 12. & *Bocc. l.* 3. *Gen. Deor. c.* 23.

Urbanātim, adverb. idem ac urbane, ſive eleganter, hoc eſt, urbanorum more, ſicut ruſticatim, pro ruſtice, ſive ruſticorum more. *Pompon. apud Non. cap.* 2. *num.* 747. At ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

Urbāne, adverb. *civilmente*, ἀστείως, more eorum, qui urbes inhabitant, eleganter, lepide, venuſte. *Cic.* 1. *Fin.* 11. Ut a patre audiebam facete, & urbane Stoicos irridente. *Quintil. l.* 2. *c.* 11. Nec ſane potuit urbanius ex confeſſione inſcitiæ ſuæ elabi. *Gell. lib.* 15. *cap.* 5. Urbaniſſime reſpondere.

Urbaniciānus, a, um, &

Urbanĭcus, a, um, adject. Urbaniciani, & Urbanici milites dicuntur, qui in præſidio urbis Romæ collocati ſunt. *Paulus l.* 35. *Dig. ex quib. cauſ. major.* Sed & in urbanicis militibus idem conſtituis. *Spartian. in Caracall. c.* 4. Nudis pedibus ab urbanicianis raptus eſt.

Urbanĭtas, atis, fem. *urbanità*, *civiltà*, *vita civile*, דרך, Germ. *ſtattligkeit*, Gal. *civilité*, Hiſp. *criança*, ἀστειισμός, ἀστειότης, res urbana, vita urbana. *Cic. l.* 7. *Famil. epiſt.* 6. Tu modo ineptias iſtas, & deſideria urbis, & urbanitatis depone. ¶ Tranſlate ponitur pro ſermonis lepore, oratione eleganti, & ſalibus condita. Nam eorum, qui in urbibus agunt, vita, & oratio multo amœnior eſt, quam eorum, qui in agris vivunt. *Quinctil. l.* 6. *c.* 3. Nam meo quidem judicio illa eſt urbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum neque ſenſu, neque verbis, neque ore, geſtuve poſſit deprehendi, et non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Græcos ἀττικισμὸς ille redolens Athenarum proprium ſaporem. *Cic. pro Cæl.* Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ, ſi petulentius jactatur, convicium, ſi facetius, urbanitas nominatur. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. Aliquando ſubtilitatem veteris urbanitatis, & humaniſſimi ſermonis attingerem.

Urbānus, a, um, *urbano*, *civile*, German. *ſtettlich*, Gall. *civil*, Hiſp. *civil*, ἀστεῖος, qui in urbe habitat, vel ad urbem aliquo modo ſpectat, cui opponitur *ruſticus*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 17. Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium ſecutus ſum. *Cic.* 2. *Fin.* Quam omnes urbani, ruſtici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 17. Urbanæ excubiæ. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Juſtitne de cauſis tibi videor inhabitare, diligere ſeceſſum? quem tu nimis urbanus es, niſi concupiſcis, *troppo amante della Città*. ¶ Urbana prædia a Juriſconſultis ædificia omnia appellantur, ſive in urbibus ſint, ſive in pagis. *Ulp. l.* 198. *ff. de verb. ſignif.* Urbana prædia, omnia ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & vicis, vel ſi prætoria, voluptati tantum deſervientia, quia urbanum prædium non locus facit, ſed materia. Proinde hortos quoque, ſiqui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum eſt in urbanorum appellatione contineri. Plane ſi plurimum horti in reditu ſunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non ſunt urbana. *Juſtinian. l.* 2. *Inſtit. tit.* 3. §. 1. Prædiorum urbanorum ſervitutes ſunt hæ, quæ ædificiis inhærent, ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia urbana prædia appellamus, etſi in villa ædificata ſint, &c. ¶ Tranſlate urbanus accipitur pro culto, qui in verbis, & ſono, & uſu proprium quendam præ ſe fert urbis geſtum, item pro faceto, comi, lepido, quem Græci εὐτράπελον, ſive χαρίεντα vocant. Ratio eſt, quia in urbe agentes cæteros eutrapelia vincere ſolent. *Cic. pro Domo c.* 34. Et homo facetus inducit etiam ſermonem urbanum, ac venuſtum. *Id. in Bruto:* In vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam, & reſonat urbanius. *Id. pro Cæl. cap.* 15. Qui eſt in iſto genere urbaniſſimus. *Colum. lib.* 8. *cap.* 16. Urbaniſſimum dictum. ¶ Ciceronis tempore nova erat hæc ratio loquendi. *Id. Famil.* 3. *epiſt.* 8. Hominem non ſolum ſapientem, verum etiam, ut nunc loquimur, urbanum. ¶ Tribuitur & aliis rebus. *Plin. lib.* 16. *cap.* 19. Sunt enim arborum quædam omnino ſilveſtres, quædam urbaniores, quas his placet nominibus diſtinguere. ergo mitis, quæ fructu, aut aliqua dote, umbrarumve officio humanius juvat, non improbe dicantur urbanæ.

Digitized by Google

Urbicăpus, i, m. qui urbes capit, πολιπορθος, Plaut. Mil. 4. 2. 64. Urbicape, occiſor regum.

Urbicrĕmus, a, um, adject. urbes cremans. Prudent. Hamartig. v. 737. de Sodomæ incendio. Nubibus urbicremis ſe ſubducere.

Urbĭcus, a, um, cittadineſco, di città, ἀστικός, quod ad urbem pertinet, ſicut ruſticus, quod ad rus. Suet. in Cæſ. c. 49. Negotiatus urbici. Gel. l. 15. c. 1. Si quod autem poſſet remedium eſſe, ut ne tam aſſidue domus Romæ arderent, venum hercle dediſſem res ruſticas, & urbicas emiſſem. ¶ Urbici etiam dicebantur poetæ, & actores fabularum Atellanarum, quæ dictæ ſunt ab urbe Atella, & erant urbaniſſimæ, & urbis jocos, elegantiamque imitabantur. Ut enim ſatyræ Græcæ tragœdiis interponebantur, ita tragœdiis Latinis ad exhilarandum ſpectatorem exodia Atellanarum interſerebantur, nec hiſtrionibus earum actus committebantur, ſed honeſtis juvenibus. Martial. l. 5. ep. 42. Quod non optimus urbicus poeta. Juven. ſat. 6. v. 71. Urbicus exodio riſum movet Atellanæ.

Urbīna, æ, f. jaculi genus. Plaut. Bacch. 4. 8. 46. Si tibi machæra eſt, & nobis urbina eſt domi. Alii leg. veruina, h. e. parvum veru.

Urbinates, populi Urbini incolæ. Plin. l. 3. c. 14.

Urbiniānus, a, um, ad Urbiniem, vel Urbinium pertinens, quod eſt nomen proprium civis R. ut Urbinianalis, Quintil. lib. 7. cap. 2. circa med.

Urbinum, i, Urbino, urbs Umbriæ, ad fontes Iſauri fl. patria Raphaelis Sanctes pictoris omnium ſine controverſia excellentiſſimi.

Urbo. V. Urvo.

Urbs, bis, f. città, עיר, Germ. ſtatt, Gall. ville, Hiſp. ciudad, ἄστυ, πόλις, oppidum muro cinctum. Cic. 1. de Rep. apud Non. c. 5. n. 27. Quæ cum locis, manuque ſepſiſſent, ejuſmodi conjunctionem tectorum oppidum, vel urbem appellarunt, delubris diſtinctam, ſpatiiſque communibus. Id. pro Sext. c. 42. Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure, & humano mœnibus ſepſerunt. ¶ Urbe ablativ. pro in urbe. In argum. Truculenti Plautini, cujus auctorem alii Priſcianum putant, alii Sidonium: Tres unam pereunt adoleſcentes mulierem, Rure unus, alter urbe, peregre tertius. ¶ Quomodo a civitate differat, V. Civitas. ¶ Ratio condendæ urbis varia fuit apud varias gentes. In Hetruria hæc erat ſolemnis. Primum aratrum ex ære parabant. Æs adhibebatur propter augurium æternitatis, quia in ære perpetuitas ſignificatur, vel quia magis, quam ferrum, ſacrum eſt, magiſque Diis tutelaribus gratum. Deinde taurum, & vaccam albi coloris jungebant. Nam taurus, & vacca ſunt ſymbolum fœcunditatis. Taurus vero albus Apollini, ſeu Soli ſacer erat, ut vacca alba Dianæ, ſeu Lunæ. Igitur optimum augurium videbatur urbem condere, Numine Solis, & Lunæ auſpice ad imperium. Tertio Rex, ſeu Dux Coloniæ cinctu Gabino urbem ædificandam aratro in orbem deſcribebat, & efficiebat ſulcum, ſeu foſſam, in qua mœnia extruerentur, milites autem ſequentes diligenter glebas introvertebant, nec ullam extra ferri patiebantur. Nam orbis ſignificat imperium, & imperii æternitatem. Quarto foſſam primo glebis, deinde primitiis frugum replebant. Unuſquiſque enim conferebat particulam terræ, unde eſſet profectus, ut videlicet animi diverſarum gentium in unius patriæ populum coaleſcerent. Lutum vero commiſtum ex pluribus partibus terrarum partim addebant Diis inferis, partim projiciebant intra urbem deſcriptam, ut creſceret. Quinto conſtituebant aram, & in ea ignem adhibebant, tum ſaliebant per flammam tribus vicibus, & ſaliendo fumabant cineres a faba, & vitula factos, deinde ſe aqua lavabant. Id faciebant piaculi cauſa, ut ſuis ſceleribus purgatis ad opus condendæ urbis puras manus admoverent. Sexto deſignatis mœnibus bovem illum, & vaccam cum aliis immolabant, tum fruges, aram, & numina quædam ferro in foſſa occultabant. Sacrificium illud erat epulum ſolemne Jovi, & ignoto urbis Numini, ſeu Genio loci. Convocabant etiam ad epulum cætera numina, ac præcipue Palem Deam paſtorum. Denique, poſtquam urbem condiderant, ei nomen arcanis quibuſdam cæremoniis imponebant, & ſimul atque impoſuerant, ſupprimebant. Nomen enim urbis aliud erat proprium, & ſubſtantiale, quod ſcilicet eſſentiam urbis exprimebat, prout conſtituebatur in ſe, & diſtinguebatur ab aliis: aliud erat tranſlatitium, quod deſumebatur a conditore, vel a ſitu, vel a qualitate, vel ab aliis accidentibus urbis. Nomen proprium ſupprimebatur, ne forte Diis tutelaribus in obſidione avocatis, urbs in manus hoſtium veniret. Etenim antequam hoſtes inciperent urbem aliquam oppugnare, nitebantur intelligere e vatibus, quibus Diis urbs illa eſſet commendata, quod quidem vates per arithmeticam divinationem ex proprio urbis nomine cognoſcebant: deinde quibuſdam ſacrificiis Deos tutelares evocabant, iiſque, ſi ab illius favore deſiſterent, ampliorem locum, & cultum pollicebantur. Cato in Orig. Qui urbem novam condit, tauro, & vacca arat: ubi araverit, murum facit: ubi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat, & portet, & portam vocet. Servius ad 5. Æn. Conditari civitatem taurum in dextra, vaccam intrinſecus jungebant, cincti ritu Gabino, id eſt togæ parte caput velati, parte ſuccincti, tenebant ſtivam incurvam, ut glebæ omnes intrinſecus caderent, & ita ſulco ducto, loca murorum deſignabant, aratrum ſuſpendentes circa loca portarum. Adde Var. l. 4. de L. L. ¶ Quia autem, quo ritu quid factum, eodem, vel contrario ſolet infectum, ideo, ut condendis, ſic etiam evertendis urbibus aratrum adhibebant, quemadmodum Servius monet ad illud 1. Æn. Cui litus arandum: idemque probat illo Horatii ode 16. l. 1. Imprimeretque muris Hoſtile aratrum exercitus inſolens. ¶ Per Antonomaſiam Urbs uſurpatur pro Roma. Iſidorus l. 8(?). c. 4. Orig. & Quintilianus l. 9. c. 3. affirmat, ſolam Romam eſſe urbem, cætera oppida. Ovid. 5. Faſt. Tempora digereret cum conditor Urbis. id eſt Romulus. Dicitur etiam urbs Roma. Tacit. 1. Ann. c. 1. Urbem Romam a principio reges habuere. Horat. l. 3. od. 5. Incolumi Jove, & Urbe Roma. ¶ Ad Urbem eſſe, dicebantur, qui poſt adminiſtrationem provinciæ, & res proſpere geſtas reverſi, prope urbem Romam cum lictoribus & faſcibus laureatis ſtabant, triumphum petentes, vel ſenatum expectantes, ad quem de rebus a ſe geſtis referrent: item qui poſt acceptum imperium nondum in provincias profecti eſſent: neque enim licebat cuiquam in urbe eſſe cum imperio, & inſignibus, præter Conſules, & eos, quorum magiſtratus in Urbe exercebatur, ut Prætores, Ædiles, &c. niſi id populus juſſiſſet. Cic. Attic. l. 7. ep. 10. Scripſit ad me, ut eſſem ad Urbem. Salluſt. in Catil. Hi utrique ad urbem imperatores erant impediti, ne triumpharent calumnia paucorum, quibus omnia honeſta, atque inhoneſta vendere mos erat.

Urceātim, adverb. plenis urceis. Petron. in fragment. Tragur. Urceatim pluebat.

Urcei veteres, & Urcei novi, Orzi vecchi, & Orzi nuovi, duo oppida Cenomanorum in agro Brixiano, ab Ollio fl. 3. M. P. quorum Urcei novi eſt oppidum egregie munitum.

Urceolaris herba, parietaria, eadem, quæ Parthenium, ſic appellata, quod urceis vitreis lavandis idonea eſt, ἑλξίνη. Plin. l. 21. c. 17.

Urceŏlus, i, m. orciuolo, orciuolo, κεράμιον, parvus urceus. Col. l. 12. c. 16. Eodem tempore ſorba manu lecta curioſe in urceolos picatos obſerva. Juven. ſat. 3. Lectus erat Codro procula minor, urceoli ſex, Ornamentum abaci, necnon & parvulus infra Cantharus, &c. Extat & apud Martialem in Apophoretis lemma diſtichi 105. Urceoli miniſtratorii.

Urceum, i, n. idem ac urceus. Cato cap. 13. Urceum unum æneum, quod capiat quadrantalia quinque.

Urceus, ei, m. boccale, orciuolo, כד, Germ. waſſer geſchirr, Gal. cruche, Hiſpan. jarro, κέραμος, κεράμιον, vas, quo aqua in manus funditur, vel ahenum, auctore Paullo J. C. lib. uno de lautionis, ſ. aſinam, ff. de fund. inſtr. Eſt ab ὕρχη, quod Æolicum eſt, ut vaſis fictilis genus notat ſimile ei, quod Græci [illegible] vocant. Hor. in Arte v. 22. Amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? Martial. l. 14. diſt. 106. Hic tibi donatur panda rubes urceus anſa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Urci, n. indecl. Urca, Orce, olim urbs, nunc opp. Hiſpaniæ Bæticæ, medit. in Baſtetanis, nunc in Regno Granatenſi, finitimum Almeriæ, & Virgi. Vera, urbs alter Baſtetanorum, nunc R. Granatenſis, in lim. Murciæ, in ora maris Medit. ſinuſque Virgitani. Plin. l. 3. c. 3.

Urēdo, inis, f. [illegible], [illegible], morbus herbarum, fruticum, arborumque, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, ſate, plantas, arboreſque adurens. Cic. 3. de nat. Deor. cap. 35. Nec, ſi uredo, aut grando quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. Plin. lib. 18. cap. 28. Pleriſque dixere rorem inuſtum Sole acri, frugibus rubiginis cauſam eſſe, & carbunculi vitibus. Quod ex parte falſum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum [illegible] conſtare Sole. ¶ Eſt & uredo, ardore, cuociore, uſtio cum pruritu, qualis ab urtica tum herba, tum piſce excitatur. Plin. l. 9. c. 45. de urtica piſce: Dum admoveri ſibi manum ſentit, colorem mutat, & contrahitur, tactaque uredinem mittit.

Urētēres, m. 3. οὐρητῆρες, venæ, ſive meatus oblongi, per quos urina a renibus in veſicam defertur. Celſ. l. 4. c. 1. Græcis literis ſcribe. Græca enim vox eſt.

Urgens, tis, nom. ex partic. urgente, preſſante, imminente, qui urget, inſtat, impendet, premit. Cic. Tuſcul. 3. c. 25. Præſens atque urgens malum. Id. de Senect. c. 2. Aut jam urgens, aut certe adventans ſenectus. Virg. 1. Georg. v. 146. Urgens egeſtas. Tertull. de reſurr. carn. c. 2. Urgentior cauſa. Cod. Juſtin. tit. 11. leg. 1 l. 5. Urgentiſſima ratio.

Urgĕo, es, urſi, ſine ſup. a. 2. urtare, ſpingere, premere, דחק, Germ. tringen, Gal. preſſer, Hiſp. apremiar, empuxar, impello, excito. Videtur eſſe ab εἴργω, ut quod nihil ſit aliud, quam ad opus excito, vel ſtimulo. Aſin. Poll. ad Cic. Fam. 10. ep. 32. Lepidus urget me, ut legionem [illegible]tatem; Virg. 3. Georg. oculos ſtupor urget inertes. Cic. Att. l. 6. ep. 3. Sollicitudine provinciæ tamen nil maxime urgebamur. Id. in Somn. Scip. c. 6. Auſtralis vertex, in quo qui inſiſtunt, adverſa nobis urgent veſtigia. ¶ Eſt etiam accelerare. Ovid. 6. Faſt. Urgere iter. ¶ Item inſiſtere, perſiſtere. Cic. 4. Fin. c. 28. Urgent tamen, & nihil remittunt, quoniam, inquiunt, omne peccatum & imbecillitatis, & inconſtantiæ eſt. Id. l. 5. c. 27. Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni, illud urgeam, non intelligere eum, quid ſibi dicendum, cum dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Horat. l. 2. od. 18. Mariſque Baiis obſtrepentis urges ſummovere litora. ¶ Item infeſtare, & opprimere. Cic. pro Rab. Poſth. c. 1. Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere certe eſt inhumanum. Id. de Pom. c. 15. Hi enim urgentur anguſtiis, illorum ratio ſoluta, ac libera eſt. Id. ib. Morbo urgeri. ¶ Urgere occaſionem eſt inſtare, & ſatagere, ne occaſio rei gerendæ elabatur. Cic. Fam. 7. ep. 8. Quin tu urges occaſionem iſtam, & facultatem, qua melior nunquam reperietur? ¶ Urgere propoſitum eſt in propoſito perſiſtere, & ſecundum illud conſtanter agere. Horat. l. 2. ſat. 7. v. 6. Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & urget propoſitum. ¶ Urgere aliquem ad ſolutionem, preſſare al pagamento. Ulpian. leg. ſi extraneus, D. de jure dot.

Uri, m. 2. Οὖροι, pop. Indiæ, accolæ Indi fl. Silenis proximi. Plin. l. 6. cap. 20.

Urica, æ, f. vitium ſatorum ab uſtione proveniens. Plin. l. 18. c. 17. Commune autem omnium ſatorum vitium urica, etiam cicera, cum ſalſiginem ejus abluendo imber dulcius id facit.

Urīgo, inis, f. κνησμός, κνῆσις, uredo, pruritus, ardor. Plin. l. 20. c. 22. At in magna duritia ſine fico impoſitum, vel, ſi vehementior urigo timeatur, per duplices pannos.

Urīna, æ, f. orina, piſcia, רגלים, מימי, Ger. harn, Gal. urin, Hiſp. orina, οὖρον, ſerum ſanguinis, quod in renibus colatum, per ureteras tranſmittitur ad veſicam. Cic. de Fin. Ut in ſingul ægrotantibus fratribus, ut in orina, & in unguibus. Celſ. l. 2. c. 19. Citare, & tardare urinam. Plin. l. 26. c. 8. Urinam ſolvere. Id. l. 24. c. 6. Urinam pellere. Id. l. 24. c. 13. Urinam trahere. Ezt. 11. Urinam movere. Id. l. 20. c. 4. Inhibere urinam. ¶ Urinam facere, & urinam reddere, idem quod mejere. Plin. l. 8. c. 16. Urinam mares crure ſublato reddere, ut canes. Col. l. 6. c. 30. Cum ſuo tempore urinam non fecerint. ¶ Per Metaphoram urina dicitur de genitali ſemine. Plin. l. 8. c. 43. Incontinens aſinæ uterus genitalem urinam reddit, ni cogatur in curſum verberibus a coitu.

Urinālis, le, adject. ad urinam pertinens, ut urinalia medicamenta. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Urinalis fiſtula. Veget. l. 3. de re veter. c. 15.

Urinātor, oris, m. palombaro, [illegible], κολυμβητής, ἀρνευτής, [illegible], ἀρνευτήρ, qui in aquam mergitur, & ſub ea natat. Hujuſmodi hominum uſus eſt in mercibus a mari extrahendis, quæ navigii gratia jactatæ fuerint. Liv. l. 44. c. 10. Sed in rem emendabilem viſus lapſus eſſe, quod per urinatores omne ferme extractum eſt: tantuſque pudor fuit Regi ſui pavoris, ut urinatores clam interfici juſſerit. Calliſtr. l. navem onuſtam, ff. ad l. Rhodiam: Et aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ ſunt, data mercede.

Urino, as, & frequentius

Urīnor, aris, d. 1. nuotare ſotto acqua, [illegible], German. under das waſſer ſchwimmen, Gall. nager entre deux eaux, Hiſpan. nadar a ſomorgujo, κολυμβάω, [illegible], eſt in aquam mergi, & natando emergere. Varro l. 4. de L. L. ut Joſ. Scaliger reſtituit: Urnæ dictæ, quod urinant in aqua haurienda, ut urinator. Urinare eſt mergi in aquam in urbum, ſectum ab orbo, quod ita flexum, ut redeat ſurſum verſus, ut in aratro, quod eſt urbum. Plin. l. 11. c. 37. Eadem eſt cauſa, qua ſub aqua diu ranæ, & phocæ urinentur. Id. l. 9. c. 3. Polypi in naufragos, urinantesve impetum capiunt.

Urīnus, a, um, οὔριος, ventoſus, ab οὖρος, ventus ſecundus. Ovum urinum, ὠὸν οὔριον, ὠὸν ὑπηνέμιον, ὠὸν ζεφύριον, ovum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur, Veneris tamen imagine, ut cum feminæ ſeſe mutuo ſaliunt. Plin. l. 10. cap. 58. Palumbes, & turtures plurimum terna, nec plus, quam bis fere pariunt, atque ita, ſi prior fœtus corruptus eſt: Et quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educant: Tertium, quod irritum eſt, urinum vocant.

Urion, vel urium, ii, n. 2. genus terræ, ab Jonico οὖρος pro ὄρος, mont. Plin.

Digitized by Google

Plin. l. 33. *c.* 4. Id genus terræ urion vocant. Ergo per ſilices, calculoſve ducuntur, & urium avitant.

Urios, ii, οὔριος, Urios Jupiter dictus eſt, qui proſperum navigantibus ventum immitteret, οὖρος, *ventus ſecundus*. Alii ita dictum putant, quia finium præſes eſſet, ab ὅρος, pro ὅρος, *terminus*. Hoc nomine templum habuit ad Boſphorum Thracium, itemque ſignum nobile in Sicilia a Verre aſportatum, de quo *Cic. Verr.* 6. *c.* 37. Quid? ex æde Jovis religioſiſſimum ſimulacrum Jovis imperatoris (al. *imbricitoris*) quem Græci Urion nominant, nomine abſtuliſti?

Urito, as, a. 1. αἰθαλόω, ſæpe uro. *Plaut. Moſt.* 3. 1. 81. Calidum hoc eſt: etſi procul abeſt, urit male. Alii leg. *urit*.

Urium, ii, n. a. Uria, *Veer*, opp. Hiſp. Bæticæ, in Vandaluſia, ſupra oſtia fl. cogn. 16. M. P. in conventu Gaditano. *Plin. l.* 3. *c.* 1.

Urna, æ, f. *urna*, *ſecchio*, כד, Germ. *eymer*, Gall. *cruche*, Hiſp. *cantaro*, κάλπη, καλπίς, vas, quo aqua e puteis, fluminibuſve hauritur, ita dictum, quod ſubter aquam demerſum, atque inde rurſus emergens urinantis ſpeciem præbere videatur. V. Varronis verba in *Urinor*. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 24. Te, qui urnam habet, aquam ingere. *Hor. lib.* 1. *ſat.* 3. Nam Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior urna. ¶ Eſt item urna menſuræ genus quatuor capiens congios. h. e. amphoræ dimidium. *Cato c.* 10. Urnam quinquagenariam unam, trullas tres, ideſt quæ quinquaginta ſextarios capit, interprete *Turnebo*. ¶ Dicebatur etiam urna apud veteres vas, quo judicum ſuffragia colligebantur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Senatorum cum urna copioſe abſolvit, Equitum adæquavit, Tribuni ærarii condemnarunt. *Juven. ſat.* 13. Improba quamvis Gratia fallaces Prætoris vicerit urnam. h. e. evaſerit judicium, damnationemque Prætoris, qui per fraudem, & non recte duxit ſortem ex urna. ¶ In urnis præterea mortuorum cineres ſervabantur. *Lucan. l.* 7. *v.* 818. Cœlo tegitur, qui non habet urnam.

Urnalis, & le, o. 3. [illegible], quod urnam capit. *Cato c.* 13. Urceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas. *Plin. l.* 9. *cap.* 30. Barbas longas pedum triginta, acetabulis, ſive caliculis urnalibus, pelvium modo.

Urnarium, ii, n. *ſecchiaro*, [illegible], menſa quadrata, ſuper quam urnæ, ideſt vaſa aquaria, in culina reponebantur, quam apud nos plerimi marmoream faciunt, foramine, per quod aqua affluat, relicto. *Varr. apud Non. cap.* 15. *n.* 10. Sed quæ neceſſitas te juvet aquam effundere domi tuæ, ſi vaſa habes pertuſa, plumbum non habent? ad quam rem nobis eſt confluvium, ad quam rem urnarium? ¶ Ante balnea item urnaria erant, teſte *Varr. loc. citato*, in quibus urnæ cum aqua collocabantur.

Urniger, a, um, urnam ferens. *In epigrammate de Signis cœleſt. quod vulgo Virgilio tribuitur*, *v.* 18. Et qui portat aquam puer urniger. h. e. Aquarius.

Urnula, æ, f. [illegible], parva urna. *Cic. in Parad.* 1. *c.* 3. Minuſne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?

Uro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *bruciare*, *abbruciare*, שרף, Germ. *brennen*, Gal. *bruler*, Hiſp. *quemar*, φλέγω, cremo, calore conſumo, incendo. *Cic.* 2. *de Leg.* Hominem mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito. *Id.* 1. *Tuſc. cap.* 28. Cæteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. ¶ Dicitur etiam de frigore, quod ita exſiccat, & indurat, ut urere videatur. *Lucan. lib.* 4. *v.* 92. Urebant montana nives. *Cic.* 2. *Tuſc. cap.* 17. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur. ¶ Præterea etiam capellæ urere dicuntur, quia earum morſus herbis & arbuſculis exitialis eſt. *Virg.* 2. *Georg.* 193. urenter culta capellas. ¶ Per translationem ponitur pro cruciare, angere, quemadmodum & Græci in hac acceptione [illegible] dicunt. *Hor. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 46. Ut calceus olim, Si pede major erit, ſubvertet, ſi minor, uret. *Flor. l.* 2. *cap.* 6. Urebat nobilem populum dare tributa. *Id. l.* 2. *ep.* 1. Urit enim fulgore ſuo, qui prægravat artes infra ſe poſitas. ¶ Item pro amore conſumere. *Virg.* 1. *Æn.* Uritur infelix Dido, flammaſque fatetur. *Ovid.* 7. *Met.* Quid in hoſpite regia virgo Ureris, & thalamos alieni concipis orbis? ¶ Item pro cædere, flagellare. Nam ex virgarum percuſſione corpus calefit, ac inflammatur. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 58. Quid refert uri virgis, ferroque necari?

Uropygium, vel orropygium, vel orthopygium, ii, n. *groppone*, ὀρροπύγιον, pars ultima ſpinæ, ubi vertebræ deficiunt, os totius ſpinæ extremum, oſſi ſacro ſubtus adhærens, pudendiſque ſuperne imminens. *Ariſtoteles l. ult. de Animalibus*, ut caudam quadrupedum vult eſſe, ita volucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ ſciſſas alas habent, idque datum volucribus ad dirigendos volatus, quemadmodum navigiis temones. Eſſe a πυγή, quo nates ſignantur, ſatis liquet. Prior vero pars eſt ὄρος, vel ὄρρος, vel ὄρθος, vel ὀρθός. Ac tria quidem priora idem ſignant. nempe τὸ τῶ ἱερῶ ὀστέω πέρας, ideſt ſacri oſſis extremum. *Martial. l.* 3. *ep.* 93. Et anatis habeas uropygium macræ. Ubi Gruterus in quodam MS. reperit *orropygium*, in alio *hortopygium*, in alio vero prius *orthopygium* ſcriptum fuerat, poſteaque mutatum in ὀρθοπύγιον. Scribendum autem vel *uropygium*, vel *orropygium*, vel *orthopygium*. Nam *uropygium*, quia prima eſt correpta, locum in hoc verſu non habet.

Urpex, ſeu irpex, icis, m. inſtrumentum ruſticum. *Cato de R. R. cap.* 10. Urpicem unum, cratas ſtercorarias quatuor. V. Irpex.

Urruncum, i, n. infima pars ſpicæ. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 48. Illud autem in ſumma ſpica jam matura, quod eſt minus, quam granum, vocatur frit, quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus, quam granum eſt, appellatur urruncum.

Urſa, æ, f. *orſa*, דב, Germ. *bar*, Gall. *ourſe*, Hiſp. *oſſa*, ἄρκτος, fœmina in genere urſorum. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Informia etiam magis, quam ſupradicta, urſæ pariunt, rarumque eſt videre parientes. ¶ Hoc nomine etiam appellantur duo ſigna cœleſtia prope polum Arcticum, quæ inter ſe magnitudine diſtinguuntur. Unum ex his ſignis conſtat ex viginti ſeptem ſtellis, dicitur Urſa major, item Helice, & plauſtrum majus, & a Græcis in navigando obſervatur: alterum ſeptem ſtellas habet, appellatur Urſa minor, plauſtrum minus, Cynoſura, & a Phœnicibus ſpectatur. Hæc ſigna vocantur etiam Septentriones. V. *Arctos*. *Ovid.* 6. *Faſt.* Tertia poſt Nonas removere Lycaona Phœbe Fertur, & a tergo non habet Urſa metum.

Urſinus, a, um, ἀρκτεῖος, quod eſt ex urſo. *Plin. l.* 8. *cap.* 36. Quoniam potum in urſinam rabiem agat. *Col. de arborib. cap.* 15. Urſinus ſanguis. ¶ Allium urſinum, allium ſylveſtre. *Plin. l.* 19. *cap.* 6. Eſt & ſylveſtre, quod urſinum vocant, odore molli, capite prætenui, foliis grandibus.

Urſus, i, m. *orſo*, דב, Ger. *bar*, Gall. *ours*, Hiſp. *oſſo*, ἄρκτος, genus animalis feri multo villo, ſævis, fortiſſimiſque unguibus, viribus, rabieque horrenda. *Virg.* 3. *Georg.* Nec funera vulgo Tam multa informes urſi, ſtrageſque dedere. *Juven. ſat.* 15. *v.* 164. Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam, ſævis inter ſe convenit urſis. ¶ Fumantem naſum vivi urſi tentare, proverbium eſt apud *Martial. l.* 6. *epigr.* 64. hoc eſt provocare eum, qui nocere poteſt.

Urtica, æ, f. *ortica*, חרול, Ger. *neſſel*, Gal. *ortie*, Hiſp. *hortiga*, ἀκαλήφη, genus herbæ. Sic dicta eſt ab urendo, quod ignea ſit naturæ, unde admota carni pruritum, ac puſtulas excitat. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Conſtat, ſi eæ quæ marem non admittant, & urtica infricetur natura, libenter coitum pati. ¶ Translata pro prurire libidinis invenitur. *Juven. ſat.* 2. *v.* 128. Unde hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes? ¶ De urtica zoophyto V. *Cnide*.

Urvo, ſive urbo, as, a. 1. eſt in urbe condenda aratro circundare, ſeu definire. *Feſt.* Urvat, Significat circundat, ab eo ſulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quæ fit forma ſimillima uncini, curvatione buris, & dentis, cui præfigitur vomer.

Urus, i, m. ὄρος, bos agreſtis, in Pyrenæis montibus naſcens, animantibus cæteris, elephanto excepto, major. *Caſ. l.* 6. *bell. Gall. c.* 27. *loquens de feris, quæ in Hercynia ſylva naſcuntur:* Tertium eſt, *inquit*, genus eorum, qui uri appellantur, ii ſunt magnitudine paulo infra elephantos, ſpecie, & colore, & figura tauri. Magna vis eſt eorum, & magna velocitas, neque homini, neque feræ, quam conſpexere, parcunt. Hos ſtudioſe foveis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis exercent, & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines, & manſueſieri ne parvuli quidem excepti poſſunt. Amplitudo cornuum, & figura, & ſpecies multum a noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſe conquiſita, ab labris argento circumcludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur. *Plin. l.* 8. *c.* 15. Pauciſſima Scythia gignit, inopia fructuum, pauca contermina illi Germania, inſignia tamen boum ferorum genera, jubatos biſontes, excellentique & vi, & velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius, cervique quadam ſimilitudine. *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 4. Puniſis, Oſciſque verbis uſi ſunt veteres: quorum imitatione Virgilius peregrina verba non reſpuit, ut in illo: Sylveſtres uri aſſidue. Uri enim Gallica vox eſt, qua feri boves ſignificantur. *Servius in* 2. *Georg.* ait, uros dici ἀπὸ τῶν ὀρέων, ideſt a montibus, ac naſci eos in montibus Pyrenæis, qui inter Gallias, Hiſpaniaſque. *Virg.* 4. *Georg.* Quæſitas ad ſacra boves Junonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Urvum, ſive urbum, i, n. buris, hoc eſt aratri curvatura. Quod Romani aratri curvaturam urvum vocarunt, ideo factum, quia urvum generatim dicerent τὸ ἀνάσιμον, hoc eſt quod ita eſt flexum, ut redeat ſurſum verſus. *Varr. l.* 4. *de L. L.*

U ANTE S.

Uſar, m. 3. fl. Mauritaniæ Cæſ. qui Nabadum reg. irrigat. *Plin. l.* 6. *c.* 2.

Uſio, onis, f. idem quod uſus, apud veteres. *Cato c.* 149. Oleis, aſparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini uſioni recipitur. *Ulp. l. Quia. Mutius, ff. de aur. & arg. leg.* Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſive id ſuæ, ſive alterius uſionis cauſa paratum eſſet. *Gell. l.* 4. *c.* 1. Longæ uſionis gratia contrahuntur, & reconduntur. *Varr. apud Non. c.* 3. *n.* 262. Uſioni quod ſatis eſſet. *Arnob. l.* 7. In ſuas uſiones vinum exprimere.

Uſipetes, m. 3. Viſpi, Uſipii, pop. Germaniæ. Vixere prope Rhenum fl. in agris Sicambrorum, ſed expulſi a Chattis una cum Tencteris, hæſerunt, ubi hodie tractus Recklinchuſiæ, cum parte Com. Marchiæ, prope Lupiam fl. in Weſtphalia, teſte Brietio. Alii tamen credunt, eos fuiſſe, ubi hodie Com. Zutphaniæ, in Belgio, in Duc. Geldrico, inter Noviomagum, & Daventriam. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 51.

Uſitate, *ſecondo l' uſanza*, εἰθισμένως, ſecundum conſuetudinem. *Cic.* 4. *de Fin.* 26. Cur igitur, cum de re conveniat, non malumus uſitate loqui? *Gell. l.* 13. *c.* 9. Dicere uſitatius manente numero poſſet.

Uſitatus, a, um, *uſato*, *ſolito*, Ger. *breuchig*, Gal. *uſité*, Hiſp. *acoſtumbrado*, εἰθισμένος, aſſuetus, ſolitus, in uſum receptus, ab uſitor. *Cic.* 4. *Verr. c.* 3. Nunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique ullo aliquo in genere peccaſſet. *Id.* 7. *Verr. c.* 44. Alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: uſitatum eſt. *Id.* 3. *de Fin. c.* 2. Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. *Id. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Illud nomen veterum literis uſitatius. *Id. in Orat. c.* 25. Uſitatiſſima verba.

Uſitor, aris, d. 1. *uſare ſpeſſo*, Ger. *offt brauchen*, Gal. *uſer ſouvent*, Hiſp. *uſar mucho*, χρῶμαι, frequenter utor. *Gell. l.* 17. *c.* 1. Tametſi, aliquotiens verbo ipſo alio quoque modo uſitati ſunt.

Uſpiam, adv. *in qualche luogo*, πῆ, ὁπουδήποτε, idem ac uſquam, ideſt in aliquo loco. Eſt ab ἄς, quod valet ἕως, ideſt uſque. *Piam* eſt vocis productio, haud ſecus, ac in quiſpiam. *Ter. Adelph.* 1. 1. 12. Ne aut ille alſerit, aut uſpiam ceciderit. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Quin te ille aut Dyrrhachii, aut in iſtis locis uſpiam viſurus eſſet. ¶ Translate ponitur pro in aliqua re, vel aliquo negotio. *Plaut. Caſ.* 4. 3. 14. Num me ex expertus uſpiam?

Uſquam, adv. *in alcun luogo*, πῆ, alicubi, in aliquo loco. *Cic.* 6. *Verr. c.* 70. Quam crucem non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua, ac latrocinia communicaſſet. *Virg.* 1. *Æn.* Siquid uſquam juſtitiæ eſt. ¶ Uſurpatur etiam pro aliquo, quod eſt adverbium motus ad locum. *Cic.* 2. *Phil. c.* 1. Nec vero uſquam diſcedebam. ¶ Translate accipitur pro in re aliqua, in aliquo negotio. *Ter. Andr.* 2. 5. 9. Neque iſtic, neque alibi tibi uſquam erit in me mora. *Cic.* 2. *Off. c.* 1. Nec eſt uſquam conſilio, aut auctoritati locus. ¶ Item pro in aliqua parte corporis. *Ter. Andr.* 3. 3. 7. Vide, num ejus color pudoris ſignum uſquam indicat. ¶ Conjungitur quoque cum genitivo *gentium*, aut *terrarum*. *Plaut. Mil.* 3. 1. 95. Nam bona uxor, ſi ea quidem deducta eſt uſquam gentium, Ubi ea poſſit inveniri? *Ter. Hec.* 3. 5. 13. An quiſquam uſquam gentium eſt æque miſer? ¶ *Uſquam eſſe* interdum eſt aliquo in pretio eſſe, in aliqua æſtimatione. *Terent. Adelph.* 2. 2. 13. Novi animum tuum; quaſi jam uſquam tibi ſint viginti minæ, dum huic obſequare, *quaſi che tu tenghi conto*, etc.

Uſque, *fino*, *inſino*, עד, Ger. *biſs*, Gall. *juſque*, Hiſp. *haſta*, ἄχρι, μέχρι, ἕως, ἕως ἄν, præpoſitio ex iis, quæ vel accuſativo, vel ablativo inſerviunt, juxta ſignificationis varietatem. Significat continuationem, & finem loci, temporis, actus, & hujuſmodi. Refertur ſæpe ad motum ad locum, & fere poſtulat poſt ſe aliam præpoſitionem. Pro arbitrio autem vel anteponitur, vel poſtponitur. *Cic. pro L. Man. c.* 18. Cum ad eum uſque in Pamphiliam legatos miſiſſent. *Id. pro Quinct. c.* 3. In Galliam Nævius, & trans Alpes uſque transfertur. ¶ Quando adjungitur nominibus propriis urbium, caſtellorum, & pagorum, item appellativis *domus*, & *rus*, ulteriorem præpoſitionem reſpuit. *Ter. Adelph.* 4. 3. 11. Miletum uſque, obſecro. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Theatrum ita reſonans, ut uſque Romam ſignificationes, voceſque referantur. ¶ Interdum tamen etiam cum nominibus propriis urbium, &c. reperitur cum præp. *ad*. *Cic. pro Dejot.* Uſque ad Numantiam miſit. ¶ Refertur quoque ad motum de loco, vel ad originem, & recipit abl. cum præp. *a*, vel *ab*, vel *e*, aut *ex*, etiam cum nominibus propriis urbium, &c. *Cic. pro Cluent.* Atque illum uſque a mari ſupero Romam proficiſci. *Id.* 3. *Verr.* Uſque a Dianio, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopen,

Digitized by Google

pen, quæ in Ponto eſt, navigaverunt. *Id. 7. Verr. c. 60.* Ut qui uſque ex ultima Syria, atque Ægypto navigarent. *Virg. 7. Æn.* Siculo proſpexit ab uſque Pachyno. *Tacit. Ann. 15. c. 37.* Volucres & feras diverſis e terris, & animalia maris Oceano ab uſque petiverat. ¶ In utroque motu vice caſuum admittit etiam adverbia in, *illo*, *illinc*, *iſtinc*, & hujuſmodi. *Cic. Att. l. 1.* Quod nos uſque iſtinc exauditos putem. *Plin. l. 6. c. 23.* Athemenidas uſque illo tenuiſſe. ¶ Sæpe etiam tempus notat, vel perſonam ſpectata ratione temporis. Si dicatur de tempore futuro, vel conſequenti, exigit acc. cum præp. *ad*. *Plaut. Men. 1. 2. 60.* Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. hoc eſt quoad Lucifer, vel Sol a nobis videbitur. *Cic. de Amic.* Amicitiam uſque ad extremum vitæ diem permanere. *Virg. 1. Georg. v. 211.* Serite hordea campis Uſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. ¶ In hac acceptione frequenter *uſque* omittitur. *Cic. de Sen.* Quanquam quis eſt tam ſtultus, quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperam eſſe victurum? ¶ Si vero dicatur de tempore præterito, regit abl. cum præp. *a*, vel *ab*. *Cic. 1. de Divin.* Vetus opinio eſt, jam uſque ab Heroicis ducta temporibus. *Id. 2. de nat. Deor.* Uſque a Thalete enumeraſti ſententias Philoſophorum. ¶ Jungitur & cum *inde*. *Cic. pro Arch. c. 1.* Inde uſque repetens. ¶ Significat etiam finem, vel terminum cujuſcunque rei, ut dominii, actionis, &c. *Ter. Andr. 1. 2. 28.* Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem. *Cic. 2. Verr.* Uſque ad eum finem, dum judices rejecti ſunt. *Gell. l. 5. c. 5.* Vini libidine ad uſque ludibrium ebrioſus. ¶ Item connotat exceptionem. *Plin. ep. 11. l. 2.* Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares uſque ad Pompejum, *id eſt* excepto Pompejo. ¶ *Abuſque*, & *Aduſque* V. ſuis locis. ¶ Migrat etiam in adverbium, & ſignificat diu, multum, valde. *Ter. Adelph. 2. 2. 5.* Ego vapulando, ille verberando uſque ambo defeſſi ſumus. ¶ Vel aſſidue, jugiter, perſeveranter. *Virg. 9. Ecl.* Cantantes, licet, uſque (minus via lædat) eamus. *Martial. l. 5. epigr. 61.* Allatres licet uſque nos, & uſque, Et gannitibus improbis laceſſas. ¶ Vel pene, prope. *Ter. Adelph. 4. 2.* Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam Uſque occidit.

Uſque adeo, *in tanto*, *talmente*, *de tal maniera*, ἄχρι, ἄχρι, ἕως, in tantum. *Virg. 1. Ecl.* Undique totis Uſque adeo turbatur agris. *Cic. ad Octavium.* Quis huic urbi uſque adeo eſt inimicus, ut iſta diſſimulare poſſit? ¶ Ponitur aliquando pro tandiu, & accipit poſt ſe *donec*. *Plaut. Ciſt. 2. 3. 40.* Nec deſiiti inſtare uſque adeo, donec adjurat ſe anus eam mihi monſtrare. *Cato c. 67.* Amurcam commutat uſque adeo, donec in lacum pervenerit. ¶ Vel accipit particulam *dum*. *Ter. Eun. 4. 6.* Uſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba, Verba dum ſint. ¶ Vel *quoad*. *Cic. pro Sext. c. 38.* Uſque adeo hominem in periculo fuiſſe, quoad ſcitum ſit Seſtium vivere. ¶ Vel *ut*. *Id. pro Flacc. c. 23.* Uſque adeo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps eſſet Mæandrius.

Uſque adhuc, *ſin qui*, μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, hactenus, hucuſque. *Plaut. Aul. 2. 3. 10.* Quod celatum eſt, atque occultatum uſque adhuc, nunc non poteſt. *Suet. in Domit. c. 10.* Uſque adhuc certe animum meum probaſti, & vultum.

Uſque admodum, tandiu, apud veteres. *Cato c. 156.* Poſtea ubi iterum cœpiat fervere, pauliſper demittito uſque admodum, dum quinques quinque numeres.

Uſque affatim, uſque ad ſatietatem. *Plaut. Pœn. 3. 2. 32.* Edat de alieno, quantum velis, uſque affatim.

Uſque antehac, *ſino avanti che*, μέχρι πρὸ τούτου, uſque ad id tempus, antequam. Donatus ſimpliciter exponit *antequam*. *Ter. Andr. 2. 1.* Ut animus in ſpe, atque in timore uſque antehac attentus fuit. id eſt uſque ad id tempus antequam tua verba audirem.

Uſque donec, *ſino che*, uſque dum. *Plaut. Mil. 2. 2. 125.* Ibo odorans uſque donec perſecutus vulpem ero veſtigiis.

Uſque dum, *ſino che*, ἄχρις οὗ, idem ac uſquequo, vel quoad, vel quandiu. *Plaut. Merc. 5. 1. 28.* Uſque dum regnum obtinebit Jupiter. *Cic. 3. Verr. c. 5.* Duces prædonum vivos domi ſuæ, uſque dum per me tibi licuerit, tenuiſſe. ¶ Interdum diviſim uſurpatur aliis dictionibus interjectis. *Ter. Heaut. 5. 2.* Imo & ibi nunc ſum, & uſque dudum id egi, dum loquitur pater. *Cic. l. 12. Fam. ep. 19.* Mihi quidem uſque curæ erit, quid agas, dum quicquid egeris, ſciero.

Uſque ut, *in tanto*, *a tal ſegno*, ἐπὶ τοσοῦτον, ἕως, in tantum, adeo. Ponitur vel abſolute, *Cic. l. 1. de Orat. c. 53.* Plato cum hæc exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem: uſque eo illa, quæ dicenda de juſtitia putabat, a vitæ conſuetudine, & a civium moribus abhorrebant. *Id. Verr. 6. c. 40.* Virgis iſte cæderet ſine cauſa ſocium populi Romani? non uſque eo improbus. ¶ Sæpe poſt ſe exigit particulam *ut*. *Cic. pro R. Am.* Quod Amerinis uſque eo viſum eſt indignum, ut fletus, gemituſque tota urbe fierent. ¶ Vel *ne*. *Cic. pro Quinct.* Inferiorem eſſe patitur duntaxat uſque eo, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus ſtet. Nævii cupiditati, crudelitatique dedatur. ¶ Vel *dum*. *Cic. in Acad. 4. c. 7.* Multa facimus uſque eo, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii. ¶ Vel *quoad*. *Cic. 5. Verr. c. 33.* Liciti ſunt uſque eo, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur. ¶ Vel *donec*, & ſignificat tandiu. *Cic. 3. Verr. c. 6.* Uſque eo timui, ne quis de mea fide dubitaret, donec ad rejiciendos judices venimus. ¶ Etiam *uſque eo quoad* accipitur interdum pro tandiu. *Cic. pro Dejot. c. 4.* Tamen uſque eo ſe tenuit, quoad a Cn. Pompejo ad eum legati venerunt. ¶ *Uſque eo antequam* idem eſt ac *uſque antehac*, quod V. ſupra. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 22.* Uſque eo animadverti, Judices, eum jocari, antequam Chryſogonum nominavi, quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit. h. e. uſque ad id tempus, quo Chryſogonum nominavi.

Uſquequaque, adv. *in ogni luogo*, *d'ogn' intorno*, πάντῃ, πάντως, in unoquoque loco, ubique, paſſim. *Plaut. Pœn. prol. v. 105.* Mare, terraque illos uſquequaque quæritat. *Cic. 2. Phil. c. 43.* Aut undique religionem tolle, aut uſquequaque conſerva. ¶ Ponitur etiam pro quocunque tempore, ſemper, aſſidue. *Cic. l. 7. Fam. ep. 16.* Uſquequaque ſapere oportet, id erit telum acerrimum. ¶ Item in omni re. *Cic. 7. Verr. c. 5.* Noli ta uſquequaque eadem quærere: in metu belli, furandi qui locus poteſt eſſe? ¶ Item pro omnino, univerſim, generatim. *Cic. 5. Fin. c. 30.* An hoc uſquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota judicabis?

Uſquequo, adv. *fino dove*, *fin dove*, עד מתי, Ger. *bis wann*, Gal. *juſque a ou*, Hiſ. *haſta quando*, ἕως ὅτε, ἕως πότε, quouſque, uſque ad quem locum. *Plin. l. 6. c. 4.* Nunc habet Surium tantum, & ipſum ab amne influente ibi cognominatum, uſquequo magnarum navium capacem eſſe diximus. ¶ Dicitur etiam de tempore, pro donec, quoad. *Varro l. 1. de R. R. c. 2.* Quod jubet, ranam luridam conjicere in aquam, uſquequo ad tertiam partem decoxeris. ¶ Ponitur etiam pro quatenus. *Ulp. l. ſi ſuſpecta, §. 2. ff. de inoff. teſtam.* Et ideo datæ in eo libertates, atque legata, uſquequo Falcidia permittit, ſuam habent poteſtatem. ¶ Dividitur a Poetis per Tmeſin, interpoſitis aliis dictionibus. *Martial. l. 1. ep. 64.* Eja, age, rumpe moras, quo te ſpectabimus uſque?

Uſta, æ, f. genus coloris rubei, ſed ad flavum accedentis, & colori auri ſimilis. *Vitr. l. 7. c. 11.* Uſta vero, quæ ſatis habet utilitatis in operibus tectoriis, ſic temperatur: Gleba ſilis boni coquitur, ut ſit in igne candens, ea autem aceto extinguitur, & efficitur purpureo colore. *Plin. l. 35. c. 6.* Uſta caſu reperta incendio Pyræi, ceruſſa in orcis cremata: optima Aſiatica, quæ purpurea appellatur, fit & cremata ſile marmoroſo, & reſtincta aceto, ſine ea umbræ non fiunt.

Uſtica, æ, m. mons in Sabinis. *Hor. l. 1. Carm. ode 17.* Utcunque dulci Tyndari fiſtula Valles, & Uſticæ cubantis Lævia perſonuere ſaxa.

Uſtica, æ, f. Evonymus, *l'Uſtica*, *l'Uſtega*, inſ. Siciliæ, una Æoliarum, a litore Siciliæ 60. M. P. quæ ab aliis Æoliis in Auſtr. & Libon. *Plin. l. 3. c. 8.*

Uſtilago, inis, f. herba eadem, quæ carduus ſylvaticus. *Apul. de herb. c. 109.*

Uſtio, onis, f. *abbruciamento*, כויה, Germ. *brennung*, Gall. *bruleure*, Hiſ. *quemadura*, καῦσις, actus urendi. *Cato c. 38.* Virgas, & ſarmenta, quæ tibi uſtioni ſuperarent, in ſegetem comburito. ¶ Sumitur etiam pro ferri candentis admotione ad membrum aliquod ægrum, quam vulgo cauterizationem vocant. *Plin. l. 34. c. 15.* Quædam uſtione ſanantur, privatim vero canis rabidi morbus. Adde *Celſ. l. 8. c. 2.*

Uſtivus, a, um, adject. urendi vim habens. *Æmil. Macer, c. 8.*

Uſtor, oris, m. καυτήρ, ἐμπρηστής, qui urit, cremator. Specialim ita dicebatur, qui corpora in buſtuariis cremabat, νεκροκαύστης. *Martial. l. 3. ep. 93.* Uſtorque tædas præferat novæ nuptæ. *Catull. ep. 60. (al. 55.) in Rufum:* Cum devolutum ex igne proſequens panem A ſemiraſo tunderetur uſtore.

Uſtricula, æ, f. mulier, quæ capillum candenti ferro criſpat deliciarum cauſa. Legitur hæc vox ſecundum nonnullos apud *Tertull. de pall. c. 4.* ubi alii omnino aliter.

Uſtrina, æ, f. locus, in quo cadaver cremabatur, ab *uſtum* ſup. verbi uro, καύστρα νεκρῶν. Differt a ſepulcro, quia locus illa, in quo cadaver cremabatur, ſi cadaver in eo etiam ſepeliebatur, dicebatur ſepulcrum, ſi cadaver alio transferebatur, uſtrina appellabatur. *Feſtus in voce Buſtum:* Buſtum proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus, & ſepultus, diciturque buſtum, quaſi bene uſtum. Ubi vero combuſtus quis tantummodo, alibi vero eſt ſepultus, is locus ab urendo uſtrina vocatur. Sed modo buſtum, eo, quod ſepelitur, ſepulcra vocamus. ¶ Uſtrina quoque, καυστήριον, locus dicitur, in quo metalla candeſcunt, ut elaborentur. *Plin. l. 36. c. 21.* In uſtrina ter ſiccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino reſtinguantur albo. ¶ Sumitur etiam pro quovis ardore, aut uſtione. *Apul. l. 7. Met.* Uſtrinæ talis moram non ſuſtinens.

Uſtrinum, ni, n. idem quod uſtrina, hoc eſt locus, in quo cadaver crematur. *Serv. in 2. Æn.* Alii dicunt, ubi homo combuſtus eſt, niſi ibidem crematus fuerit, non eſſe buſtum, ſed uſtrinum. *Vetus Inſcript. apud Kirchman. de funerib. l. 3. c. 1.* Huic monumento uſtrinum applicari non licet.

Uſtulandus, a, um, [illegible], partic. vel gerund. ab uſtulor. *Catull. de Annal. Voluſ. carm. 34.* Scripta tardipedi Deo daturam Infelicibus uſtulanda lignis.

Uſtulatus, a, um, partic. ab uſtulor. *Vitr. l. 5. c. 12.* Pali uſtulati. *Id. l. 1. c. 5.* Taleæ uſtulatæ.

Uſtulo, as, a. 1. *abbruſtolire*, *bruciare*, καίω, καυτηριάζω, uro, cremo, ab uſtum ſup. verbi uro. *Pacuvius:* Candenti ferro crines uſtulare. *Auctor Priap. carm. 45.* Ferventi caput uſtulare ferro.

Uſtus, a, um, *abbruciato*, κεκαυμένος. *Ovid. 1. Met. v. 119.* Tum primum ſiccis aer fervoribus uſtus Canduit. *Plin. l. 30. c. 7.* Converunt ex alto etiam piſces ad quoſdam odores, ut ſepiam uſtam.

Uſualis, & le, n. 3. *uſuale*, χρηστικός, quod uſui noſtro ſervit. *Marcian. l. Interdum, ff. de publicanis:* Quoties quis mancipia invecta profeſſus non fuerit, ſive venalia, ſive uſualia, in pœna commiſſi eſt. ¶ Sermo uſualis, h. e. rudis, inornatus, qualis in uſu quotidiano, & familiari eſt. *Sidon. l. 4. ep. 10.*

Uſuarius, a, um, idem ac uſualis. *Gell. l. 4. c. 1.* Ex iis autem, quæ promercalia, & uſuaria in locis iiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat, quæ ſint uſui annuo. ¶ Uſuarius ſervus, apud *Ulp. l. 14. ff. de uſu, & habitat.* Per ſervum uſuarium ſi ſtipuler, &c.

Uſucapio, onis, f. acquiſitio per uſum legitimi temporis jure civili conſtituta. *Ulp. in Fragm. tit. 19.* Uſucapio eſt adeptio dominii per continuationem poſſeſſionis anni, vel biennii, rerum mobilium anni, immobilium biennii. *Modeſtin. l. 3. ff. de uſucapionibus, & uſurpationibus:* Uſucapio eſt adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. *Cic. 1. de Leg. c. 21.* In quo quoniam uſucapionem duodecim Tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. ¶ A Juriſconſultis appellatur etiam capio. *Javolen. l. ei, a quo, ff. de uſucap.* An durare nihilominus capionem ejus fundi putes? *Id. l. emptor, ff. pro emptore.* Ceterarum partium non impeditur longa poſſeſſione capio. ¶ Uſurpatur & diviſim interjecta aliqua dictione. *Ulp. l. 1. ff. pro dote:* Si ſponſa ſponſo ea mente tradiderit res, ut non ante ejus fieri vellet, quam nuptiæ ſecutæ ſint, uſu quoque capio ceſſabit.

Uſucapio, is, cepi, captum, a. 3. *acquiſtare*, *fare ſuo*, χρήσει λαμβάνειν, rem aliquam continuatione uſus, vel poſſeſſionis mihi attribuo, vindico, in meum uſum converto, pro quo Juriſconſulti etiam dicunt capere uſu, capere utilitatis cauſa, uſu ſuum facere, longo tempore capere, diutius poſſidendo capere, longa poſſeſſione capere. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 14.* Nihil mortales a Diis immortalibus uſucapere poſſunt. *Id. Att. l. 1. ep. 5.* De Tadiana re mecum Tadius locutus eſt, te ita ſcripſiſſe, nihil eſſe jam, quod laboraretur, quoniam hereditas uſucapta eſſet. *Plin. l. 5. ep. 1.* Jam biennium tranſiſſe, omniaque me uſucepiſſe. ¶ Uſurpatur etiam diviſim, ſive tmeſi compoſitionis. *Pompon. l. cum ſolus, ff. de uſucapionibus:* Propius eſt, ut uſu eas capere non poſſis.

Uſufacio, is, a. 3. Uſufacere aliquid ſuum, eſt ſibi diu utendo vindicare, uſu capere. *Plaut. Amph. 1. 1. 219.* Cujus nunc es? So. tuus. nam pugnis uſufeciſti tuum.

Uſufructuarius, a, um, *uſufruttuario*, cujus eſt uſusfructus in aliqua re, non etiam proprietas. *Ulpian. l. 7. Dig. de uſufr. & quemadm.* Uſufructu legato, quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde percipi poteſt, ipſius fructus eſt.

Uſura, æ, f. *uſo*, χρῆσις, idem quod uſus, ſeu facultas utendi aliqua re. *Plaut. Amph. Prol. v. 108.* Ejus uſuram corporis cepit ſibi. h. e. Alcmenæ corporis uſum cepit, cum ea coivit. *Cic. pro Rab. Poſth.* Vos obſecro Judices, ne huic optimo viro uſuram hujus lucis, & veſtrum conſpectum ne eripiatis. *Id. l. 3. ep. 1.* Perficiam profecto, ut longi temporis uſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam. ¶ Metonymice ponitur pro commodo, ſive fructu ex rei uſu proveniente. *Cic. de Sen. c. 15.* Terra nunquam recuſat imperium, nec unquam ſine uſura

Digitized by Google

re reddit, quod accepit, ſed alias minore, plerunque majore cum fœnore. ¶ Et ſpeciatim pro uſu & commodo pecuniæ, quæ alicui utenda conceditur. *Cic. Verr.* 1. 72. Binas centeſimas ab ſe oblatas ferendum non putant, & recte non putant, quis enim hoc fecit unquam? quis denique ſenatus eſt facere, aut poſſe fieri cogitavit, ut cum ſenatus publicanos uſuræ ſæpe juviſſet, magiſtratus a publicanis pecuniam pro uſuris auderet auferre? ¶ Item pro talis uſuræ mercede ſeu pretio, hoc eſt pro pecunia quæ in fœnore ſorti accedit, *uſura*, *cenſo*. Græce dicitur τόκος. Τόκος partum ſignificat, a τίκτω, *pario*. Eſt enim partus pecuniæ, vel alterius rei commodatæ, ſed partus infelix, ac ſpurius, cum talia res ſuapte natura ſteriles ſint, & parere non debeant. *Lucan. l.* 1. Hinc uſura vorax, avidumque in tempore fœnus. *Plin. l.* 6. *ep.* 8. Ut ſolva ſit non ſors modo, ſed etiam uſuræ plurium annorum, *non ſolo il capitale, ma ancora i pro ſcorſi di molt' anni*. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 21. Uſuram pendere. *Id. Attic. l.* 9. 1. 14. Uſuram perſcribere. V. *Perſcribo*. *Sueton. in Aug. c.* 39. Mutuare pecuniam levioribus uſuris. *Plin. l.* 14. 1. 4. Multiplicare uſuram. ¶ Uſuris cum fructibus agrorum certare, apud *Cic.* 2. *Catil.* 1. 8. eſt ex agrorum fructibus uſuras diſſolvere. *mangiar' il ſuo in erba per pagar' i cenſi*. V. ibi Interpretes. ¶ Uſura centeſima. *dodeci per cento*. V. *Centeſimus*. ¶ Uſuræ uncia. *uno per cento*. V. *Uncia*, & *Unciarius*. ¶ Uſura beſſis, *otto per cento*, cum octo in ſingulos centenos quotannis ſolvuntur. *leg. penult. Cod. de Uſur.* ¶ Uſura quadrens, *tre per cento*, cum pars centeſimæ quarta, hoc eſt e centenis terni ſolvuntur. *Scævola l.* 21. *Dig. de ann. leg.* ¶ Uſuræ quincunces, *cinque per cento*, *leg.* 17. *Dig. de Uſur.* ¶ Uſuræ ſemis, vel ſemiſſalis, *ſei per cento*, *leg.* 5. *Dig. de operib. publ.* & *leg.* 10. *Dig. de pollicitat.* Uſura triens, *quattro per cento*, *l.* 3. *ad leg. Falcid.* Hæ autem appellationes ductæ ſunt ab aſſis partibus, quæ ſunt bes, triens, quadrans, nam centeſima eſt veluti as uſurarum, hoc eſt uſurarum maxima, a qua deinceps deſcendendo uſuræ reliquæ denominantur. ¶ Mos fuit apud Romanos, ut ſingulis menſibus Idibus cujuſque menſis uſuræ ſolverentur. *Cic.* 1. *Catil.* Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus ſenties. Quod dicit *Cic.* quia Idibus ſolvere fœneratoribus uſuras Catilina cogebatur.

Uſurarius, a, um, ex quo capitur uſus, cujus ſolum uſum habemus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 36. Alcmenam uxorem cepit uſurariam. *Id. Curc.* 4. 3. *v.* 12. Uſurarius puer Δημόσιος, h. e. meritorius, qui ſui corporis uſum alteri præbet. ¶ Accipitur etiam pro fœnebri, ut uſurarum debitum, apud *Julian. leg.* 6. *Dig. de negot. geſt.* eſt, cujus uſuræ debentur. Uſuraria pecunia, apud *Ulpian. l.* 11. *Dig. de compenſat.* eſt, quæ ſub uſuris deberer. Uſurarius debitor eſt, qui uſuras pendit, *Papinian. l.* 7. *Dig. de Uſur.*

Uſurpatio, onis, f. *uſurpazione, l' uſare, uſo*, ἐπιτήδευσις, frequens uſus. *Cic. in Bruto* 1. 71. Qui hoc tempore ipſo cum liceat, in hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſe cum conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione, & renovatione doctrinæ. ¶ Dicitur ſæpe de malo uſu rei alicujus, qui contra jus fasve fit. Apud *Liv. l.* 27. *c.* 19. Scipio Hiſpanos regem ſe appellantes coercens, juſſit eos *Regis uſurpatione abſtinere*, quæ apud Romanos intolerabilis vox erat. *Plin. l.* 33. *c.* 2. Superba uſurpatio nominum. ¶ Sumitur etiam pro poſſeſſionis interruptione. *Paull. l.* 2. *ff. de Uſucap.* Uſurpatio eſt uſucapionis interruptio. Oratores autem uſurpationem frequentem uſum vocant.

Uſurpator, oris, *uſurpatore*, qui malo jure aliqua re utitur. *Ammian. l.* 26. *c.* 7. Uſurpator indebitæ poteſtatis.

Uſurpatorius, a, um, adject. *uſurpatorio*. *Impp. Conſtant.* & *Julian. in Cod. Juſtin. l.* 10. *tit.* 47. *leg.* 8. Si quis uſurpatoria auctoritate amplius aliquid fuerit conatus exigere.

Uſurpatus, a, um, *uſurpato*, *uſato*, partic. ab uſurpor. *Cic.* 7. *Verr.* Id nunc nullo novo officio ſuo, tot annis poſt jure imperii noſtri quotannis uſurpato, ac ſemper retento ſumma in difficultate navium a C. Verre pretio effecti ſunt. *Id. ibid.* Quid vero illa Segeſtanorum non ſolum literis tradita, neque commemorata verbis, ſed multis officiis illorum uſurpata, & comprobata cognatio? *Id.* 5. *Fam. ep.* 16. Conſolationes a ſapientiſſimis viris uſurpatæ. ¶ Uſurpata uxor dicebatur, quæ cum annum integrum cum viro, licet ſine legibus, fuiſſet matrimonii cauſa, in manum mariti veniſſe, & a tutorum poteſtate exiſſe, tanquam uſucapta cenſebatur; atque hoc *matrimonium uſu initum* dictum eſt, ut docet *Serv. ad l.* 1. *Georg.* ubi tria connubiorum genera recenſet, uſu, confarreatione, & coemptione. *Gell. l.* 3. *c.* 2. Non eſſe uſurpatam mulierem, quæ calendis Januar. apud virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, & ante diem quartum cal. Januar. ſequentis uſurpatum iſſet. V. *Sigon. l.* 1. *de ant. jure Civ. R. c.* 6. alioſque *Gellii* interpretes. ¶ *Uſurpatum eſt*, *è uſo*, *è in coſtume*. *Ulpian. l.* 1. *Dig. de extraord. cognit.* Uſurpatum eſt, ut his quoque jus dicatur.

Uſurpo, as, a. 1. *uſare ſpeſſo*, *uſurpare*, Ger. *gebrauchen*, Gal. *uſurper*, Hiſp. *uſurpar*, χρῆσθαι, eſt in frequenti uſu habere, & hoc ſive verbis, ſive factis fiat, ut ait *Valla l.* 5. *Elegant.* Igitur eſt frequenter dicere, vel frequenter facere. *Cic. in Or.* Quod ſemper uſurpamus in omnibus dictis, ac factis, minimis, ac maximis, cum hoc decere dicimus, illud non decere. *Id. ad Brut. ep.* 15. Ut Solonis dictum uſurpem. ¶ *Uſurpare oculis*, eſt cernere, videre. *Lucr. l.* 1. *v.* 300. Nec frigora quimus uſurpare oculis. *Plaut. Trin.* 4. 2. 3. Advenio ex Seleucia, Macedonia, atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus unquam uſurpavi. ideſt, quas neque vidi, neque adii. ¶ *Uſurpare barathrum*, eſt eo uti ad ſe demergendum. *Id. Bacch.* 1. 2. 41. O barathrum, ubi nunc es? ut ego te uſurpem libens! Apud *eund. Caſ.* 3. 5. 9. dicuntur aures *ſonitum uſurpare*, hoc eſt exaudire. ¶ *Uſurpare otium*, eſt otio frui. *Tacit. Ann.* 14. 1. 53. Auguſtus Agrippæ uſurpare otium poſt labores conceſſit. ¶ *Uſurpare civitatem*, eſt dicere ſe civem, & pro cive ſe gerere. *Cic.* 7. *Verr.* Sed cum imploraret ſæpius, uſurparetque nomen civitatis. ¶ *Uſurpare memoriam* alicujus, eſt mentionem de eo facere. *Cicer. in Lælio*: Quis eſt, qui C. Fabricii, M. Curii non cum charitate, & benevolentia memoriam uſurpet, quos nunquam viderit? ¶ *Jus uſurpare*, eſt, quod vulgo dicunt, capere poſſeſſionem. *Liv. l.* 27. Nec avorum memoria Dialem quemquam id jus uſurpaviſſe. ¶ *Uſurpare aliquem*, ſæpe eſt nominare, appellare. *Cicer.* 1. *Offic.* 1. 11. Lælius, is, qui ſapiens uſurpatur. *Id. de Univerſ. c.* 11. Jupiter, atque Juno, & reliqui, quos fratres inter ſe agnatoſque uſurpare, atque appellare videmus. *Id. pro Mil. c.* 7. Appia via, quæ antea ſilebatur, eadem nunc crebro uſurpatur. ¶ Interdum hoc verbum ſignificat contra jus faſque aliqua re uti, occupare, invadere. *Suet. in Claud. c.* 25. Civitatem Romanam uſurpantes ſecuri percuſſit. *Tacit. Annal.* 2. 13. Munere Cenſoriæ uſurpans. ¶ Item ſimpliciter occupare, ſuum facere, vindicare. *Gell. l.* 3. *c.* 2. Uſurpare mulierem. V. *Uſurpatus*. *Cic.* 3 *de Orat. c.* 28. Poſſeſſionem, ſurculo defringendo, uſurpare. V. *Surculus*.

Uſus, a, um, particip. V. *Utor*.

Uſus, us, m. *uſo*, Ger. *brauch*, Gal. *uſage*, Hiſp. *uſo*, χρῆσις, utendi actus, exercitatio, tractatio. *Cic.* 1. *de Or.* 1. 4. Ut ad eam doctrinam, quam ſuo quiſque ſtudio conſecutus eſſet, adjungeretur uſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperaret. *Id. pro Corn. Balbo*, *c.* 20. Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium, & artem ſæpe vincit. *Plin. l.* 1. *ep.* 20. Uſus magiſter egregius. ¶ Sumitur etiam pro conſuetudine, more. *Ter. Heaut.* Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face. h. e. ſic meus eſt mos, ita conſuevi. ¶ Item pro converſatione, familiaritate. *Cic. l.* 7. *Fam. epiſt.* 33. Nam a Volumnio Senatore eſſet, quocum mihi eſt magnus uſus. *Id. l.* 13. *epiſt.* 24. Inter noſmetipſos vetus uſus intercedit. ¶ Item pro fructu, & utilitate, quod ſoleamus aliqua re idem uti, ut ex ea fructum percipiamus. *Cic. Attic. l.* 1. *epiſt.* 1. Fuit & mihi, & Quinto fratri magno uſui in noſtris petitionibus. *Id.* 4. *Tuſc.* Quod ſit ex uſu. h. e. quod ſit ſecundum utilitatem, ſeu quod aptum ſit ad uſum noſtrum. ¶ Item pro experientia, quæ ex longo rerum uſu acquiritur. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 29. Seris venit uſus ab annis. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 43. Pompejus dixit, non recuſare ſe, quin nullius uſus imperator diceretur, ſi &c. ¶ Interdum uſus indeclinabilis nominis more adhibetur, quemadmodum *opus*, cum quo communem habet ſignificationem, *biſogno*, *neceſſità*. Uſurpatur vel abſolute. *Ter. Heaut.* 5. 2. 42. Non uſus veniet, ſpero, h. e. non opus erit, non erit neceſſe. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* De cæteris ſtudiis alio loco dicemus, ſi uſus fuerit. ¶ Vel cum ablat. rei, & dativo perſonæ. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 76. Viginti jam uſus eſt filio argenti minis. *Ter. Hec.* 3. 1. 47. Non uſus facto eſt mihi. ¶ Vel cum ſolo abl. rei. *Virg.* 8. *Æn. v.* 441. Arma acri facienda viro: nunc viribus uſus, nunc manibus rapidis. ¶ Vel etiam cum acc. loco ablativi. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 151. Ad eam rem uſus eſt hominem aſtutum, doctum, &c. ¶ Uſuvenire. V. infra in *Uſuvenit*.

Uſusfructus, us, m. *uſufrutto*, ἐπικαρπία, *ſuſumfruct*, rei uſus fructuſus, cum ſcilicet res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum, atque utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. *Ulp. l.* 1. *ff. de uſufructu*: Uſusfructus jus alienis rebus utendi, fruendi ſalva rerum ſubſtantia. *Cic. pro Cæc. cap.* 4. Uſumfructum omnium bonorum ſuorum Cæſenniæ legavit, ut frueretur una cum filio. *Id. in Top. c.* 3. Si paterfamilias uxori ancillarum uſumfructum legavit a filio, neque a ſecundo hærede legavit, mortuo filio mulier uſumfructum non amittet. ¶ Separate etiam uſurpatur. *Cic. pro Cæcin. c.* 7. Uſus enim ejus, & fructus fundi, teſtamento viri, fuerat Cæſenniæ.

Uſuvĕnit, ebat, enit, imp. 4. *avvenire*, *intervenire*, *accadere*, ἐπιτυγχάνει, evenit, accidit, contingit. *Cic. pro Quint. c.* 15. Nam quid homini potest turpius, quid vero miſerius, aut acerbius uſuvenire? *Id. de Sen. c.* 3. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſuvenirent omnia, & reliquis omnibus natu. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 5. Dicat, enim præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet uſuventurum. ¶ Revera duæ voces ſunt *uſu venit*. itaque præter quam quod in allatis & aliis ſimilibus exemplis ſeparatæ inveniuntur in optimis Codicibus, interſeritur etiam iis interdum alia vox. *Cic. Att.* 14. *epiſt.* 12. Nunc uſuit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis. *Id.* 1. *de Orat. c.* 40. Quid quod uſu memoria patrum venit, ut &c.

U ANTE T.

Ut, adv. *ſiccome*, *come*, כְּמוֹ, Ger. *wie*, Gal. *comme*, Hiſp. *como*, ὡς, ὥσπερ, καθάπερ, ſicut, velut, adverbium ſimilitudinis. *Plaut. Rud.* 4. 4. 55. Ut tute es, item cenſes omnes eſſe? *Cic.* 2. *Phil.* Ut quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore ſuavitatem cibi non ſentiunt, ſic libidinoſi, avari, facinoroſi veræ laudis guſtum non habent. ¶ Cum ſumitur pro veluti, ſub eodem verbo caſus ſimiles antecedentibus poſcit. *Cic.* 2. *Acad.* Ea ſola percipere dicunt, quæ tactu intimo ſentiant, ut dolorem, ut voluptatem. ¶ Uſurpatur quoque extra ſimilitudinem, pro quemadmodum, qua ratione. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 13. Ut me circumſtarint, ut aperta jugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. *Virg.* 2. *Æn.* Infandum, Regina, jubes renovare dolorem, Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum Eruerint Danai. ¶ Item pro quomodo, cum quadam admiratione, & indicativum poſcit. *Plaut. Capt.* 1. 2. 62. Ut ſæpe ſumma ingenia in occulto latent. *Cic. pro Mil.* Ut contempſit, ut pro nihilo putavit! ¶ Item pro quomodo cum interrogatione. *Plaut. Perſa* 1. 1. 17. Ut vales? R. Ut queo. ¶ Item pro prout, & hoc fere per parentheſin. *Ter. Phorm.* Ut nunc ſunt mores. h. e. ſecundum mores, quibus hodie utimur. *Cic. de Sen.* Multæ etiam (ut in homine Romano) literæ. *Id. in Bruto*. Poſteaque Cliſthenem multum, ut temporibus illis, valuiſſe dicendo, h. e. ſecundum illorum temporum eloquentiam. ¶ Item pro quippe. *Plaut. Curc.* 2. 1. 2. Quando Æſculapii ita ſentio ſententiam, ut qui me nihili faciat, nec ſalvum velit. ¶ Eſt etiam adverbium quantitatis, & ponitur pro *quam*, admirative. *Cic. Attr. l.* 2. *ep.* 21. Ut ille tum humilis, ut demiſſus erat! ut ipſe etiam ſibi, non iis ſolum, qui aderant, diſplicebat! ¶ Item pro quam ſine admiratione, cum ſuperlativo. *Cic. pro Cluent.* Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandiſſime poteſt. *Id.* 2. *de Or.* Ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum. ¶ Item pro quantum. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 39. Ut veſtræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe. *Plin. in præf. hiſt. nat.* Niſi ut prodeſſe tantundem poſſes, ut velles. *Sueton. in Tito*, c. 7. Abſtinuit alieno, ut ſi quis unquam. *quanto altri mai*. ¶ Item adverbium eſt temporis, pro poſtquam, ex quo, & indicativum petit. *Cic.* 3. *Ver.* Ut hæc audivit, ſic exarſit, &c. *Id. in Somn. Scip. c.* 3. Atque ego ut primum fletu repreſſo loqui poſſe cœpi. ¶ Item pro cum, quando. *Ter. Adelph.* 3. 3. Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit homo de improviſo. ¶ Item eſt adverbium optandi, pro utinam. *Ter. Heaut.* 4. 4. 4. Ut te omnes Dii Deæque perduint. ¶ Invenitur etiam poſitum pro *quod*, vel pro uſu verbi infiniti. *Nepos in Annib. c.* 1. Si verum eſt, ut populus R. omnes gentes virtute ſuperarit. Al. *ſuperavit*. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 41. Non eſt veriſimile, ut Chryſogonus horum literas adamarit, aut humanitatem. ¶ *Ut* eſt etiam conjunctio, *acciocchè*, *coſicchè*, *che*, & conjunctivum poſtulat. *Cic. de Aruſp. reſp.* Negotium magiſtratibus eſt datum, ut curarent, ut ſine vi mihi ædificare liceret. *Id. ibid. l.* 16. *ep.* 2. Cura ut valeas. *Id. Ver.* 7. *c.* 69. Ut vere dicam, *per dir vero*. *Nepos* 1. *c.* 4. Curſores miſerunt, ut nuntiarent. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 35. Olent, ſalſa ſunt, tangere ut non velis. *Plin. l.* 18. *c.* 29. Ut carbunculi non noceant. ¶ Uſum frequentiſſimum habet poſt has voces, *talis*, *tantus*, *ter*, *tam*, *adeo*, *ſic*, *ita*, *hujuſmodi*, & ſimiles, loco particulæ quod. Sed hæ voces interdum ſubaudiuntur. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non ſum ita hebes, ut iſta dicam. *Id. in Bruto*. Gellius non tam vendibilis Orator, quam ut neſcires, quid ei deeſſet. h. e. talis, ut neſcires. *Id.* 2. *de Leg.* Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſim. h. e. adeo ut. ¶ Item cum verbis timendi, pro *ne non*, & dubitationem ſignat. *Ter. Andr.* 4. 2. Dies mihi ut ſit ſatis, vereor, ad agendum. ¶ Eſt etiam conjunctio conditionalis, pro dummodo. *Cic.* 5. *Ver.* In jugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur, perpetua, atque æquabili ſatione, ager efficit cum octavo, bene ut

Digitized by Google

ut agatur; verum, ut omnes Dii adjuvent, cum decimus. ¶ Item adverſativa, pro quamvis, licet. *Ovid. l. 3. de Pont. eleg. 4.* Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas. ¶ Item pro aſſo. *Cicero ad Brutum, 9.* Nos te, tuumque exercitum expectamus, ſine quo, ut reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. *Ovid. de Ponto, l. 4. el. 5. v. 7.* Luce minus decima dominam venietis in urbem, Ut feſtinatum non faciatis iter. ¶ Interdum uſurpatur cum indignatione. *Ter. Phorm. 4. 5. 64.* Dii du: impuratus me ille ut etiam irrideat? ¶ Interdum elegantiæ cauſa. *Cic. de Sen.* Invitus feci, ut L. Flaminium de Senatu ejicerem. Nihil enim ſignificat, niſi *invitus ejeci*. ¶ Conjungitur ſæpe cum adv. *non*, pro quin. *Cic. 1. de Fin.* Fieri nullo pacto poteſt, ut non dicas, quid non probes ejus, a quo diſſentias. *Quintil. l. 7. c. 3.* Vereor, ut non jam ſciam quidquam. ¶ Item cum *ne*, pro ut non. *Cic. ad Q. Fr. l. 3.* Opera datur, ut judicia ne fiant. ¶ Item cum *ſi*, & ſignificat perinde ac ſi. *Cic. l. 4. Fam.* Ejus negotium ſic velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea. *Nepos in Datam. c. 3.* Vinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret. ¶ Item cum *plurimum*, & valet quam plurimum, ſeu valde frequenter, plerumque. *per lo più*. *Cic. 2. de Leg.* In quo & ſuſcipiendo, & gerendo, & deponendo jus ut plurimum valet, & fides. ¶ Item cum *puta*, pro exempli gratia. *Ulp. l. Julianus. ff. de act. empt. & vend.* Ædibus diſtractis, vel legatis, ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut puta putei. ¶ Item cum *quid*, cum interrogatione, pro quamobrem. *Cicer. Attic. l. 7. ep. 7.* Depugna, inquis, potius, quam ſervias. Ut quid? ſi victus eris, proſcribare, ſi viceris, tamen ſervias. ¶ Item cum alio *ut*, pro quoquomodo, utcunque. *Ter. Phorm. 3. 1. 4.* Nam ut ut erunt alia, illi certe, quæ nunc domitum eſt, conſulatis.

Utcunque, adv. *comunque, in qualunque modo, ſia come ſi voglia*, ὅπως δή, ὡς ἔτυχεν, quocunque modo, quomodocunque, ab *ut*, & *cunque*. *Plaut. Epid. 1. 1. 47.* Utcunque in alto eſt ventus, Epidice, ex imo velum vertitur. *Cic. in Or. s. 17.* Utcunque ſe affectum videri, & animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit ſonum. *Liv. in præf. operis*: Utcunque erit, juvabit tamen, &c.

Utandus, a, um, particip. ſignificationis paſſivæ, *da ſervirſene*, χρηστέος. *Ter. Heaut. 1. 1. 81.* Ætas ad hæc utenda magis idonea. *Cic. 4. Verr. c. 18.* Omnia utenda, ac poſſidenda tradiderat. *Id. 5. Tuſcul. c. 18.* Quod utendum acceperis, reddere. *Plaut. Men. 4. 2. 94.* Ego illam non condonavi, ſed ſic utendam dedi. His, & aliis ſimilibus locis *utendum dare* idem eſt ac commodare, aut mutuum dare.

Utens, tis, nom. partic. ab utor, *chi ſi ſerve*. *Ovid. 12. Metam.* Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultra. *Cic. in Top. c. 18.* Ratione utens. *Id. 2. Off. c. 8.* Magnitudo divitiarum illum fortaſſe adjuvat, qui habet: ne id quidem ſemper, ſed fac juvare: utentior ſane ſit, honeſtior quomodo? h. e. utilior. Alii leg. *opulentior*, alii *potentior*.

Utenſilia, ium, n. 3. *utenſili*, τὰ χρειώδη, quæcunque uſui noſtro ſunt neceſſaria, ab *utenſilis*, quod veteres pro *utilis* dixere. *Liv. l. 5. c. 49.* Exutuſque omnibus utenſilibus miles Tuſculum ſe, ſide miſericordiaque victurus hoſpitum, contulerit. *Id. l. 26. c. 33.* Quæque una ſecum dediderunt, agrum urbemque, divina, humanaque utenſilia, ſive quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites. *Col. l. 11. in præfat.* Utenſilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur.

Utenſilis, le, adject. *utile, fruttuoſo*, χρειώδης, utilis. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Quid in Italia utenſile non modo non naſcitur, ſed etiam non egregium fit?

Utenſilitas, atis, idem ac utilitas, uſus. *Tertull. de habit. mul. c. 5.* Ferri, & æris utenſilitas.

Uter, uteri, m. idem ac uterus. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 915.* Nunc uter creſcit, non poteſt celari.

Uter, utris, m. *otre*, ἀσκός, ἄγγειον, pellis, qua vinum, aut oleum, aut alia quæpiam ſimilis res deferri ſolet. *Virg. 2. Georg.* Mollibus in pratis unctos ſalivere per utres. *Ovid. 3. Amor. el. 11.* Æolios Ithacis incluſimus utribus Euros. *Plin. l. 12. c. 7.* Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum: Indi in utribus camelorum, aut rhinocerotum id mittunt.

Uter, utra, utrum, *quale di due*, πότερος, ὁπότερος, quis ex duobus. *Cic. 1. Verr.* Utrum reprehendis? quod patronum juvabat eum, qui tum in miſeriis erat? an quod alterius patroni mortui voluntatem conſervabat, a quo ſummum beneficium acceperat? utrum horum reprehendis? ¶ Eſt etiam nomen indefinitum, ſeu infinitum, idem ſignificans, quod *quis* infinite poſitum, niſi quod *quis* de pluribus, *uter* de duobus dicatur. *Cic. de Fato*: Quoniam utriuſque ſtudii noſtra profeſſio eſt, hodie utro frui malis, veſtra optio eſt. *Id. 2. ad Q. Fr. ep. 10.* Utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſque, neſcio. *Id. pro Mil. s. 9.* Uter utri inſidias fecerit. ¶ Ponitur interdum pro alteruter, *l'uno, o l'altro*. *Cic. 3. Verr.* Omnium controverſiarum, quæ eſſent inter aratorem & decumanum, ſi uter velit, edicit, ſe recuperatores daturum. *Id. in Divin. c. 14.* Utrum dixeris, id contra te futurum. ¶ Jungitur etiam cum verbis numeri pluralis, eſt enim nomen collectivum. *Plaut. Men. 5. 2. 19.* Loquere, uter meruiſtis culpam, paucis. *Id. ib. 5. 9. 60.* Uter eratis? tun' an ille major? ¶ Dicitur etiam de pluribus, quam duobus. *Vitruv. in præfat. l. 7.* Alii eum ſcripſerant eſſe in crucem ſuum: nonnulli, in eum lapides eſſe conjectos: alii, Smyrnæ vivum in pyram conjectum, quorum utrum ei acciderit, merenti digna conſtitit pœna.

Utriculus, i, m. *ventricello*, ἀσκίδιον, parvus uterus, ſeu venter. *Plin. l. 11. c. 16.* Præterea a fronde, ac pabulis potus in utriculos congeſtus equum; ore enim eum evomunt, &c. ¶ Eſt etiam diminutivum ab uter, utris, *picciolo otre*. *Apulej. l. 1. Milef.* Sanguinis eruptionem utriculo admoto excipiet diligenter.

Utercunque, utracunque, utrumcunque, *qual di due tu vuoi*, ὁποτεροσοῦν, idem, quod utervis, ſive uter libet. *Cic. l. 6. Fam. ep. 4.* Magnæ utrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum eſſe dicuntur, ut utercunque vicerit, non ſit mirum futurum. *Gell. l. 5. c. 10.* Ne ſententia ſua, utramcunque in partem dicta eſſet, ipſa ſe ſe reſcinderet.

Uterinus, a, um, *uterino, fratello da parte di madre*, ὁμογάστριος, qui ex eodem utero prodiit, hoc eſt qui matrem eandem, non tamen eundem habuit patrem. Uterinis fratribus opponuntur conſanguinei, qui de uno patre nati, ut *Cajus l. 2. Inſtit. tit. 8.* & *Theophilus, in Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* definiunt. *Juſtinian. l. 3. Inſtit. tit. 10. de bon. poſſeſſ. §. 3.* Frater, ſororve, conſanguinei, vel uterini.

Utrilibet, utralibet, utrumlibet, *uno de due*, ὁπότερος ἄν, alter ex duobus, quem tibi accipere libet. *Cic. pro Quint. c. 26.* Utrumlibet elige, alterum incredibile eſt, alterum nefarium, & ante hoc tempus utrumque inauditum. *Plin. l. 24. c. 4.* Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit.

Uternam, utranam, utrumnam, *qual de due mai*, πότερος δή, idem, quod uter. *Hor. lib. 2. ſat. 2. v. 107.* uternam Ad caſus dubios fidet ſibi certius, hic, qui Pluribus aſſuerit, &c.

Uterque, utraque, utrumque, *l'uno, e l'altro*, ἀμφότεροι, ἑκάτερος, alter, & alter, vel unus & alter. *Ter. Phorm. 5. 3. 17.* Utrumque utrique eſt cordi. *Cic. Attic. 9. ep. 10.* Non eſt meæ fidei, ut contra alterutrum, cum utrique ſic maxime neceſſarius, arma feras. *Id. Fam. 8. ep. 16.* Fabius amantiſſimus utriuſque veſtrum. *Nepos 23. c. 14.* Pari faſtigio ſtetit in utraque fortuna. h. e. in proſpera, & in adverſa. ¶ Jungitur & cum nominibus, & verbis numeri pluralis, cum ſit nomen collectivum. *Tacit. 2. hiſtor. c. 97.* Legati cunctabantur; Flaccus anxius proprio bello, Bolanus nunquam ſatis quieta Britannia: uterque ambigui. *Plaut. Curc. 1. 3. 31.* Uterque inſaniunt. ¶ Uſurpatur & in plurali, cum de duobus rerum generibus ſermo eſt. *Cic. de Orat. l. 3. c. 26.* A quibus utriſque ſummittitur aliquid. *Id. 1. Offic. c. 1.* Quoniam utrique, & Platonici, & Socratici eſſe volumus. h. e. volumus utramque harum ſectarum ſequi. *Tacit. de Germ. c. 34.* Utraque nationes. ¶ Etiam cum de duobus tantum rebus, vel perſonis loquimur, plur. numero utimur, licet rarius hoc ſit, & potius poeticum. *Tacit. Ann. 16. c. 11.* Illa utroſque intuens. h. e. patrem, & aviam. *Nepos 20. s. 1.* Utrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſæpe adjuti fuerant. *Virg. 8. Æn. v. 685.* palmas utraſque tetendit.

Utervis, utravis, utrumvis, *quale de due tu vuoi*, ὁπότερος οὖν, uter, quem vis, uterlibet. Hoc differunt *utervis*, & *uterlibet* a *quivis*, & *quilibet*, quod illa unum ex duobus ſignificant, hæc unum ex pluribus. *Cic. de Senect. c. 10.* At minus habeo virium, quam veſtrum utervis. *Id. pro Roſc. Amer. c. 1.* Utrumvis ſalvo officio ſe facere poſſe arbitrarentur.

Uterum, i, n. 2. idem quod uterus. *Turpil. apud Non. c. 3. n. 258.* Diſperii miſera, uterum cruciatur mihi. *Afran. ibid.* Sedit uterum, ut non omnino tamen.

Uterus, i, m. *utero, matrice, ventre*, λαγών, μήτρα, γαστήρ, ὑστέρα, loci muliebres, in quibus fœtus concipitur. Eſt enim proprius mulieris. Nam in cæteris animalibus vulvam potius appellamus. *Plin. l. 11. c. 37.* Fœminis eadem omnia, præterque veſica junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam. ¶ Proprie aliud *venter*, aliud *uterus*, aliud *alvus*. Quibus de vocibus ſic *Servius ad illud 2. Æn.* Uterumque armato milite complent: Uterus, inquit, eſt mulierum. Nam prægnantis proprie eſt, quem modo ideo dixit, quia dicturus eſt, feta armis. Alvus eſt, quæ deſluunt ſordes, ut *Salluſtius*: Simulans, ſibi alvum purgari. Venter, qua edimus. *Juvenal.* Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. *Plaut. Aul. 4. 7. 10.* Perii mea nutrix, obſecro te, uterus dolet. Alii legunt *uterum*, ut ſit accuſativus Græco more poſitus. ¶ *Uterum ferre*, vel *gerere*, eſt gravidam eſſe. *Celſ. l. 2. c. 10.* Sanguinem mitti junioribus, & fœminis uterum non gerentibus vetus eſt. ¶ Dicitur etiam de beſtiis. *Plin. l. 8. c. 43. de aſina.* Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, niſi cogatur in curſum verberibus a coitu. ¶ Sumitur etiam pro ipſo partu. *Tacit. 1. Ann. c. 59.* Arminium rapta uxor, ſubjectus ſervitio uxoris uterus, vecordem agebant. ¶ Per ſimilitudinem dicitur de parte latiore navis, aut dolii. *Tacit. Ann. 2. c. 6.* Naves lato utero. *Colum. l. 12. s. 4.* In utero dolii.

Uti, *come*, ὡς, ὥσπερ, idem, ac ut, quod hinc factum videtur per Apocopen, ideſt quomodo, quemadmodum. *Plaut. Amph. 2. 1. 9.* Tamen quin loquar, hæc uti facta ſunt, nunquam ullo modo me potes deterrere. ¶ Ponitur aliquando pro *tanquam* cum pronomine *is*, *ea*, *id*, quod vel exprimitur, vel ſubintelligitur. *Cicer. 9. Phil. in fine.* Quod ſepulcrum ipſius, liberorum, poſterorumque ejus ſit, uti quod optimo jure ſepulcrum publice datum eſt. *Id. Phil. 11. c. 12.* Senatui placere, C. Caſſium provinciam Syriam obtinere, uti qui optimo jure provinciam obtinuerit. id eſt tanquam is, qui optimo jure, &c. ¶ Denotat aliquando cauſam finalem, quemadmodum & ut, *accioche*. *Cic. l. 13. Fam. ep. 1.* Is ad me dedit literas, uti ſe tibi placarem.

Utibilis, & le, o. 3. *utile*, χρήσιμος, idem, quod utilis, ſeu res, qua uti poſſumus. *Plaut. Merc. a. 5. ſc. ult.* Eamus intro: non utibilis hic locus factus tuis. *Id. Mil. a. 3. ſc. 1. v. 19.* Magis ad rem non poteſt eſſe utibile. *Terent. Phorm. a. 4. ſc. 4. v. 9.* Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere, aut nominare uxorem?

Utica, æ, f. Ityca, Arabibus *Benſert*, Ital. *Biſerta*, Ἰτύκη, urbs littoralis Africæ propriæ dictæ, in Regno Tunetano, ſatis ampla, & munita, cum portu capaci, ſeu verius ſinu parvo maris Africi, ad Bagradum fl. ubi Cato mortem ſibi conſcivit, qui propterea *Uticenſis* cognominatus eſt. Alii eſt *Porto Farina*, aliis *Gowl Melha*, al. *Macharores*.

Uticenſis, e, adject. ad Uticam pertinens, ut Uticenſis ager, *Liv. l. 29. c. 5.* ¶ Uticenſes, Uticæ incolæ. *Cic. pro Balb. c. 11.*

Utilis, & le, o. 3. *utile*, χρήσιμος, χρειώδης, quod nobis uſui eſt, vel emolumento. Eſt ab *utor*. Nam per ſyncopen factum eſt ex utibilis. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 1. de nat. Deor.* Res utiles, & ſalutares Deorum eſſe vocabulis nuncupatas. *Hor. in Arte*: Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. *Plin. l. 7. c. 28.* Ob id neutra manu, neutro pede ſatis utilis, hoc eſt, cujus utraque manus, & uterque pes vitiata commode officio ſuo fungi non poſſunt. ¶ Vel cum dativo perſonæ. *Dolabel. ad Cic. 9. Fam. ep. 9.* Sic enim facillime quod tibi utiliſſimum erit noſtrii capies. *Pallad. in Novemb. tit. 1.* Ager humentis utilis. ¶ Vel cum acc. rei, & præp. *ad*. *Cic. 3. Off.* Nonne igitur ſapiens, ſi fame ipſe conficiatur, abſtulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili? ¶ Videtur etiam genitivo jungi. *Ovid. Heroid. ep. 5. prope fin.* Quæcunque herba poteſt ad opem, radixque medendi Utilis in toto naſcitur orbe, mea eſt. ¶ *Utilia*, um, res utiles. *Senec. epiſt. 87.* M. Cato canterio vehebatur, & hippoperis quidem poſitis, ut ſecum utilia portaret.

Utilitas, atis, f. *utilità*, ὠφέλεια, εὐχρηστία, commodum, fructus. *Cic. 1. de Fin. c. 20.* Ut etiamſi nulla ſit utilitas ex amicitia, tamen ipſi propter ſe ipſos amentur. *Id. 3. Offic. c. 10.* Nec tamen noſtræ nobis utilitates omittendæ ſunt. *Rurſus Cic. 1. Offic. s. 23.* Afferre utilitatem alicui. *Id. de amic. c. 9.* Utilitatem capere ex aliqua re. *Id. 3. de Orat. c. 2.* Quærere utilitatem in re aliqua. *Id. 2. de Orat. s. 51.* Referre omnia ad utilitatem ſuam. *Id. 1. de Orat.* Eſſe utilitati alicui. *Quintil. l. 3. c. 8.* Utilitate duci. ¶ *Utilitas alicujus*, h. e. utilitas, quæ ex aliquo capitur. *Ter. Eun. 2. 3. 17.* In ea re utilitatem ego faciam ut cognoſcas meam. *Cic. Fam. 16. ep. 5.* Utilitatibus tuis poſſum carere. *poſſo far ſenza il tuo ſervigio*. ¶ *Utilitas belli* ſignificat res illas, quæ ad bellum utiles ſunt, in illo *Cicer. pro leg. Manil. c. 6.* Itaque hæc vobis provincia, Quirites, ſi & belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere vultis, non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis defendenda eſt. Supra *c. 6.* dixerat: Et pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. Alii leg. *ad belli utilitatem*, quod eandem ſententiam habet. ¶ Utilitatem oculis obtinere, apud *Plaut. Epid. 5. 1. 28.* eſt oculorum uſum habere, recte cernere.

Utiliter, adv. *utilmente*, χρησίμως, συμφερόντως, ex uſu, commode. *Cic. 4. Acad.* Atque illi quidem etiam a natura utiliter ducebant permotiones illas

Digitized by Google

iſtas animis noſtris dates. *Ovid. ep.* 1. *v.* 67. Utilius ſterent etiam nunc moenia Phoebi. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Cuneo adactum utiliſſime adſtringitur.

Utinam, *Dio voglia*, εἴθε, εἰ γάρ, adv. optandi, ab ut, cum optandi eſt, & particula *nam*. *Cic. pro L. Man.* Utinam, Quirites, virorum fortium, atque innocentium copiam tantam haberetis. *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 4. Quod utinam minus vitæ cupidus fuiſſem. *Id. Att. l.* 13. *ep.* 46. Quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo. ¶ Quandoque etiam dicimus o utinam. *Ovid.* 1. *Epiſt. v.* 5. O utinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. ¶ *Utinam ne* pro *utinam non*. *Ter. Phorm.* 1. 3. 3. Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet.

Utinum, n. 2. Utina, Atina, *Udine*, Germ. *Weyden*, urbs olim Carnorum, nunc prov. Fori Julii primaria, ſedes Patriarchæ Aquilejenſis.

Utique, adv. *certamente*, אך, Ger. *in ſolich*, Gal. *certe*, Hiſp. *ciertamente*, δήπου, certe, adv. affirmandi. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 9. Id vero diligenter literis, quæ ad me utique perferantur, conſequarer. *Id. ib. l.* 13. *ep.* 47. Velim Varronis, & Lollii mittas laudationem, Lollii utique. *Quintil. l.* 3. *c.* 10. Quod non eſt arbor, utique platanus non eſt. ¶ Interdum ſignificat dumtaxat, tantummodo. *Ulpian. leg.* 3. *Dig. de ſuſpect. tutor.* Sed ſciendum non omnes hac ſeveritate debere tractari, ſed utique humiliores. *Id. leg.* 31. *Dig. de Ædil. Edict.* Culpam autem omnes accipiemus, non utique latam.

Uto, is, activa forma pro *utor* uſurpatum fuiſſe a veteribus, docet *Priſcian. l.* 8. ¶ Hinc paſſive *Nævius* apud *Gell. l.* 15. *c.* 13. Supellex multa, quæ non utitur, emitur tamen.

Utor, eris, uſus ſum, d. 3. *uſare*, *ſervirſi*, χρῶμαι, uſum habeo, adhibeo. Dicitur de omnibus rebus, & humanis, & divinis, & animatis, & inanimatis, quæ nobis bonæ, utiles, neceſſariæ ſint; & conſtruitur cum ablativo ſine præpoſit. *Cic. Verr.* 1. Sunt alia in te accuſatoris ſigna permulta, quibus ego nunc non utor. *Id. pro Dejot.* Bona armis, optime equis uti. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 26. Non places, nihil te utor, *nulla voglio da te*. *Id. Mil.* 4. 7. 25. Iſtoc ego oculo utor minime, *ci veggo poco*. *Uti valetudine firma*, ideſt bene valere, bene habere. *Plin. l.* 1. *ep.* 23. ¶ *Uti valetudine minus commoda*, ideſt aliquantum ægrum eſſe. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 49. ¶ Uti invidia minore, id eſt minus odio haberi, ſive nobis minus invideri. *Plaut. Aul.* 3. 5. 8. ¶ Patre facili uti, h. e. habere patrem mitem, & placabilem. *Ter. Heaut.* 1. 2. 4c. ¶ Uti voce, eſt loqui. *Cic.* 1. *Verr.* Si univerſa provincia loqui poſſet, hac voce uteretur. ¶ Homo honore uſus dicitur, qui magiſtratum aliquem in Republica geſſit. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 54. Homines clarus, nobiles, & honore uſos. ¶ *Uti oratione*. h. e. orationem habere. *Id. Phil.* 10. *c.* 2. ¶ *Uti ventis adverſis*, eſt adverſos ventos navigando experiri. *Id. Fam.* 14. *ep.* 5. ¶ *Uti ſe* apud Comicos eſt genio ſuo indulgere. *Plaut. Mil.* 3. 1. 82. Animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine, liberæ ſunt ædes, liber ſum autem ego, libere me uti volo. *Id. Captiv.* 4. 4. 12. Dicam, ut penum ſibi aliud ornet, ſi quidem ſe ſe uti volet. ¶ *Uti ingenio alicujus*, eſt obſequi, morem gerere. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann. c.* 16. Denique ingenio ejus uſus Odenatus quidquid concubinarum, quidquid divitiarum capit, eidem tradidit. Eadem ratione *uti regibus* apud *Hor. l.* 1. *ep.* 17. eſt iis obſequi. Sic *uti foro* apud *Terent.* V. *Forum*. ¶ Habet præterea alios caſus beneficio præpoſitionum. *Cicer.* 5. *Verr.* Quo iſte interprete non ad linguam Græcam, ſed ad furta, & flagitia uti ſolebat. *Id.* 4. *Acad. c.* 38. Uti opera Deorum ad fabricandum mundum. ¶ Cum accuſativo etiam reperitur, præſertim communi. *Cic. Att.* 12. *ep.* 25. Ne Silius quidem quidquam utitur. *Cato apud Gell. l.* 13. *c.* 22. Si quid eſt, quod utar, utor. *Varr.* apud *Priſcian. l.* 8. Utile uſamur potius, quam &c. ¶ Cum de amicis, aut familiaribus ſermo eſt, utor ſignificat verſari, conſuetudinem habere, familiarem eſſe. *Cic. pro Cluent. c.* 16. Fabricii ſemper uſos eſt familiariſſime. Sic, uti familiaritate alicujus amicitia, apud *Quintil. l.* 5. *c.* 9. ¶ Participia *utens*, & *utendus* V. ſupra ſuis locis. ¶ Utier paragoge pro *uti*, legitur apud *Plaut. Caſ.* 2. 3. 2.

Utpŏte, adv. *come*, *perchè*, οἷα, ἅτε, ὥσπερ, quippe, nempe, quoniam, quandoquidem, adv. confirmandi. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 24. Ea nos, utpote qui nihil contemnere ſolemus, non pertimeſcebamus. *Id. eid. l.* 5. *ep.* 8. Me & incommoda valetudo, qua jam emerſeram, utpote cum ſine febri laboraſſem.

Ut puta } V. Ut.
Ut quid }

Utrarius, ii, *chi porta acqua*, *vino*, *oglio in otri*, ἀσκοφόρος, qui utribus affert aquam, vinum, oleum. *Liv. l.* 44. *c.* 33. Poſtremo ſequi ſe utrarios ad mare juſſit.

Utriclarii, orum, m. genus nautarum, ita dictum a forma quadam navium utriculus referente. *Inſcript. apud Spon. Miſcell. Erud. Antiq. pag.* 6. Collegio Utriclar. & *pag.* 171. Inter Utriclar. Lug.

Utriculărius, ii, m. *ſuonatore di cornamuſa*, ἀσκαύλης, qui canit tibiis inſixis utriculo, quæ tibiæ utriculares a quibuſdam vocantur, ab *utriculus*, quod ab *uter*. Græce utricularius dicitur ἀσκαύλης, qui ἀσκῷ αὐλεῖ, ut qui e cado, ſive dolio idem facit, πιθαύλης. Plura de utriculariis, & pithaulæ diſcrimine docebit Scaliger in Ætnam. *Suet. in Ner. c.* 54. Voverat, ſe proditurum hydraulam, & choraulam, & utricularium.

Utricŭlus, i, m. ἀσκίδιον, parvus uterus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Fœminis eadem omnia, præterque veſicæ junctus utriculus, unde dictus uterus. ¶ Utriculi etiam dicuntur prima illa florum germina, quæ veluti quidam utriculi tument, priuſquam flos arborum aperiatur. *Plin. l.* 16. *c.* 25. Pariunt vero, cum florent, floſque ille rupto conſtat utriculo. ¶ Item ſic appellantur, quæ Græcis ἔλυτρα, id eſt ſeminum in frugibus involucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excuſſa glumæ, ſive acus dicuntur. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Pinſunt cum arena, & ſic quoque difficulter deterunt utriculos.

Utrinde, utrinque, ex utroque loco. *Cato apud Chariſ. l.* 2. *pag.* 198. *Putſch.* De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi parec.

Utrinque, adv. *da ogni parte*, ἑκατέρωθεν, ab utroque loco, ab utroque latere, ab utraque parte. *Cæſ. l.* 7. *bell. Gall.* Multis utrinque interfectis. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 4. Tum hoc tempore ita magnæ utrinque copiæ.

Utrinqueſĕcus, adv. idem quod utrinque. *Lucret. l.* 4. *verſ.* 937. Utrinqueſecus cum corpus vapulet. *Solin. c.* 63. (al. 32.) *de cryſtallo*: Utrinqueſecus leniter turbinatus.

Utrinsĕcus, idem quod utrinque. *Serv. in Æneid. v.* 503. Incolumi fervore cadunt utrinſecus ignes. Alii aliter legunt.

Utro, adv. *verſo quale delle due parti*, ὁποτέρωσε, verſus quam duarum partium. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Id demum recte ſubactum erit, ubi non intelligitur, utro vomer ierit. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 166. Neſcit utro potius ruat.

Utrŏbi, vel Utrubi, adverb. utro in loco, *in qual de' due luoghi*. *Ulpian. leg.* 1. *Dig. Utrubi*. Utrubi hic homo, de quo agitur, majore parte hujus anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Huc alluſit *Auſon. Idyll.* 4. (al. 12.) ſeu in *Grypho*, *v.* 64. Interdictorum trinum genus: unde repulſus Vi fuero, aut Utrobi fuerit, quorumque bonorum.

Utrobidem, *dall' uno, e l' altra parte*. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 50. Utroſque percognovi utrobidem. h. e. penitus cognovi.

Utrobique, adv. *nell' uno, e nell' altro luogo*, ἑκατέρωθι, ἀμφοτέρωθι, in utroque loco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eadem veritas utrobique eſt. *Liv. l.* 6. Ab ducibus utrobique proditæ temeritate, atque inſcitia res.

Utrolĭbet, adv. *in qual de' due luoghi tu vuoi*. *Quint. l.* 1. *c.* 11. Utrolibet inclinata cervix.

Utrōque, adv. *all' uno, ed all' altro luogo*, ἑκατέρωσε, ad utrunque locum. *Liv. l.* 6. Utroque exercitus miſſi.

Utroqueverſum, verſus utrunque locum, in utranque partem. *Gell. l.* 5. *c.* 12. Ambigua ſint, & utroque verſum dicantur. *Plaut. Capt.* 2. 3. 8. Utroqueverſum rectum eſt ingenium meum.

Utrum, adv. *ſe*, *ſe forſe*. ἄν τε, εἴ τε, πότερον, num, an. Uſurpatur in dubitatione, & fere ſemper habet particulam *an* ſequentem, aut *ne*, aut *nec ne*. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 7. Multum intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur. *Id. Att. l.* 12. *ep.* 50. Id utrum illi ſentiant, an vero ſimulent, tu intelliges. *Id. Ver.* 6. *c.* 33. Utrum eſſet Siculis utilius, ſuis ne ſervire, an populo R. obtemperare. *Id. in Orat. c.* 61. Quærendum, utrum una ſpecies ſit earum, anne plures. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 50. Utrum prælium committi ex uſu eſſet, nec ne. ¶ Item in interrogatione. *Cic.* 4. *Acad. c.* 29. Utrum ea veſtra, an noſtra culpa eſt? *Nepos in Iphicr. c.* 3. Cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret? matrem, inquit. ¶ Interdum nulla particula ſubſequitur, ſed ſubintelligitur. *Cic.* 4. *Ver. c.* 69. An hoc dicere audebis, utrum de te aratores, utrum denique Siculi univerſi bene exiſtiment, ad rem id non pertinere?

Utrumnam, adv. *ſe forſe*, idem quod utrum interrogative, vel dubitative ſumptum. *Liv. l.* 37. *c.* 17. Utrumnam univerſa claſſis in portu ſtare poſſit.

Utrumne, adv. idem quod utrumnam. *Colum. l.* 11. *c.* 1. Utrumne mercati villicum conſueverit, an. &c. *Cic. pro Quint. c.* 30. Utrumne poſſit ſe defendere, an &c.

Utut, adv. *come ſi voglia*, ὅπως ἔχει, utcunque, quocunque modo. V. *ut* in fine.

U ANTE V.

Uva, æ, f. *uva*, ענב, Ger. *weintrauben*, Gal. *raiſin*, Hiſ. *uva*, σταφυλή, fructus vitis. Sic dicitur ab uvore, ut ſcribit *Varro l.* 4. *de L. L.* & *Servius ad Ecl.* 10. nempe ob humorem intrinſecum. *Cic. de Sen.* Gemma, a qua oriens uva ſe oſtendit, quæ & ſucco terræ, & calore Solis augeſcens primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. *Virg.* 1. *Georg.* Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ. ¶ Uvarum plures ſunt differentiæ, *lagea*, ſive *leporaria*, quæ plurimum lepores delectantur, *agigarton*, quæ ſine interioribus acinaceis arte naſcitur, *bumaſton*, quæ craſſa eſt, & oblonga in mammæ bubulæ ſimilitudinem, *dactylon*, cujus acini longi ſunt in modum digiti, *duracina*, quæ acinos fert folliculi durioris, quam aliæ, *lanata*, quæ lanugine obducitur, *apiana*, al. *muſcatella*, qua apes plurimum delectantur, *miſcellana*, vel *miſtella*, quæ miſtum ſaporem habet inter dulcem, & auſterum, *acerba*, quæ nondum matura eſt, *præcoqua*, quæ ante alias matureſcit, *precia*, idem ac *præcoqua*, vel quæ in agro Precio naſcitur, *cerda*, vel *ſerotina*, quæ ſero matureſcit, *helvola*, vel *variana*, quæ eſt inter purpuream, ſeu nigram & albam, *taminea*, quæ eſt colore minii, *ſemiviesa*, quæ ſemicaduca eſt, & præ nimia maturitate periclitatur cito corrumpi, aut evaneſcere, *aſtaphis*, ſive *paſſa*, ſive *arida*, quæ Solem paſſa eſt & ſiccata, *penſilis*, quæ de ſolario ſuſpenſa eſt, *conditana*, ſeu *condiranea*, quæ in olliis, vel aliter ſervatur, *venucula*, ſeu *vennucula*, ſeu *venicula*, quæ in olliis aſſervatur ad venditionem, *briſſa*, quæ pedibus calcatur ad exprimendum vinum, *œnanthe*, quam labruſcæ, ſeu vites ſylveſtres ferunt, de quibus omnibus ſcripſere *Plin. l.* 14. *c.* 2 & *l.* 23. *c.* 1. & *Columel. l.* 3. *c.* 2. & 2. ¶ Tranſlate dicitur & de aliis fructibus, qui in morem racemi conſtant ex pluribus acinis conglobatis. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Amomi uva etiam in uſu eſt. ¶ Item tranſlate ſic appellatur caruncula illa, quæ eſt in fine palati, dependens circa fauces, & in homine hiante conſpicitur, aut certe ejus inflammatio. Nam a duplici forma nomen duplex ſortitur. Fere teretem habet figuram columnæ ſimilitudine, & Græcis κίων, Latinis columella dicitur. Interdum intumeſcit cum vehementi inflammatione, & dolore, & Græce σταφυλή, Latine uva appellatur, quia tunc in acini effigiem conglobatur, & luteo colore ſubrubeſcit *Plin. l.* 20. *c.* 17. Tonſillis quoque & uvis medetur, & capitis doloribus. Adde *Martial. l.* 10. *epigr.* 56. ¶ Denique uva dicitur de apibus, cum collectæ ſunt, & in modum botri dependent. *Virg.* 4. *Georg.* Et lentis uvam demittere ramis. *Plin. l.* 11. *c.* 17. Tunc oſtenta faciunt privata, ac publica, uva dependente in domibus, templiſque.

Uvens, tis, *umido*, humidus, uvidus. *Sil. l.* 7. *v.* 651. Uventi ferrum admovit tepefacta palato. *Petron. in Sat.* Uventes oculi.

Uveſco, is, n. 3. *ammollirſi*, βρέχομαι, humidus fio, humorem contraho. *Lucret. l.* 1. *v.* 304. Denique fluctifrago ſuſpenſæ in litore veſtes Uveſcunt, eædem candenti in Sole ſereſcunt.

Uvĭdus, a, um, o. r. a. *umido*, רטוב, Germ. *feucht*, Gal. *moite*, Hiſp. *mojado*, ὑγρός, quod humorem intrinſecum habet, ut humidum vocatur, quod exterius madet. Ita hæc duo vocabula diſtinguunt *Acron ad Od.* 5. *l.* 1. *Hor.* & *Serv. ad* 10. *Ecl.* Sed tamen hæc differentia non obſervatur. *Plaut. Rud.* 1. 4. 31. Siccine hic cum uvida veſte graſſabimur? *Virg.* 10. *Ecl.* Uvidus hyberna venit de glande Menalcas. ideſt *pinguis*, Servio interprete. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Niſi præpingui, & uvida terra.

Uvĭfer, ra, rum, σταφυληφόρος, quod uvas producit. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 3. *v.* 64. Atque Echo ſimul hinc, & inde fractam Gauro Maſſicus uvifer remittit. Adde *Sil. l.* 7. *v.* 263.

Vulcanālia, orum, vel ium, Ἡφαίστεια, feſta Vulcano dedicata. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Cæterum Auguſto, circa Vulcanalia, tertia ſatio eſt.

Vulcanālis, le, adject. ad Vulcanum pertinens, ut Vulcanalis flamen. *Var. l.* 4. *de L. L.*

Vulcāni inſula, Hiera, Thareſia, *Vulcano*, inſ. Siciliæ, una Æoliarum, ignem emittens, a Lipara ad 4. M. P. ſic dicta, quod ibi templum eſſet Vulcani.

Vulcaniæ, f. 1. Æoliæ, Liparæ, Hephæſtiades, *Iſole di Lipari*, Ἡφαιστιάδες, inſulæ ſeptem Siciliæ adjacentes, nempe Lipare, Hiera, Strongyla, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, Evonymos. Dictæ ſunt a Vulcano, ideſt ab igne, quod earum omnium natura ſulphuroſa ſit, ignem per intervalla tanquam e fornacibus quibuſdam evomens, ut tradunt *Plin. l.* 3. *c.* 9. & *Strab. l.* 6. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. a Vulcano Rege Mænali filio nomen accepiſſe tradit, qui iis inſulis poſt Æolum creditur imperaſſe.

Vulcanĭus, a, um, Ἡφαίστειος, quod ad Vulcanum ſpectat. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 14. Pungit dolor, vel fodiat ſane: ſi nudus es, da jugulum. ſin tectus Vulcaniis armis, ideſt fortitudine, reſiſte. *Virg.* 10. *Æn.* Correptis ſubita me-

Digitized by Google

to medils, extenditur una Horrida per latos acies Vulcanis campos.

Vulcānus, i, m. *Vulcano*, [illegible], filius Jovis, & Junonis, qui a parentibus ob deformitatem (licet alii alias cauſas afferant) cœlo præcipitatus eſt, dejectuſque in Lemnum inſulam, ubi ab Eurynome Oceani, & Tethyos filia nutritus eſt, vel, ut alii volunt, a ſimiis. Ea autem ruina, qua decidit de cœlo, claudus factus eſt. Antiquis Deus ignis, & fabrorum præſes putatus eſt. Fingitur etiam faber Deorum, quia Jovi fulmina, & diis arma adverſus Gigantes fabricaviſſe creditur. Ab eo factum etiam volunt, quicquid artificioſe fabricatum eſt, ut monile Hermiones, coronam Ariadnæ, currum Solis, arma Achillis, & Æneæ, & hujuſmodi. Officinam autem habere fertur in Lemno, una cum Cyclopibus miniſtris. Et ſi de Diis optime meritus eſt bello illo cum Gigantibus, non tamen ad eorum menſam admiſſus eſt. Qui etiam, cum Minervæ nuptias expetiiſſet, repulſam paſſus eſt. Quare aliam ſibi uxorem quærens, Venerem duxit: quam cum poſtea una cum Marte in adulterio deprehendiſſet, ambos reti, & inviſibilibus catenis ita colligavit, ut neuter abire poſſet, donec ab omnibus Diis, & Deabus viſi, & deriſi eſſent. Hanc fabulam Chimici de conjunctione ferri, & æris, ſeu cupri interpretantur. ¶ Multi tamen hoc nomine fuerunt. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.* Vulcani item complures: primus cœlo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui Hiſtorici eſſe voluerunt. ſecundus Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appellant, quem cuſtodem eſſe Ægypti volunt: tertius ex tertio Jove, & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuiſſe: quartus Menalio natus, qui tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. ¶ Metonymice Vulcanus ponitur pro igne, ut Pallas pro ſapientia, Ceres pro frugibus. *Plaut. Amph. 1. 1. 185.* Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris? ideſt ignem geris in laterna cornea. *Virg. 6. Æn. v. 77.* totis ſpargere Vulcanum tectis.

Volcatius Gallicanus. V. Capitolinus.

Vulga, æ, f. *bolgia*, bulga, ſaccus. *Non. cap. 2. n.* poſt exponit capacitatem, vel ſinum cum laxitate. *Var. apud Non. ibid.* Ut viaticum ex arcula adderem in vulgam. *Lucil. ibidem.* In vulgam penetrare piloſam.

Vulgare, adv. V. Vulgariter.

Vulgāris, & re, o. 4. *volgare, vile*, Ger. *gemein*, Gall. *vulgaire*, Hiſpan. *vulgar*, [illegible], ad vulgus pertinens, pervulgatus, communis, protritus, vilis. *Cic. 1. Acad. c. 2.* Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos poſitis vulgari ſermone diſputant. *Id. pro Roſc. Amer.* Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cujus partem ullam reliquerit. *Id. l. 13. Fam. ep. 16.* Genere novo ſum literarum ad te uſus, ut intelligeres, non vulgarem eſſe commendationem. h. e. non levem, non modicam. *Horat. l. 2. ſat. 5. v. 16.* Jejunus ſtomachus rare vulgaria temnit. h. e. cibos viles. *Liv. l. 23. c. 17.* Ea vulgatior fama eſt. Alii leg. *vulgatior* tactius. ¶ *Puella vulgaris*, quæ proſtat, vulgata, vulgi libidini expoſita. *Ovid. 4. Faſt.* Numina vulgares Veneris celebrate puellæ. Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus. ¶ Vulgaris forma, quotidiana, qualis vulgo videri ſolet. *Plin. l. 10. c. 32.* Nec vulgaris pittacis forma, quamvis non ſpectanda. ¶ Vulgares artes, quæ mechanicæ dicuntur. *Cicer. pro Roſc. Amer. c. 46.* Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios. ¶ Vulgaris via, translate, tam trita, & conſueta. *Quintil. in proœm. l. 1.* Simul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem.

Vulgarĭtas, atis, f. idem ac vulgus. *Arnob. l. 3. adv. Gent.* Palem, ſed non fœminam illam, quam vulgaritas accipit, ſed maſculum neſcio quem generis miniſtrum Jovis.

Vulgarĭter, adv. *volgarmente*, [illegible], vulgo, e vulgo. *Cic. l. 13. epiſt. 70.* Ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitioſe, ſed ut pro homine intimo, ac mihi pernecesſario ſcribere. Alii leg. *vulgare*, alii *vulgo*, quæ item ſunt adverbia pro *vulgariter*. *Plin. l. 8. c. 5.* Ne quis vulgariter dilectam putet, *ſcelta dal volgo*. *Id. l. 28. c. 14.* Vituli quoque jus vulgariter datum inter auxilia cœliacorum tradunt, *comunemente*.

Vulgarius, a, um, idem ac vulgaris. *Turpil. apud Non. c. 8. n. 41.* Non eſt mediocris res, neque vulgaria fallacia hæc. *Gel. l. 3. c. 16.* Verbum vulgariæ ſignificationis. *Id. l. 10. c. 10.* In libris vulgariis ſcriptum eſt.

Vulgāte, adv. per vulgus, vulgatim. *Ammian. l. 13. c. 3.* Hæc augente vulgatius fama.

Vulgātor, oris, m. *divolgatore*, [illegible], qui vulgat, ideſt aliquid in vulgus diſſeminat, enunciator. *Ovid. l. 3. Am. el. 7.* Sic caret mediis tacitus vulgator in undis, Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet. h. e. Tantalus, qui Deorum menſæ admotus, illorum arcana enunciavit.

Vulgātus, a, um, *divolgato*, *fatto publico*, [illegible]. *Cicer. de Areſp. reſp.* Quæ navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam iſtius ætas fuit? *Liv. l. 1. c. 7.* Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum novos tranſiluiſſe muros. *Quintil. l. 2. c. 4.* Nam quid hi poſſint in cauſis proprium invenire, qui etiam in his, quæ ſunt communia, & in plurimis cauſis tractantur, vulgatiſſimos ſenſus verbis, niſi tanta ante præparatis, perſequi nequeant?

Vulgātus, us, m. vulgandi actus. *Sidon. l. 8. ep. 1.* Sufficere ſuſpicabamur, ſi quid ſuperiora vulgatu protuliſſemus.

Vulgivăgus, & antique Volgivagus, a, um, [illegible], plebejus. *Lucret. l. 4. v. 1064.* Vulgivagaque vagus Venere. ideſt ſecutus plebejæ, popularisque Veneris, non certæ mulieris amore captus. *Id. l. 5. v. 930.* Volgivago etiam tractabant more ferarum.

Vulgo, as, a. 1. *divolgare*, [illegible], Ger. *auſſtreuen*, Gall. *divulguer*, Hiſp. *divulgar*, [illegible], eſt aliquam rem vulgo communem facere, in vulgus ſpargere, ut *Vulgare morbos*, ideſt morborum contagia in vulgus propagare. *Liv. l. 4.* Miniſterioque invicem, ac contagio ipſo vulgabant morbos. *Curt. l. 9.* Contagium morbi etiam in alios vulgatum eſt. ¶ Interdum eſt proſtituere, permiſcere. *Liv. l. 4. c. 2.* Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus Plebis, Patrumque? *Id. l. 3.* Vulgari cum privatis, *frammiſchiarſi*, *a trattare*. ¶ Interdum in vulgus enunciare, rem occultam in lucem proferre, patefacere, *divolgare*, *pubblicare*, *manifeſtare*, *paleſare*, [illegible]. *Virg. 10. Æn.* Quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? *Liv. l. 3.* Vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas. *Id. l. 8.* Nec quod ego vulgari facinus per omnes velim. *Quintil. in proœm. l. 1.* Vulgare librum. ¶ Significat etiam communem omnibus facere. *Liv. l. 2. c. 49.* P. Virginius rem non vulgabat, de iis tantum, qui Volſco bello militaſſent, agendum cenſebat. Hinc *vulgare corpus* dicuntur meretrices, quæ ſe proſtituunt, & paratæ ſunt omnibus dare. *Id. l. 1. cap. 4.* Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putant.

Vulgo, adv. *volgarmente*, *ordinariamente*, *per tutto*, German. *gemeiniglich*, Gall. *vulgairement*, Hiſpan. *vulgarmente*, [illegible], communiter, publice, paſſim. *Teren. Andr. 2. 5.* Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet, Omnes ſibi melius malle eſſe, quam alteri. *Cic. 1. de Invent.* Deinde natura ejus evenire vulgo ſoleant, an inſolenter, & raro. *Id. pro Roſc. Amer.* Ejuſmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur. *Virg. 3. Georg.* Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis. *Id. 3. Æn.* Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes. ¶ *Vulgo quæſitus* eſt ſpurius. *Modeſtin. l. 23. ff. de ſtat. hom.* Vulgo quæſiti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, qui & ſpurii appellantur, [illegible].

Vulgus, i, n. & m. *volgo*, *plebe*, [illegible], Germ. *volck*, Gall. *le vulgaire*, Hiſp. *vulgo*, [illegible], plebs, pars populi ignobilior. Olim dicebant *volgus*. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 65.* hunc vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. *Cic. pro Planc. c. 4.* Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, &c. *Virg. 2. Æn.* Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. *Id. ib.* & ſpargere voces In vulgum ambiguas. ¶ In vulgus, ſæpe eſt apud vulgus. *Cic. 5. Tuſc.* Vide, ne plus commendatio in vulgus modeſtia habeat, quam voluptates. *Tac. l. 1. Ann. c. 59.* Bonis artibus grati in vulgus. ¶ Translate uſurpatur de ovibus, & aliis beſtiis. *Virg. 3. Georg. v. 469.* Continuo ferro culpam compeſce, priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Vulnerabĭlis, le, adject. qui vulnerare poteſt. *Cal. Aurel. Acut. 2. 17.* Materia acerrima, & vulnerabilis.

Vulnerarĭus, a, um, *da ferite*, [illegible], quod ad vulnera pertinet, ut *Vulnerarium medicamentum*, quod vulnerum ſanandorum vim habet, *Vulnerarium emplaſtrum*, quod vulneribus imponitur. *Plin. l. 23. cap. 4.* Vulnerariis emplaſtris utile. *Id. l. 33. c. 11.* Cruda autem ærugo vulnerariis emplaſtris miſcetur. ¶ *Id. l. 29. c. 1.* ſcribit, *vulnerarium* vocatum fuiſſe Romæ Arcagathum Lyſaniæ filium medicum, quia ſecare, & urere ſæpe conſueverat; mox a ſævitia ad ſæpius ſectitandi carnificem dictum.

Vulneratĭo, onis, f. *ferita*, [illegible], actus vulnerandi. *Cic. pro Cæc. c. 16.* Sin autem vim ſine cæde, ſine vulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis. ¶ Sumitur etiam translate pro læſione. *Cic. in Piſon. c. 20.* Major hæc eſt vitæ, famæ, ſalutis ſuæ vulneratio.

Vulnerātus, a, um, adject. *ferito*, *impiagato*, ſauciatus. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 3.* Sanctiſſimum corpus vulneratum vidiſtis. *Plin. l. 7. c. 28.* Vulneratus humerum. ¶ Translate *Liv. l. 37. c. 24.* Vulneratæ naves.

Vulnĕro, as, a. 1. *ferire*, [illegible], Ger. *verwunden*, Gal. *bleſſer*, Hiſp. *herir*, [illegible], ſaucio, vulnus infligo. *Cæſ. 1. B. G.* Et nonnulli inter carros, rotaſque tragulas ſubjiciebant, noſtroſque vulnerabant. *Cic. 3. Ver. c. 26.* Servi nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. ¶ Translate ſumitur pro lædere quacunque ratione. *Cic. 1. Catil.* Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Vulnerari ictu fortunæ, eſt ex fortunæ adverſitate mœſtitia affici, *moleſtare*. *Ovid. 2. de Pon. el. 7.* Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu. ¶ Vulnerare aures nuntio, eſt triſti nuntio aures offendere. *Virg. 8. Æn.* gravior ne nuntius aures Vulneret.

Vulnĭfer, a, um, adject. qui vulnus infert. *Prudent. in Pſychom. v. 173.* Vulniferos gradiens nitidis per imbres. *Cornel. Gall. eleg. 5. v. 98.* criſtatum, vulniferumque caput.

Vulnĭfĭcus, a, um, *che può ferire*, [illegible], quod vulnus infligere poteſt. *Virg. 8. Æn. v. 446.* Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Vulnus, eris, n. *ferita*, [illegible], German. *wund*, Gal. *bleſſure*, Hiſp. *herida*, [illegible], hians, patenſque apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Differt ab ulcere, nam ut ait *Nonius c. 3. n. 49.* Ulcus clauſa, & tecta eſt malignitas: vulnus hians, & patens. *Cic. 2. Fin.* Cum viciſſet Lacedæmonios apud Mantineam, ſimulque ipſe gravi vulnere exanimari ſe videret. *Liv. l. 24.* Tandem vulneribus confectæ virgines, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. *Id. ib. c. 7.* Vulneribus aliquem confodere. *Id. ib.* Vulnus accipere. *Id. l. 27. c. 33.* Ex vulnere mori. *Quintil. l. 5. c. 13.* Vulnus facere. *Colum. l. 4. c. 11.* Vulnere afficere. *Cic. 2. Phil. c. 39.* Vulnus alicui infligere. *Id. 2. Tuſc. c. 17.* Vulnus obligare, *faſciare la piaga*. ¶ Sumitur etiam pro ictibus, quibus ſciditur arbor, & ſucciditur. *Virg. 2. Æn. v. 630.* Vulneribus donec paulatim evicta ſupremum Congemuit, traxitque jugis avulſa ruinam. ¶ Et pro fiſſione terræ, quæ aratro fit. *Ovid. 1. Faſt. v. 666.* Omne reformidat frigida vulnus humus. ¶ Interdum & pro ipſo telo, quo vulnus infligitur. *Virg. 2. Æn. v. 529.* Illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus inſequitur. ¶ Translate ſumitur pro calamitate, damno, pernicie. *Cic. 1. Acad.* Fortunæ graviſſimo perculſus vulnere. *Id. 4. Fam.* Nunc autem tam gravi vulnere etiam illa, quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. ¶ Item pro dolore animi, angore, mœſtitia. *Virg. 11. Æn.* Sic exhortata reliquit Incertam, & triſte turbatam vulnere mentis. *Quintil. in proœm. l. 6.* Illum enim, de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam ſenectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amiſi. ¶ Item pro amore. *Virg. 4. Æn.* At Regina gravi jamdudum ſaucia cura, Vulnus alit venis.

Vulnuſcŭlum, i, n. exiguum vulnus. *Ulp. l. 1. ff. de Ædil. ed.* Proinde levis febricula, aut vetus quartana, vel vulnuſculum modicum nullum habent in ſe delictum.

Vulpecŭla, æ, f. *volpetta*, *volpicella*, [illegible], parva vulpes. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 31.* In qua lepuſculos, vulpeculaſque ſæpe vidiſſes. *Hor. l. 1. ep. 7.* Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

Vulpes, is, f. *volpe*, [illegible], Ger. *fuchß*, Gal. *renard*, Hiſp. *raposa*, [illegible], animal ferum, ſingulari aſtutia. Videtur eſſe ab [illegible], pro quo Æoles [illegible], unde valopes, & poſtea vulpes. *Varr. l. 4. L. L.* a celeritate nomen adeptam putat, ut ita per Syncopen dicatur quaſi volipes. *Hor. l. 1. ep. 1.* Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam. ¶ Translate *Perſ. ſat. 5.* Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem. *Horat. de Ar. poet.* Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes. ¶ *Jungere vulpes*, proverb. eſt apud *Virg. Ecl. 3. v. 91.* & dicitur de re valde abſurda. neque enim vulpes apta unquam jugo eſſe potuit. ¶ *Vulpes pilum mutat, non mores*, aliud proverb. apud *Sueton. in Veſp. cap. 16.* diciturque de iis, qui vitia alte infixa animo habent, quæ non facile tollunt, temporum, ætatiſve mutatione. ¶ *Quam facile pirum vulpes comeſt*, aliud proverbium de iis rebus, quæ facillime fieri poſſunt. nam vulpes dentatiſſimæ cum ſint, nullo negotio pirum conficiunt. *Plaut. Moſt. 3. 1. 32.* Tam facile vinces, quam pirum vulpes comeſt. Al. putant dici de re difficili, quod vulpes non piris, ſed alitibus tantummodo delectetur, ideoque hæc avidius, & facilius comeſt, quam illa. ¶ *Vulpes marina* piſcis eſt, vulpis ſimilitudinem, eiuſdemque cum terreſtri velocitatis. *Plin. l. 9. c. 43.* ¶ In pleriſque Plauti codicibus legitur *volpes* antiquo efferendi more.

Vulpinaris, re, adject. ad vulpem pertinens, & translate fraudulentus, fallax, ut Vulpinaris amaſio, apud *Apul. l. 3. Metam.*

Vulpīnor, aris, d. 1. *volpinare*, *operare in modo di volpe*, [illegible], mendacii, ac fraudibus vera perverto, ſive effugio, tractum ab inverto vulpium curſu, ut placet *Nonio*. *Varro apud eund. c. 1. n. 186.* Vulpinare modo, & concurſa, qualibet erras.

Vulpīnus, a, um, *volpino*, *di volpe*, [illegible], quod pertinet ad vulpem. *Plin. l. 28. c. 11.* Vulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant.

Vulpio, onis, maſc. callidus, aſtutus, fallax, mendax. *Apul. in Apol.*

Jam

Jam tum vulpionem & impium fuiſſe.

Vulſella. V. Volſella.

Vulſinium. V. Volſinium.

Vulſūra, æ, f. τιλμός, τίλμα, vellendi actus, a *vulſum* ſup. verbi vello. *Var. l.* 2. *R. R.* c. 11. Lanam tonſam, & conglobatam alii vellera, alii vellumina appellant, ex quorum vocabulo animadvertere licet, prius lanæ vulſuram, quam tonſuram, inventam.

Vulſus, & Volſus, a, um, *ſvelto*, *ſtirpato*, *pelato*, τετιλμένος, partic. a vellor. *Lucan. l.* 6. *v.* 232. Vulſa pectore tela. ¶ Corpora vulſa, quibus pili ſunt evulſi. *Quintil. in proœm. l.* 8. Corpora ſiquis vulſa, atque fucata muliebriter comat. *Propert. l.* 4. *el.* 8. Volſus nepos. h. e. luxui deditus, mollis. pilos autem vellere antiquis in probro fuit.

Vulticulus, i, m. *viſetto*, parvus vultus. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 20. Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? ideſt vultus macie attenuatus.

Vultum, vel Voltum, i, n. idem quod vultus. *Lucret. l.* 4. *v.* 1206. juxtim miſcentes vulta peractum. *Enn. apud Non. c.* 3. *n.* 260. Averſabantur Superi nos noſtraque vulta.

Vultuōſus, a, um, ἐπιτετηδευμένος, quicquid eſt nimium, & præter decorum in vultu, vultu ipſo nimis affectatum, ut ſiquis in triſtitia plus, quam deceat, vultum contrahat, quod quidam efficere ſolent, ut triſtiores videantur, aut in lætitia frontem nimis exporrigat. *Cic. in Or. c.* 18. In quo cum effeceris, ne quid ineptum, aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio. Nonius *triſte* explicat. *Apul. l.* 13. *Met.* Longa diſſimilis advenit, non læta facie, ſed vultuoſa fronte rugis inſurgentibus aſſeverabat. ideſt tetrica, & ad ſeveritatem nimis compoſita. *Quintil. l.* 11. *c. ult.* Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. Ubi *vultuoſam* pronunciationem appellat, quæ fit mimica quadam geſticulatione ad orationem compoſita.

Vultur, uris, m. *avoltojo*, γύψ, avis rapax, & carnivora, quæ etiam vulturius, a *volando*, quaſi *voltor*, quomodo a *volendo* eſt *voltur*, ſive *vultur*. Sic autem dicitur ob crebrum volatum, quomodo & apud Hebræos דיה voratur, a דאה, ideſt volare. Mirum in modum corporibus jam putrefactis delectatur. Unde non invenuſte ex Græcis nonnulli ἔμψυχα τάφον appellarunt, h. e. ſepulcra animata. Eximia autem eſt huic vis odorandi facultas, adeo, ut cadaverum putorem ultra maria percipiat, quod *Iſidorus* ſcribit *l.* 12. *c.* 7. Hæc res occaſionem præbuit fabulæ, quæ quatuor ei narium ſpiracula tribuere, adeo ut & Philes idcirco τετράῤῥινον appellet. Æque fabuloſum, quod biduo, triduove, aut etiam ſeptenis diebus circumvolare dicuntur loca, ubi cadavera ſunt futura. Quod *Plinius* ſcribit *l.* 10. *c.* 6. ex Umbricii Aruſpicis ſententia. *Virg.* 6. *Æn. v.* 597. Roſtroque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens. *Liv. l.* 27. Vulturemque frequenti foro in tabernaculum devolaſſe. ¶ A rapaci hujus avis natura vultures quoque, ac vulturii dicti ſunt homines rapaces. *Cic. pro Sext.* Exierunt malis ominibus, atque execrationibus duo vulturea paludati. Intelligit Gabinium, & Piſonem Conſules inimicos ſuos, provinciarum (ut ſæpe eos nominat) voragines. ¶ *Vultur profert cornua*, proverb. de re, quæ fieri non poteſt. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 352. Jam teſtudo volat, profert jam cornua vultur, Prona petunt retro fluvii juga.

Vultur, ris, m. mons Apuliæ, *Horat. l.* 3. *ode* 4. Vulture in Appulo.

Vulturīnus, a, um, *di avoltojo*, γύπινος, quod eſt vulturis. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Quarti generis eſt percnopterus, eadem oripelargus, vulturina ſpecie, alis minimis, &c. *Id. l.* 29. *c.* 6. Eadem vis & in vulturino felle eſt cum porri ſucco, & melle exiguo. *Id. l.* 30. *c.* 4. Vulturinus ſanguis cum chamæleontis albæ radice, & cedria tritus, contectuſque braſſica lepras ſanat.

Vultūris, is, m. idem ac vultur, apud veteres. *Ennius*: Vulturis in ſylvis miſerum mandebat hominem. Ita refert *Priſcian. l.* 6. ſed apud *Chariſ. l.* 1. & *Serv in* 6. *Æn.* eſt *Vulturus*.

Vulturius, & Volturius, ii, m. 2. idem ac vultur. *Lucr. l.* 4. *v.* 681. Mellis apes quamvis longe ducuntur odore, Vulturiique cadaveribus. *Plaut. Truc. a.* 3. 16. Ii quaſi vulturii triduo prius prædivinant, quo die eſuri turi ſient. ¶ Dicitur etiam de homine inſatiabilis rapacitatis. *Cic. in Piſon. c.* 16. appellatus eſt hic vulturius, illius provinciæ (ſi Diis placet) Imperator. ¶ Sed & in talis vulturius dictus jactus is, qui alio nomine vocabatur canis. Cauſa appellationis eſt, quod ille jactus vulturis inſtar hominem ſpoliaret. erat enim damnoſus. *Plaut. Curc. a.* 3. 77. Provocat me in aleam, ut ego ludam. Pono pallium, Ille ſuum anulum oppoſuit. invocat Planeſium. Jacit vulturios quatuor. Talos arripio, invoco almam meam nutricem Herculem, jacio baſilicum.

Vulturnālis, & Volturnalis, le, adject. ad Vulturnum Deum pertinens, ut Vulturnalis Flamen, qui ejus cultui eſt addictus. apud *Varron. l.* 6. *de L. L.* & *Feſtum*.

Vulturnus, m. 2. *Volturno*, & *Fiume di Capoa*, fl. Campaniæ, qui oritur in Samnio, apud fines Atinæ, perque Venafrum, Teleſiam, & Capuam in mare Tyrrhenum ad Vulturnum urb. decurrit, Calore, & Sabbato acceptis. *Liv. l.* 8. *c.* 11.

Vulturnus, & Volturnus, i, m. nomen Dei Tiberini. *Varr. l.* 6. *de L. L.*

Vulturnus, i, m. *Scirocco Levante*, ἀπηλιώτης, ventus ſpirans ab Ortu brumali, medius inter Eurum, & Notum. Quemadmodum λὶψ, h. e. Africus dicitur, quia ex Libya, ſive Africa ſpiret, ita & Vulturnus appellatus eſt, quia ſpiret a Vulturno mari. Ita a *Plin. l.* 35. *c.* 16. vocatur id mare, quod erat ad oſtium Vulturni fl. Campaniæ, quem juxta Cumas in mare labi ſcribit *Servius*, ad illud 7. *Æn. Amniſque Vadoſi Accola Vulturni*. A Græcis quibuſdam εὐρόνοτος, Euronotus, vocatur, quia inter Eurum, Notumque ſit intermedius, ut docet *Favorinus apud Gellium*, *l.* 2. *c.* 22. & *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. ¶ Neque tamen inter veteres Scriptores de hac re omnino convenit. Nam *Plin. l.* 2. *c.* 47. ſcribit Vulturnum eundem eſſe, qui Eurus, *Scirocco*, idem docent *Senec. l.* 5. *nat. quæſt. c.* 16. & *Col. l.* 3. *c.* 5. qui tamen omnes cum eundem illi locum, unde flat, aſſignent, nempe ortum brumalem, qui Euronoto tribuitur, dicere poſſumus, re quidem illos convenire, nomine tantum diſcrepare, præſertim cum Veteres non tam ſcrupuloſi fuerint, quam nos, in ventorum regionibus, & appellationibus diſtinguendis. ¶ Adjective *Sil. l.* 10. *v.* 541. Vulturna citata Tranſmittunt alno vada.

Vultus, m. *volto*, *faccia*, פנים, Ger. *angeſicht*, Gal. *viſage*, Hiſp. *cara*, *haz*, πρόσωπον, habitus, ſive ſtatus faciei, qui pro animi affectibus alius, atque alius oſtenditur, indicatio illa in homine, quæ pro motu animi in facie oſtenditur, ac colligitur. Differt a facie, quæ eſt oris ſpecies, nam eadem ſemper manet: at vultus, ut diximus, pro motu animi movetur. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 9. Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur, & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent. *Id. in Piſon. c.* 1. Non enim nos color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt, oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit, hic eos, quibus erat ignotus, decepit, &c. *Id.* 3. *de Orat. c.* 59. Imago animi vultus eſt, indices oculi. *Plin. l.* 7. *c.* 19. Vultus hilaris, aut turbatus. *Sueton. in Ner. c.* 37. Triſtior & pædagogi vultus. *Id. in Aug. c.* 79. Vultus tranquillus, & ſerenus. *Id. in Tiber. c.* 68. Vultus adductus. h. e. in rugas contractus. *Tacit.* 1. *Hiſt. cap.* 46. Flectere, aut indurare vultum. ¶ *Vultu alicujus regi*, eſt ad nutum ejus ſe componere. *Senec. l.* 6. *de benef. c.* 7. Tuus vultus, cui regendum me tradidi, colligit rugas, & attrahit frontem, quaſi longius exeam. ¶ *Vultu ſæpe læditur pietas*, dictum celebre, quo ſignificatur, pietatem in parentes adeo facile violari poſſe, ut non factis modo, aut verbo, ſed & contumaciori vultus habitu lædatur. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 13. ¶ Interdum vultus accipitur pro facie. *Cœl. Cic. l.* 8. *Fam.* Malui collegæ ejus, homini alieniſſimo mihi, & propter amicitiam tuam non æquiſſimo, me obligare, quam illius ſimiæ vultum ſubire. *Martial. l.* 1. *epigr.* 32. Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus. ¶ Hinc & pro imagine, aut ſigno vultum alicujus referente ponitur. *Vopiſc. in Probo*, *c.* 23. Dignitatem Probi Imperatores noſtri prudenter & conſecrandam vultibus, & ornandam templis, & celebrandam ludis Circenſibus judicarunt. ¶ Translate ſumitur pro externa cujuſque rei ſpecie. *Ovid.* 1. *Met. v.* 6. Unus erat toto naturæ vultus in orbe. *Virg. Æn.* 5. *v.* 848. Mene ſalis placidi vultum, fluctuſque quietos Ignorare putas?

Vulva, æ, f. *matrice*, רחם, Germ. *bermuter*, Gall. *matrice*, Hiſp. *madre*, μήτρα, δελφὺς, ὑστέρα, utriculus ille in fœminis, in quo fœtus ſit conceptio. Proprie autem vulva eſt brutorum animantium, uterus autem mulierum, ut docet *Plin.* Inquit enim *l.* 11. *c.* 37. Fœminis eadem omnia, præterque veſicæ junctus utriculus, unde uterus appellatur, quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam. *Id. l.* 26. *c. ult. de ariſtolochia*; Vulvas quoque procidentes inhibet fotu, vel ſuffitu, vel ſubjectu, maxime tenuis. ¶ Vulvam ſuillam Romani in deliciis habuere, præſertim ejectitiam. Nam quæ effœtis a partu eximebatur, quam porcariam vocabant, tanquam lividam, & macram rejiciebant. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Vulvæ ejecto partu melior, quam edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima. Contra effœtis a partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, livida, ac macra. Nec novellarum ſuum, præterquam primiparaum, probatur, potiuſque veterum, dum ne effœtarum, nec biduo ante partum, aut poſt partum, aut quo ejecerint die. Proxima ejectitiæ eſt occiſæ uno die poſt partum. Hactenus *Plin.* Hinc *Martial. l.* 13. *epigr.* 56. Te fortaſſe magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de ſue vulva capit. ¶ Quandoque accipitur vulva pro ipſo pudendo muliebri. *Juven. ſat.* 6. *v.* 128. Adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ.

Vulvŭla, læ, f. parva vulva. *Apic. l.* 2. *c.* 3. Vulvulæ iſiciatæ ſic fiunt.

Uvor, oris, m. 3. humor. *Varro l.* 4. *de L. L.* Uvæ ab uvore.

U ANTE X.

Uxama, æ, f. *Oſma*. Ptolemæo, *lib.* 2. *c.* 6. Οὔξαμα, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Arevacorum, in Regno Caſtellæ veteris, apud Durium fl. *Plin. l.* 3. *c.* 3. ¶ A Pompejo Magno everſa fuit, quod imperata facere recuſaſſet. Poſtea refecta, rurſus a Mauris pene eſt in ſolitudinem redacta.

Uxentum, i, n. *Ugento*, *Ugenti*, *Ogenti*, urbs alias Salentinorum, nunc Terræ Hydruntinæ, proxima Vereto, ab ora litorali ſinus Tarentini 4. M. P. Parva eſt admodum, & ægre habitata.

Uxii, orum, m. pl. montes Armeniæ majoris, ex quibus Tigris flu. oritur, ubi Uxii populi, & Uxia regio, apud Strabonem.

Uxor, oris, f. *moglie*, γυνὴ, mulier quæ viro tradita eſt. Veterum opinio eſt, uxor dici quaſi *unxor*, h. e. unctrix. Cauſam etymo præbuit, quod ſponſa mariti domum ingreſſura poſtes inungeret. Eademque ab re Juno dicta Unxia. *Don. ad Hec. a.* 1. *ſc.* 2. Uxor dicitur vel ab ungendis poſtibus, & figenda lana, h. e. quod, cum puellæ nuberent, maritorum poſtes ungebant, ibique lanam figebant, vel quod totos maritos ipſæ ungebant, cujus rei teſtis eſt Ennius: Exin Tarquinium bona fœmina lavit, & unxit. *Servius ad illud* 4. *Æn.* Velleribus niveis, & feſta fronde revinctum: Moris, inquit, fuerat, ut nubentes puellæ ſimul cum venirent ad limen mariti, poſtes, antequam ingrederentur, propter auſpicium caſtitatis ornarent laneis vittis, unde ait velleribus niveis, & oleo ungerent, unde uxores dictæ ſunt, quaſi unxores. *Cic. pro Sext. c.* 3. Duxit uxorem patre ejus viri optimi, & calamitoſiſſimi filiam, C. Scipionis. *Id.* 3. *de Fin. c.* 20. Uxorem ſibi adjungere. ¶ Uxorum duo genera fuere, unum earum, quæ proprie uxores, vel matronæ dicebantur, alterum earum, quæ matres familias appellabantur. *Cic. in Top.* Si ita Fabiæ pecunia legata eſt a viro, ſi ea uxor materfamilias eſſet, ſi ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus eſt enim uxor, ejus duæ formæ, una matrum familias, hæ ſunt, quæ in manum convenerunt, altera earum, quæ tantummodo uxores habebantur. *Matrona* dicta eſt proprie, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiamſi ſibi liberi nondum nati forent. Ita enim dicta eſt a *matris* nomine, non adepto jam, ſed cum ſpe, & omine mox adipiſcendi: unde ipſum quoque matrimonium dicitur. *Mater familias* appellata eſt ea ſola, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque eſſet, quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui heredis locum veniſſet. *Gell. l.* 18. *c.* 6. Sed *Feſtus* ita ſcribit: Mater familias non ante dicebatur, quam vir ejus pater familias dictus eſſet, nec poſſunt hoc nomine plures in una familia præter unam appellari, ſed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari poteſt. Longe aliter *Ulpianus* ſcripſit, *l. pronunciatio*, 46. *ff. de verb. ſignif.* Matrem familias accipere debemus eam, quæ non inhoneſte vixit. Matrem enim familias a cæteris fœminis mores diſcernunt, atque ſeparant. Proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua, ingenua ſit, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matres familiarum, ſed boni mores. Hæc *Ulp.* Cæterum *uxorem venire in manum mariti*, erat eam diſcedere ex poteſtate patris, vel tutorum, & tranſire in dominium mariti, vel eorum, quibus maritus ſubjectus erat. Item cum *uxorem in manu mariti eſſe* dicimus, eam in mariti poteſtate eſſe intelligimus, atque ita ut ſine eo auctore nec teſtari, nec contrahere poſſit. *Sigon.* ¶ Tribus autem modis uxor in manum, ſeu poteſtatem mariti veniebat, uſu, farre, coemptione. Ex his illa ſolum materfamilias vocabatur, quæ per coemptionem in manum mariti veneret. *Uſu* fieri matrimonium dicebatur, cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium conveniebat, & cum viro ita conſueſcebat, ut cum juſto marito, adeo ut, ſi uſus ille intra annum non interrumperetur, pro uſucapta jam haberetur. Qua de re omnino ſcriptum fuiſſe in XII. Tabulis, ſatis *Gell.* indicat *l.* 3. *c.* 2. Q. Mucium Juriſconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ cum Cal. Januariis apud virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, ante diem 4. Cal. Januarias ſequentes uſurpatum iſſet. Non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a viro uſurpandi cauſa ex duodecim Tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calen-

Digitized by Google

Calendis. Ex his Gellii verbis apparet, ut aliarum rerum, ſic etiam uxorum uſucapionem fuiſſe, &, ſi uxor per annum integrum, nullo interrupto uſu apud virum fuiſſet, in manum mariti veniſſe, & ex tutorum poteſtate exiiſſe, uſum vero, ſi per tres noctes ab eo abfuiſſet, interruptum fuiſſe. *Confarreatio* fuit contractus matrimonii proprius Pontificum, qui ſolemni ſacrificio celebrabatur, ita dictus, quod Romani omnes ſacrificium a farre exordirentur, ut Græci ab hordeo, conjuges vero eodem farre veſcerentur, quo etiam victimas reſpergerent. *Ulpian. tit. 9. Inſtit.* Farro conveniunt in manum certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, & ſolemni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. *Plin. l. 18. c. 3.* In ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat, novæque nuptæ farreum præferebant. Hinc *diffarreatio* apud *Feſtum* diſſolutio matrimonii dicitur confarreatione contracti. Cæterum *Tacit. l. 3. Annal.* ait, confarreandi conſuetudinem aut omiſſam fuiſſe, aut inter paucos retentam. *Coemptionis* hæc ratio fuit. Veteri Romanorum lege, ut *Varro* tradit, nubentes mulieres tres ad virum aſſes ferre ſolebant, atque unum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi cauſa marito dare, alium, quem in pede habebant, in foco Larium familiarium ponere, tertium in ſacciperio cum condidiſſent, compito viciniali ſolebant reſignare. Hujus rei meminit etiam *Cic. pro Mur.* & *l. 2. de Or.*

Uxorcŭla, æ, f. γυναικίον, parva uxor. *Apul. l. 9. Metam.* Erat ei oxorſula, etiam ſatis quidem tenuis. ¶ Uſurpatur hæc vox in blanditiis. *Plaut. Caſ. 4. 4. 19.* Mea uxorcula. *Id. ib. 5. 2. 32.* Amabo mea uxorcula, cur virum tuum ſic me ſpernit?

Uxorcŭlo, as, a. r. diligo. *Plaut. apud Var. l. 6. de L. L.* Mulieres uxorculavit, ego novi, ſcio axitioſas. Alii exponunt, uxores fecit.

Uxorius, a, um, *della moglie*, γυναικεῖος, quod eſt uxoris, vel quod ad uxorem pertinet. *Cic. 3. Offic.* In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius. *Ovid. 2. de Ar. v. 155.* Hoc decet uxores, dos eſt uxoria lites. ¶ *Uxoria forma*, pulchritudo mediocris. *Gel. l. 5. c. 11.* Inter pulcherrimam fœminam, & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, & a ſummo deformitatis odio vacat, qualis a Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo *ſtata* dicitur, quia neque ἀναγή futura ſit, neque ποινή: quam formam modicam, & modeſtam Phavorinus non mehercle inſcite appellabat uxoriam. ¶ Aliquando uxorius, γυναιμανής, φιλόγυνος, dicitur, qui uxori nimis inſervit. *Virg. 4. Æn. v. 266.* Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem Extruis? *Horat. l. 1. od. 2.* Vagus, & ſiniſtra Labitur ripa, Jove non probante, uxorius amnis. ¶ *Uxoria bibere* apud *Quintil. Declam. 15.* eſt bibere medicamenta, quæ uxoris amorem concilient. ¶ *Uxorium pendere* dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, æs populo dedit. *Feſt.*

DE LITERA X.

X Litera, ξ, ſemivocalis eſt, ex earum numero, quæ duplices appellantur. Vim enim duarum conſonantium habet, nimirum *cs*, vel *gs*. Sane veteres pro *x* modo *cs*, modo *gs*, utebantur, ut *apecs*, *gregs*, pro quibus nunc *apex*, & *grex* dicimus. *Quintil. l. 1. c. 4.* Et noſtrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. ¶ Latini hoc elementum, quod vaſtioris ſoni videretur, quibuſdam dictionibus exemerunt, unde pro vexillo *velum*, pro axilla *alam*, pro paxillo *palum* dicere maluerunt. Quod & ipſe teſtatur *Cic. in Orat. c. 45.* Quomodo enim, inquit, noſter Axilla, Ala factus eſt, niſi fuga vaſtioris literæ, quam literam etiam e maxillis, e taxillis, & vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit? ¶ In compoſitione, quotieſcunque præcedit dictionem incipientem a vocali, vel *c*, *p*, *t*, utraque compoſitionis pars remanet integra, ut *exaro*, *exeo*, *exigo*, *exoleo*, *exuro*, *excutio*, *expers*, *explodo*, *extabo*, *extundo*. Sed ſi præcedat *s* literam, *s* vel abjicitur, vel retinetur; ſcribitur enim *exſurgo*, & *exurgo*, *exſequor*, & *exequor*, &c. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarii, ſicuti & V, quæ dimidiata pars eſt literæ X, nota eſt numeri quinarii. Hinc factum eſt, ut in vetuſtis codicibus hæc nota aliquando inveniatur pro denario Romano, qui quatuor valebat nummis ſeſtertiis. *Plin. l. 21. c. 12.* Quod minora folia eſt, meſoſphærum appellatur, emitur X Lx. Laudatiſſimum microſphærum e minimis folium, pretium ejus X. Lxxv.

X ANTE A.

Xantha, es, f. ξάνθη, Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia, a ξανθός, ή, όν, *flavus*, *a*, *um*, nempe a colore flavo, ſive rufo. *Heſiod. in Theog.*

Xanthēnes, is, m. gemmæ genus, a ξανθός, *flavus*, quia eſt electri colore. *Plin. l. 37. c. 10.* Xanthenem in Media naſci Democritus tradit electri colore, & ſiquis terat in vino, palmeo, & croceo, ceræ modo lenteſcens, odoris magni ſuavitatis. Aliqui codices habent *xanthenem*.

Xantho, us, f. contr. ξανθώ, una ex Nymphis, Oceani, & Tethyos filia. *Virg. l. 4. Georg.* Drymoque, Xanthoque, Lygeaque, Phyllodoceque. *Heſiod. in Theogonia* Xanthen appellat.

Xanthos, m. 2. ξανθός, gemmæ genus. *Plin. l. 37. c. 10.* Eſt & alia ejuſdem generis, quæ vocatur henui ab Indis, xanthos appellata a Græcis, e fulvo candicans.

Xanthus, i, m. *Santo*, ξάνθος, fl. Phrygiæ, ſeu Troadis, qui ex Ida monte oritur, atque in portum Achæorum & in Helleſpontum apud Dardanum urbem influit. Diverſus eſt a Scamandro, & a Simoente. *Plin. l. 5. c. 30.* Sed *Dion. Pruſ.* & *Maxim. Tyrius* eundem eſſe ac Scamandrum, tradunt. Verum quia hi tres amnes confluunt apud oram, propterea iidem ab aliquibus cenſentur. Dictus creditur a ξανθός, *flavus*, quod ovium vellera rufo inficiat colore. *Plin. lib. 2. c. 103.* ¶ Secundum fabulas fuit filius Jovis. De hoc oraculum Apollinis fuit, Græcos Ilii non eſſe potituros, niſi equos Rheſi abduxiſſent, antequam herbam Troadis guſtaſſent, & de Xanthi aqua bibiſſent, quod a Diomede, & Ulyſſe factum eſt occiſo Rheſo noctu, & per inſidias. *Virg. 1. Æn.* Ardenteſque avertit equos in caſtra, prius, quam Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent. ¶ Xanthus alter, qui *Straboni* Sirbis, & *Plinio* Glaucus dicitur, *Santo*, *Sirbi*, fl. Lyciæ, qui ex Cadmo monte oritur duobus fontibus, Xanthum urbem interluit, & non procul ab ea in Lycium mare ſe exonerat. *Virg. 4. Æn.* Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo. ¶ Xanthus item, fluviolus Epiri, quem arenteſ. *Virg. 3. Æn.* Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum Agnoſco.

Xanthus, i, f. Xanthopolis, *Santa*, *Sirbi*, urbs Lyciæ, non parva, proxima Pataræ, ab oſtio Xanthi fl. quo alluitur, 70. ſtad. Si *Stephano* credimus, a Xantho Cretenſi nominata eſt, *Plin. l. 5. c. 27.* ¶ Xanthus item opp. Lesbi inſ. *Steph.*

X ANTE E.

Xeniŏlum, i, parvum xenium. *Apul. l. 1. A. A.* Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in ætate pretioſi. *Leg. 7. ff. de offic. proconſ.* Ad xeniola non pertinet. Al. leg. ad xenia jam non pertinet.

Xenium, ii, n. *regalo che ſi fa agli oſpiti*, ξένιον, munus hoſpitibus dari ſolitum, a ξένος, *hoſpes*. Unde ab *Apul.* vocatur munus hoſpitale. Latini, *Feſto* teſte, vocant *Lautia*: quam vocem exponens *Plutarchus*, non ſimpliciter ξένια dicit, ſed τὰ πεμπόμενα τοῖς πρέσβεσι ξένια. Martial. l. 13. *Xenia* inſcripſit, quod in eo ejuſmodi res diſtichis deſcribit, cujuſmodi hoſpitibus mitti ſolent, & quod verſus ipſi pro xeniis mitti poſſint. In ejus *epigr. 3.* hæc ſunt. Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello Conſtabit nummis quattuor empta tibi. *Et infra.* Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas, Si tibi tam rarus, quam mihi, nummus erit. ¶ Dona etiam, quæ dabantur convivis poſt cœnam, xenia dicta ſunt. *Plin. l. 6. epiſt. 31.* Adhibebamur quotidie cœnæ, erat modica, ſi principem cogites: interdum ἀκροάματα audiebamus, interdum jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur. Summo die abeuntibus nobis, (quam diligens in Cæſare humanitas!) xenia ſunt miſſa. Adde *Vitr. l. 6. c. 10.* ¶ Item quæcunque munera amicis domi ſuæ degentibus mittebantur, *regali*, *preſenti*, de quibus præcipue intelligenda ſunt *Martialis* xenia toto *l. 13.* ¶ Item munera, quæ a provincialibus dabantur proconſulibus, & aliis provinciarum rectoribus, quorum mentio eſt *leg. 6. ff. de offic. proconſ.* ¶ Item quæ ultro largiri ſolebant res auſidiciis, & advocatis pro cauſarum actionibus. *Plin. l. 5. epiſt. 14.* Quam me juvat, quod in cauſis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xeniis ſemper abſtinui.

Xenodochium, vel Xenodochēum, i, n. *ſpedale*, Ger. *ſpital*, Gal. *hoſpital*, Hiſp. *hoſpetal*, ξενοδοχεῖον, hoſpitale, locus publicus, quo hoſpites, id eſt peregrini, excipiuntur, a ξένος, *hoſpes*, & δέχομαι, *ſuſcipio*. Hoc genus hoſpitii Hieroſolymis primum ab Hircano extructum fuiſſe, auctores ſunt Joſephus, & Egeſippus *leg. 33. & 35. Cod. de Epiſc. & Cler.*

Xenodŏchus, i, m. ξενοδόχος, qui advenas inopes hoſpitio excipit. *leg. 33. & 49. Cod. de Epiſc. & cler.*

Xenoparŏchi, m. 2. ξενοπάροχοι, iidem qui Parochi, qui legatis publice miſſis, cæteriſque alicujus dignitatis hoſpitibus ſalem, & ligna præbebant, unde & nomen acceperunt, παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, quod hoſpitibus neceſſaria ſuppeditarent. *Arcad. Dig. l. 50. tit. 4. leg. ult.* Tabularii, vel Xenoparochi, ut in quibuſdam civitatibus, &c.

Xenŏphon, ontis, maſc. Ξενοφῶν, Philoſophus, & Dux inſignis Athenienſium, diſcipulus Socratis, condiſcipulus Platonis, cum quo & ſimultates geſſit, ut fuſe probat *Gellius l. 14. c. 3.* Fuit moratus, lenis, & dulcis. Hinc Xenophontis voce Muſas locutas ferunt. Perfunctus eſt militia cum Cyro minore, eoque in acie cæſo, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniæ finibus per aſpera, & difficillima itinera incolumes in patriam reduxit. Scripſit Socratis ſermones, & librum de Oeconomia, qui a Cicerone ipſo latinitate donatus eſt. Item libros ſex de rebus Græcorum, idest hiſtoriam Peloponneſiaci belli, ac eorum, quæ Athenienſes poſt Thucydidem geſſerunt, quæ Paralipomena appellavit. Scripſit item Cyri majoris Pædiam, non tam hiſtoricæ ſerviens veritati (ut inquit *Cicero l. 2. de Or.*) quam ut abſolutum inſtitueret ducem: præterea Cyri minoris expeditionem adverſus Artaxerxem fratrem. Scripſit item Sympoſium. Ad hæc ſcripſit de re equeſtri, de venatione, Socratis Apologiam, aliaque nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Xenophon alter, vir Antiochenus, qui Amatoria quædam ſcripſit, quæ Babylonica appellavit. ¶ Fuit & hoc nomine vir Epheſius, qui & ipſe Amatoriarum narrationum libros decem ſcripſit, quæ Epheſiaca nominavit. ¶ Item vir Cyprius, qui & ipſa Amatoria quædam edidit de Cinyra, Myrrha, & Adonide, quæ Cypriaca inſcripſit. ¶ *Laertius* ſeptem commemorat Xenophontes, quorum nomina, & ſcripta vide apud ipſum.

Xenophontēus, a, um, &

Xenophontīus, a, um, adject. ad Xenophontem pertinens. *Cic. de clar. Orat. c. 35.* Xenophonteum ſermonis genus. *Id. 5. Fam. ep. 12.* Hercules Xenophontius, h. e. a Xenophonte in ſuis ſcriptis inductus.

Xerampelīnus, a, um, ξηραμπέλινος, quod vitem ſiccam imitatur, ut Xerampelinus color, *colore di roſa ſecca*, ξηραμπέλινον χρῶμα, quem videre eſt in arefactis vitium foliis, ut *Julius Scaliger exerc. 325. ſect. 10.* innuit, & etymon docet. Eſt enim ξηραμπέλινος ex ξηρός, hoc eſt aridus, & ἀμπέλινος, hoc eſt viteus, quod ab ἄμπελος, *vitis*. Quanquam quæri poſſit, num xerampelinus color a vitis foliis id nomen impoſitum ſit, quæ adulto jam autumno velut cruentata rubent, an a vitibus ipſis, quarum color pullus eſt. Sane quidam cenſent, xerampelinum colorem potius eſſe pullum, ſive atrum, idque adducti verbis Suidæ, qui χλαμύδας ξηραμπελίνας, etiam ὑπομελαίνας dictas ait: at has idem a colore atro dictas arbitratur, quemadmodum apud eum in Ἀτραβατικά videre potes. Utra verior ſit ſententia, docemur verbis huſce Juvenalis Scholiaſtæ veteris, ad vocem *campelinas* ſic commentantis: Veſtes ſcilicet, quæ ad uſum matronarum fuerunt amplini coloris, qui inter coccinum, & muricem medius eſt. Xeron vero ſiccum ſignificat. Hæc ille, quæ plane priorem opinionem firmant. Hinc xerampelinæ veſtes, quæ colore xerampelino tinctæ ſunt. *Juven. ſat. 6. v. 517.* Et xerampelinas veteres donaverat ipſi.

Xerantĭcus, a, um, adject. *diſſeccativo*, *eſſiccativo*, exſiccandi vim habens, ut xerantica decoctio, apud *Æmil. Mac. 1. 88.* Adde *Theod. Priſcian. l. 2. c. 3.*

Xerocollyrĭum, ſeu xerocolyrium, n. 2. ξηροκολλύριον, oculorum medicamentum, cujus materia ſunt res aridæ, ut ſemina, fructus, aromata, aliiſque hujuſmodi. *Marcell. Empir. c. 8.*

Xerolibya, æ, f. ξηρολιβύη, Libya ſicca, pars interior Libyæ arida, & deſerta, propter aquarum inopiam, inter Tripolim, & Pentapolim. *Servius in Æn. 4. v. 43.*

Xerolŏphus, m. 2. ξηρόλοφος, tumulus aridus, & ſiccus, ex congeſtis nempe lapidibus, a ξηρός, *aridus*, & λόφος, *tumulus*. Hujuſmodi locus fuit Byzantii, ubi cochleæ ſexdecim, & Dianæ columna ſtructilis, & tripodes, quibus multa epigrammata erant inſcripta, cujus adhuc non obſcura veſtigia ſupereſſe dicuntur. *Priſcian. l. 1. c. De accidentibus literæ:* Et epigrammata, quæ agnoſco legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſtat in Xerolopho Byzantii, ſic ſcripta &c. *Id. l. 6.* Et quod hoc verum ſit, oſtendunt epigrammata vetuſtiſſima, quæ literis antiquiſſimis ſcripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, qui eſt Conſtantinopoli, in loco, quem ξηρόλοφον vocant. Hac voce utitur & *Juſtinianus*, *C. de publ. judic.* etiamſi *Alciatus* vocem adulterinam eſſe putaverit.

Xerophagia, æ, f. ξηροφαγία, uſus ciborum aridorum, poſt quos non opus eſſet

Digitized by Google

eſſet lavare manus, a ξηρὸς, *ſiccus*, & φάγω, *comedo*, quo veſcendi genere utebantur tum athletæ apud Gentiles ad robur corporis, tum Chriſtiani ad vivendi parſimoniam, & ſobrietatem. Athletæ enim primis temporibus ficus tantum aridas eſitaviſſe dicuntur, deinde carnium uſu inveĉtis, eas non juruleutas, pingues, & laute conditas, ſed ſiccatas, preduraſque adhibebant. Apud Chriſtianos vero Xerophagia ſpecies erat abſtinentiæ: ſi enim nullo uterentur cibo, jejunium; ſi ſero, ſtatio; ſi arido, xerophagia. *Tertull. adverſ. Pſych. c.* 1. Arguunt nos, quod jejunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producemus, quod etiam Xerophagias obſervemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & omni jurulenta, & uvidioribus quibuſque pomis, nequid vinoſitatis vel edamus, vel potemus.

Xerophthalmia, æ, f. ξηροφθαλμία, lippitudo arida, qua neque tument, neque fluunt oculi, ſed rubent tantum, & cum dolore quodam graveſcunt, & noctu prægravi pituita inareſcunt. Eſt a ξηρὸς, *ſiccus*, & ὀφθαλμία, *lippitudo*. *Celſus l.* 6. *c.* 6. *n.* 29. Græcis literis ſcribit.

Xerxēna, æ, f. Ξερξήνη, regio Mediæ Borealis, inter Iberiam, & Albaniam, apud Alazonem fl. ſic dicta a Xerſe Perſarum Rege ibi orto, teſte *Eutropio*, ut Cambyſena a Cambyſe. Sed apud *Strabonem l.* 11. eſt regio Mediæ, Armeniæ majori contermina.

Xerxes, is, m. Ξέρξης, filius Darii, & Atoſſæ, nepos Cyri ex matre, Rex Perſarum. Cum Græciæ indicturus eſſet bellum, adhibitis Aſiæ principibus, per ſummam ſuperbiam ita eos affatus eſt: *Ne viderer meo tantummodo uſus conſilio, vos contraxi. Cæterum mementote, parendum magis vobis eſſe, quam ſuadendum*, ut refert *Val. Max. l.* 9. *c.* 5. *in Externis*, *n.* 2. Centum ſeptuaginta hominum myriadibus, hoc eſt decies ſepties centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Secundum *Juſtinum l.* 2. ſeptingenta millia de Regno armavit, & trecenta millia de auxiliis. Hinc non immerito proditum eſt, flumina ab ejus exercitu ſiccata, Græciamque omnem vix capere exercitum ejus potuiſſe. Tantum autem habuit navium apparatum, ut totum Helleſpontum operiret, & Aſiam Europæ ponte conjungeret. Naves decies centum millia numero habuiſſe dicitur. Athon præterea montem a continente abſcidit. *Vide Plin. l.* 4. *c.* 10. & *Juſt. l.* 2. Sed nihilominus victus eſt apud Thermopylas a quatuor hominum millibus, duce Leonida. V. *Leonidas*. Deinde duobus vulneribus terreſtri prælio acceptis, experiri maris fortunam ſtatuit. Ante navalis prælii congreſſionem miſit quatuor millia armatorum Delphos, ad templum Apollinis diripiendum: quæ manus tota imbribus, & fulminibus deleta eſt. Poſt hæc Theſpias, & Platæas, & Athenas vacuas hominibus incendit. Nam poſt pugnam Marathoniam, in qua pater Xerxis Darius, cæſis ducentis millibus Perſarum, a Miltiade victus fuerat, nihilominus ſuaſu Themiſtoclis Athenienſes, & alii ex navibus relictis urbibus degebant. Priuſquam Athenas deleret, Lacedæmonis invadendæ conſilium agitanti admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infuſum namque pateræ ejus vinum in ſanguinem nec ſemel, ſed iterum, & tertio converſum eſt. Qua de re conſulti Magi monuerunt, ut ab incepto abſtineret. Navali quoque certamine a Themiſtocle apud Salaminem ſuperatus eſt, in quo multæ naves captæ, multæ merſæ. Tunc qui antea tota maria claſſe ſternebat, via parvula cymba effugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipſe, re in Bœotia infeliciter geſta, cum pauciſſimis in Perſidem ſe recepit. Demum ſe ſe otio, ſocordiæque relicta militia tradidit, adeo ut præmium propoſuerit ei, qui inveniſſet novam voluptatem. Quamobrem a ſuis ſpretus, paucis poſt annis ab Artabano Præfecto ſuo in Regia interfectus eſt, cum regnaſſet annis octo. Nam deficiente quotidie Regis majeſtate, in ſpem Regni adductus, cum ſeptem robuſtiſſimis filiis Regiam veſperi ingreſſus eſt, quæ amicitiæ jure ſemper illi patebat, Regemque trucidavit. V. *Juſt. l.* 2. & 3. ¶ Xerxes alter, Pictor Heracleota, Venerem adeo pulchram pinxit, ut ex ea quæſtum magnum faceret, pretio accepto ab iis, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cavillo Venerem amicam Xerxis vocitabant, quod ex ejus picturæ lenocinio quæſtum faceret. *Helian. de varia Hiſtoria*.

X ANTE I.

Xiphīas, æ, m. ξιφίας, piſcis genus, roſtrum habens mucrone armatum, unde & Latini Græcos imitati, gladium appellant. Dictus a ξίφος, *enſis*, quia figura enſem refert. *Plin. lib.* 32. *cap.* 2. Xiphiam, ideſt gladium, roſtro mucronato eſſe, ab hoc naves perfoſſas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocetur, non procul Lixo flumine. ¶ Xiphiæ item ſtellæ ſunt ex genere cometarum, figura gladii. *Plin. l.* 2. *c.* 25. Eaſdem breviores, & in mucronem faſtigiatas xiphias vocavere, quæ ſunt omnium palidiſſimæ, & quodam gladii nitore, ac ſine ullis radiis.

Xiphīon, ii. n. 2. ξιφίον, herba folio mucronato, iridi non diſſimilis, quam Romani gladiolum, vulgus herbariorum *ſpatulam fœtidam* appellat. *Plin. l.* 25. *c.* 11. Xiphion, & phaſganion in humidis, cum primum exit, gladii præbet ſpeciem, caule duum cubitorum, radice ad nucis avellanæ figuram fimbriatæ, quam effodi ante meſſes oportet, ſiccari in umbra.

X ANTE Y.

Xylēos, i, f. herba, quæ & ſymphoniaca dicitur, & hyoſcyamus. *Apul. de herb. c.* 4.

Xyline, es, f. 1. *Semina*, ξυλίνη, opp. Cappadociæ, maritimum, ultra Trapezuntem, inter Cordalam ad Occ. & Aſporrum ad Or.

Xylĭnum, i, (ſubaudi *linum*: eſt enim adjectivum a *Xylon*) *bambagia*, *bombavo*, *cotone*, ξύλινον, genus lini candidiſſimi, & molliſſimi, quod etiam goſſipinum vocatur, naſcens in frutice, cui nomen xylon, item goſſipion, pomis quibuſdem incluſum, barbatæ nuci non diſſimilibus, quæ maturitate hiſcentia globum lini effundunt. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Parvus eſt, ſimilemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla ſunt eis in candore, molllitiave præferenda. Veſtes inde Sacerdotibus Ægypti gratiſſimæ. Hæc *Plinius*. Ubi per *bombycem* minime intelligere oportet fila bombycum, ſed lanuginem fructu xyli contentam, quam ſic vocat, quia & mollitie ſimilis eſt bombycum operi, & ſimiliter ex ea telas nent, veſteſque texunt. De hac lanugine ſic *Ulpianus in l. ſi cui lana legetur, ff. de legatis*, 3. Lana legata, etiam leporinam lanam, & anſerinam, & caprinam credo contineri, & de lino, quam Græci ἐριόξυλον, hoc eſt ligneam lanam, appellant.

Xylobalſămum, i, n. *xylobalſamo*, ξυλοβάλσαμον, balſami arbuſculæ lignum, cujus ſuccus *opobalſamum* appellatur. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Amputatio ipſa, ſurculuſque venit intra quantum demum annum. Xylobalſamum vocatur, & coquitur in unguentis.

Xylocinnamōmum, i, n. ξυλοκιννάμωμον, cinnami lignum. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Ipſum vero lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam; xylocinnamomum vocant.

Xylon, n. 2. ξύλον, *legno, che produce la bombagia*. Græce lignum ſignificat, ſed proprie hoc nomine dictus eſt frutex ille, quem alias goſſipion vocant, qui pomum fert ſimilitudine barbatæ nucis, quod matureſcens copia lanuginis, quam incluſam habet, dirumpitur, linique globum incluſum multo majorem, quam pro pomi magnitudine, detegit, quod lini genus inde xylinum, ſeu goſſipinum appellatur. Creſcit non in Tylo modo Arabici maris inſula, quod a *Theophraſto* ſcriptum eſt *l.* 4. *Hiſt. Plant. c.* 9. ſed etiam in pleriſque Mediterranei maris inſulis, uti Melita, Creta, locieſque aliis ad Auſtrum vergentibus. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon, &c. V. *Ruell. l.* 2. *c.* 150.

Xylophyton, n. herba, quæ & conſolida dicitur. *Apul. de herb. c.* 59.

Xylopŏlis, is, f. ξυλόπολις, opp. Mygdoniæ, in Macedonia, Aſſoro finitimum. Pop. Xylopolitæ. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Xylopolitæ, V. Xylopolis.

Xylothon, n. herba quinque folium. *Apul. de herb. c. c.*

Xyris, is, ξυρὶς, herba folia habens iridis, ſed latiora, & in turbine mucronata, quorum a medio caulis erumpit craſſus, cubitalis, ex quo ſiliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in medio puniceus, ſemen in folliculis ſimile fabis, rotundum, rubrum, acre, radice longa, geniculata, roſa. Officinæ eradem *ſylveſtrem* appellant. *Plin. lib.* 21. *c.* 20. Iris ruſa melior, quam candida. *Et infra*: Sunt, qui ſylveſtrem xyrin vocent.

Xyſtarchus, i, & Xyſtarches, æ, m. qui xyſto, & athletarum exercitiis & certaminibus præerat. Hanc vocem reperies apud *Tertullian. ad Martyres c.* 3. & apud *Ammian. l.* 21. *c.* 1.

Xyſtĭci, orum, m. 2. ξυστικοί, athletæ, a *xyſto*, quod in xyſto ſe exercerent. *Suet. in Aug. c.* 45. Nec tamen eo minus xyſticorum concertationes, aut gladiatorum pugnas ſeveriſſime ſemper coegit. Uſus eſt & *in Galba c.* 15.

Xyſtĭcus, a, um, adject. ξυστικός, ad xyſtum pertinens, vel ad ludos & certamina, quæ in xyſto fiunt. *Tert. de pud. c.* 7. Spectaculum quadrigarii furoris, & gladiatorii cruoris, & ſcenicæ fœditatis, & xyſticæ vanitatis. *Id. de Pall. c.* 4. xyſticas munditias vocat, quibus ſtudebant athletæ ad augendas, ſervandaſque corporis vires. *Suet. in Galb. c.* 15. ſi quid ſcenicis, aut xyſticis donatum olim vendidiſſent.

Xyſtĭus, m. 2. ξύστιος, gemma, ex genere jaſpidum, in India. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Eadem & xyſtion parit plebejam ibi gemmam.

Xyſtum, i, n. idem ac xyſtus. *Vitr. l.* 5. *c.* 11. Hypæthræ ambulationes, quas Græci παραδρομίδας, noſtri xyſta appellant. V. vocem ſequentem.

Xyſtus, i, m. *portico*, *loggia*, אולם, Ger. *ſchopus*, Gal. *galerie*, Hiſp. *portal*, ξυστός, porticus ampla, & lata, in qua athletæ per hyemem exercebantur. dicta videtur a ξύειν, *raſus*, *politus*, *æquatus*, quia ſternebatur terra, ſeu arena raſa, æquataque, in qua facile conſiſtere athletæ poſſent. Erant autem xyſti ea latitudine, ut præter locum vacuum in medio pro athletis, præberent etiam commodum a lateribus ſpatium pro ſpectatoribus. *Tertul. in Apolog. c.* 38. Nihil nobis eſt cum inſania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xyſti vanitate. Plura de Xyſtis, & Xyſticis V. apud *Onuphr. Panvin. l. de lud. Circenſ. c.* 1. & *Roſin. Antiq. Rom. l.* 5. *c.* 4. ¶ Hujuſmodi porticus aptæ etiam erant ambulationibus, & collocutionibus hominum; ſolebantque circa villas extrui etiam ornatus gratia, conſitis ordine arboribus ad umbram, floribus ad odorem, & ſedilibus ad quietem, *viali*, *ſtrade da paſſeggio*. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus. *Cic.* 4. *Acad. c.* 3. Cum igitur pauca in xyſto locuti eſſemus, tum eodem in ſpatio conſedimus. *Id. in Brut. c.* 3. Cum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi. ¶ Apud Vitruvium quoque mentio fit xyſtorum. videtur autem ita diſtinguere inter *Xyſtus*, m. & *Xyſtum*, n. ut ille porticum tectam ad exercitationes athletarum, hoc autem ſubdialem ambulationem ſignificet: verum hoc diſcrimen alii in verbis *Vitruvii* (quæ ſunt *l.* 5. *c.* 11.) non agnoſcunt. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

DE LITERA Y.

Y Græcorum vocalis eſt, qua in illorum dictionibus ſcribendis tantum utimur. Hujus loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem ſubſtituebant. *Cic. in Orat.* Burrum ſemper Ennius, nunquam Pyrrhum: Vi patefecerunt Bruges, non Phryges, ipſius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant. Nunc autem etiam duas. Et cum Phrygum, & Phrygibus dicendum eſſet, abſurdum erat aut tantum barbaris caſibus Græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolum Græce loqui, tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium cauſa dicimus. ¶ Peculiare autem eſt huic elemento, ut in capite dictionum perpetuo aſpiretur. Quare quæ ob eam initium ſumunt, requirenda ſunt inter aſpirata in litera H.

DE LITERA Z.

Z Litera Græca eſt, qua in Latinis dictionibus non utimur. Eſt ſemivocalis, ex genere literarum duplicium. Valet enim *ſd*. Ejus loco nos ſubſtituimus interdum geminum *ſſ*, ut *patriſſo* pro πατρίζω, *pitiſſo* pro πυτίζω, interdum *ſd*, ut *Eſdras* pro Ἔζρας. Antiqui loco ejus unicum aliquando *ſ* ſcribebant, ut *Sacynthus* pro Ζάκυνθος, *Setus* pro ζῆθος. Nonnunquam etiam *d* literam loco ejus uſurpabant, ut *Medentius* pro *Mezentius*. Sed hoc tantum apud antiquiſſimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ANTE A.

Zabulus, i, m. idem quod *Diabolus*, ea ratione, qua *zeta* pro *dieta* dicitur. *Lactant. de mortib. perſecut. c.* 16.

Zacynthĭus, a, um, adject. ad Zacynthum inſulam pertinens. *Nepos in Dion. cap.* 9. Zacynthios adoleſcentes. *Plaut. Merc.* 5. 2. Calchas iſte Zacynthius eſt.

Zacynthos, f. 2. *il Zante*, Ζάκυνθος, inſ. maris Jonii, olim Hyrie, teſte *Plin. l.* 4. *c.* 12. verſus oram Occ. Peloponneſi. Excurrit in longit. ad 25. M. P. in latit. 20. Ambitus ejus ſecundum *Plin.* & *Ferrar.* eſt 36. M. P. ſecundum *Baudrand.* 60. Jacet contra Chelonitem promont. inter Cephaleniam ad Arctos, & Strophades ad Auſtr. *Plinius* illam a Cephalenia 22. M. P. diſtare ſcribit, *Strabo* 60. tantum ſtad. Urbem habet cognominem, amplam, & permunitam, cum arce in colle. Condita fuit a Zacyntho Dardani filio, unde nomen, teſte *Stephano*. *Virg.* 3. *Æn.* Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Zaleucus, i, maſc. Ζάλευκος, Legiſlator Locrenſium. Sed dubitatur, utrum extiterit. *Timæus* negat Zaleucum iſtum ullum fuiſſe, *Theo-*

Digitized by Google

phraſtus affirmat. Hic, cum in adulteros pœnam ſtatuiſſet, ut in adulterio deprehenſi utroque orbarentur oculo, oblatus eſt ei filius, multiſque teſtibus adulterii convictus eſt. Filium damnavit. Cum tota civitas in honorem patris pœnæ neceſſitatem adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnavit. Ad ultimum precibus populi evictus, altero ſibi, altero filio oculo eruto, uſum videndi utrique reliquit. *Valer. Max. l. 6. c. 5. de juſtit. in extern. n. 3.*

Zeliſcus, ſeu Zelicus, m. 2. fl. Cappadociæ, in Aſia minore, in confinio Galatiæ, ſeu potius fl. ipſius Galatiæ, qui per Paphlagoniam in mare Euxinum fluit, inter Sinopen ad Occ. & Amiſum ad Or. Sed *Baudrandi* deſcriptione longe abeſt a Cappadocia, oritur in confinio Galatiæ, deindeque per Paphlagoniam fluens, ibi in Pontum Euxinum cadit, 30. M. P. a Sinope in Or.

Zamia, æ, f. *danno, perdita*, detrimentum, jactura, a Græco ζημία, & Dorice ζαμία. *Plaut. Aulul. 2. 3. 19.* Nemini credo, qui large blandu'ſt dives pauperi. ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam. Ubi hypallage eſt, h. e. *aliqua zamia pauperem onerat.* ¶ Apud *Plin. l. 16. c. 26.* zamiæ dicuntur nuces pini arboris, quæ matureſcentes ſe dividunt; & appellationis ratio eſt, quia niſi decerpantur, ceteras lædunt.

Zancle, es, f. ζάγκλε, Sicilia, a ζάγκλη, ideſt a Saturni falce, quam Poetæ fabulantur in Siciliam decidiſſe. Quam fabulam inde ortam putat *Macrobius*, quod Sicilia imprimis frugum fertilis ſit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum uſum inveniſſe. *Ovid. 15. Met. v. 290.* Zancle quoque juncta fuiſſe Italiæ legitur, donec confinia pontus Abſtulit, & media tellurem reppulit unda.

Zancle, es, f. 1. ζάγκλη, urbs Siciliæ, in penitiſſimo Pelori ſinu, a ζάγκλη, quod apud Siculos eſt falx, eſtque a ζα pro διὰ, & ἀγκύλον, nempe a ſitus obliquitate, quod falcis in modum curvata eſſet, vel a nomine generali inſulæ, quæ & ipſa Zancle vocabatur. Poſtea a Meſſeniis inſtauratoribus μεσσήνη, hoc eſt Meſſana, dicta eſt. ¶ Zancle item, opp. Meſſeniæ, in Peloponneſo. *Plin. l. 4. c. 5.*

Zanclæus, a, um, Siculus. *Ovid. 13. Met. v. 603.* Sub noctem potitur Zanclæ claſſis arena.

Zancleius, a, um, Siculus, *Ovid. 14. Met. v. 47.* Oppoſitumque patens contra Zancleia ſaxa.

Z ANTE E.

Zea, æ, f. *ſpelta*, ζειά, genus frumenti ſimile farri. Græce eſt ζέα, pro quo & ζειὰ dicitur, quod Homero, & Hippocrati, & univerſe Jonica ſcribentibus familiarius eſt. Far ſic vocari, ſcribit *Hieronymus in Iſaia c. 28. & Ezech. c. 4.* Manifeſte diſtinguit *Plinius l. 18. c. 8.* ut videbimus infra. Duo ejus genera tradit *Dioſcorides l. 2. c. 80.* alterum ſimplex, & unum tantum granum, alterum, quod dicoccon, hoc eſt gemini, & duplicis grani appellant, duobus folliculis conjunctum ſemen habens, ex quo fit ſorbitio, vel puls, quæ vocatur *alica*: de qua V. ſuo loco. *Plin. l. 18. c. 8.* Ægypto, ac Syriæ, Ciliciæque, & Aſiæ, ac Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe. Qui zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maxime, ſemenque appellatur. ¶ Eſt etiam zea roriſmarini ſpecies. *Apul. de herb. c. 79.*

Zelatrix mulier dicitur, quæ cum alieno viro cubans juſtæ uxoris amorem ſuo præferri timet. *Tertull. in exhortat. ad caſt. c. 9.* Omnis mulier zelatrix eſt, quamdiu aliena.

Zelo, as, a. 1. *aver zelo*, ζηλόω, æmulor, cupide aliquid imitor, tam vehementer amo, ut neminem in partem amoris admitti patiar, &c. *Tert. carm. cont. Marc. l. 4. v. 36.* Qui zelat populum ſummo pietatis amore.

Zelotes, æ, m. *geloſo, zelante*, ζηλωτής, accipitur pro amatore, qui nullum in amore fert rivalem. In hac ſignificatione frequenter occurrit in ſacris Literis, præcipueque apud Prophetas, qui Deum zelotem eſſe prædicant, hoc eſt zelotypum, & ferre non poſſe, ut amor illius, cultuſque ſibi uni debitus, ad idola, dæmoneſve transferatur. Adde *Tertul. l. 1. adv. Marcion. c. 28. & l. 4. c. 25.*

Zelotypa, æ, f. *geloſa*, mulier zelotypiam habens. *Petron. in Satyr.* Noli zelotypa eſſe. *Juvenal. ſat. 6. v. 277.* Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.

Zelotypia, æ, f. *geloſia*, ζηλοτυπία, ægritudo animi, cum, ne quis poſſideat, timemus, quod poſſidere ſoli cupimus. *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupiverit. *Antonius Cic. inter ep. ad Att. l. 10. poſt ep. 8.* Judicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis a zelotypia mea, quam ab injuria tua, nata eſt. *Plin. l. 25. c. 7.* Nympha zelotypia erga Herculem mortua.

Zelotypus, i, m. *geloſo*, ζηλότυπος, idem ac zelotes, ideſt æmulator, ſuſpicioſus in amore. Dictus eſt vel a ζῆλος, & τύπος, quia in zelotypis non amor verus ſit, ſed ejus ſolum typus, ac imago quædam, vel quaſi ζήλῳ τυπείς, *zelo percuſſus*, quia qui hic affectus eſt, rivalem in amore metuit, nec pati poteſt. *Juven. ſat. 5. v. 45.* zelotypo juvenis prælatus Iarba. Adde *Quintil. l. 4. c. 2.*

Zelus, i, m. *zelo, emulazione*, ζῆλος, fervor ille animi, qui in æmulatione cernitur, qui interdum vitioſus eſt, interdum cum virtute, quatenus ſcilicet vel ad honeſta ſtudioſius capeſſenda incitat, vel invidiam de alterius bonis, odiumque interdum parit. *Prudent. Hamartig. v. 188.* ſcintilla odii de fomite zeli. *Vitruv. in præfat. l. 7.* Ptolemæus infinito zelo, cupiditatiſque incitatus ſtudio ad eundem modum contenderat bibliothecam Alexandriæ comparare.

Zeno, & Zenon, onis, m. Ζήνων, Philoſophus Pythagoricus Eleates, id eſt ex Elea urbe Æolidis, quem Dialecticæ inventorem fuiſſe ſcribit Ariſtoteles. Fuit in ſecta eorum Philoſophorum, qui id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet unum, & ſimile, & idem, & ſemper, ſeu quorum omne bonum in mente poſitum fuit, & in mentis acie, qua verum cerneretur: cujus diſciplinæ princeps fuit Xenophanes Colophonius, deinde eum ſecuti Parmenides, & Zeno, ambo Eleates, a quibus Philoſophi *Eleatici* nominabantur; poſt Euclides Socratis diſcipulus Megareus, a quo iidem illi *Megarici* dicti, tandem Menedemus Eretriacus, ideſt ex Eretria urbe Eubœæ, a quo *Eretriaci* appellati. Hujus celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nam cum adoleſcentes nobiliſſimus cupiditate liberandæ patriæ inflammaſſet contra Nearchum Tyrannum, facto indicio comprehenſus, tradituſque eſt tortoribus torquendus. Cumque laceraretur, ut conſcios conjurationis nominaret, neminem illorum indicavit, ſed amicos, intimoſque Tyranni participes conjurationis eſſe dixit. Deinde cum quippiam ſe in aurem Tyranni loqui velle ſignificaſſet, eam morſicus correptam non ante dimiſit, quam rupta aura populorum caput reliquiſſet. Verum, cum jam vereretur, ne totius reperiſſe tormentis reſiſtere non poſſet, converſus ad cives, qui quæſtioni interererent, *Admiror*, inquit, *veſtram ignaviam, o cives, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, Tyranni jugum ſuſtinetis*, idque cum dixiſſet, conciſam dentibus linguam in os Tyranni expuit. Quo facto tanto civium animus libertatis deſiderio incendit, ut concurſu undique facto Nearchum lapidaverint. *Cic. 2. Tuſc. & 3. de nat. Deor.* ¶ Zeno alter, Philoſophus Citticus, i. e. ex Cittio, ſeu Citio, ſeu Cytio, ſeu Cythio urbe Cypri, docuit Philoſophiam Athenis, in porticu Pœcile. Hinc dicitur auctor, & princeps Stoicorum, a στοᾶ, *porticus*. Poſuit unum tantum genus boni, quod virtute continetur, dixitque, nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſt, nihil item malum eſſe, niſi turpe, ſeu vitium, & peccatum, cetera nec bona nec mala eſſe, felicitatem in ſola virtute conſiſtere. *Cic. 1. & 2. Acad. 1. 2. 3. 4. 5. de Fin. 2. 4. 5. Tuſc. 1. de Leg. & 1. Parad.* Tanto in honore apud Athenienſes habitus eſt, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipſum aurea corona, & ſtatua ærea. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno ſine morbo. Nam, ut ferunt, cum abiret ex ſchola, lapidem offendens digitum perfregit, manu vero terram feriens, illud uſurpavit ex Niobe, *Venio, quid me vocas?* & continuo ſe ſtrangulans interiit. ¶ Zeno alius, Philoſophus Epicureus, ætate Ciceronis. *Cic. 1. de Fin. & 3. Tuſc.* ¶ Hoc nomen duplicem habet nominativum caſum, ut poſuimus, ſed *Zeno* frequentius eſt quam *Zenon*. Cicero enim paſſim *Zeno* uſurpat. *At Varr. apud Non. c. 2. n. 649.* Zenon, inquit, novam hæreſim novo paxillo ſuſpendiſſe dicatur.

Zephyritis, idis, patronym. fœmininum. Hoc nomine appellatur Flora Dea, Zephyri filia. *Catull. de coma Beren. v. 57.* Ipſa ſuum zephyritis eo famulum legarat.

Zephyrius, a, um, ζεφύριος, quod ad Zephyrum ſpectat. *Ova Zephyria*, ὠὰ ζεφύρια, eadem, ac hypenemia, ὑπηνέμια, ideſt ventoſa, ſterilia, ita dicta a *Zephyrus*, quod vento putentur generari, ſeu potius quod inania ſint inſtar venti. Utriuſque appellationis meminit *Ariſtoteles l. 3. de gen. animal. cap. 1. & l. 6. Hiſt. animal. c. 2. Plin. l. 10. cap. 60.* Irrita ova, quæ hypenemia diximus, quidam & vento putant generari, qua de cauſa etiam Zephyria appellantur.

Zephyrus, i, m. *Zefiro, Ponente*, ζέφυρος, unus ex quatuor ventis cardinalibus, qui flat ab Occaſu ſolſtitiali, al. æquinoctiali, adverſus Subſolanum, ut Auctor libri de Mundo ſcribit, idque adſtipulante *Gell. l. 2. c. 22. & Plin. l. 18. c. 34.* Ita dictus videtur quaſi ζωηφόρος, ſive τὸ ζωὴν φέρον, ideſt ferens vitam, ſeu vivere, quia nempe τῷ θέρμῳ τούτου αὐτῷ αἱ καρποὶ αὔξονται, *calore ipſius flantis fructus augentur*, unde & genitalis mundi ſpiritus *Plinio* appellatur. Idem exiſtimatur, qui Favonius. Sed Vegetius Zephyrum, & Favonium diverſos ventos eſſe vult. Hic ventus cum flat, ver inchoat, ut *Plin. loc. cit.* teſtatur. Hinc *Horat. l. 1. ep. 7. v. 13.* te, dulcis amice, reviſet Cum Zephyris, ſi concedas, & hirundine prima. Et *Virg. 1. Georg.* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit. ¶ Secundum fabulas fuit filius Aſtræi, & Auroræ, fertturque Chlorin Nympham adamaſſe, eique conceſſiſſe, ut floribus præeſſet, quæ deinceps Flora dicta eſt. Homerus etiam in Iliade narrat, a Zephyro Thyellam Harpyam amatam eſſe, indeque procreatos Xanthum, & Balium equos Achillis. *Boccat. l. 4. Gen. Deor.* ¶ Narrat etiam *Servius in Ecl. 5.* unam ex Horis Zephyro tributam uxorem fuiſſe, ex qua ſuſceperit filium Carpon nomine, longe pulcherrimi corporis, qui poſt ab Jove in rerum omnium fructus converſus ſit. Hac autem fabula deſignatur effectus hujus venti, omnes fructus genitali aura fœcundantis, & ad maturitatem perducentis, ut dictum eſt. ¶ Hujus officium eſt portare nuntios Deorum, quos celeriter aliquo pervenire opus ſit. *Virg. 4. Æn. v. 222.* Tum ſic Mercurium alloquitur, & talia mandat: Vade, age, nate, voca Zephyros, & labere pennis.

Zerbis, is, m. ζέρβις, fl. Meſopotamiæ, al. Armeniæ in Meſopotamiæ confinio, qui per Alonos populos vicinos Gordyæis in Tigrim influit. *Plin. l. 7. c. 36.*

Zeros, os. c. genus gemmæ, ſimilis iridi. *Plin. l. 37. c. 9. in fin.*: Similis eſt aſpectu, ſed non ejuſdem effectus, quæ vocatur zeros, alba, nigraque macula in tranſverſum diſtinguente cryſtallum.

Zerynthius, a, um, quod ad Zerynthum opp. Samothraciæ ſpectat. *Ovid. l. 1. Triſt. el. 9.* Inde levi vento Zerynthia litora nacta Threiciam tetigit feſſa carina Samon.

Zeta, æ, f. *appartamento*, pars domus, cubiculum, vel plurium cubiculorum, quorum ab altero in alterum tranſitus ſit, connexum. Uno verbo, idem omnino eſt ac *diæta*, quam vocem Vide ſupra ſuo loco. *Lamprid. in Heliog. c. 31.* Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. *profumare le ſtanze*. Adde etiam ea exempla, quæ in *Diæta* attulimus, in quibus fere omnibus, ut ab Eruditis obſervatum eſt, quædam editiones habent *zeta*, quædam *diæta*: nam zeta ea ratione a *diæta* facta eſt, qua a *diabolus* *zabulus*, & ζαβάλλειν a διαβάλλειν &c. ut docet *Voſſ. in Etymologico.* ¶ Eſt etiam nomen literæ. *Auſon. in Technopægn. de monoſyll.* Zeta jacens, ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur, N.

Zetarius, ii, m. *cameriere*, idem qui *diætarius*, quod V. Sic *Paul. l. 3. ſentent. tit. 6.* zetarios vocat, quos *Ulpian. l. 33. Dig. tit. 7. leg. 12. §. 42.* diætarios.

Zetecula. V. Zothecula.

Zetes, ſeu Zethes, æ, m. ζήτης, ζήθης, filius Boreæ Regis Thraciæ, & Orythyæ, frater Calais. *Ovid. 7. Met.* Implumes Calaiſque puer, Zeteſque fuerunt. *V. Calais.*

Zethus, i, m. Ζῆθος, Jovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis, cui coadjutor fuit in condendis Thebis. Genuit ex Aedone uxore Itylum, & Thium. *Cic. 2. de Or. c. 37.* Miror, cur Philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixerit. *Hor. l. 1. epiſt. 18. v. 41.* Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi diſſiluit. ¶ Fuit etiam Zethus mathematicus quidam inſignis, de quo *Sidon. l. 4. ep. 3.* Inveſtigare cum Atlante ſidera, cum Zetho pondera, cum Chryſippo numeros. ¶ Scribitur & *Zetus* ſine aſpiratione.

Zetta, æ, f. *Zerbi*, oppidum Africæ maritimum apud Zetham promontorium inter Syrtem parvam & magnam. *Hirt. de B. Alexandr.*

Zeugites, æ, m. ζευγίτης, genus calami, ſeu arundinis, ſeu tibiæ, in Orchomenio lacu, a ζυγός, *jugum*, nempe a paritate, quod ex duplices fiebant tibiæ. *Plin. l. 16. c. 36.* Cum igitur antea permanſeri mandata, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem; vocabantur zeugitæ.

Zeugma, atis, n. ζεῦγμα, Græca vox, idem eſt quod Adjunctio, h. e. figura verborum per detractionem, qua plures ſententiæ uno continentur verbo, ſeu per quam ponitur aliquod verbum vel in principio, vel in medio, vel in fine periodi, quod alia etiam membra ejuſdem periodi regere, & ſuſtentare debeat, ſine ulla mutatione generis, vel numeri, vel alterius accidentis. *Cic. Verr. 2. c. 18.* Hujus judicii, & laudis fructum, & offenſionis periculum ceſtrum. *Ubi Aſcon.* Figura zeugma, ad ſingula enim ſubaudiendum eſt, puto eſſe oportere. ¶ Triplex eſt. *Protozeugma, Meſozeugma, Hypozeugma*, ſecundum tres illos modos, quibus fit. *Protozeugma*, vel primus modus eſt, cum illud vocabulum, unde membra orationis pendent, ponitur in principio. *Cic. pro Cluent.* Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem

amen-

Digitized by Google

amentia. *Meſozeugma* eſt ſecundus modus Zeugmatis, cum vocabulum in medio ponitur. *Auct. ad Her. l.* 4. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetuſtate. *Hypozeugma*, vel tertius modus eſt, cum princeps ille vox in fine ponitur. *Cic.* 1. *Catil.* Nec enim is es, Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocaverit.

Zeugma, atis, n. urbs exc. Syriæ, in Comagene, ad Euphratem flu. ubi pons erat ſupra Euphratem, cujus adhuc veſtigia durant. Contra Zeugma in altera Euphratis ripa Apamia urbs erat, munitiſſima, & ampla, 65. ſtad. ambitu patens, ſedes Satraparum, ubi tributa ſolvebantur. *Plin. l.* 5. *c.* 12.

Zeus, i, maſc. piſcis præſtantiſſimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes, qui in eo mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine fabrum appellant, a colore, opinor, fuligineo, quo fabri plerunque nigricant. *Plin. l.* 9. *c.* 18. Eſt & hæc natura, ut alii aliis piſces principatum obtineant: coracinus in Ægypto, zeus, idem faber appellatus, Gadibus, circa Ebuſum ſalpe, &c. *Col. l.* 8. *cap.* 16. Ut Atlantico faber, qui & in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur, eumque priſca conſuetudine zeum appellamus.

Zeuxis, idis, m. 3. Ζεῦξις, pictor Heracleotes, qui floruit Olympiadis nonageſimæ quintæ anno quarto, excelluitque in arte pingendi, cujus celebriores tabulas recenſet *Plin. l.* 35. *c.* 9. & 10. Hic in certamen picturæ cum Parrhaſio deſcendit, uvaſque tanto ſucceſſu pictas in ſcenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parrhaſius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræſentata, ut Zeuxis alitum judicio tumens flagitaret, tandem remoto linteo oſtendi picturam, intellectoque errore, concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aves fefelliſſet, Parrhaſius autem ſe artificem. Fertur & poſtea pinxiſſe puerum uvas ferentem, ad quas cum advolaſſent aves, iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo, & dixit: Uvas melius pinxi, quam puerum. Nam ſi hunc conſummaſſem, aves timere debuerant. Fecit & figlina opera, quæ ſola in Ambracia relicta ſunt, cum inde muſas Fulvius Nobilior Romam transferret. Zeuxidis manu Romæ Helena fuit in Philippi porticibus, & in Concordiæ delubro Marſyas religatus. Opes tantas acquiſivit, ut in oſtentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentaret. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret, & quidem Alcmenam Agrigentinis, Panem Archelao donavit. *Plin. l.* 35. *cap.* 10. Zeuxidis manu Romæ Helena eſt. *Id. ib. c.* 9. Artem ipſi oblatam Zeuxin ferre ſecum. ¶ Zeuxis alter, ſtatuarius, diſcipulus Silanionis. *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Z ANTE I.

Zingiberi, n. indecl. *gengevo*, ζιγγίβερι, genus aromatis, parvas habens radices, albeſcentes, odoratas, ſapore piperis. *Plin. l.* 12. *c.* 7. *de pipere*: Non eſt hujus arboris radix, ut aliqui exiſtimavere, quod vocant zimpiberi, alii vero zingiberi, quanquam ſapore ſimile. Id enim in Arabia, atque Troglodytica in villis naſcitur, parvæ herbæ radice candida. ¶ Legitur & *zingiberi*: nam Galenus ζιγγίβερι ſcribit.

Zinzilulo, as, n. 1. verbum eſt exprimens cantum quarundam avium ſubmiſſiore voce, & crebris flexionibus canentium. *Auctor carm. de Philom.* v. 43. Regulus, atque Merops, & rubro pectore Progne Conſimili modulo zinzilulare ſciunt.

Zirbus, i, m. idem quod omentum. *Apic. l.* 8. *c.* 6. Hœdum in zirbo componere.

Zizanium, ii, neut. *zizzania*, *loglio*, ζιζάνιον, vel αἶρα, ut *Dioſcorides* vocat *lib.* 2. *cap.* 99. vitium tritici, hordeique nimia loci uligine corrupti, jugibuſve pluviis diluti, quod Latino vocabulo lolium appellatur, Galli, quod caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, *potrye* appellant. Effigiem habet hordeo haud diſſimilem, ſed folium anguſtius, pinguius, & hiſpidius, ſemen exilius in cortice aculeato, florem autem ſubpurpureum. Legitur hæc vox tantummodo in vulgata S. Scripturæ verſione, apud Ambroſ. Auguſtin. & alios Eccleſiaſticos Scriptores.

Zizyphum, i, n. *t. gioggiola*, ζίζυφον, fructus zizyphi arboris. *Plin. l.* 15. *cap.* 14. Æque peregrina ſunt zizypha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venere in Italiam. ¶ Scribitur & *Zizyphum*.

Zizyphus, i, f. *gioggiolo*, ζίζυφος, genus arboris noviſſimis Auguſti temporibus ex Africa in Italiam translatum, fructum ferens, quem noſtro genere zizyphum appellamus, parvum, oblongum, colore rubeo, & baccis ſimiliorem, quam malis, Officinæ *jujubam* vocant. *Col. l.* 9 *c.* 4. Alba zizyphus. ¶ Ejus ferendæ rationem docet *Pallad. l.* 5. *tit.* 4. ¶ Scribitur & *Zizyphus*.

Zmilaces, m. 1. ζμιλάκης, gemmæ genus. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *in fine*: Zmilaces in Euphrate naſcitur, Proconneſio marmori ſimilis, medio colore glauco.

Z ANTE O.

Zodiacteus, a, um, adject. ad Zodiacum pertinens. *Martian. Capell. l.* 1. *pag.* 3. Annua peragratio Zodiactea.

Zodiacus, i, m. *Zodiaco*, ζωδιακός, ζωδίων, ζωοφόρος, circulus in cœlo ex numero maximorum, vel potius zona, aut armilla quædam, quæ duodecim illa ſigna continet, quæ Sol, Luna, & alii Planetæ motu proprio percurrunt. Dixi, vel potius zona, aut armilla: nam cum omnes circuli ſine latitudine, & profunditate eſſe intelligantur, hic habet latitudinem duodecim graduum, & ſecundum nonnullos quatuordecim, ſecundum alios ſexdecim, & ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni attingit. Dictus eſt ab illis ſignis, quæ complectitur, quæ ζώδια, ſeu ζῶα dicuntur, ideſt animalcula. Idem a duodecim ſignis a *Cicerone in Arati tranſlatione*, v. 318. & ab aliis *ſignifer orbis* appellatur, a Manilio dicitur *balteus ſtellatus*, ab aliis aliter. Signa autem hujus circuli ſunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Vim quandam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui Græce ζῳδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat, immutetque cœlum. *Gell. l.* 13. *c.* 9. Stellæ iſtæ in eo circulo, qui Zodiacus dicitur, ſitæ, locatæque ſunt, ut &c. ¶ Adjective *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Zodiacum diaſtema.

Zoilus, maſc. Ζωΐλος, Sophiſta Amphipolitas, Ptolemæi temporibus hoc uno facinore nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem libris adverſus eum ſcriptis auſus ſit reprehendere, unde & Ὁμηρομάστιξ cognomen accepit. Quæ ſcripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo ſperans. Verum cum nihil daretur, penuria coactus ſubmiſit, qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari ſe dixit, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia paſceret, Zoilum egere, Homero multo doctiorem. Vide *Vitruv. in præfat. l.* 7. ¶ Ab hujus moribus ſumptum eſt, ut homines lividi, & ex alieni ingenii obtrectatione laudem aucupantes Zoili dicerentur. *Ovid. l.* 2. *de Remed. Amor.* Ingenium magni livor detrectat Homeri, quiſquis es, ex illo Zoile nomen habes. ¶ De mortis ejus genere diverſi diverſa ſentiunt, ut etiam ſcribit *Vitruvius loc. cit.* Alii parricidii convictum, juſſu Regis cruci affixum volunt, nonnulli a populo lapidibus obrutum eſſe, alii Smyrnæ vivum in pyram eſſe conjectum, alii, cum in Græciam rediiſſet, de Scironis ſaxis fuiſſe præcipitatum, quæ ſunt in Attica, inter Megara, & Corinthum.

Zomoteganite, f. adject. ζωμοτηγανίτα, a ζωμός, *jus*, & τήγανον, *ſartagine*. Patina piſcium Zomoteganite apud *Apic. l.* 4 *cap.* 2. eſt patina piſcium in ſuo jure coctorum. Ita quidem reſtituit *Humelbergius*. nam alii aliter legunt.

Zona, æ, f. *cinta*, *cintura*, חגור, Ger. *gurtel*, Gal. *ceinture*, Hiſp. *cinta*, ζώνη, vinculum, quo cingimur, cinctus, balteus, a ζώννυμι, *cingo*. *Ovid.* 2. *Faſt.* Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. *Hor.* 5. *ode* 30. Et ſolutis Gratiæ zonis, properentque Nymphæ. ¶ Veteres in zonis pecuniam deferebant. C. Gracchus apud *Gel. l.* 15. *c.* 12. Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. ¶ Hinc *Zonam perdere*, proverbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia deſtitutus eſt *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 40. Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit. ¶ *Zonam ſolvere* dicuntur novæ nuptæ, quæ viro traduntur, & primum cum eo concumbunt. Virgines enim non niſi cinctæ procedebant, ſed novæ nuptæ in cubiculum mariti deductæ a pronuba cingulum, quod ex ovilla lana contextum, & nodo etiam (quem Herculeneum vocabant) nexum gerebant, ſolvebatur, & Dianæ dicabatur. *Catull. carm.* 2. Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ Pernici aureolum fuiſſe malum, Quod zonam ſolvit diu ligatam. De Atalanta loquitur, quæ ob aureum malum ab Hippolyto projectum in curſu ſuperata, eidem nupſit. V. *Scalig. Poet. l.* 3. *cap.* 101. ¶ Per Tranſlationem zonæ dicuntur circuli quidam lati, cœlum, terramque veluti cingula quædam ambientes. Sunt autem numero quinque, ex quibus media, quæ inter Tropicos eſt, nimio calore, parum apta habitationi olim credita fuit; quæ vero extremæ ſub Arctico, & Antarctico circulis ſitæ, nimio frigore horrent, unde & ipſæ inhabitabiles habitæ ſunt; reliquæ autem, ut quæ medium inter torridam, & gelidam ſitum obtinent, temperatæ ſunt, humanæ vitæ accommodatiſſimæ. *Virg.* 1. *Georg. verſ.* 233. Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una coruſco Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni, Quam circum extremæ dextra, lævaque trahuntur Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Has inter mediamque duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ Divum, & via ſecta per ambas, Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo. *Ovid.* 1. *Met. v.* 45. Utque duæ dextra cœlum, totidemque ſiniſtra Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis: Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur; Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu, Nix tegit alta duas, totidem inter utramque locavit; Temperiemque dedit miſta cum frigore flamma. *Cicer. in Somn. Scip. cap.* 6. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam, & circumdatam circulis, e quibus duos maxime inter ſe diverſos, & cœli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos obriguiſſe pruina vides, medium autem illum, & maximum Solis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille (in quo qui inſiſtunt, adverſa nobis urgent veſtigia) nihil ad veſtrum genus, hic autem alter ſubjectus Aquiloni, quem incolitis, cerne, quam vos tenui parte contingat. ¶ Item tranſlate zona appellatur herpetis genus, quod etiam *zoſter*, & *cingulus* dicitur. Ita dicitur, quia medium cingit hominem. *Scribon. Largus c.* 63. Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem ſacrum, & ad zonam, quam Græci ἕρπητα dicunt.

Zonalis, le, adject. ad zonam cœli pertinens. *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip. c.* 5. Eadem eſt in ejuſdem zonalis ambitus conſimili ſtatione temperies.

Zonarius, ii, m. ζωνοπλόκος, qui zonas facit. *Cic. pro Flacco c.* 7. Quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, ſed ſagina tenebat, ſe velle dixit, id ſutores, & zonarii conclamarent.

Zonarius, a, um, quod ad zonam pertinet, ut Sector zonarius, *tagliaborſe*, βαλλαντιοτόμος, qui zonam, ſeu loculos incidit. *Plaut. in Trin.* 4. 2. 20. Mira ſunt, Ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius.

Zonatim, adverb. per gyrum. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n. ult.* zonatim circum impluvium cincinnos cludebat.

Zonula, æ, f. *cinturetta*, ζωνίον, parva zona. *Catull. in Epithal. Juliæ*, & *Mall. carm.* 62. (al. 56.) Tibi virgines zonula ſolvunt ſinus. V. *Zona*.

Zonus, m. 2. fl. Hyrcaniæ, qui in mare Caſpium influit. *Plin. l.* 6. *c.* 13.

Zoophorus, & contracte Zophorus, maſc. ζωοφόρος, & ζωφόρος, Græce eſt idem ac zodiacus, a ζῶον, *animal*, & φέρω, *fero*. ¶ Sic etiam dicitur, in architectura pars columnæ inter epiſtylium, & coronidem, idque, quia animalium, aliarumque rerum ſignis ſæpe ornatur. Utitur *Vitruvius l.* 3. *c.* 3. Vulgo *fregio* appellant, nempe a Phrygionibus, ut *Philander* oſtendit.

Zoophthalmos, maſc. 2. ζωοφθαλμος, herbæ genus, in tectis, & ſuggrundiis naſcentis, quæ folium habet carnoſum, & ſubrotundum oculi animalis ſimilitudinem referens, unde & nomen accepit, ideſt, a ζῶον *animal*, & ὀφθαλμός, *oculus*. Notiore nomine aizoum, ſeu ſempervivum majus vocatur. *Plin. l.* 25. *c. ult.* Aizoi duo genera. Majus in fictilibus vaſculis ſeritur, quod aliqui buphthalmon vocant, alii zoophthalmon, alii ſtergethron, quod amatoriis conveniat, alii hypogæſon, quoniam in ſuggrundiis fere naſcitur. Sunt, qui ambroſiam potius vocant, & qui amerimnon: Itali ſedum magnum, aut oculum, aut digitellum.

Zopiſſa, f. 1. ζώπισσα, pix navibus abraſa, quæ admiſta ceræ, & marino ſale macerata multo eſt ad omnia efficacior, quam aliæ pices. *Dioſc. l.* 1. *c.* 9. *Plin. l.* 16. *c.* 12. Non omittendam, apud eoſdem zopiſſam vocari deraſam navibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multo efficaciorem ad omnia, quibus pices, reſinæque proſunt, videlicet adjecto ſalis callo. *Id. l.* 24. *c.* 7. Zopiſſam eradi navibus diximus, cera marino ſale macerata.

Zopyrus, m. 2. Ζώπυρος, phyſiognomon quidam fuit, h. e. ex eorum genere, qui ſe hominum mores, naturaſque ex facici lineamentis perſpicere profitentur. Huic cum aliquando oblatus eſſet Socrates, iſque eum hominem ſtupidum, bardumque eſſe reſpondiſſet, itam mulieroſum, cæteris eam vocem riſu excipientibus: Non falleris, inquit Socrates, o Zopyre: talis enim eram, niſi vitioſam naturam Philoſophiæ præceptis ſuperaſſem. *Cic. de Fato.* ¶ Zopyrus alter, filius Megabyzi, unus ex iis, qui necato Oropaſta, Perſarum Regnum a Magorum manibus vindicarunt. Hic, cum Aſſyrii deſciviſſent, & Babylonem occupaſſent, eamque Darius Rex Perſarum vigeſimum jam menſem fruſtra obſideret, domi ſe verberari, & lacerari toto corpore juſſit, naſum, aures, & labia ſibi præcidi, atque ita Regi inopinanti ſe obtulit. Attonitum & quærentem Darium cauſas, auctoremque tam fœdæ lacerationis, tacitus, quo propoſito feciſſet, edocuit, formatoque in futura conſilio, transfugæ titulo Babyloniam profectus eſt. Ibi oſtendit populo laniatum corpus; queſtus eſt crudelitatem Regis, a quo in Regni petitione non virtute, ſed auſpicio, non judicio hominum, ſed hinnitu equi ſuperatus eſſet, juſſit, illos ex amicis exemplum capere, quod hoſtibus caven-

Digitized by Google

cavendum eſſet, hortatus eſt, noe mœnibus magis, quam armis confiderent, paterenturque, ſe commune bellum recentiore via gerere. Nota nobilitas viri, pariter & virtus omnibus erat, nec de fide timebant, cujus veluti pignora vulnera corporis, & injuriæ notas habebant. Conſtituitur ergo dux ſuit omnium ſuffragio. Accepta parva manu, ſemel, atque iterum cedentibus conſulto Perſis, ſecunda prælia ferit. At poſtremo univerſum ſibi creditum exercitum Dario prodidit, urbemque ipſam in poteſtatem ejus redegit. *Juſtin. l. 1. & Herod. l. 6.* ¶ Zopyrus quoque, imaginis ſculptor. Sculpſit Areopagitas, & judicium Oreſtis in duobus ſcyphis, ſeſtertiis duodecim æſtimatis. *Plin. l. 33. c. 12.*

Zoroande, ſ. 1. locus in monte Tauro, in conf. Armeniæ, & Meſopotamiæ, ubi Tigris ſub terram conditur, paulo poſt emergit. *Plin. l. 6. c. 27.*

Zoroaſtes, m. 3. Ζωροάστρης, Bactrianorum Rex. *Eudoxus* Zoroaſtrem ſex millibus annorum ante Platonis mortem fuiſſe prodidit. Hic omnium mortalium unus, eodem, quo natus eſt die, riſiſſe fertur, cerebrumque ei adeo dicitur palpitaſſe, ut impoſitam repelleret, futuræ præſagio ſcientiæ. *Plin. l. 7. c. 16.* ¶ Primus artes magicas creditus inveniſſe. Sed *Hermippus* tradidit, præceptorem Zoroaſtris fuiſſe Aconacem, hunc autem quinque millibus annorum ante Trojanum bellum fuiſſe. De hac arte Zoroaſtres vicies centum millia verſuum condidit, qui eh Hermippo explanati fuere. Vixit viginti annos in deſertis caſeo ita temperato, ut vetuſtatem non ſentiret. Interiit bello, quod illi a Nino Aſſyriorum Rege illatum eſt. Poſt multa prælia vario eventu commiſſa tandem debellatus fuit, & interfectus. *Juſt. l. 1.*

Zoroaſtrēus, a, um, ad Zoroaſtrem pertinens. *Prudent. in Apotheoſi, verſ.* 562. Qui Zoroaſtream turbaſſet fronte ſuſurros.

Zoronyſius, ii, n. ζωρονύσιος, genus gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10. in fine:* Zoronyſios in Indo flumine naſcitur. Magorum gemma eſſe narratur, neque aliud amplius de ea.

Zoſter, eris, m. ζωστήρ, zona, circinus, genus ignis ſacri, medium hominem ambientis, & necantis, ſi cinxerit. *Plin. l. 26. c. 11.* Ignis ſacri plura ſunt genera, inter quæ medium hominem ambiens, qui zoſter appellatus, & enecat, ſi cinxerit.

Zoſter, m. 3. prom. Atticæ, cum opp. cogn. inter Piræeum portum, & Cean. inſ. licet *Strabo* illud apud iſthmum deſcribat, ubi & *Stephanus*, qui ſic dictum ait, quod ibi Latona zonam ſolverit, ubi incolæ illi, & Dianæ piſces immolabant. Meminit *Cic. l. 5. ad Attic. ep. 12.*

Zotheca, æ, ſ. *camerino, arcova, gabinetto*, locus in cubiculo ſecretior, parvum conclave, cubiculo adjunctum, in quo ſtudii, vel quietis cauſa degere ſolemus, a ζάω, *vivo*, & θήκη, *repoſitorium*. *Plin. l. 2. epiſt. 17.* Contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quæ ſpecularibus & velis obductis reductiſve modo adjicitur cubiculo, modo aufertur. Sunt qui legunt *diæta*; verum ea lectio jamdiu ab Eruditis rejecta eſt, neque cum hac *Plinii* deſcriptione convenire poteſt.

Zothecŭla, æ, ſ. *piccola arcova*. *Plin. l. 5. ep. 6.* Mox e zothecula refugit quaſi in cubiculum idem. Quidam leg. *cyſtecula*, ſed minus recte. *Sidon. l. 8 ep. 16.* Per armariola, & zothecula noſtras non remanſerunt digna prolatu, *ne' noſtri camerini da ſtudio*.

ZUZY

Z ANTE U.

Zura, æ, ſ. ſemen paliuri, lingua Afrorum. *Plin. l. 24. cap. 13.* Paliurus quoque ſpinæ genus eſt: Semen ejus Afri zuram vocant, contra ſcorpiones efficaciſſimum, item calculoſis, & tuſſi.

Z ANTE Y.

Zygĭa, æ, ſ. ζυγία, genus aceris, a ζυγόν, *jugum*, quod ex ea fiunt juga jumentis. *Plin. l. 16. c. 15.* Tertium genus zygiam, rubentem, fiſſili ligno, cortice livido, & ſcabro. Hoc alii generis proprii eſſe malunt, & Latine carpinum appellant. ¶ Zygie tibia, eſt tibia nuptialis, a ζυγὸς *jugum*, & tranſlate *nuptiæ*. *Apulej. l. 4. A. A.* Sonus tibiæ zygiæ mutatus in querulum Lydium modum, cantuſque lætus Hymenæi lugubri finitur ululatu. ¶ Zygia etiam dicta eſt Juno, quia nuptiis præerat. *Id. 6. Metam. 6.* Quam cunctus Oriens Zygiam veneretur, & omnis Occidens Lucinam appellat.

Zygis, ſ. 3. ζυγίς, ſerpillum ſylveſtre, non ſerpens humi, quemadmodum hortenſe, ſed in altitudinem increſcens, ramulos edens tenues, ſurculoſos, foliis refertos longioribus, quam rutæ, & duriuſculis, & anguſtioribus, flores jucunde olentes, & guſtu acres. *Dioſc. l. 3. c. 37. & Apul. de herb. c. 99.*

Zygoſtaſium, ii, n. munus zygoſtatæ. *Leg. 1. Cod. Theodoſ. de frum. Alexandr.* Quidquid de zygoſtaſii munere eminentia tua diſpoſuit, roboramus.

Zygoſtătes, æ, m. qui præeſt examini ponderum, nequa fraus in ponderibus committatur, ζυγοστάτης, a ζυγὸς, quod etiam libram ſignificat. *Leg. 2. Cod. Theod. de ponder. & auri illation.* Per ſingulas civitates conſtitui zygoſtaten.

Zyme, es, ſ. olla, in qua aliquid coquitur. *Apic. l. 8. c. 1.* Mittitur in zymam, & elixatus in aqua marina. Al. leg. *zemam*, a ζέω, *ferveo*. Græce ζύμη, fermentum ſignificat. ζέμα autem Græce ſignificat decoctum, ſeu potionem decoctam: quare non abſurde quidam putant hac voce ſignificari ab Apicio liquamen, ſeu condimentum aliquod.

Zyras, æ, m. *Varna*, fl. Thraciæ, al. Myſiæ, ſeu Mœſiæ inferioris, qui apud Dionyſiopolim urbem, quam alluit, al. infra Varnam urb. in Pontum Euxinum cadit. *Plin. l. 4. c. 11.*

Zythum, i, neut. ζῦθος, potus ex hordeo aqua reſoluto confectus, acris guſtu, & vini in morem inebrians. *Suidas* interpretatur οἶνος ἐκ κριθῶν πεποιημένος, ideſt vinum ex hordeo factum. *Plin. l. 22. c. ult. in fine:* Ex frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia, & ceria in Hiſpania, cervīſia, & plura genera in Gallia, aliiſque provinciis, quorum omnium ſpuma cutem feminarum in facie nutrit. *Columella l. 10. verſ. 116.* Et Peluſiaci proritet pocula zythi. ¶ Quomodo zythum a cervīſia differat, & alia quædam ad hoc genus pertinentia, videre potes apud *Hadr. Junium in Batav. hiſtoria c. 15.*

F I N I S.

Digitized by Google

VERBA BARBARA

Ex Calepini, Paſſeratii, Stephani, & Fabri Lexicis expulſa.

Um quatuor hæc potiſſimum Lexica Scholas teneant, curavi diligenter, non ſolum ne latina eorum verba in noſtro deſiderarentur, ſed ne illa quidem, quæ inter latina perperam irrepſerunt. Proinde quæcunque in illis offendi aut falſo teſtimonio, aut nullo munita, primum quidem munire conatus ſum; deinde ſi nulla induſtria potui, ex latinorum numero extruſi, & hunc in locum tanquam barbara, & profana compegi. Neque vero barbara appello, quod omnium prorſus latinorum ſcriptorum familiaritate careant, ſed quod mihi ad hanc diem carere videantur. Ceterum multa jam Latio reſtituta ſunt, quæ viri doctiſſimi ante ablegaverant: nec nobis profecto moleſtus erit, qui horum quoque cauſſam ſuſcipiat, & in Romanam civitatem per teſtes ac tabulas rite inducat. Ipſe enim quoque Iſidori, Fulgentii, Caſſiodori, Sariſberienſis, & aliorum auctoritate, quæcunque potui, firmare conatus ſum, ut talium Scriptorum ſtudioſis morem gererem, eorumque ſupellectilem ſuo quodam titulo ornarem, & ab aliis diſtinguerem. Tempus, & labor, & multorum opera majore, ut ſpero, lumine hæc ipſa illuſtrabit, & vel bonis, vel ſaltem ferendis adnumerabit.

A

Abaces. ἄβακες, carens voce, *mutolo*. ¶ Item vaſorum conditorium. *credenza*.

Abacion. ἀβάκιον, abaculus, *tavolino*. ¶ Item tabula calculatoria, *tavoletta dell' Abaco*.

Abambaceuſtos lenocinio nullo fucatus, *puro ſenza belletto*.

Abanec, abnet, ſeu abnet, *cinto Sacerdotale*.

Abaphus. ἄβαφος, non tinctus. *puro*.

Abaptiſtus. ἀβάπτιστος, qui mergi non poteſt. *che ſta a gallo*.

Abar. ἄβαρ, placentæ genus.

Abaris. continentis habitator, *abitator di terra ferma*.

Abartanum. inhoneſtum, *diſoneſto*. *Iſid. Gloſ.*

Abartia. ἀβαρτία, inſatiabilitas. *ingordigia di cibo*.

Abarticulatio. dearticulatio, *slogamento*.

Abas. ἄβας, bardus, *ſtupido*. ¶ Item facer morbus.

Abaſaniſtus. ἀβασάνιστος, *inesperto, novizio*.

Abaſcanos. ἀβάσκανος, invidia vacuus.

Abaſcantum. ἀβάσκαντον, faſcini amuletum. Unde abaſcantos, ſine invidia, ſine faſcino.

Abaſileutus. ἀβασίλευτος, ſine rege, *libero, ſenza ſopraccapo*.

Abaſon. infima domus, quaſi ſine baſe. *Iſid. Gloſſ.*

Abathmata. ἀβάθματα, bellariorum genera, *confetture, paſpaſti*.

Abatos. ἄβατος, *inacceſſibile*.

Abbatia. ἀββατεία, *badia*.

Abbatialis. ad Abbatem pertinens.

Abbatiola. *picciola badia*.

Abbatiſſa. ἀρχιμανδρίτισσα, *badeſſa*.

Abblandior, iris. *accarezzare*.

Ababelum. *conſegrato, che non ſi può toccare*.

Abena pro habena, *briglia*.

Aberta. ornamentum laterale equi pectori ſubſtrictum. *Cinghia*.

Abeſtiarius. veſtiarii præfectus.

Abhortor. ἀποτρέπω, *diſſuadere, ſconfortare*.

Abjecto. ſæpe abjicio, ἀπορρίπτω, *gettar via ſpeſſo*.

Abjuges hoſtiæ, b. e. jugum non expertæ.

Abjuratio. ἀπαρνησις, rei creditæ denegatio. Quidam Plauto tribuunt.

Ablacto. a lacte removeo, *slattare*. *Iſid.*

Ablares. cochlearia. *cucchiaja*. *Iſid.*

Abluminatio. lucis alienatio, *abbagliamento*.

Ablutes, ablutum, *luoghi fangoſi*. *Iſid.*

Abluvio. mundatio ſordium.

Aboris. *ſcandaloſo*. *Iſid. Gloſſ.*

Abra. ἄβρα, ancilla junior. *ſerva giovine*.

Abraſio. abradendi actus.

Abrepto. abripio. *rubare*.

Abrigeum. *ſplendore dell' oro*. *Iſid. Gloſſ.*

Abrogans. *umile*. *Iſid. gloſſ.*

Abrotum. ἄβρωτον, *coſa, che non è buona da mangiare*.

Abrotus. ἄβρωτος, *digiuno*.

Abſerno. *vigettare*. *Gloſ.*

Abſcio. *partirſi dall' ubbidienza*.

Abſecta. disjuncta. *coſe ſeparate*.

Abſectos. ſpecies gemmæ. *Iſid.*

Abſentaneus. abſens, *lontano*.

Abſentio. diſſentio, διχογνωμέω, *aver parere diverſo*.

Abſideo. ſeorſim ſedeo. *ſedere ſeparatamente*. *Gloſſ.*

Abſoleo. ab uſu recedo. ἀπαρχαιοῦμαι.

Abſpes. ſine ſpe. ἀνελπίζων, *diſperato*.

Abſterno. abjicio. *vigettare*. *Iſid. Gloſſ.*

Abſtino, as, contrarium τοῦ deſtino.

Abſtlata. navis piratica, *naviglio da corſari*.

Abſtorqueo. extorqueo, *togliere per forza*.

Abſtractum. apud dialect. ſignificat formam aliquam cum excluſione ſubjecti, τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως.

Abſtringo. ſolvo. ἀναχαλάω, ἀναχαλάζω, *ſcioglere*.

Abvacuatio. *evacuazione*.

Abulæ aqua. *bagno, fluſſo*.

Abyrtace. ἀβυρτάκη, genus eduli apud Medos, ex porro, cardamo, allio, &c.

Acacus. ἄκακος, *non coservo, ſemplice*.

Acamaſia. negligentia, *dappocaggine*.

Acaptare. captare, *accattare*.

Acarpia. ἀκαρπία, *ſterilità*.

Acarpos. ἄκαρπος, *ſterile, infruttuoſo*.

Acatalis. ἀκαταλίς, bacca juniperi, vel juniperus parva.

Acatapalæſtus. ἀκαταπάλαιστος, in lucta inſuperabilis. *invincibile nella lotta*.

Acataphractarii. milites haſtati.

Accenſibilis. *che può accenderſi*.

Accenſio. actus accendendi, vel accanſendi. *Gloſſ.*

Accenſiuncula. parva accenſio. *Gloſſ.*

Accentio. accino.

Accepta. navis genus. *Iſid. gloſſ.*

Acceptabulum. ὀξύβαφον, acetabulum. *vaſo*.

Accella, æ, *accoſtamento del mare*.

Accidia. acedia. *accidia*.

Accidiari. accidia corripi. *eſſer accidioſo*.

Acclibanum. *obliquo, torto*. *Iſid. gloſſ.*

Acclinus, a, um, pro acclinis. *che ſta in pendio*. *Gloſſ.*

Accludo. claudo. *chiudere*.

Accognito. promulgo. *pubblicare*.

Accubitatio, accubitus. *il giacere*.

Accubitrix. quæ accubat.

Accucula & Acceculia. aſtutus, ſolers. *Iſid. Gloſſ.*

Accedior, & accedior, accedia corripior. *eſſer accidioſo*.

Acetabularius. qui acetabulis ludit. græce ψηφοπαίκτης.

Achariſtus. ἀχάριστος, *ingrato, ſconoſcente*.

Achineſia. media quies inter ſyſtolem, & diaſtolem pulſus.

Achiroſis, ratio miſcendi cum paleis lutum, quæ ab hirundinibus adhibetur in nidis conficiendis.

Acbriogelus. ad riſum proclivis, χρυσόγελως, *che ride ſciocamente*.

Aciala. vel aciare, *acciajo*.

Aciarium. theca, qua ſervatur acus.

Aciſcularius. lapicida, *ſcarpellino*.

Aclerus. ἄκληρος, *diſeredato*.

Acleti. ἄκλητοι, *non chiamati*.

Acmon, onis. ἄκμων, *incudine*.

Acmotheton. ἀκμόθετον, truncus, qui incudem ſuſtinet.

Acolaſtus. ἀκόλαστος, *immoderato, intemperante*.

Acolor. mus. *ſopo*.

Acoluthia. ἀκολουθία, *conſeguenza*.

Acoluthos. ἀκόλουθος, *conſeguente*.

Acratiſma. vel Acratiſmus. ἀκράτισμα, jentaculum, *colazione*.

Acrementum. ompachium. *agreſta*.

Acrodrya. ἀκρόδρυα, fructus arborum, qui lignoſos cortices habent.

Acrophyſium. ἀκροφύσιον, follis ſpiramentum, ſeu roſtrum, quod fornacis ori inſeritur.

Acropolis. ἀκρόπολις, *luogo alto della città, fortezza*.

Acroſtolia. ἀκροστόλια, ornamenta proræ in navibus.

Actionarii, qui res noſtras agunt. *procuratori*.

Activitas. *attività*.

Actius. amplius, melius, *meglio*.

Acupictila. phrygium opus, *ricamo*.

Acupictor, qui acu pingit. *ricamatore*.

Adagoniſta. certator. *combattitore*.

Adaligni. ingenui, *nobili*.

Adamatrix, quæ valde amat.

Adapto. apte adjungo. προσαρμόζω.

Adaptus, us. adaptio. *acquiſto*. *Paul. Nolan.*

Adferial. aqua, quæ ad ſepulcra fertur.

Adfiliatio, adoptatio. *adozione*. *Iſid.*

Adhærenſia. adhæſio. *accoſtamento*.

Adjacentia. adhæſio.

Adincreſco. multum creſco, *creſcer molto*.

Adinventor. *ritrovatore*.

Adinvicem. invicem, *vicendevolmente*.

Adjocor, aris. jocor, *ſcherzare*.

Adipoſus. pinguis, *graſſo*.

Adjuramentum. *giuramento, ſcongiuro*.

Adminiſtratorius. qui aliquid gubernat.

Admodio. accommodo, *adattare*.

Admonefacio. *avviſare*.

Admonitorius. citatorius.

Adnigrati, proſtrati. *avviliti*.

Adnumaſtæ. qui faciebant adnumium.

Adnumium. catalogus militum, *ruolo*.

Adnunciatio. edictum, quo provinciis renunciabatur, quid in ſynodis actum, & decretum eſſet.

Adoleſfactus. *creſciuto*. *Vet. Inſcript.*

Adoptar us puer. ex adoptato natus. *Iſid. Gloſſ.*

Adpetulantia. procacitas. *petulanza*. *Iſid gloſſ.*

Adplano. adæquo. *pareggiare*. *Iſid. gloſſ.*

Adpun-

Adpunctare. conſtituere, appuntare.
Adſallio. adorior. aſſalire.
Adſallitura, ſeu adſaltura. actus adſalliendi, & irruendi. aſſalta.
Adſcitus, us. actus adſciſcandi. chiamata.
Adſeſſoria. libri de iis, quæ agi videtur Juriſconſulti, cum eſſent aſſeſſores.
Adſuetala. agaſo. aſinaio, mulattiere. Gloſſ.
Adtaminare. inquinare. imbrattare. Iſid. gloſſ.
Adteges, diminutus. diminuito.
Adtegrare, eſt vinum in ſacrificiis augere. ¶ Item in ſtatum rudigere.
Adtaſtata fulgura, quæ iterato fiebant, & ſignificationem priorum atteſtabantur.
Advenito. frequenter advenio.
Adulatorculus. parvus adulator. Gloſſ.
Adulatus, us. κολακεία, adulazione. Gloſſ.
Adunco. incurvo. ἀγκυλόω.
Ægames. jaculi ſpecies.
Ægidius. hædus. capretto.
Ægula. ſpecies ſulphuris.
Ælu. dicuntur, quibus duæ ſorores nupſerunt. αἴλιοι, vel ἀέλιοι.
Ænigmaticus. αἰνιγματικός. oſcuro.
Ænigmatizo. ænigmata profero.
Ænithrologium, aatamnos genus.
Æquicula. menſuræ genus.
Æquidies, &
Æquidium. æquinoctium. giorni uguali alla notte.
Æquilabia. commenſurata.
Æquilotium. æquatio. Iſid.
Æquipollentia } Dialecticorum voces, quæ
& } æqualem poteſtatem ſi-
Æquipollen } gnificant.
Æquivocus. eodem nomine vocans.
Æquivocus. equivoco. ¶ Item idem nomen habens.
Aeradi. ſpiritus corporei in aere degentes.
Æramina. utenſilia ærea.
Æreolus. parva moneta. quattrino.
Aerium. genus vectigalis.
Aeromantia. divinatio ex aere.
Æſchinus. vereeundus, vergognoſo, riſpettoſo.
Æthaliones. αἰθαλίωνες, cicale. ex ἀπὸ αἰθάλου ἀπὸ τοῦ ἥλιου.
Æviintegri. Dii, ab integro ævo, quia eorum ætas perfecta eſt.
Ævolus, a, um, vecchia.
Affabulatio. dicitur breve documentum, quod fabulis ſubtextum earum explicat utilitatem ἐπιμύθιον.
Affectate. affettatamente, con affettazione.
Affidati. quaſi in alicujus fidem, & clientelam recepti, vaſſalli.
Affigalo. conjungo, conglutino. Scriban. de paſſ. Dom.
Affirmative. affermativamente.
Affoſtiata. reditus. ritorno. Iſid. Gloſſ.
Affratum. ſpumeum, ſpiumoſo. Iſid.
Alares, piſciculus, qui hamo capi non poteſt. Iſid.
Afrucabulum. vaſculum, vaſetto.
Agabo. qui negotia procedit. Iſid.
Agagelo. vanus lornicator. Iſid.
Agalmation. ἀγαλμάτιον, imaguncula, piccola immagine, ſtatuetta.
Agapeta. ancilla Dei.
Agapetus. dilectione dignus, ἀγαπητός, diletto
Agaron. agaſo, mulattiere, aſinaio. Iſid. gloſſ.
Agaſyrtus. ἀγάσυρτος, ſordido, ſqualido.
Agathis. gemmæ genus.
Age, orum, victimæ, quæ pro rebus agendis offerebantur. ¶ Item via in navi, qua hortator ad remiges accedit. ¶ Item dolabra. ¶ Item loca religioſa.
Agelada. juvenca, giovenca.
Agelæus panis. ἀγελαῖος ἄρτος, pane a tutta farina.
Agellarius. ruſticus, dux gregis.
Agenda. veſpertina, & matutina lectio.
Agetaeus. lapis, quo antiqui uſi ſunt ad cotia expolienda.
Agctes. partes gutturis.
Aggeſtim. acervatim, a taucchia.
Agginantes. explicantes. Iſid. gloſſ.
Aggurium, agguaus. placentæ genus.
Agiades. milites Aſiatici.
Agiæ. glandulæ. Iſid. gloſſ.
Agicarton. uva ſine granis.
Agilma, bos, qui inter gregem agit.
Aginor, vilia negotior. negoziar coſe vili.
Agiopoliticen. topiarium quoddam.
Agiſteria. Sacra Carnia, quorum ſacerdos dicitur Agites.
Agita. auxilium. aita.
Agitatorim, a, um, ad agendum, ſeu ducendum aptus.
Aglidia. ſegmenta in capitibus allii. ἀγλίθες. ſpicchi d'aglio.
Aglotta. ἀγλωττος, lingua non valens loqui. ſlingua, che non può parlare.
Agnaſcentia. il naſcer vicino.
Agneon. locus, ubi pudicitia Virginibus eripiebatur. ἀγνεών.
Agninum, i, agnina caro. ἀρνεῖον.
Agnitæ. ignari, indocti, indotti.
Agnotus. agnitus. conoſciuto.
Agnomones. equi, qui dentes ætatis indices amiſerunt. che anno buttato lo ſcaglione.

Agnythes. lapides, quos ſtamini inter texendum appendunt textores.
Agonia, trepidatio, exanimatio, pugna. agonia.
Agoniſma. ἀγώνισμα, certamen, battaglia.
Agonizatio. contentio, conatus. ſforzo.
Agonizo, as, & agonizor, deponens. certo, contendo. contendere.
Agorada. emptio. compera. Gloſſ.
Agræ, glandulæ. Iſid.
Agyrtæ, præſtigiatores, & circulatores circumforanei. ἀγύρται. ciurmatori, ciarlatani.
Alabrum. inſtrumentum, quo fila vertuntur. naſpo.
Alactia. machinamenta, vel currus, qui utrinque vertentur. ἀλλακτὰ.
Alagabal. ſol, Sole.
Alala, acclamatio militaris ante pugnam. ¶ Item vociferatio ruſticorum. ¶ Eſt etiam infantia, cum quis fari non poteſt. balbettamento.
Alalagma, clamor lætus militum. Item victorialis hymnus.
Alalus. ἄλαλος, fari neſcius. chi non può parlare.
Alapor, aris, depon. alapas infligo. ſchiaffeggiare. Gloſſ.
Albanæ. nuces piſtrinæ. Iſid.
Albavetæ. gemmæ candidiſſimæ, quæ clauſæ erant bullis, ſeu ornamentis orbiculatis.
Albicera. olivæ genus.
Alcamna. liguſtrum.
Alchymiſta. qui alchymiæ artem profitetur. chimico.
Alembicum. foramen, per quod aquæ e balneo effluunt, vel etiam fiſtula, per quam aqua influit in balneum.
Alethina. germana, vera. Alethina veſtis, vera purpurea.
Aleuron. farina propria tritici. ἄλευρον, farina di formento. Hinc Aleurites panis.
Alexicacon. ἀλεξίκακον, amuletum.
Alexicacus. malorum depulſor. ἀλεξίκακος, Herculis, & Apollinis epithet. ¶ Alexicaci dæmones, qui nocumenta, & diras amoliri putabantur.
Alexiterion. alexipharmacum. ἀλεξιτήριον.
Algebra, ars ſupputandi.
Algoriſta. ſupputator peritus. bravo compariſta.
Algorithmus. ſupputandi peritia. perizia di far conti.
Aliacalon. bonum nuncium, buon' avviſo.
Alibantes, dicuntur mortui, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc eſt humido naturali carere.
Alibile. alimentum. alimento. Iſid. gloſſ.
Alices facere. idest extenſiones omnium membrorum, ut qui a ſomno expergeſiunt.
Aliſſuda, alimenta cruda. alimenti crudi.
Alima, ἄλιμα, medicamenta ſunt, quæ famem aut ſedant, aut prohibent.
Alipæna, emplaſtra ex medicamentis non pinguibus, ab α privat. & λιπαίνω, impinguo.
Alipaſma, pulviſculus, qui oleo commixtus inungitur ad cohibendos ſudores.
Alipterium. ἀλειπτήριον, locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. luogo da ungere or bagni.
Aliquorſum. verſus aliquem locum. εἴς που τόπον.
Allagion. curſus publicus.
Allantopœi. ἀλλαντοποιοί, qui farcimina faciunt.
Allaximmium. veſtiarium Imperatoris.
Allelengum, ſeu Allelengyom, genus tributi.
Allizamentum } Gloſſ. gr. lat. ἄρτυμα.
Alligamen. }
Alliger. ad Ligerim habitans.
Alligurio, idem quod ſimplex ligurio, conſumare il ſuo in mangiare.
Allo. lapis emundus, quo fabri inſtrumenta ſua acuunt. ruota da ruotare.
Alloces. pedum digiti. δάκτυλοι ποδῶν.
Alloeotheto. ἀλλοιότης, Priſciano variatio, figura ad ſyntaxim pertinens, cum ſc. contra vulgaros conſtructionis canones aliquid variamus.
Allubeſcentia. προθυμία, prontezza, ubbidienza.
Allucitæ. quos κώνωπας græce dicimus, culices.
Allutes, alluſium, alluvia, loca cænoſa, ubi flumen alluendo cænum dimitteit. Iſid.
Alluvium. ruina riparum ex aqua. inondazione. Iſid.
Alma, Hebraice eſt virgo abſcondita, & ſecreta.
Almites. idem, quod ſanctites. ſantità.
Alogiſta. ἀλόγιστος, rationibus reddendis liber, & ſolutus.
Alogiſtia. ἀλογιστία, alogia, liberatio.
Alogium. actio in eum, qui non reddit rationem.
Alogiſtables. equile. ſtalla di cavalli.
Alogum, equus, ſic dictus, quod ratione careat.
Alopecus. qui alopecia laborat. chi ha la palavella.
Alopus. qui propter mercedem alapas patitur. Iſid. Gloſſ. ¶ Vetus Lex. manuſ. habet Alapus.
Altariolum. parvum altare. altarino.
Alterarus. alter.
Alteria. pharmaca compoſita.
Alteritia. viciſſitudo. viciſſitudine, mutazione.
Altimeter apud Geometras inſtrumentum eſt, quo metiuntur alta.
Altipeta. & Altipetax, qui alta petit. Prius eſt Paulini ep. 2. poſterius Strab. Galli.
Aluſia. ἀλουσία, abſtinentia a balneo.
Alutamen, vel Alutamentum. opus ex conciu-

natis pellibus factum. opera di pelle gentile.
Amauroſis. ἀμαύρωσις, le cateratte degli occhi.
Amaxa. currus. cocchio.
Amaxeus. auriga, ἡνίοχος. cocchiere.
Ambaſciator, vel Ambaſſator. nuncius, legatus, ab ambacht, quod Belgica lingua juriſdictionem ſignificat. ambaſciatore.
Ambidexter. qui ita læva manu utitur, ut dextera. ἀμφιδέξιος. deſtro mancino.
Ambiformis. duplex. doppio.
Ambigenes. loca flexuoſa. luoghi torti.
Ambigenus. qui eſt duorum generum. Eugen. Toletanus, carm. 33.
Ambimanus. æquimanus. περιδέξιος, Gloſſ. vet.
Ambracides, genus calceamentorum muliebrium.
Amfariam, per amborum partes. Iſid. gloſſ.
Ami. vigilus, cuſtodiæ. ſentinelle.
Amicalia. celebritas amicorum convivantium, banchetti fra gli amici.
Amma. mater ſpiritualis, apud Pelagium, & alios. Badeſſa.
Ammodes. ἀμμώδης, arenoſus. arenoſo.
Amnium. interior membrana, qua fœtus obtegitur.
Ampechonium. veſtis viris ac fœminis communis.
Ampelinus color, medius eſt inter coccum, & muſicum.
Amphemerinos. febris quartana exquiſita, a medicis dicitur ἀμφημερινός.
Amphi. ἀμφί, intorno. circa, circum. Græca vox.
Amphidromus, quintus dies a partu, ubi curſim circum focum geſtabatur puer, & propinqui, amici, & familiares dona dabant.
Amphimaſchala. ἀμφιμάσχαλα, eadem quæ amphimalla. erant hæc ingenuorum, ſicut heteromaſchala ſervorum.
Amphippi. ἀμφιπποι, milites, qui duobus equis in bello utebantur.
Amphorites, certamen in Ægina fieri ſolitum, in quo Bacchi laudes canebantur.
Amphoteroplon. fœnus nauticum eſt, cum fœnerator & commeatus, & remeatus periculum ſuſcipit. aſſicurazione.
Amplant. amplificant.
Ampren. funis, qui per juga jumentorum tenditur, aut quo a jumentis onera trahi, vel ferri ſolent.
Ampruo. motus edo, circumvolvo.
Ampulloſus, a, um, turgens, tumidus, groſſo.
Amula. vaſis genus ad aquam geſtandam, quod religionis, & expiandorum malorum gratia geſtabatur, ἀμολυντήριον dictum: quaſi amoliens omoliens dis periculis. Diminut. Amulula.
Amuſologia. ἀμουσολογία, ineruditi ſabulo.
Amuſoterus. inelegans, indoctus, amuſus. ſcadente.
Amyclaides, & Amycla, ἀμυκλαίδες, calcei quidam laxi, & muniti ad itinera ſragoſa.
Ana. apud Medicos ſignificat æqualem diſtributionem, ut Miſce cinnam, cardamom, & nardi, ana unc. j. h. e. miſcuiuſque unciam.
Anabolagium, vel Anabolaſium. ἀναβολάγιον, ſindonis genus, quo humeri operiuntur. ſolebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamenta pectus, & humeros protegere. involgimento da collo delle donne.
Anacacabea, ἀνακακάβεα, Auctor. arboſcula, quæ & Imus dicitur.
Anacana, tympana ſunt, rotunda inferiore parte.
Anacardium. ἀνακάρδιον, arbor Indica, cordi figura.
Anagoge. ἀναγωγή, ſubductio. ¶ Item Scripturarum interpretatio, quæ res ad ſublimiora, & cœleſtia transferuntur; ut ſi dicas, Hieruſalem ſignificare vitam æternam, ſeu cœleſtem. Hinc
Anagogicus. ut anagogicus ſenſus verborum S. Scripturæ. V. Anagoge.
Analelia. ἀναλησία, morbus capitis, qui ſenſu privat.
Analogiſmus, ἀναλογισμός, ſermonum argumenti genus, quod a cauſa propinqua ducitur
Analogiſtæ. tutores, qui non tenentur rationem reddere tutelæ.
Analyſis. ἀνάλυσις, riſoluzione.
Analyticus. ἀναλυτικός, reſolutorius.
Anamneſis. ἀνάμνησις. commemorazione.
Ananca. ἀνάγκη. neceſſità.
Anaphalis. ἀναφαλίς, herba, ab aliis centunculus dicta.
Anaphoricus. ἀναφορικός. relativo.
Anapologetus. ἀναπολόγητος. inſcuſabile.
Anapſelophesis, ſupplicatio Principi oblata a ſententia Præfecti Prætorii. Lex. JC.
Anarchus. ἄναρχος, ſine principe, vel principio.
Anaſarca. ἀνάσαρκα, hydrops toto corpore diffuſus.
Anaſtaſion. ἀναστάσιον, canticum diei Dominicæ proprium.
Anatome. ἀνατομή, diſſectio, inciſio.
Anaxant, ad aſſerem, ſive tabulam referunt, ubi publica ſolent intimari. Gloſſ.
Anaxyrides, veſtes ſunt, & braccæ auro pictæ, Gallis familiares. braghe di varj colori.
Anaxyris. ἀναξυρίς, herba, quæ Latinis rumex dicitur. romice.
Anchiromachus. navigium aptum ferendis anchoris, & cæteris nautarum inſtrumentis.
Anchites, lapis, qui metum depellit.
Ano.

Anco. ἀγκὼν, *piegatura del braccio*, *cubito*.
Anconiſci. ἀγκωνίσκοι, ancones.
Ancoræ. vincula, quibus antennæ tenentur.
Ancteras. ἀγκτῆρες, vincula, quibus vulnerum labra conſtringuntur.
Anculare, miniſtrare, ancillari. *ſervire*.
Ancylogloſſus. ἀγκυλόγλωσσος. *balbo*.
Ancylogloſſum. ἀγκυλόγλωσσον, vinculum ſub lingua. ¶ Item balbuties.
Ancyromachus. ἀγκυρόμαχον, navigium ad anchoras, & reliqua navalia inſtrumenta vehenda.
Andigare. judicare res proprias ſe vivante. *Cod. ll. antiq.*
Andrago. mulier habens animum virilem. ἀνδρεία, *donna maſchile*.
Androlepſia. ἀνδροληψία. *repreſaglia*, corporum pigneratio.
Anemopolemus. ἀνεμοπόλεμος, velitatio, *ſcaramuccia*.
Angelica. radix nota.
Angibata, æ, vas pellucidum, in quo imagunculæ quædam conſpiciuntur ſubinde ſe in aliam figuram mutantes.
Angones, tela ſunt gentium pleriſque peculiaria.
Angueo, & anqueo, coerceo, ab ango, ſtringo.
Anguria. *cocomero*.
Animalculum. *animaletto*.
Animalitas. animalis ſubſtantia, ſeu eſſentia.
Animatorius, a, um, ut animatoria olla, quæ in ſummo ſpiraculum habet.
Animecum. ἰσόψυχον, &
Animæquus. patiens animo, æquanimus. *modeſto, facile a contentarſi*. *Iſid. gloſſ.*
Annatæ, arum, fructus annui ex Epiſcopatibus vacantibus ad Rom. Pontificem redeuntes.
Anophytus. ἀνόφυτος, inſuper natus, ab ἄνω, & φύομαι. *nato in alto, o di ſopra*.
Anſaltum. tributum promercalium rerum. *gabella delle merci*.
Anſeaticus. confœderatus, *alleato*.
Anta. propter, contra, ἄντα.
Antegenitus. προγεννητής. *generato avanti*.
Antelena. anterior ſellæ crepido. *pettorale*.
Antella. quaſi ante ſella, ſicut poſtella, quaſi poſt ſella. *Iſid. Orig. l.* 2. *c.* 16.
Anteloquor. prius loquor. προφθέγγομαι, *parlare innanzi*.
Anteluco, ſeu antelucor. ante lucem ſurgo, ὀρθρίζομαι. *levarſi avanti giorno*.
Antelunares. dicti Arcades, quaſi ante lunam nati.
Anterices. ariſtæ.
Antericeum. balſami genus tenui, & capillacea coma.
Antericus. caulis aſphodeli herbæ.
Antaris, lignum, vel pila ſtructuram inclinatam fulciens. *ſperone*, *barbacane*, *contraforte*.
Anthologia. ἀνθολογία, florilegium.
Anthracea. ἀνθρακιά. pruna. *bragia*.
Anthraceus. ἀνθρακεύς, carbonarius. *carbonaro*.
Anthropomorphitæ. ἀνθρωπομορφῖται, hæretici qui Deo humana membra tribuerunt.
Anthropophagia. ἀνθρωποφαγία, hominum comeſtio.
Anthypatus. ἀνθύπατος, proconſul.
Antiades. ἀντιάδες, tonſillæ obduratæ.
Antiaxona. contra axem poſita.
Antibiblium. pignus librorum, codex pro codice. *Iſid. Gloſſ.*
Antidoſia. ἀντίδοσις, retributio.
Antidotarius. liber, qui de antidotis tractat. *libro che tratta di preſervativi*.
Antifatum. lucrum dotale.
Antigena. ante genitus, προγενεθείς, *nato primo*.
Antigraphe. ἀντιγραφή, reſcriptio, contraria accuſatio.
Antigraphum. ἀντίγραφον, quod ex archetypo effictum eſt, vel tabula ad imitationem alterius depicta. *copia*.
Antilena, qua pectus jumenti cingitur, προστηθίδιον. *pettorale*. ſicut Poſtilena, quæ ſub cauda ponitur. *ſtraccale*.
Antilepſis. ἀντίληψις, interceſſio, interjectio.
Antilogia. ἀντιλογία, contradictio, oratio contraria.
Antithanaton, ἀντιθάνατον, contra mortem.
Antimenſia. aræ quadræ, marmoreæ, quæ ſerviunt loco ſacrarum menſarum.
Antimeria. ἀντιμερία, partis unius pro alia poſitio.
Antimonium. idem quod ſtibium, *antimonio*.
Antioſa. ſaltatrix, ὀρχήστρια. *ſaltatrice*.
Antipaſcha. ſeptimana ſecunda poſt Paſcha, Pentecoſtes.
Antipelargia, Antipelargiſis, antipelargoſis. remuneratio, gratiæ repenſio. *ricompenſo*, a πελαργός, ciconia.
Antiperiſtaſis. ἀντιπερίστασις, circum obſiſtentia, reciprocatio, compreſſio undique circumfuſa, &c.
Antiphaſis. ἀντίφασις. *contraddizione*.
Antiphona. ἀντίφωνον, vox reciproca, duobus choris alternatim pſallentibus.
Antiſagittator. dux ſagittariorum.
Antiſtaſis. ἀντίστασις, reſiſtentia. *reſiſtenza*. ¶ Item figura, cum idem repetitur contrario ſenſo.
Antitypum. ἀντίτυπον, exemplar ſimilis formæ, vel contrarium. *modello*.

Anubias. herba cimicaria. *coniza*.
Aorta. ἀορτή, arteria omnium maxima.
Apagoreuſis. *proibizione*, ἀπαγόρευσις.
Apalarrus. argentea patina. *piatto d' argento*.
Apanarium, ſuperior molæ pars.
Apaonos. ſoſpes. *ſano, e ſalvo*.
Apate. ἀπάτη, genus jobybi.
Apedema. ſaltus.
Aplaticium. omne teli genus.
Apenarius, auriga, carrucarius. *carrozziere*.
Apennis. relatum. *relazione*.
Apepſia. ἀπεψία, ventriculi vitium, quod cruditatem appellant. *crudezza di ſtomaco*.
Apertularius. effractor, ſive qui operta aperit. *chi ſpezza porte*. *Iſid.*
Apethamenos. mortuus. *morto*.
Apheletra. equorum monumenta.
Aphetatia. ἀφετήρια. *le moſſe*. carceres, unde equi emittuntur ad curſum. ¶ Item organa ad expugnandas urbes accommodata.
Aphopliſtæ. ἀφοπλιστοί, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne cædes faciant.
Aphoriſmus. ἀφορισμός, brevis definitio, quæ paucis verbis rei proprietates omnes complectitur. Vocant etiam Canonem, & Axioma, *ſentenza*, *regola*.
Aphrogala, ἀφρόγαλα, *fior di latte*.
Apia. ἄπια, *pyrus*.
Apitire, vincire, ligare. *Iſid.*
Apinæ. nuces adeo molli putamine, ut ſimul mandatur.
Apinari, pro ongari. Ita reſtituit *Caſaubonus in gloſſ. Iſid.* pro acinari, tritari, in parvo morari.
Aplectum. ἄπλεκτον. foſſatum.
Aplomiſtos. implumis, *ſenza penne*.
Apobaterium. ἀποβατήριον, carmen, quo diſcedentes utuntur.
Apocinus, genus ſaltationis ſatis impudicæ.
Apocriſis. ἀπόκρισις. *riſpoſta*.
Apodidraſcinda. ἀποδιδρασκίνδα, ludi puerilis genus, in quo uno oculo velato, cæteri ſe abſcondunt, mox ſigno dato dum ille latentes veſtigat, hi effugere eum ſatagunt, &c. *giuoco puerile*, *cieca moſca*.
Apodos. ἄπωδος, eſt vox galli intempeſtiva. ¶ Item vox, quæ neque choro, neque fidibus concordat. *voce ſcordante*.
Apologema. ἀπολόγημα, apologia, defenſio. *diſeſa*.
Apologia. *diſeſa*, ἀπολογία, defenſio, excuſatio.
Apolyſis, ἀπόλυσις, liberatio, ſolutio. ¶ Item ultimus dies cujuſque faſti, quaſi tunc ſolvatur.
Apolyticæ epiſtolæ. ἀπολυτικαί, *lettere dimiſſorie*.
Apolyticum. ἀπολυτικόν, formula, qua populus dimittabatur per liturgiam.
Apomeli. ἀπόμελι, potus confectus ex maceratis aqua favis, *bevanda d' acqua dolce*.
Apophatica. negantia.
Apophora. ἀποφορά, anaphora, pecunia a ſervis perſoluta dominis.
Apophyades, ἀποφυάδες, (quaſi appendices) quæ alicui rei adnaſcuntur.
Aporia. ἀπορία, dubitatio, vel indigentia, *aſtrenza*, o *povertà*.
Aporrogas. ἀπορρῶγας, Græci vocant defluxus quoſdam aerios, qui ſtellarum caſus imitantur, *ſtelle cadenti*.
Apoſpaſma, ἀπόσπασμα, avulſio, *ſtraccamento*.
Apoſtaſium. ἀποστάσιον, repudii libellus.
Apoſtato, as. ἀποστατέω, religionem deſero. *Cyprian.*
Apoſtola, mulier Chriſtum prædicans.
Apoſtrophi. ἀπόστροφοι, oculi retro verſi, *occhi ſtravolti*.
Apoſymata. ἀποσύρματα, deſquamationes.
Apoſyrma. ἀπόσυρμα, id omne, quod detractum eſt.
Apotaphi. ἀπόταφοι, qui ſepulcro majorum ſuorum ſunt privati.
Apothetos. ἀπόθετος, lex tibiæ, quæ remitteret.
Apotomia, & Apotoma. ἀποτομή, major pars Semitonii, quæ a Latinis diſceſſio dici poteſt.
Apotropæa. ἀποτρόπαια, carmina, quæ ad avertendam Deorum infeſtorum iram canebantur.
Apotropæi. ἀποτρόπαιοι, Dii averrunci.
Appanagium, Francicum vocabulum. Sumi ſolet pro ea bonorum parte, quæ Regiæ Franciæ liberis nato minoribus ſolet concedi, poſtquam nato maximus, mortuo patre, regnum adeptus eſt.
Apparitorium. locus ubi apparitores, ſeu ſpeculatores commorantur.
Appendicium. appendix, *appendice*.
Applumbatura. conglutinatio, quæ plumbo fit. μολύβδωσις, *impiombatura*.
Apprecatio. precatio ad aliquem.
Appropio, as. appropinquo.
Apſida, æ. pro apſis, idis.
Apſychon. ἄψυχον, *inanimato*. Gloſſ. Cyrilli.
Aptatio. *l' adattare*, ἁρμογή, ἅρμοσις.
Aptator. ἁρμοστής. *Gloſſ. Cyrill.*
Aptatus, us, aptatio. *Theodulfus*.
Aptitudo. convenientia, *convenienza*.
Aquacalat. lenocinatur.
Aquariolæ. latrinæ, in quas lotura projicitur. *acquaietto*.
Aquariolum. locus, in quem ſordida aqua demittitur, lavatrina.

Aqueus, qui eſt ex aqua, ut color aqueus.
Aquilegium. aquæ collectio, ὑδρεῖον.
Aquilina, & aquilegia. notiſſimus flos.
Araoſyncritus. levidenſis, cui corpus raræ texturæ, & tranſpirabile.
Arbitramentum. arbitrium, *arbitrio*. Sipont.
Arbitraria. pro arbitrio, arbitrario. *Sipontin.*
Arbutum, fructus arbori, unedo. κόμαρον, *corbezzolo*.
Arceſſitio, onis, & vulgari ſcripturo Accerſitio. *chiamata*. Gloſſ. Cyrill.
Archarius. præfectus, moderator, ἀρχάριος, *ſopraſtante*.
Archegetes, ἀρχηγέτης, Princeps, *principe*.
Archiducatus. *Arciducato*.
Archidux. *Arciduca*.
Archiepiſcopus. Epiſcoporum princeps, *Arciveſcovo*.
Archigrammateus. ἀρχιγραμματεύς, Cancellarios, vel Cancellariorum princeps, *gran Cancelliere*.
Archigrammaticus, princeps grammaticorum.
Archintæ dicebantur, qui publico archio præerant.
Archipherecita. ἀρχιφερεκίτης, interpres titulorum Talmudi.
Archippocomus. ἀρχιπποκόμος, princeps eorum, qui equos curant.
Archiſmaton. ſaltatio, *ballo*.
Archiſterium. vox eſt, quæ ſignificat principem ſtellarum, ita enim appellavit *Berengoſius Abb.* a. 3. *l.* 5. de Cruce loquens, illam, quæ Conſtantino M. apparuit. ¶ Item monaſterium. *Gloſſar. Struchii*.
Archiſtrategus. ἀρχιστράτηγος, *generale dell' eſercito*.
Arcibum. Archivum, *archivio*.
Arconicum. arſenicum, *arſenico*.
Arctomys. ἀρκτόμυς. animal habens ſimilitudinem orſi, & muris.
Ardeola. diminut. ab Ardea ave.
Arduo. adduo, addo. *aggiungere*.
Areſton. placitum, ab ἀρέσκω, placeo. Hinc Sententiæ Præfecti Prætorio, quæ appellatione reſcindi non poſſunt, Areſta dicuntur. Et, In areſto aliquem detinere, eſt ſub placito, & ſententia, &c.
Argabia. ἀργαβία, faſcia, aut faſcones, aut vaſa aquaria militum ab ephippiis pendentia, *cantinetta piena di bocce da portare all' arcione del cavallo*.
Argyritæ. ἀργυρῖται, Agones quidam, a præmio argenteo, ſive pecunia.
Argyrocopus. ἀργυροκόπος, nummularius campſor, vel argenti ſculptor, *banchiere*, o *colui che batte la moneta*.
Argyrognomones. ἀργυρογνώμονες, campſores, qui pecunias tranſmutant, quaſi nummorum exploratores, & inſpectores. *approvatori dell' argento*, *banchieri*.
Argyrologus. ἀργυρολόγος, quæſtor, *camerlingo*, *teſoriere*.
Argyrotheca. ἀργυροθήκη, repoſitorium vaſculorum argenteorum, *luogo*, *dove ſi ripone l' argento*.
Argyrotoxos. ἀργυρότοξος, argenteum arcum habens, i. e. Apollo. *che ha l' arco d' argento*.
Aria. arbor duriſſima, *metallo*.
Aricto. minor alicui intendo ob perfidiam, vel ſcelus aliud.
Ariſter. placentæ genus.
Ariſteri. ſiniſtri, ita dicti Sabbatiani, quod ſiniſtram abhorrerent.
Ariſtocraticus. ariſtocratiæ ſtudioſus.
Arithmaticus, i. qui numeros diſcit, vel docet, *abbachiſta*, *banchiere*.
Armadon. vehiculum.
Armaſia. conjugium.
Armator. *armatore*.
Armatrix. *armatrice*.
Armilauſa. ſcapulare monachorum.
Armiſtatio. armorum ſtatio, aut obſidio.
Armiſtitium. induciæ, *tregua*, *armiſtizio*.
Armitas. armati. *Gloſſ.*
Armiſla. fortaſſe eſt armus pecudis oblatus. nam in *Vet. Gloſſ.* exponitur. θυσία.
Armoſtationa. pro obſidione civitatis, πολιορκία, dixit *Mauritius lib.* 2. *ſtratagem.* a. 6. & 10. *aſſedio*.
Aromatarius. qui aromata vendit, *aromatario*.
Aromatizo. aromata redoleo, vel aromatis imbuo.
Aromatopola. ἀρωματοπώλης, *aromatario*.
Aromatopolium. ἀρωματοπωλεῖον, locus, ubi aromata venduntur.
Arreptitius. *indemoniato*, a larvis, ſeu dæmone arreptus. *Iſid. Gloſſ.*
Arrheturgia. ἀρρητουργία, infandum facinus.
Arrhoſtema. ἀρρώστημα, ægrotatio, imbecillitas, *malattia*.
Arſenala. navale, armamentarium, *arſenale*.
Arſenothelea, ἀρσενοθήλεις. Dii utriuſque ſexus.
Artaba, menſura apud Ægyptios ſextariorum 72.
Arteres. ἀρτῆρες, dici videntur pondera, quæ ad ejaculationem in altum elata prius vibrantur, παρὰ τὸ αἴρειν. ¶ Eſt & exercitii genus ad manuum agilitatem.
Artericus. qui artuum morbo laborat. Forte legend. arthiticus.
Articula. parva ars, *picciola arte*.
Artidiacus. qui docet artes, *chi inſegna arti*.

Artuo,

Digitized by Google

Artuo, as, per artus divido.
Arucho. adveho, portare.
Arvica. genus frumenti.
Arundino, as, arundinibus impleo, tego.
Aſæ, apud Antiq. dicuntur, quæ nobis Aræ. *Terent. Scaur. de Orthogr.*
Aſcarides. ἀσκαρίδες, vermes exigui, *vermi del ventre*.
Aſcaules, tibicen, ab ἀσκὸς, otis, & αὐλὸς, tibia.
Aſcella. axilla. *Odo Abb. Cluniacenſis*.
Aſcetæ. ἀσκηταί, *monache*. Aſcetriæ, moniales, *monache*.
Aſceterium. ἀσκητήριον, locus ſpiritualibus exercitatiombus aptus, monaſterium, *luogo da ritiro ſpirituale*.
Aſcetrix. mulier Deo ſacra, & funera curans.
Aſcodabla, vel aſcodabta, faſcium, *faſce*.
Aſcoliaſmus. ἀσκωλιασμός, ludus quidam.
Aſcopa. legitur Judith. 10. 5. Aliqui putant menſuræ genus eſſe. In græco eſt ἀσκοπυτίνη, h. e. uter, vas vinarium.
Aſema, quaſi utris cauda, ab ἀσκὸς, uter, & οὐρὰ, cauda.
A ſecreta, a ſecretis, ſecretarius, *ſecretario*. *Carolus M. de cultu imag. l. 43.*
Aſiniga, aſinum agens.
Aſizia, ſeſſiones judicum in municipiis.
Aſotos, ἀσώτως, prodigaliter, incontinenter, *laſcivamente, intemperantemente*.
Aſpergillum. *aſpergolo*.
Aſpicialis. viſibile, *ὁρατὸς*.
Aſpicum. *viſibile*.
Aſpidiſces. ἀσπιδίσκαι, parvum ſcutum. ¶ Item ornamentum in modum ſcuti orbicolatum, *borchia*.
Aſpratilis. aſper, non dolatus. *Auctores rei Agrar.*
Aſpratura, collybus, pecunia argenteæ, κόλλυβος. *Gloſs.*
Aſprodontes. dentes albos habentes.
Aſſarium. trabs, tarunarus. *leaguella, beccheria, animella*.
Aſſaſſinium, homicidium ex inſidiis.
Aſſaſſinus. homo conductitius ad alios occidendos.
Aſſentatorius. adulatorius.
Aſſeum, vel aſſum, calefactorium cubiculum.
Aſſiſi, beneficiarii, qui tamen Canonici non ſunt, Manſionarii, *beneficiati*.
Aſſiſtrix. vir, quæ aſſiſtit.
Aſſuefactio. *aſſuefazione*.
